THE

UNIVERSAL LATIN LEXICON

OF

FACCIOLATUS

AND

FORCELLINUS:

A New Edition,

IN WHICH

THE APPENDIX OF COGNOLATUS HAS BEEN INCORPORATED; THE ITALIAN SIGNIFICATIONS RENDERED INTO ENGLISH; THE WORK OF TURSELLINUS ON THE PARTICLES OF LATIN SPEECH; GERRARD'S SIGLARIUM ROMANUM; AND GESNER'S ETYMOLOGICAL INDEX ARE ADDED; AND THE WHOLE ENRICHED WITH A COPIOUS APPENDIX,

BY JAMES BAILEY, A.M.



AEGIDIUS FORCELLINUS

OBIIT PRID. NON. APRIL. ANN. MDCCLXVIII.

VIX. ANN. LXXIX. M. VII. D. X.

TOTIUS LATINITATIS
LEXICON

CONSILIO ET CURA

JACOBI FACCIOLATI

OPERA ET STUDIO

ÆGIDII FORCELLINI

ALUMNI SEMINARII PATAVINI LUCUBRATUM

EDIDIT

ANGLICAM INTERPRETATIONEM IN LOCUM ITALICÆ SUBSTITUIT

APPENDICEM PATAVINAM LEXICO PASSIM INTERTEXUIT

PAUCA DE SUO DISTINCTIONE PER OBELOS FACTA

HUC ATQUE ILLUC SPARSIT

AUCTARIUM DENIQUE ET HORATII TURSELLINI DE PARTICULIS

LATINÆ ORATIONIS LIBELLUM ETIAM GERRARDI SIGLARIUM

ROMANUM ET GESNERI INDICEM ETYMOLOGICUM

ADJECIT

JACOBUS BAILEY A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCIUS

VOLUMEN PRIMUM

LONDINI

SUMPTIBUS BALDWIN ET CRADOCK, PATERNOSTER-ROW;

ET GULIELMI PICKERING, CHANCERY-LANE.

MDCCCXXVIII.

TYPIS EXCUDIT J. F. DOVE.

EMINENTISS. AC REVERENDISS.

ANTONIO MARINO

CARDINALI PRIOLO, EPISCOPO PATAVINO

SEMINARIUM.

Opus hoc, princeps eminentissime, jussu olim avunculi tui Georgii Cardinalis Cornelii civitatis hujus episcopi designatum atque susceptum, te vero ad eandem sedem rerumque nostrarum regimen evecto typis postea commissum, te demum auspice ac patrono feliciter evulgamus. Ac si quis rei hujus amplitudinem animo complecti potest, et hæc volumina non tam oculis quam ingenio metiri, is certe eximiam quandam mentis animique magnitudinem in eo mirabitur, qui de hoc opere primum cogitans præsidia maxima ad illud contexendum liberaliter comparavit; eum vero, quo potissimum auctore e tenebris est erutum et cum eruditis viris opinione citius communicatum, de Latinis litteris optime meritum profecto existimabit. Nos vero qui eam tibi rem nuncupamus quæ tuorum voluntate incœpta est, tuis in ædibus lucubrata, tuo demum jussu atque opera per typographum absoluta, nemini certe officiose facere videri possumus, nec veterem consuetudinem sequi, ut magnis voluminibus magna nomina præponantur. Sed quamvis non aliis auspiciis quam tuis ornari ac muniri hujusmodi Opus a nobis poterat, muneris tamen loco *Ægidii Forcellini* recordationem accipies; cum et hominem probe noveris et multas magnasque ejus animi dotes plurimi semper feceris, et apertum simplexque optimi senis ingenium præ cæteris adamaveris. Quamquam, ea ipsa quæ libris hisce continentur, quæque Latinæ linguæ usibus, dignitati, ac splendori maxime inserviunt ad te afferri, tibique nuncupari ita debuerant, ut quamvis aliter facere ne liberum quidem nobis fuerit, ratione tamen atque consilio id omnino fecisse existimemus. Latina lingua religionis ipsius veluti administra, ejus sacra ac ceremonias complexa, latius ab ea quam ab ipsa olim principe terrarum gente propagata, Romanæ ecclesiæ gravissima nuncia, ejusque nota quædam qua mores ritusque a cæteris discerni possint, hæc, inquam, lingua in eorum tutela esse profecto debet, quibus amplissima munera, ac splendidissimæ dignitates religionis et ecclesiæ præsidia quælibet ac decora sanctissime commendata esse testantur. Superi faxint, ut quemadmodum hæc urbs Latinarum litterarum domicilium semper olim est habita, ac nostris etiam temporibus apud Italas exterasque gentes haberi solet, ita nos ad verissimam existimationem alendam atque corroborandam, tum labore ac sollertia nostra, tum hoc ipso opere a nobis edito contulisse aliquid videamur.

CAJETANI COGNOLATO

IN SEMINARIO PATAVINO STUDIORUM PRÆFECTI

PRÆFATIO

AB AUCTORE IN HAC EDITIONE RECOGNITA.

Qui olim, florentibus Romanorum opibus, bene loquendi laude celebrabantur, ii non jam populi consuetudine, sed multis litteris, et iis quidem reconditis et exquisitis, sunt hoc assequuti; fuitque scientiæ cujusdam ac rationis ea oratio, quæ non modo a pervagato sermone longe dissonaret, sed elegans quoque esset, ac splendida, majestatem quandam haberet, et imperium consulare. Nos vero, qui eam linguam, quæ Romanorum fuit, neque a nutrice hausimus, neque a populi consuetudine arripuimus, illam tamen vel in Veterum libris omnino agnoscere, vel puram ac sinceram in nostra ipsi scripta transferre contendimus, summo studio ac labore niti necesse est; cumque plurimi ad hæc studia sese conferant, paucos tamen esse scimus rerum harum intelligentes ac doctos, paucissimos vero, qui Germanam Latinitatem optima imitatione assequantur, et ornatæ factæque orationis laude commendentur. Cum vero plurima parare sibi adjumenta debeant Latinæ consuetudinis adsequendæ cupidi, tum illud in primis, ut uberem ac dissipatam verborum copiam complectantur, ut nitidissima quæque internoscant, ut propriam nativamque singulorum significationem maxime intelligant: hoc enim totius rei veluti solum et fundamentum; his veluti ex radicibus optimus sermo coalescit; et ipse *Caius Cæsar,* cum de ratione Latine loquendi ad *Ciceronem* accuratissime scriberet, verborum delectum originem dixit esse eloquentiæ. Quemadmodum enim jurisperiti, quos interpretandi studium atque necessitas in illa veterum vocum investigatione detinuit, priscam verborum proprietatem dignitatemque retinuerunt, optimumque loquendi morem cultu hoc atque delectu corroborarunt; ita illud inclinatæ jam Latinitatis argumentum semper fuit, cum ipsa verba a nativa significatione prava loquentium consuetudine detorquerentur. 'Animadvertere est,' inquit *A. Gellius,*[1] qui post *Adriani* tempora florere cœpit, 'pleraque verborum Latinorum ex ea significatione, in qua nata sunt, decessisse, vel in aliam longe, vel in proximam; eamque decessionem factam esse consuetudine et inscitia temere dicentium, quæ cuimodi sint non didicerint.' Quare vix quisquam est Romanæ linguæ et eloquentiæ studiosus, qui carere lexicis sine sua fraude possit; est enim percommodum optimas quasque totius Latii veluti exuvias aliorum labore ac studio collectas explicatasque intueri. Atque hactenus quidem hisce præsidiis non omnino caruimus; erat tamen adhuc locus aliquis iis omnibus, de quibus olim in suo *De Lexicorum Latinorum jejunitate* libello *Olaus Borrichius* querebatur. Hac vero ætate, qua optimi quique Latinæ linguæ auctores pristinæ integritati criticorum opera sunt restituti, eosque docti homines commentariis ornarunt, laboriosi vero verborum indicibus locupletarunt; qua plurima Romanarum antiquitatum monumenta in lucem edita, explicata, illustrata, collecti inscripti lapides, numismata demum, ac litterata quæque rudera ab eruditissimis viris ad omnem usum congesta; hujusmodi certe opus conscribi poterat, in quo, non dicam jam studiosorum vota ac posteritatis judicia conquiescerent, sed eorum saltem, qui in hoc ipso rerum genere antea laborarunt, diligentia ac laus vinceretur. Quare cum vetus illud *Ambrosii Calepini Lexicon* scholas teneret, essetque illud, ut de eo loquitur *Morhofius,*[2] 'sacra studiorum anchora, ad quam confugiebant qui in Latina lingua se exercere volebant,' idem tamen quamvis expurgatum, auctum, perpolitum, ad explicandam comparandamque Latinitatem minime satis esse iis ipsis videretur, qui in eo interpolando sæpius laboraverant, de novo condendo cogitari cœptum est; quod jam olim inchoatum, paucis demum abhinc annis absolutum atque descriptum, nunc jam, quod bene vertet, per typographum evulgamus. Ac profecto si quis rei hujus amplitudinem animo complecti potest, et quam difficile Latini sermonis regulæ atque præsidia constituantur, intelligit; si quis cætera hujusmodi syntagmata per doctissimos viros toties edita cum nostris hisce conferre voluerit, is de *Ægidio Forcellino* optime judicabit, qui per annos ferme quadraginta idem saxum volvens, opus hoc, in quo Latinæ voces omnes, ac multiplices earum significationes, atque usus continentur, lucubravit. Fuit in illo ingenium, litteræ, cura, cogitatio, diligentia; erat ille Romanarum rerum scientissimus, et earum artium, quæ Latinis olim placuerant, rudimenta attigerat; Græce doctus; in veterum Latinorum libris versatus, volutatus. Illum ego cum vivum colerem, tum etiam nuper extinctum maxime dolui; neque unquam ejus hominis memoriam dimittam, qui cum litterarum studiis eos mores conjunxit, ad quos formandos litteræ ipsæ sunt inventæ. Atque ipse quidem in eo sermone, qui nostrum hunc proxime sequetur, operi suo præfabitur; ego interim ea persequar, quæ de se ipse poterat verissime dicere, sed ab omni specie ac pompa remotissimus omnino reliquit.

II. Id igitur ipse præstitit, quod sane in hoc opere potissimum est, ut in afferendis scriptorum locis, quæ exemplo et auctoritati esse debent, ea non jam e suis sedibus avulsa ac solitaria spectaret, ut fere solent alienarum rerum descriptores, sed in ipso contextu et continuatione sermonis apud auctores legeret, et ipsa loci comprehensione verissimum sensum interpretando extunderet: quod quidem, præsertim si quid rarius atque insolens in verborum significatione occurreret, esse maxime necessarium existimavit. Eum itaque, qui ætatum omnium scriptores tractare debeat, et in opus transferre, in eas etiam artes, quæ minus

[1] *Noct. Attic.* lib. 13. cap. 28. De auctoris hujus ætate vide *Fabricium Bibliothecæ Latinæ* lib. 3. cap. 1.

[2] *Polyhist. Litterar.* Tomo 1. lib. 4. cap. 9. § 9.

liberales habentur, invadere necesse est; resque variis conjecturis implicatas, et abditum plurimorum verborum sensum explicare; antiquis rebus, ac jam deperditis afferre lucem; historiam omnem, eruditionemque complecti. 'Quot sunt,' inquit *Carolus Du Fresne*,[3] 'in mechanicis artibus, quæ Latine reddi non possunt, cum et forte non noverit Latium ipsum, vel, si novit, ad nos vocabula ista non pervenerint; aut certe si alicubi extant, horum vim non omnino percipiamus; quod in unica Vitruviana Architectura licet observare; in cujus vocabulorum notionibus investigandis insudarunt tot viri eruditi; adeo ut de unica Scamellus (al. *Scamillus*), voce integri extent Commentarii!' Hæc omnia feliciter evolvit *Forcellinus*; iisque, uti debuerant, explicatis, copiam commendationemque Lexico suo comparavit: qui etiam cum in ea incideret, quæ, ut recte exponantur, penitioris cujusdam scientiæ aut artis præsidia postulant, ea, ne sibi a viris, in sua quique re, doctissimis unquam deessent diligentissime cavit. Nam et ex *Julio Pontadera* totius antiquitatis et eruditionis peritissimo multa quæsivit; et de *Frontino*, *Vegetio*, *Vitruvio* sæpe est cum celeberrimo *Poleno* collocutus; et *Joannis Baptistæ Morgagni* uti voluntatem ac studium, ita ingenium quoque ac doctrinam suis usibus paratam habuit. Hunc enim virum non ipsa tantum anatomica studia commendant, in quibus plane regnat, et artis ipsius prope nomen est; sed ipsa quoque critice principem habet, ac jactat: qui et multa in *A. Cornelio Celso* emendavit; scripsitque plurima sane doctissima[4] in eos auctores qui rustica præcepta, et rem veterinariam Latina consuetudine tradiderunt; pulcherrimis demum epistolis Æmiliam suam illustravit. Atque ille quidem postremis hisce mensibus multa mihi de hoc opere, multa de *Forcellino* commemoravit; illud magnis laudibus, hunc vero lacrymis prosequutus. Virum egregium, sibique multorum consiliorum societate conjunctissimum exstinctum doluit; triste sibi magnarum virtutum desiderium relictum dixit; alterum ab altero adjutum sæpe communicando, et monendo. Quem ille sermonem cum mecum habuisset, ejus voce post semper carui; carebo etiam quamdiu ero: hujus quippe anni exitus fuit huic gymnasio, huic urbi, Italiæ toti ex ejus morte luctuosissimus. Sed nostra jam persequamur.

III. Hæc igitur in hoc *Forcellini Lexico*, quæ certe nusquam alibi; uti etiam illa exemplorum copia, quam in unius vocis, aut ejusdem sententiæ explicatione ubique affectavit; quam quidem cum multis ipse rationibus excuset, ego multis commendandam existimo. Pluribus enim scriptorum locis in unam vocem sententiamque congestis, varios ejusdem vocis veluti nexus, ac multiplices, quas veluti explet, commissuras facile animadvertimus; ex quo verbi ipsius potestas, sensus, usus, explicatio magis elucescit. Habet præterea unaquæque verborum significatio suos veluti gradus, quasique vanescentia discrimina ex varia cum aliis vocibus compositione nata; quæ profecto impercepta lateant necesse est, si illa desit exemplorum copia: hæc autem qui non animadvertat, aut sibi negligenda esse ducat, is certe de Latina lingua existimare aut leviter, aut nihil potest. Hanc demum exemplorum varietatem si quis attendat, is etiam duarum vocum, quarum tanta videtur esse similitudo, ut eundem præstare usum ubique possint, varios veluti significationis gradus ac differentiam facile intelliget. Duæ enim voces, in quibus est significationis communio, tunc solummodo indistincte atque promiscue adhiberi possunt, cum generalem quandam rei ipsius notionem explicamus; at, si quos habet res ipsa gradus, exponendi sint, tunc illa significationis communio evanescit, et ad alias voces confugiendum est, quibus isti veluti gradus exprimantur. Magna profecto esset ejus sermonis egestas, ac magna in eo elegantiæ inopia, in quo verbum verbo supponi ubique posset; tunc enim generalem tantummodo sensum, nunquam vero illos, de quibus aiebam, unius ejusdemque rei multiplices gradus loquendo scribendoque significaremus.[5] Hæc itaque ex ipsa exemplorum copia unusquisque intelliget, ac verissimam Latini sermonis indolem, copiam, elegantiam assequetur; nisi forte pollutas lue quadam aures habet, ac nondum ex grammaticorum fæce enatavit.

IV. Variæ porro, et quadam sæpe similitudine inter se conjunctæ, aliquando etiam sibi dissidentes unius ejusdemque vocis significationes sedibus et explicatione in hoc Lexico distinguuntur; aliquibus passim adjectis, atque idoneis testibus comprobatis, quæ in aliis id genus operibus non apparent. Atque illud quidem rerum harum scriptoribus commune est, ut proprium ac nativum verbi sensum primo exponant, deinde figuratas significationes subjiciant; at non eam ubique rationem tenent, quæ in hac significationum serie maxime esset, ut quidam aiunt, adhibenda. Qui enim sensus a primo illo ac naturali minus deflectit, is, ex illorum sententia, proximum tenere locum debet, qui vero magis, is minus proximum; cæteri vero qui ab illo descendunt, et figurati dicuntur, per deductos originis veluti gradus exponendi. Quod quidem præstare optime posset et probe expensa linguæ ipsius progressio, et idearum sese ordine in humana mente evolventium certissima scientia, et rerum, quæ alieno verbo ponuntur, probe intellecta ac per gradus notata similitudo; atque ii primum transferendi modi explicandi essent, quos necessitas genuit inopia coacta et angustiis; illi deinde, qui, confirmata jam ac celebrata lingua, ideo sunt adhibiti, ut orationi splendoris aliquid arcesserent. Hunc itaque exponendarum significationum ordinem nonnulli docent; qui tamen a philosophis potius, quam a grammaticis est expetendus; quique etiam in hujusmodi operibus constanter adhibitus, et res aliquando perturbaret, et arbitrio plus æquo tribueret. Ego satis illustri ordine ea prosequutum *Forcellinum* existimo, ex quibus omnis existit singulorum verborum virtus atque laus.

V. Jam illud sequitur, ex quo maxima fieri debet huic operi commendationis accessio; plura enim in eo, quam in cæteris, vocabula; nonnullis enim vocibus Romanæ civitatis possessionem *Forcellinus* vindicavit. Idonei rei hujus testes fuerunt grammatici veteres, scriptoresque Latini non pauci, quos, cum verborum indicibus carerent, diligenter ille percurrit; ac præterea numismata vetera, ac tandem litterati lapides. Horum ille collectiones omnes in oculis habuit; vidit Æneas Tabulas Heraclienses; eos etiam lapides vidit, quos in *Antiquitatibus Beneventanis*[6] vel emendavit, vel protulit omnium primus *Joannes De Vita*; fecitque magna, quæ in eo erat, antiquitatis notitia, diuturna in Latinis rebus exercitatio, collecta et expleta undique eruditio, ut iis, qui probæ notæ essent, utendum sibi existimaret. Gavisus ille vehementer esset, si ex clarissimi viri *Scipionis Maffeii Arte Critica Lapidaria* proficere potuisset; at editum est postumum illud opus anno tantum MDCCLXV.[7] quo tempore a nobis *Forcellinus* discesserat, domique vivens et immortalitati jam proximus, æterna solummodo cogitabat. Eo in opere *Maffeius* inscriptiones ab eruditorum ferme consensu ad hanc diem receptas, et commentitias tamen, sedulo perquirit, inque redintegratum judicium, novis tabulis, novisque testibus adhibitis pertrahit;[8] et cum infinito pene hostilium lapidum nu-

[3] In *Præfatione* ad *Glossarium Mediæ et Infimæ Latinitatis*, § 14.

[4] Vide Epistolam *Julii Pontaderæ* ad hunc ipsum *Morgagnum* in *Scriptoribus Rei Rusticæ* editis a *Jo. Matthia Gesnero.* Lipsiæ. an. 1735. pag. 1195.

[5] *D'Alembert*, *Melanges* &c. T. 4. p. 149. Nullam esse vocem alteri omnino geminam definitionibus et exemplis demonstratum est a *Girard* in ea lingua qua nunc utuntur Galli. Multo rectius et uberius id ipsum præstitit *Stosch* in lingua Germanorum, tribus editis voluminibus an. 1770. 1772. 1773. Horum tamen aliorumque industriam vicit nuper Gallus alter *Roubaud* quatuor voluminibus quæ Parisiis prodierunt an. 1786. *Nouveaux Synonymes* &c. Quod igitur in vernacula lingua scriptores isti sunt exsecuti, id in Latina tentatum est a *J. B. Gardin Dumeslin* singulari volumine Parisiis edito anno 1777. quod anno 1788. recognitum et amplificatum rursus dedit. *Synonymes Latins, et leurs differentes significations* &c. 8vo.

[6] *Alexii Symmachi Mazochii Commentariorum in Regii Herculanensis Musei Æneas Tabulas Heraclienses* Pars 1 et 2. Neapoli. fol. 1754. *Thesaurus Antiquitatum Beneventanarum.* Romæ. 1754. fol.

[7] Cl. Viri *Scipionis Maffeii Marchionis Artis Criticæ Lapidariæ Quæ extant . . . . edita a Sebastiano Donato.* Opus Postumum. Lucæ. 1765. Ex Typographia Leonardi Venturini. fol. Præmittitur hoc opus tomo primo *supplementi ad Novum Thesaurum Veterum Inscriptionum* cl. viri *Lud. Ant. Muratorii.*

[8] *Artis Criticæ Lapidariæ* lib. 3. cap. 3. col. 188.

mero bellum sibi gerendum suscipit; ut disjecta attritaque ubique gentium fictitia marmora jaceant, informibusque et vulgaribus saxis, ut antequam inscriberentur, rursus tandem accenseantur.[9] Multa quippe ex simulatis istis antiquitatis exuviis rebus omnibus illata damna; perturbata temporum ratio, imminuta litterarum dignitas, inusta Historiæ labes, populorum ac gentium jura temerata; verba demum, quæ toto Latio exulare debuerant, minime idoneis testibus in Latium invecta. 'In Grammaticis, itidem,' inquit *Maffeius*,[10] 'et in rhetoricis, ut minora quoque attingamus, qui titulis acquiescet omnibus, fallacias hauriet quamplurimas: hinc verba videas tanquam Latina et prisca a Lexicis etiam quandoque recensita, quæ Romana frui civitate minime possunt, quippe quæ iniquis tabulis, hoc est captione inscriptionis fide adscita.' Hinc *Lexicon Patavinum* sæpe nominat, vetus illud nostrum *Ambrosii Calepini;* ac nimiam eorum fidem reprehendit, qui quædam illi vocabula ex falsa lapidum auctoritate adjecerunt. Quare cum *Forcellinus* ipsas illas voces a *Maffeio* in veteri *Calepini Lexico* notatas in suum transtulerit, iisdemque lapideis testibus firmaverit, fuit certe nobis in hoc sermone de *Arte Critica Lapidaria* dicendum, ne viri antiquitatum omnium peritissimi sententiam atque judicium aut ignorasse, aut neglexisse videremur. Ac de toto quidem *Maffeii* opere videant eruditi; ex quibus ille qui nuper Venetiis obiit, quique alias cum *Maffeio* certaverat,[11] *Michael Lazari*, plura in scriptis reliquit, quæ *Artem* illam *Criticam Lapidariam* impugnant; multarum vero rerum scriptor *Franciscus Antonius Zacharias* jam illud existimavit, futurum profecto ut multa *Maffeius* in eo opere aut immutaret, aut lenius ageret, si post editum *Museum Veronense* manum illi rursus admovisset.[12] Eas ego tantum collegi voces, quas Cl. *Maffeius* vel dubias habet, vel omnino rejicit, prout illi lapides ipsi, ex quibus desumptæ sunt, aut dubiæ aut damnatæ fidei videntur esse; *Forcellinus* vero et Latii jure carere minime putat, et ea litterata marmora idoneos rei hujus testes existimat. Has ego nunc ob oculos ponam, remque omnem fideliter peragam; ipsas plerumque tabulas in conspectum adducam, ut ipsæ quodammodo pro se loquantur; dicam ego aliquid aliquando, verecunde tamen ac dubitanter. Quamquam id maxime animos addit, quod est a doctissimis viris *Joanne Francisco Seguierio*, et *Sebastiano Donato* (quorum alter *Maffeii* opus exscripsit, alter edidit et illustravit) de eodem opere judicatum. 'Equidem nos,' inquit *Donatus*,[13] 'non omnia epigrammata quæ in *Arte Critica Lapidaria* censoria virgula notantur, rejicienda esse putamus. Nam neque ipse Cl. Auctor ea omnia rejecit, et ad spuria et supposititia amandavit. De nonnullis enim titulis subdubitat, alios ad examen revocandos vult, alios interpolatos, non paucos quadratariorum vel exscriptorum oscitantia vitiatos credit, (vel ita monstrosi et exesi sunt, ut sensus percipi non possit) nonnullos obiter attigit, alios in *Museo Veronensi* pro genuinis evulgare minime dubitavit, (ut aliquando in nostris adnotationibus ad hoc opus observabis) plerosque eruditorum judicio reliquit, de aliis vero cur dubitet, rationem non adfert. Nam istiusmodi disputatio ob mortem ejusdem Auctoris infecta remansit. Et revera multa quidem (ut ad me scripsit Cl. *Seguierius* immortalis nostri *Maffeii* laborum, studiorum, et itinerum tot annos comes, amicus in paucis, et contubernalis) erat retractaturus, si operi ultimam manum adhibuisset. Nam cum anno 1749. *Museum Veronense* edidisset, videtur quasi animum retraxisse ab *Artis Criticæ Lapidariæ* evulgatione[14] . . . . Quis credat[15] in absolutissimum *Gruterianum* Corpus, in *Reinesianum Syntagma*, in *Sponii Miscellanea*, in *Fabretti* Collectionem tot lapides spurios irrepsisse? Quot obelo notavit noster auctor, quum eos pro sinceris admiserint hi celeberrimi collectores! Esto aliquando peccaverint; an fieri potest, ut in plerisque marmoribus emendentur!'

VI. Ac mihi quidem earum vocum, quas modo proferam, ac *Forcellini* ipsius, qui Latii jura iisdem tribuit, facilis et in medio posita defensio esset, si quos lapides *Maffeius* minime probat, nihilque habere ait antiquæ majestatis, et elegantiæ, eos tunc temporis inscriptos putaret; atque etiam ad fallendum propositos, cum veteris libertatis obliti demisere animum Romani, ac fortunæ suæ similia facere atque scribere cœperunt; iis, inquam, temporibus, quibus nobilissima eorum lingua una cum imperio ad senium properabat. In hoc enim opere iis quoque auctoribus locum aliquando esse voluit *Forcellinus*, qui ferream ac luteam etiam Latinæ linguæ ætatem attigerunt; quod eos in optimis Lexicis admissos receptosque viderit; quodque verborum quorundam, quibus utuntur, explicatio, sin minus Latine scribere, Latina saltem intelligere cupientibus maxime sit opportuna. Quare inscriptiones etiam, in quibus aut insolens verbum est, aut inurbana dictio, aut sermo non omnino purus ac nitidus, in Lexicis stare possunt, et ad illa cadentis Latinitatis tempora referri; nisi cætera rei falsitatem prodant, vulgares indoctasque manus, ac posteriorum ætatum sive stylum, sive scalprum. At rei lapidariæ detrimenti aliquid *Maffeius* timuit, si ita sensisset; ideoque inscriptiones plurimas novitiis marmoribus vetusta specie affictas esse arbitratur; cumque 'his vetustatis spoliis[16] jam a decimosexto ineunte sæculo atria, horti, villæ in Italia exornari cœpissent, videreturque non omnibus elegantiæ et magnificentiæ numeris satisfecisse, qui istiusmodi cimeliis careret, fuisse tunc, qui, cum sincera non essent ad manus, eorum imitatione spuria confingi paterentur, vel saltem ad loculos omnes venuste complendos fictitia cum legitimis admisceri.' Hinc ad res patrias illustrandas, ad civitatum et municipiorum tuenda jura, ad rerum antiquarum, Latinitatis, doctrinæque laudem ostentandam, ad augenda splendideque ornanda volumina, ad explendum denique fallendi, mentiendi, novandique studium, vetera monumenta plurima recentiorum hominum sive scalpro, sive calamo simulata fuisse arbitratur; idque per ea tempora, quibus Latinæ litteræ ab Italis excitatæ ad auream illam Augusti ætatem proxime tandem accesserunt. Ego vero, et quosdam esse lapides, quorum fides ex toto non constat, alios etiam, quos corrigi et emendari oporteat, nonnullos demum, quos docti viri probare minime debeant omnino existimo; at vix crediderim per ea sæcula, quæ proxime sunt elapsa, ita rem lapidariam dolo malo vitiatam fuisse, ut pene singula suspicionem movere debeant, plurima vero negligi omnino atque damnari. Ex illis potius litteratorum marmorum fodinis, quæ Romæ sunt, rerum harum supellex aucta est. 'Innumera monumenta,' inquit Cl. *Muratorius*,[17] 'ex pomœrio urbis, præcipueque ex suburbanis cryptis et locis, per tria proxime præterita sæcula in lucem prodiere. Neque facile enumeres tot alia, quæ ante paucos annos, et nuper etiam ibi eruderata fuerunt.' Quis *Cyriaci Anconitani* egregium opus ineunte sæculo quintodecimo susceptum ignorat? Quis Fratris *Joannis Jucundi Veronensis* vetustas inscriptiones eodem labente sæculo collectas non audivit? Utinam eruditissimis viris, qui in hoc rerum genere postea

[9] *Artis Criticæ Lap.* lib. 3. cap. 3. col. 189.
[10] Ibid. lib. 3. cap. 2. col. 158.
[11] *De Equestri Ordine Constantiniano. Inquisitio in Epistolam Scipionis Maffeii* etc. Venetiis. 1725. 4to.
[12] Pag. 400. *Istituzione Antiquario-Lapidaria, o sia Introduzione allo Studio delle antiche Latine Iscrizioni in tre Libri proposta.* In Roma. 1770. 8vo. *Questo troppo rigido Scrittore (Maffei) ha sparso il Pirronismo sopra troppe iscrizioni [illegible] ha meritato, che il poco fa defunto Chiarissimo Letterato Veneziano [illegible] distendesse contro il medesimo varie Dissertazioni, le quali sono tuttora inedite; e ciò a pag. 400. il predetto nostro Autore (P. Zaccaria) si dichiari di credere, che s'egli alla sua Opera avesse rimesse le mani dopo la pubblicazione del Museo Veronese, avrebbe molti suoi giudizj ritrattati, o mitigati.* Novelle Letterarie *pubblicate in Firenze l'anno* MDCCLXX. col. 616. Citari etiam debet eruditissima *Joannis Christophori Amadutii ad Janum Plancum* (Bianchi) *Archiatrum Ariminensem epistola, in qua Inscriptiones nonnullæ Ariminenses a falsitatis nota qua Scipio Maffeius inusserat, vindicantur.* Lucæ. 1767. 12mo. Extat demum egregium Opus *Petri Laurentii Del Signore,* cui titulus, *I Marmi Riccardiani difesi dalle Censure del Marchese Scipione Maffei.* Florentiæ. 1781. 4to.
[13] Monitum Editoris *Artis Criticæ Lapidariæ* pag. iv.
[14] Vide *Museum Veronense* pag. clxxv.
[15] Pag. v. citati Moniti.
[16] *Artis Crit. Lap.* lib. 3. cap. 2. col. 158.
[17] In *Præfatione ad Thesaurum Novum Veterum Inscriptionum.* Mediolani. 1739.

laborarunt, ipsa marmora licuisset inspicere! Emendassent illi plurima, ac rei lapidariæ melius consuluissent. ‘ At indocti homines [18] nihili facientes veneranda antiquitatis frusta, aut a majoribus suis collecta, aut in effossionibus sibi oblata, nullo negotio ipsa distrahunt, dilacerant, atque in omnem usum, præcipue ædificiorum, sine ullo discrimine disperdunt. Alia deferuntur ad marmorarios atque statuarios, inhumanos videlicet antiquitatis lanios, qui, expunctis omnibus vetustatis notis, eadem ad nova quæque opera, prout utilitas poscit, reformant, seu potius deformant. Denique non levis eorum pars ad calcarias translata, atque igne soluta, calcem marmorariis et cæmentariis artificibus utilem præbet.’ Quoniam igitur primo illo indiciorum genere, quod ex ipsis inspectis lapidibus peti debet, uti plerumque criticæ artis periti minime possunt, ad alterum confugiunt, quod ex ipsa verborum consideratione haberi solet: atque hoc nimirum in iis, quæ modo exponam, fere semper *Maffeius* adhibuit.

VII. Per usitatam litterarum seriem eas, de quibus aiebam, voces enumerantibus occurrit primum verbum *Æditus*, de quo ita in *Arte Critica Lapidaria*.[19] ‘ Inauditum verbum *Æredituare* recens *Glossarii Calepiniani* editio recensuit et recepit, *Lucretium* memorans, qui *æedituentes* dixit, non *æedituantes*; sed vere a duobus hisce epigrammatis decepta,[20] quibus inanius nihil. *Ligorii* munere utrumque habemus, quem et alia duo a *Grutero* descripta effudisse non dubito, eadem prorsus forma, *Vixit Annos* totidem, *Æedituavit Annos* totidem.’ Ac *Lucretii* quidem locus, lib. 6. *de R. N.* v. 1273. ita allatus est in nostro illo *Calepini Lexico:*

Hospitibus loca, quæ complerant æedituentes,

ita nimirum ut *Maffeius* legendum putat; at cum ibi verbum *Æditus* duplici efferatur modo, legaturque *Æedituo, as* et *is*, idcirco post citata *Reinesii* Epigrammata, in quibus est *Æedituavit*, *Lucretii* versus citatus est, ut alterius quoque modi, quo verbum hoc inflecti potest, exemplum esset. *Forcellinus* vero et *Æedituens* posuit, et *Æedituo, as;* ac primæ quidem voci *Lucretii* auctoritatem apposuit; alteram vero duabus illis, quæ sunt apud *Reinesium Inscriptionibus*, ea etiam quæ est apud *Gruterum* pag. MLXXXVIII. num. 5. confirmavit. Hanc ego proponam:

C. CICVRINO. ASIA
TICO. AEDITVO. SVL[21]
VANI. LITTORALIS
PARENTI. SANCTISS
T. CICVRINVS DIMA
RVS. POSVIT
AEDITVAVIT. ANN
XVI. VIX. LXX
MENS. IX D. VII

Duos *Reinesii* lapides *Maffeius* rejicit; erratumque esse ait in *Æedituo Sepulcri* in *Sacerdote Sergiæ Familiæ* et in clausula *Fecit Sibi* ** *Et Suis Amicis*, quæ ridicule, inquit, excogitata sunt et inepte. Duo vero, quos affert *Gruterus*, quorum primus habetur pag. CCCXII. n. 5. alter vero a *Forcellino* citatus est, a nobis descriptus, ideo tantum suspicionem *Maffeio* movent, quod eos ex *Ligorii* fodinis erutos putet; huic enim sponsori non ita facile credendum esse doctissimi viri jamdudum monuerunt.[22] Verum apud *Gruterum* nihil omnino de *Ligorio*. Primum quippe lapidem, (quod a *Sebastiano Donato* notatum est, et in postrema *Gruteri* editione, qua nos utimur, quæque Amstelædami prodiit an. MDCCVII. legi potest,) primum, inquam, lapidem ponit ‘ In villa Julia extra Portam Flumentanam, ad viam Flam. ara marm. grandis: litera bona, sed incorrecta,’ eidemque lapidi subscriptum est, ‘ Exscripsit Smetius. Vidit Pighius, et habet Boiss. T. 6. Antiq. p. 59.’ Alterum vero, qui certe Latine loquitur, et est a *Forcellino* adhibitus, *Romæ* esse ait *ad horrea Diocletiani;* legiturque post ipsum, *Grutero Boissardus* T. 6. p. 126. Ne igitur de duobus illis *Reinesii* epigrammatis longo sermone disseramus, hoc unum dicimus voci *Æedituare* satis jam consultum esse in hoc lexico eo *Gruteri* lapide, qui citatus est. Vidi ego hujus *C. Cicurini Asiatici* magnæ formæ monumentum ære expressum apud Cel. *Montfauconium*, a quo ita describitur, quique de eo ita loquitur:[23] ‘ De Silvano littorali egimus tomo primo: quid autem esset æedituus, secundo tomo diximus. In supremo lapide repræsentantur Cicurini pater atque filius: in laterali autem facie arbor atque delphinus: arbor meo judicio Silvanum subindicat, qui semper cum arbore conspicitur; delphinus vero Silvanum littoralem, qui, ut ipsum nomen sonat, in littore maris colebatur.’ Huic scilicet monumento vox *Æedituavit* inscripta est. Meminerit *Maffeius* id se docuisse:[24] ‘ inter veritatis argumenta, id præcipue computo, cum ingentibus lapidibus insculptæ occurrunt epigraphæ; animadverti scilicet, noluisse ut plurimum epigrammatum adulteratores multo impendio nænias suas proferre: difficilius etiam, ubi multæ molis saxa fuissent incidenda, clam, et in abdito peragi opus potuisset: eapropter sumptuosas arcas, et magnas istas quadratasque bases, priscas, et genuinas deprehendi fere semper.’ Vox illa tandem et nitida est, et nihil omnino a Latina consuetudine abhorret. *Æedituor* enim *Nonii* testimonium habet, qui c. 2. n. 52. *Pomponii* verba referens apud *Gellium* lib. 12. c. 10. ‘ Qui postquam tibi appareo, atque æeditumor in templo tuo,’ legit *æedituor;* utramque vero terminationem huic verbo factam esse, omnino dicendum est.

VIII. Eum quoque lapidem *Maffeius* subruit, qui est apud *Reinesium* Cl. T. I. pag. 3. n. II. cujus auctoritate tres illæ voces *Arithmeticus, Fistularius, Imaginarius* a lexicorum scriptoribus allatæ sunt, et explicatæ. Ecce lapidem ex eodem *Reinesio:*

DIIS OMNIBUS COELESTIBUS
P. GAISIDIO[25] Q. F. SABINIANO
FISTULARIO. CANTORI. IMAGI
NARIO. ARITHMETR. VIXIT A. XLIII[26]
M. X. D. III. IN. FR. P. XXX. RETRO
XL. CVIVS INGENIUM ELOQVI NEMO

C. TIPHERNIUS C. F. SACERDOS.

[18] Cl. *Muratorius* in eadem Præfatione.

[19] Lib. 3. cap. 4. col. 410.

[20] *Syntagma Inscriptionum antiquarum Reinesii*: Lipsiæ et Francofurti, 1682. p. 388. n. 53 et 54. e *MSS. Antiq. Ligorii Langermannus.*

[21] Apud *Montfauconium* SYL

[22] Vide *Muratorium* in Præfatione al. citata; sed præcipue p. 1 et 2. *Novi Thesauri.*

[23] Antiquitas explanatione et schematibus illustrata. Gallice et Lat. Parisiis. 1722. T. 5. p. 1. lib. 2. cap. 8. p. 66.

[24] *Artis Criticæ Lapid.* lib. 3. c. 2. col. 161, 162.

[25] Apud *Fabrettum* Q. GRISIDIO.

[26] Apud eundem XLIIII.

'Latinarum prima,' inquit *Maffeius*,[27] 'quam *Fabrettus* quoque ex aliis sibi schedis adoptavit, *Diis omnibus Cœlestibus* insueta formula inscribitur, et nunquam auditis gentibus *Gaisidia* ac *Tiphernia* insignitur: in ea orationis elegantiam et connexionem observes velim: In Fronte Pedes XXX. Retro XL. (*apud* Maffeium *LX.*) Cujus Ingenium Eloqui Nemo. sed magis quæ per se fallaciam satis indicat, votivæ et sepulcralis formæ commixtionem, depravationemque. Ex hac tamen tabula tria ab eruditis viris et a quibusdam quoque lexicographis arrepta vocabula, et Latinitatis jure sine alia auctoritate ulla donata videas; *Imaginarius* pro Pictore, *Fistularius* pro Fistulatore, *Arithmeticus* pro Calculatore.' Monuerat jam *Reinesius* ipse[28] ab hoc sepulcrali cippo separanda esse quæ præscripta sunt, 'Diis Omnibus Cœlestibus,' et esse illa loco non suo; atque ita *Maffeio* 'insuetam formulam, et sepulcralis formæ commixtionem depravationemque' objicienti jamdudum satisfactum est. Sed illud ego etiam animadvertam, Cœlestes quoque Deos sepulcrorum patronos a veteribus fuisse habitos, Inferosque cum Superis in sepulcrorum titulis aliquando commixtos. Multa de re hac apud celeberrimum *Montfauconium*.[29] Urnam ille commemorat, quam Parisiensi Litteratorum Academiæ miserat *P. de la Chaize*; ejus inscriptio insolens visa est:

D. M.
SVLPICIO
NOTO ADESTE
SVPERI

'Invocari videntur Dii illi Cœlestes pro Sulpicio Noto, qui cum sit defunctus, ideoque sub ditione Inferorum Deorum, ex cœlesti providentia nihil sperare poterat.' Id scilicet academicis explicandum erat; explicarunt autem alii aliter. Eorum opiniones (quas omnes *Maffeius* et rejecit et irrisit *Artis Crit. Lap.* l. 3. c. 4. col. 477, 478.) *Montfauconius* recenset; hæc demum ipse:[30] 'Deos cœli precatur (*Sulpicius Notus*), ut urnam suam tutam præstent ab injuriis, quæ inferri poterant; verbi caussa, ossa cineresque ejiciendo, id quod tunc magnum scelus existimabatur, ingensque defunctis infortunium... Etsi vero defunctorum anima sub potestate esset Deorum Inferorum, urna et ossa quæ in terra erant, sub potestate et jurisdictione Cœlestium, atque etiam sub ditione Inferorum Deorum esse arbitrabantur, ob affinitatem animæ et corporis.' Vide cætera apud eundem. Vidit hujus urnæ titulum etiam *Muratorius*; a *Maffeio* enim acceperat.[31] Atque hæc quidem, quæ modo diximus, ab eo quod agimus omnino aliena iis videri debent, qui illud potius a *Sulpicio Noto* peti arbitrantur, ut qui vitam in terris adhuc degunt, ii sibi faveant, tumulum suum tueantur, cineres et ossa ne inquietent: aiunt enim, et exemplis probant, *Superos*, ex Latina consuetudine, ab iis qui infra nos sunt, eos recte vocari qui adhuc vivunt. Horum ego opinionem commemoro, et in medio relinquo. Venio nunc ad gentem Gaisidiam, atque Tipherniam, quas nunquam *Maffeius* audiit. De *P. Gaisidio*, quem *Fabrettus*[32] *Q. Grisidium* esse voluit, multa docuit idem *Reinesius*, eumque Cæsidium fuisse probat, et a gente Cæsia profectum; idemque Tiferniam gentem eam esse dicit, quæ a *Cicerone*[33] *Titurnia* dicitur, primo illo nomine ex quodam Umbriæ oppido appellatam. Ego certe *C. Tifernium* apud *Gruterum* invenio pag. CMXXIV. n. 12. Lapis esse dicitur Tiferni in Umbria; *in Città di Castello*. *C. Tifernius* est etiam apud *Muratorium* pag. CMLXXXIV. n. 7. in eo epigrammate, quod perperam *Donius* alterius cujusdam marmoris partem fecerat. Ea porro, de qua loquimur, inscriptio pedes primum habet *in Fronte* et *Retro* assignatos; tum ad *P. Gaisidium* redit verbis illis, *Cujus Ingenium Eloqui Nemo.* Nullus hic verborum nexus. Sed in hoc quadratarios vel descriptores accuso. De hoc enim lapide illud etiam habet *Reinesius*:[34] 'In uno hoc marmore duas vel etiam tres epigraphas a descriptoribus, qui chartæ parcerent, et disjunctas junctim exhiberent, deformatas una esse, non vana suspicio est.' *Maffeius* ipse plures lapides ita a descriptoribus aliquando consutos fuisse in *Arte Critica Lapidaria* animadvertit. Quæ igitur in eo lapide, de quo hactenus diximus, habentur verba, ab iis notari possunt, qui Lexicon scribunt, et non aurum modo argentumque, sed ferrum etiam lutumque tractant; neque lapides tantum, sed litterata etiam rudera in opus congerunt. Nihil de voce *Arithmeticus* in Calepino; admisit illam operis hujusce scriptor, explicuitque *qui arithmetica callet*, testimonio usus ejus lapidis, de quo dictum est. Recte hoc: quis enim et grammaticum et mathematicum a Latinis non audivit? Vocem vero *Imaginarius, ii*, quæ in veteri Lexico legebatur, in suum quoque transtulit; pictoremque esse dixit, vel statuarium, qui imagines facit; ex eodem *Reinesii* lapide, et ejusdem *Reinesii* explicatione. Voci tandem *Fistularius* in utroque Lexico locus est; is esse dicitur, qui fistula canit; citata est *Fabretti* inscriptio; illa scilicet, quam dederat *Reinesius*.

IX. *Celtis*, teste *Plinio* lib. 13. *H. N.* cap. 17. arbor est de genere lotorum, in Africa. Hac voce genus quoque scalpri, quo lapides inciduntur, significari nonnulli existimarunt. Citatus a *Vossio*,[35] *Gruteri* lapis,[36] et *Vossium* ipsum et cæteros fefellit, *Forcellinum* quoque. Est in eo lapide, lin. 23. 'Malleolo et celte litteratus silex.' At inscriptio tota *fabulosa est, et ridicula*, ut inquit *Antonius Augustinius*.[37] Ridiculam esse, qui eam legerit, fateri debet; fabulosam esse ex *Maffeio* scimus; neque eam certe pro antiqua haberi quisquam voluit. 'Prolixam,' inquit,[38] 'Gruteri paginam Sergii, e Pola Istriæ Civitate Histrionis, epitaphium implet. Pro antiquo acceperunt multi, et ob ea verba, *malleolo et celte litteratus silex* in gravissima de versiculo Job[39] legendo atque explicando quæstione attulerunt: utitur eo testimonio *Vossius* quoque in Grammaticis, nec de auctoritate quidquam ambigit: contra explodunt alii tanquam commentitium, quibus *Antonius Augustinius* olim se ducem præbuit. At lepida illa inscriptio nec inter antiquas, nec inter spurias recenseri debet: composita enim et incisa fuit XV. sæculo, Veneti præfecti, festivo ingenio viri, jussu, neque Deorum Manium præmisso nomine, neque clausula ulla adjecta, quæ vetusta tempora mentiretur. Rem didici a *Feliciano Veronensi*, qui in MS. collectione, de qua suo loco verba feci, eam inscriptionem in lapide vidisse narrat, quam *Jacobus Baduarius Sergio* Polensi parasito et histrioni posuit.' Hæc *Maffeius*. Lepidum sane errorem! Parasitus hic veluti a gente Sergia profectus *Forcellinum* quoque decepit, et in ejus Lexico, tanquam in cœna lautissima locum sibi esse voluit. Queror de *Grutero*, qui hanc umbram adduxit. Nullum est igitur probati lapidis aut idonei scriptoris testimonium, ex quo *Celtis* scalpri genus significet.

X. Vocem *Contiro* et veteri *Calepini Lexico Forcellinus* addidit, et in suo quoque esse voluit. Sic illam explicuit,

[27] *Artis Crit. Lapid.* lib. 3. cap. iv. col. 391, 392.

[28] In Adnot. seu Comment. ad hunc Lapidem.

[29] *Supplément au Livre de l'Antiquité expliquée*, Tom. 5. liv. 3. chap. 3. pag. 72. Parisiis, 1724. Gallice et Latine.

[30] Pag. 74.

[31] *Novus Thesaurus Veterum Inscriptionum*, pag. 1750. n. 4.

[32] *Inscriptionum Antiquarum* cap. 9. pag. 625. n. 218. Romæ, 1699.

[33] *Epist. Famil.* l. 13. *epist.* 29.

[34] In Adnot. citata.

[35] Lib. 1. *de Arte Grammatica* cap. 35.

[36] Apud *Gruterum* pag. 329.

[37] Dialogo 11.

[38] *Artis Crit. Lapid.* lib. 3. cap. 2. col. 185. et seq.

[39] *Job* c. 19. v. 23, 24. 'Quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo et plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice?' Neque ignoro in multis etiam MSS. legi *certe*: item in *Complutensibus, Stephanicis, Regiis, et Hentenianis seu Lovaniensibus*. Verum non dubium, quin *celte* scripserit interpres. *Vossius* in *A. G.* lib. 1. c. 35.

Simul Tiro, ut Commilito, simul miles. Habet hanc vocem inscriptus lapis apud *Reinesium* Cl. VIII. pag. 517. n. 19. Est idem lapis apud *Fabrettum* pag. 138. n. 131. extare dicitur, *Via Nomentana prope Templ. D. Agnetis in pariete.* Est etiam apud *Muratorium* pag. DCCCV. n. 4. Romæ ponitur in *Museo Albano.* Lapidem hunc esse notæ satis bonæ existimat *Forcellinus.*[40] *Maffeium* audiamus, 'Inauditam[41] vocem *Contiro* in Latinitatis Sacrarium invexit recens Lexicon Patavinum ex titulo hic recensito,[42] qui mihi nequaquam probatur; nam isthuc nominis *Cladi,* sive *Claud. Caro* quid est? et quomodo inter tirones adhuc censebatur, qui annos XXXVII. exegerat, et stipendia jam confecerat VII. immo ex Fabretto XVII? nec placet monumentum ab Heredibus positum et Contironibus: comperendinare attamen oportet, usque dum lapidem visam, quem extare affirmat Fabrettus; eoque magis, quo vocem *Contiro* nequaquam improbo, qui *Concivem* in Museo videam.' Addam ego vocem quoque *Commanipulo,* et *Commanipulus,* h.e. simul miles in eodem manipulo, a veteribus usurpatam; qua certe longe nitidior *Contiro;* cui illa opponitur, quæ est apud *Gruterum* pag. DCXXIIII. 7. *Conveteranus.* Gratum igitur fecisset *Maffeius,* si lapidem quoque ipsum non improbasset. Ego illum ex *Muratorio* describam:

D. M.
CLAVDIO CARO
MIL. COH. $\overline{\text{VIII}}$
PR. STIP. $\overline{\text{XVII}}$[43]
VIXIT ANNIS
XXXVII
HEREDES ET
CONTIRONES
BENEMERENTI
FECERVNT

Quærit *Maffeius,* quid isthuc nominis sit *Clavi,* sive *Claud. Caro?* nomen militis, inquam ego, qui magnis rebus non claruerat, cujus quoque patriam ignoramus, quamvis patriæ nomen raro omittatur in iis inscriptionibus quæ ad milites pertinent, quod hi non modo ex omni Italia, sed etiam ex provinciis legerentur, nec eorum nomina illustria essent, populisque nota. Mirum fortasse hoc, et insuetum; at docuit ipse *Artis Criticæ Lapidariæ* auctor celeberrimus, ubi de nominibus agitur,[44] 'mira quæque et insueta occurrere aliquando posse. Plura certe semel, aut bis deprehendas prænominum vice fungentia vocabula, quæ vix alias videris: Nero et Paullus modo cognomenti loco, modo prænominis cui non occurrerunt?' etc. At quomodo inter tirones censebatur adhuc miles annorum triginta septem, qui stipendia septem promeruerat, h.e. totidem annos in armis exegerat? quia nondum veteranus, non evocatus, non centurio, non tribunus, non alarum, non cohortium præfectus, non alio in castris honestiore loco. Verum si annos decem supra septem inter milites fuit, ut ex *Fabretto* et *Muratorio,* adhuc ne inter tirones? Adhuc certe. Eorum enim qui communi militum nomine censebantur, duo fuerunt veluti genera; tirones et veterani; horum alterum semper alteri opponitur; qui non veteranus, is, etsi miles non novus, tiro. Erat autem veteranus, qui legitima stipendia vel omnia, vel certe plurima confecerat:[45] stipendia hæc, stante republica, fuere viginti quinque. *Servius* ad illud *Virgilii Æneidos,* lib. 2. v. 157. 'Fas mihi Grajorum sacrata resolvere jura,' hæc habet: 'Plerumque dicuntur sacramento rogati qui post electionem in rempublicam jurant: et hi sunt, qui habent plenam militiam; nam et viginti quinque annis tenentur.' Fuere postea viginti; eaque contraxit Augustus. Hoc docet *Suidas:* 'Βετερᾶνος, παρὰ Ῥωμαίοις, ὁ ἀπολυθεὶς τῆς στρατείας· ἐπὶ εἰκοσαετίαν δὲ οὗτοι ἐδούλευον. h. e. Veteranus apud Romanos vocatur, qui militia liberatus est: hi autem ad annos viginti militabant.' Hæc demum de veteranis in *Romanis Legibus:*[46] 'qui in legione, vel vexillatione militantes, post vicesima stipendia honestam vel causariam missionem consecuti erant.' Novi equidem *veteranos milites in exercitu, veteranorum legiones* sæpe a scriptoribus nominari; at qui honestam vel causariam missionem consecuti erant, militiæ aliquando rursus nomen dabant, rursus legionibus adscribebantur. Vide cætera apud Eq. *Sertorium Ursatum*[47] Romanæ antiquitatis peritissimum, et in hoc ipso Lexico vide vocem *evocatus.* Jam ad id redeo, cujus causa tam multa disserui. Nondum ergo e tironibus excesserat *Claudius Carus,* qui vicesimum militiæ annum nondum expleverat, qui nondum erat veteranus. Quare conspirantibus animis, ære conlato, heredes et contirones monumentum illi posuerunt; in quo sane quid tandem est, quod jure displiceat? Sed illud fortasse de re hac tota dici tandem potest; *Claudium Carum,* qui tot stipendia promeruerat, e tironibus tunc jam excessisse, monumentum tamen illi positum ab iis, qui erant in octava illa cohorte contirones. Atque hæc quidem de voce *Contiro.* Ea, uti vidimus, non omnino *Maffeio* displicet, quod vocem *Concivis* in *Museo Veronensi* observaverit. Inscriptio est ejusdem *Musei* pag. LXXXVII. n. 5. ac de ea ita ibi *Maffeius.* 'Dolendum quidem non inscriptionem, sed miserabile fragmen heic ostendi; magnifaciendum tamen, quod Augusteis literis *concivis* vocem nobis servarit, qua ante hoc marmor visum aureæ Latinitatis cultores uti horruissent.' Hanc tamen vocem minus Latinam ait esse *Forcellinus,*[48] qui et lapidem vidit, et cætera, quæ ad hanc vocem spectant, diligenter collegit. Lapidem hunc et hanc vocem Latio movit Comes *Rezzonico* in *Plinianis Disquisitionibus* Parmæ editis an. 1763. Est ea vox in hoc ipso Lexici hujus volumine primo. Qui eam legerit, is certe animadvertet, inscriptorum lapidum fidem a *Forcellino* exploratam fuisse; nihilque ab eo omissum, quo illorum auctoritas aut minui posset, aut confirmari. Delectum quoque prudensque judicium ea indicant, quæ sunt in voce *Patraster.* Vocem hanc Latinis Lexicis addendam esse monuerat *Maffeius* ex quodam lapide[49] quem ipse exscripserat prope Perusiam, ex quo etiam male compositum eum fuisse dicit, quem dederat *Muratorius* in *Novo Thesauro* pag. MDCXXXII. n. 9. At ea vox ex duabus aliis apud eundem *Muratorium* inscriptionibus sese antea Latinis oculis ostenderat, neque *Maffeii* lapidem expectabat. Vidit hæc omnia *Forcellinus;*[50] vocem tamen ipsam minus Latinam esse putat; et eas inscriptiones omnes ad cadentis Latinitatis tempora referendas.

XI. Jam ad illud antiquitatis monumentum accedimus, quod omnium primus Eques *Sertorius Ursatus,* postea *Fabrettus* illustravit. Res ipsa, in qua modo versamur et Criticæ *Maffeii* Animadversiones nos etiam huc vocant; idque eo libentius

[40] Vid. voc. *Contiro.*
[41] *Artis Crit. Lap.* lib. 3. cap. 4. col. 415.
[42] Apud *Reinesium* citata pag. 517. n. 19.
[43] Sic etiam apud *Fabrettum;* sed apud *Reinesium* $\overline{\text{VII}}$.
[44] Lib. 3. cap. 4. col. 441.
[45] *Sigonius de Antiq. Jure Civil. Rom.* lib. 1. c. 15. Vide *Sertorium Ursatum* in *Comment. de Notis Romanorum* pag. 439. Patavii, 1672. fol.
[46] Cod. lib. 7. tit. 64. leg. 9.
[47] *Discorso sopra una Stanza Sepolcrale* etc. in opere postumo cui titulus, *Marmi Eruditi* etc. Patavii apud *J. Cominum,* 1719. pag. 305. et seqq. 4to.
[48] V. *Concivis.*
[49] *Musei Veronensis* pag. 360. n. 7.
[50] Vid. in V. *Patraster,* i. e. vitricus, *patrigno.*

Italicum hunc sarcophagum posuisse ad latus illius magni loci macereis circumclusi, qui ad gentem Cæsenniam pertinebat;' ejus scilicet loci, cujus inscriptionis postrema verba paullo antea descripsimus. *Titi Capellii* monumentum hic affert *Montfauconius*, et *Fabretti* in vocem *Coxa* interpretationem, de qua nobis postea dicendum erit; ac rursus ad *Costam* redit, et hæc scribit:[72] 'Vox *in Costa* significat, ut quidem videtur, alterum ex duobus angustioribus lateribus quæ pedum nonaginta sex erant.' Sed quæ spes ex hoc *Montfauconii* monumento exorta erat, ut illi etiam, de quo nos agimus, auctoritas aliqua accederet, et opportuna explicatio per quandam similitudinem adhiberi posset, ea omnis evanuit. Eam enim inscriptionem aliter omnino legendam esse verissime docuit Cl. *Muratorius*;[73] ita scilicet: 'Lucii Fabricii Lucii filii Palatina (*Tribu*) Cæsenni Galli, Equitis Romani, Pontificis Laurentis Lavinatis, Scribæ Ædilicii, Omnibus Honoribus in Colonia Ostia Functi: Italicus (*Libertus*) Patrono Dignissimo.' Cui lectioni hæc addit: 'Jam alibi monui, quum *Laurens Lavinas* occurrit, respicere hoc nomen pontificem, aut sacerdotem, templo celeberrimo addictum, quod in oppido ejus nominis situm describit Virgilius lib. 7. Æneidos. Denique pro IN COST. lego IN C. OST. id est in Colonia Ostia, quæ est in aliis saxis, atque a Plinio *Colonia* nuncupatur, eratque oppido Laurento contermina.' Eundem lapidem antea dederat idem *Muratorius*,[74] et hæc adnotaverat: 'Id est *Pontifici Laurentum Lavinatium*. Pro IN COST. legendum suspicor *In Colonia Functi*.' Sed posteriores cogitationes sapientiores habuit. Jam igitur de Patavino *Titi Capellii* monumento, quod prorsus singulare est, *Ursati* sententia afferenda. Is in ea epistola, quam alias citavimus, voce *Coxæ* aliquid significari, quod ad agrorum limites pertineret, optime existimavit; cumque limites isti apud veteres rivis, fossis, arboribus antemissis, tumore terræ, collectione petrarum, naturalibus et signatis lapidibus, viis, sepulcris, arboribus peregrinis, et aliis signis[75] constituerentur, elatam terram, aggerem, *Coxæ* nomine indicari ex quadam *Hadriani Turnebi* interpretatione opinari se dixit. Verbum enim *Cossigerare*, quod apud *Accium* est, explicuit *Turnebus*, *in Coxam aggerare et attollere*. 'Cossigerare,' inquit,[76] 'dicit Accius pro in coxam aggerare et attollere; nam cossam etiam pro coxa dicebant; testimonio est cossim pro coxim: Verba Accii; Bene proscissas cossigerare ordine porcas, biderti ferro rectas (*alii* tectas) deruere.' Hæc ex *Turnebo Ursatus*, qui cætera deinde persequitur, quibus notatæ in eo monumento dimensiones explicentur. Aggerem hunc 'planæ, atque uniusmodi superficiei mensuræ veluti per machinam duræque admodum accommodari,' dixit *Fabrettus*;[77] cujus interpretationem antequam damus, in eam, quam *Ursatus* attulit, aliquid animadvertimus. Verba *Accii*, 'bene proscissas cossigerare ordine porcas,' sunt apud *Nonium Marcellum* c. 1. n. 305. in voce *Porcæ*. At lectio est valde dubia; nam manu exarati codices habent *Possigerare*; alii ita legunt, *prosit aggerare*: alii etiam *Cossimgirare*.[78] Vocem *cossigerare* recensuit *Forcellinus*, ac *Turnebi* interpretationem adjecit; de lectionis tamen varietate monuit. At, sit certa lectio *cossigerare*; certa ne *Turnebi* interpretatio? Vereor equidem: in agro enim *porca* est quod in arando extat, seu terra elata inter duos sulcos, ut ex *Varrone* et *Columella* didicimus,[79] cujus postremi auctoris hæc verba damus ex lib. 2. c. 4. 'Liras rustici vocant easdem porcas, cum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat.' Cum igitur terræ elatio, terræ cumulus *porcæ* nomine denotetur, vix crediderim vocem aliam fuisse in eo Accii loco, quæ idem omnino significaret; iisque libenter accederem, qui ibi legunt *prosit aggerare*; hoc enim verbo satis monemur, ut porcæ bene attollantur; vocem demum illam *Cossigerare* ex hoc ipso Lexico expungerem. Sed illud etiam est, quod apud *Varios Auctores de Limitibus*, quos *Wilelmus Goesius* edidit et illustravit, in hanc rem legimus. *Faustus* et *Valerius* UU. PP. per Gallias et per Africam limites assignarunt; hoc inter cætera se fecisse dicunt: 'Trifinium[80] quam maxime aliquando constituimus cum signis, id est cineribus aut carbonibus, et calce ibidem construximus, et superduximus, et super *Coxam* monticellum constituimus.' Hinc scilicet suspicio oritur, elatam terram, aggerem, *Coxæ* nomine minime significari; non enim agger aggeri ab iis, qui limites constituerunt, fuit imponendus. His moveor, ut de *Ursati* aggere vehementer dubitem; quem ille ejusmodi fuisse in ea epistola conjecit, ut non modo *T. Capellii* sepulcrum clauderet ac tueretur, sed a conterminis etiam agris immoderatam aquarum violentiam prohiberet. Sed jam ad alteram *Fabretti* interpretationem accedimus. 'Ipse,' inquit,[81] 'Siculus Flaccus . . . . haud obscure quid *Coxa* sit in agrorum mensura docet, et ad inscriptionem (*Titi Capellii*) simplici facilique via enucleandam conducit. Coxa igitur quemadmodum in humano corpore est os femoris ossi sacro per vertebram adstrictum, angulum internum in sui flexura constituens, ita in agris angulum internum signat; unde per Siculum angulo opponitur pag. 6. *possessorum termini, qui omnibus angulis coxisque positi esse debent*. Qua etiam naturali similitudine retenta, externus angulus Coxam claudens *cubitus* vocatur ab incerto inter *Var. Auctor. de Limit*. pag. 266. Pentagonum, quod interpretatur cubitos quinque.' Hæc *Fabrettus*, qui etiam adjecto schemate tres illas dimensiones *In Fronte, A Tergo Coxæ, Intra Coxam*, nullo aggere inducto, explicat atque designat. *Fabrettum* secuti sunt, qui Vetus *Calepini Lexicon* interpolarunt: hæc enim in eo legimus:[82] 'Quemadmodum in corpore humano coxa ossi sacro adjuncta angulum internum facit, ita in agris angulum internum notat:' citatur locus, quem ex *Siculo Flacco Fabrettus* attulit; exemplum additur ex hac *Titi Capellii* Inscriptione; in qua tamen bis typographus peccavit. Pedes enim a tergo coxæ ponuntur LXVII; additur postea infra coxam. Eandem interpretationem secutus est *Forcellinus*, eadem auctoritate usus, eodemque exemplo. Sed quæ sunt ex *Anatome*, ea melius intellexit; dixit enim: 'Quemadmodum in corpore humano femur coxæ adjunctum, angulum internum facit; ita in agris *coxa* angulum internum limitaneum notat:' in rotundos enim sinus, sive acetabula ejus ossis, quod Coxa dicitur, capita ossis femorum hinc et inde conjiciuntur. *Titi Capellii* Inscriptionem fideliter *Forcellinus* descripsit; *Fabrettum* et *Ursatum* de ea locutos indicavit. 'Eradatur,' inquit *Maffeius*,[83] 'fictitius hic titulus ab eximia, quæ paucis abhinc annis Patavii adornata est, Latini Lexici editione, simul cum doctrina de voce Coxæ angulum agrorum *internum* significante.' Lapidem igitur, quem ipsis oculis falsum deprehenderat, ex iis etiam quæ continet omnino damnat. 'Sed falsitas,' inquit,[84] 'præcipue patet ex inauditis ipsis dimensionibus *Intra Coxam*, et *A Tergo Coxæ*, id cogitavit qui confinxit; ubi formulam nunquam visam minime intelligere faterentur omnes, proditurum ipsum, et Siculi (Siculii, vel Seculii enuntiandum opinor) auctoris parum triti loco, ut arbitror, unico in medium producto, non sine populi acclamatione explicaturum. At *Coxam* Siculius dixit, *intra Coxam*, et *A Tergo Coxæ* non dixit. Is de agrorum terminis sermonem habens, *omnibus angulis coxisque* positos esse debere monet: *Fabrettus*, coxam *in agris angulum internum signare* tradit, et ea similitudine externum angulum vocari *cubitum* notat. Ego quid interni et externi anguli sint, ubi de agris agitur, vix intelligo; multo minus, quid anguli tergum. Externum angulum mathematici vocant, quem trianguli latus efficit,

[72] Pag. 114.

[73] In Novo Thesauro, pag. 699. n. 8.

[74] Pag. 154. n. 4.

[75] *Var. Auct. de Limitibus Agrorum.*

[76] *Adversariorum Turnebi* lib. 29. c. 19.

[77] Pag. 180.

[78] Vide Notas in *Nonium* pag. 1840. Auctorum Latinæ Linguæ cum notis *Gothofredi*. Coloniæ Allobrogum, 1622.

[79] Vid. in hoc Lexico v. *Porca*, et v. *Lira*.

[80] *Rei Agrariæ Auctores Legesque Variæ cura Wilelmi Goesii.* Amstelædami, 1674. 4to. p. 306.

[81] Alias cit. pag. 180.

[82] V. *Coxa.*

[83] *Artis Crit. Lapid.* lib. 3. cap. 3. col. 202.

[84] Col. 200.

si producatur: constat ex Euclidis Propos. 32. lib. primi, qua docet omnis trianguli *μιᾶς τῶν πλευρῶν προσεκβληθείσης* uno laterum producto, *τὴν ἐκτὸς γωνίαν* externum angulum; hoc est, qui extra triangulum fit, duobus internis æqualem esse; at in re limitanea, qui extra agrum anguli concipi possint, nemo considerat, et internos ab externis distinguit nemo. Coxa flexus seu flexura est, cum scilicet campus rectis lineis non circumscribitur, sed flexuosis: tunc enim necesse est, non extremos angulos tantum, sed locos etiam, ubi inflectitur fundus, et procurrit, terminis designare: *versuras* itidem *Flaccus* appellat, et ubi habet *in flexis versuris*, putavit *Rigaltius* (nulla tamen necessitate) *in coxis* legendum esse; 'nam,' inquit, 'in arte ista mensoria, Coxæ dicuntur flexus et versuræ terminorum.' Poterat eapropter, et in sepulcri area, ac religioso loco Coxa fortasse memorari; at vocabuli vim non intellexit, qui pedes intra coxam, et a tergo coxæ commentus est.' Hæc ex *Maffeio* continenter descripsimus; ea modo afferemus, quæ nobis videntur probabilia. Ac primo quidem illud monemus, ne de *Siculi Flacci* auctoritate quis dubitet. 'Auctor,' inquit *Maffeius*, 'parum tritus;' scilicet, ut ii omnes qui penitiorem agrariarum antiquitatum notitiam continent. Sed vetus auctor; sed is, qui consulendus omnino est, cum de agrorum conditione ac limitibus agitur. 'Auctorem esse,' inquit *Nicolaus Rigaltius*,[85] 'inter veteres censendum, ex Boethiano agrimensorum catalogo satis constat. Sed nec ante Domitiani ævum, neque item post Nervæ tempora vixisse, ex eo fit verisimile, quod Domitiani de Subsecivis edictum laudaverit, non item Nervæ: quem tamen etiam de Subsecivis aliquid edixisse notavimus.' Ad postrema igitur Latinitatis tempora referendum est opus *Siculi Flacci De Conditione Agrorum*; ejusque testimoniis in Latino Lexico locus esse debet. Illud deinde animadvertimus, Vocem *Coxa* bis apud *Siculum Flaccum* occurrere; semel apud alios *Rei Agrariæ Auctores*. Primus locus in *Siculo Flacco* is est, quem *Fabrettus* citavit: 'Ergo[86] convenientia, ut supra diximus, possessorum terminos consecrat, qui, ut ante dixeramus, omnibus angulis *coxisque* positi esse debent.' Alter vero apud eundem *Flaccum* sic est: 'Nam[87] et in ipsis generibus sicubi coxæ sunt, terminos invenimus frequenter. Sed et petras naturales, quæ in finibus incedunt, sæpe notatas invenimus.' Tertium locum ex *Fausto* et *Valerio* ipsi nos jam adduximus; hoc etiam ibi legitur: 'Super Coxam monticellum constituimus.' Illud igitur certum jam est, esse in hac voce sensum quendam alium omnino ab eo, quem omnes vident; vocem hanc ad agrariam antiquitatem pertinere; habere demum significationem, quæ ad agrorum limites spectat. Verum, angulum ne internum limitaneum notat? Hoc vero ne ipse quidem probo; in hoc ego quoque a *Fabretto* cæterisque dissentio. Et ne Geometras huc vocem, quod sibi *Maffeius* faciendum esse duxit, unum hoc animadverto, ideo hanc explicationem *Fabretto* placuisse, quod apud *Siculum Flaccum* ea legerit, 'possessorum termini, qui omnibus angulis coxisque positi esse debent;' ideoque *coxas* angulis opponi, et hos quidem externos esse, illas vero internos angulos existimaverit. Hoc vero ex illis *Flacci* verbis quomodo deduci possit, certe non video: diversi enim limites, et ad diversam agrorum figuram pertinentes ibi certe a *Siculo Flacco*, qui generatim loquitur, significantur. *Coxam* ergo, ut *Maffeius* quoque ait, flexuram esse, versuram omnino existimo; cum scilicet ager recturam, ut *Frontinus* loquitur, non servat, sed flexis lineis circumscribitur. In versuris enim termini ponebantur. Figura Græcæ litteræ Γ versuram exhibet. 'Hinc illa,' inquit *Rigaltius*,[88] 'apud hosce Scriptores (*Rei Agrariæ*) Terminus in Gamma jacet. Et termini transversi Gammam faciunt; et similia.' Coxam vero flexam versuram esse idem *Rigaltius* existimat, et in iis ejusdem *Flacci* verbis, 'Alii[89] tantummodo inflexis versuris, &c.' legi vult ac retineri, *Coxis*.[90] Id quidem *nulla necessitate* ab eo factum esse dicit *Maffeius*; at fecit id *Rigaltius* auctoritate pervetusti Codicis *Joannis Arcerii*; ex quo codice *Josephus Scaliger* libellum *Siculi Flacci De Conditionibus Agrorum* describi antea curaverat. *Nicolai Rigaltii* adnotationem integram subjicio: '*In Flexis Versuris*] Liber Arc. *In coxis vel in rivis.* Omnino retinenda vox *coxis*. Quod autem sequitur, *vel in rivis*, irrepsit in aurem describentis, pro *versuris*, quod est glossema præcedentis vocabuli *coxis*. Nam in arte ista mensoria Coxæ dicuntur flexus et versuræ terminorum: quando scilicet rigores sive recturas et rectos linearum cursus non servant.' Hujus vero significationis prompta et aperta ratio est. Rotundi enim coxæ sinus, quibus capita ossis femorum inserta sunt, totius humani corporis flexionibus et conversionibus inserviunt.[91] Ita ergo in hoc lexico ad hujus vocis significationem scribendum esset: 'Quemadmodum circa Coxas præcipuæ humani corporis flexiones conversionesque fiunt, ita in re agraria flexus et versuræ camporum dicuntur Coxæ.' Redeo jam ad Patavinum *Titi Capellii* Monumentum. Si quid ego possem conjicere, si quid ex *Ursati* lectione mutare, quintum ejus tituli versum ita legerem, 'A termino Coxæ Sepulcrum Pedes XXVII.' In versuris enim, quod jam vidimus, termini ponebantur, ideoque et in coxis; 'necesse *enim* est,' ut aiebat *Maffeius*, 'non extremos angulos tantum, sed locos etiam ubi inflectitur fundus et procurrit, Terminis designare.' Voluit ergo *Titus Capellius* sepulcri sui latitudinem esse pedum triginta septem, qui in anteriore parte per solemnia verba *In Fronte* designantur. Antequam vero religiosi loci longitudinem præscriberet, notari voluit distantiam a termino coxæ, pedes nimirum viginti septem, quos puros reliquit, post quos religiosi loci sive sepulcri longitudinem voluit incipere; quam demum longitudinem esse jussit pedum triginta septem intra Coxam, hoc est citra Coxam. Distantiam vero a termino coxæ ideo definitam fuisse existimo, ut extra fundi flexionem atque versuram commodius designari posset sepulcri longitudo, quæ et æquabiliter excurreret, et ad pedes septem supra triginta sese extenderet. Hæc certe probabiliter admodum videntur dici; in quibus tamen afferendis et explicandis adjutum me fateor ab iis, quæ *Ursatus* scripsit in postrema ejus epistolæ parte, qua monumentum hoc illustravit. Aliam quoque explicationem subjiciam, neque illi deerit auctoritas. Dicam igitur *Titi Capellii* fundum in trifinio fuisse, hoc est, in loco quem tres possessores attingebant;[92] solitariam litteram T fuisse litteram limitaneam; per eam litteram trifinium significari consuevisse. Quintus igitur tituli hujusce versus ita fortasse legendus: *A Trifinio Coxæ Sepulcrum Pedes viginti septem.* Apud *varios Auctores de Limitibus a Goesio collectos* pag. 269. est grandissima littera T, in cujus capite notatum est T *sola:* pagina vero 272. ita explicatur: 'T. si in termino inveneris, trifinium ostendit.' Hanc quoque lectionem subjeci, quam si quis probat, explicationem quinti ejus versus eandem esse sciat, quam antea dedi. Quæ spectant ad agros, eorumque limites varia fuerunt apud veteres ac diversis in locis omnino diversa; ac si quid insolens hac in re occurrit, quod tamen idoneo antiquitatis testimonio comprobetur, suspicionem movere criticis minime debet. Quare, si *Coxa* legitima *Rei Agrariæ* vox est; si in *Coxis* fuere limites, cur non dici potuit, A Tergo, a Termino, a Trifinio Coxæ, et intra Coxam? Dixi igitur de iis, ex quibus præcipue monumenti hujus falsitatem probare Cl. *Maffeius* conatus est. Hoc unum de hujus sepulcri titulo jure dici potest; singularem illum esse, et quandam habere veluti Patavinitatem. Ego ejus exemplar postremis hisce diebus Vicetia accepi; ac de eo, ut dixi, omnia per litteras cognovi. Saxum hoc dominum, non locum mutavit. In horto conspicitur ad Ædem D. Francisci; isque locus ad Gualdios primum, tum ad Zoppios pertinuit; nunc honesti cujusdam viri possessio est. Cæmentis ac lateribus adjunctis, si-

[85] In Observationibus et Notis in *Rei Agrariæ Auctores editos a Goesio*, an. 1674. pag. 210. secundæ numerationis.
[86] Pag. 6. apud *Goesium*.
[87] Pag. 13.
[88] Pag. 216. secundæ numerationis apud *Goesium*.
[89] Pag. 4. *Goesii*.
[90] Cit. pag. 216. secundæ num.
[91] *Heisterus* in *Compendio Anatomico*, n. 164.
[92] *Siculus Flaccus* pag. 6. apud *Goesium*.

gnum sustinet ex Hetrusco marmore; signum est nudi juvenis, cujus dextera leonis, ut videtur, caput habet; læva uvæ racemo innititur. Exurgit lapis ad duos pedes, et plusquam tertiam pedis partem, ejus latitudo vix ab unius pedis mensura deficit; crassitudo, semissis est. Veteris monumenti formam possis agnoscere. Lapidis genus certe non durissimum; at molliores quoque lapides, in hisce nostris præsertim regionibus, adhibitos a veteribus omnino scimus; duos certe, quos nos vulgo dicimus *di Santo* paucis abhinc annis in agro Patavino repertos testari possum: habent ambo sepulcrorum titulos: spectant ambo ad gentem Liviam. De hoc saxo, ita, ut vidimus, *Maffeius:* ' Petræ color et facies vetustum ævum non redolent.' Petræ color, inquam ego, plumbum refert; qui certe color in lapide non durissimo, utrum vetustatis larva, an vetustatis indicium sit, non ita facile dici potest. De punctis ad litterarum pedes notatis jam diximus. Puncta quæ verba litterasque distinguunt, non ita quidem in Romanis inscriptionibus notabantur; erant tamen aliquando modo in imo pene spatii loco, modo etiam in eo, in quo a nobis poni solent. Dicam demum, in secundo inscriptionis hujusce versu duas illas Notas T. F. amplius non extare, et *Capelli* inscriptum esse, non *Capeli*, ut edidit *Maffeius;* in quarto versu pedes esse XXXVII. a quibus unum idem *Maffeius* detraxit; in quinto demum, pedes modo legi XXII. ut descripsit *Maffeius*, sed alteram denarii numeri notam vix conspici, primosque tantum duarum Unitatum ductus apparere, qui profecto vestigia sunt notæ numeri quinarii, cum *Scardeonii* et *Ursati* temporibus pedes essent in hoc versu XXVII. Hæc ego dubitanter respondi viro celeberrimo; cujus tamen non modo ingenio, sed oculis etiam *insculptis antiquo scalpro litteris diutissime assuetis* permitto omnia atque concedo. Scripseram hæc, et jam seposueram, cum *Specimen* quoddam allatum est *Observationum in Insulam Crexæ et Auxeri.* Recens opus cum evolverem, quasdam etiam inscriptiones animadverti, quarum undecima atque postrema hæc est:

SEX . IVLIVS . C . F. NIGER.
AED . IIVIR . V . F . SIBI.
ET . IVL. . . . . . . .ET . FR.
IN . FR. . . . . .A.
TERGO. . . . . .M.

Sepulcri titulum habet, et in parva quadam Adriatici Maris insula, cui nomen *Sansego*, detecta est.[93] In quarto versu religiosi loci dimensiones notari incipiunt; legitur enim *In Fronte;* quæ igitur sequuntur, ad easdem dimensiones spectant. Omnia fere evanuerunt; relicta est integra vox *Tergo*, quæ certe videtur a postrema quarti versus littera pendere. Verba igitur *A Tergo* ad sepulcri spatium designandum adhibentur. Quænam vox in quinto hujusce tituli versu vocem *Tergo* sequeretur, ne divinando quidem dicere possumus; sed jam est aliquid in hoc lapide, quod ejus, de quo antea diximus, novitatem et insolentiam minuit; aliquid etiam, quod *Ursato*, qui notam T. in *Capellii* monumento pro *Tergo* explicuit, fortasse favet. Hic demum consistimus.

XIII. Rem aliam aggredimur ab eruditis viris varie jactatam. Spectat illa ad vocem *Iduaria.* Est apud *Gruterum*[94] inscriptus lapis, quem *Forcellinus* in v. *Calendaris* descripsit. Hunc ego primum legentium oculis subjiciam; ea deinceps addam, quæ de illo sunt apud *Maffeium;* dicam demum ipse aliquid, remque edisseram ut potero. Ecce lapidem Exonæ in Catalonia:

L . VAL . L . FIL.
GAL . FAVENTINO
II . VIRALI
QVI . ANNONA
FRVMENTARIA
EMPTA . PLEBEM
ADIVVIT . ET . OB
ALIA . MERITA . EIVS
COLLEGIA . KA
LENDARIVM . ET . IDVARIA . DVO
CIVI . GRATISSIMO
POSVERVNT

Prima lapidis hujusce verba ita legenda: *Lucio Valerio Lucii Filio Galeria* (Tribu) *Faventino Duovirali* &c. *Faventiam* hanc ad citeriorem Hispaniam pertinere, ac *Barcinonem* Coloniam fuisse *juris Italici*, dictamque esse *Coloniam Barcinonem Faventiam* egregie probat *Ursatus*.[95] Nobis alia sunt modo agenda. Quoniam igitur Calendis cujusque mensis pecunia fenebris apud Romanos collocari solebat, et Calendis itidem ejus usura solvi, idcirco eum librum, in quo feneratores eorum nomina perscribebant, quibus pecuniam fenori dabant, ac solvendæ etiam pensionis quantitatem, Calendarium dicebant: *Libro de' Crediti, Registo de' Censi.* Id jam antiquæ leges, Latini auctores non pauci, lapides etiam testantur.[96] Qui has tabulas servabat, is dicebatur *Calendaris Curator*, vel *Curator Calendarii.* Horum curatorum collegia etiam fuisse ex descripti lapidis auctoritate existimat *Forcellinus.* At quod Calendis cujusque mensis fieri solebat, id quoque Idibus factum esse nonnulli existimant; ut nempe is quoque dies pro usurarum solutione definiretur: hinc eas tabulas, in quibus fenori locatas pecunias, et Idibus receptas vel recipiendas Romani perscribebant, vel in quibus apochæ receptæ pecuniæ condebantur, *Iduarias* dictas fuisse; qui eas scribebant, *Iduarios.* Rem probant eodem *Gruteri* lapide, ejusque testimonio eam vocem Latinitate donant.[97] Hanc itaque sententiam, hanc vocem, hunc lapidem damnat *Maffeius.* Ecce illum.[98] ' In hac charta est, quæ sic loquitur: *Collegia Kalendarium Et Iduaria Duo Civi Gratissimo Posuerunt:* in Iduariis explicandis viri docti disputant, et ex hoc titulo Lexi-

[93] *Saggio d' Osservazioni sopra l' Isola di Cherso ed Osero d' Alberto Fortis.* etc. Venezia, 1771. Pag. 242.

Pag. 121. *Sansego è un' Isoletta lontana da Lossin picciolo sette in otto miglia all' Ovest, quindici da Osero, trentacinque da Cherso, e poco più dalle foci dell' Arsia, alle quali giace dirimpetto.*

Pag. 122. *Quest' Isola, a cui non trovo, che alcuno Scrittore abbia determinato un particolar nome antico, fu però anticamente abitata da gente riguardevole, e forse fu luogo di delizia di qualche ricco Romano stabilitosi nelle Colonie del Continente, e dell' Isole vicine. Alcune Tavole di Marmo Greco, e qualche lavoro di scalpello non affatto rude vi si vedono ancora. L' Iscrizione accennata più sopra* (Pag. 121.) *e che sarà riferita più sotto* (Pag. 242.) *appartiene a non del tutto ignobile Famiglia; e sarebbe una stravaganza il credere, che d' altronde vi fosse stata portata. Quel povero Contadino che à fabbricata la capanna, in cui ella si ritrova, l' à scoperta nello scavare il terreno per prepararlo a uso di meschina abitazione; e non si è nemmeno dato il pensiero di dissotterarla del tutto.*

[94] Pag. 478. n. 9.

[95] Epistola 7. pag. 135. *Marmi Eruditi.* Padova, 1669.

[96] Vide vv. *Calendæ, Calendaris, Calendarium* in hoc Lexico.

[97] Vid. v. *Iduarius.*

[98] *Artis Crit. Lapid.* lib. 3. cap. 4. col. 342. et seq.

cographi vocem recensent: at Civitatum *Kalendaria* cum marmora, tum antiquæ leges nobis ostendunt, *Iduaria* monumento comprobantur nullo. *Kalendarium* quid esset facile intelligimus, tabulæ scilicet rationum publicarum, et proventuum ex pecunia fenori data, cujus usuræ cum antiquitus singulis mensibus penderentur, et quidem ineuntibus,

quum tristes misero venere Kalendæ,[99]

Kalendarii nomen ejusmodi codicibus inditum: at *Iduarium* quid esset non intelligimus; neque enim *Idibus usuræ colligebantur,* ut Pithœus cogitavit,[1] neque ex Horatii joco[2]

Omnem relegit Idibus pecuniam:
Quærit Kalendis ponere

Iduaria confestim eruuntur. Anxium feneratorem eo loco a Poeta vellicari puto, quod ante diem exigere conaretur, et rursus statim collocare; cæteroquin ipsis tantum Kalendis *Mercedem, aut nummos unde unde* extricasse æris debitores ipsemet Horatius docet loco citato,[3] itemque Ovidius,[4]

Qui puteal, Janumque timet, celeresque Kalendas.

Scaliger *Curatorem Iduarii* excudit ex G. ID. in *Laziana*[5] nullius frugis, quæ ubi primum affertur,[6] habet IV. Verum fuerint *Iduaria:* posuerunt *Collegia:* quænam? Apianus, et ex eo in Hispanicarum collectione Occo, ut aliquid dicere viderentur, *Collegia Kalendariorum* scripsere. Quid autem *Posuerunt Civi Gratissimo? Kalendarium Et Iduaria Duo:* mirum plane est, ex novo hujusmodi honorificentiæ genere commentum quibuscumque non patefactum, Kalendarias siquidem et Iduarias tabulas honesto probatoque civi tradi par erat quidem, ut eas diligenter curaret, atque integre; at in ejus honorem tamquam marmorea signa, vel monumentum perpetuum quoddam publice statui certe illæ non poterant.' Ego vero exigendarum usurarum duo maxime fuisse tempora, Calendas et Idus, prout in contractu convenisset, omnino existimo; et quæ de Alphio feneratore a *Maffeio* dicuntur, certe non probo. Hæc enim apud *Ciceronem* lego *Orat.* 1. *in Catilinam* c. 6. ' Prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus senties:' neque unquam existimaverim, hæc ideo a *Cicerone* dicta, quod Catilina, qui multa tam multis debebat, ita cum singulis simili prorsus ratione privatim convenisset, ut dies pecuniæ et usuræ essent Idus. Hæc etiam apud eundem *Ciceronem* lib. 14. *ad Atticum ep.* 20. 'Jam vel sibi habeat nummos, modo numeret Idibus.' Hisce testibus rem agit *Forcellinus:*[7] huc certe spectat *Horatii* jocus, ita eum locum probatissimi interpretes acceperunt: neque profecto is esset in jocando lepos, qui in *Horatio* esse solet, si Calendæ atque Idus communem feneratorum consuetudinem statim non objicerent. Hisce vero testimoniis *Ciceronis* locum *ad Attic.* l. 10. *ep.* 5. addiderunt nonnulli: ' Rogavi ut, si quid posset, ex ea summa detraheret: promisit: ad me nuper, H-S XXX. emisse: ut scriberem, cui vellem addici: diem pecuniæ Id. Novemb. esse.' Sed alienum hoc ab eo quod agitur. *Cicero* de emptione loquitur diversorii cujusdam; nihil de usuris. Illud fortasse videri posset non alienum, quod est apud eumdem *Ciceronem* ad eumdem *Atticum* l. 4. *ep.* 15. ubi scribit de immani candidatorum ambitu, qui, cum multum pecuniæ ad largiendum sumerent, fœnus duplicaverant: ' Sequere nunc me in campum. Ardet ambitus: σῆμα δέ τοι ἐρέω: fœnus ex triente Idib. Quint. factum erat bessibus.' h. e. *da quattro per cento era cresciuto ad otto.* Sed ne hujus quidem loci testimonio utimur, quod scilicet, non modo Idibus cujusque mensis pecuniæ usuram solutam fuisse, sed ipsam etiam pecuniam fenebrem collocatam, dicendum esset. Iis porro qui ære alieno premebantur tristes fuisse Calendas alibi ait *Horatius,* celeres vero *Ovidius;* at quod Calendas nominent, de Idibus vero taceant, has quoque tristes celeresque non fuisse pecuniam soluturis dicendum est? Quare, si Calendis cujusque mensis accipi pecunia fenebris, Calendis vero atque Idibus usuræ solvi solebant, quemadmodum libri erant, qui ad Calendas spectabant, ita etiam fuisse tabulas, quæ ad Idus pertinerent, Calendaria scilicet et Iduaria, eruditi viri opinati sunt; et quemadmodum Curatores Calendares, seu Calendariorum Curatores fuisse certum est, ita Iduarios quoque, seu Curatores Iduarii aut Iduariorum fuisse existimarunt. In iis quæ *Lazius* habet lib. 12. c. 9. quæque sunt apud *Gruterum* p. 517. n. 1. v. 6.

DEC. G. ID. COLONIAE
AQVILEIENSIS. *Scaliger* legit *Curator Iduarii;* id quidem ex conjecturis, sed quæ probari possint: nam ubi apud eundem *Gruterum* pag. scilicet 345. n. 10. v. 6. ejusdem lapidis verba ita sunt, DECC. IV., leguntur que, *Decurionibus Junioribus,* magis certe arbitrium valuit, quam ratio. *Scaligeri* explicationem attulit etiam rerum harum doctissimus Eques *Ursatus* in suo *de Notis Romanorum* Commentario; illudque addidit; ' erant namque Iduarii, ut ex Bulengero, in sua Amalthea Onomastica observat Laurentius, qui pecuniam fenebrem Idibus relegebant.' In *Breviario* vero et *Mantissa* ejusdem Commentarii Notam ID. Idibus. Iduariis. Idus. explicuit. Porro cum harum tabularum curatores publico munere fungerentur, idque agerent in coloniis etiam et municipiis, et proquæstoribus coloniarum fortasse successerint; cum de his titulus extet in codice *Theodosiano;* cum demum inter officia domus Augustæ censerentur, quis unquam horum curatorum collegia fuisse negaverit? ' Jus nomenque Collegii,' inquit *Joannes de Vita,*[8] ' in omni personarum statu, omnique de re, qua Resp. privatim publiceque componebatur, olim obtinuit.' Lege cætera apud eundem in ea *de Veteribus Collegiis Beneventanorum* Dissertatione; aut saltem quæstorum collegia a *Suetonio*[9] commemorata animadverte. Hinc quemadmodum Calendarium curatorum collegia apud veteres, ita etiam Collegia Iduariorum sive Iduaria; et hoc demum responderi *Maffeio* potest a nobis sciscitanti, Quodnam hoc tandem honoris genus? Calendarium et Iduaria duo civi gratissimo posita? hæc ne marmorea signa? hæc ne monumenta? Iratus equidem huic lapidi vehementer essem, si ejus verba hoc modo composita vellem interpretari. Ita potius; Collegia Calendarium, curatorum scilicet, et Collegia Iduaria duo L. Valerio Faventino posuerunt. Ita lapidis hujusce fides ex toto constat; optimeque factum video, ut collegia eorum, qui publicas rationes, coloniarum et municipiorum expensas reditusque in tabulis descriptos custodiebant, titulum *Faventino* posuerint, qui annona frumentaria empta plebem adjuverat. Vide enim quæ de curatoribus Calendarii sunt apud *Norisium* in *Cenotaph. Pisanis Dissert.* 1. c. 3. apud *Gruterum* pag. 444. n. 5. et alibi; et hujusmodi curatorum officium valde simile, idem etiam fortasse, ut ait *Forcellinus,*[10] fuisse invenies cum officio proquæstorum coloniarum. Ubi vero Calendarium curatorum collegia fuerunt, ibi Iduariorum quoque fuisse, *Collegia* scilicet *Iduaria,* sive unum, sive uno plura, ex iis quæ hactenus disseruimus, unusquisque conjiciet. *Samuel Pitiscus* in suo *Antiquitatum Romanarum Lexico* in v. *Collegium* citat hunc lapidem, et in eo mutat aliquid: *Collegia Calendariorum, et Iduaria suo Civi Gratissimo Posuerunt:* hoc ne recte alii dixerint, explicationem ibi allatam ego certe rejicio. Idem tamen eruditissimus auctor in v. *Idus* eundem lapidem rursus describit, neque a *Grutero* quidquam discedit; hæc tandem addit: ' Quæ sint duo collegia Iduaria nec ipse intelligo. Quod si suspicioni locus sit in re obscura, quia laudatur Faventinus præsertim, quod annona frumentaria plebem adjuvit,

[99] *Horatius* lib. 1. *sat.* 3. v. 87.
[1] *Advers.* 2. 4.
[2] *Epod.* 2. in fin.
[3] Lib. 1. *sat.* 3. v. 87.
[4] *De Remed. Amor.* v. 561.
[5] *Gruterus* pag. 517. n. 1.
[6] Apud *eundem* pag. 345. n. 10. v. 6.
[7] Vid. v. *Idus.*
[8] Dissert. 5. in *Thesauro Antiquit. Benevent.* p. 159.
[9] In *Claudio* c. 23.
[10] In v. *Calendarium.*

forsan videri possint ea collegia esse eorum, qui in municipio habebant curam pecuniæ alimentorum infirmæ ætatis ex plebe, aut annonæ populo præbitæ: quorum munerum meminit inscriptio apud *Gruterum* pag. 386. n. 4. . . . . Illa tamen Collegia Iduaria dici non liquet:' neque vero possunt, inquam ego. Nos igitur probabilia sequuti sumus; *Forcellinum* certe defendimus, qui diem quoque Iduum exigendis usuris communi Romanorum more statutam fuisse dixit; qui primum hoc lapide est usus, ut curatorum Calendarium, seu Calendarii, collegia fuisse ostenderet; tum ejus testimonium voci *Iduarius, a, um,* apposuit; in eaque explicuit quid *Iduaria* fuisse putentur, quid *Iduarii, orum.* Verbum igitur *Iduaria* ad *Collegia* referri ipse etiam existimavit. Nova itaque Collegia in Romanam antiquitatem induximus; idque unius lapidis testimonio, cui tamen si satis fidei per ea quæ diximus, conciliavimus, severe nimium is aget, qui de re ipsa dubitet, et lapidem e chartaceis fodinis erutum putet. Plura quidem antiquitatis exempla rem hanc testari nobis deberent; at, quod unum superest, quod unum proferri potest, ideo ne legitimum illud esse quisquam negabit? Templorum omnium, deorum dearumque omnium sacerdotes in antiquis monumentis sæpissime memorantur; fuisse vero *Sacerdotes Justitiæ* ex uno quidem, sed tamen verissimæ antiquitatis lapide cognoscimus. Dedit illum *Muratorius,*[10] et hæc adnotavit, quæ libenter transcribimus: 'Rara inscriptio, utpote quæ nobis exhibet nusquam antea visum *Sacerdotem Justitiæ*, sive Astreæ. Si hanc protulisset Ligorius, eam protinus rigidus quisquam Censor ad imposturas amandasset. Atqui Marmor Antiquum, vividum, Romæ apud Clarissimum Ficoronium adhuc spectandum se præbet.' Sed jam ad alia properamus.

XIV. Marmoream tabulam in agro Puteolano repertam, quæque Neapoli esse dicitur a *Grutero*[11] 'in domo Hadriani Guilielmi;' quæ legem continet *Parieti faciundo* a IIviris Puteolanæ Coloniæ latam; quam *Morillonius* et *Pighius*, aliique non pauci oculata manu exscripserunt, *Capaccius* vero, *Fabricius*, *Smetius*, *Brissonius*, *Scaliger*,[12] *Salmasius*, *Gudius* probarunt; hanc, inquam, tabulam antiquitatis consultissimus *Maffeius*, antiquitati abjudicat, valde certe suspectam habet.[13] Æneis quippe tabulis leges et acta consignari solebant; hanc vero marmoream videt; hinc illi primum suspicio. Ego vero cupreas laminas egregie perscriptas, aptissima litterarum figuratione, lato profundoque vestigio, certum fere antiquitatis argumentum esse, in iisque acta, et minantia legum verba exarari et ligari consuevisse jamdudum didici, et ab ipso *Maffeio*[14] intellexi; at vero nunquam in provinciis marmoreas tabulas fuisse adhibitas ad eas præsertim leges, quæ neque agrariæ essent, neque finium regundorum, sed minorum veluti operum, hoc, inquam, nemo certe me docuit. Quamquam in ea tabula legis nomine, conditionem, pactum, normam, regulam significari libentius dixerim. Continet enim descriptionem faciendi operis; est, ut ipse *Maffeius* ait, instrumentum, pacta, quibus standum erat, constituens. Ita *Lex dedicationis aræ* est in quodam lapide, quem refert *Ursatus* in *Monumentis Patavinis* pag. 222. Ea enim marmorea tabula Salonæ in Dalmatia inventa fuit, Patavium postea asportata, ibique sita 'in Pariete Fornicis prope pontem Divi Benedicti.' Ejus pars plus quam dimidia recens lucubratio est; *Maffeius* tamen optime editam ab *Ursato* fatetur,[15] qui nova a veteribus sejunxit. Hoc in ea et certum et vetus: 'Cn. Domicius Valens IIvir Coloniæ Martiæ Juliæ Salonæ Legem dixit in ea verba.' Decreti etiam ab Æsculapii Hygiæque sodalibus olim lati initium hoc est: 'Lex Collegi Æsculapi et Hygiæ.' Multarum rerum series *Lex* appellatur, quod has sibi partes collegium imponeret, ne quid in posterum negligeretur. Vide *Fabrettum* pag. 724. n. 443.

Sed cætera jam de hac tabula Puteolana dicamus. Auget enim *Maffeio* suspicionem Epoca quæ præfigitur omnino insueta *Ab Colonia Deducta Anno XC.*[16] 'Nihil frequentius canerent monumenta municipalia, ubi deductis coloniis epochas condendi mos in Italia viguisset. Alia etiam quæ superadditur temporis nota mire prolata, nempe a Romanis Consulibus, simulque a Duoviris Municipalibus, et his quidem primo loco positis.' At vero cum natales coloniarum dies celebrari antiquitus consueverint, quod certe de Brundusina colonia apud *Ciceronem* legimus;[17] cumque natalis sui diem publicis etiam monumentis coloniæ inscriberent, quod certe antiquus lapis Beneventanus testari potest,[18] nemo unquam mirari debet, si quando in ipsis publicis tabulis annos ab colonia deducta numerarent. Duumviri porro Romanorum consulum imaginem præ se ferebant; eligebantur ex decurionum ordine; bini ad consulum exemplum creabantur; summus utrisque magistratus erat; ipsi quoque ad annum plerumque illum obtinebant, iisdemque fere insignibus, quibus Romani consules, utebantur, toga prætexta,[19] bacillis primum, tum fascibus, licet non eodem numero, lictoribus, virgarum jure.[20] Magna horum magistratuum in coloniis municipiisque arrogantia fuit atque superbia, non semel ab urbe principe castigata, quam tamen fere nunquam abjecerunt: efferebantur enim coloni ubi paullum assumpserant vetustatis ac roboris. Vide quæ sunt apud *Ciceronem Orat.* 2. *de Lege Agraria* c. 34. ac passim alibi. Hinc factum arbitror, ut consulum etiam nominibus in publicis monumentis aliquando signatis, Duumvirum nomina illis præscriberentur. Duumviri enim Consulum quoque nomen affectarunt;[21] quod jam *Cicero*, in ea quam citavimus Oratione, de Capuæ Duumviris loquens, fore aliquando prædixerat: 'Nonne arbitramini paucis annis fuisse nomen consulis appetituros?' At quæ nobis supersunt antiquarum legum actorumque veluti ex naufragio tabulæ non omnia nos docere possunt; ac si quid insolens in earum aliqua occurrit, cum in tanta monumentorum paucitate conferri cum aliis non possit, non idcirco antiquitati abjudicanda; sed ea potius, quæ peculiaria habet, diligentius animadvertenda. Neque hoc exemplis indiget atque testibus. Suspiciones cæteras demum congerit *Maffeius*. Tabulam hanc Rutilio et Mallio Coss. inscriptam, anno scilicet ab U. C. 648. diversam esse ait ab iis, quas paullo ante ex *Sigonio Gruterus*[22] attulit; alium in ea esse loquendi scribendique modum, qui certe florentissimis illis Romanorum temporibus nequaquam respondet. At nemo unquam in tanta Romanarum provinciarum diversitate parem ubique loquendi scribendique modum quæsivit; nemo in antiquis ejusdem temporis monumentis diversum aliquid non animadvertit. Sunt in ea tabula rata verba, solemnes formulæ; est Romanæ consuetudinis legumque vox: qui eam legerit, hunc aliæ, quas prætereo, *Maffeii* suspiciones nequaquam movebunt. '*SerapI*,' inquit ille,[23] 'in Lapidibus pro *Serapidi* est, nunquam pro *Serapidis: Duovirates* quis unquam audiit? non magis certe quam verbum *inasserare*, quod ab hoc titulo recens Calepini editio sibi sumpsit.' Verba Legis hæc sunt: 'Lex. Parieti. Faciundo. In. Area. Quæ. Est. Ante. Aedem. SerapI. Trans. Viam. &c.' Lege *Serapidi*, si placet; intellige Dicatam; eam intellige, cui titulus inscriptus, *Serapidi*. Quamquam, quid vetat per contractam vocem *SerapI* significari *Serapidis?* Tria sunt quatuorve marmora, in quibus est pro *Serapidi;* in hoc vero pro *Serapidis*. *Duovirates* quis unquam audiit? In ea vero tabula pag. 3. v. 8. alii *Duoviralium* legunt, alii *Duoviratium* a recto *Duovirates*.

[10] Pag. 154. n. 1.

[11] Pag. 207. 'in tres paginas divisa, litera satis bona, sed alicubi incorrecta.'

[12] Vide Notas apud *Gruterum*.

[13] *Artis Crit. Lapid.* l. 3. c. 4. col. 304.

[14] *Artis Crit. Lapid.* col. 159. et Tomo 5. *Osservazioni Letterarie* pag. 333. *Mi persuaderà bensì da una parte che fosser vere* (Tabulæ Eugubinæ) *il non aver mai trovato Iscrizioni false di metallo se non in pezzi picciolii &c.* et in *Museo Veronensi* pag. 175. 'ementitas æneas non reperisse me aliquando dixi, sed addidi, *nisi exiguis tabulis*:' vide *Oss. Lett.* T. 5. p. 333. 'quod si alicubi non addidi, incaute egi.'

[15] Col. 208. *Artis Criticæ Lapidariæ. Morcellus de stilo Inscript. Latin.* pag. 46, 47. integram tabulam describit, ac per singulas ejus partes optime explicat.

[16] In tab. cit. v. 1.

[17] *Epist. ad Attic.* l. 4. *ep.* 1.

[18] Apud *Joannem de Vita Dissert.* 1. pag. 31.

[19] *Livius* lib. 34. c. 7.

[20] Vide notam *a* apud *Joannem de Vita Dissert.* 4. p. 129. *Norisium in Cenotaph. Pisanis Dissert.* 1. c. 3. p. 67.

[21] Rei hujus exempla plurima ex antiquis lapidibus ac scriptoribus desumpta vide in opere per hos dies edito, cui titulus: *Discorso Accademico sopra un' antica Iscrizione trovata nell' antico Teatro della Città di Catania recitato dal Principe di Bischari.* etc. in Catania, 1771. fol.

[22] Pag. 202. 203.

[23] Col. 305. A. C. L,

Forcellinus[24] *Duoviralium* retinuit; de lectionis tamen varietate monuit. Est in antiquis monumentis et Duovir et Duoviri, pro Duumvir et Duumviri; vide exempla neque pauca, neque dubia in hoc ipso Lexico:[25] quis non igitur et Duoviralis probet pro Duumviralis? Id scilicet tabulæ hujusce testimonio probavit *Forcellinus;* eodemque vocem etiam *inassero*[26] Latinitate donavit, quod et in veteri *Calepino* factum erat; explicuit demum quid in ea tabula significet *antas projicere;*[27] et alia etiam quæ in ea sunt, quæque certe Latii jure carere minime debent. Quod vero in aversa marmoreæ hujusce tabulæ parte legebatur,[28] *M. Conjuncto,* qui *Iter Texit Et Tectum,* 'id,' inquit *Maffeius,* 'meras nugas agi confirmat;'[29] mihi vero indicio est, aut eam tabulam primo adhibitam ut aliquid aliud inscriberetur, quod minime perfectum est; aut postquam illa inscripta jam fuit, scalpro aliquando lusisse rerum harum artifices, litteris verbisque ex arbitrio compositis. Quæ in altera marmoris hujusce parte leguntur, ea non omnia *Maffeius* retulit: sunt enim hæc:

M . AVIANVS . M . F.
CONIVNCTVS . II.
VIR . ITER . TE-
XIT . ET . TECTVM
S . P.

XV. Vocem *Officialis* absolute positam, ut grammatici aiunt, pro ministro magistratus vetus *Calepini Lexicon* explicuit. Exemplum dedit *Gruteri Lapis,*[30] qui ita allatus est: *Officiales Ejus* (Consulis) *Provinciæ Aquitaniæ.* Male hunc lapidem explicatum esse animadvertit *Maffeius:*[31] 'Index Gruterianus,[32] et ex eo recens Calepini editio *Officiales Consulis* memorant, sed Inscriptione male accepta, quam non Consulis, sed *Provinciæ Præsidis Officiales* ponunt.' Vidi ego optimæ notæ lapidem apud *Gruterum;* erratumque esse fateor in indice ejusdem *Gruteri,* in quo *Officiales Consulis Provinciæ Aquitaniæ* memorantur; erratum etiam in nostro *Calepini Lexico,* erratum demum in hoc a *Forcellino:* Officiales enim Præsidis Provinciæ, non Consulis, titulum posuerunt. Quæ huc spectant ex eo epigrammate attulit *Sebastianus Donatus* in Adnotationibus: sunt autem hæc:

L . IVLIO. &c.
v. 10.
PRO . PR . PROVINCI
AE . AQVITANIAE . CON
SVLI . OFFICIALES
EIVS . PROVINCIAE . AQVITA
NIAE . OPTIMO . PRAESIDI
HOMINI . BONO

Cæterum in ipsa vocis significatione nihil erratum est; magistratus enim ministri officiales dicebantur. *Ulpianus Dig.* lib. 36. tit. 4. leg. 5. 'Aut per viatorem, aut per officialem præfecti introducendus est in possessionem.'[33] Neque hoc sane *Maffeius* improbat: 'Officiales enim,' inquit, 'pro apparitoribus habeo:'[34] quo certe nomine ii omnes significabantur, qui alicui magistratui apparere, ejusque imperio præsto esse apud Romanos solebant. *Apparitores* dicebantur etiam *Viatores.* Lapis est apud *Muratorium* pag. 700. n. 2. *Prosdecio Viatori Qui Cos. Et Prætoribus Apparuit* etc. quem ita illustrat idem *Muratorius:* 'Quamquam *Viatores* et *Apparitores* diversa fuisse officia credantur, ex ista inscriptione tamen deduci posse videtur, unum idemque sub duobus nominibus fuisse. Tam isti, quam illi magistratibus præsto erant ad eorum officia exsequenda. Adhibebantur etiam ad reos capiendos, et in custodiam mittendos. *Prosdecius* iste eo nomine *Officialis,* et Minister fuit Consulum et Prætorum Urbis.' Hæc iis addenda esse ducimus, quæ docte admodum scripsit *Forcellinus* in v. *Viator.* Qui ea legerit, hæc quoque non importune a nobis addita existimabit.

XVI. Duo sunt apud *Gruterum* litterata marmora, in quibus insolens quædam occurrit vox, qua sepulcrum, in quo vita functi quiescunt, significatur. Ea est *Quietorium.* Recensuit hanc vocem vetus *Calepini Lexicon:* citati ab eo testes duo, scilicet inscripti lapides; at cujus notæ essent, minime animadversum. *Forcellinus* vocem non omisit; easdem inscriptiones adhibuit; esse illas notæ non quidem optimæ, sed probabilis admonuit. Ecce primam:[35]

M . AVRELIVS . MVTIVS . NOLANVS
ANN . NAT . LXVI . FATVM
COMMVNE
PRAEVENIENS . QVIETORI
VM . HOC . SIBI . VIVENS . PA
RAVIT . &c.

Alteram, quæ lato lapide quadratæ formæ continetur, integram dabo:[36]

D . M.
QVIETORIVM
CLYMENES
ET
LIBERTORVM
ET . RAPHIS.

De his vero ita Cl. *Maffeius:*[37] 'Vocabulo *Quietorium* Christianismum sonanti civitatem dedit recens *Calepini* editio ex duum

[24] In v. *Duumviralis.*
[25] In v. *Duumvir.*
[26] Est in p. 2. v. 1. hujus tabulæ.
[27] Vid. v. *Antæ.*
[28] In notis ad hanc tabulam apud *Gruterum* loc. cit.
[29] Col. 305.
[30] Pag. 422. n. 7.
[31] *Artis Crit. Lapid.* lib. 3. c. 4. col. 412, 413.
[32] Pag. 20.
[33] Vid. v. *Officialis* in hoc Lexico.
[34] Col. cit.
[35] Apud *Gruterum* pag. 810. n. 2.
[36] Pag. 1131. n. 11.
[37] *Artis Crit. Lapid.* lib. 3. c. 4. col. 367.

Gruterianorum lapidum auctoritate, quæ apud me nulla est; nam utrumque *Boissardus* protulit, et priorem *Mutii* cognomentum, *Nolani* additio, annorum profitendorum modus, locutio nequaquam lapidaria *Fatum Commune Præveniens*, accusant; posteriorem incongrua forma, et servili capiti liberti adtributi dehonestant.' Neutrum *Boissardus* protulit, neutrum scilicet dedit omnium primus: alterum enim ex inscriptionibus sumpsit *Julii Roscii*;[38] alterum Romæ fuisse scimus *in vinea Cæsarini*.[39] Sepulcri hujus, seu potius urnæ optimam formam ære expressam vide apud *Montfauconium*, qui eam ita describit:[40] ' Quæ hunc excipit urna *Quietorium Clymenes et libertorum et Raphis* appellatur. Clymene in latere urnæ stat, manumque capiti imponit, quod est securitatis signum, ut diximus Tomo primo, et hic cum illa voce *quietorium* consentit. In latere opposito est Genius facem contra terram extinguens, symbolum frequentissimum in urnis sepulcralibus.' Satis hæc contra *Maffeium*, cujus verba, ' posteriorem incongrua forma, et servili capiti liberti adtributi dehonestant,' etiamsi vellem reprehendere, certe non possem; vix enim intelligo. Sed *Raphin* servi fortasse nomen existimat; ac turpe esse ait, servum cum domino, ejusque libertis fuisse compositum. At liberti quos patronus testamento honoraverat, eo inferebantur, quo idem patronus; servi etiam aliquando quo dominus ejusque liberti. Docuit hoc ipse etiam *Maffeius*.[41] Quæ vero de primo illo lapide ab eo dicuntur, ea probant optimis R. Reipublicæ temporibus inscriptum illum non fuisse; pertinere illum ad posteriora tempora, ad ea scilicet, quibus divina Christi religio sese extulerat, quibus tamen Latina lingua non interierat. Veteres quidem dixere aliquando eos, qui jam obiissent, *quiescere:* sunt illa apud *Ciceronem*[42] ex veteri quodam poeta:

> Neque sepulcrum, quo recipiat, habeat, portum corporis;
> Ubi, remissa humana vita, corpus requiescat malis.

' Vides,' inquit ille, qui apud *Ciceronem* loquitur, ' quanto hæc in errore versentur. Portum esse corporis, et requiescere in sepulcro putat mortuum. Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec docuerit, quatenus esset quidque curandum.' Veteres, inquam, dixere hoc aliquando; Christiani vero sublimioribus eruditi principiis *quietis* vocem, ubi de mortuis ageretur, frequentissime usurparunt. Dicuntur illi a Christianis scriptoribus modo *Quieti*, modo *Quiescentes; Sacra Defunctorum Quies* sæpe commemoratur. Vide *Carolum Du Fresne in Glossario Mediæ et Infimæ Latinitatis*, v. *Quietorium; Samuelem Pitiscum in Lexico Romanarum Antiquitatum*, v. *Requietorium.* Per ea igitur tempora vocem *Quietorium* in Latium adscitam existimo; et ex iis, quæ antea dixi, fluxisse postea solemnia verba sepulcrorum titulis inscripta, *Heic adquiescit.* Recte demum de duabus hisce inscriptionibus judicatum est a *Forcellino,* qui eas esse dixit notæ non optimæ quidem, sed probabilis. Est apud *Gruterum* pag. 954. n. 1. et pag. 1030. n. 8. vox *Requietorium;* his tamen lapidibus, et huic voci *Maffeius* pepercit.

XVII. (*Salvator.*) Græcam vocem Σωτῆρα uno Latino verbo exprimi non posse ipse *Cicero* docuit;[43] vertit itaque, *qui salutem dedit.* Probati Latini scriptores voce *Salvator* nunquam usi sunt. Id in postremis *Calepiniani Lexici* editionibus notatum est. Quæ septima fuit anno 1752. id certe habet: ea utimur, dum hæc scribimus. Antiquiorem profecto adhibuit *Maffeius,* cum illa scripsit:[44] ' cujus novitatem vincit Lazius Quirino Salvatori aliam dedicans:[45] hanc vocem hujus tabulæ fide recenset inter Romanas Patavina Calepini editio, et adsciscit; sed quæ Lazius mittit, non id habent auctoritatis epigrammata.' In adnotationibus *Sebastiani Donati* editionem anni 1736. citatam video: sola fortasse ejus epigrammatis auctoritas voci *Salvator* tunc apponebatur. Ea igitur vox a probatis Latinæ linguæ auctoribus non usurpata, adhiberi postea cœpit a Christianis scriptoribus; a quibus eam sibi fortasse sumpsit, qui lapidi inscripsit, *Quirino Salvatori*: is quippe titulus pro salute Cæsaris Nervæ Trajani Aug. est positus; neque est sane probabilis. Plura dabit de hac voce *Forcellinus;* remque omnem satis illustrant, quæ ipse affert ex *D. Augustino* lib. 13. *de Trinit.* c. 10. sub fin. ' Qui Hebraice Jesus, Græce Σωτὴρ, nostra autem locutione *Salvator.* Quod verbum Latina lingua antea non habebat, sed habere poterat; sicut potuit, quando voluit.' De duabus vero vocibus *Servator* et *Salvator*, docte admodum et erudite disserit V. C. *Joannes Lamius* in libro *de Eruditione Apostolorum* pag. 101. et seq. editionis anni 1766. qui locus omnino consulendus.

XVIII. Vox etiam *Sodalitiarius,* vel *Sodaliciarius* visa est *Forcellino* ex illo barbararum vocum sodalitio posse emergere, nixa lapide, quem *Sponius*[46] ac *Fabrettus*[47] attulerunt. Id illi visum cum vetus *Calepini Lexicon* interpolaret, visum etiam cum suum contexeret. Inscriptionem primum dabo:

IVLIVS . BALERIANVS
QVI . VIXIT . ANNIS . N . XX
NATALI . SVO . D
SODALICIARIVS
BONVS . AMORATVS
FILETIVS . VSQVE . AT FOTSA

Ea nunc subjiciam quæ de illa sunt apud Cl. *Maffeium,*[48] qui eandem Florentiam apud Riccardios per somnium transtulit: ' Vocabulum *Sodalitiarius* nulli aut scriptori, aut veteri monumento adhibitum recens, et accurata Calepini editio consecravit Fabrettianæ Inscriptionis testimonio, quæ itidem apud Sponium est . . . .' ipsum lapidem postea describit; hæc tandem addit: ' Summam mihi admirationem incuteret, viros doctissimos id genus nugas amplecti potuisse, nisi jam omnino comperissem, et in dies ulterius comperirem, in re lapidaria, fascino, ut ita dicam, et incantatione quadam rempublicam litterariam universam alligatam hactenus et detentam. Ut fidem liberem, en tibi *Balerianus* ab eodem scalpro, quod *Bolumnius, Seberus, Flabio, Bela, Inbicto* in his lapidibus protulit: en *Annis Numero XX.* ab eadem manu, quæ nuper *Vela Numero IIII.* et *Cippos Numero IIII.* edidit: en FOTSA ab eodem stylo, quo antea COIITBERTO, et CARISSTMO. Eundem ænigmaticum Genium adhuc certius ea demonstrant, *Amoratus Filetius Usque At Fotsa,* ex quibus tantundem significationis eruas quantum ex illis, QVINQVE PEROVATVOR ETSICIXT, et ex *Aria Farascinta. Amoratus* cum *Filetio* (inscite pro *Philætio*) jocose junctus, ut e contraria significatione mirum quid eliceretur, et cum Latina perverterentur verba, tum Græca ex eadem cognatione judico, qua *Latterninus, Minna, Italicenes, Buccio, Suffenatia Sancta* a Fabretto[49] perhumaniter excepta, aliaque plura ejusdem novitatis nomina in hæc saxa prodiere. Quovis pignore contenderem, *Amoratus usque ad fossam* ex vernaculo

[38] In Nota apud *Gruterum.*
[39] V. *Gruterum* pag. ad hunc lap. citata.
[40] *Antiquitas Explanatione et Schematibus illustrata,* Tom. 5. p. 1. lib. 2. c. 9. pag. 67.
[41] *Art. Crit. Lap.* col. 218. Vide infra quæ a nobis dicuntur ad v. *Tabernaclarius.*
[42] *Tusc. Quæst.* lib. 1. c. 44.
[43] *Verr.* 4. c. 63.
[44] *Artis Crit. Lap.* lib. 3. c. 4. col. 273.
[45] Est apud *Gruterum* pag. 19. n. 5.
[46] *Miscellan. Erud. Antiquit.* p. 296.
[47] Pag. 329. n. 481.
[48] *Art. Crit. Lap.* lib. 3. c. 3. col. 242. et seqq.
[49] Pag. 649. n. 422.

fino alle ceneri prodiisse. Illa, *Die natali suo decessit* e genuina alia decerpta sunt, sed perperam expressa; neque enim *D* pro *decessit* Romana est nota. Ipsissimum denique auctorem singularis vox *Sodaliciarius* prodit, de qua sermo erat, et quam alibi nequaquam reperias.' Vidi ego inscriptos lapides, quos antea *Maffeius* rejecerat, et quibuscum eum contulit, quem ego antea descripsi; me quoque ejus suspiciones nonnihil movent; nihil modo habeo, quo huic lapidi succurram; Œdipum conjectorem expecto, qui postremum ejus versum mihi cæterisque explicet: erratum in eo fortasse a quadratariis ac lapidariis; verum de integro esset, conjecturis adhibitis, reficiendus: divinandi artem aliis relinquo. Quare donec litterato huic saxo melius beneficio temporis doctorumque hominum labore consulatur, vocem *Sodaliciarius* inter dubias rejicio. Videant eruditi viri, quid lapidis hujus interpolatoribus tribuere possint. Eam certe, inter cæteras, *Arti Criticæ* legem *Maffeius* dedit:[50] 'Quid de interpolationibus dicam? quanto nobis studio ab ea fraude prospiciendum est, qua legitimæ quidem, sed, versu, verbo, numero, intruso, dempto, vitiato, productæ sunt inscriptiones haud infrequenter!' Sed ex ea etiam marmorea tabula, quæ olim Romæ erat apud Colotios, postea vero Florentiam deportata est, spes aliqua voci *Sodaliciarius* potest esse, fore ut inter Latinas aliquando recenseatur. Legitur ea tabula apud *Gruterum* pag. 602. n. 5., extat Florentiæ apud Riccardios. Ejus auctoritate minime est usus *Forcellinus*, quod aut non viderit, aut *Fabretti* lapidem maluerit. Vidit illam *Smetius*, edidit *Mazocchius*, emendavit *Gudius*. Sed quædam adhuc in eo marmore corrigenda, illustranda omnia, ea demum refellenda, quæ *Maffeius* objecit. Neque hic fortasse labor inanis esset; quem ideo nos non suscipimus, quod in *Forcellini Lexico* tabulæ hujus testimonium minime legimus. Tabulam tamen ipsam, et *Maffeii* animadversiones describemus; sunt enim ex *Arte Critica*.

C . F
D ꝯ M
C . VERGILIVS . MARTA
NVS . COLONVS . AGRI . CAE-
LI . AENEI . ANVLENAE . CER
TAE . COLONAE . AGRI . SS. ANO
RVM . XXII . COIVGI . COIVGALI .
CASTAE . CARAE . BONE . PIAE .
FIDELI . DVLCI . CARE . AMAN
TISSIMAE . DESIDERATISSIME
SODALICIARIA . CONSILI . BONI . B . M .
C . F

Ad eam ita *Maffeius*:[51] '*C. Vergilium Martanum* ducentis abhinc annis Mazocchius edidit, comprobavit exinde Smetius. Ab inspectione non arguitur, sed a conceptis verbis. *C. F.* præfiguntur, hoc est *Maius Fecit*; nove et inconsiderate; nam recepta formula, *Vivens Fecit*. Miri nominis *Ager Cæli Ænei* fuerit quem Martanus coleret; idcircone conjux ejusdem agri *Colona* diceretur? nostratis linguæ mos apud Latinos non obtinebat, ut Fabri conjux Fabra et Coloni Colona vocaretur. Ecquid sibi vult *Cojugi Cojugali?* hæccine vetus locutio? Nænia sequitur inficeta, *Castæ Caræ Bone Piæ Fideli Dulci Care Amantissimæ Desideratissime*; at non ita ineptiunt prisci lapides, neque ita desipiunt. Post undecies dandi casu enunciatam, *Colona* nostra casu recto *Sodaliciaria* prædicatur, et additur eodem lepore *Consili Boni*.' Addam ego, illud etiam ab *Eduardo Holtheno*[52] observatum esse, postremam epigrammatis hujusce lineam ita esse in codice *Palatino*; CONSILI. BONUM, cætera desiderari. Vox igitur *Sodaliciaria* non legitur in eo codice. Multa igitur apud Romanos sodalitatum et sodalitii genera animadverti, multa sodalium nomina, collegia multa; at, qui ejusdem collegii erant, ii sodales dicebantur; qui in aliquo sodalitio, ii etiam sodales: ii demum sodales, qui imperatoribus in divos relatis sacra faciebant. Ne ego quidem vocem *Sodaliciarius* unquam offendi: Romana nota est SOD. ea sodalis explicatur; uti illa SOD. HADRIA. Sodalis Hadrianalis. Vide *Ursatum* in *Notis Romanorum*.

XIX. 'Bononiæ,' inquit *Maffeius*,[53] 'quæ multis veteribus laudibus Marsilianum Institutum in summum scientiarum bonum nuper adjecit, apocryphas Inscriptiones nequaquam offendi: sed in eximia Marchionum Bivilaquarum, tertio ab ea urbe lapide, Tusculana villa plures inspexi nitidissimas, quarum etiamsi in Felsineis,[54] valde ostententur et probentur communiter, paucis admodum fidendum arbitror.' Ex his ea mihi seligenda est, quam *Gruterus*[55] exhibuit, et ipse etiam Felsineorum marmorum descriptor dedit.[56] Ea parva tabella est.

EX . DOMO . CAESARVM
LIBERTOR . ET . SERVOR
QVOD . EST . COLLEG
TABERNACLARIORVM

Vocem *Tabernaclarius* hinc sibi sumpsit *Calepini Lexicon*; significari dixit eum qui tabernas conficit. *Maffeius* hæc contra:[57] 'Collegium nugatorium et imaginarium; quis enim *Tabernaclarios* audivit? pro iis, qui tabernas conficiebant, doctus ac recens Calepiniani Lexici editor accipit, qui hujus lapidis testimonio eam vocem Romana civitate donat: ego potius pro artificibus tabernaculorum acciperem, quam artem D. Paulus σκηνοποιὸς nobilitat,' etc. At si Fabros a tabernaculis ea voce intelligi *Maffeius* velit, dicat oportet contractam eam esse a voce *Tabernacularius*, aut legat in eo lapide *Tabernaculariorum*. Neque enim lectio auctoritate caret. Nam apud *Gruterum* eadem tabella eodem in loco est aliter a *Pighio* citata atque descripta; ita scilicet:

EX . DOMO . CAESARVM .
LIBERTORVM . ET .
sic
SERVORVM . COT . EST .
COLLEGI .
TABERNACVLARIORVM .

[50] *Artis Crit. Lapid.* lib. 3. c. 2. col. 182.
[51] Col. 242.
[52] *Variorum Corrigenda et Animadvertenda*, pag. 341. P. 2. T. 2. ejusdem *Gruteri*.
[53] *Artis Crit. Lap.* lib. 3. cap. 3. col. 216.
[54] Vid. *Malvasiam. Marmora Felsinea* etc. Bononiæ, 1690. 4to.
[55] Pag. 642. n. 8.
[56] *Malvasia*, pag. 616.
[57] Col. 217.

Hujus lectionis varietas omissa est in veteri *Calepini Lexico*; de ea monuit *Forcellinus*, qui tamen vocem *Tabernaclarius*, ejusque explicationem ex *Calepino* retinuit. Ego igitur *Tabernaculariorum* legi malim; vocem *Tabernaclarius* ab hoc lapide minime accipio. Tabernarios (cujus quidem vocis alia est significatio) legi aliquando apud principes Latinæ linguæ auctores; vidi etiam in quodam lapide apud *Muratorium* pag. 965. n. 7. *Tabernaclarios* vero ne ipse quidem unquam audivi. Collegia quidem *Tabernaculariorum* a viris Romanarum antiquitatum eruditis memorantur. *Samuel Pitiscus* in v. *Collegium*, 'passim,' inquit, 'in antiquis lapidibus leguntur *Collegia* Fabrorum Ferrariorum, Tignariorum, Dendrophororum, Centonariorum, Sagariorum, Tabernaculariorum, Tabulariorum, Fœnariorum.' In ea vero, de qua agimus, tabella, ita omnino videtur legendum. Nam inter officia Augustæ domus Fabros a tabernaculis invenio, a tabernis nunquam. *Montfauconius*[58] enim Columbaria duo Romæ ad Portam Capenam reperta exhibet, atque describit. Plerique eorum, quorum nomina cinerariis illis ollis inscripta sunt, Augustales artifices, atque ministri videntur esse; 'unus venator Cæsaris esse dicitur; alius tonsor, qui comæ ejus curam haberet; alius unctor, qui corpus ejus ungeret. Hic duo oculares medici occurrunt, quorum alter *medicus ocularis*, alter *medicus ab oculis* esse dicitur. C. Julius Phronimus custos Bibliothecæ Græcæ vocatur *a Bibliotheca Græca*. Est quidam scriba *ab epistulis Latinis*; alter *ab epistulis Græcis* . . . . Alius dicitur esse Augusti *Faber a Tabernaculis*, qui scilicet tabernacula, sive tentoria ejus fabricaret.' Ecce Titulum ex ære ejusdem *Montfauconii*.[59] *Ti. Claudius. Amianthus. Aug. Faber. A. Tabernac.* Hunc ipsum, cæterosque titulos vide etiam apud Cl. *Muratorium* pag. 926. n. 15. Utrum vero *Tabernacularii* eam omnino artem exercuerint, quam *D. Paulus* nobilitavit, id ex ipsius vocis σκηνοποιὸς,[60] quæ habetur in *Actis Apostolorum* cap. 18. v. 3. explicatione peti debet. Ego interpretem optimum *D. Joannem Chrysostomum* existimo. 'At,' inquit,[61] 'tabernaculorum texendorum artifex hic (*D. Paulus*) non Siciliam modo atque Italiam, verum universum terrarum orbem verbum Dei prædicans peragravit, cum interim artem non intermitteret, sed vel tum quoque *pelles consueret*, officinæque suæ præesset.' Ego vero quæcumque subitaria tecta sive ex pellibus, sive ex stragulis, sive etiam ex frondibus, sive ex velis modo in castris, modo in via, modo in domesticis hortis, modo alibi excitabantur, ea ad artem *Tabernaculariorum* apud veteres Romanos pertinuisse dixerim; quicumque vero ea parabant, ex quibus fieri tabernacula consueverant, eos fuisse Fabros a tabernaculis. Horum collegia certe Romæ fuerunt; fuerunt enim artium pene omnium quæ manu exercentur; *Tabernacularii* vero eam profitebantur, quæ et antiquissima erat, et insignes habebat usus. Veteres enim et voluptatis causa in tabernaculis sæpe habitabant, et iis in itinere utebantur, ut ubi diversorium non esset, aut urbs attingi non posset, in illis noctu manerent. 'Multis locis ne tectum quidem accipio, et in tabernaculo maneo plerumque.'[62] Dabantur publice tabernacula legatis ac magistratibus in provincias ituris, imperatoribus etiam ad castra proficiscentibus: ipso demum comitiorum die, is qui comitiis præerat, tabernaculum extra urbem rite capiebat. Ego igitur a *Tabernaculariis* non discedo; lapidem illum, de quo agimus, ita lego uti est a *Pighio* citatus; lectionemque hanc ipsius etiam *Maffeii* explicatio probat. Lapides præterea quos in ea villa, quæ prope Bononiam est, *Maffeius* vidit (quos inter is etiam est, quem nos primo loco descripsimus) 'negotium illi facessere cœperunt statim ac tam bene sibi invicem respondere vidit, et idem ferme petræ genus, coronas, seu parerga propemodum eadem, litteras eadem mensura, verbaque in variis uniformiter exarata, ut ab eodem marmorario videri possint; eandem denique ubique fere incorruptionem, atque elegantiam, qua renident candidi isti lapides usquequaque.'[63] Quare, si qua illi ex ea re suspicio fuit, ac de tam pulcris vetustatis exuviis dubitavit, tabellam hanc ita legere *Maffeius* debuerat, non ut est apud *Gruterum* primo loco descripta, non ut in Bononiensi villa inscripta est; sed ut est a Pighio citata, allata vero apud *Gruterum* secundo loco. Utramque ejus formam nos attulimus; dedimus illam utroque modo: tam varie a *Pighio* citata est, ut certe ab ea, quæ prope Bononiam nunc legitur, descripta minime videatur. Sed jam tabellam hanc totam, quocumque demum legatur modo, *Maffeius* damnat. Quare nec *Tabernaclariis*, neque *Tabernaculariis*, quos ego malo, ullus per *Maffeium* in Latina civitate locus. *Fabretto* irascitur quodammodo *Maffeius*, quod hanc inter cæteras e *Grutero* inscriptionem protulerit, ut probaret servilia capita dominorum sepulcris aliquando illata.[64] Hanc ego causam minime attingo, quam jamdudum viri antiquitatum peritissimi ex *Fabretti* sententia judicarunt:[65] ipse demum *Maffeius*, quod jam diximus, comprobavit. Lapidem ipsum defendo. 'Idne sibi persuaderi (inquit *Maffeius*)[66] vir doctus (*Fabrettus*) potuit, antiquum titulum fuisse, cujus sententia nulla? . . . . quod si etiam verba coalescerent, qui fieri poterat, ut monumentum libertorum et servorum Cæsareæ domus externo item collegio pateret?' Mihi vero ejus tituli verba ita videntur explicanda: 'Ex Domo Cæsarum Libertorum Et Servorum Quod Est Collegii Tabernaculariorum.' h. e. ex numero libertorum ac servorum Cæsareæ domus, ii, qui sunt ex collegio *Tabernaculariorum*, qui spectant ad illud collegium, qui collegium illud constituunt: quæ quidem explicatio et Latinæ consuetudini, et veterum lapidum stylo optime nobis videtur convenire. Non unus aut alter ex libertis ac servis fuit in Cæsarea domo Faber a tabernaculis; plures certe huic muneri atque artificio addictos fuisse omnino dicendum est: ii corpus, collegium quoddam, ex eorum quæ in urbe fuisse diximus similitudine, constituebant. Servus aliquis a lectica, quoniam plures erant, qui hoc servitii genus præstabant, dicebatur ex corpore lecticariorum, quorum *Decurio* legitur apud *Gruterum* pag. 600. n. 1. Pulcherrimæ antiquitatis lapis apud eundem *Gruterum*:[67]

DIS . M
TI . CLAVDIO
AVG . LIB
TIGRANO
EX . CORPORE
LECTICARIORVM
CAESARIS
VIXIT . ANNIS
LXXXV
&c.

Cum vero lecticarii vilissimum essent hominum genus; in Cæsarea tamen domo libertos etiam a lectica fuisse ex hoc monumento intelligimus; quod tamen illi domui peculiare minime fuit: verum hoc ideo animadvertimus, ne quis unquam miretur

[58] In opere al. citato, Tom. 5. P. 1. lib. 2. c. 5. pag. 54, 55.
[59] Tome 5. P. 1. Planche 17. à la pag. 54.
[60] In Vulgata, *Scenofactoriæ artis.*
[61] In *Epist. ad Rom. Hom.* 2.
[62] *Epist. ad Attic.* lib. 5. *epist.* 16.
[63] Loc. cit. in *Art. Crit. Lapid.* col. 216.
[64] Vid. *Fabretti Inscriptiones.* pag. 42. n. 231.
[65] Vid. *Montfauconium*, T. 5. P. 1. *Antiq. explan. et Schem. illustratæ*, pag. 55.
[66] *Artis Crit. Lap.* col. 217.
[67] Pag. 599. n. 11.

ejus domus libertos fuisse etiam tabernaculorum artifices. Cum vero plures ex libertis ac servis Augustanæ domus idem munus atque artificium exercerent, unus erat qui cæteris præesset; is dicebatur *Præfectus*, sive, ut alii malunt, *Præpositus:* ex quo sane corporis seu privati collegii formam agnoscis. Collegia hæc in Decurias dividebantur; ac *Magister in Familia* (Fabrorum), *Præfectus Decuriæ* occurrit in quodam lapide Musei Koirkeviani. Est etiam apud *Suetonium* in *Domit.* cap. 17. 'Decurio Cubiculariorum;' sed ecce tibi aliam ex *Grutero* tabulam:[68]

D . M
TI . CL . THALLVS
PRAEPOSITVS . VELARIORVM
DOMVS . AVGVSTANAE[69]
&c.

Cubiculariorum etiam collegium videtur fuisse in domo Cæsarea. Apud *Gruterum* enim titulum legimus:[70]

D . M
ZMARAGDI
L. DOMITIA . POLLIN
CVBICVLAR
EX . COLLEG
CVRANTE . NICOSTRATO
AMICO
B ⁊ M

Sed rem hanc turbat *Index Gruterianus,* qui ad vocem *Cubicular. ex. colleg. Fabrettum* citat pag. 184. in columna Trajana; addam ego antiquas ejusdem *Fabretti* inscriptiones pag. 440. ex quibus locis intelligimus, collegium Concordiæ, cui servilis turba Augustanæ domus adscripta erat, in eo lapide, quem modo descripsimus, posse significari. *Collegium Quod Est In Domv Sergiæ Paullinæ* legitur in *Museo Veronensi* pag. 256. 4. Verum hoc prætermitto; ad *Maffeium* redeo, cujus mihi suspiciones omnes evellendæ sunt. Illud igitur *Tabernaculariorum* collegium eorum erat solummodo, qui in domo Cæsarum Fabri erant a tabernaculis: non ergo monumentum *Externo Collegio* patebat; neque tam multi in illud inferebantur, ut non jam *parva tabella*, sed *magnus lapis*, quod *Maffeius* ait, ejus titulum præ se ferre debuerit. Alia est inscriptio apud *Gruterum,*[71] quæ ad nostram hanc proxime accedit: *Ex Domo Cæsarum Et Liviæ Libertorum Et Servorum;* sed ne hæc quidem *Maffeio* placet. Ego id primum animadverto; ex ipsa linearum positione atque figura suspicionem facile oriri posse verba quædam in hoc lapide desiderari. Vacua linearum spatia nullis quidem apud *Gruterum* punctis notantur; lineæ tamen ita exhibentur, uti certe in integro lapide, quamvis parva tabella fuerit et oblonga, minime esse debuerunt. Ecce illas, uti sunt apud *Gruterum;* nam *Fabrettus,*[72] qui lapidem certe non vidit, sed ex eodem *Grutero* descripsit, eas quidem retinuit, sed ex arbitrio melius concinnavit.

EX . DOMO
CAESARVM ET
LIVIAE
LIBERTORVM ET SERVORVM

Cæteris deinde respondeo quæ *Maffeius* objecit, quæque sunt utrique harum inscriptionum communia: 'Quænam,' inquit,[73] 'hæc obscura et detruncata funerarii tituli formula? . . . . . Dis Manibus non prælaudatis, nec ullo nomine, quo sententia constet, et verba regantur, proposito?' Ego Deos Manes, ac solemnes notas, quibus illi significabantur, in sepulcrorum titulis neque vidi, neque legi aliquando; idque etiam testari poterit quicumque veterum monumenta sive inquirit, sive tractat. Ludet operam quisquis exemplis uti voluerit.[74] Neque vero præponi quidpiam duobus hisce titulis necesse erat quo sententia constaret, ac verba regerentur: cum enim tituli eo modo inscribuntur, duo illa verba, *Locus Monumenti,* seu *Locus Sepulturæ, Monimentum, Memoriæ, Bonæ Memoriæ* adesse semper intelligimus. Inscriptionem hanc dedit etiam *Gorius;* attulit, probavit, explicuit, integram existimavit *Morcellus De stilo Lat. Inscript.* pag. 125. Ita denique *Maffeius:* '*Servos ex domo* audivimus, non ita *Libertos ex domo:* formula qua servis et libertis monumentum parabatur, hæc est: *Libertorum Et Familiæ,* domini et patroni nomine statim adjecto.' Ego hæc contra: Qui *Libertos ex domo* nunquam audivit, audiat primum ex hisce, de quibus agimus, inscriptis titulis; nihil enim audiet, quod Latinæ aures fastidiant. Illud etiam rei insolentiam minuet, quod liberti servis adjungantur, qui certe *ex domo* dici solent. Libertis quidem ac servis ita monumentum inscribebatur, *Libertorum Et Familiæ;*[75] at rata verba, solemnesque formulæ in omni ferme monumentorum genere varietatem aliquam, exceptionemque habuerunt; ac si lapidem proferre licet, qui ad sepulcrales minime spectat, ipsos tum libertos tum servos communi familiæ nomine comprehensos intelligemus. Dedit illum ex *Donio Muratorius:*[76]

A . OSTIENSIS
ASCLEPIADES
AEDITVS . CAPITOLI
SIGNVM MARTIS
CORPORI FAMILIAE
PVBLICE
LIBERTORVM
ET SERVORVM
D . D.

Quicumque in veteris eruditionis linguarumque studio versamur, non id semper aut emendandum aut rejiciendum esse credi-

[68] Pag. 599. n. 11.
[69] *Varior. Lectiones* vide in Notis apud eundem *Gruterum.*
[70] Pag. 576. n. 5. *Variorum Corrigenda, et Animadvertenda, quæ collegit Eduardus Holthenus* pag. 340. Part. 2. Tom. 2. ejusdem *Gruteri.* 'Videtur ead. Inscript. quæ sic mutila aut decurtata apud Pier. Valer. in notis ad Virg. Æneid. l. 7. p. 137. DIS . MANIBVS . OSSVIS . ZMARAGDI.'
[71] Pag. 934. n. 12.
[72] Pag. 42. n. 232.
[73] Col. 217, 218.
[74] *Forse alcune Iscrizioni, che pur cominciano dal nome del defunto in genitivo, ne sono senza, perche quando furono ricopiate, la cornice, ove quelle sigle* (D. M.) *erano incise, trovavasi rotta, e mancante. Istituzione Antiquario-Lapidaria*, p. 249.
[75] Vid. *Fabrettum* pag. 42, 43.
[76] Pag. 177. n. 7.

mus, quod in aliquo monumento, sive scriptoris loco occurrit, et insolens est. Quantas id clades ederet! Diligentius illud animadvertimus, nova extundimus, multa illustramus; seponimus illud aliquando, lucem ac testes expectamus. 'Tam rara est,' inquit Cl. *Muratorius*,[77] 'apud Latinos prærogativa *Sacerdotum Coronatorum*, ut hoc unum exemplum hactenus emerserit;' lapidis scilicet, quem illi integrum emendatumque misit vir cl. *Apostolus Zeno;* quem postea dedit etiam *Maffeius* in *Museo Veronensi* pag. 248. 5. Eadem tamen vox est etiam in Hispellate marmore,[78] quod sane legitimum est; at cum illud protulisset *Fabrettus*,[79] miratus fortasse vocis insolentiam, vitiatumque nomen suspicatus, pro *Coronato* posuit *Correctori*. 'Attamen certum certissimumque deinceps futurum est,' inquit rursus *Muratorius*,[80] 'in Hispellate marmore, quod sine dubitatione legitimum est, scriptum fuisse *Coronatus;* uti præter exemplum accuratissimi Abbatis Ferdinandi Passerini Hispellatis ad me missum, monuit me cl. vir Hyacinthus Vinciolus, qui inscriptionem hanc ex autographo describendam, me rogante, curavit. Itaque *Coronatus*, tum *Daciæ* ut supra vidimus,[81] tum hic *Tusciæ*, et *Umbriæ*, nihil aliud mihi creditur fuisse, nisi *Stephanephorus* Græcorum, in eorum monumentis sæpe recurrens. Non ii vulgares sacerdotes, neque in uno templo conclusa eorum auctoritas, sed per universam provinciam extendebatur. Non in sacrificiis tantum, sacrisque ædibus coronam deferebant, (quod cuncti, aut plerique sacerdotes facere consueverunt) sed etiam extra templa, et in reliquis publicis actibus eorum quoque, ut opinor, fuit, solemnibus provinciæ ludis præesse. Eorundem ludorum mentionem habes in hac ipsa inscriptione.' Hæc itaque attulimus, non ideo tantum, ut ejus veluti criticæ legis, quam antea proposuimus, exemplum esset, verum ut id etiam animadverteremus, quod *de Sacerdotibus Coronatis Maffeius* dixit,[82] et ex *Maffeio* in hoc ipso Lexico *Forcellinus;*[83] intelligi scilicet sacerdotes quosdam *sacrorum privatorum*, quibus mos esset coronatos incedere; Græce dictos στεφανοφόρους. Ego *Muratorii* explicationem potiorem habeo, neque *Coronatos* privatorum sacrorum sacerdotes fuisse unquam existimaverim: qui enim coronati ubique incedebant, ac totius provinciæ, uti vidimus, sacerdotes dicebantur, ii privata tantummodo sacra facere et curare minime debuerunt. Sed in *Museo Veronensi*, ea lapidis verba, 'Ter Coronatus Daciæ,' explicuit *Maffeius*, 'hoc est, præcipuo Sacerdotio ter in Dacia functus.' Non hæc sane iis respondent, quæ in epistola ad Cardinalem de Polignac[84] Parisiensem anaglypticam tabulam illustrans ex *Dionysio Halicarnasseo* docuerat, quæque nos antea exposuimus. In aliam ergo opinionem postea venit, ac *Muratorio* accessit. Rem tandem rursus turbavit *Musei Veronensis* pag. 421. eandem enim Parisiensem tabulam exhibens, coronas communia sacerdotum insignia visus est existimare: 'Tres,' inquit, 'togatos vides *coronam sacerdotalem* gestantes; Deorum enim *ministri et sacerdotes coronantur*, inquit Tertullianus, De Cor. Milit. c. 10.' Nimis multa jam diximus, neque ea sane omnia, ut uni voculæ *Tabernacularius* consuleremus. *Tabernaclarius* id ipsum fortasse est quod *Tabernacularius;* quemadmodum servus a Cubiculo *Cubicularius* absolute dicebatur, apud *Donium* vero Class. 7. n. 119. legitur per syncopen in quodam lapide *Cubiclarius;* et *Vascularius* apud *Reinesium* et *Gruterum*, *Vasclarius* est apud *Muratorium* pag. 814. Nunquam tamen ea vox illum significat, qui tabernas conficit; explicationem ipsi dedimus. Neque id probo, quod a *Carolo Du Fresne* dictum est,[85] *Tabernacularios* eos fuisse *qui Tabernacula curabant in castris*, Gall. *Fourriers*. Exemplum attulit ex Epist. 14. *Petri Blesensis;* scripsit ille sæculo a CHRISTO nato undecimo: 'Curritur ad meretrices et tabernacularios curiales, ut inquiratur ab eis quo Princeps profecturus sit.' Ego eos ipsos intelligi puto, qui principi tabernacula conficiebant, et excitabant, sive in castris, sive in littore, sive in agro, sive alio demum quocumque in loco; neque eos esse existimo, quos Galli dicunt *Fourriers*, sed quos ego Italice, si liceret, libenter dicerem *Padiglionieri*.

XX. Licet jam e sepulcris, in quibus hactenus commorati sumus, efferre pedem, ac lucem aspicere. Quinimo, cum eorum quæ in hoc opere *Forcellinus* præstitit, multa a nobis sermonis hujus initio dicta sint, cætera vero sit ipse dicturus in suo, licet etiam præfandi finem aliquando facere. Huic igitur operi in lucem prodeunti felicia omnia tanta nunc voluntate precamur, quanto olim studio ejus auctorem coluimus, quanta ille benevolentia nos ipsos est prosequutus. Eos omnes appello, in quibus est Latinarum litterarum amor, qui Romanæ linguæ et eloquentiæ ingenium intelligunt, qui ejus difficultates legendo scribendoque experti sunt, qui non modo optimorum temporum, sed mediæ quoque et infimæ Latinitatis auctores tractant: nemo certe Lexici hujus volumina tanquam frigida adjumenta contemnet; nemo sibi aliquando saltem consulenda esse non existimabit. 'Ita *enim* sumus omnes,' aiebat olim *Muretus*,[86] 'etiam qui paulo melius Latine loqui putamur quam vulgus solet. Dum confidimus, nos jam eam facultatem consecutos, ut vel aliud agentes emendate loquamur, multa inepta, et ne in pueris quidem ferenda, effundimus. Isti præcipue delicati, qui omnia sibi præter Ciceronem putere aiunt; qui, si sine Nizolio possint unam aut alteram epistolam scribere, germanos se esse Cicerones putant; qui Senecam contemnunt, Plinium irrident, Tacitum damnant, ad inferiorum vero temporum scriptores etiam nauseant; qui me aut mirantur, aut miserantur, aut irrident, quod ex Apuleio ipso aut Sidonio quædam petenda esse dicam ad usum Latini sermonis: illi igitur ipsi sæpe ita et loquuntur, et scribunt, ut non eos modo, quos ipsi tantopere abjiciunt, quos præ se contemnunt, sed eorum pistores ac coquos multo Latinius locutos fuisse constet.' Quandoquidem vero nullum opus est, cui melius beneficio temporis consuli ab hominibus non possit, et hæc ipsa verborum cura nunquam fortasse ita erit consummata, ut nihil sit reliquum, ideo nos, de hoc Lexico in posterum etiam cogitantes, ea seponemus, quibus aut ipsum ditescere, aut ejus pars aliqua emendari possit; neque eorum ad quos volumina ista pervenient, monitiones effugiemus, modo ne sapientia careant atque benevolentia. Atque hanc quidem ab honestis viris facile nobis pollicemur, minimeque ab iis fuisse præstitam qui leve aliquid, neque ad Latina pertinens, in veteri *Calepini Lexico* notarunt, jure conquerimur: nisi forte liberaliter nobiscum egisse sibi videntur, cum opus illud octies tantum ad hæc usque tempora a nobis editum, tricies vulgatum fuisse crediderunt. Æquiores illi nobiscum erunt, dum ea ipsa quæ tam severe sunt in veteri Lexico animadversa, expulsa modo et emendata a *Forcellino* intelligent; nos vero nemini unquam molesti erimus, quod *Lucani* versum, qui est libro tertio *Pharsaliæ* (v. 190.), in quintum transtulerit. Si quis vero Latinæ Linguæ fatum nostris hisce temporibus animo volvens, opus hoc, quod nunc ratione et consilio vulgamus, serius quam oporteat in lucem prodire existimaverit, hujus ego vocibus tantum profecto tribuam, quantum illis tribuendum est, qui ea tantummodo Latina studia attigerunt, quæ prima illa puerili institutione continentur. Eos porro ex nostris Italis qui vernaculam linguam unice amant et colunt, Latinam vero in hoc solo natam, et commune olim nationum vinculum, nostrorum hominum ingeniis excitatam postea et excultam, vel intermittendam vel ablegandam esse putant, eos, inquam, admoneo, ne ita popularis sermonis amore ac studio detineri velint, ut eum negligant sine quo Italica lingua retineri, augeri, ornari, restitui nunquam potuisset. Iis tandem qui fasces jamdiu Transalpinis hominibus submittendos esse aiunt, et quendam ex eorum linguis eruditionis universæ campum aperire existimant, multa quidem responderem, si quam facile error ipse ostendi posset, possent etiam judicia hominum ad nova sæculi exempla in omnibus viventium Latinis verbis emendari. Verum non præfabor rursus; præfandi potius, ut antea aiebam, finem faciam, auctoremque hujus operis prodire sinam. Ipsam igitur optimi senis modestiæ plenissimam vocem excipite.

[77] *In Novo Thes. Veterum Inscript.* pag. 155. n. 2.
[78] Apud eundem *Muratorium* pag. eadem, n. 3.
[79] Pag. 105. n. 250.
[80] In Adn. ad hoc marmor, pag. cit. 155. n. 3.
[81] In lapide de quo diximus, missum *Muratorio* ab *Apostolo Zeno*.
[82] *Osservazioni Letterarie*, T. 1. Artic. 9. p. 233.
[83] In v. *Coronatus*.
[84] Citato Artic. *Osservazioni Letterarie*.
[85] In *Gloss. Mediæ et Infimæ Latinitatis*, V. *Tabernacularii*.
[86] Lib. 2. *Epist.* 36.

C L E R I C I S

SEMINARII PATAVINI LATINÆ CONSUETUDINIS ADSEQUENDÆ CUPIDIS

ÆGIDIUS FORCELLINUS.

JACOBUS FACCIOLATUS magister meus, in litteraria republica illustre nomen, cum studiis vestris in hoc seminario præesset, et, ut quam rectissime procederent, sedula cogitatione atque ope niteretur, inter alia, quæ utiliter suscepit, Latinum et Græcum Λεξικὸν in manus sumpsit, et de utroque purgando et amplificando deliberavit. Et Græcum quidem, aliqua mea opera usus, plurima vero aliorum, quos longe major doctrina commendabat, ita auxit et adornavit, ut quanto vobis adjumento sit, qui in ejus linguæ studio versamini, testes locupletissimi esse possitis. Latinum vero, quod majore cura indigere videbatur, uni mihi reficiendum imposuit, non quidem id sequutus, quod satis in me ingenii esse putaret, (novit enim ipse, et ego plane sentio esse perexiguum) sed quod videret satis firmam meam valetudinem, et longissimi laboris patientem arbitraretur. Itaque me præbente manum, illo consilium atque opem, tandem post annos prope quadraginta, finis operi pene immenso impositus est. Nunc restat, ut doceamini, quid illo duce et auctore præstiterim, et quam rationem novi Latini Dictionarii conficiendi, post tot hujusmodi syntagmata toties edita, sequutus sim.

Prima cura fuit omnes Latinas voces diligenter describere, et exacte disponere per usitatam litterarum seriem, ut quærentibus facile occurrerent. Nec satis habui descriptas ab aliis sumere, quin auctores Latinos non paucos, qui indicibus verborum carebant, attente percurri, et præterea veteres grammaticos, et sex aut septem inscriptorum lapidum collectiones, et numismata vetera, ex quibus plura decerpsi vocabula, quæ in aliis Λεξικοῖς non habentur. Orthographiæ accuratam rationem habui, sequutus auctores probatissimos, qui de ea professi scripserunt, et probæ notæ lapides, et numismata: et quotiescumque ea duplex esset, priore loco proposita est, quæ probatior videbatur: et causas, cur ita videretur, in fine cujusque vocis semper adjunxi. Subjeci fere omnibus tum Græcam, tum Italicam interpretationem: alias enim linguas, quæ hucusque addi consueverunt, ut speciosus titulus *Septem linguarum* inscriberetur, omnino neglexi. Notationem vocis, seu etymologiam non omisi, modo esset probabilis, et nimis longe petita non videretur: qua in re sæpe Varronem ipsum peccasse, jampridem eruditi animadverterunt. Quod ad Italicas voces attinet, nulla mihi religio fuit iis etiam uti, quæ ab Etruscis non probantur, id unice spectans, ut Latinam sententiam nostris luculenter exprimerent.

Sequebatur potissima cura, et maxime necessarius labor illa duo persequendi, quorum causa hujus generis libri sumuntur in manus, Latinarum vocum vim et usum. Cum enim duo sint studiosorum genera, qui hoc opere indigent, et qui Latina intelligere, et qui Latine scribere volunt; illis satisfit, cum apte et plane sensus verbi exponitur tum proprius, et, ut ita dicam, nativus, tum figuratus, qui ab illo descendit. Ego id fere semper servavi, ut primo loco indicarem, quæ sententia cuique vocabulo proprie accepto subesset: cui rei maxime servit notatio, cum aperta et conveniens est: deinde figuratas significationes subjeci tum solutæ, tum ligatæ orationis, quod sufficere existimavi intelligere cupientibus: neque tamen omisi singularia multa edisserere, quæ peculiarem animadversionem requirere visa sunt. Habenda fuit etiam ratio quantitatis syllabarum, quam prosodiam dicitis, ne qui legunt, aut recitant, voces perperam enuntient, et dum in eo peccant, ne intelligere quidem videantur. Hac de causa, ubicumque licuit, et opus fuit, versum aliquem Latini poetæ inserere optimum duxi, et initio vocum accentus notam appingere. Multo plura postulant ii, qui scribendo verba componere, et sensa sua Latine explicare aggrediuntur. Docendi sunt enim, cuique voci quis sit locus in prorsa aut vorsa oratione, ut Apuleii verbis utar; qua ratione unumquodque verbum aut nomen inflectatur; quæ antiqua vel obsoleta sint, quæ usitata; quæ nomina aut verba plena sint, quæ deficientia; qui casus verbis tribuendi sint, quæ nominibus genera. Ut prisca ab usitatis discernere per se quivis vestrum possit, consulat seriem scriptorum, quam a magistro meo mox dabo.

Confirmanda erant hæc omnia afferendis scriptorum locis, quæ exemplo et auctoritati essent lucubrantibus: qua in re præstanda nimius fortasse alicui videbor, et multa in eandem sententiam congesta omittere potuisse. Sed non una me ratio movit, ut copiam affectarem. Quidam enim dicendi modi rariores non unius auctoritate contenti sunt, ut libere adhibeantur: quædam obscura, pluribus firmata exemplis planiora fiunt: quædam vulgo male accepta, pluribus indigent, ut de vera ipsorum sententia, qui prave acceperant, persuadeantur. Illud vero me maxime impulit, ut copiosus essem, quod vobis adolescentibus laborabam, qui cum in scribendo sæpe inopiam queramini, nihil impensius quæritis, quam abundantiam. Itaque in animo habui tale vobis opus conficere, quo in uno haberetis quæ in *Calepino, Doleto, Nizolio, Scoto, Manutio,* aliisque multis phrasium, atque elegantiarum collectoribus continentur. Utinam vero faxit Deus, ut si in hac re peccavi, nihil aliud præterea mihi objicere possint docti homines: unum hoc libenter agnovero, si in aliis longe gravioribus mihi parsum iri confidam.

In laudandis designandisque auctorum locis hanc legem mihi imposui, ut nullum admodum afferrem testimonium, quod non prius ipse meis oculis in ipso auctore vidissem: ac si fragmenta veterum afferenda essent, quorum libri perierunt, indicarem sollicite, unde hausissem; appellaremque fideliter veteres grammaticos, qui ea nobis servata tradiderunt. Eaque lege adeo me obstrinxisse profiteor, ut maluerim omittere exemplum aliquod, etsi maxime ad rem faceret, quam incerta pro certis venditare. Indicavi autem per libros capita, sectiones, et in poetis per poematum, et versuum numerum: in quibusdam etiam per paginas, ut in *Arnobio, Apuleio, Grammaticis Eliæ Putschii, Capella,* et inscriptionum collectoribus. Sed quia non omnes editiones iisdem divisionibus scriptorum opera secuerunt, post seriem scriptorum, de qua supra dixi, habebitis catalogum editionum, quibus usus sum: ut non statim mihi culpæ vertatis, si quis locus in libro dissimili, quem vos versatis, indicationi meæ non responderit. Non idcirco tamen in designando non erravi, cum longa experientia didicerim, sæpe in opere longo menti somnum obrepere, et manum aliud scribere, aliud in cogitatione fuisse.

Id etiam fere semper custodivi, ut primo loco auctores afferrem aureæ aut argenteæ ætatis: antiquiores quoque adderem, qui ostenderent, vocem illam, de qua agitur, jamdiu esse in possessione civitatis Romanæ: post hos ad ferreos descenderem, quando meliores non occurrebant. Fateor equidem quosdam citasse, qui ad luteam ætatem pertinent, et cadente Latinitate vixerunt: sed hoc ideo feci, quod factitatum videram a doctissimis illis viris, qui in Germania in *Thesauro Basilii Fabri* summa cum laude laborarunt. Movit me horum auctoritas: movit etiam illa ratio, ne in meo opere deesset aliquid, quod in editis ali-

orum hoc genus operibus legeretur. Neque tamen hoc vobis, puram atque emendatam orationem sectantibus, officere quidquam poterit, qui et auctoris ætatem ac stilum indidem (hoc est ex hoc ipso opere) cognoscere potestis; et verbum, quod usurpare vultis, ipsum per sese prodet, qua nota sit, et sæpe etiam me monente innotescet. Hoc idem eo facilius assequemini, quo libentius habitabitis in lectione optimorum scriptorum, *Cæsaris, Ciceronis, Nepotis, Livii, Virgilii, Horatii, Phædri, Ovidii,* qui scholis nostris proponuntur: quorum nitor loquendi, ac puritas aures vestras ita imbuet, ut insolens verbum, et inurbanam dictionem, nullo monstrante, deprehendatis. Quæretis ex me fortasse, cur geographica vocabula urbium, fluminum, montium, aliorumque locorum magnam partem omiserim. Ego vero admisi ea omnia, ex quibus adjectiva formantur, ut *Tiburtinus, Brixianus, Fertinus, Ætnæus, Erymanthæus, Pactolis, Padanus,* et sexcenta hujusmodi, quæ non intelligerentur non explicatis iis vocibus, unde ducuntur. Cetera si requiratis, vos remitto ad geographos, quorum res si meo operi inseruissem, crevisset, profecto in duplum, et sua mole ab utendo deterruisset. Vidi ego, et quis non? Græca *Λεξικὰ*, Etrusca, Gallica, Hispanica, etc. in quibus aut prorsus nulla, aut permodica geographiæ ratio habita est. Latina sum persequutus quanta maxima diligentia potui: in hoc unum industriam, vires, tempus collocavi: adolescens manum admovi, senex, dum perficerem, factus sum, ut videtis. Utrum nihil aliud, quam ab aliis descripserim, conferendo cum aliis intelligetis. Macti igitur animis, studiosi Clerici: Romanam eloquentiam amate, quæ vobis olim Sanctæ Ecclesiæ inservientibus magnopere est profutura: et præter assiduam curam, qua bene merentur de studiis vestris magistri seduli, hæc etiam a me subsidia habete.

E P I S T O L A

EDITA VENETIIS ANNO MDCCLVI. INTER MENSTRUAS HISTORIÆ LITTERARIÆ MEMORIAS
APUD PETRUM VALVASENSEM T. VII. P. III. ARTIC. X.

JACOBUS FACCIOLATUS

JOSEPHO LASTÆ

VENETÆ PISANORUM BIBLIOTHECÆ PRÆFECTO

S. D.

QUID ais, o bone? Me ne Calepini Lexicum fecisse? Ego vero nec feci, nec fecisse velim. Hujus libri auctor *Fr. Ambrosius* est, patria Calepinus, instituto Cœnobita Eremitanus; qui tantum operæ in eum contulit, quantum industrii Cœnobitæ vires, et tempora patiebantur. Laudandus hominis conatus, qui omnium ante se famam obscuravit, solusque grammaticas scholas diutissime tenuit. Auctus subinde a multis est, iterumque ac sæpius editus; jamque ita creverat, præsertim *Passeratii* sive opera, sive nomine, ut vix quippiam ad hoc studii genus addi posse videretur. Itaque cum ego Patavini Seminarii scholis præfectus excutere illum cœpi, et palam profiteri, velle me millia multa expellere, quæ barbara essent, atque alia sufficere, crabrones excitavi, a quorum aculeis vix me servavit Apollo. *Georgium* dico *Card. Cornelium* Episcopum Patavinum, qui mihi uni credere maluit, totiusque rei arbitrium concessit. Illud quoque permisit, ut unum aliquem ex meis discipulis (nam eodem tempore Academiæ scholam regebam) deligerem ingenio moribusque spectatum, isque *Ægidius Forcellinus* fuit, qui zothecula mea inclusus mihi uni auscultaret, operamque fideliter præberet. Sed cui hæc? Tu ipse circa tempora illa alumnus Seminarii eras, et omnia recte nosti. Quatuor admodum annis expurgatus, auctus, et perpolitus liber est, non quidem ut debuit, sed ut potuit, urgente quotidie typographo. Placuit Latinitatis studiosis, et invidiam extinxit. Hinc crevit audacia, et majus aliquid cogitare cœpi. Scilicet ne ipse quidem mihi *Caroli Stephani Thesaurus* probabatur. Quid quæris? Novum condere Latinæ linguæ Lexicum aggressus sum, quod voces omnes, variosque earum usus complecteretur, ejusdem adhibita *Forcellini* opera, huic studiorum generi jam assueti, planeque dicati. Vix sex volumina apud me scripserat, cum *Card. Cornelius* fato cessit, percussoque pastore dispersæ sunt oves usque ad annum sæculi tricesimum. Tunc ego Seminarii curam denuo suscipere jussus, quantum publicæ Universitatis ratio pateretur, pristini operis cogitationem revocavi, eundemque adjutorem accivi, qui jam satis superque instructus, ipse per se acceptis præsidiis, lucubraret. Tandem per varios casus, quos nihil attinet commemorare, ad calcem ventum est, vixque ego in plerasque litteras quippiam contuli præter consilium. Princeps hujus operis conditor atque adeo unus *Forcellinus* est. [1]

Jam habes de toto *Calepini* negotio, quo pertinet pars litterarum tuarum prima, &c.

Patavio, Idib. Januar. MDCCLVI.

[1] Edidit iterum hanc Epistolam Facciolatus an. MDCCLIX. in calce libri, cui titulus, *Animadversiones Criticæ In Magnum Petri Danetii Dictionarium.* Locum hunc ita mutavit: 'Tandem per varios casus, quos nihil attinet commemorare, ad calcem ventum est; vixque ego in plerasque voces quippiam contuli præter consilium, in multas autem ne consilium quidem. Jam habes de toto Calepini negotio, etc.' Eandem Epistolam tertio edidit, anno scilicet MDCCLXV. et est CLXX. inter ejus Epistolas Latinas (pag. 296.) Locum hunc ita mutavit: 'Tandem per varios casus, quos nihil attinet commemorare, ad calcem ventum est; nondum tamen ad typographum, qui latet in fatis. Jam habes de toto Calepini negotio, etc.' Erat ille adhuc in vivis cum typographus in hoc opere laborare jam cœperat. Hæc itaque in scriptis reliquit, quæ huic Epistolæ post ea verba, *latet in fatis*, adderentur: 'Tandem fata cessere Marino Card. Priolo Episcopo Patavino, qui pro animi sui magnitudine et litterarum amore diutius ferre non potuit Scholarum Latinarum voces jure querentium deesse sibi adhuc satis copiosum Latinitatis Lexicum. Superi faxint, ut omnia illi bene vertant, quæ ad typographiæ hujus, totiusque Seminarii felicitatem, summo consilio et providentia jam instituit.'

IX. CAL. MART. MDCCLIII.

ÆGIDIUS FORCELLINUS

BERNARDINI FILIUS, SEMINARII ALUMNUS, ET SACERDOS,

A. N. LXIV. M. V. D. XXVI.

Phœbus utrumque polum tricies deciesque revisit,
Hoc nostra immensum dum manus urget opus.

VETERI Calepino interpolando manus admovi A. MDCCXV. prid. Id. April. Quæ interpolatio et quatuor fere annos absumpsit; et illud simul docuit, tot ac tanta esse in toto illo opere corrigenda, mutanda, et addenda, ut nihil probabile emitti posset, nisi de integro recuderetur. Itaque sub finem A. MDCCXVIII. jussu Card. Cornelii Episc. Pat. et ductu Jacobi Facciolati studiorum præfecti, animose aggressus tam vastum opus, tres annos cum dimidio in prima A littera insumpsi. Dumque pergerem alacriter, accidit, ut A. MDCCXXIV. Seminarium relinquere cogerer, et opus omnino intermittere. Sed revocatus post annos fere septem illud resumpsi Idib. April. MDCCXXXI. strenue progrediens usque ad MDCCXLII. Quo anno cum esset novum mihi onus impositum Confessarii Clericorum, lente admodum necesse fuit progredi, cum fere quotidie ab opere ad alia agenda avocarer. Novem ferme annos, quasi claudus, et subinde insistens, processi: tandemque A. MDCCLI. gravissimo illo munere liberatus, jubente Card. Rezzonico Episc. Pat. ad qualemcumque finem, DEO favente, perveni IX. Cal. Mart. MDCCLIII. Reliquum est, ut relegam, si vita suppetet, et alia manu describendum tradam.

Relegere incœpi prid. Non. Junii MDCCLIII. finem imposui V. Id. April. MDCCLV.

Descriptio inchoata est Tert. Non. Decembr. ejusdem anni MDCCLIII. a Ludovico Violato: confecta Idib. Novembr. MDCCLXI.

Hæc ex autographo ipsius FORCELLINI; *qui tandem obiit Prid. Non. Aprilis, MDCCLXVIII. eritque bonis doctisque viris illustre nomen.*

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

FRANCISCO SCIPIONI

DE DONDIS AB HOROLOGIO EPISCOPO PATAVINO

JOSEPH FURLANETTO

F.

CUM *Cajetanus Cognolatus* in præfatione ad *Lexicon totius Latinitatis Ægidii Forcellini* pollicitus esset, velle se de hoc Lexico in posterum etiam cogitare, eaque seponere, quibus aliqua ei fieret accretio, vel emendatio; id reapse præstitit vir clarissimus, et plurima addenda, supplenda, emendanda in nova hujusce operis editione comparavit. Verum cum hæc altera editio diutius protracta fuisset, videretque sibi diem extremum adventare, quæ ipse paraverat, ea tibi, doctissime et amplissime Præsul, commendavit, ut pro tua, qua illum complectebaris, benevolentia, in posterum vulganda curares. Neque vero spes optimum senem fefellit: nam simul ac de recudendo *Forcellini* Lexico animo agitare cœpit typographus, tibi statim curæ fuit, ut *Cognolati* lucubrationes suis quæque locis insererentur. Sed nescio quo fato accidit, ut quædam tantum ex illis locum haberent in primis alphabeti litteris, reliqua autem negligerentur. Qua de re memini te summopere doluisse, quod doctissimi viri, tibique carissimi, prætermissæ fuerint observationes maximi æstimandæ. Cum itaque in animo tibi esset, eas in litterariis Ephemeridibus evulgare, ipse auctor fui, ut Appendicis potius loco, et eadem, qua ipsum Lexicon, forma publicam lucem viderent. Hoc meo consilio tibi valde probato, nulla interjecta mora, ipsas *Cognolati* observationes edendi, quo melius putassem modo, facultatem mihi fecisti. Sed cum animadverterem, ea additamenta multum conferre posse ad absolutiorem totius operis perfectionem, si suo quæque loco posita fuissent; separatim vero typis impressa, nimis fortasse jejuna et levioris momenti videri posse, ubi cum ipsa operis mole compararentur; idcirco de iisdem augendis statim cogitare cœpi.

Plurima equidem in margine operis Forcelliniani jampridem ipse adnotaveram; auditione etiam acceperam, *Clementem Sibiliatum* quædam posthuma reliquisse; nec ignorabam in plurimis doctorum hominum operibus, qui *Forcellini* Lexicon semper maximi fecerant, multa reperiri posse, quæ ad illud amplificandum, corrigendumque forent peropportuna. Totus itaque in eo fui, ut exemplar illud eruditis *Sibiliati* adnotationibus locupletatum inviserem atque perpenderem: quod mihi tandem licuit per illius heredem, qui, etsi non omnino liberaliter, me tamen compotem voti fecit. Quamobrem, desiderio transferendi multa in meos usus, cum librum avide perlegerem, defecit mihi animus, ubi cognovi, me pro thesauro, prope dixerim, carbonem invenisse. Pauculas enim reperi, nec eas magni momenti adnotatiunculas, quarum partim ob litterarum deformitatem, partim ob supinam glutinatoris oscitantiam, qui librum misere admodum detruncaverat, vix oculis usurpari poterant; eas tamen, quocumque licuit modo, descripsi, iisdem deinceps usurus. Ad eruditos igitur nostri temporis viros, eosque linguæ Latinæ scientissimos

confugi, ab iisque postulavi, ut si quid haberent in promptu, id mecum vellent humanissime communicare. Hinc quædam mihi indicavit V. C. *Jacobus Morelli*; multa, quæ ad Columellam spectant, suppeditavit ***Benedictus Del Bene*** Veronensis, qui Columellam ipsum in linguam Italam vertit, et Veronæ paucis abhinc annis edidit; nonnulla etiam ad me misit ***Antonius Casari*** et ipse Veronensis, cui plurimum debet Italica in primis lingua; alia etiam alii, quibus omnibus me gratum obstrictumque esse profiteor. Verum singula hæc, utpote numero exigua, haud satis videri potuissent. Curavi itaque Latinos auctores assidue tractare, ex iisque tum novas voces, tum nondum notatas vocum significationes excerpere; quidquid in apricum ætas nostra protulerat, mihi comparare; hinc *Ciceronis, Frontonis, Symmachi*, et *Plauti* fragmenta, quæ eruditissimus *Angelus Maius* ex Codicibus Bibliothecæ Ambrosianæ eruit, et nuperrime Mediolani vulgavit, in rem meam convertere; *Jo. Matthiæ Gesneri Thesaurum linguæ et eruditionis Romanæ*, et *Emman. Jo. Gerhar. Schelleri Lexicon Latinum* consulere; Ephemeridas litterarias attente perlegere; dissertationes, aliaque scripta huc pertinentia ad trutinam revocare; novissimos Latinorum auctorum interpretes expendere; doctissimi viri *Stephani Antonii Morcelli* aureum *de stilo Inscriptionum Latinarum* opus, et *Cajetani Marinii de Inscriptionibus Albanis*, et *de Fratribus Arvalibus* commentaria, reconditæ eruditionis plenissima, diligentius evolvere; quibus omnibus factum est, ut *Cognolati* animadversiones in decuplo majorem molem excreverint.

Restat, ut tibi, Præsul amplissime, qui me, ut hæc publici juris facerem, hortatus es, qua cura ea collegerim, et qua methodo digesserim, nunc breviter exponam. Omnia vocabula, cujuscumque notæ essent, dummodo a probatis auctoribus, quos vulgo Classicos nominant, fuerint usurpata, quæque *Forcellini* diligentiam effugerant, sedulo conquisivi, eaque hoc præposito signo * notavi; plurima auctorum testimonia perperam citata, quo reapse loco essent quærenda, indicavi; nonnullas verborum notationes vel ex Græca, vel ex Hebraica lingua, quæ magis rationi consentaneæ esse videbantur, addidi; verborum participia tum activæ, tum passivæ significationis et formæ sæpissime adjunxi, propterea quod experientia ipsa cognoveram, eos, qui apud nos Latine scribunt, ab iis religiose abstinere, quorum nulla apud idoneum auctorem ipsis suppeteret auctoritas. Gradus nominum et adverbiorum, qui aut in *Forcellini Lexico* desunt, aut ex inferioris Latinitatis auctoribus deprompti sunt, non raro adjeci, vel superioris ætatis testimoniis confirmavi. Quemadmodum vero ea fuit *Forcellini* cura et diligentia, ut vocabulorum exempla tum ex prorsæ, tum ex vorsæ orationis scriptoribus desumpta apponeret, ita quoties aliquid hujusmodi ab eo omissum animadverti, toties addere non dubitavi. Incertæ auctoritatis voces notavi, ut ab iis usurpandis caveret, qui vellet Latine scribere. Omissas passim verborum quantitates, quibus legitimæ pronuntiationi consulitur, diligentissime revocavi. Sed et istuc animadvertendum existimo, me plurima vocabula, quæ inter barbara a *Forcellino* rejecta sunt, Romana civitate donasse. Ea enim barbara tantum censenda sunt, quæ vel Græca cum sint, Latine scribuntur, vel nullius aut certe minus idonei auctoris sanctione firmantur: hæc solum improbanda et expungenda; cetera, etiamsi infimæ notæ, afferri tamen possunt, ut de eorumdem pretio certo aliquando constet. Quotiescumque itaque vocem aliquam ab iis auctoribus, quos in classicorum album tum *Forcellinus*, tum alii Lexicographi admiserant, usurpatam fuisse deprehendi, mihi nulla fuit religio illi ipsi in Appendice locum facere. Sicut enim olim Tiberio imperatori licuit peregrinis quidem hominibus, non tamen eorum verbis civitatem donare, ita nemini hoc tempore licere puto, verba, quibus Latini scriptores usi fuissent, e Romanæ civitatis possessione exturbare. Lexicographi enim est, voces colligere, apte disponere, et recte interpretari, nullum vero de iisdem judicium ferre, nisi hoc ab idoneo illius temporis scriptore prolatum fuerit. Te etiam ad extremum monitum velim, me in primis alphabeti litteris plurimas voces, quas ex Inscriptionibus, seu ex *Litholexico* ab *Emmanuele Campolongo* Neapoli edito an. 1782. excerperam, inseruisse; deinde vero processu operis, cum suspecta mihi fieret illarum Inscriptionum αὐθεντία, utpote quæ barbara vocabula et hactenus inauditas historias complecterentur, ab iisdem mihi abstinendum existimasse, easque in posterioribus litteris prorsus omisisse.

Hæc sunt, quæ admonenda esse judicavi, ut omnes, ad quos pervenerit hæc Appendix, quid a me præstitum fuerit, possent cognoscere, tuque in primis intelligere, Antistes sapientissime, studium meum ac laborem.

Quod vero ad me pertinet, ingenue fateor, id laboris eo consilio me suscepisse, non ut doctis hominibus hac vocum novarum additione imponerem, sed ut domesticam quandam laudem pro viribus tuerer atque augerem. Quod si mihi minus feliciter res cesserit, aliorum admonitiones æquo animo excipiam, modo ne sapientia careant atque humanitate. Illud etiam spondeo, me in nova Lexici Forcelliniani editione non modo hæc, quæ Appendicis loco in lucem emitto, sed etiam quæcumque aut suppeditata ab aliis fuerint, aut a me in posterum animadversa, suis in sedibus collocaturum esse. Quod si liberum mihi fuerit, et vacuum tempus, quæcumque ad historiam et geographiam pertinent, (quod operis a se prætermissi visus est *Forcellinus* aliis relinquere) ea etiam diligenter conquiram, ut ex omni parte, quoad ejus fieri potest, plenius Lexicon et cumulatius habeatur.

INDEX

SCRIPTORUM LATINORUM

PER ÆTATES

EX COMMENTARIO JACOBI FACCIOLATI.

Hic tamen illos tantum recenseo, quorum auctoritate in toto opere usus sum: in quo etiam de eorum ratione loquendi suis locis verba feci.

ÆTAS AUREA LINGUÆ LATINÆ

Incipit ab anno Urbis conditæ DXIV. desinit in annum DCCLXVII. qui est Æræ Christianæ XIV.

Horum fragmenta solum supersunt:

Livius Andronicus.
Lævius.
C. Nævius.
Statius Cæcilius.
Q. Ennius.
M. Pacuvius.
L. Accius.
C. Lucilius.
Sex. Turpilius.
L. Afranius.
L. Cornelius Sisenna.
P. Nigidius Figulus.
C. Decius Laberius.
M. Verrius Flaccus.
Varro Atacinus.
Titinnius.
L. Pomponius.
A. Serenus.
C. Sempronius Asellio.
C. Sempronius Gracchus.
Santra.
Cn. Matius.
Q. Novius.
Atta.
Cassius Hemina.
Fenestella.
Claud. Quadrigarius.
Cœlius, vel Cælius.
Fabius Pictor.
Cn. Gellius.
L. Piso.
Valerius Antias.
Tiro Tullius, et alii.

M. Porcius Cato.
M. Accius Plautus.
M. Terentius Afer.
T. Lucretius Carus.
C. Valerius Catullus.
P. Syrus.
C. Julius Cæsar.
Cornelius Nepos.
M. Tullius Cicero.
Sex. Aurelius Propertius.
C. Sallustius Crispus.
M. Terentius Varro.
Albius Tibullus.
P. Virgilius Maro.
T. Livius.
M. Manilius.
M. Vitruvius.
P. Ovidius Naso.
Q. Horatius Flaccus.
C. Pedo Albinovanus.
Gratius Faliscus.
Phædrus.
C. Cornificius.
A. Hirtius, vel Oppius.
P. Cornelius Severus.

JCti, quorum responsa in Digestis:

Q. Mutius Scævola.
Alfenus Varus.
M. Antistius Labeo.
Masurius Sabinus.

Supra ceteros eminent TERENTIUS, CATULLUS, CÆSAR, NEPOS, CICERO, VIRGILIUS, HORATIUS, OVIDIUS, T. LIVIUS, SALLUSTIUS: sed hic quidem verborum novator est, ut ait *Gellius* l. 1. c. 15. ideoque non omnibus ingeniis aptus.

ÆTAS ARGENTEA

Incipit ab Æræ Christianæ anno XIV. desinit in annum CXVII.

A. Cornelius Celsus.
P. Velleius Paterculus.
L. Junius Moderatus Columella.
Pomponius Mela.
A. Persius Flaccus.
Q. Asconius Pedianus.
M. Annæus Seneca.
L. Annæus Seneca.
M. Annæus Lucanus.
T. Petronius Arbiter.
C. Plinius Secundus.
C. Silius Italicus.
C. Valerius Flaccus.
C. Julius Solinus.
D. Junius Juvenalis.
P. Papinius Statius.
M. Valerius Martialis.
M. Fabius Quintilianus.
Sex. Julius Frontinus.
C. Cornelius Tacitus.
C. Plinius Cæcilius Secundus.
L. Annæus Florus.
C. Suetonius Tranquillus.

Ætatis non prorsus certæ:

Q. Curtius Rufus.
Valer. Probus Grammatic.
Scribonius Largus.
Sulpicia.
L. Fenestella in fragm. Annal.
Atteius Capito in fragm.

Supra ceteros eminent CELSUS, VELLEIUS, COLUMELLA, SENECÆ, PLINII, SUETONIUS, JUVENALIS, QUINTILIANUS, FLORUS, CURTIUS.

ÆTAS ÆNEA

Incipit ab anno Christi CXVII. desinit in annum CCCC.

JCti, quorum responsa in Digestis:

Licinius Proculus.
Neratius Priscus.
P. Juventius Celsus.
Priscus Jabolenus.
Domitius Ulpianus.
Herennius Modestinus.
Salvius Julianus.
Caius.
Callistratus.
Æmilius Papinianus.
Julius Paulus.
Sex. Pomponius.
Venuleius Saturninus.
Ælius Marcianus.
Ælius Gallus, et alii.

Ætatis non omnino certæ:

Valerius Maximus.
Justinus.
Terentianus Maurus.
Minutius Felix.
Sosipater Charisius.

Fl. Avienus, *al.* Avianus.

A. Gellius.
L. Apuleius.
Q. Septimius Tertullianus.
Q. Serenus Sammonicus.
Censorinus.
Thascius Cæcilius Cyprianus.

T. Julius Calpurnius.
M. Aurelius Nemesianus.
Ælius Spartianus.
Julius Capitolinus.
Ælius Lampridius.
Vulcatius Gallicanus.
Trebellius Pollio.
Flavius Vopiscus.
Cælius Aurelianus.
Flavius Eutropius.
Rhemnius Fannius.
Arnobius Afer.
L. Cælius Lactantius.
Ælius Donatus.
C. Vettius Juvencus.
Julius Firmicus.
Fab. Marius Victorinus.
Sex. Rufus, seu Rufus Festus.
Ammianus Marcellinus.
Vegetius Renatus.
Aurel. Theodosius Macrobius.
Q. Aurelius Symmachus.
D. Magnus Ausonius.
Paulinus Nolanus.
Sex. Aurelius Victor.
Aurel. Prudentius Clemens.
Cl. Claudianus.
Marcellus Empiricus.
Falconia Proba.

Supra ceteros eminent JUSTINUS, TERENTIANUS, VICTOR, LACTANTIUS, CLAUDIANUS.

AUCTORES ÆTATIS INCERTÆ

Hic collocandi videntur: tametsi aliquis eorum, si ratio stili habeatur, quocumque tandem tempore vixerit, in superioribus ætatibus cum dignitate stare possit; aliquis vero etiam infra luteos detrudendus videatur.

Palladius Rutilius Taurus Æmilianus.
Æmilius Macer.
Messala Corvinus.
Vibius Sequester.
Julius Obsequens.
L. Ampelius.
Apicius Cœlius.
Sex. Pompeius Festus.
Probus auctor Notarum.
Fulgentius Planciades.
Hygini Fabulæ, et Astronomicon.
C. Cæsaris Germanici Aratea.
P. Victor de regionibus Urbis Romæ.
P. Vegetius de re veterinaria.
Auctores Priapeiorum.
Catalecta Virgilii et Ovidii.
Auctor Orationis Sallustii in Cicer. et Ciceronis in Sallust. item illius *Antequam iret in exsilium.*
Auctor Epistolæ ad Octavium.
Auctor Panegyrici ad Pisonem.
Declamationes, quæ tribuuntur Quintiliano, Porcio Latroni, Calpurnio Flacco.
Interpres Daretis Phrygii et Dictyos Cretensis.
Scholiastæ Veteres.
Grammatici antiqui.
Rhetores antiqui.
Medici antiqui.
Catalecta Petroniana.
Pervigilium Veneris.
Poemata et Epigrammata vetera a Pithœo collecta.
Monumentum Ancyranum.
Fasti Consulares.
Inscriptiones Veteres.

ÆTAS FERREA ET LUTEA

Incipit ab Æræ Christianæ anno CCCC. desinit in Sæculum IX. Sed non eo usque citandis auctoribus perveni: quin eorum aliquot, quos hujus ætatis adhibui, libenter omisissem, nisi eos in optimis Lexicis admissos receptosque vidissem.

Cl. Rutilius Numatianus.
Servius Honoratus.
D. Hieronymus.
D. Augustinus.
Sulpicius Severus.
Paulus Orosius.
Cœlius Sedulius.
Codex Theodosianus.
Martianus Capella.
Claudianus Mamertus.
Sidonius Apollinaris.
Latinus Pacatus.
Claudius Mamertinus, et alii, quorum sunt Panegyrici Veteres.
Alcimus Avitus.
Manl. Severinus Boethius.
Priscianus.
Nonius Marcellus.
Justiniani Institutiones, et Codex.
Arator.
M. Aurelius Cassiodorus.
Fl. Cresconius Corippus.
Venantius Fortunatus.
Isidorus Hispalensis.
Anonymus Ravennas.
Aldhelmus, seu Althelmus.
Paulus Diaconus.

Sequuntur Scriptores, qui usque ad sæculum Christi XIV. Latinitate jacente floruerunt: et qui ea restituta sæculo illo, et deinceps: sed neutra classis in hoc opere locum habet. Qui eos nosse cupit, ad FACCIOLATUM recurrat.

INDEX

AUCTORUM ET EDITIONUM

QUIBUS IN HOC OPERE USI SUMUS.

Omnium fere scriptorum optimas quasque editiones habuimus: atque in his plus quinquaginta verborum indicibus instructas. Hic earum tantummodo seriem damus, quæ versatu faciliores erant, quamvis aliqua ex iis non esset optima: contulimusque cum optimis, cum opus fuit. Hoc eo facimus, ut si quis sectiones, capita, versus a nobis indicatos conferre voluerit, sciat, qua sibi editione utendum sit. Reliquas qui nosse velit, ad bibliothecarum auctores remittimus.

Si quæ erunt adeo recentes, ut initio operis nondum emissæ fuerint, sunt tamen ejusmodi, ut nihil, aut parum ab iis discrepent, quas initio adhibuimus, in divisionibus librorum, capitum, versuum.

A

ACCIUS, vel Attius, cum aliis veteribus Comicis, Tragicis, Historicis, etc. laudantur apud eos, qui eorum fragmenta nobis servarunt, *Nonius, Charisius, Diomedes, Priscianus, Servius*, et alii.
ÆMILIUS MACER cum aliis antiquis Medicis. Venetiis apud Aldum, 1547. fol.
AFRANIUS. Vide *Accius.*
AGGENUS URBICUS cum ceteris rei Agrariæ Scriptoribus a *Goesio* collectis. Amstel. 1674. 4.
ALBINOVANUS cum Variorum notis. Amstel. 1703. 8.
ALCIMUS AVITUS in to. 9. *Bibliothec. Patrum Lugdunensis*, et in *corpore Poetarum Maittaire*, tomo 2.
ALDHELMUS, seu Althelmus in tom. 13. *Biblioth. Patrum Lugdunensis.*
AMMIANUS MARCELLINUS *Valesiorum*, et *Gronovior.* Lugd. Bat. 1693. 4. Item cum aliis Historicis Latinis. Aurelianæ, 1623. f. Utriusque sectionem in capita laudavimus.
AMPELIUS *Salmasii*, una cum *Floro* et *Velleio.* Lugd. Batav. 1655. 8. et cum *Floro Grævii.* Amstel. 1702. 8. to. 2.
APICIUS cum *Listero* et aliis. Amstel. 1709. 8.
APULEIUS ad usum Delphini. Paris. 1688. 4. to. 2.
——— de Herbis, *Humelbergii.* Tiguri, 1537. 4.
——— in Asclepio in edit. *Helmenhorstii.* Francofurti, 1621. 8.
ARATOR. Lugduni, 1566. 24.
ARNOBIUS cum Variorum notis. Lugduni Bat. 1651. 4.
ASCONIUS PEDIANUS cum *Cicerone Verburgii.* Item separatim cum Varior. not. Lugd. Bat. 1698. 16.
AUGUSTINUS *Monachor. S. Mauri.* Paris. 1689. f. to. 11. Item Theologorum Lovaniensium. Ibid. 1651. f. to. 11.
AVIENUS, seu Avianus, cum Variorum notis. Amstel. 1731. 8.
——— in Arateis in *Corpore Poetar. Latinor.* to. 2. *Maittaire.*
——— Periegesis, et
——— Ora maritima. *Ibid.* et apud *Pithæum.* Lugdun. 1596. 8.
AURELIUS VICTOR *Pitisci.* Trajecti ad Rhen. 1696. 8. Item ad usum Delph. Paris. 1681. 4.
AUSONIUS ad us. Delph. Paris. 1730. 4. et Venet. 1719. 8. *Gratiar. actio ad Gratianum.*

B

BOETIUS in us. Delph. 1680. 4.

C

CÆCILIUS. V. *Accius.*
CÆSAR *C. Jul. Davisii.* Lugd. Bat. 1717. 8. to. 2. Item ad us. Delph. Londini, 1706. 8.
——— Germanicus cum *Grotii*, et alior. not. Coburgi, 1715. 8.
CALPURNIUS cum *Gratio, Nemesiano, Rutilio, Sereno Sammonico, Rhemnio Fannio*, et *Sulpicia*, curante *Burmanno.* Leidæ, 1731. 4. to. 2.
CAPITOLINUS cum *Spartiano, Lampridio, Vulcatio Gallicano, Trebellio Pollione*, et *Vopisco.* Lugd. Bat. 1671. 8. to. 2.
CARMEN de Philomela extat in *Corpore Poetar. Latinor.*
——— de Phœnice in collectione *Pithœi*, p. 381.
——— de Passione Domini in to. 3. *Biblioth. PP. Lugdunensis.*
——— de Resurrect. Domini. Lugduni, apud *Gryph.* 1541. 8.
——— de laudib. Herculis cum *Claudiano.*
CASSIODORUS *Garetii.* Rothomagi, 1679. f. to. 2.
CATO cum *Varrone R. R. Columella, Palladio, Vegetio de re veterin.* et *Gargilio Martiali*, edente *Math. Gesnero.* Lips. 1735. 4.
CATONIS Disticha Moralia . . . . .
CATULLUS *Vulpii.* Patavii, 1737. 4.
CELSUS, et Serenus Sammonicus cum epistolis *Jo. Baptistæ Morgagni* in utrumque. Patavii, 1750. 8. to. 2.
CENSORINUS *Lindebrogii.* Cantabrigiæ, 1695. 8.
CICERO *Verburgii.* Amstel. 1724. 8. to. 11. Verrinæ ita indicantur, ut *Divinatio* vel suo nomine citetur, vel *Verr.* 1. quæ sequitur, *Verr.* 2. et sic deinceps usque ad septem.
CLAUDIANUS in us. Delph. Paris. 1677. 4.
——— MAMERTUS in to. 6. *Bibliothecæ Patrum Lugdunensis.*
CŒLIUS AURELIANUS *Ammani.* Amstel. 1722. 4.
COLUMELLA. V. *Cato.*
COMMODIANUS in to. 6. *Biblioth. PP. Lugdun.*
CORIPPUS *Goetzii.* Altorfii, 1743. 8.
CURTIUS *Pitisci.* Ultrajecti, 1685. 4.
CYPRIANUS *Felli.* Oxonii, 1682. f.

D

DONATUS cum *Terentio Westerhovii.* Hagæ Comitum, 1726. 4. to. 2.
DARES PHRYGIUS, et
DICTYS CRETENSIS in us. Delphini. Amstel. 1702. 4.

E

ENNIUS *Columnæ*, et *Hesselii.* Amstel. 1707. 4.
ENNODIUS in to. 9. *Bibliothecæ PP. Lugdunensis*, et inter Opera *Sirmondi.*
EUMENIUS. V. *Panegyrici Veteres.*
EPIGRAMMATA Vetera collecta a *Pithœo.* Lugd. 1596. 8.
EUTROPIUS ad us. Delph. Londini, 1716. 8.

F

FESTUS ad us. Delph. Amstel. 1700. 4.
FIRMICUS Astronomicôn. Basil. 1533. f.
——— de error. prof. Religion. in to. 4. *Biblioth. PP. Lugdunensis.* Item *Ouzelii.* 1652. 4. cum *Minucio Felice.* Lugd. Batavor. 1652.
FLORUS *Grævii. Amstel.* 1702. 8. to. 2.
FRONTINUS de aquæductib. Poleni. *Patavii*, 1722. 4.
——— de stratagematis. V. *Vegetius.*
——— de limitibus. V. *Aggenus Urbicus.*
FULGENTIUS PLANCIADES. V. *Hyginus.*

G

GELLIUS *Gronovior.* Lugd. Batav. 1706. 4. et ad us. Delph.
GERMANICUS. V. *Cæsar.*
GRAMMATICI Veteres *Putschii.* Hanoviæ, 1605. 4. to. 2.
GRATIUS. V. *Calpurnius.*

H

HIERONYMUS *Mariani Victorii.* Parisiis, 1643. fol. to. 9. Item *Vallarsii.* Veronæ, 1734. fol. to. 11.
HIRTIUS. V. *Cæsar.*
HORATIUS *Bentleii.* Amstel. 1713. 4.
HYGINUS cum *Fulgentio Planciade.* Amstel. 1681. 8.
——— de limitibus. V. *Aggenus Urbicus.*

I

INSCRIPTIONES Veteres collectæ a
GRUTERO, vol. 4.
REINESIO,
FABRETTO,
GUDIO,
DONIO,
MURATORIO, vol. 4.
MAFFEIO, et
JOANNE DE VITA in *Antiquit. Benevent.*
JULIUS OBSEQUENS *Schefferi.* Amstel. 1679. 16.
JURISCONSULTI Veteres. Norimbergæ, per *Gregorium Haloandr.* 1529. 4. to. 3.
JUSTINIANI Institutiones cum *Silvestri Aldobrandini* notis. Venet. 1628. 8.
JUSTINUS *Grævii.* Lugd. Batav. 1683. 8.
JUVENALIS cum PERSIO in us. Delph. Paris. 1684. 4.
JUVENCUS. Lugduni, 1566. 24.

L

LABERIUS Mimograph. V. *Epigram. Vetera.*
LACTANTIUS. Cantabrigiæ, 1685. 8.
LAMPRIDIUS. V. *Capitolinus.*
LIVIUS, *Tho. Hearne.* Oxonii, 1708. 8. to. 6. Item *Drakenborchii.* Lugd. Batav. 1738. 4. to. 7.
LUCANUS *Oudendorpii.* Lugd. Batav. 1728. 4.
LUCILIUS *Francisci Dousæ.* Amstel. 1661. 8.
LUCRETIUS *Parei.* Francofurti, 1631. 8.

M

MACROBIUS *Gronovii.* Lugd. Batav. 1670. 8.
MAMERTINUS. V. *Panegyrici Veteres.*

MANILIUS ad us. Delph. Paris. 1679. 4.
MARCELLUS de medicamentis. V. *Æmil. Macer.*
MARCIANUS CAPELLA *Grotii.* Lugd. Batav. 1599. 8.
MARTIALIS ad us. Delph. Paris. 1680. 4.
MESSALA CORVINUS ad Octavianum Augustum de progenie sua, una cum *Eutropio.* Oxonii. 1703. 8.
MINUCIUS FELIX *Gronovii.* Lugd. Batav. 1709. 8. Item *Ouzelii.* Ibid. 1652. 4. Item *Davisii,* 1707. 8.

N

NAZARIUS. V. *Panegyrici Veteres.*
NEMESIANUS. V. *Calpurnius.*
NEPOS *Boecleri.* Lipsiæ, 1662. 12.
NONIUS cum aliis L. L. Auctoribus *Gothofredi.* Coloniæ Allobrog. 1622. 4.

O

OCTAVIUS HORATIANUS. intellige *Theodor. Priscian.*
OPTATUS MILEVITANUS *Ellies du Pin.* Lutetiæ Paris. 1700. f.
OROSIUS *Havercampii.* Lugd. Batav. 1738. 4.
OVIDIUS *Burmanni.* Amstel. 1727. to. 4.

P

PACATUS. V. *Panegyrici Veteres.*
PACUVIUS. V. *Accius.*
PALLADIUS. V. *Cato.*
PANEGYRICI Veteres *Plinii, Mamertini, Eumenii, Nazarii, Pacati,* &c. in us. Delph. Paris. 1676. 4.
PAULINUS NOLANUS *Jo. Baptistæ le Brun.* Paris. 1685. 4. to. 2. et to. 1. *Anecdoctor. Muratorii.* Mediolani, 1697. 4.
PAULINUS PETROCORIUS in *Biblioth. PP. Lugdunensi.*
PERSIUS. V. *Juvenalis.*
PERVIGILIUM VENERIS cum *Salmasii, Scriverii,* et *Rivini* notis. Hagæ Comitum, 1712. 8.
PETRONIUS *Burmanni.* Trajecti ad Rhen. 1709. 4. to. 2.
PHÆDRUS *Burmanni.* Amstel. 1698. 8.
PLAUTUS *Taubmanni* et *Gruteri.* Francofurti, 1621. 4.
PLINIUS *Harduini.* Paris. 1723. f. to. 3.
——— Junior *Cortii* et *Longolii.* Amstel. 1734. 4. In Panegyrico. V. *Panegyrici Veteres.*
———VALERIANUS. V. *Æmilius Macer.*
POMPONIUS MELA *Gronovii.* Lugd. Batav. 1696. 8.
PRIAPEIA in *Appendice Virgil.* cum *Scaligero.* Lugduni, 1573. 8. Item cum *Petronio* et aliis. Amstelod. 1669. 8.
PRISCIANUS. V. *Grammatici Veteres.*
——— in Periegesi. V. *Epigrammata Vetera,* pag. 496.
PROBA FALCONIA in *Biblioth. PP. Lugdunensi.*
PROPERTIUS *Broukusii.* Amstel. 1727. 4.
PRUDENTIUS *Weitzii.* Hanoviæ, 1613. 8.
PUBLIUS SYRUS in *corpore Poetar. L.* et V. *Epigrammata Vetera.*

Q

QUINTILIANUS *Burmanni.* Lugd. Batav. 1720. 4. to. 4. Item *Capperonerii. Paris.* 1725. f.

R

RHEMNIUS FANNIUS. V. *Calpurnius.*
RUFUS FESTUS, vel SEXTUS RUFUS *Cellarii.* Cizæ, 1678. 8. et Halæ Magdeburgicæ, 1698. 8. et in *Commentariis Cuspiniani,* et to. 3. *Antiquitat. R. Grævii.*
RUTILIUS. V. *Calpurnius.*

S

SALLUSTIUS *Josephi Wasse.* Cantabrigiæ, 1710. 4. to. 2.
SCRIBONIUS LARGUS *Rhodii.* Patavii, 1655. 4.
SEDULIUS *Cellarii.* Halæ Magdeburgicæ, 1704. 12.
SENECA Philosophus, et Rhetor *Lipsii* et *Gronovii.* Amstel. 1672. 8. to. 3.
——— Tragicus *Schroderi.* Delphis, 1728. 4. to. 2.
SERENUS SAMMONICUS. V. *Calpurnius* et *Celsus.*
SERVIUS cum *Virgilio Masvicii.*
SEVERUS CORNELIUS de Ætna, cum *Scalig.* et alior. notis. Amstel. 1703. 8.
———SULPICIUS *Vorstii* et *Clerici.* Lipsiæ, 1709. 8. to. 2.
SEXTUS RUFUS. V. *Rufus.*
SICULUS FLACCUS. V. *Aggenus Urbicus.*
SIDONIUS *Sirmondi.* Paris. 1614. 8.
SILIUS *Drakenborchii.* Trajecti ad Rhenum, 1717. 4. Item *Cellarii.* Lipsiæ, 1695. 8.
SOLINUS *Salmasii.* Parisiis, 1629. f. to. 2. Item cum Variorum notis. Lugd. Batav. 1646. 12. Utriusque sectiones capitum indicavimus.
SPARTIANUS. V. *Capitolinus.*
STATIUS cum Variorum notis. Lugd. Batav. 1671. 8.
STRABO GALLUS. V. *Æmilius Macer.*
SUETONIUS ad us. Delph. Paris. 1684. 4.
SULPICIA. V. *Calpurnius.*
SYMMACHUS *Jureti.* Paris. 1580. 4. Item Lugd. Batav. 1653. 16. Utriusque numerum epistolarum laudavimus.
PUBL. SYRUS. V. *Epigrammata Vetera.*

T

TACITUS *Gronovii.* Trajecti Batavorum, 1721. 4. to. 2.
TERENTIUS *cum indice, et imitatione Plautina Hugenii.* Amstel. 1710. 8.
TERTULLIANUS cum *Rhenano* et *Junio.* Franekeræ, 1697. Item *Rigaltii.* Lutetiæ Paris. 1675. f.
THEODORUS PRISCIANUS. V. *Æmilius Macer.*
TIBULLUS *Broukusii.* Amstel. 1708. 4.
TREBELLIUS POLLIO. V. *Capitolinus.*

V

VALERIUS FLACCUS *Burmanni.* Leidæ, 1724. 4.
——— MAXIMUS ad us. Delph. Parisiis, 1679. 4.
VARRO de L. L. una cum *Nonio,* &c. V. *Nonius.* Item *Scaligeri.* Durdrecti, 1619. 8.
——— de R. R. V. *Cato.*
VEGETIUS de re militari, una cum *Frontino, et Stewechii commentar.* Vesaliæ Clivorum, 1670. 8. to. 2.
——— de re veterinaria. V. *Cato.*
VELLEIUS ad us. Delph. Paris. 1675. 4.
VENANTIUS FORTUNATUS in to. 10. *Bibliothecæ Patrum Lugdunensis.*
VIBIUS SEQUESTER *Hesselii.* Roterodami, 1711. 12.
P. VICTOR de regionib. Urbis R. in to. 3. *Antiquitatum R. Grævii* in *Panvinio,* &c.
VIRGILIUS *Masvicii,* Leovardiæ, 1717. 4. to. 2.
VITRUVIUS *Joannis de Laet.* Amstelod. 1649. f.
VOPISCUS. V. *Capitolinus.*
VULCATIUS GALLICANUS. V. *Capitolinus.*

Horum omnium ætas, et stilus in ipso Opere suis locis commemorata sunt.

LEXICON TOTIUS LATINITATIS.

A Littera prima est Alphabeti in omnibus linguis. *Insuavissimam litteram* ob sonum vocat *Cic. in Orat.* c. 49. [Perperam id asserit *Forcellinus*. En verba *Cicer.* Proximus (versus) inquinatus insuavissima littera [finitus]: *Frugifera et ferta arva Asiæ tenet.* Cum *Gesnerus* viderit litteram *T* esse in fine hujusce versus, ideo putavit eam esse quæ a Cicerone vocatur insuavissima, quod vocem *finitus*, quam nos uncis inclusimus, quamque *Schützius* tamquam cassam et absurdam expunxit, pro genuina habuerit. Sed idem *Schützius* conjicit, Ciceronem scripsisse: *inquinatus insuavissimæ litteræ sonitu*, et ex *sonitu* librarios fecisse *finitus*. Ceterum nec littera *T*, ut putat *Gesnerus*, nec littera *S*, ut *Proustius*, hic insuavissima dicitur a Cicerone, multoque minus littera *A*, utpote quæ omnium prima facillime exprimatur ab infantibus, et, ut ait *Martianus Capella*, sub hiatu oris congruo solo spiritu memoretur; sed potius littera *R*, quæ vulgo ob illius asperitatem canina appellatur, eaque porro quater recurrit hoc in versu a Cicerone in exemplum adducto. *Forcellinus* iterum hac de re emendandus in V. *Insuavis.*] ¶ Interdum est littera numeralis, quæ quingenta designat, ut ceteræ alphabeti litteræ alios numeros, de quibus suis locis. Vide antiquum codicem de notis numerorum adjectum *Probo pag.* 1683. *Putsch.* Porro eidem litteræ *A* si recta linea superaddatur, quinque millia significat. ¶ *A.* puncto postposito prænomen significat, ut *A. Cæcina*, *Aulus Cæcina.* ¶ *A* item, sicut reliquæ litteræ, ponitur interdum sola pro tota dictione, cujus est initium, ut *A. A. A.* Auro, Argento, Ære. ¶ Sed multa præterea significare potest sive sola sit, sive aliis litteris adjecta, ut est apud *Ursatum de Notis Roman.* Illud tamen hoc loco omittendum non est, *A* in judiciis usurpatam fuisse pro *Absolvo.* Itaque *Pedianus in Divinat.* c. 7. In causis majoribus, inquit, universi judices in cistam tabulas conjiciebant suas, easque insculptas litteras habentes A *Absolutionis*, C *Condemnationis*, N. L. *Ampliationis.* Qua de re latius *Brissonius de formul.* l. 5. Hinc dicitur *littera salutaris* a *Cicerone pro Mil.* c. 6. C vero *tristis.* In Comitiis autem legum, in quibus suæ cuique de populo tabellæ tradebantur, insculptas litteras habentes A, et U. R. A Antiquo, h. e. *respuo, abrogo*; et U. R. *Uti rogas*, h. e. *consentio, approbo*, significabant.

A, AB, ABS, præpositiones, quæ cum sexto casu adhibentur, et significant Anglice *from*, Græce ἀπό. Significatione nihil differunt, differunt autem solummodo in modo adjiciendi. *A* enim adjicitur iis vocibus tantum, quæ incipiunt a consonante, ut A Pompeio, A milite; *Abs* iis fere, quæ incipiunt a litteris T, et Q, ut Abs te, Abs quolibet. *Ter. Andr.* 1. 5. 56. et *Adelph.* 2. 3. 1. *Ab* plerumque iis, quæ incipiunt a Vocali, aliquando tamen etiam a consonante incipientibus, ut apud Livium *Ab re* l. 1. c. 17. ¶ *A*, et *Ab* cum verbis passivis significant *personam agentem*; ut Eratosthenes a Serapione, et ab Hipparcho reprehenditur. *Cic. ad Attic.* l. 2. ep. 6. ¶ Significant *remotionem* quoque, seu *vacuitatem* ab aliqua re; ut *vacatio a causis*, Cic. 1. leg. c. 4. ¶ Significant aliquando *præter*, ut *Ab re, foreign from the purpose. Sueton. in August.* c. 94. ¶ Item *per*, ut *Ab se* cantat cuja sit. i. e. *per se, sua sponte. Plaut. in Rud.* 2. 5. 21. ¶ Cum adjunguntur verbis *sto, sum, dico, facio, ago*, et similibus, idem significant, ac *favere*: Anglice, *to take any one's part, stand by, profess the same principles as, persist in*, ut stare a mendacio. *Cic.* l. 1. *de invent.* c. 3. Critolaus erat ab Aristotele. *Id.* 2. *de Orat.* c. 38. ¶ Ponuntur etiam ad significandam *proximitatem*, et *distantiam locorum. Cæsar B. G.* l. 1. c. 49. Passus sexcentos ab his castris idoneum locum delegit. ¶ *A*, vel *Ab* pro eo, quod dicimus: *Quod pertinet ad. Cic. Attic.* l. 7. ep. 15. Sumus imparati cum a militibus, tum a pecunia. ¶ Pro *circa*, vel *versus. Liv.* 45. c. 28. Duo maria ab occasu, et ortu Solis finitima Isthmus arctis faucibus dirimit. ¶ Interdum *locum*, vel *personam, apud quam aliquid fit*, significant. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 23. Tota fere *a* fronte, et *a* sinistra parte nudata sunt castra. ¶ Verbis juncta interdum significant *causam per quam* res efficitur. *Cic.* 1. *Acad.* c. 7. Ratio sempiterna est, nihil enim est valentius, a quo intereat. h. e. *per quod.* ¶ Nonnunquam causam designant *propter quam* res est. *Id. ib.* l. 4. c. 33. Mare quia nunc a Sole collucet, albescit, et vibrat. i. e. *propter Solem.* ¶ Conjunctæ cum nomine loci *incolam ejus loci* significant, et pro adjectivo ponuntur. *Liv.* l. 1. c. 50. Turnus ab Aricia. i. e. *Aricinus Civis.* ¶ Diversis præpositæ ablativis locutiones bonas, atque elegantes efficere solent; ut *a puero, a pueritia, ab ineunte ætate, ab adolescentia, a pueris, a prima ætate, a teneris unguiculis*, et similia apud *Cic.* passim, et apud alios. ¶ *A principio, from the very first, or the first setting out. Cic.* 1. ep. *Q. F.* 2. c. 3. Hæc a principio tibi præcipiens. ¶ *A primo* pro *primum*, vel *A principio. Cic.* 11. ep. *Att.* 7. Utinam *a primo* ita tibi esset visum. ¶ *Ab unguiculo ad capillum summum* pro *re tota. Plaut. in Epid.* 5. 1. 17. *from head to foot, from top to toe.* [*Petron.* c. 102. A capillo usque ad ungues. *Apul. Met.* l. 3. Ab imis unguibus usque ad summos capillos. *Plin.* l. 5. c. 17. A vestigio ad verticem.] ¶ *A vertice ad talos* idem significat. *Hor.* l. 2. ep. 2. v. 4. Talos a vertice pulcher ad imos. Sic dicimus: Ab imis unguibus usque ad verticem summum. *Cic. pro Rosc. Comœd.* c. 7. ¶ Sæpe ad tempus referuntur, et significant *post*, vel incipiendo ab illo tempore. *Cic. Phil.* 2. c. 41. Ab hora tertia bibebatur, vomebatur, *they commenced drinking, vomiting, at the third hour. Vellei.* l. 2. c. 104. Protinus ab adoptione. *Cic. Ver.* 6. c. 13. Ab illo tempore. *Liv.* l. 44. c. 34. Ab his præceptis concionem dimisit Consul, *with these injunctions, thus much enjoined. Propert.* l. 3. *Eleg. ult.* v. 26. Semper ab insidiis, Cynthia, flere soles. ¶ Item ad ordinem, et significant *post* vel *apud. Hirt. de B. Alex.* c. 66. Secundus a rege. *h. e.* primus post regem. *Cic. in Orat.* c. 64. Proximus a postremo. *h. e.* postremo vicinus. *Plin.* l. 17. c. 9. Proximum est caprarum stercus ab hoc ovium. *h. e.* post hoc. ¶ *A cura.* Anglice, *On set purpose, designedly, with forethought. Suet. in Tiber.* c. 70. Morositate nimia obscurabat stilum, ut aliquanto ex tempore, quam a cura præstantior haberetur. ¶ Videntur etiam Veteres sæpe his præpositionibus fuisse usi, cum vellent circumloqui adjectiva. *Virgil.* 2. *Georg.* v. 243. Dulcesque a fontibus undæ. *i. e.* Fontanæ undæ. *Mart. de spectac.* ep. 18. Tigris ab Hircano gloria clara jugo. *h. e.* Tigris Hircana. ¶ Aliquando videntur abundare; ut in illo *Ovid.* 2. *Amor. eleg.* 4. v. 30. Et tenerum molli torquet ab arte latus. *Propert.* l. 3. el. 9. v. 24. Ne possent (*currus*) tacto stringere ab axe latus. Adde *Tibull.* l. 1. el. 5. v. 3. Sic *A peregre*, pro peregre. *Vitruv.* l. 5. c. 7. ¶ Significant etiam *initium. Plin. in proœm.* l. 7. A suppliciis vitam auspicatur animal ceteris imperaturum. ¶ Sunt elegantes et hæ locutiones: *Ab aliquo solvere, dare, numerare. h. e.* de alicujus pecunia. *Cic. Att.* l. 5. ep. ult. Non modo non recusare, sed etiam hoc dicere, se a me solvere. Quod enim Prætori dare consuessent, quoniam ego non acceperam, se a me quodammodo dare. *h. e. quasi de meo*, vel *de mea pecunia.* Sic *repræsentare pecuniam ab aliquo. Cic. Att.* 12. ep. 25. Suppeditare ab aliquo. *Cic. contra Rull.* 2. c. 13. ¶ Elephanti nuper a silva. *Flor.* l. 4. c. 2. *h. e.* recentes a silva. ¶ *A matre pulli. Colum.* l. 8. c. 5. *i. e.* recenter a nido accepti. ¶ *A se aliquid facere, h. e.* de suo. *Suet. in Aug.* c. 40. Singula millia nummum a se dividebat. ¶ *A se aliquid facere. i. e.* per se, et ex sua voluntate. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 24. Non ipse aliquid a me prompsisse, sed fortuito in vestrum sermonem incidisse videar. *Id.* 2. *de Fin.* c. 24. Ipsum a se oritur, et sua sponte nascitur. ¶ A me salutem dic Ciceroni. *i. e.* verbis meis, seu nomine meo. *Cic. ad Att.* l. 6. ep. 2. Salvebis a meo Cicerone. ¶ Domicilium aliquando significant. *Terent. And.* 4. 4. 15. Unde est? dic clare. *My.* a vobis. *i. e.* a domo vestra. *Plaut. Cistell.* 4. 1. 6. Hæc Cistella nummam hinc ab nobis domo est? ¶ Aliquando conjunctionem. *Lucret.* l. 4. v. 1161. Ceres est ipsa ab Iaccho. *h. e.* Iacchi amica. ¶ Cum certis nominibus adjunguntur, quæ munera denotant, significant eum, qui præest alicui muneri; ut *a Commentariis. i. e.* qui in Commentarium refert, et veluti diarium conficit. *Ab Epistolis h. e.* qui præest Epistolis, *a secretary*; Græce ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν. *A rationibus. h. e.* qui præest rationibus, *a computist, a keeper of accounts, accountant. A studiis. h. e.* qui præest studiis alicujus, puta Principis, *a tutor, preceptor. Suet. in Claud.* 28. *Cic.* 8. *ep. ad Att.* 5. *Tacit.* 15. *Ann.* 35. *Suet. Ner.* 49. et *Vespas.* 3. ¶ *A pedibus*, aut *servus a pedibus*, Anglice, *A lackey, menial attendant, footman. Cic.* 8. *ad Att.* ep. 5. Servum a pedibus Romam misi. ¶ Sic *a manu, a pugione, a libellis*, et similia, quæ passim apud Scriptores leguntur. Usurpantur autem fere cum genitivo. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 584. n. 2. Alexio Cæsaris Augusti a bibliotheca. Adde p. 578. n. 1. et p. 61. n. 4. Reperitur tamen etiam dativus. *Vopisc. in Carino* c. 18. Claudius Eusthenius, qui Diocletiano ab epistolis fuit. *Senec in Apocoloc. in fin.* Menandro liberto tradidit, ut a cognitionibus ei esset. Hoc *Senecæ* loco alii aliter legunt. ¶ Est elegans usus præpositionum *A* et *Ab* cum particulis *usque*, et *prope. Cic. in Vatin.* c. 8. Quod Augures omnes usque a Romulo decreverunt. Et *Plin.* l. 15. c. 18. Tam prope a muris habemus hostem. ¶ Legitur etiam *ab ante* sequente ablativo, *in Inscript.* apud *Gruter.* p. 717. n. 11. ¶ *Hæc de significatione.* Cum vero alicui voci conjunguntur, separationem significant, et privationem. Neque tamen cum quibusvis litteris componuntur. Nam *A* cum *M* et *V* consonante solum connectitur, ut *Amoveo, Amens, Avello. Ab* cum *A, D, E, F, I, L, N, O, R, U.* Ut *Abactor, Abduco, Aberro, Abfore, Abjuro, Ablacto, Abnuo, Aborior, Abrogo, Abundo.* ¶ Duo sunt ex *Ab* præpositione composita, quæ euphoniæ gratia *B* mutant in *U. Aufero* videlicet, et *Aufugio.* Efficiunt autem, ut diximus, hæ præpositiones in compositione fere privationem: ut *Absimilis*, non similis: nonnunquam separationem, ut *Ablacto, Aufugio.* ¶ Abs vero componitur cum *C, T, Q.* Ut *Abscondo, Abstineo, Absque.* Significat autem retractionem in partem posteriorem, sicut in *Abstraho*, et aliquando privationem, ut in *Abstemius* quasi sine temeto. ¶ De *Abs* V. etiam infra suo loco. ¶ De *a* interjectione V. in *Ah.*

AARON, m. 3. Hebr. אַהֲרֹן 'Ααρὼν, frater Moysis, primus Summus Sacerdos Hebræorum. Pænultima brevis est natura, atque ideo corripitur a *Tertull. in carm.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 5. Hic Aaron est virga, crucis quæ germina profert. *Prudent.* tamen *in Psychom.* produxit, v. 884. Hujus forma fuit sceptri gestamen Aaron. ¶ Dicitur et *Aron*, extrita secunda syllaba: unde *Aroneus*, quod V. suo loco.

AB, V. *A*, et *Ab.*

ABA, m. 1. Ἄβα. Mons Armeniæ, ex quo Domitius Corbulo Euphratem nasci putavit, referente *Plin.* l. 5. c. 24. ¶ *Aba, h. e.* frater, V. infra in *Abo, as.*

ABĂBUS pro Abavus legitur in quadam inscript. apud *Reines. class.* 6. n. 71. Munatio Planco Paulino V. C. &c. Crepereius Amantius Ababo suo. Non est autem singulare hoc monumentum, in quo *B* pro *V* positum sit, nam multa alia tum idem *Reines. class.* 1. n. 10. tum *Gruter.* hujus generis afferunt. V. initium litteræ *B.*

ABACTOR, ōris, m. 3. ἐλατὴρ βοῶν, *a stealer, or driver away of cattle*, a verbo *Abigo. Isid.* l. 10. *Orig. in A.* Est fur jumentorum, et pecorum, quem vulgo abigeum vocant, scilicet ab Abigendo. *Paulus* l. 5. *senten.* c. 18. Abactores sunt, qui unum equum, duas equas, totidemque boves, capras decem, aut porcos quinque abegerint. *Apul. sub fin.* 7. *Metamorph.* Abactorem indubitatum, cruentumque percussorem criminantes. *Minuc. Fel. in Octav.* c. 5. Abactor boum. [*Firmic. Astr.* l. 6. c. 36. Pecorum abactores.]

ABACTUS, us, m. *a driving away by theft, or by force*, actus abigendi. *Plin.* in *Paneg.* c. 20. Cum abactus hospitum exerceret.

ABACTUS, a, um, *driven away*, (præterit. passiv. verbi *Abigo.*) furto, aut per vim abductus. Ut abacti greges. *Cic.* 4. *Ver.* 7. Greges nobilissimarum equarum abactos. [*Tacit. Ann.* l. 14. c. 63. Partus abactus, *h. e.* clam abductus.] ¶ Additur aliquando Ablativus *furto. Plin.* l. 8. c. 51. *de suibus.* Compertum, agnitam vocem suarii furto abactis. ¶ Exactus, expulsus, *driven off, turned adrift. Horat.* l. 2. sat. 2. v. 44. Nec dum omnis abacta Pauperies epulis regum. *Propert.* l. 3. el. 13. v. 30. stabulis mater abacta suis. *h. e.* prohibita, non admissa *Horat. Epod.* 5. v. 29. Abacta nulla Veia conscientia. *h. e.* non deterrita. ¶ *Abacta nox* est exacta. *Virg.* 8. *Æneid.* v. 407. Medio jam noctis abactæ Curriculo. Adde *Stat.* 1. *Theb.* v. 231. ¶ *Abacti Magistratus Festo* dicuntur, qui coacti deponunt Magistratus imperium. ¶ *Abacti oculi*, enecti, et intus recedentes, *hollow, sunk eyes. Stat.* 1. *Thebaid.* v. 104. *de Tisiphone.* Sedet intus abactis Ferrea lux oculis. ¶ *Abactus venter* apud *Paul.* l. 4. *sentent. tit.* 9. est fetus medicamentis ejectus, *untimely birth, miscarriage.*

ABACŬLUS, i, m. 2. Abaculos *Plin.* l. 36. c. 26. calculos vitreos dici a quibusdam indicat vario colore tinctos, qui vel lusorii erant, ut *Harduinus* existimat, vel ut alii censent, in supputationibus usurpati. Anglice, *counters to mark with.* [Neque lusorios hic, neque numerarios calculos intelligi putamus, sed illos, quos ἀβακίσκους vocant Græci, tessellas nempe, ex quibus pavimenta operis musivi fiunt, quo lapidum genere valde delectatos fuisse veteres constat. Hinc *Athen. Deipnos.* l. 5. p. 207. de navi Hieronis Ταῦτα δὲ πάντα δάπεδον εἶχεν ἐν ἀβακίσκοις συγκείμενον ἐκ παντοίων λίθων. Vide *Eustath.* ad *Homer Odyss.* l. 22. p. 786.]

ABĂCUS, i, m. ἄβαξ, ἄβακος, mensa est, vel tabula, in qua aliquid deponitur ad usum, vel ad pompam; quales sunt mensæ coquorum, in quibus receptacula eduliorum exponi solent, *a bench, counter, table, dresser, side-board.* [Ex. *Livio*, l. 39. c. 6. et ex *Plinio*, l. 34. c. 5. sect. 8. constat, Cn. Manlium Vulsonem Gallorum in Asia victorem abacos Romam primum invexisse.] *Cic.* 4. *Verr.* c. 16. Ab hoc abaci vasa omnia, ut exposita fuerant, abs-

tur. *Juven. Sat.* 3. v. 203. Lectus erat Codro Procula minor, urceoli sex, Ornamentum abaci. ¶ Item tabula, in qua Arithmetici numeros ducunt subinde delendos, et Geometræ figuras designant. *Pers. Sat.* 1. v. 131. Nec qui abaco numeros, et secto in pulvere metas Scit risisse vafer. *Apul. in Apolog.* Si non modo campo, et glebis, verum etiam abaco et pulvisculo te dedisses. *h. e.* Geometriæ studio. Addit autem *pulvisculo*, quia Geometræ hujusmodi abacum pulvere conspergebant, quo facilius figuras notarent, delerentque, si opus esset. ¶ Veteres hujusmodi abacum mensam Pythagoricam appellabant, *a casting-table, board on which geometrical figures were delineated, table of arithmetic, arithmetical chart.* Hunc pro supputandi peritia, quæ Platoni λογιστικὴ dicitur, vulgus abuti solet. ¶ Est etiam alveolus aleatorius, *a dice board, chess-board.* *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 5. Deum sequentem omnes pariterque abaco, et latrunculis contenunt. *Sueton. in Ner.* c. 22. Cum ex eo otio super ceteros quadrigis in abaco luderet. *h. e.* parvis quadrigis ex ebore factis in alveolo lusorio Circensia certamina ludendo repræsentaret. ¶ Item tabula, in qua Geometræ, et Geographi terræ mensuras, et regiones describunt. *Martian. Capell.* initio l. 7. ¶ Præterea abaci dicuntur crustæ, tabulæve quadratæ e marmore, vitro, aut simili materia, quæ parietum ornamenta erant, et tectorii vice inserta. A similitudine dictæ ligneorum abacorum: vulgo quidam vocant *compartimenti*, aut *compartitions*. *Vitruv.* l. 7. c. 3. Itaque veteribus parietibus nonnulli crustas excidentes, pro abacis utuntur. *Plin.* l. 33. c. 12. *ad fin.* Atticco ad lumina utuntur, ad abacos non nisi marmoroso, quoniam marmor in eo resistit amaritudini calcis. Adde l. 35. c. 1. et 6. ¶ Denique abacus in architectura est quadrata planities in summis columnarum capitulis, *a square table, cube, or stone on the chapiter of pillars.* *Vitruv.* l. 4. c. 1. Abaci latitudo ita habeat rationem, ut, &c.

ABADIR, seu Abaddir, seu Abdir, nomen mascul. de quo *Priscian.* l. 5. p. 647. *Putsch.* Abadir, inquit, Deus est: dicitur et hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur devorasse pro Jove, quem Græci βαίτυλον vocant. [†V. Sanch. ap. Euseb. p. 37. D. Etym. Mag. Etym. Gudian. Phavor. Hesych. et Zonar. in v. Βαίτυλος. Hes. Theog. 485. seqq. Prisc. (Putsch.) 1. p. 564. 6. p. 698. 7. p. 747. Marsh. C. Chron. p. 56. seqq. Voss. Op. T. 5. p. 714. Boch. de Phœn. col. 2. 2. Phot. Bibl. cod. 242. p. 1043. et 1061. Zoeg. de Orig. et Usu Obelisc. 4. 1. 5. quibus adde, *Hist. de l'Acad. d'Inscript.* T. 1. p. 34. b.]

ABÆSTŬO, as, n. æstuare, fervere. Translate *Tertull. (seu quicumque alius auctor est) carm. de Judicio Dom.* c. 1. Quid faciat, lætis ut vitis abæstuet uvis.

ABAGĬO, onis, f. *a proverb, saying, adage.* Vox obsoleta, idem ac adagium, *Varro* l. 6. *de L. L.* c. 3. Adagio, et littera commutata abagio, dicta ab eo, quod ambito rationem.

ABAGMENTUM, i, n. remedium abigens, vox a verbo *ago* deducta, et a *Theod. Prisciano* usurpata l. 2. c. 16. ubi tamen quidam pro *abagmentis* legunt *ab augmentis*.

ABALIENATIO, onis, f. *an alienating, making over to another by sale, cession, or contract.* ἀπαλλοτρίωσις. *Cic. in Top.* c. 5. *ad fin.* Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio. *h. e.* abalienatio est ejus rei, quæ in nostra est potestate, traditio alteri, addita obligatione ipsam rem præstandi, aut in jure cessio.

ABALIENĀTUS, a, um, adject. *estranged, alienated,* ἀπηλλοτριωμένος, alteri traditus, venditus. *Cic. Agrar.* 2. c. 27. Vectigalibus abalienatis, sociis vexatis, regibus, atque omnibus gentibus exinanitis. ¶ Item disjunctus, *severed, separated.* *Liv.* l. 22. c. 60. Sero nunc desideratis (*patriam*) diminuti capite, abalienati jure civium, servi Carthaginiensium facti. *Quintil.* l. 8. c. 3. Medici abalienata morbis membra præcidunt. *h. e.* emortua, et quæ amplius non habent cum reliquo corpore vigoris communicationem. Eadem hac ratione usurpatur *abalienatus* a *Scribon. Larg. compos.* 227. ¶ Sæpius translate dicitur de eo, qui suam in nos voluntatem mutavit, et alio avertit propter offensam, aut suspicionem. *Cic. Fam.* 1. ep. 7. Virum excellentem, nonnihil suspicantem te ab se abalienatum, illa epistola retinuisti. *Id.* 1. *Att. ep.* 3. Esse animo abalienato. ¶ *Abalienatus* dicitur, inquit *Festus*, quem quis a se removerit, *alienatus* qui alienus est factus. *Sallust.* tamen *alienatum* pro *abalienato* posuit in *Catil.* c. 35. V. *Alienatus.*

ABALIĒNO, as, avi, atum, a. 1. *to estrange, alienate, sell away,* ἀπαλλοτριόω, quod meum erat, alienum facio, vendo. Est autem vetus verbum Civilis Juris. *h. e.* Civium R. proprium, peregrinis hominibus non commune, quo perfecta rei alicujus alienatio significabatur, hoc est rei, quæ mancipi esset, alteri traditio, aut in jure cessio, ut in *Abalienatio* dictum est. *Paulus Dig.* l. 10. tit. 3. leg. 14. Igitur etsi abalienavero prædium, danda mihi erit negotiorum gestorum actio. Adde *Fragment. legis Thoria*, quod habetur in edit. *Goesiana Scriptor. rei Agrar.* p. 329. ¶ Ponitur etiam pro quacumque ratione vendere, et alteri tradere. *Cic. Agrar.* 2. c. 21. Hujusce modi res commissa est nemini, ut idem agros populi Rom. abalienaret. Adde *Paul. Tryphon.* 2. 4. 112. ¶ Translate est alicujus voluntatem, seu benevolentiam avertere, et amicitiam disjungere, *to alienate one's affections, set one at variance.* *Cic. Fam.* 1. ep. 7. Quos favendo in communi causa retinere potuerunt, invidendo abalienarunt. *Id.* 2. *Phil.* c. 15. Alicujus voluntatem a se abalienare. *Liv.* l. 26. c. 38. Abalienantur animi. *Nepos in Hamilc.* c. 2. Totam Africam abalienarunt. ¶ Cum ablativo sine præpositione. *Nepos in Agesil.* c. 2. Quod Tissaphernes perjurio suo et homines suis rebus abalienaret, et Deos sibi iratos redderet. *Cic. in fragment. orat. pro C. Cornel.* Ut omnino ne illius potestate abalienemur. ¶ Pro separare, disjungere absolute, *to separate.* *Plaut. Curcul.* 1. 3. 18. Nisi mors meum animum abs te abalienaverit. ¶ *Abalienare sensus* apud *Scribon. Larg. compos.* 180. est soporare, *to deprive of one's senses, take away one's reason.* [Eodem sensu apud eumdem *compos.* 192. Abalienare mentem.]

ABAMBULANTES, abscedentes, ἀπερχόμενοι. *Paul. ex Festo.*

ABAMITA, æ, f. *the sister of one's great grandfather's, or great grandmother's, father, that is, of one's third grandfather, by the father's side,* ἡ θεία πρὸς πατρὸς μεγάλη, soror abavi mei ex parte paterna; quæ et *amita maxima* dicitur. *Caius Dig.* l. 38. tit. 10. leg. 3. et *Paul. ibid.* leg. 10.

ABANTE, *before,* idem quod ante. Legitur in quadam Inscript. apud *Scip. Gentil.* l. 1. *Parerg.* c. 14. *abante oculis.* Adde aliam Aquilæ apud Alexandros, et in *To.* 2. *dissertat. Cortonens.* [V. et *Mazocchi de Ascia* p. 119.]

ABANTĒUS, a, um, adject. ad Abantem Argivorum regem pertinens. *Ovid. Metam.* 15. v. 184. Nuper Abanteis templo Junonis in Argis.

ABANTĬĂDES, æ, patronymicum mascul. *Ovid.* 6. *Met.* v. 137. Torquet in hunc hastam calido de vulnere raptam Ultor Abantiades. *h. e.* Perseus pronepos Abantis. Fuit enim filius Danaes filiæ Acrisii filii Abantis.

ABANTĬAS, ădis. f. Patronymicum est a nomine *Abas*, quo significatur vel filia, vel neptis Abantis. Apud Poetas fere pro Danae ponitur, Abantis ex Acrisio nepte, vel pro Atalanta nepte ejusdem ex Jasio Argivorum Rege. ¶ Hoc nomine appellata est etiam Eubœa, quæ nunc *Negropont*, teste *Plin.* l. 4. c. 12. de qua *Priscian. (seu quicumque alius auctor est)* in *Perieges.* v. 544. Europes Macris agnoscit Abantias oram.

ABANTĬUS, a, um, Euboicus. V. vocem præced. *Stat.* l. 4. silv. 8. v. 45. quos auguriis super æquora magnis Litus ad Ausonium devexit Abantia classis. *h. e.* ab Eubœa veniens.

ABARCĒRE est prohibere: ex *ab*, et *arceo*. *Paul.* ex *Festo*. *Abarcet, prohibet.* Ubi alii legunt *abercet*, ut coercet. Nam et *coerceo* ab *arceo* est.

ABARITĀNUS, a, um, adject. *Plin.* l. 16. c. 36. inter alia arundinum genera *Abaritanam* recenset. quæ scilicet in Africa nascebatur circa oppidum *Abaris*, et piscatui aptissima erat.

ABAS, antis, m. Metaniræ fil. a Cerere in lacertam conversus, quod a matre susceptam hospitio moleste tulisset, et irrisisset. *Ovid. Met.* l. 5. a vers. 448. ¶ Item Rex duodecimus Argivorum, Lyncei ex Hypermnestra conjuge filius (sunt tamen qui Beli filium faciunt) vir bellicosus, et acerrimi ingenii. Pater fuit Prœti, et Acrisii, et avus Persei, a quo postea Argivorum reges *Abantiadæ* dicti sunt. Regnavit ann. 23. Vide *Pausan.* in *Phoc.* ¶ Est et comes Æneæ. *Virg. Æn.* 1. v. 121. Jam validam Ilionei navem, jam fortis Acatæ, Et qua vectus Abas,—Vicit hyems. ¶ Est et dux Thuscus, qui Æneæ suppetias tulit a Lauso interfectus. *Virg. Æn.* 10. v. 170. Una torvus Abas, &c. ¶ Est et quidam Græcus cum Androgeo ea nocte, qua incendebatur Troja, occisus a Trojanis. Ejus clypeum Æneas in agro hostili Ambraciæ Epigrammate addito consecravit. *Virg. Æn.* 3. v. 286. Ære cavo clypeum magni gestamen Abantis Postibus adversis figo. ¶ Est et Centaurus Ixionis et Nubis filius, venator insignis. *Ovid. Met.* 12. v. 306.

ABĂTON, n. Ædificium erectum a Rhodiis ad protegendum Artemisiæ tropæum, quod religione impediti diruere non poterant. *Vitruv.* l. 2. c. 8.

ABĂTOS, i. locus ultra Ægyptum, et Æthiopas juxta paludem Stygem, ab *α* privativa particula, et βαίνω, vado, sive ascendo: quæ loca Græci *Abata*, Latini *Invia*, sive *Abata* vocant, *inaccessible places, not to be approached.* *Sen. nat. quæst.* l. 4. c. 6. Exiguo ab hac spatio terra dividitur, ἄβατον Græci vocant, nec illam nisi Antistites calcant. ¶ Abatos f. Petra Ægypti in palude Memphitica, sic dicta, quia inaccessa. Ibi Osiris Rex sepultus fuerat. *Lucan.* l. 10. v. 323. Hinc Abaton quam nostra vocat veneranda vetustas.

[ABĂTOS, i, *locus ultra Ægyptum, etc. hæc et quæ sequuntur, omnia delenda, reponenda vero sunt, quæ hic adscribuntur:* ABĂTOS, i, f. ἄβατος, ab *α* privativa, et βαίνω *vado* sive *ascendo*, *h. e.* inaccessibilis. *Serv. ad Æn.* l. 6. v. 154. Hic (Seneca) dicit circa Sienem, extremam Ægypti partem, esse locum, quem Philas, hoc est amicas, vocant, ideo quod illic est placata ab Ægyptiis Isis; quibus irascebatur, quod membra mariti Osiridis non inveniebat, quem frater Typhon occiderat. Quæ inventa postea cum sepelire vellet, elegit vicinæ paludis tutissimum locum, quem transitu constat esse difficilem: limosa enim est, et papyris referta. Ultra hanc est brevis insula, inaccessa hominibus: unde ἄβατος appellata est. Hæc palus Styx vocatur, quod tristitiam transeuntibus gignit. Sane ad illam insulam ab his, qui sacris imbuti sunt, certis transitur diebus. Lectum est etiam, quod vicini populi cadavera suorum ad alteram regionem transferunt; sed, si quis forte in fluvio pereat, nec ejus inveniatur cadaver, post centum ei annos ultima persolvuntur. *Senec. nat. quæs.* l. 4. c. 2. Primum incrementum Nili circa insulam, quam modo retuli, Philas, noscitur. Exiguo ab hac spatio petra dividitur, ἄβατον Græci vocant: nec illam ulli, nisi antistites, calcant: illa primum saxa auctum fluminis sentiunt. *Lucan.* l. 10. v. 323. Hinc, abaton quam nostra vocat veneranda vetustas, Petra potens primos sentit percussa tumultus.]

ABAVĬA, æ, f. *a great grandfather's, or great grandmother's mother, by father's or mother's side, a third grandmother,* ἀπόμαμμα, mater proavi, vel proaviæ tam ex parte paterna, quam materna. *Caius. Dig.* l. 38. tit. 10. leg. 1. et *Paul. ibid.* leg. 10.

ABAVUNCŬLUS, li, m. *the brother of a third grandmother, by the mother's side,* ἀποθεῖος, frater abaviæ ex parte materna; qui et *avunculus maximus* appellatur *Caius. Dig.* l. 38. tit. 10. leg. 3. et *Paulus ibid.* leg. 10.

ABĂVUS, i. m. *a great grandfather's, or great grandmother's father, a third grandfather, by either side,* ἀπόπαππος, proavi paterni aut materni, et proaviæ paternæ, aut maternæ pater, ut *Paul. Dig.* l. 38. tit. 10. leg. 10. docet. *Cic. de clar. Orat.* c. 58. Duorum abavorum illustre nomen. [A *Virgil. Æneid.* l. 10. v. 619. dicitur *quartus pater.*] ¶ Interdum latiore significatione sumitur pro tritavo, aut uno aliquo ex majoribus. *Cic.* enim *de harusp. resp.* c. 18. Appium Claudium Cæcum abavum P. Clodii appellat, cum tritavus fuerit, aut fortasse etiam superior.

ABAX, ăcis, f. ἄβαξ, idem quod abacus, seu potius fulcrum ad vasa collocanda: quales sunt orbiculi illi, in quibus vasa in mensa collocantur, ne mantelia inquinentur. *Jabolenus Dig.* l. 32. leg. 98. Cui Corinthia vasa legata essent, huic abaces quoque eorum vasorum collocandorum causa paratas deberi, Trebatius respondit: Labeo autem id non probat, si eas abaces vasorum numero testator habuit: Proculus vero recte ait, si æneæ quidem sint abaces non autem Corinthiæ, non deberi. In celebri edit. *Torrentini* pro *abaces* ubique legitur βάσεις, in quibusdam aliis etiam Latine *bases*. *Haloander* in sua *abaces* edidit. Vox hæc certior esset, si ex *Columella* confirmari posset, quemadmodum quidam Lexicographi putarunt. Quamvis enim afferatur etiam a *Prisciano* l. 7. p. 752. *Putsch.* et quidem masculino genere, nullo tamen exemplo Latini Scriptoris ab eo confirmatur.

ABAZĒA, orum, n. sacra instituta in honorem Dionysii Caprii filii, Asiæ regis, quorum meminit *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 23. ¶ Dicta sunt Abazea a taciturnitate, qua celebrabantur: ab *α* privativa, et βάζω, loquor. Sed multo rectius alii leg. *Sabazia.* V.

ABBAS, ătis, *an abbot, or chief of a convent,* Κοινοβιάρχης, moderator, et rector collegii, et societatis, monachorum primus, et Antistes.. Sunt qui per unicum *b* scribant. Est autem Syra vox ab ܐܒܐ Pater. *Sidon.* carm 16. v. 114. Urbem tu cujus, monachosque Antistes, et Abbas Bis successor agis.

ABBREVĬO, as, a. *to shorten, abridge, diminish,* ἐξαχύνω. *Veg. in Prol.* l. 3. *de re milit.* Quæ me per diversos Auctores dispersa, Imperator invicte, abbreviare jussisti.

ABCĪDI, præteritum ex *ab*, et *cædo*, in multis MSS. legisse se testatur *Gronov.* apud *Senec. in Phœniss.* v. 194. Projecit, atque abcidit. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 362. Abcidit jugulo, pectusque, &c. *Martial.* l. 3. epigr. 66. Abcidit vultus. Et *Lucan.* l. 4. v. 503. Abcidit nostræ multum, &c. quibus locis alii *abscidit* legunt tanquam non ex *ab*, sed ex *abs*, et *cædo*.

ABDĒRA, æ, Ἄβδηρα, Urbs est Thraciæ maritima non procul a Nessi fluminis ostio, a Teiis condita. Hinc natum Græcum proverbium Ἄβδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικία. *Abdera pulcra Teiorum colonia*; quo significamus non deesse, quo confugiamus, siquis præter modum pergat esse molestus. De quo vide *Vossium ad Melam.* l. 2. c. 2. n. 120. ¶ Dicta est ab *Abdero* Herculis delicio, a Diomedis equis dilacerato, et ibi humato, in cujus honorem Hercules, posteaquam pugnasset cum Diomede, *Abderam* condidit, quæ postea *Clazomenæ* a Clazomeniis ex Asia venientibus, qui eam in meliorem formam redegerunt, vocata est. *Solinus* c. 10. (al. 15.) ab *Abdera* Diomedis sorore conditam scribit, ejusque nomine donatam. Idem asserit *Pomp. Mela loc. cit.* cujus hæc verba sunt: *Turris, quam Diomedis vocant, signum fabulæ remanet, et urbs, quam soror ejus suo nomine nominavit, Abdera.* Dicitur etiam, *Abdera, orum*, neut. plur. quod et Græcorum quidam τὰ Ἄβδηρα usurparunt. *Liv.* l. 45. c. 29. Præter Ænum, et Maroneam, et Abdera. ¶ Patria fuit Protagoræ, et Democriti Philosophorum *Cic. de clar. Orat.* c. 8.

et *Pomp. Mela loc. cit.* ¶ *Vervecum patriam* eam appellat *Juvenal.* sat. 10. v. 50. propter Thraces incolas rudes, stultos, et stupidos. Hinc *Cic. Att.* l. 4. ep. 16. Consules rem ad Senatum detulerunt: hic Abdera, non tacente me. *h. e.* summa stupiditas. ¶ *Plin.* l. 25. c. 8. scribit, circa eam urbem pascua esse, quibus pasti equi inflammentur in rabiem. ¶ Mos fuit in ea urbe, ut si calamitates ingruerent, certum hominem deligerent, diris imprecationibus devoverent, et mox lapidibus obruerent. Hinc *Ovid. in Ibin*, v. 567. Aut te devoveat certis Abdera diebus, Saxaque devotum grandine plura petant. ¶ Abdera altera urbs est Hispaniæ Bæticæ a Carthaginensibus condita. *Plin.* l. 3. c. 10.

ABDERĪTA, et Abderites, æ, m. Abderæ incola. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 32. Quid de Protagora Abderita loquar? *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 23. Abderites Protagoras. ¶ Abderitæ propter ranarum, et murium multitudinem coacti quondam sunt, relicto patrio solo, novas sedes quærere, *Justin.* l. 15. c. 2.

ABDERITĀNUS, a, um, adject. ad Abderitas pertinens. *Martial.* l. 10. *Epigr.* 25. Abderitanæ pectora plebis habes. *h. e.* stultus es. Abderitæ enim stolidæ, stupidæque mentis fuere. V. *Abdera.*

ABDERITĬCUS, a, um, Abderitanus. *Cic. Att.* 7. ep. 7. Audio constitutum esse Pompeio in Siciliam me mittere, quod imperium habeam: id est Ἀβδηριτικόν. (*quædam Editiones Latinis litteris exhibent*) nec enim Senatus decrevit, nec populus jussit, me imperium in Sicilia habere, *h. e.* stultum. Abderitæ enim fuere ob stultitiam celebres.

ABDICATĬO, onis, f. *a disowning, disinheriting,* ἀποκήρυξις, ejectio filii ex paterna domo, et familia cum hereditatis privatione. Fieri autem consuevit a patre injuria aliqua, aut inobedientia filii læso, quem in judicium, ut quidam putant, vocatum probata causa abdicabat, eumque abdicatum alere non tenebatur, imo egenum, vestibusque ipsis spoliatum dimittebat, nec defuncto patri succedebat in hereditatem. *Quintil.* l. 7. c. 4. Abdicationum formæ sunt duæ; altera criminis perfecti, ut si abdicetur raptor, adulter; altera imperfecti, velut pendentis, et adhuc in conditione positi, quales sunt in quibus abdicatur filius, qui non pareat patri: illa semper asperam abdicantis actionem habet (immutabile est enim, quod factum est) hæc ex parte blandam, et suadenti similem. *Plin.* l. 7. c. 45. Abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem. ¶ Est etiam idem ac recusatio, aut dimissio, *a renouncing, laying down.* *Liv.* l. 6. c. 16. Amotus abdicatione dictaturæ terror, et linguam, et animos liberaverat hominum. *Imp. Justinian.* l. 6. *Cod.* tit. 31. leg. *ult.* Hereditatis abdicationem revocare.

ABDICATĪVE, adverb. *negatively, in the negative,* ut Abdicative concludere apud *Martian. Capell.* l. 4. p. 128.

ABDICATĪVUS, a, um, verbal. *negative,* ut *Abdicativa propositio,* quæ eadem est antiquis Philosophis, ac ea, quæ a recentibus negativa appellatur: cui opponitur *dedicativa.* *Apul.* 3. *dogm. Platon.* et *Martian. Capell.* l. 4. p. 121.

ABDICĀTUS, a, um, adject. *disinherited, cut off from one's fortune,* ἀποκήρυκτος. *Quintil.* l. 3. c. 6. *prope fin.* Abdicatus ne quid de bonis patris capiat. *Et mox:* Quæretur an possit esse heres abdicatus. ¶ Item dimissus, depositus, *renounced, or laid down,* *Sallust. in Catil.* c. 47. Senatus decernit, ut abdicato magistratu Lentulus, itemque ceteri in liberis custodiis habeantur. ¶ Item rejectus, abjectus, *discarded, forsaken, abandoned.* *Plin.* l. 5. c. 17. Gens sola sine ulla femina, omni Venere abdicata. *Id.* l. 25. c. 13. Aliqui et mandragora utebantur: postea abdicatus (*succus*) in hac curatione est. ¶ Translate *Prudent. peristeph.* 5. v. 52. Antra conscia Tartareæ caliginis, abdicata Soli. *h. e.* veluti a Sole abdicata, ut quæ ab eo nunquam illustrentur.

ABDĪCO, as, are, a. *to turn out of doors, disinherit, to cease to own as a son,* ἀποκηρύττω, est familia abjicere, quasi *non dicere,* *i. e.* negare filium, a se rejicere, et tanquam non suum declarare: quod extremum est patriæ potestatis fulmen. V. *Abdicatio.* *Plin.* l. 6. c. 22. Eligi Regem liberos non habentem; et si postea gignat, abdicari, ne fiat hereditarium regnum. ¶ Idem non est *abdicare, et exheredare.* Abdicamus enim filios vivi, *h. e.* privamus omni jure filii: exheredamus, *h. e.* submovemus tantum ab hereditate post mortem. Itaque quisquis abdicatus est, idem est et exheredatus; non contra. ¶ Est etiam *abdicare* idem quod rejicere, deponere, *to lay down, resign.* Hinc *Abdicare se Magistratu,* est ante tempus magistratum deponere. Differunt autem inter se *Abdicare se magistratu, et deponere magistratum.* Moris enim erat, ut quibus imperium certa de causa abrogandum erat, hi dignitati, et existimationi suæ consulentes per se, et quasi sua sponte magistratum deponerent, seseque privatos redderent. Quod in P. Lentulo Prætore factum videmus. *Cic. Catilinar.* 3. c. 6. de quo Senatus censuit, ut cum se prætura abdicasset, tum in custodiam traderetur. Sed *deponere Magistratum* dicebantur, qui eum confecto tempore populo Romano tradebant. ¶ Dicimus etiam *abdicare Magistratum* eodem sensu. *Sallust. in Catil.* c. 47. Uti abdicato Magistratu, Lentulus, itemque ceteri in liberis custodiis haberentur. *Liv.* l. 6. c. 18. Abdicare dictaturam. ¶ *Abdicare* absolute, eodem sensu, *Cic. de Nat. Deor.* 2. c. 4. Augures rem ad Senatum, Senatus ut abdicarent, Consules abdicaverunt. ¶ *Abdicare se tutela,* est tutelam deponere. *Cic. ad Att.* ep. 1. l. 6. Itaque tutela me abdicare cogito. ¶ Abdicat se statu suo homo liber, qui seipsum vendit, *Modestin. Dig.* l. 1. tit. 5. leg. 21. ¶ Universim est rejicere, *to reject, throw off.* *Plin.* l. 7. c. 30. *de Cicerone.* Te dicente, legem Agrariam, hoc est alimenta sua abdicaverunt Tribus. *Id.* l. 20. c. 3. *de rapis.* Democritus in totum ea abdicavit in cibis. *Id.* l. 33. c. 1. Utinam posset e vita in totum abdicari aurum. *h. e.* tolli ex usu humanæ vitæ. *Id.* l. 4. c. 8. *de Peneo fluvio.* Accipit amnem Euroton, nec recipit, sed olei modo supernatantem, brevi spatio portatum abdicat. *h. e.* a se rejicit, et alio impellit. ¶ *Abdicare patrem* dicitur filius, qui patrem suum rejicit. *Curt.* l. 4. c. 10. et *Liv.* l. 40. c. 11. ¶ Cum infinito pro negare. *Pacuv. apud Non.* c. 6. n. 14. Mortem ostentant, regno expellunt, consanguineam esse abdicant.

ABDĪCO, is, ixi, ictum, ἀποτίθεμαι, ἀνατίθεμαι, aversari, rejicere. Invenitur usurpatum in judiciis, et in scientia Augurali. In judiciis *abdicere vindicias,* abjudicare significat, ut notat *Briss. in* l. 2. ¶ *Et cum placuisset* 24. *ff.* l. 1. tit. 2. vel decreto recusare, ac denegare, ut notat *Hotom.* Cui ibidem opponitur *Dicere vindicias,* seu ut *Liv.* l. 3. c. 56. loquitur, *Dare vindicias.* Cum enim olim tribus verbis in Decretis suis Magistratus uterentur, *Do, Dico, Addico,* seu *Addico,* sicubi secundum aliquem vindiciæ dicerentur, ab altero *Abdici* dicebantur. Sicut dicere, dare, decernere vindicias secundum aliquem a *Pomponio l. citato, et Livio* dicitur Magistratus, qui cuipiam litis vindiciarum victoriam decernit: sic Abdicere vindicias ab aliquo *Pomponius* dixit pro *Abnegare, et Recusare.* Ejus verba sunt: Virginius cum animadvertisset, Appium Claudium contra jus vindicias filiæ suæ a se abdixisse, et secundum eum, qui ab eo suppositus in servitutem petierat, dixisse, &c. ¶ Ceterum *Abdixisse aves* in Auguriis dicebantur, quæ tristis, et sinistri eventus significationem aliquam dederant; ut ex contrario *Addixisse,* vel *Admisisse* cum lætum, et prosperum aliquid portenderant. *Cic.* 1. *de Divinat.* c. 17. Cumque in quatuor partes vineam divisisset, tresque partes aves abdixissent, &c. Igitur aves Auguriis *Abdicere regionem* dicuntur, quam improbant, ac sequi, tenerique vetant, ut notat *Hotom.* ¶ Translate *Abdicere* pro Abdicare, Alienare, et recusare usurpatur, *Ovid.* 1. *Metam.* v. 617. de Io. *quam sibi ab Jove dari petit Juno.* Quid faciat? crudele, suos abdicere amores: Non dare suspectum. Ubi alii legunt *Addicere,* quasi in servitutem dare.

ABDITAMENTUM, i, *subtraction of money.* *Apul.* l. 9. *Metam.* Strenuum negotiatorem nacta sum, qui rem, quam ego jamdudum septem denariis vendidi, minoris distraxit abditamento pretii. Lætus maritus, &c. Ita referunt quidam Lexicographi. Ast alii rectius reponunt ex opt. Cod. *minoris distraxit. Additamento pretii lætus maritus,* &c.

ABDĪTE, adverb. *secretly, privately,* occulte, latenter, secreto, κρύβδην, λάθρα. *Cic. Verr.* 4. c. 73. Ita omnia condita fuisse, atque ita abdite latuisse, ut, &c.

ABDITĪVUS, a, um, qui latuit, qui abductus, amotusque fuit. *Plaut. Pœn. prol.* v. 65. Illi seni filius, unicus qui fuerat, olim abditivus a patre, puer septuennis surripitur Carthagine. ¶ *Paulus* ex *Festo abditivos* exponit *abortivos,* sed nullo id exemplo confirmat.

ABDĪTUS, a, um, *secreted, hidden,* occultatus. *Horat.* 1. ep. 1. v. 5. Latet abditus agro. *Liv.* l. 1. c. 58. Cultrum, quem sub veste abditum habebat, &c. *Id.* l. 2. c. 12. Abdito intra vestem ferro. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 2. Homines in tectis silvestribus abditos. *Id. Tusc.* 2. c. 25. ex *Poeta.* Amphiarae, Sub terram abdite. *Liv.* l. 10. c. 14. Ascensus abditus a conspectu. ¶ Item occultus, *occult, mysterious, reserved.* *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 18. Res occultæ, et penitus abditæ. *Q. Cicer. de petit. Consul.* c. 11. Voluntas abdita, ac retrusa. ¶ Gradus *abditior,* et *abditissimus* leguntur apud *Augustin.* l. 5. *Confess.* c. 5. et *in Enchir.* c. 16. ¶ Substantive *Plin.* l. 8. c. 5. Nunquam nisi in abdito coeunt, *in a secret place.* *Horat. de art. poet.* v. 49. abdita rerum. *hidden things.* Et *Lucret.* l. 6. v. 809. Terrai abdita, *the bowels of the earth.*

ABDO, is, didi, itum, ere, a, *to hide, conceal,* κρύπτω, celare, occultare, tegere. *Cic. in Pis.* c. 17. An amici tui tabulas abdiderint. *Id.* 1. *Offic.* c. 35. Partes corporis ad naturæ necessitatem datas contexit, atque abdidit. *Plaut. Merc.* 2, 3. 25. Abdere, abscondere, abstrusum habere. *Plin.* l. 9. c. 8. *de delphinis.* Abduntur tricenis diebus circa Canis ortum, occultanturque incognito modo. *Cic. Fam.* 13. ep. 29. Itaque abdidit se in intimam Macedoniam. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 715. totosque sub inguine dentes Abdidit. V. *Abditus.* *Tacit. Ann.* 5. c. 7. Gladio, quem sinu abdiderat, incubuit. *Flor.* l. 4. c. 12. Consulis corpus, quod militum pietas humi abdiderat. *Virg. Æn.* 2. v. 553. lateri capulo tenus abdidit ensem. *Terent. Hec.* 1. 2. 100. Senex rus abdidit se. ¶ Significat etiam removere, amovere, rejicere. *Virg.* 3. *Georg.* v. 95. *de equo sene.* Hunc quoque, ubi aut morbo gravis, aut jam segnior annis Deficit, abde domo nec turpi ignosce senectæ. (*Servius* aliter exponit, sed minus recte.) *Nemesian. in Cyneg.* v. 140. Sin vero hæc cura est, melior ne forte necetur, Abdaturque domo, catulosque probare voluntas, &c. *Tibull.* l. 2. eleg. 1. v. 82. Et procul ardentes hinc precor abde faces. *Lucret.* l. 4. v. 469. res dubias animus ab se protinus abdit. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 5. E conspectu heri sui se abdiderunt. ¶ Translate *abdere se litteris,* vel *in litteras,* est incumbere, *to give one's self up to study, to devote one's self with all application to letters.* *Cic. pro Arch.* c. 6. Qui ita se litteris abdiderunt. *Id. Fam.* 7. *ep. ult.* Me totum in litteras abdere. ¶ *Abdere aliquem in insulam,* apud *Tacit. Annal.* 2. c. 85. est deportare, relegare.

ABDŌMEN, inis, n. *the abdomen, the fat of the lower part of the belly,* περιτόναιον, extima pars ventris circa umbilicum, ita dicta, quod abdi, et tegi soleat, aut quod alimenta in ea abdantur, aut intestina ibi sint abdita. *Cels.* l. 4. c. 1. Ipsa autem ilia inter coxas, et pubem imo ventre posita sunt, a quibus ac pube abdomen sursum versus ad præcordia pervenit, ab exteriori parte evidenti cute, ab interiori levi membrana inclusum, quæ omento jungitur. περιτόναιον a Græcis appellatur. *Juvenal. Sat.* 4. v. 107. Montani quoque venter adest abdomine tardus. ¶ Accipitur præterea pro ima ventris suilli parte, quæ alio nomine *sumen* appellatur, summisque in deliciis habebatur apud Romanos, *a sow's udder.* *Plin.* l. 11. c. 37. Porcæ sumen optimum, si modo fœtus non hauserit: Antiqui abdomen vocabant. *Id.* 8. c. 51. Interdicta cœnis abdomina. ¶ Nec solum de suillo ventre dicitur, sed etiam thynni. *Id.* l. 9. c. 15. *de thynnis.* Hi membratim cæsi cervice, et abdomine commendantur. Adde *Lucil.* apud *Gell.* l. 10. c. 20. ¶ Pro pudendis, quæ in imo ventre sunt. *Plaut. Mil.* a. 5. v. 5. Quin jamdudum gestit (*culter*) mœcho hoc abdomen adimere, ut faciam quasi puero in collo pendeant crepundia. V. integr. loc. ¶ Per translationem positum invenitur pro gula, et ventris ingluvie, quod γαστριμαργίαν, et πολυφαγίαν Græci, Angli vero *gluttony, excess of eating, gormandizing, intemperance,* dicunt. *Cic. pro Sextio.* c. 51. Libelli etiam pro vino oppignerabantur; manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant. *Id. in Pis.* c. 17. Ille gurges, atque helluo natus abdomini suo, non laudi, atque gloriæ. *Id. ibid.* c. 27. Abdominis voluptates.

ABDŪCO, is, xi. ctum, ere, a. *to take away, remove from any place, take by force.* Removeo, Abstraho, Averto, ἀπάγω. *Virg.* 5. *Æn.* v. 428. Abduxere retro longe capita ardua ab ictu. *Donatus ad Terent. Adelph.* act. 3. sc. 3. 4. habet: *Ducimus volentes, sed abducimus invitos.* Nihilominus dicimus *abducere* sine vi, aut per vim. Sine vi *Terent. in Eunuch.* 3. 1. 17. Tum me convivam solum abducebat sibi. ¶ Per vim abduci proprie mulier dicitur a marito cum divortium fit. *Donatus* in illud *Terent. Hecyr.* 5. 1. 21. Et filiam abduxit suam. Abduxit, *inquit,* proprie: *Arcessi enim decitur ad maritum,* abduci *a marito* ad divortium. *Virg. Æn.* 10. v. 79. gremiis abducere pactas. *Cic. Verr.* 7. c. 56. Eos in latomias abduci imperabat. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 11. Abducere in servitutem. ¶ Dicimus etiam *abducere vi,* et *abducere per vim.* *Cic.* 5. *in Verr.* c. 34. Ad quem iste deduxerat Tertiam Isidori Mimi filiam, vi abductam ab Rhodio milite. *Liv.* l. 2. c. 56. Consularibus negotio dato, ut collegam per vim, si aliter non possent, a foro abducerent. ¶ Dicimus etiam *Abducere* cum præpositione *ad;* ut Abducere aliquem ad nequitiam, *Ter. Adelph.* 3. 3. 4. ¶ Item cum præpositione *de, e,* vel *ex,* aut *extra.* *Liv.* l. 23. c. 23. Homines de foro abducere. *Cic. de clar. Orat.* c. 62. Q. Catulum abducamus ex acie. *Senec.* l. 4. *controvers.* 25. Abducere aliquem extra convivium. ¶ De iis qui libidinis causa aliquem alio ducunt, ut patet ex allatis exemplis *Cicer.* 5. *Verr. Terent. in Adelph. et Virg.* 10. *Æn.* Hinc satyrice *Cic. Verr.* 7. c. 13. Cum iste e foro abduci, non, ut ipse prædicat, perduci solebat. ¶ Translate est avertere, abstrahere, avocare, *to draw off, withdraw.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 17. A consuetudine oculorum aciem mentis abducere. *Id. Fam.* 4. ep. 4. Abduci a studio negotiis. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 5. abducere se ab omni reipubl. cura. *Id. Fam.* 4. ep. 3. animum a solicitudine. *Id.* 2. *de Orat.* c. 92. animos a contraria defensione, et ad nostram traducere. *Id.* 1. *Divin.* c. 41. artem aliquam a religionis auctoritate ad mercedem, et quæstum. *Id. pro Flacc.* c. 33. aliquem a fide. *h. e.* a fide servanda avocare. ¶ Ponitur et pro auferre. *Plaut. Cas.* 5. 2. 8. Ubi intus novam nuptam deduxi, clavem abduxi. *Cic. pro Quint.* c. 27. Auferre, et abducere. ¶ Abducere gradum in terga, *to retreat, flee away.* *Silius* l. 10. v. 18. ¶ Abducere somnos, *to disturb one's sleep.* *Ovid. Fast.* 5. v. 477. ¶ *Abduxit* pro funere extulit, sepelivit, legitur in vet. Inscript. apud *Gruter.* p. 765. n. 1. ¶ *Abducere potionem* apud *Scribon. Larg. compos.* 122. est sumere, bibere. Potio datur abducenda. ¶ *Abduce* in imperativo habet *Terent. Adelph.* 3. 4. 36. et *Phorm.* 2. 3. 63. ¶ *Abduxti* syncope pro *abduxisti.* *Plaut. Circ.* 5. 2. 16.

ABDUCTE. V. Adducte.

ABDUCTĬO, onis, f. *a taking away.* Legitur apud In-

[illegible] quidubile est in Lin [illegible] scriptor.

ABDUCTUS, a, um, [illegible] *Ovid. Heroid.* [illegible] 16. v. 357. Abducta [illegible] *Plaut. Captiv.* [illegible] Abductus [illegible] *Ovid.* [illegible] Pepperunt [illegible] *Plin.* [illegible] Magnus [illegible] intus visa [illegible]

ABE [illegible] Inscript. apud Gruter. [illegible] ¶ [illegible] V [illegible] perimet V. [illegible] B in hoc opere.

ABECEDARIUS, a, um, adject. Vox hæc composita ex quatuor priorum litterarum *a, b, c, de*, [illegible] *Augustin.* [illegible] et *Fulgentio* Scriptorum cadentis Latinitatis. Et *Augustinus* quidem l. 1. *Retract.* c. 20. [illegible] in quibus versus [illegible] secundum Alphabeti litteras. ¶ *Abecedarii, orum*, dicuntur a *Hieronymo* teste *Cæl. Rhodig.* l. 26. *(al.* l. 14.) c. 28. pueri, qui prima litterarum elementa [illegible] ¶ *Abecedaria, æ* (subaudi ars) est, quæ [illegible] *the alphabet, a, b, c. Fulgent.* l. 3. [illegible] c. 10. [illegible] artibus sunt primæ, sunt secundæ: ut in puerilibus litteris prima Abecedaria, secunda Notaria. ¶ *Abecedarium*, ii, *the alphabet*, ordo litterarum, quem pueri primo condiscunt: ita *Augustinus*, si *Cælio Rhod.* credimus *loc. cit.*

ABEDO, edis, [illegible] ex *ab*, et *edo*, est consumere, edere. Tribuitur *Ciceroni* a *Danetio*, sed certe nusquam apud illum invenire adhuc potuimus: ab aliis quibusdam dicitur esse *Taciti*, cujus verba in *Ambedo* re[illegible] V. ¶ Particip. *Abesus* V. infra suo loco.

ABEL, elis, et Abelus, li, Ἄβελ, et Ἄβελος, filius Adæ primi omnium parentis, a Caino fratre per dolum [illegible] *carm. in Genes. prope fin.* Disquirit quonam terrarum degat Abelus. *Id. in carmin. advers. Marcion.* l. 3. c. 2. Hujus [illegible] pastor, pecorumque magister.

ABELLA, æ, oppidum Campaniæ, in ejus provinciæ [illegible] situm excelso loco, quod et *Avella* dicitur. *Sil.* l. 8. v. 545. Surrentum, et pauper sulci Cerealis Avella. *Virg. Æn.* 7. v. 740. Et quos maliferæ despectant mœnia *Abellæ.* [illegible] in ejus agro magna est [illegible] *Abellanæ* dicuntur.

[* ABELLANI, [illegible] Abellæ urbis incolæ [illegible] *Campolongum in Lithol exico.*]

ABELLANA nux, V. *Avellana.*

ABELLINÆ nuces, *nuts, filberts*, nuces eædem, quæ Avellanæ, ita appellatæ ab Abella, vel ab Abellino Campaniæ oppidis. *Plin.* l. 15. c. 23. Ceteris quidquid est, solidum est, ut in Avellanis, et ipso nucum genere, quas antea Abellinas patrio nomine appellabant. ¶ V. [illegible]

ABELLINUM, i, oppidum Campaniæ. *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ [illegible] Incolæ *Abellinates* dicuntur. *Id. ibid.* c. 11.

ABELLIO, onis, m. nomen Dei cujusdam a Gallis culti, quem alii Martem fuisse putant, alii Solem: alii generatim *Dominum*, aut *Regem* hac voce significari arbitrantur. Hujus mentio fit apud *Gruter. in Inscript. vet.* p. 37. n. 4. 5. et 6.

ABEMERE, [illegible] pro adimere, verbum obsoletum [illegible] *Festo.* nam, *inquit*, emere antiqui dicebant pro accipere.

ABEO, is, ii, et ivi, itum, n. 4. *to go away, depart, go,* [illegible] c. 16. Hæc locutus sublimis abiit. *Ter. Andr.* 1. 1. 1. Vos isthæc intro auferte, abite. *Id. Eun.* 4. 4. 35. Abire foras. *Id. ibid.* 4. 7. 29. Non tu hinc abis? *Id. Phorm.* 5. 8. 30. E medio abiit, qui fuit in hac re scrupulus. *Id. Andr.* 1. 5. 20. Abire domum. *Id. ibid.* 64. Abire ab aliquo, [illegible] 10. In angulum aliquo abire. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 19. Abire sedibus. *h. e.* a patria discedere. *Plaut. Merc.* 3. 4. 69. urbe. *Id. Men.* 3. 3. 29. ab his locis. *Cic.* 1. *Tusc.* c. 14. ad Deos. *Liv.* l. 25. c. 16. ex oculis. *Id.* l. 3. c. 28. sub jugum. *Ulp. Digest.* l. 3. tit. 3. leg. 31. In provinciam de Roma abire. *Virg.* 4. *Æn.* v. 281. Ardet abire fuga. *h. e.* fugere. ¶ Cum accusativo *Virg. Æn.* 6. v. 375. ripamve injussus abibis. *Al. leg.* adibis. ¶ Cum supinis. [illegible] l. 2. c. 15. exulatum. [*Plaut. Truc.* 1. 1. 15. pessum.] ¶ Cum infinito. *Plaut. Cistell.* 2. 1. 26. Abi quærere, ubi jurando tuo satis sit subsidii. ¶ Abire viam *Plaut. Rud.* 4. 3. 88. Sine me hinc abire; tu abi tacitus tuam viam. [illegible] ¶ In illo [illegible] *Fam.* 14. ep. 1. De loco nunc quidem jam abiit pestilentia [illegible] illud *de loco* ita commode explicari potest, ut [illegible] *quod ad locum attinet.* ¶ Accipitur et pro [illegible] præterire, *to pass away. Cic. pro Mur.* [illegible] Abiit illud tempus. *Terent. Eun.* 2. 3. 49. Dum hæc dicit, abiit hora. *Id. Adelph.* 4. 5. 57. Menses abierunt decem. ¶ Item pro evanescere, desinere, [illegible] *Cic. Fam.* 9. ep. 20. Illa mea, quæ solebas antea laudare, abierunt. *Id. Att.* 12. ep. 10. Nausea jam planè abiit. *Lucan.* l. 3. v. 509. Spes abiit. *Senec.* ep. 94. *ad med.* Alioquin abibunt in vanum monentium verba. ¶ Item pro mutari, converti, *to be changed, altered, to grow into, to become, to turn to, Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 83. Sive abeunt studia in mores. *Plin.* l. 31. c. 7. Totum stagnum abit in salem. *Id.* l. 3. c. 5. Oppidum delevit, quod nunc in villam abiit. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 2. Fructus prædiorum abeunt in sumptus. *go to defray the expense.* ¶ Item pro elabi, effugere. *Cic.* 3. *Verr.* 3. c. 54. Cogitare cœpit, si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse. ¶ Item pro discedere, deserere. *Cic. Verr.* 3. c. 44. Ab jure abire. *Pompon. Dig.* l. 18. tit. 1. leg. 6. *extr.* Potest abiri ab emptione, si, &c. *Tacit. Ann.* 6. c. 22. Incepto longius abire. ¶ Item pro dicendo transire ab una in aliam rem. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 16. Quid ad istas ineptias abis? *Id.* 4. *Acad.* c. 28. Sed abeo a sensibus. quid est, quod ratione percipi possit? ¶ *Abire magistratu* est magistratum deponere. *Tacit. Ann.* 5. *in fine.* Ponerent odia, donec magistratu abirent. *Gell.* l. 6. c. 7. Abire Sacerdotio. *Liv.* l. 26. c. 23. *extr.* Flaminio. *Sueton. in Aug.* 4. c. 26. honore. Eodem sensu legitur *Abire tutela, Abire cura* apud [illegible] *Dig.* l. 26. tit. 10. leg. 3. et 4. ¶ *Abire in creditum* apud JCtos quid sit, V. *Creditum.* ¶ *Abire in diem* est in aliud tempus differri. *Ter. Phorm.* 5. 2. 16. Præsens quod fuerat malum, in diem abiit. ¶ Eleganter successum, vel impunitatem significat. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 1. Ad summam non posse istæc sic abire. *cannot run on thus, pass or go off so. Catull. carm.* 14. *ad Licin. Calv.* v. 16. Non non hoc tibi, salse, sic abibit. *you shall not, believe me, go on so. Ter. Andr.* 1. 2. 4. Mirabar hoc si sic abiret. *Senec.* ep. 8. Hoc abierit. *this will pass, go off.* ¶ *Abire e vita* est mori. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 30. Cato autem sic abiit e vita, ut, &c. Et absolute *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 150. Insperato abiit, quem una angina abstulit hora. ¶ Libenter autem hoc eodem sensu *abire* Veteres usurpabant vitandæ δυσφημίας causa omisoso *moriendi* verbo abstinendo. *Paul.* ex *Festo:* Abiisse pro obiisse dicebant. *Al. leg.* pro adiisse. *Plaut. Cas. prol.* v. 18. Ea tempestate flos Poetarum fuit, qui nunc abierunt hinc in communem locum. *Phædr.* fab. 19. l. 4. Abiturus illuc, quo priores abierunt. *Tertull.* l. 1. *ad Uxor.* c. 6. Cujus maritus de rebus abiit. *Id. de testim. anim.* c. 4. *extr.* Si de aliquo jampridem defuncto quis requirat, præ manu occurrit dicere, Abiit jam, et reverti debet. Adde *Lucret.* l. 2. v. 960. V. *Abitio.* Huc pertinet *vixit*, de quo in *Vivo.* ¶ *Abi* imperativum varios, elegantesque habet usus. Interdum enim est blandientis, aut laudantis. *Plaut. Mostell.* 5. 1. 32. Abi, ludis me, credo. *go to, you banter me. Terent. Adelph.* 4. 2. 25. Laudo, Ctesipho; patrissas: abi: virum te judico. *go to, I set you down for a man.* Interdum est contemnentis, indignantis, a se abjicientis. *Ter. Adelph.* 2. 2. 12. Abi, nescis inescare homines. *Plaut. Pœn.* 1. 3. 20. Abi modo. *Huc pertinent illæ execrationes.* Abi in malam rem, *apud Plaut. Pers.* 2. 4. 17. Abi in malam pestem, *apud Cic.* 13. *Philip.* c. 21. et similia multa. ¶ *Abin* pro *abis ne?* est *Plauti* [illegible] ¶ Impersonaliter. *Liv.* l. 24. c. 19. Tenuit, ne incepto abiretur. *Plaut. Mercat.* 4. 4. 36. Abire me vis: abibitur. ¶ Præteritum *abiisti, abiistis, abiisse* interdum metri causa alterum i abjicit. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop. procem.* v. 4. In dominos vanas luget abisse minas. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 99. Exspectem, qui me nunquam visurus abisti? ¶ Particip. *Abiens* V. suo loco.

[* ABEO, onis, m. qui abit. *Campol. in Lithol.* ubi ponitur pro parasito abeunte asymbolo.]

ABEONA, æ, Dea ab antiquis culta, quod abeundi facultatem præstaret, ut refert *Augustinus* l. 4. *de Civitat. Dei* c. 21.

ABEQUITO, as, n. 1. ἀφιππάζω, equo abeo, vel aufugio. *to run away on horseback, to ride away. Liv.* l. 24. c. 31. Ut prætores inter tumultum pavidi abequitaverint Syracusas. Al. leg. *adequitaverint.*

ABERRATIO, onis, f. *a wandering or straying away* [illegible] *of shunning or escaping,* [illegible] ἀποτροπή, actus aberrandi, et translate avocamentum, declinatio. *Cic.* 12. *Attic.* ep. 38. Sive hanc aberrationem a dolore delegerim. *Id. Fam.* 15. ep. 18. Verumtamen aliam aberrationem a molestiis nullam habemus.

ABERRO, as, n. *to stray from, deviate, go off from,* ἀφαμαρτάνω, erro, digredior, recedo, via deflecto. *Plaut. Men. prol.* v. 31. Puer aberravit inter homines a patre. *Petron. in Satyr.* c. 57. Puer in balneo paulo ante aberravit: si quis eum reddere, aut commonstrare voluerit, [illegible] ¶ Translate *Ovid. de remed. Amor.* v. 662. Admonitu liber aberrat amor. *h. e.* recedit. *Gell.* l. 12. c. 14. Videntur verba ista a significatione vocula hujus non aberrare. *Cic. pro Cæcin.* c. 19. Ne abeo, quod propositum est, longius aberret oratio. *Id.* 1. *Offic.* c. 37. Si aberrare ad alia cœperit, ad hæc revocetur oratio. *Id.* 4. *Acad.* c. 46. Aberrare a regula, et præscriptione naturæ. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 33. Dicentem aberrare proposito tacite patiebar. *Al. leg.* a proposito, *to talk out of the purpose, go aside from, lose sight of one's purpose. Id. de harusp. resp.* c. 11. Si Ædilis verbo, aut simpulo aberravit. *h. e.* erraverit in verbo aliquo proferendo, aut in simpulo tractando. *Id. Attic.* l. 14. ep. *penult.* Vereor ne nihil conjectura aberrem. *of not erring in my conjecture, of being right in my guess. Id.* l. 1. *de Nat. Deor.* c. 36. Etiam si aberrant a conjectura, video, quid sequantur. ¶ Significat etiam avocari, devitare aliud cogitando. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 38. At ego hic scribendo dies totos, nihil equidem levor, sed tamen aberro. *albeit my attention is diverted, I find a respite. Id.* ep. 45. [illegible] duo magna συντάγματα absolvi. nullo enim alio modo a miseria quasi aberrare possum. ¶ *Aberrare* [illegible] *aliquam* et etiam dicitur. *Claud. de nupt. Honor. et Mar.* v. 6. mens omnis aberrat in vulnus, quod fixit amor. *h. e.* tota est extra se, et nihil cogitat nisi amores suos. ¶ *Aberrare in melius, Plin.* l. 4. ep. 28. Rogo, ut artificem, *(pictorem)* quem elegeris, ne in melius quidem sinas aberrare. *h. e.* ne permittas eum a prototypo discedere, etiamsi melius pingere velit.

ABESUS, a, um, *devoured, eaten up*, nom. particip. ab *abedo*, is. *Prudent. Cathemer.* 10. v. 111. Macies neque sicca lacertos Succo tenuabit abeso. *Alii rectius* adeso.

ABFORE, *to be about to be wanting*, ἀπέσεσθαι, abfuturum esse, ex *ab*, *et fore*: retinetur autem, quemadmodum et in *Abfuturus* littera *b*, nec mutatur in *f*, quia *affore*, et *affuturus* contrariam habent significationem. *Virg. Æn.* 8. v. 147. nihil abfore credunt, Quin omnem Hesperiam penitus sua sub juga mittant. ¶ In quibusdam antiquis, optimisque Codicibus non uno in loco legitur *afore*, et *afuturus*, unico *f*, ut apud *Cicer. Attic.* l. 13. ep. 2. et *Nepot.* in *Chabr.* c. 3. qui sane scribendi modus a Latinarum litterarum naturali cohærentia, et complexione non abhorret. V. *Absum* in fi.

ABFUTURUS, a, um, *that will be wanting*, particip. futuri verbi *Absum*, de cujus scribendi ratione diximus in voce præced. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 11. Nullam a se calamitatem abfuturam fuisse, si hoc imperio non teneretur.

ABGREGARE, inquit *Festus*, est ab grege ducere, *to part or separate from the flock*: adgregare, ad gregem ducere: segregare, ex pluribus gregibus partes seducere: unde egregius dicitur e grege lectus, &c.

ABHIEMAT, abat, n. *it is winter, cold as winter, stormy*, idem quod *hiemat. Plin.* l. 18. c. 35. Cum sereno cœlo fulgetræ erunt, et tonitrua, abhiemabit. *Ita legit* Harduinus *et MSS. Alii* et hiemabit.

ABHINC, et Ab hinc, *ago, since,* &c. ἤδη ἀπὸ τοῦδε, adverbium temporis præteriti, quod significat ante hoc tempus. *Cicer.* 3. *Verr.* c. 12. Quæstor fuisti abhinc annos quatuordecim. *Id.* 4. *Verr.* c. 52. Comitiis jam abhinc triginta diebus habitis. ¶ Respicit quodammodo tempus futurum. *Pallad.* l. 4. tit. 13. Septimo anno omnes dentes equi explentur: latent abhinc ætatis notæ. *from this date forwards, henceforth. Pacuv. apud Charis.* l. 2. p. 175. *Putsch.* Seque ad ludos jam inde abhinc exerceant. ¶ Quidam putant etiam *Ciceronem* usurpasse *abhinc* cum accusativo de futuro tempore *pro Rosc. Com.* c. 13. ubi ait: *Repromittis tu abhinc triennium Roscio.* Verum eo loco narrat *Cicero* rem jam præteritam; atque ideo illud *repromittis* idem est ac *repromisisti.* ¶ Usurpatur etiam de loco, et significat ex hoc loco, *from hence. Lucret.* lib. 3. v. 968. Aufer ab hinc lacrumas, barde, et compesce querelas.

ABHORRENS, tis, *averse from, foreign from, unlike, unsuitable*, alienus, dissimilis. *Liv.* l. 22. c. 13. Punicum abhorrens os ab Latinorum nominum prolatione. *Id.* l. 30. c. 44. Absurdæ, et abhorrentes lacrimæ. *Id.* l. 4. c. 44. Abhorrens famam. Al. aliter leg. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 18. Genus orationis abhorrens ab auribus vulgi. *Curt.* l. 3. c. 6. Cultus, habitusque paululum a privato abhorrens. ¶ Cum dativo *Liv.* l. 2. c. 14. Huic tam pacatæ profectioni ab urbe regis Etrusci abhorrens mos traditus ab antiquis, &c.

ABHORREO, es, rui, a. 2. *to abhor, dread*, μυσάττομαι, alienus sum, fugio, aspernor. *Cic. pro Cluent.* c. 14. Omnes aspernabantur, omnes abhorrebant. *Titin.* apud *Non.* c. 2. n. 681. Postquam factus maritus hanc domum abhorres. *Suet. in Aug.* c. 83. Pumilos, atque distortos, ut ludibria naturæ, malique ominis abhorruit. *Cic. de Fato.* c. 4. Alii talibus vitiis abhorreant. *Id. pro Sext.* c. 52. Cum ipse nihil ab horum turpitudine, audacia, sordibus abhorreret. *Id. Phil.* 7. c. 2. Animo abhorrere ab optimo statu civitatis. ¶ Cum dativo V. in *Abhorrens.* ¶ Cum accusativo jungitur, idem est fere, quod *horreo*, et significat rem præsentem, vel absentem, quam audire, aut aspicere pertimescimus, aversari: cum ablativo, procul nos esse ab eo, quod non placet, vel quod refugimus. ¶ Translate est discrepare, dissidere, remotum esse, *to be at variance, in a state of discrepancy, inconsistent with. Liv.*

l. 38. c. 56. Abhorrent inter se orationes. *Cic. pro Rosc. Amerin.* c. 24. Temeritas tanta, ut non procul abhorreat ab insania. *Id.* 1. *de Orat.* c. 52. Usque eo illa, quæ dicenda de justitia putabat, a vitæ consuetudine, et a civitatum moribus abhorrebant. *Id. ib.* c. 18. Spinosa, et exilis oratio longe a nostris sensibus abhorrebat. *Id. de opt. gen. Orat.* c. *ult.* Causa ipsa abhorret a formula consuetudinis nostræ. *Liv.* l. 9. c. 36. Abhorrebat a fide. *it was a matter altogether incredible.* *Curt.* l. 7. c. 8. Quæ locutos esse apud Regem, memoriæ proditum est, abhorrent moribus nostris. ¶ De eo, qui minime idoneus est ad aliquid faciendum. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 20. Sin plane abhorrebit, et erit absurdus, ut se contineat, aut ad aliud studium transferat admonebo.

ABHORRESCO, is, *to fear, dread, stand in awe of,* horresco, ἐκφρίττω. Legitur in quibusdam editionibus *Lactantii de ira Dei,* c. 23. neque tamen est *Lactantii,* sed Interpretis cujusdam vertentis quoddam Apollinis oraculum, quod ibi Græco carmine a Lactantio affertur: δαίμονες ἐκφρίττουσιν, *abhorrescunt.*

ABJECTE, adverb. *abjectly, meanly, poorly, sorrily, despondingly.* *Cic. Tuscul.* 2. c. 23. Hoc in dolore maxime est providendum, ne quid abjecte, ne quid timide faciamus. *Auctor dialogi de orat.* c. 8. Quo sordidius, et abjectius nati sunt.

ABJECTĬO, onis, f. *a throwing away,* verbale ab *abjicio.* *Auctor ad Herenn.* l. 1. c. 6. Abjectio, adjectio, litterarum mutatio. *Quintil.* l. 9. c. 3. *ante med.* Figurarum additio, et abjectio. ¶ Translate *despondency, dejectedness.* *Cic. in Pison.* c. 36. Debilitatio, atque abjectio animi tui.

ABJECTUS, a, um, *cast off, thrown away,* particip. ab *abjicio,* rejectus, projectus. *Varr.* l. 4. c. 4. *de L. L.* In sepulcrum ejus abjecta gleba non est. *Flor.* l. 1. c. 1. Abjectus in profluentem. *Ovid. Heroid.* 7. v. 1. Abjectus in herbis olor. *Tac. Ann.* 1. c. 29. Abjecta extra vallum corpora ostentui. ¶ Item dejectus, prostratus. *Cic. Verr.* 7. c. 54. Ad tribunal ante pedes tuos, ad terram virgis, et verberibus abjectum. *Senec.* 5. *de benef.* c. 3. Luctator ter abjectus perdidit palmam. *Valer. Max.* l. 3. c. 2. n. 5. *extern.* Fortis, et animosa civitas Spartana jacet armis nostris abjecta. *Cic. pro Mur.* c. 28. Noluerunt ita quemquam cadere in judicio, ut nimiis adversarii viribus abjectus videretur. Adde *pro Mil.* c. 21. ¶ Ponitur et pro vili, neglecto, *abject, debased, mean, humble.* *Cic. de Fin.* c. 20. Cum ipsi inter nos abjecti, neglectique simus. *Id.* 5. *de Fin.* c. 22. Nihil abjectum, nihil humile cogitare. *Valer. Max.* l. 3. c. 7. *extern.* 5. Abjectissimum negotium. [Quintil. lib. 11. c. 1. Abjectissimus animus.] ¶ Item pro humili, demisso. *Cic. in Orat.* c. 57. Neque humilem, nec abjectam orationem, nec nimis altam, et exaggeratam probat. *Id. ibid.* c. 55. Comicorum senarii propter similitudinem sermonis, sic sæpe sunt abjecti, ut nonnunquam vix in his numerus, et versus intelligi possit. ¶ Item pro debilitato, fracto, *broken down, depressed.* *Cic. de Amic.* c. 16. In quibusdam animus abjectior est. *Id. Famil.* 1. ep. 9. Abjectiore animo esse. *Id.* 4. *in Catil.* c. 2. Exanimata uxor, abjecta metu filia.

ABIEGINĔUS, a, um, *made of fir,* idem ac *abiegnus,* quod ex hac voce contractum videtur. In veteri marmore apud *Gruter.* pag. 207. legitur *abiegineas trabiculas, et abiegineis sectilibus, et opercula abieginea.*

ABIEGNUS, a, um, *made of fir, belonging to fir-wood, of deal,* qui est ex abiete, ἐλάτινος. *Enn.* apud *Cic. in Top.* c. 16. Abiegna trabes. *Colum.* l. 12. c. 43. Populnea, vel abiegna scobe virides uvas custodiunt. Adde *Liv.* 21. c. 8. *ad fin.* ubi al. leg. *oblongo.* ¶ Dictio est quadrisyllaba, sed interdum apud Poetas trisyllaba. *Prop.* l. 3. eleg. 17. v. 12. Induit abiegnæ cornua falsa bovis.

ABĬENS, euntis, particip. ab abeo, is, *going away, departing,* ἀπερχόμενος, discedens. *Terent. Andr.* 1. 1. 57. Observabam servulos venientes, aut abeuntes. *Cic.* 1. *Att.* ep. 16. Abiens magistratu. *Ovid.* ep. 5. *Heroid.* v. 55. Abeuntia vela. *Stat.* 4. *Theb.* v. 59. Abeuntibus annis.

ABĬES, ĕtis, f. *a fir-tree,* ἐλάτη, arbor altissima, rectissimaque, cujus pars inferior enodis *Sapinus* vocatur, superior vero nodosa, duriorque *Fusterna,* ut *Plin.* l. 16. c. 39. docet. Id tamen intelligendum de materie jam cæsa, non de ipsa viva arbore. Duo autem sunt ejus genera: alterum femina, quæ proceritate dignoscitur, qua alterum, quod mas vocant, longe superat: quod idem *Plin.* l. 16. c. 10. tradit. Est præterea aliud discrimen, quod in femina nucumenta, seu nuces deorsum pendent, in mare vero sursum tendunt. Atque hoc genus est, quod magis proprie *abies* dicitur. Crispa abies appellatur a veteri Poeta apud *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 19. propter crispantes venarum flexus in eo ligno: nigra vocatur a *Virg.* 8. *Æn.* v. 599. ob densitatem foliorum, quibus umbrosissima est. ¶ Quia vero aptissima navigiis est, hinc a Poetis per Metonymiam sæpe pro navi ponitur. *Virg. Æn.* 8. v. 91. Labitur uncta vadis abies. ¶ Item pro alia quapiam re ex abiete facta. *Id.* 11. *Æn.* v. 667. longa transverberat abiete pectus. *h. e.* hasta abiegna. *Plaut. Pers.* 2. 2. 66. Obsignata abies. *h. e.* tabellæ abiegnæ perscriptæ, *a letter.* Libet hic referre *Quintiliani* verba lib. 8. c. 6. ubi de tropis, quæ in prosa admitti possunt, aut in versu, *Prosa,* inquit, *ut mucronem pro gladio, et tectum pro domo recipiet; ita non puppim pro navi, nec abietem pro tabellis.* ¶ Poetæ in obliquis casibus *abietis, abiete, abietibus* duas vocales *i,* et *e* in unam contrahunt, primamque syllabam producunt, metri causa. *Virg.* 9. *Æn.* v. 674. Abietibus juvenes patriis, et montibus æquos. *Adde alterum loc.* modo allatum ex *Æn.* 11.

ABIETARĬA negotia, *inquit Paul.* ex *Festo,* dicebantur, quam materiam nunc dicimus, videlicet ab abietibus coemendis.

ABIETĬNUS, a, um, adject. *made of fir-wood,* abiegnus. *Apul. de herb.* c. 29. Abietinum vas. *Humelbergius* tamen legendum contendit *argenteum.*

ABĬGA, æ, f. *the herb ground-pine, also St. John's wort,* alio nomine chamæpitys, vulgo iva moscata, herba est, quæ vim partus abigendi habet, unde nomen accepit. *Plin* l. 24. c. 6. Chamæpitys Latine abiga vocatur propter abortus. ¶ Legitur et *ajuga:* quo pacto usurpavit *Scribon. Larg. compos.* 167. [† GL. V. *confica.* Vide infra in *Chamæpitys,* et cf. Dios. l. 3. c. 171. Græci appellant χαμαιπίτυς, πιτυΐνη, πιτίνη (Theophr. Hist. Plant. 7. ubi quidam reponunt πιτυΐνη) ἐπιγειόκαυλος (*humicaulis*) et ὑπερικὸν (*hypericon* Plinii, 26. 8.)]

ABIGEĀTOR, oris, m. idem quod abigeus. *Paulus JCtus sentent.* l. 5. tit. 18. Qui bovem vel equum errantem abduxerit, furem magis eum, quam abigeatorem constitui placuit. Et abigeatores sunt, qui unum equum abegerint, &c. Ita referuntur hæc verba in titulis quibusdam, qui inscribuntur *Lex Dei, sive Mosaicarum, et Romanarum legum vetus collatio* adjecta in fine *Cod. Theodos.* additurque ibi, eum *Pauli* titulum esse *de Abigeatoribus:* verum ea in omnibus fere Codicib. sententiarum *Pauli* desunt; isque titulus non *de abigeatoribus,* sed *de abactoribus* inscribitur.

ABIGEĀTUS, us, m. *a driving away, or thieving of cattle,* ipsum abigei crimen, ἀπελασία. *Macer Dig.* l. 47. tit. 14. *qui est* de Abigeis leg. 1. Abigeatus crimen publici judicii non est. Adde *Arr. Menand.* l. 49. tit. 16. leg. 5.

ABIGEIUS, in veteri Inscript. apud *Gruter.* p. 337. et 341. nomen est equi Circensis.

ABIGĔUS, i, m. *a stealer, or purloiner of cattle,* ἐλατὴρ βοῶν, ab abigo, qui pecora de pascuis, vel ex armentis subtrahit, et deprædatur. *Ulpian.* l. 47. *Dig.* tit. 14. leg. 1. Abigei proprie hi habentur, qui pecora ex pascuis, vel ex armentis subtrahunt, et quodammodo deprædantur, et abigendi studium quasi artem exercent. *Claud. Saturn.* l. 48. tit. 19. leg. 16. Quantitas discernit furem ab abigeo. nam qui unum suem subripuerit, ut fur coercebitur, qui gregem, ut abigeus.

ABĬGO, gis, egi, actum, a. *to drive away, to drive,* ἀπελαύνω, pellere, expellere: ex *ab,* et *ago.* *Plin.* l. 2. c. 47. Venti nubes abigunt. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 60. Puer abige muscas. *Plaut. Amph. prol.* v. 150. Abigam advenientem ab ædibus. *Id. Trucul.* 2. 1. 41. Abigere anseres de frumento. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 344. O vir colloquio non abigende meo. ¶ Cum dativo *Sil.* lib. 8. v. 124. Quæ dum abigo menti. ¶ Cum casibus motus. *Teren. Adelph.* 3. 3. 47. Abigam hunc rus. ¶ Sæpe ponitur pro pecudes furari: ex quo *abigeus, abactor,* &c. *to steal cattle.* *Cic. in Pis.* c. 34. Familias abripuerunt, pecus abegerunt. *Callistrat.* l. 47. *Dig.* tit. 14. leg. 3. A stabulo abigere domitum pecus. *Id. ibid.* Qui sæpius abegerunt, licet semper unum, vel alterum pecus subripuerint, tamen abigei sunt. ¶ Significat etiam sine vi, aut dolo abducere, agere, *to conduct, lead away,* *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. Greges ovium longe abiguntur ab Apulia in Samnium æstivatum. ¶ *Abigere fœtum apud Colum.* l. 6. c. 27. est immaturum fœtum ejicere, *to procure abortion, cause premature birth, make to miscarry.* Sic *abigere partum medicamentis.* *Cic. pro Cluent.* c. 11. ¶ *Abigere aliquem a cibo* est prohibere. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 30. ¶ Translate *Plin.* l. 12. c. 17. abigere fastidium. *Id.* l. 30. c. 11. *sub. fin.* febres. *Plaut. Mercat.* 1. 2. 3. lassitudinem. *Enn.* apud *Cic.* 4. *Acad.* c. 28. pestem.

ABJICĬO, is, jeci, jectum, a. 3. *to throw, to throw away,* ἀποβάλλω, rejicio, jacio, projicio: ex *ab,* et *jacio.* *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 23. Abjicere scutum. *Id. pro Sext.* c. 27. Insigne regium de suo capite abjecerat. *Id.* 5. *Fin.* c. 30. annulum in mare abjicere. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 34. se e muro in mare. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 46. tragulam intra munitiones castrorum. *to throw within.* *Nepos in Ann.* c. 9. statuas in propatulo. ¶ Est etiam dejicere, sternere, *to throw on the ground, prostrate, quash, debase, humble.* *Cic. vertens carmina Sophoclis in Trachiniis,* 2. *Tuscul.* c. 9. Erymanthiam hæc (*dextera*) vastificam abjecit beluam. *Id.* 1. *de leg.* c. 9. Natura cum ceteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit. *Id.* 1. *de Orat.* c. 7. Abjicere se in herbam. *Plin.* l. 21. c. 13. se humi. *Cic.* 4. *Att.* ep. 2. se ad pedes alicujus. *Id pro Mil.* c. 36. se supplicem alicui pro aliquo. ¶ Translate est deponere, rejicere, *to lay by, throw aside, remove.* *Cic. Fam.* 9. ep. 24. Abjicere curam reipublicæ. *Id. Catil.* 2. c. 7. consilium belli faciundi. *Id. Phil.* 8. c. *ult.* memoriam beneficiorum. *Id. pro Lig.* c. 6. humanitatem. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 27. dolorem. *Id.* 1. *Offic.* c. 29. obedientiam. *Id. Fam.* 11. ep. 21. timorem. ¶ Item dejicere, demittere, *to debase, lower, demean.* *Cic. Att.* l. 1. ep. 18. (al. 15.) Senatus auctoritatem abjecit, et ordinum concordiam disjunxit. *Id. de Amic.* c. 9. Cogitationes suas in rem humilem, et contemptam abjicere. *Id. Parad.* 1. c. 4. Abjicere se, *to demean, vilify, undervalue one's self.* *Id. Fam.* 10. ep. 12. Magna contentione intercessorem abjicere. *h. e.* oratione percellere, prostrare. *Id.* l. 3. *de Orat.* c. 26. *in fin.* et *in Orat.* c. 36. Non solum augere aliquid, et tollere altius dicendo, sed etiam extenuare, atque abjicere. *Catull. carm.* 24. *ad Juvent.* v. 9. Abjicere, atque elevare aliquid. ¶ *Abjicere versum, h. e.* submisse, et minime actuose pronuntiare. *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 26. ¶ Abjicere animum, *to be discouraged or disheartened, to despond.* hæc phrasis inde nata est, quod a *Cicerone,* et aliis dictum est *abjectus animus:* licetque eam sine ullo scrupulo usurpare. Ceterum nondum ejus exempla vidimus. ¶ Prima syllaba longa est propter duplex *ii.* *Horat.* l. 1. ep. 13. v. 7. Abjicito potius, quam quo proferre juberis. ¶ Interdum tamen corripitur altero *i* Poetica licentia extrito. *Ovid.* 2. *de Pont. eleg.* 3. v. 37. Turpe putas abici, quia sit miserandus amicum. *Heinsius* legit *abigi.* *Juvenal. sat.* 15. v. 17. in mare nemo Hunc abicit sæva dignum, veraque Charybdi.

ABĬLA, f. 1. Ἄβιλη, opp. nomen est ad Jordanem fluvium. ¶ Est et Abila, [† hodie] *Bellinas,* Ἄβιλα, opp. in regione Decapolitana, Diogenis Sophistæ patria, cujus meminit *Plin.* l. 5. c. 18. ¶ Item mons Mauritaniæ in faucibus freti Gaditani e regione Calpes Hispaniæ montis, Ἀβιλὺξ Suidæ. *Plin. in proœm.* l. 3. Proxima autem faucibus utrinque impositi montes coercent claustra Abila Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis metæ. Quam ob causam indigenæ columnas ejus Dei vocant, creduntque perfossas exclusa antea admisisse maria, et rerum naturæ mutasse faciem. Hæc *Plinius,* [† Proœm. l. 3. et Mela, 1. 5. Vide infr. in *Abyla.*]

ABINVĬCEM pro invicem quidam legunt apud *Apulei. de herb.* c. 112. ubi alii aliter. Habet tamen *Cyprian.* ep. 63. n. 9. et *Hieronymus* ep. 18. ¶ Scribitur etiam *ab invicem* divisim.

ABITĬO, onis, f. *a going away, departing,* ἀπέλευσις, discessio. *Teren. Heaut.* 1. 2. 16. Eam misere amat: propter eam hæc turba, atque abitio evenit. ¶ Antiqui *abitionem* usurpabant pro *morte* teste *Festo,* nempe ad evitandum mali ominis vocabulum. V. *Abeo.*

ABĬTO, is, n. *to go away, depart,* frequentat. ab *abeo.* *Plaut. Rud.* 3. 4. 72. Hunc quoque asserva ipsum, ne quo abitat. [† Al. *abitet,* ut sit ex *Abito, are.*]

ABĬTUS, us, m. *a going away, departing,* ἀπέλευσις, abitio, discessus. *Cic.* 5. *Verr.* c. 54. Ne post abitum quidem hujus importunissimæ pestis. [*Terent. Heaut.* 3. 1. 4. Cum videam hunc tam cruciarier ejus abitu.] *Silius* l. 7. 136. Assimulare abitum retro. ¶ Interdum significat locum, per quem abire possumus. *Tacit. Ann.* 14. c. 37. Cæteri terga præbuere difficili effugio, quia circumjecta vehicula sepserant abitus. [*Virgil. Æn.* lib. 9. v. 380. Omnemque abitum custode coronant. Hic quædam edit. perperam legunt *aditum.*]

ABJUDICĀTUS, a, um, *given away by judgment, taken away by a judgment or sentence,* *Liv.* l. 4. c. 1. Ardeatium populum ob injuriam agri abjudicati descisse.

ABJUDĬCO, as, are, a. *to take away by sentence,* ἀποδικάζω. Proprie significat judicio auferre, et per sententiam alteri addicere; cui opponitur *Adjudicare.* *Cic.* 2. *Agr.* c. 16. Judicabit, Alexandriam regis esse; a populo Romano abjudicabit. ¶ Translate est auferre, adimere, *to take away, withdraw.* *Id.* pro *Cæcin.* c. 34. Eum, qui cum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse. *Id. Verr.* 3. c. 2. Rationem veritatis, integritatis, fidei ab hoc ordine abjudicari. *Plaut. Asin.* 3. 3. 17. Equidem me a vita abjudicabo. *h. e.* vita me privabo. ¶ Interdum est respuere, rejicere, *to reject, refuse, quit, renounce.* *Cic.* 2. *de Orat.* c. 24. *a med.* Ubi plus mali quam boni reperio, id totum abjudico, atque ejicio.

ABJŬGO, as, are, a. ἀποζεύγνυμι, proprie est a jugo removere, *to remove from under the yoke:* per translationem est *to separate, remove,* ἀποχωρίζειν. *Pacuv.* apud. *Non.* c. 2. n. 37. Quæ res te ab stabulis abjugat.

ABJUNCTUS, a, um, *unyoked, separated, removed.* *Propert.* l. 2. eleg. 14. v. 12. Quam prius abjunctos sedula lavit equos. *Quidam minus recte leg.* adjunctos. *Arnob.* l. 3. p. 105. Ab omni turpitudinis labe disparata atque abjuncta divinitas.

ABJUNGO, is, nxi, nctum, a. 3. *to loose from the yoke, unyoke,* ἀποζεύγνυμι, jumentum curru solvo, jugum aufero. *Virg.* 3. *Georg.* v. 518. it tristis arator Mœrentem abjungens fraterna cæde juvencum. V. *Abjunctus.* ¶ Translate est separare, removere, *to remove, separate,* ἀποχωρίζω. *Cic. Att.* l. 2. ep. 1. Quod se ab hoc refractariolo judiciali dicendi genere abjunxerit.

ABJURATĬO, onis, f. *a false denial upon oath of any thing in one's possession, or with which we are entrusted,* rei creditæ abnegatio cum perjurio. Legitur apud *Isid.* l. 5. *Orig.* c. 26. Quidam Lexicographi *Plauto* tribuunt, sed nihil tale apud illum invenitur. [† Ne unus quidem, ni fallor, Lexicographus. Fraudi videtur fuisse Forcellino Parei

lex Plaut. in v. *Abjurare*. quem locum minus bene intellexit.]

ABJURATUS, a, um, *denied with a false oath*, perjurio negatus. *Virg.* 8. *Æn.* v. 263. Abstractæque boves, abjuratæque rapinæ Cælo ostendantur. Ubi *Servius*: Abjurare est rem creditam negare perjurio: sed hoc isti loco non congruit. unde modo abjuratas rapinas, contra jus retentas intelligamus. Alii abductas, atque abjuratione factas: alii fraude et furto abductas tradunt. *Claudian. de VI. consul. Honorii* v. 110. Abjurata palam Libyæ possederat arva.

ABJURGO, as, a. Est jurgio, seu litigio abjudicare. *Hygin. fab.* 107. Ajax postulavit a Danais, ut arma sibi Achillis darent: quæ ex ira Minervæ abjurgata sunt ab Agamemnone, et Menelao, et Ulyssi data.

ABJURO, as, are, *to deny falsely upon oath*, ἀπόμνυμι, rem mihi creditam, vel quocumque modo a me debitam perjurio nego. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 10. Abjurant, si quid creditum est. *Id. Rud. prol.* v. 14. Quique in jure abjurant pecuniam. *Sall. in Catil.* c. 25. Abjurare creditum. *Cic. ad Attic.* l. 1. ep. 8. Mihi autem abjurare certius est, quam dependere. *Plaut. Pers.* 4. 3. 9. Nec metuo, quibus credidi hodie, ne quis abjurassit mihi. ἀρχαϊκῶς pro abjuraverit.

ABLACTATUS, a, um, *weaned*, a lacte depulsus. *Hieronym.* ep. 27. *ad Eustoch. epitaph. Paulæ a med.*

ABLAQUEATIO, onis, f. *an opening of the ground about the roots of vines or other trees, a baring of the roots of trees, ablaqueation*, fossio circa radices arborum, ut amoveantur, quæ illas illigant, aut impediunt. *Colum.* l. 4. c. 17. Autumnalis ablaqueatio sedulo facienda. *Plin.* l. 12. c. 15. Myrrha gaudet rastris, et ablaqueationibus, melior radice refrigerata. V. *Ablaqueo.*

ABLAQUEATUS, a, um, *having the roots laid open, dug about the roots*, circa radices effossus. *Plin.* l. 19. c. 8. Seri etiam radices illitas fimo interest, et repleri ablaqueata humo. V. vocem sequent.

ABLAQUEO, as, avi, atum, a. 1. *to dig about, or bare the roots of the trees, to remove the useless roots, or weeds*, est circum arborum imum truncum terram effodere, inutiles radices amputare; item lacusculos circa radices excavare, ut solis teporibus, imbribus, et immisso stercore lætius proveniant: cui contrarium est accumulare. Itaque potius a *lacu*, quam a *laqueo* deducendum est. *Cato R. R.* c. 5. Circum oleas autumnitate ablaqueato, et stercus addito. *Colum.* l. 4. c. 29. *a med.* Sed antiquissimum est et ante hæc ablaqueari vitem, radicesque summas, vel soboles amputari, et post hæc adobrui truncum. ¶ Sunt alia loca, in quibus *Cato*, et *Colum.* hoc verbum usurpant, nempe ille *R. R.* c. 29. hic l. 2. c. 15. et de Arboribus c. 5. 6. et 10. quibus locis veteres editt. et MSS. habent *oblaqueo, oblaqueatus*: quod legitur etiam apud *Isid.* l. 17. *Orig.* c. 5. *sub fin.* Oblaqueare, inquit, est circa codicem terram aperire, et velut lacus efficere.

ABLATIO, onis, f. *a taking away*, auferendi actus. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 19. Quoquo tamen nomine comminatur ablationem. Adde *Hieronym.* l. 2. *in Jovinian. sect.* 11.

ABLATIVUS casus, ἀφαιρετικὴ πτῶσις. Grammaticis dicitur, qui sextus est apud Latinos, et alio nomine, teste *Prisciano*, comparativus appellatur, eo quod per eum non minus comparatio, quam ablatio significetur. Servit enim comparationi, ut *fortior Hectore*: Ablationi vero, ut cum dicimus *aufero ab Hectore*. *Diomed.* l. 1. *Priscian.* l. 5. *c. de casibus*, et *Quintil.* l. 1. c. 4.

ABLĀTOR, oris, m. qui aufert. *Sedul.* l. 5. *de Resurrect. hist.* v. 344. Beati corporis ablator. *Aug. Civ.* l. 19. c. 13. Bonorum ablator.

ABLĀTUS, a, um, *taken away, removed*, nom. particip. ab *aufero*. *Terent. Eun. prol.* v. 26. Parasiti persona inde ablata. *Tacit.* 4. *hist.* c. 39. Juliano prætura ablata. *Id.* 2. *hist.* c. 50. Avis ablata ex oculis. *Plin.* l. 8. c. 55. Fœtus uberibus ablati. *Id.* l. 28. c. 9. Lac ablatum igni. *taken from the fire.* Et *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 131. o demens, Colchisque ablate venenis. *h. e.* veneficiis alienate. ¶ Cum infinito *Stat.* 9. *Theb.* v. 254. stamine primo Ablatus tellure mori. *h. e.* cui fata negarunt mori in terra. ¶ De iis, qui externa vi transferuntur alio. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 873. *de Europa.* pavet hæc, litusque ablata relictum Respicit. Et l. 7. v. 52. Et natale solum ventis ablata relinquam. Et l. 4. v. 625. *de Perseo.* Sæpe sub occasus, sæpe est ablatus in ortus. Et l. 1. v. 306. Crura nec ablato prosunt velocia cervo. *h. e.* aquis diluvii abrepto. *Liv.* l. 3. c. 13. Inter manus domum ablatus. (*Al. leg.* adlatus.) *carried home in the arms.*

ABLECTUS, a, um, adject. *Plaut. Mostell.* 3. 3. 3. Nam nimio emptæ tibi videntur? *Theur.* Nunquam me scio vidisse usquam ablectas ædes, nisi modo hasce. Ablectæ ædes sunt quasi neglectæ, et projectæ, atque adeo vili pretio emptæ: *ablegere* enim in sacris est separare a reliqua visceratione, et Diis porricere: unde *ablegmina*. Legit *Turneb.* l. 16. c. 10. *Adversar.* eadem sententia *abjectas*: quod præter illum, et *Lambinum* placet nemini.

ABLEGATIO, onis, f. *a sending away, removing, banishing*, ἀπόπεμψις, ἀποπομπὴ, missio in alium locum, relegatio. *Liv.* l. 6. c. 39. Ablegatio juventutis ad Veliternum bellum. *Plin.* l. 7. c. 45. Pudenda Agrippæ ablegatio. ¶ Quidam afferunt etiam locum *Cicer.* 1. *de leg.* c. 3. *a med.* sed ibi legatio legitur.

ABLEGĀTUS, a, um, *sent away, dismissed*, dimissus, alio missus. *Cic. Verr.* 4. c. 30. Dimisso, atque ablegato consilio. *Florus* l. 4. c. *prope fin.* Itaque ablegato equo, similis furenti primam in aciem procurrit, *having let loose the reins of his horse, given him the head.* Et *Justin.* l. 1. c. 5. Ablegatus in Persas ab avo. *removed, banished*, amandatus.

ABLEGMĬNA, um, n. plur. ἀπολεγμοὶ, vocantur a *Festo* partes extorum, quæ Diis immolabant: dicebantur etiam *prosegmina*, item *prosicia*, et *prosecta*, tanquam separata, et resecta a reliqua visceratione: id enim inquit *Scalig.* est *ablegere*, imitatione Græcorum, qui dicunt ἀπολέγειν. De his intelligendus *Tertull. in Apolog.* c. 13. Cum de opimis et integris supervacua quæque truncatis, capitula, et ungulas, quæ domi pueris, vel canibus quoque destinassetis. ¶ In quibusdam codicibus corrupte legitur *albegmina.*

ABLĔGO, as, a. *to send away, to remove out of the way*, ἀποπέμπω, ἀποστέλλω, amandare, alio mittere, removere. *Liv.* l. 1. c. 35. Pueros venatum ablegavit. *Cic. Verr.* 4. c. 32. Honestos homines, qui causam norint ableget, a consilioque dimittat. *Terent. Hecyr.* 3. 3. 54. Aliquo mihi est hinc ablegandus. *Plaut. Mil.* 3. 2. 54. Hunc subcustodem suum foris ablegavit. *Quidam legunt* foras. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 47. Pecus a prato ablegandum. ¶ *Cic.* l. 2. *Att.* ep. 18. Legatio a fratris adventu me ablegat. *h. e.* impedit, quominus advenienti fratri adsim.

ABLIGURĬO, is, ire, a. 4. *to spend riotously in eating and drinking, to waste, consume, run through*, καταλιχνεύω. Liguriendo absumo. *Terent. Eunuch.* 2. 2. 4. Patria abligurierat bona. *Apul. in Apolog.* Patrimonium omne jampridem abligurivit. ¶ Obscenum sensum habet apud *Sueton. de illust. Grammat.* c. 23. *extr.* ¶ Scribitur et *abligurrio* duplici *rr.* V. *Ligurio.*

ABLIGURĪTIO, onis, f. actus abligurïendi, *gluttony, gormandizing, immoderate eating and drinking.* *Capitolinus in Macrino in fine.* Heliogabalus imperium dedecoravit vitiis ingentibus, luxuria, turpitudine, abliguritione, &c.

ABLŎCO, as, a. *to let out for hire, to let*, alteri loco, v. gr. domum, quam ipse habitabam, agrum, quem ipse colebam, desero, et alteri locando concedo. *Sueton. in Vitell.* c. 7. Tanta egestate rei familiaris, ut uxore, et liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret.

ABLŪDO, is, n. *to be different, to differ in appearance or likeness, to be unlike.* ἀπεμφαίνω, dissimilis, aut absonus sum. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 320. hæc a te non multum abludit imago.

ABLŬO, is, ui, utum, a. 3. *to wash, to wash off, to make clean, to purify*, ἀπονίπτω, lavando sordes aufero, eluo, purgo. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 16. Ulyssi pedes abluens. *Virg.* 2. *Æn.* v. 719. donec me flumine vivo Abluero. *Plin.* l. 28. c. 7. *ad fin.* Maculas e veste abluere. *Valer. Max.* l. 1. c. 8. n. 1. Abluere sudorem. ¶ Abluere etiam dicitur aqua decurrens, terramque secum trahens. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 35. Irrigationes, et pluviæ, et tempestates pulvinos abluunt, et agrum faciunt macriorem. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 27. Torrens abluit villas, et intermixtos ovium greges devehit. ¶ Putabant Veteres externa corporis ablutione etiam admissa scelera expiari: hinc sæpe *abluere* ponitur pro purgare, expiare. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 681. Ablue præteriti perjuria temporis, inquit: Ablue præterita perfida verba fide. ¶ *Abluere sitim* pro extinguere, siccas fauces abluendo, seu madefaciendo, dictum est a *Lucret.* l. 4. v. 874. *Et abluere sibi umbras*, pro auferre, se ab umbris expedire, *ibid.* v. 378. ¶ Translate *Plin.* l. 3. ep. 7. Maculam veteris industriæ laudabili otio abluerat. *Cic.* 4. *Tusc.* c. 28. Sed omnis ejusmodi perturbatio animi placatione abluatur. ¶ Particip. *abluturus* est apud *August.* l. 6. *Confess.* c. 16. et *Prudent. in Apotheosi*, v. 752. abi al. leg. *abluiturus*, quia *luiturus* dictum a *Claudiano* est. V. *Luo.*

ABLUTĬO, f. *a washing, washing off, cleansing*, ἔκνιψις. *Macrob. Saturn.* l. 3. c. 1. Constat, Diis superis sacra facturum corporis ablutione purgari. *Plin.* l. 13. c. 12. *de charta.* Hieratica appellabatur antiquitus, quæ ablutione Augusti nomen accepit. *h. e.* diligenter abluta, et candidior facta. Ita legunt, et explicant *Harduin.* ex MSS. et *Turneb.* l. 7. c. 9. Alii ab adulatione.

ABLŪTOR, oris, m. qui abluit. *Tertull. seu quicumque alius auctor est advers. Marcion.* l. 3. c. 7. v. 3. Ablutor carnis, Domini præcursor apertus, Ablutor Christi, &c.

[* ABLUTORĬUM, ii, n. locus abluendo factus. *Inscript.* apud *Campol. in Lithol.* Ablutorium Cœlius ære suo edidit magnæ matris Idææ sacerdotibus lavando.]

ABLŪTUS, a, um, *washed, washed off*, lotus. ἀπονιφθείς. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. Ova perfricant sale minuto, eaque abluta condunt in furfures. *Curt.* l. 4. c. 1. Squalor ablutus. *Virgil. Æn.* 9. *in fine.* Abluta cæde.

ABLŪVĬUM, ii, n. *a flood, deluge*, diluvium, universalis inundatio, κατακλυσμός. Vox est obsoleta a *Laberio* usurpata apud *Gellium* l. 16. c. 7. ¶ *Aggenus Urbic.* pro alluvione usurpavit. dicit enim *de controvers. agror.* p. 69. *Goes.* Apud agrum arenæ, lapides, limus abluvio invectus, &c.

ABMATERTĔRA, æ, f. *the sister of a great grandmother's grandmother, or of a third grandmother, by the father's side*, abaviæ soror ex parte paterna, quæ et matertera maxima appellatur. *Caius Dig.* l. 38. tit. 10. leg. 3. et *Paulus ibid.* leg. 10.

ABMITTO, is, a. *to send, to send off. Plaut. Trucul.* 2. 7. 33. Dic, ob hæc dona, quæ ad me abmiserit, me illum amare. *Ita leg. in quibusdam Codicib. at rectius in plerisque aliis*, quæ ad me miserit.

ABNĀTO, as, n. *to swim away*, ἀπονήχομαι, alicunde natando recedo. *Stat.* 1. *Achill.* v. 383. Tunc excepta freto, longe cervice reflexa Abnatat.

ABNĔCO, as, are, a. 1. *to kill, destroy*, idem quod *neco*, ἀναιρέω, ἀποκτείνω. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 98. Ut abortioni operam daret, puerumque ut abnecaret. *Alii leg.* enecaret.

ABNEGATIO, onis, f. *a denying*, negatio. *Arnob.* l. 1. p. 18. Cum in eadem culpa sit et assertio talis rei, et abnegatio refutatoris increduli.

ABNEGATĪVUS, a, um, adject. *negative.* *Priscian.* l. 15. p. 1020. *Putsch.* Abnegativum *(adverbium)* est, ut *non, haud, nequaquam*. *Id.* l. 16. p. 1031. Abnegativæ *(conjunctiones)* sunt apud Græcos, &c.

ABNEGĀTOR, oris, *one who denies.* *Tertull. de fuga in persecut.* c. 12. Quis talem abnegatorem spernat? Est qui leg. *obnegatorem.*

ABNĔGO, gas, a. 1. *to deny, refuse, be unwilling to grant*, ἀπαρνέομαι, nego, abnuo. *Col.* l. 40. v. 51. Si Jupiter abnegat imbrem. *Virg. Æn.* 7. v. 425. Rex tibi conjugium abnegat. *Horat.* l. 1. od. 35. v. 22. Comitem abnegat. *Plin.* l. 10. ep. 97. Abnegare depositum. *Virgil.* 2. *Æn.* v. 637. Abnegat excisa vitam producere Troja.

ABNĔPOS, ōtis, m. *a great-grandchild's son, a third grandson*, filius pronepotis, vel proneptis; et refertur ad abavum, δισέγγονος. *Sueton. in Tiber.* c. 3. Ejus abnepos patronus Senatus dictus. Adde *Caium Dig.* l. 38. tit. 10. leg. 1. et *Paul. ibid.* leg. 10. et V. *Adnepos.*

ABNEPTIS, is, f. *a great-grandchild's daughter, a third granddaughter*, filia pronepotis, vel proneptis. *Sueton. in Ner.* c. 35. Messalinam Tauri bis consulis abneptem.

ABNĪTOR, V. *Abnuto.*

ABNŎBA, æ, m. mons Germaniæ, e cujus jugis *Plin.* l. 4. c. 12. Danubium oriri docet. *Avien. in Perieg.* v. 437. Abnoba mons Istro pater est; cadit Abnobæ hiatu. Hinc Abnobanum, Danubium olim dixere. Sic enim corrigit *Dacerius* illud *Pauli* ex *Festo*: Addubanum, Danubium. [† Tacit. Germ. 1.]

ABNOCTO, as, are, n. *to sleep, or spend the night, out of doors*, ἀπονυκτερεύω, foris pernocto, noctu domo absum. *Senec. de vita beata.* c. 26. *de Jove.* Alius adulterum illum induxit, et abnoctantem. *Gell.* l. 13. c. 12. *extr.* Tribunis pleb. jus abnoctandi ademptum. *Martian. Dig.* l. 1. tit. 18. leg. 15. Dum tamen abnoctare ei non liceat.

ABNODĀTUS, a, um, a nodis purgatus. *Colum.* l. 4. c. 22. Pampinus non abnodatus, neque abrasus.

ABNŌDO, as, are, a. *to cut off the knots from trees*, ἀποδεσμεύω, δεσμοὺς ἐκλύω, κλαδεύω τὰ δένδρα. Enodo arbores, et vites nodis repurgo. *Colum.* l. 4. c. 24. Diligenter amputant, et abnodant, priusquam corroboretur.

[ABNŌDO, as, are, a. 1. hoc verbum *Schneiderus* in sua editione *Scriptorum R. R.* auctoritate Cod. *Sangermanensis* ex Latina lingua tollere omnino aggressus est, quicum sentit doctiss. *Benedictus Del Bene* in sua *Columellæ* versione tom. 1. p. 261. et in illius locum intrudendum curavit verbum *Adnodo*, eadem tamen ac *Abnodo* significatione. Quater illud usurpat *Columella*, nempe l. 4. c. 22. sect. 4. et c. 24. sect. 10. et bis in sect. 18. capite vero 11. sect. 4. pro *annotato*, ut est in editis, *Schneiderus* et *Del Bene* legunt itidem, nec male, *adnodato*. Quidquid tamen sit, sive *abnodo* legas, sive *adnodo*, cum verbum ejusdem sit significationis, patet nihil inde incrementi capere Latinam linguam, ideoque alterutram lectionem usurpare liberum omnino, cum etiam *abrado* et *adrado* unum idemque significent apud optimos Scriptores.]

ABNORMIS, e, adject. *irregular, without rule, singular*, sine norma, aut lege. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 3. Rusticus, abnormis sapiens, crassaque Minerva. *h. e.* sapiens ille quidem, sed non alicui Sapientum, seu Philosophorum sectæ addictus, *non ad aliorum normam sapiens*, ut loquitur *Cic. de Amic.* c. 5. ¶ Legitur et *anormis*, sed minus recte. Sapit enim Græcam compositionem.

ABNŬENS, tis, *denying, not admitting of, not brooking*, renuens. *Apulei.* l. 6. *Metam.* At Venus terrenis remediis inquisitionis abnuens, cælum petit. *Tacit.* 1. *hist.* c. 67. Vitellii imperium abnuentes.

ABNUĔO, es, a. *to deny, refuse*, pro *abnuo* veteres dixisse annotavit *Diomedes* l. 1. p. 378. *Putsch.* et affert *Ennii* versum 8. *Annal.* Certare abnueo, metuo legionibu' labem. *Item ejusdem in Telamone*: Ex eo futurum abnueant. *Sed hæc jam obsoleverunt.*

ABNUITIO, onis, f. *a denying, refusing*, *Festus in voce*

In. *In* non semper abnuitionem significat, sed interdum etiam pro adnuendo ponitur.

ABNUITŪRUS, a, um, particip. futuri ab *abnuo. Sallust. in fragment. histor.* l. 1. *apud Arusianum Messum veterem interpr.* Nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros.

ABNUMĔRO, as, a. Affertur a *Gellio* l. 15. c. 3. videturque significare *totum numero*, omnino numero, *to cast up the sum*, ut ex ipsis *Gellii* verbis, ex Nigidii commentario depromptis colligere videmur.

ABNŬO, is, ui, a. *to deny or refuse by countenance or gesture, to express dissent by a nod*, ἀπονεύω, capitis nutu, vel manus significo, me nolle, aut non assentiri: cui contrarium est *adnuo. Nigid.* apud *Gell.* l. 10. c. 4. Cum adnuimus, et abnuimus, motus ille vel capitis, vel oculorum a natura rei, quam significat, non abhorret. *Liv.* l. 36. c. 34. Manu tamen abnuit, quicquam opis in se esse. ¶ Sæpius ponitur pro nolle, recusare, negare, *to be unwilling, to refuse, to deny*: a præposit. *ab*, et obsoleto *nuo*, unde *nutus. Plaut. Trucul. prol.* v. 6. Quid si de vestro quidpiam orem? abnuunt. *Cic. pro Mil.* c. 36. Non recuso, non abnuo. *Id.* 2. *de Fin.* c. 1. Intelligas, quid quisque concedat, quid abnuat. *Id.* 1. *de Leg.* c. 14. Abnuere a se commissum facinus. *Tacit. Ann.* 6. c. 8. Abnuere crimen. *Cic. de Fato* c. 2. Nihil enim unquam abnuit studio meo voluntas tua. *Tacit. Ann.* 4. c. 26. Dolabellæ petenti abnuit triumphalia Tiberius. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 78. Quamquam suscipiendum bellum abnuisset. ¶ Cum infinito. *Liv.* l. 22. c. 13. *extr.* Nec abnuebant melioribus parere. *Virgil.* 10. *Æn.* v. 8. Abnueram bello Italiam concurrere Teucris. *Sil.* l. 14. v. 599. descendere fauces Abnuerant siccæ jussorum alimenta ciborum. ¶ Passive impersonaliter. *Liv.* l. 3. *in fine.* Nec abnuitur ita fuisse. ¶ Ponitur etiam pro detrectare, abjicere, repudiare. *Colum. in procem.* l. 6. Abnuere curam pecoris. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 37. jussa ducis. *Liv.* l. 28. c. 27. imperium. *Virgil. Æn.* 5. v. 531. omen. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Tibull.* l. 4. eleg. 1. v. 25. Seu tibi par poterunt, seu, quod spes abnuit ultra. *h. e.* quod sperare non licet. *Tacit.* 5. *hist.* c. 13. Hanc adversus urbem Titus quando impetus et subita belli locus abnueret, aggeribus, vineisque certare statuit. *the situation not permitting, the position not admitting of*, &c. *Plin.* l. 37. c. 10. Arabica *(gemma)* ebori simillima est; et hoc videretur, nisi abnueret duritia. *h. e.* nisi obstaret. ¶ Supinum *abnutum*, quod plerique huic verbo tribuunt, et particip. *abnutus* nullo adhuc, quod sciam, exemplo Latino confirmantur. ¶ Particip. *abnuiturus* V. supra. [¶ Particip. *abnuendus. Senec. Thyest.* v. 471. Nec abnuendum si dat imperium Deus.]

ABNUTĪVUS, a, um, adject. *negative, involving denial*, ἀποφατικὸς, qui negandi vim habet. *Paulus Dig.* l. 45. tit. 1. leg. 83. Qui spondet dolum malum abesse, abfuturumve esse, non simplex abnutivum spondet, sed curaturum se, ut dolus malus absit. *Gloss.* Abnutivum ἀπωμοτικόν.

ABNŪTO, as, are, a. *to express dissent by the nod, to keep refusing*, sæpe abnuere, ut ait *Festus*: frequentativum ab *abnuo. Plaut. Capt.* 3. 4. 79. Quid mi abnutas? *Ty.* Tibi ego abnuto? *Arnob.* l. 2. *in fi.* Dum ipsi nobis argumenta conquirimus, quibus esse videatur falsum id, quod esse nolimus, atque abnutemus verum. *Ubi quidam minus recte leg.* abnitimur, *tanquam sit ab* abnitor, eris. ¶ Tanquam angustum, et humile damnat. *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 41. in illo Veteris cujusdam Poetæ: *Quidnam est, obsecro? Quid te adiri abnutas?* Melius esset, inquit, *vetas, prohibes, absterres.*

ABO, as, are, verbum est fratris blande fratrem compellantis ab *Aba*, (quod ab Ἀπφὰ) frater, ἀδελφίζειν. *Auson.* ep. 1. *ad patrem*, v. 13. nam supparis ævi Sum tibi ego, et possum fratris abare vicem. *h. e.* possum tecum nomen fratris usurpare. *Scalig.* l. 1. *lection. in Auson.* c. 29. Satis ingeniose hanc lectionem, interpretationemque tuetur: editi tamen libri hab. *fratris habere vice*, vel *habere vicem.* ¶ Quidquid sit de lectionis veritate, ipsum verbum neque ab origine (*Aba* enim non est vox Latina) neque ab auctoritate Scriptoris satis habet, ut usurpandum sit.

ABOLEFACĬO, is, ere, a. *to destroy, undo, ruin*, idem quod aboleo. *Tertull. in Apolog.* c. 35. Civitatem tabernæ habitu abolefacere. *h. e.* deformare, dehonestare. ¶ Hinc particip. *abolefactus. Id. de habit. mul.* c. 2. Scriptura abolefacta violentia cataclysmi.

ABOLĔO, es, levi, olitum, a. 2. *to blot out, to disannul, efface, abolish, destroy*, ἐξαλείφω, ἀφανίζω, ἀμαυρόω, deleo, tollo, destruo: *Quintil.* l. 1. c. 5. Si consuetudo vicerit, vetus lex sermonis abolebitur. *Virgil. Æn.* 4. v. 497. abolere nefandi Cuncta viri monimenta jubet. *Vellei.* l. 2. c. 58. Cum Cassius censuisset abolendum Cæsaris testamentum. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 35. Abolere imagines. *Id.* 16. *Ann.* c. 6. Abolitum est corpus igni. *Id.* 4. *hist.* c. 39. Abolere vires. *Id.* 1. *hist.* c. 84. memoriam. *Id. ibid.* c. 47. convicia, et probra. *Id.* 3. *hist.* c. 24. labem ignominiæ. *Id.* 2. *hist.* c. 5. Prava certamina communi utilitate abolere. *Liv.* l. 3. c. 38. Abolere alicui magistratum. *Plin.* l. 28. c. 18. scabiem. *Id.* l. 21. c. 21. tristitiam. ¶ Apud *Virg.* 3. *Georgic.* v. 559. *abolere viscera unda* est tabida animalium viscera ita aqua purgare, ut omnis inde tabes eluatur. ¶ In Jure *abolere accusationem* est eam penitus omittere: *abolere crimen* est delere, extinguere. *Martiun. Digest.* l. 48. tit. 16. *circa med.* et *Modestin. ibid.* leg. 17. V. *Abolitio.* ¶ Aboleri absolute pro extingui, mori, *to die. Plin.* l. 7. *in procem.* Multi extitere, qui non nasci optimum censerent, aut quam ocissime aboleri. ¶ Neutrorum more. *Liv.* l. 9. c. 36. Aliis omnibus cladis Caudinæ nondum memoria aboleverat. *was not yet obliterated, effaced, forgotten.* (Adde l. 3. c. 55.) *Gell.* l. 20. c. 1. *prope fin.* Si non illa etiam ex duodecim Tabulis de testimoniis falsis pœna abolevisset. *had not grown into disuse, become obsolete.* ¶ *Abolesset* pro *abolevisset* habet *Florus* l. 4. c. 9. ¶ Præteritum *abolui* pro *abolevi* affert quidem *Priscian.* l. 9. *prope fin.* sed nullo auctore confirmat. [¶ Particip. *abolendus. Sueton. Cal.* c. 60. et *Domit.* c. 23. Abolenda memoria.]

ABOLESCO, is, ere, n. *to go to nothing, to be reduced to a state of nihility, to be annihilated*, ἀφανίζομαι, ad nihilum redigor. *Colum.* l. 3. c. 2. Vinea siccitatibus non abolescit. *Virg. Æn.* 7. v. 232. tantique abolescet gratia facti. ¶ Pro *decrescere* affert *Lamb.* ex *Lucret.* l. 5. v. 732. ubi alii aliter legunt. V. *Aboriscor.*

ABOLITĬO, onis, f. *an abolishing, annulling, effacing, cancelling, abrogating, rescinding*, ἀφανισμὸς, actus abolendi. *Sueton. in Aug.* c. 34. Postulare pertinaciter abolitionem legis. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 5. Abolitio tributorum. *Id.* 6. *Ann.* c. 2. Abolitio sententiæ. ¶ In jure *abolitio* est criminis, aut accusationis institutæ exstinctio, qua reorum numero reus eximitur, res præteritæ oblivioni mandantur, accusatio omittitur, accusandi necessitas accusatori remittitur, &c. Qua de re multa l. 48. *Digest. toto titulo* 16. qui est *ad S. C. Turpil. et de abolitionibus crimin.* et alibi. *Quintil.* l. 9. c. 2. *ad fin.* Tyrannus, qui sub pacto abolitionis dominationem deposuerat.

ABOLĬTOR, oris, m. *a destroyer*, qui abolet. *Tertull. de habit. mul.* c. 3. Omnium rerum abolitorem. *Auson. in grat. act.* c. 2. Somnus omnium abolitor.

ABOLĪTUS, a, um, *destroyed, consumed, abolished, antiquated, gone to decay*, particip. ab. *aboleo. Tacit. Ann.* 2. c. 49. Deum ædes vetustate, aut igni abolitæ. *Pallad. in Januar.* tit. 13. Abolitæ radices prioris vineæ. *Plin.* l. 14. c. 4. Abolita nomina. *Plin. alter* l. 7. ep. 6. Abolita accusatio (V. *Aboleo*, et *Abolitio*) *Quintil.* l. 1. c. 6. Abolita, atque abrogata retinere. *Gell.* l. 12. c. 1. Oblitterata atque abolita elementa. *In num. Adriani* apud *Musel.* Reliqua vetera abolita.

ABOLLA, æ, f. *a military robe*, ἱμάτιον, genus pallii duplici panno consuti, quo militiæ utebantur: itaque togæ opponitur, quæ pacis erat: videtur autem esse ab ἀμβολὴ, pro ἀναβολὴ, amictus, ab ἀναβάλλω, circumdo, vestio. *Varr. apud Non.* c. 14. n. 9. Toga detracta est, et abolla data ad turbam mihi, fera militiai munera belli ut præstarem. *Serv.* ad illud *Æn.* 5. v. 421. *duplicem ex humeris dejecit amictum*, duplicem, *inquit*, amictum, id est abollam, quæ duplex est, sicut chlamys. ¶ Hoc pallii genere etiam Philosophi aliquando usi sunt, longiore tamen, fusiore, et ex viliore materia confecto. *Martial.* l. 4. *epigr.* 53. *de falso Cynico.* Cerea quem nudi tegit uxor abolla grabati. *ceream* vocat, quia valde trita erat, et præterea sudore, et collectis sordibus quasi cera infecta: *uxorem*, quia simul cum ea etiam in lecto cubabat, et pro lodice adhibebat. *Juvenal.* sat. 3. v. 115. audi facinus majoris abollæ. Stoicus occidit Baream. *h. e.* sanctioris, severiorisque Philosophiæ, qualis fuit Stoicorum. *Id.* sat. 4. v. 76. abollam Pegaso Præfecto urbis tribuit Urbe proficiscenti Albam: ex quo quidam putarunt, abollam fuisse etiam vestem senatoriam (sane *Prudent.* l. 1. *advers. Symmachum* v. 557. dixit, *palmata insignis abolla*, togam intelligens); eam tamen opinionem probe refellit *Ferrar. de re vestiar.* par. 1. l. 2. c. 22.

AB OLŌES pro *ab illis* usurparunt antiqui. *Fest.*

ABOMINABĬLIS, e, βδελυρὸς, *abominable, detestable.* Vox est *Hieronymi in Jerem.* c. 22. v. 30. Legitur etiam in Declam. quæ inscribitur *Tribunus Marianus*, quam quidam falso tribuunt *Quintiliano.*

ABOMINAMENTUM, n. *any thing abominable, worthy of abhorrence*, βδελυρία, res abominanda. *Tertull. advers. Jud.* c. 13. Projecit homo abominamenta sua aurea, et argentea.

ABOMINANDUS, a, um, *abominable, to be abhorred, ominous, unlucky, execrable*, βδελυκτὸς, particip. passivæ significationis. *Liv.* l. 9. c. 38. Licinius tertia clade abominandam eam curiam facit. *Plin.* l. 22. c. 4. Abominandum exitium. *Quintil. in procem.* l. 8. Abominanda infelicitas.

ABOMINANTER, adverb. *abominably, ominously*, abominandum in modum. *Impp. Constantin.* et *Constans.* l. 3. *Cod. Theodos.* tit. 12. leg. 1. Si quis filiam fratris faciendam crediderit abominanter uxorem. *Cassiod.* l. 3. ep. 23. Consuetudines abominanter inditæ.

ABOMINATĬO, onis, f. *an abominating, deprecating, abomination*, ἀποτροπιασμὸς, actus abominandi. *Lactant.* l. 1. c. 17. *in fin.* Quid sibi vult equorum tam pertinax abominatio? ¶ Item res abominanda, *any thing that ought to be held in abhorrence*, βδέλυγμα. *Tertull. advers. Jud.* c. 5. *ex* Isaiæ c. 1. 13. Incensum abominatio est mihi.

ABOMINATUS, a, um, particip. *that hath abhorred. Liv.* l. 40. c. 4. Abominatus mentionem facinoris. ¶ Passive, *abominated, detested, execrated. Horat. Epod.* 16. v. 8. Parentibusque abominatus Annibal. *Liv.* l. 31. c. 12. Abominati semimares, jussique in mare deportari.

ABOMĬNO, as, a. *to abominate, eschew as being detestable.* Hac voce activa usus est *Plaut. Trinum.* a. 3. sc. 2. v. 82. Mulctam abomina.

ABOMĬNOR, aris, dep. *to deprecate as ominous or unlucky, to execrate as a thing of bad omen*, ἀποτρέπομαι, malum omen abjicio, averto, deprecor. *Plin.* l. 28. c. 2. Incendia inter epulas nominata, aquis sub mensas profusis, abominamur. *Liv.* l. 30. c. 25. Cum dixisset, sepulcrum dirutum proram spectare, abominatus, prætervehi jusso gubernatore, ad Leptim appulit classem. *Sueton. in Claud.* c. 46. Pro tribunali, accessisse se ad finem mortalitatis, quamquam abominantibus qui audiebant, semel atque iterum pronuntiavit. ¶ Hinc formula illa, *quod abominor*, quæ eleganter sermoni interseritur, *which Heaven forefend, avert, prevent from happening. Ovid.* 3. *de Pont.* ep. 1. v. 104. Si mea mors redimenda tua (quod abominor) esset. *Plin.* l. 6. ep. 22. Scias, si quis forte, quod abominor, fallat, paratam ultionem. ¶ Generatim accipitur pro detestari, exsecrari, *to abominate, detest, abhor, execrate*, σικχαίνομαι, [† Σικχάζομαι. Vocem σικχαίνομαι ut barbarum rejicit Phrynichus.] βδελύττομαι. *Liv.* l. et c. 30. Quod igitur nos maxime abominaremur, vos ante omnia optaretis, in meliore vestra fortuna de pace agitur. *Prudent.* περὶ στεφ. 2. *de S. Vincent.* v. 179. Pulvinar ut nostrum manu Abomineris tangere. ¶ Passive *Verrius* apud *Priscian.* l. 8. p. 791. *Putsch.* Sævitiaque eorum abominaretur ab omnibus.

ABOMINŌSUS, a, um, *ominous, unlucky. Solin.* c. 1. (*al.* c. 3.) Propter pares dies Februarius, quasi abominosus, Diis inferis deputatur. *Salmasius* legit *ominosus* ex quibusdam probatis Editionib. quod certe Latinius est, et idem significat. [Sed tamen legitur apud *Diomed.* l. 3. *Putsch.* p. 472. Spondæus dictus παρὰ τὴν σπονδὴν, quia in templis hoc pede quædam carmina componebantur, scilicet ut libantes sonum vocis abominosæ audire non possint.]

ABORĪGINES, um, m. sunt conditores, auctoresque originis, γενάρχαι, et πρωτόγονοι a Græcis appellati. Ita adhibetur hæc vox a Plin. l. 4. c. 32. *sub fin.* Erythria dicta est, quoniam Tyrii aborigines eorum, orti ab Erythræo mari ferebantur. *Est qui legit* ab origine. ¶ Peculiariter Aborigines dicti antiquissimi Italiæ populi in Latio, quorum reges Saturnus, et Janus. *Justin.* l. 43. c. 1. Italiæ cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus. *Tacit. Ann.* 11. c. 14. Etrusci litteras ab Corinthio Demarato, Aborigines Arcade ab Evandro didicerunt. *Sallust. in Catil.* c. 6. Cum Trojanis Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum, in una mœnia convenere. *Liv.* l. 1. c. 2. Æneas, ut animos Aboriginum sibi conciliaret, ne sub eodem jure solum, sed etiam nomine omnes essent, Latinos utramque gentem appellavit. *Est qui leg.* Aboriginensium. *Aurel. Vict. de Orig. gentis Rom.* c. 4. Quidam tradunt, terris diluvio coopertis, passim multos diversarum regionum in montibus, ad quos confugerant, constitisse: ex quibus quosdam sedem quærentes, pervectos in Italiam, Aborigines appellatos, Græca scilicet appellatione, a cacuminibus montium, quæ illi ὄρη vocant. Alii volunt eos, quod errantes illo venerint, primo Aberrigines, post mutata una littera, altera dempta, Aborigines cognominatos. Hactenus *Aurel. Vict.* Hujus postremæ notationis auctor est etiam *Festus.* ¶ Græci Scriptores *Dionys. Halicarn.* l. 1. *Strabo.* l. 5. *Stephan.* et alii scribunt Ἀβορίγινες, aut Ἀβοριγῖνες, et Ἀβοριγῖνοι. unde colligitur, producendam esse pœnultimam: tametsi et Ἀβοριγίνες scriptum legitur. [¶ Aborigines, περὶ ἀνθρώπου φύσεως, sic appellatur liber *Varronis* passim laudatus a *Nonio.*]

[* ABORIGINĔUS, a, um, adject. ad Aborigines pertinens. *Terentian Maur.* v. 1956. Jane pater, Tibi vetus ara caluit Aborigineo sacello. *h. e.* tibi Aborigines tura et hostias obtulerunt.]

ABORĬOR, ĕris, rtus sum, dep. 3. *to die, perish*, idem ac morior, pereo. est enim contrarium τῷ *orior*: præpositio *ab* hic privationem vel vitium significat, ut in *absimilis, abrogo*, &c. *Var.* l. 4. *de L. L.* c. 10. Idem hic Diespiter dicitur, infimus aer, qui est conjunctus terræ, ubi omnia oriuntur, ubi aboriuntur. *Id. in frag. apud Non.* c. 2. n. 24. Vinum, quod ibi natum sit, si prægnans biberit, fieri ut aboriatur. Subintellige *fœtus, h. e.* ut fœtus aboriatur. *Gell.* l. 12. c. 1. Ut fœtus quoque ipsi in corpore suo concepti aboriantur. ¶ Translate *Lucret.* l. 3. v. 155. pallorem exsistere toto Corpore, et infringi linguam, vocemque aboriri. *h. e.* intercludi, deficere: quod in magnis timoribus evenire solet. *to become dumb, to be struck speechless.* [† Comparari debent verba Græca ἀπειπεῖν, ἀπαγορεύειν,

ἀπειλῶ, quæ pari ratione exponuntur, *fatiscere*, *deficere*, *deficere*, *despondere*, *animo concidere*, *spem abjicere*. In Xenoph. Hellen. 6. [illegible] ἀπηγορευμένος, ait Stephanus, est *ita fatiscens et [illegible] animo, ut ne tam quidem possim*. Confer Eurip. Hecub. 937. [illegible] Orest. 91. Aristoph. Pac. 304. Lysistr. 778. Dixit Demosthenes [illegible] Lucian. [illegible] ¶ A[illegible] fœtum [illegible] immaturum et mortuum edere, legitur apud [illegible] p. 105. Fastidiosus ducere, atque habere conceptus, abortiri, perferre, et propter [illegible] partus septimestres edere aliquando fœtuus.

ABORISCOR, eris, dep. *to perish, die*, idem quod aboriri, perire. *Lucret.* l. 5. v. 732. Inque dies privos aboriri quæque creta. Ita leg. quidam cum Pareo: alii *abortiri*, alii [illegible].

ABORSIVUS pro abortivus legitur a quibusdam apud *Tertull.* l. 5. *advers. Marcion.* c. 8.

ABORSUS, a, um. Aborsus venter dicitur a *Paulo* l. [illegible] 1. c. 2. (si salva est lectio) cum fœtus veneniis, et [illegible] ejectus est. Aborsus, *inquit*, vel abactus venter partum efficere non videtur.

ABORSUS, us, m. *untimely birth*, idem fere, quod abortus. Differt tamen, quia aborsus est in primis mensibus, cum conceptui exordium factum est, abortus prope tempus pariendi. Hæc *Nonius* homo Grammaticus c. 5. [illegible]

ABORTIO, onis, f. *abortion, a miscarrying, premature delivery*, ἐκτρωσμὸς, actus abortiendi, seu emittendi fœtum [illegible] ante tempus. *Cic. pro Cluent.* c. 12. Si hæc solutio legatorum, et non merces abortionis appellanda est. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 98. Abortioni operam dare, puerumque enecare. *Paul.* leg. 38. *Dig.* lib. 48. tit. 19. Abortionis, aut amatorium poculum dare.

ABORTIO, is, ire, a. *to miscarry*, ἐξαμβλῶ. Tribuitur *Plinio* l. 8. c. 51. Propter facilitatem abortiendi. *Harduin.* legit *abeundi*, tueturque consensu MSS.

ABORTIUM, ii, n. pro abortu, vel abortione, vox est *Hieronymi* ep. 26. *ad Pammach. de obitu Paulinæ* cap. 1. *ad fin.* et ep. 22. *ad Eustoch.* cap. 5.

ABORTĪVUS, a, um, *that causeth or procureth abortion*, ἐκτρωτικὸς, abortum faciendi vim habens. *Plin.* l. 20. c. 21. *de malvis.* Abortivas esse cum capite anseris. *Id.* l. 24. c. 5. *de cedri succo.* Tradunt abortivum fieri in Venere. *Id.* l. 7. c. 6. Sternuisse a coitu abortivum. ¶ Abortivus est fœtus, qui imperfectus ante legitimum tempus natus est. *born out of due time.* Horat. l. 1. sat. 3. v. 46. ut abortivus fuit olim Sisyphus. *Juvenal.* sat. 2. v. 32. Cum tot abortivis fœcundam Julia vulvam Solveret. ¶ *Martial.* l. 6. epigr. 93. Pullus abortivo nec cum putrescit in ovo. ovum abortivum dixit, in quo pullus ante tempus formatus, atque adeo ibi corruptus est. ¶ Substantive *Juvenal.* sat. 6. v. 367. Et quod abortivo non est opus. *h. e.* medicamento abortum faciente. ¶ Pro abortu, translate *Plin.* l. 18. c. 17. Est aliud avenæ vitium, cum granum afflatu noxio cassum, et inane in spica evanescit quodam abortivo.

ABORTO, as, are, *to miscarry*, abortum facere. *Varro* l. 2. *de R. R.* c. 4. Haram facere oportet ea altitudine abs terra, ne dum exilire velit (*sus*) prægnans abortet. Usus est et [illegible] l. 3. c. 7. n. [illegible]

ABORTUS, a, um, *born, risen*, ἀναφανεὶς, exortus. *Stat.* l. 8. *Thebaid.* v. 32. Nec solitus sentire metus expavit aborta Sidera, jucundaque offensus luce profatur. *Alii legunt* oborta, *et sane rectius.* Sic *abortæ lacrimæ* legitur a nonnullis in *Livii* l. 1. c. 58. et l. 40. c. 8. *extr.* item in *Ovidii* l. 1. *Met.* v. 350. sed *oborta* ubique retinendum.

ABORTUS, us, m. *abortion, miscarriage, untimely birth*, ἔκτρωμα, fœtus immature editus, et mortuus. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 20. Tertullæ nollem abortum. *Plin.* l. 21. c. 18. Feminis quidem abortus facere non dubitat, *h. e.* inferre. *Plin. alter* l. 8. ep. 10. Audies neptem tuam abortum fecisse. *h. e.* passam esse. ¶ In arboribus dicitur cum a prima origine degenerant, et infeliciter, nec justa mensura proveniunt. *Plin.* l. 12. c. 2. Namque et chamæplatani vocantur coactæ brevitatis: quoniam arborum etiam abortus invenimus. ¶ Translate *Plin. in procem. hist. nat. prope fin.* Quoniam audio et Stoicos, et Dialecticos, Epicureos quoque parturire adversus libellos, quos de Grammatica edidi, et subinde abortus facere, &c. *h. e.* libros edere imperfectos. ¶ *Abortus*, et *Aborsus* quomodo differant V. *Aborsus.* ¶ Abortum, ti, n. *Ulpian. Digest.* l. 29. tit. 2. leg. 30. Mox abortum factum est. *Paul.* ex *Festo.* Abortum gravidæ mulieris dicitur, quod non sit tempestive ortum. *Gloss.* Abortum, ἔκτρωμα.

ABPATRŬUS, i, m. *the brother of one's great grandfather's grandfather, or of one's third grandfather, by the father's side*, frater abavi mei ex parte paterna, qui et *patruus maximus* dicitur. *Caius Digest.* l. 38. tit. 10. leg. 3. et *Paul.* ibid. leg. 10.

[* ABRACADABRA, monstrum verbi, quod hemitritæo depellendo chartæ inscriptum, ita ut ordine retrogrado littera deficiat, et lino inclusum collo suspendere jubet *Seren. Sammon.* c. 52. v. 941. Inscribis chartæ quod dicitur Abracadabra. Sæpius et subter repetis, sed detrahe summæ, Et magis atque magis desint elementa figuris Singula, quæ semper rapies, et cetera figes, Donec in angustum redigatur littera conum: His lino nexis collum redimire memento. Est ergo hæc figura.

A b r a c a d a b r a
a b r a c a d a b r
a b r a c a d a b
a b r a c a d a
a b r a c a d
a b r a c a
a b r a c
a b r a
a b r
a b
a]

[† Vide C. Steph. Dict. Hist. &c. p. 8. edit. N. Lloyd. Voss. Op. T. 5. p. 24. *Lettre*, *Epitr.* pt. 2. p. 69.]

ABRĀDO, dis, si, sum, a. 3. *to scrape, or shave off*, ἀποξύω. *Varr.* l. 4. *de L. L.* cap. 31. Itaque homo in pratis per fœnisecia eo (*rastello*) festucas abradit. *Plin.* l. 6. c. 28. Abradere barbam. *Id.* l. 17. c. 11. Est innoxium abradi partes (*radicum*), quæ se nudaverint. ¶ Translate est auferre, demere, *to carry away, scrape together, get out of, procure.* *Plin. in Paneg.* cap. 37. Destringi aliquid, et abradi bonis, quæ sanguine meruissent. *Cic. pro Cæcin.* c. 7. Posteaquam videt, nihil se ab Cæcina posse litium terrore abradere.

ABRAM, Abræ, m. אַבְרָם, nomen primi Patriarchæ, Latine *pater excelsus*: qui postquam a Deo promissionem accepit, nasciturum ex gente sua Jesum Christum, *Abraham*, *aliæ* אַבְרָהָם appellatus est, quod est *pater multarum gentium.* Genitivus *Abræ* legitur apud *Prudent. in Apotheos.* v. 441. et *Abrahæ* apud *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 13. ¶ Potest etiam *Abraham* tanquam indeclinabile usurpari, ut docet *Charis.* lib. 1. p. 94. *Putsch.* ¶ Pœnultima in *Abraham* a Christianis poetis modo corripitur, modo producitur. *Tertull.* (*seu quicumque alius auctor est*) *in carm. advers. Marcion.* l. 3. c. 2. Est Abraham, cujus gnatos vos esse negatis. *Prudent. in Apotheos.* v. 431. Eripit Abraham cum stirpe, et gente fideli. ¶ Si Hebraicæ vocalis quantitatem spectes, rectius producitur: quod præter *Prudent.* fecere etiam *Arator.* lib. 2. *in Act. Apostol.* v. 283. et *Sidon.* l. 7. ep. v. 17. *in carm.*

ABRAMĒUS, et Abramius, a, um, Ἀβράμειος, ad Abram pertinens. *Paulin. Nolan.* carm. 32. (al. 15.) v. 581. Aut illum gremio exceptum fovet Abramio.

ABRASOR V. *Arrosor.*

ABRĀSUS a, um, *shaven off, shorn*, ἀπεξυσμένος, radendo ablatus. *Cic. pro Roscio Com.* c. 7. Supercilia penitus abrasa. *Lucan.* l. 6. v. 115. Abrasæ fauces. *h. e.* esculentorum asperitate exulceratæ.

ABRAXAS, æ, Ἀβράξας, nomen summi, omnipotentis, et conditoris Dei, fictum a Basilide Hæretico, et ejus asseclis, sub quo Mithran, *h. e.* Solem, Gentilium numen colebant. Hujus nominis litteræ secundum Græcam supputationem conficiunt numerum CCCLXV. quo numero dies totius anni includuntur; totidemque cœli significantur, quot Basilides esse dicebat: qua de re V. *Augustin. in lib. de Hæresib. ad Quodvultdeum.* Meminere hujus Dei etiam *Tertull. de Præscriptionib.* c. 46. et *Hieronym. in Abd.* c. 1. et *in Amos* c. 3. [[† Cf. Voss. in l. c. ad *Abracadabra.* Zoeg. de Orig. et Us. Obel. p. 203. et in Corrigend. p. 646.]

ABRELICTUS, a, um, derelictus, *abandoned, forsaken, deserted.* *Tertull. advers. Jud.* c. 1. Populus Judæorum divinitate abrelicta simulacris fuit deditus.

ABREPTUS, a, um, *taken away, torn asunder, ravished, taken away by main force*, nom. particip. ab *abripio.* *Cic.* 3. *Verr.* c. 3. E complexu parentum abreptos filios ad necem ducere. *Liv.* l. 3. c. 57. Virgo a complexu patris abrepta. *Terent. Eun.* 1. 2. 30. Puella ex Attica hinc abrepta. *Tacit.* 3. *hist.* c. 22. Occisi centuriones, abrepta signa. *Id.* 15. *Ann.* c. 35. Intimus quisque vincti, abreptique. *Liv.* l. 26. c. 39. Naves in terram remis abreptæ. *Plin.* l. 8. c. 7. Abrepta scuta jaciens in sublime. ¶ Cum ablat. sine præposit. *Sueton. in Aug.* c. 17. *sub. fin.* Antonium juvenem simulacro D. Julii abreptum interemit.

ABRIPĬO, is, ipui, eptum, a. 3. *to take away, carry off, drag away by force*, ἀφαρπάζω, vi rapio, vi traho, abstraho: ex *ab*, et *rapio.* *Cic. pro Ligar.* c. 12. Voluntate omnes tecum fuerunt, tempestate abreptus est unus. *Id. Verr.* 6. c. 50. Non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur. *Id. ibid.* c. 10. Abripere aliquem de convivio in vincula. *Stat.* l. 1. *Theba.* v. 602. animasque a stirpe recentes Abripere altricum gremiis. *Cic. pro Cluent.* c. 33. Abripere aliquem ad quæstionem. *Terent. Andr.* 4. 4. 47. in cruciatum. *Hirt. de B. Afric.* c. 26. Abripi in servitutem. *Propert.* l. 4. e. 8. v. 5. Qua sacer abripitur cæco descensus hiatu. *h. e.* in abruptum desinit, patet in præceps. ¶ Significat etiam corripere, vi prehendere, *to seize, constrain.* *Plaut. Mostell.* 2. 1. 38. Abripite hunc intro actutum inter manus. *Valer. Max.* l. 2. c. 7. n. 6. Abripi a lictore, et mactari jussisti. ¶ Abripere se, est se subducere, *to take one's self off, betake one's self away, abscond.* *Plaut. Mil.* 2. 2. 21. Ita abripuit repente se se subito. *Id. Curcul.* 5. 1. 8. Vix foras me abripui, atque effugi. ¶ Translate *Cic. Verr.* 5. c. 12. Ut eum etiamsi natura a parentis similitudine abriperet, consuetudo tamen patri similem esse cogeret. *removed him.* *Id.* 3. *de Orat.* c. 36. Repente te quidam quasi æstus ingenii tui procul a terra abripuit.

ABRODIÆTUS, ἁβροδίαιτος, cognomen fuit Parrhasii pictoris nobilissimi, quod Latine significat delicatum, atque elegantem, ab ἁβρὸς, mollis, delicatus, et δίαιτα, vivendi ratio. *Plin.* l. 35. c. 10. Namque et cognomina usurpavit Abrodiætum se appellando; aliisque verbis principem artis, et eam ab se consummatam.

ABRŌDO, is, si, um, a. *to gnaw off, to gnaw*, ἀποκναίω, est rodendo abscindo. *Plin.* l. 10. c. 62. Viperæ mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. [¶ Particip. *abrodens* apud *Pers.* sat. 5. v. 162. Crudum anguem abrodens.]

ABROGATIO, onis, *abrogation, the act of abrogating, repealing, reversing, revoking, annulling, disannulling*, actus abrogandi, ἀποχειροτονία, ἀποκύρωσις, *Cic. ad Attic.* l. 3. ep. 23. Neque enim ulla est lex, quæ non se sepiat difficultate abrogationis.

ABROGĀTOR, oris, *one who annulleth, repealeth*, qui abrogat. *Arnob.* l. 1. p. 30. Divini operis abrogatores.

ABROGĀTUS, a, um, *abrogated, annulled, abolished, taken away*, nom. particip. ab *Abrogo.* *Cic. pro Dom.* c. 31. Imperium abrogatum. *Id. in fragment. pro C. Cornel.* Lex abrogata. Tacit. 4. *hist.* c. 46. Abrogati consulatus, quos Vitellius dederat.

ABRŎGO, as, are, a. *to annul, abolish, abrogate, prevent from remaining in force*, ἀκυρόω, ἀναιρέω, rescindo, dissolvo, antiquo, infirmo, irritum facio. Proprie est *rogatum tollo*, cum de legibus sermo est. *Rogare* enim *legem* est legem ferre, rogata, *i. e.* interrogata plebe, an velit aliquid ratum habere. Unde *abrogatur Legi*, cum lex prorsus tollitur: *Derogatur* autem *Legi*, vel *exrogatur*, cum pars detrahitur: *Subrogatur Legi*, cum aliquid adjicitur: *Obrogatur*, cum alia lex fertur prioris infirmandæ causa. *Cic. in fragment.* l. 3. *de republ. apud Lactant.* lib. 6. c. 8. Huic legi neque obrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. *Id.* 3. *ad Attic.* ep. 23. *cujusdam legis caput referens.* Quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare sine fraude sua non liceat; quodve ei qui promulgavit, abrogavit, derogavit, obrogavit, &c. Hinc *abrogare* idem fere est ac *antiquare*. Hæc tamen differentia intercedit, quod proprie *antiquabatur* lex, quæ promulgata non recipiebatur, *abrogabatur* vero ea, quæ postquam perlata erat, retractabatur. Utrumque conjungit *Liv.* l. 22. c. 30. Plebiscitum, quo oneratus magis, quam honoratus sum, primus antiquo, abrogoque. Sed late, et oratorio more loquitur. ¶ Dicimus autem *abrogare legem*, et *abrogare legi*. *Cic. in Bruto* c. 62. Tantum dicendo valuit, ut legem frumentariam abrogaverit. *Modestinus* leg. 102. *Digest. de verb. signif.* Derogatur legi cum pars detrahitur: abrogatur legi cum prorsus tollitur. Alia quæ afferuntur ex *Auct. ad Herenn.* lib. 2. c. 10. ex *Liv.* lib. 9. c. 34. ex *Aurel. Vict. de Vir. illustr.* c. 73. et ex *Cic.* 1. *Phil.* c. 9. omnia dubiæ sunt lectionis. ¶ *Abrogare alicui magistratum*, est eum publica auctoritate magistratu privare, *to deprive of his office, to depose.* *Cic.* 4. *Verr.* v. 57. Si tibi magistratum abrogasset. *Id.* 3. *Offic.* c. 10. Abrogare collegæ imperium. *Id.* 3. *de Leg.* c. 10. Potestatem intercedendi collegæ abrogare. *Valer. Max.* l. 7. c. 7. n. 6. Abrogare jurisdictionem. ¶ Generatim *abrogare* ponitur pro auferre, detrahere. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 10. Quæ res fidem abrogat oratori. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 15. Abrogare fidem jurisjurandi. *Plin.* l. 2. c. 53. Abrogare vires beneficiis. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 278. Et nimium scriptis abrogat ille meis. *h. e.* nimium detrahit. *is too much prejudiced against, detracts too much from the credit of.* ¶ *Pœnas sibi* abrogare affertur a quibusdam ex *Senec. in Herc. Oet.* v. 898. sed alii leg. *irrogare*. ¶ *Abrogare aliquem Italia* itidem a quibusdam adducitur ex *Aurel. Vict. de Vir. illustr.* c. 77. sed ibi legendum *fugare* ex MSS.

ABROICUS. *Non.* c. 3. n. 43. citat locum *Plauti in Abrocio*, qui est titulus comœdiæ Plautinæ deperditæ: sed legendum videtur *Agroico*, *hoc est* Ἀγροίκῳ, agresti, rusticano.

ABRŌNUS Silo, Poeta Lat. tempore Augusti, discipulus Portii Latronis, qui obit olymp. 194. Scripsit fabulas aliquot versibus. *Seneca Suasor.* 2. [† Duos fuisse Silones, patrem et filium, notat Voss. de Poet. Lat. 2.]

ABRŌSUS, a, um, *gnawed, gnawed away, corroded*, nom. particip. ab *abrodo.* *Plin.* lib. 37. c. 6. Abrosæ corporis partes. *Id. ibid.* c. 2. Abrosus calicis margo.

ABROTONĪTES, æ, est gen. m. et 1. decl. sed figurate neutro generi jungitur, ut *vinum abrotonites*: eaque figura a quibusdam recentioribus Grammaticis *appositio* dicitur: Græce est ἐπεξήγησις, et πρόσθεσις, ut docet *Voss.* lib. 7. *de arte Gramm.* c. 2. Est autem a Græco ἀβροτονίτης, ου, ὁ, quod primæ est declinationis: estque substantivum adjectivi vim habens, et jungitur cum altero

substantivo *vinum* ea ratione, qua dicimus *urbs Athenæ*, *urbs Philippi*, *urbs Lugdunum*, &c. Sic *myrtites vinum*, *absinthites*, *scyllites*, et alia quamplurima, quæ genitivum habent in *æ*, accusativum in *en*. Quod si malis, hujusmodi voces *abrotonites*, *scyllites*, &c. esse adjectiva, dicendum erit, Latinos Scriptores Latine hæc vertendo Græcam loquendi rationem omnino retinuisse. Græce autem ἀβροτονίτης οἶνος dicitur, cum οἶνος sit masculinum. Est autem *abrotonites vinum* abrotono herba conditum. Ejus meminit *Columell.* l. 12. c. 35. Eadem ratione *Mareotis lacus* dicitur a *Plin.* l. 5. c. 10. qui Græce Μαρεῶτις λίμνη.

ABROTŎNUM, i, n. et Abrotonus, i, m. *the herb lad's-love*, ἀβρότονον, herba est odoris jucunde gravis, flore aurei coloris, semine calidæ virtutis. Duo ejus genera commemorantur, campestre, quod mas, et Galaticum dicitur; et montanum, quod femina esse creditur, et Siculum etiam vocatur. Mas quoque aliud est campestre, quod sponte sua provenit, et cacumine suo se propagat, et hortense. Quod femineo adscribitur generi, vulgo cupressus dicitur, et a quibusdam Anglice *southern-wood*. *Lucan.* l. 9. v. 920. fumoque gravem serpentibus urunt Abrotonum. *Plin.* l. 21. c. 10. Abrotonum odore jucunde gravi floret æstate. [† Abrotonique graves. Lucret. 4. 124.] ¶ Varios habet in medicina usus, quos recenset *Plin. ibid.* c. 21. ¶ Legitur et Abrotanum. [¶ Abrotonum est etiam oppidum Africæ apud *Plin.* lib. 5. c. 3. sect. 4.]

ABRUMPO, is, upi, uptum, a. *to break, to break off, to burst asunder, to sever*, ἀποῤῥήγνυμι, rumpo, frango, perrumpo. *Liv.* l. 6. c. 6. Fuga abrumpentium vincula jumentorum. *Tacit.* 5. *Ann.* c. 63. Crurum, et poplitum venas abrumpit. ¶ Sæpius ponitur pro rumpendo dividere, et a reliquo separare. *Tacit.* 3. *hist.* c. 25. Abrumpuntur laxati ordines; nec restitui quivere, &c. *Plin.* l. 2. c. 92. Ex insula Cea amplius triginta millia passuum abrupta. *Id.* l. 5. c. 32. Mare Asiam abrumpit Europæ. ¶ Translate *Senec. in Herc. Oet.* v. 893. Fata sua abrumpere. *h. e.* vitam sibi adimere. *Virg. Æn.* 8. v. 579. et l. 9. v. 497. Abrumpere vitam. *Senec. in Troad.* v. 939. ense lucis invisæ moras. *Lucan.* l. 6. v. 610. herbis medios abrumpimus annos. *Virg.* 3. *Æn.* v. 55. abrumpere fas. *h. e.* violare. *Tacit.* 4. *hist.* c. 60. fidem per scelus. *Id.* 4. *Ann.* c. 50. spes, et metus. *Id.* 11. *Ann.* c. 26. simulationem. *to lay aside.* ¶ Est etiam ita rumpere, ut ad finem non perducatur. *Virg.* 4. *Æn.* v. 388. Medium sermonem abrumpere. *to interrupt, break off.* *Lucan.* l. 5. v. 659. ingentes actus abrumpere. *Plin.* l. 5. ep. 5. Inchoatum aliquid abrumpere. *Id.* l. 7. ep. 3. Ocium non abrumpere, sed intermittere. ¶ *Abrumpere se* est se veluti abruptis vinculis liberare. *Cic.* 14. *Phil.* c. 12. Legio Martia se prima latrocinio Antonii abrupit.

ABRUPTA, æ, f. *a steep place, steep, precipice*, locus abruptus, ἀποῤῥωγάς. Affertur tum *Justini* lib. 7. c. 1. tum *Orosii* lib. 7. c. 9. *in fin.* exemplum, sed utrumque dubiæ est lectionis.

ABRUPTE, adverb. *abruptly, hastily, inconsiderately.* *Quintil.* l. 3. c. 8. *circa init.* Nec abrupte, nec unde libuit incipiendum. *h. e.* sine exordio, aut insinuatione. *Id.* l. 4. c. 1. *in fin.* Abrupte cadere in narrationem. *Justin.* l. 2. c. 15. Abrupte agere. *h. e.* temere, præcipitanter, sine prævia consultatione. ¶ *Ammian.* l. 20. c. 5. Velut incitatos torrentes, hostes abruptius inundantes. *h. e.* liberius, et effusius. *with exceeding fury, impetuously.* *Id.* l. 17. c. 7. Palantes abrupte flammarum ardores. ¶ Item absolute. *Macrob.* l. 1. *in somn. Scip.* c. 19. *circa med.* Non abrupte *medium solem*, sed *fere medium* dixit.

ABRUPTĬO, onis, f. *a breaking, a breaking off or asunder*, actus abrumpendi, ἀπόῤῥηξις. *Cic.* 2. *Divin.* c. 40. Pedis offensio nobis, et abruptio corrigiæ, et sternutamenta erunt observanda. ¶ Translate *Id.* l. 11. epist. 3. abruptionem pro divortio posuit, ut exponit *Manut.* Alii tamen ibi aliter leg. ¶ Pro interruptione usurpat *Fest.* in *Rumentum.*

ABRUPTUS, a, um, adject. *broken, broken off, burst asunder*, perruptus, fractus. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 66. Equus abruptis vinculis vagus. *Virg. Æn.* 3. v. 199. ingeminant abruptis nubibus ignes. *Id.* 12. *Æn.* v. 451. ubi ad terras abrupto sidere nimbus It mare per medium. *h. e.* effusa tempestate. V. *Sidus.* *Apul. de Mundo prope fin.* Abrupti imbres. *heavy showers, immoderate rain.* *Flor.* l. 4. c. 12. Torrentes abrupti. *rapid, impetuous torrents.* ¶ Item divisus, separatus. *Liv.* l. 3. c. 19. *a med.* Plebs veluti abrupta a cetero populo. *Id.* l. 40. c. 2. Fastigia aliquot templorum a culminibus abrupta. ¶ Item interruptus, *interrupted.* *Silius Ital.* l. 7. v. 156. abrupta liber iret ad arma quiete. *Stat.* 1. *Thebaid.* v. 325. Et caligantes abrupto Sole Mycenas. *h. e.* cum Sol ad cœnam Thyestis radios, lumenque condidit, et diem velut interrupit. ¶ Item præruptus, divulsus, atque adeo præceps, et invius, *steep, precipitate, steeply falling, craggy.* *Liv.* l. 21. c. 36. Locus in miram altitudinem abruptus. *Curt.* l. 7. c. 11. Petra undique abscissa, et abrupta. *Id.* l. 8. c. 11. Rupes undique præceps, et abrupta. *Plin.* l. 11. c. 37. Nihil altius, abruptiusque. *Plin. Jun.* l. 9. ep. 39. Abruptissimæ ripæ. ¶ Absolute more substantivi. *Stat.* 3. *Theb.* v. 262. Jamque iter extremum cœlique abrupta tenebat. *h. e.* altissimas cœli partes. *Flor.* l. 2. c. 12. Positis per abrupta castris. *amidst steep or craggy places.* *Virg.* 3. *Æn.* v. 422. Sorbet in abruptum fluctus. *h. e.* in sinum profundum. *Stat.* 10. *Theb.* v. 523. equi immane paventes Abruptum mirantur agi. ¶ Translate *Albinovan.* eleg. 3. v. 4. Abrupta fides. *promise broken, treaty violated.* Et *Tacit.* 3. *hist.* c. 63. Abrupta spes. *hopes blasted, withered, lost.* *Id.* 1. *hist.* c. 48. Galbæ amicitia in abruptum tractus. *h. e.* in præceps. *Id. Ann.* 4. c. 20. Abrupta contumacia. *h. e.* præceps, et extrema. *Plin.* l. 11. c. 51. Sibilus serpentibus longus testudini abruptus. *interrupted, stopped.* Sic *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 185. abruptis obmutuit ore querelis. *Quintil. in proœm.* l. 6. Studia abrupta. *broken into, desultory.* *Id.* l. 4. c. 2. Sallustiana brevitas, et abruptum sermonis genus. *h. e.* concisum, truncatum, vel non cohærens, et veluti interruptum. *Id.* l. 3. c. 8. Abrupta initia. *h. e.* orationes abrupte inceptæ. *Macrob.* l. 4. c. 2. Oratio pathetica necesse est initium abruptum habeat. *h. e.* sine exordio. ¶ *Abruptus homo* dicitur a *Tertull. de cor. mil.* c. 1. qui præceps est, intractabilis, præfractus.

ABS, *from, by*, ἀπὸ, præposit. ablativo serviens, idem quod *a*, et *ab*, neque tamen adeo frequentis usus apud Latinos Scriptores, si Comicos excipies: nam sæpissime legitur apud *Plautum.* Præponitur dictionibus incipientibus a *q*, et *t*. *Terent. Adelph.* 2. 3. 1. Abs quivis homine. *Cic. Famil.* 7. ep. 31. Vincam te, vel vincar abs te. ¶ Sunt qui putant præponi etiam verbis incipientibus ab *r*, et *s*, confirmantque exemplis a *Plauto*, *Terent.* *Sallust.* *Cæsare*, et *Livio* petitis, sed non antiquas optimas eorum editiones consuluisse videntur, in quibus *ab*, vel *a* legitur non *abs*. Idem dicendum de loco *Gellii* l. 18. c. 14. ubi veter. opt. editiones habent *ab re*, non *abs re*: quod etiam *Cellar.* adverterat in *Antibarb.* ¶ Docet *Cic.* in *Orat.* c. 47. hanc præpositionem *abs* (ita enim ibi legendum videtur, non *ab*) suo tempore parum admodum in usu fuisse; solumque in accepti tabulis mansisse, et ne his quidem omnium: in reliquo sermone mutatam esse in *ab*, vel in *a*. [*Abs* præpositio a Græco ἀψ retro deducitur, significat enim retractionem in partem posteriorem.]

ABSCĒDENS, tis, nom. particip. *departing, going off or away from, standing aloof*, ἀφιστάμενος. *Plin.* l. 2. c. 99. Quod Luna accedens corpora impleat, abscedens inaniat. *Absce entia* dicuntur a Medicis collectiones humorum in aliqua parte corporis, et inde pure facto erumpentium, *imposthumes, abscesses, swellings of corrupt matter in the body*, ἀποστήματα. *Cels.* l. 5. c. 18. n. 18. Satisque omnia abscedentia digerit murex combustus. ¶ In picturis abscedentia dicuntur, quæ colorum temperamento remotiora repræsentantur, sicut *prominentia*, quæ spectanti propius extare videntur. *Vitruv. in præfat.* l. 7. Et quæ in planis fontibus sunt figuratæ, alia abscedentia, alia prominentia esse videantur.

ABSCĒDO, is, essi, essum, n. *to depart, retire, go away from, leave*, ἀφίσταμαι, ἄπειμι, cedo, discedo, recedo. *Cic.* 2. *Divin.* c. 16. Cor est in extis: jam abscedet; simul ac molam insperseris. *Liv.* l. 27. c. 50. Nunquam Senator a curia abscessit, aut populus e foro. *Plin.* l. 2. c. 17. Longius a Sole abscedere. *Plaut. Capt.* 2. 3. 74. Abscedere extemplo e conspectu. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 362. Procul abscedere. *Nepos in Iphicr.* c. 2. Thebani Sparta abscessissent. *Tacit. Ann.* 1. c. 58. Rhodum abscedere. *Plaut. Rud. prol.* v. 66. Navis in altum abscessit. ¶ A Medicis abscedere dicuntur humores, qui in aliqua corporis parte collecti corrumpuntur, et in ulcus eunt. *Cels.* l. 7. c. 12. n. 4. Sub lingua quoque interdum aliquid abscedit. Adde l. 5. c. 18. sect. 18. V. *Abscedens.* ¶ Translate *Liv.* l. 26. c. 7. Abscedere incepto. *to desist from, leave off, give up.* *Id.* l. 9. c. 3. Civilibus muneribus abscedere. *to retire from office.* *Terent. Hecyr.* 5. 2. 15. Cito ab eo hæc ira abscedet. *Plaut. Merc.* 1. 2. 29. Ægritudo abscedit. *Sil.* l. 12. v. 560. credens abscedere vitæ, Quod sopor eripiat, tempus. ¶ Passive impersonaliter. *Liv.* l. 29. c. 2. Nec ante abscessum est, quam, &c. *Id.* l. 27. c. 4. Negat e republica esse, vestigium abscedi ab Annibale. ¶ *Abscessem* pro *abscessissem* syncope. *Silius* l. 8. v. 109. nec abscessem thalamo, ni magna minatus. ¶ *Abscessit*, *h. e.* mortuus est. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 578. n. 1.

ABSCESSĬO, onis, ἀπόστασις, *a going away, a departing from, a decreasing, a diminution.* *Cic. de Univers.* c. 12. Cum ad corpora necessitate accessio fieret, tum abscessio. *Dictys Cretens. de B. Trojan.* l. 1. c. 5. Alexander abreptis quæ cupierat abscessionem properabat.

ABSCESSUS, us, m. *a departing from, a retiring*, abscessio, recessus. *Cic.* l. 1. c. 10. Quod pars terræ appulsu solis exarserit, pars obriguerit longinquo solis abscessu. *Virg.* 10. *Æn.* v. 445. Rutulum abscessu. ¶ A Medicis dicitur concursus mali humoris in aliquam corporis partem, ex quo suppuratio, et ulcus fit, *an imposthume, abscess, suppuration*, ἀπόστημα. *Cels.* l. 5. c. 18. sect. 2. Si materia extrahenda est, ut in incipiente abscessu, in suppuratione, &c. Et n. 5. Prodest impositum minutis, majoribusque abscessibus. ¶ Solinus c. 32. de Nilo loquens abscessum posuit pro aquarum incremento, et exuberantia, si vera est ea lectio, quam tuetur Salmasius.

ABSCĪDO, is, idi, isum, a. 3. *to cut, to cut off*, ἀποτέμνω, idem quod abscindo: ex *abs*, et *cædo*. Differunt in quantitate præteriti, quæ brevis est in pænultima ab *abscindo*, longa ab *abscido*. *Pallad. in Jun.* tit. 2. Mense postremo tritici messis absciditur. *Ammian.* l. 30. c. 5. (*al.* 21.) *sub. fin.* Dexteram militis jussit abscidi. *Arnob. sub fin.* l. 6. Neque ullis remediis audacia possit abscidi. *Ovid. Metam.* 12. v. 362. Abscidit jugulo pectusque, humerumque sinistrum. ¶ In aliis temporibus extra præteritum alia exempla congessere *Jo. Rhod. in Scribon. Larg. compos.* 100. et *Pareus in Lex. Plaut.* ex *Virgil. Plauto, Celso, Quintil. Claudian.* et al. quæ omnia fere dubiæ sunt lectionis, et facile ad *abscindo* trahi possunt. V. *Abscissus.*

ABSCINDO, is, idi, issum, ere, a. *to tear off, rend away, cut, cut off, part asunder*, ἀποκόπτω, scindo, lacero, divido: ex *ab*, et *scindo*. *Cic. Verr.* 7. c. 1. Tunicam ejus a pectore abscidit. *Virg.* 2. *Georg.* v. 23. Plantas abscindere de corpore matrum. *Tacit.* 16. *Ann.* c. 11. Abscindere venas. *Plaut. Amph.* 2. 1. 7. Abscindere linguam alicui. *Lucan.* l. 6. v. 563. Illa comam læva morienti abscidit ephebo. *In vet. epigr.* (quod alii *C. Julio Cæsari*, alii *Germanico* tribuunt) Abscidit tenerum lubrica testa caput. *Cic. Phil.* 11. c. 2. Cervicibus caput abscidit. Alii aliter leg. *Virg.* 5. *Æn.* v. 685. humeris abscindere vestem. *Id.* 3. *Æn.* v. 418. Pontus Hesperium Siculo latus abscidit. *Plin.* l. 4. c. 10. Athon Xerses continenti abscidit. ¶ Translate *Liv.* l. 9. c. 25. Nos omnium rerum respectum, præterquam victoriæ, nobis abscindamus. *let us lay aside every other consideration, regard for every thing else.* Et l. 35. c. 45. Abscindere spem. *Petron. in satyr.* c. 108. causam miseriarum. *Horat.* ep. 16. v. 35. Abscindere reditus dulces. *h. e.* intercludere, impedire. *Id.* l. 1. sat. 2. v. 111. inane abscindere soldo. *h. e.* separare. *Lucan.* l. 4. v. 503. Abscidit nostræ multum sors invida laudi. ¶ Cum præteriti pænultima producitur, volunt esse ab *abscido*, quod V. [¶ Particip. *abscissurus* apud *Quintil.* l. 12. c. 1. Fortasse inventurus, quod adhuc abscissurum putem fuisse.]

ABSCĪSE } V. *Abscissus.*
ABSCĪSĬO }

ABSCISSE, adverb. *briefly, concisely*, ἀποτόμως, breviter, concise, velut abscindendo superflua. *Valer. Max.* l. 3. c. 7. *extern.* n. 6. Si verba numeres, breviter, et abscisse; si sensum æstimes, copiose, et valenter. *Callistrat.* l. 50. *Dig.* tit. 6. leg. 5. Demonstratur varie, nec abscisse. V. *Abscissus.*

ABSCISSĬO, onis, f. *a cutting, cutting off or away*, ἀποκοπὴ, actus abscindendi. Translate *Scribon. Larg. compos.* 100. Facit bene hæc compositio ad suspirium, et ad vocis abscissionem. ¶ Est etiam schema rhetoricum. *Auct. ad Heren.* l. 4. c. 53. Significatio est, quæ plus in suspicione relinquit, quam positum est in oratione. ea fit per exuberationem, ambiguum, consequentiam, abscissionem, similitudinem. Et c. 54. Per abscissionem, si, cum incipimus aliquid dicere, prædicimus; et ex eo, quod jam diximus, satis relinquitur suspicionis, sic: Qui ista forma, et ætate nuper alienæ domui: nolo plura dicere. V. *Abscissus.*

ABSCISSUS, a, um, *cut off or away, lopped off, torn asunder, divided*, nom. particip. ab *abscindo*. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 303. Caput abscissum. *Plin.* l. 4. c. 1. Insula abscissa a continenti. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 72. Abscissus in duas partes exercitus. *Id.* l. 3. *B. Gal.* c. 14. Funes abscissi. Apud *August. l. de Civ. Dei*, c. 7. *ad fin.* est exsectus, eviratus. ¶ Item abruptus, præruptus, *steep, craggy, precipitous.* *Liv.* l. 25. c. 36. Nec quicquam satis arduum, aut abscissum erat, quod hosti ascensum difficilem præberet. *Id.* l. 32. c. 4. Saxum undique abscissum. ¶ Translate *Liv.* l. 35. c. 45. Abscissa spes, *cut off, blasted, forlorn.* *Cic. de provinc. consul.* c. 14. Res abscissæ. *h. e.* afflictæ, imminutæ. *Alii leg.* accisæ. *Quintil.* l. 9. c. 4. Cur alia paucioribus verbis satis plena, vel nimium, alia pluribus brevia, et abscissa sunt? *h. e.* trunca, manca, non cohærentia. *Scribon. Larg. compos.* 74. Abscissus sonus vocis. *h. e.* interruptus, impeditus. ¶ Interdum ponitur pro rigido, severo, duro, *cruel, severe, rigorous, resolved, resolute.* *Valer. Max.* l. 2. c. 7. n. 14. Abscissum castigationis genus. *Id.* l. 6. c. 5. n. 4. *extern.* Abscissior justitia. Et c. 3. n. 10. Abscissa sententia. ¶ *Abscisus* unico *s*, pro abscissus, item *abscise*, et *abscisio* leguntur in multis opt. codicib. probatorum Scriptorum, quos in his vocibus allegavimus; et sunt *Drakenborch. ad Liv.* l. 31. c. 34. et *Joann. Rhod. ad Scribon. Larg. compos.* 100. qui exempla quamplurima ad hanc lectionem confirmandam large suppeditabunt.

ABSCONDĪTE, adverb. *hiddenly, privately, secretly, abstrusely*, latenter, obscure, κρυφίως. *Cic.* l. 2. *Invent.* c. 23. Non implicite, et abscondite, sed patentius, et expeditius. *Id.* 3. *de Fin.* c. 1. Abscondite disserere.

ABSCONDĪTOR, oris, *one who hides or conceals*, qui abscondit. *Jul. Firmic.* l. 5. c. 15. Rerum humanarum absconditores. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 25. Qui absconditor non fuit.

[* ABSCONDITORIOLUM, i, n. et

* ABSCONDITORIUM, ii, n. locus abscondendo aptus, et accipitur etiam pro sepulcro. [illegible] apud [illegible] Abscondi[illegible] Cap. [illegible] [illegible] Absconditorium Dulcis [illegible] Arcto [illegible] disposuere.]

ABSCONDITUS, a, um, hidden, concealed, secret, [illegible] Cic. [illegible] Insidiae absconditae. [illegible] 2 [illegible] Absconditi gladii. Lucret. l. 1. v. 902. [illegible] Cic. pro Dom. c. 54. Absconditum jus pontificum.

ABSCONDO, is, [illegible], et ondidi, onditum (rarius [illegible]), a. to hide, to keep secret, [illegible], κρύπτω, celo, [illegible], condo, recondo, et [illegible]. Cic. pro [illegible] c. 11. Quo [illegible] absconditur, eo magis apparet. [illegible] Ferrum absconderat [illegible]. Pomp[illegible] apud *Non.* c. 2. n. 59. Nunquid abscondidisti inter [illegible] apud [illegible] l. 10. p. 890. *Putsch.* secundum aram aurum abscondidi. *Silius* l. 8. v. 191. [illegible] abscondidit astris. [illegible] apud *Non.* l. c. [illegible] sese abscondidit. [illegible] 4. [illegible] Abscondere fugam furto. *h. e.* furtim fugere. [illegible] c. 7. Abscondi in terram. [illegible] l. 1. [illegible] Abscondere in tenebras. [illegible] l. 4. c. 2. *ad fin.* [illegible] in [illegible] abscondit. [illegible] v. 7[illegible]. In volucrem escam abscondere. ¶ [illegible] a nobis non conspiciatur. [illegible] v. [illegible]1. Ante tibi Eoae Atlantides [illegible] ¶ Abscondere [illegible] aliquem dicuntur, qui [illegible], *to lose sight of.* *Virg. Æn.* 3. v. 291. aerias Pheacum abscondimus arces. *Claudian.* l. 3. *de raptu Pros.* v. 140. Sicaniam [illegible] abscondit [illegible]. ¶ Translate *Senec. ep.* 70. Cursu rapidissimi temporis primum pueritiam [illegible], deinde adolescentiam, &c. ¶ Participia *absconditus*, et *absconsus*. V. suis locis.

ABSCONSE, adverb. *secretly*, [illegible], clam. *Hygin. fab.* 1[illegible]. [illegible] mater absconse ad hospitem mandavit. *Firmic.* l. 2. *Astronom.* c. 2. Vides quam apte, quam absconse.

ABSCONSIO, onis, verbale, ἀπόκρυψις. Affertur a Lexicographis quibusdam ex *Plin.* l. 8. c. 16. sed ibi [illegible].

ABSCONSOR, oris, [illegible] *hides or secretes*, ἀποκρύπτης, [τὸ ἀποκρύπτον.] *Jul. Firmic.* l. 3. *Matheseos* c. 8. et 11. Absconsores auri, et divitiarum faciet.

ABSCONSUS, a, um, *hidden, secreted*, particip. ab *abscondo*, sed minus usitatum, quam absconditus. *Fulgent.* l. 1. *Mythol.* c. 21. Negotium absconsum. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 8. Absconsae artes.

ABSEGMEN, inis, n. *a piece, morsel, bit*, frustum ab aliqua re desectum. *Festus* in *Penitam*. Penitam offam Naevius appellat absegmen carnis cum coda.

ABSENS, tis, *absent, not [illegible], out of sight, gone away*, [illegible], ἀπών, particip. ab *absum*. Dicitur tum de personis, tum de rebus. *Cic.* 3. *Offic. in fine.* Et praesens tecum propediem, et dum abero, absens loquar. *Id. Verr.* 4. c. 17. De absente secundum praesentem judicare. *Id. ad Brut.* ep. 16. Habere rationem absentium. *Plaut. Stich.* 1. 2. 5. Quorum nos negotiis absentum sollicitae sumus. *Martial.* l. 9. epigr. 78. Absens rogus. *Horat.* l. 1. ep. 11. v. 21. Rhodos absens. *Gell.* l. 20. c. 10. hos versus ex octavo Annali absentes dixi. *h. e.* memoriter recitavi, cum liber abesset. ¶ *Absente nobis* pro *absente me*, vel *absentibus nobis*, ἀρχαϊσμός est, seu antiqua loquendi ratio, qua Comici interdum usi sunt. *Terent. Eun.* 4. 3. 7. Nescio quid profecto absente nobis turbatum est domi. Adde [illegible] apud *Non.* c. 2. n. 66. Et V. *Praesens.* ¶ Absentes interdum dicebant mortuos, leniori vocabulo ominosam rem significantes. *Plaut. Cas. prol.* v. 20. ¶ Superlativum *absentissimus* legitur apud *Augustin.* l. 4. *Confession.* c. 4.

ABSENTANS, V. *Absento.*

ABSENTHIATUS, V. *Absinthiatus.*

ABSENTIA, ae, f. *absence*, ἀπουσία. *Cic. in Pis.* c. 16. Confer nunc absentiam tuam cum mea. *Sueton. in Caesar.* 23. Propugnare absentiam alicujus. Adde *Anton. ad Cicer.* [illegible] l. 5. l. 11. *ad Att.*

ABSENTIVUS, *long absent*, diutius absens. *Petron. Satyric.* c. 33. Ne absentivus essem omnem voluptatem mihi negavi. ¶ Alii tamen aliter legunt.

ABSENTO, as, are, *to cause to be absent*, ablego, absentem facio. *Claudian. de raptu Proserp.* l. 3. v. 213. vetitamque Dearum Colloquio patriis procul absentaverit astris. *Alii leg.* patriisque procul mandaverit: *alii* patriis procul amandaverit. ¶ Hinc participium *absentans* pro *absens.* *Sidon.* l. 9. ep. 13. *in fin.* Pari tempore absentans Ulysses. ¶ Afferri solet etiam locus *Petronii in Satyr.* sed dubia est ibi lectio: item locus *Messalae Corvini*, qui dicitur auctor cujusdam libelli *de progenie Augusti*, sed auctoritatis omnino incertae.

ABSIDA, ae, f. idem ac absis. *Paulin. Nolan.* epist. 32. *ad Sever.* n. 17. Sed de hac absida, an abside dicere magis debuerim, tu videris. Ego nescire me fateor, quia hoc verbi genus nec legisse reminiscor. *Tutius igitur* absis *usurpabitur.*

ABSIDATUS, a, um, adject. *arched, or vaulted over*, curvatus in absidem, fornicatus, ut Absidata porticus apud *P. Vict. de regionib. Urb. Rom.* reg. 1.

ABSIDES, V. *Absis.*

ABSILIO, is, ii, et ui, ire, n. *to leap, or spring away* [illegible], ἀποπηδάω, saltu fugio: ex *ab*, et *salio.* *Lucret.* l. 6. v. 1215. Aut procul absiliebat, ut acrem exiret odorem. *Stat.* 6. *Theb.* v. 97. fugere ferae, nidosque tepentes Absiliunt (metus urget) aves.

ABSIMILIS, le, *unlike, dissimilar*, dissimilis, ἀνόμοιος. Fere usurpatur praecedente negativa particula. *Sueton. in Othon.* c. 1. Non absimilis facie Tiberio principi fuit. *Plin.* l. 8. c. 33. Rostrum haud absimile suillo. *Colum.* l. 6. c. 17. Odoris gravis, neque absimilis bitumini.

ABSINTHIATUS, a, um, *seasoned with wormwood.* *Senec. Suasor.* 6. (*al.* 7.) *in elog. de morte Cicer.* Decipere vos cogar, veluti salutarem pueris daturus potionem absinthiati poculi. ¶ *Absinthiatum* absolute vinum absinthii succo conditum. *Lamprid. in Heliogab.* c. 21. Rosato, et absinthiato vulgus ad bibendum invitavit. *Salmasius* in optimo quodam Codice legisse se ait *absentato*: additque circa Heliogabali tempora Latinos et *absentum* pro *absinthium*, et *absentatum* pro *absinthiatum* usurpasse, idque ex recentiorum Graecorum consuetudine, qui ἀψένθατον scribunt.

ABSINTHITES, ae, m. *wine tempered, or mixed, with wormwood, wormwood wine*, vinum absinthio conditum. [A *Scribon. compos.* 192. dicitur absinthium potum cum vino.] *Columell.* l. 12. c. 35. et *Plin.* l. 14. c. 16. ubi et ejus conficiendi rationem docent. V. *Abrotonites.*

ABSINTHIUM, ii, n. *the herb wormwood.* Quidam dici volunt ἀψίνθιον, quasi ἀπίνθιον, quod ob insignem amaritiem non facile bibatur. Alii ab ἅπτεσθαι, i. e. contrectare per antiphrasim, quod nullum animal ob eximiam amaritudinem hanc herbam attingat. *Stephanus* docet etiam per *y* ἀψύνθιον, scribi, tamquam gentile ab ἄψυνθος, quae est urbs Thraciae, circa quam copiose proveniat. Verum sine *y* scribitur passim a Graecis. Scribi potest etiam *apsinthium.* V. *Absis.* Est autem herba notissima, foliis incanis, multipliciter fissis, insigni amaritie praedita, ut dictum est, odore gravi. Ejus plura genera recenset *Plin.* l. 27. c. 7. Santonicum appellatum a Galliae civitate; Ponticum a Ponto, omnium praestantissimum; Italicum omnium amarissimum. Multi est usus in medicina: quod pluribus persequitur *Id. ibid.* Dari autem praecipue solet pueris, qui vermibus infestantur: et ne propter amaritiem respuant, folia ejus dantur ficu latentia, aut succus poculo melle illito: quam rem praeter *Plin. loc. cit.* docet etiam *Lucret.* l. 1. v. 934. ¶ Apud Romanos Latinarum feriis quadrigae certare solebant in Capitolio, et qui vicisset, absinthium bibebat: *credo*, inquit Plin. loc. cit. *sanitatem praemio dari honorifice arbitratis majoribus.* ¶ Est etiam absinthium marinum, quod et Seriphium dicitur, angustius priore, minusque amarum: cujus ramum Isiaci sacerdotes praeferunt in sacris *Plin. loc. cit.* ¶ Translate ponitur pro re molesta quidem, sed tamen salutari. *Quintil.* l. 3. c. 1. Sed nos veremur, ne parum hic liber mellis, et absinthii multum habere videatur, sitque salubrior studiis, quam dulcior.

ABSINTHIUS, ii, m. *wormwood*, idem quod Absinthium. *Var. apud Non.* c. 3. n. 4. et c. 4. n. 279. Quid medico mihi est opus, absinthium ut bibam gravem?

ABSIS, vel Apsis, idis, f. ἀψίς, et ἁψίς, ῖδος, ἡ, ab ἅπτω, necto, connecto (ἅψις, εως est tactus, tactio, ab ἅπτομαι, tango) Latine scribitur sine *h*, quia nec Graece semper aspiratio adhibetur: recte etiam scribitur cum *b.* nam Graecum ψ in *bs* non in *ps* verti consuevit, ut ἀψίνθιον, *absinthium*; et praeterea apud nos eadem ferme vi pronuntiari solent. Graece primo significat connexionem: deinde curvaturam rotae, *h. e.* ligneum illum circulum, quo infiguntur radii: sed harum notionum apud Graecos tantum adhuc exempla vidimus. Latine interdum accipitur pro curvatura fornicis, seu arcu, aut camera, *the curvature or bend of an arch, an arched cieling, a vault:* quia hujusmodi substructio unam cum altera partem connectit, et ligat. *Plin.* l. 2. ep. 17. Adnectitur angulo cubiculum in absida curvatum, quod ambitum solis fenestris omnibus sequitur. *absida* accusativus est Graecae positionis pro *absidem.* Sunt qui leg. *aspida curvatum*, *h. e.* in formam aspidis circumactum. quod minus placet. *Plinius senior* describens unam ex Pyramidibus Aegypti, quae Sphingem repraesentabat, *absidem* vocat summum capitis verticem, qui curvatus in modum fornicis est. *Altitudo*, inquit, *a ventre ad summam absidem in capite, pedum* LXII. Ita legit *Harduin.* Alii *ad summum apicem.* ¶ Praeterea *absis* interdum ponitur pro interiori sacrarum aedium parte, quae plerumque arcuato opere superius construi solet, *the sanctuary vaulted, or arched over, the quire.* *Isidorus* l. 15. c. 8. *Orig.* interpretatur *lucidam*, eo quod lumine accepto per arcum resplendeat; nempe fortasse ab ἅπτω, accendo. In hujusmodi cellis SS. Martyrum reliquiae condebantur. Earum figuram conatur verbis describere *Salmasius* in *Solini* c. 55. Absidum sacrarum mentio fit apud *Augustin.* ep. 203. et *Paulin. Nolan.* ep. 12. ¶ Praeterea *absides* sunt lances escariae rotundae, et concavae instar arcuati operis, *round and hollow dishes, or bowls.* *Ulpian. Dig.* l. 34. tit. 2. leg. 20. Sed nec aurea emblemata, quae in absidibus argenteis essent. ¶ Denique *absis stellarum* dicitur ab Astrologis curvatura circuli, quem stella motu suo proprio describit: quae Arabico vocabulo in Scholis usitato *aux* dicitur, *the apsis, or apside.* Est autem duplex. nam quae altior est, et a terra remotior dicitur *summa absis*, quae inferius posita, et terrae propior, *ima absis.* Hoc sensu saepe usurpatur a *Plin.* l. 2. c. 15. 16. et 17. Harum absidum figuram exhibent Astrologi cujus auxilio multo sane facilius haec intelligi poterunt. Idem *Plin. ibid.* c. 18. *commissuras absidum* vocat, quas Astrologi *nodos*, *the nodes*, ubi scilicet unius sideris orbita alterius orbitam intersecat. ¶ Graece in paenultimis aliquorum circumflectitur, atque adeo producitur, quod fecit *Homer. Iliad.* E. [†487. Μήπως, ὡς ἀψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου. ubi Schol. Venet. ψιλωτέον τὸ ΑΨΙΣΙ.] et alii. Quare etiam Latine producenda est.

ABSISTO, is, stiti, ere, n. *to stand off or aloof from, depart or retire from*, ἀφίσταμαι, discedere, recedere: ex *ab* et *sisto.* *Plaut. Trucul.* 2. 6. 32. Ubi illa est, quae me hic reliquit, atque abstitit? *Virg.* 7. *Æn.* v. 610. nec custos absistit limine Janus. *Id.* 6. *Æn.* v. 259. totoque absistite luco. *Plin.* l. 2. c. 8. Ab sole nunquam absistens partibus XLVI. longius. *Virg. Æn.* 12. v. 101. totoque ardentis ab ore Scintillae absistunt. *h. e.* erumpunt. ¶ Saepe ponitur pro desistere, relinquere, διαλείπειν, *to retire from, leave, quit, give up, relinquish.* *Liv.* l. 32. c. 4. Absistere incepto. *Id.* l. 9. c. 34. Nec ante continuando abstitit magistratu, quam &c. *Horat.* l. 1. *sat.* 3. v. 104. Absistere bello. *Liv.* 9. c. 15. obsidione. *Id.* l. 24. c. 20. *ad fin.* spe quippiam faciendi. ¶ Cum infinito. *Liv.* l. 36. c. 35. Ne ingratis quidem benefacere absistam. *Virg.* 6. *Æn.* v. 399. Absiste moveri. *Id.* 8. *Æn.* v. 403. absiste precando Viribus indubitare tuis. ¶ Cum dativo. *Silius* l. 15. v. 190. absiste labori Ancipiti. Al. leg. *labore.* ¶ Cum gerundio. *Liv.* l. 29. c. 33. Verminam prope vestigiis instantem, absistere sequendo coegit. Nisi malis esse ablativum a *sequendus*: quod rectius videtur. ¶ Impersonaliter *Liv.* l. 21. c. 6. Si non absisteretur bello. ¶ Sine casu est cessare, desinere, *to stop, cease, desist.* *Tacit. Ann.* 2. c. 31. Caede visa miles abstitit. *Virg.* 1. *Æn.* v. 196. Nec prius absistit, quam &c. ¶ *Abstit* pro *abstitit* putat *Priscian.* l. 9. p. 862. *Putsch.* usurpatum fuisse ab *Ovid. Metam.* 11. v. 479. *et quae pars admonet, abstit.* Ubi tamen alii passim leg. *absit.*

ABSITUS, a, um, longe situs, dissitus. *Paulin. Nolan. in Nat.* XIII. *S. Fel. edit. Murator.* v. 352. alio procul absitus orbe.

ABSOCER, eri, m. *a husband's or wife's great great-grandfather*, uxoris meae, vel viri mei proavus, *h. e.* pater avi uxoris meae, vel viri mei. Socer enim est pater viri, vel uxoris, prosocer avus, absocer proavus. *Capitolin. in Gordian.* c. 2. Socero, prosocero, et duobus absoceris Consulibus ipse Consul.

ABSOCRUS, us, f. *a wife's great great-grandmother*, uxor absoceri. V. vocem praeced. Quemadmodum a *socer* sit *socrus*, a *prosocer prosocrus*, ita ab *absocer absocrus.* Quam quidem vocem tametsi nullo adhuc Latino exemplo confirmare potuimus, amandare nihilominus inter barbaras nequimus, cum adeo firmo genuinae analogiae fundamento nitatur.

[ABSOCRUS, cum vocem nullo Latino exemplo confirmet *Forcellinus*, cur illam admisit? Interim tu omnia quae ille ad hanc attulit, dele, donec locus alicujus auctoris Latini in exemplum afferri possit.]

ABSOLESCO, is, n. 3. *to fall into disuse, to grow absolete, or out of date*, ἀπαρχαιοῦμαι, obsolescere, insolitum fieri. *Tertull. in exhortat. ad castit.* c. 6. Utinam continentiam indicens, et compescens concubitum absolescit illud, Crescite, et multiplicamini. *Quidam putant usurpari hic active pro* obsolefacere.

ABSOLVO, is, olvi, lutum, a. *to loose, unloose, untie*, ἀπολύω, solvo, vinculis libero: ex *ab, et solvo.* *Apulei.* l. 1. *Metam.* Heus tu, ubi es? inquam: valvas stabuli absolve. *h. e.* pessulorum sublatis retinaculis resera. *Plaut. Milit.* 4. 7. 17. Navim cupimus absolvere. *Alii rectius leg.* solvere. Adde *Sever. in Ætna* v. 346. ubi pro *dissolvere* positum est. ¶ Translate est liberare quocumque modo, *to set at liberty, discharge, absolve, liberate, release.* *Cic. pro Rosc. Com.* c. 12. Cur de fundo decidit, et judicio non absolvitur? Cur tam imperite facit, ut nec Roscium stipulatione alliget, neque a Fannio judicio se absolvat? *h. e.* ex parte Fannii se liberet a litibus. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 23. Is annus populum R. longo bello absolvit. *Sallust. in fragment. in oratione Macri Licinii trib. pleb.* Sic nec absolvit cura familiari tam parva res. *Apulei.* l. 1. *de dogm. Plat.* Animam non perituram, cum corpore fuerit absoluta. *Prudent. Cathemer.* 12. v. 146. Quo non liceret matribus Cum pondus alvi absolverent &c. *h. e.* cum foetum veluti constrictum alvi vinculis ederent in lucem. *Ulpian.* l. 4. *Dig. tit.* 8. *leg.* 3. Absolvi tutelae. *h. e.* tutelae onere liberari. Et subintelligitur ablativus *cura, onere*, aut quid simile. ¶ In re judiciali est innocentem declarare, cri-

mine liberare, *to acquit*. *Liv.* l. 2. c. 8. Latæ deinde leges, quæ regni suspicione consulem absolverent. *Cic. Q. Fr.* l. 2. *ep. ult.* Drusus erat de prævaricatione a Tribunis Ærariis absolutus. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 13. Cœlius judex absolvit injuriarum eum, qui Lucilium poetam læserat. subaudi *crimine*. *Cic.* 4. *Verr.* c. 8. Hunc hominem Veneri absolvit, sibi condemnat. *Id.* 6. *Verr.* c. 45. Servus ille innocens omnibus sententiis absolvitur. *is fully acquitted.* ¶ Est etiam dimittere, expedire, *to dispatch, dismiss, let go, send away.* *Plaut. Epid.* 3. 4. 30. Te absolvam brevi. *Id. Mostell.* 3. 2. 153. Omni no ut te absolvam, nullam conspicio avem. *that I should let you go.* *Id. Amph.* 5. 1. 45. Quæso absolvito hinc me. ¶ *Absolvere creditorem* est soluto, quod debetur, pretio creditorem dimittere, *to pay, to pay off.* *Ulpian. Dig.* l. 22. tit. 1. leg. 37. Si mutuatus sim pecuniam, ut creditorem tuum absolvam. *Terent. Adelph.* 2. 4. 13. Ad forum ibo, ut hunc absolvam. ¶ Absolvere, et liberare ex pignoribus domum, et possessionem *Modestin.* lib. 34. *Dig.* tit. 3. leg. 20. *h. e.* solutis pignoribus liberam reddere. ¶ Sæpe est perficere, ad exitum perducere, complere, *to finish, complete, bring to a close.* *Cic.* 3. *Offic.* c. 2. Ut nemo pictor esset inventus, qui Coæ Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolveret. *Id.* 1. *de leg.* c. 3. Neque tam facile interrupta contexo, quam absolvo instituta. ¶ Est autem discrimen inter hæc. nam *absolvere* est rem ad finem quoquo modo perducere: *perficere* est ita rei finem imponere, nihil ut desit. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 13. Quid est quod a natura absolvi, et perfici debeat? *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 36. In omni natura necesse est absolvi aliquid, ac perfici. ¶ *Absolvere rem paucis*, breviter narrare, expedire, *to dispatch in a few words.* *Sallust. in Catil.* cap. 4. *sub fin.* De Catilinæ conjuratione paucis absolvam. *Id. in Jugurth.* cap. 19. *extr.* Cetera quam paucissimis absolvam. ¶ Absolvere promissum, *to fulfil, act up to one's promise*, *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 11. ¶ Absolvere fidem, *h. e.* liberare, cui contrarium est *fidem obligare.* *Tacit.* 2. *hist.* c. 60. ¶ Absolvere diem, est vitam finire. *Avien. in Perieg.* v. 544. ¶ Absolvere litem, est dirimere. *Terentian. Maur. de Metr. de pentametro versu in fi.* pag. 2422. *Putsch.* ¶ Solinus usurpavit pro evincere, demonstrare. Sic enim habet cap. 2. (*al.* 8.) Bacchus absolvit, Gallorum veterum propaginem Umbros esse.

ABSOLŪTE, adverb. *absolutely, perfectly, completely, entirely*, τελέως, perfecte. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 10. Cum adjumenta nostra exposuerimus, contrariaque dissolverimus, absolute nimirum munus oratorium confecerimus. *Id.* l. 2. cap. 19. Hisce igitur quinque partibus ut absolutissime utamur, hoc modo tractabimus, &c. *Senec.* epist. 52. Fluctuamus inter varia consilia: nihil libere volumus, nihil absolute, nihil semper. *Sueton. de Gramm.* c. 4. Ut illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existiment. *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 15. Ut absolutius liqueat. *Cic. in Top.* c. 8. In oratoriis artibus, quæstionis genere proposito, quod sint ejus formæ, subjungitur absolute. *determinately, precisely.* Et *Tuscul.* 5. c. 18. *ad fin.* Omnia profluenter, absolute, prospere. *Scævola Digest.* lib. 33. tit. 1. leg. 13. *ad fin.* Respondi, non posse absolute responderi, cum multa oriri possint, &c. *that it is impossible to give a determinate or precise reply.* Et *Plin. in præfat. histor. nat. de pictorib.* Absoluta opera pendenti titulo inscripsisse: Apelles faciebat, aut Polycletus, &c. Tria, non amplius, ut opinor, absolute traduntur inscripta: Ille fecit. ¶ Item breviter. *Auson.* ep. 16. *ad Prob.* v. 7. Possum absolute dicere, sed dulcius circumloquar. ¶ Absolute proferre, seu construere verbum aliquod, est eum usurpare sine casu. *Priscian.* l. 18. p. 1160. *Putsch.* et l. 8. p. 795.

ABSOLUTĬO, onis, f. *an absolving, discharging, acquitting*, ἀπόλυσις, liberatio a crimine. *Cic. pro Cluent.* c. 27. Sententiis decem, et sex absolutio confici poterat. *Id. Catil.* 3. c. 4. Absolutio Virginum. *Id. Famil.* 3. ep. 11. Absolutio majestatis. *Sueton. in Vespas.* c. 16. Reis absolutiones venditare. *Justin.* l. 9. c. 4. Absolutionem dare. ¶ Item perfectio, *perfection*, τελείωσις. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 28. Hanc absolutionem, perfectionemque in oratore desiderans. *Id.* 2. *de Invent.* c. 9. Habitus in perfecta et constanti animi aut corporis absolutione consistit. ¶ Pertinet etiam ad rem oratoriam. *Id.* 1. *de Invent.* c. 22. Partitio debet habere brevitatem, absolutionem, paucitatem &c. Absolutio est, per quam omnia, quæ incidunt in causam, genera, de quibus dicendum est, amplectimur. ¶ Pro debiti liberatione. *Modestin.* l. 46. *Dig.* tit. 4. leg. 1. Acceptilatio est liberatio per mutuam interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu absolutio. *Pallad.* l. 1. tit. 6. *ante med.* gravem creditorem patitur, cui sine spe absolutionis adstrictus est.

ABSOLUTORĬUS, a, um, *absolutory, appertaining to acquittal*, ad absolvendum a crimine et liberandum pertinens. *Sueton. in August.* c. 33. Duas tabellas, damnatoriam, et absolutoriam cognoscentibus dedit. *Ascon. in fine commentar. pro Mil.* Absolutoriæ sententiæ. Adde *Senec. in Excerpt.* l. 6. *controver.* 5. ¶ Item pertinens ad liberandum quocumque modo. *Plin.* l. 28. c. 6. Clavum ferreum defigere, in quo loco primum caput defixerit corruens morbo comitiali, absolutorium ejus mali dicitur. *subintellige* remedium.

ABSOLUTUS, a, um, *let loose, free, unrestrained*, solutus, ἀπολελυμένος. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 65. *Harduin.* Ranis prima (*lingua*) cohæret, intima absoluta a gutture. *Id.* l. 36. c. 22. *de lapide speculari.* Sed majori parte fossili natura, absolutus segmenti modo. *h. e.* divisus, separatus. *Prudent. in Romano* v. 1110. Absolutus vinculis. ¶ Item judicio liberatus, *acquitted, discharged, released*, ἀπόλυτος, ἄφετος. *Cic.* 3. *Verr.* c. 28. Absolutus improbitatis. *Id. pro Cluent.* c. 24. Unius sententia absolutus. *Nepos in Miltiad.* c. 7. Capitis absolutus. ¶ Item completus, ad finem perductus, *finished, completed.* *Cic.* l. 3. *Q. Fr.* ep. 1. c. 4. Absolutum offendi in ædibus tuis tectum. *Martial.* l. 1. epigr. 83. *de porticu.* En quanto jacet absoluta casu! *h. e.* dejecta, diruta, atque adeo finita. ¶ Item perfectus, *perfect, absolute*, εὐτελής. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 27. Neque appellatur vita beata, nisi confecta, et absoluta. *Plin.* l. 9. ep. 38. Legi librum numeris omnibus absolutum. *Quintil.* l. 1. c. 1. *in fin.* Quo sit absolutius os, et expressior sermo. *Plin.* l. 35. c. 10. Pinxit et Heroa absolutissimi operis. [Quo fidentius gradum superlativum usurpare possis, si occasio detur, *Plinii* auctoritati (lin. 15.) adde pleniorem *Auctoris ad Herenn.* l. 2. c. 28. Absolutissima et perfectissima argumentatio.] *Id.* l. 9. c. 5. Absoluta similitudo. *Id.* l. 10. c. 22. Absoluta nigritia. ¶ Item simplex, sine adjunctione, *absolute, entire.* *Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 57. Hoc mihi videor videre, esse quasdam cum adjunctione necessitudines, quasdam simplices, et absolutas. ¶ Absoluta causa Ulpiano *Dig.* l. 37. tit. 10. leg. 3. *ante med.* est certa, et aperta, et opponitur ambiguæ. ¶ Vera, et absoluta donatio Paulo l. 39. tit. 6. leg. 34. est simplex, et sine ulla conditione, quæque ita proficiscitur, ut nullo casu revocetur. ¶ Absolutus creditor est, qui soluta pecunia dimittitur, *payed off and discharged.* *Plaut. Aulul.* 3. 5. 43. Jam hosce absolutos censeas: cedunt, petunt. ¶ Absolutum verbum dicitur a Grammaticis, quod, ut ait *Priscian.* l. 8. p. 795. *Putsch.* per se profertur, et sine casu. Adde l. 18. p. 1165. Præterea *Diomed.* l. 1. p. 333. vocat *absoluta* ea verba, quæ perfectæ actionis significationem habent, ut *caleo, horreo*, quemadmodum *inchoativa* vocantur, quæ imperfectum aliquid significant, ut *horresco, calesco.* ¶ *Absoluta nomina*, aut *pronomina* apud eosdem Grammaticos sunt ea, quæ per se aliquid significant, nec egent alterius nominis conjunctione, ut *Deus, ratio.* *Priscian.* l. 2. p. 581. *Putsch.* et l. 17. p. 1062. ¶ Præterea *absoluta* adjectiva sunt, quæ positiva dicuntur ab iisdem Grammaticis. *Quintil.* l. 9. c. 3. Utimur vulgo et comparativis pro absolutis, ut cum se quis infirmiorem esse dixerit.

ABSŎNANS, tis, nom. particip. idem quod absonus, vel abhorrens. *Justinian. Institut.* l. 2. tit. 25. Nec absonans a juris ratione codicillorum usus esset.

ABSŎNE, adverb. *with discordant sound, gratingly, inharmoniously, irregularly, unsuitably, absurdly*, absona voce, insuaviter, prave. *Apulei. in Apolog.* Versus absone, et indocte pronuntiare. ¶ Translate *Gell.* l. 15. c. 25. Cn. Martius in mimiambis suis non absurde, neque absone finxit, *recentatur*, pro eo quod Græci dicunt ἀνανεοῦται. *Arnob.* l. 2. p. 52. Non est absone suspicatus.

ABSŎNUS, a, um, adject. *dissonant, discordant, harsh in sound, grating, out of tune*, a recto sono alienus, discrepans, ἀπῳδός. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 11. Vox extra modum absona atque absurda. Et l. 1. c. 25. Sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, ut &c. *Nonius* c. 2. n. 27. hoc loco *absonum* interpretatur *sine sono*, quod non placet. ¶ Translate est disconveniens, alienus. *Horat. de arte poet.* v. 112. Si dicentis erunt fortunis absona dicta. *Liv.* l. 1. c. 15. Hæc ferme, Romulo regnante, domi, militiæque gesta; quorum nihil absonum fidei divinæ originis fuit. *Id.* l. 7. c. 2. Nec absoni a voce motus erant. *Lucret.* l. 4. v. 518. Prava, cubantia, prona, supina, atque absona tecta. *h. e.* non respondentia ceteris ædium partibus.

ABSORBEO, bes, bui, usitatius quam absorpsi, absorptum, a. *to absorb, to sup or suck in, to swallow, devour ravenously, ingulph*, καταπίνω, sorbendo absumo: proprie de rebus liquidis dicitur. *Plin.* l. 22. c. 24. Lens optima, quæ maxime aquam absorbet. *Id.* l. 9. c. 35. *de Cleopatra.* Detractum alterum (*unionem*) mersit, ac liquefactum absorbuit. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 24. Absorbere placentas. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, ut de aquarum inundatione. *Lucan.* l. 4. v. 100. Absorpsit penitus rupes. *h. e.* undis contexit, demersit. De mari *Cic.* 2. *Philip.* c. 27. Oceanus vix videtur tot res tam cito absorbere potuisse. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 81. Hunc quoque absorbuit æstus quidam non insolitæ adolescentibus gloriæ. *Id.* 2. *de Leg.* c. 4. Ne æstus nos consuetudinis absorbeat, et ad sermonis morem usitati trahat. *Id. pro Sext.* c. 6. Quodammodo absorbet orationem meam.

ABSORPTĬO, vel Absortio, onis, f. *a beverage, drink, sort of congealed liquor, rich potion*, sorbitio. *Sueton. in Neron.* c. 27. Quorum uni millena quadragies HS constitit, alteri pluris aliquanto absorptio rosaria. Ita legitur in quibusdam Codicib. in aliis omnino aliter. Est enim locus non unis Interpretum conjecturis valde vexatus.

ABSPELLO, *et rectius* Aspello, is, uli, ulsum, a. *to drive away, remove, banish*, repello, arceo, removeo, ἀπωθῶ. *Cic. vertens e Græco versus Æschyli* 2. *Tuscul.* c. 10. Sed longe a leto numine aspellor Jovis. *Plaut. Merc.* 1. 2. 5. Eos qui adversum eunt, aspellito, detrude, deturba in viam. *Id. Capt.* 3. 3. 4. Aspellere metum alicui. *Adde Trinum.* 3. 2. 46. ¶ Hinc est particip. *abspulsus*, quod affert *Cornel. Fronto de different. vocabul.* sed nullo confirmat Latini Scriptoris exemplo. ¶ Legitur etiam *Abspello* in quibusdam *Cicer.* et *Plauti* codicib.

ABSQUE, *without*, χωρίς, ἄνευ, sine: præpositio ablativo casui serviens: ex *abs*, et *que*, adjectione syllabica, ut *Priscian.* l. 14. p. 999. *Putsch.* docet. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 36. Est quædam argumentatio, in qua propositio nihil valet absque approbatione. *Id.* l. 1. *Attic. ep. pænul.* Nullam a me epistolam ad te sino absque argumento, ac sententia pervenire. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 78. Absque sole perpetuus dies. *Gell.* l. 2. c. 2. Absque præjudicio. *Adde Apul.* l. 9. *Metam.* ¶ Interdum ponitur pro præter, *except, bating, all but.* [Ita a Græcis quoque χωρὶς adhibetur.] *Gell.* l. 13. c. 18. Eundem esse versum absque paucis syllabis. *Claud. Mamertin. in Genethliac. Maximian.* c. 8. Absque paucissimis ceteri homines fortasse crediderint. *Solin.* c. 33. (*al.* 46.) de Phœnice. Postera parte purpureus absque cauda. ¶ A Comicis ponitur pro nisi, *if not, but for*, cum, vel sine casu. *Terent. Phorm.* 1. 4. 11. Nam absque eo esset, recte ego mihi vidissem. *but for him.* *Id. Hecyr.* 4. 2. 25. Quam fortunatus sum ceteris rebus, absque hæc una foret! *were it not for this one thing. al. leg.* hac *Plaut. Pers.* 5. 2. 55. Nam absque me esset, et meo præsidio, hic faceret te prostibilem propediem. [† In loco apud *Terent. Hecyr.* legendum proculdubio *hác*, subaudito *re.* Addas citatis, *Plaut. Bacchid.* III. 3. 8. Nam absque te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum. *Men.* v. 7. 33. Nam absque te esset, hodie numquam ad solem occasum viverem. *Trinum.* IV. 1. 13. Nam absque foret te, sat scio, in alto Distraxissent. V. II. 3. Nam exædificavisset me ex his ædibus, absque te foret. *Capt.* III. 5. 96. Quod absque hoc esset, qui mihi hoc fecit palam, Usque offrenatum, suis me ductarent dolis.]

ABSTABŬLA. Apud *Non.* c. 8. n. 54. legitur hic locus *Pacuvii*: *Delphos venum pecus secundæ abstabula, ac itiner contuli.* Sed est plane corruptus, et ita corrigendus videtur: *Delphos venum pecus egi, unde ad stabala, ac itiner contuli.* Ita *Gothofredus.*

ABSTANTĬA, æ. *distance, interval, space between.* *Vitruv.* l. 9. c. 4. *circa med.* Sol cum longius absit abstantia quadam.

ABSTEMĬUS, a, um, *not addicted to wine, sober, abstemious.* Vox hæc ab abstinentia temeti derivata est, ut docent *Quintil.* l. 1. c. 7. et *Gell.* l. 10. c. 23. et significat eum, quem Græci ἄοινον, *Apuleius* Græcum quasi interpretatus *invinium* vocat l. 14. *Metam.* Abstemius igitur est, qui vinum non bibit, vel ex disciplinæ quadam lege, vel quod natura, aut ex morbi vitio a vino abhorret. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 323. Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis. *Plin.* l. 22. c. 24. *ad fin.* Mulieres vini abstemiæ. Adde *Lucil.* et *Varron.* apud *Non.* c. 2. n. 3. ¶ Generatim de eo, qui abstinet a quacumque re. *Horat.* l. 1. ep. 12. v. 7. Si forte in medio positorum abstemius herbis Vivis, et urtica. ¶ Item pro temperante, *temperate, sparing.* *Auson. in Professorib. de Attio Pat.* v. 20. Vini, cibique abstemius, lætus, pudicus, pulcher. ¶ Interdum de eo, qui eo die nondum vinum gustavit, *that hath not tasted wine.* *Apulei. in Apolog.* Dicitur ante horam secundam dici jejunus adhuc, et abstemius testimonium vendidisse. ¶ Et simpliciter pro jejuno, *fasting, that fasteth.* *Auson. in præfat. Idyll.* 11. *qui est Griphus.* Comparet occupatum cum otioso, pransum cum abstemio. ¶ *Prandium abstemium* dixit *Gell.* l. 13. c. *ult.* in quo nihil vini potatur. Quo pertinet illud *Plauti Aul.* 2. 6. 5. Cererin', Strobile, has facturi nuptias? quia temeti nihil allatum intellego. ¶ *Abstemium nomen*, nomen abstinentiæ a vino. *Rabirius*, seu *Rubrius*, seu *Rutilius in Satyra* apud *Fulgent. Planc. de prisco sermone sub fin.* Abstemium merulenta fugit Methenia nomen. Ubi secunda syllaba *ste* corripitur. Quis autem hic Poeta fuerit, et quo tempore vixerit, incertum est.

ABSTENTUS, a, um, *kept off or at a distance, prohibited, prevented, hindered*, particip. passivum ab *abstineo.* Apud JCtos *abstentus* dicitus heres, qui ab hereditate sibi propria adeunda vel per se, vel alterius consilio, aut auctoritate abstinuit. *Scævola* lib. 26. *Dig.* tit. 8. *leg. pænult.* Curator dixit: abstineo pupillum. procurator dixit: responsum habes; scis quid agere debeas. quæsitum est, an secundum hæc acta adolescens bonis patris abstentus sit? respondi, proponi abstentum. *Ulpian.* lib. 36. tit. 4. leg. 1. *in fi.* Si certum sit repudiatam, vel omissam hereditatem vel abstentos necessarios heredes, frustra hoc edictum imploratur. Adde *Paul.* lib. 26. tit. 7. leg. 45. et *Ulpian.* l. 2. tit. 11. *leg. ult.* V. *Abstineo.* Sic *Cœl. Aurel.* l. 2. *Acut.* c. 5. *abstentas egestionis* dixit, *h. e.* impeditas, suppressas: quibus opponit *largius effluentes.* ¶ *Cyprian.* ep. 38. posuit *abstentum* pro excommunicato. nam is Ecclesia, et convictu Christianorum abstinet.

ABSTERGEO, es, ersi, ersum, a. 2. *to wipe, wipe off, clean*, [illegible], ἀπομάσσω, tergeo, diluo, purgo. *Plaut.* [illegible] l. 57 [illegible] abstergeas. *Curt.* l. 6. c. 9. Abstergere oculos amiculo. *Plin.* l. 17. c. 27. Si ex [illegible] stipite defluens pituita abstergeatur. [illegible] l. 7. 9. Abstergere vulnera. ¶ Est [illegible], *to* [illegible], cum de [illegible] sermo est, quemadmodum *detergeo*. *Curt.* l. 9. c. 9. Collisæ inter se naves, abstergerique invicem remi. ¶ Translate est auferre, vel fugare, *to take* [illegible]. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 10. [illegible]. Consolabor te, et omnem abstergebo dolorem. *Id. de Senect.* c. 1. [illegible] hujus libri confectio fuit, ut omnes absterserit senectutis molestias. *Id.* l. 9. ep. 16. [illegible] Abstergere metum. *Id. Philip.* 14. c. 13. fletum. *Plin.* l. 20. c. [illegible] fastidium. ¶ Apud *Lucretium* quoque [illegible] pro fugare, depellere, ut l. 4. v. 1056. [illegible] pabula amoris et v. 1227. abstergere sacrum [illegible]. Adde l. 5. v. 844. ubi *abstergunt* positum est [illegible] pro *absterreat*. Quamquam omnibus his Lucretii locis alii Codices habent *absterreo*. ¶ *Abstersti* syncope pro *abstersisti* quidam afferunt ex *Catullo carm.* 97. *ad* [illegible] v. 8. sed alii habent abstersisti: neque minus recte constat versus: [illegible] *abstersisti omnibus articulis*. [¶ Partic. *abstergendus*. *Plin.* l. 21. c. 10. Penicilli abstergendæ lippitudini utilissimi. ¶ Partic. *abstergens*. *Cic.* [illegible] c. 80. Oratio ægritudinem abstergens.]

ABSTERGO, is, rsi, rsum, a. 3. idem quod abstergeo. *Titin.* apud *Non.* c. 4. n. 491. Everrite ædes, abstergite araneas. *Plin.* l. 26. c. 7. Abstergunt fastidia, cruditatesque digerunt. Ita *Harduin. Alii leg.* abstergent. *Plin.* [illegible] l. 5. ep. 6. In proximo puteus, ex quo possis rursus abstergi. *Al. leg.* adstringi. *Apuleı.* l. 1. *de doctrin. Plat.* [illegible]. Ut [illegible] redundantiam relevet, abstergatque ea, quæ sordium sunt. ¶ De præterito *abstergui* V. vocem præced.

ABSTERRĔO, es, ui, erritum, a. 2. *to frighten away*, [illegible], *deter*, ἐκφοβεῖν, ἀποτρέπειν, terrore injecto averto, repello, removeo. *Terent. Andr.* 3. 1. 14. Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant. *Liv.* l. 27. c. 28. Alii e turribus portæ saxis, sudibus, pilis absterrent hostes. *Cic.* 4. *Verr.* c. 58. A pecuniis capiundis homines absterrere. *Id. pro Planc.* c. 27. Neminem a congressu meo neque janitor meus, neque somnus absterruit. *Tacit. Ann.* 12. c. 45. Nisi Pharasmanem bello absterruisset. *Titinn.* apud *Non.* c. 2. n. 198. Absterrere lenonem ædibus. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 128. Sic teneros animos aliena opprobria sæpe Absterrent vitiis. *Plin.* l. 8. c. 16. Quia ceteri metu pœnæ similis absterrerentur eadem noxa. *Plaut. Truccul.* 2. 1. 41. Ubi quamque nostrarum videt prope ædes, item ut de frumento anseres, clamore absterret, abigit. ¶ *Absterrere aliquid alicui*, hoc est alicui auferre, vel ab aliquo depellere, quidam afferunt ex *Lucretio* l. 4. v. 1056. et v. 1227. item l. 5. v. 844. Alii autem ubique *abstergere* substituunt.

ABSTERRITUS, a, um, *alarmed, terrified, deterred*, deterritus: *Liv.* l. 5. c. 41. Milites inde ipsa solitudine absterriti.

ABSTERSUS, a, um, *wiped, wiped up, wiped off, or away*, particip. verbi abstergeo. *Cic. Phil.* 2. c. 36. Fuligine abstersa. *Curt.* l. 5. c. 5. Abstersis, quas profuderat, lacrimis.

ABSTĬNAX, acis, adject. *abstinent, abstemious*, idem quod abstinens. *Petron. in fragment. Tragur.* cap. 42. *Burman.* Et quid, si non abstinax fuisset? *h. e.* cibi abstinens.

ABSTĬNENS, tis, adject. *abstaining from, temperate, moderate, sparing*, ἐγκρατής, moderatus, continens circa pecuniam, alieni minime cupidus, in cibo, et potu, aliisque ad victum, et vitam necessariis temperans et parcus. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 11. Esse abstinentem, continere omnes cupiditates, præclarum est. *Id.* 1. *Offic.* c. 40. Prætorem decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere. *Auson. in gratiar. act.* c. 28. In cibis autem cujus sacerdotis abstinentior cæremonia? *Horat.* l. 4. od. 9. v. 37. *animus* abstinens Ducentis ad se cuncta pecuniæ. *Plin.* l. 6. ep. 8. Homo est alieni abstinentissimus. *Columell.* l. 12. c. 4. Abstinentissimus rebus venereis.

ABSTĬNENTER, adverb. *with moderation, modestly, harmlessly, discreetly*, ἐγκρατῶς, cum abstinentia, moderate. *Cic. pro Sext.* c. 16. Saturninus tribunus plebis, vigilans homo, et in causa populari, si non moderate, at certe populariter, abstinenterque versatus. *Augustin.* l. 2. *de morib. Manich.* c. 13. Abstinentius vitam ducere. [† *Cic. in Sallust.* 7. Postquam Prætor est factus, modeste se gessit et abstinenter.]

ABSTĬNENTĬA, æ, f. *an abstaining from, abstinence, moderation, discreetness*, ἐγκράτεια, virtus ab illis rebus abstinens, quæ perperam appetimus. Præcipue vero opponitur avaritiæ, et alieni cupiditati. (V. *Cic.* 2. *offic.* c. 22.) et moderationem animi circa pecunias maxime significat. Quare differt a *continentia*, quæ vetitas voluptates moderatur. *Cic. loc. cit.* Nulla re facilius conciliare benevolentiam multitudinis possunt ii, qui reipublicæ præsunt, quam abstinentia, et continentia. *Id. pro Sext.* c. 5. Possum multa dicere de provinciali in eo magistratu abstinentia. *Sallust. in Catil.* c. 3. Pro pudore, pro abstinentia, pro virtute audacia, avaritia, largitio vigebant. *Nepos in Epamin.* c. 4. Tentata ejus est abstinentia a Diomedonte namque is Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat. ¶ *Valerius* tamen *Maximus* promiscue continentiam pro abstinentia posuit l. 4. c. 3. n. 6. 7. 11. et 14. et abstinentiam pro continentia *ibid. num.* 3. *in extern.* quod facit etiam *Senec.* l. 1. *controvers.* 2. *sub fin.* Etiam *Quintil.* l. 1. c. 2. dum in præceptore abstinentiam laudat, continentiam, et universim morum sanctitatem intelligit. Adde *Nepot.* in *Aristid.* c. 1. *Cic.* quoque aliquando continentiam pro abstinentia ponit, ut ad *Q. Fr.* l. et ep. 1. c. 2. ¶ Pro temperantia in cibo, et potu, *temperance, sobriety, diet. Plin.* l. 27. c. 9. Radix ejus post unius diei abstinentiam bibitur. *Quintil.* l. 2. c. 17. Febrem quiete, et abstinentia mitigavit. Sic *Senec.* 2. *de Ira* c. 27. Scalpellum, abstinentia, et alia, quæ profutura torquent. *Plin.* l. 25. c. 5. Corpus præparandum cibis acribus, abstinentia vini, pridie cœnæ abstinentia. *Augustin.* l. 2. *de morib. Manich.* c. 13. Abstinentia a vino, et carnibus. ¶ Item et pro inedia, *abstinence from all kinds of food, starvation. Tacit.* 4. *Ann.* c. 35. Egressus Senatu vitam abstinentia finivit. *Cels.* l. 2. c. 16. Abstinentiæ duo genera sunt: alterum, ubi nihil assumit æger; alterum, ubi non nisi quod oportet. ¶ De aliis rebus. *Senec.* l. 2. *controvers.* 9. *a med.* Qui sibi abstinentiam conviciorum imperaverunt.

ABSTĬNĔO, es, nui, entum, a. 2. *to abstain from, keep from, or out of the way of, keep aloof from*, ἀπέχομαι, cohibeo, contineo, tempero: ex *ab*, et *teneo*. *Cic. ad Brut.* ep. 17. Ut se maledictis non abstineat. *Id.* 3. *Fin.* c. 11. Quo minus homines nullo dedecore se abstineant. *Id. Fam.* 7. ep. 26. Qui me ostreis, et murænis facile abstinebam. *Horat. de art. poet.* v. 414. Abstinuit Venere, et vino. *Sueton. in Tito.* c. 7. Abstinuit alieno, ut si quis unquam. *Id. in Tiber.* c. 71. Sermone Græco abstinuit, maxime in Senatu. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 3. Tiberius, et Augusta publico abstinuere. *refrained from appearing in public, did not appear abroad. Cic.* 4. *Acad.* c. 17. A quibus ne tu quidem jam te abstines. *Auctor Dialogi de Oratorib.* (*qui a quibusdam Quintil. ab aliis Tacito tribuitur*) c. 40. Cum plurimi ne a P. quidem Scipione, aut Sylla abstinuerint. ¶ Cum infinito. *Sueton. in Tiber.* c. 23. Quando ita præfari non abstinuerit. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 24. Dum mihi abstineant invidere. ¶ Cum particula *quo minus*, et conjunctivo. *Sueton. de Grammatic.* c. 3. Ut ne clarissimi quidem viri abstinuerint, quo minus et ipsi aliquid scriberent. ¶ Poetice cum genitivo, more Græcorum. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 69. Abstineto irarum, calidæque rixæ. *Terent. Heaut.* 2. 3. 132. Gemitus, screatus, tussis, risus abstine. ¶ Cum accusativo rei significat arcere, cohibere, avertere, *to keep or ward off, not to enforce. Cic.* 1. *Orat.* c. 43. Ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. *Liv.* l. 1. c. 1. Duobus Æneа, Antenoreque omne jus belli Achivos abstinuisse. *Id.* l. 7. c. 27. Ab æde tantum Matris Matutæ abstinuere ignem. *Id.* l. 42. c. 26. Non æquum eum facere, qui ab sociis suis non abstineret injuriam. *Plaut. Rud.* 2. 4. 11. Potin' ut me abstineas manum? *cannot you keep your hands off me? Id. Mostell.* 4. 2. 17. Abstine jam sermonem de istis rebus. ¶ Etiam cum accusativo personæ. *Liv.* l. 8. c. 24. *de Alexandro Epiri rege.* Quamquam Romano bello fortuna eum abstinuit. *Id.* l. 2. c. 22. Recens accepta clades Latinos ne ab legatis quidem violandis abstinuit. ¶ Cum solo accusativo pro coercere, cohibere, continere, *Cato* apud *Festum* in *Repastinari.* Ego jam a principio in parsimonia, atque in duritia, atque industria omnem adolescentiam meam abstinui. ¶ *Abstinere manus a se*, vel *ab aliquo* sæpe refertur ad necem. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 37. Alexander cum interemisset Clitum, vix a se manus abstinuit. ¶ Apud JCtos *abstinere hereditate* dicitur heres suus, et necessarius, qui sibi jure debitam hereditatem adire recusat. *to suspend his claim to the title, or estate. Pompon.* l. 29. *Digest.* tit. 2. leg. 11. Impuberibus liberis omnimodo abstinendi potestas sit. *Julian. ibid.* leg. 44. Quoties pupillus patri heres exstitit, et abstinuit se hereditate. ¶ Dicitur etiam tutor *pupillum abstinere hereditate*, cum ab ea adeunda revocat. *Papinian.* l. 27. *Digest.* tit. 8. leg. 18. Cum tutor pupillum paterna hereditate abstineat. *Scævola* l. 12. *Digest.* tit. 6. leg. 61. Tutores pupillum abstinuerunt. [† Abstinere se dicitur filius: sed abstinere pupillus, absolute. *Lex. Jur. Calv.*] ¶ Hinc particip. *abstentus*, quod V. supra suo loco. ¶ *Abstinere*, inediam pati, *to fast. Cels.* l. 2. c. 12. *a med.* Pridie abstinere debet æger, ut aptus tal, curationi sit. *Columel.* l. 8. c. 5. Pulli abstineri debenti dum concoquant. ¶ Et impersonaliter. *Liv.* l. 5. c. 50. Ut sacro auro abstineretur. *Id. ibid.* c. 21. Ut ab inermi abstineatur. ¶ Hinc particip. *abstinendus. Columel.* l. 6. c. 7. Bos primo die cibo abstinendus. *Senec.* ep. 75. Urendus, secandus, abstinendus sum. *I am to be kept without food. Plaut. Trinum.* 2. 1. 30. Amor procul adhibendus est, atque abstinendus. ¶ *Abstinere*, carere, immunem esse. *Plaut. Aulul.* 4. 1. 15. Qui ea curabit, abstinebit censione bubula. ¶ Abstinere aliquem, *to excommunicate*, ab Ecclesia separare, est *Cypriani* ep. 39.

ABSTO, as, stiti, n. 1. *to stand afar off, at a distance, aloof from*, ἀφίσταμαι, longe sto. *Horat. in arte poet.* v. 361. Ut pictura poesis erit, quæ, si propius stes, Te capiet magis, et quædam, si longius abstes. Adde l. 1. ep. 18 v. 58.

ABSTOLLO. V. in *Abstulo*.

ABSTRACTĬO, onis, f. *a drawing or pulling off*. Legitur in l. 1. c. 4. *Dyctios Cretens.* qui in Latina lingua dubiæ admodum est auctoritatis.

ABSTRACTUS, a, um, *drawn off, separated from*, nom. particip. ab abstraho. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 17. Animus abstractus ab integra, certaque ratione. *Id.* 1. *Divin.* c. 31. A corpore animus abstractus. ¶ Item vi abductus, *taken away, carried off by force. Stat.* 1. *Achill.* v. 152. ipsi mihi sæpe queruntur Centauri raptasque domos, abstractaque coram Armenta. *Virg.* 8. *Æn.* v. 263. Abstractæ boves. ¶ Abstracta quantitas dicitur ab *Isid.* l. 2. *Orig.* c. 24. quam intellectus, ut a materia separatam considerat: quæ loquendi ratio valde est scholis Philosophorum familiaris.

ABSTRĂHO, is, axi, actum, a. 3. *to draw or pull off or away, to tear or drag away, to take away by force*. avello, abduco, abripio, ἀποχωρίζω, ἀφαιρέω. *Plin.* l. 9. c. 45. Spongiæ ubi avulsorem sensere, contractæ multo difficilius abstrahuntur. *Liv.* l. 3. c. 44. Sequi se jubebat cunctantem vi abstracturus. *Terent. Andr.* 3. 2. 39. Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego? *Cic. pro Cæl.* c. 24. Cum Metellus abstraheretur e sinu gremioque patriæ. *Id. pro Fonteio c. ult.* De matris conspectu avellere, et abstrahere. *Liv.* l. 39. c. 49. Abstrahere aliquem ex oculis hominum. *Id.* l. 37. c. 27. *a med.* Abstrahere naves e portu. *Al. leg.* a portu. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 154. Quam tu de thalamis abstraherere meis. *Plaut. Men. prol.* v. 66. Abstraxit hominem in malam crucem. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 14. Abstrahere liberos in servitutem. *Curt.* l. 3. c. 2. Abstrahere aliquem ad supplicium capitale. Et translate *Cic. de clar. orat.* c. 68. Nisi eum majoris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset. ¶ Cum ablativo sine præposit. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 5. Ut ea specie Germanicum suetis legionibus abstraheret. ¶ Translate *Cic. pro Deiot.* c. 14. Abstrahere a solicitudine. *Id.* 1. *Divin.* c. 37. a sensu mentis abstrahere. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 18. Abstrahi a consuetudine. *Sallust. in Jugurt.* c. 31. A bono, honestoque in pravum abstrahi. ¶ *Abstraxe* pro *abstraxisse* dixit *Lucret.* l. 3. v. 651.

ABSTRICTUS, a, um, *untied, unloosed*. Quidam afferunt locum *Livii* l. 24. c. 7. tanquam laxaret elatum pedem abstricto nodo. Sed rectius leg. alii *ab stricto nodo*. [† "Abstringo, ἀποσφίγγω, volunt esse *solvere*, contrarium sui simplicis *Stringo*." *Gesner.*]

ABSTRĬTUS, a, um, detritus; ab *abs*, et *tritus*. *Hieron.* ep. 22. *ad Eustoch.* c. 13. Viduæ otiosæ, et curiosæ, quæ rubore frontis abstrito, parasitos vincunt mimorum, *h. e.* perfricta fronte.

ABSTRŪDO, is, usi, usum, a. 3. *to hide, conceal, cast away, banish*, ἀπωθέω, ἀποκρύπτω, abscondo, intus abdo, de industria celo, ut *Serv. ad* 6. *Æn.* v. 7. exponit. *Plaut. Aulul.* 4. 6. 13. Aurum ubi abstrudat senex. *Cic.* 4 *Acad.* c. 10. Naturam accusa, quæ in profundo veritatem penitus abstruserit. *Id.* 12. *Attic.* ep. 15. Mane me in silvam abstrusi densam et asperam. *Tacit. Ann.* 4. c. 69. Tectum inter, et laquearia tres senatores se se abstrudunt. *Id. Ann.* 3. c. 6. Abstrudere tristitiam. ¶ Jculariter *Plaut. Rud.* 4. 3. 68. Jam in cerebro colaphos abstrudam tuo.

ABSTRŬO, is, a. 3. *to put under, to hide*, ἀποκρύπτω. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 27. Negat lucernam abstruendam, sed confirmat super candelabrum proponendam. Adde *de Præscriptionib.* c. 26.

ABSTRŪSE, adverb. *secretly, concealedly, in secret*, abdite. *Ammian.* l. 28. c. 1. *prope fin.* (*al.* c. 11.) Inter reos recepti, vocatique edictis, semet abstrusius amandarunt.

ABSTRUSĬO, onis, f. *a hiding, covering, burying in the ground (as of seed)*. *Arnob.* l. 5. p. 183. Seminis abstrusio.

ABSTRŪSUS, a, um, adject. *hidden, concealed*, abditus, reconditus, ἀπόκρυφος. *Cic. Agr.* 2. c. 18. Penitus abstrusas insidias alicui ponere. *Plin. in Paneg.* c. 45. Abstrusus, et quasi sepultus. *Id. ibid.* c. 63. Abstrusus atque abditus. *Sueton. in Vitell.* c. 16. Abstrusus gestatoria sella. *Virg.* 6. *Æn.* v. 7. semina flammæ Abstrusa in venis silicis. *Vellei.* l. 2. c. 129. Serpens abstrusa terræ. *Apulei.* l. 3. *Metam.* Propter invisos mores in solitudinem temper Abstrusa. ¶ Translate *Cicer.* 4. *Acad.* cap. 10. Disputatio copiosa illa quidem, sed paulo abstrusior. ¶ *Abstrusus homo* dicitur, qui consilia sua magnopere tegit, *a person that is close, reserved, that conceals his thoughts. Tacit. Ann.* 1. c. 24. Abstrusus, et tristissima quæque maxime dissimulans Tiberius. ¶ *Esse in abstruso* apud *Ammian.* l. 17. c. 7. (*al.* 15.) est ignotum esse. *In abstruso situm esse*, absconditum, tectumque esse, *Plaut. Pan.* 1. 2. 129.

ABSTŬLO, is, pro *aufero*, ab obsoleto *tulo*, et ipsum obsoletum est. *Plaut. in fragment.* apud *Diomed.* l. 1.

p. 376. *Putsch.* Aulas abstulas. Al. leg. *abstollas:* ut sit *abstollo, is,* ut *contollo, attollo.* Sic *Pacuv. ibid.* p. 378. Custodite hunc vos, ne quis eum abstollat, neve attigat. Sed *Charis.* legit *vim attulat:* et *Non.* c. 4. n. 35. *ne eum quis attollat.*

ABSUETŪDO, inis, f. *disuse, want or denial of intercourse with,* desuetudo. *Apulei. in Apolog.* Mulier sancte pudica, absuetudine conjugis torpens.

ABSUM, abes, abfui, anom. *to be absent, or out of the way, to be distant,* ἄπειμι, remotus sum, disjunctus sum: ex *ab,* et *sum:* significat distantiam tum personæ, tum rei. *Terent. Eun.* 3. 5. 53. Ita ut fit, domini ubi absunt. *Cic. Fam.* 2. ep. 1. Te abfuisse tamdiu a nobis dolui. *Id.* 4. *Fam.* ep. 6. Et domo absum, et foro. *Id. pro Planc.* c. 27. Nunquam ex urbe abfuit, nisi forte necessitate. *Plaut. Epid.* 5. 2. 16. Abesse ab domo. *Ovid. de remed. amor.* v. 773. ibas sine conjuge Creten, Et poteras nupta lentus abesse tua. ¶ Cum casibus temporis, et distantiæ *Cic.* 4. *Famil.* ep. 3. Etsi abfui magnam partem consulatus tui. *Id. pro Sext.* c. 12. Edixit, ut ab urbe abesset millia passuum ducenta. *Id. Att.* 5. ep. 16. Castra, quæ aberant bidui. *Id. ibid.* l. 8. ep. 14. Loca quæ absunt biduum, aut triduum. ¶ Cum adverbiis *longe, prope, procul, multum, parum,* et similibus. *Id.* 6. *Attic.* ep. 3. Tu autem abes longe gentium. *Id. ibid.* l. 1. ep. 1. Quoniam propius abes. *since you are not so far off as you were. Id.* 3. *Fam.* ep. 5. Procul enim aberam ab re ipsa, et locis. ¶ Translate *Cæsar ad Cicer. post epist.* 16. l. 9. *ad Attic.* Nihil a me abesse longius crudelitate. *Cic.* 4. *Acad.* c. 36. Longe aberit, ut argumentis credat Philosophorum. *he will be at some distance from believing, acquiescing in, admitting,* &c. *will not easily be brought to credit,* &c. *Id. Fam.* 6. ep. 2. Abesse a culpa. *Id. ibid.* l. 12. ep. 22. Quidquid acciderit, a quo mea culpa absit, animo forti feram. *Id.* 1. *de Orat.* c. 6. Abesse a sententia aliqua. *Id.* 1. *Divin.* c. 21. a consuetudine. ¶ Significat aliquando deesse, *to be wanting. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 2. Si cui vetustate dentes absunt. *Cic. de clar. Orat.* c. 80. Aberat tertia illa laus, quæ permoveret, atque incitaret animos. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 11. Quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? *Id.* 1. *de legib.* c. 2. Abest historia litteris nostris. ¶ Est tamen aliquod discrimen inter *abesse,* et *deesse.* nam *abesse* dicuntur ea, quæ parum, aut nihil interest habere; *deesse,* quæ habere oportet. *Cic. de clar. Orator.* c. 80. *de M. Calidio summo Oratore.* Hoc unum illi, si nihil utilitatis habebat, abfuit; si opus erat, defuit. ¶ *Abesse ab aliquo* interdum est inferiorem esse, *to be inferior to. Cic. de clar. Orator.* c. 62. Multum ab iis aberat L. Fusius. ¶ *Aliquem abesse alicui,* significat non navare illi operam suam, *to be wanting in his assistance, to withhold his help. Cic. pro Syll.* c. 5. Mirari desinat, me, qui Autronio abfuerim, Syllam defendere. ¶ *Tantum abest ut,* elegans loquendi formula, altero *ut* sequente, vel etiam non sequente: *so far from,* &c. *Cic. Phil.* 11. c. 14. Ego vero istos tantum abest ut ornem, ut effici non possit, quin eos oderim, *so far from commending them, setting them in a favourable light,* &c. *I cannot but,* &c. *Id.* 1. *Offic.* c. 14. Id tantum abest ab officio, ut nihil magis officio possit esse contrarium. *Id. de clar. Orat.* c. 80. Tantum abfuit, ut inflammares nostros animos; somnum vix tenebamus. *Id. Attic.* l. 13. ep. 21. Tantum porro aberat, ut binos scriberent; vix singulos confecerunt. *Id.* 2. *Fin.* c. 17. Qui occultus, et tectus dicitur, tantum abest, ut se indicet, perficiet etiam, ut &c. ¶ Effertur etiam per epiphonema, sine membro consequente. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 2. Dixerim, me vel plurima vincula tecum summæ conjunctionis optare: tantum abest, ut ego ex eo, quo adstricti sumus, laxari aliquid velim. ¶ Dicimus etiam *tantum abest ab eo, ut,* eodem sensu. *Cic. Tuscul.* 1. c. 31. Tantum abest ab eo, ut malum mors sit, ut verear, ne &c. ¶ *Ne* pro *ut* addidit *Cic. in Orat.* c. 68. *in fin.* Tantumque abest, ne enervetur oratio compositione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec vis esse possit. *Nisi forte Cic. lapsus est in* ἀνακόλουθον: *quod alibi fecisse scimus.* V. in Ut. ¶ *Tantum absum* pro *tantum abest. Hirt. de B. Alexan.* c. 22. Milites nostri tantum abfuerunt, ut perturbarentur, ut incensi potius, &c. ¶ Eleganter post se habet particulam *quin. Liv.* l. 42. c. 44. Haud multum abfuit, quin ab exulibus interficeretur. *he wanted very little of,* &c. *was within a trifle of,* &c. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 9. Aberit non longe, quin hoc a me decerni velit. *I shall want but a little of being brought to,* &c. *shall very quickly be persuaded to,* &c. *Gracchus apud eundem in Orat.* c. 70. Abesse non potest, quin ejusdem hominis sit probos improbare, qui improbos probet. *it cannot be otherwise, but that,* &c. Similem *Gracchi* locum refert *Gell.* l. 11. c. 13. ¶ *Absit,* ne dii siverint. *Stat.* l. 3. silv. 4. v. 33. tu sordida tecta, jugumque Servitii vulgare feres? procul absit. *God forbid! heavens forefend! heaven avert! may the day never come! may it never happen!* Et *Apulei.* l. 2. *Metam.* Absit, ut Milonem hospitem deseram. Et l. 8. Absit, ut velim. *Sulpic. Sever. dial.* 1. c. 2. Absit te ista quærere. *Apulei.* l. 5. *Metam.* Si divini puelli, quod absit, hæc mater audierit. ¶ *Præsens abest,* παρὼν ἀποδημεῖ, proverbium de iis, qui cum præsentes corpore sint, non tamen advertunt ad ea, quæ dicuntur, aut fiunt, cogitatione alio distracta. *Plaut. Amph.* 3. 3. 22. Audis quæ dico, tametsi præsens non ades. *Terent. Eun.* 1. 2. 112. Cum milite isto præsens, absens ut sies. ¶ Præteritum *abfui,* etiam *afui* scribi potest unico *f,* extrita *b* littera, et ita scriptum legitur in celeberrima Torrentini Editione *Digest.* l. 22. tit. 1. leg. 17. l. 26. tit. 8. leg. 14. et l. 50. tit. 1. leg. 13. tametsi in aliis fere omnibus est *abfui.* Alia exempla multa ex probatis MSS. *Cicer. Cæsar. Ovid. Gell.* &c. affert *Pareus in Lex. Crit.* p. 61. item ex *Livii* l. 26. c. 41. aliisque locis ibi citatis *Gronovius.* ¶ Futurum infiniti *abfore,* et participium *abfuturus* V. suis locis.

ABSUMĒDO, edinis, f. *consumption, waste,* δαπάνη. *Plaut. Capt.* 4. 3. 3. Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido! quanta sumini absumedo!

ABSŪMO, is, mpsi, mptum, a. 3. *to consume, destroy, make an end of,* δαπανάω, διαφθείρω, consumo. *Terent. Heaut.* 3. 1. 48. Pitissando modo mihi quid vini absumpsit! *Cic. pro Quint.* c. 10. Dicendo tempus absumere. *Plin.* l. 2. c. 9. Solis radii absumunt humorem. *Plin. Jun.* l. 10. ep. 42. Incendium domos absumpsit. *Liv.* l. 30. c. 7. Absumere flammis urbem. *P. Africanus apud Gell.* l. 7. c. 11. Absumere pecuniam in scortis. *Sueton. in Aug.* c. 98. pecuniam in emptionem mercium. *Florus* l. 4. c. 9. spatium jactus. *h. e.* ita progredi aciem, ut jaciendorum missilium facultatem adimat hostibus. ¶ *Absumi umbræ solis* dicuntur a *Plin.* l. 2. c. 73. et l. 5. c. 9. cum sol ita alicui regioni ad perpendiculum imminet, ut nullas umbras faciat. ¶ Significat etiam conficere ad mortem usque, *to slay, put to death, cut off. Virg. Æn.* 9. v. 494. Me primam absumite ferro. *Justin.* l. 2. c. 6. Illuvies aquarum populos absumpsit. *Liv.* l. 22. c. 39. *a med.* Plures fames, quam ferrum, absumpsit. *Tacit. Ann.* 2. c. 24. Absumi fame, *to die of hunger, to be famished to death. Id. Ann.* 6. cap. 32. morbo. *Liv.* l. 8. c. 18. veneno. *Terent. Phorm.* 2. 1. 26. cura. Absolute *Plaut. Mostell.* 2. 1. 18. Absumpti sumus. *our business is dispatched, 'tis all over with us.* [† Epidic. 1. 1. 76. Epidice, nisi quid tibi in tete auxilii est, absumptus es. Hoc est; *periisti,* ὄλωλας.] ¶ Pro finem imponere, *to finish. Colum.* l. 5. c. 10. *a med.* Deinde absumpta ablaqueatione, cinerem supra terram injicito.

ABSUMPTĬO, onis, f. *a consuming,* absumedo, δαπάνη. *Ulpian. Digest.* l. 7. tit. 5. leg. 5. Res, quæ in absumptione sunt. *consumable commodities, that admit of being consumed.*

ABSUMPTUS, a, um, nom. particip. *consumed, wasted,* consumptus. *Horat.* l. 1. ep. 15. v. 26. Res absumptæ. *substance wasted, expended. Virg. Æn.* 7. v. 301. Absumptæ vires. *Id. Æn.* 1. v. 559. Absumpta salus. *all chance of safety lost, destroyed, cut off. Valer. Maxim.* l. 4. c. 6. *extern.* n. 1. Absumptus fato.

ABSURDE, adverb. *absurdly, awkwardly, foolishly, foreign from the purpose,* ἀτόπως, inepte, ab re. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 1. Absurde respondere. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 4. canere. *Id.* 2. *Divin.* c. 58. aliquid dicere. *Id.* 2. *Agrar.* c. 11. imperare. *Plaut. Epid.* 3. 1. 6. Absurde facere. *Julian. Dig.* l. 9. tit. 2. leg. 51. Longe absurdius constituere. *Augustin.* l. 4. *de Trinit. in fi.* Absurdissime dicere.

ABSURDĬTAS, atis, f. *absurdity, folly, inconsistency, hallucination,* ἀτοπία. *Claud. Mamert. de statu anim.* l. 3. c. 11. Hanc absurditatem sententia sana respuit.

ABSURDUS, a, um, adject. *absurd, inconsistent, foolish, ridiculous, extravagant, unapt, foreign from the purpose or subject,* ἄτοπος, ἄλογος, ἀνόητος, inconveniens, ineptus, absonus, ab re alienus. Proprie videtur dici de sono, aut voce incondita, et absona, quæ surdis auribus audiri digna est. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 11. Vox absona, et absurda. *Id. Divin.* c. 9. *ex Poeta.* Absurdoque sono fontes, et stagna cietis. ¶ Sed frequentior ejus usus est translatus, scilicet de quacumque re inconvenienti, inepta, ab re aliena. *Cic. pro Sylla* c. 20. Jam vero illud quam incredibile, quam absurdum! *Id. de Provin. Consul.* c. 15. Non sortiri absurdum est. *Id. pro Rosc. Com.* c. 7. Est hoc auribus, animisque hominum absurdum. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 16. Multo absurdiora sunt ea, quæ &c. *Id. Attic.* l. 7. ep. 13. Absurdissima mandata. ¶ *Absurdus homo* dicitur, qui ad aliquam artem ineptus est. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 20. Si videbitur ad mediocres oratores esse venturus, permittam ipsi quid velit: Sin plane abhorrebit, et erit absurdus, ut se contineat, aut ad aliud studium transferat, admonebo. ¶ *Haud absurdum ingenium,* non omnino ineptum, mediocre. *Sallust. in Catil.* c. 26. Verum ingenium ejus haud absurdum: posse versus facere, jocum movere, sermone uti vel modesto, vel molli, &c. *Tacit. Ann.* 13. c. 45. Sermo comis, nec absurdum ingenium. Sic l. 3. *hist.* c. 62. Procax moribus Valens, nec absurdus ingenio. ¶ *Absurdus,* et *ineptus* in eo differunt, quod *ineptus* est tantum non aptus, non idoneus ad aliquid: *absurdus,* repugnans, abhorrens. Itaque *absurdus* majus quiddam significat. *Terent. Adelph.* 3. 3. 22. Ratio inepta, atque absurda, *Id. ibid.* 5. 8. 21. Etsi hoc pravum, ineptum, absurdum, atque alienum a vita mea videtur.

ABSYNTHĬUM, V. *Absinthium.*

ABSYRTIS, idis, f. et in plur. num. Absyrtides, idum, Ἀψυρτίδες, insulæ sunt maris Adriatici, ita dictæ ab Absyrto fratre Medeæ ibi interfecto, ut olim creditum est. *Plin.* l. 3. c. *ult.* Juxta Istrorum agrum Cissa, Pullariæ, et Absyrtides. *Lucan.* l. 3. v. 190. Colchis, et Adriacas spumans Absyrtis in undas. Alii leg. *Absyrtos* pro *Absyrtus* Græca positione. Putant etiam, loqui ibi *Lucanum* de quodam fluvio, non de Insula. V. vocem sequent.

ABSYRTUS, i, m. Ἄψυρτος, Æetæ Regis Colchorum, et Hypseæ filius, alio nomine Ægialeus dictus, quem soror ejus Medea cum Jasone discedens membratim discerptum circumquaque disjecit, ut sequentem se patrem in colligendis membris occupatum tardaret, ne eam fugientem assequeretur: unde locus ille dictus est *Tomos, i. e.* dissectio; et fluvius, juxta quem id perpetravit, *Absyrtus* vocatus. V. *Ovid.* l. 3. *Trist. eleg.* 9. et *Hygin. fab.* 23. ubi aliter rem narrat.

ABTORQUĔO, es, orsi, ortum, a. 2. *to twist or turn away, to turn toward another direction,* detorqueo, deflecto, ἀποτρέπω. *Accius apud Non.* c. 3. n. 66. Abtorque proram.

ABVECTUS, a, um, *carried off or away,* avectus. *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 132. Siccine me patriis abvectam perfide ab oris *Alii leg.* avectam. *Alii* abductam.

ABVĔHO. V. *Aveho.*

ABVERTO, is, a. 3. *to turn away, or the contrary way, to turn off,* averto, ἀποτρέπω. *Plaut. Rud.* 1. 2. 76. Ab saxo abvertit fluctus ad litus scapham. *Hirt. de bello Hispan.* c. 41. Ut ipse locus ad oppugnandum hostes abverteret. Ita quidam Codices Plauti, et Hirtii (si modo Hirtius est ejus libri auctor): verum plures, et meliores habent *avertit,* et *averteret.*

ABUNDANS, antis, *abounding, abundant, copious, plenteous, plentiful, overflowing, richly-stocked,* affluens, copiosus, εὔπορος. Proprie de aquis exundantibus dicitur: ab *undo, as.* Hinc *Virg.* 1. *Georg.* v. 115. incertis si mensibus amnis abundans Exit. Sic *Plin.* l. 22. c. *ult. abundantes menses* vocat mulierum menstrua largius profluentia. Et *Vitruv.* l. 5. c. 9. *loca abundantia, h. e.* aquis plena dixit. ¶ Sæpissime tamen dicitur de re quacumque affluenti. *Cic. de clar. Orator.* c. 67. Non erat abundans, non inops tamen; non valde nitens, non plane horrida oratio. *Id. pro Quint.* c. 12. Non adesa jam, sed abundanti etiam pecunia. *Id.* 1. *de Orat.* c. 6. Græci homines non solum ingenio, et doctrina, sed etiam otio, studioque abundantes. *Id. in Pison.* c. 26. Tu abundantior consilio, ingenio, prudentia quam Crassus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 14. Timæus et rerum copia, et sententiarum varietate abundantissimus. ¶ Speciatim ponitur pro divite, *rich, wealthy, affluent. Cic. Parad.* 6. c. 1. Hæc utrum abundantis, an egentis signa sunt? *Id. Phil.* 2. c. 27. Multa, et lauta supellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. ¶ Cum genitivo. *Nepos in Eumen.* c. 8. Via omnium rerum abundans. *Virg. Ecl.* 2. v. 20. Quam dives pecoris nivei, quam lactis abundans. *Claudian. in Eutrop.* l. 2. v. 380. abundans corporis. *large in size.* ¶ Ex abundanti, *over and above what is immediately requisite, beyond what necessity calls for, as a work of supererogation or superfluence,* supra id quod necesse est. *Quintil.* l. 4. c. *ult.* Egregie vero Cicero pro Milone, insidiatorem primo Clodium ostendit; tum addit ex abundanti, etiamsi id non fuisset, talem tamen civem cum summa virtute interfectoris necari potuisse. Adde *Paul. Dig.* l. 33. tit. 10. leg. 9.

ABUNDANTER, adverb. *abundantly, copiously, largely,* copiose, large, περισσῶς. *Plin.* l. 24. c. 9. *prope fin.* Fructum abundanter ferre. *Sueton. in August.* c. 74. Cœnam abundantissime præbere. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 35. Copiose, et abundanter loqui. *Id. in Top.* c. 10. Aliis disputationibus abundantius occurrunt (*loci Topici,*) aliis angustius. *Sil.* l. 5. v. 453. abundanter defusus sanguis.

ABUNDANTĬA, æ, f. *abundance, plenty, plenteousness, exuberance,* εὐπορία, περιουσία. Proprie dici videtur de humoris, aut aquæ copia, aut fluxu: ab *undo, as. Plin.* l. 24. c. 18. abundantia lactis. Et l. 20. c. 23. genituræ. Et l. 27. c. 12. feminarum. *h. e.* menstruorum nimius effluxus. Et l. eodem c. 5. abundantia sanguinis ex vulneribus. *Vitruv.* l. 5. c. 9. abundantia palustris. *h. e.* copia aquæ palustris. ¶ Sæpissime usurpatur de qualibet affluentia, ubertate, copia. *Plin.* l. 33. c. 10. Abundantia pecuniæ. *Tacit. in Agric.* c. 33. commeatuum. *Cic. de Amic.* c. 23. Omnium rerum, quas natura desiderat, abundantia, et copia. *Id.* 7. *Fam.* ep. 1. Abundantia otii. *Id. Fam.* 1. ep. 9. Abundantia amoris erga me tui. *Id.* 3. *de Fin.* c. 20. voluptatum. ¶ Absolute de divitiarum copia, *riches, wealth, affluence. Tacit.* 2. *hist.* c. 94. Tanquam in summa abundantia, pecuniæ illudere. *Id. in Agric.* c. 6. Ludos, et inania honoris modo rationis, atque abundantiæ duxit.

ABUNDATĬO, onis, f. *an overflowing of water, an inundation,* aquæ abundantia. *Plin.* l. 3. c. 16. Omnia ex Philistinæ fosse abundatione nascentia. *scilicet* flumina.

ABUNDE, adverb. *abundantly, in abundance, amply, sufficiently, enough,* εὐπόρως, abundanter, copiose, affatim, large: ab adject. *abundus,* ex quo intelligitur ultimam vocalem in versu producendam esse. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 1. Erit abunde satisfactum toti huic quæstioni. *Sallust. in Jugurth.* c. 102. Parentes abunde habemus; amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium satis fuit. ¶ Regit

et genitivum. [illegible] Se jampridem potentem, [illegible] [illegible] Ferreum, et [illegible] est. ¶ Jungitur etiam ad[illegible] [illegible] [illegible] Sallust. [illegible] [illegible] ¶ [illegible] c. 5. [illegible] [illegible] [illegible] Mihi [illegible] est, si satis expressi, quod [illegible] [illegible] Utrumque tam magnum est, ut [illegible] ¶ [illegible] desunt exempla.

ABUNDO, as, avi, atum, n. 1. *to abound, [illegible]*, [illegible]. Proprie dicitur de aquis, aut humoribus large, aut nimis exundantibus, et superfluentibus: ab *undo, as. Tibullus* l. 1. [illegible] Qualis [illegible] cum findit Syrius agros, Fertilis æstiva Nilus abundat aqua. [illegible] l. 5. c. 15. [illegible] Quando [illegible] Albana [illegible] *Plin.* l. 18. c. 22. Ternis fere millibus [illegible] partem fons abundat. *Lucret.* l. 6. v. [illegible] [illegible] abundare et faceret, camposque natare. *Virg.* [illegible] v. 131. Rursus abundabat fluidus liquor. [illegible] 94. Quæ ex luco abundavit, [illegible] ¶ Sæpius de quibuscumque rebus [illegible] *Cic.* [illegible] *de Div.* c. 29. Sive naturæ deest [illegible], sive abundat, atque affluit. *Id. de Senect.* c. 16. [illegible] porco, hædo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. *Id. Fam.* 10. ep. 10. Abundare honoribus. *Id. ibid.* ep. 16. consilio. *Id.* 2. *de Orat.* c. 35. copia orationis. *Id.* 1. *Offic.* c. 1. præceptis Philosophiæ. *Id.* 4. *Fam.* c. 8. ingenio. *Terent. Phorm.* 1. 3. 11. amore. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 6. Theophrastus abundavit in eo genere rerum. *Alii ex auctoritate* Turnebi, ex MSS. *leg.* habitavit. ¶ Olim habuit etiam genitivum. *Lucil.* apud *Non.* c. 9. n. 6. Quarum et abundemus rerum, et quarum indigeamus. ¶ Habet præterea alios casus vi præpositionis. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 15. Cum ex reliquis, quæ nonis April. fecit, vel abundare debeam. *Lucret.* l. 5. v. 918. quæ de terris nunc quoque abundant Herbarum genera, ac fruges, arbustaque læta. *h. e.* erumpunt, enascuntur, et velut exundantes aquæ e terra exsiliunt. ¶ Absolute est divitem esse, *to be rich, wealthy, [illegible]*. *Cic. de Amic.* c. 7. Et absentes adsunt, et egentes abundant, et imbecilles valent. [¶ Particip. [illegible] habetur apud *Tertullian. adv. Marc.* l. 4. c. 24. Expeditionem per civitates abundaturam circumcidens, sicut et egituram per solitudinem struxerat.] ¶ Inter *abundare*, et *redundare* hoc interest, quod *abundare* dicuntur quæ multa sunt, *redundare* quæ supervacanea. Quamquam hæc differentia non semper servatur. *Ascon. in* [illegible] *Verr.* 3. c. 11. [illegible] *populus R.* [illegible] *manu vindicasset.* Confusa locutio: abundare enim videtur *non*. hoc est *redundare*. ¶ Pro superare, excedere *Nerat. Digest.* l. 17. tit. 1. leg. 35. Sic et tua pars artabitur, ut non abundet mandati quantitatem. ¶ In antiquis quibusdam codicib. teste *Vossio in Etymol. in voce Unda*, legitur scriptum *habundo* cum aspiratione ad augendum vocis sonum, ut idem *Voss.* advertit: quæ tamen scribendi ratio non obtinuit.

ABUNDUS, a, um, *abundant, copious*, abundans, copiosus, εὔπορος. Hinc adverb. *abunde* formatum est. *Accius apud Non.* c. 4. n. 192. Neque tam abundis fortunis ferox. *Al. leg.* abundans. *Gellius* l. 1. c. 2. Lavacris nitidis, et abundis, et collucentibus. *Paulin. Nolan. in* Nat. XIII. *S. Fel. edit. Murator.* v. 734. Fluxit abunda tuis aqua potibus, atque lavacris.

ABVŎLO, as, avi, atum, n. 1. *to fly off or away, to take one's departure*, volando abeo. *Cornel. Gall. (incertæ auctoritatis scriptor) eleg.* 1. v. 249. Ipsa etiam cunctis requies gratissima, somnus Abvolat, et sera vix mihi nocte redit. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 32. Fluit corporis voluptas, et prima quæque abvolat. *Ita hoc loco quidam codices: at meliores, et plures* avolat.

ABŪRO, is, a. 3. *to set fire to, to burn*, uro, comburo. *Prudent. in Hamartig.* v. 767. Ruth cum per stipulas agrestis aburitur æstu. *Al. rectius leg.* agresti amburitur æstu.

ABUSĬO, onis, f. *[illegible] a [illegible] to another use*, κατάχρησις. Hoc nomine designatur figura Rhetorica, quam ita describit *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 33. Abusio est, quæ verbo simili, et propinquo pro certo et proprio abutitur, hoc modo: Vires hominis breves sunt, *aut* Parva statura, *aut* Longum in homine consilium, &c. Et *Cic. in Orat.* c. 27. Abusio, quam κατάχρησιν vocant, ut cum minutum dicimus animum pro parvo, et abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod delectat, vel quod decet. ¶ Hinc *dicere per abusionem*, figura Abusionis uti. *Quintil.* l. 10. c. 1. Per abusionem sicarios etiam omnes vocamus, qui cædem telo quocumque commiserint. ¶ Abusio pro malo usu raro admodum invenitur. *Salvian.* l. 8. *paulo post princip.* Deum inertiæ, et abusionis, et iniquitatis accusant. ¶ Quod autem quidam afferunt ex *Cicer.* l. 11. *Attic.* ep. 22. *vini abusio*, neque ibi, neque alibi adhuc inveni.

ABUSĪVE, adverb. *in a sense, or meaning, different from the natural and accepted one*, per figuram abusionem, καταχρηστικῶς. *Quintil.* l. 8. c. 6. Poetæ solent abusive etiam in his rebus, quibus nomina sua sunt, vicinis potius uti: quod rarum in prosa est. *Ulpian. Digest.* l. 29. tit. 3. leg. 2. Testamentum proprie illud dicitur, quod jure perfectum est: sed abusive ea quoque testamenta appellamus, quæ falsa sunt, vel injusta. *Id.* l. 47. tit. 10. leg. 15. *a med.* Verberasse dicitur abusive et qui pugnis ceciderit. ¶ Ab *Ammiano* sumitur pro perfunctorie, dicis causa, [† Vide infra in *Dica.*] extra ordinem, *for form's sake, [illegible]*. l. 24. c. 4. (*al.* c. 14.) *a med.* Cum enim discessuræ partes levius concertarent, abusive incusso ariete, sternitur omnibus altior turris.

ABUSĪVUS, a, um, adject. *contrary to proper use, catachrestical*, per abusionem dictus, καταχρηστικός. *Auct. paneg. ad Constantin.* c. 4. Nomen ipsum abusiva appellatione mutilatum.

ABUSQUE. *from as far as*, usque ab, præpositio ablativum casum regens poetica magis quam oratorum propria. Scribi potest etiam divisim *ab usque*. *Virg.* 7. *Æn.* v. 288. classemque ex æthere longo Dardaniam Siculo prospexit ab usque Pachyno. *Apulei. in Apolog.* Abusque Œensium finibus. *Tacit. Ann.* 15. c. 37. Animalia maris Oceano abusque petiverat.

ABŪSUS, us, m. *an applying to a different use, a consuming by unlawful use (as of provisions)*, δαπάνη, absumedo, absumptio, quæ utendo fit. *Cic. in Top.* c. 3. Non debet ea mulier, cui vir bonorum suorum usumfructum legavit, cellis vinariis, et oleariis plenis relictis, putare id ad se pertinere. usus enim, non abusus legatus est. *ad quem locum V. interpretes.* Hinc a JCtis *res quæ in abusu* dicuntur, quæ usu omnino consumuntur, et pereunt. *Ulpian.* l. 7. *Digest.* tit. 5 leg. 5. Quæ in usufructu pecuniæ diximus, vel ceterarum rerum, quæ sunt in abusu, eadem et in usu dicenda sunt. *Id. ibid.* leg. 7. Idem de ceteris rebus, quæ abusu continentur, intelligimus. Adde *ibid.* tit. 8. leg. 12. et l. 12. tit. 2. leg. 11. V. *Abutor.*

ABŪSUS, a, um, particip. passivæ significationis. V. in voce sequenti.

ABŪTOR, eris, abusus sum, dep. 3. *to abuse, turn to improper use, apply to a wrong end, or to a purpose different from the intended one*, καταχράομαι, παραχράομαι, male utor, perperam adhibeo. *Cic.* 1. *Catil.* c. 1. Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? *Id. pro Sext. Rosc. Amer.* c. 19. Judicio, ac legibus, ac majestate abuti ad quæstum, et libidinem. *Id. pro Quint. c. ult.* Ornamentis alicujus abuti pro spoliis. *Terent. Phorm.* 2. 3. 66. Abuti muliere. *h. e.* eam vitiare. ¶ Cum accusativo præsertim apud Comicos. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 29. Jamdiu ædepol sapientiam tuam abusa est hæc. [Cum accusativo *Lucret.* l. 5. v. 1932. Sentit enim vim quisque suam, quam possit abuti. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 29. &c.] ¶ Interdum accipitur in bonam partem pro uti, *to apply to one's own use contrary to original intention, to turn out of the natural course to one's own purpose*; ita tamen ut dicatur de iis rebus, quibus aliter utimur, quam a natura comparatæ sunt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. Nos sagacitate canum ad utilitatem nostram abutimur. *Liv.* l. 27. c. 46. Abuti errore hostium absentium, præsentiumque. *h. e.* alienum errorem per se malum ad proprium usum traducere. Adde *Cic.* 9. *Fam.* ep. 6. [Si locum ipsum attulisset *Forcellinus*, sententiæ fuisset refragatus, quæ sanxit usurpari in bonam partem *abutor* de iis rebus tantum, quibus aliter utimur, quam a natura comparatæ sunt. Ibi enim agitur de cultura studiorum, quæ non ad aliud instituta sunt, nisi ut iis bene uti possimus. En locus *Cicer.* Quæ igitur studia, magnorum hominum sententia, vacationem habent etiam publici muneris, iis concedente republica cur non abutamur?] Et *Ulpian. Digest.* l. 7. tit. 1. leg. 7. ¶ Est etiam large, et plene uti, *to use, or avail one's self of, without reserve.* *Cic. Verr.* 7. c. 43. *extr.* Libertate quam vos sociis dedistis, hac ille in acerbissimo supplicio miserrimæ servitutis abusus est. *Id. Attic.* l. 16. ep. 6. *sub fin.* Qui non meminissem, me abusum illo procemio. (Adde l. 12. ep. 6.) *Colum.* l. 7. c. 9. Rimari paludes, ut porci aquis abuti possint. *Quintil.* l. 5. c. 10. Potest videri hoc nomine recte abusus. *Nazar. in paneg. Constant.* c. 30. Adhiberem omnes flosculos, et abuterer exquisito quodam lepore ac venustate dicendi. ¶ Item consumere, utendo absumere, *to use up, consume by using, waste, run through.* *Cato R. R.* c. 76. Linito usque adeo, donec omne caseum cum melle abusus eris. *Al. leg.* adusus. *Cic. Verr.* 3. c. 9. Nisi omni tempore, quod mihi lege concessum est, abusus ero. *h. e.* nisi omne tempus dicendo absumpsero. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 56. Qui abusus sum tantam rem patriam. *Terent. Andr. prol.* v. 5. Nam in prologis scribundis operam abutitur, Non qui argumentum narret, sed &e. *h. e.* consumit operam, et laborem omnem insumit. ¶ Hinc passive, eadem consumendi significatione. *Varr. apud Priscian.* l. 8. p. 702. *Putsch.* Utile utamur potius, quam ab rege abutamur. *Q. Hortens. ibid.* Abusis jam ab omnibus locis. καταχρησθέντων. *Plaut. Asin.* 1. 3. 44. Ubi illa, quæ dedi ante? *Le.* abusa sunt. ¶ Ad hanc consumendi significationem pertinent notata a *Donato in Terent. Andr. prol.* v. 5. Utimur, *inquit*, fructibus rei, quæ salvo usu nobis subministratur: abutimur, quando deperdimus et rem, et fructum. nam usui est ager, domus: abusui vinum, oleum, et cetera hujusmodi: *et Boeth. in Cicer. Top.* c. 3. Utimur his, quæ nobis utentibus permanent: his vero abutimur, quæ nobis utentibus pereunt. ¶ Participia *abutens*, et *abutendus*. *Vellei.* l. 2. c. 105. Virum navum, agilem, providum, sed eundem, ubi negotia fecissent locum, otio liberaliter abutentem. *Cic.* ep. 3. *ex recentiorib. ad Brutum.* Tibi persuadeas, non fore illi abutendum gloria tua. ¶ *Abutendus* passiva significatione. *Sueton. in Galb.* c. 14. His adeo se abutendum permisit, ut vix sibi ipse constaret.

ABYDĒNUS, a, um, adject. *of or belonging to Abydus*, Ἀβυδηνός, ad Abydum oppidum pertinens. *Ovid. in Ibin*, v. 690. Omnis Abydena sit tibi pejor aqua. *Id.* 1. *Trist.* eleg. 9. v. 28. Seston Abydena separat urbe fretum. ¶ *Abydenus*, i, et *Abydeni, orum*, incola, vel incolæ Abydi. *Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 1. Mittit Abydenus, quam mallet ferre, salutem. *Liv.* l. 31. c. 16. Abydeni regi portas clauserunt.

ĀBȲDUS, et Abydos, i, f. et m. Ἄβυδος, oppidum Asiæ non longe positum ab ostiis Simoentis amnis, in ora Hellesponti, cui Sestos in Europa opponitur, angusto maris freto intercedente: quæ duo oppida nunc *the Dardanelles* vocantur. *Plin.* l. 5. *c. ult.* Oppidum appellavimus Abydum, ubi angustiæ septem stadiorum. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 127. Vel tua me Sestos, vel te mea sumat Abydos. *Id. ibid.* ep. 19. v. 30. aut quæro, si quis Abydon eat. *Virg.* 1. *Georg.* v. 207. ostriferi fauces tenantur Abydi. [¶ Fuit etiam Abydus Ægypti oppidum, Memnonis regia, et Osiridis templo inclytum, 7500. passuum in Libyam remotum a flumine Nilo. *Plin.* l. 5. c. 9. sect. 11.]

ABȲLA, æ, f. Ἀβύλη, mons excelsus Africæ in ora Mauritaniæ, Calpæ monti, qui in Hispania est, oppositus, quos ambos Herculis columnas, et ejus laborum metas vocant, Gaditano freto interjecto. *Avien. in Perieg.* v. 111. Maura Abyla, et dorso consurgit Iberica Calpe. [Hæc omnia delenda censemus; nam quæ hic *Abyla* legitur, eadem omnino est ac *Abila*, quæ suo loco posita est. *Abyla* itaque et *Abila* nullum discrimen habent; *Abilam* habet ubique *Plinius*, imo etiam ipse *Avienus in ora marit.* v. 86. et 342. aliique permulti; proinde perperam *Forcellinus Abilam* ab *Abyla* ita distinxit, ut diversas esse voces putaverit, cum hæc differentia in eo tantum sita sit, ut una eademque vox alio atque alio modo scribatur.]

ABYSSUS, i, f. *water that does not admit of being sounded by line, an unfathomable lake, a bottomless pit, an abyss*, ἄβυσσος. Abyssus, inquit *Isidor.* l. 13. *Orig.* c. 20. est profunditas aquarum impenetrabilis, sive speluncæ aquarum latentium, de quibus fontes, et flumina procedunt, vel quæ occultæ subter eunt: a Græco *α* intensivo, et βυσσός Ionice pro βυθός, profunditas. *Alcim. Avit.* l. 4. v. 534. Quæque prius vomuit lethali ex ore fluenta, Obicibus propriis constricta resorbet abyssus. ¶ Ab Ecclesiasticis Scriptoribus sumitur etiam pro loco inferorum, *hell, the great fiery lake.* *Prudent. in Hamartigen.* v. 835. Mersandam penitus puteo ferventis abyssi.

A C.

AC. *and*, καὶ, et, atque. Conjunctio copulativa, quæ in media periodo raro vocali, sæpius consonanti præponitur, excepta *c*, et *q*. tunc enim pro *ac* ponitur *et*, *atque* ad evitandum duriorem concursum. *Terent. Andr.* 1. 1. 47. Vitam parce, ac duriter agebat, lana, ac tela victum quæritans. *Sueton. in Aug.* c. 19. Tumultus, ac etiam rerum novarum initia. (Adde *in Cæs.* c. 26. et 55.) *Cic. pro Dom.* c. 50. Si illa lex est, ac non vox sceleris, et crudelitatis tuæ. ¶ Eleganter ponitur in principiis periodorum, et fere ante consonantes, servitque transitionibus. *Cic. Divin. in Verr.* c. 19. Ac vide quid differat inter meam opinionem, et tuam. *Id. pro Leg. Manil.* c. 13. Ac primum quanta innocentia debent esse imperatores! *Id. pro Mur.* c. 3. Ac de officio defensionis meæ fortasse alia in parte orationis dicendum nobis erit. *Id. Fam.* 5. ep. 12. Ac ne forte [illegible], cur, &c. [¶ *Ac quoque* per pleonasmum dici videtur. *Cels.* l. 2. c. 6. Ac sanguinem quoque in febre vomuisse, pestiferum est. et l. 2. c. 3. et l. 7. c. 18.] ¶ Sequente vocali *Sueton. in Tiber.* c. 12. Ac in semet augendo parcus, &c. *Sed plerique omnes rectius multo* at. *Pers.* sat. 6. v. 45. ac jam postibus arma, Jam clamydas regum, &c. Sed prima in *jam* littera consonantis vice fungitur. ¶ Post adverbia *æque*, *aliter*, *contra*, *juxta*, *pariter*, *perinde*, *secus*, *similiter*, et alia id genus, *ac* ponitur, et significat *quam*, vel *ut*. *Cic. de Amic.* c. 6. Qui illis æque, ac tu ipse, gauderet. *just as much as you.* *Liv.* l. 44. c. 22. Æque enixe parabit, ac si ipse id bellum gesturus esset. *as earnestly, as if*, &c. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 13. Si aliter scribo, ac sentio. *Id. pro Balb.* c. 3. Quod non contra, ac liceret, factum diceretur. *Liv.* l. 37. c. 54. Vestrum nomen juxta, ac Deos immortales intuetur. *Ter. Phorm.* 5. 3. 3. Pariter me adjuves, ac dudum opitulata es. *Liv.* l. 28. c. 38. Perinde ac debellatum in Italia foret. *just as though.* *Cic. pro Planc.* c. 1. Cujus ego salutem non secus, ac meam, tueri debeo. *not otherwise than my own.* *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 3. Similiter facis, ac si me roges. ¶ Eadem

significatione ponitur post adjectiva *contrarius, similis, dissimilis, par, alius,* et his affinia. *Cic.* 3. *Verr.* c. 46. Contrarium decernebat, ac paulo ante decreverat. *Liv.* l. 5. c. 5. Consilia vestra non dissimilia, ac si quis ægro, &c. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 5. Par desiderium sui reliquit, ac T. Gracchus reliquerat. *Id. in Orat. c. ult.* Aliud mihi, ac tibi videri potest. ¶ Item post comparativa. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 2. Diutius abfuturus, ac nollem. ¶ Reperitur etiam sequente altero *c. Cic.* 2. *Tuscul.* c. 21. Hos quidem, ut famulos, vinclis, ac custodia arceamus. *Cæs.* l. 1. *B. Gal.* c. 44. Ac contra se castra habuisse. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 75. Ac conquiescere vetuit. ¶ Interdum significat *contra quam*, aut *secus ac*, monente *Donato* ad illud *Terent. Andr.* 5. 1. *v. ult.* Nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui, dicere. *Alii exponunt* ut, sicut. ¶ Ponitur item pro *et quidem. Terent. Heaut.* 4. 5. 15. Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens. *and in truth with good will, aye and with pleasure too.* Potest etiam verti, idque, *and that too most willingly.* ¶ *Ac si* pro *non secus ac si,* legitur in antiqua Inscript. apud *Gruter.* p. 475. n. 3. Commodisque publicis, ac si Decurio, frueretur.

ACACIA, æ, f. *a kind of thorny shrub, from which gum-arabic is produced,* ἀκακία, frutex spinosus, semine lenticulæ simili, minore tantum et grano, et folliculo. Exprimitur ex eo succus eodem nomine, varios usus habens in medicina. *Plin.* l. 24. c. 12. et *Cels.* l. 6. c. 6. n. 1. 5. 6. 7. &c. ¶ Hujusmodi succo olim utebantur pro fuco. *Petron.* in *Satyr.* c. 23. Perfluebant per frontem sudantis acaciæ rivi, et inter rugas malarum tantum erat cretæ, ut putares detectum parietem nimbo laborare.

ACADEMIA, f. *a place near Athens, where Plato taught philosophy,* ἀκαδημία, *Suidæ,* ἀκαδήμεια, et ἑκαδήμεια *Stephano.* Locus nemorosus, ab Athenis mille passus distans, ab Academo Heroe. Vide *Laert. in Platon.* Duci potest ab ἄκος, medela, et δῆμος, populus, quod ibi sit officina sanandi animos: Vel ab ἑκὰς, et δῆμος, seorsim a populo. Ibi commoratus est Plato, et Philosophiam magna discipulorum frequentia professus est. Unde et ejus sectatores Academici vocati sunt, sicut a Stoa Stoici. Antea per E scribebatur, *Ecademia.* V. *Academus.* ¶ Erat autem Academia gymnasium inferius, cum superiori gymnasio nomen esset Lyceum, quæ et inferior ambulatio, et superior dicebantur. Lyceum vero nomen fuit Scholæ Aristotelicæ. ¶ Per metonym. ponitur pro philosophia Academica, et secta philosophorum. *Cic. de Orat.* l. 1. c. 10. Instaret Academia, quæ quidquid dixisses, id teipsum scire negaret. *Id. ibid.* c. 18. Hic erat mos patrius Academiæ, adversari semper omnibus in disputando. ¶ Varia porro est Academiarum, hoc est sectarum divisio. Nam *Laertius* tres nominat, veterem, mediam, novam: veteris Platonem, mediæ Arcesilam, novæ Lacidam auctorem, et principem appellat. *Sextus Empiricus* quinque enumerat. Primæ auctorem facit Platonem, secundæ Arcesilam, tertiæ Carneadem, quartæ Philonem et Charmidam, quintæ Anthiocum. *Cicero* duas tantum agnoscit, *veterem* primam, *novam* alteram appellans: (et *adolescentiorem Fam.* 9. ep. 8.) in vetere floruisse scribit Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, Parmenidem, Xenophanem, Socratem, Platonem, Speusippum, Xenocratem, Polemonem, Cratetem, Crantorem: in nova Arcesilam, qui negabat esse quidquam, quod sciri posset; post eum Lacydem, Evandrum, Egesimum, Carneadem, Clitomachum, et Philonem: qui Arcesilam secuti, contra omnium sententias disputabant: in quo modestiores fuerant veteris Academiæ philosophi. V. *Eund.* l. 1. et 2. *Academ.* ubi de utriusque Academiæ placitis, et Philosophis disserit. V. etiam *Manut. in commentar. ad* l. 9. *Famil.* ep. 8. ¶ Fuit etiam Academia villa Ciceronis, memoratu digna, ab Averno lacu Puteolos tendentibus imposita litori, celebrata porticu, et nemore, quam ille *Academiam* vocabat exemplo Athenarum, ibique composuit libros, qui Academici inscribuntur. *Plin.* l. 31. c. 2. [¶ Habuisse Ciceronem suam Academiam etiam in Tusculano apparet ex l. 2. *Tuscul.* c. 3. et l. 3. c. 3. tum ex l. 1. *de orat.* c. 21.] ¶ Penultima modo longa est, modo brevis. Producitur illo carmine apud *Cic.* l. 1. *Divinat.* c. 13. Inque Academia umbrifera, nitidoque Lyceo. Adde *Lauream Tullium* apud *Plin. loc. cit.* Extrita priore diphthongi vocali, *Claudianus* corripuit *de Consul. Mall. Theod.* v. 94. In Latium spretis Academia migrat Athenis. Adde *Sidon.* carm. 15. v. 120. Putant aliqui penultima longa locum significare, brevi sectam. [† Penultimam hujus vocis apud probæ notæ scriptores semper productam legi, primus, uti audio, observavit vir doctissimus S. Parr. Cf. Aristoph. Nub. 1001. (ed. Kust.) Ἀλλ' εἰς Ἀκαδημίαν κατιὼν, ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξεις. Epicrat. Comic. apud Athen. 2. p. 59. D. ed. Casaubon. Ἀκαδημίας, ἤκουσα λόγων. Metrum est utrobique anapæsticum; hic acatalectum dimetrum, illic tetrametrum catalectum. Addas Alex. Com. (Grot. Exc. p. 561.) Λύκειον, Ἀκαδημίαν, Ὠδείου πύλας, et rursum; (p. 571.) Τοῦτ' ἔστιν Ἀκαδημία, τοῦτο Ξενοκράτης;]

ACADEMICE, es, adject. femin. Græcæ positionis pro *Academica,* Ἀκαδημική. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 16. Illam Academicen σύνταξιν totam ad Varronem traduximus. *h. e.* libros Academicorum.

ACADEMĬCUS, a, um, *belonging to the Academia,* ἀκαδημικὸς, ad Academiam pertinens. Hinc Cicero libros suos in ea villa compositos, quam Academiam vocabat, Academicas quæstiones inscripsit. ¶ *Academici, orum,* fuere certa philosophantium familia, et duplicis quidem generis, veteres, et novi. Veterum princeps fuit Plato; recentiorum Arcesilas, ut *Cic.* docet in *Academ. quæst.* l. 1. *c. ult.* V. *Academia.* Novasse autem videbatur Arcesilas institutum, quod nihil comprehendi, et doceri de quaquam re posse, incertaque esse omnia pronunciaret. Id faciendum putavit, quod Socratem quoque, et Platonem in utramque partem disputasse, et nihil affirmasse animadverterat. Quam ob causam *Cicero* nihil putat inter veterem, et novam sectam interesse. Alii tamen plura afferunt Academiæ genera. *Diogenes* enim *Laert.* veterem, mediam, et novam facit, hujusque Auctorem Carneadem, mediæ Arcesilam, veteris Platonem, ut dictum est. Vide *Plutarch. in Lucull.* [¶ Academici dicuntur a nostris Latine scribentibus, qui cœtus celebrant litteratorum hominum, aut eorum, qui plerasque ingenuas artes profitentur, quique in eorum numerum sunt cooptati, cœtus vero ipsi *Academiæ.* Verum id non recte, ut putat *Morcellus de Stil. Inscript. Latin.* p. 527. Mitto enim, inquit, ab antiquis philosophos tantum eo nomine fuisse appellatos; illud maxime valere debet, ne hujusmodi nomen recipiamus, quod Academiæ nomine non cœtum aliquem Philosophorum, qui alii alia proderent, explicarentque, sed unius Scholam Philosophi designabant, Platonis, puta, aut Arcesilæ, aut Lacydæ; quo juventus Atheniensis discendi causa conveniebat. Hæc ille. Quare si de litteratis viris agatur, *Sodales Litterarios* dicendos putat, addita appellatione urbis, ad quam spectant; si de ceteris, ab arte, quam profitentur, demonstrandos esse, dicendumque, *Pictores, Statuarios, Architectos,* &c. *ex Collegio urbano Sodalium,* aut *Collegiatos Corporis Urbani Sodalium,* addito loci nomine, ad quem pertinent. At vero, ut nobis videtur, traductione et immutatione nostris etiam uti licet; et similibus ac finitimis veterum rebus res nostræ significari possunt; neque improbanda in his vocibus ea denominatio, quam ipsa etiam Italica lingua adoptavit.]

ACADĒMUS, i, m. heros quidam, quem nonnulli eundem ac Cadmum fuisse putant, a quo Academia nomen habuit. Hic primus Castori, et Polluci Helenam a Theseo raptam, et Aphidnis occultatam indicasse dicitur: magno ob id in honore a Lacedæmoniis habitus. Ejus fuit villa mille passus ab Athenis distans, in qua postea Plato docuit, Academiamque appellavit. *Horat.* l. et ep. 2. v. 45. Atque inter silvas Academi quærere verum. Alii scripsere *Ecademus,* et hinc *Ecademia:* Alii *Echedemus,* et *Echedemia.* Hæc ex *Voss. de sectis Philosophor.* c. 12. §. 3. [† Et Ἀκάδημος et Ἑκάδημος habet Suidas in Ἀκαδημία, locum citans Aristophanis Nub. supra laudatum; ubi tamen Ἑκαδημίαν legit pro Ἀκαδημίαν. Idem ad v. Ἑκαδημία sic scribit: Οὕτως πρότερον ἐκαλεῖτο ἡ ἀκαδημία, ἀπὸ Ἑκαδήμου τινὸς ἥρωος.]

ACALANTHIS, idis, f. ἀκαλανθίς, avis minima, colore viridi obscuro. V. *Acanthis. Virg.* 3. *Georg.* v. 338. Litoraque halcyonem resonant, acalanthida dumi. *acalanthida* accusativus est Græcæ positionis pro *acalanthidem.* Ita autem legi in antiquis exemplaribus testatur *Pierius:* alii plerique legunt *et acanthida dumi.*

ACĂNON, i, ἄκανον, herba spinosa, et brevis. *Plin.* l. 22. c. 9.

ACANTHĪCE, es, f. lacryma helxines herbæ. *the gum of the herb helxine. Plin.* l. 21. c. 16. Helxines hujus vertex summus lacrymam continet jucundi saporis, acanthicen mastichen appellatam.

ACANTHILLIS, idis, f. *the herb wild asparagus,* ἀκανθιλλὶς herba, Latine asparagus agrestis appellata. *Apulei. de herb.* c. 84.

ACANTHĪNUS, a, um, adject. *belonging to the herb brankursin, or bear's foot,* ἀκανθώδης, qui est acanthi, vel acantho similis. [*Colum.* l. 9. c. 4. Caules acanthini.] *Plin.* l. 25. c. 7. Euphorbia specie thyrsi, foliis acanthinis. *Isid.* l. 17. c. 9. Acanthina vestis. *h. e.* acanthi foliis intexta, ut *Idem* exponit. *Salmasius ad Vopisc. in Aureliano,* c. 46. acanthinas vestes fuisse ait, quæ texebantur ex lanugine, qua acanthii folia sunt obducta. Harum meminit etiam *Varro.* V. vocem sequent.

ACANTHĬON, ii, n. *a shrub resembling the white thorn,* ἀκάνθιον, frutex est spinæ albæ similis, minoribus tamen multo foliis, aculeatis per extremitates, et araneosa lanugine obductis: qua collecta etiam vestes quædam bombycinis similes fiunt in Oriente. *Plin.* l. 24. c. 12. Paulo aliter *Varro apud Serv.* ad 1. *Æn.* v. 649. Ctesias ait in India esse arbores, quæ lanam ferant. Item Epicadus in Sicilia, quarum floribus cum dempti sunt aculei, ex his implicitis mulieres multiplicem conficere vestem. Hinc vestimenta acanthina appellata. Hæc *Varro.* Neque vero hinc colligas, apud *Virgil. loc. cit.* ubi ait *circumtextum croceo velamen acantho,* intelligi debere vestem hujusmodi lanugine confectam. Nam *acantho* dixit *Virgil.* non *acanthio. Servius* autem, qui ad hunc locum ea *Varronis* verba attulit, rem nihil eo pertinentem attulit.

ACANTHIS, idis, f. ἀκανθὶς, avis minima stridulo cantu, colore viridi obscuro, quæ inter spinas, et carduos degit, et pascitur: unde et nomen traxit. nam ἄκανθα Græce spinam significat. Perpetuas cum asinis inimicitias gerere dicitur spinarum flores devorantibus. Uno partu duodenos parit. Ita eam *Plin.* l. 10. c. 63. describit. Quidam putant, eandem esse, quæ alio nomine carduelis dicitur. Alii eam, quæ a *Gaza* ligurinus vocatur, fortasse διὰ τὸ λιγυρὸν τῆς φωνῆς, ab argutia vocis, Angl. *a goldfinch.* Atque hujus posterioris sententiæ auctor præcipuus est *Gesnerus.* Sed difficile est in re tam obscura rem ipsam attingere. *Plin.* l. 10. c. 74. Et acanthis in spinis vivit. *Virg. Georg.* 3. v. 338. Litoraque halcyonem resonant, et acanthida dumi. *Calpurn.* ecl. 6. v. 6. credibile est, ut vincat acanthida cornix. *acanthida* accusativus est Græcæ positionis pro *acanthidem.* In loco *Virgilii* quidam reponunt *acalanthida dumi,* (V. *Acalanthis.*) sed eodem sensu. ¶ Est etiam nomen herbæ, quæ alio Græco nomine Erigeron, Latino autem *Senecio appellatur. Plin.* l. 25. *c. ult.*

ACANTHIUS, a, um, adject. *Acanthius sal,* (sic appellatus ab Acantho Macedoniæ oppido, circa quod nascitur) dicitur a *Plin.* l. 31. c. 7. in ignem conjectus nec crepitare, nec exsilire.

ACANTHUS, i, m. *the herb branch-hircin, or brank-ursin, bear's-foot,* ἄκανθος, herba folio, quam lactucæ, latiore multo, et longiore Erucæ modo incisuris divisa, et laciniosa, radice pedes ursi anteriores referente: unde Anglica vox deducta est, in hortis nascens, et locis humentibus. Ejus duo sunt genera: alterum silvestre, aculeatum, et crispum, quod brevius, et carduo simile; cui proprie hoc nomen convenit, scil. ab ἄκανθα, spina, quia spinosum est: alterum genus sativum, leve, et glabrum, de quo intelligendus *Virgil.* cum acanthum modo *flexum* appellat, ut 4. *Georg.* v. 123. modo *mollem,* ut *ibid.* v. 137. modo *ridentem,* ut *Eclog.* 4. v. 20. Hujus varios in medicina usus refert *Plin.* l. 22. c. 22. qui secundum hoc genus urbanum appellat, et topiarium, quia scilicet satu, et cultu lætatur, et præterea topiariis operibus aptissimum est. habet enim caulem binum fere cubitorum altitudine, crassitudine digiti, maxime sequacem. Hinc ejus formam tum in columnarum capitulis ordinis Corinthii, ut est apud *Vitruv.* l. 4. c. 1. tum in cælatis vasis insculpebant, et in elaboratis vestibus intexebant. *Virg.* 3. *Eclog.* v. 44. duo pocula fecit, Et molli circum est ansas amplexus acantho. *Propert.* l. 3. eleg. 7. v. 14. At Myos exiguum flectit acanthus iter. *h. e.* Myos cælatura flexuoso opere in acanthi formam elaborata. *Virgil. Æn.* 1. v. 649. et 715. Et circumtextum croceo velamen acantho. ¶ Est præterea *acanthus,* i, f. arbor quædam spinosa, nobis incognita, in Ægypto maxime proveniens, semper frondens, florem candidum, baccasque ferens, seu siliquas, et in iis semina, ex quibus succus exprimitur variis usibus in medicina aptus, odore suavi. Quidam eam esse putant, quam *Plin.* l. 24. c. 12. Spinam Ægyptiam, et acaciam ejus succum appellat. *Virg. Georg.* l. 2. v. 118. Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsamaque, et baccas semper frondentis acanthi? *Vellei.* l. 2. c. 56. ubi quinque Julii Cæsaris triumphos refert, eorum apparatus, *h. e.* statuas et imagines cæsorum imperatorum, urbium captarum, fluminum, montium, regionum, in quibus pugnatum erat, ex variis materiis fuisse narrat, ut in Gallico triumpho omnia ex citro, in Pontico omnia ex acantho, in Alexandrino ex testudine, in Africo ex ebore, in Hispaniensi ex argento. Ex quo satis liquet, acanthum etiam inter arbores esse numerandam. ¶ Item acanthus nomen est oppidi in Macedonia. *Plin.* l. 4. c. 10. ¶ Item insulæ in Propontide. *Id.* l. 5. *c. ult.* ¶ Ponunt hoc loco quidam Lexicographi fabulam de quodam Acantho, regio puero in florem sui nominis converso: cujus nullum adhuc Latinum auctorem invenimus.

[* ACANTHYLLIS, idis, f. avis quædam, quæ Anglice vocatur *a goldfinch, or linnet. Plin.* l. 10. c. 33. restituit Harduinus, cum legeretur antea *Argatilis;* est enim *Aristotel.* l. 9. c. 20. ἀκανθυλλίς. *Plin. loc. cit.* In genere vitiparrarum est, cui nidus ex musco arido ita absoluta perficitur pila, ut inveniri non possit aditus: acanthyllis appellatur, eadem figura ex lino intexens: quæ *Plinius* ex *Aristotele* mutuatus esse videtur. Hic enim sic *loc. cit.* Τεχνικῶς δὲ καὶ ἡ τῆς ἀκανθυλλίδος ἔχει νεοττία, πέπλεκται γὰρ ὥσπερ σφαῖρα λινῆ, ἔχουσα τὴν εἴσδυσιν μικράν. *Artificiosus acanthyllidis quoque nidus est: intextus enim est perinde ac pila linea, angusto aditu.*]

ACAPNUS, a, um, adject. *that doth not emit smoke,* ἄκαπνος. Vox Græca ab α privativa, et καπνὸς, fumus. *Ligna acapna* dicuntur, quæ vel cocta sunt, vel adeo sicca, ut ardendo fumum non emittant. Legitur in titulo Epigramm. 15. lib. 13. *Martialis.* ¶ *Acapnon mel* dicitur a *Plin.* l. 11. c. 16. et *Colum.* l. 6. c. 33. quod a favis citra fumum eximitur. nam in castrandis favis fumus, seu suffitus ad apes abigendas adhiberi solet, quo non nihil mel vitiatur.

ACARNAN, anis, adject. qui est ex Acarnania. *Virg.* 5. *Æn.* v. 298. quorum alter Acarnan, Alter ab Arcadia. *Liv.* l. 37. c. 45. Mnasimachum Acarnana, et Chalcidenses Philonem, et Eubulidam. *Acarnana* accusativus Græcæ positionis pro *Acarnanem. Sil* l. 3. v. 42. amnis Acarnan. *h. e.* Achelous. [¶ Est et Acarnan, seu, ut alii legunt,

Acarnas, al. Acharnan, mons Atticæ admodum lapidosus, de quo *Senec. in Hippol.* v. 22. Subditus austris frigora mittit Durus Acarnan.]

ACARNANES, um, populi sunt Acarnaniæ. *Liv.* l. 36. c. 12. Acarnanum gens. *Id. ibid.* c. 24. Et Acarnanas restituturum se in antiquam formulam. Et cap. 25. Hic siti sunt Acarnanes, qui &c.

ACARNANIA, æ, f. [† hodie] *Carnia*, Ἀκαρνανία, pars Epiri, quam Achelous fluvius ab Ætolia dividit. *Plin.* l. 4. c. 1.

ACARNANICUS, a, um, adject. *of or belonging to Acarnania*, ad Acarnaniam pertinens. *Liv.* l. 26. c. 25. *ante fin.* Fama conjurationis Acarnanicæ.

ACARNE. V. *Acarne*.

ACASTUS, Ἄκαστος, Magnesiæ rex, uxorem duxit Cretheidem, sive Atalantam, quæ cum Peleum deperiret, ab eoque sperneretur, ultro illum apud maritum de stupro accusavit. Acastus igitur Peleum venationis prætextu in saltum abductum feris lacerandum objecit: sed ille Chironis, sive Mercurii ope liberatus Acastum cum uxore interfecit. ¶ Item Acastus fuit Peliæ Thessalorum regis fil. venator sagittis clarus. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 306. [*Forcellinus* distinctionem instituit inter Acastum Magnesiæ regem, et Acastum Peliæ filium, cum reapse unus et idem sit Acastus rex Magnesiæ, et Acastus Peliæ filius, cui etiam accidit, quidquid de illo hic narrat auctor.] ¶ Item Laodamiæ pater. *Ovid. Heroid.* ep. 13. v. 25.

ACATALECTICUS, et Acatalectus, a, um, adject. *acatalectic, wanting nothing, entire (spoken of a verse that hath the complete number of syllables, without defect or superfluity)*, cui nihil deest, ἀκατάληκτος. Itaque Acatalecticus versus dicitur a Grammaticis cui nulla deest syllaba, quemadmodum *catalecticus*, qui est una syllaba brevior. Prior vox legitur apud *Diomed.* l. 3. p. 501. *Putsch.* Posterior apud *Priscian. in princip. partit. versuum Virgil.* p. 1216. Utraque Græca est ab α privativa, et καταλήγω, desino. [† Ἀκατάληκτα καλεῖται μέτρα, ὅσα τὸν τελευταῖον πόδα ὁλόκληρον ἔχει· οἷον, ὡς ἐπὶ δακτυλικοῦ,

Μοῦσ' ἄγε Καλλιόπα θύγατερ Διός.

Hephæst. Enchirid. de Metr. §. 4. ad quem locum vide quæ Scholiast.]

ACATALEPTOS, ἀκατάληπτος, *h. e.* qui comprehendi, seu percipi non potest, ab α privativa, et καταλαμβάνω, comprehendo: unus est ex æonibus Valentini apud *Tertullian. advers. Valentinian.* c. 35.

ACATIUM, ii, n. *a sort of small vessel, a pinnace, cock-boat, barge, skiff*, ἀκάτιον, diminutivum ab acatus, ut videtur, est genus navis apud Græcos, cujus tamen forma ignoratur. *Plin.* l. 9. c. 30. Prodidit Mucianus concham esse acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata. *Gellius* quoque l. 10. c. 25. inter navigiorum genera enumerat: ponit autem *Acatia*, f. si modo vera est ea lectio, quæ varie in variis codicibus legitur. ¶ *Isidorus* l. 19. *Orig.* c. 3. (et fortasse etiam *Festus* post *Sic.*) acatium ait esse maximum in navi velum, in media navi constitutum. Quod descripsisse videtur a *Polluce*, qui l. 1. c. 9. idem docet, et ἀκάτιος masculino genere usurpat. Alii putant, acatium dictam fuisse ipsam navim, quod eo majore velo uteretur. [*Lexicographus* dubitare videtur, cujus generis navis sit. At *Sueton. in Cæs.* c. 64. narrat, Cæsarem Alexandriæ subita hostium eruptione compulsum fuisse in scapham, sed pluribus eodem præcipitantibus desiluisse in mare, tandem nando evasisse ad proximam navem. *Plutarchus* hoc idem narrans utitur pro *scapha* voce ἀκάτιον. Acatium igitur scapham significat.]

ACATUS, i, f. ἄκατος, idem quod acatium. *Tertull.* l. 5. *advers. Marcion.* c. 1. Quamobrem Pontice nauclere, si nunquam furtivas merces in acatos tuas recepisti, &c. Quidam intelligunt hic navim, quæ solis velis, non remis agitur. V. *Acatium.*

ACAUNUMARGA, æ, f. genus terræ arenosæ, coloris rufi, intermixto lapide terræ minutæ. *Plin.* l. 17. c. 7. ut quidem legit *Harduin.* ex MSS. Nam alii leg. *capnumargos.* Est autem *acaunumarga* ab α privat. et καυνός, malus, vel amarus, *h. e.* marga sine amaritie.

ACAUSTUS, adject. *that will not burn, inconsumable by fire, incombustible (as of the asbestos, the amianthus, and the like)* ignem non sentiens; vox Græca ab α privativa, et καίω, uro. *Plin.* l. 37. c. 7. Principatum habent carbunculi, a similitudine ignium appellati, cum ipsi non sentiant ignes: ob id a quibusdam acausti vocati. *apyroti* legitur in quibusdam Codicibus. quæ vox idem significat: ab α privativa, et πυρόω, uro, inflammo.

ACCA LAURENTIA, Faustuli uxor, quæ Romulum, et Remum lactavit, et aluit, Lupa dicta, quod nobile scortum fuerit. Tales enim nuncupantur *lupæ*, ob avaritiam, cujus causa pudicitiam prostituerunt, et cellæ earum *lupanaria.* In hujus Accæ honorem Romani testamento ejus locupletati Laurentalia quotannis mense Decembri celebrarunt. Neque tamen inter Deas collocanda est, ut scribit *Minuc. Fel. in Octav.* c. 25. Qua de re V. *Norisium Cenotaph. Pis. Dissertat.* 3. c. 5. ¶ De hac Acca verba faciunt *Gell.* l. 6. c. 7. *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 1. *Liv.* l. 1. c. 4. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 3. *a med.* et omnium copiosissime *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 10. Illud modo advertendum, ab aliquibus *Laurentiam* appellari, a plerisque *Larentiam. Ovid.* 3. *Fast.* v. 55. Non ego te, tantæ nutrix Larentia gentis, &c. ¶ Fuit præterea alia Acca Tarratia, vel Taruntia, vel Tarrutia, cui quoque sacrificare quotannis solebant mense Aprili, quæ eadem ac Flora a nonnullis existimata est. *Varr. loc. cit. et Scaliger in Conjectan. et Gell. loc. cit.* [¶ Acca fuit etiam soror et æqualis Camillæ, Volscorum reginæ. *Virgil. Æn.* l. 11. v. 820.

ACCALIA, ium, f. festi dies a Romanis instituti in honorem Accæ Laurentiæ. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. *a med.*

ACCANTO, vel Adcanto, as, a. 1. *to sing to, or by the side of*, juxta, vel simul cano, προσᾴδω. *Stat.* l. 4. silv. 4. v. 55. Maroneique sedens in margine templi Sumo animum, et magni tumulis accanto magistri.

ACCANTUS, vel Adcantus, us, m. verbale ab Accanto. *Martian. Capell.* l. 3. p. 60. Accentus quasi accantus dictus est.

ACCĒDO, is, essi, essum, n. 3. *to draw near or nigh to, to approach, arrive at, come to, accost*, παραγίνομαι, ὑπέρχομαι, advenio, appropinquo, proximus fio: ex *ad*, et *cedo*, quæ ire significat. *Cic.* 7. *Verr.* c. 49. Cum ego ad Heracleam noctu accederem. *Id. Fam.* 4. ep. 4. Cum Senatus ad Cæsarem supplex accederet. *Id. pro Cæcin.* c. 16. Neque illum si eo accessisset, abiturum. *Cn. Magnus ad Domit. post epist.* 12. l. 8. *ad Attic.* Te ei, si propius accessisset, resistere velle. *Cic. Phil.* 10. c. 6. Homo verecundus in Macedoniam non accedit. *Id. Attic.* l. 2. epist. 1. Digito se cælum putant attingere, si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant. Et l. 7. ep. 4. Accedere in Senatum. *Id.* 2. *de legib.* c. 26. Accedere in funus aliorum. *Cic. Phil.* 12. c. 9. Poterone Ariminum tuto accedere? *Virg.* 1. *Æn.* v. 205. penitusque sonantes Accestis scopulos. *accestis* syncope pro *accessistis. Enn. apud Gell.* l. 10. *c. ult.* accedit muros Romana juventus. *Sil.* l. 14. v. 3. Sicanios accedere portus. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 31. Iceni societatem nostram volentes accesserant. ¶ *Accedere in aliquem*, invadere, irruere. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 186. Accessere (nefas!) tenebris fallacibus acti Tyndaridæ in se se. ¶ Cum infinito *Apulei.* l. 4. *metam. p. m.* 103. Dum cunctanter accedo decerpere *rosas.* ¶ De iis, qui in auctionibus licentur. *Cic. Phil.* 2. c. 26. *a med.* Qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, inventus est nemo. *Nep. in Attic.* c. 6. Ad hastam publicam nunquam accessit. *Liv.* l. 43. c. 16. Ne quis eorum ad hastam suam accederet. ¶ Significat etiam adjungi, addi, adjici. *Quintil.* l. 2. c. 3. Illa quæ in ornamentum operis accedunt. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 165. in lustrum accedere debet, Quæ consummatur partibus, una dies. *Cic.* 4 *de fin.* c. 24. Ad virtutis summam accedere nihil potest. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. *in princip.* Annus tertius accessit desiderio nostro, et labori tuo. *Id. Attic.* l. 7. ep. 3. Quibus nihil ad dignitatem posset accedere. *Id. pro Cluent.* c. 60. Ut de causa ejus periculi nihil decederet, ad causam novum crimen accederet. *Id. Fam.* 11. ep. 10. Huc accessit manus Ventidii, quæ, &c. *Tacit. Ann.* 12. c. 31. societatem nostram volentes accesserant. *Liv.* l. 26. c. 50. Hæc tibi a me dotalia dona accedent. ¶ Hoc sensu sæpe usurpatur a Jurisconsultis. *Julian.* l. 6. *Digest.* tit. 1. leg 34. Si per alluvionem pars fundo accesserit. *Paul. Digest.* l. 23. tit. 3. leg. 4. Si proprietati nudæ ususfructus accesserit. *Ulpian. Digest.* l. 42. tit. 1. leg. 4. Cum accesserit aliquid rei judicatæ. *Caius Digest.* l. 21. tit. 1. leg. 32. Si omnia mancipia accedant venditioni. ¶ Speciatim vero *accedere* dicuntur ea, quæ tanquam honorarium solvuntur Reipublicæ ultra consueta vectigalia, aut dominis præter solitas pensiones. *Cic. Verr.* 5. c. 49. V. *Accessio.* ¶ Eleganter ponitur in principiis periodorum, et connectendæ orationi inservit. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 48. Accedebat, ut tu adolescens existimarere, ego &c. *there was this too to take into the account, that, &c. Id. Fam.* 10. ep. 21. Accessit eo, ut milites, &c. *Id. Attic.* l. 13. ep. 21. Accedit enim, quod patrem amo, &c. ¶ Interdum est assentiri, *to acquiesce in, give consent to, coincide with. Quintil.* l. 9. c. 4. *in princip.* Accedam in plerisque Ciceroni. *Nepos in Miltiad.* c. 3. Ad hoc consilium cum plerique accederent. *Vellei.* l. 1. c. 8. Libenter his, qui ita prodiderunt, accesserim. Adde *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 363. ¶ Nonnunquam similitudinem significat. *Cic. pro Ligar. c. ult.* Homines ad Deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando. *Id. Attic.* l. 7. ep. 2. Accedere prope ad similitudinem alicujus. *Plin.* l. 16. c. 40. Cytiscis proxime accedere ebenum videtur. ¶ Ponitur etiam pro favere, ab alicujus partibus stare. *Sueton. in Galb.* c. 12. Civitates, quæ cunctantius sibi accesserant, puniit. *Id. in Oth.* c. 4. Conatibus Galbæ primus accessit. ¶ *Accedere ad Rempublicam* est ad magistratus capessendos, et rempublicam gerendam se conferre. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 1. ¶ *Accedere alicui animum* dicimus, cum is animos sumit, *to recover one's spirits, to derive courage, or confidence. Cic. Attic.* l. 5. ep. 20. Rumore adventus nostri Cassio animus accessit. *Nepos in Miltiad*, c. 4. Id si factum esset, et civibus animum accessurum, et hostes fore tardiores. ¶ *Accedit pretium*, vel *Accedit pretio*, *h. e.* pretium augetur. *Plin.* l. 6. ep. 19. *Scis tu*, accessisse pretium agris. *Colum.* l. 3. *c. ult.* Plurimum pretio accedit, si venditio in annum differri possit. ¶ Apud inferioris ævi Scriptores *accedere ad manum* est adorandi gratia ad manum osculandam accedere. *Capitolin. in Maximin.* c. 5. Nunquam ad manum ejus accessit, nunquam illum salutavit. *Vopisc. in Aurelian.* c. 14. Post hæc Aurelianus surrexit, atque ad manus accessit, agens gratias. ¶ Passive impersonaliter. *Cic. pro Cæcin.* c. 8. Ad eas cum accederetur. ¶ Præterit. *accederat* pro *accesserat* legitur in *Pandect. Florentin. Digest.* l. 29. tit. 2. *leg. ult.* et ita edidit *Torrentinus:* Haloander tamen *accesserat.*

ACCELĔBRO, as, a. 1. idem quod accelero. Nam antiqui hoc verbum in velocitate ponebant, ut ait *Servius ad Æn.* 4. v. 641. ubi affert illud *Accii:* Celeri gradu gressum accelebrasse decet. Alii leg. *accelerasse:* quod aptius videtur. *Martian.* quoque *Capell.* l. 9. p. 304. Neque defugiam vestrum crebrius accelebrare consilium. Hic quoque alii leg. *accelerare.*

ACCELERATĬO, onis, f. *an accelerating, hastening, hurrying, quickness, expedition*, σπουδή, festinatio, properatio. *Auct. ad Heren.* l. 3. c. 13. Continuatio est orationis enuntiandæ acceleratio clamosa.

ACCELĔRO, et Adcelero, as, avi, atum, a. 1. *to hasten, be quick, make haste, be expeditious*, σπουδάζω, κατασπεύδω, festino, propero. [Usurpatur neutraliter.] *Cic. Catil.* 2. c. 4. Si accelerare volent, ad vesperam consequentur. *Virg.* 5. *Æn.* v. 675. Accelerat simul Æneas, simul agmina Teucrum. ¶ Active. *to accelerate. Cæsar.* l. 2. *B. Civ.* c. 39. Accelerare iter. *Lucret.* l. 6. v. 772. mortem. *Stat.* 6. *Thebaid.* v. 242. opus. *Tacit. Ann.* 12. c. 46. oppugnationem. *Id. Ann.* 3. c. 75. consulatum alicui. ¶ Passive *Id. Ann.* 1. c. 50. Delecta longiore via cetera accelerantur. [¶ Particip. *accelerandus* apud *Quintil.* l. 1. c. 1. In lectione non properare ad continuandam eam, vel accelerandam. ¶ Particip. *accelerans* apud *Stat. Theb.* l. 6. v. 242. Mirum opus accelerante manu.]

ACCENDĬUM, ii, n. *a burning, a fire*, ἔγκαυσις. *Solin.* c. 5. *ad fin.* (*al.* c. 11.) Sarmenta licet viridia, sponte concipiunt, et ab ipso Numine fit accendium. *Salmasius* monet, male a quibusdam editum esse *incendium.*

ACCENDO, dis, ndi, nsum, a. 3. *to set on fire, to set fire to, to light up*, ἅπτω, ex *ad*, et *candeo*, significat ignem excitare. *Cic. de Univers.* c. 9. Deus ipse solem, quasi lumen accendit. *Phædr.* l. 3. *Fab.* 20. Accendere lucernam. *Virgil. Æn.* 5. v. 4. quæ tantum accenderit ignem Causa latet. ¶ Item urere. *Horat. Epod.* 14. v. 14. ignis accendit obsessam Ilion. *Ovid.* 4. *Trist. eleg. ult.* v. 67. accendi igni. *Id.* 4. *Fast.* v. 411. accendere tædas. *Id.* 3. *Metam.* v. 691. aras. *h. e.* in aris ignem excitare. ¶ *Accendi*, candefieri. *Plin.* l. 33. c. 3. *post med. de auro.* Primum bonitatis argumentum est, quam difficillime accendi. ¶ *Accendere*, illustrare. *Sil.* l. 15. v. 681. Et gemmis galeam, clypeumque accenderat auro. *Claudian. de consul. Mall. Theodos.* v. 78. sol diem accendit. ¶ Incitare, inflammare, metaphorice. *Virg.* 10. *Æn.* v. 368. Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris. Et l. 8. v. 500. quos justus in hostem Fert dolor, et merita accendit Mezentius ira. *Vellei.* l. 1. c. 17. Ad consequendos quos priores ducimus, accendimur. *Virgil.* 7. *Æn.* v. 550. Accendamque animos insani Martis amore. *Sallust. in Jug.* c. 68. Quæ res Marium contra Metellum vehementer accenderat. *Curt.* l. 7. c. 6. Accendere iram. *Liv.* l. 2. c. 29. *a med.* magis discordiam, quam sedare. Et c. 23. invidiam. *Virg.* 12. *Æn.* v. 804. infandum bellum. *Tacit. Ann.* 1. c. 53. uxorem in maritum. Et l. 2. c. 57. offensiones. *Sil.* l. 4. v. 169. mentes in prœlia. *Liv.* l. 35. c. 10. certamen. l. 29. c. 9. Accendi in rabiem. *Cels.* l. 3. c. 9. Accendere febrem. *Lucr.* l. 2. v. 957. pæne amissos accendere sensus. *h. e.* excitare. V. etiam *Accensus, a, um.* ¶ Item pro augere, *to increase, stir up, excite. Curt.* l. 4. c. 2. Accendere fiduciam. *Id. ibid.* alacritatem. *Id.* l. 7. c. 5. sitim. *Tacit. Ann.* 12. c. 34. spem. *Liv. sub. fin.* l. 28. curam ingentem alicui. *Plin.* l. 19. c. 4. desiderium. *Ovid. de remed. amor.* v. 133. Quin etiam accendas vitia, irritesque vetando. ¶ *Accendere pretium* est augere, *to add to, or enhance, the price or value of any thing. Senec.* l. 7. *de benef.* c. 9. Crystallina, quorum accendit fragilitas pretium. *Plin.* l. 18. c. 25. Nubilo occasu pluviosam hiemem denunciant, statimque augent lacernarum pretia; sereno asperam, et reliquarum vestium accendunt. *Incendo* quoque hoc sensu usurpatur, ¶ Neutrorum more. *Grat. in Cyneg.* v. 57. linorum tangere messes Ante vetant, quam maturis accenderit annus Ignibus. *h. e.* accensus fuerit: quod media æstate fit. Al. leg. *annum*, et jungunt cum sequentibus, et *claro Pleias se promserit ortu.* ¶ *Accendier* Paragoge pro *accendi. Lucret.* l. 6. v. 901. Nuper ubi exstinctum admoveas, accendier ante, &c. [¶ Particip. *accendendus* apud *Tacit. Ann.* l. 2. c. 57. Amici accendendis offensionibus callidi.]

ACCENDŌNES, id est instigatores. *Salmas. in Tertull. de Pall. c. ult.* ex veter. lib. restituit, pro quo vulgo est *cerdones.* is autem lanistas ibi intelligit, qui gladiatores ad pugnam excitant.

ACCENSĔO, et Adcenseo, es, sui, nsitum, et nsum, a. 2. *to add to, or to the number of, to reckon among the list of*, συναριθμέω, adscribere, adnumerare. *Non.* c. 12. n. 6. Accensi, qui his (*decurionibus*) accensebantur, id est attri-

buebantur. *Lactant.* l. 5. c. 2. Religionis, cui fuerat accensus, proditor factus est. *Alii leg.* assensus. *Senec.* ep. 90. Lycurgum si eadem ætas tulisset, sacro illi numero accensuisset octavum. *Alii leg.* accessisset octavus. ¶ Particip. *accensitus. Var. apud Non.* c. 1. n. 289. Consules, et Prætores qui sequuntur in castra, accensi dicti, quod ad necessarias res sæpius acciantur, veluti accensisti.

ACCENSĪTUS, V. *Accenseo.*

ACCENSOR, oris, m. idem quod accensus, hoc est, Magistratus alicujus minister. *Valer. Max.* l. 5. c. 7. n. 1. Nec accensor gloriosæ illius pompæ, sed auctor spectatus est. Ita quidam leg. ex conjectura, sed plerique omnes rectius *accessor.*

ACCENSUS, et Adcensus, (quidquid dicat *Manut. in Orthogr.*) [†Accensus, *non* Adcensus, *libri et lapides*, ait Manutius. Extat tamen *Adcensus* in Auximate inscriptione apud Gruter. p. 68. num. 3. sed non vetustissima. Vide Cellar. Orthogr. Lat. p. 31.] i, m. *a public officer whose business it was to attend on the magistrates, summon courts; a messenger or servitor belonging to a court,* &c. *a pursuivant, usher, mace-bearer, serjeant, beadle,* ὑπηρέτης. Accensi fuere ministri publici eorum Magistratuum, qui vocationis jus habebant. Eos *Varro* l. 5. *de L. L.* c. 3. *ad fin.* et c. 9. ab *acciendo*, hoc est vocando dictos fuisse scribit: alibi vero a *censendo*, vel *accensendo*. Posterior hæc etymologia ad rationem nominis propius accedit: prior ad rationem officii. Nam Accensi erat munus vocare populum ad concionem, ad delectum, in jus, &c. eamque vocandi formulam tradit idem *Varro* l. 5. *cit.* ex antiquis commentariis consularibus, cujus particulam hic ponimus: *Qui exercitum imperaturus erat, accenso dicit: Calpurni, voca inlicium omnes Quirites huc ad me. Accensus dicit sic: Omnes Quirites inlicium visite huc ad judices* (h. e. ad Consules) *C. Calpurnius dicit: voca ad conventionem omnes Quirites huc ad me. Accensus dicit: omnes Quirites ite ad conventionem huc ad judices,* &c. Præterea ad accensum pertinebat, jussu Prætoris, vel Consulis inclamare horam esse tertiam, nonam, meridiem esse, &c. quæ inclamatio ante publica horologia inventa, eorum locum tenuisse videtur. *Varr. loc. cit. Plin.* l. 7. c. *ult.* ¶ Accenso usi sunt non Consules modo, et Prætores in Urbe, sed etiam extra Urbem Proconsules, et Prætores. *Cic. ad Q. Fr.* Asiæ proconsulem l. 1. ep. 1. c. 4. Accensus sit eo numero, quo eum majores nostri esse voluerunt, qui hoc non in beneficii loco, sed in laboris, et muneris, non temere nisi libertis suis deferebant, quibus ille quidem non multo secus ac servis, imperabant. Et c. 7. His rebus nuper Cn. Octavius jucundissimus fuit, apud quem primus lictor quievit, tacuit accensus, quoties quisque voluit, dixit, et quam voluit diu. Ex posteriore hoc *Ciceronis* loco intelligimus, accensi officium fuisse non solum vocare jussu Magistratus, sed etiam obstrepentibus, et importune clamantibus, aut diutius, quam oporteret, coram Magistratu agentibus, silentium indicere. Cum exprimitur nomen magistratus, cujus aliquis est accensus, eleganter in dativo ponitur; interdum etiam in genitivo. *Cic. Verr.* 3. c. 28. P. Tettius, qui tum accensus C. Neroni fuit. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 94. n. 11. quam affert etiam *Manut. in Orthogr.* ad vocem *Felix* n. 51. T. Tettienus Felix Augustalis, Scriba Librar. Ædil. Curul. Viator Ædil. Plebis Accensus Consuli. Alia Inscript. apud *eund. Manut. ibid.* ad vocem *Accensus*, n. 1. M. Livius Aug. L. Secundio Accensus Drusi Cæsaris, &c. ¶ Accensus, et Præco in aliquibus conveniebant. V. Præco. ¶ *Adcensus* scriptum est in multis vet. lapidib. apud *Gruter.* p. 68. n. 3. p. 403. n. 5. p. 446. n. 4. p. 485. n. 5. et alibi. ¶ In militia quoque Accensi fuere, et quidem in aliquo militaris dignitatis gradu constituti, ut scribit *Ascon.* in *Verr.* 3. c. 28. *Accensus*, inquit, *est nomen ordinis, et promotionis in militia: ut nunc dicitur princeps, vel commentariensis, aut cornicularius.* Accensum itaque, præter superiores magistratus, habebant etiam Decuriones, et Centuriones, non ut servum, sed adjutorem, seu ministratorem, ut vocat *Varro* l. 6. *de L. L.* c. 3. *a med.* Hic alio nomine *Optio* appellatus est. ¶ Præterea *Accensi* dicti sunt genus quoddam militum, qui exercitum sequebantur, in morientium locum subrogandi, *supernumeraries, soldiers kept in reserve. Festus:* Adcensi dicebantur, qui in locum mortuorum militum subrogabantur: ita appellati, quia ad censum adjiciebantur. Hos *Adscriptivos* appellat *Varro* l. 6. *de L. L.* c. 3. *a med.* et Idem *Accensos* apud *Non.* c. 12. n. 8. quo ex loco apparet, eos armis usos non propriis, sed missilibus tantum: unde et *Ferentarii* dicti. *Liv.* l. 1. c. 43. Quinta classis aucta, centuriæ triginta factæ: fundas lapidesque missiles hi secum gerebant. his accensi cornicines tibicinesque. *h. e.* adjecti, adscripti. *Al. leg.* in his accensi. Ceterum militare munus non valde honorificum exercebant; quod constat non tantum ex armorum genere, sed etiam ex iis, quæ habent *Vegetius de re milit.* l. 1. c. 19. et *Liv.* l. 8. c. 8. Verba *Vegetii* sunt: Ad obsequia judicum, vel tribunorum, nec non etiam principalium deputabantur milites, qui vocantur Accensi, hoc est postea additi, quam fuisset Legio completa; quos nunc supernumerarios vocant. Hæc *Vegetius*, qui per *obsequia* privatum ministerium, et quoddam veluti servitium intelligit. *Liv.* l. 8. c. 8. Primum vexillum triarios ducebat, veteranum militem spectatæ virtutis: secundum rorarios, minus roboris ætate, factisque: tertium accensos, minimæ fiduciæ manum: eo et in postremam aciem rejiciebantur. ¶ Denique alius fuit *Accensorum* ordo, qui dicebantur *velati*, quos *Festus* in voce *Adscripticii* eosdem fuisse putat, quos modo diximus, milites adscriptos ad supplendas legiones, et dictos esse *velatos*, quia *vestiti inermes exercitum sequebantur.* Sed *Festi* sententia, et eorum, qui *Festum* sequuti sunt, non probatur *Fabretto Inscript. Antiq.* c. 6. p. 433. ubi contendit, *Accensi Velati* nomen ad sacra ministeria pertinuisse, et quidem in titulis honestissimis habitum: quod apparet etiam in antiquis monumentis *Vet. Inscript. apud eund. Fabrett. loc. cit.* T. Velatius Accensorum Velatorum L. Ganymedes sibi, &c. *Alia apud Gruter.* p. 479. n. 1. L. Valerio L. F. Pom. juniori Eq. R. Jurat. ad sacra Etr. Pont. Q. Æd. II. Vir. Accenso Velato Plebs Urbana L. D. D. D. Adde p. 483. n. 3. 485. n. 6. et 624. n. 2. et *Reines.* class. 16. n. 68. et *Murator.* p. 1067. num. 4.

ACCENSUS, et Adcensus, a, um, adject. *set on fire, set fire to, in flames, lighted up, illuminated,* διακεκαυμένος, inflammatus. *Cic. in Pison.* c. 2. Accensæ faces. *Id. in somn. Scip.* c. 4. Luna radiis solis accensa. *Virg.* 11. *Æn.* v. 188. Accensi rogi. ¶ Item vehementer calefactus, *scalding hot, boiling. Senec. in Med.* v. 666. Ustus accenso Pelias aheno. *Sil.* l. 5. v. 605. Ut multo accensis fervore exuberat undis, Clausus ubi exusto liquor indignatur aheno. *Plin.* l. 34. c. 15. Ferrum accensum igni. ¶ Translate *Virg.* 4. *Æn.* v. 364. totumque pererrat Luminibus tacitis, et sic accensa profatur. *Liv.* l. 4. c. 9. accensus injuria. Et c. 32. *sub fin.* odio. *Tacit. Ann.* 12. c. 4. Accensi hostes stimulante ignominia, ne feminæ imperio subderentur. *Id.* 3. *Ann.* c. 4. Studia hominum accensa in Agrippinam. *Id.* 2. *Hist.* c. 68. Accensus ad certamen. *Vellei.* l. 2. c. 98. in arma. *Lucan.* l. 3. v. 133. in iram. *Virg.* 5. *Æn.* v. 183. Spes accensa. *h. e.* aucta. ¶ *Accensi sensus* apud *Lucret.* l. 2. v. 941. et l. 3. v. 337. sunt excitati, vivi, ac sentientes. ¶ *Accensus* præterea, vel *Adcensus, a, um*, particip. ab Accenseo, *enlisted, incorporated, enrolled,* ut Accensi milites, de quibus in Voce præced. Adde locum *Lactantii*, quod in *Accenseo* retulimus.

ACCENSUS, us, m. *a kindling, or lighting up,* accendendi actus. *Symmach.* l. 3. ep. 48. Accensu luminum claritudinem diei adjuvare. *Alii leg.* accessu. *Plin.* l. 37. c. 7. Lychnis appellata a lucernarum accensu. Ita legit *Harduin.* Alii *lucernarum accensarum.*

ACCENTIUNCŬLA, æ, f. *accentual mark, accent, tone, note, modulation, harmony,* accentus. *Gell.* l. 13. c. 6. Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant.

ACCENTOR, oris, m. προσᾴδων, ab *ad*, et *cantor*, hoc est, qui ad alium, seu cum alio canit: qui et concentor dicitur ab *Isidor.* l. 7. c. 11. quia cum alio canendo consonat. Est autem quoddam Clericorum in choro divinas laudes canentium officium. *Id.* l. 6. c. 19. Tres gradus sunt in cantando: primus succentoris, secundus incentoris, tertius accentoris.

ACCENTUS, us, m. *song, melody, harmony, music,* idem quod cantus, ab *ad*, et *cantus*, προσῳδία, *Solin.* c. 5. (*al.* 11.) *ad fin.* Tibiæ milvinæ, quæ in accentus exeunt acutissimos. *Ammian.* l. 16. c. 12. *ante med.* (*al.* c. 29.) Dato ahenatorum accentu solemniter signo ad pugnandum. Adde l. 24. c. 4. *a med.* (*al.* c. 15.) Sed utroque *Ammiani* loco Alii legunt *occentu.* ¶ A Grammaticis accentus dicitur intentio, vel inclinatio vocis, quæ in quolibet verbo pronuntiando fit, *accent, modulation of tone, sound, or voice.* Nam quemadmodum nulla vox est sine vocali, ita nulla est sine accentu. *Cicero* appellat *sonum, in Orat.* c. 17. *extr.* et *vocem, cap. sequent.* Alii dixere *tenorem*, et *tonum*, et *fastigium* teste *Diomed.* l. 2. p. 425. *Putsch.* Antiqui etiam tonorem a τόνος, ut ait *Quintilian.* mox citandus. V. alias appellationes in *Accentiuncula.* Dictus est ab accinendo, quod sit quasi quidam cujusque syllabæ cantus, ut ait *Diomed. ibid.* Est autem triplex, acutus, qui acuit, seu erigit syllabam, gravis, qui deprimit, et circumflexus, qui ex acuto, et gravi constat. *Quintil.* l. 1. c. 5. Adhuc difficilior est observatio per tenores, vel accentus, quos Græci προσῳδίας vocant, cum acuta, et gravis alia pro alia ponitur, &c. ¶ *Accentum hiemis* pro augmento, *the depth of winter*, dixit *Sidon.* l. 4. ep. 6. Atque hoc, *inquit*, in maximo hiemis accentu, summisque cumulis nivium, crustisque glacierum. Sic *accentum doloris*, augmentum, et intensionem, cui *declinatio* opponitur, *Marcell. Empir.* c. 36.

ACCEPSO, V. *Accipio* in fine.

ACCEPTA, æ, f. *a portion or allotment of land,* portio agri, quæ alicui assignatione, aut sortito data est. *Siculus Flacc. de condit. agror.* p. 22. *Goes.* Sæpe unius, ejusdemque hominis duo domini acceptam sibi defendunt. *Var. Auct. de Limitibus ibid.* p. 300. Modus jugerationum secundum acceptam uniuscujusque separetur.

ACCEPTABĬLIS, e, adject. *acceptable, worthy of acceptance, pleasing, grateful,* accipi dignus; εὐπρόσδεκτος. *Lactant. in Epitom.* c. 58. Hæc acceptabilis victima est, quam de se ipso animus immolat. *Tertull. de Orat.* c. 7. Pœnitentia acceptabilis Deo.

ACCEPTABŬLUM, V. *Acetabulum.*

ACCEPTATIO, V. *Acceptio.*

ACCEPTĀTOR, oris, m. *one that receiveth,* qui acceptat, qui aliquid ut sibi gratum accipit. *Tertull. de Pœnit.* c. 2. Quorum cum auctor, et defensor sit, necesse est proinde et acceptator: si acceptator, etiam remunerator. Adde *advers. Psych.* c. 11.

ACCEPTILATĬO, onis, f. (*verbal*) *absolution or discharge from obligation, liberation from agreement, compact, or promise; quittance, acquittance* (*by word of mouth*), ἀποχή, nomen ex *accipio*, et supino *latum* compositum, est ipsa relatio in acceptum. Apud JCtos est ficta quædam, et imaginaria solutio, et liberatio, ut docet *Modestinus Digest.* l. 46. tit. 4. leg. 1. quæ fit per interrogationem, et responsionem, qua utrisque contingit ab eodem nexu absolutio. Dicenti enim, *Quicquid tibi per stipulationem promisi, vel ex stipulatu debeo, habesne acceptum?* tu respondes, *Habeo, acceptumque fero*; quasi dicas, *Perinde habeo, ac si accepissem abs te per veram solutionem.* ¶ Dividitur interdum interjecto verbo. *Caius Digest.* l. 39. tit. 6. leg. 30. Per accepti quoque lationem debitor liberatus, &c. *Paul.* l. 23. tit. 3. leg. 41. Accepti quoque latione dos constituitur. Utroque loco al. aliter leg. [†"Inter *Acceptilationem* et *Apocham* hoc interest, quod Acceptilatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit: Apocha non alias, quam si pecunia soluta sit." Gesner. in v.]

ACCEPTĬO, onis, f. *an accepting, or receiving,* accipiendi actio, πρόσληψις. *Cic. in Top.* c. 8. *extr.* Neque deditionem, neque donationem sine acceptione intelligi posse. ¶ A Philosophis vocatur propositio, quæ conceditur a respondente, ut si quis ita proponat: *Estne omne honestum bonum?* propositio est, et, si assentire se dicet, fit acceptio. Ita definit, et explicat *Apulei. de syllog. categor.* ubi sæpissime hanc vocem eo sensu usurpat. Quidam substituunt *acceptatio*, sed invitis plerisque optimis Codicibus. ¶ *Acceptio vocis* est ejus interpretatio ex mente ejus, qui eam audit, et excipit, *a comprehending of what is said. Siculus Flacc. de condit. agror.* p. 18. *Goes.*

ACCEPTĬTO, as, a. 1. *to receive, or accept,* idem quod accepto, προσδέχομαι. *Plaut.* apud *Non.* c. 2. n. 508. Qui apud regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti.

ACCEPTO, as, a. 1. *to receive, to accept,* ὑποδέχομαι, frequentat. ab *accipio*, sed ejusdem fere significationis. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 31. Qui res, rationesque heri curo, argentum accepto, expenso, et cui debet, dato. *Quintil.* l. 12. c. 7. *ad fin.* Zeno, Cleanthes, Chrysippus mercedes a discipulis acceptaverunt. *Papinian.* l. 34. *Digest.* tit. 1. leg. 9. Annuos aureos, et menstruum frumentum acceptare. *Silius* l. 7. v. 41. Acceptare jugum. ¶ Apud Ecclesiast. Scriptores significat tanquam gratum recipere: unde *acceptabilis*, et *acceptator. Tertull. advers. Psych.* c. 11. Votum cum a Deo acceptatum est. *Id. de Anim.* c. 17. Untum, quod in sepulturam suam acceptavit.

ACCEPTOR, oris, m. 3. qui accipit, ληπτήρ, *one who receives. Plaut. in Trin.* 1. 2. 167. Qui illorum verbis falsis acceptor fui. *id est*, approbator. *Augustin.* ep. 7. Videbunt homines, quam non sim acceptor personæ meæ. ¶ *Acceptor* pro *accipiter* est *Lucilii* apud *Charis.* l. 1. p. 76. *Putsch.*

ACCEPTORĬUS, a, um, adject. *that receiveth, holdeth, containeth,* ut acceptorius modulus, qui opponitur *erogatorio*, apud *Front. de Aquæduct.* art. 34. *Acceptorium* enim vocat, qui aquam, haurit, *erogatorium* vero, qui refundit.

ACCEPTRĬCA, V. vocem sequentem.

ACCEPTRIX, icis, f. *she who receives,* quæ accipit, δέκτρια. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 18. Nusquam apparet neque datori neque acceptrici. Quædam antiquæ Edition. et MSS. habent *acceptricæ*, ut nominativus sit *Acceptrica.*

ACCEPTUS, a, um, adject. *received, accepted,* δεκτός, nom. ex particip. ab Accipio. *Cic. in Pison.* c. 37. Accepta, et devorata pecunia. *Id. pro Planc.* c. 21. Offensiuncula accepta. ¶ Sæpe idem est ac charus, gratus, jucundus, *grateful, pleasing, acceptable,* χαρίεις. *Cic. Tuscul.* 5. c. 15. Quod vero approbaris, id gratum, acceptumque habendum. *In veteri formula* apud *Macrob.* l. 3. *Saturnal.* c. 9. Urbs acceptior probatiorque sit. *Tacit. Ann.* 6. c. 45. Millies sestertium ea munificentia collocatum, tanto acceptius in vulgus, quanto, &c. *Cic. in Somn. Scipion.* c. 3. Nihil est Deo acceptius, quam cœtus hominum, &c. *Liv.* l. 1. c. 15. Longe ante alios acceptissimus militum animis. *Plaut. Capt.* 3. 5. 56. Acceptissimus apud te servus. ¶ Cum adverbiis *bene*, vel *male*, aut similibus significat exceptum, tractatum, *treated, entertained. Cic. in Somn. Scipion.* c. 1. Post autem regio apparatu accepti sermonem in multam noctem produximus. *Id. Attic.* 13. *ep. ult.* Tribus tricliniis accepti valde copiose. *Id. Verr.* 4. c. 23. Homines multis verbis a se male acceptos dimisit. *Id. Fam.* 11. ep. 13. Copiolæ meæ inopia omnium rerum pessime acceptæ. [¶ Acceptæ, arum, f plur. sunt agrorum portiones viritim assignatæ, aut quæ sortito unicuique obtigerunt. *Sicul. Flacc.* apud *Goes.* p. 17. Manipulus singulas acceptas accipiet, aliqui gradus singulas et dimidias, aliqui binas. *Hygin. de limit.* p. 195. Deinde acceptas terminabimus. *Id.* p. 179. Ad partitionem acceptarum mensura acta appareat.] ¶ Præterea locum habet maxime in rationibus, in quibus *acceptum* dicitur

[illegible] ab aliis accipimus seu dono, seu mutuo, seu [illegible] modo, cui opponitur *expensum*. Itaque in [illegible] libris alterum caput est *accepti*, alterum *expensi*. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 2. Non habere se hoc nomen in codice accepti, et expensi relatum confitetur, sed in adversariis patere contendit. *Id. de Amic.* c. 16. Ut par sit ratio acceptorum, et datorum. ¶ Hinc *acceptum referre* (et interdum *acceptum ferre*) est scribere in tabulis, te accepisse, *to mark, or set down, on the creditor's side, as received*: quemadmodum *expensum ferre* est scribere, te dedisse, vel expendisse, *to note down in one's book of accounts* [illegible]. *Cic. Verr.* 3. c. 39. Satis te elapsurum arbitrabare, si, quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres, cum tot tibi nominibus acceptum Cur[illegible] [illegible]. *Digest.* l. 42. tit. 9. *leg. ult.* Si fraudator fidejussori suo scienti acceptum tulerit. ¶ *Ac*[illegible], et *in acceptum ferre*, aut *referre* idem significant. [illegible] *Digest.* l. 39. tit. 6. leg. 30. Licet solvendo non [illegible], cui accepto latum est. *Cic. Verr.* 3. c. 57. [illegible], opus in acceptum referre posse. *Et mox.* Si in [illegible] non retulisset, putabat se aliquid defensionum habiturum. *Marcell. Digest.* l. 48. tit. 11. leg. 7. Illud [illegible] cavetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum. Est autem *referre in acceptum opus*, scribere opus perfectum fuisse ea ratione, et lege, qua locatum est. ¶ [illegible] translate etiam accipiuntur. Itaque *acceptum referre*, aut *ferre alicui aliquid* est fateri, se ei de[illegible], *make an acknowledgment to any* [illegible] et tum in bonam, tum in malam partem sumitur. *Cic. Phil.* 2. c. 5. Ut esset nemo, qui non mihi vitam suam, liberos, rempublicam referret acceptam. *Id. ib.* c. 22. Omnia mala, quæ postea vidimus uni accepta referemus Antonio. *Senec.* ep. 78. Philosophiæ acceptum fero, quod surrexi, quod convalui. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 233. Cherilus, incultis qui versibus, et male natis Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 10. Acceptum refero versibus esse nocens. ¶ A JCtis *acceptum*, vel *accepto facere*, et *acceptum habere* dicitur is, qui scribit, vel fatetur, se accepisse, et debitorem liberat. *Ulpian.* l. 46. tit. 4. leg. 6. Quod ego tibi promisi, habesne acceptum? *Id. ibid.* leg. 7. Accepta facis decem? ille respondit, facio. *Id. ibid.* leg. 13. Qui enim accepto facit, vel totum, vel partem ejus, quod stipulatus est, debet accepto facere. ¶ Translate *Cic. Verr.* 5. c. 60. Sponsionem acceptam facere. *h. e.* remittere, a sponsione facta discedere. Hoc loco vide, ne te fallat *Manutii* interpretatio. *Plin.* l. 34. c. 14. Quamobrem culpa ejus non naturæ fiat [illegible]. *will not sit on nature's back, must not be ascribed to nature.* *Catull.* carm. 36. *in Annal. Volusi*, v. 16. Acceptum face, redditumque votum. *ratify, make good your* [illegible] [† " Significat, *Fac ut votum temere et jocose nuncu*[illegible] *tamen ratum sit.*" Gesner in v.] ¶ *Acceptum rogare*, vel *accepto rogare* dicitur is, qui a creditore petit, ut acceptum ferat, quod vel a se, vel ab alio debetur. *Ulpian. Digest.* l. 46. tit. 4. leg. 8. Servus communis sicut uni ex dominis stipulari potest, ita etiam acceptum rogare uni ex dominis potest, eumque in solidum liberat. *Id. ibid.* leg. 6. Si promissor ita accepto rogasset: Quod ego tibi promisi, habesne acceptum? *Et mox.* Illud sciamus, si ego aliud accepto tuli, aliud tu rogasti, nihil valere acceptilationem. ¶ *Accepto liberare* est acceptum rogando liberare debitorem a creditore, quando nimirum creditor interrogatus, an id, quod sibi debebatur, acceperit, respondet, se accepisse: *accepto liberari* dicitur debitor, cum ita liberatur, ut creditor confiteatur, se ab eo accepisse. *Ulpian. loc. cit.* leg. 8. Accepto liberare servus communis alterum ex dominis etiam ab altero domino potest. *Id. ibid.* leg. 13. *in fi.* Heres quoque et liberare et liberari accepto potest. ¶ Est vero advertendum has omnes locutiones usurpari a JCtis fere in imaginariis solutionibus, in quibus scilicet, nulla interveniente pecunia, *acceptilationes* peraguntur. ¶ Translate *accepto facere delicta* apud *Tertullian. de Pudic.* c. 16. est remittere. ¶ *Satis acceptum est.* V. *Sa*[illegible].

ACCERSO cum derivatis, V. *Arcesso*, &c.

ACCESSIBĬLIS, le, *accessible, that may be approached*, ad quem accedi potest. [illegible]. *Tertull. advers. Praxean.* c. 15. Per accessibilem lucem.

ACCESSIBILĬTAS, atis, f. facilitas accedendi. *Tertull. advers. Prax.* c. 15. Ascriberemus mortalitatem, accessibilitatem.

ACCESSĬO, onis, f. *a going near unto, an approaching, the act of drawing nigh to*, actus accedendi, πρόσοδος. *Cic. de Univers.* c. 12. Cum ad corpora necessitate tum accessio fieret, tum abscessio. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 83. Quid tibi in consilium huc accessio est? *Id. Trucul.* 2. 2. 3. Quid tibi ad hasce accessio est ædes? ¶ Speciatim dicitur de accessu febris, aut alterius morbi, *a fit, relapse*: cui opponitur *decessio*, et [illegible]. *Cels.* lib. 2. c. 12. *in fi.* Cibus plenior, an exiguus sit dandus, ex ratione ejus accessionis, quæ expectabitur, aut in metu non erit, æstimari oportebit. Adde c. 3. 4. et 8. ¶ Ponitur sæpe pro additamento, seu incremento, *an ac*[illegible] *addition, increase, enlargement*, ἐπίδοσις, πρόσθεσις. *Cic.* 1. *Offic.* c. 39. Accessionem adjungere ædibus. *h. e.* ædes ampliare addita parte aliqua, *to enlarge, or add to the size of, a building.* *Id. de Amic.* c. 3. Paucorum annorum accessio. *Sueton. in Vespas.* c. 23. Morbi accessio. *a paroxism, fit, periodical exacerbation of a disease.* *Cels.* l. 3. c. 5. Accessio febris. *Senec.* ep. 87. *circa med.* Venire in accessionem. *to come in as an acquest, appendage, make-weight.* Et *ibid.* Accessiones, et appendices. ¶ Peculiari ratione *accessio* dicitur de iis, quæ tanquam honoraria adjiciuntur ad vectigalia, decumas, pensiones, et similia, quæ vel reipublicæ, vel dominis pensitantur, *an honorary gift over and above the taxes or payment*, cui opponitur *decessio*. *Cic. pro Rab. Post.* c. 11. Non intelligo, hoc quale sit; utrum accessionem decumæ, ut nostri facere coactores solent centesima, an decessionem de summa fecerit. Si accessionem, undecim millia talentum ad Sabinium pervenerunt, &c. *Id. Verr.* 5. c. 32. Populus publice coactus est ei conferre lucri tritici medimnum XXVI. et accessionem H-S CIↃ CIↃ. *Id. ibid.* c. 49. Ad singula medimnum multi H-S duo, multi H-S quinque accessionis cogebantur dare. *Colum.* l. 1. c. 7. Ligna, et ceteras parvas accessiones exigere. *honorary gifts or allowances.* ¶ Translate. *Cic. Fam.* 7. ep. 6. In omnibus meis epistolis, quas ad Cæsarem mitto, legitima quædam est accessio commendationis tuæ. *I uniformly hook in a compliment in favour of you.* *Id.* 2. *Fam.* ep. 1. Accessio fortunæ, et dignitatis. *Liv.* l. 45. c. 7. Syphax accessio Punici belli fuerat, sicut Gentius Macedonici: Perseus caput belli erat. ¶ Pro re ipsa, quæ additur. *Plin.* l. 33. *in proœm.* Turba gemmarum potamus, et smaragdis teximus calices, et aurum jam accessio est. *gold is now a mere appendage, mere addition.* [† *i. e. minus pretiosum in poculis.*" Gesner. in v.] *Ulpian. Digest.* l. 34. tit. 2. leg. 20. Accessio cedit principali. Adde *Digest.* l. 22. tit. 1. *de usuris, et fructibus, et causis, et omnibus accessionibus.* ubi accessionum nomine intelliguntur ea omnia, quæ tum ex re, de qua agitur, orta sunt, ut fructus, partus, usura; tum extrinsecus ei accedunt, veluti id quod per alluvionem accrevit, &c. ut docet *Hotoman. in Lex. Jur.* ¶ Præterea apud JCtos *accessio* in obligatione est, quoties aut res, aut persona adjungitur. Hinc fidejussores, sponsores, adpromissores, et omnes, qui obligationi accedunt, *accessiones* dicuntur. *Paul. Digest.* l. 44. tit. 7. leg. 43. Accessio in obligatione aut personæ, aut rei fit: personæ, cum mihi, aut Titio stipulor; rei, cum mihi decem, aut Titio hominem stipulor. *Id.* l. 45. tit. 1. leg. 91. Utique principalis debitor perpetuat obligationem; accessiones autem an perpetuent, dubium est. Hinc *accessionis loco promittere* idem est ac fidejubere. *Paul.* l. 46. tit. 1. leg. 34.

ACCESSĪTO, as, n. 1. *to approach frequently, to be in the habit of going to*, frequentativum ab Accedo. *Cato in Originib. apud Gell.* l. 18. c. 12. Eodem convenæ complures ex agro accessitavere.

ACCESSOR, oris, m. προσβαίνων, qui accedit, vel additur. V. *Accensor*.

ACCESSUS, ûs, m. *an approaching, or drawing near to, a coming*, πρόσοδος, accessio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 7. Solis accessus, discessusque. *Id.* 2. *Divin.* c. 14. Quid de marinis æstibus dicam? quorum accessus et recessus lunæ motu gubernantur. *flux and reflux.* Et *pro Mil.* c. 19. Accessus nocturnus ad urbem. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 12. Accessus ad res salutares, recessus a pestiferis. *Ovid.* 2. *de Pont.* ep. 2. v. 41. Dare accessum alicui. *Id. Heroid.* ep. 10. v. 64. Accessum negare. *Gell.* l. 4. c. 2. Accessus morbi, et discessus. ¶ Translate *Cic.* ad *Dolabell.* post ep. 17. l. 14. *ad Attic.* Tum accessus ad causam, tam recessus. ¶ Interdum sumitur pro loco, per quem aliquo acceditur, *a pass, defile.* *Sueton. in Cæsare*, c. 58. Explorare accessum ad insulam. *Virg. Æn.* 8. v. 229. Omnem accessum lustrare. Adde *Flor.* l. 2. c. 12. ¶ Apud *Vitruv.* l. 10. c. 19. *accessus, qui* ἐπιβάθρα *Græce dicitur*, videtur significare machinam, quæ occulto artificio in sublime cresceret, ut ait *Philander*, vel eam machinam, quæ alio nomine *tolleno* dicitur: aliis videtur notare scalarem machinam, ad scandendos muros: alii denique lectionem ipsam sollicitant.

ACCIĀNUS, a, um, adject. *pertaining to Accius*, ad Accium poetam pertinens. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 16. Posuisti versus Accianos. *Gell.* l. 14. c. 1. Item Accianum illud: nihil credo auguribus, qui, &c.

ACCIDENS, tis, particip. *falling down at, or before*, προσπίπτων. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 14. Ad pedes omnium accidente Clodio. *Tacit. Ann.* 15. c. 53. Deprecabundus, et genibus principis accidens. ¶ Substantivi more ponitur pro re adversa, quæ necopinantibus accidit, *an accident, disaster, calamity, mishap, misfortune.* *Auct. Declam.* 5. *cui titulus est.* Æger redemptus, *quæ a quibusdam Quintiliano tribuitur.* Quamvis, judices, in tanta malorum continuatione jam poteram nihil ex accidentium meorum novitate mirari. *Et paulo post.* Non molliri prosperis facile, non accidentibus frangi. ¶ Item pro circumstantia, quæ rei accidit, hoc est extrinsecus advenit (*Cicero adjunctum vocat*) *accident, circumstance, casualty, event, incident, hap*, συμβεβηκός. *Quintil.* l. 5. c. 10. Causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus, et cetera, rerum sunt accidentia. *Id.* l. 3. c. 6. Hermagoras quatuor putat (*status*) conjecturam, proprietatem, translationem, qualitatem, quam per accidentia. idest, κατὰ συμβεβηκότα vocat. *Id.* l. 4. c. 2. *prope fin.* Personæ cum suis accidentibus ponenda. *Apulei. de syllog. categor.* Quidquid de homine dixeris, aut genus significaveris, ut animal; aut differentiam, ut rationale; aut accidens, ut orator. *Tertull. advers. Prax.* c. 26. Hæc enim substantiæ non sunt, sed accidentia uniuscujusque substantiæ. ¶ Apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 4. ponitur pro nomine adjectivo, sicut *positivum* pro substantivo. ¶ *Ex accidente*, ex eo quod accidit, *from that event, from that circumstance.* *Pompon. Digest.* l. 1. tit. 2. leg. 2. Sequenti anno alias duas ad easdem tabulas adjecerunt, et ita ex accidente appellatæ sunt leges duodecim tabularum. *Julian. Digest.* l. 35. tit. 2. leg. 51. Nec interest, utrum ab initio quasi inutile fuerit, an ex accidente postea in eum casum pervenerit. ¶ Per accidens, *accidentally, casually, as hap may be.* *Firmic.* l. 5. c. 4. Erunt etiam duorum patrum, aut duarum matrum filii, unius scilicet per naturam, alterius vero per accidens.

ACCIDENTIA, æ, f. σύμπτωσις, id quod accidit. *Plin.* l. 32. c. 2. Esse vero illam naturæ accidentiam, etiam in locis quibusdam, apposito occurrit exemplo, *that that is a mere accident in the common course of nature.* *Tertull.* quoque *de anim.* c. 11. et 21. *accidentiam* usurpavit de re, quæ alteri accidit, et advenit extrinsecus.

ACCĪDO, is, idi, isum, a. 3. *to cut off, to cut, to lop, to cut down, to fell*, ex *ad*, et *cædo*, περικόπτω. *Cæs. B. Gall.* l. 6. c. 27. Accidunt arbores tantum, ut summa species earum stantium relinquatur. *Quidam Codex habet* abscidunt. *Arnob.* l. 1. p. 4. Ab locustis genus omne acciditur atque adroditur frugum. ¶ Translate est omnino concidere, evertere, prorsus extenuare, *to ruin utterly, destroy entirely*, *Liv.* l. 8. c. 29. Hostes in aciem invitos extraxit; et ita prælio uno accidit Vestinorum res. V. alia in *Accisus*.

ACCĬDO, et Adcido, is, idi, n. 3. *to fall, to fall down at or before*, προσπίπτω, cado, vel juxta cado: ex *ad*, et *cado*. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 14. Tantum tamen has altitudo puppium ex barbaris navibus superabat, ut neque ex inferiore loco satis commode tela adjici possent, et missa a Gallis gravius acciderent. *fell with greater effect, made a heavier impression.* *Plaut. Pœn.* a. 2. v. 38. Tam crebri ad terram accidebant, quam pyra. *Terent. Hecyr.* 3. 3. 18. Accidere ad genua. *to prostrate one's self before any one.* Et *Liv.* l. 44. c. 31. Genibus alicujus accidere. *Varr.* apud *Non.* c. 8. n. 94. Trabes pronis in humum accidens. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 14. Ad pedes alicujus accidere. ¶ Ponitur etiam pro pervenire, *to arrive, to come.* *Liv.* l. 27. c. 29. Repente fama accidit, classem Punicam adventare. *Id.* l. 8. c. 24. Quod ubi ad aures accidit regis. *Plin. in Paneg.* c. 92. Clamor accidit auribus nostris. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 20. Quod me vetas quidquam suspicari accidisse ad animum tuum. *that any thing has occurred that will have been welcomed by you.* *Id. Verr.* 6. c. 1. Quod ad oculos, animumque acciderit. *that was calculated to please the eye, and delight the understanding.* ¶ Cum accusativo sine præpositione, quæ inest in ipso verbo. *Plaut. Stich.* 1. 2. 31. Mihi paternæ vocis sonitus aures accidit. *Sallust. in Jug.* c. 16. Quos accidam, aut quos appellem? *h. e.* ad quorum pedes accidam orandi causa? Ita legunt quidam cum *Donato*: plerique alii *accedam*. ¶ Cum accusativo, et præpositione *in*, pro quadrare, convenire, posuit *Terent. Andr.* 5. 3. 14. Istuc verbum vere in te accidit. *has turned out well for you, will suit you exactly.* ¶ Sæpissime ponitur pro evenire, contingere, *to happen, occur, fall out.* συμβαίνειν, cum dativo, et fere in tertiis personis. *Cic. pro. Planc.* c. 6. Accidit præter opinionem. *Id. Fam.* 3. ep. 10. Nollem, accidisset tempus, in quo &c. *Id. Verr.* 5. c. 55. Si qua calamitas accidisset. *Id. Fam.* 6. ep. 21. Timebam enim, ne evenirent ea, quæ acciderunt. Et ep. 20. Ut omnia, quæ non nostra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. *Id. pro Rosc. Amerin.* c. 34. Casu accidit, ut id quod Romæ audierat, primus nuntiaret. *Id. Fam.* l. 15. ep. 10. Cum ita accidit, ut omnium vestrum studio tuus consulatus satisfacere posset. *Nepos in Conon. c. ult.* Accidit huic, quod ceteris mortalibus, ut inconsideratior in secunda, quam in adversa fortuna esset. ¶ Et cum particula *quod*. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 17. Sed accidit perincommode, quod eum nusquam vidisti. ¶ Cum aliis casibus vi alicujus præpositionis. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 4. Nam mihi omnia, quæ jucunda ex humanitate alterius homini accidere possunt, ex illo accidebant. *Id. ibid.* ep. 16. Quæris ex me, quid acciderit de judicio, quod &c. *Quintil.* l. 2. c. 17. Adeo ut vix ex admirabili quodam casu possit accidere, ut, &c. ¶ Cum infinito, sed rarius. *Cic.* 6. *Fam.* ep. 11. Nec enim acciderat, mihi opus esse. ¶ *Si quid alicui accidat*, et *si quid humanitus accidat*, formulæ sunt loquendi, quibus significatur futura mors alicujus: illis autem libenter utebantur Veteres præcipue in testamentis, ut *mortis* vocabulo, aut alio ominoso verbo abstinerent. *Pompon. Digest.* l. 50. tit. 16. leg. 163. Si quis ita in testamento scripserit, *si quid filio meo acciderit, Dama servus meus liber esto*, mortuo filio Dama liber erit. licet enim aliqua accidant et vivis, sed tamen vulgi sermone etiam mors significatur. *Cic. de Invent.* l. 2. c. 21. Cujus heres non in testamento quisquam scriptus erat, si quid pupillo accidisset. *if aught should befal the ward, if the ward should die.* *Id.* 1. *Philip.* c. 4. Si quid mihi humanitus accidisset. *Sueton. in Aug.* c. ult. Filiam, neptemque, si

quid his accidisset, vetuit sepulcro suo inferri. *Contingo*, et *evenio* eadem ratione usurpantur. ¶ Inter *accidere*, et *contingere* hoc esse discrimen videtur, quod illud sæpius de adversis dicatur, hoc de prosperis eventibus. Sæpius inquam, non semper. Nam et *accido* de bonis dicitur, et *contingo* de malis, ut ex allatis patet exemplis, et confirmat *Donat.* ad illud *Terent. Andr.* 2. 3. 24. Interea aliquid acciderit boni. ¶ Aliam etiam assignant differentiam, quod *accidant*, ea, quæ fortuito, atque improviso eveniunt: *contingant*, quæ ex præcedentibus causis, quamvis improvisis fiunt. *Senec.* ep. 110. Intuere, quid sint res nostræ, non quid vocentur: et scies, plura mala contingere nobis, quam accidere. V. ibi reliqua. Verum ne hoc quidem perpetuum est.

ACCĬĒO, es, a. 2. *to call, to summon, to send for, to fetch*, idem quod *Accio*, sed minus usitatum. *Plaut. Mil.* 3. 3. 60. Ego illum probe oneratum huc acciebo. *Ita quidam leg. ex vet. quibusdam Cod. et quod ratio carminis ita legi postulet: sed ea maxime incerta est, et præterea plerique alii leg.* accibo, *quod erit futurum anomalum ab* Accio, is, *quemadmodum ab* Audio *olim dictum est* audibo. [Quidquid tamen sit de *Plauti* loco, hoc certe verbum ponitur a *Diomed.* lib. 1. p. 363. *Putsch.* in secunda conjugatione.]

ACCINCTUS, et Adcinctus, a, um, adject. *girt, begirt, fitted with, furnished with, accoutred, equipped*, præcinctus, succinctus. *Tacit.* 11. *Ann.* c. 31. Feminæ pellibus accinctæ assultabant. *Id.* 6. *Ann.* c. 2. Accinctus ferro. *Liv.* l. 40. c. 13. gladiis adcincti. *Stat.* 1. *Thebaid.* v. 428. Forsan et accincto lateri (sic ira ferebat) Nudassent enses. ¶ *Accinctus miles* idem est ac armatus. *Tacit. Ann.* 11. c. 18. Ferunt, militem, quia vallum non accinctus, atque alium, quia pugione tantum accinctus foderet, morte punitos. ¶ Hinc translate munitus, tectus, *defended, fortified, secure*. *Tacit. Ann.* 12. c. 44. Juvenis potentiæ promptæ, et studio popularium accinctus. ¶ Item expeditus, paratus, promptus, quia qui cinctus est, habilior est ad agendum, *prepared for, prompt, alert, active, expeditious*, εὔζωνος. *Stat.* l. 4. *Silv.* 4. v. 48. magnos accinctus in usus Fert animus quascumque vices. *Plin. in Paneg.* c. 30. In omnia intenta bonitas, et accincta. ¶ Item parcus, moderatus, *moderate, limited, restrained, confined*, quo sensu ei opponitur *discinctus*. *Plin. in Paneg.* c. 20. Ad hoc comitatus accinctus, et parens. *Alii leg.* accintus, et parcus. *Auson. in gratiar. act.* c. 27. Cujus aut familiaris habitus condecentior, aut militaris accinctior? ¶ Item instructus, ornatus. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 514. accinctus gemmis fulgentibus ensis. *Eumen. in Paneg. ad Constant.* c. 11. Britannia tot vectigalibus quæstuosa, tot accincta portubus. *Id. in Paneg. ad Constantin.* c. 19. Massilia munitissimo accincta portu.

ACCINGO, et Adcingo, is, nxi, nctum, a. 3. *to gird, to begird, to gird on*, περιζώννυμι, cingo, præcingo: ex *ad* et *cingo*. *Virg. Æn.* 11. v. 489. laterique accinxerat ensem. *Id. Æn.* 7. v. 640. Loricam induitur, fidoque accingitur ense. ¶ Latius etiam sumitur pro instruere, ornare. *Id. Æn.* 6. v. 184. paribusque accingitur armis. *to provide one's self with, put on, take in hand, equip one's self with. Id. Æn.* 9. v. 74. Atque omnis facibus pubes accingitur atris. ¶ Translate est parare, instruere, *to prepare, go briskly about any thing, buckle to (an expression somewhat obsolete, but corresponding exactly with this use of the Latin word)*, ἐπιχειρέω, ἑτοιμάζω, παρασκευάζω. Ducta est translatio ex eo, quod qui aliquid facere aggreditur, alte cingi solet, quo habilior, expeditiorque sit. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 68. Simul Domitianus, Mucianusque accingebantur, dispari animo, &c. *Virg.* 1. *Æn.* v. 214. Illi se prædæ accingunt. *Liv.* l. 4. c. 2. Accingi ad consulatum. *Id.* l. 2. c. 12. in discrimen. *Tacit. Ann.* 12. c. 31. Turmas peditum ad munia accingere. *Id.* 4. *Hist.* c. 79. Accingi ad ultionem. *Id. Ann.* 11. c. 28. ad spem majorem. *Liv.* l. 6. c. 35. Adcingi ad cogitationem. *Valer. Flacc.* 4. *Argon.* v. 593. Accingere animos futuris. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 25. Se quoque accingeret juvene, partem curarum capessituro. *h. e.* muniret. ¶ Cum infinito. *Virg. Georg.* 3. v. 46. ardentes accingar dicere pugnas Cæsaris. ¶ Cum accusativo sine præpositione, quæ inest in ipso verbo. *Virg.* 4. *Æn.* v. 493. magicas invitam accingier artes. *accingier* paragoge pro *accingi*. ¶ More neutrorum. *Virg.* 2. *Æn.* v. 235. Accingunt omnes operi. *Pompon.* apud *Non.* c. 7. n. 10. Dum ego revortor, age, accinge ad molas. *In hoc, et similibus exemplis semper subintelligitur accusativus,* te, *aut* se.

ACCĬNO, et Adcino, is, n. 3. idem quod accanto, προσᾴδω. Verbum est perrari usus. *Diomed. Grammat.* lib. 2. p. 425. *Putsch.* Accentus dictus est ab accinendo, quod sit quasi quidam cujusque syllabæ cantus. ¶ Quidam afferunt ex *Sedulio* versum, quem nos in toto ejus Opere non invenimus.

ACCĬO, is, ivi, et ii, itum, a. 4. *to send for, call, call in, summon, desire to come*, προσκαλέω, evoco, advoco, arcesso. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 1. Tu invita mulieres, ego accivero pueros. *Quidam ex vet. quibusdam lib. leg.* arcivero. *Id. ibid.* l. 13. ep. 48. Si accierit, accurram. *Id. de Harusp. resp.* c. 12. Haruspices accire ex Hetruria. *Sil.* lib. 8. v. 337. e Tyrio consortem accite Senatu: Non tam sæva volet. *Tacit. Ann.* 1. c. 5. Accire aliquem properis litteris. *Liv.* l. 2. c. 6. aliquem peregre in regnum. *Vellei.* l. 2. c. 38. et *Flor.* l. 4. c. 2. *a med.* mortem. *h. e. sibi consciscere. Tacit.* 4. *Hist.* cap. 83. Ut fidissimis amicorum in Pontum missis effigiem suam acciret. *send for, fetch.* ¶ Translate *Cic.* 5. *Fin.* c. 31. Qui se fatentur virtutis causa, nisi ea voluptatem acciret, ne manum quidem versuros fuisse. ¶ Futurum *accibo*. V. supra in *Accieo*. [¶ Particip. *acciendus* ab *accieo*, vel *accio* apud *Cic. de. Arusp. resp.* c. 12. Aruspices acciendos ex Etruria putaremus.]

ACCIPENSER. V. *Acipenser*.

ACCIPĬO, is, epi, eptum, a. 3. *to receive, take*, λαμβάνω, recipio, capio, sumo: ex *ad*, et *capio*. *Cic.* 1. *Fam.* ep. 1. Quod dat, accipimus. *Id.* 2. *de natur. Deor.* c. 54. Alvus omne, quod accipit, cogit et confundit. *Virg.* 8. *Æn.* v. 449. ventosis follibus auras Accipiunt, redduntque. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 45. Luna lumen solis accipit. *Id.* 1. *Offic.* c. 11. Accipere injuriam ab aliquo. *Id.* 9. *Attic.* ep. 2. honorem ab aliquo. *Id. ibid.* l. 5. ep. 20. vulnus. *Id. Verr.* 4. c. 9. pecuniam. *Id. ibid.* l. 7. ep. 23. litteras ab aliquo. *Id. pro Sext.* c. 49. plausum. *Id. de Harusp. resp.* c. 11. manibus. *Justin.* l. 1. c. 4. in manum. *Virg. Æn.* 1. v. 689. gremio. *Plaut. Amph.* 2. 2. 132. Ex tua accepi manu pateram. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 1. De iis rebus, quas eum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret. ¶ Sæpe significat tractare, excipere, *to receive, treat, entertain*, ἐπιδέχεσθαι. *Cic.* 6. *Verr.* c. 40. Leniter hominem, clementerque accipit. *Id. Attic.* l. 10. ep. 7. Quintum puerum accepi vehementer. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 14. Accipere aliquem verberibus ad necem. *Id.* 3. *Verr.* c. 54. verbis male accipere. *Id. Attic.* l. 2. ep. 16. *in fin.* aliquem hospitio agresti. *Terent. Eun. sc. ult.* v. 52. Accipit homo nemo melius, neque prolixius. *h. e.* cœnam dat, convivio excipit. *Arnob.* lib. 7. p. 235. Frequentissimo irrigant accipiuntque se vino. ¶ Item pati, ferre, *to bear, bear with, take, brook, put up with, endure. Cic. de Amic.* c. 25. Patienter accipere admonitionem. *Id. Attic.* l. 15. ep. 20. Fortiter aliquid accipere. *Terent. Eun.* 4. 7. 1. Accipere contumeliam. ¶ Item audire, intelligere, *to hear, comprehend, understand, take, (as, do you take me in the right sense?) catch (as, he caught my meaning), Cic. de Senect.* c. 21. Eas non tum primum accipere, sed reminisci, et recordari. *Id.* 5. *Verr.* c. 30. Accipite nunc, quid imperarit. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 37. Accepissent fama, et auditione, esse quoddam numen, et vim Deorum. *Id.* 3. *de Fin.* c. 20. Ut de Hercule, et de Libero accepimus. *Id.* 1. *de Orat.* cap. 50. Accipere aliquid auribus. *Id.* 1. *Fam.* ep. 6. Quæ gerantur, accipies ex Pollione. *Liv.* l. 3. c. 70. *ad fin.* Triumphum nec ipsos postulasse, nec delatum iis ab senatu, accipio. *Plin.* lib. 8. c. 48. Trabeis usos accipio reges. ¶ Item interpretari, vel intelligere, *to interpret, explain, put a meaning upon, understand. Cic. Fam.* 10. epist. 1. Teque hoc existimare volo, quidquid in eum contuleris, ita me accipere, ut in me ipsum te putem contulisse. *Id. Attic.* l. 11. ep. 7. *in fin.* Quod rogas, ut in bonam partem accipiam, ego vero in optimam. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 26. Quod in aliam partem, ac dictum sit, potest accipi. *Id.* l. 4. c. 53. Cum verbum potest in duas, pluresve sententias accipi. ¶ Item percipere, sentire, *to derive, to feel, to be sensible of. Cic. ad Q. Fr.* l. 3. ep. 8. Magnam ex epistola tua accepi voluptatem. *Id. pro Dom.* c. 36. Accipere dolorem. ¶ Item cognoscere, percipere, *to conceive, comprehend, get a notion of. Cels. initio* l. 8. Superest ea pars, quæ ad ossa pertinet. Quæ quo facilius accipi possit, prius positus, figurasque eorum indicabo. ¶ Item recipere, *to receive, take, admit. Cic.* 2. *Attic.* ep. 20. Accipere aliquem in amicitiam. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 1. cuncta sub imperium. *Liv.* l. 7. c. 19. in societatem. *Id. ibid.* c. 16. urbem in deditionem. *Justin.* lib. 28. c. 3. aliquam in matrimonium. ¶ Item suscipere, *to undertake. Terent. Hecyr. prol.* v 55. Mea causa hanc causam accipite. *Plaut. Mostell.* 5. 2. 23. Accipito hanc ad te litem. *Terent. Heaut.* 2. 3. 96. Nihil satis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum. *take on my shoulders*, &c. ¶ [†Ad quem locum hæc habet Westerhovius: "Tam malæ, quam bonæ res *accipi* dicuntur. Ita infra V. 1. 59. Eun. IV. 6. 24. IV. 7. 1. *Adelph.* II. 1. 53. *Phorm.* V. 2. 4. *Cicero. Fam.* XV. 21. *In ea voluptate hunc accepi dolorem.*"] ¶ Item consequi, *to obtain, attain, gain, win, get. Cic de clar. Orat.* c. 47. Cum palmam jam primus acceperit. *Just.* l. 5. c. 4. Pacem petierunt, quam ne acciperent, opera eorum effectum est. *Id.* lib. 12. c. 8. Accipere veniam ab aliquo. ¶ Item admittere, probare, *to admit, approve, accept of. Cic. Fam.* 12. ep. 21. Accipere excusationem. *Id. ibid.* l. 16. ep. 19. causam. *Liv.* l. 38. c. 18. omen. ¶ Hinc in disputationibus *accipere* dicuntur, qui aliquid tanquam verum admittunt, et concedunt. *Gell.* l. 18. c. 1. Hoc ubi accepit Stoicus, &c. ¶ Apud JCtos hoc est discriminis inter *accipere*, et *capere*, quod *capere* cum effectu intelligitur; *accipere* etiam si quis non sic accepit, ut habeat: ideoque non videtur quis capere, quod est restituturus. Hæc *Ulpian. Digest.* l. 50. tit. 16. leg. 71. ¶ *Accepso* pro *acceperim*, aut *accepero*, vel ut exponit *Nonius* c. 2. n. 51. pro *accipio*, antiquum est. *Pacuv. ibid.* Haud sinam quidquam profari, priusquam accepso quod peto. ¶ Etiam *adcipio* scriptum reperitur in quibusdam *Virgil.* antiquis codicibus, teste *Pier. ad Ecl.* 8. v. 39. [¶ Particip. *accipiens* et *accipiendus* apud *Cic. de Fin.* l. 2. c. 3. Voluptatem hanc esse sentiunt omnes, quam sensus accipiens movetur. *Id. de Nat. Deor.* l. 2. c. 63. Terga boum non sunt ad onus accipiendum figurata.]

ACCIPĬTER, cipitris, m. *a bird of prey*, nomen est generale omnium avium rapacium, et aliarum avium præda viventium, et aduncum ad hoc rostrum, unguesque habentium. *Plin.* l. 10. c. 8. Accipitrum genera sedecim invenimus, &c. *Ovid. Metam.* 11. v. 344. Et nunc accipiter nulli satis æquus, in omnes Sævit aves. ¶ Speciatim hoc nomine vocatur avis quædam rapax, quæ ab *Anglis*, *a hawk, falcon*, a quibusdam etiam corrupto vocabulo *accipiter fringillarius* dicitur, cujus perutilis est in aucupiis opera, cum facile aucupis pugno sedere, in monstratam prædam ejus nutu involare, et, cum eidem libuerit, ad vincula redire assuescat: de qua *Martial.* l. 14. epigram. 216. Prædo fuit volucrum, famulus nunc aucupis, idem Decipit, et captas non sibi mœret aves. ¶ Difficile tamen est definire, quodnam potissimum ex tot accipitrum generibus hisce nominibus designetur. V. *Gesner.* et *Aldrovandum*, qui ingentibus voluminibus de hujusmodi rebus ex professo scripsere. Budæus quoque *Annotat. prior. in Pandect.* multa scripsit de Accipitribus professus se adolescentem eo aucupii genere maxime delectatum. ¶ Accipitrem sacrum vocat *Virg.* 11. *Æn.* v. 722. vel quia, ut ait *Servius*, ea avis Marti sacra est, vel quia est ceteris avibus exsecrabilis, ut *Auri sacra fames*; vel quia Græcum nomen expressit, quo accipiter ἱέραξ dicitur, ἱερός, *sacer*. [Rectius fortasse, quia augurium ex accipitre capiebatur, ut apud *Homer. Odyss.* 15. v. 524. *et seq.*; sacra autem Diis habebantur ea etiam, quæ ad augurium spectant, et ad divinationem quamcumque: imo *Cic. de Nat. Deor.* l. 3. c. 19. accipitres inter barbarorum Deos refert, eosque *Lucretius loco infra cit.* in somno metuere ait homines superstitiosos.] ¶ Translate ponitur pro rapaci, aut fure. *Plaut. Pers.* 3. 3. 5. Impure, labes popli, pecuniæ accipiter. ¶ In genere fem. *Lucret.* l. 4. v. 1003. Accipitres somno in leni si prælia, pugnasque Edere sunt persectantes, visæque volantes. ¶ Accipitrem ab accipiendis, hoc est capiendis avibus dictam scribit *Isidor.* lib. 12. *Orig.* c. 7. ¶ Olim a vetustissimis dictum esse *accipiteris* in genitivo pro *accipitris*, testatur *Priscian.* lib. 6. p. 695. *Putsch.* sed nullum affert exemplum.

ACCIPĬTRO, as, a. 1. obsoletum verbum usurpatum a *Lævio*, vel ut alii leg. *Nævio* veteri poeta, qui teste *Gell.* lib. 19. c. 7. *Accipitret* posuit pro laceret. Alii leg. *jaceret*, a *jacio*.

ACCĪSUS, a, um, nom. partic. *cut, cut off or down, felled*, περικοπείς, cæsus: ab *accido*. *Tacit. de Germ.* cap. 19. Accisis crinibus nudatam expellit domo maritus. *Virg. Æn.* 2. v. 626. accisa ornus ferro. ¶ Translate imminutus, afflictus, extenuatus, consumptus, *consumed, wasted away, destroyed, overthrown, quashed. Virg. Æn.* 7. v. 125. fames Accisis coget dapibus consumere mensas. *Liv.* l. 3. c. 10. Hernici nuntiant Volscos, etsi accisæ res sint, reficere exercitus. *Id.* l. 8. c. 11. Accisæ Latinorum copiæ. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 113. Integris opibus novi non latius usum, Quam nunc accisis.

ACCITĬO, onis, f. *a calling, summoning*, actus acciendi, accitus, παράκλησις. *Arnob.* lib. 4. p. 134. Magi in suis accitionibus memorant, antitheos sæpius obrepere pro accitis. *h. e.* in suis Deorum evocationibus.

ACCĪTO, as, a. 1, *to call, to call to.* Probant quidam hoc verbum auctoritate *Lucretii* l. 5. v. 945. Clarior accitat, &c. sed mira ibi lectionum varietas est.

ACCĪTUS, a, um, nom. ex. particip. *called, summoned, sent for*, evocatus, arcessitus: ab *accio, is*, προσκεκλημένος. *Sallust. in Jugurt.* c. 108. Acciti ibant. *Tacit. Hist.* 4. c. 72. Convertit animos accitarum legionum miserabilis aspectus. *Id. ibid.* c. 13. Accita a Vitellio auxilia. *Curt.* l. 4. c. 1. Classis Macedonum ex Græcia accita.

ACCĪTUS, us, m. *a call, calling, summons, citation*, evocatio, accitio, παράκλησις. In sexto casu singulari. *Cic.* 5. *Verr.* c. 28. Magistratus accitu istius evocantur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 677. accitu cari genitoris.

ACCĬUS, ii, m. Ἄκκιος, Poeta tragœdiarum scriptor insignis. Natus traditur parentibus libertinis, Marcio, et Serano Consulibus. Ejus tragœdiæ fuerunt clarissimæ, gravitate sententiarum, verborum pondere, et auctoritate personarum. Testis *Quintil.* l. 10. c. 1. Eum tamen ut duriusculum notant alii, inter quos *Pacuvius* ejus æqualis, ut narrat *Gell.* l. 13. c. 2. Sed et *Licinius* ferreum scriptorem appellabat, quod dum tragœdias ex Sophocle verteret in Latinum duriorem se præstiterit: id quod *Quintil. loc. cit.* pro suo candore in tempora illa rejicit. Ejus fragmenta permulta (nam integra opera perierunt) leguntur apud *Ciceronem*, *Gall. Charis. Diomed. Priscian. Nonium*, ceterosque veteres Grammaticos. ¶ Accius alter fuit historicus, cujus meminit *Cic.* 1. *de legib.* c. 2. ubi tamen alii leg. *Acrum*, alii *Macrum*. V. *Voss. de histor. Latin.* lib. 1. c. 10. ¶ *Accii*, vel *Acci patina*, quam memorat *Tertullian. advers. Valentinian.* c. 12. videtur fuisse cujusdam heluonis, et ventris causa ingeniosissimi, qui ex variis cibis, et magna impensa exquisitis patinam confecerit similem illius,

quæ describitur a *Senec. epist.* 95. *ante med.* et *Plin.* l. 10. c. 51. ¶ 1. Accius Pisaurensis orator fuit celebris: laudaturque a *Cicer. de clar. Orat.* c. 78. Hic Cluentii accusator fuit, cui respondit Cicero oratione *pro Cluent.* compellatque præsertim cap. 23. ubi quædam Edition. habent *Actius*, aliæ *Attius*, quod *Manut. in Orthogr.* auctoritate *Mar. Victorini* lib. 1. *art. Grammat.* veter. libror. et multor. lapidum probat. Sunt etiam, qui *Atius* unico *t* scribendum putant, ut *Dausq. in Orthogr.* afferens illud *Virg. Æn.* 5. v. 568. *Alter Atys, genus unde Atii duxere Latini*; ubi tamen *Pier.* monet scribendum esse *Atti* cum antiquis codicib. vel etiam *Attii* ex *Vel. Longi* sententia duobus *ii* per synæresim in unum coeuntibus. Quare rectius *Accius*, vel *Attius*, scribendum videtur. ¶ Ab hoc nomine fit adject. *Accianus*, quod V. suo loco. [Totum hoc caput ita reficiendum putamus ex iis quæ de Acciorum familia scripsit eruditissimus editor *Collectionis Pisaurensis Latinorum Poetarum.* Tres fuere Accii, quorum meminere Scriptores Latini. L. Accius senior, L. Accius junior, et T. Accius. Primus natus fuisse videtur ann. U. C. 569. qui sex annorum puer, cum P. Claudio Pulcro, et L. Porcio Licinio Coss. Pisaurum colonia deduceretur, illuc migravit. Fuit hic poeta comicus, cujus mentionem facit *Auctor veteris operis de Tragœdia et Comœdia*; hujus comœdiarum fragmenta leguntur inter carmina Accii. Hic iisdem Ædilibus una cum Pacuvio fabulam docuit, cum ipse triginta, Pacuvius vero octoginta annos natus esset. Ann. U. C. 650. nonagenario major obiit. ¶ L. Accius alter, de quo *Acron Horatii scholiastes* ait: Accius Poeta junior suo ingenio præcelluit Euripidem, qui fuit altus, et ingenio sublimis. Hic præcedentis filius fuisse videtur, nam, teste *Eusebio* in *Chron. Olymp. CLX. an. II.* ortus est Mancino et Serrano Coss. h. e. ann. U. C. 580. parentibus libertinis; fuit etiam familiaris D. Bruti, et æqualis M. Tullii Ciceronis; hujus Tragœdiarum fragmenta adhuc exstant. Scripsit etiam hexametris annales, quorum fragmentum affert *Macrob. Sat.* l. 1. c. 7. et versibus ornavit D. Bruti monumenta, obiit autem ann. U. C. 667. ¶ T. Accius L. filius L. nepos, natus ann. U. C. circiter 630. orator eximius, Ciceronis æmulus et coævus, de quo ita ille *in Bruto* c. 78. T. Accius Pisaurensis, cujus accusationi respondi pro A. Cluentio; qui et accurate dicebat, et satis copiose, eratque præterea doctus Hermagoræ præceptis .... studio autem neminem, nec industria majore cognovi. Mortuus fuisse videtur ann. U. C. 706. circiter, cum illum *Cicero* dicat nuper mortuum *in Bruto* c. 78., qui liber scriptus creditur ann. 707. Tres igitur fuere Accii, nimirum L. Accius poeta comicus pater, L. Accius poeta tragicus, et annalium poeticus scriptor filius, et T. Accius orator nepos. ¶ Fuit etiam Accius Nævius (*Attius*, item *Actius Navius* habent libri etiam optimi) Augur celeberrimus, qui jussu Tarquinii Prisci Romanorum regis novacula cotem discidit, quam historiam, seu potius fabulam narrant *Liv.* lib. 1. c. 36. *Val. Max.* l. 1. c. 4. n. 1. Hanc *Cicero de Divin.* l. 1. c. 17. defendit, sed lib. 2. c. 38. Contemne, *inquit*, cotem Accii Navii, nihil debet esse in philosophia commentitiis fabulis loci. ¶ Alter fuit Accius Priscus pictor nobilis, qui Honoris et Virtutis ædes Vespasiano restituenti una cum Cornelio Pino pinxit. *Plin.* l. 35. c. 10. Deinde adjungas licet, quæ habet *Forcellinus* de ratione, qua scribi potest hujusmodi nomen, nempe; *quædam Editiones habent Actius*, &c. usque ad finem.]

ACCLAMATIO, et Adclamatio, onis, f. *a loud cry or shout, clamour, noise*, ἐπιφώνησις, clamor. *Columell.* l. 7. c. 3. *sub fin.* In cogendis, recipiendisque ovibus acclamatione, ac baculo minetur. Adde l. 6. c. 2. *ad fin.* ¶ Item vox et clamor multitudinis assentientis, laudantis, probantis, *acclamation, shout of applause, huzza. Liv.* l. 31. c. 15. *ad fin.* Acclamationes multitudinis assentatione immodica pudorem onerantis. *Sueton. in Oth.* c. 6. Inter faustas acclamationes. *Plin. in Paneg.* c. 73. Comprobasti acclamationum nostrarum fidem lacrymarum nostrarum veritate. ¶ Hoc sensu differt a plausu in eo maxime, quod acclamatio voce, plausus manibus fit. *Quintil.* l. 8. c. 3. Ut populus Romanus admirationem suam non acclamatione tantum, sed etiam plausu confiteretur. ¶ Acclamationum usus frequens fuit apud Romanos in foro, in theatro, principibus viris advenientibus, in scholis, et auditoriis recitantibus opera sua, in nuptiis etiam boni ominis causa, &c. Sed præcipue obtinuit earum mos Imperatorum temporibus, quibus in Principum laudes, et adulationem effusi non vocibus modo singulis, sed longis etiam ominandi formulis, et ad cantum interdum conformatis acclamabant. Cujus rei exempla leguntur apud *Capitolin. in Maximinis* cap. 16. et 25. et *in Gordianis* c. 11. *Vopisc. in Tacito*, c. 4. 5. et 7. *Vulcat. Gallican. in Avid. Cass.* c. 13. et *Lamprid. in Alex. Severo* cap. 6. &c. Quæ quidem acclamationes in Acta publica aliquando relatæ sunt, ut colligitur ex *Lamprid. loc. cit.* et ex *Plin in Paneg.* c. 75. Plura hac de re *Lips. Elect.* lib. 2. c. 10. et *Casaubon. ad. Vulcat. Gallic. loc. cit.* ¶ Accipitur etiam in malam partem pro clamore, et strepitu adversantium, exsibilantium, maledicentium, *a shout of disapprobation, an outcry against any one, a crying against, hissing, exploding*, ἀντιφώνησις, διαφώνησις. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 3. Non modo ut acclamatione, sed convicio, et maledictis impediretur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 83. Vitanda est acclamatio adversa populi, quæ aut orationis peccato aliquo excitatur, vel invidia. *Sueton. in Domit.* c. 23. Contumeliosissimum acclamationum genus. *Exemplum adversæ acclamationis habetur apud Lamprid. in Commodo cap. penult.* [Sed luculentius exstat apud *Cic. pro C. Rab. perd.* c. 6. Utinam hanc mihi facultatem causa concederet, ut possem hoc prædicare, C. Rabirii manu L. Saturninum, hostem populi Romani interfectum! *Hic acclamatum esse sequentia indicant, nam pergit Tullius:* Nihil me clamor iste commovet, sed consolatur, cum indicat, esse cives quosdam imperitos, sed non multos. Numquam, mihi credite, populus Romanus hic, qui silet, consulem me fecisset, si vestro clamore perturbatum iri arbitraretur. *Hic iterum acclamatum intelligimus, sed Tullius subjicit:* Quanto jam levior est acclamatio! quin continetis vocem indicem stultitiæ vestræ, testem paucitatis &c. Præstitit hic *Cicero* ex parte aliqua, quæ præcipit ipse lib. 2. *de Orat.* c. 83., quem locum, si lubet, vide.] ¶ Denique acclamatio figura est Rhetorica, eadem nimirum, quæ epiphonema, ἐπιφώνημα. *Quintil.* l. 8. c. 5. Est enim epiphonema rei narratæ, ve probatæ summa acclamatio. [*Virg. Æn.* l. 1. v. 33. Tantæ molis erat Romanam condere gentem.]

ACCLAMITO, as, n. 1. frequentat. ab acclamo. *Plaut. Amph.* 3. 2. 3. Ea quæ sunt facta, infecta esse acclamitat. *Sed Editiones mire hic variant.*

ACCLĀMO, et Adclamo, as, avi, atum, n. 1. *to cry out against, express indignation or disapprobation by shouting, to raise a clamour against any one*, idem quod clamo: et dicitur fere de multitudine ἐπιφωνέω, ἐπικράζω. *Cic. pro Cæcin.* c. 10. Populus cum risu acclamavit ipsa esse. *Liv.* lib. 34. c. 50. *ad fin.* Prosequentibus cunctis, servatorem, liberatoremque acclamantibus. *Tacit. Ann.* 1. c. 44. Si nocentem adclamaverant, præceps datus trucidabatur. Et c. 19. Acclamavere, ut tribunus legatione ea fungeretur. ¶ Sæpe est voce assentiri, clamando laudare, plaudere, *to applaud, to shout in favour of one, to huzza by way of approbation, honour, or rejoicing*, προσφωνέω, εὐφημέω. *Capitolin. in Maximinis* cap. 16. Lectis litteris, statim senatus acclamavit, Gordiane Auguste, Dii te servent. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 78. Populus, et miles tanquam nobilitatem astruerent, Neroni Othoni acclamavit. ¶ Passive impersonaliter. *Sueton. in Domit.* c. 13. Acclamari etiam in Amphitheatro libenter audiit, Domino, et Dominæ feliciter. *Lamprid. in Alex. Sev.* cap. 7. Cum egisset gratias, acclamatum est. Et cap. 9. Et cum diceret, acclamatum est. *Sic ibi sæpe.* ¶ De acclamandi ritu diximus in *Acclamatio.* ¶ In malam partem pro clamore obstrepere, contra dicere, *to disapprove by clamour, to shout at or against*, διαφωνέω. *Cic. de Clar. Orat.* c. 73. Non metuo, ne mihi acclametis. *Senec. epist.* 47. Hoc loco acclamabit mihi tota manus delicatorum. Adde *Vellei.* l. 2. c. 4.

ACCLĪNĀTUS, et Adclinatus, a, um, adject. *inclined, leaning over or towards, bent over*, inclinatus, προσκλιθείς. *Petron. in Satyr.* cap. 103. Adclinatus lateri navis exonerabat stomachum nausea gravem. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 268. acclinataque colla Mollibus in plumis tanquam sensura reponit. *Liv.* l. 44. c. 3. Castra acclinata tumulo. *a camp pitched on the slope or declivity of a hill. Stat.* l. 5. silv. 4. v. 5. occidit horror Æquoris, et terris maria acclinata quiescunt. *h. e.* quasi reclinata, et jacentia litoribus, atque adeo tranquilla.

ACCLĪNIS, et Adclinis, e, adject. *leaning upon or against, resting upon, supported by, bending forward, shelving*, acclinatus, προσκλίνων. *Virg.* 10. *Æn.* v. 834. corpusque levabat Arboris acclinis trunco. *Claudian. in Consul. Probi, et Olybr.* v. 114. arbore fultus Acclines humeros. *Justin.* l. 28. c. 4. Non humi consedit, non armorum pondus deposuit, sed acclinis parieti, &c. *Stat.* l. 10. *Thebaid.* v. 288. Acclines clypeis alios. Adde lib. 5. silv. 3. v. 36. et silv. 5. v. 25. ¶ Translate *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 6. Acclinis falsis animus meliora recusat. *h. e.* addictus, innixus, vel etiam propensus. Porro omnibus hisce exemplis alii Codices habent *acclivis*, vel *aclivis.* Verum præterquamquod *acclivis* non ita apte his locis accommodari potest, in quibus omnibus status quidam significatur hominis rei alicui innitentis; textus qui *acclinis* habent, acriter, constanterque tuentur primæ notæ interpretes, et Critici (partim ex MSS. et antiquis libris impressis, partim ex analogia, cum et *reclinis* dicatur eadem forma, et *inclinis*) *Turneb.* l. 3. c. 19. *Pierius, Servius* in *Virg. Berneccer.* in *Justin.* in *Stat. Morell.* in *Horat. Lambin.* in omnibus *Pareus* in *Lex. Crit.* Est enim inter alia illud quoque discrimen, quod *acclivis* proprie de rebus inanimis usurpetur, *acclinis* de animatis, ut adnotavit *Gifanius in observat. Latin. ling.* [Corrigendus hic *Gifanius* cum *Forcellino*, nam proprie *acclinis* de iis personis aut rebus usurpatur, quæ acclinari possunt, seu quæ ita moveri possunt, ut acclinentur, seu inclinentur; *acclivis* vero fere ad situm locorum refertur, ut cuique, omnibus, quæ adducta sunt, exemplis attente consideratis, pronum erit judicare. Loca vero *Ammiani* et *Claudiani* mox adducenda, quæ contrarium probare videntur, varietate lectionis mirum quantum laborant.] Quod tamen discrimen non servarunt (si constans est lectio.) *Ammian.* l. 29. c. 5. (*al.* 26.) ubi scripsit *Municipium Sugabarritanum monti accline.* Et *Claudian. carm. de Phœn.* v. 90. centumque accline columnis Templum.

ACCLĪNO, et Adclino, as, avi, atum, a. 1. *to lean or incline towards, to bend forward*, ad aliquid flecto, inclino, προσκλίνω. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 72. Circumspexit Atyn, seque acclinavit in illum. *Alii leg.* inclinavit ad illum. *Stat.* l. 4. silv. 2. v. 50. gravis Alcides, post horrida jussa reversus, Gaudebat strato latus acclinare leoni. *to rest his side upon, to repose upon.* ¶ Translate *Liv.* l. 4. c. 48. Haud gravate acclinaturos se ad causam Senatus. *h. e.* fauturos causæ Senatus.

ACCLĪVIS, et Adclivis, e, adject. *steep, up-hill, rising, ascending*, erectus, arduus, ascensum habens erectum, cui contrarium est *declivis*, ἀνωφερής, προσάντης. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. Ea viæ pars valde acclivis est. *Virg.* 2. *Georg.* v. 276. tumulis acclive solum, collesque supinos. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 29. Una ex parte leniter acclivis aditus. *the entrance, or pass, was of easy ascent.* ¶ Vide dicta in *Acclinis.*

ACCLĪVĬTAS, et Adclivitas, atis, f. *a bending upwards, steepness, ascent, acclivity*, ἀνωφερεία, ascensus terræ erectus. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 18. Ab eo flumine pari acclivitate collis nascebatur *Columell.* l. 2. c. 4. In arando observandum, ut transversus mons sulcetur. nam hac ratione difficultas acclivitatis infringitur, et labor minuitur.

ACCLĪVUS, et Adclivus, a, um, adject. *steep, sloping upwards, ascending*, idem quod acclivis. *Ovid. Metam.* 2. v. 19. acclivo Clymeneia limite proles Venit. *Id. Metam.* 10. v. 53. Carpitur acclivus per muta silentia trames. Adde *Liv.* l. 38. c. 20. et *Manil.* l. 1. v. 232. sed ubique inconstans est lectio.

ACCOGNOSCO, et Adcognosco, is, a. 3. *to know, to know well, to recognize*, probe cognosco præposit. enim *ad* vim verbo addit. *Petron. in fragm. Tragur.* cap. 69. *Burm.* Adcognosco, inquit, Cappadocem.

ACCŎLA, æ, m. *a borderer, a near inhabitant or neighbour, one who lives near or hard by*, πάροικος. *Liv.* l. 1. c. 7. Pastor accola ejus loci nomine Cacus. *Id.* l. 37. c. 53. Nullos accolas, nec finitimos habere, quam vos, malo. *Tacit. Ann.* 2. c. 68. Ad amnem Pyramum contendit, cujus pontes accolæ ruperant. *Virg.* 7. *Æn.* v. 729. Accola Vulturni. ¶ Differunt *accola*, et *incola* in eo, quod *accola* est qui juxta, vel circa locum aliquem habitat: hinc dicitur accola montis, fluminis, litoris, &c. *incola* est qui in ipso loco habitat, ut incola pagi, urbis, oppidi, &c. *Plaut. Aulul.* 3. 1. 1. Cives, populares, incolæ, accolæ, advenæ. ¶ Per catachresim *Tacit. Ann.* 1. c. 79. Quin ipsum Tiberim nolle prorsus accolis fluviis orbatum minore gloria fluere. *h. e.* fluviis in ipsum influentibus. ¶ In singulari numero de pluribus aliquando dicitur more nominis collectivi. *Sil.* l. 11. v. 25. Jam vero Eridani tumidissimus accola Celtæ Incubuere malis Italum. ¶ Quidam putant *Ciceronem* usurpasse hanc vocem pro cive, seu populari, cum *accolas Cereris* dixit *Verr.* 6. c. 50. Sed non est eo loco a propria hujus vocis significatione recedendum. Verba *Ciceronis* sunt: *Habitare apud se se Cererem Ennenses arbitrantur: ut mihi non cives illius civitatis, sed omnes sacerdotes, omnes accolæ, atque antistites, Cereris esse videantur.* Sensus est, Ennenses adeo Cereris cultui addictos esse, ut non tam Ennam incolere, sed Cereris templum accolere videantur.

ACCŎLO, is, a. 3. *to dwell near*, παροικέω, προσοικέω, juxta, vel circa colo: ex, *ad*, et *colo. Plin.* l. 36. c. 12. Quasi silvestre numen accolentium. *Plaut. Bacch.* 2. 1. 4. Qui ædibus propinquus nostris accolis. *Liv.* l. 28. c. 13. Ab sociis, qui accolunt viam, contrahendo auxilia. *Cic. in Somn. Scip.* c. 5. Gens, quæ illum locum accolit, sensu audiendi caret. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 51. Accolere Rhenum. *Id. ibid.* l. 3. c. 47. Accolere Pontum. ¶ Passive *Plin.* l. 3. c. 1. Bætis fluvius crebris dextra lævaque accolitur oppidis. ¶ Cum dativo quoque usurpari scribit *Priscian.* lib. 18. p. 1203. *Putsch.* sed nullum affert exemplum.

ACCOMMODĀTE, adverb. *aptly, fitly, agreeably, suitably*, ἐπιτηδείως, apte, apposite. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 33. Dicere quam maxime ad veritatem accommodate. *Id. in Orat.* c. 33. Definire rem uberius, et ad popularem intelligentiam accommodus. *Id.* 5. *Fin.* c. 9. Vivere ad naturam accommodatissime.

ACCOMMODĀTĬO, onis, f. *an adapting, applying, adjusting, fitting, accommodating; accommodation, willingness to comply with, condescension*, apta dispositio, ἐπιτηδειότης. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 7. Elocutio est idoneorum verborum et sententiarum ad inventionem accommodatio. ¶ Translate *Id. Verr.* 5. c. 81. Ex liberalitate, atque accommodatione, magistratuum, consuetudo æstimationis introducta est. *h. e.* ex indulgentia magistratuum, se se ad aratorum indigentiam accommodantium.

ACCOMMODĀTOR, oris, m. qui accommodat. *Inscript. apud Gruter.* p. 789. n. 4. Herma accommodator vixit an. XLVIII. *Hoc loco significari videtur speciale aliquod munus, vel artificium, quod adhuc, quale sit, definire non possumus.*

ACCOMMODĀTUS, a, um, adject. *accommodated to, fitted, adjusted, suited to, designed for*, ἁρμοστός, aptatus. *Cic. in fragment.* apud *Augustin.* lib. 4. *cont. Julian. Pelag.* cap. 15. Corpora viva cum mortuis, adversa adversis accommodata quam aptissime colligabantur. *Plin.* l. 10. c.

33. In his avibus, quarum digiti non sunt accommodati complectendis, transferendisque ovis. ¶ Sæpius est aptus, appositus, *fit, suitable, proper, intended for, calculated to,* ἐπιτήδειος. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 49. Sententiæ ad probandum accommodatæ. *Id. Fam.* 5. ep. 16. Ad consolandum accommodatus. *Id.* 2. *Agrar.* c. 6. Lex vobis accommodata, atque utilis. *Id. pro Cluent.* c. 1. Concionibus seditiose concitatis accommodatior. *Id. in fragment. pro Cornel.* apud *Ascon.* Exemplum temporibus suis accommodatissimum. *Quintil.* l. 4. c. 2. Ipsa etiam pronuntiatione in hoc accommodata, ut judex, quæ dicuntur, facillime accipiat. *Cels.* l. 5. c. 19. n. 20. Accommodata adversus morsus emplastra.

ACCOMMŎDE, adverb. affertur in Lexicis quibusd. ejus superlativum ex *Quintil.* l. 4. c. 1. *ad fin. Cui accommodissime jungi initium sequentium poterit.* sed libri meliores hab. *commodissime.*

ACCOMMŎDO, as, avi, atum, a. 1. *to adapt, adjust, fit,* ἐφαρμόζω, apto. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 61. Africano coronam sibi in convivio ad caput accommodanti. *Virg. Æn.* 2. v. 393. laterique accommodat ensem. *Vitruv.* l. 10. c. 2. Quorum dentes in saxa forata accommodantur. *Plin.* l. 36. c. 21. Arabus lapis ebori similis, dentifriciis accommodatur crematus. *Curt.* l. 4. c. 7. Non eandem effigiem habet, quam vulgo Diis artifices accommodaverunt. *h. e.* tribuerunt, aptarunt. ¶ Translate. *Cic. Fam.* 9. ep. 7. Meum consilium accommodabo ad tuum. *Id.* 1. *Offic.* c. 21. Accommodare se ad rempublicam, et ad res magnas gerendas. *Id. in Orat.* c. 8. Ad alicujus arbitrium, et nutum totum se fingere, et accommodare. *Id.* 2. *de Orat.* cap. 38. orationem auribus multitudinis, ad oblectandos animos, ad impellendos, &c. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 15. fabellas poetarum ad ea, quæ dicimus. *Id. Verr.* 2. *c. ult.* testes ad crimen. *h. e.* adhibere, adjungere. *Sueton. in Aug.* c. 99. animum negotio. *to apply. Quintil.* l. 1. *c. ult.* curam pratis, pecoribus, et hortis. Rursus *Cic. Attic.* lib. 12. epist. 32. Ut sumptus peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti, et Aventini. *h. e.* tantum insumat in peregrinatione, quantum ex Argileto, et Aventino percipitur. *Id.* 2. *de Divin.* c. 54. Ut iidem versus in aliam rem posse accommodari viderentur. *Id.* 1. *de Invent.* c. 18. Vulgare exordium est, quod in plures causas potest accommodari. ¶ Præterea ponitur pro commodare, præbere, utendum dare, *to lend, tender the use of. Cic.* 6. *Verr.* cap. 57. Si quid iste suorum Ædilibus accommodavit. *Id.* 13. *Fam.* ep. 2. Peto a te, quod sine tua molestia fiat, ut ei de habitatione accommodes. ¶ Huc et illa pertinent *ejusd. pro Cœl.* cap. 7. Dum illi placere vultis, ad tempus ei mendacium vestrum accommodavistis. Et *Sueton. in Tiber.* c. 48. Singula millia denariorum prætorianis largitus est, quod Sejano se non accommodassent. *h. e.* non se fautores præbuissent. *Ulpian. Digest.* l. 47. tit. 2. leg. 53. Accommodare opem, et consilium alicui. *Plin.* l. 2. ep. 5. His tu, rogo, intentionem scribentis accommodes. *h. e.* curam, et studium idem legendis his adhibeas, quod is, qui scripsit, adhibuit. *Sueton. in Galb.* c. 9. Supervenerunt Vindicis litteræ hortantis, ut humano generi assertorem, ducemque se accommodaret. *h. e.* præberet. ¶ Apud JCtos sæpe usurpatur pro interponere; ut accommodare auctoritatem, *Ulpian. Digest.* lib. 26. tit. 8. leg. 1. et lib. 27. tit. 6. leg. 7. et, accommodare fidem, *Caius Digest.* lib. 34. tit. 9. leg. 10. ¶ Præterea apud eosdem interdum ponitur pro benigne interpretari, benigne supplere quod deest in verbis, et aptare ex quadam æquitate legem aut decretum aliquod ei, cui ceteroquin non conveniret. *Ulpian.* lib. 40. *Digest.* tit. 5. leg. 30. Accommodabimus mentem senatusconsulti, quæ etiam ad heredem infantem trahenda est. ¶ Denique sæpius apud eosdem JCtos pertinet ad eas actiones, quas Prætor supplendarum legitimarum actionum causa dat, qui tunc *accommodare* dicitur *Pompon. Digest.* lib. 39. tit. 3. leg. 22. et alibi sæpius.

ACCOMMŎDUS, et Adcommodus, a, um, adject. *apt, suitable, fit, meet,* idoneus, aptus, ἐπιτηδής. *Virg. Æn.* 11. v. 522. Est curvo anfractu valles, accommoda fraudi. *Stat.* lib. 4. silv. 4. v. 65. sunt membra accommoda bellis. [Si *Forcellino* acquiescimus, qui duo solum poetarum loca in exemplum adduxit, vox est tantum poetica, sed ea usi sunt *Veget. Veter.* l. 3. c. 2. Accommodum labori animal, bos. et *Pallad. Jul.* c. 8. Acetum saluti et digestioni accommodum.]

ACCONGĔRO, et Adcongero, is, essi, estum, a. 3. idem quod congero, συμφέρω. *Plaut. Truc.* 1. 2. 17. Nam ego huic dona accongessi. *I have conferred on him frequent benefits.* [† Ubi *concessi* et *adecessi* habent MSS. quidam.]

ACCORPŎRO, et Adcorporo, as, a. 1. *to incorporate, unite with,* adjungo, admisceo, ἐπισωματόω. *Ammian.* l. 16. c. 8. (*al.* 13.) Ut damnatorum petita bona suis adcorporarent. *Solin.* cap. 37. (*al.* 50.) Carinis ita tenaciter adcorporatur, ut nisi abrasa parte ligni, ægre separetur. προσφύεται.

ACCRĒDO, et Adcredo, is, didi, ditum, a. 3. *to credit, give credit to, assent to, believe,* idem quod credo, credendo assentior, πίστιν ἔχω. *Nepos in Datam.* cap. 3. Fuit nemo non, qui regi nuntiaret. Primo non accredidit. *Plaut. Asin.* 3. 3. 37. Quisnam istuc accredat tibi? *Horat.* l. 1. ep. 15. v. 25. tibi nos accredere par est. Adde *Lucret.* l. 3. v. 870.

ACCREDŬO, et Adcreduo, is, idem quod Accredo. Veteres enim *creduo*, pro *credo* dixerunt. *Plaut. Asin.* 5. 2. 4. Neque mi posthac quicquam accreduas, si hujus rei me esse mendacem inveneris.

ACCREMĔNTUM, i, n. *an increasing, increase,* incrementum, ἐπαύξησις. *Plin.* l. 9. c. 2. Mollique, ac fertili accremento. *Ita habetur in vulgatis plerisque, sed rectius* Harduinus *ex* MSS. *legit* nutrimento.

ACCRESCO, et Adcresco, scis, crevi, etum, n. 3. *to grow, increase in size or quantity,* ἐπιγίνομαι, ἐπαυξάνομαι, cresco, augeor: ex *ad*, et *cresco.* videtur præpositio *ad* vim quamdam addere significationi. *Terent. Andr.* 3. 3. 7. Amicitia, quæ cum ætate adcrevit simul. *Cic. de Invent.* lib. 2. c. 31. Flumen subito accrevit, et ea re hostiæ traduci non potuerunt. *Nepos. in Attic.* cap. 21. Postquam dolores accrescere sensit. *Tacit. Ann.* 1. c. 19. Aggerebatur nihilominus cæspes, jamque pectori usque accreverat. ¶ Est etiam adjungi, addi. *Stat.* lib. 4. *Theb.* v. 355. gremio miseros accrescere natos. *h. e.* augeri numerum. *Plin.* l. 2. ep. 8. Veteribus negotiis nova accrescunt. *Liv.* l. 1. c. 54. Cum dictis factisque omnibus vana accresceret fides. ¶ *Accrescere aliquid alicui* dicitur, quod ei adjungitur, addicitur, seu quod ab eo aliqua ratione acquiritur. *Paul. Digest.* lib. 5. tit. 2. leg. 23. Si cum duo filii exheredati, ambo de inofficioso testamento egerunt, et unus postea constituit non agere, pars ejus alteri adcrescit. *Id. Digest.* lib. 43. tit. 3. leg. 2. Si pars legato adcreverit. *Ulpian.* lib. 9. *Digest.* tit. 2. leg. 35. Adcrevisse dominium ei videtur. ¶ *Jus accrescendi* est, quo hereditatis, vel rei legatæ pars, quæ in quopiam de heredibus, legatariisve deficit, alteri attribuitur. *Ulpian. Digest.* l. 37. tit. 1. leg. 3. et *Paul. ibid.* leg. 6.

ACCRETĬO, onis, f. *an increasing,* verbal. ab accresco, incrementum, ipse actus accrescendi. *Cic.* 1. *Tusc.* cap. 28. Accretio luminis Lunæ, ac diminutio.

ACCRĒTUS, et Adcretus, a, um, *growing to,* qui per additionem crevit. *Sever. in Ætna* v. 435. Et lapis adcretus regerendis ignibus aptus. *Jos. Scalig.* putat *adcretum* hic poni pro concreto, seu spisso, πυκνόν; cui opponitur spongiosus, et pumici similis. *Plin.* l. 11. c. 32. Eruca araneo accreta, quam chrysallidem appellant, *h. e.* crescens araneoso textu involuta.

ACCUBATĬO, onis, f. *a lying down, or sitting at table, the act of reclining at meat,* ἀνάκλισις, actus accumbendi, et usurpatur fere in re tricliniari. *Cic.* 1. *Offic.* c. 36. Status, incessus, sessio, accubatio teneant decorum. *Id. de Senect.* c. 13. Accubatio epularis amicorum. ¶ Sumitur interdum pro stibadio, vel lecto, in quo accumbitur. *Spartian. in Ælio Vero.* cap. 5. Jam illa frequentantur a nonnullis, quod accubationes, et mensas de rosis, ac liliis fecerit, et quidem purgatis, *Alii leg.* accubitationes *eod. sensu: Nonius* etiam c. 3. n. 22. et alii teste *Grutero*, ex multis MSS. legunt *accubitio* in allatis *Cicer.* locis præsertim *de Senect.* cui lectioni etiam analogia suffragatur. nam verbale est ab *accubo*, vel *accumbo*, quorum utrumque *accubitum* facit in supino, non *accubatum.*

ACCUBITALĬA, um, n. ἀνακλιντήρια, stragula, quibus accubita, seu stibadia insternebantur. *Trebell. Poll. in Claud.* c. 14. Accubitalium Cypriorum paria duo.

ACCUBITATĬO, ACCUBITĬO, } V. *Accubatio.*

ACCUBĬTO, as, n. 1. frequentat. ab accubo. *Sedull. in princip. operis.* Paschales quicumque dapes conviva requiris, Dignatus nostris accubitare toris.

ACCUBITORĬUS, a, um, adject. ad accumbendum pertinens, cœnatorius, ἀνακλιντήριος. *Petron. in Satyr.* cap. 30. Vestimenta mea accubitoria perdidit. Alii leg. *cubitoria* eod. sensu, sed improbat præter ceteros *Lips.* l. 1. *Saturn.* c. 2.

ACCUBĬTUM, i, n. *a seat, or couch to recline on at table,* ἀνακλιντήριον, stibadium, sedes cœnatoria triclinio similis, quæ postquam tricliniares lecti in desuetudinem abierunt, ad accumbendum mensæ adhibita est stragulis, et pulvillis instrata, quæ inde *accubitalia* dicta sunt. In eo autem a triclinio differebat, quod erat continuus, et perpetuus quasi lectus plures capiens, triclinium vero tribus fere constabat lectis inter se divisis. Ita *Casaubon.* et *Salmas. ad Lamprid. in Heliogab.* cap. 19. docent. *Veter. Interpr. Juvenal. ad Sat.* 5. v. 17. Apud Veteres accubitorum usus non erat, sed in lectulis discumbentes manducabant. *Lamprid. loc. cit.* Nec accubuit in accubitis facile, nisi iis, quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum. *Id. in Alex. Sever.* c. 34. Numerus accubitorum crescebat, et multitudo convivarum.

ACCUBĬTUS, us, m. actus accumbendi, accubatio, ἀνάκλισις, *Stat.* 1. *Achill.* v. 109. Signa tamen, divumque tori, et quem quisque sacrarat Accubitu, genioque locus, monstrantur. *h. e.* quem locum Deus aliquis mensæ accumbendo sacraverat. *Id.* 1. *Thebaid.* v. 713. Jejunum Phlegyan subter cava saxa jacentem Æterno premit accubitu. *h. e.* super incumbendo, opprimendoque. ¶ *Isidor.* l. 20. c. 11. Apud veteres Romanos non erat usus accumbendi: postea ut Varro ait de vita populi R. viri discumbere cœperunt, mulieres sedere, quia turpis est in muliere accubitus. Ex his verbis colligitur etiam *Varronem* fortasse hac voce usum fuisse. *Plin.* l. 8. c. 2. de elephantis. Plenis hominum tricliniis accubitu, iere per lectos. *Harduin.* ex MSS. leg. *plenis homine tricliniis, accubitum iere per lectos.*

ACCŬBO, et Adcubo, as, ubui, cubitum, n. 1. *to lie, or recline next to, or by the side of,* jaceo, juxta cubo, adjaceo, παράκειμαι: ex *ad*, et *cubo.* *Plin.* l. 35. c. 6. Accubantes effodiunt. *Horat.* lib. 4. od. 12. v. 18. cadus, qui nunc Sulpiciis accubat horreis. *h. e.* jacet repositus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 334. sicubi nigrum Ilicibus crebris sacra nemus accubat umbra. *h. e.* sicubi umbra jaceat sub nigro nemore: et est hypallage. *Id.* 6. *Æn.* v. 606. Ferarum maxima juxta Accubat. *Sueton. in Cæsar.* c. 44. Theatrum Tarpeio monti accubans. *Plaut. Mil.* 2. 2. 57. Cui bini custodes semper totis horis accubant. ¶ Est etiam tricliniare verbum, et sæpissime ponitur pro ad mensam discumbere, *to recline, or sit down at meat,* ἀνάκειμαι, κατάκειμαι. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 2. Morem apud majores hunc epularum fuisse, ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam. *Id. Catil.* 2. c. 5. Accubantes in conviviis, complexi mulieres impudicas, vino languidi. *Id. Attic.* l. 14. ep. 12. Hæc conscripsi accubans apud Vestorium. *Plaut. Mostell.* 1. 4. 32. Dii te ament; accuba Callidamates. *sit down at table. Id. Men.* 2. 3. 16. Prandium, ut jussisti, hic curatum est: ubi lubet, ire licet accubitum. *Liv.* l. 28. c. 18. Cœnatum simul apud regem est: eodem etiam lecto Scipio atque Hasdrubal accubuerunt. ¶ Cum accusativo sine præposit. quæ inest in ipso verbo *Plaut. Men.* 3. 2. 11. Prandi, potavi, scortum accubui. ¶ De eo, qui in lecto se componit somni causa. *Propert.* l. 1. eleg. 3. v. 3. Qualis et accubuit primo Cepheia somno. ¶ Et de concubitu, *Id.* l. 3. eleg. 13. v. 12. Nycteos Antiopen accubuisse Lyco.

ACCUBŬO, adverb. a *Plauto* effictum ad similitudinem adverbii *assiduo.* Verba ejus sunt *Trucul.* 1. 4. 67. Postidea ego tota tecum, mea voluptas, usque ero assiduo. *Di.* imo hercle vero accubuo mavelim. *h. e.* malim te mecum accubare. Simul alludit ad vim vocis *assiduo*, cujus origo est a *sedendo.*

ACCŪDO, et Adcudo, is, proprie idem est, quod cudere, hoc est nummos: cujus notionis nullum adhuc exemplum vidimus. Translate *Plaut. Merc.* 2. 3. 96. Tres minas accudere etiam possum, ut triginta sient. *h. e.* adjicere, addere.

ACCUMBO, bis, cubui, cubitum, n. 3. *to lie down, or sit down at table, to recline near one at meat,* ἀνάκειμαι, mensæ accubo, discumbo. [Sic tamen ut proprie *accumbere* sit incipientis accubare, ut *sidere* incipientis sedere, *labare* incipientis labi.] Præter significationem commune habet cum *accubo* præteritum, et supinum: significat autem eam corporis conformationem, qua Veteres mensæ assidebant cibum capturi: nimirum in lectis tricliniaribus neque sedebant, neque omnino jacebant, sed ita se componebant, ut inferiore corporis parte porrecta, ac jacente, superiorem sinistro cubito aliquantum sublevarent, pulvillis suffulcientibus, erecto paululum capite, et dextera manu libera ad cibum capiendum, sinistra etiam aliquando, cum opus esset, reclinato corpore, exserta. Hoc est *accumbere*, et *accubare*: qua de re fusius ii, qui de Triclinio, et Conviviis Veterum integris commentariis disseruere *Ciaccon. Fulv. Ursin. Mercurial. Stuck. Manut. de quæs. per epist.* et alii. Antiquissimi tamen non accumbebant, sed sedebant, ut docet *Serv. ad Virg. Æn.* 1. v. 79. et 214. et ad 7. *Æn.* v. 176. quem morem, etiam post inductum accubitus usum, feminæ pudoris causa retinuere, ut est apud *Isidor.* cujus verba vide in *Accubitus.* Verum ipsæ quoque procedente luxu aliquando accubuisse leguntur. V. *Valer. Max.* l. 2. c. 1. n. 2. *Cic. Verr.* 7. c. 31. Sic vixit, ut muliebria quotidie convivia essent, vir accumberet nemo. *Id. pro Mur.* c. 35. Lacedæmonii quotidianis epulis in robore accumbunt. *Virg.* 1. *Æn.* v. 79. epulis accumbere Divum. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 150. Age, accumbe igitur. *come then, sit down to dinner with us. Id. Stich.* 3. 2. 32. in lecto accumbere. *Liv.* l. 28. c. 18. Eodem lecto Scipio atque Hasdrubal adcubuerunt. *Martial.* l. 8. epigram. 50. Accubuit genitor cum plebe deorum. ¶ *Accumbere in summo, superiorem accumbere, infra, supra accumbere,* &c. notant locum, quem in tricliniari lecto quis occupat. *Summus accumbere*, et *supra*, vel *superior accumbere* dicebatur, qui primus, et ad caput lecti accumbebat, qui post ipsum *medius*, qui tertio loco *infra.* si quartus conviva adesset, dicebatur *imus:* et quia accumbentes in cubitum sinistrum se reponebant, accumbendi ordo a sinistra parte incipiebatur, ita ut *summus* idem esset, ac sinister, *infra* dexter. Inter tres lectos medius erat honoratior. In eodem lecto si tres essent convivæ, medius locus dignior habebatur, deinde summus: si quatuor, honoratior erat summo proximus, hoc est secundus: si quando accumberent feminæ, *infra* accumbebant, ut in sinu *medii* capite recumberent. atque hoc intelligendum de privatorum conviviis. Quod si consul, aut alius publicus magistratus in convivio esset, ejus locus erat infra, seu ultimus medii lecti ea præcipue de causa, ne, si aut subscribendum aliquid, aut nuntius admittendus, aut tale quidpiam agendum esset, ipse aut ab alio impediretur, aut alium impediret: quod etiam de domino convi-

se dicendum videtur, ut ea, quæ ad convivium pertinent, facilius expediret, et cum convivis miscere sermonem posset. Medius enim lectus ita cum tertio cohærebat, ut angulum interceptum flexu suo faceret, quo in spatio utramque medii lecti dextram, et vocem liberam et expeditam habebat, ut ait Plutarchus l. 1. Sympos. His rebus facile intelligentur Scriptorum loca, quæ subjecimus, et alia his similia. Cic. Fam. 9. epist. 26. Accubueram apud Volumnium, et quidem supra me Atticus, infra Verrius. Et paulo post: infra Eutrapelum Cytheris accubuit. Quo in loco cave tibi a P. Manutio, qui Atticum putat accubuisse a dextra, Verrium a sinistra. Plaut. Pers. 5. 1. 15. Tu Sagaristio, accumbe in summo. Id. Mostell. 1. 1. 42. Superior accumbere. Huc pertinet et illud Horat. l. 2. sat. 8. v. 20. Summus ego, et prope me Viscus Turinus, et infra, Si memini, Varius. et v. 23. Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra. *Sallust. in fragm.* apud *Servium ad l. 1. Æn. v. 702.* Igitur discubuere, Sertorius inferior in medio (*lecto*) super eum (*in eodem lecto*) L. Fabius Hispaniensis, senator ex proscriptis: in summo (*lecto*) Antonius, et infra (*in eodem lecto*) scriba Sertorii Versius: et alter scriba Mæcenas in imo (*lecto*) medius inter Tarquitium, et dominum Perpernam. Ubi vides *medium*, *summum*, *imum* ad lectum referri, *super*, *infra*, &c. ad locum lecti. Disserit fuse de hoc *Sallustii* loco *Salmas.* ¶ Cum accusativo sine præpositione, quæ satis inest in ipso verbo, *Plaut. Truc.* 5. 2. 71. Potes, et scortum accumbas. Et *Arcas* apud *Non.* cap. 4. num. 478. Ne cum tyranno quisquam epulandi gratia mensam accumbat. ¶ Pro jacere simpliciter. *Manil.* lib. 5. v. 426. *de natante.* Non onerabit aquas, summisque accumbet in undis. *h. e.* super undas stratus jacebit. [¶ Particip. *accumbens* apud *Sueton. in Vespas.* c. 5. Procidit ad accumbentis pedes.]

ACCUMULĀTE, adverb. *plentifully, copiously, in abundance,* σωρηδὸν. *Apulei.* l. 10. *Metam.* Omnia prolixe, accumulateque pollicetur. *Auct. ad Herenn.* l. 1. *in fi.* Ut munus hoc accumulatissime tuæ largiamur voluntati. ¶ Addunt quidam etiam ex *Cicer.* exemplum lib. 13. *Fam.* ep. 42. sed ibi pro *accumulatissime* legitur *cumulatissime* in optimis quibusque libris.

ACCUMULATĬO, onis, f. *a heaping together,* ἐπισώρευσις, aggeratio terræ circa arborum radices ad eas tutandas contra aeris injurias. *Plin.* l. 17. c. 26. Communia arborum morbis remedia ablaqueatio, accumulatio, afflari radices, aut cooperiri. V. *Accumulo.*

ACCUMULĀTOR, et Adcumulator, oris, m. *one who heaps together, accumulates,* qui accumulat, ὁ ἐπισωρεύων. *Tacit. Ann.* 3. cap. 36. Opum, queis domus illa viguit, primus accumulator.

ACCUMŬLO, et Adcumulo, as, avi, atum, a. 1. *to accumulate, heap together, amass,* ἐπισωρεύω, ἀθροίζω, ad cumulum addo, augeo, coacervo. *Plin.* l. 4. c. 1. Venti accumulantes arenæ congeriem. *Cic. Agr.* 2. c. 22. Vix jam videtur locus esse, qui tantos acervos pecuniæ capiat: auget, addit, accumulat. *Prudent. in Psychomach.* v. 183. accumulare caput crinibus. *h. e.* crines accumulando, et in tutulum componendo ornare. ¶ Speciatim est circa arborum radices terram aggerere, et veluti circummunire, ne nimio calore exarescant, *to heap new earth about the roots of trees.* περιχόω: cui contrarium est *ablaqueare.* *Plin.* l. 17. c. 19. Ferventibus locis accumulant æstate radices, operiuntque, ne solis ardor exurat: alibi ablaqueant, perflatusque admittunt. *Id.* l. 18. c. 29. *ad fin.* Arbores circumfodere; ubi æstuosa regio poscat, accumulare. *Id.* l. 19. c. 6. Accumulare raphanos. *Id.* l. 18. c. 26. vineas. *Id.* l. 17. c. 17. germinationem terra. ¶ Translate est addere, congerere, *to add to, bestow upon, load with,* (*spoken of gifts, honour,* &c.) *Gell.* l. 17. c. 10. Item quod ait, *sidera lambit,* vacanter hoc etiam, inquit, accumulavit, et inaniter. *Lucret.* l. 3. v. 71. Accumulare cædem cædi. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 122. alicui honorem. *Id. Heroid.* epist. 15. v. 70. curas. *Virgil. Æn.* 6. v. 885. Purpureos spargam flores, animamque nepotis His saltem accumulem donis. *h. e.* hæc dona accumulem animæ nepotis. *hypallage.* [¶ Particip. *accumulatus* apud *Apul. de herb.* c. 106. Semen accumulatum.]

ACCURĀTE, adverb. *diligently, elaborately, accurately, carefully, attentively, exactly,* ἀκριβῶς, ἐπιμελῶς, summa cura, studiose. *Cic. de clar. Orat.* c. 22. Studiose, accurateque aliquid facere. *Id. ibid.* c. 80. Accurate, et exquisite disputare. *Id. Parad.* 1. c. 4. Arcte tenere, atque accurate defendere aliquid. *Id. Attic.* l. 8. ep. 5. Accurate agere. *Id. ibid.* l. 8. ep. 12. Accuratius mihi perscribas velim. *Id. Fam.* 5. ep. 17. Accuratissime tutari aliquem. *Nepos in Lysand. in fin.* Accuratissime accusare. *Sallust. in Jug.* c. 111. Accurate, et liberaliter habere aliquem. *Terent. Andr.* 3. 2. 14. Fallere aliquem saltem accurate. *at least with caution and circumspection.*

ACCURATĬO, onis, f. *diligence, carefulness, exactness, niceness, strictness, scrupulosity, accuracy,* cura, diligentia, actus ipse accurandi, ἐπιμέλεια. *Cic. de clar. Orat.* c. 67. In inveniendis, componendisque rebus mira accuratio. [*Veget. Veter.* l. 1. c. 56. Ad omnem accurationem, *h. e.* accuratissime.]

ACCURĀTOR, oris, m. qui rem aliquam curat. *In Declam.* 377. *ex iis, quas quidam Quintil. olim tribuerunt.* Accuratorem ipsum accusatorem dabo: nunquam abdicavit. *Alii rectius leg.* Accusatorem ipsum laudatorem dabo.

ACCURĀTUS, a, um, adject. *done with care, elaborate, studied, accurate,* ἐπιμελής, cum cura factus, elaboratus. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 9. Accurata orationis copia. Et l. 2. c. 37. Accuratus sermo. *Id. de clar. Orat.* c. 82. Accuratius quoddam, et exquisitius dicendi genus. *Id. ibid.* c. 8. Accurata, et facta quodammodo oratio. *Id. Attic.* l. 7. ep. 3. Accuratissima diligentia. *Id. Fam.* 13. ep. 17. Accurata commendatio. *Gell.* l. 1. c. 5. Cultus corporis nimis accuratus. *Plaut. Trucul.* 2. 5. 20. Accurata malitia, *spite, fraudful dislike, studied malice.* ¶ Absolute *Plaut. Bacch.* 3. 6. 21. Ille, quod in se fuit, accuratum habuit, quod posset mali facere. *h. e.* accuravit. *did all in his power to,* &c. *Id. Mil.* 3. 1. 210. Accurato, et properato opus est. *there is need of carefulness and despatch.* [¶ Culinæ etiam verbum est. *Apic.* l. 1. c. 24. Ante accuratas rapas et compositas perdes myrthæ (*leg.* myrti) baccis cum melle et aceto. *h. e.* præparatas et comminutas admiscebis, et ita, ne appareant, abscondes myrti baccis.]

ACCŪRO, et Adcuro, as, avi, atum, a. 1. *to do with care, to take care of, attend to any thing,* idem quod *curo, as,* addita vi aliqua significationi a præpositione *ad,* a qua componitur. *Cic. de Invent.* l. 1. c. 34. Melius accurantur, quæ consilio geruntur. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 33. Pensum meum lepide accurabo. *Id. Men.* 5. 2. 107. Illud præcavendum, atque accurandum est mihi. *Id. Cas.* 3. 3. 30. Quod facto opus est, volo accurare. *Id. Pers.* 4. 1. 1. Accurare aliquam rem sobrie, ac frugaliter. *Id. Men.* 1. 3. 25. Accurare prandium alicui. *Id. Trinum.* 1. 2. 41. Accurare omnes addecet, suspicionem, et culpam ut ab se segregent. *Terent. Hecyr.* 5. 1. 12. Omnes res cautius, ne temere faciam, accuro. ¶ *Accurare hospites* est eorum curam habere, ut bene tractentur. *Plaut. Epid.* 5. 1. 55. Remeabo intus, ut accurentur advenientes hospites. ¶ *Accurare victum et cultum humanum* apud *Cicer. in fragment. Œconom. apud Columell. in præfat. lib.* 12. est comparare, *to provide.* ¶ *Accurasso, is, it,* pro *accuravero, is, it,* antiquum est, et Poeticum. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 29. Si hanc rem sobrie accurassis. Adde *Pers.* 3. 1. 65. ¶ *Accurarier* per paragogen pro *accurari* legitur apud *eund. Men.* 1. 3. 25.

ACCURRO, et Adcurro, is, curri, et accucurri, ursum, n. 3. *to run, to run to,* προστρέχω, ad aliquem locum curro. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 48. Is igitur si accierit, accurram. *Id.* 3. *Offic.* c. 31. Accurrisse Romam dicitur. *Id. Attic.* l. 12. ep. 18. Propter prædes suos accucurrisse. *Id. ibid.* l. 15. ep. 3. Accurres in Tusculanum, ut scribis. *Suet. in Calig.* c. 58. Accurrere in auxilium. *Id. in Neron.* c. 34. ad visendum. *Sil.* l. 14. v. 404. ad opem. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 22. Considius equo admisso ad eum accurrit. *Cic. Verr.* 7. c. 3. Cupide ad prætorem accurrit. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 12. Qui propere accucurrit. *Petron. in Satyr.* c. 139. Unus ex servulis accucurrit. ¶ Cum accusativo sine præpositione, quæ inest in ipso verbo, *Apulei.* l. 3. *Metam.* Percita, ac satis trepida me accurrit. *Paulin. Nolan. in Natal. S. Fel.* 10. v. 112. Contiguam paribus votis accurrimus aulam. ¶ Passive impersonaliter *Tacit.* 1. *Ann.* c. 21. Accurritur ab universis. ¶ Cum conjunct. et particula, *ut,* aut, *ne.* *Plaut. Cistell.* 4. 2. 44. Accurrimus ad Alcesimarchum, ne suam vitam interimeret. *Id. Amph.* 5. 1. 17. Accurro, ut sciscam. ¶ Translate *Cic.* l. 2. *Divin.* c. 67. Istæ imagines ita nobis dicto audientes sunt, ut simul atque velimus accurrant. *h. e.* occurrant animo.

ACCURSORĬUS, V. *Antecursorius.*

ACCURSUS, et Adcursus, us, m. *a running to, a flocking together, a concourse,* actus accurrendi, προσδρόμημα. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 41. Accursus populi. *Valer. Max.* l. 6. c. 8. n. 6. Ante oculos ponere subitum militum accursum. *Senec. Hippolyt.* v. 894. Civium accursum timens. *Stat.* 6. *Theb.* v. 511. Erigit accursu comitum caput. Adde *Sil.* l. 15. v. 607.

ACCUSABĬLIS, le, *reprehensible, deserving of censure, blameworthy,* accusatione dignus. *Cic.* 4. *Tusc.* c. 35. Quorum accusabilis est turpitudo.

ACCUSATĬO, onis, f. κατηγορία, *the act of accusing, an accusation, criminal information, indictment, impeachment.* Inter accusationem, et maledictionem hoc interest, quod, ut ait *Cic. pro Cæl.* c. 3. accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet; maledictio autem nihil habet propositi præter contumeliam. *Id.* 2. *Offic.* c. 14. Ratio judiciorum ex accusatione et defensione constat. *Et mox.* Sulpicii eloquentiam accusatio illustravit. *Id. de clar. Orat.* c. 34. Factitare accusationem. *Id. in fragment. pro Cornel. apud Ascon.* Desistere accusatione. *Id. pro Cluent.* c. 3. Accusationi respondere. *Id. ibid.* c. 6. Accusationem instruere. *Tacit. Ann.* 6. c. 4. intentare. *Id. Ann.* 4. c. 52. capessere. *Id.* 2. *Hist.* c. 10. exercere. ¶ Ipsa oratio, qua aliquis accusatur. *Cic. in Orat.* c. 103. In septem accusationum libris. *Plin.* l. 7. c. 30. Cum accusationem legisset, qua fuerat usus, &c. ¶ Passive *Liv.* l. 33. c. 46. Subscribere odiis et accusationibus Annibalis. *h. e.* quibus Annibal accusatur.

ACCUSATĪVUS, a, um, *accusative, appertaining to accusation,* ad accusandum pertinens, ut *Accusativus casus* apud Grammaticos, qui et Accusativus absolute dicitur, αἰτιατικὴ πτῶσις, quia per eum aliquem accusamus, ut ait *Isid.* l. 1. *Orig.* c. 6. Sane etiam *Varro* l. 7. *de L. L.* c. 37. appellat *casum accusandi.* *Quintil.* l. 7. c. 9. Accusativi geminatione facta amphibolia, solvitur ablativo. *Isidor. loc. cit.* c. 12. et *Servius ad* 1. *Æneid.* v. 28. præpositiones *accusativas* vocant, quæ accusativum casum regunt, ut *ad, erga, per.*

ACCUSĀTOR, oris, m. *an accuser, a plaintiff,* κατήγορος, qui accusat, et reum alicujus criminis in judicio agit. *Cic. de clar. Orat.* c. 34. Accusator vehemens, et molestus. *Id. ibid.* c. 36. Accusatores acres, atque acerbi. *Id. Divin. in Verr.* c. 9. Accusator firmus, et verus. *Id. Fam.* 8. ep. 12. Ponere accusatorem alicui. *Id. Verr.* 3. c. 29. alicui apponere. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 59. Sustinere nomen accusatoris. ¶ Item delator. *Juvenal. Sat.* 1. v. 161. Cum veniet contra digito compesce labellum: Accusator erit, &c.

ACCUSATORĬE, adverb. *with the design, or mind, of an accuser, critically,* κατηγορικῶς, accusatorio modo. *Cic. Verr.* 4. c. 72. Accusatorie dicere. *Id. Verr.* 5. c. 70. Agere accusatorie cum aliquo. *Liv.* l. 40. c. 12. Jam illud quam accusatorie! quod, &c. [*Ascon. Pæd. in Divin.* c. 5. Accusatorie vociferari.]

ACCUSATORĬUS, a, um, adject. *of or belonging to an accuser, or accusation, accusatory,* κατηγορικὸς, ad accusatorem, vel ad accusationem pertinens. *Cic. pro Muren.* c. 5. Accusatoria lex. *Id. pro Flacc.* c. 6. Accusatorio jure, et more aliquid facere. *Id. pro Rosc. Amerin.* c. 17. Accusatorium artificium. *Id. pro Cluent.* c. 4. Accusatorius animus. *Liv.* l. 45. c. 10. Vultu truci, et accusatoria voce. [*Id.* l. 2. c. 61. Semel Appius causam dixit, quo semper agere omnia solitus erat, accusatorio spiritu.]

ACCUSĀTRIX, icis, f. *she that accuseth, a female accuser,* ἡ κατήγορος, αἰτιάτρια. *Plin.* l. 10. ep. 67. Ut notum accusatrici ejus facerent. *Et in epist. sequ. Trajanus:* Libellos Furiæ accusatricis legi. ¶ Item, quæ objurgat, et reprehendit. *Plaut. Asin.* 3. 1. 10. Ego te volui castigare, tu mi accusatrix ades.

ACCUSĀTUS, a um, *accused, arraigned, impeached before a judge,* in judicio reus actus, in judicium ob crimen vocatus, κατηγορηθείς. *Cic.* 4. *Verr.* c. 28. Accusatus apud prætorem rei capitalis. *Nepos in Lysan.* c. 3. Accusatus crimine. *Id. in Miltiad.* c. 7. proditionis. ¶ Item reprehensus. *Cic. in fragment. pro Cornel. apud Ascon.* Africanus a se ipso sæpe accusatus, quod passus esset a populari consessu senatoria subsellia separari.

ACCUSĬTO, as, a. *to accuse or blame frequently, to be in the habit of accusing,* frequentativum ab *Accuso.* *Plaut. Mostell.* 3. 2. 22. Si abitus tuus tibi fecerit male, nihil erit, quod deorum ullum accusites.

ACCŪSO, as, avi, atum, a. 1. *to accuse in judgment, arraign, impeach, blame, reprimand,* κατηγορέω, judiciale verbum, hoc est aliquem criminis cujuspiam reum in judicio facere, crimen ipsum exponere, argumentis, et testibus probare, &c. ex. *ad,* et *causa.* *Cic. pro Rosc. Amerin.* c. 5. Accusant ii, qui in fortunas hujus invaserunt; causam dicit is, cui nihil reliquerunt. *Id. ibid.* c. 32. Ut omnes intelligant, me non studio accusare, sed officio defendere. *Id. pro Cæl.* c. 7. Nunquam si se ambitu commaculasset, ambitus alterum accusaret. *subaudi* crimine. *Nepos in Thrasyb.* c. 3. Ne quis anteactarum rerum accusaretur, neve mulctaretur. *Id. in Alcibiad.* c. 4. Absens invidiæ crimine accusaretur. *Cic. Verr.* 3. c. 16. Suis eum, propriisque criminibus accusabo. *Id. pro Rosc. Amerin.* c. 32. Sexcenti sunt, qui inter sicarios, et de veneficiis accusabant. ¶ Extra judicia significat incusare, arguere, culpam transferre. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 2. Me tibi excuso in eo ipso, in quo te accuso. *Id.* l. 1. *Attic.* ep. 6. Ut me accusare de epistolarum negligentia possis. *Id. Fam.* 6. ep. 1. Me esse eum, cujus tu desperationem accusare solitus esses. *Sallust. in Jug.* c. 73. Mollitiem, socordiamque alicujus accusare. *Id. ibid.* c. 1. Ubi per socordiam vires defluxere, naturæ infirmitas accusatur. *Id. in Catil.* c. 41. Accusare Senatum, quod in eo auxilii nihil esset. *Cic. Fam.* 1. ep. 1. Hortari, et orare, et liberius accusare aliquem. *Quintil.* l. 5. c. 5. Accusare tabulas, *h. e.* falsas esse ostendere. *Plaut. Mercat.* 2. 3. 85. fidem alicujus. *Plin.* l. 2. c. 7. fortunam. *Plaut. Trinum.* 1. 2. 59. Si id me non accusas, tu ipse objurgandus es. ¶ *Casus accusandi* apud *Varron.* l. 7. *de L. L.* c. 37. et 38. est casus accusativus. [¶ Particip. *accusans* et *accusandus* apud *Cic. Att.* l. 9. ep. 5. Venit ad me Q. Fusius scelus accusans Pompeii, levitatem et stultitiam senatus. *Id.* lib. 3. *de leg.* c. 10. Sed est iniqua in omni re accusanda, prætermissis bonis, malorum enumeratio, vitiorumque selectio.] ¶ Inter *postulo, defero,* et *accuso,* si proprie accipiantur, hoc interest, quod *postulare* est petere, ut accusare aliquem liceat; *deferre* est ejus nomen denuntiare: *accusare* est crimen exponere, et probare, ut dictum est. ¶ Inter *accusare,* et *incusare* hoc tantum interest, quod *incuso* non solet in judiciis adhiberi, sicut *accuso:* ceterum idem omnino significant. ¶ Olim *accusso* scriptum fuisse, ex quibusdam antiquis MSS. testantur *Pareus in Lex. Crit.* et *Beda de Orthograph.* Ex quo colligitur aptius hoc verbum deduci a *causo, as,* quod a

causa, (hæ enim voces duplici S scriptæ sæpissime reperiuntur) ut docet *Voss. in Etymol.* quam a *cuso*, quod *Priscian.* l. 10. pag. 890. *Putsch.* et *Velius Long. de Orthograph.* scripsere.

ACDESTIS, is, m. Jovis filius ex petra genitus, quam Jupiter, casu effuso semine, polluerat. *Arnob.* l. 5. p. 158. [Vide *Agdus.*]

ACDESTĬUS, a, um, adject. ad Acdestim pertinens, ut Acdestia ferocitas. *Arnob.* l. 5. p. 163. et Acdestius furor, *ibid.* p. 165.

ACEDARIA, V. *Acetaria.*

ACEDON, V. *Acetum mel.*

ACENTĒTA, orum, n. plural. ἀκέντητα, hoc est sine punctis, aut puncturis. Vox Græca ab α privativa, et κεντητὸς, punctus, seu punctis distinctus. Acenteta dici, ait *Plin.* l. 37. c. 2. crystalla, quæ adeo pura sunt, et nitida, ut nullis macularum punctis distinguantur; vel quæ nullam scalpri puncturam poliendi causa senserunt.

ACĔO, es, acui, n. *to be tart, sour, or acrid*, ὀξίζω, acidum esse: et fere de vino dicitur. *Cato de R. R.* c. 148. Vinum, quod neque aceat, neque muceat. *Ulpian. Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 9. Eadem prope οὐσία est, si modo vinum acuit. Ceterum si vinum non acuit, sed ab initio acetum fuit, &c.

ACEPHĂLUS, i, *wanting the head, acephalous*, ἀκέφαλος, sine capite. Vox Græca, ab α privativa, et κεφαλὴ, caput. Acephali dicti sunt quidam Hæretici, qui unam in Christo naturam agnoscebant. Ita autem appellati sunt, quia, ut scribit *Isidor.* l. 8. *Orig.* c. 6. quis eorum fuerit auctor, et caput, prorsus ignoratur.

ĂCER, eris, n. *a maple-tree*, σφένδαμνος, arbor ejusdem fere amplitudinis cum tilia, operum elegantia, ac subtilitate cedro secunda. Ejus plura genera recenset *Plin.* l. 16. c. 15. album, quod præcipuo candore est, crispum a vario macularum discursu, crassivenium a venarum crassitie, campestre, montanum, &c. Ex eo olim scriptoriæ tabellæ conficiebantur, eo quod ob materiei duritiem, et tenacitatem in laminas facile findatur. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 11. *in fi.* Veneri fidas sibi Naso ministras Dedicat: at nuper vile fuistis acer. ¶ *Priscian.* l. 5. p. 146. *Putsch.* docet esse feminini generis: nullo id tamen Latino exemplo probat.

ĀCER, acris, acre, adject. *sharp, sour, tart, pungent, poignant, acrid*, δριμὺς, ὀξὺς, acrimoniam habens, saporemque mordacem, qualis est in aceto, cæpa, allio, acerbis pomis, et hujusmodi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 23. Humores nimis acres. *Horat.* l. 2. *sat.* 8. v. 7. acria circum Rapula, lactucæ, radices, qualia lassum Pervellunt stomachum. *Cels.* l. 4. c. 4. n. 3. Acetum acerrimum. *Plin.* l. 7. ep. 3. Dulcibus cibis acres, acutosque miscere. *Plin. alter* l. 11. c. 15. Mel ex dulci acre, *sweet, yet tart; bitter-sweet*, γλυκύπικρον, γλυκύτερον, καὶ δριμύ. (V. *Mel.*) *Id.* l. 15. c. 27. Sapor austerus, acer, acutus, acidus, salsus. (V. *Acutus.*) *Id.* l. 27. c. 4. Acer gustatu cauliculus. *Id.* l. 19. c. 5. Raphanos crudos medici suadent ad colligenda acria viscerum. *h. e.* acres humores. *Horat.* l. 2. *sat.* 4. v. 59. lactuca innatat acri Post vinum stomacho. *h. e.* acoris pleno. ¶ Translate latissimum habet usum. Ponitur enim pro vehementi, aspero, et veluti mordaci, *sharp, brisk, powerful, vehement. Horat.* l. 1. *od.* 4. solvitur acris hiems. *Lucret.* l. 5. v. 904. Acrem flammam efflare. *Plin.* l. 14. c. 8. Acri sole siccare. *Id.* l. 12. c. 17. *ad fin.* Acer odor. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 87. Acerrimus sensus videndi. *Horat.* l. 1. od. 12. Acris tibia. *h. e.* quæ acutum habet sonum. ¶ De coloribus. *Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 14. Quidam colores ruboris acerrimi, quidam evanidæ ac levis flammæ. ¶ Item pro sævo, aspero, crudeli, *cruel, keen, savage, fiery, impetuous, furious. Tacit.* 12. *Ann.* c. 40. Acre prælium facere. *Lucret.* l. 5. v. 400. Acri ira percitus. *Cic. pro Balb.* c. 6. Acerrimum bellum. *Id.* 1. *Catil.* c. 1. Acrius supplicium. *Lucret.* l. 3. v. 65. acris egestas. *h. e.* dura. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 17. et 87. Acres curæ, luctus. ¶ Item pro severo, rigido, *severe, austere, churlish, ill-tempered, ill-natured. Terent. Phorm.* 2. 1. 32. Nunc sua culpa sciat, lenem patrem illum factum me esse acerrimum. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 27. Acris vitiorum incusatio. *Id.* 1. *Offic.* c. 38. Utendum verborum gravitate acriore. ¶ Item pro strenuo, forti, *stout, brave, bold, enterprising, gallant, valiant, valorous, fierce in arms, courageous. Horat.* l. 2. sat. 8. v. 36. Acres potores. *Cic.* 2. *Catil.* c. 10. Acres milites. *Virg. Æn.* 8. v. 614. acrem in prælia poscere Turnum. *Id.* 4. *Æn.* v. 156. Acer equus. *a spirited horse, mettlesome steed.* ¶ Cum genitivo, *Vellei.* l. 1. c. 3. Acer belli juvenis. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 5. Vespasianus acer militiæ. ¶ Cum ablat. et præposit. *in*, *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 15. Acer in rebus gerendis. *Et omissa præpositione. Virg. Æn.* 10. v. 411. Bellis acer Halesus. *Vellei.* l. 2. c. 18. Mithridates bello acerrimus. ¶ Cum infinito, *Sil.* l. 3. v. 338. juga Pyrenes venatibus acer Metiri. ¶ Item diligens, intentus, sedulus, *diligent, attentive, strenuous, intense. Cic.* 1. *Fam.* ep. 1. Acerrimus defensor. *Id.* 3. *de Orat.* c. 48. Acris cura, et diligentia. *Id. ibid.* c. 5. Acerrima, et attentissima cogitatio. *Id.* 2. *de Orat.* c. 87. Acri memoria esse, *tenacious. Virg.* 2. *Georg.* v. 405. acer curas venientem extendit in annum Rusticus. *h. e.* providus. ¶ Item acutus, perspicax, *acute, quick, keen, sharp, penetrating, piercing. Cic.* 3. *de Orat.* c. 31. Acris acies in naturis hominum, et ingeniis. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 6. Acerrimo ingenio vir. *Id.* 3. *de Orat.* c. 47. Acre judicium. *Id. de clar. Orat.* cap. 72. Acerrimus æstimator. *Id. in Orat.* c. 51. In rebus inveniendis acer. *Id.* l. 3. *de Orat.* c. 24. Acerrimus ad perdiscendum. ¶ Acerrima consilia, *powerful, active*, quibus opponuntur inertissima. *Hirt. ad Cicer.* lib. 15. *Att. post. epist.* 6. ¶ *Acre* adverbii more pro *acriter. Pers. sat.* v. 4. 34. acre Despuat in mores. *Sallust. in fragment. apud Non.* c. 2. n. 492. Omnes, ut in secunda re, pariter acre invadunt. *Apul.* l. 10. *Metam.* Acre comminari. ¶ Gradus. V. in *Acriter.* ¶ Olim *acris* femininum singulare, usurpatum est etiam in masculino genere. *Ennius* apud *Priscian.* l. 5. p. 647. *Putsch.* Somnus acris. [Et *Cels.* l. 8. c. 4. *ad fin.* Acris vomitus.] Sic contra *acer* in feminino. *Id. ibid.* et apud *Serv.* ad 6. *Æn.* v. 685. Acer hiems. *Nævius ibid.* Acer fames augescit hostibus. Sic *volucer*, et *silvester* in feminino usurpata leguntur. ¶ Reperitur etiam *acrus* in recto casu, et *acra* pro *acri* in sexto. *Pallad.* lib. 9. tit. 5. Si ex nimis acra dulcem fieri velis. *Plin. Valer.* l. 2. c. 45. Teres diligenter cum pipere, ita ut acrum sit. Sic *acrum* pro *acrem* dictum est a *Cn. Matio*, teste *Charis.* lib. 1. pag. 93. *Putsch.* Hinc superlativum *acrissimus* legitur a quibusdam apud *Impp. Valent. Theodos.* et *Arcad.* lib. 5. *Cod.* tit. 5. *Cod.* tit. 5. leg. 4. ubi tamen alii *acerrimus.* ¶ *Acra* etiam in plurali numero neutro genere putant quidam dixisse *Plaut. Bacch.* 4. 3. 15. *multa mala, acra, atque acerba eveniunt.* Sed ibi *acria* omnino legendum est cum plerisque optimis Codicibus.

[* ACERARĬUM, ii, n. aceris copia, seu palearum. *Campol. in Litholex.* Curavere acerario lutulandum.]

ACERĀTUS, a, um, adject. *mixed up with chaff or straw*, paleis mixtus, ab *Acus, eris*, ut *Aceratum lutum*, quo utuntur laterarii. *Fest.* et *Lucil. apud Non.* c. 5. n. 97. ubi al. leg. *acerosum.* ¶ *Aceratæ cocholeæ*, quarum *Plinius* meminit l. 30. c. 6. sic dictæ videntur nonnullis, quod lineolis distinctam testam, tamquam paleis habeant: sed aptius ad *Plinii* verba *Harduinus* ducit a Græco ἀκήρατος, quod est integer, perfectus.

ACERBĀTUS, a, um, adject. *sharpened, edged, rendered keen*, acerbus factus. *Tertull. in apologet. cap. ult.* Laconum flagella sub oculis etiam hortantium propinquorum acerbata.

ACERBE, adverb. *sharply, severely, bitterly, harshly, virulently*, dure, severe, aspere, πικρῶς, χαλεπῶς. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 87. Acerbe increpare aliquem. *Cic. Fam.* 1. ep. 5. Acerbe accusare. *Id. de Amic.* c. 16. Acerbius invehi in aliquem. *Sueton. in Calig.* c. 43. Delectus acerbissime agere. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 2. Acerbissime dicere. ¶ Item crudeliter, *cruelly. Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 33. Acerbe necare. *Sueton. in Aug.* c. 27. Proscriptionem acerbius exercere. ¶ *Acerbe ferre aliquid* est impatienter, graviter ferre. *Cic. pro Planc.* c. 1. et *Divin. in Verr.* c. 2.

ACERBĬTAS, atis, f. *sharpness, harshness or bitterness of taste, sourness, tartness, eagerness*, πικρία, austeritas, asperitasque saporis in fructibus immaturis. *Cic. pro Planc.* c. 38. Fructus non lætos, et uberes, sed magna acerbitate permixtos tulissem. ¶ Translate sumitur pro molestia, asperitate, *virulence, moroseness. Cic.* 1. *Offic.* c. 38. Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet objurgatio, &c. *Id. de Amic.* c. 24. Ut monitio acerbitate careat. ¶ Item pro calamitate, ægritudine, *sorrow, affliction, anguish, discomfort. Cic. pro Planc. c. ult.* Lacrymas, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. *Id. Catil.* 4. c. 1. Omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatusque perferre. ¶ Item pro asperitate, duritie, *harshness. Id.* 4. *de Fin. c. ult.* Nec acerbitatem sententiarum, nec disserendi spinas probavit. ¶ Item pro nimia severitate, pertinacia, morum duritia, *too great severity, rigour, austerity:* cui opponitur lenitas, comitas, morum suavitas. *Sueton. in Cæs.* c. 12. Ut ad populum provocanti nihil æque, ac judicis acerbitas profuerit. *Cic. Phil.* 12. c. 11. Acerbitas morum, immanitasque naturæ. *Id.* l. 1. *Q. Fr.* ep. 1. c. 13. Acerbitas naturæ. *Et mox.* Si implacabiles sunt iracundiæ, summa est acerbitas; sin autem exorabiles, summa lenitas; quæ tamen, ut in malis, acerbitati anteponenda est. ¶ V. *Ariditas.*

ACERBITŪDO, inis, f. idem ac acerbitas. *Gell.* l. 13. c. 3. Sicut autem nihil quicquam interest, suavitudo dicas, an suavitas, sanctitudo, an sanctitas, acerbitudo, an acerbitas, &c.

ACERBO, as, avi, atum, a. 1. *to embitter, enrage, exasperate*, πικραίνω, acerbum facio, exaspero, significatione translata. *Stat. in Theb.* v. 75. venientia qui nunc Gaudia, et ingratum regni mihi munus acerbas. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 655. mortemque cadentis acerbat. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 182. stimulando vulnus acerbat. ¶ *Acerbare crimen*, vel *scelus* est exaggerando, amplificandoque majus, graviusque facere. *to aggravate, heighten. Stat.* 3. *Theb.* v. 214. multumque nefas Etheoclis acerbat, Crudelem, infandumque vocans. *Virg. Æn.* 11. v. 407. formidine crimen acerbat. *Claudian.* l. 2. *de rap. Proserp.* v. 208. crimenque feri raptoris acerbat. ¶ Præter secundam, et tertiam personam *acerbas, acerbat*, nullam aliam adhuc invenimus: quod etiam *Servius* adnotavit ad *Virg. loc. cit.* ubi *Pierius* testatur, se in quibusdam codicibus *acervat* legisse, trita mutatione *b* in *v*: de qua V. in *Abe.* [¶ Particip. *acerbans* apud *Sil. Ital.* l. 6. v. 117. Cetera acerbantem questu lenire laborans, Effatur senior.]

ACERBUS, a, um, *unripe, sour, tart, harsh*, πικρὸς, στρυφνὸς, quod gustu asperum est, quod sapore vehementer astringente præditum est, linguamque gustatum contrahit, et exsiccat; et proprie de fructibus immaturis dicitur. Differt ab *austero*, ut majus a minore. Nam quæ vehementer astringunt, *acerba* dicuntur; quæ mediocriter, *austera*: quæ acerba sunt, ita gustatu misere fauces afficiunt, ut iterum gustare nolimus. *Plin.* l. 15. c. 27. Interim quæ sunt communia et pomis, omnibusque succis, saporum genera tredecim reperiuntur, dulcis, suavis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, salsus, &c. *Id. ibid.* c. 6. Oleum quam acerbissima oliva optimum fieri. *Id.* l. 27. c. 9. Elatine acerba gustu. *Lucret.* l. 2. v. 471. Neptuni corpus acerbum. *h. e.* amarum, salsum. Idem a sensu gustus ad auditum transtulit *ibid.* v. 410. serræ stridentis acerbum Horrorem. ¶ Transfertur ad alia multa. Sumitur enim sæpe pro omni eo, quod ante tempus contingit, seu quod nondum ad suam perfectionem pervenit. *Nepos in Cimone in fi.* Vita ejus fuit secura, et mors acerba. *Cic. pro Dom.* c. 16. Funus acerbum. *Ov.* 4. *Fast.* v. 647. ante diem edere partus acerbos. *Auson. in Parental.* 14. Indole maturus, funere acerbus obis. *Varr. apud Non.* c. 4. n. 41. Virgo acerba. *h. e.* nondum matura viro. *Cic. de Prov. Consul.* c. 14. Impolitæ res, et acerbæ *h. e.* imperfectæ. ¶ Item pro crudeli, sævo, *cruel. Id.* 2. *Agrar.* c. 34. Acerbissimæ impiorum pœnæ. *Id. Catil.* 4. c. 6. Acerbissimum supplicium. ¶ Item infensus, inimicus, infestus. *Cic. Fam.* 1. ep. 4. Eo die acerbum habuimus Curionem. *Id. Catil.* 4. c. 6. *in fi.* Acerbissimus hostis. *Virg. Æn.* 10. v. 904. Acerba odia. ¶ Item pro molesto, gravi, duro, aspero. *Cic. Fam.* 15. ep. 4. Civitates acerbissimis tributis liberare. *Id.* 1. *de Orat.* c. 51. Mala majora, et acerbiora verbis facere. *Id. in Brut.* c. 17. Acerbus in vituperando. *Id. pro Quint.* c. 31. Acerbum est ab aliquo circumveniri: acerbius a propinquo. *Lucret.* l. 3. v. 53. In rebus acerbis. *h. e.* in adversis. *Nepos in Eumen.* c. 6. Acerbiore imperio uti. *Liv.* l. 4. c. 12. *in fin.* Acerba inquisitio frumenti. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 136. Acerba amatio. *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 53. Acerbum frigus. *Id. de art. Poet.* v. 474. Recitator acerbus. ¶ De voce, *Senec. epist.* 56. *circa med.* Audire pausarium voce acerbissima remigibus modos dantem. *Et ibid. post init.* Sibili, et acerbissimæ respirationes. ¶ Cum de homine dicitur, sæpe significat nimis severum, rigidum, tristem, moribus durum, voluptatibus inimicum, *severe, austere, morose, rigorous.* V. *Acerbitas. Sueton. de Grammat.* cap. 9. Naturæ acerbæ vir. *Id. in Galb.* c. 14. Modo acerbior, et parcior, modo remissior, ac negligentior. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* cap. 31. Posse asotos ex Aristippi, acerbos ex Zenonis schola exire. V. *Asotus. Ovid.* 2. *Fast.* v. 624. Mater acerba in suos partus. ¶ Absolute *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 36. Aliquid quotidie acerbi nuntiatur. *Ovid.* 5. *Trist. eleg.* 2. v. 11. Multum restabit acerbi. ¶ *Acerbum incendium*, pro damnoso, exitiali. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 24. ¶ Acerbæ facetiæ, *cutting speech, sharp sentences, satirical language*, apud *Tacit. Ann.* 5. c. 2. ¶ *Acerbos, dubiosque tumulos* dixit *Flor.* l. 2. c. 12. qui superari non nisi magna molestia, et labore possunt. ¶ Sunt alii hujus vocis usus, qui tamen possunt satis commode ad ea, quæ dicta sunt, reduci. ¶ *Acerba* neut. plur. Poetice adverbii more pro *acerbe. Virg.* 12. *Æn.* v. 398. Acerba fremens. *Ovid. Heroid.* epist. 8. v. 107. Acerba gemens. *Lucret.* l. 5. v. 34. Acerba tuens. *h. e.* torve, infensis oculis.

ACERNĔUS, a, um, adject. acernus. *Venant. Fortun.* l. 1. *epist. ad Gregor. Pap.* Acernea pocula.

ACERNUS, a, um, adject. *made of maple-wood*, ex acere confectus, σφενδάμνινος. *Virg. Æn.* 2. v. 112. trabibus contextus acernis. *Horat.* l. 2. *sat.* 8. v. 10. Mensa acerna.

ACERŌSUS, a, um, adject. aceribus, hoc est paleis, plenus. *Acerosum far* dixit *Lucil.* apud *Non.* c. 5. n. 97. minus purgatum, sed paleis, aliisque sordibus immixtum. *Paul. ex Festo* in *Obacerare.* Frumentum, et panis non sine paleis acerosus dicitur. V. *Aceratus.* ¶ *Acerosum cœnum*, lutum aceratum. *Lucil.* apud *Non. loc. cit.*

ACERRA, æ, f. *a censer, a pan or vessel to burn incense in*, arcula, seu vasculum, in quo thus ponitur incendendum in sacrificiis, θυμιατήριον, λιβανωτρίς. *Horat.* l. 3. od. 8. v. 2. Quid velint flores, et acerra thuris Plena, miraris. *Virg.* 5. *Æn.* v. 744. canæ penetralia Vestæ Farre pio, et plena supplex veneratur acerra. ¶ *Festus* aliam hujus vocis notionem affert, qua significatur ara, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebantur. *Cicero* quoque 2. *de Legib.* c. 24. acerræ meminit in funeribus adhibitæ: in quibus cum sacrificia maxime locum haberent, ad quæ acerra adhibebatur, videtur funebris hæc acerra, aut omnino eadem cum illa altera fuisse, aut sola forma dissimilis. ¶ Quidam putant incensum ipsum non in acerra accensum, sed ex acerra depromptum super altaris focum sparsum fuisse. Quibus favet locus *Ovidii* lib. 4. *de Pont.* ep. 8. v. 39. De acerra libare. Et *Persii* sat. 2. v. 5. Acerra li-

bare. Nam *libare* in hisce est de acerra extrahere, et effundere.

ACERRÆ, arum, f. *Acerra*, oppidum Campaniæ, Neapoli proximum, ad Clanium amnem. *Virg.* 2. *Georg.* v. 225. vacuis Clanius non æquus Acerris. *vacuas* vocat, *h. e.* infrequentes propter Clanii inundationes, inquit *Servius*. [¶ Fuit etiam ejusdem nominis oppidum in Umbria, quod Acerræ Vatriæ cognominabatur, fortasse ad distinguendas Acerras in Campania sitas. *Plin.* lib. 3. c. 14.]

[* ACERRAEI, orum, plur. m. Acerrarum incolæ. *Compel.* in *Lex. Dic.* Dicere Acerraei.]

ACERRĀNUS, a, um, adject. *belonging to Acerra*, ad Acerras oppidum pertinens. *Liv.* l. 23. c. 17. Acerranis plus animi quam virium erat.

ACERSECŌMES, is, m. *with long or flowing hair*, capillatus, intonsus, ἀκερσεκόμης: ab α privativa, κείρω, tondeo, et κόμη, coma. Apud Græcos epitheton est Apollinis et Bacchi. *Juvenalis* pro puero catamito (nam hi intonsi erant) posuit, *Sat.* 8. v. 128. si nemo tribunal Vendit acersecomes.

ACERVĀLIS, et le, quod ad acervum spectat, quod congregat, vel congregatur in acervum, ut Argumentatio acervalis, qua multa simul argumenta acervantur, quæ Græce σωρείτης dicitur, qua Chrisippus utebatur. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 4. Aut quemadmodum soriti resistas? quem si necesse sit, Latino verbo liceat acervalem appellare.

ACERVĀTIM, adverb. *by heaps*, σωρηδὸν, ἀθρόως, per acervos, acervando. *Lucret.* l. 6. v. 1261. Confertos ita acervatim mors accumulabat. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 38. Stercus aspergi oportere in agro, non acervatim poni. *Colum.* l. 9. c. 13. Apes sub favis acervatim enectæ reperiuntur. *Hirt. de B. Alex.* c. 31. Plerique acervatim se de vallo præcipitaverunt. ¶ Translate *Cic. pro Cluent.* c. 10. Acervatim jam reliqua, judices, dicam, ut ad ea, quæ propiora causæ sunt, perveniam. *h. e.* summatim, promiscue, *by the gross. Id. in Orat.* c. 25. *a med.* Nec acervatim multa frequentans, una complexione devinciet.

ACERVATĬO, onis, f. *a heaping up, piling, or laying one thing upon another, an accumulating*, actus acervandi, accumulatio, σώρευσις. *Plin.* l. 11. *c. pænult.* Homini cibus utilissimus simplex: acervatio saporum pestifera.

ACERVĀTUS, a, um, *heaped, or piled up*, accumulatus, aggeratus, σωρευθείς. *Plin.* l. 21. c. 17. Acervati bulbi. *Id.* l. 36. c. 15. Acervata universitas, et in quendam unum cumulum conjecta. ¶ Translate *Liv.* l. 3. c. 34. In immenso aliarum super alias acervatarum legum cumulo.

ACERVO, as, avi, atum, a. 1. *to heap up, to accumulate*, σωρεύω, in acervum congero, accumulo. *Plin* l. 32. c. 9. Acervantur muricum modo, vivuntque in algosis. *Id.* l. 18. c. 7. Panicum a paniculis dictum, prædensis acervatur granis. ¶ Translate *Quintil.* l. 9. c. 3. Nec verba modo, sed sensus quoque idem facientes acervantur. *Plin.* l. 26. c. 4. Plura undique acervabimus.

ACERVUS, i, m. *a heap, hoard, or pile*, σωρὸς, ὄγκος, θημὼν, cumulus rerum acervatarum. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 15. Videamus, ne, ut acervus ex sui generis granis, sic beata vita ex sui similibus partibus effici debeat. *Id. Catil.* 3. c. 10. Acervi corporum. *Id.* 2. *Agrar.* c. 22. pecuniæ. *Id.* 4. *Acad.* c. 29. tritici. *Virg.* 8. *Æn.* v. 562. scutorum. *Id.* 1. *Georg.* v. 185. farris. ¶ Translate *Cic. pro Syll.* c. 27. Acervi facinorum. *Plin.* l. 36. c. 5. officiorum, negotiorumque. ¶ *Acervus* præterea est sorites, hoc est genus argumenti constans plurium rationum coacervatarum complexione, et propositionum in infinitum prope abeuntium congerie, quibus facile capiuntur disputantes, quod nesciant in quanam potissimum sistendum sit. *Pers. in fi. sat. ult.* Inventus, Chrisippe, tui finitor acervi. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 47. Dum cadat elusus ratione ruentis acervi.

ACESCO, is, n. 3. *to grow tart, to turn sour or eager*, ὀξίζω, acidum fieri. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 54. Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis acescit. *Plin.* l. 7. c. 15. Acescunt musta. *Id.* l. 11. c. 35. Acescens natura culices gignit. *Id.* l. 20. c. 14. Lac acescit.

ACĔSIS, is, f. *a sort of borax, used in medicine; or, as some say, the herb carneoli, or water-sage*, ἄκεσις, genus chrysocollæ aridæ, exsiccandi et contrahendi vim habens. *Plin.* l. 33. c. 5.

ACESTA, urbs Siciliæ, ab Aceste Rege dicta. *Virg. Æn.* 5. v. 718. Urbem appellabunt permisso nomine Acestam. ¶ Monet *Pierius*, in quibusdam antiquis codicib. *Acesten* legi. Græce enim tum Ἄκεστα dicitur, tum Ἀκέστη. ¶ Hæc urbs antea *Egesta* dicta fuerat, postea *Segesta* appellata est, teste *Servio* ad *Æn.* 1. v. 550. Quamquam *Salmas. in Exercitat. Plinian.* pag. 112. aliam *Egestam*, aliam *Acestam* fuisse putat. Viderint Geographi.

ACESTÆUS, vel Acesteus, a, um, adject. Ἀκεσταῖος, ad *Acestam* urbem pertinens. Hinc *Acestæi, orum*, ejus urbis incolæ. *Plin.* l. 3. c. 8.

ACESTES, acestæ, m. filius Crinisi fluminis Siciliæ, et Egestæ mulieris Trojanæ. *Virg. Æn.* 1. v. 550. Trojanoque a sanguine clarus Acestes. ¶ *Servius* ad hunc locum narrat in fabulis esse, cum Laomedon pactam pro ædificandis Trojæ muris mercedem Neptuno, et Apollini denegasset, iratum Neptunum cetos ad Trojanum agrum vastandum immisisse, Apollinem vero de ratione ejus monstri expiandi consultum, respondisse, objiciendas puellas nobiles belluis devorandas: ob eam rem plurimas virgines procul a patria profugisse, in his Segestam Hippotis filiam, quæ navi in Siciliam delata a Criniso fluvio in ursum, vel ut alii volunt in canem verso compressa Egestum ediderit, qui Acestes a *Virgilio* appellatus est.

ACETABULUM, i, n. *a vessel for holding vinegar, a vinegar-cruet*, ὀξύβαφον. Proprie est vas, in quo acetum ponitur, ut docet *Isidor.* l. 20. *Orig.* c. 4. et usurpat *Apicius* l. 8. c. 7. Est enim ab *aceto* deducta vox teste *Voss. in Etym.* in voce *Acidus*: quamquam alii ab *accipiendo* derivant, et ob id *acceptabulum* scripsere in *Plinii* l. 9. c. 29. cujus verba mox referemus: quæ scriptio reperitur etiam apud *Caton.* cap. 101. *R. R.* in editione *Nicol. Jenson*, 1472. sed nihilominus contra communiorem usum est. Neque minus est refutandum etymon *Isidori loc. cit.* scribentis *acetabulum* dici, quasi *acetaferum, quod acetum ferat.* Eam porro acetabuli significationem probant etiam, quæ scripsit *Quintil.* l. 8. c. 6. ubi docet, per catachresim *acetabulum* dici *quidquid habet*, hoc est continet, et *pyxides* vasa *cujuscumque materiæ*. Quibus verbis illud aperte innuit, quemadmodum pyxis proprie significat vas e buxo confectum, quæ Græce est πύξος, per catachresim autem de quocumque vase dicitur; ita acetabulum proprie notare aceti vas, et per catachresim de quocumque continente vase usurpari. *Ulpian.* quoque *Dig.* l. 34. tit. 2. leg. 20. acetabula recenset inter vasa domesticæ supellectilis. ¶ Hujus vasis figura est rotunda, nulla marginis latitudine paulatim se undique contrahens, calicis instar, usque ad imum. Itaque ab ejus similitudine *acetabula* dictæ sunt cavitates quædam in polyporum brachiis dispersæ, cavam decrescentis paulatim rotunditatis speciem repræsentantes, quibus veluti hauriunt, suguntque ea, quibus adhæserint. *Plin.* l. 9. c. 29. Cetero per brachia velut acetabulis dispersis, haustu quodam adhærescunt. Et cap. 30. Negat ullum esse atrocius animal ad conficiendum hominem. Luctatur enim complexu, et sorbet acetabulis, ac numeroso suctu, dum trahit. *Et mox.* Acetabulis, sive caliculis urnalibus, pelvium modo. Omnib. hisce loc. *Plin.* de polyporum brachiis loquitur. ¶ Ab eadem similitudine *acetabulum* dicitur ab Anatomicis cavitas ossis, quæ alterius caput insertum excipit, qualis est in osse coxendicis, κοτύλη, κοτυληδὼν. *the pan in the joints of bones. Plin.* l. 28. c. 11. Ossa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur. ¶ Eadem ratione *acetabula* dicuntur caliculi, seu cavitates in floribus, aut herbis, *certain cavities in flowers or herbs. Plin.* l. 26. c. 8. Polipodii radix pilosa, crassitudine digiti minimi, acetabulis cavernosa. *Id.* l. 18. c. 27. Cum folia pauca in cacumine acetabuli modo germinent, tunc serendas ficus. *Id.* l. 21. c. 15. Acetabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus. ¶ Præterea *acetabula* sunt vascula, quibus circulatores, et præstigiatores, ψηφοπαῖκται utuntur in ludis, cum pluribus acetabulis inversis in mensa positis calculum, aut globulum subjiciunt, et manuum dexteritate ita tractant, ut cum credis sub uno acetabulo esse, sub alio reperiatur, *jugglers' cups, or boxes. Senec.* epist. 45. Ista sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorum acetabula, et calculi, in quibus fallacia ipsa delectat. ¶ Denique *Acetabulum* est mensura aridorum, et liquidorum, *a certain measure, fifteen Attic drachmæ.* quæ heminæ, seu cotylæ quartam partem continet, pondere vero drachmas Atticas quindecim habet. Ita *Plin.* l. 21. *c. ult.* describit. *Cels.* l. 5. c. 24. Mellis acetabulum. *Plin.* l. 18. c. 7. Acetabulum salis. *Cato R. R.* cap. 102. Melanthii acetabulum conterito in vini veteris hemina. Quædam Edition. hoc loco hab. *cætabulum*, sed mendum est. ¶ *Acetabula, æ*, in femin. gen. invenitur apud *Varr.* l. 3. *R. R.* cap. 5. *ad fin.* si *Scaligeri* emendationem sequimur, qui ita legit: *Ut ad extremum ubi orbile solet esse acetabula cavata sit*, &c. Hoc autem loco significare videtur foramen, in quod convenit modius rotæ, de qua ibi sermo est, instar acetabuli ossis coxendicis. Impressi autem libri habent: *Ut ad extremum, ubi orbile solet esse acutum, tabula cavata sit*, &c. Quæ verba *Turneb.* l. 21. c. 23. explicare conatur.

ACETARĬA, orum, n. *raw herbs eaten with vinegar, oil, and salt, a sallad*, ὀξύβαφα, τρώξιμα, olera, quæ cruda ex aceto, oleo, et sale eduntur, cujusmodi sunt lactucæ, nasturtium, menta, intubus, &c. *Plin.* l. 19. c. 4. Horti maxime placebant, quia non egerent igni, parcerentque ligno, expedita res, et parata semper: unde et acetaria appellantur, facilia concoqui, &c. *Id.* l. 20. c. 20. Portulaca stomachum in acetariis sumpta corroborat. ¶ Sunt qui priore *Plinii* loco pro *acetaria* substituunt *acedaria* a Græco ἀκηδὴς, *sine cura*, aut *opera*, quia olera nulla, aut certe parva impensa, et cura in cibos parantur. Eadem ratione *acedon mel* legunt pro *acetum* lib. 11. cap. 15. de quo V. infra in *Acetum mel.* Subtilis quidem conjectura, sed non temere admittenda contra MSS. et editorum librorum fidem, et consensum.

ACĔTO, as, a. 1. *to stir, agitate.* A Veteribus acetare dictum est pro agitare, inquit *Paulus* ex *Festo.* ¶ Alii legunt *acitare.* ¶ Neutra significatione est acescere, *to turn sour. Apul. de herb.* cap. 3. Herbæ verbenacæ ramulos ex vino decoctos, et contritos, deinde quod acetaverit, plagæ impones, et adaperiet.

ACĒTUM, i, n. *vinegar*, ὄξος, vinum acidum. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 117. Acre acetum. *Plin.* l. 14. c. 6. generosum. *Id.* l. 34. *c. ult.* asperrimum. *Martial.* l. 7. ep. 24. Nec cibus ipse juvat morsu fraudatus aceti. *Liv.* l. 21. c. 37. Saxa aceto putrefacere. *Plin.* l. 10. c. 60. Ova aceto macerata. *Id.* l. 9. c. 35. Aceti asperitas, visque in tabem margaritas resolvit. ¶ Optimum, et laudatissimum acetum a Romanis habebatur Ægyptium, quod acrimoniam quidem habebat multam, sed mixtam tamen dulcedine aliqua, quæ asperitatem tolleret, nec horrorem gustandi injiceret. Hinc acetum Pharium apud *Juvenal.* sat. 13. v. 85. et Niliacum apud *Martial.* l. 13. ep. 122. laudantur. *Cic. in Hortens. apud Non.* c. 4. n. 17. Alterius ingenium sic dulce, ut acetum Ægyptium, alterius sic acre, ut mel Hymettium dicimus. V. *Mel.* ¶ Translate, *raillery, sharpness, wit, satire. Horat.* l. 1. sat. 7. v. 32. Ast Græcus postquam est Italo perfusus aceto. *h. e.* salibus Romanis mordacibus, et conviciis aspersus, et lacessitus. *Pers.* sat. 5. v. 86. Mendose colligis, inquit Stoicus hic, aurem mordaci lotus aceto. *h. e.* acri judicio, et ingenii perspicacia in Dialecticis præstans. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 49. Ecquid habet is homo aceti in pectore? *h. e.* acumen, prudentiam. Adde *Bacch.* 3. 3. 1. ¶ Negat *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 40. aceta dici in plur. num.

ACĒTUM mel, ἄκητον μέλι, hoc est optimum: sic dicitur portio mellis purior, quæ sine expressione ulla sua sponte defluit. ἄκητον enim *Hesychius* interpretatur κράτιστον, hoc est optimum. *Plin.* l. 11. c. 15. In omni melle, quod per se fluxit, ut mustum, oleumque, appellatur acetum. Ita legunt nonnulli cum *Harduino* ex MSS. Alii aceton habent eadem fere sententia, ab ἄκοιτος, purus, sine sedimento, aut fæce. Alii *acedon*, ἄκηδον, hoc est citra hominum operam sponte purgatum: ab *α* privativa, et κῆδος, cura, opera. V. *Acetaria.*

ACHÆI. V. *Achæus.*

ACHÆĬAS, iados, f. quæ ex Achaia est. *Ovid. Heroid.* epist. 3. v. 71. Inter Achæiadas longe pulcherrima matres. *Sunt qui legunt* Achaiadas.

ACHÆMĔNES, is, m. primus Persarum rex Cyri avus, a quo nomen in sequentes postea reges ad Darium usque derivatum est, quemadmodum Pharao in Ægyptiis regibus. *Ammian.* lib. 19. cap. 2. (*alii* 4.) *ut quidem legunt nonnulli:* Persis Saporem, et Achæmenem appellantibus, et Artaxersem. *De Constantio Cæsare sermo est.* Verum alii aliter. *Horat.* lib. 2. od. 12. v. 21. Num tu, quæ tenuit dives Achæmenes, &c. ¶ Crudelissimum fuisse ferunt, et non nisi humano sanguine satiabilem. Hinc Achæmenia ira. *Sedul.* l. 1. v. 184.

ACHÆMENĬA, æ, f. Ἀχαιμενία, pars Persidis prope Carmaniam, quam Achæmenidæ incoluerunt, vel quæ ab Achæmenidis nomen traxit. *Steph.*

ACHÆMENĬDÆ, arum, m. Ἀχαιμενίδαι, a quibusdam dicuntur populi Persidis, qui ibi eam regionem incoluerunt, quæ inde Achæmenia dicta est: *Salmasius* vero *in Exercit. Plin.* pag. m. 1183. non populos, sed familiam, tribumve fuisse dicit ex regio Persarum genere; sic denominatam ab Achæmene primo Persarum rege. Eorum meminit *Plin.* l. 6. c. 23. ¶ *Solinus* cap. 54. (*al.* 67.) Achæmenides dixit in recto pluralis numeri, tamquam a singulari *Achæmenis, idis.*

ACHÆMENĬDES, is, m. unus ex Ulyssis sociis, de quo *Ovid. Metam.* 14. fab. 5. et *Virg.* 3. *Æn.* v. 613.

ACHÆMĔNIS, idis, f. ἀχαιμενὶς, herba colore electri, sine folio, in India nascens, cui magicas, mirasque virtutes inesse tradidit Democritus apud *Plin.* l. 24. c. 17. et l. 26. c. 4. ¶ Alio sensu V. in *Achæmenidæ.*

ACHÆMENĬUS, a, um, *Persian, belonging to Persia*, adject. ab Achæmene, vel ab Achæmenia Persidis regione: et ponitur pro Persico, Ἀχαιμένιος. *Lucan.* l. 2. v. 49. Achæmeniæ Susæ. *Propert.* l. 2. eleg. 10. v. 1. sagittæ. *Ovid. Metam.* 14. v. 212. urbes. *Sedul.* l. 1. v. 184. Achæmenia ira. ¶ Achæmenia unguenta laudabantur, quia apud Persas maximus erat eorum usus, ipsique Persæ primi auctores, institutoresque habiti sunt, ut *Plin.* l. 13. c. 1. docet. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 44. Costum Achæmenium. *Id. Epod.* 13. v. 8. Achæmenia nardus.

ACHÆUS, Rex Lydiæ, qui cum nova tributa a populo vellet extorquere, in factione populari suspensus est, pedibus sursum erectis, et capite in aquas Pactoli demisso. *Ovid. in Ibin* v. 301. More vel intereas capti suspensus Achæi, Qui miser aurifera reste pependit aqua. *Polybius* eam historiam aliter narrat, sed simili exitu. ¶ Item Achæus Zuthi fil. homicidio per imprudentiam perpetrato in Laconiam profugit, et effecit, ut ejus loci incolæ Achæi dicerentur. *Strabo* lib. 8. ¶ Item alius Jovis, et Pithiæ filius: et ab hoc denominatos Achæos vult *Serv. ad* 1. *Æn.* v. 442.

ACHÆUS, a, um, adject. *pertaining to Greece, Grecian*, Ἀχαιὸς, ad Achaiam pertinens. *Lucret.* l. 6. v. 1114. Achæis in finibus. ¶ Generatim significat ad Græciam pertinens. *Juvenal.* sat. 3. v. 61. Achæa fæx. *h. e.* Græculi homines. *Stat.* 2. *Theb.* v. 164. Achæa oppida. *Id.* l. 5. silv. 3. v. 141. Achæa præmia. *h. e.* corona ex olea, quæ dabatur victori in ludis Olympicis. ¶ *Achæi, orum*, sunt Achaiæ incolæ. *Plin.* l. 4. c. 7. *Liv.* l. 35. c. 13.

¶ Achæi præterea dicti sunt populi Scythiæ circa Pontum, qui Græcorum olim colonia fuerant, unde et nomen traxere. *Ovid.* l. 4. *de Pont.* ep. 10. v. 27. Nec potes infestis conferre Charybdin Achæis. Adde *Plin.* l. 6. c. 5. et V. alios in Geographis.

ACHAÏA, æ, f. Ἀχαΐα, regio Peloponnesi ad sinum Corinthiacum, ab Isthmo incipiens, cujus urbes enumerat *Plin.* l. 4. c. 5. Nunc dicitur *the Duchy of Clarenza.* ¶ Ita dicta est etiam ipsa Hellas, seu Græcia, nunc *Livadia,* inter Thessaliam, et Peloponnesum, continens Bœotiam, Atticam, Phocidem, &c. Unde *Achæi* universim dicti sunt Græci. ¶ Apud Poetas hoc nomen interdum est quadrisyllabum. *Propert.* l. 2. eleg. 21. v. 53. Et quot Troja tulit, vetus et quot Achaia formas.

ACHAÏAS, aiadis, adject. femin. *Grecian,* Achæa, Ἀχαϊάς. *Ovid. Heroid.* epist. 3. v. 71. Inter Achaiadas longe pulcherrima matres.

ACHAÏCUS, a, um, Ἀχαϊκὸς, ad Achaiam pertinens. *Cic. ad Brut.* ep. 15. In medio Achaico cursu. *Id. Attic.* l. 1. ep. 13. Achaici homines, et Epirotici. *Horat.* l. 1. od. 15. *extr.* Achaicus ignis. *h. e.* Græcus. Sic *Virg. Æn.* 2. v. 462. Achaica castra. ¶ *Achaicus* dictus est L. Mummius ob eversam Corinthum, et Achaiam devictam. *Plin.* l. 35. c. 4. et *Vellei.* l. 1. c. 13.

ACHAÏS, idis, adject. f. *Grecian,* Ἀχαΐς, Achæa. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 306. Per tot et Hæmonias, et per tot Achaidas urbes. ¶ Substantive est ipsa Achaia, vel Græcia. *Ovid. Metam.* 5. v. 577. Pars ego Nympharum, quæ sunt in Achaide dixit. *Id. Metam.* 7. v. 504. Imperiumque peti totius Achaidos addit. *Achaidos* Græca terminatione dictum est pro *Achaidis,* Poetis usitatissima.

ACHAÏUS, a, um, adject. quadrisyllab. *Grecian,* idem quod Achæus, et Achaicus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 623. Achaia manus. *Pierius* ad *Æn.* v. 2. 462. testatur in antiq. Cod. ita legi: Plerique tamen *Achaica.* *Silius* lib. 14. v. 5. Achaia rura. *Id.* lib. 15. v. 306. Achaia mœnia. *Alii utroque loco* Achaica.

ACHAMOTHIĀNUS, a, um, adject. deductum ab *Achamoth,* quod erat unus ex Diis, vel Æonibus a Valentiniano hæretico inventis, Ἀχαμώθ. Hæc autem Hebræa est vox, *supernam sapientiam* significans. Hinc *Achamothiana substantia* apud *Tertull. advers. Valentin.* cap. 27.

ACHARNÆ, arum, f. aliis vicus, aliis urbs Atticæ, aliis vicus in ipsis Athenis, ubi primum Dionysia inventa, et celebrata dicuntur. *Stat.* 12. *Theb.* v. 623. Quæque rudes thyrsos hederis vestistis Acharnæ.

ACHARNĀNUS, a, um, adject. ad Acharnas pertinens. *Nepos in Themist.* c. 1. Is uxorem Acharnanam civem duxit. *Ita legitur in quibusdam* MSS. *Alii leg. Acarnanam* sine aspiratione, nempe ex Acarnania: *alii* Halicarnassiam.

ACHARNE, es, f. genus piscis marini, qui præstantissimus capitur apud Ænum Thraciæ. *Athenæo* lib. 7. ἀχαρνὸς est, et lib. 8. ἀχαρνάν. Ejus meminit *Plin.* l. 32. *c. ult.* Item *Lucil.* apud *Gell.* lib. 10. cap. 20. et *Enn.* apud *Apulei. in Apolog.* ut quidem legitur a quibusdam. Nam alii aliter. ¶ Eum describit *Rondeletius* ex conjectura, colore albo, squamis argenteis, ore mediocri, rostro aquilino, oculis magnis, aureisque; uno verbo pagri, vel erythrini adeo similem, ut pro eis interdum vendatur. V. *Gesner.* et *Aldrovand.* Quidam putant, eundem esse, qui Venetiis *álboro (a sort of cod-fish, a whiting)* dicitur, nimirum a colore albo carnis ejus. ¶ Legitur et *Acarne.* [¶ Est Acharne etiam oppidum Magnesiæ regionis Thessaliæ. *Plin.* l. 4. c. 9.]

ACHARNĪDES. V. *Atarnites.*

ACHĀTES, æ, m. et f. *an achat, or agate, a precious stone or gem,* ἀχάτης, ὁ, gemmæ nomen deductum ab Achate Siciliæ fluvio, juxta quem primum reperta est. Ea variis appellationibus nominatur pro varia coloris, aut figuræ differentia, ut *Iaspachates,* quæ iaspidi similis, *Cerachates,* quæ cereum habet colorem, *Hæmachates,* quæ sanguineis rubescit maculis, *Leucachates,* quæ albicat, &c. Vide *Plin.* l. 37. c. 10. ubi plura de ea. *Id. ibid.* cap. 1. Pyrrhus *(Epirotarum rex)* habuisse traditur achatem, in qua novem Musæ, et Apollo citharam tenens spectarentur. *Solin.* cap. 5. *(al.* 11.*) ad fin.* Cujus gemma achates erat, in quo novem musæ, &c. ¶ De fluvio *Silius* l. 14. v. 228. Et perlucentem splendenti gurgite Achaten. ¶ Fuit præterea Achates fidissimus Æneæ comes, quem scribit *Servius* ad 1. *Æn.* v. 178. et v. 316. sic appellatum ab ἄχος, cura, solicitudo, quæ Principum perpetuæ comites sunt.

ACHELOÏAS, oiadis, adject. femin. ab Acheloo, Ἀχελωϊὰς, est epithetum Sirenum Acheloi filiarum. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 87. Acheloiadumque relinquit Sirenum scopulos. *Sil.* l. 12. v. 33. Parthenope Acheloias.

ACHELŌIS, idis, f. adject. Ἀχελωΐς, ad Acheloum pertinens. Acheloides sunt Sirenes, quæ Acheloi filiæ dicuntur. *Ovid. Metam.* 5. v. 552. vobis, Acheloides, unde Pluma pedesque avium, cum virginis ora geratis?

ACHELOÏUS, a, um, adject. quinquesyllab. Ἀχελώϊος, ad Acheloum pertinens. *Ovid. Heroid.* epist. 16. v. 265. Ut ferus Alcides Acheloia cornua fregit. ¶ *Acheloius heros,* apud *Stat.* 2. *Theb.* v. 142. et l. 8. v. 523. est Tydeus Œnei filius regis Ætoliæ, in qua Achelous fluvius est. ¶ *Acheloia pocula* pro quavis aqua posuit *Virg.* 1. *Georg.* v. 9. V. *Achelous.*

ACHELŌUS, m. [† nunc] *Aspropotamo,* Ἀχελῷος, fluvius Acarnanum, a Pindo oriens Ætoliam ab Acarnania dividens, et in Ionium mare sese exonerans contra Echinadas insulas, inter Halyziam opp. et Evenum fluvium. *Plin.* l. 2. c. 85. ¶ In fabulis est, Acheloum fuisse Terræ filium (quod de omnibus dici solet, quorum per antiquitatem latent parentes) qui cum ex Melpomene, vel ut alii dicunt, ex Calliope tres filias Sirenas suscepisset, easque aliquando amisisset, atque ob id mœrore conficeretur, matris auxilium oravit, quæ miserans filium dolore animi tabescentem, patefactis antris intra se obruit, eoque loci fluvium cognominem oriri fecit; vel potius ipsum Acheloum in fluvium transformavit. Hic cum aliquando Deianiram deperiret, quam Alcides quoque diligebat, cum illo lucta congressus est, sed ter victus, cum in draconem quoque, et in Taurum se vertisset (qua forma cornu amisit ab illo vi avulsum) ad vires Alcidis eludendas, amores suos illi cedere coactus est. Hæc ex *Servio in* 1. *Georg.* v. 9. et *Æn.* 8. v. 300. et *Ovid. Metam.* 9. fab. 1. Hinc *Id. ibid.* v. 96. *vultus Achelous agrestes, Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.* [† Soph. Trach. 507. sqq.] Subest autem huic fabulæ vera historia. Narrant enim Acheloum amnem incerto cursu, modo pluribus derivatum alveis, modo uno impetu oblique circumactum, diu de agro adjacente belli causam Ætolis, et Acarnanibus præbuisse, donec eum Hercules aggeribus coercuit; quo facto Deianiram Œnei Ætolorum regis filiam in matrimonium impetravit. Ut ad fabulas redeamus, alii dicunt Acheloum non a Terra matre in fluvium fuisse mutatum, sed cum victum se, et Deianiræ nuptiis frustratum vidisset, adeo præ amore in lacrymas effudisse sese, ut in amnem liquatus sit. Hinc *Propert.* lib. 2. eleg. 25. v. 33. Nam rursus licet Ætoli referas, Acheloi Fluxerit ut magno factus amore liquor. *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 6. v. 103. Nescio quid spectans, Acheloon, et Inachon amnes. *Acheloon* accusativus est Græcæ positionis, qua sæpe utuntur Latini Poetæ. ¶ Veteres Acheloum pro omni aqua posuerunt propter antiquitatem fluminis, tota Græcia celeberrimi, ut ait *Serv. loc. cit.* et variis allatis Græcorum Scriptorum exemplis fusius ostendit *Macrob.* lib. 5. *Saturnal.* cap. 18. Hinc *Virg.* 1. *Georg.* v. 9. ait, Acheloiam aquam uvis inventis mixtam fuisse. Cujus rei altera quoque ratio reddi ex fabulis potest. Scribit enim *Serv. ibid.* juxta Acheloi ripas inventam primum fuisse uvam a quodam pastore cui nomen Staphylus, qui eam Œneo Ætolorum regi obtulit, atque inde vinum fieri cœptum, et aquis temperari. Hinc et uvam σταφυλὴν dictam, et vinum οἶνον a Græcis. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 343. Donec eras mixtus nullis, Acheloe, racemis. [† Cf. Eustath. ad Hom. Il. B. p. 267. ed. Basil. Eurip. Androm. 167. Bacch. 625. Achæus ap. Athen. x. p. 427. D. ed. Casaub. Neque vero abs re sunt Eurip. Bacch. 519. Propert. II. 34. 33. Plura vide ap. Macrob. in l. c.]

ACHĔRON, ontis, m. [† hod.] *Campaniano, or Savuto,* fluvius Brutiorum in Calabria citeriori apud Pandosiam urbem excisam fluens, et in sinum Terinæum desinens. *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ Item fluvius Epiri, [† hod.] *Velichi,* seu *Verlichi,* ex Acherusia palude in sinum Ambracium influens. *Plin.* l. 4. c. 1. et *Martian. Capella* l. 6. pag. 209. Alius est, ex eadem palude profluens, et in Thesprotium sinum incurrens, eodem nomine appellatus a *Liv.* l. 8. c. 24. ¶ A Poetis dicitur fluvius inferorum, Ἀχέρων, hoc est sine gaudio, ut docet *Serv.* ad *Æn.* 6. v. 107. ab α privativa, et χαρὰ gaudium: qui nascitur ex Tartaro (qui est profundissimus Inferorum locus) indeque per Infernos campos magno impetu ruens, et exæstuans, Stygem paludem creat, a qua demum exit Cocytus. Ex quo patet, tria hæc Acherontem, Stygem, Cocytum juncta esse, quoniam alterum ex altero nascitur: atque ideo a Poetis interdum promiscue ponuntur. *Virg. Æn.* 6. v. 295. Hinc via, Tartarei quæ fert Acherontis ad undas: Turbidus hic cœno, vastaque voragine gurges Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam. *Sensus est,* Acherontem turbidum, et æstuantem fluere (ex quo Styx palus) et in Cocytum arenas eructare. Latet autem hoc loco allegoria. Nam Acheron *sine gaudio* significat, ut dictum est: qui gaudio caret, sine dubio tristis est, quod significat *Styx* a στυγερὸς, tristis: ex tristitia luctus nascitur, qui significatur per Cocytum, a κωκυτὸς, luctus. *Serv. ad hunc locum.* ¶ Illud addendum est, *Servium* ipsum, a quo hæc sumpsimus, ad 6. *Æn.* v. 107. Avernum cum Acheronte confundere, et cum Styge. Scribit enim Avernum ex Acherontis æstuariis nasci, quod alio loco de Styge ipsa posuit, ut modo diximus. Præterea addit Acherontem esse lacum non longe a Baiis, undique montibus septum, et perpetua umbra opacum: quod de Averno docuit 2. *Georg.* v. 161. et 3. *Æn.* v. 386. et 442. ¶ Sæpe Acheron ponitur pro ipsis Inferis. *Virg. Æn.* 7. v. 312. Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo. *Acheronta* accusativus est Græcæ terminationis, Poetis familiaris, pro *Acherontem. Cic. post redit. in Sen.* c. 10. Ut haberet et fratrem ab inferis, et omnes Metellos præstantissimos cives pæne ex Acheronte excitatos. *Nepos in Dione c. ult.* Ut eum suo sanguine si possent ab Acheronte cuperent redimere. ¶ In recto casu singulari *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 17. Et illi, qui fluere, apud Inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, &c. ¶ Dicitur et *Acheruns, untis.* V. suo loco.

ACHERONTĒUS, a, um, adject. Ἀχερόντειος, ad Acheronta pertinens. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Proserp.* v. 351. Tunc Acheronteos mutato gurgite fontes Lacte novo manasse ferunt.

ACHERONTĬA, æ, f. [† hod.] *Acerenza, Cerenza,* urbs parva Lucaniæ in Apuliæ confinio, edito loco sita. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 14. Quicumque celsæ nidum Acherontiæ, &c. [¶ *Acherontia sacra* est titulus libri, quem *Targetem* composuisse ait *Serv.* ad *Æneid.* l. 8. v. 398.]

ACHERONTĬCUS, a, um, adject. Acheronteus. *Prudent. Cathem. hymn.* 5. v. 127. Illa nocte, sacer qua rediit Deus Stagnis ad superos ex Acheronticis. ¶ Acherontici libri apud *Arnob.* lib. 2. pag. 87. sunt magici, et de rebus Inferorum tractantes. ¶ Dicitur et *Acheruntiicus.* V. suo loco.

ACHERONTĪNI, orum, pop. sunt in agro Brutio juxta Acherontem fl. *Plin.* l. 3. c. 5. *ad fin.*

ACHERONTĬUS. V. *Acheruntius.*

ACHĔROS, Ἄχερως, idem ac Acheron Brutiorum fluvius. Ita enim quoque appellatum fuisse, legitur apud *Liv.* lib. 8. cap. 24. Ipsa autem vox, quæ Græca est idem significat, atque *Acheron.* V.

ACHĔRUNS, untis, m. idem quod Acheron. Hac ratione usurpatur semper a *Plauto,* et aliis Veteribus Scriptoribus, prisco more, ut *Priscian.* l. 1. pag. 554. *Putsch.* docet. *Ennius apud Cicer.* 1. *Tuscul.* c. 16. Adsum, atque advenio Acherunte. *Lucret.* l. 3. v. 992. quæcumque Acherunte profundo, &c. *Plaut. Amph.* 5. 1. 26. Non secus est, quam si ab Acherunte veniam. ¶ *Acherunti* adverbialiter ponitur pro in Acherunte, hoc est apud Inferos. *Plaut. Merc.* 3. 4. 21. Si neque hic, neque Acherunti sum, ubi sum? *Id. Capt.* 5. 4. 1. Vidi ego multa picta, quæ Acherunti fierent, cruciamenta. ¶ *Acherus ulmorum* joculariter dicitur ab eodem *Plauto Amph.* 4. 2. 10. de servo vapulante virgis ulmeis, scilicet in cujus tergo moriuntur virgæ, ut idem loquitur. *Capt.* 3. 4. 117. ¶ *Mittere aliquem Acheruntem* est interficere apud eund. *Plaut. Cas.* 2. 8. 11. ¶ In feminino genere *Id. Capt.* 5. 4. 1. Nulla adæque est Acheruns, &c. Ita legit cum nonnullis aliis *Non.* cap. 3. num. 10. Alii *nullus.* ¶ In aliquibus *Plauti* codicib. editum est *Acheron, Acherontis,* &c. pro *Acheruns,* &c.

ACHERUNTĬCUS, a, um, adject. ad Acheruntem pertinens. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 21. Acherunticæ regiones. *Id. Mil.* 3. 1. 33. Itane tibi ego videor oppido Acherunticus, tam capularis, &c.? *h. e.* morti proximus. *Id. Merc.* 2. 2. 19. Quid tibi ego ætatis videor? *Ly.* Acheruntícus senex, vetus, decrepitus.

ACHERUNTĬUS, a, um, adject. Ἀχερόντιος, Acherunticus. *Vetus poeta apud Cicer.* 1. *Tuscul.* c. 21. Acheruntia templa, alta Orci, pallida. *h. e.* Inferorum loca. In quibusdam Editionib. legitur *Acherontia.*

ACHERUSĬA, f. Ἀχερουσία λίμνη, [† hod.] *Lago della Collucia,* palus est Campaniæ inter Misenum, et Cumas. *Dionysius in* 2. *Biblioth. hist.* tradit paludem esse Acherusiam, in quam immittantur cadavera in ulteriorem ripam deferenda, inde natam fabellam de Charonte, ab eo animas nave vehi trans Stygem. *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ Item Acherusia palus Epiri est, in Thesprotia, qua ad Chimerium port. et opp. exit in mare, ex qua Acheron fl. emittitur. *Plin.* l. 4. c. 1. ¶ Item Acherusia specus est Bithyniæ, apud Heracleam Ponti, unde Cerberum extractum fabulantur, ut scribit *Mela* lib. 1. *cap. ult.*

ACHERŪSIS, īdis, f. Ἀχερουσὶς, eadem ac Acherusia, quæ specus Bithyniæ significat. *Valer. Flacc.* lib. 5. v. 73. Inde premente Noto, tristes Acherusidos oras Præterit. *Acherusidos* est genitivus Græcæ terminationis pro *Acherusidis.*

ACHERUSĬUS, a, um, adject. ad Acherusiam pertinens, Ἀχερούσιος. *Liv.* l. 8. c. 24. Caveret Acherusiam aquam Pandosiamque urbem. ¶ *Acherusia templa* sunt Inferi. *Lucret.* lib. 1. v. 120. Etsi præterea tamen esse Acherusia templa, Ennius æternis exponit versibus edens, Quo neque permanent animæ, neque corpora nostra, Sed quædam simulacra modis pallentia miris. ¶ *Acherusia vita* est tristis, ærumnosa, cruciatibus obnoxia, qui nempe apud Inferos ab impiis perferuntur. *Lucret.* lib. 3. v. 1037. Hinc Acherusia fit stultorum denique vita. ¶ *Acherusius humor* est ipsa Acherontis unda *Sil. Ital.* l. 13. v. 398.

ACHĔTÆ, arum, m. *singing cicadæ, grass-hoppers,* ἀχέται, cicadæ argutæ, et canoræ a verbo ἠχέω, quod est sono, et crepito. [† ΗΧΕΤΑ τέττιξ habet Hesiod. Op. et D. 543. unde *Achetæ* (ἀχέται, mutato η in α Dorice) Cicadæ audiunt κατ' ἐξοχήν.] *Plin.* l. 11. c. 26. Quæ canunt vocantur achetæ, et quæ minores ex eis sunt, tettigoniæ; sed illæ magis canoræ.

[* ACHILLĒA, æ, f. herba *Plinio* laudata lib. 26. c. 15. Menses nimios sistit Achillea imposita. Videtur fuisse eadem ac Achilleos, quam V. suo loco.]

ACHILLĒA insula. V. *Achilleus.*

ACHILLĔIDES, eidæ, *the son of Achilles,* patronymicum mascul. quadrisyllabum, retento etiam in Latinis litteris Græco ει, Ἀχιλλείδης, Achillis filius. *Ovid. Heroid.* ep. 8. v. 3. Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris. *Id. in Ibin* v. 303. Aut ut Achilleidæ cognato nomine cla-

rum *h. e.* Pyrrhum regem Epirotarum, qui eodem erat nomine, ac Achillis filius: vel Achilleiden vocat, quia nepos erat Achillis materno genere. *Alii leg. Achilleiden* eadem manente sententia. ¶ Scribitur et *Achilides*.

ACHILLEIS, eidis, et *Græca terminatione*, eidos, f. titulus est poematis *Papinii Statii*, cujus duo tantum libri exstant, in quibus de vita Achillis agit ante bellum Trojanum.

ACHILLEOS, Ἀχίλλειος, herba sic appellata, quod eam Achilles invenisse traditur, et adhibuisse in curando vulnere Telephi. *Plin.* lib. 25. cap. 5.

ACHILLES, is, Ἀχιλλεύς, heros Græcus, filius Pelei, et Thetidis, patria Phthius Chironi Centauro nutriendus datus est. Inter filias Lycomedis regis Scyri, a matre, ne ad bellum Trojanum ire cogeretur, ex quo sciebat non reversurum, sub habitu muliebri absconditus (V. *Pyrrha.*) ex Deidamia generavit Pyrrhum. Ab Ulysse habitu mercatoris detectus ad bellum Trojanum ductus est. Fuit fortissimus totius Græci exercitus. Occidit Hectorem fortissimum Trojanorum, ejusque cadaver ter circum mœnia Ilii traxit bigis alligatum. Patroclum enim ulcisci voluit, sibi amicissimum, qui indutus armis Achillis ab Hectore interfectus fuerat. Vulneravit regem Mysiæ Telephum, ejusdemque hastæ rubigine sanavit. Dissensit ab Agamemnone odio implacabili, quod sibi Briseidem puellam eripuisset. Captus est amore Polyxenæ, tempore induciarum. Invitatus per fraudem specie nuptiarum a Deiphobo in templum Apollinis Thymbræi, a Paride post simulachrum latitante, sagittis Herculis, quæ a Philocteta acceptæ fuerant, in calcaneo transfixus, ubi tantummodo vulnerabilis erat, interfectus est. Mater enim, ut invulnerabilem redderet, infantem Stygis aqua totum tinxerat, excepto calcaneo, qua manu prehenderat. Sepultus est ad Sigæum promontorium. De armis Achillis ingens dissensio nata est inter Ulyssem, qui solus ausus est ea petere, et Ajacem fil. Telamonis. Arma Ulyssi data fuerunt. Ajax ex indignatione incidit in furorem, et ensi incumbens, sibi ipse mortem conscivit. *Ovid. in fi.* 12. *Metam.* et *initio* lib. 13. *Servius in variis locis Æneidos, Statius tota Achilleide*, et alii. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 12. Præconium, quod cum in Sigæum venisset Alexander ab Homero Achilli tributum esse dixit. *Id.* 3. *de natur. Deor.* c. 18. Achillem Astypalenses colunt. ¶ Poetæ metri causa sæpe hoc nomen Græca declinatione usurpant. Itaque legitur in accusativo *Achillea* pro *Achillem*, τὸν Ἀχιλλέα. *Lucan.* l. 10. v. 523. Terribilem justo transegit Achillea ferro. In vocativo *Achille* pro *Achilles* a Græco Ἀχιλλεῦ, abjecta posteriore diphthongi syllaba. *Propert.* l. 4. *eleg. ult.* v. 40. Quique tuas proavus fregit, Achille, domos. Et *Achillei* in genitivo pro *Achillis*, a Græco Ἀχίλλεος, mutato *o* in *i*. *Horat.* l. 1. od. 15. v. 34. Matronisque Phrygum classis Achillei. *Achillei* hic est quadrisyllabum: potest autem etiam trisyllabum esse. *Virg. Æn.* 3. v. 87. Pergama relliquias Danaum, atque immitis Achillei. *Achilli* etiam scribitur in hoc casu, quod etiam *Quintil.* l. 1. c. 5. docet. Porro genitivus *Achillei* duci potest a recto *Achilleus*, quo pro *Achilles* usi sunt aliquando Veteres. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 669. n. 6. Achilleus, et Cleopatra parent. fil. dulcissi. ¶ In ablativo reperitur etiam *Achilli* pro *Achille*. *Ovid.* 3. *de Ponto* ep. 3. v. 43. Præmia nec Chiron ab Achilli talia cepit. Ita *Heinsius* cum aliis. Tres tamen editiones principes, quas habemus, *Aldus*, et alii multi habent *Achille*. Hic autem ablativus ductus est a dativo τῷ Ἀχίλλῃ, primæ declinationis. Dores enim, ut *Priscian.* docet *sub fin.* lib. 6. pro Ὀρφεὺς dixere Ὀρφῆς, pro Τυδεὺς Τύδης, pro Ἀχιλλεὺς Ἀχίλλης, sic in accusativo Ὀρφῆν, Τύδην, Ἀχίλλην, et in vocativo Ὀρφῆ, Τύδη, Ἀχίλλη, a quo est *Achille* ultima producta. Latini enim Poetæ modo hanc, modo illam declinationem in hujusmodi Græcis nominibus sequi solent, prout metri ratio fert. ¶ Interdum Achilles dicitur de quocumque homine pulcro, aut forti. *Plaut. Milit.* 4. 2. 63. Age, mi Achilles, fiat quod te oro. *Gell.* l. 2. c. 11. Nomen ei factum ob ingentem fortitudinem, appellatumque Achillem Romanum. ¶ Denique *Achilles* titulus est Tragœdiæ *Aristarchi* Græci Poetæ, quam *Ennius* in Latinum transtulit, imitatusque est *Plautus in Pœnulo*. *Fest. in voce* Prolato ære, *Gell.* l. 4. c. 17. et *Plaut. Pœn. prol.* v. 1.

ACHILLĒUM, Ἀχίλλειον, genus spongiarum tenue, densumque, ex quo penicilli fiunt. *Plin.* l. 9. c. 45.

ACHILLĒUS, a, um, adject. *belonging to Achilles*, Ἀχίλλειος, ad Achillem pertinens. *Virg.* 3. *Æn.* v. 326. Stirpis Achilleæ fastus. *Martial.* l. 12. epig. 84. Achilleæ comæ. *Ovid. Metam.* 13. v. 448. Achillei manes. ¶ *Achilleas statuas* dixere nudas hastam tenentes. Celebris enim fuit hasta Achillis, vel quia eo habitu Achilles a Græcis effingebatur. *Plin.* l. 34. c. 5. ¶ *Achilleus cothurnus* de stilo Tragico, epico, sublimi. *Propert.* l. 2. eleg. 25. v. 41. Desine Achilleo componere verba cothurno, Desine, et ad molles verba resolve choros. ¶ Achillea insula ad ostia Borysthenis sita, alio nomine Leuce, ita appellata est, quod ibi situs est Achilles. *Pompon. Mela* l. 1. c. 7. ineunte, et *Plin.* l. 4. c. 12. ¶ Alia eodem nomine juxta Samon est. *Plin.* l. 5. c. 31. ¶ Achilleus cursus, Ἀχίλλειος δρόμος, est pæninsula, ab ea quæ ad Borysthenem est, XXV. M. passuum distans, ad formam gladii in transversum porrecta, in qua Achilles cum infesta classe mare Ponticum ingressus esset, ludicro certamine celebrasse victoriam, et se, ac suos cursu exercitavisse dicitur. *Pomp. Mela* l. 2. c. 1. et *Plin.* l. 4. c. 12.

ACHILLĒUS, ei, m. idem ac Achilles. V. *Achilles*.

ACHILLIĂCUS, a, um, Achilleus, ut Achilliaca lyra, *Venant. Fortun.* l. 7. carm. 8. *sub fin.*

ACHĪVUS, a, um, *Grecian, belonging to Greece*, idem quod Achæus. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 645. Achiva turba. *Id.* l. 1. *de Ponto* epist. 4. v. 33. Achiva tellus. *Id. Heroid.* epist. 1. v. 21. Achiva castra. ¶ *Achivi, orum*, proprie sunt Achaiæ populi, sed pro omnibus Græcis ponuntur, *The Greeks*, Ἀχαιοί. *Cic.* 1. *Divin.* c. 16. Cum Achivi cœpissent, &c. *Horat.* l. 1. epist. 2. v. 14. Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi. Hic *Horatii* versus in proverbium abiit, cujus ea est sententia, si quid a Principibus peccetur, ejus peccati noxam in plebem miseram cadere, eamque pœnas dare. ¶ *Achivum* pro *Achivorum Virg.* 11. *Æn.* v. 266. magnorum ductor Achivum.

ACHLIS, is, f. *a wild beast, of the elk species*, feræ cujusdam genus in Septentrionalibus regionibus, de qua sic *Plin.* l. 8. c. 15. Item natam in Scandinavia insula, nec unquam visam in hoc orbe, multis tamen narratam, achlin, haud dissimilem illi *(alci)* sed nullo suffraginum flexu: ideoque non cubantem, sed acclinem arbori in somno, eaque incisa ad insidias capi: alias velocitatis memoratæ. Labrum ei superius prægrande: ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens involvatur. Alii leg. *machlin*, sed *achlin* ab *Harduino* defenditur. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 27. achlin cum alce confundit. narrat enim de alce eadem fere, quæ de achli *Plinius*.

ACHŎRES, um, m. *a scurf, or scald on the head*, ἀχῶρες, ulcera capitis, tenui humore manantia, ita dicta ab *α* privativa, et χῶρος, spatium, quia non amplum occupant locum: pueros autem maxime infestant. Male secundam corripuit *Æmil. Macer de herb. cap. de Origano.* Pruritus, achoras, maculasque cutis fugat omnes. Et *cap. de malva.* Sic turpes achoras pelles, furfurque nocivum. *Acores* sine aspiratione in quibusdam Codicibus legitur.

ACHRADĪNA, pars est urbis Syracusanæ, cum reliquis urbis partibus ponte conjuncta. Fortasse ita dicta est, quia eo loco olim sylvestris pyrus enata fuerit, quæ Græce ἀχρὰς dicitur, et inde adject. ἀχράδινος. *Liv.* l. 25. c. 24. ¶ Scribitur et *Acradina* sine aspiratione.

ACHRAS, ădis, et *Græca terminatione*, ădos, f. *a wild pear-tree*, arbor pyri sylvestris, ἀχράς. *Colum.* l. 7. c. 9. Cornus, arbutus, prunus, atque achrades pyri. *Id.* l. 10. v. 14. Palmitibusque feris lætatur, et aspera silvis Achrados, aut pruni, &c.

ACĬA, æ, f. *a needle-full of thread, thread in the needle, thread*, μίτος, ῥάμμα, filum in acu ad suendum. *Titinn. apud Non.* c. 1. n. 10. Phrygio fui primo, beneque id opus scivi: reliqui acus, aciasque hero, atque heræ nostræ. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 23. Utraque *(sutura, et fibula)* optima est ex acia molli, non nimis torta, quo mitius corpori insideat, utraque nimis rara, neque nimis crebra injicienda est. (Hinc discimus, fuisse genus fibulæ vulnerariæ acia atque acu factæ. V. *Fibula*) *Marcell. Empir.* cap. 2. *sub fin.* Hedera si in panno rufo, acia rufa, vel lino rufo ligata, capiti alligetur, &c. De Aciæ materia, et forma agit integro volumine *Joann. Rhod.* ¶ *Ab acia, et acu omnia exponere* proverb. quod significat vel minutissimas res narrando exponere, totamque alicujus facti seriem alte ductis initiis diligenter nihilque prorsus omittendo explicare. Legitur *in fragmentis Tragur. Petronii* cap. 76. *Burmann.*

ACĬCŬLA, æ, f. *a small needle or pin, used in the head-dress of a woman*, βελονὶς, acus parva, qua utuntur mulieres ad ornatum capitis. *Imperat. Constant. in Cod. Theodos.* lib. 3. tit. 16. leg. 1. Oportet eam usque ad aciculam capitis in domo mariti deponere. Al. leg. *acucula*. ut diminutivum ab *acus*: sed et *anus* facit *anicula*.

ACIDALĬA, Ἀκιδαλία, Veneris epithetum, vel quia injicit curas, quas Græci ἀκίδας dicunt, vel a fonte Acidalio, qui est Orchomeni urbe Bœotiæ, in quo Gratiæ se lavant, quæ Veneri sunt sacratæ. Ipsius enim, et Liberi filiæ sunt. Hæc *Servius* ad illud *Æn.* 1. v. 728. memor ille matris Acidaliæ.

ACIDALĬUS, a, um, adject. ad Venerem pertinens, quæ Acidalia dicta est. V. vocem præced. *Martial.* l. 6. epigr. 13. Ludit Acidalio, sed non manus aspera, nodo. *h. e.* baltheo, vel cingulo Veneris. *Id.* l. 9. epigr. 14. Nomen, Acidalia meruit quod arundine pingi. *h. e.* calamo ex arundine, quæ nascitur circa fontem Acidalium, qui sacer est Gratiis, et Veneri. Vel intelligit arundinem Cnidiam, quæ aptissima erat calamis scriptoriis. Cnidus autem est Veneri sacra.

[* ACĬDE, adverb. cum aciditate. Comparat. *acidius* habet *Petron. satyr.* c. 92. Negat sibi unquam acidius fuisse, *h. e.* nunquam plus sibi molestiarum fuisse.]

ACIDĬTAS, atis, f. *acidity, sourness, tartness, harshness*, humor, vel sapor acidus, ὀξύτης. *Marcell. Empir.* cap. 20. Aqualiculi corruptelas, vel aciditates consumit, et stomachum marcentem recreat.

ACIDŬLUS, a, um, adject. *somewhat sour or tart, sourish*, aliquantum acidus, subacidus, ὀξώδιος. *Plin.* l. 2. c. 103. Lyncestis aqua, quæ vocatur acidula, vini modo temulentos facit. *Id.* l. 15. c. 15. Pyra acidulo sapore jucunda. *honey-pear.*

ACIDUS, a, um, adject. *sour, acid, eager, tart*, ὀξώδης, aceti saporem, vel odorem habens. *Plin.* l. 15. c. 27. Sapor acer, acutus, acerbus, acidus, salsus. *Id.* l. 20. c. 17. Acida ructans stomachus. *Id.* l. 28. c. 9. Oxigala fit acido lacte addito in recens, quod velis inacescere. *Id. ibid.* Acidus caseus. *Id.* l. 30. c. 4. Acidus halitus. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 49. Acidissimum acetum. *h. e.* acerrimum. Nam *acidus* significat etiam acrem, acrimoniam habentem, mordacem, *sharp, biting*, qui sapor quamquam est acido valde affinis, non est tamen semper gustui injucundus. *Virg. Georg.* 3. v. 380. Acida sorba. *Horat.* lib. 2. sat. 2. v. 43. cum rapula plenus, Atque acidas mavult inulas. *Plin.* l. 26. c. 8. Acidum olus. ¶ *Acida creta* hoc est aceto macerata, *Martial.* l. 6. epigr. 93. ¶ Translate sumitur pro molesto, insuavi, injucundo. *harsh, disagreeable, unpleasant. Horat.* l. 2. epist. 2. v. 64. Quod petis, id sane est invisum, acidumque duobus. *Petron.* c. 31. Acidum canticum. *Et in fragment. Tragur.* cap. 68. *Burmann.* Nullus sonus unquam acidior percussit aures meas. *Apul.* l. 5. *Metam.* Acidæ, et amaræ nuptiæ. *Senec.* lib. 5. controver. 34. *ad fin.* Homo acidæ linguæ. *h. e.* dictis asper, maledicus.

ACIĒRIS, securis ærea, qua in sacrificiis utebantur sacerdotes. *Paul.* ex *Festo.* ¶ In Gloss. Philox. habetur: Ἀξίνη ἱεροφάντου, ὡς Πλαῦτος, acieris. *h. e.* securis sacerdotis, ut Plautus. Sed in *Plauto* non reperi.

ACIES, ei, f. *the sharp edge, or point, of any thing*, ἀκὶς, ἀκμὴ, pars acuta ferri, aut alterius rei, qua secatur, aut pungitur. *Cic.* 7. *Verr.* c. 43. Quod jam ante aciem securium tuarum vidisset. *Virg.* 2. *Georg.* v. 365. Acies falcis. *Ovid. Metam.* 3. v. 107. Acies hastæ. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 68. *Harduini.* Acies rostri. *Id.* l. 8. c. 16. Acies unguium. *Id.* l. 17. c. 10. Acies lateris in amygdalis. *Id.* l. 36. c. 26. Acies vitri. *Id. ibid.* c. 22. Aciem trahere, *to whet, point, sharpen, set an edge on.* Et l. 18. c. 28. Aciem excitare. *eodem sensu. Id.* l. 37. c. 11. Aciem securium hebetari. *Id.* l. 7. c. 15. Aciem ferri præstingere. *h. e.* hebetare. ¶ *Acies ferri* significat etiam ferrum purgatius, duriusque, quo utimur ad indurandam aciem, et ad densandas incudes, malleorum rostra, scalpellos lapicidarum, &c. *steel*, χάλυψ. *Plin.* l. 34. c. 14. Neque alia genera ferri ex mera acie temperantur. *Id. ibid.* paulo supra *nucleum ferri* appellat. ¶ Sæpe acies dicitur de oculorum pupula, qua visus perficitur; itemque de ipso oculo, *the organ of sight, the apple or pupil of the eye, the shine of the eye, the eye itself.* Absolute *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Acies ipsa, qua cernimus, quæ pupula vocatur, ita parva est, &c. *Id.* 5. *de Fin.* c. 28. Bonum incolumis acies, misera cæcitas. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 22. Tanta tenuitas, ut fugiat aciem. *Virg.* 6. *Æn.* v. 789. Huc geminas nunc flecte acies. *Lactant. de opif. Dei*, c. 10. Visus in duas acies, et odoratio in duas nares divisa est. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 56. Dirigere aciem ad aliquem. *Id.* carm. 63. *de nupt. Pel.* et *Thet.* v. 127. Aciem protendere in pelagus. Cum addito *Cic.* 4. *de Fin.* c. 24. Hebes acies oculorum. *Senec. Herc. Fur.* v. 1042. Acies luminum. *Plin.* l. 35. c. 10. Offendere oculorum aciem, *to offend the sight. Id.* l. 20. c. 23. Reficere, *to refresh or relieve the eye. Cic.* 1. *de Leg.* c. 23. Exacuere, *to sharpen, or quicken the sight. Plaut. Mil.* 1. 1. 4. præstringere, *to dazzle.* ¶ In re militari modo ponitur pro parte exercitus instructa, *a line of soldiers, file, squadron, battalion. Liv.* l. 8. c. 8. Prima acies hastati erant. *the first rank, or van. Vellei.* l. 2. c. 112. Fugata equestris acies, fugatæ alæ. *the cavalry. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 52. Tertiam aciem laborantibus subsidio mittere. *Id. ibid.* c. 51. Triplici instructa acie, *the army being drawn up in three lines, three deep. Sallust. in Catil.* c. 63. In prima acie versari. *Liv.* l. 8. c. 10. Ab novissima acie ante signa procedere. *from the last rank, from the rear.* Et mox. Ad extremam aciem pervenire. ¶ Modo pro integro exercitu instructo, et ad prœlium parato, *an army in batttle-array*, τάγμα. *Sallust. in Jug.* c. 58. Statuit non prœliis, neque acie, sed alio more bellum gerendum. *not by a regular mode of warfare, not by pitched battles. Id. ibid.* c. 102. Non acie, neque more prœlii, sed catervatim. *Liv.* l. 25. c. 34. Agmina magis, quam acies pugnabant. *more like troops on a march, than an army drawn up in line of battle, in battle-array.* Et *Cic. Catil.* 2. c. 3. Quibus ego si aciem exercitus nostri ostendero, &c. *Id. Fam.* 10. ep. 30. Aciem instruere. *Tacit. de Germ.* c. 6. aciem componere. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 93. instituere. *Liv.* l. 29. c. 2. turbare. *Id. ibid.* restituere. *Id.* l. 31. c. 35. Tota acie dimicare. *Tacit.* 3. *hist.* c. 7. Aciem disjicere, *to rout, put to flight, throw into confusion, discomfit.* ¶ De navium classe instructa *Nepos in Annib.* c. 11. Classis ab utrisque in prœlium deducitur: quarum acie constituta, &c. *Frontin.* l. 2. *Stratagem.* c. 5. Navali acie decertaturus. ¶ Modo pro ipso prœlio, et conflictu. *a battle, fight, action, contest. Cic. pro Ligar.* c. 3. Quid districtus ille tuus in acie Pharsalica gladius agebat? *Id. de opt. gen. Orat.* c. 6. In acie, et ferro versari. *Id.* 6. *Fam.* ep. 3. Etsi quem exitum acies

habitura sit, divinare nemo potest, tamen belli exitum video. *Nepos in Miltiad.* c. 4. Acie decernere. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 27. Acie certare. *Id.* 4. *Hist.* c. 17. Batavos arma contra dominos cepisse; prima acie fusum, fugatumque Romanum. *Id. ibid.* c. 67. Sequanorum prospera acie belli impetus stetit. *Liv.* l. 29. c. 2. Cadere in acie. *Ovid. Metam.* 7. v. 142. Cadere acie. ¶ Modo pro loco prœlii, *the field of battle. Nepos in Miltiad.* c. 5. Producere militem in aciem. *Liv.* l. 31. c. 17. Excedere acie. *Id. ibid.* c. 34. Copias in aciem educere. Et cap. 36. Omnibus copiis in aciem descendere. ¶ Metaphorice ponitur primo pro vi, ac viribus, *force, power, prowess, might, weight, influence*; ducta translatione ab acie ferri. *Cic. Catil.* 1. c. 2. At nos vicesimum jam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. ¶ Deinde pro acumine ingenii, *acuteness, discernment, shrewdness of intellect, quickness of apprehension, talent, ability*; ducta translatione ab acie oculorum. *Cic.* 4. *Acad.* c. 39. Nulla acies ingenii tanta, quæ penetrare in cœlum, terram intrare possit. *Id. de Senect.* c. 23. Animi acies obtusior. *Id.* 1. *Divin.* c. 29. Præstringere aciem mentis. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 13. Aciem animi curare, ut non cæcetur erroribus. ¶ Præterea pro contentione, vel contentionis loco, *the field of dispute, debate, discussion, contention*, ducta translatione ab acie militari. *Cic. Tuscul.* 2. c. 25. Ad philosophos me revocas, qui in aciem non sæpe prodeunt. *Id. in Orat.* c. 14. Nos autem jam in aciem, dimicationemque veniamus. *Plaut. Epid.* 4. 1. 20. Orationis aciem contra conferam. *h. e.* verba tanquam aciem militum contra disponam. ¶ *Flor. in proœm.* lib. 1. Rerum diversitas aciem intentionis abrumpit. *breaks off the thread; defeats the intent; confuses the mind, intent on so much and such various matter.* ¶ *Acies Vulcania* est ignis vis. *Virg.* 10. *Æn.* v. 408. extenditur una Horrida per latos acies Vulcania campos: Ille sedens victor flammas despectat ovantes. ¶ In genitivo singulari legitur usurpatum a *Cn. Matio* apud *Gell.* l. 9. c. 14. *acii* pro *aciei*: *Altera pars acii vitassent fluminis undas*: ea ratione, qua et *dii* pro *diei*, et *specii* pro *speciei* olim dictum est. Alii reponunt *acie.* nam et *hujus die*, et *hujus specie* dicendum putabat *C. Cæsar* lib. 2. *de analog.* eodem *Gellii* loco. Et *Sallust.* lib. 1. *histor. apud Priscian.* lib. 7. *prope fin.* Dubitavit acie pars. V. *Dies* in fi.

ACILĬA gens plebeia fuit a Trojanis oriunda: ex qua fuit M'. Acilius Glabrio, cui, devicto Antiocho, statua in foro posita est aureis bracteis incrustata. *Liv.* l. 40. c. 34. ¶ Fuit et alter M'. Acilius apud quem Verrem accusavit *Cicero.* Ejus pater Aciliæ legis auctor fuit. [¶ Acilii Glabrionis grammatici junioris, Burdigalensis, elogium est inter *Auson. Profess.* n. 24.]

ACILĬA lex repetundarum, lata est a M'. Acilio Glabrione, ut repetundarum causæ una actione absolverentur, idest, ut neque reum comperendinari, neque causam ampliari liceret. *Cic. Verr.* 2. c. 17. Fac tibi paternæ legis Aciliæ veniat in mentem, qua lege populus R. de pecuniis repetundis optimis judiciis, severissimisque judicibus usus est. Et *Verr.* 3. c. 9. Acilia lex, qua multi semel accusati, semel dicta causa, semel auditis testibus, condemnati sunt.

[* ACILIĀNUS, a, um, adject. ad Acilium pertinens. *Liv.* l. 35. c. 14. Claudius secutus Græcos Acilianos libros, P. Africanum in ea fuisse legatione tradit. *Id.* l. 25. c. 39. Claudius annales Acilianos ex Græco in Latinum sermonem vertit.]

ACILIUM compitum fuit Romæ, sed qua regione, locove, adhuc incertum. *Plin.* l. 29. c. 1. Tabernam in compito Acilio emptam ob id publice.

ACILĬUS, ii, nomen fontis, seu fluvii in Sicilia. V. *Acis.*

ACĬNA, æ, f. V. *Acinus.*

ACINĂCES, is, m. *a scimitar, faulchion, short crooked sword*, ἀκινάκης, gladius Persarum, sive Medorum, et Scytharum proprius, brevior (ξιφίδιον vocat *Pollux* lib. 1. cap. 10.) et Romanorum pugioni similis, retro tamen aliquantum curvatus, qui aptabatur femori, et fortasse etiam dextro, non sinistro, ut *Lips.* lib. 3. *Dial.* 1. *Analect. ad Milit. Rom.* innuere videtur. Hinc *Valer. Flacc.* lib. 6. v. 701. Insignis manicis, insignis acinace dextro. *Curt.* lib. 3. c. 3. Vaginam acinacis Persicam mutari jussisse in eam formam, qua Græci uterentur. *Horat.* l. 1. od. 27. v. 5. Vino, et lucernis Medus acinaces Immane quantum discrepat! [¶ Acinacem coluisse tanquam Deum Scythicas nationes narrat *Arnob.* lib. 6. pag. 196.]

ACINACĔUS. V. *Acinaticius.*

ACINARĬUS, a, um, adject. ab acino deductum. *Acinaria vasa*, quæ inter instrumenta ad vindemiam, seu vinum pertinentia recenset *Varro* lib. 1. *R. R.* c. 22. sunt vasa servandis uvis apta, antequam prælo exprimantur. Verba *Varronis* sunt: Habere oportere vasa torcularia trina, dolia cum operculis culleorum octingentorum, acinaria XX. &c.

ACINATICĬUS, a, um, adject. Acinaticium, *a kind of sweet wine made of dried grapes, or the kernels of grape-stones, raisin-wine*, vinum ex passis uvæ acinis confectum, pretiosum valde, et in deliciis habitum Describitur fuse a *Cassiod. Variar.* lib. 12. epist. 4. Meminit etiam *Pallad.* lib. 1. tit. 6. his verbis. Nigras vites omnino repudies, nisi in provinciis, in quibus ejus generis, quo acinaticium fieri consuevit. *Cassiod. loc. cit.* Veronensem agrum huic vino aptissimum esse scribit. *Ulpian. Digest.* lib. 33. tit. 6. leg. 9. docet acinaticium plane vini nomine contineri. ¶ Apud *Cassiodor.* quidam legunt *acinaceum*, alii *acinaticum.*

ACINĒTOS, ἀκίνητος, immobilis. Vox Græca ab α privativa, et κινέω, moveo. Fuit hoc nomine unus ex æonibus Valentiniani apud *Tertull. advers. Valentinian.* c. 8.

ACINŌSUS, a, um, adject. *full of grapes, grape-stones, kernels, berries*, &c. acinis abundans. *Plin.* l. 14. c. 3. Columbinæ uvæ acinosissimæ. *Harduin.* ex MSS. legit *racemosissimæ.* ¶ Item acino similis. *Plin.* l. 12. c. 13. Semen asari acinosum. *Id.* l. 21. c. 12. Acinosus caulis. *h. e.* semen ferens acino simile.

ACĬNUS, i, m. Acinum, i, n. *et raro* Acina, æ, f. *a grain, or grape, raisin, berry, kernel*, ῥάξ, fructus arboris, qui sub tenui pellicula humorem continet, cujus partes sunt folliculus, succus, caro, et granum, sive vinaceus: et dicitur non de granis uvæ solum, sed de aliis quoque arborum fructibus. *Cic. de Senect.* c. 15. Ex acino vinaceo, aut ex ceterarum frugum seminibus, &c. *Plin.* l. 17. c. 22. Si justo sæpius fodiantur vineæ, in tantum tenerescere acinos, ut rumpantur. *Columell.* l. 12. c. 39. Uvam bene maturam legere, acina arida, aut vitiosa rejicere. *Cato R. R.* cap. 117. Si qua acina corrupta erunt. *Catull.* carm. 27. *ad puerum suum.* Ut lex Postumiæ jubet magistræ, Ebriosa acina ebriosioris. (Cum dicere, inquit *Gell.* l. 7. c. 20. *ebrioso* posset, et quod erat usitatius, *acinum* in neutro genere appellare; amans tamen hiatus illius Homerici suavitatem ebriosa dixit propter insequentis *a* litteræ concentum.) Alii aliter leg. *Catulli* versum. *Plin.* l. 23. c. 1. Acinorum nucleus. *the kernels of grape-stones. Id.* l. 24. c. 10. Acini ligustri. *Et paulo post.* ederæ. *Id. ibid.* c. 8. sambuci. *Id.* l. 15. c. 11. mali Punici. ¶ Differunt *acini*, et *baccæ* in eo, quod *acini* densius nascuntur, et magis conglomerati, ideo vitibus tribuuntur, sambuco, ederæ, malis Punicis, et similibus, granorum veluti uvam ferentibus: *baccæ* vero dispersæ, et rariores, ut sunt lauro, olivæ, cornis, myrtis, lentisco. Ita satis intelligitur ex *Plin.* l. 15. c. 24. ubi tum acinorum inter se, tum baccarum differentias exponit. Aliquando tamen hæ confunduntur. Nam idem *Plin.* qui ederæ tribuit acinos, tum *loc. cit.* tum lib. 15. c. 24. eidem tribuit baccas lib. 24. c. 10. ¶ *Acinus*, vel Græca terminatione *Acinos*, ἄκινος, herba est ocimo silvestri similis, hirsutior tamen ramis, ac foliis, et admodum odorata, quam et coronarum causa, et ciborum Ægyptii serunt, inquit *Plin.* lib. 21. c. 27.

ACIPENSER, ĕris, et Acipensis, is, m. *a large fish held in great estimation amongst the Romans, supposed to have been a sturgeon*, piscis nobilissimus apud antiquos, magnoque in pretio, et honore habitus adeo ut a coronatis ministris, tibicine etiam concinente, eum in mensam inferre, mos fuerit, ut scribit *Macrob.* lib. 2. *Saturn.* c. 12. afferens in testimonium ejus rei verba *Sereni Sammonici. Plinii* tamen temporibus nullo in pretio habebatur, quod miratur ipse lib. 9. c. 17. Postea rediit ejus gratia ad epulas quasi postliminio eodem *Sammonico loc. cit.* teste. *Cic. in fragment. de Fato apud Macrob. ibid.* Acipenser iste paucorum hominum est. *Id. Tusc.* 3. c. 18. Huic acipenserem potius, quam libellum dabis. [*Horat.* l. 2. sat. 2. v. 47. Haud ita pridem Galloni præconis erat acipensere mensa infamis.] *Ovid. in Halieutic. in fi.* Tuque peregrinis acipenser nobilis undis. *Martial.* l. 13. epigr. 91. Ad Palatinas acipensem mittite mensas. (*Acipensis* legitur etiam in titulo ejus epigrammatis.) Est qui legat *acipensera*, quæ Græca est positio, nec locum habere videtur in voce omnino Latina. Qui *accipenser*, vel *accipensis* scripserunt duplici *cc*, male scripserunt. Apud *Festum* scriptum legitur *aquipenser.* ¶ Hæc ad usum vocis dicta sint. Quodnam vero piscis genus hoc nomine significetur, nihil certi affirmare possumus. Qui eundem ac helopem, seu elopem esse putarunt, refelluntur auctoritate *Ovidii in Halieutic.* ubi alterum ab altero secernit, et *Columellæ*, qui lib. 8. c. 16. scribit, solo Pamphylio mari helopem pasci. *Plin.* l. 9. c. 17. ita describit: Apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser unus omnium squamis ad os versis: contra aquam nando meat. *Harduinus* ex MSS. legit *contra quam in nando meant.* hoc est contra quam in natando ceteri pisces omnes meant. nam illi quia squamas habent ad caudam versas, secunda squama nare dicuntur: at adversa acipenser, quia ad os versas squamas habet. *Rondeletius* lib. 14. *c. ult.* cum *Scaligero*, et *Aldrovando* lib. 4. c. 9. arbitratur esse sturionem nostrum. sed hic fluviatilis est etiam, nec solum marinus; nec squamas habet ad os versas. *Salmasius* quoque *in Exercit. Plin.* pag. 1316. diserte negat, acipenserem esse sturionem. Alii silurum esse putant, alii tursionem. Viderint Icthyographi.

ACIS, cis, et idis, m. ἄκις, nunc *Freddo*, ob ejus frigiditatem, fons est, vel fluvius Siciliæ in valle Nemorensi. Procedit ex Ætna, et haud procul ab Acesine Fl. medio itinere inter Cataniam, et Taurominum, in mare Ionium influit. In fabulis est, Acin Siculum, filium Fauni, et Simethidis Nymphæ, hoc est Simethi fluvii Siliæ, formosissimum pastorem fuisse, cujus amore cum aliquando ardens Galatea una cum ipso sub rupe Ætnæ prope litus jaceret, deprehensos Polyphemum rivalem, territosque fugasse, et Galateam quidem in mare se mergendo Cyclopis furorem evasisse, Acin vero in medio cursu ingenti saxo ictum, obrutumque, in fluvium sui nominis mutatum fuisse. *Ovid. Metam.* 13. fab. 8. qui *ibid.* v. 624. Acis erat Fauno Nymphaque Simethide cretus. *Et* v. 661. Acidis in gremio residens procul auribus hausi. *Et* v. 735. Acin amas, præfersque meis amplexibus Acin. *De fluvio Id.* 4. *Fast.* v. 468. Præterit et ripas, herbifer Aci, tuas. Adde *Sil. Ital.* lib. 14. v. 221. *Servius* tamen *ad Ecl.* 9. v. 39. hunc non fluvium, sed fontem, et *Acilium* non *Acin* vocat. ¶ Præterea Acis insula est una ex Cycladibus *Plin.* l. 4. c. 12. ¶ Quidam scribunt *Acys.*

[* ACISCULARĬUM, ii, n. locus acisculis, aliisque fabrilibus instrumentis instructus. *Campol. in Litholex.* Acisculariam fecit Cœlius filiolo in lusus.]

ACISCŬLUS, i, m. parva ascia, ut est in *Glossis Isid.* vel potius parvus malleus, cujus est figura, et nomen habetur in veteri nummo apud *Patin. de Fam. R.* pag. 281. Habet enim ex altera parte caput mallei, ex altera in cuspidem desinit aliquantum curvatam. Dici autem putant per metathesim pro *asciculus* diminut. ab *ascia.* Fuit etiam cognomen Familiæ Romanæ in gente Valeria: ex qua fortasse fuit Martyr ille Cordubensis, quem *Prudent. peristeph.* 7. v. 19. Acisclum vocat per syncopen. V. *Philipp. a Turre de monum.* Ant. cap. 2. pag. 22.

ACITARE. V. *Aceto.*

ACLASSIS, tunica ab humeris non consuta. *Festus.*

ACLIS, idis, f. *a kind of short dart, or arrow*, ἀκλὶς, genus antiqui jaculi exigui, et teretis, quod flagello, seu loro longissime jaciebatur. Earum binas saltem, aut plures etiam ferebant milites in prœlio, ut ex *Valer. Flacc.* loco colligit *Lips.* lib. 4. *Poliorcet.* dial. 4. Addit *Salmas.* ad *Trebellii Claud.* c. 14. ex *Serv. ad Æn.* 7. v. 730. ita fuisse loro illigatas, ut peracto vulnere ad jacientis manum redirent, cujus quidem rei penes *Servium* sit fides. *Valer. Flacc.* lib. 6. v. 99. albentes gemina ferit aclide parmas. *Virg. Æn.* 7. v. 730. teretes sunt aclides illis Tela: sed hæc lento mos est aptare flagello. *Silius* lib. 3. v. 362. movet Arbacus arma, Aclide, vel tenui pugnax instare veruto. ¶ Legitur etiam *aclys, aclydis* in quibusdam edit. lib. et MSS.

ACMONĬDES, unus ex Vulcani ministris, ἀπὸ τοῦ ἄκμονος, ab incude. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 288. ubi fingere ferrum Brontes, et Steropes, Acmonidesque solent. *h. e.* Pyracmon.

ACNŬA, vel Acna, æ, f. *a measure of land one hundred and twenty feet square*, modus, seu mensura agrorum continens pedes CXX. Videtur esse a Græco ἄκενα, vel ἄκαινα (per syncop.) quæ idem significant. *Varr. R. R.* lib. 1. c. 10. Actus quadratus, qui latus est pedes CXX. et longus totidem, is modus acnua Latine appellatur. *Columell.* l. 5. c. 1. Actus quadratus undique finitur pedibus CXX. sed hunc actum Bæticæ rustici acnam vocant. Alii leg. *agnam*, alii utroque loco aliter.

ACŒNONĒTUS, ἀκοινώνητος, vox a Græco ἄκοινος derivata, quæ legitur apud *Juvenal. Sat.* 7. v. 218. *Discipuli custos præmordet Acœnonetus.* Designat Poeta eo nomine hominem pædagogum privatæ tantum suæ utilitati studentem, et ob id mercedis, quæ magistro tota debetur, partem sibi per summam fraudem retinentem; ab α privativa, et κοινὸς, communis. Ita quidem Interpretes: Alii leg. *Acœnitus ipse* eadem sententia. Sunt etiam, qui putant ea voce tacite designari *Anicetum* Neronis pædagogum infamem, et scelestissimum, de quo *Sueton. in Neron.* cap. 35. et *Tacit. Ann.* 14. c. 3. 7. 8. et 62.

ACŒTON. V. *Acetum mel.*

ACOLŬTHUS, Acolythus, et Acolĭthus, i, *an inferior priest, a priest's acolyth, an under-deacon*, ἀκόλουθος, nomen est ministerii in Ecclesia, et dicitur de eo, qui Subdiacono inservit in sacrosancto Missæ sacrificio. *Isidor.* l. 7. c. 12. *Origin.* Clericorum gradus, et nomina hæc sunt: Ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus, &c. *Augustin.* epist. 104. Per dilectissimum filium nostrum Albinum acoluthum. ¶ Triplici ratione scribi potest in pænultima: per *y*, *acolythus*, abjecta priore Græcæ diphthongi vocali *o*: per *u*, *acoluthus* eadem *y* in *u* conversa, quod Latinis familiare est: et per *i*, *acolithus.* nam et hoc Latini solent aliquando, ut in *silva.*

ACONITI, *without labour or fatigue, without exertion or labour, easily*, ἀκονιτὶ, adverbium Græcum, quod significat sine pulvere, et translate sine labore, citra negotium: ducta metaphora vel ab Athletis, qui pugnantes corpora pulvere inspergebant: vel ex eo quod qui pugnant, corporis exercitatione, et contentione pulverem excitant, eoque resperguntur. Quare vincere sine pulvere, est citra laborem vincere: quod *Horat.* lib. 1. epist. 1. v. 51. *palmam sine pulvere* dixit, et *Gell.* lib. 5. cap. 6. *impulveream, incruentamque victoriam.* Adverbio *aconiti* opponitur *coniti*, κονιτὶ, quod est cum pulvere, contentione, et labore. Græcam vocem utramque Latinis litteris scripsit *Plinius* l. 35. c. 11. Qui pancratio Olympia citra pulveris tactum (quod vocant aconiti) vicit; coniti Nemeæa.

ACONĪTUM, i. n. *aconite, wolf's bane, monk's bane,*

pardalianches, ἀκόνιτον, herba venenata foliis cyclaminis, aut cucumeris, non pluribus quatuor, ab radice leniter hirsuta: radice modica, cammaro marino simili: quare quidam et cammarum appellavere. Radix incurvatur paulum scorpionum modo, ex quo et scorpion dixere quidam. Fuere etiam, qui myoctonon appellare maluerunt, quoniam odore mures necat, etiam e longinquo. Nascitur in nudis cautibus, quas aconas nominant, unde et nomen habet, nullo juxta, ne pulvere quidem nutriente. nempe ab α privativa, et κόνις, pulvis. Alii ita dictum putant quod eadem vis ei sit ad mortem inferendam, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam, statimque admota velocitas sentiatur: cos enim Græce ἀκόνη dicitur. alii denique ab Acone deducunt, qui locus est circa Heracleam Ponticam, ubi plurimum, et præstantissimum nasci dicitur. Hanc descriptionem ex *Plin.* lib. 27. c. 3. desumpsimus. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 418. Quæ quia nascuntur dura vivacia caute, Agrestes aconita vocant. ¶ In fabulis est, aconitum natum esse ex spuma canis Cerberi, quo tempore eum ab inferis Hercules vi extraxit. *Ovid. loc. cit.* et *Serv. ad* 2. *Georgic.* v. 152. Alii dicunt natum esse ex sanguine Promethei in Caucaso monte vincti, et a vulture lacerati. *Auson. in Monosyll.* seu *Edyll.* 12. *cap. de histor.* v. 10. Sicca inter rupes Scythicas stetit alitibus crux, Unde Prometheo de corpore sanguineus ros Aspergit cautes, et dira aconita creat cos.

ACONTIÆ, arum, m. *shooting-stars, meteors,* ἀκοντίαι, stellæ crinitæ jaculi modo velocissime volantes. nam ἀκόντιον, τὸ, jaculum significat. *Plin.* l. 2. c. 25. Acontiæ jaculi modo vibrantur ocyssimo significatu.

ACONTIUS, ἀκόντιος, Ceus fuit, ex Cea Ægei maris insula, cujus ad Cydippem, et Cydippes ad eum epistolas habet *Ovid. Heroid.* ep. 20. et 21. ¶ Item Acontius Magnesiæ, vel Bœotiæ mons. *Plin.* l. 4. c. 7.

ACONTĪZO, as, a. i. ἀκοντίζω, proprie est jaculari, Græce. Translate *Veget. de re veterin.* lib. 1. c. 26. Ut possit sanguis acontizare per venam.

ACONTĪZOMĔNUS, i, ἀκοντιζόμενος, titulus est cujusdam *Nævii* fabulæ, cujus fragmenta aliquot affert *Charis.* lib. 2. ut verbi gratia pag. 188. *Acontizomenus fabula est prime proba,* &c. Est autem Græca vox, ab ἀκοντίζω, jaculor, et significat jaculo vulneratum.

ACŎPOS, f. gemma nitro similis, pumicosa, aureis guttis stellata, ἄκοπος: ab α privativa, et κόπος, lassitudo, quia cum ea oleum subfervefactum perunctis lassitudinem (si credamus,) solvit, inquit *Plin.* l. 37. c. 10. ¶ Item genus est herbæ, alio nomine anagyros, Angl. *lupine,* gravis odore, flore brassicæ, fruticosa, semen in corniculis non brevibus gerens simile renibus, quod sub vindemiæ tempus durescit. *Plin.* l. 27. c. 4.

ACOPĬCUM medicamentum, idest acopum, legitur a quibusdam apud *Plin.* lib. 31. c. 7. *sub fin.* ubi *Harduin.* ex MSS. *acopum.*

ACŎPUM, i, n. *a medicine against faintness or weariness, a strengthening medicine,* ἄκοπον, medicamentum ad levandam lassitudinem, reficiendosque nervos laborantes utile: ab α privativa, et κόπος, lassitudo. *Cels.* l. 4. c. 24. Ut etiam cum acopo, vel liquido cerato cyprino articuli perfricentur. *Plin.* l. 23. c. 8. Oleum ex Delphica lauro ad cerata, acopumque utile est. *Id.* l. 29. c. 6. Murini catuli triti in vino vetere ad crassitudinem acopi. *Cels.* l. 5. c. 24. Acopa quoque utilia nervis sunt. Hoc loco *Celsus* acopi compositiones duas tradit. Adde *Scribon. Larg. composit.* 268. *et sequent.*

ACOR, ōris, m. *sharpness, sourness, tartness, acidity,* aceti sapor, ὀξύτης. *Ulpian. Digest.* lib. 18. tit. 6. leg. 4. Periculum acoris, et mucoris vini præstare. *Columel.* l. 3. c. *ult. de vitibus.* Ut serum fructum cum præcoque elevet, quæ res mox acorem facit. *Plin.* l. 18. c. 11. Palam est, naturam acore fermentari. *de fermento panis loquitur.* ¶ Dicitur etiam de sapore acido, qui gustui ingratus non est. *Quintil.* l. 9. c. 3. Et habent quandam ex illa similitudine gratiam, ut in cibis interim acor ipse jucundus est. *Plin.* l. 11. c. 41. Mirum barbaras gentes, quæ lacte vivunt, ignorare casei dotem, densantes id *(lac)* alioqui in acorem jucundum, et pingue butyrum, &c. Quid vero sit in butyro *acor jucundus,* non adeo fortasse facile est definire. Nam alioqui acor in lacte vitium est, ut aperte colligitur ex *Columella* l. 7. c. 8.

ACŌRES. V. *Achores.*

ACORNA, æ, f. *a sort of thistle,* ἄκορνα, genus cardui, colore rufo, et succo pingui. *Plin.* lib. 21. c. 16.

ACŎRUS, i, f. et Acorum, n. et *Græca terminatione* Acoros, et Acoron, ἄκορος, et ἄκορον, *the herb sweet-cane, garden-flag, or galangale,* herba foliis iridis, angustioribus tamen, et longiore pediculo, radice nigra, et minus venosa, gustu acri, odore non ingrata, et ructum facile ciente. Ita eam *Plin.* l. 25. *c. ult.* describit. Putatur autem eadem esse, quæ in Officinis calamus aromaticus dicitur. *Apulei. de herb.* cap. 6. tradit, Acoron ab Italis vocari Veneriam, et Radicem nauticam, si modo de eadem herba loquitur, de qua *Plinius. Cels.* l. 3. c. 21. Rosæ folia, acorum, amaræ nuces, &c. *Plin.* l. 26. c. 5. Acorum antidotis miscetur. *Apulei. loc. cit.* A Græcis dicitur acoros, &c.

ACOSMOS, *plain, without ornament, unembellished,* ἄκοσμος. Vox Græca, qua utitur *Lucret.* lib. 4. v. 1153. ubi ait puellas sordidas, immundas, et fœtidas ab amatoribus excusandi causa vocari negligentes in cultu corporis, et ornatus parum studiosas, *Nigra melichrus est; immunda et fœtida acosmos.*

ACQUIESCO, et Adquiesco, is, evi, etum, n. 3. *to repose, rest, take rest,* ἐπαναπαύομαι, idem fere quod quiesco: ex *ad,* et *quiesco. Plaut. Epid.* 2. 2. 20. Sine respirem, quæso. *Pe.* Imo acquiesce. *Cic.* 13. *Attic.* ep. 34. Vitandi caloris causa Lanuvii tres horas acquieveram. *Id.* 2. *de Orat.* c. 71. Qui hoc diversorio libenter te acquieturum esse dixisti. *Catull.* epigr. 31. *ad Sirmion.* v. 10. Desiderato acquiescere lecto. *Curt.* l. 9. c. 8. in lecto. *Id. ibid.* cap. 5. *in fi.* Acquiescere somno. *Nepos in Datam. c. ult.* a lassitudine. *Vellei.* l. 2. c. 99. a continuatione laborum. *Gell.* l. 19. c. 9. Ut interea labor hic vigiliarum, suavitate paulisper vocum acquiesceret. *h. e.* cessaret, et recrearetur. ¶ Translate. *Cic.* 1. *de fin.* c. 16. Cujus in animo improbitas versatur, nunquam sinit eum respirare, nunquam acquiescere. *Liv.* l. 4. *c. pænult.* Res familiaris acquiescit. *h. e.* cessat ab impensis. ¶ Significat etiam in re aliqua cum animi quiete, et voluptate consistere, *to acquiesce in, dwell with delight upon, to be pleased or delighted with. Cic. Attic.* l. 4. ep. 16. Nulla est respublica, quæ delectet, in qua acquiescam. *Id. pro Mil.* c. 37. Qui maxime Clodii morte acquierunt. *acquierunt* per syncopem pro *acquieverunt. Id. Attic.* l. 7. ep. 11. *extr.* et l. 13. ep. 13. Crebro regusto tuas litteras: in his acquiesco. *Id. de Amic. c. ult.* Senes in adolescentium caritate acquiescimus. *Id. pro Deiot.* c. 2. In tuis oculis, in tuo ore, vultuque acquiesco. *Senec.* epist. 24. Acquiescere spei blandæ. *Sueton. in Tiber.* cap. 56. Nihilo lenior in convictores Græculos, quibus vel maxime acquiescebat, *to whom he was so attached, so partial.* ¶ Item assentiri, fidem habere. *Sueton. in Vitell.* c. 14. Vaticinante Catta muliere, cui velut oraculo acquiescebat. *Ulpian.* lib. 38. *Digest.* tit. 1. leg. 7. Et ego acquiesco Celso. *put confidence in Celsus, am at Celsus's command.* Et lib. 27. *Digest.* tit. 4. leg. 1. Sed si reprobata est hæc reputatio, et adquievit. *gives consent, is content.* Huc pertinet et illud *Cicer.* 4. *Acad.* c. 46. Tu, cum es commotus, acquiescis, assentiris. approbas. *you acquiesce, yield, consent, approve.* ¶ Eleganter pro mori, *to die,* posuit *Nepos,* hoc est a laboriosa vita moriendo requiescere, *in Hannib. c. ult.* Sic vir fortissimus, multis, variisque perfunctus laboribus, anno acquievit septuagesimo. *Valer. Max.* l. 9. c. 12. *extern.* 1. Inter ipsas custodum manus exoptata securitate acquievit. ¶ De sepultis. *Inscript. apud Spon. in Miscell.* pag. 171. Julia Adepta hic adquiescit. [¶ Particip. *acquiescens* apud *Cic.* 1. leg. c. 5. Crebro insistens, interdum acquiescens.]

ACQUĪRO, et Adquiro, is, quisivi, quisitum, a. 3. *to acquire, get, procure, gain, obtain,* ἐπιτυγχάνω: ex *ad,* et *quæro. Cic.* 3. *Offic.* c. 5. Sibi ut quisque malit, quod ad usum vitæ pertinet, quam alteri acquirere concessum est. *Id. Fam.* 10. ep. 3. Omnem tibi reliquæ vitæ dignitatem ex optimo reipublicæ statu acquires. *Id. Catil.* 3. *c. ult.* Mihi quidem ipsi quid est, quod ad vitæ fructum possit acquiri? *Sueton. in Cæs.* cap. 60. Nihil se tantum acquisiturum victoria, quantum auferre calamitas posset. *Virg.* 4. *Æn.* v. 175. viresque acquirit eundo. (ubi testatur *Pierius,* in omnibus antiquis exemplaribus *adquirit* legi: additque ita scribi solitum usque ad Antonini Pii tempora, integras fere semper præpositiones in compositis servando: quod aliorum etiam Eruditorum consensu comprobatur. V. quæ dicemus in fine *Ad* præpositionis.) *Phædr.* l. 1. fab. 14. v. 4. Acquirere sibi famam. *Tacit.* 2. *Histor.* c. 76. summum decus. *Id.* 1. *Histor.* c. 17. favorem largitione. *Id.* 16. *Ann.* c. 17. pecuniam. *Id.* 15. *Ann.* c. 37. fidem. *Id. Ann.* 12. c. 21. triumphos de populis. *Flor.* l. 3. c. 12. Galliam, Thraciam, Britannos. *to conquer, reduce, subdue.* In numo Trajani *in Mus. Theupol.* pag. 446. Arab. adquis. S. P. Q. R. Optimo Principi. ¶ Absolute positum interdum est divitias acquirere, *to acquire wealth, grow rich. Juvenal.* sat. 14. v. 125. Mox acquirendi docet insatiabile votum. *Apulei. in Apolog.* Omnis cupido acquirendi ex opinione inopiæ venit. ¶ Interdum ponitur pro conciliare. *Plin.* lib. 15. c. 17. Acquirere odorem vino. *Justin.* l. 3. c. 6. Dummodo inimicis suis hostes acquirerent. Et cap. 7. Sperantes acquirere se illi posse aut periculum ex invidia, aut ex suspicione proditionis infamiam. ¶ In præterito pro *acquisivi,* dicitur etiam *acquisii. Ulpian. Digest.* lib. 29. tit. 4. leg. 1. Si non acquisiit hereditatem. Adde 22. 1. 11. et 23. 3. 5. et 38. 5. 1. ¶ In aliis etiam præteritis crebrius leges *acquisieram, acquisiero, acquisissem,* quam *acquisiveram* &c. licet et hoc recte dicatur. V. in fine verbi *Audio.*

ACQUISITĬO, onis, f. *the act of acquiring,* κτῆσις, actus acquirendi. *Tertull. in Exhortat. ad Castit.* c. 12. Temperantissimus in acquisitionibus. *Justinian. Institut.* l. 3. tit. 11. *de acquisit. per arrog.* § 1. Acquisitio, quæ per arrogationem fit. ¶ De quarum collectione, *Frontin. de aquæduct.* artic. 10. Adjuvatus fons ex compluribus aliis acquisitionibus. Adde artic. 69. 70. et 77.

[* ACQUISĪTUS, a, um, particip. *Quintil.* l. 2. c. 16. Videmus corpora minus egere acquisitæ extrinsecus opis. *Justin.* l. 4. c. 4. Legatos mittunt, qui omni squaloris habitu ad misericordiam movendam acquisito concionem deformes adeunt. *Plin.* l. 29. c. 1. sect. 8. Eidem in Gallia exulanti, deinde restituto acquisitum non minus intra paucos annos. *Harduinus* ad *Plin.* lib. 2. c. 28. not. 17. probat ex numis *acquisitam regionem* non eam esse, quæ armis est occupata, sed quæ fœdere populo Romano juncta est, receptam vero dici, quæ armis recuperatur.]

ACRA, neutr. plur. *the heights of a mountain, the top or summit of a hill, a cape, promontory,* τὰ ἄκρα, Græca vox cacumen significans. *Apulei. de Mundo.* Nysæ juga, et penetralia Coryci, et Olympi acra, et Ossæ ardua extollunt. ¶ Est etiam *acra, æ,* f. a Græco ἡ ἄκρα. Hinc Salentinum promontorium, quod nunc *Capo di S. Maria di Leuca* dicitur, olim magnæ Græciæ incolæ *Acran Iapigiam* vocabant, inquit *Plin.* l. 3. c. 11. ¶ Et *Acræ, arum* urbs est Siciliæ excisa, in finibus Syracusanorum, ita dicta, quod edito loca sita sit. *Silius* l. 14. v. 206. Non Thapsos, non e tumulis glacialibus Acræ Defuerunt.

ACRADĪNA, V. *Achradina.*

ACRAGANTĪNUS, vel Agragantinus, a, um, adject. ad Acragantem pertinens, ut Acragantinus Empedocles, apud *Lucret.* l. 1. v. 716. ubi alii plerique legunt *Agrigentinus,* quod idem est.

ACRĂGAS, antis, m. mons Siciliæ, non procul a Pachyno promont. cum oppido ejusdem nominis, quod Agrigentum alias dicitur, [† nunc] *Gergenti, Agrigento. Virg. Æn.* 3. v. 703. Arduus inde Acragas ostentat maxima longe Mœnia. *Ovid. Fast.* 4. v. 475. Himeraque, et Didymen, Acragantaque, Tauromenonque. Acraganta *accusativus est Græcæ terminationis pro* Acragantem.

ACRATOPHŎRUM, i, n. *a small vessel for the purpose of holding wine, a wine-bottle,* ἀκρατοφόρον, parvum vas ad merum vinum continendum: ab ἄκρατος, merus, et φέρω, fero, contineo. Meminit *Pollux* l. 6. c. 16. et l. 10. c. 20. additque priore loco fundum habuisse astragali figura. Tametsi vox Græca est, tempore *Ciceronis* in Latinam linguam irrepserat, obtinebatque, ut idem aperte indicat. 3. *de Fin.* c. 4. V. *Ephippium.* ¶ An vero eundem apud Latinos usum, formamque eandem habuerit, difficile est definire. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 8. Ea minus sumptuosa vinea, quæ sine jugo ministrat acrotophoro vinum. *h. e.* Ea vinea, *h. e.* vitis, minus est sumptuosa, quæ sine jugo tantum vini suppeditat, quantum implendo acratophoro satis est. Alii leg. *ministrat acratophoron vinum.*

ACRE, adverb. V. in *Acer* adject.

ACRĒDO, inis. f. *sourness, tartness, sharpness or pungency of taste,* acer, et mordax sapor, acrimonia, ὀξύτης. *Pallad.* lib. 2. tit. 16. Nuces servantur vel paleis obrutæ, vel arena, vel cæpis mixtæ, quibus hanc vicissitudinem reddunt, ut eis acredinem tollant.

ACREDŬLA, æ, f. avis quædam, quam alii lusciniam, *a nightingale,* putant esse, ut *Isidor.* l. 12. *Orig.* c. 7. alii ululam, quam *Theon,* avem solitariam esse, adnotavit apud *Aratum,* cujus verba mox referemus: alii alaudam, eam nimirum, quam Angli *a wood-lark* vocant: alii ravarinum, *a goldfinch, linnet. Auct. carm. de Philom. (quod inter Ovidii opera legitur in quibusdam Editionib.)* v. 15. Vere calente novos componit acredula cantus, Matutinali tempore, tunc mitilans. ¶ Sunt qui putant, non avis, sed loquacis et stridulæ ranæ genus esse, quod versum illum Arati Ἢ τρύζει ὀρθρινὸν ἐρημαίη ὀλολυγὼν, ita vertit *Cicero* lib. 1. *de Divin.* c. 8. Et matutinis acredula vocibus instat. ὀλολυγὼν autem inter alia etiam ranam significat, et ranæ cantum. Sed hoc videtur ineptum. ¶ Legitur et *agredula.*

ACREMENTUM, i, n. idem quod acredo. Legitur in quibusdam Codicib. apud *Plin.* l. 8. c. 7. *acrementum aceti temperantes.* Ubi plerique alii, melioresque habent *ad intinctum aceti temperantes.*

ACRESCO, is, n. 3. *to grow sour, or sharp,* acrem, acidumque saporem sumere. De vino usurpat *Veget. de re Veterin.* lib. 4. c. 8. [Cave utaris hoc verbo; Latinum non est; optimæ enim *Vegetii* editiones, puta *Gesneri* et *Schneideri,* habent *accrescat,* quidam codices *adcrescat,* quod idem omnino est.]

ACRICŬLUS, a, um, adject. *somewhat sharp, acrid, or pungent, sourish,* aliquantum acer, et vehemens. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 17. Et hoc ille acriculus, me audiente Athenis senex Zeno contendere solebat. Alii aliter leg. est enim locus varie a variis tentatus.

ACRIDĬA, f. vel Acridium, n. herba eadem, quæ Scammonia, *the herb scammony, or purging bird-weed,* ita dicta fortasse ab acrimonia succi. *Isidor.* l. 17. *Orig.* c. 9. Scammonia, quam Latini acridiam vocant. *Alii leg.* acridium.

ACRIFOLĬUM, ii, n. arbor quædam, quam inter infelices enumerat *Tarquitius Priscus* apud *Macrob.* lib. 2. *Saturn.* c. 16. infelices autem arbores eas dici ait, quæ inferum, deorumque avertentium in tutela sunt. ¶ Scribitur et *agrifolium,* et *acrufolium,* et *aquifolium.* V. *Aquifolius.*

ACRIFOLĬUS, a, um, adject. V. *Aquifolius.*

ACRIMONĬA, æ, f. *acidity, tartness, sourness, harshness of taste,* δριμύτης, vis acris, et mordax saporis, acritas, gustus asperitas. *Plin.* l. 12. c. 19. Acrimonia origani.

Id. l. 18. c. 13. Acrimonia sinapis. *Id.* l. 24. c. 14. Dulcis cum quadam acrimonia. *Columell.* l. 12. cap. 14. Fœtentes acrimoniæ allii, vel cæparum. *Plin.* l. 23. c. 8. Nuclei nucis pineæ sitim sedant, et acrimoniam stomachi, rosionesque. *acrid humours, acidity.* Et l. 22. *c. ult. ad fin.* acrimonias discutere. ¶ Dicitur etiam de rei alicujus acerbitate mordaci, quæ tactu percipitur. *Cato R. R.* cap. 157. Si ulcus acrimoniam brassicæ ferre non poterit, farinam hordeaceam misceto. ¶ Translate ponitur pro severitate, acerbitate, vehementia, *acrimony, severity, irritability of temper, keenness, vehemence. Cic. Verr.* 2. c. 17. Si Glabrionis patris vim, et acrimoniam ceperis ad resistendum hominibus audacissimis. *Auct. ad Herenn.* l. 4. cap. 37. Hæc exornatio, cui licentiæ nomen est, duplici ratione tractabitur: acrimonia, quæ si nimium fuerit aspera, mitigabitur laude: et assimulatione, de qua &c. ¶ *Nonius* acrimoniam *animi vivacitatem* exponit, *liveliness, vivacity, briskness,* cap. 2. n. 36. ubi *Nævius:* Feri ingenii, atque animi acris acrimonia. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 15. Convenit igitur in vultu pudorem, et acrimoniam esse. *confidence, assurance, boldness, undauntedness.*

ACRIS. V. *Acer.*

ACRISIONĒIS, idis, adject. patronym. femin. hoc est Danae Acrisii Argivorum regis filia. *Virg. Æn.* 7. v. 409. Audacis Rutuli ad muros, quam dicitur urbem Acrisioneis Danae fundasse colonis. *Servius* recte monet, *Acrisioneis* non cum *colonis*, sed cum *Danae* convenire. sermo enim est de Ardea urbe, quam Danae cum filio Perseo in ea loca casu delata condidit, non Argivis hominibus, quorum neminem secum adduxerat (nec ulli tunc ibi Argivi erant) sed accolis Italis, qui proinde *Acrisionei coloni* vocari non possunt. V. *Danae.*

ACRISIONĒUS, a, um, adject. Ἀκρισιωνεῖος, ad Acrisium pertinens. *Ovid. Metam.* 5. v. 238. nam fratre per arma fugato, Acrisioneas Prœtus possederat arces. *h. e.* Argos, Acrisii Argivorum regis urbem. *Columell.* l. 10. v. 205. Acrisionei amores. *h. e.* amores Danaes Acrisii filiæ. *Sil.* l. 1. v. 661. Acrisionei muri. *h. e.* Ardea a Danae condita.

ACRISIONIĂDES, adis, m. Ἀκρισιωνιάδης, patronymicum, hoc est Perseus Danaes filius, Acrisii nepos. *Ovid. Metam.* 5. v. 69. Vertit in hunc harpen spectatam cæde Medusæ Acrisioniades.

ACRISĬUS, ii, m. Ἀκρίσιος, Abantis Argivorum regis filius, et pater Danaes. Hic cum apud Argos annis 31. regnasset, a Perseo nepote suo, licet non sponte, occisus est. ¶ Acrisius alter pater fuit Laertæ patris Ulyssis, Jovis filius, apud *Ovid. Metam.* 13. v. 144. Nam mihi Laertes pater est, Acrisius illi, Jupiter huic. Alii leg. *Arcesius.* [Et quidem recte, nam aliquoties Ulysses dicitur ab Homero Ἀκρεισιάδης [†Corrige, Ἀρκεισιάδης]; deinde versus ratio minime constaret, si legeretur *Acrisius*, nam secunda in *Acrisio* semper corripitur; quod non animadvertisse *Forcellinum*, mirum profecto est.]

ACRĪTAS, atis, f. idem quod acritudo. *Gell.* l. 13. c. 3. Nihil quicquam interest suavitudo dicas, an suavitas, acerbitudo, an acerbitas, acritudo, an, quod Accius scripsit in Neoptolemo, acritas: *Accius* autem apud *Non.* cap. 8. n. 80. translate usurpavit pro vehementia. *Vis veritatis, atque acritas.* ¶ Est etiam hoc nomine duplex promontorium, Græce Ἀκρίτας, alterum Bithyniæ ad Bosphorum Thracium, nunc *Cap. Acria;* alterum Messeniæ, nunc *Cap. Gallo,* aliis *Cap. Venetico,* de quo *Plin.* l. 4. c. 5. et *Mela* lib. 2. cap. 3.

ACRĪTER, *vehemently, keenly, sharply,* δριμέως, ἐντόνως, σφόδρα, vehementer, intento animo, aut viribus: ab *acer, acris. Ovid. de remedi. amor.* v. 651. Flumine perpetuo torrens solet acrius ire. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 43. Acrius persequi aliquid. *Id. Fam.* 10. ep. 28. Acerrime agere aliquid. *Liv. in proœm.* Acriter animum intendere. *Id.* l. 27. c. 1. pugnam inire. *Sallust. in Jug.* c. 26. urgere. Et cap. 99. instare. *Cic. Fam.* 15. ep. 4. *a med.* Acerrime exspectare. ¶ Item attente, perspicaciter, *attentively, clearly, deeply, intensely. Cic. pro Flacc.* c. 11. Acerrime contemplari. *Id. in Pison.* c. 28. Adolescens non acriter intelligens. *Id.* 1. *de Orat.* cap. 25. Acutius, atque acrius vitia videre. ¶ Item fortiter, animose, *valiantly, stoutly, courageously, vigorously. Id. pro Mil.* c. 34. Acriter se morti offerens. *Galba ad Cicer. Fam.* 10. ep. 30. Acriter pugnare. ¶ Item valde, *exceedingly, particularly, very. Plin.* l. 37. c. 5. Smaragdi acriter virides. In MSS. teste *Harduino* habetur *alacriter. Plaut. Pseud.* 1. 3. 39. Acriter egere. ¶ Item diligenter, magno studio, *studiously, diligently. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 92. Acrius cavere. *Tacit. Ann.* 6. c. 45. Gratiam Cæsaris acrius fovere. ¶ Item severe, crudeliter, *severely, cruelly. Cic. Verr.* 7. c. 54. Virgis acerrime cædere. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 51. Acriter ulcisci injurias. ¶ Item rigide, aspere. *Plaut. Cistell.* 1. 1. 100. Acriter inclamare aliquem.

ACRITŪDO, inis, f. *sharpness of taste, acritude, pungency,* δριμύτης, ὀξύτης, vis admordendi, dissolvendique, qualis in aceto est. *Vitruv.* l. 2. c. 9. *de cupressu, et pinu.* Liquor, qui inest, habet amarum saporem, qui propter acritudinem non patitur cariem penetrare. *Id.* l. 8. c. 3. Propter acritudinem succi. ¶ Translate *Gell.* lib. 10. cap. 27. Par fuit quondam vigor, et acritudo, amplitudoque R. populi, et Pœni. *h. e.* vis, fortitudo.

ACRIZYMUS, leviter fermentatus, quasi acroazymus, hoc est veluti in summo tantum fermento imbutus. Sunt hæc Isidori l. 20. *Origin.* cap. 2.

ACROĀMA, atis, n. ἀκρόαμα, *any thing agreeable to hear, pleasant to the ears; a musical symphony of players on the flute, lyre, &c. a concert, interlude, opera.* Vox Græca est, et quidem apud Græcos variæ significationis. Apud Latinos generatim significat quidquid auditu jucundum est. Speciatim vero significat musicam tibicinum symphoniam, quæ olim apud Veteres in agendis fabulis adhibebatur, ut non solum histrionum voce, et gestu delectarentur spectatores, sed sono etiam immixto musicorum instrumentorum: item in conviviis, præsertim solemnioribus. *Sueton. in Vespas.* cap. 19. Ludis, per quos scena Marcelliani theatri restituta dedicabatur, vetera quoque acroamata revocaverat. *Hinc in Glossis Isidori legitur:* Acroama, auditio lyrarum, et tibiarum. Adde *Plin.* l. 6. epist. 31. ¶ Dicitur etiam de ipso tibicine, aut symphoniaco puero, qui ad tibia, lyrave canendum adhibetur, metonymice. *a singer, musician, minstrel, player. Sueton. in Aug.* cap. 74. Et aut acroamata, aut histriones, aut etiam triviales ex circo ludios *(conviviis)* interponebat. *Cicer. pro Sext.* c. 54. Ipse ille maxime ludius, non solum spectator, sed actor, et acroama. Ubi *Cicero* aperte significat tibicinem, qui histrioni fabulas agenti adstat musico sono. *Macrob. Saturn.* 2. cap. 4. Delectatus inter cœnam erat symphoniacis Toronii Flacci mangonis, atque eos frumento donaverat, cum in alia acroamata fuisset nummis liberalis. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 34. Nanos, et moriones, et vocales exoletos, et omnia acroamata, et pantomimos populo donavit. Huc et illa pertinent. *Nepos in Attic.* c. 14. Nemo in convivio ejus aliud acroama audivit, quam anagnosten. *Quædam Editiones hoc loco habent* ἀκρόαμα *Græcis litteris. Cic. pro Arch.* cap. 9. Themistoclem dixisse aiunt, cum ex eo quæreretur, quod acroama, aut cujus vocem libentissime audiret; ejus a quo sua virtus optime prædicaretur. ¶ Item metonymice pro festivo narratore, aut recitatore jocorum ad risum movendum. *a pleasant reciter of stories, anecdotes, jokes; an humourist.* Hujusmodi autem homines, (quemadmodum et tibicines) in conviviis divitum interesse solebant, ut cœnantes oblectarent: donabanturque munere aliquo post cœnam. *Cic. Verr.* 6. c. 22. Hic quasi festivum acroama, ne sine corollario de convivio discederet, ibidem convivis spectantibus, emblemata evellenda curavit. *Manut.* hunc locum de tibicine intelligit, sed cum *Cicero* addat festivum, aptius de recitatore exponi videtur. ¶ *Prudent. Peristeph.* hymn. 3. v. 323. *acroma* dixit per syncopem metri causa: *Egon' cachinnis venditus, Acroma festivum fui?* Quod etiam extra carmen legisse se in quadam veteri Editione *Lampridii in Alexandro Sev.* cap. 34. testatur *Salmasius.*

ACROAMATĬCUS. V. *Acroaticus.*

ACROĀSIS, is, f. *a literary discourse, lecture, lesson, dispute on a literary subject,* ἀκρόασις, vox Græca, quæ auditionem significat, et a Latinis usurpatur pro erudito sermone, seu disputatione, quæ a magistro alicujus artis coram multis audientibus habetur, et (ut vim vocis exprimamus) audiendo percipitur. nam ἀκροάομαι *audire* significat. Hinc et ipsa Latine *auditio* appellatur. *Vitruv.* l. 10. *c. ult.* Eo tempore quidam architectus nomine Callias, Rhodum cum venisset, acroasim fecit, exemplumque protulit muri, &c. *h. e.* disseruit, disputavit, docuit multos audientes, *gave lessons of instruction, or lectures, to a large audience. Sueton. de illustr. Grammat.* c. 2. Per omne legationis tempus plurimas acroases subinde fecit, assidueque disseruit. *Senec.* l. 4. *excerpt. Controvers. in præfat.* Acroases suas nunquam populo commisit. In multis tum *Suetonii,* tum *Senecæ* Editionibus ἀκροάσεις legitur Græce scriptum. ¶ Sumi etiam videtur pro ipso loco, in quo disputatur, aut disseritur, *a place or room where literary men meet, a lecture-room, school:* quemadmodum et *auditio,* et *concio. Cic. Attic.* lib. 15. ep. 17. Et mehercule ipsius litteræ sic et φιλοστόργως, et εὐπινῶς scriptæ, ut eas vel in acroasi audeam legere.

ACROATĬCUS, et Acroamaticus, a, um, adject. ἀκροαματικός, et ἀκροατικός, qui auditur, q. d. auscultatorius. Vox Græca ab ἀκροάομαι, audio. *Gell.* l. 20. c. 5. docet, Aristotelem commentationes suas in duo genera divisisse alias vocando *acroamaticas,* in quibus subtilior, remotiorque a vulgi captu philosophia continebatur, ad cujus auditionem eos solos admittebat, quorum antea ingenium, et sciendi studium explorasset: alias *exotericas* appellando, in quibus ea, quæ ad rhetoricam pertinent, civilimque rerum notitiam, ad omnium captum accommodata, complexus est: ad quæ audienda omnes vulgo, nullo adhibito delectu, admittebat. Hanc vocem *Gellius* eo loco modo Græcis litteris scribit, modo Latinis. Præterea in multis ejus Editionibus tum Græce ἀκροατικὸς legitur, tum Latine *acroaticus,* quod idem significat. Ideo autem *Aristoteles* acroamatica, vel acroatica dixit ea, quæ nobiliorem, difficilioremque philosophiæ partem continebant, quia, ut intelligi possent, necesse erat a viva præceptoris voce audiri, et percipi. Exoterica autem, ἐξωτερικὰ, nominavit faciliora, et vulgo exposita, quia veluti extra posita, et sola etiam lectione sine præceptoris adjumento a quolibet intelligebantur.

ACROBATĬCUS, a, um, adject. *fit to ascend by, adapted to climb by,* ad ascendendum aptus, scansorius, ἀκροβατικός: Vox Græca a βατέω, vado, et ἄκρον summitas. Acrobaticæ machinæ, de quibus *Vitruv.* l. 10. c. 1. dicuntur, quæ erectis transversisque tignis inter se colligatis præbent ascensum ad altiora: quales sunt quas fabri murarii in ædificando adhibent, *ladders, scaffolding;* et quas pictores, dum in edito pingunt; item pegmata, &c. In multis Vitruvii Editionibus Græce scribitur.

ACROCERAUNĬA, orum, n. Ἀκροκεραύνια, montes altissimi inter Albaniam, et Epirum, qui Epirum a Macedonia separant, et vulgo dicuntur montes Diaboli, et *Monti della Chimera,* [†*Chimera, or Chimerioti.*] a Chimera urbe illis insidente. Dicti sunt quasi ignitas habentes a fulminibus summitates, quia crebro fulminibus infestantur, ut docet *Serv. ad Æn.* 3. v. 506. κεραυνὸς enim fulmen significat, et ἄκρον summitatem. Iidem etiam *Ceraunia a Virg. loc. cit.* et *Ceraunii montes a Mela* l. 2. c. 3. et aliis dicuntur. *Plin.* l. 3. c. 23. Inde initium Epiri, montes Acroceraunia, quibus hunc Europæ determinavimus sinum. ¶ Horum ima pars in mare Ionium porrigitur, et promontorium efficit, quod Acroceraunium dicitur a *Plin.* l. 3. c. 11. et *c. ult.* circa quod mare procellosum est, et navigantibus infestum. *Horat.* l. 1. od. 3. v. 20. Infames scopulos Acroceraunia. ¶ Translate ponitur pro quovis loco periculoso. *Ovid. de remed. Amor.* v. 739. Hæc tibi sint Syrtes: hæc Acroceraunia vita.

ACROCERAUNĬUM, ii, n. *Capo della Chimera,* vel *della Lenguetta,* promontorium Epiri prope Aulonem, pars Acrocerauniorum. Vide vocem præced.

ACROCERAUNĬUS, a, um, adject. ad Acroceraunia pertinens, ut Acroceraunii montes, *Plin.* lib. 4. c. 1.

ACROCHORDON, ŏnis, f. *a sort of hard protuberance growing under the skin, a wart or wen,* ἀκροχορδὼν, verrucæ genus, ubi sub cute coit aliquid durius, et interdum paulo asperius, coloris ejusdem, infra ad cutem tenue, supra latius, et plerumque teres: unde et *verruca pensilis* a quibusdam appellatur: idque modicum est, quia raro fabæ magnitudinem excedit: vix unum tantum eodem tempore nascitur, sed fere plura, et maxime pueris: eaque nonnunquam subito desinunt, nonnunquam mediocrem inflammationem excitant: sunt etiam quæ in pus convertuntur. *biles, furuncles, blains, tubercles, pimples.* Ita *Celsus* lib. 5. c. 28. n. 14. Dictum autem videtur ab ἄκρον, summitas, et χορδὴ, chorda, quia in summitate simile est chordæ resectæ. Huic contrarium est, quoad figuram, aliud, quod dicitur *Acrothymium,* ἀκροθύμιον, [sic legit *Lindenius,* sed *Targa* et rectius, *thymium.*] quod ad cutem latius, supra tenue est, et subdurum; in summo perasperum, et colorem floris thymi repræsentans: unde nomen. *Cels. loc. cit.* Acrochordon, et Acrothymium sæpe etiam per se finiuntur, et quo minora sunt, eo magis. *Et mox:* Acrochordon, si excisa est, nullam radiculam relinquit.

ACROCORINTHUS, et Græca terminatione Acrocorinthos, i, f. Ἀκροκόρινθος, mons, et arx Corintho urbi imminens, non secus ac Ithome Messenæ imminebat, in Peloponneso, inter duo maria, Ægæum, et Ionium, stadiorum trium, et dimidiati. Sub ejus radice, in plano, Corinthus instar mensæ jacet. Vertex Acrocorinthi Veneri sacram habuit ædiculam, infra verticem Pirene fons effluebat. Hæ duæ arces, Acrocorinthus, et Ithome Bovis cornua appellatæ sunt, hoc est Peloponnesi. Hinc quidam Philippo Macedoni suadebat, ut Bovem cornibus teneret, occupatis nimirum his duabus arcibus. *Pomp. Mela* l. 2. c. 3. Ex summa arce, quam Acrocorinthon appellant. *Plin.* l. 4. c. 4. Corinthus ex summa sua arce, quæ vocatur Acrocorinthos, in qua fons Pirene, diversa duo maria prospectans. *Stat.* 7. *Thebaid.* v. 106. Litora, qua summas caput Acrocorinthus in auras Tollit, et alterna geminum mare protegit umbra.

[* ACROCORĬON, ii, n. bulbi species est apud *Plin.* l. 19. c. 5. sect. 30. *Harduinus* conjicit legendum *acroscorodon,* nulla tamen fretus auctoritate.]

ACROLĪTHUS, a, um, adject. *made of stone,* ἀκρόλιθος. Si vocis vim spectes, idem est, ac in summitate lapidis positus, vel lapis summus: ab ἄκρον, summitas, et λίθος, lapis. Videtur tamen poni etiam pro lapideo. *Trebell. Poll. in* XXX. *Tyrann.* c. 32. Cujus statuam in templo Veneris adhuc videmus acrolitham, sed auratam. *Salmas.* notat, perperam in quibusdam MSS. legi *acrolicam:* Alii vero leg. *Argolicam,* hoc est Argivarum matronarum, seu heroinarum habitu vestitam, ut *Casaubon.* exponit. *Vitruv.* quoque vocem *acrolithus* habet lib. 2. c. 8. sed Græcis litteris scriptam. [Doctissimus *Winckelmannus Hist. Art.* l. 1. c. 2. eas statuas *acrolithas* a Græcis appellatas fuisse dicit, quarum extremæ solummodo partes marmoreæ erant, ceteræ ligneæ. Signa enim a Græcis ita facta aliquando scimus, quemadmodum postea ex ebore et auro.]

ACRŌMA. V. *Acroama.*

ACRON, ŏnis, m. Rex Ceninensium, qui cum ob raptas Sabinas bellum cum Romulo Romanisque suscepisset, a Romulo singulari certamine victus est: ejusque arma

Jovi Feretrio dicata primum fuerunt. Propert. lib. 4. eleg. 10. v. 7. Tempore quo portas Cæninia Acron petiit in Victor in eversum cuspide fundis equum. Acron Herculeus Cænina ductor ab arce, &c. Al. leg. Acronta, ut sit [illegible]. Herculeum vocat, vel quia ab Hercule descendebat, vel quia maxime [illegible], vel tandem quia Cæninenses Herculem colebant. [¶ Alius fuit Acron a Mezentio prostratus. Virg. Æn. l. 10. v. 719.] ¶ Fuit etiam Helenius Acron nobilis Grammaticus, qui Horatium, et, ut quidam putant etiam Persium notis, et scholiis illustravit. Ejus ætatem definire perdifficile est. ¶ Apud Apic. lib. 4. c. 4. ubi legitur Colocasii cauliculo supra acronem [illegible], est acron Græca vox, ἄκρον, (quæ significat summitatem, verticem) Latina inflexione declinata: intelligit autem fortasse summum colocasii caulis verticem, et in eo crescentem multiplicem fabam, quam Ciboriam appellari dicit Dioscorides. Legit quoque Acron Lister. l. 1. c. 30. [illegible], et significat tunicam [illegible] Græce dicitur.

[* ACRONIUS LACUS, Ἀκρωνία λίμνη, est apud Melam, l. 3. c. 2. Rhenus ab Alpibus decidens prope a capite duos lacus efficit, Venetum et Acronium.]

ACRONYCTÆ stellæ, ἀκρονύκται, hoc est vespertinæ, dicuntur a *Jul. Firmic.* lib. 2. *Astron.* cap. 8. quæ tunc oriuntur, cum sol occidit: ab ἀκρόνυξ, quod significat vespertinum crepusculum. Alii leg. *Acronychæ* ab ἀκρόνυχος, eod. sensu.

ACROPODIUM, ii, *the base, or pedestal of a statue*, ἀκροπόδιον, basis statuæ: ab ἄκρον, summitas, et πούς, ποδὸς, pes, quod summa pedum sustineat. *Hygin.* fab. 88. Gladium de vagina ei extraxit Pelopia, et rediens, in templo sub acropodio Minervæ abscondit. *Falsterus* ex conjectura exponit *extremitatem mensæ*.

ACROR, oris, m. *acidity, tartness, bitterness*, πικρία, acor, acritas. Translate *Fulgent. in Continent. Virg. circa init.* Ego vero Chrysippi elebori rancidulo acrore postposito cum Musis aliquid blandius fabulabor.

ACROSTICHIS, ichidis, f. *an acrostic; a poem in which the sum of the first letters in every line taken in order makes up a word, or words, expressive of the name of the person or thing on which the poem is written*; ἀκροστιχὶς, vox Græca Græce scribenda, et usurpanda. Est autem genus carminis, in quo primæ singulorum versuum litteræ aut nomen aliquod, aut sententiam exprimunt, si a prima ad ultimam simul compositæ legantur: ab ἄκρον, summitas, caput, et στίχος, versus. Talia sunt Argumenta præfixa Plautinis fabulis, quæ plerique *Sidonio* tribuunt, in quibus primæ versuum litteræ nomen ejus fabulæ continent, cujus argumentum enarratur. v. g. argumentum Persæ quinque versibus constat, quorum primus incipit a littera P, secundus ab E, tertius ab R, quartus ab S, quintus ab A, unde *Persa* conficitur. Adde *Inscript.* apud *Fabrett.* cap. 9. n. 290. Tale aliquid etiam ab *Ennio* fuisse compositum, innuit *Cicero* lib. 2. *de Divin.* cap. 54. et Sibyllinos versus consimili forma exaratos. [† De Acrostichidum antiquitate, quibus usum fuisse vel Epicharmum Comicum docemur a Laertio, consulas quæ a nobis haud ita pridem sunt edissertata in Libello quodam Periodico, dicto *The Sale-Room*, qui prodiit Edenburgi anno 1817. Pagina est 124.] Huc reducenda sunt etiam ea, in quibus stropharum initia per totum alphabetum discurrunt, quorum exempla dabunt *Sedul.* hymno, qui incipit *A solis ortus cardine*, itemque *Venant. Fortun.* carm. 16. cujus initium est *Agnoscat omne seculum*. Verum hæc nimium exquisiti, et inutili cura confecti carminis ratio omnino abjicienda est, tanquam majestate Latinæ Poesis prorsus indigna.

ACRŌTA, æ, m. filius Tiberini Albæ regis, frater Remuli post quem etiam regnavit. *Ovid. Metam.* 14. v. 515. de quo Remulusque, feroxque Acrota sunt geniti. ¶ Hunc Historici Agrippam nominant.

ACROTERĬA, orum, n. plur. *the top, ridge, height, summit of a building*, ἀκρωτήρια, vox Græca, quæ significat summitates, extremitates, vertices cujuscumque rei. *Vitruvius* Latine usurpavit, et *sub fin.* lib. 3. enumeravit inter membra ea, seu ornamenta, quæ supra capitula columnarum ponuntur, ut sunt *epistylia, zophori, coronæ, tympana, fastigia, acroteria*, &c. *Baldus in Lex. Vitruv.* docet, intelligendas esse stylobatas, *little pedestals placed at the tops of columns to support statues*, quæ supra fastigia columnarum ponuntur, et parvas statuas sustinent. Alii intelligunt ipsas parvas statuas, seu sigilla, quæ iisdem fastigiis imponuntur, v. g. capita leonina, aut humana, item integræ imagunculæ, et alia hujusmodi ornatus gratia. *Salmas. ad Spartian. Pescenn. Nig.* c. 12. ¶ Eodem loco *Vitruvius* [illegible] dicit, videtur significasse hujusmodi imagunculas, seu ornamenta in angulis fastigii posita, eaque tam alta esse jubet, quantum et tympanum medium, quod Angl. dici putamus *the frontispiece*: cum vero *mediana* appellavit, notasse creditur ea, quæ in medio ejusdem fastigii sunt collocata, quæque octava parte altiora esse debere ait, quam sunt angularia. Præterea *Id.* lib. 5. cap. 12. Portus naturaliter si sint positi, habeantque acroteria, sive promontoria procurrentia. *h. e.* prominentias, cornua, *capes, headlands, promontories.*

ACROTHYMIUM, ii, n. *a kind of hard excrescence under the skin, a tubercle, a wart, wen, swelling*, ἀκροθύμιον. *Cels.* lib. 5. c. 28. n. 14. V. *Acrochordon.*

ACRUFOLIUS. V. *Acrifolius* in fine.

ACRUMÆRUMA, utensilia ampliora, *large culinary vessels, kitchen utensils*, apud *Paul. ex Festo*, ubi alii leg. ærumæruma: Scaliger conjicit *ærumina*, vel *æramina*, *h. e.* vasa ærea majora, χαλκώματα.

ACTA, æ, f. *the sea-shore, sea-coast, strand*, ἀκτὴ, litus maris, vel secessus in litore. Vox Græca, sed quam usus in Latinum sermonem invexit. In sexto casu singulari. *Nepos in Agesil.* cap. 8. Cum annorum octoginta subsidio Thaco in Ægyptum ivisset, et in acta cum suis accubuisset sine ullo tecto. *Cic. Verr.* 7. c. 25. In acta cum mulieribus jacebat ebrius. Et cap. 31. Uxorem ejus tot in acta dies secum habere. ¶ Plerique Lexicographi docent, hac voce significari litoris secessum amœnum, et deliciarum causa excultum; sed non probant. *Virg.* 5. *Æn.* v. 613. At procul in sola secretæ Troades acta Amissum Anchisen flebant. [Ego enimvero probo auctoritate *Cic. pro Cæl.* c. 15. Accusatores adulteria, Bajas, actas, convivia, comissationes jactant. *Id. ad Att.* l. 14. epist. 8. Tu me jam rebare, cum scribebas, in actis esse nostris, at ego accepi XVII. Kal. in diversoriolo Sinuessano tuas litteras. Vides hanc vocem usurpatam fuisse etiam in quarto et sexto casu plurali, quod ex *Forcellino* minime constabat.]

ACTA, orum, n. plur. *acts, actions, deeds*, τὰ πραχθέντα, res gestæ, actiones, actus. *Ovid.* 1. *Trist.* eleg. 2. v. 97. Si tamen acta Deos nunquam mortalia fallunt. *Id.* 2. *de art. aman.* v. 572. Cognita Vulcano conjugis acta suæ. *Tacit. de German.* c. 34. Sanctius, et reverentius visum, de actis Deorum credere, quam scire. ¶ Sæpissime dicuntur de magnorum virorum præclare gestis, *glorious exploits. Ovid.* 2. *Trist.* v. 335. Divitis ingenii est immania Cæsaris acta Condere. *Id. Heroid.* ep. 8. v. 43. Ille licet patriis sine fine superbiat actis. *Stat.* 2. *Theb.* v. 706. Ingentia acta recensere. ¶ Item de rebus publice gestis a Senatu, a Magistratibus, ab Imperatoribus, et significant tum leges, decreta, et jussa, tum ea omnia, quæ ad rem publicam pertinentia quocumque modo ab iis aguntur, *acts, decrees, resolutions, orders in council*, πράγματα, *Sueton. in Cæs.* cap. 19. Pompeium offensum Patribus, quod Mithridate rege victo cunctantius confirmarentur acta sua. *Cic. pro Dom.* c. 31. Ut acta tui præclari tribunatus hominis dignitate cohonestes. *Id. Phil.* 1. c. 7. An in commentarioris, et chirographis, et libellis se uno auctore prolatis, acta Cæsaris firma erunt; quæ ille in æs incidit, in quo populi jussa, perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? (Lege integrum illud caput, et deinceps aliquot, ubi multa de actis.) *Id. ibid.* Acta Cæsaris servare. Et c. 8. Acta Cæsaris dissolvere. *Id. de Provin. Consul.* c. 19. Acta Cæsaris irrita esse. *Sueton. in Claud.* c. 11. Caii acta omnia rescidit. *Id. in Cæs.* c. 23. Acta anni. Et cap. 37. Acta belli. *Id. in Tiber.* c. 67. In acta alicujus jurare. *quod fiebat quoties alicujus acta tam sancta haberentur, ut Numinis instar essent.* ¶ In singulari num. *Cic. cit. Phil.* 1. cap. 7. Quid est quod tam proprie dici possit actum ejus, qui in republ. cum imperio versatus sit, quam lex? ¶ *Acta forensia* sunt causæ, et lites, *facts at law, common pleas, legal process. Auctor Paneg. ad Pison.* v. 34. Armorumque decus præcede forensibus actis. *Scævola Digest.* lib. 26. tit. 8. leg. 21. Inter quem et creditorem acta facta sunt apud procuratorem Cæsaris. *Et mox.* An secundum hæc acta adolescens bonis patris abstentus sit. *Acta publica*, et *Acta* absolute sunt etiam commentarii, in quibus acta populi, senatus, &c. perscribebantur ad memoriam posterorum, *the public records, the registers in which the public acts were entered.* ὑπομνήματα, ἀναγραφαί. In Actis populi continebantur res, rationesque populi, judicia, supplicia, comitia, ædificia, nativitates, et mortes, matrimonia, et similia his. In Actis Senatus erat perscriptum quidquid in Senatu agebatur, decernebaturque. *Sueton. in Cæs.* c. 20. Primus omnium instituit, ut tam senatus, quam populi diurna acta conficerentur, et publicarentur. *Id. in Tiber.* c. 5. Natus est XVI. Kal. Decembr. Sic enim in fastos, Actaque publica relatum est. *Id. in Calig.* c. 8. Ego in Actis Antii invenio editum. *Tacit. Ann.* 12. c. 24. Et quos tum Claudius terminos posuerit, facile cognitu, et publicis actis perscriptum. *Plin. in Paneg.* c. 75. In publica acta mittere. (Sic *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 10. Beneficium in acta non mitto. *h. e.* non divulgo. *Juvenal.* sat. 2. v. 136. In acta referre. *Tacit. Ann.* 5. c. 4. Acta patrum componere. *h. e.* perscribere. *Spartian. in Adrian.* c. 3. Acta Senatus curare. ¶ Differunt *Acta* ab *Annalibus*, et *Fastis*: ab *Annalibus* quidem, quia in his res tantum maximæ, et illustres memoriæ mandantur: in *Actis* vero res minoris momenti, ut aperte docet *Tacit. Annal.* 13. c. 31. a *Fastis* etiam propter eandem rationem, et quia hi continent ea, quæ ad Consules Dictatoresque pertinent, item bella, victorias, triumphos, præterea fastos, nefastosque dies, sacra, ludos, ferias: quorum nihil tale in Acta referebatur. ¶ Præterea *Acta* sunt tabulæ, in quibus acta forensia litium, causarumque perscripta sunt, *acts, registers, books, or journals, belonging to courts of judicature; reports of adjudged cases. Paul. Digest.* lib. 42. tit. 1. leg. 45. Acta circumducere. *h. e.* delere. Et leg. 46. Actorum verba emendare. *Id.* lib. 49 tit. 14. leg. 45. Actorum exempla. *reports of cases.* Et *palo post.* Actorum recitatio. *Ulpian.* lib. 27. tit. 7. leg. 1. Referre in acta publica nomen alicujus. ¶ Fuere etiam *Acta militaria*, quibus continebantur ea, quæ in militia gerebantur. *Veget.* lib. 2. *de re milit.* cap. 19. Totius enim legionis ratio, sive obsequiorum, sive militarium numerorum, sive pecuniæ quotidie adscribitur actis. ¶ *Ab actis* dicitur is, qui Actorum publicorum conficiendorum curam habet, *a notary, register, registrary. Inscript. apud Gruter.* pag. 389. n. 6. Ti. Claud. Quir. Frontino ab Actis Senatus. *Ibid.* p. 445. n. 10. C. Oppio C. F. Vel. Basso ab Actis Fori. [¶ *Adjutor ab actis* idem significat apud *Marinium Inscript. Alban.* pag. 55.]

ACTÆA, æ, f. herba gravi foliorum odore, caulibus asperis geniculatis, semine nigro, ut ederæ, baccis mollibus: nascitur in opacis, et asperis, aquosisque. Ita *Plin.* lib. 27. cap. 7.

ACTÆON, ŏnis, Ἀκταίων, ονος, filius Aristæi, et Autonoes Cadmi filiæ, nobilis venator, qui cum imprudens Dianam nudam cum Nymphis in silva lavantem vidisset, ab ea in cervum mutatus est, et a suis canibus discerptus. Fabulam narrant *Ovid. Metam.* 3. *a* vers. 138. et *Hygin.* fab. 180. qui addit voluisse Dianam violare. Subest fabulæ vera historia. Dicitur enim Actæon studiosissimus fuisse venationis, adeo ut in canes quamplurimos pascendos patrimonium omne absumpserit teste *Fulgent.* lib. 3. *Mythol.* cap. 3. Quod autem Actæon vere cornua habuerit (non defuere enim, qui homines cum veris cornibus aliquando editos fuisse, affirmarent) fabulosum jure ac merito, *Plin.* l. 11. c. 37. *circa princip.* censet. *Ovid. loc. cit.* v. 230. Actæon ego sum, dominum cognoscite vestrum. Et v. 243. Ignari instigant, oculisque Actæona quærunt. *Actæona* accusativus est Græcæ terminationis, a Poetis sæpissime usurpatæ, pro *Actæonem*. Et v. 720. moveant animos Actæonis umbræ.

ACTÆUS, a, um, adject. *Attic, Athenian*, Ἀκταῖος, Atheniensis, ab *Acte*, de qua V. infra, vel ab Actæo primo Atticæ rege. *Ovid. Heroid.* epist. 2. v. 6. Nec vehit Actæas Sithonis unda rates. Et epist. 18. v. 42. Actæi ignes. *h. e.* amores Boreæ in Orithyiam puellam Atheniensem. *Id. Metam.* 1. v. 313. Actæa arva. *Colum.* lib. 10. v. 386. Actæum mel Hymetti. *Stat.* 4. *Thebaid.* v. 453. imbres Actæi. *h. e.* sparsio mellis. *Id.* l. 5. silv. 2. v. 128. Actæa virgo. *h. e.* Minerva Athenarum Dea. ¶ Ponitur etiam pro litoreo, *relating to the sea-shore:* ab acta, ἀκτὴ, litus. *Virg. Ecl.* 2. v. 24. Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. *Servius* ad hunc locum, Aracynthos, inquit, mons est Thebanus: unde *Actæo*, litorali debemus accipere: quamquam alii pro Atheniensi accipiant, ut ostendatur rusticæ simplicitatis in Corydone pastore ibi loquente imperitia.

ACTARĬUS, ii, m. idem ac *Actuarius*. Probatur hæc vox quadam Inscriptione *apud Gruter.* pag. 260. n. 1. scripta temporibus M. Aurelii Antonini Pii, his verbis: *In his Actarius Leg.* VII. *Gem. Ant. P. Fel.* &c. ubi significatur scriptor Actorum militarium. *Velius* quoque *Longus de Orthograph.* docet, *Actarios* dici scriptores Actorum.

ACTE, es, f. *the territory of Attica*, Ἀκτὴ, regio Atticæ ita quondam appellata, quia maxima ejus pars in litore posita est. litus autem ἀκτὴ Græce dicitur. *Plin.* l. 4. c. 7. In Græcia prima Attica, antiquitus Acte vocata. Adde *Gell.* l. 14. c. 6. ¶ Est etiam hoc nomine frutex quidam, quem nonnulli ebulum esse putant, *a species of the elder-tree, walwort, or dwarf-elder*, ἀκτὴ ἀγρία. Ejus radicem in vino maceratam prodesse hydropicis, scribit *Plin.* l. 26. c. 11.

ACTIĂCUS, a, um, adject. ad Actium promontorium, et urbem pertinens, apud quam Augustus Cæsar ingenti navali prœlio Antonium, et Cleopatram fudit, fugavitque. *Vellei.* l. 2. c. 86. Actiacum bellum. *Sueton. in Augusto* cap. 18. Actiaca victoria. *Plin.* l. 7. c. 45. Solicitudo Martis Actiaci. *h. e.* prœlii apud Actium habiti. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 185. Cur tamen Actiacas miseram me mittis ad oras. *Alii leg.* undas. Hoc loco quidam Lexicographi *Actiacus* exponunt Athenienses ab *Acte*, quæ vox Atticam significat: sed falluntur, ut locum legenti patebit. *Sueton. in Tiber.* c. 6. Actiaci ludi. *h. e.* quos Augustus in honorem Apollinis dicavit. Nam Actiacus etiam dictus Apollo, quia apud Actium templum habuit, quod Augustus ob victoriam reportatam amplificavit, ludosque Quinquennales in ejus honorem constituit, ut *Sueton. in August.* c. 18. narrat. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 598. Actiaco quæ nunc sub Apolline nota. *Id.* 1. *Fast.* v. 711. Actiacæ frondes. *h. e.* laurea Apollini sacra.

ACTIĀNUS, a, um, adjectivum ab Actio deductum, idem quod *Actiacus*, ut *Actianas legiones* apud *Cicer. ad Attic.* l. 7. ep. 15. hoc est quæ Actii hiemaverant, vel militabant. Alii leg. *Atinianus*, et *Lipsius Appianas Centur.* 2. *ad Belg.* ep. 16. V. Alii denique *Atianas*.

ACTĬAS, adis, adject. femin. *an Athenian woman*, mulier Atheniensis. Athenarum regio, quæ Attica dicitur, appellata est etiam *Acte*, Græce Ἀκτὴ, a quo fit Ἄκτιος, et Ἀκτιὰς, άδος. *Virg.* 4. *Georg.* v. 463. Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actias Orithyia. ¶ Item ad Actium promontorium pertinens, ut *Actias Cleopatra* apud *Stat.* lib. 3.

silv. 2. v. 120. *h. e.* ab Augusto ad Actium una cum M. Antonio navali pugna devicta.

ACTĬO, onis, f. *an act, action, operation,* πρᾶξις, generatim accipitur pro omni operatione, atque actu: ab *actus* verbi *ago. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 37. Non modo deos spoliat motu et actione divina, sed etiam homines inertes efficit. Et l. 2. c. 22. Actiones appetitionibus consentaneæ. *Id.* 1. *Offic.* c. 5. Ad eas res parandas, tuendasque, quibus actio vitæ continetur. *h. e.* vita, quæ in actione consistit. *active life, the business of life, manner of passing life.* Et l. 2. c. 1. Actiones suas scriptis mandare. *Senec.* epist. 95. Actiones honestæ. ¶ *Actio gratiarum* est *a giving of thanks, the act of rendering thanks. Cic. Fam.* 10. ep. 19. Quamquam gratiarum actionem a te non desiderabam. ¶ Sumitur etiam pro tractatione, procuratione, negotio, *business, management, negociation, treaty. Cic.* 9. *ad Attic.* ep. 9. Discessu enim consulum actio de pace sublata est. *Id. Offic.* 1. c. 39. Suscipere actionem aliquam. ¶ *Actiones tribunorum* dicuntur ea omnia, quibus tribuni cum populo agunt. *Liv.* l. 5. c. 11. et 24. ¶ Est etiam Oratorium verbum, et significat vocem, et motum corporis arte temperatum ab Oratore in dicendo, *the action, or delivery, of a speech:* quæ etiam *pronunciatio* dicitur, ὑπόκρισις. *Cic. in Orat.* c. 17. Est enim actio quasi corporis quædam eloquentia, cum constet e voce, atque motu. *Id. de clar. Orat.* c. 38. Demosthenem ferunt ei, qui quæsivisset, quid primum esset in dicendo, actionem; quid secundum, idem; et idem tertium respondisse. *Id.* 2. *de Orat.* c. 17. Accedat oportet actio varia, vehemens, plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena veritatis. *Id. in Orat.* c. 25. Accedit actio non tragica, nec scenæ, sed modica jactatione corporis, vultu tamen multa conficiens: non hoc, quo dicuntur os ducere, sed illo, quo significant ingenue, quo sensu quidque pronuntient. ¶ Præterea ponitur pro ipsa administratione causæ, atque adeo pro ipsa oratione, quam habet Orator, præsertim si accusatoria sit, *an accusation, information, charge,* γραφὴ, δίκη. Hinc suas in Verrem orationes Cicero *actiones* appellavit. *Id. Attic.* l. 14. ep. 20. Dolabellæ et prima illa actio, et hæc contra Antonium concio mihi profecisse permultum videtur. *Sueton. in Calig.* c. 53. Solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere. *h. e.* oratorum orationibus, quibus reum aliquem peragere illis feliciter contigisset, contraria scribere. ¶ A JCtis usurpatur pro *jure persequendi in judicio, quod sibi debetur,* ut definit *Celsus Digest.* lib. 44. tit. 7. leg. 50. Hinc *actio injuriarum,* qua quis injurias sibi illatas judicio persequitur: *actio furti,* qua res furto ablatas judicio repetit: *actio de arboribus succisis* est in eum qui alienas arbores succiderit. Sed innumera sunt actionum genera apud JCtos, quorum est singula hujusmodi complecti, et exponere. Vide Lexica *Hotomani, Brissonii,* et *Pitisci.* Generatim vero sumitur pro quavis quæstione, lite, judicio forensi, *action at law, arraignment, judicial process. Cic. Phil.* 9. c. 5. Neque constituere litium actiones malebat, quam controversias tollere. *Id. pro Cæcin.* c. 11. Hanc puto me habere actionem, ut per interdictum, meum jus teneam, atque injuriam tuam persequar. *Id. ibid.* c. 19. Actio est in actorem præsentem his verbis, &c. *Id.* 4. *Verr.* c. 27. Dare alicui actionem alicujus rei. *h. e.* dare alicui potestatem agendi in judicio de re aliqua: quod est Prætoris, aut Judicis. *Id. ibid.* c. 25. Actionem postulare. *to call for leave to raise an action. Id. Divin. in Verr.* c. 5. Civili actione aliquid repetere. *to try to recover by law.* Et *pro Mur.* c. 9. Actionem instituere. *to draw up a process. Id. pro Mil.* c. 14. Actionem alicui intendere. *to bring an action against one. Quintil.* l. 3. c. 6. Actio competit in aliquem. *h. e.* potest aliquis in judicium vocari. *Dictare actionem.* V. *Dicto. Paul.* lib. 15. tit. 1. leg. 52. *in fi.* Inferre actionem cum aliquo. *to go to law with a person,* judicio cum aliquo experiri. *Sueton. in Claud.* c. 14. Restituere actionem iis, qui formula exciderunt. *leave to bring in a fresh writ. Ulpian.* lib. 3. tit. 3. leg. 39. Agere actione aliqua. *to commence an action. Id.* lib. 7. tit. 6. leg. 5. *circa med.* In his actionibus, quæ de usufructu aguntur. *Sallust. in fragm.* 2. *histor. apud Arusian. Mess. veter. Grammatic.* Actione desistere. *to withdraw an action.* ¶ Denique *actio* ponitur pro formula, seu ratione agendi in judicio, seu litis exercendæ, *form of process, writ, form to be observed in raising or maintaining an action, judicial proceeding. Cic.* 1. *de Orat.* c. 41. Veteres illi, qui huic scientiæ (*juris*) præfuerunt, pervulgari artem suam noluerunt: deinde postquam est editum, expositis a Cn. Flavio primum actionibus, &c. Adde *Attic.* l. 6. ep. 1.

ACTĬŌSUS, a, um, adject. ut *Actiosæ mulieres,* quod bis habet *Plaut.* apud *Varr.* lib. 6. *de L. L.* cap. 3. *ad fin.* ubi *Varro* ab *agendo* dictas esse *actiosas* monet. Alii tamen aliter leg.

ACTĬTO, as, a. 1. *to be in the habit of acting, to plead frequently,* frequentativum ab *ago, is. Cic. de clar. Orat.* c. 70. M. Pontidius municeps noster multas privatas causas actitavit. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 62. Actitare mimos.

ACTĪVE, adverb. *actively, strenuously, with effect,* activo modo, ἐνεργητικῶς, et dicitur de verbis, quæ activo modo usurpantur. *Priscian.* lib. 8. pag. 794. et 799. *Putschii.*

ACTĬUM, ii, n. [† nunc] *Capo Figalo,* Ἄκτιον, prom. cum urbe Epiri, ad os sinus Ambracii, contra Nicopolim urbem proximam vix M. P. distantem, a Buthroto, et Corcyra 50. in Mer. Leucadem versus 30. Olim clarum fuit templo Apollinis. Hic Augustus devicit navali prælio Antonium, et Cleopatram, et procul M. P. urbem condidit, quam Nicopolim a victoria nominavit. *Plin.* l. 4. c. 1. et *Sueton. in Aug.* c. 18.

ACTIUNCŬLA, æ, f. *a short oration, or treatise; a brief information,* diminut. ab *actio,* sumitur pro brevi oratione, vel accusatione. *Plin.* lib. 9. epist. 15. Retracto actiunculas quasdam.

ACTĬUS, a, um, adject. Ἄκτιος, ad Actium promontorium, et urbem pertinens. *Virg.* 3. *Æn.* v. 280. Actia litora. *Id. Æn.* 8. v. 675. Actia bella. *h. e.* quæ Augustus cum Antonio gessit apud Actium. Lege ibi in *Virg.* quæ sequuntur. *Propert.* lib. 4. eleg. 6. v. 67. Actius Phœbus. *h. e.* qui magnifico templo ab Augusto amplificato apud Actium colebatur: quique et *Actius* absolute dicitur ab *Albinovano* eleg. 2. v. 51. Actius ipse lyram plectro percussit eburno.

ACTĬUS, nomen viri proprium. V. *Accius.*

ACTĪVUS, a, um, adject. *active, effective, practical,* ἐνεργητικὸς, πρακτικὸς, qui agit, seu in actione consistit, et opponitur *contemplativo,* qui solam rerum meditationem importat sine actione. *Senec.* epist. 95. Philosophiam autem et contemplativa est, et activa: spectat, simulque agit. *Quintil.* l. 3. c. 5. Hi thesim a causa sic distinguunt, ut illa sit spectativæ partis, hæc activæ. ¶ Activa verba dicuntur a Grammaticis, quæ actionem important, ut *amo, verbero, doceo. Charis.* l. 2. pag. 138. *Putsch. Diomed.* lib. 1. pag. 326. et *Priscian.* lib. 8. pag. 786.

ACTOR, oris, m. *one that puts in motion,* qui agit. *Stat.* 2. *Achill.* v. 419. flexæ Balearicus actor habenæ. *h. e.* fundam in gyrum agens, antequam lapidem jaciat. ¶ Item qui pecus agit. Afferuntur loca ex *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 95. et *Fast.* 1. v. 547. sed utrumque incertæ lectionis. ¶ Item *an agent, doer, worker, performer,* ὁ πράττων, qui facit. *Cic. pro Sext.* c. 28. Dux, auctor, actor rerum illarum fuit. *Valer. Max.* l. 8. c. 12. Suæ artis actor. ¶ Sæpe dicitur de eo, qui fabulas agit, *an actor, comedian, player. Horat.* l. 2. ep. 1. v. 205. actor Cum stetit in scena, concurrit dextera lævæ. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 26. Sicut in foro non bonos oratores, ita in theatro actores malos perpeti. Et c. 28. Gestus summorum actorum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 47. Actor alienæ personæ. ¶ Item de eo, qui causas agit. *a pleader. Quintil.* l. 6. c. 1. Quæ enim est actoris infantia, qui &c.? *Cic. in Bruto* c. 89. *in fin.* Moloni Rhodio et actori summo causarum, et magistro. ¶ Item de eo, qui alterum ad judicium provocat, *a plaintiff:* cui competit causæ probandæ onus, sive accuset aliquem, sive aliud quidpiam in judicio postulet. *Ulpian. Digest.* lib. 40. tit. 12. leg. 7. *sub fin.* Is qui dominum se dicit, actoris partes sustinebit, et necesse habebit servum suum probare. *Cic. in Partit.* c. 32. Sed accusatorem pro omni actore, et petitore appello. ¶ Item de eo, qui alienas res, rationesque curat, et administrat, *an agent, steward, procurator, proctor, manager of affairs for others,* διοικητὴς, πραγματευτὴς. Erat autem hic plerumque e servorum numero, honestiore tamen præ ceteris loco, et gradu. *Ulpian* l. 30. leg. 37. Qui rescripserunt, homine legato, actorem non posse eligi. *Columell.* l. 1. c. 7. Ita fit, ut et actor, et familia peccent, et ager sæpius infametur. *Plin.* l. 3. ep. 19. Non minus utile, quam voluptuosum posse utraque eadem opera, eodem viatico invisere, sub eodem procuratore, ac pæne iisdem actoribus habere. *Actor* hoc, et Columellæ loco pro villico ponitur. Tametsi differunt inter se actor, et villicus, ut aperte colligitur ex *Scævola Digest.* l. 33. tit. 7. leg. 20. ubi utrumque inter instructi fundi officia enumerat. Differunt autem in eo, quod *villicus* servis rusticis præest, operasque, et alia ad agrum colendum curat: *actor* pecunias maxime, et fundi reditus administrat. *Scævola loc. cit.* Prædia, ut instructa sunt, cum dotibus, et reliquis colonorum, et villicorum mancipiis, et pecore omni legavit, et cum peculiis, et actore, &c. *Actor* præterea urbanus etiam est: *villicus* ruri tantum degit, ut *ibid. paulo post* innuitur. *Actores* ruri degentes dicuntur etiam *actores prædiorum,* et *fundorum. Scævola* lib. 34. tit. 4. leg. 31. et sæpius in *Cod.* ¶ *Actor summarum* pecuniam tantum, et ejus rationes tractabat: in quo nihil fortasse a *dispensatore* differt *Sueton. in Domit.* c. 11. Actorem summarum, pridie quam cruci suffigeret, in cubiculum vocavit, &c. ¶ *Actor rerum* rebus omnibus domini curandis præerat. De eo mentio fit a *Paulo* lib. 1. tit. 17. *leg. ult.* ¶ *Actor publicus* erat servus, seu libertus publicus, qui rem Principis curabat. *Tacit. Ann.* 2. c. 30. Novi juris repertor Tiberius, mancipari singulos actori publico jubet. Adde lib. 3. c. 67. ¶ *Actor* differt a *procuratore,* quod *actor* sine jurisdictione erat, et quod procuratori ipsi subjiciebatur: quamquam hoc discrimen non est perpetuum. *Plin. in Paneg.* c. 36. Dicitur actori, atque adeo procuratori tuo, in jus veni. Adde *eund.* lib. 3. ep. 19. cujus verba modo retulimus. ¶ *Actores* Municipiorum, Civitatum, Collegiorum, et similium corporum erant liberi homines, qui eorum causas, lites movendas, excipiendasque suscipiebant. Hi et syndici dicti sunt. *Ulpian.* lib. 37. tit. 1. leg. 3. A municipibus, et societatibus, et decuriis, et corporibus bonorum possessio agnosci potest: proinde sive actor eorum nomine admittat, sive quis alius, &c. *Caius* lib. 3. tit. 4. leg. 1. Quibus permissum est corpus habere collegii, societatis, sive cujuscumque alterius nomine, eorum proprium est, ad exemplum reipublicæ, habere res communes, arcam communem, et actorem, sive syndicum, per quem tanquam in rempublicam, quod communiter agi, fieri oporteat, agatur, fiat. *Ulpian. ibid.* tit. 3. leg. 74. Actor civitatis.

ACTORĬDES, æ, m. Patroclus Actoris nepos, Ἀκτορίδης. Actor enim ex Ægina, quam ei Jupiter a se vitiatam uxorem dederat Menœtium genuit: Menœtius pater Patrocli fuit. Alii dicunt Actorem Patrocli patrem fuisse: sed *Servius in* 1. *Æn.* v. 100. Menœtium facit. *Ovid.* 1. *Trist.* eleg. 9. v. 29. Quæ fuit Actoridæ cum magno semper Achille, Laudari solita est Hectoris ore fides. ¶ Erithus quoque unus ex comitibus Phinei, qui a Perseo occisus est ingentis crateris ictu, *Actorides* dicitur ab eodem *Ovid.* 5. *Metam.* v. 79. Hic fortasse Actoris filius fuit, sive illius, de quo diximus, sive alterius cujuspiam. V. Catalogum Argonautarum præfixum editioni *Valerii Flacci* Burmannianæ.

ACTORĬUS, a, um, adject. *active, practical,* πρακτικὸς, activus, ad agendum aptus. *Tertull. de Anim.* cap. 14. Non enim membra sunt substantiæ animalis, sed ingenia, ut motorium, ut actorium, ut cogitatorium.

ACTRIX, icis, f. *a female who prefers an action before a court of justice, a female plaintiff,* quæ actionem in judicio intendit, vel accusans, vel aliquid postulans. *Impp. Constantin. et Licin.* lib. 7. *Cod.* tit. 16. *leg. pænult.* Jubemus, omnes epistolas actricis, quas ad Ælium fecerat, inanes, ac vacuas esse. ¶ Actrix est etiam inter officia domus Augustæ. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 913. n. 6. Prastina Maximina actrix C. domus. *h. e.* Cæsareæ domus. V. *Actor.*

ACTUĀLIS, le, adject. *active, effective, practical,* πρακτικὸς, activus, actuosus. *Macrob.* lib. 2. *in somn. Scipion. c. ult.* Hic a feriatis remotus, eminet tamen actualium vigore virtutum. *Actualibus* opponit ibidem *otiosas,* quæ in sola contemplatione versantur. *Isid.* lib. 2. *Orig.* c. 24. Philosophia dividitur in duas partes, prima in spectativam, secunda in actualem. ¶ *Actualia nomina* dicuntur ab eodem lib. 1. cap. 6. quæ ab actu descendunt, hoc est actum significant, ut *rex, dux, cursor,* quæ actum notant regendi, ducendi, currendi.

ACTUARIŎLUM, li, n. *a small barge, pinnace,* ἐπακτρὶς, parva navis actuaria. *Cic.* 16. *Attic.* ep. 3. Hæc ego conscendens e Pompeiano tribus actuariolis decem scalmis. Adde *ibid.* lib. 10. ep. 11. V. vocem sequent.

ACTUARĬUS, a, um, adject. *nimble, light,* agilis, levis, qui facile agi, et impelli potest. *Actuaria navis,* quæ mole parva cito agi facile potest: ideoque humilior ceteris est, et tum velis, tum remis instruitur. Anglice fortasse dici posset *a frigate,* aut *brigantine,* aut *a light galley, a fly-boat, pinnace. Cæs.* lib. 5. *B. Gall.* c. 1. Has omnes (*naves*) actuarias imperat fieri: quam ad rem humilitas multum adjuvat. *Liv.* l. 25. c. 30. in hoc tumultu actuariæ naves instructæ jam ante, circumvectæque armatos exponunt. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 27. Actuaria navigia. Adde *Sallust. in fragm.* et *Sisenn.* apud *Non.* c. 13. n. 9. ¶ Dicitur etiam *actuaria,* absolute, subaudito nomine *navis,* vel *actuarium,* subaudito *navigium. Cic. Attic.* l. 5. ep. 9. Actuariis autem minutis Patras accedere sine impedimentis, non satis visum est decorum. *Gell.* l. 10. c. 25. Navium autem appellationes hæ sunt, celoces, lembi, actuariæ, &c. ¶ Actuarii limites in re Agraria sunt, qui post Decumanos, et Cardines (quæ sunt limitum majorum nomina) maximi sunt, per quos iter populo debetur sicut per viam publicam. Latitudinem fere habent pedum duodecim: sed si per viam aliquam militarem agantur, latiores etiam esse solent. Dicti esse videntur *Actuarii,* vel quia primi post Decumanos, et Cardines acti, seu designati sunt; vel quia per eos non solum iter, sed etiam *actus* est, hoc est via vehiculum capiens. *Hygin. de limitib. constit.* pag. 151. *Goesii.* Actuarius limes est, qui primus actus est, et ab eo quintus quisque, &c. ¶ *Actuariis* limitibus respondent ex altera parte et veluti contrarii sunt *linearii,* vel *lineales,* qui angustiores multo sunt, et mensuræ tantum uniuscujusque agri disterminandæ causa constituti. Hi *subruncivi* etiam appellantur. *Id. ibid.* pag. 152.

ACTUARĬUS, ii, m. *a public notary, clerk, register, writer, scribe,* γραφεὺς, ὑπομνηματογράφος, scriba, notarius, qui acta perscribit. Varia sunt actuariorum genera pro varia temporum ratione. Nam primo Actuarii dicti sunt *notarii,* qui brevioribus, et compendiariis notis usi citissime verba dictantis, aut dicentis excipiebant. *short-hand writers. Sueton. in Cæs.* cap. 55. Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quædam feruntur, ut pro Q. Metello; quam non immerito Augustus existimat magis ab Actuariis exceptam, male subsequentibus verba dicentis, quam ab ipso editam. *Senec.* ep. 33. Multum viva vox facit: non quidem hæc, quæ alienis verbis commodatur, et actuarii vice fungitur. *h. e.* tantummodo ab aliis dicta profert, nihil de suo addit: quemadmodum *actuarius* tantummodo scribit ab aliis dictata. ¶ *Actuarius* etiam

...actos fuisse, qui publica Senatus, aut populi Acta perscriberent, et de his commentarios conficerent, asserunt plerique Eruditi: sed hujus rei Latinus scriptor, qui meminerit, adhuc desideratur: nisi forte de his intelligendum est, quod dicitur in *Cod*. lib. 12. tit. 50. leg. 7. ubi nominantur *Actuarii urbis Constantinopolitanæ*, *et aliarum quarumcumque Civitatum Curialium*, quos tamen rectius ad militiam pertinuisse, dicendum est. Fuere enim postea et *militares Actuarii*, qui acta belli conscribebant, rationesque militum, annonam a susceptoribus accipiebant, usque pretia dabant, in quibus continebatur quantum a susceptoribus accepissent, et militibus erogassent, videnturque fuisse ministri Quæstorum militarium. *Sex. Aurel. Vict. de Cæsarib.* cap. 33. Tantum Actuariorum in exercitu factiones vigent, genus hominum, præsertim hac tempestate, nequam, venale, &c. annonæ dominans, prudens in temporibus largiendi, quorum vecordia, damnoque opes contraxerit. Adde *Ammian*. lib. 20. cap. 5. (*al.* 12.) et in *Cod*. lib. 12. tit. 38. leg. 5. et 10. et tit. 50. *non semel*. ¶ Hos et *Actarios* dictos fuisse, colligitur ex quadam Inscriptione. V. *Actarius*. [Apud *Murator. Thesaur. Inscript.* pag. 1917. legitur etiam *actuarius*. Servi publici actis scribendis dabant operam. Iis hoc munere interdixit Arcadius. Non solum autem scriptores erant, sed etiam custodes, ὑπομνηματοφύλακες.] ¶ Actuarium, qui acta privati domini, et rationes villaticas perscribit, habes apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 53. *Burm.*

ACTUM, i. n. V. in *Acta, orum*.

ACTUM EST, et Acta res est, *all is over, all hope is lost, 'tis all over, we are undone*, πέπρακται, modus dicendi, qui in malam semper partem usurpatur, in desperata re: ductum, ut docet. *Donat. ad Terent. Andr.* 3. 1. 7. a jure civili, in quo cavetur, ne quis rem actam apud Judices repetat. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 63. Actum hodie est de me. *I am utterly ruined. Liv.* l. 1. c. 47. Novitate, ac miraculo attoniti, et jam de Servio actum rati. *Terent. Heaut.* 3. 3. 3. Acta hæc res est: perii. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 25. Actum jam de isto est: alia magis quæro.

ACTŪŌSE, adverb. *actively, strenuously, earnestly, vigorously*, πρακτικῶς, cui contrarium est *remisse*. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 26. Quam leniter! quam remisse! quam non actuose!

ACTŪŌSUS, a, um, adject. *active, busy, effective, practical*, activus, ab agendo non cessans, πρακτικός. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 40. Virtus actuosa, et deus vester nihil agens: expers virtutis igitur. *Senec.* epist. 39. Noster animus in motu est, eo mobilior, et actuosior, quo vehementior fuerit. *Id. de Tranquill.* c. 3. *a med.* Optimum miscere otium rebus, quoties actuosa vita impedimentis fortuitis prohibetur. ¶ *Actuosi* etiam dicuntur histriones, et saltatores, quorum tota ars, et solertia in actu, seu motu corporis versatur. *Paul. ex Festo:* Actus modo significat motum corporis, ut histrionum, et saltatorum, qui etiam ex hoc ipso actuosi dicuntur. ¶ *Actuosa* etiam *scena* dicta est a *Donato*, in qua histrioni valde est laborandum.

ACTUS, us, m. *a road between fields for beasts of burden &c. to pass*, semita inter agros ducta, qua armenta, et vehicula agi, hoc est duci possunt. Est enim hæc prima, et naturalis notio verbi *Ago*. Differt ab *itinere* inter agros posito, quia *iter* est, quo quis pedes, vel eques commeare potest: *actus* vero ubi et vehiculum. Ita *Modestin. Dig.* lib. 8. tit. 3. leg. 12. Sed vide quæ dicentur in *Via*. ¶ Accipitur etiam pro jure, quod quis habet vehiculum agendi per vicinos agros: et est genus quoddam servitutis in prædiis rusticis. *Ulpian. ibid.* leg. 1. Actus est jus agendi vel jumentum, vel vehiculum: ita qui iter habet, actum non habet: qui actum habet, et iter habet. *Cic. pro Cæcin.* c. 26. Aquæductus, haustus, iter, actus. ¶ Item *actus* est spatium, seu modus agri, *a space, or measure, of ground*: et quidem triplex: minimus, quadratus, et duplicatus. *Actus minimus* continet latitudinis pedes quatuor, longitudinis centum et viginti. *Actus quadratus* centum viginti pedibus quaquaversum protenditur. *Actus duplicatus* ducentos quadraginta pedes habet. Dictus est *actus*, quia, ut ait *Plin.* l. 18. c. 3. in eo boves aguntur, cum aratur, uno impetu justo. *Varr.* lib. 4. *de L. L.* c. 4. et lib. 1. *R. R.* c. 10. *Plin. loc. cit. Columell.* l. 5. c. 1. et *Fest.* in voce *Actus*. Sunt qui aliter eas mensuras definiunt, ut *Isidor.* lib. 15. *Orig.* cap. 15. ¶ Est etiam idem quod actio, *action, act, deed*, πρᾶξις. *Cic.* 1. *de leg.* c. 11. Non solum in rectis, sed etiam in pravis actibus, insignis est humani generis dissimilitudo. *Justin.* l. 31. c. 2. Senatus ad speculandos actus Annibalis legatum in Africam mittit. *Quintil.* l. 11. c. 1. In ceteris actibus vitæ. *Lucan.* l. 8. v. 807. Adde actus tantos, &c. *exploits so glorious. Claudian.* l. 1. *in Ruf.* v. 284. Actus Herculei. ¶ Item cursus, impetus, impulsus. *Virg. Æn.* 12. v. 687. Fertur in abruptum magno mons improbus actu. *Lucan.* l. 9. v. 471. Pilaque contorsit violento spiritus actu. *Lucret.* l. 3. v. 194. Mellis pigri latices, et cunctantior actus. ¶ Sæpe sumitur pro munere, officio, administratione, dispensatione, *the management, direction, or administration of affairs*, πραγματεία. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 37. Cum ad pristinum actum reversus fuerit, sufficient ei, &c. *Vopisc. in Caro* cap. 6. Felix esset nostra respublica, si, qualis est Carus, plures haberem in actibus collocatos. ¶ Et speciatim dicitur de administratione censuum, ac rationum, *stewardship*. *Martian. Digest.* lib. 39. tit. 4. leg. 16. Actum gerere. *h. e.* actorem esse. *Scævola* lib. 40. tit. 5. leg. 41. Actum alicujus agere. Sic *Ulpian.* lib. 47. tit. 4. leg. 1. Actum administrare. Et *Callistrat.* lib. 50. tit. 6. leg. 5. In actu esse. *Ulpian.* lib. 26. tit. 7. leg. 18. Actus sui rationem reddere. ¶ Interdum idem est ac negotium, res gerenda, *business, employment*, πρᾶγμα. *Sueton. in Aug.* c. 78. A cœna lucubratoriam se in lecticulam recipiebat. Ibi donec residua diurni actus conficeret ad multam noctem permanebat. *the residue of his daily business. Senec.* ep. 8. Ubi illa præcepta, quæ jubent in actu mori? *to die employed. Quintil.* l. 10. c. 1. Attrita quotidiano actu forensi ingenia. *exercised at the bar.* ¶ *Actus rerum* sunt negotia forensia. *the management of causes, the method of proceeding. Sueton. in Aug.* c. 32. Ne quod maleficium, negotiumve impunitate vel mora elaberetur, triginta amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodavit. *h. e.* judiciis exercendis. *Id. in Claud.* c. 15. Cum decurias rerum actu expungeret. *h. e.* designaret, destinaretque, quinam in judicum numero essent, et quinam rejiciendi. Adde *Plin.* lib. 9. ep. 25. Adde etiam *Ulpian. Digest.* lib. 1. tit. 16. leg. 4. ubi *actus* absolute ponitur pro *actu rerum*. ¶ Dicitur etiam de tempore, quo judicia exercentur, nempe de diebus fastis. *Sueton. in Neron.* c. 17. Cautum, ut rerum actu causæ ab ærario ad forum, ac recuperatores transferrentur. ¶ A JCtis interdum actus in eo sensu usurpatur, quo rem significat, et opponitur verbis, aut voci. *Ulpian. Digest.* lib. 49. tit. 1. leg. 12. Si constat nullo actu ex lege habito duumvirum creatum, sed tantum vocibus popularium postulatum. *Paul. Digest.* lib. 46. tit. 8. leg. 5. Non verbis tantum ratum haberi posse, sed etiam actu. ¶ Præterea *actus* dicuntur gestus, et motus corporis histrionum, et saltatorum, qui proinde *actuosi* dicti sunt, *feats, gestures*. V. verba *Festi* in *Actuosus*. *Sueton. in Ner.* c. 24. In quodam tragico actu, cum elapsum baculum cito resumpsisset, &c. ¶ Denique partes majores Comœdiæ, et Tragœdiæ, quæ sunt quinque, *actus* dicuntur. *acts. Horat. de art. Poet.* v. 189. Neve minor quinto, neu sit productior actu Fabula. *Cic. de Senect.* c. 19. Neque enim histrioni, ut placeat, peragenda est fabula, modo, in quocumque fuerit actu, probetur. ¶ Translate *Id. pro Marcell.* c. 9. Hæc igitur tibi reliqua pars, hic restat actus, ut rempublicam constituas. *Id. de Senect.* c. 2. Extremus actus ætatis. *Id. Verr.* 4. c. 6. Quartus actus improbitatis. *Varro* etiam partes disputationis, et doctrinæ de re Rustica, *actus* vocat, lib. 1. *R. R.* c. 26. lib. 2. c. 8. et lib. 3. c. 11. ¶ *Actus* eo sensu, quo usurpatur in Scholis, et potestati opponitur, barbarum est. Afferunt quidam locum *Cicer. pro Dom.* c. 24. sed ibi verba illa *erumpebat in actum, tam audaces duces*, ita corrigenda sunt ex antiq. lib. et quibusdam MSS. *erumpebat nacta tam audaces duces*, ut monet *Muret. Var. lect.* lib. 6. c. 19. cui omnes fere Eruditi assentiuntur. Quamquam retenta etiam priore lectione, nihil inde confici potest. nam *erumpere in actum* nihil est aliud, quam *erumpere in actionem*, hoc est *agere*, quod longe distat ab *actu* Philosophorum, quo ipsi *actualem*, ut loquuntur, *existentiam* significant. Nihilominus *Apuleius* hoc sensu usurpasse videtur lib. 1. *de Dog. Plat.* sed facile concedi potest homini semibarbaro, et præterea de Philosophicis rebus disputanti. ¶ Apud *Varr.* lib. 8. *L. L.* cap. 49. est actus certus quidam et determinatus progressus ab uno numero ad alium numerum, ut ab uno ad nongenta est unus *actus*, post quem reditur ad unum: a mille ad nongenta millia est alius actus. V. integrum locum.

ACTUS, a, um, *led, conducted, driven away*, particip. verbi *Ago*, varias habens significationes. Primo enim est idem ac ductus. *Liv.* l. 1. c. 7. Cum actæ boves ad desiderium relictarum fugissent. ¶ Item impulsus, compulsus, *tossed, or driven about. Virg. Æn.* 6. v. 532. pelagine venis erroribus actus, An monitu divum? *Horat.* lib. 3. *Od.* 7. v. 5. ille Notis actus ad Oricum. ¶ Item admotus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 505. Accelerant pariter acta testudine Volsci. ¶ Item infixus, immissus. *Columell.* l. 8. c. 3. Pali in parietes vehementer acti. *Virg. Æn.* 11. v. 644. Hasta acta per armos. ¶ Item sparsus, diffusus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 483. ignea venis Omnibus acta sitis. ¶ Item agitatus, *agitated, beaten down. Virg.* 1. *Æn.* v. 240. Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos Insequitur. ¶ Item coactus *driven to it, forced, compelled. Virg. Æn.* 2. v. 128. magnis Ithaci clamoribus actus, Composito rumpit vocem. *Id.* 6. *Æn.* v. 379. Prodigiis acti cælestibus. ¶ Item factus, perfectus, *finished, achieved, performed, done. Sallust. in Jugurth.* c. 71. Postquam de rebus Vaccæ actis comperit. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 26. Quasi sero, atque acto negotio dici videtur. *Cic.* 2. *de fin.* c. 32. Jucundi acti labores. ¶ Item transactus, *past, over. Virg.* 9. *Æn.* v. 156. melior quoniam pars acta diei. *Plaut Amph.* 1. 3. 2. Menses jam tibi esse actos vides. *Alii leg.* tibi exactos. *Phædr.* l. 1. *Fab.* 18. Instante partu mulier actis mensibus. ¶ *Acta vita* est ante acta, *life spent, gone by. Cic. Fam.* 6. ep. 1. Adjuvat etiam ætas, et acta jam vita. *Id. de senect.* c. 3. Conscientia bene actæ vitæ. ¶ *Actum* vel *Acta agere*, et *Actam rem agere* est rem jam actam rursus agere, atque adeo frustra laborare: præpostere agere, ut cum de re cogitamus, quæ jam confecta est, quod prius facere oportuit: estque vetus, tritumque proverbium, *to tire one's self to no purpose, to spend one's time idly, to bottle moon-shine. Donat. ad Terent. Andr.* 3. 1. 7. sumptum esse ait ex jure civili, in quo cavetur, ne quis rem actam apud Judices repetat. *Cic. Attic.* l. 9. *ep. penult.* Tu, malum, inquies, actum ne agas. *Id. de Amic.* c. 22. Præposteris enim utimur consiliis, et acta agimus: quod vetamur veteri proverbio. *Terent. Phorm.* 2. 3. 72. Ohe, actum, aiunt, ne agas. *Liv.* l. 28. c. 40. Scio multis videri, rem actam hodierno die agi. ¶ *Actum habere quod egeris* est ratum habere, approbare, *to approve, to set down as well done. Cic.* 3. *Tuscul.* c. 21. Ego sum is, qui dicam, me non laborare, actum habiturum quod egerint. *Alii aliter legunt.* ¶ *Actum est* Vide supra suo loco.

ACTŪTUM, *forthwith, anon, presently*, αὐτίκα, adverb. temporis quod significat confestim, sine dilatione. *Cic. Phil.* 12. c. 11. Ego mortem actutum futuram puto. *Liv.* lib. 29. c. 14. Quam actutum in Italia fore nuntiaverat. *Virg.* 9. *Æn.* v. 255. tum cetera reddet Actutum pius Æneas. Adde *Terent. Adelph.* 4. 4. 25.

ACŬA pro Aqua legitur in quadam *Inscript. apud Gruter.* pag. 593. n. 5.

ACŬARIUS, ii, m. qui acus facit, βελονάς. Quidam putant esse sartorem, qui lacera vestimenta resarcit, vel etiam nova conficit. *Inscript. apud Fabrett.* pag. 308. Syntropho Attiani Acuario.

ACŬCŬLA. V. *Acicula*.

ACŬLA, læ, f. *a small needle*, parva acus. Sola adhuc nititur auctoritate *Cledonii Grammatici*, pag. 1896. *edit. Putschii.*

ACULEĀTUS, a, um, adject. *that hath a sting*, κεντρωτός, aculeum habens: et dicitur de apibus, vespis, scorpionibus, et aliis animalibus cauda ferientibus. *Plin.* l. 20. c. 22. Utrumque efficax adversus aculeata animalia, ut crabrones, et similia. *Id.* l. 23. c. 1. Contra omnium aculeatorum venena. ¶ De aliis rebus spinas, seu aculeos habentibus, *prickly, sharp-pointed. Plin.* l. 22. c. 6. Aculeatæ herbæ. *Id.* l. 24. c. *ult.* Aculeatum gramen. *Id.* lib. 16. c. 10. Aculeatum mucrone folium. ¶ Aculeati etiam dicuntur quidam pisces, qui rostrum, vel spinas aculeatas habent. *Plin.* l. 32. c. *ult.* Sic *Id.* lib. 10. cap. 32. *de nidis halcyonum:* Nec unde configantur invenitur: putant ex spinis aculeatis: piscibus enim vivunt. *h. e.* ex spinis piscium aculeatis. ¶ *Aculeatus ictus*, qui aculeo fit. *Plin.* l. 20. c. 21. Huic contra omnes aculeatos ictus efficax vis, præcipue scorpionum, &c. ¶ Translate *Cic.* 4. *Acad.* c. 24. Quorum sunt contorta quædam, et aculeata sophismata. Sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ. *sophistical arguments, quibbling questions, sophistry, quibbles, quiddities. Id.* 14. *Attic.* ep. 18. Satis aculeatas ad Dolabellam epistolas dedi: quæ si nihil profecerint, puto fore, ut me præsentem non sustineat. *a sharp, piquant, keen epistle. Plaut. Bacch.* 1. 1. 29. Aculeata sunt: animum fodicant.

ACULEŎLUS, li, m. *Martial.* l. 8. epigr. 71. Nonus aculeolos in cochleare tulit. *h. e.* parvas acus. *Al. leg.* Nonus acu levius vix cochleare tulit. *Alii:* Nonus permodicum vix cochleare tulit. Secunda lectio probabilior videtur.

ACULĔUS, i, m. *a sting*, κέντρον, spiculum tenuissimum in caudis vesparum, apum, crabronum, et similium. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 22. Apis aculeum sine clamore ferre non possumus. *Id.* 5. *Fin.* c. 15. Cornibus uti videmus boves, nepas aculeis. ¶ Dicitur etiam de quocumque spiculo, seu spina pungente in setis animalium, in herbis, in ferramentis, et similibus, *a prickle, point. Plin.* l. 8. c. 35. Hystrici longiores aculei, et cum intendit cutem, missiles. *Id.* l. 13. c. 9. Aculeus spinarum. *Id.* l. 20. c. 23. carduorum. *Liv.* l. 38. c. 21. sagittæ; *quod idem dixit Justin.* l. 9. c. 2. ¶ Translate varios, elegantesque habet usus. *Cic. pro Cluent.* c. 55. *sub fin.* Aculeos severitatis judicum evellere. *to blunt the edge of the severity. Id. Attic.* l. 1. ep. 18. Domesticarum sollicitudinum aculei. *the goading anguish, trouble, pain. Id. pro Cæl.* c. 12. Erigere, et emittere aculeos severitatis in aliquem. *Id. de clar. Orat.* c. 9. Relinquere aculeos in animis audientium. ¶ Ponitur sæpe pro subtili, acutaque sententia, aut dicto, *sharpness, sophistry, a cunning fetch, smart reply. Cic.* 4. *Acad.* c. 31. Omnes istos aculeos, et totum tortuosum genus disputandi relinquamus. *Id. in Orat.* c. 19. Philosophorum oratio neque nervos, neque aculeos oratorios, ac forenses habet. *Id. pro Syll.* c. 16. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari. ¶ Item pro acuto dicterio in aliquem, *a cutting remark, sharp saying. Cic. in Bruto* c. 47. In altercando cum aliquo aculeo, et maledicto facetus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 55. Aculei contumeliarum. *Id.* 2. *Q. Fr.* ep. 1. Fuerunt nonnulli aculei in C. Cæsarem, contumeliæ in Gellium. ¶ *Aculeo* cognomen Romanum in gente Furia, habetur apud *Liv.* l. 38. c. 55. C. Furius Aculeo.

ACŪMEN, inis, n. *sharpness, the utmost point or extremity of any thing, the tip*, ἀκωκή, pars summa alicujus rei

in acutum desinens, mucro, acies. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 33. Acumen styli. *Id. in Arat.* v. 434. Acumen Scorpii. *h. e.* aculeus. *Lucret.* lib. 4. v. 432. coni. *Id.* lib. 6. v. 1191. nasi. *Plin.* l. 10. c. 71. rostri. *Pallad.* l. 2. tit. 15. *a med.* Acumina amygdalorum. ¶ *Auspicium ex acuminibus* fuit militare, de quo mentionem facit *Cic.* 2. *de Divinat.* c. 36. et l. 2. *de nat. Deor.* c. 3. et videtur fuisse illud, quod captabatur ex acuminibus pilorum, hastarum, aliorumque telorum, si splendide emicarent, si non retusa, non hebetia, si horrorem quendam videntibus incuterent, &c. *Arnob.* lib. 2. pag. 91. Martium discrimen obeuntes spem prœlii sumitis, et ex acuminibus auspicatis. *Cic. de Divinat. loc. cit.* Nam ex acuminibus quidem, quod totum auspicium militare est, jam M. Marcellus totum omisit, idem imperator, idem augur optimus. Hæc ex *Turnebo* l. 23. c. 12. cui *Dionys. Halic.* lib. 5. adstipulatur, et alii plerique assentiuntur. Sunt tamen qui aliter conjectant. ¶ Apud *Diomed.* lib. 2. pag. 428. *Putsch.* est *acumen* acutus accentus. ¶ Translate *acumen saporis* est sapor acer, et jucundus, *sharpness, or pungency of taste.* *Plin.* l. 14. c. 20. Ratio condiendi musta aspersu picis, ut odor vino contingat, et saporis quædam acumina. *Arnob.* l. 3. pag. 106. Dolorum acuminibus tortari. *the stings, goading pains, torture.* ¶ Sæpe dicitur de ingenii perspicacia, et vi, *acuteness, quickness, sharpness, sagacity, ingenuity, subtilty of genius, shrewdness of intellect,* δεινότης. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 6. Quem esse negas, eundem esse dicis: ubi est acumen tuum? *Id. pro Flacc.* c. 4. Sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam. *Id. Fam.* 5. ep. 14. Propter acumen occultissima perspicere. *Juvenal.* sat. 4. v. 102. quis priscum illud miretur acumen, Brute, tuum? ¶ Item de subtili dicto, invento, aut argumento, *sharp saying, subtilty of argument, sophistry.* *Cic.* 1. *de Orat.* c. 28. Acumen dialecticorum, sententiæ Philosophorum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 38. Dialectici ipsi se compungunt suis acuminibus. *Id. in Orat.* c. 31. Demosthenes nihil cedit argutiis, et acumine Hyperidi. *Id.* 2. *de Orat.* c. 63. Etiam interpretatio nominis habet acumen, cum ad ridiculum convertas, quamobrem ita quis vocetur. *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 55. Meretricis acumina. *knavish arts, craft.* *Id.* l. 2. ep. 1. v. 161. *acumina* dixit in plur. numero pro acumine ingenii. ¶ Usurpatur et pro tenuitate stili. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 29. Meæ totius orationis, et istius ipsius in dicendo facultatis tres sunt rationes: una conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia concitandorum. Harum trium partium prima lenitatem orationis, secunda acumen, tertia vim desiderat. V. etiam in *Orat.* c. 6.

ACUMINĀTUS, a, um, *having a sting, prickle, or point,* quod acumen habet. *Plin.* l. 18. c. 35. Acuminatum cornu Lunæ. *Id.* l. 11. c. 2. Telum fodiendo acuminatum. ¶ Translate *Sidon.* l. 8. ep. 1. Linguas cote livoris acuminatas.

ACUMĬNO, as, a. *to make sharp or pointed, to point,* ὀξύνω, acutum facio. *Lact. de opificio,* cap. 7. Contextum spinæ a summo capite deductum acuminavit in caudam.

ACŬO, is, cui, utum, a. 3. *to whet, edge, sharpen, point,* ἀκονάω, ὀξύνω, proprie de falce, cultro, et hujusmodi, quæ aciem habent: cui contrarium est *obtundo, hebeto.* *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 40. Ne stridorem quidem serræ audiunt, cum acuitur. *Horat.* l. 1. *Od.* 2. v. 21. Acuere ferrum. *Id.* l. 3. *Od.* 20. v. 10. dentes. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 776. enses. ¶ Translate est exacuere, perspicacem reddere, *to excite, incite, sharpen, exercise.* *Ovid. de remed. amor.* v. 801. acuentes lumina rutæ. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 33. Multa e corpore existunt, quæ acuant mentem; multa, quæ obtundant. *Id. de clar. Orat.* c. 33. Non solum acuere, sed etiam alere ingenium. *Id. ibid. c. ult.* linguam exercitatione dicendi. *Id.* 1. *de Orat.* c. 20. prudentiam. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 1. industriam. ¶ Item excitare, incitare, *to stimulate, rouse, provoke, egg on, instigate.* *Virg. Æn.* 12. v. 590. et *Liv.* l. 22. c. 4. iras. *Id.* 7. *Æn.* v. 330. aliquem verbis. *Terent. Adelph.* 5. 3. 49. Quod illos ætas sat acuet. *Cic. pro Ligar.* c. 4. Acuere aliquem ad crudelitatem. *Plin.* l. 2. ep. 7. juventutem ad bonas artes, et viros ad liberos suscipiendos. *Senec.* ep. 10. audaciam. *to increase their boldness, render their courage more daring.* *Virg.* 7. *Æn.* v. 406. Postquam visa satis primos acuisse furores. *h. e.* accendisse. *Id.* 4. *Georg.* v. 435. Auditisque lupos acuunt balatibus agni. *h. e.* eorum famem excitant. *Id.* 12. *Æn.* v. 850. acuuntque metum mortalibus ægris. *h. e.* augent. *Id.* 1. *Georg.* v. 123. curis acuens mortalia corda. *h. e.* exercens, et operosos reddens. *Liv.* l. 10. c. 13. Acuere studia. *h. e.* vulgi favorem augere. *Valer. Max.* l. 2. c. 2. n. 3. *alio sensu.* Acuere studia. *h. e.* excitare studia litterarum. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 172. Acuere fletus. *h. e.* augere. ¶ Apud Grammaticos acuere syllabam est in acutum accentum appingere. *Quintil.* l. 1. c. 5. Ut in hoc *Camillus,* si acuitur prima, &c. Adde *Arnob.* lib. 1. pag. 35. ¶ Participia *acutus,* et *acuturus* non sunt in usu. Affert quidem *Priscian.* l. 11. pag. 923. particip. *acutus,* sed sine exemplis. ¶ Præteritum *acui* commune est etiam verbo *aceo* tum positione, tum syllabarum quantitate.

ACUPEDĬUS, *swift in the race, swift of foot,* ὀξύπους, cui præcipuum est in currendo pedum acumen, hoc est pernicitas. *Festus.* Quidam leg. *aquipedius.* V. *Voss. in Etymol.* in *Aquifolium.*

ACUS, i, m. βελόνη, genus piscis marini, longi, lævis, longo, tenui, acutoque rostro instar acus præditi, unde et nomen illi tum a Latinis inditum, tum a Græcis, nam βελόνη, acum significat. Hinc a *Plin.* l. 32. *c. ult.* inter *aculeatos* adnumeratur. Videtur autem esse is, qui ab Anglis, *the horn-back, or horn-beak,* dicitur, interdum etiam, *the needle-fish.* vel certe est ei valde similis. Neque enim ei, qui *the horn-back* vocatur, convenire credimus ea, quæ de aco scribit *Plin.* l. 9. c. 51. nempe unum piscium dehiscente propter multitudinem utero parere: a partu vulnus coalescere. *Martial.* l. 10. epigr. 37. Et satius tenues ducere credis acos.

ACUS, acĕris, n. *chaff, the husks of corn,* purgamentum tritici, aut alterius frumenti, levius, ac tenuius (glumam, aristam, et spicæ scapum complectens) quod e tritis spicis evolat, ἄχυς, ἄχυρον, σκύβαλον. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 52. Iis tritis, oportet e terra subjactari vallis, aut ventilabris, cum ventus spirat lenis: ita fit, ut quod levissimum est in eo, atque appellatur acus, evannetur foras extra aream, ac frumentum, quod est ponderosum, purum veniat ad corbem. *Id. ibid.* c. 57. Mixto acere e frumento. *Id.* l. 3. c. 9. In cubilibus, cum parturient *(gallinæ)* acus substernendum. *Cato R. R.* c. 54. Paleas triticeas, et hordeaceas, acus fabaginum, viciam. ¶ In femin. genere, et 4. declinationis. *Colum.* l. 2. c. 10. Durissimæ acus resectæ, separatæque erunt a cudentibus: minutæ vero, quæ de siliquis cum faba resederunt, &c.

ACUS, us, f. *a needle,* ἀκέστρα, βελόνη, instrumentum, quo vestes consuuntur: item quo capilli mulierum compti capiti adfiguntur, vel discriminantur, *a bodkin, or crisping-pin.* *Cic. pro Mil.* c. 24. Vulnus, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris probari. *Cels.* l. 7. c. 16. In duas acus fila conjicere. Et *ibid.* Pars acuum, quæ acuta est. Et *ibid.* Permutatis inter manus acubus. Et cap. 17. Immittere lina per acum. *Id. ibid.* c. 7. n. 8. Acu transuere. Et *ibid.* acum transmittere. ¶ De acu crinali. *Martial.* lib. 2. epigr. 66. Unus de toto peccaverat orbe comarum Annulus, incerta non bene fixus acu. *Juvenal.* Sat. 2. v. 93. Ille supercilium madida fuligine tinctum Obliqua producit acu. *h. e.* calamistro. ¶ Acu non consuuntur tantum, sed et ornantur vestes, et vario opere intexuntur: quod a Phrygibus inventum fuisse, *Plinius* l. 8. c. 48. scribit. Mæonii etiam, seu Lydi hujusmodi texendi arte claruere. *Martial.* l. 8. epigr. 28. Babylonica picta superbe Texta Semiramia quæ variantur acu. *Senec. Herc. Oet.* v. 665. Nec Mæonia distinguit acu, quæ legit Æois Ser arboribus. ¶ Hinc *acu pingere* est *to embroider, or flower with the needle.* *Ovid. Metam.* 6. v. 23. Seu pingebat acu, scires a Pallade doctam. *Virg. Æn.* 9. v. 582. Pictus acu chlamydem. ¶ *Acus* in fibula, *the tongue of a clasp or buckle,* est pars extrema, tenuis, acutaque, qua pars fibulæ una alteri infigitur, et adnectitur. *Trebell. Poll. in Claud.* c. 14. Fibulam auream cum acu cypria unam. ¶ *Acum* pro *acere* usurpavit *Columella* l. 2. c. 10. V. vocem præced. ¶ *Acu rem tangere* est ipsam rem divinare, *to touch the thing with a needle, to hit the right nail on the head, to guess right.* *Plaut. Rud.* 5. 2. 17. Num medicus, quæso, es? *La.* Imo una littera plus sum quam medicus. *Gr.* Tu mendicus es? *La.* Tetigisti acu. ¶ *Si acum, credo, quæreres, acum invenisses,* proverbialis locutio apud eundem *Men.* 2. 1. 13. de diligenti, et prospera inquisitione. ¶ *Paul. in Epist. Festi* addit *acum* dici etiam exercitum instructum, quod paratus sit ad hostem vulnerandum acumine telorum. De *acu* dixit, quod *aciei* convenit. ¶ De acu Matris Deum, V. in *Ancilia.*

ACUTĀLIS, le, adject. in acumen desinens. *Jul. Frontin. de colon.* pag. 132. *Goes.* Terminus crassus acutalis.

ACUTĀTUS, a, um, adject. *sharpened, whetted,* acutus. *Veget. de re veterinar.* l. 1. c. 22. Sagittæ cotibus bene acutatæ.

ACŪTE, adverb. *sharply, acutely, quickly, keenly,* ὀξέως, λιγέως. *Lucret.* l. 4. v. 808. Acute cernere. ¶ Translate est ingeniose, subtiliter. *ingeniously, apprehensively.* *Cic. pro Cœl.* c. 8. Acute, arguteque respondere. *Id. de clar. Orator.* c. 14. Acute, arguteque conjicere. *Id.* 1. *Offic.* c. 44. Acutissime cogitare. *Id. Attic.* l. 10. ep. 8. Acutissime perspicere aliquid. ¶ De tenui, et subtili dicendi genere. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 16. *sub fin.* Illæ tenuius, et acutius, et subtilius tractantur; hi autem gravius, et ornatius. ¶ De sono. *Id. de Somn. Scip.* c. 5. Ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent. ¶ Item de auditu. *Solin.* c. 19. Cervi rectis auribus acutissime audiunt, submissis nihil.

ACUTILIĀNUS, a, um, adjectivum deductum ab Acutilio, quod est nomen proprium civis Romani. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 5. De Acutiliano negotio, quod mihi mandaras, &c.

ACUTŬLE, adverb. ab acutulus. *Augustin. Confess.* l. 3. c. 7. Quasi acutule movebar. Adde *epist.* 146. (*al.* 205.) *ad Consent.* sect. 4. ubi al. leg. *argutule.*

ACUTŬLUS, a, um, adject. *somewhat acute, or subtile,* diminutivum ab *acutus.* Translate *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 7. Zenonis breves, et acutulæ conclusiones. *Gell.* l. 17. cap. 5. Acutulus, et minutus doctor. *a sophist or sophister, a smatterer.*

ACŪTUS, a, um, *sharp-edged, pointed, prickly,* ὀξύς, τμητικός, proprie de ferro dicitur, quod aciem habet, pungit, penetrat, aut secat. *Plaut. Milit.* a. 4. v. 5. Vide, ut sit acutus culter probe. *well-sharpened.* *Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 45. ter acutum sustulit ensem. *Horat. de art. poet.* v. 304. fungar vice cotis, acutum Reddere quæ ferrum valet, exsors ipsa secandi. *Virg. Eclog.* 5. v. 39. Acutæ spinæ. *Id. Æn.* 5. v. 208. et acuta cuspide contos. *Horat. epod.* 17. v. 10. Acuta tela. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 380. de mille sagittis Unam seposuit, sed qua nec acutior ulla, &c. *Plin.* l. 8. c. 26. Ubi acutissimum videt stirpem. ¶ De quibuscumque rebus in acumen desinentibus. *Plaut. Capt.* 3. 4. 114. Acutus nasus. *Ovid.* 1. *de art. aman.* v. 383. Acuta cacumina. *Plin.* l. 12. c. 13. Acuti anguli. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 121. Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo. *ubi non aciem visus, ut quidam putant, sed figuram notat.* ¶ De visu, et oculis acie valentibus. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 26. in amicorum vitiis tam cernis acutum. ¶ De odoribus acribus. *Plin.* l. 21. c. 7. Acutus odor. *Id.* l. 13. c. 1. Acutiora unguenta fiunt costo, amomo, quæ maxime nares feriunt. ¶ Item de saporibus. *Plin.* l. 15. c. 27. Sapor austerus, acer, acutus. Et *mox.* In vinis et austerus, et acutus sapor sentitur. *Plin. alter* lib. 7. ep. 3. Cibos acres, acutosque miscere. *Acutus* sapor, aut cibus ab *acri* differre in eo videtur, quod *acutus* sit qui facile sentitur, et altius palatum afficit: *acer* autem præterea addat salsitudinem quandam, et acorem linguam vellicantem. ¶ Item de frigore, aut calore vehementi, et penetranti. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 17. Cum semel accepit solem furibundus acutum. *Id.* l. 1. od. 9. v. 4. geluque Flumina constiterint acuto. ¶ Item de voce, et sono. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 59. Vocem ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipiunt. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 3. Vox acuta. *Id.* l. 1. od. 34. v. 15. Acutus stridor. Et od. 16. v. 8. Æra acuta. *h. e.* acute sonantia. *Virg.* 3. *Georg.* v. 94. Acutus hinnitus. ¶ Apud Grammaticos *acutus accentus* dicitur, qui syllabam attollit, et ejus tonum sonantiorem, et quodammodo acutiorem reddit: ejus autem nota est lineola oblique ducta super syllabam a dextera ad sinistram partem vergens hoc modo. Et acuta syllaba dicitur, quæ accentum acutum habet. *Diomed.* lib. 2. pag. 425. *Putsch.* et *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) ¶ Dicitur etiam *acutus* de febri, ac morbis. *Cels.* l. 3. c. 1. Alios ex his (*morbis*) acutos, alios longos esse dixerunt. *Et mox.* Quidam enim breves, acutique sunt, qui cito vel tollunt hominem, vel ipsi cito finiuntur: quidam longi, sub quibus neque sanitas in propinquo, neque exitium est. *Id.* l. 2. c. 4. Acuta febris. *Plin.* l. 23. c. 1. Acuta pericula. *hazardous risks, great danger.* ¶ Sæpissime vero usurpatur de animo, ingenio, *ingenious, subtile, acute, quick, nice.* *Cic. Fam.* 6. ep. 6. Homo valde est acutus, et multum providens. *Id. Attic.* 12. ep. 38. *in fin.* Homo acutus magis quam eruditus. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 22. Quia multa venirent in mentem acuta atque subtilia. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 2. Acutæ sententiæ. *Id.* 1. *de Orat.* c. 25. Acutus ad excogitandum. *Id. ibid.* c. 39. Vir ingenio, prudentiaque acutissimus. *Nepos in Dion.* cap. 8. Callidus, et acutus ad fraudem. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 29. minus aptus acutis Naribus horum hominum. *h. e.* acribus, et sagacibus ad judicandum: cui opponitur *obesa* naris. *Stat.* 6. *Theb.* v. 792. motu Spartanus acuto Mille cavet lapsas circum cava tempora mortes. *h. e.* pleno artis, callido, subdolo. *Horat.* lib. 4. od. 4. *extr.* Acuta belli. *h. e.* belli discrimina, et fortasse etiam στρατηγήματα. *Cic. de Senect.* c. 14. *a med.* Acuta studia. *deep studies.* ¶ *Acutus* etiam dicitur, qui subtili, ac tenui stilo utitur in dicendo. *Cic. in Orat.* c. 25. Illa huic acuto fugienda sunt, paria paribus relata, et similiter conclusa, et immutatione litteræ quasi quæsitæ venustates. V. *Acumen.* ¶ *Acuta elementa* apud *Lucret.* l. 2. v. 462. sunt atomi, hoc est particulæ acuta figura, ex quibus constare corpora dicuntur. ¶ *Acutum* adverbii more pro *acute* ponitur, *shrilly, piercingly.* [† Sic ὀξὺ apud Græcos. Hom. Iliad. Σ. 71. ΟΞΥ δὲ κωκύσασα κάρη λάβε παιδὸς ἑοῖο.] *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 41. Resonare triste, et acutum. Adde sat. 3. v. 26.

ACYLOS, li, f. ἄκυλος, *the fruit of the holm-oak, an acorn,* glans seu fructus ilicis feminæ, ita vocatus ab *Homero Odyss.* 20. v. 242. et eo nomine a glande distinctus. Ita refert *Plin.* l. 16. c. 6.

ACYROLOGIA, *improper speaking, inaccurate diction,* ἀκυρολογία, ἄκυρον, impropria dictio: et per se quidem vitium est, sed figuræ rationem induit apud *Virgil.* 7. *Ecl.* v. 7. Vir gregis ipse caper. Et *Æn.* 4. v. 419. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Eadem ferme est ac Abusio, seu Catachresis. Est autem Græca vox, ab ἄκυρος, *improprius,* et λόγος, *sermo.* *Servius* ad *Virg. loc. cit.* Sperare pro timere, et est acyrologia. *Isidor.* lib. 1. *Orig.* c. 33. Acyrologia non propria dictio, &c. *Hieronym.* lib. 2. *in Rufin.* cap. 1. Istiusmodi nugis, et acyrologiis omnis ejus scatet oratio. ¶ Rectius tamen Græce usurpatur, quemadmodum usurpant *Charis.* lib. 4. pag. 242. *Putsch.* *Diomed.* lib. 2. pag. 444. et *Donat. de Barbarismo* pag.

[illegible] Latine enim Improprium dicitur, teste Quintil. lib. 8. c. 2.

ACYS, V. *Acis.*

AD

AD, *to, unto,* πρὸς, præpositio accusativo serviens, motum ad locum significat, in quo differt ab in, quæ notat ingressum loci, ad vero vicinitatem, v. g. *venire ad Urbem* est Romam accedere; *venire in Urbem* Romam ingredi. Dicitur autem non solum de loco, sed etiam de re alia quacunque. *Cic. Fam.* 7. c. 19. Cum ego ad Heracleam accederem. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 10. Hic unus, qui ad Lilybæum tecum accessit. ¶ Sæpe etiam de persona. *Cic. Fam.* 4. epist. 4. Cum Senatus ad Cæsarem supplex accederet. ¶ Interdum ponitur pro *apud, at, near, hard by,* tam de loco, quam de persona. *Senec. in fin. Herc. Oet.* Vadis inermis, gnate, per umbras, Ad quas semper mansurus eris. *Cic. Fam.* 15. epist. 2. Castraque ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum, locavi. *Liv.* l. 10. c. 35. Minus cladis, ceterum non plus animorum ad hostes erat. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 60. Magnam hæc res illis offensionem et contemptionem ad omnes attulit. *Liv.* l. 2. c. 10. extrem. Rem ausus plus famæ habituram ad posteros, quam fidei. *Id.* l. 3. c. 9. Patrum superbiam ad plebem criminari. ¶ Item pro *in* cum verbis quietem significantibus. *Cic. pro Cæcin.* c. 8. Ad omnes introitus armatos opponit. *Id. Verr.* 6. c. 2. Cum Thespiis ea, quæ ad ædem Felicitatis sunt, ceteraque ex illo oppido signa tolleret. ¶ Hoc loco Latini Scriptores sæpe utuntur Ellipsi. Dicunt enim *ad Opis, ad Apollinis,* &c. subaudi *ædem. Cic. Fam.* 8. ep. 4. Cum Senatus ad Apollinis habitus esset. Adde *Phil.* 1. c. 7. et alibi sæpissime. ¶ *Eutrop.* cum verbis motus *ad* pro *in* posuit lib. 2. c. 12. Consules ad Africam profecti sunt; et cap. 14. Regressus ad Africam, &c. Non est imitandus. ¶ Est etiam pro usque ad, *even to, as far as:* et dicitur de loco, de parte, seu mensura, et de tempore. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* cap. 66. Ab angulo castrorum munitionem ad flumen perduxerat. *Colum.* l. 12. c. 47. Cum ad fauces vas repleveris. *Cels.* l. 5. c. 28. n. 16. Amaraca ad tertiam partem decocta. *Liv.* l. 42. cap. 3. Ædem ad partem dimidiam detegere. *Id.* l. 40. c. 50. A prima luce ad sextam horam diei pugnare. *Cic. de Senect.* c. 7. Sophocles ad summam senectutem tragœdias fecit. *Id. de amic.* c. 23. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt. *h. e.* omnes usque ad unum. *all together, all to a man.* Hoc sensu eleganter dicitur de summa pecuniæ. *Cic. Attic.* l. 5. *ep. ult. a med.* Quid opus est? inquam: rationes conferatis. assidunt, subducunt: ad nummum convenit. *the accounts agree to a farthing.* Huc et illa pertinent *Cicer.* 4. *Verr.* c. 35. Hæc iste ad insaniam concupierat. *even to madness, to desperation.* et *Liv.* l. 24. c. 38. Incautos ad satietatem trucidabitis. *till ye are glutted with slaughter.* ¶ Item pro versus. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 17. Ad meridiem spectans. *Id. Phil.* 12. c. 11. Quid ad dexteram, quid ad sinistram sit. ¶ Item pro circiter, *about, up to, to the amount of. Liv.* l. 3. c. 15. Servi ad quatuor millia hominum, et quingentos Capitolium occupavere. *Id.* l. 8. cap. 18. Ad viginti matronis per viatorem accitis. Sic *cit.* l. 3. al. leg. *quingenti.* [*Cæs. de B. Gall.* l. 2. c. 33. Occisis ad hominum millibus quatuor, reliqui in oppidum rejecti sunt.] ¶ Item pro adversus, *against, to counteract. Cic.* 1. *Divin.* cap. 7. Quæ sint animadversa a medicis herbarum genera, quæ radicum, ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera. *Virg.* 2. *Æn.* v. 443. clypeosque ad tela sinistris Protecti objiciunt. *Catull.* carm. 67. *ad Mall.* v. 87. Helenæ raptu primores Argivorum Cœperat ad sese Troja ciere viros. ¶ Item pro secundum. *Cic. Fam.* 6. ep. 7. Plurima scribere ad alieni sensus conjecturam, non ad suum judicium. *Id. de amicit.* c. 5. Esse sapientem ad normam alicujus. ¶ Item pro *præ*, et comparationem importat. *Cic. Tuscul.* 1. c. 17. Terram in medio mundo sitam ad universi cæli complexum quasi puncti instar obtinere. *compared with the whole range of the heavens. Terent. Eun.* 2. 3. 69. Est ne ut fertur, forma? *Pa.* sane. *Ch.* at nihil ad nostram hanc. ¶ Item pro præter, *besides, in addition to. Cic. in Vatin.* c. 8. Si ad cetera vulnera hanc quoque mortiferam plagam inflixisses. *Id.* 2. *de Leg.* c. 21. Quæro a vobis quid sit, quod ad jus pontificium civile appetatis. ¶ Item pro *quod attinet ad. Cic. pro Font.* c. 15. Vir ad usum ac disciplinam peritus, ad casum fortunamque felix. ¶ Sæpe designat tempus. *Cic. Attic.* 1. ep. 3. Nos hic te ad mensem Januarium exspectamus. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. Turdi eodem revolant ad æquinoctium vernum. *about the vernal equinox.* Hoc sensu interdum significat post, *after, after the lapse of. Cic.* 12. *Attic.* ep. 46. Nescio quid intersit utrum illuc nunc veniam, an ad decem annos. *Id. Attic.* l. 5. ep. 2. Confirmavi Furnium, quem ad annum tribunum plebis videbam fore. Adde *Julian. Digest.* lib. 40. tit. 4. leg. 18. ¶ Denotat etiam usum, finem, vel causam alicujus rei. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 3. Ut ea potestate, quam tu ad dignitatem permisisses, ad quæstum uteretur. *Id. ibid.* cap. 9. Ne ad ludos pecuniæ decernerentur. *to defray the expense of the games.* [† De hoc loco V. Ernest. Clav. Cic. in *vectigal,* et *ædilicius.*] *Id. Attic.* l. 4. ep. 16. *ad fin.* Ad quid laboramus res Romanas? *to what purpose, with what intent?* Alii aliter leg. *Id. pro Dom.* cap. 53. In ædibus monumentum deletæ reipublicæ collocare ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium. *Terent. Andr.* 1. 1. 30. Alere canes ad venandum. ¶ Huc et illa referuntur, in quibus *ad* causam quoquo modo significat. *Liv.* l. 6. c. 27. Ad Prænestini famam belli novas legiones scribendas censuerunt. *h. e.* propter famam. *Sueton. in Domit.* c. 7. Ad summam quondam ubertatem vini, frumenti vero inopiam edixit, ne quis in Italia novellaret. ¶ Item officium, munus, operam. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 60. Servus ad manum. *h. e.* amanuensis. *Propert.* lib. 4. eleg. 8. v. 37. Lygdamus ad cyathos. *h. e.* pincerna. *Frequentius tamen hujusmodi efferuntur ablativo, et præposit.* a, *ut* a pedibus, a manu, &c. ¶ Loco dativi casus. *Liv.* l. 2. c. 13. et 49. Sospites omnes Romam ad parentes restituit. *Id.* l. 24. c. 47. Arpi sine clade ullius restituti ad Romanos. *Id.* l. 28. c. 22. Nec deditio tuta ad tam infestos videbatur. ¶ *Ad hæc, ad hoc* significant præterea: et usurpantur etiam in transitionibus, *besides this, add to this. Cic. pro Flacc.* c. 32. Ad hæc prædia etiam in censu dedicavisti. *Liv.* l. 2. c. 23. Ad hoc promissa barba, et capilli efferaverant speciem oris. *Id.* l. 28. c. 14. Cum ternis cohortibus, ternisque turmis, ad hoc velitibus. ¶ Interdum *ad hoc* significat *to this end,* ad eum finem, sequente *ut. Tacit.* 1. *Hist.* c. 48. Ad hoc tantum majori fratri prælatus est, ut prior occideretur. ¶ *Ad quo* antiqua loquendi ratione significat in quantum, ut *Non.* cap. 2. n. 63. exponit. *Afran. ibid.* Ut scire possis, ad quo te expediat loqui. *to what mark, extent, limit.* Adde *eund. ibid.* ¶ *Ad id* interdum est *down to that period,* usque ad id tempus. *Tacit. Ann.* 12. c. 38. Censentur Ostorio triumphi insignia, prosperis ad id rebus ejus, mox ambiguis. Adde *Liv.* l. 3. c. 22. *ad fin.* ¶ *Ad id quod* nonnunquam ponitur pro *præterquamquod. Liv.* l. 44. c. 37. Consul ad id, quod pridie prætermisisse pugnandi occasionem videbatur, et locum dedisse hosti, si nocte abire vellet; tunc quoque per speciem immolandi terere videbatur tempus. Adde l. 3. c. 62. et l. 26. c. 45. ¶ In his *Canere ad tibiam,* apud *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 2. et *Saltare ad tibicinis modos,* apud *Liv.* lib. 7. c. 2. et aliis hujus generis, *ad* significat idem fere quod *cum,* vel *apud. h. e.* cantum, vel saltationem cum tibiæ sono conjungere. ¶ *Ad vinum disertum esse,* apud *Cic. pro Cæl.* c. 28. est *over one's cups, while drinking,* inter bibendum. ¶ Interdum *ad* suo casui postponitur, vel interponitur inter substantivum, et adjectivum, quemadmodum *in* et *post. Terent. Phorm.* 3. 2. 38. Tibi quidem est olim dies, quam ad dares huic, præstituta. *Tacit. Ann.* 12. c. 8. augendam ad invidiam. Et cap. 51. Ripam ad Araxis trahit. ¶ *Ad aliquid* V. *Aliquis.* ¶ De modis aliis dicendi *ad diem, ad præsens, ad verbum, ad magnitudinem, ad summum,* et hujusmodi quamplurimis V. in *Dies, præsens, magnitudo,* &c. ¶ Hæc præpositio cum quamplurimis dictionibus componitur, et vel motum aliquem significat, ut in *adeo, adduco,* vel vim verbo addit, ut in *adamo.* Si dictiones, quibus componitur, incipiant a litteris C, F, G, L, N, P, R, S, T, sæpe *d* mutatur in litteram sequentem, ut *accurro, affero, aggero, alligo, annumero, apporto, arrogo, assumo, attineo:* sæpe etiam *d* retinetur. Præterquam quod enim quodam tempore moris fuit in scribendo integras præpositionum litteras in compositionibus servare, ut monet *Pierius ad Virg. Æn.* 4. v. 175. legitur etiam passim in antiquis monumentis *accurro,* et *adcurro, affero,* et *adfero, alligo,* et *adligo, assumo,* et *adsumo,* &c. Excipe *agnosco,* in quo *d* vel abjicitur vel in *g* mutatur. (quamquam et adgnosco interdum legitur) Si *ad* jungatur vocibus incipientibus a vocali, vel a consonantibus B, D, et M, semper integra remanet, ut *adamo, adbibo, addo, adeo, adhibeo, admitto, adoro, aduro, advoco.* Denique si post *ad* sequatur *q,* vel *d* retinetur, vel in *c* vertitur ut *acquiesco,* et *adquiesco, acquiro,* et *adquiro.* ¶ *Ad* pro *at* V. in *At.*

ADACTĬO, onis, f. *a forcing, compelling, constraining, compulsion,* actus adigendi ἐπαγωγή. *Liv.* l. 22. c. 38. Id ex voluntario inter ipsos fœdere a tribunis ad legitimam jurisjurandi adactionem translatum.

ADACTUS, us, m. actus adigendi. *Lucret.* l. 5. v. 1329. feros exibant dentis adactus. *h. e.* morsus, *bite, gripe.*

ADACTUS, a, um, *forced, pushed, driven in, struck into,* ἐμπηχθεὶς, vi impulsus, infixus, immissus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 431. viribus ensis adactus Transabiit costas. *Id. Æn.* 10. v. 850. alte vulnus adactum. *h. e.* impressum. *Plin.* l. 25. c. 2. Cuneus arbori adactus. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 43. Flamma turri adacta. *Ovid. Metam.* 6. v. 271. ferro per pectus adacto. *Plin.* l. 34. c. 11. *in fin.* Ærugo collyrii modo in fistulas adacta. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 23. Adactæ tormentis ardentes hastæ crates parantibus. *hurled onward, projected. Virg. Æn.* 11. v. 260. diversum ad litus adacti. *pushed, impelled, driven. Plin.* l. 8. c. 7. Pilum sub oculo adactum, in vitalia capitis venerat. ¶ Est etiam impulsus, coactus, *obliged, forced, compelled. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 67. Adactus ad jusjurandum. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 55. Adactus sacramento. *Id.* 2. *Hist.* c. 14. Adactus in verba Vitellii. *obliged to swear homage, fealty, allegiance to Vitellius.* Et cum infinito *Senec. in fin.* l. 2. *de ira.* Ira adacta opes suas spargere. *Tacit. Ann.* 14. c. 24. Carne pecudum propulsare famem adacti. Et *Ann.* 12. c. 4. Adactus ejurare magistratum. *Stat.* 3. *Theb.* v. 619. tandem prorumpere adactus. ¶ Cum solo accusativo *Senec.* ep. 95. *ante med.* Facile cetera exiguntur jusjurandum adactis. ¶ Item subactus. *Stat.* 1. *Theb.* v. 19. Bisque jugo Rhenum, bis adactum legibus Istrum. ¶ *Adactum tempus* apud *Lucret.* l. 5. v. 1224. est tempus, quod advenit, seu vicinum est. V. integrum locum. ¶ Apud *Propert.* lib. 3. eleg. 21. v. 14. In faciem proræ pinus adacta novæ, *idem est ac* extructa in faciem novæ navis. Sic *Hygin.* fab. 14. Truncis arborum in cuneum adactis. *h. e.* in formam cunei acuminatis. Quamquam alii hoc loco lectionem sollicitant.

ADAD, sive Adadus, Assyriorum summus Deus, cui etiam Deam Atargatim uxorem assignabant, per Adad Solem, per Atargatim Terram intelligentes. Ex his enim duobus potissimum cuncta credebant procreari. Vox *Adad* (pro qua *Scaliger* scribendum censet *Ahad*) Assyriorum lingua *unum* significat. Hæc ex *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 23.

ADADUNĒPHROS, Græca vox, Ἀδάδου νεφρὸς, hoc est renes Adadi. νεφρὸς enim renes significat: Adadus autem Deus fuit Syrorum, qui quondam in Syria regnavit, et ob præclara merita inter Deos est relatus. *Adadunephros* nomen est gemmæ apud *Plin.* l. 37. c. 11. et inter eas refertur, quæ ab aliquibus corporis membris nomen sortiuntur. Fortasse autem *Adadus* idem fuerit, qui *Adad* (V. vocem præced.) alio atque alio titulo a variis Gentibus cultus.

ADÆQUATĬO, onis, f. *an equalizing, making equal,* actus adæquandi, æquatio. *Tertull.* lib. 1. *ad Nation.* cap. 1. Deficit adæquatio comparationis istius. Adde *ibid.* cap. 15. et *Solin.* cap. 1. *ante med.* (*al.* c. 3.) ubi tamen al. leg. *peræquatio.*

ADÆQUĀTUS, a, um, *on a level with,* ὁμαλιζόμενος. *Cic. pro Cornel. Balb.* c. *ult.* In summa amicorum copia cum familiarissimis ejus est adæquatus.

ADÆQUE, adverb. *equally, the same as, as much as, so much,* ἐπίσως, peræque, pariter. *Plaut. Cas.* 3. 5. 45. Neque est quisquam amator adæque miser. *Liv.* l. 4. c. 43. Ut quemadmodum in tribunis creandis usi sunt, adæque in quæstoribus liberum esset arbitrium populi. Al. leg. *id æque.* ¶ Habet eleganter post se particulas *atque, ut,* et alia etiam, quæ post *æque* poni solent. *Plaut. Capt.* 5. 4. 2. Nulla adæque est Acheruns, atque ubi ego fui. *Id. Cistell.* 1. 1. 57. Neque munda adæque es, ut soles. ¶ Jungitur etiam comparativis, sed raro admodum. *Plaut. Captiv.* 4. 2. 48. Qui homine adæque nemo vivit fortunatior.

ADÆQUO, as, avi, atum, a. *to equalize, make equal,* ὁμαλίζω, æquo, æqualem facio. *Liv.* l. 1. c. 29. *sub fin.* Omnia tecta solo adæquare. *level, raze. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 8. Adæquare cursum alicujus. ¶ Translate *Cic. de Univers.* c. 11. Adæquare vitam Deorum. *live as long as the gods. Sallust. in Jugurth.* c. 4. Adæquare famam, atque gloriam alicujus. *render himself as famous as,* &c. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 16. Adæquare se alicui virtute. *Tacit. Ann.* 12. c. 60. Claudius libertos sibi, et legibus adæquavit. *made equal,* &c. *Cic. pro Arch.* c. 10. Adæquare virtutem cum fortuna. *to be as brave as he is fortunate. Id. ibid.* c. 11. Adæquare commemorationem nominis nostri cum omni posteritate.

ADÆRATĬO, onis, f. *an appraising, rating, or valuing of any thing,* ἐξαργυρισμὸς, æstimatio alicujus rei ad æs, seu pecuniam. *Honor.* et *Theodos. Impp. in Cod.* lib. 12. tit. 40. leg. 4. Militaris adæratio vestis a collatoribus exigatur, &c. Et *ibid.* tit. 38. leg. 13. Si quis adærationes statutas ausus fuerit immutare. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 7. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 32. Adærationis æstimatio.

ADÆRĀTUS, a, um, adject. *obligated to pay rent in money, not in produce.* Nam *adærata prædia* dicuntur in *Cod.* lib. 10. tit. 28. leg. 1. quæ pensionem aliquam non frumenti, aut vini, aut alterius speciei fructuum, sed æris, hoc est pecuniæ solvere quotannis debent. Alii *adærata* exponunt ad æris, hoc est pecuniæ pretium redacta: quo sensu *adæratæ annonæ* leguntur leg. 3. *Cod. Theodos. de erogat. milit. annon.* V. *Adæro.* ¶ *Adæratum salarium* apud *Eumen. in Orat. pro restaur. schol.* c. 11. est in rationes relatum. Alii tamen leg. *adoratum.*

ADÆRO, as, avi, atum, a. *to estimate, value, appraise, rate, assess, tax,* ἐξαργυρόω, ære, hoc est pecunia æstimare, seu taxare. *In epist. Imper. Valeriani* apud *Trebell. Poll. in Claud.* c. 14. Jam cetera, quæ propter minutias suas scribi nequeunt, pro moderatione præstabis, sed ita ut nihil adæretur. *h. e.* ita ut nihil in pecunia præstetur, sed omnia in specie ea, quæ ibi exprimitur, exhibeantur. V. integrum loc. *Ammian.* l. 31. c. 14. (*al.* 40.) In adærandis reliquorum debitis non molestus. *h. e.* in taxando ad pecuniam pretio specierum, quæ debebantur. *Impp. Arcad. Honor.* et *Theodos.* l. 7. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 28. Species non aliter adærentur, nisi ut in foro rerum venalium distrahuntur. *let the rate be laid on in proportion to the market.* ¶ Est etiam per æra, et calculos summam alicujus rei colligere, *to compute, reckon, calculate. In fragmento*

Agrar. Frontini apud *Rigalt.* et *Salmas. in exercitat. Plin.* pag. 686. Subjectas deinde extremitatium partes ad rectum angulum, nostra postulatione, podismis suis adæramus. *h. e.* ejus areæ (de qua ibi est sermo) mensuram per æra, et calculos colligimus. V. *Salmas. loc. cit.* ubi plura hac de re. ¶ In quibusdam libris legitur *adero* sine diphthongo; sed ea scriptio temporum est cadentis Latinitatis.

ADÆSTŬO, as, n. 1. *to overflow, or boil over*, circa aliquid æstuo, σαλεύομαι, προσκυμαίνω. *Stat.* 5. *Theb.* v. 517. squamisque incisus adæstuat amnis.

ADAGGERĀTUS, a, um, *heaped up, laid or thrown up in heaps*, cumulatus. *Plin.* l. 13. c. 11. Ne terra quidem ipsa, quæ nunc Ægyptus intelligitur, postea adaggerata Nilo. *h. e.* Nilo arenam, limumque subinde cumulante velut aggere facto e mari emersa, quæ olim tota sub aquis maris fuit. *Id.* l. 36. c. 12. Nitro et sale adaggeratis.

ADAGGĔRO, as, a. *to heap up earth, throw up in heaps*, προσεπιχωννύω, aggerem facio, terram accumulo. *Cato R. R.* c. 94. Cum ver adpetet, terram adaggerato bene. *Plin.* l. 17. c. 11. Pedes terni undique e solido adaggerantur. *h. e.* ulmi ad trium pedum altitudinem terra aggesta operiuntur. *Columell.* l. 5. cap. 11. Terram circa arborem adaggerare. *to lay new mould about the roots of trees.*

ADAGĬO, onis, f. *a proverb, saying, adage*, adagium, παροιμία. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. ex *Valerio Sorano*. Vetus adagio est, o P. Scipio. Addit *Varro*: hoc verbum usque adeo evanuisse, ut Græcum παροιμία pro eo positum, magis sit apertum. ¶ Nihilominus usurpatum est postea ab *Auson. in præfat. Monosyllab. seu Technopægn.* Ut quod per adagionem cœpimus, proverbio finiamus. ¶ Vocis originem ita deducit *Varro ibid.* Adagio, et littera commutata abagio, dicta ab eo, quod ambit orationem, neque in aliqua una re consistit sola.

ADAGĬUM, ii, n. *an adage, proverb*, παροιμία. *Adagia*, inquit Festus, *ad agendum apta*, hoc est adagia dicuntur dicta, quibus continetur aliqua sententia, aut præceptum utile ad actiones vitæ recte componendas. *Plaut. in Suppositis Amph. scena, quæ incipit*, Dii vostram fidem, v. 40. Vetus est adagium, Fames et mora bilem in nasum conciunt. *Gell. in præfat.* l. 1. (*quæ in quibusdam Editionib. posita est ad finem lib. postremi*) *prope fin.* Vetus adagium est, Nihil cum fidibus graculo.

ADAGNITĬO, onis, f. ἐπίγνωσις, cognitio. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 28. Dei ignoti adagnitionem intentare.

[*ADALGIDUS, a, um, *very cold, bitter cold*, summe algidus, idem ac algidus. *M. Aurel. apud Frontin.* l. 2. ep. 1. Jam conticinium, atque matutinum, atque diluculum, usque ad solis ortum, algidum, adalgidum maxime.]

ADALLIGĀTUS, a, um, *bound, tied, or fastened to*, ligatus. *Plin.* l. 24. c. 19. Herbæ adalligatæ gravidis partus accelerant. *Id.* l. 20. c. 21. Radices juxta adalligatæ.

ADALLĬGO, as, avi, atum, *to tie or bind to any thing*, περιάπτω, ad aliquam rem ligo, vincio. *Plin.* l. 27. c. 10. Vermiculos adalligari brachio, ad eam partem, qua dens doleat. *Id.* l. 32. cap. 10. Adalligare aliquid clam.

ADAM, indeclinab. (ut docet *Charis.* l. 1. pag. 94. *Putsch.*) et Adamus, Adami, et Adæ, m. *Adam*, אָדָם, Ἀδάμ, primus homo a Deo creatus, totius humani generis parens, et origo. Vox Hebræa est, et *terrenum* significat. vel *terram rubeam*, ut interpretatur *Hieronymus* apud *Isidor.* l. 7. c. 6. Ex terra enim a Deo factus est. Prima syllaba communis est quantitatis. *Prudent. in Apotheosi* v. 1078. Fitque Dei summi per Christum filius Adam. *Id. ibid.* v. 759. Adjecisse novo, quem primum finxerat, Adæ. *Auson. Idyll.* 1. *seu Vers. Paschal.* v. 14. Deceptum miseratus Adam, quem capta venenis, &c. ¶ Secunda quoque in *Adamus* modo corripitur, modo (et quidem sæpius) producitur. *Tertull.* (seu quicumque alius auctor est) *carm. de Genesi* cap. 2. Hic positus custos Adamus cum conjuge fida. Et cap. 3. Tum dominus Cæli mœstum compellat Adamum. Et c. 4. Ergo ubi conjugio se se jam fidus Adamus, &c. [† Plurima de Adamo habebis apud Suidam in v.]

ADAMANTĒUS, a, um, adject. *of adamant*, adamantinus, ἀδαμάντινος: et translate durus, qui frangi non potest. *Manil.* l. 1. v. 921. Atque adamanteis Discordia vincta catenis. *Ovid. Metam.* 7. v. 104. Ecce adamanteis spirant e naribus ignem. ¶ Quidam scribunt *adamantæus* cum diphthongo ab ἀδαμανταῖος, quam Græcam vocem nos in Græcis Lexicis nondum vidimus.

ADAMANTĪNUS, a, um, adject. *of adamant, adamantine*, ἀδαμάντινος, qui est ex adamante, vel ad adamantem pertinens. *Lucret.* l. 2. v. 447. adamantina saxa Prima acie constant, ictus contemnere sueta. *Plin.* l. 37. c. 11. Adamantina duritia. ¶ Translate pro durissimo ponitur, et qui frangi, aut expugnari nullo modo potest. *infrangible. Horat.* l. 3. *od.* 24. v. 5. Si figit adamantinos Summis verticibus dira necessitas Clavos. *Propert.* l. 3. eleg. 9. v. 9. Colchis flagrantes adamantina sub juga tauros Egit.

ADAMANTIS, idis, f. herba quædam prodigiosa, ita dicta, quod nulla vi teri queat: a δαμάζω, domo, et *a* privativa. Tradidere Magi, hac admota resupinari leones cum hiatu laxo. *Plin.* l. 24. c. 17.

ADĂMAS, antis, m. *a diamond, adamant*, ἀδάμας, lapis maximi inter gemmas pretii, insignisque supra ceteros duritiæ, quippe qui ferro percussus adeo ictum respuit, ut ferrum utrinque dissultet, incudesque etiam ipsæ interdum dissiliant: simul etiam natura ignium victrice, nunquam incalescens. Is tamen hircorum calido, et recenti sanguine perfusus facile frangitur. Hæc ex *Plin.* l. 37. c. 4. ubi alia plura ad hanc rem. Ab hac duritia nomen est ei, *h. e.* ab *a* privativa, et δαμάζω, domo. Sex ejus genera enumerat *Plin. ibid.* inter quæ est siderites ferrei coloris, natura etiam ceteris dissimile. nam et ictibus frangi, et alio adamante perforari potest. Ceterum experientia multorum artis conatuum jam compertum est, omnem adamantem ferro frangi, et deteri in scobem: quod et *Lipsius in Senec. de Constant. Sap.* c. 3. et *Voss. in Etymolog.* ex *Garcia Hispano* adnotarunt. *Plin.* l. 20. c. 1. Adamantem, infragilem omni cetera vi, sanguine hircino rumpente. *Virg. Æn.* 6. v. 552. Porta adversa ingens, solidoque adamante columnæ. *Martial.* l. 5. *epigr.* 11. Sardonychas, smaragdos, adamantas, iaspidas uno &c. ¶ Translate ponitur pro durissimo, inexorabili, invicto. *Martial.* l. 7. *epig.* 99. Pontice voce tua posses adamanta movere. *Propert.* l. 4. *eleg. ult.* v. 6. Ut semel infernas intrarunt funera leges, Non exorato stant adamante viæ. *h. e.* viæ clausæ sunt portis nunquam postea aperiendis. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 8. v. 45. Nil adeo validum est, adamas licet alliget illud, Ut maneat rapido firmius igne Jovis. *Stat.* l. 1. *silv.* 2. v. 69. duro nec enim ex adamante creati, Sed tua turba sumus. *Senec. in Herc. fur.* v. 807. adamante texto vincire. V. *Textus.* ¶ *Adamanta*, et *adamantas* sunt accusativi Græcæ positionis, quibus libenter utuntur Poetæ.

ADAMĀTOR, oris, qui amat. *Tertull. de Hab. mul.* c. 2. Nihil ad castitatem adamatores potuerunt præstare.

ADAMĀTUS, a, um, *loved, beloved, loved passionately*, amatus, vel valde amatus. *Sueton. in Vespas.* c. 22. Admonente dispensatore, quemadmodum summam rationibus vellet inferri, Vespasiano, inquit, adamato. *Plin.* l. 8. c. 42. Equus adamatus a Semiramide. V. *Adamo.*

ADAMBŬLO, as, n. 1. *to walk, pace, walk up to, walk by the side of*, προσβαίνω, ad, vel juxta aliquem locum ambulo. *Plaut. Bacch.* 4. 5. 8. Adambulabo ad ostium. *Apulei.* l. 3. *Metam.* Adambulabam lateri ejus. *Id. ibid.* l. 11. Asinus adambulans seni.

[ADAMĒNON, i, n. herba hyosciamus dicta. *Apul. de herb.* c. 4.]

ADAMIĀNI, m. hæretici, ab Adam dicti, cujus nuditatem imitantur in Paradiso, quæ fuit ante peccatum. Credebant enim nuptias futuras non fuisse, si nemo peccasset. Nudi itaque mares, feminæque conveniunt, nudi lectiones audiunt, nudi celebrant Sacramenta. *Isidor.* l. 8. *Orig.* c. 5.

ADĂMO, as, a. 1. *to love greatly or desperately, to be enamoured of*, ὑπερφιλέω, valde amo, deamo. *Senec.* ep. 71. Si virtutem adamaveris. amare enim parum est. *Cic. Verr.* 4. c. 34. Cum signa quædam pulcherrima vidisset, adamavit. *fell in love with, was deeply struck or impressed with. Id. Fam.* 2. ep. 4. Adamare gloriam. *Id.* 3. *de Orat.* c. 17. Adamare maxime patientiam, et duritiam in sermone. [Est etiam verbum poeticum. *Ovid. Trist.* l. 3. el. 4. v. 28. Stultus Achilleos non adamasset equos.] ¶ De turpi amore *Quintil. declamat.* 18. c. 10. Omnes matres liberos suos, tanquam adamaverint, amant. *Petron. in Satyr.* cap. 110. Multa in muliebrem levitatem cœpit jactare: quam facile adamarent, quam cito etiam obliviscerentur. Adde *Plin.* l. 36. c. 5. et V. *Adamatus.*

ADAMPLIĀTUS, a, um, *enlarged, amplified*, amplificatus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 884. n. 8. Adjecto podismo, et adampliato.

ADAMPLĬO, as, a. 1. *to enlarge*, amplio, amplifico, μεγαλύνω. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 128. n. 5. Ædiculam vetustate corruptam adampliavit. Adde pag. 323. n. 1.

ADAMUSSIM, V. *Amussis.*

ADAPERĬO, is, erui, ertum, a. *to open, throw open*, ἀνοίγω, idem quod aperio, vel omnino aperio. *ad* enim auget. *Plin.* l. 36. c 13. Ut adaperientibus fores tonitruum intus terribile existat. *Id.* l. 32. cap. 9. Horum jus traditur alvum exinanire, interanea destringere, omnia adaperire, renes purgare. ¶ Item detegere, *to uncover, disclose, open to view. Senec.* ep. 64. Equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam. *Plin.* l. 2. c. 47. Discussæ nubes adaperuere cælum. ¶ Pro *ex parte aperire*, ὑπανοίγειν, exempla adhuc non vidimus.

ADAPERTĬLIS, le, adject. *that may be opened*, qui aperiri potest, προσανοικτός. *Ovid.* 3. *Trist. eleg.* 11. v. 46. Aspicis a dextra latus hoc adapertile tauri? Huc tibi, quem perdes, conjiciendus erit.

ADAPERTĬO, onis, f. *an opening.* Translate *Augustin.* lib. 83. Q. Q. *quæst.* 61. Legis adapertio, et disputatio.

ADAPERTUS, a, um, adject. *opened, thrown open*, apertus, ἀνεῳγμένος. *Ovid.* 1. *Amor. eleg.* 5. v. 3. Pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestræ. *Liv.* l. 25. c. 30. Adapertæ fores portæ. *Sueton. in Neron.* c. 12. Adaperto podio spectare. ¶ Item detectus, *uncovered, disclosed. Columell.* l. 5. c. 5. Locis, quibus clementia hiemis permittit, adapertas vites relinquere, et tota hieme ablaqueatas habere conveniet. *Lucret.* l. 4. v. 146. Adaperta rerum simulacra. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 396. Adaperta fides. *h. e.* manifesta.

ADAPTĀTUS, a, um, *fitted to, accommodated, adjusted, adapted, suited*, aptus, ἐφαρμοσθείς. *Sueton. in Claud.* c. 33. Solitus etiam in gestatione ludere: ita essedo alveoque adaptatis, ne lusus confunderetur. *Id. in Othon. c. ult.* Galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, et annexo.

ADAPTO, as, a. *to adapt, fit, adjust*, apto, accommodo, ἐφαρμόζω. Duo hujus verbi exempla afferuntur in *Thesauro Fabri* ex *Modestino Dig.* lib. 27. tit. 1. leg. 10. et 13. sed eo loco *Modestinus* Græce scripsit: Latina autem interpretatio incertæ admodum, atque adeo nullius est in Latina lingua auctoritatis. Supersunt itaque pro hac voce ea solum, quæ attulimus in voce præced.

ADĂQUO, as, a. 1. *to water, sprinkle with water*, ποτίζω, aqua perfundo, irrigo. *Plin.* l. 17. c. 10. Amygdalas mucrone defigi: ternas simul serendas: denis diebus adaquari, donec grandescant. *Pallad.* lib. 3. tit. 33. Vites interjectis ternis diebus adaquare. ¶ Item aquæ potum dare jumentis, *to water cattle. Sueton. in Galba* c. 7. Decrevit ut jumentum ad locum ubi adaquari solebat, duceretur capite involuto. *Sunt qui legunt* adaquare. ¶ *Adaquor, aris* deponenti forma, est militare verbum, et significat idem, quod *aquari*, hoc est aquam haurire, et ferre ad usum militum, *fetch or get water, provide water*, ὑδρεύω. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 41. Cum tela tormentis jacerentur ad fontis aditus, nec sine periculo possent adaquari oppidani. *Huc pertinere potest etiam locus allatus* Suetonii.

ADARCA, æ, et Adarce, es, f. [† Scribitur et Adarcha, Adarces, Adarcion, et Adarchos, teste eruditissimo Thoma Coopero in *Thesauro Linguæ Romanæ et Britannicæ.*] salsilago quædam, seu spuma salsuginosa, concreta, et velut gelata, in locis humidis, palustribusque, et circa arundines concrescens: quæ καλαμόχνους Græce vocatur: *a* κάλαμος, arundo, et χνόος, χνοῦς, spuma, lanugo. Ipsa autem *adarca* Latina vox esse videtur *Plinio*, licet ἀδάρκης, ὁ, a *Dioscoride* lib. 5. c. 137. et ἀδάρκη, ἡ, ab aliis Græcis Scriptoribus appelletur. *Plin.* l. 32. c. 10. Inter aquatilia dici debet et calamochnus, Latine adarca appellata. Nascitur circa arundines tenues e spuma aquæ dulcis, ac marinæ, ubi se miscent. Vim habet causticam: ideo acopis additur contra perfrictionum vitia. Tollit et mulierum lentigines in facie. *Id.* l. 20. c. 22. Adarca in cortice calamorum sub ipsa coma nascens. Adde lib. 16. c. 26. et *Cæl. Aurel. Chronic.* lib. 1. cap. 1. ubi *adarce, es* legitur.

ADARĔO, es, ui, n. *to grow dry, become dry, be dry. Cato R. R.* cap. 98. Ubi amurca adaruerit, vestimenta condito.

ADARGATIS. V. in *Adad*, et in *Atargatis.*

ADĂRO, as, a. 1. *to plough*, idem quod aro. *Plin. in proœm.* lib. 23. *ex persona Pomonæ loquens.* Ex me parata omnia, nec curvo adaranda aratro, nec cura laboranda, sed se porrigentia ultro. Al. leg. *adoranda* minus recte: *Harduinus* ex vet. Exemplarib. *legit*: Ex me parata omnia, nec curvo laboranda, sed se porrigentia, &c. *h. e.* nec ab homine curvato aranda.

ADASĬA, ovis vetula recentis partus. *Festus.*

ADAUCTO, as, a. 1. *to increase*, frequentativum ab *adaugeo*, et ejusdem significationis. *Accius apud Non.* c. 2. n. 52. Quibus rem summam, et patriam nostram quondam adauctavit pater.

ADAUCTOR, pro *auctor* legitur a quibusdam apud *Tertullian. de testim. anim.* c. 2. ubi alii *auctor.*

ADAUCTUS, a, um, V. *Adaugeo.*

ADAUCTUS, us, m. *an increasing, augmenting, increase, increment*, incrementum, αὔξησις. *Lucret.* l. 2. v. 1120. quæcumque vides hilari grandescere adauctu. *Solin.* c. 23. (*al.* 36.) *in fi. de maris æstu.* Adeo ut vicissitudines inter maciem aquarum, et plenitudinem, respiciant adauctus ejus, vel eliquia.

ADAUGĔO, es, auxi, auctum, a. 2. *to augment, increase, add to*, αὐξάνω, ἐπαύξω, idem quod augeo, vel addendo augeo. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 11. Hæc maleficia aliis nefariis cumulant atque adaugent. *Id.* 2. *de Invent.* c. 18. Facti honestas adaugetur. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 25. Hæc signa adaugent suspicionem. *Terent. Heaut.* 3. 1. 26. Timet, ne tua duritia adaucta sit. *Plin. in Paneg.* c. 22. *fi.* Lætitia cum ingressu tuo crevit, ac prope in singulos gradus adaucta est. *Cels.* l. 4. c. 6. *a med.* Adaucta, vel levata febris. ¶ Interdum adhibetur in sacrificiis, quemadmodum et *augeo. Plaut. Stich.* 2. 2. 62. Hercules, decimam esse adauctam, tibi quam vovi, gratulor.

ADAUGESCO, is, n. 3. *to be increased or enlarged*, ἐπαυξάνομαι, cresco, adaugeor. *Cic. in Prognost.* l. 1. *Divin.* c. 7. Aut densus stridor cum celso e vertice montis Ortus adaugescit scopulorum sæpe repulsu. *Lucret.* l. 2. v. 296. Nam neque adaugescit quidquam, nec deperit inde.

ADAXINT, pro *adegerint*, ut docet *Festus*, vel pro *adigant*, ut exponit *Non.* cap. 2. n. 53. dictum est vetere declinandi ratione, ut *axit*, et *faxit*, quæ V. suis loc. *Plaut.*

Aul. 1. 1. 11. Utinam me divi adaxint ad suspendium, potius quam hoc pacto apud te serviam.

ADBELLARE, pro *advolare* quidam leg. apud *Ammian.* l. 16. c. 9. (al. 11.) ubi alii *advolare*.

ADBIBO, is, bibi, a. 3. *to drink, drink hard, drink much, quaff*, idem quod bibo, προπίνω. *Terent. Heaut.* 2. 1. 8. Is mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quæ narrat facinora! *Plaut. Stich.* 2. 2. 58. Quando adbibero, alludiabo: tum sum ridiculissimus. ¶ Translate *Horat.* l. 1. ep. 2. sub fin. nunc adbibe puro Pectore verba puer: nunc te melioribus offer.

ADBITO, is, ii, 3. *to go, go near, approach*, idem quod bito, hoc est eo, προσβαίνω. *Plaut. Capt.* 3. 4. 72. Edepol si adbites propius, os denasabit tibi. ¶ Quidam olim legebant *adites* quod esset ab *adito, as*, frequentativum verbi *adeo, is*. [† Sed sanus est locus. V. Nonium ad Capt. 2. 3. 20. et Infr. in Beto, Rebito, Perbito, Præterbito. Ceterum penultimæ quantitas incerta esse videtur. Sæpius tamen producitur.]

ADBLATERANS, antis, *prattling, chattering*, blaterans. *Apulei.* l. 9. *Metam.* Has, et alias similes affanias frustra adblaterantes, eos retrorsum abducunt. *Alii leg.* His, et aliis similibus affaniis frustra oblateratis.

ADCANTO, V. *Accanto.*

ADCENSUS, V. *Accensus.*

ADCERSO, V. *Arcesso.*

ADCIDO, V. *Accido.*

ADCLAMO, V. *Acclamo.*

ADCLARO, et Acclaro, as, a. 1. *to make clear, demonstrate, declare, show*, declaro, ostendo, *Liv.* l. 1. c. 18. *referens prisca verba Auguris de cælo servantis.* Jupiter pater, si est fas hunc Numam Pompilium, cujus ego caput teneo, regem Romæ esse, uti tua signa nobis certa adclarassis inter eos fines, quos feci. *Adclarassis* antique pro *adclaraveris*, vel *adclares*.

ADCLINIS, } V. *Acclinis, Acclivis.*
ADCLIVIS, }

ADCOGNOSCO, V. *Accognosco.*

ADCONDUCO, is, a. 3. idem quod conduco. *Plaut. Mil.* 1. 1. 75. Rex Seleucus me opere oravit maximo, ut ei adconducerem latrones, et conscriberem. Ita legit *Servius ad Æn.* 12. v. 7. Alii *ut sibi latrones cogerem, et conscriberem.*

ADCORPORO, V. *Accorporo.*

ADCREDO, V. *Accredo.*

ADCRESCO, V. *Accresco.*

ADCURRO, V. *Accurro.*

ADDAX, acis, m. nomen est feræ cujusdam in Africa, erecta cornua habentis, et rugarum ambitu contorta, atque in leve fastigium exacuta, quæ alio nomine Strepsiceros dicitur, ἀπὸ τῆς στρέψεως τῶν κεράτων, a contortione cornuum. Ipsa vox *Addax* Africana est teste *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 45. *Harduini.*

ADDECET, ebat, impers. 2. *it behoveth, becometh, is fit*, πρέπει, convenit, decet, præposit. *ad* nonnihil addente significationi. *Plaut. Cas.* 2. 2. 26. Nam peculi probam nihil habere addecet clam virum. *Id. Bacch.* 1. 2. 20. Qui si decem habeas linguas, mutum esse addecet. *Id. Rud.* 1. 2. 27. Impudentem hominem addecet, molestum ultro advenire ad alienam domum. *it is the way of an impudent fellow.*

ADDENSEO, es, a. 2. *to thicken, make thick, crowd*, densum facio, addenso, ἀπυκνόω. *Virg.* 10. *Æn.* v. 432. Extremi addensent acies, nec turba moveri Tela, manusque sinit.

ADDENSO, as, a. 1. *to thicken, make thick, condense*, ἐπιπυκνόω, denso, condenso. *Plin.* l. 20. c. 21. Mirum, aquam radice ea addita addensari sub dio, atque lactescere.

ADDICO, is, ixi, ictum, a. 3. *to give up, make over, assign, surrender, adjudge*, καταδικάζω, ἀποκηρύττω, ἀπεμπολέω, adjudicare, attribuere, tradere, alicui quidpiam: estque unum e tribus solemnibus verbis, quibus universa Prætoris potestas judicialis continebatur, *Do, Dico, Addico.* necesse est enim, ut ait *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 4. aliquo eorum uti verbo, cum lege quid peragitur. De his *Ovid.* 1. *Fastor.* v. 47. Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur, &c. *Dabat* itaque Prætor judicem, recuperatores, arbitros (quod et *addicere* aliquando dicitur) judicia, actiones, possessiones: *Dicebat* vero jus, multam, tutores, viam in vindiciarum litibus: *Addicebat* autem, in bonis controversis, in cessionibus, in vindiciis, cum scilicet statu controversiæ cognito, adjudicabat rem controversam ei, qui meliore jure esset: item quandoque ipsos homines in servitutem creditoribus. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 57. Ubi in jus venerit, addicet Prætor familiam totam tibi. *Cic. in Pison.* c. 35. Creditorem addicere debitoribus suis. *Id. Verr.* 3. c. 52. bona alicui. *Liv.* l. 3. c. 56. liberum hominem in servitutem. *to sentence or adjudge to bondage.* ¶ *Addicere judicem*, vel *arbitrum* dicitur Prætor, seu quivis alius jus habens, qui judicem *dat* (*dare* est verbum hujus loci magis proprium) seu destinat causæ cognoscendæ, ex formula, vel ex litigatorum conventione. Legitur in Digest. l. 5. tit. 1. leg. 39. 46. et 80. secundum *Florentin.* et alias quasdam Edition. testibus *Hotoman. Brisson.* et *Pareo* in *Lexic. Civ.* quibus adde *Senec.* epist. 65. sed ubique alii pro *addicere* leg. *addere*, aut *adire*, aut *adjicere*, aut *adigere*. ¶ *Addicere judicium* apud *Varron.* l. 5. *de L. L.* c. 7. *ante med.* est judicium dare, hoc est litigandi vel apud se, vel apud alium potestatem facere. Quod et *Macrob.* l. 1. *Saturnal.* c. 16. usurpavit: quamquam alii ibi *adjicere* reponunt. Eodem modo explicanda videntur verba illa ex *Leg.* XII. *Tab.* apud *Gell.* l. 17. c. 2. Post meridiem præsenti litem addicito. *h. e.* actionem dato, agendi potestatem facito: tametsi alii ita exponunt: secundum præsentem sententiam fer, et ei rem, de qua lis est, adjudicato. V. integrum loc. ¶ *Addicere aliquid in diem* est ita alteri adjudicare, ut si intra certum tempus melior conditio afferatur, habeatur tanquam non adjudicatum, et tota lis in integrum restituatur. Hac de re multa habentur toto tit. 2. lib. 18. *Digest.* et præterea *Digest.* lib. 6. tit. 1. leg. 41. et lib. 39. tit. 3. leg. 9. ¶ In auctionibus, et venditionibus publicis, itemque in locationibus *res alicui addici* dicebatur, quæ plus offerenti attribuebatur, quod Angli dicunt *to let pass to the highest bidder:* additur hac significatione sæpe ablativus pretii. *Cic. Verr.* 5. c. 63. *fi.* Si doceo pluris aliquanto potuisse te vendere, neque his voluisse addicere, qui contra Apronium licerentur. *Id. pro Rabir. Posth. c. ult.* Ecquis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirii Posthumi numo sestertio sibi addici velit? *Sueton. in Cæs.* c. 50. Cui amplissima prædia in auctionibus hastæ minimo addixit. *to whom he let the estates go for almost nothing. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 18. Addicere bona alicujus in publicum. *h. e.* publicare, *to confiscate, sell by auction.* rursus *Cic. Verr.* 3. c. 55. Addicitur id opus HS. DLX millibus: cum tutores HS. LXXX. millibus id opus ad illius hominis iniquissimi arbitrium se effecturos esse clamarent. *h. e.* locatur. ¶ Est etiam promittere, et obligare rem in privatis venditionibus, et eandem fere habet cum *vendo* significationem, *to sell, make over by private contract. Cic. pro Dom.* c. 41. Hominem invenire neminem potuit, cui ædes meas addiceret, traderet, donaret. *Id. Phil.* 7. c. 5. Antonius regna addixit pecunia. *Horat.* l. 2. sat. 5. *extr.* huic tu Dic ex parte tua, seu fundi, sive domus sit Emptor, gaudentem numo te addicere. *say, that you are willing to let him have a cheap bargain, that he has only got to name his terms.* Et *Julian. Digest.* lib. 41. tit. 5. leg. 7. Procurator tuus si fundum, quem centum aureis vendere poterat, addixerit triginta aureis, &c. ¶ Translate in re augurali *addicere* dicuntur aves, quæ augurium prosperum faciunt, et ratum, et quodammodo adjudicant rem, de qua augurium capitur, ei, qui optat. *Liv.* l. 1. c. 55. Cum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini fano non addixere. *Id.* l. 27. c. 16. Fabio auspicanti aves semel atque iterum non addixerunt. *Tacit. Ann.* 2. c. 14. Addicentibus auspiciis, vocat concionem. ¶ Cum accusativo *Apulei. de Deo Socrat.* Actio Navio auguria miraculum cotis addicant. *Festus in voce Prætor.* Illum quem aves addixerant, &c. ¶ Translate etiam *Cic. Parad.* 4. *in princip.* Ego vero te non stultum, ut sæpe, non improbum, ut semper, sed dementem, et insanum rebus addicam necessariis. *h. e.* necessariis argumentis convincam, te esse dementem, et insanum. Hoc loco videtur allusisse *Cicero* ad illam legem XII. Tabularum, qua furiosi, et dementes addicebantur agnatis, et gentilibus, hoc est sub eorum curam, potestatemque tradebantur, ut est apud eundem l. 2. *de Invent.* c. 50. Ita commodius explicatur hic locus, quam varias variorum lectiones sectando, quorum alii pro *addicam* legunt *adigam*, alii *adducam*, alii novum commenti verbum, *advincam.* ¶ Sæpe significat, *to devote, dedicate one's services to*, tum in bonam, tum in malam partem. *In bonam Cic. pro Planc.* c. 39. Senatus, cui me semper addixi. *Id.* 3. *de Leg.* c. 10. Plebi libertas sic data est, ut multis præclarissimis addiceretur. *Vellei.* l. 2. c. 25. Agros omnes addixit Deæ. *h. e.* dicavit, consecravit. *In malam Cic. in Pison.* c. 34. Accepta pecunia a Dyrrachinis ob necem hospitis tui, ejus domum evertisti, cujus sanguinem addixeras. *h. e.* cujus vitam eis dederas. *hadst devoted, sacrificed. Id. ibid.* c. 24. Cum addicebas tribuno plebis consulatum tuum. *Id. Phil.* 5. c. 12. Addicere aliquem libidini cujuspiam. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 27. Addicere pueritiam suam omni intemperantiæ. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 77. Addicere aliquem perpetuæ servituti. ¶ Addicere aliquem morti, supplicio, &c. est damnare, *to condemn. Cic.* 3. *Offic.* c. 10. *sub fin.* Et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies postulavisset. ¶ *Addicere se alicui rei* interdum est incumbere, operam dare. *Valer. Max.* l. 8. c. 7. n. 5. *extern.* Addicere se operibus naturæ. *to devote one's self to the study of nature.* ¶ *Addicere aliquem ad jusjurandum* pro cogere, adigere, *to force, compel*, legitur a quibusdam apud *Sallust. in Catil.* c. 23. ubi alii rectius *adigere.* Hac tamen cogendi significatione, et cum infinito, *Impp. Valens Gratian. et Valentin. in Codic.* l. 12. tit. 38. leg. 5. Species de propriis facultatibus fiscalibus horreis addicantur inferre. ¶ *Addicere suos amores* apud *Ovid. Metam.* 1. v. 617. est cedere, alteri tradere. Alii tamen legunt *abdicere.* ¶ *Addicere nomini alicujus*, *h. e.* attribuere, adscribere. *Gell.* l. 3. c. 3. Fabulæ, quæ scriptæ a Plauto non videntur, et nomini ejus addicuntur. *are palmed upon him.* ¶ *Addicere victoriam alicui* apud *Eumen. in paneg. Constant.* cap. 17. est tribuere, et propriam, ac veluti obnoxiam facere. ¶ *Addice* pro *addic* in imperativo. *Plaut. Pœn.* a. 2. v. 50. Addice tuam mihi meretricem. *h. e.* vende, trade. ¶ *Addixti* per syncopem pro *addixisti*, *Martial.* l. 12. epigr. 16.

ADDICTE, V. *Adducte.*

ADDICTIO, onis, f. actus addicendi, hoc est sententia, seu decretum, quo Prætor rem aliquam alicui addicit, et adjudicat. *Cic. Verr.* 2. c. 4. Cujus prætura urbana ædium sacrarum fuit depopulatio, simul in jure dicundo, bonorum, possessionumque, contra omnium instituta, addictio et condonatio. *Paul. Digest.* lib. 18. tit. 2. leg. 1. Addictio in diem. *quid sit autem* addicere in diem, *diximus in* Addico. ¶ *Addictio judicis* est ejus assignatio ad causam aliquam cognoscendam. V. *Addico.* In *Lege Mamilia de limitib.* apud *Frontin.* pag. 340. *Edition. Goes.* Judicis datio addictio esto.

ADDICTUS, a, um, adject. *made over or away, assigned over by public decree, alienated*, adjudicatus sententia Prætoris, ἀποκηρυχθείς, πρόσδετος, cum dativo *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 23. leg. 11. Addictus fundus alicui. *Id.* lib. 6. tit. 1. leg. 41. Addictum prædium. *Claudian. de Consul. Mall.* v. 131. Addicto censu cumulare æraria. *by confiscating other people's property.* ¶ Item venditus, *sold, vended, ceded. Plaut. Mercat.* 3. 4. 31. Mulier addicta, atque adducta. ¶ Item locatus, *let out to hire. Cic. Verr.* 3. c. 57. Addictum opus, accepti prædes. ¶ *Addictus judex* est, qui a Prætore, vel alio jus habente, assignatus est alicui causæ cognoscendæ, judicioque exercendo. Afferuntur exempla hujus rei a *Brisson.* et aliis ex *Digest.* l. 10. tit. 2. leg. 30. et lib. 13. tit. 4. leg. 4. et lib. 36. titul. 1. leg. 59. itemque *Valer. Max.* l. 8. c. 2. n. 2. sed ubique variat lectio. nam pro *addictus* alii leg. *aditus*, vel *adductus*, vel *additus.* ¶ Præterea *addictus* dicitur, qui ob æs alienum, cum solvendo non sit, ex Prætoris sententia traditur creditori, qui in corpus ejus jus habeat, et tanquam servo utatur donec solvat, *delivered over to his creditors for debt, sentenced or adjudged to bondage, given in bondage to his creditors*, δουλωθείς, προσκείμενος. Est autem inter *addictos*, et *servos* multiplex discrimen, ut docet *Quintil.* l. 7. c. 3. *a med.* nam *addicti* cum manumittuntur, fiunt ingenui; *servi* fiunt libertini: *addicti* etiam invito domino libertatem consequi possunt, si nimirum debita solvant; *servi* non possunt: Addicti habent ea, quæ sunt liberorum hominum propria, nomen, cognomen, tribum; quibus carent servi. *Liv.* l. 6. c. 14. Ne quem vestrum judicatum, addictumque duci patiar. *Cic. pro Flacc.* c. 20. Cum judicatum non faceret, addictus Hermippo, et ab hoc ductus est. (*addictum ducere* in his, et aliis exemplis apud *Liv.* l. 6. c. 15. et 20. &c. est in servitutem, et vincula ducere.) *Cic. Fam.* 7. ep. 24. Eumque addictum jam tum puto Calvi Licinii Hipponacteo præconio. *h. e.* jam tum venditum fuisse inter Sardos venales famoso Calvi Licinii carmine: quod carmen *præconium* hic dicitur, quia præco servos venales addicebat. Nisi malis *addictum*, hoc est devotum Furiis, atque Erebo a Calvo Licinio: quemadmodum Hipponax devovit carminibus suis eos, qui se derisui habuerant. V. *Hipponacteus.* ¶ De jure ac modo addicendi liberos homines creditoribus exstat lex XII. Tabularum apud *Quintil.* l. 3. c. 6. *post med.* et *Gell.* l. 20. c. 1. ubi additur, si plures fuissent creditores, quibus debitor aliquis addicendus esset, permissum fuisse iis ejus corpus in frustra secare, atque partiri inter se: tametsi ad pœnam tam atrocem nunquam deventum est. ¶ Translate *addictus* est obstrictus, devinctus, obnoxius, *destined to the service of, devoted to. Cic. pro Cœl. in fi.* Quem si vobis, si suis, si reipublicæ conservatis, addictum, debitum, obstrictum vobis, ac liberis vestris habebitis. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 2. Certis quibusdam, destinatisque sententiis quasi addicti, et consecrati sunt. *Id. Verr.* 4. c. 52. Habere fidem, et religionem alteri addictam pecunia accepta. ¶ Item coactus, *forced, constrained, necessitated, compelled. Horat.* cum infinito jungit l. 1. ep. 1. v. 14. Nullius addictus jurare in verba magistri. ¶ Item damnatus, vel destinatus, *condemned to, given up to, bequeathed to, given up to be devoured by. Id.* epod. 17. v. 11. Addictus feris, alitibus, atque canibus. *Cic. Attic.* 9. ep. 9. *in. fi.* Addictus vastitati. *Id. Phil.* 11. cap. 7. Gladiatorio generi mortis addictus. ¶ Item deditus, propensus, *addicted to, inclined or devoted to. Petron. in Satyr.* c. 5. Addictus histrioniæ. *Sueton. in Calig.* c. 55. Prasinæ factioni addictus, et deditus. ¶ *Addictus* denique titulus est cujusdam Plautinæ Comœdiæ deperditæ, cujus meminit. *Gell.* l. 3. c. 3. Ita fortasse inscriptæ, quod ibi aliquis ob æs alienum addictus inducatur.

ADDISCO, iscis, didici, a. 3. *to learn*, προσμανθάνω, idem fere quod disco, aut, si attendere velis vim præpositionis *ad* componentis, ad ea, quæ didici, aliquid addo. *Cic. de senect.* cap. 8. Quid quod etiam addiscunt aliquid? ut Solonem versibus gloriantem videmus, qui se quotidie aliquid addiscentem, senem fieri dicit. *Id.* 3. *de Orat.* cap. 23. Atque velocius puer addidicerat. *Alii leg.* at Q. Velocius, &c. ¶ Est etiam intelligere, audire, *to find out, be apprized of, hear. Justin.* l. 2. c. 3. Quos cum tanta celeritate venire rex addidicisset, in fugam vertitur. [Est

etiam verbum poeticum, quod exempla, a *Forcellino* adducta minime ostendunt. Etenim *Ovid. Amor.* l. 2. el. 5. v. 56. Et quiddam visa est addidicisse novi. et *Stat.* 2. Silv. 4. v. 23. Hoc cunctæ miserandum addiscite carmen.]

ADDITAMENTUM, ti, n. *an addition, increase, accession to, additament*, πρόσθήκη, accessio, appendix. *Apulei.* l. 9. *Metam.* Additamentum pretii. *Paul. Digest.* lib. 32. leg. 89. Ædium additamentum hortus fuit. *Jabolen. Digest.* lib. 50. tit. 16. leg. 242. Artemon magis additamentum, quam pars navis est. ¶ Translate *Cic. pro Sext.* c. 31. Intercessit Ligus iste nescio qui, additamentum amicorum meorum. *Senec.* ep. 17. Sapientia erit ultimum vitæ instrumentum, et, ut ita dicam, additamentum. *Sallust. orat.* 2. *ad Cæs. de republ. ordin.* In quibus, sicut in statua, præter nomen nihil est additamenti.

ADDITĬO, onis, f. *an adding together, an addition*, πρόσθεσις, προσθήκη, accessio, adjunctio. *Quintil.* l. 9. c. 3. Figurarum additio, et abjectio. *Priscian.* lib. 14. pag. 975. et 978. *Putsch.* Absque: additio magis putatur que.

ADDITITĬUS, et Additicius a, um; adject. *additional, that is added*, qui additur. *Cels. Digest.* lib. 50. tit. 16. leg. 98. Cato putat mensem intercalarem addititium esse; omnesque dies ejus pro momento temporis observat. *hoc est* ita inseri, et addi ceteris mensibus anni, ut tamen in eorum numero, Civili more non computetur. *Tertull. de resurr. carn.* c. 52. Addititium corpus.

ADDITĪVUS, a, um, adject. addititius. *Priscian.* lib. 17. pag. 1095. *Putsch.* pronomen *ipse* vocat *additivum*, quod non solum aliis pronominibus additur, seu apponitur, sed etiam frequentius quam alia. Græce ἐπιταγματικός.

ADDĬTUS, a, um, adject. *added*, προστεθειμένος, adjunctus, adjectus. *Tacit. Ann.* 4. c. 38. Additus numero Deorum. *Horat.* l. 2. od. 9. v. 21. Medumque flumen gentibus additum Victis. ¶ Item datus, appositus, *appointed.* [Peculiari quidem notione est inimicus. Etenim qui custodiuntur, oderunt custodes suos. Hinc sæpissime de rebus molestis adhibetur hoc participium.] *Horat.* l. 3. od. 4. *extr.* custos nequitiæ additus. *Virg. Æn.* 6. v. 90. nec Teucris addita Juno Usquam aberit. *h. e.* assidue præsens, et veluti adfixa, atque adeo molesta, infesta, inimica. Sic *Lucil.* apud *Macrob.* lib. 6. *Saturnal.* cap. 4. Si mihi non Prætor siet additus, atque agitet me, &c. ¶ Item inditus, injectus. *Plin.* l. 23. c. 7. Succus caprifici additus in cava dentium. *Id.* l. 8. c. 25. Addita in os clava. ¶ *Addito tempore, addita ætate* est tempore, vel ætate procedente. *Plin.* l. 11. c. 48. In infantia scabunt aures posterioribus pedibus; quod addita ætate non queunt. *Tacit. Ann.* 12. c. 6. Conjugia sobrinarum diu ignorata, addito tempore percrebuisse.

ADDIVĪNANS, antis, *divining, conjecturing, guessing*, divinans, προσμαντευόμενος. *Plin.* l. 35. c. 10. Quendam ex facie hominum addivinantem, ex his dixisse futuræ mortis annos.

ADDO, as, pro *do, das*, προσδίδωμι, affertur a nonnullis ex *Plauto Trucul.* a. 5. v. 19. *Tuo arbitratu, quod jubebis, addabitur.* sed optimæ pleræque Editiones *id dabitur.*

ADDO, is, didi, ditum, a. 3. *to add*, προστίθημι, adjicio, adjungo: ex *ad*, et *do, das. Cic.* 1. *Offic.* c. 18. Addendo, deducendoque videre, quæ reliqui summa fiat. *Id.* 2. *de Orat.* c. 12. *extr.* Addidit historiæ majorem sonum vocis. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 49. Hunc laborem ad quotidiana opera addebant. *Cic. Fam.* 15. ep. 20. Ad amorem meum aliquantum addidisti. *Id. Attic.* lib. 1. ep. 13. In illam orationem Metellinam addidi quædam. *Ovid. Metam.* 8. v. 484. In scelus addendum scelus est, in funera funus. *Nepos in Cat.* c. 2. Multas res novas in edictum addidit, qua re luxuria reprimeretur. *Id. in Attic.* c. 4. Pronuntiabat Græce sic, ut nihil supra posset addi. *Quintil.* l. 4. *c. ult.* Addere ex abundanti. *Cic. de harusp. resp.* c. 19. Addere aliquid de suo. *Plaut. Epid.* 3. 4. 37. Addere aliquid dono alicui. *to throw in as a free gift. Lucret.* l. 3. v. 914. Illud in rebus non addunt. ¶ *Addito* participium absolute positum in ablativo usurpatur sæpe ab Historicis. *Tacit. Ann.* 2. c. 28. Et vocantur Patres, addito, consultandum super re magna, et atroci. *with this besides, moreover that. Plin.* l. 15. c. 17. Similiter deligi et ex locis siccis, et ante perfectam maturitatem, addito, ut Luna infra terram sit. ¶ Cum infinito *Sil.* l. 8. v. 549. Ille viris pila, et ferro circumdare pectus Addiderat. ¶ Significat etiam injicere, immittere, immiscere, *to throw, cast in or upon, mingle with. Tibull.* l. 2. eleg. 4. v. 42. Nec quisquam flammæ sedulus addat aquam. *throw water on the fire. Cic. Attic.* l. 12. *ep. ult.* Eas epistolas in eundem fasciculum velim addas. *Plin.* l. 13. c. 3. Addere unguenta in potu. *Harduin.* rectius *in potus. Id* l. 16. c. 11. Addere in vinum picem. *Id.* l. 20. c. 22. Succum marubii addere in ovum inane. ¶ Item dare, indere, *to appoint, give, put. Plaut. Mil.* 2. 6. 69. Addere custodem alicui. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 7. v. 1. Adde manus in vincla meas. *Virg.* 5. *Æn.* v. 818. Addere frena equis. *Id.* 1. *Georg. v. pænult.* cum carceribus sese effudere quadrigæ, Addunt se in spatia. *h. e.* dant se cursui per campos. *Id.* 3. *Æn.* v. 336. jugis addidit arcem. *h. e.* imposuit. *Sil.* l. 7. v. 161. Addunt frugiferis inimica incendia ramis. *set on fire.* ¶ Translate *Cic. Attic.* 16. ep. 3. Addere alicui alacritatem scribendi. *to increase in any one the inclination to write. Id.* l. 7. ep. 2. alicui animos. *to fire one's courage. Virg.* 9. *Æn.* v. 184. ardorem mentibus. *Val. Flacc.* l. 6. v. 181. Necdum clara, quibus se se fuga mentibus addat. *h. e.* in quorum mentes, et pectora se injiciat metus, et fugiendi cupiditas. *Liv.* l. 3. c. 27. Addere gradum. *to quicken one's pace or speed. Ovid.* 4. *de Pont.* epist. 8. v. 63. aliquem astris *h. e.* referre inter deos. *Horat.* l. 2. epist. 1. v. 217. calcar alicui. *to prick forward, to stimulate. Liv.* l. 2. c. 24. fidem alicui rei. *to confirm, corroborate, give credibility to. Claudian. de IV Cons. Honor.* v. 510. finem litibus. *make an end of, finish, close. Plaut. Amph.* 2. 2. 176. vitium pudicitiæ. *to abuse, violate. Claudian. in Cons. Prob. et Olybr.* v. 10. alicui nomen. *to name. Sallust. in Jugurth.* c. 46. Quorum majores Punico bello multum reipublicæ addiderant. *h. e.* profuerant, adjuverant, auxerant. ¶ In transitionibus. *Cic.* 1. *Offic.* c. 42. Adde his, si placet, unguentarios, saltatores, &c. *Liv.* l. 7. c. 30. *a med.* et *Plin.* l. 9. *ep. ult.* Addas huc licet ver, et autumnum, &c. *Ovid.* 2. *de Pont.* epist. 9. v. 49. Adde, quod ingenuas didicisse fideliter artes Emollit mores, nec sinit esse feros.

ADDOCĔO, es, a 2. *to teach*, προσδιδάσκω. *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 18. Solicitis animis onus eximit, addocet artes. *Al. leg.* ac docet.

ADDORMĬO, is, n. 4. *to sleep, retire to rest, fall asleep*, idem quod dormio. *Cæl. Aurel. Auct.* lib. 1. cap. 11. Rursus addormiunt, atque difficile expergiscuntur.

ADDORMISCO, is, n. 3. *to sleep, fall asleep*, ἐπικοιμάομαι, dormio, obdormisco. *Sueton. in Claud.* c. 8. Quoties post cibum addormisceret. Alii leg. *obdormisceret.*

ADDŬA, æ, m. [† nunc] *Adda*, fluvius Insubriæ, qui in Rhætiæ Alpibus oritur, et per Larium lacum (*il lago di Como*) fluens, Pado miscetur non longe a Cremona. Quidam scripsere *Adua* unico *d*, propterea quod *Strabo* Ἀδούας Græce dixit. A Scriptoribus *cærulus* appellatur ab aquarum colore. *Sidon.* lib. 1. ep. 5. Cærulum Adduam, velocem Athesim, pigrum Mincium inspexi. *Claudian. de* VI. *Cons. Honor.* v. 196. pulcher Ticinus, et Addua visu Cærulus, et velox Athesis. [tardusque meatu Mincius. *Ibid. ab eodem* v. 458. Addua dicitur spumosior, et v. 488. celer.]

ADDUBITATĬO, onis, f. *a doubting, doubt, uncertainty*, dubium, dubitatio, ἐνδοίασις. *Martian. Capell.* lib. 5. pag. 171. Diaporesis est addubitatio: qua figura utimur cum veluti dubitantes ab ipsis judicibus inchoamenti consilium postulamus, ut pro Cluent. (cap. 1.) Equidem quo me vertam nescio, &c. *Cic.* 3. *Offic.* c. 4. Quid est ergo, quod addubitationem afferre soleat? *Ita quidam libri: sed plerique, et meliores* dubitationem.

ADDUBITĀTUS, a, um, *doubted of, doubtful, the subject of doubt*, de quo dubitatur, προσενδοιασμένος. *Cic.* 1. *Divinat.* c. 47. Tibi augur nuntiavit, addubitato Salutis augurio, bellum domesticum triste fore. *Id.* 1. *Offic.* c. 24. Si plus adipiscare, re explicata, boni, quam addubitata, mali.

ADDUBĬTO, as, n. 1. *to doubt, doubt a little, be somewhat in doubt*, idem fere quod dubito, ἀμφισβητέω, προσενδοιάζω. *Cic. in Orat.* c. 40. Ut addubitet, quid potius, aut quomodo dicat. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 46. De quo Panætium addubitare dicebant. *Id. Fam.* 7. ep. 32. Addubitavi, num a Volumnio Senatore esset. *Id.* 3. *Offic.* c. 4. Hæc inter se comparare, et in his addubitare turpissimum est. *Liv.* l. 8. c. 10. Paulisper addubitavit, an consurgendi triariis tempus esset. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 124. an hoc inhonestum, et inutile factu, Necne sit, addubites. *Nepos in Conone in fi.* Illud addubitat, utrum Teribazo sciente, an imprudente sit, factum. *Sil.* l. 14. v. 358. Nec contra Ausonius tonsis aptare lacertos Addubitat. ¶ Passive impersonaliter. *Liv.* l. 2. c. 4. Da Legatis paululum addubitatum est. Adde *Acc.* apud *Non.* c. 2. n. 808.

ADDŪCO, is, uxi, uctum, a. 3. *to conduct, bring, fetch*, παράγω, ad aliquem, vel ad aliquid duco. *Cic. Attic.* 7. ep. 9. Adducere exercitum. *Terent. Andr.* 5. 3. 29. Illum huc coram adducam. *Id. Heaut.* 5. 4. 18. Adducere ante oculos. *Id. Hecyr.* 5. 2. 4. Puero nutricem adducit. *Cic. pro Quint.* c. 6. Qui ex Gallia pueros venales isti adducebat. *Id. Attic.* l. 8. ep. 11. Gentes armatas in Italiam adducere. *Id. Fam.* 16. ep. 21. Quos secum Mitylenis Cratippum adduxit. *Plin.* l. 36. c. 15. Aquam cuniculis per montem actis, adduxit. *Nepos in Epam.* c. 3. Adducebat eum, qui quærebat, ad eos qui conferebant. ¶ Speciatim interdum accipitur pro conciliare mulierem, vel scortum alicui: quod et *perducere*, et *adducere* dicimus. *Nepos in Dione* c. 5. Puero scorta adducebantur. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 483. Adducere pellicem. ¶ Est etiam afferre, inducere, *to bring on, induce, cause, occasion. Horat.* l. 1. ep. 7. v. 8. Opella forensis Adducit febres. *Id.* l. 4. od. 12. v. 13. Adducere sitim. *Plin.* l. 30. c. 15. Ova noctuæ tædium vini adducunt. ¶ Significat præterea ad se trahere, tendere, *to draw, pull or draw to, draw tight, tighten, stretch, straighten. Petron. in Satyr.* c. 94. Adducere ostium *h. e.* ad se trahendo claudere. *Liv.* l. 9. c. 10. Cum apparitor Postumium laxe vinciret, quin tu, inquit, adducis lorum? *Cic. de Amic.* c. 13. Habenas quam laxissimas habere amicitiæ, quas vel adducas, vel remittas. (V. *Adductus.*) *Virg.* 5. *Æn.* v. 507. Adducere arcum. ¶ Translate *Id.* 1. *Georg.* v. 483. ignea venis Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus. *h. e.* contraxerat, et macie confecerat enecta membra, atque adeo exiliora, et quodammodo longiora reddiderat, extenderat. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 396. Attenuant vigiles corpus miserabile curæ, Adducitque cutem macies. *draws, contracts, causes to shrink, shrivels, wrinkles. Senec.* epist. 57. Adducere vultum ad tristitiam. *to wrinkle the forehead, knit the brow, frown.* Et *de benef. l.* et cap. 1. adducere frontem. ¶ Est etiam redigere, *to straighten, reduce. Cic. pro Quint.* c. 5. Adducere aliquem in summas angustias. *to bring one into difficulty. Nepos in Eumen.* c. 12. ad desperationem. *to drive to despair. Cic. Fam.* 5. ep. 20. ad arbitrium alterius. *to reduce into a state of dependence on any one's will or pleasure. Liv.* l. 8. c. 7. in necessitatem. *Id.* l. 45. c. 8. regnum ad ultimum discrimen. *Tacit.* Ann. 14. c. 61. vitam in extremum. ¶ Item conjicere, ducere. *Cic.* 3. *Offic.* c. 20. Adducere aliquem in invidiam falso crimine. *to render odious.* (sic *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 4. beneficia in odium adducere asperitate verborum, et supercilio.) *Id.* 1. *Tuscul.* cap. 17. in summam exspectationem. *to raise upon the tip-toe of expectation. Terent. Heaut.* 5. 2. 42. ad misericordiam. *to move to compassion. Cic. pro Mur.* c. 24. in metum. *to put in fear, frighten, terrify. Id. pro Cluent.* c. 17. in judicium. *to bring to trial, arraign, sue, summon before a court of justice. Id. Agrar.* 2. c. 36. ad populum. *h. e.* in judicium populi vocare. *Id.* 1. *Fam.* ep. 1. in opinionem ut, &c. *to induce one to believe, that* &c. *Id. Att.* 2. ep. 22. Adduci in eam spem, ut &c. *to be brought to hope, that* &c. *Id. Verr.* 5. c. 61. Adduci in sermonem. *to become a subject of discourse.* [†Plerumque in pejus.] *Id. Fam.* 5. *ep. ult.* in eum locum res adducta est, ut &c. *was brought to that pass, that* &c. *Liv.* l. 33. c. 33. Adducere ad effectum. *to draw to a conclusion, bring to an end. Cic. de Univers.* c. 3. in ordinem. *to set in order, to arrange. Nepos in Iphicrat.* c. 2. in eam consuetudinem, ut &c. *to accustom, so that* &c. *Id. in Hannib.* c. 2. aliquem in suspicionem alicui. *to render a subject of suspicion with any one. Cic. Fam.* 7. ep. 26. Adducere aliquid in honolem. *to heighten the reputation of.* ¶ Item movere, impellere, inducere, persuadere, *to induce, bring, persuade. Cic. Attic.* l. 13. ep. 33. *ad fin.* Ista enim me res adducebat. *Id. de provinc. Consul.* c. 16. Adduci ad suspicandum nullo modo possum. *Id. de Senect.* c. 10. Nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite operto sit. *Id. Fam.* 13. ep. 54. Adduci commendatione. *Id.* 14. *Attic.* ep. 20. precibus. *Id. Verr.* 6. c. 7. Neque voluntate, neque difficultate aliqua, neque magnitudine pecuniæ adduci, ut &c. *Id.* 6. *Fam.* ep. 10. Ex eorum sermonibus adducor, ut sperem. *Id. Catil.* 1. c. 2. Hoc certa de causa nondum adducor, ut faciam. *Liv.* l. 4. c. 49. Adducor, ut credam. *Sueton. in Tiber.* c. 21. Adduci nequeo, quin existimem, &c. *Valer. Max.* l. 2. c. 9. n. 6. Neque honorum magnitudine adduci potuit, quo se blandiorem gereret. ¶ Et cum infinito. *Afran.* apud *Non.* c. 11. n. 40. Facilius adducor ferre humana humanitus. ¶ Item afferre, *to allege, shew, cite. Modestin. Digest.* lib. 27. tit. 1. leg. 6. Potest quis illam rationem adducere, quoniam, &c. ¶ *Adduce* in imperativo pro *adduc* est *Terentii Phorm.* 2. 1. 79. item *Plauti Pœn.* 1. 3. 15. et alibi. ¶ *Adduxti* pro *adduxisti*, est *Terentii Heaut.* 4. 6. 15. ¶ *Adduciturum* pro *adducturum* quidam legunt apud *Plaut. Trucul.* 1. 2. 31. sed varia ibi est lectio.

ADDUCTE, adverb. cujus comparativi *adductius* adhuc tantummodo exempla vidimus. *Auson. in gratiar. act.* c. 27. Nemo adductius jacula contorsit, nemo spicula crebrius jecit. *h. e.* magis arcum adducendo, atque adeo majore impetu. *with greater force or effect.* sunt qui legunt *abductius*, sed minus recte. ¶ Translate est severe, cui *remisse* opponitur, *severely, rigorously. Tacit. de German.* c. 43. Gothones regnantur paulo jam adductius, quam ceteræ Germanorum gentes: nondum tamen supra libertatem. *Id.* 3. *Hist.* c. 7. Quia adductius, quam civili bello, imperitabat. ¶ Priore *Taciti* loco alii leg. *addictius*, hoc est magis obnoxie, magis serviliter, *more abjectly, meanly, slavishly.* Si *adductius* retineas, refertur ad imperantem: si *addictius* ad subditos.

ADDUCTOR, oris, m. qui adducit. *In vet. epigram. Petronii Afranii.* Græcule consueta lenandi callidus arte, Cœpisti adductor conjugis esse tuæ. *h. e.* ejus pudicitiæ prostrator, conciliator, perductor. V. *Leno, as.*

ADDUCTUS, a, um, *brought, conducted, brought forth or forward*, perductus, προσηγμένος. *Sallust. in Jug.* c. 66. Eorum magna pars, uti jussum erat adducti. *Id. Catil.* c. 49. Adductus ad Senatum. *Curt.* l. 8. c. 6. Adductus in regiam. *Id. ibid.* c. 10. Adductæ moles. *h. e.* advectæ, admotæ. ¶ Item tractus, *dragged. Ovid.* 8. *Metam.* v. 776. Adductaque funibus arbor Corruit. *Id. Fast.* 6. v. 586. Nos tamen adductos intus agemus equos. *h. e.* habenis adducendis cohibitos. ¶ Translate est perductus, ductus, *Sallust. in Jug.* c. 31. Adductus in spem. *Cic. de clar. Orator.* c. 18. Signa Myronis satis ad veritatem adducta. *h. e.* satis exprimentia veritatem. ¶ Item redactus, *straitened, reduced. Cic. de Amic.* c. 5. Adductus in angustum. *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 5. Animus adductus in tædium.

¶ Item inductus, impulsus, *persuaded, induced, prevailed on.* *Cic. in Partit.* c. 14. Præmio, gratia adductus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 3. His rebus adducti. ¶ Est etiam extentus, *tightened, stretched, bent, drawn (as of a bow), drawn back:* cui opponitur *remissus.* *Cic.* 1. *Divin.* c. 54. In agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum recidisse. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 24. Balistæ eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta, atque adducta vehementius. *Ovid. Metam.* 1. v. 455. adducto flectentem cornua nervo. *Virg. Æn.* 5. v. 507. adducto constitit arcu *with bow ready bent.* *Id. Æn.* 9. v. 402. adducto torquens hastile lacerto. *h. e.* retracto, et postea vibrato brachio. Sic *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 2. v. 5. adducta collum percussa securi Victima. ¶ Item contractus. *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 459. adductis digitos inflectere nervis. *Capitolin. in Vero,* c. 10. Frons in supercilia adductior. *h. e.* contractam cutem, et rugosam habens versus supercilia. *Sueton. in Tiber.* c. 68. Adductus vultus. *qui gravitatis, vel etiam tristitiæ signum est.* ¶ Translate est severus, rigidus, *grave, serious, reserved, austere.* *Tacit. Ann.* 14. c. 4. Modo familiaritate juvenili Nero, et rursus adductus, quasi seria consociaret. ¶ Item contractus, *strict, severe, rigid.* *Tacit. Ann.* 12. c. 7. Adductum, et quasi virile servitium. *Alii leg.* addictum. *Plin.* l. 1. ep. 16. In concionibus eadem, quæ in orationibus, vis est, pressior tamen, et circumscriptior, et adductior. *more brief, concise.*

ADDŬIS, adduit, pro addideris, addiderit, dictum olim est a veteribus teste *Festo,* ubi al. leg. *addues* eod. sensu.

ADDUPLICO, as, a. *to double,* idem quod duplico. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 61. Adduplicabit omne furtum. *Alii legunt,* id duplicabit.

ADĔDO, is, edi, esum, a. 3. *to eat, consume, eat up, swallow, devour,* καταφάγω, in totum edo, consumo. Nam *ad* auget. *Virg.* 4. *Georg.* v. 242. Sæpe favos ignotus adedit Stellio. ¶ Translate *Ovid.* 1. *Amor. eleg. ult. in fin.* cum me supremus adederit ignis. *Alii leg.* adusserit. *Petron. in Satyr.* cap. 109. Vernantesque comas tristis adedit hiems. *Alii leg.* abegit, *alii* ademit. *Propert.* l. 4. eleg. 7. v. 9. Et solitum digito beryllon adederat ignis. V. *alia in* Adesus. ¶ Ut *edo, es* dicimus, sic *adest* pro *adedit.* *Lucan.* l. 6. v. 265. cum se tollentibus Euris, Frangentem fluctus scopulum ferit, aut latus alti Montis adest. Similia sunt *exest, comest.*

ADELHELMUS, V. *Aldhelmus.*

ADELPHI, orum, m. *The Brothers, (a play of Terence),* ἀδελφοὶ, vox Græca fratres significans. Inscribitur hoc nomine una ex Comœdiis *Terentii,* in qua duorum fratrum dissimiles mores describuntur. [† "Potuit eam *(fabulam)* Terentius FRATRES dicere: sed et Græci nominis εὐφωνίαν perderet: et præterea togata videretur; ad summam, non statim intelligeretur Menandri esse: quod Terentius in primis lectorem scire cupit: minus existumans laudis, proprias scribere, quam Græcas transferre. Est igitur Menandri: et a Fratrum facto, quibus argumentum nititur, nomen accipit." DONATUS.]

ADELPHIS, idis, f. *a sister,* ἀδελφὶς, vox Græca sororem significans. Hinc genus quoddam palmarum, quod earum nuces sapore ad caryotas maxime accedant, veluti earum sorores, adelphides dictæ sunt, teste *Plin.* l. 13. c. 4.

ADEMPSIT. V. *Adimo* in fine.

ADEMPTĬO, et Ademtio, onis, f. *a taking away, a depriving,* ἀφαίρεσις, actus adimendi, ablatio. *Cic. pro Dom.* cap. 30. Non ademptione civitatis, sed tecti, et aquæ, et ignis interdictione. *Tacit. Ann.* 4. cap. 6. Ademptiones bonorum.

ADEMPTOR, oris, m. qui adimit, ablator. *Augustin. tract.* 116. *in Joann.* Non datorem vitæ, sed ademptorem.

ADEMPTUS, et Ademtus, a, um, *taken away,* nom. particip. ab *adimo,* ἀφῃρημένος, ablatus, ereptus. *Liv.* l. 22. c. 27. Ademptum imperium. *Tacit. Ann.* 1. c. 15. Ademptum jus. *Id.* 1. *Hist.* cap. 87. Ademptus Tribunatus. *Horat.* l. 2. od. 4. v. 10. Ademptus Hector. *h. e.* e medio sublatus, mortuus. *cut off, destroyed.* *Ovid.* 1. *ex Ponto,* epist. 9. v. 41. lacrymas Celso libamus adempto. *Plin. in Præfat. nat. Histor.* Fato ademptus. *Id.* l. 35. c. 11. Ademptus somnus. *Horat. Epod.* 17. v. 4. Adempta lumina. ¶ De ratione scribendi V. in *Emptus.*

ADĔO, adverb. *so, so far, to such a degree, insomuch,* τοσοῦτον, οὕτως, usque eo, in tantum: ex *ad,* et *eo,* non quidem secundum rationem, quia *ad* accusativum habet; sed ex loquendi consuetudine, ut notat *Festus:* Fere post se habet particulam *ut:* sine ea vero positum in principio eleganter servit epiphonemati. *Terent. Eun.* 1. 2. 124. Nam me ejus spero fratrem propemodum jam reperisse, adolescentem adeo nobilem. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 5. Rempublicam funditus amisimus, adeo ut Cato vix vivus effugeret, quod &c. *insomuch that* &c. *Id. Fam.* 10. ep. 31. Adeo mihi invisus est, ut nihil non acerbum putem, quod commune cum illo sit. *Id. pro Cluent.* c. 61. Adeone erat stultus, ut illam vitam esse arbitraretur? ¶ Epiphonema est in his. *Cic.* 1. *Offic.* c. 11. Adeo summa erat observatio in bello movendo. *so very great was* &c. *Plin.* l. 35. c. 17. Adeo omnia majoribus curæ erant. *Liv. in præfat.* l. 1. Adeo quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat. *so clear it is that, in proportion to the smallness,* &c. ¶ Jungitur interdum cum particulis *non, nihil.* *Liv.* l. 8. c. 5. Adeo non tenuit iram, ut gladio cinctum in senatum se venturum diceret. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 3. Non adeo virtutum sterile sæculum, ut non et bona exempla prodiderit. *Liv.* l. 3. c. 2. Hæc dicta adeo nihil moverunt quemquam, ut legati prope violati sint. ¶ *Adeo ut* sequente indicativo. *Justin.* l. 2. *Institut.* tit. 16. *a med.* Adeo ut si patris testamentum non valeat, nec filii quidem valebit. ¶ Est etiam idem ac *eo,* sequente *quo, h. e.* ad illum locum. Cato *R. R.* c. 40. Artito usque adeo, quo præacueris. *just so far as,* &c. ¶ Et ad illum finem, aut terminum, aut statum sequente, vel non sequente *ut* particula. *Terent. Phorm.* 1. 2. 5. Adeo res redit: si quis quid reddit, magna habenda est gratia: *the matter is come to that pass.* *Id. Heaut.* 5. 2. 27. Adeon' rem rediisse, ut periculum etiam a fame sit? *are we arrived at such a pitch of misfortune, that,* &c.? ¶ Videtur aliquando particula otiosa esse, quando inservit transitioni: vel si quid significat, ponitur pro certe. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 4. Magis adeo id facilitate, quam alia culpa mea contigit. *Virg. Ecl.* 9. v. 59. Hinc adeo media est nobis via. *Id. Georg.* 1. v. 24. Tuque adeo, quem mox quæ sint habitura Deorum Concilia incertum est. *Servius* hoc loco putat usurpari pro *præcipue:* alii redundare. ¶ Videtur etiam poni pro *vero.* *Cic. Verr.* 6. c. 64. Id adeo ex ipso senatus consulto cognoscite. *Id. pro Cæcin.* c. 30. Id adeo, si placet, considerate. ¶ *Atque adeo* in medio orationis eleganter ponitur pro *imo,* aut *vel potius,* et servit correctioni, *even, nay even, nay rather, or rather, aye and:* quo sensu etiam *sive adeo* invenitur. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 26. Postquam isti vicerunt, atque adeo victi sunt. Eam enim quomodo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis, quam boni dedit? *Cic. in Pison.* c. 18. Tu ne etiam, atque adeo vos, meam fortunam deprimitis? *Id. Fam.* 12. ep. 16. Adolescens tuus, atque adeo noster. *Id. Catil.* 1. c. 2. Ducem hostium intra mœnia, atque adeo in senatu vidimus. *Id. Verr.* 5. c. 8. Cum maximo detrimento, atque adeo exitio vectigalium. Et cap. 46. Via reperienda est, qua ad Apronii quæstum, sive adeo qua ad istius ingentem prædam possim pervenire. ¶ Interdum *atque adeo* significat *atque etiam,* vel *atque ideo.* *Terent. Andr.* 5. 6. 12. Tuus est nunc Chremes: facturum, quæ voles, scio esse omnia. P. Memini: atque adeo longum est nos illum exspectare. *and therefore,* &c. *Id. Eun.* 5. 5. 22. Atque adeo autem cur non egomet intro eo? *Cic.* 4. *Verr.* c. 1. Atque adeo antequam de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi videntur de provinciæ dignitate esse dicenda. ¶ *Adeo* pro *ideo* posuit etiam *Plaut. Aulul.* 4. 9. 8. Fateor me peccavisse: id adeo te oratum advenio, ut ignoscas mihi. ¶ *Adeo dum,* et *adeo usque dum* est tamdiu dum, donec, [† "usque eo dum." PAREUS.] *till, until.* *Plaut. Mercat.* 3. 4. 71. Quanto te satius est rus aliquo abire, ibi esse, ibi vivere, adeo dum illius te cupiditas, atque amor missum facit? *Id. ibid. prol.* v. 75. Navim parasse, atque eapse merces vectatum undique, adeo dum, quæ tum haberet, peperisset bona. *until he had made the fortune which he then possessed.* ¶ *Adeo donicum,* et *adeo usque ut* idem significant, quod *tamdiu dum,* et leguntur apud eundem *Plautum Pseud.* 4. 7. 72. et *Bacch.* 3. 4. 11. ¶ *Usque adeo.* V. *Usque.* ¶ *Adeo* sequente *quasi* idem est ac *perinde quasi, just so much.* *Terent. Heaut.* 5. 1. 12. Gaudere adeo cœpit, quasi qui cupiunt nuptias. ¶ *Adeo* pro multo magis, *much more.* *Tacit.* 4. *Hist.* c. 80. Neque Antonium adsciri inter comites passus est, favore militum anxius, et superbia viri, æqualium quoque, adeo superiorum intolerantis. Simile est illud *Plin.* l. 17. c. 22. *de vitibus.* Minimum id esse debebit intervallum, ut attingat jugum, speretque, non teneat: adeo non recumbat in eo, nec delicate se spargat. *h. e.* multo magis non recumbat: quod est, multo minus recumbat. *Et illud* l. 26. c. 10. *de satyrio.* Venerem etiam, si omnino manu teneatur radix, stimulari; adeo si bibatur in vino. *much more if.* ¶ Pro *quin imo,* vel *quod plus est,* in principio positum. *Plaut. Mostell.* 3. 1. 100. Adeo etiam argenti fenus creditum audio. ¶ Varios præterea hujus particulæ usus bene multos legere est in *Plauti* Comœdiis, quos congessit *Pareus in Lex. Crit.* qui tamen facile ad aliquem eorum, quos posuimus, revocari possunt.

ADĔO, adis, adivi, vel potius adii, aditum, a. 4. *to go to,* προσβαίνω, προσέρχομαι, accedo ad aliquem, vel ad aliquid eo: ex *ad,* et *eo, is.* Dicitur tum de loco, tum de persona. De loco, *Sueton. in Tiber.* c. 52. Quod Alexandriam se inconsulto adisset. *Id. in Aug.* c. 47. Adire provinciam. *Cic. Verr.* 6. c. 11. *a med.* Priusquam Romam, atque in horum conspectum adiretis. *Id. pro Cæcin.* cap. 29. Sum ex proximo vicini fundo dejectus, qua adibam ad istum fundum. *Sallust. in Jug.* c. 16. An quoquam mihi adire licet? ¶ Sæpe est obire, circumire visendi gratia. *to approach for the purpose of examining, review, reconnoitre.* *Sallust. in Jug.* c. 94. Consul oppida, castellaque munita adire. *Tacit.* 1. *Histor.* c. 52. Adire cum cura. *Id.* 3. *Ann.* c. 45. Inter primores equo insigni adire. ¶ Cum de persona usurpatur, significat convenire, visere, *to go up to, approach.* *Plaut. Aulul.* 1. 2. 38. Adeunt, consistunt, copulantur dexteras. *Cic. Fam.* 3. ep. 10. Ad me adire quosdam memini, qui dicerent, &c. *Id. ibid.* ep. 9. Te adeunt fere omnes, si quid velis. *Terent. Hecyr.* 2. 2. 9. Adii te heri de filia. *Curt.* l. 10. c. 8. Adire propius, et colloqui. *to come near, draw nigh.* *Tacit.* 4. *Hist.* c. 65. Coram adire, et alloqui. *to come forward.* *Id.* 4. *Ann.* c. 39. Adire aliquem scripto. *h. e.* alloqui per litteras. *Id.* 1. *Hist.* c. 9. aliquem legationibus. *to go in the capacity of embassador to any one.* *Plaut. Mil.* 4. 6. 10. aliquem per epistolam, aut per nuntium. *Id. Pseud.* 1. 5. 35. aliquem blandis verbis. *to address, accost courteously.* ¶ Est etiam contra ire, aggredi. *Terent. Phorm.* 1. 4. 52. Nunc prior adito tu: ego in insidiis hic ero. *Virg. Æn.* 5. v. 379. nec quisquam ex agmine tanto Audet adire virum, manibusque inducere cæstus. ¶ Significat interdum venire, *to come.* *Plaut. Rud.* 1. 4. 22. Accede ad me, atque adi contra. *stand with me face to face.* *Id. Trucul.* 2. 7. 60. Adi huc modo. *come hither.* *Id. Aulul.* 2. 2. 25. Nunc eam rem vult, scio; mecum adire ad pactionem. *to come to an agreement, strike or conclude a bargain.* ¶ *Adire in jus* est accedere ad causam agendam, *to go to law.* *Cic. Attic.* l. 11. ep. 24. Ibi se cum de suis controversiis in jus adeuntem vidisse nuntiant. *Id. Verr.* 6. c. 65. *in fin.* Cum ad Prætorem in jus adissemus. ¶ Translate est suscipere, subire, *to undertake, undergo, incur:* tum in bonam, tum in malam partem. In malam, *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 7. Adire ad extremum periculum. *Cic. pro Rosc. Amerin.* c. 38. periculum capitis. *Id. pro Sext.* c. 66. inimicitias. *Liv.* l. 25. c. 10. omnem fortunam *Nepos in Timol. c. ult.* maximos labores, et summa pericula. *Tacit. Ann.* 1. c. 39. dedecus. *Id. de German.* c. 24. servitutem voluntariam. ¶ In bonam, *Cic. de clar. Orator.* c. 90. Tum primum nos ad causas et privatas, et publicas adire cœpimus. *h. e.* accedere ad agendas causas. *Id. pro leg. Manil. c. ult.* Adire ad rempublicam. *h. e.* capessere. *Sil.* l. 8. v. 263. lingua sperabat adire Ad dextra decus. *h. e.* ad decus, quod armis acquiri solet, facundia linguæ pervenire. ¶ *Adire deos,* vel *ad deos* est orandi causa accedere. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 27. Ut essent simulacra, quæ venerantes, deos ipsos se adire crederent. *Tibull.* l. 1. eleg. 5. v. 39. Num feror incestus sedes adiisse deorum? *Albinovan.* eleg. 1. v. 290. Cur adeo fratres, heu sine fratre! deos? Sic *Cic. Phil.* 14. c. 1. adire aras. *Lucret.* l. 5. v. 1228. pacem divum votis. ¶ *Adire hereditatem* est agnoscere tanquam suam, et sibi attribuere, *to take possession of an estate as the legal heir, to succeed to an inheritance.* Notant vero JCti, proprium esse alieni, seu extranei heredis *adire,* cum suus, ac necessarius immiscere se dicatur. *Ulpian. Digest.* lib. 4. tit. 4. leg. 7. Restitutus autem, ut se hereditati misceat, vel ut eam adeat, &c. Adde *eund.* lib. 42. tit. 4. leg. 3. et 4. Hoc tamen discrimen non servant Latini Scriptores. *Cic. Phil.* 2. c. 16. Cum ipse hereditatem patris non adisses. V. *Cerno.* ¶ *Adire nomen alicujus* apud *Vellei.* l. 2. c. 60. est suscipere: loquitur autem de Octavio, cui C. Cæsar simul cum bonis nomen suum testamento reliquerat. ¶ *Adire libros* est eos evolvere, *to inspect, turn over, consult.* *Tacit.* 1. *Ann.* c. 76. et *Liv.* l. 34. c. 55. ¶ *Adire manum alicui* dicitur is, qui alterum frustratur, et decipit, velut si aliquid ei ostentet tanquam daturus, deinde retro trahat, et captantem deludat, *to gull, cozen, chouse, jeer, deride.* *Plaut. Aulul.* 2. 8. 3. Venio ad macellum: rogito pisces: indicant caros, agninam caram, cara omnia: abeo illinc iratus: ita illis impuris omnibus adii manum. *Id. Pœn.* a. 2. v. 11. Avaræ Veneri pulchre adii manum. Adde *Cas.* 5. 2. 46. et *Pers.* 5. 2. 18. ¶ Passive et impersonaliter. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 5. Cum prætores diebus aliquot adiri non possent. *Senec. in Herc. Fur.* v. 735. Aditur illo Gnossius Minos foro. *Cic. Verr.* 4. c. 23. Antequam in jus aditum esset. ¶ Hinc participia passiva *aditus,* et *adeundus.* *Cic.* 1. *Offic.* c. 19. Laboribus susceptis, periculisque aditis. *Liv.* l. 37. c. 6. *sub fin.* Aditus consul idem illud responsum retulit, quo, &c. *Vellei.* l. 2. c. 5. Aditis, quæ vix audita erant. *Cic.* 1. *Offic.* c. 24. In adeundis periculis. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 1. v. 70. Hæc quoque erat pedibus non adeunda meis. [¶ Particip. *aditurus* apud *Ovid. Amor.* l. 3. el. 7. v. 21. Sic flammas aditura pias æterna sacerdos.]

ADEŌNA, æ, f. Dea Gentilium, in cujus tutela erant adeuntes, hoc est advenientes, quemadmodum *Abeonam* abeuntes invocabant. *Augustin.* lib. 4. *de Civ. Dei* c. 21.

ADEPS, adipis, gen. communis, 3. decl. *fat, grease,* στέαρ, pinguedo liquida sine sensu, quæ nequeat facile durari, nam quæ concrescit, sevum dicitur. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 85. *Hard.* Cornigera, inquit, una parte dentata, et quæ in pedibus talos habent, sevo pinguescunt: bisulca, scissisque in digitos pedibus, et non cornigera, adipe. Concretus hic, et cum refrixit, fragilis; semperque in fine carnis, &c. *Id. ibid.* Detracti adipes L. Apronii filio. *Id.* lib. 28. c. 9. et *Varr.* l. 2. *R. R. c. ult.* Adeps suillus. *Cels.* lib. 3. c. 7. n. 2. Oryzæ cremor, cum quo recens adeps cocta sit. *Marsus* apud *Priscian.* l. 5. pag. 657. *Putsch.* Adipis pondo viginti vetustæ. *Quintil.* l. 2. c. 10. Sibi quoque tenuandas adipes, &c. *h. e.* corpus ad moderatam maciem esse redigendum. *Colum.* l. 8. c. 14. Quæ res ad creandas adipes multum conferunt. *to fatten.* *Id.* l. 6. c. 2. *in fin.* Corporatura pecudis adipibus obesa. ¶ Videtur poni etiam pro sevo. *tallow, suet.* *Augustin.* lib. 2. *de morib. Manich.* c.

16. *ante med.* Quid de adipe respondebitis, qui prope omnes Italas lucernas illuminat? ¶ Translate de obeso homine. *Cicer. Catil.* 3. c. 7. Nec mihi esse Lentuli somnum, nec Cassii adipem, nec Cethegi temeritatem pertimescendam. ¶ Arboribus quoque tribuitur, estque pars ligni pessima, albo colore, mollior, et succo plenior, quæ et *alburnum* dicitur, etiam in robore facile putrescens, teredinique maxime obnoxia. *Plin.* l. 16. c. 38. ¶ Terræ etiam pars quædam pinguis, quæ a Britannis [† *marl*] et Gallis *marga*, [† Vox Latina est *marga*: vide *Plin.* 17. 7. Galli dicunt *marle, marne.*] appellatur, *adeps* dicitur ob similitudinem. *Id.* l. 17. c. 6. ¶ Olim etiam *adipes* in recto singulari usurpatum fuit, si credimus *Prisciano*, qui lib. 7. pag. 752. *Putsch.* affert *adipes illa* ex *Varr.* lib. 2. *R. R.* qui tamen liber cum integer adhuc exstet, neque usquam illa verba habeat, suspicari possumus, depravato codice *Priscianum* usum fuisse.

ADEPTĬO, onis, f. *a getting, obtaining, acquiring,* ἐπιτυχία, verbal. ab adipiscor. *Cic.* 2. *de Fin.* cap. 13. Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni judicemus. *Id. in Partit.* c. 32. Adeptio alicujus commodi.

ADEPTUS, us, m. idem quod adeptio. *Paulin. Nolan.* epist. 32. *ad Sever.* (*al.* 12.) sect. 18. Hæc ædificantes in Domino ex adeptu fidei, ædificamur ipsi a Domino. ¶ Quidam hanc vocem leg. etiam apud *Cicer.* 3. *de Finib.* c. 14. *in fin. Qui processit aliquantum ad virtutis adeptum:* sed ea lectio uno Eruditorum consensu jam explosa est, restituuntque alii *aditum*, alii *habitum*, quidam etiam *adytum.*

ADEPTUS, a, um, particip. ab adipiscor, *that hath obtained, gained, acquired,* ἐπιτυχών. *Plin.* l. 7. c. 24. Tam multis gloriam ejus adeptis. *Tacit.* 11. *Ann.* c. 14. Adepti gloriam. *Senec.* ep. 95. Non contingit tranquillitas nisi certum judicium adeptis. ¶ Passiva significatione, *obtained. Cic. de senect.* c. 2. Senectus, quam ut adipiscantur, omnes optant; eandem accusant adeptam. *Al. leg.* adepti. *Tacit. Ann.* 1. c. 7. Litteras ad exercitus, tanquam adepto principatu, misit. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 8. v. 19. palmas inhonestet adeptas. *Sallust. in Jug.* c. 107. Adeptam victoriam retinere.

ADEQUĬTO, as, avi, atum, n. *to ride up to, or near to a place,* ad aliquem locum equitare, προσιππάζω. *Liv.* l. 9. c. 22. Quo tam ferociter adequitasset, inde se fundi, fugarique. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 34. Adequitare castris, infensare pabula. *Plin.* l. 15. c. 18. Portæ Collinæ adequitans Hannibal. *Liv.* l. 24. c. 31. *a med.* Adequitare Syracusas. *Curt.* l. 7. c. 4. In primos ordines adequitare. *Sueton. in Aug.* c. 65. Vehiculo anteire, aut circa adequitare. *Id. in Calig.* c. 25. Adequitare juxta aliquem. ¶ Cum accusativo sine præpositione, quæ inest in ipso verbo. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 46. Equites propius tumulum accedere, et nostros adequitare. *Curt.* l. 4. c. 9. *sub fin.* Perarmatos adequitare cœpit. *perarmatos* una vox est, et significat *probe armatos.*

ADĒRO. V. *Adœro.*

ADERRO, as, are, n. prope, vel versus aliquem locum errando feror; ex *ad*, et *erro*. *Stat.* l. 2. silv. 2. v. 119. Et blandi scopulis Delphines aderrant. *Id.* 9. *Theb.* v. 177. victorque ululatus aderrat Auribus.

ADESCĀTUS, a, um, *fed, nourished, pampered,* nutritus, altus. *Cœl. Aurel. Acut.* l. 1. c. 11. *ad fin.* Volantia sed non pinguia, neque cibis nutribilibus adescata ob acquirendam pinguedinem.

ADESDUM, *come hither! this way! here! hoa!* πρόσιθι, ex *ades*, imperativum [† imperativo] verbi *adsum*, et particula *dum*, quæ hoc loco vim quandam habet excitantis, sicut in *mane dum, ehodum*, et similibus. *Terent. Andr.* 1. 1. 2. Sosia, adesdum: paucis te volo.

ADESURĬO, uris, ivi, ire, n. *to be very hungry*, valde esurio, βουλιμιάω. *Plaut. Trinum.* 1. 2. 132. Adesurivit magis, et inhiavit acrius.

ADĒSUS, a, um, *eaten, eaten up, devoured, consumed,* comesus, consumptus, absumptus, κατεδηδεσμένος: ab *Adedo, is. Liv.* l. 1. c. 7. Pinarii extis adesis ad ceteram venirent dapem. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 19. Adeso frumento. *Horat.* l. 3. od. 29. v. 36. Adesi lapides. *Virg. Æn.* 9. v. 537. Adesi postes. *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 26. Adesus scopulus. ¶ Translate *Cic.* pro *Quint.* c. 12. Quis tam perditus, ac profusus nepos, non adesa jam, sed abundanti etiam pecunia, sic dissolutus fuisset? *Tacit. Ann.* 13. c. 21. Adesis fortunis omnibus. *Sil.* l. 13. v. 680. Adesus cladibus Hasdrubal. *h. e.* fractus, debilitatus. [*Horat.* carm. l. 3. od. 29. v. 36. Lapides adesos dixit vi aquarum corrosos.]

ADEXPĔTO, is, a. 3. *Senec.* epist. 117. *post init.* Coguntur nostri verba torquere, et unam syllabam *expetendo* interponere, quam sermo noster inseri non sinit. Ego illam, si pateris, adjungam. Expetendum est, inquiunt, quod bonum est: adexpetendum, quod bono contingit. *Expetendum,* αἱρετόν: *adexpetendum,* προσαιρετόν. *h. e.* insuper expetendum.

ADFĀTIM, } et similia his quamplurima. V. in *Affa-*
ADFECTO, } *tim, Affecto,* &c.

ADFILIĀTUS, a, um, *adopted as a son, admitted to the same privileges as a son,* adoptatus. *Caius JCtus Instit.* lib. 1. tit. 4. Quod non solum de personis, quæ nobis propinquitate conjunctæ sunt, sed etiam de adoptivis, hoc est adfiliatis jussum est observari.

ADFLŬO. V. *Affluo.*

ADFRACTUS, et Affractus, a, um, fractus, confractus. *Sidon.* l. 2. ep. 2. *a med.* Fluvius salebratim saxorum obicibus affractus spumoso canescit impulsu.

ADFRANGO, et Affrango, is, egi, actum, a. 3. *to break or dash against*, idem quod frango, seu ad aliquid frango, allido. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 150. plenisque adfrangere parvos Uberibus. *Et* l. 10. v. 47. duris adfrangunt postibus ungues. *Id.* l. 5. *Silv.* 1. v. 36. hiemes adfrangere bustis. *affringere*, vel *adfringere* ubique alii reponunt: quod propius videtur accedere ad Latinorum consuetudinem qui in compositis verbi *frango* mutant fere *a* in *i*, si littera *n* retineatur, ut *confringo, infringo, perfringo*; servant autem *a*, si *n* abjiciatur, ut *anfractus, refragor, suffragor*, &c.

ADFRĔMO, et Affremo, is, mui, n. 3. *to rage, to rage greatly*, idem quod fremo, vel ad aliquid fremo. *Silius* l. 14. v. 124. Boreas stridentibus adfremit alis. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 528. Adfremit his, quassatque caput.

ADFRĬCO. V. *Affrico.*

ADFRINGO. V. *Adfrango.*

ADFRĬO, et Affrio, as, a. *to pound, thresh, powder, triturate, reduce to powder or dust,* ἐπιτρίβω, idem quod frio, seu ad aliquid frio, comminuo, contero. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 57. Item alius aliud adfriat, aut aspergit, ut Chalcidicam, aut Caricam cretam, aut absynthium. *h. e.* conterit, et tanquam tectorium pavimento, et parietibus granarii inducit.

ADFULGĔO. V. *Affulgeo.*

ADGARRĬO, is, n. 4. idem quod garrio, vel simul cum alio garrio. *Fulgent. Planc. in exposit. antiqui sermonis*, n. 19.

ADGAUDĔO, es, gavisus sum, n. 2. *to rejoice in company with, be glad, be overjoyed,* cum aliquo gaudeo, συγχαίρω. *Paulin. Nolan.* carm. 18. *natal. Felic.* 6. v. 14. Cœlicolas Christo quando adgaudere ministros, &c. *Lactant.* l. 4. c. 6. reddens verba *Proverb.* 8. 30. Ego eram, cui adgaudebat.

ADGĔLO, vel Aggelo, as, a. 1. *to congeal, freeze, render chill,* gelu adstringo, induro. Legunt quidam apud *Lucan.* l. 4. v. 289. tum frigidus artus Adgelat, atque animum subducto robore torpor. Sed plerique alii reponunt *alligat.*

ADGĔMO, vel Aggemo, is, mui, n. 3. *to groan at*, idem quod gemo, seu ob aliquam rem gemo, προσστενάζω. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 400. Adgemit Alcides. *Alii leg.* et gemit. *Id.* 1. *Trist.* eleg. 3. v. 112. (*al.* eleg. 4. v. 10.) Aggemit et nostris ipsa carina malis. *Stat. Theb.* 11. v. 245. loquenti adgemit.

ADGENĔRO, as, a. 1. *Tertull.* lib. 4. *advers. Marcion.* c. 19. Dic mihi omnibus natis adgenerantur et fratres? *h. e.* adnascuntur.

ADGLOMĔRO, V. *Agglomero.*

ADGENICŬLOR, aris, passiv. 1. *to bend the knee to, kneel down before, prostrate one's self on one's knees,* flecti in genua. *Tertull. de Pœnitent.* c. 9. Presbyteris advolvi, caris Dei adgeniculari.

ADGĔNO. V. *Aggeno.*

ADGNASCOR. V. *Adnascor.*

ADGNĀTI. V. *Agnati.*

ADGREDĬOR. V. *Aggredior.*

ADGRĔGO. V. *Aggrego.*

ADGRETTUS pro aggressus antiquissimum, et obsoletum, dictum est olim ab *Ennio apud Festum:* Adgrettus fari. ¶ Scribi potest et *Aggrettus.*

ADGUBERNO, as, avi, atum, a. 1. idem quod guberno, *to govern, rule, manage, sway. Florus* l. 3. c. 5. Pedibus iter adgubernans, utre suspensus. Adde l. 2. c. 8.

ADHABĬTO, as, are, n. 1. παροικέω. solet afferri exemplum *Plauti* in *Captiv.* a. 3. sc. 4. v. 72. sed ibi legendum est *adbites* pro *adhabites.*

ADHÆREO, es, æsi, n. 2. *to adhere or stick close to, to grow to or near to,* συμπρόσειμι, προσίσχω, ad aliquid hæreo, insideo. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 65. *Hard.* Lingua crocodilis tota adhærens. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 80. Sive gravis lateri crateræ limus adhæsit. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 48. Tragula casu ad turrim adhæsit. *Cic. in Arat.* v. 178. Spiniferam subter caudam Pistricis adhæsit. *Ovid. Metam.* 5. v. 38. Fronte tamen Rhœti non irrita cuspis adhæsit. *Tertull. de Pall.* c. 5. Pallium, qua humerum adhæret. *Alii leg.* in humerum. *Lucret.* l. 3. v. 558. Connexus corpus adhæret. *Alii leg.* corpore. ¶ Significat etiam vicinum esse, adjacere. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 25. Et modica silva adhærebat. ¶ Translate *Cic. pro Dom.* c. 24. In me omnia conjurationis nefaria tela adhæserunt. *Id. in Vatin.* c. 5. Tenesne memoria, cum P. Sextius quæstor sit cunctis suffragiis factus, tum te vix, invitis omnibus, non populi beneficio, sed consulis, extremum adhæsisse? *h. e.* extremo loco quæstorem esse factum. *barely got elected quæstor? Liv.* l. 39. c. 25. Lateri adhærere gravem dominum. *h. e.* valde vicinum esse, imminere. *Sueton. in Galb.* c. 14. Regebatur trium arbitrio, quos una habitantes, nec unquam non adhærentes, &c. *ever at each other's elbow. Plin.* l. 10. c. 22. Comitem perpetuo alicui adhærere. *Plaut. Stich.* 1. 3. 83. Adhæsit homini ad intimum ventrem fames. *Vellei.* l. 1. c. 9. Adhæret altissimis invidia. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 56. Cui Canis ex vero dictum cognomen adhæret. ¶ *Adhærere jumento* apud *Gell.* l. 20. c. 1. est insidere, vehi.

ADHÆRESCO, scis, n. 3. *to grow close to, to stick to, to adhere to,* συμπρόσειμι, προσίσχομαι, adhæreo, vicinus sum, inhæreo. *Plin.* l. 26. c. 8. Adhærescente roscida la nugine. *Id.* l. 34. c. 34. Spodos evolat e fornacibus, et tectis adhærescit. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 53. Argumentum ratio ipsa confirmat, quæ simul atque emissa est, adhærescit. *applies close, is decisive, in point. Id.* 4. *Academ.* c. 3. Ad quamcumque disciplinam, tanquam ad saxum, adhærescunt. *Id. Attic.* 4. ep. 4. Utique fac venias, si potes in his locis adhærescere. *h. e.* consistere, *stay, remain, abide, tarry. Id.* 1. *Offic.* c. 25. Justitiæ, honestatique adhærescere. *Id. pro Dom.* c. 5. Ne in tantam materiem seditionis ista funesta fax adhæresceret. *Id.* 1. *de Orat.* c. 61. Non tam ea, quæ recta essent, probari, quam quæ prava sunt, fastidiis adhærescere. *h. e.* non tam recta hærere animo probanti, quam prava fastidienti. *Tacit. Ann.* 11. c. 12. Multo comitatu ventitare domum, egressibus adhærescere. *to wait on, be in attendance on, when going out.* ¶ Pro hærere, retardari, cessare. *Cic. de clar. Orat.* c. 79. Oratio ita libere fluebat, ut nunquam adhæresceret. *Id. ibid.* c. 93. In celeritate, et continuatione verborum adhærescere.

ADHÆSE, adverb. *stammeringly*, hæsitando, hærendo. *Gell.* l. 5. c. 9. Oris vinculis solutis per omne inde tempus non turbide, neque adhæse locutus est.

ADHÆSĬO, onis, f. *an adhering together, adhesion,* προσκόλλησις, actus adhærendi. *Cic.* l. *de Fin.* c. 6. Complexiones, copulationes, et adhæsiones atomorum inter se. *Alii leg.* adhæsitationes *ex multis MSS.*

ADHÆSITATĬO, nis, . idem quod adhæsio. V. *Adhæsio.*

ADHÆSUS, us, ui, m. idem quod adhæsio. *Lucret.* l. 5. v. 840. Membrorum adhæsu. *Id.* l. 3. v. 383. Neque pulveris interdum sentimus adhæsum.

ADHÆSUS, a, um, particip. ab Adhæreo, *stuck together, fastened together. Paul.* ex *Festo:* Adhæsum, cohærens fortiter. *Lucret.* l. 4. v. 1235. Tenue (*semen*) locis quia non potis est adfigi adhæsum. *Nonius* cap. 2. n. 34. legit *adfigere:* qua ratione *adhæsum* nomen videri esse fortasse potest, non participium.

ADHĀLO, as, n. 1. *to breathe upon,* afflo, προσπνέω. *Plin.* l. 22. c. 22. Si patescentem (*fungum*) primo (*serpens*) adhalaverit.

ADHĀMO, as, a. 1. *to catch with a hook, to compass.* hamo captare. Translate *Cic. apud Non.* c. 2. n. 5. Qui serius honores adhamaverunt, vix admittuntur ad eos. Ita *Nonius* explicat, et ab *hamo* tractum esse docet: Alii aspirationem abjiciunt, et ab *adamo* deducunt. quod veri similius multo est.

ADHIBĔO, es, bui, ibitum, a. 2. *to adopt, use, employ,* utor re aliqua ad aliquid faciendum, ἐπέχω, προσφέρω, προσάγω. Verbum est quam latissimi usus. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 38. Cur non adhibuisti, dum isthæc loquereris, tympanum? *Cic. in Orat.* c. 57. Numerus iambicus adhibetur in fabulis. *Id. de senect.* c. 11. Tantum cibi, et potionis adhibendum, ut reficiantur vires. *Id.* 1. *Offic.* c. 28. Adhibere reverentiam adversus homines. *profess or make a show of respect. Id. Fam.* 13. ep. 6. Officium quod adhibet erga illos. *Id. Fam.* 16. ep. 9. Adhibere omnem dilgentiam ad convalescendum. *Colum.* l. 3. c. 4. diligentiam pastinationi. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 2. misericordiam in fortunis alicujus, et sapientiam in salute reipublicæ. *Id. in Orat.* c. 19. flores in causis. *Id. pro Rosc. Amerin.* c. 11. vim alicui. *to have recourse to force.* Et *Attic.* 12. ep. 4. prudentiam ad omnes res. *Id.* 4. *Acad.* c. 10. Cum adhibemus ad eos orationem hujusmodi. *when, in conversing with them, we use language to this effect. Id. Attic.* 1. *ep. penult.* Adhibere cautionem privatis rebus suis. *to use caution. Id. de Fato* c. 12. *in fi.* medicum. *Id.* 2. *de Finib.* c. 21. testes. *Id.* 3. *de Orat.* c. 13. patronum. *Id.* 1. *de Finib.* c. 7. severitatem in filio. *Id. pro Dom.* c. 23. crudelitatem in aliquem. *Id. pro Dom.* c. 14. calumniam, fraudem, dolum. *Sueton. in Domit.* c. 2. fraudem testamento. ¶ Significat etiam adjungere, advocare, admittere, recipere, *to take, admit, receive. Cic.* 2. *Offic.* c. 23. Adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognovit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 77. Neque hos habendos civium loco, neque ad concilium adhibendos censeo. (pro *adhibere in consilium* dicitur etiam *adhibere* absolute. *Cic.* 4. *Fam.* ep. 7. *in fi.* A tuis reliquis non adhibemur. Adde *Fam.* 10. ep. 25. et l. 11. ep. 7. et 3. *Offic.* c. 20.) *Cic. de clar. Orat.* c. 88. Adhibere aliquem ad causas. *to call one to plead. Gell.* l. 12. c. 1. Adhibere nutrices puero. *h. e.* dare. *Virg.* 8. *Æn.* v. 56. Castris adhibere socios, et fœdera jungere. *Justin.* l. 3. c. 6. aliquem in auxilium. *Horat.* l. 4. *Od.* 5. v. 32. aliquem mensis. *Nepos in præfat.* aliquem in convivium. ¶ Item admovere, *to lay, apply, adapt. Virg. Georg.* 3. v. 455. Adhibere manus medicas ad vulnera. *Celsus* l. 8 c. 11. *extr.* affrictionem membris. [Perperam hic Lexico-

graphus *adfectionem* usurpavit, cum suimetipsius obitus in V. *Infectio* affectionem in *refectionem* mutaverit, utramque tamen vocem e Latio eliminandam probat [illegible] in secunda [illegible] editione.] Cic. 1. *Tuscul.* c. 27. remedia morbis. *Id. Agr.* 2. c. 18. manus vectigalibus. *to lay hands on the revenue.* *Ovid.* 3. *Fast.* v. 293. vincula captis *h. e.* injicere. *Senec. in Herc. Oet.* v. 1073. manus pomis. *to stretch forth, hold out.* *Gell.* l. 15. c. 17. tibias ad os, et inflare. *put to the mouth.* ¶ Item afferre, *to bring, bring on.* Cic. 3. *de Orat.* c. 13. Ut oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem afferat. *Id. pro Muren.* c. 35. Adhibere alicui voluptates. *supply you, furnish matter of delight, contribute pleasure.* *Id. de clar. Orat.* c. 96. consolationem alicui. ¶ Item exhibere, offerre, dare. Cic. 1. *de nat. Deor.* c. 2. Adhibere cultus, honores, preces Diis immortalibus. *Id. ibid.* c. 40. odores ad deos. ¶ Item excipere, tractare, *to behave to, treat, use.* Cic. *Q. Fr.* lib. 1. ep. 1. c. 5. Quos ego universos adhiberi liberaliter, optimum quemque hospitio, amicitiaque conjungi dico oportere. *Id. Att.* 10. ep. 12. Quintum filium severius adhibebo. *shall carry matters with a higher hand towards, treat with greater severity.* ¶ Item addere. *Liv.* l. 26. c. 25. Ut eos uno tumulo contegerent, adhiberentque humatis titulum, &c. Cic. 5. *Tuscul.* c. 34. Quos negat ad panem adhibere quidquam præter nasturtium. *Scævola Digest.* lib. 28. tit. 5. leg. 83. Adhibere heredem fratri. *h. e.* simul cum fratre heredem facere. ¶ *Adhibere animum* est advertere, attendere. *Cic. de harusp. respons.* c. 10. ¶ *Adhibere vultum alicui* est convertere. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 15. v. 15. Huc adhibe vultus, et in una parce duobus. Sic *Plaut. Pseud.* 1. 2. 20. Huc adhibete aures. ¶ Adhibere aliquem procul apud *eund. Trinum.* 2. 1. 30. est procul habere, amovere. ¶ *Adhibere se* est se gerere, *conduct one's self, carry one's self.* *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 7. Permagni est hominis, sic se adhibere in tanta potestate, ut nulla alia potestas ab iis, quibus ipse præsit, desideretur. *Lucret.* l. 1. v. 44. Adhibere se semotum a curis veram ad rationem. *h. e.* præbere se liberum a curis ad veram rationem audiendam. ¶ *Adhibere motus alicui* est imprimere, incutere, inferre. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 45. Nisi omnes ii motus, quos orator adhibere volet judici, in ipso oratore impressi esse videbuntur. ¶ *Adhibere modum* est statuere, ponere, finem præscribere. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 17. Adhibere modum vitio. *Sueton. in Neron.* c. 16. modum sumptibus. ¶ *Adhibere fidem* est fide uti, integre, et fideliter agere. *to act with honour, fidelity, integrity.* *Plaut. Rud.* 4. 3. 104. Quamquam ad ignotum me appellis, si adhibebit fidem, etsi est ignotus, notus est. *Cic. pro Cluent.* c. 42. Adhibere fidem in periculis amicorum. ¶ Est etiam fidem habere, *to give credit to,* sed raro. *Auson.* ep. 10. v. 1. Si qua fides falsis unquam est adhibenda poetis. *Papinian. Digest.* lib. 17. tit. 1. leg. 7. fidem placitis. *Ulpian.* lib. 48. tit. 18. leg. 1. fidem quæstioni. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 59. Si insanorum visis fides non est adhibenda. *Borrich. in Analect.* hanc lectionem tuetur ex multis probatis Codicibus. Alii leg. *habenda.* ¶ *Adhibere moram* est differre, *to put off, defer.* *Pompon. Digest.* lib. 18. tit. 6. leg. 17. ¶ *Adhibere memoriam* est servare, memoria tenere. *Nepos in Epamin.* c. 7. Nullam adhibuit memoriam contumeliæ. ¶ *Adhibere patientiam* est patientia uti, *to endure, brook with patience.* *Liv.* l. 5. c. 6. Belli necessitatibus eam patientiam non adhibebimus, quam &c.?

ADHIBITĬO, onis, f. actus adhibendi. *Marcell. Empir.* c. 15. Anginæ prodest sanguinis detractio, cucurbitarum adhibitio, &c. *the application of cupping-glasses.* Et *Martian. Capell.* l. 3. pag. 49. Pectus medicaminis adhibitione purgare. *Caius JCtus Institut.* lib. 1. tit. 1. Liberti Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut convivii adhibitione manumittuntur. *by being admitted to their master's table.*

ADHIBĬTUS, a, um, *used, employed,* particip. verbi Adhibeo. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. Adhibitæ opificum manus. *Id. pro Cæcin.* c. 15. Adhibita vis. *Sueton. in Aug.* c. 74. Adhibitus cœnæ. *admitted.*

ADHINNĬO, is, ii, n. 4. *to neigh after,* ad aliquem hinnio, προσχρεμετίζω, et est proprium equi ad alterius equi conspectum hinnientis. *Ovid.* 1. *de Art. aman.* v. 280. Femina cornipedi semper adhinnit equo. *Apulei.* l. 6. *Metam.* Virginis delicatas voculas adhinnire. *h. e.* hinnitu respondere. ¶ Translate est alicujus rei cupiditatem ostendere: et quidem in malam partem. *Cic. in Pison.* c. 20. Admissarius iste simul atque audivit a philosopho voluptatem tantopere laudari, sic suos sensus voluptarios omnes incitavit, sic ad illius orationem adhinniit, ut &c. *Plaut. in fragment.* apud *Priscian.* l. 3. *sub fin.* pag. 617. *Putsch.* Adhinnire equulam possim ego hanc, si detur sola soli. Hæc *Plauti* verba in quibusdam Editionib. inserta sunt *Cistellar.* 4. 2. 83.

[*ADHINNIO, is, usque ad finem delenda omnia, et hæc reponenda:* ADHINNĬO, is, ivi et ii. n. a. *to neigh after.* Ad aliquem hinnio, προσχρεμετίζω, et est proprium equi ad alterius equi conspectum hinnientis. *Plin.* l. 35. c. 10. Namque (Apelles) ambitu æmulos prævalere sentiens, singulorum picturas inductis equis ostendit: Apellis tantum equo adhinnivere. ¶ Sæpius equorum est proprium equabus adhinnientium ob coitus desiderium, quin et equæ ipsæ interdum equis adhinniunt. *Ovid. de rem. Amor.* c. 634. Fortis equus visæ semper adhinnit equæ. *Apul.* lib. 6. *ad fin.* Virginis delicatas voculas adhinnire tentabat (asinus). *h. e.* hinnitu respondere. *Ovid.* 1. *de Art. am.* v. 280. Femina cornipedi semper adhinnit equo. ¶ Adhibetur etiam de hominibus ad mulieres equorum more accedentes cum accusativo sine præpos. *Plaut. in fragment.* apud *Priscian.* lib. 3. *sub fin.* pag. 617. *Putsch.* Adhinnire equulam possim ego hanc, si detur sola soli. Hæc *Plauti* verba in quibusdam editionib. inserta sunt *Cistell.* 4. 2. 83. *Augustin. de morib. Manich.* l. 2. c. 19. Vidimus tres electos tres feminas petulanti gestu adhinnire. Cum præpos. in. *Arnob.* lib. 4. p. 135. Mercurius primus, qui in Proserpinam dicitur genitalibus adhinnivisse subrectis. *Id.* pag. 172. Jupiter etiamne in matrem, etiamne in filiam efferati pectoris appetitionibus adhinnivit? ¶ Translate cum præpos. *ad. Cic. in Pison.* c. 28. Admissarius iste, simul atque audivit a philosopho voluptatem tantopere laudari, sic suos sensus voluptarios omnes incitavit, sic ad illius orationem adhinnivit, ut etc. *h. e.* sic gavisus est oratione, quæ præsidium libidini suæ præstaret.]

AD HOC. V. *Ad.*

ADHORRĔO, es, rui, n. 2. *to dread, stand in great fear,* idem quod horreo, ἐπιφρίττω, *Albinov.* eleg. 1. v. 221. Ipse pater flavis Tiberinus adhorruit undis. *Quidam leg.* inhorruit.

ADHORTĀMEN, inis, n. adhortatio. *Apulei. in Florid.* n. 18. (*al.* lib. 4.) Multa mihi apud vos adhortamina suppetunt.

ADHORTATĬO, onis, f. *an exhortation, encouraging, inciting,* hortatio, incitatio, παραίνεσις, παράκλησις. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 3. Omissa nostra adhortatione, veniamus ad eorum sermonem. *Plin.* l. 8. c. 42. Adhortationis intellectum fatentur equi.

ADHORTĀTOR, oris, m. *an encourager, one who exhorts,* qui adhortatur, ἐγκελευστής. *Liv.* l. 32. c. 25. Adhortator a præfecto regio missus. *Id.* l. 2. c. 38. Adhortator operis. *Adde* l. 9. c. 13.

ADHORTĀTUS, a, um, particip. *having exhorted.* *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 1. Nam me meæ vitæ consuetudo ad C. Rabirium defendendum est adhortata. ¶ Passive, *exhorted, encouraged,* προτραπείς. *C. Hemina apud Priscian.* l. 8. p. 791. *Putsch.* Adulatique erant ab amicis, et adhortati.

ADHORTĀTUS, us, m. *an exhorting,* adhortatio. *Apulei. in Apolog. prope fin.* Rem familiarem meo adhortatu filiis condonasset.

ADHORTOR, aris, atus sum, depon. 1. *to exhort, encourage,* παρακαλέω, idem quod hortor, nisi quod *ad* vim quandam addit. *Tacit.* 1. *Histor.* c. 38. Nullo adhortante, sibi quisque dux, et instigator. *Cic. Phil.* 4. c. 5. Adhortari milites. *Id. Fam.* 1. ep. 7. aliquem ad certam laudem. *Id. Phil.* 1. c. 9. adolescentes, ut turbulenti vellint esse. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 61. in bellum. *Sueton. in Cæs.* c. 81. Tandem Bruto adhortante, ne jam dudum opperientes destitueret, progressus est. [¶ Translate significat adhortari se, *h. e.* se excitare. *Catull.* carm. 63. v. 85. *de leone.* Ferus ipse sese adhortans rapidum incitat animum.]

ADHOSPĬTO, as, a, 1. *to conciliate, make friendly.* *Dictys Cretensis* lib. 1. c. 15. *in fin.* Martem, atque Concordiam multis immolationibus sibi adhospitavere.

ADHUC, adverb. *hitherto, thus far, as yet,* hucusque, ad hoc usque tempus: ex *ad,* et *huc* conflatum: jungiturque verbis tum præteriti, tum præsentis, tum etiam futuri temporis. [*Plin.* l. 4. ep. 13. Ipse pauculis adhuc diebus in Tusculano commorabor. *Senec. Nat. Quæst.* l. 4. c. 8. Unam rem adhuc adjiciam.] *Cic. Verr.* 5. c. 84. Facinus fortasse adhuc in nullo vindicatum. *Id. Fam.* 6. ep. 14. Cæsari pro te, sicut adhuc feci, libentissime supplicabo. *Id. Fam.* 16. ep. 18. Cui tu adhuc, dum mihi deservis, servisti non satis. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 34. Gangrænam vero, si nondum plane tenet, sed adhuc incipit, curare non difficillimum est. *but is as yet growing, in an incipient state.* *Nepos in Miltiad.* c. 5. Qua pugna nihil adhuc est nobilius. *Terent. Phorm.* 3. 1. 15. Adhuc tranquilla res est. *Cic. in Divin. Verr.* c. 17. Est adhuc non Verres, sed Q. Mutius. ¶ *Plautus* addidit genitivum *locorum* pleonasmo non ineleganti, *Capt.* 2. 3. 25. Ut adhuc locorum feci, faciam sedulo. ¶ Habet etiam adjunctam particulam *usque,* sive ante, sive post. *Gell.* l. 2. c. 4. Idcirco quod adhuc usque deest, divinatione supplendum. *Terent. Adelph.* 4. 4. 22. Cessatum usque adhuc est. ¶ Quomodo ab *hactenus* differat, V. ibi. ¶ Sumitur interdum pro præterea, insuper, *beyond that, more than that, more still, besides.* *Cic. de Amic.* c. 9. Ortum quidem amicitiæ videtis, nisi quid adhuc forte vultis. *Alii leg.* ad hæc. *Plin.* l. 33. c. 2. Sunt adhuc aliquæ non omittendæ in auro differentiæ. Adde *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. ¶ Item pro etiamnum, *still, as yet, even yet.* *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 163. Sed nimium properas, et adhuc tua messis in herba est. *Sallust. in Orat. Philippi contra Lepid.* Qui hanc urbem, omissa cura, adhuc regitis. *Ulpian. Digest.* lib. 27. tit. 3. leg. 16. Si adhuc cum tutore ex stipulatu agatur. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 17. Novum, et nutantem adhuc principem precibus adire. *Pers.* sat. 3. v. 58. Stertis adhuc? Hæc tamen, et alia multa, quæ afferri possent ex *Plauto, Ovid. Liv.* et aliis, facile ad primam notionem reduci possunt: certe quidem affinia valde sunt.

ADHUCCĬNE pro *adhucne* cum interrogatione, quidam legunt apud *Apulei. sub init.* l. 9. *Metam.* ast alii plerique *at hunccine.*

ADIABĔNA, æ, et Græca positione Adiabene, es, f. Ἀδιαβαίνη, et Ἀδιαβήνη, nunc *Botan* dicta, ut quidam putant, regio est Syriæ nobilissima, olim et Assyria appellata, ultra Armeniam; ita dicta quod difficile adiri vado queat, cum inter duos magnos fluvios, Onam, et Tigridem, sita sit: ab α privativa, et διαβαίνω, transeo. Hanc nominis etymologiam parum probat *Ammian.* l. 23. c. 6. (*al.* 20.) ideoque aliam substituit: nimirum a nominibus aliorum duorum fluminum, quæ in ea sunt, quorum unum *Diabas,* alterum *Adiabas* vocatur. *Id. ibid.* Intra hunc circuitum Adiabena est. *Plin.* l. 5. c. 12. Ultra Armeniam Adiabene, Assyria ante dicta. ¶ Quidam *Adiabæne* scripserunt, ut servetur verbi βαίνω, diphthongus.

ADIABĒNI, orum, m. Ἀδιαβηνοί, populi Adiabenes. *Plin.* l. 6. c. 9. Quod interest spatii, Sopheni tenent: ab his juga: ultra Adiabeni tenent. *Spartian. in Sever.* c. 9. Adiabenis in ditionem redactis. ¶ Adjective *Tacit. Ann.* 15. c. 14. Monobazus Adiabenus testis adhibetur. *Id. ibid.* c. 2. Adiabenum regimen.

ADIABENĬCUS, a, um, adject. ab Adiabene. Severus Imperator post Adiabenem in ditionem redactam, *Adiabenicus* cognominatus est, ut narrat *Spartian. in ejus vita* cap. 9. Cujus rei exstant etiam Inscriptiones apud Gruter. pag. 1. n. 1. pag. 11. n. 4. pag. 22. n. 7. et alibi.

ADIABĒNUS, a, um. V. in *Adiabeni.*

ADJĂCENS, entis, *lying contiguous, adjacent, bordering upon, nigh to,* proximus, vicinus, γείτων. *Tacit. Ann.* 1. c. 79. Velinum lacum in adjacentia erupturum. *subaudi* loca. *Id. Ann.* 13. c. 55. Adjacentes populi. *Id.* 2. *Hist.* c. 93. Adjacentia Tiberi corpora.

ADJĂCĔO, es, cui, n. 2. *to lie contiguous, or border upon, to lie near,* πρόσκειμαι, juxta jaceo, adhæreo. *Tacit. Ann.* 4. c. 48. Cum pars militum munitionibus adjacerent. *Et* l. 1. c. 65. Cum Romani adjacerent vallo. *Colum.* l. 12. c. 1. Ne habeamus villicum intra tecta desidem, et complexibus adjacentem feminæ. *Al. leg.* feminam. ¶ De regionibus. *Liv.* l. 7. c. 12. Fines Romanos, qua parte Etruria adjacet, peragravere. *Al. leg.* Etruriam adjacent. *Id.* l. 2. c. 49. Tuscus ager Romano adjacet. *Nepos in Timoth.* c. 2. Gentes, quæ mare illud adjacent. *Pompon. Mela* l. 1. c. 7. Urbes ad Syrtim adjacent.

ADJACULĀTUS, a, um, particip. passivæ significationis. *Martian. Capell.* lib. 2. pag. 41. Adjaculati fulgoris radios revibrare.

ADIANTUM, ti, n. et Adiantus, i, m. *the herb called maidenhair, or Venus' hair,* [†" Vulgo capillus Veneris dicitur. *An herb growing about springs of water, having small leaves like coriander, and groweth not in England, although some take it for mayden heare. It may be called Venus heare, or coriander mayden heare: others name it to be well ferne.*" T. Cooper.] ἀδίαντον, herba foliis filicis, semper durantibus, ex quibus inferiora aspera, et fusca sunt; radice nulla, seu admodum tenui; ramulis nigro colore nitentibus; duorum generum, candidioris scilicet, et nigri: ita dicta ab α privativa, et διαίνομαι, madefio, quod etiam aqua perfusa, vel mersa siccæ similis sit, ut ait *Plin.* l. 22. c. 21. Eandem alio nomine *callitrichon,* et *polytrichon* vocant, quia ad tingendos, crispandos, densandosque capillos, et eorum defluvium prohibendum apprime utilis censetur: vel quia radicem habet tenuissimam, et capillis, seu fibris similem: Nam θρὶξ, τριχὸς, capillum, seu pilum significat; κάλλος pulcritudinem, πολὺς, multum. Latini *capillum Veneris,* et *capillarem herbam* vocant, ut *Apulei. de herb.* c. 47. docet. Nascitur autem circa umbrosas petras, et parietum aspergines, fontium specus, et saxa manantia, quamvis aquas non sentiat, ut dictum est. *Plin. loc. cit.* Adiantum perfusum, mersumve, sicco simile est. *Et paulo infra.* In vino decocti. (*subaudi* adianti) alvum sistunt.

ADIAPHŎROS, *indifferent,* ἀδιάφορος, indifferens: sic enim Græcam hanc vocem vertit *Cic.* 3. *de Fin.* c. 16. hoc est, quod nec bonum, nec malum est: ab α privativa, et διαφέρω, differo. *Varr. apud Non.* c. 2. n. 103. Nec dolorem adiaphoron esse.

ADJECTAMENTUM, ti, n. *an adding, addition,* adjectio. Quidam legunt apud *Jabolen. Digest.* lib. 50. tit. 16. leg. 242. ubi alii *additamentum.*

ADJECTĬO, onis, f. *an addition, increase, augmentation,* προσβολὴ, ἐπιβολὴ, additio. verbale ab Adjicio. *Liv.* l. 38. c. 14. *extr.* Paulatim illiberali adjectione ad centum talenta est perductus. *Id.* l. 1. c. 30. Romana res adjectione populi Albani aucta. *Senec.* ep. 109. Calor non adjuvatur adjectione caloris. *Julian. Digest.* l. 18. tit. 2. leg. 17. Adjectio facta pretio. *Quintil.* l. 1. c. 5. Adjectio litterarum. ¶ Apud *Tacit.* 1. *Hist.* c. 78. Eadem largitione Hispaliensibus, et Emeritensibus familiarum adjectiones,

Lingonibus civitatem Romanam dedit. *h. e.* cum Hispalis, et Emerita coloniæ Romanorum essent, et in colonias certus deduceretur familiarum numerus, quem injussu Senatus Romani augeri non licebat, concessum his beneficio singulari, ut adjicerent sibi alios, quo sua civitas frequentior, et potentior fieret. ¶ In architectura *adjectio per scamillos impares apud Vitruv.* l. 3. c. 3. in stylobatis videtur esse numerus ille scamillorum, qui adjiciuntur quadratæ figuræ ipsius stylobatæ, quæ si simplex esset, et sine scamillis, facies ejus viderentur alveolatæ, ut *Idem ibid.* habet. In columnis vero adjectio, quæ Græce ἔντασις, apud *eund. ibid.* c. 2. est venter in medio columnæ scapo turgescens. ¶ Apud Jurisconsultos interdum *adjectio* accipitur pro pretii additione, seu augmento, *an enhancement in the price, increase of value. Hermogenian. Dig.* lib. 4. tit. 4. leg. 35. Si in emptionem penes se collocatam minor adjectione ab alio superetur. *Paul.* lib. 50. tit. 1. leg. 21. Si civitas nullam propriam legem habet de adjectionibus admittendis. V. *Adjicio.*

ADJECTĪVUS, a, um, *adjective,* προσθετος, ἐπίθετος, qui additur. Apud Grammaticos *adjectivum nomen* est, quod positivo, seu substantivo adjicitur, et significat vel laudem, vel vituperationem, vel medium, vel accidens, ut *justus, impius, magnus, albus,* ut *Priscian.* lib. 2. pag. 578. *Putsch.* definit. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 4. Ut jam non positivum sit, sed adjectivum, quod Græci ἐπίθετον vocant.

ADJECTO, as, a. 1. *to add, to add often,* addo. frequentativum ab *Adjicio. Apicius* lib. 8. c. 2. Adjectas caryotam, uvam passam, et oleum. *Sunt qui aliter leg.*

ADJECTUS, us, m. actus adjiciendi, seu immittendi, injectus, conjectus, ἐπιβολή. *Vitruv.* l. 9. *c. ult.* Cuneorum adjectus, aut exemptus. ¶ Item appulsus, appropinquatio, *an approach, drawing near, being applied near or close to. Lucret.* l. 1. v. 688. rei, quæ corpora mittere possit Sensibus, et nostros adjectu tangere tactus. Et l. 4. v. 674. quo pacto nares adjectus odoris tangat.

ADJECTUS, a, um, *added, united,* additus, ἐπιβεβλημένος, προσθετος. particip. ab Adjicio. *Horat.* l. 3. *Od.* 5. v. 3. Adjecti Britanni imperio. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 65. Cluvius comitatu principis adjectus. *comitatu* dictum est pro *comitatui*: cujus rei exempla non desunt; in nominibus præsertim quartæ declinationis.

ADĪGO, adigis, adegi, adactum, a. 3. *to drive, to drive in, to plunge, thrust, impel,* vi impello, conjicio, immitto, προσάγω: ex *ad,* et *ago. Plin.* l. 17. c. 18. Adigere taleam malleo. *Id.* l. 16. c. 10. clavum æreum in arborem. *Tacit. Ann.* 6. c. 35. vulnus per galeam. *Sil.* l. 7. v. 626. ferrum in viscera. *Justin.* l. 1. c. 9. et *Epitom. Liv.* l. 124. ferrum alicui. *Sueton. in Ner.* c. 49. Ferrum jugulo. ¶ Hypallage est in illo *Columell.* l. 5. c. 10. Fissuram cuneo adigito. *pro* fissuræ cuneum adigito. *Alii leg.* adjecito. ¶ Est etiam agere, impellere, *to drive, bring, conduct. Plaut. Bacch.* 5. 2. 3. Quis has huc oves adegit? *Terent. Eun.* 2. 1. 13. Noctu te adigent horsum insomnia. *will drive you this way. Virg. Æn.* 4. v. 25. Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras. *Sueton. in Galb.* c. 19. Adigere equos per publicum. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 7. Dum adiguntur naves. *h. e.* in mare impelluntur. *are pushed off to sea. Id.* 2. *Hist.* c. 83. Adigere classem e Ponto Byzantium. *Virg. Æn.* 9. v. 601. Quis deus Italiam, quæ vos clementia adegit? ¶ Item jacere, conjicere, *to throw in any direction. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 51. Tumulum occupavit, qui tantum aberat a nostro Castello, ut telum tormento missum adigi non posset. *Id.* 5. *B. Gall.* c. 43. Adigere flammam turri. ¶ Translate est compellere, cogere, *to force, compel. Terent. Adelph.* 1. 2. 31. Tu homo adigis me ad insaniam. *will drive me mad. Tacit.* 15. *Ann.* c. 33. Acri cupidine adigi. *Id.* 12. *Ann.* c. 22. Adigere aliquem ad mortem. ¶ Cum infinito. *Id.* 15. *Ann.* c. 35. Silanus mori adigitur. *Et* l. 11. c. 10. Adegit Parthos mittere ad principem Romanum occultas preces. *Virg. Æn.* 7. v. 114. vertere morsus Exiguam in Cererem penuria adegit edendi. *Sil.* l. 2. v. 472. jejunia ventris Insolitis adigunt vesci. Adde *Stat.* 4. *Theb.* v. 531. ¶ Et cum conjunctivo et particula *ut. Latin. Pacat. in paneg. ad Theodos.* cap. 2. Quod ut dicerem, nullus adigebat. ¶ Et omissa *ut* particula. *Plaut. Rud.* 3. 3. 19. Quæ vis, vim mihi afferam ipsa, adigit. *Alii aliter leg.* ¶ *Adigere aliquem arbitrum,* vel *ad arbitrum,* est aliquem cogere, ut ad arbitrum accedat controversiæ finiendæ causa: estque dictum quasi *ad arbitrum agere,* hoc est adducere, vel adigere cogere. *to summon by a subpœna.* Nam apud *Festum* adigere est *adire cogere,* ut eum locum *Scaliger,* et *Passerat.* recte emendant. *Cic.* 3. *Offic.* c. 16. Itaque Calpurnius arbitrum illum adegit, quidquid sibi dare, facere oporteret ex fide bona. *obliged him to submit to an arbitration,* &c. In uno *Manutii* Cod. *ad arbitrum* legitur. Rursus *Cic. in Top.* c. 10. Si in urbe de finibus controversia est, quia fines magis agrorum videntur esse, quam urbis, finibus regundis adigere arbitrum non possis. *Id. pro Rosc. Com.* c. 9. Cur non arbitrum pro socio adegeris Q. Roscium quæro. Alii leg. *arbitrium:* sed utcumque legas, ipsum *adigere* significationem non mutat. ¶ Adigere aliquem *ad,* vel *in jusjurandum,* et *adigere aliquem jurejurando,* aut *sacramento,* est aliquem compellere ad juramentum præstandum, *to oblige to make oath. Sallust. in Catil.* c. 23. Cum ad jusjurandum populares sceleris sui adigeret. *Cincius* apud *Gell.* l. 16. c. 4. In jusjurandum eos Tribunus militaris adigebat in hæc verba, &c. *Quædam Editiones omittunt* in. *Tacit. Hist.* 1. c. 76. Judaicum exercitum Vespasianus, Syriæ legiones Mucianus sacramento Othonis adegere. *compelled to swear allegiance to Otho. Sueton. in Galb.* c. 16. Adigere aliquem sacramento in nomen Senatus. *Liv.* l. 10. c. 38. Adigere aliquem jurejurando, non enuntiaturum, &c. ¶ Et omissa præposit. *Liv.* l. 43. c. 15. Censores, cujus nondum justa missio visa esset, ita jusjurandum adigebant: Ex tui animi sententia &c. *compelled them to swear to this effect. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 76. Ipse idem jusjurandum adigit Afranium. *Gell.* l. 7. c. 18. Priusquam proficiscerentur, jusjurandum eos adegit, redituros esse in castra, &c. *Sunt qui hic aliter leg. Id.* l. 4. c. *ult.* Censor adigebat de uxoribus solemne jusjurandum. ¶ *Adigere in verba* est compellere aliquem ad jurandum iis verbis, quæ quis velit. *Liv.* l. 7. c. 5. Pavidus tribunus adjurat in quæ adactus est verba. *Suet. in Vespas.* c. 6. Primus in verba Vespasiani legiones adegit. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 18. Provinciam omnem in sua, et Pompeii verba jusjurandum adigebat. *Quidam leg.* per jusjurandum. ¶ Hoc eodem sensu absolute *Tacit. Hist.* 4. c. 16. Magno cum assensu auditus, barbaro ritu, et patris exsecrationibus universos adigit. ¶ Primam syllabam produxit *Lucret.* l. 3. v. 936. Nec desiderium nostri nos adigit ullum. Al. leg. *adtigit.* ¶ *Adaxint,* quod huc pertinet, V. supra suo loco.

ADJICIĀLIS, vel Aditialis, le, adject. *Adjicialis cœna* erat, quæ multa impensa, magnoque exquisiti obsonii apparatu publice indicebatur, vel ob publicam lætitiam, vel cum Magistratus aliquis honorem inibat, et præcipue Sacerdotes, *a public dinner, a splendid entertainment or sumptuous feast, a regalement.* Hinc et *Pontificalis* dicta est, quod maxime Pontifices eam præbere solebant, cum primum sua sacerdotia ingrediebantur: cujus moris exemplum apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 9. legitur. Hinc *Pontificales, Augurales, Saliares, Diales* celebratæ. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 6. *ad fin.* Primus pavones Q. Hortensius augurali adjiciali cœna posuisse dicitur. *Senec.* ep. 95. *a med.* Et tricies tamen HS. adjiciales cœnæ frugalissimis viris constiterunt. *Plin.* l. 29. c. 4. Adjiciales epulæ. Adde *Senec.* epist. 123. ubi *Lips.* adscribit ab aliis legi *Dialis,* ut intelligatur Jovis epulum in Capitolio. ¶ Qui scribunt *adjicialis,* ideo dictam putant, quod in ea semper novi aliquid, lauti, et peregrini cibi *adjiciebatur.* At *Scalig. in Conject. ad Varr.* et *Voss. in Etymol.* id deducunt ex more loquendi, quo dicebatur *adjicere cœnam,* hoc est indicere. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 65. Rhescuporis sanciendo, ut dictitabat, fœderi convivium adjicit, tractaque in multam noctem lætitia. &c. Quibus vero *aditialis* magis placet, ab *aditu* derivant, quod præcipue in ipso honoris *aditu* hujusmodi epulæ celebrarentur, ut dictum est. Ita *Lips. de magnit. Rom.* l. 4. c. 9. Sane *Harduin.* in MSS. *Plinii* testatur *aditialis* legi.

ADJĪCIO, is, jeci, jectum, a. 3. *to apply to, cast towards, bring in contact with,* ad aliquem locum jacio, προσβάλλω: ex *ad,* et *jacio, is. Cæs.* lib. 2. *B. Gall.* c. 21. Non longius hostes aberant, quam quo telum adjici posset. *Idem.* l. 4. c. 23. Sed utrobique alii leg. *adigi. Cels.* l. 7. c. 27. Idemque humor clystere intus adjicietur. *Alii leg.* adigetur. *Colum.* l. 12. c. 16. In vini sextarios decem salis tres cyathos adjicere. *Id. ibid.* c. 48. Adjicere in vas. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 14. Adjicere oculos aliquo. *to cast one's eyes in any particular direction, towards any place.* ¶ Sæpe significat juxta ponere, addere, adjungere, *to place near or in the vicinity of, to add,* προστίθημι. Lex XII *Tab. apud Cic.* 2. *de Legib.* c. 24. Rogum bustumve novum vetat propius sexaginta pedes adjici ædes alienas. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 11. Adjecisse prædam Torquibus exiguis renidet. *Cels.* l. 4. c. 2. Adjicere aliquid cibo. *Cic.* 1. *Offic.* c. 32. Ad bellicam laudem ingenii gloriam. *Vellei.* l. 2. c. 36. decus alicui. *Justin.* l. 1. c. 2. provinciam imperio. *Sueton. in Claud.* c. 6. aliquem ad numerum sodalium. *Liv.* lib. 28. c. 9. auctoritatem alicui rei. *Ovid.* 3. *de art. am.* v. 7. quid virus in angues Adjicis, et rabidæ tradis ovile lupæ? ¶ Translate est admovere, applicare, *to apply, devote. Terent. Eun.* 1. 2. 63. Ego quantum suspicor, ad virginem animum adjecit. *hath set his mind on, given his affections to the girl. Liv.* l. 25. c. 37. Adjecit animum ad consilium specie temerarium, ut &c. *hath set his mind on a plan,* &c. *Id.* l. 28. c. 33. Novo etiam consilio adjecit animum, equitem nec posse, &c. *Cic. Verr.* 4. c. 15. Plane videbant, adjectum esse oculum hereditati, *that there was a design entertained of compassing the estate. Id. Agr.* 2. c. 10. Cum ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos adjecissent. *Vellei.* l. 2. c. 100. Parthus adjecit Armeniæ manum. *h. e.* invasit, *attacked, invaded.* Apud JCtos *adjicere* absolute interdum ponitur pro addere, seu augere pretium alicujus rei in auctionibus, et emptionibus, *to enhance the price, bid higher. Pompon. Digest.* l. 18. tit. 2. leg. 7. quo pertinet et illud. *Cic. Verr.* 5. c. 33. Herbitenses liciti sunt usque eo, quoad se efficere posse arbitrabantur: supra adjecit Æschrio. ¶ *Adjicere album calculum* est approbare. *Plin.* l. 1. ep. 2. Si modo tu fortasse errori nostro album calculum adjeceris. ¶ In illo *Virgilii Æn.* 10. v. 182. Tercentum adjiciunt, &c. *Servius* explicat, assentiuntur, consentiunt, accedunt. ¶ Interdum *adjicere* absolute est, loquendo addere. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 33. Adjecerat Tiberius, non id tempus censuræ. *Id. ibid.* l. 4. c. 21. Adjecit in domo ejus venenum esse. *Id.* 4. *Ann.* c. 7. Secutæ insuper litteræ grates agentis, quod hominem infensum Reip. punivissent; adjecto trepidam sibi vitam, &c. *adding besides that,* &c. Hic loquendi modus non semel apud *Tacitum legitur.* ¶ *Adjicere exspectationem alicui* est augere. *Quintil. in proœm.* lib. 4. Ut quantum nobis exspectationis adjecit, tantum ingenii aspiret. ¶ *Adjicere animos* est addere. *to encourage, rouse one's courage. Ovid.* 10. *Metam.* v. 656. Adjiciunt animos juveni clamorque, favorque. ¶ *Adjicere modum* adhibere. *Tacit. Ann.* 3. c. 6. Idque et tibi, et cunctis egregium, si modus adjiceretur. ¶ Poetæ alterum *i* sæpe abjiciunt, ut primam syllabam corripiant. *Stat.* 7. *Theb.* v. 4. proclamatque adici cervicibus Atlas. *h. e.* adjici pondus. *Martial.* l. 10. epigr. 82. Si quid nostra tuis adicit vexatio rebus. Adde l. 4. ep. 54. ¶ Neque solum apud Poetas, sed et apud prosæ scriptores *adicio* legitur unico *i* præsertim in MSS. Codicib. quod præter alios testatur *Pareus in Lex Crit.*

ADĪMO, imis, emi, emptum, a. 3. *to take away, remove, deprive of, deny,* ἀφαιρέω, eripio, aufero: ex *ad,* et *emo,* quod Antiqui pro accipere, sumere teste Festo, usurparunt. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 16. Adimere alicui somnum. *Id. pro Quint.* c. 15. alicui pecuniam. *Id. pro Dom.* c. 9. libertatem. *Id. Attic.* l. 1. ep. 16. provinciam. *Id. Verr.* 7. cap. 32. Adimere alicui aditum litoris. *Id. pro Planc.* c. 42. vitam. *Plaut. Mil.* 3. 1. 137. animam. ¶ Hæc in malam partem. In bonam *Plaut. Capt.* 5. 4. 30. Adimere alicui compedes. *Horat.* l. 3. od. 22. v. 3. aliquem letho. *to rescue from destruction. Id.* l. 2. sat. 3. v. 288. dolores. *Ter. Phorm.* 5. 6. 47. curam. *Id. Heaut.* 3. 1. 13. Diem adimere ægritudinem hominibus. *In Andr.* 2. 2. 2. metum. ¶ Cum infinito. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 9. Adimam cantare severis. *h. e.* vetabo. ¶ *Adempsit,* vel *ademsit* pro *ademerit,* vel *adimat* dictum est a *Plaut. Epid.* 3. 2. 27.

ADIMPLĔO, es, a. 2. *to fulfil, execute, accomplish, discharge, finish,* ἐκπληρῶ, ex *ad,* et *impleo,* significat exsequi, seu præstare id, quod quis debet. *Paul. Digest.* lib. 26. tit. 7. leg. 42. Adimplere id, quod promisit. *Id.* lib. 18. tit. 1. leg. 57. venditionem. *Tertull.* l. 1. *ad Nation.* c. 5. legem. *Justinian. Institut.* lib. 2. tit. 23. fidem. ¶ *Adimplere vicem* pro implere, seu fungi vice, olim afferebatur ex *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 52. *Harduin.* sed alii passim *Cod.* habent *implere.* Idem esto judicium de loco *Livii* l. 38. c. 7. *extr.* cum totum cuniculum adimplesset. V. *Adimpletus.*

ADIMPLETĪO, onis, f. *an accomplishing, fulfilling, completion,* impletio. *Tertull.* l. 5. *cont. Marcion.* c. 17. Temporum adimpletiones. *et mox:* dispensatio sine adimpletione. Adde *de Monogam.* c. 5. et *Lactant.* l. 4. c. 20.

ADIMPLĒTOR, oris, qui adimplet. *Augustin.* serm. 144. *de Temp.* c. 3. Filius Dei adimpletor Prophetarum.

ADIMPLĒTUS, a, um, *filled, satisfied,* πληρωθείς. *Jul. Firmic. de err. proph. relig.* Adimpleti tibiarum cantu, vocant Deam suam.

ADINDO, is, indidi, inditum, a. 3. *to put, fix, or thrust in,* immitto, injicio, ἐντίθημι. *Cato R. R.* c. 18. *in fi.* Orbem olearium crassum digitos sex facito, subscudes iligneas adindito.

ADINGĔRO, is, essi, estum, a. 3. idem quod ingero. Translate *Sisenna* lib. 2. *Milesiar. apud Serv.* teste *Falstero* (qui loc. *Servii* non designat.) Non dignus in quem debeam satyram calente vi adingerere. *h. e.* satyram in eum scribere.

ADINSTAR. V. *Instar.*

ADINVENĪO, is, a. 4. *to find,* invenio. *Servius ad Æn.* 6. v. 603. testatur *adinvenire,* pro *invenire* legi, sed nullum affert exemplum. Nos quoque præter participium nihil adhuc vidimus.

ADINVENTĪO, onis, f. *invention, contrivance, plan, means,* inventum, consilium. *Modestin. Digest.* lib. 27. tit. 1. leg. 6. Reliquas excedere hunc numerum quidem non licet, neque sententia senatus, neque alia qua adinventione. Adde *Paulin. Nolan.* epist. 43. (*al.* 50.) *ad Augustin.*

ADINVENTOR, oris, m. qui adinvenit. Ita vertit Græcam vocem ἐφευρετὴς *Rom.* 1. 30. *Cyprian.* epist. 68. c. 10.

ADINVENTUM, ti, n. adinventio. *Tertull. advers. Gnost.* cap. 1. Hæc, et si qua alia adinventa hæreticorum venenorum.

ADINVENTUS, a, um, particip. *found out, invented, contrived, discovered, devised,* inventus, excogitatus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. Ex quo intelligitur adinventa animo, percepta sensibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos consecutos. *Al. leg. divisim* ad inventa. *Plaut. Curc.* 1. 3. 34. Jam huic voluptati hoc adinventum est odium. *Plerique alii rectius leg.* adjunctum.

ADINVICEM, et Ad invicem pro ipso *invicem* est *Augustin.* lib. 7. *de Trinit.* cap. ult.

ADIPALIS, le, adject. *fat, made of fat*, ad adipem pertinens, vel pinguis, στεατώδης, πιμελώδης. *Arnob.* l. 5 pag. 116. Nisi postes adipali unguine oblinerentur ab sponsis. ¶ Olim et *Cicero* in *Orat.* c. 8. et *Plin.* l. 10. c. 20. et *Macrob.* 2. *Saturn.* c. 9. pro hac voce afferri solebant, sed aliquo modo optimæ quæque Edition. aliter leg.

ADIPATUS, a, um, adject. *fat, larded with fat, oily, greasy, unctuous, rich*, στεατώδης, pinguis, opimus. *Lucil. apud Charis.* lib. 1. pag. 74. *Putsch.* Adipata puls. *Charis. ibid.* Adipatus panis. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 8. Itaque Caria, et Phrygia, et Mysia, quod minime politæ, minimeque elegantes sunt, asciverunt aptum suis auribus opimum quoddam, et tanquam adipatæ dictionis genus. *h. e.* pingue dicendi genus, *a gross or coarse style.* ¶ Absolute *Adipatum, ti,* (supple *edulium*, aut quippiam simile) dicitur opus quodlibet pistorium, quod immixto adipe conficitur, ut *Charis. loc. cit.* docet. *Juvenal. Sat.* 6. v. 630. Livida materno fervent adipata veneno.

ADIPISCOR, isceris, adeptus sum, dep. 3. *to acquire, get, procure, obtain possession of, compass*, καταλαμβάνω, ἐπιτυγχάνω, consequor, nanciscor, obtineo: ex *ad*, et *apiscor*. *Cic. de Senect.* c. 2. Adipisci senectutem. *to arrive at.* *Id. pro Flacc.* c. 18. ordinem senatorium. *Id.* 1. *Offic.* c. 19. laudem. *Sallust. Orat.* 2. *ad Cæs. de republ. ordin.* magistratum malis artibus. *Cic. pro Cluent.* c. 42. summos honores a populo Romano. *Nepos in Chabr.* c. 2. Qua ex re Athenienses magnam gloriam sunt adepti. *Vellei.* l. 2. c. 116. Materia adipiscendi triumphalia defectus est. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 28. et *Sueton. in Aug.* c. 16. Adipisci victoriam. *Liv.* l. 1. c. 32. Jus suum. *to obtain his right.* *Terent. Phorm.* 2. 3. 59. De eadem causa bis judicium adipiscier. *h. e.* bis jure experiundi facultatem obtinere. paragoge pro *adipisci*. ¶ Cum genitivo *Tacit. Ann.* 3. c. 55. Arma queis Galba rerum adeptus est. *Alii leg.* rem Romanam. *Id.* 6. *Ann.* c. 45. Dum dominationis adipisceretur. Alii leg. *apisceretur*: alii *dominationes*: alii denique aliter. ¶ Cum accusativo personæ significat pervenire, *to arrive at, come up with, reach, overtake.* *Liv.* l. 44. c. 28. Fugientes Gallos Macedones adepti ceciderunt. *Plaut. Epid.* 1. 1. 13. Curriculo occepi sequi: vix adipiscendi potestas fuit. ¶ Item suscipere, capessere. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 21. Abjecta omni cunctatione adipiscendi magistratus sunt, et gerenda respublica. ¶ De rebus malis *Sueton. in Domit.* c. 14. *in fi.* Nero in adipiscenda morte Epaphroditi manu adjutus existimabatur. *h. e.* consciscenda. ¶ Translate est assequi, intelligere. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 45. Nisi hoc mirum est, quod vis divina assequi non possit, si id mens humana adepta non sit. ¶ Passive *Plaut. Trinum.* 2. 2. 88. Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia. *Fabius Max. apud Priscian.* lib. 8. pag. 791. *Putsch.* Amitti magis, quam adipisci. Adde *C. Fannium ibid.* et *Sueton. in Galb.* c. 15. sed hic alii aliter leg. ¶ Hinc particip. *adeptus*, (quod V. suo loco) et *adipiscendus* passiva item significatione. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 22. *ad fin.* Instrumenta habere ad obtinendam, adipiscendamque sapientiam.

ADIPSOS, i, *a sort of green palm-tree of the smell of a quince*, ἄδιψος, glans unguentaria e quodam palmæ genere in Ægypto nascens, similem proximumque usum myrobalano habens in unguentis, colore viridi, odore mali cotonei, nullo intus ligno: colligitur paulo ante quam maturescere incipiat: quod si relinquatur, *phœnicobalanus* vocatur, et nigrescit, vescentesque inebriat. Hæc a *Plin.* l. 12. c. 22. Dicitur autem *adipsos*, quia sumentibus sitim sedat ab α privativa, et δίψος, sitis. ¶ Præterea herba est eadem, quæ glycyrrhiza, *liquorice.* *Plin.* l. 22. c. 10. *de glycyrrhiza.* Hac diximus sitim, famemque sedari: ob id quidam adipson appellavere eam, et hydropicis dedere, ne sitirent.

ADITIĀLIS. V. *Adjicialis.*

ADITICŬLUS, i, m. parvus aditus. *Festus.*

ADITĬO, onis, f. *a going to or up to, approaching, accosting*, πρόσοδος, actus adeundi, aditus: ab *adeo, is.* *Plaut. Truc.* 2. 7. 62. Quid tibi huc ventio est? quid tibi hanc aditio est? *h. e.* itio ad hanc. *why is it that you are for accosting her?* ¶ *Aditio hereditatis* est cretio, *a going to take possession of an estate.* *Julian. Digest.* lib. 29. tit. 2. leg. 45. Aditio hereditatis non est in opera servili. Adde *Pompon.* lib. 50. tit. 17. leg. 77. ¶ Absolute eodem sensu *Ulpian.* lib. 4. tit. 4. leg. 22. In integrum restitutione postulata adversus aditionem a minore factam. Adde *Triphon.* lib. 37. tit. 4. leg. 20.

ADĬTO, as, n. 1. *to go frequently to, to be in the habit of going to, to frequent*, frequentativum verbi *adeo, is.* *Enn. apud Diomed.* l. 1. pag. 336. *Putsch.* Ad eum aditavere. *Plaut. Capt.* 3. 4. 72. Ædepol si adites propius, os denasabit tibi. Optimæ quæque Edition. hoc loco hab. *adbites.*

ADĬTUS, a, um, particip. V. *Adeo, is*, in fin.

ADĬTUS, us, m. *a going to, approach, entry, access*, πρόσοδος, ingressus, aditio, accessio: ab *adeo, is.* *Lucret.* l. 1. v. 677. Quorum aditu, aut abitu, mutatoque ordine mutant Naturam res. *Cic. pro leg. Manil.* c. 8. Urbes permultas uno aditu, atque adventu esse captas. *Id. Verr.* 6. c. 45. Aditus in id sacrarium non est viris. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. *extr.* Elephanti propter magnitudinem corporis difficiles aditus habent ad pastum. ¶ De loco per quem aditur. *Id. Attic.* l. 4. ep. 16. *a med.* Aditus insulæ muniti mirificis molibus. *Id.* 4. *Verr.* c. 66. et *pro Cæcin.* c. 12. Primus aditus, et vestibulum templi. *Id. Phil.* 1. c. 10. Claudere omnes aditus. ¶ Apud JCtos cum de prædiorum servitutibus sermo est, *aditus* significat jus adeundi, seu transeundi ad proprium fundum per fundum alterius. *Ulpian. Digest.* lib. 7. tit. 6. leg. 1. Præstare aditum alicui. *Paul.* lib. 30. leg. 44. Aditum redimere. ¶ Eadem ratione *aditus ad sepulcra* est jus accedendi ad sepulcrum etiam per fundum alterius. *Pompon.* lib. 47. tit. 12. leg. 5. Legibus prædiorum vendendorum cavetur, ut ad sepulcra, quæ in fundis sunt, iter ei, aditus, ambitus funeris faciendi causa sint. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1081. n. 1. ¶ Sæpe refertur ad personam, et significat facultatem conveniendi aliquem, visendi, colloquendi. *Cic. Fam.* 6. ep. 13. Magnis occupationibus ejus, a quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt. *it was somewhat difficult to get admitted to him.* *Id. pro leg. Manil.* c. 14. Faciles aditus ad eum privatorum. *it was easy for individuals to get admitted into his presence.* *Id. pro Rosc. Amer.* c. 38. Omnes aditus ad Sullam intercludere. *Nepos in Pausan.* c. 3. Aditum petentibus conveniendi non dare. *to refuse admittance to.* *Senec. Herc. Fur.* v. 164. Superbos aditus regum colere. *to seek to be introduced to.* *Justin.* l. 21. *c. ult.* Obtinere aditum regis. *to obtain an audience.* ¶ Translate *Cic.* 2. *Offic.* c. 9. Sed est alius quoque quidam aditus ad multitudinem. *but there is yet another way to conciliate the affections of the people.* *Id.* 3. *de Orat.* c. 2. Dare alicui aditum ad summam auctoritatem. *Id. ibid.* l. 1. c. 21. Patefacere aditum alicujus rei. *Id. pro Fontei.* c. 5. Relinquere veritati aditum difficilem in animos. *Id. Attic.* l. 2. ep. 17. Comparare sibi aditum ad res pestiferas. *Id. pro Cluent.* c. 42. Aditus ad honorem. *Id. in Orat.* c. 15. Vestibula honesta, aditusque ad causam illustres facere. *Id. Fam.* 6. ep. 10. Si qui mihi erit aditus de tuis fortunis agendi. *if I shall find an opening, an opportunity.* *Quintil.* l. 4. c. 1. Facere sibi aditum ad aures. *to lend an ear, allow one's self to be appealed to, be accessible, accommodating, obliging.* *Cic. Agrar.* 2. c. 15. Hunc quasi gradum quendam, atque aditum ad cetera jactum (al. leg. *factum*) intelligetis. *Id. pro Cæcin.* c. 25. Non est aditus ad hujusmodi res neque potentiæ, neque gratiæ. *Curt.* l. 5. c. 9. Præparare aditum spei. ¶ *Ferre aditum aliquo*, est idem, ac ferre gradum, accedere. *Catull.* carm. 60. *Epithal. Jul. et Manl.* v. 41. Ut lubentius audiens Se citarier ad suum Munus, huc aditum ferat Dux bonæ Veneris.

ADJUBĔO, es, a. 2. *to command, enjoin, order*, idem quod jubeo. *Plaut. Mil.* 4. 4. 50. Atque adjubeat ferri in navem nisi quid imponi velit. *Plerique Cod. hab.* atque ut jubeat. *Catull.* carm. 32. *ad Hypsithill.* v. 4. Quod si jusseris, illud adjubeto, ne, &c. Plerique alii leg. *adjurato.* h. e. da operam, enitere. Sic *Plaut. Pœn. prol. in fi.* Valete atque adjuvate, ut vos servet Salus.

ADJUDICATĬO, onis, f. *an adjudging, assigning by sentence*; actus adjudicandi, attributio, addictio, προσκύρωσις. *Ulpian. in frag.* tit. 19. Adjudicatione dominia nanciscimur. *Id. Digest.* lib. 10. tit. 1. leg. 2. Adjudicatione controversiam dirimere. Et leg. 4. Cum fit adjudicatio pluribus. ¶ Pro jure adjudicandi: quod judici competit. *Id. lib. ult. tit. pænult.* leg. 131. Multam is dicere potest, cui adjudicatio data est.

ADJŪDĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to adjudge, assign, give sentence in behalf of, award, attribute*, ἐπιδικάζω, προσκυρόω, per sententiam, aut judicium aliquid alicui attribuo, addico, assigno: cui contrarium est *abjudico*. *Cic. Agrar.* 2. c. 17. Qui sunt isti Decemviri, quos perspicimus regnum Alexandriæ Ptolomæo gratis adjudicaturos? *Id. Divin. in Verr.* c. 17. Mulierem Veneri in servitutem adjudicat. *Id. Phil.* 10. c. 6. Si ipsa Respublica judicaret, Antonione, an Bruto legiones populi Romani adjudicaret? *Id.* 2. *de Orat.* c. 29. Adjudicare causam alicui *h. e.* in favorem alicujus sententiam dare. ¶ Extra rem judiciariam. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 57. Et nunc, si quid abest, Italis adjudicat armis. *Cic. Att.* l. 1. ep. 19. Pompeius sæpe hujus mihi salutem imperii, atque orbis terrarum adjudicavit. *Plin.* l. 9. c. 54. Is primus optimum saporem ostreis Lucrinis adjudicavit. ¶ Pro deliberare. *Plaut. Men.* 1. 3. 6. Adjudicato, cum utro hac nocte sies.

ADJUGĀTUS, a, um, adject. in jugum compositus, cum de vitibus sermo est. *Plin.* l. 17. c. 22. Satius pampinos adjugatæ detergere, usque quo placeat roborari eam. ¶ Item sub eodem jugo junctus, copulatus, cum de armentis sermo est. translate *Lactant. de opif. Dei*, c. 6. Quatenus adjugatis corporibus elata soboles universas generatim conservaret animantes. [Locus *Lactantii* a *Forcellino* adductus non de armentis est sub eodem jugo junctis, sed de iisdem in Venerem coeuntibus.]

ADJŬGO, as, avi, atum, a. 1. *to unite, join, or couple together*, ἐπιζεύγνυμι, conjungo, ad aliquid jungo, ut fit, cum duo boves ad unum jugum junguntur. Translate accipitur generatim pro jungere, conjungere. *Pacuv.* apud *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 10. et apud *Non.* c. 2. n. 55. Mater est terra, ea parit corpus, animam æther adjugat. *Et ibid.* Blandam hortatricem adjugat voluntatem. ¶ *Adjugare vites* est in jugum disponere, quod et jugare dicitur: jugum autem hoc loco sumitur pro palis transversim colligatis cum pedamentis vitium in modum jugi; cui vitium rami alligantur. *Columell.* l. 4. c. 17. Nihil refert jugum in stellam decussari, atque diduci, nisi et palmites adjugentur.

ADJUMENTUM, ti, n. *assistance, help*, βοήθεια, ἐπικουρία, auxilium, subsidium, præsidium: ab *adjuvo*, quasi *adjuvamentum*. *Cic. ad Brut.* ep. 4. Esse alicui magno adjumento ad victoriam. *Id. pro Quint.* c. 1. Esse alicui adjumento in causis. *Id.* 1. *Offic.* c. 21. Habere a natura adjumenta rerum gerendarum. *Et* cap. 1. Afferre adjumentum. *Sallust. in Jug.* c. 49. *delicatiores cibos appellat* adjumenta ignaviæ.

ADJUNCTĬO, onis, f. *an adding or joining to, conjunction, union*, πρόσθεσις, additio, accessio. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 13. Omnes simplices sententias eorum, in quibus nulla inest virtutis adjunctio, omnino a philosophia semovendas putabo. *Paul. recept. sentent.* lib. 3. tit. 7. *de legat.* Adjunctiones, quas fundo legato testator ex diversis emptionibus applicaverat, legatario cedere placuit. ¶ Item exceptio, aut conditio adjuncta alicui verbo, aut sententiæ. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 57. Esse quasdam cum adjunctione necessitudines, quasdam simplices, et absolutas, &c. *Et mox.* Illic in superiore adjunctio est hæc: nisi malint, &c. ¶ Item propensio ad aliquem, societas, conjunctio voluntatum. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 2. Filiola tua te delectari, lætor, et probari tibi, φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ τέκνα. etenim si hæc non est, nulla potest homini esse ad hominem naturæ adjunctio. *Q. Cicer. de petit. consul.* cap. 6. Tribus rebus homines maxime ad benevolentiam ducuntur, beneficio, spe, adjunctione animi, vel voluntate. ¶ Denique adjunctio apud Rhetores, Græce συνεζευγμένον, et ζεῦγμα, est figura sententiarum, qua verbum, quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut primum, aut postremum collocamus: primum hoc pacto: *Deflorescit formæ dignitas aut morbo, aut vetustate:* postremum sic: *Aut morbo, aut vetustate formæ dignitas deflorescit.* Ita *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 27. Adde *Quintil.* l. 9. c. 3. *Cicero* autem 3. *de Orat.* c. 54. adjunctionem videtur accipere pro iteratione ejusdem verbi. V. *Zeugma.*

ADJUNCTĪVUS, a, um, *adjunctive, adjunct, added to*, qui adjungitur. *Conjunctiones adjunctivæ* dicuntur a *Priscian.* lib. 16. pag. 1028. *Putsch.* quæ verbis subjunctivis adjunguntur, quales sunt, *ut, si, cum, dum* &c. ut v. g. *si venias, faciam:* et *ut prosit tibi, facio.* ¶ *Adjunctivus modus*, subjunctivus. *Diomed.* lib. 1. pag. 331. *Putsch.*

ADJUNCTOR, oris, m. *one who adds*, qui adjungit, ἐπιθέτης. *Cic. Attic.* 8. epist. 3. Ille Galliæ citerioris adjunctor. *h. e.* Pompeius, qui curavit, ut Cæsari Galliam Cisalpinam regenti Transalpina quoque adjungeretur.

ADJUNCTUS, a, um, *added, united, joined to, bordering on*, additus, proximus, continens, conjunctus, πρόσακτος. *Nepos in Dion.* c. 5. Insula adjuncta oppido. *Sil.* l. 8. v. 642. Adjunctos vigilis sparserunt membra per agros. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. Aspera arteria ostium habet adjunctum linguæ radicibus. *Id. de clar. Orat.* c. 28. M. Drusus vir et oratione gravis, et auctoritate; eique proxime adjunctus C. Drusus frater fuit. *Id. Divin. in Verr* c. 7. Ut aliquis metus adjunctus sit ad gratiam. *Id. pro Cluent.* c. 10. Ut ad ea, quæ propiora hujus causæ, et adjunctiora sunt, perveniam. *Horat. de art. Poet.* v. 178. Semper in adjunctis, ævoque morabimur aptis. *h. e.* propioribus, et convenientibus personæ, quæ inducitur. *Arnob.* l. 7. pag. 243. Ventum est ad veram, et adjunctissimam quæstionem. *h. e.* rei, de qua agimus maxime convenientem. *Cic. in Partit.* c. 6. Verba ad nomen adjuncta. *epithets, adjectives.* ¶ *Adjuncti equi*, ad currum juncti sub jugo. *Gell.* l. 20. c. 1. Vectabulum, quod adjunctis pecoribus trahebatur. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 152. et adjunctos aureus urget equos. *Id.* 1. *de ar. aman.* v. 552. Tigribus adjunctis aurea lora dabat. ¶ *Adjuncta connubia*, juncta. *Stat.* 1. *Theb.* v. 244. Adrastus socer, et Superis adjuncta sinistris Connubia. ¶ *Adjunctum, i*, additio, accessio, *an adjunct.* *Cic.* 2. *de Legib.* c. 21. *extr.* Hostia autem maxima parentare, pietatis esse adjunctum putabat. ¶ Præterea *adjunctum* dicitur a Dialecticis propositio conditionalis: cum scilicet aliqua sententia adjunctum habet aliquid conditionis, vel exceptionis loco. *Cic.* 4. *Acad.* c. 30. et *Gell.* l. 16. c. 8. quorum verba in *Connexus, a, um* referemus. ¶ In plurali numero adjuncta dicuntur a Rhetoribus, quæ rem aliquam circumstant, ut locus, tempus, vestitus, comitatus, et cetere rei circumstantiæ, *adjuncts, or circumstances.* *Cic. in Top.* c. 18. Argumentorum inveniendorum præceptio a definitione, a conjugatis, a genere, a contrariis, ab adjunctis, a causis, ab effectis, &c. V. *Consequens.*

ADJUNGO, ungis, junxi, junctum, a. 3. *to add, join, adjoin, annex, unite*, addere, jungere, conjungere, προστίθημι, προσάπτω: ex *ad* et *jungo*. *Nepos in Epamin.* c. 10. Hujus de virtutibus satis erit dictum, si hoc unum adjunxero, &c. *Virg. Georg.* 1. v. 2. ulmis adjungere vites. *to tie, wed.* *Cic.* 1. *Agrar.* c. 3. Agros populo Romano ad-

jungere. *Id. pro leg. Manil.* c. 35. Totam ad imperium populi Romani Ciliciam adjungere. *Id. 2. Fin.* c. 13. voluptatem ad virtutem. *Id. Attic.* l. 9. ep. 10. se socium fugæ alicujus. *to accompany in his flight. Id. Fam.* 5. ep. 7. et *pro Mur.* c. 19. aliquem sibi. *to admit as an associate.* Sic *Q. Cicer. de petit. consul.* c. 7. et *Nepos in Alcib.* c. 5. sibi aliquem ad amicitiam. *Terent. Adelph.* 1. 1. 47. sibi aliquem beneficio. *Liv.* l. 37. c. 15. Adjungere urbem aliquam in societatem. *Cic. Fam.* 1. ep. 8. se ad rationes alicujus. *to unite one's self to the interests,* &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 40. sibi auxilium. *to procure assistance. Id. pro Mur.* c. 20. sibi benevolentiam lenitate audiendi. *to conciliate one's affections or good-will. Id.* 2. *Divin.* c. 55. Adjungere auctoritatem, et fidem rebus commentitiis. *to give an air of authority to, impose an air of credit upon. Id. Fam.* 2. ep. 6. decus, et dignitatem alicui. *Terent. Hecyr.* 4. 4. 61. animum aliquo. *to give one's attention.* Sic *Id. Andr.* 1. 1. 29. animum ad aliquod studium. *Id. Adelph.* 1. 1. 42. Adjungere imperium amicitia. *h. e.* parare, acquirere. ¶ *Adjungere jumenta, equos* est ad currum sub jugo jungere. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 247. plostello adjungere mures. *Tibull.* l. 1. eleg. 10. v. 7. habili tauros adjungit aratro. V. *Adjunctus.*

ADJURATĬO, onis, f. *a swearing, adjuring, invoking with an oath,* actus adjurandi, obtestatio. *Apulei.* l. 2. *Metam.* Sed instantia Byrrhænæ, quæ cum adjuratione salutis ingratis cogebat effari, perfecit, ut vellet. *h. e.* adjurando ei per suam salutem. *Lactant.* l. 2. c. 17. *sub fin.* Dæmones adjuratione divini nominis expellere.

ADJURATOR, oris, m. qui adjurat, hoc est incantationibus evocat. *Alcim. Avit.* l. 2. v. 312. Interdum perit incantans, si callida surdus Adjuratoris contempsit murmura serpens.

ADJURATORĬUS, a, um, adject. ad adjurandum, sive jurandum pertinens. *Anastatius Imp. Cod.* lib. 12. tit. 22. leg. 8. Adjuratoria cautio. *h. e.* juramento firmata. Adde *ibid.* tit. 30. leg. 3.

ADJURĀTUS, a, um, adject. *adjured, invoked or entreated with an oath,* ἐξορκισθείς, vehementer rogatus, juramento interposito, aut invocatione alicujus vel sacræ rei, vel cari capitis. *Lactant.* l. 5. c. 10. Adjuratus per eundem patrem, et spes surgentis Iuli, nequaquam pepercit. *Id.* l. 2. c. 15. Dæmones Dei nomine adjurati de corporibus excedunt.

ADJURGĬUM, ii, n. quidam leg. apud *Plaut. Men.* 5. 2. 21. ubi alii plerique *jurgium.*

ADJURGO, as, a. 1. pro *objurgo* quidam legi aiunt apud *Plaut. Amph.* 2. 2. 74. sed plerique omnes Cod. habent *objurgare.*

ADJŪRO, as, avi, atum, a. 1. *to swear, to swear solemnly,* ἐπομόω, ἐξορκίζω, idem quod juro, vel valde juro. *ad* enim auget. *Cic.* 2. *Phil.* c. 4. Adjurasque, id te, me invito, non esse facturum. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 8. Adjurat Procilius, hoc nemini accidisse. *Terent. Andr.* 4. 2. 11. Per omnes tibi adjuro Deos, nunquam eam me deserturum. *Plaut. Bacch.* 4. 6. 8. Per omnes deos adjuro, ut tua jam virgis latera lacerentur probe. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 159. Promisit pater hanc: hæc adjuravit amanti. *Liv.* l. 43. c. 14. Censores edixerunt ut præter commune jusjurandum, hæc adjurarent, &c. *h. e.* jurarent etiam in hæc verba. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 5. *in fi.* Crebrius, ut ante ad te scripsi, Romæ est: et qui omnia adjurant, debere tibi valde, renuntiant. *who assert every thing with an oath.* [† Sed locus, ut videtur, ex incertis est. " *Alii* (ait Gesnerus) *legunt,* adnuat. *Fr. Junt.* et quidem omnia adjurat."] *Virgil.* 12. *Æn.* v. 816. Adjuro Stygii caput implacabile fontis. *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 40. adjuro teque, tuumque caput. *h. e.* per te, et per tuum caput. *Stat.* l. 7. *Theb.* v. 129. hostesque propinquos Adjurat, turmasque metu consternat inani. *subaudi* esse. ¶ Significat etiam vehementer rogare, obtestari, juramento interposito, aut invocatione alicujus rei sacræ, aut caræ, *to conjure, invoke or beseech with an oath,* cum accusativo. *Vopisc. in Florian.* c. 3. Adjuratum esse in Senatu Tacitum, ut optimum aliquem principem faceret. *Lactant.* l. 2. c. 15. Dæmones nec Deo, per quem adjurantur, nec justis, quorum voce torquentur, mentiri possunt. V. etiam *Adjuratus.* ¶ *Adjurare* nova, insolentique significatione, pro jus, et succum exprimere, quidam putant usurpatum a *Tertull. in Scorpiac.* c. 1. V.

ADJUTABĬLĪS, le, adject. *assisting, helping, of a nature to help,* auxiliaris, βοηθικός. *Plaut. Milit.* 4. 4. 8. Vos porro, ut occepistis, date operam adjutabilem. *Est qui legit* amicabilem.

ADJŪTO, as, avi, atum, a. 1. *to help, assist, succour,* βοηθέω, auxilior, opem fero; frequentativum ab *adjuvo,* et ejusdem significationis. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. Perorigà adjutante equæ celerius admittuntur. *Terent. Andr.* 1. 3. 4. Pamphilumne adjutem, an auscultem seni. *Gell.* l. 1. c. 3. Ut etiam iniquam voluntatem ejus adjutemus. *Ennius* apud *Cicer. de Senect. in princ.* O Tite, si quid ego adjuto, curamve levasso. Alii rectius leg. *adjuro* syncopen pro *adjuvero.* [† Ernesti habet, *adjuero.* Obiter observandum est de secundo Ennii versu (*Quæ nunc te coquit, et versat in pectore fixa,*) in uno nobis cognito MSto legi *versatur in ilibu'.*] ¶ Cum accusativo rei, et dativo personæ *Terent. Hecyr.* 3. 2. 24. Tu pueris curre obviam, atque eis onera adjuta. *h. e.* adjuta eos onera portantes: et est hypallage. ¶ Et cum solo dativo personæ. In nummo Heraclii apud *Carol. du Fresne de Famil. Byzant.* et *in Mus. Theupol.* pag. 374. Deus adjuta Romanis. *Pacuv.* apud *Donat. ad Terent. Adelph. prol.* v. 16. Adjuta mihi. *Petron. in fragment. Tragur.* c. 62. *Burmann.* Saltem nobis adjutasses. *syncop. pro* adjutavisses.

ADJŪTOR, aris, atus sum, comm. 1. *to succour, assist,* auxilior. Verbum commune, quod tum activa, tum passiva significatione usurpatur. Passiva *Lucret.* l. 1. v. 811. Adjutamur enim dubio procul, atque alimur nos Certis ab rebus. ¶ Activa *Afran.* apud *Non.* c. 7. n. 83. Hæc obsecro igitur agite, et me adjutamini. Adde *Lucil. ibid.* et *Pacuv.* et cap. 2. n. 41.

ADJŪTOR, oris, m. *an aider, abettor, helper, assistant, furtherer, promoter,* auxiliator, βοηθός, συνεργός. *Cic. pro Flacc.* c. 1. Sperabam honoris potius L. Flacci me adjutorem futurum, quam miseriarum deprecatorem. *Id. Attic.* l. 8. ep. 3. Ille absentis in omnibus adjutor. *Id. de Amicit.* c. 12. His adjutor contra patriam inventus est nemo. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 7. Nolo existimes, me adjutorem huic venisse, sed auditorem. *agnominatio. Id. pro Dom.* c. 12. Fortissimus adjutor ad rem perficiendam fuit. *Id. Tuscul.* 1. c. 12. Tyndaridæ fratres adjutores in præliis. *Liv.* l. 33. c. 43. dare cuipiam adjutorem. ¶ Item fautor, *one who sides with or professes the same principles as, a partizan. Cic.* 3. *Offic. c. ult.* Epicurus ejus adjutor, auctorque sententiæ. *Id.* 2. *Agrar.* c. 5. Auctor, et adjutor legis. *Vellei.* l. 2. c. 63. Plancus nunc adjutor Bruti, nunc proditor. *Id. ibid.* c. 74. Antonianarum adjutor partium. ¶ Item administer alicui subjectus, qui vicariam præbet operam, *a substitute, deputy, locum-tenens. Quintil.* l. 2. c. 5. Scio, id fieri apud Græcos, sed magis per adjutores; quia non videntur tempora suffectura, si legentibus singulis præire semper ipsi velint. *h. e.* ὑποδιδασκάλους, *undermasters, ushers, school-assistants. Gell.* l. 13. c. 9. Tiro Ciceronis adjutor in litteris studiorum ejus. *assistant in his studies, literary secretary.* [† Tironem scriptorum suorum κανόνα appellat Cicero, Epist. Fam. xvi. 17. " *h. e.* (dicta sunt Ernesti) quo Cicero utatur ad libros suos examinandos et emendandos."] *Pompon. Digest.* lib. 26. tit. 1. leg. 13. Adjutor tutelæ. *an under-tutor.* Alii legunt *actor. Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 3. Quos tibi comites, et adjutores negotiorum publicorum dedit ipsa respublica. *Vellei.* lib. 2. c. 115. Adjutor, et legatus. *Inscript.* apud *Fabrett.* cap. 4. n. 382. Theophilo Aug. adjutori a sacris. Sic adjutor ab *Epist. a rationib. ab actis* apud *eund.* cap. 5. n. 1. 2. 3. et 4. Et *Adjutor IIVIR. adjutor præfecti annonæ, adjutor Urbicus,* apud *Gruter.* pag. 387. n. 4. pag. 622. n. 3. et pag. 63. n. 8. *adjutor histrionis* apud *Phædr.* l. 5. fab. 5. v. 14. de quo et *Sueton. de Grammat.* c. 18. et *Val. Max.* l. 2. c. 4. n. 4.

ADJUTORĬUM, ii, n. *help, assistance, succour,* auxilium, βοήθεια. *Cic. in Œconom.* apud *Columell.* l. 12. c. 1. Ut ex eadem societate mortalibus adjutoria senectutis præpararentur. Videtur tamen *Columella* hoc loco magis sensa *Ciceronis* quam verba referre. *Quintil.* l. 1. c. 1. Egere adjutorio alicujus. *Senec.* epist. 31. Sine adjutorio ignis nihil calidum est. *Asin. Poll.* apud *Sueton. de Grammat.* c. 10. In eam rem adjutorium ei fecit quidam Atteius. *Al. leg.* fuit. *Vellei.* l. 2. c. 112. Magnam Thracum manum in adjutorium belli secum trahebat. [*Ascon. Pæd. in argum. orat. pro Scauro.* Pompeius propensum adjutorium præbuit.]

ADJŪTRIX, icis, f. *a female assistant, helper, succourer,* quæ adjuvat, συμπράκτρια. *Cic. pro Planc.* c. 1. Quæ res Plancio in petitione fuisset adjutrix. *Id. pro Dom.* c. *pænult.* Minerva adjutrix consiliorum meorum. *Id. de amicit.* c. 24. Assentatio vitiorum adjutrix. *the furtherer, abettor, promoter, fomenter. Terent. Heaut.* 5. 2. 39. Matres filiis in peccato adjutrices solent esse. ¶ Adjutrix est epithetum honoris causa sæpe datum legionibus, quarum virtute plurimum res bellica adjuta esset. Inscriptiones apud *Gruter.* pag. 193. n. 3. pag. 414. n. 8. pag. 564. n. 6. et alibi. Adde *Tacit.* l. 1. *Histor.* c. 43. In plur. numero, *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 169. n. 7. Schola speculatorum legionum I. et II. adjutricum, piarum, fidelium.

ADJŪTUS, us, ui, m. auxilium, *assistance, aid.* In sexto casu singulari *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 7. Unius adjutu quasi natura flammei.

ADJŪTUS, a, um, *assisted, holpen, aided, seconded,* nomen particip. verbi *Adjuvo. Nepos in Phoc.* c. 2. Auctus, adjutusque a Demosthene. *Id. in Miltiad.* c. 2. Neque minus in ea re prudentia, quam felicitate adjutus est. *Ovid. Metam.* 1. v. 540. pennis adjutus amoris. *Sueton. in Tiber.* c. 13. Adjutus casu. *Paul. Dig.* lib. 12. tit. 6. leg. 65. Negotia mea adjuta ab eo putavi. *Juvenal.* sat. 6. v. 504. breviorque videtur Virgine Pygmæa nullis adjuta cothurnis. *Sil.* l. 6. v. 249. Venit in adversam non vano turbine frontem Cuspis, et haud paulum vires adjuta ruentis Contra ardore feræ, capiti tremebunda resedit. *adjuta vires* ἑλληνισμός.

ADJŬVO, as, juvi, jutum, *raro* juvavi, juvatum, a. 1. *to help, succour, aid, assist,* βοηθέω, opem fero, auxilior: ex *ad,* et *juvo, as. Plaut. Capt.* 2. 1. 8. In re mala animo si bono utare, adjuvat. *Liv.* l. 34. c. 37. Antiochum, Ætolosque adjuturos pronunciat. *Id. ibid.* Fortes fortuna adjuvat. *Cic. Fam.* 10. ep. 15. Si nos mediocris fortuna reipublicæ adjuverit. *Nepos in Chabr.* c. 13. Sua sponte eos adjutum profectus. *Cic. Fam.* 1. ep. 7. Adjuvare aliquem auxiliis, et copiis. *h. e.* militibus auxiliariis. Eodem sensu *adjuvare auxiliis Liv.* l. 29. c. 5. dixit. *Cic.* 2. *Offic.* c. 16. Adjuvare aliquem in filiarum collocatione. *Id. pro Quint.* c. 23. Non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum auctoritas adjuvat. *Sallust. orat.* 2. *ad Cæs. de Republ. ordin. ad fin.* Adjuvare rempublicam. *Liv.* l. 29. c. 1. aliquem ad bellum. *Terent. Phorm.* 5. 3. 3. aliquem opera. *Plaut. Rud.* 1. 4. *v. ult.* auxilio. *pleonasmus. Paul. Dig.* l. 13. tit. 5. *leg. pænult.* Adjuvari per exceptionem. *Id.* l. 40. tit. 2. leg. 15. Quod dominum in prœlio adjuvaverit. *Ita Torrentinus. Al.* adjuverit. *Petron. in Satyr.* c. 18. Adjuvaturos nos divinam providentiam. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 47. Mœrorem orationis lacrimis suis adjuvare. *increase, add to. Liv.* l. 34. c. 39. ignem. *to add fuel to the fire. Plaut. Amph.* 2. 2. 166. insaniam alicujus. *to increase, aggravate. Ovid. Metam.* 2. v. 732. formam cura. *Sueton. in Ner.* c. 21. preces alicujus. *Plin.* l. 20. c. 7. Stomachi dissoluti utilissime adjuvantur lactucis. *Quintil. sub fin.* cap. 3. lib. 11. Namque in hæc omnia statura et mira specie adjuvabatur. *Lucan.* l. 2. v. 216. sanguis ruens Tiberina in flumina rivo Hærentes adjuvit aquas. *h. e.* auxit, et propulit. ὑπερβολή. (similem locum habes apud *Claudian. de tert. consul. Honor.* v. 101.) *Id.* l. 3. v. 725. Adjuvitque suo procumbens pondere ferrum. V. similem loc. in fi. vocis præced. ¶ Cum conjunctivo, et particula *ut. Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 15. Ut amplissimum nomen consequeremur, unus præter ceteros adjuvisti. V. *Adjubeo.* ¶ Cum infinito. *Plin.* l. 11. c. 34. *in fi.* Phalangia incubant magnum numerum: qui ut emersit, matrem consumit, sæpe et patrem: adjuvat enim incubare. ¶ Cum accusativo rei, et dativo personæ, *Gell.* l. 2. c. 29. Operam mutuam dent, et messem hanc nobis adjuvent. [¶ Active impersonaliter. *Plaut. Capt.* 2. 1. 8. In re mala animo si bono utare, adjuvat.] ¶ Passive impersonaliter *Sallust. Orat.* 1. *ad Cæs. de repub. ordin. in fi.* A me pro virili parte dictum, et adjutum fuerit. ¶ *Adjuro* pro *adjuvero* V. in *Adjuto.*

ADLĀBOR } et alia hujus generis V. in *Allabor,*
ADLABŌRO } *Allambo,* &c.

ADLACRYMANS, et Allacrymans, antis, *weeping, wailing, lamenting,* idem quod lacrymans, ἐκδακρύων. *Apulei.* l. 10. *Metam.* Ubertim adlacrymans.

ADLĀVO, as, a. 1. *to wash, to wash with effect,* idem quod lavo, vel valde, aut bene lavo. *ad* enim auget. *Plaut.* apud *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 61. Pisces ego credo, qui usque dum vivunt, adlavant, diu minus lavari, quam hæc lavat Phronesium. In *Trucul. Plauti* ubi hæc verba habentur, 2. 3. 1. legitur *lavant.*

ADLECTUS } V. *Allectus, Allego.*
ADLĔGO }

ADLIVESCIT, livere incipit, hoc est lividus fieri. *Festus.*

ADLUBESCO } V. *Allubesco, Alluceo,* &c.
ADLUCĔO }

ADLUCTOR, et Alluctor, aris, atus sum, dep. 1. idem quod luctor, vel contra aliquem luctor. *Apulei.* l. 10. *Metam.* Et primum me quidem mensam accumbere suffixo cubito, dein adluctari, et etiam saltare sublatis primoribus pedibus perdocuit. *Id.* l. 11. Adluctantem mihi sævissimam fortunam superaram.

ADLŪDO. V. *Alludo.*

ADMANDO, as, a. 1. *to command, enjoin,* idem quod mando, ἐπιτάττω. Quidam putant legi eo *Plauti* loco *Pœn. prol.* v. 80. Si quid admandare vultis, aut curarier: Al. passim leg. *mandare.*

ADMATŪRO, as, are, a. 1. *to accelerate, quicken, mature, ripen,* accelero, maturo, ἐπιταχύνω. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 54. Horum discessu admaturari defectionem civitatis existimabat.

[ADMEDERENSIS, is, m. incola Admederæ, quæ fuit urbs et colonia Numidiæ. *Inscript.* apud *Marinium Fratr. Arval.* pag. 405. quam vide.]

ADMENSUS, a, um, particip. verbi *admetior,* quod tum active, tum passive usurpari potest. Active, *that hath measured.* cum accusativo. *Caius Digest.* lib. 18. tit. 1. leg. 35. In singulas metretas, aut in singulos modios, quos quasve admensus eris. ¶ Passive, *measured. Cato R. R.* cap. 148. Dominus vinum admetietur: quod admensum erit, pro eo dominus resolvito. *Caius Digest.* lib. 18. tit. 1. leg. 35. Si pro numero corporum pretium fuerit statutum, tunc perfici emptionem existimant, cum adnumerata, admensa, adpensa sint. Adde *Florentin.* lib. 19. tit. 2. leg. 36.

ADMENTATĬO. V. *Amentatio.*

ADMĔO, as, a. 1. ad aliquem meo, accedo. *Paulin. Nolan.* carm. 17. v. 119. Læta lascivo procul admeabunt Monstra natatu.

ADMETIOR, iris, ensus sum, com. 4. *to calculate, measure, take measure of*, προσμετρέω, idem quod *metior*. *Cic. Verr.* 5. c. 31. Frumentum isti ex area admetiri licebat. *Cato R. R.* cap. 154. Vinum emptoribus admetiri. ¶ Passive, *to be measured*. *Florentin. Digest.* lib. 19. tit. 2. leg. 36. Si per eum steterit, quo minus opus adprobetur, vel admetiatur. *Caius* lib. 18. tit. 1. leg. 35. Antequam vinum admetiatur. ¶ Sæpe aliquid amplius significat, quam metiri, nempe adhibita mensura distribuere, præbere, *to distribute according to measure, to measure out by a certain rule or standard*. *Sueton. in Aug.* c. 41. Frumentum quoque in annonæ difficultatibus sæpe levissimo, interdum nullo pretio, viritim admensus est. *Curt.* l. 8. c. 12. Is benigne exceperat Hephæstionem, gratuitum frumentum copiis ejus admensus. ¶ Particip. *admensus* passiva significatione. V. supra.

ADMETUS, ti, filius Pheretis, Alcestis maritus, Thessaliæ rex. In fabulis est, Apollinem ejus amore captum, deposita divinitate ad tempus, armenta ejus pavisse novem annis apud Amphrisum fluvium. Alii narrant, cum Jupiter Æsculapium, quod ausus fuisset Hippolytum ab equis laceratum, et occisum ad vitam revocare, interemisset; iratum Apollinem ut aliqua ratione filium ulcisceretur, Cyclopas fulminum Jovis fabros sagittis confixisse: ob quam noxam spoliatum ad tempus divinitate, et damnatum a Jove fuisse ad pascenda Admeti armenta; vel potius ipsum Cœli exulem, ad inserviendum Admeto ultro accessisse. Ab eo cum perhumaniter esset tractatus, a Parcis impetravit, ut cum fatale ei moriendi tempus advenisset, mortem posset effugere, si aliquem reperiret, qui pro eo mori contentus esset. Quod cum aliquando accidisset, Alcestis conjux pro eo se obtulit, de qua V. in *Alceste*. *Serv. ad* 3. *Georg.* v. 2. et 7. *Æn.* v. 761. [† Eurip. in Alcest. *passim*.] ¶ Est alia præterea de eo fabula apud *Hygin.* fab. 50. et 51. Cum enim Admetus Alcestim deperiret, neque ab ejus patre Pelia impetrare posset, qui eam conditionem procis obtulerat, ut is ejus nuptiis potiretur, qui feras bestias ad currum junxisset, Admetus ope Apollinis aprum, et leonem junxit, quibus optatam puellam avexit. [¶ Fuit alius Molossorum Rex, Themistoclis hospes. *Nep. in Them.* c. 8.]

ADMĬGRO, as, avi, atum, n. 1. *to approach, go along with, become attached to*, accedo, adjungor. *Plaut. Pers.* 3. 1. 19. Ad paupertatem admigrant infamiæ.

ADMINICULĀTOR, oris, m. *one who assists*, qui opem fert, qui adminiculatur, adjutor, συμβοηθός. *Gell.* lib. 7. c. 3. Tirone Cicero adminiculatore, et quasi administro in studiis litterarum usus est.

ADMINICULĀTUS, a, um, *supported, propped up*, adminiculis fultus. *Plin.* l. 14. c. 1. Vites adminiculatæ sudibus. ¶ Translate est adjutus, munitus, *assisted, aided, backed, fortified, secured*. *Varro* apud *Priscian.* lib. 8. pag. 791. et lib. 11. pag. 927. *Putsch.* Tribunitio auxilio adminiculati. *Gell. in præfat.* l. 1. Memoria adminiculatior. (hæc verba descripsit in suo ad Saturnalia procemio *Macrobius*.) *Id.* l. 14. c. 2 Ex jurisperitorum commentariis commoniti, et adminiculati sumus.

ADMINĬCŬLO, as, avi, atum, a 1. *to prop up, support*, vitem adminiculis, seu pedamentis fulcio, munio, στηρίζω. *Colum. de arborib.* cap. 16. Vitem adminiculato, arborique jungito. *Id.* l. 4. c. 26. Adminiculandæ, jugandæque vitis cura. ¶ Translate est adjuvare, *to help, assist*. *Varro* apud *Non.* cap. 2. n. 72. Quod petisti, ut ejus educationis fierem tibi socius: quoad potui, adminiculavi voluntatem tuam scribendo. (adde *eund. ibid.* c. 3. *n. pænult.*) *Censorin. de die nat.* c. 3. Dii vitam hominum adminiculantes. *Gell.* l. 2. c. 30. Id ipsum, quod dicimus, ex illis quoque Homericis versibus adminiculari potest. *h. e.* firmari, confirmari. ¶ A *Varrone* l. 7. *L. L.* c. 23. dicuntur adverbia pars orationis *adminiculandi*, quod quodammodo orationem adjuvant, et apposita juxta verba, eorum aptius explicant, ampliantque significationem.

ADMINĬCŬLOR, aris, atus sum, depon. 1. *to prop, support*, idem quod Adminiculo. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 14. Quæ sit scientia, atque ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur; ut quo natura ferat, eo possit ire.

ADMINĬCŬLUM, i, n. *a prop, stay, or shore (used to support vines and other fruit-trees)*, χάραξ, στήριγμα, palus, pedamentum, fulcrum ad vites, aliasve fructiferas arbores fulciendas. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 47. Vites claviculis adminicula, tanquam manibus apprehendunt, atque ita se erigunt, ut animantes. *Id. de Senect.* c. 15. Adminiculorum ordines, capitum jugatio, religatio, et propagatio vitium. *Plin.* l. 17. c. 23. *in fin.* Adminicula viti addere. ¶ Dicitur etiam de quacumque re, qua nitimur, sustentamur, aut adjuvamur, *a support, staff, stay, prop, thing to hold by, handle*. *Plin.* l. 11. cap. 37. sect. 61. *Harduin.* Dentes in os vergentes, ne excidant cibi, nullum habentibus retinendi adminiculum. *Id.* l. 7. c. 56. Adminicula gubernandi (*in navi*) invenit Typhis. *the rudder*. *Curt.* l. 7. c. 3. Jacentes quosdam erigeris, et alios, cum ægre sequerentur, adminiculo corporis sui excipiens. *Id.* l. 8. c. 2. *ad fin.* Arboris stipiti se applicuit: deinde ne illo quidem adminiculo sustinente, &c. ¶ Translate *Cic.* 3. *Offic.* c. 7. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed, ut dicitur, marte nostro. *Id. de amicit.* c. 23. *in fin.* Natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquod tanquam adminiculum adnititur. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 5. Gravissimos principis labores egere adminiculis. *Liv.* l. 6. c. 1. Quo primo adminiculo erecta erat (*urbs*) eodem innisa M. Furio principe stetit. *Id.* l. 10. c. 22. id senectuti suæ adminiculum fore.

ADMINISTER, i, m. *a servant, inferior officer, manager*, διάκονος, ὑπηρέτης, qui ministrat, aut alicui opem præbet. *Cic.* 3. *de leg.* c. 19. Jovi se consiliarium, atque administrum datum. *Id. Verr.* 4. c. 28. Rerum hujusmodi omnium transactor, et administer. *Sallust. in Jugurt.* c. 79. Jubet aggerem jacere, et super aggerem impositis turribus, opus, et administros tutari. *h. e.* in opere constitutos, *the labourers, workmen, persons employed on the work*. *Id. ibid.* c. 77. Cum neque bellum geri sine administris posset. *h. e.* ducibus, administratoribus. ¶ Translate *Cic. Verr.* 4. cap. 54. Administer istius cupiditatum. *Id.* 1. *Catil.* cap. 3. Satelles, atque administer audaciæ.

ADMINISTRA, æ, f. *a female assistant, handmaid*, quæ ministrat, ὑπηρέτις. *Cic. pro leg. Manil.* c. 13. Multæ sunt artes eximiæ, hujus administræ, comitesque virtutis. *Varr.* lib. 6. *L. L.* c. 3. Camilla administra in his, quæ occultiora sunt.

ADMINISTRATĬO, onis, f. *the management, administration, dispensation, or care, of an affair*, actus ipse administrandi, curatio, procuratio, διοίκησις, διαχείρησις. *Cic. Fam.* 15. ep. 1. Administratio belli. *Id.* 1. *Fam.* ep. 9. *sub init.* Florere in omni actione, et administratione reipublicæ. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 1. Vacare omni curatione, et administratione rerum. *Justin.* l. 41. c. 2. Administratio gentis, post defectionem Macedonici Imperii, sub regibus fuit. *Tacit. in Agric.* c. 19. Officia, et administrationes. *Vitruv.* l. 9. *c. ult.* Administratio aquæ. *the dividing or allotting of the water into regular channels*. ¶ Accipitur etiam pro simplici ministerio sive personæ, sive rei adhibito. *Cic.* 2. *Offic.* c. 3. Pleraque sunt hominum operis effecta, quæ nec haberemus, nisi manus, et ars accessissent, nec his sine hominum administratione uteremur. *without the aid, help, assistance, contrivance*. ¶ *Cæsar* adhibet pro simplici usu: quo sensu ipsum verbum *administro* frequenter adhibet lib. 1. *B. Civ.* c. 25. Exitus, administrationesque Brundusini portus impedire instituit. ¶ *Administrationes* pro ipsis administratoribus dixit *Spartian. in Pescenn. Nigro* c. 7. quemadmodum *dominationem* pro *dominis* posuit *Flor.* l. 1. c. 24.

ADMINISTRATĪVUS, a, um, adject. *calculated for action, active*, ad administrandum, seu agendum aptus. *Quintil.* l. 2. c. 18. Quia maximus ejus usus actu continetur, atque in eo est frequentissima, dicatur activa, vel administrativa, nam et hoc ejusdem rei nomen est.

ADMINISTRĀTOR, oris, m. *a manager, administrator, one who appoints, regulates, directs, governs*, qui administrat, διοικητής. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 48. Administrator belli gerendi. *Paul. Digest.* lib. 3. tit. 4. *leg. ult.* Administrator rerum civitatis. ¶ Item minister, servus. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 21. Itaque nec pulcros illos administratores aspiciebat, nec plenum artis argentum. *Alii leg.* ministratores. *Ulpian. Digest. lib. ult. tit. pænultim.* leg. 203. *extrem.* Cubicularii, coci, administratores. *h. e.* ministri ad mensam. Alii tamen leg. *ministratores*, et sic habetur in Editionib. *Haloandri*, et *Torrentini*.

ADMINISTRĀTUS, a, um, *administrated, managed, governed, ruled*, διοικηθείς, curatus, gubernatus. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 29. Male administrata provincia. *Vellei.* l. 2. c. 61. Bellum administratum.

ADMINISTRO, as, avi, atum, a. 1. *to act, do his part, minister, attend, serve, wait upon, work, do work or service, administer to, minister help*, ministerium, et operam alicui sive personæ, sive rei adhibeo, διακονέω, ἐγχειρίζομαι. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 29. Neque ulla nostris facultas aut administrandi, aut auxiliandi dabatur. *Sallust. in Jugurt.* c. 97. Milites neque pro opere consistere, neque inter vineas sine periculo administrare. *Vitruv.* l. 1. c. 5. Qui repugnabunt, rescindent (*murum*); et si celeriter administraverint, non patientur reliquas partes muri hostem penetrare. *Plaut. Epid.* 3. 3. 37. Conductam esse eam, quæ hic administraret ad rem divinam tibi. *Spartian. in Carac.* cap. 4. Occisi etiam liberti, qui Getæ administraverant. ¶ Sæpe sumitur pro curare, procurare, gubernare, διοικέω, *to administer, manage, conduct, direct, govern*. *Cic.* 1. *Invent.* c. 25. Administrare rem familiarem. *Id. Fam.* 13. ep. 11. negotium alicujus. *Id. Verr.* 6. c. 64. provinciam. *Id.* 1. *Offic.* c. 25. rempublicam. *Id. Divin. in Verr. c. ult.* leges, et judicia. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 2. et regere mundum. *Sallust. in Jug.* cap. 22. oppida, et fines alicujus populi. *Nepos in Dion.* c. 1. Illustriores legationes. *Vet. lap.* apud *Murator.* pag. 2012. n. 3. horologium. *to regulate*. ¶ *Administrare* sementem, vindemiam, fœnisecium est sementi &c. operam dare. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 17. et *Columel.* l. 2. cap. 22. ¶ *Administrare bellum* est bello præesse, ducem esse, et ea, quæ ad bellum gerendum pertinent, disponere, et curare. *Cic.* 2. *Divin.* c. 36. Bella a proconsulibus, et proprætoribus administrantur. ¶ Significat etiam simpliciter bellum gerere, *to wage war, carry on war*. *Cic. pro leg. Manil.* c. 2. Idem cum Theutonis bellum administravit. Adde *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 25. et 26. et l. 5. *B. Gall.* c. 50. et multis præterea aliis in locis, in quibus hoc verbum cum accusativo pro simplici *agere* usurpat. Sic *Valer. Max.* l. 9. c. 2. n. 4. Cives jugulatos muris præcipitavit, liberos trucidavit: quæ omnia Romano jussu, Lusitanis manibus administrata sunt. *were executed, achieved, accomplished, performed, done*. Apud *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 8. Legionarii, qui dexteram partem operis administrabant, *h. e.* qui a dextera parte oppidum oppugnabant. ¶ Pro suppeditare, providere, *to provide, supply*. *Cic. Verr.* 7. c. 47. A nobis omnia Populo R. semper et belli adjumenta, et pacis ornamenta administrata sunt. *Cæs.* l. 7. *Bell. Gall.* c. 19. Reliquaque quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, administrare instituit.

ADMĪRĀBĬLIS, le, adject. *admirable, worthy of admiration, wonderful, marvellous*, θαυμαστός, admiratione dignus, admirandus. *Cic.* l. 1. *Divin.* c. 28. Res nova et admirabilis. *Id. ad Cæs. post* Epist. 11. l. 9. *ad Attic.* Admirabilis, et singularis sapientia. *Id. de Fato* c. 16. O admirabilem licentiam, et miserabilem inscientiam disserendi! *Id.* 1. *de Orat.* c. 2. Admirabilis in dicendo vir. *Id. in Orat.* c. 35. Admirabilior oratio. *Liv.* l. 22. c. 37 Magnitudo populi R. admirabilior adversis rebus, quam secundis. *Phædr.* l. 3. *Fab.* 18. Luscinii cantus cunctis auribus admirabilis. ¶ Speciatim *admirabile* dicitur id, quod est præter opinionem hominum constitutum, ut *Quintil.* l. 4. c. 1. definit. Hinc *Cic.* 4. *de Fin. c. pænult.* Hæc παράδοξα illi; nos admirabilia dicamus. *Juvenal.* sat. 13. v. 53. Improbitas illo fuit admirabilis ævo.

ADMĪRĀBĬLĬTAS, atis, f. *admirability, admirableness, the quality or state of being admirable or of raising wonder*, θαυμασιότης, id quod admirationem habet. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 36. Quanta sit admirabilitas cœlestium rerum, atque terrestrium. *Id. ibid.* cap. 40. Cum admirabilitate maxima igneæ formæ cursus ordinatos definiunt. *Id.* 2. *Offic.* c. 11. Hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit.

ADMĪRĀBĬLĬTER, adverb. *admirably, wonderfully, exceedingly*, θαυμαστῶς, cum admirabilitate, seu admiratione, mirandum in modum. *Cic.* 2. *de natur. Deor.* c. 53. Omnia in hoc mundo admirabiliter administrari. *Id. Attic.* l. 5. ep. 14. Nos Asia accepit admirabiliter. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 6. Laudare aliquem admirabiliter. *Id. Tuscul.* 4. c. 16. *in fi.* Quod idem cum Stoici de sapiente dicunt, nimis admirabiliter, nimisque magnifice dicere videntur. *h. e.* præter communem hominum sensum, παραδόξως.

ADMĪRANDUS, a, um, adject. *admirable, worthy to be admired, worthy of admiration, astonishing, amazing*, θαυμαστός, admiratione dignus, admirabilis. *Nepos in Epam.* c. 3. Continens, clemens, patiensque admirandum in modum. *to an astonishing degree*. *Id. in Caton. in fin.* Exposuit, quæ in Italia viderentur admiranda. *Quintil.* l. 3. *c. ult.* Hermagoras vir subtilis, et in plurimis admirandus. ¶ Superlativum *admirandissimus* usurpatum est a *Salviano* ep. 8. sed non est imitandus.

ADMĪRĀTĬO, onis, f. *the act of admiring, admiration, wonder, amazement*, θαυμασμός, actus admirandi, miratio, stupor. *Cic. pro Deiot.* c. 12. Homines admiratione obstupefacti. *Id. Phil.* 10. cap. 2. Hoc mihi maximam admirationem movet. *Id. Fam.* 5. ep. 12. Viri excellentis varii casus habent admirationem. *Plin.* l. 7. c. 12. Admirationem inferre. *Cic.* 2. *Offic.* c. 10. Admiratione affici. *Plin.* l. 19. c. 8. *ante med.* Folia usque in admirationem crispa. *Liv.* l. 7. c. 34. Consulem admiratio incessit, quod nec pugnam inirent. ¶ Sæpe significat stuporem conjunctum cum summa æstimatione rei, quam admiramur, *admiration joined with esteem, respect or reverence*. *Cic.* 2. *Offic.* c. 14. Magna est admiratio copiose sapienterque dicentis. *Id.* 1. *de Orat.* c. 33. Hæc sunt, quæ admirationes in bonis oratoribus efficiunt. *Id. Offic.* 2. c. 1. Admiratione afficiuntur, qui anteire virtute putantur. *are the theme of admiration, are looked up to with admiration*. *Liv.* l. 9. c. 8. Tanta simul admiratio, miseratioque viri incessit homines, ut &c. *Id.* l. 7. c. 34. Admiratione paventibus cunctis. ¶ Est etiam veneratio, reverentia, *esteem, regard, respect, veneration*. *Nepos in Iphicr.* c. 3. Fuit et animo magno, et corpore, ut ipso aspectu cuivis injiceret admirationem sui. *Curt.* l. 3. cap. 6. Admirationi regis dediti.

ADMĪRĀTOR, oris, m. *an admirer*, θαυμαστής, qui admiratur. *Senec.* ep. 94. *sub fin.* Irritamentum est omnium, in quæ insanimus, admirator, et conscius. ¶ Item æstimator. *Quintil.* l. 2. c. 5. Admirator nimius antiquitatis. *who has too great an esteem for, who dotes too strongly on, antiquity*. *Phædr.* l. 4. fab. 21. Simonidis admirator maximus.

ADMĪROR, aris, atus sum, dep. 1. *to wonder greatly, marvel, be astonished or amazed, be surprised*, θαυμάζω, idem quod miror, aut valde miror, stupeo: *ad* enim auget. *Cic.* l. 6. *Attic.* ep. 9. Admiratus sum brevitatem epistolæ. *Et mox.* Admiratus sum, quod tua manu scripsisses. Et l. 10. epist. 19. De diplomate admiraris, quasi nescio

cujus te flagitii insimularem. *Id.* 2. *Offic.* c. 10. Ne quis sit admiratus, cur &c. *Id.* 1. *de Fin.* c. 2. In quibus hoc primum est, in quo admirer, cur &c. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 3. Partim, admirantium, unde hoc studium extitisset, partim &c. *Id.* 2. *Phil.* c. 16. *in fin.* Hoc maxime admiratus sum, mentionem te hereditatum ausum esse facere. *Id.* 4. *de Fin.* c. 22. Admirati sumus, quid esset, cur nobis Stoicos anteferres. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 99. admiror, quo pacto judicium illud fugerit. *Nepos in Eumen.* c. 12. Cum admirarentur, non jam de eo sumptum esse supplicium, a quo &c. ¶ Significat etiam suspicere, magni æstimare, *to look at with admiration, regard, or esteem, to appreciate. Cic.* 1. *de Orat.* c. 20. *in fin.* Ingenium tuum, Crasse, vehementer admirans. *Id. Fam.* 1. epist. 7. Magnitudinem animi tui semper sum admiratus, semperque amavi. *Id.* 1. *de Orat.* cap. 51. Quorum ego copiam, magnitudinemque cognitionis, atque artis non modo non contemno, sed etiam vehementer admiror. *Id. de clar. Orat.* cap. 94. Admirari res gestas alicujus. ¶ Refertur etiam ad appetitum. *Cic.* 1. *Offic.* c. 20. Nihil hominem, nisi quod honestum, decorumque sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 1. Nil admirari, prope res est una Numici, Solaque, quæ possit facere, et servare beatum. *to be astonished at nothing, to look on every thing with a cool and undisturbed eye, to judge of every thing dispassionately, to value nothing above itself*; nulla re commoveri, omnia contemnere: quod demum est nulla cupiditate duci: quo sensu usurpatur etiam apud Græcos verbum θαυμάζω. Habes exemplum in *Epicteti Enchirid.* c. 49. ¶ De iis, quæ improbamus, *Cic. de provinc. Consul.* c. 11. Sed quod in hac causa maxime homines admirentur, et reprehendant meum consilium, &c? ¶ Passive *Canutius* apud *Priscian.* l. 8. pag. 792. *Putsch.* Turpe est propter venustatem vestimentorum admirari, ut propter turpissimam vitam actam contemni. θαυμάζεσθαι.

ADMISCĔO, isces, iscui, istum, vel ixtum, a. 2. *to mix or mingle together, to blend with,* προσμιγνύω, misceo, commisceo. *Cic. de Univers.* c. 3. Bonis omnibus explere mundum, nihil mali admiscere. *Id.* 2. *de Orat.* cap. 49. Admiscere huic generi orationis illud alterum, &c. *Plin.* l. 26. c. 10. *in fin.* Admixtis in heminam seminis, resinæ cochlearibus duobus. *Columel.* l. 12. c. 15. Admiscere torrefacta sesama cum aniso Ægyptio. *Lucret.* l. 4. v. 1240. Ægre admiscetur muliebri semine semen. ¶ Translate *Cic. Phil.* 12. c. 7. In hac ego legatione sim, aut ad id consilium admiscear? *shall I intermeddle with, concern myself with,* &c. *Id. in fragment. Hortens.* apud *Augustin.* l. 14. *de Trinit.* c. *ult.* Quo minus animi se admiscuerint, atque implicuerint hominum vitiis atque erroribus, hoc illis faciliorem ascensum in Cœlum fore. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 3. Trebatium vero meum, quod isto admisceas, nihil est. *h. e.* in isto negotio, in hac re. *Terent. Heaut.* 4. 5. 35. Ita tu isthæc tua misceto, ne me admisceas. *don't embroil me likewise, don't make me a party too. Et ibid.* 5. 2. 22. Ne te admisce: nemo accusat, Syre, te. *have you nothing to do with it.*

ADMISSARĬUS EQUUS, et Admissarius, ii, absolute, *a stallion,* ἀναβάτης, equus, qui ad sobolem creandam equabus admittitur. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. Equos, quos admissarios habeo singulos in feminas denas. *Plin.* l. 28. c. 15. Sanguis equi, præcipue admissarii. *Columel.* l. 6. c. 27. Ut tam feminis, quam admissariis desiderantibus coeundi fiat potestas. ¶ Nec de equis solum, sed et de aliis jumentis admissarius dicitur. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 8. Et asinum admissarium habere volunt. ¶ De homine valde libidinoso. *Cic. in Pison.* c. 28. Admissarius iste simul atque audivit voluptatem tantopere laudari, sic ad illius orationem adhinniit, ut &c. Adde *Plaut. Milit.* 4. 3. 19.

ADMISSĬO, onis, f. *admission, admittance, access, introduction, leave to address, salute,* &c. εἴσοδος, actus admittendi, introductio ad aliquem, aditus: et præcipue facultas adeundi principem salutandi, alloquendi gratia, aut petendi. *Plin. in Paneg.* c. 47. An quisquam non in primis laudibus ferat admissionum tuarum facultatem? *Plin. alter* l. 33. c. 3. Dare alicui admissionem alicujus. *to allow to be introduced to a person. Et Senec.* lib. 6. *de benef.* c. 33. Non sunt isti amici, qui agmine magno januam pulsant, qui in primas, et secundas admissiones digeruntur. *primas*, et *secundas* admissiones dicit eorum, qui vel primo loco, vel secundo admittuntur. nam honoratiores primi introducebantur, ut hodieque fit. *Id.* l. 1. *de clement.* c. 10. Abavus tuus Sallustium, et Cocceios, et Duillios, et totam cohortem primam interioris admissionis, ex adversariorum castris conscripsit. *Lips.* legit *totam cohortem primam admissionis. h. e.* præcipuos amicos, et primos omnium admittendos. Qui *interioris admissionis* retinent, intelligunt servos a cubiculo primos, et valde familiares, *servants of the bed-chamber. Sueton. in Vespas.* c. 14. Quidam ex officio admissionis simul expellens, &c. *officium admissionis* appellat corpus servorum, qui admittendis advenientibus aderant, et admissiones disponebant, qui et *admissionales*, et *ab admissione* dicti, *chamberlains. Vet. Lap.* apud *Muratori.* pag. 916. n. 6. Ser. Sulpicio Aug. L. Fausto ab admissione. ¶ His qui præerat, *magister admissionum* dicebatur. *lord-chamberlain. Ammian.* l. 15. c. 5. (*al.* 11.) Per admissionum magistrum accito eodem. *Proximus admissionum* erat, qui secundum post magistrum locum in admissionum officio tenebat. *Id.* l. 22. cap. 7. (*al.* 9.) Manumittendis ex more inductis per admissionum Proximum. ¶ Accipitur etiam admissio pro admissura. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *a med.* Primum videndum de admissione, quo quæque tempore ut ineant, facere oporteat.

ADMISSIONĀLIS, lis, m. *an usher of the bed-chamber,* εἰσαγωγεύς, dicitur is, cujus officium est admittere aulicos in cubiculum ad Principem salutandum. *Lamprid. in Alexand. Sev.* c. 4. Salutaretur quasi unus de senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis.

ADMISSĪVUS, a, um, adject. *Admissivæ aves* apud *Festum* sunt, quæ in auguriis faustum præbent omnem, et admittunt. V. *Admitto.*

ADMISSOR, oris, m. *the perpetrator,* qui admittit, hoc est perpetrat facinus. *Lactant. in Epiton.* c. 6. (*al.* cap. 4.) Eodem facinore spectator obstrictus est, quo et admissor. [*Collat. Mosaic. et Roman. legum.* tit. 6. c. 4. Admissores istiusmodi criminum.]

ADMISSUM, i, n. *a fault, misdoing, offence, trespass,* scelus admissum, pravum facinus, ἁμάρτημα. *Liv.* l. 25. c. 23. Multorum animi suspecti omnium oculos converterant, ne quid falleret tale admissum. *Tacit. Ann.* 11. c. 4. Cum idem de admissis Poppææ sentiam, quod omnes. *Papinian. Digest.* l. 46. tit. 3. leg. 95. Quoniam impunita non debent esse admissa. [*Ovid.* 14. *Met.* v. 92. Perjuria quondam Cercopum exosus, gentisque admissa dolosæ.]

ADMISSŪRA, æ, f. *the putting together of the male and female for the sake of propagating the species,* ὀχεία, ὄχευσις, actio qua mares gregum admittuntur ad feminas, propagandæ sobolis gratia. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *a med.* Ante admissuram arietibus, ac tauris datur plus cibi, ut vires habeant. *Et mox.* Admissuram facere. *h. e.* mares feminis admittere. *Columel.* l. 6. c. 24. Prohibere tauros admissura. *Id. ibid.* c. 27. Adhibere equum trimum admissuræ. *Plin.* l. 8. c. 42. Dare equum admissuræ. [Etiam in plurali. *Varr.* l. 4. c. 4. *de suibus.* Admissuras cum faciunt.]

ADMISSUS, us, m. *the act of admitting,* actus admittendi, εἴσοδος. In sexto casu singulari. *Pallad.* l. 6. tit. 2. Hæc res uvas efficit pinguiores, et maturitati consulit solis admissu. [Et etiam in quarto et quidem pro admissura. *Veget. Veter.* l. 4. c. 7. Admissariis anno, quo admissum faciunt, non est vena laxanda.]

ADMISSUS, a, um, *admitted, let in, introduced,* introductus, προσδεχθείς. *Horat. de art. Poet.* v. 5. Spectatum admissi risum teneatis amici? *Terent. Hecyr.* 2. 1. 41. Ad eam non admissa sum. *Sueton. in Tiber.* c. 4. Admissus in conspectum. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 60. Admissæ preces. *Martial.* l. 12. epigr. 57. quies nullis Offensa linguis, nec dies, nisi admissus. ¶ Item commissus, *committed,* cum de pravis facinoribus sermo est. *Sueton. in Tiber.* cap. 2. Multa Claudiorum egregia merita, multa etiam secus admissa in rempublicam exstant. *Id. in Cæs.* c. 75. Admissa perfidia. *Nepos in Epamin.* c. 6. Admissum scelus. *Sallust. in Jugurt.* c. 96. Admissum facinus. *Cic. Fam.* 3. ep. 10. Commissum facinus, et admissum dedecus. ¶ Item incitatus, immissus, *let loose, pushed on, spurred on. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 34. Equites impetum hostium non tulerunt, sed admissis equis ad suos refugerunt. *Ovid.* l. 1. *de art. amand.* v. 40. Hæc erit admissa meta terenda rota. *Id. Amor.* l. 3. eleg. 6. v. 86. Nec capit admissas alveus altus aquas. *h. e.* ruentes cum impetu. *Id.* 1. *Metam.* v. 532. admisso sequitur vestigia passu. *h. e.* celeri.

ADMISTUS. V. *Admixtus.*

ADMITTO, is, isi, issum, a. 3. *to send to or onward, to give a loose to, push forward,* immitto: ex *ad*, et *mitto*, εἰσάγω, προσάγω. Itaque *admittere equum* est immittere, et laxatis habenis ad cursum incitare. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 19. Admisso equo in mediam aciem irruere. *Liv.* l. 2. c. 19. In Postumium Tarquinius equum infestus admisit. *pushed onward to meet. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 34. Admissis equis ad suos refugerunt. ¶ *Admittere alicui aliquid* pro simplici mittere dixit *Hygin.* l. 2. *Astronom.* c. 13. non imitandus. ¶ *Admittere oculos* est conjicere, convertere. *Sever. in Ætna* v. 8. Nec metuunt oculos alieno admittere cælo. ¶ Est etiam admittere marem pecudis feminæ admovere, *to put the male to the female. Plin.* l. 8. c. 43. Asinus solstitio admittitur. *Id.* l. 10. c. 63. Verrem subantis voce audita, nisi admittatur, cibum non capere. *Columel.* l. 6. c. 37. Admissarius veneri modestior admittitur. *Id.* l. 7. c. 2. *a med.* Arietes ovibus admittere. *Justin.* l. 1. c. 10. Admittere equum equæ. *Ulpian. Digest.* lib. 47. tit. 2. leg. 53. Si quis asinum meum in equas suas τῆς γονῆς dumtaxat χάριν captum admisisset. ¶ Dicitur etiam femina pecudis admitti. *Plin.* l. 10. c. 63. Equas autem post tertium diem, aut post unum ab enixu utiliter admitti putant. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. Peroriga adjutante, equæ celerius admittuntur. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 9. Si equam emisses, ut meo asino Reatino admitteres. ¶ Præterea sæpe ponitur pro recipere, *to receive, admit, introduce,* εἰσδέχομαι, tum de rebus, tum de personis. De rebus *Plin.* l. 2. c. 65. In mare jacitur, aut ut freta admittamus, eroditur aquis. *Id.* l. 3. *in præfat. in fin.* Metas Herculis perfossas exclusa antea admisisse maria. *Id.* l. 9. c. 25. Echeneis piscis in cibos non admittitur. *Id.* l. 20. c. 11. Admittere apium ad cibos. *Id.* l. 12. c. 1. *ad fin.* Solem æstate arcere, hieme admittere. *Id.* l. 21. c. 9. Flos ejus in coronas admittitur. *Id.* l. 37. c. 5. Smaragdi admittentes visum. *transparent. Cels.* l. 7. c. 26. n. 5. Ut neque frigus ad vesicam admittat, &c. *not allow to penetrate.* ¶ De personis cum usurpatur, significat officii vel negotii causa aliquem ad se recipere, *to admit, introduce, receive. Cic. Divin. in Verr.* c. 16. Quam multis custodibus opus erit, si te semel ad meas capsas admisero. *if I shall let you enter. Id. Phil.* 8. c. 10. Domum recipere legatum hostium, in cubiculum admittere. *Id. Attic.* l. 13. *ep. ult.* Cæsar tertiis Saturnalibus apud Philippum, nec quemquam admisit. *admitted no one to his presence. Nepos in Timol.* c. 1. Neque domum ad se filium admisit. *Sueton. in Tiber.* c. 27. Admittere aliquem ad lecticam. *to allow to sit in one's presence. Id. in Ner.* c. 13. aliquem ad genua. *to suffer any one to kiss or embrace one's knees. Id. ibid.* c. 10. plebem ad campestres exercitationes. *to grant leave to go in for the purpose of seeing,* &c. *Id. in Aug.* c. 53. plebem salutationibus. *Justin.* l. 12. cap. 15. milites ad conspectum suum. *Petron. in Satyr.* c. 79. aliquem per fenestram. ¶ *In fragmen. Tragur. Petron.* c. 51. *Burmun.* legitur *Admissus Cæsarem est*, omissa præposit. *ad*, quæ inest in ipso verbo. ¶ *Admittere aliquem in* vel *ad consilium* (perraro *in consilio*) est ad consulendum assumere. *Cic. pro Marcell.* c. 2. *in fin.* Nec ad consilium casus admittitur. *Declamat. in Cicer.* (*quæ Sallustio tribui solet*) *prope fin.* Quem Jupiter in consilio deorum admisit. *Al. leg.* in consilium. *Petron.* tamen *in satyr.* c. 19. dixit *Admittere aliquem in diversorio.* ¶ Ad hanc significationem pertinent et illa: *Admittere aliquem ad honores, ad officium, in numerum imperantium,* hoc est aditum ei dare, assumere, eligere. *Sueton. in Cæsar.* c. 41. *Nepos in Eumen.* c. 1. et *in Lysand.* c. 1. &c. Sic *Senec. in Herc. Oet.* v. 535. Admittere aliquem arcanis. *Petron. in Satyr.* c. 127. Admittere aliquem inter cultores &c. ¶ Translate est committere, patrare, cum de pravis facinoribus sermo est, *to commit*: estque ex eo translatum, quod qui peccat, scelus in animum recipit, seu introducit. *Cic. pro Mil.* c. 23. *in fin.* Si Milo admisisset aliquid, quod non posset honeste vereque defendere. *Sueton. in Calig.* c. 15. Nihil sibi admissum, cur cuiquam invisus esset. *h. e.* nihil a se commissum. *Plaut. Men.* 5. 1. 12. Quid tandem admisi in te, ut loqui non audeam? *what have I ever done? Cic.* 3. *Offic.* c. 25. Admittere tetrum facinus. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 22. maleficium. *Id. Verr.* 2. c. 17. dedecus. *Id. pro Rabir. perduell.* cap. 9. fraudem capitalem. ¶ *Admittere aliquid in se*, eodem sensu: et *in se* accusativus est non ablativus. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 7. Qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat. *Id. pro Mil. c. pænult.* Quod in me tantum facinus admisi? *Id.* 2. *Phil.* c. 19. Ea in te admisisti, quæ a verecundo inimico audire non posses. ¶ Est etiam in se suscipere, *to undertake. Nepos in Attic.* c. 15. In nitendo, quod semel admisisset, tanta erat cura, ut non mandatam, sed suam rem videretur agere. ¶ Item concedere, permittere. *Plin.* l. 6. ep. 16. *ad fin.* Placuit egredi in litus, et e proximo aspicere, ecquid jam mare admitteret, quod adhuc vastum, et adversum permanebat. *Cels.* l. 3. c. 12. Febres curationes admittunt. *h. e.* curari possunt. *Terent. Eun.* 4. 6. 23. Tu quod cavere possis, stultum admittere est. *to permit to go on, to allow.* ¶ Item recipere, excipere. *Quintil.* l. 4. c. 3. Quo facilius aures judicum, quæ post dicturi erimus, admittant. *Petron. in Satyr.* c. 133. Admittere preces. *Cic. pro Cluent.* c. 41. Si qua lis illata est, non admittunt. *Liv.* l. 34. c. 49. Pacis mentionem admittere auribus. *to give an ear to, give heed to. Sueton. in Aug.* c. 66. Admittere amicitias. ¶ Item condonare. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 191. Tibi hanc admittam noxiam unam: non sum irata. *will let this pass, will pass over, connive at this.* Alii leg. *amittam.* ¶ In auguriis *aves admittere* dicuntur, quæ faustum præbent auspicium, et addicunt, ratumve faciunt, quod quid cupit. *Plaut. Asin.* 2. 1. 11. Impetritum, inauguratum est: quovis admittunt aves. *on every side give good omens. Liv.* l. 4. c. 18. Ut ab auguribus, simul aves rite admisissent, tolleretur signum. Adde lib. 1. c. 36. Hinc *admissivæ aves*, de quib. V. *Admissivus.* ¶ Pro approbare *Martian. Digest.* lib. 48. tit. 16. leg. 1. Admittere excusationem. *Ulpian.* lib. 37. tit. 1. leg. 1. et 3. Admittere bonorum possessionem. *h. e.* agnoscere, ratam habere. *Papinian.* lib. 35. tit. 2. leg. 11. Admittere opinionem. ¶ Dicitur et de inserendi ratione, ducta translatione ab admittendis pecudibus ad sobolem. *Plin.* lib. 17. c. 18. *ad fin.* Qui ver probant, ab æquinotio statim admittunt, prædicantes, germina parturire, &c. *h. e.* surculum adigunt, inserunt. ¶ *Admittere viam* est sternere, aperire. *Claudian.* de VI. *Cons. Honor.* v. 503. Admittitque viam sectæ per viscera rupis. ¶ *Admittere sumptum*, sumptum facere, *to discharge the costs, take the expense upon himself,* affertur a Lexico-

graphis quibusd. ex *Terent. Adelph.* 5. 7. 15. sed varia quædam est ibi, et incerta ea lectio. ¶ *Admittere fidem* est credere. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 70. Posteritas admitte fidem. ¶ *Admittier* pro *admitti* dicitur per paragogen sæpe a Poetis. *Virg.* 9. *Æn.* v. 231. ¶ *Admisse* per syncopen pro *admisisse* dictum est a *Plaut. Mil.* 4. 7. 4.

ADMIXTIO, et Admistio, onis, f. *a mixture, mingling or blending together*, πρόσμιξις, actus admiscendi, mixtio. *Cic. de Senect. c. penult.* Animus omni admixtione corporis liberatus, purus, et integer. Adde *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 9.

ADMIXTUS, et Admistus, us, m. *a mingling*, admixtio. In sexto casu singulari *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 1. Nos honorem Dei, cujus hoc festum est, nullo admixtu voluptatis augemus.

ADMIXTUS, et Admistus, a, um, *mixed, mingled*, mixtus, προσμικτός. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Aer multo calore admixtus. *Et ibid.* Aquæ admixtus calor. *Plin.* l. 36. c. 17. Flos lapidis Assii admixtus æri. ¶ Absolute est non sincerus, non simplex, non purus. *Cic. de Senect.* c. 21. Simplex animi natura est, nec habet in se quidquam admixtum. *Id. Tuscul.* 1. c. 29. Nihil est animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex.

ADMODĔROR, aris, atus sum, dep. 1. *to refrain, withhold*, idem quod moderor, tempero, προσευθύνω, κατέχω. *Plaut. Mil.* 4. 2. 81. Nequeo hercle risu me admoderarier, per paragogen pro *admoderari*.

ADMODŬLOR, aris, atus sum, dep. 1. simul modulor, accino, προσᾴδω. *Claudian. carm. Fescenn. in nupt. Honor. et Mar.* v. 11. Athesis strepat choreis, Calamisque flexuosus Leve Mincius susurret, Et Padus electriferis Admoduletur alnis.

ADMŎDUM, adverb. *very, much, exceedingly; of a truth, in good truth; just, exactly, altogether*; παντελῶς, πάνυ, idem ac omnino, prorsus, plane, certe: ex *ad*, et *modus*: diciturque quasi *ad modum*, hoc est ad mensuram, seu rationem plenam, perfectamque ejus rei, de qua est sermo. Jungitur tum adjectivis nominibus, tum verbis, tum adverbiis. *Cic. Verr.* 6. c. 34. Signum admodum amplum, et excellens. *Id. de Senect.* c. 4. Non admodum grandis natu, sed tamen ætate provectus. *not very old. Flor.* l. 2. c. 6. Prætextatus admodum filius. *not more than a boy, still wearing the toga prætexta. Cic. de amicit.* c. 4. *in fin.* Utrique gratum admodum feceris. *you will in very deed do both of them a favour. Id. Fam.* 4. ep. 13. *a med.* Qui me admodum diligunt. *Id. Attic.* 7. ep. 24. Philotimi litteræ eos admodum delectarunt. *Id. in fragment.* 2. *Academ.* apud *Non.* c. 7. n. 57. Aut nihil, aut obscure admodum cernere. *Id. in fragment. de Fato* apud *Macrob.* 2. *Saturn.* c. 12. Acipenser admodum raro capitur. *Terent. Heaut.* 1. 1. 1. Quamquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. *although of a truth 'tis but a short time since our acquaintance commenced.* ¶ Item cum adjectivis, et adverbiis quantitatem significantibus. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 27. Ratio admodum paucis salutaris. *to very few. Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. In totum corpus distribuitur per venas admodum multas. *Liv.* l. 23. c. 29. Equestris pugna nulla admodum fuit. *there was no engagement of cavalry to speak of. Cic.* 5. *de finib.* c. 5. In quo multum admodum fortunæ datur. *much in truth, very much. Liv.* l. 34. cap. 13. Ubi satis admodum et suorum, et hostium animos est expertus, &c. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 12. Quæ maxime admodum oratori accommodata est. *of a truth very much, very much indeed, most of all. Cic. de clar. Orat.* cap. 85. Forma quædam ingenii admodum impolita, et plane rudis. ¶ Eleganter cum adverbio *nihil* jungitur. *Cic. de clar. Orat.* c. 58. Curio litterarum admodum nihil sciebat. *nothing at all. Id. ibid.* c. 9. Oratorem plane quidem perfectum, et cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixeris. *Id.* 2. *de Orat.* c. 2. Alter non multum, alter nihil admodum scripti reliquit. *nothing worth mentioning.* Loquitur de Antonio Oratore, qui quamvis reliquisset libellum de ratione dicendi, ut habetur *de Clar. Orat.* c. 44. nullam tamen omnino reliquerat orationem, ex qua cognosci ejus eloquentia posset: quod confirmat Idem *Cic. in Orat.* c. 38. et *pro Cluent.* c. 50. ¶ Interdum habet post se genitivum, more substantivi. *Columel.* l. 4. c. 1. Admodum exigui pulveris viviradici subjicimus. *h. e.* omnino exigui. [Sed *Ursinus* vidit, corruptum esse locum, legendumque suspicatus est *exiguum*, quæ conjectura *Jo. Matth. Gesnero*, et *Schneidero* etiam probatur, qui hoc postremum in textum admisit.] ¶ Sæpe etiam usurpatur cum adjectivis numerum significantibus. *Liv.* l. 40. *c. ult.* Armorum magnam vim transtulit, nullam pecuniam admodum. *of money nothing to speak of. Id.* l. 44. cap. 43. Secuti sunt eum admodum quingenti equites. *about five hundred, five hundred to a man. Curt.* l. 4. c. 9. Mille admodum equites præmiserat: quorum paucitate contempta &c. *up to a thousand, a thousand and no more. Id. ibid.* cap. 12. In lævo cornu Bactriani ibant mille admodum, Dahæ totidem. *a thousand in all. Liv.* l. 22. c. 24. Sex millia hostium cæsa, quinque admodum Romanorum. *about five, five at the very most. Id.* l. 42. c. 65. Mille admodum capiuntur. *a thousand on the whole. Justin.* l. 17. c. 2. Post menses admodum septem. *after about seven months. Id.* l. 24. c. 1. Congregati admodum quingenti sparsos hostes consectantur, trucidatisque admodum novem millibus. *having assembled to the amount of about five hundred, &c. and having put nine thousand in all to the sword.* ¶ Eleganter usurpatur in responsionibus, præsertim a Comicis. *Terent. Hecyr.* 3. 5. 8. Advenis modo? *Pa.* admodum. *I am, to a moment. Plaut. Rud.* 4. 4. 36. Nempe tu hanc dicis, quam esse aiebas dudum popularem meam. *Tr.* Admodum, et ea, quæ olim &c. *precisely so, most assuredly, undoubtedly. Id. Bacch.* 5. 1. 24. Numquid nam ad filium hæc ægritudo attinet? *Ni.* admodum. ¶ In dialogis servit transitionibus, quod significet, satis de re aliqua, et ad modum disputatum esse. *Cic.* 3. *de leg.* c. 11. *extr.* Scis, solere, frater, in hujusmodi sermone, ut transiri alio possit, admodum, dici. *enough on this head.* ¶ *Admodum quam. Plaut. Amph.* 1. 3. 43. Ex amore hic admodum quam sævus est! *how very cruel he is become! Gell.* l. 19. c. 9. Voce admodum quam suavi. *exceedingly sweet.* ¶ *Admodum*, valde. *Flor.* l. 3. c. 1. *a med.* Marius auctis admodum copiis regem adortus, &c. *Salmas.* legit *inmodum*, eodem sensu.

ADMŒNĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to lay siege to, to invest, besiege*, operibus mœnia cingo, obsideo, πολιορκέω: ex *ad*, et *mœnio*. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 150. Hoc ego oppidum admœnire, ut hodie capiatur, volo. *Id. Cistell.* 2. 2. 5. Quot admœnivi illi fabricas! quot fallacias! *h. e.* quasi ad mœnia admovi: quot machinas adhibui! Quidam leg. *admovi*.

ADMOLĬOR, iris, itus sum, dep. 4. *to move with great effort*, niti, conari, ἐπιχειρέω. *Plaut. Rud.* 3. 1. 6. Ad hirundininum nidum visa est simia, ascensionem ut faceret, admolirier. paragoge pro *admoliri*. ¶ Item exstruere apud aliquem locum, *to construct near*: et dicitur de operibus magnis, et magno conatu perficiendis. *Curt.* l. 8. cap. 10. Urbs qua spectat Orientem, cingitur amne: ad Occidentem velut de industria rupes præaltas admolita natura est. ¶ *Admoliri manus alicui rei* est admovere, *to lay hands on any thing. Plaut. Asin.* 3. 2. 24. Ubi sacro manus sis admolitus. *Apulei.* l. 1. *Metam.* Dejerantes, se se neque ei manus admolituros, &c. *h. e.* vim illaturos. *that they would not lay their hands on, offer violence to.*

ADMONĔO, es, ui, onitum, a. 2. *to remind, put in mind, warn, suggest to, admonish, advise*, ἐπαναμιμνήσκω, in memoriam redigo, moneo. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 3. Qui admonent amice, docendi sunt; qui inimice insectantur, repellendi. *Sallust. in Catil.* c. 22. Admonere alium egestatis, alium cupiditatis suæ. *Liv.* l. 35. c. 13. Admonere aliquem fœderis. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 4. Epistola, in qua de æde Telluris, et de porticu Catuli me admones. *Id.* 2. *de nat. Deor. c. ult.* Multa præterea ostentis, multa in extis admonemur. *Id. pro Cœl.* c. 3. Illud te esse admonitum volo. *Id. Attic.* l. 9. ep. 9. Illud me præclare admones, cum illum videro, ne nimis indulgenter, et ut cum gravitate potius loquar. *Nepos in Phoc.* c. 1. Simulque admonerent, si ipse his facile careret, liberis tamen suis prospiceret. *Tacit. Ann.* 13. c. 5. Nisi Seneca admonuisset, venienti matri occurreret. *Sueton. in Tiber.* c. 50. Admonuit, negotiis abstineret. ¶ Cum infinito. *Plin.* l. 36. c. 5. Admonent æditui parcere oculis. *Phædr.* l. 3. fab. 17. *extr.* Nihil agere, quod non prosit, fabella admonet. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 125. Sol acrior ire lavatum Admonuit. *Virg.* 4. *Georg.* v. 186. decedere campis Admonuit. ¶ Item gerundivis, addita etiam interdum præposit. *ad. Tacit. in Agric.* c. 25. Excedendum potius, ignavi admonebant. *Cic.* 2. *Divin.* c. 65. Quam multi inopes, nullo somnio ad thesaurum reperiendum admonentur! *Admonere debitorem* est debita ab eo, in memoriam reducendo, reposcere. *Cic. pro Quint.* c. 12. Cum tibi quotidie potestas hominis fuisset admonendi, verbum nullum facis: biennio jam confecto fere appellas. Adde in *Top.* c. 1. *ad fin.* ¶ Ponitur etiam pro hortari, incitare, castigare. *to incite, encourage, stimulate, urge on, lash. Spartian. in Sever.* c. 11. *in fin.* Equum expavescentem admonere. *Virg.* 10. *Æn.* v. 586. pendens in verbera telo Admonuit bijugos. *Senec.* l. 1. *de clement.* c. 14. Admonere liberos verberibus. *Id. de constant. Sapient.* c. 12. *ad fin.* Malo, pœnaque aliquem admonere, et afficere. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Liv.* l. 5. c. 51. Adversæ res admonuerunt religionum. *Tacit. Ann.* 15. c. 45. *in fin.* Si sitis admoneret, aqua vitam tolerat. *Id.* 3. *Ann.* c. 25. Ea res admonet, ut de principiis juris altius disseram. *Sallust. in Jug.* c. 81. Eam rem nos locus admonuit. ¶ Particip. *admoniturus. Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 42. Scilicet oblitos admonitura mei. ¶ Inter *admoneo*, et *commoneo* hoc statuit discrimen *Agroetius de Orthogr.* pag. 2271. *Putsch.* ut illud de rebus præsentibus, hoc de præteritis usurpetur. Sed usus loquendi hoc non servat.

ADMONITĬO, onis, f. *a reminding, recalling to mind, warning, admonishing, advising*, ὑπόμνησις, actus admonendi, seu in memoriam revocandi. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 1. Tanta vis admonitionis inest in locis, ut non sine causa ex his memoriæ ducta sit disciplina. *Quintil.* l. 6. c. 1. *a med.* Illud ne indignum quidem admonitione, ingens in epilogis verti discrimen *Plin.* l. 19. c. 1. Qua admonitione succurrit, quod Varro tradit, &c. ¶ *Admonitio debitoris* est ejus interpellatio, ut solvat. *Ulpian. Digest.* lib. 5. tit. 1. leg. 2. In omnibus causis, in quibus protelatur admonitio, hoc procedere sine temporali damno creditorum oportet. ¶ Est etiam idem ac monitum, hortatio, *admonition, advice, encouragement, exhortation*, παραίνεσις. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 70. Admonitio in consilio dando familiaris. *Id. Fam.* 1. ep. 1. Admonitiones, et preces. *Id.* 1. *Offic.* c. 40. *ad fi.* Admonitio, et præceptum. ¶ Item objurgatio, castigatio, *reprehension, castigation, correction, reproof. Id. Fam.* 10. ep. 4. Si aut aliter sentirem, certe admonitio tua me reprimere, aut si dubitarem, hortatio impellere posset. *Quintil.* l. 2. c. 6. Admonitioni irasci. *Sueton. in Aug.* c. 39. Alios pœna, alios ignominia notavit; plures admonitione, sed varia. Lenissimum genus admonitionis fuit, &c. *Callistrat. Digest.* lib. 48. tit. 19. leg. 7. Admonitio fustium. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. Hinc *admonitio morbi*, aut *doloris* est sensus doloris certis temporibus repetitus in ea corporis parte, quæ aliquando laboravit, *sense of pain in any part that has been affected with disease. Plin.* l. 24. c. 17. Admonitionem morbi sentire. *Id.* l. 25. c. 8. Si qua admonitio doloris supersit.

ADMONĪTOR, oris, m. *one who reminds, admonishes*, ὑπομνηματιστής, qui admonet, seu in memoriam revocat. *Cic. in Top.* c. 1. *in fi.* Ut mea diligentia mandatorum tuorum te quoque, etsi admonitore non eges, ad memoriam nostrarum rerum excitarem. *Id. Fam.* 9. ep. 8. Exspectatione promissi tui moveor, ut admoneam te, non ut flagitem. Misi autem ad te quatuor admonitores non nimis verecundos. ¶ Item hortator, παραινέτης. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 664. Admonitorque operum cœlo clarissimus alto Lucifer ortus erat.

ADMONITORĬUM, ii, n. admonitio. *Justinian. in epist. ad Trebonian. præfixa lib. Digest. prope fin.* Quædam admonitoria ejus facere.

ADMONĪTRIX, icis, f. *she who reminds, admonishes, advises*, quæ admonet. *Plaut. Trucul.* 2. 6. 20. Quid adhuc ego tui, malum, admonitricis? In multis *Plauti* Codicib. in quibus hæc verba leguntur (neque enim in omnib. reperiuntur) scriptum est *ammonitricis*.

ADMONĪTUM, i, n. *a calling to mind, admonition*, admonitio, παραίνεσις. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 15. Cohortationes, consolationes, præcepta, admonita. *Al. leg.* monita.

ADMONĪTUS, us, m. *an advising, suggesting, intimating, warning, advice.* ὑπόμνησις, admonitio. In sexto casu singulari. *Cic. Fam.* 10. ep. 12. Oblata religio Cornuto est pullariorum admonitu, non satis diligenter eum auspiciis operam dedisse. *Id. Catil.* 3. c. 3. Interea admonitu Allobrogum prætorem misi, qui ex ædibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 612. Flet tamen admonitu mortis, Elisa, tuæ. *on being put in mind of your death. Id. de remed. amor.* v. 729. Admonitu recreatur amor. *by recalling to mind.* Et *Cic.* 5. *de Fin.* c. 2. Usu hoc evenit, ut acrius et attentius de claris viris locorum admonitu cogitemus. ¶ Item hortatus, παραίνεσις. *Cic. Att.* l. 13. ep. 18. Admonitu tuo perfeci libros ad Varronem. *Nepos in Attic.* c. 20. Ut Attici admonitu eam reficiendam curaret. ¶ Item castigatio, objurgatio, *reprehension, reproof, correction. Ovid.* 3. *Metam.* v. 564. Hunc avus, hunc Athamas, hunc cetera turba suorum Corripiunt dictis, frustraque inhibere laborant: Acrior admonitu est, &c.

ADMONĪTUS, a, um, adject. *advised, admonished. Cic. in Top.* c. 1. Admonitus hujus æris alieni, nolui deesse, &c. *Curt.* l. 6. c. 8. Rex admonitos, ut consilium silentio premerent, dimittit. *Tacit. Ann.* 15. c. 67. Admonitus fortiter protendere cervicem.

ADMORDĔO, ordes, admordi, orsum, a. 2. idem quod mordeo, vel mordendo abrodo, ἐπιδάκνω. V. *Admorsus* adject. ¶ Translate *Plaut. Pers.* 2. 3. 14. Nam id demum lepidum est, triparcos homines, vetulos, avidos, aridos bene admordere, qui allium servo obsignant cum sale. *h. e.* auferre ab avaris hominibus rem, et insigni damno eos afficere. *Id. Pseud.* 4. 7. 24. Præda hæc mea est: scortum quærit, habet argentum. Jam admordere hunc mihi lubet. *h. e.* aggredi, et ab eo aliquid corradere. ¶ Præteritum est *admordi*, et *admomordi*. Verba enim, quæ in præteritis primam geminant, si componantur, modo geminationem habent, modo abjiciunt, ut *accurro, accurri*, et *accucurri*, &c. At pro *admomordi Plaut. in fragment. Aulul.* apud *Gell.* l. 7. c. 9. *admemordi* dixit. nam et *memordi* quondam a Veteribus dictum est. Verba Plauti sunt: *admemordit hominem.* vel ut alii referunt *Ut admemordi hominem.* Est autem hic quoque translatum pro dictis pupugi, laceravi.

ADMORSUS, a, um, *bitten, gnawed*, ἐπιδηχθείς, morsus, seu morsu abrosus. *Virg.* 2. *Georg.* v. 378. durique venenum Dentis, et admorso signata in stirpe cicatrix. *Propert.* l. 3. eleg. 9. v. 53. *de Cleopatra.* Brachia spectavi sacris admorsa colubris.

ADMORSUS, us, m. *a biting, gnawing*, morsus, ἐπίδηγμα. Translate *Symmach.* l. 1. ep. 31. An vereris æmuli venena lectoris, ne libellus tuus admorsu duri dentis uratur?

ADMOTĬO, onis, f. *an applying, bringing in contact with*, actus admovendi, πρόσαψις, πρόσθεσις. *Cic.* 2. *de nat.*

Deor. c. 60. Itaque ad pingendum, ad scalpendum, ad nervorum eliciendos sonos apta manus est admotione digitorum.

ADMŌTUS, us, m. *a bringing near*, admotio. *Plin.* l. 24. c. 11. Arundo, quæ in Judæa nascitur odorum causa, ciet menstrua admotu. *Harduin.* leg. *admota.*

ADMŌTUS, a, um, *applied, brought near, made to approach, coming in contact with*, προσαχθείς. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 45. *sub fin.* Quæ, nisi admoto igni, ignem concipere possit. *Id. pro Rabir. Posth.* c. 9. Aspide ad corpus admota. *Plin.* l. 2. c. 9. Luna alias admota cœlo, alias contigua montibus. *Sueton. in Tiber.* c. 10. Ad publica munera admotus. *advanced or promoted to some public office.* *Ovid.* 3. *de art. aman.* v. 133. non sint sine lege capilli: Admotæ formam dantque, negantque manus. *Sil.* l. 8. v. 295. genus admotum Superis. *h. e.* Superos affinitate contingens.

ADMOVĔO, es, movi, otum, a. 2. *to put near, bring near to, apply, bring in contact with*, προστίθημι, ad, seu prope aliquem moveo, adhibeo, juxta pono: ex *ad*, et *moveo*. *Tacit.* l. 13. *Ann.* c. 39. Scalas mœnibus admovere. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 36. Admovere aures, et subauscultando excipere voces. *Id. Agrar.* 1. c. 4. manum vectigalibus. *Id. Tuscul.* 3. c. 18. *in fi.* fasciculum ad nares. *Id. Phil.* 6. c. 3. exercitum propius urbem. *Liv.* l. 27. c. 25. et *sub. fin.* l. 28. exercitum admovere Ariminum. *Virg. Ecl.* 3. v. 43. labra poculis. *Id. Æn.* 3. v. 410. Ventus admoverit te oræ Siculæ. *shall carry you nigh to*, &c. *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 21. Admovere cucurbitulam. *Tacit. Ann.* 11. *c. ult.* ferrum jugulo. *Plin.* l. 11. c. 43. cibum ad os. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 344. oscula. ¶ Translate ponitur pro adhibere. *Cic. pro Sext.* c. 5. Admovere stimulos alicui. *h. e.* excitare, incitare. *Id. de Harusp. resp.* c. 10. mentem ad voces alicujus. *h. e.* attendere, *to give ear to, attend to.* *Id.* 1. *de Orat.* c. 14. orationem ad sensus animorum, atque motus vel inflammandos, vel etiam extinguendos. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 28. curationem ad aliquem. *to apply.* *Sueton. in Ner.* c. 37. medicos alicui. *Id. in Claud.* c. 39. aliquem in convivium, et ad aleæ lusum. *to admit, introduce.* *Curt.* l. 6. c. 9. quempiam in fastigium *(dignitatis) h. e.* promovere, *to promote, raise.* *Sueton. in Tiber.* c. 14. aliquem contubernio. *to receive.* *Id. in Aug.* c. 64. aliquem ad curam reipublicæ. *to intrust with the management*, &c. *Id. in Calig.* c. 12. ad spem successionis. *to call or invite to the hope*, &c. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 7. v. 36. et *Curt.* l. 5. c. 10. preces. *Cels.* l. 7. c. 26. n. 2. *in fi.* vim. *Curt.* l. 6. c. 7. manum operi. *to commence operations*, opus aggredi. ¶ *Admovere manus operi* apud *Ovid. Met.* 10. v. 254. est manibus tangere, *to take in hand*: apud *Plin.* l. 35. c. 11. *ante med.* est *to undertake, labour upon*: apud *Liv.* l. 5. c. 11. *extrem. alicui admovere manus* est *to lay hands upon, use roughly*, manus inferre. ¶ *Admovere aliquem alicui* interdum est conciliare, intimum reddere. *Vellei.* l. 2. c. 96. Mors Agrippæ admovit propius Neronem Cæsari. ¶ *Admovere vultum ad auditores* est convertere, et inclinare. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 15. ¶ *Admovere desiderium patriæ* est injicere. *Curt.* l. 6. c. 2. Eodem sensu *admovere terrorem* dictum est a *Liv.* l. 6. c. 10. ¶ *Admovere diem lethi* apud *Curt.* l. 8. c. 9. *ad fin.* et *Admovere horas mortis* apud *Lucan.* l. 7. v. 50. est mortem accelerare, prævertere. ¶ *Admovere gressum* est propius accedere. *Stat.* l. 11. *Theb.* v. 560. ¶ De hostiis, quæ ad aram mactandæ sistuntur. *Sueton. in Calig.* c. 32. Admota altaribus victima. *Lucan.* l. 7. v. 165. Admotus fugit ab ara Taurus. Adde *Tacit. Ann.* 2. c. 69. ¶ *Admoram*, et *admorim* per omnes personas, pro *admoveram, admoverim* dicuntur per syncopen, præsertim a Poetis *Virg.* 4. *Æn.* v. 367. et *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 7. v. 36.

ADMŪGĬO, is, ii, itum, n. 4. *to low for, or after*, ἐπιμυκάομαι, proprie de bobus dicitur, cum aliorum mugitibus respondent. *Ovid.* 1. *de art. aman.* v. 279. Mollibus in pratis admugit femina tauro.

ADMULCĔO, es, ulsi, ulsum, a. 2. *to sooth gently, to stroke gently, to make gentle or tame by stroking, to caress*, καταθέλγω, palpo, mulceo. *Pallad. in Mart.* tit. 12. *de bubus domandis.* Non a latere, neque a tergo, sed a fronte accedens bubulcus admulceat.

ADMURMURATĬO, onis, f. *a murmuring in approbation or disapprobation of a thing, a whispering*, murmur, et submissæ voces multitudinis, aut concionis tum applaudentis, tum improbantis, ἐπιμορμύρωσις. *Cic. in Pison.* c. 14. Qui non admurmuratione, sed voce, et clamore abjecti hominis furorem fregistis. *Id. Verr.* 6. c. 12. Risus populi, atque admurmuratio omnium facta est. *Id. Verr.* 2. c. 15. Grata concionis admurmuratio. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 1. Secundæ admurmurationes Senatus.

ADMURMŬRO, as, avi, atum, n. 1. *to murmur (generally, in a bad sense), to whisper at*, submissa voce murmuro: et in utramque partem sumitur. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 13. Scito præpositum esse nobis pacificatorem Allobrogum; idque admurmurante senatu, neque me invito esse factum. *Id. Verr.* 7. c. 16. Quam valde universi admurmurarint, quam palam principes contradixerint. [¶ Deponentis forma utitur *Fronto ad M. Aurel.* l. 1. ep. 1. Ad hoc pauca admurmurati sunt.]

ADMUTĬLO, as, avi, atum, a. 1. idem quod mutilo, sed translate ponitur pro pecuniam, rem alicui auferre, corradere, in re aliqua cum damno decipere: ducta translatione a tonsoribus capillos, barbamve attondentibus, *to fleece, bilk, chouse, cheat, (out of money, &c.)* *Plaut. Capt.* 2. 2. 18. Utrum strictimne attonsurum dicam esse, an per pectinem, nescio: verum si frugi est, usque admutilabit probe. *Id. Mil.* 3. 1. 172. Inveni lepidam sycophantiam, qui admutiletur miles usque cæsariatus. *Id. Pers.* 5. 2. 48. Tu es, qui me usque admutilavisti ad cutem. *Terent.* hoc sensu *mutilare* dixit.

ADNASCOR, Agnascor, Adgnascor, et Annascor, eris, atus sum, dep. 3. *to grow to, adhere to as an excrescence*, προσφύομαι, in re aliqua nascor. *Plin.* l. 16. c. 44. Viscum in quercu, robore, pruno adnasci. *Id.* l. 27. c. 11. Lycapsos caule longo, hirsuto, adnatis multis cubitalibus, flore parvo. *Id.* l. 35. *in princip.* Metallorum, agnascentiumque eis natura indicata est. *Gell.* lib. 3. c. 10. Dentes genuinos annasci annis fere bis septenis. ¶ A JCtis agnasci dicuntur, qui post testamentum factum heredes sui (ut appellant) nascuntur. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 57. Num quis eo testamento, quod paterfamilias ante fecit, quam ei filius natus est, hereditatem petit? nemo: quia constat, agnascendo rumpi testamentum. *Id. pro Cæcin.* c. 25. Cui filius agnatus sit, ejus testamentum non esse ruptum, judica. *Ulpian. lib. Digest.* 25. tit. 3. leg. 3. Qui sui heredes adgnascuntur. Adde *Digest.* lib. 28. tit. 3. leg. 3. 6. et 13. et lib. 29. tit. 1. leg. 33. et aliis in locis, in quibus optimæ quæque Edition. exaratum habent *adgnascor*: ceterum etiam *agnascor* sæpe legitur: *adnascor* hac significatione non adeo sæpe. ¶ Præterea *adgnasci* quandoque dicuntur ab iisdem JCtis, qui per adoptionem alicui agnati fiunt. *Paul. Digest.* lib. 1. tit. 7. leg. 10. Si quis nepotem, quasi ex filio natum, quem in potestatem habet, consentiente filio adoptaverit, non adgnascitur avo, ut suus heres. *h. e.* non consequitur ea jura, quæ ii, qui proprie adgnascuntur. *Id. ibid.* leg. 23. Qui in adoptionem datur, his quibus adgnascitur, cognatus fit; quibus vero non adgnascitur, nec cognatus fit.

ADNATĬO. V. *Agnatio.*

ADNĀTO, as, avi, atum, n. 1. *to swim to or towards, to reach by swimming*, ad aliquem locum nato, προσνήχομαι. *Plin.* l. 8. c. 25. Uni ei insulæ crocodili non adnatant. *Id.* l. 9. c. 29. Ad manum hominis adnatat. [Adhibetur etiam cum dativo. *Sil.* l. 10. c. 609. Fractæ rector si forte carinæ Littoribus solus vacuis ex æquore sospes Adnatet, incerti trepidant, tendantve, negentve Jactato dextras.]

ADNĀTUS, et Adgnatus. V. *Agnatus.*

[* ADNAVIGATĬO, onis, f. κατάπλους. *Ulpian.* l. 4. §. 5. ff. *de Offic. Procons. et Leg.* l. 1. tit. 16. Quas Græcia ἐπιδημίας, id est accessus ad urbem, appellat, sive κατάπλουν id est adnavigationem.]

ADNAVĬGO, et Annavigo, as, avi, atum, n. 1. *to sail to, reach by sailing*, προσπλέω, ad aliquem locum navigo. *Plin.* l. 35. c. 10. Rhodi ille vivebat: quo cum Apelles adnavigasset, &c. *Id.* l. 36. c. 12. Pyramides conspicuæ adnavigantibus.

ADNECTO. V. *Annecto.*

ADNEGĀTUS, a, um, *denied*, idem quod negatus, præpositione *ad* vim significationi addente. *Ulpian. Digest.* lib. 12. tit. 3. leg. 3. Quia deposita ei pecunia adnegata est. Ita legitur in celebri *editione Torrentini.* apud *Haloandr.* est *denegata*: in aliis *abnegata.*

ADNĔPOS, otis, m. *a fourth grandson*, δισέγγονος, quartus nepos, abnepotis, vel abneptis filius, et refertur ad atavum. *Caius Digest.* lib. 38. tit. 10. leg. 1. Quinto gradu sunt supra atavus, atavia; infra adnepos, adneptis. *Inscript.* apud *Gud.* p. 8. n. 6. Pro salute, et victoria Imp. Cæsaris M. Aureli. Antonini L. Aureli. Veri F. Divi Pii nep. Divi Hadriani pron. Divi Trajani Parth. abnep. Divi Nervæ adnepotis. (His respondent Græcæ appellationes υἱωνός, ἔγγονος, ἔκγονος) et δισέγγονος (ἀπόγονος). Adde *Paul. loc. cit.* leg. 10. et alias *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 253. n. 3. et pag. 260. n. 2. et pag. 262. n. 4. et 5. et apud *Fabrett.* cap. 10. n. 86. et 88. [In *Museo Veron.* pag. 427. n. 13. M. Aurelius Antonius Caracalla dicitur Trajani et Nervæ *adnepos*, qui tamen Nervæ *trinepos* dicendus erat. Hoc in quibusdam aliis Inscriptionibus animadvertendum, nempe in *Inscript. Fratr. Arval.* num. 32. Fortasse *trinepos* minus probabatur.] ¶ Scribitur et *atnepos.* Utroque enim modo legitur in *cit.* leg. 10. in editione *Torrentini*, qui Pandectas Florent. fideliter exscripsisse se profitetur. V. quæ dicentur in fine vocis *At.*

ADNEPTIS, ptis, f. *a fourth granddaughter*, δισεγγόνη, quarta neptis, abneptis, vel abnepotis filia: et refertur ad ataviam. *Caius Digest.* lib. 38. tit. 10. leg. 1. et *Paul. ibid.* leg. 10.

ADNICTO, as, n. 1. *to make a sign with the eye, to wink with the eye*, ὀφθαλμιάω, ἐποφθαλμιάω, σκαρδαμύσσω, sæpe, et leviter oculis annuo, ut *Festus* exponit. *Nævius* apud *eund.* et apud *Isidor.* l. 1. *Orig.* c. 25. Alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet.

ADNĪTOR. V. *Annitor.*

ADNO, et Anno, as, avi, atum, n. 1. *to swim to or towards, to reach by swimming*, ad aliquem locum nare, προσνήχομαι. *Horat.* l. 2. *sat.* 5. v. 44. Plures annabunt thynni, et cetaria crescent. *Virgil. Æn.* 6. v. 358. Paulatim adnabam terræ. *Liv.* l. 28. c. 36. Adnare navibus. *Gell.* l. 7. c. 8. Ubi sæpe ad litus solitum adnavit. *Tacit. Ann.* 14. c. 29. Pedites adnantes equis. *h. e.* prope equos nantes. ¶ Cum accusativo sine præpositione *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 44. Pauci milites, qui naves adnare possent.

ADNŌTO. V. *Annoto.*

ADNŌTUS, a, um, *well known*, valde notus. *ad* enim auget. *Sueton. de illustr. Grammat.* c. 1. Quos domi forisque docuisse, adnotum est.

ADNUBĬLO, et Annubilo, as, avi, atum, a. 1. *to darken, obscure, overcast*, nubes immitto, προσομιχλόω. *Stat.* l. 5. *silv.* 1. v. 146. sic plena maligno Afflantur vineta Noto: sic alta senescit Imbre seges nimio: rapidæ sic obvia puppi Invidet, et velis adnubilat aura secundis. *h. e.* nubila velis objicit. ¶ Translate *Ammian.* l. 27. c. 6. *ad fin.* (*al.* c. 14.) Qui virtutem ejus adnubilarunt actibus pravis, *obscured, clouded.* Alii leg. *obnubilarunt.*

ADNUMĔRO. V. *Annumero.*

ADNUNTĬO. V. *Annuntio.*

ADNŪTO, et Annuto, as, n. 1. *to nod with the head, make signs with the head*, frequentativum ab *Annuo*, sive *Adnuo*, et ejusdem fere significationis, προσνεύω. Ejus contrarium est *abnuto.* *Plaut. Merc.* 2. 3. 100. Ibidem mihi etiam nunc adnutat: addam sex minas. Adde locum *Nævii* in *Adnicto* allatum.

ADNUTRĬO, et Annutrio, is, ivi, itum, a. 4. *to nourish, to nourish or train up near to*, idem quod nutrio, vel prope aliquem nutrio, τρέφω. *Plin.* l. 17. c. 23. Singulis (*arboribus*) denas sæpe adnutriunt vites.

ADOBRŬO, is, rui, utum, a. 3. *to cover with earth, to bury in the ground*, καταχόω, καταβάλλω, ex *ad*, et *obruo*, et ejusdem significationis. *Colum.* l. 4. c. 15. Alte circum fodere, et adobruere. *Id.* l. 2. c. 12. Segetes admota terra adobruere. Et cap. 11. Si plus quatuor digitis adobrutum est semen ejus, non facile prodit.

ADOLABĬLIS, le, adject. *free from pain*, sine dolore, ἀναλγής. *Ennius* apud *Non.* c. 2. n. 666. Huic est animus propitiabilis, ita et adolabilis. *Alii leg.* adulabilis. *Alii* adolabilis *exponunt* adorabilis, *h. e.* qui orari potest, *easy to entreat.* V. *Adulor.*

ADOLATĬO, onis, idem ac adoratio, ducta ab *adoleo*, quod in sacrificiis significat Deos incensis odoribus propitiare, et orare. *Tertull. in Apolog.* c. 25. *ad fi.* ubi alii aliter leg. ¶ Alii *adolationem* ductam putant ab *adolo, as*, quod sit ab antiquo *olo, as*, pro *colere* olim usurpato. V. *Adulor.*

ADOLEFACTUS, a, um, *set on fire, burnt*, incensus. *In fragment. Inscript. Fratrum Arval.* apud *Gruter.* pag. 121. Arbores adolefactæ.

[ADOLĔNDA, æ, f. videtur fuisse nomen Deæ apud Romanos, quæ adolendis seu cremandis hostiis præerat. *Inscript. Fratr. Arval.* n. 32. apud *Marinium.* Magister operis inchoandi causa immolavit Vestæ matri oves II., item Adolendæ, Conmolendæ, Deferundæ oves II. Vide, quæ habet de hac Dea idem *Marinius ibid.* pag. 380.]

ADOLĔO, ōles, olui, ultum, n. 2. *to smell, or emit a scent*, idem quod *oleo* vel valde oleo, hoc est odorem spiro, ὄζω. præpositio enim *ad* auget significationem. *Plaut. Casin.* 2. 3. 19. Unde hic, amabo, unguenta adolent? *Sunt qui leg.* obolent, *et* olent. ¶ Frequentior est hujus verbi usus activa significatione, et constructione, in sacrificiis, et ponitur pro cremare, incendere, *to burn, consume by fire*, θυμιάω: atque hæc significatio ex eo ducta videtur, quod res crematæ, et exustæ maxime olent: creditum est autem eum odorem Diis maxime gratum esse. Utebantur libenter hoc verbo Veteres κατ' εὐφημισμὸν, ne scilicet aut *cremare*, aut *igne consumere* usurparent, (ut notat *Servius ad Æn.* 1. v. 704.) quæ verba sunt mali ominis. *Plin.* l. 28. c. 2. In mensa utique id (*h. e. cibum e manu prolapsum*) reponi, adolerique ad Larem, piatio est. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 333. Quaque feres gressum, adolebunt cinnama flammæ. *Id.* 3. *Fast.* v. 803. Viscera qui tauri flammis adolenda dedisset. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 3. Igne puro altaria adolentur. *Cassius* apud *Priscian.* l. 9. *prope fin.* Sacrificium, ubi integrum anserem adoluerunt. *Antius ibid.* Eo omnes hostiæ, vituli viginti septem conjecti; et ita omnia adulta sunt. *Virg. Ecl.* 8. v. 65. Verbenasque adole pingues, et mascula thura. *Servius* ad hunc locum, et præterea ad *Æn.* 1. v. 704. itemque *Nonius* c. 1. n. 288. docent, *adolere* proprie esse idem ac *augere*: quemadmodum *adolescere* significat *crescere*: ad quam notionem referri possunt hæc, quæ subjicimus. *Lucret.* l. 4. v. 1230. adolentque altaria donis. *h. e.* cumulant (*Virg.* 8. *Æn.* v. 284. cumulantque oneratis lancibus aras. Et *Æn.* 11. v. 50. cumulatque altaria donis) *Virgil.* 7. *Æn.* v. 71. castis adolet dum altaria tædis. *Tacit. Ann.* 14. c. 30. Captivo cruore adolere aras. ¶ *Adolere honores* est victimas, vel odores offerre, quibus Dii honorantur. *Virg.* 3. *Æn.* v. 547. Junoni Argivæ jussos adolemus honores. Sic *Ovid. Metam.* 8. v. 741. nullos aris adoleret honores. ¶ Interdum etiam extra sacrificia usurpatur pro comburere. *Ovid. Metam.* 1. v. 492. leves stipulæ demptis adolentur aristis. *Petron. in Satyr.* c. 115. Et Lycam quidem rogus inimi-

crus calatus manibus adolebat. ¶ Præteritum adolevi in hac cremandi significatione nondum legimus a quoquam usurpatum.

ADOLESCENS, entis, *growing, increasing*, qui crescit, ἀέξων. *Cels.* l. 20. c. 8. Cæpe revirescit decedente Luna, inarescit adolescente. *Tertull. ad Nation.* l. 1. c. 1. Adolescens numerus Christianorum. *Ammian.* l. 22. c. 8. (*al.* 18.) Borysthenes concursu multorum amnium adolescens. *swelling.*

ADOLESCENS, entis, subst. m. et f. *a young man, youth, one past the state of boyhood; a young woman*, νεανίας, μεῖραξ, homo qui pueritiam excessit, et nondum ad juventutem pervenit: ita dictus, quod eo maxime tempore crescat. Ejus ætas incipit ab anno decimoquarto, et usque ad vigesimum octavum protenditur, ut docet *Isidor.* l. 11. *Orig.* c. 2. vel (quod parum distat) ab anno decimoquinto usque ad trigesimum, ut docet *Varro* apud *Censorin. de die nat.* c. 14. Sunt etiam qui incipere aiunt anno duodecimo, et desinere vigesimo secundo, quod eo anno fere homines crescere desinant. Sed hæc postrema annorum assignatio aut nunquam, aut certe vix apud Latinos Scriptores locum habet. Quin ab ipsis interdum *adolescentes* dicuntur, qui annum trigesimum excesserunt: ut a *Cic.* 2. *de Orat.* c. 2. *adolescens* vocatur L. Crassus, qui trigintaquatuor annos natus erat: a *Sallust. in Catil.* c. 49. C. Cæsar, qui triginta tres, vel, ut alii volunt, trigintaquinque, *adolescentulus* nominatur: et a *Nepote in Attic.* c. 8. et 16. itemque a *Cicer. Phil.* 2. c. 44. Brutus, et Cassius, quo anno præturam gerebant, hoc est ætatis quadragesimo, *adolescentes* nuncupantur: quæ omnia pluribus ostendit *Manut. ad* l. 2. *Famil.* ep. 1. [Quin etiam ipse *Cic.* 2. *Phil.* c. 46. se adolescentem vocat loquens de suo consulatu, quem gessit anno ætatis 44. *Idem* vero 1. *Catil.* c. 8. senatorem Sextium in senatu adolescentem dixit.] His tamen, aliisque locis, quæ afferri possent, non tam ætatis annos notare voluisse videntur, quam ejus vigorem, floremque: vel dicendum, *adolescentes* vocari homines tam grandes natu, ratione, seu respectu seniorum, quibuscum loquuntur, vel comparantur. Senum enim mos est juniores se *adolescentes* appellare. ¶ Nunc ad usum vocis veniamus. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 15. Hominem adolescentem alienare nolui. *Id. de senect.* c. 8. Adolescentes bona indole præditi. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 25. Adolescens perditus et dissolutus. *Id. Fam.* 11. ep. 7. Adolescens vel puer potius. *Id.* 1. *Divin.* c. 18. *in fin.* Africani filia adolescens. *Terent. Andr.* 3. 2. 8. optimæ adolescenti facere injuriam. *Plin.* l. 3. c. 2. Cum adolescentibus nobis Apion prodiderit, &c. *while young men.* ¶ In genitivo plurali *adolescentium* habet, et *adolescentum*: tametsi illud sæpius. *Cic. Tuscul.* 5. c. 27. Adolescentium greges. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 130. Pernicies adolescentum. ¶ Habet etiam comparativum. *Sallust. in fragm.* apud *Priscian.* lib. 10. pag. 902. *Putsch.* Uti adolescentior ætati concederet Mamerci. [*Ter. Hec. prol.* 2. 3. Quo jure sum usus adolescentior.] ¶ Translate *Cic. Fam.* 9. ep. 8. Adolescentior Academia. *h. e.* recens, nova. V. *Academia.* ¶ In multis Codicibus *Plauti, Terentii, Petronii,* et *Prisciani* scriptum legitur *adulescens, adulescentia, adulesco,* &c. quod minus probatur *Manutio* in *Orthographia.*

ADOLESCENTĬA, æ, f. *youth, adolescence, the age succeeding boyhood*, ἐφηβία, νεότης, prima hominis ætas post pueritiam, et ante juventutem. V. *Adolescens. Cic. de senect.* c. 2. Qui enim citius adolescentiæ senectus, quam pueritiæ adolescentia obrepit? *Id. in Top.* c. 7. *in fi.* Qui adolescentiam florem ætatis, senectutem occasum vitæ velit definire. *Id. de senect.* c. 9. Adolescentia libidinosa, et intemperans. *Id.* 2. *Offic.* c. 32. Ineunte adolescentia. *Id.* 1. *Fam.* ep. 9. Cujus dignitatis ab adolescentia fautor exstitissem. *Id. ibid. ad fin.* Jam a prima adolescentia. *Id. Fam.* 13. ep 21. Ab ineunte adolescentia. ¶ *Adulescentia* etiam aliquando scriptum reperitur in quibusdam libris. V. *Adolescens* in fine.

ADOLESCENTĬOR, aris, dep. 1. *to follow the ways, pursuits,* &c. *of youth*, adolescentis moribus uti, petulanter, juveniliterque agere, luxuriari, νεανιεύομαι. *Varr.* apud *Non* c. 2. n. 25. Quoniam tu quoque adhuc adolescentiaris.

ADOLESCENTŬLA, læ, f. *a young woman*, νεᾶνις, parva adolescens. *Terent. And.* 1. 1. 91. Unam aspicio adolescentulam. *Plaut. Rud.* 2. 4. 3. Salveto adolescentula.

ADOLESCENTŬLUS, li, m. *a young man, a youth, stripling*, μειράκιον. *Cic. pro Dom.* c. 14. Imberbis adolescentulus. *Id. pro Planc.* c. 11. Modestissimus adolescentulus. *Id. in Orat.* c. 30. *adolescentulum* se appellat, causam dicentem pro Roscio Amerino annos natum viginti septem, ut *Gell.* l. 15. c. 28. vel viginti sex, ut *Quintil.* l. 12. c. 6. scribit.

ADOLESCENTURĬO, is, ire, n. 4. *to act the part of a young man, to be youthful*, μειρακιεύομαι, adolescentium more facio. *Laber.* apud *Non.* c. 2. n. 46. Incipio adolescenturire, et nescio quid nugarum facere. ¶ Affertur a Lexicographis etiam locus *Quintil.* l. 2. c. 2. quem nos nondum invenimus.

ADOLESCO, escis, olevi, *perraro* olui, adultum, n. 3. *to grow, grow up, increase*, αὐξάνω, idem ac cresco, augeor. Et dicitur de omnibus rebus, quæ incrementum capere possunt. *Fest.* ducit ab ἀδολεσχεῖν, quod aliam omnino significationem habet. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 35. In eo qui natus sit, qui adoleverit, qui didicerit. *Id. de senect.* c. 15. Viriditas herbescens nixa fibris stirpium sensim adolescit. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 59. ter senos proles adoleverat annos. *Plaut. Cas. prol.* v. 47. Ad aliquam ætatem adolescere. *Plin.* l. 7. c. 16. Euthymenis filium in tria cubita triennio adolevisse. *Id.* l. 9. c. 3. Ad immobilem magnitudinem belluæ adolescunt. *Et* cap. 16. Arundines non sine imbre adolescunt. *Gell.* l. 17. c. 9. *sub fin.* Hominem, quoad capillus adolesceret, domo continuit. ¶ Translate *Sallust. in Catil.* c. 55. Postquam respublica adolevit. *Id. in Jug.* c. 2. Res Persarum brevi adolevit. *Et* cap. 67. Inter artes bonas ingenium brevi adolevit. *Vellei.* l. 2. c. 30. Quorum numerus in tantum adolevit, ut &c. *Tacit.* 2. *Histor.* c. 73. Vix credibile est quantum superbiæ, socordiæque Vitellio adoleverit. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 175. virtus annis adolevit. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 20. Cupiditas agendi adolescit una cum ætatibus. *Id.* 1. *de Leg.* c. 7. Ratio cum adolevit, nominatur sapientia. *Tacit.* l. 13. *Ann.* c. 36. Ver adolescit. *comes on, advances. Id.* 2. *Ann.* c. 50. Adolescebat interea lex majestatis. *began to be of more force. Id.* 3. *Histor.* c. 34. Cremona numero colonorum ubere agri adolevit, floruitque. *Varr.* apud *Priscian.* l. 9. *prope fin.* pag. 872. *Putsch.* Postquam adoluerit hæc juventus. ¶ In sacrificiis *adolescere* est incendi, cremare, adoleri. *Virg. Georg.* 4. v. 379. Panchæis adolescunt ignibus aræ. *h. e.* thure, aliisque Arabicis odoribus igne incensis fumant: nisi malis hoc quoque loco crescendi significationem retinere: qua de re V. *Adoleo.* ¶ Active pro compingere, conjungere. *Sallust. in fragment.* apud *Serv. ad* l. 7. *Æn.* v. 632. Qui de vimine facta scuta recentibus detractis coriis, quasi glutino adolescebant. Adde *ad* 3. *Georg.* v. 155. ¶ *Adolesse* pro *adolevisse* dictum per syncopen ab *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 11. ¶ *Adulesco* pro *adolesco* legitur in quibusdam quorumdam Scriptorum Codicibus. V. *Adolescens* in fine.

ADŌLO, as, pro adoro, oro, propitio, legitur a quibusdam apud *Tertull. in Apolog.* c. 25. *ad fin.* ubi alii aliter. Quin et *adolari* deponentis forma pro *adolare*, et cum dativo legunt alii apud *eund. de resurr. carn.* c. 8. V. *Adolatio*, et *Adulor.*

ADONĔUS, i, m. idem ac Adonis. *Plaut. Men.* 1. 2. 35. Ubi aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum. *Apulei.* l. 2. *Metam.* In modum superbi juvenis Adonei. Adde *Catull.* carm. 29. *in Cæsar.* v. 9. ubi tamen alii aliter leg.

ADONĔUS, a, um, adject. ad Adoneum, seu Adonidem pertinens. *Auson. in Monosyllab. cap. de historiis.* Cædis Adoneæ mala gloria fulmineus sus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1123. n. 7. seu tu turba stipatus Amorum Lætus Adoneis lusibus insereris.

ADONĬA, orum, n. *the festival of Adonis*, τὰ Ἀδώνια, festa Adonidi dicata, quæ Antiochiæ quondam celebrata scribit *Ammian.* lib. 22. c. 9. (*al.* c. 24.) Recurrebant autem quotannis mense Junio circa solstitium æstivum, ut ex *Hieronymo in* cap. 8. *Ezechiel.* notant ibidem *Vales.* agebanturque maximo luctu propter Adonidem ab apro occisum: quod innuitur ab *Ovid.* 10. *Metam.* v. 725.

[* ADONIALĬTER, adverb. Adonidis in morem, venuste. *Campol. in Litholex.* Templiculum adonialiter fabrefactum.]

ADŌNIS, onis, et onidis, m. Ἄδωνις et Ἄδων, ωνος, filius Cinyræ Cypriorum regis, quem ille ex incesto cum filia sua Smyrna, seu Myrrha concubitu suscepit, adolescens pastoralem vitam sequutus est: fuit autem mira præditus pulcritudine, in tantum ut a Venere unice adamaretur, vicissimque adamaret: quam consuetudinem cum Mars rivalis cognovisset, zelotypia incitatus ferum aprum in Adonidem immisit, a quo, dum venaretur, in inguinibus dente petitus, laceratusque est. Venus amasii casum miserata, ejus sanguinem in florem vertit, qui Adonium appellatur, colore sanguineo, sed valde caducus, et qui levi vento decutitur. Longo præterea, annuoque luctu ejus mortem prosequuta est. *Ovid. Metam.* 10. fab. 10. et 12. *Macrob.* l. 1. *Saturnal.* c. 21. et *Serv. ad Eclog. Virg.* 8. v. 37. qui tamen *ad Eclog.* 10. v. 18. aliter narrat fabulam. ¶ Ab Assyriis, et Phœnicibus nomine Adonis Sol colebatur, ut refert *Macrob. loc. cit.* ejusque rei causas ex Physica petitas affert. V. ¶ *Adonidis horti* laudatissimi, ac celeberrimi fuere Veteribus, quemadmodum et Alcinoi. *Plin.* l. 19. c. 4. ¶ Nunc hujus nominis declinationem allatis exemplis confirmemus. *Virg. Eclog.* 10. v. 18. Et formosus oves ad flumina pavit Adonis. *Propert.* l. 2. eleg. 13. v. 53. qui niveum quondam percussit Adonim Venantem Idalio vertice durus aper. *Ovid. Metam.* 10. v. 542. Te quoque ut hos timeas, si quid prodesse monendo Possit, Adoni, monet. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 23. Quarta Venus, quam Adonidi nupsisse proditum est. *Plin.* l. 19. c. 4. Hesperidum horti, ac regum Adonis, et Alcinoi. *Claudian. in carm. Fescenn. in nupt. Honor. et Mar.* v. 16. Venus reversum spernat Adonidem. *Apulei.* l. 8. *Metam.* Cum suo Adone Venus domina. *Servius* locis citatis *Adonem* dicit in quarto casu. *Venant. Fortun.* l. 7. carm. 12. v. 18. in recto casu *Adon* usurpavit. ¶ Est etiam *Adonis* piscis quidam, de quo *Plin.* l. 9. c. 19.

ADONĬUM, ii, n. Ἀδώνιον, herba quædam inter Abrotoni species connumerata, florem ferens aurei, vel sanguinei coloris, quem ex sanguine Adonidis natum Poetæ fabulantur. *Plin.* l. 21. c. 10. ¶ Apud Grammaticos (*Serv. de metr.* pag. 1820. *Putschii*) Adonium est genus carminis constans dactylo, et spondeo, ut apud *Horat.* l. 1. *Od.* 2. v. 4. Terruit urbem, Visere montes, &c. Sappho ejus inventrix fuit: putaturque ita dictum, quod maxime adhiberetur in festis Adonidi dicatis, in quibus ejus mors hujusmodi carmine ad flebilia aptissimo, lugebatur.

ADOPERĬO, is, a. 4. *to cover, cover over*, operio, tego. *Lactant. de opif. Dei*, c. 7. Pellem setis adoperuit.

[* ADOPERTE, adverb. *Martian. Capell.* l. 8. pag. 303. Pensa Lachesis adoperte denuntiat Genethliacæ. *h. e.* fata obscure significat.]

ADOPERTUS, a, um, *covered*, idem ac opertus, tectus, κεκαλυμμένος. *Liv.* l. 1. c. 26. Capite adoperto. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 235. Hiems adoperta gelu. *Juvenal.* sat. 8. v. 145. Tempora adoperta cucullo. *Tibull.* l. 1. eleg. 1. v. 84. tenebris mors adoperta caput.

ADOPĪNOR, aris, depon. 1. *to imagine, think, fancy, conjecture*, idem quod opinor, conjicio. *Lucret.* l. 4. v. 814. Deinde adopinamur de signis maxima parvis.

ADOPPETĔRE pro oppetere quidam leg. apud *Apulei.* l. 7. *Metam.* post *init.* ubi plerique alii *oppetere.*

ADOPTABĬLIS, le, adject. *Imp. Leo Codic. Justinian.* lib. 11. tit. 11. leg. 1. *sub fin.* Summa severitate sancimus, ut quod in cultu ornatuque nostro sacrum, et adoptabile est, id facere temeritas privata non audeat. *h. e.* assumi, seu adhiberi potest. Rectius tamen fortasse legas *adorabile.*

ADOPTATĬO, onis, f. *an adopting, adoption*, actus adoptandi, adoptio, υἱοθεσία. *Gell.* l. 5. c. 19. Quod per prætorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio. Adde *Plin. in Paneg.* c. 5. ubi alii leg. *adoptio.*

ADOPTATITĬUS, et Adoptaticius, a, um, *adopted*, adoptatus, υἱόθετος. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 85. Si Antidamæ Demarchi quæris adoptatitium, ego sum ipsus. *Et* v. 100. Demarcho item ipse fuit adoptatitius. ¶ Est etiam ex adoptato filio natus, si *Festo* credimus, nullum hac de re exemplum afferenti.

ADOPTĀTOR, oris, m. *one who adopts*, qui adoptat, υἱοθετῶν. *Gell.* l. 5. c. 19. Filius adoptivus patri adoptatori prodesset. *Ulpian. Digest.* lib. 37. tit. 8. leg. 1. *ante med.* Si adoptator defunctus fuerit.

ADOPTĀTUS, a, um, *adopted, ranked as a son*, in filium ascitus, εἰσποιητός. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 7. Adoptatus patricius a plebeio. *Sueton. in Tiber.* c. 6. Adoptatus testamento. *Ulpian. Digest.* lib. 7. tit. 9. leg. 1. Nepos in locum filii adoptatus. ¶ Item electus, assumptus. *Plin.* lib. 7. c. 43. Unus hominum ad hoc ævi, felicis sibi nomen asseruit; civili nempe sanguine, ac patriæ oppugnatione adoptatum. ¶ Item exoptatus, *wished for, desired. Cic. Fam.* 16. ep. 21. Quorum mihi fuit adventus adoptatissimus. *Alii leg.* optatissimus, *alii* exoptatissimus. ¶ Translate *Colum.* l. 10. v. 38. aliena stirpe gravata Mitis adoptatis curvetur frugibus arbor. *fruit not its own.*

ADOPTĬO, onis, f. *an adopting, adoption*, υἱοθεσία, assumptio alieni filii in suam familiam, atque adeo in locum filii naturalis. Ejus duæ sunt species, *adoptio* proprie dicta, et *arrogatio: adoptio* est, per quam assumitur in filium aliquis, qui suæ adhuc familiæ filius est, et sub proprii patris potestate vivit: *arrogatio* est, qua adsciscitur is, qui est sui juris. Præterea adoptio fit auctoritate magistratus, seu per prætorem: arrogatio auctoritate principis, aut per populum. V. *Arrogatio*, et *Digest.* l. 1. tit. 7. leg. 1. et 2. et *Gell.* l. 5. c. 19. ubi hac de re plura. *Cic. pro Dom.* c. 13. Quod est jus adoptionis? nempe ut is adoptet, qui neque procreare jam liberos possit, et cum potuerit, sit expertus. *Id.* 1. *de Fin.* c. 7. Emancipare filium alicui in adoptionem. *Sueton. in Tiber.* c. 2. Dare se alicui in adoptionem. *Id. in Claud.* c. 39. *in fi.* Inserere aliquem familiæ per adoptionem. *Tacit. Ann.* 1. c. 3. Adscire aliquem per adoptionem. *Id.* 2. *Hist.* c. 1. Accire aliquem in adoptionem. *Id. Ann.* 11. c. 11. Accitus adoptione in imperium, et cognomentum. ¶ Neque vero solum in locum filii, sed et in locum nepotis adoptare quis alium potest: diciturque qui ita adoptatur, *quasi ex filio natus adoptari.* Cujus rei exemplum habetur *Digest.* lib. 1. tit. 7. leg. 10. et alibi. ¶ Fiebat porro adoptatio trina mancipatione, hoc est ficta venditione per æs, et libram coram prætore: qua de re *Gell. loc. cit.* habeturque exemplum apud *Sueton. in Aug.* c. 64. V. *Mancipatio.* ¶ Ad arborum insitiones *Plin.* transtulit *in proœm.* l. 16. Pomiferæ arbores sive illæ ultro, sive ab homine didicere blandos sapores adoptione, et connubio.

ADOPTĪVUS, a, um, adject. *adoptive, relating to adoption*, qui per adoptionem assumptus est, υἱοθετός. Hinc *adoptivus filius* apud *Gell.* l. 5. c. 19. *ex verbis P. Scipionis*, dicitur is, qui non natura, sed adoptione talis est: et *pater adoptivus* dicitur, qui adoptavit, non genuit. *Ulpian. lib. Digest.* 45. tit. 1. leg. 107. Sic *Adoptiva familia*, in

quam aliquis per adoptionem adscitus est, *Ulpian.* lib. 37. tit. 4. leg. 3. Et *adoptivus frater, adoptiva soror,* quos quis per adoptionem nactus est: scilicet qui non natura, sed adoptione tales sunt. *Julian.* lib. 38. tit. 8. leg. 3. et *Ulpian.* lib. 23. tit. 2. leg. 12. ¶ *Adoptiva sacra* sunt propria ejus familiæ, in quam quis adoptatur: et opponuntur paternis. *Cic. pro Dom.* c. 13. *ad fin.* Neque amissis sacris paternis in hæc adoptiva venisti. ¶ *Adoptivum nomen* est quod quis in adoptione assumit. Nam qui adoptabantur, assumebant nomen adoptantis. *Sueton. in Ner.* c. 41. ¶ *Adoptiva nobilitas,* quæ alicui advenit ex adoptione. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 22. ¶ Eleganter ad insitionem transfertur. *Ovid. de medicam. fac.* v. 5. Cultus ut in pomis succos emendat acerbos; Fissaque adoptivas accipit arbor opes. *h. e.* fructus alienos insitione producit. *Martial.* l. 13. epigr. 46. Vilia maternis fueramus præcoqua ramis: Nunc in adoptivis Persica cara sumus.

ADOPTO, as, avi, atum, a. 1. *to choose, pitch upon, assume, take,* idem quod *opto* (qua significat eligere) assumo, eligo. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 16. Quos hi administros sibi adoptabant optiones vocari cœpti. *Martial.* l. 4. epigr. 31. aliquod gratum Musis tibi nomen adoptes. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 78. Sociam te mihi adopto ad meam salutem. *Id. Trucul.* 4. 4. 6. Qui manstutorem me adoptavit bonis. *h. e.* elegit, assumpsit ad rem familiarem tuendam. *Cic. Divin. in Verr.* c. 16. *in fi.* Quem sibi illa defensorem sui juris, ultorem injuriarum, actorem causæ totius adoptavit. *Id. ibid.* c. 20. *et alibi sæpe.* Adoptare sibi aliquem patronum. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 55. Ut cuique est ætas, ita quemque facetus adopta. *h. e.* amplectere, et tibi concilia. *adopt him courteously.* *Ovid.* 4. *Fast.* v. 880. Hetruscas Turnus adoptat opes. *h. e.* arcessit, sibi quærit. ¶ Speciatim significat aliquem in filii, vel nepotis locum, atque in familiam assumere, *to adopt, take for a son,* υἱοθετέω. Quomodo differat ab *Arrogo* in *Adoptio* dictum est. *Cic. pro Dom.* c. 14. Filium senatorem populi R. sibi velle adoptare. *Nepos in Attic.* c. 5. Testamento aliquem adoptare. *Plaut. Poen. prol.* v. 76. Adoptare sibi aliquem pro filio. *Sueton. in Cæs.* c. 83. Adoptare aliquem in familiam, nomenque. *Justin.* l. 9. c. 2. in successionem regni. *Plaut. Men. prol.* v. 60. Adoptat illum puerum subreptitium sibi filium. [*Cicer.* l. 8. *ad Att.* ep. 3. Ille in adoptando P. Clodio augur.] ¶ *Adoptare aliquem ab aliquo* est ab aliquo concessum sibi in filium adsciscere. *Cic. de clar. Orat.* c. 19. *in fi.* Is, qui hunc minorem Scipionem a Paulo adoptavit. ¶ *Adoptare aliquid,* est ei suum nomen imponere: ex eo ductum, quod qui aliquem in filium adsciscit, suum ei nomen impertit. *Plin.* l. 3. c. 1. Bætis Oceanum Atlanticum, provinciam adoptans, petit. *h. e.* provinciæ nomen dando, quæ inde *Bætica* appellatur. *Id.* l. 25. c. 7. Mulieres quoque hanc gloriam affectavere, in quibus Artemisia, adoptata herba, quæ antea parthenis vocabatur. *h. e.* eam proprio nomine Artemisiam appellando. *Id.* l. 33. c. 11. Etenim tabernas mensis adoptavimus. *h. e.* tabernarum nomina mensis imposuimus. Eod. sensu *Id.* l. 5. c. 29. *ad fin.* A Smyrna Hermus campos facit, et nomini suo adoptat. l. 25. c. 3. Nominibus suis herbas adoptare. Et l. 37. c. 3. Adoptare aliquid in nomen aliquod. [¶ Ironice loquutus est *Cic. in Brut.* c. 68. Et C. Stalenus, qui se ipse adoptaverat, et de Staleno Ælium fecerat, *h. e.* licet ex Ælia familia non esset, tamen Ælium se appellaverat. Moris enim erat, ut adoptati nomen familiæ et gentis, in quam per adoptionem transibant, assumerent.] ¶ *Adoptare se alicui* est se adjungere, in alterius ordinem, vel societatem se dare. *Plin.* l. 12. c. 1. *ad fin.* Qui se potentiæ causa Cæsaris libertis adoptasset. ¶ Eleganter ad insitionem transfertur. *Ovid. de remed. amor.* v. 195. Venerit insitio: fac ramum ramus adoptet. V. *Adoptatus, Adoptio, Adoptivus.* [¶ Particip. *adoptaturus* apud *Apul.* 5. *Met.* p. 375. *Oudend.* Velim scias aliquem de meis adoptaturam vernulis.]

ADOR, ŏris, et interdum etiam ōris, ζειὰ, *a kind of wheat, pure wheat,* genus farris, quod et *far vernaculum* appellari scribit *Columell.* l. 11. c. 2. ita dictum, ut ait *Festus,* quasi *edor,* quia olim in cibis usitatissimum fuit, cum populus R. farre tantum e frumento trecentis annis usus fuerit, teste *Verrio* apud *Plin.* l. 18. c. 7. vel quasi *adur,* quia adurebatur, ut fieret tostum, ex quo in sacrificiis mola salsa fiebat. Ejus quatuor genera enumerat *Colum.* l. 2. c. 6. V. *Adoreum.* *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 88. Cum pater ipse domus, palea porrectus in horna Esset ador, loliumque. *Auson. in monosyll. c. de Cibis.* Mox ador, atque adoris de polline pultificum far. *Gannius* apud *Priscian.* l. 6. pag. 700. *Putsch.* Hic adoris dat primitias. *Et ibid.* illam sponte satos adoris stravisse maniplos. *Id. Gannius ibid.* eandem pænultimam produxit illo carmine: *Emicat in nubes nidoribus ardor adoris.* Hinc eadem syllaba producitur in *adoreum,* et *adorea.* ¶ *Priscian. ibid.* et l. 4. pag. 628. scribit, quemadmodum a *laboro* fit *labor,* a *coloro color,* ita ab *adoro* factum esse *ador,* quia in adorandis Diis, hoc est in sacrificiis, adhibebatur: Ex quo fieri, ut produci possit ejus pænultima in obliquis casibus: quæ tamen cum et correpta reperiatur, ad evitandam hanc contrarietatem satius visum esse, indeclinabiliter usurpare. Ejus tamen rei exempla nulla affert.

ADORABĬLIS, le, adject. *adorable, worthy of adoration,* adoratione dignus, σεβάσμιος. *Apulei.* l. 11. Deæ providentis adorabile beneficium.

ADORANDUS, a, um, *commanding adoration, to be worshipped, adorable,* adoratione dignus, προσκυνητὸς, σεβάσμιος. *Juvenal.* sat. 13. v. 148. veteris qui tollunt grandia templi Pocula adorandæ rubiginis.

ADORATĬO, onis, f. *adoration, worship,* actus adorandi, itemque precatio manu ad os admota, et flexo corpore facta, προσκύνησις, προσευχή. *Liv.* l. 30. c. 16. Conveniens oratio tam humili adorationi fuit. *Plin.* l. 28. c. 2. Fascinationibus adoratione peculiari occurrimus. *Et* cap. 4. l. 29. Propitiare Deos adoratione. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Venerem religiosis adorationibus venerari.

ADORĀTOR, oris, m. *one who worships or adores,* qui adorat, προσκυνητής. *Tertull. de spectacul.* c. 8. Si Serapeum sacrificator, et adorator intravero, a Deo excidam.

ADORĀTUS, a, um, *adored, worshipped,* προσκυνηθείς. *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 663. concessit cetera pubes Sponte, et adorato rediit ingloria disco. *h. e.* salutato: et refertur ad simplicem, et etymologicam significationem, quam V. in *Adoro.* *Lucan.* l. 6. v. 243. Magnus adorato submittat Cæsare signa. *Ovid. Fast.* 5. v. 449. Venit adoratus Caducifer. *h. e.* rogatus. *implored.* *Flor.* l. 2. c. 6. *de Annibale.* Itaque fugit, et cessit, cum Urbem tantum non adoratam reliquisset. *h. e.* adeo cupitam, et exoptatam, ut pæne adoraverit. Est qui legit *adortam.*

ADORDĬNO, as, a. 1. *to set in order, dispose, arrange,* idem quod ordino, dispono. *Apic.* l. 4. c. 2. Adordinare patellam.

ADORDĬOR. V. *Adorsus.*

ADORĔA, æ, f. *an allowance of corn to an army after the gaining of a victory,* omnis ex agris proventus. Proprie significat far. Cum autem prisci illi Romani farre ut plurimum vescerentur, ad alia etiam frumenti genera, postea in cibos invecta, hoc *adoreæ* nomen transtulerunt. Hinc *Sulpic.* apud *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 4. *extr.* Plebi rura largiuntur adoream. Ita *Scalig.* legendum suspicatur. Libri fere habent *ad aream.* Porro cum de republica benemeriti primis illis temporibus farre, aut alio frumento maxime donarentur, hinc factum est, ut *adorea* pro præmio, atque adeo pro laude, gloria, aut honore reportato usurpari cœpta sit, *glory, honour, praise, renown.* Quod diserte docet *Plin.* l. 18. c. 2. et 8. *Festus* autem scribit, ideo *adoream* pro gloria, et honore accipi, quia cum olim rustica ars in maximo esset honore, ii quoque honoratissimi haberentur, qui plus aliis farre, aut frumento abundarent. *Plin.* l. 8. c. 3. Gloriam denique ipsam a farris honore adoream appellabant. *Id. ibid.* c. 8. Far primus antiquis Latio cibus, magno argumento in adoreæ donis. *Plaut. Amph.* 1. 1. 38. Præda, atque agro, adoreaque affecit populares suos. *Horat.* l. 4. od. 4. v. 39. pulcher fugatis Ille dies Latio tenebris Qui primus alma risit adorea. *h. e.* lætus fuit propter gloriam devicti Hasdrubalis. *Claudian.* l. 1. *in I. Consul. Stilich. in fi.* Hæc omnes veterum revocavit adorea laudes. ¶ *Serv.* ad *Æn.* 10. v. 677. profert *adoria* pro *adorea,* additque ideo pro laude bellica accipi, quod omnes cum congratulatione alloquebantur eum, qui in bello fortiter fecerat: proinde ab *adorare* deduci, quod pro *alloqui* usurpatum est a Veteribus.

ADORĔUM, i, n. idem ac ador, seu adoreum far. *Columell.* l. 2. c. 6. Adorei genera quatuor: far quod appellatur clusinum, candoris nitidi; far vennuculum rutilum; atque alterum candidum; semen trimestre, quod dicitur halicastrum. *Plin.* l. 18. c. 17. In creta, et rubrica, et aquosiore agro serendum adoreum. *nisi malis utroque loco adjectivum esse, et subintelligi* far.

ADORĔUS, a, um, adject. ex adore constans, vel ad ador pertinens. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 9. In loco humidiore far adoreum potius serunt, quam triticum. *Columel.* l. 2. c. 6. Adoreum semen. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 31. Adoreæ falces. *h. e.* secando adoreo aptæ. *Alii leg.* arboreæ. *Virg.* 7. *Æn.* v. 109. adorea liba per herbam Subjiciunt epulis. *h. e.* liba ex farre, addito melle, et oleo, ut *Servius* docet. *Stat.* l. 1. *silv. ult.* v. 10. Jam bellaria adorea pluebant. *h. e.* dona missilia, quibus et frumentum quandoque Imperatores populo largiebantur.

ADORĬA. V. *Adorea.*

ADORĬO. V. *Adorior.*

ADORĬOR, orīris, ortus sum, depon. 3. *to attack, assail, invade,* ἐπιτίθεμαι, invado, aggredior: ex *ad,* et *orior,* quasi repente orior, quia qui alterum invadit, id ex improviso facit. Differunt autem *adorior,* et *aggredior* teste *Donato* ad *Terent. Adelph.* 3. 4. 41. in eo, quod *aggredimur* de longinquo, *adorimur* ex insidiis, et ex proximo. Quod tamen discrimen aut vix, aut certe raro admodum servatur. *Cic. pro Sext.* c. 37. Inermem tribunum alii gladiis adoriuntur, alii fragmentis septorum, et fustibus. *Id. pro Mil.* c. 10. Adoriri aliquem a tergo. *Id. Verr.* 7. c. 34. *ad fin.* Adoriri navem. *Liv.* l. 1. c. 53. urbem vi. *Nepos in Conon.* c. 4. *ad fin.* Hos Conon adhortus, magno prœlio fugat, multas naves capit, &c. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 45. Adoriri aliquem ex improviso in itinere. *Id.* 14. *Ann.* c. 52. Variis criminationibus aliquem adoriri. *Id.* 1. *Hist.* c. 31. Adoriri aliquem minis. *Terent. Adelph.* 3. 4. 41. jurgio. ¶ Significat etiam aggredi, conari, *to attempt, strive, try, take in hand, undertake, go about,* ἐπιχειρέω. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 22. Hoc quoque ipsum continuo adoriamur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 51. Ne convellere adoriamur ea, quæ non possint commoveri. *Nepos in Dion.* c. 6. Fortuna sua mobilitate, quem paulo ante extulerat, demergere est adorta. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 4. Occasio quæritur, idonea ne fuerit ad rem adoriendam. *Ovid.* 2. *de Pont.* ep. 2. v. 16. majus adorta nefas. ¶ Pro incipere, *to begin, commence.* *Catull. carm.* 62. *de Aty.* v. 11. Canere hoc suis adorta est moribunda comitibus. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 2. Ἡρακλείδιον, si Brundusium salvi, adoriemur. *h. e.* scribere incipiemus. ¶ *Adoriri aliquem* interdum est alloquendi causa ad eum accedere. *Terent. Heaut.* 4. 5. 9. Cesso hunc adoriri? ¶ Grammatici duplicem secundam personam indicativi præsentis afferunt *adoreris,* et *adorīris,* duplicemque tertiam *adorĭtur,* et *adorītur.* Nos *adorītur* adhuc solummodo legimus apud *Lucret.* l. 3. v. 516. Commutare animum quicumque adoritur, et infit. et *Lucil.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 880. *Putsch.* Conturbare animam potis est, quicumque adoritur. Ex quo etiam *adoriris* confirmatur: *adoreris* vero, et *adoritur* ex analogia probari possunt. nam simplex *orior,* habet *oreris,* et *oritur,* et compositum *exorior, exoritur.* ¶ Reperitur etiam *adorio* activa terminatione. *Næv.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 801. *Putsch.* Hectore proficiscente, tunc ipsos adoriant. ¶ Participium *adortus,* V. infra suo loco.

ADORNĀTE, *elegantly, finely,* idem quod ornate, vel valde ornate. *ad* enim auget. *Sueton. de illust. Rhetor.* c. 6. Declamare splendide, atque adornate.

ADORNĀTUS, a, um, *adorned, ornamented,* ornatus; κοσμηθείς. *Cic. Verr.* 3. c. 22. Vidi forum, comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu. *Curt.* l. 3. c. 13. Tunicæ gemmis adornatæ. *Et infra.* Hastæ argento adornatæ. ¶ Item instructus, paratus, *provided, fitted out, furnished, accoutred, equipped,* παρασκευασθείς. *Liv.* l. 7. c. 10. Juvenem armatum adornatumque adversus Gallum producunt. *Tacit. Ann.* 12. c. 13. Equi venatui adornati. ¶ Translate *Vellei.* l. 2. c. 2. Tantis adornatus virtutibus. *Et* cap. 121. Adornati præcipuis donis viri. *Tacit. Ann.* 1. c. 52. Multaque de virtute ejus memoravit, magis in speciem adornata verbis, quam &c.

ADORNO, as, avi, atum, a. 1. *to ornament, embellish, adorn,* κοσμέω, ἐπικοσμέω, idem quod orno, vel valde orno. *Liv.* l. 1. c. 20. Insigni veste aliquem adornare. *Sueton. in Aug.* c. 29. Adornare urbem monumentis. *Curt.* l. 8. c. 5. Loricas alias auro, alias argento adornare. ¶ Sæpe est instruere, parare, *to put in order, furnish, provide, prepare, fit out,* παρασκευάζειν. *Cic. pro leg. Manil.* c. 12. Italiæ duo maria maximis classibus, firmissimisque præsidiis adornavit. *Liv.* l. 10. c. 38. Eodem conatu, apparatuque omni opulentia insignium armorum bellum adornaverant. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 26. Pompeius naves magnas onerarias adornabat. *Terent. Eun.* 4. 4. 6. Adornare fugam. *to put one's self in a condition for flying.* *Plaut. Epid.* 5. 1. 9. Adornare viaticum ad fugam. *Id. Cas.* 2. 6. 67. Adornare nuptias. *Terent. Eun.* 3. 5. 34. Continuo hæc adornant, ut lavet. *Plaut. Rud.* 4. 6. 2. Adorna, ut rem divinam faciam. *Id. Epid.* 5. 2. 25. Tragulam in te injicere adornat. ¶ Translate pro parare, instruere. *Cic. pro Mur.* c. 22. Ut idem accusationem, et petitionem consulatus diligenter adornet, atque instruat. *arrange, draw up, prepare.* *Id. pro Cluent.* c. 6. Adornare testium copiam. *Et* c. 67. Invenire, et adornare comparationem criminis. ¶ Pro ornare *Plin.* l. 1. ep. 8. Adornare benefacta sua verbis. ¶ Est etiam honore afficere. *Cic. Fam.* 11. ep. 14. Lætor mea consilia a te probari de adornando adolescente. *Plerique alii leg.* ornando.

ADŌRO, as, avi, atum, a. 1. *to adore, worship, revere, venerate,* προσκυνέω, veneror: ex *ad,* et *ore* factum. Hic enim habitus adorantium erat, ut dexteram ad os referrent, et totum corpus circumagerent, ut *Plin.* l. 28. c. 2. et *Apulei. in Apolog.* docent. Hinc *Liv.* l. 5. c. 21. *sub fin.* Convertentem se inter hanc venerationem, traditur memoriæ, prolapsum cecidisse. ¶ Ab hoc veteri more accipitur etiam generatim pro quocumque modo procumbendo, corpusve flectendo venerari. *Sueton. in Vitell.* c. 2. Primus C. Cæsarem adorari ut deum, instituit, cum reversus ex Syria non aliter adire ausus esset, quam capite velato, circumvertensque se, deinde procumbens. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 36. Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgus, jacere oscula, &c. *Sueton. in Ner.* c. 12. Coronam a judicibus ad se delatam adoravit, ferrique ad Augusti statuam jussit. *Et* cap. 41. Exsiluit gaudio, cœlumque adoravit. *Justin.* l. 12. c. 7. Non salutari, sed adorari se jubet. (*h. e.* Alexander, qui more Persarum regum adorari se voluit. mos autem is erat, ut genu flexo proni procumberent, terramque fronte ferirent, manibus etiam post tergum reductis. V. *Curt.* l. 6. c. 6.) *Plin.* l. 8. c. 1. *extr.* Elephanti regem adorant, genua submittunt. *Ammian.* l. 21. c. 9. (*al.* c. 16.) Adorare purpuram principis. *h. e.* Principem adire, quod qui faciebant, dextera manu ejus purpuream vestem contingentes ori admovebant. Legitur persæpe in *Codice Theodosiano.* ¶ *Adorare curam priscorum* est magni æstimare, admirari, venerari.

Plin. l. 27. c. 1. Quanto major copia herbarum dicenda restat, tanto magis adorare priscorum in inveniendo curam, in tradendo benignitatem subit. ¶ Deos adoraturi circumagebant corpus, ut dictum est: id autem summa religione observabant, ne sinistrorsum converterent. erat enim id mali ominis. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 69. Quo me vertam, nescio. *Pa.* Si deos salutas, dextrovorsum censeo. Veteres tamen Galli religiosius putabant in lævam se convertere, ut notat *Plin.* l. 28. c. 2. V. *Sueton. in Vitell.* c. 2. *ad fin.* ¶ Quoniam vero cum Deos adoramus, precandi causa facimus, hinc *adorare* sæpe ponitur pro orare, rogare, petere, *to pray, sue to by prayer, pray for. Liv.* l. 6. c. 12. Cum hostia cæsa pacem Deum adorasset. *Propert.* l. 1. eleg. 4. *extr.* maneat sic semper, adoro. *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 141. Non te per meritum, quoniam male cessit, adoro. *Virg.* 3. *Æn.* v. 437. Junonis magnæ primum prece numen adora. *Id. Æn.* 10. v. 677. In rupes, in saxa (volens vos Turnus adoro) Ferte ratem. *Plin.* l. 12. c. 14. Adorare Deos large. *h. e.* multa impensa victimarum, et odorum eis sacra facere. ¶ Interdum est compellare, salutare. *Stat. in præfat.* l. 4. *silvar.* Primo autem septimum Germanici consulatum adoravi. (Adde *in præfat.* l. 3.) *Apulei.* l. 2. *Metam.* Imo cum gemitu populum sic adorat. Adde lib. 3. ¶ *Festus* docet, *adorare* pro *agere* a Veteribus usurpatum fuisse. *Lex XII Tab.* apud *eund.* in *Nec.* Si adorat furto, quod nec manifestum erit. Hinc legati *oratores* dicti, quia mandata populi agant. V. *Oro.*

ADORSUS, a, um, *having begun, commenced, attempted,* particip. activæ significationis ab *adordior* inusitato. *Gell.* l. 9. c. 2. Qui tyrannum interficere adorsi erant. *Apulei. in Florid.* n. 9. Id quod facere adorsus sum. *Id. ibid.* n. 23. Laudare astu adorsa est. Alia exempla ex *Livio, Ovid. Curt.* et *Virg.* afferri solent, in quibus tamen omnib. alii *adortus* legunt, quod ab *adorior* est. ¶ Ipsius quoque *adordior* auctorem quidam faciunt *Apulei. sub fin.* l. 1. *Metam.* quin et *Cicer.* l. 2. *de Orat.*

ADORTUS, a, um, *having attacked, assailed,* particip. activæ significationis ab *adorior. Nepos in Lysand.* c. 3. Dodonam adortus est. V. alia in *Adorior.* ¶ Item *assaulted, attacked, assailed,* significatione passiva, sed rarius. *Aurelius vetus Scriptor* apud *Priscian.* l. 8. pag. 791. *Putsch.* Ab his Gallos adortos ex insidiis, plurimos necatos. *Flor.* l. 2. c. 6. Adorta urbs. V. *Adoratus.*

ADOSCŬLOR, aris, depon. 1. *to kiss,* idem quod osculor. *Dictys Cretens.* l. 2. c. *penult.* Manus adosculari, contingere genua.

ADPARĬO, seu Appario, is, a. 3. pro pario, acquiro, comparo, quidam legunt in illo *Lucretii* lib. 2. v. 1108. Adpareret spatium cœli domus. Sed alii leg. *aptaret,* alii *apparet,* &c.

ADPATŬLUS, adject. idem ac patulus. Legitur apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 3. sed locus ille corruptus videtur Criticis. V. *Scalig. in Conjectan. ad* pag. 76.

ADPECTORĀTUS, seu Appectoratus, a, um, *pressed to the breast,* pectori admotus. *Solin.* c. 26. (*al.* 39.) *de ursis.* Carnes pauxillulas edunt; has lambendo sensim figurant, et interdum adpectoratas fovent.

ADPERĪRE, pro *deperire,* ut *adperire aliquem amore* affertur a quibusdam ex *Plauto.* Verum nobis invenire non datur.

ADPERTINĔO, es, n. 2. idem quod pertineo, ad aliquam rem usque pertineo. *Innocent. de casis litter.* pag. 221. *Goes.* Medius fons ad ipsam adpertinet. *Et* pag. 252. Aquam vivam habet, et eidem adpertinet.

ADPLŌRO. V. *Apploro.*

ADPLUMBĀTUS, et Applumbatus, a, um, *soldered with lead,* plumbo conglutinatus. *Paul. Digest.* lib. 6. tit. 1. leg. 23. Non idem est in eo, quod adplumbatum sit. *Ulpian.* lib. 19. tit. 1. leg. 17. Epistomia fistulis adplumbata. *Id.* lib. 47. tit. 12. leg. 2. Si statua neque adplumbata fuerit, neque adfixa. *Scribon. Larg. composit. ult.* Vase operto, et adplumbato.

ADPLŬO. V. *Appluo.*

ADPOSCO, et Apposco, oscis, a. 3. *to ask, ask earnestly, demand, solicit,* idem quod posco, vel valde posco, προσαιτίζω. *Horat.* lib. 2. ep. 2. v. 100. si plus adposcere visus. *Terent. Heaut.* 4. 7. 10. Talenta dotis adposcent duo.

ADPOSTŬLO, as, a. 1. *to ask, beg,* idem quod postulo, vel valde postulo. *Tertull. de Monogam.* c. 10. Et pro anima ejus orat, et refrigerium interim adpostulat ei.

ADPRĔCOR, et Apprecor, aris, atus sum, *dep.* 1. *to pray, worship, implore,* idem quod precor, vel valde precor: *ad* enim sæpe auget. Fere autem dicitur de precationibus, quæ Diis fiunt. *Horat.* l. 4. *od. ult.* v. 28. Rite deos prius apprecati. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Deam floribus sertis, et solutis adprecantur. *Et sub init.* l. 11. Deam lacrymoso vultu sic adprecabar.

ADPRENSO. V. *Apprenso.*

ADPRESSUS, et Appressus, a, um, *pressed to or close to,* partic. ab Adprimo. *Tacit. Ann.* 2. c. 21. Miles, cui scutum pectori adpressum, et insidens capulo manus.

ADPRĬMO, et Apprimo, is, essi, essum, a. 3. *to press, bring near, or attach to any thing,* ad aliquam rem premo, adstringo. *Plin.* l. 24. c. 9. Virgam sedare ventris dolores impositam ita, ut tunica, cinctuque corpori adprimeretur. *Id.* l. 26. c. 1. Elephantiasi ad ossa carnes adprimente. Adde l. 20. c. 15. [*Tibull. in Priap.* v. 24. Puella nec jocosa te levi manu Fovebit, adprimetve lubricum femur.]

ADPRĬMUS, }
ADPROMITTO, } et similia his. V. *Apprimus, Appromitto,* &c.
ADPROPĔRO, }

ADPUGNO, et Appugno, as, avi, atum, a. 1. *to combat, fight against, attack,* contra pugno, oppugno. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 88. Adpugnare castra. *Et Ann.* 15. c. 13. Adpugnare castellum.

ADPULSUS. V. *Appulsus.*

ADQUE, pro atque, mutato *t* in *d,* sæpe scriptum legitur in Vet. monumentis, ut in *Cenotaph. Pisano* L. Cæsaris, et in Inscriptionib. apud *Gruter.* pag. 337. et pag. 412. n. 3. et 4. V. plura apud *Noris. in Cenotaph. Pisan. dissert.* 4. cap. 2. §. 2.

ADQUĪRO. V. *Acquiro.*

ADQUO, adverb. *as far as, as much as, how far,* quoad, quantum, *Afranius* apud *Non.* cap. 2. n. 63. Ut scire possis, adquo te expediat loqui. *Id. ibid.* Iratus essem, adquo liceret.

ADRACHNE, es, f. ἀδράχνη, arbor silvestris, bifera, in montibus nascens, similis unedoni, folio tantum minore, en nunquam decidente, præsertim in cacumine; cortice non scabro quidem, sed qui circumgelatus videri possit: tam tristis aspectu est. *Plin.* l. 13. c. 22. et l. 16. c. 22.

ADRĀDO, is, asi, asum, a. 3. *to scrape or shave away, to cut, slit, cut aslant,* ἐπιξέω, abrado, radendo aufero. *Plaut.* apud *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. *sub fin.* Scobina ego illam actutum adrasi. *Columel. de arboribus,* c. 8. Scalpello acuto, ita ne medullam lædas, adradito. *Plin.* l. 17. c. 19. Adraso cacumine.

ADRAMYTTĒNUS, a, um, adject. *of Adramyttium,* Ἀδραμύττηνος, ad Adramytteon pertinens, ut *Adramyttenus vir* apud *Cicer. pro Flacc.* c. 13. ¶ Est autem Adramytteos, Ἀδραμύττειον, et Ἀδραμύττιον, [† nunc] *Andramitti,* aut *Landimetri,* [† *Landramitti,* Ainsw. *Edremit,* Danvill.] urbs litoralis in Æolide, seu Mysia, juxta Caicum fluvium, prope radices Idæ montis, inter Antandrum, et Elæam, olim Pedasus dicta. *Plin.* l. 5. c. 30.

ADRAPĬDUS, a, um, adject. *rapid, violent, swift,* idem quod rapidus, vel valde rapidus. *Gell.* l. 12. c. 5. Febri simul adrapida afflictari. *h. e.* pulsu, motuque cordis perquam celeri. Plerique leg. *rapida.*

[* ADRARRIZA, æ, f. herba, quæ aliter aristolochia vocatur. *Apul. de herb.* c. 19.]

ADRASTĒA, et Adrastia, æ, f. Ἀδράστεια, Jovis, ac Necessitatis filia, eadem ac Nemesis, dea bonarum actionum præmiatrix, malarumque ultrix, ita dicta ab Adrasto Argivorum rege, qui primus ei templum dedicavisse dicitur, vel ab ἀδραστής, alienus a fuga, quia ultionis malis hominibus ineffugibilis est necessitas, ut *Apul. de Mundo* interpretatur. *Virgil. in Ciri,* v. 239. Ut scelere in tanto, quod nec sinit Adrastia, Lædere utrumque uno studeas errore parentem. *Apulei. loc. cit.* Adrastea, eademque ineffugibilis, &c. Adde *Ammian.* l. 14. c. 11. (*al.* 39.) [¶ Est etiam regio et civitas ejusdem nominis non longe a Troade Mysiæ, ubi Alexander pugnavit cum Persarum exercitu juxta Granicum flumen. *Plin.* l. 5. c. 32. Hinc dicti Adrastii campi, ubi prima congressio Alexandri et Darii fuit. *Justin.* l. 11. c. 6. Quædam editiones hic etiam habent *Adrastiæ* pro *Adrastiis.*]

ADRASTĒUS, a, um, adject. ad Adrasteam, vel Adrastum pertinens. Ἀδράστειος. *Stat. l. et silv.* 1. v. 52. Hunc et Adrasteus visum extimuisset Arion. *Ammian.* l. 14. c. 11. (*al.* 38.) Adrasteo pallore perfusus. *h. e.* eo pallore, quo improbi vim Adrasteæ ultricis expavescunt: vel eo pallore, quo tristitiam suam indicant infelices; ab Adrasto Argivorum rege, qui infelicissimus fuisse dicitur: vel allusit ad illud *Virgil.* 6. *Æn.* v. 480. Adrasti pallentis imago.

ADRASTĪNE. V. in *Neptunine.*

ADRASTIS, idis, patronym. feminin. Ἀδραστίς. *Stat.* 12. *Theb.* v. 678. Antigonen, viduamque Creon Adrastida leto Admovet. *h. e.* Argiam Adrasti filiam, Polynicis uxorem.

ADRASTUS, i, m. Talai, seu Talaonis, et Eurynomes filius Sicyonis primum (teste *Servio ad Æn.* 6. v. 480.) deinde Argivorum rex, socer Tydei, et Polynicis, quos ambos in bello Thebano ingenti accepta clade cæsos vidit, gravique ob id mœrore confectus, tota deinceps vita expalluisse dicitur. Alii alia de eo narrant. V. *Stat. in Thebaide.* [† Et Tragicos Græcos.]

ADRĀSUS, a, um, *shaven, shorn, scraped off, lopped off.* rasus, particip. verbi Adrado. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 50. Adrasum quendam vacua tonsoris in umbra. *Plin.* l. 17. c. 19. Adrasum cacumen.

ADRELICTICĬUS, a, um, adject. *left, bequeathed. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 87. n. 12. Sacrum adrelicticium ex testamento. *nisi forte aliter legendum est.*

ADREMĪGO, as, n. *to row to or towards,* remis aliquo feror, προσερέσσω. *Flor.* l. 1. c. 18. Adremigantem litori classem vident. *Id.* l. 3. c. 7. Cretes portibus suis adremigaverunt.

ADRĔPO, et Arrepo, epis, epsi, eptum, n. 3. *to creep to or towards, steal softly to,* προσέρπω, ad aliquid repo, reptando accedo. *Plin.* l. 11. c. 18. Rubetæ adrepentes foribus. *Id.* l. 35. c. 10. *a med.* Ad matris mammam adrepens infans. *Valer. Max.* l. 6. c. 8. *sub fin.* Lateri voluntarius comes adrepsit. ¶ Translate est sensim, aut clam se inferre, *to insinuate one's self into, to ingratiate one's self with. Cic.* 5. *Verr.* c. 68. Quibus rebus non sensim atque moderate ad istius amicitiam adrepserat, sed brevi tempore totum hominem, totamque ejus præturam possederat. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 74. Occultis libellis sævitiæ principis adrepit. *he contrives to reach the heart of the prince in spite of the known cruelty of his disposition. Id.* 3. *Ann.* c. 50. Non virorum animis, sed muliercularum adrepit. [Ut in hac etiam voce præsto tibi sit poetæ auctoritas; adde, *Horat.* lib. 2. sat. 5. v. 47. Leniter in spem adrepe officiosus.]

ADREPTANS, et Arreptans, antis, particip. *approaching by stealth,* sensim adrepens, et accedens. *Plin.* l. 35. c. 10. *a med.* Pinxit nobiles Bacchas adreptantibus Satyris.

ADRESPONSUM. V. *Responsus.*

ADRĬA, }
ADRIĀNUS, } V. in littera *H.*
ADRIATĬCUS, }

ADRŎGO, V. *Arrogo.*

ADRŌRO, as, a. *to besprinkle as it were with dew, to bedew, irrigate, water,* instar roris aspergo. *Marcell. Empir.* c. 34. Adrorare herbam vino.

ADRŪMO, as, n. 1. *Paulus* ex *Festo.* Adrumavit, rumorem fecit, sive commurmuratus est. quod verbum quidam a rumine, idest parte gutturis putant deduci.

ADRŬO, is, a. 3. *Adruere terram* est eam versando aliquo impellere, et adaggerare. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 35. Violaria in fundo facere, non est utile, ideo quod necesse est terra adruenda pulvinos fieri. Al. leg. *e terra ad ea obruenda.*

ADSCALPENS, tis, particip. *Apulei.* l. 6. *Metam.* Adscalpens aurem dexteram. *tickling the ear.*

ADSCENDO. V. *Ascendo.*

ADSCĬO, et Ascio, is, a. 3. adscisco, assumo, arcesso, adjungo. *Virg. Æn.* 12. v. 38. Si Turno exstincto socios sum adscire paratus. Al. leg. *adcire.*

ADSCISCO, (*rectius quam* Ascisco) iscis, scivi, scitum, a. 3. *to take, receive, approve, acknowledge, admit, unite,* προσερέομαι, ἐπάγομαι, aliunde assumo, adjungo, arcesso, recipio. et vim habet approbantis, et ad se recipientis. *Scisco* enim est probare, sancire, constituere. *Cic. pro Balb.* c. 8. Ut cum jussisset populus R. aliquid, si id adscivissent socii populi, ac Latini, ut tum lege eadem is populus teneretur. *Et mox.* Innumerabiles aliæ leges sunt latæ: quas Latini voluerunt, adsciverunt. *Sallust. in Catil.* c. 25. Plurimos cujusque generis homines adscivisse sibi dicitur. *to have united to himself. Id. ibid.* c. 48. Adsciscere aliquem socium. *Liv.* l. 4. c. 31. *a med.* voluntarios ad spem prædæ. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 60. aliquem in commilitium. *Justin.* l. 38. c. 8. Virginem in matrimonium. *Sueton. in Claud.* c. 39. Adsciturus in nomen familiæ suæ Neronem. *Virg.* 11. *Æn.* v. 472. Adsciscere generum alicui. *Cic. de Haruspic. respon.* c. 13. Adsciscere sacra ex Phrygia. *h. e.* ex Phrygia sumpta acceptare. *Id. pro Balbo* c. 11. Adscisci ab aliqua civitate. *Id. in Pis.* c. 11. Adsciscere aliquem patronum. *Id. Catil.* 2. c. 4. *in fi.* ad fœdus. *Id. Verr.* 6. c. 10. sibi oppidum. *to gain over. Id. de clar. Orat.* c. 57. *in fi.* consuetudinem. *to approve, admit. Id. pro Dom.* c. 36. sibi sapientiam. *to arrogate, assert. Id. ad Brut.* ep. 16. sibi nomen tyranni. *Id. pro Dom.* c. 36. sibi laudem. *Id.* 4. *Acad.* c. 40. Tu vero ista ne asciveris. *h. e.* ne admiseris, probaveris, credideris.

ADSCĪTUS, et Ascitus, a, um, *assumed, derived, introduced, received, admitted,* ἐπείσακτος, assumptus, acceptus, deductus. *Cic. Verr. ult.* c. *ult.* Sacra a Græcis adscita, et accepta tueri. *Sueton. in Galb.* c. 17. Adscitus testamento in bona, et nomen. *Liv.* l. 6. c. 40. Adscitus in civitatem, et patres. *Ovid.* 4. *de Pont.* ep. 9. v. 127. Tu certe scis hæc, Superis adscite, videsque, Cæsar. *Id.* 6. *Fast.* v. 172. aliturque cibis, quibus ante solebat; Nec petit adscitas luxuriosa dapes. *h. e.* longe petitas. *dainties imported from abroad, costly cates. Nepos in Attic.* c. 3. Amitti civitatem Romanam alia adscita. *h. e.* acquisita, vel accepta. *Et* cap. 4. Tanta erat suavitas sermonis Latini, ut appareret in eo nativum quendam leporem esse, non adscitum. *h. e.* non aliunde aut ab arte, aut a consuetudine acceptum, sed a natura. *Stat.* l. 1. silv. 1. v. 23. adscita proles. *an adopted son.* ¶ In illo *Cicer.* 5. *de Finib.* c. 7. Voluptatis alii primum appetitum putant, et primam depulsionem doloris: alii censent primum adscitum doloris vacuitatem, et primum declinatum dolorem: videtur *adscitum* esse substantivum, a recto *adscitus, us:* et significare primum quod appetitur, et assumitur a voluptate.

ADSCĪTUS, et Ascitus, us, m. V. vocem præced.

ADSCRĪBO, cum derivatis. V. *Ascribo.*

ADSELLO, et Asello, as, *to go to stool,* ad sellam familiaricam ire alvi exonerandæ causa, ἀφοδεύειν. *Veget. de re*

veterin. de jument. usurpat, ut l. 1. c. 12. Deinde sale, et melle mixtis in anum infundes, ut adsellandi augeat voluntatem. *Et* l. 3. c. 57. Adsellare stercus durum. ¶ Hinc particip. *adsellatus.* [Deponentis more *h. e.* active. *Id.* l. 3. c. 3. Si jumentum adsellatum fuerit sanguinem. Codex quidam Corbeiensis in locis *Vegetii* supra allatis ubique habet formam verbi deponentis.] *Id.* l. 1. c. 50. Si multum stercoris adsellatus ediderit.

ADSENESCO, escis, enui, n. 3. *to grow old,* senex fio, senesco. *Tertull. in exhortat. ad castit. c. ult.* Feminæ Cereris, cui sponte abdicato matrimonio adsenescunt.

ADSEPTUM, ti, n. idem quod septum, sepimentum. *Adsepta Coptica* appellat *Apulei.* l. 2. *Metam.* sepimenta ab hirundinibus facta adversus Nili aquas inundantes, ne tegant Insulam sacram Isidi prope oppidum Copton, ut est apud *Plin.* l. 10. c. 33. Al. aliter leg.

ADSĔRO, et Assero, eris, sevi, situm, a. 3. *to sow, plant, sow near,* idem quod sero, vel juxta sero, προσφυτεύω. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 26. Neque propter cupressos adserunt vites, quod inter se hæc inimica. *Cato R. R.* n. 35. Arbores facito uti bene maritæ sint, vitesque uti satis multæ adserantur. [¶ Particip. *adserendus* apud Auct. Priap. carm. 51. v. 7. Non mala truncis adserenda Picenis.] ¶ Alia significatione, V. in *Assero.*

ADSESSOR. V. *Assessor.*

ADSESSUS. V. *Assessus.*

ADSIBĪLO, et Assibilo, as, avi, atum, n. 1. *to hiss, hiss at, whistle,* ad aliquid sibilo. *Auson. in Mosell.* v. 258. ut fractis quondam per inane flagellis Aura crepat, motoque adsibilat aere ventus. *Stat.* l. 5. *Theb.* 578. *de serpente lethaliter vulnerato.* Implorantem animam dominis adsibilat aris. *h. e.* sibilando emittit.

ADSICCO. V. *Assicco.*

ADSIDELÆ mensæ vocantur, ad quas sedentes Flamines sacra faciunt. *Festus.*

ADSIGNIFĬCO, as, a. 1. *to signify, intimate, show,* ἐπισημαίνω, idem quod significo, ostendo. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 11. Olim tonsores non fuisse, adsignificant antiquorum statuæ, quod &c. *Id.* apud *Gell.* l. 10. c. 1. Aliud est *quarto* prætorem fieri, et *quartum;* quod *quarto* locum adsignificat, et tres ante factos, *quartum* tempus adsignificat, et ter ante factum.

ADSILĬO, } V. *Assilio,* &c.
ADSIMŬLO, }

ADSIPĔRE, inquit *Festus,* et præsipere dicebant antiqui a *sapiendo:* sicut nos quoque dicimus ab *æquo iniquum,* a *quærendo inquirere.* Hæc *Festus.* Videtur autem idem esse ac sapere, aut valde sapere, sapientem esse: quæmadmodum *desipere* significat amentem esse: *præsipere* vero fortasse valet ante sapere, hoc est præscire, et præsagire.

ADSISTO. V. *Assisto.*

ADSĪTUS, et Assitus, a, am, *planted by or near,* juxta satus, seu plantatus, προσφυτευθείς. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 16. *in fi.* Vitis adsita ad olus. *Catullus* carm. 60. *Epithal. Jul. et Manl.* v. 106. Lenta quin velut adsitas Vitis implicat arbores, &c. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 170. Populus adsita. ¶ Item juxta positus, *situated or placed near. Apulei. initio Florid.* Homines neque longule dissita, neque proxime adsita possumus cernere. *Auson.* in *Mosell.* v. 335. Atria quid memorem viridantibus adsita pratis?

ADSOLĔO. V. *Assoleo.*

ADSOLO, as, a. 1. *Tertull.* l. 1. *ad Nation.* c. 10. Sæpe Censores inconsulto populo adsolaverunt. Certe Liberum patrem Consules tota Italia eliminaverunt. *h. e.* solum, et sine cultu esse Deum aliquem jusserunt: vel solo ejus templum æquaverunt. [*Id. ibid. ad fin.* Majestatis fastigium adsolant, *h. e.* solo allidunt. Hinc apparet priore etiam loco idem verbum, *adsōlo* legendum esse pænultima brevi. Videtur tamen verbum *adsolo* eamdem habere significationem, ac verba *sōlo, as,* et *desōlo, as,* quorum primo usus est *Stat* l. 4. *Theb.* v. 36. et l. 5. v. 149.; altero autem *Virgil.* 11. *Æneid.* v. 366. quæ certe *solum relinquere, desertum facere* significant, ac propterea pænultima longa esset efferendum etiam verbum *adsolo,* cum eamdem habeat a *solus* originem; tu videris.] [† Me quidem judice, Tertullianus a *solum* substantivo derivatum hoc verbum intellexit; ideoque corripienda est penultima. Sed utut id sit, incertæ admodum auctoritatis vox est. Quod ad verbum *solo* attinet, quo bis usum esse Statium asseverat Auctor Appendicis, observandum est in priore loco pro *solaverit* duas bonæ notæ, quæ apud me sunt, editiones habere *spoliaverit;* quam lectionem præfert quoque ipsius Forcellini codex MStus. V. in *Solo.* Exinde omnino nullus dubito, quin vera lectio in Thebaid. v. 149. sit *spoliare.*]

ADSŎNO, et Assono, as, nui, itum n. 1. *to answer by sound like an echo, to respond,* ad sonum cujuspiam rei respondeo, ἐπηχέω. *Ovid. Metam.* 3. v. 507. Planxere et Dryades: plangentibus adsonat Echo. Adde *Pers.* sat. 1. v. 102.¶ Cum accusativo *Apulei.* l. 11. *Metam.* Ut canoræ aviculæ concentus suaves adsonarent. *h. e.* canerent, ederent.

ADSPECTO, } V. *Aspecto,* &c.
ADSPICĬO, }

ADSPŬO, et Aspuo, is, adspui, utum, uere, a. 3. *to spit at or upon,* προσπτύω. *Plin.* l. 28. c. 4. Si dormiens spectetur infans, a nutrice terna (*precatione*) adspui.

ADSTĀTUS, pro *hastatus* legitur in Inscriptione optimæ notæ apud *Gruter.* pag. 347. n. 1.

ADSTERNO, }
ADSTIPŬLOR, } V. *Asterno, Astipulor,* &c.
ADSTITŬO, }

ADSTRANGULĀTUS, a, um, *strangled. Minuc. Felix in Octav.* c. 30. Filios adstrangulatos elidere.

ADSTRĔPO, V. *Astrepo.*

ADSTRINGO, } V. *Astringo, Astruo.*
ADSTRŬO, }

ADSTUPĔO, es. V. *Astupeo.*

ADSUCTUS, a, um, *sucked, sucked strongly,* ab *ad,* et *suctus. Lucret.* l. 4. v. 1187. Et tenet adsuctis humectans oscula labris.

ADSUDASSIT. V. *Assudassit.*

ADSUM, ades, adfui, adesse, *to be present, on the spot, at hand, to be here,* πάρειμι, παραγίνομαι, præsens sum. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 10. Cum vos, Catule, et Cæsar, non adessetis. *Terent. Adelph.* 3. 1. 4. Geta hic non adest. *Cic. pro Dom.* c. 15. Adest præsens M. Bibulus. *Id. Attic.* l. 5. ep. 18. Video enim te, et quasi coram adsis, &c. *Id. Attic.* l. 7. ep. 15. Adesse in Senatu. *Id. ibid.* l. 11. ep. 15. Adsunt ex Aphrica. *h. e.* qui venerunt ex Aphrica. *Id.* 1. *de Divin.* c. 27. Adesse ad portam. *Id. pro Quint.* c. 6. Ut ad tabulam Sextiam sibi adsint postridie. *would appear.* (Et omissa præposit. quæ inest in ipso verbo *Apulei.* l. 1. *Metam.* Prima face cubiculum tuum adero. *I shall be in your chamber. Et* lib. 5. Scopulum istum protinus aderunt.) *Terent. Eun.* 3. 2. *v. ult.* Adesse domi. *Id. ibid.* v. 11. Dona adsunt tibi a Phædria. ¶ Sæpe *adesse* dicuntur, qui non solum præsentia, sed opera etiam et consilio præsto sunt. *Cic. pro Quint.* c. 6. et 25. Obsecro, C. Aquilli, vosque qui adestis in consilio. *Plaut. Amph.* 1. 3. 6. Ubi imperator non adest ad exercitum, citius, quod non facto est usus, fit, quam, &c. *Nepos in Dion.* c. 1. Aderat in magnis rebus, ejusque consilio multum movebatur tyrannus. *Id. in Eumen.* c. 1. Utrique in consilio semper adfuit. *Flor.* l. 3. c. 5. Aderat, instabat, sævitia quasi virtute utebatur. ¶ Hinc sæpe ponitur pro ab aliquo stare, defendere, tueri: et præcipue dicitur de Oratore, et advocato, qui clientis causam defendit, et præsidio est, *to defend as an advocate, be counsel for, aid, abet, assist, succour, stand by. Cic. Attic.* l. 1. ep. 1. Rogavit me Cæcilius, ut adessem contra Satrium. *Ovid. de remed. amor.* v. 663. Forte aderam juveni: dominam lectica tenebat, &c. Jamque vadaturus &c. *Sueton. in Aug.* c. 56. Adesse clientibus. *Plin.* l. 5. ep. 4. Adesse alicui gratis; *et* sex millib. nummum. *Cic. Fam.* 6. ep. 14. Ego tuis rebus sic adero, ut difficillimis. *Virg. Georg.* 1. v. 18. Adsis o Tegeæe, favens. *Et* 4. *Æn.* v. 578. Adsis o, placidusque juves. *Horat. Epod.* 5. v. 5. Si vocata partubus Lucina veris adfuit. ¶ Cum infinito *Sil.* l. 9. v. 532. Non Teucros delere aderam. ¶ Item pro comparere in judicio. *Cic. Verr.* 3. c. 1. Adesse ad judicium. *Vellei.* lib. 2. c. 10. Persequamur notam severitatem censorum, qui Lepidum augurem adesse jusserunt. *h. e.* reum causam dicere. ¶ Ponitur etiam pro simplici esse. *Plaut. Amph.* 2. 1. 29. Domi sum, et apud te adsum. *Id. ibid.* 2. 2. 21. Omnia adsunt bona, quem penes est virtus. *h. e.* insunt. *Cic.* 2. *de Finib.* c. 30. Tanti aderant morbi vesicæ, et viscerum, ut &c. *Vellei.* l. 2. c. 61. Vis ad resistendum nulli aderat. Adde *Lucret.* l. 6. v. 70. ¶ Item pro prope esse, imminere, *to be at hand, to be near, to be approaching fast. Cic. pro Quint.* c. 14. Quæ omnia adesse, atque impendere videntur. *Terent. Andr.* 1. 1. 125. Prope adest, cum alieno more vivendum est mihi. ¶ *Adesse animo* sæpe significat animo forti esse, non timere, præsenti animo esse. *Cic. in somn. Scip.* c. 1. Quem ut agnovi, equidem cohorrui: sed ille, ades, inquit, animo, et omitte timorem. ¶ Significat etiam advertere, *to give heed, attend, give attention. Cic. pro Cæcin.* c. 10. Ut intelligeretis eum non adfuisse animo, sed tantisper de aliquo reo cogitasse. *Id. pro Syll.* c. 11. Adestote omnes animis, qui adestis corporibus. ¶ *Adesse scribendo* dicuntur, qui testes vocati intersunt, cum publice aliquod decretum perscribitur. Estque formula, quæ initio apponi solet. Sic incipiunt ambo *Cenotaphia Pisana,* adsuntque præterea ejus rei exempla apud *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 2. *Fam.* 8. ep. 8. et *Fam.* 15. ep. 6. ¶ *Huc ades* formula est invitantis, et ad se vocantis, *hither! this way! come hither. Virg. Ecl.* 2. v. 45. Huc ades, o formose puer. *Et Eclog.* 7. v. 9. Huc ades, o Melibœe. ¶ *Adesdum.* V. supra suo loco. ¶ *Adsiem, ies, iet,* &c. dictum est præsertim a Comicis, pro *adsim, is, it. Terent. Phorm.* 1. 5. 83. Amicos advocabo, ad hanc rem qui adsient. *Id. Adelph.* 4. 4. 10. Jam partus adsiet. ¶ Participium præsentis nullum est, futuri *adfuturus. Cic.* 1. *de Leg.* c. 19. Quam diu adfutura sint, certum sciri nullo modo potest. ¶ *Adforem, es, et* imperfectum est conjunctivi modi pro *adessem, es, et. Virg.* 1. *Æn.* v. 576. Atque utinam rex ipse Noto compulsus eodem Adforet Æneas. ¶ *Adfore* futurum est infiniti pro *adfuturum. Cic. Fam.* 9. *ep. ult.* Non suspicatus sum illam adfore. ¶ Cum post præpositionem sequitur *f,* sæpe *d* in *f* mutatur: itaque passim legitur *adfui,* et *affui, adfore,* et *affore, adfuturus* et *affuturus:* quod verbo *absum* non est concessum propter amphibologiam. Etiam sequente *s, d* in *s* mutatur, legiturque *assum, assim* &c. pro *adsum, adsim.* In quo frigide jocatur *Plaut. Pœn.* 1. 2. 67. *Ag.* Milphio ubi es? *Mi.* Assum apud te eccum. *Ag.* Ego, elixus sis, volo. Sic *assiem, es, et, pro adsiem* &c. legitur apud *eund. Pseud.* 4. 1. 16. et 4. 7. 13.

ADSŬO, et Assuo, uis, ui, utum, a. 3. *to sew or stitch to,* ad aliquam rem suo, consuo, προσράπτω. *Horat. de art. Poet.* v. 15. Purpureus, late qui splendeat, unus, et alter Adsuitur pannus.

ADSURGO. V. *Assurgo.*

ADSUSPĪRANS, et Assuspirans, antis, particip. *sighing,* suspirans. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Sic adsuspirans altius infit. *et paulo post.* Tunc fletibus ejus adsuspirans anus.

ADTEGRĀRE, est vinum in sacrificiis augere, ut scribit *Paul.* ex *Festo,* hoc est, ut exponit *Scalig.* vinum libando diminuere, ut eo sacrificium augeatur. *Adtegrare* enim contrarium esse τῷ integrare. V.

ADTERMĪNO, as, are, a. 1. terminis circumscribere, definire. *Arnob.* lib. 3. pag. 107. Deos filo adterminatis humano.

ADTERTIARĬUS. V. in *Epitritus.*

ADTUBERNĀLIS, m. habitator continuæ tabernæ, quod genus domicilii antiquissimum Romanis fuisse, testimonio sunt exteræ gentes; quæ adhuc tabulatis habitant edificiis. Unde etiam tecta castrensia, quamvis pellibus contegantur, tabernacula tamen dicuntur. Hæc *Festus.*

ADVECTĬO, onis, f. *a carrying or being carried, carriage, conveyance,* ἐπαγωγὴ, actus advehendi. *Plin.* l. 9. c. 54. Famem longæ advectionis a Brundisio compascere in Lucrino.

ADVECTITĬUS, a, um, aliunde advectus, *brought from abroad, foreign, imported,* ἐπακτός. *Sallust. in Jug.* c. 48. Pecoris, et mancipiorum prædas agere, eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio.

ADVECTO, as, are, a. 1. *to bring, conduct, import,* ἐπάγομαι, frequentat. ab adveho. *Tacit. Ann.* 6. c. 13. Rei frumentariæ copiam advectare.

ADVECTOR, oris, m. *an importer,* qui advectat, vel advehit. *Apulei. in Florid.* n. 21. Advectorem sibimet equum deligunt. *Plaut. Asin.* 2. 2. 92. Quomodo argentum intervortam, et advectorem. *Al. leg.* adventorem.

ADVECTUS, us, ui, m. idem quod advectio. *Tacit.* 4. *Histor.* c. 84. Hæc de origine, et advectu Deæ celeberrima. Extra ablativum casum singularis numeri nondum exempla reperi.

ADVECTUS, a, um, *carried, borne, conveyed from one place to another,* aliunde vectus ad locum aliquem, invectus, comportatus, ἐπακτός. Dicitur tum de personis, tum de rebus. *Cic. Phil.* 2. c. 31. Cisio celeriter ad urbem advectus, domum venit. *Id.* 1. *Divin.* c. 28. Equo advectus ad fluminis ripam. *Et* l. 2. c. 40. Caricas Cauno advectos vendens. *Virg. Æn.* 5. *prope fin.* Classis advecta. *Id. Æn.* 8. v. 11. Advectus Æneas classi. *classi* Poetice pro *classe. Curt.* l. 6. c. 2. Commeatus undique advecti. *Plin.* l. 35. c. 17. Venales trans mare advecti. *imported from beyond sea.* Et *Liv.* l. 2. c. 47. In eam partem citato equo advectus.

ADVĔHO, is, exi, ectum, ere, a. 3. *to conduct, carry, or remove from one place to another, to import from abroad, to convey,* aliunde aliquid ad aliquem locum veho, sive curru, sive equo, sive navi, comporto, importo, εἰσκομίζω, ἐπάγω: tum de personis, tum de rebus. *Cic.* 5. *Verr.* c. 74. Cum ex iisdem agris frumentum ex decumis Romam mancipes advexissent. *Liv.* l. 23. c. 38. Additis quinque navibus, quæ advexerant legatos. *Plin.* l. 35. c. 17. Advehere aliquid trans mare. *Plaut. Mil.* 2. 1. 35. Eam huc in Ephesum advehit. *Pers.* sat. 5. v. 134. Saperdas advehe Ponto. ¶ Eleganter passive usurpatur, cum de personis loquimur. *Plaut. Merc.* 2. 1. 35. Ascendi in lembum, atque ad navim advehor. *go on board. Id. Trinum.* 4. 2. 88. In Pontum advecti ad Arabiam terram sumus. *Sallust. in Jug.* c. 91. Marius paucis diebus Uticam advehitur. *Liv.* l. 28. c. 2. Mago citato equo ad primum clamorem et tumultum advehitur. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 12. Cum ab Epidauro Piræeum navi advectus essem. V. *Advectus.* ¶ Cum accusativo sine præposit. quæ inest in ipso verbo. *Tacit. Ann.* 2. c. 45. Arminius equo collustrans omnia, ut quosque advectus erat, recuperatam libertatem ostentabat. ¶ Ponitur etiam generatim pro ferre, afferre, adducere. *Senec. in Med.* v. 583. hibernos nebulosus imbres Auster advexit. *brought on. Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 90. Advehit unda rates. *bears, carries, supports.* ¶ *Advexe* per syncopen pro *advexisse* dictum est a *Plaut. Merc.* 2. 2. 61. et *advexti* pro *advexisti ibid.* 2. 3. 56.

ADVELITATĬO, onis, f. jactatio quædam verborum, figurate ab hastis velitaribus. *Festus.* V. *Velitor,* et *Velitatio.*

ADVĒLO, as, a. 1. *to veil, cover,* ἐπικαλύπτω, idem quod velo. *Virg.* 5. *Æn.* v. 246. Advelat tempora lauro. *Lamprid. in Comod.* c. 15. Panno purpureo nudos humeros advelans.

ADVENA, æ, communis gen. *a stranger, foreigner, new comer*, ἔπηλυς, qui non est civis, aut inquilinus, sed externus. *Terent. Heaut.* 1. 1. 44. Est e Corintho hic advena anus paupercula. *Cic. Tuscul.* 5. c. 11. *ad fin.* Zeno Citticus advena quidam, et ignobilis. *Virg.* 7. *Æn.* v. 38. Exercitus advena. *Priscian.* lib. 6. *monente* docet esse quædam in *a* desinentia etiam neutro generi adjuncta, sed figurate per ἀλλοίωσιν (hoc est permutationem generis pro genere) ut *advena frumentum*. ¶ Dicitur etiam de irrationabilibus, et inanimis. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. Volucres partim advenæ, ut hirundines, et grues; partim vernaculæ, ut gallinæ, ac columbæ. *Plin.* l. 10. c. 23. Grues hiemis, ciconiæ æstatis advenæ. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 175. Amor advena. *Id.* 2. *Fast.* v. 68. Tibris advena. *Claudian. de VI. consul. Honor.* v. 195. ora Padi portusque relinquit Flumineos, certis ubi legibus advena Nereus Æstuat. *Plin.* l. 17. c. 14. vocat *advenam* surculum, qui alteri arbori per insitionem immittitur. ¶ Translate ponitur pro ignaro, quia advenæ parum sciunt res alieni loci. *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 556. Tyrii juvenis non advena belli, Quamvis Cirrha domus. *Hoc sensu Cic.* 1. *de Orat.* c. 58. et *Agrar.* 2. c. 34. *in fi.* *advenam*, et *peregrinum* conjungit. V. *Peregrinus.* ¶ Inter *advenam*, et *convenam* illud statui discrimen potest, ut *advenæ* dicantur, qui de uno extraneo loco adveniunt: *convenæ*, qui ex pluribus in eundem conveniunt. V. *Indigena.*

ADVENĔROR, aris, atus, sum, dep. 1. *to worship, worship exceedingly, venerate, prostrate one's self before, adore*, σεβάζομαι, veneror, vel valde veneror. *ad* enim auget. *Varr. R. R.* l. 1. c. 1. Adveneror Minervam, et Venerem. *Silius* l. 13. v. 704. Prosequiturque oculis puer adveneratus euntes.

ADVENĬENS, entis, *coming, arriving*, qui venit ad aliquem locum, προσερχόμενος. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 3. Est quiddam, advenientem non esse peregrinum, atque hospitem. *Id. pro Cæcin.* c. 9. In aliquem advenientem cum ferro invadere. *Id.* 2. *de Divin.* c. 69. Advenientes, et crescentes morbi. *Senec.* ep. 114. Quæ advenientibus dabantur, exeuntibus dentur. *Plin.* lib. 12. c. 9. Mare adveniens. *h. e.* æstus accessio ad litus.

ADVENIENTĬA, æ, f. adventus. V. in *Præstolor.*

ADVENĬO, is, eni, entum, n. 4. *to come, come to, arrive, arrive at, to come to land*, ad locum aliquem venio, pervenio, προσέρχομαι. *Terent. Hecyr.* 3. 5. 8. Advenis modo? *Pa.* admodum. *Sueton. in Vespas.* c. 7. Advenere litteræ, fusas Vitellii copias nuntiantes. *Tacit.* 4. *Histor.* c. 62. Advenit proficiscendi hora. *Sallust. in Jug. prope fin.* Ubi dies advenit. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 23. Quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse. *Id. Phil.* 11. cap. 12. Quamcunque in provinciam advenerit. *Plaut. Capt.* 4. 2. 6. Cum ad forum advenero. *Lucret.* l. 6. v. 164. Advenire ad aures. *Ovid.* 1. *Trist.* eleg. 9. v. 41. ad urbem. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 18. Properantibus Blæsus advenit. *came upon, came up with, overtook.* Et *Val. Flacc.* l. 5. v. 535. cuperem, haud tali vos tempore tectis Advenisse meis. *h. e.* in mea tecta. ¶ Cum solo accusativo. *Virg.* 1. *Æn.* v. 388. Tyriam qui adveneris urbem. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 47. Unde hos advenias regno dejecta labores. ¶ Eleganter supinis jungitur. *Terent. Phorm.* 2. 3. 13. Me ultro accusatum advenit. Et v. 41. Tentatum advenis. ¶ Pro simplici venio, *Plaut. Rud.* 2. 6. 2. Ut rem divinam faciam, cum intro advenero. *Cic. Phil.* 11. c. 3. Est enim sapientis, quidquid homini accidere possit, id præmeditari, ferendum modice esse, si advenerit.

ADVENTITĬUS, et Adventicius, a, um, *adventitious, foreign, derived from abroad*, qui aliunde quacunque ratione alicui advenit; et opponitur proprio, innato, insito, ἐπείσακτος, ἐξωτικός, συμβεβηκός. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Nec enim ille externus, et adventitius habendus est tepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus. *Id.* 2. *Divin.* c. 58. Utrum censemus, animos per se ipsos in somniando moveri, an externa, atque adventitia visione pulsari? *Id.* 5. *de Fin.* c. 21. Adjumentis externis, et adventitiis uti. *Id.* 3. *de Orat.* c. 33. Externa doctrina, atque adventitia. *Id. pro Leg. Manil.* c. 9. Mithridates et eorum, qui se ex ejus regno collegerant, et magnis adventitiis copiis juvabatur. *foreign auxiliaries. Id. in Top.* c. 18. Innata, atque insita anteponuntur assumptis, et adventitiis. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 10. Quidquid est hoc, quod circa nos ex adventitio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria, &c. ¶ *Pecunia adventitia* dicitur ea, quæ cuipiam advenit non ex propriis bonis, sed vel ex lucro, vel hereditate materna, maternive lateris, vel dono, aut legato, vel fortuito, vel denique quacunque alia externa ratione. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 19. Ut ager hac adventitia pecunia reciperetur. *h. e.* quæ redactis in populi R. ditionem nationibus per Pompeium, ex novis vectigalibus exigebatur. *money arising from new taxes. Id. pro Rabir. Post. c. ult.* Si adventitia pecunia petitur ab eo, cui non sua redditur. *money derived from any other source than that of inheritance. Liv.* l. 8. c. 28. Fructus adventitius crediti. *rights and reliefs that arise out of landed property over and above the rents.* ¶ *Adventitia dos* est, quæ aliunde quam a patre uxori accedit. *Ulpian. Digest.* l. 23. tit. 3. leg. 5. ¶ *Adventitius casus*, qui aliunde, et extra rei, de qua agitur, naturam advenit, *adventitious circumstance. Scævola* lib. 40. tit. 9. leg. 6. Nec adventitii casus computandi sunt. ¶ *Adventitia cœna*, quæ advenientibus peregre, aut cognatis, aut amicis lautior apparabatur, ὑποδεκτικὸν δεῖπνον, ὁδοιπορικόν. *Sueton. in Vitell.* c. 13. Famosissima super ceteras fuit cœna ei data adventitia a fratre. *adventoria* hæc dicitur a *Martiale in præfat.* l. 12. licet allegorice loquatur. V. *Adventorius.*

ADVENTO, as, n. 1. *to come frequently, to come on, come, approach, arrive at*, προσέρχομαι, appropinquo. *Sallust. in Jug.* c. 104. Ubi lux adventabat. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 45. Jam tempus adventat. *Id. Tusc.* 1. c. 40. Si ante mors adventet, quam &c. *Id. de Senect.* c. 1. Aut jam urgens, aut certe adventans senectus. *Id. Attic.* l. 4. ep. 17. Tu adventare, ac prope adesse jam debes. *Id.* 2. *Fam.* epist. 6. Ad Italiam adventare. *Virg.* 11. *Æn.* v. 514. ad urbem. *Sallust. in Jug.* c. 30. Adventare Romam. *Id. Orat.* 1. *ad Cæs. de republ. ordin.* Qua tempestate urbi Romanæ fatum excidii adventarit. *Liv.* l. 5. c. 33. adventante fatali urbi clade. *Tacit. Ann.* 16. c. 23. Tiridates accipiendo Armeniæ regno adventabat. *Id. Ann.* 6. c. 33. Adventare Parthis. *h. e.* accedere ad Parthos, jungendi se cum illis gratia. *Stat.* 11. *Theb.* v. 202. portis. ¶ Cum accusativo sine præposit. *Tacit. Ann.* 6. c. 44. Jamque multa manu propinqua Seleuciæ adventabat. *Ammian.* l. 14. c. 10. (*al.* 33.) Barbaricos pagos adventans.

ADVENTOR, oris, m. quilibet homo externus adveniens. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 2. Asservate ædes, ne quis adventor gravior abeat, quam adveniat. *Id. ibid.* 2. 7. 55. Adventores meos non incuses. *Apulei.* l. 10. *Metam.* Adventorum negotinummia. ¶ In omnibus hisce locis sermo est de iis, qui meretricum fornices frequentant, lucroque eas augent: qui Italice quoque *avventori* (*frequenters of brothels, bawds*) dicuntur. ¶ Pro advena, seu peregrino adveniente, *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 181. n. 1. C. Auruncéius Cotta colonis, incolis, hospitibus, adventoribus, servisque eorum lavationem ex sua pecunia gratuitam in perpetuom dedit. Adde pag. 444. n. 8. [et *Apul.* l. 1. *Met.* pag. 39. *Oudend.* Caupo adventores suos officiosis ronchis raucus appellat.]

ADVENTORĬUS, a, um, quod advenienti cuipiam offertur. *Martial. in præfat.* l. 12. Ne quid tamen et advenienti tibi ab urbe, et exigenti negarem, statui paucissimis diebus, ut familiarissimas mihi aures tuas exciperem adventoria sua. Alludit *Martial.* ad adventitiam cœnam, quæ amicis advenientibus laute dari solebat. V. *Adventitius.* Ipse autem librum epigrammatum intelligit, quem cœnæ loco advenienti amico offert. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 470. n. 9. Hospitium adventorium. *a public entertainment.*

ADVENTUS, a, um, qui advenit, particip. ab advenio. Loca adducta a *Palmerio* tom. 4. *Facis Crit. seu Lampadis Artium* pag. 652. examinat *Vossius de analog.* lib. 4. *seu de Grammatic.* lib. 6. cap. 13. Prior locus est *Terent. Andr.* 5. 2. v. 3. Ego commodiorem hominem adventum ad tempus non vidi. Sed *Vossius* legit, *ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi.* Alter locus est ejusdem. *Phorm.* 1. 3. v. 2. Ubi in mentem ejus adventi venit. *id est* patris, qui advenit. Sed *Vossius*, ait, *adventi* esse genit. substantivi *adventus* secundæ declinat. pro quarta: quod etiam *Priscian.* docuit lib. 6. pag. 712. *Putsch.* Tertius locus est *Sallust. B. Jugurth.* c. 96. Multo ante lucem adventam. Sed *Vossius* reperit, *multo ante lucis adventum.*

ADVENTUS, tus, m. *a coming, an arrival*, παρουσία, verbale ab advenio. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 50. Ut me levarat tuus adventus, sic discessus afflixit. *Id. in Pison.* c. 22. Quid dicam adventus meos? *Tacit. de Germ.* c. 2. Aliarum gentium adventibus, et hospitiis. *Cic. pro Mil.* cap. 19. Nocturnus ad urbem adventus. *Id. pro Leg. Manil.* cap. 5. Adventus in urbes sociorum. *Liv.* l. 22. *in fin.* Consulis Romam adventus. *Plin.* l. 18. c. 25. *circa med.* Adventu solis occultantur stellæ. *Sallust. in Jugurt.* c. 96. Multo ante lucis adventum. *Cic. Tuscul.* 3. c. 14. Adventus malorum. *Id.* 1. *de nat. Deor.* cap. 38. Talem conformationem animi ceteri philosophi motum inanem vocant; vos autem adventum in animos, et introitum imaginum dicitis. ¶ Sequente genitivo. In duodecim numis Adriani, *in Mus. Theupol.* pag. 459. et 460. Adventui Aug. Africæ: Adventui Aug. Arabiæ, Bithyniæ, Galliæ, Judææ, &c. *h. e.* ex Africa, Arabia, &c. ¶ Olim dictum est *adventus, ti*, 2. declinat. ut apud *Terent. Phorm.* 1. 3. 2. V. vocem præced.

ADVERBĔRO, as, a. 1. *to strike, beat*, μαστιγόω, idem quod verbero, vel valde verbero. *ad* enim auget significationem. *Stat. Theb.* 9. v. 686. auratis adverberat unguibus armos.

ADVERBIALĬTER, *adverbially*, more adverbii. *Aruntius Cels.* apud *Charis.* lib. 2. pag. 197. *Putsch. Diomed.* lib. 1. pag. 403. *Priscian.* lib. 16. pag. 1012.

ADVERBĬUM, ii, n. *an adverb*, ἐπίῤῥημα, pars orationis indeclinabilis, quæ verbis adjicitur, eorumque vim implet, atque explanat, ut *Priscian.* lib. 5. pag. 1003. *Putsch.* et *Diomed.* lib. 1. pag. 398. definiunt: dictumque est adverbium, quod *ad verba* adjungitur, et quod sine verbo adjuncto non potest habere plenam sententiam, ut *Priscian. ibid.* pag. 1005. addit. *Gell.* l. 5. *c. ult.* Ab eo quod est *compluria*, adverbium est factum *compluries.*

ADVERĔOR, reris, eritus sum, dep. 2. *to fear, be afraid of*, idem quod vereor, vel valde vereor: *ad* enim sensum auget. *Accius* apud *Non.* cap. 4. n. 121. Advereor, cum te esse Almæonis fratrem factis dedicat. Al. leg. *At vereor.*

ADVERRENS, entis, ad aliquem locum verrens. *Stat.* 4. *Theb.* v. 712. *de amne præcipiti.* adverrensque natantia saxa Charadrus. Al. leg. *advolvensque.*

ADVERSABĬLIS. V. *Aversabilis.*

ADVERSANS. V. in *Adversor.*

ADVERSARĬA, orum, n. pl. *a journal, common-place book, note-book, book of memoirs, memorandum-book, day-book, book in which the occurrences of the day were noted down, loose papers; a posting-book, a journal that is to be transcribed into the ledger-book*, ἐφημερίδες, diaria, idest tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante codicis confectionem perscribebantur, ne memoria rerum excideret, ut ex iis postea tabulæ justæ, et æternæ fierent. Exactiores enim rationum tabulas *codicem* appellabant. In adversariis autem breviter, et negligenter adnotabantur ea, quæ postea accuratius digerenda erant. Dicta putant *adversaria*, quod cum Veteres ex altera tantum libri scriberent parte, in his etiam a tergo scribebant; unde et opisthographa, ὀπισθόγραφα dicta sunt ab ὄπισθεν, et γράφω. V. *Voss. in Etymol.* in hac voce, et in *Opisthographum.* Vel ideo ita appellata sunt, quia assidue scribentibus obversabantur, quasi adversus posita. *adversum* enim dicitur etiam id, quod ante nos est. *Cic. pro Rosc. Comœd.* c. 2. Non habere se hoc nomen in codice accepti, et expensi relatum confitetur, sed in adversariis patere contendit. *Et mox.* Quid est quod negligenter scribamus adversaria? quid est quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ: hæc delentur statim, illæ servantur, &c.

ADVERSARĬA, æ, f. *a female adversary or opponent*, quæ adversatur vel in judicio, vel in alia quapiam re. *Cic. Fam.* 2. ep. 4. Est tibi gravis adversaria constituta, et parata, incredibilis quædam exspectatio.

ADVERSARĬUS, a, um, *contrary, opposite, at variance, inimical*, ἐναντίος, qui adversatur. *Cic.* 2. *pro Cæcin.* c. 2. Vis ea, quæ juri maxime est adversaria. *Id. pro Cluent.* c. 34. Tribunus seditiosis adversarius. *Id.* 2. *de Orat.* c. 37. Opinio oratori adversaria. *Id.* 3. *Phil.* c. 8. Duces adversarii. *Nepos in Phoc.* cap. 3. Duces adversariæ factionis.

ADVERSARĬUS, ii, m. *an adversary, as, one who bids against us at an auction, who opposes us in a court of justice*, &c. ἀνταγωνιστής, qui alicui adversatur et præsertim qui adversus aliquem in judicio agit. *Cic. in Vatin.* c. 1. Aut refutandum, ut gravem adversarium, aut rogandum, ut religiosum testem, &c. *Id. pro Quint.* c. 2. Habet adversarium Quintius Sex. Nævium verbo, re, &c. *Id. pro Mil.* cap. 15. Tribuni plebis illius adversarii, defensores mei. *Id. de Harusp.* c. 16. Acerrimus adversarius. Et cap. 24. Obtrectatores, et adversarii. ¶ Pro hoste *an open enemy. Sueton. in Domit.* c. 1. Bello Vitelliano confugit in Capitolium; sed irrumpentibus adversariis, &c. *Nepos in Themist.* c. 4. Adversarios in fuga esse. *Id. in Datam.* c. 6. His locis castra ponit, ut neque circuiri multitudine adversariorum posset &c. ¶ In genitivo plurali fere habet *adversariorum:* dicitur tamen et *adversarium*, tametsi rarius. *Terent. Hec.* prol. 2. v. 14. Poeta prope jam remotus injuria adversarium ab studio. *Cn. Magnus ad Domit. ante ep.* 13. l. 8. *Cicer. ad Attic.* Huc quamprimum venias, antequam omnes copiæ adversarium conveniant.

ADVERSATĬO, onis, f. *an opposing, resisting*, actus adversandi. *Tertull. advers. Gnost.* c. 5. Quid aliud est adversatio idololatriæ, atque martyrii, quam mortis, et vitæ?

ADVERSATĪVUS, a, um, adject. *adversative.* Conjunctiones adversativæ dicuntur a Grammaticis, quæ adversum aliquid, seu contrarium significant, ut *tamen, quamvis, etiamsi*, &c. *Priscian.* lib. 16. pag. 1026. *Putsch.*

ADVERSĀTOR, oris, m. ἀντιστάτης, qui adversatur. *Apulei. de Deo Socrat.* Quem adversatorem malis in omni vita ciebo?

ADVERSĀTRIX, icis, f. *a female opponent, opposer, gainsayer, contradicter*, quæ adversatur. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 100. Nunc assentatrix es; dudum adversatrix eras. *Terent. Heaut.* 5. 3. 4. Quin tu in ea re mihi fueris adversatrix.

ADVERSĀTUS, particip. V. *Adversor.*

ADVERSE, *adversely, oppositely*, contrarie. *Gell.* l. 3. c. 16. Id tam obscure, atque præcise, tamque adverse dictum

ADVERSIM. V. *Aversim.*

ADVERSĬO. V. *Aversio.* ¶ *Adversio animi*, hoc est *animadversio*, legitur a quibusdam apud *Cic. pro Arch.* c. 7.

ADVERSĬTAS, atis, f. *difference, variance, contrariety, opposition*, ἐναντίωμα, contrarietas, et repugnantia. *Plin.* l. 11. c. 25. Magnam adversitatem oleo mersis (*scorpionibus*) et stellionibus putant esse.

ADVERSĬTOR, oris, m. *a servant that goes out to fetch*

his master home after dinner, qui adversum, hoc est obviam alicui procedit. Hinc servi cum domino advenienti obviam procedunt *adversitores* dicuntur, ut docet *Donat.* ad illud *Terent. Adelph.* 1. 1. 1. Non rediit hac nocte a cœna Æschinus, neque servulorum quisquam, qui advorsum ierant. Hinc apud *Plaut. Mostell.* a. 4. sc. 1. et 2. vocatur *adversitŏr*, seu prisco more *advorsitor* Phaniscus servus, qui ejus rei gratia domo exit.

ADVERSO, as, a. 1. idem quod adverto. Itaque *adversare animo,* idem est quod advertere, versare animo, animadvertere. *Plaut. Rud.* 2. 2. 1. Animo adversavi sedulo, ne herum usquam præterirem. *I have been most attentive to this point,* &c. Est qui legi *animadversavi*, ut sit ab *animadverso, as,* pro *animadverto*, quemadmodum pro *verto,* is etiam *verso, as* dicimus.

ADVERSOR, aris, atus sum, dep. 1. *to oppose, resist, oppugn, thwart,* ἐναντιοῦμαι, adversus, seu contrarius sum, resisto. *Plaut. Stich.* 1. 2. 22. Exorando, haud adversando sumendam operam censeo. *Terent. Hecyr.* 4. 4. 32. Noli adversari mihi. *Id. ibid.* 2. 2. 3. et *Cic. Verr.* 7. c. 31. Adversari libidini alicujus. *Id. in Orat.* cap. 51. Quis Isocrati est adversatus impensius? *Id. pro Syll.* c. 18. Adversari ornamentis alicujus. *Id.* 3. *de Fin.* c. 20. Adversari quominus aliquid fiat. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 27. commodis. *Cic.* 1. *Offic.* c. 31. Adversante, et repugnante natura aliquid facere. *Tacit. Hist.* l. 3. c. 42. Adversante vento. *Id. Ann.* 13. c. 12. Adversantibus amicis. *Plaut. Asin.* 3. 1. 5. Adversari præceptis alicujus. *Id. Aulul.* 2. 1. 21. alicui de aliqua re. ¶ Cum accusativo *Tacit.* 4. *Hist.* c. 84. Adversari regem. *Id.* 1. *Hist.* c. 1. ambitionem. Adde *ibid.* c. 38. *et alibi.* Sunt tamen qui ubique *aversari* reponunt. ¶ *Adversari contra,* et *Adversari adversus aliquid* familiari sibi pleonasmo dixit *Plaut. Casin.* 2. 3. 35. et *Merc.* 2. 3. 43. ¶ *Adversarier* in infinito pro *adversari* dicitur per paragogen a Poetis. *Plaut. Amph.* 2. 2. 71. ¶ Apud *Plaut. Sallust.* et *Terent.* sæpe legitur *advorsari* antiquo more.

ADVERSUS, a, um, *opposite, over against, fronting, right opposite to or towards us,* ἀντικείμενος, ante, seu contra nos positus, objectus, oppositus: cui opponitur *aversus*: ex *ad*, et *versus*, quasi *ad nos versus*. *Cic. in somn. Scip.* c. 5. Solem adversum intueri. *to gaze full at the sun, look the sun in the face.* Et cap. 6. Adversum alicui stare. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. Dentes adversi acuti morsu dividunt escas, intimi autem conficiunt. *the front teeth.* *Id.* 4. *Acad.* c. 39. Antipodes adversis vestigiis stant contra nostra vestigia. *Id. de Harusp. resp.* c. 19. Vulnera adversa accipere. *h. e.* anteriore corporis parte. *Virg.* 1. *Georg.* v. 201. Adverso flumine lembum subigere. *up or against the stream.* *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 103. Adversis frontibus pugnare. ¶ *Ex adverso* (quod et *exadverso* unica dictione scribitur) subaudi *loco*, est *opposite, in front, right over against,* et adverbii more usurpatur. *Liv.* l. 45. c. 10. Portus ex adverso urbi positus. *Plin.* l. 4. c. 4. Patræ ex adverso, Ætoliæ, et fluminis Eveni. *Justin.* l. 2. c. 14. Cum ex adverso starent classes. *in front, fronting each other.* ¶ *Lectus adversus* quid sit. V. *Lectus.* ¶ Sæpe *adversus* pro contrario ponitur, *adverse, inimical, hostile, contrary, opposing,* quia quæ contraria sunt, veluti ex adverso stant, et nobis opponuntur. *Terent. Andr.* 1. 1. 37. Adversus nemini, nunquam præponens se aliis. *Cic. pro Syll.* c. 10. Mentes improborum mihi infensæ et adversæ. *Cæsar ad Cicer. ante* ep. 9. l. 10. *ad Attic.* Omnia secundissima nobis, adversissima illis accidisse. *Albinov. ad Liv.* eleg. 1. v. 182. Gentibus adversis forma sit illa, precor. *h. e.* hostibus. *Plin.* l. 32. c. 4. Neque est testudine aliud salamandræ adversius. *Vellei.* l. 2. c. 63. Pollio Julianis partibus fidus, Pompeianis adversus. *Sueton. in Vitell. in fin.* Antonius adversarum partium dux. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 107. Adversissimi navigantibus venti. *Plin.* l. 9. c. 7. Esse in adversa opinione. *of a contrary opinion, opposite way of thinking.* *Tacit. Ann.* 14. c. 11. Adverso rumore esse. *to bear a bad character.* *Id. Ann.* 3. c. 29. Adversis animis aliquid accipere. *with indignation.* *Vetus Poeta* apud *Cicer.* l. 1. *Divin.* c. 16. Adversa avi aliquid facere. *with a bad omen, with ill luck.* *Liv.* l. 10. c. 32. Valetudo adversa. *sickness, ill health, indisposition.* ¶ Cum genitivo *Tacit.* 3. *Ann.* c. 24. Veneno eum a Lepida petitum, illustrium domuum adversa. *Alii leg. fortasse rectius:* Veneno eum a Lepida petitum. Illustrium domuum adversa solatio affecit, &c. ¶ Apud Rhetores *adversa* dicuntur ea, quæ ex eodem genere contraria sunt, ut *sapientia, stultitia*: quibus respondent *privantia*, qualia sunt *humanitas, inhumanitas,* &c. Ita contraria distinguit. *Cic. in Top.* c. 11. ¶ *Adversæ res* dicuntur calamitates, infortunia, *calamities, mishaps, misfortunes, adversity.* *Cic.* 1. *Offic.* c. 26. Ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est. Sic *adversi casus apud Nepot. in Datam.* c. 5. ¶ Hoc eodem sensu sæpe *adversus* substantivi more usurpatur. *Cic. ad Brut.* ep. 4. Nihil adversi accidere potest, in quo &c. *Terent. Hecyr.* 3. 3. 28. Adversa ejus per te tecta, tacitaque apud omnes sient. *Sueton. in Tito,* cap. 8. Adversa temporum. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 1. Prospera, et adversa populi Romani. *Plin. in Paneg.* c. 31. Secunda felices, adversa magnos probant. ¶ *In adversum* est in contrariam partem. *Gell.* l. 2. *c. ult.* Propulsæ in adversum aquæ. *Columel.* l. 4. c. 25. In adversum pressa manu desecare. ¶ Denique *adversus* Participium est verbi *adverto, is. ascertained, known.* *Sallust. in frag. apud Donat.* ad *Terent. Eun.* 3. 2. 13. Cujus adversa voluntate exercitus Sullæ est datus. ¶ *Advorsus* pro *Adversus* prisco more sæpe legitur apud *Plaut.* et *Terent.*

ADVERSUS, et Adversum, *against, in front of, opposite or right opposite to, over against, facing, towards,* præpositio, idem quod versus, seu contra aliquam rem. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 45. Ara Aio Loquenti adversus eum locum consecrata est. Alii leg. *exadversus* eadem significatione. *Plaut. Mil.* 2. 2. 14. Aggrediar hominem. est ne adversum? est quasi collaturus pedem. *Id. Bacch.* 4. 4. 47. Si audias, quæ dicta dixit, me adversum, tibi. *h. e.* me præsente. *Gell.* l. 7. c. 12. Unguentatus adversum speculum ornatur. *at or before the glass.* *Sallust.* orat. 1. *ad Cæs. de repub. ordin.* Neque adversus, neque ab tergo, aut lateribus tutus est. ¶ *Nonius* c. 4. num. 1. exponit *apud* in his. *Titinn.* Mulier, credo, adversum illum res suas conqueritur. *Terent.* (*Andr.* 1. 1. 15.) Et id gratum fuisse advorsum te, habeo gratiam. *Plaut.* (*Aulul.* 4. 7. 9.) Egone ut te advorsum mentiar, mater mea? *Ennius.* Te ipsum hoc oportet profiteri, et proloqui advorsum illam mihi. ¶ Adhibetur et ad significandam ascensionem, quemadmodum, et *contra*. *Plaut. Asin.* 3. 3. 118. Agitare quadrupedem adversum clivum. *up the hill.* *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 46. Impetum adversus montem in cohortes faciunt. ¶ *Ire adversum* idem est ac ire obviam. *to meet.* *Plaut. Cas.* 3. 6. 5. Cesso magnifice amiciri, atque ita hero meo ire adversum. *Id. Mostell.* 1. 4. 1. Venire adversum alicui. *Id. Pers.* 2. 2. 18. Quis est hæc, quæ me adversum incedit? *who is coming towards me.* ¶ Sæpius ponitur pro erga, *towards, to.* *Terent. Andr.* 1. 1. 15. Et id gratum fuisse adversum te, habeo gratiam. *Cic.* 2. *Offic.* c. 19. Utendum est excusatione adversus eos, quos invitus offendas. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 2. et 41. Pietas est justitia adversum deos. *Id. Fam.* 11. ep. 27. Quomodo me gererem adversus Cæsarem. *deport myself before Cæsar.* ¶ Interdum ponitur etiam pro *secundum.* *Ulpian. in fragment. tit. pœnult.* Bonorum possessio datur aut contra tabulas testamenti, aut adversus tabulas, aut intestati. ¶ Sæpissime pro contra, *against,* κατὰ, πρός. *Cic.* 3. *Offic.* c. 29. Hostis legitimus, adversus quem totum jus feciale est. *Id. Verr.* 5. c. 84. Pecuniæ conciliatæ adversum leges, adversum rempublicam. *Anton. ad Cicer. post* ep. 13. l. 14. *ad Attic.* Contendere adversus aliquem. *Cels.* l. 5. c. 27. n. 12. Remedia propria adversus quædam venena. ¶ *Exadversum* (quod et *ex adversum* scribitur) idem valet, quod *adversum* in prima significatione, *opposite, right opposite, over against, anent,* e regione, ex adverso. *Nepos in Themist.* c. 3. *in fin.* Exadversum Athenas classem constituere. *Alii leg.* adversum. *Apulei. in Florid.* n. 15. (*al.* l. 2. *ad fin.*) Samos Icario in mari modica insula est, exadversum Mileto. *Terent. Adelph.* 4. 2. 45. Apud ipsum lacum est pistrilla, et exadversum est fabrica. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 37. Video exadversum Pistoclerum. ¶ *Exadverso.* V. in *Adversus, a, um.* ¶ *Advorsus,* et *Advorsum* sæpe legitur apud *Plaut. Terent. Sallust.* antiquo more.

ADVERTO, ertis, erti, ersum, *to turn to or towards,* ad aliquam partem verto, converto, ἐπιστρέφω. *Gell.* l. 16. cap. 6. Brundusium navem advertimus. *Terent. Eun.* 2. 3. 51. Illa se se huc adverterat in hanc nostram plateam. *Colum.* l. 1. c. 6. Balnearia occidenti æstivo advertantur. *Virg.* 7. *Æn.* v. 35. terræque advertere proras. *Ovid. Heroid.* epist. 12. v. 23. Colchos advertere puppim. *Liv.* l. 37. c. 9. classem in portum. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 180. Advertere aures ad vocem. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 5. Advertere vultum, et oculos in aliquam partem. ¶ Translate est animadvertere, attendere, *to advert, apply one's thoughts to, give one's attention to, attend, heed, observe, perceive, understand.* *Cic. Fam.* 1. ep. 1. Advertebantur Pompeii familiares assentire Volcatio. *Alii leg.* advertebatur. *Tacit. Ann.* 15. c. 30. Quoties novum aliquid adverterat. *Id. Ann.* 14. c. 43. Advertere pericula. *Virg.* 4. *Æn.* v. 115. qua ratione quod instat, Confieri possit, paucis, adverte, docebo. *Plin.* l. 8. c. 10. Hirudo, quam sanguisugam appellari adverto. ¶ *Advertere animum, mentem* eadem significatione dicitur. *Liv.* l. 4. c. 45. Adverterent animos, ne quid novi tumultus oriretur. *Cic. Fam.* 9. ep. 9. Quid ille sperare possit, animum adverte. *Terent. Andr. prol.* v. 8. Nunc, quam rem vitio dent, quæso, animum advertite. *Id. Phorm.* 5. 7. 16. Postquam tantopere id vos velle, animum adverteram. *Tacit. Ann.* 13. c. 49. Advertere animum rebus levissimis. *Lucret.* l. 3. v. 54. animos ad religionem. *Virg.* 8. *Æn.* v. 440. huc advertite mentem. ¶ *Advertere animo* idem significat. *Plin.* l. 25. c. 2. Quo tempore hanc scientiam ad nostros pervenisse, animo adverto. ¶ Dicimus etiam *advertere animum aliquid,* sequente casu communi, omissa præpositione, quæ inest in ipso verbo. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 43. Et hoc animum adverte. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 24. Postquam id animum advertit. *Lucret.* l. 2. c. 124. hæc te animum advertere par est. ¶ *Advertere alicui rei* idem est ac advertere animum. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 52. Ventris, et ganeæ paratus fecerant curam, ne princeps antiquæ parsimoniæ durius adverteret. ¶ Significat etiam monere, admonere, *warn, admonish, advise.* *Senec.* ep. 94. Non docet admonitio, sed advertit, sed excitat, sed memoriam continet, nec patitur elabi. *Tacit.* 3. *Histor.* c. 48. Advertit ea res Vespasiani animum, ut vexillarios e legionibus deligeret. ¶ Item ad se vertere, convertere. *Tacit. Ann.* 1. c. 40. Gemitus, ac planctus etiam militum aures, oraque advertere. *Id. Ann.* 4. c. 21. Atque illic eadem actitando, recentia veteraque odia advertit; bonisque exutus, &c. *renewed, turned anew against himself.* *Plin.* lib. 1. ep. 10. Multa in Euphrate philosopho sic eminent, et elucent, ut mediocriter quoque doctos advertant, et afficiant. *attract.* *Id.* l. 9. epist. 26. Omnes advertit, quod eminet, et exstat. ¶ Item animadvertere, punire, *to punish, chastise.* *Tacit. Ann.* 2. c. 32. In P. Marcium Consules more prisco advertere. Et l. 5. c. 9. Ut in reliquos Sejani liberos adverteretur. ¶ Participium *adversus.* V. in fine vocis *Adversus, a, um.*

ADVESPERASCIT, scebat, avit, impers. *it grows late, grows towards evening; even-tide is coming on fast, is fast approaching,* ἑσπέρα γίνεται, vespertinum tempus adventat. *Cic. Verr.* 6. c. 65. *in fin.* Cum jam advesperasceret, discessimus. *Plin.* l. 7. c. 52. Cum advesperavisset. *Auct. lib. de B. Hispan.* cap. 24. Nisi advesperasset.

ADVIGILANTĬA, æ, f. *attention, care.* *Ruricius* lib. 2. epist. 3. Omni advigilantia præcavere.

ADVIGĬLO, as, avi, atum, n. 1. *to watch, to watch over; to keep watch and ward,* ἀγρυπνέω, idem quod vigilo, vel diligenter vigilo ad aliquam rem. *Tibull.* l. 2. eleg. 5. v. 93. Nec tædebit avum parvo advigilare nepoti: Balbaque cum puero dicere verba senem. *Stat.* 1. *Theb.* v. 147. impacatis regum advigilantia somnis Pila. *h. e.* milites custodes corporis pilis armati, vigiles dormientibus regibus. *Cic.* 2. *de Leg.* cap. 12. Ut advigiletur ad custodiam ignis. ¶ Translate est curam habere, *to take care or exert one's self, give one's attention to any thing.* *Terent. Phorm.* 1. 4. 26. Tanto magis te advigilare æquum est. *Manil.* l. 1. v. 81. Advigilare sibi. *Q. Cicer. de petit. consul. prope fin.* Si advigilamus pro rei dignitate.

ADVĪVO, is, ixi, ictum, n. 3. *to live,* idem quod vivo. *Stat.* l. 12. *Theb.* v. 424. Hic tenuem nigris etiamnum advivere lucem, &c. *Al. leg.* vivere. *Scævola Digest.* lib. 34. tit. 3. leg. 28. Donec advivet. *Id. ibid.* lib. 34. tit. 4. leg. 30. Quamdiu advixerit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1145. n. 8. Conjungi dulcissimo, cum quo advixit sine querela per annos XX. Et pag. 1115. num. 8. Advivente eo. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 19. Dic mihi: omnibus natis mater advivit? *h. e.* vivit una cum filiis: *seu* omnes filii habent ne semper matrem viventem?

ADULABĬLIS, le, adject. *flattering, full of flattery, adulatory, fawning, wheedling,* cum adulatione factus. *Ammian.* l. 14. c. 11. (*al.* 36.) Adulabili sermone seriis admixto. *Id.* l. 31. c. 12. (*al.* 33.) Adulabilis quorundam sententia. ¶ Item qui adulatione, et blanditiis moveri potest. *Ennius* apud *Non.* cap. 2. n. 666. Huic est animus propitiabilis, ita et adulabilis. *Alii aliter leg.* V. *Adolabilis.*

ADŪLANS, antis, *fawning, cringing,* dicitur de bestiis cauda blandientibus. *Ovid. Metam.* 14. v. 45. perque ferarum Agmen adulantum media procedit ab aula. (Adde *ibid.* v. 257.) *Gell.* l. 5. c. 14. *de leone.* Caudam more adulantium canum blande movet. ¶ Item de homine assentante, adulante. *Cic. de Amicit. c. pœnult.* Aperte adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 27. Quid adulantius, quam delicta non exsequi? ¶ De adorantibus, more Persarum cum regibus suis. *Liv.* l. 30. c. 16. More adulantium (accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant) procubuerunt. Conveniens oratio tam humili adulationi fuit. V. *Adulatio.*

ADULANTER, *flatteringly,* adulatorie, κολακευτικῶς. *Fulgent. Planciad. in Continent. Virgil.* Vanæ laudis appetitus falsa in se adulanter ingesta, velut propria reputat.

ADULATĬO, onis, f. *flattery, adulation, excessive compliment; soothing, glossing,* κολακεία, assentatio. *Cic. de Amicit.* c. 25. In amicitiis nullam pestem esse majorem, quam adulationem, blanditias, assentationem. ¶ Item adoratio more Persarum in reges suos. *Liv.* l. 9. c. 18. Superbam mutationem vestis, et desideratis humi jacentium adulationes. Adde *Curt.* l. 8. c. 6. et V. *Adulans.* ¶ Item blandimentum canum, *the fawning of dogs.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Canum tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio. *Columel.* l. 6. c. 2. *ante med.* Ad alligatos boves placide, et cum quadam vocis adulatione venito. *Plin.* l. 10. c. 34. *de columbis.* Circa Veneris preces crebris pedum orbibus adulatio. V. *Adulo,* et *Adulor.*

ADULĀTOR, oris, m. *a flatterer,* κόλαξ, assentator. *Auct. ad Heren.* l. 4. c. 21. Nolo esse laudator, ne videar adulator. *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch. de custod. Virg. post init.* Adulator blandus inimicus est. Adde *Trebell. Poll. in Claud.* c. 3.

ADULATORĬE, adverb. *flatteringly,* κολακευτικῶς. *Augustin.* ep. 148. Si perfunctorie, atque adulatiorie res agatur.

ADULATORIUS, a, um, *fawning, flattering*, κολακευτικός. *Tacit. Ann.* 6. c. 32. Exemplum apud posteros dedecoris adulatorii habetur.

ADULATRIX, icis, f. ab adulator, *a female flatterer*, κόλαξ. *Tertull. Pallio* [illegible] c. 5. Adulatrices exteræ gentes. *Tertull. de anim.* cap. 51. Non reliquis animæ adulatrix, sed &c.

ADULATUS, a, um, *having flattered*, particip. significationis activæ a verbo *adulor*, κολακεύσας. *Cic.* l. 2. *Divin.* c. 2. Neque ita porro aut adulatus, aut admiratus fortunam sum alterius, ut &c. *Nepos in Attic.* c. 8. *in fin.* Adulatus est Antonio. V. *Adulor.* ¶ Item *flattered*, passiva significatione, κολακευθείς. *C. Hemina* apud *Priscian.* lib. 8. pag. 791. *Putsch.* Adulatique erant ab amicis, et adhortati.

ADULO, as, avi, atum, a. 1. *to caress, soothe, please with blandishments, fawn upon*, voce aut gestu blandior; diciturque de bestiis, corporis gesticulatione, et caudæ motu alicui blandientibus. *Lucret.* l. 5. v. 1069. *de canib.* Longe alio pacto gannitu vocis adulant. *Columel.* l. 7. c. 12. Canes mitissimi furem quoque adulant. *Alii leg.* adulantur. *Vetus Poeta* apud *Ciceron.* 2. *Tuscul.* c. 10. *de Prometheo ab aquila lacerato.* (*vertit autem hos versus ex Æschylo, neque contemnendus est Nonius*, qui cap. 1. n. 57. *Accio tribuit*) Tum jecore opimo farta, et satiata affatim Clangorem fundit vastum, et sublime advolans Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem. *h. e.* lætatur nostro sanguine. *Turneb.* l. 2. c. 9. ita exponit: avolans aquila tractu caudæ veluti blandiens, vulnus perstringendo deterget, et quodammodo nostrum sanguinem adulatur: quod et adulantes canes faciunt, ut caudam agitando blande contingant dominum. ¶ Est etiam idem ac assentari, κολακεύειν, *to flatter. Valer. Max.* l. 4. c. 3. *in fin.* Cum olera ei lavanti Aristippus dixisset: Si Dionysium adulare velles, ita non esses: Imo, inquit, si tu ita esse velles, non adulares Dionysium. *Apulei.* l. 5. *Metam.* Fraudem vultu tegentes sic adulant. Adde *Auson. in gratiar. act.* c. 5. et *Mamertin. in gratiar. act. ad Julian.* c. 19. ¶ Usurpatur etiam passive. V. *Adulor.* ¶ *Festus* docet, hoc verbum factum esse per metathesim ab *adludo*. nam canes adulantes accedunt, et adludunt dominis.

ADŪLOR, aris, atus sum, dep. 1. *to soothe, fawn upon*, voce, et gesticulatione, motuque blando corporis, et caudæ blandior. Est enim proprium canum, (si *Nonio* credimus cap. 1. n. 57.) aliarumve bestiarum gestientium, et blandientium. *Columel.* l. 7. cap. 12. Canes mitissimi furem quoque adulantur. V. *Adulatio*, et *Adulo.* ¶ Sæpius ponitur pro assentari, seu, ut ait *Cic. de Amicit.* cap. 25. ad alterius non modo sensum, et voluntatem, sed etiam vultum, atque nutum converti: præsertimque in laudando nimium esse, *to flatter, please with blandishments, tickle the ear, cajole, coax*, κολακεύειν. Monet autem *Quintil.* l. 9. c. 3. sua ætate usitatius fuisse cum dativo usurpare. *Cic. in Pis. in fin.* Horrentem, trementem, adulantem omnes videre te volui; vidi. *Quidam leg.* omnibus. *Id.* 2. *Divin.* cap. 2. Adulari, atque admirari fortunam alicujus. *Justin.* l. 8. c. 4. Adulari sordidam clientelæ suæ partem. *Tacit. Ann.* 16. c. 19. Adulari Neronem, aut Tigellinum. *Liv.* l. 23. c. 4. Adulari plebem. *Alii leg.* affari. *Id.* l. 45. c. 31. Adulando aut Romanorum imperium, aut amicitiam regum. *Nepos in Attic.* c. 8. Adulari Antonio. *Liv.* l. 36. c. 7. Præsentibus adulando semper. ¶ De iis, qui ritu Persarum humi prostrati adorant, ut in *Adulans*, et *Adulatio* dictum est. *Valer. Max.* l. 4. c. 7. n. 2. *extern.* Ephestionem more Persarum adulata. (Adde l. 6. c. 3. n. 2. *extern.*) *Tertull. de Jejun.* c. 16. *cir. med.* Qui in idolis ad singulas horas salutandis adulantur. ¶ Passiva significatione, *to be flattered*, κολακεύεσθαι. *Cic.* 1. *Offic.* cap. 26. Cavendum ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus. ¶ Hinc participia *adulatus*, (quod V. suo loco) et *adulandus* passiva itidem significatione. *Valer. Max.* l. 2. c 7. n. 15. Quo tempore tam angusto, tamque gravi, etiam Tribunus militum adulandus erat. ¶ Pro *colere* usurpatur non semel a *Tertulliano*. Hoc autem sensu docent Etymologi, ductum esse ab antiquo, et obsoleto *olo, as*, quod olim pro *orare*, seu *adorare* usurpatum fuisse putant; ex quo factum esse *adolo*, et *adulor*. *Tertull. de Palli.* c. 4. *ad fin.* Adulari Æsculapio. *Id. advers. Psych.* c. 14. Non tantum obsequi Domino debeo, sed et adulari. Adde cap. 16. Hinc sunt *adolabilis* pro *adorabilis*, *adolatio*, et *adolo* pro *adoratio*, et *adoro*: quæ V. suis locis.

ADULTER, ri, m. *an adulterer, one who violates another's wife*, μοιχός, alienæ conjugis corruptor: ita dictus, ut *Festus* docet, quia *ad alteram* uxorem accedit. *Cic.* 2. *Catil.* c. 4. Quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quæ mulier infamis, &c. *Tacit. Ann.* 3. c. 24. Adulteros filiæ, ac neptis punivit. *Et mox.* Silanus in nepte Augusti adulter. ¶ Interdum latius usurpatur pro quocumque impudico amatore. *a gallant, seducer, debauchee, letcher, lewdster, whoremaster. Horat.* l. 3. od. 16. v. 1. Inclusam Danaen turris ahenea, Robustæque fores munierant satis Nocturnis ab adulteris. *Id.* l. 1. od. 36. *extr.* nec Damalis novo Divelletur adultero. Adde *Ovid. in Ibin*, v. 338. ¶ Per catachresim dicitur de brutis animalibus. *Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 304. cum forte leænæ Nobiliorem uteram validis corrupit adulter. *Grat. in Cyneg.* v. 164. Tunc et mansuetis tuto ferus errat adulter In stabulis. ¶ Et de arboribus insitis. *Manil.* l. 2. v. 22. Atque arbusta vagis essent quod adultera pomis. ¶ De agris. *Prudent. in Hamartig.* v. 217. Tunc lolium lappasque leves per adultera culta Ferre malignus ager glebis male pinguibus ausus. ¶ Adjective *adulteros crines* dixit *Horat.* l. 1. od. 15. v. 19. *de Paride*: adulteros Crines pulvere collines. *Apulei.* l. 10. *Metam. adulteram nummum*, hoc est adulterinum; et *Plin.* l. 33. c. 7. *adulterum minium*, hoc est adulteratum. ¶ Interdum *adulter* sumitur pro adulteratore, *one who adulterates, forges, falsifies, counterfeits Impp. Valentin. Theodos. et Arcad.* lib. 1. *Codic. Justinian.* tit. 7. leg. 3. Adulter monetæ. *Constantin. Imper. ibid.* lib. 9. tit. 24. leg. 2. Adulter solidorum.

ADULTĔRA, æ, f. *an adultress*, quæ cum alieno marito concumbit, μοιχαλίς. *Horat.* l. 3. od. 3. v. 25. Jam nec Lacænæ splendet adulteræ Famosus hospes. ¶ Per catachresim de brutis animalibus dicitur. *Plin.* lib. 8. cap. 16. Odore pardi coitum sentit in adultera leo.

ADULTERATĬO, onis, f. *adulteration, the corrupting of any thing by a base mixture*, παραχάραγμα, corruptio simplicis, et sinceræ rei, admixtione deterioris, et vilioris. *Plin.* l. 21. c. 6. Probatio croci sinceri, si imposita manu crepat, veluti fragile. humidum enim, quod evenit adulteratione, cedit. *Id. in lemmatis ante* lib. 2. *ad* lib. 12. n. 20. Adulterationes odorum, et unguentorum.

ADULTERĀTOR, oris, m. *one who adulterates, debases, lessens the value of a thing by base admixtures*, παραχαράκτης, qui adulterat, et corrumpit aliquid. *Claud. Saturnin. Digest.* lib. 48. tit. 19. leg. 16. *sub fin.* Adulteratores monetæ.

ADULTERĀTUS, a, um, *adulterated, debased, sophisticated*, κιβδηλευθείς, alienæ, et vilioris rei admixtione corruptus. *Plin.* l. 21. c. 10. Nitrum sincerum facile resolvitur; adulteratum pungit. *Id.* l. 19. c. 3. Laser adulteratum. ¶ Item adulterio corruptus. *whored. Sueton. in Cæs.* c. 48. Ob adulteratam equitis R. uxorem. ¶ *Adulteratus nidus* dicitur a *Plin.* lib. 10. cap. 9. in quo aliena ova, aut pulli foventur.

ADULTERĪNUS, a, um, adject. *adulterous, spurious, bastard, begotten basely*, ex adulterio natus, μοιχικός. *Plin.* l. 7. c. 2. Liberi adulterino sanguine nati. ¶ Et de brutis animalibus, *not thorough-bred. Id.* l. 10. c. 3. Pullus adulterinus, et degener. ¶ Translate sumitur pro adulterato, aliena, et viliore re admixto, corrupto, *adulterated, sophisticated, falsified, forged*, κίβδηλος. *Cic.* 3. *Offic.* c. 23. Adulterinos nummos pro bonis accipere. *Id. pro Cluent.* c. 14. Testamentum signis adulterinis obsignare. *Sallust. in Jug.* c. 12. Adulterinæ claves. *Plin.* l. 26. c. 8. Scammonium adulterinum. *Ulpian. Digest.* lib. 47. tit. 11. leg. 6. Stateræ adulterinæ. *Paul.* ex *Festo*: Adulterina signa dicuntur alienis anulis facta.

ADULTERĬO, onis, m. Vox est usurpata a *Laberio* pro *adultero*, ut interpretatur *Nonius* c. 2. num. 12. vel pro *adulterio*, ut exponit *Gell.* l. 16. c. 7. qui merito eam damnat, ut nimis licenter, noveque fictam. Idem de voce *adulteritas*, quæ itidem pro adulterio ab eodem *Laberio* usurpata est, esto judicium.

ADULTERĬTAS, atis, f. V. vocem præced.

ADULTERĬUM, ii, n. *adultery, violation of the marriage-bed*, μοιχεία, alieni thori violatio. *Quintil.* l. 7. c. 3. (*al.* 4.) Adulterium est cum aliena uxore coire. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 68. Deprehendi in adulterio. *Ulpian. Digest.* lib. 1. tit. 12. leg. 1. Committere adulterium in uxorem alienam. *Catull.* carm. 66. *ad Januam*, v. 36. Facere cum aliquo. *Vellei.* l. 2. c. 45. Inire. ¶ Per catachresim dicitur de brutis animalibus. *Plin.* l. 8. c. 5. Adulteria non novere elephanti. *Id.* l. 10. c. 34. Columbis non nota adulteria. ¶ Translate *Id.* l. 17. c. 1. Adulteria arborum. *h. e.* insitiones, quibus arbores alienos surculos (*grafts, scions*) accipere, et poma non sua gignere coguntur. *Id.* l. 19. c. 3. Adulteria mercis. *h. e.* adulterationes. *adulteration, debasement by foreign admixture.* Et l. 14. c. 9. Adulterium mellis. *Id.* l. 9. c. 40. *adulteria naturæ* appellat varia medicamina, seu colores disparatos permixtos una ad conficiendum unicum colorem purpureum, aut conchylii. Sic *Manil.* lib. 5. v. 266. Ut sit adulterio succorum gratia major. ¶ *Adulteria cælata vasis* sunt adulteriorum inagines, apud *eund. Plin.* l. 14. c. 22.

ADULTĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to commit adultery*, μοιχεύω, adulterium committo, alienum virum, aut feminam corrumpo. *Justin.* l. 43. cap. 4. Mulier adulterare cum Græco adolescente solita. *Sueton. in Aug.* cap. 67. Proculum mori coegit, compertum adulterare matronas. *Id. in Cæs.* c. 6. Q. Pompeii filiam adulteratam opinatus a P. Clodio, &c. ¶ Translate est corrumpere, et suam rebus simplicitatem adimere admixtione rei deterioris, *to corrupt, adulterate, debase, counterfeit, falsify. Cic. de Amicit.* c. 25. Simulatio tollit judicium veri, idque adulterat. *Id. in Partit.* c. 25. Voluptas boni naturam fallaciter imitando adulterat. *Id. pro Cæcin.* cap. 26. Adulterare jus civile pecunia. *Plin.* l. 12. c. 12. Nardus adulteratur pseudonardo. *Id.* l. 16. c. 40. Adulterare colorem. *Id.* l. 37. c. 3. gemmas. *Paul. receptar. sentent.* lib. 5. tit. 25. nummos. *Ulpian. Digest.* lib. 11. tit. 3. leg. 1. rationes dominicas. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 373. *de Proteo.* Ille suam faciem transformis adulterat arte. *h. e.* vertit, mutat. ¶ *Adulterer, aris* deponenti forma etiam dici quidam putant, afferuntque locum *Cicer.* 1. *Offic.* c. 33. Latrocinari, fraudare, adulterari. Sed *adulterare* alii legunt. Huc etiam trahunt illud *Horatii* epod. 16. v. 32. Adulteretur et columba milvio. *h. e.* cum milvio adulteretur. Sed et ita exponi potest: *adulteretur*, hoc est *ineatur a milvio*, ut sit passivum.

ADULTĔROR, aris, dep. 1. V. in voce præced.

ADULTUS, a, um, *grown up*, particip. ab *adolesco*, qui crevit. *Justin.* l. 43. c. 2. Adultis inter pastores, de virtute quotidiana certamina et vires, et pernicitatem auxere. ¶ Sæpe et nomen adjectivum, *grown up, full grown, adult, perfect, mature, ripe*, et dicitur proprie de animalibus, et plantis, et significat illum qui jam crevit, et ad justam staturæ suæ magnitudinem pervenit, ἀνδρωθείς. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 20. Virgines adultæ. *Id.* 5. *Verr.* c. 68. Adulta ætate puer. *Sallust. in Catil.* c. 15. Timens privignum adultum ætate. *Plin.* l. 9. c. 8. Adulti catuli delphinorum. *Id.* l. 10. c. 33. Adultiores pulli hirundinum. *Horat. Epod.* 2. v. 9. Adultæ vitium propagines. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 122. Adultus crinis. *Catull.* carm. 20. *de Priapo*, v. 10. capellæ ubera adulta lacte. *distended or full.* ¶ Translate *Cic. de clar. Orator.* c. 7. Non nascentibus Athenis, sed jam adultis. *Id. Catil.* 1. *c. pænult.* Adulta pestis reipublicæ. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 23. Adulta nocte. *midnight. Id.* 2. *Ann.* c. 23. Æstate adulta. *Id.* 1. *Hist.* c. 31. Incipiens adhuc et nondum adulta seditio. *Id.* 3. *Ann.* c. 53. Vitia prævalida, et adulta. *Id.* 1. *Ann.* c. 46. Auctoritas adolescentium nondum adulta. *not yet full, confirmed, established by continuance, rooted. Id.* 5. *Hist.* c. 8. Macedonibus invalidis, Parthis nondum adultis. *not yet grown to their strength. Vellei.* l. 2. c. 110. Adulta viribus Dalmatia. *confirmed in its strength.* ¶ *Adultus* pro crematus, V. in *Adoleo.*

ADUMBRĀTIM, adverb. *faintly, slightly, somewhat obscurely, indistinctly*, τυπωδῶς. *Lucret.* l. 4. v. 362. Non tamen ut coram quæ sunt, vereque rotunda, Sed quasi adumbratim paulum simulata videntur. *h. e.* non omnino, et perfecte rotunda.

ADUMBRATĬO, onis, f. *a sketching, tracing out faintly, rough sketch*, σκιαγραφία, rudis, et imperfecta rei descriptio, aut imago. *Vitruv.* l. 1. c. 2. Scenographia est frontis, et laterum abscedentium adumbratio. V. *Adumbro.* ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 29. Nulla est ullo in genere laus oratoris, cujus in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen, atque adumbratio. ¶ Refertur etiam ad simulationem, *pretence, appearance, outward show. Valer. Max.* l. 7. c. 3. *extern.* n. 8. Insidiosa beneficii adumbratio.

ADUMBRĀTUS, a, um, *shadowed, shaded, darkened*, umbra tectus. *Petron. in Satyr.* c. 105. Ut notæ quoque litterarum, non adumbratæ comarum præsidio, totæ ad oculos legentium accederent. ¶ Item descriptus, delineatus, adjectis umbris colorum, non tamen perfecte expressus. (V. *Adumbro.*) ἐπισκιασθείς, *sketched, traced out or shadowed, represented. Petron. in Satyr.* c. 105. Adumbrata inscriptio. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 27. Cedo mihi istorum adumbratorum deorum lineamenta, atque formas. ¶ Translate *Cic. pro Cæl.* c. 5. Habuit ille permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum. *Id.* 1. *de Leg.* c. 22. Rerum omnium quasi adumbratas intelligentias animo, ac mente concipere. ¶ Sæpe accipitur in malam partem. *false, counterfeit. Id.* 3. *Tuscul.* c. 2. Consectatur nullam eminentem effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriæ. Est enim gloria solida quædam res, et expressa non adumbrata. *Id. Verr.* 5. c. 33. Æschrio, Pippæ vir adumbratus. *the pretended or nominal husband.* Et *Tacit.* 4. *Ann.* c. 31. Nec occultum est, quando ex veritate, quando adumbrata lætitia, facta imperatorum celebrentur. *with feigned joy.*

ADUMBRO, as, avi, atum, a. 1. *to shade, cover over, screen*, ἐπισκιάζω, umbram inducere. *Colum.* l. 5. c. 5. Palmeis tegetibus vineas adumbrabat. *Id.* l. 11. c. 2. *a med.* Adumbrantur stramentis uvæ, ne caloribus exarescant. ¶ Est etiam verbum pictorum, et significat quadantenus aliquid exprimere; non primis tantum lineis, ut vulgo interpretantur delineare, *to sketch, trace out slightly*, [† " *to pourtraye or draw a thing grossely, as paynters do at the beginning.*" T. COOPER.] *to paint the first draught of a picture, to mark with different gradations of colours, to shade.* Est enim *adumbrare* Latinis, quod Græcis σκιαγράφειν, et *Adumbratio*, σκιαγραφία, scilicet lineatio, quæ addit umbras, et oculis non modo lineas exhibet, sed explicatiores etiam rerum species subjicit. Primum enim pictores lineamenta ducunt futuræ imaginis (quod ἰχνογραφία dicitur) deinde inducunt colores, quibus addunt umbras; et sic paulo expressiorem speciem exhibent, non tamen perfectam. Hæc igitur *adumbratio* est, cui postea accedit manus ultima, cum omnia ad exactam elegantiam exprimuntur, et expoliuntur. *Valer. Max.* l. 8. cap. 11. *in fin.* Quod pictor adumbrare non valuit, casus imitatus est. *Quintil.* l. 7. *c. ult.* Quis pictor omnia, quæ in rerum na-

tura sunt, adumbrare didicit? ¶ Translate est quocumque modo aliquid persequi, describere, repræsentare, *to represent, describe, imitate. Cic. 2. de Orat.* c. 47. Heroum veteres casus, fictosque luctus imitari, atque adumbrare dicendo. *Id. in Orat.* c. 14. Eloquentiæ speciem, et formam adumbrare. *Id. 3. de Orat.* c. 4. Quo in genere orationis utrumque oratorem cognoveramus, idipsum sumus in eorum sermone adumbrare conati. ¶ *Ementiendo adumbrare* est fingere, comminisci. *Cic. pro Dom.* cap. 30. Quid te desperatius, qui ne ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem?

ADUNATĬO, onis, f. *a collecting or uniting together*, congregatio, ἕνωσις. Vox est *Cypriani* epist. 57. et 60. (*al.* 60. et 62.) *Diomed. Grammat.* lib. 1. et *Cassiod.* lib. 4. ep. 33. et 36.

ADUNĀTUS, a, um, *collected or united together, gathered into one, united, consolidated*, congregatus, collectus, ἑνωθείς. Sæpe utitur hoc participio *Justinus*, ut l. 2. cap. 12. Cum adunata omnis classis esset. et l. 7. c. 1. Adunatis gentibus. et l. 15. *cap. ult.* Adunatis copiis. Adde *Pallad.* l. 4. tit. 10. *in fin.* et *Lactant. de Opif. Dei*, cap. 17. *in fi.* Putatur etiam *Cicero* hac voce usus 3. *Offic.* c. 8. turpitudinem videas adunatam ei rei, &c. Ita enim legit *Nonius* cap. 4. n. 10. Ceteri autem omnes ex MSS. et editis *adjunctam* habent.

ADUNCĬTAS, atis, f. *aduncity*, curvitas in acutum desinens, καμπυλότης. *Cic. 2. de nat. Deor.* c. 47. Animalia cibum partim unguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum. *by crooked or hooked snouts, by curved trunks or beaks.* Adde *Plin.* l. 10. c. 49.

ADUNCUS, a, um, *crooked, hooked, curved*, καμπύλος, acumen curvum habens unci modo. *Cic. pro Cluent.* c. 48. Serrula adunca ex omni parte dentium, et tortuosa. *Id. 2. Tuscul.* c. 10. *vertens carmina Æschyli.* Adunci ungues. *Ovid. Metam.* 13. v. 808. Adunci hami. *Id. Fast.* 2. v. 295. Aduncus vomer. *Terent. Heaut. sub fin.* Aduncus nasus. V. *Nasus. Ovid.* 6. *Fast.* v. 196. magni præpes adunca Jovis. *h. e.* aquila adunco rostro. Gradus hujus adjectivi nondum vidimus.

ADŪNO, as, a. 1. *to collect into one, gather together, unite*, ἑνόω, congrego. *Lactant. de mortib. persecut.* c. 45. *extr.* Sparsi milites per diversas regiones fuerant, et adunari omnes angustiæ temporis non sinebant. *Pallad.* lib. 3. tit. 29. Membra divisæ partis adunare, et vinculo constricta deponere. Adde *Justinum* supra in *Adunatus.* Qui enim *Livio* tribuunt lib. 32. c. 30. male tribuunt, et verbo *adjungo*, quod legitimum est, injuriam faciunt.

ADVOCAMENTUM, pro advocatione quidam legunt eo *Plinii* loco l. 5. ep. 8. *veniam advocamenti peto:* sed alii plerique rectius *advocandi.*

ADVOCĀTA, æ, f. *a patroness.* Translate *Cic.* 4. *Acad.* c. 27. Adhibes artem advocatam etiam sensibus. [*Id.* 4. *Tuscul.* c. 23. Non igitur desiderat fortitudo advocatam iracundiam. Satis est instructa, armata, parata per sese.]

ADVOCATĬO, onis, f. *attendance on a friend when called to assist him with one's presence or counsel, support yielded to any one in a court of judicature*, patrocinium alicui in judicio præstitum, συνηγορία. Significatur autem non quidem causæ dictio (quæ oratoris est) sed consilium, et auxilium quodcumque, aut officium in alicujus causa adhibitum. V. *Advocatus. Cic. Fam.* 7. ep. 10. *ad Trebat. Jurisconsultum.* Tu in re militari multo es cautior, quam in advocationibus. ¶ Etiam causæ dictio, totumque oratoris officium *advocationis* nomine significari aliquando cœpit. *advocation, the office or act of pleading the cause of another. Plin.* l. 5. ep. 14. bis, terque hoc censu usurpat. *Sueton. de Illustr. Grammat.* cap. 22. M. Pomponius Marcellus in advocatione quadam (nam interdum et causas agebat) solœcismum ab adversario factum, &c. *Valer. Maxim.* l. 7. c. 3. *extern.* 5. Demosthenes, ut in advocationem venit, mulier, inquit, parata est, &c. *Ulpian. Digest.* lib. 1. tit. 16. leg. 9. Advocationem suscipere adversus aliquem. ¶ Ponitur et pro consultatione, *counsel, advice, consultation, deliberation. Cic.* 3. *Verr.* cap. 49. *in fin.* In æde Castoris, quo sæpenumero Senatus convocatur, quo maximarum rerum frequentissimæ quotidie advocationes fiunt. Ubi *Asconius:* Vel uti consulatur convenientibus advocatis; vel ut alterutri parti apud arbitros adsint; vel ut ipsi judices in rem aliquam capiantur. ¶ Item pro ipsis advocatis, ut *servitia* pro servis. *Liv.* l. 3. c. 47. Virginius sordidatus filiam secum cum ingenti advocatione in forum deducit. *Cic. pro Sext.* cap. 56. Scio quid gravitas vestra, quid hæc advocatio, quid illi conventus, quid honos meus postulet. ¶ Item pro mora, et dilatione judicii, *a space of time allowed the defendant for the purpose of getting together his friends, and adopting the best measures relatively to his defence.* Nam qui parum instructi sibi videntur ad respondendum, advocationem petere a judice solent, spatiumque consulendi. *M. Senec. in præfat.* l. 3. *excerpt. Controvers. prope fin.* Tanta illi perturbatio fuit, ut advocationem peteret. *Cic. Fam.* 7. ep. 11. Ego omnibus, unde petitur, hoc consilii dederim, ut a singulis interregibus binas advocationes postulent. *h. e.* binas dilationes; quæ cum fere in perendinum darentur, totum interregnum, quod quinque dierum spatio finiebatur, absumebant. ¶ Hinc translate pro quacumque mora sumitur, *delay, lapse of time. Senec. de consol. ad Marc.* c. 10. Nimis magnam advocationem dedi: festinandum est. *Id.* l. 1. *de Ira*, c. 16. Ratio etiam advocationem sibi petit: ira festinat. *Id.* l. 7. *nat. quæst.* c. 10. Et ut det eis aliquam advocationem, quid de his Cometis dicetur, &c. *h. e.* statum seu quietem a cursu. Hoc autem loco nimis audacter de Cometis loquens, *advocationis* verbo usus videtur *Lipsio* ad cap. 10. *de consol. ad Marc.* ¶ Nova significatione advocationem posuit *Tertullian.* pro consolatione, *de Patient.* cap. 11. V. *Advoco* in fine.

ADVOCĀTOR, oris, m. *an advocate*, idem quod advocatus. *Tertullian.* l. 4. *cont. Marcion.* cap. 15. Deus divitum aspernator, mendicorum advocator.

ADVOCĀTUS, i, m. *an advocate, a friend called upon by another to assist him with his advice or presence in court; he that defendeth another man's cause for friendship's sake*, συνήγορος, qui alteri adest in causa. Significabatur autem temporibus Ciceronis, non is, qui causam agebat, sed is tantummodo, qui advocabatur, ut consilio, et præsentia, aut quacumque alia ratione in judicio causam juvaret, jus suggereret, et litigandi formulas, forique morem doceret. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 4. Qui defendit alterum in judicio, aut patronus dicitur, si orator est; aut advocatus, si jus suggerit (*quod erat Jurisconsultorum cum consulentibus de jure respondebant*); aut præsentiam suam commodat amico (*quod erat cognatorum, et amicorum*); aut procurator, si negotium suscipit; aut cognitor, si præsentis causam novit, et sic tuetur ut suam. *Cic. Fam.* 7. epist. 14. *ad Trebat. JCtum.* Minus multi jam te advocato causa cadent. *Id. pro Cluent.* c. 40. Quis eum unquam non modo in patroni, sed in laudatoris, aut advocati loco viderat? *Id.* 2. *de Orat.* cap. 74. Orat reus, urgent advocati, ut invehamur, &c. *Id. pro Syll.* c. 29. Advocatum esse alicui reo. *Id. Offic.* 1. c. 10. Venire advocatum alicui in rem præsentem. ¶ Deinde translata est hæc vox ad significandum etiam ipsum patronum, qui causam dicit, et in judicio defendit, causidicum, oratorem. *Auct. dial. de Oratorib.* (quem quidam *Tacit.* alii *Quintil.* esse putant) cap. 1. Horum temporum diserti, causidici, et advocati, et patroni, et quidvis potius, quam oratores vocantur. *Quintil.* quoque l. 12. c. 1. *Sueton. in Claud.* c. 15. et 33. et *Plin. Jun.* l. 7. ep. 23. hoc sensu usurpant. ¶ Sumitur item, extra judicia, pro eo, qui in quacumque re, consilium, auxilium, operam alicui præbet. *Cic. pro Cæcin.* c. 9. *in fin.* Non solum Æbutium cum armatis venisse compluribus, verum etiam cum advocatis perpaucis eo venisse Cæcinam. *Petron. in Satyr.* cap. 110. Periclitantium advocatus. ¶ Translate *Cic.* 5. *Tuscul.* cap. 38. Sapientis cogitatio non ferme ad investigandum adhibet oculos advocatos.

ADVOCĀTUS, a, um, *being called, summoned, invited, called together*, παρακληθείς. *Curt.* l. 4. c. 11. Quos Alexander advocato consilio, introduci jussit. *Nepos in Alcib.* c. 6. Concione advocata. *Liv.* l. 42. c. 33. Populus in concionem advocatus. *Catull.* carm. 40. *ad Ravidum.* Deus tibi non bene advocatus. *h. e.* non rite invocatus. Sic *Liv.* l. 8. c. 33. Dii haud frustra advocati. Adde *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 1.

ADVOCITĀRE est sæpe advocare. *Festus.*

ADVŎCO, as, avi, atum, a. 1. *to call, or call to one*, προσκαλέω, idem ac voco, vel ad me voco, et præsertim auxilii, consiliive causa arcesso. *Sallust. in Catil.* c. 60. Ego vos, quo pauca monerem, advocavi. *Et* cap. 47. Reliquos in ædem Concordiæ venire jubet; eo Senatum advocat. *Tacit.* 4. *Hist.* 41. Advocare Deos testes. *Id.* 2. *Hist.* c. 91. aliquem in auxilium. *Cic.* 5. *Verr.* c. 80. concionem. *Liv.* l. 4. c. 1. *in fi.* plebem ad concionem. *Cic. Attic.* lib. 12. ep. 18. aliquem ad obsignandum. *Id. Verr.* 5. c. 8. Viros primarios in consilium. *Virg. Æn.* 5. v. 43. socios in cœtum. *Ovid. de remed. amor.* v. 110. Advocari ægro. *h. e.* ad ægrum. *Horat.* lib. 4. *Od.* 11. v. 13. Advocari gaudiis. *h. e.* ad gaudia. ¶ Sæpe est forense verbum, et significat vocare ad se, seu sibi adjungere aliquem, qui in judicio adsit, instruat, auxilietur, et causam agenti adstet. *to send for some friend to assist one with his counsel or presence. Cic. pro Quint.* c. 2. In his quos tibi advocasti, viris electissimis civitatis. *Et* cap. 21. Viros bonos complures advocat, testatur, &c. *Et* cap. 22. Advocare aliquem contra alium. *Plaut. Cas.* 3. 3. 6. Quem ego litem perdidisse gaudeo; ne me nequicquam sibi hodie advocaverit. ¶ Quidam putant significare etiam advocatum agere, patrocinari, defendere, *to advocate, patronize, defend. Lactant.* l. 3. c. 16. Apparet eos exercendæ linguæ causa, advocandi gratia, artem ipsam philosophiæ reperisse. Afferunt etiam illa *Cic. pro Cluent.* c. 19. Aderat frequens, advocabat omni studio, gratiaque pugnabat. *Et Senec. de brevit. vitæ*, c. 2. Hic advocat, hic adest, ille periclitatur, ille defendit. *Et lib. de clement.* c. 9. Nihil facilius potes, quam contra Cæsarem advocare. Verum aptius his locis trahitur *advocare* ad superiorem notionem adsciscendi, qui in judicio adsint, et instruant. ¶ *Plin.* l. 5. ep. 8. *a med.* Ideoque interim veniam (ne a meis verbis discedam) advocandi peto. Hic alludit *Plin.* ad morem petendi dilationem judicii, spatiumque consultandi, de quo V. *Advocatio:* petitque veniam, quod differat longius historiam conscribere. ¶ Translate sumitur pro adsciscere, adjungere, admovere, adhibere. *to summon, call to one's support, employ, use. Virg. Æn.* 8. v. 249. Desuper Alcides telis premit, omniaque arma Advocat, et ramis, vastisque molaribus instat. *Senec. in Troad.* v. 613. Nunc advoca astus, anime, nunc fraudes, dolos, Et totum Ulyssem. *Senec.* lib. 6. *de benef.* c. 2. Licet omnes in hoc vires suas natura advocet. *Vellei.* l. 2. c. 108. Quod usu optimum intelligit, id in tutelam securitatis suæ libenter advocat. *Auct. Moreti* v. 24. Advocare manus operi. *Plin.* l. 9. c. 36. Advocare purpuram Diis placandis. *h. e.* assumere, adhibere: quod faciebant sacerdotes sacra facturi. *Id.* l. 15. c. 26. In alio sibi genere advocatur India, in alio Ægyptus. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 55. In S. P. Q. R. nomina, sacramenta advocabant. ¶ Pro consolari posuit *Tertullianus* respiciens ad Græcum παρακαλεῖν, quod et hanc habet significationem, lib. 4. *advers. Marcion.* c. 14. Advocare languentes. ¶ Pro invocare. *In fragm. Petron.* pag. 683. *Burman.* Judæus licet et porcinum numen adoret, Et cilli summas advocet auriculas. ¶ Pro litigare, contendere, *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 44. Amicos hodie cum improbo illo audivimus Lucilio advocasse.

ADVOLĀTUS, us, m. *a flying to or towards*, προσπτῆσις. *Cic. Tuscul.* 2. c. 10. *vertens e Græco versus Æschyli.* Tristi advolatu aduncis lacerans unguibus.

ADVOLĪTANS, tis, *flying, flying about*, sæpe advolans. *Plin.* l. 11. c. 19. Papilio luminibus accensis advolitans. *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 573. Advolitans noctua.

ADVŎLO, as, avi, atum, n. 1. *to fly to or towards*, προσπέτομαι, versus aliquem locum volare. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 49. Avis advolans ad eas aves, quæ, &c. *Plin.* l. 10. c. 29. In agrum Volaterranum palumbium vis e mari advolat. *Id.* l. 28. c. 10. *in fi.* Papilio luminibus lucernarum advolans. *Id.* l. 10. c. 40. Caprimulgi caprarum uberibus advolant. ¶ Translate est accurrere, velociter ire, *to run to, go up quickly to. Cic. pro Cluent.* c. 6. Ipsa nuper Larino Romam advolavit. *Id. Attic.* l. 2. ep. 13. Advola in Formianum. *Et* lib. 4. ep. 4. Advola ad nos. *Id. pro Sext.* c. 4. Ad urbem confestim incredibili celeritate advolavit. *Plin.* l. 9. c. 8. Delphini advolant in auxilium. *run, rush, hasten. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 17. Hostes ex omnibus partibus ad pabulatores advolaverunt. *rushed upon. Cic. Fam.* 5. ep. 16. Si insulam Britanniam cœpero cogitare, ejus εἴδωλον mihi advolabit ad pectus. *will rush into my mind. Virg. Æn.* 10. v. 511. Fama mali tanti advolat Æneæ. [Hinc Advolans gladiator nobilis apud *Martial.* l. 5. ep. 25.] ¶ Cum accusativo sine præpositione, quæ inest in ipso verbo. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 14. *a med.* Rostra Cato advolat. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 300. et trucis ultro Advolat ora viri. Adde *Claudian. in Consul. Prob. et Olybr.* v. 174. *et de III Consul. Honor.* v. 165.

ADVOLVO, is, olvi, olutum, a. 3. *to roll any thing to or towards*, προσκυλίω, volvendo adduco. *Virg. Georg.* 3. v. 377. congestaque robora, totasque Advolvere focis ulmos, ignique dedere. *rolled, heaped up on the fire. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 70. *Harduin.* Advolvere se ad ignem. *to roll himself towards the hearth.* ¶ Translate *Claudian. in* I. *Consul. Stilic.* l. 1. v. 7. si carmen in unum Tantarum sperem cumulos advolvere rerum. *h. e.* congerere, uno carmine complecti. *Stat.* 5. *Theb.* v. 143. magnusque advolvitur astris Clamor. *h. e.* ascendit, ducta translatione a fumo, qui globatim se volvendo extollitur. ¶ Passive significat procumbere, et amplexari, supplicis, aut adorantis more. *Liv.* l. 8. c. 37. *ad fin.* Tribus circuit, omnium genibus se advolvens. *Vellei.* l. 2. c. 80. Genibus ejus advolutus est. *he fell down at, fell prostrate before his knees. Curt.* lib. 3. c. 12. Sigisambis advoluta est pedibus ejus. *Propert.* l. 3. eleg. 15. v. 1. Nunc, o Bacche, tuis humiles advolvimur aris. ¶ Cum accusativo sine præposit. quæ inest in ipso verbo, *Tacit.* 1. *Ann.* c. 13. Cum deprecandi causa palatium introisset, ambulantisque Tiberii genua advolveretur. *Sallust. in fragment.* apud *Serv. ad* 1. *Æneid.* v. 311. Genua patrum advolvuntur.

ADVOLŪTUS, a, um, particip. *Liv.* l. 28. c. 34. Advolutus genibus alicujus. *prostrate before. Apulei. sub. init.* l. 6. *Metam.* Psyche pedes ejus advoluta. V. *Advolvo* in fi.

ADVORSUM, } V. *Adversum, Adverso*, &c.
ADVORSOR, aris, }

ADVORTO. V. *Adverto.*

ADVŌSEM, adversarium, hostem dixere Veteres, *Paul. ex Festo.*

ADURGĔO, urges, ursi, sine supino, *to pursue, press upon*, idem quod urgeo, vel valde urgeo, premo, ἐπιπιέζω. *Cels.* l. 7. c. 1. Dens qui natus est in locum prioris, quotidie digito adurgendus, donec ad justam magnitudinem perveniat. *Horat.* l. 1. *Od.* 37. v. 16. Cæsar ab Italia volantem Remis adurgens. *giving chase to her, pursuing her close.*

ADŪRO, is, ussi, ustum, a. 3. *to set on fire, burn, scorch*, idem quod uro, vel valde, seu penitus uro. *ad enim*

[illegible]cationem auget. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 20. Ut candentibus juglandium putaminibus barbam sibi, et capillum adurerent. *Liv.* l. 39. c. 22. Ignes cœlestes multifariam orti adussisse complurium vestimenta dicebantur. *Horat.* epod. 5. v. 24. Flammis aduri Colchicis. *Cels.* l. 8. c. 2. Os eodem ferramento (*candenti*) adurendum. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 27. Cum ad flammam se applicaverint, sine gemitu aduruntur. ¶ Frigus etiam adurere dicitur, item ventos nimios, nempe, quia adeo exsiccant, astringunt, et indurant, ut urere videantur, *to dry up, parch, blister. Virg.* Georg. v. 92. Ne tenues pluviæ, rapidive potentia solis Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat. *Curt.* l. 7. c. 3. Rigor nivis multorum adussit pedes. *Plin.* l. 7. c. 24. Aduri arbores fervore, aut flatu frigidiore. *Id.* l. 11. c. 29. Locustas *sata adurere* ait, quia non secus depopulantur, ac si ignis absumpsisset. ¶ De intertrigine, qua corporis aliqua pars atteritur, eroditurque, perinde ac admoto igne adusta. *Plin.* l. 28. c. 15. *in fi.* Femina atteri, adurique equitatu notum est. Sic *Cels.* lib. 6. c. 8. Medicamenta adurentia. *caustic, caustical, corrosive.* ¶ Translate *Horat.* l. 1. *Od.* 27. v. 14. quæ te cumque domat Venus, Non erubescendis adurit Ignibus. ¶ *Adurere vitam*, V. in *Adustus.*

ADUSQUE, præpos. *even to, as far as*, usque ad, scribi autem potest etiam divisim. Usurpatur sæpius a Poetis, quam a prosæ scriptoribus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 262. Menelaus adusque columnas Exulat. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 101. via pejor adusque Bari mœnia. *Et* sat. 1. v. 97. Adusque supremum tempus. *Gell.* l. 15. c. 2. Vini libidine adusque ludibria ebriosus. ¶ Adverbii more *Apulei.* l. 2. *Metam.* Juvenem adusque deraso capite producit in medium. *h. e.* penitus: vel supple, *ad usque cutem.*

ADUSTIO, onis, f. *a burning, scorching, parching, or scalding*, ἐπίκαυσις, actus adurendi, ustio. *Plin.* l. 14. c. 20. Adustio picis. *Id.* l. 32. c. 4. Ulcera frigore, aut adustione facta. *by burning. Id.* l. 20. c. 7. Adustiones sanat lactuca. ¶ Adustio etiam dicitur, quæ attritu nimio fit. *Plin.* l. 17. cap. 15. *de vitium insitione.* Nostra ætas correxit, ut Gallica uteretur terebra, quæ excavat, nec urit: quoniam adustio omnis hebebat. ¶ Item nimia siccitas. *Id.* l. 30. c. 15. Adustio infantium, quæ vocatur siriasis.

ADUSTUS, a, um, *burnt, scorched*, κεκαυμένος, ustus, combustus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 742. Et crepet in mediis laurus adusta focis. *Plin.* l. 19. c. 1. Loca deserta, et sole adusta. *Id.* l. 32. c. 10. Adusta sanantur cancri cinere. *the parts burned or scalded.* Sic *Cels.* l. 5. c. 27. *in fi.* Adustorum curatio. *Senec. in Herc. Oet.* v. 1289. Sol adustus. *h. e.* adurens. Al. leg. *adultus.* ¶ Dicitur et de frigore. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 918. Nec sic marmoreo pallet adusta gelu. *Plin.* l. 28. c. 8. Leonis adipes sanant adusta nivibus. V. *Aduro.* ¶ *Adusti cibi* dicuntur, qui nimis cocti sunt. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 68. Panis adustus. *Et* v. 90. Merulæ adusto pectore. *Terent. Adelph.* 3. 3. 62. Hoc salsum est, hoc adustum est, hoc lautum est parum. ¶ *Adusta* etiam dicuntur, quæ, velut si igne ambusta sint, exaruere. *Petron. in Satyr.* c. 109. Nunc umbra nudata sua jam tempora mœrent: Areaque attritis aret adusta pilis. *h. e.* velut exustis pilis glabra facta. ¶ *Adustus color*, qui ad nigrum accedit, qualis rebus ambustis solet esse, aut hominibus multo sole faciem fuscam habentibus, *sun-burnt colour. Plin.* l. 2. c. 58. Lapis adusto colore. *Liv.* l. 27. c. 47. Notari oculis, si qui forte adustioris coloris ex recenti via essent. ¶ *Nota adusta* est nota, seu macula inusta, impressa. *Propert.* l. 3. eleg. 9. v. 40. Una Philippeo sanguine adusta nota. Al. leg. *inusta.*

ADŪTI, pro abuti, *h. e.* ita aliqua re uti, ut tota consumatur. *Cato R. R.* c. 76. Linito usque adeo, donec omnem caseum cum melle adusus eris. *Al. leg.* abusus.

ADYNAMOS, ἀδύναμος, vox Græca, quæ significat imbecillum, sine viribus: ab *α* privativa, et δύναμις, potentia, vires. *Adynamon vinum* dicitur a *Plin.* l. 14. c. 16. quod dimidium aquæ permixtum habet, excoquiturque ad dimidias: inde datur ægris, quibus vini noxiam timent.

ADȲTUM, ti, n. *the innermost part of a temple, the chancel*, ἄδυτον, pars est secretior templi, vel alius cujuspiam sacri loci, quam ingredi nemini licebat, nisi sacerdoti, ut docet *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 105. ubi Græce hanc vocem usurpat, ἄδυτα: ab *α* privativa, et δύω, ingredior. Inde oracula Divum, et responsa dabantur consulentibus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 296. et manibus vittas, Vestamque potentem, Æternumque adytis effert penetralibus ignem. *Et* v. 114. Eurypylum scitatum oracula Phœbi Mittimus, isque adytis hæc tristia dicta reportat. *Id.* 6. *Æn.* v. 98. Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla Horrendas canit ambages. *Eumen. in orat. pro restaur. Schol.* c. 6. Ab arcanis sacrorum penetralium ad privata Musarum adyta transferre. ¶ Translate *Lucret.* l. 1. v. 737. Ex adyto tanquam cordis responsa dedere. *h. e.* ex intimo animi recessu. ¶ Reperitur etiam *adytus, us*, m. *Accius apud Non.* c. 8. n. 35. Pro certo arbitrabor sorteis, oracla, adytus, augura. *h. e.* auguria. *Al. ita distinguunt:* Pro certo arbitrabor sortis oracla, adytus augura.

AE

ÆA, æ, f. Αἶα, [† nunc] *Satabella*, [† *Lippopotamo* Ainsw.] peninsula Colchidis cum urbe cognomine circa ostia Phasidis Fl. quam Hippos, et Cyanos Fl. e diversis locis in Phasim influentes efficiunt. Fabulantur poetæ, Æam nomen accepisse a puella ejusdem nominis, quæ cum Phasidis amnis vim effugere non posset, miseratione Deorum in peninsulam est conversa, quam etiam nunc, ut veterem illum amorem adhuc possis agnoscere, magna sui parte ambit, et quasi amplectitur. *Valer. Flac. in Argon.* lib. 1. v. 742. et lib. 5. v. 426.

ÆACIDEIUS, a, um, adject. ad Æacum pertinens. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 472. Oenopiam Minos petit, Æacideia regna.

ÆACIDES, idæ, m. patronym. ab Æaco, Αἰακίδης. *Virg.* 1. *Æn.* v. 99. Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector. *h. e.* Achillis, qui Pelei filius, Æaci nepos fuit. *Id. Æn.* 3. v. 296. Conjugio Æacidæ Pyrrhi. *fuit Pyrrhus Achillis filius, Æaci pronepos:* de quo *Id. Æn.* 6. v. 840. Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas, Ipsumque Æaciden. Al. rectius hoc loco, et apud *Sil.* l. 1. v. 627. Persen Macedonum regem intelligunt a Paulo Æmilio devictum, qui genus suum ad Achillem referebat, ut apud *Propert.* l. 4. *eleg. ult.* legitur. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 364. Æacidæ dederet pacis pignusque fidemque. ¶ In vocativo habet *Æacida*, et *Æacide*, a Græco Αἰακίδη. nam *η* tum in *α*, tum in *e* longum Latine verti potest. *Ovid. Heroid.* ep. 8. v. 7. Quid facis Æacide? *Id.* ep. 3. v. 87. Arma cape, Æacida. Adde *Sil.* l. 13. v. 796. Similia sunt *Tydide, Anchisa*, &c. Interdum illud *a* corripitur: et tunc est totum Latinum. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 187. Ne quis humasse velit Ajacem, Atrida, vetas cur? ¶ In plurali numero *Æacidæ, idarum*, et *idum. Justin.* l. 12. c. 15. Plerosque Æacidarum intra trigesimum annum defunctos. *Ennius* apud *Cicer.* 2. *de Divin.* c. 56. stolidum genus Æacidarum. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 3. dant placidi cursum redeuntibus Austri Æacidis, Cephaloque. *Silius* l. 15. v. 292. Æacidum sceptris, proavoque tumebat Achille.

ÆACIDĪNUS, a, um, adject. ab Æaco deductum. *Plaut. Asin.* 2. 3. 25. Æacidinis minis, animisque expletus incedit. *h. e.* plenus minarum, et superbiæ, qualis Achilles Æaci nepos fuit, vel Patroclo interfecto, vel Bryseide rapta.

ÆACIUS. V. in *Ai.*

ÆĂCUS, ci, m. Αἰακός, Jovis filius ex Europa, sive ex Ægina filia Asopi. Regnasse dicitur apud Oenopiam, sive Ænonam, quam ex nomine matris Æginam nominavit, ut *Ovid. Metam.* 7. v. 474. testatur. Hunc tantæ justitiæ fuisse dicunt, ut apud Inferos animarum creditus fuerit a Plutone delectus judex cum Minoe, et Rhadamantho fratribus, et sontium peccata discutere, et pro meritis pœnas inferre. *Horat.* l. 2. *Od.* 13. v. 22. Quam pæne furvæ regna Proserpinæ, Et judicantem vidimus Æacum! Adde *Ovid. Metam.* 13. v. 25. ¶ *Id. Ovid.* 9. *Metam.* v. 434. Nec nostrum seri curvarent Æacon anni. *Æacon* accusativus est Græcæ positionis metri causa adhibitus: quod Poetis est perfamiliare.

ÆÆA, æ, vel (retenta Græca terminatione) Ææe, es, f. Αἰαίη, insula fuit in mari Tyrrheno, non modico olim freto ab Italia dirempta, hodie continens, ita tamen, ut paludibus circunquaque cincta insulæ speciem præ se ferat. In hac *Homerus* Circes sedem collocavit lib. 20. *Odyss.* Latini locum hunc a Circes domicilio Circeios appellant, ibidemque antiqui Latii terminum constituunt, ut *Plin.* l. 3. c. 5. *docet.* ¶ Ææen insulam freti Siculi, quam Calypso habitasse dicitur, commemorat *Pompon. Mela* lib. 2. cap. 7. *a med.*

ÆÆUS, a, um, adject. ad Circem pertinens, Αἰαῖος. Circe sic dicta est vel ab Æa urbe Colchidis (in Colchide enim aliquando Circe fuisse dicitur) vel ab Ææa insula, ubi diu habitasse fertur. *Virg. Æn.* 3. v. 386. Ææææque insula Circes. *Propert.* l. 2. eleg. 23. v. 42. Ææi mœnia Telegoni *h. e.* filii Circes. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 15. v. 10. Æææ artes. *h. e.* magicæ, quibus Circe maxime delectabatur. *Id. Amor.* l. 1. eleg. 8. v. 5. Ææa carmina. *h. e.* magicæ incantationes. ¶ *Servius* putat Circem dictam *Ææum* a Græca interjectione αἶ αἶ, hoc est *hei*, aut *væ*, propter lamentationes, et exsecrationes hominum, quos in feras mutaverat. ¶ *Ææa puella* apud *Propert.* l. 3. eleg. 10. v. 31. est Calypso, quæ in Ææa insula freti Siculi habitavit, ut *Mela* docet l. 2. c. 7.

ÆAS, antis, m. Αἴας, fluvius Epiri, qui et Aous dicitur, oriturque ex Pindo monte, et prope Apolloniam decurrens, in Ionium mare defertur. *Plin.* l. 3. c. 23. *Pompon. Mela* l. 2. c. 3. ¶ Græce Αἴας idem est qui Ajax, qui cum se occidisset, in florem mutatus dicitur. *Auson. Idyll.* 6. *de Cupid. crucif.* v. 12. Et tragico scriptus gemitu Salaminius Æas. *h. e.* vocibus *ai ai*: de quibus V. suo loco.

ÆBUTIA LEX dicta est ab ejus latore Æbutio Trib. plebis, qui ea lege sustulit quamplura capita Legum XII Tabular. in quibus propter antiquitatem, temporumque mutationes, multa inutilia jam, aut etiam perniciosa præcipiebantur: solas autem legis actiones, quæ apud Centumviros essent agendæ, retinuit. *Gell.* l. 16. c. 10.

ÆCASTOR, } V. *Ecastor, Edepol.*
ÆDĔPOL, }

ÆDES, et Ædis, is, f. *a house, habitation, dwelling, edifice*, οἶκος, domus, in qua habitatur. Hac appellatione omnes ædificii species continentur, ut *Nerat. Digest.* lib. 47. tit. 9. leg. 9. scribit: unde et villæ in Censu hoc nomine appellantur teste *Varr.* l. 4. de *L. L.* c. 33. In usu tamen loquendi *ædes* proprie de urbano ædificio, de rustico *villa* dicitur, ut docet *Florentin.* lib. 50. tit. 16. leg. 211. Hoc autem sensu fere semper in plurali numero usurpatur. *Cic. Verr.* 3. c. 19. Quæ cognovi egomet apud istum in ædibus. *Et mox.* Duo signa, quæ in mediis ædibus sunt. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 21. Ædes regiæ. *Plaut. Merc.* 5. 2. 60. probæ, et pulcre ædificatæ. *Id. Mostell.* 1. 2. 18. paratæ, expolitæ, factæ probe, examussim. *Id. Stich.* 1. 2. 8. nitidæ. ¶ In singulari numero *Festus* in *Scribas.* Publice adtributa est in Aventino ædis Minervæ. *Nep. in fragment.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 792. *Putsch.* Ædis Martis est in Circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio. *Gell.* l. 4. c. 14. Eum sibi fas recipere non fuisse æde sua. *Plaut. Asin.* 1. 3. 67. Ædis nobis area est, auceps sum ego. *the house stands me in the stead of a place to fowl in*, &c. Adde plurima *Livii* loca, quæ in multis probatis Codicib. *ædis* habent, in aliis *ædes*, argumento, utramque positionem promiscue in usu fuisse. Ea collegit *Drakemborch. ad Liv.* l. 4. c. 25. §. 3. ¶ Interdum ponitur pro parte domus, *a room, chamber, apartment in a house. Plaut. Casin.* 3. 5. 31. Insectatur omnes domi per ædes. Græci eadem ratione οἴκους appellant cubicula, et cellas domus: ex quo et *Vitruv.* l. 6. c. 5. 6. et alibi *æcos* dixit. *Curt.* l. 8. c. 6. Excubabant proximi foribus ædis, in qua rex adquiescebat. *Et paulo post.* Stabant ad fores ædis ejus, in qua rex vescebatur. *Virg.* 2. *Georg.* v. 462. ingentem foribus domus alta superbis Mane salutantum totis vomit ædibus undam. ¶ *Ædes inscribere.* V. *Inscribo.* ¶ *Ab ædibus esse*, ædibus curandis et custodiendis præpositum esse. *Vetus monument.* apud *Gruter.* pag. 607. n. 1. Domini N. Imp. Antonini Aug. Matris libertus, cognitus mihi ex longo tempore, cum ab ædibus essem. ¶ Significat etiam *ædes* locum Diis sacrum, et in utroque numero æque adhibetur, *a temple, house of worship*, ναός: sed fere cum addito, ut *Ædes Pacis, Ædes sacra, Ædes Deorum*, &c. *Cic. pro Dom.* c. 49. Ædes sacræ. *Id.* 3. *Q. Fr.* ep. 1. c. 4. De æde Telluris admones. *Liv.* l. 2. c. 21. *in fi.* Ædes Mercurii dedicata est. *Claudian.* l. 1. *de rapt. Proserp.* v. 200. Hic ædes angusta Deæ. *Varr.* apud *Non.* c. 8. n. 87. Hæc ædis, quæ nunc est, &c. *Varro* hic loquitur de sacra æde. Nam etiam sine addito hoc sensu interdum ponitur. *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 38. hæc ego ludo, Quæ nec in æde sonent, &c. *h. e.* in æde Apollinis, ubi Latina poemata publice recitabantur: de qua *Id.* l. 2. ep. 2. v. 94. Spectemus vacuam Romanis vatibus ædem. ¶ Interdum *ædes* omittitur per ellipsim. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 35. Ventum erat ad Vestæ. Adde *Cic. Phil.* 2. c. 37. et *ad Attic.* lib. et epist. 14. et *Liv.* l. 2. c. 51. l. 10. c. 23. et l. 41. c. 28. ¶ Monet *Valla* l. 3. *elegantiar.* c. 7. cum de sacris ædibus sermo est, dici *duas, tres, quatuor ædes;* cum vero de privatis, *binas, ternas*, &c. licet distributio nulla fiat. *Scaurus JCtus* apud *Marcell. Digest.* lib. 8. tit. 2. leg. 9. Binas ædes habeo: alteras tibi lego, &c. *Liv.* l. 27. c. 23. Capuæ duas ædes Fortunæ, et Martis, et sepulcra aliquot de cælo tacta. ¶ Hoc tamen discrimen perpetuum non est. *Ulpian. Digest.* lib. 8. tit. 4. leg. 6. Si quis duas ædes habeat, et alteras tradat. *Et mox.* Duas autem ædes simul tradendo, &c. ¶ Translate dicitur de apum alveis. *Virg. Georg.* 4. v. 258. Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes, &c. Audaciori multo translatione *Plaut. Pseud.* 1. 5. 54. Fac, sis, vacivas ædes aurium, mea ut migrare dicta possint. ¶ *Sueton. in Cæs.* c. 84. appellat *ædem* pegma ligneum auratum, et in modum ædis compositum. ¶ *Ædes*, et *templum* fere quidem usu loquendi promiscue accipiuntur; differunt tamen. Nam, ut ex *Varrone* docet *Gell.* l. 14. c. 7. non omnes ædes sacræ *templa* erant. *templa* enim non consecrabantur solum, sed etiam inaugurabantur. *ædes* etiam sine inauguratione sacræ esse poterant. ¶ In plurali numero *ædis*, et *ædeis* pro *ædes* sæpe legitur apud *Plautum*, et alios. Mos enim fuit Latinis etiam Augusti ævo, nomina tertiæ declinationis in recto, et accusativo plurali per *es*, et *is* promiscue terminare, et aliquando etiam per *eis*, quia multi solebant *ei* diphthongum pro *i* longa usurpare, more Græcorum. Quamobrem sæpissime in antiquis optimæ notæ monumentis legere est. *Ob civis servatos*, et *Intra suos fineis*, &c. qua de re, qui plura volet, legat *Noris. Cenotaph. Pis. Dissertat.* 4. c. 3.

[* ÆDICŎLA, æ, f. ædem incolens. *Campol. in Litholex.* Deam ædicolam donavere altera æde.]

ÆDICŬLA, læ, f. *a small habitation, small house, low building, cottage*, οἰκίδιον, parva ædes, seu domus, et fere in plurali numero usurpatur. *Cic. Paradox.* 6. *cap. ult.* M. Manilius pauper fuit. habuit enim ædiculas in Carinis, et fundum in Labicano. ¶ Item ædiculæ pars, cella, cubiculum, *a room, chamber, apartment. Plaut. Epid.* 3. 3. 19. Cave, si-

ris cum filia mea copulari hanc, neque conspicere: jam tenes? in ædiculam istanc seorsum concludi volo. ¶ Ponitur etiam pro parva æde sacra, sacello, *a small temple, or chapel adjoining to a temple*, ναΐδιον: sive ea majori templo juncta, aut inclusa sit, sive non. *Cic. pro Dom.* c. 53. Aram, et ædiculam, et pulvinar dedicare. *Liv.* l. 35. c. 9. Ædicula Victoriæ virginis prope ædem Victoriæ. *Id. ibid.* c. 41. Quadrigæ in Capitolio positæ in cella Jovis supra fastigium ædiculæ. *Paul. Digest.* lib. 48. tit. 13. leg. 9. Qui privata sacra, vel ædiculas incustoditas tentaverint, amplius quam fures, minus quam sacrilegi merentur. ¶ Est etiam *ædicula* loculamentum simulacri, *the shrine or niche in which the image of the Deity was kept. Petron. in Satyr.* c. 29. *in fi.* Grande armarium in angulo vidi, in cujus ædicula erant Lares argentei positi, Venerisque signum marmoreum. *Plin.* l. 33. c. 1. Ædiculam æream fecit in Græcostasi. *Et* l. 36. c. 13. Nemeses quindecim ædiculis inclusit. *Apulei.* l. 3. *Metam.* Eponæ Deæ simulacrum residens ædiculæ, quod coronis roseis erat ornatum. ¶ *In veteri Inscript. apud Fabrett.* c. 1. n. 68. ædiculæ dicuntur in sepulcris loculamenta reponendis urnulis, et ollis cinerum. ¶ *In vet. Inscript. Mus. Veron.* pag. 87. n. 4. legitur *ædicla*.

ÆDICŬLUM, i, n. idem ac ædicula. *Inscript.* apud *Reines.* class. 1. n. 125. Voto suscepto Bonæ Deæ Astrapton Cæsaris Vilic. ædiculum, aram, septum clusum vetustate diruta restituit. *Sed fortasse mendum est marmorarii.*

ÆDIFACĬO, is, eci, actum, a. 1. *to build a house*, ædem facio, ædifico, οἰκοδομέω. *Labeo Digest.* lib. 19. tit. 2. leg. 60. Mandavi tibi, ut excuteres, quanti villam ædifacere velles. *Ita legitur in celebri editione* Torrentini: *in aliis* ædificare.

ÆDĬFEX, ificis, m. *a builder*, ædificator, οἰκοδόμος. *Tertullian. lib. de Idololatr.* c. 12. Ex similitudine providentissimi ædificis illius, qui &c.

ÆDIFICATĬO, onis, f. *a building, the act of building*, οἰκοδομία, actus ædificandi, substructio. *Cic. Fam.* 5. ep. 6. Domum tuam, et ædificationem omnem perspexi, et vehementer probavi. *Id. in Pison.* c. 21. Immensa, et intolerabilis ædificatio. ¶ In Architectura tres cum sint partes, ædificatio, gnomonice, et machinatio: illa definitur a *Vitruv.* lib. 1. c. 3. ut bipartito divisa sit, una *mœnium, et communium operum in publicis locis collocatio; altera privatorum ædificiorum explicatio.* ¶ Pro ædificio. *Cato* apud *Gell.* l. 13. c. 23. Neque mihi ædificatio, neque vasum, neque vestimentum est manupretiosum.

ÆDIFICATIUNCŬLA, æ, f. *a small building*, parva ædificatio. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 2. Ecquid ei de illa ædificatiuncula mandavisses.

ÆDIFICĀTOR, oris, *a builder, architect, founder*, οἰκοδόμος, fabricator. *Cic. de Univers.* c. 2. Neque mundo quicquam pulchrius, neque ejus ædificatore præstantius. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 9. Ædificatores mundi. ¶ Eleganter *ædificator* dicitur, qui ædificandi nimia quadam libidine laborat. *Nepos in Attic.* c. 13. Nam cum esset pecuniosus, nemo illo minus fuit emax, minus ædificator. *Colum.* l. 1. c. 4. Eleganter igitur ædificet agricola, nec sit tamen ædificator. Adde *Juvenal.* sat. 14. v. 86. ¶ In bonam partem. *Flor.* l. 1. c. 8. Quid ædificator Ancus? ut Urbem extenderet. &c.

ÆDIFICATORIŬS, a, um, adject. Translate *Tertull. de carne Christi* c. 17. Verbum ædificatorium mortis. *h. e.* quod mortis causa fuit. Adde *de anim.* c. 47.

ÆDIFICĀTUS, a, um, *built. Cic.* 3. *Offic.* c. 13. Villa bona, beneque ædificata. *Id.* 6. *Verr.* c. 53. Urbs ædificata. *Id. Verr.* 7. c. 17. Navis ædificata. *Id. Attic.* l. 16. ep. 13. Prædiola belle ædificata. *h. e.* agelli cum villa, aliove ædificio bene ædificato.

ÆDIFICIĀLIS, le, adject. ad ædificia, seu ædes pertinens. *Ædificialis* dictus est Jupiter Herceus, quia, ut ait *Festus* in *Herceus*, intra conseptum domus cujusque colebatur; quem etiam deum penetralem appellabant. *Dictys Cretens. de B. Trojan.* lib. 5. c. 12. Priamus re cognita ad aram Jovis ædificialis confugit. *Alii legunt* ante ædificiale, *hoc est* ante ædes. aras enim Græci ante fores ædium internas, in impluvio habuisse dicuntur.

ÆDIFICIŎLUM, li, n. diminut. ædicula. Vetus lapis non optimæ notæ, apud *Gruter.* pag. 809. n. 2. Hic locus cum hortulo suo religioso, et ædificiolis suis muro cinctus, pertinet ad sepulcrum Mindiæ Juliæ, et P. Ælii Phileti, &c. Adde aliud apud *Donium* class. 12. n. 32. at alium apud *Murator.* pag. 1013. n. 5. et 1430. n. 6.

ÆDIFICĬUM, ii, n. *an edifice, structure, fabric, building*, οἰκοδόμημα, significat tum domum, ædes, tum aliam quamcumque exstructionem, etiamsi habitationi apta non sit, ut porticus, propugnacula, &c. *Cic.* 3. *Q. Fr. ep. ult.* Quid? si cæmentum bonum non haberem, deturbem ædificium? *Id. pro Mil.* c. 27. Exstruere ædificium in alieno. *Liv.* l. 5. c. 41. Plebis ædificiis obseratis, patentibus atriis principum. *Sallust. in Jug.* c. 23. Incendere ædificia. ¶ Proprie si loquamur, ædificium accipitur pro exstructione, quæ habitandi causa fit, et quidem pro urbana. nam a *villis* et *monumentis* aperte distinguit *Martian. Digest.* lib. 1. tit. 8. leg. 4. Ceterum usu latius sumitur, ut dictum est.

ÆDĬFĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to build, erect, rear a building*, proprie significat ædem, seu habitationem facere, aut aliam quamvis e muro exstructionem. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 6. Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno. *Id. ibid.* ep. 4. Ædificare domum. *Id. pro Dom.* c. 43. porticum. *Id. Verr.* 6. c. 53. urbem. ¶ Dicitur et de aliis rebus. *to fabricate, construct. Cic. Verr.* 7. c. 18. Ædificare navem. *Id. pro leg. Manil.* c. 4. classem. *Id. Attic.* l. 9. ep. 13. *sub fin.* hortos. *Virg. Æn.* 2. v. 16. equum. ¶ Translate *Cic. Fam.* 9. ep. 2. Ædificare rempublicam. *h. e.* constituere. *Juvenal.* sat. 6. v. 501. tot adhuc compagibus altum Ædificat caput. *h. e.* ornat in tutulum. ¶ *Ædificare locum* significat ædificium in eo facere. *Pompon. Digest.* lib. 41. tit. 1. leg. 30. *extr.* Si insulam in mari ædificaverim, continuo mea fit. ¶ *Ædificare corpora* dicuntur a *Claudiano Cons. Mall. Theodos.* v. 321. qui alius in alium insilientes veluti ædificium struunt, ut Venetiis ii, qui edunt *le forze d' Ercole.* [¶ Participia *ædificans, ædificaturus, ædificandus* sunt apud *Nep. in Them.* c. 6. Athenienses ædificantes prohibere sunt conati. *Cic.* 4. *Verr.* c. 23. Id quod erat ædificaturus. *Id.* 9. *ad Famil.* epist. 2. Ad ædificandam rempublicam.]

ÆDILĀTUS, us, m. dignitas Ædilis, quemadmodum dicitur Pontificatus, Consulatus. *Festus* in *Ædilis.*

ÆDĪLIS, lis, m. *an Edile, a Roman magistrate whose business it was to superintend the repairs of the temples and other public buildings; to regulate the markets, games, weights and measures; to see that the streets and conduits were kept clean, provide for solemn funerals, plays*, &c. ἀγορανόμος, ἀστυνόμος, nomen est Romani Magistratus, cujus officium erat (V. *Cic.* 7. *Verr.* c. 14.) ædes publicas, privatasque procurare (unde et nomen traxit) et aquæductus, cloacasque, ut munda omnia, integraque essent: item ludos publicos proprio sumptu exhibere, et si quando incendia excitarentur, exstinguenda curare, viarum, funerum, annonæ curam habere, merces an sanæ essent, mensuræ an æquæ, cognoscere, &c. Legimus apud *Liv.* l. 10. c. 13. *extr.* aliquando ab iis diem dictam esse plerisque, quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possiderent. Fuere autem duplicis generis, plebeii, et Curules. V. *Curulis, Cerealis*, et *Ædilitius.* ¶ *Ædiles* primum duo tantum fuere: deinde alii duo additi sunt cum curuli sella. A. U. 389. Postremo alios duos *Cereales* nuncupatos adjecit C. Jul. Cæsar. Ætas huic magistratui capessendo apta, erat annorum triginta septem, ut est apud *Manut.* et alios. Alii tamen aliter definiunt. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 3. Sunto Ædiles curatores urbis, annonæ, ludorumque solemnium: ollisque ad honoris amplioris gradus is primus ascensus esto. *Plaut. Rud.* 2. 3. 43. Neptunus Ædilis fastidiosus est: si quæ improbæ sunt merces, jactat omnes. *Pers.* sat. 1. v. 124. Italo quod honore supinus Fregerit heminas Areti Ædilis iniquas. [Ex hoc *Persii* loco, itemque ex *Juvenal.* sat. 10. v. 102. ac tandem ex *Cic.* lib. 13. *ad Famil.* epist. 11. Ædiles etiam in municipiis fuisse colligimus, ut Aretii, Ulubris, Arpini; neque tamen sella aut purpurea toga utebantur. *Juvenal.* sat. 3. v. 179. de Ædilibus per Italiam constitutis, Sufficiunt tunicæ summis Ædilibus albæ. *Summos* appellat, quod Ædilitas erat magistratus summus, etenim hic magistratus in quibusdam municipiis erat solus et unicus, ut constat ex *Cic. loc. cit.*] ¶ Adjective *Ædiles ludi* dictum est a *Plaut. Pœn.* 5. 2. 52. ¶ In ablativo singulari habet *Ædili*, et *Ædile:* quamquam hoc posterius a *Charis.* lib. 1. pag. 96. *Putsch.* allatis exemplis *P. Rutilii, Varronis*, &c. et (sic in plurib. *Livii* codicib. l. 3. c. 31.) præferri videtur.

ÆDILĬTAS, atis, f. *the office of Edile*, ἀγορανομία, dignitas, seu Magistratus Ædilium. *Cic.* 2. *Offic.* c. 17. Mamerco prætermissio ædilitatis consulatus repulsam attulit. *Id. pro Cluent.* c. 25. Ædilitatem petere. *Id.* 2. *Offic.* c. 16. Ædilitate magnificentissima fungi. *Plaut. Stich.* 2. 2. 29. Ædilitatem gerere. [*Suet. de cl. Rhet.* c. 6. Ædilitate fungi.]

ÆDILĬTĬUS, et Ædilicius, a, um, adject. ad Ædiles pertinens, ἀγορανομικός, ἀστυνομικός. *Cic.* 2. *Offic.* c. 16. Ædilitium munus. *Id.* ep. 1. l. 1. *ad Q. Fr.* c. 9. Vectigal Ædilitiorum. *h. e.* munerum. *Id. pro Planc.* c. 21. Repulsa Ædilitia. *h. e.* in Ædilitate petenda. *Id. in Vatin.* c. 7. Ædilitia prætexta toga. *Id. pro Cluent.* c. 45. Scriba Ædilitius. ¶ *Ædilitium edictum* est, quod Ædiles Curules initio magistratus proponebant, et secundum illud dicturos se jus tota sua Ædilitate profitebantur, quemadmodum et Prætores, de quibus V. in *Edictum.* Jus enim dicebant Ædiles iis de rebus, quæ ad eorum officium pertinebant. Ejus autem Edicti exemplum habes *toto titulo* 1. lib. 21. *Digest.* ubi etiam, quibus de rebus Ædiles cognoscerent videre est. Hinc *Ædilitiæ actiones*, quæ ex Ædilitio Edicto manant, *Paul. loc. Digest. cit.* leg. 47. et *toto titulo* 58. lib. 4. *Codicis.* ¶ *Ædilitius vir*, qui Ædilitate functus est; quemadmodum *Consularis*, qui Consulatu. *Cic. de clar. Orat.* c. 28. Sed omnia is summa sperans, Ædilitius est mortuus. Adde *in Vatin.* c. 7. ¶ *Ædilitius Quæstor* dicitur a *Cic. in Pis.* c. 36. qui ætatem habet ad Ædilitatem petendam. nam post Quæsturam ea petebatur. Alii tamen aliter explicant. ¶ *Ad Ædilitium modum purus* proverbio dicitur de re valde pura, quia Ædiles maxime curabant, ut munda omnia, integraque essent, ut dictum est. Est *Varronis* apud *Non.* c. 4. n. 75. si modo hoc pacto ille locus legendus est. Nam alii aliter.

ÆDIS. V. *Ædes.*

ÆDITĬMOR, sive Æditumor, aris, dep. 1. οἰκουρέω, ædem tueor, seu custodio. *Pompon.* apud *Gell.* l. 12. c. 10. Qui postquam tibi appareo, atque æditumor in templo tuo. *Nonius* c. 2. n. 56. hæc eadem verba referens, *æditu or* legit.

ÆDITĬMUS, et Æditumus, i, m. *a kind of overseer or churchwarden, the keeper of a temple, sacrist*, qui sacras ædes servat, ἱεροφύλαξ. *Gell.* l. 12. c. 10. docet auctoritate *Varronis de L. L.* hanc vocem Latinissimam esse, et pro ea a plerisque *æditum* dici, nova, et commentitia usurpatione. Itaque apud *Cicer. Verr.* 6. c. 44. ubi nunc *æditui, custodesque* scriptum est, in exemplaribus fidelissimis legi *æditumi.* Sic *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. In ædem Telluris veneram, rogatus ab æditimo, ut dicere didicimus a patribus nostris; ut corrigimur a recentibus urbanis, ab æditu o. Adde l. 6. *de L. L.* c. 2. *circa med.* ¶ Festus hujus vocis eam tradit notationem, ut dicatur quasi *ædis intimus:* sed refellitur a *Cicer.* qui *in Top.* c. 8. docet τὸ *timus*, seu *tumus* meram esse verbi productionem.

ÆDITŬA, æ, f. *a female keeper of a temple*, mulier templi custos. Legitur in quadam *Inscript.* apud *Fabrett.* cap. 10. n. 435. Translate autem *Tertull. de cultu fem.* c. 1. Cum omnes templum simus Dei, ejus templi æditua, et antistes pudicitia est.

ÆDITUĀLIS, le, adject. ad Æditum pertinens. *Tertull. de pudic.* c. 16. Non scitis vos templum Dei esse, qui et templo sanciendo, purificandoque æditualem legem scripsit: si quis templum Dei violaverit, &c.

ÆDITŬENS, entis, *a keeper of a temple*, idem ac æditimus. *Lucret.* l. 6. v. 1273. Hospitibus loca quæ complerant æditentes.

ÆDITŬO, as, n. 1. *to bear the office of keeper of a temple*, æditus sum. *Inscript.* apud *Reines.* class. 5. n. 54. Nonius Avillius N. F. Cl. Novellius Sacerdos Dei Silvani Vixit ann. 37. Æditavit ann. 13. Adde n. 53. et apud *Gruter.* pag. 1088. n. 5.

ÆDITŬOR, aris, dep. 1. idem ac æditimor, et æditio. V. *Æditimor.*

ÆDITŬUS, ui, m. *a keeper or overseer of a temple, a sacrist*, ἱεροφύλαξ, idem quod æditimus, sacræ ædis custos. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 48. Crepitum claustrorum audio, æditum aperire fanum. *Sueton. in Domit.* c. 1. Ardente templo apud æditum clam pernoctavit. Adde *Cicer.* quem retulimus in voce *Æditimus*, ubi et alia sunt huc pertinentia. ¶ *Servius* ad illud *Virg. Æn.* 9. v. 647. *hic Dardanio Anchisæ Armiger ante fuit, fidusque ad limina custos*, significare videtur etiam atriensem servum, qui privatas ædes servat, æditum dici: cujus rei exempla nondum vidimus. ¶ Translate *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 229. Sed tamen est operæ pretium cognoscere, quales Æditos habeat belli spectata, domique Virtus, indigno non committenda poetæ. *h. e.* quales habeat poetas, qui versibus eam posteritati commendent, et ab oblivione custodiant. Alii putant respexisse *Horatium* ad *Valerium Æditum* veterem poetam, cujus carmen refert *Gell.* l. 19. c. 9. locutumque esse eo pacto, quo *Martial.* l. 8. epigr. 56. *Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones.* Ubi *Marones* per synecdochen pro quocumque optimo poeta dictum est.

AEDON, aedŏnis, ἀηδών, ἀηδόνος, f. *a nightingale*, avis, quam alii carduelem, alii lusciniam esse volunt: ita dicta ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ᾄδειν, ab assiduo cantu. In fabulis fuit Aedon uxor Zethi Regis, fratris Amphionis, quæ Itylum filium per errorem nocte interfecit, putans eum ex Amanea, seu Amandea Amphionis esse filium (invidebat enim uxori Amphionis, quod illi essent sex filii masculi) crimen vero cognoscens optavit mori, sed miseratione Deorum in hanc avem versa, Itylum deflere dicitur. Est autem vox trisyllaba. *Senec. in Agamemn.* v. 670. Non quæ verno nobile carmen Ramo cantat tristis aedon, Ityn in varios modulata sonos. *Petron. in Satyr.* c. 131. Dignus amore locus: testis silvestris aedon, Atque urbana Progne. Al. leg. *silvester:* neque tamen masculinum putes. nam *volucer fama* apud *eund.* c. 123. legitur. *Calpurn. Ecl.* 6. v. 8. Vocalem superet si dirus aedona bubo. *aedona* accusativus est Græcæ positionis pro *aedonem.* Adde *Nemesian. Ecl.* 2. v. 61. ¶ *Ædon, Ædonis*, dissyllabum, Αἴδων, ωνος, mons est Thraciæ; sed sæpius sine diphthongo *Edon*, Ἤδων scribitur.

AEDONĬUS, a, um, quinque syllabar. ad aedonem pertinens. *Auct. paneg. ad Pison. sub fin.* Sic et aedonia superantur voce cicadæ. ¶ *Ædonius* quadrisyllab. V. *Edonus.*

ÆDŬI, et Hedui, orum, pop. Galliæ Celticæ inter Ligerim, et Ararim, quorum tractus hodie *l' Autonois* dicitur, continebatque alias majorem partem Duc. Burgundiæ, ubi tractus Augustodunensis, Carolensis, Alexiensis, et Cabilonensis. Sed hodie multo minor est. *Auson. in Parental.* 4. v. 6. *Ædues*, seu *Hedues* appellat: quaque potentes Ædues Alpino quaque Vienna jugo. ¶ *Cic. Attic.* l. 1. ep. 19. Æduos fratres vocat, quia cum pro Ro-

[illegible] tissent, [illegible] contra eorum hostes, cognati [illegible], [illegible] eos Senatus appellaverit, ut narrat Cæs. l. 1. B. Gall. c. 33. Eadem ratione [illegible] consanguineam vocant Romam apud Sil. l. 1. v. [illegible] et [illegible] quia eorum civitas ex colonis [illegible] et [illegible] colonia Romanorum erat.

ÆDUICUS, a, um, adject. ad Æduos pertinens, ut [illegible] Auson. Parent. 2. v. 2. Æduicum stemma. [illegible] 4. v. 3.

ÆETÆUS, et [illegible], a, um adject. ad Æeten Colchorum regem pertinens. Hinc *Æetæos fines* vocat *Catull.* carm. 63 [illegible] et [illegible] v. 4. ipsam Colchidis regionem.

ÆETES, æ, et Latina terminatione Æeta, æ, m. Αἰήτης, Rex fuit Colchorum, filius Solis ex Persa Oceani filia. Liberos habuit Medeam, Absyrtum, et Chalciopen. Ad hunc Phrixus Athamantis filius pervenit, et aureum vellus detulit, quod cum vigilantissime servaret, ejus causa bellum gessit cum Argonautis. Tandem a Jasone Medeæ filiæ proditione et vellere spoliatus, et Regno pulsus est. Sed tamen jam senex ab eadem in Regno restitutus dicitur. V. *Hygin.* fab. [illegible] et 23. et *Serv. ad Virg.* 2. *Georg.* v. 140. et 141. &c. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 21. Sol, qui Colchis fertur Æetam, et Circen procreavisse. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 29. Accipit hospitio juvenes Æeta Pelasgos. [illegible] v. 51. [illegible] Æetes: mæsti consurgitis omnes. ¶ Dicitur etiam *Æetas* in recto casu singulari. *Serv. loc. cit.*

ÆETIAS, iadis, patronym. f. Medea Æetæ Colchorum regis filia. *Ovid. Metam.* 7. v. 9. Concipit interea validos Æetias ignes.

ÆETĪNE, es, f. Medea Æetæ Colchorum regis filia. [illegible] ab Æete deducta est, quo a *Neptunus Neptunine*, a *Nereus Nerine*, &c. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 103. Non hæc Æsonides, sed Phasias Æetine, &c. *Alii* [illegible].

ÆĒTIS, idos, femin. idem quod Æetias. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 233. Suscitat adfixam mœstis Æetida curis. Adde *Albinov.* eleg. 2. v. 110.

ÆETĬUS, a, um, idem quod Æetæus. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 379. Illinc Æetius heros Obsidet &c.

[* ÆGA, æ, f. Nymphæ nomen, quæ ex Oleno Vulcani filio nata, Jovis nutrix una cum Helice sorore germana fuisse fertur. Nonnulli Ægam Solis filiam dixerunt. Quidam Panos uxorem affirmant, a quo et Ægis dicta. [illegible] αἶγα esse capram, Amaltheæ capram Jovis nutricem fuisse, Panem vero capripedem. *Hygin. Poet. Astr.* l. 1. c. 13.]

ÆGÆON, ōnis, m. Αἰγαίων, Gigantis nomen, quem centum manus, et quinquaginta ventres habuisse fabulantur. *Virg. Æn.* 10. v. 565. Ægæon qualis centum cui brachia dicunt, Centenasque manus, quinquaginta oribus ignem Pectoribusque arsisse, Jovis cum fulmina contra Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses. *Servius* addit, eundem esse ac Briareum, Cœli, et Terræ filium, affertque versum Homeri, quo significatur Briareum a Diis, Ægæonem ab hominibus appellari consuevisse. Hic cum a Jove victus fuisset, religatus est a Neptuno ad scopulum quendam in una ex insulis Ægæi maris. *Claudian.* l. 3. *de raptu Proserp.* v. 345. Hæc centumgemini strictos Ægæonis enses, &c. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 209. duros laxantem Ægæona nexus. ¶ Est etiam Deus marinus Ponti, et Terræ filius: de quo, et quidem pænultima obliquorum producta, *Ovid.* 2. *Metam.* v. 9. Proteaque ambiguum, balænarumque prementem Ægeona suis immania terga lacertis. ¶ Ponitur et pro ipso Ægæo mari. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 288. Diis pelagi, ventisque, et Cyclad[illegible] Ægæoni Amplexo. *nisi forte hoc quoque loco Deum ipsum intelligit.* ¶ *Ægæona* cum legimus in accusativo singulari, Græca est positio, qua libenter utuntur Poetæ, pro *Ægæonem.*

ÆGÆUM MARE, n. [† nunc] *the Archipelago*, amplissimus maris Mediterranei sinus, a parte Orientali Isthmi Corinthiaci, ut *Plin.* placet, aut certe a Sunio Atticæ promontorio, ut tradit *Ptolem.* ad ipsum usque Hellespontum extensus, alia aliis in locis nomina sortitus a regionibus, quas alluit. ¶ De ratione nominis varia traduntur a Scriptoribus. Nonnulli, in quibus est *Suidas*, ad Ægeum Thesei patrem referunt, quem in hoc mare sese præcipitem dedisse ferunt, cum navim filii, qua ille in Cretam ad Minotaurum vectus fuerat, nigro cum velo (quod sibi cum nauclero amissi filii signum convenerat) redeuntem videret. Alii sic dictum volunt, quod Ægea Amazonum Regina in eo perierit. Alii, quod crebræ in eo sint insulæ, ut procul aspicientibus species caprarum videantur. Αἶγες enim sunt capræ. Hæc tria etyma referuntur a *Paulo* ex *Festo*: tertium habet etiam *Varro* l. 6. *L. L.* c. 2. *sub fin. Strabo* ab Ægæis oppido in Eubœa, vel ab Æga promontorio Æolidis derivat: *Plin.* l. 4. c. 11. a scopulo inter Tenum, et Chium, quem nautæ αἶγα appellant, quoniam procul visentibus capræ similis creditur. *Cic. pro leg. Manil.* c. 18. Insula Delos tam procul a nobis in Ægæo mari posita. ¶ Dicitur etiam *Ægæum* absolute. *Horat.* l. 2. od. 16. v. 1. Otium divos rogat in patenti Prensus Ægæo. *Pers.* sat. 5. v. 142. trabe vasta Ægæum rapias.

ÆGÆUS, a, um, adject. ad Ægæum mare pertinens, Αἰγαῖος. *Cic. in Arat.* v. 426. Ægæus gurges *Stat.* 6. *Theb.* v. 20. Ægæa stagna. *Horat.* l. 3. od. 29. *in fi.* Tutum per Ægæos tumultus Aura feret. *h. e.* maris Ægæi tempestates. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 210. Ægæos insedit Græcia portus. *h. e.* oram litoralem Ægæi maris. *Ovid.* 1. *Trist. eleg. ult.* v. 8. Cyclades Ægææ. *scil.* quæ in Ægæo mari positæ sunt. *Stat.* 5. *Theb.* v. 49. Ægæus Nereus. *Id.* 8. *Theb.* v. 478. Ægæa Venus. *nempe* quæ Ægæo mari prognata dicitur. *Virg. Æn.* 3. v. 74. Neptunus Ægæus. V. *Ægæon.* ¶ Etiam *Ægeus, a, um*, omissa diphthongo, scriptum reperitur.

ÆGAN, Ægæum mare. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 629. et l. 4. v. 715.

ÆGĀTES, um, f. insulæ maris mediterranei, ad promontorium Siciliæ Lilybæum, ubi Carthaginienses classe victi ab Romanis bello Punico primo, pacem petere coacti sunt, et ad fœdus venire. *Sil.* l. 1. v. 60. ævi Flore virens avet Ægates abolere, parentum Dedecus, ac Siculo demergere fœdera ponto.

ÆGER, ægra, ægrum, *weak, infirm, faint, sick, ill, indisposed*, νοσῶν, qui morbo correptus est. *Cic.* 1. *Divin.* c. 25. Ita graviter ægrum fuisse, ut omnes medici diffiderent. *Id. Catil.* 1. *c. ult.* Homines ægri morbo gravi. *Id. de clar. Orator.* c. 48. *in fi.* Infirma atque ægra valetudine esse. *Id. post redit. ad Quirit.* c. 1. *in fi.* Ægro corpore esse. *Sallust. in Catil.* c. 62. Æger pedibus. *Nepos in Miltiad.* c. 7. vulneribus. *Liv.* l. 26. c. 8. ex vulnere. Et absolute de vulnerato. *Stat.* 11. *Theb.* v. 517. avidos illidit in ægrum Cornipedem cursus. Et cum genitivo *Apulei.* l. 4. *Metam. prope fin.* Psyche ægra corporis, animi saucia. ¶ Usurpatur sæpe substantivi more pro ægroto. *Cic.* 2. *Divin.* c. 3. Ad ægros non vates, sed medicos solemus adducere. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 4. Ne ægri quidem omnes convalescunt. Hinc *servus ab ægris* est, qui ægrorum curam habet, *an overseer of an infirmary, one entrusted with the care of sick persons. Inscript. apud Reines.* class. 9. n. 91. M. Aurelio Aug. L. Stephano ab ægris cubiculariorum. ¶ Translate *Cic.* 3. *Verr.* c. 2. Maxime ægra, et prope deposita reipublicæ pars. *Sallust. in Jug.* c. 31. Animus æger avaritia. *Liv.* l. 30. c. 11. Æger amore. *Virg.* 5. *Æn.* v. 432. vastos quatit æger anhelitus artus. *shortness of breath, difficulty of breathing.* ¶ De rebus inanimis. *Virg.* 3. *Æn.* v. 142. victum seges ægra negabat. Cui opponitur illud *Georg.* 1. v. 1. Quid faciat lætas segetes. *Stat.* 10. *Theb.* v. 867. amnis quassatque, trahitque Molem ægram. *h. e.* pontem, cujus saxa fatiscunt, emotæque trabes, ut ait. *Id. ibid.* ¶ Sæpe ponitur pro tristi, sollicito, mœrenti, *sorrowful, unhappy, troubled or afflicted in mind, low-spirited, downcast, down-hearted, desponding. Vetus Poeta* apud *Cicer. pro Cœl.* c. 8. Medea animo ægra, amore sævo saucia. *Plaut. Epid.* 1. 2. 26. Æger ab animo. *Sallust. in Jug.* c. 74. Æger animus. *Virg. Æn.* 2. v. 268. Ægri mortales. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 623. Pectora ægra. *Apulei.* l. 6. *Metam.* Psyche ægerrima. ¶ Dicitur etiam de eo, quod ægritudinem, et mœrorem affert. *Plaut. Amph.* 3. 2. 29. Nunquam quicquam meo animo fuit ægrius. *Claudian. de nupt. Honor. et Mar.* v. 14. Incusat spes ægra moras. ¶ Substantivi more *Lucret.* l. 5. v. 172. cui nihil ægri accidit. *Plaut. Amph.* 2. 2. 11. Plus ægri ex abitu viri, quam ex adventu voluptatis cepi. ¶ Cum genitivo *Liv.* l. 1. c. 58. l. 2. c. 36. et l. 30. c. 15. Æger animi juvenis. *Sallust. in fragment.* l. 4. *Histor.* apud *Arusian. Mess.* et *Stat.* l. 11. *Theb.* v. 141. Æger consilii. *h. e.* inops, dubius. *Silius* l. 3. v. 72. timoris. *h. e.* timore sollicitus. *Et* l. 13. v. 52. delicti. *h. e.* ob delictum. *Flor.* l. 3. c. 17. rerum temere motarum. ¶ *Ægris oculis aliquid aspicere*, est invide aspicere, *to look on any thing with envy or spite, with an evil eye. Tacit.* 2. *Hist.* c. 20. Aliorum felicitatem ægris oculis introspicere. ¶ Inter *ægrum*, et *ægrotum* hoc statuit discrimen *Servius ad Ecl.* 1. v. 13. quod *æger* tum de corpore, tum de animo dicitur, *ægrotus* de corpore tantum.

ÆGERĬA, et Egeria, æ, f. Αἰγερία, nympha fuit Aricini nemoris, cum qua Numa Pompilius et connubium, et colloquium se habere simulavit super cultu religionum, quo armorum, et prædæ studio flagrantem populum Romanum ad pacis artes abstraheret. *Liv.* l. 1. c. 19. ¶ *Ovid. Metam.* 15. v. 487. et 547. narrat, cum Ægeria ob dolorem amissi Numæ conjugis in lucum Aricinum se contulisset, assiduoque fletu ætatem ageret, motam misericordia Dianam vertisse eam in fontem sui nominis. V. etiam lib. 3. *Fast. a vers.* 259. et deinceps. ¶ Addit *Festus*, huic Nymphæ sacrificatum fuisse a prægnantibus, quod eam putabant facile conceptum alvo *egerere*: nisi forte *Egeriam* aliam hoc loco intelligit ab Ægeria Numæ. ¶ *Ægeriai* pro *Ægeriæ* dixit *Enn.* apud *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3.

ÆGERĬUS, a, um, adject. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 72. n. 5. Fortunæ simulacra colens, et Apollinis aras, Ægeriumque Jovem. Al. leg. *arcanumque.*

ÆGEUS, per duas syllabas, Αἰγεύς, filius Pandionis fuit, et Rex Athenarum, qui ex Æthra Pitthei Trœzeniorum Regis filia Theseum suscepit, ex Medea autem ab Jasone repudiata alterum filium nomine Medium, ut placet *Justino* l. 2. c. 6. et lib. 42. c. 3. Hoc jam ad senium vergente, Minos Cretensium Rex Atheniensibus ob Androgei filii necem bellum intulit, victisque durissimas pacis conditiones imperavit, ut septem quotannis juvenes Athenienses sibi in Cretam mitterent, Minotauro monstro objiciendos. Quibus legibus cum triennio paruissent, evenit, ut quarto anno sors inter omnes ex æquo ducta Theseum proderet. [Hic maximo patris Ægei dolore navim conscendit, cumque omnia navigii instrumenta nigra essent, et etiam navis velum; habuit in mandatis a patre, ut, si ipse felicem sortitus fuisset exitum, rediens navi album imponeret velum amoto nigro, ut eminus fortunam suam ipse prænosceret. Theseus autem Ariadnæ consilio victor, mandatorum immemor, non amoto nigro velo redibat. Ægeus excelsa turri prospectans nigrum velum,] falso indicio filium interiisse ratus, doloris impatientia sese in mare præcipitem dedit. Cui vita functo Athenienses, Thesei opera gravissima servitute liberati, divinos ei honores instituerunt, Deum marinum, et adoptivum Neptuni filium appellantes. Mare quoque ipsum nonnulli sentiunt ab eo Ægæum esse appellatum. *Higyn.* fab. 43. et *Serv.* ad *Æn.* 3. v. 74. et alii. *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 136. *Ariadne Theseo.* Nec pater est Ægeus, nec tu Pittheidos Æthræ Filius. *Id. Metam.* 15. v. 856. Ægea sic Theseus, sic Pelea vincit Achilles. *Ægea* accusativus Græcus est, pro *Ægeum.* ¶ *Ægēus, a, um*, adject. V. *Ægæus.* sic enim rectius scribitur.

ÆGĬALE, es, f. Αἰγιάλη, sive Ægialæa, Αἰγιάλεια, uxor fuit Diomedis, quam Venus a viro ejus in bello Trojano vulnerata, tanta adulteriorum involvit turpitudine, ut Diomedes ad eam in patriam redire recusarit, acceptaque a Dauno agri portione, urbem condiderit in parte Italiæ, quæ Magna Græcia dicitur, quam a nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellavit, quæ et Argyripa dicta est. *Serv.* ad *Æn.* 8. v. 9. *Stat.* l. 3. silv. 5. v. 48. Questa est Ægiale, questa est Melibœa relinqui.

ÆGĬALEUS, m. 2. quadrisyllab. Αἰγιαλεύς, filius Æetæ fuit, et frater Medeæ, a qua discerptus est, ut pater membrorum dispersorum collectione ab ea persequenda retardaretur. Alio nomine dictus est Absyrtus. *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 19. ¶ Fuit etiam hoc nomine Phoronei Regis Argivorum filius, cui Apis (quem quidam Phoronei, quidam Jovis filium ex Niobe Phoronei filia esse tradunt) postquam Argis regnasset, in Ægyptum transiens, Achaiæ regnum reliquit. ¶ Alii Ægialeum Inachi filium ex Melia Oceanitide faciunt, et ab eo Ægialeam dictam, quæ postea Peloponnesus a Pelope vocata est. [¶ Fuit etiam hoc nomine Adrasti filius, ex Demoanassa, Argivus, qui solus periit ex septem *Epigonis*, qui exierant, ad mortes patrum, qui ad Thebas perierant, ulciscendas. Hic quia pater exsuperaverat, pro eodem vicariam vitam dedit. Ceteri sex victores redierunt. *Hygin.* fab. 71. ¶ Est mons quoque hujus nominis in Attica apud *Plin.* lib. 4. c. 7. et *Solin.* c. 7. ubi tamen aliqui legunt *Ægialus*, vel *Ægileus*, vel tandem *Encaleus.*]

ÆGĬALOS, αἰγίαλος, Græce litus dicitur: unde Achaia propter urbes in litore disposita Ægialos vocata fuit, teste *Plin.* l. 4. c. 5.

[* ÆGĬCHON, i, n. herba quædam apud *Apul. de herb.* c. 77.]

ÆGĪDES, æ, patronym. mascul. ab Ægeo, et significat Theseum Ægei filium. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 59. Perfidus Ægides ducentia fila sequutus. *Id.* ep. 16. v. 325. Nam sequar Ægidæ factum, fratrumque tuorum. *Id.* 5. *Trist.* eleg. 4. v. 26. Te vocat Ægidem, Euryalumque suum. *Ægiden* est a Græco accusativo Αἰγίδην, retento *n* metri causa. *Id. Heroid.* ep. 2. v. 67. Inter et Ægidas media statuaris in urbe. *h. e.* inter *Ægei filios, et nepotes.*

ÆGĪLOPĬUM, ii, n. *a fistula in the eye*, αἰγιλώπιον, idem. ac Ægilops. *Plin.* l. 22. c. 21. Anthemis commanducata ægilopia sanat. *Id.* l. 20. c. 14. Nepeta tusa ægilopiis imponitur.

ÆGĪLOPS, ōpis, f. *a fistula in the corner of the eye, a sty*, αἰγίλωψ, ωπος, ὁ, abscessus ad angulum oculi naribus propiorem, ex quo pituita assidue destillans, fistulosum ulcus paulatim facit, quod nonnunquam exeso osse, usque ad nares penetrat. Ita *Celsus* l. 7. c. 7. sect. 7. describit. Dicitur *ægilops*, quia capræ huic vitio maxime obnoxiæ sunt: ab αἴξ, αἰγὸς, capra, et ὤψ, oculus. *Plin.* l. 35. c. 6. Rubrica ægilopas manare prohibet. *Ægilopas* accusativus est Græcæ positionis pro *ægilopes. Id.* l. 21. c. 19. *ad fin.* Bacchar imponitur ægilopis incipientibus, et ignibus sacris. *Plin. Valerian.* l. 1. c. 23. Ad maturandas ægilopas, ad aperiendas eas, &c. ¶ Pænultimam in obliquis corripuit contra ejus naturam *Æmil. Macer cap. de Malva.* Ægilopas pellit, succoque medeberis ejus, &c. ¶ Est etiam hoc nomine herba quædam folio tritici inter hordeum nascens, ipsique valde noxia: videturque esse eadem ac *avena* sterilis. *darnel, or cockle, a weed which grows amongst barley. Virg.* 1. *Georg.* v. 154. Dicta est Ægilops, quod ægilopas imposita sanat. *Plin.* l. 25. c. 13. Ægilopas sanat herba eodem nomine, &c. *Id.* l. 18. c. 17. Hordeum enecat festuca, quæ vocatur ægilops. ¶ Item arbor glandifera, excelsissima, ramosa in incultis locis maxime proveniens, fago similis, vel potius eadem ac fagus Latinorum, ut vult *Harduin.* (alii inter Cerorum

genera reponunt, apud *Aldrovand.*) ferens panos arentes, muscoso villo canos, non in cortice modo, verum et e ramis dependentes, cubitali magnitudine, odoratosque. Ita *Plin.* l. 16. c. 6. et 8. ¶ Est etiam genus bulbi apud Græcos. *Id.* l. 19. c. 5.

ÆGĪNA, f. Αἴγινα, fuit Asopi Bœotiæ Regis filia, et mater Æaci, a qua urbs, et insula Peloponneso adjacens, contra Piræeum Athenarum Ægina vocata est, cum antea Oenone diceretur, ut apud *Strabonem*, et *Plin.* l. 4. c. 12. et *Stephanum* legitur, aut certe *Oenopia*, ut *Ovid.* 7. *Metam.* v. 473. appellat. V. *Æacus.*

ÆGINENSIS, se, adject. ab Ægina. *Valer. Max.* l. 9. c. 2. n. 8. *extern.* Civitas Atheniensium abscidit pollices Æginensium juventuti.

ÆGINĒTA, æ, *an inhabitant of Ægina*, Æginæ insulæ incola. *Cic.* 3. *Offic.* c. 11. Athenienses sciverunt, ut Æginetis, qui classe valebant, pollices præciderentur. nimis enim imminebat Ægina Piræeo. [¶ *Plin.* l. 35. c. 11. mentionem facit fictoris cujusdam, cui nomen Ægineta.]

ÆGINETĬCUS, a, um, adject. ad Æginam pertinens, ut *Ægineticum æs* apud *Plin.* l. 34. c. 2. quod ibi optime temperabatur.

ÆGĪPAN, ānis, *vel Græca terminatione* anos, m. Αἰγίπαν, deus quidam sylvestris, ut sunt Pan, et Satyri, quem fabulantur, Jovis filium fuisse ex capra Olenia, quæ Græce αἴξ, αἰγὸς dicitur, vel Jovis collactaneum, natumque ex Æga Panis conjuge, unde et nomen conflatum. Juvisse dicitur Jovem ipsum in bello adversus Typhonem. Pingebatur caprina facie, hircinis pedibus: et quia cum primus concam marinam invenisset, ea inflata terrorem hostibus injecerat, caudam piscis ei addiderunt. Hujus effigies in Cœlo est Capricornus. Paulo aliter fabulam narrat *Hygin. in astronom.* l. 2. n. 28. ¶ Quidam putarunt esse in quibusdam Africæ regionibus homines semiferos, qui dimidia parte caprinam, dimidia humanam effigiem, cruraque hircina haberent, hosque *Ægipanes* appellarunt. Horum meminere *Pompon. Mela* l. 1. c. 4. et 8. *Plin.* l. 5. c. 8. et *Solin.* c. 31. sæd hæc fabulosa commenta sunt. ¶ *Martian. Capell.* l. 6. pag. 215. in dativo plur. *Ægipanis* pro *Ægipanibus* dixit.

[* ÆGIPANĀLIS, e, adject. ad Ægipana pertinens. *Campol. in Litholex.* Protectio ægipanalis.]

ÆGIS, ĭdis, f. αἰγίς, ἴδος, ἡ. *Hygin. Astron.* l. 2. c. 13. scribit, hoc nomine significari pellem capræ Amaltheæ, a qua lactatus fuit Jupiter (Græce enim αἰγὶς pellem caprinam significat) qui ea protectus, et Gorgonis capite contra Titanas pugnavit, eosque devicit. Hinc *ægis* ponitur pro munimento corporis, vel e pelle caprina (quale sibi tunc confecit Jupiter, sive illud fuerit lorica, ut vult *Serv.* ad 8. *Æn.* v. 435. sive scutum, ut *ex Musæo* docet *Lactant.* l. 1. c. 21.) vel ex alia quapiam materia insculptum, habente in medio Gorgonis caput: quod munimentum, ait *Serv. loc. cit.* si sit in pectore hominis, sicut in antiquis statuis videmus, *lorica* dicitur; si in pectore Numinis, *ægis* vocatur. *a breast-plate, coat of mail. Ovid. Metam.* 2. v. 753. *de Pallade.* Et tanto penitus traxit suspiria motu, Ut pariter pectus positamque in pectore forti Ægida concuteret. *ægida* accusativus est Græcæ positionis pro *ægidem*. *Id. Metam.* 6. v. 78. *de eadem Pallade.* At sibi dat clypeum; dat acutæ cuspidis hastam; Dat galeam capiti: defenditur ægide pectus. ¶ Neque vero solum de lorica, sed et de scuto dicitur; et præsertim de scuto Palladis, quod Gorgonis, seu Medusæ caput insculptum habebat, serpentibus cinctum crinium loco, quod si aspicerent homines, horrore trucis imaginis in lapides vertebantur, *Minerva's ægis or shield. Ovid. Metam.* 5. v. 46. Bellica Pallas adest, et protegit ægide fratrem. *Virg. Æn.* 8. v. 435. Ægidaque horrificam, turbatæ Palladis arma. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 57. Contra sonantem Palladis ægida. Translate *Ovid. de remed. am.* v. 346. Decipit hac oculos ægide dives amor. *h. e.* perstringit oculos hac arte, velut objecta ægide. ¶ Scribit *Serv.* ad *Æn.* 8. v. 354. ovem gestare in sinistra manu ægidem, seu pellem capræ Amaltheæ, quam si quando commoveat, tempestates, procellasque cieri. *Silius* l. 12. v. 720. aspice quantus Ægida commoveat, nimbos flammasque vomentem Jupiter! *et* v. 335. Ægida turbato quatientem in prœlia mundo. ¶ *Virg. Æn.* 8. v. 354. Credunt se vidisse Jovem, cum sæpe nigrantem Ægida concuteret dextra, nimbosque cieret. *Ægida* hoc loco intelligere debemus, non loricam Jovis, aut scutum, quod sinistra geritur; sed *procellam, tempestatem.* Habet enim hanc etiam significationem vox Græca αἰγὶς ab ἀΐσσω, impetu feror: a qua voce αἰγὶς fit verbum αἰγίζω, quod significat *divellere, pervellere, lacerare*, quod est procellarum proprium. Quod vero *ægis* etiam Latine hanc significationem habere possit, confirmat vox *catægis*, quæ eodem sensu ab *Apuleio de Mundo* usurpata est. V. Sunt tamen, qui nihilominus *ægida* hoc loco pro scuto accipiunt: et ne illud *dextra* negotium facessat, ita legunt: *Ægida concuteret, dextra nimbosque cieret.* Alii aiunt, τὸ *dextra* positum esse non ad significandam *dexteram manum*, sed *manum* utcumque: Ideo autem *dextram* nominari, quia ea nobilior est. ¶ Denique *ægis* in larice arbore dicitur a Græcis pars ligni proxima medullæ, coloris mellei, quæ est veluti cor ipsius, tabellis pictorum conficiendis aptissima, utpote quæ nullis rimis fissilis est. *the heart of the female larch-tree, or part contiguous to the pith.* Hanc eandem in abiete leuson, (λοῦσσον *Theophrasto*) appellant. *Plin.* l. 16. c. 39.

ÆGISŎNUS, a, um, adject. ægide sonans. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 88. *de Pallade.* ægisono fera pectore virgo. V. *Ægis.*

ÆGISTHUS, m. Αἴγισθος, Thyestis filius ex Pelopea ejusdem filia. Hunc infantulum mater causa tegendi sceleris perdendum feris exposuit in sylvis. Sed a pastore inventus, ejusque beneficio nutritus est. Inde Αἴγισθος dictus fuit, quod nutritus esset a capris, quæ Græce αἶγες appellantur. Provectior ætate Atreum avunculum, impellente tamen patre, interfecit, et ejusdem filium Agamemnonem, a Trojano bello reversum, inter epulas, vel ut alii volunt, in primo navis egressu, adjuvante uxore ejus Clytemnestra, qua etiam turpissime usus erat, obtruncavit. Postremo ab Oreste Agamemnonis filio patris mortem ulciscente e medio est sublatus, una cum eadem Clytemnestra adultera. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 38. Cum Ægisthi libidinem, aut Paridis videmus, &c. *Ovid. de remed. amor.* v. 161. Quæritur, Ægisthus quare sit factus adulter, &c. ¶ Scribitur et *Ægysthus.* [*Sueton. in Cæs.* c. 50. cum narrasset, a Jul. Cæsare adulterio cognitam etiam Cn. Pompeii uxorem Muciam, subjungit: Nam certe Pompeio exprobratum est, quod cujus causa post tres liberos exegisset uxorem, et quem gemens Ægisthum appellare consuesset, ejus postea filiam potentiæ cupiditate in matrimonium recepisset.]

ÆGITHĂLUS. V. vocem sequentem.

ÆGĬTHUS, i, m. αἴγιθος, avis minima solo nomine nobis adhuc cognita (ut debiles quorundam conjecturas omittamus) mira fecunditate prædita, altero pede brevior, et clauda, teste *Aristot.* lib. 9. *histor. animal.* c. 15. (*al.* 22.) Hæc cum asino graves inimicitias gerere dicitur. Is enim spinetis se scabendi causa atterens, ejus nidos dissipat: quod ipsa adeo pavet, ut voce omnino rudentis audita, ova ejiciat, pulli metu cadant. Igitur advolans ulcera ejus rostro excavat. Hæc *Plin.* l. 10. c. 74. ubi bis hanc avem nominat: priore autem loco quidam *ægithalus* pro *ægithus* legendum putarunt.

ÆGLE, es, nympha, filia Jovis ex Neæra, una Naiadum: sic dicta ab αἴγλη, fulgor, splendor. *Virg. Eclog.* 6. v. 21. Ægle Naïadum pulcherrima. ¶ Item una Hesperidum, Atlantis filia, vel ut alii volunt, Noctis. *Serv.* ad *Æn.* 4. v. 484. ¶ Item filia Solis, Phaetontis soror, cujus lapsum mortemque deflens cum aliis sororibus in electri arborem versa est. *Hygin.* fab. 154. et 156.

[* ÆGLES, æ, m. Nomen atletæ cujusdam Samii, qui cum mutus esset antea et elinguis, præ indignatione, et cupiditate detegendi fraudem repente loqui cœpit. *Gell.* l. 5. c. 9. *Valer. Max.* l. 1. c. 8. *extr.* 4.]

ÆGLŎGA. V. *Ecloga.*

ÆGOCEPHĂLUS, i, m. αἰγοκέφαλος, avis quædam (fortassis eadem quæ *Ægolios*) ita dicta, quod capite capram referat; ab αἴξ, αἰγὸς, capra, et κεφαλὴ, caput. Liene carere scripsit *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 80. *Harduini.*

ÆGOCĔRAS, herba est, quam nos fœnum Græcum appellamus: ita dictum, quod ejus semen corniculis est simile, inquit *Plin.* l. 24. *c. ult.* nempe ab αἴξ, αἰγὸς, capra, et κέρας, cornu.

ÆGOCĔROS, ōtis, m. *the sign of the Zodiac called Capricorn*, αἰγόκερος, animal *capricornus* dictum, ab αἴξ, αἰγὸς, capra, et κέρας, cornu. V. *Capricornus.* Est autem unum e duodecim signis Zodiaci. Græca vox est, quam Latine usurpant *Lucan.* l. 9. v. 536. Par geminis Chiron, et idem quod Carcinos ardens, Humidus Ægoceros, nec plus Leo tollitur Urna. Et *Lucret.* l. 5. v. 614. Quo pacto æstivis e partibus Ægocerotis, &c. ¶ Reperitur etiam *Ægoceros*, i, m. 2. *C. Cæsar Germanic. in Arat.* v. 213. Cum sedem Ægoceri Cythereius attigit ignis. *Lucan.* l. 10. v. 213. Ægoceron, Cancrumque tenet.

ÆGOLĔTHRON, αἰγόλεθρον, herba quædam venenata, exitiosissima jumentis, et præcipue capris: ab αἴξ, αἰγὸς, capra, et ὄλεθρος, pernicies. Hujus flores concipiunt noxium virus, aquoso vere marcescentes: unde et mella inficiunt, si ab apibus insideantur, suganturque. *Plin.* l. 21. c. 13.

ÆGOLĬOS, αἰγώλιος, avis quædam nocturna, quam ex conjectura quidam *ululam* interpretantur, alii caprimulgum. Est enim ab αἴξ, αἰγὸς, capra. Quaternos semper parit, teste *Plin.* l. 10. c. 60.

ÆGON, ōnis, m. *the Ægean sea*, Αἴγων, ωνος, Ægeum mare: ab αἴξ, αἰγὸς, capra, ea ratione, qua et *Ægæum* dicitur. V. *Ægæum. Stat.* 5. *Theb.* v. 55. nec illa Samo fama, Delove sonanti Pejor, et innumeris, quas spumifer adsilit Ægon. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 629. quanto fremitu se sustulit Ægon. ¶ Est etiam nomen Pastoris apud *Virgil. Ecl.* 3. v. 2. ¶ *Ægon* etiam, sive *Ægonus* dictus est collis Romæ, qui postea Quirinalis, teste *Festo* in *Agonium*, ubi tamen incerta lectio est.

ÆGONENSIS porta dicta est olim Romæ, quæ postea Quirinalis. *Festus* in *Agonium*, ubi alii leg. *Agonensis.*

ÆGONYCHOS, αἰγόνυχος, *the herb grummel*, herba eadem, quæ Lithospermos: ab αἴξ, αἰγὸς, capra, et ὄνυξ, ὄνυχος, unguis, quod caprinum unguem referat. *Plin.* l. 27. c. 11.

ÆGOPHTHALMOS, αἰγόφθαλμος, gemma caprino oculo similis: ab αἴξ, αἰγὸς, capra, et ὀφθαλμὸς, oculus. *Plin.* l. 37. c. 11.

ÆGOS FLUMEN, urbs est, non fluvius, in Thraciæ Chersoneso juxta Hellespontum, αἰγὸς ποταμοὶ Græcis. *Stephanus:* Αἰγὸς ποταμοὶ, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ. *h. e.* Ægos fluvii urbs est in Hellesponto: et sonat *fluvii capræ.* Ita Græci semper in plurali numero usurpant. At Latini in singulari *Ægos flumen* vocant, (ubi Ægos genitivus casus est, αἰγὸς) *Nepos in Lysand.* c. 1. *in Alcib.* c. 8. et *in Conon.* c. 1. *Plin.* etiam l. 2. c. 58. et l. 4. c. 11. et *Pompon. Mela* l. 2. c. 2. ¶ Celebre est id oppidum naufragio Atticæ classis, ut narrat *Mela loc. cit.* vel clade a Lysandro Lacedæmonio ei illata, ut innuit *Nepos in Lysand.* c. 1.

[* ÆGOSTHENIENSIS, is, qui est ex Ægosthena urbe in regione Megaride. *Plin.* l. 4. c. 7. Ægosthenienses contributi Megarensibus. Quidam legunt *Ægistheniensis* eodem sensu.]

ÆGRE, adverb. *hardly, scarcely, with difficulty*, graviter, moleste, ægro, invitove animo, δυσχερῶς. *Cic. Tuscul.* 4. c. 27. Si quis ægre ferat, se pauperem esse. *Id. Attic.* l. 7. ep. 2. Nihil vidi melius: itaque careo ægre. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 111. Ægre pati. *Liv.* l. 7. c. 13. Quod ægrius patimur. *Sallust. in Jug.* c. 87. Ægerrime ferre aliquid. ¶ *Ægre esse alicui* est displicere, molestum esse. *Terent. Adelph.* 1. 2. 57. Repeton' quem dedi? Ægre est. *this grieves me; this is hard. Id. Hecyr.* 2. 1. 30. Non te pro his curasse rebus, ne quid ægre esset mihi? *that nothing should happen to displease me, put me out, grieve me. Plaut. Capt.* 3. 5. 43. Hoc mihi ægre est, me huic dedisse operam malam. *Id. Bacch.* 5. 1. 26. Quid tibi ex filio nam, obsecro, ægre est? *what is it connected with your son that grieves you? Id. Merc.* 2. 3. 35. Nescio quid meo animo ægre est. *something is the matter with me, I don't feel very well.* ¶ *Ægre facere alicui*, est molestiam creare, *to trouble, vex, displease. Plaut. Cas.* 3. 4. 17. et *Terent. Eun.* 4. 1. 10. ¶ *Ægre habere*, ægre ferre. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 16. Si alibi plus perdiderim, minus ægre habeam. Adde *Liv.* l. 7. c. 5. *a med.* ubi sunt, qui aliter leg. ¶ Sumitur etiam *ægre* sæpe pro difficulter, vix, *with much ado, hardly, not easily*, χαλεπῶς. *Cic. de senect.* c. 20. *Id.* Omnis conglutinatio recens ægre, inveterata facile divellitur. *Id. Attic.* l. 16. ep. 11. Ægre me tenui. *Id. Verr.* 6. c. 65. Nihil ægrius factum est, multo labore meo, quam ut manus ab illo abstinerentur. *Sallust. in Jug.* c. 85. Omne bellum sumi facile; ceterum ægerrime desinere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 13. Ægerrime conficere aliquid. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 33. Aliquanti in cœlestium numerum referuntur ægre exequiis digni.

ÆGRĔO, es, n. 2. *to be sick, ill, indisposed*, νοσέω, ægrum esse. *Lucret.* l. 3. v. 837. Præter enim quam quod morbis cum corporis ægret. *Alii leg.* Præter enim quam quod morbi est cum corpori ægre est. *Priscian.* quoque l. 8. pag. 826. *Putschii* hoc verbum agnoscit, sed nullo confirmat exemplo.

ÆGRESCO, scis, n. 3. *to grow sick or infirm*, ἀσθενέω, æger fio. *Plin.* l. 10. c. 12. Ægrescunt corvi. *Lucret.* l. 5. v. 350. morbis ægrescimus iisdem. ¶ Sæpe translate sumitur. *Tacit. Ann.* 15. c. 25. *in fi.* Ne tam promptus in pavorem longiore solicitudine ægresceret. *Virg. Æn.* 12. v. 45. haudquaquam dictis violentia Turni Flectitur: exsuperat magis, ægrescitque medendo. *grows worse by the attempt to cure it. Stat. Theb.* 1. v. 400. in corde sedens ægrescit cura parentis. *the anguish increases. Id. ibid.* l. 12. v. 193. his anxia mentem Ægrescit curis. *h. e.* mente tristatur ob has curas. *mentem* accusativus est Græco more positus pro *mente.* Et l. 2. v. 18. rebusque ægrescere lætis. *h. e.* tristari. *Sidon.* l. 3. ep. 3. *ad fin.* Exspectationi ægrescenti adventus remedia medicabuntur.

ÆGRIMONĬA, æ, f. *sorrow, sadness, grief, affliction, anguish*, ægritudo animi, mœror, cura, λύπη. *Cic. Att.* l. 12. ep. 38. Ferrem graviter, si novæ ægrimoniæ locus esset. *Horat.* epod. 17. v. 73. Fastidiosa tristis ægrimonia. *Plaut. Stich.* 3. 1. 5. Afficere aliquem ægrimonia.

ÆGRĪRE, pro *ægrere*, ægrotare, legitur in quibusdam editionibus apud *Lucret.* l. 3. v. 107. corpus, quod cernitur, ægrit. *Alii* ægre est.

ÆGRISCĔRE, pro *ægrescere* quidam leg. apud *Lucret.* l. 5. v. 350. morbis ægriscimus iisdem. *Alii* ægrescimus.

ÆGRITŪDO, inis, f. *sorrow, grief, affliction, anguish, solicitude, care*, λύπη, perturbatio animi propter impendens, aut præsens malum, solicitudo, cura, molestia, angor. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 10. Præclare nostri, ut alia multa, molestiam, solicitudinem, angorem propter similitudinem corporum ægrorum, ægritudinem nominaverunt. *Et mox.* Ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo, &c. (*Multa habes in eo libro de ægritudine dicta*) *Id. ibid.* c. 7. Ægritudine affici. *Id. ibid.* c. 9. Incidere in ægritudinem. *Et* c. 12. *in fin.* Ægritudine confici. *Et* c. 13. opprimi. *Et* c. 28. premi. *Et* c. 14. Ægritudinem efficere. *Et* c. 15. In ægritudine esse. *Et* c. 18. Levare ægritudinem. *Et* l. 5. *Fam.* ep. 13. *ad fin.* Levare aliquem ægritudine. *Id.* l. 3. *Tuscul.* c. 11. Ægritudinem depellere. *Et* c. 19. Maximas ægritudines detrahere. *Et* c. 22. Ægritudinem lenire, et tollere. *Et* c. 28. *in fin.* Ægritudini se dedere. *Et* c.

29. Ægritudinem suscipere. Et 4. Tuscul. c. 15. Ægritudines maximas, atque acerbas importare. Senec. ep. 30. Ægritudines discutere. Sueton. in Jul. c. 84. Neque mollem ægritudinem pati. [illegible] ¶ Proprie ægritudo, si verbi vim spectes, significat morbum corporis, malady, bodily infirmity, complaint, illness, disease, νόσος. Plin. l. 8. c. 4. de elephantis. Visi sunt fessi ægritudine, quando et illos morbi infestant morbi; &c. Colum. l. 7. c. 7. Quod si ea res ægritudinem corporis non depellit, &c. Curt. Alex. 2. c. 29. Die sequentis mota, et ægritudinem fessus, sive, ut tradidere quidam, simulato morbo, &c. Adde cap. 69. Curt. l. 3. c. 5. et Plin. l. 4. c. 7.

ÆGROR, oris, m. disease, malady, morbus, νόσημα. Lucr. l. 6. v. 1257. Nec minimam partem ex agris ægroris in urbem Confluxit, languens quem contulit agricolarum Copia, &c. Et v. 1129. venit bubus quoque sæpe Pestilitas, etiam pecubus balantibus ægror.

ÆGROTATIO, nis. f. disease, sickness, impaired health, illness, νόσημα. proprie in corpore nominatur, sicut ægritudo est animi. Cic. 3. Tuscul. c. 10. Ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo, &c. Id. ibid. l. 4. c. 10. Quemadmodum cum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis, morbi, ægrotationesque nascuntur. ¶ Quomodo differant morbus, et ægrotatio, explicat Idem ibid. c. 13. Morbum, inquit, appellant totius corporis corruptionem: ægrotationem morbum cum imbecillitate: vitium, cum partes corporis inter se dissident: ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas. Itaque illa duo, morbus et ægrotatio ex totius valetudinis corporis conquassatione, et perturbatione gignuntur: vitium autem integra valetudine, ipsum per se cernitur. Sed in animo tantummodo cogitatione possumus morbum ab ægrotatione sejungere. ¶ Ex postremis hisce verbis liquet, *ægrotationem* etiam de animo dici, pro ægritudine, *disease or unhappy state of the mind.* Id. 3. Tuscul. c. 4. Nomen insaniæ significat ægrotationem et morbum, idest insanitatem, et ægrotum animum, quam appellarunt insaniam. *Et* l. 4. c. *pœnult.* Ægrotationes animi, qualis est avaritia, gloriæ cupiditas, &c. *Plin.* l. 17. c. 24. usurpat ægrotationem de morbis arborum.

ÆGRŌTO, as, avi, atum, n. 1. *to be sick, ill, or infirm, to labour under indisposition,* ἀῤῥωστέω, ἀσθενέω, ægro corpore sum, morbo corripior. *Cic. pro Cluent.* c. 62. Vehementer, diuque ægrotare. *Id. Attic.* l. 8. ep. 2. Periculose ægrotare. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 35. Graviter ægrotare. *Id.* 2. *de Fin.* c. 13. Gravissime ægrotans. *Plin.* l. 3. ep. 16. Mortifere ægrotare. ¶ Translate *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 307. Ægrotare vitio aliquo animi. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. *pœnult.* Ea res, ex qua animus ægrotat. *Lucret.* l. 4. v. 1117. Ægrotat fama alicujus. *h. e.* minus bona est, laborat. *Plaut. Trinum.* 1. 1. 8. Mores boni ægrotant. *Et* 1. 2. 34. In te ægrotant artes antiquæ tuæ. ¶ *Plin.* l. 17. c. 24. ad arbores etiam transtulit.

ÆGRŌTUS, a, um, *sick, infirm, weak, ill, diseased,* ἄῤῥωστος, νόσιμος, æger, morbo laborans. *Cic. Fam.* 9. ep. 14. Cum ad eum ægrotum venissem. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 48. Ægrotum corpus. *Et* ep. 1. v. 73. Ægrotus leo. ¶ Sæpe substantivi more usurpatur. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 21. Quod ipsum erat fortis ægroti accipere medicinam. *Id. Attic.* l. 9. ep. 10. Ægroto dum anima est, spes esse dicitur. *while there's life, there's hope,* proverbium, quo admonemur, ne in afflictissimis quidem rebus abjiciendam spem esse. *Terent. Andr.* 2. 1. 9. Facile omnes, cum valemus, recta consilia ægrotis damus. ¶ Translate *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 4. Ægrotus animus. (*sæpius tamen, tutiusque* æger animus *dicitur. hic enim locus non caret varia lectione.*) *Id. Divin. in Verr. c. ult.* Ægrota, et prope desperata respublica. *Plaut. Trinum.* 1. 2. 39. Omnibus amicis morbum injicies gravem; ita ut te videre, audireque ægroti sient. *h. e.* tristentur, et fastidiant, si te videant, audiantque. *Terent. Andr.* 1. 2. 22. et 3. 3. 27. Ægrotus animus.

ÆGYPTIĀCE, adverb. *after the manner or practice of Egypt. Trebell. Poll. in XXX. Tyrann.* c. 30. *de Zenobia.* Loquebatur Ægyptiace ad perfectum modum.

ÆGYPTIĀCUS, a, um, *Egyptian,* idem quod Ægyptius. *Plin.* l. 6. c. 28. Ad mare nostrum, litusque Ægyptiacum. *Gell.* l. 10. c. 10. Apion in libris Ægyptiacis dicit, &c.

ÆGYPTILLA, æ, *f.* gemma nigri, et cærulei coloris, sic vocata, quod frequens in Ægypto reperiatur. *Plin.* l. 37. c. 10. *Isidor.* l. 16. *Orig.* c. 11.

ÆGYPTĪNI, Æthiopes sunt apud *Festum.*

ÆGYPTIUS, a, um, adject. *Egyptian, belonging to Egypt,* qui est ex Ægypto, vel ad Ægyptum pertinet. Αἰγύπτιος. *Cic. in Pison.* c. 21. Ægyptius rex. *Nepos in Datam.* c. 3. Ægyptium bellum. *Plin.* l. 5. c. 9. Mare Ægyptium. *Sueton. in Cæs.* c. 39. Ægyptiæ classes. *Id. in Tiber.* c. 36. Ægyptii ritus. ¶ *Ægyptium acetum* laudatissimum erat: cujus meminit *Cic. in Hortens.* V. *Acetum.* ¶ *Ægyptius, ii,* est Ægypti incola. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 29. Ne fando quidem auditum est, crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab Ægyptio. Quid igitur censes? Apim illum, sanctum Ægyptiorum bovem, non. Deum videri Ægyptiis? ¶ De Ægyptiorum moribus multa *Vopisc. in Saturnino.*

ÆGYPTUS, ti, f. *Egypt,* Αἴγυπτος, est regio amplissima Africæ, vel Asiæ, ut quidam volunt. Olim dicta fuit *Aeria,* postea Ægyptus ab Ægypto Danai fratre. Extenditur a Septentrione in Meridiem a Mari Mediter. usque ad Syenem. A Septent. habet Mare Mediter. seu Ægyptium, a Merid. Æthiopiam, ab Ort. deserta Arabiæ, ab Occas. Libyam. Eam Nilus interfluit, cujus ostio Canopico ab Africa, Pelusiaco ab Asia secernitur. Figuræ est triangularis, quam efficit Nilus, ita se dividens, ut Δ litteram facere videatur. In hac regione nunquam visum est pluere, sed Nili inundatione quotannis statis temporibus recurrente irrigatur, et fœcundatur. Hæc et alia multa *Plin.* l. 5. c. 9. disserit: item *Ammian.* l. 22. c. 15. et 16. (*al.* 34. et *sequentib.*) qui tamen in ejus assignandis finibus valde peccat. *Cic. Agrar.* 2. c. 16. Alexandria, cunctaque Ægyptus. *Ovid.* l. 1. *de art. amand.* v. 649. Dicitur Ægyptos caruisse juvantibus arva Imbribus, atque annos sicca fuisse novem. *Ægyptos* rectus casus est Græcæ positionis. ¶ Quia tota Ægyptus Nilo circumdatur, alluiturque, ideo eam quidam inter insulas posuerunt, (ut *Plin.* notat *loco cit.*) inter quos est *Hygin.* fab. 276. ¶ In fabulis est, Ægyptum Beli filium (alii ex Neptuno, et Libya ortum dicunt) Danai fratrem fuisse, et habuisse quinquaginta filios, qui cum totidem filias Danai uxores duxissent, ab his prima nocte, uno excepto, omnes interfecti sunt: quam ob rem fuisse ab eo expulsum regno Danaum, tenuisseque ipsum ejus ditionem, eique suum nomen dedisse; cum antea *Aeria* vocitaretur, a fusco scilicet et caliginoso aere, ob Nilum circumfluentem. *Hygin.* fab. 168. et alibi. *Ovid.* tamen *in Ibin.* v. 177. ipsum Ægyptum a Danao expulsum fuisse, significat. ¶ Quamvis *Ægyptus* nomen sit regionis, seu provinciæ, usurpatur nihilominus interdum in accusativo sine præpositione cum verbis motus ad locum, contra leges Grammaticorum. *Nepos in Datam.* c. 4. Cum Ægyptum proficisci pararet. *Vopisc. in Saturnino,* c. 8. Ipse ille cum Ægyptum venerit. V. similia in *Cyprus.* Idem tamen *Nepos in Angesil. c. ult.* Cum in Ægyptum ivisset, *dixit.* [† ¶ Est et Ægyptus nomen liberti Ciceronis. Vide Epist. Fam. 16. 15. ad Tyronem.]

ÆGYSTHUS. V. *Ægisthus.*

ÆLIA TRIBUS numeratur a quibusdam inter Romanas, crediturque habuisse nomen ab Hadriano Imperatore, qui ex *Ælia* gente fuit. Fortasse una fuit ex iis, quas duplex nomen habuisse notat *Sigon. Vet. Lap.* apud *Gruter.* pag. 80. n. 2. P. Ælius P. F. Ælia Pacatus, &c. *Sigonii* opinionem confirmat alius recens erutus Baiis prope Neapolim: Marco Aurelio M. F. Ælia Galeria Vivinacio militi Coh. IIII. Præt. Vixit annis XXXXV. mil. annis XXIV. Aurelia Nice marito suo benemer. Posuit. *Memorie per serv. all' Istor. Letter.* To. 1. par. 2. pag. 20.

ÆLIA LEX de comitiis lata est a Q. Ælio Consule, vel, ut alii volunt, tribuno plebis, cavebatque, ut quoties cum populo ageretur, augures de cœlo servarent, magistratus obnunciarent, si quid per auspicia agi non liceret, et legislationi intercedendi potestatem haberent. Sæpe de ea mentio fit a *Cic. pro Sext.* c. 15. in *Vatin.* c. 9. in *Pison.* c. 5. et alibi, et fere semper cum lege *Fusia* conjungitur, quæ lata est a P. Fusio, quia et hæc ad comitia rite habenda pertinebat, vetabatque agi cum populo certis quibusdam diebus. ¶ *Lex Ælia Sentia* fuit de manumissionibus. Tulere Sex. Ælius, et C. Sentius Coss. ut servi, qui vel vincti aliquando pœnæ causa a dominis fuissent, vel qui bestiis damnati, item quibus nota inusta fuisset, si ii manumitterentur, non civium R. sed dedititiorum loco haberentur, hoc est privarentur jure connubii, commercii, et testamenti: Ut minorem 30. annis servum manumittere, nisi probata causa apud consilium, non liceret, &c. multa enim alia omittimus ad hanc legem spectantia, quæ videre est apud *Ulpian. in fragment.* tit. 1. ubi singula ejus capita collegit, item apud eos, qui ex professo de hujusmodi rebus scripserunt, *Rosin. Hotoman. Pitisc.* et al. Hujus legis mentio sæpe fit in *Digest. et in Institut. Justin.* ¶ Alterius legis Æliæ Sentiæ meminit *Cic. in Top.* c. 2. sed quia non constat, quo anno, aut a quo lata fuerit, et præterea, quia quod ex ea refert *Cic.* legitur in legib. XII Tab. ut dicemus in voce *Assiduus,* corruptam esse eam lectionem putant *Manut. Lambin. Hotoman.* et alii.

ÆLIĀNUS, a, um, adject. ut Ælianæ oratiunculæ, *Cic. de clar. Orat.* c. 56. *in fi. h. e.* conscripta a quodam L. Ælio, qui Philosophus fuit, secta Stoicus: scriptitavit enim orationes multas, neque tamen unquam fuit orator, ut *Cic. ibid.* scribit.

ÆLĪNON, nomen est cantus, quo Apollo Linum filium suum morte sublatum flevisse dicitur: ex Græco *αἶ,* vel *αἴ,* hei, heu, et Λίνος, Linus: quo pacto legitur in quodam Adonis epitaphio Ὤρεα πάντα λεγοντι, καὶ αἱ δρύες, αἶ τὸν Ἄδωνιν. *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 9. v. 23. Ælinon in silvis idem pater, Ælinon, altis Dicitur invita concinuisse lyra. *Alii aliter leg.* [† Conf. Eustath. ad Il. Σ. p. 1223. et ad Il. Φ. p. 1324. ed. Basil.]

AELLO, us, f. Ἀελλὼ, nomen unius ex tribus Harpyis, ita dictæ ab ἄελλα, procella, quod procellæ, et turbinis instar cum impetu volando feratur. *Ovid. Metam.* 13. v. 710. Strophadumque receptos Portubus infidis exterruit ales Aello. ¶ Est etiam nomen canis cursu fortis apud *eund. Metam.* 3. v. 219.

[* ÆLURACĔUS, a, um, adject. æluro similis. *Campol. in Litholex.* Feli æluraceo terribili fecit C. Fusius velatorium.]

ÆLURUS, i, m. *a cat,* αἴλουρος, feles. Vox Græca est, quam quidam deducunt ἀπὸ τοῦ αἰόλλειν καὶ κινεῖν τὴν οὐρὰν, a vertenda, et movenda cauda: quasi vero soli feles caudam vertant, et moveant. *Gell.* l. 20. c. 8. Ælurorum oculi ad vices lunæ aut ampliores fiunt, aut minores.

ÆMATHĬUS. V. *Emathius.*

ÆMĬDUS, a, um, prisca vox, et obsoleta, *tumidum* significat, auctore *Festo.*

ÆMILIĀNUS, a, um, adject. *Sueton. in Claud.* c. 18. Cum Æmiliana pertinacius arderent. *supple* ædificia, *vel* loca. *Æmiliana* autem dictus est locus Romæ, sed extra portam, in continentibus Urbis ædificiis, non procul a Campo Martio. Nomen habuit a gente Æmiliorum, qui fortasse illic habitaverunt. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. Quod extra urbem est ædificium, nihilo magis ideo est villa, quam eorum ædificia, qui habitant extra portam Flumentanam, aut in Æmilianis. ¶ Fuit etiam vicus Romæ *Æmilianus* dictus in septima Urbis regione. *Sext. Rufus de reg. Urb. Rom.* ¶ P. Scipio Africanus minor L. Pauli Æmilii filius, in Corneliam gentem a P. Scipione Africani majoris filio adoptatus, *Æmilianus* postea vocatus est: Sicut et Q. Fabius Max. ejusdem frater, adoptatus a Q. Fabio Augure in gentem Fabiam, quique consul fuit cum L. Hostilio U. C. anno 607. ut est in fragment. Fast. Capitolin. apud *Gruter.* pag. 294. lin. 11. *Juvenal.* sat. 8. v. 3. et stantes in curribus Æmilianos. V. *Vellei.* l. 1. c. 10. et 12. et *Flor.* l. 2. c. 15.

ÆMILĬUS, a, um, adject. Æmilia gens Patricia majorum gentium clarissima Romæ, et honestissima fuit, a qua multi clarissimi viri extiterunt. Dicta est ab *Æmilio* Ascanii filio Æneæ nepote, vel ab *Amulio* Albanorum rege, ut putat *Silius* l. 8. v. 295. Alii dictam putant a Mamerco Pythagoræ Philosophi filio, cui propter singularem humanitatem *Æmylos* cognomen inditum fuit. Græce enim *αἱμύλος* humanum, comem, et *αἱμυλία* humanitatem, comitatem significant. Quare scribendum censent *Æmylius,* et *Æmylianus* per *y.* sed ut vera sit hæc nominis origo, verba tamen, quæ a Græca in Latinam linguam translata sunt, sæpius Latinis quoque litteris scribi consuevere. *Manil.* l. 1. v. 794. Æmiliæque domus proceres. ¶ *Æmilia tribus* rustica nobilissima, omisso antiquo nomine, quo a loco, ubi constituta primum fuit, appellabatur, ab Æmilia gente, quam in se transtulit, denominata est. Ejus meminere *Cic. Attic.* l. 2. ep. 14. et *Liv.* l. 38. c. 36. ¶ *Æmilia via* triplex fuit: prima strata a M. Æmilio Lepido Consule cum C. Flaminio, incipiebat ab Placentia, transibat per Parmam, Rhegium, Mutinam, Bononiam, Forum Cornelii, Faventiam, Forum Livii, Cæsenam, et perducebatur Ariminum usque, ubi inserebatur Flaminiæ, ut apud *Liv.* l. 39. c. 2. legitur. Altera strata a M. Æmilio Scauro per Pisas et Lunam Dertonam usque ducebat, ut *Strabo* l. 5. docet. Tertia ab Arimino Aquileiam usque tendebat: sed hanc alii cum prima eandem esse putant. *Martial.* l. 3. epigr. 4. Romam vade, liber: si, veneris unde, requiret, Æmiliæ dices de regione viæ. ¶ *Æmilia* etiam absolute dicitur. *Galba ad Cic. Fam.* 10. ep. 30. In ipsa Æmilia diu pugnatum est. ¶ Ab hac via dicta est *Æmilia regio* ab Arimino Placentiam usque protensa, quæ alio nomine Gallia Cispadana vocatur. *Martial.* l. 6. epigr. 85. Funde tuo lacrymas orbata Bononia Rufo; Et resonet tota planctus in Æmilia. ¶ *Æmilius pons* dictus est a M. Æmilio Scauro conditore, de quo *Juvenal.* sat. 6. v. 32. ¶ *Æmilia ratis* dicitur a *Propertio,* qua advecta sunt Romam spolia Macedonici regni a L. Æmilio Paulo post devictum regem Persea, l. 3. eleg. 2. v. 8. Regiaque Æmilia recta trophæa rate. ¶ *Æmilius ludus* fuit ludus gladiatorius Romæ excitatus a L. Æmilio Lepido. *Horat. de art. Poet.* v. 32.

ÆMILĬUS MACER Poeta Veronensis amicus Virgilii scripsit carmine de virtutibus herbarum, de serpentibus, et volucribus: cujus rei testis est *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 10. v. 43. ubi suo ævo eum vixisse etiam indicat. Illud porro opus ad nos non pervenit. Nam quod circumfertur, et in hoc quoque Opere aliquando citatur, non illius Æmilii, sed alterius, qui longo post tempore vixit, manifesto esse deprehenditur: cum (ut alia argumenta omittamus) quamplurimas voces habeat, et phrases cadentis Latinitatis, vel potius jam prolapsæ. Capite de *Ligustico* Strabum Gallum citat, qui Sæculo Christi nono floruit. ¶ Veronensem fuisse priorem illum testatur etiam *Servius* ad *Ecl. Virg.* 5. v. 1.

ÆMON. V. *Hæmon.*

ÆMONĬA, Αἱμονία, regio Macedoniæ, quæ primum *Pyrrhæa* dicta est a Pyrrha Deucalionis uxore, deinde *Æmonia* ab Æmo monte, vel ab *Æmone* Deucalionis filio, tandem Thessalia. A nonnullis scribitur *Hæmonia* cum aspiratione. *Plin.* l. 4. c. 7. *Horat.* l. 1. *Od.* 37. v. 20.

ÆMONĬDÆ, arum, m. Αἱμονίδαι, Thessali. Æmonides vocat *Valer. Flacc.* Argonautas, quia multi ex his a Thessalia, omnes vero sub Jasone duce Thessalo fuere, l. 4. v. 506. l. 5. v. 127. et l. 6. v. 371. ¶ Scribitur et *Hæmonidæ.*

ÆMONĬDES, æ, m. nomen viri proprium, apud *Virg.* 10. *Æn.* v. 537. et *Stat.* 2. *Theb.* v. 692. ¶ Scribitur et *Hæmonides.*

ÆMŎNIS, idis, f. quæ est ex Æmonia, seu Thessalia. *Ovid. Heroid.* ep. 13. v. 2. Æmonis Æmonio Laodamia viro. *Lucan.* l. 3. v. 590. O decus Æmonidum. ¶ Scribitur et *Hæmonis.*

ÆMONĬUS, a, um, Αἱμόνιος, ad Æmoniam, sive Thessaliam pertinens. *Ovid.* l. 1. *de art. am.* v. 6. Æmonia puppis. *h. e.* navis Argo a Jasone in Thessalia facta. *Id.* 7. *Metam.* v. 132. Æmonius juvenis. [Et *Val. Flacc.* l. 8. v. 338. Æmonius adulter.] *h. e.* ipse Jason. *Id.* l. 2. *de art. am.* v. 99. Æmoniæ artes. *h. e.* magicæ, quæ plurimum in Thessalia factitatæ sunt. *Id.* l. 2. *amor.* eleg. 9. v. 7. Æmonius heros. *h. e.* Achilles, qui Thessalus fuit. *Id.* l. 2. *de art. am.* v. 136. Æmonii equi. *h. e.* Achillis. *Id.* 2. *Metam.* v. 81. Æmonii arcus. *h. e.* Sagittarii, signi cælestis, qui dicitur a quibusdam fuisse Chiron Centaurus, Achillis præceptor. *Propert.* l. 2. eleg. 1. v. 65. et *Stat.* lib. 2. silv. 6. v. 33. Æmonia cuspis. *h. e.* Achillis hasta, quæ vulnus infligere, eademque sanare dicta est. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 79. Æmonius maritus. *h. e.* Pyrrhus Achillis filius, vir Andromaches. *Senec. in Agamemnon.* v. 640. Æmonio desponsa rogo. *h. e.* Polyxena, quæ mactanda erat ad rogum Achillis. [*Ovid.* 4. *Trist.* el. 1. v. 16. Æmonia lyra, *h. e.* qua usus est Achilles. ¶ Thraces etiam a monte Æmo, qui Thessaliam dividit a Thracia Æmonii dici videntur. *Claudian. de bell. Get.* v. 165. Thraces et Æmonii poterunt, Mœsique fateri.] ¶ Scribitur et *Hæmonius.*

ÆMŬLA, æ, f. V. *Æmulus.*

ÆMULAMENTUM, ti, n. æmulatio. *Tertull. (seu Cyprian. ut alii volunt) in carm.* l. 4. *advers. Marc.* c. 1. Quapropter merito nos æmulamenta locuti. *tertiam syllabam perperam corripit.*

ÆMULANTER, adverb. *emulously. Tertull. de præscriptionib.* c. 40. Tam æmulanter affectavit *(Diabolus)* exprimere in negotiis idololatriæ.

ÆMULATĬO, onis, f. *emulation, ambition, zeal, desire of superiority, thirst of preferment or honour,* ζῆλος, imitatio honoris, aut virtutis alicujus, studiumque ejus assequendæ. *Nepos in Attic.* c. 5. *in fi.* Efficiebat, ut inter quos tantæ laudis esset æmulatio, nulla intercederet obtrectatio. de Cicerone, et Hortensio *loquitur. Justin. in præfat.* Æmulatio gloriæ. *Tacit. Ann.* 13. c. 54. Bona æmulatio. ¶ Sæpius accipitur pro rivalitate, seu studio alterius æquandi, aut superandi, cum contentione, et invidia conjuncta, *rivalry, competition, strife, envy, jealousy;* δυσζηλία, ζηλοτυπία. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 8. Æmulatio dupliciter illa quidem dicitur, ut et in laude, et in vitio nomen hoc sit. nam et imitatio virtutis æmulatio dicitur; et est æmulatio, ægritudo, si eo, quod concupierit, alius potiatur, ipse careat. *Et* cap. 26. Æmulatio vitiosa, quæ rivalitati similis est. *Tacit. Ann.* 13. c. 19. Inter Agrippinam, et Domitiam infensa æmulatio exercebatur. *Flor.* l. 1. c. 11. Æmulatione et invidia aliquid facere. *Curt.* l. 9. c. 7. Infestus alicui ob Æmulationem. *Plin. in Paneg.* c. 84. Æmulatio nascitur ex conjunctione, alitur æqualitate, exardescit invidia, cujus finis est odium. *Petron. in Satyr.* c. 99. Neque enim in amantium potestate esse furiosam æmulationem. *jealousy.* ¶ Translate *Plin.* l. 25. c. 2. Pictura fallax est in æmulatione naturæ.

ÆMULĀTOR, oris, m. *an emulator, rival, competitor,* qui æmulatur, et imitari studet, ζηλωτής. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. *ad fin.* Quod Sicyonii te lædunt, Catoni, et ejus æmulatori Servilio attribuas. *Senec.* ep. 124. *ad fin.* Animus emendatus, ac purus, æmulator dei, &c. *Justin.* l. 6. c. 3. Pisandrus pro conjunctione Agesilai etiam virtutum æmulator erat; contendebatque, ne a rebus gestis ejus, et gloriæ splendore discederet. *Apulei. in Florid.* n. 15. Homeri hospes, et æmulator canendi. *Id. in Apolog.* Vir egregie doctus, et veterum æmulator. ¶ Si in malam partem pro invido, et rivali ponere velis, tutius vocem *æmulus* usurpaveris.

[* ÆMULĀTRIX, icis, f. *a female rival,* quæ æmulatur. *Cassiodor. Variar.* lib. 7. ep. 5. Ut quod tantis ac talibus institutionibus inventum est, æmulatrix posteritas in suum commodum custodiret.]

ÆMULĀTUS, us, m. *emulation, rivalry, envy,* æmulatio cum contentione, et invidia conjuncta, δυσζηλία. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 66. Non exercitibus securitatem, nisi exstincto æmulatu redituram. *Id.* 13. *Ann.* c. 46. Otho, ne in Urbe æmulatus ageret, provinciæ Lusitaniæ præficitur. [*h. e.* ne parum æquo animo ferret æmulum sui matrimonii, et adulterum Neronem.]

ÆMŬLO, as, a. 1. *to emulate, strive to equal or imitate,* ζηλόω, æmulor, imitor. *Apulei.* l. 1. *Metam.* Si patris tui virtutes æmulaveris.

ÆMŬLOR, aris, atus sum, dep. 1. *to emulate, strive to imitate, endeavour to equal or excel, choose for a pattern of imitation,* ζηλόω, alicujus dotem, seu virtutem imitor, et adhibita laudabili contentione, et conatu assequi studeo. *Plaut. Mil.* 3. 2. 26. Quoniam æmulari non licet, nunc invides. *Cic. pro Flacc.* c. 26. *in fi.* Omnes ejus instituta laudare facilius possunt, quam æmulari. *Nepos in Epamin.* c. 5. Æmulari Agamemnonem. *Horat.* l. 4. *Od.* 2. v. 1. Pindarum. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 68. severitatem alicujus. *Id. in Agric.* c. 15. Virtutes majorum. *Id.* 6. *Ann.* c. 29. Labeo per abruptas venas sanguinem effudit; æmulataque est conjux Paxea. *Id.* 3. *Hist.* c. 81. Studium philosophiæ, et placita Stoicorum æmulatus. *Id.* 3. *Ann.* c. 55. Æmulandi amor. *Id.* 2. *Hist.* c. 81. Æmulantium inter se regum paratus. *striving for superiority. Quintil.* l. 1. c. 3. Pueri in scholis, positis invicem cujusque generis quæstiunculis æmulantur. *h. e.* laudabiliter certant. *contend with a spirit of rivalry, or a desire of excelling each other.* ¶ Cum dativo *Cic. Tuscul.* 1. c. 19. Iis æmulamur, qui ea habent, quæ nos habere cupimus. *Justin.* l. 6. c. 9. Cui æmulari consueverant. ¶ In malam partem. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 64. Æmulari aliquem vitiis. *to match in crime or villainy.* ¶ Pro invidere, inimicum esse, invidiose contendere. *to envy, be jealous,* φθονέω. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 26. Obtrectare vero alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ rivalitati similis est, æmulari, quid habet utilitatis? cum sit æmulantis angi alieno bono, quod ipse non habeat; obtrectantis autem, angi alieno bono, quod id etiam alius habeat. *Liv.* l. 28. c. 43. Tanquam mihi ab infimo quoque periculum sit, ne mecum æmuletur. *h. e.* certet, et invidiose contendat: hoc loco notanda est constructio, qua *æmulari cum aliquo* pro *æmulari alicui,* aut *aliquem* dictum est. ¶ Translate tribuitur rebus inanimis. *Plin.* l. 14. c. 2. Basilicæ uvæ Albanum vinum æmulantur. *Id.* l. 16. c. 43. Vitem æmularetur ulmus, ni &c. ¶ *Æmulandus* particip. *deserving of being emulated, fit pattern for imitation. Plin.* l. 5. ep. 15. Una diligimus omnes fere, quos ætas nostra æmulandos tulit. ¶ *Æmulari* hoc est timere rivalem, ne quod ego peto, id ipsum mihi præripiat. *Propert.* l. 2. eleg. 25. v. 19. Ipse meas solus, quod nil est, æmulor umbras: Stultus, quod stulto sæpe timore tremo. ¶ Inter *æmulari,* cum in bonam partem accipitur, et *imitari* hoc interest, quod qui *imitatur,* satis habet, si aliqua ex parte ei similis esse possit, quem sibi imitandum proposuit: qui vero *æmulatur,* æquare studet, vel etiam si fieri possit, superare. *Plin.* l. 7. ep. 30. Orationem Demosthenis habui in manibus, non ut æmularer (improbum enim ac pæne furiosum) sed tamen imitarer, et sequerer.

ÆMŬLUS, la, um, adject. *a rival, emulator, imitator, one who strives to equal or excel,* ζηλωτής, qui alterum in re quapiam imitari, et æquare studet, laudabili conatu, et cura adhibita. Usurpatur sæpe more substantivi. *Cic. pro Muren.* c. 29. Zenonis inventorum æmuli Stoici nominantur. *Id. Phil.* 2. c. 12. Se æmulum mearum laudum extitisse. *Id. pro Marcell.* c. 1. Æmulus atque imitator studiorum, ac laborum. *Id. pro Coel.* c. 14. Mulier æmula domesticæ laudis. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 13. Optimatium æmulus doctrina, artibus, studiis. *Gell. in præfat.* Ejusdem musæ æmulus. *h. e.* eorundem studiorum sectator, et studiosus, ὁμότεχνος: quod in proverbium abiisse notat *Erasm. in Adag.* ¶ Interdum in malam partem sumitur pro obtrectatore, invido, *invidious, spiteful, disposed to detract or derogate from the reputation or interest of another. Virg.* 6. *Æn.* v. 173. *de Miseno.* Æmulus exceptum Triton (si credere fas est) Inter saxa virum spumosa immerserat unda. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 8. Quem, remoto æmulo, æquiorem sibi sperabat. *Sueton. in Ner.* c. 6. Qui eum tanquam Britanici æmulum, strangularent. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 7. Æmulus Vologeso. *Plin.* l. 36. c. 12. Æmuli insidiantes. *Vellei.* l. 2. c. 1. Remoto Carthaginis metu, sublataque imperii æmula. *the rival. Justin.* l. 9. c. 7. Æmulus regni. *a competitor for.* ¶ Hinc et pro rivali accipitur, *a rival (in an affair of love). Cic. Verr.* 7. c. 31. *in fi.* Si non tanquam virum, at tanquam æmulum removisset. *Terent. Eun.* 4. 1. 9. Ibi illa cum illo sermonem occipit: Miles vero sibi putare adductum ante oculos æmulum. ¶ Translate tribuitur rebus inanimis, et interdum pro simili ponitur, *like, of equal worth with, equal to. Plin.* l. 9. c. 17. Lacus Brigantinus mustelas æmulas marinis generat. *Id.* l. 2. c. 8. Sidus Veneris æmulum Solis, ac Lunæ. *Martial.* l. 4. ep. 42. Pæstanis rubeant æmula labra rosis. *Id.* l. 13. epigr. 118. Thuscis æmula vina cadis. *Claudian. de VI Consul. Honor.* v. 498. nudataque litora fluctu Deserit, Oceani Lunaribus æmula damnis. ¶ Item pro invido, adverso, *invidious, envious, hurtful, baneful. Virg.* 5. *Æn.* v. 415. Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum Temporibus geminis canebat sparsa senectus. *Colum.* l. 5. c. 6. Ne æmula umbra viti noceat. [¶ Cum accusativo *Sallust. fragm. Histor.* lib. 3. Facta consultaque ejus (Alexandri) quidem æmulus erat Pompeius. Et cum præposit. *in. Apulei.*] l. 1. *Metam.* In convivas æmulus. *ubi alii aliter leg.* Et *eod. lib. ad fin.* Fluvius argento vel vitro æmulus in colorem. *h. e.* colore similis vitro.

ÆMUS. V. *Hæmus.*

ÆNARĬA, æ, f. [† nuper] *Ischia,* [nunc vocatur a nomine oppidi imaginem coxendicis in monte præbentis.] Insula cum Urbe cognomine in Campania, in sinu Neapolitano. Dicta est a statione navium Æneæ, ut *Festus* docet, et *Plin.* l. 3. c. 6. ubi addit ab *Homero* dictam esse *Inarimen,* a Græcis *Pithecusam:* quæ V. suis locis. ¶ In ea insula sunt aquæ medicam vim habentes contra calculos, ut *Plin.* l. 31. c. 2. testatur. Hinc *Stat.* l. 3. *silv. ult.* v. 104. Ænariæque lacus medicos.

[ÆNARIENSES, ium, m. incolæ Ænariæ insulæ. *Camp. in Litholex.* Ænarienses curavere Vesuvinis reddi cultos agros deflagratos ira Vesevi, cum Ænario ludo Vesuvinis Deis celebrare deberent luminositer ob ædes conservatas Bebio ac Licinio Coss. terræmotu maximo ferociente idibus Julii.]

ÆNEĂDÆ, adum, m. *the Trojans, the followers of Æneas,* Trojani, et aliquando etiam Romani, ita dicti ab Ænea, quo duce in Italiam post Trojæ excidium vecti sunt. *Virg.* 3. *Æn.* v. 18. Æneadasque, meo nomen de nomine fingo. *Id.* 1. *Æn.* v. 565. Qui genus Æneadum, quis Trojæ nesciat urbem? *(Æneadum* dictum esse ait *Priscian.* l. 7. pag. 733. *Putsch.* per concisionem, seu syncopen pro *Æneadarum.)* Et 7. *Æn.* v. 616. Æneadis indicere bella. *Id.* 8. *Æn.* v. 648. Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.

ÆNEĂDES, æ, patronym. m. V. *Æneides.*

ÆNĒAS, eæ, m. Αἰνείας, Veneris, et Anchisæ filius, Virgilii carmine notissimus, dictus Æneas, ut quidam putant, ab αἰνέω, quod est laudo. Nam laus a Græcis αἶνος dicitur. De hujus genealogia vide *Ovid.* l. 4. *Fast.* v. 31. Dardanon Electra &c. Ex incendio Trojæ navigavit in Italiam, ibique Romanæ reipublicæ fundamenta jecit, quod tota Æneide sua narrat *Virgilius.* Ejus naves a Turno incensæ in Nymphas mutatæ sunt. *Virg.* 9. *Æn.* v. 69. et deinceps, et *Ovid.* 14. *Metam.* fab. 12. Post mortem (cum in Numicium fluvium cecidisset) Deus factus est, et Jupiter Indiges vocatus. *Serv.* ad *Æn.* 1. v. 263. *Ovid. Metam.* 14. fab. 15. ¶ Sæpe in accusativo singulari Poetæ *Ænean* usurpant a Græco Αἰνείαν, pro *Æneam* metri causa. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 568. Hinc videt Ænean oneratum pondere sacro. *Id. Heroid.* ep. 7. v. 36. Ænean animo noxque, diesque refert. ¶ In vocativo habet *Ænea. Id. ibid.* v. 9. Certus es Ænea, &c. ¶ Veteres dixere etiam *Ænea* in recto casu sing. ut notat *Quintil.* l. 1. c. 9. (*al.* 5.) et exemplo *Varronis* probat *Charis.* l. 1. p. 50. *Putschii.* [¶ Fuit etiam Æneas Silvius inter posteros Æneæ, Albæ reges. *Virg. Æn.* l. 6. v. 769. Et Capys, et Numitor, et qui te nomine reddet, Silvius Æneas. Ejus etiam meminit *Liv.* l. 1. c. 3.]

[* ÆNEĀTES, atum, m. ad Æneam, urbem maritimam Thessalonicæ proximam, pertinens. *Liv.* l. 40. c. 4. Gens Æneatum. De urbe Ænea hæc habet. *Id. ibid.* Proficiscuntur ab Thessalonica Æneam ad statum sacrificium, quod Æneæ conditori cum magna cærimonia quotannis faciunt. *Id.* l. 44. c. 10. eamdem Æniam vocat.]

ÆNEĀTOR, oris, m. *a trumpeter, one who sounds a trumpet,* σαλπιγκτής, tubicen, buccinator, ita dictus ab ænea tuba, quam inflat: quamquam generatim, ut *Festus* docet, etiam cornicen, qui cornu canit, *æneator* dicitur. *Sueton. in Cæs.* c. 32. Interque eos, et æneatores, rapta ab uno tuba, prosiluit ad flumen, et ingenti spiritu classicum exorsus, &c. *Scalig. ad Fest.* docet, discrimen esse inter *cornicines,* et *æneatores,* seu tubicines Romæ, et in castris. Romæ enim æneatores comitia Tributa convocabant, cornicines Centuriata. (*Gell.* l. 15. c. 27.) In castris ad tubicinem, seu æneatorem milites tantum movebantur, ad cornicines etiam signa. Præterea in iisdem castris a tubicine vigiliæ committebantur, et finitis horis, a cornicine revocabantur, ut *Veget.* docet l. 3. c. 8. ¶ Collegii Æneatorum mentio fit in *Inscript. vete.* apud *Gruter.* pag. 264. n. 1. sub Imp. L. Septimio Severo. ¶ Etiam in publicis ludis æneatores adhibebantur, fortasse ut tuba commissionis signum darent, ut colligi videtur ex *Senec.* ep. 84. ¶ Apud *Fest.* legitur *ænator.*

ÆNĒIDES trisyllabum, et (servato Latinorum scribendi more) Ænides, æ, m. patronymicum, Αἰνείδης, filius Æneæ. *Virg.* 9. *Æn.* v. 653. *de Iulo Æneæ filio.* Sit satis, Æneide, telis impune Numanum &c. *Pierius* eo loco testatur, etiam *Ænide* in quibusdam Codicibus scriptum inveniri; et in Romano codice etiam *Æneade,* secunda, et tertia correpta, a recto *Æneades, æ,* eodem sensu: quo pacto usurpavit *Ovid. Metam.* 15. v. 804. *et Æneadem molitur condere nube,* ubi Julium Cæsarem, qui ab Ænea usque genus suum trahebat, significare voluit. Sed alii legunt *ætheria molitur condere nube.* Certior tamen locus alter est ejusdem l. 1. *ex Pont.* ep. 1. v. 35. Fert liber Æneaden; et non iter omne patebit? *h. e.* Augustum Cæsarem: item *Silii* l. 13. v. 767. ubi *Æneades* dicitur P. Scipio, quia Romanus: et Romanorum fuit Æneas conditor. *Prudent. in Apoth.* v. 515. purpura Æneadæ rectoris *h. e.* Imperatoris R.

ÆNEIDOMASTIX, igis, Αἰνειδομάστιξ, liber a *Carvilio Pictore* in *Virgilium* editus, in quo ejus vitia, furtaque annotavit, ut sibi quidem persuaserat stultissimus Nebulo. Quamquam non desunt, qui eum librum a *Mecænate* sup-

p[...] asserant. Donat. in vita Virgilii. Vox hæc Græca composita ab Αἰνείας, Æneas, et μάστιξ, flagellum.

ÆNEIS, idis, et (Græca terminatione) idos, f. *the Æneid*, celeberrimum divinumque Virgilii opus de Ænea, ejusque rebus gestis, Αἰνηΐς. *Ovid. Trist.* l. 2. v. 533. Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor, &c. *Stat. in fi. Theb.* Nec tu divinam Æneida tenta, Sed longe sequere, et vestigia semper adora. *Gell.* l. 17. c. 10. Ut Æneida, quam nondum satis elimasset, adolerent. *Æneida* quoque accusativus est Græcæ positionis pro *Æneidem*.

ÆNEIUS, a, um, adject. quadrisyllab. ad Æneam pertinens. *Virg.* 7. *Æn.* v. 1. Æneia nutrix. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 481. Æneia virtus. *Id.* 4. *Fast.* v. 799. Pietas Æneia. *Id.* 1. *Amor. eleg.* 15. v. 25. Arma Æneia. [*Stat.* 5. *silv.* 3. v. 37. Æneia fata, *h. e.* mors Æneæ. *Auct. carm. ad Pison.* v. 218. Æneia carmina. *h. e.* Æneis Virgiliana.]

ÆNEOBARBUS. V. *Ænobarbus.*

ÆNEOLUS, a, um, adject. *made of copper or brass*, diminutivum ab *æneus*, et de parvis rebus ex ære factis dicitur. *Petron. in fragment. Tragur.* c. 73. *Burman.* Æneoli piscatores. *h. e.* parva signa ænea piscatores referentia. Alii pro *piscatores* alia substituunt. *Festus:* Æneolum, quod ex ære sit, dicimus.

ÆNESI, dicti sunt Æneæ comites. Ita *Paulus* ex *Festo.*

ÆNEUS, a, um, adject. *made of copper or brass, brazen*, χάλκεος, ex ære factus, estque omnino idem ac *æreus*. Cum autem *æs* non unum duntaxat metalli genus significet, sed tum illud, quod Angli dicunt *bronze*, tum illum, quod *copper*, tum illud, quod *brass*, vocant, (V. *Æs*) eandem significationem adjectiva *æneus*, et *æreus* habere dicendum est. *Cic. Offic.* l. 3. c. 9. Æquus æneus. *Id. Phil.* 9. *c. pænult.* Statua ænea. *Id. Verr.* 6. c. 26. Ænea candelabra. *Nepos in Iphicr.* c. 1. Loricæ ferreæ atque æneæ. *Plin.* l. 7. c. 56. Tuba ænea. *Id.* l. 27. c. 10. Æneæ fulloniæ. *h. e.* ænea vasa, quibus fullones utuntur lavandis, poliendisque vestibus. *Serv.* ad *Æn.* 8. v. 300. Hercules ad Geryonem navi ænea navigavit, tergo leonis velificans. *h. e.* ærata, seu ære in prora munita. V. *Æreus. Plin.* l. 29. c. 2. Lento igni in æneo subfervefactus. *subaudi* vase: quamquam sunt qui aliter legunt. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 183. Latus ut in Circo spatiere, aut æneus ut stes. *h. e.* ut tibi ænea statua habitu stantis ponatur. ¶ *Ænea libra* apud *Varron.* l. 8. *de L. L.* c. 49. dicta est vel quia æneas lances habebat, vel quia in ea æs appendebatur. ¶ Interdum æneus dicitur, qui colore est æris, *of the colour of copper, bronze, or brass. Sueton.* in *Ner.* c. 2. *de Cn. Domitio Ænobarbo.* Non esse mirandum, quod æneam barbam haberet, cui os ferreum, cor plumbeum esset. V. *Ænobarbus.* ¶ *Æneum frumentum*, de quo fit mentio in *Cod. Theodos.* lib. 14. tit. 25. qui est *de frumento Carthaginiensi*, alii putant ita dictum esse, quod ex æneæ tabulæ præscripto pensitaretur, vel ex tessera, fortasse ænea: alii, quod in ære penderetur, ut de ærariis annonis in *Ærarius* dicetur: alii aliter: et sunt etiam, qui alio modo legendum putant. ¶ Poetæ diphthongum fere dissolvunt per diæresim, et primam vocalem corripiunt, secundam producunt. *Martial.* l. 11. epigr. 76. Theca tectus aenea lavatur &c. *h. e.* fibula, qua citharœdi ligabant inguina ad vocem servandam. *Bentlei.* ex MSS. mutat in loco *Horatii* modo allato, *et aeneus ut stes.* Quin etiam inter *a*, et *e* interseritur *h*, quo vocalium concurrentium hiatus evitetur, earumque pronunciatio sonantior fiat, ut docet *Gell.* l. 2. c. 3. V. *Aheneus.* ¶ Translate *æneus*, vel *aeneus* ponitur pro perpetuo, firmo, indissolubili. V. *Aheneus.*

[ÆNIĀNES, um, m. pl. populi qui incolebant Æniam urbem Perrhæborum, positam in sinu Æniano, ut scribit *Stephanus. Liv.* l. 28. c. 5. Maxime in sinu Ænianum segetibus vastatis.]

ÆNĪDES, æ, m. patronym. ab *Æneas.* V. *Æneides.* ¶ Est etiam patronymicum ab *Æneus* Αἰνεύς. Fuit autem Æneus Apollinis filius ex Stilbe, pater Cyzici, qui relicta Thessalia, ubi ortus fuerat, in Propontide regnavit. Hinc *Ænidæ, arum* dicuntur non solum ejus posteri, sed et Cyziceni omnes, hoc est cives urbis Cyzici, quæ a Cyzico conditore nomen habuit. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 3. simul urbe profusi Ænidæ, &c.

ÆNIGMA, atis, n. *an enigma, riddle, obscure question*, αἴνιγμα (vox Græca, ab *αἰνίσσομαι*, obscure significo, loquor, innuo) significat obscuram allegoriam, seu involutum sermonem, aut quæstionem, in qua aliud verbis, aliud sensu significatur, nec facile, nisi quis interpretetur, intelligi potest: ideoque inter vitia orationis ponitur a *Quintil.* l. 8. c. 6. Tale est illud *Virgil. Ecl.* 3. v. 104. *Dic quibus in terris*, &c. ubi puteus intelligi videtur: et illud apud *Gell.* l. 12. c. 6. *Semel, minusne, an bis minus, non sat scio: An utrumque eorum, ut quondam audivi dicier: Jovi ipsi regi noluit concedere.* Ubi Deus Terminus notatur. Apud *Charis.* l. 4. pag. 247. *Putsch.* Mater me genuit: eadem mox gignitur ex me. *h. e.* aqua genuit glaciem, quæ postea in aquam solvitur. *Gell. loc. cit.* Quæ Græci dicunt ænigmata, hoc genus quidam e nostris veteribus scirpos appellaverunt. *Cicero* quoque 3. *de Orat.* c. 42. horum ænigmatum meminit: item *ad Attic.* l. 7. ep. 13. ¶ Hinc quodvis obscurius dictum *ænigma* appellatur, *a dark saying, obscure passage. Juvenal.* sat. 8. v. 50. Qui juris nodos, et legum ænigmata solvat. Adde *Quintil.* l. 6. c. 3. *post med.* ¶ Ab *Arnob.* l. 3. pag. 109. ponitur pro mysterio. Ægyptiorum, inquit, ridetis ænigmata, quod mutorum animantium formas divinis inseruerint causis. ¶ Apud *Prudentium* accipitur pro imagine, figura, seu lineamentis, per quæ cujusque imago intelligitur, ut *Cathemer.* 10. *qui est hymn. circa Exeq.* v. 113. Non immemor ille requiret Sua munera fictor, et auctor, Propriique ænigmata vultus. Et *Peristeph.* 3. *de Pass. Laurent.* v. 118. Is ipse tantum non habet Argenteorum ænigmatum Augustus, arcem possidens, Cui nummus omnis scribitur. *h. e.* tantum nummorum Augusti imagine cusorum. [Videtur *Prudentius* hanc vocis notionem hausisse ex 1. *Corinth.* c. 13. v. 12. ubi inter se opponuntur *videre in ænigmate*, et *de facie ad faciem.*] ¶ In dativo plurali habet *ænigmatis* non *ænigmatibus*: sic enim consuetudo obtinuit in hujusmodi Græcis nominibus tertiæ declinationis. *Charis.* l. 1. pag. 38. *Putsch.* V. *Emblema*, et *Epigramma.*

ÆNIGMATISTA, et Ænigmatistes, æ, m. *an enigmatist, a trafficker in riddles, one who deals in obscure and ambiguous matters*, *αἰνιγματιστὴς*, qui ænigmata proponit, seu obscure loquitur. *Sidon.* l. 8. *ep. ult.* Veternosus legalium quæstionum ænigmatista. Alii leg. *ænigmatistes* retenta Græca terminatione. *Augustin.* l. 4. *quæstion. in Num. quæst.* 45. Quid sint ænigmatistæ, ideo non apparet, quia non sunt in consuetudine litteraturæ nostræ. Et *mox.* Ænigmatistæ sunt, quos poetas nos appellamus, eo quod poetarum est consuetudo miscere carminibus suis ænigmata fabularum.

AENĪPES V. *Ahenipes.*

[* ÆNITOLOGIUM, ii, n. Carminis genus quod constat dactylica et iambica penthemimeri, ut est hoc: *Carmina bella magis vellem sonare.* Hæc in centimetro *Servius* inter grammatic. *Putsch.* pag. 1825.]

ÆNOBARBUS, i, cognomen gentis Domitiæ Romanæ, de qua *Sueton. in Ner.* c. 1. Ænobarbi auctorem originis, itemque cognominis habent L. Domitium, cui rure quondam revertenti, juvenes gemini augustiore forma ex occursu imperasse traduntur, nuntiaret senatui, ac populo victoriam, de qua adhuc incertum erat: atque in fidem majestatis adeo permulsisse malas, ut enigro rutilum ærique assimilem capillum redderent. Quod insigne mansit et in posteris ejus; ac magna pars rutila barba fuerunt. Hactenus *Sueton.* Legitur etiam *Æneobarbus*, et *Ahenobarbus* in antiquis monumentis. Prior lectio exstat in nummo apud *Torrent. in loc. cit. Sueton.* altera apud *Gruter.* pag. 119. n. 2. et pag. 298. n. 3. itemque in nummis duobus apud *Patin. de Famil. Rom.* pag. 99. et videtur esse probatior.

AENŬLUM, i, n. *a small vessel made of copper or brass*, parvum vas æneum: diminutivum ab *ahenum*, quod et *aenum* scribitur. *Paul.* ex *Festo.*

AĒNUM, i, n. *a vessel of copper, brass*, &c. *a brazen cauldron*, idem quod *ahenum*, quod vide. *Paul. Digest.* lib. 33. tit. 7. leg. 18. Nec multum refert inter cacabos, et aenum, &c. Ita legitur in celeberrima *Torrentini* editione; apud *Haloand.* est *aheneum*, in aliis *ahenum.* ¶ Sunt etiam qui legunt *Ænum* disyllabum, unita diphthongo, apud *Hygin.* fab. 24.

AĒNUS V. *Ahenus.*

ÆŎLES, um, m. *the Æolians*, Αἰολεῖς, antiquissimi Thessaliæ populi, ita dicti ab Æolo Hellenis filio qui postea in Peloponnesum migrarunt, et in Asiam usque, et Lesbon insulam colonias deduxerunt. *Cic. pro Flacc.* c. 27. ¶ *Æoli* pro *Æoles* in recto casu pluralis numeri dixit *Serv.* ad *Æn.* 3. v. 445.

ÆOLĬA, regio Siciliæ proxima, ex septem constans insulis, quarum nomina hæc sunt, Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Eriphusa, sive Ericusa, Phœnicusa, et Evonymos. Dicta est ab Æolo Jovis filio qui Iliacis temporibus in ea regnavit. Dicta etiam est *Lipara* a Liparo Ausonis regis filio, qui eam ante Æolum rexit. Insulæ vero simul sumptæ dicuntur a Latinis *Æoliæ, Lipareæ, Vulcaniæ*, a Græcis *Hephastiades*, ab Anglis *the Lipari or Liparean islands. Plin.* l. 3. c. 8. et 9. ¶ In fabulis est in ea regione sedem esse ventorum, quibus Æolus imperet. *Virg.* 1. *Æn.* v. 55. Nimborum in patriam, loca feta furentibus Austris, Æoliam venit, &c. V. *Æolus.* ¶ Est etiam Asiæ regio maritima quæ Æolis frequentius dicitur. *Nepos in Conon. c. ult.*

ÆOLĬCUS, a, um, adject. *Æolic*, Αἰολικὸς, ad Æolidem Asiæ regionem pertinens. *Plin.* l. 6. c. 2. Æolica gens. V. *Æoles*, et *Æolis.* ¶ *Æolica dialectus*, una ex præcipuis quatuor linguæ Græcæ, ab Æolibus dicta est. Hinc *Quintil.* l. 1. c. 4. Æolicum digamma vocat notam quandam Latinæ litteræ F seu inversæ Ⅎ aut Ⅎ similem, qua *Æoles* pro aspiratione in scribendo utebantur. *Id. ibid.* c. 5. Plurima sunt Æolica ratione (cui est sermo noster simillimus) declinata. *Id.* l. 12. c. 10. Æolica littera. V. *Digamma.*

ÆOLĬDES, æ, m. *a son or descendant of Æolus*, Αἰολίδης, Æoli filius, aut nepos. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 26. Æoliden saxum grave Sisyphon urget. *Sisyphus* Æoli filius fuit. *Id.* 9. *Metam.* v. 506. At non Æolidæ thalamos timuere sororum. *Macareum* hoc loco intelligit, [ego tamen puto *Ovidium* respexisse ad lib. 10. v. 7. *Odyss. Homeri*, ubi Æolus ventorum tyrannus sex filias suas totidem suis filiis matrimonio junxisse dicitur, itaque hic *Æolidæ* est nominativus pluralis, *h. e.* Æoli filii. In fin. adde: vel quia ad tubam inflandam vento imprimis opus sit, qui Æolo, utpote ventorum tyranno, subest, vel quia cum facit filium Æoli Trojani, quem oppetiisse narrat in Italia manu Turni *Æneid.* l. 12. c. 542. *Val. Flacc.* l. 1. v. 286. Phryxum Æoliden vocat, quia is fuit Æoli ex Athamante nepos.] Æoli filium, qui cum sorore Canace incestos concubitus habuit, ut *Serv. ad Æn.* 1. v. 79. et *Hygin.* fab. 238. narrant. V. *Ovid. Heroid.* ep. 11. ubi hac de re multa. *Id. Metam.* 7. v. 672. Aspicit Æoliden ignota ex arbore factum, &c. *h. e.* Cephalum Æoli nepotem. nam Deio ejus pater inter Æoli filios numeratur. *Æoliden* autem accusativus est Græcæ positionis, Αἰολίδην, pro *Æolidem. Virg.* 6. *Æn.* v. 529. Hortator scelerum Æolides. *h. e.* Ulysses, cujus mater Anticlia paulo ante nuptias Laertæ clam cum Sisypho Æoli filio concubuisse dicitur. *Misenus* etiam Æneæ tubicen, dicitur *Æolides* ab eodem *Æn.* 6. v. 164.

ÆOLIPȲLÆ, arum, f. *eolipiles, machines for calculating the force of the winds*, Αἰολιπύλαι, vox Græca *ventorum portas* significans, ab Αἴολος, Æolus, vel etiam ventus, et πύλη, porta. Apud *Vitruv.* l. 1. c. 6. æolipylæ æreæ dicuntur vasa ad cognoscendam ventorum rationem facta: hæc habent foramen angustissimum, quo aquæ infunduntur; collocanturque ad ignem, et antequam calescant, non habent ullum spiritum; simul ac autem fervere cœperint, efficiunt ad ignem vehementem flatum. Ita scire, et judicare licet, e parvulo, brevissimoque spectaculo, de magnis, et immanibus cœli, ventorumque naturæ rationibus; nempe ex impetu, vel lenitudine flatus erumpentis. Hæ in Glossis vocantur *ollæ animatoriæ.*

ÆŎLIS, idis, f. Αἰολίς, antea Mysia dicta, regio est Asiæ mari Ægæo exposita, inter Troadem ad Arcton, et Ioniam ad Merid. a Troade divisa Lecto Promon. ab Ionia Hermo fl. Dicta est ab Æolibus Thessaliæ populis, qui 12. in ea urbes ædificarunt. Populi igitur regionis *Æoles* dicuntur, de quibus supra dictum est. Urbes sunt Elæa, Myrina, Cume, Phocæa. Flumina Hermus, et Pactolus, ex Lydia fluentes. *Plin.* l. 5. c. 30. Promontorium Lecton disterminans Æolida, et Troada. *Æolida*, et *Troada* accusativi sunt Græcæ terminationis pro *Æolidem*, et *Troadem.*

ÆŎLIS, idis, f. patronymicum, Αἰολίς, filiam, aut neptem Æoli significat. *Ovid. Metam.* 11. v. 579. Æolis interea tantorum ignara malorum. *h. e.* Halcyone Æoli filia. (ut *Ovid. ibid.* fab. 10. posuit. nam alii aliter tradidere) Et v. 450. Talibus Æolidos dictis &c. *Æolidos* genitivus est Græcæ positionis pro *Æolidis. Id. Heroid.* ep. 11. v. 34. Prima mihi nutrix Æoli, dixit, amas. *Canacem* hoc loco intelligit Æoli filiam.

ÆOLĬUS, a, um, adject. Αἰόλιος, ad Æolum, seu ad Æoliam pertinens. *Plin.* l. 36. c. 21. Æoliæ insulæ. V. *Æolia. Sil.* l. 14. v. 233. mergitur Himera ponto Æolio. *h. e.* Himera fluvius Siciliæ influit in mare inferum, in quo sunt insulæ Æoliæ. *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 12. v. 29. Æolii Euri. V. *Æolus. Id. Metam.* 1. v. 262. Æolia antra. *Id. Metam.* 4. v. 485. Æolii postes. *h. e.* fores domus Athamantis Æoli filii. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 79. Æolium aurum. *h. e.* aureum vellus arietis, quo vecti sunt Phryxus, et Helle filii Athamantis, cujus pater fuit Æolus. *Ovid. Metam.* 6. v. 116. Æolia virgo. *h. e.* Arne, vel Canace Æoli filia. ¶ In illo *Statii* l. 2. silv. 1. v. 142. Editus Æolia nec si foret iste Creusa, Torvus in hunc Athamas insanos flecteret arcus: tangitur Fabula Athamantis Æoli filii, qui Melicertam filium interfecit. Sed ejus uxor fuit Ino, quæ cur hic *Creusa* dicatur, non video. *Æoliam virginem* vocat quidem *Senec. in Med.* v. 105. Creusam, desponsa Jasoni, quæ proavum habuit Æolum Hellenis filium, Corinthi regem. Conciliet hæc, qui potest. [Facillime hæc conciliari possunt, si cum Marklando (in sua edit. *Statii* Silvarum, Londini 1728. 4to.) ita distinguas *Statii* versus: Nec fera crudeles Colchis durasset in iras, Editus Æolia nec si foret iste Creusa: Torvus ab hoc Athamas insanos flecteret arcus. Creusa vero a *Statio* Æolia, et a *Seneca* Æolia virgo ideo dicitur, quod desponsata fuerit Jasoni Æsonis filio, Crethei nepoti, et Æoli pronepoti, vel potius, quod ipsa fuerit filia Creontis, neptis Sisyphi, et proneptis Æoli.] ¶ Item ad *Æoles* Græciæ, itemque Asiæ populos pertinens. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 12. Æolia puella. *h. e.* Sappho, quæ ideo *Æolia* dicitur, quod in carminibus suis Æolica dialecto est usa, seu quod Lesbos ejus patria, non procul ab *Æolide* seu Mysia Asiæ regione sita, ad eam pertinebat. Adde quod *Æoles*, seu Æolii Mitylenem primariam ejus insulæ urbem condidisse dicuntur teste *Vellei.* l. 1. c. 4. Hinc idem *Horat.* l. 4. od. 3. v. 12. Æolium carmen. *h. e.* Sapphicum, aut Alcaicum. Nam et *Alcæus* ex eadem Lesbi insula fuit. Et l. 2. od. 13. v. 24. Æoliis fidibus querentem Sappho, &c. [Sic *Ov. Heroid.* 15. v. 200. Æolia lyra, et *Propert.* l. 2. el. 3. v. 19. Æolium plectrum, eodem sensu.] ¶ *Æolii, liorum* sunt populi Asiæ iidem ac *Æoles*, qui Mysiæ regionem

incolentes, *Æolidis* ei nomen indiderunt. *Vellei. loc. cit.* et *Pompon. Mela* l. 1. *c. penult.* ¶ Æolia Sibylla est Cumana, quia Cumæ a colonis Cumes Asiæ minoris olim habitatæ fuerunt. *Grat. in Cyneg.* v. 35. *de lino.* bonus Æoliæ de valle Sibyllæ fetus. *Al. leg.* Æolia de valle. *h. e.* regione circa Cumas. Cumanum linum laudat *Plin.* l. 19. c. 1. V. *Cuma.*

ÆŎLUS, i, m. Αἴολος, Jovis filius ex Acesta, sive Sergesta filia Hippotæ Trojani, a quo *Hippotades* dicitur. Alii Neptuni filium fuisse dicunt: Alii Hellenis, ut *Plin.* l. 7. c. 56. et *Hygin.* fab. 125. Alii duos faciunt, alii tres. Hic in hospites benignus fuisse, ac Liparam, et *Æolias*, ab eo nominatas insulas, in ora Siciliæ tenuisse perhibetur, et in his *Strongylen*, quæ, (sicut et Lipara) collem habet flammas evomentem: ex cujus fumo, quinam flatus futuri essent in triduum, prædicebat. Unde ventorum rex putatus est, ut ait *Plin.* l. 3. c. 9. quod ventorum peritissimus erat. Hinc orta est fabula, Æolum omnes ventos in profundis antris inclusos continere, eosque emittere ad Jovis nutum, et voluntatem, et revocare ubi opus sit. *Virg.* 1. *Æn.* v. 55. Nimborum in patriam, loca feta surentibus Austris, Æoliam venit. Hic vasto rex Æolus antro Luctantes ventos, tempestatesque sonoras Imperio premit, ac vinclis, et carcere frenat, &c. *Ovid. Metam.* 14. v. 224. Æolon Hippotaden, cohibentem carcere ventos. *Æolon* accusativus est Græcæ positionis, τὸν Αἴολον, pro *Æolum.* ¶ Alius fuit Æolus, Elidis rex, Salmonei illius pater, qui, quod Jovis fulmina imitari vellet, fulmine ictus periit. *Serv.* ad *Æn.* 6. v. 585. ¶ Alius rex Corinthi, pater Sisyphi. V. *Æolius.* ¶ Hæc vox Græce varium sonat, et vagum: quia ventis nihil est incertius. [Tres Æolos inter se mire confundit *Forcellinus:* omissis itaque iis quæ ille affert de Æolo, hæc habe. ¶ Primus Æolus Hellenis et Doreidis filius, Deucalionis nepos, ex Enarete septem filios genuit, Cretheum, Sisyphum, Athamantem, Salmoneum, Deionem, Magnetem, et Perieren; quinque vero filias, Canacem, Halcyonen, Pisidicen, Calycen, et Perimeden. Regnavit (*Apollodoro* teste lib. 1. c. 7.) in locis circa Thessaliam, et nomen dedit *Æolis*, qui et Hellenii sunt appellati. ¶ Æolus alter Jovis, seu Hippotæ, et Melanippæ filius, rex insularum inter Italiam et Siciliam, ex quarum nebulis, ut ait *Varro* apud *Serv.* ad *Æneid.* l. 1. v. 55. et fumo Vulcaniæ insulæ, prædicens futura flabra ventorum, ab imperitis visus est ventos in sua potestate retinere. Hic in hospites benignus (et quæ sequuntur a lin. 5. usque ad verba *pro Æolum* in lin. 10. sana sunt, ideoque supervacaneum puto ea transcribere. ¶ Fuisse et tertius Æolus videtur secundi nepos ex Arne illius filia, quam Neptunus compressit. Hanc quidem Melanippen, alii Menalippen vocant. Hujus mentionem facit *Hygin.* fab. 186. ¶ Fuit quoque Æolus ex Lyrnesso urbe Mysiæ sub Ida, a Turno in Italia occisus, cujus meminit *Virg.* 12. *Æn.* v. 542.]

ÆON, onis, m. *an Æon, an imaginary deity, said to exist from eternity; eternity, everlastingness,* αἰὼν, vox Græca, sæculum, æternitatemve significans. Usurpatur sæpe a *Tertulliano* de *Præscriptionibus advers. hæret.* c. 33. 34. et 49. et *advers. Valentin.* ubi multa de fabula triginta Æonum, partim marium, partim feminarum, quos *Valentinus* hæreticus commentus est, Deosque esse voluit.

ÆPHITĬUS, a, um, adject. ut *Æphitii agri* apud *Stat.* l. 4. *Theb.* v. 296. ubi notatur Arcadiæ pars Ephitia dicta. Alii aliter scribunt.

ÆQUABĬLIS, le, *equal, of the same quality, quantity, dimensions, &c. with something else, equable,* qui pariter in omnes, et æqualiter distribuitur, æqualis, par, ἴσος. *Plaut. Captiv.* 2. 2. 52. Vis hostilis cum istoc fecit meas opes æquabiles. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 22. Par est, quod in omnes æquabile est. *Id.* 2. *Offic.* cap. 11. Æquabilis prædæ partitio. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 19. In qua necesse est eam esse naturam, ut omnia omnibus, paribus paria respondeant. hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, idest æquabilem tributionem. *Id. pro Cæcin.* c. 25. Sublato jure civili, nihil est, quod æquabile inter omnes, atque unum omnibus esse possit. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 9. Motus certus, et æquabilis. *h. e.* qui semper idem durat, nec modo velocius, modo tardius agitur. *uniform, equable, always the same.* *Sallust. in Jug.* c. 57. Pulveris vis æquabilis. *h. e.* quæ semel exorta diu, et æqualiter durat. *Senec.* ep. 74. Virium illis major est, et æquabilior firmitas. ¶ Translate *Cic.* 1. *Offic.* c. 1. Æquabile, et temperatum orationis genus. *even, uniform, equal, always the same.* [† Optime quod ad sensum explicat T. Cooper. *A maner of stile alway like it selfe, and wel depending together: not somtime troublous with affections, sometyme remisse and calme.*] sine asperitate, sine salebris, quæ aures offendant, facile, et in facilitate constans. *Id.* 2. *de Orat.* cap. 15. Genus orationis fusum, atque tractum, et cum lenitate quadam æquabili profluens. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 5. Civis, senator, maritus, gener, amicus; cunctis vitæ officiis æquabilis. *uniform and consistent in the discharge of the duties of life.* *Id. Ann.* 6. c. 31. Fidus Romanis, æquabilis in suos. *Id.* 4. *Ann.* c. 20. Æquabili auctoritate apud aliquem vigere. *h. e.* moderata, et constanti. *Sallust. in Jug.* c. 47. Vir fama æquabili, et inviolata. *h. e.* æque bona apud omnes. [*Cic.* 5. *ad Att.* epist. 20. Nihil ea jurisdictione æquabilius, nihil lenius, nihil gravius.]

ÆQUABILĬTAS, atis, f. *equability, evenness, consistency, uniformity, equality,* ἰσότης, constans alicujus rei tenor; certus rerum modus, et constantia; sibi constans, nullaque parte in vitium inclinans ratio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 5. Æquabilitas motus. ¶ Translate *Idem* 1. *Offic.* c. 31. Nihil est profecto magis decorum, quam æquabilitas universæ vitæ, tum singularum actionum. *h. e.* in qua nulla sit perturbatio, neque varietas, aut discrepantia. Et c. 26. Præclara est æquabilitas in omni vita, et idem semper vultus, eademque frons. Et c. 25. Et l. 2. *de Orat.* c. 52. Æquabilitas juris. *Id. in Orat.* c. 16. Æquabilitas orationis. [*Lactant.* lib. 5. c. 14. Æquitatem se cum ceteris coæquandi Cicero æquabilitatem vocat.]

ÆQUABILĬTER, adverb. *equally, evenly, impartially, uniformly,* ἴσως, æque, cum æquabilitate. *Cic.* 2. *Offic.* c. 11. Æquabiliter prædam dispertire. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 45. Mare conglobatur undique æquabiliter. *Id. pro Mil.* c. 28. Æquabiliter in rempublicam, in privatos, in alienos, in suos irruebat. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 54. Genus facetiarum æquabiliter in omni sermone fusum. *Id.* l. 1. *Q. Fr.* ep. 1. cap. 8. Tolerare æquabiliter sumptus, et tributa. *Sallust. in Catil.* c. 2. Quod si regum, atque imperatorum animi virtus in pace, ut in bello valeret, æquabilius, atque constantius se se res humanæ haberent, neque aliud alio ferri, neque mutari, ac misceri omnia cerneres.

ÆQUÆVUS, a, um, *coeval, of the same age,* ὁμῆλιξ, æqualis, ejusdem ætatis: ducta vox ab æqualitate ævi, et fere Poetica. *Virg.* 2. *Æn.* v. 561. subiit cari genitoris imago, Ut regem æquævum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem. *Id.* 5. *Æn.* v. 452. accurrit Acestes, Æquævumque ab humo miserans attollit amicum. *Senec. in Agamemn.* v. 639. Hinc æquævi gregis Astyanax ducit turmas. *h. e.* juvenum ejusdem ætatis. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Plin.* l. 16. cap. 44. Lotos æquæva Urbi. *Claudian. de IV Consul. Honor.* v. 121. Æquæva majestas. *Id. de B. Get.* v. 54. Urbs æquæva Polo. *Id. Epigr.* 2. v. 16. Æquævum nemus.

ÆQUĀLIS, le, *equal, like to, similar, resembling; of equal consistency or appearance with,* ἴσος, ὅμοιος, par, similis, æquus. *Cic. Parad.* 3. cap. 1. Peccata æqualia sint oportet. *Id. in Orat.* c. 56. Partem pedis esse æqualem alteri parti. *Id. ibid.* c. 64. Creticus, et ejus æqualis Pæon. *Id.* 2. *de Leg.* c. 10. Paupertatem divitiis, etiam inter homines, æqualem esse. *Id.* 1. *de Orat.* c. 18. Virtutes sunt inter se æquales, et pares. *Sueton. in Tiber.* cap. 68. Æqualis membris, et congruus. *well-proportioned.* Et *Columel.* l. 2. cap. 21. Favonius lenis æqualisque æstivis mensibus perflat. *equable, equal, uniform, even, smooth, constant, consistent, always the same.* Et *Liv.* l. 24. c. 46. Imber sonitu primo largioris procellæ strepitum demolientium exaudiri prohibuit: lentior deinde, æqualiorque accidens auribus magnam partem hominum sopivit. *Tertull. de Anim.* c. 17. Æqualissima porticus. ¶ Ponitur interdum pro plano, aut si acclivis sit, eminentias tamen non habente, *even, level, plain, flat,* ὁμαλός. *Plin.* l. 6. cap. 30. Gentes esse sine naribus æquali totius oris planitie. *Ovid. Metam.* 1. v. 34. Principio terram, ne non æqualis ab omni Parte foret, magni speciem glomeravit in orbis. *Tacit. Ann.* 4. c. 47. Mons æquali dorso continuus. ¶ De tempore. *Liv.* l. 28. c. 28. Ne istud Jupiter sierit, urbem in æternum conditam fragili huic, et mortali corpori æqualem esse. *h. e.* non diutius durare, quam hoc corpus. ¶ Sæpe dicitur de eo, qui ejusdem est ætatis, seu temporis, *coeval, coetaneous, cotemporary,* coævus, æquævus, ἡλικιώτης, ἰσῆλιξ, ὁμῆλιξ: et etiam substantivi more effertur. *Terent. Andr.* 2. 6. 22. Quem vocabo ad cœnam meorum æqualium? *Cic. de clar. Orat.* c. 48. P. Orbius meus fere æqualis. *Id. ibid.* c. 18. Livius Ennio æqualis fuit. *Id.* 1. *Divin.* c. 20. Philistus æqualis illorum temporum. *Sil.* l. 3. v. 404. Phorcys, et Arauricus æquales ævi. *Liv. in fin.* l. 8. Nec quisquam æqualis temporibus illis scriptor exstat, quo, &c. *Cic. de clar. Orat.* c. 69. In memoriam notam, et æqualem incurro. *the remembrance of occurrences in my own time.* *Id. Phil.* 11. c. 13. Deiotari benevolentia in populum R. est ipsius æqualis ætati. *is coeval with his own existence.* ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 36. Oratio rebus ipsis par et æqualis. *Plin.* l. 35. c. 11. Euphranor pictor docilis, ac laboriosus ante omnes, et in quocumque genere excellens, ac sibi æqualis. *h. e.* constans in sua excellentia. *Vellei.* l. 2. c. 124. Potius æqualem civem, quam eminentem agere principem. *h. e.* æquo jure cum aliis viventem. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 9. Nil æquale fuit homini illi. *h. e.* nulla ejus pars vitæ constans, æquabilisque fuit. *Liv.* l. 40. c. 57. *ad fin.* Bastarnis Scordisci lingua et moribus æquales. *h. e.* similes, congruentes. ¶ Cum ablativo et præposit. *cum* usurpatum est a *Lactant. de Ira Dei* cap. 7.

ÆQUALĬTAS, atis, f. *evenness, levelness,* ὁμαλότης. *Plin.* l. 30. cap. 13. Carnes excrescentes ad æqualitatem redigit. ¶ Item similitudo, paritas, ἰσότης, *equality.* *Cic. in Partit.* c. 6. Similitudo, æqualitasque verborum. *Id.* 1. *de leg.* c. 13. Ponere omnia in summa æqualitate. *Id. pro Ligar.* c. *ult.* Æqualitas fraterna. *Tacit. Ann.* l. 1. c. 32. Tanta æqualitate, et constantia, ut regi crederes. *h. e.* omnibus æque munere suo fungentibus. ¶ Item ætatum similitudo, συγχρονία. *Cic. de clar. Orat.* c. 42. Et æqualitas vestra, et pares honorum gradus, et artium studiorumque quasi finitima vicinitas. [¶ Item ipsi sodales. *Phædr. in novis fabell.* Neapoli vulgatis anno 1811. fab. 15. v. 29. Hortante Baccho, et Venere dulces perficit, Æqualitatis inter plausus, nuptias, *h. e.* inter plausus æqualium suorum, seu sodalium coævorum, quibuscum accubabat; id vero ex more *Phædri*, qui sæpe nomina adjectiva in substantiva et abstracta convertit.]

ÆQUALĬTER, adverb. *equally, just the same,* ἴσως, similiter, pariter. *Cic. Verr.* 5. c. 70. Frumentum civitatibus æqualiter distributum. *Id. de Amic.* c. 16. Ut nostra in amicos benevolentia, illorum erga nos pariter. æqualiterque respondeat. *Columel. de arbor.* c. 4. Jugata vinea altius fructum fert, et æqualius concoquit. *Tacit. Ann.* 15. cap. 21. Æqualius, atque constantius provincias regere. *h. e.* æquabilius, *Id.* l. 2. *Histor.* c. 27. Reverentius, et æqualius duci parere. *h. e.* magis in universum, et constantius.

ÆQUAMENTUM, i, n. *Varro apud Non.* c. 1. num. 28. Amussis est æquamentum lævigatum, et est apud fabros tabula quædam, qua utuntur ad saxa coæquanda. *Non. ibid.* n. 11. Hostimentum est æquamentum, &c. ¶ Priore loco *æquamentum* est instrumentum ad æquandum: posteriore æquatio.

ÆQUANIMĬTAS, atis, f. *equanimity, evenness of mind, temper, or disposition,* εὐγνωμοσύνη, æquus animus. *Terent. in prolog. Phorm. v. ult.* Bonitasque vestra adjutans, atque æquanimitas. *favour, candour, indulgence.* Adde *prolog. Adelph. v. pænult.* [*Plin.* l. 18. c. 12. Invenio apud auctores æquanimitatem fieri vescentibus ea, *scil.* lente Ægyptia.]

ÆQUANIMĬTER, adverb. *calmly, coolly, dispassionately, with evenness of temper, with an unruffled mind or disposition,* εὐγνωμόνως, moderate, æquo animo. *Sulpic. Sever. Dial.* 1. c. 14. *ad fin.* Hæc tua verba æquanimiter acceperint. *Macrob. Saturn.* 2. c. 4. Augustus æquanimiter aliqua etiam jocis mordaciora pertulit. *Ammian.* l. 19. c. 10. (*al.* 21.) Æquanimiter venturam opperiens sortem.

ÆQUANĬMUS, a, um, *calm, even, temperate, moderate, sober-minded, equanimous; neither elated nor dejected,* εὐγνώμων, qui est animo æquo, moderato, et ad utramque parato fortunam. *Auson. in sept. Sapientib.* v. 3. Æquanimus fiam, te judice, sive legenda, Sive tegenda putes carmina, quæ dedimus. *Id. Idyll.* 3. *Villula*, v. 9. Parva herediolum. fateor: sed nulla fuit res Parva unquam æquanimis; adde etiam unanimis.

ÆQUATĬO, onis, f. *an equalling, equalizing; equality,* ἰσότης, ὁμοίωσις, æquamentum, æqualitas. *Cic. pro Mur.* c. 23. Æquatio gratiæ, et dignitatis. *Id.* 2. *Offic.* c. 21. Æquatio bonorum. *Liv.* l. 8. cap. 4. Æquatio juris.

ÆQUĀTOR, oris, m. qui æquat, [† ὁ] ἰσῶν. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 583. n. 8. Nobilis Tib. Cæsaris Aug. Ser. Æq. Monet. &c. ubi illa verba *Aug. Ser. Æq. Monet.* ita leguntur ab Eruditis *Augusti servus æquator monetæ.* Videtur autem fuisse is, qui in officina monetali metallum cudendum, cusosque nummos examinabat, ut æquo, et justo pondere essent. ¶ *Æquatorem* Astrologi vocant circulum æquinoctialem, *the equator or equinoctial,* quod dies æquat noctibus: quo tamen sensu mihi non occurrunt Latina exempla. *Varro* l. 8. *de L. L.* c. 18. æquinoctialem appellat.

ÆQUĀTUS, a, um, *made equal to, equal,* ἰσωθείς. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 25. Æquato periculo. *Plin.* l. 2. c. 19. Æquata nox diei. *Virg.* 7. *Æn.* v. 698. Ibant æquati numero. *h. e.* in pares ordines acierum digesti. *Id.* 4. *Æn.* v. 587. æquatis classem procedere velis. *h. e.* feliciter plenis sine motu aliquo, ut ait *Servius*; atque adeo prospero cursu. nam cum vela æqualiter extensa sunt, signum est, æquabiliter spirare ventum secundum, et constantem. Hinc *Id. Æn.* 5. v. 844. Æquatæ spirant auræ. *Sueton. in Calig.* cap. 37. Campi montibus aggere æquati. ¶ Est etiam complanatus. *made plain or smooth, levelled,* ὁμαλιζόμενος. *Cic. Verr.* 6. c. 48. Æquata agri planities. *Plin.* l. 17. c. 10. Æquata cylindris area.

ÆQUE, adverb. *equally, in an equal degree, just the same as, similarly, alike,* pariter, similiter, ἴσως, ὁμοίως. Usurpatur vel absolute, et tum adverbiis, tum adjectivis positivis jungitur; vel sequentibus particulis *et, atque, ac, ac si, quam, ut, cum.* *Cic.* 2. *Offic.* cap. 8. Benevolentia civium fortasse non æque omnes egent. *Nepos in Annib.* c. 4. Adeo gravi morbo afficitur oculorum, ut postea nunquam dextero æque bene usus sit. *Cic. Fam.* 5. *ep. ult.* Æque libenter. *Id. pro Quint.* c. 28. Procurator æque utriusque necessarius. *Id. Fam.* 13. ep. 18. Litteræ utrique nostrum æque gratæ. *Plaut. Men.* 5. 9. 60. Æque ambo pares. *pleonasmus.* *Terent. Andr.* 2. 6. 3. Quid Davus narrat? *Da.* Æque quicquam nunc quidem. *h. e.* æque nunc narrat aliquid, ac antea narrabat, *quod est* nihil narrat. *Cic.* l. 1. *de Fin. cap. pænult.* Nisi æque amicos, et nosmetipsos diligamus. *as much as ourselves.* (Adde lib. 4. c. 23. *in fin.*) *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. Hi coluntur æque, atque illi. *equally with, as much as.* Et *Cels.* l. 6. c. 15. *sub fin.*

Id æque adustum atque excisum, impleri non potest. as much, as. Et Cic. de clar. Orat. c. 71. Qui tibi sunt æque noti, ac mihi. Nepos in Eumen. c. 5. Ut jumenta æque integra ex castello educeret, ac si in campo ea pabulata habuisset. Liv. l. 25. c. 20. ad fin. Nihil æque eos terruit, quam robur, ac color imperatoris. Curt. l. 8. c. 10. Fundi locum æque munitum, quam columbi desiderant. Sueton. in Calig. c. 51. Nihil æque quem timidus fuit. Plin. l. 9. c. 16. Noctibus æque, quam die cernunt. (Ciceronis ævo æque cum quam junctum nondum legi.) Cic. pro Dom. c. 11. in fin. Cn. Pompeium æque, ut unumquemque vestrum, pro salute mea laborasse. (Adde Varron. apud Non. c. 1. n. 151.) Terent. Phorm. a. 5. sc. ult. v. 45. Novi æque omnia tecum. as well as you. Plaut. Asin. 2. 2. 66. Animum adverte, ut æque mecum hæc scias. ¶ Comparativo junxit Plaut. Capt. 3. 5. 42. Nec est quisquam mihi, æque melius cui velim. ¶ Et cum ablativo more comparativorum. Id. Amph. 1. 1. 157. Nullus est hoc meticulosus æque. as much as this man. Plin. l. 35. c. 3. Quibus equidem nullas æque demiror tam longo ævo durantes. ¶ Interdum geminatur, eundemque facit sensum, quem *æque ac*. *Horat.* l. 1. epist. 1. v. 25. Æque pauperibus prodest, locupletibus æque. *Tacit. in Agric.* c. 15. Æque discordiam, æque concordiam exitiosam. *their their union or discord was equally destructive.* ¶ *Æque* pro juste, *justly, uprightly*, δικαίως, probant quidam ex illo *Senecæ in Med.* v. 198. *Qui statuit aliquid parte inaudita aliqua, Æque licet statuerit, haud æquus fuit.* Sed jam in omnibus fere Codicib. *æquum* legitur. [Certius est illud *Plaut. Mil.* act. 5. v. 22. Sed mihi id æque factum arbitror, *h. e.* jure ac merito.] *Sidon.* tamen l. 15. ep. 11. Judicas, ut qui æquissime. ¶ Interdum significat æquo animo, *willingly. Fragment. Sallustii* apud *Servium.* Sin vis obsistat, ferro, quam fame, æquius perituros.

ÆQUĪ, orum, populi antiqui Italiæ, Latinis, et Volscis finitimi, a Q. Cincinnato Dictatore ad internecionem deleti, quorum urbes fuere Alba, Tibur, Præneste, Carseoli, cum aliis. [*Liv.* l. 1. c. 9.] Iidem a *Plin.* l. 3. c. 12. et Æquiculani, seu Æquicolani, et Æquiculi, seu Æquicoli nuncupantur.

ÆQUI BONIQUE FACERE, *to take in good part, acquiesce in*, εὐγνωμονέω τινὶ, in bonam partem accipere, boni consulere, gratum habere, accipere aliquid, tanquam æquum, et bonum. *Apulei.* l. 1. *Metam.* Istud quidem quod polliceris, æqui bonique facio. Et lib. 11. Quorum oblationes honestas æqui bonique facio. ¶ Significat etiam æquo animo pati, nihil laborare, non curare. *Liv.* l. 34. cap. 22. *in fin.* Ceterum si vos nec cura ejus civitatis, nec exemplum, nec periculum movet, ne serpat latius contagio ejus mali; nos æqui bonique facimus. *we rest content: we are not concerned about it. Cic. Attic.* l. 7. ep. 7. Tranquillissimus animus meus totum istuc æqui boni facit. *takes all that in good part.* Ubi notanda omissio particulæ *que*. Adde *Terent. Heaut.* 4. 5. 40. ¶ Æqui bonique partem dicere, *to propose any thing reasonable, to speak rationally or consistently with reason. Ter. Phorm.* 4. 3. 32. Si tu aliquam partem æqui bonique dixeris, ut est ille bonus vir, tria non commutabitis verba inter vos.

ÆQUICŌLA, æ, m. et Æquicolus, i, qui est ex Æquis Italiæ populis in Latio. *Virg.* 7. *Æn.* v. 747. Venatu nemorum, duris Æquicola glebis, &c. *Ovid. Fast.* 3. v. 93. Quintum Laurentes, bis quintum Æquicolus asper. [*Liv.* l. 1. c. 32. Jus ab antiqua gente, Æquicolis, quod nunc Fetiales habent, descripsit. Et l. 10. c. 13. Carseolos colonia in agrum Æquicolarum deducta.] ¶ Scribitur etiam *Æquicola*, et *Æquiculus*.

ÆQUICRURĬUS, a, um, adject. *having equal legs, equicrural, isoscelous*, æqualia habens crura, ἰσοσκελής: estque a Mathematicis usurpata vox, qua angulum æqualia habentem duo latera significant. *Martian. Capell.* lib. 6. pag. 230. Aut ἰσοσκελὴς, quod ex tribus lineis duas æquales habet, quibus quasi cruribus insistit, denique æquicrurium vocitatur.

ÆQUICŬLUS, a, um, adject. ad Æquos, seu Æquiculos pertinens, de quibus, V. *Æquicola. Silius* l. 8. v. 371. rastrisque domant Æquicula rura. ¶ Scribitur et *Æquicolus.*

ÆQUĬCUS, a, um, adject. ad Æquos pertinens. *Liv.* l. 10. cap. 1. Redintegratum Æquicum bellum. *Alii leg.* Æquorum bellum.

ÆQUIDIĀLE, *the equinox*, ἰσημερία. *Festus*: Æquidiale apud antiquos dictum est, quod nunc dicimus æquinoctiale: quia nox diei potius, quam dies nocti adnumerari debet. Græci quoque in hoc consentiunt, ἰσημερίαν, idest æquidiale dicentes. Hæc *Festus.* V. *Æquinoctium.*

ÆQUIDIĀNUS, a, um, adject. *equinoctial*, ἰσημερινὸς, æquinoctialis. *Apulei. de Mundo.* Apeliotes vocatur, cum æquidianis exortibus procreatur. *when it ariseth about the equinoxes.*

ÆQUIDĪCI versus sunt, qui singulis propositionibus ἀντιθέτους apparant dictiones, ut (*Virg. Ecl.* 2. v. 18.) Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Albis enim nigra opposuit, ligustris autem vaccinia attribuit, et cadentibus legenda assignavit. Hæc *Diomed.* l. 3. p. 498. *Putsch.*

ÆQUIDISTANS, antis, *equally distant, equidistant*, æque distans. Vox est Mathematicorum. *Martian. Capell.* l. 8. pag. 276. Circuli paralleli, quos æquidistantes Latine possumus memorare. *Aggen. Urbic. commentar. in Frontin.* pag. 53. *Goes.* Ordines vitium æquidistantes. *Frontin. ibid.* pag. 31. Rectæ lineæ æquidistantes.

ÆQUIFORMES versus dicuntur a *Diomed.* l. 3. pag. 493. *Putsch.* qui non composita, sed simplici figura ostentantur, ut in illo *Virg. Æn.* 7. v. 171. *Urbe fuit media Laurentis regia Pici.* nusquam enim hic duæ partes orationis nectuntur. Hæc *Diomed.*

ÆQUILANX, ancis, adject. æquas habens lances. *Fulgent. in Continent. Virgil.* Trutina æquilance ponderare, ac disponere. *by a just balance.* Alii leg. *trutinæ æqua lance.*

ÆQUILATATIO, onis, f. *equal breadth, uniform largeness*, æquabilis diductio in latitudinem. *Vitruv.* l. 9. c. 8. Diducto circino ad lineam, planitiæ æquilatatio signetur.

ÆQUILATERĀLIS, le, adject. *having equal sides, equilateral*, ἰσόπλευρος, æquilaterus. *Censorin. de die nat.* c. 8. Hexagoni æquilateralis formam in eodem circulo scribere.

ÆQUILATĔRUS, a, um, *equilateral, that hath its sides equal*, latera habens æqualia, ἰσόπλευρος. Vox est Mathematicorum. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 229. Aut ἰσόπλευρος, quod Latine æquilaterum dicitur, quod tribus paribus lineis, lateribusque concurrit. Et pag. 230. Species æquilatera. [*Firmic.* l. 2. c. 11. Cum æquilateri trianguli figura in semet æqua sit et conveniens.]

ÆQUILĂTUS, eris, n. *an equality (or correspondency) of sides*, ἰσόπλευρον, æquilaterus. *Auson. Idyll.* 11. seu *Gripho*, v. 50. Per trinas species trigonorum regula currit, Æquilatus, vel crure pari, vel in omnibus impar.

ÆQUILAVĬUM, significat ex toto dimidium. dictum a lavatione lanæ, quæ dicitur æquilavio redire, cum dimidium decidit sordibus. Hæc *Festus.* Quidam leg. *æquilanium.*

ÆQUILIBRĀTUS, a, um, *counterpoised, balanced equally, equilibrated. Tertull. cont. Hermog.* c. 41. Æquilibrato impetu ferebatur.

ÆQUILĪBRIS, e, *kept in equipoise, evenly balanced*, æquali libra positus. *Vitruv.* l. 5. c. 12. Sesquipedales margines struantur æquilibres ei planitiæ.

ÆQUILIBRĬTAS, atis, f. ἰσονομία, æquabilitas, æqualitas. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 39. Confugis ad æquilibritatem: sic enim ἰσονομίαν, si placet, appellemus. *h. e.* æquabilis distributio, qua omnia omnibus, paria paribus respondeant. V. *Ibid.* c. 19. ubi quid hac voce significetur apertius explicatur.

ÆQUILIBRĬUM, ii. n. *equilibrium, equipoise, equality of weight*, ἰσοσταθμία, ἰσοῤῥοπία, æquatio libræ, cum pondere æque utrinque premente, et ponderante, ea in neutram partem inclinat, sed recto, æqualique statu permanet. Hinc quæ æquali, rectæque altitudine posita sunt, *ad equilibrium esse* dicuntur, cum de rebus in plano positis sermo est; quemadmodum *esse* dicuntur *ad perpendiculum*, quæ recta alte surgunt. *Senec.* l. 3. *Quæst. natur.* c. 25. Hoc est, cur quædam tigna supra aquam pæne tota efferantur, quædam ad medium submersa sint ad æquilibrium aquæ, quædam descendant. *to a level with the water.* Adde *Solin.* c. 1. *post init.* cujus verba ideo hic transcribere omittimus, quia subobscura sunt. V. *Salmas.* ¶ Translate dicitur de æqualitate, et compensatione. *Gell.* l. 20. c. 1. Nam cui membrum ab alio ruptum est, si ipsi itidem rumpere per talionem velit, quæro an efficere possit rumpendi pariter membri æquilibrium.

ÆQUIMĂNUS. a, um, adject. *ambidexter, one who uses both hands alike*, ἀμφιδέξιος, περιδέξιος, qui sinistra manu æque utitur ac dextera. *Auson. Idyll.* 12. *Technopægn. cap. per interrogat. et respons.* Quis Mirmilloni contenditur? æquimanus Thrax. [*Isidor. Orig.* l. 10. Æquimanus appellatus, qui utraque manu gladio incunctanter utatur.] ¶ Translate *Symmach.* l. 9. ep. 101. al. 110. Nam pari nitore, atque gravitate senatorias actiones, et Romanæ rei monumenta limasti, ut plane Homerica relatione usus, περιδέξιον, idest æquimanum te pronuntiem.

ÆQUIMELĬUM, ii, n. locus Romæ in vico Jugario, sub Capitolio, versus portam Carmentalem, ita dictus, quod ibi domus Sp. Melii regnum affectantis publice solo æquata fuit, ut docent *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. *ad fin.* et *Liv.* l. 4. c. 16. Adde *Cic. pro Dom.* c. 38. ¶ Scribitur et *Æquimælium.* [¶ Duplex affertur a scriptoribus Latinis hujus vocis notatio. *Cicer.* et *Val. Max.* ex æquo seu justo supplicio Melii deducunt. *Cic. pro Dom.* c. 38. Sp. Melii, regnum appetentis, domus est complanata. Ecquid aliud? æquum accidisse Melio populus Romanus judicavit; nomine ipso Æquimelii stultitia pœna comprobata est. *Val. Max.* l. 6. c. 3. n. 1. Area domus ejus (Melii) quo justi supplicii notitia ad posteros perveniret, Æquimelii appellationem traxit. At rectius *Varro* et *Aurelius Victor* ideo putant locum illum Æquimelium vocatum fuisse, quod solo æquata sit Melii domus; hinc a Romanis aream illam æquum Melii, seu Melii planitiem, deinde junctim Æquimelium fuisse appellatam. *Varr. de L. L.* l. 4. c. 32. Æquimelium, quod æquata Melii domus publice, quod regnum occupare voluit is. *Aurel. Vict.* c. 17. Sp. Melium regnum affectantem occidi jussit Quintius Cincinnatus, domum ejus solo æquavit, unde locus ille Æquimelium dictus.]

ÆQUIMENTUM. V. *Equimentum.*

ÆQUINOCTIĀLIS, le, *equinoctial, pertaining to the equinoxes*, ἰσονύκτιος, ἰσημερινός, ad æquinoctium pertinens. *Senec.* l. 2. *Quæst. nat.* c. 28. Æstus æquinoctialis. *h. e.* qui circa æquinoctium fit. *Plin.* l. 2. c. 97. Æquinoctiales horæ. *Id. ibid.* c. 47. Oriens æquinoctialis: occasus æquinoctialis. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 18. Æquinoctialis circulus. *the equator or equinoctial line.* circulus in Cœlo, quo ubi pervenit sol æquinoctia facit.

ÆQUINOCTĬUM, ii, n. *the equinox*, ἰσημερία, tempus illud, quo dies, et noctes horarum spatio æquales sunt. Duo sunt autem æquinoctia: Vernum circa octavum Cal. Apr. et in signo Arietis conficitur: Autumnale 10. Cal. Oct. in signo Libræ. *Cic. Att.* l. 12. ep. 27. Publilius si æquinoctium exspectat, navigaturus videtur. *Liv.* l. 31. c. 47. Jam autumnale æquinoctium instabat. *Plin.* l. 2. c. 97. Æstus duobus æquinoctiis maxime tumentes, et autumnali amplius quam verno.

ÆQUĬPAR, ăris, *equal*, par, compar, ἴσος. *Auson. in Technopægn. cap. per interrog. et respons.* Bis senas partes quis continet æquipares? as. *Apulei. in Florid.* n. 3. Utrobique facundia æquipari. *Sidon.* l. 8. ep. 6. Certare gloria æquipari.

ÆQUIPARABĬLIS, et le, *admitting of comparison, worthy of being compared or equalled, comparable, analogous*, ἀνάλογος, qui æquari cum aliquo potest. *Plaut. Curcul.* 1. 3. v. 11. Quid videbis Diis magis æquiparabile? *Id. Trinum.* 2. 4. 65. Non esse æquiparabiles vestras cum nostris factiones, atque opes. *In quibusd. optimis* Plauti *editionibus legitur* æquiperabilis.

ÆQUIPARANTĬA, æ, f. *equality, likeness, comparison*, æquiparatio. *Tertull. advers. Valentin.* cap. 16. Pervenire in æmulas æquiparantias.

ÆQUIPARATĬO, onis, f. *an equalizing, likening, comparing*, comparatio, ἴσωσις. *Gell.* l. 5. c. 5. Rex de numero exercitus, ac de æquiparatione æstimanda quæsierat.

ÆQUIPĂRO, as, avi, atum, a. 1. *to make equal, to equal*, ἰσόω, æque parem facio, æquo. *Nepos in Themist.* c. 6. Portus mœnibus circumdatus, ut ipsam urbem dignitate æquipararet, utilitate superaret. *Id. in Alcib.* c. 11. Æquiparare aliquem labore, et viribus. *Liv.* l. 37. cap. 53. Ut nemo sociorum me æquiparare posset. *Vetus Poeta* apud *Cicer.* 5. *Tuscul.* c. 17. Nemo est, qui factis æquiparare queat. *Virg. Ecl.* 5. v. 48. Nec calamis solum æquiparas, sed voce magistrum. *Pacuv.* apud *Gell.* l. 14. c. 1. *ad fin.* Nam si qui quæ eventura sunt provideant, æquiparent Jovi. ¶ Significat etiam comparare, conferre, *to compare. Liv.* l. 5. c. 23. Jovis, Solisque equis æquiparari dictatorem, in religionem etiam trahebant. *Plaut. Milit.* 1. 1. 11. Mars haud ausit dicere, neque æquiparare suas virtutes ad tuas. [¶ Peculiari notione pro *suppeditare. Pallad. Febr.* c. 25. Si spissa poma ramos onerabunt, interlegenda sunt quæque vitiosa, ut alimentum ceteris succus æquiparet, *h. e.* ut sufficiat succus reliquis alendis.] ¶ Interdum neutrorum more accipitur pro æqualem esse. *Ulpian. Digest. lib. ult. tit. ultim.* leg. 104. Ubi æquiparant famosa judicia. *Ita in celebri editione* Torrentini: *in aliis quibusdam* æquiparantur. ¶ In multis optimis Codicib. *Nepotis, Cicer.* et *Virg.* &c. legitur *Æquipero*: sic in *Gloss.* æquiperas, ἐξισοῖς. ἐξισοῦμαι, æquipero.

ÆQUIPĔDUS, a, um, *that hath equal legs, isoscelous*, æquos habens pedes. *Apulei.* l. 1. *de habitud. doctr. Plat.* Æquipedum vero trigonum efficere ex se se quadratum, ἰσόπους, ἰσοσκελής. ¶ Æquipes, edis, quod usurpari aiunt a *Diomed.* lib. 3. idem est.

ÆQUIPOLLENS, entis, *equivalent, equipollent*, ἰσοδυνάμενος. Vox est Dialecticorum. *Apulei. de Syllog. Categorem.* seu lib. 3. *de habitud. doctr. Plat.* Æquipollentes propositiones dicuntur, quæ alia enuntiatione tantundem possunt, &c. *sæpius ibid. hanc vocem usurpat.*

ÆQUIPONDĬUM, ii, n. *a counterpoise, weight*, σφαίρωμα, σήκωμα, pondus stateræ scapo appensum, ad cognoscenda rerum momenta: ita dictus, quod æquat pondera. Sic appellatur a *Vitruv.* l. 10. c. 8. ubi trutinarum, quæ stateræ vocantur, rationem explicat.

ÆQUĬTAS, atis, f. *equality*, ἰσότης, æqualitas. *Senec.* l. 3. *Quæst. natur.* c. 10. Natura partes suas velut in ponderibus constitutas, examinat, ne portionum æquitate turbata, mundus præponderet. *Sueton. in Aug.* c. 79. Commoditas, et æquitas membrorum, *proportion, symmetry.* ¶ Sæpius translate sumitur pro æqualitate inter homines, quæ ad justitiam pertinet, *equity, impartiality*, ἰσοτιμία, ἐπιείκεια. Differt tamen a justitia proprie dicta, quod hæc secundum jura, et leges semper judicat, nec unquam ab iis discedit; *æquitas* autem remittit interdum aliquid, legesque, ubi opus est, benigne interpretatur, estque media inter jus summum, et indulgentiam. Æquitatis hoc sensu duplex est vis, ut docet *Cic. in Partit.* c. 37. cujus altera directi, et veri, et justi, et, ut dicitur, æqui, et boni ratione defenditur: altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertinet: quod in beneficio gratia, in injuria ultio nomi-

natur. *Id.* 1. *de Orat.* c. 56. Pro æquitate contra jus dicere. Et cap. 57. Arripere patrocinium æquitatis. *Id. pro Cæcin.* cap. 13. A verbis recedere, et æquitate uti. ¶ Interdum tamen et pro justitia ponitur, *justice. Cic.* 2. *Offic.* c. 22. *in fin.* Quam autem habet æquitatem, ut agrum qui nullum habuit, habeat; qui autem habuit, amittat? *Id. ad Planc. post epist. ult.* l. 16. *ad Atticum.* Summa bonitas, et æquitas causæ. *the justice of the cause.* ¶ Sæpe etiam sumitur pro animi moderatione, qua quis libenter se æquat aliis, nec supra se effert, *moderation, evenness of mind, equanimity. Nepos in Miltiad.* cap. 2. Cum virtute militum devicisset hostium exercitus, summa æquitate res constituit, atque ipse ibidem manere decrevit. erat enim inter eos dignitate regia, quamvis carebat nomine. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 22. Ut animi æquitate plebem contineant, cum suas quisque opes cum potentissimis æquari videat. ¶ Item pro ea moderatione, qua quis mediocria concupiscit, fortunæ qualicunque libens acquiescit, atque in omnibus tranquille se gerit, æquo animo ferens quæcumque accidunt. *Cic. de Senect.* c. 1. Quamquam certo scio, non, ut Flamininum, sollicitari te. novi enim moderationem animi tui, et æquitatem. *the reasonableness. Id. Agrar.* 1. c. 5. Si ego ejus æquitatem animi probe novi, vendet non invitus. *Nepos in Thrasyb. cap. ult.* Ex istis nolo amplius, quam centum jugera, quæ et meam animi æquitatem, et vestram voluntatem indicent. *moderation. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 40. *ad fin.* Quis hanc animi æquitatem in ipsa morte laudaret, si mortem malum judicaret? *tranquillity of mind, calmness, resignation.*

ÆQUĬTER, *equally*, æque, ἴσως. *Liv.* vel *Læv.* apud *Non.* c. 11. n. 26. Prædam per participes æquiter partita est. *Accius ibid.* Ad populum intelligo referundum, quoniam horum æquiter sententiæ fuerunt. *h. e.* æque eædem. Adde *Pacuv. ibid. Plautum* quoque hanc vocem usurpasse, testis est *Priscian.* l. 15. pag. 1010. *Putsch.* ¶ Gradus *æquius*, et *æquissime* ad adverb. *Æque* pertinent.

ÆQUITERNUS, a, um, adject. *alike eternal*, ἰσαιώνιος: vox ex *æque*, et *æternus* conflata. *Claud. Mamert. de statu Anim.* l. 2. c. 4. Hæc tria (numerus, pondus, mensura) simul æquiterna, semper individua, ubique tota, unus Deus sunt. *Sidon.* l. 8. ep. 13. Prævidens, se per æterna sæcula æquiterna supplicia passurum.

ÆQUIVALĔO, es, n. *to be equal in worth*, ἰσοδυναμέω, æque possum. *Auctor. carminis de Philomela*, v. 6. Nulla potest modulis æquivalere tuis. [Alii legunt, et fortasse rectius: Nulla potest modulos æquiparare tuos.]

[* ÆQUIVŎCUS, a, um, adject. ὁμώνυμος. *Isidor. Orig.* l. 2. c. 26. Æquivoca sunt, quando multarum rerum nomen unum est, sed non eadem definitio, ut *leo.* Nam quantum ad nomen pertinet, et verus, et pictus, et cælestis leo dicitur. *Martian. Capell.* l. 4. pag. 97. *Grot.* Quæritur quid sit æquivocum, quid univocum, quid, ut ita dicam, plurivocum.]

ÆQUO, as, avi, atum, a. 1. *to level, make smooth*, ὁμαλίζω, æqualem facio, complano. *Justin.* l. 2. c. 10. *in fi.* Montes in planum ducere, et convexa vallium æquare. *Virg.* 1. *Georg.* v. 178. Aream æquare cylindro. *Tacit. Ann.* 1. c. 51. Æquare solo templum. *Et Vellei.* l. 2. c. 4. Æquare solo urbem. *quod est* ad superficiem usque diruere, a fundamentis evertere, *to level with the earth, to raze to the ground.* nomen autem *solo* dativi est casus. Hinc translate *Liv.* l. 6. c. 18. Solo æquare dictaturas, et consulatus. *h. e.* penitus tollere, *to do entirely away, abolish.* ¶ Æquare frontes. V. *Frons.* ¶ Significat etiam æqualem esse, *to equal. Curt.* l. 4. c. 2. Opus nondum aquæ fastigium æquabat. *Id. ibid.* c. 9. Fluminis altitudo summa equorum pectora æquabat. *reached as high as the breast. Id.* l. 5. c. 13. Argenti facti pondus quingenta millia talentorum æquabat. *amounted to the sum of*, &c. *Plin.* l. 19. c. 1. Æquat pretia margaritarum. *is of the same value with*, &c. ¶ Item æqualem facere. *Cic.* 3. *de legib.* c. 10. Inventum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarent. *Id.* 1. *Offic.* c. 1. Hi libri jam se illis fere æquarunt. *Vellei.* l. 2. c. 127. Æquare aliquem sibi per omnia. *to put on a level with one's self at all points. Virg.* 6. *Æn.* v. 782. Imperium terris, animos æquabit Olympo. *h. e.* æque extendet. *Liv.* l. 6. c. 2. Æquare dicta factis. *h. e.* orationem habere æque magnificam, ut res gestas. ¶ Item comparare, *to compare, confront with. Liv.* l. 31. c. 7. Ne æquaveritis Annibali Philippum, ne Carthaginiensibus Macedonas: Pyrrho certe æquabitis. *Cic. Verr.* 3. c. 8. Æquare, et conferre scelera alicujus cum aliis. ¶ Item assequi, eo pervenire, quo alius pervenit. *Plin.* l. 35. c. 11. Eam picturam imitati sunt multi, æquavit nemo. *Curt.* l. 9. c. 2. Æquare palma Herculem, et Liberum Patrem. *Sueton. in Cæs.* c. 55. Æquare gloriam alicujus. *Virg.* 10. *Æn.* v. 248. Sagitta æquans ventos. *Liv.* l. 1. c. 53. Ea arte aequasset superiores reges, ni &c. *Id.* l. 33. c. 21. Regii nominis magnitudini semper animum æquavit. *h. e.* ut ait *Flor.* l. 2. c. 14. regium nomen animo quoque regio implevit. *Liv.* l. 31. c. 36. Æquare cursu aliquem. *to come up with in the race.* Sic *Curt.* l. 4. c. 1. Æquare cursum alicujus. ¶ Item in æquas partes distribuere, partiri. *Virg.* 1. *Æn.* v. 508. operumque laborem Partibus æquabat justis. *Id.* 10. *Æn.* v. 755. æquabat luctus, et mutua Mavors Funera. *h. e.* æqualem utrinque stragem edebat. *Colum.* l. 2. c. *ult.* Stercora æquare. *h. e.* æqualiter per agros dissipare. ¶ *Æquare ludum nocti* apud eundem *Æn.* 9. v. 338. est in totam noctem producere. *to gamble all night long,* ¶ *Æquare opes regum animis* apud eundem 4. *Georg.* v. 132. est animo mediocribus contento æque divitem esse, ac reges.

ÆQUOR, oris, n. *any level or smooth surface, a plain, flat*, πλάξ, æquus locus, planities: ab *æquus*, qua æqualem significat: et interdum dicitur de planitie terræ, seu agrorum. *Cic.* 1. *Divin.* c. 42. Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes, cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cœli officere posset: omnem curam in siderum cognitionem posuerunt. *Virg. Æn.* 7. v. 781. æquore campi exercere equos. Et absolute, hoc est sine addito. *Id. Æn.* 5. v. 456. Præcipitemque Daren ardens agit æquore toto. *Id.* l. 1. *Georg.* v. 97. Et qui, proscisso quæ suscitat æquore terga, &c. *Juvenal.* sat. 8. v. 61. *de equo.* Clara fuga ante alios, et primus in æquore pulvis. ¶ *Lucret.* l. 4. v. 105. et 290. *æquora speculorum* dixit, hoc est specula lævigata, et plana. ¶ De planitie, et lævitate ventris *Gell.* l. 12. c. 1. Ne æquor illud ventris irrugetur. ¶ De planitie ceratæ tabellæ, in qua stilo scribitur. *Auson. epigr. ult.* v. 14. et *Prudent.* περὶ στεφ. 12. *de S. Cass.* v. 53. ¶ Sæpius de mari, *the sea;* et quidem proprie de mari tranquillo, ut docet *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 2. *sub fin.* quod vere planum est: sed hoc non semper servant scriptores. *Colum.* l. 8. c. 17. Ut in solo piscinæ posita libella, sublimius esse maris æquor ostendat. *Cic.* 2. *Acad.* apud *Non.* c. 1. n. 332. Quid tam planum videtur, quam mare? ex quo etiam æquor illud poetæ vocant. *Virg.* 1. *Georg.* v. 246. Arctos Oceani metuentes æquore tingi. *Id.* 4. *Æn.* v. 313. Troja per undosum peteretur classibus æquor. *Id. Æn.* 5. v. 715. fessas æquore matres. *wearing of sailing, fatigued with the voyage. Horat.* l. 3. *Od.* 1. v. 33. Contracta pisces æquora sentiunt. *Id.* l. 4. *Od. ult.* v. 3. Tyrrhenum per æquor vela dare. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 38. Concita ventis æquora mulcere. ¶ Etiam sine addito a prosæ scriptoribus interdum usurpatur. *Curt.* l. 4. c. 7. Profundum æquor ingredi. *Valer. Max.* l. 9. c. 1. n. 1. Penetrare æquora. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 23. Placidum æquor. Adde *Plin.* l. 4. c. 12. *Melam* l. 1. c. 2. et *Sallust. in fragment.* apud *Donat. ad Terent. Phorm.* 2. 1. 13. ¶ De flumine placido *Virg.* 8. *Æn.* v. 89. *de Tiberi.* Mitis ut in morem stagni, placidæque paludis Sterneret æquor aquis. Et v. 96. viridesque secant placido æquore silvas.

ÆQUORĔUS, a, um, *belonging to the sea, marine*, πελάγιος, θαλάσσιος, ad æquor maris pertinens, marinus. *Martial.* l. 10. epigr. 51. Æquoreæ aquæ. *Colum.* l. 10. v. 200. Æquoreus pater. *h. e.* Oceanus. *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pelei, et Thet.* v. 15. Nereides æquoreæ. *Virg. Georg.* 3. v. 243. Æquoreum genus. *h. e.* pisces. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 604. Æquoreus rex. *h. e.* Neptunus. *Lucan.* l. 6. v. 35. Æquoreus Achilles. *h. e.* filius Thetidis æquoreæ. [*Ovid. Met.* l. 15. v. 753. Scilicet æquoreos plus est domuisse Britannos, *h. e.* mari circumdatos et navigationi deditos.]

ÆQUUS, a, um, *level, smooth, plain, equal*, ὁμαλὸς, planus, æqualis. *Cic. pro Cæcin.* c. 17. Æquus, et planus locus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 6. Locus ad libellam æquus. *Liv.* l. 5. c. 47. Saxum ascensu æquo. *of easy ascent.* ¶ In re militari *æquus locus* tum planitiem significat, tum quemcumque locum ad pugnam aptum. *Nepos in Miltiad.* c. 5. Etsi non æquum locum videbat suis. *a disadvantageous post or position. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 51. Legio, quæ paulo æquiore loco constiterat. Sic *æquum tempus* dicitur, quod ad rem gerendam aptum. *Sueton. in Cæs.* c. 35. Bellum sane difficilimum gessit, neque loco, neque tempore æquo, sed hieme anni, et intra mœnia &c. *fit or convenient season. Cic. in fragment. pro Cornel.* apud *Ascon.* Judicium æquiore tempore fieri oportere. ¶ Substantivi more, *a plain. Liv.* l. 5. c. 38. Facilem in æquo campi victoriam fore. *Tacit. in Agric.* c. 35. Ut primum agmen æquo, ceteri per acclive jugum insurgerent. *Id.* 4. *Histor.* c. 23. Pars castrorum in collem leniter assurgens, pars æquo adibatur. ¶ Translate *Cic. Fam.* 3. ep. 8. Meos multos et ex superiore, et ex æquo loco sermones habitos cum tua summa laude. *h. e.* et pro tribunali, et privatus, seu in locis privatis. *Id.* 3. *de Orat.* c. 6. Sive loquitur ex inferiore loco, sive ex æquo, sive ex superiore. *h. e.* sive alloquitur superiores, sive pares, sive inferiores: Oratores enim ex inferiore loco, hoc est in imis subselliis dicebant apud Magistratus; ex æquo parique loco in senatu sententiam dicebant: e superiore autem, hoc est e rostris, verba ad populum habebantur. ¶ Ponitur etiam pro æquali, æque magno, *equal, like, similar*, ἴσος, par, similis. *Virg.* 2. *Æn.* v. 724. dextræ se parvus Iulus Implicuit, sequiturque patrem non passibus æquis. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 7. v. 24. Urbs erat in summo nubibus æqua jugo. *Senec.* ep. 94. Æquum arcibus aggerem attollere. *Plin.* l. 2. c. 9. Æqua portione dividere. *Terent. Eun.* 1. 2. 12. Utinam esset mihi pars æqua amoris tecum. *h. e.* æque vicissim amaremus. ¶ Sequente *quam*, *Vellei.* l. 2. c. 121. Ut æquum ei jus in omnibus provinciis esset, quam erat ipsi. ¶ Item pro eo, qui æqualis est conditionis. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 40. In æquos, et pares fastidiosus, in inferiores crudelis. ¶ *Ex æquo*, ἐξ ἴσου, æque, æqualiter, *equally, alike, on an equality. Lucret.* l. 1. v. 853. ex æquo res funditus omnis Tam mortalis erit, quam &c. *Ovid. Metam.* 4. v. 62. Ex æquo captis ardebant mentibus ambo. *Sueton. in Tiber.* c. 11. Mutua cum Græculis officia usurpans prope ex æquo. *Plin.* l. 6. c. 25. Regna pertinent ad Scythas, cum quibus ex æquo degunt. *h. e.* æquo jure, et institutis. ¶ *In æquo stare*, æqualem esse. *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 29. Ut naturam oderint, quod infra deos sumus, quod non in æquo illis stetimus. ¶ *In æquo esse*, idem. *Senec. in Phœniss.* v. 98. Qui cogit mori nolentem, in æquo est, quique properantem impedit. *h. e.* æque peccat. Adde *Liv.* l. 39. c. 37. ¶ *In æquo ponere alicui*, æquare. *Liv. in fi.* c. 50. l. 39. ¶ Translate est justus, *just, equitable, fair, impartial, honest, upright*, ἐπιεικὴς, δίκαιος. Est tamen discrimen inter *justum*, et *æquum* hominem: de quo V. in *Æquitas. Cic.* 6. *Verr.* c. 65. Prætor æquus, et sapiens. *Id. Verr.* 7. c. 59. Vide, quam me sis usurus æquo. *Id. Fam.* 2. ep. 1. Præbere se æquum alicui. *Id.* 3. *de Fin.* c. 2. Æquissimus æstimator, et judex. ¶ Tribuitur et rebus inanimis, et pro justo generatim accipitur. *Cic. pro Quint.* c. 14. Æqua jura. *Id. pro Cornel. Balbo*, c. *pænult.* Æqua lex, et omnibus utilis. ¶ Frequenter substantivi more usurpatur, et cum *bonum* sæpe jungitur. Itaque tum *æquum*, tum *æquum et bonum* idem sunt ac *æquitas; equity. Cic. de clar. Orat.* c. 38. *in fi.* Cum de jure civili, cum de æquo et bono disputaretur. *Id. pro Cæcin.* c. 23. Ex æquo et bono, non ex callido, versutoque jure rem judicari oportere. Et omissa *et* copula *Id. in Top.* c. 17. Illi dolum malum, illi fidem bonam, illi æquum bonum tradiderunt. (*Æqui bonique facere*, &c. V. supra suo loco) *Sallust. in Jug.* c. 39. Fit reus magis ex æquo et bono, quam ex jure gentium. *Papin. Digest.* lib. 28. tit. 3. leg. 17. Tueri aliquid ex æquo et bono, licet subtilitas juris refragari videatur. *Celsus JCtus* apud *Ulpian.* lib. 1. tit. 1. leg. 1. Jus est ars boni et æqui. *Hoc loco* bonum et æquum *pro justitia ponitur: ceterum alias frequentius pro* æquitate, *quæ et* æquum *absolute dicitur. Horat.* l. 1. sat. 3. v. 98. utilitas justi prope mater, et æqui. *Quintil.* l. 6. c. *ult.* Jure prius pugnandum, an æquo. ¶ In plur. num. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 648. haud ullis unquam superabilis æquis, Rectorumve memor. ¶ Ponitur etiam generatim pro recto, convenienti, decenti, honesto. *Cic. pro Rosc. Amerin.* c. 2. Æqua et honesta postulatio, *reasonable, fair, moderate. Id. pro Cluent.* c. 2. Postulo primum id, quod æquissimum est, ut ne quid huc præjudicati afferatis. *Id. de Fato*, c. 4. Sed Possidonium, sicut æquum est, dimittamus. *as is right; as is fitting. Cn. Magn. ad Domit.* post ep. 12. l. 8. *ad Attic.* Æquum est me a te impetrare, ut &c. *Plaut. Rud.* 2. 2. 6. Ut peritis? *Pisc.* ut piscatorem æquum est, fame, siti, speque. *as a fisherman is wont to do. Terent. Eun.* 3. 2. 25. Quæ liberum scire æquum est adolescentem. *that which he ought to know*, &c. *Id. Heaut.* 2. 1. 2. Æquum censent, nos a pueris illico nasci senes. *they pretend, that* &c. *Id. ibid.* 1. 1. 39. Non æquum facis. *you do not act fairly. Id. Adelph.* 5. 3. 17. Non æquum dicis. *you do not speak reasonably. Id. ibid.* 4. 3. 10. Si ita æquum censes. *if so you think fit. Id. Andr.* 5. 3. 30. Æquum postulat. *he asks nothing but what is right. Sallust. in Catil.* c. 50. Injurias gravius æquo habere. *to resent an injury with too much severity.* Sic *Lucret.* l. 3. v. 966. Lamentari amplius æquo. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 52. Plus æquo liber. *Id.* l. 2. *ep. ult. in fi.* Potus largius æquo. ¶ Præterea *æquus* dicitur de homine amico, favente, benevolo, propitio. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 3. *a med.* Populo a se prope alienato, nobilitate inimica, non æquo senatu. *Id. Fam.* 3. ep. 6. *ad fin.* Ego, ut me tibi amicissimum esse, et æqui et iniqui intelligant, curabo. *both friends and foes. Id. in Orat.* c. 10. Ut eos ipsos, quos contra statuas, æquos placabilesque dimittas. *Virg.* 4. *Æn.* v. 372. Æquis oculis aspicere. *with a favourable eye, benign aspect.* ¶ *Æquus* etiam dicitur, qui moderatus est, et æquabilis in vitæ ratione, omnia in bonam partem accipit, ad quamcumque fortunam æque paratus, tranquillus, et sibi semper constans, *moderate, calm, unruffled, good, discreet. Horat.* l. 3. *Od.* 29. v. 32. Quod adest, memento Componere æquus. *Id.* l. 1. ep. 17. v. 24. Tentantem majora, fere præsentibus æquum. *Id.* l. 2. *Od.* 3. v. 1. Æquam memento rebus in arduis Servare mentem; non secus in bonis, &c. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 50. Prædia mea tu possides: ego aliena misericordia vivo: concedo, et quod animus æquus est, et quia necesse est. *because I am of a patient and easy mind.* Sic *Plaut. Rud.* 2. 3. 71. Animus æquus optimum est ærumnæ condimentum. *composed, undisturbed, always the same.* Hinc *æquo animo* idem est ac libenter, *willingly, patiently. Cic. de provinc. consul.* c. 7. *in fi.* Ut eos quamprimum videamus, quos æquo animo videre non possumus. *Id. ad Brut.* ep. 4. Æquo animo te moneri patieris. *Id. de clar. Orat.* c. 6. Carere æquo animo re aliqua. *Nepos in Dion.* c. 6. et 7. Æquo animo ferre aliquid. *Cic. de Senect.* c. *ult.* Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur,

sctissimus iniquissimo. *Id. Attic.* l. 6. ep. 8. Ego, nisi Bibulus adniteretur de triumpho, æquo animo essem, nunc vero [illegible] *should have taken it patiently.* ¶ Præter dativum casum, regit etiam aliquando accusativum cum præposit. *in. Cic. pro Quint.* c. 14. Quis hoc statuit, quod æquum sit in Quintium, id iniquum esse in Nævium? ¶ Quemadmodum *æquum et bonum* formula est juris, et fori, ita etiam *æquius melius*, quæ maxime in arbitrariis actionibus rei uxoriæ adhibebatur, ut *Cic.* 3. *Offic.* c. 15. et in *Top.* c. 17. docet, hoc est cum, soluto per divortium matrimonio, dos ab uxore repetebatur: qua in re ita concipiebantur actiones, ut non solum quod *æquum et bonum* esset, sed etiam quod *æquius meliusque*, si fieri posset, quæreretur. Videtur autem etiam in aliis arbitriis hæc formula locum habuisse. Lege *Cicer. pro Rosc. Com.* c. 4.

AER, aeris, m. *the air, atmosphere*, ἀὴρ, vox Græca ab ἄημι, spiro, vel ab ἀεὶ ῥέειν, semper fluere [vel ἀπὸ τοῦ αἴρειν, quod terram ferat, vel quod ab ipsa feratur]; sed qua utimur pro Latina, ut ait *Cic.* 1. *Acad.* c. 7. et l. 2. *de nat. Deor.* c. 36. significat elementum illud, quod medium spatium complet inter cœlum, et terram. In accusativo singulari, si Latinam declinandi rationem sequimur, *aerem* facit: sæpius tamen non Poetæ solum, sed etiam prosæ scriptores *aera* Græca positione usurpant. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 36. Terra sita in media parte mundi, circumfusa undique est hac animabili, spirabilique natura, cui nomen est aer: Græcum illud quidem, sed perceptum jam tamen usu a nostris: tritum est enim pro Latino. *Id. ibid.* c. 45. Aer fertur ille quidem levitate sublimi, sed tamen in omnes partes se ipse fundit, et natura fertur ad Cœlum: cujus tenuitate, et calore temperatus, vitalem, et salutarem spiritum præbet animantibus. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 10. Anaximenes aera deum statuit. *Et* c. 15. Aquam, terram, et aera. *Plin.* l. 18. c. 1. Aerem in perniciem vertere. *Lucan.* l. 1. v. 89. dum terra fretum, terramque levabit Aer, et longi volvent Titana labores. *Aeros* pro *aeris* dixit *Stat.* 2. *Theb.* v. 693. τοῦ ἀέρος: ubi *aeros omina doctus* est auspex, auguria ex avibus captans. Al. leg. *aeris.* ¶ Insolens est *aera* in accusativo plurali, et neutro genere. *Virg. in Culice*, v. 164. *de angue.* Obvia vibranti carpens gravis aera lingua. *Orientius* quoque habet vers. 114. Aera librantur, fluctuat Oceanus. *Voss. de Grammat.* l. 3. c. 26. ita ordinat *Virgilii* versum: *gravis carpens aera lingua vibranti obvia.* Utrum durius sit, viderint alii. ¶ Sæpe de cœli temperie, et qualitate dicitur, cum addito tamen. *the weather. Cic.* 4. *Acad.* c. 25. Aer crassus. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. fusus, et extenuatus. *Id. ibid.* c. 16. purus, et tenuis. *Id.* l. 2. *de Divin.* c. 42. temperatus. *Ovid.* 2. *de art. aman.* v. 318. Aere non certo corpora languor habet. *h. e.* modo calido, modo frigido. [¶ Translate de homine solitudinem eligente. *Cic.* 1. *ad Att.* epist. 18. Non homo, sed littus, aer, solitudo.] ¶ In plurali numero *Vitruv.* l. 1. c. 1. *ad fin.* Aeres locorum salubres, aut pestilentes. *Lucret.* l. 4. v. 291. aeribus binis. ¶ *In aere piscari* proverbium est apud *Plaut. Asin.* 1. 1. 86. quod significat vana conari, frustra operam impendere in re aliqua. ¶ Interdum *aer* Poetice pro nebula, aut nube ponitur. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 400. Ille autem inceptum, famula duce, protinus urget Aere septus iter. *Virg.* 1. *Æn.* v. 411. At Venus obscuro gradientes aere sepsit. ¶ *Aer nitidus* pro fulgore, seu luce ponitur in illo *Statii* l. 1. silv. 3. v. 54. nam splendor ab alto Defluus, et nitidum referentes aera testæ Monstravere solum. ¶ De colore, vel odore *Lucan.* l. 4. v. 438. pavidos formidine cervos Claudat odoratæ metuentes aera pennæ. ¶ *Aer summus arboris*, est arboris cacumen, *the top or tallest shoot of a tree*, apud *Virg.* 2. *Georg.* v. 123. ubi aera vincere summum Arboris haud ullæ jactu potuere sagittæ. ¶ *Fistulæ aere tenui*, apud *Senec.* l. 3. *quæst. natur.* c. 24. videntur esse quibusdam, quæ cavitates habent tenues, quibus aer attrahitur: sed alii rectius legunt *ære tenui.* ¶ *Aer* sonus est, interprete *Nonio* c. 4. n. 18. in illo *Varronis*: Anima ut conclusa in vesica, quando est arte ligata, si perculeris, aera reddit. ¶ In feminino genere *Ennius* usurpavit. *Gell.* l. 13. c. 20. Ennius in annali duodevicesimo *aere fulva* dixit, non ob id solum, quod Homerus ἠέρα βαθεῖαν dicit, sed quod hic sonus, opinor, vocabilior est visus, et amœnior.

ÆRA, æ, f. Vox est a sequioris ævi Scriptoribus usurpata, et significat *numerum datum, money computed*, ut loquuntur, in aliquo computo. Hujus rei exemplum affert *Salmas. in exercit. Plin.* pag. 686. ex *Vitruvio*, seu *Vetrubio Rufo*, et *Epaphrodito* rei Agrimensoriæ scriptoribus, his verbis. Si fuerit pentagonus, cujus singula latera sint pedum decem, quæro, quot pedum area sit. Sic quæro: facio decem in se; fit centum: hoc semper duco ter, fit CCC: huic adjicio ipsam æram, fit CCCX. Ubi cum dicit *ipsam æram*, numerum X intelligit, qui a principio positus, seu datus est, fuitque totius supputationis fundamentum. Alia ejusdem farinæ exempla ibidem addit *Salmas.* Hinc natum videtur quibusdam verbum *Adæro*, quod V. suo loco. ¶ Præterea *æra* a sequioris itidem ævi scriptoribus quibusdam usurpata est eo sensu, quo Latini optimi scriptores *æra* in plurali numero neutro genere dixerunt (V. *Æs*), nempe pro nota numerali, brevitatis gratia a calculonibus in supputando adhibita. *Rufus Fest. in Breviar. in princip.* Morem sequutus calculonum, qui ingentes summas æris brevioribus exprimunt, res gestas signabo, non eloquar. *Nonius* etiam c. 2. n. 42. *Æra*, inquit, *est numeri nota*: affertque hujusmodi exemplum ex *Lucil. Hæc est ratio? perversa æra, summa subducta improbe.* Sed hoc loco potest etiam esse numeri pluralis: immo ita omnino accipiendum est, cum constet, sic semper a Veteribus usurpatum. Affertur etiam alius locus *Varronis* apud eundem *Non.* c. 1. n. 95. sed inde nihil certi colligi potest propter variantes conjectantium lectiones. ¶ Item *Æra* (*Era* etiam sine diphthongo scripta invenitur: sed hoc sæculi vitio, non ratione aliqua factum est) in ratione temporum sumitur pro termino certo, et insigni (ut apud nos Christianos est nativitas D. N. J. C.) a quo sequentes anni numerantur, *an epoch, æra*, ἐποχή. *Isidorus* ita scribit lib. 5. *Orig.* c. 36. *Æra singulorum annorum constituta est a Cæsare Augusto, quando primum censum exegit. Dicta autem Æra ex eo, quod omnis Orbis æs reddere professus est reipublicæ.* Alii putant hanc vocem conflatam esse ex notis, quæ scribi solebant brevitatis causa hoc modo *A. ER. A.* hoc est, *annus erat Augusti.* Sed magis placet ex eo deducere, quod *æra* primum in plurali numero pro nota numeri usurpatum, ut dictum est; deinde factum *æra*, *æ* femininum eodem sensu; tandem ad significandum etiam annorum numerum traductum sit. ¶ Denique *æra* herba est inter triticum nascens, eique valde noxia, cujus etiam grana in pane admixta, celerrime vertigines faciunt: hæc alio nomine, et quidem usitatiore *lolium* dicitur, *the herb darnel, tares*, αἶρα. *Plin.* l. 18. c. 17.

ÆRĀMEN, inis, n. χάλκωμα. Vox est a sequioris ævi Scriptoribus pro *ære* usurpata. *Theodor. Priscian.* l. 1. c. 9. Ferri vel æraminis purgamenta. *Commodian. instruction.* 27. Et Deos audetis æramine dicere fusos. Adde *Codic. Justinian.* lib. 8. tit. 12. ubi tamen alii aliter leg. et *Cod. Theodos.* lib. 15. tit. 1. leg. 37. ubi pro æramento ponitur.

ÆRAMENTUM, ti, n. *a vessel or other thing made of copper or brass, a brazen caldron*, χάλκωμα, quodcumque opus ex ære factum. *Plin.* l. 15. c. 8. Amurca decocta ungi æramenta contra æruginem, colorisque gratia elegantioris. *Id.* l. 33. c. 5. Stannum jungitur æramentis, stanno argentum. *Id.* l. 35. c. 15. Bitumen æramentis illinitur, firmatque ea contra ignes. *h. e.* vasis culinariis ex *ære.* In singulari numero *supellex, et æramentum* dixit *Paul. recept. sentent.* lib. 3. tit. 6.

ÆRARIA, æ, f. Revera adjectiva vox est: sed interdum absolute usurpatur. *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 33. Ubi lavitur æs, ærarias, non ærelavinas nominari. *h. e.* officinas, ubi æs purgetur. *Plin.* l. 34. c. 13. Etiamnum in ærariis reperiuntur, quæ vocant pompholygem, et spodon. *h. e.* in fornacibus, ubi æs percoquitur, et purgatur.

ÆRARIUM, rii, n. *the place where the public money was kept, the treasury, exchequer*, ταμεῖον, δημόσιον, locus, in quo publicum æs, hoc est publica pecunia reponitur, servaturque ad reipublicæ usus. *Cic. Agrar.* 2. c. 27. Referre pecuniam in ærarium. *Id. Verr.* 5. c. 70. Dare alicui pecuniam ex ærario. *Liv.* l. 45. c. 43. Ferre aurum, argentumque in ærarium. *Auct. epist. ad Octav.* Exhaurire ærarium. *to exhaust, empty.* ¶ Ponitur, et pro ipsa publica pecunia, *the public money, national revenue. Cic. de Harusp. respon.* c. 8. Ædificare domum ex ærario. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 20. Ærarium effundere. ¶ Imperatorum temporibus differebat *ærarium* a *fisco.* nam illud erat reipublicæ, hic Principis. [Interdum tamen pro fisco ab Ictis usurpatur. *Martian.* l. 1. §. 5. *D. ad L. Corn. de falsis. Paul.* l. 13. *D. de jure fisc. Nep. in Att.* c. 8. Excogitatum est a quibusdam, ut privatum ærarium Cæsaris interfectoribus ab equitibus Romanis constitueretur.] *Tacit.* 6. *Ann.* c. 2. Bona Sejani ablata ærario, ut in fisco cogerentur. *Plin. in paneg.* c. 36. At fortasse non eadem cura fiscum, qua ærarium cohibes: imo tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico, credis. V. *Fiscus.* ¶ Romæ ærarium triplex fuit, ut docet *Manut. in commentar. ad* ep. 15. l. 7. *ad Attic.* Primum illud erat, in quod collecta servabatur pecunia in usum Gallici belli: institutumque fuit post Gallorum irruptionem in Urbem, ut si quando rursus id bellum incidisset, ea pecunia geri posset. Eodem postea congestum videtur, quidquid pecuniæ ex variis insignibus victoriis reportatum est, ut ab Africanis ex devicta Carthagine, a Mummio, et Paulo ex Corintho, et Macedonia, a Pompeio ex Mithridate &c. Hoc C. Julius Cæsar initio civilis belli effregit, universamque pecuniam asportavit. Alterum ærarium constabat ex auro vicesimario, hoc est ex vicesima, quam persolvebant ii, qui manu mittebantur: de quo *Liv.* l. 7. c. 16. Hoc quoque ad ultimos Reipublicæ casus servabatur. Tertium ex annua vectigalium pensitatione constabat, et nunquam non apertum erat. ex eo enim quidquid belli necessitas, aut quotidianus reipublicæ usus posceret, decernente senatu, aut jubente populo depromebatur. V. *Manut. loc. cit.* ¶ Duo priora æraria, quod rarius, et non, nisi cogente necessitate, aperiebantur, *sanctiora* dicebantur. *De primo Cæs.* l. 1. *B. Civ.* cap. 14. Aperto sanctiore ærario, ex Urbe profugit. *De secundo Liv.* l. 27. c. 10. Aurum vicesimarium, quod in sanctiore ærario ad ultimos casus servaretur, promi placuit. Adde *Cicer.* 6. *Verr.* c. 63. et 7. *Attic.* ep. 21. ¶ Fuere præterea alia ærarii nomina, ut *militare* ab Augusto institutum ad sumptus bellicos, de quo *Tacit. Ann.* 1. c. 78. Ad hæc *ærarium Junonis Lucinæ* ad servandam pecuniam collatam pro natis infantibus; *ærarium Veneris Libithinæ* pro defunctis; *ærarium Juventutis* pro iis, qui virilem togam sumerent, memorat *Dionys. Halic.* l. 4. a Ser. Tullo instituta, qui eos omnes certam pecuniam pensitare jusserat: sed hæc tria æraria brevi tempore sublata sunt. [¶ Ærarium dicebatur etiam arca Pontificum, *the pontiff's chest*, quamvis neque apud Scriptores, neque in antiquis Lapidibus, quorum certa omnino sit fides, id nominis inveniri putet *Maffeius Art. Crit. Lap.* col. 208, ac Patavinam quandam inscriptionem ex eo præcipue suspectam habeat, quod in ea legatur *Curator ærarii Pontificii.* At nihil certe suspicionis in iis monumentis, quæ leguntur apud *Reines. Class.* 9. n. 1. et *Class.* 12. n. 12. Certissima item illa apud *Murator.* pag. 1049. n. 5. et apud *Donatum* pag. 89. n. 2. ubi *Præfectus ærarii*, et *IVvir ab ærario Pontificum* occurrit. In hanc autem Pontificum arcam sive ærarium inferebatur plerumque pecunia, quam pœnæ nomine solvebant ii, qui sepulcra vel donarent, vel alienarent, vel eorum religionem quocumque alio modo polluerent, quod legibus, et inscriptis sepulcrorum titulis vetabatur. Hæc vero mulcta aliquando ærario P. R., aliquando fisco Principis, Collegio cuicumque legitime constituto, Vestalibus, Populo solvi jubebatur; qua de re sæpe antiqui Lapides. Vide *Gutherum* lib. 3. *de jur. man.* c. 6.] ¶ Illa vero priora, quæ diximus, semper mansere, omniaque distinctis cellis, sed uno, eodemque loco, hoc est in templo Saturni erant: in quo reponebantur etiam leges perlatæ, et æreis tabulis incisæ, ad perpetuam memoriam: ibique semel repositæ nec mutari, nec abrogari poterant, nisi per aliam novam legem. *Sueton. in Cæs.* c. 28. Mox lege in æs incisa, et in ærarium condita &c. ¶ Item senatusconsulta, ceteraque acta senatus promulgata. *Cic.* 3. *de Leg.* c. 4. Proposita, promulgata, in ærario condita, agunto. *Alii aliter leg. Tacit. Ann.* 3. c. 51. Factum senatusconsultum, ne decreta Patrum ante diem decimum ad ærarium deferrentur. *Id. Ann.* 13. c. 28. Ne multam ab Tribunis dictam quæstores ærarii in publicas tabulas ante quatuor menses referrent: medio temporis contradicere liceret. Adde *Sueton. in Aug.* c. 94. ¶ Item signa militaria. *Liv.* l. 4. c. 22. Signa ex ærario prompta feruntur ad dictatorem. ¶ Præterea omnes publicarum rationum tabulæ eodem loco servabantur, ut in quibus perscriptæ erant trigintaquinque Tribus Romanæ: quæ nomina debitorum ærarii continebant: quæ rationes rerum ab imperatoribus bello gestarum, et magistratuum in provinciis: legatorum nomina Romam advenientium; nomina et merita beneficiariorum, et alia hujusmodi: quibus excipiendis, perscribendisque *Quæstores ærarii* præerant. *Sueton. in Aug.* c. 23. Tabulas veterum ærarii debitorum exussit. *Cic. in Pison.* c. 25. Rationes ad ærarium retuli continuo. *Id. pro Arch.* c. 5. In beneficiis ad ærarium delatus est a L. Lucullo prætore, et consule. *was recommended in the list of persons to be rewarded for services done to the public.* [Non modo *benemeriti* erant, quorum nomina ad ærarium deferebantur, sed etiam mercedem, et cibaria a prætoribus ærarii accipiebant, ut videre est ex *Senatuscons. in art.* 100. *Frontin. de aquæd.* Liceret eos ad ærarium, quique ita delati essent, iis prætores ærarii mercedes, cibaria annua darent, et attribuerent.] ¶ Eodem etiam loco agebantur causæ; eæ scilicet omnes, quæ quomodocumque ad ærarium pertinebant, et ad magistratum ærario præsidentem disceptandæ deferebantur: quas postea Nero in forum, et ad recuperatores transtulit. *Sueton. in Ner.* c. 17. Cautum, ut rerum actu ab ærario causæ ad forum, ac recuperatores transferrentur. ¶ Si qui erant ærarii debitores, qui solvendo non essent, eorum bona in tabella describebantur, et venalia appendebantur ad ærarium, proscribenda, et publicanda. *Sueton. in Domit.* c. 9. Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, liberavit. Adde in *Claud.* c. 9. ¶ Ærario præfuerunt, reipublicæ temporibus *Quæstores ærarii* (V. *Quæstor.*) qui cum anno U. C. 709. absente Julio Cæsare, nulli creati fuissent, ejus cura duobus Ædilibus commissa fuit, qui per annos fere decem et septem præfuerunt: donec Augustus duos prætorios viros, seu prætores (ut ait *Sueton. in Aug.* c. 36. et *Tacit. Ann.* 13. c. 29.) substituit. Claudius rursus quæstores præfecit: ut *Idem* scribit *in Claud.* c. 24. Nero autem prætura functos, ut testatur *Tacit.* l. 13. *Ann.* c. 28. et 29. nec eos toto suo principatu. nam et Quæstores aliquando habuit. At sub Vespasiano prætores iterum administrarunt, ut est apud *eund.* 4. *Histor.* c. 9. Postea Domitiani, et Trajani, aliorumque succedentium temporibus denuo mutati sunt. Postquam autem *Quæstorum ærarii* nomen abolitum fuit, quicumque ærarii administrationem gessere, *Præfecti ærarii, et ærario* sunt appellati. V. *Præfectus.* ¶ Fuere etiam *Tribuni ærarii*, qui curabant pecuniam ex ærario acceptam, et Quæstoribus imperatorum dandam in expensas militares. V. *Tribunus.* ¶ Minora æraria in provinciis etiam fuisse colligitur ex veteri Inscriptione optimæ notæ apud *Gruter.*

pag. 43. n. 11. L. Messius L. F. Geminus VI. Vir Curator Aerari Mediol. Hercul. V. S. L. M. Adde n. 12. ubi idem officium indicatur.

ÆRARĬUS, a, um, adject. *relating to copper or brass*, χαλκευτικὸς, ad æs pertinens. V. *Æs. Plin.* l. 7. c. 56. Æraria fabrica. *h. e.* ars fundendi æris, et ex eo vasa, et alia fabricandi. *Id.* l. 11. c. 36. Ærariæ fornaces. *h. e.* in quibus æs percoquitur, et purgatur. *Id.* l. 18. c. 10. Ærariæ officinæ. *h. e.* ubi æs laboratur. *Id.* l. 33. c. 5. Æraria metalla. *h. e.* in quibus æs effoditur. *Id.* l. 34. c. 13. Ærarius lapis. *h. e.* cadmia, vel chalcitis, ex quibus fit æs, ut *Id. ibid.* c. 12. docet. *Id. ibid.* c. 1. et 8. Ærarius faber. *h. e.* qui opera ex ære facit: qui et *ærarius* absolute dicitur. *Id.* l. 16. c. 6. In Ærariorum officinis. *Martial.* l. 12. epigram. 57. Ærariorum marculi. *braziers' hammers.* ¶ Item ad *æs* pertinens, qua pecuniam significat. *Cic. pro Quint.* c. 4. Propter ærariam rationem non satis erat in tabulis inspexisse quantum deberetur, nisi, &c. *h. e.* propter naturam, valoremque pecuniarum. *Id.* 4. *Catil.* c. 7. Convenisse video tribunos ærarios. *h. e.* qui publicam pecuniam in militares usus Quæstoribus suppeditabant. V. *Tribunus.* ¶ Dicuntur etiam milites *ærarii* ab *ære*, hoc est pecunia, quam in stipendium accipiunt, *mercenary soldiers. Varr.* l. 4. *de L. L. ad fin.* ¶ *Ærarii* dicebantur, qui ob noxam aliquam privabantur jure suffragii, et foris stipendia faciendi; tribu etiam quandoque movebantur, atque ad hoc solum inter cives retinebantur, ut pro suo capite tributi nomine *æra* penderent; unde et nomen accepere. Ita *Ascon. in Divinat. Cic. in Verr.* c. 3. ubi hoc refert inter præcipuas, et graviores Censorum notas. Qui hujusmodi pœna afficiebatur, dignitates, si quas haberet, amittebat: senator movebatur senatu; eques equo, miles stipendiis militaribus spoliabatur. *Liv.* l. 24. c. 18. His equi adempti, qui publicum equum habebant; tribuque moti, ærarii omnes facti. *Cic. pro Cluent.* c. 43. Referre aliquem in ærarios. *Id.* 2. *de Orat.* c. 66. Eximere aliquem ex ærariis. *Valer. Max.* l. 2. c. 9. n. 6. Referre aliquem inter ærarios. *Et* n. 7. Referre in numerum ærariorum. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 3. n. 5. ¶ Ultimus missus in Circensibus ludis (qui erat olim vigesimus quintus. nam postea usque ad centum crevere) dicebatur *ærarius*, quia fiebat ex ære, hoc est pecunia a populo collata. Qui desiit esse, postquam conferendæ pecuniæ consuetudo sublata est. *Serv. ad* 3. *Georg.* v. 18. ex *Varrone.* ¶ *Ærariæ annonæ* erant pensiones annuæ, vel menstruæ, quæ in pecunia distribuebantur: ad differentiam aliarum, quæ in frumento, pane, aliisque speciebus annonariis dabantur. V. *Annona.*) De his *Impp. Honor.* et *Theodos.* lib. 7. *Codic. Theodos.* tit. 4. leg. 34. 35. et 36. [*Paternus L. ult. D. de jure immunit.* Fusores, qui æs fundunt, vocat simpliciter ærarios, sed in *Cod. Theodos.* Ærarii a fusoribus distinguuntur. Illi enim sunt, qui ex ære plura faciunt, ut lebetes, cacabos, ahena, et alia, vel ipsam etiam monetam excudunt, ut ex *Quintil.* l. 2. *cap. ult.* liquet; fusores vero, qui fundunt. Ærarii autem fusores fundebant æs, et conflabant æreas imagines. Hæc *Joann. Lamius in lib. de eruditione Apostol.* pag. 186.]

ÆRĀTUS, a, um, adject. *covered over or adorned with copper or brass*, ære tectus, aut ornatus, κεχαλκευμένος. *Cic. Verr.* 6. c. 26. *ad fin.* Lectos æratos, et candelabra ænea. *Horat.* l. 2. od. 16. v. 21. Æratæ naves. *Virg.* 8. *Æn.* v. 675. Ærata classis. *Stat. Theb.* 5. v. 335. Ærata prora. *Ærata navis* dicitur, quæ æreo rostro munita est, vel quæ utcumque proram habet ære obductam non tam ad ornatum, quam ad munimentum, ut si in scopulos, aut aras illidatur, facilius ictum tolleret; vel si in hostilem feratur navem, gravius feriat. ¶ Est etiam idem ac *æreus*, hoc est ex ære factus. *Propert.* l. 4. eleg. 1. v. 78. ærata pila. *h.e.* sphæra Archimedis ex ære. *Id.* l. 2. eleg. 16. v. 11. æratæ catenæ. ¶ Ponitur etiam aliquando ad significandas res ex ferro, aut chalybe. Hinc a Poetis *ærata* etiam dicuntur arma, et ferramenta ad cædendum. *Virg. Æn.* 11. v. 656. æratam quatiens Tarpeia securem. *Tibullus* l. 1. eleg. 11. v. 25. Tela ærata. *Ovid. Metam.* 5. v. 9. hasta æratæ cuspidis. V. *Æs.* ¶ *Æratæ acies* sunt armis instructæ, *armed troops. Virg.* 9. *Æn.* v. 462. æratasque acies in prœlia cogit. ¶ Translate a Poetis *æratus* ponitur pro forti, munito, impenetrabili, *strong, impenetrable. Propert.* l. 2. eleg. 32. v. 59. ærato Danae circumdata muro. ¶ Præterea *æratus* dicitur, qui pecunia abundat. *Plaut. Mostell.* 4. 2. 9. Ferocem facis, quia te æratus amat. Ita leg. quidam: alii plerique *quia te herus tam amat. Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. Maculosi senatores, nudi equites, tribuni non tam ærati, quam, ut appellantur, ærarii. Ludit autem *Cicero* in ambiguo sensu vocis *ærarius. Alii tamen contrarium significationem huic voci tribuentes, ita legunt:* Tribuni non tam ærarii, ut appellantur, quam ærati. *h.e.* obærati, ære alieno obstricti.

ÆRELAVĪNA. V. *Æraria*, æ.

ÆRENERVUS, i, m. chorda musica ex ære. Quidam hanc vocem legunt apud *Jul. Firmic.* l. 6. c. 31. *ad fin.* sed locus videtur depravatus, et pro *ærenervos* legendum *citharæ nervos.*

ÆRESCRIPTŪRA, æ, f. tabula ærea, in qua forma alicujus agri descripta est, *a tablet of brass on which is engraven a picture, plan*, &c. *Aggen. commentar. in Frontin.* pag. 54. *Goes.* In ærescriptura modus comprehensus est.

ÆRĔUS, a, um, *made of copper or brass, brazen*, χάλκεος, ex ære factus. V. *Æneus*, et *Æs. Sueton. in Aug.* c. 7. Imaguncula ærea. *Plin.* l. 16. c. 10. Æreus clavus. *Id.* l. 33. c. 8. Mortaria, et pistilla ærea. *Plin. alter in paneg.* c. 52. Statuæ æreæ. *Virg. Æn.* 5. v. 198. Ærea puppis. *h. e.* ærata. V. *Æratus.* ¶ In fabulis de Hercule narratur, eum, cum ad Geryonem interficiendum transveheretur, *ærea olla* navigasse: quod similiter intelligendum est de navi ærata, ut monet *Servius ad Æn.* 7. v. 682. ¶ *Æreus, i*, absolute interdum pro æreo nummo usurpatur. *Vitruv.* l. 3. c. 1. Æreos signatos constituere. ¶ *Æreus* etiam dicitur, qui colorem æris habet, *of the colour of copper, brass, or bronze. Plin.* l. 8. c. 52. Pilus aprorum æreo similis agrestibus, ceteris niger. ¶ Usurpatur etiam ad significandas res ex ferro confectas, aut ferro munitas. [Id nequaquam facile crediderim. Nam *Virgil.* æreum ensem, æream rotam eam appellat, quæ vere ex ære fuit, vel quæ olim fuerat, etenim antiquitus prope nullus erat ferri usus.] *Virg. Æn.* 7. v. 743. micat æreus ensis. *Id.* 5. *Æn.* v. 274. ærea rota. V. *Æs.* ¶ Translate *æreum sæculum* est tertia illa ætas hominum, quæ *argenteæ* successit. *Serv. ad Virg.* 1. *Æn.* v. 452. V. *Ætas.*

AERĔUS, a, um, *aerial*, adjectivum ab *aere* deductum. V. *Aerius.*

AERĬA, æ, f. Dea Juno, ita dicta, quod aeris regina sit. *Martian. Capell.* lib. 2. pag. 38. [¶ Aeria fuit etiam antiquum Ægypti nomen, item insulæ Cretæ. *Gell.* l. 14. c. 6. V. in *Ægyptus*, et in *Creta.*]

ÆRĬFER, a, um, adject. æra ferens, χαλκοφόρος. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 740. Æriferæ comitum concrepuere manus. *h. e.* cymbala, et alia tintinnabula ærea ferentes.

ÆRĬFĬCE, adverb. *Varro apud Non.* c. 4. n. 130. (si lectio proba est.) *Nihil sunt Musæ policis vestræ, quas ærifice duxti.* Quem locum varie tentarunt viri docti. Placet *Basil. Fabro* conjectura *Jani Rutgersii* l. 1. *Var. lect.* c. 2. legentis: *Nihil sunt Musæ pollicis vestri, quas cerifice duxti.* Sed adhuc sensus obscurus est, nec nisi conjectura eruendus. Planius multo *Lipsius* l. 2. *Var. lect.* c. 24. emendat: *Nihil sunt Musæ Polyclis vestri, quas ærifice duxit.* hoc est Musarum statuæ, quas Polycles artificiose ex ære duxit.

ÆRĬFICĬUM, ii, n. opus ex ære factum. Affert pro hac voce *Non.* c. 2. n. 10. eadem verba *Varronis*, quæ in *Ærifice* attulit. sed nihil certi inde erui potest.

ÆRIFODĪNA, æ, f. *a copper-mine*, æris fodina. *Varr. circa princip.* lib. 4. *de L. L.*

ÆRĪMEN, iminis, n. in Auguralibus libris idem est atque *æs*, ut quidem legit *Scalig.* verba *Festi* in voce *Rumentum.*

ÆRĪNUS, a, um, *relating to the herb darnel, or tares*, αἴρινος. *Ærina farina* apud *Plin.* l. 22. c. 25. et l. 24. c. 11. est farina facta ex lolio, quod, a Græcis sumpto vocabulo, *æra* dicitur. ¶ Item ex ære factus. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 113. Corpori ærinas compedes impositas video.

AERĪNUS, a, um, adject. *aerial. Tertull. de habitu mul. c. pænult. aerinas oves* dixit, quæ lanam ferrent coloris cærulei dilutioris, et ad aeris colorem vergentis, *sky-blue, bluish.* Alii *earinas* legunt, hoc est virides. nam *earinus*, Græca vox, ἐαρινὸς, vernum, seu vernantem significat. tempore autem verno omnia virescunt.

ÆRĬPES, edis, adject. *that hath feet of copper or brass, brazen-footed*, χαλκόπους, æreos pedes habens. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 93. Jungis et æripedes inadusto corpore tauros. *Virg.* 6. *Æn.* v. 803. Fixerit æripedem cervam licet, &c. *Servius* ait (itemque *Charis.* l. 4. pag. 249. *Putsch.* et *Diomed.* l. 2. pag. 437.) hoc loco dictum esse a *Virgilio æripedem* pro *aeripedem* per synalœphen: *aeripedem* autem significare velocem, quasi *aerios pedes habentem*, ἀερίποδα. Sed hoc est contra fabulam. Nam *Virgil.* loquitur de cerva ab Hercule occisa, quam omnes Mythologi tum Græci, tum Latini χαλκόποδα, h. e. æreis pedibus fuisse fingunt. ¶ Aliquando tamen accipitur pro veloci, more Græcorum, apud quos χαλκόπους interdum exponitur ἰσχυρόπους, hoc est pedibus, et cursu valens, *Hesychio* teste. *Auson. Idyll.* 11. *seu in Gripho*, v. 14. Vincunt æripedes ter terno Nestore cervi.

ÆRISŎNUS, a, um, æris dans sonum, χαλκεόφωνος. *Sil.* l. 2. v. 93. Ærisona antra. *h. e.* in quibus Curetes æra pulsabant. *Claudian. de B. Get.* v. 234. Ærisonæ urbes *h. e.* in quibus ærea crepitacula pulsantur in Lunæ defectu. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 28. Ærisonus mons. *h. e.* Dindymus, ubi Corybantes æra ingeminabant. [*Stat.* 1. *Thebaid.* v. 265. Melius votis Mareotica fumat Coptos, et ærisoni lugentia flumina Nili, *h. e.* propter sistra, quibus in Isidis sacris utebantur.]

AERĬUS, et Aerĕus, *(prius tamen usitatius)* a, um, *aerial, relating to the air*, ἀέριος, ad aera pertinens, vel qui in aere fit. *Cic. de Universal.* c. 10. Animantium genera quatuor, quorum unum divinum, atque cœleste, alterum pennigerum et aerium, tertium aquatile, terrestre quartum. *Id. in Top.* c. 20. Aerii volatus avium. *Horat.* l. 1. od. 28. v. 5. Aeriæ domus. *h. e.* Cœli stellarumque sedes. *Lucret.* l. 5. v. 823. Aeriæ volucres. *Ovid.* l. 2. *de art. am.* v. 44. Aerias vias carpere. *to fly.* Et *Valer. Flacc.* l. 1. v. 67. nunc aerii plantaria vellet Perseos. *h.e.* qui Pegaso alato equo per aera volavit. ¶ *Aerium mel* dixit *Virgil. Georg.* 4. v. 1. ex opinione eorum, qui putant, apes mel non conficere, sed ex rore, qui ex aere decidit, et in floribus desidet, colligere. ¶ Translate a Poetis ponitur pro alto, in aera se extollente, *high, lofty. Virg.* 3. *Georg.* v. 474. Aeriæ Alpes. *Id.* 3. *Æn.* v. 291. arces. Et v. 680. quercus. Et *Eclog.* 1. v. 59. Aeria ulmus. *Catull.* carm. 63. *de nuptiis Pelei*, &c. v. 240. Aerium cacumen. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 119. Capra cornibus aeriis. *Prudent.* l. 1. *in Symmach.* v. 449. aerias volitans phantasma per auras. ¶ *Spes aeria* est spes vana, et nullo nixa fundamento. *Arnob.* l. 2. pag. 86. Blandiri alicui aeria spe.

AERIZŪSA. Vox Græca, ἀερίζουσα, hoc est aerem imitans, aeri similis. Hoc nomine appellatur genus quoddam iaspidis aerii coloris, *h. e.* cæruleo similis. *Plin.* l. 37. c. 8.

ÆRO, onis, m. *a basket, bag, or sack*, κόϊξ, cophinus, vel aliud quodpiam vas ex vimine, sparto, vel ulva, storeæ, aut tegetis modo confectum, ac tollendo, ferendoque aliquid idoneum: dictumque videtur ab αἴρω, quod tollere, et bajulare etiam significat. *Donat. ad Terent. Phorm.* 1. 2. 72. Phormio non a formula, sed phormione dicitur sparteo, quem nos æronem dicimus trivialiter. *Plin.* l. 36. c. 14. Ærones arena pleni. *Vitruv.* l. 5. *c. ult.* Ærones ex ulva palustri facti. *Alfen. Digest.* l. 19. tit. 2. leg. 31. Quod si separatim tabulis, aut æronibus, aut in alia cupa clusum triticum fuisset, &c. In celebri editione *Torrentini* legitur *heronibus.* Alii etiam *ero* scribunt pro *æro.* Præterea *merones, perones* substituere alii in locis *Plinii*, et *Vitruvii* adductis: sed prior lectio, et scriptio magis probatur.

ÆRO, as, a. *to cover or adorn with copper or brass*, ære tego, vel orno, χαλκεύω, χαλκόω. *Priscian.* l. 8. pag. 828. A metallorum quoque nominibus solent nasci verba, ut ab auro, *auro, as*, ab ære, *æro, as*, unde *auratus*, et *æratus.*

AEROĪDES, æ, ἀεροειδὴς, vox Græca, quæ significat *aeri similem*, ab ἀὴρ, aer, et εἶδος, species, similitudo. Aeroides berylli dicuntur, qui colorem habent aeri affinem. *Plin.* l. 37. c. 5.

[* AEROMANTĪA, æ, f. ἀερομαντεία, divinatio ex aere. *Isidor. Orig.* l. 8. c. 9.]

AERŎPE, es, Ἀερόπη, Catrei Cretensis filia, uxor Atrei, a Thyeste ejus fratre adulterio corrupta. Græce significat *aerios habens oculos* ab ἀὴρ, aer, et ὤψ, ὀπὸς, oculus, visus. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 391. Si non Aeropen frater sceleratus amasset, Aversos solis non legeremus equos. ¶ *Aeropa, æ*, Latina terminatione usurpatur ab *Hygino* fab. 86. ¶ Quidam scribunt *Ærope* juncta diphthongo. ¶ Alia fuit Aerope Cephei filia, quæ a Marte compressa, ex partu interiit: et nihilominus natus infans ab ea lac sugebat, Marte adjuvante. *Pausan. in Arcadic. p. m.* 274.

AEROPĔTES, ἀεροπέτης, per aera volans: ab ἀὴρ, aer, et πέτομαι, volo, as. Hac voce inscriptus est liber *Apicii* sextus, in quo agitur de volatilium conditura.

AEROPHAGĬA, æ, ἀεροφαγία, ab ἀὴρ, aer, et φάγομαι, edo, videtur significare esum volatilium, vel edulium ex avibus. Legitur a quibusdam apud *Petron. in fragment. Tragur.* cap. 56. *Burmann.* Aerophagiæ simul datæ sunt. Al. aliter leg.

AEROPHŎBUS, i, *fearful of the air*, aerem timens, ἀερόφοβος: ab ἀὴρ, aer, et φέβομαι, timeo. *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 12. [Aerophobos similes esse aiunt phreneticis.]

ÆRŌSUS, a, um, *abounding in copper or brass*, χαλκώδης, ære abundans. *Festus:* Ærosam appellaverunt antiqui insulam Cyprum, quod in ea plurimum æris nascatur. ¶ Item ære mixtus, *mixed with copper or brass. Plin.* l. 33. c. 5. Aurum ærosum. *Id.* l. 34. c. 14. Ærosum ferrum. *Scævola Digest.* lib. 46. tit. 3. leg. 102. Pecunia, qua illa respublica utebatur, quasi ærosa, jussu prætoris sublata est. *bad money, counterfeit coin.* [Sic *Scholiastes Juvenal.* ad sat. 9. v. 31. Tenue argentum, venæque secundæ *interpretatur* Modicum aut leve, ærosum.] ¶ *Ærosus lapis* apud *Plin.* l. 34. c. 1. est cadmia, ex qua æs fit.

ÆRŪCA, æ, *verdigrise, green bice*, color quidam factitius viridis, qui fit lamellis æreis supra acre acetum suspensis, ita ut non attingant, et post octo, aut decem dies derasis. Ita *Vitruv.* l. 7. c. 12. Sunt tamen aliæ quoque ejus conficiendæ rationes, quas *Plin.* l. 34. c. 11. persequitur. *Vitruv. loc. cit.* Eadem ratione lamellas æreas collocantes, efficiunt æruginem, quæ æruca appellatur.

ÆRUGINŌSUS, a, um, *rusty, (spoken of copper)* ἰώδης, ærugine plenus. *Senec. de brevit. vit.* c. 12. Majorem dierum partem in æruginosis lamellis consumit. *Id.* l. 1. controvers. 2. *ad fin.* Æruginosa manus. *h. e.* sordida, inquinata.

ÆRŪGO, æruginis, f. *rust (of copper)*, æris rubigo, et proprie in ære cum viridescit, ἰὸς χαλκοῦ; *rubigo* vero in ferro, ἰὸς σιδήρου. *Cic. Tuscul.* 4. c. 14. Æs Corinthium in æruginem incidit. *Plin.* l. 15. c. 8. Ungi æramenta amurca decocta contra æruginem. *Id.* l. 34. c. 17. Stannum illitum æneis vasis compescit æruginis virus. *Colum.* l. 7. c. 5. Superfuso aceto, vel æris ærugine. ¶ Ex æris ærugine fit color viridis, qui Anglice dicitur *verdigrise*, qui

non in pictura modo, sed et in medicina mu ti est usus, præsertim in collyriis. Est autem duplicis generis, alius naturalis, qui e lapide, ex quo coquitur æs, deraditur; alius factitius, cum adhibito aceto cogitur æs æruginem contrahere, quæ deinde raditur. cujus rei rationem omnem docet *Plin.* l. 34. c. 11. ¶ Translate *ærugo* ponitur pro ipso ære, seu pecunia, *money*. *Juvenal*. sat. 13. v. 60. Nunc si depositum non inficietur amicus: Si reddat veterem cum tota ærugine follem, Prodigiosa fides. ¶ Item pro cupiditate habendi, *thirst after gain, avarice*. *Horat. de art. poet.* v. 330. animos ærugo, et cura peculi Cum semel imbuerit. *Apulei.* l. 1. *Metam. ad fin.* Homo æruginis semper intentus. ¶ Item pro livore, invidia, *envy, spite, malice, rancour, hate, malignity, malevolence*. nam quemadmodum ærugo æs consumit, ita invidus alterius macrescit rebus opimis: vel ea ratione ponitur *ærugo* pro livore, qua *Cic. de Amic.* c. 23. dixit *evomere virus acerbitatis*. nam et in ærugine virus quoddam inest exedens, et absumens. *Martial.* l. 10. epigram. 33. versus tincti viridi ærugine. *Id.* l. 2. epigr. 61. nimiaque ærugine captus Adlatras nomen quod tibi cumque datur. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 100. hic nigræ succus loliginis, hæc est Ærugo mera.

ÆRUMNA, æ, f. *labour, toil, hardship*, μέριμνα, ὀϊζύς, ταλαιπωρία, labor quilibet onerosus, laboriosa ægritudo, qua animus angitur, et veluti pondere quodam pressus laborat. *Festus* ex *Plauto* docet, ærumnulas esse furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant: (V. *Ærumnula*.) itaque, inquit, ærumnæ labores onerosos significant. *Quintil.* l. 8. c. 3. improbat, ut nimis antiquam, et mallet dici *laborem*: sed frustra. Nam frequentissimi est usus. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 8. Mœror est ægritudo flebilis: ærumna ægritudo laboriosa: dolor ægritudo crucians. *Id.* 2. *de fin. c. ult.* Herculis ærumnas perpeti. sic enim majores nostri labores non fugiendos, tristissimo tamen verbo ærumnas etiam in Deo nominaverunt. *laborious undertakings*. *Plaut. Pers.* 1. 1. 1. Qui amans ingressus est in amoris vias, superavit ærumnis is suis ærumnas Herculis. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 26. Luculli miles collecta viatica multis Ærumnis, lassus dum noctu stertit, ad assem Perdiderat. *Lucret.* l. 3. v. 50. Omnibus ærumnis affectum vivere. ¶ Universim etiam accipitur pro quacumque calamitate, miseria, re adversa, *difficulty, calamity, trouble, misfortune, mishap, misery, adversity*. *Vetus Poeta* apud *Cicer.* 3. *Tuscul.* c. 14. Quo pacto adversam ærumnam ferant. *Cic. Parad.* 2. Te miseriæ, te ærumnæ premunt. *Sallust. in Jug.* c. 26. Deprecari ærumnas, et mortem. *Id. in Catil.* c. 50. Mors est ærumnarum requies. *Id. in Jug.* c. 15. Deformatus ærumnis. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 8. Expedire se ærumnis. *Id. ibid.* 5. 4. 36. Extrahere aliquem ex ærumnis. *Plaut. Rud.* 2. 3. 71. Animus æquus optimum est ærumnæ condimentum. ¶ Quidam sequioris ævi scriptores *erumna* sine diphthongo scripsere, et primam vocalem in carmine corripuere. *Paulin. Petricord.* l. 1. *de vita D. Martini*, v. 66. et linguæ partes proclamat erumna. *Et* l. 2. v. 24. tristem miseretur erumnam. *Ennius* etiam (juniorem intellige, de quo *Sueton. de illust. Grammat.* c. 1. *in fi.*) apud *Charis.* l. 1. pag. 76. ait, erumnam per *e* solum scribi posse, quod mentem eruat; vel per *æ*, quod mœrorem nutriat. ¶ Apud *Arnob.* l. 7. pag. 230. ærumnæ, vel erumnæ *sunt prima in gurgulionibus capita, qua dejicere cibos, et referre natura est ruminatoribus saculis*. Est qui legit *ruma*. *the constrictors of the pharynx*.

ÆRUMNABĬLIS, le, *full of trouble or misfortune, unfortunate, calamitous, lamentable*, ærumnis plenus, ὀϊζυρός. *Lucret.* l. 6. v. 1128. Illud in his rebus miserandum et magnopere unum Ærumnabile erat, quod &c. *Apulei. init.* l. 1. *Metam.* Quiritium sermonem ærumnabili sermone aggressus excolui. *Alii leg.* ærumnali. *Id. ibid.* l. 8. Ærumnabilis vita.

ÆRUMNĀLIS, le, idem quod Ærumnabilis. *Apulei.* l. 1. *Metam.* V. *Ærumnabilis*.

ÆRUMNĀTUS, a, um, ærumnis affectus. *Plaut. Capt.* 3. 4. 108. ubi tamen alii rectius aliter legunt.

[* ÆRUMNOSĬTAS, atis, f. labor onerosus, ægritudo laboriosa. *Campol. in Litholex.* Liberati variis ærumnositatibus.]

ÆRUMNŌSUS, a, um, *oppressed with labour or fatigue; overwhelmed with misfortune*. proprie dicitur de iis, qui plurimis laboribus pressi sunt, (V. *Ærumna*) late vero significat miserum, calamitosum, ὀϊζυρός. *Cic. Tuscul.* 3. c. 28. *vertens carmen Euripidis*. Nec tam ærumnoso navigavissem salo. *Id.* 4. *Tuscul. c. ult.* Miseros, afflictos, ærumnosos, calamitosos. *Id. parad.* 2. et *Verr.* 7. c. 62. Ærumnosus, et infelix. *Id. Attic.* l. 3. ep. 23. *in fi.* Terentia una omnium ærumnosissima. *Senec.* l. 2. *de Ira*, c. 7. Si irasci sapiens debet, et contristari, nihil est ærumnosius sapiente.

ÆRUMNŬLA, æ, diminutivum. *Festus*: Ærumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant: quarum usum quia C. Marius retulit, muli Mariani postea appellabuntur. itaque ærumnæ labores onerosos significant: sive a Græco sermone deducuntur. nam αἴρειν Græce, Latine *tollere* dicitur. Hæc Festus.

ÆRUSCĀTOR, oris, m. *a vagrant, beggar, one who gets money by any means*, χαλκολόγος, qui circulatoriis artibus æra, hoc est pecuniam, victumque sibi quæritat. *Gell.* l. 14. c. 1. Id præstigiarum, atque offuciarum genus commentos esse homines æruscatores, et cibum, quæstumque ex mendaciis captantes.

ÆRUSCO, as, avi, atum, *to get money in any way, extort money by false tales of distress, act the vagabond*, χαλκολογῶ, æra, hoc est pecuniam, undique colligere, ut *Festus* interpretatur: et dicitur de iis, qui victum sibi ostiatim quæritant: et de iis præsertim, qui variis artibus, ac mendaciis stipem captant. *Senec. de clement.* l. 2. c. 6. Vultum quidem non dejiciet, nec animum ad æruscantis civis, aut pannosi aridam faciem. *Gell.* l. 9. c. 2. Musonius æruscanti cuipiam id genus, et philosophum se se ostentanti dari jussit mille nummum.

ÆS, n. *copper, brass, bronze*, χαλκός. Cum de fossili ære sermo est, significat quandam metalli speciem rubro colore, quæ Anglice dicitur *copper*: cum vero de ære loquimur, quod in opere aliquo sit, ut in vasis æreis, in statuis, in pecunia, &c. significat etiam metallum illud, quod dicitur Anglice *brass*, item illud quod Angl. *bronze*: quoniam hæc duo *brass* et *bronze* non sunt fossilia, sed factitia. nam *brass* fit ex ære, et cadmia (*zink*): sic *bronze* ex ære, et stanno, aliisque rebus admixtis. De ære utroque fossili, et factitio, multa *Plin.* l. 34. *ubi* c. 8. *ad fin.* et cap. 9. de æris mixturis disserit. De Cyprio, et Corinthio ære V. *Cyprius*, et *Corinthius*. ¶ Multiplex et antiquus fuit æris usus apud Romanos: ex eo enim vasa, statuæ, pecunia, ornamenta tricliniorum, et abacorum, templorum limina, et valvæ etiam, cortinæ, lychnuchi pensiles, aliaque multa fiebant. Leges etiam, et senatus consulta, ac plebiscita in æs, hoc est in ærea tabula incidere mos fuit. *Cic.* 1. *Phil.* c. 15. Quæ ille in æs incidit, in quo populi jussa, perpetuasque leges esse voluit, &c. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 40. Qui æra legum vetustate delapsa noscerent, &c. Adde *Ann.* 11. c. 14. et l. 12. c. 53. Arma quoque ad muniendum apta, ut galeæ, loricæ, ocreæ, ex ære aliquando fuerunt: immo vero etiam olim, quæ ad feriendum adhibentur, ut enses, hastæ, pila, &c. item instrumenta rustica ad terram colendam. *Lucret.* l. 5. v. 1285. Et prior æris erat quam ferri cognitus usus. Ære solum terræ tractabant, æreque belli Miscebant fluctus, et volnera vasta serebant. Inde minutatim processit ferreus ensis, Versaque in opprobrium species est falcis ahenæ, &c. V. alia huc pertinentia in *Æratus*, *Æreus*, et *Ahenus*. Denique etiam columnas, earumque capitula, et porticus ex ære aliquando fuisse legimus, et integra quoque ædificia, quale fuit Spartæ templum Minervæ, cujus meminit *Liv.* l. 35. c. 36. *in fi.* ¶ Nunc ad usum vocis veniamus. *Cic. Phil* 9. c. *pænult.* Statua pedestris ex ære. *Plin.* l. 34. c. 4. Simulacrum ex ære factum Cereri. *Et* cap. 3. Valvas ex ære factitavere. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 240. ne alius Lysippo duceret æra Fortis Alexandri vultum simulantia. *Plin.* l. 7. c. 37. Ducere aliquem ex ære. *h. e.* ejus effigiem ex ære facere. *Id.* l. 7. c. 56. Æs conflare, et temperare. *Id.* l. 33. c. 5. Æs fundere. ¶ De ære albo, coronario, caldario, et similibus, V. in *Albus*, *Coronarius*, *Caldarius*, &c. ¶ Sæpe per synecdochen dicitur de opere, aut instrumento ex ære facto, *any thing made of copper, bronze, or brass*. *Cic. Fam.* 12. ep. 1. Cujus æra refigere debebamus. *h. e.* tabulas æreas, in quibus incisæ erant leges. *Vellei.* l. 1. c. 4. Nocturnus æris sonus. *h. e.* ærei crepitaculi. Sic l. 1. od. 16. v. 8. Æra acuta. *Propert.* l. 4. eleg. 7. v. 61. æra rotunda Cybebes. *h. e.* tympana. *Ennius*: Ære prolato adstitit. *h. e* scuto, ut *Festus* in *Prolato* exponit. *Virg.* 2. *Æn.* v. 734. Ardentes clypeos, atque æra micantia cerno. *h. e.* arma ærea, ut supra diximus. *Id.* 6. *Æn.* v. 165. Ære ciere viros. *h. e.* ærea tuba. (Eod. sensu rectum æs dixit *Juvenal.* sat. 2. v. 118. tubam intelligens, quæ recta est: ad differentiam cornu, seu buccinæ, quæ recurva, et tortilis. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 98. Non tuba directi, non æris cornua flexi. *Lucan.* tamen hoc discrimen non servat, cum ait l. 1. v. 431. Batavique truces, quos ære recurvo Stridentes acuere tubæ.) *Id. ibid.* v. 843. Æra spirantia. *h. e.* statuas æreas. Sic *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 17. Argentum, et marmor vetus, æraque, et artes Suspice. *Claudian. in consul. Probi, et Olybr.* v. 18. ære vetusto florere. *h. e.* antiquis avorum imaginibus nobilem esse. *Ovid. Metam.* 8. v. 32. Cum vero faciem dempto nudaverat ære. *h. e.* galea ærea. *Id.* l. 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 10. æra unca. *h. e.* hami ærei. ¶ Sæpe etiam pro pecunia sumitur, *money, coin*. Nam cum prima Romæ pecunia ærea facta sit, quam primus signavit Ser. Tullus, ut *Plin.* l. 33. c. 3. testatur, mansit id ei nomen etiam post argenteam, et auream invectam. *Ulpian. Digest. lib. ult. tit. pænult. leg.* Etiam aureos nummos æs dicimus. *Virg. Ecl.* 1. v. 36. gravis ære domum mihi dextra redibat. *Terent. Phorm.* 3. 2. 26. Ancilla ære suo empta. *Horat. de art. Poet.* v. 345. Hic meret æra liber. *h. e.* pretium habet. *Id.* l. 4. od. 8. v. 2. Donare æra alicui. *Id.* l. 1. ep. 7. v. 23. Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis. *he knows his business: he can distinguish true money from counterfeit.* proverb. de eo, qui scit pretiosas res, et viles dignoscere. *Inscript. apud Gruter.* pag. 332. n. 3. Statuam ære collato decrevit. *h. e.* collata pecunia. qui dicendi modus sæpissime in antiquis monumentis occurrit. ¶ *Per æs, et libram*, &c. V. in *Mancipium*. ¶ *Æs alienum*, V. *Alienus*. ¶ Speciatim *æs* sumitur pro *asse*, et pro aliis monetis asse minoribus, ut sunt quadrans, triens, &c. idque ex eo ortum est, quod initio, antequam moneta cuderetur, æs libra appensum dabatur (V. *Gravis*) numerabaturque per libras: postmodum *asses* signati sunt libræ pondo: itaque cum dicitur *mille æris*, idem est ac mille æris libræ, quæ sunt mille asses. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 49. Pro assibus nonnunquam æs dicebant antiqui: a quo dicimus assem tenentes: Hoc ab ære, æneaque libra, et, Mille æris legasse, &c. *Liv.* l. 24. c. 11. Qui millibus æris quinquaginta census fuisset. *Et mox* Qui supra trecenta millia usque ad decies æris, &c. *Martial.* l. 12. epig. 77. Amphora vigesais modius datur ære quaterno. *Id.* l. 11. epigr. 28. Aut centum aureolos sic, velut æra roget. *Juvenal.* sat. 2. v. 152. Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lavantur. ¶ Item pro stipendio, aut mercede, *wages, hire*. *Liv.* l. 5. c. 4. Negabant danda esse æra militibus. *Et paulo post.* Annua æra habes: annuam operam ede. *Et cap.* 7. *sub fin.* æra procedunt. *the pay keeps running on.* Hinc *ære dirutus miles* est, cui stipendium ademptum est. (V. *Dirutus*.) *Senec.* ep. 88. De liberalibus studiis quid sentiam, scire desideras. Nullum in bonis numero, quod ad æs exit. *h. e.* quod mercedem, et lucrum quærit. Ita *Lipsius*. *Juvenal.* sat. 6. v. 125. Excepit blanda intrantes, atque æra poposcit. ¶ *Æra* dicebantur etiam nummi, quibus calculones in subducendis rationibus utebantur: unde et singula rationum capita, et breves quædam notæ, quæ multas, ingentesque summas significabant, æra appellatæ sunt. V. *Æra*. *Cic. in Hortens. apud Non.* c. 3. n. 18. Quid tu, inquam, soles, cum rationem a dispensatore accipis, si æra singula probasti, summam, quæ ex his confecta sit, non probare? ¶ Translate *in ære meo esse* aliquis dicitur, qui meus est, seu inter meos amicos, et necessarios censetur: ducta similitudine a possessione pecuniæ. *Cic. Fam.* 13. ep. 62. In animo habui, te in ære meo esse, propter Lamiæ nostri conjunctionem. Adde lib. 15. ep. 14. ¶ *Ære suo censeri* est in se æstimabilem esse, nec aliunde egere commendatione. *Senec.* ep. 87. Virtus super ista consistit, suo ære censetur. ¶ Ponitur etiam pro fortitudine, aut munimine. *Horat.* l. 1. od. 3. v. 9. Illi robur, et æs triplex Circa pectus erat, qui &c. ¶ *Ære suo aliquem lacessere*, hoc est jocantem joco excipere, *to pay in like coin; to have an answer ready*, afferri solet ex *Plaut. Pœn.* 1. 2. 83. *Enimvero ære meo me lacessis, ludos, et delicias facis.* ubi tamen aliæ opt. Edition. habent: *Enimvero, here, meo me lacessis ludo*, &c. ¶ *Alicujus æris esse*, alicujus æstimationis, *of any estimation or value*. *Gell.* l. 18. c. 5. Si magistrum prælectoremque habuisset alicujus æris. ¶ In plurali numero habet nominativum, et accusativum in frequenti usu. Reperiuntur tamen et alii casus. *Lucret.* l. 2. v. 636. pulsarent æribus æra. [Passim enim in antiquis inscriptionibus dicitur Æra meruit X. XV. &c. V. in *Mereo*.] *Cato* etiam apud *Fest.* posuit *æribus* pro æramento *h. e.* æreis vasis. *Inscript.* optimæ notæ apud *Gruter.* pag. 565. n. 6. Mil. ær. XII. *h. e.* miles ærum duodenum, seu stipendiorum.

ÆSĂCUS, et Græca terminatione Æsacos, ci, Αἴσακος, filius Priami ex nympha Alyxothoe, seu Alexirhoe, qui cum Hesperies amore captus, eam per avia fugientem insequeretur, evenit, ut serpens a puella calcatus ejus pedem mordicus apprehenderet, quo ex vulnere cum illa interiisset, Æsacus doloris impatientia se se in mare præcipitavit, quem Tethys miserata in mergum avem convertit. *Ovid.* 11. *Metam. sub finem*. Æsacon umbrosa furtim peperisse sub Ida Fertur Alexirhoe Granico nata bicorni.

ÆSĂLON, onis, [† *a kinde of hawkes, most like to be a merline.* T. Cooper.] αἰσάλων, vocatur parva avis, ova corvi frangens: cujus pulli infestantur a vulpibus. *Plin.* l. 10. c. 74.

ÆSAPIUS, vel Æsepius, a, um, adject. ad Æsapum pertinens. Est autem Æsăpus, vel potius Æsēpus, Αἴσηπος, [† meminit Homerus, Il. B. 825. Δ. 91. Ζ. 21. Μ. 21. et Strabo.] nunc *Spiga*, fluvius Mysiæ, ex Ida monte profluens, ac in Hellespontum decurrens apud Cyzicum urbem, *Plin.* l. 5. c. 32. teste. *Valer. Flacc.* l. 3. *Argon.* v. 420. petit adversis Æsepia silvis Flumina.

ÆSAR, Etruscorum lingua nomen est Dei, ut est apud *Sueton. in Aug.* c. 97. ¶ Præterea *Æsar, aris*, Αἴσαρος, fluvius est magnæ Græciæ in Calabria ultima apud Crotonem. *Ovid. Metam.* 15. v. 22. I, pete diversi lapidosas Æsaris undas.

ÆSARĔUS, a, um, adject. ad Æsarem fluvium pertinens. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 54. Invenit Æsarei fatalia fluminis ora.

ÆSCHROLOGĬA, æ, αἰσχρολογία, est oratio inverecunda ex compositione verborum obscenam significationem habentium, ut *cum nobis, cum Numerio, cum navibus*; vel ex usu alicujus verbi duplicem habentis significationem, honestam unam, turpem alteram, ut *patrare, ductare, arrigere*. Vox Græca est, et Græce usurpanda ab αἰσχρός, turpis, et λόγος, sermo. *Diomed.* l. 2. pag. 445. *Putsch.*

ÆSCHYLĔUS, a, um, ad Æschylum pertinens. *Pro-*

pert. l. 2. *eleg. ult.* v. 41. Desine et Æschyleo componere verba cothurno. *Al. leg.* Desine Achilleo, &c.

ÆSCHȲLUS, m. Αἰσχύλος, nomen poetæ Græci tragici. Hic cum esset calvus, et in aprico forte quiesceret, testudo ab aquila in altum delata cum decidisset, caput ejus confregit, interemitque, ut *Plin.* l. 10. c. 3. et *Valer. Max.* l. 9. c. 12. *extern.* n. 2. narrant. *Quintil.* l. 10. c. 1. Tragœdias primus in lucem Æschylus protulit, sublimis, et gravis, et grandiloquus sæpe usque ad vitium, sed rudis in plerisque, et incompositus. *Horat. de art. Poet.* v. 278. Post hunc (*Thespin*) personæ, pallæque repertor honestæ Æschylus, et modicis instravit pulpita tignis, Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno. [† ¶ "Æschylus Gnidius, rhetor, Ciceronis præceptor, ornato et faceto verborum genere usus est. *Cic. in Brut.* 325." Gesner.]

ÆSCHYNOMĔNE, αἰσχυνομένη, *the sensitive plant or shrinking shrub*, hoc est erubescens, herba est, *Plin.* l. 24. c. 17. ita dicta, quod appropinquante manu folia contrahat, quasi pudeat se tangi: ab αἰσχύνη, pudor, verecundia.

ÆSCHȲNUS, verecundus, ἀπὸ τῆς αἰσχύνης, hoc est a verecundia. Est nomen proprium apud *Terent. in Adelph.*

ÆSCULĀNUS, et Argentinus Dii habiti sunt æris, et argenti, idest hominum ditandorum potestatem habentes. *Augustin.* l. 4. *de Civit. Dei* c. 21. Deo Æsculano, et ejus filio Argentino, ut habeant æream, argenteamque pecuniam. nam ideo patrem Argentini Æsculanum posuerunt, quia prius ærea pecunia in usu esse cœpit, post argentea. Miror autem, quod Argentinus non genuit Aurinum, quia et aurea subsecuta est.

ÆSCULAPĬUS, m. Ἀσκληπιὸς, nomen est Apollinis filii ex Coronide, e cujus interfectæ secto utero prodiit, qui medicinam artem ampliavit, ob eamque rem in Deorum numerum receptus fertur: cujus duo filii Podalyrius, et Machaon, bello Trojano Agamemnonem secuti, non mediocrem opem commilitonibus attulere, ut narrat *Cels. in præfat.* l. 1. A *Cicerone* 3. *de Nat. Deor.* c. 22. tres numerantur Æsculapii: primus est Apollinis filius, quem Arcades colunt; qui specillum invenisse, primusque vulnus obligavisse dicitur: secundus secundi Mercurii frater: is fulmine percussus, dicitur humatus esse Cynosuris: tertius Arsippi, et Arsinoæ filius, qui primus alvi purgationem, dentiumque evulsionem invenisse traditur. Ceterum Scriptores promiscue appellant, et confundunt alterum cum altero. Porro Æsculapius ægrorum Deus fuit, eorumque votis, et precibus fatigabatur: cui capram immolabant, ob contrarietatem scilicet, ut *Servius* loquitur *ad* 2. *Georg.* v. 380. quia capra nunquam sine febri esse dicitur: gallinas etiam cædebant, contraria ratione, quia gallinæ maxime sanæ putantur; et quia earum esus maxime ægrotis accommodatus est: gallum quoque ob vigilantiam, quæ curandis ægrotis maxime est necessaria. Epidauri amplum Æsculapii templum fuit, qui ex eo *Epidaurius* est appellatus. Narrat *Hyginus* fab. 49. Hippolytum ab equis discerptum, jussu Dianæ ab Æsculapio fuisse ad vitam revocatum: ob id factum illum a Jove ictum fulmine interiisse, quod jura mortis violare ausus esset; at Apollinis patris ope immortalitatem fuisse consecutum. Alii scribunt, Glaucum Minois filium fuisse revocatum ad vitam, alii Tyndareum, alii Capanea, Androgeum alii, quod *Propert.* significat l. 2. eleg. 1. v. 64. Addit *Ovid. Metam.* 15. fab. 50. cum Romæ dira pestis grassaretur, missos ad consulendum Apollinem Delphicum legatos, ex eo retulisse responsum, ut Romam Æsculapii simulacrum Epidauri cultum adveherent: ii cum Epidaurum appulissent, Æsculapium ipsum in draconem versum sponte navem ascendisse, et Romam venisse, resumptaque cælesti specie in insula Tiberis consedisse, ubi magnificum ei templum dedicatum est; isque locus inde *Æsculapii insula* est dictus, ut apud *Sueton. in Claud.* c. 25. legitur. Ob id factum, et quia serpenti inesse remedia multa creduntur, ut ait *Plin.* l. 29. c. 4. *ante med.* serpens Æsculapio dicatus est, et ipse pingi consuevit laurea coronatus cum baculo nodoso in læva manu, cui circumvolutus anguis innititur; dextera barbæ admota, cum pallio, et crepidis, quia Græcus fuit. Hanc fabulam serpentis Romam advecti narrant etiam *Plin.* l. 29. c. 4. et *Epitome Livii* l. 11. et alii. Custodes templo Æsculapii canes addebantur, quia, ut ait *Festus*, is canino lacte nutritus fuit. serpens autem baculo circumvolutus significat vigilantiam: baculus nodosus difficultatem artis. Hæc *Festus* ad vocem *In insula*, &c. *Terent. Hecyr.* 3. 2. 2. Metuo, ne Philumenæ magis morbus adgravescat: Quod te, Æsculapi, teque, Salus, ne quid sit hujus, oro. ¶ Adjective *Plin.* l. 29. c. 4. Anguis Æsculapius Epidauro Romam advectus est. ¶ *Æsculapium, ii,* neut. gen. est templum Æsculapii, apud *Vitruv. in præfat.* l. 7. quod ea ratione est dictum, qua et *Dianium*, et *Minervium* Dianæ, et Minervæ templa. ¶ *Æsclapius* [† forma Græca] pro *Æsculapius* per syncopen legitur in carmine veteris Poetæ apud *Cicer.* 2. *Tuscul.* c. 16.

ÆSCULĒTUM, et Esculetum, i, n. *a thicket or forest of oaks,* locus esculis consitus. *Horat.* l. 1. od. 22. v. 14. Quale portentum neque militaris Daunia in latis alit esculetis.

ÆSCULĔUS, et Esculeus, a, um, *relating to the bay-oak,* πλατυφύλλινος, qui est ex Æsculo arbore. *Ovid. Metam.* 1. v. 449. Æsculeæ capiebat frondis honorem. *h. e.* coronam ex æsculo. *Pallad.* l. 1. tit. 9. Axes quernæ cum æsculeis non misceantur.

ÆSCULINĬUS, et Esculineus, a, um, idem quod Æsculeus. *In vet. mar.* apud *Gruter.* pag. 207. Fores clathratas duas cum postibus æsculiniis facito.

ÆSCULĪNUS, et Esculinus, a, um, adject. idem quod Æsculeus. *Vitruv.* l. 7. c. 1. Ne commisceantur axes æsculini cum quernis.

ÆSCŬLUS, et Esculus, i, f. a *kind of oak supposed to answer to our bay-oak; a mast-tree; others think that thereby was meant the holm-oak; others again, the beech;* arbor glandifera, Jovi sacra, præduro ligno, folio lato, unde et πλατυφύλλος, Græce dicitur, frondosa, et vivide virens, glande carnosa, qua olim vesci homines consuevisse traditur: ex quo sine diphthongo quidam scribere malunt, tanquam ab *esca* ducta sit. *Servius* (cui pleraque vetera exemplaria favent) diphthongum tuetur, ad illud *Virg.* 2. *Georg.* v. 291. Æsculus in primis, quæ quantum vertice ad auras Ætherias, tantum radice in Tartara tendit. *Horat.* l. 3. od. 10. v. 17. nec rigida mollior æsculo, Nec Mauris animum mitior anguibus.

ÆSĒPUS. V. *Æsapius.*

ÆSERNĬA, et Esernia, æ, [† nunc] *Isernia, Sergna,* urbs Samnii apud Vulturnum fluvium. *Straboni* est Ἐσερνία, Ptolemæo Αἰσερνία: præterea in nummo *apud Patinum de Famil. Rom.* pag. 311. legitur *Æsernino. Manut.* quoque *in Orthogr.* diphthongum probat. *Cic. ad Cn. Magn. post.* ep. 11. l. 8. *ad Attic.*

ÆSERNĪNUS, et Eserninus, a, um, adject. ad Æserniam pertinens. Hinc *Æserninus* dictus est M. Marcellus, qui Æserniæ captus fuit, ut est in *Epitom. Liv.* lib. 73. ¶ Præterea *Æsernini, orum* sunt populi Æserniæ incolæ, *Plin.* l. 3. c. 12 ¶ Fuit et gladiator quidam *Æserninus* dictus, qui cum Pacidiano, vel Placideiano, altero non minoris famæ gladiatore congressus, proverbio locum fecit, *Æserninus cum Pacidiano:* quo uti solemus cum duos in eodem genere artifices optimos comparamus. *Lucil. apud Non.* c. 4. n. 425. Æserninu' fuit Flaccorum munere quidam Samnis, spurcus homo, vita illa dignu' locoque: Cum Pacidiano hic componitur, optumu' longe Post homines natos gladiator qui fuit unus. *Cic. ad Q. Fr.* l. 3. ep. 4. Ad inimicitias res venisset: cum Æsernino Samnite Pacidianus comparatus viderer. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 6. A me autem gladiatorum par nobilissimum inducitur: Æschines, tanquam Æserninus, &c.

ÆSĪNAS, atis, adject. qui est ex Æsi oppido. Hinc *Æsinates* dicuntur a *Plin.* l. 3. c. 14. ejus oppidi incolæ. ¶ *Æsinus caseus* olim est in pretio habitus. *Plin.* l. 11. c. 42.

ÆSIS, [† nunc] *Fiumesino,* Αἶσις, fl. Piceni, qui inter Anconam, et Senogalliam in mare Adriaticum influit. Olim Italiam a Gallia dividebat. *a Plin.* l. 3. c. 14. ¶ *Æsis* item, [† hod.] *Jesi,* Col. et urbs est ejusdem Provinciæ ad Æsim fl.

ÆSON, ŏnis, m. Αἴσων, ονος, Cretei filius, frater Peliæ regis Thessaliæ et pater Jasonis. Fabulantur hunc, cum ad extremam pervenisset senectutem, a Medea magicis artibus in juvenem fuisse conversum, emisso nempe omni senili sanguine, novoque succo repletis venis, quam rem luculenter *Ovid. Metam.* 7. fab. 2. describit. *Id. ibid.* v. 252. Æsonis effetum proferri corpus ad aras. *Valer. Flacc. sub fin.* l. 1. narrat, ipsum se, sanguine tauri poto, vita privasse (paulo post, quam Jason solverat ad vellus aureum repetendum) metu Peliæ fratris, a quo suam necem imperatam cognoverat.

ÆSONĪDES, æ, Αἰσονίδης, Jason Æsonis filius. *Ovid. Metam.* 7. v. 164. Cui sic Æsonides: o cui debere salutem, &c. *Id.* l. 2. *de art. am.* v. 103. Phasias Æsonidem, Circe tenuisset Ulyssen. *Id. Heroid.* ep. 6. v. 109. Mobilis Æsonide, vernaque incertior aura. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 8. Ipse agit Æsonidæ junctos ad litora gressus.

ÆSONĪUS, a, um, Αἰσόνιος, ad Æsonem pertinens. *Ovid. Metam.* 7. v. 156. Heros Æsonius. *Id. Heroid.* ep. 12. v. 134. Æsonia domus.

ÆSOPĒUS, a, um, ad Æsopum pertinens, Αἰσώπειος, *Senec. de consol. ad Polyb.* c. 27. Ut fabellas quoque, et Æsopeos logos solita tibi venustate connectas. *Alii leg.* Æsopios.

ÆSOPĪCUS, a, um, adject. ad Æsopum pertinens. *Isidor.* l. 1. c. 39. Fabulæ aut Æsopicæ sunt, aut Libysticæ. Æsopicæ sunt, cum animalia muta inter se sermocinasse finguntur, vel quæ animam non habent, ut urbes, arbores, montes, petræ, flumina: Libysticæ autem, dum hominum cum bestiis, aut bestiarum cum hominibus fingitur vocis esse commercium. V. *Æsopus.* ¶ *Avieni* etiam fabulæ aliquot carmine conscriptæ, Æsopicæ inscribuntur.

ÆSOPĪUS, a, um, idem quod Æsopeus, Αἰσώπειος. *Phædr. in prol.* l. 5. quoniam caperis fabulis, Quas Æsopias, non Æsopi nomino. *h. e.* ad imitationem Æsopi fictas, non ab ipso inventas. Alii leg. *Æsopeas.* V. in *Æsopus.* ¶ Pænultima longa est: potest tamen etiam corripi, abjecta altera diphthongi vocali, more Græcorum. *Auson.* ep. 16. v. 74. Apologos en misit tibi, Ausonius, nomen Italum, Æsopiam trimetriam.

ÆSŌPUS, i, m. *Æsop,* Αἴσωπος, Philosophus, Phryx genere, conditione servus, tempore Crœsi Lydorum Regis. Is multas scripsit fabulas animalia muta loquentia inducens, morum præcepta optima tradidit. Quæcumque postea fabulæ ea ratione conscriptæ ab aliis fuerunt, ducta ab Æsopo appellatione, *Æsopicæ,* vel *Æsopiæ* dictæ sunt. *Priscian. in præexercitam. Rhet.* pag. 1329. *Putschii.* Fabulæ nominantur ab inventoribus, aliæ Æsopiæ, aliæ Cypriæ, aliæ Libicæ, aliæ Sybariticæ: omnes autem communiter Æsopiæ, quoniam in conventibus frequenter solebat Æsopus fabulis uti. *Phædrus* etiam *in prol.* l. 5. ait, Æsopeas se appellare fabulas, quas deinceps est enarraturus, *non Æsopi,* quia a se inventæ sint, non ab Æsopo sumptæ, quemadmodum de illis, quas prioribus quatuor libris exposuerat, et ab Æsopo sumpserat, dixit *in prol.* l. 1. Æsopus auctor quam materiam repperit, Hanc ego polivi versibus senariis. ¶ Fuit etiam hoc nomine histrio quidam Tragicus Ciceronis amicus, cujus meminit 4. *Tuscul.* c. 25. et 1. *Divin.* c. 37. Is ad tantas opes ex histrionica arte pervenit, filiumque reliquit adeo divitem, ut uniones liquefactos cœnis apponeret, uti narrant *Plin.* lib. 9. c. 35. et *Valer. Max.* l. 9. c. 1. n. 2. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 82. Quæ gravis Æsopus, quæ doctus Roscius egit.

ÆSTAS, atis, f. *the summer,* θέρος, anni pars, quæ incipit ab æquinoctio verno, et finitur æquinoctio autumnali, constatque senis mensibus. Nam totus olim annus in *æstatem* tantum, et *hyemem* dividebatur: quod significatur etiam ab *Ulpiano Digest.* lib. 43. tit. 19. leg. 1. *ad fin.* Postea anno in quatuor partes diviso, cœpit æstatis nomine vocari trimestre illud ab ingressu Solis in Cancrum, usque ad æquinoctium autumnale, quod fit Sole ingrediente Libram. Ita enim distinguuntur quatuor anni partes, ut Sole ingrediente Arietem incipiat *ver,* in Cancro *æstas,* in Libra *autumnus,* in Capricorno *hyems* principium sumat. Latini tamen agricolæ æstatis initium ponebant 7. id. Maii. (*the 9th of May,*) ut est apud *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 28. et *Colum.* l. 11. c. 2. vel pridie id. Maii, (*on the 14th of May,*) ut est apud *Ovid.* 5. *Fast.* v. 600. finem vero 7. id. Aug. (*the 7th of August,*) ut *Varro ibid.* docet, vel pridie id. Aug. (*on the 12th*) ut scribit *Colum. loc. cit.* et *Plin.* l. 18. c. 31. Porro *æstas* dicta est ab æstu, hoc est calore, ut *Varro* l. 5. *L. L.* c. 2. tradit. *Cic. de Senect.* c. 4. Refrigeratio æstate, et vicissim aut sol, aut ignis hibernus. *Id.* 1. *Divin.* c. 42. Arabes campos, et montes hyeme, et æstate peragrantes. *Id. pro leg. Manil.* c. 12. *in fin.* Bellum extrema hyeme apparavit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit. *Id. in Œconom.* apud *Non.* c. 2. n. 702. Cum affecta jam prope æstate uvas a sole mitescere tempus est. *it being towards the close of summer.* Sic *Id. Verr.* 7. c. 31. Æstate summa. Et *Sallust. in Jug.* c. 65. Æstas exacta. *Cic. Att.* l. 4. ep. 2. Æstate ineunte. Sic *Virg.* l. 1. *Æn.* v. 430. Æstate nova. *Tacit. Ann.* 2. c. 23. Æstate jam adulta. *it being now the heat of summer. Sallust. in fragm. apud Serv. ad* 1. *Georg.* v. 43. Nova æstas, adulta, præceps. ¶ Eleganter genitivus anni adjungitur. *Gell.* l. 2. c. 21. Nox fuit, et clemens mare, et anni æstas. *Id.* l. 19. c. 5. Æstate anni flagrantissima. ¶ Interdum pro anno ponitur, a Poetis quidem per Metalepsim; ab Historicis vero alia ratione, nempe quia bella æstate fieri solent. *Vellei.* l. 2. c. 47. Novem denique æstatibus vix ulla non justissimus triumphus emeritus. *during nine campaigns.* Et cap. 81. Tertia æstate reversus in Armeniam, &c. *Tacit. Ann.* 6. c. 39. Quæ duabus æstatibus gesta. ¶ Quia æstate dies fere sereni decurrere solent, hinc *æstas* aliquando pro aere sudo, et sereno cœlo ponitur. *Virg. Georg.* 4. v. 59. Per æstatem liquidam. *through the serene sky; the liquid noon. Id.* 6. *Æn.* v. 707. ubi apes æstate serena, &c. ¶ *Æstates* apud *Plin.* sunt maculæ, quæ in cute ex calore solis enasci æstate solent l. 28. c. 12. Æstates, et quæ decolorem faciunt cutem, fimum vituli emendat. ¶ *Æstati* pro *æstate* metri causa. *Lucret.* l. 6. v. 712. Nilus in æstati crescit, campisque redundat. Alii tamen reponunt *æstate:* neque enim desunt apud Poetas hujusmodi licentiæ exempla.

ÆSTĪFER, a, um, adject. *hot, hot as summer, sultry,* æstum, caloremque habens, sumiturque tum active pro eo, qui calorem habet, tum pro eo, qui calorem patitur. Active *Virg.* 2. *Georg.* v. 353. ubi hiulca siti findit Canis æstifer arva. *Lucret.* l. 1. v. 663. Æstifer ignis. Passive *Sil.* l. 17. v. 448. Æstiferi campi Garamantum. *Lucan.* l. 1. v. 206. Æstiferæ Libyes arva.

ÆSTIFLŬUS, a, um, æstu aquarum fluens. *Solin. in Pontico,* v. 3. apud *Pithœum p. m.* 267. Quæque sub æstifluis Thetis humida continet antris.

ÆSTIMABĪLIS, e, *estimable,* τιμητὸς, qui æstimari potest. *Cic.* 3. *Fin.* c. 6. Æstimabile esse dicitur id, quod aliquod pondus habeat dignum æstimatione, contraque inæstimabile, quod sit superiori contrarium.

ÆSTIMATĬO, onis, f. *an estimating, valuing, setting a value upon,* τίμημα, actus æstimandi: judicium de pretio, seu valore alicujus rei. *Cic.* 4. *Verr.* c. 53. In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ censori permittitur. *Id. Verr.* 5. c. 91. Æstimatio frumenti. *Id. Parad.* 6. *ad fin.* Æstimatio census. *an estimate or valuation. Id. pro Cluent.* c. 41. *ad fin.* Æstimatio litium. V. *Æstimo. Ulpian. Digest.* lib. 1. tit. 8. leg. 9. Æstimationem non recipit res sacra. *Paul.* lib. 17. tit. 2. leg. 17. Venire in æstimationem. *Julian.* lib. 45. tit. 1. leg. 54. Offerre

æstimationem operæ. *h. e.* pretium ejus operæ, quanti scilicet æstimata fuit. Itaque hoc loco æstimatio pro re æstimata, seu pro ejus valore ponitur: cujus rei alia exempla mox dabimus. *Cæs.* lib. 1. *B. Civ. c. ult.* Æstimationem æquam facere. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 25. Mihi et res, et conditio placet, sed ita, ut numerato malim quam æstimatione. *Cicero* hoc loco de emendis cujusdam Silii hortis loquitur, aitque, se eos emere malle pecunia numerata, quam aliam possessionem dando æstimatam tanti, quanti valerent ipsi horti. *I had rather have the estate for a certain sum, than in exchange for another. Id. Fam.* 5. ep. 20. *ad fin.* Nolles a me hoc tempore æstimationem accipere. nam numeratum si cuperem non erat. *h. e.* nolles a me exigere, ut in solutionem debiti mei possessionem aliquam tibi cederem, æstimatam quanti esset pecunia a te mihi mutuo data. Hoc etiam loco æstimatio pro re æstimata ponitur. ¶ Narrat *Sueton. in Cæs.* c. 42. Jul. Cæsarem, exacto civili bello, decrevisse, ut veteres debitores creditoribus satisfacerent, datis in solutum possessionibus ea æstimatione, qua fuissent ante civile bellum, deducto etiam summæ æris alieni, quidquid usuræ nomine a debitore numeratum fuisset, qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. Hoc legitur etiam apud ipsum *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 1. Hinc *Cic.* 13. *Fam.* ep. 8. A M. Laberio C. Albinius prædia in æstimationem accepit. *h. e.* quanti æstimata fuere secundum legem Cæsaris, tanti in solutionem accepit. *at an estimate put upon them; at a regular estimate. Id. Fam.* 9. ep. 18. Quando, ut video, æstimationes tuas vendere non potes. *h. e.* prædia, quæ per æstimationem a debitoribus tuis accipere coactus es lege Cæsaris. *Id. ibid.* ep. 16. *ad fin.* Non sis eo consilio, ut cum me hospitio recipias, æstimationem te aliquam putes accipere. *h. e.* jacturam aliquam facere rei familiaris. qui enim prædia in solutionem debiti a debitoribus lege Cæsaris accipiebant, jacturam faciebant, ut dictum est. ¶ Ponitur interdum pro ipso rei alicujus pretio, *price, worth, value. Catull.* carm. 12. *ad Asin.* mihi linteum remitte, Quod non me movet æstimatione, Verum est μνημόσυνον mei sodalis. ¶ Item generatim pro quocumque judicio de natura, aut dignitate alicujus rei. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 6. Æstimabile esse dicitur id, quod aliquod pondus habeat dignum æstimatione, quam ille ἀξίαν vocat. *Curt.* l. 3. c. 1. Quanta esset altitudo intueri jubent, ac nuntiare Alexandro, non eadem ipsum, et incolas æstimatione munimenta metiri. *Id. ibid.* c. 6. Secreta æstimatione pensare aliquid. *Tacit. Hist.* 1. c. 14. Æstimatione recta severus, deterius interpretantibus tristior habebatur. *by a habit of estimating every thing by a fixed standard. Plin.* l. 7. c. 50. Quid quod æstimatione nocturnæ quietis, dimidio quisque spatio vitæ suæ vivit? *if we take into the account. Vellei.* l. 2. c. 127. Semper infra aliorum æstimationes se metiens. *h. e.* honorifica judicia. ¶ Pro existimatione, et fama, *Sueton. in Aug.* c. 3. Octavius a principio ætatis et re, et æstimatione magna fuit. *Alii legunt* existimatione.

ÆSTIMĀTOR, oris, m. *one who values, estimates,* qui rei alicui pretium statuit, ἀποτιμητής. *Cic. Parad.* 6. *ad fin.* Callidi rerum æstimatores prata, et areas quasdam magno æstimant. *Id. in Pison.* c. 35. *in fin.* Unus tu æstimator, unus venditor frumenti omnis fuisti. ¶ Item generatim qui de re aliqua judicat. *Cic. pro Marcell.* c. 5. Nemo erit tam injustus rerum æstimator, qui dubitet, &c. *Id. in Orat.* c. 41. Quis tandem id justus rerum æstimator reprehenderet? *Id.* 3. *de Fin.* c. 2. Æquissimus studiorum æstimator, et judex. *Valer. Max.* l. 3. c. n. 24. Optimus virtutis æstimator. *Curt.* l. 8. c. 1. Immodicus æstimator sui. *Plin. in Paneg.* c. 21. Æstimator parcissimus suorum beneficiorum.

ÆSTIMATORĬUS, a, um, adject. ad æstimationem pertinens. Æstimatoria actio dicitur a JCtis, quæ proponitur tollendæ dubitationis causa, quando scilicet ambigitur de nomine contractus alicujus, utrum venditionis sit, an conducti, an locati, an mandati: tunc enim datur actio in personam, quæ *æstimatoria* dicitur, per quam qui rem aliquam vendendam suscepit, aut ipsam incorruptam reddere cogitur, aut ejus æstimationem. *Ulpian. Digest.* lib. 19. tit. 3. qui inscribitur *Æstimatoria.* Præterea æstimatoria dicitur ea actio, quæ alio nomine ab iisdem JCtis appellatur *actio quanto minoris,* hoc est quanto minoris res fuit contractus tempore, quam quanti empta est: et instituitur ad indemnem servandum emptorem, qui in re empta vitium aliquod detexit, quod dolose venditor tacuerat: et dicitur *æstimatoria,* quia intervenit æstimatio rei vitiosæ venditæ. Ejus mentio fit sæpe *Digest.* lib. 21. tit. 1. leg. 43. et 48. et alibi. *Caius* etiam *ibid.* leg. 18. *æstimatorium judicium* appellat. Plura de his JCti.

ÆSTIMĀTUS, us, m. æstimatio. In sexto casu *Plin.* l. 11. c. 15. In æstimatu est mel e thymo, coloris aurei, saporis gratissimi. *h. e.* æstimatur tanquam pretiosum. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 16. *post med.* Æstimatu ætatis.

ÆSTIMĀTUS, a, um, *valued, estimated,* dicitur de rebus, de quarum pretio judicium factum est, ἀποτιμηθεὶς. *Plin.* l. 33. *cap. ult.* Æstimatus assibus quinis. Et l. 35. c. 6. *in fin.* Viride Appianum æstimatum sestertiis in libras. *Festus:* Æstimata pœna. ab antiquis ab ære dicta est, qui eam æstimaverunt ære, ovem decussi, bovem centussi. *h. e.* multa pecuniaria a judice taxata. *Nepos in Miltiad.* cap. 1. Litem æstimatam solvere. *to pay the costs of his suit.* V. *Æstimo.* ¶ Item perpensus, judicatus. *Tacit. Ann.* 6. c. 12. Lectum, æstimatumque carmen.

ÆSTIMIA, æ, f. idem est ac æstimatio, teste *Festo.* Ex hoc *Festi* loco fortasse concinnavit *Rævardus* particulam in Leg. XII Tabular. *ærisque æstimiam prædicato.*

ÆSTIMIUM, ii, n. æstimatio. *Frontin. de Colon.* pag. 127. *Goes.* Alia loca pro æstimio ubertatis præcisa sunt. *Hygin. de limitib. ibid.* pag. 152. Possessiones pro æstimio ubertatis angustiores sunt assignatæ.

ÆSTIMO, as, avi, atum, a. 1. *to estimate, value, appreciate,* τιμάω, pretium, valoremque alicui rei statuo, æstimationem facio. [Idem ac perpendo, trutino, verbum ductum ab *ære,* pretio ceterarum rerum. Utrum vero posterior pars verbi ab ipso τιμάω sit, quod placet *Vossio,* vehementer addubito, quod sic vox hybrida esset, et quod repugnat modus syllabæ pænultimæ, quæ in verbo Græco longa est. Quare malim illud *timo* vel *tumo* esse tantum productionem verbi, ut in *autumo,* et in nominibus *legitimus, maritimus.*] *Cic. pro Dom.* c. 44. Domum emit prope dimidio carius, quam æstimabat. *Id. Verr.* 5. c. 92. Æstimare frumentum III denariis. *Id. Verr.* 6. cap. 16. Æstimare aliquid tenuissime. *Id. Verr.* 7. c. 9. Æstimare aliquid pecunia. *to set a value on any thing in money. Id.* 2. *de Fin.* c. 17. Magni æstimare pecuniam. *Id. Parad.* 6. *ad fin.* Prata, et areas magno æstimare. *subaudi* pretio. ¶ *Æstimare litem* est, decernere, quanta pecunia a reo post damnationem solvenda sit: atque hac ratione *lis* ponitur pro re, de qua lis est. Hæc autem æstimatio locum habebat præcipue in judicio repetundarum, et peculatus. Tunc enim damnato reo inibatur ratio furtorum ejus, damnique illati, et ad certam pecuniæ summam redigebatur, quæ ex ejus bonis solvenda erat. Duæ enim res, inquit *Ascon. ad Cicer. Verr.* 2. cap. 13. consequebantur damnationem, altera redditio pecuniæ iis, ad quos pertinebat, auctioni subjectis bonis rei; altera exilium, si de judicio repetundarum loquamur. nam in aliis judiciis non semper exilii pœna, sed aliquando sola pecuniæ multa indicebatur. Interdum etiam fiebat litis æstimatio sine accusatione, et judicio, cum scilicet confesso reo pecuniæ summa statuebatur solvenda. Quod si reus solvendo non esset, agebatur in eos, ad quos ea pecunia pervenisset. *Cic. loc. cit.* Septimio senatore damnato de pecuniis repetundis, lis æstimata est eo nomine, quod ob rem judicandam pecuniam accepisset. *Id. pro Rabir. Post.* c. 4. Sunt lites æstimatæ A. Gabinio, nec prædes dati, &c. *Id. pro Cluent.* c. 41. *ad fin.* Hoc quotidie fieri videmus, ut reo damnato de pecuniis repetundis, ad quos pervenisse pecunias in litibus æstimandis statutum sit, eos illi judices absolvant: quod cum fit, non judicia rescinduntur, sed hoc statuitur, æstimationem litium non esse judicium. *Et mox.* Omni contentione pugnatum est, ut lis hæc capitis æstimaretur. *h. e.* ut lis hæc, quæ capitis erat, ad pecuniæ solutionem reduceretur. Ita *Manut.* exponit. *Nepos in Miltiad.* c. 7. *in fin.* Causa cognita, capitis absolutus, pecunia multatus est, eaque lis quinquaginta talentis æstimata est, quantus in classem sumptus factus erat. *Hoc loco sermo est de causa proditionis.* ¶ Translate *Liv.* l. 45. c. 24. Voluntatis nostræ tacitæ velut litem æstimari vestris inter vos sermonibus audio. ¶ Est etiam alia ratio *litis æstimandæ,* extra judicia peculatus, et repetundarum. Nam cum de re aliqua controversia est, *æstimare litem* dicitur judex, qui pretium statuit ejus rei, de qua lis est. *Caius Digest.* lib. 13. tit. 3. *leg. ult.* Si merx aliqua, quæ certo die dari debebat, petita sit, veluti vinum, oleum, frumentum, tanti litem æstimandam, quanti fuisset eo die, quo dari debuit. *Serv. Sulpic.* apud *Gell.* l. 4. c. 4. Si post sponsalia uxor non dabatur, aut non ducebatur, Judex quamobrem data, acceptave non esset uxor, quærebat. Si nihil justæ causæ videbatur, litem pecunia æstimabat, quantique interfuerat, &c. *Cæs.* lib. 5. *B. Gall.* c. 1. *in fin.* Arbitros dat, qui litem æstiment, pœnamque constituant. *Hoc loco cum neque de judicio, neque de lite aliqua sermo sit,* æstimare litem *idem est, ac damnum illatum æstimare.* V. integrum locum. ¶ *Æstimare nomina alicui,* dictum a similitudine æstimationis litium, est statuere, et decernere quantitatem pecuniæ, quæ ab aliquo debiti nomine solvenda est. *Cic. Verr.* 3. c. 39. Illarum rationum illa sunt nomina, quæ Dolabellæ sunt æstimata. *the share of accounts due.* ¶ Translate est rei cujuslibet pretium, qualitatem, vim dignoscere, ac de ea judicium ferre, *to estimate, rate,* κρίνω, ὁρίζω. *Cic. post redit. in Senat.* c. 6. *ad fin.* Ii expendunt, et æstimant voluptates, sententiamque dicunt, et judicant, quantum cuique libidini tribuendum esse videatur. *Id.* 3. *de Fin.* c. 3. *in fin.* Magno æstimare virtutem. *Id. Attic.* l. 7. ep. 15. Auctoritatem alicujus magni æstimare. *Id. pro Rosc. Com.* c. 10. Nemo illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. *Et paulo post.* Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat. *Catull.* carm. 5. *ad Lesbiam.* Rumoresque senum severiorum Omnes unius æstimemus assis. *Nepos in Cat.* c. 1. Quod non minoris æstimamus, quam quemlibet triumphum. *Sallust. in Jug.* c. 35. Æstimabitis, qualis illa pax aut deditio sit, ex qua, &c. *Ulpian. Digest.* lib. 5. tit. 1. leg. 5. Prætoris est æstimare, an sua sit jurisdictio. *Callistrat.* lib. 1. tit. 18. leg. 9. Æstimare debet, utrum, &c. Ita *Torrentin.* alii *existimare. Sueton. in Aug.* c. 57. Quantopere dilectus sit, facile est æstimare. *Justin.* l. 30. c. *ult.* Nec Macedonas veteri fama, sed præsentibus viribus æstimandos. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 48. virtutem æstimat annis. *h. e.* ex vetustate. *Tacit. de mor. Germ.* c. 6. In universum æstimanti, plus penes peditem roboris. *judging altogether. Id.* 2. *Hist.* c. 23. Prave æstimare. *Id. in Agric.* c. 1. Optime æstimare. *Curt.* l. 5. c. 5. Æstimare aliquid vita. *h. e.* æque carum, ac vitam. *Id.* l. 10. c. 5. Juste æstimare aliquem. *Martial.* l. 11. epigr. 1. Ecquid te satis æstimas beatum? *do you count yourself sufficiently happy?* ¶ Pro existimare, præ*r*are rarum est. *Phædr.* l. 3. *Fab.* 4. v. 5. Ridicule hoc magis dictum, quam vere æstimo. *Et* lib. 4. *Fab.* 17. v. 15. Turpe æstimantes aliquid commissum a suis. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 20. Aquitania, quæ pars et regionum latitudine, et multitudine hominum, ex tertia parte Galliæ est æstimanda. Sunt qui putant apud *Phædrum* priore loco legi debere *extimo,* quod sit contractum ab *existimo, ut dixi* pro *dixisti.* Sed hoc ex conjectura: quæ etiam in posteriore locum habere potest. Apud *Cæsarem* vero al. leg. *existimando. Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 8. Multi, ut æstimo, in hoc a Varrone dissentiunt. ¶ In plerisque *Plauti* Codicib. sæpe legitur *æstumo* prisco more scriptum. ¶ De discrimine inter *æstimare,* et *existimare.* V. *Existimatio.*

ÆSTIVĀLIS, le, adject. idem quod æstivus. *Hygin. Poet. Astronom.* l. 3. c. 24. Virgo dextera manu circulum æstivalem tangit. *h. e.* Tropicum Cancri. Quædam Editiones habent *æquinoctialem,* sed videtur esse mendum.

[* ÆSTIVARĬUM, ii, n. locus in piscinis, in quo pisces æstivant. *Varr. R. R.* lib. 3. c. 17. Hac incuria laborare aiebat M. Lucullum Hortensius, et piscinas ejus despiciebat, quod æstivaria idonea non haberet, *h. e.* non haberet loca, in quibus pisces æstivos calores possent vitare. Codex *Ursini* habet *æstuaria.*]

ÆSTĪVE, adverb. *Plaut. Menæch.* 2. 1. v. 30. Æstive admodum viaticati sumus: *id est* tenuiter, admodum parce, joculari translatione ducta a militibus, qui iter æstate facturi, parcum viaticum secum portant, tum quia cum dies longiores sint, maturius perveniunt quo tendunt, tum quia etiam inter eundum facile provident sibi de frugibus terræ: cum contra hyeme id facere non possint, conditis ubique frugibus, et nuda tellure. Ita plerique explicant cum *Turnebo* l. 18. c. 15. Alii cum *Lambino* ducunt a vestibus, quæ æstate tenues, et leves adhibentur.

ÆSTĪVO, as, avi, atum, n. 1. *to retire for the summer to a cool retreat for the purpose of shunning the hot weather, to pass the summer in a country-house or seat; to summer,* τὸ θέρος διάγειν, propter æstum evitandum alicubi commorari: quemadmodum *hibernare* est hyemem aliquo in loco transigere. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. Greges ovium longe abiguntur ex Apulia in Samnium æstivatum. Et cap. 2. Mihi greges in Apulia hibernabant, qui in Reatinis montibus æstivabant. *Plin.* l. 12. c. 5. Intra sepem eam æstivant pastores, opacam pariter, &c. *Sueton. in Galb.* c. 4. Idque Tusculum, ubi æstivare consueverat, avexit. *Id. in Vespas.* c. 24. Reatina rura, ubi æstivare quotannis solebat. Adde l. 4. *Statii,* silv. 4. v. 22. Interdum accipitur generatim pro æstatem traducere. *Stat.* lib. 5. *Theb.* v. 15. Jam Borean, imbresque pati, jam nare solutis Amnibus, et nudo juvat æstivare sub Hæmo. ¶ Sol etiam *æstivare* dicitur, cum per æstatem calores effundit. *Colum.* l. 11. c. 2. *a med.* Vinacea ita in media parte acinorum sunt, ut et a sole æstivante, et a ventis protegantur.

ÆSTĪVUS, a, um, *summer, relating to the summer,* θερινός, qui est æstatis, vel æstate fit. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 14. Æstivos menses rei militari dare, hibernos jurisdictioni. *Id. Verr.* 7. c. 31. Æstiva tempora. *et* æstivi dies. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. Æstivus locus. *h. e.* aptus ad æstivandum: *a place adapted to retire to from the summer-heat; fit to summer in.* Sic *Martial.* l. 8. epigr. 61. sub urbe rus habemus æstivum. *Flor.* l. 1. c. 11. Præneste æstivæ deliciæ. *a delightful retreat in summer. Ovid.* 13. *Metam.* v. 667. Umbra æstiva. *Horat.* l. 1. od. 22. v. 18. Aura æstiva. *summer breeze. Virg. Georg.* 4. v. 28. Sol æstivus. *Plin.* l. 9. c. 47. *æstiva animalia* appellat culices, pulices, pediculos, et alia hujusmodi, quæ æstate homines infestant, hyeme vero aut moriuntur, aut latent. (*Eadem ratione* æstivas aves *dixit Liv.* l. 5. c. 6. *quæ æstate visuntur solum, hyeme recedunt, aut delitescunt.*) *Id.* l. 12. c. 15. Myrrha æstiva. *h. e.* quæ æstate inciditur. *Vellei.* l. 2. c. 114. Expeditiones æstivæ. *h. e.* quæ æstate fiunt. *Liv.* l. 22. c. 14. Æstivi saltus. *h. e.* qui æstate incoluntur. *Claudian. de VI Consul. Honor.* v. 389. æstivæ falces. *h. e.* quæ æstate ad metendum adhibentur. *Id. de B. Gildon.* v. 54. Æstivæ classes. *h. e.* quæ æstate navigant. *Ulpian. Digest.* lib. 43. tit. 19. leg. 1. Æstiva aqua ea est, qua æstate sola uti expedit: sicut diximus vestimenta æstiva, saltus æstivos, &c. Sermo est de iis præcipue aquis, quæ ad irrigandos agros derivantur. *Hygin.* l. 3. *Poet. Astron.* c. 9. 10. 11. &c. Circulus æstivus. *the Tropic of Cancer. Sueton. in Claud.* c. 1. Supremum diem obiit in æstivis castris. *h. e.* in quæ media æstate milites secedunt quietis, et vitandi caloris causa, *summer-quarters.* Hæc dicuntur sæpius *æstiva, orum,* τὰ θερινά. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 17. Dum

in æstivis essemus. *Id. Fam.* 2. epist. 13. Mihi erat in animo, cum prima æstiva attigissem, militaremque rem collocassem, decedere. *Sueton. in Cæs.* c. 49. Dimittere cohortes in æstiva. ¶ Interdum æstiva dicitur integrum æstatis tempus, quod ad res militares gerendas aptum est. *Cic. in Pison.* c. 40. Nulla ex trinis æstivis gratulatio. *on having completed three campaigns. Id. Fam.* 3. ep. 9. *in fin.* Aliis rebus additis, æstivisque confectis. *having finished the campaign. Vellei.* l. 2. c. 105. Perducere æstiva in mensem Decembrem. *h. e.* usque ad Decembrem res gerere. *Curt.* l. 5. c. 8. Urbem hanc tenent Parthi, eaque æstiva agentibus sedes est. ¶ Item loca, ubi greges æstatis tempore pascuntur, et æstivant. *Plin.* l. 24. c. 6. Plus quam lactis herbidos per montium æstiva potus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 471. Nec singula morbi Corpora corripiunt; sed tota æstiva repente, Spemque, gregemque simul. *h. e.* pecora, quæ in æstivis pascuntur: metonymia. Adde *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *ad fin.*

ÆSTUABUNDUS, a, um, æstuans, æstuosus. *Pallad. in Octobr.* tit. 17. Cum moveris mundo linteo tegas, per quod facile confectio æstuabunda suspiret. [*h. e.* mixtura quarumdam rerum effervens.]

ÆSTŬANS, antis, *hot, boiling, bubbling, estuating, troublous*, æstum habens, ebulliens, fervens, καυσούμενος. *Plin.* l. 17. c. 4. Refrigerare æstuantia. *Colum.* l. 11. c. 2. Sol æstuans. *Pallad.* l. 11. *Octobr.* tit. 14. Vina æstuantia. *Curt.* l. 8. c. 9. Purgamenta freti æstuantis. ¶ Translate est agitatus, perturbatus, incitatus, nimia anxietate sollicitus, *troubled, agitated, distressed. Cic. pro Flacc.* c. 20. Hunc æstuantem, et tergiversantem judicio ille persequitur. *Id. de Harusp. resp.* c. 1. Exsanguis atque æstuans se e curia repente proripuit. *Id. de Fato*, c. 8. Hoc loco Chrysippus æstuans, &c. *Sallust. in Jug.* c. 98. Quæ cum multos dies noctesque animo æstuans agitaret. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 47. Animo æstuante.

ÆSTUARĬUM, ii, n. *a creek, or arm of the sea in which the tide reciprocates; a frith, fret, an estuary*, locus est in maris litore ubi terra recedit, sinumque facit, marinis aquis modo refertus, modo vacuus, ex inundationibus freti, ita dictus, quod aqua ibi æstuat, et ebullit, utpote in angustiis clausa, ex accessu, et recessu maris. *Festus:* Æstuaria sunt omnia, qua mare vicissim tum accedit, tum recedit. *Plin.* l. 9. ep. 33. Adjacet mari navigabile stagnum, ex quo in modum fluminis æstuarium emergit, quod vice alterna, prout æstus aut repressit, aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur stagno. *Plin. alter* l. 5. c. 1. Affunditur æstuarium e mari, flexuoso meatu. *Id.* l. 3. c. 26. Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur, natura vadoso mari, æstuariisque tenui alveo intercursantibus. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 9. Itinera concisa æstuariis. ¶ Dicitur etiam de recessu fluminum intra ripas. *Plin.* l. 3. c. 1. Inter æstuaria Bætis, oppidum Nebrissa. ¶ Præterea *æstuaria* dicuntur spiramenta, quæ defodiuntur ab iis, qui puteos fodiunt. nam cum offendunt locum vaporibus gravissimis, et æstuantibus abundantem, qui fodientium spiritum intercludit, coguntur circa excavare meatus, per quos ii vapores exæstuent, et exhalent, *tunnels or vent-holes for drawing off bad air from pits. Plin.* l. 31. c. 3. *ad fin.* Tunc secundum puteum dextra ac sinistra fodiunt æstuaria, quæ graviorem illum halitum recipiant. Adde *Vitruv.* l. 8. *cap. ult.* et *Pallad.* l. 9. tit. 9. ¶ Translate *Tertullian. de Spectac.* cap. 27. Quid facies in illo suffragiorum impiorum æstuario deprehensus?

ÆSTUATĬO, onis, f. *a ferment, commotion, agitation, estuation*, actus æstuandi. Translate *Plin.* l. 18. c. 1. Relictis æstuationi suæ istis hominum turbis. *h. e.* furori, perturbationi. In quibusdam MSS. *exustioni* legi testatur *Harduin.*

ÆSTŬO, as, avi, atum, n. 1. *to be very hot, to boil with heat*, καυσοῦμαι, æstu ferveo. *Cic.* 4. *Acad.* c. 22. Ille cum æstuaret, umbram sequutus est. *inest hic allegoria. Id.* 2. *Tuscul.* c. 14. Sitiendo, algendo, æstuando. *with enduring thirst, cold, and heat. Ovid.* 12. *Metam.* v. 514. Æstuare sub pondere. *Columel.* l. 2. c. 3. Merum faucibus, si boves æstuaverint, infundat. *Juvenal.* sat. 3. v. 103. Si dixeris, æstuo, sudat. *Plaut. Pœn. prol.* v. 43. Nunc dum scriblitæ æstuant, occurrite. *while they are hot. Virg. Georg.* 1. v. 107. exustus ager morientibus æstuat herbis. *Propert.* l. 2. eleg. 28. v. 3. torridus æstuat aer. *h. e.* fervet, et calorem inducit. *Lucan.* l. 1. v. 16. Quaque dies medius flagrantibus æstuat horis. *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 7. Talis hyems tectis, frangunt sic improba solem Frigora, Pisæumque domus non æstuat annum. *h. e.* non fervet æstu illo, quo laboratur in ludis Olympicis, qui in Elide prope Pisam æstate media celebrabantur. *Æstuare annum* hellenismus est. ¶ *Æstuare ignis* dicitur, cum vires sumit, intenditur, et vehementius agitatur. *Virg.* 4. *Georg.* v. 263. Æstuat, ut clausis rapidus fornacibus ignis. *Ovid. Metam.* 4. v. 64. Quoque magis tegitur, tectus magis æstuat ignis. *allegorice hoc loco de amore loquitur.* ¶ Significat etiam ebullire, fluctuare, agitari, diciturque de mari accedente, et recedente; item de aliis aquis ebullientibus, undasque moventibus, velut si ignem suppositum habeant, *to boil, undulate, flow, fret, estuate. Horat.* l. 2. od. 6. v. 3. Maura semper æstuat unda. *Virg. Æn.* 6. v. 296. Turbidus hic cœno, vastaque voragine gurges, Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam. *Id.* 4. *Georg.* v. 308. tepefactus in ossibus humor Æstuat. ¶ Item de aliis rebus. *Lucret.* lib. 5. v. 1095. ventis pulsa vacillans Æstuat in ramos incumbens arboris arbor. *h. e.* huc illuc agitatur. *Gell.* l. 17. c. 11. Ne quid ex esca potuque incideret in illud quasi æstuantis animæ iter. *h. e.* in asperam arteriam, per quam spiritus ducitur, et emittitur, simulatque æstum maris accedentis, et recedentis. ¶ Translate significat amore, desiderio, aut cupiditate flagrare, *to burn with love, or desire:* ducta translatione a prima *fervendi* significatione. *Martial.* l. 9. epigr. 23. Æstuet ut nostro madidus conviva ministro. *Ovid. Metam.* 6. v. 490. At rex Odrysius, quamvis secessit, in illa Æstuat. *Claudian. Fescenn. in nupt. Honor. et Mar.* v. 23. Quot æstuantes ancipiti gradu Furtiva carpent oscula Naiades! *Id. de III Cons. Honor.* v. 82. *de leone.* stabulisque minari æstuat. *Id.* l. 1. *in Eutrop.* v. 191. Æstuare in aurum. *h. e.* inhiare pecuniæ. Dicimus etiam *æstuare desiderio, invidia*, et similia, quod est flagrare. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 18. Ut desiderio nostri te æstuare putarem. *Sallust. in Catil.* c. 24. Nam antea pleraque nobilitas invidia æstuabat. ¶ Sæpius ponitur pro animo perturbatum esse, dubium, incertum, sollicitum, anxium: ducta translatione a motu maris æstuantis, et huc illuc decurrentis: vel ab iis, qui præ nimia contentione animi, et vehementi cogitatione, æstuant, et sudant. *Cic.* 4. *Verr.* c. 23. Quod ubi auditum est, æstuare illi, qui dederant pecuniam: putare, nihil agi posse, absente Epicrate. &c. *Sallust. in Orat.* 2. *ad Cæsar. de rep. ordin.* Æstuare, multaque in pectore volvere. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 99. Æstuat, et vitæ disconvenit ordine toto. *Augustus in Epist. ad Livian. apud Sueton. in Claud.* c. 4. Semper æstuabimus, si de singulis articulis temporum deliberabimus. *Cic.* 4. *Verr.* c. 30. Æstuabat dubitatione, versabat se in utramque partem non solum mente, verum etiam corpore. *Virg.* 12. *Æn.* v. 666. æstuat ingens Uno in corde pudor, mixtoque insania luctu, Et furiis agitatus amor, et conscia virtus.

ÆSTUŌSE, adverb. cum æstu. *Horat. Epod.* 3. v. 17. Nec munus humeris efficacis Herculis Inarsit æstuosius. *with more heat; more furiously.* ¶ Item cum agitatione aquarum. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 67. Acerrime, atque æstuose absorbet, ubi quemque attigit. *de meretrice loquitur.*

ÆSTUŌSUS, a, um, *hot, full of heat, sultry*, καυσώδης, æstu, calore plenus. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 14. Iter conficiebamus æstuosa, et pulverulenta via. *Plin.* l. 2. c. 47. Auster æstuosus. *Id.* l. 23. c. 6. Melimela, et reliqua dulcia, siticulosa, æstuosa. *hot. Id.* l. 34. c. 12. Æstuosissimi dies. *Columel.* l. 7. c. 10. Suillum animal æstuosissimum. [† Perperam vertit Forcellinus *calorosissimo*, Anglice (ut et Cooperus) *very hot.* Animal *æstuosissimum* recte explicat Gesnerus; "*cui facile æstas nocet, ut alsiosum, cui frigus.*"] ¶ Item agitatus, fervens, procellosus; diciturque de motu aquarum fluctuantium, *undulating, boiling, rising in surges. Horat.* lib. 2. od. 7. v. 16. Freta æstuosa. *Id.* lib. 1. od. 22. v. 5. Æstuosæ syrtes. *Catull.* carm. 7. *ad Lesbiam*, v. 5. Oraclum Jovis inter æstuosi. *h. e.* Jovis Ammonis templum, circa quod immensa arenarum æquora sunt, quæ vento impulsæ, in modum maris huc illuc agitantur.

ÆSTUS, us, m. *any burning or scorching heat, hot weather*, magnus calor, fervor, αἶθος, καῦσων. *Sueton. in Aug.* c. 81. Neque frigora, neque æstus facile tolerabat. *Sallust. in Jug.* c. 55. Labore, et æstu languidus. *Horat.* l. 1. od. 17. v. 18. Caniculæ vitabis æstus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 331. Æstibus at mediis umbrosam exquirere vallem. *Id.* 2. *Æn.* v. 759. exsuperant flammæ, furit æstus ad auras. *Cic. Catil.* 1. c. *ult.* Homines ægri cum æstu, febrique jactantur, &c. *Tacit. Ann.* 15. c. 43. Æstus ardescere. *Vetus Poeta* apud *Cicer.* 2. *Tuscul.* c. 7. Æstus ulceris. *the inflammation. Virg.* 3. *Georg.* v. 459. incensi æstus. *the heat of the fever; the fever at its height. Horat.* l. 1. ep. 8. v. 5. oleamve momorderit æstus. *the drought.* ¶ Item motus, et agitatio maris accedentis, et recedentis, *the ebbing and flowing of the tide; flux and reflux of the sea.* (Sunt qui putant, hanc esse primam, et naturalem hujus vocis notionem: atque ex ea natam alteram caloris, et fervoris, quia motus calorem parit.) *Cic.* 2. *Divin.* c. 14. *in fin.* Quid de fretis, aut de marinis æstibus dicam? quorum accessus, et recessus lunæ motu gubernantur. *Sallust. in fragmen. apud Gell.* lib. 10. c. 26. Nactus obscuram noctem, æstu secundo, vitare prœlium in transgressu conatus est. *the tide being favourable. Id. apud Non.* c. 2. n. 534. Mœnia oppidi stagnabant, redundantibus cloacis adverso æstu maris. *Flor.* l. 3. c. 10. Hærebat in vadis pugna, cum æstibus solitis subductus Oceanus, &c. Multa de maris æstu disserit *Plin.* l. 2. c. 97. ¶ Hinc ponitur etiam pro maris tempestate, agitatis vento fluctibus, undasque impetu glomerantibus, *a storm at sea, tempest, hurricane. Virg.* 1. *Æn.* v. 111. Hi summo in fluctu pendent: his unda dehiscens Terram inter fluctus aperit: furit æstus arenis. *Vetus Poeta* apud *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 39. Undique omnes venti erumpunt, sævi exsistunt turbines, Fervet æstu pelagus. *Virg.* 8. *Æn.* v. 674. delphines Æquora verrebant caudis, æstumque secabant. ¶ Item pro motu aquæ in aheno ebullientis, *a boiling, or bubbling over. Virg. Æn.* 7. v. 462. magno veluti cum flamma sonore Virgea suggeritur costis undantis aheni, Exsultant æstu latices. ¶ Translate est impetus, vis, vehementia: ducta translatione ab æstu maris. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 4. Ne æstus nos consuetudinis absorbeat, et ad sermonis morem usitati trahat. *the tide of custom; the force of habit. Id. de clar. Orat.* c. 81. Hunc quoque absorbuit æstus quidam non insolitæ adolescentibus gloriæ. *an eager desire after glory.* Et 3. *de Orat.* c. 36. Repente te quasi quidam æstus ingenii tui procul a terra abripuit, atque in altum abstraxit. *force or vivacity of genius.* ¶ Item perturbatio animi, dubitatio, *doubt, uncertainty, agitation of mind, trouble, perplexity, uncertainty, wavering. Cic. Divin. in Verr.* c. 14. Qui tibi æstus, qui error, quæ tenebræ, dii immortales! homini minime malo. *Plin.* l. 9. ep. 34. Explica æstum meum. *Virg.* 12. *Æn.* v. 486. vario nequicquam fluctuat æstu; Diversæque vocant animum in contraria curæ. *Lucret.* l. 3. v. 144. Æstus mentis. *Virg. Æn.* 4. v. 532. et *Æn.* 8. v. 19. Fluctuare æstu irarum, *aut* curarum. ¶ Illa etiam eleganter translata sunt, *Flori* l. 4. c. 2. Huc reliquias partium naufragarum quidam furoris æstus expulerat. *the furious tide of war.* Et lib. 2. c. 7. Quasi æstus, et torrens fortunæ. *Lucret.* l. 5. v. 1454. Æstus belli. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 6. Stultorum regum, et populorum continet æstus. *h. e.* motus, turbas. ¶ *Æstus pectoris* est amor apud *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 25. ¶ Olim in 2 declinatione usurpatum fuit. *Pacuv.* apud *Non.* c. 8. num. 9. Æsti forte ex arido.

ÆTAS, atis, f. *age, time of life*, [† Vetus forma fuit Ævitas, ab Ævum. Vide infra in *Ævitas.*] ἡλικία, tempus vitæ hominis, ceterorumque animantium. Est autem generale nomen ad omnes humanæ vitæ gradus. Sex enim distinguit *Isidorus* l. 11. *Orig.* c. 2. vitæ partes, seu gradus; quorum primus est *Infantia*, quæ dicitur tempus vitæ usque ad annum septimum: ab eo anno usque ad decimum quartum (vel decimum quintum, vel etiam decimum septimum secundum alios) est *Pueritia*, seu *ætas puerilis:* inde usque ad vigesimum octavum appellatur *Adolescentia:* post hanc sequitur *Juventus*, quæ terminatur anno quinquagesimo: deinde *ætas senioris* ad septuagesimum usque annum producitur: postremo quidquid restat vitæ *Senectus* appellatur. *Varro* apud *Censorin. de die nat.* c. 14. omissa *infantia*, definit *pueritiam* a vitæ principio usque ad annum decimum quintum, *adolescentiam* usque ad trigesimum: *juventutem* usque ad quadragesimum quintum; *seniores* inde ad usque annum sexagesimum appellat; indeque *senectutem* constituit usque ad finem vitæ. (*Ovid. Metam.* 15. v. 200. has quatuor ætates, omissis *senioribus*, comparat quatuor anni temporibus, *pueritiam* veri, *adolescentiam* æstati, *juventutem* autumno, hyemi *senectutem. Florus* etiam *in proœmio* l. 1. omnem populi R. ætatem ætati hominum assimilat; *infantiam* sub regibus fuisse ait; *adolescentiam* sub consulibus per ducentos quinquaginta annos usque ad Ap. Claudium, et Q. Fulvium Coss. *juventutem* inde usque ad Cæsarem Augustum; postea usque ad sua tempora *senectutem* constituit. Similia habet *Ammian.* l. 14. c. 6. (*al.* 14.)) *C. Tubero* apud *Gell.* l. 10. c. 28. scribit Ser. Tullum tres tantum ætatis gradus constituisse, et *pueros* appellasse usque ad annum decimum septimum; *juniores* usque ad quadragesimum sextum, et supra eum annum *seniores.* Hanc divisionem tangit etiam *Ulpian. Digest.* lib. 2. tit. 15. leg. 8. §. *Modus. Hippocrates* apud *Censor. loc. cit.* septem ætates enumerat, primam *infantiam* usque ad septimum annum, secundam *pueritiam* usque ad decimum quartum, tertiam *adolescentiam* usque ad vigesimum octavum, quartam *juventutem* usque ad trigesimum quintum, quintam *virilem ætatem* usque ad quadragesimum secundum, sextam *senectutem* usque ad quinquagesimum sextum, septimam *ætatem decrepitam*, seu *senium*, usque ad vitæ finem. ¶ Jurisconsulti eam fere ætatum divisionem sequuntur, quam tradit *Isidorus*, nisi quod interdum singulis ætatibus suos superaddunt gradus. Ceteri vero Latini Scriptores plerumque ad *Varronis* ætates respiciunt. *Cic. Phil.* 11. *in fin.* Nihil enim semper floret: ætas succedit ætati. *Id.* 1. *Offic.* c. 34. Ineuntis ætatis inscientia. *Id.* 1. *de Orat.* c. 21. Ab ineunte ætate. *from a child; from the period of childhood.* Et *pro Quint.* c. *ult.* Ætas prope jam acta, decursaque. *Id. de Senect.* cap. 14. Bona ætas voluptatibus fruitur libentius. *youth. Plaut. Men.* 5. 2. 6. Ætas mala. *old age.* Et absolute eodem sensu. *Id. Mostell.* 3. 2. 154. Ætate non quis obtuerier. *Cic. Tuscul.* 1. c. 39. Ætas provecta, et decrepita. *Id. de Senect.* c. 6. Florens ætas. *Id. Fam.* 10. ep. 3. confirmata. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 69. integra. *the flower of youth. Id. Aulul.* 2. 1. 37. Media. *eodem sensu. Cic. de Senect.* c. 10. Infirmitas puerorum, ferocitas juvenum, gravitas constantis ætatis. *h. e.* virorum, *of manhood. Id.* 5. *de Fin.* c. 15. Infirma ætas. *Id. de Senect.* c. 2. ingravescens. *Id. Verr.* 6. c. 43. affecta. *advanced age. Matius ad Cic. Fam.* 11. *ep. pænult.* præcipitata. *Cic. de Senect.* c. 18. Ætate antecellere. *to be considerably advanced in years. Id. ibid.* cap. 7. Ætate procedere. *to advance in age. Terent. Adelph.* 5. 3. 46. Ad omnia alia ætate sapimus rectius. *as years roll over. Tacit. Ann.* 13. cap. 15. Quartum decimum ætatis annum ex-

plere. *Cic.* 4. *ad Attic.* ep. 15. Id ætatis hominem longo sermone retinere. *a man of his age.* *Id.* 6. *Fam.* ep. 20. Id ætatis jam sumus, ut &c. *we are arrived at that time of life now, that* &c. *Id. Fam.* 13. ep. 29. Ut primum per ætatem judicium facere potueris. *so soon as ever you shall have reached that time of life which will enable you to judge,* &c. *Nepos in Alcib.* c. 11. Thucydides, qui ejusdem ætatis fuit. *who was contemporary with him.* *Tacit. Ann.* 13. c. 16. Cum ceteris idem ætatis nobilibus. *of the same age.* *Id. Ann.* 6. c. 19. Jacuit immensa strages, omnis sexus, omnis ætas. *Cic. Phil.* 2. c. 2. Flos ætatis. *h. e.* pueritia. Eodem sensu *Plin.* l. 36. c. 5. Gratus alicui ætate. V. *Flos. Liv.* l. 42. c. 34. Cum primum in ætatem veni, pater mihi uxorem dedit. *h. e.* in adolescentiam, quæ conjugiis apta est. ¶ Universim ponitur pro omni, et quocumque tempore vitæ humanæ, *life, age of man*; quocumque tandem spatio ea definiatur. Cum enim ætatem hoc sensu usurpamus, illud universim tempus significamus, quo homines vivere solent. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 25. Ætas acta honeste, et splendide. *a life well spent.* *Id. de Senect.* c. 19. Breve tempus ætatis satis est longum ad bene vivendum. *Id.* 2. *de Leg.* c. 1. et 5. *Tuscul.* c. 27. Ætatem agere. *to live.* *Id.* 1. *de Offic.* c. 1. consumere in studio aliquo. *Id.* l. 1. *de Leg.* c. 20. conterere in litibus. *Id.* 2. *de Fin.* c. *ult.* degere omnem in tranquillitate sine dolore. *Id. pro Rosc. Amer.* c. *ult.* Degere inter feras. *Plin.* l. 7. c. 43. Exigere in aliqua re. *Cic. de Senect.* c. 14. Usque ad adolescentiam meam processit ætate. *lived.* *Id.* 2. *de Fin.* c. 27. Ultimum tempus ætatis. *Id. de clar. Orat. in fi.* Vix singulis ætatibus binos oratores laudabiles constitisse. *two in a single age.* *Id. de Senect.* c. 10. *de Nestore.* Tertiam jam ætatem hominum vivebat. *h. e.* trecentesimum agebat annum, ut Poetæ narrant, et in his *Ovid. Metam.* 12. v. 189. *vixi Annos bis centum: nunc tertia vivitur ætas.* Alii tamen volunt, has Nestoris ætates singulas triginta annis plus minus constare: quo sensu *Plin.* l. 16. c. 44. Obiit Amphiaraus apud Thebas, una ætate ante Iliacum bellum *h. e.* annis triginta septem, ut *Harduinus* ostendit. *Servius* etiam *ad* 3. *Georg.* v. 190. docet, aliquando ætatem 30 annorum spatium significare. *Horat. Epod.* 16. Altera jam teritur bellis civilibus ætas. *Nepos in Iphicr.* c. 1. Cum primis ætatis suæ comparabatur. *with the leading characters of his time.* *Plin.* l. 16. c. 44. Ætate nostra. ¶ Item generatim pro tempore, *time.* *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 3. Heroicis ætatibus Ulyssem, et Nestorem accepimus fuisse sapientes. *in the heroic ages.* *Virg. Ecl.* 9. v. 51. Omnia fert ætas, animum quoque. *Stat.* 3. *Theb.* v. 562. Quid crastina volveret ætas, Scire nefas homini. *the coming day.* *Horat.* l. 4. *Od.* 9. v. 9. Nec, si quid olim lusit Anacreon, Delevit ætas. *Propert.* l. 1. eleg. 4. v. 7. Et quascumque tulit formosi temporis ætas. *h. e.* tempus illud, quo puellæ omnes formosæ nascebantur. ¶ Item pro anno. *Virg.* 3. *Georg.* v. 190. *de equo.* At, tribus exactis, ubi quarta accesserit ætas, Carpere mox gyrum incipiat. *Pierius* in optimo Codice *Romano* legi ait *æstas,* in aliis vero omnibus, quos vidit, *ætas.* Quidam *Lexicographi* afferunt etiam *Varronis* fragmentum his verbis *Ætatem vix decimam ingressus. h. e.* decimum annum: quod tamen nos non vidimus. ¶ Item pro hominibus ipsis ea ætate viventibus, de qua sermo est. *Liv.* l. 27. c. 51. Tum enimvero omnis ætas currere obvii. *Al. leg.* obviam. *Horat.* l. 1. *Od.* 35. v. 34. Quid nos dura refugimus ætas? quid intactum nefasti Liquimus? *Id. Epod.* 16. v. 9. Impia perdemus devoti sanguinis ætas. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 639. Disce tamen veniens ætas. Adde l. 1. v. 246. Huc et illa pertinent *Plauti Men.* 4. 3. 1. Sibi inimicus magis, quam ætati tuæ *h. e.* tibi. Et *Capt.* 4. 2. 105. Væ ætati tuæ. *Woe betide you!* Et *Symmachi* l. 9. ep. 24. Quod non dubito ætati tuæ homines indicasse. *h. e.* tibi. Alii legunt *præstantiæ tuæ.* ¶ Etiam rebus inanimis tribuitur. *Papinian. Digest.* l. 30. leg. 58. Ætates ædificiorum. *Plin.* l. 23. c. 1. Falernum nec in novitate, nec in nimia vetustate salubre est. Media ejus ætas a quintodecimo anno incipit. *Id.* l. 15. c. 2. Plurimum ætatis oleo annuo est. *oil kept a twelvemonth is quite old enough.* Hinc *ætatem ferre* dicitur aliquid, quod servatum diu durat: quod et *ferre annos,* aut *vetustatem* dicimus. V. *Fero sub fin.* Hinc est lepidus *Ciceronis* jocus apud *Macrob. Saturnal.* l. 2. c. 3. qui cum apud Damasippum quendam cœnaret, et ille mediocri vino posito diceret: *bibite Falernum hoc: annorum quadraginta est: Bene,* inquit, *ætatem fert. Petron. in fragment. Tragur.* c. 43. *Burman.* Illum annos secum tulisse septuaginta, et supra: sed corneolus fuit: ætatem bene ferebat, niger tanquam corvus. Adde *Senec.* ep. 88. ¶ *Ætates Mundi* quatuor facit *Ovid.* l. 1. *Metam.* fab. 3. et 4. scilicet *auream* sub Saturno (quam describit *Tibull.* l. 1. eleg. 3. *a vers.* 35. et *Ovid.* l. 1. *Metam. a vers.* 89.) *argenteum* sub Jove, *æneam,* et *ferream*: quibus vocibus significantur mores hominum primum quidem simplicissimi, auroque similes; deinde minus boni, ac degeneres; tum aliquanto deteriores, postremo corruptissimi. V. *Ovid. loc. cit. Juvenal. initio Sat.* 6. et *Lactant.* l. 5. c. 5. Hanc ipsam ætatum varietatem Latinæ Linguæ vicissitudini tribuunt Eruditi. ¶ *Ætatem* adverbii more, *h. e.* perpetuo, semper, tota vita, *always, for ever,* διὰ βίου. *Terent. Heaut.* 4. 3. 38. Quid, malum, me ætatem censes velle id assimularier? *Plaut. Asin.* 2. 2. 8. et 18. Ut ætatem ambo nobis sint obnoxii. ¶ Item diu, longo tempore. *Lucret.* l. 6. v. 235. Quod solis vapor ætatem non posse videtur Efficere. *Terent. Eun.* 4. 5. 8. An abiit jam a milite? *Ch.* Jamdudum ætatem. *an age ago.* Eod. sensu usurpatur etiam *ætate. Flor.* l. 3. c. 13. *in fi.* Relictas sibi a majoribus sedes, ætate, quasi jure hereditario possidebant. ¶ *In ætate* idem est ac interdum, *sometimes, occasionally, now and then.* *Plaut. Trinum.* 1. 1. 1. Amicum castigare ob meritam noxiam, immune est facinus, verum in ætate utile. (*Hæc verba habentur etiam apud Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 23. et *Cicer.* 1. *de Invent.* c. 50.) *Id. ibid.* 2. 4. 60. Stulte facere, et stulte fabularier, utrumque, Lesbonice, in ætate haud bonum est. *h. e.* nunquam in vita bonum est. ¶ In genitivo plurali fere *ætatum* dicimus, sed etiam *ætatium* usurpari potest. *Vellei.* l. 2. c. 89. Favore omnium hominum, ætatium, ordinum, exceptus. *Gell.* l. 14. c. 1. Homines omnium ætatium. Adde *Liv.* l. 1. c. 43. l. 9. c. 17. et l. 26. c. 9. *extr.* ex opt. MSS. ¶ Masculino genere *Plaut. in Trinum.* 4. 3. 83. Quorum causa fui hoc ætate exercitus. Ita *Non.* c. 3. n. 13. Alii omnes *hac.*

ÆTATŬLA, æ, f. *the tender age of children; sometimes of youth,* ἡλικία, diminut. ætas modica et tenerior puerorum; item adolescentium. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 20. Facile est hæc cernere in primis puerorum ætatulis. *Id. de Harusp. resp.* c. 20. Primam ætatulam ad libidines deferre. *Sueton. in Claud.* c. 16. Alium corruptelis, adulteriisque famosum, nihil amplius quam monuit, ut aut parcius ætatulæ indulgeret, aut certe cautius. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 40. Vobis, mulieres, hanc habeo edictionem: vos quæ in munditiis, mollitiis, deliciisque ætatulam agitis, &c.

ÆTERNĀBĬLIS, le, *eternal,* idem ac æternus. *Accius* apud *Non.* c. 7. n. 64. Æternabilem divitiam partissent. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 11. *Codic. Theodos.* tit. 20. leg. 3. Æternabilis urbs. *h. e.* Roma.

ÆTERNĀLIS, le, *eternal,* idem quod æternus. *Tertull. advers. Jud.* c. 6. Lex temporalis, et æternalis. *Vetus Inscript.* apud *Gruter.* pag. 752. n. 3. Æternali somno sacrum. *somnus æternalis* est mors. [*Venant. Fortunat.* l. 10. carm. 10. al. 11. v. 5. Quando æternalem concepit virgo salutem. *h. e.* Iesum Christum, qui æternam nobis attulit salutem.]

ÆTERNALĬTER, adverb. *eternally, for ever.* In novo additamento ad Hymnos *Prudentii,* quod refertur a *Cellar. in Antibarb.* legitur. *Tibi, Christe, sit cum Patre Regnum æternaliter.*

ÆTERNĬTAS, atis, f. *eternity,* ἀϊδιότης, tempus, fine et principio carens. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 9. Fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporum circumscriptio metiebatur. *Id.* 2. *de Divin.* c. 7. Quæ fiunt, quæque futura sunt, ex omni æternitate definita esse fataliter. *from eternity.* *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 6. Quod semper ex omni æternitate verum fuerit, id esse fatum. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 41. Deum nihil aliud in omni æternitate cogitantem. *from all eternity, from everlasting.* *Id. de Fato,* c. 14. Hoc est verum ex æternitate. *h. e.* semper verum fuit. *Id.* 1. *Divin.* c. 55. Ex omni æternitate fluens veritas. ¶ Sæpe latiore significatione usurpatur pro longa diuturnitate temporis. *Id. ibid.* c. 14. Divinatio ab omni æternitate repetita. *Id. in Pison.* c. 3. Mihi populus Romanus non unius diei gratulationem, sed æternitatem, immortalitatemque donavit. *Id. Phil.* 14. *c. pænult.* Exstructio, quæ sit ad memoriam æternitatis ara virtutis. *Sueton. in Ner.* c. 55. Cupido æternitatis, perpetuæque famæ. *Plin.* l. 13. c. 5. Cedri materiæ æternitas. *durableness, durability.* ¶ *Æternitas* olim Romanis Imperatoribus tribuebatur, eadem assentatione, qua et divinitas. *Plin.* l. 10. ep. 87. *ad Trajan.* Rogatus, Domine, a Nicensibus per æternitatem tuam, salutemque, ut &c. *Constantin. Imp.* lib. 11. *Cod.* tit. 9. leg. 2. Adoraturus æternitatem nostram.

ÆTERNO, adverb. *eternally, perpetually.* *Plin.* l. 2. c. 107. Viret æterno hunc fontem igneum contegens fraxinus.

ÆTERNO, as, avi, atum, a. 1. *to eternize, immortalize, perpetuate, make famous for ever and ever,* ἀθανατίζω, æternum, seu perpetuum facio. *Horat.* l. 4. *Od.* 14. v. 3. tuas, Auguste, virtutes in ævum, Per titulos, memoresque fastos Æternet. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 57. Litteris, ac laudibus æternare.

ÆTERNUS, a, um, *eternal, everlasting, that endureth for ever,* ἀΐδιος, perpetuus, qui neque principium, neque finem temporis habet. Videtur esse ab *æviternus* per syncop. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 27. Deus beatus, et æternus. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 8. Nihil quod ortum sit, æternum esse potest. ¶ Sæpissime latius sumitur pro eo, qui tota vita, vel generatim longo tempore durat, *durable, lasting, perpetual.* *Cic. post. redit. in Senatu,* c. 14. Si mihi æternam esse ærumnam propositam arbitrarer, morte me ipse potius multassem. *Sallust. in Jug.* c. 36. Vobis æterna sollicitudo remanebit. *Terent. Eun.* 5. 2. 33. Dehinc spero æternam inter nos gratiam fore. *Plaut. Capt.* 4. 1. 13. Spero me ob hunc nuncium, æternum adepturum cibum. *Plin.* l. 16. c. 4. *in fi.* Æterni mores. *h. e.* antiquitus servati, et æternitate digni. *Id.* l. 14. c. 1. *de vite.* Nec est ulli ligno æternior natura. *Lactant. in Epit. circa med.* c. 9. æterniora mala. *Virg.* 8. *Æn.* v. 394. Tum pater æterno fatur devinctus amore. *h. e.* amore, quo jamdiu amavit, et diu amaturus est; atque adeo amore maximo. *Curt.* l. 4. c. 1. Ablue corpus illuvie, æternisque sordibus squalidum. *h. e.* inveteratis. ¶ Speciatim *æterna* dicta est Urbs Roma, quod æternum duraturum ejus imperium credebatur. *Constantin. Imp.* lib. 11. *Codic.* tit. 16. leg. 1. Porcinarii urbis æternæ. *Symmach.* l. 5. ep. 55. Quid æternæ urbi in dies frugis accedat. ¶ *In æternum,* et *æternum* absolute adverbii more, est in æternum tempus, *eternally, everlastingly, for ever, always, ever,* ἀεί. *Liv.* l. 28. c. 28. et l. 4. c. 4. Urbs auspicato, diis auctoribus in æternum condita. *Virg.* 6. *Æn.* v. 617. sedet, æternumque sedebit Infelix Theseus. *Plin. in paneg.* c. 35. Non in præsens tantum, sed in æternum repressisti. *Lactant.* l. 1. c. 11. Ut nefandi sceleris memoria maneat in æternum. *Quintil. declam.* 6. c. 6. Supremum, et æternum. Adde *Justin. in fi.* c. 4. lib. 3. ¶ *Æternum* significat etiam assidue, *ever, constantly, continually, unremittingly, incessantly.* *Virg.* 6. *Æn.* v. 400. licet ingens janitor antro Æternum latrans exsangues terreat umbras. *Id.* 2. *Georg.* v. 400. glebaque versis Æternum frangenda bidentibus. ¶ *Æternum* pro *æternorum.* *Pacuv.* apud *Non.* c. 9. n. 1. Æternum morum sator.

ÆTHĀLE, es, f. Αἰθάλη, insula eadem, quæ Æthalia. *Serv. ad* 10. *Æn.* v. 173.

ÆTHALĬA, æ, f. [† hodie] *Elva, Elba,* insula maris Tyrrheni contra Populonium Hetruriæ urbem, metallis ferri abundans, ita dicta a Græco αἰθάλη, *fuligo,* quia ibi Vulcani officinas esse fabulantur. *Plin.* l. 3. c. 6. Ilva cum ferri metallis, circuitu centum mil. a Populonio decem, a Græcis Æthalia dicta. ¶ Etiam Chios, [† hod.] *Scio,* olim Æthalia dicta est. *Plin.* l. 5. c. 31.

ÆTHALĪDES, æ, m. Αἰθαλίδης, filius Mercurii et Eupolemiæ Myrmidonis filiæ Larissæus unus ex Argonautis: quem sagittandi peritum laudat *Valer. Flacc.* lib. 1. v. 437. Adde *Hygin.* fab. 14.

ÆTHĂLUS, i, genus uvæ fuliginosæ in Ægypto provenientis: ab αἰθάλη, fuligo. *Plin.* l. 14. c. 7.

ÆTHER, ĕris, *et* eros, m. *the ether,* αἰθήρ, έρος, ignis elementum in suprema cœli regione constitutum: ab αἴθειν, flagrare: et tum pro ipso igne, tum pro ejus ignis loco accipitur. Pro igne *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 33. Ex terra aqua, ex aqua oritur aer, ex aere æther: deinde retrorsum vicissim ex æthere aer, ex aere aqua, ex aqua terra infima. ¶ Pro ignis elementaris loco. *Cic. ibid.* c. 36. Aerem amplectitur immensus æther, qui constat ex altissimis ignibus. Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tam æther Latine, quam dicitur aer. *Et* cap. 40. Restat ultimus, omnia cingens, et coercens cœli complexus, qui idem æther vocatur; extrema ora, et determinatio mundi: in quo cum admirabilitate maxima igneæ formæ cursus ordinatos definiunt. *Lucret.* l. 5. v. 499. Inde mare, inde aer, inde æther ignifer ipse. ¶ Accipitur etiam sæpissime præsertim a Poetis pro aere, *the air, sky; the firmament, the whole region of the air.* *Lucret.* l. 2. v. 1112. Humor ad humorem, terreno corpore terra Crescit, et ignem ignes procudunt, ætheraque æther. *Horat.* l. 2. *Od. ult.* Non usitata, nec tenui ferar Penna biformis per liquidum æthera Vates. (*æthera* accusativus est Græcæ positionis frequentissimus Latinis Poetis pro *ætherem.*) *Virg. Æn.* 8. v. 28. Cum pater in ripa, gelidique sub ætheris axe, &c. *Id. Æn.* 7. v. 65. apes liquidum trans æthera vectæ. *Id. Æn.* 1. v. 595. Scindit se nubes, et in æthera purgat apertum. ¶ Item generatim pro cœlo, *the heavens.* [*Apul. de mundo* pag. 57. Cælum ipsum stellæque cæligenæ, omnisque siderea compago æther vocatur, non, ut quidam putant, quod ignitus sit et incensus (ab αἴθειν), sed quod cursibus rapidis semper rotetur (ab ἀεὶ θέειν).] *Virg. Æn.* 1. v. 382. fama super æthera notus. *Id. Æn.* 12. v. 140. rex ætheris altus Jupiter. *Stat.* 3. *Theb.* v. 524. et regna profundi Ætheros. *Claudian. in Gigantomach.* v. 60. jam signa ruendi His æther, his terra dedit. ¶ Interdum pro lumine, *light, splendour, brightness, sheen.* *Valer. Flacc.* l. 5. *Argon.* v. 183. simul æthere plena corusco Pallas. ¶ In fabulis *Æther* Deus est, quem Stoici eundem esse ac Jovem putarunt, summum nempe deum, et omnia regentem, ut ait *Cic.* 4. *Acad.* c. 41. Alii vero commenti sunt, Ætherem esse Cœli patrem, Cœlum autem Saturni, ut est apud eundem *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 17. Ipsius autem Ætheris parentes dicuntur esse Chaos, et Caligo, vel Nox. Addit *Hygin. init. fabular.* ex Æthere, et Die ortos Cœlum, Terram, Mare: ex eodem et Terra natos esse dolorem, luctum, mendacium, ultionem &c. Sane Poetæ nonnunquam pro summo deo Ætherem accipiunt. *Claudian. de VI Consul. Honor.* v. 352. tum providus Æther Noluit humano titulos auferre labori. ¶ Speciatim etiam pro Jove, qui aeris deus, et pater est, cujus conjux Terra esse dicitur, quia ex aere, et inde ortis imbribus fecundatur. *Lucret.* l. 1. v. 25. pereunt imbres: ubi eos pater Æther In gremium matris terrai præcipitavit. *Virg.* 2. *Georg.* v. 325. Tum pater omnipotens fecundis imbribus Æther, Conjugis in gremium lætæ de-

scendit, &c. ¶ Item generatim pro Diis omnibus, qui Cœlum incolunt. *Claudian.* l. 3. *de rapt. Proser.* v. 200. Insidias superum, cognatæ vulnera cernis Invidiæ: Phlegra nobis infensior Æther. ¶ Comparatione Inferorum Æther aliquando sumitur pro terra, quam habitamus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 436. quam vellent æthere in alto Nunc et pauperiem, et duros perferre labores! *de iis loquitur, qui apud Inferos pœnas luunt malefactorum.* ¶ *Æthera* in plurali numero, et neutro genere usurpatum est a *Mario Victore Massiliensi*, et a *Beda* apud *Voss. de ar. Gramm.* l. 3. c. 39. qui non sunt imitandi.

ÆTHERĬUS, et Æthereus, a, um, *ethereal, ethereous, relating to the ether*, Αἰθέριος, ad Ætherem pertinens, qua ignem elementarem, vel ejus locum supremum in Cœlo significat. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 24. *in fi.* Altissima, æthereaque natura, idest ignea, quæ &c. *the ether. Horat.* l. 1. *Od.* 3. v. 29. Post ignem Ætheria domo Subductum. *Lucret.* l. 4. v. 391. Sidera cessare ætheriis affixa cavernis. *h. e.* Ætheri affixa. ea enim stellarum sedes est. *Virg. Æn.* 5. v. 518. et 838. Astra ætheria. ¶ Item ad ætherem pertinens, qua aerem, vel aeris regionem significat, *aerial, belonging to the air. Lucret.* l. 4. v. 182. Ætheriæ nubes. *Id.* l. 3. v. 406. Ætheriæ auræ. *Virg. Æn.* 1. v. 550. vesci aura ætheria. *to breathe the vital air, to live. Id. ibid.* v. 402. Ætheria plaga lapsa Jovis ales. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 682. ætheria aqua *h. e.* pluvia. ¶ Sumitur etiam generatim pro cœlesti, *celestial, heavenly. Martial.* l. 9. epig. 36. et 37. Ætherius pater. *Ovid.* 3. *de ar. aman.* v. 549. Est deus in nobis, et sunt commercia cœli: Sedibus Ætheriis spiritus ille venit. *Id. Metam.* 15. v. 858. Jupiter arces Temperat ætherias. *Martial.* l. 9. epigr. 4. Olympus ætherius. *Tibull.* l. 1. eleg. 8. v. 15. Taurus mons ætherio vertice. *h. e.* cœlum tangente. *Catull. carm.* 65. *de coma Beren.* v. 55. Isque per ætherias me tollens advolat umbras. *h. e.* per cœlum sparsas. *Tibull.* l. 3. carm. 4. v. 17. nox ætherium nigris emensa quadrigis Mundum. *Martial.* l. 3. epigr. 6. Imputat ætherios ortus hæc prima parenti. *h. e.* hæc dies in lucem edidit parentem, et *ætheria aura vesci* dedit. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 473. ætherios animo conceperat ignes. *h. e.* divinum œstrum, ἐνθουσιασμόν. ¶ *Ætheria terra* olim dicta est Luna, (credita et ipsa alere homines) nempe respectu terræ nostræ, quam incolimus. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 11. [*Plin.* l. 6. c. 30. Universa gens Æthiopum Ætheria appellata est, deinde Atlantia, mox a Vulcani filio Æthiope Æthiopia.] ¶ Duplici ratione hæc vox scribi potest, ut dictum est. *Ætherius* magis placet *Manut.* in *Orthogr.* et *Dausq.* sed et *Æthereus* suos habet assertores, præter alios *Pierium ad Æn.* 5. v. 517. qui et ipse veterum se exemplarium auctoritate tuetur.

ÆTHIOPĬA, æ, f. [† nunc *Ethiopia* et *Abyssinia*,] Αἰθιοπία, regio est Africæ, cis, et ultra æquatorem. Quicquid ejus fertile est, sub meridiano cardine est. Circa vero Occiduum montuosa est, arenosa in medio. Ad Orientalem plagam deserta. Ejus situs ab Occasu ad Atlantem montem, ab Oriente usque in Ægypti fines porrigitur, a Meridie Oceano, a Septentrione Nilo flumine clauditur. Nomen habuit ab Æthiope Vulcani filio, ut scribit *Plin.* l. 6. c. 30. vel potius a nigredine incolarum, Græco vocabulo αἴθειν, urere, et ὤψ, ὀπός, vultus: cum enim jugis ibi æstus sit, Æthiopes nigro, et adusto colore sunt. Dividitur in Orientalem, et Occidentalem, ut ex *Homero* docet *Plin.* l. 5. c. 8. V. Geographos.

ÆTHIOPĬCUS, a, um, *Ethiopian*, ad Æthiopiam pertinens. *Plin.* l. 6. c. 30. Æthiopicus Oceanus. *Id. ibid.* c. 29. Æthiopicum bellum. *Id.* l. 5. c. 9. Æthiopicæ naves. *Id.* l. 37. c. 7. Carbunculi Æthiopici.

ÆTHIŎPIS, idis, f. αἰθιοπὶς, herba est folio simili lactucæ, in Æthiopia nascens, vel in Meroe Nili insula, a qua etiam *Merois* dicitur, cujus tactu (si Magorum vanitati credimus) clausa omnia aperiuntur, conjectu amnes, et lacus exarescunt. *Plin.* l. 26. c. 4. et l. 24. c. 17. ¶ Idem *Plin.* aliam videtur innuere herbam eodem nomine l. 27. c. 4. cum ait, folia habere phlomo, seu verbasco similia, magna, et multa, caulem quadrangulum, semen ervo similem, radices numerosas, &c. V. Botanicos.

ÆTHIOPISSA, sæ, f. *an Ethiopian woman*, femina Æthiops. *Hieron.* ep. 22. *ad Eustoch.* c. 1. Non est sponsus tuus arrogans, non superbus: Æthiopissam duxit uxorem.

ÆTHĬOPS, ŏpis, m. *an Ethiopian, negro, blackamoor*, Αἰθίοψ, qui est ex Æthiopia. De notatione V. in *Æthiopia. Plin.* l. 2. c. 78. Æthiopas vicini sideris vapore torreri, adustisque similes gigni, barba, et capillo vibrato. *Æthiopas* accusativus est Græcæ positionis pro *Æthiopes.* ¶ Sumitur interdum generatim pro homine nigri coloris. *Juvenal.* sat. 2. v. 23. Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus. *Plin.* l. 32. c. 10. *sub fin.* Sæpiæ atramento tanta vis est, ut in lucerna addito, Æthiopas videri, ablato priore lumine, Anaxilaus tradat. ¶ Et quia Æthiopes non colore solum, sed cetera etiam corporis, orisque constitutione deformes esse solent, labro tumenti, distortis ut plurimum cruribus, &c. et præterea stupido ingenio, hinc *Æthiops* nomen est convicii. *Cic. post redit. in Sen.* c. 6. Cum hoc homine, an cum stipite Æthiope; si in foro constitisses, nihil crederes interesse. ¶ Hinc etiam *Æthiopis occursus* inter mala omina habitus est, ut colligitur ex *Juvenal.* sat. 6. v. 600. *Floro* l. 4. c. 7. et *Spartiano in Severo*, c. 22. ¶ Adjective *Ovid. Metam.* 15. v. 318. Cui non audita est obscenæ Salmacis undæ, Æthiopesque lacus? Hinc fit, ut etiam in feminino genere usurpari possit. [¶ Servos Æthiopes habere magnificum erat apud Romanos. *Ter. Eun.* 1. 2. 85. *Tibull.* l. 2. el. 3. v. 55.] ¶ Mediam syllabam produxit *Sidon.* carm. 11. v. 18. Æthiops, Phrygius, Parius, Pœnus, Lacedæmon: necessitate metri sic postulante, quia inter duas longas una brevis sita est: qua ratione etiam longa inter duas breves aliquando corripitur. Al. leg. *Æthiopus.*

ÆTHIŎPUS, i, m. idem ac Æthiops. *Lucil.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 689. *Putsch.* Rhinoceros velut Æthiopus. Adde *Serv. ad Æn.* 7. v. 605.

ÆTHON, ōnis, m. Αἴθων, nomen unius ex quatuor equis Phœbi currum trahentibus: quorum hæc in fabulis nomina traduntur *Pyroeis*, seu *Pyrois*, *Eous*, *Æthon*, *Phlegon*: quibus Solis officia, et effectus significantur. Nam *Pyroeis*, πυρόεις, est ignitus, ardens, a πῦρ, ignis; *Eous*, ἠῷος, est splendens, ab ἄυω, splendeo; *Æthon*, est ardens, et splendidus, ab αἴθω, uro, fulgeo. (possis etiam deducere ab ἀεὶ θέειν, assidue currere, ut monet *Servius* mox citandus.) *Phlegon*, φλέγων, est inflammatus, a φλέγω, uro. *Ovid. Metam.* 2. v. 153. Interea volucres Pyroeis, Eous, et Æthon, Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent, pedibusque repagula pulsant. ¶ Æthon tribuitur etiam Auroræ a *Servio ad Æn.* 11. v. 90. itemque a *Claudian. de IV Cons. Honor.* v. 560. ubi eum *Auroræ nuntium* appellat, *stellasque hinnitu fugare* dicit. ¶ Item Plutoni ab eodem *Claudiano* l. 1. *de rap. Pros. in fi.* ¶ Denique etiam equus Pallantis hoc nomine appellabatur apud *Virg. Æn.* 11. v. 90. [quemadmodum et apud *Homer. Iliad.* l. 8. v. 185. equus jugalis Hectoris.]

ÆTHRA, æ, f. Αἴθρα, filia Oceani, et Tethyos, uxor Atlantis filii Iapeti, mater Hyadum et Pleiadum. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 171. Alii tamen Pleiades filias esse dicunt Pleiones. ¶ Item Pitthei, vel Pithei regis filia, uxor Ægei, mater Thesei. *Hygin.* fab. 37. *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 131. &c.

ÆTHRA, æ, f. *the clear serene sky, the pure ether*, nomen factum per syncopen ab accusativo *æthera*: vel potius ab ipso verbo Græco αἴθρα, quod aeris serenitatem significat: ex quo recte *Serv. ad Æn.* 3. v. 585. monet, *æthran* proprie significare ætheris splendorem, qui sereno cœlo conspicitur. *Virg. loc. cit.* Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus æthra Siderea polus. ¶ Adde *Enn.* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* c. 4. *sub fin.* ¶ Ponitur etiam generatim pro aere, seu cœlo, lata significatione, *the air, sky, heaven. Virg.* 12. *Æn.* v. 247. volans rubra fulvus Jovis ales in æthra. *Sil.* l. 4. v. 103. liquida non ullis nubibus æthra. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 135. Æthræ rector. *Claudian. de Cons. Mall. Theod.* v. 116. liquida æthra. *Id. in* 1. *Cons. Stilich.* l. 2. v. 7. quæ temperat æthram Frigoris, et flammæ mediam. ¶ Pro ipso Æthere proprie dicto, hoc est suprema Cœli regione, *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 45. *in fin.* Quem complexa summa pars cæli, quæ æthra dicitur, &c. *Alii leg.* æther.

ÆTĬA, neut. plur. τὰ αἴτια, titulus est poematis a Callimacho scriptore editi, in quo agit de causis variarum fabularum, rituum, et antiquitatum. Ipsa autem vox αἴτια, causas significat. Hoc idem Poema *Propert.* l. 2. eleg. 34. v. 32. appellat *somnia Callimachi*, vel quia satis obscuras res continet, vel quia variarum rerum abstrusas, et fabulosas causas affert, minimeque vulgatas, vel denique quia scripturo sibi Musas per somnium adfuisse fingit. *Martial.* l. 10. ep. 4. Sed non vis, Mamurra, tuos cognoscere mores, Nec te scire, legas ætia Callimachi. *In plerisque Editionibus legitur* αἴτια.

ÆTIOLOGIA, æ, f. αἰτιολογία, hoc est redditio causæ: *(a figure of speech,) a shewing of a cause or reason.* vox Græca ab αἴτιον, causa, et λόγος, sermo. Ætiologia, inquit *Isidor.* l. 2. *Orig.* c. 21. *sub fin.* est cum proponimus aliquid, ejusque causam, et rationem reddimus. *Senec.* ep. 95. *prope fin.* His adjicit *(Possidonius)* causarum inquisitionem, quam cur ætiologiam dicere non audeamus, cum Grammatici, custodes Latini sermonis, suo jure ita appellent, non video. Ait utilem futuram descriptionem cujusque virtutis: hanc Possidonius ætiologiam vocat; quidam χαρακτηρισμὸν appellant, signa cujusque virtutis et vitii, ac notas reddentem, &c. Hactenus *Seneca*, cujus verba suspicione non carent depravatæ lectionis. Sane rectius legas, secundo loco, cum *Lipsio*, *Pinciano*, et aliis *æthologiam*. nam *ætiologia* cum χαρακτηρισμῷ non apte jungitur, bene vero *æthologia*, quæ descriptionem morum significat: χαρακτηρισμὸς autem vitia, aut virtutes eorum, de quibus sermo est, deformat, ut docet *Rutil. Lupus.* l. 2. *de figuris sentent.*

AETĪTES LAPIS, et Aetites, æ, m. absolute, *the ætites (or rather aetites, from ἀετὸς, an eagle), the eagle-stone*, ἀετίτης, lapis est colore subrufo, quem si concutias, alium lapidem, quem veluti prægnans in utero gerit, intus audis sonantem. Invenitur in aquilarum nidis, feruntur que aquilæ sine eo ova parere non posse. Quam ob causam nomen impositum creditur, nimirum ab ἀετὸς, aquila. *Plin.* l. 10. c. 3. et l. 36. c. 21. ubi quatuor ejus species enumerat. *Id.* l. 30. c. 14. Lapis aetites in aquilæ repertus nido, custodit partus contra omnes abortuum insidias. *Id.* l. 36. c. 21. Aetitæ omnes gravidis adalligati, &c.

AETĪTIS, f. ἀετῖτις, gemma quædam est ita dicta a colore quem habet similem candicanti caudæ cujusdam aquilarum generis: ab ἀετὸς, aquila *Plin.* l. 37. c. 11. [Fortasse idem ac *Ætites*, ut putat *Gesnerus* in *Thesaur. Ling. Lat.* et ita habent quædam editiones.]

ÆTNA, æ, et Græca terminatione Ætne, es, f. Αἴτνη, [† nunc] *Mongibello*, mons Siciliæ maximus, qui sulphure abundans, ventis subterraneis flantibus, e cacumine fumum, ignemque emittit: illud autem cacumen *crater* dicitur. Circa eum plures incolunt populi, qui identidem incendio ejus infestantur. In fabulis est, in eo monte esse officinam Vulcani, ubi Cyclopes Jovis fulmina fabricantur: quam fabulam tangit *Sever. in Ætna*, v. 30. et *Cic.* l. 2. *Divinat.* c. 19. At *Hygin.* fab. 152. scribit, Typhonem (*Ovid.* mox citandus Typhoeum nominat, *Severus* Enceladum) qui Jovem ad certamen provocare ausus fuerat, ab eo fulmine ictum, totoque corpore flagrantem, Ætna monte superposito oppressum fuisse, ibique fulminis ignes adhuc eructantem, vi immanis ponderis detineri. V. etiam *Valer. Flacc.* l. 2. v. 19. Addit *Hygin.* fab. 153. Deucalionem in hoc monte diluvium effugisse: quod alii de Parnasso, alii de Atho scripserunt. Præterea hic mons Cereri sacer esse dicitur, quia circa eum primum visa est a Siculis, cum eos frumenti serendi rationem docuit. *Cic. de Senect.* c. 2. Senectus plerisque senibus sic odiosa est, ut onus se Ætna gravius dicant sustinere. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 491. Alta jacet vasti super ora Typhoeos Ætnæ, Cujus anhelatis ignibus ardet humus. *Sever. in Ætna*, v. 70. Gurgite Trinacrio morientem Jupiter Ætna Obruit Enceladum vasti qui pondere montis Æstuat, et patulis exspirat naribus ignes. ¶ Denique Ætna fuit Nympha Sicula, quæ a Jove compressa duos peperit filios, qui Palici sunt appellati. *Serv. ad Æn.* 9. v. 584. V. *Palici.*

ÆTNÆUS, a, um, ad Ætnam pertinens, Αἰτναῖος. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 38. Eruptio Ætnæorum ignium. *Virg. Æn.* 3. v. 678. Ætnæi fratres. *h. e.* Cyclopes ferrum exercentes in Ætna, et circa eam incolentes. *Propert.* l. 3. eleg. 15. v. 21. Ætnæum fulmen. *h. e.* in Ætna fabricatum. Sic *Sil.* l. 9. v. 459. Ætnæus ensis. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 420. Ætnæus deus. *h. e.* Vulcanus. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 115. Ætnæus Polyphemus. *Sil.* l. 9. v. 196. Quidquid in Ætnæis jactavit Roma triumphis. *h. e.* Siculis. ¶ *Ætnæi*, *orum* sunt Ætnæ accolæ apud *Justin.* l. 22. c. 1. ubi tamen alii aliter leg.

ÆTNENSIS, se, adject. ad Ætnam pertinens. *Cic. Verr.* 5. c. 18. Ætnensis ager. ¶ *Ætnenses, ium* sunt Ætnæ accolæ. *Plin.* l. 3. c. 8.

ÆTOLĬA, æ, f. [† hod.] *Artinia*, et *Lepanto*, Αἰτωλία, regio Achaiæ in confinio Epiri, interque Locros, et Acarnaniam. *Cic. in Pison.* c. 37. Ætolia medio fere Græciæ gremio continetur.

ÆTOLĬCUS, a, um, ad Ætoliam, vel Ætolos pertinens. *Liv.* l. 37. c. 6. Ætolicum bellum. *Plaut. Pers.* 1. 1. 3. Aper Ætolicus. *h. e.* quem Hercules occidit.

[* ÆTŌLIS, idos, f. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 131. Forsitan et pulsa Ætholide Deianira. *Alii alit. leg.*]

ÆTOLĬUS, a, um, Ætolicus, Αἰτώλιος. *Ovid. Metam.* 14. v. 461. Ætolius heros. *h. e.* Diomedes, qui olim in Ætolia regnavit.

ÆTŌLUS, a, um, ad Ætoliam pertinens, Αἰτωλός. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 528. Arma Ætola. *h. e.* Diomedis Apuliæ regis, qui prius in Ætolia regnaverat. *Id. de remed. amor.* v. 159. Ut semel Ætola Venus est a cuspide læsa. *h. e.* ab hasta Diomedis Ætoliæ regis. V. *Diomedes. Sil.* l. 7. v. 484. Ætolæ umbræ. *h. e.* manes Diomedis. *Virg.* 11. *Æn.* v. 239. Ætola urbs. *h. e.* Arpi urbs Apuliæ condita a Diomede, et sociis, qui cum eo ex Ætolia venerant. *Id. Æn.* 10. v. 28. Arpi Ætoli. *Sil.* l. 12. v. 673. Ætoli campi. *h. e.* Cannensis ager in Apulia. Adde l. 1. v. 125. ¶ Ætolæ plagæ *Horatio* l. 1. ep. 18. v. 46. sunt retia venatoria: alluditurque ad Meleagrum venatorem, et aprum Calydonium: ad quos pertinet et illud *Martial.* de lorica Domitiani l. 7. epigr. 1. ad Ætolæ securam (*loricam*) cuspidis ictum. ¶ *Ætoli*, *orum*, sunt Ætoliæ populi. *Liv.* l. 37. c. 6. Legatio Ætolorum. *Id.* l. 31. c. 29. Concilium Ætolorum. *Virg. Æn.* 11. v. 308. Spem si quam adscitis Ætolum habuistis in armis, &c. ¶ *Ætoli* dicuntur fuisse primi lanceæ inventores, a *Plin.* l. 7. c. 56.

ÆTŌLUS, li, Martis filius, qui primus, teste *Plin.* l. 7. c. 56. jaculum cum amento invenisse perhibetur. Alii Endymionis filium faciunt. Ab eo Ætolia denominata est.

ÆVĪTAS, atis, f. *an age; age*, ἡλικία, antiquum verbum, idem significans ac *ætas*, quæ per contractionem ab *ævitas* dici putatur. *Cic.* 3. *de Leg.* c. 3. Censores populi ævitates, soboles, familias, pecuniasque censento. *Et paulo post.* Ævitatem annali lege servanto. *h. e.* ætatem a legibus statutam ad capessendos magistratus. *Lex* XII *Tab.* apud *Gell.* l. 20. c. 1. Si morbus, ævitasve vitium escit. *advanced age.* ¶ Interdum generatim significat temporis durationem. *Apulei. de habitud. doctr. Plat.* l. 1. Sed etiam mortales deos ad ævitatem temporis edidit. *h. e.* deos, qui non quidem semper fuerunt, sed tamen per omnia dein-

cepis tempora fatalia sunt. Usus est hac voce etiam *Varro* apud *Non.* c. 5. n. 17.

ÆVITERNUS, a, um, adject. *eternal, everlasting*, ἀΐδιος, idem quod æternus: nam hæc vox ab illa contracta est, ut *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 1. extr. docet. *Id.* apud *Prisc.* l. 2. *prope fin.* Per æviternum hominum domum tellurem propero gradu. *Apulei. de deo Socr.* Naturæ incorporales, prorsus ac retro æviternæ. *h. e.* ante et post æternæ.

ÆVUM, i. n. *length of time, duration, eternity*, a Græco αἰὼν, V. littera interjecta, significat temporis perpetuitatem, *tempus immensum, sine origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit, et semper futurum est*, ut de eo *Censorin.* scribit *de die Natal.* c. 16. Hoc sensu *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 2. *extr.* scribit, *ævum* dictum esse *ab ætate omnium annorum. Lucret.* l. 1. v. 634. Innumerabilibus plagis vexata per ævum. *Id. ibid.* v. 950. Corpora perpetuo volitare invicta per ævum. Sic alibi sæpius *Ævum* hoc sensu usurpat. *Serv. ad* 6. *Æn.* v. 764. Ævum proprie æternitatis est. ¶ Ex Philosophorum tamen loquendi consuetudine differt *ævum* ab æternitate, ut æternitas duratio sit principii, et finis expers: *ævum* careat fine, non perinde principio. Sed omissis Philosophis, *ævum* accipitur pro quocumque tempore, seu spatio, aut ætate hominis, aliorumque animantium, *time or period of life, life, age. Cic. in Somn. Scipion.* c. 3. Omnibus qui patriam conservarint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur. *Sallust. init. B. Jugurth.* Genus humanum imbecille, atque ævi brevis. *Sueton. in Calig.* c. 34. Adversus omnis ævi homines grassatus est. *of every age. Plin.* l. 7. c. 8. Vir ævo exercito inter arma, mortesque. *Id.* l. 9. c. 53. Ævum piscium. *Id.* l. 17. c. 1. arborum. *Horat.* l. 1. od. 12. v. 45. Crescit occulto, velut arbor, ævo Fama Marcelli. *h. e.* tempore ætatis sensim, taciteque procedente. *Id.* l. 1. ep. 18. v. 97. traducere leniter ævum. *to pass away life agreeably. Id.* l. 1. sat. 5. *sub fin.* Agere ævum. *to live.* Sic *Ennius* apud *Gell.* l. 12. c. 2. Agitare ævum. Et *Lucret.* l. 5. v. 1439. Degere. *Id. ibid.* v. 1430. Consumere in curis inanibus. *to consume or waste away life. Claudian.* epigr. 2. Transigere in arvis patriis. *Vellei.* l. 2. c. 89. Impendere omne spatium sui ævi in rem aliquam. *Horat.* l. 1. *ep. ult. in fi.* meum si quis te percontabitur ævum. *shall inquire my age; how old I am. Aurel. Vict. de Cæsarib.* cap. 10. Interiit anno ævi quadragesimo. *Virg. Æn.* 11. v. 85. Confectus ævo. *worn down with age. Ovid.* 9. *Metam.* v. 436. Flos ævi. *the flower or prime of youth. Valer. Flacc.* l. 7. v. 338. Primum ævum. *early life. Virg. Æn.* 9. v. 255. Integer ævi. *in the vigour of life. Tacit. Ann.* 16. c. 30. Grandis ævo parens. *advanced in years. Lucret.* l. 3. v. 359. Expelli ævo. *to die.* ¶ Ponitur etiam pro integro cursu ætatis humanæ, *an age, generation. Plin.* l. 2. c. 13. Nostro ævo. Et cap. 25. In nostro ævo. *Vellei.* l. 2. c. 36. Ingenia nostri ævi. *times. Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 3. v. 83. nulli datus omnibus ævis. *in any age. Plin.* l. 14. c. 1. Simulacrum tot ævis incorruptum. *for so many ages. Id.* l. 16. c. 36. Durant ævis tecta. *for ages. Arnob.* l. 2. pag. 64. Cum omnibus sæculis ævorum perpetuitate procedere. *Horat.* l. 2. od. 9. v. 13. *de Nestore.* Ter ævo functus. *having lived three ages.* ¶ Item pro ipsis hominibus eo tempore viventibus. *Plin.* l. 14. c. 6. *in fi.* Nec negaverim et alia esse digna fama: sed de quibus consensu ævi judicaverint, hæc sunt. ¶ Item universim pro tempore, *time. Tacit. Ann.* 4. c. 35. Exstinguere sequentis ævi memoriam. *Id. Ann.* 16. c. 1. Per tantum ævi. *for so long a time. Plin.* l. 7. c. 43. Ad hoc ævi. *down to the present time. Id. ibid.* c. 41. In omni ævo. *Id.* l. 9. c. 35. Per omne ævum. *Id.* l. 7. c. 34. A condito ævo. *from the beginning of time. Id.* l. 2. c. 25. Ævi ejus rex. *at that time king. Horat.* l. 3. od. 5. v. 16. In ævum veniens. *for the time to come.* Et od. 11. v. 35. Nobilis in omne ævum. *for ever; [illegible].* ¶ In ævum *idem est ac* in omne ævum. *Id.* l. 4. od. 14. v. 3. Æternare virtutes alicujus in ævum. *Plin.* l. 35. c. 2. Prorogare figuras in ævum. *to transmit to posterity.*

ÆVUS, i, m. *time, age, life*, idem ac ævum. *Lucret.* l. 3. v. 605. omnem possit durare per ævum. *Plaut. Pæn.* 5. 4. 14. Per quem vivimus vitalem ævum.

AF

AFER, afra, afrum, *relating to Africa, African*, qui Africam incolit, vel ad Africam pertinet. *Martial.* l. 9. epigr. 77. Afra Nomas. *h. e.* Numidia, quæ Africæ provincia est. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 169. Afrum litus. *Id.* 4. *Fast.* v. 289. Afra æquora. *Juvenal.* sat. 11. v. 142. et *Horat.* epod. 2. v. 53. Afra avis. *h. e.* gallina Numidica, quæ tum magnitudine, tum saporis peregrinitate in pretio erat. V. *Africanus. Horat.* l. 2. sat. 4. v. 58. Cochlea Afra. V. *Cochlea. Id.* l. 2. od. 16. v. 35. Lanæ Afro murice tinctæ. *h. e.* Gætulo. ¶ *Afer*, i, et *Afri*, *orum* sunt populi Africæ incolæ. *Cic. pro Balb.* c. 18. Afri, Sardi, Hispani. *Horat.* l. 4. od. 4. v. 42. Dirus Afer. *h. e.* Annibal. *Virg. Ecl.* 1. v. 65. Sitientes Afri. *scilicet* quia *Africa* maximis caloribus urgetur. *Id.* 8. *Æn.* v. 724. Afri discincti. *h. e.* imbelles, nec armis habiles: vel ideo *discincti*, quia demissas usque ad talos vestes ferunt, sine zona. *Servius.* ¶ *Iidem* versipelles esse dicuntur teste eod. ad. 6. *Æn.* v. 724.

AFFĀBER, et Adfaber, bra, um, est fabrefactus, *wrought with art, of exquisite workmanship. Festus.* ¶ Consimili sensu *Symmach.* l. 3. ep. 17. Ideo litteras affabra rerum vel natura vel industria peperit, ut nunquam muta esset affectio. *h. e.* solers, ingeniosa, *ingenious.*

AFFABILIS, et Adfabilis, le, adject. *affable, accessible, easy of access, easy to be spoken to, of easy address, courteous, complaisant, humane, gentle,* εὐπροσήγορος, qui sui conveniendi, et alloquendi facile copiam præbet, comis, placidus, præsertim in *fando* hoc est in sermone. *Cic.* 1. *Offic.* c. 31. Cum in omni sermone omnibus affabilem se esse vellet. *Terent. Adelph.* 5. 6. 8. Meditor esse affabilis. *Nepos in Alcib.* c. 1. Affabilis, blandus. *Virgil. Æn.* 3. v. 621. *de Cyclope.* Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli. Ita legit *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 1. additque allusisse ad illud *Accii:* Quem neque tueri contra, nec affari queas. *Pierius* quoque testatur ita legi in aliquot codicib. at *Servius* cum aliis multis legit *effabilis. Senec.* ep. 79. Alius erit affabilior, alius expeditior.

AFFABILITAS, et Adfabilitas, atis f. *affability, courtesy, kindness, gentleness, complaisance, easiness of address,* εὐπροσηγορία, comitas, et facilitas in sermonibus. *Cic.* 2. *Offic.* c. 14. Difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum comitas, affabilitasque sermonis.

AFFABILĬTER, et Adfabiliter, adverb. *affably, courteously, kindly*, cum affabilitate, comiter, ὁμιλητικῶς. *Spartian. in Carac.* c. 3. Eos, quos occidere parabat, affabiliter est allocutus. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 2. Comiter, affabiliterque suscipere aliquem. *Gell.* l. 16. c. 3. Hæc tum Favorinus affabilissime dicebat.

AFFĀBRE, et Adfabre. adverb. *skilfully, ingeniously, exquisitely, cunningly, curiously, workman-like, in a masterly way*, artificiose, eleganter, scite, δαιδαλέως. *Cic. Verr.* 2. c. 5. Deum nullum Siculis, qui paulo magis affabre, atque antiquo artificio factus videretur, reliquit.

AFFABRICĀTUS, a, um, fabricando additus. *Augustin.* l. 6. *de Music.* c. 7. Consuetudo quasi secunda, et quasi affabricata natura dicitur.

AFFĀMEN, et Adfamen, inis, n. *discourse, language, address, speech*, idem quod affatus. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Mulcere aliquem blando affamine. *Et in fi. ejusd. lib.* Dignari aliquem affamine.

AFFANIÆ, arum, f. *trifles, toys, gimcracks, idle discourse, stuff, nonsense*, dicta futilia, verba nugatoria, mera mendacia, gerræ. *Apulei.* l. 9. *Metam.* His et aliis similibus affaniis frustra oblateratis. *Et* l. 10. Nescio quas affanias effutire. [Utroque loco adhibet de confuso sermone hominis in scelere deprehensi.] ¶ Etymologorum alii derivant a *fando*: aliis, et in his *Vossio* magis placet deducere ab *Aphannis* (scribendi ratione ad Latinum morem traducta) quod est nomen cujusdam oppidi ignobilis in Sicilia, vel ut alii volunt, in Attica; quod proverbio de remotissimis rebus dicebatur: ut quemadmodum *Apinæ*, et *Tricæ*, quæ similem *Affaniis* habent significationem ab *Apina*, et *Trica* Italiæ oppidis dicta sunt, ita ab *Aphannis affaniæ* sint appellatæ. Hæc *Vossius.*

AFFĀRI, et Adfari, atus sum, depon. 1. *to address, accost, speak to, commune with*, idem est ac alloqui, προσφωνεῖν, προσλέγεσθαι. Verbum est defectivum. caret enim modis Optativo, et Conjunctivo, et præterea prima persona Indicativi præsentis, et quibusdam aliis. *Cic. de Senect.* c. 1. Licet enim versibus iisdem mihi affari te, Attice, quibus affatur Flaminium ille vir. *Id. de clar. Orat.* c. 72. Cum hunc nomine esset affatus. *called or addressed him by name. Id. ibid.* c. 3. Liber ille, quo hic me affatus, quasi jacentem excitavit. *introduced himself as addressing me. Stat.* l. 1. *Achil.* v. 251. Blande affari aliquem. Et v. 383. Affari aliquem blandis verbis. *Curt.* l. 4. c. 11. *ad fin.* Ubi igitur me affamini? *Virg.* 3. *Æn.* v. 492. Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis. *Id. Æn.* 4. v. 424. hostem supplex affare superbum. *Id.* 2. *Æn.* v. 700. Affaturque deos, et sanctum sidus adorat. *h. e.* diis gratias agit: vel certe invocat, ait *Servius. Id. Æn.* 2. v. 644. Sic positum affati discedite corpus. *h. e.* supremo vale dicto, ut mos est in funeribus. Sic *Æn.* 9. v. 484. Affari extremum. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 303. Inde precando Affamur Vestam. ¶ *Affari templa.* V. *Effari.*

AFFĀTIM, et Adfatim, adverb. *abundantly, superabundantly, largely, copiously, sufficiently,* ἄδδην, abunde, large, satis, et plus etiam aliquanto quam satis: ex *ad*, et *fatim*, quod significat abundanter, ut *Fest.* et *Servius ad Æn.* 1. v. 127. docent. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 51. Iisdem seminibus homines affatim vescuntur. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 10. Affatim satiatus. *Id. Attic.* l. 16. ep. 1. HS. LXXII satis esse, affatim prorsus: sed Xenonem perexigue, et γλίσχρως præbere. *Id. ibid.* l. 2. ep. 16. Puto me Dicæarcho affatim satisfecisse. *Sallust. in Jug.* c. 47. Parare commeatum affatim. *Plin.* l. 17. c. 24. De palmis affatim diximus. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 93. Melius esset, me quoque una si cum illo relinqueres. *Ph.* Affatim est Mnesiloche: cura, &c. *no; 'tis quite enough as it is. Id. Pœn.* 3. 1. 31. Edas de alieno, quantum velis, usque affatim. *as much as ever you like.* ¶ Adfatim, inquit *Fest.* Terentius dixit pro eo, quod est, ad lassitudinem. Hæc *Festus.* sed quo loco id *Terentius* dixerit, non constat. ¶ Sæpe usurpatur more substantivi cum genitivo. *Liv.* l. 34. c. 37. Sibi ad obsidionem sustinendam copiarum affatim esse. *Plaut. Men.* 3. 1. 10. Affatim est hominum. *Id. Mil.* 4. 1. 33. Tibi divitiarum affatim est. *Justin.* l. 1. c. 8. Affatim vini. ¶ *Annianus* poeta apud *Gell.* l. 7. c. 7. ita disputat de quantitate pænultimæ, ut statuat quidem eam esse corripiendam, innuat autem, olim etiam productam fuisse: quod et ab *Aratore* factum est l. 2. *in Act. Apost.* v. 326. *Suppetit affatim exemplorum copia, nosque*, &c. Verum non est hoc satis, ut contra communem usum produci possit. [† Quantitas pænultimæ apud probos Scriptores ubique brevis est. Ortum, credo, est vocabulum ab ἀφάτως, *abunde*, s. ultra quàm verbis assequi potes: ut perperam Festus significationem " a copia *fandi*" duxisse videatur.]

AFFĀTUS, et Adfatus, a, um, particip. *having addressed, accosted, spoken to one*, allocutus. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 24. Sic tristes affatus amicos. V. *Affari.* ¶ Passive *Apulei.* l. 11. *Metam.* Affatis ex officio singulis, narratisque meis ærumnis, &c.

AFFĀTUS, et Adfatus, us, m. *a speaking to, talking or conversing with, accosting, addressing; talk, parley, discourse,* προσηγορία, προσφώνημα, alloquium, allocutio. Est verbum poetarum magis, quam prosæ scriptorum. *Virg. Æn.* 4. v. 484. quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu? *Stat.* l. 2. *silv.* 4. v. 7. *de Psittaco.* affatus etiam, meditataque verba Reddideras. *Senec. in Mæd.* v. 187. Minaxque nostros propius affatus petit. *Sil.* l. 17. v. 340. dux cœperat ora solvere ad affatus. *Mamertin. in gratiar. act. ad Julian.* c. 28. Dignatus osculo oris illius divinis affatibus consecrati. ¶ Dicitur de litteris, quibus amicos velut præsentes alloquimur. *Claudian. in epist. ad Olybr.* v. 1. Quid rear, affatus quod non mihi dirigis ullos, Nec redit alterno pollice ducta salus? ¶ Hinc et mandata, aut rescripta Principum aliquando affatus dicta sunt. *Imp. Leo Cod.* lib. 1. tit. 26. *qui est de diversis rescriptis*, leg. 6. Sacri affatus, quoscumque nostræ mansuetudinis in quacumque parte paginarum scripserit auctoritas, non alio colore, nisi purpurea inscriptione lustrentur. *Justinian. ibid.* lib. 5. tit. 4. leg. 23. Liceat eis nostro supplicare numini, ut divinos affatus sine dubio mereantur. *Impp. Gratian. Valent.* &c. *ibid.* lib. 9. tit. 29. *leg. ult.* Nisi hoc cuiquam per divinos affatus Imperator indulgeat.

AFFECTĀTIO, et Adfectatio, onis, f. *an ardent desire to obtain or accomplish any thing*, vehemens affectus, seu desiderium alicujus rei, et studium assequendæ. *Senec.* ep. 89. Philosophia sapientiæ amor est, et affectatio. ¶ Sæpe accipitur in malam partem pro studio, et conatu nimio, atque infelici circa rem aliquam, quam assequi nequeas, vel certe male assequaris, *unhappy imitation; mistaken zeal; affectation,* κακοζηλία. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 11.) Sed opus est modo, ut neque crebra sint hæc, neque manifesta, quia nihil est odiosius affectatione. *Sueton. de illustr. Grammat.* c. 10. Sallustii scripta reprehendit, ut nimia priscorum verborum affectatione oblita. *Id. in Tib.* c. 70. Affectatione nimia obscurare stylum. ¶ Item pro nimio, aut pravo affectu, seu cupiditate, *strong or ardent desire. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 56. *Harduin.* Tanta est decoris affectatio, ut tingantur oculi quoque. *Id.* l. 34. c. 2. Mira circa id (*æs Corinthium*) multorum affectatio fuit. *h. e.* nimis eo sunt delectati. *Sueton. in Tito*, c. 9. Convictus in affectatione imperii. *Tacit. de Germ.* c. 28. Nervii circa affectationem Germanicæ originis ultro ambitiosi sunt.

AFFECTĀTO, et Adfectato, adverb. *studiedly; too zealously*, nimio affectu, studio, aut cura, κατεσπουδασμένως. *Lamprid. in Heliogab.* c. 17. Illud (*nomen*) affectato retinuerat, dum vult videri filius Antonini.

AFFECTĀTOR, et Adfectator, oris, m. *one who has a vehement desire for any thing*, qui vehementi affectu aliquid cupit, et assequi studet: et fere sumitur in malam partem. *Flor.* l. 2. c. 6. Primi omnium Macedones, affectator quondam imperii populus. *Quintil.* l. 6. c. 2. Affectatores libertatis. *Id. ibid.* c. 3. Cicero non solum extra judicia, sed etiam in ipsis orationibus habitus est nimius risus affectator. ¶ In bonam partem *Eutrop.* l. 10. c. 7. Civilibus artibus, et liberalibus studiis deditus, affectator justi amoris, quem omnino sibi et liberalitate, et docilitate quæsivit.

AFFECTĀTRIX, et Adfectatrix, icis, f. quæ affectat, et infeliciter æmulatur aliquid. *Tertullian. de Præscriptionib.* c. 7. Sapientia humana affectatrix, et interpolatrix veritatis.

AFFECTĀTUS, et Adfectatus, a, um, *affected, affected zealously; strongly wished for or aimed at, ardently desired, earnestly endeavoured after*, nimio, aut pravo affectu, ac studio cupitus, quæsitus, κατεσπουδασμένος. *Sueton. in Cæs.* c. 79. Infamiam affectati regii nominis discutere. *Valer. Max.* l. 5. c. 8. n. 2. Affectati regni crimen. *Tacit. in Agric.* c. 7. Affectatum imperium. *Plin. in paneg.* c. 20. Affectata aliis castitas, tibi ingenita, et innata, interque ea, quæ imputare non possis. *h. e.* alii ut casti viderentur, summa cura labo-

rarunt, nec obtinuere: tibi etiam sine studio castitas a natura inest. *Quintil.* l. 12. *c. pænult.* Dandum putant nonnihil esse temporibus, atque auribus, nitidius aliquid, atque affectatius postulantibus. *h. e.* majore cura, et studio conquisitum, et elaboratum. ¶ In bonam etiam partem aliquando sumitur. *Stat.* l. 5. silv. 2. v. 98. Nec tantum pietas, sed protinus ardua virtus Affectata tibi. *h. e.* vehementer, et studiose appetita. ¶ *Affectata femina*, V. in fine verbi *Assector.*

AFFECTE, et Adfecte, adverb. *with a strong affection or powerful feeling*, cum affectione, seu affectu, μετὰ πάθους. *Tertull. de anim.* c. 45. Oblectamur, et contristamur, et conterremur in somniis quam affecte, et anxie, et passibiliter.

AFFECTĬO, et Adfectio, onis, f. *an affection of the mind or body; passion, disposition, desire, motive*, πάθος, idem ac affectus, hoc est, ut definit *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 25. animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio, ut lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, et alia, quæ genere in eodem repeiuntur. ¶ Sæpius autem dicitur de motibus animi. *Id. ibid.* l. 2. c. 5. Impulsio est, quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia, ægritudo, et omnino omnia, in quibus animus ita videtur affectus fuisse, ut, &c. *Et paulo post.* Commotio, et affectio animi. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 13. Vitia affectiones sunt manentes, perturbationes autem moventes. *Id.* 3. *Offic.* c. 6. Animi talis affectio, neminem ut violem commodi mei gratia. *such a disposition. Id.* 3. *Tuscul.* c. 5. Animi affectionem lumine mentis carentem, nominaverunt amentiam. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 18. Omnes rectæ animi affectiones, virtutes appellantur. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 13. Affectio insipiens, distorta, et prava. ¶ Speciatim dicitur de affectu amoris, et benevolentiæ, *affection, love. Plin.* l. 8. c. 54. Simiarum generi præcipua erga fetum affectio. *Justin.* l. 24. c. 3. Quos Ptolemæus cupide, et ultra modum veræ affectionis amplexus, osculis diu fatigat. *Gell.* l. 10. c. 18. Virum amasse fertur ultra affectionis humanæ fidem. *Tacit. de Germ.* c. 5. Argentum magis quam aurum sequuntur, nulla affectione animi, sed quia &c. *from no fondness for, but* &c. *Id. Ann.* 4. c. 15. Egit Nero grates patribus, lætas inter audientium affectiones, qui recenti memoria Germanici, illum aspici, illum audiri rebantur. ¶ Accipitur interdum pro voluntate, *will*, a JCtis. *Paul. Digest.* lib 41. tit. 2. leg. 1. Furiosus, et pupillus non possunt incipere possidere, quia affectionem tenendi non habent. *Ulpian.* lib. 5. tit. 16. leg. 60. Non enim magnitudo locum a fundo separat, sed nostra affectio est. ¶ Item pro corporis constitutione, sive bona, sive mala, *state, or affection of the body; sickness, ailing*: quales sunt morbi, debilitates, bona valetudo, &c. ut in verbis *Cicer.* primo loco allatis significatur. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 9. *in fi.* Summum bonum firma corporis affectione contineri. ¶ Præterea universim de aliarum quoque rerum constitutione, *natural state, disposition, quality, constitution, appointment*, διάθεσις. *Cic.* l. 2. *de Invent.* *c. pænult.* Affectio est quædam ex tempore, aut ex negotiorum eventu, aut administratione, aut hominum studio, commutatio rerum, ut non tales, quales ante habitæ sint, aut plerumque haberi soleant, habendæ videantur esse. *Id. de Fato*, c. 4. Affectio astrorum valet ad quasdam res. *Id.* 2. *de Divin.* c. 47. Fac in puero referre, ex qua affectione cœli primum spiritum duxerit. ¶ Habere affectionem ad aliquid, *Cic. in Top.* c. 18. affectum esse ad aliquid. V. *Affectus* adject. in fi. ¶ *Affectionem* pro *affectatione*, hoc est vehementi affectu ad rem aliquam, usurpari ait *Salmas.* a *Vulcat. Gallic.* in *Avid. Cass.* cap. 1. *Affectionem tyrannidis latuisse*: sed non est constans lectio: quemadmodum neque in loco *Servii*, ad 3. *Æn.* v. 209. ubi ait *affectores tupri* positum esse pro *affectatores.* Utroque enim loco alii et *affectationem*, et *affectatores* habent.

AFFECTIŌSE, adverb. cum affectu, amanter. Est *Servii ad Virg. Ecl.* 9. v. 27.

AFFECTIŌSUS, et Adfectiosus, a, um, qui affectionem habet. *Tertull. de anim.* c. 19. Mirum satis, ut infantia naturaliter animosa sit, non habens animum, et naturaliter affectiosa sit, non habens intellectum.

AFFECTO, et Adfecto, as, avi, atum, a. 1. *to seek after with anxiety, aim at studiously, solicit, try to gain*, anxie, et cum affectu exquiro, appeto, arcesso, et generatim pronum animum ad faciendum habeo, ut ait *Festus*, σπουδάζω. *Nepos in Attic.* c. 13. Elegans, non magnificus; splendidus, non sumptuosus; omni diligentia munditiam non affluentem affectabat. *Ulpian. Digest. lib. tit.* et leg. 1. Veram philosophiam, non simulatam affectantes. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 22. Hic est in quibusdam verbis quædam similitudo, non tam affectanda, quam illæ superiores, sed tamen adhibenda nonnunquam. *Plin.* l. 7. c. 1. Nullas duas in tot millibus hominum indiscretas effigies exsistere: quod ars nulla in paucis numero præstet affectando. *by aiming at it with all possible care. Id.* l. 17. c. 1. *in fi.* Affectare diligentiam. *to affect diligence, zeal. Quintil.* l. 3. c. 8. magnificentiam verborum. *Gell.* l. 17. c. 20. elegantiam Græcæ orationis verbis Latinis. *Valer. Max.* l. 8. c. 7. n. 1. *Extern.* Cum Demosthenes artis, quam affectabat, primam litteram dicere non posset. ¶ Cum infinito *Silius* l. 4. v. 138. Dum primæ decus affectat decerpere pugnæ. Adde *Stat.* 1. *Theb.* v. 132. ¶ Accipitur etiam in malam partem pro nimio, aut pravo affectu aliquid vehementer cupere, et assequi studere, *to covet or desire madly; to aspire at. Plin.* l. 9. c. 35. Uniones affectant et pauperes feminæ. *Curt.* l. 4. c. 7. *in fi.* Affectare immortalitatem. *Sallust. in fragm.* apud *Augustin. de civit. Dei*, l. 3. c. 17. dominationes. *Stat.* 11. *Theb.* v. 539. cruorem alicujus. *Liv.* l. 1. c. 46. regnum. ¶ Cum infinito *Plaut. Bacch.* 3. 1. 9. Tua flagitia, aut damna, quibus patrem, et me, amicosque affectas tuos ad probrum, damnum appellere una, et perdere. ¶ Item pro infeliciter imitari, conari aliquid, nec assequi, nimis studere rem aliquam, sed ita ut nimium studium appareat, *to affect. Quintil.* l. 11. c. 3. Affectare crebrum anhelitum. *Sueton. in Vespas.* c. 23. Maxime tamen dicacitatem in deformibus lucris affectabat, ut invidiam aliqua cavillatione dilueret. *Tacit.* 2. *Histor.* c. 63. Affectare famam clementiæ. *Id. Ann.* 14. c. 16. studium carminum. *Ulpian. Digest.* lib. 48. tit. 5. leg. 23. Quod si non affectavit, sed dum adulterum occidit, profugit filia, &c. *h. e.* de industria non consensit in fugam filiæ. ¶ Item captare, nimia apertaque arte quærere, ad se trahere, *to gain over, compass. Tacit.* 1. *Hist.* c. 23. studia militum spe successionis. *to try to gain the favour of*, &c. *Id. ibid.* l. 4. c. 17. Galliarum societatem Civilis arte, donisque affectabat. *Sallust. in Jug.* c. 70. Civitates formidine, aut ostentando præmia affectare. Adde *Tacit.* 4. *Histor.* c. 66. ¶ *Affectare iter*, aut *viam* est ingredi, insistere, moliri viam; idque cum affectu, seu voluntate prompta, et studio: et fere translate usurpatur. *Virg. Georg.* 4. v. 562. viamque affectat Olympo. *aspires to divinity. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 48. Nunc vero quam viam munitet, quo iter affectet, videtis. *what intention he hath, what aim he is pursuing. Al. leg.* quod iter affectet. *Terent. Heaut.* 2. 3. 60. Nam disciplina est eisdem munerarier ancillas primum, ad dominas qui affectant viam. *who would get into favour with the mistress. Id. Phorm.* 5. 7. 71. Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. *come against me with an ill intent. Plaut. Aulul.* 3. 6. 37. Scio, quam rem agat: ut me deponat vino, eam affectat viam. *he means to lay me under the table; fuddle me with drink. Id. Men.* 4. 3. 12. Ut me defraudes, ad eam rem affectas viam. ¶ *Affectare spem*, est spem habere, spe potiundi quærere aliquid. *Liv.* l. 28. c. 18. *sub. fin.* Potiundæ Africæ spem affectans. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 377. nam spes affectat easdem. ¶ *Affectare dexteram* est anxia quadam aviditate dexteram injicere, et cupide extendere. *Virg. Æn.* 3. v. 670. Verum ubi nulla datur dextram affectare potestas. Ita *Serv. Pier.* et al. ¶ *Affectare ad aliquid* est idem ac aspirare. *Jul. Firmic.* l. 5. *mathes. in præfat.* Ne solum hoc opus exstitisse videatur, ad quod Romanum non affectasset ingenium. ¶ In re Venerea *affectare* est concubitum appetere, ut notat vetus interpres *Horatii ad Sat.* 2. l. 1. v. 35. V. vocem sequent. ¶ Passive *affectari morbo*, est morbo affectum esse, apud *Liv.* l. 29. c. 10. ut quidam leg. ex optimis lib. Alii tamen *afflictari.*

AFFECTOR, et Adfector, aris, atus, sum, depon. 1. idem quod affecto, anxie appeto. *Varr.* apud *Diomed.* l. 1. pag. 377. *Putsch.* Affectatus est regnum. ¶ Passiva significatione pro affici, seu disponi ad concubitum, *Apulei. de herb.* c. 15. *de Satyrio.* Si quis ad mulierem non poterit affectari, obligatus. *Et mox.* Per triduum sumes, ad mulierem affectaberis continuo.

AFFECTOR, oris, pro Affectator. V. *Affectio* in fine.

AFFECTUŌSE, et Adfectuose adverb. *kindly, affectionately. Cassiod.* l. 3. ep. 4. Dicam libere, dicam affectuose, quod sentio. *Sidon.* l. 4. epist. 11. Fratrem affectuosissime observans.

AFFECTUŌSUS, et Adfectuosus, a, um, adject. amoris, et affectus plenus, *kind, friendly, affectionate. Macrob. Saturn.* l. 2. c. 11. piam, affectuosamque rem fecisse. *Cassiod.* l. 5. epist. 2. Affectuosa salutatio. *Alii leg.* affectuosissima. *Tertull.* l. 5. *cont. Marc.* c. 14. Amore fraternitatis invicem affectuosi. φιλόστοργοι.

AFFECTUS, et Adfectus, us, m. *an affection or emotion of the mind*, affectio, et motus animi sive bonus, sive malus, πάθος. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 16. Qualis cujusque animi affectus esset, talem esse hominem. *Et mox.* Affectus animi in bono viro laudabilis. *Quintil.* l. 6. c. 2. Affectuum duæ sunt species: alteram Græci πάθος vocant, quam nos vertentes recte, ac proprie affectum dicimus: alteram ἦθος, cujus nomine, ut ego quidem sentio, caret sermo Romanus: mores appellantur. *Et mox.* Affectus concitati, mites, compositi, commoti, lenes, &c. (V. *ibidem discrimen inter* ἦθος, et πάθος.) *Id.* l. 1. c. 11. Affectus amoris, avaritiæ, metus. *Id.* l. 6. c. 2. Movere affectus. *Id.* l. 11. c. 3. *ad fin.* Versare aliquid per omnes affectus. *Id. ibid. ante med.* Inducere judicem in affectus. *Id.* l. 6. c. 2. Occupari affectibus. *Id. ibid.* Continuum affectum nonnullæ materiæ desiderant. *require being treated of in language calculated to act upon the passions without remission. Ovid.* 8. *Metam.* v. 473. Errare dubiis affectibus. *Plin.* l. 34. c. 8. Diversos affectus exprimere, flentis, et gaudentis. ¶ Speciatim dicitur de pravis animi motibus, *passion. Senec.* epist. 75. Affectus sunt motus animi improbabiles, subiti, et concitati, qui frequentes, neglectique fecere morbum. *h. e.* habitum vitiosum. *Plin. in paneg.* c. 79. Cohibere affectus. ¶ Item pro desiderio, et cupiditate, *desire. Juvenal.* sat. 12. v. 10. Si res ampla domi, similisque affectibus esset. ¶ Item pro amore, *love, affection, tenderness. Sueton. in Tito*, c. 8. Non modo principis solicitudinem, sed et parentis affectum unicum præstitit. ¶ Item pro iis, quos omni affectione prosequimur, hoc est liberis, et propinquis. *Apulei.* l. 2. *de dogm. Plat.* Carissimis orbatus affectibus. *Capitolin. in Antonin. Philos.* c. 24. Non est satis motus defensione Cassii, nec in ejus affectus sævit. *Id. in Maximin.* c. 23. Milites, quorum affectus in Albano monte erant. *h. e.* παῖδες, καὶ γυναῖκες, ut *Herodian.* l. 8. cap. 5. plenius dixit. ¶ Item pro voluntate, *will, consent. Labeo Digest.* lib. 44. tit. 7. leg. 54. In omnibus rebus, quæ dominium transferunt, concurrat oportet affectus ex utraque parte contrahentium. *Ulpian.* lib. 43. tit. 4. leg. 1. Hoc edicto neque pupillum, neque furiosum teneri constat, quia affectu carent. *Paul.* lib. 3. tit. 5. leg. 18. *circa med.* Erit igitur negotiorum gestorum actio, quia gerendi negotii mei habuit affectum. ¶ Denique quemadmodum *affectio*, ita et *affectus* dicitur de constitutione corporis, præsertim mala, quales sunt morbi, *malady, indisposition, disease. Cels.* l. 2. c. 15. In quibus affectibus ea quoque genera exercitationum necessaria sunt, &c. *Id.* l. 3. c. 18. Supersunt alii corporis affectus, qui huic (*febri*) superveniunt.

AFFECTUS, et Adfectus, a, um, *disposed, affected, inclined, constituted*, dispositus, constitutus, comparatus, animatus, ἐμπαθής, διατιθέμενος. *Cic.* 1. *de Fin. c. pænult.* Sapiens eodem modo erit affectus erga amicum, quo in se ipsum. *Id.* 1. *de Legib.* c. 9. Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur. *Id.* 3. *Offic.* c. 5. Si sic erimus affecti, ut propter suum quisque emolumentum spoliet, aut violet alterum, &c. *Id.* 1. *Divin.* c. 30. Jubet Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis, perturbationemque afferat. *Id. Tuscul.* 3. c. 7. Oculus conturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum. *Id.* 2. *Divin.* c. 47. Ad rem pertinet, quomodo affecto cœlo, compositisque sideribus quodque animal oriatur. ¶ Item commotus, *moved. Cic. in Orat.* c. 17. Utcumque se affectum videri, et animum audientis moveri volet, ita certum vocis admovebit sonum. *Id.* 2. *de Invent.* c. 5. Amor, iracundia, ægritudo, et omnino omnia, in quibus animus ita videtur affectus fuisse, ut rem perspicere cum consilio, et cura non potuerit. *Id. Fam.* 16. ep. 4. Varie sum affectus tuis litteris; valde priore pagina perturbatus, paulum altera recreatus. *Id. Attic.* l. 12. ep. 41. Avide sum affectus de fano. *h. e.* ardeo desiderio. ¶ Lictores affecti ulmeis virgis, *Plauto Asin.* 3. 2. 28. sunt instructi, armati. ¶ Item præditus. *Terent. Phorm.* 5. 7. 84. Homo affectus audacia. *Cic. Fam.* 14. ep. 4. Affectus beneficio, *treated kindly. Id. in Pison.* c. 37. præmio. *rewarded. Id. pro Muren.* c. 2. honore. *Id. in partit.* c. 10. Animi affecti virtutibus, vitiis, artibus, inertiis. (Adde *pro Planc.* c. 33.) *Id.* 4. *Tuscul. c. pænul.* Affectus optima valetudine. *Id. ad Brut.* ep. 4. lætitia. ¶ Item vexatus, afflictus, male tractatus, *afflicted, oppressed, harassed. Cic. Fam.* 1. ep. 9. Affectus molestia. *Id.* 1. *Divin.* c. 30. morbo. *Sueton. in Vitell.* c. 14. febre. *Cic.* 13. *Fam.* ep. 7. difficultatibus. *Curt.* l. 7. c. 3. Exercitus frigore, et penuria affectus. *Vellei.* l. 2. c. 84. Remiges inopia affectissimi. *Curt.* l. 7. c. 11. Affectus fatigatione. *Cic. Verr.* 6. *c. ult.* Syracusanam civitatem, ut abs te affecta est, ita in te esse animatam videmus. *as it hath been treated by you.* ¶ Item multatus, aut punitus. *Tacit. Ann.* 15. c. 44. Supplicio affectus. *Serv. ad Cic. Fam.* 4. ep. 12. morte. *Curt.* l. 7. c. 11. verberibus. *Id.* l. 10. c. 6. clade. ¶ Absolute de eo, qui ex morbo laborat, vel nondum est plane recreatus, *indisposed, sick. Liv.* l. 28. c. 26. Nihil æque eos terruit, quam præter spem robur, et color imperatoris, quem affectum visuros crediderant. *bearing in his face the marks of indisposition. Cic. Phil.* 9. c. 1. Cum ita affectus esset, ut si ad gravem valetudinem labor viæ accessisset, sibi ipse diffideret. *was so much cast down and indisposed, that* &c. *Id. Attic.* l. 14. ep. 17. Cæsarem Neapoli affectum graviter videram. *taken seriously ill. Sueton. in Tiber.* c. 21. Jam quidem affectum, sed tamen spirantem adhuc Augustum reperit. *on the point of death, but still breathing. Liv.* l. 5. c. 18. Affectæ vires corporis, *strength weakened, impaired. Sueton. in Claud.* c. 25. Ægra, et affecta mancipia. *weak, infirm, sickly.* ¶ Translate est debilitatus, fractus, imminutus. *Cic. Fam.* 13. ep. 68. Partem istam reipublicæ male affectam tueri. *Vellei.* l. 2. c. 84. Inopia affectissimus. *Liv.* l. 5. c. 10. Affecta res familiaris. *Id.* l. 6. c. 3. Opem rebus affectis orare. *Tacit. Hist.* 3. c. 65. Affectam fidem juvare. *h. e.* labefactatam. ¶ Est etiam prope ad exitum perductus, *finished, spent. Gell.* l. 3. c. 16. *a med.* Affecta, sicuti M. Cicero, et veterum elegantissimi locuti sunt, ea proprie dicebantur, quæ non ad finem ipsum, sed proxime finem progressa deductave erant. *Silius* l. 15. v. 505. Jamque hyeme affecta mitescere cœperat annus. *Gell. loc. cit.* Non confecto anno, sed affecto. *Cic. de provinc. consul.* c. 8. Bellum affectum videmus, et, vere

ut dicam, pæne confectum. *Id. Ibid.* c. 12. Ut ea, quæ per eum affecta sunt, (*well conducted*,) perfecta reipublicæ tradantur. *Id. in Oeconom.* apud *Gell.* l. 15. c. 5. Cum affecta prope æstate, uvas a sole mitescere tempus est. *towards the close of.* *Id.* 6. *Verr.* c. 43. Affecta ætas. *well advanced.* *Id.* 3. *de Orat.* c. 18. *in fin.* Affectus senectute. *advanced in years.* Sic *Id. de Senect.* c. 11. Ætate affectus. ¶ Legitur in illo *Cicer. in Top.* c. 2. et in *Partit.* c. 2. Tum ex iis rebus, quæ quodammodo affectæ sunt ad id, de quo agitur. *affectus* est similis, conveniens, rem de qua agitur attingens: *going hand in hand with the subject of discussion.* Sic *Id. in Top.* c. 18. Quædam ad res aliquas affecta.

AFFERO, et Adfero, ers, attuli, allatum, *to take, bring, carry*, προσφέρω, fero, apporto: ex *ad*, et *fero*. Latissime patet, et dicitur fere de quacumque re. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 7. Afferre nuntium alicui. *Id. pro Leg. Manil.* c. 2. litteras alicui. *Id. Attic.* l. 8. ep. 6. litteras ad aliquem. *Id. Fam.* 2. ep. 14. Nihil novi ad nos afferebatur. *Plin.* l. 10. c. 46. Cibum pede ad rostrum, veluti manu afferre. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 4. consolationem alicui. *Id. pro Mur.* c. *penult.* et *Phil.* 9. c. 2. consulatum in familiam. *to bring the office of Consul into the family.* *Id. Attic.* l. 15. ep. 1. consilium alicui. *to give advice.* *Id.* 1. *Offic.* cap. 1. alicui adjumentum. Et cap. 7. communes utilitates in medium. *Id.* 5. *de Fin.* c. 1. memoriam. *to remind.* *Id. Fam.* 7. ep. 1. delectationem alicui. *Id. Phil.* 12. c. 7. suspicionem. *to make one suspect.* *Id. in Orat.* c. 34. auctoritatem, et fidem orationi. *to give weight and credit to.* *Id. Attic.* l. 12. ep. 38. animum vacuum ad scribendas res difficiles. *h. e.* applicare, dum vacuus est. *Id. Verr.* 7. c. 25. metum alicui. *Id. pro Sext.* c. 61. moram. *Id.* 2. *Offic.* c. 22. finem. *to make an end of.* *Id.* 3. *Offic.* c. 6. utilitatem. *Id. pro Syll.* c. 1. dolorem. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 5. luctum, et egestatem. *Id.* 4. *Fam.* ep. 3. salutem. *Id.* 2. *Catil.* c. 8. medicinam. *Id.* 2. *Offic.* c. 3. perniciem. *Id. Phil.* 10. c. 1. necessitatem dicendi: *to constrain, compel.* *Id.* 2. *Offic.* c. 13. opinionem populo. *h. e.* in iis ere populum ad credendum. *Id. pro Cluent.* c. 60. *in fi.* et *pro Rabir. Post.* c. 10. crimen alicui. *h. e.* inferre, crimini dare, *to charge with the commission of a crime.* *Id. Attic.* l. 7. ep. 13. animum alicui. *to encourage.* *Id. Fam.* 7. ep. 23. æs alienum. *involve in debt.* *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 3. cladem populo Romano. *Id. Verr.* 7. c. 45. mortem uno ictu. *to slay, kill, destroy.* *Id. in Vatin.* c. 10. necem alicui suis manibus. *Id. Verr.* 3. c. 26. vim alicui. *h. e.* inferre. *to employ force against.* *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *a med.* Canes afferunt dentes in dominum. *h. e.* dentibus ipsos dominos petunt. *Cic. pro Cæcin.* c. 17. Afferre manus alicui. *to lay violent hands on.* *Id.* 2. *Offic.* c. 15. manus bonis alienis. *h. e.* alienum rapere. *Planc. ad Cicer.* l. 10. *Fam.* ep. 23. sibi manus. *to destroy himself.* Et *Cic. Attic.* l. 3. ep. 15. Afferre manus suis vulneribus. *quod paulo ante dixerat*, scindere dolorem suum. *to renew one's pain or grief.* Et *Verr.* 3. c. 18. Afferre manus templo. *h. e.* illud spoliare. ¶ Interdum *afferre manus* est opem ferre, *to succour, help, assist.* *Id. Verr.* 3. c. 26. Pro se quisque manus affert. ¶ *Afferre se aliquo* est se conferre, *to betake one's self, go*: estque phrasis fere Poetica. *Plaut. Amph.* 3. 4. 6. Ejus jussu nunc huc me affero. *Terent. Andr.* 4. 5. 12. Haud auspicato huc me attuli. *Quidam leg.* appuli. *Virg. Æn.* 3. v. 345. se se a mœnibus heros Priamides multis Helenus comitantibus affert. *Catul.* carm. 14. *ad Calvum Licin.* Abite illuc, unde malum pedem attulistis. *h. e.* unde venistis. *Alii leg.* *tulistis.* ¶ Sæpe *afferre* ponitur pro allegare, *to assert, allege, cite.* *Cic. de Senect.* c. 6. Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda versari senectutem negant. *they assert but little to the purpose.* *Id.* 2. *de Orat.* c. 53. Afferendum est in contrariam partem, quod sit aut gravius, aut æque grave. *Id. Attic.* l. 11. ep. 15. Afferre justas causas. *Id. Fam.* 4. ep. 13. rationes. *Id.* 2. *de Orat.* c. 89. ætatem. *to plead age in excuse.* *Id. pro Cæcin.* c. 29. aliquid ad defensionem. *to allege in defence.* ¶ Item pro nuntiare, *to tell, bring word, report, declare, announce.* *Cic. pro Cœl.* c. 21. Cœlium ad illam attulisse, se ad ornatum ludorum aurum quærere. *Id. Attic.* l. 6. ep. 8. Battonius miros terrores ad me attulit. *Id. Fam.* 16. ep. 21. Rumores qui de me afferuntur. *Id. Attic.* l. 3. ep. 11. Spes ea, quæ rumoribus afferebatur. *Liv.* l. 7. c. 39. Afferre compertum. *to report as fully ascertained, bring certain tidings of.* *Id.* l. 10. c. 45. Per idem tempus rebellasse Etruscos allatum est. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 76. Idem ex Hispania allatum est. ¶ Item pro conferre, prodesse, *to make for, contribute; help, assist.* *Cic.* 2. *de Fin.* c. 27. Negat Epicurus, diuturnitatem temporis ad beate vivendum aliquid afferre. *Id. pro Mil.* c. 1. Illa præsidia non afferunt oratori aliquid, ne, &c. ¶ Item producere, gignere. *Cic.* 1. *Offic.* c. 15. Agri fertiles, qui multo plus afferunt, quam acceperunt. ¶ Participia *allatus*, et *allaturus*. V. infra suo loco.

AFFICIO, et Adficio, is, eci, ectum, a. 3. *to move, affect, influence, touch, make an impression on*, διατίθημι: ex *ad*, et *facio*: significat motum aliquem in animum, aut affectum inducere sive in bonam, sive in malam partem. *Cic. ad Anton. post* epist. 13. l. 14. *ad Attic.* Litteræ tuæ sic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium viderer, sed accipere a te. *Id. pro Mil.* c. 29. Quonam modo ille vos vivus afficeret, qui, &c. *would move.* *Id. Fam.* 5. ep. 12. Affici a gratia, aut a voluptate. *give a loose to, submit to, be moved by.* *Id.* 1. *de Orat.* c. 19. Ut eorum, qui audirent, ita afficerentur animi, ut eos affici vellet orator. *their minds might be affected at the pleasure of the speaker*, &c. Alii legunt *Ut ii qui audirent, ita afficerentur animis*, &c. *Quintil.* l. 6. c. 2. Primum est, ut afficiamur, antequam afficere conemur. *Sueton. in Tiber.* c. 52. Alterius (*filii*) vitiis infensus, &c. itaque ne mortuo quidem perinde affectus est. *h. e.* eo mortuo doluit. *Plin. in paneg.* c. 90. Consules oportere sic affici, ut se publice magis, quam privatim obligatos putent. *conceive such sentiments as will lead them to think*, &c. *Id.* l. 3. ep. 1. *ad fin.* Sunt in usu et Corinthia, quibus delectatur, nec afficitur. *but is not strongly affected, impassioned.* *Tacit. Ann.* 11. c. 19. Is terror milites, hostesque in diversum affecit: nos virtutem auximus, Barbari ferociam infregere. *affected in different ways.* Adde *Sueton. in Tiber.* c. 66. ¶ Dicitur etiam de corpore et significat debilitare, afflictare morbo, tabefacere. *Liv.* l. 28. c. 15. Ut prius æstus, labor, fames, sitisque corpora afficerent, quam &c. *Cels.* l. 4. c. 7. Pulmo totus afficitur: hunc casum ejus subsequitur tussis, &c. *Scribon. Larg. composit.* 186. Stomacho, et vesica affici. *Tacit. Ann.* 4. c. 45. Pisonem ex improviso adortus, uno vulnere in mortem affecit. *Nepos in Annib.* c. 4. Affici morbo. *to be affected with disease.* *Plin.* l. 29. c. 5. torminibus, et inflationibus. *suffer pain*, &c. Et absolute *Capitolin. in M. Anton. Philos.* c. 3. Afficere corpus. *to render weak, infirm.* ¶ Sumitur etiam pro tractare sive bene, sive male. *Papinian. Digest.* lib. 37. tit. 12. *leg. ult.* Filius, quem pater male contra pietatem afficiebat. ¶ Item quasi ad exitum perducere, *to bring towards a close.* V. *Affectus* adject. ¶ Sæpissime ponitur pro dare, addere, augere, ornare: varie autem vertitur pro varia significatione nominum, quibus adjungitur. *Cic. Agrar.* 1. c. 4. Afficere beneficio. *to bestow kindness on.* *Id. pro Mil.* c. 29. aliquem præmio. *to reward, remunerate.* *Id. ibid.* c. 28. aliquem lætitia. *to gladden, exhilarate.* *Id. ad Brut.* ep. 16. voluptate. *to please.* Et *ibid.* supplicio. Et *pro Rosc. Amer.* c. 39. pœna. *to punish.* *Id. Attic.* l. 15. ep. 1. molestia. *to grieve, distress.* Et l. 6. ep. 3. Affici solicitudine, et inopia consilii. *to labour under distress and want of means.* *Terent. Phorm.* 5. 1. 3. Afficere injuria. *to injure.* *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 39. ignominia. *to reproach, render an object of ignominy.* *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 14. honore. *to honour.* *Id.* 2. *Offic.* c. 13. laude. *to praise, commend, laud.* *Id. Fam.* 2. ep. 3. muneribus. *to give presents to.* *Id. in Top.* cap. *pænult.* et *pro Deiot.* c. 5. nomine. *to name, give a title or name to.* *Ovid. de medicam. fac.* v. 67. vultum medicamine. *to paint.* *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 39. macula. *to stain, colour with reproach.* *Id. Fam.* 6. ep. 19. Affici dolore. *to grieve, be sorrowful.* *Id.* 1. *de Invent.* c. 25. Afficere morte. *to kill, destroy.* *Id.* 1. *Divin.* c. 27. sepultura. *to bury.* *Id. Parad.* 4. *ad fin.* exilio. *to banish, consign to exile.* *Id.* 2. *Offic.* c. 10. Affici admiratione. *to be looked up to with admiration, be admired.* V. integrum locum. *Id. pro Balb.* c. *pænult.* Afficere stipendio. *to pay one's wages or hire.* *Plaut. Amph.* 1. 1. 38. præda, atque agro, adoreaque. *to enrich with spoil*, &c. *Id. ibid.* 5. 2. 10. gloria. *to render glorious.* *Id. ibid.* prol. v. 8. bonis nuntiis. *to delight with good news.* *Virg.* 12. *Æn.* v. 352. pretio. *to pay the price, pay for.* *Flor.* l. 2. c. 18. fœderibus pudendis hostem. *to oblige to accept dishonourable terms.* *Justin.* l. 1. c. 5. verberibus. *to beat.* *Sueton. in Calig.* c. 2. aliquem rerum, et verborum acerbitatibus. *to maltreat by word or deed.* *Vellei.* l. 2. c. 30. Italiam gravibus, variisque casibus. *to bring upon Italy heavy calamities and mishaps.* *Martial.* l. 12. epigr. 78. Affecit clientem domicœnio. *h. e.* domi cœnare coegit. *Varr.* apud *Non.* c. 12. n. 6. afficere loca luce. *to light, enlighten, illumine.*

AFFICTITIUS, et Adfictitius, a, um, qui affingitur, seu additur, πρόσθετος. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 12. Sequitur actus secundi generis, afficticius ad villam, qui solet esse, ac nomine antiquo a parte quadam, leporarium appellatum. *an adjunct, or appendage to the house.*

AFFICTUS, et Adfictus, a, um, *fastened to*, figendo additus, appositus, ἐπιπλασθεὶς, πρόσθετος. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 45. *in fi.* Nullam partem corporis sine aliqua necessitate affictam reperietis. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 21. *ante med.* Cubilia gallinarum aut exsculpta, aut affictra firmiter. motus enim, cum incubant, nocet. *fixed, fastened.* ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 80. Connexum autem ita sit principium consequenti orationi, ut non tanquam citharœdi prooemium affictum aliquod, sed cohærens cum omni corpore membrum esse videatur. ¶ Est etiam fictus, simulatus, ab *affingo.* *Lactant. de mort. persecut.* c. 39. *extr.* Amicos ejus afficto adulterio damnat.

AFFIGO, et Adfigo, is, ixi, ixum, a. 3. *to fix or fasten to, attach to, fix upon, affix*, προσάπτω, προσποιέομαι, ad aliquid figo, addo, appono. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 23. Minerva, cui pinnarum talaria affigunt. *Quidam leg.* affingunt. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 20. *in fi.* Litteram illam ita vehementer ad caput affigent, ut &c. *Lucret.* l. 4. v. 1101. Affigunt avide corpus, junguntque salivas. *Liv.* l. 28. c. 37. Laceratos verberibus cruci affigere. *to crucify.* *Sueton. in Galb.* c. 9. Nummulario non ex fide versanti pecunias, manus amputavit, mensæque ejus affixit. *Sallust. in fragmen.* apud *Non.* c. 4. n. 355. Affigere patibulo. *Liv.* l. 4. c. 19. Repetitum sæpius cuspide ad terram affixit. *Est qui leg.* affixit. *Virg.* 2. *Georg.* v. 318. radicem affigere terræ. *Id. Æn.* 9. v. 536. Affigere flammam lateri turris. *Plin.* l. 16. cap. 39. *ad fin.* Affigere arma oleastro. *Claudian. de B. Get.* v. 619. et *Lucret.* l. 4. v. 1074. Affigere oscula. *to kiss.* *Senec.* ep. 67. Senectus me lectulo affixit. *confines me to my bed.* *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 79. Atque affigit humo divinæ particulam auræ. *h. e.* deprimit, et quasi clavo affixam terræ detinet. *fixes to the ground, keeps intent on earthly things.* Alii legunt *affligit humo*, hoc est, vi, et impetu quasi impellendo terræ allidit, *dashes to the ground.* ¶ Translate *Quintil.* l. 2. c. 7. et *Senec.* ep. 11. Affigere aliquid animo. *to impress upon the mind.* *Cic. Tusc.* 3. c. 28. Huic generi malorum non affigitur illa opinio. *Quintil.* l. 1. c. 1. Affigere litteras pueris. *h. e.* inculcare, adeo ut eorum menti hæreant. *Arnob.* l. 5. *ad fin.* Affigere sibi ritum religionis conflatum rationibus nullis. *to attach himself to a religious creed founded upon no principle of reason.* *Id. in princ.* l. 6. Affigere crimen alicui. *to fasten an accusation on, accuse.* quod elegantius *affingere* dicimus. ¶ *Affixet* pro *affixisset* est *Silii* lib. 14. v. 536.

AFFIGURO, et Adfiguro, as, avi, atum, a. 1. *Gell.* l. 4. c. 9. Disciplinosus, consiliosus, victoriosus, quæ Cato ita affiguravit. *h. e.* effinxit. Alii leg. *figuravit*, alii *effiguravit.*

AFFINGO, et Adfingo, ingis, inxi, ictum, a. 3. *to form, fashion, make; add by fashioning or framing*, fingendo, seu formando addere, aptare, προσπλάττω, προσποιέω. *Cic. de Univers.* c. 6. Itaque nec ei manus affinxit, quia nec capiendum quidquam erat, nec repellendum. ¶ Sæpius est fingendo addere, *to add by fashioning or framing.* *Cic. pro Cluent.* c. 4. Faciam, ut intelligatis, in tota illa causa quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid invidia conflarit. *Id. Phil.* 1. c. 3. Fit plerumque, ut ii, qui boni quid volunt afferre, affingant aliquid, quo faciant id, quod nuntiant, lætius. *Id. pro Leg. Manil.* c. 4. De Lucullo ita dicam, ut neque vera laus ei detracta oratione nostra, neque falsa afficta esse videatur. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 1. Addere, et affingere rumoribus. *Tacit. Ann.* 14. c. 62. Affingere novum crimen alicui. *to attach, impute.* *Cic. Tuscul.* 3. c. 33. Aliquid opinione affingere, atque assumere ad ægritudinem. ¶ Translate ponitur pro addere, *to add.* *Cic.* l. 1. *Divin.* c. 52. Parvis momentis natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. *Id.* 3. *de Orat.* c. 9. *in fi.* Tantum alteri affinxit, de altero limavit, ut id conformaret in utroque, quod &c. ¶ Item pro attribuere, aptare, *to attribute, bestow, ascribe, adapt.* *Cic. in Orat.* c. 22. Peccat orator, cum probam orationem affingit improbo, stultove sapientis. *Id. pro Leg. Manil.* c. 4. Affingere alicui falsam laudem. ¶ Aliquando idem est ac fingo, *to form, delineate.* *Apulei.* l. 4. *Metam.* Sciscitati nomen cujusdam Nicanoris, litteras affingimus, &c. *Eumen. pro schol. instaurat.* c. *ult.* Animus affingit Ægyptum quiescentem, &c. *imagines that it sees; pictures to itself.*

[* AFFINIO, is, ire, a. 4. *Jul. Rufinian. de schem. lexeos.* Prolepsis est schema λέξεως, id est figura elocutionis, cum ante numerus redditur, quam res et personæ affiniantur, *h. e.* definiantur, enumerando ad finem perducantur. Ut *Virg.* ecl. 6. v. 30. Nec tantum Rhodope mirantur, et Ismarus Orphea. *Mirantur*, numerus pluralis redditur, antequam ambo nomina, quæ respicit verbum plurale, enumerentur.]

AFFINIS, et Adfinis, ne, adject. *contiguous, adjoining*, πρόσορος, ὅμορος, qui alicui vicinus est, et præsertim qui agros habet alterius agris vicinos, ut *Festus* docet. (Nam *finis* præcipue de agrorum terminis dicitur. Hinc titulus 1. lib. 10. *Digest.* qui est *finium regundorum*, de agrorum terminis totus est.) *Sallust. in Jug.* c. 45. Parentes, aut parvi liberi militum, uti quisque potentiori affinis erat, sedibus pellebantur. *Alii leg.* confinis. *Paul. Digest. loc. cit. leg. pænult.* Non termini, qui singulos fundos separabunt, observari debent, sed demonstratio affinium, quæ novos fines inter fundos constituit. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1081. n. 1. et Tabulam æneam Placentinam anno 1747. erutam, atque editam a *Muratorio*, et *Maffeio in Mus. Veron.* pag. 381. in qua multoties hoc sensu usurpatur. ¶ Sæpissime transfertur ad eos, qui sanguinis vinculo conjuncti sunt, *a relation by marriage*: et usurpatur more substantivi. Itaque *affines* dicuntur, ut definit *Modestin. Digest.* lib. 38. tit. 10. leg. 4. viri, et uxoris cognati: dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diversæ inter se sunt, per nuptias copulantur, et altera ad alterius cognationis finem accedit. Affinium autem nomina sunt *socer, socrus, gener, nurus, noverca, vitricus, privignus, privigna*, quæque ab his componuntur *prosocer, progener*, &c. item *glos, levir*, &c. *Cic. post redit. in Sen.* c. 7. Tu me affinem tuum, tu meum generum, tu affinem tuam, filiam meam repulisti. *Id. post redit. ad Quirit.* c. 5. Alter mihi affinis erat. *Valer. Max.* l. 9. c. 9. n. 1. Cum affinis esset Cæsaris. *Cic. pro Cluent.* c. 14. Nemo illum ex tam multis cognatis et affinibus tutorem unquam liberis suis scrip-

sit. *Sil.* l. 6. v. 627. Stirpe genus clarum, cœloque affinis origo. *Terent. Heaut.* 5. 1. 63. Et gener, et affines placent. *h. e.* parentes sponsi. *Plaut. Aulul.* 3. 4. 9. Megadorus meus affinis. *h. e.* gener. ¶ *Affinia vincula* sunt, *the ties of affinity or alliance by marriage*, apud *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 8. v. 9. Jus aliquod faciunt affinia vincula nobis. ¶ Translate ponitur pro conscio, participe, aut quoquo modo conjunctionem habente cum aliqua re, *an accomplice, associate, co-operator, partaker; one privy or accessary to an undertaking.* *Cic.* 4. *Catil.* c. 3. Huic facinori si paucos putatis affines esse, vehementer erratis. *Id. pro Cluent.* c. 45. Non omnes in culpa sunt et suspicione ponendi: duos solos video affines ei turpitudini judicari. *Id.* 2. *de Invent.* c. 10. Si animus nulli minus honestæ rationi affinis ostenditur. *Liv.* l. 39. c. 14. Affinis noxæ. *Terent. Heaut.* 2. 1. 1. Quam iniqui sunt patres in adolescentes judices! Qui æquum censent nos a pueris illico nasci senes, Neque illarum affines esse rerum, quas fert adolescentia. *Plaut. Trinum.* 2. 2. 50. Publicis negotiis affinis adolescens. *occupied in the business of the state.* ¶ Apud *Tertull. de Idolol.* c. 10. *affinis idololatriæ* est, qui proximus est ad idola colenda. Apud *eund. de Patient.* c. 7. *affinis cupiditatis* est cupiditate laborans. Et cap. 11. *affinis pacis* pacificus.

AFFINĬTAS, et Adfinitas, atis, f. *vicinity*, vicinitas, finium conjunctio, præsertim in agris. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 16. Relinquitur altera pars, quæ est extra fundum; cujus appendices vehementer pertinent ad culturam propter affinitatem. V. *Affinis.* ¶ Sæpius sumitur pro conjunctione hominum affinium inter se, *affinity, alliance by marriage*, κηδεστία. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 23. Caritas generis humani serpit sensim foras, cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, post vicinitatibus. *Id. de clar. Orat.* c. 26. Affinitate se devincire cum aliquo. *to become related to by marriage.* *Vellei.* l. 2. c. 44. Contrahere affinitatem. Et cap. 65. Facere affinitatem inter aliquos. Et cap. 100. Recipere aliquem in arctissimam affinitatem. *Nepos in Pausan.* c. 2. Conjungi affinitate cum aliquo. *Id. in Attic.* c. 19. Pervenire in affinitatem alicujus. *Liv.* l. 1. c. 1. Affinitatem jungere cum aliquo. *Sueton. in Ner.* c. 35. Affinitate conjunctus. *Plaut. Trinum.* 2. 3. 73. Adstringere affinitatem inter aliquos. ¶ Inter *propinquitatem*, et *affinitatem* illud interest, quod *propinquitas* magis late patet, si vim nominis spectes. significat enim quamcumque conjunctionem. *Cic. pro Planc.* c. 11. Qui est cum illo maximis vinculis et propinquitatis, et affinitatis conjunctus. *Sueton. in Ner.* c. 35. Similiter ceteros affinitate sibi aliqua, aut propinquitate conjunctos. Adde *Liv.* l. 24. c. 22. *ad fin.* ¶ Pro ipsis affinibus. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 75. Patriam deseras, cognatos, affinitatem, amicos. ¶ Translate est quæcumque vicinitas, aut similitudo. *Gell.* l. 4. c. 13. Tanta est affinitas corporibus hominum, mentibusque, et propterea quoque vitiis aut medelis animorum, et corporum. *so immediate is the connexion*, &c. *Id.* l. 1. c. 18. Hinc per affinitatem litterarum, qui φῶρ Græce, Latine *fur* est. ¶ In genitivo plurali habet etiam *affinitatium* pro *affinitatum*: rarius tamen. *Justin.* l. 17. c. 3. Opesque affinitatium auxilio magnas paravit.

[* AFFINĪTUS vel ADFINĪTUS, a, um, *adject.* idem ac finitus. *Paul. in Pandect.* 22. 1. 17. *ab init.* Hæc constitutio affinitum modum excedit.]

AFFIRMANTER, et Adfirmanter, adverb. *solemnly, assuredly, affirmatively*, affirmate. *Gell.* l. 14. c. 1. Si potuisset prædici affirmanter, Pyrrhus ne rex, an Curius prœlio victurus esset.

AFFIRMĀTE, et Adfirmate, adverb. *affirmatively, positively, assuredly*, affirmando, καταφατικῶς. *Cic.* 3. *Offic.* c. 29. Quod affirmate, quasi deo teste, promiseris, id tenendum est. *Gell.* l. 10. c. 12. Plerique Græcorum affirmatissime scripserunt, simulacrum columbæ ab Archyta factum volasse.

AFFIRMATĬO, et Adfirmatio f. *an affirmation, declaration, positive assertion; a speaking point blank*, κατάφασις, enuntiatio alicujus de aliquo. *Cic.* 3. *Offic.* c. 29. Est enim jusjurandum affirmatio religiosa. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 21. Credidi chirographis ejus, affirmationi præsentis Laterensis, &c. *Cic. ibid.* ep. 7. Quæ et tua exhortatione excepi, et mea affirmatione tibi recepi, &c. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 30. Venire in spem affirmatione alicujus, &c. *to derive hope on being assured by any one.* *Plin.* l. 28. c. 2. Constantissima Annalium affirmatione, transiturum, &c. *by the uniform declaration of the annals, that* &c. *Curt.* l. 6. c. 11. Multa affirmatione abnuere, *to persist firmly in denying.*

AFFIRMATĪVUS, et Adfirmativus, a, um, *affirmative*, ad affirmandum inserviens. *Diomed.* l. 1. pag. 390. *Putsch.* Affirmativa species (*verborum*) est hujusmodi, cum in re dubia, in qua parum altercantibus assentimur, specie subjunctiva, quasi sit factum, affirmamus, veluti cum dicimus: Fecerit, dixerit, &c.

AFFIRMĀTOR, et Adfirmator, oris, m. *one who affirms, asserts, declares; corroborates*, qui aliquid affirmat, et confirmat. *Ulpian. Digest.* lib. 27. tit. 7. leg. 4. Eadem causa videtur affirmatorum, scilicet quia, cum idoneos esse tutores affirmaverint, fidejussorum vicem sustinent. *Id. ibid.* lib. 4. tit. 4. leg. 13. Hic velut affirmator fuit, et suasor, ut cum minore contraheretur. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 7. Romulus ascensus sui in Cœlum habuit Proculum affirmatorem. Adde *Minut. Felic. in Octav.* c. 31.

AFFIRMĀTUS, et Adfirmatus, a, um; *affirmed, asserted, declared; ascertained, confirmed, corroborated*, firmatus, confirmatus. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 37. Propositionis approbatio (*in argumentatione*) per quam id, quod breviter expositum est, rationibus affirmatum, probabilius, et apertius fit. *Liv.* l. 7. c. 14. Affirmata eo casu Tullii apud dictatorem fides est. ¶ Apud *Apulei.* l. 7. *Metam. corium affirmatum cineris inspersu* dicitur, hoc est cinere firmatum contra putredinem.

AFFIRMO, et Adfirmo, as, avi, atum, a. 1. *to confirm, ratify, corroborate, assure*, confirmo, firmum facio, διαβεβαιοῦμαι, βεβαιόω: ex *ad* præpositione, quæ hoc loco augendi vim habet, et *firmo, as.* *Liv.* l. 1. c. 1. Affirmare spem alicui. *Id.* l. 32. c. 35. Affirmare opinionem. *Id.* l. 28. c. 2. Affirmare dicta alicujus. *Id.* l. 38. c. 39. Rhodiis affirmata, quæ data priore decreto erant. *Id.* l. 26. c. 24. Affirmare aliquid auctoritate sua. *Tacit.* l. 4. *Hist.* c. 73. Populi R. virtutem armis affirmavi. *Id. Ann.* 14. c. 22. Secuta anceps valetudo iram deum affirmavit. *Catull.* carm. 75. *ad seips.* v. 11. Affirmare se animo. *Alii leg.* obfirmare. ¶ Sæpe ponitur pro dictis confirmare, asserere, *to affirm, assert, declare solemnly or positively, say confidently*, καταφημί. *Cic.* 2. *Divin.* c. 3. Dicendum est mihi igitur ad ea, quæ sunt a te dicta, sed ita, nihil ut affirmem, quæram omnia, dubitans, &c. *Id. Attic.* l. 13. ep. 23. Omni tibi asseveratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi majori offensioni esse, quam delectationi possessiunculas meas. *Id. ad Brut.* ep. 1. Non soleo temere affirmare de altero. *Curt.* l. 6. c. 7. et *Liv.* l. 29. c. 23. Affirmare jurejurando. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 8. Valde affirmare. *Quintil.* l. 2. c. 4. *in fi.* Fortissime affirmare. *Liv.* l. 1. c. 3. Affirmare pro certo. *Id.* l. 3. c. 23. *in fi.* Certum affirmare non ausim. Passive impersonaliter *Tacit.* 2. *Histor.* c. 49. Noctem quietam, ut affirmatur, non insomnem egit.

AFFIXĬO, et Adfixio, onis, f. *Nonius* cap. 1. n. 327. Propages est series, et affixio continua, vel longe ducta. *h. e.* rerum affixarum, et simul junctarum ordo. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 14. Philologiæ gracilenta affixio. *h. e.* assidua intentio, et studium rebus affixum.

AFFIXUS, et Adfixus, a, um, *fixed or fastened to, affixed, nailed to*, παραπεπηγμένος. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 3. Prometheus affixus Caucaso. *Virg. Æn.* 10. v. 161. Affixus lateri. *Curt.* l. 4. c. 4. et *Tacit.* 15. *Ann.* c. 44. Affixus cruci. *Horat.* l. 3. *Od.* 5. v. 19. Signa affixa delubris. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 44. Ithacam illam in asperrimis saxis tanquam nidulum affixam. ¶ *Affixa* dicuntur a JCtis, quæ alicui rei fixa adhærent. *Paul. Digest.* l. 33. tit. 7. leg. 18. *in fi.* Domum instructam legavit cum omnibus affixis. *h. e.* cum omnibus iis rebus, quæ ad ipsam domum aliquo modo pertinent. ¶ *Affixus* etiam dicitur, qui alicui semper adhæret comes, et constanter sequitur. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 6. Jubes eum mihi esse affixum tanquam magistro. *Id. Fam* 1. ep. 8. Quibus in rebus me sibi ille affixum habebit. *Tibull.* l. 1. eleg. 7. v. 67. Anus noctu affixa foribus. *h. e.* assiduo pro foribus manens. ¶ Translate *Cic. Verr.* 7. c. 53. Causa in anima, sensuque meo penitus affixa, atque insita. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 26. Continentia cum ipso negotio sunt ea, quæ semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari. *Tibull.* l. 1. eleg. 3. v. 87. Pensis affixa puella. *Auct. Declamat. in Catil. quæ Portio Latr. tribui solet, post med.* Nihil illo perspexi affixius ad tollenda bonorum consortia.

AFFLAGRANS. et Adflagrans, antis, flagrans. *Ammian.* l. 21. c. 12. *in fi.* (*al.* c. 24.) Nec privatorum utilitates in tempore afflagranti despiciens. *h. e.* turbulento propter bellorum metum. Al. aliter leg.

AFFLĀTOR, et Adflator, oris, m. qui afflat. *Tertull. advers. Hermog.* c. 32. Qui super aquas ferebatur, librator, afflator, et animator. [Loquitur de Spiritu Sancto.]

AFFLĀTUS, et Adflatus, us, m. *a breathing upon, breath, gust of wind, blast, breeze, gale*, πρόσπνευμα, ἐπίπνοια, flatus, spiritus, ventus. *Plin.* l. 6. c. 17. Afflatu Favonii juvari Indiam. *Id.* l. 4. c. 12. Regio omni afflatu noxio carens. *free from all unwholesome air.* *Ovid. in Ibin*, v. 106. Denegет afflatus ventus, et aura suos. *Plin.* l. 3. c. 5. Afflatus montium. *the air coming from the hills.* *Id.* l. 21. c. 10. et l. 20. c. 19. Afflatus maris. *a breeze from the sea.* hoc idem *afflatum maritimum*, l. 14. c. 2. et 6. dixit. *Liv.* l. 28. c. 23. Ambusti afflatu vaporis. *Id.* l. 39. c. 22. Ignes cœlestes adussisse levi afflatu complurium vestimenta dicebantur. *Columell.* l. 4. c. 24. Trunci pars solis afflatu peraruit. *by the violent heat of the sun.* V. *Afflatus, a, um.* ¶ Dicitur etiam de spiritu emisso ab animali, *breath, air exhaled by living animals.* *Plin.* l. 9. c. 30. Polypus afflatu terribili canes agebat. *Id.* l. 10. c. 33. Perdices concipiunt et supervolantium afflatu. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 289. *de apro.* Fulmen ab ore venit: frondes afflatibus ardent. *Stat.* 5. *Theb.* v. 527. Calidi afflatus serpentis. *Silius* l. 6. v. 159. tabes afflatus. et v. 239. pestis afflatus. *pestilential blast.* de dracone loquitur. ¶ Hinc *Varro* l. 3. *R. R.* c. 1. *a med.* ponit *afflatum* pro aspiratione (*the aspirate*) hoc est pro H, quia in ea pronuncianda majore emisso spiritu opus est. *Lingua prisca*, inquit, *Bœotii sine afflatu vocant colles, Tebas.* ¶ Translate *afflatus* significat vim immissam divinitus animis, impetum, furoremve mentes permoventem, excitantemque ad aliquid agendum, quod supra vires hominis esse videatur, *inspiration, divine heat, enthusiasm*, ἐνθουσιασμός. V. *Afflo.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. *ult.* Nemo vir magnus sine aliquo afflatu divino unquam fuit. *Id.* 2. *de Orat.* c. 46. *in fi.* Poetam bonum neminem sine inflammatione animorum exsistere posse, et sine quodam afflatu quasi furoris. *Id.* 1. *de Div.* c. 19. Vis illa terræ, quæ mentem Pythiæ divino afflatu concitabat. *Id. ibid.* c. 18. Oracula, quæ instinctu divino, afflatuque funduntur. ¶ De luce, seu splendore, qui ab aliqua re effunditur. *Plin.* l. 36. c. 15. Translucet pictura tenuissimis capillamentis, lenique afflatu simulacra refovente, ipsa materia in pretio operis intelligitur.

AFFLĀTUS, et Adflatus, a, um, *blown or breathed upon*, ἐπιπνευσθεὶς, spiritu, halitu contactus. *Sueton. in Tiber.* c. 72. Et, ut exæstuaret, afflatus aura in graviorem incidit morbum. *Plin.* l. 8. c. 21. Basiliscus necat frutices, non contactos modo, verum et afflatos. *Id.* l. 11. c. 53. Afflata ursi halitu. ¶ Item tactus, contactus, cum de igne, sidere, fulmine, et hujusmodi, quæ afflatu aliquo feruntur, aut ferri videntur, sermo est, *blasted.* *Liv.* l. 30. c. 6. Magna pars saucii, afflatique incendio effugerent. *Ovid.* 3. *ex Pont.* epist. 6. v. 17. Afflatus telis fulminis. V. *Afflo.* *Claudian. de B. Gildon.* v. 348. Afflatus sole. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 49. Hos necat afflatos funesti tabe veneni. *Claudian. init.* l. 1. *de rapt. Pros.* afflataque curru Sidera Tænario. ¶ Translate est inspiratus, instinctus, *inspired.* V. *Afflo.* *Virg.* 6. *Æn.* v. 50. Sibylla afflata numine. *Pers.* sat. 1. v. 123. audaci quicumque afflate Cratino, Iratum Eupolidem prægrandi cum sene palles. *h. e.* quicumque ex lectione Cratini, ejus audaciam, et spiritum hausisti. *Valer. Max.* l. 7. c. 5. n. 4. *Afflatum repulsa* dixit, hoc est perculsum; ducta translatione ab iis, qui fulmine afflantur.

AFFLECTO, et Adflecto, is, exi, ectum, a. 3. *to bend towards*, idem quod flecto, vel ad aliquam rem flecto. *Avien. in Arat.* v. 734. huic rutilos si sol afflexerit axes.

AFFLĔO, et Adfleo, es, evi, etum, n. 2. *to weep at or over, to join in weeping*, ἐπιδακρύω, idem quod fleo, vel simul, aut valde fleo. *Plaut. in Pers.* 1. 3. 72. Ut affleat, cum ea memoret. *Horat. in art. Poet.* v. 101. Ut ridentibus arrident, ita flentibus adflent. *Alii leg.* adsunt.

AFFLEXUS, et Adflexus, a, um, *bent or inclined towards*, flexus, inclinatus. *Germanicus Cæsar (ut fertur) interpres Phænom. Arat. in Cepheo*, v. 191. Qua latus afflexum sinuosi respicit anguis. Al. leg. *hac flexum.*

AFFLICTATĬO, et Adflictatio, onis, f. *affliction, sorrow, trouble, vexation, distress*, παρατάραξις, ægritudo cum vexatione corporis, ut *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 8. definit. *Id. ibid.* c. 7. Solicitudo, molestia, afflictatio, desperatio.

AFFLICTĀTOR, et Adflictator, oris, m. qui affligit. *Tertull.* l. 5. *advers. Marcion.* c. 16. Justum est afflictatoribus nostris rependi afflictationem.

AFFLICTĀTUS, et Adflictatus, a, um, *afflicted, tormented, distressed, harassed*, vexatus. *Sueton. in Tito.* c. 2. Gravi morbo afflictatus diu.

AFFLICTĬO, et Adflictio, onis, f. *affliction, sorrow, pain, anguish*, idem quod afflictatio. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 13. Ægritudo habet cruciatum, afflictionem, fœditatem. *Alii leg.* afflictationem. *Senec. de consol. ad Helviam*, c. 16. Afflictionis irritæ supervacua vexatio.

AFFLICTO, et Adflicto, as, avi, atum, a. 1. *to agitate, toss or drive this way or that, shatter as a storm doth a ship*, agito, vexo, huc illuc impello: frequentativum ab *Affligo*, et ejus augens significationem, ἐπιθλίβω. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 29. Naves onerarias quæ ad anchoras erant deligatæ, tempestas afflictabat. *Id. ibid.* l. 3. c. 12. Neque navibus aditum haberent, quod minuente æstu, in vadis afflictarentur. *Auct. de B. Hispan.* c. 3. Tempestate adversa, vehementique vento afflictari. ¶ Translate est deprimere, vexare, agitare, *to afflict, vex, torment, distress, harass.* *Tacit.* 4. *Hist.* c. 79. Ne quartadecima legio, adjuncta Britannica classe, afflictaret Batavos. *Id* 3. *Hist.* c. 19. Memor laboris, ac vulnerum, quibus tam anceps prœlii fortuna, quamvis prospero fine, equites, equosque afflictaverat. *Id. Ann.* 6. c. 35. Afflictare hostes vulneribus. *Id.* 13. *Ann.* c. 30. Italiam luxuria, sævitiaque afflictare. *Id. ibid.* c. 16. et *Cic.* 1. *Catil.* c. *ult.* Afflictari morbo. *Lucret.* l. 4. v. 1151. amore. ¶ *Afflictare se*, et *afflictari* est angi, cruciari, dolere, cum corporis vexatione, *to be afflicted; to sorrow, grieve, give a loose to distress.* *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 32. Cum se Alcibiades afflictaret, lacrimansque Socrati supplex esset, ut sibi virtutem traderet. *Sallust. in Catil.* c. 32. Mulieres afflictare se se, manus supplices ad cœlum tendere. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 1. Nihil scire potui de domesticis rebus, de quibus acerbissime afflictor, quod &c. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 27. *in fi.* Afflictari, et lamentari.

AFFLICTOR, et Adflictor, oris, m. qui affligit, προσταράκτης. *Cic. in Pison.* c. 27. Senatus odit te afflictorem, et perditorem non modo dignitatis, et auctoritatis, sed etiam

mitinis, ac nominis sui. *a troubler, vexer, tormentor, a worrier.*

AFFLICTUS, et Adflictus, us, m. *a dashing or striking together, a collision,* allisio, collisio. *Apulei. de Mundo.* Nubes afflictu ignem, ut igniferi saxa attrita inter se, dant. *Id. ibid.* Nubium afflictus. ¶ Item prostratio. *Cic. 2. Tuscul. c. 8. ex Pacuv.* Effeminata virtus afflictu occidit. *Plerique alii leg.* afflicta.

AFFLICTUS, et Adflictus, a, um, *dashed or driven with force against, agitated, damaged, impaired, hurt,* allisus, vel prostratus. *Cæs. l. 4. B. Gall. c. 31.* Quæ gravissime afflictæ erant naves, &c. *Sallust. in fragment.* apud *Non. c. 4. n. 434.* Aut vulnerati a suis, aut afflicti undarum vi. *Liv. l. 4. c. 12.* Infantes ipsos afflictos humo in ora militum adversa misere. *Cic. pro Rabir. posthum. c. 9.* Navis afflicta ad scopulos. *Colum. l. 5. c. 6.* Arbor senio, aut tempestate afflicta. *Val. Flacc. l. 4. v. 612. de Chalybum gente.* Et tonat afflicta domus ignea massa. *h. e.* malleis contusa. *battered, beaten.* ¶ Translate sumitur pro vexato, agitato, prostrato, jactato, perdito, subverso, *troubled, harassed, distressed, afflicted, visited.* *Tacit. 1. Hist. c. 2.* Italia novis cladibus afflicta. *Sueton. in Vesp. c. 17.* Civitates terræ motu, aut incendio afflictæ. *Liv. l. 3. c. 6.* Afflicta urbs pestilentia. *Cic. pro Flacc. c. 7.* Græcia perculsa, et afflicta. *Id. Verr. 5. c. 91.* Provincia afflicta, et perdita. *Id. pro Quint. c. 30.* Ab afflicta amicitia transfugere, et ad florentem aliam devolare. *Id. pro Syll. c. 31.* Si non integra fortuna, et afflicta patri suo gratulari sinatis. *Id. 2. de Legib. c. 17.* Religiones prostratæ, et afflictæ. *Id. Fam. 6. ep. 1. ad fin.* Afflictiore conditione esse. *Id. post redit. in Sen. c. 9.* Afflicto et jacenti dexteram porrigere. *Id. pro leg. Manil. c. 29.* Afflictum erigere. *Id. 1. de Orat. c. 8. et 37.* excitare. *Id. Attic. l. 1. ep. 16.* Afflictus magnis clamoribus conticuit, et concidit. *Sueton. in Oth. c. 9.* Afflictæ copiæ. *army discomfited, beaten.* *Id. in Vitell. c. 3.* Missum ad legiones et appellatum Imperatorem, pro afflicto statim lamentata est. *lamented him as one devoted to ruin.* *Id. in Ner. c. 16.* Afflicti suppliciis Christiani. *afflicted, tormented, persecuted.* *Tacit. 1. Hist. c. 88.* Afflicta fides. *ruined or broken credit.* *Flor. l. 2. c. 6. et Lucan. l. 1. v. 496.* Afflictæ res. *state of misfortune.* *Justin. l. 4. c. ult.* Res, quamvis afflictæ, nondum tamen perditæ. *Stat. l. 11. Theb. v. 164.* Afflictus pudor. ¶ Sæpe refertur ad animum, *afflicted, distressed, oppressed.* *Virg. Æn. 2. v. 92.* Afflictus vitam in tenebris, luctuque trahebam. *Cic. 4. Tuscul. c. 16.* Ægritudine afflictus, debilitatus, jacens. *Id. Phil. 9. c. 5.* Afflictus luctu. *Id. 2. Catil. c. 1.* Mœrore. *Id. Fam. 9. ep. 11.* gravissime casu aliquo. *Id. pro Dom. c. 36. et l. 12. Attic. ep. 21. in fi.* Afflictus, et fractus animus. ¶ Pro perdito, pravo, *bad, wicked, depraved.* *Macrob. l. 6. Saturn. c. 7.* Nemo quisquam tam afflictis est moribus, quin faciat, aut dicat nonnunquam aliquid, quod laudari queat. *Alii leg.* efflictis. *Cic. 3. Phil. c. 10.* Homo afflictus, et perditus. *h. e.* quasi vitiorum mole oppressus, obrutus, profligatus, abjectus; atque adeo improbus, pessimus.

AFFLĪGO, et Adfligo, is, ixi, ictum, a. 3. *to throw violently or dash against any thing, to throw to the ground, overthrow,* ἐνερείδω, ἐπιθλίβω, allido, vi impello, prosterno: ex *ad*, et *fligo*. *Cæs. l. 6. B. Gall. c. 26. in fi.* Infirmas arbores pondere affligunt, atque una ipsæ concidunt. *Plaut. Mostell. 1. 4. 19.* Cedo manum: nolo equidem te affligi. *I don't wish that you should fall to the ground.* *Et Senec. l. 1. de Ira, c. ult. a med.* Mensam evertere, pocula affligere. *Plaut. Pers. 5. 2. 15.* Te ad terram, scelus, affligam. *Ovid. 12. Metam. v. 139. et l. 14. v. 206.* terræ affligere aliquem. *Sil. l. 9. v. 631.* affligere aliquem telluri. *Al. leg.* tellure. *Tacit. 1. Hist. c. 41.* Dereptam Galbæ imaginem solo afflixit. *Id. 4. Ann. c. 45.* Affligere caput saxo. *to dash the head against a stone.* *Horat. l. 2. sat. 2. v. 79.* Affligere humo. V. *Affigo*. *Cic. pro Dom. c. 40.* Affligere domum. *Id. in Pison. c. 38.* statuam. *Id. pro Cœl. c. ult.* monumentum. *Tacit. Annal. 4. c. 63.* aliquem in mortem. *even to death.* *Colum. l. 2. c. 10.* Lupinum, si non ante hyemem convaluerit, frigoribus affligitur. *droops to the ground.* *Cic. in Pison. c. 35.* Affligi morbo. *to labour under a disease.* *Tacit. 14. Ann. c. 38.* Fames affligebat hostes. ¶ Ponitur interdum pro percutere, *to strike.* *Tacit. Ann. 14. c. 8.* Trierarchus fusti caput ejus afflixit. *fusti* ablativus est instrumenti. ¶ Translate est deprimere, perdere, perturbare, vexare, *to harass, distress, vex, disquiet, trouble, impair.* *Cic. de clar. Orat. c. 12.* Hoc Oratoris esse maxime proprium, rem augere posse laudando, vituperandoque rursus affligere. *to debase, lower, vilify, demean.* *Id. 4. Tuscul. c. 14.* Animos affligere, et debilitare metu. *Id. pro Sext. c. 7.* Affligere equestrem ordinem. *Liv. l. 28. c. 39.* Affligere aliquem bello. *Cic. pro Mur. c. ult.* Affligere aliquem judicum sententiis. *h. e.* damnando deprimere. *Id. 2. Agrar. c. 30.* Vectigalia bellis affliguntur. *are impaired, lessened.* *Plin. l. 2. c. 12.* Affligere opes alicujus. *to impair, injure, weaken, break down the power of any one.* *Cic. Attic. l. 2. ep. 19.* Pompeius ipse se afflixit. *was the cause of his own ruin.* *Sueton. de clar. Rhet. c. 6.* Affligere negotium. *to injure, hurt, ruin.* *Plin. l. 33. c. 11. et Flor. l. 3. c. 12.* Affligere mores. *to ruin, corrupt.* *Cic. de Senect. c. 10.* Senectus enervat, et affligit homines. *Id. Attic. l. 12. ep. 50.* Levari alicujus adventu, et discessu affligi. *to be grieved, hurt.* *Curt. l. 4. c. 8.* Vehementer affligi desiderio alicujus.

AFFLO, et Adflo, as, avi, atum, n. 1. *to breathe; to breathe upon,* ἐπιπνέω, ad aliquid spiro, flatu, spirituve contingo: ex *ad*, et *flo*. Dicitur non de vento solum, sed etiam de spiritu, seu halitu animalium. *Plin. l. 18. c. 17.* Cum udam (*fabam*) quidam ventus afflavit. *Stat. l. 5 silv. 1. v. 146.* maligno afflantur vineta Noto. *Ovid. Metam. 1. v. 542.* Afflare crinem sparsum cervicibus. *Horat. l. 2. sat. ult. in fi.* Afflare alicui. *Virg. 1. Georg. v. 250.* Nos ubi primus equis Oriens afflavit anhelis. *h. e.* quasi contigit afflatu equorum cursu anhelantium. *Columel. l. 8. c. 5.* Ne pulli a serpentibus afflentur. *Plin. l. 28. c. 6.* Afflari in fronte. *Lucret. l. 5. v. 508.* et calidum membris afflare vaporem. ¶ De aliis rebus, quæ flatu aliquo ferri videntur, ut de igne, fulmine, sidere, et hujusmodi. itaque *afflari* v. g. *fulmine* est non quidem ici, sed tangi vi spiritus fulmen præeunte, vel comitante. *Plin. l. 2. c. 54.* Spiritum esse ocyorem fulmine: ideo quati prius omne, et afflari, quam percuti. *Liv. in fragment.* apud *Serv. ad l. 1. Georg. v. 472.* Tanta flamma ex Ætna monte defluxit, ut non tantum vicinæ urbes, sed etiam Rhegina civitas afflaretur. *Ovid. 1. Trist. eleg. 9. v. 21.* fulmina, quorum Ignibus afflari proxima quæque solent. *are wont to be struck or blasted.* *Plin. l. 2. c. 41.* Afflari sidere. V. *alia in Afflatus.* Huc referuntur et illa *Cicer. de Senect. c. 17.* Odores, qui afflarentur e floribus. *h. e.* qui flatu aeris ad nos pervenirent. (Alii leg. *afflarent*; quod placet *Manutio*, et aliis Criticis; alii *efflarentur*.) et *Propert. l. 2. eleg. 22. v. 17.* Afflabunt tibi non Arabum de gramine odores, Sed quos ipse suis fecit Amor manibus. ¶ Translate *Cic. 16. Attic. ep. 5.* Rumoris nescio quid afflaverat, frequentiam non fuisse. *h. e.* exierat quidam rumor. *Id. Verr. 3. c. 13.* Sperat, sibi auram posse aliquam afflari, in hoc crimine, voluntatis, assensionisque eorum, quibus &c. *h. e.* fautoros sibi eos, qui &c. *Tibull. l. 2. eleg. 1. v. 80.* Felix, cui placidus leniter afflat Amor. *Flor. l. 3. c. 5.* Italiam, ipsam urbem Romam regius terror afflabat. *h. e.* tam prope erat, ut et Romæ timeretur. *Senec. ep. 114.* Si animus sanus est, si compositus, gravis, ingenium quoque siccum ac sobrium est: illo vitiato, hoc quoque afflatur. *remains tainted.* ¶ Significat etiam inspirare, concitare divinitus motum animi, *to inspire, hurry away by violent passion or over-heated imagination,* ἐνθουσιάζειν. Hic autem loquendi modus ex eo ortus videtur, quod ex caveis Oraculorum anhelitus quidam exiret, quo sacerdotes incitati responsa divina reddebant. ut ex *Cicer. 2. de Divin. c. 57.* colligitur. *Id. pro Arch. c. 8.* Poetam mentis viribus excitari, et quasi divino quodam spiritu afflari. *Alii leg.* inflari. V. *adject. Afflatus.* ¶ *Afflare aliquem juventa* apud *Claudian. de B. Gildon. v. 208.* est alicui juventam addere, et flando quodammodo inspirare. Eadem ratione *afflare alicui honorem* dixit *Virg. 1. Æn. v. 595.* Loquitur autem de Venere gratiosiorem Æneæ vultum reddente; sicut apud *Claudian.* de Jove sermo est. Creduntur autem deorum halitus, et afflatus vitales admodum esse, rebusque quas contigerint, vim, vigoremque indere. *Tibull. l. 2. eleg. 4. v. 57.* indomitis gregibus Venus afflat amores. *kindles in them the spirit of love.*

AFFLŬENS, et Adfluens, entis, adject. *abundant,* ἐπιῤῥέων, abundans, et proprie de aquis dicitur, aliisque fluidis. *Vitruv. l. 8. c. 1.* Sub radicibus montium uberiores, et affluentiores aquæ sunt. *Cic. pro Sext. c. 8.* Unguentis affluens. ¶ Translate est copiosus, refertus, dives quacumque re, *copious, plentiful, profuse, abundant, affluent; abounding in, plentifully stocked with,* περιουσιάζων. *Sueton. in Aug. c. 35.* Affluens numerus senatorum. *Cic. pro Arch. c. 2.* Urbs eruditissimis hominibus, liberalissimisque studiis affluens. *Id. pro Rosc. Com. c. 10.* Homo bonitate affluens. *Id. Verr. 7. c. 54. in fi.* omni lepore, et venustate. *Id. pro Cluent. c. 66.* Domus omni scelere. *Id. l. 3. de Orat. c. 15.* Homines otio nimio, et ingeniis uberrimis affluentes. *Id. l. 1. Offic. c. 43.* In omnium rerum affluentibus copiis. *Id. 2. Agrar. c. 30.* Opibus, et copiis affluens. *Id. de Amic. c. 16.* Divitior mihi, et affluentior videtur esse vera amicitia, nec observare restricte, &c. *Augustin. l. 2. Confess. c. 6.* Largitor affluentissimus. *affluent, liberal, bountiful.* ¶ In malam partem pro redundanti, *superabundant.* *Nepos in Attic. c. 13.* Omni diligentia munditiam non affluentem affectabat. *Alii leg.* munditiam, non affluentiam. ¶ Apud *Phædr. l. 5. fab. 1. v. 22.* homo vestitu affluens est, qui vestem habet amplam, sinuosam, et ut ait *Horat. Epod. 4. v. 8.* bis ter ulnarum togam. ¶ *Anni affluentes* apud *Horat. l. 4. od. 11. v. 19.* sunt anni accedentes, advenientes, sumpta translatione ab aquis decurrentibus, et affluentibus.

AFFLUENTER, et Adfluenter, *abundantly, copiously, plentifully,* δαψιλῶς, copiose. *Apulei. l. 4. Metam.* Vinum affluenter immissum. *Solin. c. 9. (al. 14.) a med.* Ita affluenter successus ejus ampliandis opibus proficiebant, ut &c. *Cic. 5. Tuscul. c. 6.* Affluentius voluptates undique haurire. [*Nep. in Att. c. 14.* Affluentius vivere.]

AFFLUENTĬA, et Adfluentia, æ, f. *plenty, fruitfulness, exuberance,* ἐπιῤῥοια, profluvium. *Plin. l. 26. c. 10.* Illita radix genitalibus inhibet affluentiam genituræ. ¶ Translate est abundantia, copia, *abundance, plentifulness,* εὐπορία. *Cic. Agr. 2. c. 35.* Ex hac copia, atque rerum omnium affluentia. *Plin in Paneg. c. 29.* Affluentia annonæ.

AFFLŬO, et Adfluo, is, uxi, n. 3. *to flow to or towards,* ἐπιῤῥέω, ad aliquem locum fluo, fluendo accedo: ex *ad*, et *fluo*. *Plin. l. 2. c. 97.* Æstus bis inter duos exortus Lunæ affluunt, bisque remeant. *Tacit. Ann. 4. c. 6.* Rhenus ad Gallicam ripam latior, et placidior affluens. ¶ Translate significat accurrere, convenire, undique concurrere, *to run or flock towards, meet together, assemble.* *Virg. 2. Æn. v. 796.* ingentem comitum affluxisse novorum Invenio admirans numerum. *Liv. l. 39. c. 31.* Dimicantibus iis legio quinta supervenit; deinde ut quæque potuerant, copiæ affluebant. *Tacit. 4. Hist. c. 25.* Affluentibus auxiliis Gallorum, qui rem Romanam enixe juvabant. *Id. 4. Ann. c. 41.* Populi accursus multitudinem affluentium increpat. ¶ Item accedere, illabi, *to creep in, steal upon, insinuate itself with.* *Cic. 1. de Fin. c. 11.* Voluptas ad sensus cum suavitate affluit, et illabitur. *Id. Q. Fr. l. 3. ep. 3.* Nihil a te, nihil ex istis locis, non modo litterarum, sed ne rumoris quidem affluxit. *Ovid. de remed. amor. v. 148.* Affluit incautis insidiosus amor. *Valer. Max. l. 6. c. ult. in fi.* Opes affluunt subito, repente dilabuntur. ¶ Item abundare, *to abound.* *Lucret. l. 6. v. 12.* Affluere divitiis honore, et laude. *Plaut. Pseud. 1. 2. 57.* frumento. *Cic. 2. de Fin. c. 28. in fi.* voluptatibus. *Sallust. in Catil. c. 37.* Mihi imperium populi R. miserabile visum est, cui cum domi otium, atque divitiæ affluerent, fuere tamen, &c. *h. e.* abunde suppeterent. *Liv. lib. 3. c. 26.* ubi effuse adfluunt opes.

AFFODĬO, et Adfodio, ŏdis, ōdi, ossum, a. 3. *to add or join by digging,* ad aliquem locum fodio. *Plin. l. 2. c. 68.* Furto vicini cæspitem nostro solo adfodimus. *h. e.* fodiendo, nostro solo adjungimus.

AFFŎRE. V. *Adsum.*

AFFORMĪDO, et Adformido, as, avi, atum, a. 1. *to be sore afraid,* περιφοβέομαι, valde timeo. *Plaut. Bacch. 4. 10. 3.* Magisque afformido, ne is pereat.

AFFRANGO. V. *Adfrango.*

AFFRĔMO. V. *Adfremo.*

AFFRICATĬO, et Adfricatio, onis, f. *a rubbing, rubbing upon or against,* ἐπίτριψις, affrictus. *Cœl. Aurel. in præfat. Acutor. sub fin.* Majora corpuscula majoribus mista faciunt plagas, sive percussiones, et affricationes. *Id. ibid. l. 1. c. 14.* Argentum album est, sed ejus affricatio nigra.

AFFRICĀTUS, et Adfricatus, a, um, *rubbed,* participium verbi *Affrico*, sed rari usus. usitatum enim est *affrictus*. *Apulei. l. 3. Metam.* Pyxides pluscula depromit, de quis egesta unguedine, diuque palmulis suis affricata, &c.

AFFRĬCO, et Adfrico, as, icui, ictum, a. 1. *to rub, rub against any thing,* προστρίβω, ad aliquid frico. *Columel. l. 7. c. 5.* Vitiosum locum pecudes aut morsu scalpunt, aut arbori affricant. *Plin. l. 8. c. 17.* Anguis marathro herbæ se se affricans. *Id. l. 29. c. ult.* Anguium membrana vernatione eorum exuta, si affricetur, claritatem (*oculorum*) facit. ¶ Translate *Senec. ep. 7.* Malignus comes quamvis candido, et simplici rubiginem suam affricuit. *h. e.* adhærendo vitiis suis infecit.

AFFRICTĬO, et Adfrictio, onis, f. idem quod affricatio, affrictus. *Phædr. l. 4. fab. 13.* ubi alii aliter leg.

AFFRICTUS, et Adfrictus, us, m. *a rubbing upon or against any thing,* πρόστριψις. *Senec. Quæst. nat. 5. c. 14. de spiritu subterraneo per loca sulphurosa se torquente.* Accendat flammam ipso affrictu necesse est. *Plures leg.* obstrictu. *Plin. l. 31. c. 6.* Spuma aquæ marinæ affrictu verrucas tollit.

AFFRINGO. V. *Adfrango.*

AFFRĬO. V. *Adfrio.*

AFFŬI, isti, uit, &c. V. *Adsum.*

AFFULGĔO, et Adfulgeo, es, ulsi, n. 2. *to shine, appear bright, or resplendent; to shine upon,* fulgens appareo, fulgeo, ἐπιλάμπω. *Ovid. in Ibin, v. 311.* Non Venus affulsit, non illa Jupiter hora, Lunaque non apto, Solve fuere loco. *Horat. l. 4. od. 5. v. 6.* Instar veris vultus tuus affulsit. *Sil. l. 7. v. 467.* postrema nitenti Affulsit vultu ridens Venus. ¶ Translate *Petron. c. 111.* Verum pudicitiæ, amorisque exemplum affulsisse. ¶ Sæpe eleganter dicitur de iis rebus, quæ mœrentibus nobis, et optantibus lætæ adveniunt, nosque erigunt, et recreant, *to wear a bright aspect, shine favourably upon.* *Liv. l. 27. c. 28.* Defensurum se urbem, prima spes, morte nuntiata Marcelli, affulsit. *Id. l. 30. c. 30.* Et mihi talis aliquando fortuna affulsit. *Valer. Max. l. 7. c. 6. extern. n. 1.* Cretensibus nihil tale præsidii affulsit. *Flor. l. 4. c. 9. ad fin.* Ut prima affulsit occasio.

AFFUNDO, et Adfundo, is, udi, usum, a. 3. *to pour or sprinkle upon,* προσχέω, fundo, diffundo, spargo: ex *ad*, et *fundo*. *Tacit. l. 5. Histor. c. 23.* Mosæ fluminis os amnem Rhenum Oceano affundit. *Id. Ann. 13. c. 16.* Affundere alicui venenum in aqua frigida. *Plin. l. 16. c. ult.* Affundere vinum arbori. *Id. l. 5. c. 1.* Affunditur æstuarium e mari flexuoso meatu. *flows,* &c. ¶ Translate *Tacit. in Agric. c. 35.* Ut peditum auxilia mediam aciem firmarent equorum tria millia cornibus affunderentur, *be distributed amongst.* *Id. Ann. 6. c. 28.* Affundere alicui vim vitalem. *h. e.* indere, infundere, *to introduce into, communicate to.* ¶ *Affundi*, procumbere, prosterni, inclinari. *Sil.*

l. 6. v. 572. sollicite læti affunduntur, et ipsis Oscula vulneribus figunt. Alii leg. *funduntur*. Sed alia huc pertinentia V. in *Affusus*.

AFFUSĬO, onis, f. *an infusing or sprinkling upon*, ἐπίχυσις, infusio, vel aspersio. *Pallad. Febr. tit.* 28. Antidoti affusione radices infundunt.

AFFŪSUS, et Adfusus, a, um, particip. *poured or sprinkled upon*, fusus, infusus, aspersus, προσχυθείς. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 10. Venenum vulneri affusum. *Plin.* l. 12. c. 21. *in fi.* Affusa eis paulatim aqua calida. *Id.* l. 28. c. 9. Liquefacere aliquid affuso vino. *Id.* l. 5. c. 29. Amnis plurimis affusus oppidis. *h. e.* plurima oppida alluens. *Id.* l. 3. c. 3. Colonia amne Ibero affusa *h. e.* quam Iberus alluit. *washed.* ¶ Translate *Ovid.* 9. *Metam.* v. 605. Amplectique pedes, affusaque poscere vitam. *prostrate. Et Flor.* l. 4. c. 2. Cleopatra affusa genibus Cæsaris. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 540. Affusæque jacent tumulo. *h. e.* circa tumulum prostratæ: quo sensu *Stat.* quoque l. 3. *Theb.* v. 686. locutus est. *Senec. in Troad.* v. 1076. Cautes undique affusa ducum, plebisque turba cingitur. *h. e.* circumfusa. *Id.* l. 17. v. 219. Affusis puppes procedere ventis. *h. e.* afflantibus, et se se in vela immittentibus.

AFFUTŪRUS. V. in *Adsum*.

AFŌRE. V. in *Abfore*.

AFŌRIS. V *Foris*.

AFRANĬA, Licinii Buccionis senatoris uxor, quæ muliebris verecundiæ oblita suas per se causas agebat, et importunis clamoribus Judicibus obstrepebat: non quod advocati ei deessent, sed quia impudentia abundabat. Hinc factum est, ut mulieres perfrictæ frontis, et matronalis pudoris oblitæ, *Afraniæ* per contumeliam dicerentur. *Valer. Max.* l. 8. c. 3. n. 2.

AFRANIĀNUS, a, um, adject. ad Afranium Poetam pertinens, ut *Afraniana fabula* apud *Cicer. pro Cœl.* c. 30. ubi alii plerique leg. *Afrania*.

L. AFRANĬUS, Poeta Latinus fuit, togatarum fabularum scriptor, cujus comœdiæ, alioqui festivæ et elegantes, minus gratæ fuerunt, quod fœdis puerorum amoribus essent conspurcatæ, ut notat *Quintil.* l. 10. c. 1. Ejus integra opera perierunt, solumque adhuc remanent fragmenta quædam apud *Nonium*, aliosque Veteres Grammaticos. Floruit eodem tempore, quo *Terentius*, et *Cæcilius*, ut scribit *Vellei.* l. 1. c. 17. vel certe paulo post. Eum laudat etiam *Cic. de clar. Orat.* c. 45. ut perargutum, et in fabulis disertum. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 57. Dicitur Afrani toga convenisse Menandro. *h. e.* dicitur Afranius in togatis fabulis imitatus Menandrum; quod et *Cicero* innuit lib. 1. *de Fin.* c. 3. ¶ Adjective *Afrania fabula*, hoc est ab Afranio conscripta, apud *Cic. pro Cœl.* c. 30. V. vocem præced.

AFRARĬUS, ii. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 426. n. 5. C. Junio C. F. Quir. Flaviano Præf. annonæ . . . . mercatores frumentarii et olearii Afrarii. *h. e.* apud Afros negotiantes. Sunt qui putant legendum *Ærarii*.

AFRI, orum, V. in *Afer*.

AFRĬCA, æ, f. *Africa, one of the four quarters of the globe*, Ἀφρική, Λιβύη, una ex quatuor Orbis terræ partibus, cujus termini sunt ab Oriente Ægyptus, et Sinus Arabicus, ab Occasu Oceanus Atlanticus, a Septentrione mare Mediterraneum, a Meridie Oceanus Australis. V. Geographos. Dicitur habuisse nomen ab Afro, vel Aphero, qui a *Josepho* lib. 1. *Antiq.* dicitur nepos Abrahæ ex Madian filio, a *Solino* autem cap. 24. (*al.* 37.) filius Herculis Libyci, quique primus in eas terras habitandi causa transisse fertur. Sunt etiam qui putant ita dictam esse ab *α* privativa, et φρίκη, horror, quod sit sine horrore frigoris: magnis enim caloribus abundat. Hinc et *Aphrica* a nonnullis scriptum est: sed Latina consuetudo aspirationem extrivit. ¶ Aliquando sumitur pro peculiari Africæ parte. *Plin.* l. 5. c. 9. Nilus Africam ab Æthiopia dispescens. *Et* cap. 4. A Tusca Zeugitana regio, et quæ proprie vocetur Africa, est. *Pompon. Mela.* l. 1. c. 7. Regio, quæ sequitur a promuntorio Metagonio ad aras Philænorum, proprie nomen Africæ usurpat. ¶ *Semper aliquid novi Africa affert*, ἀεὶ φέρει τι Λιβύη καινόν: proverbium est ex eo ortum, quod cum in Africa magna sit aquarum inopia, ad paucos amnes bibendi causa multarum specierum feræ conveniunt, ex quarum vario concubitu multiformes subinde oriuntur partus, monstrosæque animalium facies. Refert hoc proverbium *Plin.* l. 8. c. 16. quadrare autem potest in homines lubrica fide, aut novarum rerum cupidos.

AFRICĀNUS, a, um, *African, relating to Africa*, Λιβυκός, ad Africam pertinens. *Cic. pro Dejot.* c. 9. Africanum bellum. *Et mox.* Africani rumores. *Id. Fam.* 6. ep. 13. Africana causa. *h. e.* bellum a Pompeianis in Africa contra Cæsarem renovatum. *Nepos in Attico*, c. 12. Africanæ possessiones. ¶ *Africanæ gallinæ* in pretio olim fuerunt: erant autem ceteris multo majores, meleagridibus valde similes, colore pennarum vario, hoc est maculis quibusdam, velut guttis, distincto, (ex quo *guttatæ* dicuntur a *Martial.* l. 3. epigram. 58.) habentes in capite tuber, seu gibbam rutilam: quam ob rem *gibberæ* dicuntur a *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. Adde *Colum.* l. 8. c. 2. et *Plin.* l. 10. c. 26. Eæ appellantur etiam *Numidicæ*, quia præcipue in Numidia Africæ provincia nascebantur. Admittebantur autem in lautiores cœnas, non quidem propter suavitatem gustus, sed propter raritatem, et quod non nisi magno pretio comparabantur, ut *Plin. loc. cit.* et *Petron.* in *Satyr.* c. 93. testantur. *Varr. loc. cit.* Sunt gallinæ quæ vocantur generum trium, villaticæ, rusticæ, et Africanæ, &c. ¶ *Africanæ ficus* etiam laudantur a *Catone R. R.* cap. 11. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 41. *Colum.* l. 5. c. 10. et a *Plin.* l. 15. c. 18. Quamquam non semper in eodem pretio sunt habitæ, cum procedente tempore ex copia viluissent. Hinc inter viliora munera eas recenset *Martial.* l. 4. epigr. 46. et l. 7. epigr. 52. ¶ *Africanæ, arum* per antonomasiam appellantur pantheræ, et pardi (qui solo sexu a pantheris differunt) quod id ferarum genus in Africa est frequentissimum, et inde primum Romam transvectum. *Plin.* l. 8. c. 17. Senatus consultum vetus fuit, ne liceret Africanas in Italiam advehere. *Liv.* l. 44. c. 18. *in fi.* Ludis Circensibus sexaginta tres Africanas, et quadraginta ursos, et elephantos lusisse. Adde *Sueton.* in *Calig.* c. 18. et in *Claud.* c. 21. et *Plin. Junior.* l. 6. ep. *ult.* ¶ *Africanus* agnomen est duorum celeberrimorum virorum Scipionum, quorum prior, qui *Africanus major*, et *superior* dictus est, id sibi peperit decus devicto Annibale, debellatoque Punico bello secundo; alter *Africanus minor*, et *posterior*, nepos adoptivus prioris, deleta Carthagine Punico bello tertio. *Liv. in fi.* l. 30. et *Cic. de Harusp. resp.* c. 12. et l. 1. *Offic.* c. 33. *ad fin.* et *pro Mur.* c. 28. et alibi. *Plinius* primum sæpe appellat *Africanum priorem*, secundum *Africanum sequentem*, l. 5. c. 4. l. 7. c. 30. et 44. l. 15. c. 29. l. 33. c. 11. et l. 34. c. 6. V. *Æmilianus*. ¶ Africanus Jurisconsultus, scriptor subtilis et difficilis, Papiniani discipulus fuit. *Lamprid. in Alex. Sever. c. ult.* cui tamen fidem non habet *Cujac.* qui eum esse putat, qui Sex. Cæcilius dicitur a *Gell.* l. 20. c. 1. atque adeo antiquiorem.

AFRICĬA, æ, f. inter genera liborum, quæ in sacrificiis adhibebantur, enumeratur ab *Arnob.* l. 7. pag. 230. sed quid tandem significet, adhuc est incompertum. Est nonnullorum conjectura dictam videri ab *affricando*, quod aut aræ, aut victimæ affricaretur.

AFRĬCUS, a, um, *African, pertaining to Africa*, Λιβυκός, Africanus. *Flor.* l. 2. c. 2. *ad fin.* Africum mare. *Ennius* apud *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 24. et *Liv.* l. 29. c. 23. *extr.* Africa terra. *Sil.* l. 17. v. 11. Africa bella. ¶ *Africus vicus* Romæ fuit in Esquiliis, quod ibi obsides ex Africa bello Punico dicuntur esse custoditi. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. ¶ *Africus ventus*, qui sæpius *Africus* absolute dicitur, est is, qui Anglice *the south-west wind*, Græcis λὶψ dicitur, spirans ab Africa inter Austrum, et Zephyrum, ab occasu brumali, contrarius Cæciæ. *Senec.* l. 5. *quæst. nat.* c. 16. et *Plin.* l. 2. c. 47. et alii. *Senec. loc. cit.* Africus furibundus, et ruens. *Virg.* 1. *Æn.* v. 90. creberque procellis Africus. *Horat.* l. 1. od. 3. v. 12. præcipitem Africum Decertantem Aquilonibus. *Id.* l. 3. *od.* 23. v. 5. Africus pestilens. *Id. Epod.* 16. v. 22. Protervus Africus. Adjective *Id.* l. 3. od. 29. *ad fin.* Africæ procellæ. *h. e.* quas Africus movet. ¶ *Propert.* l. 4. eleg. 3. v. 47. Africum patrem dixit, quia omnes venti Dii habiti sunt: Diis autem *patris* nomen convenit. Quod autem addit, eum aquas congelare, videtur Africum confudisse cum Aquilone. [vel potius ibi Poeta ita frigus Scythiæ graphice describit, ut dicat, ab ipso Africo, ceteroquin calidissimo, in Scythia gelari aquas.] Nam Africus ab Africa, quæ regio est calidissima, spirans vim congelandi non habet, bene tamen Aquilo qui Septentrionalis est.

AFŬI, isti, it, pro *Abfui* V. in fine verbi *Absum*.

AFUTŪRUS, V. in *Abfore*.

A G

AGĂGA, æ, m. *a pimp, procurer; vile fellow, sordid rascal*, leno, nequam, perditus homo. In Glossis *Isidori* legitur *Agagola*, seu *Agagula*, *lenocinator, pantomimus*: quæ vox fortasse ab *agaga* diminutivum est. *Petron. in fragment. Tragur.* c. 69. *Burman.* Plane non omnia artificia servi nequam narras: agaga est. Alii leg. *harpaga*, *h. e.* fur, ab ἁρπάζω, rapio: Alii *apaga* eod. sensu, ab ἀπάγω, abigo, abduco: Alii *agapa*, *h. e.* catamitus, exoletus, ab ἀγάπη, amor.

AGALLŎCHUS. V. in *Alchelucia*.

AGALMA, atis, n. *a statue*, ἄγαλμα, statua. Vox Græca. *Martian. Cap. initio* l. 6. Quam docto assimilant habitu, qui agalmata firmant.

[*AGAMĒDE, es, f. filia Augei, et uxor Mulii, ex qua Neptunus genuit Dictyn. *Hygin.* fab. 157. ¶ Fuit etiam hujus nominis urbs in insula Lesbo. *Plin.* lib. 5. c. 31. *ad fin.*

AGAMĒDES, is, m. filius Ergini, et frater Trophonii, de quo ita narrat *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 47. Trophonius et Agamedes cum Apollinis Delphis templum exædificassent, . . . petierunt, quod esset optimum homini . . . ut illuxit dies tertius, mortui sunt reperti; judicavisse Deum dicunt, *h. e.* mortem esse optimum homini.]

AGAMEMNON, ŏnis, m. Ἀγαμέμνων, ονος, Atrei, et Aeropes filius, frater Menelai, Rex Mycenarum, qui in ea expeditione, quam Græci ob Helenæ raptum adversus Trojanos susceperunt, omnium consensu universi exercitus dux est declaratus. Quo in bello decimo demum anno victoria potitus, ubi primum in Græciam rediit, a Clytemnestra uxore, adjuvante Ægistho (qui cum illa absente viro adulterii consuetudinem habuerat) inter epulas, vel ut alii volunt inter sacrificandum Diis Penatibus, est interfectus, relicto filio Oreste, qui postea indignam patris necem ulciscens, matrem una cum adultero interemit. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 25. Vixere fortes ante Agamemnona, &c. *Agamemnona* accusativus est Græcæ positionis. ¶ De filiis tribus Anii ab Agamemnone raptis V. in *Anius*. ¶ *Agamemno* in recto casu. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 553. Conclamant Danai, stimulatque Agamemno volentes. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 47. Postea quam abs te Agamemno, non ut venirem, &c. V. *Rubico*.

AGAMEMNONĪDES, æ, m. Ἀγαμεμνονίδης, patronymicum, filius, vel nepos Agamemnonis. *Juvenal.* sat. 8. v. 215. Par Agamemnonidæ crimen. *h. e.* Orestis.

AGAMEMNONĬUS, a, um, adject. *relating to Agamemnon*, Ἀγαμεμνόνιος, ad Agamemnonem pertinens. *Virg.* 6. *Æn.* v. 489. Phalanges Agamemnoniæ. *h. e.* milites Græci, qui sub Agamemnone ad Trojam militaverant. Et v. 839. Mycenæ Agamemnoniæ. *Id.* 4. *Æn.* v. 471. Orestes Agamemnonius. *h. e.* Agamemnonis filius. [*Propert.* l. 4. el. 1. v. 111. Agamemnonia puella, *h. e.* Iphigenia Agamemnonis filia.]

AGĂMUS, i, *an unmarried man, a bachelor, one in a state of celibacy*, ἄγαμος, qui nunquam uxorem duxit: vox Græca ab *α* privativa, et γάμος, nuptiæ. *Hieronym. advers. Jovinian.* l. 1. c. 8. *ad fin.*

AGANIPPE, es, f. Ἀγανίππη, fons Bœotiæ in Helicone monte, quem *Callimachus* apud *Serv.* ad *Virg. Ecl.* 10. v. 12. dicit esse fontem Permessi fluminis. Hic potus inspirationem facere litterarum creditus est, ut ait *Solin.* c. 7. (*al.* c. 12.) *ad fin.* Hinc a Poetis sacratus est Musis, quæ circa ea loca colere dicuntur. *Virg. loc. cit.* Aganippæ Aoniæ. *Claudian. in ep. ad Seren. in fi.* doctumque fluens Aganippe. ¶ Præterea Aganippe fuit Acrisii uxor, Danaes mater. *Hygin.* fab. 63.

AGANIPPĒUS, a, um, Ἀγανιππεῖος, ad Aganippen pertinens. *Propert.* l. 2. eleg. 2. v. 30. Par Aganippeæ ludere docta lyræ.

[* AGANIPPICUS, a, um, ad Aganippen pertinens. *Sidon.* l. 9. ep. 13. Procul hinc et Hippocrenen, Aganippicosque fontes, Abigamus et Minervam.]

AGANIPPIS, idis, *et Græca terminatione*, idos, adject. f. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 7. Dicite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes, Grata Medusæi signa tenetis equi. *h. e.* fontes Hippocrenes, quæ propter vicinitatem cum Aganippe, et communionem religionis, (quod uterque fons Musis est sacer, et inspirare litteras dicitur) ab eo cognominari potest. Alii ita legunt, *Dicite, quæ fontes Aganippidos, Hippocrenes*, &c. ut *Aganippis* dictum sit pro *Aganippe*, Poetis id quoque sibi aliquando vindicantibus, ut adjectivum Patronymicum pro substantivo usurpent.

AGĀPE, es, f. *love, benevolence*, ἀγάπη, amor, benevolentia. *Tertull. ad Mart.* c. 2. Plus in carcere spiritus acquirit, quam caro amittit: imo et quæ justa sunt, caro non amittit, per curam Ecclesiæ, et agapen fratrum. ubi *agape* non solum amorem fratrum Christianorum in Martyres carceribus detentos, sed et subsidia, atque eleemosynas in eosdem collatas significat. ¶ Præterea hoc nomine significabantur convivia Christianorum, ad quæ advocabant pauperes eleemosynæ causa. *Tertull. in Apolog.* c. 39. *ad fin.* Cœna nostra de nomine rationem sui ostendit: vocatur enim agape, id quod dilectio penes Græcos est. Quantiscumque sumptibus constet lucrum est pietatis nomine facere sumptum. siquidem inopes quoque refrigerio isto juvamus. *Hieronym. ad Eustoch.* ep. 22. *de custod. virgin.* c. 14. Ad agapen vocare. ¶ Convivia etiam in honorem Martyrum inita, et in eorum natalibus, aliisque solemnioribus diebus a Christianis olim celebrata, *Agapæ* dicta sunt, de quibus plura *Muratorius Disquisit. de Agapis edita Patavii* 1709. *una cum ejus Græcis Anecdotis, typis nostri Seminarii* pag. 241. De his etiam apud *Plin.* l. 10. ep. 97. mentio fit.

AGAPĒTÆ, arum, m. ἀγαπητοὶ, hoc est dilecti, amati: ab ἀγαπάω, amo. Agapetæ dicti sunt olim apud veteres Christianos Clerici, aut Monachi, qui specie pietatis, et religiosi convictus una cum mulieribus vivebant, quas prædicabant caste omnino a se haberi, et solius sanctæ charitatis vinculo secum junctas simul habitare: quos pluribus sanctionibus Concilia, et Patres damnaverunt. Hinc in *Papiæ Lexico* Agapetes exponitur lenocinator, et qui cum feminis illicite conversatur procacius Clericus. *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch. de custod. virgin.* c. 5. *sub fin.* Unde in Ecclesias Agapetarum pestis introiit? unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? (fratres, et sorores se appellabant) imo unde novum concubinarum genus? &c. Plura de his V. apud *Muratorium Disquisit. de Agapetis loc. cit. in voce præced.* pag. 218.

AGARĬCUM, *et Græca terminatione* Agaricon, i, n. *agaric, a kind of mushroom growing upon high trees, of a white colour, and good for purging away phlegm*, ἀγαρικὸν, fungus est in arboribus nascens, colore candido, medicinæ vim habens. Nascitur circa Bosphorum, et in Gallia Cisalpina. *Plin.* l. 25. c. 9.

AGASO, onis, m. *a slave whose business it was to take care of horses, drive beasts of burden*, &c. *a groom of the stable, ostler*. ἀγάζων, generatim significat eum, qui quodcumque jumentum ducit, aut curat: sed ex usu plerumque accipitur pro ductore, et custode equorum. *Liv.* l. 43. c. 5. Duo equi phalerati cum agasonibus. *Plaut. Merc.* 5. 2. 11. Egomet mihi comes, calator, equus, agaso. *Plin.* l. 35. c. 11. Agasonem cum equo. ¶ Interdum pro ductore asinorum, *an ass-driver, muleteer*, quo pacto non semel accipitur ab *Apulei.* l. 6. et 7. *Metam.* ¶ Per contemptum est quicumque vilis servus. *Horat.* l. 2. *sat. ult.* v. 71. Si patinam pede lapsus frangat agaso. *Pers. sat.* 5. v. 76. hic Dama non tressis agaso, &c.

AGATHOCLEUS, a, um. Ἀγαθόκλειος, ad Agathoclem pertinens, qui fuit Syracusarum tyrannus: de quo multa et mira *Justin.* l. 22. et 23. narrat. *Silius* l. 14. v. 652. Hæc Agathocleis sedes ornata tropæis.

AGATHODÆMON, onis, m. bonus genius, ἀγαθοδαίμων, ονος. ab ἀγαθὸς, bonus, et δαίμων, genius. *Lamprid. in Heliogab.* c. 28. Ægyptios dracunculos Romæ habuit, quos illi agathodæmonas vocant. *Casaubon. ibid.* notat, Phœnices, et Ægyptios divini aliquid tribuisse draconum, et serpentum naturæ, iis præsertim, qui veneno carent.

[* AGATHOSDÆMON, ἀγαθὸς δαίμων, bonus genius, nomen herbæ apud *Apul. de herb.* c. 94.]

AGATHYRSI, orum, m. Ἀγάθυρσοι, populi Scythis vicini cæruleo omnes capillo, circa Meotidem paludem incolentes: quibus mos fuit ora, artusque pingere; ut quisque majoribus præstaret, ita magis vel minus; ceterum iisdem omnes notis, et sic, ut ablui nequirent, ut *Plin.* l. 4. c. 12. et *Pompon. Mela* l. 2. c. 1. scribunt. *Virg.* 4. *Æn.* v. 146. Cretesque, Dryopesque fremunt, pictique Agathyrsi. ¶ Sunt qui putant, ideo pictos dici, quia versicoloribus vestibus utantur. *Avien. in Perieg.* v. 447. Præcinetique sagis semper pictis Agathyrsi.

AGĀVE, es, f. Ἀγαύη, filia Cadmi, et Hermiones, et uxor Echionis regis Thebani, quæ Pentheum filium, quod sacra Bacchi contemneret, in furorem versa propriis manibus dilaceravit. Ut ex furore ad se rediit, tanti sceleris magnitudine exterrita profugit ab Thebis, et in Illyricum usque errabunda pervenit, ubi a Lycotherse rege excepta, eidem nupsit: quem non multo post occidit, ut patri suo Cadmo regnum daret. *Ovid. Metam.* 3. *in fine, Hygin.* fab. 184. et 240. ¶ Fuit hoc nomine tragœdia de Agaves, et Penthei casu a Statio conscripta, de quo *Juvenal.* sat. 7. v. 87. sed cum fregit subsellia versu, Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agaven. ¶ Præterea Agave est una Nereidum. *Hygin. in præfat. ad Fab.* ¶ Item una ex Amazonibus. *Id.* fab. 163.

[* AGDUS, i, *Arnob.* lib. 5. pag. 158. In Phrygiæ finibus petra est quædam, cui nomen est Agdus, ex ea lapides sumptos Deucalion jactavit et Pyrrha. Magnam matrem in vertice ipso petræ datam somno et quieti quam incestis Jupiter cupiditatibus appetivit, sed voluptatem in lapidem fudit victus. Hinc petra concepit, et nascitur materno ab nomine cognominatus Acdestis. *Pausan.* tamen scribit *Agdistis*, et quidem melius, cum reapse hujusmodi nomen, ut ex allatis patet, ex *Agdus* originem habeat.]

AGE, *come, come on; well; well, let it be so; well, if it must be so; go to*, [† ἄγε, ἄγε δὴ,] φέρε, φέρε δὴ, imperativum verbi *ago, is*, quod adverbii modo usurpatur, jungiturque cum omnibus personis utriusque numeri, et tum per se, tum cum aliis particulis *dum* (quæ particula elegantem vim addit, et ἐνέργειαν) *vero, nunc, modo, sane, jam, sis, porro*, et aliis hujusmodi; variosque habet usus, qui ex subjectis exemplis apparent. Sæpe enim est adhortantis, incitantis, instantis. *Terent. Adelph.* 5. 8. 14. Age, da veniam filio. *Id. ibid.* 5. 4. 23. Age, age, nunc experiamur. *Virg.* 3. *Georg.* v. 43. En age, rumpe moras. *Id.* 4. *Æn.* v. 569. Eja age. *Propert.* l. 1. eleg. 1. v. 21. En age dum, dominæ mentem convertite nostræ. *Terent. Eun.* 4. 4. 27. Age dum, hoc mihi expedi. *Stat.* 10. *Theb.* v. 33. Ite, age, et obsessis vigiles circumdate flammas. *Liv.* l. 38. c. 47. Mittite, age dum, legatos circa omnes Asiæ urbes. *Id.* l. 7. c. 9. Procedat, age dum, ad pugnam. *Terent. Eun.* 2. 2. 51. Age modo, nunc tibi patent fores hæ. *Id. Andr.* 3. 4. 19. Age igitur, ubi nunc est ipsus? *well then, where*, &c. ¶ Sæpe etiam concedentis, affirmantis, aut approbantis, sed juncta adhortatione. *Cic. pro Mil.* c. 19. Age, sit ita factum: quæ causa, cur Romam properaret? *Terent. Phorm.* 4. 3. 57. Age, age, jam ducat: dabo. *Cic.* 2. *de Fin. in fi.* Age sane, inquam: sed erat æquius, &c. *Liv.* l. 1. c. 57. Incaluerant vino: age sane, omnes citatis equis advolant Romam. *well then, let us go.* [† *Sed melius longe interpungit Ruddimannus:* Incaluerant vino. *age sane*, omnes. citatis equis advolant Romam. *by this time they had become heated with wine. "Even so let it be," said they all:* &c.] ¶ Servit etiam indignationi. *Terent. Andr.* 5. 2. 25. Age nunc, jam ego pol hodie, si vivo, tibi ostendam, herum quid sit pericli fallere. ¶ Eleganter etiam usurpatur in transitionibus: tum in significatione adhortantis, tum concedentis. *Cic.* 8. *Attic.* ep. 3. Infero mari nobis, incerto cursu, hyeme maxima navigandum est. Age jam, cum fratre, an sine? *well then. Id. pro Sull.* c. 26. Age dum confertc nunc cum illius vita vitam P. Sullæ. *Id. pro Mil.* c. 21. Age nunc, iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate. *Id. in Partit.* c. 12. Age sis ergo, quoniam dictum de altero est, expone nunc, &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 16. Age nunc, refer animum, sis, ad veritatem. *Id. Verr.* 7. c. 22. Age porro, tu, qui te tam religiosum existimari voluisti interpretem, cur, &c.? *Id. pro leg. Manil.* c. 14. Age vero, ceteris in rebus quali sit temperantia considerate. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 37. Age, nunc Rosciorum factum consideremus. ¶ *Agite* eosdem fere habet usus, cum nominibus pluralis numeri. *Virg. Æn.* 1. v. 627. Quare agite, o tectis juvenes succedite nostris. *Plaut. Amph.* 1. 1. 146. Agite, pugni; jamdiu est, quod ventri victum non datis. *Id. Curcul.* 1. 1. 88. Agite, bibite, festivæ fores, potate; fite mihi volentes propitiæ. *Liv.* l. 3. c. 62. Agite dum, clamorem, qualem in acie sublaturi estis, tollite hic. *Id.* l. 5. c. 52. Recordamini, agite dum, quoties sacra instaurentur, quia, &c. ¶ *Age dum*, et *age sis* interdum junctis vocibus scribi solent.

AGĒA, f. est via in navi, ita dicta, inquit *Festus*, quia in ea maxima quæquæ res agi solet. *Enni.* apud *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 2. Multa foro ponens, ageaque longa repletur. *Alii legunt* Multa foro ponit, et agea longa repletur. *Scaliger ad Festum:* Multa forom, pontes et, ageaque longa repletur.

AGĔDUM, et Age dum V. in *Age.*

AGELĀDES, æ, m. celebris statuarius apud *Plin.* l. 34. c. 8. de quo, et *Colum.* l. 10. v. 30. Nec Polycletea, nec Phradmodis, aut Ageladæ Arte laboretur.

AGELASTUS, i, m. *that never laughs*, sine risu: ab *α* privativa, et γελάω, rideo. Hoc nomine appellatus est M. Crassus avus Crassi a Parthis interempti, quem nunquam in vita risisse, scribit *Plin.* l. 7. c. 19. *Lucilius* autem apud *Cic.* 5. *de Fin.* c. 30. semel tantum risisse ait.

AGELLŬLUS, i, m. *a little field*, diminut. ab *agellus. Catull.* carm. 20. *Hortorum Deus* (Catullo enim passim tribuitur id carmen, quod et in Catalectis *Virg.* reperitur) Agellulum hunc, sinistra quem tute vides, Herique villulam, hortulumque pauperis, &c. Adde *Symmach.* l. 2. ep. 30. *Arnob.* l. 1. pag. 12. et veter. lap. apud *Gruter.* pag. 1004. n. 4.

AGELLUS, li, m. *a small piece of ground, a small inclosure of land, a little field*, ἀγρίδιον, parvus ager. *Terent. Adelph.* 5. 8. 26. Agelli est hic sub urbe paululum. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 35. *ad fin.* Minora Dii negligunt, neque agellos singulorum, nec viticulas persequuntur.

AGĒMA, atis, n. *a squadron or battalion of soldiers (in the Macedonian army); a brigade or company*, ἄγημα, certus delectorum militum numerus (qui pro variis temporibus varius fuit) apud Macedones, et eos, qui Macedonicam militiæ rationem sequebantur; quem ipsi ita appellabant, quemadmodum suam *legionem* Latini. *Liv.* l. 37. c. 40. Addita his ala mille ferme equitum: agema eam vocabant. *Id.* l. 42. c. 51. Delecta et viribus, et robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata: hanc ipsi legionem vocabant. *hoc loco pedites intelligit.* Adde cap. 58.

AGENEALOGĒTUS, vel Agenealogitus, ἀγενεαλόγητος, qui non habet genealogiam; seu cujus parentes, et avi, majoresque assignari non possunt. Vox Græca ab *α* privativa, γενεὰ, genus, origo, et λέγω, dico; usurpata a *Tertull. in fine lib. de Præscriptionib. advers. Hæret.*

AGENNĒTOS, ἀγέννητος, *h. e.* non generatus, ab *α* privativa, et γεννάω, gigno: unus est ex æonibus Valentini apud *Tertull. advers. Valentin.* cap. 35.

AGĒNOR, ŏris, m. Ἀγήνωρ, ορος, filius Beli, Rex Phœnicis, et Libyæ: vel ut alii volunt, Neptuni filius ex Eurynome, seu Eurymede Nisi filia, vel ex Libye Epaphi filia: ex ejus genere fuit Dido, quæ una cum aliis Phœnicibus in Africam trajiciens, Carthaginem condidit, quam proinde Poetæ *Agenoris urbem* appellant, ut *Virg. Æn.* 1. v. 338.

AGENORĔUS, a, um, ad Agenorem pertinens. *Ovid. Metam.* 3. v. 307. Agenorea domus. *Id. Fast.* 6. v. 712. Agenoreus bos. *h. e.* is, sub cujus imagine Jupiter Europam Agenoris filiam abduxit. *Silius* l. 7. v. 642. Purpura Agenoreis saturata micabat ahenis. *h. e.* murice celeberrimo Tyri Phœniciæ urbis, ubi Agenor regnavit. Adde *Martial.* l. 10. epigr. 16. ¶ Pro Carthaginiensi, *Carthaginian*, V. *Agenor. Silius* l. 1. v. 14. Agenoreæ arces. *h. e.* Carthago. *Id.* l. 17. v. 404. Agenorei nepotes. *h. e.* Carthaginienses. [*Sil.* l. 17. v. 392. Agenoreus ductor, *h. e.* Annibal.] ¶ Scribitur et *Agenorius.*

AGENORĬA, æ, f. Dea industriæ, quæ scilicet homines ad agendum excitat: cujus fanum in Aventino olim fuisse, quidam tradunt. *Aug.* l. 4. *de Civit. Dei* c. 11. et 16. ¶ Eadem ab aliis vocatur *Agerona.* ¶ Sunt etiam qui putent eandem fuisse, ac *Angeronam*, seu *Angeroniam*, de qua V. suo loco.

AGENORĪDES, æ, m. Agenoris filius. *Ovid. Metam.* 3. v. 7. *de Cadmo.* profugus patriamque, iramque parentis Vitat Agenorides. *Martial.* l. 2. epigr. 43. Agenoridæ Cadmi terra. [sed etiam Phineus a *Valer. Flacc.* l. 4. v. 582., vocatur Agenorides, quod, ut *Id.* ait *ibid.* v. 444. magno cretus Agenore.]

AGENS, entis, particip. verbi *Ago.* Sumitur interdum pro efficaci, actuoso, vim habente, *powerful, forcible, producing an effect; active, efficacious. Cic.* 2. *de Orat.* c. 87. Utendum imaginibus agentibus, acribus, insignitis, quæ occurrere, celeriterque percutere animum possint. *Id. de clar. Orat.* cap. 92. Acrem enim oratorem, incensum, et agentem, et canorum concursus hominum, forique strepitus desiderant. ¶ *Agentes in rebus*, (quorum sæpe mentio est in *Cod.* ut lib. 12. tit. 20. 21. 22. et 23. et alibi, item apud *Ammian.* l. 15. c. 3. (*al.* 5.) *August.* l. 8. *Confess.* c. 6. *Hieronym. in. cap.* 1. *Abdiæ*, et alios) fuere sub Imperatoribus velut quoddam genus Magistratus, quorum munus multiplex, variumque fuit. Ii enim Imperatorum litteras, edictaque deferebant, cursum publicum exercebant, et in evectionibus ne qua fraus fieret, providebant: curabant etiam, ne qua conspiratio, motus, seditiove per provincias gliseeret; scrutabantur secreta domuum, explorabant animos hominum, statusque provinciarum, de iis omnibus Imperatorem certiorem facturi: militem, si quando opus erat, huc illuc deducebant; annonæ curam habebant, et ut frumenti canones præstarentur, et importarentur; et alia his similia exsequebantur, quibus Imperatores facilius rerum statum, totiusque Imperii rationem dirigerent, aut cognoscerent. Hi et *frumentarii* alias dicti sunt, et *curiosi*, ob similitudinem officii. A Græcis fere ἀγγελιαφόροι, hoc est nuntia afferentes. item corrupto vocabulo μαγιστριανοὶ, quia suberant Magistro Officiorum. Iidem dicuntur etiam *Agentes rerum. Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 39. *ad fin.* Remoto pestilenti frumentariorum genere, quorum nunc Agentes rerum simillimi sunt. ¶ In genitivo plurali et *Agentium* legitur, et *Agentum*, sed illud frequentius. ¶ Interdum *agens* ponitur pro actore in judicio, *a pleader. Martian. Digest.* lib. 22. tit. 3. leg. 23. Quod inter agentem, et debitorem convenit. Adde *Paul.* lib. 1. tit. 17. *leg. ult.* ¶ Etiam Agrimensores *agentes* vocantur. In *fragment. de Limitib.* pag. 218. *Goes.* et apud *Hygin. de Limit. constit. ibid.* pag. 179. eaque appellatio ex eo orta est, quod *limitem agere, mensuram agere* frequentissime ab ejusmodi Scriptoribus usurpantur. ¶ Apud Grammaticos *verba agentia* sunt activa. *Gell.* l. 18. c. 12.

AGER, agri, m. *a field, farm; ground, land, an estate, landed property*, ἀγρὸς, χῶρος, terra culta manibus hominum, ut fruges ferat. [*Donatus ad Terent. Adelph.* 3. 3. 47. Ab agendo ager dictus est, quod in eo multa agenda sunt. *Varr. de L. L.* l. 4. c. 4. Ager dictus est, in quam terram quid agebant, et unde quid agebant fructus causa. *Quintil.* vero lib. 1. c. 6. Sed cui non post Varronem sit venia, qui agrum, quod in eo agatur aliquid, dictum Ciceroni persuadere voluit (ad eum enim scribit *Varro*), cum ex Græco (ἀγρὸς) sit manifestum duci?] *Terent. Heaut.* 1. 1. 94. Agrum hunc mercatus sum: hic me exerceo. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 5. Ut ager, quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest; sic sine doctrina animus. *Id ibid.* Agri frugiferi. *Id. pro Rosc. Com.* c. 12. Tum erat ager incultus sine tecto: nunc est cultissimus cum optima villa. *Id. pro Flacc.* c. 29. Agri et natura perboni, et diligentia, culturaque meliores. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 18. Agrum colere. *Virg. Ecl.* 1. v. 73. conserere. *Colum.* l. 2. c. 2. proscindere. *Aurel. Vict. de vir. illust.* c. 65. Constituere triumviros agris dividundis. ¶ *Nihil minus expedit, quam agrum optime colere:* vetus paradoxon apud rusticos, quod refert *Plin.* l. 18. c. 6. quo significatur nimiam impensam in colendis agris, et quæ fructum superet, vitandam esse, et, ut ibidem *Plin.* subdit, bene colere necessarium esse; optime damnosum. ¶ *Agrum imbecilliorem esse oportet, quam agricolam:* proverbium rusticorum, quo ostenditur non esse suscipiendum majorem agri modum, quam coli commode possit. Quo pertinet illud *Virg. Georg.* 2. v. 412. Laudato ingentia rura; Exiguum colito. ¶ Ager *compascuus, colonus, subsecivus*, &c. V. suis loc. ¶ Sæpe ager ponitur pro multorum agrorum collectione, hoc est territorio alicui Urbi circumjecto, χώρα, *a territory. Cic.* 3. *Agrar.* c. 2. Ut melior fundus Irpinus sit, sive ager Irpinus (totum enim possidet) quam, &c. *Id. in fragment.* apud *Quintil.* l. 4. c. 2. *sub fin.* Fundum habet in agro Tigurino M. Tullius paternum. *Id. Fam.* 13. ep. 4. Ager Volaterranus. *Nepos in Pausan.* c. 3. In agro Troade. ¶ Agrorum genera apud Augures, V. in *Peregrinus.*

AGERĀTON, ἀγήρατον, herba est ferulacea ad duorum palmorum altitudinem excrescens, similis origano, florem ferens bullis aureis non absimilem; ita dicta, quod non facile marcescat, nempe ab *α* privativa, et γῆρας, senectus. *Plin.* l. 27. cap. 4.

AGERĀTOS, ἀγήρατος, qui non senescit. Vox Græca ab *α* privativa, et γῆρας, senectus. Fuit hoc nomine unus ex æonibus Valentini, apud *Tertull. advers. Valentin.* cap. 8.

AGERŌNA. V. *Agenoria.*

AGESILĀUS, i, m. Ἀγησίλαος, Lacedæmonius, Archidami filius, qui post mortem Agidis fratris sui Rex constitutus, Tissaphernem in Asia, qui principatum tenebat inter Persas, vicit, et Athenienses, et Bœotios apud Coroneam urbem Peloponnesi. Brevi statura corporis, et altero pede claudus fuit, sed rara virtute præditus. Vitam ejus vide apud *Cornel. Nepotem*, et *Plutarch.* ¶ *Agesilaus* etiam dictus est Pluto. *Lactant.* l. 1. c. 11. Regnum

Orbis ita partiti sunt, ut Orientis Imperium Jovi cederet, Plutoni cui nomen Agesilao fuit, pars Occidentis. ¶ Sic autem cognominatus est Pluto, παρὰ τὸ ἄγειν τοὺς λαούς. Aliqui tamen pro *Agesilao*, leg. *Agelasto*.

AGĔSIS, et *Age sis* V. in *Age*.

AGGARRĬO, et Adgarrio, is, a. 4. ad aliquem garrio. *Martian. Capell. init.* l. 1. Nugulas ineptas aggarrire non perferens.

AGGĔLO, } AGGĔMO, } V. *Adgelo, Adgemo.*

AGGĔNO, et Adgeno, is, a. 3. *to beget, generate, produce*, idem quod *geno* pro *gigno*. *Sever. in Ætna*, v. 444. Ni furtim aggeneret secretis callibus humor Materiam. *h. e.* gigneret, produceret. Alii leg. *generet*, alii *aggegeret*, seu *adgereret*.

AGGENUS URBICUS, scriptor rei agrariæ, cujus exstant commentaria in *Frontin.* et quædam alia edita a *Goesio*, creditur ante Theodosii, vel etiam Antonini Pii tempora vixisse: sunt etiam, qui retrahunt ad Tiberii ætatem: non desunt præterea, qui Christianum fuisse putant, sed omnia hæc dubia sunt, et debilibus fulta conjecturis. Ejus certe stilus ejusmodi est, ut cadentem sapiat Latinitatem; ceterum planus sermo, et lucidus, ut ipse de se dicit *initio commentar. in Frontin.*

AGGER, ris, m. *a heap or pile of any thing, as of stones, earth, wood, rubbish, turf*, &c. *a mound, rampart, bulwark; a bank, mole, or dam to prevent the overflowing of rivers*, χῶμα, σωρός, tumulus, seu acervus terræ, aut ruderis aggesti: et proprie dicitur de iis, qui fiunt a militibus cingendis castris, aut oppidis communiendis, vel etiam in oppugnationibus urbium; indeque traductus est ad rustica sepimenta, quibus clauduntur agri, et amnium exundationes arcentur, &c. Ita colligitur ex *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 14. ubi recensens quatuor genera septorum, quæ tutandi fundi causa fiunt, unum esse naturale, ait, *h. e.* vivam sepem; alterum agreste, *h. e.* ex lignis, palisve confixis sepem mortuam; tertium, militare, *h. e.* fossam, et aggerem; quartum denique fabrile, *h. e.* maceriam. *Servius* quoque ad illud *Æn.* 10. v. 24. *atque ipsis prælia miscent Aggeribus mœrorum*, docet aggerem proprie dici de acervo militari ad sepiendum, et muniendum. *Cic. Fam.* 15. ep. 4. Aggere, vineis, turribus oppidum oppugnare. *Id. Attic.* 5. ep. 20. Oppidum cingere vallo, et fossa, aggere maximo, vineis, &c. *Id. Phil.* 10. c. 4. Agger oppugnandæ Italiæ Græcia. *Virg. Æn.* 7. v. 159. primasque in litore sedes Castrorum in morem, pinnis, atque aggere cingit. *Id. Æn.* 2. v. 496. aggeribus ruptis cum spumeus amnis Exiit. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 12. Aggerem jacere. Et cap. 30. exstruere. *Plin.* l. 8. c. 8. construere. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 15. congerere. *Liv.* l. 5. c. 7. promovere ad urbem. *to advance or push it forwards to the walls of the city. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 14. facere. *Flor.* l. 4. c. 2. Congestis cadaveribus aggerem efficere, *Virg.* 7. *Æn.* v. 127. molirique aggere tecta. *h. e.* domos ex aggesta terra facere. ¶ De terra congesta licet in aggerem non surgat, *Virg.* 9. *Æn.* v. 567. Aggere fossas complere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 58. Cratibus, atque aggere paludem explere. *Curt.* l. 8. c. 10. Implere cavernas aggere. ¶ Item de ipsa materia, ex qua agger fit. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 20. Qui paulo longius, aggeris petendi causa, processerant. *Id.* l. 2. *B. Civ.* c. 15. Aggerem comportare. ¶ Cum de militari aggere sermo est, ejus materia non sola terra erat, aut rudus, sed ligna quoque ac stipites: unde, et cremari poterat. Cujus rei exemplum habes apud *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 14. ¶ Interdum ponitur pro via, *a high-road or high-way*, quia nimirum viæ plerumque congesto aggere fiunt, ut imber hinc inde defluat, eæque minus lutulentæ sint. *Rutil. in Itiner.* v. 39. Aurelius agger. *h. e.* via Aurelia. *Sidon. carm.* 24. v. 5. Antiquus tibi nec teratur agger, &c. *Id.* l. 1. ep. 5. Agger calcabili silice crustatus, &c. Hinc *Virg. Æn.* 5. v. 273. *aggerem viæ* dixit. *Servius* ad hunc locum (quem et alii sequuntur) docet aggerem dici non ipsam viam, sed ejus partem mediam coacervatis lapidibus stratam. ¶ Poetice nonnunquam ponitur pro monte. *Virg.* 6. *Æn.* v. 831. Alpini aggeres. *h. e.* Alpes. *Senec. in Hercul. Oet.* v. 168. Thessalici aggeres. *h. e.* Pelion, Ossa, et Olympus. ¶ *Stat.* l. 2. *silv.* 1. v. 176. *aggerem Milvium* dixit, pontem intelligens. ¶ In rusticis sepimentis, qui aggeres faciunt sine fossa, eos quidam vocant muros, inquit *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 14. ¶ Celebris Romæ fuit *agger Tarquinii*, ita dictus, quia a Tarquinio Superbo exstructus fuit ad muniendam Urbem a parte Orientali: cujus *Plin.* meminit l. 3. c. 5. et l. 36. c. 15. Eo loci conveniebant Harioli, et circulatores responsa dantes, ludificantesque credulam plebem. Hinc *Juvenal.* sat. 6. v. 587. *Plebeium in Circo positum est, et in aggere fatum.* Tametsi alii non de aggere Tarquinii, sed de aggere alio in ipso Circo intelligunt. Inde etiam, uti de Saxo Tarpeio, damnati dejiciebantur, si credimus multis, qui de eo intelligunt verba *Sueton. in Calig.* c. 27. *Qui per vicos agerent, quoad præcipitaretur ex aggere.* Sed hic quoque locus de alio quocumque aggere intelligi potest. ¶ *Pierius ad Æn.* 10. v. 24. notat etiam *adger*, pro *agger* scriptum inveniri in quibusdam antiquis exemplaribus.

AGGERĀTIM, adverb. cum aggeratione, acervatim. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Estur ac potatur incondite, pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis.

AGGERATĬO, onis, f. *a heaping up or accumulating; a heap of earth, stones, rubbish*, &c. *a mound*, idem ac agger. *Vitruv. l. ult. c. ult.* Naves super aggerationem, quæ fuerat sub aqua, sederunt, nec ad murum accedere potuerunt. *Justin.* l. 2. c. 1. *sub fin.* Sive ex aggerationibus regum, sive Nili trahentis limum, &c. *Quidam leg.* exaggerationibus.

AGGERĀTUS, a, um, *heaped or piled up, accumulated*, in aggerem exstructus, cumulatus, congestus, σωρευθείς. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 63. Trames vastas inter paludes aggeratus. Et cap. 61. Medio campi ossa albentia disjecta, vel aggerata. *Apulei.* l. 2. *Metam.* Stragula in tumulum aggerata. *Id. ibid.* l. 4. Convalles spinetis aggeratæ. *h. e.* obsitæ, plenæ.

[* AGGEREUS, a, um, adject. ex aggere, in formam aggeris factus. *Vet. Auct. in Antholog. Latin. Burmann.* Tom. 2. pag. 330. v. 28. Dum transeat axem Aggerei velox tumuli, *h. e.* dum luna transeat axem mundi, sive telluris inter solem lunamque positæ tempore solaris eclipseos.]

AGGĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to heap or pile up, to accumulate*, σωρεύω, cumulo, accumulo, in aggeris morem coacervo. *Curt.* l. 4. c. 2. Exhauriendas esse regiones, ut illud spatium aggeraretur. *h. e.* aggere impleretur. *Virg.* 11. *Æn.* v. 79. Multaque præterea Laurentis præmia pugnæ Aggerat, et longo prædam jubet ordine duci. *Id.* 3. *Georg.* v. 556. Aggerare cadavera. *Phædr.* l. 4. fab. 19. Aggerare quadrantes patrimonio. *to add a few farthings to*, &c. ¶ *Aggerare arborem*, et *circa arborem aggerare* est circa arbores terram congerere, et veluti circummunire, ne nimio calore radices exarescant. *to heap earth about the roots. Columell.* l. 11. c. 2. Omnes arbores fructiferæ circumfossæ aggerari debent. *Id. de arborib.* c. 28. Stercoratam terram circa aggerato. ¶ Translate est augere, addere. *Virg.* 4. *Æn.* v. 197. et 11. *Æn.* v. 342. Aggerare iras. *Claudian. in Eutrop.* l. 1. v. 236. Aggerare portenta monstris. *Stat.* 2. *Theb.* v. 198. Aggerare omne promissum dictis.

AGGĔRO, et Adgero, is, essi, estum, a. 3. *to bring, carry, or convey any whither; to lay on a heap, heap upon*, περισάττω, ad aliquid gero, affero, gerendo cumulo: ex *ad*, et *gero*. *Cic. in fragment. apud Non.* c. 3. n. 132. Luta, et limum aggerere. *Tacit. Ann.* 1. c. 18. cæspitem. *Plin.* l. 11. c. 10. flores. *Virg.* 3. *Æn.* v. 63. tellurem tumulo. *Plaut. Rud.* 2. 5. 27. aquam alicui. *Id. Trucul.* 1. 2. 16. Ultro aggerere aliquid ad aliquem. ¶ Translate significat dicendo afferre, cumulare verbis multa: et fere in malam partem de accusantibus et deferentibus dicitur. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 57. Amici accendendis offensionibus callidi, intendere vera, aggerere falsa, &c. *Id. Ann.* 3. c. 67. Multa aggerebantur etiam insontibus periculosa.

AGGESTĬO, et Adgestio, onis, f. *a heaping or piling up of earth, rubbish*, &c. aggeratio, terra aggesta. *Pallad. in Novembr. tit.* 15. Ut excisæ trabes arenis obruerentur in litore, ut aggestionem, qua tectæ essent, alternis æstibus reciprocans fluctus allueret. *Id. in Januar. tit.* 13. Valles, quas fluminum saturabit aggestio.

AGGESTUS, et Adgestus, i, vel Aggestum, i, substructio militaris ex aggere facta. *Ammian.* l. 19. c. 8. (*al.* 16.) Ex aggestis erectis intrinsecus. Et l. 20. c. 11. (*al.* 31.) Prunas unius aggesti inseruere juncturis.

AGGESTUS, et Adgestus, us, m. *a heaping or piling up, an accumulating*, aggestio, coacervatio, σώρευσις. *Tacit. Ann.* 1. c. 35. Propriis nominibus incusant pabuli, materiæ, lignorum aggestus. *Aurel. Vict. in Epit.* c. 3. Via solidata aggestu arenæ. ¶ Apud *Tacit.* 3. *Hist.* c. 6. *Aggestus copiarum* est coactio militum. [¶ Item quod aggestum. *Ammian.* l. 20. c. 11. Dimicare succinctius parans per sublimes aggestus, *h. e.* aggeres.]

AGGESTUS, a, um, *carried or conveyed any whither; heaped up*, coacervatus, congestus. *Plin.* l. 17. c. 4. Terra aggesta fluminibus. *Martial.* l. 8. *Epigr.* 57. Aggesta humo contumulare.

AGGLOMĔRO, et Adglomero, as, avi, atum, a. 1. ad aliquid glomero. Translate est adjungere, conjungere, *to flock or crowd together, unite, associate*, συναγείρω. *Virg. Æn.* 2. v. 341. Addunt se socios Ripheus, et maximus armis Æpytus, oblati per lunam, Hypanisque, Dymasque, Et lateri agglomerant nostro. *Id.* 12. *Æn.* v. 458. densi cuneis se quisque coactis Agglomerant.

AGGLUTINĀTUS, et Adglutinatus, a, um, *glued or stuck together, made to adhere by any viscous matter, cemented*, glutine junctus. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Vidi asinum pinnis agglutinatis adambulantem cuidam seni debili. *h. e.* alis affixis. *Vitruv.* lib. 10. c. 13. *a med.* Regulis sunt annuli agglutinati.

AGGLUTĬNO, et Adglutino, as, avi, atum, a. 1. *to glue or stick together, fasten together by means of any viscous matter, agglutinate, cement, solder*, glutine conjungere, ferruminare, προσκολλάω, προσάπτω. *Plin.* l. 33. c. 5. Chrysocollam et aurifices sibi vindicant agglutinando auro. *Id. l. ult. c. pænult.* Fragmenta vitri teporata agglutinantur. *Cels.* l. 6. c. 6. n. 1. Ovi album in linteolum illinere, et fronti agglutinare. *Id.* l. 7. c. 26. n. 4. Agglutinanda cucurbitula est et in genibus, et in coxis. *a cupping-glass must be applied, fastened on.* ¶ Translate est jungere, adjungere, *to join, add. Cic. Attic.* l. 16. ep. 6. Novum proœmium exaravi: tibi misi. tu illud desecabis, hoc agglutinabis. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 71. Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se agglutinant. *Id. Men.* 2. 2. 63. Meretrices extemplo se applicant, agglutinant.

AGGRAVĀTUS, et Adgravatus, a, um, *aggravated, increased, heightened*, gravis, et molestus factus. *Sueton. in Aug.* c. 98. Aggravata valetudine tandem Nolæ succubuit.

AGGRAVESCO, et Adgravesco, is, n. 3. *to grow worse and worse, become heavy, grievous, or troublesome*, ἐπιβαρύνομαι, gravis, molestusque fio; et dicitur fere de morbo. *Terent. Hecyr.* 3. 2. 2. Male metuo, ne Philumenæ magis morbus aggravescat. ¶ Afferri solet a Lexicographis *Aggravescens vulnus ex Cicer. Tuscul.* 3. c. 31. sed eo loco ita legitur in meliorib. Editionibus, *Non ad gravescens vulnus illidat manus.* Sunt autem hi versus Æschyli in Latinum versi.

AGGRĀVO, et Adgravo, as, avi, atum, a. 1. *to render heavy, weigh down, aggravate*, ἐπιβαρύνω, valde onero, graviorem reddo. *Plin.* l. 18. c. 12. Aggravare pondus. *Id.* l. 2. c. 48. ruinam pondere. *Id.* l. 12. c. 17. Odor aggravans capita. *Id.* l. 28. c. 4. Aggravare ictus. ¶ *Aggravare morbum* est ei vim addere: et *morbus aggravare* dicitur, cum augetur. *Plin.* l. 28. c. 3. Aggravari vulnera introitu eorum, qui &c. *aggravated, rendered fretful, exasperated. Sueton. in Cæs.* c. 1. Morbo quartanæ aggravante. *Curt.* l. 8. c. 10. Frigescens vulnus aggravat dolorem. ¶ Translate *Liv.* l. 44. cap. 7. *ad fin.* Adeo sine ulla ope hostis, quæ adgravaret, cum ipsa difficultate rerum pugnandum erat. *Senec.* l. 4 *de benefic.* c. 13. Beneficia rationes nostras aggravatura, dum aliorum necessitates, et angustias laxent. *Quintil.* l. 5. c. 7. Argumenta, quæ per se nihil rerum aggravare videantur *Curt.* l. 3. c. 13. Aggravare crudelius sortem alicujus.

AGGREDĬOR, et Adgredior, ĕris, essus sum, dep. 3. *to go to or up to, come near, approach, accost*, ἐπέρχομαι, ἐπιβατεύω, adeo, accedo: ex *ad*, et *gradior*. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 17. Aggredi aliquo. *Petron. in Satyr.* c. 36. Res electissimas ridentes aggredimur. *h. e.* ad exquisitissimos cibos manum extendimus. *Plaut. Curc.* 2. 3. 59. Forte aspicio militem: aggredior hominem; saluto adveniens. *Id. Asin.* 3. 3. 90. Quin ad hunc Philenium aggredimur? *Id. Merc.* 2. 3. 50. Quin ego hunc aggredior de illa? *h. e.* accedo colloquendi causa. quo sensu sæpe, etiam absolute, ponitur. *Sallust. in Jug.* c. 50. Legatos alium ab alio diversos aggreditur. *h. e.* adit, alloquitur, et tentat. Sic. *Cic. Attic.* 12. ep. 33. Si nec Drusus facilem se præbuerit, Damasippum velim aggrediare. *that you try.* ¶ Sæpe significat armis, et per vim, aut per insidias adoriri, invadere, *to attack, assail, assault, encounter. Cic.* 2. *Phil.* c. 10. Quis audeat bene comitatum aggredi? *Sallust. in Jug.* c. 70. *in fin.* Milites palantes, inermes aggredi. *Id. in Catil.* c. 61. Aggredi aliquem audacius. Et cap. 63. Aggredi ex lateribus. *to attack in flank. Id. in Jug.* cap. 63. Aggredi murum. *Apulei.* l. 7. *Metam.* Villas, seu castella solus aggrediens. ¶ Translate est accedere ad aliquid, suscipere, incipere, *to undertake, take in hand, attempt, go about, proceed with, prepare for, enter upon, commence. Cic.* 1. *Offic.* c. 21. *in fin.* In omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 3. Sic aggredior ad hanc disputationem, quasi, &c. *Id. de clar. Orat.* cap. 37. Aggredi ad dicendum. *Id. pro Cluent.* c. 3. ad crimen. *Id. pro Mur.* c. 7. ad petitionem consulatus. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 7. *in fin.* ad faciendam injuriam. *Id.* l. 2. *Attic.* ep. 14. Magnum quid aggredi. *Id.* 2. *de Orat.* c. 44. Aggredi ancipitem causam. *Virg. Ecl.* 4. v. 48. Aggredi honores. *Plaut. Pers.* 4. 4. 10. Pessimum aggressu scelus. ¶ *Aggredi aliquem dictis*, est astute alloqui aliquem apud *Virg. Æn.* 4. v. 92. ¶ *Aggredi aliquem pecunia*, est cum pecunia oblata corrumpere tentare apud *Sallust. in Jug.* c. 30. *to bribe, corrupt.* ¶ Cum infinito, *Cic.* 2. *Offic.* c. 1. Aggredi dicere. *Sueton. in Ner.* c. 19. Isthmum perfodere aggressus. ¶ In quibusdam modis, et personis usurpatum etiam legitur in quarta conjugatione. *Plaut. Trucul.* 2. 5. 7 Aggrediri dolum. *Id. Asin.* 3. 3. 124. Etiam tu me aggredire? *Id. ibid.* v. 90. Quin ad hunc Philenium aggredimur? *Id. Merc.* 2. 1. 24. et *Rud.* 3. 1. 9. *aggredirier* dixit pro *aggrediri*, per paragogen. ¶ Passiva significatione *to be assailed. Cic. in fragment.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 792. *Putsch.* Hoc restiterat etiam, ut a te fictis aggrederer donis. V. particip. *Aggressus.* ¶ Item activa voce. *Plaut. Trucul.* 2. 1. 40. Hac si aggredias.

AGGRĔGO, et Adgrego, as, avi, atum, a. 1. *to gather together, assemble, collect; unite, associate, attach*, ἐπισυναθροίζω. Proprie est ad gregem ducere, ut docet *Festus* in *Abgregare*: sed accipitur generatim pro congregare, conjungere, adsciscere. *Curt.* l. 4. c. 5. Oppidani aggregant se Amphotero. *Cic. Catil.* 1. c. *pænult.* Si secum suos eduxerit, et eodem ceteros undique collectos naufragos aggregaverit. *Id. in Vatin.* c. 10. Aggregare filium ad interitum patris. *to involve the son in the same destruction with his father. Id. Fam.* 1. ep. 9. *ante med.* voluntatem suam ad dig-

nitatem alicujus. Cæs. l. 6. B. Gall. c. 12. se ad amicitiam alicujus. Cic. pro Mur. c. 7. aliquem in numerum amicorum. Vellei. l. 2. cap. 94. simillimos sibi. Et cap. 55. Quos et comites fortuna aggregaverat.

AGGRESSIO, et Adgressio, onis, f. *an attacking, assaulting, attack, assault*, actus aggrediendi, ἔφοδος, ἐπιχείρησις. *Apulei.* l. 8. *Metam.* Clamoribus nos ab aggressionibus ferinis consuetis. ¶ Translate *Cic.* in *Orat.* c. 15. *ad fin.* Cumque animos prima aggressione occupaverit, infirmabit, excludetque contraria. ¶ Hoc nomine appellatur etiam ipsum *epicherema*, quod est genus quoddam argumentationis rhetoricæ: id enim sonat Græcum ἐπιχείρημα. *Quintil.* l. 5. c. 10. Epicherema Valgius aggressionem vocat. Adde *ibid. paulo post*, et cap. 14.

AGGRESSOR, et Adgressor, oris, m. *one who assails, assailant, an assaulter, aggressor*, ἐπιβάλλων, qui vi aggreditur, et invadit. *Ulpian. Digest.* lib. 29. tit. 5. leg. 1. *ad fin.* Veluti si quis exclamavit, ut ad auxilium conveniretur; aut terruit aggressores. ¶ Speciatim ponitur pro raptore, et prædone, ab eodem *Ulpian.* lib. 17. tit. 9 leg. 3. Receptatores non minus delinquunt quam aggressores. *Id.* lib. 48. tit. 9. leg. 7. Pecuniam latronibus, et aggressoribus dare, qui patrem interficerent.

AGGRESSŪRA, et Adgressura, æ, f. *an assaulting, assailing, attacking*, ἐπιχείρησις, aggressio, invasio per vim, aut ex insidiis, qualis est latronum, aut conspiratorum. *Ulpian. Digest.* lib. 29. tit. 5 leg. 3. Si, cum omnes domini aggressuram paterentur, uni servus opem tulit. *Arrius Menand.* lib. 49. tit. 16. leg. 5. Si plagium factum, vel aggressura, abigeatus, vel quid simile accesserit. Adde *Apulei.* l. 7. *Metam.* et *Ulpian.* lib. 10. tit. 2. leg. 4.

AGGRESSUS, et Adgressus, us, m. *an attempting, undertaking, commencing*, actus aggrediendi, hoc est conandi, seu incipiendi rem aliquam. *Jul. Firmic.* l. 2. c. 10. Jupiter inconsultum significat rerum aggressum, atque difficilem operum exitum. ¶ Item invasio, aggressio per vim, aut ex insidiis, *an assaulting, assailing. Ulpian. Digest.* lib. 36. tit. 1. leg. 17. Si naufragio, vel ruina, vel aggressu, vel quo alio modo perierit.

AGGRESSUS, a, um, particip. ab Aggredior, *having begun, commenced, attempted, undertaken. Virg. Æn.* 2. v. 165. Aggressi evellere Palladium. ¶ Item *having attacked, assaulted. Justin.* l. 2. c. 8. Inopinantes aggressus. ¶ Passiva significatione. *Id.* l. 7. c. 6. Facillimis quibusque aggressis, quorum victoria militum trepidos animos firmaret.

AGGRETTUS. V. *Adgrettus.*

AGĬLIS, le, *swift, nimble, speedy, agile, sprightly*, qui facile agitur, seu movetur, celer, promptus, εὐτραφὴς, γοργός. *Liv.* l. 30. c. 10. Agilis classis. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 10. Dextra agilis. *Id.* l. 4. silv. 5. v. 32. Cursus agiles. *Ovid. ex Pont.* l. 2. epist. 10. v. 34. Agilis rota. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 10. Aer agilior, et tenuior. *Horat.* l. 1. ep. 3. v. 21. Quæ circumvolitas agilis thyma? ¶ Translate significat acrem, celerem, promptum ad agendum; et tardo ac remisso opponitur, *brisk, quick, prompt, ready, active, clever, Horat.* l. 1. epist. 18. v. 9. oderunt agilem, gnavumque remissi. Et ep. 1. v. 16. Nunc agilis fio, et mersor civilibus undis. *Vellei.* l. 2. c. 105. Vir multiplex in virtutibus, navus, agilis, providus. *Senec. de tranquill.* c. 2. Natura animus agilis est, et pronus ad motus. *Id.* ep. 74. Sensus agiliores sunt animalibus mutis. *Colum.* l. 11. c. 1. Agilis, et industria opera. *Sisen.* apud *Non.* cap. 1. num. 284. Agilem dari facilemque victoriam. *speedy.* ¶ Superlativum *agillimus* agnoscitur a *Charis.* l. 1. pag. 89. *Putsch.* et a *Priscian.* l. 3. pag. 606. At idem *Charis.* l. 2. pag. 162. probat *agilissimus.* Neutrius exempla ab neutro afferuntur. *Voss.* l. 4. *de Grammat.* c. 24. præfert *agilissimus*, sed nec ipse Latino exemplo confirmat.

AGILĬTAS, atis, f. *agility, quickness, swiftness, speediness, mobility, nimbleness, activity.* ἐλαφρότης, εὐκινησία, celeritas, mobilitas, habilitas. *Liv.* l. 26. c. 51. Agilitas navium. *Curt.* l. 4. c. 6. rotarum. *Pallad.* lib. 1. tit. 17. aquæ. ¶ Translate *Cic. Attic.* l. 1. ep. 17. Agilitas, ut ita dicam, mollitiesque naturæ.

AGĬLĬTER, adverb. *quickly, nimbly, actively*, cum agilitate, et celeritate, εὐκινήτως. *Ammian.* l. 14. c. 2. (*al.* 8.) Agiliter præterito Calycadni fluminis ponte. *Columell.* l. 2. c. 2. *ad fin.* Det requiem in summa parte versuræ, ut spe cessandi, totum spatium bos agilius enitatur. ¶ De superlativo *agillime*, aut *agilissime* V. *Agilis* in fin.

AGĪNA, æ, f. *that wherein the beam of a balance is hung*, est qua inseritur scapus trutinæ, id est in quo foramine trutina se vertit, ut *Festus* explicat. Hinc *Tertull. advers. Hermog.* c. 41. In neutram partem pronus, et præceps, mediæ (quod aiunt) aginæ æquilibrato impetu ferebatur. Adde *de Pudic.* c. 9.

AGINĀTOR, oris, m. qui parvo lucro movetur: nomen ab agina tractum, quæ minimo pondere, huc, atque illuc impellitur. *Festus* in voce *Agina.*

AGIPĔDES, referente *Festo* in *Pedarius*, a *Lucilio* dicti sunt Senatores, qui in Senatu quidem sedebant, verum sententiam non rogabantur, sed in aliorum sententiam pedibus ibant. Verba *Lucilii* sunt: *agipes vocem mittere cœpit.* Ubi alii leg. *aquipes*, vel *acupes*, ut ejusdem sit significationis, ac originis cum *acupedius.*

AGĬTĀBĬLIS, le, adject. *light, easy to be moved or driven*, εὐκίνητος, qui facile agi potest, agilis. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 75. agitabilis aer.

AGĬTĀTIO, onis, *a moving or stirring; motion, agitation*, δόνησις, εὐκινησία, actus agitandi, motus, commotio. *Cic. pro Mur.* c. 17. Agitationes fluctuum. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 54. Agitatio, et motus linguæ. *Columell.* l. 2. c. 2. Agitatio terræ. *the cultivation of the earth, ploughing, digging.* ¶ Translate *Cic.* 1. *Offic.* c. 5. *sub fin.* Ad quod adhibenda est actio quidam, non solum mentis agitatio. *occupation of the mind; exercise of the faculties, contemplation. Id. de Senect.* cap. 7. Studiorum agitatio vitæ æqualis fuit. *the prosecution of* &c. *Senec.* ep. 109. Opus est sapienti agitatione virtutum. *the exercise or practice of. Valer. Max.* l. 7. c. 2. n. 1. Agitatione rerum ad virtutem capessendam excitari. *the doing or performing of.*

AGĬTĀTOR, oris, m. *a driver of cattle, horses,* &c. ἀγοσεὺς, qui equos, aut alia jumenta agit. *Virg.* 1. *Georg.* v. 273. Sæpe oleo tardi costas agitator aselli, Vilibus aut onerat pomis. ¶ Item auriga, *a charioteer, coachman. Virg.* 2. *Æn.* v. 476. equorum agitator Achillis. ¶ Speciatim dicitur de auriga in ludis Circensibus. *Plaut. Men.* 1. 2. 50. *Pe.* Næ tu, ut ego opinor, esses agitator probus. *Me.* qui dum? *Pe.* ne te uxor sequatur, respectas identidem. *Sueton. in Ner.* c. 22. Agitator Prasinus. *Id. in Calig.* c. 55. Agitatori Eutycho vicies HS. contulit. *Cic.* 4. *Acad.* c. 29. Ego, ut agitator callidus, priusquam ad finem veniam, equos sustinebo.

AGĬTĀTRIX, icis, f. quæ agitat. *Arnob.* l. 4. pag. 141. Silvarum agitatrix Diana. *huntress of the forest. Apulei. de dogm. Platon.* lib. 1. Animam agitatricem aliorum, quæ natura sui immota sunt.

AGĬTĀTUS, us, m. *a moving, stirring; motion, agitation*, idem quod agitatio. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 1. *ad fin.* Neque ubi sit agitatus, non actio ibi. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 8. Si agitatu suo aquam moverit, &c. *Id.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 12. *in fin.* Anima corpori præstat agitatum. ¶ Translate *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 6. Actionum trium, primus agitatus mentis, quod primum ea quæ sumus acturi, cogitare debemus; deinde tum dicere; ac postremo facere.

AGĬTĀTUS, a, um, *agitated, tossed, driven to and fro; vexed, troubled, harassed*, vexatus, jactatus: et accipitur frequenter in malam, aliquando etiam in bonam partem; tum proprie, tum metaphorice. *Sallust. in Jug.* c. 8. Arena agitata vento. *Cic. de Univer.* c. 3. Agitatus, et fluctuans. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 24. Zephiris agitata Tempe. *Virg. Æn.* 3. v. 331. scelerum furiis agitatus Orestes. *Cic. pro Quint.* c. 2. Æquitas multis injuriis jactata, atque agitata. *Id.* 1. *Offic.* c. 24. Rebus agitatis. *the case being duly considered. Id. de Somn. Scip. sub fin.* Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ, quibus agitatus, et exercitus animus, &c. *Quintil. in fin.* l. 11. Actio paulo agitatior: *action, or gesture, somewhat more violent.* ¶ Est etiam incitatus, instigatus, *stirred up, incited, stimulated, instigated. Flor.* l. 1. c. 16. Gens sacratis legibus agitata in exitium urbis. *Id.* l. 3. c. 1. Agitatus cupiditate regni. ¶ Item *agitated, handled, debated, treated, discussed, tried; investigated, turned over*, sæpius actus, tractatus, versatus. *Cic. pro Cluent.* c. 1. *sub fin.* Res agitata in concionibus, jactata in judiciis, commemorata in senatu. *Id.* 3. *de Orat.* c. 14. Oratori omnia quæsita, disputata, tractata, agitata esse debent. *Vellei.* l. 1. c. 16. Res sæpe agitata animo meo. *Virg. Æn.* 4. v. 471. scenis agitatus Orestes. *h. e.* sæpe repræsentatus.

AGĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to drive, conduct*, frequentativum ab *ago*, et easdem fere habens significationes. Est itaque ducere, ante se pellere pecora, jumenta, &c. ἄγειν. *Virg.* 11. *Æn.* v. 770. Spumantem equum agitare. *Id.* 3. *Georg.* v. 287. Lanigeros agitare greges. *Id. ibid.* v. 18. Agitare currus quadrijugos ad flumina. *Nepos in Dione*, c. 9. Triremem in portu agitari jubet, ut si exercere remiges vellet. ¶ Item pellere, persequi, *to follow, pursue, chase. Cic.* 2. *Divin.* c. 70. Aquila insectans alias aves, et agitans. *Virg. Georg.* 3. v. 415. Galbaneoque agitare graves nidore chelydros. *Id. Æn.* 2. v. 421. Fudimus insidiis, totaque agitavimus urbe. ¶ Item turbare, jactare, miscere, huc illuc impellere, *to toss about, drive to and fro, agitate. Cic. pro Cluent.* c. 49. *ad fin.* Mare ventorum vi agitari, atque turbari. *Cic. in somn. Scip.* c. *ult.* Pulsu externo agitari. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 39. *ad fin.* Individua pellere se ipsa, et agitari inter se concursu fortuito. *Cels.* l. 3. c. 6. Agitare corpus levi gestatione. ¶ Item agere, transigere. *Virg.* 4. *Georg.* v. 154. magnisque agitant sub legibus ævum. *pass or spend their life. Sallust. in Catil.* c. 2. Agitare vitam. Et absolute, *Id. in fragment.* l. 3. *Histor. in epist. Cn. Pomp.* Gallia superiore anno exercitum frumento aluit, nunc malis fructibus ipsa vix agitat. *hardly sustains itself.* ¶ Item degere, versari. *Sallust. in Jug.* c. 21. Hi propius mare agitabant, *lived, dwelled, inhabited. Tacit.* 11. *Ann.* c. 21. Dum vacuis per medium diei porticibus agitat. *passes his time.* In his autem et similibus videtur subaudiendus accusativus *vitam, ævum*, aut quid simile. ¶ Item sæpe facere, exercere. *Sueton. in Claud.* c. 32. Agitare convivia. *to feast or banquet. Tacit. de German.* c. 26. Agitare fenus. *to lend money on interest. Cic. Verr.* 4. c. 63. festos dies. *to keep, celebrate a feast. Sallust. in Catil.* c. 9. imperium. *to administer the reins of government. Plin.* l. 8. ep. 2. justitiam. *to practise justice. Virg.* 4. *Georg.* v. 533. choros. *to dance. Tacit. Ann.* 12. c. 27. latrocinia. *Plaut. Pud.* 3. 6. 20. custodiam. *to keep watch, to guard. Sallust. in Jug.* cap. 31. inducias. *to keep, observe, act up to the conditions of. Et mox.* Agitare pacem. *to be at peace.* ¶ Translate est vexare, cruciare, inquietum reddere, *to agitate, vex, trouble, disquiet, torment, harass, drive to desperation or madness. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 24. Ut eos agitent furiæ, neque consistere usquam patiantur. *Sallust. in Catil.* c. 5. Agitabatur animus inopia rei familiaris, et conscientia scelerum. ¶ Item exercere. *Senec.* ep. 108. *a med.* Tempus idoneum agitandis per studia ingeniis, et exercendis per opera corporibus. ¶ Item persequi, abigere, *to rail at. Horat. de art. poet.* v. 341. Centuriæ seniorum agitant expertia frugis. ¶ Item sæpe considerare, reputare, *to meditate, think of, weigh, ponder over, revolve in the mind. Terent. Phorm.* 4. 3. 10. Id agitans mecum sedulo, inveni remedium huic rei. *Sallust. ad Cæsar. de repub. ordin. orat.* 2. *sub init.* Mihi multa cum animo agitanti consilium fuit, &c. *Id. in Jug.* c. *pænult.* Dicitur secum ipse multum agitavisse. *Cic. pro Font.* c. 6. Agitare rem aliquam animis. ¶ Item moliri, disponere, parare. *Virg. Æn.* 2. v. 640. Vos agitate fugam. *Flor.* l. 1. c. 1. Agitare mœnia novæ urbis. *Tacit. Hist.* l. 4. c. 59. Agitare de supremis. *meditating self-destruction. Liv.* l. 21. c. 2. Majus bellum agitare in animo. ¶ Cum infinito *Nepos in Hamilc.* c. 1. Ut statim mente agitaret, si paulum res essent refectæ, bellum renovare. *Virg. Æn.* 9. v. 187. aliquid jamdudum invadere magnum Mens agitat mihi. *ubi notanda est constructio dativi casus.* ¶ Item tractare, *to treat, manage. Cels. in præfat. post med.* Non contenti febres, et ulcera agitare, rerum quoque naturam aliqua ex parte scrutati sunt. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 1. Illic agitavere, placeretne obstrui Pannoniæ Alpes. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 19. Agraria lex a Flavio trib. plebis vehementer agitabatur, auctore Pompeio. *h. e.* vehementer nitebatur Flavius, ut lex perferretur. *Liv.* l. 28. c. 10. Agitare consilia defectionis. *to harbour notions of rebellion.* ¶ Item incitare, impellere, *to incite, stimulate, stir up, instigate. Flor.* l. 2. c. 12. Fortissimum populum memoria, et recordatio suæ nobilitatis agitabat. Adde lib. 4. c. 6. ¶ Item litigare. *Paul. Digest.* lib. 46. tit. 1. *leg. ult.* Victo eo, reversus dominus iterum de eadem re agitabat. ¶ *Agitare gaudium, lætitiam, luctum* apud *Sallust. in Catil.* c. 49. item *in fin.* est præ se ferre, externis signis ostentare, *to exhibit symptoms of gladness*, &c. ¶ *Agitare verbis fastidia alicujus* est increpare, insectari, maledicere alicui fastidienti, apud *Horat.* epod. 12. v. 13. ¶ *Agitari diversum* est perplexum esse, variis consiliis trahi. *Sallust. in Jug.* c. 27. Commotus metu, atque lubidine, diversus agitabatur. ¶ *Sat agitare* est satagere. *Plaut. Bacch.* 4. 3. 23. Nunc agitas sat tute tuarum rerum.

AGLAIA, æ, f. Ἀγλαΐα, una ex Gratiis ita dicta ab ἀγλαΐα, quæ vox tum splendorem, tum pulcritudinem, tum lætitiam, voluptatemve significat. In carmine et trisyllaba esse potest, et quadrisyllaba. Quadrisyllaba est in illo versu in *Catalect. Virgil.* Cynthius, et Musæ, Bacchus, et Aglaie. *Aglaie* positio Græca recti casus, Ἀγλαΐη. V. *Gratiæ.*

AGLAŌPIS, Ἀγλαῶπις (hoc est pulchros habens oculos: ab ἀγλαὸς, pulcher, splendidus, et ὤψ, ὠπὸς, visus) est una Sirenum, quasi splendida aspectu. V. *Siren.*

AGLAOPHŌTIS, Ἀγλαοφῶτις, herba est jucundissimi coloris, qua magi utuntur ad evocandos dæmones. Hanc tradunt noctu lucere, et carpentium manus effugere, dum subinde locum mutat. *Plin.* l. 24. c. 17. Aglaophotin herbam, quæ admiratione hominum, propter eximium colorem, accepit nomen, *nempe ab* ἀγλαΐα τοῦ φωτὸς, *h. e.* splendore luminis. Hæc eadem et Pæonia dicitur ab *Apulei. de herb.* c. 65. tametsi Pæonia nullo nocturno lumine prædita est.

AGLASPIS, idis, ἀγλασπὶς, hoc est splendidum habens clypeum: ab ἀγλαὸς, splendidus, et ἀσπὶς, clypeus. Apud *Liv.* l. 44. c. 41. appellantur *aglaspides* cetrati milites in exercitu Persei.

AGLAURUS, *et Græca terminatione* Aglauros, i, f. Ἄγλαυρος, filia Cecropis regis Athenarum, quam Mercurius in saxum vertit, quod aditu suæ domus eum prohibere ausa fuerat. Vide fabulam apud *Ovid. Metam.* 2. a vers. 708.

AGMEN, inis, n. *an army, or detachment of soldiers, on march*, πορεία, πλῆθος, τάγμα. Proprie significat multitudinem exercitus ambulantis: quasi *agimen*, ab *ago, is:* ut docet *Servius* ad illud 1. *Æn.* v. 86. venti velut agmine facto, Qua data porta ruunt. Hinc *Liv.* l. 33. c. 9. Phalanx, quæ venerat, agmen magis, quam acies, aptiorque itineri, quam pugnæ, vix dum in jugum evaserat. *Cic. Phil.* 13. c. 8. Ut inde agmine quadrato ad urbem accederet. *Liv.* l. 34. c. 28. Primum agmen. *the van-guard. Id. ibid.* Extremum agmen. Et lib. 44. c. 33. Novissimum agmen. *the rear-guard, rear. Sallust. in Jug.* c. 53. Constituere agmen. *to keep the troops in order while marching. Curt.* l. 4. c. 16. Diversis agminibus abire. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 24. Nonnullæ cohortes in agmen Cæsaris, aliæ in equites incidunt. Ex hoc *Cæsaris* loco colligunt nonnulli,

agmen proprie dici de peditibus incedentibus: quod et Servius docet ad illud Virg. Æn. 9. v. 47. *tardum præcesserat agmen.* Hoc tamen non semper verum est. Liv. l. 44. c. 43. Frequenti agmine equitum fugere. Curt. l. 10. cap. 9. Jam equestre agmen movebatur. ¶ *Agmen impedimentorum* apud Tacit. lib. 2. Ann. cap. 5. sunt impedimenta exercitus ambulantis, *the baggage which follows an army on its march.* Eodem sensu Liv. l. 34. c. 52. Non minore agmine rerum captarum, quam suo præ se acto, ad Urbem venerunt. *a long train of booty.* ¶ Nonnunquam agmen accipitur pro ipso incedendi actu, *the act of marching, a march.* Sallust. in Jug. c. 49. Ne miles gregarius in castris, neve in agmine servum, aut jumentum haberet. Vellei. l. 2. cap. 47. Pugnatum sæpe directa acie, sæpe in agminibus, sæpe eruptionibus. Liv. l. 29. c. 36. et l. 25. c. 34. Agminibus magis, quam acie pugnatum est. Id. l. 44. c. 39. Effuso agmine abire. *to march in disorder, in a careless manner.* ¶ Non semper tamen notat milites incedentes, sed et pro exercitu, aut ejus parte stante, aut prœliante accipitur. Flor. l. 1. c. 18. In turres vibratæ faces tota hostium agmina ardentibus ruinis operuere. Justin. l. 2. c. 10. Xerses LXX. millia de regno armaverat, et 300. millia de auxiliis: naves quoque mille ducentas numero habuisse dicitur. Huic tanto agmini dux defuit. Horat. l. 3. od. 2. v. 9. Rudis agminum. h. e. exercitus regendi. Virg. 12. Æn. v. 329. Semineces volvit multos, aut agmina curru Proterit. *Sæpissime a Poetis hoc pacto usurpatur.* ¶ Dicitur etiam de multitudine quavis, sive incedente, sive non, *a troop, multitude, body, band, number.* Cic. in Pis. c. 22. Meus reditus quidem is fuit, ut a Brundusio usque Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem. neque enim regio fuit ulla, neque municipium, neque præfectura, aut colonia, ex qua non publice ad me venerint gratulatum. Liv. l. 2. c. 40. Ingens mulierum agmen. Ovid. 1. Trist. eleg. 4. v. 30. Agmina comitum. Plin. l. 3. ep. 9. Numerosum agmen reorum. Ovid. 7. Metam. v. 638. Graniferum agmen. h. e. multitudo formicarum. Virg. 12. Æn. v. 248. turbamque sonantem Agminis aligeri. ¶ Item de aliarum rerum incessu, motu, aut cursu, *motion, speed, course, aim.* Virg. 2. Æn. v. 212. Illi (duo dracones) agmine certo Laocoonta petunt. Id. 3. Georg. v. 427. de serpente. Cum medii nexus, extremæque agmina caudæ Solvuntur, tardosque trahit sinus ultimus orbes. h. e. motus caudæ se volventis. Id. Æn. 5. v. 211. Agmine remorum celeri, ventisque vocatis Prona petit maria. h. e. celeri remorum agitatu. Sil. l. 14. v. 442. tremulo venit agmine cornus, Et Neptunicolæ transverberat ora Telonis. Virg. 2. Æn. v. 782. leni fluit agmine Tibris. (imitatus Ennium, qui apud Macrob. l. 6. Saturn. c. 4. Quod per amœnam urbem leni fluit agmine flumen.) Id. Georg. 1. v. 322. immensum cœlo venit agmen aquarum. Valer. Flacc. l. 4. v. 721. flumineum agmen. ¶ Translate Cic. 1. de Orat. c. 34. Educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione et umbratili medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra, aciemque forensem. ¶ *Agmen orationis.* V. Crispus. ¶ *Agmina fati, et volumina* apud Gell. lib. 6. cap. 2. sunt fati ordo, et cursus. ¶ *Agmen occupationum* apud Plin. l. 2. ep. 8. *a long series of business.* ¶ Terna agmina dentis, apud Stat. 5. Theb. v. 509. *three rows of teeth.*

AGMINĀLIS, le, adject. ταγματικός, ad agmen pertinens. *Agminales equi* sunt qui sequuntur agmen, seu exercitum, et transvehendis impedimentis inserviunt. Horum mentio fit Digest. lib. 50. tit. 4. leg. 18. et lib. 8. Codic. Theodos. tit. 5. leg. 6.

AGMINĀTIM, adverb. *by multitudes, in troops, herds, or flocks,* ἀγεληδὸν, gregatim, et velut agmine facto. Solin. cap. 25. Elephanti oberrant agminatim. Apulei. l. 4. Metam. Cuncti canes venaticis illis se se commiscent agminatim. ¶ Translate Apulei. ibid. Poculis agminatim ingestis.

AGNA, æ, f. *an ewe lamb,* ἀμνή. Horat. l. 1. od. 4. v. 12. seu poscat agna, sive malit hædo. ¶ Est etiam genus mensuræ agrorum, de quo V. in Acnua. [¶ Vocatur etiam agna spica. Festus in Pennatas. Pennatas impennatasque agnas in Saliari carmine spicas significat cum aristis, et alias sine aristis agnas novas volunt intelligi. Hic adnotat Scaliger spicas parvas a Theophrast. l. 8. c. 7. ἄρνας vocari.]

AGNALĬA, um, n. festum apud Romanos, idem quod Agonalia. Ovid. l. 1. Fast. v. 323. de Agonalibus. Pars putat hoc festum priscis Agnalia dictum, Una sit ut proprio littera dempta loco.

AGNASCOR. V. Adnascor.

AGNATĬO, Adgnatio, vel Adnatio, onis, f. actus adgnascendi, hoc est in aliqua re nascendi, πρόσφυσις. Apulei. de herb. c. 59. Thyrsum bicubitalem geniculatum, in quo folia hirta, angusta, et veluti longa, cum adnationibus secundum genicula. h. e. cum parvis germinibus in thyrso prope genicula nascentibus. Adde cap. 62. ¶ Item consanguinitas eorum, qui per virilis sexus personas consanguinitate juncti sunt, *agnation, kindred by the father's side, descent from the same father in a direct male line,* ἀγχιστεία. Hac notione fere semper agnatio, aut adgnatio scribitur. Cic. 1. de Legib. c. 8. Animum esse ingeneratum a deo: ex quo vere vel agnatio nobis, vel gens, vel stirps appellari potest. Id. 1. de Orat. cap. 38. Jura gentilitatum, agnationum, &c. ¶ Differt a *cognatione,* quod agnatio tum agnatos, tum cognatos complectitur: cognatio vero solos cognatos. Verbi gratia patris mei frater, idest patruus et agnatus est, et cognatus; agnatus quidem respectu patris mei, quia ipsi adnatus est; cognatus vero respectu mei, quia simul mecum ab eodem avo descendit: At matris meæ frater, hoc est avunculus, cognatus tantum est, quia ab eodem matris meæ patre est natus; sed non dicitur agnatus, quia non est adnatus familiæ meæ, sed familiæ matris. Interdum tamen hæc promiscue usurpantur. ¶ Quomodo a gente differat, V. in Gentilis.

AGNATITĬUS, et Adgnatitius, a, um, adject. ad agnatos pertinens, ut Agnatitium jus, quod agnatis competit in adeundis hereditatibus. Justinian. Imp. lib. 6. Codic. tit. 57. leg. ult.

AGNĀTUS, Adgnatus, vel Adnatus, a, um, adject. *growing upon or to any thing, as hair, nails, &c.* προσφυὴς, προσφυόμενος, in re aliqua natus. Plin. l. 11. c. 39. Pili libidinosis congeniti maturius defluunt, agnati celerius crescunt. Et cap. 52. Membra animalibus agnata inutilia sunt, sicut sextus homini semper digitus. Id. l. 37. cap. 8. Agnata petris gemma. ¶ Item qui per virilis sexus personas alteri consanguinitate junctus est, eidemque familiæ adnatus, *a relation by the male side,* συγγενής. Hac notione fere scribitur agnatus, vel adgnatus: quamquam et adnatus aliquoties vidisse se, ait Salmas. ad Capitolin. in Vero, cap. 7. De discrimine inter agnatos, et cognatos V. in voce præced. Cic. de Univers. c. 11. Jovem, et Junonem, quos fratres inter se, agnatosque usurpare, atque appellare videmus. ¶ In legibus XII Tabularum cautum erat, ut si quis mentis errore laboraret, in furorem incideret, aut prodigus fieri inciperet, is reum suarum dominus esse nequaquam posset, sed tum ipse, tum ejus bona in agnatorum, et gentilium curam, potestatemque traderentur. Cic. 2. Invent. c. 50. Lex est, si furiosus est, agnatum, gentiliumque in eo, pecuniaque ejus potestas esto. agnatum pro agnatorum: tametsi non in omnibus editionib. ita legitur. Varr. l. 1. R. R. c. 2. Duo spectasse videntur Italici homines colendo, possetne fructus pro impensa, ac labore redire, et utrum saluber locus esset: quorum si alterutrum decollat, et nihilominus quis vult colere, mente captus est, atque ad agnatos, et gentiles est deducendus. Hinc proverb. cum aliquem errore mentis affectum significamus: *Ad agnatos, et gentiles est deducendus.* Adde Columell. l. 1. R. R. cap. 3. ¶ *Adnati gregis,* vel *armenti* dicuntur fetus, qui ex pecoribus nascuntur, et gregi accedunt. Ulpian. Digest. lib. 23. tit. 3. leg. 10. Sic Varr. l. 3. R. R. c. 16. a med. Cum adnatæ prospere sunt multæ apes, ac progeniem veteres emittere volunt in coloniam.

AGNELLUS, li, m. *a little lamb, lambkin,* ἀμνίσκος, parvus agnus: usurpaturque aptissime in blanditiis. Plaut. Asin. 3. 3. 77. Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem, agnellum: hædillum me tuum dic esse.

AGNICŬLUS, li, m. *a little lamb,* ἀμνίσκος, parvus agnus. Arnob. lib. 7. pag. 219. Centum cædat boves, totidemque cum agniculis suis matres.

AGNĪNUS, a, um, adject. *relating or belonging to a lamb,* ad agnum pertinens, ἀμνεῖος. Plin. l. 30. c. 8. Agnini pedes. Et cap. 10. fel agninum. Plaut. Pseud. 1. 3. 85. Agninæ lactes. V. Lactes: et vers. 95. Agnina exta. ¶ *Agnina, æ,* absolute caro agnina. Plaut. Aulul. 2. 8. 4. Rogito pisces, indicant caros, agninam caram, caram bubulam. ¶ *Agnina dupla* apud eund. Capt. 4. 2. 39. est caro agni jam grandioris, atque adeo vilissima, quasi dicas carnem agni, qui bis agnus sit, ut qui duplam agni ætatem jam habeat.

AGNITĬO, onis, f. *an acknowledgment or recognizance; a confessing, owning, admitting; agnition,* actus agnoscendi, ἐπίγνωσις. Cic. l. 1. de nat. Deor. c. 1. Quæstio de natura Deorum, et ad agnitionem animi pulcherrima est, et ad moderandam religionem necessaria. h. e. ad animi naturam cognoscendam. Paucissimi quidam Codices habent cognitionem. Marcell. Digest. lib. 38. tit. 15. leg. ult. Agnitio bonorum possessionis. h. e. admissio. V. Agnosco. Plin. l. 10. c. 70. Veluti sui cadaveris agnitionem fugientes.

AGNITIONĀLIS, le, *acknowledging, agnizing,* ad agnitionem pertinens. Tertull. advers. Valentin. c. 27. Substantivalis, non agnitionalis forma.

AGNĬTUS, et Adgnitus, a, um, *owned, acknowledged, recognized, avowed,* nom. ex particip. ab agnosco, ἐπεγνωσμένος. Tacit. Ann. 14. c. 5. Agrippina silens, eoque minus agnita. Sallust. orat. 2. ad Cæs. de rep. ordinand. sub fin. Super omnes mortales gloria agnita. Ovid. 3. Fast. v. 65. Ut genus adierunt, animos pater agnitus auget. Al. leg. editus. Tacit. 4. Ann. c. 34. extr. Carmina contumeliis referta spreta exolescunt: si irascare, adgnita videntur. *they seem to be acknowledged, owned to.* ¶ Item cognitus, *known.* V. Agnosco. Sallust. orat. 2. ad Cæsar. de rep. ordin. prope fin. Postero tempore super omnes mortales gloria agnita. ¶ *Agniti natales, acknowledged as legitimate,* apud Pompon. lib. 40. Digest. tit. 3. leg. 14. V. Agnosco.

AGNŌMEN, et Adnomen, inis, *a name or title bestowed for some particular action, signal service, &c. a surname,* ἐπωνυμία, nomen, quod alicui personæ est extrinsecus aliqua ratione, vel casu quæsitum, et ad ultimum adjicitur, ut Africanus, Germanicus, Parthicus, &c. Differt a cognomine, quod toti agnationi est commune, ut Scipio, Cicero. Ita Diomed. l. 1. pag. 306. Putsch. et Priscian. l. 2. pag. 578. et alii. Capitolin. in Vero, cap. 3. Nec aliud ei honorificentiæ adnomen adjunctum est, quam quod Augusti filius est appellatus. Cic. 2. de Invent. c. 9. Nomen cum dicimus, cognomen quoque, et agnomen intelligatur oportet. Quædam opt. edition. omittunt et agnomen. ¶ Ceterum illud idem quod *agnomen* dicitur, etiam cognomen quandoque appellatur. Cic. pro Mur. c. 14. de Scipionib. Quam laudem ille Africa oppressa cognomine ipso præ se ferebat, eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumpsit. h. e. Africani, et Asiatici agnomine. Adde in Somn. Scip. c. 2. [Et Sueton. in Vitell. ad fin. Cui (Antonio Primo) Tolosæ nato cognomen in pueritia Becco fuerat, id valet gallinacei rostrum. Id. in Calig. c. 9. Caligula cognomen castrensi joco traxit, quod manipulario habitu inter milites educabatur, *because, being brought up in the camp, he used to wear the caliga, a kind of shoe or half-boot worn chiefly by the common soldiers,* ut explicat Muratorius Dissert. Italic. Med. Ævi. Dissert. XLI.]

AGNOMENTUM, ti, *a surname,* agnomen, vel cognomen. Apulei. in Apolog. Igitur agnomenta ei duo indita Charon ob oris et animi diritatem: sed alterum, quod libentius audit ob deorum contemptum, Mezentius.

AGNOMINATĬO, et Annominatio, onis, f. *allusion of one word to another by resemblance of sound, agnomination; a pun,* παρονομασία, figura verborum apud Rhetores. Auct. ad Herenn. l. 4. c. 21. Annominatio est, cum ad idem verbum et idem nomen acceditur commutatione unius litteræ, aut litterarum, syllabæ, aut syllabarum, aut ad res dissimiles similia verba accommodantur, ut veniit a te antequam Romam venit: Et, Quos homines vincit, eos ferro statim vincit: Et, hunc avium dulcedo ducit ad avium: Et, si lenones, tanquam leones vitasset: Et, Videte, judices, utrum homini navo, an vano credere malitis, &c. Adde Quintil. l. 9. c. 3. a med. et Cicer. 1. de nat. Deor. c. 7. sub fin. et Fam. 7. ep. 22.

AGNOS, i, *a kind of willow commonly called Agnus Castus; the Chaste-tree; Park-leaves, or Abraham's balm:* genus viticis ita dictum ab ἁγνὸς, castus, quod, ut scribit Plin. l. 24. c. 9. Matronæ Thesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes, his foliis cubitum sibi sternerent. Ejus duo genera enumerat ibidem Plin. et describit.

AGNOSCIBĬLIS, le, *capable of being recognized,* qui agnosci potest. Tertull. de resurr. carn. cap. 55. Dominus in secessu montis etiam vestimenta luce mutaverat, sed lineamenta Petro agnoscibilia servaverat.

AGNOSCO, Adgnosco, et Adnosco, oscis, ovi, agnĭtum, a. 3. *to acknowledge, recognize, own,* ἀναγινώσκω, ex ad, et nosco, proprie significat rursus cognoscere, et dicitur de iis rebus, quæ antea vidimus, et novimus: in quo differt a cognosco, quod proprie est de rebus ante non cognitis. Virg. 3. Æn. v. 35. parvam Trojam, simulataque magnis Pergama, et arentem Xanthi cognomine rivum Agnosco. Sueton. in Claud. c. 37. Agnoscere percussorem. Ovid. 5. Fast. v. 590. agnorunt signa recepta suos. h. e. signa militaria, quæ victo Crasso Parthi abstulerant, recepta ab Augusto. *agnorunt* syncope ex *agnoverunt.* ¶ Hoc tamen discrimen non semper servatur, sed generatim agnosco ponitur pro cognoscere, sentire, intelligere, *to know, comprehend, see, acknowledge, admit, approve, subscribe to, agnize, avow, confess.* Cic. l. 1. de nat. Deor. c. 18. Hæc sunt dicta subtilius, quam ut quivis ea possit agnoscere. Id. 1. Tuscul. c. 29. Deum agnoscere ex operibus ejus. Id. l. 1. Fam. ep. 7. Quod mihi de filia gratularis, agnosco humanitatem tuam. Id. de Amic. c. 2. Qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo. ¶ Est etiam approbare, admittere, assentiri. Id. 1. Divin. in fin. Nunc illa testabor, non me sortilegos, neque eos, qui quæstus causa hariolentur, ne psychomantiam quidem, quibus Appius uti solebat, agnoscere. Id. pro Mil. c. 14. in fin. Cum totius Italiæ concursus facti illius gloriam libens agnovisset. Paul. Digest. l. 5. tit. 2. leg. 23. Agnoscere judicium alicujus. Ulpian. lib. 40. tit. 5. leg. 45. Agnoscere voluntatem alicujus. ¶ *Agnoscere filium,* vel *parentem,* &c. est eum tanquam suum, et legitimum cognoscere, et in familiam admittere, *to acknowledge or adopt as a son, &c.* Sueton. in Aug. c. 65. Ex nepte Julia post damnationem editum infantem agnosci, alique vetuit. Nepos in Agesil. c. 1. Filium reliquerat, quem ille vivens non agnorat: eundem moriens suum esse dixerat. *agnorat* syncope pro *agnoverat.* Hinc est titulus tertius lib. 25. Digest. De agnoscendis, vel alendis liberis, vel parentibus, &c. ¶ *Agnoscere bonorum possessionem* apud JCtos est bonorum possessionem ut ad se pertinentem, cognoscere, et sibi adsciscere, *to lay claim to an estate, to take possession.* Caius Digest. lib. 26. tit. 8. leg. 11. In agnoscenda, et in repudianda bonorum possessione. ¶ Huc pertinent et illa apud eosdem JCtos frequentissima, *agnoscere æs alienum,* apud Ulpian. Digest. lib. 28. tit. 5. leg. 1. hoc est admittere, et a se solvendum suscipere. *Agnoscere cibaria,* apud eund. lib. 10. tit. 4. leg. 11. hoc est cibariorum alicui præstandorum onus subire, et sustinere. *Agnoscere damnum,* apud Papir.

lib. 49. tit. 1. leg. 21. hoc est subire, et præstare. *Agnoscere periculum*, apud *Paul.* lib. 10. tit. 1. leg. 13. eodem sensu. *Agnoscere pœnam*, apud *Pompon.* lib. 17. tit. 2. leg. 55. hoc est subire, pati. ¶ *Agnoscere crimen*, est fateri. *Tacit. Ann.* 6. c. 8. Fortunæ meæ magis expedit agnoscere crimen, quam abnuere. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 6. Suscepisset hoc crimen, agnoscerem, confiterer. ¶ *Agnoscere cantum avium*, hoc est audire, e tacebresis est in carmine, quod ex Homero vertit *Cic.* l. 5. *de Fin.* c. 18. ¶ Particip. *agnotus* pro *agnitus* usurpatum est olim a *Pacuv.* et *agnoturus* pro *agniturus*, a *Sallust.* l. 2. *Hist.* teste *Prisciano.* l. 10. pag. 887. *Pacuv.* et *Serv. ad Æn.* 4. v. 25. itemque a *Phædr.* et *Sallust.* teste *Diomed.* l. 1. pag. 383. Verba Sallustii sunt: Neque inermes ex prælio quemquam agnoturum. *Pacuv.* In turba Oresti cognita, agnota est soror. ¶ *Agnoscere* pro *ignorare*, ἀγνοεῖν, aliquando usurpari, probat *Brisson. in Lex. Jur.* ex illo *Pompon. Dig.* l. 19. tit. 1. leg. 6. Tenetur ex empto venditor, etiam si agnoverit minorem fundi modum esse. Ita in celebri Edit. Torrentini, apposito tamen ἀστερίσκῳ, nota scilicet dubiæ lectionis: ex quo alii reposuerunt *ignoraverit*.

AGNOTUS. V. *Agnosco*.

AGNUS, i, m. *a lamb*, ἀρς, ἀμνός, fetus est ovis, qui annum nondum egressus est. Dicitur ab ἁγνὸς, purus, castus, quia in sacrificiis hostia pura est, et Diis grata, ut ait *Festus*. At *Varr.* l. 4. *L. L.* cap. 19. *sub fin.* ita dici ait, quod sit agnatus pecori suillo. *Horat. de art. poet.* v. 13. Serpentes avibus geminentur, tigribus agni. *Cic. de Senect.* c. 16. Villa abundat porco, hædo, agno. *h. e.* suilla carne, hædina, et agnina. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 54. Jam ego te hic agnum faciam, et medium distruncabo. *h. e.* tanquam agnum te distruncabo. ¶ *Eripere agnum lupo* proverbium apud *Plaut. Pœn.* 3. 5. 31. de conatu irrito. ¶ In genitivo plurali *agnum* etiam dicitur pro *agnorum*. *Porc. Licin. in carm.* apud *Gell.* l. 19. c. 8. Custodes ovium, teneræque propaginis agnum. ¶ In libris Pontificalibus sæpe dicitur *hic ovis*, *hic agnus*, *ac porcus*: quæ non ut vitia, sed ut antiquam consuetudinem testantia debemus accipere, inquit *Fest.* in *Recto*. ¶ Dixerunt etiam *agnus mas*, *agnus femina*. Vetus lex apud eund. in *Opima*. Tertia spolia Jano Quirino agnum marem cædito. Alia apud eund. in *Pellices*. Junoni crinibus demissis agnum feminam cædito.

AGO, is, egi, actum, a. 3. *to conduct*, *drive*, *lead*, ἄγω. Varie construitur pro varia significatione: proprie autem, et primo significat ante se pellere, ducere pecora, seu armenta. *Virg. Ecl.* 9. v. 23. pasce capellas, Et potum pastas age Tityre, et inter agendum Occursare capro (cornu ferit ille) caveto. *Liv.* l. 1. c. 48. Inhibuit frenos is, qui jumenta agebat. Cum infinito *Horat.* l. 1. od. 2. v. 7. Omne cum Proteus pecus egit altos Visere montes. ¶ Pro ferre, celebrare. *Horat.* l. 2. od. 2. v. 7. Illum aget penna metuente solvi Fama superstes. ¶ Dicitur etiam de venatione, ac bellis, et significat persequi, *to pursue*, *chase*, *Virg. Æn.* 7. v. 481. *de canib.* ut cervum ardentes agerent. *Id.* 5. *Æn.* v. 265. Demoleus cursu palantes Troas agebat. *Justin.* l. 16. c. 2. hostem in fugam agere. ¶ Item de navibus, curribus, et hujusmodi: et significat regere, vel ducere. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 114. Navem agere ignarus navis timet. *Tacit.* 4. *Histor.* c. 22. Agere naves in amnem adversum. *Ovid. Metam.* 2. v. 62. Agere currum. ¶ Dicitur præterea et de hominibus. *Nepos in Datam.* c. 3. Vinctum ante se Thyum agebat. *drove before him.* *Tacit. Ann.* 16. c. 20. Agere aliquem in exsilium. *to banish.* *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 49. Agere aliquem Orco. *to send to Hades, cut off.* Et sat. 7. v. 24. Si quis ad illa deus subito te agat. *h. e.* ducat, vel impellat. Cum infinito *Virg.* 3. *Æn.* v. 4. diversas quærere terras Auguriis agimur divum. *Terent. Andr.* 4. 2. 25. Quo hinc te agis? *whither go you?* ¶ Item de aliis rebus pro admovere. *Cic.* 3. *de Offic.* c. 23. Expilare fana, agere cuniculos ad ærarium. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 58. Agere vineas. ¶ Significat etiam emittere, foras propellere, *to emit*, *cast forth*, *shoot out*. *Cic.* 6. *Verr.* c. *pænult.* Agere spumas. *Lucret.* l. 2. v. 674. scintillas. *Plin.* l. 16. c. 31. radices in profundum. ¶ Item adigere, injicere, impellere, *to drive in*. *Sil.* l. 12. v. 240. Et fugientis agit costis penetrabile telum. ¶ Præterea ponitur pro facere, *to do*, *perform*, *act*, πράττειν: et latissimam habet significationem, atque usum. pertinet enim ad omnes actus humanos. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 16. Mihi enim, qui nihil agit, esse omnino non videtur. *Colum.* l. 11. c. 1. et *Varro*. Verum est M. Catonis oraculum, nihil agendo homines male agere discere. ¶ Differunt tamen inter se *agere*, et *facere*, quod *agere* et corporis, et vocis, et mentis actiones complectitur: *facere* refertur tantummodo ad opera, quæ corpore efficimus. Ita *agit* is, cujus post actionem opus non exstat; *facit* is, cujus opus remanet: quod discrimen tradit etiam *Quintil.* l. 2. c. 18. (al. 19.) Hinc *Cic.* 3. *Phil.* c. 13. Quod agendum, atque faciendum. *Id.* 3. *de Fin.* c. 17. Agere aliquid, et facere. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 8. Potest aliquid facere, et non agere, ut poeta facit fabulam, non agit, contra actor agit, et non facit, &c. ¶ Hoc tamen discrimen non est perpetuum. nam *agere* aliquando sumitur pro *facere*. *Virg. Æn.* 10. v. 513. latumque per agmen Ardens limitem agit ferro. ¶ Porro quia vita omnis in actione aliqua consistit, pro vivere etiam usurpatur, *to live*. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 19. Apud illos homines, qui tunc agebant. ¶ Item pro degere, morari, *to abide*, *tarry*, *remain*. *Virg.* 5. *Æn.* v. 51. Gætulis agerem si syrtibus exsul. *Tacit. in fin.* l. 15. *Ann.* Agere inter homines desinere. *h. e.* mori. ¶ Item pro adigere, cogere, *to force*, *compel*. Cum infinito *Stat.* 8. *Theb.* v. 262. Quamquam æger senio: sed agit miseranda potestas Invigilare malis. Adde l. 8. v. 625. ¶ Item pro transigere, *to pass*, *spend*, *consume*. *Liv.* l. 7. c. 39. Agere vitam ruri. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 1. Ætatem agere in litteris. *Id. de Senect.* c. 32. Agere annum octogesimum. *to arrive at the age of eighteen.* ¶ Sæpissime ponitur pro curare, contendere, *to procure*, *contrive*, *manage*. *Cic. Fam.* 4. ep. 2. Ut ad te scriberem, mecum egerunt. *Id. Offic.* l. 1. c. 13. Id agunt, ut viri boni esse videantur. ¶ Item pro tractare, deliberare, disceptare, *to treat*. *Cic. Fam.* 13. ep. 75. De quo et præsens tecum egi diligenter, et scripsi ad te accurate antea. *Id. ad Capiton. in fin.* l. 16. *ad Attic.* Non dubito, quin mirere, quod tecum de eadem re agam sæpius. *Id. Verr.* 6. c. 51. Aguntur injuriæ sociorum, agitur vis legum, agitur existimatio, veritasque judiciorum. *the wrongs of our allies are called in question*, &c. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 84. Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet. *it is your concern, your business that is at stake.* ¶ Speciatim *agere cum populo* dicitur Magistratus, qui populum rogat, ut aliquid suffragiis suis jubeat, aut vetet, ut *Gell.* l. 13. c. 15. *ad fin.* docet: uno verbo est comitia habere. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* cap. 16. cujus verba V. in *Comitialis*. ¶ Est etiam *agere* gerere, administrare, *to manage*, *conduct*, *direct*. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 647. Agere censuram. *Sueton. in Domit.* cap. 12. Agere fiscum. *Paul. Digest.* lib. 4. tit. 6. leg. 35. rempublicam. *Nepos in Annib.* c. 8. bellum. ¶ Est etiam verbum judiciorum, et sæpe significat agere causas, *to plead a cause in a court of judicature*. *Plin.* l. 9. *ep. ult.* Si agendi necessitas instat, quæ frequens hyeme. ¶ Sæpius vero generatim significat facere ea omnia, quæ ad forum pertinent. Hinc *agi res* dicuntur, cum judicia celebrantur. *Plin.* l. 4. ep. 29. Eja tu cum proxime res agentur, quoquo modo ad judicandum veni. *Cic. Fam.* 3. ep. 6. Agere forum Tharsi. *h. e.* judicia exercere, jus reddere. ¶ Sæpissime pertinet ad eos, qui jure, et litibus res suas persequuntur, *to go to law*. *Cic. pro Mur.* c. 17. Agere cum aliquo ex syngrapha. *Id.* 7. *Fam.* ep. 22. Agere furti. *h. e.* furti actionem intendere. *Martian. Digest.* lib. 5. tit. 2. leg. 30. Agere adversus aliquem de inofficioso testamento. *Vellei.* l. 2. c. 45. Agere aliquem reum incestus. *to accuse*, *arraign*. ¶ Præterea est verbum oratorum, et significat pronuntiare, gestumque in recitando adhibere. *Cic. in Orat.* c. 17. Infantes actionis dignitate eloquentiæ sæpe fructum tulerunt: diserti, deformitate agendi, multi infantes putati sunt. ¶ Item sacrorum. *Agere* enim dicebantur, qui hostiam mactabant: ex quo et *Agonalia* denominata sunt. *Ovid. Fast.* 1. v. 321. Qui calido strictos tincturus sanguine cultros, Semper, agon? rogat; nec nisi jussus agit. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 22. *sub fin.* Agumentum, quod ex immolata hostia desectum in jecore imponuendo, agendi causa. *h. e.* sacrificii peragendi. ¶ Pertinet etiam ad scenam, et significat imitari, repræsentare, *to act*, *play a part on the stage*, *represent theatrically*. *Cicer. pro Rosc. Com.* c. 7. Ballionem illum cum agit, agit Chæream. ¶ Hinc translate *Tacit.* 1. *Histor.* cap. 30. Agere amicum. *to act the part of a friend.* *Sueton. in Claud.* c. 29. Non principem se, sed ministrum agere. *to act the part not of a prince, but of an attendant.* Sic *idem ibid.* c. 25. Agere se pro equite. *put himself off for a knight.* ¶ Cum adverbiis *bene*, vel *male*, aut similibus significat tractare, *to treat*, *use*, *well or ill*. *Valer. Max.* l. 5. c. 3. *extern.* 3. Bene egissent Athenienses cum Miltiade, si &c. *would have behaved well to.* Hac ratione sæpissime usurpatur impersonaliter passiva voce. *Cic. Fam.* 4. *ep. pænult.* Agitur præclare, si nosmetipsos regere possumus. *we do well, provided that*, &c. *Id. Verr.* 5. cap. 51. Intelliget secum actum esse pessime. *he will find his condition to be but indifferent.* ¶ *Agere animam*, est efflare, mori, *to give up the ghost, breathe one's last, die*. *Martial.* l. 1. epigr. 80. Semper agis causas, et res agis, Attale, semper: Est, non est, quod agis, Attale, semper agis. Si res, et causæ desunt, agis, Attale, mulas. Attale, ne quod agas desit, agas animam. ¶ *Agere et ferre* in re militari est diripere, vastare, ductum a Græco ἄγειν καὶ φέρειν, *to destroy with fire and sword, destroy utterly, ravage*. *Liv.* l. 38. cap. 15. Tum demum fracta pertinacia est, ut ferri, agique res suas viderunt. Adde l. 22. c. 3. Translate *Auct. Dial. de Oratorib.* cap. 8. Nunc principes in Cæsaris amicitia agunt, feruntque cuncta. *h. e.* pro arbitrio disponunt. ¶ *Aliud agere*, vel *alias res agere*, est id de quo agitur dissimulare, et ad alias res animum advertere. Anglice, *not to mind what one says; to be attending to something else*. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 22. Animadverti, judices, eum jocari, atque alias res agere. *Id de clar. Orat.* cap. 66. Ita furebat, ut mirarere tam alias res agere populum, ut esset insano inter disertos locus. *Id. pro Cluent.* c. 64. Ut Oppianicum aliud agentem, ac nihil ejusmodi cogitantem, ad hanc accusationem detraheret. ¶ *Age si quid agis*, formula est, qua utimur, cum monere aliquem volumus, ut ad rem quam agit, animum advertat, et sedulo, attenteque agat. *Plaut. Stich.* 5. 3. 35. Bibe tibicen: age, si quid agis. Eadem ratione *paulo ante* dixerat v. 27. Bibe, si bibis. Et *Pœn.* 5. 4. 67. Ite, si itis. ¶ *Hoc age*, et *hoc agite* similem habet sententiam, *mind what you are about; be attentive, on your guard.* ductumque est a sacris, in quibus, Magistratu rem divinam faciente, præco admonens populum, ut adverterent animos, iisdem verbis utebatur. *Sueton. in Calig.* c. 58. Alii tradunt, alloquenti pueros a tergo Chæream cervicem graviter percussisse, præmissa voce, Hoc age. *Terent. Eun.* 1. 2. 50. Hoc agite, amabo: *attend, I pray you.* Adde *Senec.* l. 1. *de Clement.* c. 12. ¶ *Axim* pro *egerim* dixerunt antiqui, teste *Festo* in *Axitiosi*. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 895. et cap. 10. n. 7. Ut quæ egi, ago, vel axim, verruncent bene V. *Voss.* l. 5. *de Grammat.* c. 41. ¶ *Actum agere*, &c. vide supra in *Actus, a, um.* ¶ *Actum est*, *Age*, *Agedum*, &c. V. supra suis loc.

AGŌGÆ, arum, f. fossæ, per quas profluit aqua ad lavandas metallorum fodinas: ita dictæ, ut videtur, Hispano vocabulo: quamquam et a Græco ἀγωγαὶ, vel ἀγωγὸ commode duci possint. *Plin.* l. 33. c. 4. [† ubi MSS. apud Harduin. *agangas.*]

AGŌGE, vox Græca, ἀγωγὴ, hoc est ductus, ductio: in re Musica dicitur, cum per ordinem sonus sequitur, quemadmodum e contra *ploce*, [† q. v. vide.] πλοκὴ, est cum diversi soni sociantur. Ita *Martian. Capell.* l. 9. pag. 323.

AGOLUM, baculum pastorale, quo pecudes aguntur. *Festus.*

AGON, ōnis, m. *a contest, game; match at any exercise, as justing, wrestling, boxing*, &c. ἀγὼν, ῶνος, Græca vox certamen significans, sed sine bello, et ludorum causa institutum, in quo inducebantur homines, qui vel cursu, vel lucta, vel alia quapiam dote corporis certarent, victoresque præmiis afficerentur: quales fuerunt apud Græcos Olympii, et Pythii agones, et apud Latinos ludi Capitolini, Albanique, et alii, ad Græcorum imitationem invecti. *Plin.* lib. 4. ep. 22. Gymnicus agon apud Viennenses ex cujusdam testamento celebrabatur. *Et infra.* Non esse restituendum Viennensibus agona. *agona* accusativus est Græcæ positionis pro *agonem*. ¶ *Agon musicus*, de quo *Sueton. in Ner.* c. 22. et 23. dictus est, in quo committebantur citharœdi, tibicines, aut etiam poetæ. [¶ Etiam Domitianus agonem instituit Romæ Jovi Capitolino quinto quoque anno redeunte. *Censorin. de die natali* c. 18. Rursus annus idem magnus per Capitolinos agonas cæptus est &c. Adde *Sueton. in Domit.* c. 4.] ¶ *Nunc demum agon est*, proverbium, quo significatur necessitas ingruens experiendi, et agendi, *the time is come to act.* νῦν γὰρ ἔστιν ἀγών. *Sueton. in Ner.* c. 45. Statuæ ejus a vertice currus appositus est cum inscriptione Græca, Nunc demum agona esse; et, Traheret tandem. ¶ Agones olim dicebant montes. *Paul.* ex *Festo* in *Agonium*. scil. quia initio ludi in montibus fiebant.

AGONALIA, lium, vel liorum, libus, n. festa apud Romanos quotannis celebrari solita v. Id. Januar. in honorem Jani, ut habetur apud *Ovid.* 1. *Fast.* v. 317. item XII. Cal. Jun. (*Ovid.* 5. *Fast.* v. 721.) et III. Id. Decembr. eratque is dies nefastus mane. Rationem nominis alii aliam tradunt, vel quod *Agonius* olim dictus sit Janus, quod præsit rebus agendis; vel quia minister mactaturus hostiam interrogabat sacrorum præsidem illis verbis, *Agone?* vel quia ipsæ hostiæ mactatæ dictæ sunt olim *Agoniæ*; vel demum quia pecudes mactandæ non veniant, sed *agantur*. Lege *Ovid. loc.* prius *cit.* *Senec.* l. 2. *controvers.* 11. *ad fin.* et *Fest.* in *Agonium*. ¶ De ratione genitivi V. quæ dicemus in *Saturnalia*.

AGONĀLIS, le, adject. ad Agonalia pertinens. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 3. Dies Agonales, per quos rex in regia arietem immolat: dicti ab ago ne? eo quod interrogatur a principe civitatis, et princeps gregis immolatur. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 318. Janus Agonali luce piandus erit.

AGONENSIS, porta, [† nunc.] *porta Salaria*, una ex portis Urbis Romæ, quæ et Collina, et Quirinalis dicitur. Ita dicta est, quod per eam ad Quirinalem collem ibatur, qui olim *Agonus* dictus est teste *Festo*, vel quia fortasse circa ea loca Agonalia celebrabantur. *Festus* in *Agonium*. ¶ *Agonenses* Salii dicti sunt ii, qui in Quirinali monte sacrarium habuerunt, a rege Hostilio instituti. Iidem et Collini appellati sunt. Memorantur a *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 3.

AGONIA, æ, hostia, quæ in sacrificiis adhibetur: ab agendo ita dicta. *Festus.*

AGONIA, orum, n. eadem quæ Agonalia, prisco vocabulo; item pecudes, quæ mactantur in eorum sacris. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 721. Ad Janum redeat, qui quærit, Agonia quid sint. ¶ *Id.* l. 1. *Fast.* v. 331. Et pecus antiquus dicebat Agonia sermo. ¶ In singulari numero *Festus*: Agonium dies appellabatur, quo rex (*sacrificulus*) hostiam immolabat.

AGONISTA, æ, m. ἀγωνιστὴς, certator, vel certaminis præses: Vox Græca ab ἀγωνίζω, certo. *Augustin. serm.* 343. *edit. recentior. in fi.*

AGONISTARCHA, æ, m. ἀγωνιστάρχης, agonum, seu certaminum præfectus, cui parebant ii, qui in agonibus se

se exercebant. *Vetus Inscript.* apud *Gruter.* pag. 38. n. 5. M. Aurelius. M. Aug. lib. Apollonius agonistarcha Commodianus.

AGONISTĬCUS, a, um, ad agona, seu certamen pertinens. *Tertull. de coron. mil.* c. 13. Nunquid et agonisticæ causæ disputabuntur, quas &c.

AGŌNIS, olim dictus est mons Quirinalis. *Fest.* in *Agonium.*

AGONĬUM, ii, V. *Agonia.*

AGONĬUS, ii, m. Deus præses rebus agendis, cui Agonalia dicata erant. *Fest.* in *Agonium.*

AGONOTHESĬA, æ, f. ἀγωνοθεσία, agonis, seu certaminis designatio: estque munus Agonothetæ. *Impp. Gratian. Valentinian.* et *Theod.* lib. 12. *Codic. Theodos.* tit. 1. leg. 109. Nec cogi ad Agonothesiam volumus invitos. ¶ Legitur etiam apud *Ulpian.* lib. 10. *Digest.* tit. 2. leg. 20. sed Græce. est enim Græca vox: ab ἀγὼν, certamen, et τίθημι, pono.

AGONOTHĔTA, et Agonothĕtes, æ, m. ἀγωνοθέτης, præses agonum, seu certaminum. Is purpura indutus, curruque per circum vectus, honoratiore loco sedebat, certatores admittebat, victoribus præmia dividebat. Hinc nonnunquam ab ipsis Romanis imperatoribus hoc munus peractum est. *Spartian. in Adrian.* c. 13. Multa in Athenienses contulit, et pro agonotheta resedit. *Tertull. ad Martyr.* c. 3. Bonum agonem subituræ estis, in quo agonothetes Deus vivus est. Adde *Arcad. Digest.* lib. 50. tit. 4. *leg. ult. a med.* et vet. lap. apud *Gruter.* pag. 499. n. 6. et alium apud *Murator.* pag. 626. n. 1.

AGONOTHETĬCUS, a, um, ἀγωνοθετικὸς, ad agonem pertinens. *Agonothetici fundi*, et *Agonotheticæ possessiones*, de quibus mentio fit lib. 11. *Codic.* tit. 61. leg. ult. et tit. 69. leg. 5. dicuntur, qui agonum seu certaminum sumptibus deputati erant.

AGORANŎMUS, i, m. ἀγορανόμος, magistratus apud Græcos, qui foro rerum venalium præerat: habebatque circa annonam idem munus, quod Ædilis apud Romanos. *Plaut. Capt.* 4. 2. 43. Edictiones ædilitias hic habet quidem: mirumque adeo est, ni hunc fecere sibi Ætoli agoranomum.

AGRAGANTĪNUS, a, um, adject. ut *Agragantinus fons* apud *Plin.* l. 35. c. 15. *h. e.* qui ex eo monte oritur, qui *Agragas*, seu *Acragas* appellatur, estque in Siciliæ ora Australi, ubi nunc oppidum *Agrigentum*: de quo *Virg. Æn.* 3. v. 704. Arduus inde Agragas ostentat maxima longe Mœnia magnanimum quondam generator equorum.

AGRAMMĂTOS, i, *ignorant of grammar or letters, unlettered, untaught, unlearned, untutored, illiterate*, ἀγράμματος, qui litteras penitus nescit. *Vitruv.* l. 1. c. 1. Non enim debet, nec potest esse architectus grammaticus, uti fuit Aristarchus, sed non agrammatos. *agrammatos* Græca positio est.

AGRĀLIS, le, adject. agrarius. *Frontin. de colon. prope fin.* Testimonia sive vocabula agralia.

AGRĀRIS, ris, m. *a husbandman, farmer, agriculturist*, agricola, homo agrarius. *Aurel. Vict.* in *epit.* c. 41. Agraribus sane, ac rusticantibus, quia ab eo genere ortus, altusque erat, satis utilis. *Ita legi in plerisque MSS. et in quibusdam etiam edit. optimis Codicib. testatur* Gruter. *cum aliis multis.*

AGRARĬUS, a, um, adject. *of or belonging to land*, ἀγροικος, ad agros pertinens. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 19. Agraria lex. *h. e.* de dividendis plebi agris publicis, (nunquam, inquit *Liv.* l. 2. c. 41. sine maximis motibus rerum agitata. Cœpit autem ferri circa annum U.C. 268.) *Id.* 2. *Offic.* c. 22. Agrariam rem tentare. *h. e.* niti, ut lex agraria perferatur. *Ulpian. Digest.* lib. 43. tit. 8. leg. 2. Agraria via. *h. e.* quæ est in agris, vel in agros ducit. *Liv.* l. 27. c. 21. Triumvir agrarius. *h. e.* qui agro dividendo, et assignando colonis præest. *Aurel. Vict. in epit.* c. 40. Galerius ortus parentibus agrariis. [¶ *Agrariæ stationes*, et absolute *agrariæ* dicebantur præsidia militum, quæ in castellis et aggeribus publicis explorandi causa constituebantur; sic dictæ, ut distinguerentur a castrensibus stationibus. *Ammian.* l. 14. c. 3. Quia Mesopotamiæ tractus omnes crebro inquietari sueti, prætenturis et stationibus servabantur agrariis. *Veget. de re milit.* l. 1. c. 3. Si longior expeditio emergit, in agrariis plurimum detinendi sunt tirones, proculque habendi a civitatis illecebris. *Auct. de re mil. in Notit. Dignitat. Imper.* Quas quidem munitiones possessorum distributa sollicitudo sine publico sumptu constituat, vigiliis in his et agrariis exercendis.] ¶ Alias leges agrarias latas a C. Cæsare et Nerva Impp. de non movendis loco terminis agrorum privatorum, memorat *Callistrat. Digest.* lib. 47. tit. 21. *qui de termino moto inscribitur*, leg. 3. ¶ *Agrarii, orum* dicuntur a *Cicer.* qui agros cupiunt, et agrariam legem, ut perferatur, enixe, et seditiose student, *Catil.* 4. c. 2. Gracchus, qui agrarios concitare conatus est. *Id. Phil.* 7. c. 6. Solicitabit rursus agrarios.

AGRATĬCUM, i, n. quod persolvitur nomine redituum ex agris. *Impp. Valentinian. Valens*, et *Gratian.* lib. 7. *Codic. Theod.* tit. 20. leg. 11. Nihilque illis, qui messium tempus adsolent aucupari, agratici nomine deferatur.

AGREDŬLA V. *Acredula.*

[* AGRESTĪNUS, a, um, adject. in agro nascens, idem ac agrestis. *Commodian. Instruct.* 67. v. 7. Inter agrestina benefactis lilia sitis. Cave tamen imiteris.]

AGRESTIS, e, adject. *belonging to the fields, rustic, rural, growing in the country*, ἄγροικος, χωρικὸς, qui ex agris est, vel ad agros, et rus pertinet, rusticus. *Tibull.* l. 2. eleg. 5. v. 28. Falx agrestis. *Virg.* 7. *Æn.* v. 111. Poma agrestia. *Colum.* l. 8. c. 8. Semina agrestia. *the seeds of wild plants.* Et *Plin.* l. 8. c. 21. Tauri silvestres majores agrestibus. *Nepos. in Pelop.* c. 2. Vestitu agresti, quo minore suspicione facerent iter. *Plin.* l. 37. c. 3. Agrestes feminæ monilium vice succina gestantes. *Cic. Attic.* l. 2. epist. 16. *extr.* Te in Arpinati videbimus, et hospitio agresti accipiemus, quoniam maritimum hoc contempsisti. [*Senec. Agamemn.* v. 733. Alumnus agrestis, *h. e.* Ægisthus, quia in agris a capris nutritus fuit.] ¶ Substantive *agrestes, ium*, sunt homines rustici, qui in agris degunt, *countrymen, clowns, rustics. Cic. pro Mur.* c. 29. Non est hæc oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conventu agrestium. *Virg.* 9. *Æn.* v. 11. collectos armat agrestes. ¶ Translate *agrestis* ponitur pro rudi, inculto, duro, quales esse solent agrestes homines, *clownish, unpolished, savage, uncivilized, wild, coarse, ill-bred, rude, rough. Cic. de Senect.* c. 14. Dominus agrestis, et furiosus. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 25. Sunt quidam vultu, motuque corporis vasti, atque agrestes. et cap. 8. Fera, agrestisque vita. *Id.* l. 3. *de Orat.* c. 11. Rustica vox, et agrestis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 3. Rhetorici libri, quos tu agrestes putas. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 27. Quæ barbaria India vastior, aut agrestior? in ea tamen gente, &c. *Id.* l. 1. *de Legib.* c. 14. *extr.* Non modo docti, verum etiam agrestes erubescunt. [*Ciceroni in Orat.* c. 3. agrestiores Musæ dicuntur Jurisprudentia et ceteræ artes, quæ non comprehenduntur humanitatis nomine, nec elegantiæ quidquam aut suavitatis habent.] ¶ Ferinus. *Ovid. Metam.* 9. v. 96. vultus Achelous agrestes, Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis. *Propert.* l. 2. eleg. 24. v. 13. *de Io.* agrestem detraxit ab ore figuram Jupiter.

AGRESTĬUS, adverb. comparativ. *Spartian. in Adrian.* c. 3. Cum orationem imperatoris in senatu agrestius pronuncians risus esset. *somewhat clownishly, rudely.*

AGRICŎLA, æ, m. *a husbandman, agriculturist, farmer*, γεωργὸς, ex *ager*, et *colo*, cultor agri. Est autem nomen generale. Nam agricolarum alii aratores sunt, alii vinitores, nonnulli arboratores, multi etiam pastores. Neque eos solum complectitur, qui in agris degunt, sed quicumque agrorum cultura, rusticaque exercitatione delectantur. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 16. Qui suos liberos agricolas assiduos esse cupiunt. *Id. pro Deiot.* c. 9. Deiotarus diligentissimus agricola. ¶ *Dii agricolæ*, qui agrorum culturæ præsunt, Ceres, Bacchus, Fauni, et similes. *Tibull.* l. 2. eleg. 1. v. 36. Redditur agricolis gratia Cælitibus. ¶ *Agricolum* pro *agricolarum* dixit *Lucret.* l. 4. v. 587. Et genus agricolum late sentiscere, &c.

AGRICOLĀRIS, e, adject. *relating to affairs of husbandry, geoponical*, ad agricolas spectans. *Pallad. de insitionib. in princip.* Bis septem parvos, opus agricolare, libellos.

AGRICOLATĬO, onis, f. *husbandry, tilling of the ground, agriculture*, agricultura. *Colum.* l. 1. c. 9. Agricolatio frugalitatem requirit. Adde in *proœm.* l. 1. et l. 4. c. 1. et alibi. ¶ Etiam *Ciceroni* tribuitur a quibusdam, *de Senect.* c. 16. *Qui se agricolatione oblectabant.* Verum alii plerique rectius leg. *agri cultione*, vel *agricultione.*

AGRICOLĀTOR, oris, *a husbandman*, agri cultor. Legitur apud *Plin.* l. 1. ubi dicitur summatim inesse libro *decimo octavo natura frugum, et cerealium, ac studia agricolatoris.* Sed *Harduin.* aliter edidit ex MSS.

AGRICŎLOR, aris, atus sum, dep. 1. *to till the ground*, γεωπονέω, agrum colere. *Capitolin. in Albin.* c. 11. *ad fin.* Agricolandi peritissimus, ita ut etiam Georgica scripserit.

AGRICULTĬO, onis, *a tilling of the ground, tillage, agriculture*, agricultura. *Cic. Verr.* 5. c. *pænult.* Quid est enim Sicilia, si ei agricultionem sustuleris? Adde *de Senect.* c. 16. quem locum *Nonius* quoque affert cap. 8. n. 40. sed divisim *agri cultio* legit: quod et alii tum eo, tum priore loco faciunt.

AGRICULTOR, oris, m. *a husbandman, farmer, agriculturist, tiller of the ground*, qui agrum colit. *Liv.* l. 26. c. 35. Servos agricultores rempublicam abduxisse. *Paul. Digest.* lib. 22. tit. 3. leg. 25. *circa med.* Si is, qui indebitum queritur, sit miles, vel agricultor, et forensium rerum expers. ¶ Legitur et divisim *agri cultor.*

AGRICULTŪRA, æ, f. *agriculture, tilling of the ground, tillage, husbandry*, agrorum cultura, γεωργία. *Cic.* 1. *Offic.* c. 42. Omnium rerum ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 22. Agriculturæ studere. ¶ Revera duæ voces sunt, quæ usu in unam coaluerunt: sed sæpe tamen divisim legitur apud Scriptores *agri cultura.*

AGRIFOLĬUM. V. *Aquifolius.*

AGRIGENTĪNUS, a, um, *of Agrigentum*, ad Agrigentum pertinens. *Lucret.* l. 1. v. 316. Quorum Agrigentinus cum primis Empedocles est. *Plin.* l. 31. c. 7. Agrigentinus sal. ¶ *Agrigentini, orum*, sunt ejus oppidi incolæ. *Cic. Verr.* 4. cap. 50.

AGRIGENTUM, [† hod.] *Gergento, or Gergenti*, urbs Siciliæ, in ora Australi ad ostia Agragantis fluvii, Græce Acragas dicta a monte cui imposita est. Ab hac urbe Empedocles Philosophus, et Phalaris Tyrannorum sævissimus originem duxerunt. *Plin.* l. 3. c. 8. Oppidum Acragas, quod Agrigentum nostri dixere.

AGRIMENSOR, oris, *a measurer of land, land-surveyor*, γεωμέτρης, agrorum metator, decempedator. *Ammian.* l. 19. c. 11. (*al.* 24.) Cum Innocentio quodam agrimensore. *Cassiodor.* l. 3. *variar.* epist. 52. Agrimensorem peritissimum adhibere. ¶ Potest etiam divisim scribi *agri mensor.*

AGRIMENSŪRA, æ, *the art of measuring land*, γεωμετρία, ars metiendi agros. *Innocent. de cas. litter.* pag. 223. *Goes.* Secundum artificium agrimensuræ.

AGRIMONĬA, æ, *the herb agrimony*, herbæ genus, caule lignoso, nigricante, hirsuto, cubitali, foliis quinquefolii aut cannabis, per ambitum incisis quinque partito, nigris, plumosis. Eadem *eupatoria* etiam dicitur, quia a Mithridate Eupatore inventa traditur. *Cels.* l. 5. c. 27. n. 10. Centaurion, vel agrimonia, vel trixago. Adde *Plin.* l. 25. c. 6.

AGRIŎDOS, ontis, m. apud *Ovid.* 3. *Metam.* v. 224. nomen est canis venatici, ductum ab ἄγριος, ferus, et ὀδοὺς, dens.

AGRĬON Græci appellant genus quoddam raphani silvestris ab ἄγριος, ferus, silvester. [Cum ad hanc vocem *Forcellinus* nullam attulerit Latini scriptoris auctoritatem, habeas interim non contemnendum locum *Plinii* l. 19. c. 5. sect. 26. Raphani genus silvestre Græci agrion vovant, Pontici armon, alii leucem, nostri armoraciam, fronde copiosius quam corpore. Adde *Veget. Veter.* l. 3. c. 59. Semen agrii et nitri.]

AGRIOPHĂGI, orum, m. populi extremæ Æthiopiæ versus occidentem, pantherarum, et leonum carnibus maxime viventes; unde et nomen habent, nempe ab ἄγριος, ferus, et φάγω, comedo. *Plin.* l. 6. c. 30.

AGRIOPHYLLON, i, ἀγριοφύλλον, herba eadem quæ Peucedanum. *Apuleî. de herb.* c. 95.

AGRIPĔTA, æ, m. agri petitor, hoc est qui legem poscit agrariam, nimirum ut agro publico diviso portio aliqua sibi assignetur, et generatim, qui alienas possessiones invadit. *Cic.* l. 15. *ad Attic. ep. ult.* Agripetas ejectos a Buthrotiis. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 26. Quod in eam insulam pater ejus agripeta venerat.

AGRIPPA, æ, m. *one born with the feet foremost*, ὁ ἐπὶ πόδας γεννηθεὶς, qui nascendo pedes prius exserit. *Plin.* l. 7. c. 8. In pedes procedere nascentem contra naturam est: quo argumento eos appellavere agrippas, ut ægre partos: qualiter M. Agrippam ferunt genitum, unico prope felicitatis exemplo ad hunc modum genitis. ¶ *Agrippæ* Romanorum multi appellati sunt, ut M. Vipsanius Agrippa, Agrippa Menenius, &c.

AGRIPPIĀNA Septa fuerunt Romæ in nona regione Urbis, videnturque fuisse ornamenta campi Agrippæ, quem tamen alii in alia regione locant. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 26. Basilicam Alexandrinam instituerat inter campum Martium, et Septa Agrippiana.

AGRIPPĪNA, Ἀγριππίνη, M. Agrippæ filia, neptis Augusti, uxor Germanici, mater Caligulæ. ¶ Alia fuit Agrippina Germanici, et Agrippinæ superioris filia, uxor Cn. Domitii Ænobarbi, mater Neronis Imp. *Plin.* l. 7. c. 8. ¶ Ab hac Neronis matre denominata est Ubiorum metropolis, *Colonia*, eo enim Agrippina veteranorum coloniam deduci voluit, ut urbem, in qua nata erat, splendidiorem redderet, et potentiam suam etiam sociis nationibus ostentaret, ut *Tacit.* 12. *Ann.* c. 27. scribit. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* cap. 33. Accensis militibus per seditionem, Agrippinæ occiditur.

AGRIPPINENSIS, se, adject. ad Agrippinam pertinens, ut *Agrippinensis Colonia* apud *Tacit.* 1. *Hist.* c. 56. de qua in voce præced. ¶ *Agrippinenses, ium*, sunt ejus coloniæ homines antea Ubii dicti. *Tacit. de German.* cap. 28.

AGRĬUS, ii, filius Parthaonis Martis filii, pater Thersitæ, et Lycopei. Hic cum Œneum fratrem, patrem Deianiræ, regem Ætoliæ, orbum liberis vidisset, regno expulit: quamquam et ipse postea a Diomede expulsus est, Œneo restituto. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 153. Heu devota domus! solio sedet Agrius alto: Œnea desertum nuda senecta premit. [*Id.* 3. *ex Pont.* el. 9. v. 9. Auctor opus laudat, sic forsitan Agrius olim Thersiten facie dixerit esse bona.]

AGRĬUS, a, um, ἄγριος, Græce significat ferum, agrestem. Hinc apud *Plin.* l. 31. c. 10. *agrium nitrum* est species nitri vilioris, et terra mixti.

AGROICUS, ἄγροικος. V. *Abroicus.*

AGROSTIS, is, f. ἀγρώστης, species herbæ, foliis parvis calami similibus, atque virgultis per terram serpentibus geniculosis, radice geniculata, dulci, et quæ glutinandis vulneribus utilis est. Latini *gramen* vocant. A quibusdam putatur esse *the herb stitchwort*, apud Anglos. Ideo autem Græco nomine *agrostis* dicitur, quia ubique in agris, et ruri nascitur. *Apulei. de herb.* c. 77.

AGRŌSUS, a, um, adjectivum est ab *agro* deductum, quod affertur a *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 1. *sub fin.* et videtur locupletem significare.

AGRYPNIA, æ, f. insomnia, vigilia, ἀγρυπνία: ab α privativa, et ὕπνος, somnus, addita per pleonasmum littera γρ. Martian. Capell. lib. 2. pag. 27.

AGUMENTUM, i, n. in sacrificiis est, inquit Varr. l. 4. L. L. c. 22. sub fin. *quod ex immolata hostia desectum in* [illegible] *agendi causa*. Videtur autem esse illud idem, quod *augmen* dicitur ab *Arnob.* l. 7. pag. 230. et inter liba, vel fercula in sacrificiis adhiberi solita, refertur. Sane apud *Varr.* quidam leg. *augmentum*, ut sit ab *augeo*, quod est verbum sacrorum: et pro *agendi causa*, reponunt *augendi causa*. Nam et *Arnob. loc. cit.* pag. 231. hoc sensu augmentum usurpat.

AGUNCULA, æ, f. *a small image or figure*, imaguncula. Legit hanc vocem *Pareus in Lex. Plaut.* apud *Sueton. in Ner.* [illegible] *reponit* et apud *Cicer.* l. 6. *Attic.* ep. 1. *ad fin.* sed utrobique alii aliter.

AGYIEUS, i, (Ἀγυιεὺς, vox trisyllaba. nam *yi* diphthongus impropria est apud Græcos, υι: et *eu* alia dipthongus propria, ευ) epithetum Apollinis, ab ἀγυιὰ vicus urbis, vel via urbis, quia vicis, et viis is deus præerat, et in iis a Græcis colebatur, ut *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 9. testatur. Solebant enim columnas erigere in viis, pro foribus domorum, fastigiatas in acumen desinentes, et Apollini dicatas. *Horat.* l. 4. od. 6. v. 27. Dauniæ defendes decus Camœnæ, Levis Agyieu. Ἀγυιεῦ. [† Cum vox sit Græca, plura v. apud Scholiast. ad Aristoph. Vesp. 870. Valcken. ad Eurip. Phœn. 634. Brod. ad Anthol. Græc. IV. p. 467. Eustath. ad Iliad. B. 13.]

AGYLLA, f. Ἄγυλλα, urbs Tusciæ, alias Cære vocata, et Agyllina a nomine conditoris, quem *Virg.* l. 8. *Æn.* v. 479. ex Lydia venisse ostendit, nunc *Cervetere*, apud Alsium urbem excisam, juxta oram maris Tyrrheni. *Plinius* tamen a Pelasgis conditam fuisse innuit lib. 3. cap. 5.

AGYLLEUS, i, (vox trisyllaba) Ἀγυλλεὺς, luctator Cleonæus, staturæ prægrandis, nec minor Hercule, palæstra tamen a Tydeo victus. *Stat. Theb.* 6. v. 836. Levat ardua contra Membra Cleonææ stirpis jactator Agylleus, Herculea non mole minor. *Id.* 10. *Theb.* v. 259. Insuper Herculeum sibi jungit Agyllea vates. *Herculeum* vocat, vel quia Herculis filius fuit, vel quia vires Herculeis pæne æquales in lucta habuit.

AGYLLINUS, a, um, ad Agyllam pertinens, ut *Agyllina urbs*, hoc est Agylla apud *Virg. Æn.* 8. v. 479. [¶ Agyllini, incolæ urbis Agyllæ. *Virg. Æneid.* l. 12. v. 281. Troes, Agyllinique, et pictis Arcades armis.]

AGYRINENSIS, se, adject. ad Agyrium pertinens. *Cic.* 5. *Verr.* c. 8. Agyrinensis ager. ¶ *Agyrinenses, ium*, sunt Agyrii incolæ. *Id. ibid.* c. 28.

AGYRINI, orum, iidem qui Agyrinenses. *Plin.* l. 3. c. 8.

AGYRIUM, ii, [† nunc] *S. Filippo d'Argirone*, oppidum Siciliæ antiquissimum, patria Diodori Siculi, distans ab Enna 12. mill. pass. Ætnam versus. *Cic. Verr.* 5. c. 28. ¶ Legitur et *Argyrium*.

[* AGYRTES, æ, m. parricida quidam, qui in nuptiis Persei occisus fuit. *Ovid.* 5. *Met.* v. 147. Regisque Thoactes Amiger, et cæso genitore infamis Agyrtes. ¶ Alius Agyrtes occiditur in pugna apud *Stat.* 9. *Theb.* v. 281.]

A H

AH (pro qua MSS. libri non pauci A exhibent) per apocopen ab *Aha*, teste *Priscian.* lib. 4. pag. 570. *Putsch.* interjectio est variis affectibus exprimendis apta. Interdum enim est dolentis, *ah! ah me! alas! woe is me! wretch that I am!* αἲ αἴ. *Virg. Ecl.* 1. v. 15. Spem gregis, ah! silice in nuda connixa reliquit. *Ter. Heaut.* 5. 1. 61. Ah, nescis quam doleam. ¶ Interdum indignantis, et increpantis, *ah! Terent. Andr.* 3. 1. 12. Ah, vix tandem sensi stolidus. *Id. Adelph.* 4. 7. 6. Ah stulte. *Id. Andr.* 5. 1. 9. Ah rogitas? *ah! do you still ask?* ¶ Item solantis, et bonum animum habere jubentis. *Terent. Eun.* 5. 2. 50. Emoriar, si non hanc uxorem duxero. *Th.* Tamen si pater. *Ch.* quid? ah volet, certo scio. *oh! I know he'll give his consent.* ¶ Item dehortantis. *Terent. Andr.* 5. 2. 27. Ah, ne sævi tantopere. *stay! don't be so angry.* Et 5. 6. 8. Ah, desine. ¶ Interdum etiam ridentis, et gaudentis, *ha! ha! Plaut. Curcul.* 1. 2. 39. *An.* Male tibi Di faciant. *Pa.* Dic isti. *An.* Ah. *Pa.* Quid est? ecquid lubet? *An.* Lubet. ¶ Servit etiam contradictioni, *oh! no. Cic.* 2. *de Orat.* c. 70. Ah P. C non ego mihi illum iniquum ejero, verum omnibus. *Terent. Hecyr.* 5. 7. 17. Meum receptas filium ad te Pamphilum. *Ba.* Ah. *La.* sine dicam. ¶ Cum accusativo. *Catul. carm.* 21. *ad Aurel.* v. 10. Nunc ipsum id doleo, quod esurire, Ah me me, puer, et sitire discet. *ah! me,* οἴ μοι μοί. Al. aliter leg. ¶ Scribitur et *a* sine aspiratione, ut dictum est: quod docet etiam *Priscian. sub fin.* lib. 15. ubi scribit *a* et præpositionem esse, et interjectionem, et nomen. Etiam *Pierius* apud *Virg. Ecl.* 1. v. 15. *Ecl.* 2. v. 69. et *Ecl.* 3. v. 47. Addito etiam testimonio *Probi Grammatici*, in Mediceo, et Romano Codice *a* sine aspiratione se legisse, testatur.

AHA, interjectio idem fere quod *ah*, sed non tam frequentis usus. Increpantis, aut renuentis. *Plaut. Trucul.* 4. 4. 36. Aha, tace. *Id. Rud.* 2. 4. 6. Aha nimium familiariter me attrectas. *Id. Bacch.* 1. 1. 54. Manum da, et sequere. *Pi.* Aha, minime. ¶ Ridentis, aut mirantis. *Id. Bacch.* 4. 7. 11. Aha, Bellerophontem jam tuus me fecit filius.

AHAHE. V. *Ahu.*

AHENĀTOR pro *æneator* legitur apud *Ammian.* (si sana est scriptura) l. 16. c. 12. circa med. (*al.* c. 29.) Dato ahenatorum accentu solemniter signo.

AHENĔUS, a, um, *made of copper, brass, or bronze, brazen,* χάλκεος, idem quod *Æneus*, soluto diphthongo, et *h* aspiratione inserta ad hiatum vitandum. Vox Poetica. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 11. Nec magis expressi vultus per ahenea signa, Quam per vatis opus mores animique virorum. ¶ Translate ponitur pro forti, firmo, indissolubili. *Horat.* l. 3. od. 9. v. 18. Diductosque jugo cogit aheneo. *Id.* l. 1. epist. 1. v. 60. Hic murus aheneus esto, Nil conscire sibi, &c. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 125. Tertia post illas successit ahenea proles. *h. e.* ætas ænea. V. *Ætas.* ¶ In his, et aliis exemplis etiam *aeneus* scriptum legitur. V. *Æneus* in fin.

AHENĬPES, vel Aenipes, edis, aheneos pedes habens, æripes, χαλκόπους. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 32. Narrat ahenipedes Martis arasse boves. *Est qui legit* Narrat et æripedes: *alii* Narrat aeripedes. *h. e.* veloces instar aeris, ἀερίποδας: *alii denique* Rettulit æripedes. *Heinsius* priorem lectionem retinet. *Prudent.* l. 1. *advers. Symmach.* v. 351. Cruribus ænipedum, si fas est credere, equorum.

AHENOBARBUS. V. *Ænobarbus.*

AHĒNUM, i, n. *a brazen vessel, a caldron,* χαλκεῖον, vas ex ære, in quo aqua calefit ad lavandum, vel ad alios usus: et differt a *cacabo*, qui proprie est vas ad carnes elixandas, et ad pulmentarium coquendum, ut docent *Paul. Digest.* lib. 33. tit. 7. leg. 18. et *Serv. ad illud Æn.* 1. v. 217. *Litore ahena locant alii.* Hoc tamen discrimen non est perpetuum. Nam *ahenum* usurpatur etiam de vase ad cibos coquendos. *Juvenal.* sat. 15. v. 81. totum corrosis ossibus edit Victrix turba, nec ardenti decoxit aheno. Adde *Ovid. Metam.* 6. v. 645. ¶ Sæpe usurpatur de vase, in quo coquuntur colores ad tingendas lanas, *a dyer's copper or boiler;* et præsertim purpura. Hinc varia habet epitheta ex iis locis, in quibus purpura magno fuit in pretio. *Ovid.* 3. *Fastor.* v. 822. Hanc (*Pallada*) cole, velleribus quisquis ahena paras. *Martial.* l. 14. epigr. 133. Non est lana mihi mendax, nec mutor aheno: Sic placeant Tyriæ, me mea tinxit ovis. *Id.* l. 10. epigr. 16. Quidquid Agenoreo Tyros improba cogit aheno. *Claudian.* l. 2. *de raptu Proserp.* v. 95. quæ vellera tantum Ditibus Assyrii spuma fucantur aheni. *Senec. in Herc. Oet.* v. 663. Sidonium ahenum. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 151. Tyrium. *Sil.* l. 16. v. 177. Gætulum. His et aliis similibus poetarum locis intelligitur purpura. *the colour of purple.* ¶ Scribitur, et *aenum* sine aspiratione. V. *Æneus* in fi.

AHĒNUS, a, um, *of brass, copper, or bronze,* χάλκεος, idem quod *Æneus*, et *Aheneus*: de cujus significatione V. supra suo loco. Sed vox est fere Poetica. *Lucret.* l. 1. v. 316. Signa ahena. *Virg.* 9. *Æn.* v. 165. Crateres aheni. ¶ *Falces ahenæ* post ferri inventionem in opprobrium versæ sunt, ut loquitur *Lucret.* l. 5. v. 1293. quia tantummodo usum habuerunt in secandis herbis ad veneficia. *Virg.* 4. *Æn.* v. 513. Falcibus et messæ ad Lunam quæruntur ahenis Pubentes herbæ. *Ovid. Metam.* 7. v. 226. placita partim radice revellit; Partim succidit curvamine falcis ahenæ. *Virg.* 2. *Æn.* v. 470. Pyrrhus Exsultat telis, et luce coruscus ahena. *h. e.* splendore armorum. ¶ Ponitur pro duro, forti, munito. *Horat.* l. 1. od. 35. v. 18. Clavos trabales, et cuneos manu Gestans ahena. ¶ Item translate pro duro, inexorabili. *Stat.* 3. *Theb.* v. 380. ahena precando Flectere corda paro. ¶ Scribitur et *aenus* sine aspiratione.

AHEU. V. *Ahu.*

AHŌRUS, vel Aorus, *cut off prematurely, or by a violent death,* ἄωρος, Græce dicitur, qui immatura morte præventus est: ab *a* privativa, et ὥρα, tempus. Utitur *Tertull. de anim.* c. 57. ubi et *biæothanătos* legitur, quæ vox itidem Græca est βιαιοθάνατος, et significat eum, qui violenta morte perit: a βίαιος, violentus, et θάνατος, mors.

AHU, vel aheu, vel ahahe, ἰοῦ, interjectio index animi perturbati. *Ter. Eun.* 5. 2. 60. Ahu, tace obsecro. *Alii leg.* au, *alii* ah.

AI, *ah! alas!* αἶ, Græca interjectio est dolentis, et lamentantis. *Ovid. Metam.* 10. v. 215. his litteris inscriptum fuisse ait florem, qui ex sanguine Hyacinthi pueri, ictu disci occisi, natus est, quibus dolor Phœbi amantis declarabatur. Alii hoc ipsum de flore Ajacis narrant. Versus *Ovidii* sunt. Nec satis hoc Phœbo est. (is enim fuit auctor honoris) Ipse suos gemitus foliis inscribit, et ai ai Flos habet inscriptum, funestaque littera ducta est. *Colum.* l. 10. v. 174. Et male damnati mœsto qui sanguine surgunt Æacii flores. *Ovidii* locus ad Hyacinthum refertur, *Columellæ* ad Ajacem. sed hic vult *Heins.* legi *Æacidæ*.

AJAX, ācis, m. Αἴας, duorum fortissimorum Græcorum nomen fuit, quorum alter a patre Telamone *Telamonius* cognominatus, proximam ab Achille fortitudinis laudem obtinuit in Græcorum exercitu: alter Rex Locrensium ab Oilei patris sui nomine *Oileus* dictus est. Ajax Telamonius contendit cum Ulysse de armis Achillis, quibus Ulyssi assignatis, ob indignationem in furorem versus suo se ense interfecit. Ejus cruor in florem hyacinthum mutatus fingitur. *Ovid. Metam.* 13. v. 390. Nec quisquam Ajacem possit superare, nisi Ajax. ¶ Alter Ajax cum Cassandram captivam post Trojæ excidium, in templo Palladis temerario ausu vitiasset, ab ipsa Pallade ictus est fulmine, et cum sua navi exustus, tota insuper Græcorum classe disjecta. *Virg. Æn.* 1. v. 45. Unius ob noxam, et furias Ajacis Oilei. ¶ Ajax inscripta erat tragœdia ab Augusto inchoata de Ajace Telamonio: quam cum non succedente stilo, abolevisset (quod fiebat impacta scriptis spongia) interrogantibus amicis *quidnam Ajax ageret*, facete respondit: *Ajacem suum spongiæ incubuisse. Sueton. in Aug.* c. 85. ¶ Jocus est M. Antonii oratoris apud *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 66. qui Sex. Titio dicenti, se esse Cassandram, multos, inquit, possum tuos Ajaces Oileos nominare. [¶ Ajax fuit etiam unus ex regis Antiochi elephantis. *Plin.* l. 8. c. 5. Antiocho vadum fluminis experienti renuit Ajax, alioquin dux agminis semper.]

AIENS, entis, participium verbi *aio*. *Apulei.* lib. 6. *Metam.* Sic aiens vasculum tradidit. ¶ Pro eo, quod vulgo dicitur *affirmativus*. *Cic. in Top.* c. 11. Negantia contraria aientibus.

AIENTIA, æ, f. *affirmation, affirming. Martian. Capell.* l. 4. pag. 115. et 119. Aientia opponitur negationi.

AIGLEUCOS, ἀείγλευκος, vinum dulce, et quod musti naturam non amisit, cum nunquam ferbuerit: ab ἀεὶ, semper, et γλεῦκος, mustum. *Plin.* l. 14. c. 9. Medium inter dulcia, vinumque est, quod Græci aigleucos vocant, hoc est semper mustum. Id evenit cura, quoniam fervere prohibetur: sic appellant musti in vina transitum. *stum.*

AIN'. V. in *Aio.*

AIO, is, *to say, speak,* φημὶ, idem quod loquor, dico. Est autem verbum defectivum, cujus usitatiora tempora, et personæ subjectis exemplis monstrantur. *Plaut. Capt.* 1. 1. 3. Scio absurde dictum hoc, derisores dicere: at ego aio recte. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 67. Non sum mœchus, ais. *Terent. Andr.* 5. 4. 4. Nisi quid pater ait aliud. *Id. ibid.* 2. 1. 21. Hodie uxorem ducis? *Pa.* Aiunt. *so they say. Plaut. Men.* 3. 3. 9. Te surripuisse, aiebas. *Id. Capt.* 3. 5. 18. Ita vosmet aiebatis. *Sallust. in Catil.* c. 49. Tarquinium a Cicerone immissum aiebant. *Cic.* 3. *Verr.* c. 18. Debere eum aiebat, &c. [*Horat.* 1. *serm.* 9. v. 12. O te, Bollane, cerebri Felicem, aiebam tacitus. *Diomed.* p. 371. *Putsch.* agnoscit *aiebamus*. *Priscian.* l. 17. habet *aiamus*.] ¶ *Aiunt, ut aiunt, quomodo aiunt*, usurpantur cum proverbium aliquod refertur, *as they say: as the saying is. Terent. Andr.* 4. 5. 10. Ut quimus, aiunt, quando ut volumus, non licet. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 57. Docebo sus, ut aiunt, oratorem eum, &c. *Id. in Pison.* c. 28. Claudus, quomodo aiunt, pilam, &c. ¶ *Ait* pro edicit, ut *ait lex, ait Prætor*, est formula juris. *Ulpian. Digest.* lib. 24. tit. 3. leg. 64. Dabit autem, ut ait lex Julia, quod ad eum pervenit. *Id.* lib. 49. tit. 14. leg. 16. Ait divus Trajanus: quicumque professus fuerit, &c. *Id.* lib. 24. tit. 1. leg. 32. Ait oratio, fas esse eum, &c. ¶ Sæpe ponitur pro affirmare, *to affirm, assert, testify, avouch, aver. Cic.* 3. *Offic.* c. 23. Diogenes ait, Antipater negat. *Id.* 2. *de Fin.* c. 22. Quasi ego id curem, quid ille aiat, aut neget. *Plaut. Rud.* 2. 4. 14. Vel tu mihi aias, vel neges. *Apulei. in Apolog.* Aiant Deos abnuere. ¶ *Ain', ais ne? Plaut. Amph.* 1. 1. 188. Ain' vero? *So.* Aio enimvero. Et 2. 2. 167. Ain', heri nos advenisse huc? *Al.* aio. ¶ *Ain' tu? ain' tandem? ain' vero?* sunt percontantis cum admiratione. *Plaut. Asin.* 3. 3. 133. Impetrasti. *Ar.* ain' vero? *Le.* certe inquam. *do you really say so? is it really the case? am I to believe you? Cic. Attic.* l. 12. ep. 6. Ain' tu? verum hoc fuit? sine me? *Id. Fam.* 9. ep. 21. Ain' tandem? insanire tibi videris, quod imitere verborum meorum, ut scribis, fulmina? *Et cum plurali numero Liv.* l. 10. c. 25. Ain' tandem? inquit, num castra vallata non habetis? ¶ Sunt præterea hujus verbi aliæ quædam personæ, ac tempora minus usitata. Nam *aierunt* dixit *Tertull. de fuga in persecut.* c. 6. *ad fin.* Infinitum *aiĕre* pro affirmare legitur apud *Augustin.* l. 9. *de Trinit.* c. 10. Imperativum *ai* usurpavit *Nævius* apud *Priscian.* l. 10. pag. 906. *Putsch.* Et *Plaut. Trucul.* a. 5. v. 49. Id ai, amabo. et *aibant* pro *aiebant* dixit *Accius ibid.* Ad hæc præteritum, *ai, aisti, ait* affert *Probus Grammat.* pag. 1482. et *aitis* secundam pluralem præsentis *Alcuin.* pag. 2118. sed neuter exempla affert Latini Scriptoris: quamquam *aisti* legitur apud *Augustin.* epist. 54. *a med.* et epist. 174. ¶ Præterea *ait* tertia persona præteriti (*he said*) probari posse videtur illo *Ovid. Heroid.* epist. 11. v. 49. Nec tenui vocem, Quid, ait, tua crimina prodis? Oraque clamantis conscia pressit anus. Et *Virg. Æn.* 2. v. 153. Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas . . . . Testor numen, ait, &c. Sed in his, et similibus aliis, in quibus *ait* cum alio verbo præteriti temporis jungitur, non est necesse ipsum quoque esse præteritum. ¶ Participium *aiens* vide supra suo loco. ¶ Olim *aiio, aiis, aiit* scribebant, atque ita factitatum a *Cicerone* docet *Quintil.* l. 1. c. 4. (al. 5.) sed tum consuetudo, tum Poetarum licentia (ut prima syllaba corripi posset) alterum *i* extrivit.

AITHĂLES, herba eadem, quæ aizoon [† quod V.] ab ἀεὶ, semper, et θάλλω, vireo. *Apulei. de herb.* c. 123.

AJŬGA. V. *Abiga.*

AIUS, ji, m. Deus quidam apud Romanos. Cum Romæ in nova via, silentio noctis, audita esset vox humana major, quæ magistratibus nuntiari jubebat, Gallos adventare, eaque eventu postea comprobata fuisset, Romani ei Deo templum eodem loco erexerunt, ut ait *Varr.* apud *Gell.* l. 16. c. 17. eumque, quia quis esset ignorabatur, *Aium Locutium*, et *Aium Loquentem* appellaverunt. *Cic.* 2. *Divin.* c. 32. Aius iste Loquens, quando eum nemo norat, aiebat et loquebatur, et ex eo nomen invenit: posteaquam et sedem, et aram, et nomen invenit, obmutuit. *Liv.* l. 5. c. 50. Jussumque templum in Nova via Aio Locutio fieri. *Ita legitur in plerisque opt. Editionib.* In aliquib. *Aio* omittitur: in aliis *Allocutio* habetur. Est qui leg. *Aio Locuto.*

AJŪTOR, aris, dep. 1. adjuto. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 41. Ajutamini, et defendite.

AIZOON, oi, n. *an herb called ay-green, sen-green, everlasting, or housleek,* ἀείζωον, genus herbæ alio nomine sedum, ita dictum, quod semper vireat: ab ἀεὶ semper, et ζωὸς vivus. *Plin.* l. 25. c. 13. ubi duo ejus genera facit majus, quod et amerimnon, et ambrosiam, et sedum magnum, et oculum, et digitellum appellant: et minusculum, quod et erithales [† V. *Aithales.*] vocant, &c. (*prick-madam, or wild purslain.*)

A L

AL. *Ausonius in Technopægn. Grammaticomastix.* Dic quid significent catalecta Maronis? in his al Celtarum posuit. sequitur non lucidius tau. Et quod germano mixtum male lethiferum min? *Scalig. in comment. ad Catal. Virg.* has ambages ita explicat. *al* inquit positum esse pro *allium*; *tau* pro *taurus*; *min* pro *minium.* Nam *Virgilius* in quodam carmine in Tullium Cimbrum rhetorem, quod affertur a *Quintil.* l. 8. c. 3. eum Cimbrum reprehendit, quod declamando male verba pronuntiaret, et *al* pro *allium* diceret, *tau* pro *taurus*, et *min* pro *minium*, perperam decurtans verba more gentis suæ. Ejus carminis versus est, ut quidem *Scalig.* emendat: *Tau Gallicum, min ipsum, et al ei illisit.* Al. leg. *et al male illisit.* Alii aliter. V. *Scalig. loc. cit.* et *Burman. ad Quintil. loc. cit.* ubi variantes omnes hujus loci lectiones colligit. V. etiam *Turneb.* l. 23. cap. 30.

ALA, æ, f. *a wing,* πτερὸν, membrum illud, quo aves volant: vox contracta ex antiquo *axilla*, ut *Cic. in Orat.* c. 45. docet. *Id.* 2. *Divin.* c. 26. Galli plausu premunt alas. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 201. Librare corpus in alas. et v. 216. Movere alas. *Virg.* 3. *Æn.* v. 228. Quatere. *to flap the wings.* *Martial.* l. 13. epigr. 70. Explicare. Et *Plin.* l. 10. c. 38. Expandere. *to spread.* *Virg.* 4. *Æn.* v. 252. Niti alis. *to soar.* ¶ A similitudine *ala* dicitur pars concava sub brachio hominis, qua humero annectitur, quia in ea pili, tanquam pennæ, nascuntur, *the arm-hole or arm-pit,* μασχάλη: quo loco, quia sudor colligi solet, teter aliquando odor fit. *Plin. in fi.* lib. 24. Alarum graveolentiam decoctum fœni emendat. *Id.* l. 21. c. 20. Halitus oris, et alarum vitia. *Id.* l. 35. c. 15. Virus alarum, et sudores. ¶ In illo *Liv.* l. 30. c. 34. Ala deinde et umbonibus pulsantes, in summotos gradu illato, &c. *ala* sumitur pro toto brachio, vel humero, quo Romani impellebant hostes. ¶ In animalibus etiam ala dicitur sinus inferior, qua priora crura armis adhærent. *Plin.* lib. 11. c. 40. Elephas tantum sub armis duas (*mammas habet*) nec in pectore, sed citra in alis occultas. *Id.* l. 9. c. 51. *de ranis.* Ranæ superveniunt, prioribus pedibus alas feminæ mare apprehendente, posterioribus clunes. ¶ In arboribus *ala* dicitur pars earum cava, qua rami stipiti adhærent: sic in herbis ala est cavum illud inter caulem, et ramulum, unde nova proles enascitur. *Plin.* l. 16. c. 7. *de robore.* Gignunt alæ ramorum ejus pilulas, corpore, non pediculo adhærentes. *Id.* l. 25. c. 5. *de parthenio herba.* Geniculis densis, alarum cavis multis, semine in geniculis dependente. *Id.* l. 22. c. 18. *de chamæleone.* Viscum gignit album sub alis foliorum. *h. e.* qua parte folia adhærent ramis. Adde l. 27. c. 9. ubi de dipsaco. ¶ Scribit *Serv.* ad *Georg.* 1. v. 75. a quibusdam *alas* dici etiam calamos lupinorum, ut *Ælius*: *Alæ ex lupino, surculi sine foliis.* Cato in Originib. Alæ ex lupino, &c. Varronem tamen *de L. L.* alam culmum fabæ dicere. Sed hæc ut vera sint, vetustate certe obsoleverunt. ¶ Translate *alas velorum* dixit *Virg. Æn.* 3. v. 520. quia velis tanquam alis naves procedant. Eadem ratione dicuntur de remis navium. *Propert.* l. 4. eleg. 6. v. 47. classis centenis remiget alis. Contra *remi* de alis avium. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 558. super fluctus alarum insistere remis. V. *Remigium.* ¶ Præterea Poetice tribuuntur alæ iis rebus, quæ velocissime moventur. *Virg.* 5. *Æn.* v. 319. Et fulminis ocyor alis. ¶ In ædificiis alæ dicuntur structuræ ad latera ædium, dextra, et sinistra protensæ, ut columnarum ordines, vel porticus: quas Græci quoque πτερὰ, et πτέρυγας appellant. *Vitruv.* l. 4. c. 7. et l. 6. c. 4. ¶ In re militari *alæ* dicuntur, ut definit *Concius* apud *Gell.* l. 16. c. 4. *ordines* seu *turmæ equitum* in antiquo ordine aciei Romanæ: *quod circum legiones dextra sinistraque, tanquam alæ in avium corporibus, locabantur,* tutandi nimirum peditis causa. *squadrons of horse stationed on the flanks of an army,* Græce εἶλαι, et ἶλαι. Neque tamen soli equites *alæ* (*wings*) dicebantur, sed etiam pedites, ut pluribus ostendit *Lipsius* l. 2. *de milit. Rom. Dial.* 7. Utrique autem intelligendi sunt socii, aut auxiliares milites. neque enim Romani milites in alas disponebantur. *Liv.* l. 31. c. 21. Dextera ala (in alas divisum socialem exercitum habebat) in prima acie locata est. *Cic.* 2. *Offic.* c. 13. Cum te Pompeius alæ alteri præfecisset. ¶ Hujusmodi alæ equitum peditumve multis oppidis nomen dedere, vel iis, in quæ præsidii causa missæ sunt, vel iis, unde eligebantur, vel denique iis, quorum agro donabantur, post emerita stipendia. Hujusmodi sunt *Ala Flaviana, Ala nova,* &c. de quibus V. Geographos. ¶ Extra rem militarem *alas* dixit *Virg.* equites venantes circa nemus dispositos in modum alarum militarium, ad cingenda circum loca, ne feræ evadant, *Æn.* 4. v. 121. Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt.

ALABANDA, æ, f. et Alabanda, orum, n. urbs Cariæ olim opulentissima, et deliciis affluens, Ἀλάβανδα, ἡ, et Ἀλάβανδα, τὰ, condita ab Alabando Caris filio, qui pro deo habitus est, ut *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 15. et 19. narrat. *Plin.* l. 5. c. 29. Alabanda libera, quæ conventum eum cognominavit. *Juvenal. sat.* 3. v. 70. Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis, &c.

ALABANDENSIS, se, adject. Alabandenses, ium, Ἀλαβανδεῖς, sunt Alabandarum incolæ. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 19. Alabandenses quidem sanctius Alabandum colunt. [*Liv.* l. 43. c. 6. Alabadenses (al. Alabadenses) templum urbis Romæ se fecisse commemoraverunt, ludosque anniversarios ei Divæ instituisse.] ¶ Eorum urbs, de qua supra, nunc dicitur *Eblebanda.*]

ALABANDEUS, i, m. Ἀλαβανδεὺς, Alabandicus, ut Hierocles Alabandeus, *Cic. de clar. Orat.* c. 95. Adde *Vitruv.* l. 7. c. 5.

ALABANDI, orum, iidem qui Alabandenses. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 15. Multos habent ex hominibus deos, Alabandum Alabandi, &c.

ALABANDĬCUS, a, um, adject. ad Alabandam pertinens, Ἀλαβανδιακός. *Plin.* l. 37. c. 7. Carbunculi Alabandici. *h. e.* qui nascuntur quidem in Orthosia caute, sed Alabandæ perficiuntur. *Id.* l. 19. c. 9. Cannabis Alabandica optima plagarum precipue usibus. *Gratius in Cyneg.* v. 46. At pauper rigui custos Alabandicus horti Cannabias nutrit silvas. *Plin.* l. 21. c. 4. Alabandica rosa.

ALABANDĪNA, gemma est ab Alabanda oppido appellata, colore carchedonii, sed rariore. *Isidor.* l. 16. *Orig.* c. 13.

ALABANDUS, i, Ἀλάβανδος, Deus Alabandorum. V. *Alabanda.* ¶ Adjective *Vitruv.* l. 3. c. 1. *sub fin.* Hermogenes Alabandus.

[* ALABANENSES, ium, m. plur. populus, seu incolæ cujusdam urbis in Hispania Tarraconensi, fortasse ab urbe, quæ *Alabana* vocabatur. *Plin.* l. 3. c. 3. sect. 4. *Harduin.* putat nomen trahere ab urbe *Alaba*, quæ a *Ptolemæo* memoratur; sed, si ita esset, ejus incolæ Alabenses non Alabanenses vocarentur.]

ALABARCHES. V. *Arabarches.*

ALABASTER. V. *Alabastrum.*

ALABASTRĪTES, æ, m. *alabaster, a kind of stone or marble,* ἀλαβαστρίτης, marmoris genus candidi coloris, quod etiam *onychites*, vel *onyx* dicitur, quia humani unguis candorem refert. Sic autem dictus est quia ex eo maxime alabastra, hoc est vasa unguentaria fiebant. *Plin.* l. 36. c. 8. Hunc (*onychem*) aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cavant ad vasa unguentaria, quoniam optime servare incorrupta dicitur. ¶ Est etiam gemma, ita dicta, quod circa Alabastron, quæ Ægypti urbs est, plurima nascitur, candore interstincto variis coloribus, teste *Plin.* l. 37. c. 10.

ALABASTRUM, i, n. et Alabaster, i, m. *an alabaster box of ointment, a box for holding perfumes, a box of ointments,* ἀλάβαστρον, et ἀλάβαστρος, genus pyxidis unguentariæ pyro similis, hoc est longitudine fastigiata in pleniorem orbem desinens, vel etiam forma turbinata, sine ansulis, ut colligitur ex *Plin.* l. 9. c. 35. unde et nomen traxit: ab α privativa, et λαβὴ, ansa. Hujusmodi vasorum materia erat ex onyche marmore, quod ad unguenta servanda maxime idoneum est, et inde *alabastrites lapis* est appellatus. *Plin.* l. 13. c. 2. Unguenta optime servantur in alabastris. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 15. n. 17. Quibus etiam alabaster unguenti putere videatur. *Martial.* l. 11. epigr. 9. Quod Cosmi redolent alabastra, focique deorum. ¶ Ipsa quoque hujus vasis figura *alabaster* dicitur. *Plin.* l. 21. c. 4. *de rosa.* Germinat primo inclusa granoso cortice: quo mox intumescente, et in virides alabastros fastigato, paulatim rubescens dehiscit, ac se se pandit. *the cups or buds of the rose, (so called from their resembling the shape of an alabaster box of ointment).*

ALABASTRUS, m. Ἀλάβαστρος, Fl. Æolidis, qui ex Ida monte profluens per Troadem regionem decurrit. *Plin.* l. 5. c. 30.

ALABĒTA, æ, m. genus piscis in Nilo, quem vel mustelam, vel lampetram esse, vel similem his, quidam suspicantur. *Plin.* l. 5. c. 9.

ALĂCER, cris, cre, *et hic, et hæc* alacris, *et hoc* cre, adject. *lively, brisk, sprightly, in high spirits, ready, active, prompt, apt,* πρόθυμος, erectus, promptus, paratus, gestiens, hilaris: ab ἄδακρυς, *h. e.* sine lacrimis, lætus: vel quasi non lacer, sed intentus sensibus universis: vel quasi *alis acer*, festinus, velox. Prima notatio est *Donati* ad *Terent. Eun.* 2. 3. 12. reliqua afferuntur ab *Ascon.* in 2. *Verr.* c. 6. Differt a *læto*, nam *lætus* est qui gaudet, et gaudium etiam vultu ostendit: at *alacer* est is, cui omnes sensus in loco quisque suo vegeti sunt et intenti: quæ sunt verba *Asconii ibid.* qua re paratiores sumus ad agendum. *Cic. pro Mur.* c. 24. Videbant Catilinam alacrem, atque lætum. *Id. pro Cæl.* c. 28. An timebant, ne tot unum, valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent? *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 19. Ad bella suscipienda Gallorum alacer, et promptus est animus. *Nepos in Paus.* c. 2. Alacrior ad rem gerendam factus. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 30. Alacrior ad maleficia. *Cic. Fam.* 5. ep. 12. *ad fin.* Alacrem animo esse. Adde *Terent. Eun.* 2. 3. 12. ¶ Ponitur etiam simpliciter pro levi, celeri, agili, *swift, light, nimble, quick, agile, speedy.* *Sallust. in fragm.* apud *Veget.* l. 1. *de re milit.* c. 9. *extr.* Cum alacribus saltu, cum velocibus cursu certabat. ¶ Item pro læto, *cheerful, joyful, blithe, gladsome, jovial, merry, gay.* *Virg.* 6. *Æn.* v. 685. *de Anchise,* Isque ubi tendentem adversum per gramina vidit Ænean, alacris palmas utrasque tetendit. *Tacit. Ann.* 11. c. 17. Alacre vulgus. *Nazar. in paneg. ad Constantin.* c. 1. Alacris, ac beata devotio. ¶ Et pro erecto, prompto, sine lætitia. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 425. Sic alacres odio, nullaque cupidine laudis Accensi incurrunt. ¶ Translate dicitur etiam de animalibus. *Cic.* 1. *Divin.* c. 33. Equum alacrem lætus aspexit. *spirited, sprightly, mettled, mettlesome.* *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 119. Feras bestias videmus alacres, et erectas vadere, ut alteri bestiæ noceant. *ready, fierce, eager for attack, spirited.* ¶ Et de rebus inanimis. *Virg. Ecl.* 5. v. 58. Alacres silvas, et cetera rura. *lively.* *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 280. Alacres enses. *h. e.* promptos paratosque ad cædendum. ¶ *Alacre* more adverbii pro alacriter. *In supposit. Amph. Plaut. scena quæ incipit Dii vostram fid.* v. 41. Compellemus alacre.

ALACRĬTAS, atis, *promptness, eagerness, ardour, spirit; liveliness, briskness, alacrity,* προθυμία, animi, et corporis vigor, atque ardor ad agendum. *Cic. Attic.* l. 2. et 7. Mira sum alacritate ad litigandum. *Id. Phil.* 4. c. 1. Afferre alicui summam alacritatem reipublicæ defendendæ. *Id. Attic.* l. 16. ep. 3. Addere alicui alacritatem scribendi. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Canum alacritas in venando. ¶ In plurali numero *Gell.* l. 19. c. 12. Vigores quidam mentium, et alacritates. ¶ Sumitur etiam pro lætitia gestiente, et se se foras prodente, *gladness, excessive joy.* *Cic. Tuscul.* 4. c. 16. Cupiditas avide semper aliquid exspectans, et inanis alacritas, idest lætitia gestiens, non multum differunt ab amentia. *rapture, ecstacy, transport.* Et l. 5. c. 16. *ad fin.* Vir temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate ulla, sine libidine. In MS. apud *Verburg.* habetur *alacritudine.* Pro *ulla Bentlei.* leg. *futili.* ¶ Item pro gaudio ex insperato eventu. *Liv.* l. 2. c. 10. *a med.* Simul fragor rupti pontis, simul clamor Romanorum alacritate perfecti operis sublatus.

ALACRĬTER, adverb. *cheerfully, promptly, briskly, eagerly, with animation or spirit,* alacri animo, prompte, cupide, προθύμως. *Ammian.* l. 14. c. 2. (*al.* 8.) Militem in certamen alacriter consurgentem revocavere ductores. *Justin.* l. 1. c. 6. Repetito alacrius certamine.

ALACRĬTŪDO. V. in *Alacritas.*

ALAGABĂLUS. V. *Heliogabalus.*

ALAMANNI, vel Alemanni, orum, Ἀλαμανοὶ, *the Almains, a people of Germany that bordered on the Hercynian forest,* gens antiquissima Germaniæ, qui olim inter Rhenum, Danubium, ac Mœnum sedes habuere, sed cum strenuissimi bellatores essent, præsertimque ex æquo pugnandi peritissimi, fama rerum gestarum, et nomine quoque suo totam Germaniam implevere, quæ postea *Alamannia*, seu *Alemannia* dicta est: hodieque Alamannorum vocabulo Germani omnes significantur. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 21. Alamannos gentem populosam, ex equo mirifice pugnantem, prope Mœnum amnem devicit. *Claudian. in* II *Consul. Stilich.* v. 17. Hæc Alamannorum spoliis, Australibus illa, &c. *Sidon. Carm.* 5. v. 375. Romano exierat populato trux Alamannus. [† ΑΛΑΜΑΝΟΙ, ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον. Steph. Byz. in v. *Ad quem locum sic Pinedus:* "*Alamani*, gens Germanis finitima, quæ toti Germaniæ nomen dedit, quandoquidem nunc de ejus nomine *Alemannia* dicitur, de cujus etymo non convenit inter criticorum filios. Servius ad Georgic. lib. 4. v. 271. inquit; *Alemanos* dici populos habitantes juxta Lemannum fluvium, apud quem pro *Lemannum fluvium*, legendum est, *Alemannum fluvium.* Aliter enim paronomasia non cohæret. Idem error reperitur etiam apud Isidor. Origin. lib. 9. c. 2. Agathias vero lib. 1. ex Asinio Quadrato videtur rem tanquam acu tetigisse. Inquit enim, esse homines convenas et permistos, et hoc valere apud eos eorum nomen *Alemanni*, quod corruptum est ex vulgari *allemannem*, quod sonat *omnes homines* apud eos. Ex eodem fere fonte est etiam *Germanorum* nomen. *Guermannen* enim sonat *belli homines, hombres de guerra* dicunt Hispani, &c."—" Mannus Tuisconis filius apud Rheni Sarmatas anno Semiramidis

sexto regnavit, velut tradit Berosus libro 5. Hic *Germanis* et [illegible] nomen indidit; ab eo enim cœpit Germanorum gens: et permansit hujus M[illegible] honor et memoria in universa Germania, ut valentem, et fortem strenuumque virum hodie ex vetustate [illegible], inde [illegible], [illegible], &c." [illegible]. *Schol. in Tacit. Germ.* fol. 5.]

ALAMANNIA, vel Alemannia, æ, f. *Germany*, regio Alamannorum, de qua V. in voce præced. *Claudian. in* 1 *Cons. Stilich.* v. 234. quoties sociare catervas Oravit, jungique tuis Alemannia signis. [† " Germanus fuerit dictus, quasi [illegible], [illegible]. Huic conjecturæ probabilitatem addit [illegible] nomen, [illegible] quidem vocabulo recentius, attamen significatione cum eo conveniens. Nam et [illegible] omnino [illegible] significat. Quomodo etiam [illegible] et [illegible] pro eodem sumpta, *plane-celebrem* significant. Quanquam sunt qui Alemannos dictos volunt, quasi *allerley Mann*, Collectitios ex gentibus diversis viros. Quod et Agathias de bello Gothorum lib. 1. indicare videtur." *Bernegger. Quæst. Misc. in C. Tacit. Germ. et Agric.*]

ALAMANNICUS, vel Alemannicus, a, um, adject. *German*, ad Alamannos pertinens. *Ammian.* l. 27. c. 2. (*al.* 3.) Tentoria Alamannica diripere. ¶ *Alamannicus* dictus est Antoninus Caracallus ob devictam Alamannorum gentem. *Spartian. in Caracal.* c. 10. Cum Germanici, et Parthici, et Arabici, et Alamannici nomen adscriberet, &c. Ex quibus verbis colligitur *Alamannos* quondam a Germanis fuisse distinctos, qui postea una eademque gens habiti sunt.

ALAMANNUS, vel Alemannus, a, um, adject. ad Alamannos pertinens. *Alamannus* dictus est Gratianus Imperator, quod apud Argentarium Galliæ oppidum triginta Alamannorum millia in bello exstinxit, ut *Aurelian. Vict. in Epit. c. pænult.* scribit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 159. n. 7. ubi *Alamanus* unico N scribitur.

ALĀNI, orum, m. Ἀλανοί, populi Sarmatiæ Europææ juxta paludem Mæotidem, ferocissimi olim, et bellicosissimi, equestrique maxime pugnæ genere gaudentes: Ita dicti vel a monte, vel a flumine *Alano*: quorum regionem quidam eam putant esse, quæ nunc *Lithuania* dicitur: sed nihil tamen certi definire licet, cum de ea re non consentiant Scriptores. *Plin.* l. 4. c. 12. Inter Scythas collocat. Alii Asiaticos, Europæos alii fuisse dicunt, alii rectius et in Asia, et in Europa ponunt. V. Geographos. Eos pulcros pæne omnes fuisse, et proceros scribit *Ammian.* l. 31. c. 2. (*al.* c. 6. et 7.) et vitam egisse in plaustris (quod de *Hamaxobiis* ab aliis dicitur) vagos, nullo certo lare, carne, et lacte victitantes, et equini pecoris valde studiosos, nullis matrimoniorum legibus, et humanæ cædis cupidissimos, quique detractas hostibus pelles pro phaleris ad equos sternendos uterentur. *Martial.* l. 7. epigr. 29. Nec te Sarmatico transit Alanus equo. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 312. Massagetes cæsamque bibens Mæotida Alanus. *Alii leg.* patriamque bibens Mæotin Alanus.

ALĀNUS, a, um, adject. ad Alanos pertinens. *Claudian. de B. Get.* v. 583. Alana gens.

ALĀPA, æ, f. *a slap or blow on the cheek with the open hand, a cuff or box on the ear*, ῥάπισμα, ictus manu expansa in maxillam inflictus. Differt a *colapho*, qui fit digitis in pugnum compressis. *Juvenal.* sat. 8. v. 192. ridere potest qui Mamercorum alapas. *Martial.* l. 5. epigr. 62. O quam dignus eras alapis, Mariane, Latini, &c. Uterque poeta notat morem Scenicorum hominum, qui risus movendi causa alapis se mutuo cedebant, capita rasa præbentes, et buccas inflantes, quo sonantiores essent ictus, magisque ridiculi. V. *Salapitta. Phædr.* l. 5. fab. 3. Ducere gravem alapam alicui. *to inflict a cuff or blow upon.* [Alaparum procellas lepide in parasiti descriptione memorat *Sidon. Apoll.* l. 3. ep. 13.] ¶ Inter alios ritus qui servabantur a dominis servum manumittentibus, unus erat, ut levem ei alapam infligerent. Hinc *Phædr.* l. 2. fab. 5. *extr.* Multo majoris alapæ mecum veneunt. *h. e.* multo carius libertas a me venditur.

ALAPISTA, æ, m. ludio, qui in scena alapis inflictis, acceptisque risum movet. *Arnob.* l. 7. pag. 239, Delectantur stupidorum capitibus rasis, alapistarum sonitu atque plausu. V. *Salapitta.*

ALĀRIS, re, adject. idem quod Alarius. *Liv.* l. 10. c. 40. Cum cohortibus alaribus. Et absolute *Tacit. Ann.* 15. c. 10. Alares Pannonii robur equitatus.

ALARĬUS, a, um, adject. pertinens ad alas militares, de quibus in *Ala* diximus. Itaque *alarii equites, alariæ cohortes* sunt idem ac alæ militum: quæ in Romano exercitu sociis, aut auxiliaribus constabant. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 73. Cohortes alariæ, et legionariæ. *Liv.* l. 40. c. 40. Alarii equites. *Et absolute. Cic. Fam.* 2. ep. 17. Alarii transpadani. Adde *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 51.

ALASTOR, oris, m. unus e quatuor equis currum Plutonis trahentibus, Ἀλάστωρ, quæ vox Græce *pestem* inter alia significat: vel etiam ultorem, punitorem: ab ἀλαστέω, indignor ob mala. Reliquorum nomina sunt *Æthon*, [† Αἴθων] hoc est ardens, ab αἴθω, uro; *Nycteus*, hoc est nocturnus, Νυκτεὺς, a νὺξ, κτὸς, nox: et *Orphnæus*, hoc est tenebrosus, Ὀρφναῖος, ab ὄρφνη, tenebræ: quæ omnia Inferorum Deo aptissime conveniunt. *Claudian. in fi.* l. 1. *de rapt. Proserp.* Orphnæus crudele micans, Æthonque sagitta Ocyor, et Stygii sublimis gloria Nycteus Armenti, Ditisque nota signatus Alastor. Stabant ante fores juncti. [Alastor fuit etiam unus e sociis Sarpedonis Lyciæ regis, ad Trojam occisus ab Ulysse, de quo ipse gloriatur apud *Ovid.* 13. *Met.* v. 257.]

ALATERNUS, i, f. arbuscula, seu frutex folia habens inter ilicem et olivam, ut ait *Plin.* l. 16. c. 26. nullum neque fructum, neque semen ferens, ideoque inter infelices arbores enumerata a *Macrob.* l. 2. *Saturn. c. ult.* Pastum e foliis, ac teneris ramorum cacuminibus gratissimum præbet capris teste *Columell.* l. 7. c. 6.

ALĀTOR, oris, m. *Serv.* ad illud *Æn.* 4. v. 121. Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt, *alatores* esse ait, qui in venando dextra et sinistra feras compellunt clamoribus in plagas incurrere, et alio divertere tentantes prohibent; quibusdam quasi alis saltus cingendo. *Isidor. in fi.* l. 10. *Orig.* Quatuor sunt venatorum officia: vestigatores, indagatores, alatores, et pressores.

ALATUS, a, um, *winged, bearing wings*, alas habens, πτερωτὸς, πτερόεις. *Virg.* 4. *Æn.* v. 259. Ut primum alatis tetigit magalia plantis. *de Mercurio* loquitur, qui fingitur habere in pedibus alas. ¶ Translate ponitur pro veloci, *swift. Ovid. Fast.* 3. v. 415. Sextus ubi Oceano clivosum scandit Olympum Phœbus, et alatis æthera carpit equis.

ALAUDA, æ, f. *a lark*, κορυδαλὸς, avis parva, apicem in capite gerens ex pennis erectis: ex quo et *galerita*, et *cassita* appellata est, quia galeri similem habet verticem capitis; postea Gallico vocabulo *alauda*, ut scribit *Plin.* l. 11. c. 37. *init.* ¶ Hæc avis etiam legioni nomen dedit, quam conscripserat Cæsar privato sumptu ex Transalpino milite, ut est apud *Sueton.* cap. 24. quia ejus milites, alaudarum more, omnes in galeis cristas, seu apices insigniores, majoresque gestare consueverant. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 8. Antonium cum legione Alaudarum ad urbem pergere. *Id. Phil.* 13. c. 2. Huc accedunt Alaudæ, ceterique veterani.

ALAUSA, æ, f. [† Θρίσσαν interpretatur Gaza. Idem est quod *Clupea.* q. v.] vilis quidam piscis in Mosella fluvio maximo proveniens. *Auson. in Mosell.* v. 127. Stridentesque focis, obsonia plebis alausas. *Alii leg.* alosas. Videtur autem esse is, qui ab Anglis *the chad*, aut *shad* appellatur, a Gallis *alose*, a Rheni accolis *elssen*, et *elson.*

ALĀZON, ontis, *a bragger, boaster, braggart, braggadocio; a swelling, blustering fellow, a bully*, ἀλάζων, jactator, gloriosus: ab α intensivo, et λάζομαι, sumo, quia *alazon* proprie dicitur, qui multum sibi sumit, et ultra promittit quam vires ferant. *Plaut. Mil.* 2. 1. 8. Alazon Græce huic nomen est Comediæ: id nos Latine Gloriosum dicimus. [¶ Est etiam fluvius Albaniam ab Iberia disterminans. *Plin.* l. 6. c. 10. Alazon in Cyrum amnem e Caucasiis montibus defluens.]

ALBA, æ, f. *a pearl*, margarita, ita dicta a colore. *Lamprid. in Heliog.* c. 21. Fabam cum electris, et oryzam cum albis exhibens: albas præterea in vicem piperis, &c. *Salmas. ad hunc loc.* affert alia exempla in hanc rem ex *Venant. Fortun.* Etiam *Suidas* ἄλβα, inquit, ὁ μάργαρος.

ALBA, æ, et Alba Longa, Ἄλβα, urbs fuit in Latio, ab Ascanio condita, sub monte, qui ab ea *Albanus* appellatus est, 16. M. P. a Roma. Vulgatior fama est, ab omine porcæ albæ ibidem inventæ Albam esse dictam, ut ex *Varr.* 2. *R. R.* c. 4. et *Virg.* 8. *Æn.* v. 43. habetur. *Longa* vero dicta est, quod in longitudinem ædificata esset. Nunc in ruinis jacet. Illam circumstant castra Albanum, Savellum, et Gandulphi. Ex ejus ruderibus *Albanum* urbs crevit. *Virg.* 8. *Æn.* v. 48. Ascanius clari condet cognominis Albam. *Id.* 1. *Æn.* v. 274. regnumque ab sede Lavini Transferet, et Longam multa vi muniet Albam. *Enn.* apud *Donat. de Barbarism.* pag. 1772. *Putsch.* et apud *Attil. Fortunatian.* Olli respondet rex Albai Longai. ¶ Aliæ quamplures suut urbes ita cognominatæ, ut *Alba Marsorum*, seu *Fucentis*, in Marsorum finibus sita ad Fucinum lacum; *Alba Pompeia* in Liguria ad Tanarum fluvium; *Alba Helviorum* in Gallia Narbonensi; *Alba Julia*; *Alba Græca*, &c. de quibus V. Geographos.

ALBĀMEN, inis, n. et

ALBAMENTUM, ti, n. *the white part of any thing, as of an egg*, &c. album, pars alba alicujus rei. *Apic.* l. 2. c. 5. Cum liquamine intestini, et albamine porri. Adde l. 3. c. 2. et l. 4. c. 3. *Ubique autem alii leg.* albumen. *Id.* l. 5. c. 3. Albamentum ovi. *Id.* l. 6. c. 9. Cum albamentis ovorum tritis.

ALBANENSIS, se, adject. ad Albam urbem pertinens. *Albanenses, ium*, sunt populi Hispaniæ in Vardulis: quorum urbs *Alba* et ipsa appellatur. *Plin.* l. 3. c. 3.

ALBANĬA, æ. regio ad litus maris Caspii, Ἀλβανία, cujus populi Albani appellantur. V. *Albanus, a, um. Plin.* l. 16. c. 13. Flumina per Albaniam decurrunt in mare, Casius, et Albanus. *Solin.* c. 15. Rex Albaniæ. *Gell.* l. 9. c. 4. In ultima quadam terra, quæ Albania dicitur.

ALBĀNUS, a, um, adject. ad Albam pertinens. *Liv.* l. 1. c. 28. Albanus exercitus. *Et mox.* Albanus populus. *Et* cap. 27. Albana pax. *h. e.* inita ab Albano populo cum Romanis. ¶ *Albanum vinum* inter pretiosa enumerat *Plin.* l. 14. c. 2. Ibi enim *eugenia uva* feliciter proveniunt: translatæ degenerant. ¶ *Albana comissatio* apud *Martial.* l. 12. epigr. 45. est epulum, quod Quinquatribus Imperatores in Albano monte præbere solebant. ¶ *Albanæ columnæ*, quas memorat *Quintil.* l. 5. c. 13. sunt e lapide in Albano monte exciso. Albanas enim lapidicinas refert *Vitruv.* lib. 2. cap. 7. ¶ *Albani, orum* sunt Albæ incolæ. *Liv. loc. cit.* Albanorum exercitus. *Et* cap. 29. Egressis urbem Albanis. ¶ *Albani* etiam dicuntur populi, qui hodie ab Italis *Georgiani*, et *Zuiriani*, quorum regio ad mare Caspium sita est, ipsumque mare, quod ante eos jacet, *Albanum* appellatur. *Plin.* l. 6. c. 10. et 13. ¶ Ideo autem dicti sunt *Albani*, eorumque regio *Albania*, quod albis capillis ibi nascuntur homines, ut scribit *Solin.* c. 15. (*al.* 25.) vel ab Albano monte Italiæ, quod inde in ea loca ii populi ab Hercule deducti sint, ut *Justin.* l. 42. c. 3. tradit. ¶ *Albanus* lacus, [† nunc] *lago di Castel Gandolfo*, lacus in Albano nemore prope Albam Longam, de quo vaticinium fuit, nunquam potiturum Veiis Romanum, priusquam ejus aqua emissa foret. *Liv.* l. 5. c. 15. ¶ *Albanus mons* est ille, ad cujus radices Alba Longa sita fuit. *Liv.* l. 1. c. 3. *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ Denique *Albanus* fluvius est Albaniæ. *Plin.* l. 6. c. 13.

ALBARĬUM, ii, n. *whitewash, whitening, plaster, parget, mortar, stucco*, κονίαμα, materia alba, et diluta, quæ tectorio illinitur ad parietes dealbandos: quæ plerunque calx est. *Plin.* l. 36. c. 24. Usus gypsi in albariis. *Id.* l. 35. c. 16. Tectoriorum albaria interpolare.

ALBARĬUS, ii, m. *a plasterer, pargeter, whitener*, qui albarium parietibus inducit, κονιατής, et κονιάτης. *Constantin. Imp.* lib. 13. *Codic. Theodos.* tit. 4. leg. 2. Architecti, laquearii, albarii, tignarii, &c. *Inscript. opt. notæ* apud *Gruter.* pag. 642. n. 11. C. Ateio Philadelpho albario, &c.

ALBARĬUS, a, um, adject. *Albarium opus* est idem ac *Albarium*, hoc est albus color, plerunque ex calce diluta, qui parietibus inducitur, *whitewash, plaster, stucco*, κονίαμα. *Plin.* l. 36. c. 23. Contra in albario opere, ut macerata calx ceu glutinum hæreat. *Vitruv.* l. 7. c. 2. totam *albarii operis* conficiendi rationem docet. ¶ *Albarius tector* apud *Tertull. de Idolol.* c. 8. est idem qui *Albarius* hoc est qui albarium opus parietibus inducit.

ALBĀTUS, a, um *clothed or arrayed in white*, λευχείμων, vestibus albis ornatus, cui contrarium est *atratus. Cic. in Vatin.* c. 13. Cum ipse epuli dominus albatus esset, tu in templum Castoris cum C. Fidulo atrato, ceterisque tuis furiis funestum intulisti.

ALBĒDO, ĭnis, *whiteness*, candor, albitudo, λευκότης. *Apulei. in Apolog.* Si perniciosa illa albedo intus cohibita, &c. *Sev. Sulpit.* l. 1. *Hist. sacr.* c. 16. Quarum species in modum coriandri seminis, glaciali albedine erat. *Cassiod.* l. 12. *variar.* epist. 4. *ad fin.* Albedo ibi decora est, et serena puritas. ¶ Apud *Apulei.* alii leg. *dulcedo*, alii *mucedo.*

ALBEGMĬNA. V. *Ablegmina.*

ALBELĬO, onis, et ex eo *Albeliunculus, li*, diminut. tegmen capitis significant, legique dicuntur apud *vet. Juvenal. Scholiast. ad* sat. 8. et 9. sed nihil certi neque ab auctore, neque a lectione, quæ aliis alia est, pro harum vocum usu afferri potest.

ALBENS, entis, *whitening, growing white*, qui albet, ὑπόλευκος. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 61. Ossa albentia. *Id.* 6. *Ann.* c. 37. Albentes spumæ. *Id.* 15. *Ann.* c. 64. Membra in pallorem albentia. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 68. Albente cœlo. *at day-break, dawn of day, rise of day, day-spring.*

ALBENSIS, se, adject. ab Alba oppido deductum, non tamen ab *Alba Longa*, ex qua fit tantum *Albanus*, ut *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 18. et *Charis.* l. 1. pag. 18. *Putsch.* docent. Hinc *Albenses Pompeiani* apud *Plin.* l. 17. c. 4. sunt *Albæ Pompeiæ* incolæ. ¶ Præterea *Albenses* dicuntur incolæ *Albæ Fucentis*, seu *Marsorum* apud *eund.* l. 3. c. 5. et *Fest.* in voce *Albesia.* ¶ *Albenses nuces* olim in pretio fuerunt, quas e Syria in Latium intulerat L. Vitellius, et in suo rure (quod *Albense* dicebatur) apud Albam Fucentis conserverat. *Plin.* l. 15. c. 19. et 22.

ALBĔO, es, n. 2. *to be white*, λευκαίνομαι, albus sum. *Ovid. Heroid.* ep. 13. *prope fin.* caput, quod videam canis albere capillis. *Virg.* 12. *Æn.* v. 36. campique ingentes ossibus albent. Adde *Sil.* l. 4. v. 252. ¶ Præteriti *albui*, quod a nonnullis affertur, exempla nondum vidimus.

ALBESCENS, entis, *growing white, whitening*, qui albescit, ὑπόλευκος. *Horat.* l. 3. od. 14. v. 25. Albescens capillus. *turning gray, growing hoary. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 86. *Hard.* Albescens medulla. *Id.* l. 18. c. 35. Albescentes stellæ. *Paul. Digest.* lib. 28. tit. 2. leg. 25. Albescente cœlo. *the day now breaking.*

ALBESCO, is, n. 3. *to grow white or whitish, begin to be white, whiten*, albere incipio, albico, λευκανθίζω. *Cic.* 4. *Acad.* c. 33. Mare, quod nunc, quia a Sole collucet, albescit, et vibrat. *Plin.* l. 10. c. 3. Aquilarum albescunt inedia pennæ. *Virg.* 4. *Æn.* v. 586. ut primum albescere lucem Vidit. *the day dawning, breaking.*

ALBESĬA, ium, n. scuta quibus Albenses, qui sunt Marsi generis, usi sunt. Hæc et *decumana* vocabantur, quod essent amplissima, ut decumani fluctus. *Festus.*

ALBIĀNUS, a, um, adjectivum ab *Albio* deductum. Est autem *Albius* nomen gentilitium apud Romanos. *Cic.*

pro Cæcin. c. 10. Albianum judicium. *Id.* pro *Cluent.* c. 30. Albiana pecunia.

ALBĬCANS, antis, *growing or waxing white, whitish,* qui albicat, ὑπόλευκος. *Plin.* l. 10. c. 3. Albicans cauda. *Id.* l. 25. c. 8. *circa med.* Albicans color. [*Catull. carm.* 63. v. 87. At ubi ultima albicantis loca littoris adiit.]

ALBICANTER, adverb. albicando. *Solin.* c. 30. (*al.* 43.) *sub. fin.* Hyacintus lapis pretiosus, vitiis non parce obnoxius. nam plerumque aut violaceo diluitur, aut nubilo obducitur, aut albicantius in aquaticum eliquescit.

ALBICASCO, is, n. 3. albescere incipio. *Matius in carm.* apud *Gell.* l. 15. c. 25. Jam jam albicascit Phœbus, et recentatur Commune lumen hominibus, voluptasque. Alii leg. *albicassit*, quod esset futurum conjunctivi antique dictum pro *albicaverit*: quemadmodum *levasso* pro *levavero* dixere. Verum hoc pacto non satis constructio constaret propter sequens *recentatur.*

ALBICĒRA olea, genus est oleæ, ita dictæ ab albo colore, et ceræ simili. *Plin.* l. 15. c. 5. ex *Catone.* ¶ Apud *Caton. R. R.* c. 6. et *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 24. vocatur *olea albiceris.* Apud *Macrob. Saturn.* 2. c. *ult.* dicitur *olea albigerus*: quod fortasse mendum est.

ALBICERĀTA ficus dicta est a colore albo, ceræque simili: de qua *Columell. de hort.* v. 417. Albaque quæ servat flavæ cognomina ceræ. *Plin.* l. 15. c. 18.

ALBĬCO, as, avi, atum, n. 1. *to grow or wax white, to become white or whitish,* ὑπόλευκός εἰμι, aliquantum albus sum. *Plin.* l. 27. c. 5. *in fi.* Mutat colorem, sed ex nigro albicare incipit. Et cap. 13. Thlaspi flos albicat. Et lib. 37. c. 10. Leucochrysos sicut crystallus albicat. ¶ Absolute pro album omnino esse. *Horat.* l. 1. od. 4. v. 4. Nec prata canis albicant pruinis. ¶ Passiva voce significatione neutra. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 58. Ubi rivus præcipitatur, atque offensus aliquo a scopulo lapidoso albicatur.

ALBICŎLOR, oris, *white, of the colour of white,* λευκόχροος, qui est albi coloris. *Coripp.* l. 1. v. 429. Albicolor campus.

ALBICŎMUS, a, um, *having white hair, white-haired,* comas albas habens, λευκόθριξ. *Venant. Fortun.* l. 4. *de vita S. Martini*, v. 2. Floribus albicomis dum lilia pollice carpo.

ALBĬDŬLUS, a, um, *somewhat white, whitish,* ὑπόλευκος, diminutivum ab albidus. *Pallad. in Febr.* tit. 25. *ante med.* Liquorem dimittunt saporis jucundi, sed coloris albiduli.

ALBĬDUS, a, um, *whitish, somewhat white, a little white, rather white,* ὑπόλευκος, aliquantum albus. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 73. *de dracone vulnerato.* plenis tumuerunt guttura venis, Spumaque pestiferos circumfluit albida rictus. *Columell.* l. 2. c. 9. Granum quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum. *Cels.* l. 5. c. 28. sect. 4. Pus crassius, et albidius. *Plin.* l. 8. ep. 20. *de lacu quodam.* Color cæruleo albidior. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 20. Pus crassissimum, albidissimumque.

ALBINĔUS, a, um, *rather white, somewhat white, whitish,* ὑπόλευκος, albidus. *Pallad. in Mart.* tit. 13. *de colorib. equor.* Colores hi precipui, badius, aureus, albineus, russeus, &c. *Et max.* Sequentis meriti varius cum pulcritudine, nigro, vel albineo, vel badio mixtus.

ALBINIĀNUS, a, um, ad Albinum pertinens, quod est nomen viri proprium. *Spartian. in Severo*, cap. 10. Ab Albinianis Severi duces victi sunt. Adde *Tertull. ad Scapul.* c. 2.

ALBINOVĀNUS, i, C. Pedo Albinovanus, Poeta Heroicus, ut ex *Quintil.* l. 10. c. 5. et ex *Senec. Suasor.* 1. cognoscimus, vixit Augusto imperante, nec alius est, ad quem *Ovidius* epistolam scripsit, quæ est lib. 4. *de Pont.* n. 10. A *Martiale* accensetur epigrammatum lasciviorum scriptoribus in *epist. præfixa* l. 1. Fabulatorem elegantissimum apppellat *Senec.* epist. 122. Sidereum, hoc est sublimem. *Ovid.* 4. *de Pont.* ep. 16. v. 6. Sunt tamen qui putant ideo sidereum dici, quod etiam de cœlo et sideribus quædam scripserit. Porro ex epist. 10. *ejusdem libri* v. 71. intelligimus eum conscripsisse Thesei res gestas. Condidit etiam de navigatione Cæsaris Germanici carmen, cujus versus aliquot affert *Senec. Suasor.* 1. Ei præterea tribuuntur duæ illæ elegiæ de obitu Mecænatis, et de morte Drusi ad Liviam: tametsi sunt, qui aliter sentiunt, præsertim de secunda. ¶ Alius ab isto est *Celsus Albinovanus*, ad quem est *Horatii* epist. 8. lib. 1. quæ incipit. *Celso gaudere et rem bene gerere Albinovano*, &c.

ALBĪNUS, i, m. *a plasterer, whitener, pargeter,* albarius, qui partietes albario opere expolit. *Constantin. Imp.* lib. 10. *Codic.* tit. 64. leg. 1. Musivarii, deauratores, albini, quos Græci κονιάτας appellant. ¶ Est etiam nomen proprium Imperatoris Romani, qui *Clodius Albinus* dictus est, quod contra consuetudinem puerorum, qui nascentes solent rubere, candidissimus in lucem prodiit, ut scribit *in ejus vita* cap. 4. *Jul. Capitolinus.* ¶ Præterea *Albinus* fuit cognomen familiæ R. in gente Posthumia.

ALBĬON, onis, [† hod.] *Great Britain, Albion;* Ἀλουίων *Ptolemæo*, Britannia, Insula maxima Europæ in Oceano, Galliæ, et Germaniæ adjacens. Dividitur in duo Regna, in Britanniam primam, seu Angliam, et Britanniam secundam, seu Scotiam. *Plin.* l. 3. c. 16. [† Sic dicta, ut videtur, ab *albis* rupibus, quas mare alluit. Nugantur qui ducunt ex ὄλβιος; inprimis T. Cooper. Dicta prius *Samothea*, a Samothe Gallo, (nam Galliæ continenti olim jungebatur) teste Verstegano c. 4.] ¶ Fuit etiam *Albion* nomen filii Neptuni, qui una cum fratre Bergione contra Herculem stetit, et pugnavit, ut scribit *Pompon. Mela* l. 2. c. 5. et ab eo interfectus est. Ejus pugnæ locus in Narbonnensi Gallia *Lapideus campus* dictus est. Fabulantur enim cum dimicantem Herculem tela defecissent, ab invocato Jove adjutum fuisse imbre lapidum, qui adeo multi passim eo loco, et late jacent, ut pluisse credas, inquit *Mela loc. cit.*

ALBIŌNA, ager trans Tiberim dicitur a luco Albionarum: quo loco bos alba sacrificabatur. *Festus.*

ALBĬS, is, m. *the Elbe,* [† Ἄλβις, Strab. et Ptolem. Ἄλβιος, Dion.] fluvius Germaniæ. Oritur in finibus Slesiæ: suscipit Multam fl. deinde Egram, postea Salam, ac Ortellam. In meridiem primum, deinde in Occ. postea in Sept. per Boemiam, Misniam, et Saxoniam fluens, inter Ducatus Bremensem, et Holsatiæ, infra Hamburgum, et Glucstadium, Oceano Germanico miscetur. Hunc Romani voluerunt esse terminum sui Imperii. *Claud. Mamertin. in Genethl. Maxim. Aug.* cap. 16. Quæ horridus secat Albis Germaniam. *Claudian.* de IV *Consul. Honor.* v. 450. et ingentes Albin liquere Cherusci. [† *Tacit. Germ.* 41. In Hermunduris Albis oritur, flumen inclitum et notum olim; nunc tantum auditur. Addas *Ann.* 1. 59. 2. 14. 22. 41. *Vell. Pat.* 2. 106. 2. *Lucan.* 2. 51. et *Plin.* 4. 14.] ¶ *Vopiscus in Probo*, cap. 13. *Album* vocat.

ALBĬTIES, ei, vel Albitio, onis, f. *whiteness,* albitudo. *Apulei. de herb.* cap. 20. Nasturcii semen tritum albitiem furfuris de capite ejiciet. *Alii leg.* albitionem.

ALBITŪDO, inis, *whiteness, hoariness,* λευκότης. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 32. Ad isthanc capitis albitudinem. *id est* canos capillos.

ALBO, as, a. 1. *to make white, whiten, blanch, bleach,* album facio, λευκόω. *Priscian. de situ Orbis*, v. 432. Hoc fuscat niveas, hoc albat gurgite nigras.

ALBOGALĒRUS, i, m. pileum capitis, quo flamines Diales utebantur, quod fiebat ex pelle hostiæ albæ Jovi cæsæ, adfixum habens apicem virgula oleaginea. *Festus.* Adde *Varron.* apud *Gell.* l. 10. c. 14. *in fi.* qui tamen non *albogalerum*, sed *album galerum* vocat.

ALBOGILVUS color dicitur, qui mixtus est ex albo, et gilvo. Utitur hac voce *Serv. ad Virg.* 3. *Georg.* v. 82.

ALBOR, oris, m. *a white colour, whiteness,* λευκότης. De ovi albumine plerumque usurpatur. *Pallad. in Octobr.* tit. 14. *circa med.* Si quis ovorum trium lagœnæ infundat alborem. *Scribon. Larg. composit.* 24. Diluitur fere ovi albore. *Plin. Valerian.* l. 1. c. 19. Passerini ovi alborem. Adde *Apic.* l. 1. c. 6. *the white of an egg.* ¶ Quidam Lexicographi afferunt etiam locum *Varronis*, quem nos nusquam invenimus.

ALBŪCUS, i, genus herbæ. *Apulei. de herb.* c. 32. A Græcis dicitur asphodelus, Latinis hastula regia, aliquibus albucus. ¶ Describitur a *Plin.* l. 21. c. 17. ubi albucum ab asphodelo aliquo modo distinguit, et duo genera facit.

ALBUĒLIS, lis, f. genus vitis, quæ ut ait *Columell.* l. 3. c. 2. utilior est in colle, quam in campo; in arbore, quam in jugo; in summa arbore, quam in ima, ferax, et materiæ frequentis, et uvæ. Adde *Plin.* l. 14. c. 2.

ALBŪGO, inis, f. *a horny induration of the membranes of the eye; a disease of the eye, by which the cornea contracts a whiteness; the albugo; a white speck on the eye, a haw; a pearl, web, or pin, that grows over the sight; suffusion;* λεύκωμα, λεύκωσις, macula alba in cornea oculorum tunica ex abscessu coacti humoris coalescens, et visum lædens. *Plin.* l. 32. c. 7. Ranæ oculi albuginem sanant. *Id.* l. 24. c. 5. Oculorum albugines cedri succo inungere. *Id.* l. 29. c. 6. Pupillarum albugines. ¶ Est etiam genus furfuris, seu porriginis inter capillos exoriens, colore albo, *scurf or scales in the head, beard, or brows; scald, dandruff.* *Id.* l. 26. *c. ult.* Callithrix albugines in capite tollit.

ALBŬLA, æ, f. [† hod.] *il Tevere*, fluvius Hetruriæ, Romam interluens, ab albo colore aquæ, qui postea Tiberis a Tiberino Sylvio Albanorum rege ibi extincto dictus est. *Virg. Æn.* 8. v. 331. fluvium cognomine Tibrim Diximus: amisit verum vetus Albula nomen. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 68. et tanto est Albula pota Deo. ¶ Præterea *Albula*, vel *Albulæ, arum* (subaudi *aquæ*) sunt, aquæ sulfureæ admodum salutares, egelidæ, hoc est tepidæ in Tiburtino agro juxta Romam, teste *Plin.* l. 21. c. 2. ita dictæ, quia albido sunt colore, *the baths at Tibur* [† nunc *Tivoli*,] τὰ Ἄλβουλα ὕδατα vocat *Strabo. Martial.* l. 1. epigr. 13. Canaque sulphureis Albula fumat aquis. *Sueton. in Aug.* c. 82. Quoties nervorum causa marinis, Albulisque utendum esset. *Plin. loc. cit.* Juxta Romam Albulæ aquæ vulneribus medentur, &c. ¶ Præterea Albula fluvius est Piceni in Marchia Anconitana, in cujus ostio Tervium oppidum fuit, [† hod.] *Ragnola. Plin.* l. 3. c. 13. [¶ Albulam *Stat.* 1. *silv.* 3. v. 75. facit nympham seu Deam, quæ tenet hanc aquam. Illic sulfureos cupit Albula mergere crines.]

ALBŬLUS, la, um, *somewhat white, whitish,* ὑπόλευκος, diminutiv. ab *albus. Catull. carm.* 29. *in Cæsar.* v. 9. Albulus columbus. *Martial.* l. 12. epigr. 100. cui rector aquarum Albula navigerum per freta pandit iter. *h. e.* per marinas undas, quæ spumas agendo albescunt.

ALBUM, i, n. *a white colour, white, whiteness,* λεύκωμα, albus color, pars alba alicujus rei. *Virg.* 3. *Georg.* v. 56. maculis insignis, et albo. Et *Ecl.* 2. v. 41. sparsis etiam nunc pellibus albo. *Liv.* l. 40. c. 51. Columnas poliendas albo locavit. *Cels.* l. 6. c. 6. n. 7. Album ovi. *the white of an egg. Id.* l. 7. c. 7. n. 6. et 12. Album oculi. *the white of the eye.* ¶ De tabula, in qua prescribebantur Prætorum edicta, actiones, interdicta, actionum formulæ, item litigatorum nomina, actionesque, et alia hujusmodi ad forum, civilesque contentiones spectantia: ratio, quia tabula dealbata erat gypso illito; proponebaturque in publico, ut ab omnibus legi posset. Si quis vero vel fœdasset, vel vitiasset, vel quocumque modo corrupisset, capitis reus erat, quia Prætoris majestas contempta videbatur. *a whited table, wherein the Prætors entered their edicts, actions, decrees,* &c. *Paul. Sentent.* lib. 1. tit. 14. Qui album raserit, corruperit, sustulerit, mutaverit, quidve aliud propositum edicendi gratia turbaverit extra ordinem punitur. *Senec.* epist. 48. Sedere ad album. *h. e.* circa Prætoris formulas et judiciorum occupari. *Quintil.* l. 12. c. 3. *ad fin.* Alii se ad album, ac rubricas transtulerunt, et formularii, vel leguleii quidam esse maluerunt. ¶ Ex hoc Prætoris albo nomen inditum est aliis tabellis, in quibus variæ res perscribebantur, et publice proponebantur, *a matricular register, book to enrol names in; a list of names, muster-roll.* Hinc et Pontifex maximus suum conficiebat album, in quo teste *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 12. perscribebat res omnes singulorum annorum, illudque proponebat domi, potestas ut esset populo cognoscendi: hi nunc *Annales* appellantur. *Album judicum* continebat nomina judicum; *senatorum* senatores; *decurionum* decuriones; *citharœdorum* citharœdos, &c. *Sueton. in Claud.* cap. 16. Splendidum virum albo judicum erasit. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 42. Eradere aliquem albo senatorio. *Ulpian. Digest.* lib. 50. tit. 3. *qui est* de albo scribendo, leg. 1. Decuriones in albo ita scriptos esse oportet, ut, &c. *Sueton. in Ner.* c. 21. Nomen suum in albo profitentium citharœdorum adscribere. *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 7. *in fi.* Mittere aliquem in album. *Liv.* l. 1. c. 32. Referre in album. *Plin. in præfat. Histor. natur.* Esse in albo. ¶ Vet. Tab. Æn. apud *Murator.* pag. 582. *ante med.* Omnia in tabulam in album referunda curato. *h. e.* in tabulam dealbatam, ἓν διὰ δυοῖν. V. *Eudiadys.*

ALBŪMEN, inis, *the white of an egg,* λεύκωμα, quod est in ovo album. *Plin.* l. 28. c. 6. Illinit sole usta cum ovi albumine.

ALBUMENTUM, ti, n. idem quod albumen. *Veget. de re veterin.* l. 2. c. 57. Intingere in ovi crudi albumento.

ALBŪNA, et Albunĕa, æ, f. Deæ nomen, quæ in nemore quodam agri Tiburtini colebatur. A Græcis dicitur Λευκοθέα, Leucothea. Creditur fuisse Ino Athamantis uxor, quæ viri furorem metuens, una cum Melicerta filio se in mare præcipitavit. Alii Sibyllam Tiburtinam fuisse existimant, quæ ob admirabilem sapientiam a vicinis populis Dea credita est. *Lactant.* l. 1. c. 1. *Institution.* Decimam (*Sibyllam*) nomine Albuneam, quæ Tiburi colitur ut Dea, juxta ripas amnis Anienis: cujus in gurgite simulacrum ejus inventum esse dicitur, tenens in manu librum: cujus sacra senatus in Capitolium transtulerit. *Tibull.* l. 2. eleg. 5. v. 69. Quodque Albuna sacras Tiberis per flumina sortes Portarit, sicco perlueritque sinu. *Albana* et *pertuleritque* quidam legunt. *Suidæ*, in Σίβυλλαι est Ἀλβουναία. ¶ Est etiam *Albunea* fons, et nemus in Tiburtinis altissimis montibus, ita dictus vel ab albo aquarum colore, vel ab Albuna Dea, cui sacer locus ille fuit. *Virg.* 7. *Æn.* v. 83. lucosque sub alta Consulit Albunea. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 12. domus Albuneæ resonantis.

ALBURNUM, i, n. *the white sap, or inner bark of trees, liable to rot and be worm-eaten,* στέαρ δένδρου, pars tenerior in ligno multarum arborum, statim post corticem, quæ velut adeps earum est. *Plin.* l. 16. c. 38. Proximi (*cortici*) plerisque adipes: ii vocantur a colore alburnum, mollis, ac pessima pars ligni, etiam in robore facile putrescens, teredini obnoxia: quare semper amputabitur. Subest huic caro, &c.

ALBURNUS, [† hod.] *Alburno, Montagna di Sicignano, M. della Petina*, Mons Lucaniæ, in Lucanorum, et Picentium conf. apud Silarum fluvium, et Auletam oppidum, unde Tanager fluvius profluit; ita dictus a candore verticis. *Virg.* 3. *Georg.* v. 146. Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo, &c. ¶ Est etiam nomen Dei a Romanis culti in eo monte: quem *Tertullian. in Apolog.* c. 5. a M. Æmilio Imperatore divinitate donatum dicit, et lib. 1. *advers. Marcion.* c. 18. a quodam Metello. ¶ Item vilis pisciculi in Mosella fluvio. *Auson. in Mosell.* v. 126. et alburnos, prædam puerilibus hamis. *a small white fish, supposed to be a bleak or a blay.*

ALBUS, a, um, *white,* λευκός, nomen coloris notissimi, quod a *candido* ita differt, ut *album* pallori conjunctum sit, (*a pale white*) quale est plumbum, *candidum* vero splendori, (*a bright or shining white*) quale est in nive, ut docet *Serv. ad* 3. *Georg.* v. 82. Hinc *albo* opponitur atrum,

candida nigram. Hoc tamen discrimen passim a Scriptoribus negligitur. [illegible] derivatum esse a Græco [illegible], quod album [illegible] speciem significat. [illegible] c. 18. [illegible] decorus Deo est, tum in cæteris, tum [illegible] in textili. Id. 5. Tuscul. c. 39. Alba et atra discernere. Id. 2. Divin. c. 3. Quæ alba sunt, quæ nigra, dicere. Plaut. Bacch. 5. 1. 15. Alba barba [illegible]. ¶ [illegible] est, quod admixtam habet certam [illegible] argentarii, quorum conflatura [illegible]. Plin. l. 16. c. 11. Coquere [illegible] tota die, ut [illegible]. ¶ Albis dentibus de- [illegible], et ita diducto ore, ut dentes [illegible]. Plaut. Epid. 3. 3. 48. ¶ Sumitur interdum albus pro pallido, pavido. Martial. l. 8. epigr. 26. Non tot in Eois timuit Gangeticus arvis Raptor, in Hyrcano qui fugit albus equo. Id. l. 5. epigr. 58. Albo [illegible]. Pers. sat. [illegible] Timor albus. ¶ Item pro sicco, fervido, et veluti candenti. Martial. l. 10. epigr. 62. Albæ leone flammeo calent luces. ¶ Item pro albato, [illegible]. Id. l. 1 epigr. 56. Vivat et urbanus albus in officiis. Potest etiam alia ratione hic locus explicari, de eo scilicet, qui curis fori, et urbanis negotiis [illegible], et pallidus est. Lege integrum epigramma. ¶ Item translate pro fausto, læto, auspicato, felici, nam quæ alba sunt, superis Diis tribuuntur, atra vero Inferis, et sunt tristis ominis. *Horat.* l. 1. od. 12. v. 27. simul alba nautis Stella refulsit. *h. e.* Castorum sidus. *Sil.* l. 15. v. 53. Sed current albusque dies, horæque serenæ. *Pers.* sat. 1. v. 110. Per me equidem sint omnia protinus alba. Hinc *Album calculum adjicere alicui rei* apud *Plin.* l. 1. ep. 2. est approbare. (V. *Calculus*) Et *gallinæ filius albæ* apud *Juvenal.* sat. 13. v. 141. est fortunatus, est nobilis. De alba gallina prodigium narrat *Sueton. in Galba* cap. 1. ad quod fortasse hoc loco *Juvenalis* respexit. ¶ *Albus, an ater sis, nescio:* proverb. de eo, quem omnino, quis sit, ignoramus: et contemptum significat. *Cic.* 2. *Phil.* c. 16. Vide quam te amarit is, qui albus, aterve fueris ignorans, fratris filium præteriit. *Catull.* carm. 91. *in Cæsar.* Nil nimium studeo, Cæsar, tibi velle placere, Nec scire, utrum sis albus, an ater homo. Adde *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 189. ¶ *Alba linea signare* est aliquid facere negligenter, et nullo discrimine. Ductum est autem proverbium a linea, seu funiculo fabrorum, quæ si nullo inficiatur colore, nullam relinquit notam, quam sequantur. adeoque temere procedendum illis est in opere perficiendo. Alii sic exponunt, ut ducatur a lineis albis, quas pictores deformaturi tabulam, telæ primo appingunt, adeoque sine ulla cura ducunt, cum varios supra colores postea inducturi sint. *Lucill.* apud *Non.* c. 4. n. 450. Nam discrimen non facit, signat alba linea. *Turneb.* l. 29. c. 27. *adversarior.* legit, *neque signat alba linea. Gell. in præfat.* Illi omnes multa, et varia lectitantes, in quas res cumque inciderant, alba, ut dicitur, linea, sine cura discriminis, solam copiam sectati converrebant. ¶ *Albo rete aliena bona oppugnare* apud *Plaut. Pers.* 1. 2. 22. est fraudibus, doctisque dolis, et sub aliqua honesti specie latentibus aliena bona captare. Alii leg. *albo ariete*, et respici aiunt ad machinam bellicam, quo muri subruuntur: Alii *albo pariete*, et alludi ad album Prætoris, ut dicatur de iis, qui lites consectantur, et falsa prætendendo jura, aliena bona invadunt. ¶ *Alba avis* proverbio dicitur de re inusitata, rara, et admiratione digna, quod paucæ admodum sint aves albo colore. *Cic. Fam.* 7. ep. 28. Quasi avem albam, videntur bene sentientem civem videre. ¶ *Albæ sententiæ* sunt splendidæ, apertæ, perspicuæ. *Senec.* l. 3. *Controvers. in præfat.* Sententiæ, quas optime Pollio Asinius albas vocabat, simplices, apertæ, nihil occultum, nihil insperatum afferentes, sed vocales, et splendidæ. ¶ *Albus ventus* dicitur, qui nubila fugat. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 15. Albus Notus. *Id.* l. 3. od. 27. v. 19. Albus Iapix. ¶ Gradus *Albior*, et *albissimus* afferuntur quidem a *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 39. sed non sunt in usu. nam quod *albissimus* apud *Cels.* l. 5. c. 26. n. 20. quidam legunt, optimæ quæque [illegible].

ALCAÏCUS, a, um, adject. ad Alcæum pertinens, Ἀλκαϊκός. Fuit autem *Alcæus* poeta Lyricus ex Mitylene urbe, quem laudat *Quintil.* l. 10. c. 1. *Horatius* quoque l. 2. od. 13. v. 26. *sonantem aureo plectro* dicit. Itaque ab eo [illegible] est, quod is primus invenit, teste *Diomed.* l. 3. pag. 510. *Putsch.* quale est illud *Horatii* l. 1. [illegible]. Alia [illegible] enumerat, alia item alii Grammatici, quos consule. *Sidon. in carm.* 1. l. 9. epist. 13. Dum metro quatitur chorda Glyconio, Nec non Alcaico, vel Pherecratio.

ALCATHŎE, es, f. Ἀλκαθόη, eadem quæ Megara, oppidum Achaiæ. V. vocem sequent. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 443. Tutus ad Alcathoen, Lelegeia mœnia, limes, Composito Scirone patet.

[* ALCATHŎUS, i, m. Pelopis filius, qui cædis Chrysippi fratris suspectus Megaram venit, occisoque leone, qui Euripum, Megarei regis filium, necaverat, a rege adscitus est gener, et regni successor. Hinc Megara urbs Alcathoi appellata est, ubi ille tamquam Deus deinceps habitus fuit. Dum Alcathous Megaram mœnis cingeret, Phœbi cithara cuidam turri imposita resonandi facultatem eidem tribuit. *Ovid.* 8. *Met.* v. 14. et *Auct. Cir.* v. 101. rem narrant. *Ovid. de art. am.* l. 2. v. 421. Alcathoi qui mittitur urbe Pelasgis Bulbus.]

ALCE, vel Alces, is, f. *an elk*, ἀλκὴ, genus feræ in Hercynia sylva, quam describit *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 26. capræ similem, vel ut alii legunt, capreæ, tum figura, tum varietate pellis, paulo tamen majorem, mutilis cornibus, et crura sine nodis, articulisque habentem, ut si aliquo afflicta casu concidat, erigere se non possit: ideoque acclinem arbori somnum captantem. *Plin.* l. 8. c. 15. describit, jumento similem, ni proceritas aurium, et cervicis distinguat. Quod autem *Cæsar* addit, nullos alcem articulos in cruribus habere, id *Plinius* tribuit *Achli. Solin.* etiam cap. 20. (al. 32.) alcem facit mulo similem, adeoque propenso labro superiore, ut nisi retrocedens, pasci non queat. At hoc idem de achli *Plin.* tradit. Sed non debet mirum videri, de feris hujusmodi parum cognitis diversa scribi ab Auctoribus, cum et de obviis sæpe inter se dissideant. *Salmas. ad Solin.* asserit legi *alces*, non *alce* in recto casu singulari, ibi: *Est et alces mulis comparanda:* adeoque in genitivo dicendum *alcis*, non *alces. Plin. loc. cit.* in accusativo sing. *alcem* dixit. *Cæs. loc. cit.* in recto plur. *alces.* ¶ Apud *Ovid. Metam.* 3. v. 217. alce est nomen canis, ductum ab ἀλκὴ robur, vires.

ALCĔA, æ, f. *marsh-mallows*, ἀλκέα, herba est ex genere malvarum silvestrium teste *Diosc.* l. 3. c. 164. folia habens verbenacæ similia, caules tres aut quatuor, foliorum plenos, florem rosæ, radices albas cum plurimum sex, cubitales, obliquas, in pingui solo nascens. *Plin.* l. 27. c. 4.

ALCĒDO, vel Halcedo, inis, et Alcyŏne, es, Ἀλκυών, ονος, vel Ἀλκυὼν, όνος, [† et Ἀλκυονίς,] *a bird, of which it is said that she breeds in the sea, and that there is always a calm during her incubation; a halcyon or king's fisher*, avis maritima, paulo major passere, pennis purpureis, candidis admixtis, collo gracili, et procero, rostro subviridi, longo, et tenui, nidificans in litore maris, et in arena pariens. Statim autem ac ova posuit, mare, si antea procellosum fuerit, mitescit, et tranquillissime quiescit 14. dies, donec pullos nido eduxerit. Hos 14. dies nautæ præsumptæ serenitatis observant, quos et *Alcyoneos*, et *Alcyonidas* dies appellant, quibus nullos motus procellosæ tempestatis horrescant. Alcyones nidos maxime admirabilis describit *Plin.* l. 10. c. 32. [† et *Aristot. Hist. An.* 9. 14. *Diosc.* 4. 136.] ¶ Hinc Poetæ ansam fabulandi arripuerunt, Alcyonem filiam Æoli fuisse, qui in gratiam filiæ, dum illa in litore ova parit, et fetus educat, ventos inclusos servat. V. *Alcyone.* [† V. *Schol. Aristoph. Av.* 251.] *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. Hæc avis nunc Græce dicitur Ἀλκυὼν, a nostris halcedo: hæc hyeme quod pullos dicitur tranquillo mari facere, eos dies alcyonios appellant. Adde l. 4. c. 13. utroque autem loco scribitur *halcedo* cum aspiratione. derivant enim Etymologi ab ἅλς, ἁλὸς, mare. [† παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν. *Etym. Mag. et Gudian.*] *Plaut. Pœn.* 1. 2. 142. Jam hercle tu peristi, nisi illam mihi tam tranquillam facis, quam mare est olim, cum alcedo pullos educit suos.

ALCEDONĬA, orum, neutr. plur. ἀλκυονίδες, dies sunt hyberni fere 14. quibus alcedo ova parit in litore maris, et fetus educat, quo tempore summa ventorum est tranquillitas. Hinc jlocaliter *Plaut. Casin. prol.* v. 26. Tranquillum est: alcedonia sunt circum forum. *halcyon days.* [† Cf. *Suid.* et *Hesych.* in Ἀλκυονίδες ἡμέραι. *Aristoph. Av.* 1593.]

ALCES. V. *Alce.*

ALCESTE, es, et Alcestis, estis, Ἄλκηστις, filia Peliæ, et Anaxibiæ Biantis filiæ, Admeti Pheræorum Regis conjux, quæ maritum tanto amore dilexit, ut pro eo perire non recusaverit. Cum enim Rex ægrotaret, Oraculo nuntiatum est ei, posse eum adhuc vivere, si foret aliquis ex affinitate, vel amicitia, qui pro eo sponte mortem subiret. Ceteris id abnuentibus, sola uxor promisit, et vero præstitit, abscisso ei prius fatali capillo a Mercurio, quo mori impediebatur: sed postea ab inferis revocata est, et marito opera Herculis restituta. *Hygin.* fab. 51. et 251. Hinc *Martial.* l. 4. epigr. 75. Arserit Evadne flammis injecta mariti, Nec minor Alcestin fama sub astra ferat. *Alii leg.* Alcestem. *Juvenal.* sat. 6. v. 652. spectant subeuntem fata mariti Alcestim, et similis si permutatio detur, &c. ¶ *Alcestis* titulus est etiam tragœdiæ *Euripidis* de Alceste; item poematis *Levii* veteris poetæ Latini, de quo *Gell.* l. 19. cap. 7.

ALCEUS, i, Ἀλκεὺς, dissylab. pater fuit Amphitryonis, ex cujus uxore Alcmena natus est Hercules, qui inde *Alcides* dictus est, Ἀλκείδης. *Serv. ad.* 6. *Æn.* v. 392.

ALCHELUCĬA, a *Martian. Digest.* lib. 39. tit. 4. leg. 16. enumeratur inter varias species pertinentes ad vectigal, quales sunt cinnamomum, piper, costum, et hujusmodi. In editione *Torrentini* appositus est asteriscus, nota dubiæ lectionis. In editione *Haloandri* pro *alchelucia* est *agallochus*, quod est lignum ex Arabia, et India advectum, maculatum, odoratum, gustu subamarum, ἀγάλλοχον. *Dioscor.* l. 1. c. 21.

ALCHĬMIA, æ, f. *alchymy*, ars est transmutandi metalla, et viliora in pretiosiora vertendi, ἀλχυμία: barbara vox a *Jul. Firmic.* usurpata l. 3. c. 15. ubi *Voss. in Etymol.* asserit in MSS. legi *chimia*.

ALCIBĬADES, is, m. Ἀλκιβιάδης, vir summus Atheniensis, genere, divitiis, pulcritudine corporis, magnitudine animi, excellentia ingenii: cujus vitam habemus a *Plutarcho*, et *Cornel. Nepote*. V. etiam *Justin.* l. 4. et 5. ¶ In vocativo singulari est *Alcibiade*, Græce Ἀλκιβιάδη. *Liv.* l. 39. c. 36. Vestrum est, Areu, et Alcibiade, qui nunc nos accusatis, &c.

ALCIBIADĒUS, a, um, ad Alcibiadem pertinens, Ἀλκιβιάδειος. *Arnob.* l. 6. pag. 198. Hermas Alcibiadei ad corporis similitudinem fabricatos.

[* ALCIBĬON, n. ἀλκίβιον, herba adversus serpentium morsus remedium habens. *Plin.* l. 27. c. 5.

* ALCIDĂMAS, antis, m. Ἀλκιδάμας, luctator insignis, quod ipsum declarat nomen, qui nempe robore suo domare possit alios, apud *Stat.* 10. *Theb.* v. 500. ¶ Alius est apud *Ovid.* 7. *Met.* v. 369. qui in Cea insula admirabundus vidit columbam natam e filiæ suæ corpore.]

ALCĪDES, æ, m. *Hercules*, Ἀλκείδης, Hercules, ita dictus ab avo Alceo. Quidam putant ita apellatum esse a fortitudine; quæ Græce ἀλκὴ dicitur. *Virg.* 8. *Æn.* v. 203. Alcides aderat, taurosque hac victor agebat. *Id. Æn.* 10. v. 320. genitorque Melampus Alcidæ comes. *Id.* 6. *Æn.* v. 123. Quid memorem Alciden? et mi genus ab Jove summo. (*Sidon. carm.* 6. v. 11. ultimam in *Alciden* corripit, non imitandus.) *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 75. Non fugis, Alcide, &c. ¶ Apud Macedonas fuit cognomen Minervæ, ab ἀλκὴ, fortis, strenuus. *Liv.* l. 42. c. 51. Sacrificio Minervæ, quam vocant Alcidem, confecto.

ALCIMĔDE, es, f. Ἀλκιμέδη, Clymeni, vel Autolyci filia, uxor Æsonis, mater Jasonis. *Hygin.* fab. 14. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 317. et *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 236.

ALCIMĔDON, ontis, m. sculptor nobilis. *Virg.* 3. *Ecl.* v. 37. et 44.

[* ALCIMEDONTÆUS, a, um, adject. ad Alcimedontem pertinens. *Campol. in Lithoolex.* Alcimedontæum præsepium, *h. e.* summa arte fabrefactum.]

ALCĬMUS, i, m. nomen viri proprium. *Alcimus Ecditius Avitus* Isicii senatoris, et Viennæ Allobrogum Episcopi filius, eique in ea sede successor, floruit tum vitæ sanctitate, tum scriptis circa A. C. 500. ediditque multa tum soluta oratione, tum carmine, ex quibus non pauca adhuc exstant. Ejus sermo, et stilus est ut illis temporibus non contemnendus. ¶ *Latinus Alcimus Alethius* rhetor circa A. C. 360. laudatur ab *Auson. in Profess.* epigr. 2.

ALCINŎUS, vel Alcinus, Ἀλκίνοος, Nausithoi filius, Rex Phæacum in Corcyra insula justissimus, idemque ditissimus, cujus ædes fuerunt magnificentissime exstructæ, et viridaria bifera erant. Diligentissimus enim hortorum cultor fuit, adeo ut *Alcinoi horti* in proverbium abierint. *Virg. Georg.* 2. v. 87. Pomaque, et Alcinoi silvæ. *h. e.* pomiferæ arbores. *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 81. Quid bifera Alcinoi laudem pomaria? Hinc etiam *Alcinoo dare poma*, *h. e.* noctuas Athenas. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 10. et *Martial.* l. 7. epigr. 41. V. *Noctua.* ¶ *Juventus Alcinoi* apud *Horat.* l. 1. epist. 2. v. 28. proverbialiter dicitur de iis, qui voluptatibus, et deliciis nimis dediti sunt. Nam Alcinous apud *Homer. Odyss.* θ'. inducitur ut studiosus conviviorum, et chorearum, deditus musicæ, et exquisito cultui corporis. ¶ Idem tamen etiam justissimus fuisse traditur, ut dictum est. Judex enim electus inter Jasonem et Medeæ patrem, qui misso Absyrto filio eum armis persequebatur, ut Medeam redderet, sapientissima sententia litem composuit. *Hygin.* fab. 23. ¶ Munificum quoque, et hospitalem fuisse testatur *Ovid.* l. 2. *ex Pont.* ep. 9. v. 42. propter exceptum hospitio Ulyssem naufragum, et large insuper donatum. *Hygin.* fab. 125.

[* ALCIS, is, m. Numen a Naharvalis, Germanica gente, cultum, quod Romani Castorem et Pollucem esse putabant. Præerat ludo ejus sacerdos muliebri veste indutus. *Tacit. de German.* c. 43.

* ALCIPPE, es, f. Hæc mulier elephantum peperisse dicitur *Plin.* l. 7. c. 3. Fortasse idem ostentum est, quod narrant *Liv.* l. 27. c. 11. et *Val. Max.* l. 1. c. 6. puerum nempe elephantino capite natum fuisse.]

ALCITHŎE, es, Ἀλκιθόη, Minyæ filia, Thebana, quæ cum Bacchum, ejusque Orgia contemneret, ceterisque mulieribus sacra celebrantibus, cum sororibus, et ancillis lanificio operam daret, ab irato Baccho in vespertilionem cum sociis mutata est, telæ autem in vitem, et hederam. *Ovid.* 4. *Metam.* fab. 1. et 12.

ALCMÆO, et Alcmæon, ŏnis, Ἀλκμαίων, ονος, Amphiarai vatis, et Eriphyles filius, qui ut patri obsequeretur, matrem ipsam interfecit. Post peractum scelus, cum furiis agitaretur, ad Phegeum flumen confugit expiandi causa, sed ejus filiæ Alphesibϖæ amore captus, eam in uxorem duxit, et monili, quod detractum matri Eriphylæ abstulerat, donavit. Erat autem illud ex auro, et gemmis valde pretiosum, quod illa acceperat ab Adrasto, vel ut alii volunt, Polynice, præmium scilicet ob detectum Amphiaraum maritum, qui ne ad bellum Thebanum traheretur, a quo se non reversurum prævidera, latitabat. Porro Alcmæon, cum nullum furoris remedium apud Phegeum inveniret, ad Acheloum se contulit, cujus

quoque filiam Callirhoen duxit, a qua cum pretiosum illud monile posceretur, ineptissimus homo promisit, et ad Alphesibœam repetendi causa rediit, quo cum pervenisset, commisso cum ejus fratribus acri certamine, illatisque, et acceptis vulneribus omnes occubuerunt. *Hygin.* fab. 71. 73. et 245. ubi tamen scribit Alcmæonem ab Alphesibœæ fratribus, sed ab ipso Phegeo patre fuisse interfectum. Adde *Ovid. Metam.* 9. fab. 10. ubi innuit, Amphiarai filiis ex Callirhoe susceptis datum a Jove, matris precibus, ut ante tempus juvenes fierent, quo celerius patris necem in Phegeo ulciscerentur. ¶ *Plaut. Capt.* 3. 4. 30. et *Cic.* 4. *Acad.* c. 28. in recto casu singulari *Alcmæo* dixerunt: At *Hygin. Alcmæon.*

ALCMÆONĬUS, a, um, ad Alcmæonem pertinens. *Propert.* l. 3. eleg. 3. v. 63. Aut Alcmæoniæ furiæ, aut jejunia Phinei, *h. e.* furiæ, quæ vexasse dicuntur Alcmæonem interfecta matre.

ALCMANĬUM metrum dictum est ab Alcmane poeta Lyrico, qui illud vel invenit, vel sæpe usurpavit. Fuit is Græcus poeta, qui pediculorum morbo obiit, teste *Plin.* l. 11. c. 33. Constat hoc metrum trimetro brachycatalecto, quale est illud: *Spernis decoræ virginis thoros. Ita Serv. in arte de centum metris*, pag. 1818. *Putschii.*

ALCMĒNA, æ, et Alcmene, es, Ἀλκμήνη, filia Electryonis filii Persei, et Andromedæ, uxor Amphitryonis filii Alcæi fratris Electryonis. Hæc, dum Amphitryo maritus belli causa abesset, Jovem sub figura mariti advenientem et domo, et lecto excepit, qui ejus concubitu præter modum oblectatus, eam ipsam noctem duplo, vel ut alii volunt triplo longiorem fecit, et Herculem generavit, cum jam septem menses ex vero Amphitryone gravida esset. Quare duobus postea elapsis mensibus, ex Jove Herculem, ex Amphitryone Iphiclum uno partu edidit. *Hygin.* fab. 29. et alii. Apud *Arnob.* l. 4. pag. 145. legitur, novem noctibus Jovem cum ea fuisse. Hæc fabula est argumentum Amphitryonis Plautini. *Propert.* l. 2. eleg. 18. v. 25. Jupiter Alcmenæ geminas requieverat Arctos, Et cœlum noctu bis sine Rege fuit. ¶ *Plautus* pro *Alcmena* semper *Alcumena* usurpat. Est enim hoc nomen deductum ab ἄλκιμος robustus, fortis, quod ab ἀλκὴ robur; ut sit quasi Ἀλκιμήνη: ceteri Poetæ fere *Alcmena* vel *Alcmene*, Græca positione. *Ovid. Metam.* 9. v. 276. Argolis Alcmene, questus ubi ponat aniles. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1825. Quis poscet Alcmenes onus? *Claudian. in epigr. de laudib. Herc.* v. 48. tibi faciant Alcmena pavorem. ¶ In argumento Amphitryonis *Plauti*, quod quidam *Prisciano*, alii *Sidonio* tribuunt, legitur *Alcumenas* in genitivo singulari more scilicet Dorico. nam Dores inflectunt Ἀλκιμήνα, ας: qua ratione etiam *auras* pro *auræ* dictum esse a *Virg. Æn.* 11. v. 801. notat *Servius.* ¶ Alcumena est etiam titulus cujusdam tragœdiæ *Euripidis*, in qua inducitur Jupiter fœdam tempestatem ciens, dum Alcmena parit. *Plaut. Rud.* 1. 1. 4.

ALCON, ōnis, Cretensis sagittarius peritissimus, comes Herculis. Hic positos supra capita hominum anulos trajiciebat; capillos spiculis sagittarum rumpebat; sagittas sine ferro, positis ex adverso gladiorum, aut lancearum mucronibus findebat: cujus filium cum draco invasisset, tanta arte direxit sagittam, ut ea currens in serpentis deficeret vulnere, nec filium læderet. Hæc *Servius* ad illud *Virg. Ecl.* 5. v. 11. Aut Alconis habes laudes, aut jurgia Codri.

ALCUĪNUS, i, m. Flaccus Alcuinus, seu Albinus, Abbas monasterii S. Martini Turonensis, natione Anglus, [† Bedæ presbyteri auditor,] Caroli M. præceptor sæculo octavo floruit, scripsitque multa Latine, et quidem non infeliciter pro illa ætate: cujus consilio Carolus M. celebre gymnasium Parisiis instituit.

ALCY̆ON, et Halcyon, ŏnis, f. ἀλκυὼν, eadem quæ Alcedo, et Alcyone. *Propert.* l. 1. eleg. 17. v. 2. desertas alloquor alcyonas. *Virg.* 1. *Georg.* v. 398. pennas in litore pandunt Dilectæ Thetidi alcyones. *Servius* hoc loco notat, hanc vocem, cum avem significat (nam et nomen proprium mulieris esse potest) communis generis esse: nullo tamen id exemplo probat.

ALCY̆ŎNE, vel Halcyone, es, f. Ἀλκυόνη, et Ἀλκυόνη, filia Æoli, et Ægiales, quæ præ nimio amore Ceycis mariti sui, qui naufragio perierat, se in mare præcipitavit: quos ambos Jupiter miseratus mutavit in aves sui nominis; de quarum natura V. in *Alcedo.* Appellatur autem *alcyone* ἀπὸ τοῦ ἐν ἁλὶ κύειν, *h. e.* quia in mari nidificat, et pullos educit. Quare scribendum putant *halcyone* cum aspiratione: contra alii aspirationem tollunt, ex auctoritate *Eustath.* qui negat vocabulum ullum esse aspiratione notandum, quod incipiat ab αλ sequente κ. *Ovid. Metam.* 11. v. 746. Incubat Alcyone pendentibus æquore nidis. *Et* v. 567. Nominat Alcyonen, ipsisque immurmurat undis. V. *eund. ibid.* fab. 9. et 10. ¶ *Alcyone* altera fuit Atlantis filia, una ex Pleiadibus, quæ a Neptuno compressa duos peperit filios Rian, vel Hyrean, et Ephoceum. *Hygin.* fab. 157. et 192. De hac *Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 133. Lucidaque Alcyone, Circeque, &c.

ALCY̆ŎNEUS, et Halcyŏneus, i, m. Ἀλκυονεὺς (vox trisyllaba) unus ex Gigantibus Terræ filiis, qui Cælitibus bellum intulere. Hic deceptus consilio Minervæ, quæ hortabatur, ut altius a terra se extolleret, cujus contactu invictus reddebatur, dum audacter altiora peteret, ab Hercule domitus, et sagittis confossus occubuit, et sub Vesevo oppressus est. Ejus septem filiæ patris ruinam deflentes se in mare præcipitavere, et in aves Alcyones mutatæ dicuntur. *Claudian.* l. 3. *de raptu Proserp.* v. 185. fractane jugi compage Vesevi Alcyoneus per stagna pedes Tyrrhena cucurrit?

ALCYONĒUS, et Halcyonēus, a, um, adject. Ἀλκυόνειος, ad Alcyonem pertinens. *Alcyonei dies* dicuntur, quibus Alcyones nidificant, et pariunt, quo tempore maxima maris tranquillitas esse solet, præsertim in Siculo, et Atlantico. *Colum.* l. 11. c. 2. ubi tamen al. aliter leg. ¶ *Alcyoneum medicamen*, vel *Alcyoneum* absolute, et *Alcyonium*, Ἀλκυόνειον, et Ἀλκυόνιον, medicamentum quoddam optimum ad eluendas e vultu maculas, quod quidam apud *Plin.* l. 32. c. 8. ex Alcyonum nido fieri existimant. Unde *Ovid. de medicam. fac.* v. 77. Adjice et e querulo volucrum medicamina nido: Ore fugant maculas, Alcyonea vocant. Alii apud *Plin. loc. cit.* e sordibus tenuioribus spumæ marinæ crassescentibus; alii e limo, vel quadam maris lanugine fieri putant, miram ad lichenas, lepras, lentiginesque tollendas vim habentem. Quatuor ejus genera enumerat *Plin. ibid.* Meminit et *Cels.* l. 5. c. 6. et c. 18. n. 26. et inter rodentia, seu exulcerantia recenset.

ALCYONĬDES dies iidem sunt, qui *Alcyonei. Plin.* l. 10. c. 32. Fetificant bruma, qui dies Alcyonides vocantur, placido mari per eos dies, et navigabili, Siculo maxime.

ALDHELMUS, vel Adelhelmus, vel Anthelmus (totidem enim modis legitur) Schireburgensis, apud Occidentales Saxones in Anglia Episcopus, vitæ sanctitate celebris, scriptis etiam claruit, tum carmine, tum soluta oratione: vixit autem sæculo Christi octavo, quo Latinæ linguæ vigor, et nitor magna ex parte interciderat.

ALĔA, æ, f. *a die, dice; game in which the* tesseræ *or* tali *were thrown; any game of chance; gaming or play of all sorts*, κύβος, proprie significat ludum tesserarum, sed generatim accipitur pro omni ludo, in quo nihil, aut certe parum ars, et ingenium proficit, sed a fortunæ varietate, casuque eventus pendet. *Isidor.* l. 18. c. 60. scribit dictam esse a quodam milite Græco nomine *Alea*, qui in bello Trojano eam invenerit, qua in re vix habet, qui assentiatur. *Voss. in Etymol.* deduci putat ab ἀλᾶσθαι, quod significat vagari, incertum esse, quia nihil ea est incertius. *Cic. Phil.* 2. c. 23. Alea ludere. *Id. Phil.* 13. c. 11. In lustris, popinis, alea, vino, tempus ætatis omne consumere. *Id. Phil.* 2. c. 23. In alea aliquid perdere. *Sueton. in Aug.* c. 70. Indulgere aleæ. *Id. in Domit.* c. 21. Oblectare se alea. *Id. in Calig.* c. 41. Prosperiore alea uti. *to have fortune at command, be lucky. Tacit. de German.* c. 24. Exercere aleam. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 76. Provocare aliquem in aleam. ¶ Dicitur etiam *aleam ludere*, et *in alea ludere. Edict. Prætor.* apud *Ulpian. Digest.* lib. 11. tit. 5. leg. 1. Si quis eum, apud quem in alea lusum esse dicetur, verberaverit. *in celebri editione* Torrentini *deest* in. *Paul. ibid.* leg. 4. Repetitio ejus, quod in alea lusum est. *Ulpian. loc. cit.* Qui aleæ ludendæ causa vim intulerit. *Juvenal.* sat. 8. v. 10. si luditur alea pernox. In quodam carm. apud *Sueton. in Aug.* c. 70. Aliquando ut vincat, ludit assidue aleam. ¶ Etiam apud Romanos aleæ ludus legibus interdictus, fuit ut videre est *Digest.* lib. 11. tit. 5. qui est *de aleatoribus.* Saturnalibus tamen permittebatur, ut ex *Martial.* l. 4. epigr. 14. et l. 5. *epigr. ult.* et *Sueton. in Aug.* c. 71. colligitur. *Horat.* l. 3. od. 24. *sub fin.* seu malis vetita legibus alea. *Cic. Phil.* 2. c. 23. Lege, quæ est de alea, condemnatus. *Et paulo supra.* De alea condemnatos. ¶ *Jacta est alea* proverbio dicitur, cum res fortunæ arbitrio omnino commissa est. Ductum est proverb. a dicto Jul. Cæsaris, qui arma laturus contra rempublicam, cum aliquantisper in finibus suæ provinciæ, quasi reversurus constitisset, repente demum transmisso flumine Rubicone, *Eatur*, inquit, *quo Deorum ostenta, et inimicorum iniquitas vocat: jacta alea est. Sueton.* c. 32. Angl. *the die is cast.* ¶ Translate *alea* sumitur sæpissime pro discrimine, dubitatione, incerto eventu, fortuna, *risk, chance, hazard, luck, fortune. Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 15. *ad fin.* Non perspicitis, aleam quandam inesse hostiis deligendis? *Liv.* l. 1. c. 23. In dubiam imperii, servitiique aleam ire. *Id.* l. 37. c. 36. *in fi.* alea belli. *Id.* l. 42. c. 59. Dare summam rerum in aleam non necessariam. *Columell.* l. 3. *c. ult.* Subire aleam. *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 11. Adire aleam. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 4. Ubi salubritas non est, cultura non aliud est, atque alea domini vitæ, ac rei familiaris. *Columell. in præfat. oper.* Maris, et negotiationis alea. *Horat.* l. 2. od. 1. v. 6. Periculosæ plenum opus aleæ. *Lucan.* l. 6. v. 7. Alea fati. *the decision of fate; fatality. Plin. in præfat. Hist. nat.* M. Tullius extra omnem ingenii aleam positus. *h. e.* extra omnem dubitationem, quin sit omnibus ingenio præferendus. ¶ *Emere aleam* est emere rem incertam, ut jactum retis, missilium, et hujusmodi. *Ulpian. Digest.* lib. 18. tit. 1. leg. 8. et *Paul. ibid.* tit. 4. leg. 7. [† Idem videtur valere quod Terentianum illud *Spem pretii emere.*] ¶ Denique Alea est epithetum Minervæ. V. *Aleus.*

ALEĀRIS, re, alearius, aleatorius, ut *tabella alearis* apud *Cœl. Aurelian. chronic.* lib. 2. cap. 1.

ALEARĬUS, a, um, adject. Amicitia alearia dicitur, quæ ludi aleatorii occasione nascitur: proinde non vera sed falsa amicitiæ species habenda. *Ammian.* l. 28. c. 4. (*al.* 22.) Cum omnes amicitiæ Romæ tepescant, solæ aleariæ sociales sunt, et affectu nimio connexæ.

ALEĀTOR, oris, m. *a dice-player, gamester*, κυβευτὴς, qui sæpe alea ludit. *Cic. in Catil.* 2. c. 10. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur. *Trochaicus versus in iis, quæ Syri mimis subjungi solent.* Aleator quanto in arte est melior, tanto est nequior.

ALEATORĬUS, a, um, adject. ad aleam, vel aleatorem pertinens, κυβευτικός. *Cic.* 2. *Phil.* c. 27. Damna aleatoria. *Augustus* apud *Sueton. in ejus vita* cap. 71. Lusimus per omnes dies, forumque aleatorium calfecimus. *a dice-board. Gell.* l. 18. c. 13. Aleatorio ritu. ¶ *Aleatorium* absolute, locus ubi alea luditur, *a dicing-room, gaming-house, gaming ordinary*, κυβευτήριον. *Sidon.* l. 2. epist. 2. *a med.*

ALĒBAS, vel Alĕvas, æ, m. Ἀλήβας, Larissæorum in Thessalia crudelissimus Tyrannus, ab ipsis tandem satellitibus interfectus, quos ad corporis custodiam adhibebat. *Ovid. in Ibin.* v. 322. Quosque putas fidos, ut Larissæus Alebas, &c. *Et* v. 511. Lapsuramque domum subeas, ut sanguis Alebæ. *sanguis Alebæ* est *Scopas* ex Alebæ progenie, qui subita domus ruina, dum accumberet, oppressus fuit: a qua calamitate divinitus Castorum beneficio Simonides poeta servatus fuit, ut narrat *Phædr.* l. 4. fab. 24.

ALEBRĬA veteres usurpabant pro *bene alentia. Festus.*

ALEC, vel Alex, et Halec, ēcis, n. et f. interdum etiam m. *a sort of pickle, brine*, γαρέλαιον, si *Plinium* audimus l. 31. c. 8. primo, et proprie significat fæcem gari, seu muriæ imperfectam, nec colatam: deinde transiit et ipsum in cibos, et notat genus quoddam salsamenti garo, et muriæ similis, sed tamen distincti ab iis. Conficiebatur enim ex quibusdam minutis pisciculis, vel ex eorum intestinis salito liquamine aspersis, maceratis, et tabefactis. Pervenit deinde, ut addit *Plin.* etiam ad ostreas, echinos, urticas, cammaros, mullorumque jocinora (hoc *Apicii* inventum fuit) et ad luxuriam transiit. Ex quo intelligimus duplicis generis esse alecem, vilis nempe ac pauperum, et pretiosi ac divitum mensis aptum. *Plaut. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 395. Qui mihi olera cruda ponunt, halec danunt. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 73. ego fæcem primus et alec, Primus et inveni piper album. *fæcem et alec* pro eodem dixit hoc est alecem ex fæce, ut *Virg. Georg.* 2. v. 192. *pateris libamus et auro*: ἓν διὰ δυοῖν. V. *Fæx. Plin. loc. cit.* Alece scabies pecoris sanatur, infusa per cutem incisam. *Apic.* l. 7. c. 6. Thymum, cepullam, dactylum, alecem colatum, melle et vino temperabis. *Martial.* l. 3. epigr. 77. Capparin, et putri cepas alece natantes. ¶ Est etiam hoc nomine pisciculus quidam vilis, ita dictus vel quod alece aptissime condiatur, vel quod ex eo primum alec fieri cœperit. *a herring. Isidor.* l. 12. c. 6. et *Columel.* l. 8. *c. ult.* cujus verba V. in *Alecula.* Sunt qui putant non piscem aliquem peculiarem hoc nomine significari, sed generatim viles pisciculos, qui alece condiri solent. ¶ Ad scriptionem quod attinet, sunt qui appingunt aspirationem derivantes a Græca voce ἅλς, ἁλὸς, sal: sed sæpius sine aspiratione scriptum legitur. Apud *Plinium* in omnibus fere editionibus legitur *alex* in recto casu: apud *Horatium* vero *alec*, et in antiquissimis quibusdam Codicib. etiam *allec* duplici *ll*: quam scriptionem admisit in *Horatio* suo *Bentleius.* ¶ Monet *Priscian.* l. 6. pag. 686. *Putsch.* carere plurali numero. ¶ Translate ponitur pro fæce, et re vili. V. *Allex.*

ALECĀTUS, vel Halecatus, a, um, alece conditus. *Apic.* l. 7. c. 6. Jus alecatum. Incertum tamen est an *Apicii* hæc verba sint, quæ tituli instar sub finem ejus capitis leguntur.

ALECTO, us, f. Ἀληκτὼ, οῦς, una ex tribus Furiis Inferorum, quæ Latine sonat *non cessans*: ab *a* privativa, et λήγω, cesso: quia a suppliciis sumendis de improbis nunquam cessat. *Virg.* 7. *Æn.* v. 341. Gorgoneis Alecto infecta venenis. Et v. 324. Luctificam Alecto Dirarum ab sede sororum. τὴν Ἀληκτώ. ¶ Genitivum *Alectus* apud Latinos Scriptores nondum vidimus: poterit tamen sine reprehensione usurpari ex Græca analogia τοῦ Ἀληκτόος, οῦς.

ALECTORĬA, æ, f. *a stone found in the maw or gizzard of a cock, of the bigness of a bean, and of a crystal colour*, gemma crystallina specie, magnitudine fabæ, quæ in ventriculo galli gallinacei inveniri dicitur. Gallus enim Græce ἀλέκτωρ dicitur. *Plin.* l. 37. c. 10. ¶ Hæc vox revera adjectivum est, et subintelligitur *gemma.* Quare *alectorius lapis* apud *Solin.* legitur cap. 1. (*al.* 4.) tametsi *Salmas.* aliter edidit.

ALECTORĬUS. V. *Alectoria.*

ALECTOROLŌPHOS, i, *the herb cock's comb, so called from its resemblance to the comb of a cock*, ἀλεκτορόλοφος, herba est tussientibus utilis, foliis galli gallinacei cristæ similis, caulem tenuem, semenque nigrum in siliquis habens, sic dicta ab ἀλέκτωρ, gallus, et λόφος, crista. Hinc a Latinis crista dicitur, teste *Plin.* l. 27. c. 5. *sub fin.*

ALECŬLA, et Halecula, æ, f. genus vilis cujusdam

[illegible] ... et Bellerophon, et [illegible] ... scriptum.

ALEIUS [illegible] Ἀλήϊος [illegible] ... a Jove de- [illegible] ... per illos erravisse. [illegible] Quique ab equo praeceps in Aleia decidit arva. Cic. vertens Homeri versum, 3. Tuscul. c. 26. Qui miser in campis mœrens errabat Aleis. pro *Aleiis:* synæresis. *Hygin.* fab. 57. Decidit in campos Aleios. *Avien. in Perieg.* v. 1046. Hic cæspes late producit Aleius arva.

ALEMANNI cum derivatis V. [illegible]

ALEMŌNA, vel Alimona, æ, f. Dea Romanorum alendis [illegible] fœtibus præses. *Tertull. de Anim.* cap. 37.

ALEMONĪDES, idæ, m. patronym. filius Alemonis, [illegible] Myscelus, qui ex Græcia in Italiam Herculis monitu veniens, Crotonem ædificavit. *Ovid. Metam.* 15. v. 19 et seq.

ALEO, onis, m. *a dice-player, gamester,* κυβευτὴς, aleator. [illegible] apud *Festum.* Ganeo, lurco, aleo. *Catull.* carm. 29. *in Mamur.* v. 2. Nisi impudicus, et vorax, et [illegible] helluo. [illegible] Et impudicus, et vorax, et aleo. [illegible] notat, hunc versum in quibusdam MSS. deesse. *Sallust. in Catil.* c. 14. Quicumque impudicus, adulter, ganeo, aleo, &c. *Alii* omittunt τὸ aleo. *Tertullian. de fuga in persecut. cap. penult.* Fures balnearum, et aleones, et lenones.

ALES, alitis, m. et f. [† ab *ala*] *a bird, chiefly of the larger kind, a fowl,* ὄρνις, generale nomen eorum animalium, quæ alas, et pennas habent, et ova pariunt: quare minus late patet quam *volucris*, quæ vox dicitur de omni eo, quod volat, sive pennas habeat, sive non. Quare vespertilionem *volucrem* proprie dicemus, non *alitem*, quia alas quidem habet, non autem pennas. Hoc tamen discrimen non est perpetuum. *Virg.* 1. *Æn.* v. 394. Jovis [illegible] ætheria [illegible] aquila. *Id.* 5. *Æn.* v. 506. ales exterrita pennis. Et 12. *Æn.* v. 247. fulvus Jovis ales. *Horat.* l. 3. od. 4. *in fi.* ales additus custos. *Plin.* l. 23. c. 1. Alites villaticæ. *h. e.* gallinæ, anseres, palumbi, et aliæ, quæ in villis aluntur. [¶ Interdum ales canorus apud *Horat.* l. 2. od. 20. v. 15. et absolute ales apud *eumd.* l. 1. od. 6. v. 2. accipitur pro cygno, seu poeta. *Id. loc. cit.* Scriberis Vario Mæonii carminis aliti, *h. e.* Vario poetæ epico, qualis fuit Homerus; *ales* vero *carminis* idem est ac poeta qui canit carmen. *Id.* l. 4. od. 2. v. 25.] ¶ Apud Latinos augures *alites* dicuntur, teste *Festo* in [illegible], quæ [illegible] alis, et volatu faciunt: *oscines*, quæ ore, et cantu. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 64. Quamquam aves quasdam et alites, et oscines, ut nostri augures appellant, rerum augurandarum causa esse natas putamus. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 53. Tum huc, tum illuc volent alites: tum a dextra, tum a sinistra parte canant oscines. *Id. Fam.* 6. ep. 6. Non igitur ex alitis involatu, nec e cantu sinistro oscinis, ut est in nostra disciplina, tibi auguror. Adde *Plin.* l. 10. c. 19. *in fi.* ¶ Sæpe a poetis adjective usurpatur, et ponitur pro alato, et volanti, *winged, flying*, et tribuitur iis, quæ alas habent, licet aves non sint. *In carm. quodam* apud Cic. l. 1. *de Invent.* c. 19. Angues ingentes alites juncti jugo. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 714. et *Stat.* 4. *Theb.* v. 605. Deus ales. *h. e.* Mercurius, qui alas in pedibus habere fingitur. *Id.* 3. *Amor.* eleg. 12. v. 24. Victor Abantiades alite fertur equo. *h. e.* Pegaso, qui alatus fuisse dicitur. *Claudian. in I. Consul. Stilich.* l. 2. v. 408. Fama ales. ¶ Translate sumitur pro volanti, veloci, agili, *swift*, [illegible] *rapid*, [illegible]. *Virg.* 8. *Æn.* v. 430. tres ignis, et alitis Austri. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 587. passu volat alite virgo. *Sil.* l. 3. v. 365. alite plumbo. *h. e.* glande plumbea, quæ funda mittitur. *Prudent. in Psychom.* v. 323. ales arundo nervo pulsa fugit. *h. e.* sagitta. ¶ *Aliti* in ablativo. *Senec. in Med. sub fin.* Ego inter auras aliti curru vehar. Ita enim videtur postulare ratio metri: neque repugnant Grammatici. ¶ In genitivo plurali *alitum* facit, et addito *u* metri causa *alituum*. *Martial.* l. 13. epigr. 61. Inter sapores fertur alitum primus. *Virg.* 8. *Æn.* v. 27. Alituum, pecudumque genus sopor altus habebat. ¶ *Ales* cum verbo pluralis numeri. *Ovid. Metam.* 5. v. 297. hominemque putat Jove nata locutum: Ales erant, numeroque novem sua fata querentes.

ALĒSA. V. *Halesa.*

ALESCO, is, n. 3. *to grow, increase,* αὔξάνω, idem quod [illegible] *Varro* l. 1. *R. R.* c. 44. [illegible] alescunt. et cap. 4. [illegible] Alescendo robo[illegible] *Lucret.* l. 2. v. 11[illegible] Denique ad [illegible] summum tetigere cacumen.

ALETHIA, f. [illegible] haretico[illegible], apud *Tertull. advers. Valentinian.* c. 12. Est autem Græca vox ἀλήθεια, et veritatem significat.

ALETINUS, a, um, adject. [illegible] sunt populi Salentinorum in Apulia. *Plin.* l. 3. c. 11.

ALETIUM, ii, n. [† nunc [illegible] vel] [illegible], Ἀλήτιον, urbs provinciæ Hydruntinæ, primaria Regionis, ac totius Regni post Neapolim clarissima, 7. M. P. ab ora maris Adriatici, inter Brundusium ad Occ. et Hydruntum ad Ort. *Plin.* l. 3. c. 11.

ALETRĪNAS, atis, adject. ad Aletrium oppidum pertinens. *Cic. pro Cluent.* c. 16. Ex Aletrinate municipio. ¶ *Aletrinates, um* sunt populi Aletrii. *Cic. ibid.* et c. 20. et *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ Scribitur et *Alatrinas.*

ALETRINENSIS, se, adject. idem quod Aletrinas. *Cic. pro Balb.* c. 22. Aletrinensis fœderatus. *Alii aliter leg.*

ALETRĪNUS, a, um, adject. *Aletrini, orum* apud *Plin.* l. 3. c. 11. sunt populi Apuliæ. *Inscript.* apud *Reines.* class. 3. n. 83. S. P. Q. Aletrinus.

ALETRĬUM, et Alatrium, [† Ἀλάτριον *Plaut. Capt.* 4. 2. 103.] ii, n. [† nunc] *Alatri*, urbs Latii in Hernicis Colonia Romanorum, inter Anagniam, et Soram. *Frontin. de Colon.* pag. 102. *Gor.* et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 4[illegible]1. n. 7.

ALETŪDO, inis, f. corporis pinguedo. *Festus.*

ALĔVAS. V. *Alebas.*

ALĒUS, a, um, adject. idem quod *Alius*, cum pro *Elio* sumitur, hoc est ad Elidem Achaiæ urbem pertinens. *Plaut. Capt. prol.* v. 31. Summo genere captum esse equitem Aleum. ¶ Et *Alei, orum* sunt Elidis incolæ. *Id. ibid.* 2. 2. 30. Cum ei in Aleis tanta gratia est, ut prædicas. ¶ Sic *Alis, idis* pro *Elis, idis* ab eodem dictum est. V. ¶ *Alea Minerva* dicitur a *Stat. Theb.* 4. v. 288. propter templum, quod in Arcadia habuit, et dicatum ab Aleo Aliphantis filio, Arcadiæ rege. Vel ita cognominata est ab Alea urbe Arcadiæ. ¶ De campis Alēis V. in *Aleius.*

ALEX. V. *Alec.*

ALEXANDER, dri, Ἀλέξανδρος, filius Philippi Regis Macedoniæ, et Olympiadis filiæ Neoptolemi Regis Molossorum, cognomento *Magnus*, natus ex duabus in Græcia præstantissimis familiis, nempe ex Herculis, et Æaci posteritate, forma fuit humana pæne augustiore, cervice celsa, lætis oculis, et illustribus, malis ad gratiam rubescentibus, reliquo etiam corpore non sine majestate decorus. Plures habuit præceptores, inter quos *Aristotelem*, ex cujus disciplina decem ferme annis informatus est. Mortuo patre, annos natus viginti Regni administrationem suscepit. Græcia universa sibi parere coacta, bellum intulit Dario Regi Persarum, eumque devicit cum multis aliis Regibus: Asiam, et totum pæne Orientem subegit, aliquam etiam Indiæ partem. Sed ultra Liberi Patris terminos progredi ausus non est, frequenti præsertim seditione militum. Plures urbes variis in locis condidit, quas a suo nomine appellavit. Cum ex India in Macedoniam reverteretur, ab Antipatro Macedoniæ Præfecto veneno aquæ Stygiæ sublatus est, [sed tamen *Senec.* ep. 83. et *Solin.* c. 9. al. 15. narrant, Alexandrum intemperantia bibendi exstinctum fuisse.] Babylone, in convivio, apud Thessalum Medicum, anno ætatis XXXII. Regni XII. Ejus res gestæ a multis scriptæ sunt, præcipue a *Plutarcho*, et a *Q. Curtio*. De eo etiam mentio facta est in Sacris Libris, lib. 1. *Machab.* ¶ Alii fuere hoc nomine celebres viri, de quibus consule historicos. ¶ Etiam *Alexandrus* in nominativo singulari posse usurpari ait *Charis.* l. 1. pag. 64. *Putsch.* sed nullum affert exemplum.

ALEXANDRĪA, æ, f, Ἀλεξάνδρεια, cognomento Magna, [† nunc *Scanderia* Turcis,] urbs Ægypti, in ora, ab ostio Canopico 12. M. P. in Occ. Condita est ab Alexandro Magno Olympiade 112. ante Salvatoris adventum anno 320. intra spatium 17. dierum cum sex millibus murorum passibus, ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe girato laciniosa, anguloso dextra, lævaque procursu. Sed postea amplificatam Dinocrates Architectus dicitur metatus esse mirabili ingenio 15. M. P. laxitate. *Plin.* l. 5. c. 10. ¶ Hoc nomine multæ aliæ urbes numerantur: de quibus V. Geographos. ¶ Etiam *Alessandrēa* scribi solere, testatur *Priscian.* l. 2. pag. 588. *Putsch.* atque ita exaratum legitur in plerisque Codicib. apud *Horat.* l. 4. od. 14. v. 35. et in *Inscriptionib. duab.* apud *Gruter.* pag. 376. n. 3. et pag. 525. n. 2.

ALEXANDRIĀNUS, a, um, ad Alexandrum pertinens, ut *Alexandriani sodales* apud *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 63. instituti in honorem Alexandri Severi inter Deos post mortem relati. *Al. leg.* Alexandrini. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 365. n. 7. Leg. VII. Gem. Severianæ Alexandrianæ. Sic *Antoniniani* ab Antonino.

ALEXANDRĪNUS, a, um, *Alexandrian, relating to Alexandria*, adject. ad Alexandriam pertinens præcipue eam, quæ est in Ægypto, ut *Alexandrinæ naves* apud *Sueton. in Aug.* c. 98. ex quibus collecta classis supportando frumento maxime (quamquam et aliis mercibus) in Italiam ab Augusto instituta fuit. ¶ [illegible] *tia*, apud *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 110. quod Alexandrini populi voluptatibus, et deliciis maxime diffluerent. Sic *Alexandrina deliciæ* apud *Quintil.* l. 1. c. 2. quod in proverbium abiit. Videtur autem *Quintil.* [illegible] Alexandrinos pueros, qui dicacitate, et verborum licentia dominos oblectabant, garruli præter ceteros, et ridiculi, adeoque in deliciis habiti. ¶ *Alexandrini, orum* sunt Alexandriæ incolæ. *Sueton. in Ner.* c. 20. &c.

ALEXANDROPŎLIS, urbs Parthorum condita ab Alexandro Magno. *Plin.* l. 6. c. 25.

ALEXĒTER, eris, m. ἀλεξητὴρ, propulsator, depulsor, defensor, auxiliator: ab ἀλέξω, arceo, depello. *Alexeter* apud *Plin.* l. 34. c. 8. est nomen signi a Polycleto facti. Ita enim eo loco legit *Harduin.* Verba *Plinii* sunt: *item* (fecit Polycletus) *Mercurium, qui fuit Lysimachiæ: Herculem, qui Romæ: Alexetera arma sumentem: Artemona, qui* &c. Quidam leg. *Herculem, qui fuit Romæ, alexeterion arma sumentem*, hoc est arma depulsoria, et ad arcendum, ac defendendum apta. Alii aliter.

ALEXICĂCUS, i, ἀλεξίκακος, depulsor malorum: epithetum Apollinis et Herculis, quod ii mala arcere ab hominibus crediti sunt: ab ἀλέξω, arceo, depello, et κακὸν, lum. Scribit hanc vocem *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. Græcis litteris: Latinis *Lactant.* l. 5. c. 3. Simulacrum sub Herculis Alexicaci nomine constitutum.

ALEXIPHARMĂCON, i, n. *an antidote or medicine against poison, enchantments, and witchcraft,* ἀλεξιφάρμακον, medicamentum contra venena, et veneficia: ab ἀλέξω, arceo, depello, et φάρμακον, medicamentum. *Plin.* l. 21. c. 20. Nec magis alia herba convenit medicamento, quod alexipharmacon vocant.

ALEXIRHŎE, es, Ἀλεξιρόη, nympha filia Granici amnis ex Ida Phrygiæ monte profluentis, quæ ex concubitu Priami Æsacon peperit. *Ovid. Metam.* 11. v. 763. ubi alii legunt *Alyxithoe.* V. *Æsacus.*

ALEXIS, is, vel idis, m. Asinii Pollionis puer, quem Virgilius ejus amore captus a Pollione dono accepit, et de eo scripsit secundam eclogam, ubi vers. 1. Formosum pastor Corydon ardebat Alexin et vers. 6. O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. *Serv. ad hunc locum*, ubi addit, ab aliis per Alexin intelligi Cæsarem Augustum, ab aliis ejus puerum. ¶ Fuit etiam hoc nomine servus Amanuensis T. Pomponii Attici, de quo *Cic. Attic.* l. 7. ep. 2. Alexidis manum amabam, &c. et l. 16. ep. 14. In tuis quoque epistolis Alexim videor agnoscere. [¶ Alexis nobilis etiam fuit statuarius, Polycleti discipulus. *Plin.* l. 34. c. 8.]

ALFĒNUS, i, m. P. Alfenus Varus Cremonensis jureconsultus, Servii Sulpicii discipulus, rerumque antiquarum non incuriosus, ut ait *Gell.* l. 6. c. 5. plurimum auctoritatis habuit, et consul fuit una cum P. Vinucio A. Ch. 2. U. C. 754. ut est apud *Murator. To.* 1. *Inscription.* pag. 299. Ejus meminit *Pompon. Digest.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. §. 44.

ALGA, æ, f. *a herb, or weed, growing on the sea-shore, or in the sea; sea-weed, reits; a sort of sedge,* βρύον θαλάσσιον, μνίον, herba est in mari nascens, cujus plura genera referunt herbarii, sed generatim accipitur a Latinis pro omni herba in marinis aquis nascente, eisque innatante, et quæ fluctuum agitatione ad litus ejicitur. *Horat.* l. 3. od. 17. v. 9. cras foliis nemus Multis, et alga litus inutili Demissa tempestas ab Euro Sternet. ¶ Itaque sæpe pro re vilissima. *Id.* l. 2. sat. 5. v. 8. Et genus, et virtus, nisi cum re, vilior alga est. *Virg. Ecl.* 7. v. 42. projecta vilior alga. ¶Est tamen quoddam algæ genus, quod Græce φῦκος, et Latine *fucus* dicitur, lactucæ simile, qui tingendis purpura lanis adhibebatur. V. *Fucus.* Ejus quoque plura genera recenset *Plin.* l. 26. c. 10. Adde l. 32. c. 6. *sub fin.* ubi *algum maris* appellat, et adversus serpentes prodesse, ex *Nicandro* tradit.

ALGENS, tis, *cold, chill, chilly;* algidus. *Plin.* lib. 14. c. 2. Vites meliores algentibus locis, quam calidis. *Stat.* 3. *Theb.* v. 469. algentes laxavit sole pruinas. *Plin.* l. 20. c. 11. Olusatri succus algentes calefacit potus. *takes off the chill.* ¶ *Algentia folia* piceæ dicit *Plin.* l. 16. c. 10. quia horrida sunt, et veluti frigore usta. ¶ *Algentes togas* appellat *Martial.* l. 12. epigr. 36. et l. 14. epig. 137. quæ adeo tritæ sunt, vel leves, ut iis indutos algere faciant.

ALGENSIS, e, adject. qui in alga nascitur, vel nutritur. *Plin.* l. 9. c. 37. Purpurarum genera plura, pabulo, et solo discreta: Lutense putri limo, et algense enutritum alga, vilissimum utrumque.

ALGĔO, es, alsi, sine sup. *to be cold, to be chill, to starve with cold, quake or shudder with cold,* ψύχομαι, patior frigus, frigidus sum: cui *æstuo* opponitur. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 14. Erudiunt juventutem venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. *by accustoming them to the extremes of cold and heat.* Sic *Horat. de art. poet.* v. 413. Multa tulit fecitque puer, sudavit, et alsit. *Nævius* apud *Cicer.* l. 2. *de Orat.* c. 70. Sapiens, si algebis, tremes. *Terent. Adelph.* 1. 1. 11. Ego, quia non rediit filius, quæ cogito! ne aut ille alserit, aut uspiam ceciderit, aut perfregerit aliquid. *Plin.* l. 17. c. 24. *de vitium morbis.* Ægrotant, et cum alsere, læsis uredine attonsarum oculis.

¶ Translate *Juvenal.* sat. 1. v. 74. Probitas laudatur, et alget. *h. e.* negligitur, non colitur. *starves.* ¶ *Festus* scribit *algeo* dictum esse a Græco ἀλγέω, doleo, quia frigus dolorem affert.

ALGESCO, is, n. *to grow cold, or cool,* algore corripior. *Prudent. in Apotheos.* v. 210. rabiem flammarum algescere cogit. *to subside, die away, become extinguished.*

ALGIĀNA genus est oleæ apud Latinos, quam commemorat *Colum.* l. 5. c. 8.

ALGIDENSIS, se, adject. ut raphanus Algidensis, qui circa Algidum montem nascebatur, longus, et translucidus. *Plin.* l. 19. c. 5.

ALGĬDUM, [† hod.] *Rocca del Papa,* opp. Latii in alto monte, Tusculo finitimum, a Roma 12. M. P. Dictum est ex aeris algore. Similiter ipse mons *Algidus,* et sylva monti subjacens, in cujus ingressu Regillus lacus est, *Algida* dicitur. [† Hod.] *Selva dell' Aglio.* De monte *Horat. in carm. sæculari sub fin.* Quæque Aventinum tenet, Algidumque Diana, &c. *Id.* l. 1. od. 21. v. 6. Algido gelido. Et l. 3. od. 23. v. 9. Algido nivali. ¶ De oppido *Flor.* l. 1. c. 11. Sora, et Algidum terrori fuerunt. ¶ Adjective *Ovid.* 6. *Fast.* v. 721. Volscos, Æquosque fugatos Viderat in campis Algida terra tuis. *Martial.* l. 10. epigr. 30. Tusculanos, Algidosque secessus.

ALGĬDUS, a, um, *cold,* κρυόεις, κρυερὸς, frigidus. *Catull.* carm. 62. *de Aty.* v. 70. Algida Idæ nive amicta loca colam. *Nævius* apud *Cicer. in Orat.* c. 45. Vos qui accolitis Istrum fluvium atque algidam. *subaudi* regionem. ¶ Substantive *Symmach.* l. 3. epist. 50. Ut æstas mihi Prænestino algido frangeretur. *by the cooling breezes of Præneste.*

ALGIFĬCUS, a, um, *causing cold,* ψυχροποιός, frigus inducens. *Gell.* l. 19. c. 4. Quod timor omnis sit algificus.

[* ALGOLENTUS, a, um, adject. marinis algis adspersus. *Campol. in Litholex.* Algolentæ bestiæ, *h. e.* marinæ.]

ALGOR, oris, m. *cold, shivering, chilness, shuddering,* ψῦχος, κρύος, ab algeo, idem quod frigus, et proprie frigus vehementius. *Sallust. in Catil.* c. 5. Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris. *Tacit.* 3. *Hist.* cap. 22. Confectus algore, atque inedia. *Plin.* l. 15. c. 4. Oleo natura tepefacere corpus, et contra algores munire. ¶ Pro hyeme. *Plin.* l. 8. cap. 39. Viperæ alias vel annua fame durant, algore modo dempto. *excepting the winter.*

ALGŌSUS, a, um, *cold, full of cold,* alga abundans. *Plin.* l. 22. c. 9. Vivunt et algosis. *subaudi* locis. [*Auson.* epist. 7. v. 42. Algosum littus.]

ALGUS, i, m, *cold, starvation,* idem quod algor. *Lucret.* l. 5. v. 746. hyems sequitur, crepitans ac dentibus algus. *Alii leg.* algor. *Id.* l. 3. v. 733. Sollicitæ volitant morbis, algoque, fameque. *Alii leg.* alguque, ut sit ab *Algus, us* 4. declinat. Nam etiam *Plaut. Mostell.* 1. 3. 36. Nisi ego illam anum interfecero siti, fameque, atque algu. Et *Rud.* 2. 7. 24. Tu vel suda, vel peri algu. Et *in fragment. Vidular.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 699. *Putsch.* Mœrorem, paupertatem, algum, famem. Adde *Accium, Varron.* et *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 28. ¶ *Charis.* vero l. 1. pag. 23. ponit *algu, u,* neutrius generis, sed nullo exemplo confirmat.

ALĬA, æ, V. Allia.

ALĬA, *by a different way,* ablativus adjectivi *Alius* absolute adverbii modo positus, omissa δὲ ἔλλειψιν voce *via.* *Lucret.* l. 6. v. 986. Nam penetrare alia sonitus, aliaque saporem Cernimus e succis, alia nidoris odores. *Al. leg.* alio. *Plaut. Rud. prol.* v. 9. Jupiter nos pergentes alium alia disparat. *Flor.* l. 2. c. 12. Cum alia minitatus, alia irrepsisset. *Liv.* lib. 44. cap. 43. Equites sine duce relicti, alii alia in civitates suas dilapsi sunt. *some one way, and some another.*

ALIACMON, onis, Ἀλιάκμων, fluvius rapidissimus Macedoniæ, qui illam a Thessalia separat, et in Ægeum mare inter Pydnam, et Dium influit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 37. Moratus ad flumen Aliacmonem. *Claudian. de B. Get.* v. 179. Et frustra rapidum damnant Aliacmona Bessi. *Aliacmona* accusativus est Græcæ positionis. ¶ Scribitur etiam *Alyacmon, Aliagmon,* et *Haliacmon.*

ALĬAS, *in another way, after another fashion, at another time,* ἄλλοτε, *on another occasion,* alia vice, alio tempore, et tam præterito quam futuro, et sæpe etiam indefinito. *Cic.* 4. *Acad.* c. 3. Quibus de rebus et alias sæpe nobis multa quæsita sunt. *Id. Divin.* l. 2. c. 2. Sed hæc alias pluribus: nunc ad institutam disputationem revertamur. *Id. Fam.* 7. ep. 6. sed plura scribemus alias. *Id.* l. 2. *Divin.* c. 7. Itaque et illi alias aliud de iisdem rebus sentiunt. ¶ Cum aliis particulis *raro, non, sæpe,* et similibus. *Liv.* l. 45. c. 20. Raro alias quisquam rex tanto favore est auditus. *Id. ibid.* c. 7. Non alias ad ullum spectaculum tanta multitudo occurrit. *Cic.* 4. *Tuscul.* cap. 4. Quod cum sæpe alias; tum nuper studiose egimus. ¶ Repetitur etiam in oratione; neque bis modo, sed et ter, et quater; habetque eandem fere vim ac *interdum,* aut *modo.* *Cic.* 2. *de Fin.* c. 27. Nec potest quisquam alias beatus esse, alias miser. *sometimes happy, sometimes unhappy. Id.* l. 1. *de Invent.* c. 52. Licebit alias transire omnes argumentationes, alias ad partitiones singula genera referre, alias ab auditore, quid desideret, quærere, alias hæc facere, &c. ¶ Nonnunquam pro *alias* repetito ponuntur aliæ particulæ, *interdum, plerumque, aliquando,* et hujusmodi. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 54. Geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias. *Plin.* l. 7. c. 15. Partus alias lethalis, alias una senescens, aliquando alvo citatiore excidens. ¶ Pro *aliter* sequente *quam, otherwise, in a different manner. Curt.* l. 8. cap. 1. Debilitatum vulnere jacuisse, non alias, quam simulatione mortis, tutiorem. ¶ Item pro alioquin, *in other respects, otherwise. Tacit.* 16. *Ann.* c. 1. Ne reges Numidarum, et alias infensi, cupidine auri ad bellum accenderentur. *Plin.* l. 25. cap. 2. Homerus, multus alias in admiratione Circes, gloriam herbarum Ægypto tribuit. *Plinio* seniori familiaris admodum hæc locutio est. ¶ Item pro aliquando. *Plin.* l. 26. c. 3. Quinque res maxime communium auxiliorum professus, abstinentiam cibi, alias vini, fricationem corporis, ambulationem, gestationes. ¶ Item pro tamen. *Apulei.* l. 9. *Metam.* Dolio, quod erat in angulo semiobrutum, sed alias vacuum, hominem abscondit. ¶ Item pro alibi, *elsewhere.* sed raro. *Justin.* l. 4. c. 1. Nusquam alias tam torrens fretum.

ALĬBI, *elsewhere, in another place,* ἀλλαχοῦ, alio in loco. *Cic. Attic.* l. 13. *in fin.* Cum præteriret, omnis armatorum copia dextra sinistra ad equum, nec usquam alibi. *subaudi* stabat. *Liv.* l. 38. cap. 46. Exercitus trifariam dissipatus, alibi primum, alibi postremum agmen, alibi impedimenta, inter vepres delituit. *the vanguard in one place, the rear in another,* &c. *Id.* l. 44. c. 35. Medium spatium torrentis alibi aliter cavati. *of various depths in different places. Plin.* l. 34. c. 14. Hæc alibi, atque alibi utilior, &c. *more useful in one place than in another.* ¶ Sæpe post se habet particulam *quam. Tacit.* 1. *Ann.* cap. 77. Ne alibi quam in Theatro, Pantomimi spectarentur. *in no other place but the Theatre. Liv.* l. 5. c. 52. Num alibi, quam in Capitolio, pulvinar suscipi potest? *Tacit.* 1. *Hist.* c. 4. Evulgato imperii arcano, posse principem alibi, quam Romæ, fieri. *out of Rome as well. Plin.* l. 32. c. 10. Silurus et alibi, quam in Nilo nascitur. *Quintil.* l. 11. c. 1. *a med.* Pleraque quæ natura non sunt reprehendenda, alibi, quam mos permiserit, turpia habentur. *h. e.* alibi quam ubi mos permiserit. *Apulei. in Florid.* n. 18. Facilius laudes vestras alibi gentium, quam apud vos prædicarim. ¶ Pro in alia re. *Liv.* l. 30. c. 35. Nec spem salutis alibi, quam in pace impetranda, esse. *in nothing else but the obtaining of a peace. Cels.* l. 6. c. 6. n. 8. Videlicet hic quoque, ut alibi, cum secunda vana fuerint, contrariis adjuvantibus. *in this as well as other cases,* &c. *Terent. Andr.* 2. 5. 9. Neque istic, neque alibi tibi usquam erit in me mora. *neither on this, nor on any other occasion.*

ALIBĬLIS, le, *nourishing, nutritive, full of nutriment, rich,* θρεπτικὸς, ad alendum aptus. *Varr.* l. 2. *R. R. c. ult.* Lac est omnium rerum, quas cibi causa capimus, maxime alibile. *Et paulo post.* Casei cum molles sunt, maxime alibiles. ¶ Passive de eo qui facile alitur, et crescit, et pinguescit. *Varr.* l. 3. *R. R.* cap. 9. *de pullis gallinarum.* Prodigendi in solem, et in sterquilinium, ut se volutare possint, quod ita alibiliores fiunt. *so they become more nourishing, more rich.*

ALĬCA, æ, f. *a kind of corn resembling wheat,* Duplex est nativa, et factitia. Nativa est genus frumenti, quod a Græcis χόνδρος appellatur, et videtur esse illud idem, quod ab Anglis dicitur *spelt.* Est autem species zeæ *duplicis,* hoc est quæ spicas profert geminis granorum versibus: (est enim altera species *simplex* dicta, quia simplici granorum ordine constat) quæque a Latinis generali vocabulo *semen* appellata est. Hinc *Plin.* l. 18. c. 7. et l. 22. c. 25. diserte alicam refert inter genera frumenti. Adde *Caton. de R. R.* c. 76. ubi *alicam primam* appellat. ¶ Alica factitia est sorbitio, vel puls ex alica nativa confecta. *a kind of pottage, or drink made of spelt, or any other sort of corn; frumenty, flummery, barley broth, &c.* Tundebatur enim alicæ granum pila lignea, excussisque ejus tunicis, iterum concidebatur, et in particulas minutiores comminuebatur. Ex quo tria alicæ factitiæ genera erant; alterum *grandissimum* (quod et aphæremа Græco vocabulo dictum est) ex granis alicæ confectum, quibus tunicæ solummodo excussæ essent: alterum *secundarium,* cum præterea grana ipsa in minutiores particulas contusa erant: tertium *minimum,* cum in tenuissimas. Granis alicæ hoc modo tusis admiscebatur creta, vel gypsum, vel lac ad candorem inducendum: cum vero uti ea opus esset, eluebatur diligenter creta, ne noceret stomacho, ipsaque alica vel mulso, vel alio quopiam condimento imbuebatur, habebaturque in deliciis. *Martial.* lib. 13. epigr. 6. Nos alicam, mulsum poterit tibi mittere dives: Si tibi noluerit mittere dives, eme. *Id.* l. 2. epigram. 37. Stillantemque alica sua palumbum. *Martial.* hoc loco intelligit palumbum coctum, et alica aspersum condiendi gratia: vel palumbum saginatum alicæ granis, atque præ adipe stillantem. ¶ In medicina etiam multus erat alicæ usus. torrebantur enim ejus grana, et dabantur ad sistendam alvum: vel decocta, additoque lacte, et melle, sumebatur ab iis, qui ex longo morbo ad tabitudinem redacti essent; item syntexi laborantibus, &c. Nam hujusmodi sorbitio valde alibilis habebatur. Utilis etiam erat in sola aqua decocta, et colata, expresso succo: quæ *alica elota* dicitur a *Cels.* l. 6. c. 6. et *Plin.* l. 22. c. 25. ¶ Adulterabatur cum fiebat e zea in Africa proveniente, quæ est latioribus spicis, et nigrioribus, et brevi stipula. Præterea cum fiebat adhibitis tritici granis. Illud etiam alicæ genus, quod ex hordeo semimaturo tosto, et molito fieri, scribit *Pallad. in Jun.* tit. 12. inter adulterina recensendum videtur. V. alia huc pertinentia apud *Plin.* l. 18. c. 11. et l. 22. cap. 25. ¶ Sunt qui scribunt halica cum aspiratione, et sic ejus derivata *halicarius, halicastrum:* sed non est cur aspiratione notetur Latina vox, et quæ, si *Festo* credimus, ab *alendo* derivata est.

ALICARĬUS, a, um, adject. ad alicam pertinens. *Alicariæ meretrices,* inquit *Festus,* appellabantur in Campania, solitæ ante pistrina alicariorum versari quæstus gratia: sicut eæ, quæ ante stabula sedebant, prostibulæ dicebantur. Porro in Campania laudatissima fiebat alica, teste *Plin.* l. 18. c. 11. Hinc *Plaut. Pœn.* 1. 2. 53. An te ibi vis inter istas versarier prosedas, pistorum amicas, reliquias alicarias, miseras, cœno delibutas, servilicolas sordidas? *mean prostitutes.* ¶ *Alicarius, ii* est qui alicam vel molit, vel conficit. *Fest. loc. cit.* Ante pistrina alicariorum versari. *Lucil.* apud *Charis.* lib. 1. pag. 75. *Putsch.* Nemo est alicarius posterior te. *Charis.* hic notat, quamvis *alica* rectius scribatur quam *halica,* tamen hoc loco *Lucilium* aspirationem adhibuisse.

ALICASTRUM, i, n. genus frumenti *alicæ* simile. *Columel.* l. 2. c. 6. quatuor recenset Adorei genera, far clusinum, vennuculum rutilum, vennuculum candidum, et semen trimestre, quod dicitur alicastrum: idque ait pondere et bonitate esse præcipuum. Adde *Isidor.* l. 17. *Orig.* c. 3. Etiam *Plin.* l. 22. c. 25. trimestris tritici mentionem facit, ex quo panis fit, qui *sitanius* dicitur. Nostri dicunt *March-wheat,* quia Martio mense seritur, et æstate metitur.

ALICŬBI, *somewhere, in some place; any where, in any place,* ἐνιαχοῦ, in aliquo loco, uspiam, usquam. *Cic. pro Flacc.* c. 29. Omnino mallem hic alicubi in Crustumino aut in Capenati *(agro)* paravisses. *Terent. Adelph.* 3. 5. 7. Utinam hic prope adesset alicubi.

ALICŬLA, læ, f. genus vestis brevioris, ita dictæ, quod alas, hoc est brachia injecta continebat, ut scribit *Velius Longus de Orthograph.* pag. 2229. *Putsch.* ubi addit, ideo rectius scribi sine aspiratione: vel potius quod quasdam lacinias velut alas habebat, eratque e chlamydum genere, ut ostendit *Ferrar. de re vest.* par. 2. l. 3. c. 1. ubi refellit *Cujacium,* qui l. 10. *Observat.* c. 18. putavit aliculam fuisse speciem togæ. *Martial.* l. 12. epigr. 83. Brumæ diebus, feriisque Saturni Mittebat Umber aliculam mihi pauper: Nunc mittit alicam: factus est enim dives. *Martial.* notat avaritiam *Umbri,* qui dives factus potionem mittebat, cum antea vestem mittere consuevisset: simulque ludit in vocibus *alica,* et *alicula,* quasi hæc sit diminutivum ab illa, et videri possit *Umber* auxisse dona sua, cum revera minuerit. *Petron. in fragment. Tragur.* c. 40. *Burman.* Barbatus ingens, fasciis cruralibus alligatus, et alicula subornatus polymita. *Scheffer. ad hunc loc.* observat, cum hic venatorius cultus describatur, *aliculam* inter venatorias quoque vestes annumerandam esse. *Ulpian. Digest.* lib. 34. tit. 2. leg. 24. recenset inter vestes pueriles his verbis: *Puerilia sunt togæ prætextæ, aliculæ, chlamydes, et alia, quæ filiis nostris comparamus.* Ita enim ibi legendum cum optim. Edition. Torrentina, et aliis; licet in quibusdam, quod fortasse ea vox minus intellecta fuit, legatur *togæ prætextæ, alicubi et chlamydes,* &c. ¶ Sunt qui putant scribendum *allicula* duplici *l,* quia apud *Hesych.* legitur ἀλλὶξ, quæ exponitur a quibusdam tunica manicata.

ALICUNDE, *from some place or other,* πόθεν, ex aliquo loco. *Cic. pro Cæci.* c. 16. Omnis enim vis est, quæ aut decedere nos alicunde cogit, aut prohibet accedere. *Id.* 5. *de Fin.* cap. 11. Præcipitare aliquem alicunde. ¶ Interdum refertur ad personas, aut res. *from some body or some thing. Cic.* 10. *Attic.* ep. 1. Non quo alicunde audieris, sed te ipsum putare. *not that you have heard it from any one,* &c. *Terent. Adelph.* 2. 2. 34. Minas decem corradet alicunde.

ALID V. Alis.

ALIENATĬO, onis, f. *an alienating, estranging; alienation, abdication, estrangement, making over to another,* ἀλλοτρίωσις, actus quo aliquid alienatur, et ad alium transmittitur. *Pompon. Digest.* lib. 18. tit. 1. leg. 67. Alienatio tum fit, cum dominium ad alium transferimus. *Senec.* l. 5. *de benef.* cap. 10. Venditio est alienatio, et rei suæ, jurisque in ea sui in alium translatio. *Cic. in Orat.* c. 42. et l. 3. *de Legib. in fin.* Alienatio sacrorum. *h. e.* qua sacra propria alicujus gentis, aut familiæ per fictam quandam coemptionem, et venditionem in aliam transferuntur. ¶ Translate sumitur pro disjunctione, et separatione animorum, cum inter aliquos amicitia dissolvitur, et amor ab uno in alium transfertur. *Cic. Phil.* 2. c. 1. Tuamque a me alienationem ad cives impios tibi gloriæ fore putavisti. *Id. Q. Fr.* l. 1. *ep. ult.* Subita defectio Pompeii, alienatio consulum, &c. *Id. de Amic.* c. 21. Alienationem, et disjunctionem facere. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 60. Tunc interfecti centuriones promptissimi Othonianorum: unde præ-

cipua in Vitellium alienatio per Illyricos exercitus. *h. e.* maxima militum Illyricorum exercituum alienatio, et defectio a Vitellio facta est. Apud *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 31. *alienatio exercitus* est ejus fuga, et dissipatio. ¶ *Alienatio mentis* est commotio vehemens, et perturbatio tanta, ut homo non sit amplius sui compos, *madness, deprivation of reason.* *Cels.* l. 4. c. 2. Doloris capitis notæ sunt horror validus, nervorum resolutio, oculorum caligo, mentis alienatio, &c. Adde *Plin.* l. 21. c. 21. ¶ Hoc sensu etiam *alienatio* absolute dicitur. *Senec.* epist. 78. Dolor capitis quo incitatior est, eo citius in alienationem stuporemque convertitur.

ALIENATOR, oris, *one who alienates, estranges, transfers by sale, contract, &c. to another*, qui rem aliquam in alterius dominium transfert. *Anastas. Imp.* lib. 1. *Codic.* tit. 8. leg. 9. Orthodoxæ fidei venditor, vel quocumque modo alienator.

ALIENATUS, a, um, *estranged, alienated, transferred by sale, &c. made over to another*, alienus factus, in alterum translatus, ἀλλοτριωμένος. *Ulpian. Digest.* lib. 50. tit. 16. leg. 67. Alienatum non proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen recte dicitur. *Id.* l. 28. tit. 7. leg. 2. Parte (*ususfructus*) alienata, conditio deficit. *Nepos in Amilc.* c. 2. Oppida alienata restituit patriæ. *h. e.* quæ per defectionem aliis dominis se dediderant. ¶ Translate dicitur de eo, qui ab alicujus amicitia recessit, et amorem suum, ac favorem in alium transtulit, *alienated, or estranged, in attachment or affection; set or turned against*, ἀλλοτριωθείς. *Nepos in Alcib.* c. 5. Neque vero his rebus tam amici Alcibiadi sunt facti, quam timore ab eo alienati. *Cic. Attic.* l. 1. epist. 17. *circa med.* Animus alienatus, et offensus. *Sallust. in Jug.* c. 70. Voluntate alienatus. *Tacit.* 4. *Histor.* c. 49. Alienato animo esse erga aliquem. ¶ Item de eo qui ab alicujus amicitia rejectus est, *set aside or withdrawn from the rank of a friend. Id. in Catil.* c. 36. Meque falsa suspicione alienatum esse sentiebam. ¶ Item pro alieno, abhorrenti. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 5. A falsa autem assensione magis nos alienatos esse, quam a ceteris rebus, quæ sunt contra naturam, arbitrantur. ¶ Item pro perturbato, commoto; et dicitur de homine, qui ex morbo sui compos non sit, *deprived of thought or reason, bereaved of one's faculties, delirious. Sueton. in Aug.* c. 101. Unum omnino, ante efflatam animam, signum alienatæ mentis ostendit, quod subito pavefactus, a quadraginta se juvenibus abripi questus est. *Sallust. in Orat.* 2. *ad Cæs. de republ. ordin. sub fin.* Quin in somniis exercitus, furibundus atque amens alienata mente feraris. *Liv.* l. 25. cap. 29. Alienatus sensibus. *Id.* lib. 3. cap. 48. Alienatus ad libidinem animus. *h. e.* perditus in libidinem, et quodammodo a se ipso avulsus. ¶ Alienata membra dicuntur a Medicis, quæ ex vulnere, ictu, aut morbo intermortua, sensum amiserunt. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 23. Ex his colligi potest, utrum id, quod alia parte dependens, alia inhærebit, si alienatum adhuc non est, suturam, an fibulam postulet. *Senec.* ep. 89. *a med.* Tunc incipit medicina proficere, ubi in corpore alienato dolorem tactus expressit. *Plin.* l. 23. cap. 4. Spodium purgat ulcera, alienata explet, excrescentia erodit.

ALIENIGĔNA, æ, adject. omn. gen. *a stranger, foreigner; one born in or belonging to another country, an alien*, ἀλλεθνής, alio loco genitus, externus, extraneus: ab *alienus*, et *genus*. Proprie dicitur de hominibus; translate de aliis etiam rebus. *Cic. pro Deiot.* c. 3. Homo longinquus, et alienigena. *Id. pro Font.* c. 10. Testes alienigenas domesticis anteferre. *Id. pro Flacc.* c. 27. Nec quid alienigenæ de vobis loqui soleant, sed quid vosmetipsi de genere vestro statuatis, memineritis. *Id.* 2. *de Legib.* c. 10. Suos deos, aut alienigenas colere. *Valer. Max.* l. 6. c. 5. *extern.* n. 1. Ne alienigenæ justitiæ obliti videamur. [† Interpres: *justitiæ exterarum gentium*.] *examples of justice in foreign countries. Gell.* l. 2. c. 24. Neque vino alienigena, sed patrio usuros. ¶ Si propria vis spectetur, differunt *alienigena*, et *externus*, quod *alienigena* significat eum, qui ex externis, et peregrinis parentibus genitus est, licet fortasse apud nos habitet: *externus* vero eum, qui præter parentes etiam domum extra nos habet: et præterea *externus* etiam latius patet. Hoc discrimen spectasse videtur *Curtius* lib. 5. cap. 11. Custodiam corporis tui externus, et alienigena non deposcerem. Et lib. 6. cap. 3. Illi ejusdem nationis sunt; nos alienigenæ, et externi.

ALIENIGĔNO, as, *to estrange, alienate; divert from its original use or possessor*, alienare, alteri tradere. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1155. n. 9. et *Fabrett.* c. 2. pag. 69. Monumentum vendere, aut alienigenare, &c.

ALIENIGĔNUS, a, um, adject. *foreign, strange, extraneous, exotic*, ἐξωτικός, extraneus, peregrinus. *Valer. Max.* l. 1. c. 5. *extern.* n. 1. Alienigena exempla. Et l. 2. c. 1. *ad fin.* Alienigena studia. Et lib. 6. c. 2. *extern.* n. 1. Mulier alienigeni sanguinis. ¶ Item ex diversis rebus genitus, *heterogeneous, heterogeneal*, ἑτερογενής, ἀνομοιομερής. *Lucret.* l. 1. v. 859. Scire licet, nobis venas, et sanguen, et ossa, Et nervos alienigenis ex partibus esse. *h. e.* ex alimentis, quæ multiplicis sunt generis.

ALIENĪTAS, atis, f. vox est, qua Medici appellant quidquid in humano corpore alienum corruptumve est, et morbum inferens. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 5. c. 4. Non adhibita recorporativa curatione, cum solius auferendæ alienitatis intentione medici capiantur. Adde *Acut.* l. 3. c. 3. Pro alienatione etiam aliquando usurpant. *Id.* l. 2. *Acut.* c. 39. Ad mentis alienitatem detrahendam.

ALIĒNO, as, avi, atum, a. 1. *to make different, or other than what it is; to estrange*, ἀλλοτριόω, alienum, vel alium esse facio. *Plaut. Amph.* 1. 1. 143. Certe ædepol tu me alienabis nunquam, quin noster siem. *you will never make me any other than what I am. Plin.* l. 20. c. 18. Sagopenium, quod apud nos gignitur, in totum transmarino alienatur. *h. e.* omnino aliud est, ac transmarinum. ¶ Speciatim *alienare mentem alicujus* est ita immutare, et a se diversam facere, ut sui compos homo non sit, *to drive out of one's senses, drive mad, make delirious*, ἐξιστάναι: sic *alienari mente* est extra se, et quodammodo alienum a se esse, *to be mad, besides one's self, out of one's mind, delirious*, ἐξίστασθαι. *Liv.* l. 42. c. 28. *extr.* Junonis iram ob spoliatum templum, alienasse mentem ejus ferebant. *Plin.* l. 28. c. 8. Quod si successerit, alienari mente, ac vel ex equo hominem decidere. ¶ Absolute *Senec.* l. 2. *quæst. natur.* c. 53. Odor sulphuris, quia natura gravis est, sæpius haustus alienat. *becomes loathsome.* V. *Alienatio*, et *Alienatus*. ¶ Sæpius sumitur pro ad alterius dominium transferre, vendere, *to alienate, make over by cession, contract, &c. transfer, make a transfer of. Cic.* 2. *Agrar.* c. 13. Alienare vectigalia. *Ulpian. Digest.* lib. 4. tit. 7. leg. 4. Alienare aliquid alicui. ¶ Si proprie loquamur, differunt inter se *alienare*, et *vendere*, ut docet *Ulpian.* lib. 50. *Digest.* tit. 16. leg. 67. Nam *vendere* est rem suam accepto pretio alteri destinare: *alienare* est insuper ipsam rem alteri tradere. Itaque *alienare* majorem importat rei remotionem. *Cic. Verr.* 6. c. 60. Pretio parvo ea, quæ accepissent a majoribus, vendidisse, atque alienasse. *Id. Agrar.* 2. c. 21. Venire vestras res proprias, atque in perpetuum a vobis alienari. ¶ Pro separare, removere, *to separate, remove, cast off. Terent. Heaut.* 5. 2. 26. Ita nos alienavit. *hath expelled us as outcasts from the family.* [† Sed varie ibi legunt Mss. et Edd.] *Justin.* l. 18. c. 3. Cum velut occisos alienasset. *h. e.* e conspectu removisset, occuluisset. ¶ A Medicis *alienari* dicitur pars aliqua corporis, quæ corrumpitur, et emoritur. *Cels.* l. 7. c. 16. Intestina momento alienantur, externo et insueto spiritu circumdata. *Id.* l. 8. c. 10. Siquidem id, quod adstrictum est, alienatur, et cancro opportunum est. V. *Alienatus.* ¶ Translate est disjungere ab amore, favore, et amicitia, offensum reddere, *to alienate, estrange or withdraw the affections, set at variance. Cic. de Provinc. Consul.* c. 9. Quibus eum omnibus eadem respublica reconciliavit, quæ alienarat. *Id. Attic.* l. 1. ep. 14. *ad fin.* Alienare a se omnes bonos. *Id. Fam.* 3. ep. 6. Alienare a se voluntatem alicujus. *Vellei.* l. 2. c. 112. Alienare sibi animum alicujus. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 59. Ne supplicio ejus ferox gens alienaretur. *should revolt. Cic.* 3. *de Fin.* c. 5. Simul atque natum sit animal, ipsum sibi conciliari, et commendari ad se conservandum; alienari autem ab interitu, iisque rebus, quæ interitum videantur afferre. *h. e.* recedere, abhorrere, *conceive an aversion to, have an abhorrence or dread of.* ¶ Eximere, immunem facere, *Impp. Gratian. Valentinian.* et *Theodos. Codic. Theodos.* lib. 12. tit. 1. leg. 84. Quos aut objectus debilitatis alienat, aut senectus pigra remoratur.

ALIĒNUS, a, um. *belonging to another, derived from another source, foreign*, ἀλλότριος, qui alterius est, seu ad alium pertinet. *Cic.* 1. *Offic.* c. 9. Difficilis est cura rerum alienarum. *Id.* 1. *de Fin.* c. 6. Epicurus in Physicis totus est alienus. *h. e.* aliorum, quia ex aliorum placitis omnia docet, nihil fere de suo. Sic cap. 8. Epicurus aliena dicit in Physicis. *Liv.* l. 35. c. 43. Virtutem et bonum alienum oderunt. *Al. leg.* ut bonum. *Ter. Andr.* 1. 1. 125. Alieno more vivere. *according to the will of another.* Substantivi more *Sallust. in Catil.* c. 5. Alieni appetens, sui profusus. *Cic. Fam.* 3. ep. 8. Cum natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior. ¶ Facere quempiam alicui alienum. *Apulei.* l. 8. *Metam.* Lancea mali Thrasylli me tibi fecit alienum. *h. e.* occidendo fecit, ut tuus amplius non sim. ¶ *Æs alienum* est pecunia, quæ alteri debetur, *debt*, τὸ χρέος. *Sallust. in Catil.* c. 34. Propter magnitudinem æris alieni. *Cic.* 6. *Verr.* c. 6. Esse in ære alieno, *to be involved in debt. Id. Fam.* 5. ep. 6. Habere æs alienum. *Id. Attic.* l. 13. epist. 46. Æs alienum facere. *to run into debt, contract debt.* Sic *idem* 2. *Offic.* c. 16. suscipere. Et *ad Q. Fr.* l. et ep. 1. c. 8. contrahere. et 2. *Catil.* c. 9. In æs alienum incidere. *Sallust. in Catil.* c. 14. et 25. Æs alienum grande conflare. *Cic. pro Font.* c. 1. Ære alieno oppressum esse. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 22. Laborare ex ære alieno. *to be distressed from debt. Cic. Fam.* 11. ep. 10. Ære alieno aliquem obstringere. *to bring into debt. Id. Fam.* 15. ep. 4. Liberare aliquem ære alieno. *Id. pro Sull.* c. 56. Æs alienum dissolvere. *to pay, liquidate. Id. Phil.* 11. c. 6. Ære alieno exire. *to get out of debt.* ¶ Sæpe *alienus* sumitur pro eo, qui nullo nobis cognationis, propinquitatis, aut amicitiæ vinculo est conjunctus, *of another family, a stranger. Plaut. Stich.* 3. 2. 31. Apud me cœnant alieni novem. *Cic. pro Mil.* c. 28. Etsi æquabiliter in rempublicam, in privatos; in longinquos, in propinquos; in alienos, in suos irruebat. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *cir. med.* Tantum enitor, ut neque amicis, neque etiam alienioribus desim. *Id. Fam.* 3. ep. 6. Ut tuum factum alieni hominis, meum vero conjunctissimi, et amicissimi esse videatur. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 31. Multi ex finibus suis egressi, se suaque omnia alienissimis crediderunt. *Liv.* l. 29. cap. 29. Non alienus sanguine regibus. *h. e.* non omnino extra regiam consanguinitatem. ¶ Item pro remoto, averso, abhorrente, *averse from. Cic.* 4. *Verr.* cap. 26. Letilius quidam, homo non alienus a litteris. *Id.* l. 1. *Divin.* c. 38. Neque hoc Dii alienum ducunt majestate sua. *In quodam decreto Tib. Sempronii Gracchi* apud *Gell.* lib. 7. c. 19. Alienum videtur esse dignitate Reipublicæ. *Senec. in princip.* l. 4. *quæst. natur.* Ambitioni alienus. *Sallust. in Catil.* c. 41. Domus non aliena consilii. *Cic.* l. 1. *de Finib.* c. 4. Quis alienum putet ejus esse dignitatis, quam &c? *Columel.* l. 3. c. *ult.* Alienissimus vitæ rusticæ. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 396. non alienus joci. *Lucret.* l. 6. v. 67. alienus pacis. ¶ Item pro non amico, offenso, alienato, *alienated or estranged in one's affections, at variance with, inimical to. Cic. Fam.* 2. ep. 17. Si omnibus est malevolus, minus offendor in me: sin a me est alienior, nihil, &c. *Id. pro Deiot.* c. 9. Alieno animo esse in aliquem. *Terent. Adelph.* 3. 2. 4. Alieno animo esse ab aliquo. *Cic. de Amic.* c. 8. *in fin.* Habere animum alienum ab aliquo. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 74. Muciani animus nec Vespasiano alienus, et in Titum pronior. *Cic.* 15. *Fam.* ep. 4. *a med.* Ex alienissimis amicissimos reddere. ¶ Item pro non conveniente, inutili, inepto, *foreign from the purpose, inconsistent, incongruous, incoherent, futile; contrary, hurtful. Cic. pro Cæcin.* c. 9. Id dicit, quod illi causæ maxime est alienum. *Terent. Adelph.* 1. 2. 30. Alieniore ætate post faceret tamen. *at a more improper age. Nepos in Miltiad.* c. 6. Cujus victoriæ non alienum videtur, quale præmium Miltiadi sit tributum docere. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 3. v. 19. Aliena loqui. *to talk foolishly. Nepos in Themist.* c. 4. Alienissimo sibi loco, contra opportunissimo hostibus, conflixit. *very disadvantageous, unfavourable. Cels.* l. 4. c. 5. Sumendi cibi faciles, et stomacho non alieni. *Cic. Fam.* 15. ep. 14. Considera, ne in alienissimum tempus cadat adventus tuus. *happen at an unseasonable hour. Id. in Bruto*, c. 1. Vir egregius alienissimo reipublicæ tempore exstinctus. *at a most unlucky time for the common-wealth.* ¶ Præterea *alienus* dicitur a Medicis de membro aliquo corporis corrupto, et emortuo. *Scribon. Larg. composit.* 201. Idem emplastrum, si os scabrum, aut putre vetustate vitii factum est, expurgat et educit quantum ejus alienum est. V. *Alienatus*, et *Alieno*. ¶ *Alienus* pro immuni, *exempt, free, privileged. Impp. Honor.* et *Theodos.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 20. leg. 4. Hunc a collatione esse jubemus alienum.

ALĬFER. V. vocem sequentem.

ALĬGER, ra, um, *winged*, πτερωτὸς, alas gerens, alatus. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 80. summi Jovis aliger Arcas nuntius. *h. e.* Mercurius. *Virg.* 1. *Æn.* v. 663. his aligerum dictis affatur Amorem. *Id.* 12. *Æn.* v. 249. Aligerum agmen. *h. e.* agmen avium. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 562. aligero tollitur axe Ceres. *h. e.* curru, quem trahunt alati dracones. Quidam hoc loco legunt *alifero*, sed *Heinsius* præfert *aligero*. ¶ In genitivo plur. *aligerum* pro *aligerorum* habet *Valer. Flacc.* l. 7. v. 171. [¶ Aligeri substantive sunt Cupidines. *Sil.* l. 7. v. 458. Dumque hic aligeris instat Cytherea, *h. e.* precibus fatigat Cupidines, filios suos. ¶ Aligero XII. legionis est in *Vet. Inscript. Reines.* 8. 30. pro *Aquiligero*.]

ALĬI, orum, sunt populi *Alidis*. V. *Alis*. *Plaut. Capt. prol.* v. 24. Postquam belligerant Ætoli cum Aliis. Et v. 27. captivos Alios commercari.

ALIMENTARĬUS, a, um, *relating to nourishment*, σιτικός, ad alimentum pertinens. *Cœl. ad Cicer.* l. 8. *Fam.* epist. 6. Legem Viariam, non dissimilem Agrariæ Rulli, et Alimentariam, quas jubet Ædiles metiri, jactavit. Fortasse, inquit *Manutius*, intelligit legem de frumento plebi gratis dividundo. *Ulpian. Digest.* lib. 2. tit. 15. leg. 8. Alimentaria causa. *Martian.* lib. 48. tit. 13. leg. 4. Alimentaria ratio. ¶ *Alimentarii*, *orum* dicuntur, quibus testamento alimenta relicta sunt. *Ulpian.* lib. 2. tit. 15. leg. 8. Si alibi domicilium heres, alibi alimentarius habeat. *Capitolin. in Pio*, cap. 8. et in *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1022. n. 6. et 7. Pueri et Puellæ alimentariæ. *h. e.* quibus Trajanus, et Hadrianus Impp. alimenta assignaverant. ¶ *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1092. n. 7. Pecunia alimentaria. *h. e.* in alimenta pauperum eroganda.

ALIMENTUM, ti, n. *nourishment, nutriment, sustenance, food, victuals, aliment*, τροφή, id quo animantis corpus alitur, et vita sustentatur. *Cic. de Univers.* cap. 6. Nec vero desiderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti, et consumpti cibi. *Sueton. in Tiber.* c. 54. Druso adeo alimenta subducta, ut tomentum e culcita tentaverit mandere. *Cels.* l. 2. c. 18. Plus alimenti est in pane, quam in ullo alio. *Plin.* lib. 17. c. 20. Omnia celerius adolescunt stolonibus ablatis, unamque in stirpem redactis alimentis. *Quintil.* l. 2. c. 16. Reponere alimenta in hyemem. *Cels.* l. 8. c. 1. Subministrare alimenta alicui. ¶ Apud

JCtos *alimenta* non pro cibo solum, sed et pro aliis rebus, quæ homini sunt ad vitam necessaria, sumuntur. *Jabolen. Digest.* lib. 34. tit. 1. *qui est* de alimentis, vel cibariis legatis, leg. 6. Legatis alimentis, cibaria, et vestitus, et habitatio debebitur, quia sine his ali corpus non potest. ¶ Pro quacumque re, qua alitur quidpiam, et augetur. *Ovid.* l. 14. *Metam.* v. 532. picem, et ceras, alimentaque cetera flammæ. *Id. Metam.* 1. v. 271. Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus affert. ¶ Translate *Ovid.* 2. *Metam.* v. 769. alimenta vitiorum. *Tacit.* 2. *Histor.* c. 96. *in fin.* Alimentum famæ. *Liv.* l. 35. c. 23. *ad fin.* Addidit alimenta rumoribus adventus Attali.

ALIMŎDI, est dictum pro aliusmodi, inquit *Festus*. V. *Alius* in fin.

[* ALĪMON, i, n. ἡ ἄλιμος, videtur composita vox ex α priv. et λιμὸς, *fames*, *h. e.* famem sedans. *Plin.* l. 22. c. 22. sect. 33. Asphodelon ab Hesiodo quidam alimon appellari existimavere, quod falsum arbitror. Est enim suo nomine alimon, non parvi et ipsum erroris inter auctores. Alii enim fruticem esse dicunt, foliis oleæ, coqui autem hæc ciborum gratia. Alii olus maritimum esse dixere, salsum, et inde nomen. *Plin.* hic perperam nullum facit discrimen inter *alimon* (quod ab α pr. et λιμὸς *fames*,) et inter *halĭmon* (ab ἅλιμος, *maritimus*, quod ab ἅλς, *mare*) V. *Hamilton* in *Appendice. Solin.* Græce scribit c. 12. Herba ἄλιμος dicitur: ea admorsa diurnam famem prohibet. *Plato* etiam *de Leg.* tradit Epimenidem ex malva et asphodelo compositionem ἄλιμον sibi parasse, qua se a fame et siti diu vindicaret.]

ALIMONĬA, æ, f. *nourishment, nutriment, food, aliment*, idem quod alimentum. *Plaut. Pers.* 1. 2. 1. Quæstus alimoniæ. *Gell.* l. 16. c. 15. Amisso omni naturalis alimoniæ fundamento, homo exhaustus intereat. *Sueton. in Calig.* c. 42. Filia nata, paupertatem conquerens, collationes in alimoniam atque dotem puellæ recepit. *Prudent. in Cathem.* 5. v. 19. Picea alimonia flammæ. *Apulei.* l. 5. *Metam.* Blandis alimoniarum obsequiis saginare aliquem.

ALIMONĬUM, ii, n. *aliment*, idem ac alimonia. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. Hæc omnia vocant a mellis alimonio, alvos. Et l. 1. cap. 8. *in fin.* Alimonium vitis. *Paul. Digest.* lib. 25. tit. 3. leg. 4. Necare videtur, qui alimonia denegat. *Ita Torrentin. alii* alimoniam.

ALIMONTĬA mysteria. *Arnob.* l. 5. pag. 176. Jamdudum me fateor hæsitare, circumhiscere, tergiversari, tricas, quemadmodum dicitur, conduplicare Tellenas, dum pudor me habet Alimontia illa proferre mysteria, quibus in Liberi honorem patris phallos subrigit Græcia, et simulacris virilium fascinorum territoria cuncta florescunt. &c. Pergit deinde *Arnob.* edisserere originem Phallicorum sacrorum, quæ quidam putant, ita dicta esse, quasi ἀλήμονα, *h. e.* vagantia, ab ἀλάομαι, vagor, vel quia celebrabantur in honorem Bacchi toto orbe vagantis, ut aditum ad Inferos inveniret; vel quia homines his sacris dediti vagari solebant cum phallis ligneis, et circumcursare. Alii legunt *Alimuntis mysteria*, hoc est, quæ maxime in Alimunte Atticæ oppido fiebant: Alii *alimoniæ* legi in vet. lib. asserunt, sed quid hoc sibi velit non expediunt.

ALĬO, adverb. *to another place*, ἄλλῃ, ἄλλοσε, ἑτέρωσε, in alia loca: cum verbis motus ad locum. *Terent. Eun.* 2. 2. 49. Fortasse tu profectus alio fueras. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 17. Arpinum ne mihi eundum sit, an quo alio. *Liv.* l. 38. c. 30. Si quando Romam, aliove quo mitterent legatos. *Id.* l. 39. c. 36. Quo alio, nisi ad nos, confugerent? *whither else?* ¶ Item ad aliam rem, vel ad alios. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 29. Sed, si placet, sermonem alio transferamus. *Id. Fam.* 1. ep. 4. Qui a te causam regiam alio transferebant. ¶ Item ad alium finem, *to another end, purpose, intent, or use. Cic.* l. 2. *de Finib.* c. 9. Appellet hæc desideria naturæ; cupiditatis nomen servet alio. *Liv.* l. 7. c. 18. Plebem nusquam alio natam, quam ad serviendum. *Nepos in Themist.* cap. 6. Hoc longe alio spectabat, atque videri volebant.

ALIŎQUI, et Aliŏquin, *otherwise, in other respects*, εἰ δὲ μὴ, ἄλλως, quantum ad alias res, ceteroquin, alias. *Liv.* l. 43. c. 19. Exercitum reducit ad Œneum oppidum in potestatem redigendum, et alioqui opportune situm. *Id.* l. 27. c. 27. Mors Marcelli cum alioqui miserabilis fuit, tum quod nec pro ætate. *as well on other accounts, as because*, &c. *Sueton. in Vitell.* c. 2. Aulus in consulatu obiit, prælautus alioqui, famosusque cœnarum magnificentia. ¶ Item *else*, si aliter sit, nisi hoc sit. *Cic.* 2. *de Legib.* cap. 25. Credo, minimam olim istius rei fuisse cupiditatem: alioquin multa exstarent exempla majorum. *otherwise; were it not thus. Tacit.* l. 2. *Ann.* c. 38. Dedit tibi Augustus pecuniam, sed non ea lege, ut semper daretur: languescet alioqui industria, intendetur socordia. ¶ Item *in any other respect, way, or manner*, aliqua alia re, aut modo. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 3. Si quis dignus erat describi, quod malus, aut fur, Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui Famosus, multa cum libertate notabant. ¶ Falsum est, quod quidam docuit, *alioqui* ante consonantes poni, *alioquin* ante vocales. promiscue enim ponitur.

ALIORSUM, et Aliorsus, *towards another place, elsewhere*, ἄλλοσε, versus alium locum: syncope pro *aliovorsum. Plaut. Trucul.* 2. 4. 49. Mater ancillas jubet aliam aliorsum ire. *some one way, and some another. Ammian.* lib. 22. c. 10. (*al.* 25.) Impetus aliorsus tendentes frenare. *Gell.* l. 7. c. 15. Jumentum aliorsum duxerat, quam quo utendum acceperat. *Id.* l. 12. c. 1. *ad fin.* Infans aliorsum datus. *h. e.* alteri feminæ datus nutriendus. ¶ Est etiam ad aliam rem. *Gell.* l. 17. c. 1. Sed id aliorsum pertinet, atque alio loco dicetur. ¶ Item alio modo, alia ratione. *Terent. Eun.* 1. 2. 1. Vereor, ne illud gravius Phædria tulerit, neve aliorsum, atque ego feci, acceperit. *and that he may not have taken it as*, &c. ¶ Usus est etiam *Cato* teste *Festo*.

ALIOVERSUS, et Alioversum, et prisco loquendi more *Aliovorsus*, et *Aliovorsum*, est versus alium locum. Sed ponitur etiam pro alio fine, alia ratione. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 8. Atqui ego istuc aliovorsum dixeram, non istuc, quod tu insimulas. *with a different intent, or meaning. Lactant.* l. 1. c. 17. Stoici alioversus Deos interpretantur, et quia non pervident, quid sit in vero, conantur eos cum rerum naturalium ratione conjungere.

ALĬPES, ĕdis, *having wings on the feet*, πτερόπους, alas habens in pedibus. *Ovid. Fast.* 5. v. 300. Sacra Dei alipedis. *h. e.* Mercurii, qui alas in pedibus habere fingitur. Sic *Metam.* 4. v. 753. mactatur vacca Minervæ, Alipedi vitulus. ¶ Pro veloci, *swift, fleet, nimble, active*, ὠκύπους. *Lucret.* l. 6. v. 765. Alipedes cervi. *Virg.* 12. *Æn.* v. 484. Alipedumque fugam cursu tentavit equorum. *Id. Æn.* 7. v. 277. *alipedes* absolute dixit, equos intelligens. ¶ In ablativo singulari et *alipede* facit, et metri causa *alipedi. Valer. Flacc.* l. 5. v. 612. Atque hanc alipedi pulsantem corpora curru, &c.

ALIPHĀNUS. } V. *Allifanus, Allifa.*
ALĪPHA. }

ALIPĬLUS, i, m. qui in balneo lavantium pilos sub alis evellit, παρατίλλων, δρωπακιστής. *Senec.* ep. 56. Alipilum cogita, tenuem et stridulam vocem subinde exprimentem, nec unquam tacentem, nisi dum vellit alas, et alium pro se clamare coegit.

ALIPTES, æ, m. ἀλείπτης, qui ungit: ab ἀλείφω, ungo. Speciatim hoc nomine appellabatur is, qui in arena luctaturos, vel in balneo lavantes ungebat. *Quintil.* l. 11. c. 3. unctorem appellat. *Cic. Fam.* 1. ep. 9. *ante med.* Sed vellem non solum salutis meæ, quemadmodum medici, sed ut aliptæ, etiam virium, et coloris rationem habere voluissent. *Cels.* l. 1. c. 1. Sanus homo nullis obligare se legibus debet, ac neque medico, neque alipta egere. [Hunc ipsum *Celsi* locum citat *Forcellinus* ad vocem *Iatralipta*; constat igitur, illum non unica tantum editione usum fuisse; imo pleraque loca, quæ in *Lexico Sept. Linguarum Jacobi Facciolati* in exemplum adducebantur, iisdem verbis retulisse, quod semel monuisse satis sit.] *Senec.* ep. 56. Cum in alipten inertem, et hac plebeia unctione contentum incidi, audio crepitum illisæ manus humeris, quæ prout plana pervenit, aut concava, ita sonum mutat. *Juvenal.* sat. 3. v. 76. geometres, pictor, aliptes.

ALĬQUA, *some way*, πῇ, per aliquem locum. *Liv.* l. 26. cap. 27. Si qui evasissent aliqua. ¶ Item aliqua ratione, *in some sort. Virg. Ecl.* 3. v. 15. Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses. *Terent. Phorm.* 5. 1. 19. Atque id porro aliqua uxor mea rescisceret. *Plaut. Merc.* 2. 2. *in fin.* Ne, ad illam me animum adjecisse, aliqua sentiat. *In his, et aliis hujusmodi subintelligitur* via, *aut* ratione.

ALIQUAMMULTUM, adverb. *in some degree*, vel *considerably*, aliquantum, vel valde. *Apulei. in Apolog.* Hæc defensio aliquammultum a me remota est. *Alii leg.* aliquomultum. *h. e.* multum.

ALIQUAMMULTUS, a, um, *considerable in number, quantity*, &c. aliquantum multus. *Cic.* 6. *Verr.* c. 25. Sunt vestrum aliquam multi, qui L. Pisonem agnoverunt. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Post aliquammultum temporis. *Id. in Apolog.* Aliquammultis diebus.

ALIQUAMPLŪRES, ium, *somewhat more*, aliquanto plures. *Tertull. in Apolog.* c. 12. Iidem estis, qui Senecam aliquampluribus et amarioribus de vestra superstitione perorantem reprehendistis. *Alii leg.* Senecam aliquem pluribus, &c.

ALIQUANDĬU, *for some time*, ἐπὶ χρόνον, adverb. temporis, aliquo tempore, non autem longo admodum. *Cic. pro Cluent.* cap. 9. Ut non, aliquando condemnatum esse Oppianicum, sed aliquandiu incolumem fuisse, miremini. *Nepos. in Datam. cap. ult.* Cum aliquandiu in colloquio fuissent. *Liv.* l. 2. c. 10. Cunctati aliquandiu sunt, dum alius alium, ut prœlium incipiant, circumspectant: pudor deinde commovit aciem. *Id.* l. 3. c. 32. Admiscerentur ne plebeii, controversia aliquandiu fuit: postremo concessum patribus, &c. ¶ Scribitur et *aliquamdiu*.

ALIQUANDO, *at some time, sometimes, occasionally*, ποτὲ, ἐνίοτε, aliquo tempore: et jungitur verbis tum præteriti, tum præsentis, tum futuri temporis. *Cic. pro Sull.* c. 5. Lentuli pœna compressus convertit se aliquando ad timorem, nunquam ad sanitatem. *Id.* 3. *Offic.* c. 3. Liceret ei dicere, utilitatem aliquando cum honestate pugnare. *Quintil.* l. 5. c. 13. Confirmatio aliquando totius causæ est, aliquando partium. *Cic.* 4. *Catil.* c. 10. Quod si aliquando concitata manus ista plus valuerit, me tamen meorum factorum nunquam pœnitebit. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 58. Concedis, adhuc artem omnino non esse, sed aliquando futuram. *but that some time or other it will be. Id. pro Mil.* c. 26. Illucescet aliquando ille dies. *that day will some time or other dawn.* ¶ Videtur etiam eandem interdum vel similem vim habere ac *olim*, vel *quondam*, cum verbis præteriti temporis. *Cic. Fam.* 6. ep. 6. Veritus sum deesse saluti Pompeii, cum ille aliquando non defuisset meæ. *was formerly not wanting to mine.* ¶ Similem etiam significationem adverbio *tandem* nonnunquam habet: quæ particula sæpe etiam adjungitur majoris explicationis gratia, *at length, finally. Cic. pro Cluent.* c. 19. Collegi me aliquando, et ita constitui, fortiter esse agendum. *Id. in Orat.* c. 48. Aliquando, idque sero, usum loquendi populo concessi. *Id. Catil.* 2. c. 1. Tandem aliquando Catilinam ex urbe ejecimus. *at last. at length. Id. pro Quint.* c. 30. Spes est, et hunc miserum, et infelicem aliquando tandem posse consistere.

ALIQUANTILLUS, a, um, *a very little, ever so little*, diminut. ab aliquantulus. *Plaut. Capt.* 1. 2. 33. Neque unquam quicquam me juvat, quod edo domi: foris aliquantillum etiam quod gusto id beat.

ALIQUANTISPER, *for a short time, a little while*, δι' ὀλίγου χρόνου, idem fere est quod *aliquandiu*, sed brevius tamen tempus notat: paulisper. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 158. Concedere aliquantisper hinc mihi intro libet. *Terent. Adelph.* 4. 5. 5. Cur non ludo hunc aliquantisper? *Flor.* l. 2. c. 18. Aliquantisper vivere. Adde *Justin.* l. 1. c. 8. *Quadrigar.* et *Cæcil.* apud *Non.* c. 11. n. 20.

ALIQUANTO, adverb. *somewhat, a little, considerably*, idem quod *aliquantum*; sed illud comparativis jungitur, hoc positivis, ἐπὶ ποσόν. *Cic. Fam.* 9. *ep. ult.* Epulamur una non modo non contra legem, sed etiam intra legem, et quidem aliquanto. *Id. pro Cæcin.* c. 4. Aliquanto post. *Id.* 2. *de Invent.* c. 51. Postea aliquanto. *a short while after. Id. pro Sull.* c. 20. Profectus est aliquanto ante. *Id. Verr.* 6. cap. 34. Aliquanto amplius. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 3. Aliquanto rectius. *Nepos in Dione*, c. 3. *in fin.* Aliquanto crudelior.

ALIQUANTŬLO, adverb. idem quod aliquantulum sed comparativis jungitur. *Vopisc. in Aurel.* c. 34. Aliquantulo tristior. Ita legit *Gruter.* ex MSS. Vulgati habent *aliquanto*.

ALIQUANTŬLUM, adverb. *a little, a very little*, paululum. *Cic.* l. 1. *de Divinat.* c. 33. Cum aliquantulum progressus esset. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 9. Si hæc aliquantulum dimiserimus. *Terent. Andr.* 2. 6. 16. Aliquantulum subtristis. ¶ Cum comparativo. *Terent. Eun.* 1. 2. 51. Aliquantulum avidior. *Gell.* l. 1. cap. 1. Aliquantulum breviora.

ALIQUANTŬLUS, a, um, *a little, a very little*, diminutivum ab aliquantus. *Hirt. de bello Afric.* c. 21. Aliquantulum frumenti numerum in sua præsidia congesserat. ¶ Sæpius substantivi more usurpatur, sequente genitivo. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 9. Aliquantulum suspicionis. *Liv.* l. 21. c. 12. Aliquantulum muri discussit. Et cap. 30. agri. *Sueton. in Ner.* c. 48. *in fin.* aquæ tepidæ.

ALIQUANTUM, *somewhat, some, a little, rather*, ποσόν τι, nonnihil, aliqua ex parte. *Cic. Fam.* 4. epist. 6. Litteris lectis aliquantum acquievi. *Id.* 3. *de Fin.* c. 14. Aliquantum procedere. *Id. Fam.* 5. ep. 13. Aliquantum labefactatus. *Plaut. Asin.* 2. 3. 20. Aliquantum ventriosus. ¶ Cum comparativo. *Terent. Heaut.* 1. 2. 27. Fortasse aliquantum iniquior erat. *Liv.* l. 1. c. 7. *a med.* Habitum, formamque viri aliquantum ampliorem, augustioremque humana intuens.

ALIQUANTUS, a, um, adject. *some, somewhat, a little, considerable*, ποσός τις, nonnullus. *Sallust. in Jug.* c. 77. Aliquanto numero hostium potiti. Et cap. 113. Timor aliquantus, sed spes amplior. *Id. in fragment.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 9. Aliquantam partem gloriæ dempserat. *Liv.* l. 38. c. 27. Per aliquantum spatium secuti. *Id.* lib. 25. cap. 35. *ad fin.* aliquantum emensus est iter. *Apulei. in Apolog.* Aliquantam pecuniam debere. ¶ Neutro genere more substantivi sequente genitivo. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 13. *ad fin.* Aliquantum animi afferre alicui. *Id. Fam.* 1. ep. 7. *ad fin.* Aliquantum laudis. Et l. 7. ep. 25. Aliquantum noctis assumere. *some part, some considerable part of the night. Sallust. in Jug.* c. 66. Aliquantum armorum, et equorum. *a considerable number of arms and horses.* Et *Liv.* l. 44. c. 33. Aliquantum ea res duci famæ et auctoritatis apud milites adjecit. *Sueton. in Cæs.* c. 81. Aliquantum vasculorum. ¶ *Aliquanti*, aliquot, *some. Pallad.* l. 1. tit. 19. Frumenta refrigerentur aliquantis diebus. *Spartian. in Adrian.* c. 7. *in fin.* Pessimis aliquantis multa largitus est. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 33. Aliquanti in cœlestium numerum referuntur, ægre exsequiis digni. *Eutrop.* l. 4. *sub fin.* Aliquanta oppida capere. *Liv.* l. 26. cap. 23. *ad fin.* aliquanti sacerdotes. Ita *Lips.* ex MSS. alii omnes *aliquot*.

ALIQUATĔNUS, *in some measure, to a certain degree or extent, somewhat, rather, considerably*, μέχρι τινός, usque ad aliquam partem, sive ex aliqua parte, aut aliqua ratione. *Plin.* l. 27. c. 12. Caulibus aliquatenus rubentibus. *Petron. in Satyr.* c. 102. Apertis aliquatenus labris. *Quintil.* l. 10. cap. 1. Philistius ut multo infirmior Thucydide, ita aliquatenus lucidior. *Senec.* ep. 116. Aliquatenus, inquis, dolere, aliquatenus timere permitte: sed illud aliquatenus longe producitur, nec ubi vis, accipit finem.

ALIQUI in recto singulari pro *aliquis* aiunt *Voss. de Construct.* lib. 6. c. 8. et *Perizon. in Sanct. Minerv.* usurpatum legi a Catone, *Cicer. Plaut. Gell. Varr.* et *Liv.* in veteribus eorum libris, et MSS. quæ nos loca non indicamus, quia ubique incerta lectio est (at certissima est apud *Frontin. de* [illegible] ep. 2. Formosus aliqui et scelestus mortalis.]

[* ALIQUILIBET, adject. cuilibet vel idlibet, idem ac quivis, [illegible] *Cod.* [illegible] l. 1. *de* [illegible] c. 4 n. 70. Aut aliqualibet causa ageri sua narrare potuit accidentia.]

ALIQUIS, qua, quod, et quid, *some, somebody, some one,* τὶς, quidam, quasi *alius quis,* et significat personam, aut rem incertam (quid differat *aliquis,* et *quidam,* dicemus in *Quidam*; quid et *quis,* et *alius,* in *Quis.*) Usurpatur vel absolute, vel addito nomine. *Cic. pro Marcell.* c. 6. Non est tua ista culpa, si te aliquis timuerit. *Id.* 1. *de Orat.* c. 22. Aliquis Græculo otioso. ¶ Cum vocibus numerum significantibus. *Plaut. Men.* 5. 5. 47. Elleborum potabis aliquos viginti dies. *h. e.* circiter viginti, *some twenty days or so, about twenty days.* Alii leg. *aliquot.* *Varr.* l. 1. *R. R.* cap. 2. Aliqua tolæ quinque. *Alii leg.* alia. *Cato R. R.* c. 156. eadem habet verba. in quibus eadem est varia lectio, quæ tamen passim exploditur a Criticis. Sic *Id. in Orig.* apud *Non.* cap. 2. n. 909. Ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire jubeas. Simile est illud *Apulei.* l. 2. *Metam.* Introductis quibusdam septem testibus. Et *sub fin.* Tres quidam vegetis corporibus. ¶ *Aliquid,* et *aliquod* idem significant, sed usu differunt. nam *aliquod* adjectivum est, et cum alio nomine semper jungitur: *aliquid* solum more substantivi usurpatur, vel etiam aliquando casum post se habet. *Nep. in Attic.* c. 2. Detrimentum aliquod afferre. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 48. Tanquam oraculum aliquod. *Id.* 2. *Offic.* c. 11. Qui furatur aliquid. *something, any thing.* *Id. pro Deiot.* c. 13. Nihil a me arbitror prætermissum, sed aliquid ad extremam causæ partem reservatum: id autem aliquid est, te ut Deiotaro reconciliet oratio mea. ¶ Sæpe *aliquis* regit ablativum cum præpositione *ex,* vel *de:* item genitivum. *Cic. pro Cœl.* c. 3. Aliquis ex nobis robustioribus. *Id. Attic.* l. 5. ep. 18. *ad fin.* Mitte ad nos de tuis aliquem tabellarium. *Id.* 3. *de Legib.* c. 7. Aliquem de tribus nobis. *Id. Attic.* l. 13. ep. 15. Exspectabam aliquem meorum. *Id. in Partit.* c. 8. Trium rerum aliqua consequemur. *out of three things something.* *Terent. Andr.* 1. 5. 15. Aliquid monstri alunt. *h. e.* aliquod monstrum *Liv.* l. 26. c. 5. ne aliquid indefensi relinquerent. *Id.* l. 72. c. 13. cum popularibus, et aliquibus principum. *Ulpian. Digest.* l. 18. tit. 7. leg. 1. Aliquo loci morari. ¶ Jungitur etiam aliis adjectivis, et præsertim cum *unus* elegantem habet usum: et quamvis significationem non mutet, addit tamen vim quandam, et leporem. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 3. Majorem aliquam esse causam eorum adventus, suspicati sunt. *Id.* 4. *Acad.* c. 10. *ad fin.* Illos qui omnia incerta dicunt, quasi desperatos aliquos relinquamus. *Id.* 1. *Offic.* c. 32. Implicari aliquo certo genere vivendi. *Id.* 3. *de Fin.* c. 19. Vir bonus utilitati omnium plus, quam unius alicujus, aut suæ consulit. *of any individual.* *Id.* 2. *Offic.* cap. 12. Ad unum aliquem confugere. *Id. pro Cluent.* c. 66. Istam ipsam quæstionem, dicite, quis obsignavit? unum aliquem nominate. *mention names.* *Id.* 2. *de Orat.* cap. 72. Firmissima quæque (*argumenta*) maxime tueor, sive plura sunt, sive aliquod unum. *Id.* 3. *de Orat.* c. 33. Sin aliquis excellit unus e multis, effert se, si unum aliquid affert, ut, &c. ¶ *Aliquis* pro aliquis alius. *Cic.* 1. *Catil.* c. 8. Catilina, dubitas, si hic morari æquo animo non potes, abire in aliquas terras? *Q. Cic. de petit. Consul.* c. 5. Qui abs te Tribum, aut Centuriam, aut aliquod beneficium sperant. *Est qui hic aliter legit.* ¶ Interdum regit verbum pluralis numeri more nominis collectivi. *Terent. Adelph.* 4. 4. 24. Aperite aliquis actutum ostium. *hoa! some one open.* *Plaut. Men.* 4. 2. *v. ult.* Aperite, atque Erotium aliquis evocate. ¶ In partitionibus modo *aliquis* geminatur, modo aliæ particulæ subjiciuntur. *Quintil.* l. 4. c. 2. In narratione ut aliqua neganda, aliqua adjicienda, aliqua mutanda, sic etiam aliqua tacenda. *Plin.* l. 24. c. 15. Quam aliqui echiten vocant, alii laginem, nonnulli scammoniam. *Colum.* l. 2. c. 2. Aliquæ fossæ fiunt patentes, quædam ita obcæcantur, &c. ¶ Post particulam dubitativam *si* sæpius ponitur *quis,* quam *aliquis;* quod tamen etiam optime ita collocatur. *Cic. de Senect.* c. 20. Sensus moriendi, si aliquis esse potest, isque, &c. Sunt qui aliter leg. *Id. de Amicit.* c. 24. Si aliquem, cui narraret, habuisset. *Id. Phil.* 13. cap. 1. Si aliquid de summa gravitate Pompeius dimisisset. ¶ *Aliquid* adverbii more. *Cic. pro Deiot.* c. 13. Vereor, ne, tibi illum succensere aliquid, suspicere. *Plin.* l. 5. c. 9. Aliquid fessus. ¶ *Aliquid* pro *aliud* dixit *Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 4. Ne iis quidem annis, quibus Rhodi specie secessus exsulem egerit, aliquid, quam iram, et simulationem meditatum. ¶ *Esse aliquem,* et *esse aliquid* significat esse in aliquo numero, existimatione, aut pretio, non omnino inutilem, aut ineptum esse, *to be of some consequence or note, to have some weight,* τὶ εἶναι. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 5. *ad fin.* Meque, ut facis, velis esse aliquem, quoniam qui fui, et qui esse potui, jam esse non possum. *Juvenal.* sat. 1. v. 73. Aude aliquid brevibus Gyaris, et carcere dignum Si vis esse aliquis. *Al. leg.* aliquid. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 2. Si unquam in dicendo fuimus aliquid. *Id. Fam.* 6. ep. 18. Qui liber si est talis, qualem tibi videri scribis, ego quoque aliquid sum. *Id. Tuscul.* 5. c. 36. An quidquam stultius, quam quos singulos, sicut operarios barbarosque contemnas, eos esse aliquid putare universos? ¶ *Est aliquid,* formula qua utimur, cum aliquid non plane rejiciendum, et contemnendum significamus. *Cic. Attic.* l. 3. epist. 15. Quod te cum Culeone scribis de privilegio locutum, est aliquid: sed multo est melius abrogari. *that is of some consideration; is not to be thrown aside.* *Id. de Senect.* c. 3. Est istuc quidem, Læli, aliquid: sed nequaquam in isto sunt omnia. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 27. Est aliquid nupsisse Jovi, Jovis esse sororem. ¶ *Dicere aliquid* dicuntur, qui non absurda penitus in medium proferunt, λέγειν τι. *Cic.* 1. *Tusc.* cap. 10. Hic ab artificio suo non recessit, et tamen dixit aliquid. ¶ *Fiet aliquid* est dictum non desperantis de rei exitu, licet difficilis videatur, *will be something yet; will get on despite of difficulty.* *Terent. Andr.* 2. 1. 13. Credo, impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis prodat dies: interea fiet aliquid. Adde *Plaut. Merc.* 2. 4. 25. et *Trucul.* 2. 4. 15. ¶ *Ad aliquid,* πρός τι. nomen *ad aliquid* apud Grammaticos *Charis.* lib. 2. pag. 129. *Putsch.* et *Priscian.* l. 2. pag. 580. est illud, quod per se solum non subsistit, sed ad aliquid aliud refertur, ut *pater, mater, frater,* &c. quæ *relativa* dicuntur a Scholasticis. *Quintil.* l. 1. cap. 6. (*al.* 10.) Iidem cum interrogantur, cur aper apri, et pater patris faciat, illud nomen simpliciter positum, hoc ad aliquid esse contendunt. ¶ *Alicui* in versu trissyllabum. *Tibull.* l. 4. carmin. 7. Tandem venit amor, qualem texisse pudore, Quam nudasse alicui, sit mihi fama minor. Adde *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 7. v. 7. ¶ *Aliqui* in ablativo singulari pro *aliquo.* *Plaut. Aulul. prol.* v. 24. Aut thure, aut vino, aut aliqui semper supplicat. *Id. Trucul.* u. 5. v. 30. Gaudere aliqui me volo. nam quamquam es bella, malo tuo es, nisi tuo ego aliqui gaudeo. *Id. Mostell.* 1. 3. 18. Te scapha, donabo ego profecto hodie aliqui. ¶ Veteres dixisse *aliques* in recto plurali, testatur *Charis.* l. 2. pag. 133. *Putsch.* nam et *ques* pro *qui* usurpatum fuit. ¶ Etiam *aliqui* pro *aliquis:* de quo V. suo loco.

ALIQUISPĬAM, aliquapiam, aliquodpiam, et aliquidpiam, *any, some,* idem quod aliquis. *piam* adjectio syllabica est, nihil per se significans. *Cic. pro Sext.* c. 29. Si aliquapiam vi expelleretur ex hac urbe. *Alii leg.* aliqua quapiam. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 9. Aliquodpiam membrum tumidum. *Alii leg.* aliquod quippiam. *Quintiliani* etiam locum quidam addunt, item *Cicer.* 2. *de Divin.* cap. 50. et *Tuscul.* 3. c. 9. sed ibi quoque incerta lectio est.

ALIQUISQUAM, aliquaquam, aliquodquam, et aliquidquam, *any,* idem quod aliquis. *Liv.* l. 41. cap. 6. *in fin.* Nec Lycios Rhodiis, nec ullos alicuiquam, qui nati liberi sint, in servitutem dari placere. Al. aliter leg. *Cic.* 2. *Divin.* c. 50. Qui negat, aliquidquam deos nec alieni curare, nec sui. *Alii leg.* quidquam. Adde 2. *de nat. Deor.* c. 65. sed dubia itidem lectione.

ALĬQUO, *some whither, to some place, any whither,* ποῖ, ad, vel in aliquem locum. *Terent. Adelph.* 3. 4. 21. Aliquo profugiet militatum. *Id. Heaut.* 3. 3. 11. Concedas hinc aliquo ab ore eorum aliquantisper. *Id. Adelph.* 5. 2. 11. Interea in angulum aliquo abeam. *into some corner hereabouts.*

ALIQUOMULTUM, V. *Aliquammultum.*

ALĬQUOT, *some, several, some certain, a few, not many,* τινὲς, nomen indeclinabile pluralis tantum numeri, omnis generis, significat idem quod nec multi, nec pauci. *Terent. in Andr.* 3. 3. 2. Aliquot me adiere. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 18. Accepi aliquot epistolas. *Id. de Univ.* c. 1. Cum aliquot sæcula viguissent. *Terent. Phorm.* 5. 5. 4. Aliquot hos sumam dies. *a few days,* aut *these few days.*

ALIQUOTFARĬAM, *in some places,* in aliquibus locis, ut *multifariam* in multis locis. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. In Picentium agro aliquotfariam in singula jugera dena cullea vini fiunt.

ALIQUOTĬES, *several times, certain times, on different occasions,* ὁσάκις, ἐνίοτε, aliquot vicibus. *Cic. pro Quint.* c. 1. Qui hanc causam aliquoties apud te egit. *Id. pro Font.* c. 11. Nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus audissem.

ALIQUOVERSUM, et antique Aliquovorsum, *one way or other,* versus aliquem locum. *Plaut. Casin.* 2. 4. 18. Ego pol istam jam aliquovorsum tragulam decidero.

ALIS, pro *alius,* et Alid pro *aliud,* antiquum loquendi genus, usurpatum legitur a *Lucret.* l. 1. *sub fin.* Namque alid ex alio clarescet, &c. Et l. 5. v. 1304. Sic alid ex alio peperit discordia tristis. et a *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 28. quo non fortius ausit alis. *Plaut.* quoque apud *Fest.* dixit *ali rei* pro aliæ rei. Accedunt testimonia Grammaticorum *Charisii* (qui l. 2. pag. 133. *Putsch.* etiam *Sallustii* locum profert) et *Priscian.* lib. 13. pag. 959. qui sæpe veteres ita locutos testantur. Non ubique tamen eadem lectio est eorum locorum, quos attulimus.

ALIS, ĭdis, f. idem ac Elis, idis, quod est Achaiæ oppidum. *Plaut. Capt.* prol. v. 9. Eumque hinc profugiens vendidit in Alide. Et v. 26. Emit ibidem in Alide. &c. Ita legendum admonuit *Turneb.* l. 23. c. 24. tum ex antiquis libris, tum quia cum ibi agatur de bello Ætolorum, verosimilius est cum Eliensibus eos bellantes induci, quos aliquando cum his bellum gessisse ex *Polybio* constat; quam cum *Aulidis,* (quod in aliis Editionib. quibusdam legitur) qui sunt Bœotiæ populi. *Turnebum* secuti sunt *Taubmannus, Operarius* in editione ad us. Delph. et alii.

ALISMA, atis, *an aquatic herb supposed to be the same with water plantain,* ἄλισμα, herba est in aquosis locis nascens, quæ alio nomine damasonion, et lyron [† et *fistula pastoralis,* teste T. Coopero,] vocatur, foliis plantaginis venosis, sed angustioribus, et magis laciniosis, et in terram convexis, caule simplici, tenui, cubitali, capite thyrsi, radicibus densis, tenuibus ut veratri nigri, acribus, odoratis, nigris. Alterum genus ejusdem in silvis provenit, nigrius, et majoribus foliis. *Plin.* l. 25. c. 10.

ALĬTER, adverb. *in a different way or manner, otherwise; in any other way, else,* ἄλλως, alio modo, secus. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 6. Assentior: fieri non potuit aliter. *Id. de Amic.* c. 20. Aliter amicitiæ stabiles permanere non possunt. *Id. ibid.* c. 15. Qui cum tyranno, aliter cum amico vivitur. *Cels.* l. 3. c. 3. *ad fin.* Cum aliter aliterque in eodem morbo febres accedunt. *in different ways, variously.* *Plin.* l. 2. c. 93. Diffusæ per omne naturæ subinde aliter atque aliter numen erumpens. *Sueton. de clar. Rhet.* c. 1. Aliter atque aliter exponere. ¶ *Aliter esse* est alio modo affectum, aut animatum esse. *Terent. Adelph.* 3. 5. 46. Sin aliter vester animus est. ¶ Cum adverbiis, quæ comparativum amant, ut *longe, multo, nihilo,* &c. *Cic. pro. Rosc. Amerin.* c. 47. *sub fin.* Verum longe aliter est. *Varr.* l. 2. *R. R.* cap. 3. Nec multo aliter tuendum hoc pecus. *Terent. Phorm.* 3. 2. 44. Ego hunc esse aliter credidi: iste me fefellit: ego isti nihilo sum aliter, &c. *h. e.* ego hunc esse alio ingenio, aliis moribus putavi: iste me fefellit: ego erga hunc non aliter sum animatus, &c. ¶ Sæpe etiam eleganter habet post se particulas *ac, atque, et, quam,* &c. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 13. Ne sim salvus, si aliter scribo, ac sentio. *if I write differently from what I think; write one thing and think another.* *Sueton. in Othon.* c. 6. Non aliter ac si conscius, et particeps foret. *just the same as though,* &c. *Cic. Fam.* 2. ep. 3. Aliter, atque ostenderam, facio. *Id. Verr.* 3. c. 46. Quod iste aliter, atque ut edixerat, decrevisset. *Id. Attic.* lib. 10. ep. 11. De puero aliter ad te scripsit, et ad matrem de filio. *Id. Verr.* 3. c. 9. Ne aliter quam ego velim, meum laudet ingenium. *Liv.* l. 3. c. 51. Negabant se aliter ituros, quam si decemviri deponerent insignia. *Sueton. in Tiber.* c. 24. Recepit imperium, non aliter tamen, quam ut, depositurum se quandoque, spem faceret. *Liv.* l. 45. c. 11. Non aliter classem revocaturum, nisi sibi tota Cypro cederet. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 209. Non aliter, quam cum Libyca de rupe leones Invadunt sparsos lata per arva greges. *just as when.* ¶ Pro *alioquin,* vel *ceterum.* *Sallust. in Catil.* c. 30. *in fin.* Aliter sine populi jussu, nullius earum rerum consuli jus est. *however, nevertheless.* *Cic.* 1. *Offic.* cap. 39. Aliter ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo. [Aliter est etiam pro *alia de causa.* *Auct. Priap.* carm. 30. v. 1. Vade per has vites, quarum si carpseris uvas, Quas aliter sumas, hospes, habebis aquas. *h. e.* quas ad bibendum petebas, eas ad os eluendum sumes.]

ALĬTOR. V. *Altor.*

ALITŪRA, æ, *a nursing, breeding, rearing,* τρέψις, nutricatio. *Gell.* l. 12. c. 1. Alituram feram, et sævam criminatus est.

ALĬTUS, us, idem quod alitura. *Donat. in vita Virgil. quæ incipit Publ. Virg. Maro parentibus modicis,* &c. Parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat.

ALĬTUS, a, um, *nourished, nursed, maintained, reared, brought up,* nutritus, participium ab *alo, is,* τεθραμμένος. *Curt.* l. 8. c. 10. Cæsis silvis flammam excitaverunt, quæ igni alita, &c. *Ulpian. Digest.* lib. 27. tit. 3. leg. 1. Quod tam conjunctæ personæ alitæ sunt. *Valer. Max.* l. 7. c. 2. *extern. num.* 8. Non oportere in urbe nutriri leonem: sin autem sit alitus, &c. Et cap. 4. Triumphis alita virtus. Et l. 9. c. 3. n. 8. Alita miseriis impotentia. Adde *Liv.* l. 30. c. 28. ubi tamen alii leg. *altus.* Etiam *Ciceronis* loca aliquot adduci possunt, in quibus itidem variat lectio.

ALĬŬBI, *elsewhere, in another place,* ἄλλῃ ποι, ἄλλῃ πῃ, adverbium compositum ex *alius,* et *ubi,* atque idem significans quod *alibi.* *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 44. Ut ex eodem semine aliubi cum decimo redeat, aliubi cum quintodecimo. *Senec.* l. 3. *de Benef.* c. 6. Veneficii, parricidii aliubi atque aliubi diversa pœna est, sed ubique aliqua. Et epist. 35. Animum natare aliubi, atque aliubi apparere, prout tulit ventus. *Plin.* l. 10. c. 30. Merulæ circa Cyllenen Arcadiæ, nec usquam aliubi candidæ nascuntur.

ALĬUM, ii, n. *garlic.* V. *Allium.*

ALIUNDE, *from another place, from one place to another,* ἀλλοχόθεν, ex alio loco, ex alia persona, ex alia re. *Plin.* l. 33. c. 7. Cinnabaris neutro ex loco invehitur ad nos, nec fere aliunde, quam ex Hispania. *Cic. pro Ligur.* c. 1. Cum tu id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses. *Id. Attic.* l. 11. ep. 13. Et a tuo villico sumpsimus, et aliunde mutuati sumus. *Id. Fam.* 5. ep. 13. Quam quidem laudem sapientiæ statuo esse maximam, non aliunde pendere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 9. *in fin.* Dicendi copiam

aliunde petere. ¶ Pro alibi. *Liv.* l. 24. c. 45. Qui aliunde stet semper, aliunde sentiat.

ALĪUS, a, um, idem ac Eliensis. V. supra *Alii, orum,* et *Alis, idis.*

ALĪUS, alia, aliud, genit. alīus, dat. alĭi. &c. *another, other,* ἄλλος, alter (differunt tamen, quod *alius* de pluribus dicitur, *alter* de duobus, V. *Alter.*) diversus, dissimilis. *Cic. Verr.* 3. cap. 26. Hic tum alius ex alia parte: enimvero &c. *Id. pro Cœl.* c. 3. Aliud est maledicere, aliud accusare, *it is one thing, it is another. Id. in Top.* c. 22. Comparationum duo sunt genera, unum de eodem et alio, alterum de majore et minore. ¶ In distributionibus modo *alius* repetitur, modo aliæ particulæ substituuntur. *Liv.* l. 32. c. 5. *ad fin.* Quæ minus tuta erant, alia fossis, alia vallis, alia turribus muniebat. (Adde *Cels.* l. 3. cap. 3. ubi *alius* decies repetitur) *Cic. Fam.* 15. ep. 4. Cum aliis Q. Frater, aliis C. Pomtinus, reliquis M. Anneius præessent. *Id. Verr.* 7. c. 56. Proferebant alii purpuram, thus alii, gemmas alii, vina nonnulli Græca. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 13. Alias bestias nantes, alias volucres, serpentes quasdam, quasdam esse gradientes; earum ipsarum partim solivagas, partim congregatas; immanes alias, quasdam cicures, nonnullas abditas. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 23. Alii superstantes prœliarentur, pars occulti muros subruerent. ¶ Sæpe repetitur *alius* vel eodem, vel diverso casu, vel additis adverbiis *alio, alibi,* et similibus; habetque elegantem significationem. *Cels.* l. 3. c. 3. *in fin.* Cum aliter aliterque in eodem morbo febres accedunt, non easdem inordinate redire, sed alias aliasque subinde oriri. *one and then another afresh; a succession of fresh ones. Liv.* l. 1. c. 8. Alia atque alia appetendo loca. *first one and then another. Cic. Fam.* 7. ep. 24. Habes Sardos venales: alium alio nequiorem. *each more worthless than the other. Id.* 1. *Offic.* c. 7. Ut ipsi inter se aliis alii prodesse possent. *one another. Id. ad Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 7. Ideo multa conjecta sunt, aliud alio tempore. *sometimes one thing, and sometimes another. Id.* 3. *Verr.* c. 22. Signa, et ornamenta alia alio in loco intuebantur. *some in one place, and some in another; in different places. Sueton. in Vespas.* c. 6. Cum ceteros alii alium alia de causa improbarent. *objected to, one for one reason and another for another. Liv.* l. 1. c. 21. Duo reges alius alia via, ille bello, hic pace, civitatem auxerunt. *Id.* l. 44. c. 43. Equites alii alia dilapsi sunt. *some one way, and some another.* Sic l. 7. c. 39. Cum alii alio mitterentur. *Id.* l. 44. c. 33. Jussit alios alibi fodere. *some in one place, and some in another. Cic.* 2. *de Orat.* c. 7. *ad fin.* Illi alias aliud iisdem de rebus sentiunt. *sometimes think one way, and sometimes another.* et cap. 19. Aliter ab aliis digeruntur. *differently by different persons.* ¶ *Alius ex alio* significat unam rem post aliam: quod *Sallust. in Jug.* c. 6. *alium post alium* dixit. *Cic. Fam.* 9. ep. 19. Me quotidie aliud ex alio impedit. *Liv.* l. 7. c. 39. Alias ex aliis nectendo moras. ¶ *Alius super alium* eod. sensu. *Liv.* l. 3. c. 56. Quæ impie per biennium, alia super alia es ausus. *Id.* l. 1. c. 25. Duo Romam, super alium alius. Ubi adverte, *alium* dici de duobus. ¶ *Alius* interdum regit ablativum sine præpositione. *Brut.* et *Cass. ad Anton. inter epist. Cicer. ad Fam.* l. 11. ep. 2. Nos ab initio spectasse otium, nec quidquam aliud libertate communi quæsisse, exitus declarat. *h. e.* nihil aliud præter libertatem. *Sunt qui leg.* a libertate. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 18. Neve putes alium sapiente, bonoque beatum. *Phædr. in prol.* l. 3. v. 41. Si accusator alius Sejano foret. ¶ Jungitur eleganter cum adverbio *longe:* habet etiam post se particulas *ac, atque, et, quam, præter,* et similia his. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 10. Longe alia nobis, ac tu scripseras, nuntiantur. *of a sort quite different from that which,* &c. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *a med.* Non alius essem, atque nunc sum. *Id. pro Cœl.* c. 28. Lux longe alia est solis, et lychnorum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 69. Numquid aliud ferret præter arcam. *Cels.* l. 2. c. 28. Panis fermentatus, et quisquis alius, quam ex tritico est. *and made of any other corn but wheat.* ¶ Ponitur interdum pro reliquus, *the rest, remainder, remnant, residue. Liv.* l. 7. cap. 19. Tercenti quinquaginta octo delecti, qui Romam mitterentur: vulgus aliud trucidatum. *Id.* l. 2. c. 23. Primo se agro paterno exsuisse, deinde fortunis aliis. ¶ *Alium facere* est immutare. *Plaut. Trinum.* 1. 2. 123. Pro dii immortales, verbis paucis quam cito alium fecisti me! alius ad te veneram. *Id. Pœn. prol.* v. 126. Valete, adeste, ibo: alius nunc fieri volo. *h. e.* aliam personam comicam induere volo. ¶ *Alia omnia* V. *Omnis.* ¶ *Alias res agere.* V. *Ago.* ¶ Reperitur etiam genitivus *alĭi,* et *aliæ* pro *alius,* et dativus *aliæ* pro *alii. Varr.* lib. 1. *R. R.* c. 2. Ad alii dei aram. *Cato* apud *Priscian.* lib. 6. pag. 694. *Putschii.* Tum uti eos mutem, et alii modi sim. (*pro* aliusmodi. *Hinc factum est* alimodi, *quod affertur a* Festo.) *Cic.* 2. *Divin.* c. 13. Si aliæ pecudis jecur nitidum est, aliæ horridum. *Gell.* lib. 9. c. 4. Nulli aliæ causæ obnoxia. *Plaut. Mil.* 3. 1. 207. Qui nisi adulterio, studiosus rei nullæ aliæ est. Adde *Lucret.* lib. 3. v. 932. et *Liv.* l. 24. c. 27. *sub fin.* Præterea *Festus* asserit, *Plautum* dixisse *ali rei* pro *aliæ rei.* ¶ *Alium* pro *aliorum Lucret.* l. 1. v. 882. Sanguinis, aut alium, nostro quæ corpore aluntur. Adde l. 2. v. 910. Utrobique tamen alii aliter leg.

ALIUSMŌDI, *of another kind, sort, or fashion; otherwise,* duo genitivi coalescentes in unam vocem, et quasi in adjectivum indeclinabile. *Cic. Invent.* l. 2. c. 6. Res aliusmodi est, ac putatur. *Cæsar in Anticat.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 694. *Putsch.* Quem aliusmodi, atque omnes natura finxit.

ALIŪTA, *otherwise,* veteres pro aliter dicebant. Hinc est illud in legibus Numæ apud *Festum.* Si quis aliuta favit, ipsos Jovi facer esto. *Plaut. Rud. prol.* v. 10. Alium aliuta disparat. Al. hic aliter leg.

ALIUSVIS, aliavis, aliudvis, *any one else,* quivis alius. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 4. Cicerones nostros meo potius labore subdoceri mallem, quam me aliumvis magistrum quærere.

ALLĀBOR, et Adlābor, eris, apsus sum, dep. 3. *to glide by, pass near; slide to, arrive at, reach,* juxta, vel ad aliquam rem labor, aut fluo, προσρέω. *Virg.* 10. *Æn.* v. 292. mare crescenti allabitur æstu. *Liv.* l. 25. c. 16. Angues duo ex occulto allapsi. *Cic.* 2. *Divin.* c. 27. Humor allapsus extrinsecus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 319. viro stridens alis allapsa sagitta est. *h. e.* in virum incidit. *Senec. in Hyppolyt.* v. 666. Allapsus genibus. *h. e.* provolutus. *Virg. Æn.* 9. v. 474. Nuntia fama ruit, matrisque allabitur aures. ¶ De navigantibus. *Id.* 3. *Æn.* v. 131. antiquis Curetum allabimur oris. *h. e.* navigamus, appellimus.

ALLABŌRO, et Adlabōro, as, avi, atum, a. 1. *to labour upon any thing; labour hard,* ἐπιπονέω, circa aliquam rem laboro. *Horat. Epod.* 8. *in fi.* Ore allaborandum est tibi. *Id.* l. 1. *od. ult.* v. 5. Simplici myrto nihil allabores. *h. e.* laborando nihil addas, *add with labour or care.* Adde *Cicer. de clar. Orat.* c. 49. ubi tamen al. aliter leg.

ALLÆVO, et Adlævo, seu Allēvo, et Adlēvo, as, avi, atum, a. 1. *to make plain, level, or smooth; to plane, polish,* ἐπιλειαίνω, idem quod lævo, seu levo, lævigo, planum facio. *Columell.* l. 3. c. 15. Vitem totam exputare, nodosque, et cicatrices allevare. *Id.* l. 4. c. 25. Cum allevare quid debet, scalpro utitur. *Et mox.* Major pars operis ductim potius, quam cæsim facienda est. nam ea plaga, quæ sic efficitur, uno vestigio allevatur. ¶ De scriptione V. in *Levis.*

ALLAMBO, et Adlambo, is, a. 3. *to lick,* ἐπιλιχμάζω, idem quod lambo. *Prudent. in Hamartigen.* v. 135. virides allambunt ora cerastæ. ¶ Translate est attingere, *to touch. Auson. in Mosell.* v. 359. Te rapidus Gelbis, te marmore clarus Erubrus Festinant famulis quamprimum adlambere lymphis. *Quintil. Declam.* 10. c. 4. Allambentes flammæ.

ALLAPSUS, et Adlapsus, a, um, participium. V. *Allabor.*

ALLAPSUS, et Adlapsus, us, m. *a gliding to, an approaching by stealth,* πρόσερψις, actus allabendi, accessus. *Horat. Epod.* 1. v. 19. Ut assidens implumibus pullis avis Serpentium allapsus timet. [*Apul.* 5. *Met.* pag. 319. *Oudend.* Prope fontis allapsum domus regia est.]

ALLASSON, ontis, ἀλλάσσων, mutans, varians: vox Græca ab ἀλλάσσω, muto. *Allassontes calices* dicuntur vitrei calices versicolores, hoc est ita picti, ut colorem subinde, prout moventur, mutent, ut in collis columbarum videmus, *of a colour that changes as it is differently presented to the light. Adrianus Imper. in quadam epist. ad Servian. Cons.* apud *Vopisc. in Satur.* cap. 8. Calices tibi allassontes versicolores transmisi.

ALLĀTRO, et Adlātro, as, avi, atum, n. 1. *to bark, bark at,* προσυλακτέω, idem quod latro, vel contra aliquem latro. *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 49. In Capitolium intempesta nocte eunti nunquam canes allatraverunt. ¶ Translate *Plin.* l. 4. c. 5. *sub fin.* Tot sinus Peloponnesi oram lancinant, tot maria allatrant. *h. e.* cum sonitu, et murmure illisarum litori undarum alluunt. Eodem modo locutus est l. 2. c. 68. V. *Latro, as.* ¶ Pro conviciari, obtrectare, criminari, dictis amarioribus lacessere, *to speak ill of, back-bite; rail at, slander, or accuse maliciously; detract or derogate from, bespatter with calumny, asperse. Silius* l. 8. v. 292. nigro allatraverat ore Victorem invidia. *Liv.* l. 38. c. 54. Cato allatrare Africani magnitudinem solitus erat. *Martial.* l. 5. epigr. 61. Adlatres licet usque nos, et usque, Et gannitibus improbis lacessas. et l. 2. epigr. 61. Adlatrare nomen alicujus.

ALLATŪRUS, et Adlatūrus, a, um, *that will bring, offer, or procure,* participium futuri a supino *allatum* verbi *affero. Nepos in Eumen.* c. 12. Negabat se ei vim allaturum, qui, &c. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 10. Lucem opperiebatur tanquam exitium allaturam. V. *Affero.*

ALLĀTUS, et Adlātus, a, um, *brought or offered to,* προσενεχθεὶς, participium anomalum verbi *affero. Cic. in fragment. de Fato,* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 12. Allatus est Scipioni acipenser. V. *Affero.*

ALLAUDABĬLIS, le, *laudable, praiseworthy, commendable,* laudabilis. *Plaut. Pers.* 4. 5. 1. Dedisti operam allaudabilem. *Alii leg.* laudabilem, *alii* adjutabilem.

ALLAUDO, et Adlaudo, as, avi, atum, a. 1. *to praise, commend, extol,* ἐπαινέω, idem quod laudo, vel valde laudo. ad enim auget aliquando. *Plaut. Merc. prol.* v. 84. Agit gratias mihi, atque ingenium allaudat meum.

ALLĀVO. V. *Adlavo.*

ALLECTATĬO, onis, f. *an enticing or alluring,* actus alliciendi. *Quintil.* l. 1. c. 10. Chrysippus etiam nutricum, quæ adhibentur infantibus, allectationi suum quoddam carmen assignat. *h. e.* blandiciis, quibus nutrices alliciunt infantes ad quiescendum, *a lullaby.*

ALLECTĬO, et Adlectĭo, onis, f. *an electing, admitting to certain privileges; also a levying of soldiers,* ἐπίλεξις, actus allegendi, electio, assumptio ad aliquid. *Capitolin. in M. Anton. Philos.* c. 11. Hispanis exhaustis, Italica allectione verecunde consuluit. *h. e.* cum Hispaniæ non haberent amplius, quos ad bellum darent milites, delectus per Italiam habendo, consuluit, &c. *Id. in Pertin.* c. 6. Jussit eos, qui præturas non gessissent, sed allectione accepissent, post eos esse, qui vere prætores fuissent. *h. e.* qui assumpti fuissent inter prætorios viros, et ornamenta prætoria obtinuissent, licet præturam nunquam administrassent. *Tertull. de Monogam.* c. 12. Allectio in clerum.

ALLECTO, as, avi, atum, a. 1. *to entice, allure, be in the habit of enticing,* frequentativum ab allicio, καταθέλγω. *Cic. de Senect.* c. 16. *ad fin.* Ad agrum fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat, atque allectat senectus. *Id. de Amicit. c. pænult.* Allectare, atque invitare. *Columel.* l. 2. c. 3. Boves ad aquam duci oportet, sibiloque allectari, quo libentius bibant.

ALLECTOR, et Adlector, oris, m. *one who entices, wheedles, decoys; an enticer, allurer,* &c. qui allicit, et invitat, verbale ab *allecto, as,* ἐφελκόμενος. *Columell.* l. 8. c. 10. Turdi, qui ab aucupibus in hunc usum nutriti, quasi allectores sint captivorum, mœstitiamque eorum mitigent intervolando. ¶ Est etiam nomen muneris, seu officii: verbale ab *allĕgo, is. Inscriptio vetus* apud *Gruter.* pag. 471. n. 9. L. Tauricio Florentii Taurici Tauriciani filio Veneto allectori Galliæ, patrono nautarum Araricorum. *Ibid.* pag. 245. n. 7. Ti. Claudius Felix, et P. Lollius Paris allectores, cultores Silvani, &c. *Ibid.* pag. 375. n. 3. L. Bæsio allectori Galliarum, ob allecturam fideliter administratam, &c. His locis significantur ii, qui suscipiendis tributis fiscalibus a Romanis Imperatoribus allegabantur in provincias, qui in Veteri Glossario λογογράφοι dicuntur: de quibus mentio fit etiam in *Codic. Theodos.* lib. 12. tit. 6. leg. 12. Iidem dicuntur etiam Allecti, ibid. leg. 13. et apud *Sidon.* l. 5. ep. 7. Eorum munus et *allegatio* dicebatur, ut est in *loc. cit. Cod. Theodos.* leg. 11. et *allectura,* ut est in allata Inscriptione. ¶ Denique *allector* dici videtur generatim, qui in aliquem ordinem allectus est. *Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 83. n. 14. Cn. Domitius Cn. F. Firmus Sacerdos Isidi triumphali basim S. P. S. D. adlector collegi ipsius.

ALLECTŪRA, et Adlectūra, æ, f. munus Allectorum. V. vocem præced.

ALLECTUS, et Adlectus, a, um, *chosen, elected, admitted to certain privileges,* ἐπίλεκτος, assumptus, adscitus, adjunctus: ab *allĕgo, is. Sueton. in Cæs.* c. 80. Peregrini in Senatum allecti. *Id. in Othon.* c. 1. Allectus inter Patricios. *Inscript. optimæ notæ* apud *Gruter.* pag. 347. n. 1. Adlectus ad munera præf. leg. VII. *Alia ibid.* pag. 1088. n. 12. Claudiæ Rufinæ allectæ ab ordine in dec. Augustal. ¶ Cum de Senatoribus sermo est, *allecti* dicebantur apud Romanos, ut docet *Festus,* qui propter exiguum Senatorum numerum ex equestri ordine in Senatum assumebantur; atque ita distinguebantur a *Patribus,* hoc est ab iis, qui erant patricii generis, nimirum descendentes ab iis, quos primum Romulus, instituens Senatum, patres vocaverat; et a *Conscriptis,* hoc est iis, qui prima, aut altera electione in Senatum post Patres adsciti fuerant, et eorum familiæ posteris. Hujusmodi allectionum exempla sub Imperatoribus multa habentur. V. *Sueton. in Cæs.* c. 41. et in *Vespas.* c. 11. &c. ¶ Etiam in aliis ordinibus sui *allecti* fuere. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 449. n. 1. Adlectus supra numerum Sevirum Augustal. et pag. 318. n. 7. Adlectus Ædilis. Sic *adlecti inter Tribunos, inter Quæstores, inter Prætores* passim apud eundem *Gruterum.* Hi autem temporibus Imperatorum fieri solebant, fruebanturque insignibus, et honoribus iisdem, quibus ii, qui vel Præturam, vel Quæsturam gesserant. V. *Capitolin. in Pertin.* c. 6. *ad fin.* cujus verba ad hanc rem pertinentia attulimus in *Allectio.* ¶ Præterea allecti aliquando dicti sunt, qui tributis fiscalibus exigendis per provincias allegabantur. V. *Allector.* ¶ Item adjuncti ad sodalitia scenicorum, seu comœdorum, qui et *adlecti* absolute, et *adlecti scenæ,* et *adlecti scenicorum* appellabantur, ut videre est in *Inscriptionib.* apud *Gruter.* pag. 1089. n. 6. pag. 380. n. 1. et 2. et alibi. ¶ Est etiam *allectus* participium verbi *allicio, allured, enticed, invited, decoyed. Quintil.* l. 7. c. 2. *ad fin.* (*al.* c. 3.) Allectus consuetudine peccandi.

[† ALLECŬLA, æ, f. *a pilchard;* Sic *quædam editiones.* Sed vide in *Alecula.*]

ALLEGATĬO, onis, f. *a sending on a message; a deputing of a person to make a request, solicit a favour, grant,* &c. *the preferring of a suit to any one in the capacity of a petitioner,* παραγγελία, actus allegandi, cum aliquis ad alium mittitur. *Cic. Verr.* 3. c. 51. Cum sibi omnes ad istum allegationes difficiles, omnes aditus arduos, ac potius interclusos viderent. *h. e.* cum viderent difficile esse aliquem mittere ad istum, qui deprecaretur. *Id. ibid.* c. 16. Quanta iste cupiditate, quibus allegationibus illam sibi legationem expugnavit! *by what importunities! by what incessant solicitations!* ¶ Item actus afferendi aliquid

in excusationem, aut probationem alicujus rei, *an allegation, or alleging any thing by way of proof, plea, or excuse; the alleging of a cause for doing any thing.* Ulpian. Digest. lib. 48. tit. 5. leg. 2. Si maritus uxorem ream fecit, an lenocinii allegatio repellat maritum ab accusatione? *Hermogenianus* lib. 1. tit. 4. leg. 17. Allegatio circumventionis. *Paul.* lib. 23. tit. 2. leg. 60. Falsis allegationibus a tutela se excusare. Adde *Apul.* l. 10. *Metam.*

ALLEGATUS, us, m. idem quod allegatio. *Plaut. Trinum.* 5. 2. 16. Allegatu meo venit. *by my appointment or order.* *Gell.* lib. 13. c. 20. Hic allegatus, et hic arbitratus pro allegatione, proque arbitratione dicuntur.

ALLEGATUS, a, um, *sent on a message or errand, deputed, envoy'd.* *Terent. Andr.* 5. 3. 28. Ne credas a me allegatum hunc senem. *Plin.* l. 8. c. 1. Allegata precibus [illegible]. *h. e.* assumpta, adhibita, et velut missa ad deprecandum. Alii aliter leg. ¶ Item productus, delatus, citatus. *Cic. pro Cluent.* c. 13. *ad fin.* Crimen hoc indicio Avilii probabatur, in quo, inter allegatos, Oppianici nomen primum esse constabat. *in the list of those sent to examine the evidence*, &c. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 3. Nerius index edidit ad allegatos Cn. Lentulum, et C. Cornelium, &c. Sunt qui utroque loco legunt *alligatos*, hoc est scelere adstrictos, obstrictos. Dicimus enim *alligare se scelere.* [Optima *Inscriptio* detecta est Patavii an. 1773 in fronte fornicis pontis antiquissimi, et a *Dominico Polcastro* peculiari *Opusculo* illustrata, relata etiam in ejusdem *Fasciculo Rom. Inscript.* pag. 79. L. Clo. C. Albarenius. C. . . . . Pomponius. Q. . . . . nius L. F. T. Ulla C. Pompon . . . . Scapula. Adlegati. Pontem. faciendum. D. D. S. Locaru . . . idemque probarunt, *h. e.* de Decurionum sententia locarunt, iidemque probarunt. Censuit idem *Polcastro* adlegatos hic dici ministros muneris provincialis, quod nempe Decurionum legati in Municipiis et Coloniis habebant officii adjutores, *deputies.*]

ALLĒGO, et Adlēgo, as, avi, atum, a. 1. *to send on an errand or message, depute to ask or solicit any thing,* παραπέμπω, est mittere ad aliquem locum, vel hominem, sed privatim (nam publice *legare* dicimus) et fere alicujus rei petendæ gratia. *Liv.* l. 36. c. 11. Cum patrem, primo allegando, deinde coram ipse rogando fatigasset. *Cic.* 3. *Verr.* c. 57. Petit a me Rabonius, et amicos allegat: facile impetrat. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 9. Homines nobiles allegat iis, qui peterent, ne, &c. *Id. Fam.* 15. ep. 10. Allegarem te ad illos, qui, &c. *Plaut. Amph.* 2. 2. 42. Alium ego isti rei allegabo. *h. e.* alii istam rem committam. Sic *Id. Epid.* 3. 3. 46. Allegare aliquem ad aliquod negotium. *Apulei. in Apolog.* Allegare preces deis. *h. e.* preces ad deos mittere. ¶ Est etiam proferre, adducere, afferre aliquid probandi, vel excusandi gratia, *to allege or adduce in the way of excuse or proof.* *Plin.* l. 3. ep. 15. Petis, ut libellos tuos legam; adhibes preces, allegas exemplum. *Justin.* l. 16. c. 1. Priorem se petitum ab Alexandro, allegat; nec fecisse se, sed occupasse insidias. *Quintil.* l. 4. c. 1. Allegare dignitatem alicujus. *Plin. in Paneg.* c. 70. *ad fin.* Allegare decreta. Et *initio ejusd. cap.* Allegare aliquid Senatui. *h. e.* apud Senatum proferre, Senatui manifestare. *Sueton. in Aug.* c. 5. Cum Lectorius, in deprecanda graviore adulterii pœna, præter ætatem atque natales hoc quoque patribus conscriptis allegaret, se esse possessorem, &c. *Tacit.* l. 4. *Histor.* c. 84. Mandata regis sui Scydrothemidi allegant. *h. e.* exponunt. *Sueton. in Aug.* c. 47. Allegare merita erga populum Romanum. *Stat.* 2. *Achill.* v. 224. Allegantque suos utroque a sanguine divos. *h. e.* refer[illegible]. Hac significatione sæpissime usurpatur a J[illegible]s. ¶ Apud *Mamertin. in gratiar. act. ad Julian.* [illegible] *allegare preces* est precari, orare. Eadem ratione locutus est etiam *Apulei. de deo Socrat.* ¶ Apud *Ulpian. Digest.* lib. 40. tit. 12. leg. 27. *allegare se ex servitute in ingenuitatem* est eas allegare probationes, et causas, quibus aliquis e servitute in libertatem vindicari possit. ¶ Pro deferre, reum nominare V. in *Allegatus, a, um.*

ALLĔGO, et Adlĕgo, is, egi, ectum, a. 3. *to choose, elect, admit,* καταλέγω, adscisco, adjungo, coopto, legendo addo. *Liv.* l. 10. c. 6. Ut quatuor pontifices, quinque augures de plebe omnes allegerentur. *Sueton. in Aug.* c. 49. Allegere certum numerum militum in sui custodiam. *Id. in Claud.* c. 24. aliquem in Senatum. *Id. in Vitell.* c. 1. inter patricios. *Callistrat.* lib. 50. tit. 6. leg. 5. *ad fin.* Allegere ab omni ætate. *h. e.* ex omni ætate. *Et mox.* aliquem in corporibus. *Senec. in Agamemn.* v. 812. Allegi cœlo. *h. e.* inter deos referri. [*Inscriptio* ex Pompeiorum ruinis eruta, quamque refert *Marcellus de stil. Latin. Inscript.* p. 146. Hunc decuriones ob liberalitatem cum esset annorum sexs. (sexaginta), ordini suo gratis allegerunt.]

ALLEGORIA, æ, f. *an allegory; a figure of speech, in which something is meant beyond the literal signification of the words,* ἀλληγορία, vox Græca, Latine inversio, ab ἄλλο, aliud, et ἀγορεύω, dico, loquor, est tropus sententiarum, quo aliud verbis, aliud sensu ostenditur. Apud *Ciceronem* fere Græce scripta legitur in optimis quibusque Codicib. apud alios etiam Latine. *Quintil.* l. 8. c. 6. ἀλληγορία, quam inversionem interpretamur, aliud verbis, aliud sensu ostendit. *Et mox.* Habet usum talis allegoriæ frequenter oratio. Et sic sæpe *eod. cap.* et alibi. *Arnob.* l. 5. pag. 186. Allegoriarum explanatio.

ALLEGORICE, adverb. *allegorically, figuratively,* ἀλληγορικῶς, per allegoriam. *Arnob.* l. 5. pag. 183. Pars allegorice scripta, indubitabili altera sermone, rectoque. *Augustin.* l. 4. *de Genes. ad lit.* cap. 28. Figurate, atque allegorice. Adde *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 5. *in fi.*

ALLEGORICUS, a, um, adject. *allegorical, allegoric, figurative, mystical, typical,* ἀλληγορικός, per allegoriam dictus. *Arnob.* l. 5. pag. 183. Lex allegorica. Et pag. 186. Allegoricæ ambages.

ALLEGORIZO, as, avi, atum, n. 1. *to speak figuratively, deal in allegories; allegorize, turn into allegory,* ἀλληγορεῖν, allegoriis in dicendo uti, figurate loqui. Usi sunt *Tertull. de resurrect. carnis*, cap. 27. et *Hieronym.* epist. 61. *ad Pammach.* cap. 8.

ALLELUIA, *Hallelujah! praise the Lord!* ἀλληλούϊα, vox sacrorum Bibliorum, quæ significat *laudate Dominum.* Est autem Hebraica dictio הַלְלוּיָהּ et revera duæ voces sunt, nam הַלְלוּ significat *laudate;* יָהּ vero est unum ex decem nominibus, quibus apud Hebræos Deus appellatur, ut docent *D. Hieronymus*, et *Isidor.* l. 6. *Orig.* c. 19. ¶ Si litterarum Hebraicarum rationem spectes, *halleluia* scribendum esset; vel *halleluiah*, sed usus plerumque in similibus aspirationem tollit. Est per se vox quinque syllabarum, sed Latini Poetæ quadrisyllabam faciunt, qui etiam ad Latinum morem omnia trahentes, ultimam syllabam corripiunt, cum apud Hebræos natura longa sit. nam scribitur per יָהּ, quod est natura longum. *Paulin. Nolan.* epist. 32. *ad Sever.* c. 5. *in fin.* Alleluia novis balat ovile choris. ¶ Secunda syllaba Hebraice est natura brevis, licet a Græcis per η scribatur, qui non in hoc solum, sed et in spiritu appingendo ab Hebræis recesserunt. Quare reprehendendi non sunt, qui Hebraicam quantitatem secuti, eam corripuerunt, ut *Sidon. in* carm. epist 10. l. 2. Responsantibus alleluia ripis, et *Prudent. Cathemer.* 4. v. 72. Amen reddidit, alleluia dixit.

ALLEVĀMENTUM, ti, n. *alleviation, ease or comfort,* allevatio. *Cic. pro Sull.* c. 23. *in fi.* Sulla et secundas fortunas amittere coactus est, et in adversis sine ullo remedio, atque allevamento permanere.

ALLEVATĬO, onis, f. *a raising or lifting up,* actus allevandi, et extollendi, ἀνακούφισις. *Quintil.* l. 11. c. 3. Humerorum raro decens allevatio, atque contractio est. ¶ Translate est levamen, solatium, *an easing or assuaging; alleviation, ease, comfort.* *Cic. Fam.* 9. ep. 1. Etsi tot, tantisque rebus urgemur, ut nullam allevationem quisquam non stultissimus sperare debeat. (*Gebhardus* ait in quodam MS. vidisse se *alleviationem.*) *Id.* l. 1. *de Fin.* cap. 12. Dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis esse solet; ut ejus magnitudinem celeritas, diuturnitatem allevatio consoletur. *h. e.* levitas.

ALLEVĀTOR, oris, *one who lifts up, raises aloft, exalts,* qui allevat. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 36. Allevator humilium, destructor superborum.

ALLEVĀTUS, et Adlevatus, a, um, *raised, lifted up, upborne, supported,* sublevatus, sublatus. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 22. Adlevatus circumstantium humeris. *Flor.* l. 4. c. 11. Naves turribus, atque tabulatis allevatæ, castellorum, et urbium specie ferebantur. *Sallust. in Jug.* c. 99. Si quæ vetustate radices eminebant, laqueis vinciebat, quibus allevati milites facilius ascenderent. ¶ Translate *Tacit.* l. 1. *Histor.* c. 52. Vitellius hiberna legionum cum cura adierat: redditi plerisque ordines, remissa ignominia, allevatæ notæ. *h. e.* exemptæ, sublatæ. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 1. Bono animo esse cœpisse, quod Acastus ea, quæ vellem, de allevato corpore tuo nuntiaret. *h. e.* a morbo recreato.

ALLEVĬO, as, *to render light,* leve facere. Translate *Cic.* 1. *de Invent.* c. 42. Reprehensio est, per quam argumentando adversariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut alleviatur. *h. e.* elevatur, pondus ei, et probabilitas adimitur. *is enfeebled.* Ita legitur in aliquot MSS. et antiquitus editis libris. In aliis *allevatur.* In editione *Victorii* etiam *levatur.* *Justinian. novell. constitut.* 13. *a med.* Alleviare curas alicui.

ALLĔVO, et Adlĕvo, as, avi, atum, a. 1. *to lift up, raise aloft,* ἐπαίρω, sublevo, in altum tollo, de imo, et ubi quid jacet, vel projectum est, sursum levo. *Quintil.* l. 11. c. 3. Supercilia allevare, et demittere. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 19. Allevare supplicem. *Sueton. in Calig.* c. 36. Faciem alicujus manu. *Senec.* ep. 80. velum. *to hoist the sail.* *Curt.* l. 8. c. 14. oculos. *Id.* l. 9. c. 5. se clypeo. *Senec.* ep. 72. *ad fin.* aliquem in cœlum. ¶ Translate est levare, lenire, mitigare, *to assuage, soften, lighten, mitigate, relieve.* *Cic. de clar. Orat.* c. 3. Allevare sollicitudines alicujus. *Vetus poeta* apud *eund. Tuscul.* 3. c. 29. Aliorum ærumnam dictis allevare. *Curt.* l. 4. c. 15. Allevare animum a mœrore. *Quintil. declam.* 1. *in princip.* Allevare afflictum. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 453. *sub Vespas.* magno tritici modo annonam P. R. adlevavit. ¶ Absolute *Cic.* 12. *Attic.* ep. 39. Allevor, cum loquor tecum absens. *I am relieved, comforted, at ease.* *Plaut. Pers.* 2. 5. 3. Ubi se allevat, ibi me allevat. *h. e.* cum se levat ægritudine, me consolatur. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 8. v. 31. nec viribus allevor ullis. *h. e.* nulla ope medica recreor. ¶ *Allevari* etiam dicuntur, qui efferuntur, et aliis antecedunt. *Flor.* l. 4. c. 2. C. Cæsar eloquentia, et spiritu, et jam consulatu allevabatur. ¶ *Allevare* pro elevare, infirmare, V. supra in *Allevio.* ¶ Pro lævigare V. *Allævo.*

ALLEX, allĭcis, m. ἐφελκόμενος, qui allicit, allector. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 31. Tu ne hic amator audes esse, allex viri? *h. e.* cinæde. Alii leg. *alex*, vel *hallex*, et exponunt fæx virorum, *an abject, base-minded scoundrel; a nidget, poltroon.* V. *Alec.* ¶ Allex in *Isid. Gloss.* est pollex pedis. V. *Allus.*

ALLĬA, et Alia, æ, [† nunc] *Caminate*, aut *Rio de Mosso*, Ἀλλίας, et Ἀλίας, fluvius Sabinorum, per Crustuminos in Tiberim apud Eretum oppidum influens, undecimo ab Urbe lapide. Valde memorabilis Romanis fuit, quia ibi Galli, Brenno duce, eorum exercitu ad internecionem cæso, postea ad Urbem accedentes, ipsam quoque post triduum ferro, et igni vastarunt. Id quia accidit XV. cal. Aug. anno ab Urbe C. 365. eum diem in fastis inter atros referri, et nefastum esse voluerunt. V. *Liv.* l. 5. *a* cap. 37. Hinc *Virgil. Æn.* 7. v. 717. Quosque secans infaustum interfluit Allia nomen. *Lucan.* l. 7. v. 408. cedant feralia nomina Cannæ, Et damnata diu Romanis Allia fastis. ¶ Rectius duplici quam simplici *l* scribitur, ut ostendunt antiqua monumenta non una, et præter cetera *Cenotaphium Pisanum C. Cæsaris*, in quo *pro Alliensi* scriptum est. *Servio* igitur *ad loc. Virg. cit.* cave credas, qui ut contrarium probet, perperam affert male intellectum *Lucani* locum lib. 7. v. 633. Quas aliæ clades, &c. quod jam monuit *Noris. ad Cenotaph. Pisan. Dissert.* 4. cap. 6.

ALLIĀNUS, a, um, adject. *Alliana lina* olim magno in pretio fuere: ita dicta ab Alliana regione Italiæ inter Padum, et Ticinum amnes, ubi proveniebant. *Plin.* l. 19. c. 1.

ALLIĀTUS, a, um, adject. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 45. Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aves: Sine, me alliatum fungi fortunas meas. *h. e.* olentem allium, quod in mea paupertate sæpe comedo. Alii legunt, et fortasse rectius *alliato*, ut sit *alliatum, ti*, quo significatur quodcumque edulium allio conditum, *garlic-sauce.* Nam condire allio cibos pauperum est, præsertim apud Latinos, quibus allium cibus erat militum, remigum, et hujusmodi popelli.

ALLICEFACĬO, ăcis, a. 3. *to invite, allure, entice, decoy,* idem quod allicio. *Senec.* epist. 118. Quod invitat ad se, et allicefacit, verisimile est. *Joann. Freder. Gronov.* ita ex conjectura legendum censet, cum vulgo legatur *allicit facie.* In quibusdam MSS. *Gruter.* viderat *allicere facit.* Idem *Gronov.* etiam apud *Cicer.* l. 1. *Offic.* c. 17. ex eadem conjectura legendum putat *Quamquam virtus nos ad se allicefacit, ut eos diligamus, in quibus*, &c. cum in editis passim sit *alliciat, faciatque, ut*, &c.

ALLICEFACTUS, a, um, *allured, enticed*, &c. allectus: participium ab *allicefacio.* *Sueton. in Vitell.* c. 14. Nobiles viros, omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperii allicefactos, vario genere fraudis occidit.

ALLICĬO, et Adlicio, is, exi, ectum, a. 3. *to attract, invite, allure, entice, decoy, inveigle, wheedle, seduce,* ἐφελκύω, ἐπάγομαι, traho, attraho, induco, illicio, invito: ex *ad*, et *lacio.* *Cic.* 2. *Fam.* ep. 15. Adolescentem non tam allicere volui, quam alienare nolui. *Id.* l. 1. *Divin.* c. 39. Magnes ferrum ad se allicit, et trahit. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 58. Rex sum, si illum hodie hominem ad me allexero. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 8. Hominum mentes dicendo allicere. *Id.* 2. *Offic.* c. 6. Hominum studia ad utilitates nostras allicere, atque excitare. *Id. Verr.* 7. *c. pænult.* Nostris officiis aliorum benevolentiam allicere. *Id. pro lege Manil.* c. 9. Allicere aliquem ad misericordiam. *Id.* 2. *Phil.* c. 45. ad recte faciendum. *Quintil.* l. 3. c. 1. juventutem ad cognitionem eorum, quæ, &c. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 631. Merum allicit somnos. *Lucret.* l. 6. v. 182. sonus adlicit aures. *h. e.* lacessit, provocat sensum audiendi. ¶ *Charis. sub init.* l. 3. et *Diomed.* l. 1. pag. 364. *Putsch.* ponunt *allicco, es* eadem forma, qua *augeo, luceo*, &c. Addit etiam *Diomed. allicio* Veterum esse: sed contra stat usus. ¶ Præteritum *allicui* pro *allexi* usurpatum fuit a *Pisone histor.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 877. Cujus unius præmio multorum allicuit animos. Adde *Hygin. Poet. Astronom.* l. 2. c. 7.

ALLĪDO, et Adlido, is, isi, isum, a. 3. *to dash to the ground, throw against the ground; to break in pieces by bringing violently in contact with any other substance,* ἐπιρράσσω: ex *ad*, et *lædo:* est ad aliquid impingendo lædere, aut frangere. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 67. Omnia quæ toto delapsa e corpore passim Ipsius ante pedes fluctus salis allidebant. *Alii leg.* alludebant. *Lucret.* l. 4. v. 296. ut si quis prius, arida quam sit Cretea persona, allidat pilæve, trabive. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 27. Allidere aliquid ad scopulos. ¶ Translate *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 6. *ad fin.* Hoc incommodum consolantur quotidianæ damnationes inimicorum, in quibus me perlubente, Servius allisus est, (*severely injured*) ceteri conciduntur. *h. e.* ad-

ductus quidem est in aliquod condemnationis, ut naufragii, periculum, ex quo tamen emersit, ceteri merguntur, damnantur. *Columell.* l. 1. c. 3. Imbecilliorem agrum quam agricolam esse debere: quoniam cum sit colluctandum cum eo, si fundus prævaleat, allidi dominum. *h. e.* velut impegerit, damno affici, jacturam facere. *Senec. de tranquill. anim.* c. 3. *ad fin.* Ille vir fuerit, qui periculis undique imminentibus, armis circa, et catenis frementibus, non alliserit virtutem, nec absconderit. *h. e.* non abjecerit, perdiderit, quasi ultro in scopulos navem mittens.

ALLIENSIS, et Aliensis, se, adject. ad Alliam pertinens, ut *Alliensis pugna*, qua Romani a Gallis ad Alliam cæsi sunt: et *Alliensis dies*, quo die ea pugna facta est, qui infaustus, ater, nefastusque Romanis habebatur tum propter acceptam eam ingentem cladem, atque inde captam Urbem; tum quia eodem die, sed alio anno tercenti Fabii ad Cremeram cæsi fuerant ad unum: qui dies fuerat a. d. XVI. cal. Sextil. ut *Liv.* l. 6. c. 1. docet. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 5. Majores nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnæ, quam Urbis captæ, quod hoc malum ex illo: itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus. *Sueton. in Vitell.* c. 11. Magis deinde ac magis omni divino humanoque jure neglecto, Alliensi die pontificatum maximum cepit. ¶ Hinc postea funestissimum aliquem diem significare volentes, *Alliensem* indicabant; ex quo Pisani diem mortis C. Cæsaris Aug. filii lugubrem, et atrum esse volentes, *pro Alliensi lugubrem memoriæ prodi* jusserunt, ut legitur in *Cenotaph. Pisan. C. Cæs.*

ALLĪFÆ, Alliphæ, Aliphæ, aut Alifæ (*tot enim modis scriptum legitur*) arum, f. Ἀλιφαὶ, Ἀλλίφαι, [† nunc] *Alife, Alifi*, oppidum Samnii prope Vulturnum, inter Teanum, et Venafrum, nunc pæne excisum. *Liv.* l. 9. c. 38. C. Marcius Rutilus Allifas de Samnitibus vi cepit. *Silius* l. 8. v. 537. Allifæ, et Clanio, contemptæ semper Acerræ. *Quidam hoc loco legunt* Allife, *ut sit* Allife, es. Apud *Liv.* l. 8. c. 25. in quibusdam libris legitur *Allifium, ii.*

ALLĪFĀNUS, a, um, adject. ad Allifas pertinens. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 25. Allifanus ager. ¶ *Allifanum vinum* olim in pretio fuit. *Silius* l. 12. v. 526. hinc Allifanus Iaccho Haud inamatus ager. ¶ Creta figulari abundabat is ager, ex qua grandia pocula fiebant. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 39. Invertunt Allifanis vinaria tota. *supple* poculis. ¶ *Allifani, orum* sunt Allifarum incolæ. *Plin.* l. 3. c. 5.

ALLIGATĬO, et Adligatio, onis, f. *a binding, tying, joining,* &c. *alligation,* actus alligandi, ἐπίδεσις. *Vitruv.* l. 8. c. 7. Alligationibus continere aliquid. Adde l. 7. c. 3. ¶ Speciatim dicitur de ligatura vitium, aliarumque arborum. *Columell.* l. 11. c. 2. Arbustorum sive putatio, sive alligatio finienda est.

ALLIGĀTOR, et Adligator, oris, m. *a binder or tyer,* qui alligat, προσδετής. *Columell.* l. 4. c. 13. Sequitur alligatoris cura, cujus officium est ut rectam vitem producat in jugam. Adde cap. 17. 20. et 26.

ALLIGATŪRA, æ, *a binding,* ἐπίδεσις, alligatio. *Columell.* c. 8. *de Arborib.* Infra insitionem, et alligaturam leviter vitem vulnerato.

ALLIGATŪS, et Adligatus, a, um, *bound, tied, fastened,* ligatus, colligatus, adstrictus, ἐπιδεδεσμένος. *Senec. de brevit. vitæ*, c. 13. *a med.* Sulla in circo leones solutos dedit, cum alioquin alligati darentur. *In epit. Livii.* Sarmentis ad cornua boum alligatis. *Liv.* l. 7. c. 24. Alligatum vulnus. *wound dressed or bound up.* ¶ *Alligati* dicuntur servi viliores, et nequiores, qui ligati asservantur, et in vinculis opus faciunt. *Columell.* l. 1. *c. ult.* Vineta plurimum per alligatos excoluntur. ¶ *Alligatus calculus*, in ludo latrunculorum, est ad incitas redactus, *h. e.* eo loco, ut moveri non possit, quin ab adversario capiatur. *Senec.* ep. 117. *ad fin.* Ut sciat, quomodo alligatus exeat calculus. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Or* .. c. 44. *in fi.* Verba neque alligata sint quasi certa aliqua lege versus, neque ita soluta, ut vagentur. *Id. de* [illegible] c. 12. Ne existiment ita se alligatos, ut ab amicis peccantibus non discedant. *Id. pro Cluent.* c. 64. Alligatus nuptiis. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 7. *a med.* Alligatus sponsu. *Martial.* l. 8. epigram. 64. Lac alligatum. *h. e.* coagulatum, *curdled, coagulated, soured.* ¶ Pro criminis obnoxio, conscio, V. *Allegatus.*

ALLĬGO, et Adligo, as, avi, atum, a. 1. *to bind or tie to any thing,* ἐξαρτάω, ad aliquid ligo, vincio. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 715. n. 10. Atimeto Lib. cujus dolo filiam amisi, restem et clavom, unde sibi collum alliget *Cic. Verr.* 7. c. 28. Alligare aliquem ad palum. ¶ Speciatim dicitur de vitibus, quæ ad alias arbores adminiculi causa colligantur. *Columell.* l. 4. c. 13. Observare debebit, ne in alliganda materia flexum pali sequendum putet. *Id. ibid.* c. 20. Vites, quæ curvæ sunt, et distortæ, non æqualiter alligantur. ¶ Sumitur etiam generatim pro simplici ligo, colligo, vincio, unio, jungo. *Tacit. de Germ.* c. 24. Victus voluntariam servitutem adit: quamvis junior, quamvis robustior alligari se, ac vænire patitur. *Martial.* l. 12. epigr. 91. Alligare caput lana. *Vetus Poeta* apud *Cicer.* 2. *Tuscul.* c. 17. et *Justin.* l. 15. c. 3. Alligare vulnus. *to bind up or dress a wound. Plin.* l. 32. c. 6. *in fin.* Tingendis lanis ita colorem alligans, ut elui postea non possit. *Eod. sensu. Id.* l. 9. c. 38. Buccinum pelagio admodum alligatur. ¶ Translate *Cic.* 8. *Attic. ep. ult.* Ne forte qua re impediar atque alliger. *should be shackled, impeded. Id. pro Cluent.* c. 54. Lex omnes mortales alligat. *ties, obliges, binds, obligates.* et cap. 55. Alligare populum R. novo genere quæstionis. *Id. pro Planc.* c. 33. Non modo beneficio, sed etiam benevolentiæ significatione alligari. *Id. pro Rosc. Com.* c. 12. Alligare aliquem stipulatione. *Varr.* l. 4. *L. L. in fi.* Alligare pecuniam. *h. e.* stipulatione alicui obligare. *Justin.* l. 24. c. 1. Alligari in fœdera societatis. *Terent. Eun.* 4. 7. 39. Alligare se furti. *to show himself guilty. Cic. pro Flacc.* c. 17. Alligare se scelere. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 869. Tristitas vultum alligat. *h. e.* adducit, corrugat, adstringit: cui contrarium est *explicare frontem.* Alii aliter leg. V. *Caligans.*

ALLĬNO, et Adlino, is, levi, litum, a. 3. *to anoint, besmear, daub, bedaub,* ἐπιχρίω, ungendo induco, inungo: ex *ad*, et *lino, is. Horat. de art. poet.* v. 445. Vir bonus et prudens versus reprehendet inertes, Culpabit duros, incomptis allinet atrum Transverso calamo signum. *h. e.* incomptos. inducet, delebit. ¶ Pro adjungere, adnectere, agglutinare, *to attach to, fasten to, fix upon. Plin.* l. 13. c. 12. Adlinere schedam supina tabula. ¶ Translate *Cic. Verr.* 2. c. 6. Nulla nota, nullus color, nullæ sordes videbantur his sententiis allini posse. *Senec. ep.* 7. Allinere alteri vitia sua. *infect or taint with.*

ALLISĬO, et Adlisio, onis, f. verbal. ab *allido*, actus allidendi. *Trebell. Poll. in tyranno Mario*, c. 8. Multa duorum digitorum allisione contrivit. *h. e.* digitos allidendo, et impingendo.

ALLĪSUS, et Adlisus, a, um, participium ab *allido. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 27. Remigum pars ad scopulos allisa interficitur. *Claudian de VI. Consul. Honor.* v. 627. In latus allisis clypeis. *h. e.* collisis, et in latera aliorum impactis.

ALLIVESCO. V. *Adlivescit.*

ALLĬUM, et Alium, ii, n. *garlic,* σκόροδον, genus oleris, quo vescimur, et in condimentis utimur, gravissimi odoris. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 67. Atavi nostri cum allium, ac cæpe eorum verba olerent, tamen optime animati erant. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 38. At te dii omnes perdant: oboluisti allium. *Id. Pœn.* 5. 5. 34. Plenior alli ulpicique, quam Romani remiges. *Virg. Ecl.* 2. v. 11. Allia, serpyllumque, herbas contundit olentes. *Pers.* sat. 5. v. 188. Si non Prædictum ter mane caput gustaveris alli. *the head of a leek, root of garlic. Horat.* epod. 3. v. 3. cicutis allium nocentius. *Plin.* l. 19. c. 6. Allium ad multa medicamina prodesse creditur. ¶ *Allium cum sale obsignare* proverbio dicitur de præparcis, et tenacibus. *Plaut. Pers.* 2. 3. 15. ¶ Apud Ægyptios allium pro numine colebatur, ut scribit *Plin. loc. cit.* V. etiam *Juvenal.* sat. 15. v. 9. ¶ Ratio *l* duplicandi magis placet *Dausquio*, quam simplicem adhibendi: et hæc tamen probabilis est. *Vide Pier. ad. Virg. loc. cit.* Sunt qui *halium* scribunt, quasi ab *halo* descendat: sed hoc usu non obtinuit.

ALLOBRŎGES. V. *Allobrox.*

ALLOBROGĬCUS, a, um, adject. ad Allobroges pertinens, ut *Allobrogica vitis* apud *Plin.* l. 14. c. 2. quæ in regione Allobrogum provenit. ¶ *Allobrogicus* dictus est Q. Fabius Maximus Q. Fabii Maximi Æmiliani filius, ob devictos Allobrogas, cum eorum exercitum CXXX. mill. hominum ad Isaram fluvium cecidisset. *Vellei.* l. 2. c. 10. Huc respexit *Juvenal.* sat. 8. v. 13. Cur Allobrogicis et magna gaudeat ara, &c. *h. e.* titulis, et imaginibus majorum suorum, qui Allobrogici dicti sunt ob virtutem bellicam.

ALLŎBROX, ŏgis, *et in plur. num.* Allobroges, ogum, m. populi Galliæ Narbonensis inter Isaram fluvium, Alpes Graias, lacum Lemanum, et Rhodanum, quorum præcipua urbs Vienna prope Rhodanum sita. Hi multa cum populo Romano bella gessere, non semel etiam devicti, rebellarunt, commodam nacti occasionem. Hinc *Horat. Epod.* 16. v. 6. Novisque rebus infidelis Allobrox. *Juvenal.* sat. 7. v. 114. Rufum, qui toties Ciceronem Allobroga dixit. *h. e.* crasse, et barbare loquentem more Allobrogum. *Allobroga* accusativus est Græcæ positionis pro *Allobrogem. Cic.* 3. *Catil.* c. 5. Litteræ ad Senatum Allobrogum, populumque.

ALLOCUTĬO, et Adlocutio, onis, f. *a speaking to any one; a speech, address,* actus alloquendi, alloquium, παραμυθία, προσφώνησις. *Plin.* l. 2. *ep. ult.* Postquam signatum est testamentum, mutat personam, vertit allocutionem. *Ascon. in Verr.* 2. c. 7. *a med.* Quasi tractantium allocutionem inducit. ¶ Sumitur speciatim pro alloquio, et sermone, quem alicujus consolandi causa adhibemus, *a consolatory address; consolation, comfort,* παραμυθία. *Catull.* carm. 38. *ad Cornificium*, v. 5. Qua solatus es allocutione? *Senec. de consol. ad. Helv.* c. 1. Novis verbis, nec ex vulgari et quotidiana sumptis allocutione opus erat homini ad consolandos suos, &c. ¶ Et pro hortatione militari, qua utitur imperator milites cohortans ad pugnam. Sæpe in nummis stat imperator in suggestu subjectos milites adloquens: et ὑπόγραμμα, *Adlocutio*, ut in nummo Galbæ apud *Patin.* et in *Mus. Theupol.* pag. 408. *an harangue made by the commander to his soldiers.*

ALLOCŪTUS. V. in *Alloquor.*

ALLŒOTĬCUS, a, um, ἀλλοιωτικὸς, virtutem habens transmutandi: ex ἀλλοιόω, immuto, alium reddo. *Allœotica* dicitur vis in stomacho animalis mutandi cibi, et in chilum vertendi. Est autem Græca vox, quæ in quibusdam Editionib. *Macrobii* l. 7. *Saturn.* c. 4. scribitur Latinis litteris, in plerisque aliis rectius Græcis.

ALLOPHȲLUS, *et Latina scriptione* Allofilus, a, um, *a stranger or foreigner,* ἀλλόφυλος, qui alienæ est gentis, externus, alienigena, ab ἄλλος, alius, et φυλὴ, quæ tum tribum, tum aliquando etiam genus, seu gentem significat. *Sulpic. Sever.* l. 1. *hist. sacr.* passim hac voce eos appellat, qui Philistæi [† Ἀλλόφυλοι passim dicti a LXX Interpr. Vet. Test. Græc.] in Scripturis dicuntur. *Tertull. de pudic.* c. 7. Lex vetus adimit conjugium allophylorum. Adde *Hieron.* ep. 27. *ad Eustoch.* ¶ Penultima natura longa est, et a Græcis Poetis passim producitur: a Latinis tamen corripitur. *Prudent. in Hamartig.* v. 502. Allophylus tua castra velit delere tyrannus. *Id. in Enchir.* seu *Diptyh. de Samsone*, n. 18. faces caudis circumligat, in sata mittit Allophylum. pro *Allophylorum.* Sic *Paulin. Nolan. de S. Fel. Natal.* 8. carm. 23. v. 70. Credite, non armis, neque viribus esse timendos Allophylum populos. Adde *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 37. [† Quod ad pænultimæ (quæ vere longa est) quantitatem apud Latinos attinet, notandum est omnes qui hac voce utuntur sequioris ævi poetas esse.]

ALLOQUĬUM, et Adloquium, ii, n. *a speaking with any one, conference; an address, speech; conversation, talk, discourse, consolatory or otherwise,* παραμυθία, sermo cum alio: præsertim si alliciendi, aut consolandi gratia fiat. *Liv.* l. 1. c. 34. *ad fin.* Ipse quoque fortunam benigno alloquio, comitate invitandi, beneficiisque quos poterat sibi conciliando, adjuvabat. *Id.* l. 25. c. 24. *extr.* Ut alloquio leni perlicerent hostes ad dedendam urbem. *Tacit.* 3. *Histor.* c. 36. Alloquio, exercitioque firmare militem. *Horat.* epod. 13. *in fi.* Illic omne malum vino cantuque levato Deformis ægrimoniæ, dulcibus alloquiis. *Ovid.* 1. *Trist.* eleg. 4. v. 3. Attonitum qui me, memini carissime, primus Ausus es alloquio sustinuisse tuo. Et eleg. 7. v. 17. ingenti prostratum mole sodalem Visere, et alloquii parte levare tui. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Blando alloquio solari aliquem. V. *Allocutio*, et *Alloquor.*

ALLŎQUOR, et Adloquor, ĕris, oquūtus, vel ocūtus sum, dep. 3. *to speak or talk to any one; to address, accost,* προσειπεῖν, ad aliquem loquor. *Cic. pro Cluent.* c. 61. Quem nemo recipere tecto, nemo audire, nemo alloqui, nemo respicere vellet. *Virg.* 6. *Æn.* v. 466. Extremum fato quod te adloquor, hoc est. *Tacit.* 3. *Histor.* c. 37. Mox Senatum, composita in magnificentiam oratione, allocutus, &c. *Sueton. in Cæs.* c. 33. In alloquendo, exhortandoque. *Id. in Galb.* c. 18. Allocuturus milites. *Plaut. Amph.* 1. 1. 26. Diis gratias agere, et alloqui. *h. e.* salutare, precari. ¶ Sumitur speciatim pro verba facere consolandi gratia, *to administer consolation; console, comfort,* παραμυθεῖσθαι. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 7. Adlocutum mulieres ire aiunt, cum eunt ad aliquam locutum consolandi causa. *Senec. in Troad.* v. 619. Alios parentes alloqui in luctu ducet: tibi gratulandum est.

ALLUBENTĬA, et Adlubentia, æ, f. *will, inclination,* idem quod lubentia, libido, voluntas, προθυμία. *Apulei.* l. 1. *Metam.* Jam adlubentia proclivis est sermonis, et joci, et scitum est cavillum. *h. e.* jam adest voluntas loquendi et jocandi, &c. *Al. leg.* Jam ad lubentiam proclives erant sermones, et joci, &c.

ALLUBESCENS, et Adlubescens, entis, gratificans, placens, gratus. *Apulei.* l. 2. *Metam.* Occursantis linguæ illisu nectareo prona cupidine adlubescenti.

ALLUBESCIT, et Adlubescit, ebat, impers. 3. *it becomes pleasant, pleasing, agreeable*, lubet, placet, ἐπαρέσκει. *Plaut. Milit.* 4. 2. 12. Est nimium lepida, nimisque nitida femina: hercle vero jam allubescit primulum. ¶ Personaliter etiam usurpatur pro gratificari, lubentem obsequi. *Apulei.* l. 7. *Metam.* Nonnunquam basiare volenti promptis saviolis allubescebat. ¶ Apud *eund.* l. 9. *Metam.* allubescere aquis, est ad aquas bibendas lubentem accedere, ad eas bibendas promptum ac lubentem esse.

ALLUCĔO, et Adluceo, es, uxi, n. 2. *to shine,* προσλάμπω, idem quod luceo, vel ad aliquid luceo. *Sueton. in Vitell.* c. 8. Flagrante triclinio ex conceptu camini, inquit, bono animo estote, nobis alluxit. *Senec.* ep. 92. Vide autem, quale sit, die non esse contentum, nisi aliquis igniculus alluxerit. ¶ Translate *Plaut. Pers.* 4. 3. 46 Nescis, quid instet boni: nequidquam tibi fortuna faculam lucrificam allucere vult. *h. e.* adesse tibi occasionem lucri faciundi.

ALLUCINATĬO, ALLUCĬNOR, V. *Alucinor.*

ALLUCĬTA, V. *Alucita.*

ALLUDĬO, et Adludio, as, avi, atum, n. 1. *to joke, jest, be playful or sportive,* idem quod ludo, jocor, alludo. *Plaut. Stich.* 2. 2. 58. Quando adbibero, alludiabo: tunc sum ridiculissimus. *Id. Pœn.* 5. 4. 64. Etiam me meæ latrant canes? *Ag.* at tu hercle alludiato.

ALLŪDO, et Adludo, is, usi, usum n. 3. *to play or sport with one, joke, jest, rally,* cum aliquo ludere, jocari, colludere, προσπαίζω. *Ovid. sub fin.* l. 2. *Metam. de Jove in bovem mutato.* Et nunc alludit, viridique exsultat in

bedo. Nam litus in fulvis niveum deponit arenis. *Plin.* l. 9. c. 8. Delphinus patiens se tractandum, et alludens [illegible]. *Terent. Eun.* 3. 1. 34. Forte habui scortum: cœpit ad id alludere. Adde *Justin.* l. 1. c. 4. *Phædr.* l. 5. fab. 10. et *Stat.* l. 5. silv. 6. v. 101. ¶ De rebus inanimatis *Plin.* l. 25. c. 7. a med. Tripolium in maritimis nascitur saxis, ubi alluit unda, neque in mari, neque in sicco. h. e. ubi unda accedens, recedensque veluti ludit. *Cic. in Verr.* c. 7. et *Quintil.* l. 5. c. ult. sub fin. Litus est, qua fluctus alluit. Al. leg. *eludit* minus recte. Eadem ratione *Ovid.* 4. *Metam.* v. 342 alludentes undas dixit. et *Stat.* l. 9. *Theb.* v. 340 extremis alludunt æquora plantis. *Nemes. de Aucup.* v. 1[illegible]. Et curvata suis fetibus, ac tremens Alludit patulis arbor hiatibus. h. e. arbor pomis onusta super Vertumnum veluti ludit, ramos subinde quassans, et porrigens, ita tamen, ut ab eo jam jam apprehensuro statim recedat. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 664. Ac velut ante comas, ac summa cacumina silvæ Lenibus alludit flabris levis Auster. ¶ Cum accusativo *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel.* v. 66. Omnia quæ toto delapsa e corpore passim Ipsius ante pedes fluctus salis alludebant. *Nemesian. Eclog.* 4. v. 10. nec est animus solitos alludere fontes. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 56 *ad fin.* Galba autem alludens varie, et copiose, multas similitudines afferre, multaque pro æquitate contra jus dicere. *h. e.* urbane, et quasi ludendo disputans. *Senec. de Tranquil.* c. 10. *a med.* Prope posita, speique nostræ alludentia sequamur. ¶ Est etiam dicere, vel facere aliquid sensum alio referendo, *to allude to. Valer. Max.* l. 3. c. 7. *extern.* n. 4. Phidias quoque Homeri versibus egregio dicto allusit. *Virg. Æn.* 7. v. 116. Heus, mensas consumimus, inquit Iulus: Nec plura alludens. (*nisi forte* ad *redundat, et idem est ac* ludens, *ut etiam* Servius *dubitavit.*) *Sueton. in Cæs.* c. 22. Negante quodam per contumeliam, facile hoc ulli feminæ fore, respondit quasi alludens, in Assyria quoque regnasse Semiramin, &c. *h. e.* referens ad regnum a Semiramide occupatum, et ad imperium sibi occupandum. ¶ *Alludere argutiam*, hoc est comminisci, rem argutam ludendo dicere, dictum est a *Fulgent. Planc.* l. 2. *Mythol.* fab. 13. ¶ *Alludere aliquem* pro *ad aliquem*, omissa præposit. quæ inest in verbo: *Solin.* c. 5. (al. 11.) *a med.* Ibi epulantes alludit flamma, quæ flexuosis excessibus vagabunda, quem contigerit, non adurit. *Nemesian. Ecl.* 4. v. 10. nec est animus solitos alludere fontes. *h. e.* ludere ad, seu prope solitos fontes.

ALLŬO, et Adluo, is, ui, a. 3. *to flow hard by or near to, to wash or touch upon, as a river, the sea,* &c. ἐπικλύζω, juxta fluo, madefacio: ex *ad*, et verbo *luo*, quod est ejusdem significationis, ac *lavo*. De aquis proprie dicitur. Maria enim, et flumina alluere dicuntur loca, ad quæ feruntur, quæve attingunt. *Cic. in Orat.* c. 30. Ita jactantur fluctibus, ut nunquam alluantur. *Id.* 7. *Verr.* c. 37. Non alluuntur a mari mœnia extrema. *Id.* 2. *de Legib.* c. 3. Fluvius divisus æqualiter in duas partes latera hæc alluit. *Virg.* 8. *Æn.* v. 149. Et mare, quod supra, teneant, quodque alluit infra. ¶ Translate *Cic. pro Flacc.* c. 26. *in fi.* Urbs barbariæ fluctibus alluitur.

ALLUS, vel Hallus, i, m. *the great toe*, pollex pedis scandens super proximum digitum, quod velut insiluisse in alium videatur; quod Græce dicitur ἅλλεσθαι. Hæc *Festus* sub littera A, qui sub H *hallus* scribit: et sane si Græca origo, quam assignat, vera est, aspiratio est adhibenda. Hic idem *allus* in quibusdam *Festi* Codicib. *allex* dicitur, ut et in *Gloss. Isid.*

ALLUSIO, et Adlusio, onis, f. *a joking, jeering, rallying, bantering; a playing or sporting with one*, ludus cum aliquo. *Arnob.* l. 7. pag. 229. Si manu viperam mulceas, petat illa te morsu, nihilque illa prosit allusio.

ALLUVIES, ei, f. *a land-flood, a pool or standing-water occasioned by the overflowing or inundation of rivers*, πρόσκλυσις, aquarum exundatio, qua loca antea sicca alluuntur, et aquis obteguntur. *Liv.* l. 1. c. 4. In proxima alluvie pueros exponunt. *h. e.* loco proximo, quo extra ripas suas Tiberis aquæ pertinebant. *Columell.* l. 3. c. 11. Valles, quæ fluminum alluvie, et inundationibus concreverint. *h. e.* creverint ex limo et sabulo ab inundante flumine comportato. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Turbido fluctuum tumore posito mare quietas alluvies temperabat. ¶ Etiam *Ciceroni* vox hæc tribuitur a quibusdam l. 3. *ad Q. Fr.* ep. 7. Romæ, et maxime Appia ad Martis mira alluvies. Sed plerique alii leg. *proluvies.*

ALLUVIO, et Adluvio, onis, f. *the rising or swelling of a river, an overflowing or inundation of water; a flood, deluge*, alluvies. *Apulei. de Mundo.* Terra aquarum sæpe alluvionibus mersa. ¶ A Jurisconsultis alluvio dicitur incrementum latens, quod agro adjicitur a flumine alluente, et limi, terræque aliquid sensim congerente, ita ut ager ille paulatim crescat: illudque additamentum domino agri cedit. *Caius Digest.* lib. 41. tit. 1. leg. 7. Quod per alluvionem agro nostro flumen adjecit, jure gentium nobis acquiritur. Per alluvionem autem id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligere non possimus, quantum quoquo temporis momento adjiciatur. *Paul.* lib. 12. tit. 6. leg. 15. Alluvione aliquid alicui accedere. *Ulpian.* lib. 19. tit. 1. leg. Si decem jugera alluvione accreverint. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 38. Jura alluvionum, et circumluvionum. Adde *Callistr.* lib. 41. tit. 1. leg. 12. Differunt autem *alluvio*, et *circumluvio*, quod *alluvio* dicitur cum ager ex aliqua tantum parte flumine alluitur, et crescit: *circumluvio* cum undique flumine cingitur, atque in modum insulæ circumdatur.

[* ALLUVIUM, ii, n. idem fere ac alluvies. *Isidor. Origin.* l. 14. c. 8. *ad fin.* Alluvium est consumptio riparum ex aquis. *Sidon.* l. 2. ep. 2. Lacus æstuans fundamenta domicilii humectat alluvio.]

ALLUVIUS ager dicitur, quem paulatim fluvius in agrum reddit. *Varr. auctor. de Limitib. pag.* 293. *Goes.*

ALMIPŎTENS. V. *Altipotens.*

ALMITIES, ei, f. εὐπρέπεια, ut exponitur a *Charis.* l. 1. pag. 25. *Putsch.* hoc est decor, decora forma. *Paul.* ex *Festo:* Almities, habitus almarum rerum. *h. e.* pulcrarum.

ALMO, onis, m. [† hod.] *Dachia*, et *Rio d' Appio*, parvus fluvius agri Romani prope portam Capenam, ex via Appia in Tiberim labens, in quo Sacerdotes Cybeles Deæ simulacrum, et cultros sanguinolentos, et sua vulnera solebant abluere. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 337. *et sequentib. Stat.* l. 5. silv. 1. v. 222. *Sil.* l. 8. v. 365. *Martial.* l. 3. epigr. 47. et *Lucan.* l. 1. v. 600. ¶ Almo etiam Deus illius fluminis, pater Laræ Nymphæ, ex qua Mercurius Lares genuit. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 599. *et sequentib.*

ALMUS, a, um, *cherishing, nourishing; genial, bountiful, gracious; mild, favourable, propitious; fair, beauteous, beautiful*, ὄμπνιος, τρόφιμος, adjectivum est Poeticum significans id, quod vitam, vel nutrimentum quoquo modo præbet, aut tuetur, quasi *alens*. Itaque de Diis dicitur, iis præsertim, qui vitam, victumque dare hominibus creduntur, ut sunt Ceres, Venus (aliis quoque, quibus hoc minus apte convenit, in signum honoris, et venerationis: qua ratione etiam sacerdotibus tribui solet.) item de tellure, de luce ac die, qua vivendo fruimur, et similibus. *Horat.* l. 1. od. 2. v. 43. Almæ filius Maiæ. *Id.* l. 4. *od. ult. extr.* Almæ Veneris progenies. *Virg.* 1. *Georg.* v. 7. Alma Ceres. Et l. 2. v. 330. Almus ager. *Lucret.* l. 2. v. 390. Liquor almus aquarum. *Virg.* 2. *Georg.* v. 233. Almæ vites. *Id.* 1. *Æn.* v. 306. Alma lux. *Horat. in carm. sæcul.* v. 9. Alme Sol. *Senec. in Agamemn.* v. 74. Alma nox. quia scilicet quiete nocturna, et somno vita maxime alitur. *Virg.* 2. *Æn.* v. 664. Alma parens. *Stat.* 2. *Achill.* v. 383. Alma ubera. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 79. Alma nutrix. *Virg.* 7. *Æn.* v. 774. Alma Trivia. *Id. Æn.* 10. v. 215. Alma Phœbe. Et v. 220. Alma Cybele. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 722. Alma Pales. *Virg.* 6. *Æn.* v. 74. et v. 117. Alma Sibylla. *Propert.* l. 4. eleg. 10. v. 51. Alma sacerdos. *Lucret.* l. 2. v. 969. Alma dulcedo. *Horat.* l. 4. od. 4. v. 41. Almæ adorea. *h. e.* gloria, quæ alit virtutem. Sic *Tibull.* l. 1. eleg. 11. v. 67. Alma pax. *Silius* l. 11. v. 12. Alma Carthago. *h. e.* altrix virorum. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 42. Almæ Musæ. *h. e.* studiorum altrices. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Offic.* c. 29. Alma fides. quia nimirum Dea habita est: vel quia fide alitur humana societas. ¶ Festus, et cum eo quædam Vet. Gloss. *almum* exponunt etiam sanctum; item pulcrum: quæ notiones fortasse in quibusdam Scriptorum exemplis locum habere poterunt, in quibus alicui significatio alendi non arrideret. Neque enim improbandæ sunt.

ALNĔUS, a, um, *of alder*, qui ex alno est. *Vitruv.* l. 5. c. *ult.* Si mollis locus erit, palis ustulatis alneis, aut oleagineis, ut robusteis configatur. Adde lib. 3. c. 3.

ALNUS, i, f. *an alder-tree, an alder*, κλήθρα, arbor in aquosis, et paludosis locis nascens, cortice scabro, ligno molli, foliis latis, rotundioribus, nervosis, et viscido humore obsitis. Ejus materies humido loco defixa quam diutissime durat: cum alioquin extra terram facile corrumpatur: quare apprime utilis est in aquoso loco ædificantibus: ob idque a *Vitruv.* l. 2. c. 9. et a *Plin.* l. 16. c. 40. laudatur. *Cic. in fragment.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 4. Alnorum umbracula. ¶ Cavatur etiam in tubos ad aquæductus, ut *Plin. ibid.* c. 42. scribit. Præterea fabricandis navibus est aptissima. Hinc *Virg.* 1. *Georg.* v. 136. ait, prima parva navigia fluminibus trajiciendis ex alno cavata fuisse facta. *Stat.* 6. *Theb.* v. 106. Alnus amica fretis. *Sil.* l. 3. v. 458. Alnus fluminea. *Lucan.* l. 3. v. 442. et fluctibus aptior alnus. ¶ Hinc etiam aliquando per synecdochen a Poetis pro navi ponitur. *Claudian.* l. 1. *de rapt. Proserp. in præfat.* v. 3. Qui dubiis ausus committere flatibus alnum. *Lucan.* l. 2. v. 426. nullasque vado qui Macra moratus alnos. Adde l. 3. v. 520. *Virg.* 2. *Georg.* v. 451. *Sil.* l. 12. v. 521. *Juvenal.* sat. 3. v. 266. et *Stat.* l. 3. *Theb.* v. 23. ¶ Eadem translatione ponitur etiam pro alia quapiam re ex alno facta. *Lucan.* l. 2. v. 486. ut spumeus alnos Discussa compage feras. *h. e.* sublicas pontis. *Id.* l. 4. v. 422. obliquas excipit alnos. *h. e.* trabes alneas. ¶ Poetæ aliquando fabulantur, Phaetontis sorores ejus casum lamentantes in totidem alnos fuisse conversas: aliquando in populos mutatas dicunt. *Virg. Ecl.* 6. v. 621. Phaetontiadas musco circumdat amaræ Corticis, atque solo proceras erigit alnos. *Claudian. in Fescenn. in nupt. Honor.* &c. v. 14. Et Padus electriferis Admoduletur alnis. V. *Virg. Æn.* 10. v. 190.

ALO, is, alui, alitum, et altum, a. 3. *to increase or support by feeding*, ἀέξω, incrementum do, augeo. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 5. Monte decurrens velut amnis, imbres Quem super notas aluere ripas. ¶ Universim significat nutrire, educare, alimentis sustentare, *to nourish, cherish, feed, support, keep, maintain. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 19. Multa quibus animantes aluntur, augescunt, et pubescunt. *Id. Tuscul.* 1. c. 19. Aletur et sustentabitur iisdem rebus, quibus astra sustentantur et aluntur. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 26. Cum agellus eum non satis aleret. *Id.* 1. *Off.* c. 8. Alere exercitum suis fructibus. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 51. Ali lacte. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 20. Alere canes. *Nepos in Aristid. in fi.* aliquem publice. *to maintain at the public expense.* ¶ De inanimatis rebus, quæ nutrimento aliquo indigent. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 46. Stellæ aluntur terræ vaporibus. *Plin.* l. 24. c. 15. *ad fin.* Clematidis folia illita infantibus capillum alunt. *nourish, strengthen, cause to grow. Id.* l. 14. c. 2. Vitis spionia alitur nebulis. *Justin.* l. 4. c. 1. Alere incendium. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *Tuscul.* c. 2. Honos alit artes. *Id. de clar. Orat.* c. 8. Alere gloriam. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 3. audaciam. *Id. de clar. Orat.* c. 33. ingenium. *Id.* 1. *Catil.* c. *pænult.* spem alicujus. *Tibull.* l. 2. eleg. 7. v. 3. Spes alit agricolas. *Cic. pro Sext.* c. 38. furorem alicujus impunitate diuturna. *Id.* 1. *Offic.* c. 30. Mens alitur discendo. *Id. Catil.* 3. c. 11. Memoria vestra nostræ res alentur, sermonibus crescent. *Liv.* l. 28. c. 24. Insita hominibus libido alendi de industria rumores. *Nepos in Phoc.* c. 1. Alere luxuriam. *Id. in Attic.* c. *pænult.* morbum. *Justin.* l. 8. c. 1. contentiones. *Liv.* l. 31. c. 15. bellum. *Ovid. de remed. amor.* v. 746. Divitiis alitur luxuriosus amor. ¶ Pro fovere, tueri. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 33. Ne tanta, et tam conjuncta populo Romano civitas, quam ipse semper aluisset, omnibusque rebus ornasset, ad vim atque ad arma descenderet. ¶ Participia *alitus*, et *altus* V. suis locis.

ALŎE, es, f. *the aloe, or aloes-tree*, ἀλόη, herba scillæ similis amarissimi succi, foliis pinguibus, et crassis, et in modicam latitudinem se fundentibus, iisque striatis, et in spinulas retusas desinentibus. Gignitur in India, et in Arabia. Ejus succus multos habet in medicina usus, sed præcipue solvendæ alvo, cum pæne solus medicamentorum, quæ id præstant, confirmet etiam stomachum, ut *Plin.* l. 27. c. 4. scribit; ubi addit duo esse ejus genera: alterum arenosum, nigrum, ac durum, quod improbandum; alterum pingue, ac nitidum, rufi coloris, friabile, et jocineris modo coactum, quod a *Dioscoride* l. 3. c. 25. ἡπατίζον, *h. e.* epati simile, a *Pallad. in Octobr.* tit. 14. hepaticum, ab *Æmil. Mucro, cap. ult. de aloe*, epatea appellatur. *Cels.* l. 2. c. 12. Medicamenta stomachum fere lædunt: ideoque omnibus catharticis aloe miscenda est. *Id.* l. 1. c. 3. Aloen sumere. *Macer loc. cit.* Sunt aloes species geminæ: quæ subrubet, et quæ Intus sicut hepar, cum frangitur: hæc epatea Dicitur, et magnas habet in medicamine vires: Vilior est, piceo quæ fracta colore videtur. ¶ Masculino genere *Pallad. loc. cit.* Aloes hepatici uncias quatuor. *nisi dicamus succum hic aloes, non herbam intelligi.* ¶ Neutro genere usurpavit *Veget. de re Veterin.* l. 1. c. 45. *in fi.* ¶ Translate *Juvenal.* sat. 6. v. 180. Plus aloes, quam mellis habet. *h. e.* plus amaritudinis, quam dulcedinis.

ALŎEUS, i, m. Ἀλωεὺς, trisyllab. nomen est Gigantis Thessali Titanis, et Terræ filii, qui Iphimediam uxorem habuit, quæ duos ei filios peperit, Otum, et Ephialten, qui singulis mensibus novem digitis crescebant. Alii ex adulterio cum Neptuno genitos tradunt. Hi cum ab Aloeo ad bellandum contra Superos immissi fuissent, Martemque ipsum catenis oneratum abducerent, ab Apolline, et Diana sagittis confixi sunt. *Serv. ad Æn.* 6. v. 582. et ad 1. *Georg.* v. 280. et *Hygin.* fab. 28. &c. Hinc *Lucan.* l. 6. v. 410. Impius hinc prolem Superis immisit Aloeus. *Claudian. de B. Get.* v. 68. gemini fratres, genuit quos asper Aloeus.

ALOGIA, æ, f. *absurdity, unreasonableness, irrationality, alogy*, ἀλογία, actio sine ratione: ab *a* privativa, et λόγος, ratio. *Augustin.* ep. 86. *ad Casulan. presbyt.* Quid est autem alogia, quod verbum ex Græca lingua usurpatum est, nisi cum epulis indulgetur, ut a rationis tramite devietur? &c. Sed ille alter quocum eo loco disputat *Augustinus* usurpaverat *paulo supra* eo sensu, quem tunc obtinebat, scilicet pro convivio sine sermone, et cum silentio celebrato, atque adeo intelligebat spirituale animæ convivium ad mensam Domini in Eucharistia, ad quod cum silentio ac pietate accedendum est. Dixerat enim *alogia Domini refici*: ideoque jejunandum esse censebat Dominica die, qua die tale convivium a Christianis celebrari solet. *Augustinus* id arguens vocem eo sensu exponit, quo a Græcis proprie usurpatur. Lege integrum locum. ¶ Speciatim sumitur pro dicto, aut actione inepta, et stulta, *a foolish saying or action, folly, absurdity, madness. Senec. in Apocoloc.* Citius mihi verum, ne tibi alogias excutiam.

ALOGISTA. V. *Aneclogista.*

ALŎGUS, a, um, *void of reason, irrational, irregular, absurd*, ἄλογος, ratione carens: vox Græca ab *a* privativa, et λόγος, ratio. *Augustin.* ep. 86. *ad Casulan.* Animalia ratione carentia dicuntur aloga. *Martian. Capell.* l. 6. *sub fin.* alogam lineam eam dicit esse, quæ nulla ratione alteri respondet. Et l. 9. pag. 321. aloga spatia vocum appellat,

de quibus rationem reddere, et proportionem assignare non possumus: similiter *ibid.* pag. 329. alogos pedes metricos, quorum nulla ratio præstatur, sed incondita quædam compositio profertur.

ALOĪDÆ, arum, m. Ἀλωεῖδαι, Aloei filii Otus, et Ephialtes. V. *Aloeus. Claudian. de B. Get.* v. 73. nec pervenere juventæ Robur Aloidæ. *h. e.* non pervenere ad juventutem. nam novem tantum annos nati interfecti sunt. *Virg.* 6. *Æn.* v. 582. Hic et Aloidas geminos, immania vidi Corpora, qui magnum manibus rescindere Cœlum Aggressi, &c. Adde *Ovid. Metam.* 6. v. 117.

[* ALŎPE, es, f. Cercyonis filia, quæ a Neptuno compressa puerum peperit, Hippothoum appellatum, quem inscio patre nutrici exponendum dedit. Hunc ab equa nutritum, dein a pastore collectum Cercyon, re cognita, iterum projici jussit, Alopen vero filiam leto dedit, cujus corpus Neptunus in fontem commutavit, qui Alope et ipse est nominatus. *Hygin.* fab. 187. ¶ Fuit etiam hujus nominis urbs in Locride. *Plin.* l. 4. c. 7. sect. 12. et *Liv.* l. 42. c. 56.]

ALOPECĬA, æ, f. *a disease causing the hair to fall off by the roots; the scurf, scald, scaldhead or scall; morbid baldness, (so called from the disease being usual with foxes)* ἀλωπεκία, genus morbi, quo capilli ex capite defluunt, interdum etiam barba: ita dictum ab ἀλώπηξ, εκος, vulpes, quia eo sæpissime laborare vulpes creduntur. Usurpatur plerumque in plur. numero. *Plin.* l. 20. c. 22. Sinapi utuntur ad alopecias, psoras, lepras. *Id. ibid.* c. 5. Alopecias fricare tusis cæpis. Et l. 22. c. 21. Cinis e radice asphodeli alopecias emendat. *Id.* l. 28. c. 8. Alopecias explet cinis hippopotami. *h. e.* capillis explet ea loca, quæ alopeciis glabra facta sunt. Sic. l. 32. c. 4. Alopeciarum inanitas. *Id.* l. 23. c. 6. Cotonea cocta in vino alopeciis capillum reddunt. *In sing. num. Theod. Priscian.* l. 1. c. 6. Alopecia ex cognomento vulpium cognomentum accepit.

ALOPECĬAS, adis, f. genus piscis marini apud *Plin.* l. 32. c. *ult.* quem *Id.* l. 9. c. 43. vulpem marinam appellat. Nam Græce ἀλώπηξ, εκος, vulpem significat. *the sea-fox.*

ALOPECIŌSUS, a, um, qui capillorum profluvio laborat. Legitur in titulo cap. 6. lib. 1. *Theod. Prisciani.*

ALOPĔCIS, idis, f. ἀλωπεκὶς, genus vitis, quæ uvam producit caudas vulpium imitantem: ab ἀλώπηξ, εκος, vulpes: *a sort of vine producing clusters of grapes resembling the tail of a fox. Plin.* l. 14. c. 3.

ALOPECŪRUS, i, f. *an herb like a fox's tail, shaggy and mossy; tailed wheat, fox-tail.* ἀλωπεκοῦρος, herba similis vulpinæ caudæ: ab ἀλώπηξ, εκος, vulpes, et οὐρὰ, cauda. *Plin.* l. 21. c. 17.

ALOSA, æ, V. *Alausa.*

ALPES, ium, f. [† nunc] *l' Alpi*, [† Angl. *the Alps,*] Ἄλπεις, montes excelsi, qui Italiam separant a Gallia, et a Germania; ita dicti, ut videtur, a candore nivium, quia perpetuis fere nivibus albescunt, lingua Sabinorum, qui *alpum* dixere, quod posteri Latini *album.* Ita *Festus* in voce *Album.* ¶ Multiplices Alpes sunt, et varia pro locorum diversitate sortiuntur nomina, Maritimæ, seu Litoreæ, Cottiæ, Graiæ, Pœninæ, Summæ, Lepontiæ, Rhæticæ, Tridentinæ, vel Noricæ, Juliæ, vel Carnicæ, &c. de quib. V. Geographos. *Cic. de provin. consular.* c. 14. Alpibus Italiam muniit natura. *Id. in Pison.* c. 33. Alpium vallum contra ascensum transgressionemque Gallorum opponere. *Id.* 4. *Catil.* c. 6. Manavit non solum per Italiam, verum etiam transcendit Alpes. *Id. Phil.* 5. c. 13. *ad fin.* Furorem Antonii Alpium muro cohibere. *Virg.* 3. *Georg.* v. 474. Aeriæ Alpes. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 41. hibernæ. ¶ In singulari numero. *Ovid.* 3. *de art. aman.* v. 150. Nec quot apes Hyble, nec quot in Alpe feræ. *Juvenal.* sat. 10. v. 152. opposuit natura Alpemque, nivemque. *Lucan. sub fin.* l. 1. Alpis nubiferæ colles. *Claudian. in II. Consul. Stilich.* v. 285. frondosa fertur ab Alpe. ¶ *Varr.* apud *Serv. ad Æn.* 10. v. 13. quinque vias enumerat, quibus transiri possunt: una quæ est juxta mare, per Ligures: altera qua Annibal transiit: tertia, qua Pompeius ad Hispaniense bellum profectus est: quarta, qua Asdrubal de Gallia in Italiam venit: quinta, quæ quondam a Græcis possessa est, quæ exinde Alpes Græcæ appellantur. ¶ Ponitur etiam pro alio quovis monte excelso. *Sidon.* carm. 9. v. 43. Admissoque in Athon tumente Ponto, Juxta frondiferæ cacumen Alpis Scalptas classibus isse per cavernas. *Silius* quoque l. 2. v. 333. *geminas Alpes* dixit, Pyrenæos montes etiam intelligens: eademque ratione locuti sunt *Prudent. Peristeph.* 3. v. 538. et *Sidon.* carm. 5. v. 594.

ALPHA, ἄλφα, nomen primæ Græcorum litteræ, sicut *beta,* βῆτα, secundæ. *Juvenal.* sat. 14. v. 209. Hoc discunt omnes ante alpha, et beta puellæ. *h. e.* antequam legere discant. ¶ Hinc jocularitér dicitur de eo, qui primas tenet in re aliqua: quemadmodum *beta* de eo, qui secundas. *Martial.* l. 5. epigr. 27. Quod alpha dixi, Codre, pænulatorum Te nuper, aliqua cum jocarer in charta; Si forte bilem movit hic tibi versus, Dicas licebit beta me togatorum.

ALPHABĒTUM, ti, n. *the alphabet,* series litterarum, ab alpha, ἄλφα, et beta, βῆτα, quæ sunt duæ priores Græcorum litteræ. *Tertull. de Præscript. advers. Hæret.* c. 50. et *Hieronym.* epist. 4. *ad Rusticum.* Quod addi solet ex titulo cap. 10. lib. 37. *Plin. De quibusdam gemmis per alphabeti ordinem,* id nullius est auctoritatis. Nam lib. 1. n. 54. habetur: *de gemmis litterarum ordine.*

ALPHEĬAS, ădis, f. Ἀλφειίας, Arethusa nympha in fontem Elidis versa, cujus aquæ cum Alpheo flumine, qui eam perdite adamavit, miscentur. *Ovid. Metam.* 5. v. 487. Cum caput Eleis Alpheias extulit undis. V. *Arethusa.*

ALPHĒNUS. V. *Alfenus.*

ALPHESIBŒA, æ, f. Phegei fluminis filia, Alcmæonis conjux, quem cum fratres Alphesibœæ, quod eam deseruerat, et aliam duxerat interfecissent, dicitur ipsa præ amore conjugis suos fratres obtruncasse. Alii rem aliter narrant. *Propert.* l. 1. eleg. 15. v. 15. Alphesibœa suos ulta est pro conjuge fratres; Sanguinis et cari vincula rupit amor. V. *Alcmæon.*

ALPHESIBŒUS, i, m. nomen pastoris cujusdam apud *Virg. Ecl.* 5. et 8. ab ἀλφεῖν, invenire, et βοῦς, bos.

ALPHĒUS, i, m. Ἀλφειὸς, [† hod. teste Sophiano] *Orfea,* [† et a nautis] *Carbon, Darbon,* fluvius Peloponnesi, qui ex Stymphalo monte per Arcadiam, et Elidem regiones in sinum Chelonitem ad Occ. apud Triphyliam urbem influit, ac Olympiam alluit. Dictus videtur ab ἀλφὸς, quæ est species vitiliginis albæ, quia ejus aqua maculas ejusmodi tollere creditur. Poetæ fabulam secuti tradunt, Alpheum occultis meatibus subter mare labi, et Arethusæ fonti apud Syracusas urbem Siciliæ misceri. V. *Arethusa. Ovid. Metam.* 5. v. 599. Quo properas Arethusa? suis Alpheus ab undis &c. *Id. Metam.* 2. v. 250. Æstuat Alpheos, ripæ Spercheides ardent. *Id.* l. 3. *amor.* eleg. 6. v. 29. Quid? Non Alpheon diversis currere terris, &c. *Alpheos,* et *Alpheon* sunt Græcæ positiones pro *Alpheus,* et *Alpheum. Martial.* l. 6. epigr. 85. Viderat Alphei præmia. *h. e.* certamina Olympia, quæ quarto quoque anno apud Alpheum celebrabantur. ¶ Alphei aqua Jovi gratissima existimata est; qua de causa Jovis Olympii statua ea aspergebatur, et sacrificiorum cineres abluebantur: unde *sacer Alpheus* dicitur a *Seneca in Med.* v. 81. et *in Thyest.* v. 116.

ALPHĒUS, a, um, adject. Ἀλφεῖος, ad Alpheum pertinens. *Virg.* 10. *Æn.* v. 179. Hos parere jubent Alpheæ ab origine Pisæ. *h. e.* Pisarum urbs in Italia, quam condidisse dicuntur Arcades ex Pisis, et Elide Arcadiæ oppidis in Italiam transvecti, Alpheus autem fluvius per Arcadiam fluit. *Claudian. de B. Get.* v. 575. Alpheæ ripæ.

ALPHĬCUS, i, m. qui alphis medetur. Hoc sensu intelligendum quidam putant illud *Martial.* l. 9. epigr. 97. Alphicus ante fuit, cœpit nunc Olficus esse. *Olficum* autem interpretantur eum, qui olfacit τὸ αἰδοῖον τῶν γυναικῶν. ¶ Alphicus pro eo, qui alpho laborat, legitur a quibusdam apud *Gell.* l. 4. c. 2. V. *Atypus.*

ALPHUS, i, m. *a distemper which covers the body with a kind of white scales, leprosy,* ἀλφὸς, genus vitiliginis albæ, hoc est morbus, quo cutis maculis quibusdam, ceu guttis albis, subasperis, et non continuis fœdatur, ita ut quædam guttæ dispersæ esse videantur, ut describit *Cels. sub fin.* l. 5. ubi primo Græce usurpat, et *paulo post:* Eos, quos alphos vocari dixi, hoc medicamento perungunt. Adde *Theod. Priscian. de Diæta,* cap. 15.

ALPĬCUS, a, um, adject. idem quod Alpinus. *Inscript. vet.* apud *Sponium in Miscell. erud. antiq.* pag. 84. Per arva, perque montes Alpicos. *Nepos in Annib.* c. 3. Ad Alpes posteaquam venit, Alpicos conantes prohibere transitum concidit. *Al. leg.* Alpinos.

ALPĪNUS, a, um, adject. *relating to the Alps, Alpine,* ad Alpes pertinens. *Liv.* l. 21. c. 43. Alpinæ gentes. *h. e.* quæ Alpes incolunt. *Virg. Æn.* 8. v. 661. Alpina gæsa. *h. e.* quibus Alpinæ gentes utuntur in bellis. *Ovid. Metam.* 14. v. 794. Alpinus rigor. *h. e.* frigus, quod in summis Alpibus esse solet. *Virg. ecl.* 10. v. 47. Alpinæ nives. *Id. Æn.* 4. v. 442. Alpini Boreæ. *Vulgius in Elegis* apud *Serv. ad Æn.* 11. v. 457. Navigat Alpini flumina magna Padi. *h. e.* cujus origo in Alpibus. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 358. Alpinus hostis. *h. e.* Galli, qui superatis Alpibus in Italiam descenderunt, et Romam expugnarunt. V. *Liv.* l. 5. *a. c.* 34. [¶ Absolute, qui ex Alpibus est, qui Alpes habitat. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 574. n. 5. Qui militat in cohorte III. Alpinorum.] [† ¶ Item Malus poeta, qui Memnonia, sive Memnonis Auroræ filii bella cecinit. De quo *Horat. Sat.* I. 10. Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona—V. *Voss. de Poet. Lat.* cap. 2.]

ALPIS. V. supra *Alpes.*

ALSIDĒNA, species cæpe apud *Plin.* l. 19. c. 6.

ALSIENSIS, se, adject. ad Alsium oppidum pertinens. *Cic. pro Mil.* c. 20. Sciebat in Alsiensi esse. *supple* agro, *vel* rure. *Liv.* l. 27. c. 38. Alsiensis populus.

ALSIETĪNUS, a, um, adject. *Alsietinus lacus,* nunc *Lago di Martignano,* est in Etruria: ex quo concipiebatur ductus aquæ Alsietinæ, de qua *Frontin. de aquæduct. artic.* 11. et 71. ¶ Hæc aqua dicta est *Augusta,* quia ab Augusto perducta fuit. *Frontin. cit. artic.* 11. V. doctas et laboriosas adnotationes *Jo. Poleni ad cit. artic.* 71.

ALSĪNE, es, f. *an herb called chick-weed, or mouse-ear,* ἀλσίνη, herba similis helxines, sed minor, minusque hirsuta, nascitur in hortis, et maxime in parietibus: incipit a media hyeme, arescit æstate media: cum prorepit musculorum aures imitatur foliis: hinc myosoton eam quidam appellavere, a μῦς, mus, et οὖς, ὠτὸς, auris: cum teritur, odorem cucumeris reddit. Dicta est ab ἄλσος, lucus, quod in nemorosis, umbrosisque locis provenit. *Plin.* l. 27. c. 4.

ALSIŌSUS, a, um, adject. *subject to cold, liable to catch or take cold, chilly, cold by nature,* δύσριγος, qui frigore facile læditur. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 3. Stabulatur pecus melius, ad hibernos exortus si spectat, quod est alsiosum. *Plin.* l. 21. c. 10. *in fi. de abrotono, et adonio herbis.* Seritur utrumque æstate: alsiosa enim admodum sunt; *liable to be cold-struck or frost-bitten.* et sole tamen nimio læduntur.

ALSĬUM. V. in voce sequenti.

ALSĬUS, a, um, adject. *cold, chill,* δύσριγος, idem quod alsiosus. *Lucret.* l. 5. v. 1014. Ignis enim curavit, ut alsia corpora frigus Non ita jam possent cœli sub tegmine ferre. *Quidam malunt* algida. ¶ A *Cicerone* usurpatur comparative tanquam a positivo *alsus,* quod non est in usu, et significat frigidum, refrigerantem, *refreshing, cool:* estque vel a præterito *alsi* verbi *algeo,* vel a Græco ἄλσος, lucus. luci enim æstate jucundum frigus servant. l. 4. *Attic.* ep. 8. Antio nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. Jam ἀποδυτηρίῳ nihil alsius, nihil muscosius. ¶ Denique *alsius* adjectivum est ab *Alsium,* Ἄλσιον, quod est oppidum Etruriæ in ora litorali, Romanorum quondam Colonia, teste *Vellei.* l. 1. c. 14. nunc exscisum. Dictum est ab Aleso Argivo ejus conditore. *Sil.* l. 8. v. 476. Necnon Argolico dilectum litus Aleso Alsium, et obsessæ campo squallente Fregellæ. *Rutil. in Itiner.* v. 223. Alsia prælegitur tellus, Pyrgique recedunt.

ALTĀNI venti, *winds rising from land,* ἀπόγειοι ἄνεμοι, venti e terra erumpentes, ut *Plin.* l. 2. c. 43. docet. *Servius* vero ad illud *Æn.* 7. v. 27. *Cum venti posuere* scribit flatum omnem, qui ripæ est, aut pelagi altanum vocari. *Isidor.* l. 13. c. 11. ait *altanum* dici ventum a pelago flantem, quia scilicet ab alto spirat, hoc est mari. Denique *Vitruv.* l. 1. c. 6. Altanum non tanquam ventum aliquem e terra, aut mari erumpentem accipit, sed enumerat inter ventos ordinarios, qui ab aliqua Cœli regione spirant. Itaque scribit: *dextra, et sinistra circa Austrum Euronotus, et Altanus flare solet; circa Africum Libonotus, et Subvesperus,* &c. Quare per *altanum* videtur intelligere ventum flantem inter meridiem, et occidentem, qui Angl. dicitur *the South-west, South by West,* medius scilicet inter Africum et Zephyrum, vel certe alterutro ex his proximum secundum recentiorum Mathematicorum divisionem.

ALTAR, ris, n. *an altar,* idem quod altare. *Prudent. Peristeph.* 2. *de S. Vincent.* v. 515. Altar quietem debitam Præstat beatis ossibus. et *Peristeph.* 9. *de S. Eulal. sub fin.* Ossibus altar et impositum.

ALTĀRE, ris, n. *an altar upon which they sacrificed to the Dii Superi,* βωμὸς, θυμέλη, locus ad sacrificandum aptus, in quo adoletur victima: diciturque, si *Festo* credimus, et *Servio,* ab *altus,* quia proprie significat suggestum a terra exaltatum, in quo diis tantum superis sacra fiunt: quare differt ab *ara,* quæ humilior est, et tum Inferis, tum Superis diis convenit. Præterea in ara aut supplicatur, aut libatur tantum, in altari victima adoletur. Ad hæc altare deorum esse dicitur, ara mortuorum. Hæc afferri solent discrimina ab Eruditis, et præsertim a *Serv. ad* ecl. 5. v. 66. et *ad Æn.* 2. v. 515. Hinc. *Virg.* ecl. 5. v. 66. en quatuor aras: Ecce duas tibi, Daphni, duoque altaria Phœbo. *aras* primo posuit generali significatione, qua et *altaria* comprehenduntur: deinde distinguit, ut quæ Daphnidi eriguntur, *aræ* sint, quæ Phœbo *altaria. Plin.* l. 15. *sub fin.* Ut ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria, aræve debeant. *Plin. alter in Paneg.* c. 1. Inter aras, et altaria. ¶ Hæ tamen differentiæ non semper a Scriptoribus servantur. Promiscue enim *altare,* et *ara* passim ponuntur. *Virg.* ecl. 8. v. 64. *molli cinge hæc altaria vita.* Sermo est hic de sacris magicis, quæ inferis diis fiebant. ¶ Est etiam aliud discrimen inter *altare,* et *aram* (et ipsum tamen perraro servatum) ut ara dicatur proprie suggestus inferior, et veluti pes, et fulcimentum, quo mensa, quæ est *altare,* sustinetur. Hinc *Solin.* c. 9. Ara est in cacumine, Jovi dicata, cujus altaribus si qua de extis inferuntur, &c. *Prudent. in Roman. hoc est Peristeph.* 14. v. 49. Altaris aram funditus pessundare. *Justin.* etiam huc respexisse videtur, cum inquit lib. 24. c. 2. Sumptis in manus altaribus, &c. ubi tangit veterem morem jurandi tactis aris: de quo V. in *Ara. Quintil. declam.* 12. c. 26. Aris altaria imponere. *Alii aliter leg.* ¶ Sæpe altare ponitur in plurali numero, licet de uno tantum sermo sit. *Liv.* l. 21. c. 1. Fama est, Annibalem altaribus admotum, tactis sacris, jurejurando adactum, &c. *Cic. de Harusp. respons.* c. 5. Ab altaribus religiosissimis fugatus. *Id. Catil.* 1. c. 9. A cujus altaribus sæpe istam dexteram, &c. *Tacit. Ann.* 16. c. 31. Altaria, et aram complexa. ¶ *Libure altaria,* apud *Virg.* quid sit V. in *Libo, as.*

[† "ALTARIŎLUM, Parvum altare, Cath." GESNER.]

ALTARĬUM, ii, n. *an altar,* idem quod altare. *Sever. Sulpic.* l. 1. *Histor. sacrar.* c. 19. Altarium ex duodecim lapidibus sub monte constituit. *Hieron.* epist. 83. *ad Ocean. sub fin.* Vespere in circo, mane in altario.

ALTĀTUS, a, um, *lifted up aloft, exalted,* sublatus in altum. *Sidonii* est lib. 2. epist. 2. Jam ver decedit æstati, et per lineas sol altatus extremas in axem Scythicum porrigitur.

ALTE, [illegible] *high*, [illegible] excelse, [illegible] Acen dere in [illegible] Cometum alte extollens [illegible] se a terra altius [illegible] Alte cadere *to fall from on high*, [illegible] med. Cum [illegible] valuisset. [illegible] Alte consternunt terram frondes. *h. e.* altum in terra cumulum facientes. [illegible] in aliquot exemplaribus [illegible] elegans est. [illegible] Alte aliquid [illegible] *on high*. [† Sed usus in hoc loco, inferius [illegible] descendendo, [illegible] est.] *Virg.* 1. *Æn.* v. 337. Suras alte vincire. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 10. Puer alte [illegible] alte [illegible] habens vestimenta, ne ministranti [illegible] appellat *Phædrus.* ¶ [illegible] etiam profunde, *deeply, low, to a great depth*, [illegible] Cum sulcus altius esset impressus. [illegible] l. 1. c. 11. Ferrum haud alte in corpus descendisse. [illegible] v. 422. Alte abdere caput. *Cels.* l. 5. [illegible] Caro alte vulnerata. *Senec.* 3. *de Ira*, c. 4. Anhelitus crebri, tractique altius gemitus. ¶ Translate [illegible] Ingenium altissime assurgit. *Vellei.* l. 2. c. 35. Ille dies virtutem Catonis, jam in multis rebus conspicuam, atque prænitentem, altissime illuminavit. *h. e.* [illegible] ducta translatione a sole, qui quo est altior, eo majorem effundit lucem. *Cic. pro Cluent.* c. 21. Incipit longo, et alte petito procemio. *h. e.* prima quæque rei [illegible] dicendo persequens. *with a long exordium, far-fetched preamble.* Sic *Virg.* 4. *Georg.* v. 285. altius omnem Expediam, prima repetens ab origine, famam. *Curt.* l. 6. c. 7. Altius iram supprimere. *h. e.* abditius occultare. *Cic.* act. 1. *in Verr.* c. 7. Altius aliquid perspicere. *h. e.* interius, acutius, melius, ut etiam *Ascon. ibid.* exponit. *to penetrate deeply into, discern acutely.* Sic *Plin.* l. 5. ep. 15. Altissime inspicere. *Cic. in Orat.* c. 25. Verbum aliquod transferre altius. *h. e.* metaphoricam ei significationem dare a propria valde remotam. *Albinovan. eleg.* 1. v. 379. Alte natus. *h. e.* nobili genere natus.

ALTEGRADIUS, vel Altigradius, a, um, *walking upright or erect*, alte gradiens, et erecto corpore. *Tertull. sub fin. lib. de veland. virg.* Bestia brevi capite, protracta cervice, cetera altegradia. *Alii leg.* alte grada, et altigrada.

ALTELLUS Romulus dicebatur, quasi altus in tellure; vel quod tellurem suam aleret; sive quod aleretur telis; vel quod a [illegible] Sabinorum Rege postulatus sit in colloquio pacis, et alternis vicibus audierit, locutusque fuerit. Sicut enim fit diminutive a macro macellus, vafro vafellus, ita ab alterno altellus. Hæc *Paulus* ex *Festo*, ad quem sane perbene *Jos. Scalig.* Veteres, *inquit*, Grammatici, qui tam anxie etyma verborum rimantur, quid aliud, quam cum ratione insaniunt?

ALTER, ra, rum, gen. alterius, dat. alteri, &c. *one of two, another, different*, ἕτερος, idem quod alius, sed de duobus tantum, cum *alius* de pluribus dicatur. Quidam, teste *Festo*, arbitrantur factum esse a Græcis dictionibus ἄλλος, et ἕτερος. *Cic. Fam.* 6. ep. 3. Neque confirmatione nostra egebat virtus tua; neque erat ea mea causa atque fortuna, ut cui ipsi omnia deessent, alterum confirmarem. *Liv.* l. 40. *c. ult.* Alter Consulum Q. Fulvius triumphavit. et cap. 52. Alter ex Censoribus petiit ab Senatu, &c. *Sueton. in Aug.* c. 11. Alterum e Consulibus in pugnæ tumultu interemptum. ¶ In plurali numero usurpatur non solum cum iis nominibus, quæ carent singulari, sed etiam cum aliis. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 20. Duplices similitudines esse debent, unæ rerum, alteræ verborum. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 18. Adductus sum tuis unis et alteris litteris. *Id.* l. 5. *Tuscul.* [illegible] Ad Brutum nostrum hos libros alteros quinque mittemus [illegible]: nam et quinque priores *de Finibus* Bruto inscripserat. [† Atqui V. infra de usu τοῦ *alter* in enumerationibus.] *Sallust. de B. Jugurth.* c. 21. Utrique alteris freti. *both relying on one another.* *Varr.* l. 7. [illegible] Alteri totidem. *as many more.* ¶ Repetitur eleganter vel eodem, vel diverso casu. *Cic. pro Planc.* c. 35. Quorum alter exercitum perdidit, alter vendidit. *the one hath lost, the other hath bartered away. Id. Fam.* 6. ep. 3. Alteri dimicant, alteri victorem timent, *one party fight, the other*, &c. *Terent. Adelph.* 1. 3. 50. Curemus æquam uterque partem: tu alterum, ego item alterum. *I the one, you the other.* *Cic. Fam.* 6. ep. 4. Alteros propemodum jam sumus experti, de altero nemo est, quin cogitet. *Id. in somn. Scip.* c. 2. Uterque numerus plenus, alter altera de causa habetur. *one for one reason, another for another.* *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 49. Milvo est quoddam bellum quasi naturale cum corvo. ergo alter alterius ova frangit. *the one breaks the eggs of the other.* *Plin.* l. 6. ep. 5. Mihi peracerbum fuit, quod sunt alter alteri, quid pararent, indicati. *Liv.* l. 5. c. 11. Qui noxii ambo, alter in alterum causam conferant. *Sallust. in Jug.* c. 81. Carthagenienses et Cyrenenses alteri alteros aliquantum attriverant. ¶ Cum *alter* bis ponitur, et ad duo præcedentia refertur, prius priori fere respondet, posterius posteriori. *Cic.* 1. *Offic.* c. 26. Philippum Macedonum regem rebus gestis, et gloria superatum a filio, facilitate et humanitate video superiorem fuisse. Itaque alter (*Philippus*) semper magnus; alter (*filius*) sæpe [illegible] fuit. ¶ Aliquando tamen res contra se habet. *Cic. pro Quint.* c. 1. Quæ res in civitate duæ plurimum possunt, eæ contra nos ambæ faciunt, summa gratia, et eloquentia: quarum alteram (*eloquentiam*) vereor, alteram (*gratiam*) metuo. Adde l. 3. *Offic.* c. 18. et l. 1. c. 1[illegible] et alib. ¶ In enumerationibus *alter* ponitur pro secundo, seu pro eo qui secundo loco est. *Horat.* l. 4. od. 5. v. 31. Alteris te mensis adhibet Deum. *Cic. de Senect.* c. 9. Ne nunc quidem vires desidero adolescentis (is enim erat locus alter de vitiis senectutis) non plus quam &c. *Et paulo post.* Quadriennio post alterum consulatum. *Id. Verr.* 3. c 7. Ut primo die populus Romanus judicaret; alter dies amicis istius spem defensionis afferret; tertius dies sic hominem prosterneret, ut, &c. deinde reliquis diebus, &c. *Id. Phil.* 1. c. 13. Proximo, altero, tertio, reliquis consecutis diebus non intermittebas, &c. *Verr.* 4. c. 76. Alterum, tertium, quartum, permulta erant ejusmodi nomina. ¶ Et post adjectiva numeralia. *Id. Fam.* 1[illegible]. ep. 25. Accepi tuas litteras, quas mihi Cornificius altero vicesimo die reddidit. *h. e.* vicesimo secundo. *Virg. Ecl.* 8. v. 39. Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus. *h. e.* decimus tertius. *Liv.* l. 3. c. 33. Anno trecentesimo altero, quam condita Roma erat. *h. e.* trecentesimo secundo. *Manil.* l. 4. v. 466. Vicesima et altera lædit. *h. e.* vicesima secunda. Ita quidem his locis exponunt *Manut. Servius* et *Jos. Scalig. ad Manil.* tum loc. cit. tum l. 1. v. 549. eosque secuti alii permulti: et quod ad *Livium* attinet favet *Dionys. Halicarnass.* lib. 10. Alii non minoris eruditionis viri miras his lites excitarunt, contendentes acriter, in hujusmodi locis *alter* non pro *secundus* poni, sed pro *alius*, ut *alter ab undecimo* sit duodecimus, *vicesimus alter* sit vicesimus primus: aut si malis adhuc *alterum* pro secundo poni, ita intelligendum esse, ut *undecimus*, et *vicesimus* unum aliquid cum superioribus componat; *alter* vero huic adjectus sit post illum primus, adeoque de numeris veluti duobus dicatur, ut notat *Ruæus ad Virg. loc. cit.* ex *Sigon.* lib. 1. *emendation.* cap. 16. ubi contra *Robortellum* hac de re disputat ad locum *Livii* citatum. Sane cum dicitur *alterum* poni pro secundo, non videtur ita accipi posse, quasi *duo* significet, sed *unum* post primum. *Cic. pro Cluent.* c. 26. Unus et alter dies intercesserat, cum, &c. *h. e.* duo dies. Plura qui volet adeat *Jos. Castalion. Observation.* dec. 3. cap. 1. ¶ Reperitur tamen *alter* post numeralia adjectiva pro duobus positum. *Auct. dial. de Orat.* (quem alii *Quintil.* esse putant, alii *Tacit.*) cap. 34. *extr.* Uno et vicesimo ætatis anno Cæsar Dolabellam, altero et vicesimo Asinius Pollio C. Catonem iis orationibus insecuti sunt, quas, &c. *Casaubon.* et alii ex historia legendum putant *tertio et vicesimo ætatis anno Cæsar Dolabellam*, &c. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 926. n. 8. Memoriæ Sex. Vigelli Aquinat. qui ann. attigit centens. set alterum et nonagens. perpet. inoffensa valetud. exegit, reliquos septem et d. XIIX. decubuit, et occubuit. *Donatus* etiam in illo *Terent. Andr.* 1. 1. 49. Sed postquam amans accessit pretium pollicens, unus et item alter. *alter* ait duos significare. nam tres erant amatores, ut *ibid.* v. 60. dicitur. Sed non videtur apta hæc explicatio. Non enim *Terentius* vult illis verbis tres omnes amatores complecti, sed ostendere, eos accessisse primo quidem unum, deinde alterum usque ad tres. *first one, and then another; one after another.* ¶ *Altero quoque die* est secundo quoque die, *every second day.* *Cels.* l. 4. c. 12. *ad fin.* Altero quoque die vinum, vel aquam bibere. Adde l. 3. c. 13. Sic *Colum.* l. 5. c. 8 Olea non continuis annis, sed fere altero quoque fructum affert. *every second year; every other year.* alternis. ¶ *Altera die quam* est secunda die post, *two days after; the second day after.* *Liv.* l. 31. c. 14. Altera die, quam a Brundusio solvit, in Macedoniam trajecit. ¶ *Alter idem, alter ego* dicuntur de eo, qui valde nobis conjunctus est vinculo amicitiæ. *Cic. de Amicit.* c. 21. Amicus est tamquam alter idem. *Id. Fam.* 7. ep. 5. Vide quam mihi persuaserim, te me esse alterum. *that you are a second self.* Et *Auson. in præfat.* 2. v. 13. Communemque habitas alter ego Ausonium. ¶ De iis, qui in re aliqua sunt valde similes, *Cic. Verr.* 7. c. 33. *in fi.* Cleomenes qui alterum se Verrem cum luxuria atque nequitia, tum imperio putabat. *considered himself a second Verres, another Verres.* *Id. Fam.* 5. ep. 8. Me sicut alterum parentem, et observat, et diligit. *Sic* altera patria, altera Roma, apud *Flor.* l. 2. c. 6. et l. 3. c. 5. Huc et illa spectant *Virg. Ecl.* 5. v. 49. Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo. *h. e.* illi similis, sed post illum. *Nepos in Pelopid.* c. 4. Hæc fuit altera persona Thebis, sed tamen secunda, ita ut proxima esset Epaminondæ. *h. e.* fuit par virtute Epaminondæ, sed tamen secundum ab eo locum tenuit, et *Eumen. in Paneg. ad Constant. Aug.* cap. 14. Fronto Romanæ eloquentiæ non secundum, sed alterum decus. ¶ Contra interdum *alter* ponitur pro dissimili, diverso. *Horat.* l. 4. od. 10. v. 6. Quoties te speculo videris alterum. ¶ *Alterum tantum* est aliud tantundem, *as much more, just so much more*, τοσοῦτον ἕτερον. *Liv.* l. 10. c. *pænult.* Militibus ex præda centenos binos asses, et alterum tantum centurionibus atque equitibus divisit. *Id.* l. 1. c. 37. Neque tum Tarquinius de equitum centuriis quicquam mutavit, numero tantum alterum adjecit. *Al. leg.* Alterum tantum. *alii* alterum tamen. *Cic. in Orat.* c. 56. Pars pedis altero tanto, aut sesqui major. *Nepos in Eumen.* c. 8. Via altero tanto longior. *Julian. Digest.* lib. 28. tit. 2. leg. 13. Filius altero tanto amplius habebit, quam uxor. *Auct. de B. Hisp.* c. 30. Erat acies tredecim aquilis constituta, cum levi armatura millibus sex; præterea auxiliares accedebant prope alterum tantum. *Callistrat. Digest.* lib. 49. tit. 14. leg. 3. *in fi.* Totum cum altero tanto solvere. ¶ Ponitur sæpe *alter* pro uno ex duobus. *Cic. Phil.* 5. *in fi.* Utique C. Pansa, A. Hirtius consules alter, ambove rationem agri habeant. *one of the two.* Formula usitata in Senatusconsultis, in quibus aliquid consulibus mandabatur. Itaque legitur etiam. *Phil.* 8. 9. 11. et 14. ubi *Cicero* sententiam in Senatu dicit. Sic *Liv.* l. 30. c. 23. Absente consulum altero, ambobusve. In veteri S. C. apud *Frontin. de aquæd. artic.* 100. *extr.* Q. Ælius Paullus Fabius Coss. ambo, alterve, &c. ¶ Interdum etiam pro *alteruter.* *Cic. Acad.* 4. c. 43. Non potest igitur uterque esse sapiens, quoniam tantopere dissentiunt, sed alter. *but one or the other.* *Id. Attic.* l. 11. ep. 18. Quorum fortasse utrumque erit: alterum certe. *Liv.* l. 40. c. 20. Hos tamquam medicos, nec in alterius favorem inclinatos miserat rex. *favourably inclined to neither; partial to neither the one nor the other.* ¶ Item pro *alius.* *Phædr.* l. 1. fab. 19. Canis parturiens cum rogasset alteram, Ut fetum in ejus tugurio deponeret. *Cic.* 1. *Offic.* c. 2. Nulla vitæ pars, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 22. Scelestiorem nullum illuxere alterum. *Id. Asin.* 3. 4. 85. Neque me Athenis est alter hodie quisquam, cui, &c. *Horat.* l. 2. *ep. ult:* v. 174. Permutet dominos, et cedat in altera jura. *Senec.* ep. 66. Alter adolescens decessit, alter senex. aliquis præter hos infans: alius inter cœnandum solutus est, alterius continuata mors somno est, &c. *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 7. Rationem hujus rei quidam quærunt. Alteri negant posse fieri, ut, &c. alteri suspicari ipsos aiunt, &c. ¶ Sic contra *alius* sæpe ponitur pro *alter.* *Cæs. init.* l. 1. *B. Gall.* Gallia divisa in partes tres, quarum una incolunt Belgæ, aliam Aquitani, &c. *Cic. in Brut.* c. 95. Genera Asiaticæ dictionis duo sunt: unum sententiosum, &c. aliud genus est non tam sententiis frequentatum, &c. *Suetm. in Tito*, c. 7. Titum propalam alium Neronem prædicabant. ¶ Interdum *alter* sumitur pro malo, adverso, *opposite to what is desired, unlucky, ill-omened, boding, ominous.* Hinc *Festus* docet in auguriis alteram avem dictam esse, quæ prospera non erat. *Nepos in Pelopid.* c. 1. Alterius factionis principes interficere. *h. e.* adversæ factionis. ¶ *Alteræ* pro *alteri* fem. gen. in dativo sing. *Terent. Heaut.* 2. 3. 30. Hoc ipsa in itinere alteræ dum narrat. *Plaut. Rud.* 3. 4. 45. Huic alteræ patria quæ sit nescio. Adde *Nepot. in Eumen.* c. 1. ubi tamen alii aliter leg. ¶ Genitivus *alterius* pænultimam habet brevem. Reperitur tamen aliquando producta. *Terentian. Maur.* pag. 2432. *Putsch.* Adesto Iambe præpes, et tui tenax Vigoris: adde concitum celer pedem, Nec alterius indigens opis veni. Aliud exemplum ex eodem affert *Priscian.* l. 6. pag. 695.

ALTER, ĕris, V. *Halter.*

ALTĔRAS ponebant pro eo, quod est adverbium alias. *Paul.* ex *Festo.*

ALTERATĬO, onis, *change, alteration.* Vox barbara est, et Philosophis relinquenda. Nam quod affertur ex *Quintil.* l. 10. c. 1. his verbis: *Lectio non cruda, sed multa alteratione mollita*: legendum profecto est, *iteratione.*

ALTERCABĪLIS, le, altercatione plenus. *Arnob.* l. 5. pag. 156. Altercabilem sermonem conserere.

ALTERCATĬO, onis, f. *a wrangling or quarrelling, noisy debate, altercation; a bickering, brawling, strife, contention, variance, jarring, reasoning, disputing, between persons or parties*, διαδικασία, ἀντιλογία, contentio, disceptatio cum jurgio, qualis est cum duo invicem disputant oratione intercisa, et intermixtis jurgiis. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *a med.* Redeo ad altercationem: surgit pulchellus puer: objicit mihi, &c. *Id. Fam.* 1. ep. 2. Idibus Jan. in Senatu nihil est confectum, propterea quod dies magna ex parte consumptus est altercatione Lentuli, et Caninii. *Id. Attic.* l. 4. ep. 13. Facere altercationes. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 6. *in fi.* Oriri altercationem cum aliquo de aliqua re. *Liv.* l. 35. c. 17. E disceptatione, altercationem facere. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 11. In maximam illuc populi partem est optimum: in pauciores avidos altercatio est. *h. e.* disputabile, et controversum est, *the matter must be debated, argued, contended, disputed.* ¶ Speciatim dicitur de parte actionis forensis, in qua actor, et defensor non perpetua ratione utuntur, sed interrogationibus utrinque, et responsionibus adhibitis, etiam aliquando conviciis, se petunt: de quo agendi genere *Quintil.* l. 6. c. 4. præcepta tradit. *Cic. de clar. Orat.* c. 44. Illa ipsa censoria contra Domitium collegam non est oratio, sed quasi capita rerum, et orationis commentarium paulo plenius. nulla est enim altercatio clamoribus unquam habita majoribus. *Quintil.* l. 2. c. 4. Propositis ex parte diversa respondere, altercationibus velociter occurrere.

ALTERCĀTOR, oris, *a wrangler, disputer, disputant, arguer, reasoner, controvertist; brawler, bickerer, jangler*, qui altercatur, ἐρίζων. *Quintil.* l. 6. c. 4. Bonus altercator vitio iracundiæ careat. V. *Altercatio.*

ALTERCOR, aris, atus sum, dep. 1. et Alterco, as, avi, atum, n. 1. *to altercate, dispute, contend, debate, wrangle; brawl, quibble, jangle, jar, be at variance*, διαδικάζομαι, disputare acriter, jurgium cum aliquo habere, pertinaciter aliquid contra alium defendere. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 19. Labienus altercari cum Vatinio incipit. *Terent. Andr.* 4. 1. 29. Cum patre altercasti dudum. *Liv.* l. 3. c. 68. Mulierum ritu inter nos altercantes. *Publ. Mimus* apud *Gell.* l. 17. c. 14. Nimium altercando veritas amittitur. *Pacuv.* apud *Non.* c. 7. n. 12. Cur illa hic mecum altercata est? ¶ Speciatim est agere in foro non perpetua oratione, sed interrogationibus, et responsionibus cum adversario contendere. *Cic. de clar. Orat.* c. 43. Crassus in altercando invenit parem neminem. V. *Altercatio.* ¶ Translate *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 52. Altercante libidinibus tremis ossa pavore. ¶ Passive impersonaliter. *Justinian. institut.* l. 4. tit. 13. *de Exceptionib. in pr.* Ne dum de his altercatur, ipsius negotii disceptatio proteletur. *h. e.* disputatur, contenditur. [¶ Usurpatur etiam cum accusativo. *Apul.* 1. *Met.* pag. 90. *Oudend.* Dum hunc et hujusmodi sermonem altercamur.]

ALTERCUM, i, n. *the herb henbane*, genus herbæ, quæ et hyoscyamus appellatur. Ab *Apuleio de herb.* c. 4. vocatur *alterculum*. *Scribon. Largus composit.* 181. scribit dictam esse altercum ex eo, quod qui eam biberint, caput grave venisque distentum habent, et mente abalienantur cum quadam verborum altercatione. Adde *Plin.* l. 25. c. 4.

ALTERNAMENTUM, ti, idem quod alternatio. *Claud. Mamertin. de statu anim.* l. 3. c. 8. Sine alternamento reciproci aeris. *respiration.*

ALTERNĀTIM, adverb. *alternately, by turns*, ἀμοιβαίως, alternis, per vices. *Claudius Quadrigar.* apud *Non.* c. 2. n. 64. Item gaudium, atque ægritudinem alternatim sequi. *Ammian.* l. 29. c. 2. *in fi.* (*al.* c. 17.) Admovere marmori manus utriusque digitos alternatim, et pectori.

ALTERNATIO, onis, f. *the reciprocal succession of things, alternation*, per vices successio, ut *Festus* exponit. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 5. Communes locos in utramvis partem inventorum alternatione tractare. *h. e.* alternis aliquid inveniendo. *Apulei. in Asclep.* pag. 92. *Elmenhorst.* Alternatio partium. *Id.* l. 10. *Metam.* Pedes incertis alternationibus commovere. *h. e.* modo una, modo alia ratione. ¶ Apud JCtos alternatio sumitur interdum pro disjunctione, seu pro enunciatione disjunctiva, ut verbi gratia cum ita loquimur, ut nihil certi definiamus. *Ulpian. Digest.* lib. 47. tit. 10. leg. 7. Certum eum dicere, Labeo ait, qui dicat nomen injuriæ, neque sub alternatione, puta illud, aut illud, sed illam injuriam se passum. *Id.* lib. 13. tit. 4. leg. 2. Mixta rerum alternatio locorum alternationi ex necessitate facit actoris electionem. *h. e.* locorum, vel rerum disjunctiva assignatio, ita ut neque certa res, neque certus locus aliquis assignetur: ut v. g. si quis dare aliquid promisit Ephesi, aut Capuæ, vel qui promisit Stichum, aut Pamphilum. *Id.* l. 11. tit. 3. leg. 9. Qui cum extraneo agit, sive receperit, sive corruperit, agere potest: qui cum socio, sine alternatione, id est si corruperit.

ALTERNĀTUS, a, um, *arranged alternately*, alterno ordine dispositus. *Plin.* l. 29. c. 4. Nervis cervi alternatis, et dorcadis. *h. e.* ita illigatis, ut post cervinum nervum sequatur nervus dorcadis, post hunc rursus cervinus, et sic deinceps. *Sil.* l. 11. v. 60. Atque alternatos sociato consule fasces. *Id.* l. 9. v. 354. inter varias Fortuna utrinque virorum Alternata vices. *Id.* l. 1. v. 554. dubio vestigia nisu Alternata trahens. *steps put forth with difficulty.* Et *Senec.* ep. 44. Ex splendidis, sordidisque alternata series. Adde *Colum.* l. 2. c. 2. ¶ *Ulpian. Digest.* lib. 28. tit. 7. leg. 8. Si sub jurisjurandi conditione sit institutus, aut si decem dederit, hoc est alternata conditione, ut aut pareat conditioni, aut juret. V. *Alternatio.*

ALTERNE, adverb. *by turns, alternately, reciprocally*, alternatim, alternis. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 51. *Harduin.* Supercilia homini et pariter, et alterne mobilia. *h. e.* ut vel ambo pariter moveantur, vel modo unum modo alterum. *Senec.* l. 7. *quæst. natur.* c. 12. *a med.* Alterne arcus solis visitur.

ALTERNIS. V. *Alternus.*

ALTERNO, as, avi, atum, a. 1. *to do any thing by turns; vary, alter, change, interchange, reciprocate*, ἀμείβω, vicissim alterum duorum ponere, intermissa, non continuata serie ponere. *Plin.* l. 15. c. 3. Oliva alternare fructus cogitur, decussis germinibus. *to produce fruit every other year.* neque enim olea continuo biennio uberat, ut *Colum.* l. 5. c. 9. loquitur. *Plin.* l. 10. c. 33. Hirundines in fetu summa æquitate alternant cibum. *h. e.* ita distribuunt pullis, ut nemo illorum bis, ante quam alius vescatur, accipiat. Ita enim scribit *Aristot.* l. 9. *hist. animal.* c. 7. (*al.* 10.) a quo hæc *Plin.* hausit. *Id.* l. 7. c. 13. Aliæ feminas tantum generant, aut mares; plerumque et alternant. *h. e.* primo marem pariunt, deinde feminam, postea rursus marem, et sic deinceps: vel post binos mares binas pariunt feminas, &c. *Columel. sub init.* cap. 6. lib. 5. Dabimus operam, ut in ordinibus disponendis pari numero vernaculas (*ulmos*) et atinias alternemus. *Sueton. in Neron.* c. 1. Modo continuare prænomen per ternas personas, modo alternare per singulas. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 38. alternant spesque timorque fidem. *h. e.* modo fiduciam spes affert, modo timor adimit. *Id. Metam.* 15. v. 409. Alternare vices. *Sil.* l. 9. v. 92. dum sorte vicissim Alternat portæ excubias. ¶ Neutrorum more sine casu, qui tamen facile subintelligitur. *Plin.* l. 37. c. 10. Hieracitis alternat milvinis, nigrisque veluti plumis. *h. e.* variat colorem. *Id.* l. 31. c. 3. Aquæ haustu frigidissimæ, non perinde tactu sunt, alternante hoc bono. *Id.* l. 16. c. 6. Arborum fertilitas omnium fere alternat. *Virg.* 4. *Æn.* v. 287. Hæc alternanti potior sententia visa est. *h. e.* modo hoc, modo illud animo volventi. ¶ Passive *Plin.* l. 18. c. 23. Terra nimis pinguis alternari potest ita, si &c. gracilior et in annum tertium cesset. *h. e.* ejus satio annum intermitti potest: quod *Virg.* 1. *Georg.* v. 71. dixit: *alternis cessare novales.*

ALTERNUS, a, um, adject. *acting or done by turns, one after another, interchangeable, mutual, reciprocal, every other, alternate*, ἀμοιβαῖος, qui vicissitudinem habet, et non continuato, sed intermisso ordine fit. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 50. Pedes aut choreos, aut heroos, aut alternos esse oportebit &c. Horum vicissitudines efficient, ut neque ii satientur, &c. *Liv.* l. 8. c. 30. *in fi.* Alternis pæne verbis T. Manlii factum laudans. *as it were at every other word.* *Cels.* l. 3. c. 2. Bibenda aqua, postero die etiam vinum, deinde invicem alternis diebus modo aqua, modo vinum. *every other day.* *Id.* l. 3. c. 21. Alterno quoque die post cibum vomitus. *Alii rectius leg.* altero. *Plin.* l. 8. c. 31. Alternis annis. *Cic. pro Arch.* c. 25. Epigramma alternis versibus longiusculis, *with every other line a long one; consisting of long and short lines alternately.* *Plin.* l. 2. c. 82. Alterno pulsu. *Et mox.* Alterno motu. *h. e.* cum motus alter alteri renititur. *Id.* l. 10. c. 23. Grues alternis pedibus insistentes. *sometimes on one leg, sometimes on the other.* *Horat.* l. 1. od. 4. v. 7. Alterno pede terram quatere. *to dance.* *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 6. Per alternas vices. *by turns, alternately.* Et *Colum.* l. 3. c. 2. Alterna vice annorum. *Claudian. de III consul. Honorii*, v. 58. Alterna Thetys. *h. e.* mare fluens, et refluens. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 89. Quod caret alterna requie, durabile non est. *h. e.* requie interposita labori. *Horat. de art. poet.* v. 81. Alterni sermones. *dialogues; discourses by way of dialogue.* *Virg.* 12. *Æn.* v. 233. Vix hostem, alterni si congrediamur, habemus. *h. e.* si ita congrediamur, ut tantummodo secundus quisque ineat pugnam: uno verbo si dimidium nostri exercitus solummodo congrediatur. Sic *Pers.* sat. 5. v. 155. Hunccine, an hunc sequeris? subeas alternus, oportet, Ancipiti obsequio dominos alternus oberres. *h. e.* ambobus vicissim servias, uni post alium. *Catull.* carm. 107. Alternum fœdus amicitiæ. *h. e.* mutuum. Alii leg. *æternum.* ¶ In omnibus causis, in quibus rejectio judicum permittebatur, servabatur alterna rejectio, ut scilicet alterna vice reus rejiceret, quos volebat, deinde actor. *Cic. Verr.* 4. c. 13. Senatus ex aliqua civitate, qui judicet, datur, cum alternæ civitates rejectæ sunt. *Id. pro Planc.* c. 15. Facere rejectionem judicum alternorum. *Id. in Vatin.* c. 11. Legem ferre de alternis consiliis rejiciendis, *h. e.* integris decuriis judicum. ¶ Cum genitivo *Sil.* l. 9. v. 295. Alternusque animæ mutando Castore Pollux. ¶ *Alternis*, et interdum *alterna* adverbii more pro *alternis vicibus, alterna vice, alternately, in turns, first one and then the other, reciprocally*, ἀμοιβαίως. *Virg. Ecl.* 3. v. 59. Alternis dicetis: amant alterna camenæ. *Liv.* l. 2. c. 2. *a med.* Agere varie, rogando alternis, suadendoque cœpit. *Senec.* ep. 120. *ad fin.* Qualitatis veræ tenor permanet: quidam alternis Vatinii, alternis Catones sunt. *h. e.* sunt moribus inconstantes. *Plin.* l. 5. ep. 6. Alternis metulæ surgunt, alternis inserta sunt poma. *h. e.* alternis ordinibus. *Apulei.* l. 10. *Metam.* Ciliis alterna connivens. ¶ *Alterni* pro ambo, vel utrique rarum est, et Poeticum. *Stat.* l. 1. *silv.* 3. v. 25. nec te mitissimus amnis Dividit: alternas servant prætoria ripas. *Claudian. de consul. Mall. Theod. in prol.* v. 16. Contulit alternas Pythius axis aves. Adde *Auson. in Mosell.* v. 266.

ALTĔRO, as, *to alter, change.* Verbum minus Latinum. Affertur ex *Ovid. Fast.* 1. v. 373. Ille suam faciem transformat, et alterat arte. Sed *Heins.* cum melioribus libris legit: *transformis adulterat arte.* In Glossis tamen, seu Onomastico veteri est, Altero, ἑτερόω.

ALTERORSUS. V. *Altrorsus.*

ALTERPLEX, icis, *double, two-fold*, idem quod duplex, ut *Paul.* ex *Festo* exponit. *Lælius poeta* apud *Apulei. in Apolog.* Tæniæ alterplices bicoloreæ. *Alii aliter leg.* ¶ Sunt qui *duplex* apud *Fest.* exponunt dolosum, versutum.

ALTERTRA est alterutra. *Festus.*

ALTERŬTER, genit. alterutrius, et alterius utrius, dat. alterutri, &c. *the one or the other, one of two, one or other of two*, ἑκάτερος, alter ex duobus, *Cic. Divin. in Verr.* c. 18. Utrum te perfidiosum, an prævaricatorem existimari mavis? video necesse esse alterutrum. *Pompei. ad Marcell.* et *Lentul. post* epist. 12. *Cicer. ad Attic.* l. 1. Dellio mandaram, ut alteruter vestrum ad me veniret. *Cic. pro Marcell.* c. 7. Si in alterutro peccandum sit, malo videri nimis timidus, quam parum prudens. *Nepos in Dion.* c. 4. Ne cum inter se timerent, alteruter alterum præoccuparet. *Cic.* 6. *Fam.* ep. 3. Cum sit necesse alterutrum vincere. *Alii leg.* alterumutrum. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 54. Alterutrum velox victoria fronde coronet. *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 8. *ad fin.* Alterutram ad conditionem descendere. *Alii leg.* alteramutram. *Cic. Attic.* l. 10. epist. 1. Solon capite sanxit, si quis in seditione non alterutrius partis fuisset. *Alii leg.* alterius utrius. *Id.* lib. 9. *Fam.* ep. 6. Quam illud ingens malum alterutrius exercitus. *Hic quoque al.* alterius utrius. *Priscian.* lib. 6. pag. 693. *Putsch.* docet, plerumque dici *alterutra alterutrius* &c. reperiri tamen etiam usurpata *alterautra, alterumutrum*, et *alterius utrius*: et hujus posterioris exempla alia, præter ea, quæ modo attulimus, affert ex eodem *Cic. in fragment.* et ex *Catone.* Addit *Charis.* l. 2. pag. 132. *Putsch.* dictum fuisse etiam a Veteribus *alterutræ* in genit. et dat. femin. pro *alterutrius*, et *alterutri.* Hinc *Gell.* l. 2. c. 12. Alterutræ parti se se adjungere. *Alii aliter leg.* ¶ *Alteruter* pro *uterque, both one and the other, both.* *Columell.* l. 12. *in præfat.* Cum victus, et cultus humanus, non uti feris in propatulo, sed domi, et sub tecto accurandus erat, necessarium fuit alterutrum, foris et sub dio esse, qui labore et industria compararet, intus qui tectis reconderet atque custodiret. ¶ Ab *Apulei.* l. 3. *de dogm. Plat.* seu *de syllogism. categorem.* propositiones *alterutræ* appellantur, quæ sunt inter se tum qualitate, tum quantitate contrariæ, et in scholis *contradictoriæ* dici solent, quia necesse est earum alterutram veram esse, ut *Omnis voluptas est bonum*, et *Quædam voluptas non est bonum.*

ALTERUTERQUE, alterutraque, alterutrumque, genit. alterutriusque, &c. *both one and the other, both*, idem quod uterque. *Plin.* l. 20. c. 7. Nec ulla res in cibis aviditatem incitat, inhibetque eadem: in causa alterutraque modus est.

ALTHÆA, æ, f. *a sort of wild mallows, marsh-mallows, water-mallows*, ἀλθαία, alterum ex malvarum generibus, sylvestre scilicet, cui grande folium, et radices candidæ: ita dicta ab excellentia effectus, ut *Plin.* loquitur l. 20. cap. 21. nempe ab ἀλθαίνειν, curare, mederi. Multos enim habet in medicina usus. A Latinis appellatur ibiscum, vel hibiscum, teste *Apulei. de herb.* c. 38. et *Pallad. in Octobr.* tit. 14. tametsi alii aliam ab hoc esse putant. ¶ Est etiam nomen proprium mulieris filiæ Thestii, quæ fuit uxor Œnei regis Ætoliæ, et mater Meleagri, quem ex concubitu duplici, mariti et Martis concepit. *Hygin.* fab. 171. *Ovid. Metam.* 8. v. 446. V. *Meleager.*

ALTICINCTUS, a, um, *girt high*, ὑψίζωνος, alte cinctas vestes habens, et dicitur de homine negotioso. Tales enim alte cingunt vestimenta, ut in opere expeditiores sint. *Phædr.* l. 2. fab. 5. Ex alticinctis unus atriensibus. ¶ Dicitur et *alte cinctus.* *Senec. in fin.* ep. 92. Diserte Mæcenas ait: Nec tumulum curo. sepelit natura relictos. Alte cinctum putes dixisse. habuit enim ingenium et grande, et virile, nisi illud secum discinxisset. *h. e.* industrium, navum, fortem.

ALTICŌMUS, a, um, adject. altas habens comas. De arboribus. *Tertullian.* (*seu quicumque alius auctor est*) in *carm. de judicio Domini* c. 8. Nec sic alticoma est umbra crispata cupressus.

ALTIGRĂDUS. V. *Altegradius.*

ALTIJŬGUS, a, um, (ut *multijugus*) altum jugum habens, ut altijugi montes. *Paulin. Nolan. in Nat. XIII. S. Fel. edit. Murator.* vers. 660.

ALTILANEUS, a, um, altam, seu longam habens lanam. *Servius ad illud Æn.* 12. v. 170. *intonsamque bidentem*, notat, eam quæ hic *intonsa* dicitur, a Pontificibus appellari *altilaneam.* Adde *vet. Inscript. Fratr. Arval.* apud *Philipp. a Turre de monum. Antii*, et *Murator.* pag. 341. ubi verveces, et arietes altilanei memorantur in sacrificiis mactati.

ALTILIARIUS, ii, qui altiles aves nutrit, et saginat; qui et *fartor* dicitur. *Inscript.* apud *Reines.* class. 11. n. 33. Priscus aviarius altiliarius. Adde aliam apud *Murator.* pag. 906. n. 9. et apud *Don.* class. 8. n. 4.

ALTĬLIS, le, adject. *reared, fed or fattened for human food*, σιτιστὸς, animal quod ali, et saginari potest, ad cibum humanum: et dicitur de iis, quæ in villis, et cohortibus, seu vivariis inclusa tenentur, ut sunt gallinæ, anseres, anates, item pisces, et quædam etiam quadrupedia, ut lepores, &c. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. Boves altiles ad sacrificia saginati, dicuntur opimi. *Plin.* l. 9. c. 56. Altiles cochleæ. ¶ Sæpe sumitur pro saginato, pingui, *fat, fatted, fed, crammed.* *Auct. Priap.* carm. 32. Collatas sibi quæ suisque membris Formicas facit altiles videri. *Plin.* l. 10. c. 50. Ne quid volucre poneretur præter unam gallinam, quæ non esset altilis. *Id.* l. 17. c. 24. Atque etiam farina saginati hi quoque altiles fiunt. ¶ Et per similitudinem. *Id.* l. 19. cap. 4. Ecce altiles spectantur asparagi. *h. e.* arte veluti saginati, ponderosi, crassi. *Tertull.* etiam *de Spectac.* c. 18. altiles homines dixit. ¶ Absolute altilis cum dicitur, plerumque de avibus altilibus intelligitur. *Juvenal.* sat. 5. v. 166. ecce dabit jam Semesum leporem, atque aliquid de clunibus apri: Ad nos jam veniet minor altilis. (Adde *ibid.* v. 114.) *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 35. Satur altilium. ¶ Translate pro opulento, *rich, wealthy, opulent.* *Plaut. in fragment. Cistellar.* apud *Non.* c. 2. num. 30. Divitiis maximis, dote altili, atque opima. ¶ Active

pro aliente, nutriente, nutritive, nourishing. Macrob. l. 7. Saturn. c. 4. Acceptum sanguinem quodammodo defæcant, et quod in eo aquosum est, venæ in vesicam refundunt, liquidum vero, et altilem sanguinem singulis totius corporis membris ministrant.

ALTILOQUIUM, ii, n. *sublime language, lofty diction,* sermo sublimis. *In lib. de progen. Augusti qui sub Messala Corvini nomine circumfertur.* cap. 7. Hoc loco, Imperator maxime, cum te perspicue altiloquio tuo disserentem dubitare animadvertissem, &c.

ALTINAS, atis, adject. omn. gen. ad Altinum pertinens. *Colum.* l. 7. c. 2. Oves Gallicæ pretiosiores, earumque præcipue Altinates. *Gratt. in Cyneg.* v. 130. Taxique, pinusque, Altinatesque genistæ. ¶ *Altinates,* tium sunt Altini incolæ. *Plin.* l. 3. ep. 2. Arrianus Maturius Altinatium princeps est.

ALTINUM, ni, n. [* hod.] *Altino,* Ἄλτινον, oppidum in litore Adriatici maris, ad ostium Silii fluvii, in cujus agro oves laudatissimæ fuerunt. *Martial.* l. 14. epigram. 155. Velleribus primis Apulia, Parma secundis Nobilis, Altinum tertia laudat ovis. [*Plin.* l. 3. c. 18. ¶ Est etiam Altinum urbs Pannoniæ. *Antonin. Itiner.* pag. 244. edit. *Wesseling.*]

ALTĪNUS, a, um, ad Altinum pertinens. *Colum.* l. 6. c. 24. Melius in hos usus Altinæ vaccæ probantur, quas ejus regionis incolæ cevas appellant: eæ sunt humilis staturæ, lactis abundantes: propter quod remotis earum fetibus, generosum pecus alienis educatur uberibus. *Tertull. de Pall.* c. 3. Altinæ oves.

ALTIPĔTA, æ, m. et f. qui alta petit. *Paulin. Nolan.* ep. 12. (al. 21.) *a med.* Levitas omnis altipeta est.

[* ALTIPĔTAX, acis, comm. idem ac altipeta. *Strabo Gallus* c. 6. v. 1. Haud secus altipetax semente cucurbita vili, *h. e.* quæ claviculis suis in altum serpit.]

ALTIPŎTENS, entis, qui in alto, hoc est in Cœlo potest. *Martian. Capell. in carm.* l. 2. pag. 32. *de Mercurio.* Qui solus ante currum, Et candidos jugales Altipotens parentis Memorem ciere virgam. *Alii leg.* almipotens: *quod etiam* potentem *significat, seu* alere, et fovere potentem.

ALTISŎNUS, a, um, *that soundeth from above, high-sounding, sounding from on high; thundering,* ὑψήχης, qui in alto, vel ex alto sonat. *Cic. in carm. de Mario* lib. 1. *Divin.* c. 47. Hic Jovis altisoni subito pinnata satelles. *Vetus poeta* apud *eund. Tusc.* l. 3. cap. 19. O pater, o patria, o Priami domus, Septum altisono cardine templum. *Claud. in epist. ad Serenam,* v. 27. Altisonus maritus. *h. e.* Jupiter. Sic *Senec. in Herc. Œt.* v. 530. altisonus parens. ¶ Translate *Juvenal.* sat. 11. v. 179. Maronis altisoni carmina. *h. e.* sublimis, grandiloqui.

ALTISPEX, icis, qui alte suspicit. *Acc. in Astyanacte* apud *Non.* c. 4. n. 330. Hunc altispicem regionum fac, &c. Videntur autem esse verba cujuspiam hortantis, aut jubentis, Astyanactem in altam turrim duci, et inde præcipitem dari. Alii aliter legunt.

ALTITHRONUS, a, um, in alto throno sedens. *Juvencus in prologo.* Judex altithroni genitoris gloria Christus. Adde *Venant. Fortun.* l. 1. *de vita S. Martini,* v. 1.

ALTITŎNANS, antis, *thundering from on high,* ὑψιβρεμέτης, qui ex alto tonat. *Cicer. in carm. de suo Consul.* l. 1. *Divin.* c. 12. Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo. *Lucret.* lib. 5. v. 744. Altitonans Vulturnus.

ALTITŎNUS, a, um, adject. *thundering on high,* altitonans. *Varr.* apud *Probum in comment. ad Ecl.* 6. *Virg.* Mundus domus est maxima, quam quinque altitonæ flammeæ zonæ cingunt.

ALTITŪDO, inis, *highness, loftiness, height,* ὕψος, excelsitas. *Cic.* 3. *Offic.* cap. 16. Altitudo ædium. *Id.* 2. *Agrar.* c. 19. montium. ¶ Item profunditas, *depth.* V. *Altus. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. Altitudo fluminis. Et cap. 25. maris. *Id. Verr.* 7. c. 27. Opus in mirandam altitudinem depressum. *Id.* l. 1. *Divin.* cap. 43. Cum ad infinitam altitudinem terra desedisset. *Id. Verr.* 6. c. 48. *ad fin.* Spelunca infinita altitudine. *Cels.* l. 7. c. 7. n. 9. Altitudo plagæ. ¶ Translate a prima notione *Cic. de clar. Orator.* c. 17. Elatio atque altitudo orationis. *sublimity. Id. pro Rabir. Posth.* c. *pænult.* Altitudo fortunæ et gloriæ. *Gell.* l. 17. c. 2. Demonstrat altitudinem animi, fiduciamque. *greatness of soul, nobleness of spirit, magnanimity.* Adde *Cicer. in Partit.* c. 22. ubi altitudo animi ponitur pro fortitudine in capiendis incommodis, et maxime injuriis. Et *Liv.* l. 4. c. 6. *extr.* ubi est magnitudo, magnanimitas, et cum modestia, et æquitate jungitur. ¶ Translate a secunda. *Sallust. in Jug.* c. 100. Ad simulanda negotia altitudo ingenii incredibilis. *h. e.* velut profundum quoddam, alteque demersum ingenium, ac penitus reconditum, quo sensa nostra non facile ab aliquo reteguntur, atque adeo nostra consilia magis in tuto sunt. Græce βαθύτης. Simili ratione *altitudo animi* dicitur, qua præditus non facile detegit animi motus, sed novit abdere diu, cum res postulat. Hanc *Tacit. Ann.* 3. c. 44. Tiberio tribuit, quem valde tectum semper fuisse, tum ex eodem *Tacito,* tum ex *Suetonio* notum est. *Cicero* quoque hac notione usurpat l. 1. *Offic.* c. 25. *a med.* ut quidem cum multis legit et explicat *Muretus* apud *Verburg.* nam alii *lenitudo,* vel *lenitas:* quod magis placet.

[* ALTIVĂGUS, a, um, adject. qui alte vagatur, altus, sublimis. *Sisebutus* Visigothorum in Hispania rex ab anno 612. ad 620. in *Antholog. Latin. Burmanni* Tom. 2. pag. 329. Non ululans Lunam mulier prædira per umbras Detrahit altivago e speculo. Alii legunt *altivaga e specula,* nempe ex alto detrahit; nonnulli vero explicant *speculum* de ipsa luna, nam veteres eam quoddam solis speculum esse putabant.]

ALTIVŎLANS, antis. *flying on high, soaring,* ὑψιπέτης, qui alte volat. *Ennius* apud *Cicer.* l. 1. *Divin.* c. 48. Genus altivolantum. *Lucret.* l. 5. v. 434. Altivolans solis rota. *Auson. in Technopægn. de histor.* Altivolans grus.

ALTIVŎLUS, a, um, altivolans. *Plin.* l. 10. c. 19. Aves uncos ungues habentes sunt omnes fere altivolæ, præter nocturnas.

ALTIUSCŬLE, *somewhat highly,* aliquantum alte. *Apulei.* l. 8. *Metam.* Altiuscule suspensus. *Id.* l. 2. Fasciola prænitente altiuscule sub ipsas papillas succintula.

ALTIUSCŬLUS, a, um, *somewhat high, rather high, something higher than common,* aliquantum altus. *Sueton. in Aug.* c. 73. Usus est calceamentis altiusculis, ut procerior, quam erat, videretur.

ALTO, as, a. 1. in altum tollo, extollo. *Sidon. in carm.* epist. 9. lib. 8. Altat lamina marginem comarum. Hinc *altatus:* sed neutra vox auro comparanda.

ALTOR, oris, m. *a nourisher, cherisher, maintainer; a foster-father,* τροφεύς, qui alit, atque educat. *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* c. 34. Omnium rerum, quæ natura administrantur, seminator, et sator, et parens, ut ita dicam, atque educator, et altor est mundus. *In quibusdam* MSS. Grutero *teste legitur* alitor. *Senec. in Herc. Fur.* v. 1247. Sive me altorem vocas, seu tu parentem. *h. e.* nutricium. *Sallust.* apud *Lactant.* l. 1. c. 21. *ad fin.* Curetes altores Jovis. Adde *Tacit. Ann.* 6. c. 37. et *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 69. ¶ *Altoris* nomine terram coluit Antiquitas, quia ex ea aluntur omnia, quæ nata sunt, ut ait *Augustin.* lib. 7. *de Civ. Dei,* c. 23. *extr.*

ALTRINSĔCUS, adverb. *on either side, on one side or other,* ex altera parte, ἑτέρωθεν. *Plaut. Merc.* 5. 4. 16. Perge: ego assistam jam hinc altrinsecus. *Id. Pseud.* 3. 2. 73. Si nostrum sumet, tu teneto altrinsecus. *Id. Rud.* 4. 4. 112. Ensiculus est aureolus primum litteratus: post altrinsecus est securicula. *Apulei.* l. 2. *Metam.* Gladiolo solito cinctus altrinsecus. *h. e.* ad alterum latus. ¶ Videtur etiam significare ex utraque parte, *on both sides. Lactant. de opific.* Dei, cap. 8. Aurium duplicitas incredibile est, quantam pulcritudinem præ se ferat, quod tum pars utraque similitudine ornata est, tum ut venientes altrinsecus voces facilius colligantur. *Latin. Pacat. in Paneg. ad Theodos.* cap. 2. Æstus omnes, quibus altrinsecus jactor. Adde cap. 33.

ALTRIX, icis, f. *a female nourisher, cherisher, feeder, or maintainer; a foster-mother, nurse,* quæ alit, θρέπτειρα. Hinc terra altrix dicitur, in qua alti, et educati sumus. *Cic. pro Flacc.* c. 26. Eorum eadem terra parens, altrix, patria dicitur. *Virg.* 3. *Æn.* v. 273. Et terram altricem sævi execramur Ulyssis. *Propert.* l. 4. eleg. 1. v. 38. Sanguinis altricem nunc pudet esse lupam. *Sil.* l. 1. v. 218. Altrix bellorum, bellatorumque virorum Tellus. ¶ Specialim sumitur pro nutrice, *a nurse. Ovid. Metam.* 11. v. 683. altrici, quæ luctus causa, roganti, Nulla, ait Halcyone, nulla est. *Stat.* 1. *Theb.* v. 602. et l. 2. silv. 1. v. 96. animasque a stirpe recentes Abripere altricum gremiis. Adde *Senec. in Hippol.* vers. 251. et *in Herc. Œt.* v. 450. et *Gell.* lib. 12. cap. 1. *a med.*

ALTRORSUS, *somewhere else,* in aliam partem. *Apulei.* l. 9. Pudicissima illa uxore altrorsus disclusa. *Quidam legunt* alterorsus.

ALTROVORSUM, *on the other side,* versus alteram partem. *Plaut. Casin.* 3. 2. 25. Verum altrovorsum cum eam mecum rationem puto, &c. *h. e.* cum ex altera parte considero.

ALTUS, us, m. alitura, alimentum. In sexto casu singulari *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 20. *in fin.* Terræ, vel rerum naturæ altu nutritur universitas.

ALTUS, a, um, *fed, nourished, cherished, supported, maintained,* participium verbi *alo, is,* τεθραμμένος, alitus, nutritus. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 8. Altus alieno sumptu. *Cic. de clar. Orat.* c. 10. Urbs in qua et nata, et alta est eloquentia. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 46. Vapores, quibus altæ et renovatæ stellæ, &c. *Apic.* l. 6. c. 6. Avem sapidiorem, et altiorem facies, et ei pinguedinem servabis, si, &c. *fatter.*

ALTUS, a, um, *high, tall, lofty,* ὑψηλός, sublimis, excelsus. *Virg. Ecl.* 1. *in fin.* Alti montes. *Cic.* 2. *de Legib.* c. *pænult.* Columellam tribus cubitis ne altiorem. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 40. Ultimus, et a domiciliis nostris altissimus Cœli complexus. *Id.* 5. *Verr.* cap. 41. Editus in altum. *raised up aloft; set on high. Plin.* l. 2. c. 38. Vapor ex alto cadit, rursumque in altum redit. *Virg. Æn.* 12. v. 295. Desuper altus equo graviter ferit. *Id.* 1. *Æn.* v. 297. Maia genitum demittit ab alto. *h. e.* cœlo. *from on high; from heaven.* ¶ Cum genitivo mensuræ *Vitruv.* l. 4. c. 3. Triglyphi alti unius, et dimidiati moduli, lati in fronte unius moduli. Et l. 10. c. 19. Turrem ne minus altam cubitorum sexaginta. *Plin.* l. 36. c. 13. *a med.* Singula latera pedum lata tricenum, alta quinquagenum. ¶ Duplicem autem altitudinem significat, ut notat *Servius ad* 1. *Æn.* v. 3. superiorem, et inferiorem: quare de iis etiam dicitur, quæ profunda sunt, *deep,* βαθύς. Sic maria, aut flumina *alta* dicuntur, ubi multas habent aquas, et a fundo altiores: sic fossæ, putei, &c. *alti* dicuntur, quorum fundus a terræ planitie longe distat. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 77. Altissima flumina. *Id. ibid.* l. 1. c. 25. Altior aqua. *Plaut. Milit.* 4. 4. 14. Ex alto puteo sursum ad summum ascendere. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 6. Altæ stirpes. *h. e.* in profundum defixæ. *Id. Phil.* 4. cap. 5. Altissimæ radices. *Senec. in Troad.* v. 48. et *Petron. in Satyr.* cap. 136. Altum vulnus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 428. Alta fundamenta. ¶ *Altum* absolute pro mari alto, et a litore remoto, *the open sea; the deep, the main. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 24. Quod naves, propter magnitudinem, nisi in alto constitui non poterant. Et cap. 28. Naves in altum provectæ. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 23. Ex alto emergere. *Virg. Æn.* 1. v. 3. multum ille et terris jactatus, et alto. *both on land and sea.* ¶ Translate, qua sublimem significat. *Cic. pro Dom.* c. 37. Altissimus dignitatis gradus. *Id. in Orat.* c. 57. Aristoteles neque humilem, nec abjectam orationem, nec nimis altam, et exaggeratam probat. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 4. Vir excelsus, et altus, et humana despiciens. *Id.* 5. *de Fin.* c. 20. Alto animo esse. *high-minded, of a lofty spirit, magnanimous. Id. pro Mil.* c. 8. Homo sapiens, et alta mente præditus, multa vidit. *gifted with a penetrating genius, powerful understanding, strong mind.* Alio sensu *Quintil.* l. 6. *in proœm.* Mens placida, et alta. *h. e.* tranquilla, ut solent esse maria alta. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 42. Judex alto vultu rejicit dona nocentium. *h. e.* vultu despicienti. *stern, lofty, disdainful. Cic. de Amic.* c. 9. Nihil altum, nihil magnificum, ac divinum suspicere possunt ii, qui suas cogitationes abjecerunt, &c. *Virg.* 3. *Georg.* v. 42. Te sine nil altum mens inchoat. *nothing lofty, sublime, noble, elevated, grand, excellent. Plin.* l. 5. ep. 16. Altioribus se studiis, artibusque dedere. *higher, more noble. Id.* l. 9. ep. 33. Altissimum, planeque poeticum ingenium. *most sublime. Id.* l. 1. ep. 10. Altissimæ conditiones. *highest offers.* ¶ Tribuitur sæpe Diis, item hominibus ad excellentiam eorum declarandam, ac dignitatem. *Virg. Æn.* 12. v. 140. Rex ætheris altus Jupiter. *Id. Æn.* 10. v. 875. Altus Apollo. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 8. Vir altus, et excellens, magno animo, vere fortis. *Claud.* epigr. 22. *de chlamyd. et fren.* v. 11. altissime princeps. ¶ *Alta vetustas* est valde antiqua, primi ab origine homines. *Silius* l. 1. v. 26. Hic Juno ante Argos (sic credidit alta vetustas) Ante Agamemnoniam, &c. ¶ Hinc altus pro vetusto, et nobili, *ancient, noble. Ovid. Fast.* 4. v. 305. Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto. *Virg.* 6. *Æn.* v. 500. genus alto a sanguine Teucri. (Adde 9. *Æn.* v. 697.) *Valer. Flacc.* l. 3. v. 202. alta gente satus. *Senec. in Herc. Fur.* v. 338. nobiles non sunt mihi avi, nec altis inclytum titulis genus. Plura congessit *Heins. ad Ovid. loc. cit.* ¶ *Alta voce* est pleniore, canora, ut ab omnibus exaudiri possit, *with a loud voice. Senec. in Troad.* v. 196. Hæc fatus alta voce. *Catull. carm.* 42. *in Mœcham,* v. 18. Conclamate iterum altiore voce. Sic *Quintil.* l. 11. c. 3. Altissimus sonus. ¶ *Ex alto petere* aut *repetere* aliquid, est dicendo sermonem a primis causis, et initiis rei inchoare, longe petito principio uti. *Virg.* 8. *Æn.* vers. 395. Quid causas petis ex alto? *Cic. Fam.* 3. ep. 5. Quæ de nostris officiis scripserim, ex alto repetita, &c. *Accius* apud *Non.* cap. 4. n. 8. Cur vetera tam ex alto appetissis dissidia? V. *similem phrasim in* Alte. ¶ Translate ab altera notione, qua profundum significat. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 8. et *Liv.* l. 7. c. 35. Somnus altus. *a deep or profound sleep. Virg.* 8. *Æn.* v. 27. Altus sopor. *Id.* 6. *Æn.* vers. 522. Alta quies. *Plin.* l. 2. ep. 1. Altissima tranquillitas. *Virg.* 10. *Æn.* v. 63. et *Senec. de consol. ad Marc.* c. 5. Altum silentium. *Petron. in Satyr.* c. 128. Et mentem timor altus habet. *h. e.* qui penitus insedit. Sic *Tacit. Ann.* 16. cap. 29. Altior pavor. Et *Virg. Æn.* 1. v. 209. Premere altum corde dolorem. *Id. ibid.* v. 26. manet alta mente repostum. *treasured up in the depths, or inmost recesses of the heart. Liv.* l. 9. c. 7. Silentium illud obstinatum, et pudorem intuendæ lucis, ingentem molem irarum ex alto animo cientis indicia esse. *Curt.* l. 10. cap. 9. Alta dissimulatione premere consilium. *Id.* l. 6. c. 11. Altiore consilio aliquid concipere. *h. e.* velut imo pectore inito. *Vopisc. in Numeriano, c. ult.* Denique ut erat altus, risit, et tacuit. *h. e.* tectus, simulator, suorum affectuum celator. V. *Altitudo. Quintil.* declam. 6. c. 4. Pectora hominum alto errore confusa. *Id.* l. 1. c. 4. (*al.* 5.) Altissima eruditio. *profound learning. Senec.* l. 1. *de Ira, c. ult. a med.* non ex alto venire nequitiam, sed summo, quod aiunt, animo inhærere. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 4. vers. 16. Velle, sed ex alto dissimulare, puto. ¶ Translate ab *altum,* qua mare significat. *Cic. Tuscul.* 4. c. 18. Ipsa sibi imbecillitas indulget, in altumque provehitur imprudens. *launches out with great risk. Id.* 3. *de Orat.* c. 36. Quo cum ingressus esses (*oratione*) repente te quasi quidam æstus ingenii tui procul a terra abripuit, atque in altum a conspectu pæne omnium abstraxit.

ALUCINATIO, Allucinatio, vel Hallucinatio, onis, f. *carelessness, blundering, error, oscitancy, hallucination, over-*

sight, παράβλεψις, error, oscitantia, et quædam velut dissolutio animi non advertentis, aut advertere nolentis. *Senec. de vita beata*, c. 26. Sic vestras alucinationes fero, quemadmodum Jupiter ineptias poetarum. *Arnob.* l. 6. pag. 194. Utrum istud serio, et cum proposito faciatis gravi, an ridendo res ipsas puerili alucinatione ludatis. Et l. 4. *sub fin.* Si quando animum desidem otiosis vultis alucinationibus occupari. ¶ De ratione scribendi V. *Alucinor.*

ALUCĪNĀTOR, Allucinator, vel Hallucinator, oris, m. *a blunderer*, qui alucinatur. *Paul.* ex *Festo* in *Elucus.* Elucum significat languidum, ac semisomnum, vel ut alii volunt, alucinatorem, et nugarum amatorem, &c.

ALUCĪNOR, Allucinor, Halucinor, vel Hallucinor, aris, atus, sum, dep. 1. *to err, blunder, overlook, mistake*, παραβλέπω, διαπταίω, ἀλύω. Variæ sunt Eruditorum sententiæ de propria hujus verbi, et primaria significatione; ex quibus nascitur etiam varia ratio scribendi. Sunt qui putant factum esse ab *allus*, seu *hallus*, quæ vox apud *Festum* significat majorem pedis digitum, ut *hallucinor*, vel *allucinor* scribendum sit, et proprie significet pedem illidere, offendere, impingere; per translationem vero aberrare, falli *Gell.* etiam lib. 2. c. 3. testatur, ab Antiquis *hallucinor* cum aspiratione fuisse scriptum. Alii a præverbio (quod vocant) *a* et *luce* conflatum existimant, et dici de iis, qui a luce aberrant, vel potius (quod placet *Voss. in Etymol.*) de iis, qui in nimiam lucem incidentes, oculis veluti capti, minus vident, vel prave cernunt quæ objiciuntur: ideoque scribendum *allucinor*, quasi *adlucinor*, hoc est ad lucem offendo. *Fulgentius de prisco serm.* n. 54. scribit, *allucinari* idem esse, ac vana somniare, tractum ab *allucitis*, hoc est culicibus: quæ notio sane non displicet; sed in origine assignanda videtur vigilans somniare. Alii denique, atque in his *Cloatius Verus* apud *Gell.* l. 16. c. 12. factum putant a Græco ἀλύω, quod significat errabunda mente esse: hinc *alucinari* proprie significare incerta mente atque intellectu esse circa rem aliquam, et in ea intelligenda non consisistere, ut etiam *Non.* exponit cap. 2. n. 406. atque adeo oscitantia quadam, aut negligentia advertendi male intelligere, ut somniantibus accidit, ex alia in aliam rem sine advertentia transeuntibus; et ita falli, decipi, errare. Hinc unica *l* scribendum esse, et sine aspiratione. quæ scribendi ratio placet *Manutio*, et *Dausquio in Orthograph.* Hæc videtur esse propria hujus verbi notio: varias autem illas origines alii expenderint. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 11. Sed quemadmodum coram cum sumus, sermo nobis deesse non solet, sic epistolæ nostræ debent interdum alucinari. *h. e.* inquit *Manut.* certa re non proposita loqui, huc illuc errantium more ferri. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 26. Ista enim a vobis quasi dictata redduntur, quæ Epicurus oscitans alucinatus est. *h. e.* falsa rerum imaginatione et specie deceptus commentus est. *Gell.* l. 16. c. 12. Tarditatem quandam animi, ac stuporem, qui alucinantibus plerumque usuvenit. ¶ Apud *Apulei. in Florid. num.* 18. (*al.* l. 4.) usurpatum videtur pro decipere, fallere, activa significatione. *Nec quod hic alias,* inquit, *minus alucinatur, comœdus sermocinatur, tragœdus vociferatur*, &c.

ALUCĬTA, vel Allucita, æ, *Petron. in fragment. Satyr.* pag. 674. *Burm.* Contubernales (al. *vernales*) me alucitæ molestabant. *Fulgent. de prisco serm.* n. 54. interpretatur κώνωπας, hoc est culices, qui nimirum dormientes infestant. Alii intelligunt negotiosos homines, qui officia lucis, et diei pervertunt, et noctu peragunt, interdiu stertentes: ducuntque a præverbio *a*, et *luceo*, quasi lucifugas. *Papias* exponit *somniatores.* Alii denique aliter legunt. V. vocem præced.

ALŪCUS, i, m. *an owl, madgehowlet*, avis eadem quæ ulula, ita dicta, quod lucem fugit. *Servius ad illud Virg. Ecl.* 8. v. 55. *Certent et cycnis ululæ*, scribit *aves esse ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν nominatas, quas vulgo alucos vocant.* Alii leg. *ulucos* eodem sensu.

ALVEĀRE, ris, et Alvearium, rii, n. *a bee-hive, hive*, vas, in quo apes nidificant, et mellificant. κυψέλη. *Columell.* l. 9. c. 11. Cum vetus alveare numero apum destituitur, atque infrequentia ejus aliquo examine replenda est. *Virg. Georg.* 4. v. 33. Ipsa autem seu corticibus tibi suta cavatis, Seu lento fuerint alvearia vimine texta. *alvearia* quadrisyllabum est, facta synæresi. *Cic. in Œconom.* apud *Charis.* l. 1. pag. 82. Apes in alvearium concesserant. *Plin.* l. 12. c. 20. Vivit in alveariis apum. ¶ Pro loco, in quo sunt alvearia, quod et *apiarium* dicitur, μελιττών. *a place where bee-hives stand. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. Circum villam totam alvearium facere. *Et paulo post.* Dic ubi, et cujusmodi facere oporteat alvearium. ¶ Apud *Tertull. advers. Valent.* cap. 31. alvearia conspersionis sunt alvei, in quibus farina subigitur ad panem conficiendum.

ALVEĀTUS, a, um, *channelled, trenched, guttered, hollowed, excavated*, in modum alvei excavatus. *Cat. R. R.* cap. 43. Sulcos, si locus aquosus erit, alveatos esse oportet.

ALVEŎLĀTUS, a, um, *made hollow like the channel of a river, channelled*, &c. κοιλωτὸς, in modum alveoli cavatus. *Vitruv.* l. 3. c. 3. Si stylobata ad libellam dirigetur, alveolatus oculo videbitur.

ALVEŎLUS, i, m. *a small channel of a river*, parvus fluminis alveus. *Curt.* l. 6. c. 4. Amnis tria fere stadia universus fluit, deinde saxo, quod alveolum interpellat, repercussus, &c. ¶ Est etiam vas parvum ad formam parvi alvei, et ad varios usus accommodatum, *a small hollow vessel of wood; a tray, trough, kimnel*, κυψέλη. *Liv.* l. 28. *cap. pænult.* Secures, rutra, falces, alveolos, molas, quantum in quadraginta longas naves opus esset. *Juvenal.* sat. 5. v. 88. illud enim vestris datur alveolis, quod Canna Micipsarum prora subvexit acuta. *Phædr.* l. 2. fab. 5. Alveolo cœpit ligneo conspergere humum æstuantem. *Colum.* l. 8. c. 5. Totum ovorum numerum in alveolum ligneum conferat, deinde universum leniter in præparatum nidum transfundat. ¶ Speciatim sumitur pro parvo alveo lusorio, *a small gaming-board; a chess-board or tables. Varr.* apud *Gell.* l. 1. c. 20. Tesseræ quibus in alveolo luditur. *Cic.* l. 5. *de Fin.* cap. 20. Alveolum poscere. *Festus* hoc sensu videtur neutro genere usurpare. *Alveolum*, inquit, *tabula aleatoria.*

ALVĔUS, i, m. *the channel or bed of a river; a ditch, trench*, κοίτη, proprie dicitur fossa, per quam fluvius defluit: ab *alvus*, qua ventrem significat, quia ventris cavitatem quodammodo imitatur. Quidam dictum putant, quia *alluit* ripas. *Quintil.* l. 2. c. 1. Pleno alveo fluere. *Plin.* l. 4. c. 4. Alveo navigabili perfodere angustias. *Virg.* 1. *Georg.* v. 203. lembum in præceps prono rapit alveus amni. *Id.* 7. *Æn.* v. 33. Assuetæ ripis volucres, et fluminis alveo. *alveo* dissyllab. per synæresim. ¶ Scrobes item longiores in modum alvei fluminis, ut binas vites accipiant, *alvei* vocantur, ut *Plin.* l. 17. c. 22. docet. *a trench in which two vines were planted.* Hinc in balneis fossa cavata ex lapide, vel etiam structilis, habens intus suos gradus ad descendendum, et pulvinum ad innitendum *alveus* dicitur, ut colligitur ex *Vitruv.* l. 5. c. 10. Videtur autem ejusdem fuisse usus cum labro, figura tantum dissimilis. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 10. Ut in balneum venit, cœpit, postquam perfusus est defricari: deinde ubi visum est, ut in alveum descenderet, &c. *Cic. pro Cœl.* c. 28. Alveus ne ille, an equus Trojanus fuerit, qui, &c. ¶ Fundi quoque navium, quia in formam alvei effinguntur, *alvei* sunt, *the hull, hulk, bottom, or hold of a ship; the body of a ship, the keel. Sallust. in Jug.* c. 21. Hi alveos navium inversos pro tuguriis habuere. *Liv.* l. 23. c. 34. Non armamenta modo, sed etiam alvei navium quassati erant. ¶ Per synechdochen dicitur de tota navi. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 591. Assiliunt fluctus, imoque a gurgite pontus Vertitur, et canas alveus haurit aquas. *Propert.* l. 3. eleg. 5. v. 32. Portabat sanctos alveus ille viros. ¶ Alveum domus *Apulei.* l. 4. *Metam.* vocat interiora ædium. ¶ Præterea alvei dicuntur parva quædam navigia, ut lyntres, cymbæ, quæ vel sunt ex uno cortice in modum alvei cavato, vel quocumque alio modo alvi figuram referunt, *a bark. Vellei.* l. 2. c. 107. Cavatum ex materia alveum conscendere. *Virg. Æn.* 6. v. 412. simul accipit alveo Ingentem Æneam. gemuit sub pondere cymba. ¶ Ad hæc alveus dicitur de vase concavo in alvei modum ad varios usus, *a trough, hollow vessel of wood. Plin.* l. 16. c. 11. Omnia illa fiunt e picea resina ferventibus cocta lapidibus, in alveis validi roboris, aut si alvei non sint, struis congerie. *Liv.* l. 1. c. 4. Cum fluitantem alveum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset. ¶ Pro vase ad lavandum. *Capitolin. in Albin.* c. 5. Ut parvuli domus ejus in testudineis alveis lavarentur. *Salmus.* ad hunc locum notat, ante inventas balneas, non infantes modo, sed etiam viros in hujusmodi alveis lavasse. Inde autem factum est nomen alveis in balneo factis, de quibus modo diximus. *Ovid.* quoque *Metam.* 8. v. 652. *faginei alvei* meminit ad lavandum apti. ¶ Item pro alveari, *a hive, bee-hive. Plin.* l. 11. c. 10. Struunt apes orsæ a concameratione alvei. Et cap. 16. Apes alveo se continent. *Id.* l. 7. c. 15. Profluvio mulierum alvei apium emoriuntur. ¶ Item pro tabula lusoria, qua tesseris, et calculis luditur, *a chess board; gaming-board. Plin.* l. 37. c. 2. Transtulit alveum cum tesseris lusorium e gemmis duabus, latum pedes tres. *Sueton. in Claud.* cap. 33. Ita essedo, alveoque adaptatis, ne lusus confunderetur. *Valer. Max.* l. 8. c. 8. n. 2. Alveo, et calculis vacare. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 312. Equus sine ephippio, balneum non quotidianum, alveus rarus. *h. e.* ludus. ¶ *Paul.* apud *Festum in Naustibulum* neutro genere extulisse videtur. *Naustibulum*, inquit, *alveum ad navis similitudinem factum.*

ALVĪNUS, a, um, *troubled with the gripes, belly-ache, colic*, ὑγροκοίλιος, qui alvi fluxu laborat. *Plin.* lib. 21. c. 27. Vincapervinca alvinis imposita multum prodesse dicitur. *Id.* l. 25. c. 7. Radix Nymphææ adversatur alvinis.

ALUM, i, et Halus, i. *the herb comfrey or camfrey*, σύμφυτον πετραῖον, herba similis cunilæ bubulæ, foliis parvis, ramis tribus aut quatuor a radice, cacuminibus thymi, surculosa, odorata, gustu dulcis, salivam ciens, radice longa rutila: nascitur in petris. *Plin.* l. 27. cap. 6. Alum nos vocamus, Græci symphyton petræum, simile cunilæ, &c. *Id.* l. 26. c. 7. Halus autem, quam Galli sic vocant, Veneti cotoneam, medetur lateri. *Apulei. de herb.* c. 59. addit, a Latinis vocari etiam *inulam rusticam*, et *consolidam.* ¶ Etiam allii quoddam genus in agris sponte nascens, *alum* vocant, *a sort of garlic*, quod adversus improbitatem alitum depascentium semina coctum, ne renasci possit, abjicitur, statimque quæ devoraverе aves, stupentes manu capiuntur. *Plin.* l. 19. c. 6.

ALŪMEN, inis, n. *alum, a kind of mineral salt*, salsugo terræ ad crystalli colorem accedens: Græci στυπτηρίαν vocaverunt, ἀπὸ τοῦ στύφειν, quod est adstringere. Habet enim in medicina vim adstringendi. Duo ejus potissima genera sunt, liquidum, et concretum. *Liquidum* aliud est candidum, aliud nigrum. Fit autem omne ex aqua limoque, hoc est terræ exsudantis natura: corrivatum hyeme æstivis solibus maturatur. Laudatissimum fit in Ægypto, proximum in Melo insula, quod inde Melinum appellatur. Alumen *concretum* in varia genera et ipsum dividitur, quorum præcipuum est quod Græci σχιστὴν στυπτηρίαν, Latini *scissile*, et *scissum*, et *fissum* vocant. Hoc fit e lapide chalcite, in capillamenta quædam canescentia dehiscens; estque velut sudor quidam ejus lapidis in spumam coagulatus. Hæc ex *Plin.* l. 35. c. 15. ubi *Harduin.* notat alumen, quod *roche alum* Angli appellant, in ea *Plinii* descriptione designatum non videri. Alii contra putant esse illud, quo infectores etiam utuntur, *h. e.* Ægyptium. Viderint alii.

ALUMENTO pro *Laomedonte* a veteribus Romanis nec dum assuetis Græcæ linguæ dictum est: sic *Melo* pro Nilo, *Catamitus* pro Ganymede, *Alphius* pro Alpheo dicebatur. *Festus:* ad quem locum *Jos. Scalig.* defendit non *Alumento*, sed *Laumento* legendum esse. V. *Catamitus.*

ALUMINARĬUS, ii, m. est vel artifex, qui circa alumen laborat, vel negotiator, qui alumen vendit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 642. n. 9. C. Terentius C. L. Anteros aluminarius.

ALUMINĀTUS, a, um, *tinctured with or tasting of alum*, στυπτηριωτὸς, ut *aqua aluminata*, quæ transit per venas aluminis, apud *Plin.* l. 31. c. 6. [*Marcell. Empir.* c. 25.]

ALUMINŌSUS, a, um, *aluminous*, aluminatus, ut *aluminosi fontes*, *Vitruv.* l. 8. c. 3. Adde *Plin.* l. 31. c. 3.

ALUMNA, æ, f. *a foster-child, nursling, pupil*, quæ ab aliquo alita est, et educata, ἡ τρόφιμος, *Plaut. Cistell.* 4. 2. 96. Nostra hæc alumna est tua profecto filia. *Sueton. in Claud.* c. 39. Ducturus contra fas Agrippinam uxorem, non cessavit filiam, et alumnam, et in gremio suo natam, et educatam prædicare. *Cic. in Prognosticis* l. 1. *Divin.* c. 9. *de ranis.* Vos quoque signa videtis, aquai dulcis alumnæ. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 12. Jam bene constitutæ civitatis quasi alumna quædam eloquentia. *h. e.* colitur, et crescit in civitate jam bene constituta. ¶ Significat etiam altricem, activo sensu, *a nurse, foster-mother. Silius* l. 9. v. 533. Non Teucros delere aderam, sed lumen alumnæ Annibalem Libyæ, &c. Verba hæc sunt Palladis, quæ ideo Libyam alumnam appellat, quia secundum quosdam dicitur esse filia Neptuni, et Tritonidis Africæ paludis, ut *Id. ibid.* v. 297. significat. *Plin.* l. 3. c. 5. Italia omnium terrarum alumna eadem, et parens. *Flor.* l. 3. c. 21. Cliens, et alumna Urbis Ostia. *h. e.* ad quam appellebant commeatus, quibus Roma alebatur. Alii aliter utrumque locum *Plin.* et *Flor.* accipiunt; et fortasse rectius. Nam priore loco *Italiam omnium terrarum alumnam* dici aiunt, quod ab aliis terris alatur, quæ ad eam opes suas transvehunt. Posteriore autem *Ostiam alumnam Romæ*, quia ejus Colonia erat, et quasi filia, ejusque ope in urbem, portumque celebrem creverat. *Varr.* apud *Non.* cap. 2. num. 138. Cana veritas Atticæ Philosophiæ alumna. *h. e.* quæ alit quodammodo, fovet, et sustinet Philosophiam. Et hoc tamen exemplum alii ita explicant, ut *veritas* dicatur *alumna* Philosophiæ, quia ab hac nutritur quodammodo, et illustratur.

ALUMNANDUS, a, um, alendus, educandus. *Apulei.* l. 10. *Metam.* Natam puellam prodidit vicinis alumnandam.

ALUMNĀTUS, a, um, *brought up, cherished, maintained, educated, tutored*, alitus, educatus. *Martian. Capell. sub init.* l. 9. In penetralibus virginis, secretisque sanctionibus alumnatæ. *Apulei.* l. 6. *Metam.* adolescentem istum, quod meis manibus alumnatus sit, profecto scitis. Adde lib. 9. ¶ Deponenti forma pro eo, qui educavit, et aluit. *Apulei.* l. 8. *Metam.* Canes rabidos, quos ad tutelæ præsidia curiose fuerant alumnati.

ALUMNUS, ni, m. *a pupil, nursling, foster-child*, τρόφιμος, qui alitur ab aliquo, et educatur. *Horat.* l. 1. ep. 4. v. 8. Quid voveat dulci nutricula majus alumno. *Tacit. Ann.* 1. c. 44. Rediret legionum alumnus. *h. e.* in castris natus, et in contubernio legionum educatus, ut *Id. ibid.* cap. 41. loquitur. *Id.* l. 15. *Ann.* c. 34. Vatinius sutrinæ tabernæ alumnus. ¶ De vernulis, qui domi, vel ruri aluntur a dominis. *Horat.* l. 3. od. 18. v. 3. Faune, abeas parvis æquus alumnis. *h. e.* ne eos territes, et agites. Credebant enim, pueros per rura a Faunis agitari terriculamentis. Alii intelligunt fetus pecoris, qui ruri aluntur, hædos, agnos, vitulos. *Id. ibid.* od. 23. v. 7. aut dulces alumni Pomifero grave tempus anno. *supple* sentient. ¶ Translate *Cic.* lib. 4. *de Fin.* cap. 26. Aristoteles, aliique Platonis alumni. *h. e.* discipuli. *followers, scholars, pupils, disciples. Id. Fam.* 9. ep. 14. Quasi alumnum disciplinæ meæ. *Id. Phil.* 7. c. 3. Ego itaque pacis, ut ita dicam, alumnus, qui quantuscumque sum, sine pace civili certe non fuissem, &c. *Plin.* l. 7. c. 7. Alumnus fortunæ. *Stat.* 6. *Theb.* v. 378. pius artis alumnus Ætheriæ. *h. e.* in arte augurandi veluti educatus. *Id.* 7. *Theb.* v. 733. quercus alumna vadi. *Prudent.* alumnos carceris dixit *Peristeph.* 2. v. 137. lictores et carnifices, qui reorum suppliciis aluntur. ¶ Active

pro eo, qui alit, et educat, *a foster-father; one that nourisheth, maintaineth, bringeth up*: ut præter alios *Caper de Verb. dub. in fin.* docet. *Plaut. Men.* 1. 5. 7. Herus, atque alumnus tuus sum. [Quidquid vero sit de *Capri* auctoritate, certum tamen est, *Forcellinum* perperam in exemplum adduxisse *Plaut.* locum, nam ibi loquitur herus minor cum sua nutrice, ac propterea nihil argui potest ex loco citato. Longa est hac de re disputatio in *Thesauro L. L. Gesneri*, quem, si lubet et vacet, videsis. Solus adhuc omni dubitatione caret locus *Martian. Capell.* l. 1. pag. 11. Cygnus impatiens oneris atque etiam subvolandi, alumna stagna petierat. Aliquis tamen hic hypallagen comminisci velit, qua sæpe Grammatici et Lexicographi abutuntur, ut veterum scriptorum loca suo arbitratu interpretari possint. Merito igitur, in media licet barbarie, ait *Isidor. Orig.* l. 10. c. 1. Et qui alit, et qui alitur, alumnus dici potest, id est et qui nutrit, et qui nutritur; sed melius tamen, qui nutritur. Post *Electæ* adde: Alumnum numen *Ovid.* 4. *Met* v. 421. et *Stat.* 8. *Theb.* v. 224.] ¶ Adjective, *Avien. in descript. Orb.* v. 491. *de Tibri.* Romanosque lares lapsu prælambit alumno. *Prudent. Peristeph.* 12. *de S. Cass.* v. 31. moderator alumni gregis. *h. e.* discipulorum. ¶ *Alumnum* pro *alumnorum* est *Pacuvii* apud *Non.* c. 1. n. 25. ¶ Dies alumnus *Martiali* l. 12. epigr. 60. est natalis.

ALUNTĬUM, ii, n. oppidum Siciliæ in ora occidentali in colle edito, infra oppidum S. Philadelphi, vel eodem loco. *Plin.* l. 3. c. 8. [† Scribitur et *Alentum*, et est oppidum maritimum inter Lilybæum et Pelorum.] ¶ Adjective *Aluntium vinum*, quod in eo agro provenit. *Id.* l. 14. cap. 9. ¶ Incolæ dicuntur *Aluntini*, vel *Alontini*, ut legitur in quibusdam numis [† *Halentini* habet *Cic. Verr.* 3. 43. ubi Grævius *Alentini*.]

ALŪTA, æ, f. *tawed or tanned leather*, βύρσα, pellis, aut corium mollius ad calceamenta, et sacculos, et alia hujusmodi opera. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 13. Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ. *Martial.* l. 7. epigr. 34. Inguina succinctus nigra aluta. *Auson. Idyll.* 4. v. 30. quod fallax scuticam prætexit aluta. ¶ Pro calceo, *a shoe, sandal. Juvenal.* sat. 7. v. 192. Appositam nigræ lunam subtexit alutæ. *Martial.* l. 12. epigr. 26. rupta cum pes vagus exit aluta. *Id.* l. 2. epigr. 29. Aluta coccina. *Ovid.* 3. *de art. aman.* v. 271. Aluta nivea. ¶ Pro sacculo, *a leathern purse or scrip. Juvenal.* sat. 14. v. 282. ut tenso folle reverti Inde domum possis, tumidaque superbus aluta. ¶ Fuit etiam alutæ usus aliquis in fucanda facie. *a covering of paint on the face. Ovid.* l. 3. *de art. aman.* v. 201. Arte supercilii confinia nuda repletis, Parvaque sinceras velat aluta genas. ¶ Allegorico, et obsceno sensu. *Martial.* l. 11. epigr. 61. Ulcus habet, Priami quod tendere possit alutam.

ALŪTA, in plur. num. vel Alutia dicuntur apud *Plin.* l. 34. cap. 16. *auraria* quædam *metalla, in quibus aqua immissa calculos nigros eluit paulum candore variatos, quibus eadem gravitas, quæ auro*, &c. ubi et lectio, et explicatio valde varia, et incerta est.

ALUTACĬUS, a, um, qui est ex aluta. *Marcell. Empir.* c. 25. *sub fin.* Malagma inducere in pellem alutaciam. *Id.* cap. 26. Alutacia pellicula.

[* ALUTĀMEN, vel ALUTAMENTUM a veteribus dicebatur opus ex concinnatis pellibus factum. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 635. Pasceolum, alutamen.]

ALUTARĬUS, a, um, idem quod alutacius. *Marcell. Empir.* cap. 15. *cir. med.* Brassicæ stirpes combustæ, et in pulverem redactæ, et cum axungia subactæ, atque emplastro alutario parotidibus impositæ. *h. e.* emplastro alutaciæ pelliculæ inducto.

ALUTATĬUM gummi, quod invenitur in metallis aurariis, et legitur apud *Plin.* l. 33. c. 4. quid sit, aut cur ita nuncupetur, decernere haud facile est, inquit *Harduin. in Notis, et Emendat. ad* lib. 33. num. 19. Sicut etiam *alutationem*, quod alii reponunt, explicare est perdifficile.

ALVUS, i, f. *the belly, paunch, abdomen*, κοιλία, γαστὴρ, pars corporis in animali stomacho subjecta, in qua sunt intestina. Nam quod scribit *Festus: alvus venter feminæ ab alendo dicta est*, usum contra habet, cum etiam de mare æque usurpetur. *Cic. 2. de nat. Deor.* cap. 54. Alvi natura subjecta stomacho, cibi, et potionis est receptaculum. *Id. ibid.* l. 3. c. 22. Æsculapius purgationem alvi primus invenit. et lib. 2. cap. 50. Alvum purgare. *Plin.* l. 10. c. 44. Exonerare. *Id.* l. 24. c. 16. inanire. *Cels.* l. 1. c. 3. solvere. *to loosen, purge, relax:* quod et *alvum ciere, ducere, subducere, dejicere, elicere, liquare, mollire*, &c. dicitur. Sic *Id.* l. 2. c. 7. Pluribus diebus non descendit alvus. *the body is costive.* et l. 2. c. 12. n. 2. Cui satis alvus reddit quotidie. Et *Cato R. R.* c. 157. Alvus it, &c. Sic dicitur *fluens*, et *liquida alvus* apud *Cels.* l. 2. c. 6. *relaxation of the bowels, looseness, flux.* Eodemque sensu *alvus cita, fusa, soluta* &c. Contra vero adstringere alvum, apud *eund. Cels.* l. 1. c. 3. est. *to bind, astringe*, quod etiam dicimus *alvum cohibere, comprimere, supprimere, firmare, sistere, inhibere*, &c. Sic dicitur *alvus adstricta* apud *eund. ibid. belly-bound, costive.* et eadem significatione *alvus dura, compressa*, &c. quæ omnia V. etiam suis locis. ¶ In plur. num. *Plin.* lib. 19. cap. 5. Sapor raphani medicamenti instar ad eliciendas alvos. ¶ Interdum *alvus* sumitur pro morboso alvi fluxu, *looseness, flux. Columell.* l. 6. c. 7. Alvus corpus, ac vires carpit, operique inutile reddit. ¶ Item per metonymiam pro ipsis alvi excrementis, *the excrement; ordure, stool. Cels.* l. 2. c. 6. Alvus quoque varia, pestifera est. *Et mox.* Alvus liquida, eademque vel nigra vel pallida, vel pinguis. ¶ Nonnunquam sumitur pro muliebri utero, *the womb. Cic.* l. 1. *Divin.* c. 20. Cum prægnans Dionysium alvo contineret. *Id. pro Cluent.* cap. 12. Spes illa, quam in alvo commendatam a vero continebat. *Plaut. Stich.* 2. 1. 5. Me illa in alvo menses gestavit decem. ¶ Sæpissime ponitur pro alveari, in quo apes mellificant, quia ad formam alvi excavatum est, *a bee-hive. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. Media alvo, qua introeant apes, faciunt foramina parva, dextra, ac sinistra. *Plin.* l. 21. c. 12. Alvi melle plenæ. Et cap. 14. Alvos optimas e cortice, secundas ferula, tertias vimine. *Varr. loc. cit.* docet, *alvos* hoc sensu dictas esse a *mellis alimonio.* ¶ In genere masculino. *Accius* apud *Priscian.* lib. 5. pag. 654. *Putsch.* Gravido concepit in alvo. *Id.* apud *eund.* lib. 6. pag. 718. et apud *Non.* c. 3. n. 21. Frigidissimus alvus. *Colum.* l. 10. v. 146. materno pullulat alvo. *Alii leg.* arvo. Adde *Calvum, Æl. Cinn.* et *Laber.* apud *Charis.* lib. 1 pag. 61.

ALYACMON. V. *Aliacmon.*

ALYATTES, is, et ĕi, m. Lydorum Rex Crœsi pater, cujus memoriæ exstructum est monumentum apud Sardos, maxima impensæ parte ab ancillis in hoc opus collata, quæ omnes apud Lydos corpore quæstum faciunt. *Plin.* l. 2. c. 12. Defectus solis, qui Alyatte rege factus est. *Horat.* l. 3. od. 16. v. 41. si Mygdoniis regnum Alyattei campis continuem. *Bentlei.* ita legendum affirmat ex optim. Codicib. vel sic: *si Mygdoniis regnum Alyattium*, &c. Priori modo *Alyattei* est genitivus casus ab *Alyattes*, ut ab *Ulysses* sit *Ulyssei*, ab *Achilles Achillei*, &c. Altero *regnum Alyattium* est adjectivum possessivum. Vulgo legitur *Alyattici*, et exponi solet Crœsi *a patre Alyatte ita appellati.* sed *Alyatticus* non est patronymicum ab *Alyatte*, ut substantivi more positum, ejus filium significare possit.

ALYATTĬCUS. V. vocem præced.

ALȲPON, i, n. *the herb terrible, or white turbith*, ἄλυπον, cauliculus est molli capite, non dissimilis betæ, acris gustatu ac lentus, mordensque vehementer, et accendens. Ita describit *Plin.* l. 27. c. 4. ubi *Harduin.* negat ullam esse plantam nostra ætate, quæ cum isto congruat.

ALYSSON, i, n. *the herb mad-wort*, ἄλυσσον, frutex ita dictus, *quod a cane morsos* (*al. leg.* emorsos, *al.* commorsos) *rabiem sentire non patitur*, inquit *Plin.* l. 24. c. 11. nempe ἀπὸ τοῦ λύσσαν κυνὸς ἰᾶσθαι, ut est apud *Dioscor.* l. 3. c. 105.

ALYTARCHA, et Alytarches, æ, m. Ἀλυτάρχης, magistratus, qui præerat ludis, qui fiebant in honorem deorum: ab ἀλύτης, vel ἀλυτής, quod teste *Varino*, et aliis, apud Eleos significabat mastigophorum, hoc est servum publicum virgam ferentem; et ἄρχων, princeps, præses, quia nimirum is magistratus speciatim præerat iis, qui ad submovendam turbam, et ad cohibendas seditiones in sacris certaminibus adhibebantur. Alii ducunt ab ἀλύω, quod inter alia significat etiam gaudere, gestire, lætari, ut *Alytarcha* dictus sit quasi publicæ voluptatis arbiter, et ut *Cassiodorus* appellat, *Tribunus voluptatum.* Nam *voluptates* interdum publicos ludos significant. Quidam etiam e sacerdotum numero fuisse arbitrantur. Legitur in *Cod. Theodos.* l. 15. tit. 9. leg. 2.

ALYTARCHĬA, æ, f. Alytarchæ dignitas, et officium. *Imp. Leo* lib. 1. *Cod. Justin.* tit. 35. Titulos, qui Alytarchiæ, et Syriarchiæ muneribus in prima Syria deputati sunt, &c. Alii aliter leg.

AM

AM, *around, concerning*, præpositio loquelaris, ut *Festus* loquitur, hoc est inseparabilis, quæ per se posita nihil significat, in compositione idem valet ac *circum*, forte ex Græco ἀμφὶ contracto, quemadmodum ab ὑπὸ fit sub. Quidam putant, antiquitus fuisse separabilem, afferuntque fragmentum illud *Caton. in Originib.* apud *Macrob.* lib. 1. *Saturn.* cap. 14. *Am terminum. h. e.* circum terminum: super quo tamen miras Eruditi lites excitarunt. ¶ Si componatur cum verbis a vocali incipientibus assumit *b* euphoniæ causa, ut *amburvalis, ambesus, ambio, ambustus:* si cum incipientibus a *p*, manet integra, ut *amputo, amplector:* si cum alia quapiam consonante, *m* in *n* mutatur, ut *anquiro, anfractus*, &c. ¶ Olim *am* pro *eam* Veteres usurparunt. *Lucret.* l. 3. v. 445. Corpore qui nostro rarus magis am cohibessit. *Alii aliter legunt.* V. *Incohibesco.*

AMA. V. *Hama.*

AMABĪLIS, le, *worthy of being loved or esteemed, lovely, desirable, amiable*, ἐράσμιος, dignus amore. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 19. Filiolam tuam et amo, et amabilem esse certo scio. Et l. 12. ep. 9. Cetera noli putare amabiliora fieri posse ulla litore, prospectu maris, &c. *Id. Fam.* 7. ep. 20. Amabilior mihi Velia fuit, quod te ab ea sensi amari. *Id. de amic.* c. 14. Amabilissimum nodum amicitiæ tollere. *Id.* in *partitionib.* cap. 6. Amabiles mores. *Senec.* ep. 36. Adolescens hilaris, et amabilis turbæ. *Senec.* l. 4. *controvers.* 26. *a med.* Dixit illam amabilem sententiam: da itaque nunc pœnas misericors.

AMABĬLĬTAS, atis, f. *amiableness, loveliness*, φιλότης, morum comitas, formæve venustas, ad amorem alliciens. *Plaut. Stich.* 5. 4. *in fin.* Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus. *Id. Pœn.* 5. 4. 1. Amabilitati animum adjicere. *h. e.* in eo studium ponere ut amabilis sis. Possis tamen utroque loco *amabilitatem* amorem intelligere. [¶ Blanda compellatio patris ad filium, qua passim utitur *Symmach.* l. 7. ep. 3. Secundas ad amabilitatem tuam litteras mitto.]

AMABĬLĬTER, *amiably, sweetly*, ἡδέως, γλυκέως, suaviter, humaniter, ita ut tibi amorem concilies. *Antonius ad Cicer. post* epist. 13. l. 14. *ad Attic.* Si humaniter, et sapienter, et amabiliter in me cogitare vis, facilem profecto te præbebis. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 147. Libertasque recurrentes accepta per annos Lusit amabiliter, donec jam sævus apertam In rabiem verti cœpit jocus. ¶ Item cum amore, *lovingly, tenderly, affectionately. Ovid.* 3. *de art. aman.* v. 675. Spectet amabilius juvenem: suspiret ab imo, &c. *Petron. in Sat.* c. 112. Vultum suum super cervicem Gitonis amabiliter posuit.

[* AMALOCĬA, æ, f. est nomen, quo Campani appellabant herbam chamæmelon. *Apul. de herb.* c. 23.]

AMALTHĒA, æ, f. Ἀμάλθεια, filia Melissi seu Melissei Cretensium regis, quæ una cum sorore Melissa Jovem puerum in Creta insula caprino lacte nutrivit. Narrat *Hygin.* fab. 139. cum Saturnus Jovem recens natum quæreret, ut eum devoraret, quod sciebat ab eo sibi regnum ademptum iri, Amaltheam occuluisse eum in arbore, et ne vagitu proderetur, impuberes aliquot convocasse, dedisse eis clypeola ænea, et hastas, quibus vagienti puero obstreperent, ne a Saturno exaudiretur. Quo *Hygini* loco pro *Amalthea* legitur etiam in quibusdam Codicib. *Adamantæa:* Alii legendum censent *Adrastea.* Nam Melissi filiæ a quibusdam *Adrastea*, et *Ide* nominantur. Alii dicunt *Amaltheam* nomen esse non filiæ Melissi, sed capræ, cujus lacte ea Jovem aluit. Hæc igitur capra, quæ duorum hædorum mater erat, cum aliquando cornu in arbore fregisset, sublatum illud Nympha, et cinctum recentibus herbis, et plenum pomis Jovi obtulit: qui postea rerum potitus et hædos, et matrem, et ipsum quoque cornu in cœlum transtulit, et sidera fecit. Posita autem sunt capra quidem humero, hædi autem in sinistra manu Aurigæ. Cum exoriuntur, et occidunt pluviam plerumque ferunt, et tempestatem. V. *Hygin. Poet. Astron.* l. 2. c. 13. et l. 3. c. 12. et *Ovid. Fast.* 5. v. 111. et deinceps. *Id. ibid.* v. 115. Nais Amalthea Cretæa nobilis Ida. ¶ Addunt alii, hoc idem cornu, antequam in cœlum transferretur, ab Jove Nymphis nutricibus redditum fuisse, addito promisso, se quidquid optassent, ex eo largiter suppeditaturum. Hinc *Amaltheæ cornu*, κέρας Ἀμαλθείας. Græco proverbio de locuplete abundantia dicitur: Latine *cornucopia*, vel *cornu copiæ. Horat.* l. 1. od. 17. v. 14. hinc tibi copia Manabit ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu. V. *Cornu copiæ.* Hinc etiam, qui libros scripsere varii argumenti, ad commendandam operam suam, eos inscribere soliti sunt Græco illo titulo Κέρας Ἀμαλθείας, ut significarent, quidquid lectores cuperent, in eo opere certo inventuros, ut vel lactis gallinacei sperare ibi haustum possent, ut *Plin.* loquitur *in præfat. histor. natur.* quod et *Gell.* innuit in sua: quem V. etiam l. 1. c. 8. Eadem ratione *Amalthea* (et *Amaltheum*) dicta est Attici, et Ciceronis bibliotheca, quod omnis generis libros contineret. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *ad fin.* Epigrammatis tuis, quæ in Amaltheo posuisti, contenti erimus. *Et paulo post.* Velim ad me scribas, cujusmodi sit Ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσίᾳ. et quæ poemata, quasque historias de Ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas. *Id. Ibid.* l. 2. ep. 1. *ad fin.* Amalthea mea te exspectat, et indiget tui. ¶ Est etiam nomen Sibyllæ Cumanæ apud *Lactant.* l. 1. cap. 6. de qua *Tibull.* l. 2. eleg. 5. v. 67. Quidquid Amalthea, quidquid Marpessia dixit: Herophilæ Phœbo grata quod admonuit.

[* AMALUSTĬA, æ, f. sic Daci dictitabant herbam chamæmelon. *Apul. de herb.* c. 23.]

AMANDATĬO, nis, f. *a sending away or afar off, dismissing, removing, consigning to exile, banishing*, ἀπόπεμψις, actus amandandi. *Cicer. pro Rosc. Amer.* cap. 15. Tamen ne hæc attenta vita, et rusticana, relegatio, atque amandatio appellabitur?

AMANDĀTUS, a, um, *sent away, sent to a distance, removed, banished*, ἀποπεμφθεὶς, procul missus, relegatus. *Cic. pro Dom.* c. 25. Me expulso, Catone amandato. *Id. post redit. ad Quirit.* c. 4. *in fin.* Infra mortuos amandatus. *Tacit. Hist.* l. 4. c. 56. Amandatus in Frisios. *Gell.* l. 12. c. 1. *ad fin.* Oblivio filii amandati ad aliam nutricem.

AMANDO, as, avi, atum, a. 1. *to send away or out of the way, remove, dismiss*, ἀποπέμπω, alio mitto, longe ire jubeo, removeo, relego. *Cic. pro Rosc. Amer.* cap. 15. An amandarat hunc sic, ut esset in agro, ac tantummodo aleretur ad villam? *Id. Verr.* 7. c. 27. Amandare hominem Lilibæum. *Id. Attic.* l. 7. ep. 13. in Græciam. *Id. ad Quir. post redit.* c. 4. *in fin.* infra mortuos. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 56. *in fin.* Natura res similes procul amandavit a sensibus.

AMANDUS, a, um, *amiable, lovely, charming,* amari dignus, amabilis. *Horat.* lib. 4. od. 11. *in fin.* condisce modos, amanda Voce quos reddas.

AMANIENSES, ium, populi incolæ Amani montis. *Cic. Fam.* l. 2. epist. 10.

AMANS, tis, *loving, fond of, affectionately attached to,* qui amat, amicus, φιλῶν. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 8. Hirrus quam se ipse amans sine rivali! *Id. Fam.* 9. ep. 6. Homines, ut cognovi, amantes tui. *Id. Attic.* 9. *epist. ult.* Boni cives amantes patriæ. *Id. pro Rabir. Posth.* c. *pænult.* Veterem amicum suum, studiosum, amantem, observantem sui. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. cap. 5. Si quem forte cognosti tui amantiorem, quam temporis. *Id. Fam.* 16. ep. 7. Ad nos amantissimos tui veni. *Ovid.* 2. *de Pont.* epist. 9. v. 46. Amans cruoris. ¶ Tribuitur et rebus inanimis, quibus amor, et benevolentia significatur. *Cic. Fam.* 5. ep. 15. Lenissimis, et amantissimis verbis uti. *Id. pro Cluent.* c. 5. Quo ipsum nomen amantius indulgentiusque maternum, hoc, &c. Adde *Ovid.* 6. *Fast.* v. 113. ¶ Sæpissime absolute usurpatur pro amatore, *a lover, wooer, suitor, sweetheart.* Differunt tamen proprie loquendo *amans,* et *amator,* ut innuit *Cicer.* 4. *Tuscul.* c. 12. quod *amans* dicitur qui revera amat: *amator,* qui proclivis est ad amandum, quique potest aliquando sine amore esse: quemadmodum *iracundus* dicitur qui facile irascitur, quique potest aliquando etiam sine ira esse; *iratus* vere, qui iram habet. Hoc tamen discrimen non est perpetuum. V. *Amator. Propert.* l. 2. eleg. 13. v. 65. Durius in terris nihil est quod vivat amante. *Terent. Andr.* 3. 3. 23. Amantium iræ amoris integratio est. *Ovid.* l. 1. *de art. aman.* v. 633. Jupiter ex alto perjuria ridet amantum.

AMANTER, *lovingly, affectionately, tenderly, friendly, intimately,* cum amore, φιλικῶς. *Cic. Fam.* l. 5. ep. 19. Exspectare amanter adventum alicujus. *Id. Attic.* 2. ep. 4. Amanter aliquid, diligenterque conficere. *Id. ibid.* l. 6. ep. 2. Obsecrare aliquem amantissime. *Id. de Amic.* c. 1. Conjunctissime, et amantissime vivere cum aliquo. *Id. Fam.* 3. ep. 6. Hoc meo facto valde delector. nihil enim potuit fieri amantius. *Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 43. Melius, et amantius.

AMANTĬA, æ, f. *love, affection,* amor. *Plaut. Trucul.* 4. 2. 4. Prome venustatem, amantiam, gaudia. *Alii leg.* Prome venustatem amanti tuam, &c.

AMANTĬA, æ, f. oppidum Macedoniæ Illyricæ, seu maritimæ in ora occidentali, apud Celydni fluminis ostium, inter Bullidem, et Oricum: nunc *Porto Raguseo. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 40. Qui commeatus Bullide, atque Amantia importari in oppidum prohibebat. Adde *Cicer. Phil.* 11. c. 11. ¶ Hujus oppidi incolæ appellantur *Amantiani* ab eodem *Cæs. ibid.* c. 12. et *Amantes* a *Plin.* l. 3. c. 23. et *Amantini* l. 4. c. 10. Quamquam *Amantini* apud *eund. Plin.* l. 3. c. 25. sunt etiam Pannoniæ populi.

AMANTIANI, et AMANTINI } V. vocem præced.

AMANUENSIS, is, m. *a clerk, secretary, notary, slave employed by his master to write letters, &c. a scribe, scrivener, copyist; an amanuensis,* ὑπογραφεὺς, servus, cujus opera dominus in scribendo, epistolas præsertim, utitur, qui et *servus a manu* dicitur: unde hæc vox originem habuit. *Sueton. in Tito,* c. 3. Notis quoque excipere velocissime solitum, cum amanuensibus suis per ludum, jocumque certantem. Adde *in Ner.* c. 44.

AMĀNUS, ni, m. [†hod.] *Areuna, M. di Scanderona,* pars montis Tauri in Syria, qui illam a Cilicia discludit, maxime in longitudinem patens, ut qui a mari Cilicio usque ad Euphratem fluvium protenditur. Ibi sunt portæ, per quas in dictas provincias trajectus est, quæ *Amanicæ,* et *Ciliciæ* appellantur a Veteribus, apud Issum, Alexandriam, et Myriandrum. *Lucan.* l. 3. v. 244. Cappadoces, duri populus non cultor Amani.

AMARACĬNUS, a, um, *relating to the herb sweet-marjoram,* ἀμαράκινος, qui est ex amaraco herba. *Plin.* l. 13. c. 1. Amaracinum unguentum. *Id.* l. 21. c. 22. Oleum amaracinum. ¶ *Amaracinum, i,* absolute ponitur pro unguento amaracino, quod laudatissimum in Coo insula olim fiebat, ut *Plin. loc. cit.* scribit. *Lucret.* l. 4. v. 1171. postesque superbos Ungit amaracino. *Id.* l. 12. v. 846. Sicut amaracini blandum, stactæque liquorem. ¶ *Servius ad* l. 1. *Æn.* v. 693. fabellam narrat huc pertinentem, quam V. in voce sequenti. ¶ *Nihil cum amaracino sui:* proverbium apud *Gell. in præfat. sub fin.* de iis, qui nullum cum re aliqua commercium habent, vel qui nullam ex re aliqua voluptatem capiunt. Sues enim amaracinum maxime fastidiunt, teste *Lucret.* l. 6. v. 973.

AMARĂCUS, i, m. et f. et Amaracum, i, n. ἀμάρακος, genus herbæ, quæ et *sampsuchum* dicitur, valde vivax, radices habens multifidas, in summo terræ hærentes, semen ferens copiosum, odoremque acrem, et gratum, et propterea coronis aptissima. Quidam aiunt, esse eam, quam Angli vocant *sweet-marjoram,* aut *feverfew:* alii negant. *Plin.* l. 21. c. 11. Amaracus, quem Phrygium cognominant. *Id. ibid.* c. 22. Sampsuchum, sive amaracum scorpionibus adversatur. *Id.* l. 13. c. 1. Iris Illyrica, et amaracus Cyzicena. ¶ Quidam hanc de amaraco fabulam tradunt: Amaracum fuisse filium Cynaræ regis Cypri, qui cum unguentarium vas, quod ferebat, lapsus fregisset, vel nimio unguenti odore læsus, vel dolore fracti vasis intabuisse, et Deorum miseratione versum fuisse in herbam odoriferam sui nominis. V. *Amaracinus.*

AMĀRANS, antis, [particip. ab inusit. *amaro, as,* amarum reddens.] *embittering, making bitter,* amarum faciens, πικραίνων. *Ruf. Fest. Avien. in epist. ad Flavian. Myrmecium* apud *Pithœum* lib. 4. *Collect. epigr.* et *poem. veter.* quod penitus fellitus amarans Ora sapor, nil dulce meo sinit esse palato. [†In hac v. actum plane agit Auctor Appendicis, Forcellini verba ut sua scilicet iterando.]

AMARANTUS, i, *amaranth, everlasting; a never-fading flower,* ἀμάραντος, herba spicam ferens verius quam florem, sine odore; quique gaudet decerpi, lætius renascens. Alexandrino palma, qui decerptus asservatur, madefactus aqua revirescit, et hibernas coronas facit: ab *α* privativa, et *μαραίνομαι,* marcesco. *Plin.* l. 21. c. 8. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 439. Has, hyacinthe, tenes, illas, amarante moraris: Pars thyma, pars casiam, pars meliloton amant. ¶ Scribitur et *amaranthus.*

AMĀRE, adverb. *bitterly; sarcastically, keenly,* πικρῶς, acerbe, aspere, acriter. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 78. Elinguis dicta dulcia datis, corde amare facitis. *Senec.* l. 5. *de benef.* c. 23. Admonebo ergo non amare, non palam sine convicio. *Apulei.* l. 1. 5. *Metam. in fi.* Amare coercere. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 8. et 16. Amare dicere aliquid. *Caius. Digest.* lib. 21. tit. 1. leg. 18. exigere aliquid ab aliquo. *Paul.* l. 24. tit. 1. leg. 28. aliquem tractare. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 2. Amarius aliquem reprehendere. *Sueton. in Tiber.* c. 54. Amarissime congestis probris.

AMARESCO, is, n. 3. *to grow bitter,* πικραίνομαι, amarus fio. *Pallad. in Januar.* tit. 15. *a med.* Arbores amygdali servandæ sunt a pecore, quia, si rodantur, amarescunt.

AMARĬCO, as, a. 1. amarum facio, et translate concito, ad iram provoco. Usurpatum est a *Plin. Valer.* [l. 1. c. 17.] et ab *Augustino,* [*Enarrat. in Psal.* 65. n. 15. Ecce repulsi sunt qui amaricant.] ut habetur in *Thes. Basil. Fabri:* sed non est tanti ut loca afferantur ad confirmandum.

AMARĬTAS, atis, *bitterness,* πικρότης, amaritudo. *Vitruv.* l. 2. c. 9. *a med.* Larix vero non solum ob succi vehementem amaritatem ab carie non nocetur, &c. *Al. aliter leg.*

AMARĬTER, *bitterly,* amare. *Hieronym.* epist. 23. *ad Marcellam,* c. 1. Petrus amariter flens.

AMARITĬES, ei, f. *bitterness,* amaritudo, πικρότης. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 19. Quæ dulcem curis miscet amaritiem.

AMARITŪDO, inis, f. *bitterness; sharpness, tartness, pungency of taste,* πικρότης, πικρία γεύσεως, amarus sapor. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 66. Oleas albas nisi condieris, propter amaritudinem illas respuit palatum. *Plin.* l. 21. c. 21. Amaritudo absinthii. *Id.* l. 24. c. 14. Radices summæ amaritudinis. *Et in plur. num. Id. ibid.* c. 11. Amaritudines hebetare. ¶ Translate *Justin.* l. 38. c. 5. Amaritudo decretorum. *Valer. Maxim.* l. 4. c. 1. *extern.* n. 6. odii. *Plin.* l. 36. c. 5. carminum. *h. e.* maledicentia, mordacitas. Sic *Quintil.* l. 10. c. 1. *ad fin.* Ut amari sales, ita amaritudo ipsa frequenter ridicula est. *Plin.* l. 6. ep. 8. Nosti facetias hominis: quas velim attendas, ne in bilem, et amaritudinem vertat injuria. *Id.* l. 1. ep. 16. *a med.* Quantum illis (*versibus*) leporis, dulcedinis, amaritudinis, amoris inseris! *h. e.* aculei, quo vitia pungit, et notat. *Valer. Maxim.* l. 4. c. 4. *sub init.* Divitiarum frons hilaris, multis intus amaritudinibus referta. *h. e.* miseriis. *Mamertin. in gratiar. act.* c. 20. Amaritudo injuriæ. *acrimoniousness, keenness; grievousness, discontent.* ¶ *Amaritudo vocis,* Græce πικροφωνία, est, cum vox supra modum ac pæne naturam vocis humanæ acerba est. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ad fin.*

AMĀROR, oris, m. *bitterness,* πικρότης, amaritudo. *Lucret.* l. 4. v. 224. dilutaque contra Cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror. *Virg.* 2. *Georg.* v. 246. At sapor indicium faciet manifestus, et ora Tristia tentantum sensu torquebit amaror. Al. leg. *amaro,* sed invito *Gell.* l. 1. c. 21.

AMARULENTUS, a, um, *bitter, biting, pungent, sharp; acrimonious, keen,* idem quod amarus, vel valde amarus: et translate acris, mordax, maledicus. *Gell.* l. 3. c. 17. Timon amarulentus librum maledicentissimum conscripsit. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 7. Amarulenta dicacitas.

AMĀRUS, a, um, *bitter; biting, pungent,* πικρὸς, saporem habens dulci contrarium, asperum, insuavem. Si *Etymologos* audimus, videtur dici proprie de sapore salso, qui in aqua marina percipitur. Hinc *Virg. Ecl.* 10. v. 5. *Doris amara.* Sæpius tamen dicitur de aliis ingratis saporibus, qui salsi non sunt, et dulcibus opponuntur. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 12. Sensus judicat dulce, amarum, lene, asperum. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 13. Animal sentit et calida, et frigida, et dulcia, et amara. *Virg. Ecl.* 1. v. 79. Amaræ salices. *Plin.* l. 11. c. 6. Amariores succi. *Id.* l. 21. c. 7. Iris gustu amarissima. *Id.* l. 25. c. 6. Amarus gustus. *Id.* l. 11. c. 7. Amarus sapor. *Catull. carm.* 27. *ad puerum suum.* Inger mi calices amariores. *h. e.* meraciore, et vetustiore vino plenos. vinum autem vetus amaritudinem, seu austeritatem quandam induit. *Cels.* l. 1. c. 3. Os amarum. *h. e.* amarorem sentiens amaræ salivæ, seu humoris. Apud *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* epist. 1. v. 24. *Messis amara* dicitur, quæ ad plenam maturitatem non pervenit. fruges enim immaturæ amarus cibus sunt. ¶ Translate *amarus odor* est ingratus, insuavis. *disagreeable, unpleasant. Plin.* l. 18. c. 12. Fructus ipse amarus et odore. Sic *amarus sonus* auribus ingratus. *Stat.* 10. *Theb.* v. 553. Tuba fores sonitu perfringit amaro. ¶ Sæpe ponitur pro tristi, duro, acerbo, aspero. *sad, harsh, grievous, calamitous. Tibull.* l. 2. eleg. 4. v. 11. Nunc et amara dies, et noctis amarior umbra est. *Ovid.* l. 5. *Trist.* eleg. 4. v. 15. Ferre casus patienter amaros. *Id. ibid.* eleg. 2. v. 29. amara pericula ponti. *Virg. Ecl.* 3. v. 109. quisquis amores Aut metuet dulces, aut experietur amaros. *Horat.* l. 2. od. 16. v. 26. amara læto risu temperare. *Id.* l. 4. od. 12. v. 20. Cadus amara curarum eluere efficax. *troubles, cares, affliction, distress. Valer. Max.* l. 7. c. 6. Amarissimæ leges necessitatis. *Virg. Æn.* 4. v. 203. Amarus rumor. *h. e.* tristia, et adversa afferens. ¶ Item pro mordaci, et maledico. *acrimonious, cutting, keen, sharp, sarcastical. Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 11. v. 31. Incessere aliquem dictis amaris. *Id.* 4. *ex Pont.* epist. 14. v. 37. Vexare mores hominum scriptis amaris. *Quintil.* l. 10. c. 1. Amari sales. *brackish. Virg.* 10. *Æn.* v. 900. Hostis amare, quid increpitas? ¶ Item pro moroso, difficili, fastidioso. *morose, ill-natured, crabbed, sour, difficult to please. Cic.* 14. *Attic.* ep. 21. Amariorem me senectus facit: stomachor omnia. *Terent. Hecyr.* 4. 4. 88. Amaræ mulieres sunt, non facile hæc ferunt. *Senec.* etiam l. 1. *de Ira.* c. 4. *amaros* dicit, quos Aristoteles πικροὺς, nimirum qui iram diu servant, et difficile deponunt, nisi ulti. ¶ Item pro noxio. *Stat.* 5. *Theb.* v. 393. Deprensæque cadunt volucres, et messis amaro Strata gelu. ¶ *Amarum* absolute pro *amare* adverbio. *Apulei.* l. 6. *Metam.* Contortis superciliis subridens amarum. *h. e.* risu indignatione mixto. Adde *Ammian.* l. 21. c. 9. *in fi.* (*al.* c. 16.)

AMARYLLIS, idis, f. Ἀμαρυλλὶς, nomen puellæ rusticæ, quam sæpe nominat *Virg. in Eclog.* imitatus *Theocrit.* Græca autem vox est, quæ in Lexico *Varini* exponitur πορνεία, hoc est scortum: alii honestiore nomine *amorem* interpretantur. In accusativo singulari est. *Amaryllida* apud *Virg. Ecl.* 1. v. 5. Græca positione pro *Amaryllidem.* In vocativo *Amarylli, ibid.* v. 37. ¶ Quidam putant *Virg.* in Bucolicis non uno in loco hoc nomine designare urbem Romam, ut *Eclog.* 1. v. 30. Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit; *et alibi:* quod et *Serv. ad hunc loc.* observavit. *Ang. Politian.* l. 1. ep. 2. scribit, triplex urbi Romæ nomen fuisse, unum hoc, quod vulgo usurpamus, *Roma;* alterum arcanum, quod *Amaryllidis* voce innuisse *Virgil.* videtur (quamquam alii *Valentiam* fuisse dicunt) tertium sacrificiis debitum *Anthusam,* Græce Ἀνθοῦσαν, hoc est *florentem,* vel *Floram.*

AMARYNTHIS Diana, cujus meminit *Liv.* l. 35. c. 38. ita cognominata est ab Amaryntho vico apud Eretriam Eubœæ urbem.

AMASCO, is, n. 3. amare incipio. *Diomed.* l. 1. pag. 334. *Putsch.* Ab *amo* Veteres inchoativo modo dixerunt *amasco.* Unde et *amascos* amatores dicebant, et Plautus in *Trucul.* (3. 1. 13.) *Mundulos istos amascos.* Nævius. *Nunc amasco primulum.* Hæc *Diomed.* cujus Editiones aliquot omittunt *Nævii* locum. In *Plauto* plerique omnes leg. *amasios.*

AMASCUS, i, m. amasius. V. vocem præced.

AMASĒNUS, [† nunc] *Toppia,* vel *Fiume dell' Abbazia,* fl. Volscorum in Latio, qui ex agro Privernate in Pontinam paludem, et mare Tyrrhenum haud procul a Tarracina, et Circæis descendit. *Virg. Æn.* 7. v. 685. et ibi *Servius.* ¶ Alter item in Latio est, qui ex finibus Aletrinorum in Lirim fl. labitur per agrum Frusinatem, et Verulanum. ¶ Amasenus quoque [† hod.] *Judicello* fl. est Siciliæ, qui Catanam urbem interluit, et modo fluit, modo arescit. *Ovid. Metam.* 15. v. 279. ubi tamen leg. alii *Amenanus.*

AMASĬO, onis, m. *a lover,* idem quod amasius. *Apulei.* l. 7. *Metam.* Festivus amasio. *Prudent. Peristeph.* 14. v. 181. Nubunt puellæ, sæpe luduntur dolis, Amasionum comprimuntur fraudibus.

AMĀSIS, Ἄμασις, nomen proprium Regis Ægypti, cujus tumulus fuit una pyramidum, ut innuit *Lucan.* l. 9. v. 155. Hic legem condidit, ut quisque quotannis apud Præsidem rationem vitæ redderet, demonstraretque, unde viveret, aut quo quæstu sustentaretur, qui hoc non faceret, morte afficeretur. Hanc legem Solon ab Ægyptiis translulit ad Athenienses. Multa de hoc *Plutarchus in Symposio septem Sapientum,* et *Diogenes Laertius in vita Periandri.*

AMASIUNCŬLA, æ, f. amatrix: ita dicta blanditiæ causa. Legitur in *Fragment. Tragur. Petron.* cap. 75. *Burman.*

AMASIUNCŬLUS, li. m. diminutivum ab *amasius. Petron. in fragm. Tragur.* cap. 45. *Burman.* Rixam inter zelotypos, et amasiunculos.

AMASĬUS, ii, m. *a lover, suitor, sweetheart,* ἐραστὴς, amans, amator. *Plaut. Casin.* 3. 3. *in fi.* Miserrimum hodie ego hunc habebo amasium. *Gell.* l. 7. c. 8. Delphinos Veneris esse, et amasios. *Id.* l. 19. c. 9. Nostros quoque poetas amasios, ac Venerios fuisse.

AMASTRA, æ, f. oppidum antiquum Siciliæ. *Sil.* l. 14. v. 267.

AMASTRIACUS, a, um, adject. ad Amastrim urbem pertinens, quæ est in Paphlagonia in ora maris Euxini. Ἀμαστριανός. Ovid. 4. Pont. v. 529. Aut ut Amastriacis quondam Lenæus ab oris, &c.

[* AMASTRIANUS, a, um, adject. idem ac Amastriacus, Amastris incola. Plin. l. 10. ep. 99. Amastrianorum civitas, Domine, et elegans, et ornata.]

AMATA, æ, f. ita a Pontifice appellabatur virgo Vestalis, cum ad ministerium Vestæ capiebatur, quod prima, quæ hoc ritu capta fuit, hoc fuerit nomine. Capta autem idcirco dicebatur, quod velut bello capta, a parente, vel ab eo, in cujus potestate erat, manu a Pontifice Maximo apprehensa abducebatur. Have Gell. l. 1. c. 12.

AMATHUNTIA, æ, f. dicta est Venus ab Amathunte Cypri urbe, ei sacra. V. Amathusius.

AMATHUS, untis, f. [† hod.] *Limisso*, urbs Cypri in ora meridionali, inter Curias, et Citium, Veneri sacra. *Virg.* Æn. 10. v. 51. Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 531. Piscosamque Gnidon, gravidamque Amathunta metalli.

AMATHUSIACUS, a, um, adject. ad Amathuntem pertinens. *Ovid. Metam.* 10. v. 227. Lactentes vitulos, Amathusiacasque bidentes. *Heinsius* monet legendum *Amathusiadas* e a recto *Amathusias*, *adis*. Sic apud *Symmach.* lib. 1. ep. 8. Amathusias renidens. *h. e.* Venus: ut ipse idem emendat. Nam hic quoque alii aliter.

AMATHUSIAS, ădis. V. vocem præced.

AMATHUSIUS, a, um, adject. ab Amathunte urbe. *Amathusia* dicta est olim tota Cyprus, teste *Plin.* l. 5. c. 31. ¶ Venus etiam, quod Amathunte, et in tota Cypro colebatur. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 62. Delubrum Veneri Amathusiæ ponere. *Ovid.* 3. *Amor. eleg. ult. sub fin.* Culte puer, puerique parens Amathusia culti. Adde *Virg. in Ciri*, v. 242. et *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 51. Utroque autem loco *Scalig.* cum aliis legit *Amathuntia*: quod idem est.

AMATIO, onis, f. *love, the state of being in love*, actus amandi, ἔρως: et dicitur fere de amore Venereo. *Plaut. Casin.* 2. 5. 20. Tua mihi odiosa est amatio. *Id. Pœn.* 5. 2. 136. Acerba amatio. *Id. Rud.* 4. 5. 14. Inepta, atque odiosa amatio. *Et in plural. num. Id. Merc.* 4. 4. 53. Te Dii, Deæque perduint tua cum amica, cumque amationibus. *intrigues. Id. Captiv. sub fin.* Neque in hac (*fabula*) subagitationes sunt, neque ulla amatio. *h. e.* nulli inhonesti amores inducuntur.

AMĀTOR, oris, m. *a lover, friend; one who loves or is attached to any person or thing*, φιλῶν, qui amat, amicus. *Cic. Attic.* l. 1. ep. *ult.* Papirius Pætus vir bonus, amatorque noster. *Nepos in Attic.* c. 18. Amator antiquitatis. *Cic. de Univers. sub fin.* sapientiæ. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 1. Urbis amatorem Fuscum salvere jubemus Ruris amatores. [¶ Adjective etiam accipitur. *Apul. Met.* lib. 5. Ferro caput excideres, quod istos amatores oculos tuos gerit.] ¶ Sæpe accipitur in malam partem pro amante Venerio, *a lover, gallant*, ἐραστής. Differt tamen ab *amante*, quod ut ait *Donat. ad Terent. Andr.* 1. 1. 49. *amator* fingere potest, non enim semper amat. *amans* autem vere amat. V. *Amans. Cic.* 4. *Tuscul.* c. 12. Inter ebrietatem, et ebriositatem interest: aliudque est amatorem esse, aliud amantem. *Id. pro Cœl.* c. 20. Utrum hic adulter, an amator. *Id. Verr.* 5. c. 63. *in fi.* Alba tuus antiquissimus non solum amicus, verum etiam amator. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 38. Invidus, iracundus, iners, vinosus, amator. *Juvenal.* sat. 6. v. 547. Amator tener. *Propert.* l. 2. eleg. 2. v. 26. blandus, et eleg. 21. v. 4. pulcher. *Plaut. Mil.* a. 5. v. 38. Quis erat igitur? *Sce.* Philocomasio amator. *h. e.* amator Philocomasii.

AMATORCŬLUS, i, m. *a pitiful lover*, ἐρωτύλος, dimin. ab amator. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 27. Vix amatorculos invenimus.

AMATORĬE, *like a lover, amorously, tenderly, affectionately*, ἐρωτικῶς, more amatoris, qua amantem Venerium significat. *Cic.* 2. *Phil.* c. 31. Epistola amatorie scripta. *Plaut. Merc.* 3. 3. 20. Amatorie loqui.

AMATORIUS, a, um, *relating to love, or lovers, amatory, amatorious, amorous*, ἐρωτικὸς, ad amorem pertinens, vel alliciens. *Cic. Tuscul.* 4. c. 33. Anacreontis tota poesis amatoria est. et cap. 34. Frui voluptate amatoria. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 29. Amatorius sermo. *Sueton. in Calig.* c. 50. Amatorium medicamentum. *h. e.* ad amorem inducens, quod et *philtrum* dicitur. Sic *Plin.* l. 3. c. 22. Amatorium virus. Et *Paul. recept. Sentent* lib. 5. tit. 23. Amatorium poculum. Et *Plin.* l. 9. c. 25. Amatoria veneficia. *philters, love-potions, charms for procuring love.* ¶ *Amatorium, ii*, absolute pro medicamento, seu veneficio, et generatim pro vi, et efficacia ad amorem inducendum, φίλτρον. *Plin.* l. 28. c. 8. *circa med.* Hyænæ caverna sinistro lacerto alligata, si quis mulierem respiciat, amatorium est tam præsens, ut illico sequatur. *Id.* l. 20. c. 5. Orpheus amatorium inesse staphylino dixit. *Id.* l. 28. c. 8. Dissolvere amatoria. *Quintil.* l. 7. c. 8. Amatorium alicui dare. *Senec.* ep. 9. Ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficæ carmine: si vis amari, ama.

AMĀTRIX, icis, f. *an amorous woman, a woman of strong passions*, quæ amat, ἐράστρια. *Martial.* l. 7. epigr. 68. Sappho amatrix. *Plaut. Asin.* 3. 1. 8. Satis dicacula es amatrix. *Id. Pœn.* 5. 5. 25. Adire ad amatricem. ¶ Adjective *Martial.* l. 7. epigr. 14. Amatrices aquæ. *h. e.* amantes. Adde lib. 10. epigr. 4.

AMATURIO, uris, n. amare cupio, aut paro: verbum meditativum ab *amo, as*, quod tanquam Latinum agnoscunt *Diomed.* l. 1. pag. 336. *Putsch.* et *Priscian.* l. 8. pag. 825. sed nullo exemplo confirmant.

AMATUS, a, um, *loved, beloved*, dilectus, ἠγαπημένος. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 47. Frangere enitar modo multum amati Cornua tauri. *Id.* epod. 17. v. 20. Amata nautis multum, et institoribus. *Tacit. de Germ.* c. 40. Pax, et quies tunc tantum amata.

[* AMAXĪTIS, is, fortasse rectius Hamaxitis, f. herba eadem quæ agrostis. *Apul. de herb.* c 77.]

AMĀZON, ŏnis, f. *an Amazon*, Ἀμάζων. Amazones fuere feminæ bellicosissimæ, quæ Sarmatiam ad Tanaim fluvium primum incoluerunt, deinde in Cappadocia ad Thermodoontem consederunt. Earum arma erant arcus cum sagittis, securis, hasta, et pelta lunata. Dictæ sunt Amazones, quasi sine mamma, ab α part. priv. et μαζὸς, mamma. Mos enim fuit Amazonibus, interfectis maribus, quos genuissent, servare feminas, earumque infantium mammas dextras inurere, ne impedimento essent ad pugnam conserendam, et ne sagittarum jactus impediretur. Vel dictæ sunt ab α, et μάζα, id est pulte, seu panis, quasi sine pane, eo quod non pane vescerentur, sed carnibus. Alii ab ἅμα, et ζῆν cum aspiratione in principio, tanquam in commune viventes dictas putant. Alii a nympha *Amazonide* filia Samornæ. Alii ab *Amazone* puella Dianæ sacerdote, et Regina Ephesi. Ab his Ephesus urbs Asiæ condita est. Origo, regnum, et res gestæ Amazonum a *Justino* lib. 2. cap. 4. disertissime descripta sunt. *Curtius* etiam l. 6. c. 5. ubi de Thalestri ultima earum regina verba facit, Amazonum cultus, et mores breviter persequitur. *Senec.* item *in Hippol.* v. 387. vestitum Amazonicum eleganter depingit. *Virg. Æn.* 11. v. 648. medias inter cædes exsultat Amazon. *Id. ibid.* v. 660. pictis bellantur Amazones armis. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 89. Amazon Mavortia. *Senec. in Agamemn.* v. 218. Peltata Amazon. *Claudian. in carm. Fescenn.* v. 32. Sævæ Amazones. ¶ Translate dicitur ab *Ovid.* de puella Amoris castra sectante lib. 2. *de art. aman. in fi.* quicumque meo superarit Amazona ferro. Et lib. 3. *init.* Arma dedi Danais in Amazonas: arma supersunt, Quæ tibi dem, et turbæ, Penthesilea, tuæ.

AMAZONĬCUS, a, um, ad Amazonas pertinens. *Plin.* l. 3. c. 5. Amazonicæ parmæ figura. Adde *Sueton. in Ner.* c. 44. ¶ *Amazonicus*, et *Amazonius mons* in Amazonum regione *h. e.* in Cappadocia, ad cujus radices labitur Thermodon fluvius, memoratur a *Plin.* l. 5. c. 27. et l. 6. c. 3. *in fi.*

AMĀZŎNIS, ĭdis, f. *an Amazon*, idem quod Amazon: derivativum nomen pro primitivo. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 602. Inclyta Amazonidum gens. *Virg.* l. *Æn.* v. 490. agmina. *Propert.* l. 3. eleg. 12. v. 15. turma. ¶ Amazonis titulus fuit poematis a quodam Marso vili poeta confecti: de quo *Martial.* l. 4. epigr. 29. Sæpius in libro memoratur Persius uno, Quam levis in tota Marsus Amazonide.

AMAZONĬUS, a, um, Amazonicus. *Horat.* l. 4. od. 4. v. 20. et *Ovid.* l. 3. *ex Pont.* epist. 1. v. 95. Amazonia securis. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 2. Amazonius vir. *h. e.* Hippolytus Hippolytes Amazonis ex Theseo filius. *Senec. in Hippol.* v. 232. Amazonium genus. ¶ Amazoniam vocabat Commodus Imp. Martiam quandam concubinam, quam pictam in Amazone diligebat: unde in honorem ejus Decembrem *Amazonium* ejus adulatores appellabant. *Lamprid. in Commodo*, cap. 11. et *Ipse Commodus* apud *Capitolin. in Albino*, cap. 2.

AMBACTUS, i, Gallica lingua inquit *Festus* apud *Ennium* servum denotat: atque Germanis etiam in usu fuisse hoc vocabulum, testatur *Cluver.* l. 1. *German. antiq.* c. 8. Vet. Glossator. Ambactus, δοῦλος μισθωτὸς, ὡς Ἔννιος. Recte autem μισθωτοὺς, idest mercenarios dicit: Fuerunt enim Ambacti conditionis liberæ, et Clientes magis quam servi, ut idem *Cluver. ibid.* c. 41. docet. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* l. 14. Equitum (*Galliæ*) ut quisque genere, copiisque amplissimus, ita plurimos circa se ambactos, clientesque habet. *Joseph.* quoque *Scalig. ad Fest.* censet alios esse Ambactos apud *Cæs.* qui non erant servi, alium Ambactum *Ennii*, qui servum significet: illud Gallicum esse vocabulum, hoc plane Latinum, ab *ambigendo* derivatum, quod mercedis gratia hac illac circum ageretur.

AMBADĔDO, is, a, 3. *to eat or gnaw round; consume, waste*, ab *am, ad*, et *edo* compositum, significat proprie circum edere, et generatim absumere, vorare. *Plaut. Merc.* 2. 1. 15. Dicit, capram suæ uxoris dotem ambadedisse. *Et mox:* Ut una illæc capra uxoris simiæ dotem ambaderit. *Accidalius* putat jogulariter fictum esse a vocibus *ambo*, et *edo*, et ludere *Plautum* in eo, quod dicat, capram unam potuisse integram dotem arrodere.

AMBĀGE, f. *ablativus singularis, et in plur. num.* Ambages, gum, gibus, proprie significat viarum circuitum, circuitionem, anfractum, viam obliquam a recta decedentem, atque ideo longiorem, *a going round, a round about way, turning, winding*, περίοδος, ab *am* circum, et *ago, is*; inserto *b* ob euphoniam, vel ab *ambe*, quasi a Græco ἀμφὶ, vel ab *ambio*, ut est apud *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. Est autem nomen in iis tantum casibus usitatum, quos ponimus. Quamvis enim *Charis.* l. 1. pag. 25. ponat rectum singularem *ambages*, et genitivum *ambagis*, horum tamen usum nondum vidimus. *Ovid. Metam.* 8. v. 160. *de labyrintho Dædali.* turbatque notas, et lumina flexum Ducit in errorem variarum ambage viarum. *Virg. Æn.* 6. v. 29. *de eod.* Dædalus ipse dolos tecti, ambagesque resolvit. *Plin.* l. 36. c. 13. Itinerum ambages. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 226. longis illuc ambagibus itur. *Id. in Consul. Prob.* et *Olybr.* v. 34. remotas Tethyos ambages. *h. e.* maris varios circuitus, flexusque. *Apulei.* l. 7. *Metam.* Hordeum frictum, et sub eadem mola meis quassatum ambagibus. *going round. Plin.* l. 2. c. 9. Luna multiformi ambage torsit ingenia contemplantium. *by the circuitous rout which it describes, or path which it traces out.* ¶ Sæpius translate sumitur pro longo, et obscuro verborum circuitu, implexa, captiosave sermonis perplexitate, qua verum involvitur, et obscuratur, *a long circumstance of words, winding story, tedious narration; round-about stories, preambles; shifts, prevarications, subterfuges, evasions, quibbles, quirks, quiddities. Virg.* 2. *Georg.* v. 45. non hic te carmine ficto, Atque per ambages, et longa exorsa tenebo. *Liv.* l. 9. c. 11. *in fi.* Vix pueris dignas ambages fallendæ fidei exquirere. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 81. Sed quæso, ambages, mulier, mitte, atque hoc age. *Terent. Heaut.* 2. 3. 77. Quas, malum, ambages mihi narrare occipit? *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 82. ne te longis ambagibus ultra, Quam satis est, morer. *Id.* l. 2. sat. 5. v. 9. Quando pauperiem, missis ambagibus, horres. *to cut the matter short, speak in one word.* Sic *Ovid. Metam.* 10. v. 19. Si licet, et, falsi positis ambagibus oris, Vera loqui sinitis. *Id. Metam.* 7. v. 760. *de Sphynge.* et præcipitata jacebat Immemor ambagum vates obscura suarum. *h. e.* captiosarum interrogationum, et ænigmatum, quibus prætereuntes fatigaverat. *Senec. in Œdip.* v. 216. Ambage nexa Delphico mos est deo arcana tegere. *Tacit. Ann.* 12. c. 63. Redditum oraculum: quærerent sedem cæcorum terris adversam. Ea ambage Chalcedonii monstrabantur. Et l. 2. *Ann.* c. 54. Ferebatur Germanico per ambages, ut mos oraculis, maturum exitium cecinisse. Et *Ann.* 11. c. 34. Aperire ambages, et veri copiam facere. *Plin.* l. 7. c. 55. Post sepulturam variæ manium ambages. *h. e.* variæ, implexæque de defunctorum statu conjecturæ, et sententiæ, ut ipse statim exponit. ¶ Dicitur etiam de factis, quibus obscurum aliquid innuitur. *Plin.* l. 19. c. 8. Tarquinius Superbus legatis a filio missis decutiendo papavera, sanguinarium illud responsum hac facti ambage reddidit. *Liv.* l. 1. c. 56. *de L. Jun. Bruto.* Aureum baculum inclusum corneo ad id baculo tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii sui. *Plin.* l. 10. c. 49. Etiam sine his immensa vitæ ambage circa auguria. *h. e.* perplexitate.

AMBAGĬO, onis, f. videtur idem esse, ac *ambages*, qua circuitionem significat. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. Ambagio dicta ut ambustum, quod circum ustum est.

AMBAGIŌSUS, a, um, *expressed ambiguously, wrapped up in uncertainty, intricate*, ambagibus abundans, περίπλοκος. *Gell.* l. 14. c. 1. *ad fin.* Ambagiosa conjectatione nitentes.

AMBĀGO, inis, f. idem quod *ambages. Manil.* l. 4. v. 303. Sic altis natura manet consepta tenebris, Et verum in Cælo est multa cum ambagine rerum. *h. e.* obscuritate, incertitudine. *Servius ad Æn.* 2. v. 297. docet, Veteres dixisse tantummodo *ambages*, non *ambago*. V. *Compago*.

AMBARVĀLIS hostia, ab ambiendis arvis dicta, victimæ genus erat quotannis pro frugibus sacrificari solitum. Hujusmodi enim hostiis, antequam cæderentur, arva solebant lustrari. *Servius ad illud Virg. Eclog.* 3. v. 77. Cum faciam vitula pro frugibus. Et *ad illud Eclog.* 5. v. 75. et cum lustrabimus agros. Et *ad illud* 1. *Georg.* v. 345. Terque novas circum felix eat hostia fruges: *notat*, iis locis hoc ambarvale sacrum designari (quod sæpe de porca fecunda, et gravida fieri consueverat, et *ambarvalia* dicitur ab Eruditis) quia *am* hoc est circum *arva* victima cædenda ter ducebatur. *Festus:* Ambarvalis hostia est, quæ rei divinæ causa circum arva ducitur ab iis, qui pro frugibus faciunt. Idem repetit *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 5. Adde *Vopisc. in Aurelian.* cap. 20. Hoc sacrificium (quod describitur a *Tibull.* eleg. 1. lib. 2.) peragebatur a Sacerdotibus, qui *Fratres arvales* dicebantur: quorum collegium ex duodecim constabat. Deceptum enim fuisse pravo codice *Festum*, cum *duobus fratribus* scripsit, notat *Scalig.* ad vocem *Ambarvales.* [¶ Ceterum *Marinius* in *Fratr. Arval.* pag. XXIX. subdubitare videtur, num reapse Fratres Arvales ambarvale sacrificium peragere solerent. V. *Arvalis* in *Appendice.*]

AMBAXIOQUI, circumeuntes catervatim. *Festus.* Legit *Scaliger: Ambari, qui circumeunt, et catervatim.*

AMBE, vox est in compositione solummodo locum habens, et significat *circum*, ducta a Græco ἀμφί. Hinc fit *ambages*, ut *Varr.* l. 6. *L. L.* cap. 3. docet, et *ambio, ambitus*, ut docet *Voss.* l. 2. *de Grammat.* cap. 18.

AMBĔDO, dis, di, sum, a. 3. *to eat or gnaw round, consume, waste*, περιφαγέω, circum edo: ex *am*, hoc est,

circum, et *edo*, inserto *b* ob euphoniam. *Tacit. Ann.* 15. c. 5. Vis locustarum ambederat quidquid herbidum, aut frondosum, &c. Ita legendum cum opt. Codicib. et ex opt. Criticor. sententia: non *abederat*, tanquam sit ex *abedo. Alsen. Digest.* lib. 41. tit. 1. leg. 38. Flumen paulatim primum omnem agrum ambedit: deinde et viam sustulit. ¶ Pro *ambedit* usurpari potest etiam *ambest*, ut docet *Festus*; qui addit *ita tertiæ personæ verbum esse, ut nullam aliam habeat declinationem*: quibus verbis significare videtur, non, sicut *ambest*, dici posse etiam *ambes* pro *ambedis*, *ambestis* pro *ambeditis*, &c.

AMBEGNA, vel Ambiegna hostia apud Veteres dicebatur ea, quæ ab utroque latere agnis comitata ad sacrificium ducebatur: quasi *ambiagna*, vel ab *am*, circum, et *agnus*, inserto *b*. *Festus* habet *umbegna*, docetque ita speciatim appellatos fuisse bovem, et vervecem, quando eo comitatu mactabantur. *Bæbius Macer* apud *Fulgent. de prisco sermon. n.* 6. scribit ita dictas fuisse oves, quæ geminos peperissent, et Junoni sacrificarentur. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. habet *ambiegna*, additque vocem fuisse propriam augurum. ¶ In loco *Fulgentii* quidam legunt *ambigna*.

AMBENS, pro *ambedens*, particip. casibus carens, ab *ambesse* pro *ambedere*, hoc est consumere. *Lucret.* l. 5. v. 397. Ignis enim superavit, et ambens cuncta perussit. ¶ Sunt qui putant dictum esse pro *ambiens* hoc est circumiens.

AMBESTRIX, īcis, f. *she that devoureth*, quæ ambedit. *Ammian. Marcell.* l. 29. c. 3. (*al.* 19.) Cum duas haberet ursas sævas hominum ambestrices.

AMBĒSUS, a, um, *eaten or gnawed round, eaten, consumed, wasted*, περιτραγείς, circumquaque esus, exesus, particip. ab *ambedo. Virg.* 3. *Æn.* v. 257. ambesas malis absumere mensas. *Id. Æn.* 5. v. 752. Robora ambesa flammis. *timber half consumed by the flames. Pierius* hoc loco ait, in antiquis aliquot codicibus scriptum esse *ambessa* ea ratione, qua et *jussus*, et *aussus*, et *odiossus* olim scribebatur: quæ omnia sustulit usus. *Senec. in Hippol.* v. 1266. Membrum multo vulnere ambesum. *h. e.* laceratum, attritum, avulsum. Al. leg. *abruptum.*

AMBIĀNI, orum, m. populi Galliæ Belgicæ ad Somonam fluvium, quorum urbs est, quæ nunc *Amiens. Plin.* l. 4. c. 17. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 4.

AMBĬDENS ovis appellatur, quæ superiores, et inferiores habet dentes. *Festus.*

AMBIEGNA. V. *Ambegna.*

AMBIENTER, *ambitiously, earnestly, eagerly*, cum ambitione, cupide. *Sidon.* l. 7. ep. 9. Ambienter expetere.

AMBIFARĬAM, adverb. *in two parts or forms. Apulei. in Apolog.* Ambifariam dissolvere dictionem. Et 4. *Florid.* n. 18. Anceps argumentum ambifariam proposuit.

AMBIFARĬE, adverb. idem quod ambifariam. *Claud. Mamertin. de statu anim.* l. 1. c. 3. Ambifarie subditus passioni.

AMBIFARĬUS, a, um, *double; ambiguous. Arnob.* l. 5. p. 181. Ambifariæ fabulæ. *Et* p. 182. Ambifaria obtentione velatus. *Arnob.* his locis non tam *duplicem*, quam *ambiguum* significare voluit.

AMBIFORMĬTER, adverb. *Arnob.* l. 5. p. 183. Ambiformiter dictum. *h. e.* ambigue, dubia, et ancipiti significatione.

AMBĬGA, æ, f. vox Græca, ἄμβιξ, ικος, qua significatur vasculum pyramidis figura in acutum tendens, e testa, vel vitro, ut docet *Cæl. Aurelian.* l. 4. *Tard.* cap. 7. Meminit etiam *Apic.* l. 6. c. 7.

AMBIGĔNUS, a, um, qui est duorum generum. *Eugen. Toletan.* carm. 22. Hæc sunt ambigena, quæ nuptu dispare constant. Burdonem sonipes generat commixtus asellæ.

AMBĬGO, is, n. 3. *to doubt, hesitate, be in a state of uncertainty or suspense*, ἀμφισβητέω, dubito, et inter duas, aut plures sententias, utram eligam, anceps sum. In præteritis non est in usu. *Justin.* l. 29. c. 4. Tot malis obsessus, cui rei primum occurreret, ambigebat. *Curt.* l. 3. c. 3. Alexandrum regnum Asiæ occupaturum, haud ambigere. *Tacit.* l. 12. *Ann.* c. 65. Ne quis ambigat, decus, pudorem, corpus, cuncta regno potiora habere. *Id. ibid.* 1. c. 10. Imperitos animos quænam post Augustum militiæ conditio, ambigentes. *Gell.* l. 14. c. 2. In hac causa, de qua tu ambigis. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 29. Omnis res habet naturam ambigendi. *h. e.* ut de ea dubitari, et quæri possit in utramque partem. ¶ Passive impersonaliter. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 26. In eo genere, in quo quale quid sit ambigitur. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 55. Ambigitur quoties, uter utro sit prior. *Tacit. Ann.* 6. c. 28. Aspici aliquando in Ægypto eam volucrem, non ambigitur. *Plin.* l. 33. c. 1. Quamquam et de nomine ipso ambigi video. ¶ Pro disputare cum aliquo, controvertere, quærere, *to contend, argue, dispute. Cic.* 2. *de Fin.* c. 2. Ut inter eos, qui ambigunt, conveniat, quid sit id, de quo agatur. *Id. in Orat.* c. 36. Ambigere de vero. ¶ Item pro litigare, judicio aut armis de aliqua re certare, *to litigate, contest. Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 42. Ambigunt agnati cum eo, qui est heres, si filius, &c. *Id. pro Cæcin.* c. 8. Ambigere de fundo. *Id.* 3. *Verr.* c. 45. de hereditate. *Terent. Heaut.* 3. 1. 94. de finibus. *Liv.* l. 40. c. 15. de regno. *Id.* l. 21. c. 31. Regni certamine ambigebant fratres. ¶ Interdum passivorum more usurpatur cum nominativo patiente, ut vocant Grammatici. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 24. *ad fin.* Nihil est quod inter homines ambigatur. *h. e.* in quæstionem adducatur. Et cap. 26. In iis causis, quæ propter scriptum ambiguntur. *Id. ibid.* 1. c. 57. In eo jure, quod ambigitur inter peritissimos. *Lucret.* l. 3. v. 1088. Ambigitur status. ¶ Sunt qui derivant ab *am*, et *ago*, inserto *b*, et proprie idem esse quod circumdo, ambio, circumeo: atque hinc factas esse voces *ambactus*, et *ambages*. Hoc sensu dixisse *Tacit. Ann.* 6. v. 15. Ne tecta quidem urbis unquam adiit, deviis plerumque itineribus ambigens patriam, et declinans. Verum hic locus aliter ab aliis explicatur: et sunt etiam qui lectionem sollicitant. Quidam enim *ambiens* reponere tentarunt: Alii sic distinguere malunt: *deviis plerumque itineribus ambigens, et patriam declinans.* hoc est errans, tanquam ambiguus, quo pergeret.

AMBIGŬE, *ambiguously, doubtfully, obscurely*, ἀμφιβόλως, dubie, obscure. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 31. Ambigue loqui. *Id. in Orat.* c. 32. Ambigue dicere aliquid. *Id.* 2. *de Orat.* c. 26. Aliquid ambigue scriptum. *Aurel. Vict. de viris Illustr.* c. 35. Apollo ambigue respondit: Aio, te Æacida Romanos vincere posse. *Tacit.* 3. *Histor.* c. 35. Ambigue agere. *h. e.* dubia fide. *Id.* 2. *Ann.* c. 21. et 4. *Histor.* c. 66. Ambigue pugnare. *h. e.* dubia fortuna, et ancipiti victoria.

AMBIGUĬTAS, atis, f. *ambiguity, uncertainty, obscurity, doubtfulness; equivocation, prevarication*, ἀμφιβολία, duplex, seu multiplex, et dubia verbi alicujus significatio, atque adeo obscura. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 40. Ambiguitate nominis errare. *Liv.* l. 41. c. 18. Ambiguitas verbi. *Quintil.* l. 7. c. 2. *a med.* Solvere ambiguitatem. *Id.* l. 8. c. 2. Vitare. *Senec.* ep. 9. In ambiguitatem incidendum est, si exprimere ἀπάθειαν uno verbo voluerimus, et impatientiam dicere. ¶ *In plur. num. Id.* epist. 108. Relictis ambiguitatibus, et syllogismis, et cavillationibus. *Quintil.* l. 1. c. 10. Exquisitas ambiguitates.

AMBĬGŬUS, a, um, *ambiguous, doubtful, uncertain, obscure, equivocal*, ἀμφίβολος, dubius, incertus, qui duplicem, aut etiam multiplicem significationem habere potest. Dicitur enim proprie de verbis, quæ duplici ratione possunt explicari, ut *Cic.* docet *in Orat.* c. 34. *in fi.* et *Festus* ubi ait, simul verbi originem indicans: *Ambiguum est, quod in ambus agi partes animo potest*: latiore autem significatione de quacumque re incerta, dubia, obscura. *Cic. in Top. c. pænult.* Id autem contingit, cum scriptum ambiguum est, ut duæ differentes sententiæ accipi possint. *Id. in Orat.* c. 29. Verba ambigua distinguere. *Id.* 2. *de Divin.* c. 56. Oracula ambigua. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 9. Ambiguum nomen. *Sueton. in Tiber.* c. 24. Ambigua responsa. *Liv.* l. 6. c. 2. Esse ambigua fide in amicitia alicujus. *doubtful, not to be relied on, hollow, false, unfaithful, insincere. Virg.* 1. *Æn.* v. 661. Domus ambigua *h. e.* in qua habitant homines dubiæ fidei. *Et.* l. 2. v. 98. spargere voces ambiguas. *h. e.* suspicionum et criminum plenas. *to scatter abroad false reports, propagate scandal, defame.* Et *Plin.* l. 4. ep. 2. Puer acris ingenii, sed ambigui. *but likely to turn out either well or ill. Horat.* l. 2. od. 5. *extr.* Puer vultu ambiguo. *h. e.* qui etiam puella videri potest. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 462. Ambigui mares. *h. e.* eunuchi. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 9. Ambiguus Protheus. *h. e.* qui in varias sæpe figuras vertitur. *Tacit. Ann.* 2. c. *ult.* Ambiguus prœliis, bello non victus. *h. e.* qui in prœliis modo victoriam retulit, modo cladem. [¶ *Proles ambigua*, quæ geminos originis auctores habet. *Virgil. Æn.* l. 1. v. 180. Agnovit prolem ambiguam, geminosque parentes.] ¶ *Ambiguæ res* sunt dubiæ, et adversæ, *calamity, misfortune, mishap. Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 64. Cæcina secundarum, ambiguarumque rerum sciens, eoque interritus. ¶ *Ambiguus vates* est, qui ambigue loquitur. *Silius* l. 7. v. 435. *de Protheo.* Tum sic involvens repetita exordia, retro Incipit ambiguus vates, reseratque futura. *Quidam tamen de ipsius Prothei varia multiplicique forma interpretantur.* ¶ Cum genitivo, Græcorum more: non tamen apud Oratores. *Tacit. Ann.* 1. c. 7. Ambiguus imperandi. *doubtful whether or not to assume the reins of empire. Id.* 2. *Ann.* c. 40. pudoris, ac metus. *in suspense between shame and fear. Id.* 3. *Histor.* c. 43. futuri. ¶ *Ambiguum, i*, absolute ponitur pro verbo, aut re ambigua. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 26. Ambiguorum complura sunt genera. *Brutus ad Cicer. Fam.* 11. ep. 11. Ego tamen non habui ambiguum. *h. e.* non fui dubius. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 28. Servare in ambiguo. *to keep in doubt, in a state of uncertainty. Tacit. in Agric.* c. 5. Non sane alias magis in ambiguo Britannia fuit. *h. e.* in discrimine. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 193. Esse in ambiguo. *to doubt, be uncertain. Lucret.* l. 4. v. 1130. Relinquere in ambiguo. *Ovid. Metam.* 1. v. 765. Ambiguum, Clymene precibus Phaetontis, an ira Mota magis. *whether more by* &c. *or*, &c.

AMBĬO, is, ivi, et ii, itum, a. 4. *to go round or about*, κυκλόω, περιβάλλω, circumeo: ab *am* circum, et *eo, is*, *b* inserto. Habet autem duplex præteritum imperfectum *ambibam*, et *ambiebam*. *Cic. de Univ.* c. 9. Ut terram lunæ cursus proxime ambiret. *Ovid. Metam.* 5. v. 360. curruque atrorum vectus equorum Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ. *Lucan.* l. 1. v. 592. jubet pavidis a civibus urbem Ambiri. ¶ Est etiam circumdare, cingere, *to surround, encircle, encompass, environ, invest. Curt.* l. 4. c. 2. Muros, turresque urbis præaltum mare ambiebat. *Vellei.* l. 2. c. 101. Insula, quam amnis Euphrates ambiebat. *Sueton. in Aug.* c. 95. Circulus ad speciem cælestis arcus orbem solis ambiit. *Virg. Æn.* 10. v. 243. clypei oras ambiit auro. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 68. Ambire vallum armis. *Id. ibid.* l. 15. c. 43. Ut propriis domus muris ambirentur. *Plin.* l. 37. c. 10. Gemma pallida ambiente circulo aurei coloris. ¶ Quoniam vero apud Romanos mos erat, ut qui honores in Republica et Magistratus petebant, circuirent singulos, prensarent dexteras, rogarentque, ut se suffragiis adjuvarent, factum est, ut *ambire*, capiatur pro honores quærere, suffragium populi captare, *to hunt after favour or preferment, go about collecting votes as candidates for office*, &c. φιλοτιμεῖσθαι. *Cic.* 11. *Phil.* c. 8. Quod si comitia placet in Senatu habere, petamus, ambiamus. *Sueton. in Cæs.* c. 18. Cum ambienti, ut legibus solveretur, multi contradicerent. *Plaut. Amph. prol.* v. 74. Ambire sibi Magistratum. ¶ Et generatim pro petere, rogare, quærere magno studio aliquid, et precibus adhibitis favorem affectare, *to solicit zealously, sue or seek after with importunity, endeavour to gain by earnest entreaty*, &c. *Plaut. Amph. prol.* v. 69. Ambire palmam histrionibus. *h. e.* palmam histrionibus captare per favorem, non ex meritis. *Sueton. in Aug.* c. 31. Cum in Vestalis demortuæ locum aliam capi oporteret, ambirentque multi, ne filias in sortem darent. *Tacit. de German.* c. 18. Pauci, qui ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur. *h. e.* quorum favorem, et gratiam plurimi captant datis in matrimonium filiabus. Sic *Virg. Æn.* 7. v. 333. Ambire aliquem connubiis. *to circumvent or win the favour of by the pretext of a marriage. Id.* 4. *Æn.* v. 284. quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu. *h. e.* interpellare, et rogare. *Horat.* l. 1. od. 35. v. 5. Ambire fortunam sollicita prece. ¶ Cum infinito *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 252. hunc ipse Coo plaudente Philetas, Callimachusque senex, Umbroque Propertius antro Ambissent laudare diem. *h. e.* cupissent. Sic *Tacit. Ann.* 2. c. 43. Donec ultro ambiretur consulatum accipere. *h. e.* rogaretur, ut acciperet. ¶ Particip. *Ambitus* V. infra suo loco.

AMBITĬO, onis, f. *a going round*, περιβολή, actus circumdandi, circuitio. *Solin.* c. 22. (*al.* 35.) Vimineos alveos circumdant ambitione tergorum bubulorum. (Adde cap. 35. (*al.* 48.)) *Minuc. Fel. in Octav.* cap. 4. Ita assedimus, ut me ex tribus medium lateris ambitione protegerent. ¶ Frequenter usurpatur pro petitione honorum eo sensu, quo in *Ambio* dictum est, *a soliciting or canvassing for favour, posts of honour*, &c. σπουδαρχία. *Cic. Tuscul.* 2. c. 26. Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? *Id. pro Sull.* c. 4. Quod mea me ambitio, et forensis labor ab omni illa cogitatione abstrahebat. *Id. Verr.* 4. c. 53. Magistratum summa ambitione a populo contendere. Adde *ad Q. Fratr.* l. 3. ep. 1. cap. 4. et 3. *de Orat.* c. 2. ¶ Et generatim pro quacumque petitione, et enixis precibus, *pressing solicitation, importunity. Justin.* l. 1. c. 3. Cum admitti magna ambitione ægre obtinuisset. ¶ Sæpius accipitur in malam partem pro nimio studio captandi gratiam, ac favorem hominum: ex quo fit, ut malis etiam artibus interdum quis utatur, et civilis vitæ rationi adversantibus, *an eager desire of honour, popularity, power*, &c. *ambition. Cic. Offic.* l. 1. c. 25. Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio. *Sallust. in Catil.* c. 10. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit. Et cap. 56. Inter bonos, et malos discrimen nullum: omnia virtutis præmia ambitio possidet. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 26. Laborare ambitione misera. *Id.* l. 2. *ep. ult.* v. 206. Carere ambitione inani. *Sueton. in Cæs.* c. 28. Ut colonis civitas adimeretur, quod per ambitionem, et ultra præscriptum data esset. *to gratify the people.* ¶ Hinc dicitur de quacumque re ad captandam gratiam instituta. *ostentation, parade, show, pomp. Nepos in Dione*, c. 2. Magna eum ambitione Syracusas perduxit. *h. e.* magno comitatu, ac pompa ad favorem, honoremque captandum. *Tacit. de German.* c. 27. Funerum nulla ambitio. *h. e.* pompa, et ostentatio. *Sallust. in fragmen.* l. 3. *Hist. in epist. Pompeii ad Senat.* Hyemem in castris inter sævissimos hostes, non per oppida, neque ex ambitione mea egi. *h. e.* non ex ratione, et amplitudine Imperatoriæ dignitatis, et ut gloriæ meæ, favorem militum captando, inservirem. *Gracchus* apud *Gell.* l. 15. c. 12. Versatus sum in provincia, quomodo ex usu vestro existimabam esse, non quomodo ambitioni meæ conducere arbitrabar. ¶ Præceptores dicuntur a *Quintil.* l. 12. c. 11. detinere pueros in scholis diutius *partim cupiditate mercedulæ, partim ambitione, quo difficilius sit, quod pollicentur. h. e.* superbia, et commendatione artis suæ. ¶ Sæpe etiam sumitur pro adulatione, assentatione, blanditiis, quia qui aliquid ab alio petunt, ejusque suffragium, aut favorem captant, facile ad adulandum, nimisque blandiendum delabuntur, *flattery, adulation, false praise. Cic. de clar. Orat.* c. 69. *ad fin.* Non puto existimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 1. Ambitionem scriptoris facile adverseris: obtrectatio, et livor pronis auribus

accipiuntur. *Horat.* l. 1. *sat. ult.* v. 84. Ambitione relegata te dicere possum, &c.

AMBITIOSE, adverb. *ambitiously, with a strong desire of obtaining honour, preferment,* &c. φιλοτίμως. cum ambitione, et studio obtinendi honores, et generatim studiose, demisse, humaliter ad gratiam, favoremque captandam. [illegible], *with artful complaisance, like one canvassing for votes.* *Liv.* l. 1. c. 35. Ambitiose petere regnum. *Quintil.* l. 6. c. 3. a med. Ambitiosissime petere provinciam. *Cic. Fam.* 3. ep. 7. An ego tibi obviam non prodirem? præsertim cum in isto genere multo etiam ambitiosius facere soleam, quam honos meus, et dignitas postulat. *Id. Fam.* 13. ep. 69. Hæc ad te eo pluribus scripsi, ut intelligeres, me non vulgariter, nec ambitiose, sed ut pro homine intimo, ac mihi pernecessario scribere. *to gratify any ambitious views of mine.* *Id. Attic.* l. 15. epist. 1. Corrigere orationem non ambitiose. *h. e.* non parce, ac indulgenter ad captandam gratiam auctoris. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 10. Ambitiose colere amicitias. *Id.* 1. *Hist.* c. 40. Manifestum reum ambitiosus, quam honestius defendere. *h. e.* magis ad captandam gratiam, quam &c. *Id.* l. 3. *Hist.* c. 13. Ambitiose, avareque habere provinciam. *h. e.* nimios sumptus faciendo, atque adeo expilando provinciales. *Id. in Agric.* c. 28. *in fi.* Ferre casum aliquem ambitiose. *h. e.* affectata constantia ad captandam opinionem virtutis. *Martial.* l. 1. *in ep. ad lectorem.* Ambitiose tristis. *h. e.* affectato severus, et gravis.

AMBITIOSUS, a, um, *going or winding round,* περιβάλλων, qui ambit, circumit, aut circumdat. *Plin.* l. 5. c. 15. Jordanis amnis amœnus, et quatenus locorum situs patitur, ambitiosus. *Horat.* l. 1. od. 36. *extr.* Lascivis hederis ambitiosior. *Solin.* cap. 11. (*al.* 16.) Creta stipata magnis, et ambitiosis oppidis. *an extensive range of cities.* Alii translate accipiunt pro nobilibus, superbis. ¶ Translate est qui honores quærit, ambitque, et prensat singulos ad captanda suffragia, et favorem: et generatim qui honoris, aut gratiæ conciliandæ causa aliquid petit, aut agit, φιλόδοξος, *thirsting after honour, distinction,* &c. *ambitious:* tum in bonam, tum in malam partem. *Cic. pro Flacc.* c. 18. Qui ita sit ambitiosus, ut omnes vos, nosque quotidie persalutet. *Id. Fam.* 13. ep. 1. A me hoc contendit homo minime ambitiosus, minime in rogando molestus. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. Ne forte me in Græcos tam ambitiosum factum esse mirere. *h. e.* tam studiosum captandæ Græcorum gratiæ. *Ovid.* l. 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 84. Pro nostris ut sis ambitiosa malis. *h. e.* ut pro me ambias, ac depreceris. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 57. *in fi.* Asiaticus fœdum mancipium, et malis artibus ambitiosum. *Sueton. in Aug.* c. 42. Salubris magis princeps, quam ambitiosus. ¶ De eo, qui ab aliis ambiri vult, et rogari, *desirous of being looked up to, sought after, solicited,* &c. *Tacit. Ann.* 3. c. 33. Sexus muliebris sævus, ambitiosus, potestatis avidus. *Id. in Agric.* cap. 30. Si locuples hostis est, avari; si pauper, ambitiosi. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 297. Nos quoque tangit honos: festis gaudemus et aris: Turbaque cælestes ambitiosa sumus. *Gellius* quoque l. 9. c. 12. notat *ambitiosum* dici, et de eo, qui ambit, et de eo, qui ambitur. *Justin.* l. 30. c. 2. Ambitiosæ pulchritudinis scortum. *h. e.* quæ ab omnibus ambiebatur. ¶ Tribuitur et aliis rebus. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 18. Ambitiosæ, et fucosæ amicitiæ. *h. e.* quæ ambitione, et publicis officiis nituntur, non virtute, et concordia voluntatum. *interested friendships; friendships contracted from motives of interest and ambition, not for sincerity's sake.* *Id. Fam.* 6. ep. 12. Non tam ambitiosæ rogationes, quam necessariæ. *Id. ibid.* ep. 6. Justæ, et officio incensæ, non inanes, et ambitiosæ voluntates. *h. e.* voluntates, quæ causam habent aliquid petendi, non quæ sola aliis gratificandi gratia, et favoris aucupandi petunt. *Quintil.* l. 11. c. 1. Ambitiosissimum gloriandi genus est deridere. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 49. Ambitiosæ preces. *Sueton. in Domit.* c. 8. Ambitiosæ sententiæ. *h. e.* per ambitionem extortæ. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 83. et l. 2. c. 12. Ambitiosum imperium. *h. e.* quod per ambitionem obtinetur, precarium. *Id.* l. 1. *Hist.* c. 12. Rumores ambitiosi. *h. e.* per ambitionem de industria quæsiti, et sparsi. *Id. in Agric.* c. 42. *in fi.* Ambitiosa mors. *h. e.* ultro adita captandæ gloriæ causa apud posteros. *Martial.* l. 12. epigr. 69. Ambitiosa atria. *gorgeous palaces.* *Lucan.* l. 4. v. 375. Et quæsitorum terra pelagoque ciborum Ambitiosa fames. *Sueton. in Aug.* c. 25. Ambitiosius id existimans, quam domus suæ majestas postularet. *h. e.* humilius, demissius factum ad captandum favorem, quam &c. *Horat. de art. poet.* v. 447. Recidere ornamenta ambitiosa. *h. e.* nimis quæsita, et luxuriantia. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Ambitiosis utilia præferre. *h. e.* iis, quæ ad ostentationem, aut gloriam quæruntur. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 593. ambitiosa colus. *h. e.* quæ aurea fila net.

AMBĪTOR, oris, m. qui ut honores consequatur, discurrendo, et rogando suffragia quærit, ut *Serv. ad Æn.* 4. v. 283. loquitur. *Lamprid. in Alex. Sever.* cap. 28. Ita patronis auctoribus damnatus ambitor est. *Paulin. Nolan.* epist. 13. *ad Pammach.* cap. 16. Æternæ laudis ambitor.

AMBITŪDO, inis, f. ambitus, circuitus. *Legitur* apud *Apulei.* (*seu quicumque alius auctor est*) *ad Asclep.* pag. 95. *Elmenhorstii.*

AMBĪTUS, a, um, *encircled, encompassed, surrounded,* cinctus, circumdatus, κυκλωθείς: particip. ab *ambio, is.* *Ovid.* l. 1. *Metam.* v. 36. Tum freta diffundi rapidisque tumescere ventis Jussit, et ambitæ circumdare litora terræ. Adde lib. 15. v. 288. ¶ Item rogatus, prensatus, ambitione petitus. *courted, importuned, solicited.* *Cic. pro Planc.* c. 4. Populus facit eos, a quibus maxime est ambitus. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 621. Ambitus senex. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 180. Ambiti honores. Adde *Sallust. in fragment.* apud *Serv. ad Æn.* v. 283.

AMBĬTUS, us, m. *a going round or about; a compass, circuit, or reach,* circuitus, in gyrum conversio. *Cic. de Univers.* c. 9. Absolutum, perfectumque annum tunc compleri denique, cum se octo ambitus, confectis suis cursibus, ad idem caput retulerint. *Horat. de art. poet.* v. 17. Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros. *Plin.* l. 2. c. 23. Ambitu breviore Luna currit, quam Sol. *Tacit. Ann.* 6. c. 28. Post longum sæculorum ambitum. *Petron. in Satyr.* c. 132. Alligata mutuo ambitu corpora. *h. e.* amplexu. ¶ Item circulus, orbis, circumferentia, *the circumference or periphery of a circle; a circuit, orbit.* *Sueton. in Aug.* c. 94. Terrarum, et cæli ambitus. *Id. in Claud.* c. 21. Ambitus lacus. *Plin.* l. 36. c. 5. Ambitus parmæ. *Id.* l. 25. c. 6. Folia ambitu serrato. *Id.* l. 16. c. 36. Per ambitum. *round about, circuitously.* *Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 61. Castra lato ambitu. *Id.* 4. *Ann.* c. 49. Quatuor millia passuum ambitu amplecti. ¶ In sepulcris *ambitus* dicitur locus circa sepulcrum relictus circumeundi causa, et sacrificandi: qui locus eodem jure gaudet, quo ipsum sepulcrum. *Pompon. Digest.* lib. 47. tit. 12. leg. 5. Ut ad sepulcra, quæ in fundis sunt, iter ei, aditus, ambitus funeris faciendi causa sint. *Inscript. Gruter.* pag. 1081. n. 1. Ad id monumentum itum, aditum, ambitum, atque haustum, &c. Similiter ambitus ædium est spatium circa ædes relictum circumeundi causa: quod *Festus* scribit esse duorum pedum, et semis. *Cic. in Topic.* c. 4. P. Scævola id solum esse ambitus ædium dixit, quod parietis communis tegendi causa tectum projiceretur. ¶ Translate dicitur de circuitu verborum, quæ et *periodus* appellatur, *the rounding of a period; a period, full stop.* *Cic. de clar. Orat.* c. 44. Comprehensio, et ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat contractus, et brevis. *Id. in Orat.* c. 12. Arguti, certique, et circumscripti verborum ambitus. Et cap. 50. Perfectus, et completus verborum ambitus. *Liv.* l. 27. c. 27. Multos circa unum rem ambitus fecerim, si omnia exsequi velim. *I should launch out too widely, digress too far.* *Sueton. in Tiber.* c. 71. Pluribus, et per ambitum verborum rem enuntiare. *by circumlocution, periphrasis; periphrastically.* ¶ Item de studio, quod adhibetur in captandis suffragiis, et favore hominum, vel ad adipiscendos honores et Magistratus in republica, vel ad aliud quidpiam obtinendum, *artful condescension or complaisance, in canvassing for votes, soliciting popular favour, seeking after office, preferment,* &c. *a canvassing, or standing for a place, compassing it by earnest solicitation, bribery, courting of popular favour,* &c. φιλοτιμία, δέησις, παραγγελία, et plerumque in malam partem accipitur pro prava captatione favoris, quæ vel largitione fit ad corrumpendum, vel precibus, et petitionibus, quæ quodammodo vim inferant, &c. Ratio hujus significationis in *Ambio* explicata est. Porro de ambitu variæ latæ sunt leges, variæque pœnæ indictæ ad illum coercendum. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 25. Raro illud datur, ut possis liberalitatem, ac benignitatem ab ambitu, atque largitione sejungere. *Id. pro Muren.* c. 2. Lex ambitus. *Sueton. in Aug.* c. 34. Lex de ambitu. *Id. in Cæs.* c. 41. Condemnare de ambitu. *Cic. pro Cluent.* c. 41. Damnatus ambitus. Et *ibid.* Judicium ambitus. Et *ibid.* Accusare aliquem ambitus. *Id. pro Cœl.* c. 31. Deferre nomen alicujus de ambitu. *Flor.* l. 3. c. 17. Reus ambitus. *Sallust. in Catil.* c. 18. Interrogare aliquem legibus ambitus. *Tacit. Ann.* 12. c. 59. Pervincere contra ambitum alicujus. *Id. Ann.* 13. c. 6. Deligere ducem pecuniosum, et gratia subnixum per ambitum. *Nepos in Attic.* c. 6. Effusæ ambitus largitiones. *Senec. in Med.* v. 399. Segnis hic ibit dies, tanto petitus ambitu, tanto datus? *besought with such earnest solicitation, and granted so hardly.* Sumitur enim interdum etiam generatim pro quacumque excellendi cupiditate, superbia, ostentatione, *pride, ostentation, parade, boasting.* *Senec.* ep. 84. Relinque ambitum: tumida res est, vana, ventosa: nullum habet terminum: tam sollicita est, ne quem ante se videat, quam ne post alium. *Flor.* l. 1. c. 16. Samnitum gens aureis, et argenteis armis, discolori veste usque ad ambitum armata. *Plin.* l. 15. c. 30. Id quoque, quod daphnoides vocatur, in nominum ambitu est. *h. e.* multa habet nomina, quasi ad ostentationem usque. *Prudent. Cathemer.* 10. *qui est hymn. ad Exseq.* v. 56. Ambitus funeris. *a funeral procession.*

AMBIVĬUM, ii, n. *a way having two paths, a place where two ways meet,* idem quod bivium, ἄμφοδος. *Varr.* apud *Non.* l. 6. n. 15. Hic in ambivio navem conscendimus palustrem, quam nautici equisones per viam conducerent loro.

AMBO, onis, m. apud Ecclesiasticos Scriptores infimæ ætatis est suggestus seu pulpitum, in quo stant concionaturi, *the pulpit*: ita dictus vel ab *ambiendo*, quia intrantem ambit, et cingit: vel potius a *Græco* ἄμβων, quo significatur quidquid eminet, ac protuberat rotunda figura. Ea enim solet esse talium suggestuum forma. Legitur quidem apud *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 24. sed primum non hoc sensu. Ait enim (ex restitutione *Turnebi* l. 22. c. 9. et *Scalig.* in *Conjectan.*) *Umbones a Græco, quod ambones.* hoc est dicti a *Græco ambones*, quia in medio protuberant. Deinde idem *Scalig.* putat, scriptum ibi fuisse ἄμβωνες Græcis litteris. Quod autem vulgo ibi legi solet *Umbones aut a Græco, vel quod ambones*, non videtur habere sententiam. Nulla enim, præter ἄμβων, occurrit vox apud Græcos, ex qua *umbo* derivari possit.

AMBO, ambæ, ambo, *both,* ἄμφω, adjectivum pluralis tantum numeri, quod *duo* significat, sed simul conjunctos. Sic differt ab *uterque*, ut si dicam: *ambo fecerunt domum*, significat duos conjuncta opera unam domum fecisse: at *uterque fecit*, vel *fecerunt domum*, valet perinde, ac si dicam, a duobus duas domos fuisse factas. Tametsi fortasse hoc discrimen perpetuum non est. Præterea *ambo* cum verbis semper pluralis num. jungitur: *uterque* et cum singularis. *Terent. Andr. prol.* v. 10. Qui utramvis recte norit, ambas noverit. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *sub fin.* Sumus enim ambo belle curiosi. *Terent. Eun.* 1. 2. 89. Minas viginti pro ambobus dedi. *Id. Hecyr.* 1. 2. 88. Ad exemplum ambarum. *Id. ibid.* 3. 1. 10. Ambas scio reverituras. *Propert.* l. 2. eleg. 16. v. 18. Ambos una fides auferet, una dies. ¶ In accusativo plurali masculino non solum *ambos* dicimus, sed et *ambo*: ut *duo* pro *duos.* quod Græco more effertur. Græci enim τοὺς ἄμφω dicunt, et τοὺς δύο. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 180. Jurando obstringam ambo, uter ædilis fuerit, vel, &c. *Cic. Fam.* 5. ep. 8. Quos quidem ego ambo unice diligo, sed, &c. Ita optimi libri multi, et MSS. quos secuti sunt *Gruter. Gronov.* et alii primi subsellii viri. Adde loca non una, quæ ex *Plauto* congerit *Pareus in Lexic. Critic.* ex *Livio Gronovius*, et ex *Virg. Terent. Afran. Charisius* lib. 1. pag. 96. *Putsch.* Quibus omnibus fit, ut dubitare hac de re nullatenus liceat. ¶ Quod vero scripsere quidam, *ambo* masculinum habere ultimam longam, neutrum brevem, verum non est. *Valer. Flacc. in fi.* l. 7. Amplius ambo truces, ambo abscessere minantes. ¶ *Ambo* pro duo, *Virg.* 6. *Æn.* v. 540. partes se via findit in ambas.

AMBRACĬA, æ, f. [† nunc.] *Ambrachia,* Ἀμβρακία, urbs Epiri ad sinum Ambracium ex ea denominatum, quondam regia Pyrrhi Epirotarum regis, ita dicta ab Ambrace rege Thesproti filio. *Plin.* l. 4. c. 1. *Liv.* l. 38. c. 4. [† De Ambracia V. *Thucyd.* 2. 80. *Polyb.* 1. 4. *Pausan.* 1. 5. *Strab.* 1. 7. *Liv.* 1. 38. *Palmer. Gr. Ant.* p. 307, &c.] ¶ In Ambraciæ agro optimi olim hædi alebantur, summoque in pretio Romanis, ut est apud *Gell.* lib. 7. cap. 16.

AMBRACIENSIS, e, ad Ambraciam pertinens. *Liv.* l. 38. c. 43. Ambracienses legati. ¶ *Ambracienses, ium,* Ambraciæ incolæ. *Liv. ibid.*

AMBRACĬAS terra. V. *Ambracius.*

AMBRACIŌTES, æ, Ἀμβρακιώτης, [† Sic *Polyb.* Ἀμπρακιώτης *Thucyd.*] ad Ambraciam pertinens, ut *Ambraciotes vinum*, quod in agro Ambraciensi provenit. *Plin.* l. 14. c. 7. Ambracioten vinum laudare. V. *Abrotonites.*

AMBRACĬUS, a, um, ad Ambraciam pertinens. *Plin.* l. 4. c. 1. Maxime nobilitatus Ambracius sinus. [† hod.] *the Gulph of Arta,* vel *of Prevenza.* [† *Liv.* 38. 4. *Mel.* 2. 3.] In eo Augustus Antonium cum Cleopatra classe devicit. *Stat.* l. 2. silv. 2. v. 8. Ambraciæ frondes. *h. e.* coronas laureas, quæ præmio dabantur in certaminibus gymnicis Actiacorum ludorum prope Ambraciam. *Ovid. heroid.* ep. 15. v. 164. Ambracia est terra petenda mihi. *Alii legunt* Ambracias terra petenda mihi. *ut sit a recto* Ambracias, iadis.

AMBRĪCES, inquit *Festus*, sunt regulæ, quæ transversæ asseribus, et tegulis interponuntur.

AMBRŌNES fuerunt gentes quædam Gallicæ, quæ subita inundatione maris cum sedes suas amisissent, rapinis se alere cœperunt. Has cum Cimbris, Teutonicisque Marius delevit. Hinc tractum est, ut turpis vitæ homines *Ambrones* dicantur. Hæc *Festus.* Hinc in *Gloss. Isid.* legitur: Ambro, devorator, consumptor patrimoniorum, decoctor, luxuriosus, profusus. Ceterum quod *Ambrones*, qui Cimbrorum pars fuerunt, et memorantur ab *Eutrop.* l. 5. c. 1. ob subitam inundationem patrias sedes relinquere coacti sint, ridiculum, et falsum esse ait *Strabo*, quem refert *Scalig. ad Fest.*

AMBROSĬE, es, seu Ambrosia, æ, f. Ἀμβροσίη, filia fuit Atlantis ex Pleione, quæ una cum aliis quinque sororibus in Cælum translata est, factumque sidus, quod Hyades appellatur. *Hygin.* fab. 182. et 192.

AMBROSĬA, æ, f. *ambrosia, the food which the gods are supposed to have eaten,* ἀμβροσία, fingitur in fabulis esse Deorum cibus, sicut *nectar* potio: tametsi apud Poetas præsertim Græcos aliquando etiam pro potione sumitur: ab α privativa, et βροτὸς, mortalis, quod ea mortalibus vesci non liceat, vel quod vescentes immortales reddat. Revera adjectivum est, sed usurpatur absolute more substantivi. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 26. Non enim ambrosia deos, aut nectare, aut Juventate pocula ministrante lætari arbi-

tror. *Catull.* carm. 96. *ad Juvent.* Suaviolum dulci dulcius ambrosia. ¶ Apud *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 57. Orator *ambrosia alendus* proverbiali locutione dicitur, qui pæne ad deos accedat eloquentia, et suavitate dicendi, et immortalitate dignus sit. Contra *fœnum esse* ibidem dicuntur insulsi oratores, et rudes. ¶ Dicitur etiam *ambrosia* esse unguentum deorum (teste *Serv. ad lib.* 1. *Æn.* v. 407. et *ad* 12. *Æn.* v. 419.) odoratissimum, et efficacissimum ad vires, vitamque roborandam. *Virg.* 4. *Georg.* v. 415. liquidum ambrosiæ diffundit odorem, Quo totum nati corpus perduxit. at illi Dulcis compositis spiravit crinibus aura, Atque habilis membris venit vigor. *Virgilius* loquitur de Aristæo, qui a matre Cyrene ita unctus fuit, ut visum, alloquiumque Protei sustinere posset. Simili ratione locutus est *Ovid.* 14. *Metam.* v. 606. Rursus *Virgil.* 12. *Æn.* v. 419. Spargitque salubris Ambrosiæ succos, &c. Sermo est de Venere medicante vulnus Æneæ. ¶ Est etiam hoc nomen multis herbis commune, sed præcipue illi, quæ et *botrys*, et *artemisia* dicitur, densa, ramosa, tenuis, trium fere palmorum, tertia parte radice breviore, foliis rutæ circa imum caulem, in ramulis semen habens uvis dependentibus, odore vinoso: qua de causa et *botrys* dicta est a quibusdam. Nam βότρυς, Græce uvam significat. *Plin.* l. 27. c. 4. ¶ Aliam iisdem nominibus herbam describit *Id. ibid.* c. 8. fruticosam, luteis ramulis, semine circa totos nascente in modum uvæ, foliis cichorio similibus, in ripis torrentium provenientem. ¶ Denique hoc nomine appellatum fuit quoddam antidotum, quod Zopyrus Ptolemæo regi composuisse dicitur, cujus conficiendi rationem docet *Cels.* lib. 5. cap. 23. [Sic *Marcell. Empir.* c. 23. memorat medicamentum Junii Prisci, quod appellatur ambrosia.]

AMBROSIĂCUS, a, um, adject. Ambrosiaca vitis memoratur a *Plin.* l. 14. c. 3. inter eas, quæ insignes uva sunt. et fortasse ita dicta est a dulcedine.

AMBROSIĀNUS, a, um, ad Ambrosium pertinens (quod est nomen viri proprium) ut Ambrosiana basilica, *Augustin.* l. 9. *Confession.* c. 7.

AMBROSĪUS, a, um, adject. *ambrosial, relating to ambrosia,* ἀμβρόσιος, qui est ex ambrosia deorum cibo. *Martial.* l. 8. epigr. 39. Ambrosiæ dapes. ¶ Item qui est ex ambrosia unguento deorum, ut in Ambrosia dictum est. *Virg.* 1. *Æn.* v. 407. Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem Spiravere. *h. e.* ambrosia illitæ. *Stat.* 9. *Theb.* v. 731. ambrosio tum spargit membra liquore, Spargit equum, ne quo temeretur vulnere corpus, &c. ¶ Sumitur etiam generatim pro dulci, suavi, jucundo. *sweet, delicious. Silius* l. 7. v. 210. Ambrosiis Ariusia pocula succis. *Colum.* l. 10. v. 408. *de pomis Persicis.* Ambrosios præbent succos oblita nocendi. ¶ Item pro immortali, divino, eximie pulcro, et cælestium digno, *immortal, divine.* hoc enim sonat Græca vox ἀμβρόσιος, nec opus est (quod nonnulli faciunt) ad catachresim recurrere. *Claudian. in nupt. Honor. et Mar.* v. 110. *de Venere.* Ambrosioque sinu puerum complexa ferocem. *Apulei.* l. 8. *Metam.* Ambrosium corpus. Et l. 11. Ambrosii pedes. Et l. 10. Ambrosius color. Et *ibid.* Labias modicas ambrosio rore purpurantes. *Prudent.* l. 1. *in Symmach.* v. 276. nectar ambrosium.

AMBROSĪUS, ii, ex Liguriæ, et Æmiliæ præside sub Valentiniano Imperatore Archiepiscopus Mediolanensis, excellentis ingenii vir, magnus Ecclesiæ Catholicæ doctor, non vitæ modo sanctitate, sed et eximia doctrina celebris, floruit sæculo Christi quarto, scripsitque quamplurima ad religionem illustrandam, moresque recte instituendos, summa gravitate, et eloquentia singulari, cujus præsagium manifestum olim apes circa os ejus infantis, dormientisque volitantes dederant. Quamquam vero in iis multa sint, ut illis temporibus, barbariem sapientia, inest tamen ubique nitor quidam Latinus, et majestas sermonis, sparsis identidem solidæ et priscæ eruditionis luminibus, quæ satis ostendunt, doctissimum Scriptorem in veterum Latinorum lectione diu, multumque fuisse versatum.

AMBUBAIA, æ, f. herba eadem quæ *Ambubeia.* Legitur apud *Plin.* l. 1. *in indice* l. 20. n. 30.

AMBUBAIÆ, arum, f. *musical girls from Syria that prostituted themselves at Rome,* mulieres Syræ, quæ Romæ in Circo, aliove loco prostibulis destinato habitantes, corpore quæstum faciebant, simulque lucellum captabant pulsando quædam organa musica, quæ secum e Syria attulerant: qua de re *Juvenal.* sat. 3. v. 62. Jampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes, Et linguam, et mores, et cum tibicine chordas Obliquas, necnon gentilia tympana secum Vexit, et ad Circum jussas prostare puellas. *Auct.* quoque *Priapeor.* videtur eas describere carm. 26. Est autem Syra vox ab ܐܒܘܒܐ (vel Arabice انبوب) tibia, seu fistula, vel ab ejus plurali אַבּוּבַיָּא, seu אַנְבּוּבָא. Ita cum *Acrone* veteri *Horatii* Scholiaste plerique Critici. Neque enim placet, quod alii quidam scripsere, dictas fuisse ab *am,* vel *ambe* circum, quod circa Baias habitarent. Illa etiam nimis longe petita notatio videtur, qua alii derivant ab *ambubeia* herba, putantque ambubaias fuisse circulatrices, omnium malorum remedia vanissime pollicentes, et quæ sape iis, quæ conficiebant, medicamentis eam herbam admiscebant. Hæc ex *Voss. in Etymol. Casaub. ad Sueton.* et aliis. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 1. Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ, Mendici, mimæ, balathrones, &c. *Sueton. in Ner.* c. 27. Cœnitare inter scortorum totius urbis, ambubaiarumque ministeria. ¶ In singulari numero legitur in *fragment. Tragur. Petronii,* cap. 74. *Burmanni.*

AMBUBEĪA, æ, f. herba, quæ et *intubum erraticum,* et *cichorium silvestre* appellatur. *Cels.* l. 2. c. 30. *the common endive, cichory, or succory.* ¶ Apud *Plin.* l. 20. c. 8. nominatur *ambula* (ut quidem legit *Harduinus* ex MSS. suis omnibus. nam in vulgatis est *ambugia.*) quasi indita appellatione ab *ambulando:* quod satis apte convenit cum altera *intubi erratici* nomenclatione.

AMBUGIA, } V. *Ambubeia.*
AMBŬLA, }

AMBULĀCRUM, i, n. *a place to walk in, a walk, piazza, gallery, peristyle, cloister,* περίπατος, locus circa ædes ad ambulandum, vel cum tecto, vel sub dio positus, arboribus utrinque consitis ad umbram inducendam, vel alia quapiam ratione: qui ambulatio a *Cicer.* et *Vitruvio* dicitur. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 68. Gynæceum ædificare, et balneas, et ambulacrum, et porticum. *Gell.* l. 1. c. 2. Propulsabamus caloris incommoda lucorum umbra ingentium, longis ambulacris, et mollibus ædium posticum refrigerantibus.

AMBŬLANS, antis, *walking, moving,* ambulatorius. *Martial.* l. 7. epigr. 47. Nos offendimur ambulante cœna. *h. e.* in qua fercula cito inferuntur, et auferuntur.

AMBULATĪLIS, le, *moveable, not fixed,* ambulatorius, mobilis, non affixus, εὐκίνητος. *Vitruv.* l. 10. c. 13. Regulæ scalari forma compactæ, quibus includuntur æerei modioli fundulis ambulatilibus ex torno subtiliter subactis.

AMBULATĪO, onis, f. *a walking,* πορεία, actus ambulandi. *Cic. de Fin.* l. 5. c. 1. Constituimus, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. *Id. Attic.* l. 2. ep. 3. Sed hæc ambulationibus Compitaliciis reservemus. *h. e.* cum per otium Compitalibus deambulabimus una. *Cels.* l. 1. c. 2. Ambulatio plana. *a walking on level ground.* Sic *ibid.* Ambulatio recta melior, quam flexuosa. ¶ Sumitur et pro loco, in quo animi causa ambulatur, qui et ambulacrum dicitur, *a walk, place to walk in, piazza,* &c. περίπατος. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. Nihil restabat præter balnearia, et ambulationem, et aviarium. Et cap. 2. Hedera convestivit qua basim villæ, qua intercolumnia ambulationis. *Plin.* l. 36. c. 12. *in fi.* Ambulatio pensilis. *Senec. de Tranquill. anim. c. ult.* Ambulationibus apertis vagari. V. *Vitruv.* l. 5. c. 9. ubi de ambulationibus construendis multa.

AMBULATIUNCŬLA, læ, f. *a short walk,* brevis ambulatio. *Cic. Fam.* 2. ep. 12. Cum una mehercule ambulatiuncula, atque uno sermone nostro omnes fructus provinciæ non confero. ¶ Item parvum ambulacrum, *a small place for walking in. Id. Attic.* l. 13. ep. 29. Tecta ambulatiuncula addenda est.

AMBULĀTOR, oris, m. *a goer up and down, rambler, wanderer, lounger; pedlar, vagabond,* περιπατητικός, qui huc, et illuc ambulat. *Colum.* l. 1. c. 8. Villicus, ut ait Cato, ambulator esse non debet. *h. e.* otiosus esse, et huc illuc vagari. (Eodem sensu dicitur *ambulatrix:* quod V.) *Martial.* l. 1. epigr. 42. Transtiberinus ambulator, Qui pallentia sulphurata fractis Permutat vitreis.

AMBULATORĬUS, a, um, *ambulatory, moveable, not fixed,* πορευτικός, qui ambulat, aut qui moveri, et transferri potest: qui *ambulatilis* a *Vitruv.* dicitur. *Plin.* l. 21. c. 14. Utilissimum operculum alvorum a tergo esse ambulatorium, ut proferatur intus, si magna sit alvus: id paulatim reduci, fallente operis incremento. *Vitruv.* l. 10. c. 19. Ostendit se invenisse turres ambulatorias, quas etiam dissolutas in exercitu circumferre solebat. Adde *Hirt. de B. Alexandr.* cap. 2. ¶ Est item ad ambulandum inserviens, *fit for walking upon. Ulpian. Digest.* lib. 8. tit. 5. leg. 8. Superque ea tigna porticum ambulatoriam facere. ¶ Translate tribuitur rebus incorporeis. *Ulpian.* lib. 24. tit. 1. leg. 32. Ut Ambulatoria sit voluntas ejus usque ad vitæ supremæ exitum. *h. e.* mutabilis, et quæ ex una re in aliam transferri potest. *Id.* lib. 40. tit. 7. leg. 34. Quæ causa facit ambulatoriam, ut ita dixerim, conditionem. *h. e.* quæ ab uno in alium transit. Sic *Justinian.* lib. 6. *Cod.* tit. 2. *leg. ult.* Ambulatoria actio. Et *Paul. Dig.* lib. 23. tit. 5. leg. 10. Ambulatoria legis potestas.

AMBULĀTRIX, icis, f. *a female wanderer, stroller, vagabond,* quæ ambulat, et vagatur. *Cato R. R.* c. 143. Villica ad cœnam ne quo eat, neve ambulatrix siet.

AMBULATŪRA, æ, f. *the act of walking,* actus ambulandi. [Est nimirum incessus ille equorum, quem [†Angli adhuc *an amble, ambling pace,*] Galli *l'amble,* et Itali *ambio, ambiadura* vocant. *Veget. Veter.* l. 4. c. 6. Persarum equi solius ambulaturæ quadam gratia discernuntur a ceteris: gradus est minutus, et creber, et qui sedentem delectet et erigat, nec arte doceatur, sed naturæ veluti jure præstetur.] *Veget. de re Veterinar.* l. 2. c. 5. Ambulaturæ gratiam perdit. *Alii leg.* ambulans graviter pergit.

AMBULĀTUS, us, m. *a walking, the act of walking,* facultas, vel actus ambulandi. *Arnob.* l. 1. pag. 28. Christus scitur ambulatum dedisse contractis.

AMBŬLO, as, avi, atum, n. 1. *to walk, walk along, go a foot-pace or step by step; to amble,* βαδίζω, eo, incedo, gradior. Proprie tamen differunt *ire,* et *ambulare.* Nam *ire* est gradiendo progredi, et ulterius pergere: *ambulare* est incedendo spatia facere, et in sua vestigia reflecti, ire, et redire: quod et etymologia confirmat, qua *ambulare* factum docet *Voss.* ab ἀμπολῶ (quo præter alios *Pindarus,* qui Dorice scripsit, usus est) pro ἀναπολῶ, quod significat ἀναστρέφω, hoc est *verto,* et interdum ἀναστρέφομαι, vertor, teste *Eustath. ad Iliad.* ά. Hinc apud JCtos in definitione itineris hæc duo verba separantur. *Ulpian. Dig.* lib. 8. tit. 3. leg. 1. Iter est jus eundi, ambulandi hominis. Et *mox.* Via est jus eundi, et agendi, et ambulandi, &c. Hinc etiam *ambulare* sæpe sumitur pro animi causa iter habere, *to go a walking, walk for exercise, pleasure or business,* &c. περιπατέω: quod qui faciunt, ire et redire multoties eadem via solent. *Plaut. Mil.* 2. 2. 96. Non domi est, abiit ambulatum. *Cic.* 4. *Acad.* c. 16. Ambulare cum aliquo in hortis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 14. Ambulare in sole. *Sueton. in Domit.* c. 19. Ambulare pedibus per urbem. ¶ Hoc sensu est etiam militare verbum. *to march. Veget.* l. 1. c. 27. Vetus consuetudo permansit, ut ter in mense tam equites, quam pedites educantur ambulatum: hoc enim verbo hoc exercitii genus nominant. V. *ibi reliqua.* ¶ Nihilominus usu frequentissimo factum est, ut accipiatur etiam generatim pro incedere, ingredi, pergere, iter facere, *to walk, go afoot. Plin.* l. 10. c. 38. Aves aliquæ ambulant, ut cornices, saliunt aliæ, ut passeres. Et cap. 65. Ægyptii mures bipedes ambulant. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 4. *in fi.* Si enim recte ambulaverit is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum diem tuum incidit. *Id. pro Quint.* c. 25. Neminem esse, qui possit biduo, aut summum triduo septingenta millia passuum ambulare. *Id. Attic.* l. 8. ep. 14. Eo modo Cæsar ambulat, ut timeam, ne citius ad Brundisium accesserit. *proceeds so very rapidly, that* &c. *Plaut. Capt.* 4. 2. *in fin.* Bene ambula, et redambula. *a pleasant walk and safe return to you!* Formula, qua abeuntibus bene precabantur. Sic *Id. Capt.* 2. 3. 92. Bene ambulato. *a pleasant walk to you!* Et *Trucul.* 2. 4. 18. Bene ne ambulavisti? *have you had a pleasant walk?* ¶ *Ambulare in jus,* est adire judicem litigandi causa. *Plaut. Curcul.* 5. 2. 23. et *Terent. Phorm.* 5. 7. 43. ¶ Activorum more cum accusativo. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 34. Cum Xerses tantis classibus, tantisque copiis maria ambulavisset, terramque navigasset. Et passive. *Plin.* l. 23. c. 1. Si statim bina stadia ambulentur. Et impersonaliter. *Varr.* l. 5. *L. L. in princ.* Sedetur, ambulatur, loquitur. *Gell.* l. 2. c. 2. Cum sedeatur, ambuletur, discumbatur. ¶ Ambulare viam *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *a med.* dicit esse solœcismum per detractionem: sed non auditur a Grammaticis. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Cato R. R.* c. 1. Amnis, qua naves ambulant. *a navigable river. Plin.* l. 5. c. 9. Nilus immenso longitudinis spatio ambulans. *Id.* l. 37. c. 9. Asteria gemma lucem velut intus ambulantem ex alio, atque alio loco reddens. ¶ Translate *Plin.* l. 10. c. 50. Quod deinde caput translatum, per omnes leges ambulavit. *h. e.* hoc legis caput in aliis postea latis legibus sumptuariis insertum est. *Ulpian. Digest.* lib. 37. tit. 11. leg. 2. Ambulat cum domino bonorum possessio. *Caius* lib. 4. tit. 4. leg. 15. Emptio ambulat per plures personas. *h. e.* transit.

AMBURBĀLE sacrificium idem, quod *Amburbium.* Legitur apud *Serv. ad Eclog.* 3. v. 77. nisi forte corrigendum est *Amburbiale.*

AMBURBIĀLIS, le, adject. Amburbiales hostiæ dicebantur, quæ circum terminos urbis Romæ ducebantur. Ita *Festus:* nempe ab *am* circum, et *urbs.*

AMBŬRBĬUM, ii, n. sacrificium quotannis fieri solitum a Romanis ad lustrandam Urbem, et expiandam: quo solemni pompa circumibatur urbs, et mactandæ hostiæ circumducebantur: ab *am* circum, et *urbs, b* inserto euphoniæ causa. *Serv. ad Eclog.* 3. v. 77. Hinc *Vopisc. in Aurelian.* c. 20. Lustrata urbs, cantata carmina, amburbium celebratum, ambarvalia promissa. Describitur hoc sacrum a *Lucano* l. 1. v. 592.

AMBŪRO, is, ussi, ustum, a. 3. *to burn all about, burn, scorch, parch,* περιφλέγω, circum uro: ab *am* circum, et *uro,* inserto *b,* tametsi generatim etiam accipitur pro comburere. *Cic. pro Mil.* c. 32. Ut Clodius sine exsequiis, sine lamentis, oblitus cruore, et luto amburereturabjectus. *Plaut. Epid.* 5. 2. 9. Qua qua tangit, omne amburit. *Id. Mil.* 3. 2. 22. Nimis calebat, amburebat gutturem. *burned, scalded. Sueton. in Tiber.* c. 6. Amburere partem vestis, et capillos. V. *Ambustus.*

AMBURVĀRE. V. *Redamptruare.*

AMBUSTĪO, onis, f. *a burning, scorching, or scalding; a burn, scald,* περίκαυσις. *Plin.* l. 23. c. 4. Myrteum oleum medetur eruptionibus, et ambustionibus. V. *Ambustus.*

AMBUSTULĀTUS, a, um, *burnt, scorched, half-roasted,* ambustus. *Plaut. Rud.* 3. 4. 65. Te ambustulatum objiciam magnis avibus pabulum.

AMBUSTUS, a, um, *burnt, scalded; half-burnt,* περιφλεχθείς, proprie est circum ustus, ut in *amburo* diximus: vel ita ustus, ut aliquid tamen adhuc restet, quod ignis non absumpserit: sed et generatim combustus. *Cic. pro*

Mil. c. 5. Hujus ambusti tribuni pleb. intermortuæ conciones, *h. e.* T. Munatii Planci, qui cum concionaretur eo ipso tempore, quo propter crematum Clodii corpus curia conflagravit, coactus est flammis accedentibus a concione cessare, ut Asconius narrat. *Sueton. in Claud.* c. 21. Ambustum theatrum. *Horat.* l. 4. od. 11. v. 25. Phaeton ambustus. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 71. Magna vis frumenti ambusta. ¶ De eo, qui frigore nimio læditur, et sensum amittit. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 35. Ambusti multorum artus vi frigoris, et quidam inter excubias exanimati sunt. *frost-bitten, nipped and blistered or parched with cold.* [illegible] l. 4. v. 70. Ambusta pruinis [illegible] ¶ *Ambustum*, *ti*, absolute est locus aliquis corporis igne, vel nimio frigore, *a burn, scald, blister.* *Plin.* l. 24. c. 8. Sambucus refrigerat inflammationem, maxime recentis ambusti. *Id.* l. 21. c. 7. Iris natura est fervens, tractataque pustulas ambusti modo facit. *Id.* [illegible] c. 4. Gallæ [illegible] sedat ambusta. *allays the scalding heat in burns.* *Id.* l. 35. c. 15. Ambustis prodest alumen. *Id.* l. 20. c. 20. Coriandrum sanat ambusta. ¶ Translate *Cic. pro Dom.* c. 43. Qui ambustas fortunarum mearum reliquias suas in domos comportari juberent. *Liv.* l. 22. c. 35. Qui damnatione collegæ, et sua prope ambustus evaserat. ¶ Fuit etiam *Ambustus* inter Romana cognomina gentis Fabiæ: primusque sic appellatus est Q. Fabius Eburnus, quia fulmine ambustulatus, vel alio quopiam modo ab igne læsus fuit. *Festus in Pullus.*

AMCÆSA. V. *Ancesa.*

AMECABUNDUS. V. *Amecabundus.*

AMĒCUM, et Amecam pro *amicum*, et *amicam* dixisse Veteres testatur *Festus* in voce *Amecitia.*

AMELETĪDES. V. *Analectides.*

AMELLUS, i, m. *a herb, or flower supposed to be the same with star-wort, share-wort, or elecampane.* herba est, seu potius frutex, ut dicitur a *Columella* l. 9. c. 4. in irriguo solo proveniens, floremque ferens gratissimum apibus, colore aureo, sed foliis circa, quæ plurima sunt, violaceis, sapore aspero. Ita eum describit *Virg.* 4. *Georg.* v. 271. Est etiam flos in pratis, cui nomen amello Fecere agricolæ, &c. ubi addit, hujus herbæ radices coctas in vino præsens esse remedium apibus morbo aliquo laborantibus. *Servius* notat dictum esse a *Mella* fluvio Galliæ Cisalpinæ (qui a *Catullo* carm. 66. *ad Januam*, v. 33. *Melo* vel ut alii rectius leg. *Mela* appellatur, et ex Brenno monte ortus prope Brixiam decurrit.) quia in ejus ripis plurimus invenitur. *Matthiolus* putat designari a *Virgilio* astera Atticum [† sive inguinalem,] alii negant.

AMEN, ἀμὴν, adverbium, Hebraice אָמֵן, significans vere, certe, vel fiat. Primam vocalem habet longam natura. *Auson. Ephemer. in Orat. in fi.* Et responsuris ferit aera vocibus amen. Adde *Prudent. Cathemer.* 4. v. 72. *Paulin.* ergo *Nolan. poem.* 17. *ad Nicet.* v. 117. et *Venant. Fortun.* qui corripuere, non sunt imitandi. [† Ἀμήν· πεπιστευμένως, ἀληθῶς. *Suidas* in v.]

AMENĀNUS, i, [† hod. *Indicello*,] fluvius Siciliæ, Ætnæ proximus, per Catanam fluens. *Ovid. Metam.* 15. v. 479. Nec non Sicanias volvens Amenanus arenas, &c. Ubi vulgo *Amusenus* legitur; cum tamen hoc nomine nullus sit fluvius in Sicilia, inquit *Heinsius ad hunc locum.* ¶ Adjective *Amenana flumina* dixit *Id. Fast.* 4. v. 467. ubi alii minus recte *Amasena*, eodem *Heinsio* docente.

AMENS, entis, *out of his mind or wits, besides himself, foolish, silly; confounded, distracted, senseless, terror-struck*, ἄνοος, qui a mente sua discessit, vel de statu mentis dejectus est, hoc est, qui sine consilio, animoque est, quo sapimus, mente motus, perturbatus, consternatus, extra se ex affectu aliquo vehementi positus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 314. Arma amens capio. Et v. 321. cursuque amens ad litora tendit. *Id. Æn.* 4. v. 279. Æneas aspectu obmutuit amens. *Id.* 12. *Æn.* v. 776. Amens formidine. *Curt.* l. 6. c. 9. Periculi magnitudine amens, et attonitus. *Liv.* l. 32. c. 12. Repentino terrore amens. Adde *Ovid. Metam.* 3. v. 628. ¶ Cum genitivo *Virg.* 4. *Æn.* v. 203. Amens animi. ¶ Sæpe significat dementem, insanum. *insane, mad.* *Cic. in Pison.* c. 9. Cum quidem tu, o vecors et amens, amplexus es, &c. *Id.* 5 *Phil.* c. 13. Homo amentissimus, atque omnibus consiliis præceps, ac devius. *Id. Fam.* 12. ep. 14. Laodiceni multo amentiores ultro arcessierunt. ¶ Sunt qui putant interesse aliquid inter *amentem*, et *dementem*. V. *Amentia.* ¶ Tribuitur et rebus inanimis, dicituque de iis, quæ mentem perturbant, et de statu suo movent. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 197. Amenti furore cæcus. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 256. Amens terror. ¶ Item de iis, quæ per amentiam fiunt. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 10. Amentissimum consilium.

AMENTATĪO, onis, f. actus jaculandi. Deinde ipsum jaculum, sive telum. *Tertull.* l. 1. *ad Nation.* c. 10. Quo machæris vestris, amentationibusque cadatis. *In plerisque* Tertulliani *Codicibus legitur* admentatio.

AMENTĀTUS, a, um, *fitted with thongs or straps*, amentis, seu loris instructus: et dicitur de missilibus, quæ amento vinciuntur, ut validius, longiusque jaci possint. *Cic. de clar. Orat.* c. 78. Etsi præceptis ornamenta non satis opima dicendi, tamen, ut hastæ velitibus amentatæ, sic apta quædam et parata singulis causarum generibus argumenta traduntur. Allegorice *argumenta* sunt hastæ, *amenta* sunt præcepta, inquit *Manut. Id.* l. 1. *de Orat.* c. 57. A quo cum amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis, viribusque torquebit. *Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 322. puer amentatus. *h. e.* loro vinctus, ut in pegma librato corpore ascendere saltu possit. sunt qui aliter leg.

AMENTĬA, æ, f. *madness, insanity, frenzy, folly, absurdity*, ἄνοια, ἀπόνοια, dementia. Nihil enim ab hac differt: quidquid nonnulli subtilius disputantes dixerint. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 5. Animi affectionem lumine mentis carentem, nominaverunt amentiam, eandemque dementiam. *Id.* 4. *Verr.* c. 42. Amentia, atque audacia præditus. *Id. pro Mil.* c. 32. Injicere alicui amentiam. *Id.* 6. *Verr.* c. 34. Flagrare cupiditate, atque amentia. ¶ Sumitur etiam pro sola mentis consternatione, et de suo statu dejectæ turbatione, ut in *Amens* dictum est, *consternation, stupor, distraction*, ἔκστασις. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 509. Mater ad auditas stupuit, ceu saxea, voces, Attonitæque diu similis fuit: utque dolore Pulsa gravi gravis est amentia, &c. Hoc sensu usurpatur etiam a *Tertullian. de anim.* c. 21. et l. 4. *advers. Marcion.* c. 22.

AMENTO, as, avi, atum, a. 1. *to hurl or dart by means of a thong, throw from a thong*, amento aptato jaculari, telum missile amento prehensum torquere. *Lucan.* l. 6. v. 221. Cum jaculum parva Libys amentavit habena. *Silius* eleganter de ventis usurpavit, qui tædas accensas in hostilem navem conjectas majore impetu impellunt, quemadmodum telo missili amentum auget cursum: l. 14. v. 421. Inde atros alacer, pastosque bitumine torquet, Amentante Noto, Pœnorum aplustribus ignes. V. huic similem locum in voce sequenti. ¶ Translate *Tertullian.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 33. Cui famulatam videns Pharisæorum cupiditatem, amentavit hanc sententiam: Non potestis Deo servire, et mammonæ. *h. e.* velut amentatam hastam contorsit.

AMENTUM, ti, n. *a strap or thong by means of which javelins and other missile weapons were thrown with greater force*, lorum, quo vinciuntur missilia tela ad validius jaculandum. Vires enim addit ejusmodi vinculum, ut patet in funda. Hinc *Sil.* l. 4. v. 14. *hasta juvatur amento.* quod fuisse inventum Ætoli Martis filii, *Plin.* l. 7. c. 56. narrat. *Liv.* l. 37. c. 41. Humor arcus, fundasque, et jaculorum amenta emollierat. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 48. Epistola ad amentum tragulæ deligata. *Virg.* 9. *Æn.* v. 665. Intendunt acres arcus, amentaque torquent. *h. e.* tela amentis prehensa jaciunt. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 321. Inserit amento digitos, nec plura moratus, In juvenem torsit jaculum. *Silius* l. 9. v. 508. flatus Pœnorum tela secundant, Et velut amento contorta hastilia turbo Adjuvat. ¶ *Festus* addit, *amentum* dici etiam loreum vinculum, seu ligulam, qua soleæ colligantur: dictumque esse a Græco ἅμμα vinculum, &c. *Plin.* l. 34. c. 6. *ad fin.* Statua sedens, soleisque sine amento insignis.

AMERĬA, [† hod.] *Amelia*, Ἀμερία, urbs Umbriæ ante Persicum bellum annis nongentisseptuaginta quatuor condita, uti ex *Catone* narrat *Plin.* l. 3. c. 14. *in fi.* Ocriculo vicina a Narnia 6. M. P. in Ortum: unde vites Amerinæ, et salix Amerina laudantur.

AMERIMNON. V. *Aizoum.*

AMERĪNUS, a, um, ad Ameriam pertinens. *Cic. pro Rosc. Amerin.* c. 6. Sex. Roscius municeps Amerinus. ¶ *Amerini*, *orum* sunt ejus urbis incolæ. *Plin.* l. 3. c. 14. ¶ *Amerina salix* laudatur a *Plin.* l. 24. c. 9. Ex ea vimina fiebant aptissima ad vites colligandas, ut etiam ex *Colum.* l. 4. c. 30. colligitur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 265. Atque Amerina parant lentæ retinacula viti. ¶ *Amerina pyra Id. Plin.* l. 15. c. 15. enumerat inter serissima: de quibus *Stat.* l. 1. *silv. ult.* v. 18. Et massis Amerina non perustis. ¶ Etiam *Amerina poma* laudantur ab *eodem* l. 15. c. 14. et a *Colum.* l. 5. c. 10. ¶ *Amerina via* in Etruria fuit una ex novem viis militaribus, quæ in Flaminiam incidebant. Ejus mentio fit in veteri lapide apud *Gruter.* pag. 446. n. 4.

AMES, ĭtis, *a pole or staff to stay up nets, a fowler's staff, a pole or fork for upbearing nets*, pertica, seu furca aucupalis, ut *Festus* loquitur, qua rete suspenditur, et extenditur, στάλιξ. *Horat. epod.* 2. v. 33. Aut amite levi rara tendit retia, Turdis edacibus dolos. *Pallad. in Septembr.* tit. 12. Nunc in amitibus apparetur aucupium noctuæ. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus. Itaque *amites basternarum* dicuntur ab *eodem Pallad. in Jun.* tit. 2. vectes longi, quibus basterna hoc est lectica jumento imponitur ad portandum. Ejus verba sunt: Duo brevissimi temones figurantur, velut amites basternarum. ¶ De genere nihil certi afferri potest, *Voss.* masculinum præfert.

AMETHYSTINĀTUS, a, um, amethystinis vestibus indutus. *Martial.* l. 2. epigr. 57. Amethystinatus media qui secat septa.

AMETHYSTĪNUS, a, um, *of the colour of an amethyst, of an amethystine purple, or violet colour*, colorem purpureum amethysti habens, ut Amethystinæ vestes apud *Martial.* l. 1. epigr. 97. quæ sæpe etiam *amethystina* absolute dicuntur. Et Amethystinæ lanæ, *in lemmate distichi* 154. lib. 14. Sic absolute *Juvenal.* sat. 7. v. 135. purpura vendit Causidicum, vendunt amethystina. ¶ *Amethystini trientes* sunt pocula amethystis ornata. *Martial.* l. 10. epigr. 49. Cum potes amethystinos trientes, &c. Alii putant alludi ad colorem vini amethysto similem. Alii etiam leg. *Cum potes amethystino trientes.* *h. e.* poculo ex amethysto gemma facto.

AMETHYSTIZONTES, ἀμεθυστίζοντες, carbunculi, quorum externus igniculus in Amethysti violam exit. *Plin.* l. 37. c. 7.

AMETHYSTUS, i, f. *an amethyst, a precious stone of a purple or violet colour*, ἀμέθυστος, gemma est colorem habens purpuræ aliquantum accedentem, sed qui tamen non ex toto in igneum, sed in vini colorem deficit, ab *a* privativa, et μεθύω, ebrius sum, ut ait *Plin.* l. 37. c. 9. quia usque ad vini colorem non accedit: priusquam enim degustet, in violam desinit fulgor. Hinc lepide *Martial.* l. 14. distich. 154. cujus lemma est *Amethystinæ lanæ.* Ebria Sidoniæ cum sim de sanguine conchæ, Non video, quare sobria lana vocer. ¶ Sunt etiam qui putarunt dictam amethystum, quod ebrietati resisteret, ut *Plin. ibid.* scribit. ¶ Porro inter Amethystos, quas variis in regionibus reperiri, docet *Plin. ibid.* ut in Arabia Petræa, in Armenia minore, in Galatia, in Ægypto, &c. principatum tenent Indicæ, quæ absolutum felicis purpuræ colorem habent, ad quem officinæ tingentium dirigunt vota. Summo enim in pretio habetur, blandus aspectu, neque in oculos, ut carbunculi, vibrans: videturque esse is, qui ab Anglis esse dicitur *of a violet colour*, vel *a clear or blue violet colour.* Quinque amethystorum genera *Plin. loc. cit.* enumerat, eorumque differentes colores describit. *Ovid.* l. 3. *de art. am.* v. 181. Hic Paphias myrtos, hic purpureas amethystos. *Plin. loc. cit.* Principatum amethysti Indicæ tenent. ¶ *Amethystus* etiam dicitur quoddam genus vitis: de qua V. *Inerticulus.* ¶ In masculino genere usurpatur ab *Isidor.* l. 16. cap. 9.

AMĒTOR, *motherless*, ἀμήτωρ, qui matre caret. Vox Græca ab *a* privativa, et μήτηρ, mater: quemadmodum *apător* dicitur, qui caret patre, ἀπάτωρ, ab *a* privativa, et πατήρ, pater. Utraque vox usurpatur a *Tertull. de Præscriptionib. advers. hæreticos in fi.*

AMFRACTUS. V. *Anfractus.*

AMĬA, æ, f. *a sea-fish of the tunny species*, piscis marinus pelamidi, vel scombro similis, rostro acuto, ventre crasso, cauda tenui, in figuram lunæ in cornua curvatæ, pinnis ejus conformatis, dorso cæruleo, ventre argenteo. Dictus videtur ab *a* privativa, et μία, *una*, quia nunquam solus conspici solet. Sæpe dimicat cum delphinis, eosque morsu lacerat. Adeo autem facile crescit, ut teste *Plin.* l. 9. c. 15. ejus incrementum singulis diebus intelligatur. *Rondeletius* l. 8. c. 9. scribit a popularibus suis appellari *Byza.*

AMIANTUS, ti, m. *the amiantus, asbestus, or amiant-stone; a fossil stone that may be split into threads and filaments, and is inconsumable by fire; earth-flax, salamander's wool*, ἀμίαντος, ab *a* privativa, et μιαίνω, inquino, contamino, lapis est in Cypro nascens, friabilis, et scissili alumini similis, ex quo scribit *Dioscorides* l. 5. c. 156. telas texi, quæ in ignem conjectæ ardeant quidem, sed flammis invictæ nitidiores extrahantur. Creditur etiam, ex eo facta olim fuisse ellychnia, quæ igni non absumerentur. Quidam putant esse alumen plumosum officinarum. Certe seplasiarii pro alumine scissili nonnunquam supponunt. *Plin.* l. 36. c. 19. Amiantus alumini similis nihil igni deperdit.

AMĪCA, æ, f. *a mistress, concubine, courtezan; a miss, sweetheart; a quean*, ἐρωμένη, ἑταίρα, mulier impudice amata. Sic enim honesto vocabulo meretrices appellare fas est. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 10. Cytheridem secum lectica aperta portat, altera uxorem: septem præterea conjunctæ lecticæ amicarum sunt. *Terent. Andr.* 1. 3. 11. Sive ista uxor, sive amica est, gravida e Pamphilo est. *Id. Heaut.* 1. 1. 52. Amicam habere prope in uxoris loco. *Id. Hecyr.* 4. 1. 36. Introire ad amicam. [¶ *Paul. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 144. Massurius scribit pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat, quam nunc vero nomine amicam, paulo honestiore concubinam appellari.] [† ¶ Usurpatur etiam honeste. *Ter. Hec.* 4. 2. 16. Mulier amica mulieris: tuas amicas te et cognatas deserere, mea causa, nolo.]

AMICABĬLIS, le, *amicable, friendly, social; relating to friendship*, φιλικός, amicus. *Plaut. Milit.* 4. 4. 8. Date operam amicabilem. *Plerique alii leg.* adjutabilem. *Imper. Justinian.* lib. 6. *Codic.* tit. 57. *leg. ult. in fi.* Si qui casus jam evenerint, et per judicialem sententiam, vel amicabilem transactionem sopiti sunt. *Alii legunt* amicalem. *Jul. Firmic.* l. 5. *Mathes.* c. 5. Amicabili præclarorum virorum consortio conjungi. V. etiam vocem sequent.

AMICĀLIS, le, idem quod amicabilis. *Apulei. de Mundo.* Deus hospitalis, amicalis. *Ulpian. Digest.* lib. 17. tit. 1. leg. 10. Qui non animo procuratoris intervenit, sed affectionem amicalem promisit. *Sidon.* l. 1. ep. 3. Scamnis amicalibus deputantur. *Alii leg.* amicabilibus.

AMICARĬUS, rii, *a pimp, procurer, bawd*, ἐρωμενοπάροχος, ἐρωμενοπώλης, qui amicam alicui conciliat, aut vendit, leno. Affertur a *Diomed.* lib. 1. pag. 313. *Putsch.* sed nullo confirmatur Latini Scriptoris exemplo.

AMĪCE, *in a friendly manner, cordially, kindly, benevolently*, φιλοφρόνως, cum amore, et benevolentia. *Cic. de Amic.* c. 2. Tu qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amice. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. 10. *circa med.* Amice, et benevole erga aliquem. *Id. Divin. in Verr.* c. 9. Familiarissime, atque amicissime vivere cum aliquo. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 26. *in fi.* Vivere simpliciter, fideliter, vitæque hominum amice. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 17. Amicissime loqui de aliquo. [¶ Comparat. *amicius* apud *Fronton. ad Antonin.* ep. 10. Quotidie aliquid reperias, quod circa me jucundius atque amicius facias.]

AMICĪMEN, inis, idem quod amictus, apud *Apul.* 11. *Metam.* Mulieres candido splendentes amicimine. *Et post.* Rudi contectus amicimine.

AMICĪNUM, i, n. *the neck of a bottle*, utris pediculus, ex quo vinum diffunditur. *Festus.*

AMĬCĬO, icis, icui, et ixi, ictum, a. 4. *to cover, clothe, dress*, ἀμπέχω, operio, circumtego, vestio: ab *am*, circum, et *jacio*, ut *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 30. docet. *Ovid.* l. 1. *Fast.* v. 153. amicitur vitibus arbos. *Horat.* l. 2. ep. 1. *in fi.* Et piper, et quidquid chartis amicitur ineptis. *Sueton. in Vespas.* c. 21. Dum salutabatur, et calceabat ipse se se, et amiciebat. *Id. in Calig.* c. 22. Amiciri veste. *Plaut. Pers.* 2. 5. 6. Amicibor gloriose. *amicibor* antique dictum est pro *amiciar*. ¶ Præterita duo habet *amicui*, et *amixi*: atque hoc posterius usitatius esse, notant Grammatici. *Brutus* apud *Diomed.* l. 1. pag. 364. *Putsch.* Qui te toga prætexta amicuit. *Varr. ibid.* Celerius mater amixit. ¶ Tertium quoque præteritum *amicivi* afferri solet: de quo nullum adhuc exemplum vidimus. ¶ Quomodo differant *amicio*, et *induo*, V. in *Amictus, a, um.* [¶ Particip. *amiciendus* et sensu quidem translato apud *Fronton. ad M. Aurel.* l. 1. ep. 1. Eodem cultu nonnunquam oratio quoque amicienda est.]

AMICĬTER, *in a friendly way*, adverb. amice. *Plaut. Pers.* 2. 3. 3. Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam danunt. *Pacuv.* apud *Non.* c. 11. n. 11. Quando amico amiciter fecisti.

AMICITĬA, æ, f. *friendship, amity*, φιλία, consensio voluntatum ex benevolentia proveniens. *Cic. de Amic.* c. 6. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum, humanarumque rerum cum benevolentia, et charitate summa consensio. *Id. pro Cluent.* c. 42. Est mihi amicitia cum aliquo. *Id. pro Planc.* c. 33. Amicitia est inter aliquos. *Nepos in Annib.* c. 2. Esse in amicitia cum aliquo. *Cic. Fam.* 15. ep. 14. Amicitiam colere. *Id. de Amic.* c. 14. contrahit significatio virtutis. *binds, tightens, draws close. Id. Fam.* 3. ep. 8. gerere. *Id. Attic.* l. 2. ep. 20. Recipere aliquem in amicitiam. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. *pænult.* Tueri amicitiam. *Id. pro Deiot.* c. 9. Jungere amicitias cum aliquibus. *Id. Verr.* 4. c. 43. Vir plurimis amicitiis. *with a large circle of friends. Id. de Amic.* c. 13. Expetere amicitias. *Id. pro Rosc. Amerin.* c. 38. comparare. *Id. de clar. Orat.* c. 81. Conferre se ad amicitiam alicujus. *Terent. Hecyr.* 5. 1. 38. Uti amicitia alicujus. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 22. Dedere se amicitiæ alicujus. *Nepos in Eumen.* c. 1. Accedere ad amicitiam alicujus. *Id. in Alcib.* c. 7. Parere sibi amicitiam. Et cap. 5. Pervenire in intimam amicitiam alicujus. *Cic. Verr.* 7. c. 32. Manere in amicitia. *Id. de Amic.* c. 10. Deserere jura amicitiæ. *Id.* 2. *de Fin.* c. 25. Funditus evertere amicitiam. *Id.* 2. *de Amic.* c. 20. Dissociare amicitias. Et cap. 21. Dimittere. Et *ibid.* Dissuere, et discindere. Et *ibid.* Removere se ab amicitia alicujus. Et cap. 22. *in fi.* Dirumpere. *to dissolve the ties of friendship*: et proverbiali loquendi genere *to clip the knot*, &c. *Nepos in Conon.* c. 2. Deficere ab amicitia alicujus. *Cic. pro Planc.* c. 19. Repudiare amicitiam alicujus. *Liv.* l. 42. c. 25. Renuntiare amicitiam alicui. ¶ De fœdere, et concordia, quæ est inter populos. *Liv.* l. 38. c. 18. Legati Oroandensium cum venissent amicitiam petentes. *Id.* l. 34. c. 31. Violare amicitiam populi R. *Sallust. in Jugur.* c. 8. Colere amicitiam populi R. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 16. et *Justin.* l. 12. c. 2. Pacem, et amicitiam cum rege aliquo facere. ¶ Interdum ponitur pro ipso amico. *Sueton. in Tiber.* c. 51. Omnes amicitias, et familiaritates, etiam quibus ea funeris curam moriens demandarat, intra breve tempus afflixit; uno ex his equestris ordinis viro, &c. Adde *Tacit. Ann.* l. 40. et l. 5. c. 2. ¶ Tribuitur et irrationabilibus. *Plin.* l. 19. c. 8. Amicitia est rutæ cum fico in tantum, ut nusquam lætior proveniat, quam sub hac arbore. *Id.* l. 16. c. 17. Amicitia vitium. ¶ *Amicitiai* pro *amicitiæ* in genitivo singulari, more suo dixit *Lucret.* l. 5. v. 83.

AMICITĬES, ei, f. amicitia. *Lucret.* l. 5. v. 1018. Tunc et amicitiem cœperunt jungere. Adde *Plin. secund. sermonis dub.* lib. 6. apud *Charis.* lib. 1. pag. 94. *Putsch.* ubi docet veteri dignitate ita dici: ceterum rationis via dici debere *amicitia*.

AMĬCO, as, a. 1. *to win over, propitiate, appease*, προσάγομαι, concilio, placo, amicum facio, propitium reddo. *Stat.* 3. *Theb.* v. 470. Ac prior Œclides solita prece numen amicat.

AMICŌSUS, a, um, qui multas amicas habet. Affert *Diomed.* lib. 1. pag. 313. *Putsch.* sed nullo confirmat exemplo.

AMICTORĬUM, ii, n. amictus, seu fascia linea, qua mulieres pectus, mammasque cingebant, et tegebant. Legitur in titulo distichi 149. *Martialis*, l. 14. ¶ Latiori significatione usurpatur *amictorium*, et *linteamen amictorium* in *Codic. Theodos.* lib. 8. tit. 5. leg. 48. pro quocumque amictu, ut etiam *Du Fresne in Glossar.* adnotavit.

AMICTUS, a, um, *covered*, περιβεβλημένος, tectus, circumdatus. *Horat. Epod.* 17. v. 22. Ossa amicta pelle. *Id.* l. 1. od. 2. v. 31. Nube candentes humeros amictus (*veiled*) Apollo. (*quod et Virg. dixit* l. 1. *Æn.* v. 520.) *Id.* l. 1. ep. 16. v. 3. Amicta vitibus ulmus. *Flor.* l. 1. c. 16. Amicti vitibus montes. *Quidam leg.* amici. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 70. Loca algida Idæ amicta nive. *Id.* carm. 63. v. 311. Colus amicta lana. ¶ Pro induto, *clothed, dressed. Cic. de clar. Orat.* c. 14. Amictus læna. *Id. Phil.* 2. c. 34. Amictus toga. *Id.* 3. *de Orat.* c. 32. Pallium quo amictus, soccos, quibus indutus esset, &c. Ex his colligitur discrimen inter *amicire*, et *induere*: nempe illud dicitur proprie de vestibus exterioribus, et laxioribus, quæ hominem tegunt magis, quam vestiunt: *induere* de interioribus, et magis corpori adhærentibus. Sic *Apulei. in Apolog.* Non modo indutui, et amictui sacerdotibus, sed opertui quoque in rebus sacris. *Id. in Florid.* sect. 9. (*al.* l. 2.) Habebat indutui ad corpus tunicam interulam, &c. habebat cinctui baltheum, &c. habebat amictui pallium candidum, quod superne circumjecerat. Tametsi hoc discrimen non est perpetuum.

AMICTUS, us, m. *an upper or outer garment*, ἐπίβλημα, proprie videtur esse vestis exterior, et laxior, ut toga, pallium, chlamys, et hujusmodi, quæ amiciunt, circumdant, teguntve corpus, ut diximus in voce superiore: quamquam etiam universim pro omni vestitu ponitur. *Tibull.* l. 1. eleg. 9. v. 13. Frustra jam vestes, frustra mutatur amictus. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *a med.* Quam statuam esse ejusdem, status, amictus, annulus, imago ipsa declarat. *Virg.* 5. *Æn.* v. 421. Duplicem ex humeris rejecit amictum. *h. e.* ex duplici, crassoque panno confectum, ut contra *Serv.* exponit *Octav. Ferrar. de re vestiar.* par. 2. lib. 1. c. 9. *Ovid.* 2. *de art. aman.* v. 297. Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus. *Sil.* l. 7. v. 447. Purpureos alius vestis religabat amictus. *h. e.* vestem amicientem, et fluentem. Al. aliter leg. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 22. Imitari amictum alicujus, aut statum, aut motum. *h. e.* modum gestandi togam, *manner of dress*: quod apertius *Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Est aliquid in amictu: quod ipsum aliquatenus temporum conditione mutatum est. Nam veteribus nulli sinus: perquam breves post illos fuerunt. ¶ Et pro quolibet velamento, seu tegumento. *clothing, covering. Virg.* 3. *Æn.* v. 545. Velare capita amictu Phrygio. *Id.* 1. *Æn.* v. 416. Et multo nebulæ Dea fudit amictu. *Lucret.* l. 6. v. 1132. cæli mutemus amictum. *h. e.* aerem, quo amicimur, et ambimur. *Sil.* l. 12. v. 613. terras cæco nox condit amictu. *h. e.* tenebrarum quasi velamine. Sic *Stat. Theb.* 1. v. 631. nebularum amictus. ¶ *Amictui esse* est ad vestiendum aptum esse. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 32. Mihi amictui est Scythicum tegmen; calceamentum, solorum callum. Sic *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 30. Habere amictui purpuram. Adde loca *Apuleii* allata in voce superiore. ¶ *Quem mater amictum dedit, sollicite custodire*, proverbialis locutio apud *Quintil.* l. 5. c. 14. a Græcis sumpta, qua utimur in eos, qui acceptis semel præceptis ita inhærent, ut ne latum quidem unguem discedere audeant: vel qui ab opinione aliqua, quam olim imbiberint, deduci nulla ratione possunt. ¶ Translate *Colum.* l. 10. v. 69. et curvi vomere dentis Jam virides lacerate comas, jam scindite amictus. *h. e.* herbas, quæ terram tegunt, et vestiunt.

AMICŬLA, æ, f. *a little contemptible courtesan or mistress*, τὸ ἐρώτιον, diminut. ab amica. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 59. Rixari de amicula. Adde *Plin.* l. 3. ep. 9. *ante med.*

AMICULĀTUS, a, um, amiculo indutus, vestitus. *Solin.* cap. 52. (*al.* 65.) *ante med. de India.* Pars nudi, pars obscena tantum amiculati.

AMICŬLUM, li, n. *a small outer garment*, ἀμφίεσμα, parvus amictus, vestis brevior, vel strictior, qua corpus amicitur, et circumtegitur, eo sensu, quo in *Amictus* dictum est. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 69. Amicæ amictus amiculo. *Nepos in Datam.* c. 3. Agresti duplici amiculo circumdatur. ¶ Quemadmodum autem dicimus *amictui esse*, ita et *amiculo esse. Sallust. in fragment.* apud *Macrob.* lib. 2. *Saturn.* c. 9. Toga picta plerumque amiculo erat accumbenti. ¶ Apud *Festum in Corolla*, ubi dicitur, novam nuptam tulisse sub amiculo corollam de floribus, intelligendum est sub flammeo. [¶ Translate. *Fronto de oration.* l. 1. fragm. 2. Namque homini sapientiam colenti amiculum est gloriæ cupido: id novissimum exuitur.]

AMICŬLUS, li, m. *a dear friend, old acquaintance*, diminut. ab amicus: et usurpatur blanditiæ causa. *Cic. Verr.* 5. c. 34. Quid de Docimo amiculo meo? *Horat* ? l. 1. ep. 17. v. 3. Disce, docendus adhuc quæ censet amiculus. *Catull.* carm. 30. *ad Alphen.* Jam te nil miseret, dure, tui dulcis amiculi.

AMĪCUS, i, m. *a friend*, φίλος, qui honeste amat, et arcto familiaritatis et benevolentiæ vinculo conjunctus est. *Cic.* 5. *Verr.* c. 63. *in fi.* Alba tuus antiquissimus non solum amicus, verum etiam amator. V. *Amator. Id. de Amic.* c. 4. Ex omnibus sæculis vix tria, aut quatuor nominantur paria amicorum. *Terent. Andr.* 1. 1. 39. Parare amicos. *Id. ibid.* 2. 2. 36. Orare amicos alicujus. *Liv.* l. 26. c. 50. Amicus populi Romani sis. *Al. leg.* populo R. Adde l. 39. c. 47. et l. 35. c. 18. ubi eadem lectionis varietas. ¶ Quatuor amicorum paria celebravit antiquitas Theseum et Pirithoum, Orestem et Pyladem, Achillem et Patroclum, Tydeum et Polynicem. ¶ *Amici* etiam dicuntur populi, aut Principes, qui pace, et fœdere inter se conjuncti vivunt. *Cic. Phil.* 11. c. 13. Deiotarus ex animo amicus, unus fidelis populo R. ¶ *Amici Principum* dicebantur eorum consiliarii, ac familiares, et adjutores rerum gerendarum. Hi et *Comites* dicti a comitando: quod cum facerent, præcedere solebant. nam servi, et minus honorata ministeria sequebantur: unde et *Pedissequi* dicti. Illi autem *Anteambulones* et *Antepedes* dicebantur. Horum exempla habes apud *Nepot. in Miltiad.* cap. 3. *in Eumen.* cap. 12. et *de regib.* cap. 3. *Curt.* l. 4. cap. 1. et alibi sæpe, et alios. ¶ Sic et ipsi Patroni, et quibus præstamus obsequia *Amici* dicuntur. Ita *Horatius* appellat Mecænatem patronum suum, *Epod.* 1. Ibis Liburnis inter alta navium, Amice, propugnacula. Et l. 2. od. 18. v. 12. Nec potentem amicum Largiora flagito. Sic *Juvenal.* sat. 3. v. 57. Magnos amicos dixit: et sat. 6. v. 312. ¶ *Amicum* pro *amicorum Plaut. Mercat.* 2. 3. 51. Mandata amicum amicis tradam. Adde *Terent. Heaut. prol.* v. 24.

AMĪCUS, a, um, *friendly, kind, cordial, benevolent, favourably inclined*, qui amat, benevolus, favens, φίλος. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. *in fi.* Tribuni plebis sunt nobis amici. *Id. Fam.* epist. 7. amicus animus. *Id. Attic.* l. 7. ep. 1. Ut ego amicior invenirer Cilicum ærariis, quam nostro. *Id. Fam.* 3. ep. 3. Successor conjunctissimus, et amicissimus. *Nepos in Dion.* cap. 3. Amicus non magis tyranno, quam tyrannidi. *Id. in Miltiad.* cap. 3. Amicior omnium libertati, quam suæ dominationi. *Virg.* 2. *Æn.* v. 737. Numen amicum. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 833. *de Pallade*, studiis adsit amica meis. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 26. Amica luto sus. ¶ Tribuitur et rebus inanimis, quæ scilicet vel apta sunt alicui rei, vel juvant. *Virg.* 2. *Æn.* v. 255. per amica silentia lunæ. *Id.* 4. *Georg.* v. 115. irrigare imbres amicos. *Horat. Epod.* 10. v. 9. Sidus amicum. *propitious. Stat.* l. 5. silv. 2. v. 38. Tempus amicum fraudibus. *fit. Ovid.* l. 1. *Trist.* eleg. 4. v. 18. Navis fertur vento amico. *favourable.* ¶ *Amicum est mihi*, hoc est placet. *Horat.* l. 2. od. 17. v. 2. Nec diis amicum, nec mihi, te prius Obire Mecænas. ¶ Comparativum *amicitior* pro *amicior* legi volunt plerique Critici in illo *Cicer.* l. 3. *Fam.* ep. 2. Quod neque tibi amicitior, quam, &c. Et epist. 3. Nec te amicitiori potuisse provinciam tradere. Et *Symmach.* l. 4. ep. 7. Te famæ ejus amicitiorem. *Ita enim haberi in plerisque* MSS. Et *Apulei. in Apolog.* Amicitiorem esse mediocritati.

AMĪDA, [† hod.] *Caramit*, incolis *Hemit*, olim Constantia a Constantino Augusto instaurata, urbs Mesopotamiæ apud Tigrim fl. in monte: de qua sæpe mentio fit apud *Ammian.* ut l. 18. c. 6. (*al.* 14.) et alibi.

HAMILCAR, is, m. Ἀμίλκαρ, Carthaginensium dux, Annibalis pater, qui filium irreconciliabili illo erga Romanos odio primus imbuit. ¶ Plures item alii hoc nomine fuerunt, quos nominat *Liv. de B. Pun.* ¶ De quantitate pænultimæ in obliquis casibus, V. quæ dicemus in *Annibal.* ¶ Scribitur et *Hamilcar.*

AMINĔUS, vel potius Ammineŭs, a, um, adject. ut *Amineæ vites, Amineum vinum*, ita dictum ab Aminea regione: de qua *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 11. Aminei fuerunt, ubi nunc Falernum est. Ubi alii leg. ex quodam MS. *Salernum*, alii *Salentum*, propterea quod *Virg.* 2. *Georg.* v. 96. et 97. Falerna vina ab Amineis distinguit. *Philargyr.* autem *ad hunc Virg. loc.* ex *Arist. in Polit.* tradit, Amineos fuisse populos Thessaliæ, qui suæ regionis vites in Italiam transtulerint: atque illis inde nomen impositum. *Servius ibid.* scribit *Amineum vinum* ita dici, quasi *aminium*, hoc est sine minio, seu rubore, quia est album. Verum hæc origo et nimis subtiliter excogitata videtur, nec usquequaque vera est. Nam Amineæ uvæ nigræ recensentur a *Plin.* l. 14. c. 3. et *Columell.* l. 3. c. 2. ubi multa enumerat Aminearum vitium genera, unum tantum designat, quod albidas uvas ferat, ut notat *Pierius ad Virg. loc. cit.* Ceterum laudatissima vina ex Amineis uvis habebantur, et optime ætatem ferentia. Hinc *firmissima* ea appellat *Virg. loc. cit.* ¶ Magna porro lis est inter Grammaticos de scriptione, et quantitate penultimæ. Nam versum *Virg. loc. cit.* plerique cum *Servio* ita legunt: *Sunt etiam Ammineæ vites, firmissima vina*: atque ita haberi in Mediceo Codice, et in altero quoque Vaticano, testatur *Pierius.* Sic *Auson.* epist. 18. *in fi. Solus qui Chium miscet, et Ammineum.* Græce quoque Ἀμίνειον scriptum legitur. Alii contra legunt: *Sunt et Amineæ vites*, &c. vel addita diphthongo *Aminææ*, eo quod *Ptolemæus* lib. 3. Ἀμίναιον [† V. *Hesych.* in v.] dicat esse Campaniæ oppidum, unde hæc ducta est appellatio. In *Digest.* etiam lib. 33. tit 6. *leg. ult.* legitur *aminæum* tum apud *Holoandr.* tum in celebri editione *Torrentini.* Sic *Seren. Sammon.* cap. 29. v. 544. Succus Aminææ vitis cum pane medetur. Et cap. 37. v. 708. Aut in Aminæo cocleas haurire Lyæo. Quamquam hoc loco alii reponunt *Bithyno.* Omnino prior scribendi ratio, et quantitas Ammineŭm præferenda videtur. In *vet. monum.* apud

[illegible] n. 2. lin. 17. habetur [illegible], sed quam [illegible] recepit.

AMISSIBILIS, le, [illegible], qui amitti potest. Vox est *Augustini* lib. 5. *de Trinitate*, cap. 4. et l. 15. c. 13.

AMISSIO, onis, f. [illegible], *a loss*, actus amittendi. *Cic.* 4. *Fam.* ep. 5. Omnium rerum amissarum, et desperatio recuperandi. *Id.* in *Pison.* cap. 17. Amissio Oppidorum et cap. 18. [illegible] dignitatis.

AMISSUS, us, m. *a loss*, amissio. *Nepos* in *Pel.* cap. 6. [illegible], et Lacedæmoniorum victorias culpæ suæ [illegible]. [illegible] amissum.

AMISSUS, a, um, *lost*, perditus, elapsus, ἀποβληθείς. *Cic.* 2. [illegible] c. 3. Amissæ classes. *Id.* *de Prov. Consul.* cap. 8. Amissum tempus. *Id.* 3. *de nat. Deor.* cap. 35. *in fi.* Amissa [illegible] *Id.* *Attic.* l. 9. ep. 5. Amissa causa reipublicæ. *Id.* [illegible] *Sen.* [illegible] et *Nep.* in *Thrasyb.* cap. 3. [illegible] amissa. *Justin.* l. 33. c. 2. Amissus exercitus. *Cic.* *Attic.* l. 15. epist. 11. Amissæ occasiones. *suffered to pass by.*

AMITA, æ, f. *a father's sister; an aunt by the father's side*, πατραδέλφη, patris mei soror, nam matris soror matertera dicitur. et *Paulus Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 10. [illegible]. *Cic.* *pro Cluent.* cap. 10. Cluentia quæ amita hujus Aviti fuit. Adde *Liv.* l. 39. c. 11. ¶ *Amita magna* est avi mei soror, *a grandfather's sister, great aunt*, *Paulus ibid.* ¶ *Amita major* dicitur avi et aviæ amita, seu soror proavi, et proaviæ, *a great grandfather's sister. Paulus ibid.* et *Fest.* in *Major.* ¶ *Amita maxima* est soror abavi, *the sister of a great-grandfather's father*, quæ et *abamita* dicitur. *Ibid.* ¶ *Festus* dictam esse scribit quasi *avitam*, quia ab antiquioribus ita appellabatur. Hinc nonnulli putarunt pænultimam esse producendam. At *Pers.* sat. 6. v. 52. si mihi nulla Jam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis, &c. ¶ Aliam originem tradit idem *Fest.* quod ita dicatur, quia *a patre meo amata est.* nam plus sorores a fratribus diligi solent quam fratres. Sed hoc nimis acute excogitatum videtur.

AMITERNĪNUS, a, um, adjectivum ad Amiternum pertinens. *Colum.* l. 10. v. 422. Quæque Amiterninis defertur bunias arvis. ¶ *Amiternini, orum* sunt ejus oppidi incolæ. *Plin.* l. 3. c. 12. ¶ Dicti sunt ab *am* circum, et *Aternus* quia circa eum amnem incolunt. *Varr.* l. 4. *L. L.* cap. 5.

AMITERNUM, i, [† nunc] *S. Vittorino*, Ἀμίτερνον, oppidum Vestinorum in Aprutio ad Aternum amnem. Patria fuit Crispi Sallustii. Ejus ager napis quondam celebris fuit, teste *Plin.* l. 18. c. 13. et l. 19. c. 5. et *Martial.* l. 13. epig. 20.

AMITERNUS, a, um, adject. idem quod Amiterninus. *Virg.* 7. *Æn.* v. 710. Amiterna cohors. *Martial.* l. 13. epig. 20. Amiternus ager.

AMITHĀON, ŏnis, m. vir Argivus, pater Melampodis. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 325. Sive quod indigenæ memorant, Amithaone natus, &c. ¶ Scribitur et *Amythaon.*

AMITHAONĬUS, a, um, adject. *Virg.* 3. *Georg.* v. 550. Phillyrides Chiron, Amithaoniusque Melampus. *h. e.* Amithaonis filius. *Propert.* l. 2. eleg. 3. *in fi.* Amithaonia domus. V. *Melampus.* ¶ *Colum.* l. 10. v. 348. ipsum Chironem *Amithaonium* cognominat. Fortasse respexit ad *Virgilii* versum modo allatum, male tamen memoriæ inhærentem. ¶ Scribitur et *Amythaonius.*

AMITĪNI, orum, m. et Amitinæ, arum, f. *cousins*, filii, et filiæ fratris, et sororis meæ, ut habetur *Digest.* lib. 38. tit. 10. leg. 1. et 10. quod sic est intelligendum, ut ita inter se appellentur verbi gratia duo filii, quorum alter ex fratre meo, alter ex sorore mea natus est. Nam si uterque ex duobus meis fratribus natus sit, dicuntur *patrueles:* si ex duabus sororibus *consobrini:* tametsi hos omnes communi vocabulo *consobrinos* vulgus vocat, ut *Caius ibid.* docet.

AMITTO, is, isi, issum, a. 3. *to send away, dismiss, let go*, abire sinere, dimittere, amandare, ἀφίημι, ἀποπέμπω. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 49. Usque eo premere earum capita mordicus, dum illæ captum amitterent. *Plaut. Captiv.* 2. 2. 82. Et te, et hunc amittam hinc: alio pacto abire hinc non potes. *Idem Men.* 5. 8. 6. Quia te servavi, me amisisti liberum. *Terent. Andr.* 5. 3. 27. Vis me uxorem ducere, hanc me vis amittere? *Id. Phorm.* 3. 2. 22. Neque quo amittam a me invenio, neque uti retineam scio. *Id. Eun.* 2. 3. 2. Virginem e conspectu amisi meo. *have lost sight of.* Et *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 111. Singulos lectos stratos ubi habuimus, amisimus propter cariem et tineam. *h. e.* abjecimus, recusavimus. *Cic. Verr.* 6. cap. 20. Amittere prædam de manibus. *to let slip, allow to escape.* Et omissa præposit. quæ inest in ipso verbo, *Plaut. Mil.* 2. 5. 47. Amittere prædam manibus. *quasi dicat* mittere a manibus. *Id. Pæn.* 1. 2. 191. Tibi hanc amittam noxiam unam. *h. e.* tibi ignoscam. *will excuse, let pass, pass over.* Huc spectant et illa. *Cic. pro Cæcin.* cap. 5. Amittere occasionem. *to let slip, lose.* Et l. 8. *ad Attic.* ep. 3. *a med.* Amittere tempus. Et *pro Rosc. Amer. in fi.* Assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animo amittere. *h. e.* adjicere, deponere. *to banish from the heart*, &c. ¶ Sæpe etiam ponitur pro perdere, jacturam facere, *to lose, throw away*, ἀποβάλλω. Differunt tamen *perdere*, et *amittere*, quod *amittimus* etiam vitio alieno, *perdimus* duntaxat nostro: *amittimus* id, quod recuperare possumus, *perdimus*, id, quod omnino perit. Tametsi hoc discrimen non semper verum est. *Auct. ad Herenn.* l. 4. cap. 44. Decius amisit vitam, at non perdidit. re enim vilissima maximam redemit. *Cic. Verr.* 2. cap. 5. Classes amissæ et perditæ. *Id. Phil.* 10. cap. 5. *in fi.* Amittere jus exercitus, et imperii. *Id.* l. 1. *de Orat.* cap. 40. civitatem. *Id. de Senect.* c. 4. oppidum. *Id. Fam.* 4. ep. 6. filium. *scil.* per mortem. *Id. pro Rosc. Com.* c. 4. Litem aut obtinere, aut amittere. *Nepos in Epamin.* c. 9. animam. *Id. in Dion.* c. 7. Reconciliare milites, amittere optimates. *h. e.* eorum favorem. *Id. in Eumen.* cap. 10. fidem. *h. e.* perfidum fieri. *Justin.* l. 11. c. 12. spem. ¶ *Amittere corpus.* V. *Corpus.* ¶ *Amittere verba*, præ pudore, aut metu loqui non posse. *Aurel. Vict. in Epitom.* cap. 19. Perinde trepidavit, ut colore mutato, verbis amissis, vix consisteret. ¶ *Amissis* per syncopen pro *amiseris* dictum est a *Plaut. Bacch.* 5. 2. 70. Et *amisti* pro *amisisti* a *Terent. Eun.* 2. 2. 10. et *Hec.* 2. 2. 9.

AMMI, ios, et Ammĭum, ii, n. [† dicta et *pipercula*] *ami; an herb resembling cumin*, ἄμμι, et ἀμμίον, herba est cumino simillima, adeo ut idem esse putetur a nonnullis, quod cuminum Ægyptium; tametsi exilior est, et candidior. *Plin.* l. 20. c. 15. Est cumino simillimum, quod Græci vocant ammi. Et *cap. ult.* Fœniculi seminis, et ammii, et apii denariorum senum, &c. Adde *Scribon. Larg.* compos. 121. ¶ Scribitur et *ami*, et *amium* unica *m.*

AMMIĀNUS MARCELLINUS, natione Græcus, patria, ut plerique volunt, Antiochenus, professione miles, vixit sæculo Christi IV. sub Constantio, et proximis Imperatoribus usque ad Theodosii tempora, scripsitque historiam rerum gestarum a principatu Nervæ usque ad obitum Valentis libris XXXI. quorum priores XIII. interciderunt. Ejus stilus est is, qui Græci hominis, et militis Latine scribentis esse potest, ut ipse de se fatetur in fine *lib. ult.* horridus nempe, et barbarie usquequaque aspersus, plus etiam aliquanto, quam ea tempora ferebant. Ceterum gravis plane, ac serius scriptor est, et veritatis studiosissimus, ob idque legi dignus.

AMMINĒUS. V. *Amineus.*

AMMIROR, pro Admiror legitur in quibusdam editionibus *Hygini* fab. 29. et *Gellii* l. 5. c. 14.

AMMITTO, pro Admitto legitur in multis Codicib. *Valerii Flac.* lib. 2. v. 399. tales ammittere curas. et lib. 6. v. 304. ammissis habenis, &c. quod etiam *Beda* docuit *de Orthograph.* pag. 2329. *Putsch.*

AMMĬUM. V. *Ammi.*

AMMOCHRȲSUS, i, m. *a precious stone, shining like gold-sand*, ἀμμόχρυσος, nomen gemmæ. Vox Græca ab ἄμμος, arena, et χρυσὸς aurum, nam ut docet *Plin.* l. 37. c. 11. arenarum similitudo est in ammochryso, velut auro arenis mixto. ¶ Quidam scribunt *Hammochrysus.*

AMMODȲTES, vel Ammodites, æ, m. ἀμμοδύτης, genus serpentis in Africa, similis viperæ, longitudine cubitali, in arenis degentis (unde et nomen traxit, nempe ab ἄμμος, arena, et δύνω, subeo, ingredior.) adeoque simile earum colore pellis, ut transeuntes fallat. *Solin.* cap. 27. (*al.* 40.) *a med.* Sunt et ammodytæ, est et cenchris, elephantiæ, &c. *Lucan.* l. 9. v. 715. Concolor exustis, atque indiscretus arenis Ammodytes, spinaque vagi torquente cerastæ: Alii scribunt *hammodytes.* Qui vero pro *y* substituunt *i*, Latinorum consuetudine id faciunt, qui *y* Græcum modo in *u* vertunt, modo in *i*, sæpe etiam retinent.

AMMON, ōnis, m. Ἄμμων, ωνος, cognomen Jovis, qui in desertis Libyæ sub Arietis forma colebatur, ab arena, quæ a Græcis ἄμμος dicitur, quod ejus templum in arenis situm esset. Nam cum Liber pater per desertum Libyæ exercitum duceret, universa jam Asia devicta, et siti admodum laboraret, implorasse a patre auxilium dicitur: quo facto apparuit ei extemplo aries, quem dum fugientem persequitur, pervenit illo duce ad fontem amœnissimum. Desiderio potitus, existimans arietem illum fuisse Jovem, ei templum miræ magnitudinis in arena constituit, et Deum vocavit *Ammonem*, quasi Jovem arenarium. Nonnulli dicunt, Ammonem Jovem esse dictum ex nomine *Ammonis* pastoris, qui primus illic templum exstruxit. Hujus meminere *Suidas*, et *Aristophanes.* Fortasse hæc ratio appellationis melior est, quod lingua Ægyptia *Ammon* Jupiter dicitur. Denique alii tradunt cultum esse ab Ægyptiis hoc nomine in memoriam illius metamorphoseos, cum in convivio sedens cum aliis Diis, superveniente subito Typhœo gigante, timore correptus se in arietem immutavit, ceteris quoque sub alia animalium forma se celantibus: qua de re *Ovid.* 5. *Metam.* v. 327. ¶ Locus nunc *Santrieh* dicitur, in Libya in confinio Cyrenaicæ regionis apud Garamantes. ¶ In eo templo celebre fuit Oraculum, confluentibus undique populis consulendi causa: cujus responsa semper ambigua erant, et in utramque partem intelligi poterant. ¶ Locum hunc, templumque, et ipsum oraculum a *Lucano* lib. 9. v. 511. et *Curt.* l. 4. c. 7. describuntur. *Lucan. loc. cit.* Ventum erat ad templum, Libycis quod gentibus unum Inculti Garamantes habent: stat corniger illis Jupiter, ut memorant, sed non aut fulmina vibrans, Aut similis nostro, sed tortis cornibus Ammon. *Virg. Æn.* 4. v. 198. *de Iarba.* Hic Ammone satus rapta Garamantide Nympha. V. ibi *Serv.* ubi hac de re multa. ¶ *Ammonis cornu* inter sacratissimas Æthiopiæ gemmas, aureo colore arietini cornu effigiem reddens, promittitur prædivina somnia repræsentare. *Plin.* l. 37. c. 10. ¶ Scribitur et *Hammon* cum aspiratione: rectius tamen sine ea.

AMMONĔO, es, pro Admoneo legitur in multis codicib. *Phædri* l. 1. fab. 27. et l. 3. fab. 10. *sub fin.* et alibi: et *Valerii Flacc.* l. 3. v. 147. et l. 5. v. 12. et alibi: et *Macrobii* l. 1. *in somn. Scip.* cap. 1. et 5.

[† AMMONĬA, æ, f. Sic ab Ammonis dei nomine dicta est Lybia universa. *Steph. Byz.* Ἀμμωνία ἡ μεσόγαιος Λιβύης, καὶ αὐτὴ δὲ πᾶσα ἡ Λιβύη οὕτως ἐκαλεῖτο ἀπὸ Ἄμμωνος.]

AMMONIĂCUS, a, um, ἀμμωνιακὸς, adject. *Ammoniacus sal* est quoddam nativi salis genus, quod in Libya sub arenis invenitur: unde et nomen habet, nempe ab ἄμμος, arena. Similis est colore alumini scissili, longis glebis, neque perlucidis, ingratus sapore, sed medicinæ utilis. Probatur quam maxime perspicuus rectis scissuris. Ita *Plin.* l. 31. c. 7. ubi et alia multa de eo. Quod vero in Officinis est *sal ammoniac*, vel *armoniac*, factitius est, vel saltem ab illo adulteratus. *Ovid. de medicam. fac. sub fin.* Cumque Ammoniaco mascula thura sale. ¶ *Ammoniacum, ci*, est lacryma destillans ex arbore quadam prope Ammonis templum, instar resinæ, aut gummi, variosque habens usus in medicina: hodieque in officinis *gum ammoniac*, aut *armoniac*, appellatur: tametsi adulteratur facile, aut arte similis nativæ efficitur. Adulteratur etiam arenis velut nascendo apprehensis. Itaque quam minimis glebis probatur, et quam purissimis, ut scribit *Plin.* l. 12. c. 23. Adde l. 24. c. 6. &c. *Cels.* l. 5. c. 5. Purgant lacerti stercus, sanguis columbæ, ammoniacum, bdellium (quod in omnia idem, quod ammoniacum potest: sed hoc valentius est) abrotonum, ficus arida, &c. *Id.* l. 5. c. 18. n. 7. 9. 10. 13. et l. 6. c. 6. n. 28. appellat *thymiama ammoniacum*, quia in collyriis adhibitum, suffitu oculis prodest. *perfume, scent.*

AMMONĬAS, ădis, f. dicebatur navis, qua populorum munera, et victimæ ad Ammonis templum ex transmarinis regionibus transvehebantur. *Plin.* l. 35. c. 10. Fecit nobilem Paralum, et Ammoniada, quam quidam Nausicaam vocant. V. *Paralus.*

AMMONĬTRIX. V. *Admonitrix.*

AMMONĬTRUM, i, n. *a kind of white glass, made of sand and nitre melted together; ashes or salt baked or fried together with sand, frit*, ἀμμόνιτρον, massa est constans ex arena molis trita, et tertia parte nitri, ex qua recocta fit vitrum purum, et candidum: ex ἄμμος, arena, et νίτρον, nitrum. *Plin.* l. 36. c. 26.

AMMOVĔO, es, pro *Admoveo* legitur in multis *Valerii Flacii* codicibus l. 3. v. 502. faciemque ammoverit urbi, et l. 5. v. 241. Dixit, et ammota pariter, &c.

[* AMMUDĀTES, is, m. nomen cujusdam numinis apud Romanos, cujus mentio tantum est apud *Commodian. instruct.* 18. v. 3. Ammudatemque suum cultores more colebant. Monet *Rigaltius*, terminationem nominis esse Persicam, et Ammudium agrum Persicum memorari a *Procopio.* Sed tamen nihil certi de hoc numine hinc statui potest.]

AMNĂCUS, i, *the herb pellitory*, herba alio nomine parthenium, et leucanthes, et perdicium, et muralis herba, flore albo, odore mali, sapore amaro, in hortorum sepibus nascens. *Plin.* l. 21. c. 30.

AMNENSIS, se, ad amnem situs, περιποτάμιος. *Festus:* Amnenses dictæ urbes ad amnem sitæ.

AMNESTĬA, æ, f. *an amnesty, or act of oblivion*, ἀμνηστία, Græca vox, rerum præteritarum, et precipue injuriarum oblivionem significans, ab *a* privativa, et μνάομαι, recordor, qua voce usus creditur *Cicer.* in quadam Oratione ad Senatum habita in æde Telluris, de pace cum Antonio facienda, quæ hodie non exstat. Ita enim *Philip.* 1. c. 1. de ea oratione loquens ait: In quo templo jeci fundamenta pacis: Græcum etiam verbum usurpavi, quo tum in sedandis discordiis usa erat illa Civitas (*Athenæ*) atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui. *Vellei.* l. 2. c. 58. hac eadem de re disserens, ita scribit: Et illud decreti Atheniensium celeberrimi exemplum, relatum a Cicerone, oblivionis prætertitarum rerum, decreto patrum comprobatum est. *Nepos in Thrasib.* cap. 3. *legem oblivionis* appellat, Græci ψήφισμα τῆς ἀμνηστίας. Latine *Vopisc. in Aurelian.* cap. 39. Amnestia etiam sub eo delictorum publicorum decreta est, de exemplo Atheniensium; cujus rei etiam Tullius in Philippicis meminit. *Quidam Codic.* habent Ἀμνηστία etiam sub eo, &c. *Muretus* lib. 2. *var. lect.* cap. 15. pernegat, ἀμνηστίαν fuisse verbum, quod usurpasse se eo loco *Cicero* indicat, sed μὴ μνησικακεῖν, hoc est non recordari veteris injuriæ, non esse malevolo animo ob acceptam injuriam: quo verbo utebantur Græci in decreto τῆς ἀμνηστίας. Contradicit *Manut.* cum aliis.

AMNICŎLA, læ, m. et f. *dwelling or growing on the banks of a river*, περιποτάμιος, qui apud amnem colit, seu habitat. *Ovid. Metam.* 10. v. 96. Amnicolæque simul salices, et aquatica lotos.

AMNICŬLUS, i, m. *a small river, rivulet, brook*, parvus amnis. *Liv.* l. 36. c. 22. *ad fin.* Ab altero amniculo, quem Melana vocant, Claudium opposuit.

AMNĬCUS a, um, *relating to a river*, ποτάμιος, ad amnem pertinens. *Plin.* l. 16. c. 36. Amnici calami. *Id.* l. 3. c. 25. Insula in Savo Metubarris (hodie *Zagrabia*) amnicarum maxima. *h. e.* earum, quæ ab amnibus fiunt. *Solin.* cap. 37. (al. 50.) Pisces amnici. *Auson. in Mosell.* v. 205. Super amnica terga. *h. e.* undas amnis. *Prudent. Peristeph. hymn.* 11. *sub fin.* Amnicus liquor. *Apulei.* l. 6. *Metam.* Amnica stipe vectori data. *h. e.* pretio pro transvectione amnis.

AMNIGĔNA, æ, m. et f. in amne genitus, vel amnis filius, ποταμογενής. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 585. quid si amnigenam mirere Choaspen? *Auson. in Mosell.* v. 116. Amnigenas inter pisces. *Alii leg.* amnigenos, *ut sit ab adject.* Amnigenus, a, um.

AMNIS, is, m. *a river*, ποταμὸς, fluvius: ab *am*, idest, circum, et *nare*, fluere, quoniam flexuoso meatu labitur. Vel dicitur ab *ambio.* Omnia enim flumina circumeunt, ideoque cornuta pinguntur. Ita derivant *Festus*, et *Varr.* lib. 4. *L. L.* c. 5. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 39. Liquores perlucidi amnium. *Id. ibid.* cap. 7. Profluens amnis. *Id.* l. 2. *de Legib.* cap. 10. Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec amnibus ullis elui potest. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 15. Qui nescit, qua deveniat ad mare, eum oportet amnem quærere comitem sibi. *Id. Trinum.* 4. 2. 101. Advehi aqua advorsa per amnem. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 32. In amnem Rhenum projicere. *Id. Ann.* 12. c. 16. Transgredi amnem. Et cap. 35. Evadere. *Curt.* l. 9. c. 2. et *Liv.* l. 21. c. 5. vado trajicere. *Curt.* l. 4. c. 7. et *Virg.* 3. *Georg.* v. 447. Secundo amne. *down the river. Id.* l. 10. c. 1. Adverso amne. *up the stream. Cic. in Orat.* c. 12. Sedatus amnis. *placid, smooth, unruffled, calm. Horat.* l. 3. od. 29. v. 40. Quietus. *Id.* l. 1. od. 31. v. 8. taciturnus. *Id.* l. 1. sat. 10. v. 62. Rapidus. *Id.* l. 1. ep. 2. v. 43. volubilis. *Virg.* 12. *Æn.* v. 514. Spumosi amnes. *Lucan.* l. 8. v. 374. Violenti vorticis amnis. *Id.* l. 1. v. 204. tumidus. ¶ De torrente, *a torrent. Virg.* 4. *Æn.* v. 164. ruunt de montibus amnes. ¶ De mari per catachresim: nisi malis respicere ad vocis originem, qua ab *ambio*, vel *am* pro circum deducitur. Nam mare universas terras amplectitur. *the sea, ocean. Tibull.* l. 2. eleg. 5. v. 62. et qua fluitantibus undis Solis anhelantes abluit amnis equos. *Id.* l. 3. eleg. 4. v. 18. Jam nox ætherium nigris emensa quadrigis Mundum, cæruleo laverat amne rotas. Huc referri possunt *Virg.* 4. *Georg.* v. 233. et *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 49. quæ loca V. ¶ Fortasse etiam de lacu dici potest. Hoc enim sensu apte explicatur illud *Plin. in Paneg.* cap. 82. Nec deformitate ista saltem flumina carebant, atque amnes. ¶ Per synecdochen ponitur pro aqua. *Virg. Æn.* 12. v. 417. hoc fusum labris splendentibus amnem Inficit. ¶ Item pro fluxione cujuscumque humoris. *Pallad. in Octobr.* tit. 14. *sub fi.* Nunc condiunt, primo amne musti spumantis egesto, quibus moris est gypso vina medicari. ¶ In sexto casu duplicem habet positionem, *amne*, et *amni*, ut docet *Priscian.* l. 7. pag. 766. *Putsch.* et alii. *Liv.* l. 21. c. 5. Vorticoso amni delatus. Et cap. 27. Trajecto amni. Adde *Virg. Horat.* &c. ¶ Reperitur etiam in genere feminino. *Plaut. Merc.* 5. 2. 18. Neque mihi ulla obsistet amnis. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. Ubi confluit altera amnis. *Accius* apud *Non.* cap. 3. n. 11. Antiqua amnis. Adde *Festum* in voce *Petronia amnis*, et in *Corius.*

AMO, as, avi, atum, a. 1. *to love, be fond of, regard tenderly or affectionately*, φιλέω, ἀγαπάω, benevolentia complector, charum habeo. Differunt *amare*, et *diligere*, quod *amare* est ex appetitu, *diligere* ex ratione. Hinc *amare* dicuntur etiam bruta animalia, *diligere* soli homines. Hinc etiam *amare* plus est quam *diligere*: quia appetitus amans ardentius, vehementiusque fertur in rem amatam, quam ratio, quæ cautius, ut ita dicam, et lentius. *Cic. ad Brut.* ep. 1. Clodius valde me diligit, vel ut ἐμφατικώτερον dicam, valde me amat. *Id.* l. 9. *Fam.* ep. 14. Quis erat, qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse. *Id. Fam.* 13. ep. 47. Eum a me non diligi solum, verum etiam amari. *Id. in fragment.* apud *Non.* cap. 4. n. 78. et cap. 5. n. 3. Me aut amabis, aut, quo contentus sum, diliges. ¶ Contra alia ratione plus est *diligere*, quam *amare*, hoc est æstimabilius. Nam *diligimus* propter virtutem; *amamus* propter voluptatem: *diligimus* ratione, ut dictum est, et quasi delectu adhibito, unum præ alio amplectimur: *amamus* impetu quodam, et cupiditate. *Cic. Verr.* 6. cap. 23. Archagatus homo nobilis, qui a suis et amari, et diligi vellet. *Id. Fam.* 15. ep. 7. Te semper amavi, dilexique. *Terent. Eun.* 1. 2. 16. Non quo quemquam plus amem, aut plus diligam, eo feci, sed &c. ¶ Ceterum hæc discrimina non semper servantur a Scriptoribus: itaque generatim *amare* est amore, aut studio amplecti. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 5. Amare aliquem ex animo. *Id. Attic.* l. 2. ep 20. Amare aliquem, charumque habere. *Id.* 3. *Catil.* cap. 5. unice patriam, et cives. *Id. Fam.* 15. ep. 20. aliquem amore singulari. *Terent. Andr.* 4. 5. 67. aliquem plus quam oculos suos. *Plaut. Capt.* 2. 3. 60. corde. *from the soul, bottom of the heart. Cic. in fi.* epist. 5. lib. 7. *Fam.* Cura, ut valeas, et me, ut amas, ama. *Virg. Ecl.* 5. v. *ult.* Dignus amari. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur. *h. e.* amant se invicem. Adde *Terent. Adelph.* 5. 3. 40. ¶ Sæpissime significat inhonesto amore captum esse, *to become enamoured, to fall in love.* vel absolute, vel cum addito. *Terent. Andr.* 1. 2. 14. Meum gnatum rumor est amare. *Et v.* 20. Omnes qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt. *Id. Hecyr.* 1. 2. 40. Amare mulierem ut cum maxime. *Id. Andr.* 3. 2. 39. misere. *Id. Heaut.* 1. 1. 45. perdite. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 87. medullitus. *Id. Pœn.* 5. 2. 132. et *Pseud.* 1. 2. 69. a lenone. *h. e.* opera lenonis, vel illam, quæ est in potestate lenonis. *Quintil.* l. 11. c. 1. meretricem in matrimonium. *h. e.* matrimonii gratia. ¶ Sæpe etiam est delectari, studiosum esse. *Nepos in Attic.* cap. 1. Amare litteras. *Virg. Eclog.* 5. v. 61. otia. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 58. non omnes eadem mirantur, amantque: Carmine tu gaudes, hic delectatur iambis. *et* v. 77. Amare nemus, et fugere urbes. *Cic. pro Sext.* c. 49. Amare nomen, orationem, vultum, incessum alicujus. *Horat.* l. 1. od. 2. *extr.* Hic ames dici pater atque princeps. ¶ Et pro gratum habere. *Cic. Fam.* 9. ep. 16. Delectarunt me tuæ litteræ, in quibus primum amavi amorem tuum. [¶ Adhibetur etiam cum infinitivo, et significat gratum sibi esse. *Horat.* l. 1. od. 2. v. 50. Hic ames dici pater atque princeps. *Id.* lib. 3. od. 9. *in fin.* Tecum vivere amem, tecum obeam libens.] ¶ *Amare aliquem de aliqua re, vel in aliqua re* eleganter dicimus, cum ostendere volumus gratam eum nobis rem fecisse, atque ob id nos ad omnia amoris, et benevolentiæ officia esse obstrictos. *Terent. Eun.* 3. 2. 3. Ecquid nos amas de fidicina istac? *h. e.* propter fidicinam istam, quam tibi dono dedi? *Cic. Attic.* l. 7. ep. 2. De raudusculo multum te amo. *Id. Fam.* 13. ep. 62. Et in Atilii negotio te amavi. Sic *Id. Attic.* l. 1. ep. 3. Te multum amamus, quod ea abs te diligenter, parvoque curata sunt. Huc et illa pertinent *Terent. Adelp.* 5. 8. 22. Si vos tantopere istuc vultis, fiat. *Æsch.* bene facis: merito te amo. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 40. Soror, parce, amabo. *Anter.* quiesco. *Adelph.* ergo amo te. *Quintil.* referens jocum *Domitii Afri* in litigatorem ingratum, et conspectum ejus vitantem, ne gratias agere cogeretur. l. 6. c. 3. *ad fin.* Amas me, quod te non vidi. *Cic. in fi.* l. 13. *ad Attic.* Hospes tamen non is, cui diceres, amabo te, eodem ad me cum revertere. ¶ *Amare se* est se mirari, sibi placere, *to be pleased or satisfied with one's self, to value or think much of one's self. Cic. de Harusp. resp.* c. 9. Quam volumus licet, P. C. ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos superavimus. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 8. O dii, quam ineptus! quam se ipse amans sine rivali! *Id. Attic.* l. 4. ep. 16. *cir. med.* Dices: tu ergo hæc quomodo fers? belle mehercule; et in eo me valde amo. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 9. *ad fin.* Facile, quod cujusque temporis officium sit, poterimus, nisi nosmetipsos valde amabimus, judicare. *were we not partial to ourselves.* ¶ *Si me amas, amabo, amabo te*, formulæ sunt obsecrantis, et obtestantis. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 10. Adduc, si me amas, Marium. *Id. Attic.* l. 5. ep. 17. Si quidquam me amas. *Terent. Eun.* 1. 2. 70. Id, amabo, adjuta, me. *I pray you, pray do, out of courtesy or partiality. et vers.* 50. Id agite, amabo. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 10. Amabo te, advola. *Id. Attic.* l. 2. ep. 2. Cura, amabo te, Ciceronem nostrum. ¶ Huc et illa referri debent, in quibus *amare* ponitur pro amanter petere. *Terent. Eunuc.* 3. 3. 31. Si istuc ita certum est tibi, amabo te, ut illuc transeas, ubi ille est. *Plaut. Men.* 2. 3. 71. Scin', quid te amabo ut facias? *Id. ibid.* 3. 3. 1. Menedeme, amare ait te multum Erotium, ut ad aurificem deferas, &c. ¶ *Ita me dii ament*, vel *amabunt* est dictum affirmantis, et urbane jurantis: *so help me all the powers of heaven. Terent. Andr.* 5. 4. 44. Ita me dii ament, credo. *Id. Hecyr.* 2. 1. 9. Non, ita me dii bene ament, mi Laches. *Id. Phorm.* 1. 3. 13. Ita me dii bene ament, ut mihi liceat tamdiu quod amo frui. *Id. Heaut.* 3. 1. 54. Sic me dii amabunt, ut me tuarum, Menedeme, miseritum est fortunarum. *Id. Hecyr.* 1. 2. 31. Ita me dii amabunt, haud propterea te rogo, ut hoc proferam, sed ut, &c. ¶ Translate *amare* tribuitur rebus inanimis. *Horat.* l. 1. od. 25. v. 3. amatque janua limen. *h. e.* cum semper clausa sit, amare videtur. *Plin.* l. 13. c. 4. Palma toto anno bibere amat. *Horat.* l. 2. od. 3. v. 9. Quo pinus ingens, albaque populus Umbram hospitalem consociare amant. *Sallust. in Jug.* cap. 38. *sub fin.* Clamore, vultu, sæpe impetu, atque aliis omnibus, quæ ira fieri amat. *Tacit.* 4. *Ann.* cap. 9. Eadem decernuntur, plerisque additis, ut ferme amat posterior adulatio. *Horat.* l. 3. od. 16. v. 9. Aurum per medios ire satellites, Et perrumpere amat saxa potentius Ictu fulmineo. *Id. Epod.* 8. v. 15. libelli Stoici inter sericos Jacere pulvillos amant. Φιλέω apud Græcos, ut notavit etiam *Quintilian.* l. 9. c. 3. eadem ratione usurpatur: et videtur quodammodo reduci ad verbum *soleo*, quia quæ amanter facimus, sæpe facimus. Hinc neutra constructione *Auson. in gratiar. act. ad Gratian. in princip.* Quod solum nostræ opis est, gratias ago, verum ita, ut apud Deum fieri amat, sentiendo copiosius, quam loquendo. ¶ *Amasse* pro *amavisse* legitur apud *Gell.* l. 10. c. 18. et *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 164. et alios. Sic *amasti* pro *amavisti*, *amarim* pro *amaverim*, *amassem* pro *amavissem*, cum cognatis personis, passim apud Latinos Scriptores. ¶ *Amasso, is, it.* &c. pro *amavero* antiquum est. *Plaut. Casin.* 5. 4. 22. Si unquam posthac amasso Casinam. *Id. Mil.* 4. 2. 16. Hanc quidem nihil tu amassis. *Id. Curc.* 4. 4. 22. Bene me amassint.

AMŎDO, adverb. *hereafter*, posthac. *Hieronym.* lib. 1. *advers. Jovinian.* cap. 3. *ex Isaiæ* cap. 38. Amodo filios faciam. *Paulin. Nolan.* carm. 8. v. 28. Amodo jam resilire via properetis iniqua.

AMŒBÆUS, a, um, adject. *mutual, reciprocal, alternate, responsive*, ἀμοιβαῖος, mutuus, alternus: ab ἀμείβω, commuto, permuto. *Amœbæum carmen* est, docente *Festo*, et *Serv. ad Virg. Eclog.* 3. v. 29. in quo aliqui ex æquali numero versum canunt, *h. e.* totidem versibus alterni sibi mutuo respondent, et ita se habet responsio, ut aut malum, aut contrarium aliquid dicat. Quamquam hæc postrema conditio non semper necessaria est. Hujusmodi carminis exemplum habes apud *Virg. cit. Eclog.* 3. ¶ *Amœbæs pes* apud *Diomed.* l. 3. pag. 478. *Putsch.* est pes quinque syllabarum, quarum duæ sunt longæ, totidem breves, ultima longa, ut *incredibiles.* Huic contrarius est *antamœbæus*, ἀνταμοιβαῖος, constans ex duabus brevibus, totidem longis, et brevi, ut *manifestare. Id. ibid.* pag. 479.

AMŒBEUS, i, Ἀμοιβεὺς (vox trisyllaba) citharœdus Atheniensis magni nominis: de quo *Ovidius* l. 3. *de ar. am.* v. 399. Tu licet et Thamyran superes, et Amœbea cantu, Non erit ignotæ gratia magna lyræ.

AMŒNĀTUS. V. in *Amœno.*

AMŒNE, adverb. *delightfully, pleasantly*, cum amœnitate, jucunde, suaviter, τερπνῶς. *Plin.* l. 4. ep. 23. Habitare amœnissime. *Plaut. Mil.* 2. 5. 2. Inde ignem in aram, ut Ephesiæ Dianæ Arabico fumificem odore amœne. *h. e.* ut amœno odore aram incendam in honorem Dianæ. *Apulei.* l. 10. *Metam.* Venus ecce cum magno favore caveæ in ipso meditullio scenæ, dulce subridens, constitit amœne. *h. e.* decenter, et cum quadam veluti amœnitate vultus, atque habitus. ¶ Translate *Gell.* l. 14. c. 1. *a med.* Hæc nos sicca, et incondita, et jejuna oratione attigimus: at Phavorinus latius ea, et amœnius, et splendidius, et profluentius exsequebatur.

AMŒNĬTAS, atis, f. *pleasantness, pleasure, delightfulness, desirableness*, τερπνότης, jucunditas, suavitas, voluptas, quæ ex amœnis rebus percipitur: et fere dicitur de locis. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. Amœnitas fluminis. *et* cap. 4. hortorum. *Id.* 2. *de nat Deor.* c. 39. Amœnitates orarum, et litorum. *Id.* l. 2. *de Legib.* c. 1. Hoc tempore anni et amœnitatem hanc, et salubritatem sequor. *Nepos in Attic.* cap. 13. Domus amœnitas non ædificio, sed silva constabat. ¶ Translate *Plin. in præfat. Hist. natur.* Amœnitates studiorum quærere. *h. e.* ea quæ delectant, et jucunda sunt. *Gell.* l. 10. c. 3. Amœnitas orationis. *Id.* l. 12. c. 1. *in fi.* verborum. *Id.* l. 7. c. 7. ingenii. *Tacit. Ann.* 5. c. 2. vitæ. *a life of pleasure. Plaut. Stich.* 2. 1. 5. Amœnitates omnium Venerum, atque venustatum. *Id. Capt.* 4. 1. 7. Hic me amœnitate amœna amœnus oneravit dies. *h. e.* voluptate perfudit. ¶ In blanditiis. *Plaut. Casin.* 2. 3. 13. Uxor mea, mea amœnitas, quid tu agis? *Id. Mil.* 1. 2. 152. Mea vita, mea amœnitas, meus ocellus.

AMŒNĬTER, adverb. *pleasantly, delightfully*, amœne, hilare, τερπνῶς. *Gell.* l. 20. c. 8. Anianus poeta in fundo suo agitare erat solitus vindemiam hilare, atque amœniter.

AMŒNO, as, avi, atum, a. 1. *to gladden, exhilarate, cheer; render delightful*, εὐφραίνω, amœnum facio, exhilaro. *Cassiod.* l. 2. epist. 40. *de Musæo:* Felices animas septem chordarum pulsibus amœnabat. *Cyprian.* ep. 2. cap. 1. Amœnare oculos. *Sidon.* l. 1. epist. 9. Tetrica sunt amœnanda jocularibus.

AMŒNUS, a, um, *pleasant, delightful, delicate, sweet, charming*, τερψιφερής, ἀβρὸς, aspectu jucundus, et dicitur fere de locis, quæ situ, et naturali quadam suavitate jucunditatem, et voluptatem afferunt. *Festus* scribit amœna dici loca, quia ad se *amanda* alliciant. *Cic.* 2. *de Orat.* cap. 71. Devertere in locum amœnum, et salubrem. *Id. Attic.* l. 16. ep. 3. Prædiola belle ædificata, et satis amœna. *Justin.* l. 38. c. 7. Cælum Asiæ amœnius urbium multitudine. *Ennius* apud *Cicer.* l. 1. *Div.* c. 20. Amœna salicta. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 6. Amœnum rus. *Id.* l. 2. od. 3. v. 14. Amœnæ rosæ. *Id.* l. 3. od. 4. v. 7. aquæ, et auræ. *Virg.* 6. *Æn.* 638. Amœna vireta Fortunatorum nemorum. *Plin. in Paneg.* c. 50. Amœnior villa. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 30. Amœnissima ædificia. *Plin.* l. 35. c. 10. *ad fin.* Amœnissima pictura. ¶ *Amœna, orum* absolute, loca amœna, *pleasure-grounds, delightful retreats. Tacit.* 3. *Ann.* c. 7. Per amœna Asiæ, atque Achaiæ. *Id.* 3. *Histor.* c. 76. Amœna litorum. ¶ Translate *Id.* 15. *Ann.* c. 55. Amœna vita. *pleasant. Id.* 2. *Ann.* c. 64. et l. 13. c. 3. Amœnum ingenium. *Aurel. Vict. in Epitom.* c. 1. *a med.* Quodque est læti animi, vel amœni, oblectabatur omni genere spectaculorum. *h. e.* amœnitatibus dediti. *Gell.* l. 2. c. 26. Amœnissima verba. *Id.* l. 16. c. 3. Amœnissimi sermones. *Id.* l. 18. c. 5. Amœniores litteræ. *Id.* l. 11. c. 2. Nimis lecto, amœnoque cultu, victuque esse. *Id.* l. 19. c. 11.

Amœni homines. *pleasant, gay, merry, good humoured.* *Id.* l. [illegible] Per [illegible] amœnus. h. e. gratus, dilectus.

AMOLIOR, iris, itus sum, dep. 4. *to remove or put out of the way with an effort or difficulty,* [illegible], ab uno in [illegible] est amoveo, removeo, ab *a* præpositione et [illegible], et dicitur proprie de iis, quæ magno conatu, et molimine dimoventur. *Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 50. Amoliri obstantia silvarum. *Plin.* l. 11. c. 10. Amoliri e medio. *Non.* apud *Non.* c. 2. n. 35. Impedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur. *Lucan.* l. 5. v. 351. quantum Fortuna [illegible] pondere fessis Amolitur onus [illegible] ¶ *Amoliri se* est recedere, *to retire, go away, withdraw.* *Plaut. Trucul.* 2. 7. *in fi.* Sed ego cesso me hinc amoliri ventre dum salvo licet? *Terent. Andr.* 4. 2. 24. Hinc vos amolimini: nam mihi impedimento estis. *Pomp.* apud *Non. loco cit.* Non tute hinc e conspectu amoliris? *Id. ibid.* Nonne hinc vos propere stabulis amolimini? ¶ *Amoliri aliquem* est amandare, ablegare, alio mittere, *to send away, dispatch, put away, discharge,* ἀποπέμπειν. *Curt.* l. 7. c. 5. Amoliri aliquem ab oculis. *Gell.* l. 12. c. 1. Amoliri a sese aliquem. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 13. uxorem. *Id.* 2. *Ann.* c. 42. aliquem specie honoris. ¶ Translate est arcere, depellere. *to repel, reject.* *Plin.* l. 32. c. 2. Religiosum id gestamen amoliendis periculis arbitrantur. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 75. *in fi.* et *Petron.* in *Satyr.* c. 97. Amoliri crimen, et invidiam ab aliquo. *Id.* 14. *Ann.* c. 14. dedecus. *Quintil.* l. 5. c. 13. Videndum etiam, simul nobis plura aggredienda sint, an amolienda singula. *h. e.* refutanda. *Liv.* l. 28. c. 28. Amolior, et amoveo nomen meum. *h. e.* omitto, prætereo, *I set aside, lay no stress on.* ¶ Passiva significatione. *Plaut. Mostell.* 2. 1. 24. Jube hæc hinc omnia amolirier. paragoge pro *amoliri.* Participium *amolitus* itidem passive. *Apulei. de Deo Socrat.* Corpora vel utrimque commixta, sive amolita, seu modificata, &c. *h. e.* separata. *Et post.* Omnibus exsuviis amolitis equum contemplari. *h. e.* detractis.

AMOLITIO, onis, *a removing away,* actus amoliendi, et removendi. *Gell.* l. 12. c. 1. *ad fin.* Ubi infantis aliorsum dati facta ex oculis amolitio est.

AMOLĪTUS. V. in *Amolior.*

AMŌMIS, idis, f, ἀμωμίς, arbor amomo similem fructum ferens, quo verum amomum adulterari solet, minus venosa, durior, ac minus odorata. Sed fortasse et ipsum amomum sic appellatur, quod immaturum collectum est vendendi studio. *Plin.* l. 12. c. 13.

AMŌMUM, i, n. *a small shrub growing in Armenia, round like a cluster of grapes, with a flower like a white violet and leaves like the white vine. It was used by the Eastern nations in embalming, whence a dead body so preserved was called a* Mummy. *Arians and others use it for Cinnamon. It has been rendered in English* mummy. ἄμωμον, arbor similis labruscæ vitis, frutice myrtuoso, palmi altitudine, fructum ferens uvæ similem, laudatissimi odoris, qui proprie *amomum* dicitur, ex quo pretiosissimum unguentum fit. Carpitur cum radice, manipulatim leniter componitur, protinus fragile. Laudatur quam maxime Punici mali foliis simile, nec rugosis, colore rufo: secunda bonitas pallido: herbaceum pejus, pessimumque candidum; quod et vetustate evenit. Adulteratur foliis Punicis, et gummi liquido, ut cohæreat, convolvatque se in uvæ modum. Hæc *Plin.* l. 12. c. 13. Adde l. 16. c. 22. ubi docet amomi, nardique arbores in alieno solo non provenire: ex quo quidam putant nobis incognitas esse, quamquam alii amomum putant esse plantam, quæ dicitur *Hiericunthis,* alii quæ *piper hortense,* alii alia. *Virg. Eclog.* 4. v. 25. Assyrium vulgo nascetur amomum. *Id. Eclog.* 3. v. 89. ferat rubus asper amomum. Proverb. de re absurda. ¶ Per synecdochen pro quovis unguento pretioso, et puro: quod et Græca vox indicat, quæ purum significat, et impermixtum, ab *a* privativa, et μῶμος, macula, labes. *Martial.* l. 5. epigr. 65. Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo. *Ovid.* l. 1. *de Pont.* epist. 9. *sub fin.* Ille tibi exsequias, et magni funus honoris Fecit, et in gelidos fudit amoma sinus. *Pers.* sat. 3. v. 104. crassisque lutatus amomis. ¶ *Amomon* in recto casu singulari Græca positione dicitur, et legitur apud *Plin.* l. 26. c. 7.

AMOR, oris, m. *love, desire, affection, tenderness; benevolence, regard,* ἔρως, benevolentia, charitas, studium. Sunt tamen discrimina aliquot (licet non perpetua) inter *charitatem,* et *amorem,* quod *charitas* hominibus tantum convenit, et honesta est dumtaxat, *amor* etiam brutis tribuitur, et tum honestam, tum inhonestam dilectionem significat. Præterea *charitas* ex ratione, et ex justa æstimatione personæ amabilis oritur, *amor* ex affectu, et impetu passionis. Ad hæc *charitas* spectatur præcipue erga superiores, ut Deos, patriam, parentes, et alia, quæ supra nos excellunt; *amor* erga æquales, aut inferiores, ut *Cicer.* significat *in partit.* cap. 16. et apertius cap. 25. ubi sic ait: Amicitiæ charitate, et amore cernuntur. Nam cum deorum, tum parentum, patriæque cultus, eorumque hominum, qui aut sapientia, aut opibus excellunt, ad charitatem referri solet: conjuges autem, et liberi, et fratres, et alii, quos usus familiaritasque conjunxit, quamquam etiam charitate ipsa, tamen amore maxime continentur. *Id.* l. 2. *de Orat.* cap. 51. Si videaris laborare pro viris bonis, aut certe pro iis, qui illis boni atque utiles sint, namque hæc res amorem magis conciliat; illa virtutis defensio charitatem. ¶ Different etiam *benevolentia,* et *amor,* quod *amor* est origo et principium *benevolentiæ,* quæ est veluti quidam habitus ex multis amoris actibus proveniens, et amicitiam constituens: quamquam ne hæc quidem differentia perpetua est. *Cic. de Amic.* cap. 8. Amor (ex quo amicitia nominata) princeps est ad benevolentiam conjungendam. ¶ Interdum et illud inter hæc duo interest, quod *benevolentia* sumitur pro dilectione quadam civili et officiosa, *amor* pro ea, quæ ex animo provenit, et tenerior est. *Cic. Fam.* 3. ep. 9. Nihil enim est, quod studio et benevolentia, vel amore potius effici non possit. ¶ Ad Latinum vocis usum veniamus. *Cicer. Fin.* l. 4. c. 7. Insitus est menti cognitionis amor. *Id. pro Sull.* cap. 26. Amor consulatus. *Id. pro Arch. cap. pœnult.* gloriæ. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 85. habendi. *Id. ibid.* ep. 16. v. 52. virtutis. *Id. ibid.* ep. 1. v. 36. laudis. *Cic. Fam.* 2. ep. 7. Magnitudo et vis amoris. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 34. Furor amoris. *h. e.* Venereæ cupiditatis. *Id. Fam.* 13. ep. 29. Ab his initiis noster in te amor profectus. et l. 5. ep. 5. Si quid in te residet amoris erga me. *Id.* l. 2. *Offic.* c. 9. Amor multitudinis commovetur opinione liberalitatis. *h. e.* amor quo multitudo alios amat, active. *Id. Fam.* 5. ep. 12. Amori nostro plusculum etiam, quam concedit veritas largiare. *h. e.* amori, quo a te amamur, passive. *Id. Fam.* 15. *ep. ult.* Respondere amori amore. *Id. ad Brut.* ep. 1. Respondere alicui in amore. *Id. Fam.* 7. ep. 1. Amplecti aliquem amore. *Id.* 2. *de Orat.* c. 51. Conciliare amorem alicui. *Id. Fam.* 9. ep. 14. Habere amorem erga aliquem. Et *pro Dom.* c. 39. Habere amorem in rempublicam. Et *Fam.* 10. ep. 28. Habere aliquem in amore. *Id. Fam.* 15. ep. 20. Amare aliquem amore singulari. *Id.* 4. *Verr.* c. 47. Ardere amore alicujus. *to be enamoured of.* Sic 4. *Tuscul.* c. 33. *in fi.* Flagrare amore. *Id. pro Flacc.* c. 8. et *Verr.* 6. c. 1. Esse in amore alicui. *to be in love with, passionately fond of.* *Id. Fam.* 5. ep. 2. *in fi.* Amore alicujus facere aliquid. *Id. Fam.* 10. ep. 3. Amore impulsus. *Catull.* carm. 30. *ad Alphen.* v. 8. Inducere aliquem in amorem. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 84. sentire amorem. et epist. 2. v. 37. Torqueri amore. *Virg. Æn.* 1. v. 679. Teneri amore. *Curt.* l. 8. c. 4. Effundi in amorem alicujus. ¶ In plurali etiam numero eleganter usurpatur, ac tum honesto sensu, tum turpi. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 10. Amores hominum in te, et in nos quædam benevolentia. *Id.* l. 1. *Divin.* c. 36. Quid amores, et deliciæ tuæ, Roscius? *Id. Attic.* l. 2. ep. 19. Pompeius nostri amores. *Id. Attic.* l. 16. ep. 6. Piliæ salutem dices, et Atticæ, deliciis atque amoribus meis. *Id. Fam.* 7. *ep. pœnult.* Est is mihi in amoribus. *h. e.* valde a me amatur. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 5. Forma honesti si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sapientiæ. *De turpi amore.* *Id. pro Cœl.* c. 19. Amores, et hæ deliciæ quæ vocantur, quæ firmiore animo præditis diutius molestæ non solent esse, &c. *Horat.* l. 2. od. 9. v. 10. nec tibi Vespere Surgente decedunt amores, Nec rapidum fugiente solem. *Plaut. Merc.* 1. 1. 2. Meos amores eloquar. *the intrigues that I have had.* ¶ Nonnunquam *amores* pro eo, qui amatur, ponuntur. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 79. Hem amores tuos si vis spectare. Adde *Catull.* carm. 10. *de Varri scorto.* ¶ Apud Poetas sunt qui finguntur comites, aut filii Veneris, *Loves, Cupids.* *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 120. ipsi erraretis Amores. *Claudian.* l. 2. *de laudib. Stilich.* v. 356. Pennatique nurum circumstipantur Amores. ¶ Sæpissime *amor* est nomen proprium Cupidinis Veneris filii, *Cupid, Love; the god of love.* *Virg.* 1. *Æn.* v. 693. Paret Amor dictis caræ genitricis, et alas Exsuit, &c. V. *Cupido.* ¶ Ponitur interdum pro quacumque naturali cupiditate: et translate tribuitur etiam rebus inanimis. *Lucret.* l. 4. v. 867. Amor edendi. *Plin.* l. 17. c. 10. Quarum radices amore solis, atque imbris in summa tellure spatiantur. ¶ *Amor est mihi hoc facere,* libet, placet. *Stat.* 1. *Theb.* v. 697. rore pudico Castaliæ flavos amor est tibi mergere crines. *Virg. Æn.* 2. v. 10. si tantus amor casus cognoscere nostros. ¶ *Amos* in recto casu singulari pro *amor,* ut *colos* pro *color, honos* pro *honor* legitur apud *Plaut. Curcul.* 1. 2. 2. Ejus amos cupidam me nunc, &c. Putant aliqui, ideo *amos* dictum ibi a *Plauto,* quia blæsa anus loquens inducitur.

AMORABUNDUS, a, um, amoribus plenus. *Gell.* l. 11. c. 15. Laberius in lacu Averno mulierem amantem, verbo inusitatius facto, amorabundam dixit. Est qui legit *amecabundam* eodem fere sensu. Nam *amecus,* et *ameca* pro *amicus,* et *amica* olim dictum est, teste *Festo.*

AMORĬFER, a, um, *causing love,* amorem inducens. *Venant. Fortun. in Epithal. Sigeberti regis,* lib. 6. carm. 2. v. 13. Torsit amoriferas arcu stridente sagittas Forte Cupido volans.

AMORIFĬCUS, a, um, idem quod amorifer. *Apulei. de herbis,* cap. 123. Sempervivum nominatur ab aliquibus stergethron, eo quod amorifica judicetur.

AMOS pro *amor.* V. *Amor* in fine.

AMOTIO, onis, f. *a removing away, removal,* actus amovendi, remotio, ὑπεξαίρεσις. *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 11. In omni re doloris amotio successionem efficit voluptatis. *Caius Digest.* lib. 47. tit. 10. leg. 43. Pati amotionem ordinis. *h. e.* amoveri ab ordine, privari ordine.

AMŌTUS, a, um, *removed out of the way, withdrawn, set or laid aside, set apart,* sublatus, remotus. *Sueton. in Ner.* cap. 47. Direptis stragulis, amota et pyxide veneni. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 27. amoto quæramus seria ludo. *Terent. Andr.* 3. 2. 30. A me opinionem hanc esse amotam volo. *Id. ibid.* 1. 2. 10. Amoto metu. ¶ Item ablegatus, vel relegatus, *banished, sent into exile.* *Tacit.* l. 14. *Ann.* c. 57. Plautum in Asiam, Syllam in Galliam Narbonensem nuper amotos. *Id.* l. 1. *Ann.* c. 53. Amotus Cercinam Africi maris insulam, quatuordecim annis exsilium toleravit. ¶ Item furto ablatus, *stolen, purloined.* Commode autem utimur, cum minuendæ invidiæ causa odiosis verbis *furti,* aut *direptionis* abstinere volumus. Hinc apud JCtos *res amotæ* dicuntur, quas uxor marito surripit durante matrimonio: de quibus est tit. 2. lib. 25. *Dig.* Nam ut *ibid.* loquitur *Caius* leg. 2. in honorem matrimonii turpis actio (puta *furti*) adversus uxorem negatur. *Triphon.* lib. 42. tit. 1. leg. 52. Si rerum amotarum cum viro agatur. *Horat.* quoque l. 1. od. 10. ne aperte Mercurium furtum fecisse dicat, cum Apollini boves abduxit, hoc eodem verbo utitur: vers. 8. Te boves olim nisi reddidisses Per dolum amotas, &c. V. *Amoveo.*

AMOVĔO, ōves, ōvi, otum, a. 2. *to remove out of the way, take away, withdraw,* ἐξαιρέομαι, a loco moveo, removeo. *Cic. pro Cluent.* c. 58. Habere in consilio legem, religionem, æquitatem, fidem; libidinem autem, odium, invidiam, metum, cupiditatesque omnes amovere. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 64. Amovere aliquem loco. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 4. Lex Porcia virgas ab omnium civium corpore amovit. *Id. de Harusp. resp.* c. 20. Amovere aliquem a procuratione frumentaria. *Id. Attic.* l. 1. ep. 12. Nebulonem illum ex istis locis amove. *Sueton. in Calig.* c. 34. Amovere scripta Virgilii, et Livii ex omnibus bibliothecis. *Id. in Vitell.* c. 7. Amovere turbam creditorum terrore. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 35. Amovere crapulam. *h. e.* discutere. *Id. ibid.* 1. 2. 12. somnum, et socordiam ex pectore, oculisque. *Id. Asin.* 2. 1. 6. a se segnitiem. *Id. Trinum.* 3. 3. 54. suspicionem ab aliquo. *Liv.* l. 4. c. 41. enixe culpam ab se. *Tacit. Ann.* 4. c. 71. metus. ¶ *Amovere se* est recedere, *to retire, withdraw.* *Sueton. in Tiber.* c. 10. Statuit repente recedere, seque e medio quam longissime amovere. *Terent. Phorm.* 3. 3. 34. Te hinc amove. *Silius* l. 17. v. 224. qui memet finibus unquam Amorim Ausoniæ. syncope pro *amoverim.* ¶ Speciatim amovere aliquem est relegare, *to banish.* *Tacit. Ann.* 4. c. 31. Suilium quæstorem amovendum in insulam censuit. *Id. ibid.* c. 21. Amovere aliquem Cretam. *Id. Ann.* 13. c. 9. Amovere suspectos æmulationis. *to get rid of.* ¶ Ponitur etiam pro furari, *to steal.* Frequentissime hoc sensu usurpatur a JCtis, præcipue dum de furtis filiorum familias, conjugum, fratrum, heredum, sociorum, et hujusmodi familiarium sermo est. Si enim hi aliquid interverterint, aut consumpserint, *amovisse* dicuntur, non *furtum fecisse,* lenitate vocabuli mitigando turpitudinem facti, ὑφαιρεῖσθαι. *Paul. Dig.* lib. 25. tit. 2. leg. 3. Si filiafamilias res amoverit. *Ulpian.* lib. 29. tit. 2. leg. 70. Si quis aliquid ex hereditate amoverit. *Id.* lib. 23. tit. 3. leg. 9. Agetur rerum amotarum, si animo amovendi maritus retineat. ¶ Interdum tamen generatim sumitur pro surripere. *Ulpian.* lib. 47. tit. 9. leg. 3. docet aliud esse *amovere,* aliud *rapere:* siquidem amoveri aliquid etiam sine vi potest, rapi autem sine vi non potest. *Id. Dig.* lib. 43. tit. 5. leg. 3. Amovere tabulas.

[* AMPECTO, is, xi, um, a. 3. *to comb, card, dress, as in the case of wool; to beat,* verbum compositum ex antiquo *am* circum, et *pecto.* Joculariter usurpatur a *Plaut. Rud.* 3. 36. Extemplo ampectitote crura fustibus. *belabour.* *Acidalius* ita legendum conjecerat pro vulgari *amplectitote,* etquidem recte; nam nemo certe dixerit *amplectere crura* fustibus, sed potius *ampectere* sive *pectere,* quemadmodum alibi apud eumdem *Plaut.* legitur *pectere fuste, pectere pugnis,* et apud *Terent.* eodem sensu *depexum.* Hanc lectionem in textum recepit primus, ut puto, *Frid. Henr. Bothe,* eique ipse plane assentior.]

AMPEDĬCES, inquit *Festus,* dicebantur ab antiquis, quod circum penderent (*scilicet ab am circum, et* pendeo) quos nunc appendices appellamus. *Voss. in Etymol.* in voce *pendeo* observat, in compluribus MSS. legi *ampendices,* quod magis ad veritatem accedit.

AMPELĬNUS, a, um, adject. ab ἄμπελος, vitis. *Cæcil.* apud *Non.* c. 16. n. 2. Carbasina, molochina, ampelina. De colore aliquo *Cæcil.* loqui videtur.

AMPELĪTIS, idis, f. ἀμπελῖτις, terra quædam bitumini simillima, usum habens in medicina molliendi, et discutiendi: in calliblepharis etiam, et ad inficiendos capillos, ut *Plin.* l. 35. c. 16. docet. Nomen habet ex eo, quia vitibus circumlita, vermes interficit, qui earum oculos erodunt; vel quia in ea vites felicius proveniunt. Nam ἄμπελος Græce vitis est. *canal coal; jet.*

AMPELODESMOS, ἀμπελόδεσμος, genus herbæ adeo sequacis et constantis, ut ea Siculi vites alligare soleant, teste *Plin.* l. 17. c. 23. Unde et nomen traxit. Nam ἄμπελος Græce vitem significat, δεσμὸς, vinculum.

L. AMPELIUS, incertum cujus ætatis scriptor, edidit veluti collectaneum rerum toto Orbe memorabilium, et *Memorialem librum* inscripsit, stylo simplici, nec infelici. Laudatur a *Sidon.* carm. 9. v. 305. Ampelius quidam una cum Paulino, Symmacho, et Messala, quem *Salmas.* eundem illum esse, de quo loquimur, conatur ostendere. *Ammian.* quoque lib. 28. c. 4. (*al.* 19.) meminit Ampelii cujusdam, Antiochiæ nati, voluptuosi hominis, qui primum Magister Officiorum fuit, deinde Proconsulatus Achaiæ, et Africæ, postremo Præfecturam Urbis sub Valentiniano III. et Valente III. Aug. Coss. A. C. 370. administravit: quem laudat etiam *Symmach.* l. 5. epist. 64. Expenderint alii.

AMPELOLEUCE, es, f. *a wild vine; white vine, briony or wild nep*, ἀμπελολεύκη, vitis alba; ita dicta a colore albo radicum, ab ἄμπελος, vitis, et λευκή, alba; sarmenta habet longis, et exilibus internodiis geniculata, folia pampinosa ad magnitudinem hederæ, et tamen divisa, ut vitium, radicem albam, grandem, raphani similem initio, ex qua caules exeunt asparagi similitudine; semen in uva raris acinis dependens, succo rubente, postea croci. Varios habet usus in medicina, quos fuse persequitur *Plin.* l. 23. c. 1.

AMPELOPRĂSON, i, n. *leek-vine, raisins, bear's garlic*, herba in vinetis nascens, et folia porri similia habens: unde et denominata est, ab ἄμπελος, vitis, et πράσον, porrum. *Plin.* l. 24. c. 15.

AMPĔLOS agria, *wild vine*, ἄμπελος ἀγρία, Latine *labrusca*, et *uva taminia*, herba est foliis duris cineracei coloris, viticulis longis, callosis, rubentibus, qualiter flos, qui Jovis flamma appellatur, semen ferens mali Punici simile acinis. Varios habet in medicina usus, quos vide apud *Plin.* l. 23. c. 1. et l. 27. c. 7.

AMPĔLOS, i, m. puer fuit formosus a Baccho adamatus, de quo Vide in *Vindemiator. Ovid.* 3. *Fast.* v. 409. Ampelon intonsum, Satyro, Nymphaque creatum Fertur in Ismariis Bacchus amasse jugis.

AMPĔLOS Chironia, herba dicta a Chirone inventore, alio nomine bryonia. *Plin.* l. 23. c. 1. et l. 25. c. 4.

AMPHEMERĬNON, *a quotidian intermittent fever*, genus febrium, ἀμφημερινὸς πυρετὸς, febris quotidiana, quæ nunquam intermittit: ab ἀμφὶ, circum, et ἡμέρα, dies, quod omnibus diebus accedat, velut circumeundo. *Plin.* l. 28. c. 16.

AMPHIARAĔUS, a, um, adject. sex syllabar. ad Amphiaraum pertinens, Ἀμφιαράειος. *Propert.* l. 2. *eleg. ult.* v. 39. Amphiaraeæ nil prosunt fata quadrigæ.

AMPHIARAĬDES, idæ, m. Ἀμφιαρεΐδης, dicitur Alcmæon Amphiarai filius. *Ovid. Fast.* 2. v. 43. Amphiaraides Naupactoo Acheloo, Solve nefas, dixit.

AMPHIARĀUS, i, m. Ἀμφιάραος, Argivus, Œclei, aut, ut alii malunt, Lini, et Hypermnestræ filius, vates, et augur fuit futurorum peritissimus, qui cum prævideret, fore, ut in bello Thebano interiret, domi latitavit. Tandem tamen ab uxore proditus, invitus a Polynice ad bellum est pertractus, ubi cum fortiter pugnaret, una cum curru terræ hiatu absumptus est. Propter auguralem scientiam in tanto honore est habitus, ut Græcis Deus haberetur, et ab ejus solo, in quo est humatus, oracula peterentur, ut *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 40. testatur. Hinc Aonius vir dicitur ab *Ovid. de Nuce*, v. 110. *Id.* 3. *de Pont.* epist. 1. v. 52. Notus humo mersis Amphiaraus equis. V. *Alcmæon*, et *Eriphyle*, et *Stat. sub fin.* l. 7. *Theb.* et initio l. 8. ubi Amphiarai in Inferos casum describit. [† De Amphiarao V. *Hom. Od.* 15. *Diod. Sic.* 5. 5. *Pausan. in Att. Plutarch. in Paral. Stat. Theb.* 7.]

AMPHIBĂLUS, i, vel Amphibalum, i, amictus, vestis exterior pallio similis, quæ aliis vestibus superinduitur: ab ἀμφιβάλλω, circumtego. *Sulpic. Sever. Dial.* 2. c. 1. Intra amphibalum sibi tunicam latenter eduxit. *Venant. Fortun.* l. 3. *de vita S. Martin.* v. 42. Amphibali exterius dum membra obtecta laterent. Hic alii leg. *amphibole*, ut sit a recto *amphibole, es*, ἀμφιβολή, eodem sensu, et notatione.

AMPHIBŎLE V. in voce præced.

AMPHIBOLĬA, æ, f. *amphibology, discourse of dubious meaning; equivocation, where a sentence may be understood in a twofold sense*, ἀμφιβολία, ἀμφιλογία, ambiguitas, ambiguus sermo, qui duplicem sententiam habere potest, nec quam magis significet, apparet: quale est illud, *statuam auream hastam tenentem.* Variæ sunt ejus species, variique solvendi modi: quæ omnia *Quintil.* l. 7. c. 9. persequitur. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 56. Amphiboliam versus intelligere. *Et mox.* Illa amphibolia, quæ Crœsum cepit, vel Chrysippum potuisset fallere. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 11. Cognitio amphiboliarum. *Et mox.* Amphibolias aucupari. ¶ Dicitur etiam, sed minus recte, *amphibologia*, quæ vox videtur esse facta per syncopen ex ἀμφιβολολογία, ex ἀμφίβολος, ambiguum, et λόγος, sermo; et proprie significat potius sermonem de amphibolia, quam amphiboliam ipsam. Nihilominus *amphibologia* Latine usurpatur ab *Isid.* l. 1. c. 33. et Græce a *Martian. Capell.* l. 5. pag. 149. ¶ Grammaticam hanc quæstionem de amphibolia, et amphibologia disquirit etiam *Voss. de vit. serm.* l. 1. c. 11.

AMPHIBŎLUS, a, um, *amphibolous, ambiguous, uncertain, doubtful*, ἀμφίβολος, ambiguus, dubius. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 149. Nomen amphibolum facit quæstionem.

AMPHIBRĂCHYS, yos, m. ἀμφίβραχυς, pes ex prima, et ultima brevibus, media producta, ut *tĭmērĕ*: sic dictus quod in utraque parte brevem habeat, ab ἀμφὶ, utrinque, et βραχὺς, brevis. *Quintil.* l. 9. c. 4. Longa inter breves, amphibrachys; duabus longis brevem sequentibus, bacchius. ¶ Huic pedi contrarius est *amphimacrus*, qui sæpius *Creticus* dicitur, constans media brevi inter duas longas, ut *cārdĭnēs*: ab ἀμφὶ, utrinque, et μακρὸς, longus. *Quintilian. ibid.* Media inter longas brevis faciet amphimacrum. ¶ Pro *amphibrachys* dicitur etiam *amphibrachus, i*, positione Latina: et ita usurpatur a quibusdam Grammaticis *Aspero Jun. Donato, Cledonio, Mar. Victorin. Terentian. Maur. cap. de metr.* et aliis.

AMPHIBRĔVIS, nomen pedis, qui rectius *amphibrachys* dicitur. Est enim hæc vox hybrida, ex Græco ἀμφὶ, circum, aut utrinque, et Latino *brevis* conflata; et legitur apud *Diomed. Grammat.* l. 3. pag. 475. *Putschii.*

AMPHICTYŎNES, um, Ἀμφικτύονες, erant viri tota Græcia probatissimi, qui ex singulis civitatibus selecti bis anno in aliquem locum conveniebant; disceptaturi de communibus Græciæ rebus, et diremptūri controversias, si quæ inter aliquas civitates orirentur. Deferebantur enim ad eos graviores causæ publicæ, a quibus, re cognita, finiebantur, rata et perpetua manente sententia. Dicti sunt ab Amphictyone Deucalionis filio, qui primus hoc concilium instituisse dicitur. *Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 23. Thebani accusantur apud amphictyonas, id est apud commune Græciæ concilium. *Quintil.* l. 5. c. 10. Agere apud Amphictyonas.

AMPHICYRTOS, ἀμφίκυρτος, dicitur Luna, cum est inter medietatem suam, et plenitudinem, hoc est inter septimum, et decimum quintum diem incrementi, vel inter decimum quintum, et vigesimum primum decrementi. Tunc enim ex omni parte curva est: ab ἀμφὶ, circum, et κυρτὸς, curvus, gibbosus. Legitur apud *Macrob.* l. 1. *in somn. Scipion.* c. 6. modo Græcis, modo Latinis litteris scripta. Adde *Jul. Firmic. in præfat.* l. 4. *ad fin.*

[* AMPHIDĂMAS, antis, m. filius Alei et Cleobules ex Arcadia, Argonautarum in Colchica expeditione comes. *Hygin.* fab. 14. et *Val. Flacc.* l. 1. v. 376.]

AMPHIGENĬA, æ, f. Ἀμφιγένεια, urbs Messeniæ in Peloponneso. *Stat.* l. 4. *Theb.* v. 178. Huic parere dati, quos fertilis Amphigenia, Planaque Messene, montanaque nutrit Ithome,

AMPHILŎCHI, orum, m. populi Amphilochiæ in Epiro. *Liv.* l. 38. c. 40.

AMPHILOCHĬA, æ, f. regio Epiri, cujus urbs eodem gaudet nomine, inter Ambraciam, et Cassiopen. *Cic. in Pison.* c. 40. V. vocem sequent.

AMPHILŎCHUS, i, Ἀμφίλοχος, filius Amphiarai Argivi, relicta patria, Amphilochiam in Epiro condidit, quæ et *Argos Amphilochicum* dicta ab eo est. *Plin.* l. 4. c. 1. [¶ Alius fuit Amphilochus filius Alcmæonis et Mantus, qui templum habuit Oropi in Attica. *Liv.* l. 45. c. 27. Inde Oropum ventum est, ubi pro Deo vates Amphilochus colitur; templumque vetustum est fontibus rivisque circa amœnum. ¶ Fuit etiam Amphilochus Atheniensis scriptor celeberrimus de re rustica, cujus mentionem faciunt *Varr. R. R.* l. 1. n. 1., *Colum.* lib. 1. c. 1. et *Plin.* l. 18. c. 16.]

AMPHIMACRUS pes. V. *Amphibrachys.*

AMPHIMALLUM, i, n. *a garment frized, or shagged, on both sides*, ἀμφίμαλλον, genus vestis ex panno utrinque villoso: ab ἀμφὶ, utrinque, et μαλλὸς, villus. *Plin.* l. 8. c. 48. Gausapa patris mei memoria cœpere, amphimalla, nostra.

[* AMPHIMĔDON, ontis, m. ex Lybia, qui in aula Cephei regis adversus Perseum pugnans occisus est. *Ovid. Met.* l. 5. v. 75.]

AMPHINŎMUS. V. *Anapis.*

AMPHĪON, ŏnis, m. rex Thebanus, Ἀμφίων, Jovis, et Antiopes, vel secundum aliquos Mercurii filius, a quo accepta lyra adeo suaviter canebat, ut saxa ad struendos muros Thebanos traxisse dicatur. Quod ideo fictum, quia eloquii suavitate homines rudes, et incultis moribus ad obsequii civilis pellexit disciplinam, ut est apud *Horat. de art. poet.* v. 394. qui lib. 1. ep. 18. v. 40. innuit, musicam ab Amphione primum inventam fuisse: quod confirmat *Plin.* l. 7. c. 56. quemadmodum a fratre ejus Zetho venationem. *Hygin.* fab. 7. narrat, Antiopam, Nyctei regis filiam, uxorem Lyci, cum ab Epapho per dolum vim passa esset, a marito re cognita, ejectam, ab Jove quoque, dum errabunda vagaretur, fuisse compressam. Interea Lycus Dircen uxorem duxit, quæ cum zelotypia laboraret propter Antiopam, quam sciebat adhuc a Lyco amari, obscuro in loco vinctam claudi jussit. Illa cum ex Jovis concubitu gravida esset, instante partus tempore ex vinculis effugiens ope Jovis, in montem Cithæronem, quærens locum ubi pareret, contendit: sed in ipso itinere doloribus puerperii detenta, in bivio parere coacta est. Geminos autem edidit pueros Zethum, et Amphionem, qui a pastoribus educati fuerunt, et Zethum quidem ita appellarunt ἀπὸ τοῦ ζητεῖν τόπον, Amphionem autem, ὅτι ἐν διόδῳ, ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν αὐτὸν ἔτεκεν. Qui cum crevissent, matrem ulciscentes, Dircen ad taurum indomitum deligatam vita privarunt, Lycumque interfecerunt. Hæc *Hygin.* qui tamen fab. 8. rem aliter narrat. Sed quis in fabulis constantiam scriptorum quærat? Amphion postea Niobem uxorem duxit, ex qua septem filios, et totidem filias suscepit. V. *Niobe. Horat. de art. poet.* v. 394. Dictus et Amphion Thebanæ conditor arcis Saxa movere sono testudinis, &c. *Ovid. Metam.* 15. v. 427. Nec non Cecropiæ, nec non Amphionis arces. *Propert.* l. 3. eleg. 13. v. 29. Et durum Zethum, et lacrymis Amphiona mollem, &c. Hanc morum dissimilitudinem in his duobus fratribus tangit etiam *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 41. [¶ Amphion alter ex Pella, unus ex Argonautis. *Val. Flacc.* l. 1. v. 367. Fuit etiam pictor nobilis. *Plin.* l. 35. c. 10. sect. 36.] [† ¶ Amphionem alium, Jasii f. Orchomeniorum regem, meminit *Homerus, Od.* Λ. 282.]

AMPHIONĬUS, a, um, ad Amphionem pertinens. *Propert.* l. 1. eleg. 9. v. 10. Aut Amphioniæ mœnia flere lyræ. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 531. Sic Amphioniæ pulcher sudore palestræ Alcides. *h. e.* Thebanæ, cum scilicet circum Thebas venatione exercebatur. Thebis enim Hercules ex Alcmena natus, educatusque est. *Sidon.* carm. 23. v. 120. Amphionia ars. *h. e.* Musica.

AMPHIPŎLIS, is, f. Ἀμφίπολις, urbs Macedoniæ in Thraciæ confinio juxta Philippos, et Apolloniam ad 30. M. P. a Thessalonica 60. Serris proxima, et sinui Strymonico. Dicta est Amphipolis, quod illam Strymon fl. circumfluit, et ambit: ab ἀμφὶ, circum. *Plin.* l. 4. c. 10. et *Liv.* l. 45. c. 9. et 29. [† Hodie, *Christopoli* et *Emboli Turcis.*]

AMPHIPOLITĀNUS, a, um, ad Amphipolim pertinens. *Justin.* l. 14. *in fi.* Filium cum matre in arcem Amphipolitanam custodiendos mittit.

AMPHIPOLĪTES, æ, qui est ex Amphipoli urbe, Ἀμφιπολίτης, ut Euphanius Amphipolites, *Varr.* l. et c. 1. *R. R.*

AMPHIPROSTŶLOS, *a building with columns both before and behind*, ἀμφιπρόστυλος, ædes, quæ in antica et postica parte columnas habet: vox Græca ab ἀμφὶ, circum, vel utrinque, πρὸ ante, et στύλος, columna. *Vitruv.* l. 3. c. 1. Amphiprostylos (*ædes*) omnia habet ea, quæ prostylos, prætereaque habet in postico ad eundem modum columnas, et fastigium.

AMPHISBÆNA, æ, f. *a serpent which, from having the power of moving with either end foremost, was supposed to have two heads, the amphisbæna*, ἀμφίσβαινα, serpens venenosa in Lybia præcipue nascens, quæ terrestrium lumbricorum modo, utrisque extremitatibus, capite scilicet, et cauda, acuminatis gignitur, ut difficile possit unum ab altera dignosci, et præterea tum prorsus, tum retrorsus, cum libuit, facile repit: unde et nomen ab ἀμφὶ utrinque, et βαίνω, gradior. Hinc factum est, ut geminum caput eam habere olim creditum sit, et utrinque venenum fundere, ut *Plin.* l. 8. c. 23. et *Solin.* cap. 27. (*al.* 40.) *circa med.* scribunt. *Lucan.* l. 9. v. 719. Et gravis in geminum surgens caput amphisbæna. [† Confer *Æschyl. Agam.* 1242. (1204. *ed. Blomf.*) ἀμφίσβαιναν, ἢ Σκύλλαν τινα, Οἰκοῦσαν ἐν πέτραισι, ναυτίλων βλάβην. ubi citat B. *Nicand. Ther.* 372. *Hesychius:* ΆΜΦΙΣΒΑΙΝΑ εἶδος ὄφεως μακροκέφαλον, ἰσόπηχυ, τὴν οὐρὰν κολοβὴν ἔχον, καὶ ταύτῃ πολλάκις τὴν πορείαν ποιούμενον, ὥστε τινὰς ἀμφισβητεῖν μὴ δύο κεφαλὰς ἔχειν. *Eustath.* ad *Odyss.* B. 290. Ἀμφίσβαινα ὄφις ἑκατέρωθεν βαίνων.]

AMPHISSA, æ, f. Ἄμφισσα, [† hod. *Lambina*, aliis] *Anfisa*, oppidum Phocidis in finibus Locrorum Ozolorum, juxta oram sinus Crissæi, ad fl. cognominem. Dicta est ab Amphissa Macraris, et Apollinis filia, vel quod undique montibus cingitur. *Lucan.* l. 3. v. 172.

AMPHISSĬUS, a, um, ad Amphissam pertinens. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 703. lævisque Amphissia remis Saxa fugit.

AMPHITĀNE, es, f. gemma alio nomine chrysocolla, invenitur in Indiæ parte ea, ubi formicæ eruunt aurum, auro similis, quadrata figura: affirmaturque natura ejus, quæ magnetis; nisi quod trahere quoque aurum creditur. *Plin.* l. 37. c. 10.

AMPHITĂPA, æ, f. subaudi *vestis.* est enim adjectivum a Græco ἀμφιτάπης, ὁ, καὶ ἡ, vel ἀμφίταπος, genus vestimenti cubitorii utrinque villosi, ab ἀμφὶ, utrinque, et τάπης, tapes. tapetes enim villosi esse solent. *Varr.* apud *Non.* cap. 15. n. 24. Dormire super amphitapa bene molli. *Lucil. ibid.* Amphitapæ villis ingentibus molles. *Id. ibid.* Pluma, atque amphitapæ, et si aliud quid deliciarum. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 24. Vestimenta omnia aut virilia sunt, aut puerilia, aut muliebria, &c. Virilia sunt, quæ ipsius patrisfamilias causa parata sunt, veluti togæ, tunicæ, palliola, vestimenta stragula, amphitapa (*in celebri editione* Torrentini *est* amfitapa, *Latino scribendi modo*) et saga, reliquaque similia. &c. Ubi nota adjectivum neutrum pluralis numeri. ¶ Ab *Hesychio* inter χιτῶνας, hoc est tunicas numeratur.

AMPHITHALĂMUS, i, m. ἀμφιθάλαμος, genus cubiculi in ædibus. *Vitruv.* loquens de dispositione ædificiorum Græcorum lib. 6. cap. 10. In prostadis, dextra, ac sinistra, cubicula sunt collocata, quorum unus thalamus, alterum amphithalamus dicitur. *Thalamus* erat viri, et uxoris cubiculum: *Amphithalamus*, ubi ancillæ cubabant: ab ἀμφὶ, circum, quia veluti circum thalamum positus erat, hoc est tam prope, ut vocatæ ancillæ exaudire pos-

[illegible] et ad [illegible] præst[illegible]. Est [illegible], [illegible], quod [illegible], [illegible] e regione [illegible].

AMPHITHEATRALIS, le, adject. [illegible] ad am[illegible], ad [illegible] pertinens. Plin. l. 11. c. [illegible]. Amphitheatr[illegible] spectaculum. [illegible] de Consul. Mall. Theod. v. 293. Amphitheatralis pompa. Martial. l. 14 epigr. 1[illegible]. Amphitheatrales [illegible]. Id. l. 11 epigr. 70. [illegible] qui venationibus præ[illegible]cant, [illegible] Amphitheatro [illegible].

AMPHITHEATRICUS, a, um, amphitheatralis. Symmach. l. 4. epist. 8. Amphitheatricum spectaculum. ¶ [illegible], apud Plin. l. 13. c. 1[illegible]. est genus [illegible] vilioris, et plebeiæ, ita dictæ, quia Alexandriæ [illegible] in Amphitheatro, vel prope illud conficiebantur. Id autem nomen retinent etiam postquam aliis in locis [illegible] et arte perfici.

AMPHITHEATRUM, i, n. *a building in a circular or oval form, having [illegible] et seats one above another, where spectators might behold spectacles, as stage plays, [illegible], &c. an amphitheatre.* ἀμφιθέατρον, ædificium circulari, seu potius ovali forma, in usum spectaculorum exstructum: ita dictum ab ἀμφί, utrinque, et θέατρον, theatrum. Prius enim theatra facta sunt forma semicirculari, postea duobus veluti theatris coeuntibus, ovali, et ut loquitur *Cassiod.* l. 5. *Variar.* ep. 4[illegible]. prolixa quadam rotunditate. In iis erant gradus circum undique, et sedilia disposita ad spectandum, in medio spatium, quod *arena* dicebatur, quia arena spargi solebat, ut ludentes commodius insisterent. Præcipua, quæ in iis edebantur, erant gladiatorum certamina, venationes, et damnatorum hominum pugnæ cum feris, naumachiæ, &c. Varia fuere Romæ amphitheatra, Caligulæ, Claudii, Titi, Domitiani, Trajani, &c. Extra Romam in Italia amphitheatrum Veronense, quod adhuc visitur; extra Italiam aliquot in variis provinciis, quæ injuria temporum vel omnino, vel magna sui parte periere, de quibus, deque omni Amphitheatrorum constructione adeantur ii, qui ex professo scripsere, inter quos est *Lipsius*; qui non verbis solum accurate descripsit, sed tabulis etiam expressas eorum figuras exhibuit. item *Scipio Maffeius in Verona illustrat.* *Martial. de spectac.* epigr. 1. Omnis Cæsareo cedat labor Amphitheatro.

AMPHITRITE, es, f. Ἀμφιτρίτη, filia Oceani, vel Nerei, et Doridis, uxor Neptuni, maris dea. *Claudian.* l. 1. *de rapt. Proser.* v. 104. Nereia glauco Neptunum gremio complectitur Amphitrite. ¶ Per metonymiam pro ipso mari ponitur. *the sea, main.* Dicta videtur vel παρὰ τὸ ἀμφοτέρωθεν τρεῖν ποιεῖν, quod undique timorem incutiat aut navigantibus, aut accolentibus; vel παρὰ τὸ ἀμφιτρίβειν τὴν γῆν, quod terras undique atterat, et rodat fluctibus; vel παρὰ τὸ ἀμφιτρέχειν τὴν γῆν, quod terram ambiat. *Ovid. Metam.* 1. v. 14. nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 11. Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten. *h. e.* prima mare navigavit: de Argo navi loquitur.

AMPHITRYO, seu Amphitryon, et Amphitrŭo, ōnis, m. Ἀμφιτρύων, filius Alcæi filii Persei princeps Thebanus maritus Alcmenæ, quæ ex Jovis concubitu Herculem peperit: quare et ipse hujus pater habitus est. *Plautus* in ea comœdia, quæ inscribitur hujus viri nomine, semper scribit *Amphitruo*, quia antiqui Latini, nondum invecto Græcæ linguæ studio, Græcas litteras non admittebant, et *υ* in *u* vertebant. *Id. ibidem*, 1. 1. 96. Amphitruo regem Pterelam sua obtruncavit manu. *Ovid. Metam.* 6. v. 112. Amphitryon fuerit, cum te, Tirynthia cepit, &c.

AMPHITRYONIĂDES, æ, m. Amphitryonis filius. Ita cognominatus est Hercules, quia filius fuit Alcmenæ uxoris ejus. Unde *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 112. Audet falsiparens Amphitryoniades. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 48. grates agit ille parenti Amphitryoniadæ. *Virg.* 8. *Æn.* v. 214. Amphitryoniades armenta, abitumque parabat. *Quidam hoc loco leg.* Amphitryonides, *ut sit a Græco* Ἀμφιτρυωνίδης.

AMPHŎRA, æ, f. *a vessel of a foot square, usually with two ears or handles;* ἀμφορεύς, et per syncopen ἀμφορεύς, genus vasis vinarii, plerumque fictilis. (Nam etiam quandoque ex alia materia fuisse legitur apud *Petron. in satyr.* cap. 34. et *Nepot. in fragment.* apud *Plin.* l. 36. c. 7.) ita dicti, quia utrinque prehendi, et portari poterat: ab ἀμφί, utrinque, et φέρω, porto. Habebat enim utrinque ansas, et fortasse etiam plures duabus. Nam *infimas* ei *ansas* tribuit *Cato R. R.* c. 113. ut conjicere possis, etiam superiores habuisse. Ad varios usus inserviebat, sed præcipue ad vina condenda. Nam vinum, quod servari volebant, ex doliis diffundebant in amphoras, et cados bene picatos, ibique habebant, donec usus causa promi placeret, ut *Proculus Dig.* lib. 33. tit. 6. *leg. pœnult.* docet. Quare videntur amphoræ, quod ad usum spectat, respondere iis vasis, quæ Angli appellant *flasks, bottles, flagons, firkins, or rundlets*, et Galli *bouteilles*, maxime si vitreæ sint, ut est apud *Petron. loco cit.* ubi narrat, illatas in mensam fuisse amphoras vitreas diligenter gypsatas, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum titulo: *Falernum Opimianum annorum centum.* Hinc illa *Horatii* ode quæ est 21. lib. 3. in qua amphoram laudat, ut sibi æqualem, nempe eo ipso anno impletam vino, quo is natus fuerat, et ad ea usque tempora servatam. *Id. de art. poet.* v. 31. amphora cœpit Institui, currente rota, cur urceus exit? *Id.* l. 3. od. 16. v. 34. Nec Lestrigonia Bacchus in amphora Languescit mihi. *Id. ibid.* od. 8. v. 10. Corticem adstrictum pice dimovebit Amphoræ fumum bibere institutæ. ¶ *Amphoram nasiternam* memorat *Cato R. R.* c. 11. et recenset inter vasa, quibus ad vineam colendam opus est, nempe intelligit vas aquarium ad irrigandum. ¶ Etiam condendis olivis amphoræ destinabantur, et uvis, aliisque hujusmodi fructibus, quæ servari solent, ut apud *Columell.* l. 12. c. 16. et 47. legitur. Præterea ad servandum oleum, et mel eas inservisse colligitur ex *Catone R. R.* c. 10. ubi *amphoras olearias* nominat, et ex *Horat. Epod.* 2. v. 15. ¶ Ad hæc *Cato ibid.* cap. 11. *amphoras sparteas* refert inter instrumenta vineæ: et videntur fuisse vasa rusticana ex sparto contexta in amphoræ figuram. *Turneb.* l. 7. c. 23. scribit, putare se, sparteas amphoras adhibitas fuisse in vino metiendo. nam si fictiles fuissent, tractando sæpe, uti metiendo fit, facile fractæ fuissent. ¶ Fuit etiam earum usus Romæ in angiportis, ubi constituebantur amphoræ curtæ ad exonerandas vesicas populi Romani Quiritium. Colligitur id ex *C. Titio Lucilii æquali* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 12. Tale sepulcrum pro olla sepulcrali imprecatur lenæ. *Propert.* l. 4. eleg. 5. v. 73. ¶ Denique est amphora genus mensuræ liquidorum, quæ Latine etiam *quadrantal* dicitur, teste *Festo* ad vocem *Quadrantal*, et duas urnas continet, ut est apud *Fann. de ponderib. et mens.* v. 63. hoc est congios octo, sextarios XLVIII. heminas XCVI. ponderis vero libras LXXX. Quamquam ut incerta omnia de veterum mensuris sunt, ita varie a variis amphoræ ratio traditur. *Cic. pro Font.* c. 5. Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse. ¶ Quod vero *Fannius ibid.* v. 61. addit: *quam me violare liceret, Sacravere Jovi Tarpeio in monte Quirites*; innuit morem Romanorum, ut mensuras, et pondera in Capitolio custodirent, ut inde quoties res exigeret, et de legitima mensura dubitaretur, veritas peti posset. Hinc *Capitolina amphora* ponitur pro amphora justæ mensuræ. *Capitolin. in Maximin.* cap. 4. Bibisse illum sæpe in die Capitolinam amphoram constat. ¶ In genitivo plur. sæpe facit *amphorum* pro *amphorarum*, præsertim cum adjectivis numeralibus, ut *Charis.* l. 1. pag. 41. *Putsch.* observat. *Cic. Fam.* 12. ep. 15. Naves onerariæ, quarum minor nulla erat duum millium amphorum. *Plin.* l. 6. c. 22. Magnitudo navium ad terna millia amphorum. *Liv.* tamen l. 21. c. 63. Navem, quæ plus quam trecentarum amphorarum esset. *Plin.* l. 9. c. 30. Polypi caput amphorarum quindecim capax.

AMPHORĀLIS, le, adject. Apud *Plin.* l. 37. c. 2. *amphorale vas* est amphoræ mensuram capiens.

AMPHORARĬUS, a, um, adject. *Vinum amphorarium* dicitur a *Proculo Digest.* lib. 33. tit. 6. *leg. ult.* quod in amphoras diffunditur servandi causa, ad differentiam doliaris.

AMPHRYSIĂCUS, a, um, adjectivum ad Amphrysum pertinens. *Stat.* l. 1. silv. 4. v. 105. Aut Amphrysiaco pastor de gramine carpsi. *h. e.* herba ad ripas Amphrysi fluminis proveniente.

AMPHRYSĬUS, a, um, ad Amphrysum, et Apollinem pertinens. *Virg.* 6. *Æn.* 394. Quæ contra breviter fata est Amphrysia vates. *h. e.* Apollinea: loquitur enim de Sibylla Cumæa. *Auson.* ep. 7. v. 16. Amphrysia fata. *h. e.* oracula, et libri Sibyllini, quos Apollinis instinctu Sibyllæ scripsisse putabantur. V. vocem sequent.

AMPHRŸSUS, *et Græca positione* Amphrysos, i, m. Ἄμφρυσος, fluvius Thessaliæ parvus, Halum oppidum alluens, et juxta Othrys montis radices in Sperchium amnem decurrens. Celebris est apud Poetas, qui fabulantur circa eum fuisse lætissima pascua Admeti regis Thessaliæ, ubi Apollo ejus armenta novem annos pavit, cum aliquando ab Jove irato divinitate spoliatus fuisset: qua de re V. in *Admetus*, et in *Cyclops*. *Ovid. Metam.* 1. v. 580. Apidanusque senex, lenisque Amphrysos, et Æas. *Virg.* 3. *Georg.* v. 1. Te quoque magna Pales, et te, memorande, canemus, Pastor ab Amphryso. ¶ Legitur et *Amphrisus* Latina vocali.

AMPIRVARE. V. *Redamtruare.*

AMPLE, adverb. *amply, largely, highly, profusely,* εὐρέως, μεγαλείως, εὐπόρως, late, magno numero. *Cels. in præfat. post med.* Qui ample valetudinarios nutriunt, quia singulis summa cura consulere non sustinent, ad communia ista confugiunt. ¶ Metaphorice est copiose, magnifice. *sumptuously, richly, magnificently.* *Cic. de clar. Orat.* c. 55. Duo genera oratorum, unum attenuate presseque, alterum sublate ampleque dicentium. *Id. Verr.* 6. c. 27. Exornare ample, magnificeque triclinium. *Id. Phil.* 5. *in fin.* Amplissime dare agrum militibus. *Id. Verr.* 4. c. 46. Gerere honores omnes amplissime, ac magnificentissime. *Id. Phil.* 9. *in fin.* Efferre aliquem supremo die suo quam amplissime. *Flor.* l. 4. c. 2. Satis ample sonabant in Pompeiani nominis locum Cato, et Scipio, *h. e.* satis amplum, et magnum nomen habebant. *Plin.* lib. 18. cap. 3. Amplissime laudare aliquem. ¶ Comparativum *amplius* V. infra suo loco.

AMPLECTOR, ĕris, exus sum, dep. 3. *to embrace, encircle, surround, clasp, enclose,* περιβάλλω, circum necto, complector, comprehendo, cingo, quod brachiis, extensis homines facere solent: ab *am* circum (ut docet *Festus* in *Amtermini*) et *plecto*, cingo, necto. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 91. Ambæ filiæ sumus: amplectamur ambæ. *Id. Cistell.* 2. 3. 25. et *Rud.* 1. 5. 16. Amplecti genua alicui. *Plaut. Capt.* 3. 4. 120. Compedes amplectuntur crura. *Manil.* l. 1. v. 536. domus naturæ amplectens pontum terrasque jacentes. *Plin.* l. 5. c. 1. Æstuarium amplectitur intra se insulam. *Tacit. Ann.* 12. c. 24. Sulcus designandi oppidi cœptus, ut magnam Herculis aram amplecteretur. *Liv.* l. 35. c. 28. Quantum munimento amplecteretur loci. *Plin.* l. 10. ep. 75. Amplecti locum exhedra, et porticibus. *Virg. Eclog.* 3. v. 45. Et molli circum est ansas amplexus acantho. ¶ Translate *Cic.* 6. *Fam.* ep. 6. *in fin.* Me amicissime quotidie magis Cæsar amplectitur. *h. e.* amat, fovet, colit. *Id. Attic.* l. 7. epist. 1. Amplecti aliquem amore. *Id. pro Mil.* c. 27. Amplecti plebem. *h. e.* fovere, delinire, ejus favorem sibi conciliare. *Sallust. in Jug.* c. 7. Aliquem in amicis habere, magis magisque in dies amplecti. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 53. hoc se amplectitur uno. *h. e.* se amat, sibi placet. *Cic. Phil.* 10. cap. 9. Amplecti virtutem alicujus. *Id. Fam.* 5. ep. 19. libenter animum alicujus. *Id. Attic.* l. 12. ep. 35. Te vehementer rogo, ut hanc cogitationem toto pectore amplectare. *h. e.* amanter suscipias, et serio perpendas. *Id. Fam.* 4. ep. 8. Cæsar favet ingeniis; nobilitatem vero, et dignitates hominum amplectitur. *Id. Fam.* 5. ep. 8. Amplecti officiis amplitudinem alicujus. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 55. jus civile. *Id. ibid.* c. 24. Neque ita amplecti artem, ut, &c. neque eam totam repudiare. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 59. rempublicam. *Id.* 6. *Ann.* c. 8. amicitiam alicujus. *Justin.* l. 22. c. 7. et l. 29. c. 2. spe regnum. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 12. *in fin.* aliquid pluribus verbis. *h. e.* dicere, persequi, explicare. *Virg.* 2. *Georg.* v. 42. Non ego cuncta meis amplecti versibus opto. *h. e.* comprehendere. *Et absolute eodem sensu Plin.* l. 4. c. 12. Totius ponti forma breviter amplectenda. *Tacit.* 4. *Ann.* cap. 34. Quos lex majestatis amplectitur. *comprehends, includes, takes in.* ¶ *Amplecto, is,* activa forma, ut *Priscian.* l. 8. pag. 797. et *Diomed.* l. 1. pag. 379. monent. *Plaut. Rud.* 3. 5. 36. Amplectitote crura fustibus. *Liv. in Odyss.* apud *Diomed. loc. cit.* Genua amplectens virginem oraret. ¶ Passive *Lucil.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 791. Amplexetur, qui velit: ego non sinam me amplectier. paragoge pro *amplecti*. V. *Amplexus, a, um.* ¶ Etiam *amplector, aris* in prima conjugat. usurpasse Veteres, testatur *Priscian. loc. cit.* Itaque hac forma legitur a quibusdam apud *Plaut. Trucul.* a. 5. v. 32. Hinc particip. *amplectandus* est in quibusdam Codicib. *Manilii* l. 4. v. 803.

AMPLEXĀTUS, a, um, particip. ab amplexor. *Cic.* l. 1. *Acad.* cap. 9. Aristoteles primus species labefactavit, quas mirifice Plato amplexatus erat.

AMPLEXOR, aris, atus sum, depon. 1. *to embrace,* idem omnino quod *amplector*, eosdemque fere habens usus. *Cic. Fam.* 1. ep. 9. Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic, me præsente, osculabantur. *Et post.* Amplexari aliquem familiariter, atque hilare. *Plaut. Mil.* 5. 1. 40. Amplexari, atque osculari inter se. *Id. Asin.* 5. 2. 32. Facere modum amplexandi. *Id. Rud.* 3. 3. 33. Aram amplexantes. *Id. Trucul.* a. 5. v. 33. Ego illam patiar alios amplexarier? paragoge pro *amplexari*. ¶ Translate *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 12. Appius totum me amplexatur. *h. e.* valde amat, colit, observat. *Id. ad Brut.* ep. 11. Amplexari, ac tueri judicium suum. *Id. pro Sext.* c. 45. *in fin.* otium. *Id.* 3. *de Orat.* c. 17. Amplexari voluptatem. *Id. pro Cluent.* c. 44. Auctoritatem censorum amplexator. Est qui cum *Priscian.* l. 8. pag. 797. *Putsch. leg. amplexato*, ut sit ab *amplexo*, *as*: quod etiam usurpatum legitur. *Accius* apud *Non.* cap. 7. n. 14. Amplexa: fructum, quem dii dant, cape. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 60. Hanc amabo, atque amplexabo. Adde *Q. Claud.* apud *Priscian. loc. cit.* et *Petron. in fragment. Tragur.* cap. 63. *Burmanni*. Et Passive *Lucil.* apud *Priscian. loc. cit.* pag. 791. Amplexetur, qui velit, ego non sinam me amplectier. περιπλεκέσθω, ut idem *Priscian.* exponit.

AMPLEXUS, a, um, particip. ab amplector, *having embraced.* *Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 80. Meque tibi amplexo nulla noceret hiems. *Cic. pro Sull.* c. 20. Qui tanto amore possessiones suas amplexi tenebant. ¶ Passiva significatione, *embraced.* περιπλεχθείς. *Petron.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 791. et l. 11. pag. 927. Animam nostram amplexam in pectore.

AMPLEXUS, us, m. *the act of embracing, a surrounding, going round, encompassing,* actus amplectendi, et cingendi, περιπλοκή, περιβολή. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 36. Puer dormiens circumplicatus serpentis amplexu. *grasp, hug, embrace, folds.* *Plin.* l. 5. c. 9. Inferiorem Ægypti partem Nilus, dextra lævaque divisus, amplexu suo determinat. *Stat.* 6. *Theb.* v. 255. Collibus incurvis, viridique obsessa corona Vallis in amplexu nemorum sedet. ¶ Sæpius dicitur de hominibus, *an embrace, clasping.* *Virg.* 1. *Æn.* v. 687. Cum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet. *Sueton. in Othon.* c. 10. Amplexu, et osculo aliquem dimittere. *Tacit.* 12. *Ann. c. pœnult.* Amplexu tenere aliquem

Velei. l. 2. c. 123. Circumfundi amplexibus alicujus. *Senec. in Hippol.* v. 705. Ruere in amplexus. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 228. Ire in amplexus. *Lucan.* l. 4. v. 176. In amplexus effusas tendere palmas. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 316. Hærere amplexibus. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 52. Excutere amplexus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 698. Subtrahere se amplexu. *Id.* 8. *Æn.* v. 568. Divelli amplexu. et v. 388. Fovere amplexu. ¶ Absolute de re turpi. *Sil.* lib. 11. v. 399. *Petron. Juvenal. Ovid. Martial.*

AMPLIATĬO, onis, f. amplificatio, augmentum. *Tertull. de baptism.* cap. 13. Ubi fides aucta est credendi, addita est ampliatio sacramento. ¶ Est etiam verbum forense, quod significat dilationem sententiæ ferendæ in aliqua causa, *a suspension of judgment, deferring to pass sentence, adjourning of a trial.* Dicebatur enim ampliatio, ut docet *Ascon. in Verr.* 3. *de præt. urb.* cap. 9. cum Judices audita causa, nec penitus adhuc cognita, petebant nova actione doceri; quod significabant datis in tabella litteris N L, *h. e. non liquet:* et is qui judicio præerat, pronuntiabat, causam *amplius*, hoc est iterum esse cognoscendam. Ex quo *ampliatio* nata est. Differt a *comperendinatione*, quia, licet utraque judicii dilationem habeat, tamen *comperendinatio* nascebatur etiam, si judices nihil judicassent; *ampliatio* vero ex eorum incerta, et dubitanti sententia: *comperendinatio* erat necessaria, et legis vi instituta, *ampliatio* libera (licet non in omnibus causis) et in judicum potestate posita: *comperendinatio* in tertium diem transferebat actionem, *ampliatio* in quemcumque diem ex arbitratu ejus, qui judicio præerat: ex causa *comperendinationis* bis tantum causa dicebatur; ex causa *ampliationis* sæpius dici poterat: cujus rei testimonia V. in voce *Ampliatus:* denique in *comperendinatione*, seu secunda actione dicebat priore loco defensor, posteriore accusator, ut *Ascon.* scribit *loc. cit.* in *ampliatione* priore accusator, posteriore defensor. Hoc tamen discrimen convellit *M. Anton. Ferrat.* l. 1. ep. 9. quem consule. Legitur *ampliatio* tum apud *Ascon. loc. cit.* tum apud *M. Senec.* lib. 1. controvers. 3. *ad fin.*

AMPLIĀTOR, oris, m. qui ampliat. In numo Antonini Pii apud *Spanhem. in exercit.* 2. *de civib. R.* et apud *Medioburb.* pag. 193. S. P. Q. R. ampliatori civium. *h. e.* qui quamplurimos in civitatem R. admisit.

AMPLIĀTUS, a, um, *increased, augmented, enlarged,* amplior, seu major factus, μεγαλυνθείς. *Cels.* l. 7. cap. 5. n. 2. Ampliato magis vulnere, arundo avellenda est. *In monumento Ancyr.* apud *Gruter.* pag. 232. Ampliato ejus solo. *Hirt. de B. Hispan. cap. ult.* Ampliatus honor. *Plin.* l. 17. c. 10. Ampliatum miraculum. *Scævola Digest.* lib. 34. tit. 3. *in fin.* Ampliata summa. ¶ De eo cujus judicium dilatum est, ut in *Ampliatio* diximus. *Liv.* l. 43. c. 2. Bis ampliatus, tertio absolutus est reus. *Valer. Max.* l. 8. c. 1. n. 11. Cujus causa septies ampliata, ad ultimum octavo judicio absoluta est.

AMPLĬFĬCATĬO, onis, f. *an amplifying, increasing, enlarging, extending,* αὔξησις, augmentum. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 8. Amplificatio rei familiaris. *Id.* l. 2. *Divin.* c. 14. pecuniæ. *Id.* 2. *Offic.* c. 12. honoris, et gloriæ. ¶ Apud oratores sumitur pro vehementi quadam disputatione, qua argumenta tum verbis, tum rebus dilatantur, augenturque, ut majorem vim habeant ad permovendum, *amplification:* habetque locum tum in pluribus verbis, tum in uno tantum: quæ Græce αὔξησις dicitur. *Cic. in partit.* cap. 8. *Quintil.* l. 8. c. 4. &c. *Cic. in Orat.* c. 29. Jus omne retinendæ majestatis Rabirii causa continebatur: ergo in omni genere amplificationis exarsimus. ¶ Quamvis autem in quacumque orationis parte locum habeat, tamen accipitur interdum speciatim pro ea, quæ adhibetur in peroratione ad movendos auditorum affectus. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. *pænult.* V. etiam *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 27. qui *ibid.* c. 26. *in fin.* docet, ejusdem amplificationis esse non solum augere aliquid atque altius tollere, sed etiam extenuare, atque abjicere.

AMPLĬFĬCĀTOR, oris, m. *an amplifier, improver, enlarger,* qui amplificat, et auget, παραυξάνων. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 4. Nec vero Pythagoras nominis solum inventor, sed etiam rerum ipsarum amplificator fuit. *Id. Fam.* 10. ep. 12. Dignitatis tuæ non modo fautor, sed etiam amplificator. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 282. n. 3. Constantino amplificatori urbis Romæ.

AMPLĬFĬCĀTRIX, icis, f. *she that amplifieth,* &c. quæ amplificat, et auget. *Pacat. in Paneg. Theodos.* cap. 8. Quos plurima laude dotavit amplificatrix veri vetustas.

AMPLĬFĬCĀTUS, a, um, *amplified, enlarged, improved, increased,* auctus. *Cic.* 3. *Catil.* c. 1. Urbs condita, et amplificata. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 3. Respublica amplificata. ¶ Translate *Id. pro Leg. Manil.* c. 16. Auctoritas multis rebus gestis, magnisque vestris judiciis amplificata. *Id.* l. 3. *de Legib.* c. 14. Pauci honore, et gloria amplificati. *Sallust. orat.* 2. *ad Cæs. de republ. ordin. ante med.* Nobilitatis opes diminutæ, et jus populi amplificatum. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 12. Gratia, et dignitas amplificata.

AMPLĬFĬCE, adverb. *richly, magnificently, splendidly, ample,* magnifice. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 265. Talibus amplifice vestis decorata figuris Pulvinar complexa suo velabat amictu. *Alii leg.* amplifica vestis. [alii tamen legunt *amplificæ vestis.*]

AMPLĬFĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to enlarge, amplify, augment, increase, improve, enhance,* αὐξάνω, amplum facere, dilatare, ampliare, augere. *Liv.* l. 1. c. 44. Amplificare urbem. *Valer. Max.* l. 3. c. 4. n. 2. numerum Senatus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. sonum. *Id. pro Dom.* c. 9. pretium. *Id. de Amicit.* c. 16. fortunam. *Id.* 1. *de Fin.* c. 11. voluptatem. *Pacuv.* apud *eund.* 2. *Tuscul.* c. 21. dolorem. ¶ Translate *Id.* 2. *de nat. Deor. in fin.* Amplificare facultatem disserendi. *Id.* 3. *de Legib.* c. 14. aliquem honore, et gloria. *Plin. in Paneg.* c. 69. Amplificare, atque augere aliquem festinatis honoribus. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 14. auctoritatem alicujus. ¶ Dicendo rem augere, adhibita amplificatione, *to amplify, heighten, exaggerate. Cic.* 3. *de Orat.* c. 26. *in fin.* Summa laus eloquentiæ est amplificare rem ornando. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 53. Aliquid amplificare, atque ornare dicendo. *Id.* 4. *Acad.* c. 2. Amplificare gloriam alicujus. *Id.* 5. *de Fin.* c. 24. virtutem suis laudibus [¶ Particip. *amplificaturus* apud *Cæs. de bell. Gall.* l. 2. c. 14. Quod si fecerit, Æduorum auctoritatem apud omnes Belgas amplificaturum.]

AMPLĬFĬCUS, a, um, amplus, magnificus. [*Fronto de oration.* l. 2. fragm. 3. Tibi, Cæsar, maximum, sublime, et excelsum, et amplificum ingenium ab Diis datum est.] V. *Amplifice.*

[*AMPLIFLŬUS, a, um, adject. ample fluens, abundans. *Strabo Gallus* c. 2. v. 2. Bruma est ampliflui consumptrix sæva laboris.]

AMPLĬO, as, avi, atum, a. 1. *to increase, enlarge, add to the size of, amplify, aggrandize,* μεγαλύνω, αὐξάνω, amplum facio, augeo. *Cels.* l. 7. c. 5. n. 1. Ampliare plagam. *Sueton. in Aug.* c. 18. templum. *Id. in Cæsar.* c. 44. imperium. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 32. rem. *h. e.* divitias augere. *Tacit.* 2. *Histor.* cap. 78. servitia. *h. e.* augere numerum servorum. *Sueton. in Ner.* c. 22. et *Plin. in Paneg.* c. 44. numerum. *Sueton. in Aug.* c. 41. censum Senatorum. *Id. ibid.* c. 45. privilegia. *Callistrat. Digest.* lib. 44. tit. 14. leg. 3. pretia prædiorum diligenti cultura. *Martial.* lib. 10. epigram. 23. Ampliare sibi spatium ætatis. *Scævola* lib. 34. tit. 1. leg. 16. *a med.* Ita ut ex usuris aleretur, prout ætatem ampliaret. *in proportion to the number of years he should live.* Et *Julian.* lib. 23. tit. 3. leg. 47. Ampliare dotem. *Plin.* l. 23. c. 2. vires. ¶ Translate *Martial.* l. 8. epigr. 66. Ampliare nomen alicujus. *h. e.* illustrare, amplitudinem conferre. *render glorious.* ¶ Speciatim est verbum forense, et significat differre in alium diem alicujus causæ sententiam, ut in *Ampliatio* exposuimus, *to delay judgment, defer passing sentence, adjourn a trial. Cicer. pro Cæcin.* c. 10. Cum causam non audisset, et potestas esset ampliandi, dixit, sibi liquere. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 36. Quid fuit judices, quare in sententiis ferendis dubitaveritis, aut istum hominem nefarium ampliaveritis? *Aurel. Vict. de vir. illustr.* cap. 24. Manlius ab conspectu Capitolii ampliatus est. *h. e.* dilata est ejus sententia ob conspectum Capitolii. V. *Liv.* l. 6. c. 20.

AMPLĬTER, adverb. *abundantly, largely, copiously, richly, affluently, magnificently, at a high cost,* ample, largiter, magnifice, δαψιλῶς. *Plaut. Casin.* 2. 8. 65. Obsonari ampliter. *Id. Merc. prol.* v. 98. Accipere aliquem hilare, atque ampliter. *Id. Stich.* 5. 4. 10. Facere sumptum ampliter. *Plaut. Cistell.* 2. 3. 55. Occupatus sum ampliter. *h. e.* valde. *Gell.* l. 2. c. 6. Laudare ampliter. *Id.* l. 10. c. 3. Dicere aliquid ampliter, et insigniter. *h. e.* dicere aliquid magnificum, et insigne. Adde *Lucil. Pompon. Acc.* apud *Non.* c. 11. n. 19.

AMPLĬTŪDO, inis, *ampleness, amplitude, greatness, largeness, magnitude, extent; bulk, size,* πλάτος, spatium, aut magnitudo alicujus rei. *Cic. Verr.* 6. cap. 49. Simulacrum quoddam modica amplitudine. *Sueton. in Calig.* c. 35. Egregia corporis amplitudo. *stature. Varr.* l. 2. *R. R.* cap. 4. Amplitudo membrorum. *Tacit.* 4. *Histor.* c. 22. valli. *Id. de Germ.* c. 26. soli. *Plin.* l. 6. c. 26. Oppidum septuaginta stadiorum amplitudine. *Id.* l. 14. c. 2. Amplitudo foliorum. *Id.* l. 12. c. 1. Platanus adolescit in amplitudinem. *Id.* l. 10. c. 22. Crescere in amplitudinem. *Auct. Dial. de Orat.* (*qui a quibusdam* Tacito *tribuitur*) cap. 37. Crescit cum amplitudine rerum vis ingenii. ¶ Apud *Gell.* l. 19. cap. 8. amplitudo numeri est numerus pluralis. ¶ Quotiescumque pro altitudine ponitur, simul significat crassitudinem aliquam, quæ amplum reddat. ¶ Translate ponitur pro dignitate, gravitate, præstantia, quam sibi quis comparavit ex multa virtute, sapientia, potentia, rebus gestis, et propter quam amore, cultu, aut admiratione dignus est. *dignity, grandeur, excellence, distinction. Cic.* 2. *de Invent.* c. 55. Amplitudo est potentiæ, aut majestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 1. Homines, in quibus summa auctoritas est, atque amplitudo. *Et paulo post.* Propter nobilitatem, et amplitudinem. *Id.* 2. *de Orat.* c. 39. Majestas est amplitudo, ac dignitas civitatis. *Id.* 1. *Offic.* c. 20. Splendor, et amplitudo. Et cap. 21. Claritas, et amplitudo. *Id. pro Mur.* c. 7. Amplitudo nominis. *Id. ibid.* Summa amplitudine dignum putari. *Id. de clar. Orat.* c. 81. Ad summam amplitudinem maxima cum gratia, et gloria pervenire. *Id.* 2. *Tuscul.* c. *pænult.* Amplitudo animi. *Nepos in Attic.* c. 18. Amplitudo rerum gestarum. *Plin. in præfat. hist. nat.* Amplitudo fortunæ. ¶ In plurali numero. *Cic.* 4. *de Fin.* cap. 7. *a med.* Amplitudines bonorum. *Gell.* l. 4. c. 9. Amplitudines virtutum. ¶ *Amplitudo orationis* apud *Gell.* l. 7. c. 14. est copiosum, et magnificum dicendi genus.

AMPLIVĂGUS, ample vagus, late vagans. *Auctor ad Herenn.* lib. 3. afferri solet ad hanc vocem confirmandam; sed inepte duæ voces in unam compinguntur. Verba sunt cap. 19. Loci præter modum ampli vagas imagines reddunt, et nimis angusti sæpe non videntur posse capere, &c.

AMPLĬUS, *more, further,* πλέον, adverbium est comparativum ab *ample*, et significat plus, aut insuper; variosque habet usus, atque elegantes, variamque constructionem. Sæpe enim ponitur absolute. *Cic.* lib. 1. *de Orat.* c. 17. Non luctabor tecum, Crasse, amplius. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 34. Bestiæ eo contentæ non quærunt amplius. *no more, nothing beyond that. Cic. Verr.* 7. c. 49. Sthenius se se ipsum abs te repetit: nihil amplius. *Id. Fam.* 12. ep. 1. *ad fin.* Ulta suas injurias est per vos: nihil amplius. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 50. Quid vis amplius? *Et mox.* Quid quæris amplius? *what do you ask more? Id. Catil.* 1. cap. 3. Quid est, quod jam amplius exspectes, si, &c? *that you look for beyond that? Sallust. in Jug.* c. 27. Amplius morari aliquem. *Cic. de Harusp. resp.* c. 24. Quid enim amplius ad ejus laudem minuendam facere potuisset? *what circumstance could contribute more,* &c. *Id. pro Cæc.* c. *ult.* Habetis eum, ut nihil dicam amplius, qui se homines coegisse fateatur. *to say nothing more than that:* et est formula, qua utimur, cum acerbum, aut odiosum quidpiam loqui nolle significamus. Sic *Id. pro Planc.* cap. 7. Nihil dico amplius. Et *pro Marcell.* c. 6. Nihil amplius dicam, quam id, quod omnes verebamur, &c. *Id.* 4. *Acad.* c. 26. Solem amplius duodeviginti partibus confirmant majorem esse, quam terram. *eighteen times as large as. Terent. Heaut.* 1. 2. 11. Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiscum esset hodie, amplius. *h. e.* Menedemum quoque præter alios invitatum. ¶ *Hoc amplius* formula est, qua et superiora repetimus, et aliquid præterea addimus, ut *Pompon. Digest.* lib. 32. leg. 52. docet. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 12. Bestiis sensum, et motum dedit, homini hoc amplius, quod addidit rationem. *still more, in that,* &c. *Id. Fam.* 9. ep. 25. Obtemperare cogito præceptis tuis: hoc amplius navicularum habere aliquid, &c. *and more than that, and besides. Id.* 5. *de Fin.* c. 4. Cum uterque pluribus scripsisset, qui esset optimus reipublicæ status; hoc amplius Theophrastus, quæ essent, &c. *hath added this besides, what might be* &c. *Id. ad Brut.* ep. 5. Cui cum essent assensus, decrevi hoc amplius, &c. *Id. Phil.* 13. *sub fin.* Quæ cum ita sint, de mandatis, litterisque M. Lepidi Servilio assentior; et hoc amplius censeo, &c. Formula qua utebatur in Senatu, qui sententiam post alium dicebat, et assentiri se illi affirmans, addendum tamen aliquid pronunciabat. Qua de re V. alia duo exempla apud *Senec. de vita beat.* cap. 3. et l. 3. *Quæst. natural.* c. 15. ¶ In testamentis illa quoque formula est: *lego Titio tot, et hoc amplius uxori, et liberis ejus tot,* quæ apud *African. Digest.* lib. 30. leg. 105. legitur. *and moreover.* ¶ *Eo amplius,* hoc amplius. *Sallust. in fragment.* apud *Servium ad Æn.* 1. v. 75. Denas alii (*uxores*) alii plures habent: sed reges eo amplius. ¶ In re forensi. *Cic. Verr.* 3. c. 9. Vel judicari primo poterat, vel amplius pronunciari. *h. e.* differri judicium per ampliationem. (V. *Ampliatio.*) Cum enim judicibus non satis liquebat in causa aliqua, et novam actionem postulabant, is qui causæ præerat *amplius* pronuntiabat: quod etiam *de clar. Orat.* cap. 22. et *Verr.* 3. cap. 29. *in fin.* legitur. ¶ Et illa formula est *Cic. Fam.* 13. ep. 29. Rogo, ut si quid satisdandum erit, amplius eo nomine non peti, cures, ut satisdetur fide mea. *Id. de clar. Orat.* cap. 5. Tibi ego non solvam, nisi prius a te cavero, amplius eo nomine neminem, cujus petitio sit petiturum. Adde *pro Rosc. Com.* c. 12. et l. 1. *ad Attic.* ep. 8. Hac utebantur in stipulationibus, cum creditor cavebat debitori, affirmando nihil amplius sibi deberi, nihilque se ultra unquam petiturum. Quæ integra refertur *Digest.* lib. 46. tit. 8. leg. 23. his verbis: *In stipulatione cavetur, non petiturum eum, cujus de ea re actio, petitio, persecutio sit.* V. *ibid.* leg. 15. Huic similis est illa, *amplius non agi* apud *Paul.* lib. 45. tit. 1. leg. 4. et *Ulpian.* lib. 9. tit. 2. leg. 27. habebatque locum in iis stipulationibus, in quibus aliquis promittebat, se de ea re nunquam postea acturum, aut litem intentaturum. ¶ Interdum *amplius* habet post se genitivum more substantivorum. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 9. Si amplius obsidum velit, dare pollicentur. ¶ Item ablativum more comparativorum. *Sallust. in Catil.* cap. 59. Cum initio non amplius duobus millibus habuisset. *Id. in Jugurt.* cap. 57. Morari amplius opinione. *Lucret.* l. 3. v. 966. Amplius æquo. *Julian. Digest.* lib. 39. tit. 6. leg. 19. Non amplius parte capere. *Scævola ibid.* lib. 36. tit. 1. leg. 78. *in fin.* Amplius quadruplo. ¶ Sæpe habet post se particulam *quam. Cic.* 2. *Verr.* c. 13. Paulo amplius, quam privatus. *Id. Verr.* 4. c. 31. Ne rejiciundi quidem amplius quam trium judicum potestatem facere. *Id.* 2. *Legib. cap. pænult.* De sepulcris nihil est apud Solonem amplius, quam ne quis ea deleat. *Nepos in Agesil.* c. 8. Ut terra

[illegible] esset stramentis, neque hinc amplius quam pellis esset [illegible]. Id. in Dionis. cap. ult. Nolo amplius quam [illegible] pagina. Sueton. in Aug. c. 17. Nec amplius quam septem et viginti dies. ¶ Sæpissime quam omittitur, præsertim si cum numeralibus adjectivis jungatur. *Cic. de clar. Orat.* c. 17. Orationes amplius centum quinquaginta. *Id. Attic.* l. 2. cap. 16. Qui ager non amplius hominum quinque millia potest sustinere. *Nepos in Datam.* c. 8. Cum de ipsorum exercitu non amplius hominum mille cecidisset. *Cæs.* l. 3. *B. G.* c. 22. In deditionem venerunt amplius millia viginti quatuor. *Liv.* l. 38. cap. 40. Thracum decem haud amplius millia. *Cic. pro Rosc. Com.* cap. 3. Amplius sunt sex menses. *Terent.* Amplius triennium est. *Id.* [illegible] *post.* Triennio amplius.

AMPLIUSCULE, adverb. diminutivum ab *amplius*. *Sidon.* l. 8. *ep. ult.* Si vir illustris aliquid insuper ampliuscule scribi depoposcisset. *h. e.* aliquanto uberius, et fusius.

AMPLIUSCŬLUS, a, um, adject. aliquanto amplior. *Apul. in Apolog.* Homo miser ampliuscula fortuna devolutus. *h. e.* spoliatus opibus satis amplis.

AMPLO, as, a. 1. *to enlarge, amplify*, amplifico. *Pacuv.* apud *Non.* cap. 10. n. 14. Ubi poetæ pro sua parte falsa, conficta que canunt, qui causam humilem dictis amplant.

AMPLOCTI pro *amplecti* dixere Veteres teste *Priscian.* lib. 1. pag. 552. *Putsch.* ea ratione, qua *vorto* pro *verto*, et *voster* pro *vester*, &c.

AMPLUS, a, um, *large, spacious, ample, great, extensive*, [illegible], πλατύς, spatiosus, patens, latus, et ex omni parte se se diffundens. *Cic.* 1. *Offic.* c. 39. Ampla domus. *Id. Verr.* 6. c. 53. Amplissima curia, amplissimum gymnasium. Et cap. 34. Amplum et excelsum signum cum stola. *Virg.* 3. *Æn.* v. 353. Amplæ porticus. *Plin.* l. 6. cap. 20. Amplissima insula. *Sueton. in Aug.* c. 94. Mortali specie amplior. *larger in size than man usually is.* *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 101. Amplæ divitiæ. *Liv.* l. 27. *sub fin.* Amplissima vestis. *sumptuous.* *Cic. pro Quint.* c. 3. Res pecuaria ampla. *Id. pro Rosc. Amer.* cap. 31. Amplissima pecunia. *Plin.* l. 28. c. 10. Amplior potentia. *Id.* l. 2. c. 40. Amplissimi effectus. *Sueton. in Vespas.* cap. 4. Amplior exercitus. *Papinian. Digest.* lib. 31. leg. 79. Amplius pretium. *Plin.* l. 5. cap. 9. Ampliores aquæ. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 50. Amplior morbus. *h. e.* gravior, magisque effundens vires suas. *Plin. sub fin.* l. 6. Amplissima dies horarum quindecim. *h. e.* longissima. ¶ Translate *Cic. pro Marcell.* c. 8. Quidquid enim est, quamvis amplum, sit, id certe parum est tum, cum est aliquid amplius. *Id. Verr.* 4. c. 25. Ampla occasio. *Lucret.* l. 5. v. 1173. Amplæ vires. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 9. Ampliores iræ. *h. e.* vehementiores. *Propert.* l. 3. eleg. 4. vers. 32. Pœna sera, sed ampla. *Id. ibid.* eleg. 21. *in fin.* Spes ampla nepotum. ¶ Sæpissime ponitur pro præclaro, illustri, splendido, magnifico. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 9. Amplissimæ res gestæ. *Id. pro Mil.* c. 22. Amplis præmiis afficere aliquem. *Id. Verr.* 3. cap. 5. *in fin.* Ne ullum munus ædilitatis amplius, aut gratius populo esse possit. *Id. de provinc. consul.* c. 11. Ampliorem honorem alicui tribuere. *Nepos in Eumen.* c. 4. Amplo funere efferre aliquem. *Id. in Catil.* c. 1. Amplissimus triumphus. ¶ *Amplum* est, præclarum, magnificum est. *Liv.* l. 9. c. 30. Sibi amplum esse urbem ab se captam frequentari. *Id.* l. 28. c. 42. *ad fin.* Relinquere Italiam paras, quia tibi amplum et gloriosum est. ¶ Cum refertur ad homines, significat eum, qui dignitate, doctrina, aut nobilitate præstans est, illustris, clarus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 30. Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum pervenit. *Id. Phil.* 3. c. 8. Et quidem ampli homines, sed immemores dignitatis suæ. *Id. pro Cæcin. c. ult.* Homo virtute cognita, et spectata fide amplissimus. *Id. Verr.* 6. c. 49. Amplissimum collegium decemvirale. *Id. pro Mil.* c. 2. Amplissimi ordines. *Id. pro Mur.* c. 7. Amplæ, et honestæ familiæ. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 12. Amplissimo genere natus. ¶ *Amplissimus ordo* speciatim est senatorius. *Plin.* l. 10. ep. 3. *Sueton. in Vespas.* c. 2. et in *Oth.* c. 8. et JCti in *Dig.* sæpe. ¶ *Amplissimi* etiam dicuntur Consules ab *Ulpian. Digest.* lib. 49. tit. 1. leg. 1. et lib 35. tit. 1. leg. 48. ¶ *Amplus orator* dicitur, qui oratione utitur fusa, copiosa, et magnifica. *Cic. in Orat.* c. 9. Lysiam causidicum sequuntur, non illum quidem amplum atque grandem, subtilem et elegantem tamen. *Id. de clar. Orat.* cap. 68. Pompeius erat oratione satis amplus. Adde cap. 55. Eundem lib. 7. *Attic.* ep. 17. *luculentum scriptorem* vocat. ¶ *Ampliores* pro *plures* legitur bis usurpatum a *Caio Dig.* lib. 3. leg. 64.

AMPTRŬO. V. *Amtruo.*

AMPULLA, æ, f. *a bottle, jug, flask, cruet*, λήκυθος, vasis genus ex vitro, aut alia materia, turgidum veluti inflato ventre, et angusto ore, quo oleum veteres in balneis servabant; item quo in mensa ad acetum continendum, aliquando etiam ad bibendum utebantur. Ejus formam his verbis *Apulei. in Florid.* n. 8. (*al.* l. 2.) describit. Fabricatum sibimet ampullam oleariam, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate. Figuram exhibet *Pignorius de Serv.* pag. 40. Ansatam utrinque fuisse, putat *Isaac. Voss. in not. ad Pompon. Mel.* l. 2. c. 6. et in eo differre ab urceo, qui unicam tantum ansam habeat. *Plin.* l. 20. c. 14. Ampullæ vitreæ aceti. *Sueton. in Domit.* c. 11. Modicam in ampulla potiunculam sumere. *Martial.* l. 6. epigr. 35. vitreisque tepentem Ampullis potas semisupinus aquam. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 12. Si ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat. *h. e.* balneorum usus. ¶ Apud *Plaut. Merc.* 5. 2. 86. refertur inter instrumenta, quæ secum iter facturi asportabant; seu quod ea oleum ferrent ad ungendos in itinere pedes: qui mos antiquis fuit, teste *Hesych.* seu quod vinum in ea haberent: qua ratione idem videtur fuisse ac œnophorum, de quo *Pers.* sat. 5. v. 140. Jam pueris pellem succinctus, et œnophorum aptas, Ocyus ad navem, &c. Hinc Festus in voce *Rubidus*, *scorteas ampullas* memorat *vetustate rugosas*, ubi sane intelligit ampullas ex corio ad vinum ferendum, quas Angli vocant *flasks, flagons, wine-bags, or bottles*, quæque figura cum ampullis conveniunt. ¶ Translate *Horat. de art. poet.* v. 97. Projicit ampullas, et sesquipedalia verba. *h. e.* verba magnifica, turgida, et grandiloqua: ducta similitudine a figura ampullæ, quæ ventriosa est, et in medio veluti inflata. *inflated expressions, turgid diction, bombast.*

AMPULLACĔUS, a, um, adject. *Ampullacea pyra* dicuntur a *Plin.* l. 15. c. 15. quæ sunt ampullæ figura, collo oblongiore, latiore ventre. ¶ *Ampullaceum corium* apud *Columell.* l. 8. c. 2. *sub fin.* videtur esse illud, quod adhibebatur faciendis ampullis, seu œnophoris. V. *Ampulla.*

AMPULLAGĬUM, ii, n. flos mali punici cum parvulo fructu, κύτινος ῥοᾶς, ita dictus a figura ampullæ. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 4. c. 3. et l. 5. c. 2. atque hoc posteriore loco alii leg. *ambulacium.*

AMPULLARĬUS, ii, m. qui ampullas facit. *Plaut. Rud.* 3. 4. 51. Ut quivis dicat ampullarius, optimum esse opere faciundo corium, et sincerissimum. *scil.* ex corio etiam ampullæ fiebant, ut in *Ampulla* dictum est: vel ut alii volunt corio vestiebantur, ut ferendo munitiores essent iter facientibus. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 643. num. 10. C. Lucius Philomusus ampullarius. ¶ Adjective *Plaut. Stich.* 1. 3. 75. Cavillationes ampullariæ. *h. e.* quæ in balneis inter ungendum jactari solent. Ita enim legitur in quibusdam editis, et MSS. Alii *unctiones crapularias*, quæ discutiendæ crapulæ adhibentur.

AMPULLOR, aris, dep. 1. *to swell, rant, bluster, talk big, deal in rhodomontade; use a pompous or inflated style in writing*, ampullis verborum uti, magnifice loqui. *Horat.* l. 1. ep. 3. v. 14. Tragica desævit, et ampullatur in arte.

AMPUTATĬO, onis, f. *a cutting or lopping off*, ἀποκοπή, actus amputandi. *Cic. de Senect.* c. 15. Sarmentorum aliorum amputatio, aliorum immissio. ¶ Pro ipsa materie, quæ amputatur, *Plin.* l. 12. c. 25. *de arbore balsami.* Et sarmenta quoque in merce sunt: sestertiis septingentis amputatio ipsa, (*the cutting*) surculusque veniit, &c. ¶ *Amputatio vocis* est vocis amissio: quam Græci quoque φωνῆς ἀποκοπὴν vocant. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 2. c. 6. Vocis amputatio fiet ex clamore nimio, aut frigore, aut ardore, sive ustura faucibus asperatis, vel etiam tumore nimio. Fit autem obtusio sonitus emissæ per spiritum vocis, atque hirta, vel aspirationis tractu gravata locutio.

AMPUTATORĬUS, a, um, amputandi, et dividendi vim habens. *Theodor. Priscian. de diæta*, c. 10. Origanum est amputatorium, et siccatorium, et extenuatorium. *Scribon.* quoque *Larg.* hanc amputandi vim medicamentis tribuit, dum de *triphera* medicamento ita loquitur *composit.* 230. Uvam nimis jacentem, sine periculo per auriscalpium lana involutum peruncam amputat.

AMPUTĀTUS, a, um, *cut or lopped off, pruned, amputated*, cædendo ablatus, ἀφαιρούμενος, ἀποκεκομμένος. *Plin.* l. 16. c. 32. Amputatum cacumen ulmi. ¶ Translate *Cic.* 5. *de Fin.* c. 13. Amputata, et circumcisa inanitas omnis, et error. *h. e.* sublata, et remota. *Gell.* l. 6. c. 5. Decisæ, et amputatæ falsæ opiniones. *Id.* l. 19. c. 12. Omnibus vehementioris animi vitiis amputatis. ¶ *Amputata loqui* est dicendo uti verbis non apte cohærentibus, ut velut trunca oratio sine numero desinat. *Cic. in Orat.* c. 51. Et ipsi infracta, et amputata loquuntur, et eos vituperant, qui apta, et finita pronuntiant.

AMPŬTO, as, avi, atum, a. 1. *to cut or lop off, to prune, amputate*, περικόπτω, ἀφαιρέομαι, cædo, abscindo, reseco: ex *am* circum, et *puto*, ut proprie sit circum abscindere, circumcidere. *Paul.* ex *Festo*: Amputata, id est circum putata. *Cic. de Senect.* c. 15. Amputare vitem ferro. *Id. Phil.* 8. c. 5. In corpore si quid pestiferum est amputare. *Sueton. in Galb.* c. 20. caput alicui. Et cap. 9. manus. *Senec. in Thyest.* v. 761. humeros trunco tenus. *Et mox.* ossa. *Columell.* l. 6. c. 32. Scalpello usque ad vivum resecare, et amputare scabiem. *Plin.* l. 32. c. 3. Amputare testes. *Et absolute eodem sensu Senec. in Excerpt. controvers.* l. 10. controvers. 4. *ad fin.* Amputare exoletos. ¶ Translate *Cic.* 4. *Acad.* c. 45. Circumcidere, et amputare multitudinem sententiarum. *abridge.* *Id.* 2. *de Orat.* c. 21. Volo esse in adolescente, unde aliquid amputem. *Id. in partit.* cap. 5. narrationes. *Senec. in Med.* v. 530. longa colloquia. *Justin.* l. 24. c. 7. moras. *Tacit. Hist.* 2. c. 69. numerum legionum. *diminish, reduce, lower.* ¶ *Amputare* de medicamentis dictum V. in *Amputatorius.* [¶ Particip. *amputans* apud *Horat.* epod. 2. v. 11. Inutiles falce ramos amputans Feliciores inserit. ¶ Particip. *amputandus* apud *Quintil.* l. 8. c. 3. n. 75. Ut medici abalienata morbis membra præcidunt, ita turpes ac perniciosos, etiam si nobis sanguine cohærent, amputandos.]

AMPYCĪDES, æ, m. patronym. Mopsus Ampyci filius, augur celebris. *Ovid. Metam.* 12. v. 455. Nec tu credideris tantum cecinisse futura Ampyciden Mopsum. Et *lib.* 8. v. 316. Ampycidesque sagax.

AMPȲCUS, i, et Ampyx, ycis, m. vir Œchalius, vel, ut alii volunt, Titarensis, hoc est ex Titaro, Thessaliæ oppido, qui ex Chloride filium genuit Mopsum nomine augurem egregium. Apud *Ovid.* 12. *Metam.* v. 450. legitur *Ampyca* in accusativo singulari, Græca positione pro *Ampicem.*

AMSANCTUS, i, m. [† hod.] *Mufiti, valle di Fricenti*, locus in Italia noxius, et lethalis ob aquas putridas, et fœtentes, quod sulphureæ sint, et undique sylvis, angustiisque claudantur, adeo ut sine periculo adiri non possit ob fœtorem, et horrorem loci. Inde ei nomen factum. *Amsanctus* enim dicitur ab *am* circum, et *sanctus*, quasi ab omni parte sanctus: hujusmodi autem loca horrida, et tenebricosa Antiquis religiosa erant, et Diis sacra. *Cic.* l. 1. *Divin.* c. 36. et *Plin.* l. 2. c. 93. hunc locum esse aiunt in Hirpinis: sunt tamen alii, qui in Lucanis ponunt, alii, qui in Subinis. ¶ Poetæ fabulati sunt, illa esse aditum ad Inferos. V. *Virg.* 7. *Æn.* v. 565. ¶ Scribitur et *Ansanctus* teste *Dausq. in Orthograph.*

AMSEGĔTES, inquit *Paulus* ex *Festo*, dicuntur, quorum ager viam tangit. *h. e.* qui agrum habent, per quem vicino servitus viæ debetur. *they whose land lies by the high-way.* Est autem *via* hoc sensu jus eundi, jumentum agendi, vehiculum ducendi per agrum vicini, *right of passage.* V. *Via.* Qui agri hanc servitutem habebant, tenebantur eorum domini viam ita munire, ut facile posset et homo, et jumentum, et vehiculum illa ire. Si non fecissent, jus erat vicino ex XII. Tabulis jumentum qua vellet agere, ut est apud *Cicer. pro Cæcin.* c. 19. Legem illam XII. Tabular. ita recitat *Dacerius in Fest.* Amsegetes viam muniunto. Si via in immunita escit, qua volet jumentum agito. *Gothofred.* ita refert: Si via per amsegetes immunita escit, qua volet jumentum agito. Si *Paulum*, et *Dacerium* sequimur, amsegetes sunt ipsi domini agri culti; si *Gothofred.* ipsi agri.

AMTERMĬNI, qui circa terminos provinciæ manent. *Paulus* ex *Festo.* quæ verba mendosa putat *Scalig.* et ita emendat: *Amtermini qui circa terminos Po. Ro. viciniæ manent*; et intelligi eos, qui non erant in agro Romano, sed circum in vicinia. *am* enim circum significat: Græce ἀμφιτέρμονες. Subdit præterea non solum *amterminos* dictos esse, sed et *amtermines*, quia Veteres etiam *termen* dicebant pro *terminus*: errare ideo *Macrob.* qui *Saturn.* l. 1. c. 14. fragmentum illud Catonis *Oratorum am terminum* divisim legat, cum sit junctim legendum *amterminum* ab adjectivo plurali *amtermines.* Est tamen in loco *Macrobii* mira lectionum varietas. ¶ Scribitur et *antermini*, sed rarius.

AMTRŬO, vel Amptruo, as, n. 1. *to turn or wheel round in the dance*, antiquum verbum ab *am* circum, et *trua*, quæ est instrumentum ad movendum, et agitandum; significat motus, et saltus, quos edebant Salii sacerdotes in suis sacris: horum enim qui primus erat, *amtruare* dicebatur, et qui post eum movebantur, et saltitabant invicem motus reddentes, *redamtruare.* *Lucil.* apud *Fest.* in *Redamtruare.* Præsul ut amtruat, inde et volgu' redamtruat olli. Adde *eund.* et *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 739. ¶ Translate *Pacuv. ibid.* Promerendæ gratiæ simul cum videam Graios nihil mediocriter redamtruare, opibusque summis persequi. *h. e.* nullam referre gratiam, nihil reponere. ¶ Sunt autem satis multæ horum verborum variæ lectiones. Nam pro *amtruare* alii reponunt *amburbare*, hoc est saltu corpus reciprocare: alii *ampirvare* eodem fere sensu: Pro *redamtruare* legunt alii *redentruare*, vel *redandruare* eadem significatione. Ut ut se res habeat, obsoleta hæc sunt omnia, et antiquitati relinquenda.

AMULĒTUM, i, n. *an amulet, charm, spell; a preservative (usually hung round the neck) against poison, enchantment or other harm*, φυλακτήριον, medicamentum, quod de collo suspenditur, aut alia quacumque ratione adhibetur, præcipue ad amoliendum fascinum: videturque dictum ab *amoliendo*: unde et *amoletum* scriptum legitur in *Vet. Gloss.* *Plin.* l. 29. c. 4. Morborum remedia, veneficiorum amuleta. *Id.* l. 30. c. 15. Scarabæorum cornua adalligata amuleti naturam obtinent. *Id.* l. 28. c. 4. Inter amuleta est, editæ quemque urinæ inspuere. *Id.* l. 37. c. 3. Succinum infantibus adalligare amuleti ratione.

AMULĬUS, ii, m. Ἀμούλιος, Procæ filius, et Numitoris frater, qui regnum fratri abstulit, atque omnem ejus stirpem virilem necavit, fratis quoque filiæ Rheæ Sylviæ per speciem honoris cum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus ademit. Sed cum ea furtim a Marte compressa Romulum, et Remum genuisset, ab his regno pulsus, et vita spoliatus est. *Liv.* l. 1. c. 3. et 4. Hinc *Ovid. Fast.* 3. v. 67. Romuleoque cadit trajectus Amulius ense. [¶ Hujus nominis fuit etiam nobilis pictor. *Plin.* l. 35. c. 10. sect. 37. Fuit et nuper gravis ac severus, idemque floridus humilis rei pictor Amulius. Hujus erat Minerva spectantem adspectans quacumque adspiceretur.]

AMULUM. V. *Amylum.*

AMURCA, æ, f. *the lees of oil*, ἀμοργὴ, sordes olei, quæ præcedunt. *the scum.* Nam quæ sequuntur, fæces vocantur. *the dregs.* Varios ejus usus, et utilitates recenset *Plin.* l. 15. c. 18. Ea enim imbui dolia olearia, cadosque, ne bibant oleum: subigi areas terendis messibus, ut formicæ, rimæque absint: illini horreorum parietes, et pavimenta, et vestium arcas contra teredines, et noxia animalia: lora, et coria, et calceamina, axesque, et æramenta contra æruginem, colorisque gratia elegantioris; præterea utilem esse in quibusdam arborum morbis, et animalium quoque, &c. Addit *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 51. utilem esse ad necandas noxias herbas in agris, &c. *Virg.* 3. *Georg.* v. 448. Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca. *Servius* ad. 1. *Georg.* v. 194. docet, *amurca* per *c* quidem scribi, pronuntiari vero per *g*, ut fit in *Caius*, et *Cneus*.

AMURCARĬUS, a, um, adject. *Amurcaria vasa* apud *Caton*-*m R. R.* c. 10. sunt, in quibus amurca servatur.

AMUSĬA, æ, f. *ignorance of music; illiterateness*, canendi imperitia, ἀμουσία. *Varro* ὄνος λύρας apud *Non.* c. 1. n. 54. Quibus suam delectet ipse amusiam, et aviditatem speribus lactet suis.

AMUSSIS, is, f. *a mason's or carpenter's rule, or line*, κανὼν, προσαγώγιον, regula lignea, vel ferrea perfectæ rectitudinis, qua utuntur fabri ad coæquanda opera, et ad planam æqualitatem dirigenda. Ita definiunt *Festus*, et *Varr.* apud *Non.* cap. 1. n. 28. cujus verba sunt: *Amussis est æquamentum levigatum, et est apud fabros tabula quædam, qua utuntur ad saxa leviganda.* Et *Sisenna* apud *Charis.* l. 2. pag. 178. *Putsch. Amussis est tabula rubricata, quæ demittitur examinandi operis gratia, an rectum opus surgat.* Quare conflatam hanc vocem putant saniores Etymologi ab *am* circum, et *assis* pro *asser*, hoc est tabula. Si huic rectæ regulæ addatur altera, ita ut rectum angulum efficiat, est *norma*, quam Angli *a square, a rule or instrument by which workmen measure their angles*, vocant, quæ et ipsa ad dirigendas planities apta est, sed alios habet præterea usus. Aliam tamen alii (ut *Non. loc. cit.*) huic voci significationem tribuunt, quod nempe sit funiculus ille, quem fabri rubrica illinunt, cum opus probant. Alii quod sit idem, ac perpendiculum, quo erectæ rectitudines exiguntur. sed prior notio magis propria videtur. *Auson. Idyll.* 16. *Vir bonus*, v. 10. Ne quid hiet, ne quid protuberet, angulus æquis Partibus ut coeat, nil ut deliret amussis. ¶ *Ad amussim* est secundum regulam, exacte, perfecte, quia quæ ad amussim exiguntur opera, perfecta sunt. *to a nicety, perfectly, exactly, precisely. Gell.* l. 20. c. 1. Talionem ad amussim æquiparare. *Id.* l. 1. c. 4. Judicium factum ad amussim. Al. hic leg. *examussim*, eod. sensu. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 4. Videndum ergo ne magis varietas Veteres delectaverit, quam ut ad amussim verum sit, festorum dierum nomina sic vocari. *h. e.* regulariter, ut *Festus* exponit, seu secundum regulas grammaticorum. Adde *Varron.* apud *Non. loc. cit.* ¶ *Numerus ad amussim* dicitur a *Varr.* l. 2. *R. R.* cap. 1. *ad fin.* qui tantus omnino est, quantus dicitur, ut si dicas *numerus centenarius ad amussim* est Anglice *a hundred to a figure.* ¶ Scribitur et *adamussim* junctis vocibus. ¶ Omissa præposit. Amussim, inquit *Paul.* ex *Festo*, regulariter: tractum a regula, ad quam aliquid exæquatur, quæ amussis dicitur. ¶ Alio sensu *Id. ibid.* Quidam amussim esse dicunt non tacite: quod mutire interdum dicitur loqui.

AMUSSITĀTUS, a, um, *nicely done, exactly wrought*, ad amussim exactus; et translate perfectus. *Plaut. Mil.* 3. 1. 38. Amussitata indoles.

AMUSSĬUM, ii, n. idem quod amussis; vel opus ad amussim exactum, exæquatum, et perfectum. *Vitruv.* l. 1. c. 6. Collocetur ad libellam marmoreum amussium mediis mœnibus, aut locus ita expoliatur ad regulam, et libellam, ut amussium non desideretur. V. integrum *Vitruv.* locum, et *Plin.* l. 18. c. 33. et 34. ubi simile quiddam describitur.

AMŪSOS, i, m. *ignorant, unlearned, illiterate*, ἄμουσος: Græca vox, qua significatur rudis, indoctus: ab *α* privativa, et μοῦσα, musa. Speciatim vero sic dicitur a *Vitruv.* qui est rudis in Musicis, lib. 1. cap. 1. *a med.* Non enim debet esse architectus musicus, ut Aristoxenus; sed non amusos.

AMȲCLÆ, arum, f. plur. [† nunc] *Vordonia*, Ἀμύκλαι, urbs Laconiæ prope Therapnas (unde *Therapnæas Amyclas* dixit *Martial.* lib. 9. *epigr. ult.*) Tyndari regia, in qua nati sunt Castor, et Pollux. *Plin.* l. 4. c. 5. ¶ Urbs etiam fuit Auruncorum in Italia in ora maritima inter Tarracinam, et Cajetam apud Fundos (unde *Amyclas Fundanas* appellat *Martial.* l. 13. epigr. 115.) condita ab iis, qui cum Glauco Mindis filio in Italiam venerant: ubi adhuc specus Amyclæum, [† nunc] *Sperlunga*; ex qua mare Amyclæum, [† hod.] *the sea of Sperlunga.* Hujus cives a muribus, vel a serpentibus deleti sunt, ut *Plin.* l. 3. c. 5. et l. 8. c. 29. narrat, quod cum Pythagoricam sectam sequerentur, abstinebant cæde animalium. Sed alii dicunt, Amyclas ab hostibus captas, et eversas fuisse ex silentii observantia. Nam sæpius falso hostium adventu nuntiato, ne civitas inani terrore quateretur, cautum lege est, nequis amplius hostium adventum nuntiaret. Cum igitur aliquando hostes re vera adventassent, nemine nuntiare audente, urbs capta est, cives ad unum interfecti. Hinc adagium a *Lucilio* usurpatum: *Mihi necesse est loqui: nam scio, Amyclas tacendo periisse.* Hæc omnia congerit *Servius* ad illud *Virg. Æn.* 10. v. 564. ditissimus agri Qui fuit Ausonidum, et tacitis regnavit Amyclis. *Sil.* l. 8. v. 530. quasque evertere silentia, Amyclæ. *Stat.* lib. 4. *Theb.* v. 223. Amyclæ Apollineæ. *Apollineas* vocat, quia ibi templum Apollinis erat, ipsaque urbs ei dicata. *Id.* lib. 7. v. 163. et *Sil.* l. 2. v. 434. et l. 13. v. 44. Ledææ Amyclæ. *Ledæas* dicit propter Ledam matrem Castoris, et Pollucis, quæ ibi ab Jove compressa fuit. [*Statii* et *Silii* versus, in quibus Amyclæ vocantur *Apollineæ* et *Ledææ*, pertinent ad Amyclas Therapneas, ideoque hinc amovendi, et in locum suum transferendi.] [† Et sic recte Gesnerus. Ad locum citatum a *Stat. Theb.* 4. 223. verba sunt Scholiastæ: *Amyclæ Laconiæ civitas, sacra Apollini.*] ¶ *Amycle, es*, in sing. numero legitur a quibusdam apud *Silium* l. 4. v. 360.

AMYCLÆUS, a, um, Ἀμυκλαῖος, ad Amyclas pertinens. Amyclæum canem laudat *Virg.* 3. *Georg.* v. 345. quia in tota Laconia, cujus Amyclæ oppidum sunt, nobiles gignuntur canes. ¶ *Amyclæi fratres* sunt Castor et Pollux, quos Amyclis Leda ex Jove peperit. *Stat. Theb.* 7. v. 413. Hinc *Ovid. Heroid.* ep. 8. v. 71. Castori Amyclæo, et Amyclæo Polluci. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 121. Amyclæ mater. ¶ *Amyclæi olores* dicuntur ab *eod. Stat.* l. 1. silv. 2. v. 142. alludendo ad eum olorem, sub cujus specie Jupiter Ledam compresserat. Hinc *Amyclæam plumam* dixit *Martial.* lib. 14. epigr. 161. cycni plumam intelligens. ¶ *Amyclæam coronam* appellat idem *Martial.* l. 9. epigr. 74. qua donabantur victores in pugilatu, qui Amyclis maxime frequentabatur. ¶ *Amyclæum venenum* apud *eund.* l. 8. epigr. 28. est genus nobilissimi coloris, quo Amyclis lanæ tingebantur; quem alii viridem fuisse putant, alii rectius purpureum: nam cum Tyrio si conferretur, longe deteriorem fuisse, testatur *Ovid. de remed. amor.* v. 707. Confer Amyclæis medicatum vellus ahenis Murice cum Tyrio, turpius illud erit. ¶ *Amyclæum Canopum* dixit *Silius* l. 11. v. 433. Ægypti oppidum, quia nomen habuit a Canopo Amyclæo, Menelai gubernatore ibi sepulto. ¶ Idem lib. 15. v. 546. Amyclæum nepotem vocat Claudium Neronem, qui cum M. Livio Hasdrubalem Annibalis fratrem vicit (qua de re *Liv.* lib. 27. a cap. 43.) quia gens Claudia ex Sabinis originem ducebat: hi autem ex Spartanis, in quorum regione Amyclæ sunt. Pro Spartano accipitur etiam a *Sil.* l. 6. v. 504. et 681. ubi Amyclæum rectorem appellat Xantippum Lacedæmonium.

AMYCLĀNUS, a, um, ad Amyclas pertinens. *Amyclanus sinus* dicitur a *Plin.* l. 14. c. 6. qui et Fundanus, et Formianus, et Cajetanus appellatur: ubi præstantissima olim vina Cæcuba in palustribus populetis proveniebant, ut *ibid.* docet, et confirmat *Martial.* l. 13. epigr. 115.

AMYCLĪDES, æ, m. Hyacinthus filius Amyclæ, qui Amyclas urbem Laconiæ condidisse dicitur. *Ovid. Metam.* 10. v. 162. Te quoque Amyclide posuisset in æthere Phœbus, &c.

AMYCTĬCUS, a, um, ἀμυκτικὸς, lacerandi, seu vellicandi vim habens, ab ἀμύσσω, vellico, lacero. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 2. c. 6. Adhibenda etiam arteriaca medicamina, quæ partes in passione constitutas exerceant, a Græcis amyctica appellata. *Theodor. Priscian.* l. 2. c. 5. Malagmata amyctica. Adde *ibid. cap. ult.*

AMȲCUS, i, m. Ἄμυκος, Neptuni, et Melies nymphæ filius, Bebryciorum Rex, qui advenas in Bebrycium nemus ad cæstuum certamen provocabat, et insidiis circumventos ibidem interficiebat. Cum itaque Argonautæ in Bebryciam venissent, Pollux a Rege ad certamen provocatus est, sed in certamine insidias sentiens convocatis sociis, Amycum interfecit: vel, ut alii dicunt, ipse solus occidit, ejusque copias in ultionem paratas proprio exercitu fudit. V. *Valer. Flacc.* lib. 4. a vers. 148. ¶ *Amyci portus* est in Bithynia, seu Bebrycia ad Bosphorum Thracium ultra Chalcedonem, celebris Amyci Regis morte. *Plin.* l. 5. c. 32. ¶ Fuit etiam Amycus unus ex Centauris. *Ovid. Metam.* 12. v. 245.

AMȲDON, onis, f. Ἀμυδὼν, Pæoniæ civitas, quæ Trojanis auxilia misit, teste *Homero*, 2. *Iliad. Juvenal.* sat. 3. v. 69. Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta.

AMYGDĂLA, læ, f. *an almond*, ἀμυγδάλη, nux, quæ et *Græca*, et *Thasia* dicitur: est autem fructus amygdali arboris. *Plin.* l. 12. c. 9. Gummi adulteratur amygdali nuce. *h. e.* ut *Id.* l. 13. c. 11. exponit, adulteratur verum gummi eo, quod ex amaris amygdalis fit, et est deterius. *Id.* l. 13. c. 9. Amygdalæ putamen, et corium. *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 14. Dicendum quæ sit Græca nux: ac simul hoc dicens, amygdalam de lance tulit, et ostendit. *Ibid. paulo post* legitur amygdale in recto singulari, Græca positione. [† Κληθῆναι δὲ ἀμυγδάλας φησὶν Ἡρωδιανὸς ὁ Ἀλεξανδρεὺς, παρὰ τὸ ἐν τῷ μετὰ τὸ χλωρὸν ὥσπερεὶ ἀμυχὰς ἔχειν πολλάς. *Athen.* 2. p. 52.] ¶ Ponitur etiam pro ipsa arbore, *the almond-tree. Plin.* l. 16. c. 26. Perdunt facillime fructum ante maturitatem palma, ficus, amygdala, malus. Et cap. 25. Floret prima omnium amygdala mense Januario. *Columell.* l. 5. c. 10. *ad fin.* Amygdala si parum ferax erit, &c. [† ¶ Amygdalæ faucium. *Plin. kernels at the root of the tongue, in the neck or throat, like almonds.*]

AMYGDALACĔUS, a, um, amygdalam referens. *Plin.* l. 26. c. 11. Amygdalaceo folio, flore rosaceo.

AMYGDALĔUS, a, um, amygdalinus. *Pallad. l. ult.* v. 157. *de pistaciis.* Quin et amygdaleos subeunt pistacia ramos. *h. e.* amygdalæ ramis inseruntur.

AMYGDALĪNUS, a, um, *relating to almonds, made from almonds, amygdaline, amygdalate*, ἀμυγδάλινος, qui est ex amygdala. *Plin.* l. 15. c. 7. et l. 26. c. 4. Oleum amygdalinum. *Seren. Summon.* carm. 26. Amygdalinæ nucis succus. ¶ *Amygdalina pruna* dicuntur, quæ in amygdalæ arbore ex insitione proveniunt. *Plin.* l. 5. c. 13.

AMYGDALĪTES, æ, m. ἀμυγδαλίτης, dicitur genus tithymali valde similis amygdali foliis. *Plin.* l. 26. c. 8.

AMYGDALOĪDES, is, ἀμυγδαλοειδὴς, ita appellatur ab *Apulei. de herb.* cap. 108. species tithymali, qui et masculus dicitur.

AMYGDĂLUM, li, n. *an almond*, ἀμύγδαλον, fructus amygdali arboris, qui et *amygdala* dicitur. *Pallad. in Januar.* tit. 15. *ad fin.* Amygdala ad legendum maturitatem fatentur, cum fuerint spoliata corticibus. *Scribon. Larg. compos.* 5. Amygdalorum amarorum P. 2. [¶ Dicitur etiam de arbore. *Colum. de arb.* c. 25. Amygdala si parum feracia erunt, per foratam arborem lapidem adigito.]

AMYGDĂLUS, li, f. *an almond-tree*, ἀμυγδάλη, arbor amygdala ferens. *Pallad. in Januar.* tit. 15. Amygdalus seritur semine, et plantis, quæ de majori radice tolluntur. *Et post.* Teneras nuces amygdalus creabit, si, &c.

AMYLĀTUS, a, um, *mixed up with frumenty*, amylo mixtus. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 2. c. 13. *cir. med.* Dandum quoque lac amylatum, et panis laganum. *Apic.* l. 2. c. 2. Isicia amylata sic facies.

AMȲLO, as, a. 1. *to mix up or thicken with frumenty*, amylo aliquid aspergere, et miscere: quod fit in liquidioribus cibis ad spissandum. *Apic.* l. 7. c. 6. Amylare jus. Et cap. 5. Amylare fervefactum. Adde lib. 8. cap. 3. *Id. ibid.* c. 2. eodem sensu dixit *amylo obligare.*

AMȲLUM, *et Latinis litteris* Amŭlum, i, n. *a kind of medicine or food made of un-ground wheat three months old; a sort of frumenty*, ἄμυλον, genus placentæ ex tritico aliquot diebus in aqua macerato, et antequam acescat, linteo, aut sportis saccato, et ad solem densato: ita dictum quod sine mola fit, ut docet *Plin.* l. 18. c. 7. nempe ab *α* privativa, et μύλος, mola frumentaria. Ejus conficiendi rationem fuse tradunt *Cato R. R.* cap. 87. ubi amulum scribitur, et *Plin. loc. cit.* Habet autem usum tum in medicina, tum in cibis, in quibus addito lacte coqui solet, ut *Cato ibid.* addit. Hodie amylo utimur ad firmanda lintea munda. In Officinis corrupte *amydum* dicitur. *Cels.* l. 2. c. 20. Boni succi sunt triticum, siligo, alica, oryza, amylum. [† V. *Dioscor.* 2. 123.]

AMYMNÆI, orum, sunt Thraciæ populi, teste *Serv.* ad illud *Æn.* 1. v. 320. qualis equos Threissa fatigat Harpalice.

AMYMŌNE, es, f. fil. Danai, quæ dum se sylvis jaculando exerceret, Satyrum percussit imprudens, qui impetu in eam facto, vim ei voluit inferre. Imploravit virgo Neptuni auxilium. Sed id ab eo passa est, quod a Satyro formidarat. Prægnans facta Nauplium Palamedis patrem peperit. *Hygin.* fab. 169. At *Serv. ad Virg.* 4. *Æn.* v. 377. narrat, Danaum siccitate laborantem misisse filiam ad inquirendam aquam, ab illa repertum fontem, qui subito hiatu terræ receptus exaruit. Eo prodigio Danaus ex Apollinis oraculo templum eidem exstruxit, &c. Amymone inter inquirendum compressa fuit. *Propert.* l. 2. eleg. 20. v. 47. Testis Amymone, latices cum ferret in arvis, Compressa. V. plura apud *Serv. loc. cit.*

AMYMONĬUS, a, um, adject. ad Amymonem pertinens. Cum Amymone in sylva aquam quæreret, a Neptuno compressa est, qui beneficii loco, percussa tridenti terra, fontem eduxit, qui Amymonius dictus est. *Hygin. Fab.* 169.

AMYNTAS, æ, m. Ἀμύντας, Puer Philippi Macedonum Regis. *Curt.* l. 1. ¶ Item nomen pastoris. *Virg.* 3. *Eclog.* v. 66. At mihi se se offert ultro meus ignis Amyntas. [† ¶ Fuit et Amyntas, qui volumen fecit Σταθμοὶ inscriptum sive *Mansiones.* Hujus meminit *Athen.* l. 10. et 12. *Ælian. de Anim.* 17. 17.]

AMYNTIĂDES, æ, m. Philippus Rex Macedonum, Amyntæ filius. *Ovid. in Ibin*, v. 295. Aut ut Amyntiadem turpi dilectus amore, &c. tangit factum Pausaniæ adolescentis, qui cum frustra apud Philippum questus esset de stupro sibi ab Attalo illato, illum tandem confodit.

AMYNTOR, ŏris, Dolopum Rex, pater Phœnicis, apud *Homer. Iliad.* 8. Hinc *Ovid. Met.* 8. v. 307. Et cretus Amyntore Phœnix. Et epist. 3. *Heroid.* v. 27. Venerunt ad te Telamone, et Amyntore nati. Adde *Metam.* 12. v. 364.

AMYNTORĪDES, æ, m. Amyntoris filius, hoc est Phœnix, qui Achillis præceptor fuit. Hic cum rem habuisset cum concubina patris, et ob eam rem diris ab eo imprecationibus impetitus esset, tentata frustra venia in Thessaliam profugit, et ex nimio fletu oculos amisit. *Ovid.* l. 1. *de. ar. am.* v. 337. Flevit Amyntorides per inania lumina Phœnix. Adde in *Ibin*, v. 259.

AMȲRUS, i, Ἄμυρος, fluvius Thessaliæ, ita dictus ab Amyro Neptuni filio. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 11.

AMYSTIS, idis, f. *a way of drinking practised amongst*

the Thracians, which was done without drawing the breath. Horat. l. 1. od. 36. v. 14. Neu multi Damalis meri Bassum Threicia vincat amystide. *h. e.* more Thracum bibendi ingens vini poculum uno spiritu, et ductu; nam ἀμυστὶ significat absque oris, et labiorum compressu bibere: unde ἀμυστίζειν, ore hiante bibere, et largo haustu, et ἄμυστις, largus haustus, ut docet *Pollux* l. 6. c. 3. ab α privativa, et μύζω, quod significat claudo, comprimo, et proprie de ore, ac labiis dicitur. Alii volunt *amystidem* eo loco *Horatii* esse ipsum poculum largæ potioni aptum, quo et Thraces uti solerent in strenuis potationibus. nam et hoc ἄμυστις significat, teste eodem *Poll. ibid.* c. 16. Utitur hac voce etiam *Sidon. in prosa post* carm. 22. *ad Pontium Leontium. a large cup, or bumper.*

AMYTHĀON, Amythaonius, V. *Amithaon*, &c.

AN

AN, εἰ μὴ, adverbium serviens interrogationi: estque idem ac *ne*, sed præponitur: habet autem vim instandi, aut negandi vehementius. *Terent. Eun.* 4. 5. 7. An abiit jam a milite? *is he gone? Cic. in Pison.* c. 5. An potest ulla esse excusatio? *Id. Phil.* 1. c. 6. An me censetis decreturum fuisse, ut &c.? *do you think then, that I, &c.? Id.* 5. *Tuscul.* c. 32. An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi non poterunt? *could then, &c.?* ¶ In principiis eleganter cum *vero* jungitur. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 9. An vero tibi Romulus ille aut pastores, et convenas congregasse, aut finitimorum vim repressisse eloquentia videtur, non consilio, et sapientia singulari? *does it appear then to you, that Romulus, &c.? Id. pro Mil.* c. 12. An vero, judices, vos soli ignoratis? ¶ Inservit sæpissime dubitationi. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 3. Nos hic te ad mensem Januarium exspectamus, ex quodam rumore, an ex litteris tuis ad alios missis. *I know not whether from report, or from, &c. Id. de clar. Orat.* c. 23. Paucis, antequam mortuus est, an diebus, an mensibus. *am not sure whether days or months. Id. Catil.* 2. c. 6. Quæsivi, an apud Leccam fuisset, nec ne. *whether he was staying, or no. Nepos in Timol.* c. 1. Huic uni contigit, quod nescio an ulli. *which perhaps never occurred to any one else. Tacit.* 4. *Ann.* c. 74. Neque Senatus in eo cura erat, an imperii extrema dehonestarentur. *whether they were disgraced, &c.* ¶ Ubi *an* sæpius repetendum est, interdum eleganter in principio omittitur. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 55. Refert etiam qui audiant, Senatus, an populus, an judices; frequentes, an pauci, an singuli. *whether the Senate, or the people, &c. Tacit. Ann.* 2. c. 22. Cæsar de se nihil addidit, metu invidiæ, an ratus conscientiam facti satis esse. *whether it was because he feared it might make him disliked, or because he thought, that, &c. Id. Ann.* 14. c. 7. Longum utriusque silentium, ne irriti suaderent; an eo descensum credebant, ut &c. *or because they thought that the matter was already brought to that pass, that, &c. Id. Ann.* 1. c. 11. Incertum metu, an per invidiam. *uncertain whether it was from fear, or because, &c.* ¶ Interdum etiam priore loco ponitur *ne*, vel *utrum* pro *an* cum, vel sine interrogatione. *Cic. in Orat.* c. 61. Quæsitum est, in toto ne circuitu orationis, an in principiis solum, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus sit. *Id. Fam.* 2. ep. 5. Unum illud nescio, gratuler ne tibi, an timeam. *Id. Attic.* 16. ep. 8. Romam ne venio, an hic maneo, an Arpium fugio? *Terent. Hecyr.* 4. 1. 43. Roga, velit ne, an non uxorem. *whether he will have her or not. Cic. Fam.* 7. ep. 16. Id utrum Romano more locutus sit, an quomodo Stoici dicunt, postea videro. *Id. in Pison.* c. 10. In quo nemo potest dicere, utrum iste plus biberit, an vomuerit, an effuderit. *Ita legunt, et quidem recte,* Aldus, et Naugerius; *alii* aut vomuerit, an effuderit. *Liv.* l. 21. c. 10. Utrum hostem, an vos, an fortunam utriusque populi ignoratis? ¶ Cum de duobus tantum sermo est, interdum, sed raro, ponitur priore loco *an* pro *utrum*. *Cels.* l. 3. c. 6. *a med.* Videndum, an adstrictum corpus sit, an profluat. *Quintil.* l. 7. c. 1. *ante med.* Videndum est, an unum aliquid respondeamus, an plura. Adde *Plin.* l. 15. c. 1. ¶ *An* cum *ne* ita sæpe jungitur, ut in unam veluti vocem coalescant. *Cic. in. Pison.* c. 1. Nam quid ego de consulatu loquar? parto vis, anne gesto? *Id.* 4. *Acad.* c. 29. Cum interrogetur, tria pauca sint, anne multa. ¶ *An non* (quod et ipsum junctim *annon* aliquando scriptum legitur) idem est ac *nonne*, cum instando interrogamus. *Terent. Andr.* 3. 5. 15. An non dixi, hoc esse futurum? *did I not tell you that this would be the case? Cic. pro Cæcin.* c. 18. An non, cum voluntas et consilium, et sententia interdicti intelligatur, stultitiam singularem putabimus in verborum errore versari? Adde *Phil.* 1. c. 5. et *Liv.* l. 2. c. 38. ¶ Cum dubitamus, idem est ac *nec ne*. *Ter. Phorm.* 1. 2. 97. Pater ejus rediit, an non? *is he returned or not?* ¶ *An?* pro *an non? Ovid. Heroid.* epist. 17. v. 247. An fera Centauris indicere bella coegit Astracis Hæmonios Hippodamia viros? *An* cum verbis *nescio, dubito,* et similibus, per quandam urbanitatem interdum negationem includit, et ei parti jungitur, quam affirmare velle videmur. *Cic. Fam.* 9. ep. 15. Est quidem id magnum, atque haud scio, an maximum. *and perhaps of the very utmost consequence. Nepos in Thrasyb.* c. 1. Si per se virtus sine fortuna ponderanda sit, dubito an hunc primum omnium ponam. ¶ Interdum cum *credo* junctum habet vim quandam dubitandi simul, et affirmandi. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 5. An illius vicem, credo, doles? *do you then, as I believe, &c.* In illo vero *Lucretii* inest etiam ironia, l. 5. v. 175. An, credo, *did then, forsooth!* in tenebris vita, ac mœrore jacebat, Donec diluxit rerum genitalis origo? ¶ Ponitur etiam pro *sive*, raro tamen. *Liv.* l. 2. c. 54. Cum id modo constaret, jure, an injuria eripiendos esse reos. *Ovid. Fast.* 4. v. 487. Unaque pastorem vidisset, an arva colentem Vox erat, hac gressus siqua puella tulit. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 61. Quod sit, an non, nihil commovet analogiam. ¶ *An numquid* pleonasmus est apud *Arnob.* l. 6. pag. 195.

ANA, et Anas, æ, m. [† Hispanis *Rio*] *Guadiana*, Ἄνας, fluvius Hispaniæ Bæticam a Lusitania magna ex parte disterminans. Oritur autem in Tarraconensi, nec procul a fonte suo se in diversa stagna fundit, ac se ipse premit subinde angustioribus alveis, mox in totum sub terram conditur, et rursus post aliquot passuum millia emergit, tandemque in Atlanticum mare infunditur. *Plin.* l. 3. c. 1. et *Prudent. Peristeph.* 9. *de B. Eulal.* v. 188.

[* ANA, ἀνὰ, vox medica et pharmaceutica, omnium parem modum (ut *Cels.* l. 3. c. 27. loquitur) indicans, ex Græco ἀνὰ, quod æquas partes seu æquabilem distributionem notat. *Veget. Vet.* l. 3. c. 2. Folii capparis, folii myrti silvestris, folii cypressi ana uncias tres diligentissime deteres. *Id.* pluribus in locis.]

ANABAPTISMUS, i, m. *baptism repeated, anabaptism,* ἀναβαπτισμὸς, iteratus baptismus. Legitur apud *Augustin. enarrat. in Psal.* 38.

ANABĂSIS, ἀνάβασις, vox Græca ascensum significans: ab ἀναβαίνω, ascendo. Hinc datum nomen herbæ, quæ Latine *equisetum* dicitur, quia prope arbores nascens super eas scandit. *Plin.* l. 26. c. 7. *et* 13. *the herb horsetail.*

ANABASĬUS, ii, *a courier, express, messenger,* ἀναβὰς, velox nuntius, qui equo, curruve conscenso celeriter aliquid alio perfert: ab ἀναβαίνω, conscendo. *Hieronym.* l. 3. *advers. Ruffin.* c. 1. *ad fin.* Idcirco ne Cereales, et anabasii tui per diversas provincias cucurrerunt, ut laudes meas legerent?

ANABĀTHRUM, i, n. *a pulpit, rostrum, elevated seat to speak from,* ἀνάβαθρον, pulpitum, pegma, tabulatum, quod ascenditur ludorum spectandorum causa: ab ἀναβαίνω, ascendo. *Juvenal.* sat. 7. v. 45. Nemo dabit regum, quanti subsellia constant, Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

ANABOLĬCUS, a, um, ἀναβολικός. *Vopisc. in Aurelian.* c. 45. Vectigal ex Ægypto urbi Romæ Aurelianus vitri, chartæ, lini, stuppæ, atque anabolicas species æternas constituit. *h. e.* merces ad vestiendum pertinentes: ab ἀναβάλλω, vestio. *Salmas.* exponit merces, quæ navibus advehantur. nam ἀναβάλλειν significat etiam in naves imponere. designari autem eas merces, quæ quotannis ab Ægyptiis Romam navibus portabantur vectigalis nomine. *Turneb.* l. 18. c. 17. docet ab aliquibus lectum esse *anatolicas*, hoc est orientales: ἀνατολὴ, oriens: ipse autem legendum censet *embolicas*, eodem sensu, quo *Salmusius*; ab ἐμβάλλειν quod et ipsum sæpe significat onerare naves.

ANABOLĬUM, ii, n. *a cloak,* ἀναβόλιον, vox Græca pallium significans, ab ἀναβάλλω, amicio. Legitur *in vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 70. n. 8. et *Donium class.* 1. n. 91. ubi dicitur quidam ex voto donum obtulisse Æsculapio inter cetera torquem aureum, et anabolium.

ANACAMPSĔROS, otis, *an herb which, on being touched, was supposed to have the power of producing reconciliation among friends, causing love to return in the party beloved, &c.* ἀνακαμψέρως, ωτος, herba, quam *Hesychius* etiam evulsam extra terram vivere scribit. Creditum est a Magis eam illi vim inesse, ut ejus tactu redirent amores etiam cum odio depositi, ut scribit *Plin.* l. 24. c. 17. *ad fin.* Certe ex ea re nomen sortita est, nempe ab ἀνακάμπτω, redeo, revertor, et ἔρως, amor.

ANACEPHALÆŌSIS, is, f. *a repetition, or summing up, of what has been said, a recapitulation,* ἀνακεφαλαίωσις, brevis repetitio eorum, quæ in oratione sparsim, et fuse dicta sunt: ab ἀνὰ, rursum, et κεφαλὴ, caput. *Quintil.* l. 6. c. 1. vocat partem perorationis. Est autem Græca vox, et Græce usurpanda.

ANĂCES, m. plur. num. epitheton est trium deorum, qui Διόσκουροι, hoc est Jovis filii sunt, hoc est Tritopatreus, Eubuleus, et Dionysius, ut docet *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 21. ubi alii legunt *anactes*. ἄνακτες autem Græce *reges* significat. Alii hoc epitheton Castori, et Polluci tribuunt, qui et ipsi Διόσκουροι sunt. [† Αἴλιος γοῦν Διονύσιος, ἀνακοὺς τοὺς Διοσκούρους φησὶ λέγεσθαι, ὡς αἰακούς. καὶ κατεύχονταί φησιν ἀνακοῖν Διοσκούροιν. Παυσανίας δὲ λέγων καὶ αὐτὸς τὸ ἀνακῶς ἀντὶ τοῦ φυλακτῶς καὶ προνοητικῶς παρά τε Ἡροδότῳ (I. 24. VIII. 109.) καὶ Θουκυδίδῃ, (VIII. 102.) φησὶ καὶ ὅτι ἀνάκεια, ἑορτὴ Διοσκούροιν ἀνακοῖν, ὡς σοφοῖν. Τριττυίαν δέ (φησι) τὴν θυσίαν ταύτην εἶναι συμβαίνει, Διοσκούροις καὶ Ἑλένῃ. *Eustath. ad Odyss.* A. 397. Cf. et ad *Odyss.* I. 246. Τιμὰς ἰσοθέους ἔσχον [οἱ Διόσκουροι], Ἄνακες προσαγορευθέντες, ἢ διὰ τὰς γενομένας ἀνοχὰς, ἢ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ κηδεμονίαν τοῦ μηδένα κακῶς παθεῖν, στρατείας τοσαύτης ἔνδον οὔσης. Ἀνακῶς γὰρ ἔχειν τοὺς ἐπιμελουμένους, ἢ φυλάττοντας ὁτιοῦν. κ. τ. λ. *Plutarch. in Theseo.* Idem testantur *Tzetzes ad Lycophr. Theodoret.* l. 8. et *Julius Pollux.*]

ANACHĪTES, æ, m. ἀναχίτης, gemma omnium pretiosissima, quam notiore vocabulo adamantem vocamus, dicta, quod vanos metus, animique lymphationes credatur abigere, et adversus venena habere vim antidoti. *Plin.* l. 37. c. 4.

ANACHORĒSIS, is, vel eos, *retirement, solitude,* ἀναχώρησις, vox Græca recessum, solitudinemque significans. *Sidon. in concione, quæ est post* epist. 9. lib. 7. Quamvis illum Paulis, Antoniis conferendum sectatæ anachoreseos prærogativa comitetur.

ANACHORĒTA, æ, m. *an anachorite or anchorite; a hermit, recluse,* ἀναχωρητὴς, qui in solitudinem secedit, ab ἀναχωρέω, secedo. *Sulp. Sever. Dial.* 1. *de virtute Monach. Oriental.* c. 18. Laudabo anachoretas, mirabor eremitas, Martinum semper excipiam. *Sidon.* carm. 16. v. 97. Anachoreta tremit, qui quamquam frigora portet, &c. Perperam *Sidon.* primam producit, tertiam corripit. ¶ Ex eodem *Sulpic. loc. cit.* cap. 15. 16. *et seq.* satis colligitur hoc esse discrimen inter *Anachoretas*, et *Eremitas*, quod *Eremitæ* in solitudinibus certa tabernacula habebant, et casas, quibus carebant *Anachoretæ*, vagi per deserta habitantes. ¶ Scribitur et *Anachorita*, sed minus recte. nam Græcum η in *e* Latinum fere transit.

ANACHȲLIS, is, f. *wild elecampane or starwort,* ἀναχυλὶς, herba eadem quæ consolida, et inula rustica: ita dicta, quia commanducata succum salivalem provocat: a χυλὸς, succus. *Apulei. de herb.* c. 59.

ANACLĀSIS, is, f. ἀνάκλασις, figura est Rhetorica sententiarum, cum id, quod ab altero dictum est, non in eam mentem, quæ intelligitur, sed in aliam, aut contrariam convertitur. Ita definitur a *Rutil. Lup.* lib. 1. *de fig. sentent.* Est autem Græca vox ab ἀνακλάω, refringo, repercutio, et Græce usurpanda. [Hanc eamdem figuram *Quinctil.* l. 9. c. 3. vocat antanaclasin, quam vocem V. suo loco.]

ANACLINTERĬUM, ii, n. *a bolster,* ἀνακλιντήριον, pars lecti, qua pulvillus ponitur reclinando capiti, vel potius ipse pulvillus: *a pillow.* ab ἀνακλίνω, reclino. *Spartian. in Ælio Vero,* cap. 5. Lectum eminentibus quatuor anaclinteriis fecerat. ¶ Legitur et *anaclitērium*, extrito *n*.

ANACŒLIASMUS, i, *a purge, an opening medicine,* ἀνακοιλιασμὸς, medicamentum, quo alvus cietur: Græca vox a κοιλία, venter. Legitur apud *Cœl. Aurelian.* l. 2. *Tard. c. ult. ad fin.*

ANACŒNŌSIS, ἀνακοίνωσις, figura est Rhetorica sententiarum, Latine *communicatio*, cum aut ipsos adversarios consulimus, aut cum judicibus deliberamus. Vox Græca, et Græce usurpanda, ab ἀνακοινόω, communico. [usurpatur a *Jul. Rufinian. de figur. sentent. et elocutionis.*]

ANACOLLĒMA, atis, n. *a cataplasm, poultice, plaster,* ἀνακόλλημα, cataplasma conglutinans a κόλλα, gluten. *Veget. de re veterin.* l. 2. c. 17. Ex oleo roseo, et ovi albo anacollema facies. *Scribitur et* anacollima.

ANACOLŪTHON, *a figure of speech, in which the latter part of a sentence does not tally exactly with the foregoing,* ἀνακόλουθον, quasi inconsequens, interdum est figura, interdum vitium orationis, cum non redditur quod superioribus respondeat: ut si in oratione ponatur μὲν, et non sequatur δὲ: Ita si ponatur *tot* non præcedente *quot*, aut *tantum* sine *quantum*. *Virg. Æn.* 2. v. 331. Millia quot magnis unquam venere Mycænis. Et *Æn.* 3. v. 541. Sed tamen idem olim curru succedere sueti. In his enim *tot*, et *quamquam* non præmittuntur. Anacoluthon est etiam illud *Plauti*, in quo male invicem verba respondent, *Rud.* 5. 2. 5. Ergo dare ei negatis quicquam. ¶ Dicitur et anacoluthia, ἀνακολουθία, Latine *inconsequentia*. Sunt autem ambæ Græcæ voces, et Græce scribendæ: ab α privativa, et ἀκολουθέω, sequor.

ANACRĔON, ontis, Ἀνακρέων, Græcus poeta Lyricus ex Teo oppido insulæ cognominis in Ionia, a quo Anacreonticum carmen denominatum est: cujus non unum genus enumeratur a Grammaticis. V. *Anacreonteus.* Nobilis est amore in Bathyllum Samium puerum. Ejus autem poesis tota amatoria est, ut *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 33. *ad fin.* testatur. Libidinosum valde, et ebriosum fuisse, colligitur ex *Senec.* epist. 88. Mortuus est autem acino uvæ passæ strangulatus, ut *Plin.* l. 7. c. 7. et *Valer. Max.* l. 9. c. 12. *extern.* n. 8. narrant. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 9. Nec si quid olim lusit Anacreon, Delevit ætas. *Id. Epod.* 14. v. 9. Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta Teium. *Anacreonta* accusativus est Græcæ positionis pro *Anacreontem*.

ANACREONTĒUS, Ἀνακρεόντειος, et Anacreontīus, Ἀνακρεόντιος, et Anacreonticus, a, um, ad Anacreontem pertinens, ut *Anacreonteum metrum* apud *Diomed.* l. 1. pag. 512. *Putsch.* quod *Anacreontium* dicitur a *Servio in Centimetr.* pag. 1818. Sic *Anacreontion colon* apud *Quintil.* l. 9. c. 4. quo loco est, qui legit *Anacreonticon. Fulgent.* l. 1. *Mythol.* Anacreontica sacra.

ANACTES. V. *Anaces.*

ANACTORĬA, æ, f. [† hod.] *Vonizza*, Græce Ἀνακτόρεια, et Ἀνακτορία, urbs Epiri ad sinum Ambracium ab Ac-

tio 40. stad. introrsus recedens. *Plin.* l. 4. c. 1. ¶ *Anactoria* etiam dicta est quondam Miletus Ioniæ urbs, ab Anactore, seu Anacte rege. *Id.* l. 5. c. 29.

ANACTORĬUM, ii, n. *the herb glader, or sword-grass, a sort of sedge,* ἀνακτόριον, herba quæ et gladiolus dicitur. *Apulei. de herb.* c. 78. ¶ Ita etiam appellatur ea, quam artemisiam vocant. *Id. ibid.* c. 10. ¶ Ita autem appellantur quasi *regiæ*. nam ἀνακτόριος regium significat, ab ἄναξ, *rex.* ¶ Item oppidum Acarnaniæ, cujus meminit *Plaut. Pœn. prol.* v. 87. et 93.

ANACTORĬUS, a, um, ad Anactoriam pertinens. *Silius* l. 15. v. 299. Nunc et Anactoria signa ostentavit in ora, Ambraciosque sinus, &c.

ANADĒMA, atis, *a kind of ornament which women wore on their heads, like a garland; a coronet or border, riband, fillet,* n. ornamentum capitis mitræ, vel coronæ, aut fasciæ simile, quo caput redimitur, ἀνάδημα: ab ἀναδέω, redimio, corono. *Lucret.* l. 4. v. 1122. Et bene parta patrum fiunt anademata mitræ. *h. e.* patrimonia relicta a patribus insumuntur in corollas, mitras, fascias, et hujusmodi luxus ornamenta. Adde *Paul. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 27. ubi docet mitras, et anademata licet corpus tegant, tamen ornamentorum, non vestis esse.

ANADENDROMALĂCHE, *a species of the herb marsh-mallow,* ἀναδενδρομαλάχη, herba, *ibiscus* Latine dicta. Ita vocatur a *Galeno*, quasi arborescens malva: a δένδρον, arbor, et μαλάχη, malva. *Apulei.* de herbis, cap. 38.

ANADESMUS, i, m. *a tie, ligament,* ἀναδεσμὸς, ligamen. *Theodor. Priscian.* l. 3. c. 1. Levi anadesmo aliquid continere.

ANADIPLŌSIS, *a figure of rhetoric, in which the same word is repeated in the same period; anadiplosis, reduplication, conduplication,* ἀναδίπλωσις, figura rhetorica verborum, Latine *conduplicatio*, cum idem verbum in eadem periodo geminatur: ab ἀναδιπλόω, reduplico, a διπλόος, duplus. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 175. V. *Conduplicatio.* ¶ Apud *Sidon.* l. 8. epist. 11. dicuntur versus *per anadiplosim fine principiisque connexi*, in quibus ultimum verbum prioris initium est posterioris, ut in illo *Virg. Æn.* 10. v. 18. sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens. *Auson.* quoque *in Tecnopægn.* plures hujusmodi versus composuit. Hanc anadiplosim agnoscit etiam *Charis.* l. 4. pag. 250. *Putsch.*

ANADYOMĔNE, es, Ἀναδυομένη, hoc est emergens, sursum existens: ab ἀναδύω, emergo, prodeo. Ita vocata est Venus e mari exiens, ab Apelle picta, et ab Augusto dicata in delubro patris Cæsaris; cujus inferiorem partem corruptam qui reficeret, nemo repertus est, inquit *Plin.* l. 35. c. 10. Significatur ab *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 223. nobile signum, Nuda Venus madidas exprimit imbre comas. Adde l. 4. *ex Pont.* epist. 1. v. 30. [† Τὰν Ἀναδυομέναν ἀπὸ ματέρος ἄρτι θαλάσσας Κύπριν. *Antip. Sidon. in Anthol. Gr.* iv.]

ANAGALLIS, idis, f. *the herb pimpernel, or chickweed,* ἀναγαλλὶς, herba, quæ et chorchoron appellatur, in hortis, et aquosis locis nascens frutice tenero, foliis pusillis, rotundis, in terra jacentibus. Est autem duplicis generis, mas flore phœnicio, femina cæruleo. Ita describitur a *Plin.* l. 25. c. 13. ubi recenset etiam varios ejus usus in medicina.

ANAGLȲPHA. V. *Anaglypta.*

ANAGLYPHARIUS, ii, *one who embosses, chases, works in bass-relief,* ἀναγλύπτης, qui anaglypta opera facit. V. vocem præced. Legitur apud *veterem Juvenal. Scholiast. ad Sat.* 9. v. 145. qui auctoritatis incertæ est.

ANAGLYPTA, orum, neutr. plur. *vessels or plate chased or embossed,* ἀνάγλυπτα, vasa, pocula, aut alia hujusmodi opera sculpta cælatura extante, qualia *Virg. aspera signis* appellat 5. *Æn.* v. 267. et describit *Ecl.* 3. v. 37. *et seq.* ab ἀναγλύφω, sculpo: ἀνὰ autem in compositione sæpe significat *sursum. Plin.* l. 33. cap. 11. Nunc anaglypta, in asperitatemque excisa, circa linearum picturas quærimus. *Martial.* l. 4. epigr. 39. Nec mensis anaglypta de paternis. ¶ Adjective *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 174. n. 7. Legavit trullam argenteam anaglyptam, Lares argenteos septem, pelvem æneam, &c. ¶ In *Plin. loc. cit.* legunt alii *anaglypha*, quod idem est; Græce enim ἀνάγλυφος, et ἀνάγλυπτος idem sonant, et ejusdem originis sunt.

ANAGLYPTARĬUS, a, um, ad anaglypta pertinens, ut Anaglyptarius cælator, Vet. lapis apud *Murator.* 981. n. 9.

ANAGLYPTĬCUS, a, um, *engraven in bass-relief, chased, embossed,* ἀναγλυπτικὸς, extanti cælatura sculptus. *Sidon.* l. 9. ep. 13. *in carm.* Geruli caput plicantes Anaglyptico metallo Epulas superbiores Humeris ferant onustis. *h. e.* vasis anaglyptis ex metallo. V. *Anaglypta.*

ANAGNĬA, æ, f. [† nunc] *Anagni,* urbs Latii in monte, caput Hernicorum a Roma 37. M. P. Ferentinum versus 5. Soram vero 15. a Præneste 14. *Virg. Æn.* 7. v. 684. Hernica saxa colunt, quos dives Anagnia pascis. *Servius* notat divitem ideo dici, quia fertilem circa habet agrum, vel quia ibi Antonius postquam Cleopatram duxerat, nummos cudi jussit.

ANAGNĪNUS, a, um, ad Anagniam pertinens. *Cic. pro Dom.* cap. 30. Municipes Anagnini. *Inscrip.* apud *Murator.* pag. 1023. S. P. Q. Anagninus. ¶ *Anagnini, orum,* Anagniæ incolæ, aut cives. *Cic. Phil.* 2. c. 41. *Plin.* l. 3. cap. 5.

ANAGNORIZOMĔNE, ἀναγνωριζομένη, quæ agnita est, cum prius quibus parentibus, et qua conditione esset ignoraretur. Ita inscripta fuit una ex Comœdiis *Statii Cæcilii*, et citatur a *Festo in Summussi.*

ANAGNOSTES, æ, m. *a reader, person (usually a slave) employed to read to another,* ἀναγνώστης, lector: ab ἀναγινώσκω, lego. *Anagnostæ* dicti sunt servi, quos eruditi homines, et elegantioris cultus studiosi habere solebant, ut inter cœnandum, aut cum libuisset, legerent doctorum hominum poemata, syntagmata, historias pascendi ingenii gratia: quos *Sueton. in August.* c. 78. et *Plin.* l. 3. ep. 5. et l. 8. ep. 1. Latino vocabulo *lectorem* appellant. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 12. *ad fin.* Puer festivus, anagnostes noster Sositheus decesserat, meque plus, quam servi mors debere videbatur, commoverat. *Nepos in Attic.* c. 13. In familia erant pueri litteratissimi, anagnostæ optimi, et plurimi librarii. Et cap. 14. Nemo in convivio ejus aliud ἀκρόαμα audivit, quam anagnostem. V. *Gell.* l. 3. *c. ult.* ubi habes exemplum de anagnosta cœnis adhibito. Ideo autem Græcis hisce vocabulis Latini utebantur, quia eorum servi plerumque Græci generis erant. ¶ Etiam in theatris anagnostæ publice olim legebant, poetas præsertim, ut est apud *Gell.* l. 18. c. 5.

ANAGŌGE, es, f. *a figure of speech called anagoge; religious exaltation; mystical allusion to something higher than what is expressed,* ἀναγωγὴ, subvectio, elatio: ab ἀνάγω, sustollo, erigo. Est hoc nomine rhetoricum schema, quo sensus aliquorum verborum ad altiora tollitur: qui proinde *Anagogicus* sensus, ἀναγωγικὸς, (*anagogical*) dicitur, ut cum verbi gratia quæ de urbe Hierusalem in S. Scriptura traduntur, ad cælestem æternamque gloriam transferimus. Utraque vox Græca est, adhibeturque ab Hieronymo in *Ezech.* plus semel, et alibi. ¶ Apud Medicos *anagoge* est fluor sanguinis ab inferioribus partibus, ut pulmone, vel stomacho ascendentis ad os, nausea, vel tussicula exclusus. *Cœl. Aurelian.* l. 2. *Tard.* c. 9.

ANAGRAMMA, atis, n. ἀνάγραμμα, et Anagrammatismus, i, ἀναγραμματισμὸς, *anagrammatism, the art or practice of making anagrams; also an anagram,* transmutatio, vel transpositio litterarum, ut *Laudator, adulator; Galenus, angelus.* Utraque vox Græca est, et Græce usurpanda. Præterea anagrammatum inventio (ut inquit *Morhofius in Polyhist. litter.* l. 7. c. 3. n. 6.) nescio quid plebeii et jejuni habet; nec sane decet multum elegantes Poetas, qui ad antiquitatis genium scribere contendunt.

ANAGRAMMATISMUS. V. vocem præced.

ANAGȲROS, i, f. *the herb beautrefoil,* ἀνάγυρος, herba fruticosa est, quam aliqui acopon vocant, gravis odore, flore oleris, semenque gignit in corniculis non brevibus, simile renibus, quod durescit per messes. *Plin.* l. 27. c. 4.

[* ANAĪTIS, idis, f. regio Armeniæ. *Plin.* l. 5. c. 20. sect. 24. ¶ Hinc Deam dictam Anaitidem colunt in primis Armenii. Quidam putant Deam illam fuisse Dianam, alii potius Venerem, nam in ejus templo virgines publice prostituebantur, antequam matrimonium inirent. *Id.* l. 33. c. 4. sect. 24. Aurea statua prima omnium nulla inanitate in templo Anaitidis posita dicitur, numine gentibus illis sacratissimo: direpta est Antonii Parthicis rebus. *Id. ibid.* lepidum narrat de eadem dictum veterani cujusdam militis Augustum Bononiæ convivio excipientis.

* ANAITĬCUS lacus in Asia, quem circa probatiores calami nascuntur, memoratur a *Plin.* l. 16. c. 36. sect. 64.]

ANALECTA, orum, n. plur. *the fragments or crumbs that fall from table; broken meat, offals, refuse,* ἀνάλεκτα, purgamenta cœnarum, et quisquiliæ ciborum, quæ sub mensam cadunt, ita dictæ a colligendo, quia post cœnam everruntur, et colliguntur: ab ἀναλέγω, colligo. *Martial.* l. 7. epigr. 19. Colligere longa turpe nec pudet dextra Analecta, quidquid et canes reliquerunt. *Id.* l. 14. epigr. 82. In pretio scopas testatur palma fuisse: Sed pretium scopis nunc analecta dabunt. *h. e.* scopæ e palma factæ semper in pretio fuerunt, sed nunc, hoc est tempore Saturnalium (eo enim tempore apophoreta dabantur, de quibus toto eo libro agit *Martialis*) majore in pretio erunt propter analecta, quia nimirum crebra passim convivia fient; atque adeo multæ adhibebuntur scopæ ad eorum purgamenta everrenda. Al. leg. *Otia sed scopis nunc analecta dabunt.* ¶ Sunt qui putant non *analecta, orum* accipiendum esse, sed *analecta, æ,* m. ὁ ἀναλέκτης, hoc est servus, qui purgandis pavimentis, et a sordibus extergendis operam dat. Itaque apud *Martial.* leg. ex optimis quibusd. Codicib. primum quidem: *Colligere longa turpe nec putat dextra, Analecta, quidquid et canes reliquerunt. h. e.* quidquid servus colligens, et canes reliquerunt. Alterum vero sic: *Otia sed scopis nunc analecta dabit. h. e.* servus analecta non utetur scopis: alludendo ad ea pavimenta, quæ ita erant delicato opere elaborata, ut scopis everri non deberent, sed vel spongia, vel peniculo molliori, ne corrumperentur; vel ad ea, de quibus *Plin.* loquitur l. 36. c. 25. a quodam Soso inventa, et *Asarota* appellata, in quibus purgamenta cœnæ, quæque everri solent, veluti relicta, facta erant parvis e testulis, tinctisque in varios colores: atque adeo scopis auferri nullo modo poterant.

ANALECTA, æ, m. *a slave who gathered up the crumbs, offals, &c. that were left at table,* ἀναλέκτης, servus mediastinus, qui reliquias, et purgamenta cœnarum humi inter cœnandum projecta colligit: ab ἀναλέγω, colligo. V. vocem præced. Apud *Senec.* ep. 27. quidam Calvisius Sabinus prædives opinionem eruditionis affectabat: idem tamen nullius ingenii, aut memoriæ erat. Itaque subsidio sibi pararat servos, qui poetas multos edidicerant, et quærenti versus extempore suggerebant; quos ille tam male reddebat, ut in medio versu sæpe excideret. Satellius Quadratus, qui diviti supparasitabatur, et homini tardo, ineptoque illudebat, suasit, *ut Grammaticos haberet analectas. h. e.* qui ea verba, quæ ipsi recitanti excidebant, colligerent, quemadmodum servi analectæ colligebant ea, quæ convivis excidebant. Ita *Turneb.* l. 24. c. 33. et *Lips.*

ANALECTĪDES, um, f. [† "*thinges made of cotten as it were little pillowes, that women use to set on their shoulders, or other places to fachion their bodies.*" T. COOPER.] *pads or stuffings with which girls were wont to correct their shape,* ἀναλεκτίδες, dicuntur quibus e xylino lino, vel quavis materia puellæ tanquam pulvinulis constipant scapulas prominentes, ut videri pleniores possint. *Ovid.* 3. *de art. am.* v. 273. Conveniunt tenues scapulis analectides altis. *Heinsius* multiplicem hujus loci lectionem recenset, et præfert illam, quæ habet *analectrides* eodem prorsus, quo dictum est sensu. Nam λέκτρον, Græce significat lectulum, et *analectrides* possunt accipi pro lectuli pulvillis. *Joseph. Scalig. in conjectan. ad Varron.* pag. 60. legit *omaletides*, ὁμαλήτιδες, quod humeros nimirum æquos, et ὁμαλοὺς, reddebant. *Turneb.* l. 4. c. 23. ometides, *h. e.* humerales fascias: ab ὦμος, humerus. Alii denique alia.

ANALEMMA, atis, n. *a lofty structure, or observatory, for the calculation of time by the increase or decrease of shadows, used before the invention of sun-dials,* ἀνάλημμα, Græce editam structuram significat ut *Hesych.* et *Suid.* exponunt. *Vitruv.* l. 9. c. 4. usurpat pro ratione quadam investigandarum umbrarum solarium; fortasse quia edito hæc loco, et soli exposito fit. *Analemma,* inquit, *est ratio conquisita solis cursu, et umbræ crescentis a bruma, observatione inventa.* Itaque analemmata inventa fuere ad cognoscenda umbrarum incrementa, et decrementa, et solis cursum percipiendum: ex quibus cognitis inventa est horologiorum solarium ratio, quæ horarum distributionem indicarent. *Umbrarum enim æquinoctialium magnitudinibus designantur analemmatorum formæ, ex quibus perficiuntur, ad rationem locorum, et umbræ gnomonum, horarum descriptiones,* ut ibidem *Vitruv.* ait. Quare analemmata non sunt horologia, ut quidam putarunt, sed longe ab iis diversa, et multo ante in eorum gratiam inventa.

ANALIMOTĬCUS, a, um, famem arcens, ut *analimotici cibi* apud *Theod. Priscian.* l. 2. c. 24. seu lib. 2. par. 2. cap. 11. ubi alii legunt *aneleptici*, h. e. non uncti, non pingues: ab α privativa, et ἀλείφω, ungo.

ANALOGĬA, æ, f. *analogy, similitude, resemblance, proportion,* ἀναλογία, proportio, convenientia, similitudo. Itaque *Vitruv.* l. 3. c. 1. eam proportionem, ex qua symmetria partium in architectura nascitur, ἀναλογίαν Græce dici affirmat. *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 4. Corrigere lectos impares ad consuetudinem communem, et ad aliorum tricliniorum analogias. Adde *Cicer. de Univers.* c. 4. *ad fin.* ¶ Speciatim analogia est, ut definit *Varro* l. 9. *L. L.* c. 4. similis similium declinatio, hoc est, dicitur de proportione, et similitudine, quam habent inter se verba, ex qua earum declinatio, aut genus, aut conjugatio dignoscitur: verbi gratia ex eo quod *amor* in genitivo facit *amoris*, recte colligitur, etiam *torpor* similiter facere; ex eo quod *funiculus* est masculini generis, cognoscitur etiam *funis* ejusdem generis esse; ex eo quod *prandeo, pendeo, spondeo* faciunt in infinito *prandēre, pendēre,* &c. intelligitur etiam *ferveo* similem in infinito habere positionem. *Cic.* Græce usurpat *Attic.* l. 6. ep. 2. Sed me ἀναλογία deceperat Φλιοῦς, Ὀποῦς, Σιποῦς, quod Ὀπούντιοι, Σιπούντιοι, &c Latine *Quintil.* l. 1. c. 6. Omnia tamen hæc exigunt acre judicium; analogia præcipue, quam proxime ex Græco transferentes in Latinum, proportionem vocaverunt. Ejus hæc vis est, ut id quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quæritur, referat, ut incerta certis probet. *Et paulo post.* Analogia dictum aliquod tueri. *Id. ibid.* c. 5. Analogiam sequi. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, quæ sibi aliqua proportione respondent. *Senec.* epist. 120. Hoc verbum cum Latini Grammatici civitate donaverint, ego damnandum non puto, nec in civitatem suam redigendum. Utor ergo illo, non tanquam recepto, sed tanquam usitato: Quid sit hæc analogia, dicam. Noveramus corporis sanitatem; ex hac cogitamus esse aliquam et animi: noveramus corporis vires; ex his collegimus esse et animi robur, &c.

ANALOGĬCUS, a, um, adject. *analogical,* ἀναλογικὸς, ad analogiam pertinens. *Gell.* l. 4. c. 16. C. Cæsar in libris analogicis.

ANALŌGUS, a, um *analogous, bearing resemblance or proportion,* proportionem habens, et similitudinem, ἀνάλογος. *Varr.* l. 9. *L. L.* c. 3. Ex eodem genere quæ res inter se aliqua parte dissimiles rationem habent aliquam, si

ut cum duas alteræ res duæ collatæ sunt, quæ rationem habent eandem, quod ea verba hoc habent eundem λόγον, deinde utraeque separatim analogon, simul collatæ quatuor analoga. Id. l. 7. c. 10. Analogi grabati. *h. e.* simili forma facti.

ANANCÆUM, *et Græce potius* Ananceon, ἀναγκαῖον, genus grandioris poculi, quod necessario hauriendum erat ab iis, qui in bibendi certamine se provocabant: ab ἀναγκαῖος, necessarius. Ita quidam exponunt. *Turneb.* l. 21. c. 12. observat, ἀνάγκην apud *Hesych.* esse urnam judicialem, ex quo putat *anancæum* dictum, quod urnæ judicialis magnitudinem æquaret. *Casaubon. in Athen.* l. 2. c. 3. notat veterem quendam Græcum Poetam appellare ἀνάγκην γλυκεῖαν titillationem mentis, quæ ex nimio potu evenit, *h. e.* dulcem delirandi necessitatem: hinc fortasse tale poculum anancæum dici potuisse, quod hanc necessitatem induceat. *Varro* apud *Non.* cap. 15. *n. ult.* Ad Sybaritanam prædam, in qua sunt tripodes crateræ, ananeæa populo nobilium Tarentinarum. *Alii leg.* ananeæa pocula nobilium, &c. *Plaut. Rud.* 2. 3. 31. Ubi est leno Labrax? *Am.* perit potando, opinor. Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit. *Tr.* Credo hercle, anancæo datum quod biberet. *Casaubon. loc. cit.* scribit alludere *Plautum* ad sorbitionem cicutæ necessariam et fatalem sontibus in Græciæ aliquot urbibus: vel ad haustum illum e flumine Lethæo, qui nemini mortalium non est necessarius. Alii aliter et legunt, et interpretantur.

ANANCHITIS, idis, f. ἀναγχῖτις, gemma, qua in hydromantia dicunt evocari imagines deorum. *Plin.* l. 37. c. 11. ubi alii leg. *anancitis*, ut sit ab ἀνάγκη, necessitas: *Salmas. in Solin.* anagogitis, ut sit ab ἀνάγω, sursum duco, abduco.

ANANTAPODŎTON, *without an apodosis* [† V. *Apodosis.*] ἀνανταπόδοτον, schema, cum oratio aliquo membro, aut verbo, quod subaudiri oporteat, destituitur. Vox Græca, et Græce usurpanda.

ANAPÆSTĬCUS, a, um, *anapæstic*, adjectiv. ut *Anapæsticum carmen*, quod Anapæstis constat. *Cic. Tuscul.* 3. c. 24. Nec siletur illud potentissimi regis anapæsticum. *subaudi* carmen. *Sidon.* l. 4. epist. 3. Anapæsticæ juncturæ. ¶ *Servius ad Virg. Ecl.* 8. v. 78. hemistichium illud *Veneris dic vincula necto*, ait esse Anapæsticum trimetrum hypercatalecticum: hujusmodi autem versus esse Cupidini consecratos.

ANAPÆSTUM, i, n. *an anapæstic verse*, ἀνάπαιστον, versus constans pedibus iis, qui anapæsti vocantur. Est autem adjectiva vox, et subintelligitur *carmen. Cic. in Orat.* cap. 56. Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus, plerosque senarios, sed etiam anapæsta. *Gell. in præfat. ad fin.* Mutuabor ex Aristophanis choro anapæsta pauca. [† Observandum est, quod primus recentiorum palam aperteque notavit *Bentleius*, eam, et apud Latinos et apud Græcos bonæ notæ poetas, [de Comicis Latinis V. *Herman. El. Doctr. Metr.* p. 247.] *dimetris* anapæsticis normam esse, ut non ultimam (prout vulgo fit) cujusque versus syllabam communem sive ἀδιάφορον habeant, sed continuo carmine, per *Synaphiam* quam dicunt, decurrant, usque dum (*Dawesii* verbis utor) ad versum catalecticum, quo omne systema claudatur, deventum sit. V. *A Dissertation upon the Epistles of Phalaris*, &c. *By Richard Bentley, D. D.* p. 132. *seqq. Richardi Bentleii Epist. ad Cl. V. Joannem Millium*, p. 23. *seqq.* Præclarum hoc inventum ex Terentiano Mauro erutum haud ita pridem dixi, ad Dawesium hac in parte (*Misc. Crit.* p. 24=30.) me totus inclinans. V. *Edit. Sophoclis Brunck. Lond. hujus anni initio* III *Tomis repetitæ Tom.* II. p. 360. Quibus aliter videtur, eos (post Dawesium) rogo, quanam fieri possit ratione, ut qui ad Horatium suum (*Carm. III.* 12. 1.) Terentiani de Synaphia *Ionica* versus quasi in transcursu laudaverit, idem, tam fuse tamque elaborate edisserens de *Anapæstica*, Terentiani (quanquam continuo sequentem) de metro Anapæstico doctrinam nisi prudens sciensque omnino præter miserit? Totum locum citabo: "Ἀπ' ἐλάσσονος autem cui nomen indiderunt, In nomine sic est διὰ μηδῆς. μέτρον autem Non versibus istud, numero aut pedum, coarctant, Sed continuo carmine, quia pedes gemelli Urgent brevibus tot numero jugando longas: Idcirco vocari voluerunt συναφείαν: *Anapæstica* fiunt itidem per συναφείαν." p. 58. *ed. Sanctandr.* Cf. et p. 54. "Is erit ἀνάπαιστος, vides quot iste pes sit temporum: Versus hic *nunquam vacillat*: hoc suo reddam loco." Sed hoc quanquam, opinor, verum sit, rideri tamen possit Dawesius, palma ob rem inventam innuens donari potius debere Terentianum quam Bentleium. Non enim se *omnium primum*, sed *primum recentiorum* docuisse asseveravit Bentleius: nec probabile est Terentianum aurium suarum ope ac sagacitate ingenii Synaphiæ doctrinam de proprio penu deprompsisse, sed, de die in diem usque ad tempora quibus vixit demissam, a Grammaticorum vetustiorum libris pro accepto habuisse. Synaphiæ, sed Ionicæ, meminit etiam *Mar. Victorin.* p. 2537. 2568. 2569. (*Putsch.*) Hæc dicenda censui, quod moris est multorum hominum malevolentiæ in Bentleium qua jure quaque injuria Dawesium incusare; cum in hac re saltem, dempto errore supradicto, puram putam veritatem in lucem protulisse videatur.—Ceterum (quod a nemine adhuc, ni fallor, notatum est) neutiquam prætereundum est, notam plane insignis illius Synaphiæ naturam fuisse Terentiani Commentatori et Emendatori, Nicolao Brissæo Montivillario. Verba ejus ad locum "Ἀπ' ἐλάσσονος autem, &c." citabo. "*Συναφεία Græce junctura seu coitio quædam dicitur. Versificatores igitur voluerunt vocari synaphiam in versu Ionico a minore, id est seriem quandam et successum juncturæ per vices brevium et longarum: quæ quidem series* quantumvis protendatur, *non accidit metro vitium*, dum spondeus versum claudat. *Scio hujusmodi carmine lusum fuisse apud domum Beccodianam, quod supra quinquaginta pedes capiebat. Et nos quidem lusimus non tam longo, tam longo tamen quantum charta poterat capere, quom scriberemus ænigma, cujus hunc versum exscripsimus:* Aliud scire cupis? Dextra fuit bellica, quam Cælius est nactus, inermis studio læva poetæ. - - - - - *Sensus est, Ionici a minore fiunt* perpetua Synaphia: *anapæstici quidem etiam fiunt per synaphiam, sed* catalexis *tamen* finit synaphiam, *id quod non fit in Ionico.*" Quibus addenda sunt quæ idem alio loco dicit: "*Quam seriem seu successum pertinacem* brevium *duarum, postque duarum longarum Terentianus Synaphiam vocat, quæ* nullo numero regitur, dum sit finis apta; *id quod fit si* Ἀπ' ἐλάσσονος *pes finit carmina - - - - - - synaphia est - - - - - consimilis pedum processus, aut pedis qui sit consimilis rationis cum altero (quorum solet esse mutua vicissitudo) quo,* quamvis progrediaris, *non inuritur versui nota, quod in Ionico a minore et anapæstico fieri licet: sed in anapæstico præter synaphiam catalexis additur.*" Atque hæc hactenus; quæ fortasse alio quam in Lexico loco inserenda. De metro Anapæstico post Metricos veteres consulas Porsonum, Gaisfordium, Hermannum, alios.]

ANAPÆSTUS, i, m. *an anapæst*, ἀνάπαιστος, pes poeticus constans duabus syllabis brevibus, et tertia longa, ut *sapiens, legeres*: ideoque ἀντιδάκτυλος vocari solet, quia dactylo est quidem temporibus par, sed contrarius tamen, et retroactus, ut *Quintil.* l. 9. c. 4. loquitur. Hinc etiam nomen est sortitus nempe ab ἀναπαίειν τῷ δακτύλῳ, quod repercutiat quodammodo dactylum. [† Cf. *Diomed. Gram.* 3. p. 475. (*Putsch.*) qui ducit παρὰ τὸ ἀναπαίειν, κατὰ τὸ ἀνάπαλιν ἀντικρούειν πρὸς τὸν δάκτυλον. Item *Mar. Vict.* p. 2488. (*Putsch.*) *Mar. Plot.* p. 2625. (*Putsch.*) qui idem testantur.] Est autem hæc vox revera adjectivum, et subintelligitur *pes*, quando absolute ponitur. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 16. Nec adhibetur ulla sine anapæstis pedibus hortatio. *Id.* 3. *de Orat.* c. 47. Quare primum ad Heroum nos dactyli, et anapæsti, et spondei pedem invitat. ¶ Pro versu, qui ex anapæstis constet. *Cic. in Orat.* c. 56. Ita factus est anapæstus is, qui Aristophaneus nominatur.

ANAPAVOMĔNOS, ἀναπαυόμενος, Græca vox, quæ cessantem, desinentem, aut requiescentem significat. *Anapavomenos* dicta est Protogenis tabula, in qua fecerat Satyrum tibias tenentem, et columnæ innixum tanquam otiosum. *Plin.* l. 35. c. 10. ¶ Alia ab Aristide Thebano, in qua Biblidem pinxerat ex amore fratris Cauni vita functam, *Anapavomene* dicta est, ἀναπαυομένη τοῦ βίου. *Id. ibid.* ¶ Denique *Anapavomenos* h. e. cessans, dictus est fons Jovis in Dodone a meridie semper increscens usque ad medium noctis, ab eo sensim deficiens in tantum, ut meridie omnino fluere desinat. *Id.* l. 2. c. 103.

ANĀPHE, es, f. [† nunc] *Nanfio*, insula maris Cretici sponte enata, teste *Plin.* l. 2. cap. 87. [et *Ovid.* l. 7. *Met.* v. 461.]

ANAPHONĒSIS, is, f. ἀναφώνησις, apud Medicos est exercitatio vocis, quæ arte fit ad eam tuendam, et conservandam. Græca dictio a φωνὴ, vox, quæ legitur apud *Cœl. Aurelian.* l. 1. *Tard.* c. 1. et 5.

ANAPHŎRA, æ, f. ἀναφορὰ, emersio, in altum subvectio: ab ἀναφέρω, sustollo, sublevo. Ab Astronomis *anaphoræ* dicuntur ascensiones signorum, quæ fiunt ab oriente circumactu quotidiano mundi. *Plin.* l. 7. c. 49. *Jul. Firmic.* l. 3. *Mathes.* c. 3. *the risings of the heavenly bodies.* ¶ Est etiam schema sermonis, Latine repetitio, qua eadem dictio in principio versuum, aut commatum repetitur, ut illud *Virgil. Æn.* 1. v. 665. Nate meæ vires, mea magna potentia solus Nate, patris summi, &c. et *Cic. Verr.* 4. c. 10. Verres calumniatores apponebat, Verres adesse jubebat, Verres cognoscebat, Verres judicabat. ¶ Hæc eadem dicitur etiam *Epanaphora*, ἐπαναφορὰ, apud *Martian. Capell.* l. 5. pag. 175. ab ἐπὶ, super et ἀναφέρω, refero, repeto. ¶ Denique *anaphora* dicitur a *Diomede* l. 2. pag. 440. *Putsch.* cum allocutio non convenienter respondens, aliud refert occulte, ut apud Sallust. (*in Catil.* c. 17. *extr.*) *Sed antea item conjuravere pauci in quibus Catilina: de qua quam brevissime potero dicam*: *h. e.* de qua conjuratione. Ita *Diomed.*

ANAPHORĬCUS, a, um, ἀναφορικός. Apud *Jul. Firmic.* l. 3. c. 13. n. 1. dicuntur anaphorici, qui cruenta, seu vitiosa sputa rejiciunt, malaque tussi laborant: ab ἀναφέρω, rejicio, emitto. ¶ *Anaphorica horologia.* V. *Anaporicus.*

ANAPHYSĒMA, atis, n. ἀναφύσημα, efflatus, vel evaporatio: ab ἀναφυσάω, efflo. *Apulei. de Mundo.* Anaphysemata Græci vocant eos spiritus, qui de profundo, vel hiatibus terræ explosi ad superna aeris solent evadere.

ANĀPIS, et Amphinomus fratres Siculi ex Catania urbe fuere, quorum alter patrem, alter matrem ex Ætnæ incendiis, mirabili constantia per medium ignem vadentes, et suis humeris exportantes, feliciter eripuerunt; quos flammæ inviolatos, tanquam et ipsæ tantam pietatem admirarentur, reliquerunt: ob quod factum statuæ ipsis erectæ sunt, divinique pæne honores habiti: eorum etiam locus sepulcri *campus piorum* cognominatus est, teste *Solin.* cap. 5. (*al.* 11.) De his et *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 37. *Sil.* l. 14. v. 197. *Valer. Max.* l. 5. c. 4. n. 4. *extern.* et *Claudian. in carm.* de piis fratribus. *Anapis* ab aliis *Anapus* dicitur, ab aliis *Anapius.*

ANAPLEROTĬCUS, a, um, adject. ἀναπληρωτικός, replens. *Veget. de re Veterin.* cap. 26. lib. 2. Anapleroticum vulneri medicamentum imponere. *h. e.* quod carnem excrescere faciat, et vulnus impleat: ab ἀναπληρόω, impleo.

ANAPORĬCUS, a, um, adject. Apud *Vitruv.* l. 9. c. *ult.* describuntur *horologia anaporica*, quasi retro gradientia, ab ἀνὰ, quod in compositione sæpe significat *retro*, et πορεύομαι, gradior, quia in his est tympanus, qui retrogrado motu horarum spatia significat. Alii tamen legi volunt *anaphorica*, ἀναφορικὰ, ab ἀναφέρω, sustollo, erigo; quæ sane derivatio aptior est: quod in hujusmodi horologii tympano descripta erant signa cælestia, quæ emersione, et ascensione suis temporibus ostendebantur, et anaphoras suas faciebant. V. *Anaphora.*

ANĀPUS, i, m. [† nunc] *Anapo*, Ἄναπος, fluvius Siciliæ, qui oritur apud Bussemam castrum, decurrit per agrum Syracusanum, et mari excipitur a Syracusis mille passibus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 469. Præterit et Cyanen, et fontes lenis Anapi.

ANARRHĪNON, *an herb like pimpernels*, ἀνάῤῥινον, herba anagallidi similis, radice nulla, aut perexigua, semine vitulinas nares imitante, unde et nomen habet, nempe a ῥὶν, ῥινὸς, naris. Eadem et *antirrhinon* dicitur *Plin.* l. 25. c. 10.

ANAS, anătis, f. *a duck or drake*, νῆττα, avis ex genere amphibiorum, quassagipenna, tremipeda, buxeo rostro, dicta ab assiduitate natandi, ut scribit *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 13. Græci quoque νῆσσαν, vel νῆτταν a νεῖν, hoc est nando appellavere. *Martial.* l. 13. epigr. 52. Tota quidem ponatur anas, sed pectore tantum, Et cervice sapit: cetera redde coquo. *Id.* l. 3. epigr. 93. Et anatis habeas uropygium macræ. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 48. Anatum ova gallinis supponere. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 11. Qui volunt greges anatium habere. *Quidam hic quoque leg.* anatum. ¶ *Anas* præterea dicitur morbus anuum, seu vetularum, ut *Festus* docet, estque ab *anus*, veluti contractum ab *anitas* (quod non est in usu) ut censet *Voss. in Etymol.* ad vocem *Anus.*

ANAS, fluvius Hispaniæ. *Plin.* l. 3. c. 1. V. *Ana.*

ANASSUM, si, n. [† hod.] *Piave*, flumen Venetiæ, quod ex Alpibus Carnicis per Bellunum urbem descendit, aliisque fluviis acceptis per Marchiam Tarvisinam fluens, inter Silim, et Liquentiam, prope Equilium urbem excisam, in Adriaticum influit. *Anonym. Ravennas* l. 4. c. 36. et *Venant. Fortun.* l. 1. ep. 1. appellant *Plavem.* ¶ Aliud est *Anassum*, seu *Anaxum*, quod memorat *Plin.* l. 3. c. 18. et post Tilaventum collocat, in Forojuliensi tractu, in quod Varramum influere dicit. V. Geographos.

ANASTĂSIS, is, f. *a rising again, resurrection*, ἀνάστασις, resurrectio: vox Græca ab ἀνίσταμαι, resurgo. *Lactant.* l. 7. c. 23. De anastasi Philosophi quoque dicere aliquid conati sunt. *Et paulo post.* Anastasin mortuorum futuram esse consentiunt.

ANASTASĬUS, a, um, ad Anastasium (nom. prop.) pertinens, ut Anastasia lex, ab Fl. Valer. Anastasio R. Imp. lata. *Imp. Justinian.* lib. 5. *Cod.* tit. 13. leg. *ult.* ubi al. leg. *Anastasiana.*

ANASTOMOTĬCUS, ἀναστομωτικὸς, aperiens, laxans. V. *Apertivus.*

ANASTRŎPHE, es, f. *anastrophe, a figure by which words that ought to precede are postponed, inversion*, ἀναστροφὴ, inversio, ab ἀναστρέφω, inverto, præpostero ordine colloco. Dicitur hoc nomine schema verborum, quo inverso ordine verba collocantur, ut *Saxa per, et scopulos*, et *Qua de re*, &c. V. *Hyperbaton.* Est autem Græca vox, et Græce scribenda. Latine *reversio* dicitur a *Quintil.* l. 8. c. *ult. post med.*

ANATARĬUS, a, um, *relating to a duck*, νησσαῖος, ad anatem pertinens. *Anataria aquila* apud *Plin.* l. 10. c. 3. est genus quoddam aquilarum, quod circa lacus, et stagna degit, atque anates, ceterasque aquaticas aves venatur: quam venationem *Id. ibid.* describit. ¶ *Anatarius* absolute in *Gloss. Vet.* exponitur νηττοφύλαξ, hoc est anatum custos, et curator.

ANATHĒMA, ătis, n. *a gift hung up in a temple and dedicated to some god, a votive offering.* ἀνάθημα, Diis dicatum donarium. Quamquam hæc vox non de omni re Diis consecrata Græcis usurpatur, sed de illis tantum, quæ suspendi aut collocari in excelso, et in conspectu stati poterant, ut templo ornamento essent. Unde et *Hesych.* ἀνάθημα, κόσμημα interpretatur. Est autem Græca vox ab ἀνατίθημι, sursum pono, in altum colloco. *Prudent.* Latine usus est *in Psychomach.* v. 540. Dum vetitis insigne legens anathema favillis, Mœsta ruinarum spolia insatiabilis haurit. ¶ At *anathĕma*, ĕtis, n. ἀνάθεμα, ab eodem verbo ἀνατίθημι, qua significat removere, reponere, sepa-

rare, est idem ac res exsecrabilis, et dimovenda, ac projicienda. Hinc apud Ecclesiasticos scriptores usurpatur pro separatione Christiani hominis a communione, et consuetudine Christifidelium, *an anathema, curse pronounced by ecclesiastical authority, excommunication. Augustin.* epist. 75. Anathematis injuriam perpeti. *Et paulo post.* Anathematis sententia ferire. *Et paulo post.* Anathemate obligatus. *Et post.* Anathemate aliquem plectere. *Tertull. advers. hæret.* cap. 6. Dicere aliquem anathema.

ANATHEMATĪZO, as, a. 1. *to anathematize, pronounce accursed by ecclesiastical authority, excommunicate,* ἀναθεματίζω, anathematis sententia ferio, a communione Fidelium separo. *Augustin.* epist. 75. Anathematizare filium pro peccato patris. *Et post.* Tota domus ista anathematizata est. ¶ Aliquando generatim ponitur pro rejicere, detestari. *Hieronym.* epist. 75. Si errasse non dicerem eum, et hæc quotidie non anathematizarem, essem erroris illius socius. ¶ *Salmas. in notis ad Tertull. de Pall.* pag. m. 181. testatur in veter. quibusd. MSS. et Gloss. editis legi *anathemare,* et *anathematus*: quod non est imitandum: tametsi legitur etiam apud *Augustin.* serm. 164. *de Temp.* sect. 3. et epist. 95. *ante, et post med.*

ANATHYMIĀSIS, is, f. ἀναθυμίασις, hoc est vapor, exhalatio, halitus. A Medicis accipitur pro flatu, aut vapore, qui in stomacho, seu ventre ex cibis gignitur, *wind generated in the stomach. Petron. in fragment. Tragur.* c. 47. *Burman.* Anathymiasis si in cerebrum it, in toto corpore fluctum facit. *Theodor. Priscian.* l. 2. par. 2. cap. 1. Quibus ex anathymiasi caput fuerit inquietatum.

ANATICŬLA, æ, f. *a small duck or drake, a duckling,* νησσάριον, νήττιον, parva anas, et generatim quæcumque avis aquatica minor anate. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 15. Serpere anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas. ¶ Usurpatur in deliciis amantium. *Plaut. Asin.* 3. 3. 103. Dic igitur me anaticulam, columbam, vel catellum. *darling duck.*

ANATILĬA, æ, f [† hod.] *S. Gilles,* hoc est Fanum S. Ægidii, oppidum est Galliæ Narbonensis inter Arelatem, et Nemausum: quo loco S. Ægidius (cujus ego nomen sortitus sum) ex Græcia adveniens solitariam vitam duxit. *Plin.* l. 3. c. 4.

ANATĪNUS, a, um, *of a duck,* νησσαῖος, ad anatem pertinens, seu qui est ex anate. *Plaut. Rud.* 2. 6. 49. Utinam fortuna nunc anatina uterer, uti cum exivissem ex aqua, arerem tamen. Est qui legit *anthracina,* hoc est carbonum. nam ἄνθραξ Græce carbonem significat. carbones autem madefacti cito arescunt. Verum prior lectio longe præferenda est. ¶ *Anatina, æ, f. duck's flesh,* est caro anatis. *Petron. in fragment. Tragur.* cap. 56. *Burman.* Mihi jubent sæpe anatinam parari. *Sunt qui aliter leg.*

ANATOCISMUS, i, m. *a renewing of usury, and of taking the interest of interest; compound interest,* ἀνατοκισμὸς, anniversaria usuræ renovatio, cum scilicet qui non solvit usuram pecuniæ fenore acceptæ, sequenti anno tenetur solvere usuram tum sortis principalis, tum usuræ non solutæ, quæ et ipsa in sortem ingreditur. Vox Græca ab ἀνατοκίζω, usuram renovo, quod ab ἀνὰ, et τόκος, usura. *Cic. Attic.* l. 5. *ep. ult. a med.* Centesimas observare cum anatocismi anniversario. *Et paulo post.* Nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatocismo contentus non esset.

ANATŎLE, es, f. ἀνατολὴ, hoc est ortus, oriens. Apud *Hygin.* fab. 183. est nomen unius horarum.

ANATOMĬA, æ, et Anatomica, æ, *vel Græca positione* Anatomice, es, f. *anatomy, the art of dissecting and studying the structure of the body,* ἀνατομικὴ, ars secandi, et considerandi corpora animalium; et est pars medicinæ: ab ἀνατέμνω, seco. Latino vocabulo *incisio* recte dici potest. nam *Celsus* verbo *incidere* hac in re non semel utitur. *Macrob.* l. 7. *Saturnal.* cap. 15. Plato dum nec anatomica, quæ medicinæ propria est, abstinet, risum de se posteris tradidit. *Cœl. Aurel. Acut.* l. 1. c. 8. Per apertionem, quam Græci anatomiam dicunt.

ANATOMĬCUS, a, um, *anatomical, relating to anatomy,* ἀνατομικὸς, ad anatomicam pertinens. *Anatomicus, i,* absolute, (subaudi medicus, aut quid simile) est qui in anatomica peritus est. *an anatomist. Macrob.* l. 7. *Saturnal.* c. 13. Libris Anatomicorum postea consultis, verum reperi. *Ammian.* l. 28. c. 4. *in fi.* (*al.* cap. 26.) Discissarum pecudum exta rimari cum Anatomicis.

ANATŎNUS, a, um, *extending upwards,* ἀνάτονος, sursum tendens, vel nimis in altum tendens: vox Græca ab ἀνὰ, sursum, et τείνω, extendo. Apud *Vitruv.* l. 10. c. 15. *ad fin. anatona capitula* balistarum dicuntur earum supremæ partes in nimiam longitudinem protensæ: quibus (*ibid.*) opponuntur *catatona,* a voce Græca κατάτονος, deorsum tendens, minus altus.

ANATRĒSIS, is, f. *a perforating, piercing, or boring,* ἀνάτρησις, hoc est perforatio, Græca vox ab ἀνατιτράω, perforo, Latinis litteris scripta legitur apud *Cœl. Aurelian.* l. 2. *Tard.* c. 1. *ad fin.* ubi *anatresim testæ* ponit pro perforatione cranii, Angl. *a trepanning, perforating with the trepan.*

ANAUDIA, æ, f. *dumbness, inability to speak,* ἀναυδία, privatio vocis, et loquelæ: ab α privat. et αὐδὴ, vox, sermo. Legitur apud *Cœl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 10.

ANAURUS, [† nunc] *Dimetriada,* fluvius Thessaliæ, qui ex Pelio monte in sinum Pagasicum effunditur apud Demetriadem; sic dictus, quod non auram, neque nebulam patiatur. *Vibius sequester,* et *Lucan.* lib. 6. v. 370. V. *Turneb.* l. 3. c. 2. ubi *Lucan.* ab ignoratione Geographiæ defendit.

[* ANAUSIS, Ἄναυσις, m. Albanorum, Heniochorumque rex, procus Medeæ; hujus vero pater Æetes Styro Albanorum regi, illo repudiato, filiam despondere maluit, a quo Anausis postea, cum forte se se rivali obtulisset, interfectus est. Historiam narrat *Val. Flacc.* l. 6. v. 44.]

ANAXAGORĒUS, a, um, *Anaxagorean,* Ἀναξαγόρειος, ad Anaxagoram pertinens: qui fuit Clazomenius philosophus: de quo V. *Valer. Max.* l. 5. c. *ult. extr.* l. 7. c. 2. n. 9. *extern.* et l. 8. c. 7. n. 6. *extern.* Legitur *Anaxagoreus* apud *Plin.* l. 1. in Elencho l. 2. n. 59.

ANAXARCHUS, m. Ἀνάξαρχος, Philosophus Abderita, sectator Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypri Tyrannum, a quo comprehensus, conjectusque in pilam saxeam, ibique ferreis malleis contusus, adeo toleranter pertulit asperrimos illos cruciatus, ut verbum illud memorabile conduplicaverit, *Tunde tunde Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis.* Ad ultimum amputationem linguæ minitante tyranno, propriis dentibus abscissam linguam in os ejus conspuisse dicitur. Vide *Laertium,* et *Valer. Max.* l. 3. c. 3. *extern.* n. 4. Hinc *Ovid. in Ibin,* v. 573. Aut ut Anaxarchus, pila minuaris in alta; Jactaque pro solitis frugibus ossa sonent.

ANAXARĔTE, puella Cypria Salaminia regali stirpe, mira pulchritudine. Hanc Iphis infimæ sortis insane amabat. Sed ab illa semper spretus ad ejus fores se suspendit. Puella in lapidem viso cadavere versa est. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 699.

ANAXUM. V. *Anassum.*

[* ANAZARBĒNUS, a, um, adject. Anazarbi incola, quæ fuit urbs Ciliciæ, deinde Cæsarea appellata. *Plin.* l. 5. c. 27.

* ANAZETESIS, f. herba eadem, quæ Latinis consolida. *Apul. de herb.* c. 59.]

ANCÆSA, et Amcæsa dicta sunt ab antiquis vasa, quæ cælata appellamus, quod circum cædendo talia fiant: ab *am* circum, et *cædo, is. Festus.*

ANCÆUS, i, Neptuni et Astypalææ Phœnicis filius, Samiorum Rex, agriculturæ studiosissimus, cui a servo prædictum est, cum servos nimio labore premeret, nullum illum ejus vineæ, quam tum plantabat, vinum bibiturum. Postea coacta ejus vineæ vindemia, jussit sibi ex lacu vinum hauriri, increpans eum, qui futurum prædixerat, ut nunquam ejus vineæ vinum biberet. Sed calicem ori admoturo nuntiat quidam, aprum miræ magnitudinis vineam vastare. Abjecto itaque poculo, cum aprum vellet interficere, ab illo dente ictus interiit. Ex quo est Græcum proverb. apud *Fest. in Manum,* et *Gell.* l. 13. c. 17. Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου, *h. e.* Multa cadunt inter calicem supremaque labra: cui respondet quod *ibid. Gell. ex Catone* refert, *Inter os, et offam multa intervenire posse. Many things fall between the cup and the lip.* ¶ Alius fuit Ancæus ex Parrhasia oppido, et regione Arcadiæ Actoris, et Eurythemistidis filius, qui ab apro Calydonio interfectus est, ut narrat *Ovid.* 8. *Metam. a* vers. 391. ¶ Item alius Tegeates, Lycurgi, et Antinoes filius, unus ex Argonautis. *Hygin.* fab. 14. Sed hi omnes interdum confunduntur. Alios præterea Ancæos refert idem *Hygin.* et alii.

ANCĂLA, æ, *et Græca positione* Ancale, es, f. *the ham of the leg behind the knee,* poples: ἀγκάλη, quæ vox significat quidem ulnam brachii, vel potius ejus curvaturam, ab ἀγκὼν, flexus, curvatura; sed per similitudinem potest etiam ad genu transferri. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 5. c. 1. Usque ad mediam natem, ac superius ad inguen, vel ad ancalem perveniens, atque suram. *Et post.* Plurimi ex talo, atque ancala venam dividentes, sanguinem detraxerunt.

ANCARĬUS, ii, m. *an ass, or other beast of burden,* asinus, ἀγγάριος, quam vocem Græci a Persis accepisse dicuntur, et universim significat quemvis onera bajulantem; sed quia asini ad id maxime apti sunt, speciatim de iis dici potest. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 78. Hic, inquam, rudet e rostris, atque ejulitabit Concursans veluti ancarius, clareque quiritans. *Alii leg.* angarius, *hoc est* nuntius, *quod vox* ἀγγάριος *significat. Alii aliter.* V. *Turneb.* l. 17. c. *ult.* ¶ Etiam *Ancharius* scriptum legitur.

ANCĀTUS. V. in *Ancon* cubitus, *sub fin.*

ANCEPS, ancipĭtis, adject. omn. gener. *that hath two heads,* ἀμφικάρηνος, utrinque habens caput. Hæc videtur propria significatio. Alia enim sunt a *caput* composita, quæ in *ceps* exeunt, ut *biceps, triceps, præceps,* &c. *Am* autem est a Græco ἀμφὶ, utrinque: tametsi *Festo* magis placet a *capiendo* derivari, quod ex utraque parte æque capiatur: itaque dici potest generatim *anceps* esse, quod ex utraque parte idem, atque adeo geminum est. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 95. Tum sacer ancipiti mirandus imagine Janus Bina repens oculis obtulit ora meis. *Id.* 12. *Metam.* v. 337. ab ancipitis delapsus acumine montis. *h. e.* duplicem habentis verticem. Alii leg. *ancipiti delapsus acumine. Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 32. Vecte, atque ancipiti ferro effringam cardines. *Ovid. Metam.* 8. v. 397. Ancipitemque manu tollens utraque securim. *h. e.* acie utrinque præditam, *two-edged. Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 37. Bestiarum terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in utraque sede viventes. *amphibious.* ¶ *Ancipites cardines* apud *Lucil.* exponit *Nonius* c. 4. n. 32. duplices, hoc est qui utrinque valvas tenent. *double, two-fold.* Verba *Lucilii* sunt. *Nemo hos ancipites ferro effringat cardines.* Ubi alii leg. *ancipiti ferro.* ¶ Sæpissime usurpatur de eo, quod utrinque advenit, urget, aut vexat, et generatim per translationem pro dubio, ambiguo, incerto, periculoso, *uncertain, doubtful, dangerous, hazardous, dark, obscure.* ἀμφίβολος. *Cic. pro leg. Manil.* c. 4. Cum duobus in locis disjunctissimis, a binis hostium copiis bellum terra, marique gereretur, vos ancipiti contentione districti, &c. *Id.* 1. *Offic.* c. 3. Cum utilitas ad se rapere, honestas contra revocare ad se videtur, sit, ut distrahatur deliberando animus, afferatque ancipitem curam cogitandi. *Curt.* l. 3. c. 7. Ancipiti acie opprimi. *h. e.* utrinque ingruente. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 72. Anceps terror, intra, extraque munitiones. *Liv.* l. 37. c. 11. Ancipitia tela. *h. e.* quæ a duabus partibus jaciuntur. *Id.* l. 5. c. 1. Ancipitia munimenta. *h. e.* alia in urbem, alia in hostes spectantia, ut idem statim exponit. *Cic. pro Marcell.* c. 5. Incertus exitus, et anceps fortuna belli. *Id. Fam.* 5. ep. 12. Ancipites, variique casus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 44. Aggredi causam ancipitem. *Id. de somn. Scipion.* c. 2. Anceps fatorum via. *Nepos in Themist.* c. 3. Anceps periculum. *Id. in Datam.* c. 7. Ancipitibus locis premi. *h. e.* iniquis, et periculosis. *disadvantageous ground. Plin.* l. 7. c. 45. Ancipites morbi. *Id.* l. 23. c. 1. Labrusca anceps in purgationibus. *Curt.* l. 3. c. 8. Anceps fides. *h. e.* dubia, et cui periculose creditur. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 34. Lucanus, an Appulus anceps. *h. e.* incertum est, *uncertain whether,* &c. *Lucan.* l. 9. v. 46. Ancipites animos tenere. *to keep wavering, uncertain, irresolute. Tacit.* 4. *Ann.* c. 73. Tractus in anceps Cethegus. *h. e.* in ambiguum, *divided between two. Id.* l. 1. *Ann.* c. 36. In ancipiti est respublica. *h. e.* in discrimine. *Id.* l. 1. *Hist.* c. 5. Vox pro republica honesta, ipsi anceps. *h. e.* periculosa. ¶ *Ancipites disputationes* sunt, quibus in utramque partem de aliqua re disseritur. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 27. ¶ *Anceps sapientia* dicitur ab *eod. ibid.* c. 16. quæ duplicem facultatem complectitur dicendi, et faciendi. ¶ *Vocabula ancipitia* sunt, quæ ambiguam habent significationem, et in utramque partem exponi possunt, ut *venenum, valetudo, tempestas,* &c. *Gell.* l. 12. c. 9. ¶ *Anceps jus* dicitur ab *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 34. quia scilicet multiplex, varium, et controversum est. ¶ In ablativo singulari et *ancipite* facit, et *ancipiti*: quamquam hoc frequentius. *Gell.* l. 12. c. 2. *in fi.* In re ancipite. ¶ Reperitur etiam *ancipes* in recto singulari, ex quo per syncopen *anceps* factum videtur. *Plaut. Rud.* 4. 4. 114. Post altrinsecus est securicula ancipes.

[* ANCHARĬA, æ, f. Æsculanorum (*al.* Æsul. *al.* Ascul.) Dea, laudatur a *Tertullian. Apolog.* c. 24. Etruscorum certe Dea fuit, plurimæ enim in Etruria detectæ sunt inscriptiones, quæ eam referunt. *Fæsulanorum* legendum censet *Reines. Inscript.* 2. 23. cum inscriptio Fæsulis reperta sit ejusmodi: L. Magilius L. F. Paullinus Variscus IIIvir signum Ancharíæ sua pec. restitu. L. D. D. D. Quidam hariolantur ab hac Dea dictam fuisse Ancharianam familiam a *Cicerone* memoratam; sed potius hæc nomen traxit ab Anchario quodam, præsertim cum apud *Cicer.* sæpius habeatur hujusmodi nomen.]

ANCHARIĀNUS, a, um, adjectivum deductum ab Ancharia familia Romana. *Cic. in fragment. pro Vareno* apud *Quintil.* l. 5. c. 13. In familiam Ancharianam incidisse.

ANCHARĬUS. V. *Ancarius.*

[* ANCHĀTES, is, m. nomen ducis in exercitu Persæ contra Æetem Colchorum regem, ejusdem Persæ fratrem. *Val. Flacc.* l. 6. v. 132. Doctus et Anchates patulo vaga vincula gyro Spargere.

* ANCHEMŎLUS, i, m. Rhœti, Marrubiorum regis, filius, qui cum Casperiæ novercæ stuprum intulisset, a patre ad supplicium petitus, ad Turnum in militiam profugit. Hæc *Servius ad Virgil. Æn.* l. 10. v. 389. Hinc Sthenelum petit, et Rhœti de gente vetusta Anchemolum, thalamos ausum incestare novercæ.]

ANCHIĂLUS, i, *et Græca positione* Anchialos, i. f. [† hod.] *Anchialo,* [† ac] *Achelo,* urbs Thraciæ, apud oram maris Euxini. *Ovid.* l. 1. *Trist.* eleg. 9. v. 35. Thynniacos sinus, et ab his per Apollinis urbem Alta sub Anchiali mœnia findat iter.

ANCHIĂLUS, putatur esse nomen divinum, apud Judæos ex חי et אלה *h. e.* per Deum viventem, vel ex חחי עלם idest per eum, qui vivit in æternum: Affertque epigr. 95. l. 11. *Martialis* his verbis: Ecce negas, jurasque mihi per templa Tonantis. Non credo; jura, verpe, per Anchialum. *Isaac. Voss. ad Pompon. Mel.* l. 1. c. 8. *in fi.* negat, hanc vocem Hebraicam esse, cujus linguæ imperitissimus fuit *Martialis*; et pro *Anchialum* legit *Ancharium,* id est asinum. Male enim audiebant Judæi, *Petronio* teste *in fragment.* pag. 683. *Burman.* et *Tertull. in Apolog.* c. 16. quod asinum tanquam numen adorarent (quamquam in loco *Petronii* valde dubia lectio est.) In vetustissimo Cod. *Anchalium* legitur; ex quo unius litteræ

[illegible] Hæc quoque legit Anchialum. V. Anchialus. [Probabilior est Salmasii sententia, qui Anchialum hunc Martialis interpretatur, ut sit ipse puer meretrius, quem Judæus invideret poetæ. Primum verba Martial. Pædicas puerum, verpe poeta, meum. Ecce negas, jurasque mihi per templa Tonantis. Non credo, jura, verpe, per Anchialum. Nempe pejeraturum putat Judæum, quidquid juret aliud; pro amore autem suo in Anchialum per illius caput nunquam juraturum fore falso.]

ANCHISÆUS, a, um, adject. possess. ab Anchise. *Virg. Æn.* 5. v. 761. Tumuloque sacerdos, Et lucus late sacer additur Anchiseo. ¶ Scribitur et *Anchiseus*.

ANCHISES, æ, m. Ἀγχίσης, Capyis filius ante bellum Trojanum nemorum latebras, et solitudines coluisse fertur, gregibus, et armentis intentus, quibus cum vacaret, a Venere adamari cœpit, et cum ea concubuit, unde natus est Æneas, apud Simoenta Troiæ fluvium, ut scribit *Servius* ad 1. *Æn.* v. 621. et ipsemet *Virg. ibid.* Porro cum se Veneris concubitu usum fuisse jactasset, ab eadem oculis est privatus. Propterea dicunt, eum Trojanorum consiliis non interfuisse. Ardente Troja cum nulla salutis spes appareret, senio confectum Æneas humeris imposuit, secumque Drepanum usque Siciliæ urbem vexit, ubi fatis concessit, ut est apud *Virgil. Æn.* 3. *in fi.* Alii volunt, in Italiam pervenisse, ut notat *Serv.* ad 1. *Æn.* v. 271. et alibi. ¶ In accusativo et Anchisem habet, et sæpe Anchisen Græco more. *Virg. Æn.* 3. v. 82. Occurrit, veterem Anchisen agnoscit amicum. τὸν Ἀγχίσην. In vocativo, et ablativo habet etiam *Anchisa* pro *Anchise*, ὦ Ἀγχίση: nam Græcum η et in *e*, et in *a* vertitur. *Virg.* 3. *Æn.* v. 475. Conjugio, Anchisa, Veneris dignate superbo. *Id. Æn.* 5. v. 244. Tum satus Anchisa, cunctis ex more vocatis, &c. V. *Æacides.* ¶ Veteres dixere etiam *Anchisa* in recto casu, ut notat *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) [† et *Serv.* ad *Æn.* 3.] a quo illud *Anchisa* in vocativo trahi potest, ut *Vossius* adscribit. *Hyginus* quoque fab. 94. *Anchisam* in quarto casu dixit.

ANCHISIĂDES, æ, m. patronym. idem Æneas Anchisæ filius. *Virg. Æn.* 6. v. 348. Dux Anchisiade, nec me Deus æquore mersit, &c.

ANCHISĪTES, Ventus ab Anchisa Epiri portu spirans. *Cic.* l. 7. ep. 1. *ad Attic.* Flavit ab Epiro lenissimus Anchisites. Ita legit *Turneb.* l. 20. c. 16. Alii *Onchesmites* ab Onchesmo ejusdem Epiri portu. Alii reponunt *Auster mitis*, alii denique alia.

ANCHISTRUM, [seu Ancistrum,] i, n. *a crooked surgical instrument, a surgeon's forceps*, ἄγκιστρον, scalprum hami forma aduncum, quo utuntur chirurghi: a voce Græca allata, quæ hamum significat. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 5. c. 1. *ad fin.* Anchistris ex utraque parte cutem prætendere.

ANCHOMĂNES, *dragon-wort*, nomen est herbæ, quæ et *dracontea* appellatur: fortasse dicta est ab ἄγχω, suffoco, strangulo, quia obstruendi meatum spiritus vim habeat. *Apulei. de herb.* c. 14.

ANCHŎRA cum derivatis. V. *Ancora.*

ANCHŪSA, [† Ancusa errorem tantum typographicum fuisse non vidit Auctor Appendicis.] æ, f. *the herb orchanet or alkanet; a kind of bugloss or ox-tongue*, ἄγχουσα, herba est lactucæ foliis, cujus radix digitali crassitudine scinditur papyri modo, manus inficit sanguineo colore, lanas pretiosis coloribus præparat, variis ægritudinibus prodest, imprimisque lepræ, et lentigini, si ea liniatur. *Plin.* l. 22. c. 20.

ANCIÆ. V. *Anticæ.*

ANCĪLE, is, *a kind of small oval shield*, n. (ἀγκύλιον vocat *Plutarch. in Numa*; ex quo nonnulli *ancyle* scribunt cum *Non.* c. 18. n. 11.) scutum fuit parvum, et oblongum, superiore, et inferiore sui parte rotundum, media angustius, lateribus mediis convexa curvitate se contrahentibus, extimam oram undequaque recisam habens minutis incisuris: unde et nomen habet, quasi *amcisum*, ab *am* circum, et *cæsus*. *Ovid.* 3. *Fastor.* v. 376. Idque ancile vocat, quod ab omni parte recisum est: Quaque notes oculis, angulus omnis abest. *Varr. de L. L.* l. 6. c. 3. *circa med.* Ancilia dicta ab ancisu, quod ea arma ab utraque parte, ut peltæ Thracum, incisa. *Festus* in *Mamurii*: Ancile sic est appellatum, quia ex utroque latere erat recisum, ut summum, infimumque ejus latius pateret. Figuram exhibet numus Antonini Pii, quem vidimus, et alii. Hujusmodi scutum Numæ Pompilii tempore de cælo cecidisse credebatur, accepto una oraculo, tamdiu staturum R. imperium, quamdiu illud Romæ mansisset. Quare Numa jussit, undecim alia ejusdem formæ fieri, quibus cæleste misceretur, ne internosci posset, et auferri: quod Mamurii Veturii artificis opera factum est, qui præmii loco petiit, ut suum nomen inter carmina Salii canerent, cum hujusmodi scuta per Urbem circumferrent. Quotannis enim mense Martio per urbem a Saliis collo appensa circumferebantur cum solemni saltatu, et carminibus; dicebanturque tum *ancilia moveri*; idque per triginta dies, quibus elapsis, iterum condebantur in templo Martis, ubi asservari solebant. Durante autem tali solemni, summa religio erat, ne publice aliquid gereretur, quod ad arma et bellum spectaret. *Sueton. in Othon.* c. 8. Expeditionem inchoavit, nulla ne religionum quidem cura, sed et motis, nec dum conditis ancilibus, quod antiquitus infaustum habebatur. Adde *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. *pænult.* et V. *Salii.* ¶ Addit *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 8. v. 3. *utque impulit arma*, in more fuisse, ut qui belli curam susceperat, antequam ad id administrandum proficisceretur, in sacrarium Martis introiret, et ancilia primum, mox et hastam Dei commoveret, addita voce, *Mars vigila.* ¶ Si ancilia sua sponte moverentur (quod non semel accidisse creditum est) prodigii loco habebatur, et quod bellum portenderet. V. *Jul. Obseq. de prodig.* n. 104. et *Epitom. Liv.* lib. 68. ¶ Præter ancile sex alia fuere religiosissime custodita Romæ tanquam Imperii pignora: acus Matris Deum, quadrigæ fictiles Veiorum, (de quibus V. in *Ratumena.*) cineres Orestis, sceptrum Priami, velum Ilionæ, et Palladium. *Serv.* ad *Æn.* 7. v. 188. ¶ De scuto militari quocumque. *Virg. ibid.* Succinctus trabea, lævaque ancile gerebat. *Lucan.* l. 9. v. 479. populos ancilia nostra ferentes. ¶ Adjective *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 9. Sex lictoribus præcedentibus arma ancilia tulit. *Charis.* l. 1. pag. 62. *Putsch.* Arma ancilia lustrare. *Juvenal.* sat. 2. v. 126. Sudavit clypeis ancilibus. ¶ In genitivo plurali *ancilium* facit juxta Grammaticorum regulas, sed ex usu etiam *anciliorum*, quemadmodum et *Saturnalium*, et *Saturnaliorum* dicitur. *Horat.* l. 3. od. 5. v. 10. Anciliorum nominis, et togæ Oblitus, æternæque Vestæ.

ANCILLA, æ, f. *a maid-servant, hand-maid, waiting-woman; a female slave*, δμωὴ, mulier serva. Nomen deductum putavit *Festus* ab Anco Martio, quod is in bello magnum feminarum numerum ceperit; sive quod antiqui *anculare* dicebant ministrare. Ex quo Dii quoque, ac Deæ feruntur coli, quibus nomina sunt *Anculi*, et *Anculæ*. *Ter. Andr.* 3. 1. 3. Ab Andria est ancilla hæc. *Cic. pro Mil.* c. 10. Cum muliebri et delicato ancillarum, puerorumque comitatu. *Sallust. in Jug.* c. 12. Occultans se in tugurio mulieris ancillæ. *Serv.* ad. *Æn.* 1. v. 413. Sunt elocutiones, quarum una pars plena est: quæ si convertantur, habent aliquid superfluum: ut in Sallustio: *in tugurio mulieris ancillæ*: bene addidit *ancillæ*. At si dicas *ancillæ mulieris*, erit superfluum *mulieris*: ancilla enim et conditionem ostendit, et sexum. Hæc *Servius*, cui similia ex *Quintil.* reperies in *Frater.* ¶ Translate *Plin.* l. 2. c. 63. Terra usus mortalium semper ancilla. ¶ Per contemptum dicitur etiam de hominibus, qui alicui rei nimis addicti sunt, turpiterque inserviunt. *Sallust. in fragment. in orat. Lepidi contra Sullam.* Fusidius ancilla turpis, honorum omnium dehonestamentum. *Trebell. Poll. in Claud.* cap. 5. Gallus Antipater, ancilla honorum, et historicorum dehonestamentum. *Alii. leg.* ancillariorum, et historicorum, &c.

ANCILLARIŎLUS, a, um, adject. qui amore ancillarum captus est. *Martial.* l. 12. epig. 58. Ancillariolum tua te vocat uxor. *Senec. de Benef.* l. 1. c. 9. Si quis se nulla amica facit insignem, nec alienæ uxori æmulum præstat; hunc matronæ humilem, et sordidæ libidinis, et ancillariolum vocant.

ANCILLĀRIS, re, *relating to an hand-maid; servile*, ad ancillas spectans, δούλειος, δουλικὸς, δουλοπρεπὴς, illiberalis, ad serviendum idoneus, servilis. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 20. Ita sordido, ancillarique artificio regiæ virgines, ut tonstriculæ, tondebant barbam, et capillum patris. *Ammian.* l. 26. c. 6. (*al.* 17.) Ancillaris adulatio.

ANCILLARĬUS, ii, V. *Ancilla* in fi.

ANCILLĀTUS, us, m. *service, bondage*, ministerium, servitus. *Arnob.* l. 7. pag. 221. Ancillatum servuli pavibundis trepidationibus imitatus. *Alii. leg.* ancillarum servuli pavidas trepidationes imitatus: *Alii*: Ancillæ, aut servuli pavidas, &c.

ANCILLOR, aris, atus sum, dep. 1. *to serve, wait, attend on, be a slave to*, δουλεύω, famulari, ministrare; et translate nimis alicui addictum esse, et turpiter inservire. *Apulei. de dogm. Platon.* Cetera membra ancillari, et subservire capiti. *Titinn.* apud *Non.* cap. 2. n. 26. et cap. 4. n. 116. Dotibus deliniti, ultro etiam uxoribus ancillantur. ¶ Particip. *ancillans, antis. Accius* apud *Non. ibid.* Quam invita ancillans, dicto obediens viri. *Plin.* l. 2. c. 97. Ancillante sidere. *Latin. Pacat. in paneg. ad Theodos.* cap. 2. Facundiæ ancillantis necessitas. *h. e.* servilem in modum blandientis.

ANCILLŬLA, æ, f. *a little hand-maid*, θεραπαινίδιον, παιδάριον, diminut. ab *ancilla*. *Terent. Phorm.* 4. 3. 60. Uxori emenda ancillula est. *Ovid. de remed. amor.* v. 639. Nec veniat servus, nec flens ancillula, &c. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Fin.* c. 21. Præsto esse virtutes, ut ancillulas, &c. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 55. *in fi.* Juris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam, pedissequamque adjungere.

ANCĬPES. V. in *Anceps.*

ANCĪSUS, et Amcisus, us, m. *a cutting round, cutting away on the sides*, περικοπή. In sexto casu singul. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. *circa med.* Ancilia dicta ab ancisu, quod ea arma ab utraque parte, ut peltæ Thracum, incisa.

ANCĪSUS, et Amcisus, a, um, adject. *cut round the edges, cut away*, recisus, accisus, circumcisus: ab *am*, circum, et *cæsus*. *Lucret.* l. 3. v. 661. Omnia jam seorsum cernas ancisa recenti Vulnere tortari.

ANCLĀBRIS, mensa ministeriis divinis apta: Vasa quoque ænea, quibus sacerdotes utuntur, anclabria appellantur. *Festus*: qui in voce *Escariæ* scribit, dicta hæc esse ab *anclare*, quod est haurire, et ministrare.

ANCLĀRE, est haurire, et ministrare. *Liv. Andron.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 684. *Putsch.* Vinum quoque, quod libabant, anclabatur. *Id.* apud *Fest.* Florem anclabant Liberi ex carchesiis. *Scalig.* legendum putat *anculabant* ab *anculare*, eod. sensu. Alii leg. *antlare, antlabant*. Est enim a Græco ἀντλῶ, ut *Fest. ibid.* docet.

ANCON, onis, m. ἀγκὼν, ῶνος, vox Græca, quæ significat cubitum, seu potius curvaturam cubiti in brachiis. Apud *Vitruv.* l. 3. c. 3. *sub. fi.* ancones sunt partes normæ, quæ simul junctæ rectum angulum faciunt, *the arms of a workman's square; the elbow of a square or rule, where the perpendicular and basis meet so as to form a right angle, as in the letter* L. Eadem ratione *ancones* dicuntur ab *eod.* l. 8. c. 6. extrema capita Chorobatæ (quod est instrumentum librandis aquis accomodatum) quæ normæ modo angulata sunt. ¶ Apud *eund.* l. 4. c. 6. ancones sunt, ut quidem exponit *Philander*, mensulæ, quæ capitibus suis volutarum more plicantur ad S majoris, et oblongi formam, et poni solent in rationibus ostiorum, propendentes ab ima corona, secundum antepagmenta, ad libramentum imi supercilii, (*certain parts or members of the vestibule or portico of a house, in the form of the letter* S; *consoles or projections in architecture like brackets in the form of that letter*), quorum figuram exhibent *Id. Philand.* et *Bald. in Lex. Vitruv.* Dicuntur autem *ancones*, non quia ipsi in modum cubiti flexi sint, sed quia propendentes cum adjecta regula normæ similem angulum faciunt. vocantur etiam *prothyrides*, προθυρίδες, a πρὸ, ante, et θύρα, janua; quia in anterioribus januarum ornamentis locum habent, ut dictum est. *Vitruv. ibid.* ¶ Præterea sunt *ancones* apud *eund.* l. 10. c. 13. et 21. ferrea, vel lignea retinacula in modum cubiti, aut normæ curvata, quibus trabes, aut lapides in machinis alligantur, et connectuntur, *hooks, handles, or hold-fasts.* ¶ Item furcillæ ligneæ in summo habentes cornua bina, ἀγκῶνα hoc est cubitum brachii referentia. His venatores utuntur vel ad suspendenda retia; vel potius, ut alii volunt, ad terrendas aves, injecta iis cornibus formidine, et in altum sublata. *Gratius in Cyneg.* v. 87. Lineaque extructis lucent anconibus arma. *hooks to hang nets on.* ¶ Item *Paul. Digest.* lib. 33. tit. 7. leg. 13. inter instrumenta tabernæ cauponiæ enumerat *ancones*, quos *Turneb.* l. 18. c. 23. scribit esse calices non rotundos, sed in cubitum flexos, et angulum facientes. Fortasse his similia sunt ea vasa, quæ Angli vocant *retorts.* Fortasse etiam intelligit *Paulus* ea pocula, quæ Græco vocabulo *Virgil.* vocat *carchesia*. Carchesii autem figuram ita describit *Macrob.* l. 5. *Saturnal.* c. 21. ut sit poculum procerum, et circa mediam partem compressum, ancatum mediocriter (*h. e.* curvum cubiti modo; ab *ancus* quod V. infra) ansis a summo ad infimum pertinentibus. In vulg. Codicib. pro *ancatum* legitur *ansatum*, quod hoc loco minus congruere videtur. *ancatum* autem ex conjectura *Is. Pontani in notis a Macrob.* ¶ Denique *ancones* sunt ligna transversa sellarum, arrectariis infixa, et annexa, quibus sedentes cubita superponimus: ita dicta quia cum arrectariis normalem angulum efficiunt: Anglice *the arms of a chair.* *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 2. c. 1. *a med.* Sella tonsoria sedeant ægrotantes, quæ sit obliquis anconibus fabricata, quibus incumbentes se se levare nitantur.

ANCON, onis, f. et Ancōna, æ, f. [† hod.] *Ancona*, urbs Italiæ cum portu in ora maris Adriatici, in regione Piceni ad Cumerum promontorium, in ipso flectentis se oræ cubito: unde et nomen traxit. nam ἀγκὼν Græce cubitum vel cubiti flexum significat. Condita est a Græcis, qui Syracusas incolebant, et inde aufugerant propter Dionysii tyrannidem. Hinc *Juvenal.* sat. 4. v. 40. Ante domum Veneris, quam Dorica sustinet Ancon. *Cic. Phil.* 12. c. 9. Si Anconam Ventidius venerit. *Plin.* quoque l. 2. c. 71. et l. 14. c. 6. *Ancon* usurpavit pro *Ancona*. Adde *Pompon. Mel.* l. 2. c. 4.

ANCONITĀNUS, a, um, ad Anconam pertinens. *Anconitani, orum*, sunt ejus oppidi incolæ. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 465. n. 6. Colon. Anconitanorum.

ANCŎRA, æ, f. *an anchor*, ἄγκυρα, ferreum instrumentum duobus instructum veluti brachiis aduncis, quod alligatum fune in mare jacitur, et fundo adhærens naves detinet: a voce Græca allata, quæ videtur esse ab ἀγκύλος, aduncus. *Virg. Æn.* 6. v. 3. tum dente tenaci Ancora fundabat naves. *Plin.* l. 9. c. 21. Ancoris navigia infrenare. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 29. Naves deligatæ ad ancoras. Et *ibid.* cap. 28. Jacere ancoras. *to cast or drop anchor.* *Cic. Attic.* l. 1. ep. 13. solvere. *to weigh anchor.* Et *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 31. Tollere. *Liv.* l. 22. c. 19. Vellere. *Cic. Verr.* 7. c. 34. Præcidere. *to cut the anchor-ropes, cut away the anchor*, h. e. funes, quibus naves religantur. *Nepos in Themist.* c. 8. Tenere navem in ancoris. *to anchor, place at anchor.* Sic *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 23. Exspectare in ancoris. Et l. 3. *B. Civ.* c. 102. Consistere ad ancoram. Et cap. 28. Naves in ancoris constiterunt. Et *Hirt. de B. Afric.* cap. 63. Commorari. Et *Flor.* l. 2. c. 2. Stare in ancoris. *to ride at anchor, be ready to set sail.* *Quintil. declam.* 12. c. 23. Frumentum ad ancoras perdere. *h. e.* navibus ancoræ alligatis: et est proverbialis locutio, cum amittimus nostra incuria aliquid, quod in tuto erat. ¶ *Nonius* cap. 13. n. 16. scribit ancoras etiam dici funes, quibus antennæ tenentur;

affertque locum *Lucilii* his verbis: *Funis enim præcisu' cito, atque ancora soluta.* Ubi alii pro *ancora* rectius legunt *anquina*: sic enim postulat ratio carminis. V. *Anquina*. ¶ Translate *ancoras tollere* apud *Varr.* l. 3. *R. R.* c. *ult.* est abire, discedere. ¶ Translate etiam *ancora* ponitur pro spe, refugio, præsidio. *hope, refuge, support. Sil.* l. 7. v. 24. ancora fessis Ultima cur Fabius. *Ultimam* autem dixit, quia in navi plures erant ancoræ, quarum quæ maxima a Græcis ἱερὰ dicta, a Latinis *sacra*, non nisi in summis periculis jaciebatur, quia in ea ultima spes erat navigii servandi. ¶ Denique *ancora* per similitudinem dicitur quodvis ferramentum utrinque aduncum. *Pallad.* l. 1. tit. 40. Bipedas constitues ferreis ancoris colligatas. ¶ Scribitur et *anchora* ex quadam consuetudine, quæ tamen nec semper, nec ubique obtinuit. Ceterum rectius est aspirationem omittere, quæ in Græco ἄγκυρα nulla est. Itaque scriptum esse a Veteribus, testatur *Serv.* ad *Æn.* 6. v. 3.

ANCORĀGO, vel Anchorāgo, inis, m. nomen piscis apud *Cassiod.* l. 12. ep. 4. in Rheno præcipue nascentis, quem ita dictum putant, quod os habeat instar ancoræ incurvatum. Sunt, qui arbitrantur, eundem esse ac *Salmonem*, item qui *Sturionem*. Sed hæc incerta sunt, variisque tantummodo variorum ingeniorum conjecturis fulta.

ANCORĀLIS, vel Anchoralis, le, *relating to an anchor*, ad ancoram pertinens. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Navis absoluta strophiis ancoralibus. *h. e.* soluta a funibus, quibus ad ancoram alligatur. ¶ *Ancorale, lis,* absolute est funis, quo ancora religatur, *the anchor-rope. Liv.* l. 37. c. 30. *ad fin.* Tractum ancorale, et implicitum remis latus alterum detersit. *Id.* l. 22. c. 19. Ancoralia incidere. *Plin.* l. 16. c. 8. Usus suberi ancoralibus maxime navium.

ANCORĀRIUS, vel Anchorarius, a, um, adject. *belonging to an anchor*, ancoralis. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 9. Storeæ ex ancorariis funibus tres. *Liv.* l. 22. c. 19. Alii resolutis loris ancoram vellunt: alii, ne quid teneat, ancoraria incidunt. *h. e.* ancorarum retinacula. Alii rectius leg. *ancoralia*.

ANCULĀRE, est ministrare. V. *Anclare*.

ANCŬLI, et Ancŭlæ sunt dii, et deæ, quos tali nomine colebant servi, et ancillæ: ab *anculando* hoc est ministrando dicti, ut innuit *Festus* in *Ancillæ*. [¶ Sic videntur vocati ab ἄγγελος, *minister*; præterea observandum est *Forcellinum* et ceteros Lexicographos male admodum interpretatos fuisse voces *Anculi* et *Anculæ*. Hi enim ita vocati fuerunt, non quod a servis et ancillis colerentur, sed potius quod ipsi Diis majorum gentium ministrarent quasi famuli, quales fuerunt Ganymedes Jovis pocillator, Hebe Dearum pincerna, Iris Junonis ministra. Hinc in *Inscription.* n. 32. et 43. *Fratr. Arval.* vocantur *Famuli Divi*.]

ANCUNULENTÆ, inquit *Festus*, feminæ menstruo tempore appellantur: unde trahitur inquinamentum. *Scalig.* notat *ancunulentæ* dictum esse pro *ancænulentæ* a voce *cænum*: ex quo *cunire* apud eundem *Fest.* est stercus facere, pro *cænire*: unde factum est *inquinare*: qua ratione dixere *mænio* et *pænio* pro *munio, punio,* mutato *æ* in *u*.

ANCUS, i, ἄγκος, λορδὸς, qui ita curvum habet brachii cubitum, ut illud exporrigere non possit. *Festus.* Hinc teste *Serv.* ad 6. *Æn.* v. 816. et *Valer. Antiate* apud *Valer. Max. de nominibus R.* factum est nomen Anco Martio, qui quartus fuit Romanorum rex, Numæ Pompilii Nepos, ejus filia ortus. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 27. Ire tamen restat, Numa quo devenit, et Ancus. V. *Liv.* l. 1. c. 32.

[† ANCYLOBLEPHĂRON, i, n, (ex ἀγκύλος, incurvus, et βλέπω, video,) *an imposthume in the eye, whereby the eye-lids adhere to each other. Cels.* 7. 7.]

ANCȲRA, æ, f. [† hod. Angouri, vel] Anguri, et Angara, Urbs Galatiæ primaria. Dicta est ab ancoris navium captarum a Mithridate, quas Ptolemæus Ægypti rex suppetias Gallogræcis miserat. Nam ἄγκυρα Græce ancora est. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 98. Ad muros, Ancyra, tuos auctore repertum, &c. ¶ Alia est ejusdem nominis in Phrygia, sed minus celebris. De utraque *Plin.* l. 5. *cap. ult.*

ANCYRĀNUS, a, um, ad Ancyram pertinens. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 416. Fregit luxuries Ancyranique triumphi. ¶ *Ancyranum Monumentum* sunt tabulæ inventæ in suburbio Ancyræ Galatiæ, quæ continebant indicem rerum ab Augusto gestarum; videntur paulo post ejus mortem exaratæ. Mutilæ tamen multis in locis ad nos pervenerunt. Præterea in multis peccant contra Latinitatem, ut et *Casaubonus* adnotavit: ex quo apparet a Græco homine, et Latinæ linguæ imperito fuisse exaratas. Exstant apud *Gruter.* pag. 230.

ANDĂBATA, æ, m. *a sort of fencer or gladiator, who fought hood-winked on horseback*, gladiator, qui ex equo, frontem oculosque tectus, pugnat, ut docet *Lipsius* l. 2. *Saturn.* c. 12. Alii putant fuisse genus lusus, in quo ludentes oculis clausis se invicem petebant, quod Angli dicunt *to play at blind-man's buff. Turneb.* l. 2. *Adversar.* c. 10. scribit, olim post curricula Circensia interdum solitos fuisse binos homines, noctis tenebris, in curru depugnare, quorum alter auriga erat, alter in eundem currum ascendens cum eo cæca pugna certabat, dicebaturque *andabata* a Græco ἀναβάτης, hoc est ascensor, *d* inserto. *Cic. Fam.* 7. ep. 10. Tu in re militari multo es cautior, quam in advocationibus, qui neque in Oceano natare volueris, studiosissimus homo natandi; neque spectare Essedarios, quem antea ne andabata quidem fraudare poteramus. *h. e.* non poteramus avertere a spectandis andabatis pugnantibus. Alii plerique leg. *andabatam*: qua ratione constructio est satis involuta. V. *Manut.* et alios Interpr. Alii reponunt *antanabata*, alii etiam *anabata*, quæ voces idem valent ab ἀναβαίνω, et ἀντὶ ἀναβαίνω, ascendo, et contra ascendo. *Hieronym. advers. Helvid.* c. 3. More andabatarum gladium in tenebris ventilans. *Id.* l. 1. *advers. Jovinian.* c. 21. Melius est clausis quod dicitur oculis, andabatarum more pugnare, quam directa spicula clypeo non repellere veritatis. ¶ *Varro* satyram conscripsit de hominum cæcitate, et erroribus, eamque inscripsit *Andabatæ*: cujus fragmenta affert *Non.* in Lusciosi cap. 2. n. 512. et alibi. *the title of one of Varro's books of Vulgar Errors.*

ANDARTA, æ, nomen est cujusdam Deæ a Britannis cultæ, in *Inscriptionib.* apud *Gruter.* pag. 88. n. 9. et 10. quam *Dio* Græce Ἀνδράστην appellat, ut notat *Marquard. Gud. in not. ad Phædr.* l. 1. fab. 25. Eo autem nomine Victoriam colebant.

ANDEGĀVI, orum, populi Galliæ Celt. seu Lugd. inter Turones, et Nannetes, quorum regio Andegavia, nunc *l'Anjou*, ab Anglis *Anjou* dicitur, terminata a Sept. Cenomanensi Prov. ab Occ. Britannia, a Mer. Pictaviensi Prov. ab Or. Turonico agro. Urbs vero primaria olim dicta est Juliomagus, deinde Andes, Andegavis, Andegavum, [† nunc] *Angers*, ad Meduanam fluvium. *Plin.* l. 4. cap. 18.

ANDES, ium, m. populi Galliæ, iidem qui Andegavi. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. *ult.* ¶ Est etiam *Andes, is*, m. vicus Agri Mantuani, quem hodie *Pietola* dici ait *Dantes Purg.* 18. 83. patria Virgilii, ut docet *Donat. in ejus vita.* V. *Scipion. Maph. Veron. illustr.* par. 2. l. 1. pag. 6. Hinc

ANDĪNUS, a, um, adject. ab Ande Mantuani agri vico. Andinus dictus est Virgilius eo loco natus. *Sil.* l. 8. v. 595. Mantua Musarum domus, atque ad sidera cantu Evecta Andino. *Plerique alii leg.* Aonio: *quidam* Ascræo.

ANDRACHNE, es, f. *the herb purslain*, ἀνδράχνη, herba eadem quæ *portulaca*, aut *porcilaca*. Est autem duplicis generis: *Sativa*, seu *hortensis*, foliis latis, caulibus pluribus, luteo folio: *Agrestis*, quæ et *Andrachne*, a *Plin.* l. 13. c. 22. *Andrachne agria* dicitur *h. e.* agrestis, Latine *illecebra*, et ipsa in hortis et vineis nascens, tota terræ prostrata, nec humo surgens, radice et ramis crassiusculis, foliis minutis, ab officinis *crassula minor* dicta, et *vermicularis*, de qua *Plin.* l. 25. c. *ult.* verba facit. De hac fortasse loquitur et *Columel.* l. 10. v. 376. Humidaque Andrachne sitientes protegit antes.

ANDRĔMAS, herba eadem, quæ Andrachne. *Apulei. de herb.* cap. 103.

ANDRĬA. V. *Andrius*.

ANDRĬUS, a, um, adject. qui est ex Andro insula. *Terent. Andr.* 5. 4. 3. Andrium ego Critonem video. ¶ *Andria, æ,* absolute est mulier Andria: eoque nomine inscripta est prima *Terentii* fabula, in qua inducitur puella ex Andro, nomine *Glycerium*, quæ primas partes, conclusionemque totius Comœdiæ tenet.

ANDRODĂMAS, antis, m. ἀνδροδάμας, lapis est ex genere hæmatitarum, colore nigricante, pondere, ac duritie insignis, qui attritus coti succum reddit sanguineum: ita dictus ἀπὸ τοῦ ἄνδρας δαμάζειν, a domandis viris, quod propter duritem domet, superetque vires frangere conantium. *Plin.* l. 36. c. 20. *a sort of blood-stone.* ¶ Est et gemma hoc nomine, quæ et pyrites dicitur argenti nitorem habens, ut adamas, quadrata, semperque tessellis similis: cui Magi putant nomen impositum ab eo, quod impetus hominum, et iracundias domet. *Plin.* l. 37. c. 10. *a marcasite, or firestone.*

ANDRŎDAS, et melius Andrŏclas, annus sexagesimus tertius vitæ humanæ ab Ægyptiis dictus est, quem alii Climactericum vocant, ut *Julius Firmic.* auctor est, l. 4. *Mathes.* cap. 14. Ducitur ab ἀνὴρ, ἀνδρὸς, vir, et κλάω, frango, quod ea ætate hominum vires frangantur.

ANDROGEONĒUS, a, um, Ἀνδρογεώνειος, ad Androgeum pertinens. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 77. Androgeoneæ pœnas exsolvere cædis. ¶ Sunt qui scribunt *Androgeonæus*, Ἀνδρογεωναῖος.

ANDROGĔUS, i, *et Græca positione* Androgeos, o, m. Ἀνδρόγεως, ω, filius Minois, et Pasiphaes, qui ab Atheniensibus, et Megarensibus per invidiam occisus est, quod palæstra ceteros superaret. Minos suscepto adversus hostes bello, primo Megarenses subegit, deinde Athenienses, eosque adstrinxit sibi singulis annis adolescentes nobiles mittere, qui Minotauro devorandi in Androgei memoriam objicerentur. Porro Androgeum occisum, ab Æsculapio fuisse ad vitam revocatum, *Propert.* l. 2. eleg. 1. v. 64. significat. *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 99. Viveret Androgeos utinam, nec facta luisses Impia funeribus, Cecropi terra, tuis. *Id. Metam.* 7. v. 458. Androgeique necem justis ulciscitur armis. *Virg. Æn.* 6. v. 20. In foribus letum Androgeo. *Servius* monet, quosdam hic subaudire *posuit*, ut *Androgeo* sit dativus, non genitivus. ¶ In accusativo *Androgeōna* usurpat positione Græca *Propert. loc. cit.* tanquam a recto *Androgēon, onis.*

ANDROGȲNUS, i, m. *an hermaphrodite, scrat, (will-jill); person uniting both sexes*, ἀνδρόγυνος, hermaphroditus, monstrum hominis de utroque sexu participans, ab ἀνὴρ, ἀνδρὸς, vir, et γυνὴ, femina. *Cic.* l. 1. *Divin.* c. 43. Quid ortus androgyni? nonne fatale quoddam monstrum fuit? *Liv.* l. 27. c. 11. Sinuessæ natum ambiguo inter marem ac feminam sexu infantem; quos androgynos vulgus, ut pleraque, faciliore ad duplicanda verba Græco sermone, appellat. *Lucil.* apud *Non.* cap. 8. n. 84. Imberbi androgyni, barbato mœchocinædo. *Plin.* l. 7. c. 3. scribit suo tempore magis in usu fuisse ut *hermaphroditus* diceretur, quam *androgynus*. ¶ *Id. Plin.* l. 7. c. 2. ex *Calliphane* Græco Scriptore tradit, supra Nasamonas, confinesque illis Machlyas, Androgynos esse utriusque naturæ, inter se vicibus coeuntes: additque ex *Aristotele*, dextram mammam iis virilem, lævam muliebrem esse.

ANDROMĂCHE, es, *et positione Latina* Andromacha, æ, f. Ἀνδρομάχη, Eetionis Regis Thebarum, quæ in Cilicia sunt, filia, et Hectoris Trojani uxor, et mater Astyanactis, quæ a virili pugna nomen sortita est. Fuit enim virili animo, et quædam veluti virago: ab ἀνὴρ, ἀνδρὸς, vir, et μάχη, pugna. Hanc mortuo Hectore Pyrrhus in Græciam adduxit, et ex ea Molossum filium suscepit, postea Heleno vati Priami filio eam uxorem tradidit, Regnique portionem eidem assignavit. *Virg.* 3. *Æn.* v. 319. Hectoris, Andromache, Pyrrhin' connubia servas? Et vers. 487. et longum Andromachæ testentur amorem. ¶ Est hoc nomine Tragœdia ab *Ennio* conscripta, cujus fragmenta aliquot afferuntur a *Varr. Non.* et aliis. ¶ *Nihil ad Andromacham*, proverb. apud *Tertull. de Pudic.* cap. 8. *ad fin.* de re extra propositum dicta, οὐδὲν πρὸς ἔπος, vel πρὸς Διόνυσον. Ductum videtur ab aliquo poeta, qui in Tragœdia Andromaches extra rem vagaretur.

ANDROMĒDE, es, *et positione Latina* Andromeda, æ, f. Ἀνδρομέδη, Cephei, et Cassiopes filia. Ob matris superbiam, quæ se Nereidas forma antecellere gloriabatur, a Nymphis scopulo fuit alligata, et ceto devoranda exposita, sed a Perseo illac opportune iter faciente, occiso monstro, et liberata, et in uxorem ducta est. Postremo Minervæ beneficio inter astra collocata dicitur, propter Persei merita, et ornata tribus et viginti stellis. Oritur autem in parte piscium duodecima, Cassiopeam versus. *Hygin. Poet. Astronom.* l. 2. c. 11. et l. 3. c. 10. ubi sideris figuram describit, et stellarum numerum XX. esse asserit: alii XXII, alii XXIII. Fabulam describunt *Ovid. Metam.* 4. *a* vers. 668. et *Manil.* l. 5. *a* vers. 538. ¶ *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 35. placuit Cepheia Perseo Andromede patriæ fusca colore suæ. Et epist. 18. v. 151. Andromedan alius spectet, claramque Coronam. τὴν Ἀνδρομέδην. *Columel.* l. 11. c. 2. Prid. Cal. Septemb. Andromeda vesperi exoritur. Adde *Cicer. in Arateis* l. 2. *de nat. Deor.* cap. 43. ¶ Est etiam titulus Tragœdiæ a Livio Andronico scriptæ, cujus fragmentum citat *Non.* cap. 1. n. 311. item *Ennii*, et *Accii*.

ANDRON, ōnis, m. *that part of the house in which the men resided; the apartment set aside for the men*, ἀνδρὼν, ῶνος, pars domus longitudine angustior, in qua viri seorsim a mulieribus morantur, convivia agitant, &c. *Paul.* ex *Festo.* intellige apud Græcos, in quorum ædibus separata erant cubicula, cœnacula, et alia pro mulieribus, et pro viris: ab ἀνὴρ, ἀνδρὸς, vir. *Vitruv.* l. 6. c. 10. et *Fest.* Huic opponitur *Gynæceum*, in quo feminæ habitant. ¶ Ceterum Latini *andronem* vocant itinera, (quæ et *mesaulæ* dicuntur, quod inter duas aulas media sint interposita) seu loca angusta in ædibus, per quæ ab una in aliam ædium partem, ab uno in aliud cubiculum transitur, Anglice *passages*, aut etiam *long galleries. Vitruv. loc. cit.* ¶ Locus item angustior inter duos parietes, extra ædes, quales sunt, qui relinqui solent inter duas domos, ut pluvia tecto collecta eo descendere possit, *andron* dicitur, Anglice *a space left between the walls of two separate parts of a house, or between two different houses, for the rain-water to fall through; a gutter for the rain to pass. Plin.* lib. 2. epist. 17. Tam alti abditique secreti illa ratio, quod interjacens andron parietem cubiculi, hortique distinguit, atque ita omnem sonum media inanitate consumit.

ANDRONĪCUS, i, Ἀνδρόνικος, nomen viri proprium. *Andronicus* conditione servus, et post manumissionem *L. Livius Andronicus* dictus, poeta Latinus, varias scripsit fabulas, aliaque opera, quorum fragmenta multa exstant apud *Non.* et alios Grammaticos. Primus omnium fabulam Romæ docuit A. U. DXIV. C. Claudio Centone Cæci filio, et M. Sempronio Tuditano Coss. anno ante natum *Ennium* ut *Cicer. de clar. Orat.* c. 18. refert, et lib. 1. *Tuscul. Quæst.* c. 1. Adde *Voss. Instit. Poet.* l. 2. c. 2. et *Gell.* l. 17. c. 21. Fuit autem servus M. Livii Salinatoris, cujus et liberos erudierat, ob id libertate donatus. Floruit annis plus fere CLX. post Sophoclis, et Euripidis mortem, post Menandri annis circiter quinquaginta duobus, major natu, quam *Plautus*, et *Nævius*, ut *Cic.* et *Gell. loc. cit.* docent. Neque solum docuit, sed et egit fabulas suas, placuitque adeo, ut sæpius revocaretur a populo, et repetere cogeretur: quam ob rem cum vocem obtudisset, venia petita, puerum ad canendum ante tibicinem statuit, atque ita gesticulationem tacitus peragens, aliquanto magis vigente motu canticum egit: quem morem alii postea histriones secuti sunt, quorum ad manum cantari cœptum est, diverbiis tantum ipsorum voci relictis, ut *Liv.* l. 7. c. 2. et *Valer. Max.* l. 2. c. 4. n. 4. narrant. *Cic. loc. cit.* ejus fabulas non satis dignas fuisse dicit, quæ iterum legerentur.

Primus certe fuit, qui Latine versibus scripsit: aiuntque, vel ipsi Livio jam tum ejus scripta, et obsoleta videri solita. Nihilominus illis temporibus vehementer placuit. Narrat etiam *Festus* in *Scribas* cum bello Punico secundo carmen composuisset, quod a virginibus est cantatum, quia inde prospere respublica geri cœpta est, publice attributam fuisse in Aventino ædem Minervæ, in qua ponerentur dona in honorem ejus a scribis, hoc est poetis, et histrionibus. Plura his de rebus V. apud *Lil. Gyrald. de Hist. Poet. Dial.* 8. ¶ Alius fuit *Andronicus* Grammaticus, natione Syrus, de quo *Sueton. de Illustr. Grammat.* cap. 8.

ANDRONITIS, itidis, f. *the apartment for the men*, ἀνδρωνῖτις, locus in peristyliis ædium Græcarum, ubi versantur viri sine interpellationibus mulierum, ut *Vitruv.* loquitur l. 6. c. 10. cui opponitur *Gynæconitis*, in qua versantur feminæ: ab ἀνήρ, ἀνδρὸς, vir. *Vitruv. ibid.* [† V. *Andron.*]

ANDRONIUM, n. medicamentum est uvæ, quæ in fine faucium nasci solet, curandæ utile. Ejus confectionem vide apud *Celsum*, l. 6. c. 14. *a medicine good against the* Uvula, *or falling of the palate.*

ANDROS, i, *et Latina terminatione* Andrus, i, f. [† hod.] *Andro*, Ἄνδρος, insula maris Ægæi una Cycladum, cum oppido cognomine, Eubœæ, et Atticæ litoribus opposita. *Plin.* l. 4. c. 12. Circa Delum in orbem sitæ Cyclades: prima earum Andrus cum oppido. *Ovid. Metam.* 13. v. 660. Eubœa duabus, Et totidem natis Andros fraterna petita est. ¶ Est alia hoc nomine insula in mari Hybernico prope Britanniam, nunc *Bardsey*, et *Enhly* dicta. *Plin.* lib. 4. cap. 16.

ANDROSACES, *the herb summer navel-wort*, ἀνδρoσάκες, herba est in maritimis Syriæ locis copiosissime proveniens, alba, amara, carens foliis, folliculos in cirris habens, et in folliculis semen. *Plin.* l. 27. c. 4.

ANDROSÆMON, *the herb tusan or tustan; all-heal, St. John's wort*, ἀνδρόσαιμον, herba est similis hyperico, cauliculis tamen majoribus, ac magis rubentibus. Folia habet alba rutæ figura, semen papaveris nigri, comas odore resinoso. Gignitur in vineis. Varios habet in medicina usus, de quibus V. *Plin.* l. 27. c. 4. Nomen habet ab ἀνὴρ, ἀνδρὸς, vir, et αἷμα, sanguis, quia humano sanguini similem succum comæ ejus tritæ emittunt. Dicitur et *ascyron*. *Plin. ibid.*

ANDRUARE est recurrere, a Græco ἀναδραμεῖν. *Festus.*

ANECLOGISTUS, i, m. *not necessitated or liable to give an account of one's conduct; allowed to act at will or discretion; with free power to act according to circumstances*, ἀνεκλόγιστος, qui rationem suæ administrationis reddere non tenetur. Vox Græca ab α privativa et ἐκλογίζομαι, rationem subduco. *Ulpian. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 4. Quidam decedens filiis suis dederat tutores, et adjecerat: Eos aneclogistos esse volo. *Et infra.* Ut aneclogisti essent, &c. Ita legitur in edit. *Torrentini*. Apud *Haloandr.* Græcis litteris scribitur. In aliis quibusd. editionib. habetur *alogistos*: quod videtur esse corruptum, nam ἀλόγιστος Græce significat rationis expertem.

ANELLUS, et Annellus, li, m. *a little ring*, δακτυλίδιον, parvus anulus. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 1. *extr.* Cujus imaginem non modo in tabulis, sed etiam in poculis et in anellis habent. Ita leg. *Non.* c. 2. n. 7. Al. *anulis*. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 9. sæpe notatus Cum tribus anellis, modo læva Priscus inani. *Plaut. Epid.* 5. 1. 33. Anellus aureolus. Adde *Lucret.* l. 6. v. 911.

ANEMŌNE, es, f. *the anemona or wind-flower; corn-rose, wild poppy; pass-flowers, rose-parsley, celandine*, ἀνεμώνη, herba florem habens ejusdem nominis, quem fabulantur ortum esse ex lacrymis Veneris Adonidem deflentis, alii ex cruore ipsius Adonidis ab apro interempti. Est autem plurium generum. nam centum et quinquaginta anemones genera vidisse se in horto Regio, testatur *Harduin. ad Plin.* lib. 21. sect. 38. num. 11. Dicta est autem ab ἄνεμος, ventus, quia scribit *Plin.* l. 21. c. 23. quorundam hujus generum florem non, nisi vento spirante, aperiri. At *Hesych.* quod flos facile vento corrumpatur, et decutiatur.

ANENNOĒTOS, ἀνεννόητος, hoc est incomprehensibilis, vel cujus non est memoria, atque adeo æternus: ab α privativa, et ἐννοέω, cogito, vel recordor: unus est ex æonibus Valentini apud *Tertull. advers. Valentinian.* cap. 35.

ANĔO, es, n. 2. *to become an old woman*, γραᾶν, anum esse. Legitur in *Gloss. Philox.* et præterea affertur a *Flavio Capro sub init. lib. de Orthogr.* sed sine exemplis. Idem dicendum de *Anesco*, quod est inchoativum ab *Aneo*, et *ibid.* ab *eod.* affertur.

ANETHĀTUS, a, um, anetho conditus. *Apic.* l. 7. c. 6. Jus anethatum. *Id.* l. 6. c. 9. Mittis in pullum anethatum. *anethatum* quidam hoc loco volunt esse substantivum, quod significet condimentum ex anetho, in quo pullus mittendus sit.

ANĒTHUM, i, n. *the herb anise or dill*, ἄνηθον, herba fœniculo similis, caule fistuloso, striato, foliis tenuissime in capillamenta dissectis, flore in umbella luteo, in quo semina insunt acris saporis, sed grati, odore item grato. Nascitur in hortis, et deciduo semine quotannis se propagat. Usum habet non in condimentis solum, sed etiam in medicina. *Plin.* l. 19. c. 8. Gith pistrinis, anisum, et anethum culinis, et medicis nascuntur. *Virg. Ecl.* 2. v. 48. Narcissum et florem jungit bene olentis anethi. *Servius* hoc loco addit fabulam, fuisse Anethum pulcherrimum puerum, qui casu nescio quo in sui nominis florem versus sit.

ANETICUS, a, um, *remittent*, ἀνετικὸς, hoc est remittens, remissionem habens: ab ἀνίημι, remitto, relaxo. *Theod. Priscian.* l. 3. cap. 3. Aneticis temporibus curationes disponere. *h. e.* tempore, quo vis morbi remittit.

ANEURYSMA, atis, n. *a tumour arising from the excessive dilatation or rupture of the coats of the artery, an aneurism*, ἀνεύρυσμα, est tuber, in quo sanguis conspiratus, uberis venæ similis invenitur, ut ait *Veget.* l. 2. *de re veterin.* cap. 30. Est autem Græca vox, qua dilatatio arteriæ significatur.

ANFRACTUŌSUS, et Amfractuosus, a, um, plenus anfractibus. *Augustin.* serm. 135. *de Temp.* (*al.* 59.) *a med.* Non quærentes verba locutionis anfractuosæ.

ANFRACTUS, et Amfractus, us, m. et Anfractum, i, n. *the turning or twining of a way, in or out, backward or forward; a winding or bending*, σκολίωμα, περίοδος, obliqui viarum flexus in se recurrentes: ab *am*, circum, et *frango*, quod recta via crebris Mæandris undequaque sit interrupta, et veluti fracta. *Nepos in Eumen.* cap. 8. Duæ erant viæ, quarum brevior per loca deserta: illa autem, qua omnes commeabant, altero tanto longiorem habebat anfractum. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 46. Oppidi murus ab planicie, recta regione, si nullus anfractus intercederet, MCC. passus aberat. *Petron. in Satyr.* cap. 8. Per anfractus obscurissimos egressus. *Varr.* l. 6. *L. L.* cap. 2. *a med.* Leges jubent in directo pedum octo esse in anfracto sexdecim, id est in flexu. Loquitur *Varr.* de latitudine viarum, quæ inter agros sunt. *Caius Digest.* lib. 8. tit. 3. leg. 8. In porrectum octo pedes habeat, in anfractum sexdecim. ¶ Ponitur et pro circuitione, *a circuit, revolution, compass.* *Cic. in somn. Scip.* cap. 2. Cum ætas tua septenos octies solis anfractus, reditusque converterit: *anfractum* vocat solis cursum, quia is oblique per Zodiacum decurrit. Sic *annui anfractus* apud *eund.* 2. *de Legib.* cap. 8. sunt curriculi annorum, quos Sol annua conversione dimetitur. *Valer. Flacc.* lib. 6. v. 239. mollis anfractus levioris equi. *h. e.* flexus, et circumactio equi modo hac, modo illac. *Lucan.* l. 1. v. 605. longis anfractibus circumire urbem. ¶ *Anfractus maris*, aut *terræ* sunt sinuosi recessus, quibus mare terram alluit. *crooked windings, creeks.* *Lucan.* l. 5. v. 416. Nec maris anfractus, lustrandaque litora nobis, Sed recti fluctus. *Acc.* apud *Non.* cap. 3. n. 6. Super Oceani stagna alta patris terrarum anfracta revisam. ¶ Per similitudinem dicitur de quacumque tortuositate, *tortuosity, wreath, flexure.* *Varr.* apud *Non. loc. cit.* Cum irrigavit cavata aurium anfracta. *Plin.* l. 11. c. 37. Cornua arietum convoluta in anfractum. *Cic.* lib. 2. *de nat. Deor.* cap. 18. Nihil pulcrius ea figura (*globi*, aut *circuli*) quæ nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 523. immensis recubantem anfractibus anguem. *h. e.* voluminibus prælongi corporis. Adde *Stat.* 5. *Theb.* v. 520. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Divin.* cap. 61. Quid opus est circuitione, et anfractu, ut sit utendum interpretibus somniorum potius, quam directo? *Quintil.* l. 6. c. 1. Atrocitas crescit ex his, quid factum sit, a quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo: quæ omnia infinitos anfractus habent. *h. e.* infinitas vias, et rationes argumentorum. *Cic. in Partit.* cap. 6. Oratio sit circumscripta non longo anfractu, sed ad spiritum vocis apto. *a long circumstance of words.* *Id. pro Cluent.* cap. 56. Vita tranquilla, et quieta, remota a procellis invidiarum, et hujuscemodi judiciorum anfractu. *complication.*

ANFRACTUS, et Amfractus, a, um, περιοδεύσιμος, flexus, tortuosus, anfractus habens. *Ammian.* l. 29. c. 5. (*al.* cap. 30.) Tumuli per anfracta undique spatia in sublime porrecti, nullique pervii, nisi indigenis.

ANGARĪA, æ, f. *a provision or charge for horses, carriages, ships, &c. on the public service, for the purpose of expediting the means of communication; compelled service*, ἀγγαρεία, dictio Persica a Græcis passim recepta, ut *Suidas* docet. Ἄγγαροι enim apud Persas dicebantur, qui Regi inserviebant in perferendis huc illuc nunciis, et bajulandis oneribus. Hinc *angaria* significat officium, et servitutem, quam præstare coguntur subditi Principi in perferendis vel litteris, vel oneribus, vel legatis ipsis, aut nunciis; sive equo, sive navi, sive ipsis hominibus uti velint; sed præsertim si hominibus. *Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 4. *leg. ult. ad fi.* Neque ab annona, neque ab angariis, neque a veredo, neque a nave, neque ab hospite recipiendo excusare se possunt. *Hermogenian. ibid.* tit. 5. leg. 11. Angariarum exhibitio. *Paul. ibid.* leg. 10. præstatio. Adde *Veget. de re milit.* l. 1. c. 3. l. 2. c. 22. et alibi: tametsi ubique pro *angarias* reponendum *agrarias* censet *Turneb.* cum aliis doctis viris, l. 4. c. 7. Etiam temporibus *Ciceronis* hæc vox in usu aliquo fuit, ut constat ex fragmentis *Nigidii* ejus æqualis, in quibus ea legitur apud *Gell.* l. 19. *c. ult.* ¶ Vide *Cod. Theodos.* lib. 8. tit. 5. et *Cod. Justin.* l. 12. tit. 51. ubi de hujusmodi rebus agitur.

ANGARIĀLIS, le, adject. ad angarias pertinens. *Constantin. Imp.* l. 8. *Codic. Theodos.* tit. 5. leg. 4. Angarialem copiam habere. *h. e.* facultatem utendi angariis in itinere faciendo.

ANGARIO, as, n. 1. *to press horses, teams, &c. for the public service*, ἀγγαρίζω, est cogere ad aliquid publice perferendum. *Ulpian. Dig. lib. pænult. tit. ult. leg. pænult.* Angariare naves. *Augustin.* ep. 5. *circa med.* Cum angariantur duplicandam viam. Adde *Paulin. Nolan.* epist. 37. al. 27.

ANGARIUS. V. in *Ancarius*.

ANGĔLA, æ, f. *an angel*. *Tertull. advers. Valentinum.* cap. 32. *in fin.*

ANGELICUS, a, um, ἀγγελικὸς, ad nunciandum aptus. nam ἀγγέλλειν, nunciare est. Hinc *angelicum metrum* scribit *Diomed.* l. 2. pag. 512. *Putsch.* inventum esse ab Stesichoro, tanquam celeritate nunciis aptum. Unam enim ultimam syllabam detraxit hexametro, et fecit tale: *Optima Calliope miranda poematibus.* Sunt hujus metri aliæ species, quas referunt *Mar. Victorin.* lib. 2. *art. grammat.* pag. 2531. *Putsch.* et *Plotius de Metris.* pag. 2633. ¶ Item ad Angelos pertinens, *angelical.* *Prudent. tetrast.* 11. *de Manna.* Panibus angelicis albent tentoria patrum. *Adde Ecclesiasticos Scriptores passim.*

ANGELIFICĀTUS, a, um, in Angeli naturam versus. *Tertullian. de resurr. carn.* cap. 26. Caro in regno Dei reformata, et angelificata.

ANGELLUS, i, m. *a little corner*, γωνίδιον, diminutivum ab *angulus*. *Lucret.* l. 2. v. 426. Sunt etiam, quæ jam nec levia jure putantur Esse, neque omnino flexis mucronibus unca, sed magis angellis paulum prostantibus. *Alii leg.* angululis.

ANGĔLUS, i, m. *a messenger*, Ἄγγελος, nuncius. Vox Græca ab ἀγγέλλω, nuncio. *Senec.* ep. 20. *a med.* Nec ego Epicuri angelus scio, &c. Ita quidem legitur in aliquot Codicib. in aliis aliter; et suspecta omnibus fere Criticis ea lectio est. ¶ Speciatim accipitur pro cælesti spiritu, qui Dei nuncius, et minister est, *an Angel*, passimque legitur apud Ecclesiæ Scriptores *Augustin. Tertull. Prudent. Hieronym. Arnob.* lib. 1. &c.

ANGERŌNA, æ, f. Ἀγγερώνη, Dea Romanorum, super qua variæ sunt Scriptorum opiniones. *Festus*, et *Julius Modestus* apud *Macrob.* lib. 1. *Saturnal.* c. 10. scribunt, ei sacra Romæ fuisse instituta, cum angina omne genus animalium consumeretur. *Verrius Flacc.* apud *Macrob. ibid.* ait, ita dici, quod angores ac animi sollicitudines propitiata depellat: vocat autem *Angeroniam*. In *vet. Glossar.* dicitur Dea consilii, atque opportunitatum. Denique *Macrob.* ipse l. 3. *Saturnal.* cap. 9. et *Plin.* l. 3. c. 5. satis indicant, fuisse Deam silentii, quod etiam auctoritate *Sophoclis* confirmat *Scalig. in Conjectan. ad Varr.* lib. 5. *L. L.* cap. 4. qui ideo mallet scribi *Angenora*, quia *angit*, hoc est cohibet *os*. Ejus simulacrum erat in sacello Deæ Volupiæ, ore obligato, et obsignato, vel, ut alii volunt, digito ori admoto, et silentium indicante; quod qui suos dolores, anxietatesque dissimulat, perveniat patientiæ, ac taciturnitatis beneficio ad maximam voluptatem, ut *Massurius* scribit *cit. lib.* 1. *Macrob.* cap. 10. Sacrificabatur ei die vigesima prima Decembris, et quidem in Curia, teste *Varr. loc. cit.* Porro *Macrob. cit.* lib. 3. cap. 9. addit fuisse quosdam, qui putarent, alterum Romæ nomen, et Numen, in cujus tutela urbs Roma fuit, quodque arcanis cærimoniarum evulgare nefas erat, ne ab hostibus aliquando evocari posset, *Angeronam* fuisse: vel potius, ut *Plin. loc. cit.* scribit, ob id maxime Angerona culta fuit, ne arcanum illud evulgaretur; ejusque silentio commendatum est.

ANGERONALĪA, ium, vel iorum, sunt festa, et sacra Deæ Angeronæ. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 4. et *Festus* in voce *Angeronæ*.

ANGĪNA, æ, f. *a disease of the throat called the squinanzy or quinsey; an inflammation of the internal* fauces, *sore-throat*, συνάγχη, genus morbi acutissimi, quo fauces anguntur, ac strangulantur, et subus maxime, et canibus infestus. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 61. In anginam ego me nunc velim verti, ut veneficæ illi fauces prehendam. *Cels.* l. 2. cap. 10. Angina strangulari. *Plin.* l. 23. c. 2. Anginas discutere. *Festus:* Anginam vinariam habere dicuntur, qui vino suffocantur. Adde *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 150. ¶ Translate *anginam mentis* dixit *Tertull. de anim.* cap. 48. cum scilicet mens ex corporis mala constitutione obruitur, et veluti strangulatur. ¶ Historiam de angina Demosthenis, quam narrat *Gellius* l. 11. c. 9. V. in *Synanche*. ¶ *Angina* pro *ancora*, V. *Anquina*.

ANGIPORTUS, us, m. et Angiportum, ti, n. *a narrow way, alley, or passage; a narrow street, lane*, στενωπὸς, via angusta inter domos, sive ex uno capite exitum non habens, sed in aliquam domum privatam, aut locum conclusum desinens: sive utrinque in viam consularem exiens. *Festus, et Varr.* l. 4. *L. L.* cap. 32. dici aiunt quasi *angustum portum*. Nam *portus* non solum significat stationem navium, sed etiam privatam domum, ut ex Leg. XII. Tab. idem *Festus* docet in *Portum:* et latiore significatione locum quemlibet conclusum, quo importantur merces et inde exportantur, quemadmodum *Ulpian. Digest. lib. ult. tit. pænult.* leg. 59. definit, et ex eo *angiportum* dictum affirmat. *Cic.* l. 1. *Divin.* c. 32. Ex horreis effusum frumentum vias omnes, angiportusque constraverat. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 51. Angiporto toto deerrare. *Terent. Adelph.* 4. 2. 39. Id quidem

angiportum non est pervium. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 6. Hoc est sextum a porta proximum angiportum: in id angiportum me devorti jusserat. *Id. in fragment.* apud *Non.* c. 3. n. 1. Quasi carnificis angiporta purgitans. *Catull.* carm. 58. *ad Cœlium.* In quadriviis, et angiportis. *Horat.* l. 1. od. 25. v. 10. Flebis in solo levis angiportu.

ANGITĬA, et Anguitĭa, æ, f. Æetæ filia, et soror Medeæ, et Circes, quæ Marsis remedia contra venena ostendit, et isto nomine pro Dea est a Marsis, et Marrubiis culta: unde Sylva Angitia, [† hod.] *Selva d'Albi,* in finibus Marsorum, inter Albam, et lacum Fucinum. *Servius* ad *Æn.* 7. vers. 750. vult hoc nomine intelligi ipsam Medeam, quæ quia malas herbas, et contra venenorum vim remedia monstraverit, pro Dea habita sit, ita dicta quia carminibus suis serpentes angeret. *Sil.* l. 8. v. 500. Æetæ prolem Angitiam mala gramina primam Monstravisse ferunt, tactuque domare venena, Et lunam excussisse polo, stridoribus amnes Frenantem, ac sylvis montes nudasse vocatis. *Virg.* 7. *Æn.* v. 759. Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus unda, &c. ¶ Qui *Anguitia* malunt, ita dici aiunt, quod summam in angues potestatem habuerit.

ANGLI, orum, [† Ἀγγειλοὶ, *Ptol.* Ἄγγιλοι, *Procop. Bell. Goth.* 4.] populi Suevorum ad mare Suevicum in Germania, in circulo Saxoniæ inferioris ad Septentrionem, et Occidentem, qui nunc sunt major pars Ducatus Mecklebùrgensis. Hi postea mare transvecti, et occupata Britannia, nomen ei Angliæ dedisse dicuntur. Horum meminit *Tacit. de German.* cap. 40.

ANGO, is, anxi, a. 3. *to stifle, choke, strain, strangle, throttle, twitch, gripe,* proprie significat constringere, suffocare, strangulare: ab ἄγχω, quod idem sonat. Hinc *Virg.* 8. *Æn.* v. 260. Corripit in nodum complexus, et angit inhærens Elisos oculos, et siccum sanguine guttur. *Id.* 3. *Georg.* v. 496. quatit ægros Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis. *Sil.* l. 13. v. 584. Atque angens utraque manu sua guttura livor. Adde *Stat.* 6. *Theb.* v. 270. ¶ Ponitur etiam generatim pro stringere, in angustum redigere. *Lucan.* l. 6. v. 106. At liber terræ spatiosis collibus hostis Aere non pigro, nec inertibus angitur undis; Sed patitur sævam, veluti circumdatus arcta Obsidione, famem. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 64. hac urget lupus, hac canis angit. *Columell.* l. 11. c. 3. *a med.* Stirpes præfractæ angunt oculos spongiarum, et quasi excæcant, nec patiuntur asparagum emittere. ¶ Item latiori significatione pro dolorem, aut incommodum afferre, cruciare, vexare. *Plin.* l. 10. c. 60. Ardeolæ in coitu anguntur. *h. e.* laborant, incommodum sentiunt. ¶ Sæpissime refertur ad animum, et significat cruciare, vexare, sollicitum reddere, animum in angustum redigere, et veluti suffocare, *to straighten, tease, vex, trouble, torment.* *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 3. Me illa cura sollicitat, angitque vehementer. *Id. de Senect.* c. 19. Angere, et sollicitum habere aliquem. *Id. Attic.* l. 9. ep. 1. Angi exspectatione alicujus rei. *Id. de Amicit.* cap. 3. decessu amicorum. Et *ibid.* suis incommodis. *Id. Attic.* l. 2. ep. 18. et l. 7. ep. 22. de aliqua re. *Id. Attic.* l. 5. ep. 10. intimis sensibus. *Id. Fam.* 4. ep. 3. præcipuo quodam dolore in miseriis communibus. *Id. Fam.* 16. ep. 14. et *de clar. Orat.* cap. 2. Angi animo. *Plaut. Epid.* 3. 1. 6. Angi animi. *Liv.* l. 2. c. 7. Hæc cum indignitate angerent consulis animum. *Id.* l. 29. c. 1. Parentes eorum ea cura angebat. *Lucan.* l. 2. v. 681. curis mordacibus angere animum. *Plaut. Casin.* 2. 1. 10. Angere animum alicujus dictis incommodis. *Gell.* l. 1. c. 3. Ea res in fine quoque vitæ ipso animum ejus anxit. ¶ Supinum *anxum,* et particip. *anxus,* quæ afferuntur a *Priscian.* l. 10. pag. 895. *Putsch.* obsoleta sunt, et carent etiam exemplis. Ab his tamen est adjectivum *anxius.* *Anctus* quoque, aliud participium ibidem allatum, obsoletum est; tametsi legi apud *Festum* putat Scaliger, *Anctos, excruciatos,* ubi vulgo legitur *antios.*

ANGOR, oris, m. proprie significat vim morbi fauces constringentem, et strangulantem, quæ sæpius *angina* dicitur. *Plin.* l. 8. c. 27. Occupat illico fauces earum angor. *the quinsey, sore-throat.* ¶ Translate dolorem animi, tristitiam, sollicitudinem, angustiam animi, *anguish, vexation, grief, sorrow,* ἄχθος, λύπη. *Cic.* 4. *Tuscul.* cap. 8. Angor est ægritudo premens. *Id.* 2. *Offic.* cap. 1. Dedere se angoribus. *Id. Phil.* 2. c. 15. Conficere aliquem angoribus. *Id. de Amic.* cap. 13. *in fin.* Capere angorem pro amico. *Sueton. in Tiber.* c. 49. Metu, et angore agi ad vitæ fastidium. ¶ Quomodo differat ab anxietate. V. in *Anxietas.*

ANGUESCO, is, n. 3. anguem fieri. *Tertull. de Pall.* cap. 3. Cervas serpente pastus, veneno anguescit in juventutem. *Alii leg.* languescit.

ANGUĔUS, a, um, adject. ab. anguis, idem quod Anguinus, sed rarioris usus. *Solin.* cap. 24. (*al.* 37.) *de Libya.* Flexuoso meatu æstuarium e mari fertur, adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut visentibus procul lapsus angueos fracta vertigine mentiatur.

ANGUICŎMUS, *with snaky hair,* a, um, angues crinium loco habens. *Ovid. Metam.* 4. vers. 698. Gorgonis anguicomæ Perseus superator. Adde *Stat.* 1. *Theb.* v. 544.

ANGUICŬLUS, i, m, *a small serpent,* ὀφίδιον, dimin. ab. anguis. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 15. Serpere anguiculos.

ANGUĬFER, a, um, adject. anguem ferens. *Propert.* l. 2. eleg. 2. v. 8. Gorgon anguifera. *Prudent. Hamartig.* v. 131. Anguiferum caput. ¶ *Anguifer, i, the constellation Serpentarius,* absolute est sidus Græco nomine *Ophiuchus.* *Columell.* l. 11. c. 2. XI. Cal. Julii anguifer, qui a Græcis dicitur ὀφιοῦχος, mane occidit, tempestatem significat. V. *Ophiuchus.*

ANGUIGĔNA, æ, angue natus, *engendered of a snake or serpent.* *Ovid. Metam.* 3. v. 531. Quis furor anguigenæ, proles Mavortia, vestras Attonuit mentes? *anguigenas* vocat Thebanos, quos fabulantur ortos ex dentibus anguis a Cadmo seminatis, ut est apud *eund. sub init. ejusd. libri.*

ANGUILLA, æ, f. *an eel, grig, snig,* ἔγχελυς, sic dicta ab anguis forma, ut *Varro* docet 4. *de L. L.* c. 12. *Juvenal.* sat. 5. v. 103. Vos anguilla manet longæ cognata colubræ. ¶ *Anguilla est, elabitur,* proverbium de iis, qui valde callidi sunt, et dolis quoslibet decipiunt. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 56. *Ps.* Ecquid argutus est? *Ch.* malorum facinorum sæpissime. *Ps.* Quid, cum manifesto tenetur? *Ch.* anguilla est: elabitur. *a slippery fellow, arch-knave.* ¶ Anguillis, inquit *Plin.* l. 9. c. 23. *in fin.* tergus crassius, eoque veberari solitos tradit Verrius prætextatos. *Isidor.* l. 5. *Origen.* c. 27. Anguilla est, qua coercentur in scholis pueri: quæ vulgo scutica dicitur. Huc facit illud *Hesych.* Σκυτάλαι ὄφεων εἰσὶ φλαγέλλια, λᾶροι.

ANGUILLARĬUS, a, um, adject. *Proculus Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 69. Rutilia emit lacum Sabatianensem anguillarium. *h. e.* anguillis copiosum, ut quidam interpretantur. Alii leg. *angularium,* hoc est angulos habentem, non rotundum. Alii denique aliter.

ANGUIMĂNUS, i, *an elephant,* Elephas dicitur, propter proboscidis (quæ ejus manus dicitur) agilitatem in quamvis partem, anguium instar. *Lucret.* l. 2. v. 536. in genere anguimanos elephantos. Et l. 5. v. 1302. Inde boves Lucas turrito corpore tetros Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni.

ANGUINĔUS, a, um, adject. *relating to a snake, snaky,* ad angues pertinens, ὀφιώδης. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 7. v. 12. Gorgonis anguineis cincta fuisse comis. ¶ Item qui ad anguis similitudinem accedit, ut *Anguineus cucumis,* hoc est oblongus, et ad anguis similitudinem contortus, apud *Columell.* l. 2. c. 9. et l. 7. c. 10. qui erraticus ab aliis dicitur, ut est apud *Plin.* l. 20. c. 2. ¶ Etiam *Propert.* hæc vox tribuitur, l. 4. eleg. 8. v. 10. et *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 193. &c. sed tum his, tum allatis locis malunt Critici non uni, *anguinus* reponi: inter quos *Broukhus. ad Propert. loc. cit.* τὸ *anguineus* vocem minus Latinam putat.]

ANGUĪNUS, a, um, *of or belonging to a serpent or snake,* ὀφιώδης, ὀφιαῖος, augnineus. *Pacuv.* apud *Cic.* l. 2. *de Divin.* cap. 64. Quadrupes capite brevi, cervice anguina, aspectu truci. *Plin.* l. 30. c. 5. Anguinus adeps. *Id. ibid.* cap. 3. Anguina vernatio. *h. e.* pellis, quam angues vere deponunt. *a snake's slough.* *Id. lib.* 20. c. 2. et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *ad fin.* Anguinus cucumis. V. *Anguineus.* ¶ *Anguinum, i,* n. absolute. *Plin.* l. 29. c. 3. Angues innumeri æstate convoluti, salivis faucium, corporumque spumis artifici complexu glomerantur: anguinum appellatur. *ovum intelligit, quod ex eo complexu nascitur.*

ANGUĬPES, ĕdis, adject. *snake-footed, Anguipedes* dicti sunt Gigantes a Poetis, qui finxere eos pedibus tortuosis, et in anguium volumina desinentibus: quo significarent, ut ait *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 20. nihil eos rectum, nihil superum cogitasse, totius vitæ eorum gressu, atque processu in inferna mergente. *Ovid. Metam.* 1. v. 183. centum quisque parabant Injicere anguipedum captivo brachia cælo. [Sed videtur substantive usurpari.]

ANGUIS, is, m. et f. *a snake, serpent, adder,* ὄφις, serpens, draco. *Serv. ad illud Æn.* v. 204. *gemini tranquilla per alta immensis orbibus angues,* docet, proprie *angues* esse aquarum, *serpentes* terræ, *dracones* templorum. Fortasse hoc sensu usurpat *Plin.* l. 29. cap. 4. *ante med.* Neque anguis venenatus est, nisi per mensem luna instigatus. *Harduin.* vertit *un couleure.* Est qui putat significari a *Plinio* eum, quem nos dicimus *the common snake,* qui veneno carere dicitur. ¶ Verum hoc discrimen vix unquam servatur. Anguis enim sæpissime de terrestribus dicitur. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 29. Si emissio feminæ anguis mortem afferebat T. Graccho, emissio autem maris anguis erat mortifera Corneliæ. *Id. ibid.* c. 28. Anguis vectem circumjectus. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 36. Angues volucres vento invectæ. *Tacit. Ann.* 11. c. 11. Unam anguem in cubiculo visam. Adde *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 9. ¶ Proverbii vim habet illud *Virg. Ecl.* 3. v. 93. latet anguis in herba. Nos dicimus *all's not so smooth as it looks; there's danger near.* ¶ Ponitur etiam pro re abominanda. *Plaut. Merc.* 4. 4. 21. Odisse aliquem æque atque angues. *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 30. Cane pejus et angue vitare aliquid. *angue* legitur in aliis Codicib. sed utroque modo recte desinit in ablativo, ut *Priscian.* docet l. 7. pag. 766. *Putsch.* qui hoc ipso *Horatii* loco legit *angui;* additque pro altera terminatione (quæ tamen certior est) illud *Stat.* l. 4. *Theb.* v. 485. Angue ter excusso. Sic *Propert.* l. 3. eleg. 3. v. 62. Tisiphones atro si furit angue caput. ¶ Est etiam *anguis* sidus cœleste, qui et *Draco* dicitur, de quo est in fabulis, appositum fuisse a Junone (quam quidam Hesperi, et Hesperidum matrem fuisse dicunt) ad custodiam horti Hesperidum, quem cum Hercules eo missus ab Eurystheo ad poma auferenda, occidisset, ab ea fuisse inter sidera collocatum. Alii fabulantur Minervam cum Gigantes oppugnaret, objectum ab ipsis serpentem miræ magnitudinis, arreptum contorsisse in astra, et ad ipsum axem Cæli fixisse. Ejus enim locus est ad Septemtriones, inter duas Arctos, quas sinuosis flexibus complectitur. Constat stellis quindecim: vel, ut alii volunt, vigintiquinque, vel, ut alii, triginta et una. *Hygin. Poet. Astron.* l. 2. c. 3. et l. 3. c. 2. et *Serv. ad illud* lib. 1. *Georg.* v. 244. Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis Circum, perque duas in morem fluminis Arctos. Adde *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* c. 42. ubi ex *Arato* describit. ¶ Aliud est sidus *anguis* dictus, item *hydra,* trium signorum longitudinem occupans, Cancri, Leonis, et Virginis, constans stellis viginti septem, ut docet *Hygin.* l. 3. *Poet. Astron. c. pænult.* tametsi alii plures assignant. Medio corpore sustinet Craterem, et prope extremam caudam Corvum rostro corpus ejus tundentem, et ad Craterem tendentem. Ejus fabula est hujusmodi. Cum Apollo convivium Jovi pararet, vel secundum alios, sacrificare vellet, misit corvum ad fontem, aquam puram petitum, qui sumpto uncis pedibus cratere, dum ad hauriendam aquam pervolaret, vidit in arbore ficus adhuc immaturas: expectaturus itaque dum maturescerent, ibi aliquandiu moratus est. Tandem maturatis ficis saturatus, rostro hydrum cepit, et una cum cratere aqua pleno accessit ad Apollinem, excusans tarditatem, quod cum eo hydro diu sibi pugnandum fuisset, antequam aquam hauriret. Iratus Apollo corvum et hydrum cepit, et craterem in Cælum quidem transtulit, sed ita collocavit, ut corvus sitiens ad craterem quidem contenderet, sed ab hydro impediretur, cujus propterea caudam assiduo rostri ictu tunderet. Hæc tria sidera eodem fere tempore et oriuntur, et occidunt. *Ovid. Fastor.* 2. v. 243. Continuata loco tria sidera Corvus et Anguis, Et medius Crater inter utrumque jacet. Idibus illa latent, &c. *Servius* de hoc eodem *Angue,* quem Australem vocat, intelligendum ait illud *Virg.* l. 1. *Georg.* v. 205. Hædorumque dies servandi, et lucidus Anguis. Adde *Vitruv.* l. 9. c. 7. et *Hygin.* l. 2. *Poet. Astron.* cap. 40. et l. 3. *cap. pænult.* ¶ Denique tertium est sidus cæleste, *Anguis* nomine, estque ille, quem Anguitenens, seu Ophiuchus in manu tenere fingitur. V. *Ophiuchus.*

ANGUITĔNENS, entis, ὀφιοῦχος, sidus cæleste, qui etiam *Anguifer* dicitur, et Græco vocabulo *Ophiuchus.* *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 42. Atque hæc quidem a tergo; propter caput autem Anguitenens, quem, &c. Adde *Manil.* l. 5. v. 384. V. *Ophiuchus.*

ANGUITĬA. V. *Angitia.*

ANGULĀRIS, re, *angular, having corners or angles,* γωνιαῖος, angulos habens. *Cato R. R.* c. 14. Pilæ ex lapide angulari. *h. e.* quadrato. *Columell.* l. 5. c. 3. Extremi agrorum ordines, quos vocant angulares. [¶ Substantive *angularis* est genus vasis coquinarii ab angulari forma sic dicti apud *Apic.* l. 5. c. 3. Angularem accipies. *Id.* l. 7. c. 4. In angularem refundis simul cum ofellis, *h. e.* in ollam vel cacabum angularem.]

ANGULARĬUS. V. *Anguillarius.*

ANGULATĪLIS, le, angularis, *Auct. incert. de termin. agror.* apud *Goes.* pag. 303. In fontem quatuor-angulatilem descendet.

ANGULĀTIM, *by corners, corner by corner,* κατὰ γωνίας, adverb. per angulos. *Apulei.* l. 9. *Metam. sub fin.* Angulatim cuncta sedulo perlustrari jubent. *Sidon.* l. 7. ep. 9. Paucis angulatim fringultientibus.

ANGULĀTUS a, um, *having angles or corners,* γωνιαῖος, angulos habens. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 24. Corpuscula quædam levia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, &c.

ANGŬLO, as, in angulum flecto. *Ambros.* epist. 42. Serpens tortuosis angulatur anfractibus.

ANGULŌSUS, a, um, *having corners, full of corners or nooks,* angulatus, plures habens angulos, γωνιώδης. *Plin.* l. 37. c. 12. Gemmis angulosis minima gratia. *Id.* l. 16. c. 23. Angulosa folia. *Id.* l. 15. c. 24. Angulosi acini. *Id.* l. 4. c. 4. Peloponnesus inter duo maria, platani folio similis propter angulosos recessus.

ANGULŬLUS, li, m. *a little corner,* parvus angulus. V. *Angellus.*

ANGŬLUS, i, m. *an angle, corner, nook,* γωνία, Geometris dicitur id, quod constat ex duabus lineis in idem punctum desinentibus, quod ibi angustus sit locus. Hinc in ædificiis *anguli* dicuntur, ubi duo parietes coeunt. Item in agris et regionibus, ubi duo latera conveniunt, atque in acutum desinunt, *angulus* appellatur. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 18. Figura, quæ nihil habet incisum angulis, nihil anfractibus. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 13. Hujus lateris alter angulus, qui est ad Cantium, &c. *Plin.* l. 37. c. 10. Gemma plurium angulorum. *Id.* l. 11. c. 37. et l. 24. c. 14. Anguli oculorum. κάνθοι ὀφθαλμῶν. *Id.* l. 2. c. 82. parietum. *Id.* l. 12. c. 13. *ad fin.* Angulus acutus. *Lucret.* l. 4. v. 355. obtusus. *Cic.* l. 1. *Tuscul.* c. 17. Ferri in terram et in mare ad angulos pares. *at equal angles,* recte decidere, et veluti lineam super lineam angulos æquales efficere. *Senec.* l. 5. *quæst. natur.* c. 17. Meridianus circulus horizonta rectis angulis secat. ¶ De sinu maris, *a*

[illegible], [illegible] Cato apud Charis. l. 2. pag. 185. Pulsch. Mare velis florere videres ultra angulum Gallicum. ¶ Sæpe ponitur pro secessu, loco remoto, infrequenti. Cic. Catil. 2. c. 4. in fin. Neminem non modo Romæ, sed nec ullo in angulo totius Italiæ fuit, quem, &c. Horat. l. 2. od. 6. v. 13. Ille terrarum mihi præter omnes Angulus ridet. Terent. Eunuch. 2. 2. 10. In angulum aliquo abire. *to retire into some secret corner.* Senec. ep. 95. Cessat omne studium, et liberalia professi, sine ulla frequentia, desertis angulis præsident. *h. e.* scholis vacuis discipulorum. ¶ Translate Cic. pro Cæcin. c. 29. Me ex hoc, ut ita dicam, campo æquitatis ad istas verborum angustias, et ad omnes litterarum angulos revocas. ¶ Per syncopen *Varinus de ponderib.* v. 99. Pes longo spatio, latoque notetur in anglo. [illegible] alii leg.

ANGUSTĀTUS, a, um, *made narrow, narrowed, straitened*, coarctatus, angustus. Cic. *in somn. Scip.* c. 6. Terra angustata verticibus, lateribus latior. *Plerique omnes leg.* angusta. *Plin.* lib. 17. cap. 8. Putei ore angustati.

ANGUSTE, *straitly, closely, narrowly*, arcte, στενῶς. Cic. *in fragment.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 3. Recepissem te, nisi anguste sederem. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 59. Non longo ab castris progressi spatio, ut celerem receptum haberent, angustius pabulabantur. Et l. 3. c. 45. Ut quam angustissime Pompeium contineret. Et cap. 16. Anguste uti re frumentaria. *to make provisions go far on account of their being scarce.* *Id.* l. 5. c. 24. Eo anno frumentum, propter siccitates, angustius provenerat. *the crops were scanty.* ¶ Translate *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 7. Disputare aliquid uberius, et fusius, aut concludere brevius, angustiusque. *briefly.* *Id. in Orat.* c. 33. Definire aliquid presse, et anguste. *Id. in Brut.* c. 84. Anguste, et exiliter dicere. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 8. Disputando urgere angustius. *to press the matter closely.*

ANGUSTĬA, æ, f. *a narrow place; narrowness, straitness*, στενοχωρία, locus angustus. Sæpius plurali numero effertur quam singulari. *Sallust. in Catil.* cap. 61. Multitudo hostium ne circumvenire queat, prohibent angustiæ loci. *Sueton. in Aug.* c. 45. Angustiæ vicorum. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 43. itinerum. *Cic. Agrar.* 2. c. 32. Corinthus posita in angustiis, atque in faucibus Græciæ. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 7. Angustiæ fretorum. *straits.* *Id.* l. 1. *Tuscul.* c. 20. Penetrare per angustias. *Nepos in Datam.* c. 8. Claudere adversarios angustiis locorum. *Justin.* l. 17. c. 1. Angustiis includi. *Curt.* l. 4. c. 5. In angustiis deprehendi. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 46. Angustia spiritus. *difficulty of breathing.* *Plin.* l. 21. c. 21. Angustiæ urinæ. *difficulty of passing*, &c. *Id.* l. 37. c. 10. Coire in angustias. *to grow strait.* ¶ Translate *Cic. pro Cæcin.* c. 29. Me ex hoc, ut ita dicam, campo æquitatis ad istas verborum angustias, et ad omnes litterarum angulos revocas. *Id.* 2. *de nat. Deor.* cap. 7. Angustia conclusæ orationis non facile se ipsa tutatur. *Id. in Pison.* c. 11. Non capiunt angustiæ pectoris tui tantam personam. ¶ *Angustiæ temporis* sunt temporis brevitas, *shortness of time; the being pressed or straitened for want of time.* *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. *ult.* Edidi quæ potui non ut volui, sed ut me temporis angustiæ coegerunt. *Id. Verr.* 3. c. 56. Diem præstituit operi faciundo calendas Decembres: locat circiter Idus Septembres: angustiis temporis excluduntur omnes. *Cic. Fil. ad Tiron.* lib. 16. *Fam.* ep. 21. Excusationem angustiarum tui temporis accipio. scio enim, quam soleas esse occupatus. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 1. Sed tamen in his vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporis obsequar studiis nostris. ¶ *Angustiæ pecuniæ, rei familiaris, ærarii*, &c. sunt tenuitas, exiguitas, indigentia, *narrowness of circumstances or means; poverty, indigence.* Cic. *in Partit.* c. 32. Æs alienum, angustiæ rei familiaris. *Id. Fam.* 12. *ep. ult.* Incredibiles angustiæ pecuniæ publicæ. *Id.* 2. *Agrar.* c. 14. Permulta quæ Senatus propter angustias ærarii vendenda censuit. Et absolute *Cic. Fil. ad Tiron.* lib. 16. *Fam.* ep. 21. Huic ego locum in proximo conduxi, et ut possum, ex meis angustiis illius sustento tenuitatem. Adde *Tacit. Ann.* 1. c. 75. Sic *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* cap. 17. Angustiæ rei frumentariæ. *scarcity of provisions.* *Tacit. Ann.* 1. c. 35. stipendii. Et l. 2. c. 38. fortunæ. ¶ *Angustia rerum* idem fere est ac tenuitas, et inopia fortunarum. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 72. Tributum iis Drusus jusserat modicum, pro angustia rerum, ut in usus militares coria boum penderent. *Auct. Dial. de Oratorib.* c. 8. Quo notabilior paupertas, et angustia rerum nascentes eos circumsteterunt. ¶ Dicuntur etiam *angustiæ*, cum quis tantis difficultatibus premitur, ut quo se vertat, nesciat. *Cic. pro Quint.* c. 5. Qui hunc in summas angustias adductum putaret. *brought into the greatest distress.* *Id.* 4. *Acad.* c. 35. Compellere aliquem in angustias. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 54. Cum in his angustiis res esset.

ANGUSTICLAVIUS, ii. m. *one less than a senator, one of the equestrian order, (so called from his gown having less studs or bosses of purple than that of a senator)* qui angustum clavum in tunica gerit, vel quod sit equestris ordinis, vel quod equestria ornamenta habeat, quæ interdum etiam tribuni militum, licet plebeii essent, consequebantur. *Sueton. in Oth.* cap. 10. Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis, tertiæ decimæ legionis tribunus angusticlavius. V. *Clavus.*

ANGUSTĬTAS, atis, f. *narrowness, straitness*, idem quod angustia. *Acc.* apud *Non.* c. 2. n. 38. Saxum id facit angustitatem.

ANGUSTO, as, avi, atum, a. 1. *to restrain, straiten*, στενοχωρέω. *Lucan.* l. 5. v. 232. Qua maris angustat fauces saxosa Carystos. *Id.* l. 4. v. 326. nulloque humore rigatus Aeris alternos angustat pulmo meatus. *impede the respiration.* *Senec. de consol. ad Helv.* c. 11. Servorum turba, quæ quamvis magnam domum angustet. *Id. de consol. ad Polyb.* c. 29. Nimis angustat gaudia sua, qui iis tantummodo, quæ habet, ac videt, frui se putat. *Id. de Tranquill.* c. 8. Angustanda sunt patrimonia, ut minus ad injurias fortunæ simus expositi. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 355. Iter cæsis angustans corporum acervis. *Stat.* 4. *Theb.* v. 827. *de Hercule.* rabidi cum colla minantia monstri Angeret, et tumidos animam angustaret in artus. *h. e.* constringeret, cohiberet. *Id.* l. 12. v. 665. At procul ingenti Neptunius agmina Theseus Angustat clypeo. *h. e.* claudit agmen. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 526. viridique angustat iaspide pectus. *h. e.* stringit, colligit vestes ante pectus.

ANGUSTUS, a, um, *strait, narrow, close, confined, limited; short, brief, scanty*, στενός, arctus, strictus, brevis: ab *ango*, qua stringere significat. *Cic.* 3. *de Leg.* c. 17. Angusti pontes. *Sallust. de B. Jugurt.* c. 97. Iter angustum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 2. Angustos fines habere. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 29. Angusta rima. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 10. v. 27. papyrifero qui non angustior amne. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 25. Fauces portus angustissimæ. *Tibull.* l. 1. eleg. 4. v. 71. Angustis habenis equum compescere. *h. e.* adductis, et stringentibus. Et eleg. 6. v. 27. Angustum agmen turbæ. *h. e.* densum, et iter angustans. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 61. Angustus spiritus Demosthenis. *shortness of breath.* *Plin.* l. 21. c. 4. Angustus odor rosæ. *h. e.* non late se spargens. ¶ Substantive *Virg.* 2. *Æn.* v. 332. et *Tacit.* 4. *Hist.* c. 35. Angusta viarum. ¶ *Angustus clavus* quid sit, V. *Clavus.* ¶ Dicitur etiam de tempore, et ponitur pro brevi, *short, limited.* *Ovid.* l. 3. *Amor.* eleg. 7. v. 25. Angusta nox. *Id.* 5. *Trist.* eleg. 10. v. 8. et *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 442. Angusta dies. *Lucan.* l. 4. v. 477. Angustum tempus. ¶ Translate *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 14. Disputationes angustæ, et concisæ. Et l. 3. c. 30. Minutæ et angustæ concertationes. *Id. in Orat.* c. 56. Si et angusta quædam, atque concisa, et alia est collatata, et diffusa oratio. *Id.* 1. *Offic.* c. 20. Angustus animus. *h. e.* abjectus, vilis, *abject, vile, base.* *Id.* 1. *de Fin.* c. 18. Homines minuti, et angusti. cod. sensu. *Propert.* l. 2. eleg. 1. v. 40. Callimachus angusto pectore. *h. e.* qui non utitur grandiloquentia. *Cic. pro Planc.* cap. 22. Venire in angustum, *to be reduced to a state of difficulty or distress.* *Id.* 1. *Acad.* c. 10. Perturbationes animi contrahere, et in angustum deducere. *h. e.* coercere, compescere. *Id. de Amic.* c. 5. Contracta res, et adducta in angustum. *Id.* 1. *Offic.* c. 17. Concludi in exiguum, et angustum. *Terent. Heaut.* 4. 2. 2. In angustum cogi. *to be brought into difficulty.* *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* cap. 25. Res est in angusto. *Cels.* l. 8. c. 4. Spes est in angusto. ¶ Interdum est tenuis, subtilis, *subtile.* *Cels.* l. 7. c. 5. sect. 2. Sagitta magna vi fertur, et ipsa angusta est. ¶ Sæpe ponitur pro tenui, paupere, *scanty; indigent, poor.* *Horat.* l. 3. od. 2. v. 1. Angusta pauperies. *Juvenal.* sat. 3. v. 164. Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi. *Senec. in Thyest.* v. 452. Tutus angusta mensa capitur cibus. *Cic. Fam.* l. 3. ep. 8. Angustior liberalitas. *more restrained, confined.* ¶ Absolute *Pompon. Dig.* lib. 7. tit. 8. *leg. pænult.* Legatarius angustus. ¶ *Res angustæ* interdum idem sunt ac res adversæ, *adversity*, quia homines in angustum cogunt, et opprimunt. *Horat.* l. 2. od. 10. v. 20. Rebus angustis animosus, atque fortis appare. ¶ *Angusta fides* est labefactata, et afflicta, cum pauci inveniuntur, qui æs alienum dissolvant, aut pecunias alteri credant. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 1. Cum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur.

ANHĒLANS, antis, *breathing short or with difficulty, panting, gasping*, qui crebro, et graviter respirat, ἀσθμαίνων. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 33. Anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur. *Terent. Hecyr.* 5. 3. 25. Confugere anhelantem domum. *Virg. Æn.* 10. v. 837. æger, anhelans. *Pers.* sat. 5. v. 10. anhelanti folle premere ventos. ¶ Translate *Justin.* l. 9. c. 1. Mercibus distractis anhelantem inopiam recreare. ¶ Spirando emittens, efflans. *Cic. in Arateis*, l. 2. *de nat. Deor.* cap. 44. gelidum valido de pectore frigus anhelans Capricornus. *Stat.* 11. *Theb.* v. 17. campus anhelans sulphure cælesti. *Sil.* l. 9. v. 286. unda freti Torquet anhelantem spumanti vertice pontum. ¶ Translate *Cic. Catil.* 2. c. 1. Catilina anhelans scelus. *h. e.* spirans scelus animo conceptum. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 55. Anhelans ex imo pectore crudelitatem. *Justin.* l. 9. c. 1. *a med.* Mercibus distractis anhelantem inopiam paululum recreavit.

ANHELANTER, adverb. *with puffing and blowing*, anhelando: et per translationem cupide, festinanter. *Ammian.* l. 16. c. 10. (*al.* 15.) Alium anhelanter, rabido flatu ventorum, lenunculo se commisisse piscantis. *Alii leg.* anhelante.

ANHĒLĀTIM, adverb. anhelanter. *Tibull.* l. 1. eleg. 9. v. 37. Et dare anhelatim pugnantibus uvida linguis Oscula, &c. Ita legi in quibusdam libris testatur *Broukhusius.* Quæ vocula, inquit, si legitime percussa est, jam uno adverbio locupletior erit Latinus sermo. Al. passim leg. *anhelanti.*

ANHELĀTIO, onis, f. *a difficulty of breathing, panting, anhelation*, πνευμάτωσις, ἆσθμα, respiratio, præsertim quæ crebrior est, et vehementior. *Plin.* l. 9. c. 7. Piscium anhelatio æstivo calore. *Id.* l. 23. cap. 1. *a med.* Hoc genus vini utile in flationibus, tussi, anhelationibus. ¶ Insolens est hujus vocis usus apud *eund.* l. 37. c. 6. *de gemmis.* Quædam in iis cælestis arcus anhelatio est. *h. e.* quædam adumbratio coloris unius in alterum inclinantis, qualis solet esse in arcu cælesti.

ANHELĀTOR, oris, m. *one who is afflicted with a difficulty of breathing, who pants hard*, ἀσθματικός, qui anhelatione laborat. *Plin.* l. 22. c. 23. Laser anhelatoribus, et in tussi vetusta cum porro ex aceto datur. *Id.* l. 21. c. 21. Thymum prodest et orthopnoicis, et anhelatoribus.

ANHĒLĀTUS, a, um, *blown or breathed forth, emitted with a furious blast*, ἐκπνευσθείς, magno spiritu, et veluti anhelitu emissus. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 11. Nolo, verba exiliter exanimata exire, nolo inflata, et quasi anhelata gravius. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 491. Alta jacet vasti super ora Typhoeos Ætnæ, Cujus anhelatis ignibus ardet humus. *Id. Heroid.* ep. 12. v. 15. Isset anhelatos non præmedicatus in ignes. *h. e.* efflatos e naribus taurorum æripedum. *Silius* l. 14. v. 380. Celsaque anhelatis exsurgens ictibus alnus, Cærula nigranti findit spumantia sulco. *h. e.* navis impulsa remis, qui magna vi, et cum anhelitu a remigibus moventur. *Id.* l. 5. v. 604. Iraque anhelatum proturbat pectore murmur.

ANHĒLĪTUS, us, m. *breath; difficulty of breathing, painful respiration, shortness of breath; panting, puffing and blowing*, ἆσθμα, spiritus ore ductus, emissusque, respiratio, præsertim vehementior et crebrior. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 36. Nimiæ celeritates gressus cum fiunt, anhelitus moventur, vultus mutantur, ora torquentur. *Plaut. Asin.* 2. 2. 61. Non vides, me ex cursura anhelitum etiam ducere? *Id. Epid.* 2. 2. 21. Recipere anhelitum. *to take breath again after toil, to respire.* *Id. Merc.* 1. 2. 4. Vix suffero anhelitum. *I can scarcely recover my breath.* ¶ Pro simplici respiratione. *Cic. post redit. in Sen.* c. 7. Odor unguentorum, vini anhelitus. *fumes, steam, scent.* *Ovid.* 1. *de ar. aman.* v. 521. Nec male odorati sit tristis anhelitus oris. *Plin.* l. 9. c. 7. Anhelitum reddere, ac per vices recipere. ¶ De morbosa respiratione *Plin.* l. 35. c. 15. Bitumen tussim veterum, et anhelitus emendat, *an asthma*, ἆσθμα. ¶ *Anhelitus terræ* est vapor ventosus e terra erumpens. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 19. Placet Stoicis, eos anhelitus terræ, qui frigidi sint, cum fluere cœperint, ventos esse, cum autem se in nubem induerint, &c. Adde *ibid.* l. 1. c. 50. *vapours.*

ANHĒLO, as, avi, atum, a. 1. *to breathe with difficulty, to pant, puff and blow, be out of breath*, ἀσθμαίνω, crebro, et vehementius solito respirare, ut fit post cursum, aut alium laborem corporis: ab *halo*, spiro. *Ovid. de remed. amor.* v. 394. Principio clivi vester anhelat equus. *Id.* 2. *Fast.* v. 295. Nullus anhelabat sub adunco vomere taurus. ¶ Translate *Virg.* 8. *Æn.* v. 421. striduntque cavernis Stricturæ chalybum, et fornacibus ignis anhelat. *h. e.* quasi anhelando e fornacibus exspirat. *issues forth with a furious blast.* [De ipsa terra ab equo Domitiani graviter pressa dixit *Stat.* l. 1. *silv.* 1. v. 56. Insessaque pondere tanto Subter anhelat humus.] ¶ Cum accusativo. *Stat.* 11. *Theb.* v. 7. Phlegræ ceu fessus anhelet prœlia. *h. e.* ob laborem prœlii cum gigantibus Phlegræ initi. ¶ Significat etiam spirando emittere. *Lucan.* l. 6. v. 92. Antraque lethiferi rabiem Typhonis anhelant. *Martial.* l. 6. epigr. 42. Siccos pinguis onyx anhelat æstus. *h. e.* marmor onyx emittit æstus siccos, et similes radiis solis. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 208. mugitor anhelat Vesvius. *Pers.* sat. 1. v. 14. scribere grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet. *h. e.* quod magno spiritu, et veluti anhelando proferat (*verba anhelata* dixit *Cicero.*) Sic *Stat.* 11. *Theb.* v. 241. hæc trepido vix intellectus anhelat. ¶ *Anhelare crudelitatem, scelus*, &c. eleganter translate dicuntur, *to breathe forth cruelty*, &c. V. in *Anhelans.*

ANHĒLUS, a, um, *out of breath, breathing with difficulty, anhelose, panting, afflicted with shortness of breath, asthmatic*, ἀσθματικός, crebro, et vehementer respirans, anhelans. Adjectivum fere Poeticum. *Virg.* 1. *Georg.* v. 250. et *Ovid. Metam.* 15. v. 417. Equi anheli solis. *Virg. Æn.* 6. v. 48. Pectus anhelum. *Id.* 2. *Georg.* v. 135. Senes anheli. *h. e.* qui asthmate laborant. *Stat. Theb.* 12. v. 600. vires anhelæ *h. e.* anhelantes, fessæ. ¶ Cum genitivo *Sil.* l. 15. v. 721. Celtæ longi laboris anheli. *h. e.* ob longum pugnandi laborem. ¶ De eo quod anhelare facit. *causing to pant or breathe short.* *Ovid.* 11. *Metam.* v. 347. Cursus anhelus. *Id.* l. 1. *ex Pont. epist. ult.* v. 5. Anhelæ febres. *Lucret.* l. 4. v. 874. Anhela sitis. *Virg. Æn.* 12. v. 790. Adsistunt contra certamina Martis anheli. *Alii leg.* certamine. *h. e.* anhelantes ex labore certaminis. *Id.* 3. *Georg.* v. 497. Tussis anhela. *Claudian.* l. 3. *de rapt. Proserp.* v. 383. fastigia montis anheli. *Stat.* 4. *Theb.* v. 680. Tempus erat, medii cum solem in culmina mundi Tollit anhela dies,

ANHYDROS, i, *a daffodil*, herba, quæ et narcissus dicitur, ἄνυδρος: ab α privativa, et ὕδωρ, aqua, quia longe ab aqua in montanis locis nascitur. *Apulei. de herb.* c. 55.

ANIATROLOGICOS, *ignorant of medicine*, medicinæ artis imperitus, Ἀνιατρολογικός: vox Græca ab α privativa, et ἰατρὸς, medicus, &c. *Vitruv.* l. 1. c. 1. *a med.* Architectus non debet esse medicus, ut Hippocrates, sed non aniatrologicos. Alii leg. aniatrologêtus, Ἀνιατρολόγητος, quod rectius est, et idem significat, ab α privativa, et ἰατρολογέω, de medicina dissero.

ANICELLA, æ, f. *a little old woman*, diminutivum ab anicula. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 45. hanc vocem ita affert, ut videatur de ejus usu non dubitare; tametsi neminem alium usurpantem adhuc vidimus.

ANICETUM, i, *anise-seed*, ἀνίκητον, nomen est aniso a quibusdam inditum, teste *Plin.* l. 20. c. 17. quasi invictum: ab α privativa, et νικάω, vinco, quod aliis omnibus medicamentis utilitate præstet. Alii id nomen anetho tribuunt.

ANICIĀNUS, et Anitianus, a, um, adjectivum ab *Anicio*, quod est nomen viri proprium. Aniciana pyra laudantur a *Catone R. R.* c. 7. a *Columell.* l. 5. c. 10. et a *Plin.* l. 15. c. 15. et inter generosiora referuntur. ¶ *Anicianæ lapicidinæ* apud *Plin.* l. 36. c. 22. et *Vitruv.* l. 2. c. 7. dictæ videntur, quod Aniciorum familia aliquando eas possederit. Erant autem in agro Tarquiniensi, circa lacum Volsiniensem. ¶ *Aniciana lectica*, et *Anicianum octophorum*, hoc est cujusdam Anicii, de quo *Cicer. ad Q. Fr.* l. 2. ep. 10. ¶ *Aniciana nota* apud *eund. Cic. de clar. Orat.* c. 83. *in fi.* est quæ apposita fuerat vinis diffusis circa annum U. C. 590. L. Anicio Gallo et M. Cornelio Coss. atque id vinum omnium vetustissimum erat tempore Ciceronis.

ANICLA. V. vocem sequent.

ANICŬLA, læ, f. *a little old woman, a sorry old woman*, γραΐδιον, diminut. ab anus, vetula. *Senec.* ep. 77. *sub fin.* Anicula gloriatur senectute longa. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 15. Hæc, mihi jam crede, ne aniculæ quidem existimant. *Id.* l. 1. *de natur. Deor.* c. 34. Ista, quæ vos dicitis, sunt tota commentitia, vix digna lucubratione anicularum. *such as would hardly do credit to the lucubrations of a silly old woman. Terent. Andr.* 1. 4. 4. Importunitas aniculæ. ¶ *Anicla* per syncopen. *Prudent. Peristeph.* 10. v. 149. Heros, virgo, puer, senex, anicla. *Est qui legit* anulla.

ANICULĀRIS, re, *relating to an old woman*, ἀρχαῖος, ad aniculam pertinens, vel anicula dignus, anilis. *Augustin. enarrat. in Psal.* 38. *ante med.* Delirare tibi videor, avare, cum hæc loquor; anicularia tibi videntur hæc verba.

ANIĒN, ēnis, et Anĭo, onis, et Anienus, i, m. [† hod.] *il Teverone*, Ἀνίων, fluvius Sabinorum in agro Tiburtino, qui oritur ex Trebanis, seu Trebulanis montibus, ex alto scopulo magna mole præcipitans, et in Tiberim a Roma 3. mill. pass. prolabitur, *Cicer. in fragment. pro Cornel.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 684. *Putsch.* Trans Anienen. *Cato ibid.* Quindecim millia Anien abest. *Stat.* l. 1. sil. 5. v. 25. Quas præceps Anien, atque exceptura natatus Virgo juvat. *Id. ibid.* silv. 3. v. 70. Illis ipse annis Anienus fonte relicto. *Propert.* l. 4. eleg. 7. v. 86. Accessit ripæ laus, Aniene, tuæ. *Ovid. Metam.* 14. v. 329. Quasque Anienis aquæ, cursuque brevissimus Almo, &c. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 13. Et præceps Anio, et Tiburti lacus. ¶ *Serv.* ad *Æn.* 1. v. 277. fabulatur, Iliam post editos Romulum et Remum, hujus Fluvii uxorem fuissé: alii pro Aniene Tiberim reponunt. ¶ Ex hoc flumine duo diversis temporibus aquæductus facti sunt, ad aquam in Urbem perducendam, quorum posterior *Anio novus*, prior *Anio vetus* dictus est, ut docet *Frontin. de aquæduct. artic.* 13. ubi eorum rationem omnem fuse persequitur. *Aurel. Vict. de Vir. illustr.* c. 33. Aquam Anienem in urbem inducere. In quadam *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 176. n. 1. legitur *Anienem novam*, sed subaudiendum est *aquam*. Eadem ratione locutus est *Frontin. loc. cit.* ¶ Usus obtinuit, ut *Anio* in recto casu frequentius dicatur, quam *Anien*; et in obliquis sæpius *Anienis, Anieni*, quam *Anionis, Anioni*: tametsi *Anionis* habet *Ennius*, ut docet *Servius* ad *Æn.* 7. v. 683. et legitur etiam in quodam Senatusconsulto apud *Frontin. artic.* 125. Ipse quoque *Frontin.* passim *Anionis* usurpat.

ANIENICŎLA, læ, m. et f. ad Anienem habitans. *Sil.* l. 4. v. 225. Anienicolæ Catilli. *Id. in fi.* l. 12. Anienicolæ Nymphæ.

ANIENSIS, se, adject. ad Anienem pertinens. *Aniensis Tribus* Romana una ex rusticis fuit in agro Tiburtino, per quem Anio defluit, facta a Censoribus P. Sempronio Sopho, et P. Sulpitio Saverrione, una cum Terentina, M. Fulvio Pæto, et T. Manlio Torquato Coss. circa A. U. 454. ut apud *Liv.* l. 10. c. 9. *in fi.* legitur. *Cic. pro Planc.* c. 22. Prioribus Comitiis Aniensem a Plotio, Terentinam a Plancio tibi esse concessam. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 195. n. 2. M. Plautius M. F. Anien. Lucanus &c.

ANIĒNUS, a, um, adject. ad Anienem pertinens. *Virg.* 4. *Georg.* v. 369. Unde pater Tiberinus, et unde Aniena fluenta. *Propert.* l. 1. eleg. 20. v. 8. Aniena unda. et l. 3. eleg. 14. v. 4. Aniena lympha.

ANIĒNUS, i, m. amnis idem, qui Anien, vel potius ejus amnis Deus. omnes enim amnes Deum suum habent cognominem. *Propert.* l. 4. eleg. 7. v. 86. Accessit ripæ laus, Aniene, tuæ..*Et apertius de Deo Anienis Stat.* l. 1. silv. 3. v. 70. Illis ipse antris Anienus, fonte relicto, Nocte sub arcana, glaucos exutus amictus, Huc illuc fragili prosternit pectora musco; Aut ingens in stagna cadit, vitreasque natatu Plaudit aquas. Sunt qui leg. *Anieni fonte*, vel *Anien et fonte*, sed invitis lib. omnib. et plerisque Criticis.

ANIGROS, i, m. [† et Aniger, gri, *Vibid. Sequest.*] Ἄνιγρος, fluvius Peloponnesi in Elide, vel potius Ætolia, in Evenum fluvium labens, in quo Centauri ab Hercule vulnerati abluerunt sua vulnera. Unde cum antea haberet aquas purissimas, Centaurorum sanguine sordidæ redditæ sunt, et impuræ. *Ovid. Metam. l. ult.* v. 281. Ante bibebatur, nunc quas contingere nolis, Fundit Anigros aquas, postquam (nisi vatibus omnis Eripienda fides) illic lavere bimembres Vulnera, clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.

ANĪLIS, le, adject. *relating to an old woman, old, aged; silly, doting*, γραϊκὸς, ad anum pertinens. *Ovid. Metam.* 13. v. 533. ad litus passu processit anili. *Virg.* 7. *Æn.* v. 416. Aniles vultus. *Id. Æn.* 9. v. 489. Aniles curæ. ¶ Urbane *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 39. Pellantur istæ ineptiæ pæne aniles. *Id.* l. 2. *de Divin.* c. 60. Quam multi contemnunt somnia, eamque superstitionem imbecilli animi, atque anilis putant. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 28. Superstitiones pæne aniles. *Id.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 5. et *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 77. Fabellæ aniles, *old wives' tales; idle talk.* narrationes insulsæ, et minime credibiles.

ANILĬTAS, atis, *the old age of women, anileness, anility, dotage*, senectus feminarum, γῆρας, γραότης, *Catull.* carm. 60. *in epithalam. Jul. et Manl.* v. 161. Usque dum tremulum movens Cana tempus anilitas Omnia omnibus annuit.

ANILĬTER, *like an old woman, foolishly, dotingly*, γραϊκῶς, more anus. *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. *pænult.* Dicere aliquid non superstitiose atque aniliter, sed physica, constantique ratione.

ANILĪTOR, aris, dep. 1. *to become an old woman, grow old, arrive at the age of dotage*, anum fieri, senescere. *Apulei. de Mundo*, pag. 67. *Elmenhorst.* et 753. *ad us. Delph.* Terram nec occasibus fatigari, nec sæculis anilitari. Perperam. al. leg. *debilitari.*

ANĬMA, æ, f. *air, breath; a breeze of wind*, ἄνεμος, ventus, aer: a voce Græca allata. Etymologi derivant ab *animus* quomodo a *dominus* est *domina*. At *Cic.* contra l. 1. *Tuscul.* c. 9. scribit *animum* ab *anima* dictum esse. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 23. Cum it dormitum, follem obstringit ob gulam, ne quid animæ forte amittat dormiens. *Coc.* Etiamne obturat inferiorem gutturem tum, ne quid animæ forte amittat dormiens? *Virg.* l. 8. v. 403. Quantum ignes, animæque valent. *Claudian.* l. 1. *de rapt. Pros.* v. 239. nec talibus unquam Spiravere Notis animæ. *Lucret.* l. 5. v. 237. Aurarumque leves animæ, calidique vapores. *Horat.* l. 4. od. 12. Impellunt animæ lintea Thraciæ. ¶ De aere elementari, *the vital air. Cicer. de Univ.* c. 5. Inter ignem et terram aquam Deus, animamque posuit. Adde l. 1. *Tuscul.* c. 19. *Varr. R. R.* l. 1. c. 4. *Virg. Ecl.* 6. v. 32. et *Lucret.* l. 1. v. 715. ¶ Speciatim accipitur pro spiritu, seu halitu, qui ore accipitur, ac redditur, *air inhaled and exhaled, breath. Plaut. Asin.* 5. 2. 44. Dic, amabo, an fœtet anima uxoris tuæ? *Id. Merc.* 1. 2. 15. Animam nequeo vortere: nimis nihili tibicen siem. *Cic.* 5. *Verr.* c. 58. Qui non modo animum integrum, sed ne animam quidem puram conservare potuisset. *Virg.* 2. *Georg.* v. 134. animas, et olentia Medi Ora fovent illo, &c. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 2. Phrygios per ossa cantus liquida canit anima. *h. e.* spiritus, quo inflatur tibia. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 49. *in fi.* Ne circuitus ipse verborum sit aut brevior, quam aures exspectent, aut longior, quam vires atque anima patiatur. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 61. Cum spiritus ejus esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est assecutus, ut, &c. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 54. Ducere animam spiritu. *to breathe, respire. Terent. Phorm.* 5. 6. 29. Animam comprimere. *to stop the breath. Id. Adelph.* 3. 2. 26. recipere. *to take breath.* Alii leg. *animum. Tacit.* 6. *Ann.* c. *pænult.* Interclusa anima. *breath stopped. Plin.* l. 20. c. 9. et l. 22. c. 25. Animæ gravitas. *strong or bad breath.* ¶ Sæpissime sumitur pro vita, *the living principle, vital spirit, life, h. e.* pro ea facultate, qua vivimus, et sentimus, quæque nobis cum brutis animantibus est communis: atque hac ratione distinguitur ab *animo*, qui proprius hominis est, *anima, vita, the thinking faculty; the soul*, ψυχή. *Plin.* l. 2. c. 7. Deus totus est sensus, totus visus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus sui. *Juvenal.* sat. 15. v. 148. indulsit communis conditor illis Tantum animas, nobis animum quoque. *Senec.* ep. 58. Animantia quemadmodum divido? ut dicam, quædam animum habent, quædam tantum animam. *Id.* ep. 4. Difficile est animum perducere ad contemptionem animæ. *Cic. pro Rosc. Amerin.* c. 50. Si tibi omnia suæ præter animam tradidit. *life excepted. Sallust. in Catil.* c. 54. Non agitur de vectigalibus, non de sociorum injuriis: libertas, et anima nostra in dubio est. *Cic. Catil.* 4. cap. 9. De vita vestra, de conjugum vestrarum, ac liberorum anima, de fortunis omnium hodierno die vobis judicandum est. *Id. pro Sext.* c. 38. Si tunc P. Sextius animam, quam vix retinuit, edidisset. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 3. v. 42. Accedent animæ tempora parva meæ. *a few short moments to my life. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 9. Agere animam. *to breathe out life; to die.* Et *ibid.* et *pro Mil.* c. 18. *in fi.* Efflare. *Ovid. Metam.* 15. v. 527. exhalare. *Virg.* 1. *Æn.* v. 98. effundere. *Ovid. Metam.* 5. v. 106. exspirare. Et *Metam.* 7. v. 591. finire. *Nepos in Hannib.* c. 1. deponere. *Id. in Eumen.* c. 4. Eum anima reliquit. Et *Curt.* l. 7. c. 7. Anima eum defecit. *his life was gone. Sallust. in Jug.* c. 16. Relinquere alicui animam. *Terent. Adelph.* 3. 5. 52. Animam relinquam potius, quam illas deseram. *Id. ibid.* 3. 2. 16. Alicui exstinguere. *Plaut. Mil.* 3. 1. 137. adimere. Et *Virg.* 9. *Æn.* v. 443. auferre. *Ovid. Metam.* 6. v. 539. eripere. Et *Plaut. Men.* 5. 5. 7. Privare aliquem anima. *Virg.* 6. *Æn.* v. 436. projicere. *Id.* 4. *Georg.* v. 204. dare. *Id. Æn.* 9. v. 349. Purpuream vomere animam. *h. e.* sanguinem, in quo anima, hoc est vita continetur. *Sunt qui aliter leg.* V. *Servium. Tacit. Ann.* 1. c. 42. Trahere animam precariam inter infestos. *to drag on a precarious existence*, &c. ¶ *Animam debere* apud *Terent. Phorm.* 4. 3. 56. dicitur is, qui adeo immodico ære alieno obstrictus est, ut et ipse quoque creditori addicendus sit, secundum antiquum morem, quo debitores, qui solvendo non essent, nexi creditoribus tradebantur: quod et Græci dicunt, teste Donato, καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν ὀφείλειν. ¶ Translate *Flor.* l. 4. c. 3. Corpus imperii haud dubie nunquam coire, et consentire potuisset, nisi unius præsidis nutu, quasi anima et mente regeretur. *anima imperii* est ejus vita, *mens* ratio, et consilium, quo gubernatur. ¶ Non raro *anima* accipitur pro animo, hoc est pro parte hominis nobiliori, et immortali. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 31. Anima rationis, consiliique particeps. *Sallust. in Jug.* c. 2. Ingenii facinora, sicut anima, immortalia sunt. *Sueton. in Cæs.* c. *pænult.* Stella crinita per septem dies fulsit: creditumque est, animam esse Cæsaris in cælum recepti. *Cic. Verr.* 7. c. 53. Causa in anima sensuque meo penitus affixa, atque insita. Adde *Ovid. Metam.* 15. v. 158. ¶ Nonnunquam ponitur pro ipso homine. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 41. Plotius, et Varius Sinuessæ, Virgiliusque Occurrunt, animæ, quales nec candidiores, &c. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 32. Vos Treveri et ceteræ servientium animæ. Adde *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 659. ¶ *Animæ silentes* apud *Propert.* l. 3. eleg. 12. v. 33. sunt Manes. *shades, ghosts, spirits.* ¶ Adhibetur quandoque in blanditiis, diciturque de iis, quos æque caros habemus, atque animam nostram. *Cic. Fam.* 14. ep. 14. Vos meæ carissimæ animæ quam sæpissime ad me scribite. Et epist. 18. Considerandum vobis etiam atque etiam, animæ meæ, &c. Sic *Horat.* l. 1. od. 3. v. 8. animæ dimidium meæ. ¶ Raro *animæ* dicuntur de ratione carentibus. *Luctant.* l. 3. c. 8. Animæ rationis expertes. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 246. Hi fibris, animaque litant. *h. e.* victima, vel vita victimæ. *Ennius* apud *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 10. Ova parire solet genu' pennis condecoratum, Non animas. *h. e.* non animalia viva. ¶ Improprie dicitur de vegetanti plantarum vi, *the vegetative principle.* nam et ipsæ *vivere* dicuntur. *Senec.* ep. 58. Sunt quædam quæ animam habent, nec sunt animalia. placet enim, satis et arbustis animam inesse: itaque et vivere illa, et mori dicimus. Adde *Plin.* l. 17. c. 21. et l. 31. c. 1. qui etiam l. 17. c. 2. terræ animam tribuit, hoc est humorem illum, et vim, qua plantas producit, et vegetat. Sic animam uvæ appellat succum uvæ, quem habet a vite, in ea dependens, aut ubi statim decerpitur, quo durante et ipsa durat, l. 14. c. 1. Adde l. 13. c. 4. *ad fin.* ubi simile quid legitur. ¶ Per catachresim etiam *Plaut. Amph.* 2. 2. 41. *animam putei* dixit, aquam intelligens. At *Phædr.* l. 3. fab. 1. *animam amphoræ* posuit, significans halitum odorum, qui inde exhalat ex vini reliquiis. ¶ Dativus et ablativus pluralis rectius, et magis Latine est *animis*, quam *animabus*. Ita enim *Cicer. Fam.* 14. ep. 14. Tullius Terentiæ, et pater Tulliolæ, duabus animis suis. *Animabus* tamen legitur apud *Senec.* l. 2. *controv.* 10. *sub init.* ut quidem putat *Voss.* l. 4. *de Grammat.* c. 4. Nam plerique alii omnino aliter. V. *Asina.* ¶ In genitivo singulari *animai* pro *animæ* aliquoties legitur apud *Lucret.* ut l. 1. v. 112. l. 3. v. 151. l. 4. v. 886. et alibi: qui genitivus antiquus est, et solis postea Poetis, et parce etiam relictus.

ANIMABĪLIS, le, *animable*, animam habens, ac spirans, vel animam, vitamque aliis præbens, ἀνεμώδης. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 36. Terra sita in media mundi parte, circumfusa undique est hac animabili, spirabilique natura, cui nomen est aer. *Sunt qui aliter leg.*

ANIMADVERSĬO, onis, f. *attention, observation, consideration*, ἐπίστασις, ἐπιλογισμὸς, consideratio, attentio, notatio. *Cic. in Orat.* c. 55. Notatio naturæ, et animadversio peperit artem. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 29. Excitanda animadversio, et diligentia, ut ne quid temere ac fortuito, inconsiderate, negligenterque agamus. *Id. pro Arch.* c. 7. Si ex his studiis delectatio sola peteretur, tamen, ut opinor, hanc animadversionem humanissimam, ac liberalissimam judicaretis. *h. e.* hanc animi attentionem, et operam, quæ studiis datur. *Alii leg.* animi adversionem, *eod. sensu.*

¶ Est etiam castigatio, reprehensio, *reprehension, reproof, censure*, [illegible]. Cic. in Orat. c. 57. Nec enim effugere possemus animadversionem, si semper iisdem pedibus uteremur. ¶ Item punitio, et est ejus, qui jurisdictionem, et coercitionem habet, *castigation, punishment*, κόλασις. V. Animadverto. Cic. pro Cluent. c. 46. Animadversio vitiorum. Id. 1. Fin. c. 2. Animadversio Dolabellæ cum in audaces, sceleratosque servos, tum in impuros, et nefarios liberos. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. 10. Continere exercitum metu animadversionis. *Sueton. in Aug.* c. 24. Animadversione capitali punire aliquem. *Papin. Dig.* lib. 1. tit. 20. leg. 1. Nemo dicit animadversionem legatum proconsulis habere, mandata jurisdictione. *h. e.* jus gladii, quod est proprium ejus, qui merum imperium habet, ut docet *Ulpian.* lib. 2. tit. 1. leg. 3. ¶ Transfertur etiam ad quamlibet punitionem. Cic. *pro Rosc. Amer.* c. 24. Animadversionis paternæ metus. *Lactan.* l. 4. c. 4. Animadversio domini adversus fugitivos.

ANIMADVERSO, as, V. *Adverso*, as.

ANIMADVERSOR, oris, m. *an observer, one who observes, gives heed, considers*, qui animadvertit, et attente observat. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 41. Si acres, ac diligentes esse volumus animadversores vitiorum, magna sæpe intelligemus ex parvis. *Alii non satis probe leg.* Si acres, ac diligentes judices esse volumus, animadversoresque vitiorum, &c. *h. e.* punitores, κολαστάς.

ANIMADVERSUS, us, m. *a reproving, censuring*, animadversio, castigatio. *Lamprid. in Alexan. Sever.* c. 25. Severus est appellatus a militibus ob austeritatem: et in animadversibus asper in quibusdam fuit. *Alii plerique leg.* animadversionibus.

ANIMADVERSUS, a, um, *observed, perceived, noticed, considered*, διανοηθεὶς, consideratus, perspectus, cognitus. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 27. Oratoris peccatum, si quod est animadversum, stultitiæ peccatum videtur. *Tacit. Ann.* 15. c. *ult.* In præsens haud animadversum, post arma Julii Vindicis ad auspicium, et præsagium futuræ ultionis trahebatur. *Virg.* 2. *Georg.* v. 259. et l. 3. v. 123. His animadversis. ¶ Item castigatus, punitus, *chastised, punished.* κολασθεὶς. *Sueton. in Ner.* c. 16. Multa sub eo et animadversa severe, et coercita, nec minus instituta. *Paul. Dig.* lib. 48. tit. 24. *leg. ult.* Corpora animadversorum ad sepulturam danda sunt. *h. e.* supplicio ultimo affectorum.

ANIMADVERTO, *et antiquo loquendi more* Animadvorto, is, rti, rsum, a. 3. *to take heed, attend, observe, take notice of, perceive, consider, know*, βάλλομαι εἰς νοῦν, animum adverto, attendo, considero, cognosco. *Cic. Catil.* 1. c. 8. Quid est Catilina? ecquid attendis? ecquid animadvertis horum silentium? *Id.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 37. Nonne animadvertis ex tot tabulis pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerint? *Id. Fam.* 11. ep. 27. *a med.* Dignitas tua facit, ut animadvertatur quidquid facias. *Id. de Amic.* c. 8. Quod quidem quale sit, etiam in bestiis quibusdam animadverti potest. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 9. Animadversum sæpe est, cum cor animantis evulsum ita palpitaret, ut, &c. *Id. Fam.* 3. ep. 5. Animadverti enim, et didici ex tuis litteris, te habuisse rationem, ut, &c. *Sueton. in Cæs.* c. 82. Ut animadvertit, undique se strictis pugionibus peti. *Cic.* 1. *Offic.* c. 12. Illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Al. leg. *mitigatam*. (Si primam lectionem retines, nota constructionem, *animadverto quod*.) *Terent. Phorm.* 3. 1. 3. Alios tuam rem credidisti magis, quam te te, animadversuros. *h. e.* curaturos, servaturos. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Sues animadvertuntur a facie, et progenie, et regione cæli. ¶ Cum accusativo, et præposit. *ad. Gell.* l. 6. c. 2. Animadvertere ad verba. ¶ Speciatim adhibebatur, cum lictores, aut alii Magistratui præeuntes, clamabant, ut ab obviis decederetur, assurgeretur, caput aperiretur, et alia honoris signa præberentur. *Liv.* l. 24. c. 44. *ad fin.* Consul animadvertere proximum lictorem jussit; et iis ut descenderet ex equo, inclamavit. *Sueton. in Cæs.* c. 80. Consule theatrum introeunte, cum lictor animadverti ex more jussisset, &c. ¶ Est etiam verbum judiciale, ac Prætorium, et significat cognita causa punire, *to punish*, κολάζειν. *In edicto Prætoris* apud *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 15. Si quis adversus ea fecerit, prout quæque res erit, animadvertam. Adde lib. 4. tit. 4. leg. 1. et lib. 11. tit. 5. leg. 1. &c. ubi eadem formula legitur. *Cic. Verr.* 3. c. 17. Magistratum nummos poposcit, cum ille non daret, animadvertit. Et 4. *Verr.* c. 23. *in fi.* Tu qui institueras animadvertere in eos, qui perperam judicassent. *Id. Fam.* 5. ep. 2. Animadvertere in aliquem indicta causa. *Sallust. in Catil.* c. 52. verberibus in cives. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 8. in aliquem gladio. *Id. ibid.* tit. 8. leg. 8. in servos ultimo supplicio. ¶ *Animadvertendus, a, um*, particip. passivum, cognoscendus ad vindictam, et punitionem. *Cic. pro Cæcin.* c. 12. Res in primis a magistratibus animadvertenda. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 40. Ea sunt animadvertenda peccata maxime, quæ difficillime præcaventur. *Terent. Andr.* 4. 4. 23. O facinus animadvertendum! *Id. ibid.* 1. 1. 129. Ea primum ab illo animadvertenda injuria est. *scilicet* ea prima injuria est ab illo profecta, quæ animadversione, et objurgatione digna sit.

ANIMAL, alis, n. *a living creature, an animal*, ζῶον, substantia animata sensibilis. Dicitur de omni vivente. *Cic.* l. 1. *de Leg.* c. 7. Animal providum, et sagax homo. ¶ Interdum de belluis tantummodo. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. Multa ab animalium vocibus translata in homines. ¶ Et de minutis quibuscumque bestiolis. *Plin.* l. 28. c. 4. Si quod animal autem intraverit. ¶ Interdum contumeliose de homine indocto, et qui nulla moveatur ratione, quomodo et bellua, et pecus. *Cic. in Pison.* c. 9. *ad fin.* Complexus es funestum illud animal, ex nefariis stupris, &c.

ANIMĀLIS, le, adject. *composed of air, airy*, aereus, ab *anima*, quæ aerem, flatumque significat, ἀεροειδής. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 14. Natura animantis vel terrena, vel ignea, vel animalis, vel humida. Adde l. 1. *Tuscul.* c. 17. ¶ Item animam, seu vitam habens, *having life, living, animate*, ἔμψυχος. *Lucret.* l. 1. v. 227. Animale genus. *Id.* l. 2. v. 727. Animalia corpora. *Cic. de Univ.* c. 9. Colligata corpora vinculis animalibus. *Id.* 4. *Acad.* c. 37. *in fi.* Quædam animalis intelligentia per omnia permeat, et transit. *Id.* 2. *de Invent.* c. 1. Ut mutum in simulacrum ex animali exemplo veritas transferatur. ¶ *Animalis hostia* dicta est, qua sola victimæ anima, hoc est vita deo sacratur; carnes vero in sacerdotum, aliorumque usum cedunt: et distinguitur a *consultoria*, quæ eo fine cæditur, ut per ejus exta inspecta deorum voluntas disquiratur. *Macrob.* l. 3. *Saturnal.* c. 5. et *Serv.* ad 3. *Æn.* v. 231. et l. 4. v. 56. ¶ *Animales Dii* dicti sunt, quorum origo animalis erat, hoc est, qui, cum homines essent, dii facti sunt. *Labeo* enim apud *Serv.* ad *Æn.* 3. v. 168. scribit esse quædam sacra, quibus animæ humanæ vertantur in Deos, qui appellantur animales, quod de animis fiant. Hi autem, subdit *Servius*, sunt Dii Penates, et Viales.

[*ANIMALĬTER, adverb. more animalis. *Augustin. Retract.* l. 1. c. 26. *ad fin.* Item quod dixi spiritualiter summos angelos vivere, infimos vero animaliter.]

ANĬMANS, antis, particip. *giving life, animating*, ψυχῶν, animam vitamque tribuens. *Plin.* l. 11. c. 23. Terræ halitus animans florem. ¶ Item habens animam, animalis, *possessing life, living, alive, animate*, ἔμψυχος. *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 4. Deos Velleius multique alii ne animantes quidem esse concedunt. *Id. ibid.* l. 2. c. 8. Mundus est animans, composque rationis. ¶ Absolute more substantivi, ut animal, *an animal*. *Cic. de Univ.* c. 11. *in fi.* Ita orientur animantes, quos et vivos alatis, et consumptos sinu recipiatis. *Lactant.* l. 2. c. 11. Eo alimento animantes esse nutritos. *Lucret.* l. 2. v. 941. sensus animantem quamque tuentur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Animantium aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ, &c. *Id. de Univ.* c. 4. Animantia, quæ sunt nobis nota, sunt omnia in quædam genera partita. *Lucret.* l. 1. v. 350. Dissipat in corpus sese cibus omne animantum. ¶ Interdum ponitur pro homine. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 39. sed hic stilus haud petit ultro Quemquam animantem. *any man now alive.* ¶ Inter *animal*, et *animans* hoc interest, quod *animal* dicitur de iis tantum, quæ sensitivam habent animam: *animans* aliquando latius patet, et plantas etiam complectitur. Itaque *Plin.* l. 2. c. 63. hac latiore notione *pestifera animantia* dixit significans omnia ea, quæ noxia hominibus a terra gignuntur. Adde *Senec.* ep. 58. Aliud discrimen tradit *Cornel. Fronto*, quod nempe *animantia animus* facit: *animalia animam* habent. Contra tamen est usus, quo animantia fere dicuntur de brutis, quæ *animam* habent non *animum*, ut supra in *Anima* dictum est.

ANIMATĬO, onis, f. *Cic. de Univers.* c. 10. Erant autem animantium genera quatuor, quorum unum divinum, atque cæleste, alterum pennigerum, et aerium, tertium aquatile, et terestre quartum. Divinæ animationis maxime speciem faciebat ex igne, &c. *h. e.* speciem animantium divinorum: ea ratione qua *animans* pro animato, seu animali ponitur. Eodem modo locutus videtur *Tertull. de Anim.* c. 19.

ANIMĀTOR, oris, m. *an animator, that which quickens or gives life*, qui animam dat. *Tertull. in Apolog.* c. 48. Spiritus omnium animarum animator. *Prudent. Peristeph.* 14. *in Romano*, v. 788. Novit animator solus, et factor tui. ¶ Translate *Martian. Capell.* l. 1. pag. 13. Cum vivos etiam vultus æris, aut marmoris signifex animator inspirat.

ANIMĀTRIX, icis, f. *Tertull. advers. Gnost.* c. 12. Dilectio fugatrix timoris, et animatrix confessionis. *h. e.* quæ dat animos et constantiam ad libere profitendum.

ANIMĀTUS, us, m. *life, animation*, idem quod anima, et vita. In sexto casu sing. *Plin.* l. 11. c. 3. Animatu carere.

ANIMĀTUS, a, um, *animate, possessing life, alive*, ἔμψυχος, qui animam habet. *Cic. in Top.* c. 18. Animata inanimatis anteponantur. *Id. in somn. Scip.* c. 3. Stellæ divinis animatæ mentibus. *Plin.* l. 19. c. 2. Spartum vulsum, in acervo animatum. *h. e.* adhuc viride, et vivum. Al. aliter leg. ¶ Sæpe idem est ac affectus motu aliquo animi, aut voluntatis, *disposed, affected, inclined, circumstanced*, διακείμενος πρός τινα. *Cic. Fam.* 6. ep. 6. Causam, quam Pompeius animatus melius quam paratus suscepit. *better affectioned than prepared.* *Id. Phil.* 9. c. 5. Qui quamquam non adest, tamen sic animati esse debetis, ut si ille adesset. *so disposed.* *Plaut. Men.* 1. 3. 20. Hoc animo decet animatos esse amatores probos. *Cic. de Amic.* c. 16. Ut quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. *Id. Verr.* 6. c. *ult.* Siracusanam civitatem, ut abs te affecta est, ita in te esse animatam videmus. *Id. Fam.* 15. ep. 1. Socii infirme animati, et novarum rerum exspectatione suspensi. *Nepos in Cimon.* c. 2. Insulas nonnullas bene animatas confirmavit, alienatas ad officium redire coegit. *well affected.* *Ulpian. Digest.* lib. 48. tit. 4. *leg. ult.* Hostili animo adversus rempublicam animatus. *Sueton. in Vitell.* c. 7. Male animatus erga principem exercitus. *ill affected.* *Justin.* l. 14. c. 1. Ut quomodo circa se animati essent, cognosceret. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 67. Avi, et atavi nostri, cum allium ac cæpe eorum verba olerent, tamen optime animati erant. *Varro* ludit in ambiguo vocis *animatus*, qua ducitur ab *anima*, quæ et halitum oris significat. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 11. Animatus in necem alicujus. *bent on destroying.* ¶ Cum infinito *Plaut. Trucul. in fi.* Si quid animatus es facere, fac jam ut sciam. ¶ Item qui habet multum animi, animosus, *valiant, stout-hearted, brave, courageous*, θυμικός. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 18. Milites armati, atque animati probe. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 2. Cum animatus iero, satis armatus sum. ¶ *Animatæ regulæ* quid sint V. in *Hamatus*.

ANĬMĬCĪDA, æ, animam occidens. Ita Latine vertitur a *Justin. Imp.* lib. 1. *Codic.* tit. 1. leg. 6. *sub. fin.* Græcum Psychophthoros, quod V. suo loco.

ANĬMĬTUS, adverb. *cordially, heartily, sincerely*, ex animo, impense, sincere, ψυχόθεν. *Non.* c. 2. n. 608. hanc vocem affert tanquam sit in usu apud Latinos. Scribit enim, *oculitus* (quod est usurpatum a *Plauto*) dictum esse, ut *animitus, medullitus*. Nihilominus præter vet. Onomast. nullum aliud Latini scriptoris exemplum adhuc vidimus.

ANĬMO, as, avi, atum, a. 1. *to communicate breath to, blow, blow up*, animam, seu flatum inspirare, ἐμφυσάω. *Apulei. in Florid.* n. 3. (*al.* l. 2.) Duas tibias uno spiritu animavit. *Arnob.* l. 6. pag. 196. animare buccinas. ¶ Sæpius est animam, seu vitam dare, *to animate, make alive, quicken, enliven*, ἐμψυχόω, *Pacuv.* apud *Cicer.* l. 1. *Divin. c. penult.* Quidquid est hoc, omnia animat, format, alit, auget, creat. *Cic.* l. 2. *Divin.* c. 42. *in fi.* Utcumque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari, atque formari. *Plin.* l. 7. c. 15. *in fi.* Semen animatur, corporaturque. *Ovid. Metam.* 4. v. 618. Animare guttas cruentas capitis Gorgonei in angues. *Claudian. de nupt. Honor. et Mariæ*, v. 188. Mavortia signa rubescunt Floribus, et subitis animantur frondibus hastæ. *Pallad. in Mart.* tit. 10. *de citreo.* Animare arbores quotidianis rigationibus. *Tacit. de Germ.* c. 29. Mattiaci ipso terræ suæ solo, ac cælo acrius animantur. *h. e.* ferociores animos sortiuntur, et tolerantiores. ¶ Translate *Stat.* lib. *et silv.* 2. v. 64. Si quid Apellei gaudent animasse colores. *Claudian.* l. 3. *de raptu Proserp.* v. 386. Qualis pestiferas animare ad crimina taxos Torva Megæra ruit. *h. e.* facem e taxi arbore accendere ad nocendum hominibus. Ignem enim quondam animal esse creditum est. ¶ Pro incitare, *to incite, stimulate, hearten, embolden, encourage.* προθυμίαν ἐμβάλλειν. *Macrob.* l. 7. *Sat.* c. 3. Ut hortatu vestro Eusthatius, quæ de scommate paulo ante dixerit, animetur aperire. *Anonym. Poeta de laudib. Hercul.* v. 91. *inter opera Claudiani.* In nova sanguineos animasti vulnera rictus. ¶ Pro reficere, recreare. *to refresh.* *Hygin.* fab. 126. Quem Eumæus casa recepit, cibo, potuque animavit.

ANĬMŌSE, *valiantly, bravely, courageously*, θυμοειδῶς, προθύμως, magno, et constanti animo, intrepide, fortiter. *Cic. in fragment.* apud *Non.* c. 4. n. 2. Nimis animose ferox. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 26. Hæc præscripta servantem licet magnifice, graviter, animoseque vivere. *fearlessly.* *Id.* 4. *Phil.* c. 2. Animose, et fortiter facere aliquid. *Senec.* l. 6. *de Benef.* c. 37. Animosius dicere aliquid. *Valer. Max.* l. 8. c. 2. *sub fin.* Animosius se gerere in re aliqua. *Sueton. in Cæs.* c. 47. Animosissime comparare gemmas, toreumata, signa. *h. e.* cupide, prompte, sine metu impensæ. Sic *Paul. Dig.* l. 10. tit. 2. leg. 29. Animose liceri. *Senec.* ep. 73. *ante med.* Animosius a mercatore, quam a vectore solvitur votum: et ex ipsis mercatoribus effusius gratus est, qui, &c.

ANĬMŌSĬTAS, atis, f. *animosity, ardour, spirit*, θύμωσις, animi impetus, spiritus, vis, contentio. *Ascon. in Verr.* 3. c. 3. Plus significavit dicendo *spiritus*, quam si animositatem, contentionemve dixisset. *Ammian.* l. 16. c. 12. (al. 30.) Abjecta resistendi animositate. *Arnob.* l. 3. *sub init.* Conspirare animositate consensionis ad fidem alicujus rei abrogandam. *Sidon.* l. 4. epist. 3. Equi potentis animositas. ¶ Apud *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. sumitur pro parte animæ, quam *irascibilem* vocant Scholastici. Scribit enim, tres esse animæ partes, quarum prima est ratio, quam λογιστικὸν, appellant, secunda animositas, quam θυμικὸν vocant; tertia cupiditas, quæ ἐπιθυμητικὸν nuncupatur. Eodem sensu l. 2. c. 12. *animositates* in plurali numero dixit.

ANĬMŌSUS, a, um, adject. *blowing violently, strong, violent*, ἀνεμώδης, spirans, perflans. *Virg.* 2. *Georg.* v. 441. silvæ, Quas animosi Euri assidue franguntque, feruntque. *Ovid.* l. 1. *Amor.* eleg. 6. v. 51. impulsa est animoso janua vento. *Id.* 6. *Metam.* v. 134. animos, guttura. *h. e.* per quæ meat spiritus. ¶ Item animatus, *unimate, alive*, ἔμψυχος. *Propert.* l. 3. eleg. 7. v. 9. Gloria Lysippo est animosa effingere signa. *statues that seem to breathe.*

¶ Translate est plenus animi, impetum animi habens, minime timidus, *courageous, bold, undaunted, valourous*, θυμοειδής. *Cic. pro Mil.* c. 34. Gladiatores timidos et supplices odisse solemus, fortes et animosos servare cupimus. *Id. de Senect.* c. 20. Animosior senectus est, quam adolescentia, et fortior. *Horat.* l. 2. od. 10. v. 20. Rebus angustis animosus, atque Fortis appare. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 6. v. 3. Equus animosus. *Id.* 5. *Fast* v. 59. Animosa bella gerere. *h. e.* quæ magnum animum postulant. Sic *Martial.* l. 12. epigr. 14. Animosa pericula. ¶ Allegorice *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 395. Frigus animosum. *h. e.* timor cum animositate conjunctus. ¶ *Emptor animosus* dicitur, qui cupidus, promptusque est ad emendum, nec ullo impensarum metu deterretur. *Jabolen. Dig.* lib. 17. tit. 1. leg. 36. Eodem sensu *animosus corruptor* dicitur Otho a *Tacit.* l. 1. *Histor.* c. 24. quia magno animo, et nullis sumptibus parcente donabat, ut a Galba ad se favorem hominum traheret. Sic *Prudent. in Psychomach.* v. 874. mille talentis Margaritum ingens, opibusque et viribus hastæ Addictis, animosa Fides mercata parabat. V. *Animose.* ¶ Interdum pro iracundo, vel furioso accipitur, si *Nonio* credimus, qui c. 4. n. 2. affert illud *Novii*, sive *Nævii:* Dabo tibi virum validum, virum animosum. Et illud *Lucilii:* Animosa Thessalia, &c. Sed hæc aptius ad primam translatam notionem referuntur.

ANIMŬLA, æ, f. *a little life, little soul*, ψυχάριον, ψυχίδιον, diminutivum ab *anima.* Usurpatur vel contemptus vel blanditiæ causa. *Serv. Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. epist. 5. In unius mulierculæ animula si jactura facta est, tantopere commoveris? *Adrianus Imp. in quodam carm.* apud *Spartian.* c. 25. Animula vagula, blandula, &c. *Poeta Vetus* apud *Gell.* l. 19. c. 11. Animula ægra, et saucia Concurrit ad labias mihi. Lap. inscript. apud *Donium* class. 10. n. 99. Æliæ P. F. Marciæ animul. incomparabil. Parentes. Adde alios duos lapides apud *Gruter.* pag. 304. n. 1. et pag. 322. n. 1.

ANIMŬLUS, li, m. *a little soul, dear heart (a term of endearment)*, θυμίδιον, diminutivum ad *animus.* Usurpatur maxime in blanditiis. *Plaut. Casin.* a. 1. v. 46. Mi animule, mea vita. *Id. Men.* 2. 3. 10. Animule mi, mihi mira videntur, hic te stare foris.

ANĬMUS, i, m. *wind, breath*, ἄνεμος, proprie significat ventum, flatum, spiritum. id enim valet Græca vox allata. Atque hoc sensu usurpari vult *Servius* a *Virg. Æn.* 1. v. 61. ubi Æolus ventorum *mollitque animos, et temperat iras*, hoc est flatus compescit. Verum quidquit sit de hac interpretatione, frequentius multo, et tutius usurpatur *anima* in hac significatione. ¶ Interdum ponitur pro *anima*, hoc est pro vita, *life. Virg. Æn.* 10. v. 487. Una eademque via sanguis, animusque sequuntur. Huc et illa pertinent *Curt.* l. 4. c. 6. Linqui animo. *to faint away, swoon.* Sic *Plaut. Amph.* 5. 1. 6. Animo male est: aquam velim. *I am not well.* Adde *Curcul.* 2. 30. 33. ¶ Sed fere *animus* est pars hominis nobilior, incorporea, immortalis, *the mind*, θυμὸς, quem scribit *Cic.* l. 1. *Tuscul.* c. 9. ab *anima* dictum esse, hoc est a vita, quia eatenus inesse in nobis animus intelligitur, quatenus in vita sumus. V. supra in *Anima* exempla non una, in quibus *animus* cum *anima* conjungitur, et ab ea distinguitur. *Cic.* 2. *de Legib.* cap. 11. Omnium quidem animos immortales esse, sed fortium, bonorumque divinos. *Id. Agrar.* 2. c. 24. Cogitare aliquid cum animo suo. *Terent. Adelph.* 1. 1. 5. Cogitare in animo. *Nepos in Agesil.* c. 4. Meditari animo. *Liv.* l. 34. c. 2. Statuere apud animum suum. ¶ *Adjungere, adjicere, applicare animum ad aliquam rem* est incumbere, *to attend, to direct the attention to.* Sic *appellere animum, adhibere, advertere*, et alia pæne innumera, quæ V. suis locis. ¶ Nonnunquam *animus*, et *mens* conjunguntur, et tunc *animus* est spiritus, quo vivimus, movemur, et intelligimus; *mens* est ratio, qua animus regitur. vel *animus* ponitur pro voluntate, et affectibus animi, *mens* pro ratione. *Liv.* l. 37. c. 45. Animos, qui nostræ mentis sunt, eosdem in omni fortuna gessimus, gerimusque: neque eos secundæ res extulerunt, nec adversæ minuerunt. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 39. Ut non mediocriter omnium mentes, animosque perturbaret. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 21. Tanta erat summa rerum exspectatio, ut alius in aliam partem mente atque animo traheretur. *with heart and soul. Virg.* 6. *Æn.* v. 11. *de Sibylla.* magnam cui mentem animumque Delius inspirat vates. *an enlightened mind and impetuous spirit. Gell.* l. 2. c. 1. Tanquam quodam secessu mentis atque animi facto a corpore. *ecstasy of mind and soul. Id.* l. 15. c. 2. Neque mentem animumque ejus consistere. *neither his head nor his heart. Terent. Andr.* 1. 1. 137. Mala mens, malus animus. *a wicked heart, a wicked head. h. e.* mala mens, et ratio, atque inde prava voluntas, prava consilia, et affectus. ¶ Dicitur etiam *mens animi.* V. in *Mens.* ¶ Frequenter ponitur pro cogitatione, voluntate, proposito, consilio: ut ex proxime allatis exemplis apparet, et ex iis etiam, quæ subdimus. *Cic. Fam.* 14. ep. 11. Nobis erat in animo Ciceronem ad Cæsarem mittere. *I had intended, had designed*, &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 18. Nam istum exheredare in animo habebat. *Pompei.* apud *Auct. l. de B. Hispan.* (quem alii *Hirt.* alii *Oppium*, alii *Balbum* putant) c. 26. Cohortes animo abeo ad vos mittere. Al. leg. *in animo.* V. *Habeo.* Alio sensu *Cic. Fam.* 13. ep. 62. Semper in animo habui, te in meo ære esse. *I have always thought, have always believed. Tacit. in Agric.* c. 30. Magnus mihi animus est, hodiernum diem consensumque vestrum, initium libertatis totius Britanniæ fore. *I have great hope; great expectations. Plaut. Amph. prol.* v. 58. Teneo quid animi vestri super hac re siet. *I am aware what you think, what your thoughts are. Terent. Eun.* 5. 7. 14. Quid illi credis animi tum fuisse, ubi, &c? *what do you suppose he was thinking of?* Et *Phorm.* 3. 1. 1. Multis modis cum istoc animo es vituperandus. *with that purpose, resolve of yours. Nep. in Eumen.* c. 11. Animo si isto eras, cur non prœlio cecidisti? *Terent. Eun.* 4. 7. 46. Jamdudum animus est in patinis. *my whole mind has been set on; my whole thoughts have been devoted to.* ¶ *Inducere animum*, et *in animum.* V. *Induco.* ¶ *Animo meo* est mea sententia, *as I imagine. Plaut. Bacch.* 3. 2. 10. Nam pol equidem, meo animo, ingrato homine nihil impensius est. *Cic. pro Sext.* c. 22. Hoc, meo quidem animo, summi in patriam amoris mei signum debet esse certissimum. ¶ *Animus* pro *memoria. Virg.* 9. *Ecl.* v. 51. Omnia fert ætas, animum quoque. *Terent. Andr.* I. 1. 5. 47. Etiam nunc mihi scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis. *are engraved on my mind, on the tablet of my memory*, &c. ¶ Pro voluntate propensa, *inclination, disposition, regard, esteem, affection, love. Cic. Fam.* 3. ep. 6. Qui, quo animo inter nos simus, ignorant. *Id.* 5. *Fam.* ep. 2. Pro mutuo inter nos animo. *Id. ibid.* ep. 18. *in fi.* Meus animus erit in te liberosque tuos semper, quem tu esse vis, et qui esse debet. *Id. ibid.* ep. 2. Animo non mobili, sed stabili esse in aliquem. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 6. Esse bono animo in aliquem. *to be favourably inclined or disposed.* ¶ Sæpe etiam, ut dictum est, usurpatur pro motibus, et affectibus animi, amore, odio, ira, desiderio, timore, audacia, &c. qui ratione regi debent, τὸ παθητικόν. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 62. Ira furor brevis est: animum rege, qui nisi paret, Imperat. *Liv.* l. 30. c. 14. *in fi.* Vincere animum. *Plaut. Trinum.* 2. 2. 24. Depugnare cum animo suo ab ineunte ætate. *Et mox.* Servire animo. V. integrum locum. *Terent. Andr.* 1. 2. 17. Animum suum explere. *to satisfy himself, have his heart's desire. Id. ibid.* 4. 1. 17. Animo morem gerere. *to humour or gratify one's inclination.* Et *Adelph.* 1. 1. 8. Animo obsequi. Et *Ovid. Metam.* 12. v. 566. Indulgere. *Cic. Fam.* 5. ep. 2. Virtute, atque animo resistere temeritati. *Id. Fam.* 6. ep. 14. Animo magno, fortique esse. *Id. Attic.* l. 3. ep. 2. Animo perculso, et abjecto esse. *Id. Fam.* 5. ep. 16. *ad fin.* imbecillo animo esse. *Id.* 2. *de Orat.* c. 20. Acer, et præsens animus. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 32. Tenuis, atque infirmus animus. *Id.* l. 6. *B. Gall.* c. 38. Reliquit animus Sextium. *his courage forsook him. Id. ibid.* l. 7. c. 70. Nostris animus augetur. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. et *Cic. Attic.* l. 5. ep. 18. Bono animo es. *be of good courage; take heart.* Hinc *cadere animis*, &c. V. *Cado.* Contra *Terent. Heaut.* 3. 2. 31. Addere alicui animum. *to embolden.* Et *Andr.* 2. 1. 33. Reddere alicui animum. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 147. Sumere animum. *to derive courage.* Frequentius autem hoc sensu usurpatur in plurali numero. *Cic. pro leg. Manil.* c. 22. *extr.* Quæ civitas est in Asia, qua unius tribuni militum animos ac spiritus capere possit? *Liv.* l. 1. c. 34. Lucumoni, omnium heredi bonorum, cum divitiæ jam animos facerent. *Terent. Hecyr.* 3. 5. 56. Quia paululum vobis accessit pecuniæ sublati animi sunt. *Cic. pro Dom.* c. 55. Efferre animos. *to hold one's self high, be proud.* Sic *Plaut. Trucul.* 2. 8. 10. tollere. Et *Virg.* 9. *Æn.* v. 127. Tollere alicui animos dictis. *to encourage with exhortations. Phædr.* l. 2. fab. 2. v. 5. Animos ejusdem pulcra juvenis ceperat. *the affections.* ¶ De rebus inanimis. *Virg.* 7. *Æn.* v. 382. *de turbine buxeo.* Dant animos plagæ. *Stat.* 3. *Theb.* v. 671. Ut rapidus torrens, animos cui verna ministrant Flumina. *Virgil.* 2. *Georg.* v. 51. Exuerint silvestrem animum. *h. e.* naturalem asperitatem et infecunditatem. ¶ *Ex animo* significat sponte, et sincere non de composito, ac per simulationem, *sincerely, naturally:* cui *de industria* opponitur. *Terent. Andr.* 4. 4. 55. Paulum interesse censes, ex animo omnia, ut fert natura, facias, an de industria? *Id. Eun.* 1. 2. 95. Utinam istuc verbum ex animo, ac vere diceres. ¶ *Animi causa*, aut *gratia* est animi relaxandi causa, per voluptatem, per ludum, et jocum, *in the way of diversion or amusement. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 46. Animi, et aurium causa. *to divert the mind and please the ear.* Paulo ante dixerat *animi relaxandi causa.* ex quo intelligitur, in hac phrasi ellipsim esse. *Id. Fam.* 7. ep. 2. Hic simiolus, animi causa, me, in quem inveheretur, delegerat. *Plaut. Trinum.* 2. 2. 53. Præterea aliquantum animi causa in deliciis disperdidit. *Id. Epid.* 2. 2. 51. Quasi tu cupias liberare fidicinam animi gratia. *Senec.* l. 4. *de Benef.* c. 17. Nec quisquam tantum a naturali lege descivit, et hominem exuit, ut animi causa malus sit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 77. Quid ergo Romanos in illis munitionibus, animi ne causa quotidie exerceri putatis? Adde *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 18. *ad fin.* et *Plin. in præfat. Histor. nat.* ubi *animi causa* est quod Angli dicimus *for the sake of pleasure, for humour's sake.* ¶ Sponte et libenter, *with good will, willingly. Senec. de consol. ad Helv.* c. 6. Nullum invenies exsilium, in quo non aliquis animi causa moretur. ¶ *Æquo animo*, V. *Æquus.* ¶ *Ex animi sententia*, V. *Sententia.* ¶ *Anime mi* usurpatur in blanditiis, *my life, my dear. Terent. Eun.* 1. 2. 15. Ne crucia te, obsecro, anime mi, mi Phædria. *Plaut. Rud.* 4. 8. 1. Mi anime, mi Trachalio. ¶ Raro *animus* dicitur de anima brutorum animalium. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 33. Bestiæ, quarum animi sunt rationis expertes. *Apulei. de Deo. Socrat. sub fin.* Equum ipsum nudum, et solum corpus ejus, et animum contemplamur. ¶ Item de natura, et ingenio alicujus rei. *Virg. Georg.* 2. v. 50. tamen hæc quoque si quis Inserat, et scrobibus mandet mutata subactis, Exuerint silvestrem animum. *h. e.* naturalem asperitatem, et infecunditatem. [† V. supra.] ¶ *Animos maris, h. e.* maris procellosi tumentes fluctus dixit *Stat.* 5. *Theb.* v. 468.

ANĬO, onis, V. *Anien.*

ANISOCȲCLI, orum, m. plur ἀνισόκυκλος, vox Græca, qua significantur plures circuli continuati, quorum unus alteri æqualis non est: ab *α* privativa, ἴσος, æqualis, et κύκλος, circulus. Apud *Vitruv.* l. 10. c. 1. ubi de machinis disserit, legitur *anisocyclorum versationes.* Quo loco quid sibi velint *anisocycli*, est expedire perdifficile. Alii enim cum *Turnebo* l. 9. c. 20. *Adversar.* suspicantur fuisse organa, multos orbes habentia, quosdam majores, quosdam minores, ut facili nisu, majorum impulsione reliqui orbes moverentur, et molitio alicujus rei fieret, aut expulsio. Alii putant intelligi helicam, vel cochleam, quæ inæquales habet obliquosque circulos, quos Angli vocant *a screw.* Alii esse quidem cochleas, sed ex ferreo filo in inæquales circulos flexo, quales sunt mulierum cincinni: quod filum contractum compressumque, deinde remissum, expellit magno impetu, quod impositum est, *a spring.* Figuram habes apud *Bald. in Lev. Vitruv.*

ANĪSUM, i, n. *the herb anise*, ἄνισον, aliquando et ἄννησον, item ἄνησον, herba est radice gracili, caule rotundo, concavo, et apio simili, e cujus geniculis rami enascuntur multi, coriandri modo, in quorum cacuminibus hærent umbellæ latæ minutis candidisque floribus constantes, folio simplici, aut trifido (nam multiplex est genus) profunde serrato; semen ferens parvum, colore fere cinereo, odore, ac sapore gratissimo, dulci cum quadam acrimonia, quod et ipsum *anisum* dicitur, adhibeturque passim in ciborum condimentis: et præterea aliquos etiam in medicina usus habet, quos *Plin.* l. 20. c. 17. recenset. *Id.* l. 19. c. 8. Gith pistrinis, anisum et anethum culinis et medicis nascuntur. ¶ Usurpatur et *anisus, i*, m. a *Theodor. Priscian. de diæta* c. 10.

ANITIĀNUS, V. *Anicianus.*

ANĬUS, ii, m. Apollinis filius, et sacerdos Rex Deli, pater Andri, a quo Andros insula denominata est. *Virg.* 3. *Æn.* v. 8. Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique sacerdos. *Servius ad hunc loc.* hujusmodi fabulam narrat. Habuit Annius ex Dorippe uxore tres filias, quas, ne unius tantum dei esset tutus auxilio, Libero patri dicavit, qui parem ei reddens gratiam effecit, ut quidquid una earum attigisset, verteretur in fruges, quidquid altera in oleum, quidquid tertia in vinum. Agamemnon ad Trojanum bellum proficiscens, quo facilius aleret exercitum quem ducebat, eas rapere tentavit; quæ cum vinctæ abducerentur, a Libero in totidem columbas mutatæ, effugerunt. V. etiam *Ovid. Metam.* 13. a vers. 632. ¶ Alius fuit Anius filius Æneæ ex filia Anii regis, *Serv. ibidem.*

ANNA, f. Ἄννα, Beli filia, soror Didonis, quæ postquam mortuam sororem vidit et Carthaginem ab Iarba Getulorum Rege occupatam, relicta sede patria ad Battum Regem, qui Melitæ insulæ imperabat, deinde ad Æneam in Italia regnantem accessit, ab eoque benigne excepta est. Mox ob Laviniæ odia, in somnis, ut cederet, monita, in Numicium fluvium se præcipitem dedit. Inde Anna Perenna dicta Romanis, et pro Dea culta. *Ovid. Fast.* 3. v. 546. Idibus est Annæ festum geniale Perennæ. V. ibi multa ad hanc rem. V. etiam *Silium* l. 8. v. 50. et deinceps.

ANNĀLIS, le, *of a year, of the duration of a year, yearly*, ἐνιαύσιος, annum durans. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 27. Tempora duorum generum sunt, unum annale, quod sol circuitu suo finit; alterum menstruum, quod luna circumiens comprehendit. *Et statim.* Solis cursus annalis. *Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. 2. leg. 1. Annalis actio. *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 17. leg. 6. Annalis bonorum possessio. ¶ De annali clavo V. in *Clavus.* ¶ *Annalis lex* dicebatur, quæ præscribebat annorum numerum ad magistratus capessendos. *Cic. Phil.* 5. c. 17. Legibus enim annalibus cum grandiorem ætatem ad consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem verebantur. *Liv.* l. 40. c. 43. *in fi.* narrat, cum L. Villius trib. pl. legem annalem tulisset, Q. Fulvio Flacco, et L. Manlio Acidino Coss. ejus familiæ inde cognomen inditum fuisse, ut *Annales* appellarentur. ¶ Lepidum Ciceronis jocum de quodam *Sex. Annali* refert *Quintil.* l. 6. c. 3. *ad fin.* ¶ Absolute *Annalis, lis*, subaudi *liber*, et frequentius in plur. numero *Annales, lium*, subaudi *libri*, sunt illi, in quibus singulis annis, et singulis diebus res memorabiles et bellicæ, et urbanæ breviter, atque ordine perscribuntur, *annals, chronicles, histories of things done from one year to another.* Differunt autem ab historia, quia hæc menses, et dies sæpe omittit, deinde prolixe res narrat, afferendo causas, describendo loca, interponendo conciones, &c. V. *Gell.* l. 5. c. 18. et *Cic. in Orat.* c. 20. annales chartas *Prudent.* vocat lib. 1. *advers. Symmach.* v.

. . . ¶ Ab Actis quomodo differant, V. in Acta, orum. ¶ Apud Romanos Annales a Pontifice Maximo scribebantur, et domi proponebantur, potestas ut esset populo cognoscendi. Hinc Annales Maximi dicebantur, non a magnitudine, inquit Festus, sed quod eos Pontifex Max. confecisset. Atque hæc fuit Historia ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium Scævolam; post quem uberiore stylo scribi cœpta est, a M. Catone, Fabio Pictore, Antistio Pisone, Cœlio Antipatro, et aliis, ut *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 12. narrat. ¶ Alia ratione distinguit *Servius* ad illud *Æn.* 1. v. 377. Et vacet annales nostrorum audire laborum. Historia, *inquit*, est eorum temporum, quæ vel vidimus, vel videre potuimus, dicta ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, idest videre. Annales vero sunt eorum temporum, quæ ætas nostra non novit: unde Sallustius ex Historia, Livius ex Annalibus, et Historia constat. Hæc *Servius*. Verius tamen prius discrimen videtur. Quamquam hæc duo confunduntur interdum. *Liv.* l. 43. c. 13. Ea pro dignis habere, quæ in meos annales referam. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 3. Honore, et dignitate, et ætate præstat Tubero, quem ego arbitror, præsertim cum scribat historiam, multos ex suis annalibus posse deligere, quos velit, et possit imitari. *Id. pro Dom.* c. 32. Ut annales populi R. et monumenta vetustatis loquuntur. *Id. Attic.* l. 12. ep. 23. Quibus Coss. ea legatio Romam venerit, scriptum est in tuo annali. *Id. de clar. Orat.* c. 15. Est sic apud illum in nono annali. *Nepos in Attic. c. ult.* Atticus in annali suo scriptum reliquit. *Plin.* l. 7. c. 28. Q. Ennius T. Cæcilium, fratremque ejus præcipue miratus, propter eos sextumdecimum adjecit annalem. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 7. Sacra recognosces annalibus eruta priscis. ¶ *Annalia, ium*, absolute, in quadam *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 116. n. 2. sunt sacrificia solemnia ex voto quotannis fieri solita.

ANNARIUS, a, um, idem quod Annalis. *Festus:* Annaria lex dicebatur ab antiquis, qua finiuntur anni Magistratus capiendi. *Lamprid. in Commod.* c. 2. Venia legis Annariæ impetrata, consul factus est. *Arnob.* l. 2. pag. 91. In potestatibus obeundis leges conservatis annarias.

ANNASCOR. V. *Adnascor.*

ANNAVIGO. V. *Adnavigo.*

ANNE. V. in *An.*

ANNECTO, et Adnecto, is, exui, exum, a, 3. *to knit, join or tie to; to connect, fasten, annex, append, attach, unite, adjoin, affix*, ἐπιπλέκω, προσείρω, ad aliquid necto, conjungo. *Sallust. in fragment.* apud *Serv.* ad 11. *Æn.* v. 770. Lintea operimenta ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant. *Petron. in Satyr.* c. 97. Annectere pedes, et manus institis. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 54. Ad linguam stomachus annectitur. *Plin.* l. 3. c. 5. Nona regio annectitur septimæ. *Id.* l. 5. c. 29. Cum insulæ essent, Alexander annexuit continenti. *Valer. Max.* l. 2. c. 5. *sub. fin.* Adnectere remedia corporibus ægrorum. *to apply. Id.* l. 2. c. 6. *extern.* n. 14. Adjice Celtibericam fidem, junge Thraciæ sapientiam, annecte Lyciorum callide quæsitam rationem, &c.

ANNELLUS. V. *Anellus.*

ANNEXĬO, et Adnexio, onis, f. *a connecting, appending, uniting*, connexio, ἐπιπλοκή. *Pallad. in Mart.* tit. 10. *sub fin.* Germinantes oculos aliqua inter se annexione conglutina.

ANNEXUS, et Adnexus, us, m. *a tying or joining to*, ἐπιπλοκή, annexio. *Tacit.* l. 3. *Histor.* c. 34. Cremona annexu, connubiisque gentium adolevit, floruitque.

ANNEXUS, et Adnexus, a, um, *connected, tied, fastened, joined, united*, junctus, connexus, προσαρτούμενος. *Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 51. Funiculus a puppi religatus scapham annexam trahebat. *Id. ibid.* l. 1. c. 18. Exordium annexum orationi. *Plin.* l. 10. c. 27. Epistolæ annexæ pedibus columbarum. *Senec.* ep. 95. *a med.* Virtutes separatæ sint, an annexæ.

ANNIA Via, de qua mentio est in vet. Lapid. apud *Gruter.* pag. 446. n. 4. videtur fuisse ramus Flaminiæ prope Urbem. A quonam dicta sit, non constat. Alius Lapis *ibid.* pag. 149. n. 5. . . . . viam Augustam ab via Annia extra portam ad Cereris silice sternendam curarunt pecunia sua pro Ludis.

ANNIĂDÆ, arum, qui sunt ex Annia familia Romana illustri. *Claudian. in Consul. Prob. et Olybr.* v. 8. nec te latuere potentes Anniadæ. Adde *Prudent.* l. 1. *contra Symmach.* v. 553.

ANNIBAL, et Hannibal, ălis, m. Ἀννίβας, nomen viri Carthaginiensis. Quamvis autem plures fuerint sic appellati, super omnes tamen celebratur Amilcaris filius, qui secundo bello Punico in Hispaniam trajecit, Saguntum, aliasque urbes expugnavit: inde superatis Alpibus in Italiam venit, multisque cladibus et præcipue Cannensi rem Romanam pæne evertit. Post varios denique casus, cum Italiam sexdecim annos acerrimo bello vexasset, in Africam revocatus, a Scipione Africano majore devictus est. Postea metu Romanorum qui eum sibi tradi petebant, primo Ephesum ad Antiochum Regem, deinde in Bithyniam ad Prusiam profugit. Sed cum ne apud eum quidem tutus esset, veneno absumpto, quod in anulo servabat, mortem sibi conscivit. V. *Liv. tota Dec.* 3. et *Nepotem*, qui ejus vitam conscripsit. ¶ Ad scriptionem quod attinet, *Dausq. in Orthogr.* mavult scribi *Annibal* sine aspiratione, neque caret validis argumentis. Contra *Manut.* præfert *Hannibal* ex antiquissimis quibusdam Codicib. et aliquot etiam lapidibus. ¶ Penultima in obliquis casibus fere a Poetis corripitur, *Martial.* l. 4. epigr. 14. *Horat.* l. 4. od. 8. v. 16. *Sil. Ital.* passim, &c. Sed tamen *Valer. Prob.* apud *Gell.* l. 4. c. 7. produci eam posse aiebat, auctoritate *Plauti*, et *Ennii*: quibus adde versum *Varronis* ex ejus fragment. apud *Non.* c. 1. n. 242. *Noctu Annibalis cum fugavi exercitum.* Idem dicendum de aliis similibus nominibus Pœnorum, *Asdrubal*, *Hamilcar*, *Hiempsal*, &c.

ANNICERII, orum, dicti sunt Philosophi sectæ Aristippi Cyrenaici, in qua celebris fuit inter alios Anniceris, Ἀννίκερις, quidam Cyrenæus, qui Platonem quondam captivum, cum Æginæ venderetur, proprio ære redemisse dicitur. Fuit autem auctor, et princeps unius ex multis sectis, quæ ex Cyrenaica repullularunt. *Cic.* 3. *Offic. cap. ult.*

ANNICULUS, a, um, *of a year; a year old*, ἐνιαύσιος, qui est unius anni. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Tauros, unum anniculum, alterum bimum. *Nepos in Attic.* c. 19. Virginem vix anniculam privigno suo despondit. *Plin.* l. 9. c. 41. Anniculo grano languidus succus: idem a quadrimo evanidus. *Columell.* l. 7. c. 9. Annicula ætas. *Ulpian. Dig.* l. 1. tit. 6. leg. 6. Anniculus filius.

ANNIFER, a, um, *bearing all the year round*, adject. per totum annum ferens. *Plin.* l. 16. c. 26. Citreæ, et juniperus, et ilex anniferæ habentur, novusque fructus in his cum annotino pendet. ¶ Apud eund. *Plin.* l. 19. c. 7. dicuntur *anniferæ* eæ plantæ, quæ caulem ferunt unum tantum annum durantem, remanente radice: quæ ἐπετειόκαυλοι appellantur a *Theophrasto.*

ANNIHILARE, *to reduce to a state of nothingness; to annihilate*, ἐξουδενόω. Legitur quidem apud *Hieronym.* ep. 135. *ad Sun. et Fretel. ad fin.* sed refertur, una cum *annullare, nullificare*, et *vilificare*, inter portenta verborum, quæ apud imperitos inveniri solent. *Tertullian.* tamen *advers. Psych.* c. 15. ex *Apost. ad Rom.* c. 14. v. 3. Qui manducat, ne nullificet non manducantem. *h. e.* ne contemnat, nihili faciat. Al. leg. *vilificet.* Vulgata habet *spernat.*

ANNĪSUS, et Adnisus, us, m. *exertion; support, help, aid*, actus annitendi. *Symmach.* l. 5. ep. 74. Ut probabiles voluntates alieno etiam adjuventur annisu.

ANNĪSUS, et Adnixus, a, um, *leaning or resting upon any thing*, particip. verbi *Annitor*, incumbens, innixus. *Virg. Æn.* 12. v. 92. hasta ingenti annixa columnæ. *Tacit. Ann.* 3. c. 61. Latona oleæ annisa. *Valer. Max.* l. 5. c. 3. n. 3. Annixus genibus. *kneeling.* ¶ Item conatus, hoc est qui nixus est aliquid facere, et conatum adhibuit. *striving, aiming at. Virg.* 1. *Æn.* v. 148. Cymothoe, simul et Triton annixus, acuto Detrudunt naves scopulo: *Serv.* notat, *annixus* antiquum esse, recentius vero *annisus*, aut *adnisus. Id.* 5. *Æn.* v. 226. Quem petit, et summis adnixus viribus urget. *Liv.* l. 5. c. 25. *ad fin.* Et patres hoc idem de intercessoribus legis annisi. *Tacit.* 5. *Histor.* c. 8. Temere superstitionem, et mores Græcorum dare annixus. *Apulei. in Apolog.* Hæc omnia, annixus impenso studio, persuadet.

ANNĪTOR, et Adnitor, ĕris, isus, et ixus sum, dep. 3. *to rest or lean upon any thing*, ἐνσκήπτω, ad aliquam rem niti, hoc est incumbere, inniti. *Cic. de Amic.* c. 23. *in fi.* Natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquod tanquam adminiculum annititur. V. alia in voce præced. ¶ Est etiam conari, laborare, ut aliquid fiat, *to strive, aim at, labour upon, exert one's self to reach or obtain*, κατασπουδάζειν. *Liv.* l. 21. c. 8. Pœno, cepisse jam se urbem, si paululum adnitatur, credente. *Plin.* l. 7. c. 53. Omni ope, ut viveret, annisus est. *strove all he could to*, &c. *Sallust. in Jug.* c. 87. Mihi acrius adnitendum est, uti neque vos capiamini, &c. *Liv.* l. 8. c. 16. Omni ope annisi sunt; ut, &c. *Plin. in Paneg.* c. 25. Omni ope adniti, ne quis e plebe, &c. *Sallust. in Jug.* c. 47. Adniti summo studio ad aliquid patrandum. *Flor.* l. 1. c. 9. Ex summo studio anniti ad augendam majestatem. *Liv.* l. 27. c. 14. Pœnis ad obtinendum hesternum decus adnitentibus. *Sallust. in Catil.* c. 19. Piso in Hispaniam pro prætore missus est, adnitente Crasso. ¶ Cum infinito *Tacit.* 4. *Hist.* c. 8. Etiam mediis patrum annitentibus retinere morem. V. aliud ejusdem exemplum in *Annisus.* ¶ Cum accusativo communi. *Plin.* l. 6. ep. 18. Rogas, ut agam Firmanorum causam: quod ego quamquam plurimis occupationibus distentus, adnitar. *will strive to do.* ¶ *Adniti de re aliqua* est conari rem aliquam obtinere. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 8. Ego nisi Bibulus adniteretur de triumpho, æquo animo essem. ¶ Particip. *annitendus* more activorum interdum effertur. *Gell.* l. 2. c. 12. *ad fin.* Si in concordia annitenda parum auctoritatis habuerint. *h. e.* procuranda. ¶ Participium *Annisurus, a, um*: *Liv.* l. 2. c. 39. *ad fin.* Annisurum, ut appareat exsilio sibi irritatos, non fractos animos esse.

ANNIVĂGUS, V. *Omnivagus.*

ANNIVERSARIE, adverb. *yearly, every year*, quovis anno vertente. *Augustin.* epist. 118. *in fi.* et l. 2. *de Doctr. Christ.* c. 29.

ANNIVERSARIUS, a, um, *anniversary, returning with the revolution of the year, yearly, annual*, ἐτήσιος, qui singulis annis vertentibus fit, hoc est quotannis. *Cic. Verr.* 6. c. 39. Mercurium sacris anniversariis colere. *Id. ibid.* c. 48. *in fi.* Festos dies anniversarios agere. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 38. Cælum constantissime conficiens vicissitudines anniversarias. *Liv.* l. 4. c. 45. Æquorum velut anniversariis armis adsuerat civitas. Et *Flor.* l. 1. c 12. Anniversarii hostes. *h. e.* qui quotannis lacessunt. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 16. Habere anniversarios vicinos, quibus imperes, medicos, fullones, &c. *h. e.* quorum opera quotannis utaris. *Sueton. in Aug.* c. 81. Anniversariæ valetudines. ac tempore certo recurrentes.

ANNIXUS, V. *Annisus.*

ANNO, et Hanno, ōnis, m. Ἄννων, nomen nonnullorum virorum Carthaginiensium: quorum unus, temporibus Philippi Macedonis, privatis opibus potens, in libera republica regnum affectavit, sed post varios conatus, insidiasque civibus paratas, ab iisdem captus, virgis cæsus, deinde effossis oculis, manibus, cruribusque fractis, cruci affixus est. V. *Justin.* l. 21. c. 4. Alter Anno a Carthaginiensibus cum exercitu missus contra Agathoclem Siciliæ tyrannum, in pugna interfectus est. V. *Eund.* l. 22. c. 6. Alius denique tempore belli secundi Punici, factionis Barchinæ princeps fuit, cumque auctor pacis semper esset, nequaquam exauditus est. *Liv.* l. 21. c. 3. et 9. et l. 22. c. 12. ¶ De scriptione idem esto judicium, ac de *Annibal.* V.

ANNO, as, n. 1. *Annare* est annum transigere, annum agere, *to spend or pass the year.* Habet locum in quadam precandi formula, qua utebantur, cum sacra faciebant Annæ Perennæ, *ut annare, perennareque commode liceret*, ut legitur apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. ¶ *Anno, as* compositum a *no, as*, V. in *Adno.*

ANNOMINATĬO. V. *Agnominatio.*

ANNON. V. in *An.*

ANNŌNA, æ, f. *the year's increase, produce of the year; provisions, as flesh, fruit, wine*, &c. βίος, σιτηρέσιον, res frumentaria, et quidquid ad annuum victum necessarium est: ab *annus. Tacit.* 3. *Histor.* c. 48. Clausis annonæ subsidiis, inopiam, ac discordiam hosti facere. *Id.* 4. *Histor.* c. 68. Præficere aliquem annonæ. *Id.* l. 1. *Histor.* c. 11. Provincia annonæ fecunda. *containing all manner of necessaries. Cic. Verr.* 5. *c. ult.* Annona pretium, nisi in calamitate fructuum, non habet. *Id. pro Dom.* c. 5. Difficultas annonæ. *Liv.* l. 38. c. 35. Annona compressa. *kept in and monopolized, in order to keep up the price. Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 7. Præfectus annonæ. *person appointed to regulate the markets.* ¶ Speciatim *annona musti* dicitur a *Colum.* l. 3. c. 21. ea vini copia, quæ per annum familiæ est necessaria. Sic *annona lactis*, &c. ¶ Sæpe ponitur pro ipso pretio rerum, quæ ad victum necessariæ sunt, *the price of provisions. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 52. Jam ad denarios quinquaginta in singulos modios annona pervenerat. *Martian. Dig.* lib. 50. tit. 1. leg. 8. Cogere aliquem vilius præstare frumentum, quam annona exigat. *Senec.* l. 4. *Quæst. nat.* c. 15. Habent institores aqua, et annonam variam. *Cic.* 2. *Divin.* c. 27. Annona carior. *Liv.* l. 26. c. 20. arctior. et l. 2. c. 52. laxior. *Sueton. in Aug.* c. 25. gravior. *Plin.* l. 18. c. 10. media. *at an ordinary price. Tacit.* l. 4. *Ann.* c. 6. acris plebem fatigat. *Id.* 6. *Ann.* c. 13. Gravitas annonæ. *Id.* 2. *Annal.* c. *pœnult.* sævitia. *Quintil. Declam.* 12. c. 4. incendium. *Cic. pro Dom.* c. 5. caritas. et *pro leg. Manil.* c. 15. vilitas. *Id. pro Dom.* c. 5. Annona ingravescit. *Plin.* l. 6. c. 22. augetur. *the price of provisions encreases.* Sic *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 52. crescit. *Sueton. in Tiber.* c. 34. Temperare annonam macelli. *to regulate the price of meat.* Sic *Cic. pro Mil.* c. 27. levare. *to lower the price.* Sic *Liv.* l. 2. c. 34. laxare. *Id.* l. 26. c. 20. *in fi.* Annona laxat. *grows cheaper.* Contra, *Pacat. in paneg. Theodos.* c. 32. *sub fin.* arctare annonam. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. excandefacere. *et mox.* incendere. *to raise the price.* Sic *Ulpian. Digest.* lib. 47. tit. 11. leg. 6. onerare. *Plin. in fi.* l. 33. flagellare. *Vellei.* l. 2. c. 77. Annona gravis urit plebem. [*Inscript.* apud *Marinium Fratr. Arval.* pag. 402. Annonam sufficientem civitati pecunia sua præstare.] ¶ Translate *Horat.* l. 1. ep. 12. v. 24. Villis amicorum est annona, bonis ubi quid deest. *h. e.* res amicorum redundant, et vili pretio dantur bonis viris indigentibus. nam vir bonus *nil nisi verum orabit, et æquum.* ¶ Satyrice *Juvenal.* sat. 9. v. 100. His opibus nunquam cara est annona veneni. ¶ Interdum absolute ponitur pro annonæ abundantia. Est enim vocabulum mediæ significationis, ut *valetudo, venenum*, &c. *Cic. pro Dom.* c. 6. *in fi.* Commutatam annonam dicebant: quæ quia rursus in meo reditu facta erat durior, a me, cujus adventu fore vilitatem boni viri dictitabant annona flagitabat. *Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 2. Pellicere populum annona. ¶ Sic contra pro annonæ caritate, *scarcity of provisions, dearth. Plaut. Trinum.* 2. 4. 83. Cœna hac annona est sine sacris hereditas. *h. e.* ad cœnam invitari in tanta caritate annonæ, est veluti hereditas sine oneribus. Alii ita leg. *Cœna hac annona*, &c. hoc est cœna hæc annua, ut *annona* sit adjective positum ab *annonus, a, um.* quod tamen non est temere probandum. ¶ Nonnunquam sumitur pro cibariis militum, *a soldier's allowance of provisions. Veget.* l. 1. c. 19. In arduis expeditionibus necessitas imminet annonam pariter, et arma portandi. *Ammian.* l. 17. c. 9. (*al.* 18.) Annona decem et septem dierum, quam in

expeditionem pergens vehebat cervicibus miles. ¶ In plur. numero *annonæ, arum*, usurpantur in *Cod. Justin.* lib. 1. tit. 48. lib. 10. tit. 16. et lib. 11. tit. 24. et significant pensiones annuas, vel menstruas frumenti, et aliarum specierum annonariarum, quæ distribuuntur pro alimentis, aut stipendio, *yearly or monthly payments made in corn, fruit*, &c. ¶ Speciatim etiam significant panes, qui cibarii loco alicui pro operæ mercede dari solent, ut docet *Salmas.* ad illud *Lamprid. in Alex. Severo* c. 41. Ut annonas acciperent fullones, et vestitores, &c. *et mox.* Annonas singulas vix binas. Et *cap. seq.* Ceteri annonas binas, aut ternas accipiebant, ita ut mundas singulas consequerentur. *annonæ mundæ* sunt panes mundi, teneri, nivei, mollique siligine facti: quibus opponuntur sordidi, cibarii, castrenses, et furfuracei, ut hoc loco *Casaubonus* notat. Adde *Cod. Theodos.* lib. 7. tit. 5. qui est *de excoctione, et translatione annonarum*, ubi de pane castrensi, et buccellato sermo est. ¶ De annonis ærariis, V. *Ærarius.* ¶ Olim *Annona* pro Dea culta est, quæ anni proventus fortunaret. Ejus habitus erat mulieris dextrum humerum brachiumque nudum habentis, reliquo corpore vestito, dextra spicas, et sinistra cornu copiæ tenentis. Ita enim ejus effigies visa est in quadam ara in Capitolio, cui Inscriptio erat apposita apud *Gruter.* pag. 81. n. 10. Annonæ Sanctæ Ælius Vitalio, &c.

ANNONARĬUS, a, um *relating to victuals or provisions*, ad annonam pertinens. *Veget.* l. 3. c. 3. Ut pabula, frumentum, ceteræque annonariæ species maturius exigantur. *Trebell. Poll.* in XXX. *Tyrann.* c. 18. Annonaria provisio. et cap. 24. Annonariæ regiones. *h. e.* provinciæ, quæ annonam præstabant pro tributo, ut ibidem *Salmasius* multis docet. *Impp. Arcad.* et *Honor.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 28. leg. 4. Annonaria functio *h. e.* munus conferendi res ad annonam necessarias. *Hermogenian. Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 46. Debere aliquid ex causa annonaria: ¶ *Annonaria lex.* V. vocem sequent.

ANNONIĀNUS, a, um, idem quod Annonarius. *Annoniana lex* lata est a P. Clodio teste *Ascon. in Pison.* c. 4. qua sanciebatur, ut frumentum populo, quod antea semis æris, ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur. Al. apud *Ascon.* leg. *Annonaria lex.*

ANNŌNOR, aris, *to forage*, annonam conquirere: et est militare verbum, ut *frumentor, lignor*, et alia hujusmodi. *Capitolin. in Gordian.* c. 29. In ea loca deducti sunt milites, in quibus annonari non possent. *Alii leg.* annona haberi non posset. *Salmas.* et *Gruter.* priorem lectionem amplectuntur.

ANNOSĬTAS, atis. f. *old age, decrepitness, decrepitude*, multorum annorum ætas. *August.* epist. 251. (*al.* 269.) Hyeme iter tam prolixum non suffero cum annositate algida, quam mecum fero.

ANNŌSUS, a, um, *many years old, aged, decrepit*, πολυετὴς, qui est multorum annorum, antiquus, vetustus. *Plin.* l. 4. c. 12. *ad fin.* Gens, quos Hyperboreos appellavere, annoso degit ævo. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 571. Annosa anus. *Horat.* l. 3. od. 17. v. 13. cornix. *Plin.* l. 24. c. 1. Annosæ arbores. *Id.* l. 23. c. 1. *Tibull.* l. 3. *eleg. ult.* v. 58. et *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 418. Annosum vinum. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 274. balba feris annoso verba palato. *h. e.* tu senex loquendo balbutis. *Id.* l. 2. ep. 1. v. 26. Annosa volumina vatum. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 237. senecta. *Id. Trist.* l. 5. eleg. 2. v. 11. vetustas. *Augustin.* l. 1. *Confess.* c. 7. Annosior aliquis. *Id.* ep. 3. c. 1. *extr.* Annosissimus homo.

ANNOTAMENTUM, et Adnotamentum, i, n, *annotation, remark*, idem quod annotatio. *Gell.* l. 1. c. 7. Veterum allocutionum copiam his annotamentis inspersimus. Adde l. 17. c. 2.

ANNOTATĬO, et Adnotatio, onis, f. *a noting down, observing, remarking; annotation. Gell. in præfat.* Facta in commentariis eadem disparilitas, quæ fuit in annotationibus pristinis. *Plin.* l. 7. ep. 20. A te librum meum cum annotationibus tuis exspecto. ¶ Pro simplici adscriptione, *Imp. Philipp. Cod.* lib. 4. tit. 19. leg. 5. Privata testatio, seu annotatio. ¶ Apud JCtos annotatio accipitur interdum pro perscriptione nominis alicujus, et ejus absentis in reos relatione, ut requirendus, ac judicandus advocetur. *Macer Dig.* lib. 48. tit. 17. leg. 4. ¶ Interdum pro rescripto Principis propria ejus manu subscripto. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 5. *Cod.* tit. 8. leg. 1. et *Impp. Dioclet.* et *Maximian.* ibid. l. 9. tit. 16. leg. 5.

ANNOTATIUNCŬLA, et Adnotatiuncula, æ, f. *a short annotation or observation*, brevis annotatio. *Gell.* l. 19. c. 7. His nos inter viam verborum Lævianorum annotatiunculis oblectabamus. Adde *in fin.* l. 17.

ANNOTĀTOR, et Adnotator, oris, m. *an observer, remarker, annotator*, qui annotat. Pro observatore maligno, et insidioso, *Plin. Paneg.* c. 49. Non ante medium diem distentus solitaria cœna spectator, annotatorque convivis tuis immines. ¶ De eo, qui refert in codicem tributa, et annonas. *Impp. Constantius* et *Constans* lib. 12. *Cod. Theodos.* tit. 6. leg. 3.

ANNOTĀTUS, et Adnotatus, us, m. *a remarking, annotating*, idem quod annotatio. *Valer. Maxim.* l. 9. 12. *extern.* n. 1. Mortes dignæ annotatu. ¶ Extra ablativum casum exempla nondum vidimus.

ANNOTĀTUS, et Adnotatus, a, um, *remarked, observed, noted down*, animadversus, observatus. *Plin.* l. 9. c. 7. Sæpe annotata piscium æstivo calore quædam anhelatio. ¶ *Annotatus* apud JCtos dicitur, qui absens reus factus, et in reorum albo adscriptus est, requirendus, et judicandus. *Martian. Digest.* lib. 48. tit. 17. leg. 1. Requirere adnotatos.

ANNOTĪNUS, a, um, *of a year, every year, yearly*, ἐπέτειος, unius anni: ab *annus. Plin.* l. 16. c. 26. Novus fructus in his cum annotino pendet. *Columell.* l. 4. c. 24. Ungues custodum annotinos resecato. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 8. *ad fin.* Multitudine navium perterritæ, quæ cum annotinis, privatisque, quas sui quisque commodi causa fecerat, amplius DCCC una erant visæ. *Dionys. Voss.* merito eos ridet, qui putarunt *annotinas naves* esse, quibus annona vehitur. Nam et Græcus Cæsaris interpres vertit, τὰς τοῦ περύσιν ἔτους.

ANNŎTO, et Adnoto, as, avi, atum, a. 1. *to remark, observe, note down, write notes on*, ἐπισημαίνω, notam apponere, et memoriæ causa adscribere aliquid, aut addiscendi causa observare, et scribendo adjicere. *Columell.* l. 12. c. 3. Ut quodcumque opus esset, sciret, unde daret, et meminisset, atque adnotaret, quid, et quando, et cui dedisset. *Quintil.* l. 1. c. 4. (al. 6.) De quibus in Orthographia pauca annotabo. *Plin.* l. 3. ep. 5. Librum legere, annotare, et excerpere. *Et mox.* Annotare cursim. Et epist. 13. Annota quæ putaveris corrigenda. *Sueton. de illustr. Grammat. c. ult.* Exemplaria emendare, distinguere, et annotare. *Plin. alter* l. 7. c. 48. Qua in re et illud annotare succurrit, unum omnino quinquennium fuisse, quo Senator nullus moreretur. Et cap. 53. Et quos nostra annotavit ætas. *Id.* l. 34. c. 6. Non omittendum quod Annales adnotavere, tripedaneas, &c. *Sueton. in Neron.* c. 41. Cum annotasset insculptum monumento militem Gallum, ab equite Romano oppressum. *having observed.* Et *Lactant.* l. 5. c. 3. *ad fin.* Ausus est libros suos nefarios, ac Dei hostes φιλαληθεῖς annotare. *h. e.* inscribere, *to entitle, denominate. Plin.* l. 3. c. 5. Hæc litora fontibus calidis rigantur, præterque cetera in toto mari conchylio, et pisce nobili annotantur. *h. e.* celebrantur, nobilitantur. *Harduin.* ¶ *Annotare* dicitur Præses, Prætor, aut Judex, qui aliquem absentem delatum alicujus criminis, inter reos scribit: quo facto edicit, ut requiratur, judicioque sistatur, ne absens, et indicta causa damnetur: qua de re plura JCti. *Arrius Menand. Dig.* lib. 49. tit. 16. leg. 4. Annotare aliquem requirendum. *Martian.* lib. 48. tit. 17. leg. 1. Non est irroganda in absentem pœna, sed absens requirendus annotandus est, ut copiam sui præstet, &c. Similiter *annotare* dicitur Præses, cum aliquem jam peractum reum refert inter eos, qui puniendi sunt. *Plin.* l. 10. ep. 97. Fuere alii similis amentiæ, quos, quia cives Romani erant, adnotavi in Urbem remittendos. *Sueton. in Calig.* c. 27. Cum ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos adnotavit. *Ulpian.* lib. 32. leg. 1. Deportatos autem eos accipere debemus, quibus princeps insulas adnotavit.

ANNUĀLIS, le, *annual, occurring yearly*, ad annum pertinens. *Arnob.* l. 1. pag. 22. Luna semper in mutuis damnis ac crementis, annualibus causis lucem semper, atque obscuritatem resumens. *h. e.* causis quotannis recurrentibus. Alii leg. *animalibus.* ¶ Item anniculus, *of a year, a year old. Jul. Paul.* lib. 3. *sentent.* tit. 7. *post med.* Ovibus legatis agni non continentur, nisi annuales sint. ¶ Item annum durans. *Vet. lap.* apud *Murator.* pag. 4. n. 8. C. Jul. Valentinus IIII. Vir Primus annualis, &c.

ANNŬLUS. V. *Anulus.*

ANNULLO, et Adnullo, as, a. 1. *to annul, annihilate, reduce to a state of nihility.* V. *Annihilare.*

ANNUMERATĬO, et Adnumeratio, onis, f. *a numbering, calculating; annumeration*, actus annumerandi, ἐπαρίθμησις. *Modestin. Digest.* lib. 27. tit. 1. leg. 13. Annumeratio dierum, qui in viam computantur, excedit quinquaginta dies.

ANNUMERĀTUS, et Adnumeratus, a, um, *numbered, counted out*, numeratus, recensitus. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 15. Si dicemus, infirmum aliquid annumeratum. *Columell.* l. 12. c. 3. Cuique sua annumeravimus, atque annumerata ipsi exscripsimus.

ANNUMĔRO, et Adnumero, as, avi. atum, *to number, count, enumerate*, ἐπαριθμέω, numero. *Cic. Divinat. in Verr.* c. 17. Pecuniam annumerare, et reddere alicui. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 5. Non annumerare verba lectori, sed appendere. *Sil.* l. 6. v. 620. Fabius mirabile quantum Gaudebat reducem patriæ annumerare reversus, Duxerat egrediens quam secum in prœlia, pubem. *h. e.* servare, et eod. numero restituere. ¶ Est etiam in aliquorum numero ponere, in eundem numerum referre, *to add to a former number, annumerate. Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 1. His libris annumerandi sunt sex de Republica. *Id. de clar. Orat.* c. 57. His duobus annumerabatur nemo tertius. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 32. Verum ego forsitan, propter multitudinem patronorum in grege annumerer. *Quidam* MSS. *habent* in gregem. *Ovid.* 4. *ex Pont. epist. ult.* v. 4. et mihi nomen Tunc quoque cum vivis annumerarer, erat. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 5. Qui sola bona, quæ honesta; mala tantum quæ turpia: potentiam, nobilitatem, ceteraque extra animum, neque bonis, neque malis annumerant. *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 4. v. 20. Se quoque in exemplis annumerare solet. *Paul. Dig.* lib. 32. leg. 97. Servi, quos paterfamilias inter urbanos annumerare solitus sit. *Pompon.* lib. 33. tit. 10. leg. 1. Instrumentum domesticum, quod neque argento, aurove facto, vel vesti annumeratur. *Ulpian.* lib. 19. tit. 2. leg. 9. Imperitiâ culpæ est annumeranda.

ANNUNTIATĬO, et Adnuntiatio, onis, f. *an announcing*, actus annuntiandi, προσαγγελία. Quidam afferunt *Cicer. de Fato*, c. 12. sed ibi legendum est *enuntiatio.* Habent tamen *Augustin. Serm.* 18. *de Sanctis, et Lactant.* l. 4. c. 21. et *Arnob.* l. 7. pag. 248.

ANNUNTIĀTOR, et Adnuntiator, oris, m. *one who announces*, qui annuntiat. *Tertullian.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 7. Romulus ascensus sui in Cælum habuit Proculum affirmatorem; Christus vero descensus de Cælo sui non invenit annuntiatorem. *Augustin. Serm.* 14. *de Sanct. init.* Paulus ex persecutore Christianorum annuntiator factus est Christi.

ANNUNTĬO, et Adnuntio, as, avi, atum, a. 1. *to announce, proclaim, publish*, προαγγέλλω, idem fere quod nuntio: et fere dici de eo, qui bonam rem nuntiat, notat *Donat. ad Terent. Adelph.* 4. 2. 8. tametsi id non est usquequaque verum. *Plin.* l. 7. c. 52. Annuntiare multa e longinquo. *Et post.* Annuntiavere propere, exanimatum illum. ¶ *Annuntiare salutem alicui* est salutem mittere, jubere aliquem salvere, *to salute. Cic. Attic.* l. 12. ep. 1. ubi tamen plerique alii aliter legunt. ¶ Pro narrare usurpavit non semel *Apulei.* l. 8. *Metam. init.* Ignem propter assidens inter servorum frequentiam sic annuntiabat. Adde *ibid. circa med.* et l. 1. *ad fin.* ¶ Scribitur et *Annuncio.*

ANNUNTĬUS, et Adnuntius, ii, m, *a messenger, reporter*, qui annuntiat, ἄγγελος. *Apulei. de Deo Socrat.* Sub quodam arboris opacæ umbraculo signum illud annuntium sensit, ne prius transcenderet, &c.

ANNŬO, et Adnuo, is, ui, utum, a. 3. *to give consent by a nod, assent by a nod; approve, agree to, allow, permit, grant, acquiesce in*, προσνεύω, capitis nutu assentio, approbo, affirmo: cui contrarium est *Abnuo. Cic.* 2. *de Orat.* c. 70. Potest fieri, inquit, ut is iratus dixerit. Annuit Silus. Potest etiam, ut tu non recte intellexeris. Id quoque toto capite annuit. *Id. Phil.* 13. c. 3. Quæram ex ea, etiam ne fuerit serviendum: si annuerit, næ ego istam sapientiam non audiam. *Plaut. Trucul. prol.* v. 4. Quid nunc? daturi ne estis, an non? annuunt. *Virg.* 4. *Æn.* v. 128. non adversata petenti Annuit. *Id.* 11. *Æn.* v. 797. Sterneret ut subita turbatam morte Camillam, Annuit oranti: reducem ut patria alta videret, Non dedit. *Id. Georg.* 1. v. 40. Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis. *h. e.* nutu propitio approba, secunda, confirma. Adde 9. *Æn.* v. 625. Sic *Plin.* l. 1. ep. 22. *ad fin.* Superest, ut promissis Deus annuat. *h. e.* ut quæ alii promittunt, Deus approbet, et firmet. *Tacit. Ann.* 12. c. 48. *in fin.* Annuere crimini. *Id. Ann.* 15. c. 16. Annuere paci. ¶ Cum infinito *Liv.* l. 28. c. 17. Amicitiam se Romanorum accipere annuit. *he said that he consented*, vel *agreed to accept*, &c. *Id.* l. 32. c. 39. Cum annuisset se venturum. *Virg.* 11. *Æn.* v. 19. ubi primum vellere signa Annuerint Superi. ¶ Est etiam simpliciter nutum, aut signum capite dare, *to nod, beckon. Tacit. Ann.* 5. c. 58. Flavio assistenti, annuentique, an distringeret gladium, cædemque patraret, renuit. Adde locum *Plauti* in fine hujus vocis. ¶ Nonnunquam regit accusativum rei, et dativum personæ, et significat nutu indicare vel promittere se daturum, vel facturum aliquid. *Virg. Æn.* 1. v. 254. Nos tua progenies, cæli quibus annuis arcem. *Id.* 12. *Æn.* v. 187. Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem. *Serv.* hic ait, hypallagen esse, pro *Sin mars noster annuerit nobis victoriam. Valer. Flacc.* l. 1. v. 40. Hanc mihi militiam annue. Adde *Horat.* l. 4. od. 6. v. 22. ¶ *Annuere aliquem* est nutu indicare, designare. *Cic. Verr.* 3. *in fi.* Erepta esset facultas eorum, quos iste annuerat. *Ascon.* cum aliis multis ita legit: at aliter *Manut.* aliter *Lambinus*, aliter etiam alii, quibus tum *Cicer.* tum *Asconii* verba corrupta esse videntur. ¶ *Annuere nutum* eodem modo, quo *currere cursum, servitutem servire*, et hujusmodi. *Liv.* l. 7. c. 3. *ad fin.* Annuite, Patres Conscripti, nutum numenque vestrum invictum Campanis. *h. e.* præbete assensum vestrum, &c. ¶ *Annuere aliquid per Stygem* est affirmare jurando per Stygem, id ita futurum. *Virg. Æn.* 9. v. 105. Dixerat, idque ratum Stygii per flumina fratris, Per pice torrentes, atraque voragine ripas Annuit, et totum nutu tremefecit Olympum. Adde lib. 10. *Æn.* v. 115. ¶ Pro affirmare generatim. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 60. Vi tormentorum victis quibusdam, ut falsa annuerent. ¶ In illo *Ennii* apud *Priscian.* l. 10. pag. 882. *Putsch.* Annuit se se mecum decernere ferro: *Priscian.* monet, pænultimam esse productam. Alii legendum censent *annuvit*, quemadmodum *pluvit* pro *pluit* olim dictum est. *Annuvit* autem ab indicativo *Annueo, es*, derivant. Nam et *abnueo* pro *abnuo* dixit *Enn.* V. ¶ Pro *annuam, as, at*, legitur aliquando *annuim, is, it. Catull.* carm. 60. *epithal. Jul. et Manl.* v. 161. Usquedum tremu-

lum movens Cana tempus anilitas Omnia omnibus annuit &c. potest tamen esse etiam præsens Indicativi. ¶ Supinum *annutum* affertur quidem a *Prisciano loc. cit.* sed adhuc exemplis caret. ¶ Inter *annuere* et *innuere* hoc statuit discrimen Nonius c. 5. n. 65. quod *innuere* sit facere signum, *annuere* concedere. Et n. 71. inter *nutare*, *annuere*, et *renuere* veteres ait hoc interesse voluisse, ut *nutare* capitis, *annuere* vel *renuere* manuum vel laborum, *nutare* ... esset. *Plaut. Asin.* 4. 1. 39. Neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat. *Hæc tamen discrimina non perpetua, sed ... fuisse videntur.*

ANNUS, i, m. *a year, that period in which the Earth performs an entire revolution round the Sun*, ἔτος, ἐνιαυτὸς, λυκάβας, ὥρα, tempus, quo Sol per Zodiacum cursum suum conficit, sed spatium 12. mensium, seu 365. dierum, et sex horarum, minus 12. momentis. Dicitur ab innovatione ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι: vel ab ἔνος; vel quod in se per sua vestigia volvitur, ut ait *Virg.* 2 *Georg.* v. 402. Annus enim est circulus, teste *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 2. ¶ Annus Solaris est 12. mensium, ut dictum est; annus Lunaris 30. dierum paulo minus, quo spatio Luna Zodiacum percurrit. Annus Saturni est spatium triginta annorum: Magnus 12954 annorum, qui tum efficitur, cum Solis, et Lunæ, et quinque errantium ad eandem inter se comparationem, confectis omnium spatiis, est facta conversio, ut est apud *Cicer.* l. 2. *de Nat. Deor.* c. 20. Adde *in Hortens.* apud *Serv.* ad *Æn.* 1. v. 273. ¶ Romulus annum a Martio inchoavit, Numa a Januario, additis duobus mensibus. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 39. et 43. ¶ Dividitur etiam in civilem, naturalem, et Astronomicum, de quibus V. Mathematicos, et Chronologos: nos ea, quæ ad usum Latinæ linguæ pertinent, attexamus. *Nepos in Agesil. c. ult.* Cum annorum octoginta in Ægyptum ivisset. *at the age of eighty years.* *Ulpian. Dig.* lib. 30. leg. 30. Esse annorum viginti. *Scævola* lib. 32. leg. 33. Esse annis sexdecim. *Nepos in Dion.* c. 5. Quinquaginta annorum imperium. *h. e.* quod quinquaginta duravit annos. *Tacit.* l. *Histor.* c. 49. Hunc exitum habuit Galba tribus et septuaginta annis. *h. e.* annum jam habens septuagesimum tertium. *Cic. de clar. Orat.* c. 4. Annos natus viginti septem. (*in hac locutione subintelligitur præpositio* ante.) *Idem ibid.* Crassus habebat quatuor et triginta annos, totidemque annis mihi ætate præstabat. *Plin.* l. 16. c. 44. Hæc ædes nunc circiter annum 450. habet. *Juvenal.* sat. 13. v. 58. Præcedere quatuor annis. *Ovid. Metam.* 1. v. 750. Æqualis alicui annis. *of the same age, coeval. Cic. de Senect.* c. 10. Quartum annum ago, et octogesimum. *I am in my eighty-fourth year. Id. de Senect.* c. 7. *ad fin.* Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse vivere. *Id. ibid.* c. 6. Vivere ad annum centesimum. *Id. ibid.* c. 5. Vixit annos septuaginta. *Plin.* l. 7. c. 48. Sammula centum decem annis vixit. *Id. ibid.* Corvinus centum annos implevit. *Cic. de Senect.* c. 5. Centum et septem complevit annos. *Tacit. Ann.* 13. c. 19. Vergens annis. *h. e.* senescens. *Stat.* 1. *Theb.* v. 415. Integer annorum. *in the vigour or prime of life. Virg.* 9. *Æn.* v. 246. Gravis annis. *loaded with years. Id.* 2. *Æn.* v. 339. Maximus annis. *Juvenal.* sat. 3. v. 282. Improbus annis. *petulant by reason of his youth. Terent. Eun.* 2. 2. 5. Pannis, annisque obsitus. *Antonius* apud *Cicer. Phil.* 13. c. 10. Intra finem anni vertentis. V. *Vertens. Sueton. in Tiber.* c. 54. Anno ineunte. *Horat.* l. 3. od. 18. v. 5. Anno pleno. *h. e.* confecto. *Cic.* 2. *Offic.* c. 21. Nondum centum et decem anni sunt, cum lata est lex. *Plaut. Stich.* 1. 1. 29. Viri nostri domo ut abierunt, hic tertius annus. *since they went away.* Sic *Cic. Phil.* 8. c. 9. *in fi.* Est jam annus, ut repulsam tulit. *a year since*, &c. Sunt qui hic aliter leg. *Id. in fragment. pro Cornel.* apud *Ascon.* Lex anno post, quam lata sit, abrogata. *Liv.* l. 3. c. 51. *in fi.* Anno ante. *Cic. in fragment. pro Cornel.* apud *Ascon.* Anno decimosexto post Reges exactos. *Id. ibid.* Postero anno. *Id. de Harusp. respon.* c. 8. Anno superiore. *the preceding year, last year. Liv.* l. 2. c. 56. Consules prioris anni. *of the year preceding. Id. ibid.* c. 16. *in fi.* Hoc anno Romæ triumphatum. Et cap. 18. Eo anno prœlium fuit. Et cap. 48. Principio anni. Et cap. 52. Initio statim anni. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 25. Anno exeunte. *at the close of the year.* Sic *Liv.* l. 2. c. 64. Extremo anno. *Tacit. Ann.* 6. c. 27. Extremo anni. *Id.* 5. *Ann. c. ult.* Exitu anni. *Id. Ann.* 15. c. 47. Fine anni. *Nepos in Themist.* c. 9. *in fi.* Dare alicui annum temporis. *to allow one a year. Terent. Heaut.* 2. 2. 11. Mulieres dum moliuntur, dum comuntur, annus est. *are a twelvemonth in*, &c. quod et proverbio dicitur de longo aliquo tempore. *Varr.* 2. *R. R.* c. 5. et *Pollio ad Cicer. Fam.* 10. ep. 33. *ad fin.* Anni tempus. *season of the year.* ¶ *Annos ferre* est vivere. V. *Fero, sub fin.* ¶ Poetæ sæpe *annum* pro parte anni usurpant. *Virg.* 3. *Ecl.* v. 57. Formosissimus annus. *h. e.* ver. *Horat. epod.* 2. v. 39. Annus hibernus. *Id.* l. 3. od. 23. v. 8. Annus pomifer. *h. e.* autumnus. *Stat.* l. 1. *silv.* 3. v. 8. Pisæumque domus non æstuat annum. *h. e.* æstatem, quo tempore Pisis Olympici ludi fiebant. ¶ *Annus, meus, tuus*, &c. est, quo primum petere magistratus licet. *Cic. Agrar.* 2. c. 2. Est illud amplissimum, quod hoc honore me affecistis, prima petitione; quod anno meo. *Id. Attic.* l. 1. ep. 1. Si in nostrum annum inciderit. firmior candidatus fore videatur. *Id.* l. 10. *Fam.* ep. 25. Ut si ædilis fuisses, post biennium tuus annus esset. *h. e.* petendæ præturæ. ¶ *Annus*, ætas, *age, time or period of life*, vel ætatis tempus. *Propert.* l. 1. eleg. 5. v. 57. Dum vernat sanguis, dum rugis integer annus. ¶ Sæpe ponitur pro iis, quæ eo anno accidunt, ut sunt bella, paces, pestilentia, annonæ caritas, abundantia, &c. *Liv.* l. 2. c. 60. Turbulentior inde annus excepit. *occurrences of the year. Cic. Fam.* 5. ep. 16. Gravissimus, et pestilentissimus annus. *Stat.* l. 4. silv. 2. v. 12. Steriles anni. *Propert.* l. 4. eleg. 8. v. 14. Fertilis annus. *Plaut. Mostell.* 3. 1. 1. Annus scelestus argento fenori. *Lucan.* l. 3. v. 452. Agricolæ raptis annum flevere juvencis. *h. e.* anni proventus. *Tacit. de Germ.* c. 14. *in fin.* Arare terram, et exspectare annum. *h. e.* frugum maturitatem. *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 22. Pharius annus. *h. e.* annona ex Ægypto proveniens. ¶ Accusativus *annum* significat integrum anni tempus, *a whole year, the period of a year. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 32. Regiam potestatem annum obtinere. *Liv.* l. 2. c. 7. Matronæ annum, ut parentem, eum luxerunt. ¶ Ablativus *anno* significat anno præterito, *last year*: cui *horno* opponitur. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 405. Utrum anno, an horno te abstuleris a viro. *Plaut. Men.* 1. 3. 22. Quatuor minis ego emi istanc anno uxori meæ. ¶ Ponitur etiam pro integro anni tempore. *Liv.* l. 3. c. 39. *in fi.* Qui anno jam prope senatum non habuerint. *for almost a whole year. Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 10. *extr.* Corpus ejus matronæ anno luxerunt. *Plin.* l. 18. c. 18. *extr.* Uno boum jugo conseri anno quadragena jugera, justum est. *in one year.* ¶ *Ad annum* post annum, *after any particular year; for the coming year*; et ponitur *ad* pro *abhinc*, quod de futuro tempore dici non solet. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 24. Ut tibi, Cæsar, faciendum est ad annum. *Id. Attic.* l. 5. ep. 2. Quem ad annum tribunum plebis videbam fore. ¶ *In annum* est in tempus integri anni, *for a year. Liv.* l. 37. c. 2. *in fi.* Prorogare alicui imperium in annum. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 109. Provisæ frugis in annum copia. Et ep. 11. v. 23. Differre aliquid in annum. ¶ *In hoc anno* pro *hoc anno* eo modo dicimus, quo *in hoc tempore* pro *hoc tempore.* Itaque *in hoc anno* solebat addi in quibusdam Interdictis Prætoris, ut indicat *Cic. Fam.* 15. ep. 16. ¶ Additur etiam *in* quando ab aliqua particula numerali pendet, ad significandas temporis vices. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 46. Ter in anno. *Varr.* l. 2. *R. R. c. ult.* Bis in anno. *Liv.* l. 39. c. 13. Tres in anno dies statos habere. ¶ Aliquando etiam licet rarius, particula *in* omittitur. *Plin.* l. 2. c. 73. Bis anno absumuntur umbræ. Sic *bis die* dixit *Virg. Ecl.* 3. v. 34. ¶ *Anne* in vocativo, *Auson. in Precat. Idyll.* 8. v. 1. Jane veni, novus anne veni, renovate veni sol. *Claudian. in Consul. Prob. et Olybr.* v. 267. O consanguineis felix auctoribus anne.

ANNŪTO, V. *Adnuto.*

ANNŪTRĬO, V. *Adnutrio.*

ANNŪUS, a, um, *of a year, yearly, annual*, ἐπέτειος, ἐνιαύσιος, qui unius anni spatio continetur. *Cic. Fam.* 15. ep. 14. *ad fin.* Ne quid mihi ad hanc provinciam, quam et Senatus, et populus annuam esse voluit, temporis prorogetur. *Id. Attic.* l. 5. ep. 13. Primum illud præfulci, atque præmuni, ut simus annui; ne intercaletur quidem. *h. e.* ut unum tantum annum simus in provincia. *Id. Attic.* l. 6. ep. 5. Annuum tempus. *Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 29. Nec somni faciles, et nox erat annua nobis. *seemed to me a year long. Horat.* l. 4. od. 5. v. 11. spatio longius annuo Dulci detinet a domo. *Plaut. Pæn.* 1. 2. 45. Penus annuus. *h. e.* qui in unum annum sufficit. *Id. Asin.* 5. 2. 36. Annua vita. *Sueton. in Aug.* c. 30. Annui magistratus. *Tacit. Hist.* 3. c. 46. Imperium annuum. *Nepos in Annib.* c. 7. Annui Reges. *Plin.* l. 8. c. 39. Annua fame durare. *Id.* l. 7. c. 46. Prædium large sufficiens victibus annuis. *Tacit. in Agric.* c. 22. Annuæ copiæ. *provisions for a twelvemonth. Plin.* l. 15. c. 2. Plurimum ætatis oleo annuo est. ¶ Item qui singulis annis recurrit, anniversarius, *anniversary, yearly, annual. Cic.* 1. *de Invent.* c. 34. Annuæ commutationes. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 39. *in fin.* Annuæ varietates frigorum, et calorum. *Virg.* 1. *Georg.* v. 339. Annua sacra. *Tacit. Ann.* 14. c. 12. Annui ludi. *Cic.* 5. *Verr.* c. 48. Annuus labor. *scil.* agricolarum. Et cap. 54. fructus. *Tibull.* l. 2. eleg. 1. v. 48. Deponit flavas annua terra comas. *Id.* l. 4. carm. 1. v. 172. Tondeturque seges maturos annua partus. *Plin.* l. 11. c. 39. *a med.* Quadrupedibus pilum cadere, atque subnasci, annuum est. *Id.* l. 28. c. 8. Annua vice. *each year.* Sic l. 10. c. 20. Annuis vicibus caudam amittere. *Id.* l. 12. c. 1. Annui sapores sponte venientes. ¶ *Annŭum, i*, n. absolute, et frequentius *annua, orum*, sunt ea, quæ alimentorum causa præbentur alicui quotannis, *a yearly provision: yearly supplies or profits, annats. Papinian. Dig.* lib. 33. tit. 1. leg. 10. Uxori præter id, quod a Mævio annui nomine accipiebat, aureos centum dari volo. *Ulpian. ibid.* leg. 14. Si cui annuum relictum fuerit. *Sueton. in Tiber.* c. 50. Juliam uxorem et peculio concesso a patre, præbitisque annuis fraudavit. *Plin.* l. 10. ep. 40. Publici servi annua accipiunt.

ANODȲNA medicamenta sunt, quæ somno dolorem levant, ut definit *Cels.* l. 5. c. 25. ubi tamen hac voce Græce utitur. Angl. *anodynes.* Nam ἀνώδυνος significat dolorem tollens, ab α privativa, et ὀδύνη, dolor. Latinis tamen litteris usurpatur a *Marcell. Empir.* c. 25. Medicamentum, quod facit ad omnes membrorum dolores, quod anodynon appellatur. Et a *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 1. cap. 1. Apponenda malagmata dolori contraria, quæ anodyna vocantur. *Id. ibid.* l 2. c. 4. scribit, quæ Græci *anodyna* vocaverunt, Latine *indoloria* dici posse.

ANOMALIA, æ, f. *irregularity, deviation from what is usual, anomaly, eccentricity*, inæqualitas, varietas, dissimilitudo, et *Anomalus, a, um, anomalous, irregular, out of rule, deviating from the general method, contrary to analogy*, ἀνώμαλος, inæqualis, varius, dissimilis: ab α privativa, et ὁμαλὸς, planus, lævis. Transfertur hinc ad nomina, et verba. *Anomalia* igitur apud Grammaticos est inæqualitas declinationum, vel conjugationum, quæ consuetudinem sequitur: et *anomala* nomina, aut verba dicuntur, quæ aliqua ratione a recta norma quinque declinationum, vel quatuor conjugationum aberrant: cui *Analogia* contraria est. *Varro* vocem *anomalia* modo Græce usurpat, sæpius Latine, ut l. 7. *L. L.* c. 9. Cum putarent sequendam συνήθειαν, dissimilitudinemque, quæ in consuetudine est: quam etiam vocant ἀνωμαλίαν: cum, ut ego arbitror, utrumque sit nobis sequendum, quod in declinatione voluntaria sit ἀνωμαλία, in naturali magis analogia. Et l. 8. *sub init.* Neque anomalia, neque analogia est repudianda. Et *ibid. sub fin.* Si confecissent, quod volunt, ut in Latina lingua esset anomalia. Et l. 9. *in princ.* Cum ab his ratio, quæ a similitudine orietur, vocaretur analogia, reliqua pars appellaretur anomalia, &c. Ceterum sæpissime Latina appellatione *dissimilitudinem* appellat. Quod attinet ad vocem *Anomalus*, ea Latine usurpatur a Vet. Grammaticis, ut *Diomed.* l. 1. pag. 314. *Putsch.* Nominum genera numero sæpe plurali mutantur, et sunt anomala. *Priscian.* l. 8. pag. 833. Anomala verborum id possunt ostendere, ut prosum, prodes, &c. Adde *Martian. Capell.* l. 3. pag. 71. ¶ De Anomalia, et analogia verba facit etiam *Gell.* l. 2. c. 25. ¶ *Anomalus*, extra rem Grammaticam, universim ponitur pro re minime regulari, et inconvenienti. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 13. Ne in thalamum primæva affectione festinans, cum discurrendum esset, totis noctibus repigritior paululum simularet anomalum.

ANOMĂLUS, V. in voce præced.

ANŌNIS, nis, f. *the herb petty-whin, cammock, or rest-harrow* (*so called from stopping the plough, or harrow, in its progress by its stringy roots*) ἀνωνὶς, herba ex genere spinosarum, ramosa, fœno Græco similis, fruticosior tamen, et hirsutior, odore jucunda, post ver spinosa, folio rutæ simili, toto caule foliata in modum coronæ: post fruges in arvis sponte nascitur, maxime vivax: aratris inimica: ex quo recentiores herbarii *restim bovis*, et *aratri remoram* appellarunt, quia spinis, et ramis suis sæpe aratra in medio sulco remoratur. Dicitur et *ononis, idis*, ὀνωνὶς, habetque aliquos etiam in medicina usus, quos *Plin.* l. 27. c. 4. *ad fin.* recenset. *Id. ibid.* Anonin quidam ononida malunt vocare, ramosam, &c. Adde l. 21. c. 16.

[† ANONĪUM, i, n. *the herb or weed called dead-nettle, or archangel. Plin.* testantibus T. Coopero et A. Littletono in Lexicis suis. Idem videtur esse quod *Lamium*, q. v. ¶ Est et Lepontiorum urbs in Latio, Ἀνώνιον Ptolemæo.]

ANONOMASTOS, ἀνωνόμαστος, hoc est non nominatus, vel nomen non habens, ab α privativa, et ὄνομα, nomen: unus est ex æonibus *Valentini*, apud *Tertull. advers. Valentinian.* c. 35.

ANONȲMOS, ἀνώνυμος, hoc est sine nomine, ab α privativa, et ὄνυμα, nomen. Ita appellata est quædam herba, quæ afferebatur e Scythia, apprime utilis ad vulnera, ex aqua tusa, et imposita: item pota mammis et præcordiis percussis; item sanguinem excreantibus. *Plin.* l. 27. c. 4. *in fi.* Anonymos non inveniendo nomen invenit.

ANORMIS. V. *Abnormis.*

ANOTERĬCUS, a, um, ἀνωτερικὸς, hoc est superior: ab ἄνω, sursum. *Medicamenta anoterica* dicuntur Græco vocabulo a *Cœl. Aurelian. Tard.* 4. c. 3. quæ stomacho, et superiori ventri medendo inserviunt: quibus opponuntur, quæ Græce dicuntur ὑπήλατα, quæ inferiori ventri injiciuntur, et alvum subducunt.

ANQUĪNA, æ, f. *the cord with which the sail-yard is tied to the mast*, funis navis, quo ad malum antenna constringitur, ut interpretatur *Isidor. de Origin.* l. 19. c. 4. *Vetus Poeta Helvius Cinna* apud *Isidor. loc. cit.* Atque anquina regit stabilem fortissima cursum. *Lucil.* apud *Non.* c. 13. n. 16. Funis enim præcisu' cito, atque anquina soluta. ¶ Quidam volunt legi *angina*, vel *anguina*, et ita dici, quia angit, et constringit. Alii itidem *angina* legunt, et ancoram significare aiunt a Græco ἄγκυρα, mutato ρ in ν.

ANQUĪRO, is, isivi, itum, a. 3. *to seek after eagerly, make diligent search after, search carefully, inquire earnestly after, endeavour to find*, ἀναζητέω, ἐξετάζω, diligenter circumquaque quæro, ut habet *Festus*, inquiro, quæro, investigo: ab *am* circum, et *quæro*. Hinc in quibusdam *Festi* MSS. pro *anquirere* legitur *amquirere*, ut *Voss. in Etymol.* ad vocem *Quærere* adnotavit. *Senec. in Hippol. in fi.* At vos per agros corporis partes vagas Anquirite. *Cic.* l. 1.

Offic. c. 4. Generi animantium omni a natura tributum, ut quæcumque ad vivendum sint necessaria, anquirat, et paret. *Id. de amic.* c. 23. Si quis ea asperitate est, et immanitate naturæ, congressus ut hominum fugiat, atque oderit; tamen is pati non possit, ut non anquirat aliquem, apud quem evomet virus acerbitatis suæ. *Id. ibid. c. ult.* Semper aliqui anquirendi sunt, quos diligamus, et a quibus diligamur. ¶ Est etiam cogitando, vel disputando rei alicujus veritatem investigare. *to discuss, examine into, investigate. Cic.* l. 1. *Offic.* c. 3. Aut anquirunt, aut consultant, conducat id, nec ne, &c. *Id. de Fato,* c. 9. Ad illam contentionem revertamur, in qua quid valeat id, quod fieri possit, anquiritur. *Lucret.* l. 4. v. 1182. Protrahere in lucem, atque omnes anquirere nisus. *h. e.* investigare, et detegere. *Tacit. Ann.* 12. c. 6. Nec diu anquirendum, quin Agrippina anteiret. *h. e.* ambigendum, consultandum. ¶ Sæpe etiam est verbum judiciorum, et significat inquirere ad crimen aliquod cognoscendum, *to impeach, accuse, proceed criminally against. Liv.* l. 6. c. 20. Anquirere de perduellione. *Tacit. Ann.* 3. c. 12. de morte alicujus. *Liv.* l. 8. c. 33. capite de aliquo, ob rem bello male gestam. *to accuse capitally. Id.* l. 2. c. 52. et l. 26. c. 3. Anquirere capitis. *Id. ibid.* pecunia. ¶ In omnibus his sunt qui aliter legant: sed jamdiu est, cum Critici fere omnes queruntur, hoc verbum passim a sciolis, et librariis indoctis corruptum esse, et in *inquiro,* aut *acquiro* perperam mutatum.

ANQUISĪTE, adverb. *diligently, accurately, elaborately,* diligenter, accurate. *Gell.* l. 1. c. 3. Anquisite satis, satisque solicite aliquid quærere. Et l. 4. c. 11. Sed qui diligentius, anquisitiusque carmina Empedoclis arbitrati sunt, &c. Priore loco alii *inquisite,* posteriore *scitiusque* legunt. *Id.* l. 1. c. 3. Anquisitius, et exactius, pressiusque disserere. *Hic quoque alii* inquisitius.

ANQUISITĬO, onis, f. investigatio, inquisitio. *Varr.* l. 5. L. L. c. 9. citat *commentarium anquisitionis M. Sergii Manii, qui capitis accusavit T. Trogum.* et videtur esse libellus, in quo perscripta sint ea quæ servantur a Judice cum de aliquo anquirit.

ANSA, æ, f. *the handle of a cup or other vessel, any thing to lay hold of,* λαβὶς, τὰ ὦτα, manubrium, quo vas aut poculum manu prehendi, et teneri potest. *Virg. Ecl.* 3. v. 45. duo pocula fecit, Et molli circum est ansas amplexus acantho. *Id. Ecl.* 6. v. 17. attrita pendebat cantharus ansa. *Martial.* l. 14. epigr. 106. Urceus ansa panda. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 252. Ansa tortilis. *Id. Metam.* 8. v. 653. curva. ¶ De aliis rebus. *Ansa ostii* est anulus ferreus ostio infixus, ad aperiendum, claudendum, vel etiam pulsandum, κοξώνη. *the handle of a door, door-pull. Petron. in Satyr.* c. 96. Videbamus nos omnia per foramen valvæ, quod paulo ante ansa ostii disrupta laxaverat. ¶ *Ansa crepidæ* vinculum, et habenula, qua soleæ et crepidæ pedi alligantur, *the tie of a shoe, shoe-string. Plin.* l. 35. c. 10. Ferunt, a sutore reprehensum, quod in crepidis una intus pauciores fecisset ansas. *Tibull.* l. 1. eleg. 9. v. 14. Ansaque compressos colligat arcta pedes. Sic *Cels.* l. 6. c. 18. sect. 8. Panniculus, qui duas ansas habet. ¶ *Ansa gubernaculi* est summa pars, quam gubernator manu tenet. *Vitruv.* l. 10. c. 8. ¶ *Ansa stateræ* est pars illa, quæ manu tenetur, et in qua est examen, habetque axiculo infixum scapum, qui in ea versatur. *Vitruv. loc. cit.* ¶ *Ansæ ferreæ* dicuntur ab eodem l. 2. c. 8. unci ferrei, quibus addito plumbo inter se parietes, aut parietum lapides vinciuntur, *hinges, hooks. Propert.* quoque l. 4. eleg. 1. v. 141. ansam tribuit unco, et ejus rostris. ¶ Translate *Cic. pro Cæcin.* c. 6. *in fin.* Iste hac sextula se ansam retinere omnium controversiarum putat. V. *Sextula. Id. pro Sext.* c. 10. Etiam sermonis ansas dabat, quibus reconditos ejus sensus tenere possemus. *h. e.* sermone suo dabat indicia, quibus ejus sensus cognosceremus. *Id. de Amic.* c. 16. *ad fin.* Optare, ut quam sæpissime peccet amicus, quo plures det tanquam ansas ad reprehendendum. *motives or occasions, pretexts. Id. pro Planc.* c. 34. Si locus habet reprehensionis ansam aliquam, nescio cur &c. *Plaut. Pers.* 4. 4. *in fi.* Non tu illum vides quærere ansam, infectum ut faciat? *h. e.* captare occasionem. λαβὴν ζητεῖν dicunt Græci eod. sensu. *Ammian.* l. 28. c. 1. (*al.* 8. *in fi.*) Offerre alicui ansam lucrandi.

ANSANCTUS. V. *Amsanctus.*

ANSARĬUM. V. *Foricularium.*

ANSĀTUS, a, um, *having a handle,* qui ansam habet, ὠτώεις. *Varr.* l. 4. L. L. c. 26. Capulæ a capiendo, quod ansatæ, ut prehendi possint. *Columell.* l. 9. c. 15. Id vas ansatum simile angustæ ollæ figuratur. ¶ *Ansatæ* absolute apud *Ennium* sunt jaculamenta cum ansa, seu amento. *Id.* apud *Non.* c. 18. *n. pænult.* ansatas mittunt e turribus. *Hieron. Columna* ex valde probabili conjectura legit *ansatas mittunt e turribus hastas,* ut hemistichium rectius constet, et integra sit locutio. Nam idem *Enn.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 1. dixerat: *ansatis concurrunt undique telis.* Sunt tamen qui putant, *ansata tela* dici, quæ circa medium cuspidis duas veluti furculas, seu minores cuspides in modum ansæ conversas, et utrinque exstantes habent, quales sunt quas Angli vocant *halberds.* ¶ Jopulariter a *Plaut. Pers.* 2. 5. 7. dicitur *ansatus homo,* qui brachia ita gestat ad latus utrumque conversa, et applicata, et, ut idem *ibid.* v. 6. loquitur, ita *subnixis alis* se infert, ut vas ansatum referat. *with his arms a-kimbo; with his hands fixed to his sides so that his arms resemble handles.*

ANSER, ĕris, m. *a goose, gander,* χὴν, ηνὸς, avis ex genere altilium, satis vulgo nota: cujus jecur in præcipuis cœnarum deliciis olim habebatur. Romæ autem anseres publice in Capitolio alebantur, earumque cibaria Censores ante omnia alia locabant, quod cum illud a Gallis obsideretur, iique noctis silentio jam jam occulta via essent in arcem evasuri, canibus etiam, non modo hominibus, dormientibus, earum clangore, alarumque crepitu excitatus Manlius, facile eos deturbare inde potuit, et rem Romanam servare, ut apud *Liv.* l. 5. c. 47. legitur. Addit *Servius* ad *Æn.* 8. v. 652. in more fuisse, ut quotannis eo die, quo id accidit, anseres auro, et purpura ornati in lecticis circumferrentur: contra canes, qui nihil senserant, cruci suffigerentur. Quod vero *Virgil. ibid.* v. 655. *argenteum anserem* memorat, alludit ad anserem ex argento conflatum, qui ob id factum in Capitolio positus est. Alii *argenteum* putant dici ab albo colore. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 20. Anseribus cibaria publice locantur, et canes aluntur in Capitolio, ut significent, si fures venerint. *Plin.* l. 10. c. 22. Et anseri vigil cura, Capitolio testata defenso, per id tempus canum silentio proditis rebus. *Martial.* l. 3. epigr. 58. Argutus anser. *Id.* l. 13. epigr. 58. Aspice, quam tumeat magno jecur ansere majus: Miratus dices, hoc, rogo, crevit ubi? *Juvenal.* sat. 5. v. 114. Anseris ante ipsum magni jecur anseribus par. *Plin. loc. cit.* scribit, fartilibus anseribus jecur in magnam amplitudinem crescere, quod exemptum quoque lacte mulso augebatur. *Pers.* sat. 6. v. 71. satur anseris extis. *Martial.* l. 3. epigr. 82. catellas anserum exta lambentes. *exta anseris* sunt jecinora anserina, in ciborum deliciis habita, ut dictum est. *Horat.* l. 2. *sat. ult. sub fin.* Pinguibus et ficis pastum jecur anseris albi. *albi anseres* præ ceteris in pretio erant tum ob suavitatem in cibis, tum ob plumam, quæ laudatissima, et mollissima, præcipue interior, et ad farcienda pulvinaria aptissima. ¶ *Anser Amyclæus* apud *Virg. in Ciri,* v. 489. est is, in quem transformatus Jupiter Ledam decepit, et vitiavit, Amyclis Laccniæ oppido. Tametsi plerique alii non in anserem, sed in cycnum mutatum Jovem fabulantur. Sed facile unum pro altero poni potest; quia cycni in anserum genere a naturæ consultis censeri solent. ¶ *Anser* in sacrificiis Junonis mactabatur, ut innuit *Liv. loc. cit.* item Isidis, et Osiridis, ut est apud *Juvenal.* sat. 6. v. 539. et *Ovid.* l. 1. *Fast.* v. 453. Fuit etiam Priapo sacer, ut colligitur ex *Petron. in Satyr.* c. 137. ¶ *Anser* dictus est quidam malus poeta, qui Antonii triumviri laudes scripsit: donatus ob id amplo fundo in agro Falerno: ad quem, teste *Servio,* allusit *Virg.* illis versibus *Ecl.* 9. v. 35. Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna Digna, sed argutos inter strepere anser olores. Et *Cic. Phil.* 13. c. 5. Hi qui nunc Mutinam oppugnant, D. Brutum obsident, de Falerno anseres depellantur. *h. e.* possessione priventur. Erat autem Anser in castris una cum Antonio, in obsidione Mutinæ. *Ovid.* etiam Poetis obscena scribentibus annumerat l. 2. *Trist.* v. 435. Cinna quoque his comes est, Cinnaque procacior Anser. ¶ *Anseris medulla mollior* proverbio dicitur qui mollissimis est moribus, et ingenio. *Catull.* carm. 25. *Auct. Priapeor.* carm. 64.

ANSERARĬUM, ii, n. locus, in quo inclusi anseres aluntur. Habetur hæc vox in titulo cap. 14. lib. 8. *Colum.* ubi legitur. *De anseribus educandis, et anserario constituendo.* Verum hujusmodi tituli *Columellæ* non sunt.

ANSERCŬLUS, li, m. *a little goose, a gosling,* parvus anser, anserinus pullus, χηνάριον. *Columell.* l. 8. c. 14. Ne noceri possit exclusis anserculis, quos enecant urticæ, si teneros pupugerint.

ANSERĪNUS, a, um, *of or pertaining to a goose,* χήνειος, ad anserem pertinens. *Plin.* l. 10. c. 22. Anserini generis sunt chenalopeces, &c. *Id.* l. 11. c. 47. Visæ etiam serpentes anserinis pedibus. *Id.* l. 30. c. 8. Anserinus adeps. *goose-grease. Id.* l. 29. c. 6. Anserinum fel. Et cap. 5. Anserinus sanguis. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 68. Anserina lana. *goose-feathers.*

ANSŬLA, læ, f. *a little handle,* parva ansa. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Læva cymbium dependebat aureum, cujus ansulæ, qua parte conspicua est, insurgebat aspis, caput extollens arduum, &c. ¶ Ab eodem l. 4. *Metam.* accipitur pro anulo, vel unco ferreo parieti impacto, quo alligantur jumenta. Pro anulo etiam, qui in digito fertur, usurpavit *Augustin.* l. 2. *de doctr. Christ.* c. 20. et pro anulo catenæ l. 8. *Confess.* c. 5. ¶ Pro vinculis crepidæ *Valer. Max.* l. 8. c. 12. *in fi.* Qui in opere suo moneri se a sutore de crepida, et ansulis passus, &c. Adde *Sidon.* l. 8. ep. 11. *in carm.* v. 14. V. *Ansa.*

ANTACHĀTES, æ, m. *a precious stone resembling the agate,* ἀνταχάτης, gemma, quæ pro achate est, mulieribus grata, quod cum uritur, myrrham redolet. *Plin.* l. 37. c. 10. ubi alii aliter legunt.

ANTÆ, arum, f. *the posts or cheeks of a door, door-posts, jambs,* παραστάδες, ἄνται, pilæ lapideæ, seu columnæ structiles quadratæ, quæ ad latera ostiorum utrinque ponuntur vel duæ, vel quatuor, vel plures, in frontibus ædium. Dictæ sunt *antæ* vel ab *ante* præposit. quia in fronte ædium fiunt, vel a Græco ἀντάω, occurro, quia ædem adeuntibus veluti occurrunt. vel ab *antes,* quod V. infra suo loco. *Paul. in Epit. Festi.* Antes sunt extremi ordines vinearum: unde etiam nomen trahunt antæ, quæ sunt latera ostiorum. *Nonius* quoque c. 1. n. 124. deducit ab *antibus,* et *antas* dici ait columnas quadras. Sed non quæcumque quadræ columnæ antæ sunt, sed eæ tantum, quæ in frontibus ædium sunt, ad latera ostiorum, ut dictum est. *Vitruv.* l. 3. c. 1. Ædium autem principia sunt, e quibus constat figurarum aspectus; et primum in antis: quod Græce ναὸς ἐν παραστάσι dicitur. Adde l. 4. c. 4. et 7. ubi de antarum proportione cum columnis disserit. Videntur *antæ* proprie locum habere in ædibus sacris: tametsi et in non sacris construi aliquando soleant. ¶ Hinc *in antis esse* ædes dicitur, quæ hujusmodi pilas in fronte habet, *a house which has pillars in front. Vitruv. loc. cit.* In antis erit ædes, cum habebit in fronte antas parietum, qui cellam circumcludunt, et inter antas in medio columnas duas, supraque fastigium ea symmetria collocatum, quæ in hoc libro fuerit præscripta. *In quodam vet. monum.* apud *Gruter.* pag. 207. In eo pariete medio ostii lumen aperito: ex eo pariete antas duas ad mare vorsum projicito: insuper id limen robustum imponito: insuper id, et antas mutulos robustos projicito extra parietem, &c. *projicere antas* est eas ita construere, ut extra parietem multum emineant. Fiunt enim *antæ* non ad ornatum tantummodo, sed etiam ad muniendam, et sustinendam structuram: et ob id longius a pariete projiciuntur, quo validius sustineant. Sed cum ita fiunt magis proprie vocantur *anterides,* seu *erismæ,* quam *antæ.* [a nobis Anglis, *counterforts, spurs, buttresses.*] [† V. *Antemurale.*]

ANTÆUS, i, m. Ἀνταῖος, gigantis Libyci nomen, Neptuni ex terra filii, magno ac procero corpore, quippe qui in 40. cubitos excreverit. Hic cum Hercule congressus, quoties membra labore defessa essent, tactu terræ recreabatur. Qua re animadversa Hercules alte sublatum terræ contactu prohibuit, et pectori suo arctius adstrictum enecavit. Scribit *Plutarch.* Sertorium Romanorum ducem apud Tygænam opp. effosso sepulchro Antæi cadaver invenisse. Fabulæ interpretatio est, Antæum Regem Mauritaniæ fuisse, qui in Regno suo multis victus certaminibus, exercitum semper potentiorem reficiebat, sed extra Regnum eductus in Libyam, tunc demum superatus, profligatusque est. *Euseb. in Chron. ad ann. Mundi* 3950. scribit, Antæum palæstricæ artis fuisse doctissimum, et quorumcunque certaminum, et ob id fictum, quod fuerit filius Terræ, et ab ea viribus restauraretur. *Juvenal.* sat. 3. v. 89. collum cervicibus æquat Herculis Antæum procul a tellure tenentis. De *Antæo* plura *Lucan.* l. 4. a vers. 590. ¶ Antæi frater est Busiris, et ipse ab Hercule victus. *Ovid. in Ibin,* v. 399. Frater ut Antæi, quo sanguine debuit, aras Tinxit, et exemplis occidit ipse suis. ¶ Scribitur et *Anthæus.*

ANTAGONISTA, æ, m. *an adversary, enemy, antagonist,* ἀνταγωνιστὴς, adversarius: ab ἀντὶ contra, et ἀγωνίζω, pugno. *Hieronym. in vita Hilarion. ad fin.* Quo scilicet antagonistas haberet in proximo.

ANTAMŒBÆUS. V. *Amœbæus.*

ANTANACLĀSIS, f. ἀντανάκλασις, ex adverso refractio. *a figure in rhetoric, when the same word is repeated in a different and even a contrary sense.* Figura, cum id, quod ab altero dictum est, non ea mente, qua dictum est, intelligitur, sed in aliam, aut contrariam accipitur. Hujusmodi de ea exemplum affert *Quintil.* l. 9. c. 3. Cum Proculeius quereretur de filio, quod is mortem suam exspectaret; et ille dixisse, *se vero non exspectare; imo,* inquit, *rogo expectes.* Fit etiam antanaclasis, cum non ex eodem verbo, sed ex diverso vicinum accipitur, ut si dicas *supplicio afficiendum, quem supplicatione dignum judicaris,* ut *ibid. Quintil.* subdit. nam *supplicium* cum fere pœnam significet, aliquando et pro precibus ponitur. Est autem Græca vox: ab ἀντὶ, contra, et ἀνακλάω, refringo, et a *Quintil.* Græce usurpatur. [† V. *Anaclasis.*]

ANTANDROS, i, *et Latina terminatione* Antandrus, i, f. [† hod.] *S. Dimitri,* Ἄντανδρος, urbs Mysiæ Æolidis, seu Phrygiæ minoris, maritima sub Ida monte, olim Edonis dicta, et a Cimmeriis populis per longum tempus habitata: unde et Cimmeris appellata est teste *Plin.* l. 5. c. 30. Cur autem Antandros sit vocata, duplex causa nominis jactatur. Alii Ascanium Æneæ filium, cum ibi regnaret, captum a Pelasgis, ea se redemisse commemorant: alii ab iis putant conditam, quos ex Andro insula vis et seditio exegerat. Hi *Antandrum* quasi *pro Andro* ab ἀντὶ, pro, et Ἄνδρος, Andros: illi quasi *pro viro,* ab ἀνὴρ, ἀνδρὸς, vir, accipi volunt. Hæc *Pompon. Mela* l. 1. c. 18. *Virg. Æn.* 3. v. 5. sub ipsa Antandro, &c. ¶ Antandros etiam cognominata est ipsa Andros insula, et prius Cauros, teste *Plin.* l. 4. c. 12.

ANTAPŎCHA. V. *Apocha.*

ANTAPODŎSIS. V. *Apodosis.*

ANTARCTĬUS. V. *Arcticus.*

ANTARĬUS, a, um, adject. *Antarii funes,* πρότονοι σχοῖνοι, *ropes used in a machine for drawing up great weights,* in machinis tractoriis sunt ii, qui alteri capiti machinæ erigendæ, dextra et sinistra illigantur, atque ita

cum regunt, ut dum erigitur, in neutram partem inclinet. [illegible] Vitruv. l. 10. cap. 5. An[illegible] ante [illegible] collocentur. ¶ Alio sensu antemurale dicitur a Paulo ex Festo, et a Serv. ad Æn. 11. v. 1?0 quod murum præcedat, et ante ipsam urbem sit, et quasi ante murus. [illegible] the very walls of the city.

ANTE, *before, opposite to, over against*, πρὸ, præpositio accusativum casum regens, cui opponitur *retro*, et *post*. Accommodatur autem ad locum, ad tempus, et ad personas. Ad locum Cic. pro Rosc. Amer. c. 5. Ante tribunal tuum, M. Fanni, ante pedes vestros, judices, inter ipsa subsellia cædes futuræ sunt. *Id. Verr.* Ante oculos vestros. *Id.* pro Mil. c. 10. Ante suum fundum. *Id.* l. 1. *Divin.* c. 33. Ante prætorium. *Et*, Ante oppidum Nolam. ¶ Ad personam *Id. Verr.* 2. c. 3. Dicere causam ante judicem. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 14. *in fin.* Venire ante imperatorem. *Nepos in Datam.* c. 3. Victorem ante se Thyum agebat. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 5?. Ante ceteras cohortes procurrerat. ¶ Ad tempus *Cicer. Cat.* 4. c. 3. Qui honos togato habitus est ante me nemini. *h. e.* ante mea tempora. Sic *Virg.* 1. *Georg.* v. 125. Ante Jovem nulli subigebant arva coloni. *Cic. Verr.* 3. c. 1?. Mortuus est ante istum prætorem. *h. e.* ante quam hic prætor esset. *Id.* l. 1. *Divin.* c. 39. Ante philosophiam patefactam. *Id. Fam.* 13. ep. 17. Ut ad eam voluntatem, si quam in illum ante has meas litteras contulisti, &c. *h. e.* antequam has meas litteras acciperes. *Liv.* l. 1. *c. pænult.* Per hunc castissimum ante regiam injuriam sanguinem juro. *h. e.* antequam a Tarquinio vitiaretur. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 6. *extr.* Ante dicere aliquid. *to predict, prophecy, foretell.* ¶ Sæpe habet post se particulam *quam*. *Sueton. in Cæs.* c. 9. Ante paucos dies, quam ædilitatem iniret. *a few days before*, &c. *Id. in Ner. c. pænult.* Ante paucos, quam periret, menses. *Colum.* l. 5. c. 5. Si sulci ante annum fiant, quam vineta conserantur. ¶ Jungitur adverbiis temporis ita, ut *multo, paulo, tanto*, &c. *Liv.* l. 27. c. 42. Multo ante noctem copias reduxit. *Id.* l. 31. c. 24. Aliquanto ante lucem. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 12. Paulo ante lucem. ¶ Sæpe etiam inter substantivum, et adjectivum interponitur. *Liv.* l. 31. c. 24. Quæ Chalcidem dies ante paucos prodiderat. *Sueton. in Cæs.* c. 81. Paucos ante menses. *Id. in Tiber.* c. 61. Aliquot ante annos. *Plin.* l. 15. cap. 18. Tertium ante diem. ¶ Præponitur etiam suo casui. *Nepos in Chabr.* c. 3. Athenienses diem certam Chabriæ præstituerunt, quam ante, domum nisi rediisset, &c. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *a med.* Diem statuo satis laxam, quam ante si solverint, dico me centesimam ducturum. Quib. loc. notanda est loquendi ratio in præfiniendo tempore cujuspiam rei faciendæ. Non enim ipsum diem ponunt, quem præstituunt, sed *ante quem diem*: et videntur significare *antequam dies ille elabatur*. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 11. Neque ante quem diem iturus sit, præfinire. *Sallust. in Catil.* c. 37. Ceteræ multitudini diem statuit, ante quam liceret sine fraude ab armis discedere. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 34. *extr.* Ut quod quisque a sacris haberet, id ante diem certam in suum quodque fanum referret. *Id. Attic.* l. 6. ep. 2. Ut ex Cypro equites ante diem certam decederent. ¶ Hæc loquendi ratio orta est ex usu τοῦ *ante* in designandis mensium diebus: qui usus duplex est: alter integer, alter per ellipsim, seu omissionem particulæ. Itaque dicunt v. g. *tertio calendas Septembris*, et *ante diem tertium calendas Septembris*. In primo subintelligitur *ante*, ut integra locutio sit, *tertio die ante calendas Septembris*. In altero quidam volunt esse ἀναστροφὴν, hoc est inversionem verborum, quæ naturali ordine ita collocandæ sint, *diem tertium ante calendas Septemb.* et illud *diem tertium* esse accusativum temporis. Alii, quia in antiquis Codicib. MSS. scriptum est breviatis litteris *a. d. III. cal. Sept.* aliquando ita legerunt *ad diem tertium Calendas Septembris*: quæ phrasis Latina certe esset, sed repugnant cum optimis quibusque editionib. Interpretes, et Critici fere omnes, qui *ante diem* legendum esse contendunt, et illud *ad diem* ortum habuisse ex inscitia legentium, aut exscribentium veteres codices. Sed quidquid sit hac de re, illud sane certum est, *tertio calendas Septembris*, et *ante diem tertium calendas Septembris*, idem omnino significare, hoc est diem trigesimum Augusti. nam in numerandis calendarum diebus tum dies, de quo agitur, tum dies termini computatur. *Cic. Phil.* 3. c. 8. Edixit, ut adesset Senatus frequens a. d. VIII. calendas Decembr. *hoc est* vigesimo quarto die Novembris. *Liv.* l. 41. cap. 16. Latinæ feriæ fuere a. d. III. non Maii. *Id.* l. 40. *c. ult.* Ante diem quartum idus Martias. ¶ Interdum *ante* jungitur cum præpositionibus *in*, et *ex*, quæ modo divisim, modo junctim scribi solent, *inante, exante*: et conjunguntur sæpe cum verbis motum significantibus. *Cic. Phil.* 3. c. 8. Diem edicti obire neglexit: in ante diem quartum calend. Decembris distulit. *h. e.* distulit in diem vigesimum octavum Novembris. *Id. Attic.* l. 3. ep. 17. De Q. Fratre nuntii nobis tristes, nec varii venerunt ex ante diem non. Jun. usque ad prid. cal. Sept. *h. e.* ex ante diem nonarum, &c. *from the fifth of June*, &c. *Id. Catil.* 1. c. 3. Qui dies futurus esset in ante diem VI. cal. Novemb. *Et mox.* Cædem te optimatium contulisse in ante diem V. cal. Novemb. *Liv.* l. 45. c. 3. Latinæ edictæ a consule sunt in ante diem IV. et III. et prid. Id. Nov. *on the tenth*, &c. *Et paulo supra in h. cap.* 2. Supplicatio indicta est ex ante diem V. Idus Oct. cum eo die in quinque dies. Adde l. 41. c. 16. et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 28. ¶ *Inante* extra calendas. *Propert.* l. 2. eleg. 2. v. 51. Si quis vult fama tabulas anteire vetustas, Hic dominam exemplo ponat inante meam. *h. e.* ponat ante se, et sibi in exemplum proponat dominam meam. *Al. leg.* in arte. *Veget.* l. 1. *de re milit.* c. 20. *ad fin.* Sinistrum pedem in ante habere. ¶ *Ante diem, ante tempus* interdum significat ante legitimum tempus, contra naturæ ordinem, *before the regular day or time.* *Ovid.* 1. *Metam.* v. 148. Filius ante diem patrios inquirit in annos. *Cic. de Amic.* c. 3. Factus est consul bis: primum ante tempus, iterum suo tempore. *Sueton. in Aug.* c. 26. Magistratus, et honores capere ante tempus. ¶ Cum ad personas refertur, adhibetur in comparationibus. *Balbus ad Cic.* l. 8. *ad Attic. ep. pænult.* Eum, quem ante me diligo. *more than myself.* *Liv.* l. 35. c. 14. Tum me vero, inquit, et ante Alexandrum, et ante Pyrrhum, et ante omnes alios imperatores esse. *superior to Alexander*, &c. *Tacit. Ann.* 13. c. 54. Nullos mortalium armis, aut fide ante Germanos esse. *Liv.* l. 1. c. 9. Longe ante alias pulcritudine insignis. *Virg. Æn.* 1. v. 347. scelere ante alios immanior omnes. *Nepos in Attic.* c. 3. Unus ante alios carissimus. ¶ *Ante omnia* interdum significat, priusquam omnia alia fiant, *first of all, the very first.* *Cels.* l. 7. c. 30. num. 2. Alvus ante omnia ducitur. Adde lib. 8. cap. 2. ¶ Interdum valet idem ac præcipue, maxime. *Liv.* l. 2. c. 7. Eo ante omnia insignis, quia matronæ annum luxerunt. *especially, chiefly, above all.* Et lib. 7. cap. 4. Ante omnia invisum ipsum ingenium atrox. ¶ Sæpe sine casu effertur, adverbii more pro *antea*: variasque post se particulas adsciscit. *before, on a former occasion, formerly.* *Cic.* l. 5. *de Fin.* c. 12. Si aut manibus ingrediatur quis, aut non ante, sed retro. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 14. De quibus ante ad te falsum scripseram. *Id. Fam.* 15. ep. 14. Et feci ante, et facio nunc. *Cels.* l. 8. c. 10. *ad fin.* Cetera et ante, et post, eadem facienda sunt. *Id.* l. 7. c. 29. Ante caput, deinde reliqua pars auferatur. *Id.* l. 6. c. 6. n. 8. Ante tonderi; deinde in balneo caput fovere; tum detergere, &c. *Plin.* l. 33. c. 1. Numos ante apud nos, mox cœpisse anulos. *Liv.* l. 2. c. 52. Ut in publico periculo ante, sic tum in suo. *Id.* l. 30. c. 34. Et paulo ante non adjuti, et tunc exclusi. *Cic. in Partit. c. pænult.* Quæ paulo ante præcepta dedimus, quæque proxime. *Liv.* l. 37. c. 8. Sicut ante dictum est. *Plin.* l. 38. c. 8. Non plus mali meritos Ætolos Antiochi bello, quam boni ante, cum &c. *Id.* l. 31. c. 7. Si unquam ante alias. *if ever on a former occasion.* Sic l. 32. c. 5. Si quando unquam ante alias. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 14. Longe ante videre aliquid. *Id.* 2. *Phil.* c. 33. Quod tanto ante prædixeras. *Sueton. in Tiber.* c. 67. Multo ante prospicere. *Liv.* l. 41. c. 11. Paucis ante diebus. *Id.* l. 40. *c. ult.* Annis duodecim ante. *Et paulo supra.* Ante annis octo. *Id.* l. 38. c. 52. Ante annis septendecim. *Id.* l. 40. c. 40. Biduo ante. *Id.* l. 41. c. 27. Biennio ante. *Cic. de Amic.* c. 3. Anno ante quam mortuus est. *Virg. Ecl.* 1. v. 60. Ante leves ergo pascentur in æthere cervi, Quam nostro illius labatur pectore vultus. *before*, &c. *Cic. pro Quint.* c. 17. Dici vix potest, quam multa sint, quæ respondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem extremam necessariam devenire. ¶ *Ante* pro in fronte. *Liv.* l. 27. c. 18. Fluvius ab tergo, ante circaque oram omnem cingebat. ¶ Pro initio, *in principio*. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 664. Ac velut ante comas, ac summa cacumina silvæ Lenibus alludit flabris levis Auster: at illum Protinus immanem miseræ sensere carinæ. ¶ Pro olim, quondam. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 337. Ante, deos homini quod conciliare valeret, Far erat, et puri lucida mica salis. ¶ Interdum sequenti dictioni per figuram, quæ ὑφ' ἕν, vel ὑφὲν Græce dicitur, coalescit. *Virg. Æn.* 1. v. 202. neque enim ignari sumus ante-malorum. *h. e.* malorum præteritorum, τῶν ἔμπροσθεν κακῶν. *Quintil.* declam. 5. cap. 14. Ille elegit, qui recipit ante-meliorem. *Capitolin. in Gordian.* cap. 24. Ante-consilia alicui suggerere.

ANTĔA, adverb. *before, aforetime, formerly, heretofore, erst, in time past*, prius, ante hoc tempus, προτέρω, πάλαι, quasi ante ea: idem ac *ante*, sed solum de tempore dicitur. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 3. *a med.* Non accusabimur posthac; neque hercule antea negligentes fuimus. *Id. Fam.* 1. ep. 2. Tempus hoc magis idoneum, quam unquam antea. *Id. ibid.* ep. 9. *ad fin.* Appius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in Senatu. *Id. Attic.* l. 4. ep. 3. Antea, cum judicium nolebat, habebat difficilem causam; post, &c. *Id. pro Mil.* c. 21. Semper antea cum uxore; tum sine ea. *Id. pro Leg. Manil.* c. 5. *in fin.* Hunc audiebant antea, nunc præsentem vident. *Id. Fam.* 3. *ep. ult.* Etsi antea scripsi, tamen hoc tempore, &c. *Id. Fam.* 3. ep. 6. et *Liv.* l. 35. c. 25. Te antea, quam tibi successum esset, decessurum fuisse. *Liv.* l. 8. c. 8. Clypeis antea usi sunt, deinde scuta pro clypeis fecere. *Plin.* l. 4. c. 11. Oppidum Poneropolis antea, mox Philippopolis, nunc Trimontium dicta. ¶ *Antea*, et *prius*, cum de tempore dicitur, nihil aut significatione, aut usu differunt. Hic jocatur *Cicer.* cum Attico, quod mallet is *prius*, quam *antea*, l. 15. ep. 13. Quod ad te antea, atque adeo prius scripsi (sic enim mavis) &c.

ANTEACTUS, a, um, *done formerly or in time past, over, spent, gone by*, προπεπραγμένος, ante actus, seu factus. *Cic.* l. 2. *de invent.* c. 11. et *Verr.* 5. c. 62. Vita anteacta. *Lucret.* l. 1. v. 234. Anteacta ætas. *Id.* l. 3. v. 845. Anteactum tempus. *Id. ibid.* v. 986. Anteacta vetustas. *days of yore.* *Nepos in Thrasyb.* cap. 3. Accusare aliquem rerum anteactarum. *Ovid.* l. 2. *Amor.* eleg. 8. *sub fin.* Anteacta fateri. *one's former actions or deeds.* *Id. Metam.* 12. v. 115. Male credere anteactis. ¶ Scribitur etiam *ante actus*.

ANTEĂGO, is, egi, actum, a. 3. ante ago, seu duco. *Sil.* l. 4. v. 30. tum crine soluto Anteagitur conjux. Rectius scribes *ante agitur*.

ANTEAMBŬLO, onis, m. *a servant whose business it was to walk before his master, clear the way, &c. a client, who walked before his patron in public, in order to shew him the greater respect*, qui ante ambulat. *Anteambulones* dicti sunt non solum servi, qui dominum præcedebant, viam facturi in turba, et nuncium ejus adventus laturi; sed etiam liberi homines, qui honoris, et officii causa magnos dominos præcedebant, vel ob clientelam, vel ut sportulam acciperent: qui mos hodieque durat in comitandis magnis viris, quos honoratiores amici præcedere solent. *Martial.* l. 2. epigr. 18. Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo regis. *Id.* l. 10. epigr. 74. quamdiu salutator, Anteambulones, et togatulos inter, Centum merebor plumbeos die toto? *Id.* l. 3. epigr. 7. Centum miselli jam valete quadrantes, Anteambulonis congiarium lassi. Adde *Sueton. in Vespas.* c. 2. [† V. *Antepedes.*]

ANTEBĂSIS, et Antibăsis, is, f. legitur apud *Vitruv.* l. 10. cap. 17. videturque esse eadem atque illa, quam *ibid.* cap. 15. Græco vocabulo ἀντίβασιν appellat, estque membrum catapultæ, aut scorpionis, quod quale sit, non est facile definire.

ANTECĂNIS, is, m. *the lesser Dog-star, so called from its rising before the greater Dog-star*, sidus cæleste, qui *canis minusculus* a *Vitruv.* dicitur l. 9. c. 7. quia ante canem majorem (qui frequentius *canis*, et *canicula* appellatur) exoritur. nam ejus ortus incidit in idus Jul. caniculæ autem septimo cal. Aug. ut *Columell.* l. 11. c. 2. docet. Græce dicitur προκύων, a πρὸ, ante, et κύων, canis. Constat tribus stellis; habetque locum in Cælo prope lacteam viam sub Geminis, et Cancro, pedibus tangens circulum Æquinoctialem. *Hygin. Poet. Astronom.* l. 3. c. 35. qui l. 2. c. 4. hanc de eo fabulam narrat. Cum Icarius, seu Icarus, Erigones pater, a pastoribus ebriis fuisset occisus, canis nomine *Mera*, seu *Mæra*, qui eum comitabatur, ad Erigonem rediit, et vestem ejus dentibus tenens, ad domini cadaver perduxit: ubi illa patris desiderio absumptam vitam finivit: canis quoque inedia periit, vel ut alii scribunt, in proximum puteum se conjecit. Horum casum miseratus Jupiter, omnes in Cælum transtulit: ubi Icarius appellatur *Bootes*, Erigone *Virgo*, canis *Procyon*, item *canicula*: tametsi *Canicula* sæpius canem majorem designat, ut dictum est. Alii fabulantur fuisse canem Orionis: alii catellam Helenæ, quæ cum Trojam navigaret, eam in mare demersam a Jove in Cælum transferri impetraverit. *Cic. in Arat.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 44. et hic Geminis est ille sub ipsis Antecanis, Graio Procyon qui nomine fertur. *Alii leg.* Antecanem, *h. e.* est ille, qui appellatur *ante canem* ut duæ hæ voces per ὑφὲν coalescant, ut *proconsule*. Ceterum vox hæc *antecanis* minus usitata fuit apud Latinos, quam *Procyon*, licet apud *Cicer. Horat.* et *Manil.* inveniatur, qui Poetica licentia eam usurpasse videntur. amant autem Poetæ Græcæ vocabula. Nam *Plin.* l. 18. c. 28. scribit, sidus, quod Procyon dicitur, apud Romanos nomen non habere: qui profecto si *antecanis* vulgo diceretur, non ignorasset. ¶ Scribitur et *Anticanis*.

ANTECANTAMENTUM, i, n. *that which was sung before the Mysteries, as they went in procession; a prelude, preludium, overture*, cantio solemnioribus sacris præmissa. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Inter majorum antecantamenta votorum. *Alii. legunt*, antecantamina. [† V. *Anteludium.*]

ANTECAPĬO, is, epi, aptum, a. 3. *to take possession of beforehand, preoccupate, preoccupy*, προλαμβάνω, occupo, ante occupo. *Tacit.* l. 15. *Ann.* c. 2. Nam Medos Pacorus anteceperat. *Id.* l. 4. *Hist.* c. 66. Fretus loco, quia pontem Mosæ fluminis anteceperat. ¶ *Antecapere tempus* est prævenire. *to anticipate, prevent.* *Sallust. in Jug.* c. 24. Maxime festinans tempus legatorum antecapere. *Id. in Catil.* c. 58. Optimum factu ratus, noctem, quæ instabat, ante capere, ne quid eo spatio novaretur. *Id. ibid.* c. 13. Non famem, aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem operiri, sed ea omnia luxu antecapere. *h. e.* non exspectare dum esurirent, aut sitirent, &c. sed ea provenire ingurgitando se epulis, &c. ¶ Scribitur et *ante capio* divisim.

ANTECAPTUS. V. *Anteceptus.*

ANTECĒDENS, tis, *antecedent, going before, preceding, foregoing, past*, προεστὼς, προϊὼν, præcedens, antepositus. *Cic. de Fato* cap. 11. Omnia quæ fierent fieri causis antecedentibus. *Auct. epist. ad Octav.* (quæ aliquando Ciceronis credita fuit). Quæ non insequens hora antecedente calamitosior? *Plin.* lib. 13. c. 8. Antecedens annus. ¶ *Antecedentia* apud Rhetores dicuntur, quæ rem, et actionem

aliquam antecedunt; sicut *consequentia*, quæ consequuntur. *Cic. in Partit.* cap. 2. *antecedents.* ¶ Est item superior, major. *surpassing, superior, greater. Cic. de clar. Orat.* c. 21. Ætate paulum his antecedens Ser. Galba. *Id.* l. 2. *Invent.* c. 22. Observantia, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes veremur, et colimus. *Marcell. Dig.* lib. 23. tit. 2. leg. 4. Antecedentis gradus homines non possunt eas ducere, quas iis, qui inferioris dignitatis sunt, ducere non licet.

ANTECĒDO, is, essi, essum, a. 3. *to go before, precede, take the lead, get the start,* προέρχομαι, ante eo, præcedo. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 13. Biduo me Antonius antecessit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 35. *in fin.* Antecedere magnis itineribus. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 9. Pompeius expeditus antecesserat legiones. *Id. in Top.* c. 23. Si huic rei illa antecedit, huic non antecedit. *Titinn.* apud *Non.* c. 9. n. 7. Ubi ambitionem virtuti videas antecedere. *Cels.* l. 1. cap. 2. Exercitatio semper antecedere cibum debet. ¶ Sæpe est superare, præstare, majorem esse, *to surpass, outdo, exceed, excel. Cic.* l. 1. *Offic.* c. 30. Quantum natura hominis pecudibus antecedit. *Id. de clar. Orat.* c. 21. Antecedere alicui ætate. *Justin.* l. 34. c. 3. aliquem ætate. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 118. alicui virtute. *Nepos in Thrasyb. c. ult.* aliquem honore. *Id. de Regib.* c. 2. multo ceteros rerum gestarum gloria. *Id. in Alcib. c. ult.* aliquem in aliqua re. Et cap. 9. Nemo eum in amicitia antecessit. *Curt.* l. 8. c. 1. Antecedere fidem magnitudine rerum. *h. e.* excedere fidem. *Petron. in Satyr.* c. 17. Latrocinia antecessura fabulas. *h. e.* tanta latrocinia, ut ne in fabulis quidem simile aliquid inveniatur. *Plin.* l. 16. c. 4. Antecedere pretio. *to exceed in value.* Et l. 36. cap. 24. Maltha duritiam lapidis antecedens. ¶ Passive *Auson. in gratiar. act.* c. 3. Quæque animi nostri celeritas divum instar affectat, beneficiis præeuntibus anteceditur.

ANTECELLENS, entis, *superior, excelling, surpassing,* qui antecellit. *Cicer. pro Mur.* cap. 17. Q. Catulus humanitate, sapientia, integritate antecellens.

ANTECELLO, is, a. 3. *to excel, surpass, exceed, be superior to,* ὑπερέχω, præsto, supero, præcello, excello, major sum. *Cic. Verr.* 5. c. 5. Causa, quæ magnitudine injuriæ, et re criminibus ceteris antecellit. *Id. Verr.* 6. c. 53. Ædes duæ, quæ longe ceteris antecellunt. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 57. *in fin.* Sensus hominum multo antecellit sensibus bestiarum. *Id. pro Mur.* c. 13. Dicendi consuetudo longe, et multum isti vestræ exercitationi antecellit. *Id. pro Arch.* c. 3. Antecellere omnibus ingenii gloria. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 4. Qui qua re homines bestiis præstent, ea in re hominibus ipsis antecellat. ¶ Cum accusativo *Cic. in fragment. pro C. Cornel.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 897. *Putsch.* Qui eloquentia ceteros antecellis. *Ita leg. plerique Lexicographi: alii* ceteris. *Valer. Max.* l. 3. c. 8. n. 1. Qua constantia victoriæ quoque gloriam antecellit. *Tacit.* 2. *Histor.* c. 3. Ne honore nullo regium genus peregrinam stirpem antecelleret. *Id. Ann.* 14. c. 55. *in fin.* Antecellere omnes fortuna. Adde *Plin.* l. 8. c. 44. ¶ Passive *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 30. An ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur. ¶ Supino caret: præteritum *antecellui* a plerisque ei tribuitur: de quo nondum exempla vidimus. Posset tamen defendi analogia. nam *excello* habet *excellui.*

ANTECEPTUS, a, um. *taken up beforehand, preoccupied, prepossessed, prevented,* προειλημμένος, ante captus, præoccupatus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 16. Appellat πρόληψιν Epicurus, anteceptam animo rei quandam informationem. *Ita meliores libri habent.* ¶ Legitur et *antecaptus. Liv.* l. 5. c. 38. Non loco castris antecapto. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Divinato, et antecapto meo cogitatu. *anticipated.* Alii divisim scribunt *ante captus*, præsertim in loco *Livii.*

ANTECESSĬO, onis, f. *a going before, preceding,* πρόοδος, actus antecedendi, præcursio. *Cic. de Univ.* c. 10. *ad fin.* Flexiones deorum, et inter ipsos deos concursiones, quæque in orbibus eorum conversiones, antecessionesque eveniunt. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 4. Homo causas rerum videt, earumque progressus, et quasi antecessiones non ignorat. *Id. in Top.* c. 13. Cum tripartito distribuatur locus hic, in consecutionem, antecessionem, repugnantiam. *h. e.* in locum a consequentibus, ab antecedentibus, et a contrariis.

ANTECESSĪVUS, a, um, qui antecedit, πρῶος. *Tertull. de virgin. veland.* c. 4. Prius est subjectivum antecessivo.

ANTECESSOR, oris, *he that goeth before, precedes; an antecessor, harbinger,* πρόδρομος, qui antecedit. In militia *antecessores* dicuntur, qui antecedunt agmen, *forerunners of the army, pioneers; scouts. Sueton. in Vitel.* c. 17. Irruperant jam agminis antecessores, ac nemine obvio rimabantur, ut fit, singula. Adde *Hirt. de B. Afric.* c. 12. ubi *antecessores* cum *speculatoribus* conjungit: ex quo apparet *speculatores* esse, qui explorandi causa præmittuntur; *antecessores* autem, qui antecedunt, ut locum metandis castris deligant, viam muniant, opportuna loca occupent, &c. ut etiam *Turneb.* l. 24. c. 16. docet. *Cæsar* hos non semel *antecessores* appellat. ¶ *Antecessores* etiam olim dicti, qui Jura, ac Leges profitebantur, ac publice docebant: quod antecederent, ac deducerent discipulos in penetralia artis, προηγούμενοι: vel quod dignitate ceteris antecederent. Semper enim Juris prudentes in magno honore habiti sunt, *law-teachers, law-professors. Justinian. Cod.* lib. 1. tit. 17. leg. 2. *a med.* Triboniano, necnon Theophilo, et Dorotheo viris illustribus, et facundissimis antecessoribus arcessitis. Adde *eund. in epist. ad JCtos Theophil. Doroth.* &c. *quæ Digestorum corpori præfigitur.* Hinc *Tertull. de virgin. veland.* c. 1. *in fin.* Spiritum S. vocat *antecessorem*, quia magister est Ecclesiæ: et eadem ratione Apostolos omnes *antecessores* appellat l. 1. *advers. Marcion.* c. 20. et l. 5. c. 3. ¶ Sumitur etiam *antecessor* pro eo, qui in aliquo munere jam fuit, cui *successor* opponitur, *a predecessor;* qui et *decessor* dicitur. *Paul. Dig.* lib. 5. tit. 1. leg. 55. Licet ab antecessore numerus finitus sit, solet tamen successor unum edictum dare. *Ulpian.* lib. 27. tit. 9. leg. 9. Antecessor præsidis. Adde *Apulei. in Florid.* n. 9. et 15. (*al.* l. 2. *sub init. et in fin.*) et veter. lapid. apud *Gruter.* pag. 637. n. 1.

ANTECESSUS, a, um, præteritus, anteactus, qui præcessit. *Petron.* cap. 17. Ubi antecessa latrocinia didicistis. *Alii leg.* antecessura: *alii aliter.* ¶ Absolute *in antecessum dare, solvere, accipere* &c. est dare, aut accipere aliquid ante tempus constitutum, *ante* quam dies *cedat,* hoc est adveniat, dandi, aut accipiendi, *beforehand, before the rightful time; in advance, before it is due.* Hæc loquendi formula sumpta est ab argentariis, et mercatoribus. *Glossa vetus:* In antecessum, εἰς προχρείαν. *Senec.* l. 4. *de Benef.* c. 32. *in fin.* Ego quid cui debeam, scio: aliis post longam diem repono, aliis in antecessum; ac prout occasio, et reipublicæ meæ facultas tulit. *Id.* ep. 7. *ad fin.* Unum hæc epistola in debitum solvet; duo in antecessum accipe. *Id.* ep. 118. Bene credi tibi scio: itaque in antecessum dabo. *In plurali num. Quintil.* declam. 12. c. 20. Prosit mihi, quod apud negotiatores solet: in antecessus dedi. *Alii legunt* antecessum. ¶ Translate *Flor.* l. 4. c. 12. Adeo certa victoriæ spe, ut prædam in antecessum pactione dividerent. *h. e.* antequam eam obtinuissent. *Id.* l. 3. c. 21. Quasi desperata victoria ne inulti perirent, in antecessum sanguine Senatus sibi parentabant. *h. e.* justa sibi faciebant, antequam morerentur. Sunt qui hoc loco aliter leg.

ANTECŒNA, æ, f. prima cœnæ fercula. *Lipsius* l. 3. *antiq. lection.* ita hanc vocem interpretatur, et legi putat *in indice Metelli Pontificis* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 9. ubi tamen non *antecœna*, sed *ante cœnam* legitur. V. *Cœna.*

ANTECŒNIUM, ii, n. *an antepast or collation between dinner and supper; a beaver or afternoon's nunchion or luncheon,* πρόδειπνον, cibus ante cœnam. *Isidor.* l. 20. c. 2. Merenda est cibus, qui declinante die sumitur, quasi post meridiem edenda, et proxima cœnæ: unde et antecœnia a quibusdam vocabantur. ¶ Translate *Apulei.* l. 2. *Metam.* Gladiatoriæ Veneris antecœnia. *Apulei.* hoc loco *antecœnia* sumit non eo sensu, quo *Isidorus*, sed pro primis cœnæ ferculis.

ANTECURRENS, tis, *running before, forerunning, preceding,* qui ante currit, et præcedit, προτρέχων. *Vitruv.* l. 9. c. 4. Stella solem antecurrens.

ANTECURSOR, oris, m. προτρέχων, πρόδρομος, qui ante currit. In re militari *antecursores* dicuntur, qui exercitum præcedunt, loca explorant, vias muniunt, castrorum metandorum situs observant, et primi prœlia tentant cum hostibus, si forte occurrant, *forerunners, precursors, scouts, pioneers; also the advanced guard of an army. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 47. Ab antecursoribus de Crassi adventu certior est factus. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 16. Cum antecursoribus Cæsaris prœlio commisso. Adde l. 3. cap. 36. et *Tertull. de Monogam.* c. 8. et l. 4. *advers. Marcion.* c. 33. ubi Joannem Baptistam *antecursorem* vocat, quia Christi adventum prænuntiavit. *Id. de resurr.* carn. c. 22. flores urbane dicit *frugum antecursores.*

ANTECURSORĬUS, a, um, adject. Apud *Apulei.* l. 9. *Metam.* legitur a quibusdam *antecursoria potio*, hoc est quæ principio cœnæ sumitur, et cœnam ipsam præcedit. Alii leg. *occursoria*, alii *accursoria.*

ANTEDĪCO, is, xi, ictum, a. 3. *to say beforehand, predict,* prædico, πρόφημι. *Cicer. Phil.* 1. c. 10. Antedicere ea, quæ vitari possunt. *Id.* l. 2. *de Divin.* c. 6. *in fin.* Hæc qui antedicunt, quam rationem sequantur, vides. ¶ Etiam divisim scribitur *ante dico.*

ANTEDICTUS, a, um, *said or mentioned before, previously suggested,* antea dictus, προφαντός. *Ammian.* l. 16. c. 12. (*al.* 26.) Ut antedictus docuerat perfuga. *Id.* l. 29. c. 5. (*al.* 31.) Caput urbi illatum est antedictæ. *Scribon. Larg. composit.* 163. propter antedictam causam. ¶ Rectius scribitur divisim *ante dictus.*

ANTEĔO, is, ivi, a. 4. *to go before, precede, take the lead,* πρόειμι, ante eo, præcedo. *Cic. Agr.* 2. c. 34. Anteibant lictores, non cum bacillis, sed ut hic prætoribus anteeunt, cum fascibus duobus. *Virg. Æn.* 12. v. 84. *de equis.* Qui candore nives anteirent, cursibus auras. *Horat.* l. 1. od. 35. v. 17. Te semper anteit sæva necessitas. *Sueton. in Cæs.* c. 57. Anteire equo, aut pedibus. *Id. in Aug.* c. 64. Anteire vehiculo. ¶ Sæpissime ponitur pro superare, antecedere, excellere. *to surpass, outstrip, outdo, excel. Cic. Phil.* 9. c. 1. Cum Sulpicius ætate illis anteiret, sapientia omnibus. *Alii leg.* illos, *et* omnes. *Id.* 2. *Offic.* c. 10. et *Nepos in Thrasyb.* c. 1. Anteire aliquem virtutibus. *Id. in Chabr. c. ult.* Anteire omnes auctoritate. *Justin.* l. 1. cap. 3. Anteire omnes mollitia, et lascivia. *Tacit. Hist.* 4. cap. 13. Multo ceteros regia stirpe anteire. *Id.* 15. *Ann.* c. 18. Gravitate sumptuum reditus anteire. *to live beyond one's income, spend more than the receipts will cover. Gell.* l. 19. c. 9. Sicut in voluptatibus cultus atque victus, ita in cantilenarum quoque multis anteiretis. ¶ Passive *Cic. pro Sull.* c. 8. Nec se æquales tui, propter istam causam, abs te anteiri putant. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 3. *sub fin.* Grave est a deterioribus honore anteiri. *Tacit.* 2. *Hist. c. ult.* Ne ab aliis apud Vitellium anteirentur. ¶ Cum infinito *Sil.* l. 5. v. 353. Herbarum hic succis, ferrumque e corpore cantu Exigere, et somnum tacto misisse chelydro, Anteibat cunctos. ¶ Nonnunquam est prævenire, *to anticipate, prevent. Tacit. Ann.* 6. c. 29. *in fin.* Scaurus, ut dignum veteribus Æmiliis, damnationem anteiit. *prevented his condemnation by laying violent hands on himself. Id. Ann.* 15. c. 38. Incendium anteiit remedia velocitate mali. *Terent. Andr.* 3. 3. 24. Anteeamus, dum tempus datur. Alii divisim scribunt *ante eamus.* ¶ *Anteire auctoritari alicujus* apud *Tacit. Ann.* 5. c. 3. est rei resistere tanquam superiorem se gerendo. ¶ *Anteire* pro præsciscere, *Silius* l. 14. v. 455. Idem, quid Boreas, quid vellet crastinus Auster, Anteibat. ¶ In futuro *antibo* pro *anteibo* legitur apud *Tacit. Ann.* 5. c. 6. Sic *antisse* pro *anteisse* apud *eund. Ann.* 4. c. 40. et *antissent* pro *anteissent Ann.* 3. c. 69. et *anteat* pro *anteeat* altero e extrito. *Ovid. de ar. am.* l. 2. v. 726. nec cursus anteat illa tuos.

ANTEFACTUS, a, um, *done beforehand or aforetime,* antea factus. *Gell.* l. 17. c. 7. Utrum in postfacta furta lex valeret, an etiam in antefacta. ¶ *Antefacta, orum,* sunt res gestæ. *things done, deeds gone by. Liv.* l. 37. c. 53. Conveniens esse antefactis dicent. *Vitruv.* l. 9. c. 7. Uti possint antefacta, et futura ex ratiocinationibus astrorum explicare. *Cic. pro Deiot.* c. 13. Multa se arbitratur et peperisse antefactis, et habere in animo, &c. ¶ Scribitur etiam (et quidem rectius) divisim *ante factus.*

ANTEFĔRO, ers, tuli, latum, anom. *to carry or bear before,* προφέρω, ante, prius fero. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 8. Ut (*in exsequiis Augusti*) legum latarum tituli, victarum ab eo gentium vocabula anteferrentur. Et l. 3. *c. ult.* Viginti familiarum imagines antelatæ sunt. *Virg.* 6. *Æn.* v. 677. Dixit, et antetulit gressum. *ante tulit* divisim hic plures legunt. ¶ Sæpius ponitur pro anteponere, *to set before, prefer, give the preference to,* προτιμάω, προκρίνω. *Cic. Fam.* 1. ep. 9. Bibuli fortunam omnium triumphis, victoriisque anteferre. *Id. in Partition.* c. 1. Ista tua studia vel maximis occupationibus meis anteferrem libenter. *Id. Agrar.* 2. c. 3. Qui me antetuleritis nobilitati. *Nepos in Agesil.* c. 4. Antetulit iræ religionem. *Cic. Fam.* 5. ep. 20. Me antelaturum voluntatem tuam commodo meo. *Id. Fam.* 6. ep. 6. Iniquissimam pacem justissimo bello anteferre. *Id. Attic.* l. 6. ep. 8. Anteferre se alicui. *Id. pro Sull.* c. 32. aliquem alicui honore, gratia, fortunis. *Id. in Orat.* c. 7. Longe omnibus unum anteferre Demosthenem. *Nepos in Themist.* c. 1. Ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur. ¶ Particip. passivum *antelatus. Cic. de Provinc. Consul.* c. 11. Cum ipse ceteris esset omni honore antelatus. *Nepos in Agesil. c.* 1. *in fin.* Lysandro suffragante Agesilaus antelatus est. *Id. in Timol.* c. 3. Nullius unquam consilium non modo antelatum, sed ne comparatum quidem est.

ANTEFIXUS, a, um, fixus, et impactus ante aliquam rem. *Tacit. Ann.* 1. c. 61. Truncis arborum antefixa ora. *human sculls fixed upon,* &c. ¶ Apud *Vitruv.* l. 10. c. 15. *antefixa* dicitur columella anterior in catapultæ basi, ita appellata, quia ante aliam columellam, quæ ipsam basim sustinet, fixa, et collocata est. Ita enim *Turneb.* lib. 2. *Adversar.* c. 4. divinat. Porro in verbis *Vitruv.* pro *antefixæ latitudo foraminum*, &c. legunt alii *antefixæ latitudo*, &c. ut rectius constet sententia. ¶ Præterea *antefixa* dicuntur parva signa, corollæ, aliaque hujusmodi ornamenta ex opere figulino, quæ tectis ædium adfiguntur sub stillicidio, ut *Festus* exponit, *figures, or ornaments, set up over the doors of buildings, under the eaves, to bear off the dropping of the rain. Liv.* l. 26. c. 23. In æde Concordiæ Victoria, quæ in culmine erat, fulmine icta, decussaque, ad Victorias, quæ in antefixis erant, hæsit, neque inde procidit. *Alii aliter leg. Id.* l. 34. c. 4. Corinthi, et Athenarum ornamenta laudantes mirantesque, et antefixa fictilia deorum Romanorum ridentes.

ANTEGENITĀLIS, le, adject. *Plin.* l. 7. c. 55. *in fin.* Quanto facilius, certiusque, sibi quemque credere, ac specimen securitatis antegenitalis sumere experimento? *h. e.* experimento sumpto ab iis, quæ antequam gigneremur, fuere.

ANTEGESTUS, a, um, antea gestus, antefactus. *Paul. Dig.* lib. 15. tit. 1. leg. 47. Creditor cum venditore ex antegesto agere potest. ¶ Scribitur etiam (et rectius) divisim *ante gestus.*

ANTEGREDĬOR, ĕris, essus sum, dep. 3. *to go before, precede,* προβαίνω, anteeo, præcedo, ante gradior. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 20. *ad fin.* Stella Veneris Lucifer Latine dicitur, cum antegreditur solem; (*is the harbinger of the Sun*) cum subsequitur autem, (*sets after him*) Hesperos. ¶ Particip. *antegressus, a, um,* qui præcessit. *Cic. de Fato,* c. 10. Omnia quæ fiunt, causis fiunt antegressis. *from causes preceding,* κατὰ προηγουμένας αἰτίας. *Id.* l. 1. *ac Di-*

... 14. n. ... Cum pene innumerabiles res eodem modo ... iisdem signis antegressæ.

ANTEHABEO, es, ui, abitum, a. 2. to prefer, προτιμάω, præfero, antefero, antepono. Tacit. 1. Ann. c. 11. in fin. N... ... atque incredibilia veris antehabeant.

ANTEHAC, adverb. πρόσθεν, heretofore, formerly, erst, in time past, hitherto, until now, πρὸ τοῦ, ante hoc tempus. Terent. Andr. 1. 2. 16. Quod antehac fecit, nihil ad me attinet. Id. Heaut. 2. 1. 5. Ut animus in spe, atque in timore usque antehac attentus fuit, ita postquam, &c. Cic. Fam. 12. ep. 23. Antehac quidem sperare saltem licebat, nunc etiam id ereptum est. ¶ Significat etiam ante illud tempus. Sallust. in Catil. c. 26. Sed ea sæpe antehac fidem prodiderat, creditum abjuraverat. *before that time.* Tacit. Ann. 3. cap. 25. Ut antehac flagitiis, ita tunc legibus laborabatur.

ANTELATUS, V. in *Antefero.*

ANTELIUS, ii, m. Ἀντήλιος. Antelii Græcis erant Dii, qui ante domorum januas collocabantur, ostiorumque præsides habebantur: quemadmodum apud Latinos Jani, et Limentini. *Hesychius* docet ἀντήλιον dici ἔσω τοῦ ἡλίου φαινόμενον, *h. e.* quod contra solem apparet, et per catachresim significare βωμὸν, ὁ κατ' ἀντικρὺ ἡλίου ἱδρυμένον, aram vel deum sub dio, et contra, seu sub sole collocatum. Tales autem erant Antelii, ab ἀντὶ, contra, et ἥλιος, sol: quorum meminit *Tertull. de Idolol.* c. 15. et *de cor. mil.* c. 13. *in fi.* ¶ Scribitur et *Anthelius*, Ἀνθήλιος, quod propius Græcæ scriptioni accedit: tametsi *Hesych.* aspirationem omittit.

ANTELOGIUM, ii, n. *a preamble or preface; a prologue to a play*, prologus, fabulæ proœmium. Hibrida vox ex Latino *ante*, et Græco λόγος, sermo. *Plaut. Men. prol.* v. 13. Huic argumento antelogium quidem hoc fuit.

ANTELOQUIUM, ii, n. *the opening or proemial part of a composition or speech; a proem, exordium*, initium loquendi, exordium, προοίμιον. *Symmach.* l. 1. ep. 77. Quorsum spectet hoc anteloquium, breviter explicabo. *Alii leg.* alloquium. *Id.* l. 8. ep. 23. Anteloquio aliquid complecti. ¶ Pro primo loquendi loco. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 4. Hic assensi omnes Prætextato anteloquium detulerunt. *Id.* l. 1. *c. ult. a med.* Philosophia honoranda est anteloquio. unde meminerit Eustathius, primum sibi locum ad disserendum, omni alia professione cedente, concessum.

ANTELUCĀNUS, a, um, *before day-light, early*, ἀμφιλυκὴς, λυκαυγὴς, qui ante lucem matutinam est, vel fit. *Cic. Fam.* 15. ep. 4. *circa med.* Ex antelucano tempore usque ad horam diei decimam. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 19. *ad fin.* Industria antelucana opificum. *Id. in Catil.* 2. cap. 10. Cœnæ antelucanæ. *h. e.* tota nocte usque ad mane per summam luxuriam productæ. *Vitruv.* l. 1. c. 6. Antelucanus spiritus. *h. e.* ventus. *Plin.* l. 18. c. 6. Antelucanæ auræ. Et cap. 26. et *Columell.* l. 11. c. 2. Antelucana lucubratio.

ANTELUCĬO, adverb. idem quod. *Anteluculo. Apulei.* l. 1. *Metam.* Antelucio aufugere. *Id. ibid.* l. 9. Antelucio recubans adhuc.

ANTELUCŬLO, *before day-light, before morning*, λυκαυγῆς, ante lucem. *Apulei.* l. 1. *Metam.* Anteluculo furtim evadere, et viam, licet trepido vestigio capessere.

ANTELUDĬUM, ii, n. præludium, quod pompam sacrificalem præcedit. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Ecce pompæ magnæ paulatim præcedunt anteludia. [† V. supra in *Anteambulatmentum.*]

ANTEMERIDIĀLIS, le, antemeridianus. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 195. Antemeridiales horæ.

ANTEMERIDIĀNUS, a, um, *before noon, noon-tide, or mid-day*. προμεσημβρινὸς, qui est, vel fit ante meridiem. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 23. Antemeridianis tuis litteris heri statim rescripsi. *Id.* l. 3. *de Orat.* c. 6. Antemeridianus sermo. Et cap. 30. Antemeridiana ambulatio.

ANTEMITTO, is, isi, issum, a. 3. *to send first or before, dispatch forward*, προπέμπω, præmitto. *Solin.* cap. 25. (al. 38.) *de elephantis.* Flumen transituri minimos antemittunt. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 21. Equitatum omnem antemittit. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 51. Imprudentesque antemissis equitibus aggreditur. ¶ *Arbores antemissæ* apud Scriptores rei agrariæ sunt, quæ ante agrorum fines plantantur, et intactæ relinquuntur; ex quibus nec frondes, nec ramos cædunt, ut magnitudine ceteris præstent, designandorum finium gratia. *Sicul. Flacc. de condit. agror.* pag. 4. et 10. *Goes. et Aggen. Urbic. commentar. in Frontin. ibid.* pag. 45. &c. ¶ Scribitur etiam divisim *ante mitto.*

ANTEMNÆ, arum, f. oppidum Sabinorum, nunc excisum, ita dictum, quod *ante amnem* Anienem erat situm, uti docet *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 7. v. 631. Ardea, Crustumerique, et terrigeræ Antemnæ.

ANTEMNAS, atis, adject. m. et f. *Antemnates* sunt Antemnarum incolæ. *Liv.* l. 1. c. 9. et 10.

ANTEMŎNENS, entis, *warning or admonishing beforehand*, qui ante monet. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 259. monstrisque minacibus urbem Territat antemonens semper deus. ¶ Rectius divisim scribes *ante monens.*

ANTEMURĀLE, lis, n. *a counterfort, spur, buttress; an outwork, counterscarp, parapet, breastwork, barbacan*, προτείχισμα, propugnaculum muri exterius. *Hieronym. in Homil.* 2. *Origenis, quam ipse Latinam fecit, sub fin.* [† V. *Antæ.*]

ANTEMURĀNUS, a, um, *placed or stationed before a wall*, ante murum positus. *Ammian.* l. 21. c. 12. (al. 22.) Vallum antemuranum, cæspititibus fultum, insidiantes ab omni discrimine defendebat.

ANTENNA, æ, f. κεραία, lignum transversum in navis malo, cui velum alligatur. *the cross-piece to which the sail of a ship is fastened, the sail-yard.* *Virg.* 3. *Æn.* v. 549. Cornua velatarum obvertimus antennarum. *cornua antennarum* sunt earum extremitates: *the two ends of the sail-yard. velatas* dixit, quia velorum parte extrema involutæ sunt; vel generatim, quia vela habent alligata. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 623. Antenna prona lævo cornu sustulit undam. *Horat.* l. 1. od. 14. v. 5. malus celeri saucius Africo, Antennæque gemant. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 4. v. 9. Effugit hibernas demissa antenna procellas. *Hirt. de B. Alex.* cap. 45. Demittere antennas ad medium malum. *Lucan.* l. 9. vers. 328. Suffigere lintea antennæ summæ. ¶ Scribitur et *antemna*, sed minus frequenter.

ANTĒNOR, ŏris, m. Ἀντήνωρ, Rex Thraciæ. Habuit filios, Helicaonium, Polydamantem, &c. ex quibus Helicaonius uxorem duxit Laodiceam, Polydamas Lycastem, ambas Priami filias. Cum filiis in auxilium Trojanorum venit. Sed existimatus est urbem prodidisse. Nam prætarquamquod Græcorum legatos hospitio suscipiebat, et Helenæ restitutionem frequenter suadebat, Ulyssem simulato habitu intra mœnia vidit, nec indicavit. Eo die, quo Ilium captum est, cum multitudine Henetorum, qui expulsi propter seditionem ex Paphlagonia, amisso Rege Philemone ad Trojam, sedes, et ducem quærebant, discessit ex Troade, venit in Italiam, ad ultimum sinum maris Adriatici, ibique expulsis Euganeis, qui inter mares et Alpes habitabant, urbem condidit. Locus ille, in quem ex navibus egressus est, Troja dictus est, urbs primo *Antenorea*, deinde *Patavium. Servius* ad illud *Virg. Æn.* 1. v. 246. Antenor potuit mediis elapsus Achivis, Illyricos penetrare sinus, &c. *Ovid. Fast.* 4. v. 75. Adjice Trojanæ suasorem Antenora pacis. *Antenora* accusativus est Græcæ positionis pro *Antenorem.*

ANTENORĔUS, a, um, ad Antenorem pertinens: et fere pro Patavino ponitur. *Martial.* l. 1. epigr. 77. Flacce, Antenorei spes, et alumne Laris. *Id.* l. 4. epigr. 25. Faunus Antenoreus. *h. e.* qui incolit, et tuetur Patavinum agrum.

ANTENORĬDÆ, arum, m. Ἀντηνορίδαι, Antenoris filii. *Virg.* 6. *Æn.* v. 484. Tres Antenoridas. ¶ Patavini etiam, quibus Antenor urbem dedit, Antenoridæ dicuntur a *Serv.* ad *Æn.* 1. v. 252. cui adde *Messal. Corvin. de progen. Aug.* c. 10.

ANTENUPTIĀLIS, le, qui ante nuptias fit, ut antenuptialis donatio, *Justinian. novell. constitut.* 2. c. 1. et alibi.

ANTEOCCUPATĬO, onis, f. πρόληψις, actus anteoccupandi. *an anticipating, obviating, forestalling, or preventing.* Est hoc nomine figura Rhetorica, idem ac Occupatio. *Prolepsis, a figure in Rhetoric. Cic.* 3. *de Orat.* c. 53. Ad hilaritatem impulsio, anteoccupatio. *Quintil.* l. 9. c. 1. hæc eadem verba repetit. Sed apud utrunque alii rectius *ante occupatio* divisim scribunt: apud *Quintil.* alii *aut occupatio.*

ANTEOCCŬPO, as, avi, atum, *to anticipate, preoccupate, prevent, forestall. Cic. in Orat.* c. 40. Ut anteoccupet, quod putat opponi. ¶ Rectius scribes divisim *ante occupo.*

ANTEPÆNULTĬMUS, a, um, *antepenultimate. Diomed. Grammat.* l. 2. pag. 425. *Putsch.* Accentus acutus tria loca teneat, ultimum, pænultimum, antepænultimum. ¶ Legitur et *antepenultimus.*

ANTEPAGMENTUM, i, n. vocabulum est architectorum, quod Anglice dicitur: *the ornaments of porches or doors, wrought in wood or stone; garnishing in carved work set on door-posts.* Festus: *Antepagmenta valvarum ornamenta, quæ antis adpanguntur, idest adfiguntur.* Uterque autem respexit *caput* 6. *libri* 4. *Vitruvii*, in quo agitur de ostiorum antepagmentis. Ceterum antepagmenta non solum in ostiis locum habent, sed etiam in projecturis mutulorum sub stillicidio; et fortasse etiam in aliis ædium partibus, ubi aliquid adpangitur, et ad ornamentum, vel munimentum adfigitur. *Cato R. R.* c. 14. Villæ fundamenta ex cæmentis, et calce supra terram pede, ceteros parietes ex latere, jugumenta, et antepagmenta, quæ opus erunt, ex lapide indito. *Vitruv.* l. 6. c. 7. Supra parietes trajecturæ mutulorum projiciantur: item in eorum frontibus antepagmenta figantur. *Vetus lapis apud Gruter.* pag. 207. Tegulas primores omnes in antepagmento ferro figito. *Id. Vitruv. ibid.* c. 6. Ostiorum autem, et eorum antepagmentorum in ædibus hæ sunt rationes, &c. *Et mox.* Corona summa quæ supra antepagmentum superius imponitur, &c. ¶ *Salmas. in exercitat. Plinian.* pag. 1216. ait, antepagmenta lignea fuisse: in quo putat errasse *Philandrum*, quod lapidea fecerit, et ab *antis* non distinxerit. Certe apud *Gruter.* in lapide citato hæc habentur *Facito antepagmenta abiegna:* tamen non videtur absurdum, ex structura etiam, et ex lapidibus aliquando fieri potuisse. Nam et res hujusmodi *adpangi* dicuntur, tum in lateribus ostiorum, tum in coronis fastigii, tum alibi. Qua in re magnum momentum habere debet *Catonis* locus modo allatus cap. 14. Ubi tamen non est dissimulandum, Gryphianas Editiones, et Venetam anni 1472. sic habere: Villa lapide fundamenta calce supra terram pede, ceteros parietes ex latere, jugamenta, et antepagmenta, quæ opus erunt indito. ¶ Legitur et *antipagmentum* (ea ratione, qua *antisto* pro *antesto* dicitur) et ita scriptum est in Codicib. *Festi.*

ANTEPĂRO, as, a. 1. *to prepare beforehand, prepare for*, ante præparo, προπαρασκευάζω. *Propert.* l. 1. eleg. 8. vers. 36. Et quas Elis opes anteпararat equis. ¶ Rectius scribis *ante paro* divisim.

ANTEPARTA, orum, *things procured or acquired before*, antea parta, et acquisita. *Nævius* apud *Charis.* l. 2. pag. 189. *Putsch.* Adolescentes qui anteparta patria peregre prodigunt. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 16. Itane tandem majores famam tradiderunt tibi tui, ut virtute eorum anteparta per flagitium perderes? *Id. Trucul.* 1. 1. 42. Unde anteparta demus postpartoribus. ¶ Scribitur et *ante parta* divisim.

ANTEPASSĬO, onis, προπάθεια, primi motus cupiditatis, qui vel nobis invitis insurgunt, animumque perturbant. *Hieronym.* ep. 9. *ad Salvinum, post med.* Difficile est, quin potius impossibile, perturbationem initiis carere quempiam, quas significantius Græci προπαθείας vocant: nos ut verbum vertamus e verbo antepassiones possumus dicere.

ANTEPĔDES, um, m. vox ex *ante* et *pedes* in unam dictionem per ὑφὲν conflata, qua significantur ii, qui dominum officii causa comitantes præcedunt, quos *anteambulones* appellat *Martial.* Hujusmodi autem erant amici, et clientes. nam servi fere sequebantur, vel circumstabant. *clients that walked before their patrons.* [† V. *Anteambulo.*] *Agroet. de Orthogr.* pag. 2274. *Putsch.* Circumpedes sunt obsequia servorum: antepedes amicorum. *Cassiod.* l. 7. *variar. in formula curæ Palatii*, 5. Ut aurea virga decoratus, inter obsequia numerosa, antepedes Regios primus videaris incedere, &c. Alii hic divisim scribunt *ante pedes.* Sic apud *Juvenal.* sat. 7. v. 143. Respicit hoc primum qui litigat, an tibi servi Octo, decem comites; post te an sit sella, togati Ante pedes. ¶ Præterea *antepedes* dicuntur priores pedes. *Cic. in Arat.* v. 454. At caput, et totum se se Centaurus opacis Eripit e tenebris, linquens vestigia parva Antepedum. *the fore-feet.*

ANTEPENDŬLUS, a, um, *hanging down before*, ante pendens. *Apulei.* l. 2. *Metam.* At illa crinibus antependulis hinc inde dimotis, etiam in mœrore luculentam proferens faciem, &c. Et lib. 5. Pererrantes crinium globos decoriter impeditos, alios antependulos, alios retropendulos.

ANTEPERĔO, is, n. 4. *to perish beforehand. Auson.* epigr. 34. Si tineas, cariemque pati te charta necesse est, Incipe versiculis anteperire meis.

ANTEPILĀNUS, i, m. Antepilani in Romana militia erant, qui in prima, et secunda acie pugnabant, ante pilanos, hoc est ante triarios, qui *pilani* dicuntur a *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 16. et ab *Ovid.* 3. *Fast.* v. 129. Nam in prima acie erant *hastati*, in secunda *principes*, in tertia *pilani*, seu *triarii. Liv.* l. 8. c. 8. Robustior ætas, quibus principibus nomen est, hos sequebantur, scutati omnes insignibus maxime armis. hoc XXX. manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia sub signis jam alii quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat: earum unamquamque primum pilum vocabant, &c. (vel ut *Lips.* l. 2. *de mil. Rom. dial.* 3. legit *unamquamque primam Pilum vocabant*) Et cap. 9. *in fin.* Nam et rorarii procurrebant inter antepilanos, addiderantque vires hastatis, ac principibus. ¶ Meminit *Liv.* antepilanorum etiam cap. 10. sed tum hic, tum in duobus superioribus locis mavult *Patric. rei milit. Rom.* 4. sect. 5. vocem hanc mutari in *antesignani* ob eam potissimum rationem, quod *Livii* verba *cit.* cap. 8. *quia jam sub signis*, cohærere nequeant cum illis, *antepilanos appellabant.* Verum si totus simul *Livii* locus consideretur usque ad verba *pilum vocabant*, facile apparet, cur ii, qui *signa* præcederent, *antepilani* vocarentur. ¶ Alia ratione *antepilani* accipiuntur ab *Ammiano*, qui l. 16. c. 12. (al. 26.) eos ita vocat, qui in prima acie ante signa pugnabant, ut *ibid. Vales.* advertit. ¶ Translate *Id.* l. 28. c. 1. (al. 10.) *de quodam Simplicio.* In cruento enim certamine cum Maximino, velut antepilano suo, contendens, superare eum in succidendis familiarum nobilium nervis studebat. *Salmas. de re milit. Rom.* c. 19. hoc loco legendum putat *antesignano.*

ANTEPOLLĔO, es, n. 2. *to exceed in power, excel*, supra aliquem polleo. *Apulei.* l. 1. *Metam.* Quæ civitas cunctæ Thessaliæ antepollet. *Id.* l. 7. *Metam.* Toto vertice cunctos antepollebat.

ANTEPŌNO, is, sui, ositum, a. 3. *to set or place before, present*, προτίθημι, ante aliquem appono. *Plaut. Men.* 2. 2. 2. Bonum anteponam prandium pransoribus. *Id. Curcul.* 1. 1. 73. Quid antepones Veneri a jentaculo? *h. e.* quid appones Veneri in jentaculum? *Tacit. Ann.* 15. c. 32. Equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit. ¶ Sæpius usurpatur pro præferre, anteferre, primas dare, *to prefer*, προτιμάω. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 21. *in fin.* Longe Academiæ illi ac Lycæo tuum hoc suburbanum gymnasium anteponam. *Id. de Amic.* c. 5. Amicitiam anteponere rebus omnibus. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. *ad fin.* se alicui. *Nepos in Epamin.* c. 2. aliquem alteri in faciendis. ¶ Aliquando effertur per metathesim, seu transpositionem. *Tibull.* l. 1. eleg. 1. v. 20. Libatum agricolæ ponitur ante

Deo. *h. e.* apponitur Deo agricolæ. *Cic.* 3. *Offic.* c. 17. *a med.* Malitia mala bonis ponit ante. Al. leg. *anteponit.*

ANTEPOSĬTUS, a, um, *set or placed before,* ante appositus. *Plaut. Rud.* 2. 6. 24. Cœna anteposita Thyestæ, et Tereo. *Tacit. Ann.* 1. cap. 50. Nullo metu, non antepositis vigiliis. *Id. Ann.* 12. c. 56. Anteposita propugnacula. ¶ Item præpositus, prælatus, *preferred. Tacit. Ann.* 12. *c. ult.* Antepositus filio privignus.

ANTEPŎTENS, entis, *superior in power, excelling,* antepollens, supra alios potens. *Plaut. Trinum.* 5. 1. 1. Hic homo est omnium hominum præcipuis voluptatibus, gaudiisque antepotens. *h. e.* abundans voluptatibus, et gaudiis: ea ratione qua dicitur *muneribus Veneris potens* ab *Horat.* l. 4. od. 10. v. 1. et *pietate potens* a *Propert.* lib. 3. eleg. 21. v. 21. Alii tamen leg. *anteponendus.*

ANTEPRÆDĪCO, is, ixi, ictum, a. 3. *to say beforehand, predict,* idem quod prædico, addito *ante* per pleonasmum. *Cic. Phil.* 5. c. 3. Testificor, denuntio, anteprædico. ¶ Rectius leges *ante prædico* divisim.

ANTEPRÆCURSOR, oris, m. *a precursor,* idem ac præcursor addito *ante* per pleonasmum. *Tertull. de baptism.* c. 6. Joannes antepræcursor Domini fuit. ¶ Legitur et *ante præcursor* divisim.

ANTĔQUAM, *before, before that,* πρὶν ἄν, πρὶν ἤ, priusquam: adverb. temporis, quod fere jungitur indicativo, interdum et conjunctivo. *Cic. Verr.* 4. c. 1. Antequam de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi videntur esse de provinciæ dignitate dicenda. *Id. Fam.* 7. ep. 14. Dabo operam, ut istuc veniam, antequam plane ex animo tuo effluo. *Id. de clar. Orat.* cap. 13. Antequam delectata est Atheniensium civitas hac laude dicendi, multa jam memorabilia effecerat. *Id. Phil.* 12. c. 9. Cui fui semper amicus, antequam Reipublicæ est factus inimicus. *Id. Attic.* l. 2. epist. 7. Equidem antequam tuas legi litteras, in hominem ire cupiebam. ¶ Cum conjunctivo *Id. Phil.* 1. *in prin.* Antequam de Republica Patres Conscripti dicam ea, quæ dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis, &c. *Id.* l. 3. *de Orat.* c. 36. Neque defatigabor, antequam percepero. ¶ Sæpe per tmesim dividitur interjecto aliquo verbo. *Cic. Fam.* 2. ep. 2. Si ei contigisset, ut te ante videret, quam a vita discederet. *Liv.* l. 41. c. 10. Nec ante finitum est, quam tribunus militum, &c. V. alia in *Ante.* ¶ Per anastrophen etiam, hoc est transpositis vocibus, adhibetur. *Lucret.* l. 3. v. 987. quam nascimur ante. *Martial.* l. 9. epigr. 36. Victricem laurum, quam venit ante, vides. Adde *Propert.* l. 2. eleg. 19. v. 66. et *Tibull.* l. 1. eleg. 3. v. 9. [¶ Jungitur etiam infinitivo. *Cic. pro Quinct.* c. 17. Dici vix potest, quam multa sint, quæ respondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem extremam necessariam devenire, *h. e.* antequam deveniatur. *Facciolat.* in annot. ad hunc locum ait: Duriusculum videtur, sed est Ciceronis.]

ANTERĪDES, dum, f. *buttresses, props, or shores, set against walls, to hinder them from falling,* ἀντηρίδες, ἀντερείσματα, pilæ structiles in imo latiores, et paulatim ad summum usque decrescentes, quæ exterius adstruuntur parietibus ad eos muniendos, et fulciendos. Vox ipsa Græca est ab ἀντὶ, contra, et ἐρείδω, figo, firmo, fulcio. Eandem omnino originem, similemque significationem habet *erisma,* atis, n. et *erisma,* æ. f. ἔρεισμα. *Vitruv.* l. 10. c. 1. Scansoria machina catenationibus, et transversariis, et plexis colligationibus, et erismatum fulturis continetur. *Id.* l. 6. c. 11. In frontibus anterides, sive erismæ sint; una struantur eæque inter se distent tanto spatio, quanto altitudo substructionis est futura, crassitudine eadem, qua substructio. Procurrant autem ab imo, deinde contrahantur gradatim, &c. *Inscript.* apud *Donium class.* 2. n. 76. substructiones, et erismas fac. loc. ¶ Etiam lignea fulcimenta ex trabibus, quæ structuram sustinent, *anterides* dicuntur. *Hesych.* Ἀντηρίδες τὰ ἀντερειδόντα ξύλα, ἢ λίθινα κατασκευάσματα. *Gloss. vet. Tibicines,* ἀντηρίδες. Priore *Vitruvii* loco intelligit *Philander* quippiam simile fuisti illi, qui divaricatus scalas fulcit, ac fustinet, quibus rustici decerpendis uvis, ac pomis uti solent.

ANTERIDĬON, ii, n. *a prop or stay,* ἀντερείδιον, obliquum sustentaculum aliquam rem fulciens: ab ἀντερείδω, contra fulcio, sustento. *Vitruv.* l. 10. c. 17. *ad fin.* appellat *anteridion* membrum quoddam balistæ ab officio quod habet sustinendi, et fulciendi. Ubi alii leg. *anteridum,* ut sit genitivus a plurali *anterides:* sed minus recte.

ANTERĬOR, oris, *anterior, fore, foremost,* comparativum ab *ante,* ut docet *Priscian.* l. 3. pag. 599. *Putsch.* et significat eum, qui est ante, et refertur ad locum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 63. Milites in anteriorem vallum tela jaciebant. *Alii leg.* interiorem, *alii* exteriorem. *Ammian.* l. 16. c. 8. (*al.* 13.) Anterior chlamydis pars. *Id.* l. 25. c. 3. (*al.* 7.) Ad speculanda anteriora progressus. ¶ Refertur etiam ad tempus, et significat eum, qui ante fuit. *former. Symmach.* l. 6. epist. 59. Anteriores litteræ tuæ, quas mox aliæ consecutæ sunt. *Sulpic. Sever.* lib. 1. *Hist. sacrar.* c. 52. Anteriores Reges. *Hieronym.* ep. 59. *ad Avitum,* c. 3. Anterior culpa. *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 96. Anterior chao. *h. e.* antiquior. ¶ *Harduin.* tribuit etiam *Plinio* tribus locis in lib. 1. *ejus Hist. nat.* nempe ad fin. indicis lib. 24. 26. et 34.

ANTĔRIS, idis, V. *Anterides.*

ANTERĪUS, adverb. *first,* prius, priore loco, πρότερον: comparativ. ab *ante. Sidon.* l. 2. ep. 9. *ad Donid.* Mane quotidiano partibus super hospite prima, et grata contentio, quænam potissimum anterius edulibus nostris culina fumaret.

ANTERMĬNI, V. *Amtermini.*

ANTĔROS, otis, m. Ἀντέρως, ωτος, Cupido tertius, ex Marte, et Venere tertia natus apud *Cicer.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 23. Dictus est quasi Cupido Cupidini contrarius: ab ἀντὶ, contra, et ἔρως, amor, Cupido. Posset etiam exponi *amori par,* aut *æque venustus ac Amor,* quia præpositio ἀντὶ etiam *instar* significat. Alii interpretantur amorem, quo quis amantem se redamat: alii, ut est apud *Pausan. in Attic.* intelligunt ultorem eorum, qui amanti mutuo amore non respondent. ¶ In plural. numero *Anterotes* dicuntur quædam gemmæ ex amethystorum genere, quia colore valde amœno sunt, et amabili. *Plin.* l. 37. c. 9.

ANTES, ium, m. sunt areolæ hortorum, quæ quadratam lineam, seu figuram referunt. *Colum.* l. 10. v. 376. Humidaque andrachne sitientes protegit antes. *Nonius* hinc recte scribit cap. 1. n. 124. antes esse quadraturas, unde et *antas* dictas esse quadras columnas. Ob similitudinem autem omnes arvorum, et vinearum ordines ad lineam ducti *antes* dicuntur. *Sidon.* l. 8. ep. 8. Quousque pondus ligonis obtusi nec perfossis antibus ponis? *Virg.* 2. *Georg.* v. 417. Jam canit extremos effetus vinitor antes. *Festus* hunc *Virgilii* locum procul dubio respexit, cum scripsit, *antes* esse extremos ordines vinearum. *the front rows of vines.* ¶ Ceterum hæc vox multo adhuc latius patet. Translate enim usurpatur a *Catone in fragment.* l. 1. *rei milit.* apud *Serv.* et *Philargyr.* ad *cit. Virg. loc.* Pedites, inquit, quatuor agminibus, equites duobus antibus ducas. *h. e.* Pedites quadrato agmine ducas, cujus agminis latera equites tegant, veluti duæ lineæ, seu alæ. *files or ranks of soldiers (usually applied to cavalry).* ¶ Advertendum autem, nonnullos veteres Grammaticos *antes* confundere cum *antis,* et *anteridibus.* Nam *Isidor.* l. 15. *Orig.* c. 7. scribit *antes* esse partes anticas januarum, quibus opponantur *postes. Serv.* vero *ad cit. vers. Virgil.* ait, *antes* a quibusdam dici macerias, quibus vineta clauduntur, et ita appellari a lapidibus eminentioribus, qui interponuntur ad materiam sustentandam; sed proprie *antes* esse eminentes lapides, vel columnas ultimas, quibus fabrica sustinetur, et appellari *antes* ἀπὸ τοῦ ἀντιστήκειν [† saltem ἀνθεστήκειν]; ad quam etymologiam etiam extremos ordines vinearum trahi posse, qui *antestant.* ¶ Sunt qui putant, etiam a *Vitruvio* antes usurpari eodem sensu, quo *antæ*; inter quos est *Danetius* in Lexico, qui tamen more suo nullum locum *Vitruvii* assignat.

ANTESCHOLĀNUS, i, m. *an undermaster, underteacher, usher,* πρόσχολος, subdoctor, hoc est qui sub magistro est in schola. Alii volunt esse principem inter discipulos, qui ingenio, et diligentia ceteris antecellit, et a magistro supra ceteros honoratur. *Petron. in Satyr.* c. 81. Veritus, ne Menelaus antescholanus, inter cetera mala, solum me in diversorio inveniret. Sunt qui aliter leg.

ANTESIGNĀNUS, i, m. πρόμαχος τῶν σημείων. Antesignani, *chosen soldiers, who fought before the standards, in the first line,* in Romana militia fuere, non qui ante omnem aciem collocati erant, et primi omnium pugnam inibant, ut velites, antecursores, &c. sed milites legionarii fortissimi, et promptissimi, qui ante signa stabant, ad eorum custodiam. Porro signa non semper eundem in acie locum obtinebant, sed pro ejus varia dispositione, variisque præliorum rationibus, modo in media acie erant, modo ante ipsam; modo in unum omnia collata locum, modo sparsa. Ubicumque autem essent, muniebantur et ante, et retro valida militum manu, qui *antesignani,* et *postsignani* dicebantur. Ceterum quia præcipua signa, ut Aquilæ legionum fere in secunda acie stabant inter principes, factum est, ut aliquando *hastati,* licet propria haberent signa, quia ante majora, et totius exercitus nobilissima stabant, *antesignani* sint appellati: quo pacto eos appellare videtur *Curt.* lib. 4. c. 6. Plura de his V. apud eos, qui ex professo hæc persequuti sunt. *Cic.* 2. *Phil.* c. 29. Fueras in acie Pharsalica antesignanus. *Cæs.* lib. 1. *B. Civ.* c. 43. Legiones tres ex castris educit, acieque in locis idoneis instructa, unius legionis antesignanos præcurrere, atque occupare eum tumulum jubet. *Id. ibid.* cap. 57. Delectos ex omnibus legionibus fortissimos viros antesignanos, centuriones Cæsar ei classi attribuerat. *Liv.* l. 22. c. 5. Pugna exorta est, non illa ordinata per principes, hastatos, ac triarios; nec ut pro signis antesignanus, post signa alia pugnaret acies, &c. *Id.* l. 9. c. 39. Nihil ab ulla parte movetur fugæ: cadunt antesignani; et ne nudentur propugnatoribus signa, fit ex secunda prima acies. Adde *Varr.* apud *Non.* c. 18. n. 4. ¶ Aliis temporibus *antesignani* dicti sunt, qui ante omnia signa, atque adeo ante omnem aciem ibant: quos et *campigenos* vocari scribit *Vegetius* l. 2. *rei milit.* c. 7. ideo sic nominatos, *quia eorum opera, atque virtute exercitii genus crescit in campo:* nempe ii ante signa ibant, et militibus præscribebant, quomodo incedendum esset, qua ratione eundum in hostem, aut recedendum, aut consistendum, &c. Apud *Veget.* est qui legit *antesignarii,* ut et apud *Liv.* l. 4. c. 47. ex quibusdam MSS. ¶ Hinc translate *antesignanus* ponitur pro duce, aut pro eo cujus hortatu, aut exemplo aliquid facimus. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Antesignani nostri partem, qua manus humerum subit, prorsus abscindimus.

ANTESINISTRA. *Servius* in illo *Eclogæ* 9. v. 10. *Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix;* indivise legendum putat *antesinistra,* ut sit adjectivum, et significet cornicem volasse ab antica ad sinistram partem, hoc est ab anteriore parte templi, quod captaturus auspicia lituo designaverat: idem tamen sensus, etiamsi *ante sinistra* divisim legatur, fieri potest.

ANTESTĀTUS, a, um, particip. ab *Antestor.* In fragmento quodam Leg. XII. Tab. dicitur *antestatus* passiva significatione, qui in testem vocatus est ab aliquo adversarium suum in jus trahere volente. Ejus fragmenti hæc sunt verba: *Si vis vocationi fuat, antestaminor: ni it, aurem capito antestati.* Ita *Lipsius* l. 4. *epistolic. quæst.* epist. 26. At *Lambin.* ita emendat, ut vox *antestatus* significet eum, qui in testem vocavit: *Si vis vocationi fuat, antestatus im (h. e. eum) capito,* &c. V. *Antestor.* ¶ In *epit. Institution. Caii* tit. 6. antestatus est idem, qui libripens.

ANTESTO, et Antisto, as, steti, statum, n. 1. *to excel, be superior, be distinguished,* προΐσταμαι, præsto, antecello, ante alios sto. *Cic.* 2. *de Invent.* cap. 2. Crotoniatæ multum omnibus corporum viribus, et dignitatibus antestetetrunt. *Gell.* l. 7. c. 5. Gestu, et vocis claritudine, et venustate ceteris antestabat. *Claud. Quadrigar.* apud *eund. Gell.* l. 9. c. 13. Virtute ceteris antistabat. *Nepos in Aristid.* cap. 1. Eloquentia antistat innocentiæ. Adde *Lucret.* l. 5. v. 22.

ANTESTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to call one for a witness to an arrest,* &c. *by touching the ear,* προδιαμαρτυρέω, in testem vocare. Unde dicatur, non convenit inter Etymologos. Alii enim ab *ante,* et *testor* derivant, quod testes vocare solemus, antequam res fiat: alii ab *am,* circum, et *testor:* alii dici putant pro *attestor,* converso *t* in *n.* Est autem verbum proprium fori, desumptum ex fragmento veter. Leg. XII. Tab. quod refert *Porphyrion* vetus *Horatii* interpres *ad* l. 1. sat. 9. *sub fin.* V. in *Antestatus.* Mos autem erat, ut qui aliquem in jus vocabat, et nolentem pertrahere volebat, aliquo teste uteretur, quo vocationem suam judici probare posset. Interrogabat autem eum, quem testem designabat, his verbis: *Licet antestari?* quo respondente *Licet,* adversarium in jus vocabat. Quod si is adhuc recusaret, aurem ejus quem in testem vocaverat, leniter tangebat admonendi causa, ut pro se contra reum testimonium interponere meminisset. *Plin.* l. 11. c. 45. Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes antestamur. *Horat.* l. 1. sat. 9. *sub fin.* casu venit obvius illi Adversarius, et, quo tu turpissime? magna Exclamat voce: et, licet antestari? ego vero Oppono auriculam: rapit in jus. *Plaut. Pers.* 4. 9. 10. Nonne antestaris? *Sa.* tuan' ego causa, carnufex, cuiquam mortali libero aures atteram? *Id. Curcul.* 5. 2. 23. Licet te antestari? *Mi.* non licet. Et v. 25. Antestari servum. Adde *Pœn.* 5. 4. 58. ¶ *Antestamino* vetus imperativum pro *antestator,* est in Leg. XII. Tabul. apud *Gothofred.* tab. 1. Sic *præfamino* apud *Caton. R. R.* c. 141. pro *præfare.* et *profitemino* pro *profiteatur* in vet. Tab. æn. apud *Murator.* pag. 582. *initio.* ¶ Passive pro in testem vocari. *to be witness of an arrest or other matter in law, be summoned for a witness. Liv. apud Priscian.* l. 8. pag. 792. *Putsch.* Impubes libripens esse non potest, neque antestari. προσδιαμαρτυρηθῆναι. ita enim *Priscian.* exponit. Hinc particip. *antestatus* passivæ significationis, quod V. ¶ Pro testari, testem aliquem appellare, extra judicium. *Cic. pro Mil.* c. 25. *in fin.* Te, Magne, tamen antestaretur. *Alii leg.* attestaretur.

ANTEVENĬO, is, ēni, entum, a. 4. *to get before, get the start of,* prævenio, προφθάνω. *Sallust. in Jug.* c. 52. Exercitum Metelli antevenit. Et cap. 60. Magnis itineribus antevenire aliquem. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 66. Tempori huic hodie anteveni. *Sallust. in Jug.* c. 93. Consilia, et insidias hostium antevenire. *to prevent, thwart,* &c. *Cato* apud *Non.* c. 2. n. 143. Quod compluriens usuvenit, omni tempore anteventum est. ¶ Est etiam antecellere, superare, anteire, *to excel, exceed, surpass. Tacit.* 4. *Ann.* c. 18. Beneficia usque eo læta sunt, dum videntur exsolvi posse: ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur. *Plaut. Cas.* 2. 3. 1. Amor omnibus rebus, et nitoribus nitidis antevenit. *Sallust. in Jug.* c. 4. Antevenire aliquem per virtutem.

ANTEVENTŬLUS, a, um, adject. *Capilli anteventuli* dicuntur ab *Apuleio,* qui ante frontem veniunt, et pendent, quos et *antependulos* vocat l. 9. *Metam.* Discerptæ comæ pleramque ejus anteventulæ contegebant faciem. *the forelocks. Id. in Florid.* n. 3. (*al.* l. 1.) Jam primum crines ejus præmulsis antiis, et promulsis caproneis anteventuli, et propenduli. [† V. *Antiæ* et *Capronæ.*]

ANTEVERSĬO, onis, f. *a getting before, anticipating, preventing,* actus antevertendi, et præveniendi. *Ammian.* l. 21. c. 5. *in fin.* (*al.* c. 10.) Expertus quid in rebus tumultuosis anteversio valeat, et prægressus.

ANTEVERTO, *et veteri loquendi more* Antevorto, is, rti, rsum, a. 3. *to prevent, forestall, anticipate, thwart,* φθάνω, prævenio, anticipo, præverto. [*Cic. de Nat. Deor.* l. 2. c. 20. Stella Mercurii anno fere vertente signiferum lustrat or-

bem, neque a sole longius unquam unius signi intervallo discedit, tum antevertens, tum subsequens. *Id.* &c.] *Cic. pro Mil.* c. 17. Vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuvium illo ipso die: itaque antevertit. *Id. de Amic.* cap. 4. Idipsum cum tecum agere conarer, Fannius antevertit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 7. Qua re nuntiata Cæsar omnibus consiliis antevertendum existimavit, ut Narbonem proficisceretur. *Plaut. Capt.* 4. 2. 60. Pol mærores mi antevortunt guadiis. *h. e.* veniunt ad me ante gaudia. *Terent. Eun.* 4. 5. 12. Miror, ubi ego huic anteverterim. *h. e.* ubi hanc prævenerim. *Tacit. Ann.* 13. c. 30. Antevertere damnationem veneno. ¶ Significat etiam anteponere, præferre, *to place before, prefer. Pacat. in Paneg. ad Theodos. Aug.* c. 9. Quod ego tuum otium aliorum negotiis anteverto. ¶ Deponentis forma *Plaut. Bacch.* 3. 5. 1. Rebus aliis antevortar, Bacchis, quæ mandas mihi, Mnesilochum ut requiram. *h. e.* illud aliis rebus antevertam, ut requiram Mnesilochum. Ita legitur in plerisque optim. Codicib. Al. tamen hab. *antevertam.*

ANTEVĬDENS, entis, *foreseeing*, qui prævidet. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 581. Nunc quo se raperet, nunc quo diversus abiret, Antevidens. ¶ Scribi potest etiam divisim.

ANTEVĬO, as, n. 1. *to go before on the way*, per viam eundo præcedo. Usurpatur *a Venant. Fortun.* l. 4. carm. 26. *a med.*

ANTEVŏLO, as, a. 1. *to fly before, to get the start by flying or rushing forward*, volando præcedere. *Claudian. in carm. de phœnice*, v. 21. Antevolant Zephyros pennæ. *Sil.* l. 12. v. 600. Fulvius antevolans agmen. *Virg.* 12. *Æn.* v. 455. Antevolant, sonitumque ferunt ad litora venti. *Id. Æn.* 9. v. 47. Turnus ut antevolans tardum præcesserat agmen. ¶ Apud *Virg.* rectius divisim scribes *ante volo.*

ANTEVORTA, æ, f. Dea, quæ res præteritas curare dicebatur, sicut *Postvorta* futuras. Alio nomine *Porrima* appellatur ab *Ovid.* l. 1. *Fast.* v. 633. et a *Serv.* ad 8. *Æn.* v. 336. Apud *Macrob.* lib. 1. *Saturn.* c. 7. Antevorta, et Postvorta dicuntur *Divinitatis aptissimæ comites*, quia Deus tum longe præterita, tum futura optime cognoscit. V. *Porrima.*

ANTEURBĀNUS, a, um, *that is before or near the city*, qui est ante, et prope urbem. *Festus:* Anteurbana prædia, urbi propinqua.

ANTHÆUS, V. *Antæus.*

ANTHALĬUM, ii, n. ἀνθάλιον, genus herbæ, cujus pomo mespili magnitudine et rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi, Ægyptii utuntur in cibis: ita dictæ ab ἀνὰ, et θάλλω, regermino. *Plin.* l. 21. c. 15.

ANTHĒDON, ŏnis, f. ἀνθηδὼν, όνος, genus mespili, pomum ferens ceteris minus, sed odoratius, et quod diutius servatur. Quidam putant dici ab Anglis *a medlar-tree. Plin.* l. 15. c. 20. Mespilis tria genera, anthedon, setania; tertium degenerat anthedoni tamen similius, &c. ¶ Est etiam hoc nomine urbs Palæstinæ maritima inter Ascalonem, et Gazæorum portum, nunc *Larissa*, aliis *Daron. Plin.* l. 5. c. 13. ¶ Item oppidum Bœotiæ, in litore contra Eubœam, patria Glauci. *Ovid. Metam.* 7. v. 232. Carpit, et Euboica vivax Anthedone gramen. ¶ Denique portus in sinu Saronico, qui nunc *the Gulf of Egina. Id.* l. 4. c. 5.

ANTHEDONĬUS, a, um, adject. ad Anthedonem urbem pertinens. *Stat.* 9. *Theb.* v. 291. Thisbæumque Lycam, Anthedoniumque Lycetum. Et vers. 328. Anthedonius hospes. *h. e.* Glaucus.

ANTHELĬUS, V. *Antelius.*

ANTHELMUS, V. *Aldhelmus.*

ANTHĔMIS, idis, f. *the herb chamomile*, ἀνθεμὶς, genus herbæ, quæ et *chamæmelon* dicitur, quia odorem mali habet. *Plin.* l. 22. c. 21.

ANTHEMĬUM, ii, n. herba eadem quæ anthemis, apud *Æmil. Macr. cap. de Camomilla.*

ANTHEMUM, i, n. herba parva a radice folia quina habens, caules longos duos, florem roseum: ad ejiciendos calculos utilissima. *Plin.* l. 26. c. 8.

ANTHĔRÆ compositiones dicuntur a medicis, quæ vel floridum colorem habent, vel certorum florum admixtione fiunt (nam ἀνθηρὸς floridum significat) quæ præcipue adhibentur in ulceribus oris. Earum exemplum duplex *Cels.* l. 6. c. 11. ponit. *Id. ibid.* c. 15. Satis proficit anthera, humido ulceri arida inspersa. *Plin.* lib. 24. cap. 9. Quo medici utuntur vice gallæ in compositionibus, quas antheras vocant.

ANTHERĬCOS, i, m. *the stalk of the daffodil*, ἀνθέρικος, caulis asphodeli. *Plin.* l. 21. cap. 17. et l. 22. c. 22.

ANTHĬAS, æ, m. Ἀνθίας, genus piscis, cujus capturam ingeniosam describit *Plin.* l. 9. c. 59. Adde *Ovid. in Halieut.* v. 45. [† Dictus et *Sacer piscis.*]

ANTHĬNUM MEL, ἄνθινον μέλι, *honey gathered in the spring*, mel verno tempore constructum ex primis floribus. Nam ἄνθινος floreum significat. *Plin.* l. 11. c. 14. Mel vernum, ex floribus constructo favo, quod ideo vocatur anthinum.

ANTHOLOGĬCA, ἀνθολογικὰ, ab ἄνθος, flos, et λόγος, sermo. *Libri Anthologicon* sunt, qui variarum rerum veluti flores, et exquisitiores sententias collectas ex variis scriptoribus continent. *Plin.* l. 21. cap. 3. *in fin.* De floribus supra dictis, scripsit Theophrastus apud Græcos: ex nostris autem inscripsere aliqui libros Anthologicon: flores vero persecutus est nemo, quod equidem inveniam. *anthologicon* est Græcus genitivus pluralis, ἀνθολογικῶν. [† V. in *Amalthea.*]

ANTHOLOGUMĔNA, ἀνθολογούμενα, quasi dicas florilegia, hoc est collectiones variarum rerum selectarum, et veluti flores uno comprehensa libro: ab ἄνθος, flos, et λέγω, dico. *Plin.* l. 20. cap. 8. *in fin.* Diodotus, qui anthologumena scripsit. *Harduin.* ita legendum censet ex quibusdam MSS. non ut est in editis, *antilegomena*, quod significat contrarie dicta.

ANTHRACĬAS, æ, m. *a gem resembling a burning coal, a carbuncle*, ἀνθρακίας, gemma est apud *Solin.* c. 37. (*al.* 50.) *extrem.* quibusdam veluti scintillantibus stellis coruscans, carbonis accensi instar. nam ἄνθραξ, ακος, Græce carbonem significat. Hæc eadem a *Plin.* l. 37. c. 11. vocatur *Anthracitis, itidis*, Ἀνθρακῖτις. ¶ Alia est *anthracitis* in Thesprotia fossilis, igneo colore, et quæ in ignem conjecta velut intermortua exstinguatur, contra aqua perfusa exardescat. *Id. ibid.* c. 7.

ANTHRACĬNUS, a, um, adject. *black, coal-black*, ἀνθράκινος, idem ac ater. nam ἄνθραξ Græce carbonem significat. *Varr.* apud *Non.* cap. 16. *n. ult.* Propinquæ adolescentulæ etiam anthracinis, proximæ amiculo nigello, capillo demisso sequerentur luctum. Alium *Plauti* locum V. in *Anatinus.*

ANTHRACĪTES, æ, m. *a carbuncle*, lapis ex genere hæmatitarum, ita dictus, quia accensorum carbonum colorem imitatur, ἀνθρακίτης: ab ἄνθραξ, ακος, carbo, *Plin.* l. 36. c. 20.

ANTHRACĪTIS, V. *Anthracias.*

ANTHRAX, ăcis, m. *a coal*, ἄνθραξ, vox Græca carbonem significans. A *Vitruv.* l. 7. c. 8. dicitur *anthrax* rudis gleba minii, antequam tractionibus ad minium perveniat, quia carbonis accensi similis est, ferreum subrufum colorem habens, et rubro pulvere conspersa. ¶ A Medicis *anthrax* dicitur abscessus quidam rubens pustulis aut nigris, aut sublividis, aut pallidis, et acri inflammataque vi carnem perurens, Latine *carbunculus, a carbuncle, a red spot or pimple breaking out on the face or body.* Pænultima in obliquis casibus brevis est. sed producitur ab *Æmil. Macr. de herb. cap. de Sabina*, ubi ait: Sic juvat anthracas, bona quæ plebs ulcera dicit. Adde *caput de Nasturtio:* nec tamen est imitandus.

ANTHRISCUS, i, *a herb like scandix, but with leaves somewhat thinner*, f. herba est inter silvestria olera annumeranda, scandici similis, nisi quod folia habet crassiora, et minus odorata. *Plin.* l. 22. c. 22. qui l. 21. c. 15. usurpat neutro genere.

ANTHROPOGRĂPHUS, i, m. *a portrait-painter*, ἀνθρωπογράφος: ita cognominatus est Dionysius quidam pictor apud *Plin.* l. 35. c. 10. quia nihil aliud, quam homines pinxit: ab ἄνθρωπος, homo, et γράφω, pingo.

ANTHROPOLĂTRA, æ, m. ἀνθρωπολάτρης, *h. e.* adorans hominem: ab ἄνθρωπος, homo, et λατρεύω, colo. Dicitur de Nestorianis hæreticis, qui Jesum Christum solum hominem esse volebant. *Imp. Justin.* l. 1. *Cod.* tit. 1. leg. 5. et 6. *a med.*

ANTHROPOMORPHĪTÆ, arum, m. ἀνθρωπομορφῖται, dicti sunt Hæretici quidam, Deum homini similem, humanaque forma præditum putantes: ab ἄνθρωπος, homo, et μορφὴ, forma. *Augustin. in lib. de Hæresib. ad Quodvultdeum.*

ANTHROPOPHĂGUS, i, m. *a man-eater, cannibal, one who feeds on human flesh*, ἀνθρωποφάγος, vox Græca ab ἄνθρωπος, homo, et φάγω, vescor. *Anthropophagi* cognominati sunt quidam populi Scythiæ apud *Plin.* l. 4. c. 12. et l. 6. c. 17. item Æthiopiæ, apud *eund.* l. 6. c. 30. quod olim humana carne vescerentur.

ANTHUS, i, m. *a bird that feeds on flowers, and imitates the neighing of a horse*, ἄνθος, avis quædam, quæ equi hinnitum imitari dicitur; quæque perpetuas cum ægitho inimicitias gerit. *Plin.* l. 10. c. 42. et 74.

ANTHYLLĬON, ii, n. *a herb like a lentil, good against obstructions in the urinary passages, and for staunching blood*, ἀνθύλλιον, herba lenti simillima, quæ in vino pota vesicam vitiis liberat, et sanguinem sistit. *Plin.* l. 26. c. 8.

ANTHYLLIS, idis, *an herb like ground-ivy*, ἀνθυλλὶς, herba est chamædrios similitudine, flore purpureo, gravi odore, radice intubi. *Plin.* l. 26. c. 15.

ANTHYPOPHŎRA, æ, f. *a figure in rhetoric, wherein the objections that an adversary may start are anticipated*, ἀνθυποφορὰ, vox Græca ab ἀντὶ, contra, et ὑποφορὰ, objectio, est figura sententiarum, prolepsi valde similis, vel potius prolepsis pars, qua adversarii rationem, qualem afferre eum posse putamus, proponimus, eamque ipsi solvimus: ut in illo *Virg. Æn.* 4. v. 603. Verum anceps pugnæ fuerat fortuna: fuisset. *Quintil.* l. 9. c. 2. et 3. Græce usurpat: at Latine *Senec.* l. 1 controv. 7. *sub fin.* Deinde antipophoram sumpsit, &c.

ANTĬÆ, arum, f. *forelocks*, plur. num. capilli sunt muliebres demissi in frontem, ut *Festus* definit. Sed etiam de viris dicuntur. *Apulei. in Florid.* n. 3. (*al.* l. 1.) *de Apolline.* Crines ejus præmulsis antiis, et promulsis caproneis anteventuli, et propenduli. Adde *Tertull. de Pall.* c. 4. ¶ Esse hoc nomen feminini generis, et carere singulari numero, docet *Charis.* l. 1. pag. 20. *Putschii.* V. *Capronæ.* [† V. et *Anteventulus.*] Apud *Isidor.* lib. 19. *Orig.* c. 31. scribunt *anciæ.*

ANTIĀNUS, a, um, ad Antium pertinens. *Plin.* l. 3. c. 6. Ultra Tiberina ostia in Antiano Astura. *h. e.* in mari, quod Antiatem agrum alluit. *Cic. in fragment.* apud *Non.* c. 4. n. 130. Hercules Antianus. *h. e.* Antii cultus.

ANTĬAS, ātis: adject. omn. gen. qui est ex Antio Latii oppido. *Gell.* l. 1. c. 7. Valerius Antias. *Liv.* l. 8. c. 14. Interdictumque mari Antiati populo est. *Id.* l. 6. c. 9. Credo, rem Antiatem diuturniorem manere, diis cordi fuisse. *Id.* l. 8. c. 12. Cum stativa in agro Antiati habuisset. ¶ *Antiates, ium*, sunt populi Antii incolæ. *Liv.* l. 8. c. 14. *in fi.* Naves Antiatium partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ. Al. leg. *Antiatum.*

ANTIATĪNUS, a, um, adject. ad Antium pertinens, ut *Antiatinæ sortes* apud *Sueton. in Calig.* c. 57. quæ scilicet ducebantur in templo Apollinis, qui Antii colebatur. Et *Antiatina Ceres* in vet. Lapide Musei Veronens. pag. 82.

ANTIBACCHĪUS, m. ἀντιβακχεῖος, pes bacchio contrarius, ex duabus longis, et ultima brevi, ut *Audisse. Donat.* pag. 1739. *Putsch.* ¶ Alii contra dicunt *antibacchium* constare brevi, et duabus longis, ut *Poetæ. Terentian. Maur. de pedib. cap. de octo pedib. trisyll.* pag. 2414. *Putsch.* Ἀντίβακχος autem tunc erit, Cum brevem primam locabis et duas longas dein. Idem docet *Atil. Fortunatian.* pag. 2687. [Et *Quintil.* l. 19. c. 4. qui tamen eumdem *palimbacchium* vocat.] Hinc *antibacchius versus* dicitur a *Diomed.* l. 3. pag. 513. qui quatuor hujusmodi antibacchiis constat: qualis est hic *Mariti beati paremus nepotes.* V. *Bacchius.*

ANTIBACCHUS, i, ἀντίβακχος, pes metricus idem, qui antibacchius. *Auson.* ep 4. v. 91. Ut claudat choriambon antibacchus. *Auson.* hoc loco antibacchum intelligit, qui prima brevi constat, duabus reliquis longis. V. vocem præced. ubi et locum habes Terentiani ἀντίβακχον Græce pro ἀντιβάκχειον usurpantis, et Latinis etiam litteris non semel *antibacchum* adhibentis, pag. 2439. et 2448. *Putschii.*

ANTIBĂSIS. V. *Antebasis.*

ANTIBOREUM horologium, ἀντιβόρειον, (*facing the north-point, looking towards the north*) apud *Vitruv.* l. 9. c. 9. esse videtur *Baldo* horologium solare in plano æquatoris descriptum, et polum ipsum Borealem respiciens: ab ἀντὶ, contra, et βορεῖος, Borealis. Sed quia tale horologium Australem æque, ac Borealem polum respiceret, hanc alii interpretationem rejiciunt; neque tamen in re perobscura, quid magis certi afferri possit, satis vident.

ANTICĂNIS, V. *Antecanis.*

ANTICATEGORĬA, æ, f. *reciprocal accusation, counter-accusation*, ἀντικατηγορία, mutua accusatio: ab ἀντὶ, contra, et κατηγορέω, accuso: et est genus judicialis controversiæ, cum duo litigatores idem crimen invicem intentant, vel aliud unus, aliud alter, ut docet *Quintil.* l. 3. c. 10. qui l. 7. c. 2. addit, a quibusdam Latine dici *concertativam.* Ipse autem Græce usurpat, ut et *Martian. Capell.* l. 5. pag. 152. at Latine *Augustin.* l. 3. contra *Crescon. Grammat.* cap. 26. et cap. 74. *in fin.*

ANTICĂTO, onis, m. *Cæsar's Reply to Cicero's Treatise in praise of Cato.* Cum M. Cato (ille qui Uticæ sibi mortem conscivit) ne in C. Cæsaris potestatem veniret, ob morum sanctitatem, vitæ innocentiam, et excellentem virtutem a Cicerone fuisset vehementer laudatus in quodam libello, qui ad nos non pervenit; C. Cæsar contra eum duos confecit libros, quos *Anticatones* inscripsit, quibus et Ciceroni respondit, et varia Catoni vitia objecit: sed et hi temporum injuria periere. *Gell.* l. 4. c. 16. Cæsar in Anticatone, &c. *Juvenal.* sat. 6. v. 337. duo Cæsaris Anticatones.

ANTICHRISTUS, i, m. *an antichristian, opposer of the doctrines of Christianity; also a Pseudo-Christ, Anti-Christ, one who sets himself up falsely as the promised Messiah*, Ἀντίχριστος, qui se Christo opponit, et contraria ejus sanctissimis dogmatis homines docet: vel qui se pro Christo venditat. *Tertullian. Lactant. Prudent. Augustin.* et alii Ecclesiæ Scriptores.

ANTICHTHŎNES, um, *those people who, living on the other side of the globe, have their feet exactly opposite to ours; antipodes*, ἀντίχθονες, iidem qui *Antipodes:* ab ἀντὶ, contra, et χθὼν, χθονὸς, terra, quia oppositam pedibus nostris terram incolunt, ut Hispani, et Indi. Sed notandum ex *Isaaco Voss. ad Melam*, l. 1. c. 1. Antichthones a veteribus accipi pro iis omnibus, qui oppositam terram Australem inhabitare credebantur, etiamsi in superiore nostro hemisphærio degerent. Ita semper ab Antœcis, et Antipodibus distinguuntur. *Plin.* l. 6. c. 22. Tabrobanem alterum orbem terrarum esse diu existimatum est, Antichthonum appellatione. *Mela loc. cit.* Terra zonis quinque distinguitur: mediam æstus infestat, frigus ultimas; reliquæ habitabiles paria agunt anni tempora, verum non pariter: Antichthones alteram, nos alteram incolimus. Illius situ ob ardorem intercedentis plagæ incognito, hujus dicendus est, &c. [† V. *Antipodes.*]

ANTICIPATĬO, onis, f. *anticipation, notion, natural apprehension of a thing*, πρόληψις, anticipata cognitio ali-

cujus rei. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 16. Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum? quam appellat πρόληψιν. Epicurus, id est anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quidquam, nec quæri, nec disputari potest. *Et* cap. 17. Fateamur constare illud etiam, hanc nos habere sive anticipationem, ut ante dixi, sive prænotionem deorum. Sunt enim rebus novis nova ponenda nomina, ut Epicurus ipse πρόληψιν appellavit, quam antea nemo eo verbo nominarat. ¶ Alio sensu *Arnob.* l. 3. pag. 107. *anticipationes itionum* dicit principia ambulationis, seu primos motus, quos animal ambulaturum facit. ¶ Apud Rhetores *anticipatio* eadem est figura, quæ occupatio, et πρόληψις. *Jul. Rufinian. de schematis λέξεων. a figure of speech, in which something is anticipated; Prolepsis.*

ANTICIPĀTOR, oris, m. qui anticipat. Habetur in quadam Oratione ad Deum, quæ est in *Ephemeride Ausonii*; ab aliis *Paulino Nolano* tributa carm. 5. (*al.* 4.) vers. 9. Ipse Dei Verbum, Verbum Deus, anticipator Mundi, quem facturus erat. *h. e.* qui ante noverat, et capiebat Mundum, quam faceret.

ANTICIPĀTUS, a, um, *anticipated, prevented, forestalled,* ante captus, præceptus, προκαταληφθείς. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 27. Ita est informatum, anticipatumque mentibus nostris, ut homini, cum de deo cogitet, forma occurrat humana. *Arnob.* l. 6. pag. 192. Anticipata cognitio. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 234. per compendia montis Anticipata via est. *Sueton. in Claud.* c. 21. Ludi sæculares anticipati, nec legitimo tempori reservati. *anticipated, celebrated before the usual time.*

ANTICĬPO, as, avi, atum, a. 1. *to get before, preoccupy, take by the forelock, get the start of, interlope,* προλαμβάνω, ante capio, præcipio, ante occupo, anteverto. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 14. Quid igitur proficis, qui anticipes ejus rei molestiam, quam triduo sciturus sis? *Sueton. in Tiber.* c. 61. Anticipare mortem. *Stat.* 6. *Theb.* v. 442. viam. *Maximian. Gall.* (seu quicumque alius auctor est) *Ecl.* 1. *sub fin.* Sed mihi venturos melius prævertere casus, Atque infelices anticipare dies. ¶ Cum absolute usurpatur, fere significat prævenire. *to anticipate, prevent. Plin.* l. 2. c. 47. Venti per singulas intercalationes uno die anticipantes. *Lucret.* l. 5. v. 657. Sol idem sub terras ille revertens Anticipat, cælum radiis accendere tentans. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 13. Anticipate, atque addite calcar. ¶ Pro superare, vincere, *Auson.* ep. 4. v. 69. Scillite decies non si purgeris aceto, Anticipesque tuo Samii Lucumonis acumen.

[* ANTICLĒA, seu ANTICLĪA, æ, f. Ἀντίκλεια, filia Autolyci, quam Sisyphus, cum ad Laertem duceretur, compressit, ex quo concubitu natus est Ulysses, qui tamen quod post nuptias ortus est, Laertis habitus filius; hinc apud *Ovid. Met.* l. 13. v. 31. Ajax Ulyssem vocat per contemptum *sanguine cretum Sisyphio.* Vide *Hygin.* fab. 201. et *Serv. ad Æn.* l. 6. v. 529.]

ANTĪCUS, a, um, adject. Inter ceteros honorum titulos, quibus se Imperator Justinianus appellat initio Institutionum suarum, est et *Anticus*, a devictis, ut ferunt Antis, qui fuisse dicuntur populi accolæ paludis Mæotidis, ex genere Hunnorum, quos variis prœliis ad internecionem delevit.

ANTĪCUS, a, um, *fore, before, straight before or opposite us,* ὁ πρόσθεν. qui in anteriori parte, et ante nos positus est: sicut *posticus*, qui post nos est. *Cic. de Univers.* c. 10. In anticam partem pelli. *Festus in Posticum:* Quæ ante nos sunt, antica; et quæ post nos sunt, postica dicuntur. Et dextram anticam, sinistram posticam dicimus. Sic etiam ea cæli pars, quæ sole illustratur ad meridiem, antica utique nominatur, quæ ad septentrionem est, postica. Hæc *Festus*, qui sub littera A docet, *anticum* absolute positum fuisse a Veteribus pro janua domus: intellige eam, quæ in fronte ædium est. *Varr.* quoque l. 6. *L. L.* c. 2. scribit partem meridianam templi, quod capit Augur, *anticam* dici, septentrionalem *posticam*: quia auspicia captaturi versa facie ad meridiem stabant. Hinc vetus Glossa: Antica, μεσημβρία. Adde *Serv.* ad *Eclog.* 9. v. 15. ¶ In re Agraria *antica* dicitur pars agri, quæ occidentem spectat; *postica*, quæ orientem, ut colligitur ex *Hygin. de limit.* pag. 150. et ex *fragment. Agrar. incert. auctor. de limitib.* pag. 215. *Goes.* et explicatur in ejusdem *Goesii* indice ad vocem *Postica*: ubi addit videri sibi, falli *Festum*, qui posticam lineam in agris dividendis ab oriente ad occasum spectare dixit. non enim *lineam* posticam dici, sed regionem, seu partem agri divisi.

ANTICYPRĬOS, pes metricus, V. *Cyprios.*

ANTICȲRA, æ, f. [† Ἀντίκυῤῥα *Ptol.*] [† nunc] *Suola,* urbs litoralis Phocidis inter Crissam, et Siphas Bœotiæ oppidum versus isthmum Corinthiacum. Dicta est etiam *Anticyrrha*, quia Cyrrhæ oppido opposita est. *Plin.* l. 4. c. 3. ¶ Est etiam hoc nomine insula maris Ægæi in sinu Maliaco, in qua helleborum abunde provenire dicitur, cujus succus epotus utilissimus sit ad purgandam insaniam melancholicam. Hinc amentes solent proverbio Anticyram mitti, et ipsa Anticyra a Poetis pro medicina contra amentiam poni solet. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 3. *sub fin.* I, bibe, dixissem, purgantes pectora succos, Et quidquid tota nascitur Anticyra. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 165. ambitiosus, et audax Naviget Anticyram. Et vers. 82. Danda est hellebori multo pars maxima avaris: Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem. Et *in plur. numero Pers.* sat. 14. v. 16. Anticyras melior sorbere meracas. *Horat. de art. poetic.* v. 300. tribus Anticyris caput insanabile. ¶ Verius tamen videtur Anticyram amentibus commendari, non quia ea insula helleboro abundet, quod lætius alibi, et præstantius nascitur; sed quod in ea tutissime bibitur, admixto sesamoide ibi nascente, et hellebori vim temperante, ne noceat. Ita enim colligitur ex *Plin.* l. 22. c. 25. et l. 25. c. 5. et ex *Gell.* l. 17. c. 15.

[* ANTICYRĬCON, i, n. *the herb hellebore,* ἀντικυρικὸν, herba quædam similis erigeronti. *Plin.* l. 2. c. 25. Est etiamnum aliud sesamoides Anticyræ nascens, quod ideo aliqui anticyricon vocant.] [† Ἀντικύρικον, ὁ Ἐλλέβορος. *Hesych.*]

ANTIDACTȲLUS pes est contrarius dactylo, hoc est qui constat duabus brevibus, et ultima longa, ut *frement, scopulos. Mar. Victorin.* l. 1. *art. Grammat. cap. de pedibus.*

ANTIDĔA, idem ac *antea*, sicut *postidea* idem est ac *postea*: antiquum utrumque verbum. Posterius usurpatur a *Plauto* non semel. V. suo loco. Prius vero legitur in veteri formula veris sacri vovendi apud *Liv.* l. 22. c. 10. Si antidea Senatus populusque jusserit fieri, ac faxit, eo populus solutus, liber esto. Ita *Lipsius* legendum censet l. 1. *antiq. lection. c. pænult.* In editis est *si ante id ea Senatus,* &c.

ANTIDĔO, is, pro *anteeo, is,* non semel usurpatur a *Plauto*, inserto *d* ad hiatum vitandum: ut *Cas.* 2. 3. 9. Munditiis munditiam antideo. *h. e.* supero, vinco. Et *Cistell.* 2. 1. 3. Omnes homines supero, atque antideo cruciabilitatibus animi. *Pers.* 5. 2. 2. Omnibus antideo facile. Et *Trinum.* 2. 4. 145. Campas genus multo Syrorum jam antidit patientia. *h. e.* Campas genus multo superat genus Syrorum patientia.

ANTIDĔUS, i, m. V. *Antitheus.*

ANTĬDHAC, *before, aforetime, formerly,* idem quod *antehac*, inserto *d* ad hiatum tollendum. *Plaut. Aulul.* 2. 8. 26. Cui in re tali jam subvenisti antidhac. *Id. Casin. prol. in fi.* Quod fecistis antidhac. *Id. Cistell.* 1. 1. 1. Cum enim antidhac te amavi, tum &c.

ANTIDŎTUM, i, n. et Antidotus, i, f. *an antidote, preservative against poison, medicine to expel poison; counter-poison,* ἀντίδοτον, medicamentum contra venenum: ab ἀντὶ, contra, et δοτὸς, datus. *Cels.* l. 5. c. 23. Antidota raro, sed præcipue interdum necessaria sunt, quia gravissimis casibus opitulantur. *Gell.* l. 17. c. 16. Hujus Regis antidotus celebratissima est, quæ Mithridatios vocatur. *Scribon. Larg.* compos. 171. Antidotus, quam quotannis componebat. *Caius Dig.* l. 18. tit. 1. leg. 35. Ut ex his antidoti conficiantur. *Quintil.* l. 7. c. 2. Antidotum alicui dare. *Phædr.* l. 1. fab. 14. v. 3. Venditare. ¶ Interdum generatim sumitur pro quovis medicamento, quod valetudinis causa sumitur, licet nullum veneni periculum præcesserit. *Spartian. in Adrian.* c. 23. Denique accepto largius antidoto, ingravescente valetudine per somnum periit.

ANTIENSIS, e, adject. ad Antium Latii oppidum pertinens. *Valer. Max.* l. 1. c. 8. n. 2. Antiensis templi hospitio usus.

ANTIGERĬO, adverb. quod antiqui pro *valde* dixerunt, teste *Festo.* Etiam *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 11.) et l. 8. c. 3. tanquam obsoletum damnat.

ANTIGŎNE, es, f. Ἀντιγόνη, filia Œdipi Regis Thebanorum, quæ patri cæco in exsilium acto viæ dux fuit: occisa a Creonte tyranno, vel, ut alii volunt, viva sepulta, cum fratrum suorum Eteoclis, et Polynicis cadavera cremasset, et iis justa persolvisset. Hæmon Creontis filius ejus amator ad ejus tumulum se ipse gladio transfixit, vel ut alii narrant, et se, et ipsam interfecit, cum patrem pro ejus vita exorare non potuisset. Ejus tragœdia a Sophocle conscripta est. *Juvenal.* sat. 8. v. 228. longum tu pone Thyestæ Syrma, vel Antigones, seu personam Menalippes. [Vide *Hygin.* fab. 72.] ¶ Antigone alia Laomedontis filia, cum de formæ præstantia certare cum Junone ausa fuisset, ab ea in Ciconiam versa est. *Ovid. Metam.* 6. v. 93. ¶ Dicitur etiam *Antigona, æ,* Latina positione. V. in fine vocis *Circe.*

ANTILEGOMĔNA. V. *Anthologumena.*

ANTILIBĂNUS, m. [† hod.] *Abbellinas,* Ἀντιλίβανος, mons Syriæ, vel Phœniciæ, oppositus Libano monti valle longa interjecta. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 16.

ANTILŎCHUS, Ἀντίλοχος, Nestoris filius major natu, occisus in bello Trojano ab Hectore, vel, ut alii volunt, a Memnone; de quo *Juvenal.* sat. 10. v. 253. et *Horat.* l. 2. od. 9. v. 14.

ANTIMETABŎLE, f. *a figure in rhetoric, in which the same words are repeated in the same sentence, but in a different meaning,* ἀντιμεταβολὴ, ex adverso mutatio, Figura, qua verba contraria ratione repetuntur, ut, *Non, ut edam, vivo; sed, ut vivam, edo.* Est autem Græca vox ab ἀντὶ, contra, et μεταβάλλω, commuto: et Græce usurpatura *Quintil.* l. 9. c. 3. Latine autem ab *Isid.* l. 2. c. 21. Ab *Auct. ad Herenn.* dicitur *commutatio*, l. 4. c. 28.

ANTINOMĪA, æ, f. *a contradiction between two laws, or two clauses in the same law; antinomy,* ἀντινομία, legum contrarietas, et pugna: ab ἀντὶ, contra, et νόμος, lex. *Quintil.* l. 7. c. 7. (*al.* 8.) Proximum est de legibus contrariis dicere, quia constat, in antinomia duos esse scripti, et voluntatis status. *Id. ibid. c. ult.* Scriptum, et voluntas habet in verbis vocis quæstionem: quod idem in antinomia petitur.

ANTIOCHENSIS, se, *of Antioch,* ad Antiochiam pertinens. *Ammian.* l. 14. c. 7. (*al.* 21.) Antiochensis plebs. ¶ *Antiochenses, ium,* sunt Antiochiæ incolæ. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 80. et 82. *Justin.* l. 39. c. 1. et *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 102. ¶ Apud *Valer. Max.* l. 3. c. 7. n. 1. dicitur *Antiochensis pecunia*, quæ ab Antiocho Rege est, non ab Antiochia: quo sensu usurpatur etiam *Antiochenus.*

ANTIOCHĒNUS, a, um, *relating to Antioch,* ad Antiochiam pertinens, ut *Antiochenus ager* apud *Venant. Fortun.* l. 8. c. 5. *ad fin.* ¶ Item pertinens ad Regem Antiochum. *Gell.* l. 4. c. 18. Antiochenæ pecuniæ rationem reddere. Adde l. 7. c. 19. *in fi.* Utroque loco sermo est de pecunia, quam Africanus superior accepisse creditus est ab Antiocho Rege, ut æquioribus conditionibus pacem ei populi R. nomine daret.

ANTIOCHĒUS, a, um, ad Antiochum pertinens, Ἀντιοχεῖος. *Cic.* 4. *Acad.* c. 36. Qui ista Antiochea contemnit. *h. e.* Antiochi Philosophi dogmata. Adde *Attic.* l. 13. ep. 19. ¶ Dicitur et *Antiochius.*

ANTIOCHĪA, æ, f. *Antioch,* Ἀντιόχεια, urbs Syriæ primaria quondam, cum floreret, ad Orentem fluvium: ita dicta a conditoris patre, hoc est ab Antiocho patre Seleuci, ut apud *Justin.* l. 15. c. 4. legitur. *Auson. de clar. urbib.* c. 3. *Tertia Phœbeæ lauri domus Antiochia*: quia scilicet prope eam urbem lucus fuit lauro, cupressoque abundans, et Apollini Dianæque sacrum. ¶ Fuere hoc nomine aliæ permultæ urbes in Ægypto, in Cilicia, in Mesopotamia, in Pissidia, Macedonia, &c. adeo ut decem et octo enumerent *Stephanus*, et *Eustath.* quarum tamen non paucæ omnino deletæ sunt vel bellorum, vel temporum injuriis: illa autem, quam posuimus, omnium fuit celeberrima: quam etiam *Cic.* laudat *pro Arch.* c. 3. ¶ Scribi potest et *Antiochēa*, ut etiam *Priscian.* monet l. 2. pag. 588. *Putsch.* quemadmodum *Alexandria*, et *Alexandrea.* ¶ Græce etiam Ἀντιοχία per ι scriptum legitur.

ANTIOCHIENSIS, e, ad Antiochiam Macedoniæ pertinens: cujus populi Antiochienses dicuntur a *Plin.* l. 4. c. 10.

ANTĬOCHĪNUS, a, um, Antiochius. In Fast. Capitol. apud *Gruter.* pag. 293. Bellum Antiochinum. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 8. Tibi dedit partes Antiochinas. Al. leg. *Antiochianas*, alii *Antiochenas.*

ANTIOCHĪUS, a, um, ad Antiochum, vel Antiochiam pertinens, Ἀντιόχειος. *Cic.* 4. *Acad.* c. 22. *de Antiocho philos.* Ut ii qui se sequerentur, Antiochii vocarentur. *Syria Antiochia* dicta est illa Syriæ pars, in qua Antiochia sita est. *Pompon. Mela*, l. 1. c. 12. Reliqua pars Syriæ, cui Antiochiæ cognomen additur. *Plin.* l. 5. c. 21. Promontorium Syriæ Antiochiæ.

ANTIŎCHUS, i, m. nomen multorum Syriæ Regum: Item Philosophi Ascalonitæ ex secta veteris Academiæ, qui Ciceronem, et Brutum auditores habuit. *Cic.* 4. *Acad.* c. 43. l. 1. *de nat. deor.* c. 3. et *de clar. Orat.* c. 91.

ANTIŎPA, æ, f. Ἀντιόπη, Nictæi filia, et uxor Lyci Thebanorum Regis. Hanc cum Jupiter in Satyrum mutatus compressisset, Lycus repudiavit, uxoremque Dircem superinduxit, quæ Antiopam in carcerem conjecit. Verum instante partus tempore, illa ruptis vinculis in Cithæronem montem se recepit, ubi Amphionem, et Zethum peperit, qui a pastoribus inventi, et educati, maternæ injuriæ ultores extiterunt, Lyco cum Dirce uxore interfecto. Qua de re est Pacuvii tragœdia. *Pers. Sat.* 1. v. 77. Sunt, quos Pacuvius, et verrucosa moretur Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta. ¶ Alia fuit Antiopa Æoli filia, ex qua Neptunus duos genuit filios Bœotum, et Hellen. *Hygin.* fab. 157. ¶ Item alia filia Martis, una ex Amazonibus, quam Hercules cum bello captivam fecisset, Theseo donavit, qui in matrimonium quidem duxit, sed postea Apollinis oraculo monitus interfecit. *Hygin.* fab. 30. et 241.

ANTIOS, idest excruciatos, ait *Festus.* Sed *Scaliger* contendit legendum *anctos* (tanquam participium passivum ab *ango.*) Nam in veteri Glossario haberi: Anctos, ἀναγκασθέντας: Ancti: ἀγχόμενοι.

ANTIPAGMENTA. V. *Antepagmenta.*

ANTIPĂTHES, *a kind of black stone, not transparent, and said to be good against witchcraft,* ἀντιπαθὴς, lapis est nigri coloris, nec translucens, qui fascinationibus resistere dicitur. *Plin.* l. 37. c. 10. et *Lælius in carm.* apud *Apulei. in Apolog.*

ANTIPATHĪA, æ, f. *a natural aversion or repugnance, antipathy,* ἀντιπάθεια, dissidium, et discordia naturalis quarundam rerum inter se: qualis est inter aquam, et ignem, inter feles, et mures, &c. ab ἀντὶ, contra, et πάθος, passio, affectus. Huic opponitur συμπάθεια. *Plin.* l. 37.

c. 4. De discordia rerum, concordiaque, quam antipathiam, et sympathiam appellavere Græci, &c. *Id.* l. 34. c. 15. Ferrum a rubigine vindicatur cerussa, et gypso, et liquida pice. Hæc est temperatura, a Græcis antipathia dicta. Sic l. 20. c. 4 *ad fin.* Ubi acrior raphani medicina admota sit, hyssopum dari protinus imperant: hæc antipathia est. *Id.* l. 24. c. 9. Antipathia myrices contra lienem.

ANTIPHĂTES, æ, m. Ἀντιφάτης, Rex Læstrigonum crudelissimus, qui hospites mactabat, et comedebat: cujus meminit *Ovid.* 14. *Metam.* v. 234. et alibi. Hinc *Sidon.* carm. 22. v. 1. Bistonii stabulum regis, Busiridis aras, Antiphatæ mensas, et Taurica regna Thoantis, &c. *Juvenal.* sat. 14. v. 20. Antiphates trepidi Laris, ac Polyphemus. [¶ Alius est Antiphates filius nothus Sarpedonis, occisus a Turno. *Virgil. Æn.* l. 9. v. 696.]

ANTIPHERNA, orum, n. plur. *presents made by the bridegroom to his bride in lieu of her portion; a jointure,* τὰ ἀντίφερνα, bona, quæ a marito loco dotis uxori donantur: ab ἀντὶ, contra, et φερνὴ, dos. *Justinian. Cod.* lib. 5. tit. 3. *leg. ult.* Quasi antipherna hæc possunt intelligi, et non simplex donatio.

ANTIPHRASIS, is, f. *a figure of speech, in which words are used in a sense opposite to their proper and received meaning,* ἀντίφρασις, dictio, quæ vi etymologiæ contrarium significat, ut si dicas, *Parcas* derivari a *parco,* quia minime parcunt; *lucum* dici, quia minime *luceat*; *bellum,* quia minime *bellum*; *Eumenides* ita appellari, quia sunt minime benevolæ, &c. Quæ tamen omnia inepta sunt. *Hieronym.* ep. 62. *advers. Joann. Hierosolym.* c. 3. Ne per antiphrasim a suo homine discrepare videantur. ¶ Est etiam antiphrasis, *a kind of irony,* ἀντίφρασις, inter species ironiæ apud *Quintil.* l. 8. c. 6. qui tamen Græce usurpat. Est enim Græca vox, et Græce scribenda, ab ἀντὶ, contra, et φράζω, dico, loquor.

ANTIPŎDES, odum, m. *the inhabitants of that part of the globe which is directly opposite to us: the antipodes,* ἀντίποδες, ἀντίχθονες, populi, qui habitant in parte terræ nobis opposita, et subjecta: ab ἀντὶ, contra, et ποῦς, ποδὸς, pes, quia adversis vestigiis stare videntur contra nostra vestigia, ut ait *Cic.* 4. *Acad.* c. 39. Ex veteribus nonnulli putarunt *antipodes* esse figmentum, ut videre licet apud *Plutarch. in lib.* περὶ τοῦ ἐμφαινομένου προσώπου τῷ κύκλῳ τῆς σελήνης, *Lactant.* l. 3. c. 23. *Augustin.* l. 16. *de Civ. Dei,* c. 9. *Lucret.* l. 1. *sub. fin.* et *Plin.* l. 2. c. 65. Nunc tamen adeo certum est, esse antipodes, et nullus sit ambigendi relictus locus. *Cic. loc. cit.* Nonne dicitis esse e regione nobis, e contraria parte terræ, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos antipodas vocatis? ¶ Festive *Seneca* sic appellat luxuriosos homines, qui noctu potant, interdiu dormiunt, tanquam si in adverso nobis orbe starent, ubi, cum apud nos dies est, tenebræ sunt. Ejus verba sunt epist. 122. Sunt quidam in eadem urbe antipodes, qui ut M. Cato ait, nec orientem unquam solem viderunt, nec occidentem. ¶ V. *Antichthones.*

ANTIPŎLIS, is, f. [† nunc] Antibe, Urbs in Gallia Narbon. cum portu, quam Latinum oppidum appellat *Plin.* l. 3. c. 4. quia Latii jure donatum fuit. Adde *Pomp. Melam,* l. 2. c. 5. ¶ *Antipolis* etiam dictum est vetus oppidum Latii eo loco situm, ubi postea Janiculum, quia erat ex adverso urbis Saturniæ ultra Tiberim conditæ. *Plin.* l. 3. c. 5.

ANTIPOLITĀNUS, a, um, adject. ad Antipolim pertinens, ut *Antipolitani thynni,* qui scilicet capiuntur in mari circa Antipolim, ex quibus muria conficiebatur. *Martial.* l. 13. epigr. 103. *de muria.* Antipolitani, fateor, sum filia thynni: Essem si scombri, non tibi missa forem. Adde l. 4. epigr. 89.

ANTIPTŌSIS, is, f. *a figure in grammar, by which one case is put for another,* ἀντίπτωσις, figura est Grammaticorum, qua casus pro casu ponitur: ut in illo *Virg.* 10. *Æn.* v. 653. *conjuncta crepidine,* pro *crepidini.* Et *Æn.* 11. v. 56. *nec sospite dirum Optabis nato funus pater,* pro *sospiti,* &c. Vox Græca est ab ἀντὶ contra et πίπτω, cado. quam tamen Latinis litteris scribit *Serv.* ad loca *Virg.* citata, et alibi.

ANTIQUĀRIA, æ, f. *a female-antiquary, a female critic (in familiar language, a blue-stocking),* mulier rerum antiquarum studiosa, et præcipue quæ delectatur antiquis scriptoribus. *Juvenal.* sat. 6. v. 451. odi Hanc ego, quæ repetit, volvitque Palæmonis artem, Servata semper lege, et ratione loquendi; Ignotosque mihi tenet antiquaria versus.

ANTIQUĀRIUS, ii, m. *a man studious of antiquity, an antiquary, one familiar with the ancients,* φιλάρχαιος, qui est antiquitatis studiosus, maxime in verbis, et sermone, et antiquos scriptores aliis antefert. *Auct. Dial. de Oratorib.* (quem alii *Quintil.* alii *Tacito,* alii aliis tribuunt) cap. 21. Nec quemquam adeo antiquarium puto, ut Cœlium ex ea parte laudet, qua antiquus est. Adde *cap. ult.* et *Sueton. in Aug.* c. 86. ¶ Item librarius, qui codices vetustos describit, *a transcriber of ancient manuscripts, a copyist,* παλαιογνώστης, ἀρχαιογράφος, καλλιγράφος. *Impp. Valentinian. Valens,* et *Gratian.* lib. 4. *Cod. Theodos.* tit. 8. leg. 2. Antiquarios ad bibliothecæ codices componendos, vel pro vetustate reparandos, quatuor Græcos, et tres Latinos scribendi peritos legi jubemus. *Leo. Imp.* lib. 12. *Cod. Justinian.* tit. 19. leg. 10. Antiquarios, qui habentur in scriniis memoriæ, &c. *Auson.* ep. 16. *ad Prob.* Oblata per antiquarios mora. Adde *Augustin.* serm. 44. c. 3. ubi *antiquarium* generatim sumit pro exscriptore, seu amanuensi, scribendi perito, *a copier, scribe, amanuensis.* Quo pacto etiam *Sidon.* usurpat, l. 9. *ep. ult.*

ANTIQUĀRIUS, a, um, adject. *Antiquaria ars.* apud *Hieronym.* ep. 6. *ad Florent.* est qua scite, et docte antiqui codices leguntur, recensentur, et describuntur: quod qui faciunt *antiquarii* nominantur.

ANTIQUĀTĬO, onis, f. *a repealing or disannulling of a law, a doing away of the penalty formerly affixed to the transgressing of any particular law,* actus antiquandi. *Impp. Gratian. Valentinian.* et *Theodos. Cod.* l. 6. tit. 55. leg. 4. Infamiæ abolitionem permittimus, et ceterarum pœnarum antiquationem.

ANTIQUĀTUS, a, um, *pronounced obsolete, made void, effaced, abrogated, repealed,* antiquando sublatus. *Liv.* l. 5. c. 55. Antiquata lex. *Impp. Dioclet.* et *Maxim.* lib. 8. *Cod.* tit. 10. leg. 5. Antiquatum edictum.

ANTĪQUE, *after the fashion of the ancients,* παλαιῶς, antiquorum more. *Tacit. de morib. German.* c. 5. Proximi, ob usum commerciorum, aurum, et argentum in pretio habent: interiores simplicius, et antiquius permutatione mercium utuntur. *h. e.* magis secundum antiquos, atque incorruptos hominum mores; atque adeo justius, sanctius. *Lucil.* apud *Non.* c. 5. n. 17. Quanto antiquiu', quam facere hoc, fecisse videris. *h. e.* quanto melius. Al. aliter leg. ¶ Pro olim, antiquitus, *formerly, in time past, in days of yore,* πάλαι. *Solin.* cap. 11. *ante med.* (*al.* c. 17.) Titanas in ea antiquissime regnasse, ostendunt ritus religionum.

ANTIQUĬTAS, atis, f. *antiquity, ancientness,* ἀρχαϊσμὸς, vetustas, antiquum tempus. *Cic.* l. 1. *de Fin. c. pænult.* Fabulæ ab ultima antiquitate repetitæ. *from the very earliest antiquity. Id. pro Fontei.* c. 14. Antiquitas generis. *Sueton. in Ner.* c. 38. Quidquid visendum, atque memorabile ex antiquitate duraverat. *Nepos in Attic.* c. 20. Requirere aliquid ab aliquo de antiquitate. *h. e.* de rebus antiquis. *Tacit. Ann.* 6. c. 21. Antiquitas obscura. *Id. Ann.* 14. c. 20. Antiquitas spectaculorum. *Id. Ann.* 4. c. 16. Quædam ex horrida illa antiquitate ad præsentem usum flectere. ¶ Pro ipsis hominibus antiquis, *the ancients, people of the olden time. Cic.* 2. *de legib.* c. 11. Antiquitas proxime accedit ad deos. *Plin.* l. 12. c. 19. Fabulose narravit antiquitas. *Id.* l. 19. c. 4. Antiquitas nihil prius mirata est, quam &c. Adde *Curt.* l. 7. c. 3. ¶ Item pro consuetudine antiqua. *Cic. pro Planc.* c. 18. Hæc enim plena sunt officii, plena observantiæ, plena etiam antiquitatis. ¶ *Antiquitates* nonnunquam sumuntur pro historia rerum antiquarum. Nam multi scriptores libros suos, in quibus antiquas res persequebantur, *antiquitates* inscribere soliti sunt, ut *Plin. in præfat. hist. nat.* docet. *Gell.* l. 5. c. 13. Hujus moris multa sunt testimonia in antiquitatibus perscripta. *Id.* l. 11. c. 1. Varro in antiquitatibus rerum humanarum scripsit, &c. *Ateius Capito* apud *eund.* l. 13. c. 12. In antiquitatibus Romanis legisset. ¶ Porro quia antiqui incorruptis, ac simplicissimis moribus fuisse creduntur, hinc interdum *antiquitas* sumitur pro antiquis moribus, vitæ bonitate, ac simplicitate, *goodness, integrity; the practices of ancient times. Cic. pro Rabir. Post.* c. 10. P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis, prudentiæ. *sanctitatis* quidam leg. sed minus recte. *Plin.* l. 5. ep. 15. Cornuto quid melius, quid sanctius, quid in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expressius? ¶ Pro charitate, amore, *Sallust. in fragm.* apud *Serv.* ad 2. *Georg.* v. 209. Tantum antiquitatis, curæque majoribus pro Italica gente fuit. *Est qui mallet* anxietatis.

ANTIQUĬTUS, adverb. *of old, anciently, in former times, in days of yore,* ἀρχαίως, πάλαι, olim, tempore antiquorum. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 4. Belgas ortos esse a Germanis, Rhenumque antiquitus transductos. *Id. ibid.* lib. 7. c. 32. Cum singuli magistratus antiquitus creari, atque regiam potestatem annum obtinere consuessent. *Nepos in Attic.* c. 13. Tectum antiquitus constitutum. *Plin.* l. 18. c. 18. Credo antiquitus factitatum. *Plin. alter in Paneg.* c. 31. Percrebuerat antiquitus, urbem nostram, nisi opibus Ægypti, ali non posse. *Id. ibid.* c. 82. Jam inde antiquitus. *from remotest antiquity.* ¶ Dicitur interdum de non multum antiquo tempore. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 22. Panico vetere, atque hordeo corrupto alebantur, quod ad hujusmodi casus antiquitus paratum, in publicum contulerant. *formerly, some time ago.*

ANTĪQUO, as, avi, atum, a. 1. *to annul, make void, repeal, abrogate, set aside as being out of date,* παλαιόω, proprie significat *in morem pristinum reducere,* ut *Festus* exponit. Itaque *antiquare rogationem,* aut *legem* est eam omnino tollere, et rem, de qua ferebatur, in pristino, et antiquo statu, nihil innovando, relinquere. V. *Abrogo.* V. etiam initium hujus Operis in A littera. *Cic.* l. 3. *de legib.* c. 17. Vos demum, ut video, legem antiquastis sine tabella. *Id.* 2. *Offic.* c. 21. Cum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est. *Id. Attic. l.* 1. ep. 13. et 14. Antiquare rogationem.

ANTĪQUUS, a, um, *old, ancient; of long standing, old-fashioned, out of date, antique,* ἀρχαῖος, priscus, vetus, multi temporis: ab *ante.* Differunt tamen, si proprie loquamur, *antiquus,* et *vetus.* nam ut *Manut. ad Cic. Fam.* 11. ep. 21. observat, *antiquus* opponitur novo, *vetus* recenti. Præterea *antiquus* dicitur, qui, ut docet *Corn. Fronto de differ. vocabulor.* pag. 2192. *Putsch.* supra nostra tempora est: *vetus,* qui jam habet ætatem, sed quæ tamen et in nostra tempora incidere potest, quo modo dicimus *vetus vinum, calceus,* &c. Quare *antiquus* longius tempus significat. Hinc *Plautus* non semel hæc duo conjungit, ut *Pers.* 1. 2. 1. Veterem atque antiquum quæstum meum alimoniæ servo atque obtineo. Et *Mil.* 3. 1. 156. Quin tu istanc orationem hinc veterem atque antiquam amoves? Et *Mostell.* 2. 2. 45. Scelus jamdiu antiquum, et vetus, &c. Hæc tamen discrimina non semper a scriptoribus servantur. *Cic.* 2. *Verr.* c. 5. Statua antiquo artificio facta. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 104. Antiqua templa deum. *Nepos in Datam.* c. 2. Antiquo genere natus. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 9. Causa antiquior memoria tua. *Id. Attic.* l. 9. ep. 9. Tres epistolas tuas accepi. Igitur antiquissimæ cuique respondebo. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 3. Antiquior dies in tuis erat adscripta litteris quam in Cæsaris. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 28. Antiquissima scripta. ¶ Ponitur et simpliciter pro præterito, transacto, *past, gone by; former. Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 12. v. 2. Longior antiquis visa Mæotis hiems. *Id.* 1. *ex Pont.* epist. 5. v. 37. Saucius ejurat pugnam gladiator: et idem Immemor antiqui vulneris, arma capit. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 394. planctusque per omnes It facies antiqua domos. *Lucan.* l. 6. v. 721. invisaque claustra timentem Carceris antiqui. ¶ *Facere in antiquum* apud *Liv.* l. 33. c. 40. *extr.* est in pristinum statum restituere. V. integrum loc. ¶ Eleganter *antiquus* dicitur de moribus, quibus homo jamdiu imbutus est, et assuetus. *Terent. Hecyr.* 5. 4. 20. Tu ecastor morem antiquum, atque ingenium obtines, Ut unus hominum homo te vivat nusquam quisquam blandior. *a worthy, honest, old-fashioned way of carrying yourself. Id. Heaut.* 3. 1. 26. Ne tua duritia antiqua illa etiam adaucta sit. *Id. Andr.* 4. 5. 22. Optime hospes Crito, antiquum obtines. *you are the same man still; you preserve your accustomed good nature. Plaut. Mostell.* 3. 2. 102. Antiquum hoc obtines tuum, tardus ut sis. ¶ Ponitur etiam pro sene, *old, aged, well stricken in years. Virg.* 9. *Æn.* v. 646. forma tum vertitur oris Antiquum in Buten. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 3. leg. 1. Inter Duumvirales antiquissimus quisque prior. ¶ *Antiquum* adverbii more pro olim, *Ovid.* l. 1. *Fast.* v. 641. Furius antiquum populi superator Hetrusci Voverat, et voti solverat ante fidem. *Sunt qui aliter leg.* ¶ Ex antiquitate fere nobilitas, et dignitas rebus accedit. Hinc *antiquus* nonnunquam est idem ac nobilis. *Virg.* 1. *Æn.* v. 535. et 3. *Æn.* v. 164. Terra antiqua potens armis, atque ubere glebæ. *Id.* 12. *Æn.* v. 540. Priverno antiqua Metabus cum excederet urbe. ¶ Sic *antiquior,* prior, dignior. *Gell.* l. 5. c. 13. Massurius Sabinus antiquiorem locum hospiti tribuit, quam clienti. ¶ *Antiqui, orum,* absolute, sunt homines antiqui temporis, et qui supra patrum nostrorum tempora fuerunt, *the ancients, people of the olden time; our forefathers, progenitors. Horat.* l. 2. sat. 2. v. 89. Rancidum aprum antiqui laudabant. *Id.* l. 1. sat. 4. v. 117. Traditum ab antiquis morem servare. ¶ Quia vero quæ antiqua sunt meliora esse creduntur, et antiqui homines melioribus, simplicioribus, sanctioribusque moribus fuisse videntur, factum est, ut *antiquus* in bonam partem sumatur, et sit idem ac bonus, ingenuus, simplex, integer, *good, worthy, honest, tried, of the old fashion, conformable with the practices of ancient times. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 10. In qua muliere etiam nunc vestigia antiqui officii remanent. *Id. pro Quint.* c. 18. Antiquam officii rationem diligere. *Terent. Adelph.* 3. 4. 78. Homo antiqua virtute, ac fide. *Plin.* l. 10. ep. 9. Victoria maxima, pulcherrima, antiquissima. *h. e.* memoranda, et similis antiquarum, quotquot celeberrimæ sunt. *Id.* l. 2. ep. 11. Hoc ipsum pulcrum, et antiquum, Senatum nocte dimitti, &c. *h. e.* conforme antiquæ laudabili consuetudini. Eodem modo locutus est *in Paneg.* cap. 76. ¶ Similiter *antiquus homo* dicitur, qui est probis moribus, ingenua natura, multa, et interdum etiam nimia simplicitate, *frank, open, just, sincere, plain, honest, plain-dealing. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 9. Homines antiqui, qui ex sua natura ceteros fingerent, cum ille confirmaret, et appromitteret, crediderunt. *Id. Attic.* l. 9. ep. 15. Vide, quam sim antiquorum hominum: te hanc rem gravius putavi laturum esse, quam me. *Plin.* l. 2. ep. 9. Vir sanctus, antiquus, disertus. ¶ *Antiquior,* potior, charior, melior, et qui magis curæ est, aut æstimatur: et *antiquissimus,* charissimus, potissimus. *better, more estimable, preferable, more valuable, dearer. Cic. Fam.* 11. ep. 5. Nec habui quidquam antiquius, quam ut Pansam statim convenirem. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 1. Judiciorum causam suscepit, antiquissimamque se habiturum dixit. *Id. Phil.* 13. c. 3. Præcipit, ne quid vita existimem antiquius. *Id. Attic.* 7. ep. 3. Ne dubitaris, quin quod honestius, id mihi futurum sit antiquius. *Id.* l. 2. *Divin.* c. 37. Antiquior ei fuit laus, et gloria, quam regnum. *Id. Attic.* l. 10. ep. 8. Navalis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. *Id. Attic.* 12. ep. 5. De Tullia mea tibi antiquissimum esse

video: idque ita ut sit, te vehementer rogo. *Liv.* l. 1. c. 32. Longe antiquissimum ratus sacra publica, ut ab Numa instituta erant, facere. *Sueton. in Claud.* c. 11. Nihil antiquius duxit, quam ut, &c. ¶ Olim scriptum est etiam *anticus.*

ANTIRRHĪNON, V. *Anarrhinon.*

ANTISAGŌGE, es, f. *a figure in rhetoric, by which something is brought forward contrary to what might naturally have been expected,* ἀντεισαγωγή, hoc est contraria inductio: ab ἀντὶ, contra, et εἰσάγω, induco, infero. Est hoc nomine rhetorica figura, cum ex una re aliud, quam exspectari posse videatur, inferimus, ut Cicero de Rege Ptolemæo. Difficilis ratio belli gerendi: at plena fidei, plena pietatis. Hæc *Martian. Capell.* l. 5. pag. 172.

ANTISCĬI, orum, *they who dwell on different sides of the equator, who consequently at noon have their shadows projected contrary ways,* ἀντίσκιοι, populi circa circulum æquinoctialem habitantes, qui aliquo anni tempore umbras solis meridianas nostris contrarias habent: ab ἀντὶ, contra, et σκιὰ, umbra. *Ammian.* l. 22. c. 15. (al. c. 39.) *extr.* Sicut apud Meroen Æthiopiæ partem, æquinoctiali circulo proximam dicitur evenire, ubi per nonaginta dies umbræ nostris in contrarium cadunt: unde Antiscios ejus incolas vocant. *Plin.* l. 2. c. 74. eadem loquendi forma utitur, sed vocem *antiscii* non usurpat.

ANTISCORŎDON, n. *a sort of garlic,* ἀντισκόροδον, ita appellatur a Græcis genus quoddam allii, quod Latine *ulpicum* dicitur. *Plin.* l. 19. c. 6. A *Columell.* l. 11. c. 3. sect. 20. dicitur ἀφροσκόροδον, et allium Punicum [† vel Cyprium].

ANTISIGMA, nota, quam Claudius Cæsar in scribendo adhiberi volebat pro *ps,* hac figura ƆC, ita dicta quia constat duobus SS (qui olim ad figuram C accedebant apud Græcos) contra invicem positis. Quem tamen imitatus est nemo. *Priscian.* l. 1. pag. 558. *Putschii.* [¶ Est etiam inter notas criticas, conversum nempe Sigma, sic Ɔ. *Isidor. Orig.* l. 1. c. 20. Antisigma ponitur ad eos versus, quorum ordo permutandus est, sicut et in antiquis auctoribus positum invenitur. *Id. ibid.* Ɔ antisigma cum puncto ponitur in iis locis, ubi in eodem sensu duplices versus sunt, et dubitatur, qui potius eligendus sit.]

ANTISOPHISTA, æ, m. *a disputing sophist, counter-sophister, one who takes the opposite side of the question; an opponent,* ἀντισοφιστής. Antisophistæ dicuntur, qui contraria invicem asserunt, et se mutuo oppugnant: ab ἀντὶ, contra, et σοφιστὴς, sophista. *Sueton. in Tiber.* c. 11. Moto inter antisophistas graviore jurgio. *Id. de Illustr. Grammat.* c. 9. Fuit naturæ acerbæ in antisophistas. Adde *Quintil.* l. 11. c. 3.

ANTISPASTĬCUS, a, um, *antispastic,* ἀντισπαστικός. *Antipasticum metrum* est, quod constat pedibus antispastis præcipue. nam et alios pedes admittit. Plura autem sunt hujus metri genera, quæ vide apud *Diomed.* l. 3. pag. 505. *Putschii,* et alios Grammaticos.

ANTISPASTUS, i, *an antispast,* unus est ex pedibus metricis duplicibus, constans ex iambo, et trochæo, hoc est brevi, duabus longis et brevi, ut *Medullina, Saloninus.* Ita *Diomed.* l. 3. pag. 478. *Putschii.* Ita dictus videtur, quia quodammodo in diversum, seu contrarium trahit tempora syllabarum, cum ejus prima, et ultima breves sint, mediæ duæ longæ: ab ἀντὶ, contra, et σπάω, traho.

ANTISPŎDOS, i, *matter substituted in the place of spodium; a kind of medicinal ashes made from certain herbs,* ἀντίσποδος, cinis, qui vicem legitimi spodii, eo deficiente, supplet, et quo verum spodium adulterari solet: ab ἀντὶ, pro, vice. *Plin.* l. 34. c. 13.

ANTISTĀTUS, us, m. *excellence, preeminence,* excellentia: ab *antisto, as. Tertull. advers. Valentinian.* c. 13. Angelorum comparatitius antistatus.

ANTISTES, istitis, m. et f. *a president, commandant, head,* προστάτης, qui ante alios stat, qui aliis præest, et imperat. *Columell.* l. 3. *c. ult.* Vindemiatoribus singulis totidem antistites dare, qui observent, quique præcipiant, ne acerbæ uvæ cum maturis demetantur. *Tertull. in Apolog.* c. 1. Antistites imperii Romani. *Id. de Pallad.* c. 4. *ad fin.* Antistites latrinarum. *Salmas.* notat hic de muliere esse sermonem. *Catull.* carm. 9. *ad Verann.* Veranni, omnibus e meis amicis Antistes mihi millibus trecentis. *h. e.* qui omnibus aliis antistas in mea amicitia. Alii leg. *antistans.* ¶ Frequentissime dicitur de iis, qui sacris præsunt, et in templis sacrificia, aliosque religiosos ritus administrant. *a chief priest, a high-priest. Cic. pro Dom.* c. 39. Vos qui estis antistites cæremoniarum, et sacrorum. *Id. ibid.* c. 1. Antistes Deorum immortalium. *Nepos in Lysand.* c. 3. Antistites Jovis. *Liv.* l. 23. c. 11. templi. *Cic.* l. 2. *Divin.* c. 54. *ad fin.* Cum antistitibus agamus. ¶ In feminino genere *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 1. Ne deæ vetusti ritus perita deesset antistes. *Tertull. de cultu fem.* c. 1. Templi æditua, et antistes pudicitia. *a chief priestess.* [Apud *Fabrett.* pag. 694. n. 150. Vestæ sacrum antistiti prædiorum Helvidianorum.] ¶ Apud Christianos Scriptores *Antistes* idem est ac Episcopus, *a bishop, prelate,* ut videre est apud *Justinian. in Cod.* lib. 1. tit. 3. leg. 18. 22. 25. et alibi. ¶ Eleganter *antistes* dicitur, qui in aliqua facultate excellens, ejus veluti sacra, et arcana omnia novit, eamque rite colit, et administrat. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 46. Artis dicendi antistes. *Ovid. init. eleg. ult.* l. 3. *Trist.* Cultor et antistes doctorum sancte virorum. *Plin.* l. 7. c. 30. Plato sapientiæ antistes. *Quintil.* l. 11. c. 1. Antistes juris. *Id. declam.* 8. c. 9. medicæ artis. *Lactant.* l. 5. c. 2. philosophiæ. *Columell.* l. 11. c. 1. Antistites artium. *Gell.* l. 14. c. 4. Judex, qui est justitiæ antistes. *a pattern, model; person excelling in, eminently distinguished for a knowledge of.*

ANTISTĬTA, æ, f. *a chief priestess,* ἱερὶς, mulier sacerdos, sacrorum præses. *Virg. in Ciri,* v. 166. Itaque barbarico Cybeles antistita buxo. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 410. tractata comis antistita Phœbi. *Pollio* apud *Charis.* l. 1. pag. 77. *Putsch.* Antistita Veneris. *Cornel. Sever. ibid.* Antistita numinis. *Plaut. Rud.* 3. 2. 10. Antistita Veneria. *Cic. Verr.* 4. c. 45. Illius fani antistitæ, probatæ, ac nobiles mulieres. (Ita leg. *Gell.* l. 13. c. 20. *Charis. loc. cit.* et *Priscian.* l. 5. pag. 650. *Putsch.* In vulgatis multis est *antistites.*) Adde *Varron.* apud *Charis. loc. cit. Accium* apud *Non.* cap. 8. n. 29. et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 62. n. 9.

ANTISTITĬUM, ii, n. dignitas antistitis, excellentia, præeminentia. *Martian. Capell.* l. 2. pag. 34. Ante hanc quædam augustioris vultus femina, ac sacro lumine resplendens venerabili antistitio præminebat.

ANTISTO, V. *Antesto.*

ANTISTŒCHON, vel Antistichon, *a figure of grammar, by which one letter is put for another, antithesis,* ἀντίστοιχον, figura dictionis, qua littera pro littera ponitur, ut *Olli* pro *illi, Upilio* pro *Opilio.* Est autem Græca vox, et Græce scribenda, ab ἀντὶ, pro, vice, et στοῖχος, quod interdum litterarum seriem significat. Latinis litteris scripta legitur apud *Servium* ad *Æn.* 1. v. 425. et 1. *Georg.* v. 185. V. *Antithesis.*

ANTISTRĔPHON argumentum dicitur, quod referri contra, convertique potest in adversarium: quod Latine *reciprocum* dici potest: ἀντιστρέφον ab ἀντὶ, contra, et στρέφω, converto. Hujus rei exempla duo affert *Gell.* l. 5. c. 10. et 11. et l. 9. *c. ult.* Fere autem Græce scribitur, cum Græca sit, tametsi apud *Gell. cit.* c. 11. l. 5. Latine legitur.

ANTISTRŎPHE, es, *et Latina terminatione* Antistrŏpha, æ, f. et Antistrŏphon, i, n. ἀντιστροφὴ, et ἀντίστροφον, conversio in contrariam partem: ab ἀντὶ, contra, et στρέφω, converto. Apud Lyricos Poetas est pars quædam carminis: de qua sic *Marius Victorin.* l. 1. pag. 2501. *Putsch.* Antiqui deorum laudes carminibus comprehensas, circum aras eorum euntes canebant, cujus primum ambitum, quem ingrediebantur ex parte dextra στροφὴν vocabant: reversionem autem sinistrorsum factam, completo primo orbe, *Antistrophon* appellabant. Deinde in conspectu Deorum soliti consistere cantici reliqua prosequebantur, appellantes id *Epodon.* Hactenus *Victorinus.* Itaque *antistrophon,* seu *antistrophe* dicta est ea pars carminis, quæ in ejusmodi reversione, et contrario ambitu canebatur priori strophæ velut e contrario respondens. Constabat autem totidem versibus, atque ejusdem metri ac *strophe,* ut docet *Voss. institut. Poet.* l. 2. c. 16. et l. 3. c. 14. Addit *Macrob.* l. 2. *in somn. Scip.* c. 3. hac conversione et motu significasse veteres motum stellarum, *per stropham* quidem *rectum orbis stelliferi motum, per antistropham* autem *diversum vagarum stellarum regressum.* Hujusmodi στροφὴ, et ἀντιστροφὴ habebat locum etiam in saltationibus Tragicis. ¶ Est etiam antistrophe figura elocutionis, Latine *conversio,* cum multa periodi membra in idem verbum repetitum desinunt: et est contraria *Epanaphoræ,* in qua membra periodi ab eodem verbo sæpius incipiunt, ut in illo *Cicer. in fragment. pro M. Fonteio. a figure of speech, whereby several members of a sentence end in the same word.* Frumenti maximus numerus e Gallia, peditatus amplissimæ copiæ e Gallia, equites numero plurimi e Gallia. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 175. ¶ Præterea a Grammaticis *antistrophe* dicitur, cum inversa constructione verba ponuntur ut in illo *Virg.* 2. *Georg.* v. 267. *quo mox digesta feratur* pro *translata digeratur. a figure of grammar, in which the words are inverted.* Ita *Servius,* qui (ut et *Martian. Capell.*) Latinis litteris scribit.

ANTITHALĂMUS, V. *Amphithalamus.*

ANTITHĔSIS, is, f. ἀντίθεσις, ab ἀντὶ, pro, vice, et τίθημι, pono: figura Grammaticorum, qua littera pro littera ponitur: ut *olli* pro *illi, impete* pro *impetu.* Ita definiunt *Charis.* l. 4. pag. 249. et *Diomed.* l. 2. pag. 437. *Putsch.* ubique autem Græce usurpant. V. *Antistœchon.*

ANTITHĔTON, i, n. *a figure of rhetoric, by which contraries are opposed to each other; counterposition,* ἀντίθετον, contrapositum: ab ἀντὶ, contra, et θετὸς, positus: figura est rhetorica, qua contrariis contraria opponuntur, ut in illo Ciceronis. *Vicit pudorem libido, timorem audacia.* Et, *Non nostri ingenii, vestri auxilii est.* Alia præter hæc exempla affert *Quintil.* l. 9. c. 3. ubi addit Latine dici *contrapositum,* et ab aliquibus etiam *contentionem.* Adde *Cicer. in Orat.* c. 49. et 50. ¶ Latine usurpatur a *Persio* sat. 1. v. 85. crimina rasis Librat in antithetis. Adde *Martian. Capell.* l. 5. pag. 174.

ANTITHĔUS, i, m. ἀντίθεος, qui pro deo se gerit: ab ἀντὶ, pro, vice, et θεὸς, deus. *Arnob.* l. 4. pag. 134. Magi haruspicum fratres in suis accitionibus memorant, antitheos sæpius obrepere pro accitis: esse autem hos quosdam materiis ex crassioribus spiritus, qui se deos fingant, nesciosque mendaciis, et simulationibus ludant. *Lactant.* l. 2. c. 9. per *antitheum* intelligit Diabolum, quia vero Deo æquare se olim ausus est, et divino cultu coli ab hominibus postulat. ¶ Scribitur et *antideus,* quæ vox hybrida est.

ANTĬUM, ii, n. [† hod.] *Anzio,* oppidum Latii, colonia Romanorum, in ora maris Tyrrheni, Volscorum quondam caput, ubi fuit celebre templum Fortunæ, de qua *Horat.* l. 1. od. 35. Patria fuit Neronis, distabatque ab urbe Roma 30. M. P. nunc pæne totum in ruinis jacet. *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ Ejus populi *Antiates,* et adjectivum *Antiatinus,* V. suis loc.

ANTĬUS, a, um, adject. *Antia lex* sumptuaria fuit, lata ab Antio Restione ad coercendam nimiam luxuriam, et sumptus cœnarum: qua cavebatur, ne qui in magistratu esset, vel magistratum capturus esset, aliquo ad cœnam, præter certas personas, itaret. Et de ipso Restione illud memorabile fertur, nunquam quoad vixit, foris postea cœnasse, ne testis fieret contemptæ legis, quam ipse bono publico pertulerat. Eam tamen, quamvis esset optima, obstinatio luxuriæ, et vitiorum firma concordia, nullo abrogante, brevi irritam fecit. *Gell.* l. 2. c. 24. et *Macrob. Saturn.* l. 2. c. 13. ¶ *Antios,* excruciatos. *Fest.* V. supra *Antios.*

ANTIZEUGMĔNON, n. ἀντιζευγμένον, hoc est injunctum: ab ἀντὶ, et ζεύγνυμι, jungo, figura est, qua plura membra uno concluduntur verbo, ut, *Quorum ordo ab humili fortuna, sordida, turpi ratione abhorret.* Huic contrarium est Diazeugmĕnon, [† q. v.] διαζευγμένον, hoc est disjunctum, a διαζεύγνυμι, disjungo, cum scil. singulis membris singula diversa verba redduntur, ut, Capuam occupabunt, Atellam communient, Nuceriam obtinebunt, cetera oppida præsidiis devincient. Hæc *Martian. Capell.* l. 5. pag. 176.

ANTLĀRE, V. *Anclare.*

ANTLĬA, æ, f. *an instrument or machine for drawing up water, a pump,* ἀντλία, machina ad hauriendam ex imo loco aquam, quæ pedum alterno nisu, et agitatu aquas per modiolos, atque haustra attollit. *Martial.* l. 9. epigr. 19. Sed de valle brevi, quas det sitientibus hortis, Curva laboratas antlia tollit aquas. *Sueton. in Tiber.* c. 51. *in fi.* Condemnare aliquem in antliam. εἰς ἀντλίαν καταδικάζειν.

ANTONIĀNUS, a, um, ad Antonium aliquem pertinens. *Cic. Fam.* 12. ep. 25. *ad fin.* Respublica Antoniano latrocinio liberata. *h. e.* M. Antonii, in quem sunt Ciceronis Philippicæ. Sic *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 25. et *Vellei.* l. 2. c. 74. Plancus Antonianarum adjutor partium. ¶ *Antonianæ, arum* (subaudi *orationes*) ipsæ Philippicæ Ciceronis. *Gell.* l. 7. c. 11. et l. 13. c. 1. et 21. Sed Antoniana dicendi ratio apud *Cicer.* 7. *Verr.* c. 13. refertur ad M. Anton. oratorem, et descripta est *ibid.* cap. 1.

ANTONIASTER, tri, m. diminutivum ab *Antonius* eo modo, quo a *surdus* fit *surdaster:* et simul contemptum quendam adsignificans. *Cicer. in fragment. pro Vareno* apud *Priscian.* l. 3. pag. 617. *Putsch.* Erucius hic noster Antoniaster.

ANTONINIĀNUS, a, um, adject. ad Antoninum pertinens. *Lamprid. in Antonin. Diadum.* cap. 2. Antoninianum edictum. *Et mox.* Pueros Antoninianos, et puellas Antoninianas. *Id. in Heliogab.* cap. 24. Stravit plateas, quas Antoninianas vocavit. *Capitolin. in Antonin. Pio,* cap. 13. Meruit et flaminem, et Circenses, et templum, et sodales Antoninianos. *Eutrop.* l. 8. c. 20. *Antoninianas* scribit dictas esse Thermas ab Antonino Caracalla constructas.

ANTONINĬAS, ădis, f. *a poem entitled the Antoniniad.* Hoc titulo Gordianus senior inscripsit poema, in quo triginta libris persecutus est res gestas Antonini Pii, et M. Antonini Philosophi, ea ratione, qua *Æneidem* ab Ænea *Virgilius; Achilleidem* ab Achille *Statius; Iliadem* ab Ilio *Homerus* denominaverunt. *Capitolin. in Gordian.* c. 3.

ANTONĪNUS, i, m. Ἀντωνῖνος, diminutivum ab *Antonius.* Fuit nomen nonnullorum Romanorum Imperatorum, quorum celeberrimi fuere virtutibus quidem Antoninus Pius, et Antoninus Philosophus, vitiis autem Antoninus Caracallus, et Heliogabalus, &c. Eorum vitam V. apud Scriptores historiæ Augustæ.

ANTONĪNUS, a, um, idem quod Antonianus. *Lepid. ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 34. Castra ad flumen Argentium contra Antoninos feci. Al. leg. *Antonios,* al. *Antonianos.* Eadem lectionis varietas est in illo *Lentuli* ad *Cicer. Fam.* 12. ep. 14. *ad fin.* Primus ego leges Antoninas fregi. Sic *Hirtino* prœlio pro *Hirtiano* quidam defendunt apud *Pollion.* ad *Cicer.* l. 10. *Fam.* ep. 33. *a med.*

ANTONĬUS, ii, m. Ἀντώνιος, nomen proprium civis Romani. Fuere hoc nomine multi in utraque Antoniorum familia, patritia, et plebeia, sed in hac præsertim, ex qua fuit M. Antonius celeberrimus Orator, a Cicerone tantopere laudatus. Alter etiam M. Antonius qui triumvir fuit cum Augusto, et Lepido, ex plebeia familia ortus est, M. Antonii Oratoris nepos. Hic Ciceronis non modo inimicus fuit, sed etiam interfector. Postea captus amore Cleopatræ, una cum ipsa, et exercitu ejus navali certamine ad Actium ab Augusto victus, et Alexandriæ obsessus, sponte gladio incubuit. Ejus vitam habes apud *Plutarch.* ¶ *Antonia, æ,* nomen est feminarum in familia Antoniorum. *Plin.* l. 35.

c. 10. meminit templi dicati Antoniæ Triumviri filiæ: majori ne, an minori (nam duas is habuit) incertum.

ANTONIUS, a, um, adject. ad Antonium pertinens. V. *Antoninus* adjectiv.

ANTONOMASIA, æ, f. *a trope by which a common name (as the name of some dignity, office, &c.) is put for a proper one; antonomasia*, ἀντονομασία, tropus est, quo ponitur aliquid pro nomine proprio, ut *Eversor Carthaginis* pro Scipione: ab ἀντί, pro, vice, et ὄνομα, nomen. Latino vocabulo *pronominatio* dicitur. *Quintil.* l. 8. c. 6. Ut id, quod est appositum, si a proprio diviseris, per se significet, et faciat antonomasiam. *Id.* l. 9. c. 1. Epitheta quoniam plerumque habet antonomasiæ partem, &c. ¶ *Pronominatio* appellatur ab *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 31.

ANTONOMASIVUS, a, um, ad antonomasiam pertinens. *Serv.* ad *Æn.* 2. v. 171. appellat *antonomasiva* illa adjectiva, quæ uni proprie conveniunt, ut *Tritonia* Minervam significat proprie, nec ullam aliam: *epitheta* autem ait esse, quæ variis possunt vel personis, vel rebus apponi. Utitur præterea hac voce et *ibid.* v. 615. et ad *Æn.* 5. v. 704. et ad *Æn.* 10. v. 668. neque tamen est facile usurpanda.

ANTRAS *Festus* interpretatur convalles, vel arborum intervalla. *Scalig.* suspicatur legendum *ancras*. Nam in veteri *Glossar.* legitur: Ancræ, ἄγγεα, κοιλάδες. Et in *Gloss. Isid.* Angræ intervalla arborum, vel convalles. Addit fortasse etiam scribendum *anceæ*, vel *angeæ* scilicet a Græco ἄγγεα. Sed hæc omnia incerta sunt.

ANTROARE, gratias referre. *Festus.*

ANTRUM, i, n. *a cave, cavern, den, grotto, deep recess*, ἄντρον, specus, vel caverna: vox Poetis, quam aliis usitatior. *Virg.* 6. *Æn.* v. 42. Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum. *Id. Ecl.* 1. v. 76. viridi projectus in antro. *Propert.* l. 2. eleg. 23. v. 28. Antra roscida jugis muscosis. *Id.* l. 4. eleg. 4. v. 3. Antrum hederosum. *Martial.* l. 13. epigr. 60. Gaudet in effossis habitare cuniculus antris. ¶ *Sidon. in carm.* 2. l. 9. epist. 13. *a med. antra palati* dixit, cavitates et spatia intelligens, et l. 1. epist. 2. antra narium. *Prudent. in Psychom.* v. 6. et 774. pectoris. *Juvenal.* sat. 4. v. 21. *clausum antrum* lecticam.

ANŪBIS, ubis, et ubidis, m. Ἄνουβις, vox Ægyptia, qua canis significatur. Ægyptii enim sub canis specie Mercurium colebant, cujus propterea signum canino capite figurabant, et canes omnes in honore habebant; statisque temporibus canem cum pompa per urbem circumducebant, ut ex *Juvenal.* sat. 6. v. 533. colligitur. *Virg.* 8. *Æn.* v. 698. Omnigenumque deum monstra, et latrator Anubis. ¶ Alii narrant, ideo canem ab Ægyptiis cultum fuisse, quia ejus ope Isis cadaver Osiridis mariti sui interfecti invenerat. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 13. v. 11. *ad Isidem.* Per tua sistra precor, per Anubidis ora verendi. ¶ Alii scripsere fuisse Anubin filium Osiridis, qui patrem ad bella secutus, galeam cum insigni canis gestavit, vel in scuto insculptum canem habuit. *Diodor. Sicul.* et alii. ¶ In accusativo et *Anubin* legitur, et *Anuben. Propert.* l. 3. eleg. 9. v. 41. Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubin. *Plin.* l. 33. c. 9. Tingit et Ægyptus argentum, ut in vasis Anuben suum spectet.

[* ANUCELLA, æ, f. diminut. ab anu. *Fronton. ad. amic.* epist. 12. Vox hæc licet amissa in pagina illa obliterata, servata tamen est in margine.]

ANŬLĀRIS, et Annularis, re, *relating to a ring, annular*, δακτυλικός, adject. ab *anulus*. *Anularis color* dicitur a *Plin. in fi.* c. 6. l. 35. qui fit ex creta admixtis vitreis gemmis contritis, quæ a pauperibus in anulis gestari solent. Verba *Plinii* sunt: Anulare quod vocant, candidum est quo muliebres picturæ illuminantur. Fit et ipsum ex creta, admixtis vitreis gemmis ex vulgi anulis: unde et anulare dictum. Hinc facile est intelligere, quid sit *anularia creta*, quæ tum hoc *Plinii* loco *paulo sup.* memoratur, tum apud *Vitruv. in fi.* libri 7.

ANULĀRIUS, et Annularius, a, um, ut *anularia creta* apud *Plin.* et *Vitruv.* V. vocem præced. ¶ *Scalæ anulariæ* locus fuit Romæ in regione octava: sed unde dictus sit, non constat. Quidam putant ita appellatum fuisse ab officinis anulariorum, quæ ibi essent: alii ab anulis ex iis scalis dependentibus: alii denique, quod eæ scalæ in cochleæ formam, atque adeo anularem, seu orbicularem constructæ essent. *Sueton. in Aug.* c. 72. Habitavit primo juxta Romanum forum supra Scalas anularias, in domo, quæ Calvi oratoris fuerat.

ANULĀRĬUS, et Annularius, ii, m. *a maker of rings, ring-maker; a goldsmith*, δακτυλιοποιός, artifex, qui anulos facit. *Cic.* 4. *Acad.* c. 26. Quid si in ejusmodi cera centum sigilla hoc anulo impressero? ecquæ poterit in agnoscendo esse distinctio? an tibi erit quærendus anularius aliquis, &c. In veteri Inscript. apud *Begerum in Spicileg. Antiqu.* pag. 81. et *Murator.* pag. 2015. n. 5. mentio fit *Conlegii Anulariorum.*

ANŬLĀTUS, et Annulatus, a, um, *ornamented with rings*, δακτυλιωτός, anulo ornatus. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 20. Atque, ut opinor, digitos in manibus non habent, quia incedunt cum anulatis auribus. ¶ Apud *Apulei.* l. 9. *Metam.* homines *anulati pedes* dicuntur, qui compedibus vincti sunt.

ANULLA, æ, f. parva anus. V. *Anicula.*

ANULUS, et Annulus, i, m. *a ring for the finger*, δάκτυλος, circulus ferreus, vel aureus, vel ex alia quapiam materia, qui in digitum manus sinistræ minimo proximum inferri solet. Prisci *ungulum* appellavere. *Ateius Capito* apud *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 13. docet, olim anulos in alterutra manu, atque in quolibet digito ferri consuevisse: postea, cum anulis, qui primo rudes fuerant, et parvi pretii, valde pretiosæ gemmæ inseri cœpissent, in lævam manum translatos esse, quæ otiosior, et quietior, ne crebro motu et officio manus dexteræ pretiosi lapides frangerentur, aut excuterentur. Deputatus etiam est lævæ manus digitus minimo proximus, ut *ibid. Macrob.* et *Gell.* l. 10. c. 10. notant, quia credebant, ex humanorum cadaverum sectione, nervum quendam de corde natum, pergere usque ad eum digitum, et illic desinere inplicatum ceteris, et ideo visum veteribus, ut ille digitus anulo, tanquam corona circumdaretur. ¶ Triplex anulorum genus enumerat *Isidor.* l. 19. c. 32. *ungulum*, qui gemmam habet, quia sicut ungula carni, ita gemma anuli auro adhæret: *Samothracium*, qui aureus quidem est, sed palam habet ferream; a loco, ubi fiebat appellatus: et *Thynum*, qui totus purus est, ita dictus, quia in Bithynia primum fabricatus est, olim *Thyna* dicta. Præterea anuli alii erant *solidi*, hoc est ex solida materia facti; alii *pervii*, et *cassi*, ut eos *Fabius Pictor* appellat apud *Gell.* l. 10. c. 15. qui concavi intus erant, ut aliquid continere possent: quales tantummodo Flamini Diali permittebantur. In hujusmodi anulis amuleta includere mos erat: atque hujus formæ fuit Annibalis anulus, ex quo sumpto veneno sibi mortem conscivit. ¶ Anuli primo Romanis ferrei fuere, deinde ex ære, argento, auro, aliove mixto metallo facti sunt, item ex ebore, succino, vel etiam integra gemma. sed de ferreis præcipue, et aureis anulis dicendum est, quorum usus communior, et notabilior. Ferreos anulos promiscue omnes olim gestabant, senatores, equites, plebes. neque enim tam ad ornatum, quam signandi causa anulus gestabatur. Mox crescente luxuria aurei anuli invecti, qui primis quidem temporibus iis tantum concedebantur, qui legationem obire debebant, qui ideo aureum anulum una cum viatico a publico accipiebant, ut tradit *Plin.* l. 33. c. 1. sed eo in publicum tantum prodeuntes utebantur, domi ferreum sumebant signandi causa. Postea vero promiscue patritii gerere cœperunt, demum equites, qui aureo anulo a plebeiis distinguebantur. (Bello Punico secundo non equites solum, sed et alii, militari aliquo dignitatis gradu decorati, ut tribuni, quæstores, &c. aureo anulo utebantur. V. *Camill. Silvestr. in not. ad Juvenal.* sat. 10. v. 165.) Deinde omnibus ingenuis usus aurei anuli est concessus, sed non libertinis, qui si eo uti vellent, a Principe impetrare tenebantur; et tum pro ingenuis habebantur, et ad honores, quibus fruebantur ingenui, admittebantur. Unde *Paul. Dig.* lib. 40. tit. 10. *leg. pœnult.* Qui jus anulorum aureorum impetraverit, ut ingenuus habetur. Postremo *Justinian. in Authent.* *Ut liberti de cet. aur. non indig. anulo*, omnibus libertinis jus aurei anuli dedit. Servi, quando anulo usi sunt, ferreum solummodo habuerunt: tametsi ultimis temporibus auro illinere ausi sunt, vel etiam ex auro, sed decolorato in modum ferri gestarunt, ut *Plin. loc. cit.* docet. ¶ Feminæ et ipsæ ferreo primum, mox aureo anulo usæ sunt: sed etiam post invectos aureos solemne erat sponsæ mittere ferreum arrhabonis loco. Binos aureos tantummodo eas gestasse scribit *Isidor.* l. 19. c. 32. Nam viri, ii præcipue, qui deliciis studebant, plures aliquando habere consueverunt, adeo ut in omnibus digitis suus inesset, vel in uno digito plures, ut ex *Martiale* l. 5. epigr. 62. et l. 11. epigr. 60. colligitur. Quin et æstivos, hibernosque anulos habere in luxu fuit, illos leviores, hos majores, gravioresque, ut est apud *Juvenal.* sat. 1. v. 28. ¶ Anuli usus multiplex fuit. Nam eo utebantur ad signandum. Hic est anulus *signatorius*. *a ring with a seal in it.* Pars autem, qua sigillum imprimitur, sive gemmam habeat, sive non, *pala* dicitur. *the bezel, collet, or broad part of a ring, in which the stone or signet is set.* Utebantur etiam in sponsionibus, et arrhæ nomine dabatur, aut in pignus alicujus rei deponebatur: item in sponsalibus, ut dictum est: quem *annulum pronubum Tertull. in Apolog.* c. 6. appellat. *Cic.* 3. *Offic.* c. 9. Anulum induere. *Plin.* l. 33. c. 1. Induere anulum pollici. *Id. ibid.* Anulo uti. Et *ibid.* deponere. *Sueton. in Aug.* c. 100. Ponere anulos aureos, sumere ferreos. *Id. in Cæs.* c. 33. Detrahere sibi anulum. *Id. in Tiber.* c. 73. aptare digito. *Macrob. Saturn.* l. 7. c. 13. digito inserere. *Terent. Hecyr.* 4. 1. 59. in digito habere. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 67. Obsignare tabulas anulo. *Senec.* ep. 8. Tabulis testamenti anulum imprimere. *Cic.* 4. *Acad.* c. 26. *in fi.* Sigillum in cera anulo imprimere. *Curt.* l. 3. c. 7. Epistola anuli sigillo impressa. *Martial.* l. 9. epigr. 89. Anulus signat lagenam. *Tacit. Ann.* 2. c. 2. Utensilia anulo claudere. *h. e.* signo anuli impresso claudere, *to seal. Id.* l. 1. *Hist.* c. 13. Donare aliquem anulis. *h. e.* in equestrem ordinem cooptare. Sic l. 2. *Hist.* c. 57. Honorare aliquem anulis. *Sueton. in Cæs.* c. 33. Jus anulorum. *h. e.* equestris dignitas. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 77. Opponere anulum. *h. e.* deponere in sponsione. ¶ *Annuli curam habere* apud *Justin. in fi.* l. 43. est curam habere anuli, quo Princeps epistolas signat, *to have the care of the Privy Seal.* ¶ *Sedere alicui ad anulos* apud *Eumen. in Paneg. ad Constant.* cap. 15. est ad sinistram alicujus sedere. nam in sinistra anuli gestantur. Sunt tamen qui ibi aliter leg. ¶ Sumitur etiam *anulus* pro quovis circulo ad alium quempiam usum. *any thing like a ring. Plin.* l. 13. c. 9. Lignum firmæ duritiæ, ex quo velares detornant anulos. *h. e.* ligneos circulos, quibus aulæa, velaque appenduntur. *Id.* l. 15. c. 29. Virgei anuli. *h. e.* virgæ in modum anuli contortæ. ¶ *Martial.* l. 3. epigr. 29. et l. 11. epigr. 38. anulos dixit de circulis catenarum. et l. 14. epigr. 169. de ansula, qua trochus mittitur. et l. 2. epigr. 66. de cincinno capillorum in circulum contorto. ¶ In architectura *anulus* est inter columnarum ornamenta. *Vitruv.* l. 4. c. 3. Crassitudo capituli dividatur in partes tres, e quibus una plinthus cum cymatio fiat, altera echinus cum anulis, tertia hypotrachelion. *Anuli* hoc loco sunt fasciolæ tres in ordine Dorico, positæ inter echinum (*an ornament on the chapiters of pillars in form like a chesnut-shell*), et hypotrachelion (*the part of the shaft or main body of the pillar which is under the neck of it*) atque ita efformatæ, ut non sint ejusdem perpendiculi, sed suprema, quam proxima, hæc, quam infima, exstantior sit: *rings, annulets; the small square members, in the Doric capital, under the quarter round; also, narrow flat mouldings common to other parts of the column, so called from their encompassing the column round like rings.* ¶ Est etiam diminutivum ab *anus*, i. *Cato R. R.* c. 159. Intertrigini remedium, in viam cum ibis, absinthii Pontici surculum sub anulo habeto. ¶ In hac significatione unica *n* scribitur: in supra positis et unica, et duplici. Ducunt enim plerique Etymologi ab *annus*; qui olim *anus* scribebatur ex consuetudine antiquorum non geminandi consonantes. Et quemadmodum postea usus obtinuit, ut *annus* duplici *nn* scriberetur, ita et *annulus* scribi aiunt oportere: atque hæc scribendi ratio *Cellario* placet, et *Dausquio*. At *Manut.* veterem consuetudinem sequitur, et unica *n anulus* scribit. In optimis libris utraque scriptio invenitur.

ĂNUS, us, et uis, f. *an old woman; old wife*, γραῦς, mulier vetula, ita dicta ab annorum multitudine. nam Antiqui, quibus mos fuit consonantes in scribendo non geminare, *anus* pro *annus* scribebant: vel ab *α* privativa, et νοῦς, mens, quia vetulæ mulieres plerunque deliræ esse solent. Utramque etymologiam *Festus* tradit. *Cic. Tuscul.* 1. c. 21. Quæ est anus tam delira, quæ ista timeat? *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 8. Anum fatidicam Stoicorum audite. *Plin.* l. 13. c. 24. Vel pueri, vel anus vilissima opera. *Plaut. Cistell.* 4. 1. 8. Quid nuncias super anu? *Lucill.* apud *Gell.* l. 4. c. 16. Nocere anu. *Horat. Epod.* 17. v. 60. Ditasse Pelignas anus. ¶ In genitivo, et dativo singulari facit etiam *anuis, anui. Terent. Heaut.* 2. 3. 46. Ejus anuis causa. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 16. Vindemia hæc huic anui non satis est soli. *Tacit. Ann.* 13. c. 21. Operam anui rependere. Adde *Terent. Heaut.* 4. 1. 26. *Varr.* apud *Non.* c. 8. n. 91. et *Enn.* apud *eund.* c. 7. n. 58. ubi tamen al. aliter leg. ¶ Adjective *Catull.* carm. 67. *ad Mant.* v. 46. charta loquatur anus. *Plin.* l. 17. c. 5. Anus terra. *Id.* l. 15. c. 19. Fici anus distillant gummium lacryma. *figs grown old and shrivelled. Martial.* l. 1. epigr. 106. Testa anus. ¶ *Anus quod vult somniat*, proverb. de quo V. in *Subini.*

ANUS, i, m. *the fundament, rectum, anus*, πρωκτός, pars posterior, qua animal excrementa ejicit. *Cic.* l. 9. *Fam.* ep. 22. Anum appellas alieno nomine: cur non suo potius? *Cels.* l. 7. c. 30. Ani vitia, ubi medicamentis non vincuntur, manus auxilium desiderant. *Et paulo post*: Ne anus ipse suppuret. *Seren. Sammon. cap. ult.* v. 1110. Excruciant turpes anum si forte papillæ. [Ablat. ano utitur *Scribon. comp.* 227. Hoc medicamento peruncto interius ano.]

ANXĬE, adverb. *anxiously, eagerly, earnestly*, φροντιστικῶς, solicite, cum anxietate. *Plin.* l. 11. c. 52. Ne in se quisque et auguria anxie quærat. *Sallust. in Jugurt.* c. 84. Neque tam anxie laturum fuisse, si &c. *h. e.* moleste, ægre. *Id. Orat.* 2. *ad Cæs. de repub. ordinan. ad fin.* Animus quanto in secundis rebus florentior fuit, tanto in adversis asperius, magisque anxie agitat. *Sueton. in Ner.* c. 23. Trepide, anxieque certare. *Justin.* l. 1. c. 4. Anxie prosequi aliquem. *Gell.* l. 20. c. 6. Anxie, et scrupulose loqui. *Macrob. Saturn.* 1. c. 18. Vir scrupulose, et anxie doctus. Et l. 7. c. 7. Anxie diligens.

ANXĬĒTAS, atis, f. *fretfulness, anxiety, solicitude, perplexity*, ἀθυμία, ἀδημονία, nimia cura, et solicitudo, quæ animum inquietum, et anxium tenet. *Cic. Tuscul.* 4. c. 12. docet *anxietatem*, et *angorem* proprie loquendo ita differre, ut *iracundiam*, et *iram*: neque enim quicumque anxii sunt, eos semper angi, neque qui anguntur, omnes anxios esse. Sæpius tamen pro ipso angore, et nimia solicitudine sumitur. *Plin.* l. 7. c. 53. Quem divortii anxietate diximus mortuum. *h. e.* dolore ob repudiatam uxorem. *of grief, excessive trouble, sorrow. Auct. dialog. de Oratorib.* c. 23. et *Curt.* l. 4. c. 13. Anxietas animi. ¶ Ponitur interdum pro summa cura, qua animus intenditur, et impense alicui rei adjungitur. *thoughtfulness, carefulness; over-exactness, scrupulosity. Id. ibid.* c. 39. Cura, et diligens anxie-

tas styli. *Gell.* l. 1. c. 3. Anxietas, et quasi morositas disputationis. *Quintil.* l. 7. *in proœm. ad fin.* Quærendi, judicandi, comparandi anxietas, dum discimus, adhibenda est, non cum dicimus.

ANXIETŪDO, inis, f. anxietas. *Augustin.* l. 9. *Confess.* c. 3. Macerabatur anxietudine. *Paulin. Nolan.* ep. 14. (*al.* 18.) *ad Delphinum, ad fin.* Gravissimæ anxietudinis pœnam lucrari.

ANXĬFER, a, um, *causing anxiety, trouble, pain,* &c. ἀλγηρὸς, angorem, anxietatemque ferens. *Cic. in Poem. de suo consul.* lib. 2. et habetur l. 1. *de Divin.* c. 13. Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas. *Id. in versione carminum Sophocl.* 2. *Tuscul.* c. 9. Nunc dolorum anxiferi torquent vertices.

ANXĬO, as, a. 1. anxietatem, sed solicitudinem afferre, *to cause anxiety or trouble; to disquiet. Apulei.* l. 4. *Metam.* pag. 155. *Elmenh.* Tristitia animi, languore corporis, damnisque ceteris anxiatum iri prædicunt.

[* ANXIŌSUS, a, um, adject., quod molestum et incommodum est. *Cœl. Aurel. tard.* l. 3. c. 7. Quod est dormituris anxiosum.]

ANXITŪDO, inis, f. *anxiety, solicitude, perplexity,* anxietas. *Cic. in fragment. de repub.* apud *Non.* c. 2. n. 32. Anxitudo prona ad luctum, et mœrens, semperque ipsa se solicitans. *Accius ibid.* Ubi cura est, ibi anxitudo. *Pacuv. ibid.* Tristitia, atque animi intoleranda anxitudo.

ANXĬUS, a, um, *anxious, disquieted, vexed, troubled, uneasy; apprehensive, solicitous, fearful,* ἄθυμος, περιαλγής, qui animi inquietudine, et dolore angitur, qui ægritudine, et angore premitur, nimis solicitus, inquietus, tristis. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 12. docet, *anxium* proprie dici, qui pronus est ad ægritudinem animi. *neque enim omnes anxii, qui anguntur aliquando, nec qui anxii semper anguntur.* Nihilominus sæpissime dicitur de eo, qui in angore est. Caret gradibus comparativo, et superlativo. *Cic. de Fin.* l. 2. c. 17. Anxio animo, aut solicito esse. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 15. Ægritudines anxiæ, atque acerbæ. *Id. de Senect.* c. 18. Morosi, et anxii, et iracundi, et difficiles senes. *Tacit. Ann.* 14. c. 13. Anxius, an obsequium Senatus, an studia plebis reperiret. *Sallust. in Catil.* c. 47. Anxius, quid facto opus sit. *Id. in Jug.* c. 6. Anxius, ne bellum oriatur. *Id. ibid.* c. 11. Ira, et metu anxius. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 92. odio. *Id.* 1. *Ann.* c. 14. invidia. *Id.* 2. *Hist.* c. 1. animo. *Plin.* l. 4. ep. 21. Cujus ego pro salute hoc sum magis anxius, quod unicus factus est. *Sallust. in fragment.* apud *Arausian. Mess.* Anxius animi, atque incertus. *Albinov. ad Liviam,* el. 1. v. 398. mentis. *Ovid. Metam.* 1. v. 623. furti. *h. e.* solicitus, ne furtum fiat. *Id. Heroid.* ep. 20. v. 198. Anxia sunt vitæ pectora nostra tuæ. *h. e.* solicita sunt de vita tua. Sic *Tacit.* l. 3. *Hist.* c. 38. Anxius sui. *h. e.* de se solicitus. Et l. 4. *Ann.* c. 12. potentiæ. *Plin.* l. 15. c. 17. securitatis. *Sueton. in Ner.* c. 36. eâ re. *Id. in Vitell.* c. 8. omni adverso. *Liv.* l. 25. c. 40. *sub fin.* gloria alicujus. *h. e.* solicitus, ne ab aliquo rerum gestarum gloria vincatur. *Quintil.* l. 11. c. 1. de fama ingenii. *Curt.* l. 3. c. 2. de instantibus curis. *Lucan.* l. 8. v. 592. ad eventum alicujus rei. *Tacit. Ann.* 4. c. *pœnult.* Anxium esse erga aliquem. *Id. Ann.* 2. cap. 65. Habere aliquem anxium. *h. e.* inquietum tenere. ¶ Cum accusativo *vicem,* *Livius* l. 8. c. 35. Stupentes Tribuni, et suam vicem magis anxii. ¶ *Anxium judicium* habere aliquis dicitur, qui in judicando hæsitat, et perplexus est. *Tacit. Ann.* 1. c. *pœnult.* Ut callidum Tiberii ingenium, ita anxium judicium. ¶ *Anxia elegantia* est curiosius exquisita, et affectata. *affected, quaint. Gell.* l. 15. c. 7. Elegantia orationis neque morosa, neque anxia, sed facilis, et simplex. ¶ Pro molesto, infesto, difficili, *Plin.* l. 12. c. 8. Spina myrrhæ similis, accessu, propter aculeos, anxio.

ANXUR, ŭris, m. et n. [† nunc] *Terracina,* urbs Latii in Campania Romana, in ora maris Tyrrheni, apud ostia Ufentis fluvii, ad radices montis, sed arcem tamen habens in montis edito loco sitam: dicta *Anxur* lingua Volscorum, et a Latinis *Tarracina,* ut *Festus,* et *Plin.* l. 3. c. 5. docent. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 26. atque subimus Impositum saxis late candentibus Anxur. *Porphyr. Horatii Scholiast.* notat, eum montem saxa habere coquendæ calci aptissima: atque ideo *saxa candentia,* et *Anxur candidum* a scriptoribus dictum. *Martial.* l. 5. epigr. 1. salutiferis candidus Anxur aquis. Et l. 6. epigr. 42. superbus Anxur. *Id.* l. 10. epigr. 58. Anxuris æquorei placidos recessus. ¶ In eo oppido colebatur *Jupiter Anxur,* qui Græce ἄξυρος dicitur, nempe facie pueri, et intonsi ab α privativa, et ξυρὸς, culter tonsorius, aut novacula: quod novaculam et cultrum tonsorium nondum esset expertus. Hinc et *Axur* scribi potest, ut habetur in numo familiæ Vibiæ apud *Scalig. ad Fest.* et *Patin. de Fam. Rom.* Sed et *Anxur* optima scriptio est, si fides habenda antiquis codicibus: eamque acriter defendit *Dausquius in Orthograph.* ¶ Idem dicitur etiam *Jupiter Anxŭrus,* vel *Axŭrus* adjective. *Virg. Æn.* 7. v. 799. queis Jupiter Anxurus arvis Præsidet, et viridi gaudens Feronia luco. *Pierius* tamen monet in quibusdam antiq. codicib. legi *Queis Jupiter Anxuris arvis,* vel *Anxyris;* imo etiam *Anxiris* per i Latinum, ab iis, qui Græce nesciebant, scriptum. ¶ *Anxur* etiam dicitur fons juxta Anxur fluens. *Servius* ad cit. 7. *Æn.* De eo *Vitruv.* narrat l. 8. c. 3. quod mortiferus esset bibentibus, ab incolis obstructum fuisse.

ANXŬRUS, V. vocem præced.

ANȲTUS, m. vir Atheniensis, qui una cum Melito, et Lycone Socratem de falsa religione accusavit, et occidi curavit. *Horat.* 2. sat. 4. v. 3. qualia vincunt Pythagoran, Anytique reum, doctumque Platona. Adde *Ovid. in Ibin,* v. 559.

A O

AŎNES, um, m. Ἄονες, montes Bœotiæ, inter quos est Helicon, et ibi fons Aganippe Musis sacer. *Virg. Ecl.* 6. v. 64. Tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallum Aonas in montes ut duxerit una sororum; Utque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis. *Aonas* accusativus est Græcæ positionis, qua in Græcis nominibus Poetæ delectantur, pro *Aones.* ¶ *Aones* etiam dicuntur Bœotiæ populi, montium incolæ: dicti ab Aone Onchesti filio Apulo, qui ob seditionem patria pulsus in Bœotiam venit, et in ejus montibus regnavit. *Serv.* ad *Virg. loc. cit.*

AONĬA, æ, f. Ἀονία, pars Bœotiæ montuosa, in qua sunt *Aones montes* dicti ab Aonibus populis antiquis Bœotiæ. In his est Helicon Musis sacer, et fons Aganippe. *Servius* ad *Ecl. Virg.* 6. v. 64. et *Ecl.* 10. v. 12. scribit etiam ipsam Bœotiam omnem *Aoniam* apellari, quod legitur etiam apud *Gell.* l. 14. c. 6.

AŎNIS, ĭdis, Ἀονὶς, adjectiv. feminin. *Aonides, um,* in plur. num. dicuntur Musæ, quia in Helicone Aoniæ monte, ubi fons Aganippe, habitant, eaque loca omnia iis sacra sunt. *Ovid. Metam.* 5. v. 333. Poscimur, Aonides; sed forsitan otia non sint, &c. *Juvenal.* sat. 7. v. 58. cupidus silvarum, aptusque bibendis Fontibus Aonidum.

AONĬUS, a, um, adject. ad Bœotiam pertinens, quæ et *Aonia* appellatur. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 339. Aoniæ urbes. *Id. Fast.* 1. v. 490. Aonia humus. *Id.* 12. *Metam.* v. 24. Aoniæ undæ. *h. e.* Mare Bœotiam alluens. *Id. Metam.* 7. v. 763. Aoniæ Thebæ. *scil.* quia Thebæ Bœotiæ urbs est. *Id. Metam.* 9. v. 112. et *in Ibin,* v. 395. *Aonium* vocat Herculem, quia Thebis natus est. *Id. in eleg. de nuce,* v. 110. *Aonium virum* appellat Amphiaraum, augurem Argivum, qui bello Thebano periit: quia fuit peritus divinandi, et amicus Musis. *Id. Metam.* 1. v. 313. absolute *Aonios* pro Bœotiis, vel pro populis Bœotiæ montanis posuit. ¶ *Aonius Deus* est Bacchus, qui Thebas patriam habuit. *Ovid.* l. 2. *de ar. am.* v. 380. positoque decore Fertur, ut Aonii cornibus icta dei. Adde *ibid.* l. 1. v. 312. ¶ *Aonius fons* est Aganippe, Musis sacer, quia est in Helicone Bœotiæ monte. *Ovid. Fast.* 3. v. 456. Cum levis Aonias ungula fodit aquas. ¶ Hinc sæpissime *Aonius* dicitur de re aliqua ad Musas pertinente. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 245. Aoniæ Camenæ. *Id.* 4. *Trist.* eleg. 10. v. 39. Aoniæ sorores. *Id.* l. 1. *Amor.* eleg. 1. v. 12. Aonia lyra. *Id.* l. 3. *de ar. am.* v. 547. Aonii vates. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 10. Aonium nemus. *Id.* l. 5. silv. 1. v. 113. Aonius vertex. *h. e.* Parnassi montis, qui non longe ab Aoniis Bœotiæ montibus distat. Apud *eund.* l. 3. silv. 3. v. 32. Aonias inferias alicui sacrare est, in ejus exsequiis carmen funebre pangere.

AORĀTOS, ἀόρατος, hoc est invisibilis, ab α privativa, et ὁράω video: unus est ex æonibus Valentini apud *Tertull. advers. Valentinian.* cap. 35.

AORNOS, i, f. ἄορνος πέτρα, petra apud Indos præceps, et invia, ita dicta ob admirandam altitudinem, quasi ipsis etiam avibus inaccessa: ab α privativa, et ὄρνις, ιθος, avis. Scribit *Plutarch.* Alexandrum cum intellexisset hanc petram teneri ab homine meticuloso, dixisse, Nunc locus iste facillimus est captu. *V. Curt.* l. 8. c. 11. ¶ Est et *Aornos* locus in Epiro, ita dictus a pestifera exhalatione. nam supervolitantes aves eo odore exanimatæ decidere dicuntur. *Plin. in proœm.* l. 4. ¶ Etiam Avernus ex eadem causa nomen traxit, *scil.* ab ἄορνος. Hinc apud *Virg. Æn.* 6. v. 242. ubi describit locum, qua Æneas ad Inferos descendit, ita legunt quidam *Unde locum Graii dixerunt nomine Aornon.* Quamquam *Pierius* in omnibus suis Codicibus *Avernum* se legisse testatur: et ita habetur etiam in Editionib. princ.

AŌUS, i, m. *the Pollona,* aut *Vaiussa,* fluvius Macedoniæ, qui Stymphaliam, et Elymiotas percurrit, et fluit in mare Ionium. *Plin.* l. 3. c. 23.

A P

APĂGE, *hence! avaunt! away! away with you! be gone!* abduc, ἄπαγε: interjectio est a Græcis ducta, ab imperativo verbi ἀπάγω, abduco, removeo, et a Latinis usurpata tanquam formula abigentis, amolientis, aut fastidientis aliquid. Usurpatur autem vel sine casu. *Plaut. Amph.* 1. 1. 154. Apage, non placet me hoc noctis esse. *Id. Capt.* 2. 1. 15. Quo fugiamus? *Lo.* in patriam. *Ca.* apage, haud nos id deceat. ¶ Vel cum accusativo. *Vatin. ad Cicer.* l. 5. *Fam.* ep. 10. Apage te cum nostro Sex. Servilio. *Terent. Eun.* 5. 2. 65. Neque pol servandum tibi quidquam dare ausim, neque te servare: apage te. *hence! away! Plaut. Cas.* 2. 8. 24. Apage te a dorso meo. *Id. Amph.* 2. 1. 32. Apage te a me. *Id. Bacch.* 3. 1. 5. Apage istas a me sorores, quæ hominum sorbent sanguinem. *Id. Merc.* 1. 2. 33. Apage istiusmodi salutem, quæ cum cruciatu advenit. ¶ *Apage sis* est recede, vel remove, si vis. *Terent. Eun.* 4. 6. 18. Num formidolosus, obsecro, es mi homo? *Ch.* apage sis. Egon' formidolosus? *Plaut. Pœn.* 1. 2. 15. Apage sis: negotii quantum in muliere una est! *away! away!*

APĂLA, vel Hapăla, ova, *soft eggs, new-laid eggs,* ἁπαλὰ ᾠὰ, ova tenera et recentia, vel certe in teneritudinem cocta. nam ἁπαλὸς, tenerum, et molle significat. *Scribon. Larg. composit.* 104. Apala ova proderunt, vel intubi cocti, vel crudi ex aceto. *Apic.* l. 7. *c. ult.* In ovis apalis piper, ligusticum, nucleos, &c. *Marcell. Empir.* cap. 20. Et apala proderunt ova, et intubi cocti. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 2. c. 7. Ova apala, vel pultes parvissimo oleo confectæ. ¶ Qui scribunt *hapala,* adhærent Græcæ voci ἁπαλὸς, quæ spiritu aspero notatur.

APALĀRE, is, n. *an egg-spoon,* in *Gloss. Isid.* exponitur cochlear, cujus præcipuus usus erat in sumendis ovis teneris, et sorbilibus, quæ *apala* dicuntur, licet et ad alia adhiberetur. *Auson.* ep. 21. Jam patinas implebo meas, ut parcior ille Majorum mensis apalaria succus inundet. Sunt qui scribunt *hapalare.* nam ἁπαλὸς Græce spiritu aspero notatur. Sunt etiam, qui tum apud *Isidor.* tum apud *Auson.* legendum putant *Applare,* et *Applaria,* eod. sensu.

APAMĒA, et Apamia, æ, f. [† nunc] *Haman,* Ἀπάμεια, urbs Cœlesyriæ ad Orontem fluvium, et Marsya amne divisa, qui statim in Orontem labitur. Condita est a Seleuco Nicanore, et dicta de nomine Apamæ sororis, vel uxoris, vel matris ejus. *Liv.* l. 38. c. 13. et *Plin.* l. 5. c. 23. ¶ *Apamia* alia urbs est Bithyniæ, colonia Colophoniorum, etiam Myrlea dicta, nunc *Apami:* appellata ab uxore Prusiæ Regis, qui Annibalem recepit. *Plin.* l. 5. c. 32. ¶ Alia est Apamea magnæ Phrygiæ, [† hod.] *Apamiz,* sita in radice montis Signiæ, circumfusa Marsya, Obrima, et Obriga fluminibus in Mæandrum cadentibus. *Plin. ibid.* c. 29. Hujus meminit etiam *Cic. Attic.* l. 5. ep. 16. et *Fam.* 2. ep. 17. ¶ Sunt aliæ præterea *Apameæ,* de quibus V. Geographos.

APAMENSIS, se, adject. ad Apameam pertinens. *Cic. Attic.* 5. *ep. ult.* Forum institueram agere Laodiceæ Cybiraticum, et Apamense, &c. Intelligit Apameam Phrygiæ majoris.

APAMĒNUS, a, um, adject. ad Apameam pertinens, ut *Apamena regio* apud *Plin.* l. 5. c. 29. ubi intelligit regionem Apameæ Phrygiæ majoris. *Apamena colonia* apud *eund. ibid.* c. 32. est Apamia Bithyniæ, colonia Colophoniorum. ¶ *Apamenum vinum* inter meliora recensetur a *Plin.* l. 14. c. 7. et mulso præcipue convenire dicitur. Nascebatur circa Apameam magnæ Phrygiæ. Ejus quoque uva erat laudatissima in cibis. *Lamprid. in Heliog.* c. 11. Misit et uvas Apamenas in præsepia equis suis.

APAMĒUS, a, um, adject. ad Apameam pertinens. *Apamei, orum* apud *Plin.* l. 10. ep. 57. *quæ est Trajani ad Plin.* sunt Apameæ urbis incolæ. intelligit autem Apameam Bithyniæ.

APARCTĬAS, æ, m. *the north-wind,* ἀπαρκτίας, ου, ventus spirans a Septentrione recta contra Austrum, a *Plin.* l. 2. c. 47. Latina voce *Septentrio,* a *Gell.* l. 2. c. 22. *Septentrionarius* dictus. Nam *Aparctias* Græca vox est ab ἀπὸ, ab, et Ἄρκτος, ursa, quia ab ea parte spirat, ubi sunt Ursæ. *Plin. loc. cit.* A Septentrionibus Septentrio, interque eum, et exortum solstitialem Aquilo: Aparctias, et Boreas dicti. *Apulei. de Mundo* bis hujus venti meminit pag. 62. *Elmenhorst.* et pag. 721. et 722. *edition. ad us. Delp.* sed totus ille locus ab Interpretibus corruptissimus censetur. Nam præter alia, diversum huic vento situm assignat ab eo, quem revera habet.

APARĪNE, es, f. ἀπαρίνη, genus est herbæ ramosæ, hirsutæ, et quæ quina, vel sena in orbem circa ramos folia habet per intervalla, semine rotundo, duro, concavo, subdulci. Nascitur in agris frumentariis, aut hortis, pratisve, asperitate foliorum etiam vestibus adhærescens. Quidam Anglice *goose-grass, cliver, wild tansy, herit, madder* vocant. *Plin.* l. 27. c. 5.

APATHĪA, æ, f. *apathy, freedom from passion or mental perturbation, cold-blooded indifference, exemption from natural feeling, stoicism,* ἀπάθεια, vacuitas affectuum, qualem in viro sapiente Stoici requirebant: ab α privativa, et πάθος, affectus animi. Ea semel Latine usus est *Gell.* l. 19. c. 12. *ad fin.* Sic isti apathiæ sectatores, qui videri se esse tranquillos, et intrepidos, et immobiles volunt, &c.

APĀTOR, V. in *Ametor.*

APATŪROS, i, ἀπάτουρος, fanum fuit in oppido cognomine, in Asia ad Bosphorum Cimmerium, dicatum *Veneri dolosæ,* hoc est fallaciis, et dolis usæ in occidendis Gigantibus, qui se adorti fuerant. Illa enim Hercule in auxilium invocato, tamdiu hic illic latuisse dicitur, donec singillatim ab Hercule excepti ad unum interfecti sunt. ab ἀπατάω, fallo, decipio. Ejus fani meminit *Plin.* l. 6. c. 6. ¶ Hinc *Apaturia, orum,* sacra Græcorum in honorem Veneris dolosæ, in quibus sumptuosæ cœnæ fiebant. *Tertull. in Apolog.* c. 39. *ad fin.* [† Apaturiorum longe aliam rationem fuisse discas ex *Schol. in Aristoph. Acharn.* 146. et *Pac.* 890. Adi *Suid.* (et notam Kusteri) *Hesych. Harpocrat.* in v. *Herod.* 1. 147. *Athen.* p. 171. E.]

APE apud antiquos dicebatur *prohibe, compesce,* teste *Fest.* Hinc vet. *Glossar.* Ape, κώλυσον apet, ἀπείργει.

APELIOTES, et Apheliotes, æ, m. *the east wind,* ἀπηλιώτης, et ἀφηλιώτης, ventus ab oriente æquinoctiali spirans contra Favonium, Latino nomine *Subsolanus*: ab ἀπὸ, ab, et ἥλιος, sol, quia ab oriente sole oritur. *Plin.* l. 2. c. 47. Ab oriente æquinoctiali Subsolanus, ab oriente brumali Vulturnus: illum Apelioten, hunc Eurum Græci appellant. *Catull.* carm. 26. *ad Furium.* Furi, villula nostra non ad Austri Flatus opposita est, nec ad Favoni, Nec sævi Boreæ, aut Apeliotæ. ¶ Apud *Gell.* l. 2. c. 22. et *Senec.* l. 5. *quæst. nat.* c. 16. scribitur Græce Ἀφηλιώτης per aspiratam, quia aspero accentu ἥλιος notatur. Sed ἀπηλιώτης, dempta aspiratione legitur apud *Aristot.* l. 2. *Meteor.* c. 6. et alios. Itaque utroque modo recte scribi potest.

APELLA, æ, m. nomen proprium Judæi cujusdam Romæ degentis tempore *Horatii*, vel paulo ante; de quo is l. 1. sat. 5. v. 100. credat Judæus Apella Non ego. *Acro*, et *Porphyr.* veteres *Horatii Scholiastæ* putant *apella* esse nomen commune Judæis omnibus, quia cum circumcisi sint, pellem, seu præputium in virili membro non habeant: ut sit Græcorum more composita vox ab α privativa, et *pellis.* Quod placuit *Alcimo Avito*, qui Judæos hac voce indicavit l. 5. v. 364. Jam prope centenum compleverat advena lustrum In regnis, Ægypte, tuis Judæus apella. Verum hujusmodi compositiones a Latinæ Linguæ natura fere alienæ sunt: neque audiendi curiosiores quidam Grammatici, qui vocum etymologias subtilius exquirentes, *anus* ab α, et νοῦς, *amens* ab α, et *mens*, *apes* ab α, et *pes*, et his similia alia comminiscuntur. Cujusdam *Apellæ* Chii artificis meminit etiam *Cic. Attic.* l. 12. ep. 19. ex quo etiam apparet nomen proprium viri fuisse, a Græco ἀπελλῆς. nam sæpe Græca nomina Judæos per ea tempora sibi imposuisse, non semel legitur etiam in sacris libris N. T. cum inter Græcos degerent.

APELLES, is, m. Ἀπελλῆς, vir Cous, pictor eximius suorum temporum, qui floruit eodem ævo cum Alexandro Magno, a quo etiam tanti fiebat, ut a nullo alio præter eum, pingi vellet: atque is quidem in arte sua adeo excelluit, ut non modo, qui ante se fuerant, ingenio, artificio, industria superaverit, sed etiam futuros postea pictores vicisse usque ad sua tempora, *Plin.* pronunciaverit l. 35. c. 10. ubi multa alia de eo, præcipuasque ejus tabulas recenset. ¶ Hoc nomen apud Latinos est tertiæ declinationis *Apelles, lis, li, lem, les, le*: cujus rei exempla sunt apud *Plin. loc. cit.* at apud Græcos est primæ, ὁ Ἀπελλῆς, λοῦ, λῇ, λῆν, λῆ: quos secutus *Plautus* dixit *Apella* in vocativo pro *Apelle.* nam Græcum η et in *e*, et in *a* verti potest. nisi forte dicas, vocativum *Apella* a recto *Apella*, æ deduci: quod in simili docuit *Vossius*: sed hujus positionis exempla nondum vidimus. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 101. O Apella, o Zeuxis pictor, &c.

APELLEUS, a, um, adject. ad Apellem pertinens, Ἀπέλλειος. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 5. Ut vel Apelleo vultus signata colore, Phidiaca vel nata manu. *Martial.* l. 7. epigr. 83. Apelleum opus. [*Propert.* l. 1. el. 2. v. 22. Qualis Apelleis est color in tabulis.]

APELLINEM dicebant antiqui pro Apollinem, teste *Festo.*

APENARIUS. V. *Apinarius.*

APENNINICŎLA, æ, m. et f. Apennini incola. *Virg. Æn.* 11. v. 700. Apenninicolæ bellator filius Auni.

APENNINIGENA, æ, m. et f. qui apud Apenninum genitus est, et inhabitat. *Ovid. Metam.* 15. v. 432. Apenninigenæ quæ proxima Tibridis undis. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 505. Apenninigenis cultas pastoribus aras.

APENNĪNUS, i, m. [† hod.] *l' Apennino,* Ἀπεννῖνος ὄρος, mons est, seu potius multorum montium inter se colligatorum series, et quasi catena, quæ ab Alpibus maritimis ad extremos usque Salentinos, et Brutios Italiam per medium secat continuo jugo, et apud Hirpinos in duo veluti capita, seu cornua divisa, altero ad Acram Iapygiam in Salentinis, altero ad Leucopetram promontorium in Brutiis finitur. Pro locorum diversitate varia sortitur nomina, excelsus maxime inter agrum Parmensem, et Lucensem. *Virg. Æn.* 12. v. 703. gaudetque nivali Vertice se attollens pater Apenninus ad auras. *Pater* dicitur vel ob dignitatem, quia omnium Italiæ montium maximus est, vel quia veluti pater est multarum silvarum, et fluminum, quæ ex eo decurrunt. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 226. Aeriæque alpes, et nubifer Apenninus. ¶ *Apenninus* adjective positum V. in *Aponinus.* ¶ Sunt qui putarunt scribendum esse *Apœninus*, quasi Alpes Pœni, quod per eos montes Annibal exercitu transierit: sed usus contradicit.

APER, apri, m. *a wild boar, a boar, a brawn,* porcus silvester. De hujus vocis origine ita *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 20. Apri ab eo, quod in locis asperis: nisi a Græcis, quod hi κάπρους. ¶ Fuit in deliciis ciborum apud Romanos. *Juvenal.* sat. 1. v. 140. quanta est gula, quæ sibi totos Ponit apros, animal propter convivia natum! *Virg. Ecl.* 7. v. 29. Setosus aper. *Id. Ecl.* 10. v. 56. Acres venari apros. *Id.* 1. *Æn.* v. 324. Spumans aper. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 550. Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri. *Martial.* l. 9. epigr. 104. Arcadius aper. *h. e.* aper Erymanthius in Arcadia ab Hercule interfectus, quem *Id. de Spectac.* epigr. 27. Mænalium vocat. Adde l. 5. epigr. 66. ¶ Apri descriptionem habes apud *Ovid.* 8. *Metam.* a v. 282. ¶ *Apros immittere liquidis fontibus* proverbiali locutione dicitur a *Virg. Ecl.* 2. v. 59. *h. e.* imprudentem facere aliquid, quod totum evertat negotium, de quo eras solicitus. nam apri puras undas cœnosas reddunt. ¶ *Uno saltu duos apros capere* aliud Proverb. apud *Plautum Cas.* 2. 8. 42. pro quo Angli dicunt *to kill two birds with one stone*: una fallacia duos decipere. ¶ Dicitur *aper* non de mare solum, sed etiam de femina, ut innuit *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 24. Neque tamen ideo feminino genere effertur: quod quidam putant, qui apud *Phædr.* l. 2. fab. 4. legunt *aprum insidiosam* contra consensum librorum, qui *insidiosum* habent, licet de femina sermo sit. Sic *Virg.* 2. *Æn.* v. 355. *lupos* dixit catulos habentes, non *lupas*: et *Plin.* l. 9. c. 8. *Delphini pariunt catulos.* et cap. 13. *Vitulus parit in terra.* Invenitur tamen *apra*, æ usurpatum a *Plin.* secundo in l. 1. *artium*, ut est apud *Priscian.* l. 6. pag. 698. *Putsch.* ¶ Fuit olim *aper* (quem *porcum* appellat *Festus*) inter signa militaria Romani exercitus, ut testatur *Plin.* l. 10. c. 4. ¶ Est etiam piscis genus. *a sea-hog, porpus. Plin.* l. 11. c. 51. Et is, qui aper vocatur in Acheloo amne, grunnitum habet. *Enn.* apud *Apulei. in Apolog.* Est Mitylenæ Pecten, aperque apud Ambraciæ amnem. *Hesselius in not. ad Enn.* ita utroque loco legendum putat, et falli eos, qui *caper* reponunt. Nam Græce quidem κάπρον dici, qui Latine *aper.* ¶ Denique *Aper* est inter cognomina vel nomina civium Romanorum. *Auct. Dial. de Oratorib.* (quem quidam *Taciti*, alii *Quintil.* putant) cap. 2. et *Lamprid. in Commodo* cap. 2. Sic in vet. lap. apud *Gruter.* pag. 692. n. 8. A. Lælius Aper.

APERĬBĬLIS, V. *Apertibilis.*

APERĬO, ĕris, erui, ertum, ire, a. 4. *to open or set open,* ἀνοίγω, pando, quod clausum erat patefacio. Etymologi deducunt ab *ad*, et *pario*, quia et *aperire* est in lucem edere. *Terent. Heaut.* 2. 3. 35. Aperire ostium. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 11. *ad fin.* et l. 6. ep. 3. *ad fin.* Aperire epistolam. et l. 1. ep. 13. Litteræ aut interire, aut aperiri, aut intercipi possunt. *Sueton. in Cæs.* c. 83. et *Plin.* l. 7. c. 52. Aperire testamentum. *Virg. Æn.* 11. v. 884. Aperire alicui viam. *Cic. Fam.* 6. ep. 11. alicui reditum ad suos. *Plin.* l. 9. c. 8. *ad fin.* exitum. *Sallust. in Catil.* c. 61. iter ferro. *to cut his way through with the sword. Claudian. de B. Get.* v. 315. fugam inclusis. *Plin.* l. 12. c. 11. Arbor florem aperire incipit solis exortu. *Id.* l. 2. c. 47. Ver aperit navigantibus maria. *Juvenal.* sat. 9. v. 98. Fuste aperire caput. *to break, split, cleave. Cic. Fam.* 9. ep. 18. Aperire ludum, *to set up a school,* instituere. *Paul. Dig.* l. 8. tit. 2. *leg. pœnult.* parietem. *h. e.* perfodere, januam in eo, vel fenestram facere. et *Scævola ibid. leg. ult.* januam in publico. *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 24. *sub fin.* puteum. *to sink a well.* ¶ Sæpe est detegere, *to uncover, unveil. Cic.* l. 1. *Offic.* c. 35. *ad fin.* Ne, si quo casu evenerit, ut corporis partes quædam aperiantur, aspiciantur non decore. *Id. Phil.* 2. c. 31. Aperire caput. *Plin.* l. 28. c. 6. Aperire capita aspectu magistratuum. *Tacit. in Agric.* c. 38. Dies faciem victoriæ latius aperuit. *displayed, discovered, showed, disclosed. Liv.* l. 22. c. 6. Cum calescente sole dispulsa nebula aperuisset diem. *Virg. Æn.* 6. v. 406. aperit ramum, qui veste latebat. ¶ *Aperire locum aliquem*, patefacere, ut adiri possit ab aliis. *Liv.* l. 42. c. 52. Incognitum famæ aperuerint armis orbem terrarum. *Pompon. Mela* l. 3. c. 6. *ante med.* Britanniam tamdiu clausam aperit ecce principum maximus. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 169. pelagus quantos aperimus in usus! ¶ *Aperire se* est se manifestare, *to appear, come forward, show one's self. Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 20. Stella vespertinis temporibus delitescit, matutinis se aperit. *Plin.* l. 31. c. 3. Marcia aqua in specus mersa, in Tiburtino se aperit. ¶ Eleganter *aperire se* dicuntur, quæ a longe venientibus paulatim conspiciuntur. *Virg. Æn.* 3. v. 205. Quarto terra die primum se attollere tandem Visa, aperire procul montes. *Id. ibid.* v. 275. Et formidatus nautis aperitur Apollo. ¶ Translate *Cic. Offic.* l. 2. c. 15. Nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit; nec ita reseranda, ut pateat omnibus. *Id. ad Brut.* ep. 10. Sceleratissimorum consiliorum fontes aperire. *Id. l. Tuscul.* 1. c. 3. *in fin.* Aperire fontes philosophiæ. *Id. Verr.* 7. c. 71. locum suspicioni. *Liv.* l. 9. c. 27. alicui occasionem. *Cic. de Orat.* l. 1. c. 18. sententiam suam. *Nepos in Dion.* c. 8. alicui suos sensus. *Id. in Pausan.* c. 3. *in fin.* Exspectandum dum se ipsa res aperiat. *Id. in Pelop.* c. 3. Hoc aperuit ejus dementiam. *Id. in Eumen.* c. *ult.* Quid sentirent, aperuerunt. *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 9. Occulta, et involuta aperire. *Id.* 4. *de Fin.* c. 24. Aperire dubia. *Terent. Andr.* 4. 1. 8. Aperire se. *to discover himself, make himself known. Auct. ad Herenn.* l. 2. c. *ult.* Si de clementia, humanitate, misericordia nostra, qua in alios usi sumus, aperiemus. *h. e.* verba faciemus, disseremus, explicabimus. [¶ Singularis est locus *Cicer. ad Att.* l. 5. ep. 1. De Oppio factum est, ut volui, et maxime quod DCCC aperuisti, *h. e.* ostendisti te daturum, si urgeret; quod ex simili loco *Ejusd. ibid.* epist. 4. arguitur. Ait enim: De Oppio bene curasti, quod ei DCCC exposuisti.] ¶ In futuro *aperibo* pro *aperiam* dictum est antiquo more. *Plaut. Trucul.* 4. 2. 50. Ego ædepol jam tua probra aperibo omnia. Adde *Pompon.* apud *Non.* c. 10. n. 15. ¶ Quidam volunt usurpari posse *aperii* in præterito pro *aperui.* Sic enim legi apud *Cicer.* l. 7. *Attic.* ep. 3. *in fi.* Scis, quos aperierimus: ubi alii *aperuerimus.* ¶ Participium est *aperturus. Liv.* l. 38. c. 55. *in fi.* Et se aperturum ærarium dixisse, qui, ut clauderetur, effecisset. Adde *Nepot. in Dione*, cap. 8.

APERITĪVUS. V. *Apertivus.*

APERTA, inquit *Festus*, Apollo vocabatur, quia patente cortina responsa ab eo darentur. *Scalig.* putat ita dictum lingua Tarentina pro ἀπερρώτα, hoc est ἠπειρώτης, quod transmarinus Deus esset, et peregrinus. Nam regiis temporibus Apollo Romanis ignotus erat. V. etiam *Voss. in Etymol. in* Aperio.

APERTE, *openly, clearly, distinctly, manifestly, plainly,* φανερῶς, manifeste, clare, plane. *Cic.* 2. *Verr.* c. 7. Aperte, palamque dicere. *Id. ad Brut.* ep. 5. His verbis aperte indicat, posse, &c. *Id.* 4. *Acad.* c. 6. *a med.* Aperte mentiri. *Id. Attic.* l. 16. ep. 3. Ad Balbum scripsi apertius. *Id. Verr.* 4. c. 64. *in fi.* Quam apertissime, planissimeque explicare aliquid. *Id.* l. 2. *de Orat.* c. 36. Ponere aliquid aperte falsum. ¶ Est item publice, palam, coram aliis, cui occulte opponitur. *in open daylight, publicly. Cic. in Orat.* c. 12. Non ex insidiis, sed aperte, ac palam facere aliquid. *Id. pro Planc.* c. 14. Eum ipsum dolorem tulit paulo apertius. *showed it a little too much. Id. Attic.* l. 14. ep. 13. Lætitiam apertissime tulimus omnes. *Tacit. Ann.* 11. c. 28. Non jam secretis colloquiis, sed aperte fremere. *Id. Ann.* 13. c. 1. Venenum proconsuli inter epulas datum apertius, quam ut fallerent. *Plin. in paneg.* c. 62. Aperte favere alicui.

APERTĬBĬLIS, le, *opening, aperient, aperitive,* aperiendi vim habens. *Cæl. Aurelian.* l. 3. *Acut.* c. 3. *in fi.* Omne quod fuerit acre, sive immodice apertibile. et cap. 4. Superunctiones tenuabiles, et apertibiles. Utroque loco alii leg. *aperibilis.*

APERTĬO, onis, f. *an opening, the act of opening,* ἄνοιξις, actus aperiendi. *Varr. R. R.* l. 1. c. 63. Quod cum periculo introitur recenti apertione, ita ut quibusdam sit interclusa anima, aliquanto post promere, quam aperuerit, oportet. *Pallad.* l. 1. tit. 6. In vite, vel arbore quæ facienda sunt, perage ante apertionem floris, et gemmæ. Adde *Apulei.* l. 11. *Metam.* ¶ *Apertio* absolute vulgo dicebatur cum solemni, statoque die Deorum templa aperiebantur sacrorum renovandorum gratia, et omnia signa, vasa, aliaque sacra commovebantur. *Serv. ad Æn.* 4. v. 301.

APERTĪVUS, a, um, *aperitive, possest of the faculty of opening,* aperiendi vim habens. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 4. Unguenta acriora, et provocativa, et apertiva, quæ anastomotica appellant. Ἀναστομωτικὸς Græce eundem habet sensum. Alii leg. *aperitiva.*

APERTO, as, are, frequentat. ab Aperio. *Plaut. Men.* 5. 5. 12. Quæso, cur apertas brachium?

APERTOR, oris, m. *an opener, one who opens,* ἀνοίγων, qui aperit. *Tertull.* (seu quicumque alius auctor est) *in carm.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 3. *ad fin.* Joannes baptismi primus apertor.

APERTŪRA, æ, f. *an opening, throwing open,* actus aperiendi, idem quod apertio, ἄνοιξις. *Vitruv.* l. 4. c. 6. *in fin.* Forium ornamenta fiunt valvata, et aperturas habent in exteriores partes. *h. e.* cum aperiuntur, in exteriorem ædium partem volvuntur. *Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 5. leg. 3. Aperturæ tabularum dilatio necessarii heredis jus non mutat. ¶ Item foramen, locus apertus, *an aperture, opening, open place, hole, breach. Vitruv.* l. 5. c. 5. Relinquantur aperturæ inferiorum graduum cubilibus. *Id.* l. 10. c. 9. Relictis aperturis ad aquam intus concipiendam.

APERTUS, a, um, *open, lying open, wide open, set open, standing open,* ἀνοικτὸς, patefactus, reclusus. *Cic.* 6. *Verr.* c. 20. Statuerunt se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum, promptissimumque esset. *Sueton. in Aug.* c. 82. Apertæ fores. *Cic.* l. 1. *Divin.* c. 1. Cælum ex omni parte patens, atque apertum propter planitiem, magnitudinemque regionum. *Virg.* 2. *Georg.* v. 280. Apertus campus. *Plin.* l. 2. c. 46. Aperto mari navigare. *Cic. Verr.* 6. c. 49. Apertus, et propatulus locus. *Liv.* l. 32. c. 21. Peloponnesus nulli apertior, quam navali bello. *Virg. Æn.* 8. v. 585. exierat portis equitatus apertis. Et *Æn.* 1. v. 161. Apertum cælum. *h. e.* serenum. Sic *ibid.* v. 591. Apertus æther. et 1. *Georg.* v. 393. Aperta serena. *Cic. Verr.* 7. c. 40. Apertæ naves. *h. e.* quæ nullum habent tectum: quibus tectæ, et constratæ opponuntur. ¶ *Apertum, i,* absolute ponitur pro loco aperto. *an open place. Plin.* l. 10. c. 8. Volare in aperto. *Id.* l. 8. c. 32. Prodire in aperta. *Horat.* l. 3. od. 12. v. 10. Fugere per apertum. *Liv.* l. 1. c. 33. Castra in aperto posita. *Tacit. Ann.* 2. c. 23. Auster naves disjecit in aperta Oceani. *h. e.* in medium Oceanum. ¶ Sæpe apertus ponitur pro detecto, nudo, *naked, uncovered. Turpil.* et *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 5. *et* 6. Apertæ suræ. *Varr. ibid.* capite aperto esse. ¶ Et pro eo, quod palam fit, cui occultus opponitur, *open, public,* ἐμφανής. *Cic. Catil.* 2. c. 1. Illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium conjecimus. *Id. pro Leg. Manil. in fi.* Simultates partim obscuræ, partim apertæ. ¶ Translate su-

nitur pro manifesto, claro, cui *obscurus* opponitur, *clear, manifest, evident, appearing.* *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 20. Aperta narratio. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 2. Aperta, et perspicua res. *Id. Attic.* l. 8. ep. 3. Apertus dolor. *Gell.* l. 6. c. 4. Apertis verbis dicere. *Virg.* 11. *Æn.* v. 360. Aperta pericula. *evident, staring one in the face.* *Nepos in Con.* c. 2. et 3. Apertum est hoc mihi. *h. e.* cognitum, perspectumque. *Sallust. in Jug.* c. 5. Pauca supra repetam, quo ad cognoscendum omnia illustria magis, magisque in aperto sint. *Cic. pro Cluent.* c. 17. Quis unquam audacior? quis nocentior? quis apertior in judicium adductus est? *h. e.* manifestior reus. *Justin.* l. 3. *in fi.* Aperto prœlio dimicare. *openly, in open day.* ¶ *Apertus* interdum dicitur, qui simplex, et sincerus est, nec dissimulare, aut tegere quidquam novit, *sincere, faithful, trusty, open, undisguised, frank, candid, honest.* *Cic. Fam.* l. 1. ep. 9. *a med.* Novi animum tuum cum magnum, et excelsum, tum etiam apertum et simplicem. *Id. de Amic.* c. 26. Apertum pectus. *an honest heart.* In malam partem. *Id. pro Mur.* c. 25. Catilinam excitavi, atque eum de his rebus jussi, si quid vellet, dicere: atque ille, ut semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit, &c. *h. e.* impudens, atque audax. ¶ *In aperto esse* interdum valet facile esse. *Tacit.* l. 3. *Hist.* c. 56. Cum fessos hieme, atque inopia hostes aggredi, in aperto foret. *Id. in Agric.* c. 1. Agere memoratu digna pronum, magisque in aperto erat. Adde caput 33.

APES. V. *Apis.*

APEX, apĭcis, m. *properly a little woollen tuft, or tassel, which the Flamen, or High-priest, wore on the top of his cap,* primo, et proprie significat virgulam, quæ in summo pileo Flaminum lana circumdata, et filo colligata erat, ut *Serv.* ad *Æn.* 10. v. 270. docet: ab antiquo verbo *apere,* quod ritu Flaminum alligare significat. Ea autem virgula in pileo Flaminis Dialis oleagina erat, ut docet *Festus in Albogalerus.* ¶ Deinde sumitur pro ipso pileo sacerdotali cum hujusmodi virgula in modum coni assurgente, quod erat sacerdotum insigne, ut nunc mitra Episcoporum, *the Flamen's cap or mitre.* Ejus triplicem figuram ex antiquis lapidibus exhibet *Philipp. Rubenius* lib. 2. *elector.* cap. 25. Varius autem erat pro variis sacerdotum generibus. Nam suus erat, et proprius Flamini Diali, suus aliis Flaminibus, et sacerdotibus: et fere fiebat ex pellibus ovillis, sumptis ex hostia cæsa, cum sua lana, et gestabatur a Flamine quidem Diali semper, cum in publicum prodiret; ab aliis, cum rem divinam erant facturi: habebatque ligamenta, quæ *offendices* dicuntur, quibus sub mento alligabatur, vel si æstus esset, post cervicem demittebatur. *Fabius Pictor* apud *Gell.* l. 10. c. 15. Dialis nodum in apice, neque in cinctu, neque alia in parte ullum habet. *h. e.* in apice solummodo nodum habet (quo scilicet lana circumdata alligabatur, ut dictum est) et in nulla præterea alia parte. *Id. ibid.* Diali sine apice sub divo esse, licitum non est: sub tecto uti liceret, non pridem a pontificibus constitutum. *Liv.* l. 6. c. 41. Apicem Dialem alicui imponere. *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 4. Sulpicio inter sacrificandum apex e capite prolapsus, sacerdotium abstulit. *Cic.* l. 1. *de Legib.* c. 1. Ab aquila Tarquinio apicem impositum putent, &c. Hoc loco non sacerdotalem pileum, sed profanum intelligit. neque enim Tarquinius eo tempore sacerdos erat. V. *Liv.* l. 1. c. 34. V. *Galerus.* ¶ De ipso sacerdotio. *Senec.* apud *Lactant. sub fin.* cap. 17. l. 6. Homo honestus non apice, purpuravé, non lictorum insignis ministerio. ¶ Hinc factum est, ut apex frequenter sumatur pro fastigio, et summitate cujuscumque rei, *the top or summit of any thing,* ἄκρον. *Silius* l. 12. v. 709. et *Juvenal.* sat. 12. v. 72. Apex montis. *Plin.* l. 36. c. 10. obelisci. *Columell.* l. 5. c. 25. falcis. *h. e.* mucro. *Plin.* l. 11. c. 37. *in princip.* Apices volucrum. *h. e.* cristæ in capite. *Virg. Æn.* 7. v. 66. arboris. *Id.* 12. *Æn.* v. 492. galeæ. *h. e.* crista in galeæ cono eminens. *Ovid. Metam.* 10. v. 279. Flamma ter accensa est, apicemque per aera duxit. *h. e.* surrexit, et ascendit in modum apicis sacerdotalis. ¶ Apud *Stat. Theb.* 10. v. 782. *apicem sibi poscere in astris,* est poscere inter deos referri, sive quod heroes post mortem astra fieri, persuasio fuit: astra vero ignei apices dici possunt; sive quod mos erat stellam pro apice appingi capitibus heroum in deos translatorum: cujus rei exempla habes apud *Valer. Flacc.* l. 3. v. 188. *Sil.* l. 13. v. 863. *Plin.* l. 2. c. 25. *ad fin.* et *Sueton. in Cæs.* c. 88. ¶ Interdum *apex* dicitur virgula extensa jacens supra vocalem, quam appingebant Veteres ad ostendendum, eam vocalem longam esse, et ad tollendam legentium dubitationem in iis verbis, quæ plura, et inter se diversa significant: ut in *malus, aret, venit, legit,* &c. Ita docet *Scaurus* in fine suæ Orthographiæ. *the mark, or accent, over letters.* *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) Longis syllabis omnibus apponere apicem, ineptissimum est. *Et mox.* Malus utrum arborem significet, an hominem non bonum, apice distinguitur. ¶ Item ipsi ductus litterarum, *the forms of the letters of a word, the letters themselves.* *Gell.* l. 13. c. *ult.* Vix ipsos litterarum apices potui comprehendere. *discern, or distinguish, the letters.* Adde l. 17. c. 9. ¶ Item per synecdochen epistola, aut scriptura quælibet, *a letter, written message, epistle.* *Sidon.* l. 1. ep. 5. Egresso mihi Rhodanusiæ nostræ mœnibus cursus publicus usui fuit, utpote sacris apicibus accito. *h. e.* litteris Principis. *Id.* l. 6. ep. 8. Apicum oblator. *h. e.* qui litteras fert. *Justinus Imper.* lib. 2. *Cod.* tit. 7. leg. 23. *in fi.* Augusti apices. *h. e.* Rescriptum Imperatoris. Adde *ibid.* lib. 11. tit. 42. *leg. pænult.* ¶ Translate *Cic. de Senect.* c. 17. Atque ejus extrema ætas hoc beatior, quam media, quod auctoritatis plus habebat, laboris vero minus: apex autem senectutis est auctoritas. *h. e.* summa dignitas, et quasi fastigium. *Horat.* l. 1. od. 34. *in fi.* hinc apicem rapax Fortuna cum stridore acuto Sustulit; hic posuisse gaudet. *h. e.* culmen honorum, aut divitiarum. *Pacat. in paneg. ad Theodos.* c. 6. Romani fastigii apex. *Arnob.* l. 2. pag. 76. Tenere summum apicem perfectionis. *Ulpian. Digest.* l. 17. tit. 1. leg. 29. *dignity, power, eminence; the height or acme of any thing.* Disputare de apicibus juris. *h. e.* de stricto legum sensu, et summo jure. *Arnob.* l. 3. *in princip.* Nullum apicem quæstionis prætermittere. *h. e.* nullam vel subtilissimam quæstionis partem. *nice points, minute inquiries.*

APEXĂBO, ōnis, m. *a black-pudding; a sort of sausage,* genus farciminis, quod in sacris adhibebatur, et fiebat ex tenuissimo intestino farto (quod alio nomine *hilum* appellatur) ita dictum, ut *Varro* docet, quia in summitate quiddam habebat simile apici capitis. Verba *Varronis* sunt l. 4. *L. L.* c. 22. Quod in hoc farcimine summo quiddam eminet, ab eo, quod ut in capite apex, apexabo dicta. *Arnob.* l. 7. pag. 229. Quid sibi hæc volunt, apexabo, hirciæ, silicernia, longabo? quæ sunt nomina, et farciminum genera, hirquino alia sanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus.

APHĂCA, æ, f. *a kind of pulse, wild vetch,* ἀφάκη, herba est in arvis nascens, paulo altior lente, foliis admodum tenuibus, terna, aut quaterna semina nigra in siliquis ferens. Ita *Plin.* l. 27. c. 5. describit. Quidam putant, esse eandem ac viciam silvestrem.

APHĂCE, es, f. *a kind of succory,* ἀφάκη, herba ex genere olerum, et intubaceorum, quæ subinde marcescente flore emittit alium, tota hieme, toto vere usque in æstatem, ut *Plin.* l. 21. c. 15. scribit. Hæc autem soli Ægypto cognita est, ut notat *Harduinus.*

APHÆA, æ, f. Ἀφαία, cognomen Britomartis Nymphæ Cretensis, ita dictæ ab Æginetis ἀπὸ τοῦ ἀφεθῆναι, quod vim Minois Regis, qui ejus virginitati insidiabatur, effugerit. nam cum is prae amore eam assidue sectaretur, et jam jam vim videretur illaturus, dicitur illa e scopulo se præcipitem dedisse, et in piscatorium rete incidisse, indeque ope Dianæ ereptam fuisse. *Virg. in Ciri,* v. 303. *de Britomarti.* Unde alii fugisse ferunt, et nomen Aphææ Virginis assignant, &c. Ita legit, et interpretatur *Scalig.* (nam alii aliter) ex *Pausania* rem enarrans. Itaque Æginetæ *Aphæam* cognominaverunt, Cretenses vero *Dictynnam,* quia δίκτυα Græce retia dicuntur. Quia vero etiam Diana Dyctinna appellata est, quod cum venatu admodum delectaretur, retia invenisse dicitur; factum est, ut nonnulli *Britomarten* eandem ac Dianam esse putaverint.

APHÆRĔMA, et Aphærema, atis, n. *a sort of frumenty or flummery made of* alica *or spelt,* ἀφαίρεμα, et ἀφαίρημα, genus alicæ factitiæ, quod fiebat ex zea, eatenus tantummodo tusa, quod ejus cortices, seu tunicæ a grano excussæ essent: ab ἀφαιρέω, aufero, adimo, detraho. *Plin.* l. 18. c. 11. Ita alicæ fiunt tria genera, minimum, ac secundarium: grandissimum vero aphærema appellant. V. *Alica.*

APHÆRĔSIS, is, f. *a figure in grammar, by which a letter or syllable is taken from the beginning of a word; aphæresis,* ἀφαίρεσις, figura est, quæ a principio dictionis litteram, vel syllabam aufert, ut *Pone metum,* pro *depone.* Græca vox ab ἀφαιρέω, aufero, demo. *Serv.* ad *Æn.* 1. v. 546. Temnitis pro contemnitis per aphæresin dictum. Adde *ad vers.* 669.

APHANNÆ, arum, Ἄφανναι, nomen obscuri cujusdam oppidi, de quo V. *Affaniæ.*

APHAREĬUS, a, um, adject. *Ovid. Metam.* 8. v. 304. Et duo Thestiadæ, et proles Aphareia Lynceus. *h. e.* filius Apharei. Quidam. leg. *Ephyreia.*

APHĂREUS, i, m. Ἀφαρεύς, Rex Messeniorum. Item unus Centaurorum, qui a Theseo occisus fuit. *Ovid. Metam.* 12. v. 341.

APHE. V. *Haphe.*

APHĔSAS, antos, m. Ἀφέσας, mons Peloponnesi in Argia regione, apud Lernam paludem, et silvam Nemæam: ex quo se primum demisisse dicitur Perseus volanti Pegaso vectus, cum ad exstinguendam Gorgonem mitteretur: ita dictus ἀπὸ τοῦ ἀφεῖναι, dimittere. *Stat.* l. 3. *Theb.* v. 460. Mons erat audaci seductus in æthera dorso: Nomine Lernæi memorant Aphesanta coloni. *Lactant. Scholiast. Statii* vult, esse montem Tarsi in Cilicia. A *Plin.* l. 4. c. 5. dicitur *Apesantus* Latina et terminatione, et scriptione.

APHIDNÆ, arum, Atheniensium vicus, ab Aphidna Thesei socio sic appellatus, ubi Theseus Helenam raptam occultavit. *Senec. in Hippol.* v. 24. Parvas alius calcet Aphidnas.

APHRACTUS, i, f. ἄφρακτος, (subintellige ναῦς) *an open vessel without decks or hatches, a brigantine, galley, galliot,* vox Græca, qua significatur genus quoddam longioris navigii: ab α privativa, et φράσσω, munio, quia caret tecto, quo a superiori parte muniatur, et a Latinis *navis aperta* dicitur, cui opponitur κατάφρακτος, hoc est *navis tecta.* In hujusmodi navibus sedebant navigantes in ima carina, nautæ vero in tabulatis, quæ brevia ad puppim, et proram erant, ut quæ opus erant commodius exsequi possent. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 13. Navigavimus tardius propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem. Et l. 6. ep. 8. Nos Etesiæ vehementissimæ tardarunt: detraxit viginti ipsos dies etiam aphractus Rhodiorum. *Id.* l. 5. *Attic.* ep. 11. Græce usurpat, et neutro genere. Ἄφρακτα, inquit, Rhodiorum habebam. et ep. 12. Jam nosti ἄφρακτα Rhodiorum.

[* APHRISSA, æ, f. herba eadem ac dracontea. *Apul. de herb.* c. 14.]

APHRŌDES, m. et f. *foamy, like foam,* ὁ, καὶ ἡ ἀφρώδης, spumans, spumeus, ab ἀφρὸς, spuma. *Apul. de herb.* c. 53. Herba ceratitis, sive aphrodes. *h. e.* papaver agreste, quia colore spumam refert. *wild poppy.* De hoc eodem *Plin.* l. 27. c. 12. Peplis, quem aliqui sycen, alii meconion, alii mecona aphrode vocant. τὴν μήκωνα ἀφρώδη, positione Græca. [† V. *Aphron.*]

APHRODISĬA, æ, f. urbs Apuliæ, alio nomine *Venusia,* condita a Diomede, et dicata Veneri, quo eam in se iratam, et impedientem, ne patrias sedes invenire posset, placaret. *Serv.* ad *Æn.* 11. v. 246.

APHRODISĬA, orum, n. plur. *a festival of Venus,* τὰ Ἀφροδίσια, dies Festus Veneri sacer: qui cur ita dicatur, V. in *Aphrodisiace.* *Plaut. Pœnul.* 1. 1. 62. Ego in ædem Veneris eo, nisi quid vis, Milphio: Aphrodisia hodie sunt. *Id. ibid.* 1. 2. 44. Diem pulcrum, et celebrem, et venustatis plenum; dignum Veneri pol, cui sunt Aphrodisia hodie.

APHRODISIĂCE, es, f. gemma quædam ex candido in rufum colorem inclinans, apud *Plin.* l. 37. c. 10. ita dicta vel quia Veneri sacra est, vel quia roseum Veneris colorem refert. Venus autem ἀφροδίτη, Græce dicitur, quia e spuma maris nata creditur, quæ Græce ἀφρός: vel ex ἀπὸ, ab, et ῥοδίτης, roseus, a ῥόδον, rosa: qui flos est Veneri sacer, ejusque color ei tribuitur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 406. avertens rosea cervice refulsit.

APHRODISĬAS, ădis, f. Ἀφροδισιὰς, insula in sinu Persico Veneri sacra. *Plin.* l. 6. c. 25. ¶ Item alia prope Gades. *Id.* l. 4. c. *pænult.* Item oppidum Scythiæ. *Id.* l. 4. c. 11. ¶ Item urbs Cariæ, apud Mæandrum fluvium: item promontorium in eadem regione. *Id.* l. 5. c. 29. &c. ¶ *Aphrodisias* etiam dicitur *Acorus* herba, de qua V. suo loco. *Apulei. de herb.* c. 6. A Græcis dicitur acoros, aphrodisias, Italis Veneria, radix nautica, &c.

APHRODISIENSIS, se, adject. *Aphrodisienses* absolute dicuntur populi Cariæ, quorum oppidum est Aphrodisias. *Plin.* l. 5. c. 29.

APHRODISĬUM, ii, n. Ἀφροδίσιον, olim fuit templum Veneris situm in Latio prope Antium: nunc in ruinis jacens. *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ Alia sunt hoc nomine seu loca, seu templa Veneris; de quibus V. Geographos.

APHRODĪTA, æ, et Aphrodite, es, f. Ἀφροδίτη, Venus. Notationem V. in *Aphrodisiace.* Primam positionem, quæ Latina est, usurpat *Auson. in Eclogar. in distich. de Mensib.* v. 8. est Marti namque Aphrodita comes. Alteram, quæ Græca, habent *Censorin. de die nat.* c. 22. et *Martian. Capell.* l. 1. pag. 4.

APHRON, i, n. ἄφρον, genus papaveris silvestris, de quo diximus in voce *Aphrodes,* cum qua eandem habet et significationem, et Græcam originem. *Plin.* l. 20. c. 19. Alterum e silvestribus genus heraclion vocatur, ab aliis aphron.

APHRONĪTRUM, i, n. *the froth of nitre, saltpetre,* ἀφρόνιτρον, spuma nitri, quam proxima (inquit *Plin.* l. 31. c. 10.) Medicorum ætas tradidit in Asia colligi, in speluncis, e molibus distillantem: ab ἀφρὸς, spuma, et νίτρον, nitrum. A *Vitruv.* l. 7. c. 11. vocatur *flos nitri,* ut adnotavit *Salmas. in Solin.* pag. 1079. licet quidam id negent. *Martial.* l. 14. epigr. 58. Rusticus es: nescis, quid Græco nomine dicar: Spuma vocor nitri, dicor et aphronitrum. *Trebell. Poll. in Gallien.* cap. 6. Sine aphronitris esse non possumus? *h. e.* sine pastillis aphronitri, qui optimi e Lydia Romam mittebantur. *Stat.* l. 4. *silv. ult.* v. 37. Panes viridantis aphronitri. ¶ Apud *Veget. de re veterinar.* l. 3. c. 3. et l. 4. c. 27. scriptum legitur Latina ratione *afronitrum.*

APHTHÆ, arum, f. plur. *ulcers that break out in the mouth, and are attended with a troublesome sensation of heat, (a disease to which children are most liable); the apthæ or thrush,* ἄφθαι, ulcera sunt oris, cum molesto caloris sensu conjuncta, pueros maxime infestantia, cum lacte minus sano utuntur. Incipiunt a gingivis, deinde palatum, totumque os occupant; tum ad uvam, faucesque descendunt: quibus obsessis, non facile fit, ut puer convalescat. Hæc *Cels.* l. 6. c. 11. qui tamen ipsam vocem Græce usurpat. Est enim Græca ab ἅπτομαι, accendor. *Marcell. Empir.* c. 11. Galbanum melle dilutum ulcera in ore, quæ Græci aphthas vocant, illitum sanat.

APHTHĬCUS, a, um, *ill of the thrush,* ἀφθικὸς, aphthis laborans. *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 10. Quæsi-

num est, an balbus, et blæsus, et aphthicus, isque qui tantilus loquitur, et varus, et vatius sit, et opinor eos sanos esse. Ita legit Cod. Rhod. l. 16 c. 20. et ita corrigenda censet verba illa Gell. Scævolæ apud Gell. l. 4. c. 2. Balbus autem, et aphthicus vitiosi magis, quam morbosi sunt, &c. Sed utroque loco rectius opt. Cod. habent atypus.

APHYA, æ, et Græca positione Aphye, es, f. ἀφύη, *a small kind of fish; an anchovy, a sprat, bleak, sprat*, genus pisciculi minimi, qui e spuma aquarum fervente ob admissum imbrem nasci dicitur, ita dictus ab α privativa, et φύω, gigno, quia non editur more ceterorum animalium: alii tamen derivant ab ἀφρὸς, spuma. A Latinis *apua* dicitur, a Gallis quibusdam *anchoies*, aut *meluce*, ab aliis *menuise*, ut *Harduin.* docet: ab aliis *merlan*, ut *Danetius* scribit *in Lexico*. *Plin.* l. 31. c. 8. Apuam nostri, aphyen Græci vocant, quoniam is pisciculus e pluvia nascitur. *Id.* l. 32 c. 11. Aurata, asellus, acharne, aphya, alopecias, &c. ¶ Etiam *Cicero* hanc vocem usurpasse creditur, et urbane posuisse pro fæce plebis, et vili popello, l. 4. *Attic.* ep. 11. Perscribe ad me, quid primus dies, quid secundus, quid censores, quid Appius, quid illa populi Aphya, &c. Plerique omnes tamen legunt *Apuleia*: quidam etiam *Apulia* ex conjectura commentus est.

APIACIUS, a, um, *made of parsley*, ex apio confectus. *Hygin.* fab. 74. Ludos puero funebres instituerunt, in quibus victores apiaciam coronam accipiunt.

APIĂCUS, a, um, *of parsley*, adject. ad apium pertinens. *Apiaca brassica* dicitur, quæ foliorum densitate, et crispitudine apio similis est. *Plin.* l. 19. c. 8. Cato brassicæ genera facit tria: unam extentis foliis, caule magno: alteram crispo folio, quam apiacam vocat, &c. *Cato R. R.* c. 157. Altera brassica est crispa apiacon vocatur. hæc est natura, et aspectu bona ad curationem. *Harduin.* in aliquot MSS. *Plinii* legi ait *apianam* eod. sensu.

APIANUS, a, um, adject. ab apibus deductum. *Apiana uva* est ea, quæ ab Anglis, *muscadel grapes*: quia apibus valde placet. *Plin.* l. 14. c. 2. Apianis apes dedere cognomen, præcipue earum avidæ. *Columell.* l. 12. c. 45. *ad fin.* Apianum vinum. Adde l. 3. c. 2. ubi tria apianarum vitium genera distinguit. ¶ *Apiana* etiam dicitur herba chamæmelon, apud *Apulei. de herb.* c. 23. fortasse quia et ipsa apibus grata est. *the herb chamomile.* ¶ *Apianus* ab apio. V. in voce præced.

APIARIUM, ii. n. *an apiary, place for breeding bees*, μελισσὼν, locus ubi apes consident, seu ubi alvei apium tenentur, quod et *mellarium*, et *alvearium* nominatur. *Columell.* l. 9. c. 5. Non est dubitandum, quin ædificio junctum apiarium maceria circumdemus. *Gell.* l. 2. c. 20. docet hanc vocem non multum antiquam esse: veteres autem *mellarium* dixisse, aut Græce μελισσών.

APIARĬUS, ii, m. *one who keeps or breeds bees*, μελιττουργὸς, qui apes curat. *Plin.* l. 21. c. 10. Thymum augurium mellis est. Proventum enim sperant apiarii large florescente eo.

APIASTELLUM, i, n. *the herb crow-foot, gold knap, or yellow craw*, herba, quæ batrachion, et apium rusticum, et herba scelerata dicitur. *Apulei. de herb.* c. 8. ¶ Etiam bryonia hoc nomine appellari dicitur ab *eod.* c. 66. ubi *Humelbergius* putat esse vocem corruptam ex *ophiostaphyle*, quod et ipsum inter nomina bryoniæ recensetur a *Dioscoride* l. 4. c. 184. ut vulgus imperitorum paulatim ex *ophiostaphyle apiastellum* fecerit. *briony.*

APIASTRA, æ, f. *a bird that feeds on bees; the bee-eater, mudwall, martinet, martlet*, μελισσοφόνος, avis quædam apibus inimica, colore pennarum viridi, alio nomine *merops*. Hæc *Serv.* ad illud *Virg.* lib. 4. *Georgic.* v. 14. Absint et picti squalentia terga lacerti Pinguibus a stabulis, meropesque, aliæque volucres.

APIASTRUM, i, n. *an herb which bees delight in; balm-gentle, balm, mint*, μελισσόφυλλον, herba est apibus gratissima, odorem citri habens: ex quo et *citrago* dicitur a quibusdam. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. et *Plin.* l. 21. c. 9. et l. 20. c. 11. ¶ Est etiam apium agreste, id quoque gratum apibus, ἀγριοσέλινον. *wild parsley.* *Plin.* l. 21. c. 12. et *Columell.* l. 9. c. 8. *ad fin.*

APIĀTUS, a, um, adjectivum ab apio: *Apiatæ mensæ* dicuntur factæ e ligno ita maculoso, seu guttato, ut denso apii semine, et granis congestis aspersum videatur. Alii ita dici putant ab apibus, quasi earum stercoribus aspersæ sint: sed prior interpretatio magis accedit ad *Plinii* mentem, cujus hæc sunt verba l. 13. c. 15. Magna vero post has (*mensas undatim crispas*) gratia crispis, densa veluti grani congerie: quas ob id a similitudine apiatas vocant.

APĪCA ovis dicitur, quæ sub ventre nuda est, et glabra sine lana: *a kind of small sheep that had no wool on the belly*: a Græco ἄποκος, ab α privativa, et πόκος, lana *Festus.* Apica dicitur ovis, quæ ventrem glabrum habet. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 2. Ovis ventrem habeat pilosum: itaque quæ id non haberent, majores nostri apicas appellabant, ac rejiciebant. Adde *Plin.* l. 8. c. 48.

APICĀTUS, a, um, *wearing a tufted cap or mitre*, apice tectus, hoc est pileo sacerdotali. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 397. His etiam conjux apicati cincta Dialis Lucibus impexas debet habere comas. [† V. *Apex.*]

APICIĀNUS, a, um, adjectivum ab *Apicio*. *Plin.* l. 19. c. 8. Apiciana coctura. *h. e.* coquendi ratio ab Apicio excogitata. *Tertull. de anim.* c. 33. Apiciana condimenta. *Apic.* l. 4. c. 2. Apiciana patina. *Id.* l. 7. c. 4. Apicianæ ofellæ.

APICIUS, ii, m. nomen proprium hominis R. Hoc nomine tres Romæ fuere gulæ studio noti: quorum primus circa tempora Cæsaris natus est; alter sub Tiberio: tertius sub Trajano fuit. Sed secundi maxime gula celebrata est, quem omnium nepotum altissimum gurgitem *Plin.* l. 10. c. 48. vocat. Hic ille est, qui cum HS millies in culinam congessisset, neque plus HS centies de patrimonio sibi superesse intelligeret, veneno vitam finivit, metu ne sibi esuriendum deinceps esset, ut *Senec. de consolat. ad Helvi.* c. 10. narrat. ¶ Extat *de re culinaria* liber ipsius nomine; sed qui vel alterius Apicii est, vel alienis accessionibus interpolatus. Multa enim ibi leguntur, quæ non solum ætate cujuscumque ex illis tribus Apiciis indigna sunt, sed vocibus etiam permultis barbariem sonantibus sunt admixta. ¶ Fuere, qui scriberent *Appicius* duplici *pp*, ab *Appius* derivantes; item qui *Apitius* per *t*: sed utrumque contra plerosque antiquos libros, lapides, et consuetudinem.

APICĬUS, a, um, adject. ad Apicium pertinens: *Apiciæ uvæ* dictæ sunt a quodam Apicio, qui eas vel primus invexit, vel impense coluit. *Cato R. R.* c. 24. Vinum Græcum hoc modo fieri oportet. Uvas Apicias percoctas bene legito, &c. *Id. ibid.* c. 6. et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 25. et *Plin.* l. 14. c. 4. Apicium Lucanum, *subaudi* vinum. Etiam *Macrob.* l. 2. *Satur.* c. 16. Apiciam uvam memorat.

APICŬLA, æ, f. *a little bee*, μελίττιον, parva apis. *Plin.* l. 7. c. 21. Fabricatam navem, quam apicula pinnis absconderet. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 10. Egon' apicularum opera congestum non feram, ex dulci oriundum, melliculo dulci meo: *h. e.* non feram favum mellis amicæ meæ?

APICŬLUM, i, n. *a string to tie on the Flamen's cap or mitre; also a tuft, tip, or peak.* filum, quo Flamines velatum apicem gerunt, ut *Festus* definit. Filum autem hoc loco velamen lanæ significat, ut in simili explicat. *Liv.* l. 1. c. 32. Vult ergo *Festus*, apiculum dici velamen illud laneum, quo apex Flaminis circumdatus est, ut in *Apex* diximus. *Scaliger* hæc *Festi* verba licet defendi posse concedat, mallet tamen ita legere: *Apiculum, filum, quo Flamines velati, apicem regerunt.* Pone enim regerebant apicem, ne gravis esset summis æstatis caloribus. amentis enim, quæ *offendices* dicebantur, sub mentum adductis religabant, ut cum vellent, regererent, et pone pendere sinerent. Nam duarum rerum necessitate semper obstrictus erat Flamen, nunquam nudo capite in publicum prodeundi, ac nunquam apicem dimittendi. Ergo cum filo (*h. e.* velamine) propter æstus diei velati erant, apicem tamen gestabant, sed non in capite, ut dictum est. Hæc *Scalig.* Hoc itaque filum, seu velamen diminutiva voce *apiculum* dictum fuerit, quia ipso apice levius erat, et subtilius.

APIDĂNUS, i, m. [† nunc] *Pidanemo*, *Epideno*, fluvius Thessaliæ, qui ex Bormio mento Gomphos, et Pharsalum præterfluens, in Peneum supra Larissam labitur, acceptis Enipeo, Melace, et Phœnice. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 228. Multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis.

APILASCUS, udis, dicitur aurum, quod postquam effossum est, pilis cuditur, et fingitur in lateres. *gold ready for coining; gold in ingots.* *Plin.* l. 33. c. 4. Quod effossum est, tunditur, lavatur, uritur, molitur in farinam. Nam quod ad pilas cudunt, apilascudem vocant. *Harduin.* ex MSS. ostendit illud *apilascudem* ortum esse ex vitiosa repetitione illorum verborum *ad pilas cudunt*. itaque legendum: *uritur, molitur in farinam, ac pilis cudunt.* Sane *apilascudem* monstrum vocis est.

APĬNA, et Trica, f. duo fuere oppida Apuliæ a Diomede deleta funditus: sed et dum starent, adeo vilia, et ignobilia, ut in proverbium de re qualibet vana, futili, et nugatoria per ludibrium verterentur, ut *Plin.* l. 3. c. 11. narrat. *Martial.* l. 1. epigr. 114. Quæcumque lusi juvenis, et puer quondam, Apinasque nostras, quas nec ipse jam novi, &c. *Id.* l. 14. epigr. 1. Sunt apinæ, tricæque, et si quid vilius istis. V. *Tricæ.*

APINARĬUS, ii, m. *a buffoon, zany, merry-andrew, jack-pudding, clown, mimic*, γελωτοποιὸς, μῖμος, σάννας, scurra, vel ludius, qui tum dictis, tum gestibus ridiculis, et aliquid repræsentando oblectat, ac risum movet. Duci fortasse potest ab *apina*, qua pro nugis ponitur. *Salmas.* tamen ad *Trebell. Pollion. in Gallien.* c. 8. censet dici a Græco ἀφάνα, vel ἀφάνη, quod apud *Suid.* legitur, et rem ridiculam, aut nugatoriam significat. *Trebell. Poll. loc. cit.* Cyclopea etiam luserunt omnes apinarii, ita ut miranda quædam, et stupenda monstrarent. V. *Salmas. loc. cit.* ubi hac de re plura. Quidam leg. *apenarius*, aut *apennarius*.

APĬO. V. *Apo.*

APĬOS ISCHAS. V. *Raphanos.*

APIROCĂLUS, *ignorant of the rules of propriety and decorum*, ἀπειρόκαλος, hoc est decori rudis, et imperitus, ineptus: vox Græca ab ἄπειρος, imperitus, rudis, et καλὸς, decorus, honestus. *Gell.* l. 11. c. 7. Alter quoque a lectionibus id genus paucis apirocalus. Vet. Edition. Græce scribunt ἀπειρόκαλος, et quidem rectius.

APIS, is, f. *a bee*, animal parvum volatile notum, mellis artifex. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. Apes nascuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. *Ovid. Metam.* 13. v. 928. Non apis inde tulit collectos sedula flores. *Cic.* l. 2. *Tuscul.* c. 22. Apis aculeum sine clamore ferre non possumus. *Martial.* l. 11. epigr. 43. Et thyma Cecropiæ Corsica ponis api. *Colum.* l. 9. c. 2. Quam Jupiter in apem convertit. ¶ In genitivo Plurali et *apum* habet, et *apium*. *Ovid. Metam.* 15. v. 383. Melliferarum apium sine membris corpora nasci. *Cic. de Harusp. resp.* c. 12. Atque in apum fortasse examine, &c. Adde *Colum.* l. 9. c. 2. 3. 5. et 8. et *Gell.* l. 2. c. 20. ubi *apum* legitur: et *Varr. loc. cit. Sil.* l. 8. v. 637. ac *Plin.* l. 11. c. 3. et 11. ubi *apium*: et notat *Harduin.* frequentius hoc in ejusdem MSS. reperiri. ¶ Nominativus singularis *apes* pro *apis* affertur quidem a *Prisciano*. l. 3. pag. 613. *Putsch.* et l. 6. pag. 703. tanquam usitatus, sed nullo confirmatur exemplo. ¶ Scribit *Varro loc. cit.* apes habitas esse Musarum volucres, quod, si quando displicatæ sint, cymbalis, et plausibus numero reducunt in locum unum. ¶ De apum natura et solertia in mellificiis, deque earum servandarum ratione. V. *Varr. loc. cit. Colum.* l. 9. c. 2. *et sequ.* *Plin.* l. 11. c. 5. *et sequ.* et *Virg.* 4. *Georg.* [† Addas *Aristot. Histor. Anim.* 5. 22. *Ælian. de Anim.* 1. 59. 60. 5. 10. 11. *Senec. de Clement.* 1. 19.] ¶ De earum origine hujusmodi fabulam tradit *Servius* ad *Æn.* 1. v. 434. Apud Isthmum anus quædam nomine Melissa fuit (μέλισσα *Græce apem significat*). Hanc Ceres sacrorum suorum secreta cum docuisset, interminata est, ne cui ea, quæ didicisset, aperiret: sed cum mulieres accessissent, ut ab ea primo blanditiis, post precibus, et præmiis elicerent ut sibi a Cerere commissa patefaceret, et illa in silentio perstaret, ab eisdem iratis discerpta est: quam rem Ceres, immissa pestilentia ulta est; de corpore vero Melissæ apes nasci fecit. Tangit hanc fabulam etiam *Colum.* l. 9. c. 2.

APIS, apis, m. Ἆπις, bos erat ab Ægyptiis cultus, tanquam Deus, de quo hæc narrat *Plin.* l. 8. c. 46. Bos in Ægypto etiam numinis vice colitur: Apim vocant. Insigne ei in dextero latere candicans macula, cornibus Lunæ crescere incipientis. Nodus sub lingua, quem cantharum appellant (hoc est nigra macula scarabæi specie, quem κάνθαρον Græci dicunt.) Non est fas eum certos excedere vitæ annos: mersumque in sacerdotum fonte enecant, quæsituri luctu alium, quem substituant; et donec invenerint, mœrent, derasis etiam capitibus: nec tamen unquam diu quæritur. (*Pomponius Mela.* l. 1. c. 9. scribit, putare Ægyptios, non coitu pecoris nasci eum, sed divinitus, et cælesti igne conceptum) Inventus deducitur Memphim a Sacerdotibus. Delubra ei gemina, quæ vocant thalamos, auguria populorum. Alterum intrasse, lætum est; in altero dira portendit. Responsa privis dat, e manu consulentium cibum capiendo. Germanici Cæsaris manum aversatus est, haud multo postea extincti. Cetero secretus, cum se proripuit in cœtus, incedit summotu lictorum; grexque puerorum comitatur, carmen honori ejus canentium: intelligere videtur, et honorari velle. Hi greges repente lymphati futura præcinunt. Femina bos semel ei anno ostenditur, suis et ipsa insignibus, quamquam aliis: semperque eodem die et inveniri eam, et exstingui tradunt. Hactenus *Plinius*. *Augustinus* autem l. 18. *de Civit. Dei*, c. 5. narrat, Apim fuisse regem Argivorum, qui cum in Ægyptum transvectus (addunt alii, Isidem ibi uxorem duxisse, et aliquanto tempore regnasse, multaque Ægyptiis bona attulisse) ibique mortuus esset, pro deo habitus, cultusque est. et *Serapis* appellatus. Cur autem pro Api Serapis dictus sit, rationem ex *Varrone* assignat, quod scilicet sarcophagus, in quo cadaver mortui ponitur σορὸς Græce dicitur. Cum igitur Ægyptii Apim adhuc in sarcophago, seu conditorio positum, antequam ei templum excitarent, colere cœpissent, *Sorosapin*, vel *Sorapin* appellarunt; deinde mutata littera, *Serapin*. Qui constituerunt etiam, ut quisquis eum hominem dixisset fuisse, capite pœnas daret: quam ob rem in templo Serapis, et Isidis erat etiam simulacrum, quod digito ori admoto, admonebat, ne quis illos homines fuisse diceret. Ipsum autem bovem, quem in Serapis memoriam colebant, quoniam eum sine sarcophago vivum venerabantur *Apim* dicebant, non *Serapim*. Hæc ex *Augustino*, quorum multa alii ad Osirim referunt, *Ovid.* l. 2. *Amor.* eleg. 13. *ad Isidem*, v. 11. Per tua sistra precor, per Anubidis ora verendi: Sic tua sacra pius semper Osiris amet: Pigraque labatur circa donaria serpens: Et comes in pompa corniger Apis eat. ¶ Declinatur etiam *Apis, idis*, ut *Serapis*. *Paulin. Nolan. in Nat.* XI. *S. Fel. edit. Murator.* v. 85. Ægyptus in Apide demens.

APISCOR, eris, aptus sum, dep. 3. *to get, gain, acquire, procure*, τυγχάνω, idem fere quod *adipiscor* (quod est multo usitatius) consequor, obtineo. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 14. *ad fin.* Ait, eum nescio quo penetrasse itineribus, occultandi sui causa, an maris apiscendi. *Sulpic. ad Cic. Fam.* 4. ep. 5. *ad fin.* Vidimus magnam ex ea re te laudem apisci. *Tacit. Ann.* 4. c. 1. Summa apiscendi libido. *Id. Ann.* 4. c. 16. Qui id Flaminium apisceretur. *Plaut. Capt.* 4. 1. 8. Sine sacris hereditatem sum aptus effertissimam. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 145. dum aliquid cupiens animus prægestit apisci. *Sisenna* apud *Non.*

c. 2. n. 2. Postero die Legatos Iguvium redeuntes apiscitur. *h. e.* invenit. *Plaut. Epid.* 5. 2. 3. Sine, me hominem apisci. *h. e.* assequi, *to overtake.* Sunt qui apud *Cicer. Sulpic.* et *Tacit.* fere *adipisci* substituunt: sed jamdiu est, cum queruntur Critici hoc verbum tum in his, tum in aliis locis, ut et apud *Sallust. Varron. Liv.* l. 1. c. 3. *et* 6. et alios, a sciolis, aut ab imperitis librariis depravatum esse. De participio *aptus* alia exempla ex *Accio, Pacuvio,* et *Lucilio* affert *Non.* c. 4. n. 3. ¶ Significat etiam comprehendere. *Lucret.* l. 6. v. 1234. Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci Ex aliis alios avidi contagia morbi. *to catch the infection.* ¶ Item intelligere, cogitatione assequi. *Id.* l. 1. v. 447. Nec quæ sub sensus cadat ullo tempore nostros; Nec ratione animi quam quisquam possit apisci. ¶ Particip. *apiscendus. Tacit. Ann.* 1. c. 31. Præbuit juveni facultatem apiscendi favoris. *Manil.* l. 3. v. 145. Ultimus, et totam concludens ordine summam, Rebus apiscendis labor est, qui continet omnes Votorum effectus. *h. e.* opibus acquirendis. ¶ *Apisci* cum genitivo quidam legunt apud *Tacit.* cujus verba V. in *Adipiscor.* ¶ Passiva significatione *C. Fannius* apud *Priscian.* l. 8. pag. 791. *Putsch.* Hæc apiscuntur. *h. e.* ἐπιτυγχάνονται, ut ipsemet *Priscian.* interpretatur: alii leg. *adipiscuntur.*

[APISĬON, i, n. herba, alias isatis. *Apul. de herb.* c. 69.]

APĬUM, ii, n. *parsley,* σέλινον, herba ab apibus dicta, quibus est gratissima; cujus plura sunt genera. Id enim, quod sponte in humidis nascitur, helioselinum vocatur (hoc est apium palustre, ἑλειοσέλινον, ab ἕλειος, palustris) uno folio, nec hirsutum. Rursus in siccis hipposelinum (ἱπποσέλινον, hoc est apium majus. ἵππος enim in compositione auget.) pluribus foliis, simile helioselino. Tertium est oreoselinum (*h. e.* montanum, ab ὄρος, mons) cicutæ foliis, radice tenui, semine anethi, minutiore tantum. Item sativum, seu hortense, quod et ipsum differentias habet in folio denso, crispo, aut rariore, et leviore: item caule tenuiore, aut crassiore. Et caulis aliorum candidus est, aliorum purpureus, aliorum varius. Hæc ex *Plin.* l. 19. c. 8. ¶ Apii sativi multus est usus in condimentis, vocaturque alio nomine petroselinum (tametsi *petroselinum* etiam aliam herbam ab apio diversam significat.) ¶ Adhibebatur Apium in coronamentis convivalibus, ut colligitur ex *Horat.* l. 1. *od.* 36. v. 16. l. 2. *od.* 7. v. 24. et l. 4. *od.* 11. v. 3. ¶ In magnis Græciæ ludis Nemeæ corona ex apio donabatur, qui vicisset, ut est apud *Plin.* l. 19. c. 8. *Juvenal.* sat. 8. v. 226. et *Marcell. Empir. cap. de Apio,* ubi addit, primum Herculem hujusmodi coronam meruisse: scribit etiam ideo *apium dictum, quod apex hanc* (herbam) *ferre solebat Victoris, veterum fieret dum more triumphus.* sed homini medico notationem ineptam afferenti ignoscendum est.

APLĀNES, ἀπλανὴς, hoc est non vagus, non errans: vox Græca ab α privativa, et πλάνη, error, erratio: et apud *Macrob.* l. 1. *in somn. Scip.* c. 9. et 11. Latinis litteris scripta legitur.

APLŪDA, et Appluda, æ, f. *the chaff, husks, or winnowings of corn,* κυρήβιον, palea minutissima frumenti, quæ et *acus* dicitur, quæ in terendis spicis in area excutitur, et evolat. Ita dicta pro *aplauda* (ea ratione, qua *cludo* pro *claudo* dicitur) ab *applaudendo,* hoc est excutiendo, quia terendo excutitur: ex quo malunt alii *appluda* scribere duplici *pp:* tametsi in libris *apluda* sæpius legitur. *Festus:* Apluda est genus minutissimæ paleæ frumenti, sive panici; de qua Nævius: Non hercle apluda est hodie quam tu nequior. *Plin.* l. 18. c. 10. Milii, et panici, et sesamæ purgamenta apludam vocant, et alibi aliis nominibus. ¶ Accipitur etiam pro furfuribus, *bran,* quia furfures cum aceribus quandam habent affinitatem. Utraque enim frumenti purgamenta sunt: *apluda,* cum in area teritur, *furfures,* cum pinsitur, aut molitur in farinam. *Non. c.* 2. n. 11. et *Gell.* l. 11. c. 7. Apludam veteres rustici frumenti furfurem dixerunt. *Gell. loc. cit.* affert hæc verba cujusdam causidici sui temporis: *Hic eques Romanus apludam edit, et floces bibit.* Addit autem tum is, tum *Non.* etiam a *Plauto* in *Astraba,* seu *Clitellaria* hanc vocem hoc sensu usurpatam fuisse, sed inter obsoletas esse censendam. ¶ Denique *Festus* addit, putare nonnullos apludam esse sorbitionis liquidissimum genus, quod flatu dejiciatur, et quasi adplaudatur. Sed hujus notionis nullum aliud suppetit testimonium. ¶ *Voss. in Etymol.* monet, in quibusdam MSS. *Festi* legi *aploda.*

APLUSTRE, is, n. *et in plur. num.* Aplustria, et Aplustra, *an ornament of a ship, fixed up on the top of the stern; a flag, ensign, banner, ancient; streamers, colours. Paul.* ex *Festo* ait, esse navium ornamenta, ita dicta, quia erant amplius, quam essent necessaria usa: ideoque et *amplustra* dicta. *Voss.* mavult dici a Græco ἄφλαστον, hoc est summa puppis pars: sed quidquid sit de origine, *aplustre* significat navis ornamentum ex tabulis confectum, et in summitate puppis positum, et plerumque in modum pinnarum, aut cristæ efformatum, et versus proram recurvum, cujusmodi in columna Trajana, et in aliquot nummis conspicitur; afferturque ejus figura a *Scheffero de Milit. navali,* l. 2. c. 6. In medio aplustris fixum erat baculum, cui alligatæ erant fasciæ, et tæniæ versicoloriæ, quæ per aera ludebant; erantque veluti parva vela, ex quarum agitatione ventus cognosci poterat, cum mali vela submissa erant. *Lucan.* l. 3. v. 585. dum pugnat ab alta Puppe Tagus, Graiumque audax aplustre retentat. Et vers. 672. at hi tortum validis aplustre lacertis, avulsasque rotant excusso remige sedes. *Silius* l. 14. v. 422. torquet Pœnorum aplustribus ignes. *Id.* l. 10. v. 325. Et transtra, et mali, laceroque aplustria velo. *Rutil. in Itiner.* l. 1. v. 513. Inconcussa vehit tranquillus aplustria flatus: Mollia securo vela rudente tremunt. *Lucret.* l. 4. v. 438. Navigia, aplustris fractis, obnitier undis. *Cic. in Arat.* apud *Priscian.* l. 7. p. 769. *Putsch.* Navibus absumptis fluitantia quærere aplustra. *Salmas. in exercitat. Plin.* pag. m. 573. legit *Navibus aut summis,* &c. et *aplustra fluitantia* interpretatur fasciolas illas in aplustri positas, et vento agitatas. Adde *Lucret.* l. 2. v. 555. *Juvenal.* sat. 10. v. 136. *Manil.* l. 1. v. 692. *Apulei. de habitud. doctr. Plat.* ubi negat, aplustre esse partem navis, et *Sidon.* l. 8. ep. 12. ¶ Ad locum *Silii* citatum notant Interpretes, in quibusdam ejus MSS. Codicib. scriptum esse, *amplustre,* ut supra ex *Festo* admonuimus.

APLYSĬÆ, arum, f. *the worst sort of sponges,* pessimum spongiarum genus, quia elui non possunt: ab α privativa, et πλύνω, lavo. *Plin.* l. 9. c. 45. *in fi.*

APO, is, a. 3. *to bind, tie, fasten,* alligo, vinculo connecto: a Græco ἅπτω, ligo, ut docet *Voss. in Etymol.* Est autem verbum antiquum et obsoletum, cujus mentio fit solum a quibusdam veteribus Grammaticis. *Festus* in *Apex.* dictus est ab eo, quod comprehendere vinculo antiqui apere dicebant. *Servius* ad *Æn.* 10. v. 270. Apere Veteres ritu Flaminum alligare dicebant: unde apicem dictum volunt. ¶ Legitur etiam *Apio* in quibusdam antiquis Glossis. Hinc *Isidor.* l. 19. c. 30. Apex appellatus ab apiendo, idest a ligando. ¶ Ab hoc verbo nasci participium *aptus,* docet *Festus loc. cit.*

APOCĂLO, hoc est recedo, legitur a quibusdam *in fragment. Tragur. Petronii,* cap. 67. *Burman.* ubi alii alia. Nihil enim certi eo loco statui potest. V. *Apoculanius.*

APOCALYPSIS, is, f. *revelation,* ἀποκάλυψις, revelatio, manifestatio mysteriorum alicui facta, ab ἀποκαλύπτω, revelo, manifesto. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 5. Apocalypsim Joannis Marcion respuit.

APOCARTERĒSIS, is, f. *death by hunger, starvation,* ἀποκαρτέρησις, hoc est inediæ tolerantia usque ad vitam finiendam: ab ἀποκαρτερέω, inediam tolero. Vox Græca, et Græcis litteris scripta legitur apud *Quintil.* l. 8. c. 5. *ad fin.* at Latinis apud *Tertullian. in Apolog.* c. 46. Lycurgus apocarteresim optavit, quod leges ejus Lacones emendassent. Adde l. 1. *advers. Marcion.* c. 14. *ad fin.*

APOCATASTĂSIS, is, f. *a returning to its pristine state or situation,* ἀποκατάστασις, hoc est restitutio in pristinum statum seu formam: ab ἀποκαθίστημι, restituo, reddo, repono in locum pristinum. Speciatim dicitur de cursu solis, aut lunæ, aliorumve planetarum, cum post præfinitum aliquod tempus sub idem signum redeunt. Græcis verbis scripta legitur apud *Columell.* l. 3. c. 6. et apud *Jul. Firmic.* l. 3. c. 1. at Latinis apud *Apulei. in Asclep.* pag. 84. *Elmenhorst.*

APOCATASTĬCUS, a, um, ἀποκαταστατικὸς, in eundem locum restitutus, ut *Apocatasticus Mars* apud *Sidon.* l. 8. ep. 11. *a med.* V. vocem præced. ¶ *Martian. Capell.* l. 7. pag. 240. docet numerum quinarium etiam apocatasticum esse, quia sive cum aliis imparibus, sive cum sui generis numeris sociatus, se semper ostendit, et licet per varias multiplicationes traductus, se se quodammodo restituit, et conservat.

APŎCHA, æ, f. *a receipt, a note given by which money is acknowledged to have been received, a written acknowledgment of the payment of a debt,* ἀποχὴ, acceptilatio, scriptum, quo creditor pecuniam se accepisse testatur, et debitorem liberat: ab ἀπέχω, recipio: et est vocabulum Jurisconsultorum. *Ulpian. Dig.* lib. 46. tit. 4. leg. 19. inter acceptilationem, et apocham illud esse discrimen docet, quod *acceptilatione* omni modo liberatio contigit, licet pecunia soluta non sit: *apocha* non alias, quam si pecunia soluta sit. *Scævola* lib. 12. tit. 6. *leg. ult.* Cum reperiantur apochæ solutæ pecuniæ. *Ulpian.* lib. 47. tit. 2. leg. 27. Apocham alicui surripere. ¶ Apochæ respondet *antapocha,* et est scriptum, quo debitor se pecuniam debitam creditori solvisse testatur, ἀνταποχή. *Justinian.* lib. 4. *Cod.* tit. 21. leg. 18. Apochæ susceptori antapocham reddere.

APOCHĀRE, barbarum verbum, ab *apocha* deductum, videtur idem esse, ac apocham conficere, et debitori reddere. *Apochandi licentia,* et *apochandi præsumptio* inhibetur, et damnatur ab *Impp. Valentiniano,* at *Valente in Cod. Theodos.* lib. 11. tit. 2. leg. 1. et 2. quibus verbis intelligi videtur mos contra leges inductus, ut qui annonæ species conferre debebant, pecuniam pro iis solverent rectoribus provinciarum, apochamque reciperent, tanquam legi satisfecissent, cum tamen ea ratione annonaria res Romæ non sublevaretur.

APOCLĒTI, orum, m. V. *Apolectus.*

APOCOLOCYNTŌSIS, is, f. ἀποκολοκύντωσις, quasi dicas incucurbitatio: ab ἀπὸ, et κολοκύντη, cucurbita: titulus est libelli festivissimi, quem *Seneca* composuit de morte Claudii. Est autem quemadmodum *apotheosis* relatio inter Deos, sic *apocolocyntosis* quasi relatio inter cucurbitas: quam vocem commentus est *Seneca,* ut fatuum Claudii ingenium, et cucurbitæ simile notaret.

APOCŎPE, es, f. *a grammatical figure, by which a letter or syllable is cut off from the end of a word; apocope,* ἀποκοπὴ, hoc est amputatio, figura est Grammaticorum, qua in fine vocis aut littera detrahitur, aut syllaba, ut *peculi* pro *peculii, guberna* pro *gubernacula.* Est autem Græca vox ab ἀποκόπτω, abscindo, amputo, et Græce usurpanda.

APOCŎPUS, a, um, *castrated, emasculated,* ἀπόκοπος, abscissus, spado, eunuchus: ab ἀποκόπτω, abscindo. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 14. n. 8. Inefficaces, et apocopos reddent, et qui nihil agere possint.

APOCRISARĬUS, vel Apocrisiarius, ii, m. *a delegate, deputy, commissary, surrogate,* ἀποκρισιάριος, legatus alicujus, vel procurator, qui pro eo respondet: ab ἀποκρίνομαι, respondeo, a quo ἀπόκρισις, responsio. *Justinian. in Novell. Constit.* 123.

APOCRŎTUS, a, um, ἀπόκροτος, percussus, male tractatus: a κροτέω, pulso. *Jul. Firmic.* l. 7. c. 3. *in fi.* Nascentur servi, miseri, apocroti, oligochronii, et infelices.

APOCRȲPHUS, a, um, *apocryphal, not canonical or authentic, of uncertain authority,* ἀπόκρυφος. *Apocryphi libri, apocrypha opera* (*the Apocrypha*) dicuntur a Scriptoribus Ecclesiasticis, quorum occultus, aut incertus est auctor: ab ἀποκρύπτω, occulo: adeoque carent auctoritate, et publice in Ecclesia legi prohibentur: et propterea canonicis, et ἁγιογράφοις opponuntur: qua de re plura *Justus Fontaninus de antiquitatib.* Hortæ, l. 2. c. 3. Hac voce præter *Hieronym. Augustin.* et *Isidor.* usus est etiam *Tertullian. de anim.* c. 2. *et de resurr. carn.* c. 63.

APOCULANĬUS ORCUS pro homine valde bibaci, et qui pocula omnia tanquam Orcus absorbeat, putant quidam legi *in fragment. Tragur. Petronii,* c. 62. *Burman.* ubi ait: *Erat autem miles fortis, tanquam Orcus apoculanius. Nos circa gallicinia,* &c. Alii autem ita legunt. *Erat autem miles fortis tanquam Orcus. Apoculamus nos circa gallicinia.* hoc est recedimus, abimus, discedimus, ut sit verbum *apoculare* a Græco ἀποκυλίειν, quod significat amovere, amoliri volvendo. Similiter autem legi putant *ibid.* cap. 67. *Ego me apoculo.* Sed utrobique alii alia.

APOCȲNON, ἀπόκυνον, ossiculum in ranæ rubetæ sinistro latere, quod si in aquam dejectum fuerit statim fervere ferunt, amorem item, et jurgia concitare, si in potionem addatur, &c. Sic dictum est, quoniam canum impetus eo cohibentur: ab ἀπὸ, ab, et κύων, κυνὸς, canis. *Plin.* l. 32. c. 5.

APODERMUM apud *Apic.* l. 2. c. 2. est isicium, in quo sunt nuclei, et amygdala depilata: nam ἀπόδερμον significat cutem, seu corticem detractum. *a pudding made of the kernels of nuts, peeled almonds, and the like.* Alii leg. *apothermum* hoc est calidum, a θερμὸς, calidus, quia, inquiunt, ad amygdala decorticanda calida aqua opus est.

APŎDES, um, m. *martins, martinets, a kind of swallow,* ἄποδες, alio nomine cypselli, aves sunt ex genere hirundinum, ita dictæ ab α privativa, et πούς, ποδὸς, pes, quod careant usu pedum. Nidificant in scopulis. Hæ sunt, quæ toto mari cernuntur: nec unquam tam longo naves, tamque continuo cursu recedunt a terra, ut non circumvolitent eas apodes. Cetera genera residunt, et insistunt: his quies, nisi in nido, nulla: aut pendent, aut jacent. *Plin.* l. 10. c. 39. [† V. *Apus.*]

APODICTĬCUS, a, um, *demonstrative,* ἀποδεικτικὸς, apodixin, hoc est evidentem probationem habens. *Gell.* l. 17. c. 5. Usus esse existimabat argumento M. Tullium non probo, neque apodictico, sed, &c.

APODIOXIS, ἀποδίωξις, rejectio est, cum eludimus ab adversario proposita, hac vel simili formula: *Quid attinet de his rebus dicere, cum ad causam nihil faciant?* Græca vox ab ἀποδιώκω expello.

APODIXIS, is, f. *a demonstration, evident or conclusive proof,* ἀπόδειξις, significat probationem evidentem, ut interpretatur *Quintilianus,* apud quem modo Græcis, modo Latinis litteris scripta legitur l. 5. c. 10. Sic *Gell.* l. 17. c. 5. Apodixin vocari, cum ea, quæ dubia, aut obscura sunt, per ea, quæ ambigua non sunt, illustrantur, &c. Rectius tamen Græce usurpatur. Est enim Græca vox, ab ἀποδείκνυμι, ostendo, demonstro. ¶ Latine scripsit etiam *Petron.* cap. 132. Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde. *h. e.* redde mihi signum illud evidens, quo defungi soles munere tuo. V. si vacat *Gronov.* l. 4. *Observat.* c. 13. *ad fin.*

APODŎSIS, is, f. ἀπόδοσις, hoc est redditio. Sumitur interdum pro altera periodi parte, quæ respondet primæ, quæ *protasis* dicitur. *the second part of a period, answering to the first, which is called the Protasis.* ¶ Item pro figura, qua singula periodi membra singulis redduntur, et respondent, *a figure of speech, by which the members of a period answer to each other,* quæ distributio Latine dici potest, ut in illo *Terentii Andr.* 1. 5. 42. Adeon' me ignavum putas? adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum, ut neque me consuetudo, neque amor, neque pudor commoveat, &c? *Donat. ibid.* ¶ Item pro altera Exordii parte. Ferre autem Græcis litteris scribitur. Est enim Græca vox, ab ἀποδίδωμι, reddo. ¶ Huic respondet antapodosis, ἀνταπόδοσις, hoc est *redditio contraria,* ut interpretatur

[illegible] l. 8. c. 3. et fit cum precedit similitudo, et res [illegible], propter quam explicandam similitudo allata est, ut [illegible] Cic. pro Muræn. cap. 13. [illegible] in Græco [illegible] [illegible] [illegible]. Similitudinis autem [illegible] est in illo [illegible] [illegible] et semel Græcis, semel Latinis literis scripsit. [illegible] etiam ad [illegible] 2. v. 451. [illegible] [illegible] tunc, cum commemo- [illegible] [illegible] ante predicta.

APODYTERIUM, ii, n. *the room where they undressed previously to going into the bath, the dressing room*, ἀποδυτήριον, locus in balneis, in quo intrari deponebant vestes, quæ, interea dum lavabantur, a capsariis servabantur: ab ἀποδύω, exuo. Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 1. In balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi. Plin. l. 5. ep. 6. Apodyterium balinei laxum, et hilare excipit cella frigidaria. Et paulo post. Apodyterio superpositum est sphæristerium.

APOGÆUS, a, um, *proceeding from land*, ἀπόγαιος, et ἀπόγειος, a terra veniens: ex ἀπὸ, ab, et γαῖα, terra. Plin. l. 2. c. 43. Videmus, ventos, quos vocant altanos, e terra consurgere: qui quidem cum e mari redeunt, tropæi vocantur; si pergunt, apogæi.

APOGRAPHUM, i, n. *a copy from the original of any writing or picture; a transcript, draught*, ἀπόγραφον, exemplar libri, vel tabulæ pictæ ab autographo descriptum: ab ἀπογράφω, describo. Plin. l. 35. c. 11. Hujus tabulæ exemplar, quod apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit. Cic. Attic. 12. ep. pænult. Græce scribit.

APOLACTIZO, as, a. 1. proprie significat calcibus ferire, aut calcare. *to strike with the heels, kick.* est enim Græcum verbum ἀπολακτίζειν, ab adverbio λὰξ, calcibus: translate autem significat nihili facere, despicere, aspernari, *to scorn, despise, reckon of no account.* Plaut. Epid. 5. 2. 13. Apolactizo inimicos omnes.

APOLECTUS, i, m. Apolecti dicuntur frusta pelamidum concisarum saliendi gratia: ab ἀπολέγω, seligo, quia non omnes earum partes, sed selectæ conciduntur. *parts of the tunny-fish cut for salting.* Plin. l. 9. c. 15. Pelamides in apolectos, particulatimque consectæ, in genera cybiorum dispertiuntur. ¶ Ipsæ quoque pelamides, quæ sunt in suo genere maximæ, quia sunt aptæ, et in frusta concidantur, *apolecti* dicuntur. *the tunny-fish.* Id. l. 32. c. ult. ¶ *Apolecti, orum*, m. *principal Senators, or Counsellors*, ἀπόλεκτοι, in Græcia dicebantur viri aliquot selecti, ex quibus constabat concilium civitatis, ad quod pertinebat decernere de plurimis rebus, quæ sine universo populi concilio transigi poterant: ab ἀπολέγω, seligo. Liv. l. 35. c. 34. Concilium quidem universæ gentis non habuerunt; per Apolectos autem (ita vocant sanctius concilium: ex delectis constat viris) id agitabant, ut, &c. Id. l. 36. c. 28. *ad fin.* In concilio delectorum, quos Apolectos vocant. pro *apolecti* plures alii malunt *apocleti*, ἀπόκλητοι, hoc est vocati, ab ἀποκαλέω, voco.

APOLLINARĬA, æ, f. *nightshade, or bane-wort*, herba, quæ et strychnos [†et solanum] appellatur. Apulei. de herb. c. 74.

APOLLINĀRIS, re, adject. ad Apollinem pertinens. Horat. l. 4. od. 2. v. 9. Pindarus laurea donandus Apollinari. Liv. l. 3. c. 63. Apollinaris Circus. h. e. Flaminius, Apollini sacer. Id. l. 10. c. 8. Apollinare sacrum. Cic. Phil. 10. c. 3. Apollinares ludos facere. ¶ *Apollinares ludi* fiebant quotannis Romæ in honorem Apollinis: et primum quidem voti sunt bello Punico secundo, victoriæ obtinendæ causa, ex carminibus Marcii illustris vatis; et cum singulis annis fierent, certum tamen anni tempus non habebant: sed elapsis aliquot annis, lege lata a P. Licinio Varo Prætore Urbano, celebrari cœpti sunt 3. non. Quintil. (tametsi ipsis Nonis incepisse aliquando Manut. colligit ex Cicer. ad Attic. l. 16. duobus locis, *in tractato de Legib. Rom.* c. 3.) et per aliquot dies durabant, quorum tamen certus numerus definiri non potest. V. Manut. loc. cit. et Liv. l. 25. c. 12. et l. 27. c. 23. ubi plura de eorum institutione. Cic. Attic. l. 2. ep. 19. Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in nostrum Pompeium petulanter invectus est. Plin. l. 35. c. 10. Sub die ludorum Apollinarium. ¶ *Apollinaris*, herba eadem est, quæ hyoscyamus, et Apollinaris minor. *henbane*, [†V. Apollonos.] Plin. l. 26. c. 14. Item solani species, quam et derceam Græci vocant, Apulei. de herb. c. 22. ubi addit, ita appellatam esse ab ipso Apolline, qui eam invenisse fertur.

APOLLINĔUS, a, um, adject. ad Apollinem pertinens. Ovid. Metam. 1. v. 473. Apollineæ medullæ. h. e. cor et pectus Apollinis. Id. Metam. 15. v. 533. Apollinea proles. h. e. Æsculapius Apollinis filius. Id. Metam. 9. v. 454. Frater Byblidis Apollineus. h. e. filius Mileti filii Apollinis. Id. Metam. 13. v. 631. Apollinea urbs. h. e. Delus. Stat. l. 11. Theb. v. 12. Apollinea mater. h. e. Latona. Martial. l. 10. epigr. 12. Vercellæ Apollineæ. h. e. ubi Apollo colebatur: vel ubi colebantur assidue liberales disciplinæ, quarum præses est Apollo. Ovid. Metam. 11. v. 8. Apollineus vates. h. e. Orpheus peritissimus poeta. Id. in Ibin, v. 264. Apollinea ars. h. e. ars vaticinandi. Id. 3. Trist. eleg. 3. v. 10. eandem intelligit artem medicam, utriusque enim et medendi, et vaticinandi inventor habetur Apollo. Id. 6. Fast. v. 91. Apollinea laurus. Claudian. l. 3. de rapt. Proserp. v. 373. Apollineum nemus. h. e. lauretum: laurus enim Apollinis arbor dicitur.

APOLLO, inis, m. *the god of music, poetry*, &c. Ἀπόλλων, ωνος, Latonæ, Jovisque filius, uno partu cum Diana editus in insula Delo. Plures Apollines Cic. enumerat. l. 3. de nat. Deor. c. 23. quorum primus est Vulcani, et Minervæ filius, Athenarum custos: alter Corybantis filius, natus in Creta, cujus de illa insula certamen cum Jove fuisse traditur: tertius Jove et Latona natus, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse: quartus in Arcadia, quem Arcades Nomionem appellant, quod ab eo se leges ferunt accepisse, quæ νόμοι Græce dicuntur. Sed præcipue de Apolline Latonæ filio loquuntur Poetæ, cujus nomen Græcum est, Ἀπόλλων: ejusque etymologia varie a variis traditur. V. Voss. in Etymol. in Sol. ¶ Est autem Apollo idem ac *Sol*, et *Phœbus*: item Liber Pater, seu Bacchus, ut docent Servius ad Æn. 6. v. 78. et Macrob. l. 1. Saturn. c. 18. ubi hac de re plura. Hinc Lucan. l. 5. v. 71. Parnassum montem ait et Baccho et Phœbo sacrum esse, *cui numine mixto Delphica Thebanæ referunt trieterica Bacchæ.* Addit Servius ad Eclog. 5. v. 66. ex Porphyrio, triplicem esse Apollinis potestatem, et eundem esse Solem apud Superos, Liberum patrem in terris, Apollinem apud inferos: unde etiam tria insignia circa ejus simulacrum esse, *lyram*, quæ nobis cælestis harmoniæ imaginem monstrat; *gryphen*, seu *gryphum*, qui eum etiam terrenum numen ostendit; *sagittas*, quibus infernalis deus, et noxius judicatur. ¶ Dicitur inventor, ac pater quatuor utilissimarum artium, sagittandi, vaticinandi, medendi, et carmina faciendi, simulque lyra canendi. Sagittandi artem tum ostendisse dicitur, cum adhuc puer sagittis Pythonem confixit, unde et Pythius cognominatus est. V. Python. Vaticinandi pater dictus est propter multa oracula edita, præsertim Delphis, ubi diu claruit; quare et *Delphicus* est appellatus. V. Delphi. In medendi vero arte adeo laudatur, ut filium suum Æsculapium etiam mortuos ad vitam revocandi rationem docuerit: quod cum is semel esset ausus, a Jove fulmine ictus est. V. Æsculapius. Porro quod ad poesim pertinet, Apollo præses, dux, ac pater Musarum passim dicitur a Poetis. Ovid. etiam Heroid. ep. 16. v. 180. ab eo mœnia Trojæ condita fuisse tradit, collectis saxis lyræ sono: quam artem et Amphion postea, et Orpheus ab eo accepere, ideo *Apollinei vates* dicti. ¶ Habitus est etiam pastorum deus, quod fertur aliquando Admeti armenta pavisse. V. Admetus. Hinc pastor dicitur a Virg. Georg. 3. v. 2. ¶ Huic Deo laurus præcipue cara fuit propter Daphnem Nympham ab eo adamatam, et in eam arborem conversam. V. Daphne, et Laurus. ¶ Variis cognominibus appellatur, præsertim ductis a variis locis, in quibus præcipue cultus est, ut Delius, Clarius, Lycius, Pataræus, Thymbræus, Actius, et sexcenta hujusmodi. ¶ Intonsus fingitur, et imberbis, perpetuaque juventa, ac pulcritudine florens, quia nihil sole pulcrius. Hinc formosus, pulcher, flavus passim a Poetis dicitur. Pingitur autem cum laurea corona, lyram seu citharam manu tenens, vel cum pharetra, et arcu. Ejus habitum, pompamque poetice describit Tibull. l. 3. eleg. 4. a vers. 23. et Sidon. carm. 22. v. 64. et *seq.* Alia multa, quæ de Apolline fabulati sunt Veteres V. apud Mythologos. Horat. l. 2. sat. 5. v. 60. Divinare etenim magnus mihi donat Apollo. Id. l. 1. od. 31. Quid dedicatum poscit Apollinem, &c? Martial. l. 2. epigr. 89. Carmina quod scribis Musis, et Apolline nullo. Cic. 3. de nat. Deor. c. 23. Apollinum antiquissimus is, quem, &c.

APOLLODORĒUS, a, um, Ἀπολλοδώρειος, ad Apollodorum pertinens. Quintilian. l. 2. c. 11. Percunctanti Theodoreus, an Apollodoreus esset, &c. V. vocem sequent.

APOLLODŌRUS, m. Ἀπολλόδωρος. Sex hujus nominis memorantur, Atheniensis Comicus, Celeus Comicus, Tarsensis Tragicus, Atheniensis Grammaticus, Pergamenus Rhetor, Alexandrinus Comicus. ¶ Apollodori rhetoris, et Cæsaris Augusti præceptoris sæpe meminit Quintil. ut l. 2. c. 15. l. 3. c. 1. et c. 4. *sub fin.* &c. ¶ Ejus discipuli *Apollodorei* dicti sunt. Id. l. 3. c. 1.

APOLLONĬA, æ, f. Ἀπολλωνία, nomen est aliquot celebrium urbium in Epiro, Creta, Syria, Thracia, &c. de quibus Plin. l. 4. et 5. et consulantur Geographi.

APOLLONIĀTES, æ, et is, qui est ex Apollonia urbe. Cic. l. 1. de nat. Deor. c. 12. Diogenes Apolloniates. ¶ *Apolloniatæ, atarum*, et *Apolloniates, tum*, et *tium*, Ἀπολλωνιαταὶ, Apolloniæ populi. Plin. l. 5. c. 29. Hydissenses, Apolloniatæ, Trapezopolitæ. Id. l. 4. c. 13. Apolloniatarum insula circa Istrum. Id. l. 3. c. 11. Apolloniatum oppidum. Id. l. 2. c. 106. Nymphæi crater dira Apolloniatis suis portendit. Liv. l. 24. c. 40. Juventus Apolloniatium. Et l. 26. c. 25. Apolloniatium fines.

APOLLONIATĬCUS, a, um, adject. ad Apolloniam pertinens Plin. l. 35. c. 15. Apolloniaticum bitumen. h. e. quod circa Apolloniam Epiri urbem effoditur, de quo etiam Vitruv. l. 8. c. 3. verba facit.

APOLLONIDENSIS, vel Apollonidiensis, se, adject. Apollonidenses, ium, Ἀπολλωνιεῖς, sunt populi Apollonidis, seu Apollonideæ urbis Lydiæ. Cic. pro Flacc. c. 29. (ubi alii *Apollonidenses*, alii *Apollonidienses*, alii etiam *Apollonienses* legunt) et Plin. l. 5. c. 3. *ad fin.*

APOLLONIENSIS, se, adject. ad Apolloniam urbem pertinens. Cic. Verr. 5. c. 43. Apolloniensis civitas. ¶ *Apollonienses, ium*, sunt Apolloniæ urbis cives. Justin. l. 9. c. 2.

[* APOLLŌNOS, i, f. herba, forte eadem ac apollinaris. Apul. de herb. c. 90.] [†V. Apollinaris.]

APOLOGATĬO, onis, f. *a fabulous narration, fable, tale*, idem quod *apologus*, hoc est fabulosa narratio. Quintil. l. 5. c. 11. *ante med.* Αἴνον Græci vocant λόγους μυθικούς: nostrorum quidam non sane recepto in usum nomine, apologationem.

APOLOGETĬCUS, a, um, adject. *apologetic, apologetical, designed in the way of defence*, ἀπολογητικός, ad defensionem causæ pertinens: ab ἀπολογέομαι. V. vocem sequent. Tertullianus librum suum, quo Christianorum contra Gentiles causam tuetur, *Apologeticum* inscripsit. Est etiam Hieronymi *Apologeticon* ad Domnionem.

APOLOGĬA, æ, f. *a refutation, defence, excuse, plea, apology*, ἀπολογία, oratio qua se quis, et sua facta defendit, aut excusat, aliorumque accusationes, et argumenta refellit: ab ἀπολογέομαι, dicendo refello, refuto, confuto. Est Apuleii liber hoc titulo inscriptus. Utitur etiam Hieronym. l. 2. in Rufin. c. 4. et 6. et alibi.

APOLŎGO, as, a. 1. Senec. ep. 47. Retulit illi gratiam servus, ille in primam decuriam conjectus, et ipse illum invicem apologavit, et ipse non judicavit domo sua dignum. *ablegavit* malebant quidam, tum quod *apologavit* insolens verbum est, et semibarbarum, tum quod totus hic locus corruptus videtur: at Lipsius ex consensu librorum *apologavit* retinet, et interpretatur, convicio affecit, vel notavit a Græco ἀπολέγω, quod et rejicere, repudiare significat.

APOLŎGUS, i, m. *a fable, apologue, story contrived to teach some moral truth*, ἀπόλογος, narratiuncula ficta, et fabulosa, ea præsertim, in qua animalia rationis expertia, et plantæ loquentes inducitur, quales sunt fabellæ Æsopi, Phædri, &c. ex quibus aliquod vitæ præceptum eruitur. Differt a *fabula*, (*a poetical fiction or fable*) quæ est narratio major, et proprie μῦθος dicuntur: fere autem possibilia, et verisimilia continet, qualia sunt hominum, ac deorum facta. Ita porro se habent inter se, ut omnis apologus fabula dici possit, non tamen contra. Nam epopeia v. gr. tragœdia, comœdia *apologi* dici non possunt. Itaque *fabula* est nomen tum generis, tum speciei, *apologus* speciei tantum. Dictus est ex ἀπὸ, ab, et λέγειν, dicere, quia in hujusmodi fabulis aliud significari volumus, ac ipsa sonat narratio, et ab illo, quem habent, sensu ad alium traducere: vel dictus est, quasi λόγος ἀπὸ λόγου, quia aliud aperte dicit, aliud innuit. Cic. l. 1. de Invent. c. 17. Incipere ab aliqua re, quæ vel apologum, vel fabulam, vel aliquam contineat irrisionem. Auct. quoque ad Herenn. l. 1. c. 6. apologum, et fabulam conjungit. Rursus Cic. 2. de Orat. c. 66. Ad hoc genus adscribamus etiam narrationes apologorum. Plaut. Stich. 4. 1. 32. Agĕre alicui apologum. h. e. narrare. Usurpant præterea Quintil. l. 6. c. 3. Gell. l. 2. c. 29. et Sueton. de illustr. Rhetor. c. 1.

APONĪNUS, a, um, adject. ad Aponum pertinens, ut *Aponinæ sortes* apud Vopisc. in Firm. Saturn. &c. c. 3 hoc est quæ in Aponi fonte mittebantur, ut est apud Sueton. in Tiber. c. 14. Ita hunc locum legere malunt Casaubon. Gruter. et Salmas. qui similiter corrigendum putant locum Trebell. Pollion. in Claud. c. 10. Cum in Aponino (supple *fonte*) de se consuleret, responsum hujusmodi accepit, &c. tametsi libri omnes utroque loco habent *Apenninus*, ut sit ab Apennino monte. [Et quidem recte, nam vetus Inscript. quam affert Maffeius in Mus. Veronens. pag. 79. n. 5. Jovi Apenino T. Vivius Carmogenes, Sulpicia Euphrosyne Conjux V. S. D. D.; tum etiam quæ habet de Jovis delubro in Apennino Claudian. de VI. Consul. Honor. v. 501. et seqq. id confirmare videntur.]

APŌNO, is, a. 3. *to put away, lay aside*, idem ac depono, unico *p*, ex præpositione *a*, et *pono*: vel quasi *abpono*; diciturque ea ratione, qua *afui, afore, afuturus* pro *abfui*, &c. quæ V. suis loc. Plaut. Pœn. 4. 2. 35. Onus urget. Mi. at tu apone. Id. Cas. 2. 6. 11. Apone hic sitellam. Terent. Heaut. 1. 1. 36. At istos rastros interea tamen apone, ne labora. Adde alia exempla ejusdem rationis, quæ Pareus in Lex. Crit. congerit: quibus nihil obstantibus Salmas. ad Vopisc. in Aurel. c. 7. et alii præterea eruditi viri duplici *p appono* ubique scribendum censent, ita enim haberi in probatis MSS. et editis libris.

APŌNUS, i, m. [†nunc] Abano, Ἄπονος, fons calidis aquis manans, et saluberrimis (unde nomen invenit ab *a* privativa, et πόνος, labor, ægritudo) in agro Patavino sub ipsis Euganeis montibus, octo circiter passuum millibus Patavio distans, olim religione Gentilium superstitiosorum apprime cultus, summoque in pretio habitus. Ejus non solum aquæ, sed et cœnum ipsum morbosis membris utilissime imponitur. Meminit Plin. l. 2. c. 103. et l. 31. c. 6. Laudat eum, et eleganter describit Claudian. in carm. quod incipit *Fons Antenoreæ vitam qui porrigis urbi.* ubi multa memorantur, quæ temporum longo tractu mutata sunt. Deletum est etiam funditus Geryonis templum,

in quo oracula petebantur, quod prope eum fontem fuisse constat. Neque ulla exstant vestigia muri, quo Theodoricus Ostrogothorum Rex Aponum circumdari jusserat; aut magnificarum ædium cum balneis, quas exstruendas curaverat, demandata ejus rei provincia cuidam Aloysio architecto Patavino, ut videre est apud *Cassiodor.* l. 2. *Variar.* epist. 39. Porro quemadmodum mos fuit Romanorum jaciendi sortes in fontes, quos sacros esse existimabant; ita in hoc quoque factitatum est, ex quo Tiberium Romani imperii mox obtinendi sortem traxisse, jactis aureis talis, narratur a *Sueton. in ejus vita* cap. 14. Vota etiam ab ægrotantibus Apono facta, recuperataque valetudine soluta, ostendunt veteres lapides non uni, circa ea loca paucis abhinc annis eruti, in quorum uno, quem nos vidimus, ita legitur: M. Terentius M. L. Secundus A. A. V. S. L. M. hoc est *Aquis Aponi Votum solvit libens merito.* Plura de *Apono* habes apud *Scardeonium*, *Portenarium*, et *Ursatum*, qui Patavinam historiam condiderunt. *Martial.* l. 6. epigr. 42. Nec fontes Aponi rudes puellis. *h. e.* in quos puellæ non descendunt cum viris promiscue lavaturæ, ut Romæ fieri solebat; sive metu incendii, de quo in citata *Cassiodori* epistola, sive potius ob insignem Patavinarum pudicitiam. ¶ Adjective *Id.* l. 1. epigr. 62. Censetur Apona Livio suo tellus.

APOPHĂSIS, ἀπόφασις, negatio, abnuentia, depulsio, ab ἀπόφημι, nego, figura est Rhetorica, cujus tale exemplum ponit *Quintilian.* l. 9. c. 2. Non agam tecum jure summo, non dicam quod forsitan obtinerem, &c. *a figure of rhetoric, whereby the speaker or writer seems to wave what he would plainly insinuate; apophasis.* ¶ Est etiam index bonorum, vulgo *inventarium* dictum: et in hac significatione est ab ἀποφαίνω, ostendo, exhibeo, profero. Utroque autem modo Græca vox est, et Græce scribenda.

APOPHLEGMATISMUS, i, m. *apophlegmatism, a medicine, the use of which is to draw phlegm from the blood,* ἀποφλεγματισμὸς, medicamentum ad exigendam ex capite pituitam, et ore excernendam: ex ἀπὸ, ab, et φλέγμα, pituita. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 4. Apophlegmatismum quoque adjicientes. Adde l. 2. c. 4.

APOPHLEGMATIZARE, *to draw off phlegm from the blood,* ἀποφλεγματίζειν, apophlegmatismum adhibere. Usurpatur a *Theodor. Priscian.* l. 2. c. 3.

APOPHORĒTA, orum, n. plur. *presents given to guests at feasts (at the Saturnalia, chiefly,) to carry home with them,* ἀποφόρητα, munuscula, quæ saturnalibus diebus dari solebant convivis in fine mensæ, domum asportanda: ab ἀποφέρω, aufero, asporto. *Martialis* hoc titulo inscripsit librum suum decimum quartum, in quo recenset varias res, quæ pro apophoretis dari solebant, et singulis suum addit distichon. Explicat autem quid sint in primo epigrammate illis versibus: *Divitis alternas, et pauperis accipe sortes: Præmia convivæ det sua quisque suo.* Anglice hujusmodi munuscula post mensam data, appellari solent *fairings, new-years' gifts,*&c. Neque Saturnalibus solum, sed et aliis temporibus, si libuisset, apophoreta dari, præsertim ab Imperatoribus solebant. *Sueton. in Vespas.* c. 19. Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita et calendis Martii feminis. *Id. in Calig.* c. 55. Agitatori Eutycho, comissatione quadam, in apophoretis vicies HS. contulit. V. *eund. in Augusto.* c. 75. Legitur hæc vox etiam apud *Petron. in fragment. Tragur.* cap. 40. 56. & 60. *Burman.* ¶ Præterea dicta sunt *Apophoreta* etiam illa munera, quæ ab editoribus ludorum mitti solebant amicis post ludos confectos, ut *Lipsius* l. 1. *Satur.* c. 16. docet ex *Symmacho* l. 2. epist. 80. (*al.* 81.) additque ejusmodi munus etiam *apophoreticum* dici: quam vocem usurpatam videmus ab eodem *Symmacho* l. 5. epist. 54. (*al.* 56.) et l. 9. epist. 109. (*al.* 119.) ¶ *Apophoreta, æ,* f. apud *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 4. est vas escarium planum, ferendis apophoretis aptum: sed caret adhuc exemplo idonei Latini Scriptoris.

APOPHORETĬCUM, i, n. idem quod apophoreta. V. vocem praced.

APOPHTHEGMA, atis, n. *an apophthegm; a short, sharp, strong, forcible, sententious saying; acute, facetious, or pithy remark; pointed observation of some remarkable person or distinguished character,* ἀπόφθεγμα, brevis et acuta sententia, sive acutum dictum, sive responsio, non cujuslibet, sed illustrium tantum virorum. Est autem Græca vox ab ἀποφθέγγομαι, sententiose loquor, et Græce scribenda. Latine dicitur *facete dictum*, et *breviter et commode dictum* a *Cicer. de Amic.* c. 1. et l. 1. *Offic.* c. 29. item *simpliciter dictum.* ¶ Hujusmodi ἀποφθεγμάτων volumina collegisse Catonem, indicat *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 29. idemque fecisse Cæsarem, scribit ad Pætum *Fam.* 9. ep. 16. *Manutius* quoque, et *Erasmus* hujusmodi collectiones edidere.

APOPHȲGIS, is, f. ἀποφυγὴ, pars summa, et infima scapi columnæ, qua basi, aut capitulo jungitur, in modum anuli effomata, totumque scapum cingens. *the fillet, square, or listel, which terminates the shaft of the column at the top and bottom; the apophyge.* de qua plura *Bald.* in *Lex. Vitruv.* ad l. 4. c. 7. ubi ea vox legitur. Addit *Barbarus ad* l. 3. *Vitruv.* c. 3. et cum eo *Philand. loc cit.* in Dorica quidem, Ionica, et Corinthia columnarum ratione apophygim esse partem extremam scapi, at in Tuscana esse partem summam basis, qua columna incumbit. ¶ Ratio hujus nominis est hujusmodi. Qui primum columnas ex integris arborum truncis fecere, earum capita ferreo anulo (*a ring or ferrel, to prevent them from splitting,*) religabant quo essent firmiores, neque ad pondus finderentur. Ille anulus ἀποφυγὴ dictus est, *h. e.* effugium, remedium contra scissiones, fissionesque columnarum: ab ἀποφεύγω, effugio, evado. ¶ *Vitruv. cit.* l. 4. c. 1. pro apophygi *apothesim* nominat, eadem significatione, ut quidem *Philand.* et *Barbar.* interpretantur. Est autem ἀπόθεσις, depositio, ab ἀποτίθημι, depono: et ita dicta videtur ea columnæ pars, quia ibi se quodammodo columna deponit, et incumbit. *that part of the column, where it begins to spring out of its base; the spring of the column.*

APOPLANĒSIS, ἀποπλάνησις, i. e. aberratio, figura Rhetorica, qua differendo, obscurando, tergiversando Judicem in errorem trahimus: quod *Cicero* facit in causa Cluentii, qui reus erat veneficii. Est autem Græca vox, et Græce scribenda: ab ἀποπλανῶμαι, aberro, evagor. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 53. *ad fin.* vocat *erroris inductionem.*

APOPLECTĬCUS, a, um, *apoplectic, subject to fits of apoplexy,* ἀποπληκτικὸς, apoplexia ictus, stupidus, attonitus. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 14. n. 8. Morientur autem aut spastici, aut colobici, aut apoplectici, seu phrenetici. Adde cap. 5. n. 8. et *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 5. ubi tamen non semel etiam *apoplectus* legitur, a Græco ἀπόπληκτος, quod idem est.

APOPLECTUS, V. vocem præced.

APOPLEXĬA, æ, et Apoplexis, is, f. *apoplexy, a sudden privation of all sensation,* ἀποπληξία, et ἀπόπληξις, subita percussio, qua totum corpus, et mens stupet, et sensu, ac motu privatur: ab ἀποπλήττω, percutio, quod tanquam lethali percussu repentinum faciat casum, ut *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 5. loquitur. Latini Veteres, quia credebant a sanguine proficisci, *ictum sanguinis* vocaverunt. *Capitolin. in Anton. Philos.* c. 14. *in fin.* Apoplexi arreptus periit. *Al. leg.* apoplexia. *Id. in Vero* c. 9. Morbo, quem apoplexin vocant, correptus. *Cœl. Aurelian. loc cit.* Apoplexia dicta est, quod &c. *Tertullian. de Anim.* c. 53. Apoplexis interior ruina. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 7. sect. 8. Mors illi per spasmum aut apoplexim fertur.

APOPRŒGMĔNA, V. in *Productus.*

[APOPSIS, is, f. ἄποψις, ab ἀπὸ longe, et ὄπτομαι video, specula, unde despectus est in inferiora. *Fronto de fer. Alsiens.* ep. 3. In apopsi jucundiores tibi esse videntur.]

APOR, vetus verbum pro *apud. Festus.* Quidam censent legendum *apur* ex quo mutato *r* in *d* factum sit *apud.* alii *apot.*

[† APORĬA, æ, *doubt, difficulty, perplexity,* ἀπορία, indigentia, vel dubitatio, et consilii inopia, item desperatio, *Cic. Att.* 7. 21. 15. 4. 16 8. *Senec. Ep.* 87.]

APORIATĬO, onis, f. *doubt, perplexity,* dubitatio, hæsitantia animi, perplexitas, angustiæ animi. *Tertull. advers. hæretic.* c. 49. Quoniam ipse fuerit de aporiatione conceptus, atque prolatus.

APOSCŎPON, ontis, *taking aim,* ἀποσκοπῶν, hoc est in scopum intuens, et collimans. Aposcoponta vocarunt celebrem Antiphili pictoris tabulam, in qua Satyrum fecerat ad scopum collimantem, ut est apud *Plin.* l. 37. c. 11. ubi *Harduin.* ex MSS. legit *aposcopeuonta*, ἀποσκοπεύοντα, quod idem est.

APOSIOPĒSIS, is, f. *a figure by which the speaker, through some affection, as sorrow, anger, &c. breaks off his speech before it is concluded; aposiopesis,* ἀποσιώπησις, hoc est reticentia, obticentia, interruptio: ab ἀποσιωπάω, reticeo, in medio sermone conticesco: figura est Rhetorica, qua in media oratione aliquid tacetur vel ex ira, vel ex solicitudine, et quasi religione, vel alio transeundi causa, ut in illo *Virg. Æn.* 1. v. 135. Quos ego. sed motos præstat componere fluctus. Et apud *Quintil.* l. 9. c. 2. Communis autem. tametsi ignoscite mihi, judices, &c. *Id. ibid.* c. 3. *a med.* Hanc quidam aposiopesim putant, frustra. *Et mox.* Quæ si aposiopesis est, &c. Postremis his duobus locis docet *Quintil.* tum dici aposiopesim, cum quod reticetur, incertum est, vel certe longiori sermone explicandum. Cum enim patet quod omittitur, aut uno alterove tantum verbo suppletur, synecdoche Grammaticalis, vel ellipsis rectius dicitur. ¶ Alia exempla hujus figuræ habes apud *Ovid. in fi.* epist. 13. *heroid.* et epist. 20. v. 51. et apud *Sil.* l. 9. v. 55. et l. 10. v. 290. et *Stat.* l. 3. v. 280. *Theb.*

APOSPHRAGISMA, atis, n. *the device on a seal; impression on a ring or seal,* ἀποσφράγισμα, figura anuli palæ insculpta ad signandum. Vox Græca a σφραγίζω, signo, sigillum imprimo. *Plin.* l. 10. ep. 16. *in fi.* Signata est anulo meo, cujus est aposphragisma quadriga.

APOSPLĒNOS, *rosemary,* ἀπόσπληνος, dicitur herba rosmarinus, apud *Apulei. de herb.* c. 79. quia spleni exsiccando utilissima est: ex ἀπὸ, ab, et σπλὴν, ηνὸς, splen. [† V. *Rosmarinus* et *Libanotis.*]

APOSTASIA, æ, f. *apostasy, departure from the religious creed a man has once professed,* defectio a vera religione, ἀποστασία: ab ἀφίσταμαι, deficio, recedo. *Augustin. in Op. imperf. contra Julian.* c. 56. et 57.

APOSTĂTA, æ, m. *a deserter, traitor, run-away,* ἀποστάτης, desertor, qui duce suo deserto ad hostes transfugit: ab ἀφίσταμαι, deficio, recedo. A Christianis Scriptoribus ita nominatur, qui a Fide desciscit. *an apostate, forsaker of the banners of Christ. Tertull.* l. 5. *contra Marcion.* c. 11. Apostata Marcion. *Sedul.* l. 5. v. 138. *de Juda proditore:* Tunc vir apostolicus, nunc vilis apostata factus.

APOSTATĬCE, *apostatically, like an apostate,* ἀποστατικῶς, apostatarum more. *Justinian.* lib. 1. *Codic.* tit. 1. *in epist. ad Joann. Papam.* Ecclesiæ contradicere Judaice, et apostatice.

APOSTATĬCUS, a, um, *apostatical,* ἀποστατικὸς, adject. qui per apostasiam a Fide defecit. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 5. Facilius apostaticum invenias, quam Apostolicum. *Sedul.* l. 5. v. 375. Plebis apostaticæ, Dominum quæ cæca negasset.

APOSTĂTO, as, n. *to apostatize; desert one's profession, (generally applied to religion)* ἀφίσταμαι, ἀποστατέω, a Fide deficio: verbum barbarum, usurpatum a *Cypriano* l. 1. epist. 2. *ad Cornel. de pace lapsor.* Inter eos qui vel apostataverunt, &c.

APOSTĒMA, tis, n. *an aposteme or apostume; a hollow swelling filled with purulent matter, a collection of purulent matter in a bag or cyst, an imposthume, abscess,* ἀπόστημα, vomica, abscessus, suppuratio, concursus mali humoris in aliquam partem corporis abscedens, et in pus, ac saniem degenerans: vox Græca ab ἀφίσταμαι, abscedo. *Plin.* l. 30. c. 5. Utuntur ad omnia, quæ intumescunt, et quæ apostemata vocant. *Id.* l. 38. c. 15. Panos, et apostemata sanguis ursinus discutit.

APOSTOLĀTUS, us, m. *the office or duty of an apostle, apostleship,* ἀποστολὴ, apostoli officium, seu dignitas. *Tertull. advers. Marcion.* l. 1. c. 20. Petrum, ceterosque columnas Apostolatus. *Sidon.* l. 7. epist. 4. Apostolatus vestri patrocinio.

APOSTOLĬCUS, a, um, *apostolic, apostolical, relating to the apostles,* ἀποστολικὸς, ad Apostolos pertinens. *Tertull. de præscript. advers. hæret.* cap. 32. Apostolica ætas. Et *ibid.* Ecclesiæ Apostolicæ. Et *ibid.* Apostolica doctrina. *Prudent. in Hamartigen.* v. 524. Oris Apostolici testis sententia prodit. ¶ *Apostolici viri*, et interdum absolute *Apostolici*, dicebantur Apostolorum fideles discipuli, et qui in Evangelio prædicando constantes adjutores erant, et orthodoxi. *Tertull. loc. cit.* Habere aliquem auctorem ex Apostolis, vel Apostolicis viris.

APOSTŎLUS, i, m. *an apostle, person deputed by another,* Ἀπόστολος, hoc est missus, dimissus; vox Græca ab ἀποστέλλω, mitto, dimitto. A Jurisconsultis *apostoli* dicuntur litteræ, quæ ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, dantur, quæ scriptum habent, a quo datæ sint, qui appellet, et ad quem appellet, et adversus quem, et a qua sententia: et vocantur alio nomine *appellatoriæ*: item *dimissoriæ*, quia per eas causa ad eum, qui appellatus est dimittitur, ut *Modestin. Dig.* lib. 50. *tit. pænult.* leg. 106. explicat. *Macer* lib. 49. tit. 6. *qui* de libellis dimissoriis *inscribitur*, leg. 1. Quas litteras dimissorias, sive apostolos appellant. *Modestin. ibid.* tit. 14. leg. 9. Interea decessit rea; nihilominus tamen apostoli redditi sunt. *Paul. sententiar.* lib. 5. tit. 33. Litteræ dimissoriæ dirigantur, quæ vulgo apostoli appellantur. *Impp. Dioclet.* et *Maxim. Cod.* lib. 7. tit. 62. leg. 6. Apostolos alicui dare. *letters dimissory, to certify an appeal.* ¶ Apud Christianos Scriptores κατ' ἐξοχὴν Apostoli dicuntur Jesu Christi D. N. legati, missi per universum terrarum orbem ad evulgandum Evangelium gratiæ Dei, *the Apostles, Legates of Jesus Christ. Tertull. de præscript. advers. Hæret.* c. 20. Apostoli, quos hæc appellatio missos interpretatur. *Prudent. in Hamartig.* v. 508. Doctor Apostolus.

APOSTRŎPHE, es, et Apostropha, æ, f. *an apostrophe; a figure of rhetoric, where the speaker, in the midst of his discourse, turns all at at once from the judge or his hearers, and addresses himself to some other person or thing,* ἀποστροφὴ, hoc est aversio, ab ἀποστρέφω, averto. Est hoc nomine figura Rhetorica (quam *Quintil.* itidem *aversionem* appellat l. 9. c. 2.) et fit cum in media oratione sermonem orator a judice, vel ab auditore avertit repente, et in alium convertit, ut in illo *Cicer. pro Ligar.* c. 3. *ad fin.* Quid enim, Tubero, tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Sic dicitur ἀποστροφὴ ab *eod. Quintil. ibid.* c. 3. illud *Virg.* 2. *Georg.* v. 170. hæc Decios, Marios, magnosque Camillos, Scipiadas duros bello, et te maxime Cæsar. ubi ex improviso mutatur incepta forma loquendi: atque hac persæpe utuntur Poetæ. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 171. Apostrophe est in aliquem districta conversio, &c. *Ascon. Pedian.* ad illa verba *Cicer.* 3. *Verr.* c. 9. *Hic tu fortasse eris diligens,* &c. Apostropha ad ipsum Hortensium, qua ostendit, &c. Adde *Hieronym. in* cap. 13. *Hierem.*

APOSTRŎPHOS, et Apostrophus, i, m. *an apostrophe, a mark of elision expressed by a comma,* ἀπόστροφος, hoc est aversus, apud Grammaticos est semicirculus aversus ad summam litteram consonantem appositus, cui vocalis est subtracta, ut *Tanton' me crimine dignum?* Ita describit *Diomed.* l. 2. pag. 430. *Putschii.* Adde *Priscian. in l. de*

ncertd. pag. 1287. et *Donat.* pag. 1742. qui omnes Latinis litteris scribunt.

APOTAMIA, æ, f. *a pantry*, Græca vox, quæ Latine cella penuaria: a ταμίας, promus condus. Latine scripta legitur apud *Cal. Aurelian.* l. 3. *tact.* c. 21.

APOTELESMA, atis, n. ἀποτέλεσμα, hoc est effectio, effectus, ab ἀποτελέω, efficio, perficio. Ab Astrologis ita appellatur effectus stellarum, hoc est quidquid ex Astrorum conventu, mutuoque respectu in natali cujusque efficitur boni, vel mali. *Jul. Firmic.* l. 8. c. 5. 18. et alibi sæpe.

APOTHĒCA, æ, f. *a place where any thing is kept or stored, a repository, store-house; a safe or press to keep things in*, ἀποθήκη, repositorium, cella, in qua aliquid servandum reponitur, ut sunt horreum, cella vinaria, carnarium, et alia ejusmodi in ædibus loca, in quibus cujuscumque generis fruges reconduntur: ab ἀποτίθημι, repono. *Cic. in Vatin.* c. 5. Cum omnium domos, apothecas, naves furacissime scrutarere. *Id. Phil.* 2. c. 27. Nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil scriptum: apothecæ totæ nequissimis hominibus condonabantur. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 6. neque illic Aut apotheca procis intacta est, aut pecus. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. *a med.* Instructo fundo et bibliothecam, et libros qui illic erant, ut quoties venisset, uteretur, contineri constat: sed si quasi apotheca librorum utebatur, contra erit dicendum. *in the way of a repository or warehouse for books.* ¶ Sæpe specialiter dicitur de cella, in qua vina servantur. *a wine-cellar.* Est autem discrimen, licet fortasse non perpetuum, inter *cellam vinariam*, et *apothecam*. nam *cella vinaria* constituitur in ima ædium parte, in qua fit vinum, et in cupis, doliis culleariis, aliisque majoribus vasis servatur ad usum familiæ: at *apotheca* erat apud Veteres in editiore ædium parte, quemadmodum et horrea, in qua recondebantur amphoræ, et cadi, ceteraque minora vasa, servandis etiam in multos annos vinis accommodata. Hinc *Columell.* l. 1. c. 6. partem villæ fructuariæ dividi ait in cellam oleariam, torculariam, vinariam, defrutariam, fœnilia, paleariaque, et apothecas, et horrea. Et paulo post monet, apothecas recte superponi fumario, et balneis, ex quibus fumus exoritur, quoniam vina celerius vetustescunt, quæ fumo præcocem maturitatem trahunt. *Plin.* quoque l. 2. ep. 17. apothecam, et horreum in edita turri esse sita testatur, in Laurentino suo. Hinc *Horat.* l. 3. od. 21. v. 7. invitat amphoram, ut descendat Corvino jubente, &c. et od. 28. v. 7. vult, eam deripi horreo. et od. 8. v. 11. laudat amphoram fumum bibere institutam. Contra cellas vinarias, si non semper in subterraneis, at certe in plano ædium fuisse satis indicant *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 13. *ad fin. Plin.* l. 14. c. 21. *Colum. loc. cit.* et *Vitruv.* l. 6. c. 9. ¶ Nunc exempla addantur, quibus apotheca pro vini repositorio accipitur. *Plin.* l. 14. cap. 14. Apothecas fuisse, et diffundi solita vina, &c. et cap. 4. Tantum pecuniarum detinent vini apothecæ. *Ulpian. loc. sup. cit.* Vina, quæ in apothecis sunt. V. integrum locum. *Id.* lib. 47. tit. 2. leg. 21. In apotheca amphoras esse vini, &c. *Arnob.* l. 7. pag. 236. Vinum omne, quod in cellis, atque apothecis est conditum. ¶ Inter officia domus Augustæ fuit servus ab apotheca triclinii. Lapis inscriptus apud *Donium* class. 7. n. 34. P. Avidio P. F. Sergia Matrinio Cæs. N. ab apotheca triclinii, &c.

APOTHĒCO, as, a. 1. *to deposit in a store-room*, in apothecam recondo *Venant. Fortunat. in epist. præfixa* carm. 6. l. 5. Quod ille torcularet in fletu, iste apothecaret in fructu.

APOTHEŌSIS, is, f. *deification; canonization*, ἀποθέωσις, consecratio, seu relatio hominis demortui inter Deos: Græca vox ab ἀποθεόω, inter Deos refero, deum facio. Hanc primus instituit Augustus, qui Julium Cæsarem deum fecit, et ut deum coli jussit, ut est apud *Sueton. in Cæs. c. ult.* Ritus, qui in apotheosi servabantur, accurate *Herodian.* l. 4. c. 2. describit. *Tertull. in Apolog.* cap. 34. *extr.* Maledictum est, ante apotheosin deum Cæsarem nuncupari. ¶ *Apotheosis* inscriptum est *Prudentii* carmen, in quo agit de divinitate Christi, et de aliis ad illam pertinentibus.

APOTHĔSIS, V. in *Apophygis.*

APOTHERMUM, V. *Apodermum.*

APOXYOMĔNOS, ἀποξυόμενος, hoc est destringens, abstergens: vox Græca ab ἀποξύω, derado, destringo. Fuit hoc nomine celebris statua a Lysippo facta hominis se fricantis strigili in balneo, et destringentis, de qua *Plin.* l. 34. c. 8.

APOZĔMA, atis, n. *a decoction of herbs and spices, an apozem*, ἀπόζεμα, decoctum, hoc est aqua, in qua aliquid decoctum sit: ab ἀποζέομαι, fervefio. *Æmil. Macer de herb. cap. de apio.* Vel semen potius, vel apozema proderit ejus. *aporima* corrupte legitur in quibusdam editionib. ut et *Janus Cornar.* adnotavit.

APOZYMĀRE, hoc est fermentare, fervefacere, a ζυμόω, fermento: verbum barbarum, quod legitur apud *Theodor. Priscian.* l. 1. c. 19. Sales triti, ac in linteolo ligati aceto infunduntur, et ex hoc vulnus tandiu apozymandum est, vel infundendum, donec sanguinem eliciat. *h. e.* tandiu aceti acrimonia irritandum, et accendendum, &c.

APPANGO, et Adpango, is, a. 3. *to fasten or attach to any thing*, ad aliquid pango, affigo. *Paul.* ex *Festo in Antepagmenta.* Antipagmenta valvarum ornamenta, quæ antis adpanguntur, id est adfiguntur. V. *Appingo.*

APPARĀTE, adverb. *with great preparation, sumptuously, magnificently*, ἀδεῶς, cum apparatu, magnifice. *Cic. Attic.* l. 13. *ep ult.* Edit, et bibit ἀδεῶς, et jucunde; opipare sane, et apparate. *Liv.* l. 31. c. 4. Ludi scenici magnifice, apparateque facti. *Plin.* l. 1. ep. 15. Potes apparatius cœnare apud multos; nusquam hilarius.

APPARATIO, onis, f. *a preparing, getting ready, preparation*, κατασκευὴ, apparatus. *Cic.* l. 2. *Offic.* c. 16. Laudare magnificentiam, et apparationem popularium munerum. *Vitruv. in fi.* l. 2. Quoniam de apparationibus est explicatum. *h. e.* de comparatione materiei, ex qua ædificia fiunt. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *de Invent.* c 18. Exordium debet habere splendoris, et festivitatis, et concinnitudinis minimum, propterea quod ex his suspicio quædam apparationis, atque artificiosæ diligentiæ nascitur. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 8. Alterum genus narrationis est, quod intercurrit nonnunquam, aut fidei, aut criminationis, aut transitionis, aut alicujus apparationis, vel laudationis causa. *h. e.* cum in media oratione breviter narratur aliquid ad sternendam veluti materiam, et præparanda ea, quæ dicturi deinceps sumus.

APPARĀTOR, oris, m. *a preparer, one who prepares*, qui apparat. *Liv.* l. 44. c. 9. Interdum plures ab apparatoribus ludi armati inducebantur. Plerique al. leg. *plures apparatioribus ludis*, &c. *Murator.* legit *apparator* etiam in veteri Inscriptione pag. 511. n. 1.

APPARATORIUM, et Adparatorium, ii, ἐξαρτιστήριον, locus prope sepulcrum muro circumdatus, ac tectus, ad lustrationem sepulcri, et cœnas anniversarias funebres inter propinquos, amicosque celebrandas, ut quidem interpretatur *Fabrettus*, qui has affert vet. Inscriptiones cap. 3. n. 609. Hoc adparatorium pertinet ad monimentum Q. Aquilii Dionysii, &c. et num. 110. Porticum cum apparatorio, et compitum a solo pecunia sua fecerunt, &c. *Gloss. Vet.* Ἐξαρτιστήριον, apparatorium *scil. ab* ἐξαρτίζω, apparo, instruo. *Reinesius class.* 17. n. 14. priorem Inscriptionem et ipse affert, et *adparatorium* interpretatur *ustrinum*, qui erat locus, in quo parabatur rogus ad cremanda cadavera: hoc autem male confirmat auctoritate *Servii*, qui *ad Æn.* 3. v. 22. docet, apparatum mortuorum vocari *funus*; non vero ut *Reines.* asserit, funus mortuorum appellari *apparatum*. In altera (quæ habetur etiam in *Antiquit. Benevent.* class. 6. *n. ult.* et explicatur ibid. pag. 276.) nulla est mentio sepulcri, sed epuli et lustrationis. ¶ *Jo. Rhod.* in notis ad *Scribon. Larg. compos.* 212. in priore Inscript. legit *apparitorium*, quod non habet hic locum.

APPARĀTRIX, icis, quæ apparat. *Hieronym.* ep. 142. (al. 18.) *ad Damas. de Seraphim, post med.* Apparatrices in cælestibus virtutes.

APPARĀTUS, et Adparatus, us, m. *a preparing, getting ready, furnishing, preparation; provision, equipage, equipment, habiliment, furniture, apparatus, entertainment, splendour, magnificence*, παρασκευὴ, apparatio, et præsertim ea, quæ copiam, ac magnificentiam habet adjunctam. *Cic.* 1. *Offic.* c. 8. Delectant enim magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia, et copia. *Id. in Orat.* c. 25. Epularum apparatus. *Id. in Vatin.* c. 13. Omitto epulum populi R., festum diem argento, veste, omni apparatu, ornatuque visendo. *Id. Fam.* 9. ep. 19. Tenui apparatu contentum esse. *Tacit. Hist.* 2. c. 62. Exhausti conviviorum apparatibus principes. *Cic. in somn. Scip.* c. 1. Apparatu regio accipere aliquem. *with a provision suitable to a king.* Sic *Nepos in Pausan.* c. 3. Apparatu regio uti. *to keep up a splendour of appearance worthy a king. Cic.* 4. *Acad.* c. 1. Belli instrumenta, et apparatus. *Nepos in Eumen.* c. 5. Apparatum, et munitiones incendere, et disjicere. *the provisions and fortifications. Cic.* l. 2. *Offic.* c. 16. Ludorum, venationumque apparatu pecunias profundere. *Id. Attic.* l. 6. *ep. ult.* Apparatus triumphi. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 8. *in fi.* Omnis totius operis designatio, atque apparatus. *Sueton. in Aug.* c. 96. Apparatus rei divinæ. *h. e.* instrumenta sacrificii. *Plin.* l. 15. c. 1. Apparatus Darii. *h. e.* supellex. *Id.* l. 22. c. 23. Apparatus argenteus. *a service of plate. Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. 4. leg. 5. Apparatus tabernæ. *h. e.* instrumenta. *Plin.* l. 14. c. 19. Apparatus vini. *h. e.* ea quæ pertinent ad vinum servandum. *Id.* l. 36. c. 6. Apparatus marmorum. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 76. Præcepta dicendi, quæ si minorem habent apparatum (sunt enim exilia) tamen habent ordinem, et quasdam errare in dicendo non patientes vias. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 53. Dicere causam nullo apparatu, pure, et dilucide.

APPARĀTUS, et Adparatus, a, um, *prepared, ready, provided, furnished, equipped, accoutred*, παρεσκευασμένος, adornatus, instructus. *Plaut. Merc.* 5. 2. 10. Apparatus sum, ut videtis. *I am quite ready. Terent. Andr.* 5. 2. 6. Omnia apparata jam sunt. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 34. Domus omnibus instructior rebus, et apparatior. *Id. pro Sext.* c. 54. Ludi apparatissimi, et magnificentissimi. *Sueton. in Ner.* c. 9. Apparatissimum funus. *Senec.* ep. 83. *sub fin.* Apparatissimæ epulæ. *splendid, sumptuous, costly, magnificent.* ¶ Translate *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 7. In exordienda causa servandum est, ut lenis sit sermo, et usitata verborum consuetudo, ut non apparata oratio esse videatur. *studied, laboured, forced, affected.* Et *mox.* Exordium nimium apparatis verbis compositum.

APPARENTIA, æ, f. *the act of appearing; appearance, manifestation*, actus apparendi, manifestatio, ἐπιφανία. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 19. Pax Evangelii illæsa, et inconcussa ab apparentia Christi usque ad audaciam Marcionis. ¶ Item externus rei aspectus, *external appearance, looks. Jul. Firmic.* l. 5. c. 8. Homines venusti, bene compositi, bonæ apparentiæ, et qui ornatis versibus delectentur,

APPARĔO, et Adpareo, ēres, arui, aritum, n. 2. *to appear, come in sight, be seen, become visible*, φαίνομαι, prodire, adesse, præsto esse: ex *ad*, et *pareo*. *Cic. pro Sull.* c. 2. In quibus subselliis hæc ornamenta, ac lumina reipublicæ viderem, in his me apparere nollem. *Id. pro Flacc.* c. 12. Si qua uspiam navicula prædonum apparuisset. *Id.* l. 2. *de Divin.* c. 68. Equus mecum una demersus, rursus apparuit. *Id. in proœm. Parad. ad fin.* Quoniam illud majorum vigiliarum opus in tuo nomine apparuit. *came out or made its appearance under your name. Id.* l. 1. *de Orat.* c. 9. Nullum in eo eloquentiæ vestigium apparet. *no trace appears. Id. in fragment.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 706. *Putsch.* Unde appares, o Socrate? an quidem dubium non est, quin ab Alcibiade? *whence come you? Plaut. Capt.* 2. 3. 97. Jam ego apparebo domi. *I shall be at home presently. Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 30. *in fi.* Anguis ille, qui Sullæ apparuit immolanti. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 82. Cum lux appareret. *Cic. pro Cluent.* c. 53. Quid sibi illi scribæ, quid lictores, quid ceteri, quos apparere huic quæstioni video, volunt? *are present, attend, assist.* ¶ Speciatim *apparere alicui* dicuntur, qui alteri ministrant, et præsto sunt ad obsequium, (*to attend, wait on, be present to take and execute orders*), ut lictores, accensi, viatores magistratibus (ex quo et *apparitores* dicti) &c. item servi dominis, et ministri principibus. *Livius* l. 2. c. 55. Quatuor et viginti lictores apparere Consulibus. *Id.* l. 3. c. 33, Collegis novem singuli accensi apparebant. *Nepos in Eumen. c. ult.* Eumenes cum ab anno vigesimo septem annos Philippo apparuisset, et tredecim apud Alexandrum eundem locum obtinuisset, &c. *Virg.* 12. *Æn.* v. 849. *de Diris.* Hæ Jovis ad solium, sævique in limine regis Apparent. *Pompon.* apud *Gell.* l. 12. c. 10. Qui postquam tibi appareo, atque æditumor in templo suo, &c. ¶ Sæpe significat constare, manifestum esse, videri, *to appear, be certain, evident, clear, or manifest. Cic. Phil.* 2. c. 34. Non dissimulat, apparet, esse commotum. *Nepos in Eumen.* c. 10. Quas impendere, jam apparebat omnibus. *Liv.* l. 42. c. 43. Apparitorum, quibus populis societatem jungi displicuisset. *Cic.* 4. *Fam.* ep. 7. De quo quid sentiam, nihil attinet dicere, cum appareat, ipse quid fecerim. *Id. Fam.* 5. ep. 19. Quid rectum sit, apparet; quid expediat obscurum est. *Id. de clar. Orat.* c. 25. Fuit, ut apparet ex orationibus, scriptor sane bonus. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 16. Apparet atque exstat, utrum simus earum rudes, an didicerimus. *Id. pro Flacc.* c. 16. *ad fin.* Sive confictum est, ut apparet, sive, &c. *Plin. in præfat. hist. nat. ad fin.* Inde apparet paratos esse, &c. *Id.* l. 36. c. 26. Ex quo apparet antiquior origo. *Id.* l. 35. c. 12. Quo apparet antiquiorem fuisse. *Id.* l. 8. c. 44. *ad fin.* Atheniensium monumentis apparet. *Id.* l. 12. c. 21. Ut ipso nomine apparet. *Liv.* l. 32. c. 34. Apparet id etiam cæco. *proverb. 'tis so plain, that the blind might see that. Cic.* l. 3. *de Fin.* c. 7. Membra nobis ita data sunt, ut ad quandam rationem vivendi data esse appareant. *pro appareat*: δοκοῦσι, Græca constructio. ¶ *Apparere opera*, aut *promissum* dicitur, cum quod debebatur, præstitum est. *is performed, achieved, made good. Cato R. R.* c. 2. Si opus non apparet, dicit villicus, sedulo se fecisse, servos non valuisse, &c. Adde *Plaut. Pseud.* 3. 2. 60. Sic apud *eund. Trinum.* 2. 4. 17. Ratio apparet. *the reason holds good. Terent. Eun.* 2. 3. 19. Fac sis, promissa appareant. ¶ *Apparere ad aliquem* apud *Varr.* idem est ac *apparere alicui*, hoc est cognosci, et perspici ab aliquo, seu alicui manifestum esse. Verba ejus sunt l. 1. *R. R.* c. 40. Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter.

[* APPARESCO, is, n. 3. idem ac appareo. *Ennod.* l. 7. epist. 19. Qui maximus apparescat in foribus.]

APPARITIO, onis, f. *attendance, the office or service of an apparitor*, παράστασις, officium, et obsequium ministri apparentis magistratui, et ad jussa exsequenda parati, ut in voce præced. dictum est. *Cic. Fam.* 13. ep. 54. In longa apparitione singularem, et prope incredibilem patris Marcilii fidem, abstinentiam, modestiamque cognovi. *h. e.* in munere interpretis. ¶ Pro quocumque famulitio. *Augustin.* ep. 75. Vir spectabilis venit ad Ecclesiam, apparitione paucorum suæ potestati congrua comitatus. ¶ Pro ipsis apparitoribus. *Cic. ad Q. Fr.* l. 1. ep. 1. cap. 4. Quos ex necessariis apparitionibus tecum esse voluisti. *Ammian.* l. 15. c. 3. (al. 5.) Apparitionis præfecturæ prætorianæ princeps. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 2. *leg. ult.* Apparitione præsidis interveniente. *Impp. Theod.* et *Arcad.* lib. 11. *Cod.* tit. 70. leg. 1. Apparitione judiciaria aliquid alicui attribuere. *h. e.* præsentia, et auctoritate judicis una cum suis apparitoribus, et ministris rem transigentis.

APPARĪTOR, et Adparitor, oris, m. *an apparitor, bea-*

tile, serjeant, pursuivant, marshal, clerk; an attendant on a superior officer or magistrate, παραστάτης, κλητὴς, δορυφόρος, nomen generale omnium, qui magistratui alicui apparere solent, ejusque imperio præsto esse, ut accensi, viatores, interpretes, lictores, scribæ, præcones, &c. item custodes corporis, qui principem comitantur. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 4. Sit lictor nou suæ, sed tuæ lenitatis apparitor. *Id. Phil.* 2. c. 22. *in fi.* Quis unquam apparitor tam humilis, tam abjectus? *Id. Verr.* 5. c. 25. Hoc quoque attendite apparitores a Prætore assignatos habuisse decumanum. *a posse of beadles. Liv.* l. 1. c. 40. Apparitores regii. *Sueton. in Tiber.* c. 11. Prodire cum apparitoribus. *Prudent. in Romano*, v. 101. Apparitores sed furenti suggerunt. *Prudent.* constanter tertiam ab initio syllabam toto ille hymno semper corripit. ¶ Interdum nomine *apparitorum* veniunt solum honoratiores servi magistratus, et distinguuntur a lictoribus, quorum officium erat vilissimum omnium. *Sueton. in Domit.* c. 14. Ut quoties gereret consulatum, equites Romani præcederent eum inter lictores, apparitoresque. *Valer. Max.* l. 7. c. 3. n. 9. Præcedere in modum lictorum, et apparitorum. ¶ De variis variorum Magistratuum apparitoribus multa habes in *Cod. Justin.* lib. 12. a tit. 53. ubi tit. 55. enumerantur etiam apparitores militares, qui magistratibus militaribus inserviebant, de quibus et *Hirt. de B. Afric.* c. 37. Cæsar imperat, apparitores, speculatoresque omnes ut sibi præsto essent. Adi *Lamprid. in Alex. Severo*, cap. 52.

APPARITŌRĬUM, ii, n. locus, ubi morantur apparitores, seu custodes corporis, σωματοφυλάκιον. Vetus lapis apud *Rhod. ad Scribon. Larg. compos.* 212. sed V. *Apparatorium*.

APPARITŪRA, æ, f. *the office of apparitor or beadle*, παράστασις, munus, et officium apparitoris, apparitio. *Sueton. de illustr. Gramm.* c. 9. Orbilius Pupillus Beneventanus, primo apparituram magistratibus fecit, deinde in Macedonia Corniculo, mox equo meruit.

APPĀRO, et Adpāro, as, avi, atum, a. 1. *to prepare, make preparations for, get ready, put in order; furnish, equip, provide*, παρασκευάζω, parare, adornare, instruere, comparare. *Cic. Phil.* 5. *in fi.* Facilius apparabitis ea, quæ tempus, et necessitas flagitat. *Terent. Andr.* 4. 1. 32. Apparare nuptias. *Id. Heaut.* 1. 1. 74. cœnam. *Cic.* 6. *Verr.* c. 20. Ornare, et apparare convivium. *Id. Q. Fr.* l. 3. *ep. pænult. ad fin.* ludos. *Id. pro leg. Manil.* c. 12. *in fi.* bellum. *Sueton. in Aug.* c. 47. *in fi.* triumphum. *Plaut. Epid.* 3. 2. 18. auxilium alicui. *Cic. pro Mil.* c. 10. iter ad cædem faciendam. *Sueton. in Calig.* c. 51. et *Hirt. de B. Alex.* c. 7. fugam. *h. e.* moliri. Sic *Plaut. Epid.* 3. 3. 27. Hanc ædepol rem apparabat. Et *Pœn.* 5. 2. 139. Apparare fabricam. *h. e.* fallaciam struere. ¶ Cum infinito *Id. Asin.* 2. 4. 28. Vah, delenire apparas. *Sueton. in Aug.* c. 47. Apparans trajicere. *Stat.* 4. *Theb.* v. 670. meamque exscindere gentem Apparat. ¶ Absolute *Terent. Eun.* 3. 5. 35. Dum apparatur, virgo in conclavi sedet. *while things are getting ready.* ¶ Translate *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 3. Apparare animum auditoris ad audiendum. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 3. *ad fin.* Apparare crimina in aliquem.

APPELLATĬO, onis, f. *an appellation, naming, calling by name or title, a name, denomination*, ὀνομασία, προσηγορία, actus appellandi, hoc est nominandi, nominatio, nomen. *Cic. pro Dom.* c. 50. Regum appellationes venales erant. *Tacit. Ann.* 3. c. 56. Ne regis, aut dictatoris nomen assumeret, ac tamen appellatione aliqua cetera imperia præmineret. *Sueton. in Cæs.* c. 77. Nihil esse rempublicam; appellationem modo sine corpore, ac specie. *Plin.* l. 7. c. 13. Salutare aliquem appellatione patris. *Id.* l. 2. c. 45. Mares appellatione quoque ipsa venti sunt. *Id.* l. 5. c. 8. Neque nominum ullorum inter eos appellatio est. *h. e.* non appellant se ullo nomine proprio. *Id. in fi.* l. 15. Distinguere aliquid appellatione. *Quintil.* l. 9. c. 3. ad illud *Persii* sat. 1. v. 8. *nostrum istud vivere triste Aspexi.* Infinito verbo est usus pro appellatione. *h. e.* pro nomine: *vivere* pro *vita*. Et lib. 1. cap. 4. (*al.* 6.) scribit, fuisse, qui *vocabulum* ab *appellatione* diducerent, ut esset *vocabulum* corpus visu tactuque manifestum, ut *domus, lectus*; at *appellatio*, cui vel alterum deesset, ut *ventus, cælum*, vel utrumque, ut *deus, virtus*. Ipse tamen addit, hæc sibi non approbari. Aliam differentiam tradit *Diomed.* l. 1. pag. 306. *Putsch.* sed et hæc nihil ad usum pertinet. ¶ *Appellatio litis* apud *Cic. pro Rabir. Posth.* c. 5. est ratio, ac formula litis sive intentandæ, sive æstimandæ. ubi tamen alii conjiciunt legendum *illatio*, alii *æstimatio*. ¶ *Appellatio litterarum* est earum nominatio, atque adeo pronunciatio. *Cic. de clar. Orat.* c. 74. Suavitas vocis, et lenis appellatio litterarum bene loquendi famam confecerat. *Quintil.* l. 11. c. 3. Laudatur in Catulo suavis appellatio litterarum. ¶ Sæpe sumitur pro provocatione ab uno ad alium judicem, *an appealing, appeal. Liv.* l. 42. c. 34. *in fi.* Jus appellationis. *Plin.* l. 6. c. 22. *ad fin.* Appellatio ad populum. *Sueton. in Ner.* c. 17. Cautum, ut appellationes a judicibus ad Senatum fierent. *Id. in Calig.* c. 16. Magistratibus liberam jurisdictionem, et sine sui appellatione concessit. *h. e.* sine appellatione ad se. Sic *Cic. pro Quint.* c. 20. *in fi.* Intercessit appellatio tribunorum. *h. e.* ad tribunos. *Scævola Dig.* lib. 49. tit. 1. leg. 24. Appellationem interponere. *Ulpian. ibid.* leg. 13. improbare. *Martian. ibid.* leg. 6. admittere. *Ulpian. ibid.* tit. 5. leg. 5. recipere.

APPELLATĪVUS, a, um, *appellative.* Apud Grammaticos *appellativum nomen* est, quod commune est pluribus, ut *homo, virtus*: cui opponitur *proprium*, quod uni tantum, ut *Plato, Roma. Ascon. in Verr.* 3. c. 24. *Janitorem* cum dixisset addidit *quendam*, ut ostenderet, non appellativum nomen esse, sed proprium. Adde *Charis.* et *Priscian. initio* lib. 2.

APPELLĀTOR, oris, m. *one who appeals, an appellant*, qui appellat ad alium judicem. *Cic. Verr.* 6. c. 65. *ad fin.* Nihil ægrius factum est, quam ut manus ab illo appellatore abstinerentur. *Paul. sentent.* l. 5. tit. 4. *ad fin.* Convicium judici ab appellatoribus fieri non oportet.

APPELLATORĬUS, a, um, *appellatory, relating to an appeal*, ad appellationem pertinens, quæ fit ad alium judicem, ut *Appellatoria tempora* apud *Ulpian. Dig.* lib. 49. tit. 5. leg. 5. *h. e.* intra quæ permittitur appellatio. Et *appellatorii libelli* apud *eund. ibid.* tit. 1. leg. 1. de quib. V. *Apostolus.*

APPELLĪTO, as, a. 1. frequentativum ab appello. *Gell.* l. 18. c. 9. *in fi.* Antiqui nostri narrationes, sermonesque insectiones appellitaverunt. *Apulei. in Apolog.* Hoccine est, quod appellitabatis Dæmonium? *Festus*: Appellitavisse, appellasse. ¶ Participium *appellitatus. Tacit. Ann.* 4. c. 65. Montem eum Cælium appellitatum a Cæle Vibenna. Adde fragment. orat. Claudii Imp. apud *Gruter.* pag. 502. lin. 22. col. 1.

APPELLO, as, avi, atum, a. 1. *to call, name, term, entitle*, προσαγορεύω, nominare, vocare: ex *ad*, et antiquo et inusit. *pello, as*, loquor. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 56. Appellare aliquem nomine. *to call by name.* Sic *Id. Verr.* 7. c. 36. et *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 25. Appellare aliquem nominatim. *Cic. Fam.* 9. ep. 22. Suo quamque rem nomine appellare. *Id. Phil.* 13. c. 10. O Spartace! quem enim te potius appellem? *Id. de Univers.* c. 9. et l. 2. *de Invent.* c. 26. Appellare nomen alicujus. *to call any one by name.* et cap. 11. Appellare aliquem fratrem. *Id. de amicit.* c. 1. et 2. aliquem sapientem. *Nepos in Aristid.* c. 1. Cognomine justus est appellatus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 540. Appellare aliquem victorem. *h. e.* pronuntiare. Sic *Cic.* l. 5. *ad Attic.* ep. 17. aliquem regem. *Plin.* l. 37. c. 11. *a med.* Colos appellavit chrysolithum aureus, chrysoprasum herbaceus, melleus melichrota. *called by name, denominated. Id.* l. 28. c. 1. Appellare auctores. *to cite or quote from authors. Cic. Fam.* 1. ep. 9. Nutu, et significatione appellare aliquem. *h. e.* designare, indicare. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 82. Si appellasses, respondisset. *h. e.* si vocasses. *Cic. Phil.* 1. c. 13. Te autem M. Antoni, absentem appello. *Id. pro Cluent.* c. 24. Te appello, Oppianice, te T. Atti: audete negare. ¶ *Appellare litteras* est litterarum potestatem voce, et lingua assequi, et suo sono pronuntiare. *to pronounce. Cic. de clar. Orator.* c. 35. Nam de sono vocis, et suavitate appellandarum litterarum, noli exspectare quid dicam. V. *Appellatio.* ¶ *Appellari in lege* aliquid dicitur, de quo in ea mentio fit. *Cic. pro Cæcin.* c. 19. Utimur eodem jure in ædibus, quæ in lege non appellantur. ¶ Frequenter *appellare* est compellare, alloqui, *to speak to, address, accost. Cic. pro Cluent.* c. 26. Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, ut blandissime potest: Quid tu, inquit, Pæte? &c. *Id. pro leg. Manil.* c. 5. Appellare aliquem superbius. *Id. Agrar.* 2. c. 14. aliquem asperius. *Id. Verr.* 5. c. 58. verbo graviore. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 50. aliquem illepide. *Sueton. in Ner.* c. 25. milites. *to address the soldiery. Plaut. Aulul.* 2. 2. 23. Paucis est, Euclio, quod te volo de communi re appellare. *I wish to have a little common-place conversation with you.* Sic *Liv.* l. 26. c. 38. Appellare aliquem de proditione. *to solicit or tempt to treachery. Quintil.* l. 4. c. 2. aliquam de stupro. *to attempt to have illicit intercourse with, beset the chastity of*, &c. Et absolute eodem sensu *appellare aliquam*, apud *Senec.* l. 2. *controvers.* 15. et *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 15. ¶ *Appellare aliquem litteris* est per litteras alloqui. *Cic. Fam.* 15. ep. 20. Quo tolerabilius feramus igniculum desiderii tui, crebris nos litteris appellato. ¶ Cum infinito est dicere, affirmare. *to assert, declare, affirm. Liv.* l. 3. c. 44. Virgini manum injecit, serva sua natam, servamque appellans esse. *Alii aliter legunt.* ¶ Sumitur etiam pro vocare, invocare, in auxilium rogare, *to call upon, invoke, entreat, beseech. Cic pro Flacc.* c. 2. Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? Senatum ne? at is ipse auxilium petit a vobis, &c. *Id. Verr. ult. c. ult.* Vos etiam atque etiam imploro, et appello, sanctissimæ deæ, quæ, &c. *Id. pro Quint.* c. 30. Qui deus appellandus est? cujus hominis fides imploranda? *Nepos in Attic.* c. 8. Itaque appellatus est a Flavio Atticus, ut ejus rei princeps esse vellet. ¶ Hinc sæpe est verbum forense et ponitur pro provocare ab uno ad alium judicem, *to appeal from one judge to another*, ἀποκαλέω. *Cic. Verr.* 7. c. 65. Appellare prætorem. *Id. pro Quint.* c. 20. A prætore tribunos appellare. Quidam leg. *ad tribunos*, sed invitis plerisque Criticis et optim. Codicib. Et passive *Id. ibid.* Tribuni appellabantur. *Paul. Dig.* lib. 4. tit. 4. leg. 39. Appellare ad Imperatorem. *Ulpian. Dig.* lib. 49. tit. 1. leg. 1. *in fi.* et *Paul. ibid.* tit. 9. leg. 1. adversus aliquem. *Scævola ibid.* tit. 1. *leg. ult.* contra aliquem. *Modestin. Dig.* lib. 48. tit. 2. leg. 18. adversus sententiam præsidis. *Id. Dig.* lib. 49. tit. 1. leg. 19. ex sententia. *Paul. ibid.* tit. 8. *leg. ult.* a sententia. *Alexander Imp.* lib. 7. *Cod.* tit. 16. leg. 4. de sententia judicis. ¶ Sæpe etiam sumitur pro debitorem sui debiti admonere, et rem debitam repetere: sive id judiciaria via fiat, sive alia quacunque ratione. *to importune with demands for money owed; summon before a court of justice for the recovery of a debt. Cic. pro Quint.* c. 12. quater hoc sensu usurpat. *Id. Attic.* l. 13. ep. 22. Attributos quod appellas, valde probe. *Ad tribunos* quidam leg. sed minus recte. neque enim hoc loco de appellatione judiciaria sermo est, sed de conventione debitorum. *Id. Attic.* lib. 1. ep. 8. *in fi.* Tulliola tuum munusculum flagitat, et me, ut sponsorem appellat. *Id. Phil.* 2. c. 29. Appellare aliquem de pecunia. *h. e.* ut pecuniam solvat. Et omissa præposit. *Quintil.* l. 5. c. 13. Heres eras, et pauper, et magna pecunia appellabaris a creditoribus. *Alphius* apud *Colum.* l. 1. c. 7. Vel optima nomina non appellando fieri mala. γνώμη. *Senec.* l. 1. *de benefic.* c. 2. Avarus exactor ad horam, et diem appellat. *h. e.* præfiniendo diem et horam solvendi. Adde *ibid.* l. 4. c. 39. ¶ Translate *appellare solum* apud *Plin.* est cura, et cultu illud sollicitare ad fructum reddendum. Verba ejus sunt lib. 16. c. 33. *de cupressu.* In Creta, quocumque in loco terram moverit quispiam, vi naturali hæc gignitur, protinusque emicat: illa vero etiam non appellato solo, ac sponte, maximeque in Idæis montibus plurima, &c. ¶ Sumitur etiam generatim pro in jus vocare, *to call to account, summon before a court of justice. Cic.* 1. *Offic.* c. 25. Cavendum est etiam, ne major pœna quam culpa sit, et ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem. ¶ *Appellare* pro *applicare* olim usurpatum esse, quidam asserunt ex *Nonio* c. 4. n. 12. sed ibi legendum est *appellere*. ¶ *Appellassis* pro *appellaveris. Terent. Phorm.* 5. 1. 15. ¶ Scribitur et *adpello*.

APPELLO, et Adpello, is, appŭli, ulsum, a. 3. *to drive to or towards, cause to go*, προσορμίζω, applicare, admovere: ex *ad*, et *pello, is*, hoc est ad aliquem locum pello. Frequentissime usurpatur in re nautica. *Cic. Verr.* 3. c. 18. Cum Persæ mille numero navium classem ad Delum appulissent. *Liv.* l. 8. c. 3. Eo anno Alexandrum Epiri Regem in Italiam classem appulisse constat. *Quidam leg.* classe. *Virg.* 3. *Æn. sub fi.* Hinc me digressum vestris Deus appulit oris. *Curt.* l. 4. c. 2. Navigia litori appellere. Passive *Cic. Attic.* 13. ep. 21. Cum ad villam nostram navis appelleretur. *Id. Verr.* 7. cap. 25. Appellitur navis Syracusas. et cap. 28. Alios ex Hispania fugientes ad Siciliam appulsos esse. *made for Sicily. Vellei.* lib. 2. cap. 107. Ripæ suorum appulsus est. ¶ De aliis rebus. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *a med.* Armentum æstate ad aquam appellendum bis, hieme semel. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 13. *leg. un.* Appellere pecus ad flumen. *Plaut. Rud.* 4. 3. 104. Ad ignotum arbitrum me appellis. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 26. Turres ad opera Cæsaris appellebat. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 12. Aggere in jaciendo primum id dant operam, ut quamprimum appellant. *Lucret.* l. 6. v. 750. Palladis ad templum Tritonidos almæ, Quo nunquam pennis appellunt corpora raucæ Cornices. *Manil.* l. 5. v. 685. Appellere fluctum ex æquore in aliquem locum. *h. e.* deducere, derivare. *Terent. Andr.* 4. 5. 12. Haud auspicato huc me appuli. *Alii leg.* attuli. *Senec. controvers.* 2. 1. 1. Appellere ferrum. *h. e.* gladium admovere, gladio minari. ¶ Absolute, *to go near, approach; make for* (*spoken of ships*). *Accius* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 22. Visus est in somnis pastor ad me appellere. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 445. Dardaniis tunc primum puppis arenis appulit. *Virg.* 7. *Æn.* v. 39. Ausoniis exercitus appulit oris. *Liv.* l. 37. c. 21. Ad insulam, quam Bacchium vocant, appulerunt. *Sueton. in Tito*, c. 5. Cum Puteolos oneraria nave appulisset. *Id. in Galba*, c. 10. Navis Dertosam appulit. ¶ Cum accusativo sine præposit. quæ inest in ipso verbo. *Tacit. Ann.* c. 24. Sola Germanici triremis Chaucorum terram appulit. ¶ Translate. *Terent. Andr. prol.* v. 1. Poeta cum primum animum ad scribendum appulit. *applied, addicted, devoted, dedicated. h. e.* applicavit, adjunxit. *Id. ibid.* 2. 6. 15. Animum ad uxorem appulit. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 37. Valde hercule timide, tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 9. Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos S. Titii afflictam navem videres. *Plaut. Bacch.* 3. 1. 12. Appellere aliquem ad probrum, damnum, flagitium. *h. e.* adducere, inducere. *Id. Asin.* 3. 3. 43. aliquem ad mortem. *h. e.* adigere. ¶ Præterit. *appulsi* pro appuli *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 19. leg. 1. Si quis jus habens pecoris appellendi, plura pecora appulserit, non in omnibus, &c. Ita edit. *Torrentin.* et al. *Haloander* cum al. habet *appulerit*. ¶ *De jure appellendi* hoc est pecora ad aquam ducendi, de quo fit mentio tum *loc. cit.* tum tit. 20. leg. 2. et alibi, V. *Jurisconsultos.*

APPENDĔO, es, a. 2. *to weigh*, idem quod appendo. *Apic.* l. 8. c. 7. *ad fin.* Exossas porcellum, et aptabis sicut œnogaratum, et ad fumum suspendes, et appendeas, et quantum appendeas, tantum salis in ollam mittis, &c.

APPENDICĬUM, ii, n. *an appendage, additament.* appendix, additamentum. *Hieronym.* ep. 10. *ad Furiam.* Pudicitia sine comitibus, et appendiciis suis, continentia, et

parcitate, fidem sui facere non potest. ¶ Speciatim dicitur id, quod alicui morbo accedit: quo sensu usurpatur a *Cæl. Aurelian.* l. 4. *Tardor.* c. 8. et l. 5. c. 4.

APPENDICULA, æ, f. *a short appendage, accession, addition*, breve additamentum, corollarium, accessio. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 4. Est enim hæc causa, quo ea pecunia pervenerit, quasi quædam appendicula causæ judicatæ, atque damnatæ.

APPENDIX, icis, f. *an addition, accession, appendage*, προσθήκη, quod alii adjunctum est, quasi ex eo pendeat, additamentum, accessio. *Cic. in Hortens.* apud *Non.* c. 1. n. 199. Vidit enim quod videndum fuit, appendicem animi esse corpus, nihilque esse in eo magnum. *Liv.* l. 21. c. 5. Carpetanorum cum appendicibus Oleadum, Vaccæorumque, centum millia fuere. *with the addition of*, &c. *Varr. R. R.* l. 3. c. 9. vocat appendicem in tractatu de gallinis partem eam, in qua ostenditur ratio, quemadmodum saginentur. Quatuor enim in iis animadvertenda esse docet, de emptione, de fetura, de ovis, et de pullis: hisce adjiciendam appendicem, partem quintam, de iis saginandis. Similiter l. 1. c. 16. vocat *appendices fundi* ea, quæ sunt quidem extra fundum, sed tamen ad ipsum pertinent, ut regio vicina, quam videndum est, an sit infesta, nec ne; via, apta ne sit ad exportandum, et importandum, quæ opus sunt; oppida, aut viciniæ, unde emere, aut ubi distrahere fundi fructus possis, &c. *Apulei. in Apolog.* Has quoque appendices defensionis meæ idcirco necessarias, quia accusationi rependuntur, attente audis. ¶ Idem *Apulei.* magis proprie hac voce usus est, respiciens ad ejus originem a verbo *pendeo*, ut dictum est. Ita enim habet lib. 8. *Metam.* Seque in præaltissimum puteum, appendicem parvulum trahens, præcipitat. *h. e.* infantulum secum trahens, sibi annexum, et appensum. ἄρτημα. Et lib. 5. Psyche statim resurgentis ejus crure dextro manibus ambabus arrepto, sublimis evectionis appendix miseranda, &c. *h. e.* appensa Cupidini in altum volatu ascendenti. ¶ Est genus spinæ, quæ *appendix* dicitur, quoniam baccæ puniceo colore in ea *appendices* vocantur, ut *Plin.* l. 24. c. 13. scribit. *Harduin.* putat esse eam, quam Galli vocant *aubépine*, (*the white-thorn, or haw-thorn*) et vulgus officinarum *oxyacantham*: alii eam, quæ a Gallis dicitur *epinevinette*, et in officinis *Berberis dumetorum* (*the barberry-tree.*) ¶ Scribit *Festus* olim *ampedices dictos esse ab antiquis, quos nunc appendices appellamus*: ex quibus verbis colligi fortasse potest, hanc vocem etiam masculino genere efferri: tametsi ejus rei nullum aliud exemplum adhuc vidimus.

APPENDO, et Adpendo, is, endi, ensum, a. 3. *to weigh*, ex *ad*, et *pendo*, significat ad aliquid pendere, hoc est suspendere, et usurpatur pro suspendere in statera, vel libra ad pondus cognoscendum, σταθμίζω, ταλαντεύω. *Cic.* 2. *Phil.* c. 38. Tanti acervi nummorum apud istum construuntur, ut jam appendantur, non numerentur pecuniæ. *Colum.* l. 12. c. 3. *a med.* Promis, et cellariis aliquid appendentibus, aut metientibus intervenire. ¶ Appensum dare, *to pay by weight*. *Cic. Verr.* 6. c. 25. Appendere aurum aurifici. *h. e.* dare ad pondus, ut *Varr.* l. 3. *R. R.* c. *ult.* loquitur. *to portion out by weight*. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 49. Tibi optima fide sua omnia concessit, adnumeravit, appendit. *Plin.* l. 9. c. 55. Sex millia numero murænarum mutuo appendit. *h. e.* appensas mutuo dedit. *Ulpian. Dig.* lib. 23. tit. 3. leg. 34. Pater puellæ id aurum in dotem viro appendit. ¶ Translate *Cic. de opt. genere Orat.* c. 5. In quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omnium verborum, vimque servavi. non ea me adnumerare lectori putavi oportere, sed tanquam appendere. *as it were to weigh them.* ¶ Pro propria hujus verbi significatione, qua suspendere significat, afferuntur a multis Lexicographis hæc *Plinii* verba: *Atque uvas jam maturas ad Solem appendere.* quæ nos adhuc invenire non potuimus. *to hang up.*

APPENSOR, oris, m. *a weigher, one who weighs*, ζυγοστάτης, ponderator. *Augustin.* l. 3. *cont. Crescon. Grammat.* cap. 73. Callidus examinator appensorque verborum. Adde *Tract.* 20. *in Joann. ad fin.*

APPENSUS, a, um, *weighed, weighed out*, ponderatus, σταθμισθείς. *Liv.* l. 5. c. 49. Nondum omni auro appenso. ¶ Pro suspensus, *hung up, suspended*, afferri solet illud *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 21. Gladium e lacunari seta equina appensum demitti jussit. Sed plerique omnes leg. *aptum*.

APPENSUS, us, m. verbale ab appendo. *Apulei. de Mundo.* Post lunam vero pars est, quæ sancti ætheris finibus coercetur, cujus mensu, et appensu distincta est naturæ mutabilis regio, &c. Alii alit. leg.

APPĔTENS, et Adpetens, entis, *eagerly desirous of, thirsting or longing after, fond of*, ὀρεγόμενος, cupidus, optans: nomen ex particip. *Cic. pro leg. Manil.* c. 3. Appetens gloriæ, atque avidus laudis. *Id. de Amic.* c. 14. Nihil est appetentius similium sui, nihil rapacius quam natura. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 24. Sumus natura studiosissimi, appetentissimique honestatis. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 6. Appetentior famæ. *Plin.* l. 31. c. 6. Ægri appetentes vini. *Gell.* l. 16. c. 3. Appetens edendi. *Plin. Jun.* l. et ep. 31. Hunc hominem appetentissimum tui complectere, apprehende, immo et invita. ¶ In malam partem pro avido, avaro. *covetous, greedy.* *Cic.* 2. *Agr.* c. 8. Jubet Rullus, homo non cupidus, neque appetens, habere comitia Rullum. εἰρωνικῶς. *Id.* 2. *de Orat.* c. 43. Animus gratus, non appetens, non avidus. *Sallust. in Catil.* c. 5. Alieni appetens, sui profusus.

APPETENTER, adverb. *with eager desire, eagerly, earnestly, fondly*, cupide, ἐπιθυμητικῶς. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 10. Ut ne cupide quid agerent, ne appetenter. *nec appeterent* alii malunt, sed et prior lectio suos habet auctores, *Gruterum* in primis. *Apulei.* l. 7. *Metam.* Partes subreptas clanculo, et prægustatas a se potiones offerebat hilaris: at illa sumebat appetenter.

APPETENTIA, æ, f. *appetency, eager desire, fondness for*, ὄρεξις, appetitio, cupiditas, desiderium. *Plin.* l. 19. c. 8. Lactucæ cibi appetentiam faciunt. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 7. Libido efficit effrenatam appetentiam. *Plin.* l. 23. c. 1. Liberalium artium appetentia. *Aurel. Vict. in Epitom.* c. 15. Appetentia gloriæ.

APPETIBILIS, le, adject. qui optari potest, expetibilis, *desirable, appetible*, ἐπιθυμητός. *Apulei.* l. 2. *de Dogmat. Plat.* Solicitudinem, et laborem appetibiles dicebat esse. *Macrob. Saturn.* l. 1. c. 1. Sermones ut castitate integri, ita appetibiles venustate.

APPETISSO, is, a. 3. idem quod peto. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 8. cur vetera tam ex alto appetissis dissidia, Agamemnon?

APPETĪTIO, onis, f. *the act of laying hold of any thing*, actus appetendi, hoc est tendendi et accedendi ad rem aliquam, ut prehendi, et haberi possit. *Cic.* l. 1. *Divin.* c. 23. Cum dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum frustra appetivisse manibus, cum se convolvens sol elaberetur, et abiret: ei magos dixisse ex triplici appetitione solis, triginta annos Cyrum regnaturum esse, portendi. ¶ Sæpius est animi impetus ad rem aliquam cupiendo tendentis, appetitus, cupiditas, *appetite, inclination, strong desire*, ὄρεξις, ἐπιθυμία, ὁρμή. *Cic.* 4. *Acad.* c. 8. Illud perspicuum est, constitui necesse esse initium, quod sapientia, cum quid agere incipiat, sequatur; idque initium esse naturæ accommodatum: nam aliter appetitio (eam enim esse volumus ὁρμὴν) quia ad agendum impellimur, et id appetimus, quod est visum, moveri non potest. *Id.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 13. Nullum potest esse animal, in quo non et appetitio sit, et declinatio naturalis. *Id. Offic.* 2. c. 5. Cohibere motus animi turbatos, quos Græci πάθη nominant; appetitionesque, quas illi ὁρμὰς, obedientes efficere rationi. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 4. Huic veri videndi cupiditati adjuncta est appetitio quædam principatus. *Id.* l. 3. *Offic.* c. 6. Detractio, aut appetitio alieni. *Senec. epist. ult.* Appetitionis, et fugæ arbitrium. ¶ Speciatim pro appetentia ciborum, *appetite, hunger*. *Gell.* l. 16. c. 3. Post imperatam inediam tridui, omnis ejus appetitio pristina elanguit.

APPETĪTOR, et Adpetitor, oris, m. *one who desires eagerly, fondly admires*, qui appetit, et delectatur aliqua re, ὀρεγόμενος. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 40. Boni linteaminis appetitor fuit, et quidem puri. *Ammian.* l. 25. c. 5. (*al.* 15.) Laudum etiam ex minimis rebus intemperans appetitor. *Arnob.* l. 4. pag. 136. Incestorum appetitor.

APPETĪTUS, us, m. *appetite, natural desire*, ὁρμή, facultas partis inferioris animi, qua cupimus ea, quæ sunt naturæ accommodata, fugimus quæ sunt contra naturam. *Cic.* 1. *Offic.* c. 28. *in fi.* Duplex est enim vis animorum, atque naturæ, una pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμὴ Græce, quæ hominem huc, atque illuc rapit, altera in ratione, quæ docet, et explanat quid faciendum, fugiendumve sit. *Id. ibid.* Efficiendum, ut appetitus rationi obediant. *Id. ibid.* Contrahere, et sedare appetitus. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 12. *in fin.* Regere appetitus animi ratione. *Pacat. in Paneg. Theodosii*, cap. 12. Appetitus alienæ rei. ¶ Actus appetendi, *h. e.* invadendi, aggressio, irruptio, *invasion, inroad, assault, attack*. *Ammian.* l. 30. c. 5. (*al.* 17.) E statione proxima reprimebat barbaricos appetitus.

APPETĪTUS, a, um, *assailed, attacked*, invasus, petitus. *Cic. pro Dom.* c. 5. Appetitus lapidibus. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 11. Vita alicujus ferro, et insidiis appetita. *Id. pro Quint.* c. 31. Ignominiis omnibus appetitus. ¶ Item optatus, *desired, eagerly wished for*. *Cic. in Pison.* c. 28. Non fugit eius amicitiam, cum esset præsertim appetitus.

APPĔTO, onis, m. qui immodice appetit, appetitor. *Laber.* apud *Non.* cap. 2. num. 43. Alienum appetonibus viæ perditæ diverticula sequi.

APPĔTO, et Adpeto, is, tivi, et tii, itum, a. 3. *to approach or lay hands on any thing for the sake of obtaining it, to try to get, catch at*, ad aliquid accedere prehendendi causa: ex *ad*, et *peto, is*, quasi vehementer peto. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 23. Appetere aliquid manibus. Et lib. 2. c. 41. Puer lactens cum Junone, Fortunæ in gremio sedens, mammam appetens. *Plin.* l. 7. c. 53. A. Manl. Torquatus obiit, dum in cœna placentam appeteret. *Id.* l. 11. c. 45. Appetere dextram osculis. *h. e.* oscula ad dexteram dirigere, sive iis eam contingas, sive non. Huc fortasse pertinet illud *Cicer. de Senect.* c. 18. Salutari, appeti, decedi, assurgi, &c. ¶ Hinc ponitur et pro invadere, aggredi, *to assail, assault, attack*. *Plin.* l. 8. c. 15. Ungues non nisi appetendo protendunt. *h. e.* non exserunt, nisi cum prædam invadunt. *Id.* l. 10. c. 3. Aquila aquaticas aves appetit, mergentes se subinde, donec sopitas lassatasque rapiat. *Cic. in fragment.* apud *Quintil.* l. 5. c. 10. Cum Cottam appetisset, telum ei e manibus ereptum est. *Id. pro Planc.* c. 29. *in fi.* et *pro Rosc. Amer.* c. 11. Appetere vitam alicujus ferro, atque insidiis. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 35. humerum gladio. *to strike at the shoulder*. *Ovid.* l. 3. *de ar. am.* v. 568. genas ungue. *Liv.* l. 7. c. 26. Os, oculosque hostis rostro, et unguibus appetiit. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 2. leg. 14. Appetere aliquem judicio. *Id.* lib. 48. tit. 5. leg. 27. Appetere aliquem per calumniam. ¶ Item simpliciter pro accedere, *to approach, come to, arrive at*. *Cic. ad Brut.* ep. 2. Adeone copiis abundat, ut is, qui ex Asia fugere dicebatur, Europam appetere conetur? *Id.* 2. *de nat. Deor.* cap. 39. Mare terram appetens. *Liv.* l. 5. c. 19. Veiosque fata appetebant. ¶ Impersonaliter sæpe significat adventare, instare, prope esse; et refertur ad tempus, *to come, arrive, come to pass*. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 35. Dies appetebat septimus, quem ad diem constituerat, &c. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 51. Appetente jam luce. *Liv.* l. 5. c. 44. Ubi nox appetit. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 36. Quo pacto celem herilis filiæ probrum, propinqua paritudo cui appetit. *Senec. de consol. ad Marc.* cap. 23. *extr.* Appetit finis, ubi incrementa consumpta sunt. ¶ Sæpissime refertur ad animum, et significat vehementer petere, ac velle, quærere, cupere, optare, *to wish for, desire eagerly, covet*, in utramque partem, ὀρέγομαι. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 6. Ut bona natura appetimus, sic a malis natura declinamus. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. 9. Voluptatem appetere, dolorem aspernari. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 18. Alienos agros cupide appetere. *Id. pro Dom.* c. 38. regnum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 40. cupidissime amicitiam alicujus. *Cic.* 2. *Agr.* c. 23. Appetere sibi aliquid. *Id. ibid.* c. 34. Appetere nomen consulis. *Id. pro Rosc. Com.* c. 7. aliquid per avaritiam. *Id. Verr.* 7. c. 2. Conari appetere partem aliquam laudis ex aliqua re. *Sueton. in Calig.* c. 11. Studiosissime appetere artes scenicas. *Id. de illustr. Rhet.* c. 1. Appetere rhetoricam. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 21. Ad jus pontificium civile appetere. ¶ De re mala, laboriosa, molesta. *Cic. Phil.* 3. c. 14. Quod agendum, atque faciendum, idem non modo non recusem, sed appetam etiam atque deposcam. *Id. de Harusp. resp.* c. 4. Inimicitias non solum suscepit propter salutem meam, verum etiam appetivit. *Id. pro Mil.* c. 36. Ego inimicitias potentium pro te appetivi. *Sueton. in Ner.* c. 2. Appetere mortem timore. ¶ Cum infinito. *Stat.* l. *Theb.* v. 234. gremium incestare parentis appetiit. ¶ Refertur etiam ad appetentiam edendi. *Sueton. in Aug.* cap. 76. Secundarium panem, et pisciculos minutos, caseum bubulum manu pressum, et ficos virides, biferas maxime, appetebat. *Martial.* l. 9. epigr. 27. Appetitur posito vilis oliva lupo. ¶ *Appetere ad aliquem* pro competere, hoc est pertinere, aut convenire. *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *a med.* Alioquin per se eorum scripta non talia exstant, ut ea ad omnes adpetant. Ita *Torrentin.* at *Haloander* edidit, *ut ea omnes adpetant.*

APPĪA VIA, et absolute Appia, æ, f. ὁδὸς Ἀππία, maxima, et nobilissima viarum Romanarum, a porta Capena Capuam usque ducens, saxo quadrato strata ab Appio Claudio C. F. qui postea Cæcus cognominatus est, cum censuram gereret una cum C. Plautio Venoce, circa annum Urbis 442. M. Valer. Max. et P. Decio Mure Coss. ut apud *Liv.* l. 9. c. 29. et *Frontin. de aquæd.* art. 5. legitur. *Aurel. Vict. de vir. illustrib.* c. 34. scribit, Appium viam Brundusium usque stravisse: sed fallitur. nam a Capua Brundusium longo post tempore perducta est; tametsi a quo non constat. Alii Augustum fuisse putant, alii Jul. Cæsarem, alii alios. *Stat.* l. 2. *silv.* 2. v. 12. Appia tersarum teritur regina viarum. *Al. leg.* longarum *pro* tersarum. ¶ *Appia aqua* ab eodem Appio censore deducta est, et appellata. Concipiebatur in agro Lucullano via Prænestina inter milliarium sextum, et octavum, ut est apud *Frontin. loc. cit.* ubi de ea plura.

APPIĂDES. V. *Appias.*

APPIĀNUS, a, um, adjectivum ab *Appio* deductum. *Liv.* l. 3. c. 51. Appiana libido. *Tacit. Ann.* 11. c. 29. Appianæ cædis molitor Narcissus. ¶ *Appiana mala* inter laudatoria enumerantur a *Plin.* l. 15. c. 14. ita dicta a quodam Appio Claudio, qui primus ex insitione Scandianorum cum cotoneo, ea protulisse fertur. Sunt autem rubenti colore, odore cotoneorum, magnitudine Scandianis æqualia. *Plin. loc. cit.* *a sort of apples like quinces.* ¶ *Appianum, i*, genus est coloris viridis, (e quadam terra, quæ *Appiana* dicta est) similis chrysocollæ. *Plin.* l. 35. c. 6. *sub fin.* *a kind of green colour.* ¶ *Appiani, orum*, sunt populi, conventus Synnadensis in Phrygia majori, quorum urbs Græce Ἀππία, et Ἀπία dicitur. *Plin.* l. 5. c. 29. ¶ *Appiani legati*, de quibus verba facit *Cicer. Fam.* 3. ep. 7. dicti sunt, qui ab Appianis populis missi erant ad Ciceronem, cum proconsul in Cilicia esset.

APPĬAS, ădis, f. patronymicum a nomine *Appius*. *Cic. Fam.* 3. ep. 1. *ad Appium Pulcrum.* Idque me (quoniam tu ita vis) puto non invita Minerva esse facturum: quam quidem ego, si forte de tuis sumpsero, non solum Pallada, sed etiam Appiada nominabo. V. interpretes. ¶ Interdum dicitur de aqua Appia, de qua supra dictum est. *Ovid.* l. 1. *de art. am.* v. 81. Subdita qua Veneris facto de mar-

more templo Appias expressis aera pulsat aquis. ¶ Ipsa quoque Venus, cujus templum prope Appiam aquam situm erat in foro C. Cæsaris, *Appias* denominata est. *Ovid. de remed. amor.* v. 659. Turpe vir et mulier juncti modo, protinus hostes: Non illas lites Appias ipsa probat. ¶ Hinc *Appiades* dictæ sunt meretrices, tum quia earum numen potissimum Venus est, tum quia extra Urbem, via Appia, et in Urbe circa templum Veneris habitare solebant. *Id.* l. 3. *de ar. am.* v. 451. Has Venus e templis multo radiantibus auro Lenta vides lites, Appiadesque tuæ. Al. leg. *Lenta videt lites, Appiadesque deæ:* et putant nonnulli apud *Cœl. Rhodig.* l. 12. c. 1. et *Turneb.* l. 5. *adversar.* c. 17. Appiadas deas esse Pallada, Pacem, Concordiam, et Vestam, quia earum Templa prope aquam Appiam Romæ posita erant: ipse vero *Turneb.* censet intelligi ab *Ovidio* deas, et nymphas, quæ ornatus gratia in eo saliente Appiæ aquæ, qui erat prope templum Veneris, insculptæ erant, ut in aquæductibus, et marmoreis fontibus fieri solet: et contubernales quodammodo, ac sociæ Veneris videri poterant. *Heinsius* priorem lectionem, et interpretationem præfert: posteriorem *Bentlei.* ad *Horat.* l. 1. od. 22. v. 14.

APPIĔTAS, atis, f. vox ficta a *Cicer. Fam.* 3. ep. 7. ad significandam per jocum nobilitatem generis, quam Appius Claudius jactabat, et Ciceronem novum hominem contemnebat. Idem dic de voce *Lentulitas*, quæ ibidem legitur. Verba *Cicer.* sunt. Etiamne tu has ineptias, ullam Appietatem, aut Lentulitatem valere apud me plus, quam ornamenta virtutis existimas?

APPINGO, et Adpingo, ingis, inxi, ictum, a. 3. *to paint, depict; add by painting,* παραγράφω, idem quod pingo, vel pingendo addo: ex *ad*, et *pingo*. *Horat. de art. poet.* v. 29. Qui variare cupit rem prodigialiter unam, Delphinum silvis appingit, fluctibus aprum. ¶ Translate est adscribere, addere, *to add. Cic. Attic.* l. 2. ep. 8. *in fi.* Epistolam superiorem restitue nobis, et appinge aliquid novi. ¶ Posset etiam hoc sensu deduci a *pango*, a quo est *compingo*, et *impingo*.

APPIŌSUS, a, um, adject. *ill of the turn-sick or staggers (a disease in cattle) Veget.* l. 2. *mulomedic.* c. 2. et 10. scribit, appiosum fieri animal, cum noxius sanguis ejus cerebri membranam ex una parte pertundit, et dolore nimio prægravat: cujus morbi signa esse, cum in præsepio incumbit, oculos tensos habet, micat auriculis, visus caliginem patitur, et in gyrum agitur, tanquam si ad molam esset. In quibusdam MSS. legitur *oppiosus*.

APPĬUS, ii, prænomen Romanum. Multi celebres viri in Romana Republica sic appellati exstitere, in Gente Claudia, quorum aliquot enumerat *Sueton.* initio vitæ Tiberii. Primus hoc prænomine fuit Appius Claudius Sabinus qui consulatum gessit una cum P. Servilio Prisco circa A. U. 259. antea *Accius*, vel *Attius*, vel *Atta Clausus* dictus ab *Atto*, quod est nomen Sabinum. Nam e Sabinis Romam venerat sex circiter annis post Reges exactos suorum turbulentas discordias fugiens, et inter Patres allectus fuerat, ut legitur apud *Liv.* l. 2. c. 16. Postea *Appium* dictum esse quidam putant a corona appii, quam meruerat. Sed hoc videtur esse commentum ad ejus nominis originem investigandum.

APPLĀRE. V. *Apalare.*

APPLAUDO, et Adplaudo, audis, ausi, ausum, n. 3. *to applaud, to express favour or approbation by clapping the hands, stamping with the feet, huzzaing,* &c. ἐπικροτέω, manuum, aut pedum, et vocis strepitu, et plausu favorem ostendere. *Plaut. Pers.* 5. 2. 13. Agite, applaudamus. *Id. Pseud. in fi.* Si vultis applaudere, atque approbare hunc gregem, et fabulam, in crastinum vos vocabo. *Id. in fi. Menæchm.* Nobis clare applaudite. *Cic. pro Sext.* c. 54. Quid ego nunc dicam, quibus viris, aut cui generi civium maxime applaudatur? ¶ Proprie significat allidere, seu collidere rem aliquam cum alia, ita ut sonitum edat: ex *ad*, et *plaudo*. V. *Applausus*, et *Applodo. Nemesian.* ecl. 3. v. 33. Applauditque manu mutilum caput. *strikes.*

APPLAUSOR, et Adplausor, oris, m. *an applauder, one who praises or commends,* qui applaudit. *Plin. in paneg.* c. 46. Populus ille, aliquando scenici imperatoris spectator, et applausor.

APPLAUSUS, et Adplausus, a, um, *clapped with the hand, patted,* ἐπικεκροτημένος, pulsatus, leviter percussus. *Ovid. Metam.* 4. v. 352. Ille cavis velox applauso corpore palmis Desilit in latices. *Sil.* l. 16. v. 357. *de equo:* ipse asper, nec qui cervicis amaret Applausæ blandos sonitus.

APPLAUSUS, us, m. *an applauding, applause,* collisio manuum, aut pedum cum sonitu, item vocis murmur ad favorem significandum, ἐπικρότησις. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 50. Noster Ennius, qui magno applausu loquitur, assentiente populo. Al. leg. *plausa*, quæ vox *Ciceroni* est familiarior.

APPLEX, ĭcis, adject. cujus comparativum est *applicior:* a *plico, as*, eadem forma qua *complex:* idem est ac applicatus, conjunctus, adhærens. *closely joined or knitted together, entwined. Apulei.* l. 10. Quoties recellebam, accedens toties nisu rabido, et spinam prehendens meam, appliciore nexu inhærebat. ¶ Quidam ex conjectura leg. *applicatiore*, sed prior lectio constans est in libris.

APPLICATĬO, onis, f. *the act of applying, application, inclination of mind, attachment,* actus applicandi, adjunctio, accessio, προσοικείωσις. *Cic. de Amic.* c. 8. A natura mihi videtur potius, quam ab indigentia orta amicitia, et applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quam cogitatione, quantum res illa utilitatis esset habitura. ¶ *Jus applicationis* erat ortum ab Atheniensibus, apud quos si quis opulento, ac potenti civi se applicuisset, hoc est in ejus se clientelam dedisset, ut ab eo defenderetur; isque intestato mortuus esset; poterat dives jure applicationis hereditatem defuncti clientis adire. Hujus juris meminit *Cicero* lib. 1. *de Orat.* cap. 39. *the right which a patron had to the effects of a foreign client dying intestate.*

APPLICĀTUS, et Adplicatus, a, um, *applied, attached, united; adjoining or contiguous to; inclined,* adjunctus, admotus, adhærens, προσαπτόμενος. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. Qualis futurus sit equus e pullo conjectari potest, si caput habet non magnum, si oculis est nigris, naribus non angustis, auribus applicatis. *h. e.* brevibus et capiti adhærentibus, non longis, et dependentibus. *Plin.* l. 4. c. 4. Corinthus applicata colli. *h. e.* acclinis. *Id.* l. 11. c. 37. *sub fin.* Nervi applicati ossibus. *Id.* l. 30. cap. 5. Stomachi dolorem sedant applicati sæpius. ¶ Est etiam appulsus, admotus litori, cum de navibus sermo est. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 101. Applicatæ ad terram naves. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 25. Studium est animi assidua, et vehemens ad aliquam rem applicata, magna cum voluptate, occupatio. *Id.* 4. *de Fin.* c. 13. Omne animal applicatum est ad se diligendum. *Nazar. in Paneg. ad Constantin.* c. 10. Pietas semper applicata prudentiæ. *ever united with, always going hand in hand with.*

APPLĬCĬTUS, et Adplicitus, a, um, *united, contiguous,* applicatus, admotus, adjunctus, adhærens. *Plin.* l. 2. ep. 17. *a med.* Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum. *Quintil.* l. 1. cap. 2. *ad fin.* (*al.* c. 3.) Vites arboribus applicitæ. *Petron. in Satyr.* c. 91. Applicitus parieti. *Scævola Dig.* lib. 32. leg. 39. Domum meam cum horto applicito libertis meis concedi volo. *Justin.* l. 11. c. 15. Applicito captivo. *having caused one of the prisoners to be brought into his presence.* ¶ *Mœtian. Dig.* lib. 36. tit. 1. leg. 7. Morbo applicitus. *h. e.* implicitus, detentus. ¶ Eleganter *Quintil.* lib. 4. cap. 2. *ad fin.* In parvis rebus sit ille pressus, et velut applicitus rei cultus. *De ornatu narrationis agit.*

APPLĬCO, et Adplico, as, avi, atum, et icui, icitum, a. 1. *to apply, bring near or in contact with, attach, unite,* προσορμίζω, adjungo, admoveo: ex *ad*, et *plico*. *Cic. Tuscul.* 5. c. 27. Applicare se ad flammam. *Id.* 2. *de Invent.* c. 13. Applicare se alicui in itinere. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 27. Applicare se ad arborem. *Columell.* l. 11. c. 2. *ante med.* Sarmenta egerere, et ad sepem applicare. *Liv.* l. 32. c. 30. Applicare castra flumini. *Id.* l. 26. c. 44. et *Curt.* l. 4. c. 2. mœnibus scalas. *to apply, fix. Plin.* l. 30. c. 7. *sub. fin.* Applicare catulos stomacho, ac pectori. *intellige medicinæ causa.* Sic *Id.* l. 33. c. 4. *ad fin.* Aurum applicatur vulneratis, et infantibus. Et *Columell.* l. 6. c. 12. linamenta. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 851. oscula feretro. *Id.* 3. *Fast.* v. 750. asellum ulmo. *Sueton. in Ner.* c. 25. sudarium ad os. *Virg. Æn.* 12. v. 303. aliquem terræ. *to fix or pin to the ground. Id.* 10. *Æn.* v. 536. ensem. *drive or thrust in.* ¶ Applicare boves aliquo, apud *Ovid.* 1. *Fast.* v. 543. est ducere, appellere. ¶ Sæpe usurpatur in re nautica, et significat appellere, hoc est ad ripam, aut litus admovere: et dicitur tum de navibus, tum de ipsis hominibus navigantibus. *to direct, steer. Liv.* l. 37. c. 12. *ad fin.* Applicare classem in Erithram. *Id.* l. 28. c. 17. naves terræ. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 51. navem ad naufragum natantem. *Virg.* 1. *Æn.* v. 616. Quæ vis te immanibus applicat oris? *Ovid. heroid.* ep. 16. v. 125. Applicor in terras, Oebali nympha, tuas. ¶ Absolute, ita tamen, ut accusativus *se*, aut *navem* subintelligatur. *Justin.* l. 2. c. 4. Cum Hercules ad litus Amazonum applicuit. *approached.* Et cap. 12. Applicare aliquo. *Auct. de B. Hisp.* c. 37. *in fin.* ad terram. Et omissa præpositione, quæ inest in ipso verbo, *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 16. leg. 4. Proconsuli necessitatem impositam, per mare Asiam applicare. ¶ Translate multos elegantesque habet usus. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 12. Applicare voluptatem ad honestatem. *h. e.* cum honestate conjungere. *Martial.* l. 6. epigr. 28. unum annum bis senis messibus. *h. e.* addere. *Cic. in Orat.* l. 1. cap. 39. Ad aliquem quasi patronum se applicare. V. *Applicatio. Ennius* apud *Cicer.* 3. *Tuscul.* c. 19. Quo accedam? quo applicem? *whither shall I apply for help?* ductum a navigantibus. *Terent. Andr.* 5. 4. 21. Ille egens applicat primum ad Chrysidis patrem se. *Cic. pro Cluent.* c. 16. Applicare se ad familiaritatem alicujus. *Nepos in Aristid.* c. 12. Ut civitates Græciæ ad Atheniensium societatem se applicarent. *Cic. Verr.* 4. cap. 1. Sicilia se ad amicitiam fidemque populi R. applicuit. *Id. de clar. Orat.* c. 91. *ad fin.* Me ad Molonem applicavi. *h. e.* audiendi, et discendi causa. *Id. de Amicit.* c. 14. Applicare, et adjungere se ad virtutem. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 32. Ad philosophiam, ad jus civile, ad eloquentiam se applicare. *Terent. Heaut. prol.* v. 23. se ad studium musicum. *Horat.* l. 3. od. 11. v. 8. aures alicui rei. *give heed, lend an ear.* Sic *Id. in carm. sæcul. sub fin.* aures amicas votis. *Terent. Andr.* 1. 2. 22. animum ad deteriorem partem. *to give himself up to what is bad.* Contra *Plaut. Trinum.* 2. 1. 34. animum ad frugem. *Cato* apud *Gell.* l. 11. c. 2. se ad convivia. *Ulpian. Dig.* l. 50. tit. 6. leg. 2. se ad munera, et honores. *devote himself. Columell.* l. 3. c. 10. aliquem alicui officio. *Pompon. Dig.* l. 10. tit. 2. leg. 45. idoneum servum rei communi. *h. e.* præficere. *Quintil.* l. 7. c. 3. finitionem in rem. *h. e.* accommodare, aptare. *Id. in fine* l. 7. verba verbis. *h. e.* apta complexione colligare. *Paul. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 54. et l. 22. tit. 1. leg. 17. alicui usuras. *h. e.* usurarum solvendarum onus alicui adjungere. *Plin.* l. 10. ep. 66. alicui crimina. *to fasten upon, impute to, bring against.* Rursus *Paul.* lib. 34. tit. 2. leg. 9. Demonstratio *muliebria* neque vesti, neque mundo applicari potest. *h. e.* dici de mundo, aut veste. V. integr. loc. ¶ *Applicare gustatum* apud *Plin.* l. 11. c. 2. ubi de minutissimis insectis loquitur, est sensum gustandi in aliqua parte corporis collocare. ¶ Participia *Applicatus*, et *Applicitus* V. suis loc.

APPLŌDO, et Adplodo, is, osi, osum, a. 3. *to beat or strike upon any thing,* ἐπικροτέω, ad aliquid pulso, allido: ex *ad*, et *plodo* pro *plaudo*, eo modo, quo *coda* pro *cauda* dicitur, *plostrum* pro *plaustrum*, et *plotus* pro *plautus*, &c. Hinc *applodere aliquem terræ* est terræ affligere, *to dash on the ground, pin to the ground. Apulei.* l. 6. *Metam.* Incussis in eam (*anum*) posteriorum pedum calcibus protinus applodo terræ. Et lib. 9. Arreptis ejus pedibus utrisque, sublimem elatum terræ graviter applodit. *Alii utroque loco leg.* applaudo. *Hygin.* fab. 126. Qui cum luctati essent, et Ulyxes Irum applosisset. *Festus* quoque *applaudo* usurpat in hac significatione in *Apluda*. Sunt qui *apludam* sorbitionis liquidissimum putent genus, quod flatu dejiciatur, et quasi adplaudatur. *Voss. in Etymol.* notat in quibusdam MSS. *Festi* legi *applodatur*. ¶ Applodere pedem, *h. e.* pede terram pulsare, est apud *Hieron. in ep.* 51. *ad Domnion.*

APPLŌRO, et Adploro, as, avi, atum, a. 1. *to lament, deplore, bewail,* προσδακρύω, idem quod ploro, vel cum alio ploro. *Horat. Epod.* 11. vers. 12. Contraque lucrum nil valere candidum Pauperis ingenium querebar applorans tibi. *Senec.* lib. 4. *quæstion. natural.* c. 2. *ante med.* Cum jam adploraveris, mersosque credideris, longe ab eo, in quem ceciderant, loco navigant.

APPLŌSUS, et Adplosus, a, um, *struck against any thing,* allisus, applausus: particip. verbi *applodo*. *Spartian. in Geta*, cap. 3. Ovum applosum ad terram frangere. *Lamprid. in Heliogab.* c. 6. Seriam applosam frangere.

APPLŪDA, V. *Apluda.*

APPLUMBĀTUS, V. *Adplumbatus.*

APPLŬO, et Adpluo, is, n. 3. *to rain*, idem quod pluo. *Plin.* l. 9. c. 16. Arundines quamvis in palude prognatæ, non tamen sine imbre adolescunt: et alias ubicumque pisces in eadem aqua assidui, si non appluat, exanimantur. *Harduin.* ex omnib. libr. defendit scribendum esse *si non affluat*, hoc est si nova subinde ac recens aqua non accedat.

APPŌNO, et Adpono, is, osui, ositum, a. 3. *to place near or by the side of, apply to, bring in contact with, attach, unite, add,* προστίθημι, ἐπιτίθημι, prope pono, admoveo, adjungo, addo: ex *ad*, et *pono*. *Petron. in Satyr.* c. 135. Apponere cucumam foco. *Plaut. Men.* 2. 2. 55. aliquid ad ignem. *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 1. manus ad os. *Cic. Verr.* 3. c. 55. Omnes columnæ machina apposita dejectæ. ¶ Interdum est adscribere. *Cic. Fam.* 13. ep. 6. Reliquis epistolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quæ mihi tecum convenit. *Id. in Pison.* c. 30. Apponere notam ad malum versum. *to put a mark on.* ¶ Item addere. *Horat.* l. 2. od. 5. v. 14. Ætas illi, quos tibi dempserit, Apponet annos. *Plaut. Mil.* 3. 3. 30. Apponere novum aliquid alicui rei de suo. *Id. Trinum.* 4. 3. 18. laborem ad damnum. *Gell.* l. 1. c. 13. Instructius fore arbitramur hoc, si exemplum apposuerimus. ¶ *Apponere aliquid lucro* est lucro addere, *to mark or set down as clear gain. Horat.* l. 1. od. 9. v. 14. Quem sors dierum cumque dabit, lucro Appone. ¶ *Apponere alicui rectorem* apud *Sueton. in Aug.* c. 48. est alicui rectorem dare. *to appoint.* Sic apponere alicui pædagogum, *Id. in Claud.* c. 2. et, scrutatores salutatoribus, *Id. ibid.* c. 35. et, aliquem alicui pro janitore, *Id. in Aug.* c. 91. *to appoint as a porter.* Eadem ratione, Apponere custodem alicui, apud *Cic. Divinat. in Verr.* c. 16. Et, Apponere accusatorem alicui, apud *eund. Verr.* 3. c. 29. et *Verr.* 7. c. 41. *in fin.* est submittere, subornare aliquem, qui alterum accuset. *to appoint privily, to suborn.* Et, Apponere calumniatores, *Id. Verr.* 4. c. 10. Et, Apponere sibi prævaricatorem, *Id. Phil.* 2. c. 11. hoc est sibi comparare et corrumpere ad colludendum. ¶ *Apponere aliquid gratiæ* est gratiæ, et beneficii loco habere. *Terent. Andr.* 2. 1. 31. Neutiquam officium liberi hominis esse puto, cum is nihil promereat, postulare, id gratiæ apponi sibi. *to require that it be imputed to him as a favour; to consider it in the light of an obligation conferred.* ¶ Apponere modum vitiis, vitia moderari. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 18. Qui vitiis modum apponit, is partem suscipit vitiorum. ¶ Sæpe est tricliniare verbum, et significat inferre mensæ, et convivis edendum dare, *to serve up or set before one at table. Cic. Tuscul.* 5. c. 32. Abduxit lega-

tos ad cœnam in Academiam: iis apposuit tantum quod satis esset, nullo apparatu. *Id. Verr.* 6. c. 22. Cœnam isti dabat; apposuit patellam, in qua &c. *Id.* 6. *Attic.* ep. 1. *circa med.* Apponere aliquid in vasis fictilibus. *Plin.* l. 8. c. 51. solidum aprum in epulis. *Sueton. in Calig.* c. 37. convivis panes, et obsonia. *Id. in Galba*, c. 12. cœnam lautiorem. *prepare, serve up. Virg.* 4. *Æn.* v. 602. Apponere aliquid mensæ. *Horat.* l. 2. *sat. ult.* v. 68. ne panis adustus, Ne male conditum jus apponatur. ¶ Pro simplici *pono. Terent. Andr.* 4. 3. 10. Hanc ante nostram januam appone *Pareus in Lex. Crit.* legendum censet *apone* unico *p*, et idem esse ac *depone*. V. *Apono.* ¶ Præteritum *apposivi* pro *apposui* antiquum est. *Plaut. Mil.* 3. 3. 30. De meo nihil his novum apposivi. V. *Pono* in fi.

APPORRECTUS, a, um, *extended, stretched near*, extensus, porrectus ad aliquem locum. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 561. at intus Infantemque vident, apporrectumque draconem.

APPORTATĬO, et Adportatio, onis, f. actus apportandi. *Vitruv.* l. 2. cap. 9. Cujus materiei si esset facultas apportationibus ad urbem, maximæ haberentur in ædificiis utilitates. *if means could be devised to carry it to the City.*

APPORTĀTUS, et Adportatus, a, um, *carried, brought*, allatus. *Cic. Verr.* 7. c. 48. In urbe nostra quod signum, quæ tabula picta est, quæ non ab hostibus victis capta, atque apportata sit? *Apulei.* l. 9. Utribus secum apportatis.

APPORTO, et Adporto, as, avi, atum, a. 1. *to bring, carry, conduct, convey*, ἐπιφέρω, εἰσφέρω, affero, adveho: ex *ad*, et *porto*: quare proprie motum ad locum significat, ut *asporto* motum de loco. *Cic.* 1. *Offic.* c. 42. Mercatura multa undique apportans. *Id. Verr.* 3. c. 21. Servilius quæ signa atque ornamenta ex urbe hostium capta, belli lege, atque imperatorio jure sustulit, ea populo Romano apportavit. *Id. Verr.* 5. c. 82. Apportare frumentum ad difficillima loca. Al. hic aliter leg. *Plaut. Stich.* 3. 1. 11. Apportare magnas divitias domum. *Cic. Verr.* 3. c. 56. Lapidem cædere, et apportare machina sua. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 14. Cochleæ, quæ de Illyrico apportantur. *Plin.* l. 35. c. 6. Indicum apportatur ex India. ¶ Sæpe ponitur pro afferre, *to bring, bring on. Terent. Heaut.* 4. 4. 24. Ille haud scit, paulum lucri quantum ei damni apportet. *Id. Adelph.* 5. 4. 2. Res, ætas, usus, semper aliquid apportat novi. *Id. Andr.* 1. 1. 46. Apportare malum. *Lucret.* l. 5. v. 222. Anni tempora apportant morbos. *Cæcil.* apud *Cicer. de senect.* c. 8. Senectus apportat vitia. ¶ *Apportare adventum aliquo* insolenti phrasi dixit *Plaut. Amph.* 3. 1. 5. *h. e.* aliquo venire. ¶ Item pro nuntiare. *Terent. Andr.* 3. 1. 18. Apportare nuntium alicui. *Id. ibid.* 5. 2. 17. Quidnam apportas? *Lucret.* l. 5. v. 101. Apportare aliquid auribus.

APPOSCO, V. *Adposco.*

APPOSĬTE, adverb. *fitly, conveniently, properly, suitably, appositely*, ἐπιτηδείως, apte, accommodate. *Cic. de Invent.* lib. 1. cap. 5. Dicere apposite ad persuasionem. Et *paulo post.* Medici officium est curare ad sanandum apposite. *Gell.* l. 2. c. 23. Præclare, et apposite, et facete scribere.

APPOSITĬO, et Adpositio, onis, f. *a bringing to or nigh to, applying, uniting, adding; application, apposition*, πρόσθεσις, actus apponendi, adjunctio. *Cæl. Aurelian. Acut.* lib. 3. c. 5. Appositio cucurbitæ cum scarificatione. *Lamprid. in Commod.* c. 5. Criminis appositio. *Cic. Parad.* 1. c. 3. Sed hæc videri possunt obscuriora, cum sine appositione exemplorum lentius disputantur. Al. leg. *expositione*: alii illa omnia verba *sine appositione exemplorum* expungenda censent ex multorum MSS. auctoritate. ¶ Est etiam hoc nomine figura locutionis. V. *Epexegesis.*

APPOSĬTUM, et Adpositum, i, n. *an adjective, epithet*, ἐπίθετον, id quod alteri apponitur, seu adjungitur: et speciatim in re Rhetorica est verbum, vel sententia, quæ alteri ad explicandum adjicitur. *Quintil.* l. 8. c. 2. Apposita, quæ epitheta dicuntur, ut *dulce mustum*, et *cum dentibus albis*, &c. *Id. ibid.* c. 6. Ornat enim ἐπίθετον, quod recte diximus *appositum* a nonnullis Sequens dicitur. Eo poetæ et frequentius, et liberius utuntur, &c. Et *paulo post.* Si dicas *ille qui Carthaginem, et Numantiam evertit*, antonomasia est; si adjeceris *Scipio*, appositum.

APPOSĬTUS, et Adpositus, us, m. *an applying or putting to*, πρόσθεσις, actus apponendi. *Plin.* l. 23. c. *ult.* Myrtidanum vulvæ prodest appositu, fotu, illitu. *Id.* l. 24. c. 5. Galbanum abortus non exeuntes trahit appositu, vel suffitu. Adde l. 23. c. 7. et l. 24. c. 6. et 9. et *Arnob.* l. 2. pag. 91. semper tamen in ablativo casu, extra quem exempla nondum vidimus.

APPOSĬTUS, et Adpositus, a, um, *put to or nigh to, applied, contiguous, added, joined*, παράθετος, prope positus, admotus. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 6. Aer continuus terræ est, et sic appositus, ut statim ibi futurus sit, unde illa discessit. *Plin.* l. 37. c. 8. Callais gemma nascitur in rupibus, leviter adhærens, nec ut agnata petris, sed ut apposita. *Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 4. Gladium propter appositum e vagina eduxit. *Tacit.* l. 2. *Ann.* c. 7. Castellum Luppiæ flumini appositum. *Plin.* l. 3. c. 18. Decima regio Italiæ, Adriatico mari apposita. *Id.* l. 12. cap. 1. Platanus itineri apposita. *h. e.* viæ vicina. *Id.* l. 8. c. 28. Apposita aure ad glaciem. *put near. Id.* l. 21. c. 23. Anemonæ vellere appositæ menstrua cient. *applied. Liv.* l. 2. c. 18. Lartius moderator et magister consulibus appositus. *Sueton. in Claud.* c. 2. Appositus alicui pædagogus. *h. e.* datus, ut doceat, et observet. ¶ In re tricliniari *Cic. Attic.* l. 14. ep. 6. et 21. Apposita secunda mensa. *the second course being served up. Id. in Cæs.* c. 43. Apposita obsonia. ¶ *Appositum, i*, absolute usurpatum pro re vicina, aut simili, *Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 54. *ad fin.* Fidentiæ contrarium est diffidentia: audacia non contrarium, sed appositum est, ac propinquum, et tamen vitium est. ¶ Item pro re seposita, et reposita. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 20. Si quis intelligit, adeo per hoc se nihil consecuturum, ut multa etiam ex apposito, acquisitoque perdenda sint, num libens in detrimenta descendet? *reposito* alii leg. et rectius. ¶ *Appositum* in re Rhetorica V. supra suo loco. ¶ Translate *appositus* dicitur, qui inclinatus est ad aliquid, eique libenter accedit, et adhæret. *Quintil.* l. 4. c. 3. *ad fin.* Judicis quoque noscenda natura est, juri magis, an æquo sit appositus. *whether he is more inclined to strict law or to equity.* ¶ Sæpissime sumitur pro apto, idoneo, accommodato, ἱκανός, κατασκευαστός, πρόσθετος, *fit, convenient, suitable*: habetque hoc sensu suos gradus. *Cic. Verr.* 3. c. 11. Menses mihi tres cum eripuissetis ad agendum maxime appositos. *Id. Attic.* l. 3. ep. 14. Locus minime appositus ad tolerandam calamitatem. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 7. Ager alius est ad vitem appositus, alius ad frumentum, alius ad aliam rem. *Cic. Verr.* 7. c. 41. *in fin.* Homo bene appositus ad istius audaciam. *Id. Verr.* 6. c. 57. Operarius multo appositior ad deferenda, quam ad auferenda signa. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 10. Non omnis apta natio ad pecuariam: Galli appositissimi, maxime ad jumenta. *Id. ibid.* l. 3. c. 9. Appositissimæ gallinæ ad partum sunt anniculæ, aut bimæ. *Id. ibid.* l. 2. cap. 7. Equus æger appositus ad medendum. *easy to cure.*

APPŌTUS, et Adpotus, a, um, *that hath drunk sufficiently, well-drunk*, qui multum potavit, bene potus: ex *ad* et *potus*: *ad* autem sæpe in compositione auget. *Plaut. Amph.* 1. 1. 126. Credo edepol solem dormire, atque appotum probe. *Id. Curc.* 2. 3. 75. Postquam cœnati, atque appoti, talos poscit, provocat me. Adde *Gell.* l. et cap. 7.

APPRĔCOR, V. *Adprecor.*

APPREHENDO, et Adprehendo, endis, endi, ensum, a. 3. *to catch or lay hold of, take, seize*, λαμβάνω, prehendo, arripio, capio. *Sueton. in Tiber.* c. 53. Apprehendere manu aliquem. Et cap. 72. Apprehendere manum alicujus osculandi causa. *Terent. Phorm.* 5. 6. 24. Apprehendere aliquem pallio. *Plaut. Amph.* 5. 1. 64. Angues manu apprehendere. *Id. Rud.* 4. 4. 27. Si in mari reti apprehendi, qui tuum potius est, quam meum? *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 47. Vites sic claviculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 20. Atomi cohærescunt inter se, et aliæ alias apprehendentes continuantur. *Plin.* l. 10. c. 74. et l. 11. c. 24. Apprehendere aliquid morsu. *Id.* l. 32. c. 2. Mordicus apprehendere aliquid. *Id.* l. 20. c. 15. Quantum apprehenderint tres digiti. *a pinch.* ¶ Interdum est occupare, potiri, *to seize upon, take forcible possession of. Cic.* 10. *Attic.* ep. 8. Necesse est, istum, ut confidere videtur, apprehendere Hispanias. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. *pænult.* Cæsar, hostibus in pugna occupatis, militibusque expositis, Pharum apprehendit, atque ibi præsidium posuit. Sic *apprehendere hominem* est eum vi capere, et captivum facere. *Gell.* l. 5. c. 14. *ad fin.* A militibus visus, apprehensusque sum, et ad dominum deductus. *Ulpian.* lib. 9. *Digest.* tit. 2. leg. 5. Apprehendere furem. *to apprehend, take up.* ¶ Translate *Cic. pro Cluent.* c. 19. Quidquid ego apprehenderam, statim accusator extorquebat e manibus. *Quintil.* l. 10. c. 2. Apprehendere aliquid cum judicio. *Plin.* l. 14. *sub. fin.* Apprehendere palmam. *Ulpian. Dig.* lib. 13. tit. 7. leg. 11. Apprehendere possessionem alicujus rei. *Pacat. in Paneg. ad Theodos.* c. 9. Apprehendere homines beneficiis. ¶ *Apprehendere* pro intelligere usurpavit *Tertullian. advers. Valentinian.* c. 11. et *Cæl. Aurelian. Acutor.* lib. 3. cap. 15. ¶ Pro comprehendere, complecti, *Julian. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 56. Personam filii apprehendere. *intellige* in stipulatione. *Pompon.* lib. 28. tit. 2. leg. 10. Apprehendere casum aliquem testamento. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 5. c. 4. Una præceptione omnia apprehendere. ¶ Poetæ *apprendo* usurpant per contractionem, metri causa. *Cæcil.* apud *Gell.* l. 15. c. 9. Quos neque ut apprendas, neque ut mittas, scias. *Sil.* l. 13. v. 653. Et nebulis similes animas apprendere certat. ¶ Scribitur etiam *appræhendo*. V. *in fine* verbi *Prehendo.*

APPREHENSIBĪLIS, et Adprehensibilis, le, adject. qui apprehendi, hoc est intelligi potest. *Tertullian. advers. Valentinian.* cap. 11. et *Cæl. Aurelian. Acutor.* l. 3. c. 15.

APPREHENSĬO, onis, f. *a seizing, laying hold of*, actus apprehendendi. *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 2. in illud *Virgil.* 12. *Æn.* v. 201. *Tango aras; medios ignes*, &c. Eandem vim nominis ex apprehensione significat. ¶ Pro intellectione, seu cognitione non semel usurpatur a *Cæl. Aurelian.* ut *Acut.* l. 1. c. 8. et lib. 2. c. 28. et *Tard.* l. 5. c. 4. &c.

APPREHENSUS, et Adprehensus, a, um, *snatched, seized, taken hold of*, arreptus, captus. *Sueton. in Claud.* c. 15. Pede apprehenso detinere aliquem. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 8. Ne tempus duplicetur, quo adprehensus in carcere fuerit. Contracte dicitur *apprensus* a Poetis. *Stat.* l. 3. *silv.* 4. v. 43. et apprensa traxisset fortius urna.

APPRENSO, et Adprenso, as, a. 1. verbum Poeticum frequentativum ab *apprehendo. Gratius in Cyneget.* v. 239. Mandit humum, celsasque adprensat naribus auras.

APPRETIĀTUS, et Adpretiatus, a, um, *estimated, valued, appreciated*, pretio æstimatus. *Tertullian. de resurr. carn.* c. 20. Appretiatus triginta argenteis.

APPRETĬO, et Adpretio, as, a. 1. pretio æstimare. *Tertull. de resurr. carn.* c. 9. Cujus passiones sibi appretiat.

APPRĪMA, et Adprima, idem quod *apprime*: nomen adverbii vice positum a *Virg. Georg.* 2. v. 134. Flos apprima tenax: quemadmodum, sera comantem narcissum, dixit *Georg.* 4. v. 122. Et, pede terram crebra ferit, 3. *Georgic.* v. 500. *Pierius* notat in aliquot codicibus legi *apprime*, quo casu ultima syllaba corripitur Poetica licentia, ut in *superne* factum est a *Lucret.* l. 4. v. 440. et ab *Horat.* l. 2. od. 20. v. 11. item *inferne* ad eodem *Lucret.* Fortasse etiam legi possit *ad prima* distinctis duabus vocibus, ut verterit Græcum ἐπὶ τὰ πρῶτα.

APPRĪME, et Adprime, adverb. *above every thing else, first of all, especially, very, particularly, chiefly, much, exceedingly*, μάλα, μάλιστα, πάνυ, in primis, valde, perquam. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 9. *ad fin.* Id apprime recte dicitur. *Alii leg.* apprimo rectissime dicitur. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. *sub fin.* Albutius homo apprime doctus. *Terent. Eun.* 5. 5. 10. Scis, fratrem ejus esse apprime nobilem? *Id. Andr.* 1. 1. 34. Id arbitror apprime in vita esse utile, ut ne quid nimis. ¶ Jungitur et cum verbis. *Plaut. Trinum.* 2. 2. 92. Apprime probare aliquid. *Apulei. de Deo. Socrat. prope fin.* Apprime potuit obtingere Socrati. *h. e.* Socrati præcipue potuit contingere. *Id. in Florid. num. (al.* l. 3.) Apprime callere fidibus. ¶ Raro cum superlativis. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 7. c. 11. Qui apprime summo genere gnatus erat.

APPRĪMO, et Adprimo, adverb. idem quod *apprime.* V. vocem præced.

APPRĬMO, is, V. *Adprĭmo.*

APPRĪMUS, et Adprimus, a, um, longe primus. *Livius in Odyss.* apud *Gell.* l. 7. c. 7. Vir summus adprimus Patroclus.

APPROBATĬO, et Adprobatio, onis, f. *an approving; approbation, applause*, comprobatio, συγκατάθεσις, συμφώνησις. *Cic. de clar. Orat.* c. 49. *in fin.* Efficiatur autem ab oratore, necne, ut ii, qui audiunt, ita afficiantur, ut orator velit, vulgi assensu, et populari approbatione judicari solet. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 1. Effectus eloquentiæ est audientium approbatio. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 28. Movere approbationem alicujus. ¶ Sumitur interdum pro inclinatione animi, et voluntate. *inclination, will, disposition. Cic.* 4. *Acad.* c. 17. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua sobrii: dubitant, hæsitant, revocant se interdum, iisque quæ videntur, imbecillius assentiuntur. Adde cap. 12. ¶ Est etiam pars argumentationis, per quam id quod expositum est, rationibus firmatur, *proof, confirmation*, ut *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 37. loquitur. *Id. ibid.* Approbationem adjungere. Et cap. 36. Hæc propositio indiget approbationis.

APPROBĀTOR, et Adprobator, oris, *an approver*, qui approbat, comprobator, δοκιμαστής. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 7. Quamvis non fueris suasor, et impulsor profectionis meæ, approbator certe fuisti. *Gell.* lib. 5. cap. 21. Quos subscriptores, approbatoresque hujus verbi habemus.

APPROBĀTUS, et Adprobatus, a, um, *approved*, δοκιμασθείς, comprobatus, probatus. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 8. Omnium assensu approbatus. ¶ Item argumentis firmatus, *proved, established, confirmed. Tacit. Ann.* 3. c. 12. Vos oro, ne objecta crimina pro approbatis accipiatis.

APPRŏBE, et Adprobe, adverb. *very well*, valde probe. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 115. Mihi concrederet, nisi me ille, et ego illum nossem approbe. Adde *Gell.* l. 7. c. 7.

APPRŏBO, et Adprobo, as, avi, atum, a. 1. *to approve, commend, applaud, praise*, δοκιμάζω, comprobo, laudo, assentior. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 4. Ego meum consilium (præsertim si tu non improbas) vehementer approbo. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 1. Approbare sententiam alicujus. *Id. pro Arch.* c. 10. Magno clamore approbare aliquid. *Id. in Pison.* c. 3. Una voce, et consensu approbare. *Id. Fam.* 2. ep. 15. Quod actum est, dii approbent. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *a med.* Diis, hominibusque approbantibus. *Id. Fam.* 7. ep. 23. Facere aliquid Musis omnibus approbantibus. ¶ Est etiam rationibus ostendere, argumentis confirmare, aut alia quacumque ratione demonstrare, *to prove, confirm, establish by argument incontrovertibly, place beyond dispute, demonstrate, make evident. Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 36. *ad fin.* Hoc autem, quia ipsum ex re perspicitur, et verum esse intelligitur, nihil attinet approbari. *Tacit. Ann.* 1. c. 44. Approbare industriam, et innocentiam alicujus. *h. e.* ostendere eum industrium, et innocentem esse. *Sueton. in Aug.* c. 46. Iis qui e plebe sibi filios, filiasve approbarent,

singula nummorum millia dividebat. *h. e.* iis qui sibi ostendebant, se habere filios, vel filias. *Idem in Galb.* c. 6. Præsenti quoque Caio talem et se, et exercitum approbavit, ut &c. *Plin.* l. 7. c. 56. Approbare aliquid monumentis. *Id.* l. 30. c. 13. *ad fin.* Ossa anguium eundem approbant effectum. *h. e.* ostendunt, et præstant. ¶ Cum infinito *Sueton. in Aug.* c. 17. Et quo magis, degenerasse eum a civili more approbaret. *Plin.* l. 9. c. 57. Motu demum corporum vivere eos approbant. *h. e.* ex motu corporum ostendunt eos vivere. ¶ Item aliquid probe factum ostendere, *to justify:* quo sensu *Cicero* fere *probare* dixit. *Tacit. Ann.* 15. cap. 59. Dum ipse majoribus, dum posteris mortem approbaret. *Id. in Agric.* c. 42. Approbare excusationem. *Stat.* l. 2. silv. 6. v. 47. Elin adit, primosque Jovi puer approbat annos. *h. e.* in certaminibus Olympicis Jovi offert, eique gratos reddit. ¶ Item commendare, ostendere aliquid probum esse. *Plin.* l. 11. c. 42. Duobus Alpes generibus pabula sua approbant. *Id.* l. 34. c. 7. *ad fin.* Approbare satis artem suam. ¶ *Approbare opus alicui* dicitur redemptor, vel conductor, qui opus repræsentat locatori ita factum, ut conventum erat. *Vitruv.* l. 9. c. 3. *Phædr.* l. 4. fab. 24. v. 16. *et Paul. Dig.* l. 19. tit. 2. leg. 24.

APPROBRAMENTUM, V. *Opprobramentum.*

APPRŎBUS, et Adprobus, a, um, *very good,* valde probus. *Cæcil.* apud *Gell.* lib. 7. cap. 7. Hierocles hospes est mihi, adolescens adprobus.

APPROMISSOR, et Adpromissor, oris, m. *he that promises or passes his word for another, who becomes surety for another,* qui pro alio promittit, qualis est fidejussor. *Pompon. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 5. Satis acceptio est stipulatio, quæ ita obligat promissorem, ut adpromissores quoque ab eo accipiantur, idest qui idem promittant. *Ulpian.* lib. 46. tit. 3. leg. 43. In omnibus speciebus liberationum et accessiones liberantur, puta adpromissores, hypothecæ, pignora.

APPROMITTO, et Adpromitto, is, isi, issum, a. 3. *to promise or make one's self responsible for another, to become surety for another,* pro alio promitto, ἀνεγγυάω: et est verbum Juris. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 9. Cum ille confirmaret, se se nomen Sex. Roscii de tabulis exempturum, prædia vacua filio traditurum; cumque T. Roscius Capito, qui in decem legatis erat, appromitteret, crediderunt. *Id. Attic.* l. 5. ep. 1. De Oppio factum est, ut volui, et maxime quod DCCC appromisisti. *aperuisti* plerique omnes hoc loco leg. ex constanti codicum fide.

APPRŌNO, as, a. 1. ex *ad,* et *pronus. Apulei.* l. 1. *Metam.* In planiorem ripæ marginem complicitus in genua appronat se. *h. e.* flexis genibus, et prono corpore inclinat se.

APPROPĔRO, et Adpropero, as, avi, atum, a. 1. *to make great haste, hasten, hurry towards,* idem quod propero, vel valde propero, festino, ἐπισπεύδω. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 10. *in fin.* Adduc, si me amas, Marium; sed, approperate. *Id. Attic.* l. 4. ep. 6. *ad fin.* Eumque, ut approperet, adhorteris. *Id. pro Mil.* c. 17. Approperare ad cogitatum facinus. ¶ Cum infinito *Ovid. Metam.* 15. v. 583. portasque intrare patentes Appropera. ¶ Regit etiam accusativum, *to accelerate, cause to make haste. Tacit. Ann.* 16. c. 14. Atque ille, hausto veneno, tarditatem ejus perosus, intercisis venis mortem approperavit. *Liv.* l. 4. c. 9. Cœptumque opus adeo approperatum est, ut sole orto, &c. *Id.* l. 27. c. 25. *a med.* Ita addita Virtutis ædes adproperato opere.

APPROPINQUATĬO, onis, f. *an approaching, drawing near,* actus appropinquandi, προσπέλασις. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 11. Anguntur appropinquatione mortis confecti homines senectute. Adde *de senect.* c. 19.

APPROPINQUO, et Adropinquo, as, avi, atum, n. 1. *to draw nigh, approach, come on, approximate,* ἐγγίζω, propinquus fio, accedo; et dicitur tum de loco, tum de tempore. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 9. Jamque hiems appropinquabat. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 8. Ejus rei maturitas nequedum venit, et tamen appropinquat. *Id. Fam.* l. 2. ep. 6. et l. 4. ep. 6. Tuus adventus appropinquat. *Id.* 3. *de Fin.* c. 14. *in fin.* Catulus ille, qui jam appropinquat, ut videat. *h. e.* cui appropinquat cernendi tempus. *Id. Phil.* 4. c. 4. *in fin.* Illi pœna, nobis libertas appropinquat. *Id.* 4. *de Fin.* c. 23. *ad fin.* Qui ad summam jam aquam appropinquat. *Auct. de B. Hispan.* c. 3. Iniquum in locum appropinquare. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 44. Centuriones, qui jam primis ordinibus appropinquabant. *h. e.* qui prope erant, ut primos militiæ gradus consequerentur. ¶ Passive impersonaliter *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 79. Cum ejusmodi locis esset appropinquatum.

APPROPRIATĬO, onis, f. Legitur apud *Cæl. Aurelian.* l. 2. *Tard.* c. 13. ubi alii *appropiatio* legunt, *h. e.* accessus.

APPROPRĬO, as, a. 1. *to appropriate,* proprium facio, assigno, attribuo. Verbum est cadentis Latinitatis, usurpatum a *Cæl. Aurelian.* l. 4. *Tard.* c. 3. *ad fin.*

APPROXĬMO, et Adproximo, as, n. 1. *to approach, approximate,* accedo, appropinquo. *Tertull. advers. Jud.* c. 11. Approximavit vindicta civitatis.

APPUGNO, V. *Adpugno.*

APPULEIUS, V. *Apuleius.*

APPŬLUS, V. *Apulus.*

APPULSUS, et Adpulsus, us, m. *a steering or making for land (spoken of ships),* actus appellendi, accessus, qui navigio fit ad terram, προσόρμισις. *Liv.* l. 27. c. 30. Hostem portubus, et litorum appulsu arcere. *Tacit. Ann.* 2. c. 6. Insula Batavorum, in quam convenirent prædicta, ob faciles appulsus. ¶ De accessu pecoris ad aquam bibendi causa, et de loco, itemque jure appellendi pecoris ad eum locum. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 19. leg. 1. Cum amplior numerus pecoris ad aquam appelleretur, quam deceret appelli, posse universum pecus impune prohiberi, quia junctum pecus ei pecori, cui appulsus debeatur, totum corrumpat pecoris appulsum. ¶ Item de quocumque alio accessu, *an access, approach. Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 10. Pars terræ appulsu solis exarsit, pars obriguit nive, pruinaque longinquo solis abscessu. et l. 2. c. 56. *ad fin.* Frigoris, et caloris appulsus sentire. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 30. Tribus modis deorum appulsu homines somniare. *h. e.* diis accedentibus, et rerum imagines immittentibus. *Apulei.* l. 6. *Metam.* Savium appulsu linguæ blandientis longe mellitum.

APPULSUS, et Adpulsus, a, um, admotus, participium verbi *Appello, is:* et fere in re navali usum habet. *Cic. Verr.* 7. c. 17. Navis appulsa Veliam est. *put into port at Velia.* et cap. 28. Alios ad Siciliam appulsos esse dicebat. *made for, approached. Tacit.* 5. *Histor.* c. 21. Appulsæ lyntres. *Id.* 4. *Histor.* c. 84. Appulsæ litori naves. V. *Appello.*

APRA, æ, f. V. in *Aper.*

APRARĬUS, a, um, adject. ad apros pertinens, καπρινός. *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 22. Retia apraria, et cetera, quæ venationis instrumento continebuntur. Adde lib. 3. *sentent.* tit. 7. *circa med.*

APRICATĬO, onis, f. *a basking in the sun,* consessio ad solem in loco aprico, ἡλίωσις. *Cic. ad Attic.* l. 7. ep. 11. Unam mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo sole malim, quam omnia istiusmodi regna. *Id. de senect.* c. 16. Calescere apricatione, vel igni. *Columell.* l. 8. c. 8. Egredi ad apricationem.

APRICĬTAS, atis, f. *a sunny-place, place in the sunshine,* ἡλίωσις, locus apricus. *Plin.* l. 16. c. 16. Regio Margiana apricitatis inclytæ. *Justin.* l. 36. c. 3. Apricitas naturalis ac perpetua tepidi aeris. ¶ Apud *Colum.* l. 7. c. 4. *et* l. 8. c. 15. *apricitas diei* est serenitas, et calor. *warmth of the sun, sun-shine, apricity.*

APRICLUS, V. *Apriculus.*

APRĪCO, as, avi, atum, a. 1. apricum, et soli expositum reddere. *Pallad.* l. 1. tit. 38. Ventis frigidioribus altus paries resistat, qui locum possit defensis sedibus apricare. *to expose to the sun, warm in the sun, to sun, insolate.* ¶ Pro calefacere, fovere. *Paulin. Nolan.* carm. 13. *Iambic. ad Cyther.* v. 311. Martinianum suscipit fraternitas, Tectoque apricat, et cibo. *to warm, cherish with warmth.*

APRĪCOR, aris, atus sum, dep. 1. *to bask in the sun, apricate,* εἱληθερέω, ἡλιάζομαι, est in aprico loco esse, hoc est in loco soli exposito versari. *Varr.* apud *Non.* cap. 2. num. 65. Licet videre multos quotidie hieme in sole apricari. *Colum.* l. 8. cap. 4. Habere clausam (*gallinam*) oportet amplum vestibulum, quo prodeat, et ubi apricetur. *Cic. Tuscul.* 5. c. 32. Alexander offecerat Diogeni apricanti. Adde *Plin.* l. 36. c. 25.

APRICŬLUS, i, m. parvus aper. *a small boar.* Est hoc nomine pisciculus quidam ita dictus, quod quandam cum terrestri apro habet similitudinem, Græce καπρίσκος. *the sea-hog. Apulei. in Apolog.* Quæsitum venandis apris piscem apriculum. *Ennius* apud *eund. ibid.* dixit *apriclum* per syncopen, metri causa: laudatque eum, qui apud Tarentum capitur.

APRĪCUS, a, um, *sunny, exposed to the sun,* προσήλιος, soli expositus: cui *opacus* opponitur. *Festus,* et *Serv.* ad *Æn.* 6. v. 312. volunt esse ab α privativa, et φρίκη, horror, frigus, quia loca soli exposita etiam per hiemem tepescunt. [Potius dictum arbitror *apricum* quasi *apericum,* aperto cælo et soli adeo oppositum, ut *anticus* et *posticus* ad situm referuntur.] *Cic. in Partit.* c. 10. *ad fin.* In locis et illa naturalia, salubres, an pestilentes; opaci, an aprici, &c. *Id. Fam.* 16. ep. 18. Apricus hortus. *Senec. de provid.* c. 4. Vallis aprica. *Colum.* l. 11. c. 3. *ante med.* Brassicam locis apricioribus a Calen. Martiis deponere. *Plin.* l. 16. c. 16. Buxus amat aprica. *Id.* l. 21. c. 7. *ad fin.* Aprica Alpium. *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 15. Aggere in aprico spatiari. ¶ De iis, quæ apricis locis gaudent. *delighting or growing in the sun-shine. Horat.* l. 1. od. 26. v. 7. Apricos necte flores. *Virg.* 5. *Æn.* v. 128. apricis statio gratissima mergis. *Pers.* sat. 5. v. 179. Aprici senes. *Colum.* l. 1. c. 5. Ædificium sinistrum soli, et apricis flatibus. *h. e.* ventis qui veniunt a meridionali parte. ¶ Pro sereno, et calido. *Colum.* l. 11. c. 3. *ante med.* Apricus cæli status. *Id.* l. 9. c. 14. *a med.* Apricissimus dies. *serene, warm.* ¶ Translate *proferre in apricum* est in lucem edere. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 24. Quidquid sub terra est, in apricum proferet ætas. *to bring to light, publish abroad, give publicity to, promulgate.*

APRĪLIS, is, m. *the month of April,* Ἀπρίλιος, Θαργηλιών, vel potius Μουνυχιών, (V. *Ponteder.* epist. 22.) secundus anni mensis apud Romanos; ita dictus quasi *aperilis,* quod terram aperiat ad producendas herbas et fruges: vel quasi *Aphrilis,* ab ἀφρός, spuma, quod Venus, cui sacer est, ex spuma maris orta dicitur, ex quo et Ἀφροδίτη appellatur. *Ovid.* 4. *Fastor.* v. 61. *et seq.* ut qui omnia ad deos refert, secundum tantummodo etymon probat: at *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 4. *a med.* et *Cincius* apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. primum, negantes nomen Veneris, ne sub Regibus quidem, apud Romanos vel Latinum, vel Græcum fuisse; et ideo non potuisse mensem a Venere nominari. *Voss. in Etymol.* tertium ex *Jos. Scalig.* etymon affert, ab *aper,* quod eo mense porcus sacrificabatur. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 901. Sex ubi, quæ restant, luces Aprilis habebit. ¶ Revera adjectivum est, et cum absolute usurpatur, *mensis* subintelligitur. *Ovid.* loc. cit. v. 621. Occupat Apriles idus cognomine Victor Jupiter. ¶ Fuit etiam cognomen Romanum, ut P. Servilius P. F. Pal. Aprilis IIVir, &c. in vet. lap. apud *Murator.* pag. 1104. n. 5. Et nomen. *Ibid.* pag. 888. n. 5. *et* pag. 1266. n. 7. *et* pag. 1489. n. 4.

APRINĔUS, a, um, adject. idem quod *aprinus. Hygin.* fab. 69. Aprinea pelle opertus. *Al. leg.* aprina.

APRĪNUS, a, um, *relating to a wild-boar,* ad aprum pertinens, aprugnus. *Lucil.* apud *Charis.* l. 1. pag. 63. *Putsch.* Viscus aprinum. *Plin.* l. 28. c. 15. Aprina vesica. Et *cap.* 28. Aprinus pulmo. et *ibid.* Aprinum fel. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 19. Aprinus porcus. *h. e.* aper.

APROEGMĔNA, V. in *Productus.*

APRONĬA, æ, f. herba, quæ et bryonia dicitur. *Plin.* l. 23. c. 1.

APRONIĀNUS, a, um, adject. ab *Apronio,* quod est nomen proprium Romanum. *Cicer. Verr.* 5. c. 11. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam Aproniani convivii crapulam exhalassent. ¶ *Aproniana cerasa* sunt omnium maxime rubentia, pendentque uno pediculo plura. Eorum meminit *Plin.* l. 15. cap. 25. ¶ A Jurisconsultis *Senatusconsulti Aproniani* fit mentio *Dig.* lib. 36. tit. 1. leg. 26. quod *Brissonius* dictum ait a quodam Aproniano, qui consul fuit temporibus M. Aurelii Imp.

APROXIS, is, f. herba, cujus radicem Pythagoras tradidit e longinquo ignes concipere. *Plin.* l. 24. c. 17.

[* APRŬCO, onis, f. herba, alias saxifraga. *Apul. de herb.* c. 97.]

APRUGINĔUS, a, um, idem quod *aprugnus. Solin.* c. 32. (al. 45.) Hippotamus ungulis bifidis, apruginëis dentibus.

ĀPRUGNUS, a, um, *of or belonging to a wild-boar,* idem quod aprinus, καπρινός. *Plaut. Pers.* 2. 5. 4. Aprugnum callum. *Plin.* l. 8. c. 51. *ad fin.* Aprugnus lumbus. *Id.* l. 28. cap. 11. Aprugnus adeps. *Salmas. ad Spartian. in Æl. Vero,* cap. 5. et *ad Jul. Capitolin. in Maxim. Jun.* cap. 2. affirmat in antiquis quibusdam Codicib. etiam *aprunus* legi. ¶ *Aprugna, æ,* absolute est aprugna caro. *brawn. Jul. Capitolin. loc. cit.* Ut non nisi aprugnam, anates, grues, et omnia captiva ederet.

APSIS, V. *Absis.*

APSYCTOS, i, ἄψυκτος, gemma est nigra, ac ponderosa, quæ excalfacta igni dicitur septenis diebus calorem continere: ab α privativa, et ψυκτός, refrigeratus. *Plin.* l. 37. c. 10.

APTĀTUS, a, um, *fitted, adapted, adjusted,* accommodatus, appositus, convenienter adjectus, ἁρμοζόμενος, [† ἡρτημένος.] *Plin.* l. 35. c. 10. Tabula amplæ magnitudinis in machina, aptata picturæ. *Id.* l. 28. cap. 13. Sanguis hircinus cibo aptatus. *h. e.* præparatus in cibum. *Quintil. in fin.* l. 10. Aptatus ad præsens tempus. *Cic.* 3. *de Orat.* cap. 40. Hoc verbum est ad id aptatum, quod ante dixerat. *Senec.* epist. 59. In oratione pressa sunt omnia, et rei aptata. ¶ Item colligatus, compactus. *Ammian.* l. 23. c. 4. (al. 9.) Testudo compaginatur, axibus roborata longissimis, ferreisque clavis aptata. *tied, fastened, connected.*

APTE, adverb. *closely, tightly, compactly,* εὐαφῶς, proprie significat conjuncte, connexe, arcte. *Cic. de Univers.* c. 5. Mundi corpus ita apte cohæret, ut dissolvi nullo modo queat. *Id. in Hortens.* apud *Non.* c. 4. n. 3. Altera est nexa cum superiore, et inde apteque pendens. V. *Aptus.* ¶ Hinc sæpius generatim sumitur pro accommodate, congruenter, apposite, convenienter, *fitly, aptly, appositely, suitably, properly, conveniently,* εὐαρμόστως. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 14. Cothurni laus est ad pedem apte convenire. *Plin.* l. 11. c. 16. Apte compositi flores. *Liv.* l. 4. c. 37. Apte locare equitem. *Varr.* l. 6. *de L. L.* cap. 3. *ante med.* Cocus apte cibum curat. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 41. Facere aliquid apte. *Id.* ibid. c. 1. Apte, distincte, ornate dicere. *Id. in Partit.* c. 8. *in fin.* Dicere aliquid ad tempus apte. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 32. Loqui ad rerum dignitatem apte. *Id. in Orat.* c. 44. Verba inter se quam aptissime cohæreant extrema primis. *Et mox.* Comprehensio numerose, et apte cadat. *Plin.* l. 2. c. 62. Aptius suis referentur locis. *Id.* l. 19. c. 5. Cucurbitæ aptissime seruntur parilibus.

APTO, as, avi, atum, a. 1. *to fit, adapt, accommodate, adjust,* ἁρμόζω, προσάπτω, aliquid rei alicui convenienter jungere, accommodare. *Colum.* l. 12. c. 54. Cum autem eam tabulam sic aptaveris, gravia pondera superimponito. *Cels.* l. 2. c. 11. Os cucurbitulæ corpori aptatur, imprimiturque donec inhæreat. *Sueton. in Tiber.* cap. 73. Aptare anulum digito. *Horat. Epod.* 7. v. 2. enses dexteris. *Virg.* 10. *Æn.* v. 131. nervo sagittas. *Id.* 9. *Æn.* v. 364. aliquid humeris. *h. e.* imponere asportandi causa. *Id.* 3. *Æn.* v. 472. classem velis. *h. e.* accommodare, ut vela facere pos-

sive vel accommodare vela navibus, ut sit hypallage. *Senec. in Agamemn.* v. 435. Ad militares remus aptatur manus *h. e.* miles ad remigandum se comparat. *Plin.* lib. 36. c. 22. *ad fin.* Lapides [illegible] in solido [illegible] structura aptantur utilius. ¶ Significat etiam parare, præparare, *to prepare, get ready, to furnish, get in order.* *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 110 metuensque futuri, In pace, ut sapiens, aptarit idonea bello. *Sueton. in Tiber.* c. 65. Aptare naves. *Virg.* 10. *Æn.* v. 588. Aptare se pugnæ. *Pomponi.* apud *Non.* cap. 4. num. 3. Heus aptate pueri munde, et ampliter convivium. ¶ Translate. *Horat.* l. 2. od. 12. Nolis longa feræ bella Numantiæ Mollibus aptari citharæ modis. *Quintil.* l. 12. c. 2. Aptare se ad primum velut aspectum orationis. *Id.* ibid. c. 10. Aptare sententias vocibus. *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 9. leg. 1. Hæc stipulatio ad fideicommissa etiam aptari debet.

APTOTA nomina, *aptotes*, ἄπτωτα, sunt quæ carent casibus, ut *fas, dicas*: ab α privativa, et πίπτω, cado, quia a prima sui positione non cadunt, ut ait *Diomed. Grammat.* l. 1. pag. 287. *Putsch.* et *Priscian.* l. 5. pag. 669. *Putsch.* Est autem Græca vox, et Græce scribenda.

APTUS, a, um *fastened close, attached, connected, adhering tightly,* colligatus, vinctus, connexus, cohærens, ἀπτόμενος. *Festus* ducit ab *apo*: quod V. suo loco. At *Servius* ad *Virg.* 4. *Æn.* v. 482. et *Æn.* 11. v. 202. ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι, quod est annecti, connecti. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 21. Fulgentem gladium e lacunari seta equina aptum demitti jussit. *appensum* quidam leg. sed minus recte. *Id. in Orat.* c. 71. Facilius est apta dissolvere, quam dissipata connectere. *Lucret.* l. 5. v. 806. Crescebant uteri terræ radicibus apti. *Id.* l. 6. v. 1065. inter se singulariter apta. *Id.* l. 5. v. 556. et 559. Conjuncta atque uniter apta. *Gell.* l. 6. c. 2. Ex quibus apta connexaque est. *Cic. de Univers.* c. 5. Qua ex conjunctione cælum ita aptum est, ut sub aspectum, et tactum cadat. *h. e.* compactum, et suis partibus colligatum. *Virg. loc. cit.* ex *Ennio*. axem stellis fulgentibus aptum. *h. e.* cælum, cui sunt affixæ stellæ, et adnexæ. *stellisque micantibus æthera fixum* dixit *Lucret.* l. 5. v. 1204. eodem sensu. *Servius* exponit conjunctum, vicinum. nam *axem* intelligit, non totum cælum, sed cæli cardines, circa quos cælum vertitur; in quibus nullæ sunt stellæ, sunt tamen iis vicinæ. Monet *Pier.* ad *cit.* 11. *Æn.* v. 202. in aliquot codicibus legisse se *haptum* cum aspiratione, vel quia sit ab ἅπτεσθαι, ut dictum est, vel quia ab ἅπτειν, qua significat accendere, inflammare. Quidam enim *axem aptum stellis* interpretati sunt accensum, collucentemque stellarum lumine. Sed aspirationem appingere usus vetat, et ratio. Nam *aptus*, ut ut e Græco descendat, Latinissima vox est. *Idem Ennius* apud *Cicer.* 3. *Offic.* c. 29. O fides alma, apta pinnis, et jusjurandum Jovis! *h. e.* quæ pennas, seu alas affixas habet: et alludit ad levitatem hominum in fide servanda: vel ad morem pingendi alatos multos deos. Fides autem pro dea a Romanis culta fuit. Alii aliter leg. Alia exempla ex *Catullo, Varr. Sallust. Lucil.* &c. in quibus *aptus* connexum, colligatumque significat, congerunt *Non.* c. 4. n. 3. et *Voss. in Etymol.* ad vocem *Apio.* ¶ Hinc translate *Cic. Tuscul.* 5. c. 12. Cui viro ex se ipso apta sunt omnia, quæ ad beate vivendum ferunt, nec suspensa aliorum aut bono casu, aut contrario, pendere ex alterius eventis, et errare coguntur; huic optime vivendi ratio comparata est. *h. e.* qui totus ex seipso pendet, neque rebus externis indiget. Expressit autem illud *Platonis in Epitaph.* Οὕτω γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, &c. Eodem modo *Parad.* 2. cap. 1. locutus est. *Id.* 4. *de Fin.* c. 19. Ordo rerum conservatus, et omnia inter se apta et connexa. *Id. in Orat.* c. 70. Efficiatur aptum illud, quod fuerat diffluens, ac solutum. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 18. Honestum, ex quo aptum est officium. *h. e.* a quo pendet officium. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 14. Non satis optabilis est rudentibus apta fortuna. *h. e.* a rudentibus pendens. *Id. pro Cæcin.* c. 18. Non ex verbis aptum pendere jus, sed, &c. Quidam minus recte leg. *totum.* *Id.* l. 3. *de nat. deor.* c. 1. Multa dicere etiamsi minus vera, tamen apta inter se, et cohærentia. ¶ *Aptus versus* est, in quo syllabæ omnes convenienter cohærent, et juxta leges metricas colligatæ sunt. *Cic. Parad.* 3. *sub fin.* Si versus pronuntiatus est syllaba una brevior, aut longior, exsibilatur, et exploditur: in vita tu, qui omni versu aptior esse debes, ut in syllaba peccare te dices? ¶ *Scriptor verbis aptus et pressus* dicitur a *Cic.* 2. *de Orat.* cap. 13. qui verba rebus ita proprie ac strictim accommodat, ut nihil redundet. *apt, correct in the expressions he makes use of.* ¶ Quia vero *aptus* is dicitur, *qui convenienter alicui junctus est*, ut loquitur *Festus* in *Apex*, hinc translate sumitur pro accommodato, apposito, convenienti, idoneo, *apt, apposite, proper, convenient,* ἐπιτηδής, εὐάρμοστος. *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 62. Pallium laneum aptum ad omne anni tempus. *Id. pro Mil.* cap. 20. Locus aptior ad insidias. *Id.* 1. *de Orat.* c. 54. Calcei habiles, et apti ad pedem. *Id.* l. 1. *Tuscul.* c. 36. Cum id non habeas, quod tibi nec usu, nec natura sit aptum. *Id. de clar. Orat.* c. 62. Oratores aptissimi turbulentis concionibus. Et cap. 95. Hæc genera dicendi aptiora sunt adolescentibus. *Liv.* l. 38. c. 21. Deprehensi genere pugnæ, in quod minime apti sunt. *Ovid.* de Vertumno *Metam.* 14. v. 765. formas deus aptus in omnes. *Nepos in Attic.* c. 16. Ut judicari difficile sit, cui ætati fuerit aptissimus. (ubi superlat. pro comparat. positum est.) *Cic. in Orat.* c. 22. Aptum esse, et consentaneum tempori, et personæ. *Id.* 4. *Verr.* c. 54. et l. 1. *de Orat.* c. 22. Natum, aptumque esse ad aliquid. *Id. in Partit.* cap. 15. Congruens, et aptus. *Id.* 4. *de Fin.* c. 17. et l. 1. *Offic.* c. 4. Aptus, et accommodatus. *Plin.* l. 5. c. 24. Et de Euphrate hoc in loco dixisse, aptissimum erit. ¶ *Homo aptus alteri* interdum dicitur, qui alterius naturæ, et ingenio accommodatus est. *Cic. Fam.* 12. *ep. ult.* O hominem semper illum quidem mihi aptum, nunc vero etiam suavem! ¶ *Aptus exercitus*, quasi habilis, *h. e.* expeditus, et regi facilis, qualis est qui non ita multis militibus constat. *Liv.* l. 10. c. 25. Profectus apto exercitu, et eo plus fiduciæ ac spei gerente, quod non desiderata multitudo erat. Similiter *aptus lar*, parvus, et qui facile coli potest. *Horat.* l. 1. od. 12. v. 43. Sæva paupertas, et avitus apto Cum lare fundus. ¶ *Aptus*, adeptus, V. *Apiscor.*

APŬA, æ, f. genus piscis, V. *Aphya.* Est etiam hoc nomine oppidum Liguriæ ad Macram fluvium, in Tusciæ confinio, nunc *Pontremoli*: cujus incolæ *Apuani* dicuntur a *Liv.* l. 40. c. 41. [Incertæ lectionis est *Catulli* locus carm. 93. v. 7. quem ita legit *Josephus Scaliger:* Et Volusi Annales apuam porgentur ad ipsam: apuam pisciculi genus interpretatus est, quos pisciculos muria conditos chartis ineptis amiciebant, uti et hodie fit: hoc enim fatum est malorum librorum, ut ait in suis ad hunc locum Commentariis *Jo. Ant. Vulpius*, qui tamen *Vossium* sequutus, legere et scribere maluit: Aduam morientur ad ipsum. V. *Padua.*]

APUD, *at, close by, near,* παρὰ, πρὸς, prope, juxta, præposit. quæ accusat. regit: et tum ad locum, tum ad personam refertur. Differt a *penes*, quod *apud* solam fere proximitatem, aut conjunctionem significat; *penes* præterea dominium ac potestatem, ut docent *Festus* et *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. pænult. leg.* 63. tametsi hoc discrimen non semper verum est. *Cic. Fam.* 15. ep. 4. Apud oppidum Cybistra castra feci. *Id.* 2. *de Orat.* c. 3. Cum in lecto Crassus esset, et apud eum Sulpicius sederet. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 11. Tantopere apud nostros justitia culta est, ut &c. *h. e.* a nostris. *Nepos in præfat.* Pleraque nostris moribus sunt decora, quæ apud illos turpia putantur. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 14. Subinvisum apud malevolos Postumi nomen. *Id. Attic.* l. 4. ep. 1. Consequi gratiam apud viros bonos. *Id. Fam.* 1. ep. 9. Præmia apud me minimum valent. *Id. pro Mur.* c. 36. Fuit eodem ex studio vir eruditus apud patres nostros Q. Tubero. *h. e.* temporibus patrum nostrorum. *Terent. Eun.* 2. 2. 15. Apud sæculum prius. *Cic. Verr.* 4. cap. 20. Apud Senatum verba facere. *h. e.* coram Senatu. *Id.* 5. *Phil.* c. 5. Dicere pro reo apud consilium. *Id.* 1. *de Orat.* c. 11. Loqui apud populum. *Id.* 2. *de Invent.* c. 23. Accusare aliquem apud alium. ¶ Interdum idem ac *in* valet. *in. Cic. Verr.* 6. c. 22. Is cœnam isti dabat apud villam in Tyndaritano. *Id. ibid.* Eupolemus, qui apud exercitum cum L. Lucullo est. (*h. e.* est in exercitu Luculli amicitiæ causa, vel discendæ militiæ, non militandi. Sic *Plin.* l. 33. c. 11. Pompeium Paulinum, quod XII. pondo argenti habuisset apud exercitum, ferocissimis gentibus oppositum scimus.) *Terent. Andr.* 2. 1. 2. Apud forum modo e Davo audivi. *Tacit. Ann.* 3. c. 12. Adjutor Germanico datus, rebus apud Orientem administrandis. *Id. Ann.* 12. *c. ult.* Sententiam militum secuta Patrum consulta; nec dubitatum est apud Provincias. *Sallust. Orat.* 2. *ad Cæs. de Rep. ordinan.* Sic apud animum meum statuo. *Tacit. Ann.* 4. c. 13. Ut civitati Cibyraticæ apud Asiam, Ægirensi apud Achaiam motu terræ labefactis subveniretur. ¶ *Apud aliquem* sæpe significat in ejus domo. *Cic. Fam.* 1. ep. 2. et *Verr.* 6. c. 22. Cœnare apud aliquem. *at such a one's house.* *Id. Fam.* 13. ep. 69. Apud eum ego sic Ephesi fui, tanquam domi meæ. *Id. Attic.* l. 1. ep. 7. Apud matrem recte est. et ep. 8. Apud te est, ut volumus. ¶ Etiam si dominus absit. *Id. Attic.* l. 15. ep. 3. *extr.* Brutum apud me fuisse gaudeo: modo et libenter fuerit, et sat diu. ¶ Est etiam *apud aliquem* in ejus scriptis. *in such a person's writings.* *Cic.* l. 1. *Divin.* c. 26. Ut scriptum apud Cœlium est. *Id.* 5. *de Fin.* c. 10. Ut ille apud Terentium, qui &c. *h. e.* in comœdia Terentii. *Id.* 2. *de Legib.* c. 26. De sepulcris nihil est apud Solonem amplius. *h. e.* in legibus Solonis. *Plin.* lib. 20. cap. 20. Inveni apud auctores. ¶ *Apud se esse* est compotem mentis esse, præsenti animo esse, ἐν ἑαυτῷ εἶναι. *Terent. Andr.* 2. 4. 5. Tu fac, apud te ut sies. *be on the alert; be on your guard.* *Id. ibid.* 5. 4. 34. Vix sum apud me; ita animus commotu' st metu. *I am hardly myself, hardly in my senses.* Et *Heaut.* 5. 1. 48. Præ iracundia non sum apud me. *I am quite beside myself with rage.* *Petron. in Satyr.* c. 129. Ex qua hora injuriam accepit, apud se non est. ¶ Interdum *apud* suo casui postponitur. *Tacit. Ann.* 4. c. 5. Misenum apud, et Ravennam. *Id. ibid.* c. 43. Montem apud Erycum. *Sueton. in Domit.* c. 9. Qui ante quinquennium proximum ærarium apud pependissent. *Al. leg.* apud ærarium. ¶ *Aput* pro *apud* scriptum legitur in aliquot antiquis lapidibus, quos affert *Dausquius in Orthogr.* ea scilicet ratione, qua *adque* pro *atque*, et *quodannis* pro *quotannis* scriptum fuit etiam Augusti ævo. Affines enim sunt *t*, et *d.*

APULEIUS, et Appuleius. ii, nomen proprium, quo non uni cives Romani appellati fuere. ¶ L. Apuleius ex Madaura Africæ urbe oriundus, Orator, Jurisconsultus, et Philosophus Platonicus floruit sæculo Christi II. circa tempora M. Antonini philosophi; scripsitque multa, quorum pleraque exstant, Latino sermone, multa etiam dicendi copia, acumine, et doctrinæ, eruditionisque apparatu. (V. *Lips. epistolic. quæst.* l. 2. ep. 22.) Stilus tamen ejus innovandi lascivia nimium prurit, plerumque affectatus, et audax, nec imitatione dignus. ¶ *Appuleius* duplici *pp* defenditur a *Manut. in Orthogr.* ex aliquot antiquis libris, et lapidib. verum et *Apuleius* unico *p* habet, quo se tueri possit.

APULEIUS, et Appuleius, a, um, adject. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 25. et 49. Lex Apuleia. *h. e.* lex de majestate lata, ut creditur, a L. Apuleio Saturnino trib. plebis C. Mario VI. L. Valerio Coss. circa A. U. 653. cui occasionem dederant motus Romæ concitati ob bellum Cimbricum. Sed quid peculiariter ea caveretur, non est facile definire; illud certe legimus, inquit *Manut. de legib. Rom.* c. 21. hac lege damnatum C. Junium Norbanum, quia seditione populi concitata, quod ad majestatem pertinuit, Q. Servilium Cæpionem innocentem damnaverat. ¶ Alia ab eodem lata fuit de coloniis, ut in singulas colonias ternos Cives Romanos facere C. Marius posset. *Cic. pro Balbo*, cap. 21. ¶ Alia item ab eodem lata, agraria fuit, ut divideretur populo Romano is ager, quem C. Marius pulsis Cimbris bello occupaverat: de qua *Appian.* l. 1. *de bell. civ.* item alia, qua in exsilium pelli jubebatur Q. Metellus Numidicus Consul, quod in priorem legem agrariam jurare noluisset: quam innuit *Cic. pro Sext.* c. 16. et alibi.

APULIA, æ, f. [† nunc] *Puglia*, Ἰαπυγία, Ἀπουλία, Italiæ regio inter Apenninum montem ad Mer. et mare Adriaticum ad Bor. in Regno Neapolitano. Duæ sunt, quæ Aufido fluvio dividuntur, una Daunia, [† hod.] *Puglia piana*, et *Capitanata*, in qua Garganus mons, et Sipontum Metr. quæ Occidentalis est, et Tipherno, seu Phiterno fluvio sejungitur a Frentanis in Occ. Altera Peucetia, [† nunc] *Terra di Bari*, et *Puglia*, in qua Barium Metrop. quæ in Ortum vergit, ibique desinit, ubi Salentini, idest Messapia, seu Iapygia, et Calabria Borealis, [† nunc] *Terra d'Otranto* subsequuntur. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 77. Incipit ex illo montes Apulia notos Ostentare mihi. *Id. Epod.* 3. Apulia siticulosa. ¶ Celebris fuit laudatissimis lanis. *Martial.* l. 14. epigr. 155. Velleribus primis Apulia, Parma secundis Nobilis: Altinum tertia laudat ovis. ¶ Scribitur et *Appulia* duplici *pp*. Sunt qui putant, unico *p* tunc solummodo scribi, cum prima syllaba corripitur, ut in illo *Horat.* l. 3. od. 4. v. 10. *Altricis extra limen Apuliæ.* sed etiam cum producitur, unico *p* scripta legitur in optim. codicib. Præterquamquod non regionis, sed mulieris nomen esse creditur a multis Interpretibus hoc *Horatii* versu: Quin *Bentleius* satis acute lectionem totam sollicitat, et mallet *Altricis*, seu *Nutricis extra limina sedulæ.* [¶ Est etiam quoddam veli genus. *Tertullian de spectac.* c. 20. Deus etiam extra cameras, et gradus, et apulias oculos habet. Hoc vocabulo significari videntur vela, quæ in theatris et amphitheatris ad ornatum, et ad excludendos solis ictus fervidos extendebantur. Ea vero quandoque purpurea erant, quo colore præstantissimæ, ut verisimile est, lanæ imbuebantur, quales ex Apulia; hinc *Martial. loc. sit.* Velleribus primis Apulia. Unde et velis nomen inditum Apuliarum.]

APULĬCUS, a, um, *Apulian, relating to Apulia*, Apulus. *Horat.* l. 3. od. 24. v. 3. Cæmentis licet occupes Tyrrhenum omne tuis, et mare Apulicum. Al. aliter leg.

APŬLUS, et Appulus, a, um, *Apulian*, ad Apuliam pertinens. *Horat.* l. 4. od. 14. v. 26. Qui regna Dauni præfluit Appuli. *Id.* l. 2. sat. 1. v. 38. Apula gens. *Id.* l. 1. od. 33. v. 7. Apuli lupi. ¶ Scribitur et *Appulus.* V. *Apulia.*

APUS, ŏdis, V. *Apodes.*

APYRĒNUS, V. vocem sequent. [† *Apyrinus.*]

[* APYRĒTUS, i, m. ἀπύρετος, febris carens, ab α privat. et πυρετὸς, febris. *Theodor. Prisc.* l. 2. Si apyreti fuerint.]

APYRĪNUS, et Apyrēnus, a, um, adject. *having no kernel,* ἀπύρηνος, et ἀπύρηνος, qui caret nucleo: ab α privativa, et πυρὴν, nucleus: et dicitur de pomis. Itaque *apyrenum* dicitur dulcis mali Punici genus, non quod nullos habeat nucleos, seu grana, sed quod habeat minus lignosa, et teneriora. *pomegranates.* *Plin.* l. 13. c. 19. Apyrenum, cui lignosus nucleus abest: candidior ei natura, et blandiores sunt acini, minusque amaris distincti membranis. *Senec.* ep. 85. Sic sapiens imperturbatus dicitur, quomodo apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor. *Martial.* l. 13. epigr. 43. Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis. *Colum. de arborib.* cap. 23. et l. 5. c. 10. Apyrenus fructus mali Punici.

APYRON SULPHUR, *sulphur that has not been burnt,* ἄπυρον, hoc est quod ignem non est expertum: ab α privativa, et πῦρ, ignis: genus sulphuris; quod et vivum appellatur, et nascitur solidum, hoc est gleba (cetera enim

liquore constant, et conficiuntur oleo incocta) quo solum ex omnibus generibus Medici utuntur. Hæc *Plin.* l. 35. c. 15. A *Celso* Græcis litteris scribitur l. 5. c. 18. ¶ *Aurum apyron, h. e.* igne non excoctum. *Plin.* l. 21. c. 11. *not tried.*

APYRŌTUS, V. *Acaustus.*

AQUA, æ, f. *water, (formerly considered one of the elements)* ὕδωρ, humor gelidus, unum ex quatuor elementis, ex quibus mundus constat. *Cic.* l. 1. *Attic.* ep. 16. Aquæ marinæ. *Virg.* 4. *Georg.* v. 61. Aquæ dulces. *Plin.* l. 14. c. 9. Aqua puteana. *Colum.* l. 12. c. 9. fontana. *Id.* l. 6. c. 22. fluvialis. *Ovid. Metam.* 8. v. 335. pluvialis. *rain-water.* Et *Cic. pro Mur.* c. 9. pluvia. *Horat.* l. 3. od. 10. *extr.* cælestis. *Gell.* l. 19. c. 5. nivalis. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 2. profluens. *running-water.* *Plin.* l. 31. c. 3. stagnans, aut pigra. [*Cels.* l. 2. c. 29. tenera, quam *Id.* c. 30. opponit duræ, *h. e.* quæ tarde putescit.] *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 26. viva. *h. e.* quæ e terra erumpit, et decurrit. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 19. leg. 1. quotidiana. *h. e.* qua quis quotidie uti potest. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 2. Ducere aquam per fundum alicujus. *Id.* l. 2. *de Divin.* c. 32. deducere ad utilitatem agri. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 60. haurire. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 9. trahere e puteo. *Id.* 3. *Verr.* c. 26. Perfundere aliquem aqua. *Plaut. Pers.* 5. 1. 17. Dare aquam manibus. *Liv.* l. 24. c. 9. et l. 38. c. 28. Aquæ magnæ, et ingentes eo anno fuerunt. *heavy rains.* Et *Ovid.* 2. *ex Pont.* epist. 7. v. 30. laborum, Quos ego sum terra, quos ego passus aqua. *both by land and sea.* ¶ In plurali numero sæpe κατ' ἐξοχὴν aquæ dicuntur de Baiis, et thermis, ut *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 41. notat. *Cic. pro Planc.* c. 27. Destiti stomachari, et me unum ex iis feci, qui ad aquas venissent. *Id. Fam. ult.* ep. 24. Puto, utrumque ad aquas. ¶ In illo *Cicer. Verr.* 5. c. 83. Enna mediterranea est maxime. Coge, ut ad aquam tibi frumentum Ennenses metiantur: *ad aquam* est ad litus maris, *at the water's edge; on the shore.* Adde cap. 14. ¶ Aquam liberam, aut servam bibere dicitur, qui servus, aut liber est. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 6. *in fi.* sic unquam longa relevere catena, Nec tibi perpetuo serva bibatur aqua. *Petron. in fragment. Tragur.* c. 71. Tamen, me salvo, cito aquam liberam gustabunt. [¶ *Aqua data*, et *aqua adtributa* distinguuntur in *Lege de aquæduct.* apud *Frontin.* art. 129. Et in his hortis, prædiis, locis, quorum hortorum, prædiorum, locorum dominis possessoribusve aqua data, vel adtributa est, erit, saliat, distribuatur, dividatur. Censet autem jure optimo *Morcellus de stil. Inscript. Lat.* pag. 173. inter *aquam datam* et *aquam adtributam* hoc discrimen fuisse, ut *aqua data* ea diceretur quæ in privatorum fundos semper influeret, *aqua* vero *adtributa*, quæ nec quotidie, nec nisi aliquot horis derivari posset; aut, si quotidiana esset, quotidie quidem, ut ait *Ulpianus*, ea quis uti posset, si vellet; quotidie tamen non duceretur.] ¶ *Præbere aquam*, cœnam dare, *to give an entertainment.* nam aquæ seu calidæ, seu frigidæ multus erat usus in cœna, et qui convivium præbebat, idem et balneum exhibebat ante cibum, et aquam abluendis manibus, &c. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 87. E quibus unus amet (al. *avet*) quavis aspergere cunctos Præter eum qui præbet aquam. ὕδωρ παρέχειν eodem sensu dixisse *Athen.* lib. 4. notat *Lambinus.* Sunt qui ita legunt: *quavis aspergere cunctos, Præter eum, qui præbet, aqua.* Et *aqua quavis aspergere* exponunt, undecumque petito risu lacessere, dictis perfundere. Quo pertinet illud *Plauti Cistell.* 1. 1. 35. Nostro ordini palam blandiuntur: clam, si occasio usquam est, aquam frigidam subdole suffundunt. *h. e.* obtrectant, maledicunt. [Fortasse sic rectius explicandus est locus ille. Nostro (meretricum) ordini palam blandiuntur (matronæ); clam, si occasio usquam est, aquam frigidam subdole suffundunt, *h. e.* hominum erga nos calidum amorem minuunt, veluti aquam frigidam suffendendo.] *Aspergere aquam alicui* dicitur, qui dicto, vel facto timorem adimit: locutio proverbialis ducta ex eo, quod animo defectis affusa aqua succurri solet. *Plaut. Trucul.* 2. 4. 15. Ah, aspersisti aquam! jam redit animus. V. similem loc. *Mil.* 4. 8. 22. *to reanimate.* ¶ *In aqua scribere* proverb. de re, quæ statim evanescit. *Catull.* carm. 69. *de inconstan. fem. amor.* cupido mulier quod dicit amanti, In vento et rapida scribere oportet aqua, καθ' ὕδατος γράφειν. *Lucian.* ¶ *Aquam a pumice postulare.* V. *Pumex.* ¶ Aqua, et ignis sunt duo elementa, quæ, ut ait *Festus*, humanam vitam maxime continent. *Cic. de Amic.* c. 6. Non aqua, non igni, ut aiunt, pluribus locis utimur, quam amicitia. ¶ Hinc *aqua et igni interdicere* est in exsilium pellere, *to banish:* quia sine his vivi non potest. *Cic. Phil.* 1. c. 9. Leges, quæ jubent, ei, qui de vi, itemque ei, qui majestatis damnatus sit, aqua et igni interdici. *Serv.* ad *Æn.* 12. v. 119. scribit, quia aqua et ignis adhibentur in fœderibus ineundis, ideo iis, quos a nostro consortio arcere volumus, aqua et igni interdici. ¶ Hinc etiam mos fuit, ut idem *Festus* scribit, ut sponsæ nuptiarum die aquam et ignem ab sponso acciperent: quem morem tangit etiam *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 10. *Serv.* ad *Æn.* 4. v. 167. et *Scævola Dig.* lib. 24. tit. 1. *leg. pænult.* ¶ Eadem ratione *aquam et terram poscere*, γῆν καὶ ὕδωρ αἰτεῖν, proverb. bellum indicere. *Liv.* l. 35. c. 17. Persæ aquam terramque ab Lacedæmoniis petierunt. ¶ *Aquam dare* est concedere causidico tempus ad agendam causam. *to allow time.* Metiebantur enim tempus dicendi clepsydra, quæ paulatim effundendo aquam, horarum spatia significabat. *Plin.* l. 6. ep. 2. Equidem quoties judico, quantum quis plurimum postulat aquæ, do. ¶ Hinc *aquam perdere* dicuntur, qui tempus agendæ causæ inutiliter consumunt. *to lose time.* *Quintilian.* l. 11. c. 3. *ante med.* Vitium nimiæ tarditatis et difficultatem inveniendi fatetur, et segnitia solvit animos, et (in quo est aliquid) temporibus præfinitis aquam perdit. ¶ *Aqua hæret: I am at a loss:* aliud proverb. est de eo, qui in re difficili et impedita versatur, et progredi nequit: ductum ab aqua, quæ obice opposito sistitur, et stagnat, sive ea in clepsydra sit, sive in alio quopiam profluente. *Cic.* l. 3. *Offic.* c. *ult.* Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua hæret, ut aiunt. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 8. In hac causa mihi aqua hæret. ¶ De rebus simillimis proverbiale est illud *Plauti Mil.* 2. 6. 70. Ex uno puteo similior nunquam potest aqua aquæ sumi, quam hæc est, atque ista hospita. V. *Ovum.* ¶ De more utendi aqua ad lavandum post opus Venereum, quod aperte indicat *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 7. *extr.* et alibi. V. etiam *Aquariolus.* ¶ De lacrymis. *Propert.* l. 3. eleg. 4. v. 10. Illius ex oculis multa cadebat aqua. *tears.* ¶ De *urina* intelligunt plerique illud *Petron. in Satyr.* c. 94. Extra cellam processit, tanquam aquam peteret, &c. Addunt et loca *Ovidii.* 3. *de art. am.* v. 96. et 620. quæ tamen aliter explicanda putant *Heins. ad Ovid. cit.* 3. *de art. am.* v. 96. et alii. [¶ Aqua pro baptismo utitur *Tertullian. de Baptism.* c. 20. Deinde Dominus post aquam segregatus in deserta quadraginta dierum jejunia emensus.] ¶ Multa sunt oppida in terrarum orbe, quæ, quia prope celebriores aquarum fontes, aut thermas condita sunt, ab iis nomen accepere, ut Aquæ Sextiæ, quæ nunc *Aix*, Aquæ Statyellorum, quæ nunc *Acqui*, Aquæ Augustæ, quæ *Baiona*, Aquæ Taurinæ, quæ *Acquapendente*, et alia, de quib. V. Geographos. ¶ Genitivus, et Dativus *aquai* pro *aquæ* et Poeticus, et antiquus est, legiturque apud *Lucret.* l. 1. v. 454. ubi est dativus, l. 2. v. 662. l. 3. v. 428. ubi genitivus, et alibi sæpe; item apud *Cicer. in prognost.* quorum aliquot versus recitat l. 1. *de Divin.* c. 9. ¶ Putant quidam primam syllabam produci in illo *Lucretii* l. 6. v. 551. Fit quoque ubi in magnas aquæ, vastasque lacunas. *Voss.* tamen *in Etymol.* censet *aqua* hic esse trisyllabum, ea ratione, qua *relliquus*, vel *rellicuus* quadrisyllabum facit *Id.* l. 1. v. 560. et l. 2. v. 953. tametsi utrobique alii aliter legunt.

AQUÆDUCTĬO, onis f. aquæ deductio, aquæductus, ὑδραγωγία. *Vitruv.* l. 7. c. *ult. a med.* Vehemens spiritus in aquæductione solet nasci, ita ut etiam saxa perrumpat. *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 3. leg. 10. Nihil interesse, utrum præcedat voluntas aquæductionem, an subsequatur.

AQUÆDUCTUS, us, m. *a conduit or conveyance of water by pipes; an aqueduct,* ὑδραγωγία, significat tum aquarum deductionem, cum scilicet aliquo derivatur aqua ad bibendum, aut ad irrigandum, tum ipsam structuram, qua aqua deducitur, sive ea subterranea sit, per cuniculos, sive ex opere arcuato: cujus duplicis aquæductuum generis, antiquis usitati non una adhuc exstant vestigia, Romæ præsertim. *Cic. pro Cæcin.* c. 26. Aquæductus, haustus, iter, actus. *h. e.* jus aquæ ducendæ ad agrum irrigandum (de quo etiam *Ulpian. Dig.* lib. 8. tit. 3. leg. 1. verba facit.) *Id. Attic.* 13. ep. 6. De aquæductu probe fecisti, &c. ¶ Dicitur et *aquæ ductus* divisim. *Plin.* l. 16. c. 42. Pinus, piceæ, alni ad aquarum ductus in tubos cavantur. ¶ De aquæductibus Urbis Romæ exstat commentarius *Sexti Julii Frontini.*

AQUÆLIBRĀTOR, oris, m. architectus, qui aquarum libramenta perquirit ad aquæductus faciendos. *Imp. Constantin.* lib. 13. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 2. Aurifices, specularii, carpentarii, aquælibratores, &c. Rectius tamen legitur divisim *aquæ librator.*

AQUÆLICĬUM. V. *Aquilicium.*

AQUÆMANĪLE. V. *Aquiminale.*

AQUAGIUM, ii, n. *a conveyance of water, aqueduct,* quasi *aquæ agium,* ut ait *Festus*, est idem ac aquæductus, ὑδραγωγία. *Pomponius Dig.* lib. 43. tit. 20. leg. 3. Is, qui jus aquæ quotidianæ habet, vel fistulam in rivo ponere, vel aliud quodlibet facere potest; dummodo ne fundum domino, aut aquagium rivalibus deterius faciat. Eadem fere habet lib. 8. tit. 3. leg. 15. Ex quibus loc. colligi videtur, differre aquagium ab aquæductu, quod illud natura factum sit, hic manu, et arte.

AQUALICŬLUS, li, m. *the ventricle, stomach, maw,* idem ac ventriculus; in quo cibi concoquuntur. V. *Aqualicus.* *Senec.* ep. 90. Cibus cum pervenit in ventrem, aqualiculi fervore concoquitur, tunc demum corpori accedit. ¶ Sumitur item pro imo ventre, in quo sordes, excrementaque corporis continentur, *the lower part of the belly, paunch.* *Pers.* sat. 1. v. 57. cum tibi calve Pinguis aqualiculus propenso sesquipede exstet. ¶ Scripsere quidam *aqualiculum* proprie significare alveum, in quo porci sorbent; translate autem sumi pro imo ventre, et pro stomacho.

AQUALĪCUS, ii, m. idem ac *aqualiculus*, qui illius est diminutivum, hoc est ventriculus. Et quidem pro ventriculo suis sumitur ab *Apic.* l. 7. c. 7. quam plerique putant propriam esse tum acqualici (si modo hæc vox certa est. nam apud *Apicium* lectio variat) tum *aqualiculi* significationem.

AQUĀLIS, le, adject. ad aquam pertinens. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 221. Nubes aquales frigido velo leves Cæli cavernas aureas subduxerant, Aquam vomentes inferam mortalibus.

AQUĀLIS, lis, m. *a vessel for holding water, water-pot, ewer, laver,* ὑδρία, vas quo aqua manibus datur. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 33. Datin' isti sellam, ubi assidat, cito, et aqualem cum aqua? *Id. Mil.* 3. 2. 39. Aqualis bilibris. Adde *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 25.

AQUĀNUS, a, um, *of water*, qui est ex aqua. *Tertullian. de carne Christi*, cap. 9.

AQUARĬŎLUS, li, m. Aquarioli, teste *Festo*, dicti sunt mulierum impudicarum sordidi asseclæ, πορνοδιάκονοι. Sic *Apulei. in Apolog.* aquariolum uxoris vocat eum, qui nimis uxori suæ addictus est. [Seu potius qui uxori suæ lenonis officium præstabat.] Proprie autem sic appellati videntur ii, qui vilissimum exhibebant meretricibus ministerium aggerendi ipsis aquam, qua Veneri operatæ lavarent: multus enim fuit aquæ usus in lupanaribus, cum lavare totum corpus solerent, quo fœditatem quoquo modo eluerent, et ad alios excipiendos fierent paratiores. Deinde traducta est appellatio ad eos quoque, qui turpi amore iis addicti essent; et ad eos, qui lenonia arte viros ad eas pertraherent. *Lamprid. in Commod.* cap. 2. *in fi.* Aquam gessit, ut lenonum minister; ut probris natum magis, quam ei loco eum crederes, ad quem fortuna provexit. *Tertull. in Apolog.* c. 43. Si qui forte vere de sterilitate Christianorum conqueri possint, primi erunt lenones, perductores, aquarioli.

AQUARĬUS, a, um, adject. *relating to water*, ad aquam pertinens, ὑδατικός. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 25. Vas aquarium. *Paul. sentent.* lib. 3. tit. 7. *a med.* et *Cato R. R.* c. 11. Rota aquaria. *h. e.* ad aquam hauriendam. *Gell.* l. 16. c. 11. Psylli re aquaria defecti. *h. e.* aquæ inopia laborantes. *Cic. in Vatin.* c. 5. Cum tibi magno clamore aquaria provincia forte obtigisset. *h. e.* aquarum, et aquæductuum curandorum. Cur autem addat *magno clamore, Lips.* l. 1. *Antiq. lection.* c. 12. rationem reddit. *Plin.* l. 34. c. 14. et l. 36. c. 20. Aquariæ cotes. *h. e.* quæ in acuendo aqua perfunduntur. *Colum.* l. 2. c. 8. et *Pallad.* l. 10. tit. 3. Aquarii sulci. *h. e.* per quos aqua ex agro decurrit; qui et *elices* appellantur. *Cæl. Aurelian. Chronic.* l. 1. c. 4. Aquarius canis. ¶ *Aquarium, ii*, absolute locus, in quo aquari possunt tum homines, tum animalia. *Cato R. R.* c. 1. Operariorum copia siet, bonumque aquarium, oppidum validum prope siet. *Alii leg.* Operariorum copia siet, boumque, ibique aquarium, et oppidum validum prope siet. *a place to water in.* ¶ Item vas ad aquam fundendam. *Hygin. Poet. Astron.* l. 3. c. 28. Effusio aquæ cum aquario ipso, &c. In quibusdam MSS. *aquali* legitur. *Plin. secundus* apud *Charis.* l. 1. pag. 95. *Putsch.* quærit, *aquarium*, an *aqualium* dici debeat; et statuit *aquarium* rectius esse; dicique, ut a *laterale laterarium, scutale scutarium*, sic ab *aquale aquarium.* ¶ *Aquarius, ii*, m. est servus, qui aquam aggerit ad usus necessarios. *a slave employed to fetch water, a water-man.* *Juvenal.* sat. 6. v. 331. veniet conductus aquarius. *Hieronym.* ep. 27. *ad Eustoch. epitaph. Paulæ*, c. 3. *a med.* Gabaonitas ob dolos, et insidias, in aquarios, lignariosque damnavit. ¶ Item qui aquarum curam habet, aquarum architectus, aut qui quocumque modo aquis publicis curandis inservit. *a superintendant of waters; one whose business it was to take care of the waters, aqueducts,* &c. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 6. Nisi ego cum tabernariis et aquariis pugnarem, &c. Erat autem *Cælius*, cum hæc scriberet, Ædilis. *Imp. Zeno* lib. 11. *Cod.* tit. 42. *leg. pænult.* Universos autem aquarios, vel aquarum custodes, quos hydrophylacas nominant, qui omnium aquæductuum custodes deputati sunt, &c. Adde *Frontin. de aquæduct.* sæpe. ¶ Denique *Aquarius* nomen est undecimi signi in cælesti Zodiaco, qui Græce Ὑδροχόος dicitur, hoc est *aquam fundens*, in quod Sol mense Januario ingreditur: Constat stellis quatuordecim, et figuratur ut puer urnam habens, et aquam effundens, quam repræsentant stellæ viginti quatuor: tametsi alii aliter numerant. *the name of one of the signs of the Zodiac.* Fabulantur Poetæ hunc fuisse Ganymedem, qui Jovis pincerna fuit, ob id meritum inter astra collocatum. Alii fingunt, esse Deucaliona, quod eo regnante magnum aquarum diluvium fuit. Alii denique alia commenti sunt. V. *Hygin. Poet. Astronom.* l. 2. c. 29. et l. 3. c. 28. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 36. inversum contristat Aquarius annum. Adde *Cicer. in Arat.* ubi sæpe *Aquari* in genitivo usurpat pro *Aquarii*, metri causa, vers. 56. 172. 176. 179. et alibi.

AQUĀTE, adverb. dilute. *Plin. Valer.* l. 1. c. 10. Cerotum temperare aquatius. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 4. Vinum aquatissime temperatum. *h. e.* multa aqua dilutum.

AQUATĬCUS, a, um, *relating to water, living or growing in water, aquatic,* qui in aqua, vel circa aquam vivit, aut provenit, ἔνυδρος. *Plin.* l. 8. c. 27. et l. 10. c. 3. Aquaticæ aves. *Id.* l. 16. c. 36. Aquatici frutices. *et* cap. 37. Aquaticæ arbores. ¶ Ponitur etiam pro aquoso, humido, *moist, watery, rainy, aquose.* *Plin.* l. 18. c. 11. Aquaticus panis. *h. e.* qui multa aqua subigitur. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 853. Aquaticus Auster. *Plin.* l. 16. c. 36. In aquaticis na-

[illegible]. ¶ *Aquatilis color*, aquæ similis. [illegible] c. 10. [illegible] Hyacinthus aut violaceo dilutior, aut nubilo obductior, aut diluentus in aquatilem eluquescit.

AQUATILIS, [illegible], *living or growing in water*, idem quod aquaticus. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 60. Vescimur bestiis et terrenis, et aquatilibus, et volatilibus. *Colum.* l. 7. c. 9. Aquatilis silva. *Plin. in proœm.* l. 31. Aquatilium [illegible] in aquis [illegible]. ¶ Aquæ saporem habens. [illegible] *Pall.* l. 12. c. 13. Sunt aves [illegible] conditæ, origani, amari absinthii; aquatiles [illegible], cucurbitæ, lactucæ. [¶ *Aquatilia* absolute est [illegible] jumentorum. *Veget. Veter.* l. 2. c. 19. Si aquatilia in articulis, vel in gambis fuerint. *Id.* l. 1. c. 25. [illegible] putat aquatilia esse quæ appellatur hydatides, [illegible]. forlasse sunt quæ Anglice [illegible].]

AQUATIO, [illegible], *or fetching water*, [illegible], collectio, et [illegible], et [illegible] vocabulum. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 11. Quatuor millibus passuum aquationis causa procedere. *Auct.* [illegible] *B. Hispan.* c. 8. Regio [illegible] copiosam aquationem *h. e.* aquarum copiam ad usum exercitus. [illegible] c. 51. Aquatione longa, et angusta [illegible]. ¶ Extra rem militarem, *Plin.* l. 6. c. 23. A Copto camelis itur, aquationum ratione mansionibus dispositis. *Pallad.* l. 4. tit. 17. *in fi.* et l. 3. tit. 19. *in fi.* Salices aquationibus adjuvandæ. *h. e.* irrigationibus. *Colum.* l. 7. [illegible] c. 5. Mutare pabula, et aquationes totius regionis. *to change the pasture and water.* *Plin.* l. 32. c. 7. [illegible] multæ, [illegible] per aquationes Autumni nascentes, [illegible] ex pluviis autumnalibus. Usus est etiam *Cicero* l. 3. *Offic.* c. 14. ubi tamen quidam lectionem sollicitarunt.

AQUĀTOR, oris, m. *a waterer, one employed to fetch water*, ὑδροφόρος, qui aquandi ministerium, præsertim in exercitu facit. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 73. Aquatores ab equitatu premi nostro. *Liv.* l. 41. c. 1. Ut idem aquatoribus esset præsidium.

AQUĀTUS, a, um, *watery, aquose, thin like water, diluted with water, fluid, liquid*, aquam referens, dilutus, fluidus: cui opponitur crassus, spissus, durus. *Pallad.* l. 4. tit. 1. Cum vites non aquato, sed spisso humore lacrimabunt. [illegible] l. 1. *quæst. natur.* c. 5. *ad fin.* Purpura eodem conchylio non in unum modum exit: interest, quamdiu macerata sit: crassius medicamentum, an aquatius traxerit. *Plin.* l. 28. c. 9. Omne lac vernum aquatius æstivo. *Scribon. Larg. composit.* 35. Collyrium aquatum. *h. e.* maxime dilutum, et fluidum, et *composit.* 26. Collyrium aquatissimum. ¶ Aqua mixtus. *mixed with water.* [illegible] l. 6. [illegible] c. 2. Potionem aquatam madidi nauseant. [illegible] Vinum aquatissimum.

AQUENSES, ium, m. cognomine Taurini, sunt populi Etruriæ, ita dicti ab oppido, quod *Aquæ Taurinæ* appellatur, [† nunc] *Acquapendente*, quia situm est prope aquas, seu Thermas Taurinas. *Plin.* l. 3. c. 5.

AQUICALDENSES, ium, m. populi Hispaniæ citerioris in [illegible], quorum oppidum *Aquæ calidæ*, nunc ab Hispanis *Caldes* dicitur, leucis quatuor a Barcinone distans. *Plin.* l. 3. c. 3.

AQUICELUS, li, m. *Plin.* l. 13. c. 10. scribit, nucleos pineos in melle decoctos *aquicelos* a Taurinis vocari.

AQUIDŪCUS, a, um, *desiccative, having the power of drawing off or drying up water*, aquam ducens, et exsiccans, ὑδραγωγός. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 3. *c. ult. a med.* Uti aquiducis medicaminibus, quæ Græci hydragoga vocaverunt.

AQUIFOLĬUS, a, um, folia aculeata habens, quasi *acuifolius. having sharp pointed leaves. Ilex aquifolia* est ilicis genus, *a sort of holm; the scarlet holm*, folia aculeata habens, et pungentia, quæ a Scriptoribus modo inter frutices, modo inter arbores enumeratur, quia magna alibi, alibi parva provenit. *Plin.* l. 16. c. 6. duo ilicis genera facit, alterum foliis oleæ similibus, quod in Italia provenit; alterum foliis aculeatis, quod in Provinciis nascitur, et aquifolia ilex vocatur. Alii plura fecerunt genera: quos consule apud *Aldrovand.* et alios. ¶ Est et alterum *aquifoliæ ilicis* genus, sed parvum, et frutici magis, quam arbori simile, facile in Hispania proveniens, ac ferens coccum tingendis lanis aptissimum, et id maxime pretiosum. *Plin.* l. 16. c. 8. *a small shrub with sharp pointed leaves, that produces the coccum, or scarlet grain, used in dying cloth; some take it for the holly-tree.* ¶ Dicitur et *aquifolia*, æ, absolute. *Plin.* l. 16. c. 18. Montes amant aquifolia, buxus, ilex, juniperus. ¶ Item *aquifolium*, ii, n. *Plin.* l. 16. c. 25. Vere germinant aquifolium, terebinthus, paliurus. *Id. ibid.* c. 43. In laminas secantur buxum, palma, aquifolium, ilex. ¶ Adjective *Cato R. R.* c. 31. Vectes aquifolios, iligneos, laureos, ulmeos, facito, uti sient parati. Adde *Plin.* l. 16. c. 43. ubi hæc eadem verba repetit. ¶ Scribitur et *agrifolius* (quia ipsa arbor ἀγρία aliquando vocatur a *Theophr.*) *acrifolius*, et *acrufolius*.

AQUIFŬGA, æ, m. et f. *one ill of the hydrophobia*, qui aquas fugit, idque facit ex morbo, qui *hydrophobia* appellatur, ὑδροφόβος. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 15. Aquifugas cito interire.

AQUIGĔNUS, a, um, in aquis natus. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 12. Inter aquigena, et terrigena animalia.

AQUILA, æ, f. *an eagle*, ἀετός, avis ex genere rapacium, maximis valens viribus, ceterarumque pugnacissima, ac generosissima: ob id avium regina appellata. acutissimo, ut creditur, visu prædita, adeoque forti acie, ut contra solem stare apertis oculis, et ne connivere quidem dicatur: eo experimento pullos suos agnoscens, et aversantes rejiciens, tanquam degeneres. (V. *Lucan.* l. 9. v. 902. et *Claudian. in præf. ad III. consul. Honor.*) quod alii non acumini, sed obtusæ aciei adscribendum putant. Multa de aquilis *Plin.* l. 10. c. 3. ubi sex earum genera facit, et naturas describit. *Horat.* l. 4. od. 4. v. 31. nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam. ¶ A Poetis dicitur Jovis ministra, et armigera, quæ ei fulmina suggerit, quæque Ganymedem surreptum, sublatumque ad eum attulisse fingitur: ipsum quoque Jovem, ne a Saturno devoraretur, clam in Cretam detulisse, et adversus Gigantes prœlianti in victoriæ augurium obvolasse, telaque suppeditasse: Ob quæ merita tandem in Cælo collocata sit, et factum sidus novem, et secundum alios undecim stellis constans, quod capite caudam Delphini, cauda viam lacteam pene pertingit, alis autem hinc æquatorem, inde Tropicum Cancri. Hæc pleraque ex *Serv. ad Æn.* v. 598. *Plin. loc. cit.* scribit, ideo, eam Jovis armigeram judicari, quia numquam fulmine lædatur. *Servius ibid.* addit aliam de aquila fabulam: nempe fuisse quendam puerum formosissimum, nomine ἀετὸν, in Creta insula, Jovi valde charum; et a Junone ob zelotypiam in avem sui nominis conversum (ἀετὸς enim aquila est) et ab Jove tandem in Cælum translatum. Aliam et *Hygin Poet. Astronom.* l. 2. c. 16. Meropem quendam Co insulæ Regem, uxorem habuisse Ethemeam ex genere Nympharum. Hanc quia Dianam colere desiisset, ab ea sagittis figi cœptam, tandemque a Proserpina vivam ad Inferos abreptam. Ejus desiderio Meropem mortem sibi consciscere voluisse: misertam Junonem, ejus corpus in aquilam convertisse, et inter sidera collocasse: ne si hominis effigie eum collocaret, conjugis adhuc memoria, ac desiderio afflictaretur. Addit, nonnullos dixisse, hanc fuisse aquilam, quæ Jovis jussu soccum Veneris in Acheloo lavantis, ad Mercurium ejus amore captum, in Amithaoniam detulerit: quem persequens Venus, ad eum pervenit: qui voti compos factus aquilam, cujus ope ad optata pervenerat, in Cælum transtulit. ¶ In auguriis volatus aquilæ omnium prosperrimus a Romanis habitus est: quam ob causam aquilæ signum in exercitu ferre instituerunt. Itaque principem locum inter signa exercitus aquila obtinebat, quæ longæ infixa perticæ gestabatur, alis plerumque expansis, et in unguibus habens fulmina; fere etiam ex argento conflata. *the standard or ensign of a Roman legion.* Singulæ legiones suam habebant aquilam, sub qua etiam socii tum in agmine, tum in acie stabant: et quamvis ex aliis etiam animalibus signa militaria essent, apro, lupo, sphinge, &c. tamen aliquando abdicata ea fuere: quod primum omnium fecisse C. Marium, scribit *Plin.* l. 10. c. 4. aquila semper retenta, et primarii signi loco habita. V. *Lips. de militia Rom.* l. 4. dial. 5. *Stevvech.* ad lib. 2. *Veget.* cap. 6. et alios. *Lucan.* l. 1. v. 6. infestisque obvia signis Signa, pares aquilas, et pila minantia pilis. *Id.* l. 5. v. 238. Victrices aquilæ. *Auct. de B. Hispan.* cap. 30. Erat acies tredecim aquilis constituta. *h. e.* legiones. metonymia. *Juvenal.* sat. 14. v. 197. Ut locupletem aquilam tibi sexagesimus annus Afferat. *h. e.* honorem, et commoda primipili. ¶ *Tacit.* l. 3. *Hist.* c. 71. memorat *Aquilas sustinentes fastigium* Capitolii; et vel aquilas intelligit e ligno factas ornatus gratia, quibus templi fastigium innitebatur, vel certe mutulos, ac trabes, tabulatave ita disposita, ut vel aquilas, vel aquilarum alas aliqua ratione imitarentur: cujusmodi a Græcis ἀετοί, et ἀετώματα appellantur, ut est apud *Pollucem* l. 7. c. 27. *the uppermost story in buildings, representing the wings of an eagle.* ¶ *Aquilæ senectus* proverbio dicitur de senibus, qui magis bibaces sunt, quam edaces. dicitur enim aquila, cum ad senectutem pervenerit, quia superius rostrum adeo crescit, ut aduncitas aperiri non queat, aliquamdiu quidem solo prædæ sanguine nutriri, paulatim vero eo nutrimento non sufficiente, fame exstingui, quod et *Plin.* scribit l. 10. c. 3. Legitur hoc proverbium apud *Terent. Heaut.* 3. 2. 10. ¶ Alio sensu dicitur *aquilæ senectus* de iis, qui etiam in senectute actuosi sunt, et reipublicæ prosunt: quia aquila vel vetula generositatem retinet: et eodem sensu ob eandem rationem dicitur *equi senectus.* Utrumque conjunxit *Auson. in Professor.* n. 4. *v. ult.* ¶ Est etiam *aquila* genus piscis, de quo *Plin.* l. 9. c. 24. ¶ *Aquilai* pro *Aquilæ* in genitivo sing. habet *Cic. in Arateis*, v. 372.

AQUILĔGUS, a, um, aquam legens, seu colligens, ut *Rotæ aquilegæ* apud *Tertullian. de anim.* c. 33. ¶ *Aquilegus*, i, absolute est idem qui *aquilex. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 94. n. 3. Alexis Aquilegus V. S. L. M. *Alia* apud *Murator.* pag. 489. n. 4. M. Aurelius Vestinus aquilegus. Adde *Cassiodor.* l. 3. *Variar. epist. ult.* ubi tamen alii aliter legunt.

AQUILEIA, æ, f. [† nunc] *Aquileia*, Ἀκυληΐα, Urbs Carnorum Metrop. in decima Reg. Italiæ, quæ alluitur Timavo fluvio ad Turri, et Alsæ fluviorum confluentiam, media inter Palmam, et Gradum, inter Concordiam ad Occ. et Tergestum in Or. Fuit olim primaria, Roma excepta, totius Italiæ: sed ab Attila A. C. 452. et a Langobardis anno 590. incensa, et devastata, nunc pæne tota in ruinis jacet. *Martial.* l. 4. epigr. 25. Et tu Ledæo felix Aquileia Timavo. *Sil.* l. 8. v. 606. Nec non cum Venetis Aquileia perfurit armis. Al. leg. *superfluit.* ¶ Fuit in Tribu Velina.

AQUILEIENSIS, se, *of Aquileia*, ad Aquileiam pertinens. *Liv.* l. 39. c. 45. Aquileiensis ager. [¶ Aquileiensis est etiam Aquileiæ incola. *Inscript.* apud *Marinium Fratr. Arval.* pag. 159. C. Veratio, C. F. Vel. Italo Aquileiensi. Adde *aliam apud eumdem* ibid. pag. 588. Silvano sacrum sectores materiarum Aquileienses.]

AQUILENTUS, a, um, adjectivum ab *aqua*, ut a *mustum est mustulentus*, a *vinum vinolentus*, &c. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 318. *de Luna.* Tum contremula, aquilenta, apud alta litora Oriris, ac reluces nobilis omnibus. *h. e.* pluviam inducens; vel marino humore conspersa. credebantur enim olim Sol et Luna marinis aquis tingi in ortu, et occasu. Etiam *Ciceroni* hæc vox tribuitur l. 2. *de nat. Deor.* c. 19. Regio, quæ tum aquilenta est, tum australis. Ita enim haberi in multis optimæ notæ MSS. testantur *Gruter.* et *Gronov.* Editi tamen libri *Aquilonalis* exhibent, vel *Aquilonaris.*

AQUĬLEX, egis, et icis, m. *one skilled in seeking out and collecting springs to form aqueducts*, peritus scrutandi aquarum venas in usum puteorum, et aquæductuum: quem *aquarum indagatorem* vocat *Colum.* l. 2. c. 2. ita dictus ab *aquis legendis*, hoc est inquirendis, ὑδροσκόπος, ὑδροφάντης. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 8. Tuscus aquilex. *Plin.* l. 26. c. 6. Tussilago silvestris ubi nascitur, subesse aquas credunt: et hoc habent signum aquileges. Adde *Plin. alter.* l. 10. ep. 46. et *Senec.* l. 3. *quæst. natur.* c. 15. ¶ Habet etiam *aquilicis* in obliquis casibus: ut dictum est: et hac ratione dicitur ab *aquis eliciendis. Aurel. Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 6. *leg. ult.* Aquilices, tubarii, cornuarii, arcuarii, &c. Ita legitur in optimis editionib. *Haloandri, Torrentini*, et aliis. *Budæus* reponendum putat *aquileges. Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 5. Nec statim aquilicem, et agricolam se Deus repromisit. *Gloss. Vet.* Aquilices, οἱ τὰ ὑδραγώγια ἐργαζόμενοι, οἱ ἀνοχετάζοι, ποταμῖται, ὑδροσκόποι. *Serv.* ad *Georg.* 1. v. 109. Scrutatores, vel repertores aquarum, aquilices dicuntur.

AQUILIĀNUS, a, um, adject. ab *Aquilio*, quod est nomen proprium hominis Romani. Hinc *Aquiliana stipulatio* denominata ab *Aquilio Gallo* Jurisconsulto, qui fuit Ciceronis familiaris. Ejus mentio fit *Dig.* lib. 2. tit. 15. leg. 2. 4. 5. lib. 4. tit. 3. leg. 38. et alibi. Formula vero ejusmodi stipulationis habetur *ibid.* lib. 46. tit. 4. leg. 18. Sic Aquiliana definitio, *Cic.* 3. *Offic.* c. 15. ¶ Scribitur et *Aquillianus* duplici *ll.*

AQUILĬCES, icum, m. iidem qui *aquileges.* V. *Aquilex.*

AQUILICĬUM, ii, n. dicitur, cum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur, ut quondam, si creditur, manali lapide in urbem ducto. Ita exponit *Festus*, apud quem et *aqualicium* legitur: ab *aqua*, et *elicio, is.* Hinc *aquilicium Jovi immolare* apud *Tertull. in Apolog.* c. 40. *sub fin.* est victimas Jovi immolare ad impetrandam pluviam in siccitatibus.

AQUILĬFER, ĕri, m. *an eagle-bearer, officer who carried the chief-standard of the Roman legion*, qui aquilam, quod est signum præcipuum legionis, in exercitu portat, signifer, ἀετοφόρος. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 37. Cum aquilifer magna multitudine hostium premeretur, aquilam intra vallum projecit. *Sueton. in Aug.* c. 10. Aquilifero legionis suæ graviter saucio.

AQUILĬGER, ri, m. idem qui aquilifer. Habetur in quadam Inscriptione apud *Reines.* class. 8. n. 30. Quamvis etiam ibi *aliger* legatur, *aquiliger* corrigendum esse, idem *Reines.* recte censet.

AQUILĪNUS, a, um, *relating to an eagle, aquiline*, ἀετινός, ad aquilam pertinens. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 63. Aquilinæ ungulæ. *Apulei.* l. 2. *Metam.* Aquilinus aspectus. *h. e.* valde acutus. V. *Aquila.* ¶ *Aquilinas pateras* affert ex *Varrone Non.* c. 15. n. 21. sed legedum *culignæ, pateræ.*

AQUILĬUS, et Aquillius, ii, (utriusque scriptionis exstant vet. lapides allati a *Manut. in Orthogr.*) et Aquilia, æ, nomen proprium hominis Romani, dictum ab aquilo colore, hoc est nigro, ut *Festus* docet, vel potius fusco. ¶ Adjective *Aquilia lex* lata a C. Aquilio Gallo trib. pleb. fuit de damno injuria dato: continebat autem tria capita, quorum primum, et tertium referuntur *Dig.* lib. 9. tit. 2. *qui est* Ad legem Aquiliam, leg. 2. et 27. secundum non exstat, quia jam in desuetudinem abierat. V. ibi de ea plura. Meminit etiam *Cicer. de clar. Orat.* c. 34.

AQUĬLO, ōnis, m. *the north wind*, Βορέας, ventus Septentrionalis frigidissimus, ita dictus a vehementissimo volatu instar aquilæ, ut *Festus* putat. Flat inter Septentrionem, et Ortum solstitialem contra Libonotum. *Plin.* l. 2. c. 47. ¶ Græco vocabulo *Boreas* appellatur. Latini Scriptores, et præsertim Poetæ, eum cum Septentrionali vento sæpe confundunt; et Aquilonem nominantes, sæpe Septentrionalem plagam designant, ob vicinitatem, et affectuum similitudinem. Quin et per synecdochen pro omni vento usurpant, qui vehementissimi flatus sit. ¶ De Aquilone hæc a Poetis emanavit fabula: Fuisse eum Orithyiæ maritum, quam ex Græcia in Thraciam rapuerat, patrem

Chionæ, itemque Zetis, et Calais. Cum Latonam ex Jove gravidam Python serpens Junonis jussu persequeretur, Jupiter Aquilonis curæ eam commisit, qui statim sublatam puellam ad Neptunum pertulit, qui eam tutatus est. *Hygin.* fab. 140. Addit *Servius ad Æn.* 3. v. 209. Aquilonem seu Borean dedisse filiam Cleobulam nuptui Phineo Thracum, vel Arcadiæ Regi, qui ex ea suscepit duos filios, quos postea, mortua matre, cum aliam duxisset uxorem, hujus falsa accusatione ambos obcæcavit: quam nepotum injuriam persequens Aquilo avus, Phineum pari cæcitatis pœna affecit, et ad Pelagias insulas detulit, appositis insuper Harpyiis, quæ eis cibos abriperent, somnosque turbarent. Hæc omnia alii aliter narrant. *Virg.* 4. *Æn.* v. 310. Et mediis properas aquilonibus ire per altum. *Martial.* l. 5. epigr. 9. Centum me tetigere manus aquilone gelatæ.

AQUILONĀLIS, le, adject. Aquilonaris, Borealis, Βορειαῖος. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 19. Regio, quæ tum est Aquilonalis, tum Australis. *Alii aliter leg.* V. *Aquilentus.*

AQUILONĀRIS, e, *northern, relating to or looking towards the north,* ad Aquilonem, seu Septentrionem pertinens, Βορειαῖος. *Vitruv.* l. 9. c. 6. Piscis Aquilonaris. *h. e.* alter Piscium cælestium, qui Septentrionem versus collocatus est. Adde locum *Cicer.* in Aquilentus.

AQUILONIGĔNA, æ, m. et f. ab Aquilone genitus: et est Poetica Septentrionalium populorum cognominatio. *Auson. in Mosell.* v. 407. Aut Italum populos, Aquilonigenasque Britannos.

AQUILONĬUS, a, um, *northern,* Βορειαῖος, ad Aquilonem pertinens: et sæpe pro Septentrionali sumitur, ea ratione, qua in *Aquilo* dictum est. *Plin.* l. 17. c. 2. Aquilonia hiems. *h. e.* frigus ab Aquilone vento inductum. *Id.* l. 2. c. 49. Aquilonius typhon. *Id. ibid.* c. 97. Luna Aquilonia. *h. e.* versus Septentrionem sita. *Id.* l. 18. c. 26. Aquilonius piscis. V. *Aquilonaris. Id. sub fin.* l. 27. Aquilonia loca. *Stat.* 5. *Theb.* v. 432. Ismarii, Aquilonia pignora, fratres. *h. e.* Aquilonis filii Zethes, et Calais. Sic *Propert.* l. 1. eleg. 20. v. 25. Aquilonia proles.

AQUĬLUS, a, um, *dark, dun, of the colour of deep water, sun-burnt, swarthy,* fuscus, subniger: ab *aqua* deducta vox. Nam cum antiqui, ut *Festus* docet, duos omnino naturales colores noscerent, album scilicet, et nigrum, tertium inter utrumque medium ab *aqua*, cujus incertus est color, *aquilum* dixere. Hanc notationem rident alii, et ab *aquila* ducunt. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 152. Statura haud magna, colore aquilo. *Sueton. in Aug.* c. 79. Colorem inter aquilum, candidumque. *Casaubon.* eum esse putat, qui est in iis, quos Solis æstus torruit. *Arnob.* l. 3. pag. 108. Dii aquili, cæsi, ravi.

AQUIMINĀLE, is, V. vocem sequent.

AQUIMINARĬUM, ii, n. *a ewer, laver, basin, water-pot,* genus aquarii vasis, quod inter escaria, et ea, quæ ad mensam pertinent, contineri, docet *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 20. *a med.* et *Pompon. ibid.* leg. 22. Videtur autem esse vas lavandis manibus aptum: ex quo *aquiminarium* scribendum esse quidam censent, ab *aqua* scilicet, et *manare.* Ideo autem inter escaria vasa enumeratur, quia ante, et post mensam aqua manibus datur. In *Edit. Digest. Haloandri,* et *Torrentini* legitur *aquiminarium* tum locis cit. tum lib. 33. *tit. ult.* leg. 3. Apud *Paul. recept. sentent.* lib. 3. tit. 7. habetur *aquiminale,* pro quo *Cujac.* cum aliis mallet *aquæmanile.* At *Varr.* apud *Non.* c. 5. n. 32. habet *Aquæmanale,* et urceolum esse ait, quo in trulleum aqua effunditur: quæ omnia eodem recidunt. [¶ *Campol. in Litholex.* Aquiminale Deæ Cybeles, item Deæ Opis, item Deæ Fidei.]

[* AQUIMONĬUM, i, n. aquæ copia. *Campol. in Litholex.* Ex liberalitate Cæsaris adjacentibus concessum civibus feliciter aquimonium.]

AQUĪNAS, ātis, omn. gen. ad Aquinum oppidum pertinens. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 63. Colonia Aquinas. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 27. Nescit Aquinatem potantia vellera fucum. *h. e.* colorem factitium, purpuræ similem, quo Aquini lanæ tingebantur, sed purpura longe deteriorem. *Sil.* l. 12. v. 528. mox et vicinus Aquinas. ¶ *Aquinates, um,* Aquini cives, et incolæ. *Cic. pro Cluent.* c. 68. Propter vicinitatem Aquinatium.

AQUĪNUM, [† hod.] *Aquino,* Ἀκουῖνον, Col. et Urbs Latii, apud fines Samnitium in provincia Terræ Laboris, cis Casinum 5. M. P. *Plin.* l. 3. c. 5. Patria D. Thomæ Theologorum Principis, qui inde *Doctor Aquinas* dicitur.

AQUĬPENSER. V. *Acipenser.*

AQUIPEDĬUS. V. *Acupedius.*

AQUĬPES. V. *Agipedes.*

AQUITANĬA, æ, f. (olim *Aremorica* dicta) [† nunc] *Guienne,* et *Gascogne,* Ἀκουϊτανία. [† *Ptolem.* Ἀκυτανία *Steph.*] una ex quatuor Galliæ partibus: olim complectebatur totam illam regionem, quæ a Ligeri fluvio ad Pyrenæos, et Oceanum extenditur. Nunc a Circio Oceanum habet, qui *Aquitanicus sinus* dicitur, ab Occ. Hispaniam, a Septent. Lugdunensem Provinciam, a Merid. Narbonensem. *Plin.* l. 4. c. 17. et 19.

AQUITANĬCUS, a, um, adject. ad Aquitaniam pertinens. *Plin.* l. 4. c. 19. *in fi.* Aquitanicus sinus. *Id.* l. 26. c. 1. Aquitanica Provincia.

AQUITĀNUS, a, um, Aquitanicus. *Tibull.* l. 2. eleg. 1. v. 33. Gentis Aquitanæ celeber Messala triumphis. ¶ *Aquitani, orum,* Aquitaniæ populi. *Plin.* l. 33. c. 6.

AQUIVERGĬUM, ii, n. locus depressus, in quem aqua ex editiore parte defluit. Legitur apud *Innocent. de casis litter.* pag. 225. *Goes.* et pag. 234.

AQUOR, aris, atus sum, *to get, draw, or fetch water; to water,* ὑδρεύω, verbum militare, quod significat aquam haurire, et comportare in usum militum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 78. Premebantur Afraniani pabulatione, aquabantur ægre. *Sallust. in Jug.* c. 98. Miles gregarius castris aquatum egressus. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 40. Oppidanorum multitudo aquatum unum in locum conveniebat. ¶ Commode de apibus *Virg.* 4. *Georg.* v. 193. Sed circum tutæ sub mœnibus urbis aquantur. *Plin.* l. 11. c. 18. *a med.* Apibus insidiantur aquantibus ranæ. ¶ Translate *Plin.* l. 18. c. 17. *post med. Solum crassum et pingue* aquari gaudet, ut præpinguis et densa ubertas diluatur. *h. e.* crebros imbres bibere. Ita legit *Harduin.* alii aliter.

AQUŌSĬTAS, atis, f. *wateriness, aquosity, moisture,* humor. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 35. Si defectione fuerit stomachus affectus, fluor sequitur salivarum, et humecta aquositas, et nausea.

AQUŌSUS, a, um, *watery, abounding in water, moist, plashy, aquose,* ὑδατώδης, copiam aquæ habens. *Colum.* l. 5. c. 10. *de ficis.* Locis frigidis, et autumni temporibus aquosis præcoces serito. *Plin.* l. 18. c. 17. Aquosior ager. *Cato R. R.* c. 34. Aquosissimus locus. *Plin. loc. cit.* et *Virg.* ecl. 10. v. 66. Aquosa hiems. *Virg.* 8. *Æn.* v. 429. Nubes aquosa. *Id. Æn.* 4. v. 52. Aquosus Orion. *Propert.* l. 4. eleg. 3. v. 52. Crystallus aquosa. *h. e.* nitida, et pellucens velut aqua. *bright and pellucid like water.* Hinc *Isidor.* l. 16. c. 13. scribit, crystallum esse aquosi coloris. vel *aquosam* dicit, quia revera crystallus ex aqua nivali, frigoris vi concreta fit, ut *Plin.* l. 37. c. 2. docet. *Horat.* l. 2. od. 2. v. 15. Languor aquosus. *h. e.* morbus hydropis. Apud *Ovid. Heroid.* ep. 3. v. 53. Mater aquosa et Thetis.

AQUŬLA, æ, f. *a little water, plash, brook,* ὑδάτιον, pauca aqua. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 7. Platanus, quæ mihi videtur non tam ipsa aquula, quæ describitur, quam Platonis oratione crevisse. *Id.* l. 2. *de Orat.* c. 39. Ubi non seclusa aliqua aqula teneatur, sed unde universum flumen erumpat. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 3. Suffundere aquulam.

AR

AR, idem quod *ad* apud Veteres: quod postea obsolevit. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 17. Ar me advenias. *Alii aliter leg.* ¶ In compositione semper locum habuit in verbo *arcesso.* Alia etiam enumerat verba *Priscian.* l. 1. pag. 559. *Putsch.* in quibus olim *ar* pro *ad* dicebatur, ut *arvenas, arventores, arvocatos, arfines, arvolare, arfari,* pro *advenas, adventores,* &c. Sic *arfuerunt, arfuisse* in veteri S. C. de Bacchanalib. apud *Fabrett.* c. 6. pag. 427. et *arvorsarius* in veteri Tab. apud *Gruter.* pag. 507. lin. 15.

ARA, æ, f. *an altar,* βωμός, locus exstructus sæpe quadrata forma, sacrorum causa: quæ quomodo ab *altari* differat, in ea voce diximus. *Cic.* l. 1. *Divin.* c. 45. Consecrare aram alicui deo. *Id. pro Dom.* c. 53. Dedicare aram. *Idem de Harusp. resp.* c. 13. Detrahere sacerdotem ab ipsis aris, et pulvinaribus. *Sueton. in Aug.* c. 15. Exstruere aram numini. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 30. Adolere aras cruore. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 13. v. 23. Dare thura aris fumosis. *Virg.* 4. *Æn.* v. 453. Imponere dona aris thuricremis. *Id.* 2. *Æn.* v. 202. Mactare taurum ad aras. ¶ In illo ejusdem *Virg.* 6. *Æn.* v. 177. aramque sepulcri Congerere arboribus, cæloque educere certant, *Servius* aram pro pyra in modum aræ exstructa accipiendam putat. ¶ *Fabrettus Inscription.* c. 2. pag. 107. et 108. plures affert Inscriptiones, in quibus *ara* ponitur pro urna seu cippo sepulcrali, qui aram figura refert. ¶ Varias Etymologi hujus vocis origines assignant, ut *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 4. *ad fin. Serv. ad Æn.* 2. v. 515. *Isidor.* l. 5. c. 4. et alii: quæ omnia *Voss. in Etymol.* collegit. *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 2. *ex eodem Varr.* docet, prius *asas,* et *ansas* dictas fuisse, et commutatione litterarum factas esse *aras,* eo modo quo *Valesii,* et *Fusii* dicti sunt prius, quos nunc *Valerios,* et *Furios* dicimus. Porro *asas,* et *ansas* ideo dictas esse, quia mos erat precantium, et jurantium aras tenere manibus: quod confirmat *Servius* ad illud *Virg. Æn.* 4. v. 219. Talibus orantem dictis, arasque tenentem Audiit omnipotens. Sic *Æn.* 12. v. 201. Tango aras, medios ignes, et numina testor. *Cic. pro Flacc.* c. 36. Qui si aram tenens juraret, crederet nemo. *Plaut. Rud.* 5. 2. 46. Tange aram hanc. *La.* Tango. *Gr.* Per Venerem hanc jurandum est tibi, &c. Adde *Nepot. in Annib.* c. 2. [Optimum forte illud, quod damnat *Servius,* cum subjungit: Alii volunt ab altitudine, sed male. Nempe ara videtur ex eodem fonte, unde est Græcum *αἴρω, ἀρῶ.* Neque enim in ara aliud cogitari posse videtur, quam quod diximus locum aliquantum elevatum.] ¶ Hinc tactas aras rumpere, *Propert.* l. 3. eleg. 19. v. 15. juramentum violare tacta ara dictum. Al. leg. *pactas aras* h. e. pacta ante aras, et interposita religione firmata. ¶ Exstruebantur aræ non solum in templis, sed etiam in viis, ac plateis sub dio: cujus rei testimonium exstat apud *Plaut. Aulul.* 4. 1. 20. et *Mostell.* 5. 1. 45. ¶ Per synecdochen *aræ* ponuntur pro religione, et rebus sacris. *the national religion. Cic.* l. 3. *de nat. Deor. c. ult.* Est mihi tecum pro aris, et focis certamen. *h. e.* pro religione, et pro patria. *Id. Attic.* l. 7. ep. 11. Non est, inquit, in parietibus Respublica; at in aris, et focis. ¶ Sæpe *ara* ponitur pro perfugio, *a place to flee to for protection, place of refuge.* Nam rei, et præsertim servi, ad aras confugientes, perfugium ibi habebant, et asylum, ut inde sine piaculo abstrahi non possent. Quod si eos aliquando avelli necesse esset ignis admovebatur. Sic enim eos non ab hominibus, sed a Deo divelli existimabant. Ejus rei exemplum apud *Plaut. Mostell.* 5. 1. 64. et *Rud.* 3. 4. 56. habetur. *Terent. Heaut.* 5. 2. 22. Nemo accusat, Syre, te: nec tu aram tibi, nec precatorem pararis. *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 6. v. 14. Quæ patuit, dextræ firma sit ara meæ. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 10. Omnium talium rerum ratio reddenda est: quod vos cum facere non potestis, tanquam in aram confugitis ad deum. *Id. post redit. in Senat.* c. 5. Qui nisi in aram tribunatus confugisset, vim prætoris effugere non potuisset. *Id. Verr.* 4. c. 3. Confugere ad aram legum. *h. e.* tribunal Prætoris, et ad judices, qui leges servant, et vindicant. ¶ Est etiam *ara* signum cæleste situm ad Australem plagam sub cauda Scorpii prope circulum Antarcticum constans stellis quatuor secundum *Hygin.* et secundum alios septem: quod aliis nominibus *Thuribulum,* et *Sacrarium,* et *Lar* appellatur. *a constellation to the south of the Scorpion's tail.* Fabulantur esse illam aram, in qua sacra fecerunt dii, et societatem sanxerunt contra Titanas cælo bellum inferentes, exstructamque esse a Cyclopibus. *Cic. in Arat.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 44. Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri. Adde *Hygin. Poet. Astronom.* l. 2. c. 39. et l. 3. c. 38. ¶ Denique *aræ* ab Italis Latine loquentibus dicta sunt saxa, et crepidines pelagi tranquillo quidem mari exstantes, et quæ facile cerni possunt, at agitato fluctibus latentes, et pæne invisibiles, in quas incurrentia navigia diffinduntur. *Virg. Æn.* 1. v. 112. Tres notus abreptas in saxa latentia torquet: Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus, aras. *Varr. de ora marit.* apud *Serv. ad loc. Virg. cit.* Sciunt, periculose se navigare, ac verentur in pelago latentem insulam: quem locum vocant aras. *Servius* docet, dictas esse aras hujusmodi saxa sparsa inter Africam, Siciliam, Sardiniam, et Italiam, quod ibi Afri, et Romani fœdus inierunt, et fines imperii sui illic esse voluerunt. Addit quosdam tradere, insulam fuisse iis locis (quod indicare videtur et *Varr. loc. cit.*) quæ tandem superfuso mari latuerit, exstantibus tantummodo quibusdam saxis, super quæ Pœnorum sacerdotes rem divinam facere soliti fuerint. Hinc *Claudium Quadrigar.* 1. *Ann.* apud *eund. ibid.* scribere, *aras Neptunias* fuisse appellatas. Denique subdit, putare alios, hujusmodi appellationem tractam esse a Græcis, qui βωμοὺς, hoc est *aras,* ea saxa vocant. ¶ *Aram* pro *area* quidam putant usurpari a *Tertull. de Pall.* cap. 5. Soleo de qualibet margine, vel ara medicinas moribus dicere. *h. e.* in viarum crepidinibus, vel areis seu plateis. Sed nihil prohibet, quin de ara proprie dicta intelligatur. Nam etiam in publicis viis, et plateis aræ positæ erant, ut dictum est: et notat *Salmas. ad hunc loc.* licuisse aliquando iis pro suggestu uti. Apud *Varr.* quoque *aram* pro *area* usurpari credunt nonnulli lib. 1. *R. R.* c. 54. Uva quæ descendat in aram, ut in carnarium ascendat. *h. e.* quæ in area siccetur, et siccata servetur in carnario ad edendum. Hinc *Idem Varr.* l. 4. *L. L.* c. 4. *aram* ab *area* deduci posse indicat: quare non est absurdum *aram* pro *area* sumere. *Auson. Popm.* pro *ara* legit *area* ex conjectura. ¶ Nonnulla sunt Orbis terræ oppida, quæ ab aris ibi aliquando excitatis nomen accepere, ut *Ara Cæsaris, Ara Ubiorum,* &c. quæ V. apud Geographos.

ARABARCHES, æ, m. Ἀραβάρχης, (ut ostendit *Alciatus* l. 1. *Prætermissor.*) dicebatur publicanus, qui præerat exigendo vectigali de pecoribus, quæ ex Arabia in Ægyptum adducebantur: cujus officium *Arabarchia* vocabatur. V. Vocem sequentem. Hinc *Juvenal.* sat. 1. v. 130. *Nescio quis Ægyptius, aut Arabarches.* ubi alii putant notari Crispinum, de quo alibi *Juvenal.* alii alios. *Cic.* etiam l. 2. *Attic.* ep. 17. Antonium *Arabarchen* appellat, quasi Ægyptium publicanum. Extorquebat enim ingentia vectigalia, quæ postea prodigebat, ait *Plutarch.* Alii ea voce non Antonium, sed Pompeium notari volunt, qui Arabiam devicerat: et dici quasi Arabum principem, *h. e.* latronum. Alii scribunt *Halabarches,* ut significet salis Præfectum Ἁλαβάρχην. *Cujacius* utrobique tam apud *Cicer.* quam *Juvenal.* legit *Alabarches:* quæ quidem lectio placet quamplurimis. Ἄλαβα enim scriptura, vel atramentum est. Vectigalium autem ratio Latine etiam *Scriptura* dicitur: quare *Alabarches* vectigalium præfectum significat, seu quod idem est magistrum Scripturæ.

ARABARCHĬA, æ, dignitas, et officium Arabarchæ. *Impp. Gratian. Valentin.* et *Theodos.* l. 4. *Cod.* tit. 61. leg. 9. Usurpationem totius licentiæ submovemus circa vectigal Arabarchiæ per Ægyptum constitutum, nihilque super traductione animalium, quæ sine præbitione solita

[illegible] permittenda est, temerarie per licentiam vindicari [illegible] V. vocem preced.

ARABIA, æ, f. [† et nunc] *Arabia*, Ἀραβία, pars Asiæ, ab Arabo filio Apollinis ex Babylone. Terminos habet a Septent. Syriam, et Euphratem fluvium, ab Or. Sinum Persicum, ab Occ. Sinum Arabicum, a Merid. Mare Arabicum, seu partem Oceani Indici. ¶ Triplex est. Prima est *Petræa*, Nabathæa. Secunda est *Deserta*, *Scenitis* Ptol. ἀπὸ τῶν σκηνῶν, quod gens vaga, et sine ædificiis in tentoriis habitet. Tertia est *Felix*, seu *Beata*, εὐδαίμων, quæ et Panchaia inter Petræam, et Desertam, et sinum Persicum ad Sept. et sinum Arabicum ad Austr. inter Occ. et Or. longissime [illegible] mari Rubro Indiam versus definita, in qua Sabæi populi, multaque Regna continentur, et avis Phœnix reperiri dicitur, et thus, et Sardonyx gemma nascitur. *Plin.* l. 5. c. 11. *Solin.* c. 33. (*al.* 46.) *Pompon. Mela* l. 1. c. 10. ¶ Est etiam hoc nomine urbs in Arabia Felici in ora litoris sinus Arabici. *Pompon. Mela* l. 3. c. 8. ¶ Prima syllaba, quæ natura brevis est, metrica necessitate produci protest. *Propert.* l. 2. eleg. 8. v. 20. Et domus intactæ te tremit Arabiæ. Sic in *Arabius.* V. ¶ Adjective *terra Arabia* dicitur a *Plaut. Trinum.* 4. 2. 88. Advecti ad Arabiam terram sumus. Sic *Sicilia insula* apud eund. *Rud.* 2. 6. 60. *terra Græcia* apud *Gell.* l. 1. c. 1. *terra Italia, Id.* l. 2. c. 6. ex *Catone*, et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 9. Et *Thessala regio, Apulei. sub fin.* l. 1. *Metam.* Et *Campania terra, Tibull.* l. 1. eleg. 10. v. 33. Et *Celtiberia terra, Catull.* carm. 39. *in Egnat.* v. 17. Et *Umbria terra, Gell.* l. 3. c. 2. Eadem ratione *Libya citrus* dictum est a *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 132.

ARABĬCE, adverb. Ἀραβικῶς, Arabico more. *Plaut. in fragment.* apud *Diomed.* l. 1. pag. 378. *Putsch.* Facite, olant ædes Arabice. *h. e.* ex odoribus Arabicis, ut et *Festus* exponit. *Solin.* c. 33. (*al.* 46.) Arabice sacri vocantur. *h. e.* Arabum lingua.

ARABĬCUS, a, um, *Arabic, Arabian*, qui est ex Arabia, Ἀραβικός. *Plaut. Mil.* 2. 5. 2. Dianæ fumificare odore Arabico. *h. e.* thure, quod multum provenit in Arabia. *Plin.* l. 2. c. 67. Arabicus sinus. [† nunc] *the Gulph of Arabia. Id.* l. 14. c. 20. Arabia resina. *Id.* l. 24. c. 12. Spina Arabica. *h. e.* acacia. [¶ Arabica *scilic.* gemma. *Plin.* l. 37. c. 10. Arabica ebori simillima est: putant contra dolores nervorum prodesse habentibus. *Isid. Orig.* l. 16. c. 14. Arabica ex patria dicta, adspectu eburnea est.]

ARABĪLIS, le, *arable, that may be ploughed or tilled*, qui arari potest, ἀρόσιμος. *Plin.* l. 17. c. 5. Campus nullis, cum siccus est, arabilis tauris, post imbres vili asello.

ARABISSA, æ, *an Arabian woman*, mulier Araba. Dicitur *Hieronym.* usus hac voce, vertens e Græco *Eusebii Chronicon.*

ARABĪUS, a, um, *Arabian, Arabic*, idem quod Arabicus. *Propert.* l. 2. eleg. 2. v. 25. Nec si qua Arabio lucet bombyce puella. *h. e.* veste serica, quæ laudatissima texitur ab Arabis. Sic *Id.* l. 1. el. 14. v. 19. Arabium limen. *h. e.* ædes, aut conclavia pretiosis sericis aulæis ornata. *Plin.* l. 13. c. 23. Arabium genus capparis. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 6. Arabius odor. *h. e.* thuris, et aliorum aromatum, quorum ferax Arabia est. *Charis.* l. 1. pag. 99. *Putsch.* legit *Arabus.* ¶ Apud *Priscian. in periegesi*, v. 861. et 871. duplici *rr* scribitur.

ARABS, ăbis, omn. gen. *an Arabian, Arab*, Ἄραψ, qui est ex Arabia: tum adjective, tum substantive. *Tibull.* l. 3. eleg. 2. v. 24. Eoique Arabes, dives et Assyria. *Manil.* l. 4. v. 652. et 752. Molles Arabes. *Virg.* 2. *Georg.* v. 115. Eoasque domos Arabum. *Ovid. Metam.* 10. v. 478. Palmiferos Arabas, Panchæaque rura relinquit. *Propert.* l. 3. eleg. 11. v. 8. Pastor Arabs. *Martial.* l. 3. epigr. 65. Messor Arabs.

ARĂBUS, a, um, *Arabian*, idem quod Arabs, et Arabicus: tum substantive, tum adjective. *Virg.* 7. *Æn.* v. 604. Sive Getis inferre manu lacrymabile bellum, Hyrcanisve, Arabisve parant. *C. Cassius* apud *Charis.* l. 1. pag. 99. *Putsch.* Arabi mirifico animo erga nos fuerunt. *Lucil. ibid.* Arabus artemo. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 6. Arabus, murrhinusque omnis odor. Ita leg. *Charis. ibid. alii* Arabius. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 76. Non Arabo noster rore capillus olet. *h. e.* myrrha, cujus apud Arabes copia est.

ARABUS, lapis eburnei candoris, qui crematus, et in pulverem redactus aptissimus est dentifriciis. *Plin.* l. 36. c. 21. [¶ Hunc *Id.* l. 37. c. 10. vocat arabicam. V. supra *Arabĭcus* in *Appendice.*]

ARACHNE, es, f. Ἀράχνη, nomen puellæ Lydiæ, quæ cum de lanificio ausa fuisset cum Pallade certare, a victrice Dea percussa radio in araneam est commutata. *Ovid.* 6. *Met. init. Plin.* l. 7. c. 56. scribit, Arachnem linum, et retia, filium ejus Closterem fusos invenisse. *Suidas* docet, ἀράχνιον, filum esse, et licium tenuissimum, et ἀράχνην, fem. gen. telam, seu texturam, masc. vero gen. pusillum animal, dictum, quod rara, molliaque habeat vestigia. Hinc itaque a Poetis fabulæ occasio sumpta est. ¶ *Arachne* præterea est genus horologii solaris, cujus inventorem alii *Eudoxum Astrologum* fuisse tradunt, alii *Apollonium*, ut est apud *Vitruv.* l. 9. c. 9. Videtur autem ita appellatum esse, quia lineas habebat ita dispositas, ut aranearum telas in orbem textas referrent.

ARACHNĒA, æ, f. Ἀράχνεια, eadem quæ Arachne, ut *Calliopea* pro *Calliope. Manil.* l. 4. v. 135. ipsa suismet Asseruit Pallas manibus, dignumque putavit, Seque in Arachnea magnum putat esse triumphum.

ARACHOSIA, [† nunc] *Cabul, Chesimur, Candabar*, regio olim Persidis, nunc Magni Mogolis, divisa ab India flumine Indo in Occ. Est in ea oppidum, et flumen ejusdem nominis. *Plin.* l. 6. c. 23.

ARACHOSĬUS, a, um, ad Arachosiam pertinens. *Arachosii* sunt ejus populi. *Justin.* l. 13. c. 4. ubi alii leg. *Arachoffi*, et *Curt.* l. 4. c. 12. et alibi.

ARACIA FICUS, genus est ficus albi, pediculo minimo, latissimi, apud *Plin.* l. 15. c. 18. ubi alii leg. *Aratia*, a Græco Ἀράτειος, quasi a quodam Arato denominata sit. *a kind of white fig.* ¶ Est etiam Aracia, Ἀρακία, insula sinus Persici, cum monte præalto, Neptuno sacra. *Plin.* l. 6. c. 25.

ARACYNTHUS, i, m. Ἀράκυνθος, mons est Acarnaniæ, ut docent *Plin.* l. 4. c. 2. et *Solin.* cap. 7. (*al.* 12.) in quo est Dirce fons Minervæ sacer. *Steph.* et *Serv.* ad *Virg. Ecl.* 2. v. 24. docent esse montem Thebanum in Bœotia: et fortasse utroque loco ejusdem nominis mons est. *Virg. loc. cit.* Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. V. *Actæus. Propert.* l. 3. eleg. 13. v. 41. victorque canebat Pæana Amphion rupe, Aracynthe, tua.

ARÆOSTȲLOS, V. *Diastylos.*

ARANĔA, æ, f. *a spider*, ἀράχνη, idem ac araneus. *Plaut. Stich.* 2. 2. v. 24. Operam omnem aranearum perdere, et texturam improbam. *Virg.* 4. *Georg.* v. 247. aut invisa Minervæ Laxos in foribus suspendit aranea casses. *Plin.* l. 11. c. 24. et *Senec. sub fin.* ep. 121. solertiam ejus in texendo describunt. ¶ Item aranei tela, *a spider's web, cobweb.* ἀράχνιον. *Ovid. Metam.* 4. v. 178. non illud opus tenuissima vincant Stamina, non summo quæ pendet aranea tigno. *Lucret.* l. 4. v. 728. Obvia cum veniunt, ut aranea, bracteaque auri. *Plin.* l. 24. c. 9. Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit. *h. e.* convertitur in tenuia filamenta, araneorum telis similia. *down resembling that of a cobweb.*

ARANĔANS, antis, participium sine verbo. *Araneantes fauces* dictæ sunt ab *Apulei.* lib. 4. *Metam.* per quas diu cibus non transiit, atque ob id quasi obductæ sunt araneorum telis.

ARANEŎLA, æ, f. *a small spider*, parva aranea animal. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 48. Ut in araneolis aliæ quasi rete texunt, ut si quid inhæserit, conficiant; aliæ ex inopinato observant, et si quid incidit, arripiunt.

ARANEŎLUS, li, m. idem ac araneola. *Virg. initio Culicis.* Lusimus, Octavi, gracili modulante Thalia, Atque ut araneoli, tenuem formavimus orsum. ¶ Hunc versum quidam referunt etiam inter fragmenta *Petronii.*

ARANEŌSUS, a, um, *like a cobweb, araneous, downy; full of cobwebs*, araneorum telæ similis, ἀραχνώδης. *Plin.* l. 11. c. 19. Araneosa fila. *small fibres like cobwebs. Id.* l. 24. c. 12. Araneosa lanugine obducta folia. *Id.* l. 21. c. 15. Caulis araneosus in mandendo, cum coctus est. *h. e.* qui in minuta fila abit. *Id.* l. 29. c. 4. Asterii vomitus araneosus. *h. e.* Asterion vomere materiam similem araneorum filis. [¶ Item araneorum telis plenus. *Catull.* carm. 25. v. 4. Situs araneosus. ¶ Translate *Auct. Priap.* carm. 83. v. 29. Araneosus obsidet fores situs, *h. e.* pædor ex senectute, loquitur enim de pudendo mulieris vetulæ.

ARANĔUM, ei, n. *a spider's web, cobweb*, ἀράχνιον. *Phædr.* l. 2. fab. 8. v. 23. Tollere hæc aranea quantum est laboris? ¶ Item morbus vitium et olivarum, cum veluti telæ araneosæ involvunt fructum, et absumunt. *Plin.* l. 17. c. 24. *a rime, or dew, like a cobweb, which spoils olives and grapes.*

ARANĔUS, i, m. *a spider*, ἀράχνη, animal notum, tenuem texens telam ad captandas muscas, &c. Ejus plura genera persequitur *Plin.* l. 11. c. 24. et solertiam texendi concinne admodum describit. Adde *Senec. sub fin.* ep. 121. *Lucret.* l. 3. v. 384. Nec nebulam noctu, nec aranei tenuia fila Obvia sentimus. *aranei* hoc loco trisyllabum est per synæresim: quo pacto *Virg. Æn.* 6. v. 280. Ferreique Eumenidum thalami. ¶ Adjective *Plin.* l. 18. c. 17. Phalangion, bestiola aranei generis. ¶ *Mus araneus* genus est parvi muris, morsum venenatum habentis, quem Græci μυογάλην et μυγαλῆν vocant: a μῦς, mus, et γαλῆ, mustela, quia ex mure et mustela nasci creditur. *a shrew-mouse, field-mouse. Colum.* l. 6. c. 17. Mus araneus, quamvis exiguis dentibus, non exiguam pestem molitur. *Plin.* l. 8. *c. pænult.* In Italia muribus araneis venenatus est morsus. ¶ *Araneus* etiam dicitur piscis quidam spinæ in dorso aculeo noxius, quem quidam eundem esse putarunt cum dracone marino: sed falli eos ostendit *Harduin.* ad *Plin.* l. 9. c. 48. ubi is de eo verba facit, ut et l. 32. c. 11. *a kind of sea-fish.*

ARAPENNIS, V. *Arepennis.*

ARAR, ăris, et Arăris, is, m. [† hod.] *la Saona*, fluvius Galliæ Celticæ, Sequanos ab Æduis separans, ad paulo infra Lugdunum in Rhodanum influens. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 12. Flumen est Arar, quod per fines Æduorum et Sequanorum in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit. *Claudian. de consul. Mall. Theod.* v. 53. Lentus Arar, Rhodanusque ferox, et dives Iberus. *Id.* l. 2. *in Rufin.* v. 111. Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit. *Plin.* l. 3. c. 4. Segnis Arar. *Sil.* l. 15. v. 504. Arar pigerrimus undæ. *Virg. Ecl.* 1. v. 63. Aut Ararim Parthus bibat, aut Germania Tigrim. ¶ Posterioribus temporibus *Saucona* est appellatus, ut est apud *Ammian.* l. 15. c. 11. (*al.* 28.) ex quo factum est vernaculum *Saona.*

ARARĬCUS, a, um, adject. ad Ararim pertinens. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 375. n. 3. L. Besio patrono nautarum Araricor. et Rhodanicor. Adde pag. 472. n. 1. et *Sidon.* l. 1. ep. 8.

ARĀTER, eris, pro Aratrum dicebant Antiqui. *Hygin. de limit. constit.* pag. 204. *Goes.* Mensura territorii usque fieri debet secundum legem D. Augusti: *Qua falx, et arater ierit.* Sic alibi.

ARATĒUS, a, um, Ἀράτειος, ad Aratum pertinens. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 5. Nostra quædam Aratea memoriter a te pronuntiata sunt. *h. e.* Arati phænomena a Cicerone in Latinum conversa carmine heroico. *Cinna* apud *Isidor.* l. 6. *Orig.* c. 12. Hæc tibi Arateis multum invigilata lucernis Carmina, queis ignes novimus aerios.

ARATĬO, nis, f. *the act of ploughing or tilling; agriculture, tillage, aration*, ἄροσις, ipse arandi actus. *Plin.* l. 18. c. 20. Aratione per transversum iterata, occatio sequitur. ¶ Nonnunquam sumitur pro ipso arvo, seu agro culto, *a ploughed field.* Nam, ut recte inquit *Valla* l. 4. *elegant.* c. 2. nomina, quæ positionem habent in *io*, latius significare solent, nec actionem modo, sed rem etiam, et corpus significant. *Plin.* l. 27. c. 8. *de calsa herba:* Nascitur in arationibus. ¶ Speciatim *Arationes* dicebantur agri publici pop. R. qui aratoribus colendi dabantur, impositis decumis. *Cic. Phil.* 2. c. 39. Hæ quondam arationes agri Campani, et Leontini in populi R. patrimonio fructuose ferebantur. *Id. Verr.* 5. *in fi.* Arationes tota Sicilia desertas, atque a dominis relictas esse cognoscitis. *public farms, or allotments of land.*

ARATIUNCŬLA, læ, f. *a small field of arable land*, parva aratio, hoc est parvus ager arabilis. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 45. Male vertit res pecuaria mihi apud vos: nunc vicissim volo habere aratiunculam pro copia hic apud vos.

ARĀTOR, oris, m. *a plougher, ploughman, tiller or cultivator of the land, husbandman, farmer*, ἀρότης, qui arat, et sumitur tam pro bove, quam pro homine bovem ducente. *Plin.* l. 18. c. 19. Arator nisi incurvus prævaricatur. *Ovid.* 1. *Fastor.* v. 698. cedebat taurus arator equo. ¶ *Aratores* sæpe dicebantur non tam illi, qui arabant suum rus, quam opulenti homines, et fere equestris ordinis, qui maximas arationes habebant, publico agro conducto: quod genus hominum *Cic. Agrar.* 2. c. 31. et sæpe *in Verrinis* laudat, ut honestissimum, atque optimum. *Id. Verr.* 5. c. 55. Scribit Metellus, aratorum esse penuriam. Hoc cum scribit, illud ostendit, dejectos, ejectos, fortunis omnibus expulsos esse populi R. socios atque amicos. ¶ Quod dixit *Ovid. loc. cit.* taurus arator confirmatur similibus locis in *Venator.* ¶ Est etiam *Arator* signum cæleste in Sphæra barbarica sub signo Virginis, quem Orona Ægyptii vocant, qui dicitur esse Triptolemus, qui primus fruges serere, et aratri usum homines docuisse fertur. *Serv. ad* 1. *Georg.* v. 19. ex *Varr.* et *Nigid. a constellation so called.* ¶ Quid sit sphæra barbarica, V. in *Sphæra.*

ARĀTOR, oris, m. Poeta Christianus fuit, Romanus Subdiaconus, qui Acta Apostolorum hexametro carmine conscripsit. Floruit sæculo Christi sexto, ususque est stylo carminis, pro illa ætate non spernendo.

ARATORĬUS, a, um, *aratory, relating to ploughing*, ad arandum pertinens. *Paul.* l. 3. *recept.* tit. 7. *ante med.* Boves aratorii. *Imp. Constantin.* lib. 8. *Cod.* tit. 17. leg. 7. instrumentum aratorium.

ARATRĀRE, seu Artrare, est segetes jam enatas rursus arando proscindere. *to plough over again, plough down growing corn in order to check its luxuriance. Plin.* l. 18. c. 20. Salassi cum subjectos Alpibus depopularentur agros, panicum, miliumque jam excrescens tentavere. Postquam respuebat natura, inararunt. At illæ messes multiplicatæ docuere, quod nunc vocant artrare, idest aratrare, ut credo tunc dictum. Hoc fit vel incipiente culmo, cum jam is bina, ternave emiserit folia, &c. Hactenus *Plin.* ex quo colligimus, ejus tempore verbum *artrare* in usu apud rusticos fuisse: et ex *aratrare* factum esse.

ARĀTRUM, tri, n. *a plough*, ἄροτρον, instrumentum, quo aratur: cujus inventor ab aliis Buzyges Atheniensis, ab aliis Triptolemus fuisse dicitur, ut apud *Plin.* l. 7. c. 56. legitur. *Cic. Phil.* 2. c. 40. Ut aratrum circumduceres, cujus vomere portam Capuæ pæne perstrinxisti. *Id. in Hortens.* apud *Non.* c. 4. n. 439. Subigere terram aratris. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. *ad fin.* Vires boum ad aratra extrahenda. *Virg. Georg.* 1. v. 98. Perrumpere terram aratro. et v. 494. Moliri terram aratro incurvo. et 2. *Georg.* v. 513. Dimovere terram aratro. *Id.* 7. *Æn.* v. 539. Aratro terram vertere. *Lucret.* l. 5. v. 210. pressis terram proscindere aratris. ¶ Veteres novam condituri urbem, locum mœnium designabant aratro, quod a vacca, et tauro sub jugo junctis trahebatur. Illud suspendo, ubi portæ locus futurus erat. Contra cum evertere vellent, disjectis mœni-

bus, aratrum solo inducebant, ut nulla urbis imago relinqueretur. *Serv. ad. Æn.* 5. v. 755. *Senec.* l. 1. *de Clement. sub fin. Cato* apud *Isid.* l. 15. *Origin.* c. 2. et *Horat.* l. 1. od. 16. v. 20. ¶ *Arater* pro *aratrum*, V. supra suo loco.

ARĀTUS, us, m. *a ploughing*, idem quod aratio, hoc est arandi actus. *Dictys Creten. de B. Trojano* l. 2. c. 41. Utraque pars aratui insistere, frumenta parare.

ARĀTUS, a, um, *ploughed, tilled*, ἀρόσιμος, aratro proscissus, et subactus. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 703. Terræ aratæ. *Id.* 7. *Metam.* v. 122. Arati agri. *Id. de Medicam. faciei*, v. 46. Vultus aratus rugis. ¶ *Arata* absolute sunt agri culti. *Propert.* l. 1. eleg. 6. v. 32. Lydia Pactoli tinguit arata liquor.

ARĀTUS, i, Ἄρατος, Poeta Cilix, ex Solis urbe, idemque Astronomus suorum temporum peritissimus, tempore Ptolemæi Philadelphi scripsit Φαινόμενα, et Διοσημεῖα, in quibus situm motumque explicat stellarum apparentium. Quod opus in Latinum vertere Claudius, et Germanicus Cæsar, Cicero adhuc adolescens, et Rufus Festus Avienus. *Ovid.* l. 1. *Amor.* eleg. 15. v. 15. Nulla Sophocleo veniet jactura Cothurno: Cum Sole, et Luna semper Aratus erit. ¶ Pænultimam corripuit *Sidon.* contra aliorum morem carm. 23. v. 112. Non hic, si voluit, vacante cura, Quis sit sideribus notare cursus, Diversas Arato vias cucurrit. Idem fecit ante *Sidon. Paulinus Nolan.* carm. 19. v. 125.

ARAUSENSIS, et Arausiensis, se, ad Arausionem pertinens. *Vetus Inscript.* apud *Spon. Sect.* 3. n. 59. *Miscellan.* Tito XV. Vir. Arausens. et Castricio &c. Alia *ibid. Sect.* 5. n. 3. Geminia Titulla Arausiensis Mater Sacrorum hic adquiescit.

ARAUSĬO, onis, [† nunc] *Oranges*, urbs Galliæ Narbonensis mediterraneæ, ad rivum [† qui vocatur] *Eigue*, Colonia Secundanorum. *Plin.* l. 3. c. 4.

ARAXES, is m. [† nunc *Arras*, Harduin. *Arrassow*,] Ἀράξης, [† ἐκ τοῦ ἀράσσειν τῇ ὀξύτητι τοῦ ῥεύματος. *Eustath.*] fluvius Armeniæ Majoris, qui illam a Media separat: oritur 6. M. P. ab Euphrate, Artaxatam rigat, in Mare Caspium se exonerat inter ostia Cyri, et Cambisis fluvii. Ejus cursus accurate describit *Pompon. Mela* l. 3. c. 5. Adde *Plin.* l. 6. c. 9. *Virgil. in fi.* 8. *Æneid.* et pontem indignatus Araxes.

ARAXĒUS, a, um, ad Araxem pertinens. *Avien. in Perieg.* v. 30. *de Tanai fluv.* Scissus Araxeo prius æquore, jam suus, unda Effluit in Scythiam. *Avien.* hoc loco, vel aliud ab Araxe jam dicto flumen significat, vel per *Araxeum æquor* latos aliquos agros intelligit, per quos tum Araxes, tum Tanais decurrens in plura flumina derivetur, et scindatur: deinde rursus in unum coeat.

[† ARBĒLA, orum, n. nunc *Irbil*, Ἄρβηλα, Persiæ civitas, ab Arbelo Athmonei f. dicta. Alii ducunt ex עִר כל *Irbel*, h. e. Beli civitate, urbis istius fundatore. Hic, teste *Curtio*, ab Alexandro Magno ac Dario ob Orbis terrarum imperium pugnabatur; quanquam alii ferunt decertatum fuisse Gaugamelis. ¶ Fuit et perantiqua Siciliæ urbs, *Stephano* Ἀρβέλη. Cives ejus stolidos abjectosque fuisse patet ex proverbio; *Quid non fies Arbelas profectus?*

ARBELĪTIS regio, quæ circa Arbela est. *Plin.* 16. 13.]

ARBILLA, arvina, id est pinguedo corporis, inquit *Festus*: ad quæ verba notat *Voss. in Etymol.* in voce Aries, *arbillam* dictam esse pro *arvillam* (facile enim *u* in *b* vertitur, ut dicemus initio litteræ B) et esse diminutivum ab *arvina* ea ratione, qua ab *ovinus* est *ovillus*, a *suinus suillus*, V. *Arvina*.

ARBĬTER, itri, m. *an arbitrator, umpire, judge, referee, mediator, manager between two parties*, διαιτητής, judex, non a lege datus, sed ab iis qui litigant electus, qui totius rei habet potestatem, ut de ea ex æquo, et bono, ut sibi videbitur, sententiam ferat: in quo differt a *judice*, qui judicat secundum leges et juris formulas: arbiter vero et leges benigne interpretatur, et æquitatem magis sequitur, quam juris rigorem. Præterea judex ex officio causas judicat; arbiter, si velit, detrectare potest delatam causam. *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 7. Judicem formula includit, et certos, quos non excedat, terminos ponit: arbitri libera, et nullis adstricta vinculis religio et detrahere aliquid potest, et adjicere, et sententiam suam, non prout lex aut justitia suadet, sed prout humanitas et misericordia impulit, regere. *Terent. Heaut.* 3. 1. 93. Simus, et Crito vicini nostri hic ambigunt de finibus: me cepere arbitrum. *Cic.* 1. *Offic.* c. 10. Dare arbitrum aliquibus de re aliqua. *Id.* 1. *de Legib.* c. 20. Esse arbitrum inter aliquos. *Id. Attic.* l. 15. ep. 1. Statuere aliquem arbitrum alicujus rei. *Id.* 3. *Offic.* c. 16. Adigere aliquem arbitrum. V. *Adigo. Paul. Dig.* l. 4. tit. 8. leg. 19. Compromittere in arbitrum. *to submit to arbitration.* Rursus *Cic. pro Rosc. Com.* c. 4. Esse arbitrum in aliquam rem. et *ibid.* Adire ad arbitrum. et *ibid.* Confugere ad arbitrum. et *ibid.* Sumere aliquem arbitrum. V. totum illum locum ubi multa de discrimine inter arbitrum et judicem. ¶ Dixi arbitrum delatam causam detractare posse, si judicare nolit: quod est intelligendum de iis, qui ab ipsis litigantibus eliguntur. Sunt enim arbitri, qui dabantur a Prætore ex formula legis, de quibus idem est dicendum ac de ceteris judicibus. Habebant enim idem jus, et potestatem in causis cognoscendis: sed dicuntur *arbitri*, quia dabantur fere in causis bonæ fidei, hoc est quæ arbitratu boni viri, et ex æquo, et bono æstimandæ, ac definiendæ sunt; et in suis sententiis (quæ ob id *arbitria* appellantur) adscribebant formulas *ex fide bona*, vel *quantum æquius melius sit dari*, &c. quibus significatur, sententias eas non ex stricto jure, sed ex æquitatis ratione proficisci. Causæ autem, ad quas dijudicandas dabantur arbitri a Prætore erant *familiæ erciscundæ, communi dividundo, finium regundorum, pro socio, tutelæ, rei uxoriæ*, et aliæ hujusmodi, de quibus Jurisconsulti. V. *Proculum Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 76. ¶ Translate *arbiter* dicitur de quocumque judice. *Horat.* l. 3. od. 20. v. 11. Arbiter pugnæ. *Stat.* l. 4. silv. 9. v. 17. annonæ. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 69. *de Paride.* Arbiter es formæ: certamina siste dearum. *Martial.* l. 7. epigr. 71. Sic palmam tibi de trigone nudo Unctæ det favor arbiter coronæ. *h. e.* favor, qui tanquam judex victoriam ludenti adjudicat. *Plin.* l. 5. c. 27. Taurum montem appellat *innumerarum gentium arbitrum*, hoc est tanquam *finium regundorum arbitrum*, quia multarum gentium regiones disterminat. ¶ Quia vero arbiter totius rei, de qua judicat, facultatem, et arbitrium habet, ut *Festus* loquitur, nonnunquam accipitur pro domino, et qui de re aliqua, ut libet statuit, et disponit. Hinc *Horat.* l. 1. od. 3. v. 15. Notum ventum vocat arbitrum Adriæ. Et *Senec. in Herc. Fur.* v. 582. Plutonem arbitrum mortis. Et rursus *Horat.* l. 2. od. 7. v. 25. arbitrum bibendi appellat magistrum convivii, et modimperatorem, qui leges bibendi convivis dabat. Et *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 45. dicit Eurystheum arbitrum iræ Junonis, quia pro arbitrio imperabat Herculi, quæ Junonis iram explerent. *Id.* 5. *Trist.* eleg. 2. v. 47. Augustum Cæsarem arbitrum imperii. Et 3. *Fast.* v. 73. Martem armorum arbitrum. Sic apud *Tacit. Ann.* 2. c. 73. *Arbiter rerum* est rerum dominus. Et *Ann.* 13. c. 14. Arbitrum regni agere. *to have in his own hands the disposal of*, &c. ¶ Item pro conscio, teste, vel inspectore: quia arbiter rem totam cognoscit, antequam ferat sententiam. *a witness.* Etymologi volunt hanc esse primam, ac propriam hujus vocis significationem. Derivant enim ab *ar* pro, *ad*, et *bito*, eo, quasi notet eum, qui ad inspiciendum accedit. Hinc *arbitrari* ponitur etiam pro inspicere. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 4. Spes celandi quæ fuerit, quæritur ex consciis, arbitris, adjutoribus, &c. *Cic.* 3. *Offic.* c. 31. Surrexit e lectulo, remotisque arbitris, ad se adolescentem jussit venire. *Id. Attic.* l. 15. ep. 16. Hæc loca venusta sunt; abdita certe, et si quid scribere velis, ab arbitris libera. *free from witnesses; without intruders. Plaut. Mil.* 2. 2. 3. Mihi quidem jam arbitri vicini sunt, meæ quid fiat domi. *spies, persons on the look out. Id. Trinum.* 1. 2. 109. Circumspice dum te, ne qui adsit arbiter. *Id. Casin.* 1. 1. *in fi. Liv.* l. 27. c. 28. et *Justin.* l. 21. c. 4. Agere aliquid sine arbitro. *Curt.* l. 3. c. 12. Secretorum omnium arbiter. *privy to.* ¶ Hinc arbitri dicuntur spectatores theatri; tum quia fabulam spectant, tum quia de ea judicant. *Plaut. Amph. prol.* v. 15. Ita huic facietis fabulæ silentium; itaque æqui, et justi hic eritis omnes arbitri. ¶ De rebus inanimis. *Horat.* l. 1. ep. 11. v. 26. Locus effusi late maris arbiter. *h. e.* qui late prospectat mare.

ARBITERĬUM, ii, n. idem ac arbitrium, hoc est arbitri judicium, ac sententia. Ita legitur in *Pandectis Florentinis*, ex quibus fideliter *Torrentinus* exscripsit, *Dig.* lib. 2. tit. 8. leg. 9. et lib. 4. tit. 8. leg. 3. 7. 16. 19. et 21. et alibi: nec abhorret a Latina analogia: tametsi in aliis editionibus *arbitrium* restitutum est. Etiam in vet. inscript. optimæ notæ apud *Gruter.* pag. 550. n. 1. habetur *arbiterium* pro arbitrio, ac voluntate.

ARBĪTRA, æ, f. *Horat. Epod.* 5. v. 50. O rebus meis non infideles arbitræ Nox, et Diana. *h. e.* testes, consciæ, et simul præsides rerum mearum.

ARBITRĀLIS, le, adject. ad arbitrum pertinens. *Macrob.* l. 7. *Saturnal.* c. 1. Ut inter te, et Vettium velut arbitrali judicatione componam.

ARBĬTRANS, antis, particip. V. in *Arbitror*.

ARBITRARĬO, adverb. V. vocem sequent.

ARBITRARĬUS, a, um, *relating to arbitration*; διαιτητικός, ad arbitrum pertinens, arbitralis. *Papinian. Dig.* lib. 22. tit. 1. leg. 3. In bis judiciis, quæ non sunt arbitraria. *Ulpian.* lib. 13. tit. 4. leg. 2. Arbitraria actio. *h. e.* quæ ex arbitrio judicis pendet, qua, nisi arbitrio judicis, is, quocum agitur, actori satisfaciat, condemnari debeat, ut *Justinian. Institut.* lib. 4. tit. 6. exponit. Et dicitur etiam *arbitraria actio*, cum in ea non restricte certum quid postulatur, sed id tantum, quod æquius melius judici videbitur. V. Jurisconsultos, qui accuratius de his disputant. ¶ De his, quæ a voluntate nostra pendent. *Gell.* l. 18. c. 10. *extr.* Motus in arteria naturalis, non arbitrarius. *arbitrarious, depending on the will.* ¶ De eo, quod in controversiam venit, et geritur apud Arbitrum, ut loquitur *Festus*. Unde *arbritraria communium parietum* apud *Vitruv.* l. 2. c. 8. sunt judicia de pretio, et valore communis parietis: tametsi alii legunt *arbitria*, et quidem rectius. ¶ Joculariter *arbitrarius* ponitur a *Plauto* pro incerto, dubio, *Amph.* 1. 1. 216. Hoc quidem profecto certum est, non arbitrarium. ¶ Hinc *arbitrario* adverb. pro dubie. *Id. Pœn.* 3. 5. 42. Nunc pol ego perii certo, non arbitrario.

ARBITRATĬO, onis, f. *Gell.* l. 13. c. 20. hanc vocem ponit tanquam usitatam. Inquit enim: *Hic allegatus, et hic* arbitratus *pro* allegatione *proque* arbitratione *dicuntur*. Nos nullum aliud adhuc exemplum vidimus. [Habet etiam *Valentinian. Imper.* in lege agraria apud *Goes.* pag. 342. Artis hujus peritis omne commisimus sub fideli arbitratione judicium. *Alii* legunt, sed minus recte *arbitrio notionem*.]

ARBITRĀTOR, oris, m. idem qui arbiter, hoc est dominus, et moderator. Hinc *pentapylon Jovis arbitratoris* locus fuit Romæ in regione decima, teste *P. Vict.* Sic et *Jupiter arbitrator* in Inscript. apud *Gud.* pag. 7. n. 5. ¶ Arbitrator castrorum P. R. apud *Gruter.* pag. 1088. n. 7. dicitur Mars. Inscriptio sic habet: Manilius Aug. libertus Xanthus æditus Æd. Mart. arbitrator. castrorum P. R. *Lege:* æditus ædis Martis arbitratoris, &c.

ARBITRĀTRIX, icis, f. *Tertull.* l. 2. *cont. Marcion.* c. 12. *in fi.* Justitia in Domino inventa est arbitratrix operum ejus. *h. e.* moderatrix.

ARBITRĀTUS, us, m. *will, judgment, opinion, pleasure, choice, liking*, sententia, et voluntas, libitum, θέλημα. *Plaut. Asin.* 4. 1. 21. Tuus arbitratus sit: comburas, si velis. *Id. Rud.* 5. 2. 68. Meus arbitratus est, lingua quod juret mea. *Id. Amph.* 1. 1. 102. Dedunt se, divina, humanaque omnia, urbem et liberos in ditionem, atque arbitratum cuncti Thebano poplo. ¶ Frequentius usurpatur in ablativo casu. *Cic. in fi.* l. 3. *de Fin.* Facere aliquid suo arbitratu. *agreeably with his own will or pleasure.* et *Fam.* 7. ep. 1. Vivere suo arbitratu. *Plaut. Aulul.* 4. 4. 20. Agedum, excutedum pallium. *St.* tuo arbitratu. *certainly, if it be your pleasure.* Rursus *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 25. In victu considerare oportet, apud quos, et quo more, et cujus arbitratu sit educatus. *under whose direction, guidance.* In sepulcro C. Cestii apud *Gruter.* pag. 185. n. 2. Opus absolutum ex testamento diebus CCCXXX. arbitratu Ponti. P. F. &c.

ARBITRĀTUS, a, um, particip. V. in *Arbitror*.

ARBITRĬUM, ii, n. *the judgment or sentence of an arbitrator*, δίαιτα, judicium, et sententia, quæ ab arbitro datur. Hinc res *esse in arbitrio* dicitur a *Pomp. Dig.* 10. 2. 47. quæ apud arbitrum disceptatur, ejusque sententiam exspectat. Et *recipere*, aut *suscipere arbitrum* dicitur arbiter, qui causam suscipit dirimendam. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 8. leg. 9. et *Paul. ibid.* leg. 4. et alibi. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 4. Aliud est judicium, aliud arbitrium: judicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ: Ad judicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil, neque tantum, quantum postulavimus, consequamur. V. dicta in *Arbiter*. *Id.* 3. *Offic.* c. 15. et *in Top.* c. 17. Arbitrium rei uxoriæ. *Id. pro Quint.* c. 3. Arbitrium pro socio condemnari. *h. e.* condemnari judicio, quod dicitur *pro Socio*, hoc est de Societate: de quo V. *Dig.* lib. 17. tit. 2. Est autem concisa loquendi formula, a jure petita: tametsi alii mallent *arbitrii*, alii *arbitrio*, alii *ad arbitrium*: alii denique *arbitrium* tollendum putant, tanquam irrepserit ex glossemate. ¶ Translate *Senec.* l. 2. *de Clement.* c. *ult.* Clementia liberum arbitrium habet: non sub formula, sed ex æquo, et bono judicat. ¶ Ponitur etiam pro quocumque judicio. *determination, decision. Horat.* l. 4. od. 7. v. 21. Cum semel occideris, et de te splendida Minos Fecerit arbitria. *Nepos in Conon.* c. 4. Permisit ei, quem vellet, eligere ad dispensandam pecuniam. Id arbitrium Conon negavit sui esse consilii, sed ipsius, qui optime suos nosse deberet. *h. e.* illud judicium, atque electionem. *Liv.* l. 24. c. 45. libera de quoque arbitria agere. *Gell.* l. 13. c. 20. Virgilius diversis in locis *urbes*, et *urbis* dixit, arbitrio, consilioque usus auris. ¶ Sæpe sumitur pro voluntate, arbitratu, facultate, et libertate faciendi aliquid, *will, pleasure, inclination, choice, disposition*, θέλημα. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 45. Jovis nutu, et arbitrio cælum, terra, mariaque reguntur. *Id. in Orat.* c. 8. Ad Arbitrium, et nutum alterius se fingere, et accommodare. *Id. Verr.* 2. c. 10. Magnas accusatoris minas ad nostrum arbitrium, libidinemque eludemus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 16. *ad fin.* Mentes eorum, qui audiunt ad arbitrium suum movere. *at discretion, will, pleasure.* et *pro Mur.* c. 9. Vivere ad arbitrium aliorum, non ad suum. *at the will of other people. Id. Verr.* 7. c. 63. *ad fin.* Secundum arbitrium tuum testes dabo. *Id. Attic.* l. 15. ep. 13. Orationem tibi misi: ejus custodiendæ, et proferendæ arbitrium tuum. *subaudi* est. *Liv.* l. 2. c. 9. Arbitrium vendendi salis. *the privilege of selling.* similis ei, quam nostri *license* vocant. et l. 37. c. 1. Permittere alicui liberum arbitrium de re aliqua. et l. 32. c. 37. Liberum arbitrium pacis, ac belli Quintio permissum. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 46. Agere omnia arbitrio alterius. *Id. Ann.* 15. c. 17. *in fi.* Relinquere aliquem arbitrio suo. *to leave him to follow his own will. Id.* 4. *Hist.* c. 62. Esse in arbitrio alicujus. *to be dependant upon. Id.* 6. *Ann.* c. *ult.* Obtinere arbitrium rei Romanæ. *h. e.* imperium, summam potestatem. *Curt.* l. 6. c. 1. et l. 8. c. 1. Agere arbitrio sui rei. *h. e.* de ea pro voluntate statuere. *Senec.* epist. 73. *a med.* Contigit illi pingue otium, et arbitrium sui temporis. *Sueton. in Claud.* c. 2. Alieni arbitrii esse. *to be dependant upon any one.* Contra *Id. in Tib.* c. 18. Nihil non de consilii sententia egit; semper alias sui arbitrii, &c. *dependant upon none but himself. Cic. Parad.* 5. c. 1. Ar-

[illegible] suo carere. *Liv.* l. 37. c. 52. *ad fin.* et *Plin.* l. 29. c. 3. Arbitrii mei est hoc facere. *it is in my power.* ¶ *Arbitria funerum* apud *Cicer. pro Dom.* c. 37. et *in Pison.* c. 9. *in fi.* et *post redit. in Sen.* c. 7. sunt mercedes, et pretia, quæ solvuntur vespillonibus, aliisque ministris libitinariis pro funere. Et dicuntur *arbitria*, quia in locandis, conducendisve funeribus solebat adhiberi arbiter, qui ea quanti locari, conducive possent, spectatis facultatibus, et dignitate defuncti ex æquo, et bono æstimaret: qua de re *Ulpian. Dig.* lib. 11. tit. 7. leg. 12. et alibi. *money paid for burying the dead.* ¶ Interdum *arbitrium* accipitur pro testimonio, seu præsentia alicujus, qui aliquid audit, aut videt, [illegible]. *Senec. in Hipp.* v. 125. arcent aditu, divinaque rerum Cura sine arbitrio est. Adde *Grat. in Cyneg.* v. 331.

ARBĬTRO, as, V. in voce sequenti.

ARBĬTROR, aris, atus sum, *to judge, think, imagine, be of opinion,* [illegible], puto, existimo, censeo, opinor. *Terent. Eun.* 1. 2. 30. Civem ne? *Th.* arbitror: certum non scimus. *I think so. Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 1. Ego, quod ad me attinet (idemque arbitror ceteros) idcirco taceo, quod &c. *Id. ad Brut.* ep. 2. Quinque cohortibus quid se nam facturum arbitratus est? *Id. pro Cluent.* c. 65. Tamen, ut arbitror, auctoritate advocatorum adducti in veritate manserunt. *Terent. Eun.* 5. 6. 9. Here, primum te arbitrari, quod res est, velim. ¶ Speciatim ponitur pro sententiam dare, judicare: et dicitur de arbitris, quoniam hi in suis sententiis verbo *arbitror* sæpe utebantur, *to give judgment or sentence, to determine in the capacity of arbitrator, to arbitrate. Scævola Dig.* lib. 4. tit. 8. leg. 44. Si in eo, quod utroque præsente arbitratus est, arbitrio paritum non esset. *Paul.* lib. 6. tit. 1. leg. 35. Alioquin nec rem arbitrabitur judex mihi restitui. ¶ Hoc sensu usurpatur etiam passive, ut infra dicetur. Ceterum verbo *arbitror* uti solebant etiam testes licet jurati aliquid deferrent. *Cic. pro Font.* c. 9. Qui illud verbum consideratissimum nostræ consuetudinis, *arbitror*, quo nos etiam tunc utimur, cum ea dicimus jurati, quæ comperta habemus, quæ ipsi vidimus; ex toto testimonio suo sustulit, atque omnia se scire dixit. Sic apud *Liv.* l. 3. c. 13. exstat testimonium M. Volscii per vocem *arbitror* conceptum. Et l. 4. c. 40. C. Julius trib. pleb. Sext. Tempanium excitat ad testimonium dicendum his verbis: Sexte Tempani, quæro de te, arbitrerisne, C. Sempronium consulem aut in tempore pugnam iniisse, aut &c? ¶ Nonnunquam ponitur pro observare, vel auscultare, speculari, *to look out, spy, watch, take notice, observe, pry or peep narrowly into:* ea ratione, qua *arbiter* pro teste, aut conscio sumitur. *Plaut. Capt.* 2. 1. 24. Secede huc procul, ne arbitri dicta nostra arbitrari queant. *Id. Aulul.* 4. 1. 21. Hinc ego et huc, et illuc potero; quid agant arbitrarier. *Apulei.* l. 1. *Metam.* Curiose arbitrari aliquid. ¶ Et pro advertere, considerare, perpendere. *to weigh, consider, look into, examine. Gell.* lib. 4. c. 11. Qui diligentius, scitiusque carmina Empedoclis arbitrati sunt, *κυάμους* hic in loco testiculos significare dicunt. ¶ *Arbitrari fidem alicui* est fidem habere: locutio petita ab arbitris, qui arbitrando, hoc est sententiam dicendo aliquid alicui adjudicant. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 41. Si pergis parum mihi fidem arbitrarier. *Apulei. in Apolog.* Cui ego fidem arbitratus, causam morbi esse, &c. ¶ Passive *Cælius* apud *Priscian.* l. 8. pag. 792. *Putschii.* Ex scriptis eorum, qui veri arbitrantur. *ὑπολαμβάνονται*, existimantur, ut *Priscian.* exponit. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 8. leg. 27. Quia per eum factum est, quo minus arbitretur. *h. e.* arbitri sententia feratur. Et l. 11. tit. 7. leg. 12. Sumptus funeris arbitrantur pro facultatibus, vel dignitate defuncti. *h. e.* judicis arbitrio æstimantur. *Plaut. Epid.* 2. 2. 82. Continuo arbitretur uxor tuo gnato. *h. e.* oculis velut quæratur, et prospiciatur: qua ratione *prospicere alicui maritum* dixit *Plin.* lib. 1. ep. 14. Vel, eligatur, deturque uxor filio tuo: ducta loquendi ratione a judicibus, qui arbitrando aliquid alicui adjudicant. Hinc *arbitrandus* particip. *Ulpian.* lib. 2. tit. 15. leg. 8. Modus autem pro ætate ejus, qui transigit, arbitrandus est. ¶ Pro considerare, perpendere. *Gell.* l. 1. c. 13. Anceps quæstio, et in utramque partem a prudentibus viris arbitrata est. *h. e.* judicata. ¶ Activa forma. *Plaut. Stich.* 1. 2. 87. Probiores, credo, arbitrabunt, si probis narraveris. *Id. Pseud.* 4. 2. 57. Te si arbitrarem dignum, misissem tibi. ¶ Hinc *arbitrans*, et *arbitraturus* participia. *Nepos in Alcib.* c. 9. Non satis tuta eadem loca sibi arbitrans. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Suspendit se fenestra, sagaciter prospecturus omnia; præsertim domus attiguæ fortunas arbitraturus. *h. e.* exploraturus.

ARBOR, ŏris, f. *a tree,* δένδρον, significat plantas majores, et solidiores, ut pinum, quercum, abietem, fraxinum, vitem, et alias hujusmodi, quæ altius a terra exeunt, et ramos protendunt. *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 46. In arboribus truncus, rami, folia sunt, &c. *Id.* 5. *de Fin.* c. 14. Arbor novella, et vetula. *Id. de Senect.* c. 17. Serere arbores. *Id.* 2. *de Divin.* c. 14. cædere. *Id. Attic.* 15. ep. 4. Excisa arbor, non evulsa. *Id. pro Flacc.* c. 17. Arbor fici. *Liv. l.* 24. c. 3. abietis. *Sueton. in Aug.* c. 94. palmæ. *Pallad.* lib. 5. tit. 5. citri. Et in eod. cap. *Sueton. in Vespas.* c. 5. Arbor cupressus. *Propert.* l. 3. eleg. 21. v. 33. Penthea non sævæ venantur in arbore Bacchæ. *h. e.* ad quam confugerat, ut se a Baccharum furore tutaretur, ut est apud *Theocrit. in Bacchis,* v. 11. vel ut earum sacra specularetur, ut est apud *Euripid. in Bacchis,* v. 1093. ¶ Plura arborum nomina collecta habes apud *Ovid. Metam.* 10. v. 90. *et sequentib.* et *Stat.* 6. *Theb.* v. 98. aliquot apud *Virgil.* 6. *Æn.* v. 180. et *Sil.* l. 10. v. 531. et *Colum.* l. 7. c. 9. ¶ Arbores infelices, (*gallows, gibbets*) et damnatæ religione existimantur, quæ neque seruntur unquam, neque fructum ferunt, ut *Plin.* l. 16. c. 26. docet. Earum aliquot enumerat *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 16. [¶ Arbor infelix dicitur etiam crux. *Liv.* l. 1. c. 26. I, caput obnube, arbori infelici suspende. *Cicer. pro C. Rabir.* c. 4. Tu ne in campo Martio crucem ad civium supplicium defigi et constitui jubes? *Id.* paulo post subjicit: Tu libentissime commemoras ea verba: Caput obnubito, arbori infelici suspendito?] [† V. in *Stipes,* et *Lips. D. Cruce,* l. 2. (p. 1154.)] ¶ Per synecdochen dicitur de malo navis, *the mast of a ship:* quem *arborem mali* appellat *Virg.* 5. *Æn.* v. 504. ubi *Serv.* advertit eodem modo locutum esse ac *Æn.* 8. v. 231. ubi *montem Aventini* dixit. *Paul. recept. sentent.* lib. 2. tit. 3. Nave, vel arbore vi tempestatis amissa. *Lucan.* l. 9. v. 332. Arboribus cæsis flatum effudere prementem. Adde *Silium* l. 3. v. 129. et *Plin.* l. 17. cap. 10. *ad fin.* ¶ Similiter in torculari *arbor* dicitur ipsum prælum, hoc est trabs illa, quæ deprimitur premendi causa, quia solet ex integro arboris trunco fieri, quo solidior sit, et validior. *the timber of a wine-press; the press itself. Plin.* l. 18. c. 31. Palis affixa arbori stella, a palis arcas lapidum attollente secum arbore. ¶ Item pro quacumque lignea materia. *Id.* l. 12. c. 1. Arbore sulcamus maria, terrasque admovemus: arbore exædificamus tecta. *Virg. Æn.* 10. 207. centenaque arbore fluctus Verberat assurgens. *h. e.* centum remis. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 8. Pelias arbor. *h. e.* navis Argo. [† V. *Trabs.*] *Stat.* 12. *Theb.* v. 769. ferrataque arbore magnos Molitur jactus. *h. e.* hasta. ¶ Est etiam nomen marini piscis in Oceano Gaditano, quem in tantum dispansum esse brachiis, veluti ramis, scribit *Plin.* l. 9. c. 4. ut ex ea causa fretum nunquam intrasse credatur. ¶ In recto casu dicitur etiam Poetice *arbos* pro *arbor*, a *Virg. Ecl.* 3. v. 56. *Georg.* 2. v. 57. *Æn.* 3. v. 27. et alibi; ab *Ovid.* 2. *Metam.* v. 212. *Fast.* 1. v. 153. et aliis. ¶ In obliquis etiam casibus *arbosem* pro *arborem* dixisse olim Veteres, testatur *Festus.*

[* ARBORARĬA, æ, f. herba, aliter hedera nigra. *Apul. de herb.* c. 98.

* ARBORARĬUM, i, n. locus arboribus consitus. *Campol. in Litholex.* Arborarium Dei Deorum omnipotentis Jovis glandibus abundans Dodonæis.]

ARBORARĬUS, a, um, ad arbores pertinens, ut *picus arborarius*, hoc est, qui arbores rostro excavat, apud *Plin.* l. 30. c. 16. *the heighhold or wood-pecker.* Sic arborarii proventus apud *Solin.* c. 11. (*al.* 16.) et cap. 23. (*al.* 36.) *profits arising out of timber.* Et *arborariæ falces* (*bills to lop off branches*) apud *Caton. R. R.* c. 10. et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 22. quibus arbores putantur. [¶ Arborarius substantive est arborator, frondator. *Campol. in Litholex.* Faunabus nativis Peliaci verticis dedi arborarius Peliacus ædiculam ære meo.]

ARBORĀTOR, oris, m. *a pruner or lopper of trees,* δενδροτόμος, qui arbores putat, qui et *frondator* dicitur. *Plin.* l. 18. c. 33. Frondem medio die arborator ne cædito. Adde *Colum.* l. 11. c. 1. *ante med.*

ARBORESCO, is, n. 3. *to grow into a tree,* δενδρόομαι, arbor fio, in arborem cresco. *Plin.* l. 19. cap. 4. In Arabia malvas septimo mense arborescere.

ARBORĒTUM, i, n. *a place where trees grow, a wood, copse, plantation, grove,* δενδρὼν, idem quod arbustum. *Claud. Quadr.* apud *Gell.* l. 17. c. 2. Convalles, et arboreta magna erant. *Gellius* addit *arbustum* celebratius, hoc est usitatius verbum esse.

ARBORĔUS, a, um, *relating to trees, arboreous,* qui est arboris, δενδρώδης. *Plin.* l. 16. c. 36. Arundini Indicæ arborea amplitudo. *Id.* l. 21. c. 15. Arborea folia. *Virg.* 1. *Georg.* v. 55. Arborei fetus. *h. e.* poma. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 21. Arboreæ falces. *h. e.* putatoriæ. *Propert.* l. 3. eleg. 14. v. 28. Arborea coma. *h. e.* frondes. *Ovid. Metam.* 10. v. 129. Arborea umbra. *Virg. Æn.* 1. v. 194. Cervi cornibus arboreis. *h. e.* magnis.

ARBOS, V. *Arbor* in fine.

ARBUSCŬLA, æ, f. *a little tree, plant, shrub, arboret, arbuscle,* δενδρίον, parva arbor. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 15. In eo arbusculas esse oportet, quæ ferunt glandem. *Colum.* l. 5. c. 11. *ad fin.* Arbuscula fici. *Id. ibid.* c. 10. Transferre arbusculas. ¶ *Arbuscula crinita,* ob similitudinem, dicitur a *Plin.* l. 11. c. 37. *in princ.* apex capitis pavonum. *the tuft on the head of a peacock.* ¶ Est etiam hoc nomine machina quædam lignea, seu potius machinæ pars, apud *Vitruv.* l. 10. c. 20. et est lignum, seu trabecula erecta habens in imo cavitatem, eique insertam rotam cum suo axe, in summo foramina duo, per quæ trajiciuntur vectes versandi causa. *the nave or ball of a wheel.* Hujusmodi machinæ subjiciuntur testudinibus, aliisque militaribus machinis, ad eas, cum opus fuerit, quoquo versus ducendas. Græce dicuntur ἁμαξόποδες, hoc est curruum pedes, quia iis, tanquam pedibus currus, aliæque machinæ moventur. Figuras habes apud *Baldum in Lex. Vitruv.* et apud *Joan. Anton. Ruscon,* lib. 10. *de Architect.* cap. 20. ¶ Nomen proprium cujusdam mimæ, apud *Horat.* lib. 1. *sat. ult.* vers. 77. [et *Cic.* 4. *ad Att.* epist. 15.]

ARBUSTĪVUS, a, um, adject. *Arbustivus locus* est idem ac *arbustus*, hoc est arboribus consitus, *a place planted with trees. Colum.* l. 3. c. 13. Ex omni sive arbustivo, sive silvestri loco, quem vineis destinaverimus, omnis frutex, atque arbor erui debet. ¶ *Arbustiva vitis* dicitur, quæ arboribus applicatur, ut stare, et crescere possit. *an arbour-vine.* Tria enim vitium genera enumerat *Colum. de arborib.* c. 4. primum earum, quæ per se stant sine adminiculo; alterum earum, quæ humi projecta repunt: tertium earum, quæ arboribus alligatæ in sublime procedunt. Hinc *arbustiva positio* apud *eund.* l. 4. c. 1. est, qua vitis in altum educitur: cui opponitur *positio humilis.* Et *mustum arbustivum aminæum* apud *eund.* l. 12. c. 41. quod ex aminæa vite arbori alligata exprimitur.

ARBUSTO, as, avi, atum, a. 1. *to plant trees for vines to grow amongst,* δενδροφυτέω, agrum arboribus consero ad maritandas vites. *Plin.* l. 17. c. 23. Transpadana Italia, præter supradictas, cornu, populo, tilia, acere, orno, carpino, quercu arbustat agros.

ARBUSTUM, i, n. *a plantation, shrubbery, thicket; an orchard planted with trees for vines to grow up by, a vineyard,* δενδρὼν, θάμνος, locus arboribus consitus, arboretum: et præsertim in quo sunt arbores sustinendis vitibus aptæ. [† V. *Rumpotinus* et *Rumpotinetum.*] *Virg. Ecl.* 1. v. 40. Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant. *Cic. de Senect.* c. 15. *ad fin.* Nec vero segetibus solum, et pratis, et vineis, et arbustis res rusticæ lætæ sunt, sed etiam hortis, et pomariis. *Plin.* l. 17. c. 23. Nobilia vina non nisi in arbustis gigni, et in his quoque laudatiora summis, sicut uberiora imis. V. *ibi plura de arbustis.* et *ibid.* c. 11. Transferre ulmum in arbustum. *Colum. de arborib.* c. 16. Constituere arbustum. *Pallad.* lib. 11. tit. 4. Arbustum facere. ¶ Translate *expressa arbusto convicia* dixit *Horat.* l. 1. sat. 7. v. 28. hoc est ex pectore expressa, feraci maledictorum. Ducitur allegoria a vindemiatoribus, ac frondatoribus, qui dum frondationi, aut vindemiæ sunt intenti, in prætereuntes viatores, veluti decussa ex arbore, congerere convicia solent, et ab iis vicissim dictis lacerari. ¶ Per synecdochen ponitur pro arbore. *Cato R. R.* c. 7. Copulare vitem arbusto. *Lucret.* l. 1. vers. 187. E terraque exorta repente arbusta salirent. Adde vers. 352.

ARBUSTUS, a, um, *planted with trees,* arbustum habens, δενδρήεις. *Plin.* l. 10. c. 29. Larius lacus, amœnus arbusto agro. ¶ *Arbusta vitis* dicitur ab *eod.* l. 17. c. 23. quæ arbori applicata est: quæ *arbustiva* etiam appellatur. ¶ *Res arbustiores* dixit *Tertull. in fi.* l. 2. *advers. Marcion.* hoc est feliciores, et feraciores; sumpta metaphora ab arbustis luxuriantibus: vel robustiores, validiores, quæque arbustis non surculis similes sunt. Quidam putant legendum *austeriores:* alii *arbustiviores.*

ARBUTĔUS, a, um, *relating to the arbute-tree,* qui est ex arbuto arbore. *Virg.* 1. *Georg.* v. 166. Arbuteæ crates. *Id. Æn.* 11. vers. 65. virgæ. *Ovid. Metam.* 1. v. 632. frondes. *Id. ibid.* v. 104. Arbutei fetus. *h. e.* fructus arbuti. *Stat.* 1. *Theb.* v. 584. clausa arbutei sub cortice libri Membra tepent. *h. e.* arborei, lignei.

ARBŬTUM, i, n. *the fruit of the arbute-tree, a wild strawberry,* κόμαρον, fructus arbuti arboris, qui et *unedo* dicitur. *Lucret.* l. 5. v. 938. quæ nunc hiberno tempore cernis Arbuta puniceo fieri matura colore. *Virg.* 1. *Georg.* v. 144. cum jam glandes, atque arbuta sacræ Deficerent silvæ. Adde lib. 2. vers. 520. ¶ Pro ipsa arbore arbuti, *the arbute-tree, arbute, or wild-strawberry. Id.* 3. *Georg.* v. 300. jubeo frondentia capris Arbuta sufficere. *Id. ibid.* l. 4. v. 181. *de apib.* pascuntur et arbuta passim, Et glaucas salices, &c. ¶ Et per synecdochen pro quavis arbore. *Rutil.* l. 1. *Itiner.* v. 31. fontes si mittere vocem, Ipsaque si possent arbuta nostra loqui.

ARBŬTUS, i, f. *the arbute, or strawberry-tree,* κόμαρος, arbor folio citro similis, sed raris frondibus, et non deciduis, cujus fructus *arbutum*, et *unedo* vocatur. *Virg.* 2. *Georg.* v. 69. Inseritur vero ex fetu nucis arbutus horrida. *Ovid. Metam.* 10. vers. 101. pomoque onerata rubenti Arbutus.

ARCA, æ, f. *a chest, coffer, trunk, desk,* κιβωτὸς, cista, capsa, armarium, ab arcendo, ut *Varro* docet l. 4. *R. R.* c. 28. quod ab ea clausa arceantur fures. Sumitur pro loculo, seu sarcophogo, *a coffin, tomb, sepulchre. Plin.* l. 13. c. 13. Cn. Terentium Scribam repastinantem offendisse arcam, in qua Numa situs fuisset. Adde *Valer. Max.* l. 1. cap. 1. n. 12. et *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 42. *in fin.* et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 482. n. 2. ¶ De loculo, vel sandapila, in qua cadaver ad tempus reponitur, postmodum perpetuæ sepulturæ tradendum, *a sort of bier, or coffin,* est locus *Caii Digestor.* lib. 11. tit. et leg. 7. Adde *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 9. et *Lucan.* l. 8. v. 736. ¶ Est et arca vestiaria, in qua vestes reponuntur. *Cato* cap. 11. *R. R. a wardrobe, clothes-chest.* ¶ Frequentissime pro receptaculo nummorum. *a coffer. Cic. Parad.* 6. c. 1. Animus hominis dives, non arca appellari solet. *Colum.* l. 3. c. 3. Ea res arcam patrisfamilias

exhaurit. *Juvenal.* sat. 11. v. 26. inter *arcam*, et *sacculum* distinguit, ut illa sit locupletum, hic pauperum : Ignoras quantum ferrata distet ab arca Sacculus. ¶ *Ex arca solvere* est præsenti pecunia : cui opponitur *solvere ex mensa*, scil. argentariorum. Colligitur hoc ex *Donato ad Terent. Adelph.* 2. 4. 13. et *ad Pharm.* 5. 7. 29. ubi addit, in chirographis addi solere *domo ex arca sua*, vel *ex mensæ scriptura*. Hæc adnotavit etiam *Brisson. de Formul.* l. 6. Quare *arca* accipitur quodammodo pro pecunia præsenti. Hinc *Cic. Attic.* l. 1. ep. 9. Ne dubitaris mittere, et arcæ nostræ confidito. Adde *Senec.* ep. 26. *ad fin.* ¶ Sæpe etiam idem est ac Fiscus, hoc est ea, in qua pecunia publica reponitur, *the public chest. Symmach.* l. 10. ep. 33. (*al.* 40.) Cum fiscus in tempore, quod præbendum fuerat, non haberet ex arca Quæstoria. *Cassiodor.* l. 2. *variar.* ep. 24. Arca Vicarianæ sedis. *Impp. Valentin. Theodos.* et *Arcad.* lib. 12. *Cod.* tit. 50. leg. 4. et *Impp. Gratian. Valentinian.* et *Theodos.* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 12. Arca fiscalis. *h. e.* in quam pecunia publicorum tributorum infertur. *Symmach.* l. 10. ep. 42. (*al.* 49.) Arca vinaria. *h. e.* in qua sunt pecuniæ vectigales ex vino. Sic *arca olearia*, et *frumentaria* apud *Hermogenian.* lib. 50. *Dig.* tit. 4. leg. 1. et *Imm. Valentinian. Theodos.* et *Arcad.* lib. 12. *Cod. Theodos.* tit. 11. leg. 2. Eademque ratione *arcam Numinis* dixit *Prudent. Peristeph.* 3. *de S. Laurent.* v. 122. publicam Ecclesiæ pecuniam intelligens. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 386. n. 4. ¶ *Arcæ* etiam dicuntur loca secretiora, et obscuriora, roboreis axibus munita, vel in publico carcere, ad reos custodiendos ; vel etiam in privatis domibus, ad coercendos servos. *Cic. pro Mil.* c. 22. *ad fin.* Servi subito arrepti in quæstionem, tamen separantur a ceteris, et in arcas conjiciuntur, ne quis cum iis colloqui possit. *Festi* etiam verba huc pertinent, in voce *Robum.* Robus quoque in carcere dicitur is locus, quo præcipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robusteis (*h. e. tabulis in modum arcæ compactis.*) includebatur. *a place of solitary confinement.* ¶ Agrimensoribus *arcæ* sunt limites quadrati, in modum arcæ constructi : Hinc *arca finalis, quadrifinalis, arca trifinii*, &c. apud auctores *Rei Agrar.* pag. 119. 221. 223. 271. *Goes.* et alibi passim. [Alii tamen apud hos scriptores et his in locis *arcas sepulcrales* intelligunt in agrorum finibus locatas, quæ terminorum vices supplerent.] ¶ Præterea *arca* dicitur machina lignea ex trabibus, tabulisque in modum arcæ compacta, sed sine fundo, quæ in aquas demittitur ; ejusque medium spatium, (exclusa haustoriis machinis aqua) congestis cæmentis, aliaque materia impletur : qua ratione fundantur moles ad concludendos portus, muniendosque contra impetum fluctuum. *Vitruv.* l. 5. c. *ult. dams of wood used to stop the water in the building of bridges.* ¶ Denique *arca* in tectis ædium videtur esse universa dispositio trabium, quæ tectum sustinent : referunt enim opercula arcarum sepulcralium, quæ fastigiata in modum culminis tecti visuntur. *Vitruv.* l. 6. c. 3. et 4. ¶ In quadam *Inscript.* optimæ notæ apud *Gruter.* pag. 1033. n. 8. legitur *arka.*

ARCĂDES. V. *Arcas.*

ARCADĬA, æ, f. *Arcadia, Arcady* (*a word used by our earlier writers of poetry and romance*) Ἀρκαδία, regio in meditullio Peloponnesi, pars Achaiæ, a mari undique remota, habens a Sept. Achaiam propriam, a Mer. Messeniam, ab Or. Argiam, et Laconiam, ab Occ. Elidem. Dicta est ab Arcade Jovis filio ex Calisto Lycaonis filia, qui Pelasgos in deditionem redegit. Dicta etiam est *Lycaonia*, a Lycaone Rege patre Calistus ; item *Parrhasia*, a Parrhasia ejus urbe, et regione ; item *Pelasgia*, a Pelasgo Rege sapiente viro, qui cultioris vitæ populis illis auctor fuit, et victum ex stirpibus herbarum, arborumque frondibus transtulit ad glandem, maximeque ad fagineam. Tota montosa est, habetque asinos procerissimos, qui ob corporis magnitudinem in proverbium abierunt. V. *Arcadicus.* Habet et lapidem ἄσβεστον, hoc est inextinguibilem. *Plin.* lib. 4. cap. 6. *Solin.* cap. 7. (*al.* 12.) et *Stat.* 4. *Theb.* v. 284. *et sequentib.*

ARCADĬCUS, a, um, *Arcadian, of Arcadia*, ad Arcadiam pertinens. *Liv.* l. 1. c. 5. A Pallanteo, urbe Arcadica, Palatium appellatum. *Plaut. Asin.* 2. 2. 67. Asinos Arcadicos vendere. *Juvenal.* sat. 7. v. 160. Arcadicus juvenis. *h. e.* bardus, stupidus : et alludit ad asinos, qui maximi in Arcadia sunt : qua de re etiam *Pers.* sat. 3. v. 9. Arcadiæ pecuaria rudere credas.

ARCADĬUS, a, um, *Arcadian*, Arcadicus, Ἀρκάδιος. *Senec. in Herc. Fur.* v. 229. Arcadia quatere nemora Mænalium suem. *Martial.* l. 9. epigr. 104. Arcadius aper. *Senec. in Œdip.* v. 477. Arcadium sidus. *h. e.* Ursa. *Propert.* l. 1. eleg. 18. v. 20. Arcadius deus. *h. e.* Pan. *Stat.* 7. *Theb.* v. 39. Arcadius galerus. *h. e.* petasus Mercurii, qui in Cyllene, Arcadiæ monte natus dicitur, et aliger Arcas ab *eod.* l. 3. silv. 3. v. 80. appellatur. *Ovid.* l. 1. *Fast.* v. 462. Arcadia dea. *h. e.* Carmenta Evandri mater. *Id.* 3. *Amor.* eleg. 6. v. 30. Arcadia virgo. *h. e.* Arethusa venatrix nympha Arcadiæ. *Stat.* 2. *Theb.* v. 70. Arcadia virga. *h. e.* virga Mercurii.

ARCĀNE, V. vocem sequent.

ARCĀNO, adverb. *secretly, privily, in secret*, occulte, ἀπορρήτως. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 19. Ipse arcano cum paucis familiaribus suis colloquitur. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 117. Arcano tibi ego hoc dico, ne ille ex te sciat. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 3. Hunc tu translatum in macrocolum, lege arcano convivis tuis. Ita legisse videtur etiam *Charis.* l. 2. pag. 173. et 179. *Putsch. Alii leg.* lege in Arcano convivis tuis. hoc est in villa Q. Fratris, quæ *Arcanum* appellabatur, de qua *Cicer. Attic.* l. 10. ep. 2. et l. 3. *ad Q. Fr.* ep. 1. ¶ *Arcane* pro *arcano*, et inde *arcanius, arcanissime* non probantur ab eodem *Charis. loc. cit.* Nihilominus videtur *arcanius* usurpasse *Colum.* cujus hæc verba sunt l. 3. c. 2. *in fin.* Sed de hac sententia, quamquam et ipse paulo ante id censuerim, quid tamen arcanius judicem, suo loco mox dicam. *h. e.* quale sit occultius judicium meum, et nulli adhuc manifestatum.

ARCĀNUM, i, n. [† nunc] *Arce*, olim villa fuit Ciceronis, vel potius Quinti ejus fratris. V. vocem præced. Nunc est oppidum Latii inter Arpinum, et Aquinum apud Melphem fluvium.

ARCĀNUS, a, um, *secret, close, hidden, concealed, private, unknown*, ἀπόρρητος, occultus, secretus, ignotus, tacendus. *Festus:* Arcani sermonis significatio trahitur sive ab arce, quæ tutissima pars est urbis ; sive a genere sacrificii, quod in arce fit ab auguribus, adeo remotum a notitia vulgari, ut ne litteris quidem mandetur, sed per memoriam successorum celebretur ; sive ab arca, in qua quæ clausa sunt, tuta manent, cujus ipsius origo ab arcendo pendet. *Cic.* l. 2. *de Fin.* c. 26. At quicum joca, seria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia ? tecum optime : deinde etiam cum mediocri amico. *Vir.* 4. *Æn.* v. 422. arcanos tibi credere sensus. *Id.* 6. *Æn.* v. 72. Arcana fata. *Plin. in Paneg.* c. 34. Secretæ, et arcanæ opes. Et cap. 49. Arcana cubilia. *Martial.* l. 5. *epigr. ult.* Popina arcana. *Tacit. Ann.* 2. c. 54. Arcanus fons. *Id. de morib. German.* cap. 40. Arcanus terror. *Id. Ann.* 12. c. 47. Arcanum fœdus. *h. e.* sacrum. sacra enim celari mos est. *Martial.* l. 7. epigr. 26. Arcanum garum. *h. e.* reconditum, et exquisitum. ¶ *Arcanus* dictus est Jupiter, quia infans arcano subductus patri Saturno eum vorare cupienti, Curetum diligentia servatus est : atque ob id aliquando arcanis sacris cultus. Lapis inscript. apud *Donium* pag. XLI. P. Acilio P. F. Men. Paulo . . . . cultores Jovis arcani, &c. ¶ *Arcanum* absolute pro re arcana, et tacenda, *hidden things, secrets. Virg. Æn.* 7. v. 123. Arcana fatorum. *Tacit. Ann.* c. 59. Arcana dominationis. Et c. 36. imperii. *Id. Ann.* 6. c. 21. Indicem arcani esse. *Plin. in Paneg.* c. 23. Proferre arcanum. *Juvenal.* sat. 9. v. 116. prodere. *Curt.* l. 4. c. 6. celare. *Id.* l. 6. c. 10. tacere. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 37. scrutari alicujus. *to spy into any one's secrets.* et *ibid.* commissum tegere. *Id.* l. 1. od. 28. v. 9. Admittere aliquem arcanis. *Id.* l. 2. sat. 1. v. 30. Credere alicui arcanum. *to entrust with a secret.* ¶ De eo, qui occultam, et magicam, atque adeo sacram vim habet. *mysterious, magical. Stat.* l. 3. silv. 4. v. 92. arcanos iterat Cytherea liquores. *Claudian.* l. 3. *de rapt. Proserp.* v. 402. arcano perfudit robora succo. ¶ Item de eo, qui tegit, ut Nox arcana apud *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 40. et *Stat.* l. 1. silv. 3. vers. 71. Sic *Plin.* l. 7. c. 52. *ad fin.* Petiit, ut aliquem ex arcanis mitteret. *h. e.* ex iis, qui fidi erant, et arcana servabant. Quod vero quædam Edition. hab. *a charis*, rejicit *Harduin.* ex constanti MSS. auctoritate. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 155. Cave sis, dixeris, me tibi dixisse hoc. *Ph.* dixisti arcano satis.

ARCĀRĬUS, ii, m. *Arcarii* dicuntur, qui accepta, et expensa arcarum tractant, *Treasurers, Cofferers, Comptrollers. Lamprid. in Alex. Severo*, c. 43. Arcarios instituit, qui de arca fisci ederent munera. Sic Arcarius Pontificialis, apud *Symmach.* l. 1. ep. 62. (*al.* 68.) ¶ In familia etiam *Arcarii* dicuntur servi, qui domini pecuniam administrant. *Scævola Dig.* lib. 40. tit. 5. leg. 41. Stichus arcarius, probante domino nomina fecit, &c. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 463. n. 2. ubi legitur *arkarius.* ¶ Item arcarum artifex. Inscript. apud *eund.* pag. 641. num. 7. Classicus Papirianus P. P. arcarius.

ARCAS, ădis, m. Ἀρκὰς, nomen Jovis filii ex Calisto, a quo Arcades originem ducunt. *Hygin.* fab. 176. et *Poet. Astronom.* l. 2. c. 4. ubi addit, post mortem translatum esse in Cælum, et factum sidus prope Ursam. V. *Arctophylax.* ¶ Est etiam adject. omn. gen. et significat eam, qui est ex Arcadia, *an Arcadian. Martial.* l. 5. epigr. 66. Nemeæ terror, et Arcas aper. *Virg. Æn.* 12. v. 517. Et juvenem exosum nequidquam bella Menœtem Arcada. *Stat.* 7. *Theb.* v. 94. Arcadas aras adire. *Id.* l. 5. silv. 2. v. 123. Arcadas metas versare. *Sil.* l. 6. v. 636. Arcas mater. ¶ Arcades, dum, οἱ Ἀρκάδες, *the Arcadians*, Arcadiæ populi. *Virg.* ecl. 10. v. 32. soli cantare periti Arcades. *Id. Æn.* 10. v. 397. Arcadas accensos monitu, et præclara tuentes. ¶ Arcades vetustate gentis adeo gloriari soliti sunt, ut ante Solem, et Lunam natos se dicerent. Cujus fabulæ causam affert *Censorin. de die Natali*, c. 19. his verbis : Arcades trimestrem annum primo habuisse dicuntur (quod et *Plin.* tradit l. 7. c. 48.) et ob id προσέληνοι sunt appellati ; non ut quidam putant, quod ante nati sint, quam Lunæ astrum, sed quod prius habuerint annum, quam is in Græcia ad Lunæ cursum constitueretur. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 289. Ante Jovem genitum terras habuisse feruntur Arcades : et Luna gens fuit illa prior. V. *Stat.* 4. *Theb.* v. 275. *et sequentib.* ¶ *Arcas pius* apud *Martial.* l. 9. epigr. 35. est Mercurius, qui natus est in Cyllene Arcadiæ monte. Adde *Lucan.* l. 9. v. 661. Et absolute *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 106. tardumque sub astris Arcada linquit. ¶ Denique ab *eod. Theb.* l. 8. v. 745. et l. 12. v. 805. et 806. Arcas dicitur Parthenopæus filius Atalantæ Arcadis, et Meleagri.

ARCATŪRA, æ, f. arcæ structura : et sumitur pro limite agrorum. *Cassiodor.* l. 3. *Variar.* ep. 52. Miramur, fuisse litigatum, quod aut terminis testibus, aut jugis montium, aut fluminum ripis, aut arcaturis constructis, aliisque signis evidentibus constat esse definitum.

ARCĀTUS. V. *Arquatus.*

[* ARCEBĬON, i, n. quædam herba apud *Plin.* l. 22. c. 21. Est et alia herba proprio nomine onochiles, quam alii anchusam vocant, alii arcebion.]

ARCĒLA, ARCELĀCA, } V. vocem sequent.

ARCELLA, æ, f. *a little chest or coffer*, κιβώτιον, parva arca, arcula. *Festus in Arca.* Arca diminutivum facit arculam, et arcellam, ut a porco porculum, et porcellum, &c. Hinc non semel legitur apud rei Agrariæ scriptores, qui tum *arcellam*, tum *arcam* inter varias limitum agrariorum formas enumerant. *Jul. Frontin. de Colon.* pag. 119. *Goes.* Adde pag. 260. et 308. ¶ *Arcellam* vel ut alii edidere *arcelam* inter vitium genera enumerat *Colum.* l. 3. *R. R.* c. 21. quam quidam putant, dictam esse tanquam diminutivum ab *arcera*, quod ramis se se curvantibus, in similitudinem arceræ, disponi ab agricolis soleat. *Id. Colum. ibid.* c. 2. *ad fin.* recenset itidem inter vites *arcellatam*, vel ut in aliis editionibus legitur, *arcelatam*, seu *arcelacam* : quam dictam existimant pro *arculatam*, hoc est in modum arcus dispositam. Alii *arcellatam* exponunt arcella circumdatam, nempe quo radices terra tectiores et tutiores sint. Sane *arcella* seu *arcela*, et *arcellata* seu *arcelaca* idem omnino vitis genus significare apud *Columellam* videntur : sed unde dictæ sint, et quam tandem vitem designent, definire est admodum difficile.

[* ARCELLARĬUS, a, um, adject. Lapis ex *Pighio* apud *Begerum* in *Spicilegio Antiquit.* pag. 103. Atriensis arcellarius, fere idem ac topiarius. Arcellarii simpliciter non dicuntur, sed atrienses arcellarii. Hi ab *arcellis* dicti videntur, uti *Arcarii* ab *arcis.*]

ARCELLŬLA, læ, f. *a very small chest*, diminutivum ab *arcella:* quo usi sunt Veteres teste *Diomede* lib. 1. pag. 313. *Putschii.*

ARCĔO, es, arcui, a. 2. *to keep or ward off, prevent from approaching, remove, drive away*, [† Græce ἀρκέω, quod primitus valet *propulso*,] ἀπείργω, [Arcere, ut ait *Festus*, est continere : unde et arcus in ædificiis dictus est, quia se ipsum continet. Etiam arca ita appellata, quia continet res, quæ ibi asservantur. Unde et coercere continere dicimus. Hinc apparet, primam et propriam verbi hujusce significationem esse hanc, ac propterea *Forcellinum* perperam continendi significationem infra, non primo loco posuisse.] vetare, ne aliquis accedat, removere, prohibere, defendere : tum proprie, tum translate. *Plin.* l. 12. cap. 1. *ad fin.* Platanus solem æstate arcet, hieme admittit. *Cic. Phil.* 5. c. 13. *ad fin.* Qui illum non ut consulem recepit, sed ut hostem arcuit Gallia. *Id. Phil.* 1. c. 40. *in fin.* Non enim te dominus modo illis sedibus, sed quivis amicus arcebit. *Id.* 2. *de Legib.* c. 10. Quid est, cur paupertatem deorum aditu arceamus ? *Id. Catil.* 1. *in fin.* Tu, Jupiter, hunc a tuis aris, a tectis urbis, a mœnibus, a vita, fortunisque civium arcebis. *Id.* l. 1. *de Legib.* c. 14. Si homines ab injuria pœna, non natura arcere deberet. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 34. Adolescentia a libidinibus arcenda est. *Id. Phil.* 11. c. 2. Arcere aliquem progressu. *Id.* l. 1. *Tuscul.* c. 37. aliquem reditu. *Vellei.* l. 2. c. 32. *extr.* aliquem rapinis. *h. e.* impedire, ne rapinas faciat. *Virg.* 8. *Æn.* v. 73. aliquem periclis. *Horat.* l. 1. ep. 8. v. 10. quempiam veterno funesto. *h. e.* veternum ab eo propulsare. *Cic. Parad.* 3. c. 2. homines ab improbitate. *Ovid.* l. 3. *Trist.* eleg. 10. vers. 19. frigora pellibus, et braccis sutis. *Tacit. Ann.* 1. c. 39. vim extremam. *Liv.* l. 3. c. 8. bellum. et *ibid.* populationes. *Id.* l. 26. c. 20. Punica classis Tarentum adcita ad arcendos commeatus præsidii Romani. ¶ Cum accusativo, et dativo, *Virg.* 3. *Georg.* v. 155. asilum Arcebis gravido pecori. ¶ Cum infinito, *Ovid.* 3. *de Ponto*, ep. 3. v. 56. Quam lex furtivos arcet habere viros. *Id. Metam.* 3. v. 88. plagamque sedere Cedendo arcebat. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 34. nec te lugere severus Arceo. *Id.* l. 1. *Theb.* v. 455. tecto cælum prohibere quis iste Arcuit? Adde *Sil.* l. 13. v. 341. et l. 5. v. 51. et *Senec. in Hippol.* v. 806. ¶ *Arcere aquam pluviam* est impedire, ne e suo alvo exeat, et vicini fundo noceat : qua de re. V. *Jurisconsultos* lib. 39. *Dig.* toto Titulo 3. qui est *de aqua, et aquæ pluviæ arcendæ. Cic. pro Mur.* c. 9. *in fin.* Ille scit, ut hostium copiæ, tu, ut aquæ pluviæ arceantur. ¶ Pro coercere, hoc est continere, ut *Festus* docet, *to restrain ; hold, contain. Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 54. Alvus arcet, et continet, sive illud aridum sit, sive humidum, quod recipit. *Id. in somn. Scip.* c. 4. Orbis cælestis extimus, qui reliquos omnes complectitur, summus ipse deus.

arcens et continens ceteros. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 21. Hos quidem ut famulos, vinclis, ac custodia arceamus. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 60. *in fin.* Flumina arcere, dirigere, avertere. *h. e.* ripis coercere. *to keep within their banks.* ¶ Translate *Cic. in Har. resp.* c. 3. Videbam, illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis furentis non posse arceri otii finibus: erupturum illud malum aliquando ad perniciem civitatis. ¶ *Arcere familiam* est coercere, in officio continere, apud *Fest. in Noverca*, ubi ait: Noverca dicitur, quam quis sublatis liberis novam uxorem ducit arcendæ familiæ gratia. *Id.* in *Arcere* hanc eandem notionem jam docuerat, ut dictum est. Alii leg. *augendæ*, alii *accersendæ*. ¶ Lepidus est jocus in illo *Plauti Mil.* a. 5. v. 33. Si posthac prehendero ego te hic, arcebo testibus. *h. e.* coercebo, puniam testiculos tibi avellendo: simulque ludit in ambiguo. posset enim et hoc modo explicari: propulsabo te hinc testibus adhibitis, et domum meam ultra accedere prohibebo, tanquam adulterum. ¶ Videtur etiam aliquando usurpari pro arcessere, accire. *to send for.* *Cic. pro Quint.* c. 22. Præstituendæ horæ ad arbitrium nostrum: judex ipse arcebitur. *arcessetur* plerique habent: alii quidam mallent *arcibitur* ab *arcio* pro *accio.* *Festus in Sagmina.* Sagmina vocantur verbenæ, id est herbæ puræ, quia ex loco sancto arcebantur a Consule, Prætoreve legatis proficiscentibus, &c. Alii exponunt, ex arce vellebantur. V. *Liv.* l. 1. c. 24. et l. 30. c. 43. ¶ Supinum *arcitum*, et per syncopen *arctum*, seu *artum*, quod ab *arceo* derivare volunt Etymologi, non est in usu: nisi quod *coerceo* facit *coercitum*.

ARCĔRA, æ, f. *a litter*, φορεῖον. ab *arca* deducitur, ut docet *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 31. *ad fin.* et significat plaustrum tectum undique ex tabulis, quasi arca quædam magna: quo vehiculi genere senes, et ægroti cubantes vectabantur. Ante lecticas in usu fuit, et his inventis postea desiit. Cum eam adhiberi opus erat, stragula veste sternebatur. Hinc illud *in leg. XII. Tab.* apud *Gell.* l. 20. c. 1. Si in jus vocat; si morbus ævitasve vitium esit (*h. e.* erit) qui in jus vocabit, jumentum dato, si nolet, arceram ne sternito. Et *Varro* apud *Non.* c. 1. n. 270. Vehebatur cum actore vehiculo senex, aut annosus, cui arceram, si non vellet, non sterneret. *Id. Non. ibid.* testatur etiam Ciceronem hoc vocabulo usum esse.

ARCERANĔA. V. *Atteranea.*

ARCESIUS, filius Jovis, pater Laertæ. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 144. V. *Acrisius.* ¶ *Arcesius* dicitur Mercurius in vet. lapid. apud *Gruter.* pag. 53. n. 10. ἀπὸ τοῦ ἀρκέσαι καὶ βοηθῆσαι, quod victum et vitæ necessaria reliqua sufficiat, auxilium in omnibus suppeditet, et rem familiarem augeat, inquit *Reines.* ad *Inscript.* 81. class. 1. Apud *Gruter.* est *Arcecius*: et ducunt ab arcendis malis. Sed hoc minus placet.

ARCESSĪTOR, oris, qui arcessit, seu vocat. *one who sends for, or invites.* *Plin.* l. 5. ep. 6. *in fi.* Nemo arcessitor ex proximo. ¶ Item qui accusat. *an accuser.* *Ammian.* l. 29. c. 1. *in fi.* (*al.* c. 10.) Verba placentia arcessitori loqui.

ARCESSĪTUS, us, m. *a calling, sending for, inviting,* vocatus. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 6. Cum ad eum ipsius rogatu, arcessituque venissem. *Plaut. Stich.* 2. 3. 3. Salve: tuo arcessitu venio huc. *at your request; by your desire.* *Ammian.* lib. 31. c. 10. (*al.* cap. 26.) Docet, arcessitu Valentis Gratianum mox signa moturum. ¶ Extra ablativum casum exempla nondum vidimus.

ARCESSĪTUS, a, um, *sent for, fetched, called, invited, summoned*, vocatus, invitatus, adscitus. *Liv.* l. 3. c. 9. *extr.* Consules extemplo arcessiti. *Propert.* l. 3. eleg. 15. v. 13. Quod si, Bacche, tuis per fervida tempora donis Arcessitus erit somnus in ossa mea. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 261. Quo rediturus erat non arcessitus. *Justin.* l. 11. c. 10. *in fin.* Arcessitis auxiliis. *Colum.* lib. 2. cap. 16. Arcessita, et advecta humus. ¶ Translate est longius petitus, affectatus, de industria quæsitus, *far-fetched, forced, affected.* *Cic.* 2. *de Orat.* c. 63. Cavendum est, ne arcessitum dictum putetur. *Petron. in Satyr.* c. 139. Arcessito sermone lassare aliquem. *Sueton. in Claud.* c. 21. Frigida, et arcessita joca. *Quintil.* l. 2. c. 4. Arcessitæ descriptiones. *Id.* l. 9. c. 3. Innatus, non arcessitus.

ARCESSO, is, ivi, itum, a. 3. *to call, send for, invite, summon, fetch*, προσκαλέω, μεταπέμπω, advoco, adducendum, seu afferendum curo. In præteritis est quartæ conjugationis, in aliis temporibus tertiæ, ut *capesso, lacesso*: in infinito activo fere est tertiæ; in passivo utriusque. ita enim usus obtinuit. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 18. Te exspectamus, te desideramus, te etiam arcessimus. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 18. Cum ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 2. Chilonem arcessiveram Venafro. *Id. post redit. in Sen.* cap. 11. Quo die nos comitiis centuriatis arcessivit in patriam. *Nepos in Attic.* c. *pænult.* Agrippam generum ad se arcessiri jussit. *Liv.* l. 3. c. 45. Placere itaque, patrem arcessi. *Plaut. Casin.* 3. 2. 1. Ut properarem arcessere hanc ad me vicinam meam. *Id. Cistell.* l. 3. 48. Jussit arcessi eam domum. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 13. Qui nuntiaret Bassum arcessi, Cassium exspectari. *Plaut. Rud.* 4. 4. 12. Abiisti hinc herum arcessitum. *Id. Casin.* 3. 4. 10. Dixeras, tuam arcessituram esse hinc uxorem meam. *Plin.* l. 29. c. 1. Arcessere aliquem a Gadibus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 31. quempiam mercede. *h. e.* conducere. *Colum.* l. 6. c. 2. *ad fin.* boves ex longinquo. *to fetch.* *Cic. Attic.* 16. ep. 11. librum alicujus. *Id. Fam.* 7. epist. 23. aliquid vectura. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 120. aurum. *Sallust.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 902. *Putsch.* aurum mutuum. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 71. tormenta, aut missilia tela. ¶ *Arcessere sibi malum jumento suo* proverbialiter dicitur a *Plauto, Amph.* 1. 1. 171. pro sua opera sibi ipsi calamitatem et damnum creare. Angli joculariter dicunt simili, non eadem sententia, *to gather a rod for your own b—h.* ¶ Sæpe sumitur pro in judicium vocare, et reum facere, accusare, *to summon to a court of justice.* *Cic.* l. 2. *Offic.* c. 14. Arcessere innocentem judicio capitis. *Id. pro Deiot.* c. 30. aliquem capitis. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 9. quempiam in summum capitis periculum aliquo crimine. *Sallust. in Jug.* c. 37. aliquem pecuniæ captæ. *h. e.* accusare, quod pecunia se corrumpi siverit. *Tacit. Ann.* 2. c. 50. majestatis. *Id. Ann.* 4. c. 29. tumultus hostilis. Sic metaphorice *Nigid.* apud *Gell.* l. 19. c. *ult.* Græcos inscitiæ. ¶ Urbane, aut translate elegantes habet usus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 27. A capite, quod velimus, arcessere, et unde omnia manant videre. *h. e.* petere. *Id. in Top.* c. 9. Cum a genere ducetur argumentum, non erit necesse, id usque a capite arcessere. *h. e.* repetere. *Id.* l. 3. *de Orat.* c. 38. *in fin.* Translationes orationi splendoris aliquid arcessunt. *h. e.* augent, conciliant. *Petron. in Satyr.* c. 37. Longe arcessere fabulas. *Curt.* l. 10. c. 5. Divinos honores arcessere. *h. e.* quærere, captare. *to court, covet.* Sic *Id.* l. 8. 13. *in fi.* Arcessere gloriam ex periculo. *Cels.* l. 3. c. 18. somnum medicamentis. ¶ Legitur et *Accerso* in optimis libris multis tum MSS. tum editis: defenditurque a nonnullis doctis viris. *Charis.* l. 1. pag. 227. *Putsch.* et *Diomed.* l. 1. pag. 375. quos non pauci posterioris ætatis Grammatici sequuti sunt, ita distinguunt, ut *accerso*, vocare significet, *arcesso*, accusare. Verum *arcesso* multo firmiora habet argumenta: deducitur enim ab *arcio*, pro *accio*, quod *advocare* significat, ex *ad* et *cio* (*ar* autem, supra monuimus pro *ad* usurpari, præsertim in compositis). Quam etymologiam probant *Priscian.* l. 1. pag. 559. *Velius Longus* pag. 2232. *Manut.* ad *Cicer. Fam.* l. 7. ep. 23. *Voss. in Etymol.* et alii quamplurimi. Præterea antiquiores multo sunt Codices, in quibus *arcesso* legitur, ut *Manut. loc. cit.* et *Pier. ad* 10. *Æn.* v. 11. testantur. Quod vero discrimen docuerunt *Charis.* et *Diomed.* sane nullum id est, cum passim *arcessere* et pro vocare, et pro accusare usurpatum legatur. nam et qui accusat, in judicium vocat. Et quod *Diomed. arcesso* ab *arceo* derivat, futile videtur, et absurdum, cum *arceo* contrariam habeat significationem. Plura V. apud *Voss. in Etymol.* et *Dausq. in Orthogr.*

ARCHAĪCUS, a, um, ἀρχαϊκὸς, quidquid ad antiquorum simplicitatem factum est, *simple, plain, homely, old-fashioned, unaffected.* *Horat.* l. 1. ep. 5. vers. 1. Si potes archaicis conviva recumbere lectis. *h. e.* humili brevique forma. Al. leg. *archiacis*, idest ab Archia artifice sic vocatis.

ARCHAISMUS, i, m. ἀρχαϊσμὸς, antiquitas. *antiquity.* Figura, qua more veterum loquimur, vel scribimus, ut illud *Ter. Eun.* 4. 3. 7. Nescio quid absente nobis turbatum est domi. *archaism, obsoleteness of expression.* Est autem Græca vox, et Græce scribenda.

ARCHANGĔLUS, i, m. *an archangel, one of the highest order of angels,* Ἀρχάγγελος, Angelorum princeps. *Hieronym.* l. 1. *in Ruf.* c. 6. Archangelus non dicitur, nisi qui prior est Angelorum. Adde *Tertull. advers. Valentinian.* c. 19.

ARCHE, es, f. ἀρχὴ, hoc est principium. Unus est ex æonibus Valentini Hæretici, apud *Tertull. advers. Valentinian.* c. 35. [¶ Item una ex quatuor Musis ex secundo Jove natis. *Cic. de nat. Deor.* l. 3. c. 21.]

ARCHEBŬLEUM, seu Archebulium metrum denominatum est a quodam Archebulo Poeta, non quod ipse invenerit, sed quod eo solo carminis genere in suis poematis usus est. *the archebulean metre.* Nam et Stesichorus, et Pindarus, et Simonides promiscue adhibuerunt. Ejus autem metri tale ponit exemplum *Serv. in Centim.* pag. 1822. *Putsch.* Dea somnifero bona Curriculo relucet. V. *Atil. Fortunatian. ibid.* pag. 2672. Meminit etiam *Diomed. ibid.* pag. 513. [† *Plot. De Metris*, p. 2662.]

ARCHEMŌRUS. V. *Langia.*

ARCHEŌTA, vel Archiota, æ, m. *a keeper or superintendant of the archives; keeper of records, recorder, Custos Rotulorum,* ἀρχειώτης, archivii curam gerens. *Arcad.* lib. 50. *Dig.* tit. 4. *leg. ult.* Hi quoque, qui custodes ædium, ut archeotæ, vel logographi, vel tabularii &c. Legitur et *Archiota.*

ARCHETȲPUM, i, n. *the archetype or original copy of any thing; the first draught of a picture,* ἀρχέτυπον, quod est primigenium, seu primo ab ipso auctore factum: ab ἀρχὴ, principium, et τύπος, forma, imago: et dicitur sæpe de signis, et tabulis pictis. *Macrob. l. ult. Saturn.* c. 14. Sic fit ut videatur imago archetypo suo grandior. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. Dic alterum genus ornithonis, qui constitutus a te sub Casino fertur, in quo diceris longe vicisse archetypon inventoris nostri, &c. *Plin.* l. 5. ep. 10. Ut pictores pulcram, absolutamque faciem raro, nisi in pejus effingunt, ita ego ab hoc archetypo labor, et decido. ¶ Adjective *Juvenal.* sat. 2. v. 7. et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas. *pictures, or busts, taken from the originals.* ¶ *Martial.* lib. 7. ep. 10. *archetypas nugas* dixit epigrammata sua propria manu scripta. *Id.* l. 12. epigr. 70. Sic tanquam tabulas, scyphosque, Paule, Omnes archetypos habes amicos. *h. e.* uteris amicis tanquam tabulis, aut signis archetypis, quibus delectaris sine impensa.

ARCHEZOSTIS, is, f. planta, eadem, quæ vitis alba. *Plin.* l. 23. cap. 1. *the white vine.* [† V. *Ampeloleuce.*]

ARCHIATRĪA, æ, f. *the office of chief physician,* ἀρχιατρία, dignitas, et officium archiatri. *Julian. Imper.* l. 13. *Cod. Theodos.* tit. 3. leg. 8. Qui archiatriæ ipsius dignitate dignus habeatur.

ARCHIĀTRUS, *et Græca terminatione* Archiatros, et Archiater, tri, m. *a chief physician,* ἀρχιατρός: vox Græca ab ἀρχὴ, principatus, vel ab ἄρχων, princeps, et ἰατρὸς, medicus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 632. n. 4. M. Livio Celso Tabulario Scholæ Medicorum M. Livius Eutychus Archiatros, &c. Alia *ibid.* n. 5. A. Actius Calus Archiater S. et Juliæ primæ Conjugi incomparabili V. S. P. Adde *Cod. Justinian.* l. 12. tit. 13. et *Cod. Theodos.* l. 13. tit. 3. Varie autem hanc vocem exponunt eruditi. Alii putant archiatrum dici medicum Principis: alii principem in arte medica, vel alicujus medicorum collegii primarium, et caput. Sane legenti leg. 8. *cit. Cod. Theodos.* patet, non modo eos, qui Principi in Palatio inserviebant, sed et qui per urbem ægris curandis operam dabant, archiatros fuisse appellatos. Ceterum archiatrus Sacri Palatii non artem medicam solum exercebat, sed et judiciariam potestatem habebat ad dirimendas controversias inter subjectos sibi medicos obortas: et ob id in magna erat existimatione, ac dignitate. V. *Hieronym. Mercurial.* lib. 4. *variar. lection.* c. 1. ubi ex professo hac de re verba facit. [¶ Pænultimam corripit *Paulin. Petrocor.* lib. 2. v. 697. Miramur cito tam multa et tam magna videntes Archiatri fomenta pii, miremur et illam, Quam meruit medicus Christo medicante medelam.]

ARCHIBUCŬLUS, li, m. *In quadam Inscript.* apud *Gruter.* pag. 27. n. 4. quæ scripta est sub Valente Imp. V. Cons. legitur: *Archibuculus Dei Liberi.* quæ vox fortasse significat eum, qui in sacro faciendo primam mactabat victimam, vel qui victimariis præerat: nempe ab ἀρχὴ, principatus, et *buculus*, ut sit hybrida vox. V. integram Inscriptionem, et aliam *ibid.* pag. 28. n. 2.

ARCHIDIACŎNUS, ni, m. *an archdeacon,* ἀρχιδιάκονος, primarius inter diaconos. *Hieronym.* ep. 61. *ad Pammach.* c. 4. et *Sidon.* l. 4. ep. 25. ¶ *Archidiacon* in recto casu dixit *Venant. Fortun.* l. 3. *de vita S. Martini*, v. 38. metri causa; non imitandus.

ARCHIEPISCŎPUS, i, *an archbishop,* ἀρχιεπίσκοπος, primus Episcoporum. In *epist. Justiniani ad Joann. Sum. Pontif.* lib. 1. *Cod.* tit. 1. post leg. 3. et alibi.

ARCHIĔREUS, ei, m. *a chief-priest,* ἀρχιερεὺς, sacerdotum primarius: vox Græca ab ἄρχων, princeps, et ἱερεὺς, sacerdos. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 313. n. 8. L. Aurelio Apolausto Augg. liberto, archieri Synhodi, et Augg. &c. τῷ ἀρχιερεῖ. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 28. *in fi.* Lacessiverant eum conviciolis Syrum archisynagogum eum vocantes, et archierea. τὸν ἀρχιερέα.

ARCHIEROSȲNA, æ, f. *the office of chief-priest,* ἀρχιερωσύνη, dignitas Archierei. *Impp. Gratian. Valentinian.* et *Theodos.* lib. 12. *Cod. Theodos.* tit. 12. leg. 112. In consequenda archierosyna ille sit potior, qui patriæ plura præstiterit, nec tamen a templorum cultu observatione Christianitatis abscesserit.

ARCHIFLĀMEN, inis, m. *the chief Flamen*, primus inter Flamines. Legitur in Inscript. non optimæ notæ apud *Murator.* pag. 525. n. 4. Est autem vox hybrida ex Græco ἄρχων, et Latino *flamen.*

ARCHIGALLUS, i, primus inter sacerdotes Cybeles. [*Plin.* l. 35. c. 10. Parrhasius pinxit et archigallum, quam picturam amavit Tiberius princeps. *Serv. ad Æn.* l. 9. v. 116. Archigalli Matris Deûm cultores.] *Firmic.* lib. 3. c. 6. section. 7. et c. 7. section. 10. Legitur etiam in *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 30. n. 2. et pag. 308. n. 7.

ARCHIGĔNES, is, m. ἀρχιγένης. ¶ Fuit hoc nomine Medicus quidam Trajani tempore. *Juvenal.* sat. 6. v. 235.

ARCHIGĔRON, ontis, ἀρχιγέρων, hoc est princeps seniorum: ab ἄρχων, princeps, et γέρων, senex: estque hæc appellatio primariæ cujusdam dignitatis in civitate. Legitur in *Cod. Justin.* lib. 1. tit. 4. *qui est* de Episcop. audient. leg. 5. et in *Cod. Theodos.* lib. 14. *tit. ult.* leg. 1.

ARCHIGUBERNUS, i, m. *a chief-pilot, or chief-steersman: a Lord High Admiral,* ἀρχικυβερνήτης, ἀρχικύβερνος, nautarum præfectus, summus nauclerus. *Jabolen. Dig.* lib. 36. tit. 1. leg. 46. Seius archigubernus ex classe Britannica. *Haloander* edidit *archicubernius*, quidam alii minus recte *archigubernulus.* In celebri edit. *Torrentini* legitur *archigubernus.*

ARCHILOCHĪUS, a, um, *Archilochian*, ad Archilochum pertinens, Ἀρχιλόχειος. *Archilochium metrum* dicitur, quo Archilochus frequenter usus est. Ejus plura sunt genera, quæ enumerant Grammatici, *Diomed.* l. 3. pag. 509. *et se-*

quentib. *Serv. in Centim.* pag. 1819. et 1820. *Putsch.* et alii. ¶ Ponitur etiam pro maledico, contumelioso, conviciis pleno. *Cic. Attic.* l. 2. epist. 21. Archilochia in illum (*Pompeium*) edicta Bibuli populo ita sunt jucunda, ut eum locum, ubi proponuntur, præ multitudine eorum, qui legunt, transire nequeamus. V. vocem sequent.

ARCHILŎCHUS, i, m. Ἀρχίλοχος, poeta Parius, Romuli temporibus vixit, teste *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 1. Celebris fuit iambico carmine, quod ab eo inventum est: quo adeo acer evasit, et mordax, ut invectus in quemdam Lycambem, qui filiam suam, nomine Neobulen, ei pactam, alteri in matrimonium collocaverat, ad suspendium adegerit. De ejus ingenio judicium V. apud *Quintil.* l. 10. cap. 1. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 23. Parios ego primus iambos Ostendi Latio, numeros, animosque secutus Archilochi, non res, et agentia verba Lycambem.

ARCHIMAGĪRUS, ri, m. *a chief-cook*, ἀρχιμάγειρος, princeps, et magister coquorum, vel qui coquinæ præest. Nam μάγειρος, coquus est. *Juvenal.* sat. 9. v. 109. Finxerunt pariter librarius, archimagiri, &c.

ARCHIMANDRĪTA, æ, m. *an abbot, chief of a convent or monastery*, ἀρχιμανδρίτης, præpositus Monachorum, præfectus Monasterii, quem nunc Syra voce Abbatem appellant: ab ἀρχὴ, principatus, vel ab ἄρχων, princeps, et μάνδρα, claustrum, septum. Nam Monachi in conclusis domibus degunt sub uno capite, et moderatore totius familiæ. Μάνδρα exponitur etiam spelunca: et Monachi olim in speluncis, et cavis montium habitabant. *Sidon.* l. 8. ep. 14. Parsimoniæ saltibus consequi affectans Memphiticos, et Palæstinos Archimandritas. Adde *Justinian. in ep. ad Joann. Papam*, lib. 1. *Cod. tit. de Summa Trinit.* &c. et *Alcim. Avit. sub init.* ep. 2.

ARCHIMĒDES, is, m. Ἀρχιμήδης, vir Syracusanus, admirando, ac prope divino ingenio, quo nemo unquam præstantior fuit in Geometria, in Arithmetica, in Astronomia, in machinali arte, in omnibus Mathematicis disciplinis. Quasi terrestris Deus construxit sphæram vitream, in qua sidera, ut in Cælo movebantur. Decem annos Syracusas suis machinis ab hostibus defendit. Sed tandem urbs capta est. Marcellus interdixerat, ne unus Archimedes interficeretur. A milite tamen ignaro, quis esset, interfectus est, cum in pulvere quædam describens attentius, urbem esse captam non sentiret. Vixit post Dionysium. Ejus elogium habemus a *Silio* l. 14. a vers. 341. Sepulcrum a Cicerone Siciliæ Prætore repertum est. V. *Liv.* l. 24. c. 34. et l. 35. c. 31. et *Cicer.* 5. *Fin.* c. 19. l. 1. *Tuscul.* c. 35. l. 2. *de nat. Deor.* c. 35. et l. 5. *Tuscul.* c. 23. ¶ Mirum ejus inventum in deprehendenda mensura argenti auro mixti narrat *Vitruv.* l. 9. c. 3.

ARCHIMEDĒUS, et Archimedius, a, um, adject. ad Archimedem pertinens, Ἀρχιμήδειος. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 191. Archimedea manus. *Mar. Victorin. sub init.* l. 3. *artis Grammat.* pag. 2547. *Putsch.* Archimedius loculus. *h. e.* ab Archimede factus.

ARCHIMĪMA, æ, f. mimarum princeps. *Inscript.* apud *Fabrett.* pag. 707. num. 285. Claudiæ Hermionæ Archimimæ sui temporis primæ, &c.

ARCHIMĪMUS, i, m. *the chief player or jester; a pantomime, chief of mimic actors*, ἀρχίμιμος, mimorum, seu histrionum princeps. *Sueton. in Vespas.* cap. 19. Favo archimimus personam ejus ferens, imitansque, ut est mos, facta ac dicta vivi.

ARCHINAUTA, æ, m. nautarum primus. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 845. num. 4. M. Porcius M. F. Claud. Satullinus Archinaut. Clas. Rave. vivus fecit sibi, &c. Eand. habet *Donius* clas. 6. num. 2.

ARCHINEANISCUS, i, m. *the leader of the youth*, ἀρχινεανίσκος, vox Græca ab ἀρχὴ, principatus, vel ab ἄρχων, princeps, et νεανίσκος, adolescens: qua significatur princeps juventutis. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 331. n. 5. Ti. Cl. Domnioni Suciniano Archineanisco, &c. Non videtur tamen esse hic honoris titulus.

ARCHIŌTA. V. *Archeota.*

ARCHIPIRĀTA, æ, m. *an arch-pirate, leader of pirates*, ἀρχιπειρατὴς, prædonum dux. *Cic.* 2. *de Offic.* c. 11. Ille qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut interficitur, aut relinquitur.

ARCHIPRÆGUSTĀTOR, oris, m. prægustatorum primus. *Vet. lap.* apud *Gud.* pag. 201. n. 5. C. Octavius C. L. Antilochus Aug. archiprægustator, et architriclini-archus H. S. E. [Hanc inscriptionem suspectam habet *Marinius Fratr. Arval.* pag. 617. eam enim putat *Gudio* suppositam fuisse, ut alias multas, a *Ligorio* sublestæ fidei viro. Hinc ab his vocibus *archiprægustator*, et *architricliniarchus* abstinendum.]

ARCHIPRESBȲTER, ĕri, m. *a chief-priest, arch-priest*, ἀρχιπρεσβύτης, primus inter presbyteros. *Hieronym.* epist. 4. *ad Rusticum, circa med.* Singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archipresbyteri, singuli Archidiaconi, &c.

ARCHISACERDOS, otis, primus inter Sacerdotes: vox hybrida. *Venant. Fortun.* l. 3. carm. 13. v. 1. Culmen honorificum, patrum pater, archisacerdos.

ARCHISYNAGŌGUS, i, m. *the ruler of a synagogue*, ἀρχισυναγωγὸς, Synagogæ præfectus, primus inter sacerdotes Judæorum. *Adrian. in epist. ad Servian. Cons.* quam refert. *Vopisc. in Saturn.* c. 8. Nemo illic Archisynagogus Judæorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter, &c. Adde *Lamprid. in Alex. Sev.* cap. 28. *in fin.* et *Impp. Arcad.* et *Honor.* lib. 16. *Cod. Theodos.* tit. 8. leg. 13. et 14.

ARCHĪTAS. V. *Archytas.*

ARCHITECTA, æ, f. *a female architect*, quæ architecturæ arte valet. *Plin.* l. 10. c. 71. In quo vel præcipua architectæ naturæ vis. *h. e.* naturæ opificis solertia. Ita legit ex MSS. et exponit *Harduin.* Alii leg. *præcipua naturæ architectio*, ut sit *architectio, onis*, f. hoc est architecturæ ars: alii *architectatio.* Sed utraque vox vitanda est, donec certior occurrat auctoritas.

ARCHITECTATIO, V. vocem præced.

ARCHITECTĀTUS, a, um, V. in *Architector, aris.*

ARCHITECTIO, V. *Architecta.*

ARCHITECTON, ŏnis, m. *an architect, a master-builder*, ἀρχιτέκτων, ονος, idem ac architectus. Sed *architectus* positionis Latinæ est, *architecton* Græcæ. *Solin.* cap. 32. (*al.* 45.) *ad fin.* Quam metatus est Dinocrates architecton. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 73. Nam sibi laudasse hasce ait architectonem Nescio quem, esse ædificatas has sane bene. *Senec.* epist. 90. Felix illud sæculum ante architectonas fuit. ¶ Translate *Plaut. Pœn.* 5. 2. 150. Me quoque dolis jam superat architectonem.

ARCHITECTONĬCE, es, f. *the art or science of building*, ἀρχιτεκτονικὴ, ars ædificandi, architectura. *Quintil.* l. 2. *cap. ult.* Aliæ quoque artes minores habent multiplicem materiam, velut architectonice. Namque ea in omnibus, quæ sunt ædificio utilia, versatur.

ARCHITECTONĬCUS, a, um, *relating to architecture, architectonic*, ἀρχιτεκτονικὸς, ad architectonicen pertinens. *Vitruv.* l. 9. c. 4. Rationes architectonicæ. *the rules of architecture. Sidon.* l. 8. ep. 4. Parietes ad concinentiam architectonicam fabre locati. *architectoricam* quidam codices habent, sed minus recte.

ARCHITECTOR, aris, atus sum, *to construct, frame, fashion, fabricate, build*, ἀρχιτεκτονέω, fabricor, adhibita architecturæ arte construo. *Vitruv.* l. 9. c. 4. Naturalis potestas ita architectata est, collocavitque cardines, &c. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 19. Cogitatio quamvis regionem potest amplecti, et in ea situm loci cujusdam ad suum arbitrium fabricari, et architectari. ¶ Passiva significatione in præteritis. *Nepos in fragment.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 792. *Putsch.* Ædes Martis est in Circo Flaminio, architectata ab Hermodoro Salaminio. ¶ Particip. *architectandus. Vitruv. in præfat.* l. 7. *ad fin.* Jovem Olympium architectandum Cossutius suscepisse memoratur. *h. e.* templum Jovis Olympii construendum. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Fin.* cap. 16. Architectari voluptates. *h. e.* comminisci, disponere, parare. *to devise, contrive, invent.*

ARCHITECTOR, oris, idem quod *architecton.* Tribuitur a quibusdam *Plauto*: nos tamen nondum vidimus. Hinc ARCHITECTORĬCUS. V. *Architectonicus.*

ARCHITECTŪRA, æ, f. *architecture, the art or science of building*, ἀρχιτεκτονικὴ, ut definitur a *Vitruv.* l. 1. c. 1. est scientia pluribus disciplinis, et variis eruditionibus ornata, cujus judicio probantur omnia, quæ a ceteris artibus perficiuntur, opera. Ea nascitur ex fabrica, et ratiocinatione. *Id. ibid.* c. 3. tres ejus enumerat partes, ædificationem, gnomonicen, et machinationem. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 42. Quibus artibus aut prudentia major inest, aut non mediocris utilitas quæritur, ut medicina, ut architectura, &c. *Plin.* l. 11. c. 24. Specus ipse qua concameratur architectura! *with what exquisite art!*

ARCHITECTUS, i, m. *a professor of the art of building, a contriver of a building, builder, architect, engineer*, ἀρχιτέκτων, vox Græca ad Latinam positionem traducta, qua proprie significatur præfectus, seu princeps structorum: ab ἀρχὴ, principatus, vel ab ἄρχων, princeps, et τέκτων, faber, opifex, quod a τεύχω, fabricor, struo. Itaque accipitur pro eo, qui architecturæ artem callet, et in ædificiis, aliisque structuris symmetriam, decorem, ac distributionem omni studio consectatur: qua de re multa a *Vitruv.* lib. 1. c. 1. et 2. disputantur. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 14. Philo architectus, qui Atheniensibus armamentarium fecit. *Id. pro Dom.* c. 18. Uti iisdem operum architectis. ¶ Translate ponitur pro auctore, machinatore, artifice alicujus rei. *the author, deviser, artificer, contriver, of any thing. Cic.* 1. *de Fin.* c. 10. Inventor veritatis, et quasi architectus beatæ vitæ Epicurus. *Id. de clar. Orat.* c. 31. Stoici architecti pæne verborum. *Id. pro Cluent.* c. 22. Princeps, atque architectus sceleris. *Apulei. in Apolog.* Omnium simulationum architectus. ¶ *Architectus architecto invidet* proverbium de iis, qui in eadem arte versantur, cujus similitudo æmulationem, ac invidiam conciliare solet. Usurpavit hoc proverb. *Virgilius*, ut in ejus vita refert *Donatus.* [† Anglice, *two of a trade can never agree.*] ¶ Differt a fabro, quod *faber* solam ponit in construendo operam manuariam, *architectus* præterea consilium, et dispositionem totius operis. *Cic. Fam.* 9. ep. 2. Non deesse, si quis adhibere volet, non modo et architectos, verum etiam ut fabros ad ædificandam rempublicam. *Plaut. Mil.* 3. 3. 44. Adsunt fabri, architectique haud imperiti.

[* ARCHĪTIS, idis, f. nomen Veneris apud Assyrios et Phœnices. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 21. apud Assyrios Veneris Architidis, et Adonis maxima olim veneratio viguit, quam nunc Phœnices tenent. Simulacrum hujus Deæ in monte Libano fingitur capite obnupto, specie tristi, faciem manu læva intra amictum sustinens, lacrymæ visione conspicientium manare creduntur propter Adonin ab apro interemptum.]

ARCHITRICLINIARCHUS, i, primus inter ministros triclinii. V. *Archiprægustator.*

[* ARCHITRICLINIUM, ii, n. primum triclinium. Legitur hæc vox in *Not. Tironis* pag. 162. *Gruter.*]

ARCHĪUM, et Archivum, i. n. *the archives, places where the public records were kept*, ἀρχεῖον, γραμματοφυλάκιον, Græca vox, ab ἀρχὴ, principatus: et significans primo ædes magistratuum, et regiam, et palatium, et judiciale forum: deinde locum, in quo tabulæ, et acta publica asservantur, Latine *tabularium*; quia hujusmodi loca fere in Principis, aut magistratuum ædibus, et curia, aut iis vicina sunt. Posteriore hac significatione usurpatur a Latinis. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 9. Ne eo loci sedeant, quo in publico instrumenta deponuntur, archio forte, vel grammatophylacio. *Tertullian. in Apolog.* cap. 19. Reseranda antiquissimarum gentium archiva, Ægyptiorum, Chaldæorum, &c. *Id.* l. 4. *advers. Marcion.* cap. 7. De censu Augusti, quem testem fidelissimum Dominicæ nativitatis Romana archiva custodiunt. ¶ Pro templo, seu potius pro templi adyto, ubi congregabantur magistratus sacerdotum, accipi videtur a *Pomp. Mela* lib. 3. cap. 8. *in fin.* ut quidem *Is. Voss.* legit, et exponit. *a common-hall.* Verba *Melæ* sunt: Cum adolevit (*Phœnix*) offa, pristini corporis inclusa myrrha Ægyptum exportat, atque in urbem, quam Solis appellant, fragrantibus archio bustis inferens, se se memorando funere consecrat. Alii pro *archio* legunt *nardo.*

ARCHOLĔON, ontos, m. genus quoddam leonum. *Capitolin. in Gord.* III. cap. 33. Fuerunt sub Gordiano Romæ elephanti 32. leones mansueti 60. archoleontes decem, camelopardali decem, &c. *Salmas.* legendum censet *argoleontes, h. e.* leones albos, ab ἀργὸς, albus. *Jos. Scalig.* legit *agrioleontes, h. e.* leones feros, ab ἄγριος, agrestis.

ARCHON, tis, m. *a chief-magistrate at Athens*, Ἄρχων, summus principatus Athenis, sicut Suffes apud Carthaginienses, Romæ Dictator. Fuerunt, teste *Suida*, Archontes novem, quorum sex *Thesmothetæ*, hoc est, legislatores dicebantur, unus *Rex*, unus *Polemarchus*, et præter hos unus Princeps Collegii, et Præfectus, qui per excellentiam *Archon*, et *Hegemon*, et *Prytanis* vocabatur, quod Prytanibus præerat. Ut enim Romæ Prætor Judicibus præerat, atque ideo Judex quæstionis, et Quæsitor dictus est, ita hic summus Archon Athenis, quod Prytanibus Judicibus præerat, Prytanis etiam dicebatur. Prytanes 50. viri erant, qui deni singulis mensibus in orbem vicem mutantes judicabant. *Vellei.* lib. 1. cap. 2. Codri filius Medon primus Archon Athenis fuit. Et cap. 8. Tum Athenis perpetui Archontes esse desierunt, cum fuisset ultimus Alcmæon. [Cœperuntque in denos annos creari, quæ consuetudo in annos 70 mansit; ac deinde annuis magistratibus commissa est respublica.] *Cic. de Fato*, cap. 9. Morietur Epicurus Archonte Pitharato. Adde *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 42.

[* ARCHONTIĀLIS, le, adject. ad archontes pertinens. *Campol. in Litholex.* Vulcanus archontialis.]

ARCHȲTAS, æ, m. Ἀρχύτας, Tarentinus, Æstiei, vel ut alii volunt Mnesarchi filius, Philosophus Pythagoricus, præstantissimus astrologus, et geometra, quem laudat *Cicer.* 5. *Tuscul.* c. 22. et *de Senect.* c. 12. Ejus fuit inventum columba lignea volatilis, ut est apud *Gell.* l. 10. c. 12. ¶ Alius fuit Archytas Mitylenæus musicus. Alius qui de agricultura scripsit, cujus meminere *Varr.* et *Colum.* uterque. l. 1. *R. R.* c. 1. ¶ Scribitur et *Architas.* ¶ *Sidon.* carm. 2. v. 176. *Archyta* dixit in recto casu, et mediam syllabam corripuit: non imitandus.

ARCI, V. *Arx.*

ARCI, masc. gen. in recto casu pluralis numeri pro *arcus*, antiquum est. *Varr.* apud *Non.* l. 2. n. 71. Eoque pecuniam magnam consumpsisset, quod arci, quos summo opere jecerat, fessi pondere, diu facti, celeriter corruissent.

ARCIFINĀLIS, le, adject. *Arcifinales*, et *Arcifinii agri* a Scriptoribus rei agrariæ appellantur, qui a populis bello victoribus occupantur, et ejectis privatis dominis, sive hostes ii sint, sive non, excoluntur: unde et *occupatorii* dicti sunt. Vocantur autem *arcifinales*, et *arcifinii*, quia nullis propriis finibus continentur, sed quantum quisque excoluit, aut spe excolendi sibi reservavit, arcendo a finibus suis vicinum, *arcifinalem* dixit. Ita *Sicul. Flacc. de condit. agror.* pag. 3. *Goes.* Adde *Jul. Frontin. de agror. qualitat. ibid.* pag. 38. ubi vocem *arcifinius* Varroni attribuit, et *Aggen. Urbic.* pag. 45. ¶ Aliam hujus appellationis rationem tradit *Isidor.* l. 15. *Orig.* c. 13. arcifinium agrum dici, quia non continetur certis linearum mensuris, sed arcentur fines ejus objectu fluminum, montium, arborum: *territories bounded by rivers, mountains, and woods.* ¶ *Arcifinio more possidere agrum*, apud *Hygin. de limitib. constit.* pag. 160. est agrum habere non servatis antiquis suis, ac legitimis terminis, sed prout occupare libuit, ut dictum est.

ARCIFINIUS, a, um, idem quod Arcifinalis. V. vocem præced.

[* ARCIMURIUS, a, um, adject. mures arcens. *Campol.* ex *Isidor.* Feles arcimuria.]

ARCIO, is, ivi, itum. a. 4. *to send for, fetch, invite,* προσκαλέω, idem quod *accio*, et *arcesso* ab *ar* pro *ad*, et *cio, is*. *Cic. Att.* l. 5. ep. 1. Tu invita mulieres, ego arcivero pueros. *Al. leg.* accivero, *ab* accio, is. Adde *Liv.* l. 5. c. 8. et 6. cum eadem lectionis varietate.

[* ARCION, i, n. ἄρκιον, herba est quæ persolata Latine dicitur. *Plin.* l. 25. c. 9. Persolata, quam nemo ignorat: Græci vero arcion vocant.]

ARCIPOTENS, entis, *one skilled in the management of the bow, a skilful archer*, κλυτότοξος, qui arcu potest, sagittandi peritus: epitheton Apollinis. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 17. Arcipotens adverte, precor, nunc denique Apollo. ¶ In quodam epigrammate *de Signis. cælestib.* quod *Virgilio* tribui solet, legitur *arcupotens*, quod magis accedit ad analogiam. [† V. *Arcitenens.*]

ARCIRMA, V. *Arcuma.*

ARCISELLIUM, ii, n. sella arcuata: ab *arcus*, et *sella*: vel ita formata, ut possit et arcæ vicem præstare. *Petron. in fragment. Tragur.* c. 75. *Burman.* Arcisellium de suo paravit, et duas trullas. *Alii aliter leg.*

ARCITENENS, entis, adject. *holding the bow, bow-bearing*, τοξοφόρος, Apollinis et Dianæ epitheton, ab arcu tenendo, quod semper cum arcu, et pharetra pingeretur. *Virg.* 3. *Æn.* v. 75. Quam pius Arcitenens oras et litora circum, &c. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 291. Quod utinam me suis arcitenens telis mactasset dea. ¶ Scribitur et *Arquitenens*. *Arnob.* l. 1. pag. 20. Arquitenentes Diana, et Apollo. ¶ Est etiam signum cæleste, i. e. Sagittarius. *Cic. in Arat.* v. 181. Subeunt vestigia magni Arcitenentis, &c. V. Sagittarius. [† V. *Arcipotens.*]

ARCIVA AVIS, V. *Arcula.*

ARCTATIO, onis, f. *a straitening, making tight, collecting into a small compass, contracting*, actus arctandi. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 1. scribit, verborum veterum, et novorum differentiam spectari ex varia litterarum commutatione, quam qui animadvertit, facile posse scrutari verborum origines: Commutari autem verba *litterarum vel demptione, vel additione, vel arctatione, aut commutatione*, &c. Arctatio litterarum hoc loco est, cum duæ litteræ in unam coalescunt, ut *cum* pro *quum*, *murus*, pro *mœrus*. ¶ Scribitur et *Artatio*.

ARCTATUS, a, um, *straitened, tied close, contracted, curtailed*, στενωθεὶς, particip. ab arcto, as. *Cels.* l. 6. c. 18. sect. 8. *a med.* Fasciæ arctatæ. *Plin.* l. 8. c. 10. Arctati in rugas cancelli. *Liv.* l. 45. c. 36. In præmiis, in honoribus omnia arctata. *Vellei.* l. 1. c. 16. Arctati temporis spatium. *et mox.* Arctatus angustiis temporum. et lib. 2. c. 10. Arctata numero felicitas. *h. e.* pauci numero felices fuerunt. *Martial.* l. 12. epigr. 5. Arctatus labor. *h. e.* brevior factus. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 91. equum celerem arctato compescere freno. *cui opponitur ibid.* effusas permittere habenas. ¶ Scribitur et *Artatus*.

ARCTE, et Arte, adverb. *straitly, tightly, closely, strictly*, στενῶς, stricte. *Plaut. Epid.* 5. 2. 29. Arcte colligare. *Cic. Parad.* 1. *ad fin.* Arcte tenere aliquid. *Id.* l. 1. *Divin.* c. 46. Arctius complecti aliquem. *Id. ibid.* c. 28. Arcte, et graviter dormire. *profoundly, deeply, soundly.* *Curt.* l. 3. c. 6. Interclusus spiritus arcte meabat. *h. e.* difficulter, et cum sonitu, arctatis morbo faucibus. *Sallust. in Catil.* c. 62. Reliqua signa in subsidiis arctius collocat. *h. e.* densioribus ordinibus. *Plaut. Asin.* 1. 1. 63. Arcte, contenteque habere aliquem. *to hold tight, keep a tight hand over, treat with severity.* *Id. Merc.* prol. 64. Cohibere aliquem arcte. *eod. sensu.* *Cic. de Fato*, c. 14. Arctius adstringi ratio non potest. *the argument cannot be brought to apply more strictly, to bear closer.* *Plin.* l. 2. ep. 13. Arcte, et familiariter diligere aliquem. et l. 6. ep. 8. Arctissime diligere. *Gell.* l. 10. c. 6. Arctius, et pressius conflictari. *in close conflict.* [*Sallust. Jug.* c. 68. Ire quam arctissime.] ¶ *Arcte appellare* apud *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 12. v. 10. est vocem aliquam brevi pænultima pronuntiare.

ARCTICUS, a, um, *Northern, Arctic*, Ἀρκτικὸς, ad Arctum, hoc est Ursam pertinens, quod est signum cæleste, in Septentrionali plaga situm. Hinc *Circulus Arcticus* est ad Polum Septentrionis, *the Arctic circle*: cui opponitur *Antarcticus*, Ἀνταρκτικὸς, *the Southern, or Antarctic circle*, positus in Polo Meridionali, et Arctico recta oppositus. Circulus *Arcticus* nobis, quibus Sphæra obliqua est, et latitudo Septentrionalis conspicuus est; *Antarcticus* non apparet. *Hygin. Poet. Astron.* l. 1. c. 6. Circulus Arcticus appellatur, quod intra eum Arcti simulacra, ut inclusa, perspiciuntur. *et paulo supra.* Circulus, qui Notius, et Antarcticus appellatur. *Apulei. de Mundo.* Vertex Antarcticus. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 193. Antarcticæ terræ.

ARCTIM pro arcte quidam leg. apud *Cicer.* 12. *Attic.* ep. 44.

[* ARCTION, i, n. ἄρκτιον, herba apud *Plin.* l. 27. c. 5. Arction aliqui arcturum vocant; similis est verbasco foliis, nisi quod hirsutiora sunt; caule longo, molli, semine cumini.]

ARCTO, as, avi, atum, a. 1. *to straiten, confine, draw tight or close, strain, crowd, pack, clinch*, στενόω, stringo, constringo, in arctum comprimo. *Plin.* l. 17. c. 23. Vitis contineri debet vimine, non arctari. *Colum.* l. 12. c. 43. Transversos fustes spisse arctare. *Stat.* 4. *Theb.* v. 156. inexhaustis arctantur tela pharetris. *Martial.* l. 1. epigr. 2. Libri, quos arctat brevibus membrana tabellis. *h. e.* in arctum colligatos continet. *Id.* l. 2. epigr. 90. Atriaque immodicis arctat imaginibus. *h. e.* occupando veluti arctiora, et angustiora facit. Sic *Plin.* l. 5. c. 6. Etiamnum angustias eas arctantibus insulis parvis. *Petron. in Satyr.* c. 85. Dies solemnis ludum arctaverat. *h. e.* litterarium ludum clauserat. ¶ Translate *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 1. leg. 2. Arctare, aut prorogare tempus. *Id.* lib. 38. tit. 9. leg. 1. Arctare aliquem. *h. e.* breve tempus ei præstituere. *to press or push for time.* *Id.* lib. 1. tit. 11. leg. 2. Arctare se. *to allow one's self but a short time.* *Pacat. in Paneg. Theodos.* c. 32. *ad fin.* Arctare annonam. *to occasion a scarcity of provisions.* ¶ Scribitur et *Arto*.

ARCTOPHYLAX, acis, m. *a constellation near the Greater Bear*, Ἀρκτοφύλαξ, alio nomine Bootes, signum juxta majorem Ursam, quod ex viginti, et tribus sideribus constat. Hic Arcas est Calistus Ursæ majoris filius, qui puer 15. annorum cum in venatione in matrem incidisset, jam jam occisurus, ipso momento a Jove una cum matre in Cælum translatus fuisse fingitur. Alias fabulas ad hanc rem pertinentes V. apud *Hygin. Poet. Astron.* l. 2. c. 4. Dicitur autem *Arctophylax*, idest, custos Ursarum: ab Ἄρκτος, ursa, et φύλαξ, custos. Nam in Cælo ita situs est, ut non solum majoris, sed etiam minoris Ursæ curam gerere videatur. Dicitur quoque Bootes, seu Vociferans, quia et in Cælo magna voce videtur vociferari, et in Ursam ferri. Denique dicitur ductor boum. Nam ut ex figura Ursa major etiam Plaustrum majus, et Ursa minor etiam Plaustrum minus dicitur, ita Arctophylaci etiam bubulci nomen impositum est, quia est instar bubulci, qui currum sequitur. *Cic. in Arat.* et lib. 2. *de nat. Deor.* c. 42. Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes, Quod temone quasi junctam præ se quatit Arcton. ¶ Pænultimam in obliquis produxisse creditur a nonnullis *Manil.* l. 1. v. 609. Permeat Arctophylaca petens per membra Draconis. Sed *Voss.* l. 2. *de Grammat.* c. 38. putat legendum *Arctophylacta*: alii versum ipsum esse spurium.

[* ARCTOPHYLLUM, i, n. ἀρκτόφυλλον, herba eadem ac cærefolium. *Apul. de herb.* c. 104.]

† ARCTOS, i, *et interdum terminatione Latina* Arctus, i, f. *the constellation of the Bear, (properly two, the Greater and the Lesser, the former of which is likewise called Charles's Wain,)* Ἄρκτος, vox Græca, quæ ursum, vel ursam significat. Accipitur pro duobus signis cælestibus Borealibus, quæ dicuntur Arcti, vel Ursæ, item Septentriones, item Currus, vel Plaustra. Dicuntur Ursæ, quia Calisto in ursam mutata esse fingitur. Dicuntur Septentriones, quia ita hæ stellæ sitæ sunt, ut ternæ quæque proxime inter se trigonum, seu triangulum efficiant: vel a bobus junctis. *Triones* enim, ut scribit *Varro*, rusticorum vocabulo boves vocabantur, quasi *terriones*, hoc est, idonei arandæ terræ, et colendæ. Dicuntur Currus, vel Plaustra, ἅμαξαι, quia plaustris similia videntur. Nam ex septem stellis duæ pariles uno in loco sunt, quæ pro bobus accipiuntur, reliquæ quinque plaustri figuram designant. ¶ Arcti Septentrionali polo innixæ vehuntur, Arctico circulo clausæ, et ita collocatæ, ut utraque resupinata alterius contegat caput, sed caput ejus, quæ superior est, ad caudam inferioris contendat. Una dicitur Ursa major, Plaustrum, vel Currus major, Septentrio major, Elice. Hæc Calisto fuisse fertur Lycaonis Arcadiæ Regis filia, quæ studio venationis se Dianæ adjunxit, a qua mirifice amabatur, sed quodam die sola in silvis deprehensa a Jove compressa est, quod facinus cum aliquandiu celasset, tandem jussa cum ceteris virginibus lavari, tumore uteri crimine detecto, a Diana e choro expulsa est. Peperit in silvis filium, qui Arcas est appellatus. Statim a partu a Junone in ursam mutata est. Cum 15. annos vitam ferinam vixisset, quodam die in filium incidit, quo arcum intendente, a Jove et ursa et filius inter sidera translati sunt. Constat ex septem et viginti stellis. Hanc Græciæ populi in navigando observant. Fabulam narrat *Ovid.* 2. *Metam.* v. 409. et *Fast.* 2. v. 155. ¶ Altera dicitur Ursa minor, Plaustrum, vel Currus minor, Septentrio minor, et Cynosura, idest, canis cauda. Hæc fuit Cynosura una ex illis Nymphis, quæ in Creta in monte Ida lacte caprino Jovem aluerunt. Hoc merito et ipsa, et sorores in Cælum translatæ sunt prope Polum Borealem. Alii quod *Ovid.* de Calisto, id de Cynosura tradunt, alteramque cum altera confundunt. Cynosuram Sidonii in navigando aspiciunt. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 41. Circum Polum Arcti duæ feruntur nunquam occidentes: Ex his altera apud Graios Cynosura vocatur, Altera dicitur esse Helice. Pleræque Edition. hic habent ἄρκτοι Græce. *Virg.* 1. *Georg.* v. 138. Pleiadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton. *Id. Æn.* 6. v. 15. gelidas enavit ad Arctos. ¶ Utrumque hoc sidus, quia intra circulum Arcticum circa Polum vertitur, (qui nobis est semper conspicuus) nunquam occidit, sed singulis temporis horis supra nostrum Horizontem visitur. Quæ res dedit locum fabulandi Poetis, Junonem cum vidisset pellices suas in Cælum fuisse translatas, impetrasse a Tethy nutrice sua, ne unquam in ejus aquis tingerentur. Ita narrat *Serv.* ad illud *Virg. Georg.* 1. v. 246. Arctos Oceani metuentes æquore tingi. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 192. canamque rogat Saturnia Tethyn, Mænaliam tactis ne lavet Arcton aquis. ¶ De husjusmodi fabulis ad utramque Arcton pertinentibus V. etiam *Serv. loc. cit.* et *Hygin.* l. 2. *Poet. Astron.* c. 1. et 2. ¶ In illo *Propert.* l. 2. eleg. 18. v. 25. Jupiter Alcmenæ geminas requieverat Arctos; *geminas Arctos* significat duas noctes per quandam metalepsin, eo modo quo dicimus *quatuor Lunas*, hoc est quatuor menses. ¶ Interdum *Arctos* ponitur pro populis Septentrionalibus. *the North; people of the North.* *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 336. Atque indignantes in jura redegerat Arctos. *Lucan.* l. 3. v. 74. Gallorum tantum populis, Arctoque subacta. ¶ Apud *Germanic. in Arat.* v. 25. et 62. legitur in recto casu plurali *Arctoe*, retenta Græca positione Ἄρκτοι: cui simile est *liroe* apud *Plautum*.

ARCTOUS, a, um, *Northern*, Ἀρκτῷος, ad Arctos pertinens, Septentrionalis. *Martial. de Spectac.* epigram. 15. Arctous polus. *Id.* l. 5. epigr. 69. Arctoa gens. *Id.* l. 10. epigr. 6. Arctoi soles, et sidera. *Lucan.* l. 1. v. 53. Arctous Orbis. *Id.* l. 10. v. 250. Arctoum frigus. [*Sen. Œdip.* v. 606. Arctoæ nives. *Id. Herc. Œt.* v. 1565. sedes.]

ARCTURUS, i, m. *a star in the constellation of Bootes*, Ἀρκτοῦρος, stella in signo Bootæ, et inter ejus crura posita, cujus ortus, et occasus tempestates facit. Oritur a canicula fere post diem quinquagesimum. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 42. *ex suo carm. Arat.* Huic (*Booti*) subter præcordia fixa videtur Stella micans radiis, Arcturus nomine claro. ¶ In Fabulis est, fuisse Icarium patrem Erigones, qui cum a quibusdam pastoribus, quod eos multo vino inebriaverat, fuisset fustibus occisus, in cælum translatus sit. Ita *Hygin.* fab. 130. Sæpe autem non tam pro stella in signo Bootes, quam pro toto ipso Boote ponitur a Poetis, qui ideo *Arcturus* dicitur, hoc est custos ursæ (ut dictum est in *Arctophylax*) ab ἄρκτος, ursa, et οὖρος, custos, ex quo intelligitur cur idem *Hygin. loc. cit.* Icarium scribat esse Arcturum, et lib. 2. *Poet. Astron.* c. 4. esse Booten. V. *Antecanis.* *Virg. sub fin.* l. 1. *Æn.* Arcturum pluviasque Hyadas, geminosque triones. *Plaut. in Rudente* Arcturum inducit prologum facientem. ¶ Pro ipso Autumni tempore, quo Arcturus oritur, *Virg.* l. 1. *Georg.* v. 67. At si non fuerit tellus fecunda, sub ipsum Arcturum tenui sat erit suspendere sulco. [¶ Est etiam herba, quæ alias arction dicitur. *Plin.* l. 27. c. 5. V. supra *Arction* in *Appendice*.]

ARCTUS, a, um, *strait, tight, narrow, restrained, confined, close*, στενὸς, constrictus, angustus: ab *arceo*, ut volunt Etymologi: ea ratione, qua a *farcio farctus*. *Cic. in Orat.* c. 65. Nec tamen hæc ita sunt arcta, et adstricta, ut ea cum velimus, laxare nequeamus. *Id. Verr.* 3. c. 5. Arctioribus vinculis teneri. *Lucan.* l. 6. v. 108. Arcta obsidio. *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 29. Arcta convivia. *h. e.* in quibus multi sunt convivæ, et anguste accumbunt. *Id.* l. 2. ep. 1. v. 60. Arctum theatrum. *Plin.* l. 6. c. 22. Arctissimus alveus. *Id.* l. 18. c. 11. *ad fin.* Cernere aliquid arctiore cribro. *with a very fine sieve.* *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 14. Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non possit, sanam non videri constat. ¶ Translate elegantes habet usus. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 2. Arctissima vincula amoris. *Curt.* l. 3. c. 12. Arcta propinquitate conjunctus. *very near relationship.* *Id. ibid.* c. 2. Tempora somni arctiora, quam noctis. *h. e.* breviora. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 82. Arctum animum solvere. *h. e.* angustum, depressum, solicitum. *Cic. in Somn. Scipion.* c. 1. Arctus somnus. *a deep or sound sleep.* *Sueton. in Ner.* c. 46. Arctissimæ tenebræ. *Silius* l. 7. v. 280. Arcta fames urget. *Sueton. in Tiber.* c. 8. Arcta annona. *dearness, or scarcity of provisions.* ¶ *Arctæ res* dicuntur angustæ, miseræ, in discrimen adductæ. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 69. Misso nuncio, qui circumsideri ipsos, et ni subveniretur, arctas res nunciaret. *Flor.* l. 2. c. 6. Arctæ, et afflictæ res. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 25. Rebus in arctis ferre opem alicui. *Liv.* l. 39. c. 32. Arcta petitio. *a hard contest.* ¶ *Arcta fortuna* sunt facultates angustæ, et exiguæ. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 117. quamquam fortuna parentum Arctior expensis. ¶ *Artæ leges* apud *Plin.* l. 16. c. 4. sunt severæ, et servatu difficiles. Sic *arcta jura* apud *Lucret.* l. 5. v. 1146. ¶ *Arctum, i*, absolute. *Horat. de art. poet.* v. 134. Desilire in arctum. *Plin.* l. 8. c. 16. Colligere volumina in arctum. *to collect into a small compass, shorten, curtail, reduce, abridge.* *Id. initio* l. 37. In arctum coacta rerum naturæ majestas. ¶ Scribitur et *Artus*, extrito c. Quin notat *Pier.* ad *Virg. Æn.* 1. v. 292. in veteribus pæne omnibus codicibus, non Virgilianis tantum, sed aliorum etiam Auctorum, plerumque ita inveniri: quod ipsum docent alii permulti *Lambin. Dausq. Gronov.* &c. apud *Drakenborch. in notis ad Sil.* lib. 7. v. 280. et *Brouckus. ad Tibull.* l. 1. eleg. 5. v. 53.

ARCUARIUS, a, um adject. ad arcus pertinens. *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 11. Habebant etiam fabricas scutarias, loricarias, arcuarias, in quibus sagittæ, missilia, cassides, omniaque armorum genera formabantur. ¶ *Arcuarius, ii*, absolute, qui arcus sagittarios facit. *Aurel. Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 6. leg. 6. Tubarii, cornuarii, arcuarii.

ARCUATILIS, le, *bent or curved like a bow, arched, arcuatile*, arcuatus. *Sidon.* l. 2. ep. 2. In triclinium venitur, quod arcuatili camino sæpe ignis animatus pulla caligine infecit.

ARCUĀTIM, adverb. *in a curve, crookedly*, per arcus, in modum arcus. *Plin.* l. 29. *c. ult.* Millepeda animal est e vermibus terræ, pilosum, multis pedibus arcuatim repens. *h. e.* sinuatim, et quosdam velut arcus efficiendo dum repit. *Festus* in *Tullios*: Vehementes projectiones sanguinis arcuatim fluentis.

ARCUĀTIO, onis, f. *the forming or bending of any thing like a bow, incurvation, arcuation*, structio in arcum formata. *Frontin. de aquæd. art.* 18. Trajicere aquæductus substructionibus, et arcuationibus. *Id. artic.* 121. Partes ductuum, quæ arcuationibus sustinentur.

ARCUĀTUS, a, um, *bent in the form of a bow, arched, arcuate, inflected; arched over, vaulted*, in modum arcus curvatus, vel arcus, et fornices habens. *Liv.* l. 1. c. 21. Ad id sacrarium flamines bigis, curru arcuato vehi jussit. *Plin.* l. 10. ep. 46. Perducere aquam arcuato opere. ¶ Item qui regio morbo laborat, *icterical, afflicted with the jaundice or King's evil.* V. *Arquatus.*

ARCUBALLISTA, æ, f. *a cross-bow, steel-bow, tiller*, genus quoddam minoris ballistæ, habentis inclusum arcum ligneum, ad jacienda missilia. nam quædam erant ballistæ, quæ non arcuato ligno, sed nervo, aut fune extento, vel alia ratione jaciebant, ut videre est in figuris, quas *Lips.* lib. 3. *Poliorcet. Dial.* 3. exhibet. *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 15. Erant tragularii, qui ad manuballistas, vel arcuballistas dirigebant sagittas. Adde l. 4. c. 22.

ARCUBALLISTRĀRĬUS, ii, m. *a cross-bow, arcubalister, shooter with a cross-bow*, qui arcuballista missilia jacit. *Veget.* l. 4. *rei milit.* c. 21. Admotis turribus, funditores lapidibus, sagittarii jaculis, manuballistarii vel arcuballistarii sagittis e muris submovent hostes.

ARCUBĬÆ, arum, f. *sentinels, soldiers on guard in a fort*, qui excubant in arce, ut *Festus* exponit; ab *arx*, et *cubare*, ut *Voss.* derivat in *Etymol.* in voce *Arx*; ubi addit in quibusdam *Festi* MSS. legi *arcubii.*

ARCŬLA, æ, f. *a little chest or box*, κιβώτιον, parva arca, in qua aliquid reponitur. *Cic.* 2. *Offic.* c. 7. Perscrutari arculas muliebres. *Id. Attic.* l. 2. ep. 1. Meus liber totum Isocratis μυξοθήκιον, atque omnes ejus discipulorum arculas consumpsit. *h. e.* arculas unguentarias: sed ἀλληγορικῶς loquitur. De parvo sepulcro *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1031. n. 4. P. Minacio P. F. Ocric. Albino P. Minacius fratri carissimo arculam Tiburtinam, &c. Adde *Martian. Digest.* lib. 11. tit. 7. leg. 39. ¶ In organo hydraulico est conceptaculum aeris, quod in Anglia a multis dicitur *the cylinder or barrel. Vitruv.* l. 10. c. 13. ¶ *Arcula avis*, teste *Festo*, dicebatur, quæ in auspiciis vetabat aliquid fieri: ab *arcendo. Scalig.* pro *arcula* legit *arciva*, ex eadem origine. Sic enim haberi in *Vet. Gloss.* Arcivus, εἰρκτικὸς, κωλυτικὸς, hoc est, arcens, vetans. [¶ In militaribus curribus fuere arculæ, in quibus parata jacerent tela, jacula, hastæ, ut pharetræ sagittis continendis destinatæ erant. Hinc translate *Quintil.* l. 1. n. c. 3. Neque ego sum nostri moris ignarus, oblitusve eorum, qui ad arculas sedent, et tela gentibus subministrant. *h. e.* suppeditant arma patronis causas agentibus. De arcularum proprio usu *Virg. Æn.* l. 12. v. 333. Suggere tela mihi.]

ARCŬLARĬUS, ii, m. qui arculas præsertim muliebres facit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 45. Textores, limbolarii, arcularii ducuntur.

ARCULĀTA, orum, n. dicebantur circuli, qui ex farina in sacrificiis fiebant. *Festus.*

ARCŬLUM, i, n. est virga ex malo Punico incurvata, quæ fit quasi corona, et ima, summaque inter se alligatur vinculo laneo albo: quam in certis sacrificiis regina (*h. e.* regis sacrificuli uxor) in capite habebat: Flaminica autem Dialis in omni sacrificatione uti debebat. Hæc *Serv.* ad *Virg. Æn.* 4. v. 137. ¶ Hoc idem *Festus* vocat inarculum.

ARCŬLUS, i, m. diminut. ab *arcus.* Docet *Festus*, sic appellatum fuisse circulum, quem capiti imponebant ad sustinenda commodius vasa, quæ ad sacra publica capite portabantur; qui etiam *cesticillus* dicitur, Angl. *a roll.* Erat enim ritus apud Athenienses, postea ad alias quoque nationes translatus, ut virgines nobiles Dianæ sacra capite gererent in canistris, circulis quibusdam suppositis, ut firmius inhærerent. ¶ Docet etiam, *Arculum* putari deum, qui tutelam arcarum gereret. *a deity supposed to preside over chests or coffers.*

ARCŬMA, æ, f. est genus plaustri modici, quo homo gestari possit. Hæc *Festus*, ad quem locum *Scalig.* scribit, videri fuisse modicum plaustrum, unius hominis capax, quod a servis, non a jumentis traheretur: quale a *Petron.* vocatur *chiramaxium.* Addit *Voss. in Etymol.* in quodam MSS. legi *Acirma*, et in *Onomast. Vet.* Acirma, ἄμαξις, hoc est parvum plaustrum.

ARCŬO, as, avi, atum, a. 1. *to bend in the form of a bow*, κάμπτω, in modum arcus curvare. *Plin.* l. 29. *c. ult.* Illam autem (*millepedam*) quæ non arcuatur, sepa Græci vocant. *h. e.* quæ arcuatim non repit, ut paulo supra *Id.* loquitur.

ARCUPŎTENS, V. *Arcipotens.*

ARCUS, us, m. *a bow*, τόξον, instrumentum ex ligno, aut alia materia, quod intento nervo incurvatur, et remittitur ad jaciendas sagittas. *Cic. pro Sext.* c. 7. Arcus intentus in aliquem. *drawn, aimed. Ovid.* 3. *Amor.* eleg 3. v. 29. flexibilis. et l. 1. eleg. 1. v. 24. sinuosus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 507. adductus. *Id. Æn.* 11. v. 874. laxus. *Horat.* l. 3. od. 27. *ad fin.* remissus. *Virg. Æn.* 8. v. 704. et *Æn.* 9. v. 665. Intendere arcum. *Id. Æn.* 5. v. 500. incurvare. *Id. Æn.* 11. v. 654. Spicula arcu dirigere. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 1. v. 24. Lunare arcum. *Pers.* sat. 3. v. 60. Dirigere in aliquem. *Plin.* l. 9. c. 8. Arcu emittere sagittam. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 99. Arcum, et pharetram, et sagittas sumere. ¶ Ob similitudinem dicitur *arcus* Iris cælestis, *the rainbow*, ἶρις. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 20. Arcus ipse ex nubibus efficitur quodam modo coloratus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 88. ceu nubibus arcus Mille trahit varios adverso sole colores. *Id.* 1. *Georg.* v. 381. et bibit ingens arcus. Adde *Propert. lib. et* eleg. 3. v. 54. V. Bibo. *Horat. de art. poet.* v. 18. Arcus pluvius. *scil.* quia inter signa pluviæ habetur; ut *Virg. loc. cit.* docet. *Tibull.* l. 1. eleg. 4. v. 38. Imbrifer arcus. *Plin.* l. 18. *c. ult.* Arcus cum sunt duplices, pluvias nunciant; a pluviis serenitatem non perinde certam. *V. eund.* l. 2. c. 59. et *Senec.* l. 1. *nat. quæst.* cap. 5. et 6. ubi plura de hac re. ¶ In architectura *arcus* dicitur structura in modum arcus curvata, *an arch, vault*, ἀψὶς, καμάρα. Hujusmodi sunt, qui substruuntur ad sustinendas ædes, aut pontes; et qui ad aquæ ductus erigendos, ubi locus depressior est, et qui eriguntur clari alicujus triumphi causa, ideo *triumphales* appellati, quorum aliquot adhuc visuntur Romæ, et circa Urbem Imperatoribus dicati, ob insignes ab iis partas victorias. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 159. nam pumice vivo, Et levibus tophis nativum duxerat arcum. *Juvenal.* sat. 3. v. 11. Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam. *Cenotaph. Pisanum C. Cæsaris Augusti F.* Utique arcus celeberrimo coloniæ nostræ loco constituatur, ornatus spoliis devictarum, aut in fidem receptarum ab eo gentium: super eum statua pedestris ipsius triumphali ornatu, circaque eam duæ equestres inauratæ C. et L. Cæsarum statuæ ponantur. *Sueton. in Claud.* c. 1. Decernere alicui marmoreum arcum cum tropæis. ¶ Denique *arcus* dicitur de quacumque re in arcum composita. *any thing arched or curved. Virg.* 3. *Æn.* v. 533. Portus curvatur in arcum. *Id.* 2. *Georg.* v. 25. silvæ pressos propaginis arcus exspectant. *h. e.* ramos in terram deflexos propagandæ stirpis causa. *Ovid. Metam.* 3. v. 42. *de serpente in cursum concito.* Ille volubilibus squamosos nexibus orbes Torquet, et immensos saltu sinuatur in arcus. *Propert.* l. 4. eleg. 6. v. 25. acies geminos lunarat in arcus. ¶ *Arcus*, pars circuli apud Mathematicos. *part of the circumference of a circle, a circular arc. Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 10. Coronam si diviseris, arcus erit: si direxeris, virga. *Colum.* l. 5. c. 2. *ad fin.* Esto arcus, cujus basis habeat pedes sexdecim. [¶ Obscena methaphora usus est *Apul. Met.* l. 2. Arcum meum en ipse vigor attendit, et oppido formido, ne nervus rigoris nimietate rumpatur.] ¶ In dativo plurali facit *arcubus.* nam *arcibus* est ab *arx, arcis*, ut *Priscian.* docet *ad fin.* l. 3. ¶ Reperitur etiam in genere feminino. *Ennius* de Iride loquens apud *Priscian.* l. 6. pag. 712. *Putsch.* Arcus ubi aspicitur mortalibu' quæ perhibetur. Al. leg. *arquus.* ¶ Item *arcus, arci*, 2. declinationis. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 71. Quod arci, quos summopere jecerat, celeriter corruissent. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 20. *de eadem Iride.* Cur autem arci species non in deorum numero reponatur? &c. Ita legunt plerique cum *Priscian. loc. cit.* Quidam malunt *arqui.* V. *Arquus.*

ARDĔA, æ, f. *a heron or hern*, ἐρωδιὸς, avis quædam in aquaticis, et piscosis locis degens, et pisces ostreasque devorans, cujus tria genera ponit *Plin.* l. 10. c. 60. Primus est *leucon*, hoc est ardea alba, quæ Anglice dicitur *the criel or dwarf-heron*: alterum est *asterias*, hoc est ardea stellaris, *the bittour or bittern*, ita dicta, quia sublimi volatu stellas petere videtur, secundum illud *Virg. Georg.* 1. v. 364. notasque paludes Deserit, atque altam supra volat ardea nubem. ubi *Serv.* putat, *ardeam* dictam esse, quasi *arduam* ab arduo volatu. Tertium genus est *pellos, the blue heron*, hoc est ardea cinerea, ita dicta a colore pennarum: a πελλὸς, fuscus. Ipse autem *Plin.* tum hic, tum alibi *ardeolam* pro *ardeam* semper diminutivo vocabulo appellat. ¶ Fuit etiam hoc nomine urbs Latii, Rutulorum metropolis, inter Ostiam, et Antium, condita a Danae Persei matre, ut *Plin.* scribit l. 3. c. 5. et post Turni mortem incensa ab Ænea; ex cujus cineribus *Ovid. Metam.* 14. v. 573. fabulatur ardeam avem natam esse. Restituta postea fuit, et denuo aliquando diruta. *Virg. Æn.* 7. v. 411. locus Ardea quondam Dictus avis; et nunc magnum tenet Ardea nomen. *Servius ad hunc locum* docet, dictam esse ab augurio avis ardeæ in ea condenda capto. Scribit enim *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 52. *Harduin.* ardeam leucon optimi augurii esse, cum ad Austrum volat, Septentrionemve.

ARDĔAS, ātis, adject. omn. gen. ad Ardeam urbem pertinens. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. Cum fana circuimus in agro Ardeati. *Plin.* l. 35. c. 10. Ardeas templum. ¶ *Ardeates, um*, et *ium*, sunt Ardeæ incolæ. *Liv.* l. 5. c. 44. Pavidos Ardeates consultare. *Id.* l. 4. c. 7. Ardeatium defectio. ¶ Olim declinabant *Ardeatis, te. Cato* apud *Priscian.* l. 4. pag. 629. *Putsch.* Pometinus, Ardeatis, Rutulus.

ARDEATĪNUS, a, um, adject. ad Ardeam pertinens. *Senec.* ep. 105. Bonam valetudinem in Ardeatino tueri. supple agro, *vel* tractu. *Nepos in Attic.* c. 14. Ardeatinum prædium.

ARDEĀTIS, V. *Ardeas.*

ARDELICENSIS, e, ad Ardelicam pertinens (quod est oppidum in ora lacus Benaci, qua Mincius effluit: nunc *Peschiera*) ut Ardelicenses navicularii, *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 449. n. 6.

ARDELĬO, onis, m. *a busy-body, meddler, intermeddler, tatler, impertinent, trifler, intruder; one who inquires and interferes where he has no right*, πολυπράγμων, homo inquietus, et huc, atque illuc cursitans, omnia se scire prædicans, et omnibus negotiis se immiscens, nullum autem bene perficiens. ¶ Ducunt ab *ardeola*, quod ardelio ejus avis more huc illuc volitet: alii ab *ardendo*, hoc est festinando. Nam et hanc verbo *ardeo* notionem *Non.* cap. 4. n. 16. tribuit. *Phædr.* l. 2. fab. 5. Est ardelionum quædam Romæ natio Trepide concursans, occupata in otio, Gratis anhelans, multa agendo nihil agens, Sibi molesta, et aliis odiosissima. *Martial.* l. 2. epigr. 7. Vis dicam, quid sis? magnus es ardelio. V. integrum epigramma, ut et l. 4. epigr. 70. Utroque enim loco ardelionis mores describuntur.

ARDENS, entis, *on fire, burning, fiery*, flagrans, inflammatus, αἴθων. *Sallust. in Jug.* c. 61. Sudes, pila, præterea pice, et sulphure tædam mixtam, ardentia mittere. *Martial.* l. 14. epigr. 94. Aqua ardens. *boiling hot. Tubero* apud *Gell.* l. 6. c. 4. Sol ardentissimus. *Plin.* l. 2. c. 47. Ardentissimum tempus æstatis. *Id.* l. 20. c. 20. Ardens febris. *Id.* l. 27. c. 9. Cocco Gnidio color cocci, vis ardens. *the power to burn, property of burning.* Sic *Martial.* l. 9. epigr. 75. Ardens falernum. et *Virg. sub fin.* 3. *Georg.* Ardentes papulæ. *h. e.* carnem adurentes, et exedentes. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Legib.* c. 17. Vidimus eos ardentes cum cupiditate, tum metu, tum conscientia. *eager, ardent, impatient. Id.* 3. *de Orat.* c. 32. *in fi.* Græci ardentes his studiis. *Id. Phil.* 4. c. 2. Antonius ardens odio vestri. *burning, glowing. Id. pro Rosc. Amerin.* c. 31. Qui ardens avaritia feratur infestus in suos. *Id. Attic.* l. 11. ep. 9. Ardentes dolore. *Id.* 2. *Phil.* c. 18. amore. *Valer. Max.* l. 9. c. 3. n. 8. indignatione. *Sallust. in Catil.* c. 5. Animus ardens in cupiditatibus. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 19. Mortem ardentiore studio petere. *h. e.* vehementiore. *Id. in Orat.* c. 38. Ardens oratio. *Id. Attic.* l. 14. ep. 10. *ad fin.* Ardentes in eum litteras ad me misit. *a letter full of bitter invectives. Id. Phil.* 4. c. 5. Ardens, et erectus ad libertatem recuperandam. *h. e.* inflammatus desiderio. *Flor.* l. 4. c. 2. Ardentissimus dux. *Virg. Æn.* 6. v. 5. Juvenum manus emicat ardens. ¶ Cum genitivo *Stat.* 1. *Theb.* v. 661. ardentem, tenuit reverentia, cædis Latoidem. ¶ *Ardens color* dicitur valde splendens, et ignem referens, *glowing, shining, blazing, glittering, glistening, burnished, resplendent. Plin.* l. 21. c. 4. Ardentissimus color. *Virg.* 10. *Æn.* v. 261. Clypeus ardens. *Id.* 4. *Georg.* v. 99. Apes ardentes auro. ¶ *Ardens mare ventis* dixit *Florus* l. 4. c. 2. turbatum, concitatum. ¶ *Ardentes oculi* dicuntur homini irato. *Virg.* 4. *Georg.* v. 450. *sparkling with ire.* ¶ *Ardens* absolute de eo, qui amore flagrat. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 691. Miserere ardentis, &c.

ARDENTER, adverb. *hotly, ardently, keenly*, περικαῶς, cum calore. *Plin.* l. 12. c. 19. Austros ibi tam ardenter flare. *Alii leg.* ardentes. ¶ Translate est vehementer, cupide, valde. *earnestly, eagerly. Cic. Tuscul.* 4. c. 17. Ardenter cupere aliquid. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 6. Gravius, ardentiusque sitiens voluptates. *Plin.* l. 6. ep. 4. Ardentissime diligere.

ARDĔO, es, arsi arsum, n. 2. *to burn, be on fire, blaze.* καίομαι, flagro, conflagro, cremor. Dicitur non solum de rebus igne flagrantibus, sed etiam de ipso igne accenso. *Cic.* l. 1. *Divin.* c. 53. Caput arsisse Servio Tullo dormienti, quæ historia non prodidit? *Id. pro Dom.* c. 24. Domus ardebat in Palatio non fortuito, sed oblato incendio. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 620. rogumque parari Sensit, et arsuros supremis ignibus arcus. *Stat.* 8. *Theb.* v. 474. Igne tuo, Thebane, rogum concedimus: arde. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 71. sedulus hospes Pæne arsit, macros turdos dum versat in igne. *h. e.* incendio ædium conflagravit. et sat. 8. v. 44. Largior arserit ignis. ¶ Translate latissimum habet usum. *Cic.* 5. *de Fin. prope fin.* Ardere podagræ doloribus. *h. e.* cruciari. *to be afflicted, troubled, visited, tormented.* (V. similem loc. *ibid.* l. 2. c. 28. *sub fin.*) *Id. Attic.* l. 5. ep. 6. Cum arderet Syria bello. *Flor.* l. 3. c. 5. Ardet novis motibus Asia. *Sueton. in Cæsar.* c. 70. Ardente in Africa bello. *Liv.* l. 28. c. 24. *in fi.* totam Hispaniam arsuram bello. *Id.* l. 2. c. 29. *extr.* Furor, quo nunc omnia ardent. *Phædr.* l. 3. fab. 16. v. 15. et *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 104. ardere siti. *Liv.* l. 44. c. 38. *ad fin.* ardentes siti fauces. ¶ Ardere oculi dicuntur homini irato. *Cic. Verr.* 6. c. 66. Cum spumas ageret in ore, arderent oculi, &c. *sparkled.* ¶ De coloribus, qui fulgorem igni similem emittunt, *to glow like fire, blaze. Virg.* 4. *Æn.* v. 262. Tyrioque ardebat murice læna. *Id.* 11. *Æn.* v. 602. campique armis sublimibus ardent. V. *Ardens.* ¶ Sæpe refertur ad animum, et dicitur de iis, qui cupiditate aliqua vehementi aguntur; et tum in bonam, tum in malam partem, *to burn, boil, glow, be on fire. Cic Attic.* l. 2.

ep. 19. in fi. Ardere dolore, et ira. Id. Attic. l. 10. ep. 4. timore et l. 16. ep. 15. studio historiæ. Id. 4. Tuscul. c. 17. desiderio alicujus rei. Id. 2. de Legib. c. 17. cupiditate, metu, conscientia. [illegible] 3. 2. 12. iracundia. *Justin.* l. 8. c. 4. odio alicujus. *Flor.* l. 3. c. 11. *in fi.* cupiditate auri. *Cic. pro Mil.* c. 15. Omnia tam in illum odia civium ardebant desiderio mei. *Id. ad Q. Fr.* l. 2. ep. penult. ad fin. Res ardet invidia. *h. e.* laborat. Sic *Liv.* l. 3. c. 11. Cum ardebant invidia Patres, et Tribuni. Et *Plaut. Cas.* 5. 3. 1. Maximo ego ardeo flagitio. *h. e.* maximo scelere teneor, et ejus invidia laboro. Et *Plin.* l. 4. ep. 11. Ardeo iracundia. ¶ *Ardere amore alicujus* est [illegible] vehementer amare, *to burn with love towards, be* [illegible]. *Cic. Verr.* 4. c. 45. Ardebat amore illius hospitæ. [illegible] v. 370. Brevique in illas [illegible]. ¶ Et absolute *Ovid.* 8. *Metam.* v. 62. [illegible] ardebant mentibus ambo. *Id.* 3. *Metam.* v. [illegible] Deos arsit in ira. *Horat.* l. 2. od. 4. v. 7. Arsit Atrides medio in triumpho Virgine rapta. *Sil.* l. 5. v. 15. Nympha ardens pectore. *to be in love.* ¶ Cum accusativo *Virg. Ecl.* 2. v. 1. Formosum pastor Corydon ardebat Alexin. *Horat.* l. 3. od. 9. v. 5. Donec non aliam magis arsisti. Ita *Bentlei.* alii *alia.* *Gell.* l. 7. c. 8. Delphini pueros miris modis arserunt. ¶ Absolute sæpe adhibetur ad exprimendos alios animi impetus. *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 45. Tantum est flumen verborum, tam integræ sententiæ, ut mihi non solum tu incendere judicem, sed ipse ardere videaris. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 609. ardet, et iram Non capit ipsa suam. *is enraged. Sallust. Orat.* 1. *ad Cæsar. de republ. ordin. sub fin.* Ad reprehendenda aliena facta, aut dicta ardet omnibus animus. *is prone, ready, eager, impatient. Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 34. Omnium animi ad ulciscendum ardebant. *Virg.* 12. *Æn.* v. 3. ultro implacabilis ardet. et vers. 71. Ardet in arma magis. *impatient for the fight. Stat.* 4. *Theb.* v. 337. tunc bella tibi, ferrumque quod ardes, Ipsa dabo. ¶ Et cum infinito *Ovid.* 5. *Metam.* v. 166. Nescit utro potius ruat; et ruere ardet utroque. *desires. Virg.* 4. *Æn.* v. 281. Ardet abire fuga. *Val. Flacc.* l. 6. v. 45. Nescius, heu! quanti thalamos ascendere monstri Arserit. ¶ Videtur activa significatione usurpari pro comburere, *to burn,* in illo *Virg.* 4. *Georg.* v. 425. Jam rapidus torrens sitientes Sirius Indos Ardebat. *Serv.* enim exponit *siccabat.* Potest tamen accusativus *sitientes Indos* referri ad participium *torrens.* ¶ Præteritum *ardui* pro *arsi,* quod legitur in quodam lapide apud *Gruter.* pag. 121. non est facile usurpandum. [Atqui habemus præterit. subjunct. *arduerint* in *Inscript. Frater. Arvalium.* n. 43. Quod ictu fulminis arbores sacri luci attactæ arduerint.]

ARDEŎLA, æ, f. avis eadem, quæ *ardea* apud *Plin.* l. 10. c. 60. l. 11. c. 37. et alibi. V. *Ardea.*

ARDESCO, is, n. 3. *to grow hot, become hot, be on fire,* φλέγομαι, ardens fio, ignem concipio. *Lucret.* l. 6. v. 174. omnia motu Percalefacta vides ardescere. *Plin.* l. 37. c. 3. Succinum rapacissimum ignium, et si juxta fuerit, celerrime ardescens. ¶ Translate est concitari, inflammari, fervere. *to glow, boil. Plin.* l. 8. c. 45. Solus animalium eo stimulo ardescit. *Virg. Æn.* 1. v. 717. Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo. *Lucret.* l. 4. v. 1083. ardescit dira cuppedine pectus. *Id.* l. 5. v. 895. Ardescere Venere. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 41. in iras. *Tacit. Ann.* 11. c. 25. in incestas nuptias. *Id. Ann.* 3. c. 54. Æger, et flagrans animus libidinibus ardescit. *Id. Ann.* 16. c. 29. Voce, vultu, oculis ardescere. *Virg.* 11. *Æn.* v. 607. Adventusque virum, fremitusque ardescit equorum. *grows more frequent, increases fast.* Sic *Tacit. Ann.* 3. c. 17. Questus magis ardescebant. *Id.* l. 5. *Histor.* c. 18. Ardescens pugna. *Silius* l. 11. v. 304. Ardescere Lyeo. ¶ Dicitur mucro gladii ardescere, cum ejus acies adeo vehementer acuitur, ut cædendo pæne urat. *Tacit. Ann.* 15. c. 54. Pugionem vetustate obtusum asperari saxo, et in mucronem ardescere jussit. *Alii leg.* et mucronem ardescere jussit. Sic *Lucan.* l. 7. v. 139. Nec gladiis habuere fidem, nisi cotibus asper Exarsit mucro.

ARDĬFER, a, um, adject. *causing heat, burning,* ardorem ferens, inflammans. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 27. et 211. Non videtis, ut parvulus Amor ardifera lampade aride agat amantes æstuantes?

ARDOR, oris, m. *heat, burning heat, fire,* καῦμα, vehemens calor, et incendium. *Cic.* 4. *Acad.* c. 37. Fore aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. *Id. de Senect.* cap. 15. Vitis vestita pampinis nimios solis defendit ardores. *Plin.* l. 14. c. 16. Refrigerare ardores corporum in morbis. *fever.* ¶ Pro fulgore, et splendore. *dazzling brightness, splendour, any strong light. Cic. de* II. *suo Consul.* l. 1. *de Divin.* c. 11. Concursusque graves stellarum ardore micantes. *Hygin. Poet. Astron.* l. 4. c. 14. Ardor officit oculis. ¶ Translate *Liv.* l. 34. c. 1. In medio ardore belli Punici. *heat, fury.* ¶ Sæpe refertur ad animum, et ponitur pro impetu, vehementia, cupiditate. *eagerness, impatience, ardent desire, ardour. Cic.* pro *Cœl.* c. 31. Cupiditas vincendi, ardor mentis ad gloriam. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 30. Studium, et ardor quidam amoris. *Id. in Brut.* c. 24. Ardor animi non semper adest; isque cum consedit, omnis illa vis, et quasi flamma oratoris exstinguitur. *Liv.* l. 6. c. 13. Vultum hostis ardore animi micantem ferre non potuit. *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 13. Omnium cupiditatum ardore restincto. *Tibull.* l. 4. carm. 12. Dissimulare ardorem. *h. e.* amorem. *Suetom. in Othon.* c. 9. et *Liv.* l. 8. c. 16. Ardor militum pugnam deposcentium. *Justin.* l. 3. c. 5. Injicere ardorem militibus. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 828. furit ardor edendi. *h. e.* immensa fames. ¶ *Ardor oculorum* est fulgor, indicium erecti, et acris animi. *Cic. pro Balbo,* c. 21. Ille imperatorius ardor oculorum. *fiery eyes, glowing like fire.* Sic *Vellei.* l. 2. c. 35. Ardor oris. *commanding expression, animated looks, hauteur.* ¶ Pro dolore. *Lucret.* l. 3. v. 252. Sive voluptas est, sive est contrarius ardor.

ARDUINNA cognominatur Diana in quadam *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 314. n. 3. et fortasse ita denominata est, quod coleretur in silva Arduenna, quæ est in Gallia Belgica, de qua *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 3. Conjecturam hanc approbat *Selden. de Diis Syris, syntagm.* 2. cap. 2. ¶ Hæc eadem in alio Lapide *ibid.* pag. 40. n. 9. dicitur *Ardoinna.*

ARDUĬTAS, atis, f. *height, steepness; a place difficult of access,* ἀπόκλιμα, altitudo, locus arduus, et ascensu difficilis. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 10. Neque enim senes, neque pueri callium difficultatem, ac montium arduitatem atque asperitatem facile ferunt.

ARDŬO, is, pro *adduo, is,* (quod ex *ar* ad, et *duo, is*) hoc est *do, as,* legitur in leg. XII. *Tab.* apud *Plin.* l. 21. c. 3. Qui coronam parit, ipse pecuniave ejus virtutis ergo arduitor. *h. e.* dator ei. Ita legit *Lips.* l. 4. *Epistol. Quæst.* ep. 26. At *Harduin.* reponit *duitor:* alii *arguitor.*

ARDUS pro aridus. V. *Aridus in fin.*

ARDŬUS, a, um, *high, lofty, steep, difficult to reach,* ἀνάντης, ἀναφερής, altus, acclivis, et ascensu difficilis. *Cic. Verr.* 6. c. 23. Oppidum erat difficili ascensu, atque arduo. *Sallust. in Catil.* c. 7. Locus asper, atque arduus. *Liv.* l. 7. c. 34. Collis aditu arduus. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 63. Ardua via. ¶ *Arduum* absolute locus arduus. *a lofty place; a steep, height. Horat.* l. 2. od. 19. v. 21. Scandere per arduum. *Virg.* 5. *Æn.* v. 694. tonitruque tremiscunt Ardua terrarum, et campi. *Tacit. Ann.* 11. c. 9. Excidere ardua castellorum. *h. e.* castella in arduo loco sita. ¶ *Arduus,* erectus, celsus, altus. *erect, tall, lofty, stately, upright. Horat.* l. 1. sat. 2. v. 88. Ardua cervix equi. *Gell.* l. 4. c. 1. Ardua supercilia. *h. e.* elata, et superbiam indicantia. *Ovid.* l. 1. *Amor.* eleg. 14. v. 12. Ardua cedrus. *Id. Metam.* 1. v. 151. Arduus æther. *Virg.* 9. *Æn.* v. 53. *de Turno.* et campo se se arduus infert. ¶ Translate ponitur pro difficili, molesto, laborioso, *difficult, hard, troublesome, laborious, arduous. Cic. in Orat.* c. 33. Magnum opus omnino, et arduum, Brute, conamur: sed nihil difficile amanti puto. *Id.* l. 2. *de Inven.* c. 54. Rerum arduarum, ac difficilium perpessio. *Id.* l. 1. *de Legib.* c. 13. Difficilem atque arduam sectam sequi. *Plin.* l. 17. c. 4. Solum arduum opere, difficile cultu. *Id.* l. 2. c. 46. Res ardua inventu. *Liv.* l. 8. c. 16. Id arduum factu erat. *Sallust. in Catil.* c. 3. Arduum videtur res gestas scribere. *Gell.* ad hæc *Sallust.* verba ita scribit l. 4. c. 13. Arduum Sallustius non pro difficili tantum, sed pro eo quoque ponit, quod Græci δυσχερὲς, aut χαλεπὸν appellant, quod est tum difficile, tum molestum quoque, et incommodum, et intractabile. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 47. Hoc magnæ, atque arduæ, cogitationis indiget. ¶ *Res arduæ* interdum sunt res adversæ, *calamity, mishap, misfortune. Horat.* l. 2. od. 3. v. 1. Æquam memento rebus in arduis Servare mentem; non secus in bonis Ab insolenti temperatam Lætitia. ¶ Gradus *arduior,* et *arduissimus* vetustæ voces sunt. *Cato* apud *Priscian.* l. 3. pag. 600. *Putsch.* Quod iter longius, aduiusque erat a curia. *Id. ibid.* Asperrimo, atque arduissimo aditu.

ARE *Lucretii,* V. in *Arefacio.*

ARĔA, æ, f. *an area on which corn is beaten, a threshing-floor, barn-floor,* ἅλως, ἅλων, planities, in qua frumenta secta teruntur, et arescunt, ut *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 4. *ad fin.* docet. *Virg. Georg.* 1. v. 178. Area cum primis ingenti æquanda cylindro, Et vertenda manu, et creta solidanda tenaci. *Cato R. R.* c. 91. et 129. *Colum.* l. 2. c. 20. et *Pallad.* l. 7. tit. 1. areæ conficiendæ rationem docent. *Scævola Dig.* lib. 34. tit. 1. leg. 15. Messium, et arearum tempore. ¶ Ab hujus similitudine *area* dicitur locus in urbe purus, hoc est vacuus, in quo ædificari potest, et quod dirutis ædibus manet, *an open surface, field, plain, flat, area. Cic. Attic.* l. 4. ep. 1. *ad fin.* Pontifices si sustulerint religionem, aream præclaram habebimus. *Vitruv.* l. 1. c. 7. Divisis angiportis, et plateis constitutis, arearum electio ad opportunitatem, et usum communem civitatis est explicanda, ædibus sacris, foro, reliquisque locis communibus. *Sueton. in Vespas.* c. 8. Vacuas areas occupare, et ædificare. *Liv.* l. 4. c. 16. Domum deinde, ut monumento area esset oppressæ nefariæ spei, dirui extemplo jussit. *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 4. leg. 10. Ædes ad aream redigere. *to raze, pull down, lay even with the ground.* ¶ In hujusmodi areis, ut et in campo Martio, fiebant aliquando a juvenibus ludicra certamina, et exercitationes; eoque conveniebant otiosi homines spectandi, et confabulandi causa. *Horat.* l. 1. od. 9. v. 18. nunc et campus, et areæ, Lenesque sub noctem susurri Composita repetantur hora. ¶ Præterea locus ipse vacuus relictus ante, aut post ædes, vel in medio earum, *area* dicitur, *a yard, court. Plin.* l. 6. ep. 20. Resedimus in area domus. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 22. leg. 1. Si area ab utraque parte ædium sit. *Caius* lib. 8. tit. 2. leg. 1. Avertere stillicidium in aream vicini. Adde *Paul. ibid.* leg. 19. ¶ In hortis *area* dicitur spatium quadratum, et oblongum, cetero solo altius, bene subactum, et coæquatum, ubi semina jaciuntur; relictis circa semitis, per quas adiri commode possit. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 7. *circ. med.* Olitor disserit in areas sui cujusque generis res. *Colum.* l. 11. c. 3. Humus refossa in areas dividitur, quæ tamen sic informandæ sunt, ut facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum perveniant. *Pallad.* l. 1. tit. 34. Areæ faciendæ sunt angustiores, et longæ, et &c. Adde *Plin.* l. 19. c. 4. ¶ Dicitur etiam *area* locus purgatus, in quo aucupes spargunt grana ad aves alliciendas. *Plaut. Asin.* 1. 3. 64. Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum: aves assuescunt. et vers. 67. Ædes nobis area est, auceps sum ego. [*Gell.* l. 1. c. 20. *de geometricis figuris loquens.* Planum est, quod in duas partes solum lineas habet, qua latum est, et qua longum; qualia sunt triquetra et quadrata, quæ in area fiunt, sine altitudine.] ¶ *Area sepulchrorum* apud *Tertull. ad Scapul.* cap. 3. est locus, in quo sunt sepulcra, *a church-yard, cemetery.* Sic *area* pro loco rogi sumitur a *Stat. Theb.* 6. v. 57. ¶ In cælo *area* dicitur circulus fulgoris, qui aliquando Solem, Lunam, et alia etiam sidera circumnectit, qui et *corona* appellatur. *a halo. Senec.* l. 1. *natur. quæst.* c. 2. Tales splendores Græci areas (nempe ἅλωνας, *nam* ἅλων, *sive* ἀλῶν aream *significat*) vocavere, quia fere terendis frugibus loca destinata sunt rotunda. ¶ Denique *area* est morbus capitis, interdum et menti, cum summa ejus cuticula emoritur, pili primum extenuantur, deinde excidunt, et si ictus is locus sit, sanguis exit liquidus, et mali odoris. *the scurf, scald.* Hujus duo sunt genera, alterum quod *alopecia* dicitur; alterum quod ὀφίασις. *Cels.* l. 6. c. 4. Arearum quoque duo genera sunt, &c. V. ibi reliqua. Sic autem dicitur, quod areas quasdam, hoc est loca pilis nudata efficiat. *Martial.* l. 5. epigr. 50. *de quodam calvo.* Nudum est in medio caput, nec ullus In longa pilus area notatur. [† V. *Alopecia.*] ¶ Translate *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 1. v. 25. cane facta virorum: Hæc animo, dices, area digna meo est. *h. e.* materia meo ingenio apta. *matter, subject, field.* Hac ratione usurpatur etiam *campus.* ¶ *Martial.* l. 10. epigr. 24. Vitæ tribus areis peractis. *periods. h. e.* tribus vitæ spatiis, pueritia, juventute, et senecta, ut *Turneb.* exponit l. 30. c. 30. Eodem sensu explicatur a *P. Scriver.* illud ejusdem l. 7. epigr. 31. Per varias artes, omnis quibus area servit. *h. e.* omnis hominum ætas. Alii per *aream* intelligunt spatium vigintiquinque annorum, quemadmodum in area Circi in ludis vigintiquinque missus fiebant, ut *Varr.* apud *Servium ad Virg.* 3. *Georg.* v. 18. docet. Sed utroque *Martialis* loco alii aliter. V. *Aureus.*

AREĀLIS, le, adject. ad aream pertinens, ἀλωεινός. *Serv.* ad illud *Virg.* 1. *Georg.* v. 166. *et mystica vannus Iacchi:* idest cribrum areale.

ARECTĒUS, vel Aræcteus, vel Aracteus, a, um, adject. *Arectei campi* apud *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 142. sunt campi circa Babylonem, ubi fuit Arech, seu Arach oppidum, cujus mentio fit *Genès.* cap. 10. v. 10. Eos *Strabo* l. 16. Ἀρκτακηνὴν χώραν appellat: sed Ἀρακτηνὴν legendum esse monent *Scalig.* et *Casaubon.* Apud *Tibull.* sunt qui aliter legunt.

AREFACĬO, acis, eci, actum, a. anom. *to dry, make dry,* ξηραίνω, aridum facio, sicco. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 4. *ad fin.* Qui arefacit ardor est Solis. *Gell.* l. 12. c. 1. Istæ prodigiosæ mulieres fontem illum sanctissimum corporis arefacere, et exstinguere laborant. ¶ *Arfacio* per syncopen. *Cato R. R.* c. 69. Postea amurcam eximito, et arfacito: ubi arebit &c. ¶ Audaci transpositione divisit *Lucret.* l. 6. v. 962. Principio terram sol excoquit, et facit are. [¶ Particip. *arefaciens* apud *Vitruv.* l. 2. c. 1. Alii luteas glebas arefacientes struebant parietes.]

AREFACTUS, a, um, *dried, made dry, dried up,* ἀπόξηρος, aridus factus. *Plin.* l. 13. c. 22. Caulis arefactus. *Id.* l. 34. c. 13. Mora immatura in Sole arefacta. [*Cels.* l. 5. c. 27. sect. 7. Polii, quod Ægyptiæ fabæ magnitudinem æquet, arefactum in duas portiones dividendum est.]

AREFĪO, is, actus sum, *to grow dry, become dry,* ξηραίνομαι, aridus fio. *Plin.* l. 32. c. 7. Arefieri in furno.

ARĒLAS, atis, et Arelāte, es, f. [† nunc *Arles,*] urbs Galliæ Narbonensis ad Rhodanum fluvium, olim Colonia Sextanorum, quoniam e legione sexta coloni olim eo deducti sunt. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 36. Naves longas Arelate facere instituit. *Auson. de clar. Urbib.* n. 8. Pande, duplex Arelate tuos, blanda hospita portus, Gallula Roma Arelas, &c. et epist. 24. v. 81. Utque duplex Arelas, Alpinæ tecta Viennæ. *Duplicem* vocat, quia olim in duas partes dividebatur, Rhodano interfluente.

ARELATENSIS, se, adject. ad Arelatem pertinens. *Plin.* l. 10. c. 42. Arelatensis ager. *Scævola Dig.* lib. 33. tit. 2. leg. 34. Respublica Arelatensium.

AREMORĬCUS, a, um, adject. ad Aremoricam pertinens. Est autem Aremorica regio Galliæ Celticæ, [† nunc *Bretagne,*] ad Oceanum sita. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 75.

Universis civitatibus, quæ Oceanum attingunt, quæque eorum consuetudine Aremoricæ appellantur. *Armoricæ* hic rectius legitur. nam *ar mor* Celtarum lingua significat *ad mare*. *Auson. in Professorib.* n. 10. v. 15. Gentis Aremoricæ. *Id.* epist. 9. v. 35. Sunt et Aremorici qui laudent ostrea Ponti.

ARĒNA, æ, f. *sand, grit, gravel*, ἄμμος, minutissimus pulvis: ab *arendo*, quia caret omni humore, et succo, unde et plurimum aquæ bibit. Ejus tria sunt genera, ut *Plin.* l. 36. c. 23. et *Vitruv.* l. 2. c. 4. et 5. docent, fossitia, fluviatilis, et marina. *Virg.* 1. *Georg.* v. 114. Arena bibula. et vers. 189. sicca. et vers. 70. sterilis. *Id.* 5. *Æn.* v. 374. fulva. *Horat.* l. 1. od. 28. v. 1. numero carens. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 577. mollis. *Juvenal.* sat. 3. v. 55. tanti tibi non sit opaci Omnis arena Tagi, quodque in mare volvitur aurum. ¶ In plurali numero. *sands. Virg.* 3. *Georg.* v. 350. torquens flaventes Ister arenas. *Id.* 2. *Georg.* v. 232. summas æquabis arenas. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 31. Arentes arenæ. Adde *Virg.* 2. *Georg.* v. 106. et alibi. *Ovid.* sæpe. *Valer. Flacc.* non semel. *Sueton. in Aug.* c. 80. *Plin. Petron. in fragment.* et alios. Hæc ideo coacervavimus, quia *C. Cæsar in lib. de Analog.* apud *Gell.* l. 19. c. 8. in plurali numero usurpari negavit. ¶ *Arenæ mandare semina*, proverb. oleum et operam perdere, *to sow seed on the sea-shore; to graft on a dead tree; lose your pains. Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 115. Quid facis Œnone? quid arenæ semina mandas? Non profecturis litora bubus aras. ¶ *Arena* pro loco arenoso. *Cic. Agrar.* 2. c. 27. Arenam aliquam, aut paludes emere. ¶ De arenæ usu in ædificiis multa *Plin.* et *Vitruv. locis sup. citat.* ¶ Sæpe ponitur pro litore, aut portu, *the sea-shore, coast, strand; a harbour, haven. Virg.* 1. *Æn.* v. 176. Egressi optata potiuntur Troes arena. *Id.* 5. *Æn.* v. 34. Et tandem læti notæ advertuntur arenæ. *Id.* 6. *Æn.* v. 316. Arcere aliquem arena. ¶ Per metonymiam sumitur pro Amphitheatro, aut Circo, quia spargi arena solent, ne qui exercentur aut pugnant, labantur. *that part of the Amphitheatre where the gladiators fought, which was covered with sand to prevent them from slipping; the arena. Martial. de spectac.* epigr. 21. Quidquid in Orpheo Rhodope spectasse Theatro Dicitur, exhibuit, Cæsar, arena tibi. *Juvenal.* sat. 4. v. 100. quod cominus ursos Figebat Numidas Albana nudus arena. *Triphonin. Digest.* lib. 11. tit. 4. *leg. ult.* Dare se in arenam. *h. e.* offerre se ad pugnandum cum bestiis, aut cum gladiatoribus. ¶ Pro iis, qui in Theatro exercentur. *Id.* sat. 3. v. 34. Quondam hi cornicines, et municipalis arenæ Perpetui comites. ¶ Hinc dicitur de quocumque alio loco, in quo pugnatur, aut quolibet exercitii genere luditur. *any other place of public exhibition. Flor.* l. 4. c. 2. Prima civilis belli arena Italia fuit. *scene, field, theatre. Plin.* l. 6. ep. 12. Vectio prisco quantum plurimum potero, præstabo, præsertim in arena mea, hoc est apud Centumviros. ¶ Scribitur et *harena* cum aspiratione: quam scriptionem admittunt *Varr.* apud *Serv. ad Virg.* 1. *Æn.* v. 176. *Charis.* l. 1. pag. 80. *Putsch. Vel. Long. de Orthogr.* pag. 2238. et alii vet. Grammatici. Docent enim *arenam* esse ab *arendo*, at *harenam*, ab *hærendo*, quod in fabricis hæreat. Et quidem *Charis. loc. cit.* scribit *harenam* gratius sonare. Nec desunt vetera monumenta, ut est apud *Manut. in Orthogr.* in quibus aspiratio adhibetur. Nihilominus *arena* sine aspiratione Eruditis magis placet, tum quod ea origo ab *hærendo* levior sit, et pæne futilis, tum quod consuetudo obtinuit, ut fere passim *arena* scriberetur: tametsi qui aspirationem addunt, damnari jure non possunt.

ARENACĔUS, a, um, *of sand, sandy, like sand, arenacious*, qui est ex arena, arenosus, ψαμμώδης. *Plin.* l. 17. c. 7. Terra argillacea, tofacea, arenacea. *Id.* l. 30. c. 15. Arenacea duritia. *Id.* l. 21. c. 16. Arenaceum semen. *h. e.* arenæ simile.

ARENARĬUS, a, um, adject. *relating to the arena*, ad arenam pertinens. *Ammian.* l. 29. c. 1. (*al.* 7.) In modum arenariæ feræ ad ultimam rabiem sævire. *h. e.* quæ in arena theatri depugnat. ¶ *Arenarius lapis*, quem *Virg.* 2. *Georg.* v. 348. bibulum vocat, est lapis foraminibus plenus, hauriendoque humori idoneus. *Servius. sand-stone.* ¶ *Arenarius, ii*, m. *a prize-fighter, gladiator*, &c. qui in theatro pugnat, ut bestiarius, gladiator, &c. *Petron. in Satyr.* c. 126. Quædam feminæ sordibus calent: arenarius aliquas accendit, aut perfusus pulvere mulio, aut histrio. *Arcad. Dig.* lib. 22. tit. 2. leg. 21. Si ea rei conditio sit, ut arenarium testem, vel similem personam admittere cogamur. Adde *Capitolin. in M. Anton. Philos.* c. 19. et *Mæcian. Dig.* lib. 36. tit. 1. leg. 5. ¶ Primus numerorum arenarius, apud *Tertull. de pallio sub fin.* est arithmeticus, qui prima supputandi elementa pueros docet; quem ita appellari quidam volunt, quia in arena fingebant ductus numerorum, chartæ deletitiæ loco. *Salmas.* scribit ex eo dici *arenarium*, quia arenæ sunt aliquando ψῆφοι, sive calculi, quibus olim ad computandum utebantur. Alii aliter exponunt. ¶ *Arenaria, æ*, et *Arenarium, ii*, locus ubi arena fossitia effoditur. *a sand or gravel-pit. Cic. pro Cluent.* c. 13. In arenarias quasdam extra portam Esquilinam perductus occiditur. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *ad fin.* Neque lapicidinæ, neque arenariæ ad agriculturam pertinent. *Vitruv.* l. 2. c. 4. Si non erunt arenaria, unde fodiantur, et cap. 6. *ad fin.* Arenariæ fossitiæ. [† V. *Arenifodina.*] ¶ Scribitur et *harenarius*. V. *Arena*.

ARENATĬO, onis, f. *a cementing with mortar*, inductio arenati, hoc est calcis arena mixtæ, in parietes. *Vitruv.* l. 7. c. 3. *a med.* Tectoria fundata arenationis, et marmoris soliditate.

ARENĀTUM, i, n. *a cement made of lime and sand, used in the walls of buildings and pavements; mortar*, calx arena mixta, qua in tectoriis parietum, et pavimentis utimur. *Vitruv.* l. 7. c. 4. Pro arenato testa dirigatur. *Plin.* l. 36. c. 23. Tectorium quidem, nisi ter arenato, et bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet. *Et mox.* Arenatum inducere. ¶ *In vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 207. et apud *Catonem R. R.* c. 18. legitur bis *calce arenato*: ubi non ausim affirmare, τὸ *arenato* adjectivum esse, cum potius formula artis videatur. V. *Calx*.

ARENIFODĪNA, æ, *a sand-pit, gravel-pit*, locus ubi arena effoditur, arenarium. *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 1. leg. 13. Lapicidinas, vel cretifodinas, vel arenifodinas instituere. Adde lib. 24. tit. 3. leg. 7. [† V. *Arenaria* (in *Arenarius*).]

ARENIVĂGUS, a, um, adject. qui per arenam vagatur. *wandering on the shore. Lucan.* l. 9. v. 941. Vidit arenivagum surgens, fugiensque Catonem.

ARENŌSUS, a, um, *sandy, abounding in sand, arenose*, ψαφαρὸς, arena abundans. *Virg.* 4. *Æn.* v. 257. Litus arenosum Libyæ. *Plin.* l. 23. c. 3. Urina arenosa. *Id.* l. 33. c. 6. Lapis scabrior, et arenosior. *Id.* l. 27. c. 4. Ut quod sit arenosissimum subsidat.

ARENS, tis, *dry, droughty, thirsty, devoid of water, lacking moisture*, aridus, humore carens. *Tacit. Ann.* 15. c. 42. Loca arentia. *Virg.* 1. *Georg.* v. 109. Arva arentia. *Id.* 3. *Æn.* v. 350. Arens rivus Xanthi. *Id.* 4. *Georg.* v. 268. Rosæ arentes. *Id.* 12. *Æn.* v. 522. Ignes immissi in silvam arentem. *Ovid. Heroid.* ep. 4. *in fi.* Arentem sitim levare unda. *Horat.* epod. 14. v. 4. Arente fauce trahere pocula. *Sil.* l. 10. v. 511. arentique cruore squalebat barba. *Virg.* eodem sensu dixit *concretos sanguine crines*, *Æn.* 2. v. 277.

ARENŬLA, æ, f. *small sand or grit, very fine sand*, dimin. ab arena, ψαμμάθιον, arena tenuissima. *Plin.* l. 30. c. 3. Arenulæ, quæ inveniuntur in cornibus cochlearum.

ARĔO, es, ui, n. 2. *to be dry, to grow dry or droughty*, ἄζομαι, aridus sum, siccus, et sine humore. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 211. tellus Fissaque agit rimas, et succis aret ademptis. *Plaut. Rud.* 2. 6. 49. Utinam fortuna nunc anatina uterer, uti cum exivissem ex aqua, arerem tamen. *Ovid. Metam.* 6. v. 355. Et fauces arent, vixque est via vocis in illis. *Id.* l. 2. *de ar. am.* v. 606. Garrulus in media Tantalus aret aqua. *h. e.* sitit. *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 8. Arere siti. V. *Arens*.

AREŎLA, æ, f. *a little bed in a garden, a court-yard*, parva area. *Plin.* l. 2. ep. 6. Diæta cingit areolam, quæ quatuor platanis inumbratur. *In vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 589. n. 4. habetur *ariola*. ¶ De spatio quadrato in hortis, de quo in *Area* dictum est. *Colum.* l. 10. v. 362. Ter circum areolas, et sepem ducitur horti. *Id.* l. 11. c. 2. Semina in areolas disserere.

AREOPAGĪTA, et Areopagites, æ, m. *one of the judges of the Areopagus, an Areopagite*, Ἀρειοπαγίτης, judex Areopagi. *Cic. Phil.* 5. c. 5. Si Lysiades citatus judex non responderit, excuseturque Areopagites esse. *Id.* 1. *Offic.* c. 22. Consilium Solonis, quo primum constituit Areopagitas. *Id. pro Balbo*, cap. 12. Vidi nostros cives Athenis in numero judicum, atque Areopagitarum. ¶ Scribitur et *Ariopagita*.

AREOPAGITĬCUS, a, um, ad Areopagitas pertinens. *Sidon. Apollin.* l. 9. ep. 9. Gymnasia Areopagitica. *Enn.* apud *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 2. *ad fin.* Areopagitica petra. *Scalig. in Conjectan. ad Varr.* ita hunc locum legit. Alii aliter.

AREOPAGUS, *et Græca terminatione* Areopagos, i, m, *a Council of judges at Athens, held on the hill of Mars, remarkable for the impartiality of their decisions*, Ἀρειοπάγος, vel Ἀρηοπάγος, vicus Athenarum, in quo judicia exercebantur. Sed fere accipitur pro ipso templo, et loco judicii. Dictus est ab Ἄρης, Mars, et πάγος, vicus, quasi vicus Martis, quia in eo vico Marti templum constitutum fuerat. Sed aliqui dicunt, Martem, cum Halirrhotium Neptuni filium, qui vim Alcippæ filiæ suæ intulerat, occidisset, a Neptuno homicidii reum factum esse, causaque a duodecim Diis in illo vico cognita, sex sententiis fuisse absolutum: hoc fuisse Athenis primum capitis judicium, exinde locum illum *Areopagum* cœpisse appellari. Ibi selecti judices severissimi, et sapientissimi graviores causas, præsertim capitales, incorrupta justitia expediebant: cautumque erat lege inviolabili, ne qui causam dicebat, proœmio uteretur, ne moveret affectus, aliasque persuadendi subdolas artes adhiberet, eo consilio, ne cui plus in misericordia, quam in causa spei esset, et ne judices a justa sententia averterentur. Quam ob causam ipsi velamine ante se posito, et fere noctu sententiam dabant, ut tantummodo facta cognoscerent, personas non viderent. Tacentes etiam judicabant: ex quo natum est Græcum proverbium, Ἀρειοπαγίτου στεγανώτερος, Areopagita tectior, aut taciturnior. Ob hæc summa erat Areopagitarum auctoritas, ad quos ex omnibus Orbis terræ partibus non solum homines, sed Deos quoque accessisse disceptaturos, fabulati sunt Poetæ. Neque solum capitalia judicia, sed et graviora Reipublicæ negotia eorum consilio administrabantur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 29. Atheniensium Rempublicam consilio regi Areopagi. *Id.* l. 1. *de Divinat.* c. 25. Sophocles ascendit in Areopagum. *Senec. de tranquill. anim.* c. 3. *ad fin.* In qua civitate erat Areopagos, religiosissimum judicium. *Juvenal.* sat. 9. v. 101. Areopagum appellat *curiam Martis*. [† *Tacit. Ann.* 2. 55. vocat *Areum judicium*. V. in *Areus*.] ¶ Pænultima dubiæ est quantitatis. Et sane qui dicunt, Areopagum esse pagum, seu vicum Martis, producendam aiunt, quia prima in *pagus* producitur a Græco πηγὴ, Dorice παγὰ, fons, ut *Festus*, et *Serv.* ad 2. *Georg.* v. 382. docent. Verum alii multo rectius Areopagum interpretantur saxum, seu rupem, aut collem Martis, quia Curia Atheniensium, quæ erat Areopagus, in edito saxo sita erat: atque ita corripienda est pænultima, quomodo corripitur prima in πάγος, (saxum seu collis) in illo *Homeri Odyss.* έ. v. 405. Ἀλλ' ἀκταὶ προβλῆτες ἔσαν, σπιλάδες τε, πάγοι τε. [Hoc etiam apparet ex versu senario *Ennii* apud *Varr. de L. L.* l. 6. c. 2. quem *Scaliger* ita feliciter refinxit. Areopagitam ea de re vocant petram.] [† Ἄρειος πάγος, ἐν Ἀθήναις δικαστήριον ἐν τῇ Ἀκροπόλει. *Hesych.* Ἀκροτήριον Ἀθήνησιν vocat *Steph.* Cf. *Jul. Poll.* 8. *Voss.* in *Areopago*, et *Meurs. de senatu Areopagitico.*]

AREPENNIS, is, m. *a measure of ground, half an acre*, Gallica vox, qua significatur semijugerum, vel semijugeri mensura, ut *Colum.* l. 5. c. 1. docet. *Isidor.* l. 15. c. 15. ab *arando* ductam putat, sed cum eam *ibid.* Bæticam esse pronuntiet, *Columell.* vero Gallicam, absurdum videtur ejus orginem a Latinis deducere. *Scalig.* putat, Latinam quidem vocem esse, sed frequentius a Gallis usurpatam. V. *Voss. in Etymol.* in Arvipendium. ¶ Legitur et *arapennis*. Posterioribus temporibus et *arpennum* dixere, et *agripennus*, et *arpentum*.

ARES, is, m. Ἄρης, *Mars, the god of war*, Mars. Græca vox, qua utitur *Plaut.* apud quem Geta servus joculariter ita militem alloquitur *Trucul.* 2. 7. 54. Si tu ad legionem bellator clues, at ego in culina Ares. Alii aliter leg. ¶ Est etiam idem ac aries, ita enim appellabant prisci Latini. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 19. Aries, quod eum dicebant ares Veteres, nostri arviga. *Id.* apud *Non.* c. 2. n. 557. Si non plus testiculorum offenderis, quam in castrato pecore in Apulia, vincor non esse masculum Arem. Alii hic quoque intelligunt *Martem*: alii aliter leg. ¶ Græci poetæ primam syllabam modo corripiebant, modo producebant, teste *Lucilio* apud *Scaur. de Orthogr.* pag. 2255. *Putsch.* quod Latinis negatum esse, notat *Martial.* l. 9. epigr. 12.

ARESCO, is, n. 3. *to grow dry, become dry*, ξηραίνομαι, aridus fio. *Plaut. Rud.* 2. 7. 16. Da mihi vestimenti aliquid aridi, dum mea arescunt. *Cic. in Partit.* c. 17. Cito arescit lacryma, præsertim in alienis malis. *Tacit. Ann.* 13. *cap. penult.* Arescens unda. et *cap. ult.* Mortuis ramalibus, et arescente trunco. *Plin.* l. 8. c. 38. Lyncum humor glaciatur, arescitque in gemmas carbunculis similes.

ARETALŎGUS, i, m. *a prattler, babbler, idle talker; a braggart, talkative fellow, boaster, jester, buffoon; a sorry philosopher*, ἀρετάλογος, placita loquens ad sui ostentationem, et aliorum oblectationem: *Juvenal.* sat. 12. v. 15. risum fortasse quibusdam Moverat, ut mendax Aretalogus. *Sueton. in Aug.* c. 74. Aut acroamata, et histriones interponebat, ac frequentius Aretalogos. Ad quem locum *Casaubonus*: Aretalogos censeo appellatos miseros Philosophos, mera hominum mendicabula, sectæ fere Cynicæ, aut Stoicæ, qui cum scholam, et sectatores non haberent, convivia beatorum frequentabant, et Romulidas saturos variis de virtute, et vitiis disputationibus oblectabant. Alii *Aretalogos* aiunt esse circulatores quosdam, qui in compitis mira de suis pharmacis pollicentur: vel fabulosorum voluminum Scriptores, ut *Amadisii*, et similium. *Salmas. in not. ad Vopisc. in Aurel.* c. 42. enumerat inter varias mimorum species.

ARETHŪSA, æ, f. Ἀρέθουσα, fluvius Siciliæ apud Syracusas: unde pro ipsis Syracusis ponitur a *Silio* l. 14. v. 117. Poetæ fabulantur virginem fuisse venatricem, Dianæ comitem, amatam ab Alpheo fluvio Elidis; cum Alphei vim post longum cursum effugere non posset, Dianæ miseratione in fontem versam fuisse, ac ne amatoris aquis pollueretur, per subterraneos cuniculos in Ortygiam fugisse Siciliæ insulam apud Syracusas, ibique uberrimo aquarum gurgite emergere, unde Syracusæ *Arethusides* dictæ sunt: Alpheum fuisse insecutum occultis subter mare meatibus, et apud Syracusas in Arethusam fluere. Hanc fabulam narrat *Ovid. Metam.* 5. v. 572. Vera autem explicatio est, apud Pisas in Elide ingentem fontem esse, qui in duos alveos Alpheum, et Arethusam dividitur. *Virg.* 4. *Georg.* v. 344. Et tandem positis velox Arethusa sagittis. Adde 3. *Æn.* v. 694. Est etiam quarundam urbium, et fontium nomen in Græcia, Syria, et alibi; de quibus V. Geographos.

ARETHUSÆUS, a, um, adject. ad Arethusam perti-

nens. Claudian. l. 2. de rapt. Proserp. v. 60. Quas Arethusæi latices, quas advena nutrit Alphæus.

ARETHUSIS, idis, adject. fem. ab Arethusa. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 873. Utque Syracusas Arethusidas abstulit armis Claudius.

ARETHUSIUS, a, um, adject. ad Arethusam pertinens. *Sil.* l. 14. v. 356. Erigitur subitas in spes Arethusia proles. *h. e.* Syracusana. V. *Arethusa.*

ARETINUS, et Arretinus, a, um, adject. ad Aretium pertinens. *Mart.* l. 1. epigr. 54. Sic Aretinæ violant crystallina testæ. *Id.* l. 14. epigr. 98. Aretina nimis, ne spernas vasa monemus. ¶ *Aretini, orum*, sunt Aretii populi. *Plin.* l. 3. c. 5.

ARETIUM, ii, n. [† nunc] *Arezzo*, urbs Hetruriæ, ab Areta Jani filio condita, una ex primis 12. Thuscorum Coloniis, sita in monte: cujus ager terra abundat aptissima ad fictilia coquenda, ut *Plin.* l. 35. c. 12. testatur. Siligine etiam nobilis est, ut legitur apud *eund.* l. 18. c. 9. ¶ Scribitur et *Arretium* duplici *rr*, et ita legitur in *veterib. Inscriptionib.* apud *Gruter.* pag. 372. n. 12. pag. 520. n. 3. pag. 1028. n. 2. et pag. 1029. n. 7. et probat *Manut.*

AREUS, a, um, Ἄρειος, ad Martem pertinens, Græca vox. *Tacit. Ann.* 2. c. 55. Offensus urbi (*Atheniensium*) propria quoque ira, quia Theophilum quendam Areo judicio falsi damnatum, precibus suis non concederent. *h. e.* judicio Areopagi, qui locus a Marte cognominatus est. V. *Areopagus.* ¶ Scribitur et *Arius.*

ARFERIA AQUA, quæ inferis libabatur, dicta a ferendo: sive vas vini, quod sacris adhibebatur. Hæc *Festus*, ubi *Scalig.* notat *arferiam* dici pro *adferiam*, ab *adferendo*, ea ratione, qua *arcio* pro *accio*, seu *adcio* dictum est, *ar* adhibito pro *ad.* *Glossæ:* Adferial, ὕδωρ τὸ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς σπενδόμενον.

ARGÆUS, i, m. Ἀργαῖον ὄρος, mons excelsissimus Cappadociæ inter Cæsaream et Sebastiam centum fere mil. pass. extensus, cujus cacumina etiam æstate nivosa sunt. Pascua fert optima generosis equis educandis. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 248. Et Scythicis mutant Argæi pabula silvis. *Id.* l. 2. *in Rufin.* v. 31. volucrumque parens Argæus equorum.

ARGÆUS, a, um, ad Argæum montem pertinens, Ἀργαῖος. *Claudian. de laudib. Ser. reg.* v. 191. delectus equorum, Quos Phrygiæ matres, Argæaque gramina pastæ Semine Cappadocum sacris præsepibus edunt. *Id.* epigr. 23. *de equo phal.* &c. Argææ matres.

ARGANTHONIACUS, a, um, ad Arganthonium pertinens, qui Tartessiorum Rex fuit, et centum quinquaginta annos a *Plin.* l. 7. c. 48. et *Censorin. de die nat.* c. 17. centum viginti a *Valer. Max.* l. 8. c. 13. n. 4. *extern.* et a *Cicer. de Senect.* c. 19. vixisse dicitur: a *Silio* l. 3. v. 396. CCC. *Id. ibid.* Arganthoniacos armat Carteia nepotes.

ARGEI, orum, m. loca quædam Romæ appellabantur, quod in iis sepulti essent quidam Argivorum illustres viri, qui cum Hercule Argivo Romam venerant, et in Saturnia subsederant. *Liv.* l. 1. c. 21. Multa alia sacrificia, locaque sacris faciendis, quæ Argeos pontifices vocant, dedicavit. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 8. scribit hujusmodi loca in septem et viginti partes Urbis disposita fuisse. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 791. Itur ad Argeos. ¶ Apud *Fest.* legitur *Argea* in neutro plurali, ubi tamen alii cum *Scalig.* reponunt *Argei.* ¶ Præterea *argei* dicta sunt simulacra hominum triginta e scirpeis virgultis facta, quæ quotannis de ponte sublicio publice jaciebantur in Tiberim, a sacerdotibus, vel ut scribit *Festus*, a Virginibus Vestalibus. *Varro* l. 6. *L. L.* c. 3. *circa med.* et *Ovid.* 5. *Fast.* v. 621. ubi varias hujus ritus causas assignat. Adde *Fest.* in *Sex.*

ARGEMA, atis, n. *a web, or pin, in the eye, which, within the black of the eye looks white, and on the other side of it red*, morbus oculorum, cum parvum quoddam ulcus in medio circulo oculi nascitur, partem quidem aliquam candidi, partem etiam nigri comprehendens. Id extra iridem rubicundum, intra vero candidum apparet: ex quo et nomen traxit, scilicet ab ἀργὸς, albus. *Plin.* l. 28. c. 11. Fel caprinum cum vino contra albugines, et caligines, et pterygia, et argema. *Id.* l. 25. c. 13. Anagallidis succus discutit argema rubens. [† V. *Albugo*, *Caligo*, et *Pterygium.*]

ARGEMON, i, n. ἄργεμον, herba est, quæ Latine *lappa canaria* dicitur philanthropo non absimilis, quæ in suum medicinis adhibetur. *Plin.* l. 24. c. 19.

ARGEMONE, es, f. ἀργεμώνη, herba quæ *inguinalis* a Latinis appellatur, quoniam inguinum morbis prodest, passim in vepribus nascens. Græcum hoc nomen ex eo nacta est, quod argema etiam, et nubeculas oculorum discutiat. *Plin.* l. 26. c. 9.

ARGEMONIA, æ, f. *an herb like the wild poppy; wild tansy, silver-herb*, herba est folia habens, qualia anemone, divisa apii modo, caput in cauliculo papaveris silvestris, item radicem; succum croci colore acrem, et acutum. Nascitur et in arvis apud nos. Nostri tria genera ejus faciunt, et id demum probant, cujus radix thus redoleat. Hæc *Plin.* l. 25. c. 9.

ARGENNON, argentum percandidum. *Festus.* ad quæ verba recte monet *Scalig.* legendum esse *argennon*, *argenteum, percandidum*, hoc est vocem *argennon* significare argenteum, percandidum, a Græco ἀργεννὸς, quod ab ἀργὸς, albus.

ARGENTACEUS, a, um, adject. idem quod argentarius. *Apic.* l. 2. c. 2. Amygdala lota ex creta argentacea, ut ad candorem perducantur. *Alii leg.* argentaria, et quidem rectius.

ARGENTARIA, æ, f. *a banking-house, bank*, taberna argentarii. *Plaut. Epid.* 2. 2. 13. Per omnem urbem sum defessus quærere, per medicinas, per tonstrinas, per myropolia, et lanienas, circumque argentarias. *Liv.* l. 26. c. 27. Pluribus simul locis circa forum incendium ortum: eodem tempore septem tabernæ, quæ postea quinque, et argentariæ, quæ nunc novæ appellantur, arsere. *novas argentarias* dixit ad discrimen veterum, quas in eodem foro Tarquinius Priscus exstruxerat, de quibus *Plaut. Curcul.* 4. 1. 19. Sub Veteribus, ibi sunt, qui dant, quique accipiunt fenore. ¶ Præterea *argentaria* dicitur ars, et officium argentarii, de quo V. in *Argentarius* substant. *the profession of a banker.* *Cic. pro Cæcin.* c. 4. M. Fulcinius, qui Romæ argentariam non ignobilem fecit. *Id. ibid.* Argentariam dissolvere. *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 13. leg. 4. exercere. et *ibid.* administrare. ¶ Denique *argentaria* est argentifodina, *a silver mine.* *Liv.* l. 34. c. 21. Vectigalia magna instituit ex ferrariis, argentariisque. ¶ Revera adjectivum est, et subintelligitur *taberna*, vel *ars*, vel *fodina.*

ARGENTARIUM, ii, n. *a case or cupboard to set plate in*, locus, in quo argentea vasa reponuntur, ἀργυροθήκη. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 20. Quod non in argentario paterfamilias ponere solebat.

ARGENTARIUS, a, um, adject. *relating to silver or money*, ad argentum, vel ad pecuniam pertinens, ἀργύρεος. *Plin.* l. 35. c. 17. Creta argentaria. *a sort of marl with which they scoured silver.* *h. e.* quæ nitorem argento reddit. *Id.* l. 33. c. 5. Argentaria metalla. *mines of silver.* *Id.* l. 34. c. 9. et 17. Plumbum argentarium. *h. e.* album; et argento simile, quale est stanni purgatioris quoddam genus. *like silver.* *Jabolen. Dig.* lib. 34. tit. 2. *leg. pænult.* Argentarius faber. *a silversmith.* *Plaut. Pseud.* 1. 3. 65. Argentaria inopia. *scarcity of money.* *Id. Epid.* 5. 2. 7. Argentariæ opes. *Id. Men.* 2. 3. 26. Sunt meretrices omnes elecebræ argentariæ. *h. e.* quæ pecuniam omnem amatorum eliciunt, et ad se trahunt. *Id. Pseud.* 1. 1. 103. Invenire alicui auxilium argentarium. *help with one's purse.* *Liv.* l. 26. c. 11. Taberna argentaria. *banking-houses.* *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 13. leg. 4. Argentariæ mensæ exercitor. *h. e.* argentarius, de quo mox. *Caius ibid.* leg. 10. Argentarias rationes edere. Inscript. apud *Donium* class. 1. n. 97. Argentaria, et auraria pondera. *Sueton. in Vespas.* c. 1. Coactiones argentarias facere. V. *Coactio.* *Scævola Dig.* lib. 40. tit. 7. leg. 40. *ad fin.* Argentarius coactor. V. *Coactor.* ¶ Mons Argentarius, [† hod.] *monte Argentaro*, est in ora litorali Etruriæ contra Igilium insulam. *Rutil.* l. 1. *itiner.* v. 315.

ARGENTARIUS, ii, m. est is, qui in argento, seu in pecunia negotiatur, et lucrum quærit, *a banker, person who takes money on interest, cashier, cash-keeper, money-changer*, ἀργυραμοιβὸς, κολλυβιστὴς, ἀργυροπράκτης, τραπεζίτης. Late autem patet argentariorum professio. Nam ii erant, qui pecuniis permutandis, aut fenori dandis lucrum faciebant: item qui pecunias apud se depositas custodiebant, earumque rationes conficiebant, reddituri postea dominis, lucro aliquo accepto. Duplici autem de causa apud eos pecuniæ deponebantur, aut sine fenore propter fidem publicam, ut tutiore loco, quam in privatis ædibus, asservarentur, aut sub usuris ipsis credebantur, quas deinde fenori collocabant. Præterea etiam ad alios pertinentia negotia gerebant, fidejubebant, constituebant: et si quis verbi gratia pecunias fenori poneret, vel acciperet, emeret aliquid, vel venderet, solveret, aut crederet, accedebat ad argentarium, qui ejus contractus tabulas perscribebat, quod hodie publici tabularii facere solent. Nam argentariorum codicibus, et tabulis plurimum habebatur fidei: ad quos probationis ergo decurrebatur. Ut enim loquitur *Caius Dig.* lib. 2. tit. 13. leg. 10. eorum officium, atque ministerium publicam habet causam, atque adeo auctoritatem. Hujus rei gratia multæ erant Romæ in foro Argentariorum tabernæ publice constitutæ, ut commodum esset hominibus ex tota Urbe eo convenientibus, negotiorum suorum acta perscribenda curare, quæ argentarii apud se retinebant, quandocumque opus esset, exhibituri, accepto tamen lucello, quod eis ex lege præstituebatur. Ad has tabernas etiam auctiones fieri solebant, quibus argentarii intererant. Denique ii emendis, vendendisque quibusdam rebus operam dabant, præsertim auri atque argenti speciebus, nimis veteribus, vasis cælatis, gemmisque, et aliis, quæ vel ipsi emebant, majore pretio distracturi, vel ab aliis vendenda sumebant, ut reservato sibi lucro aliquo, pecuniam ex iis coactam dominis persolverent. *Cic. pro Cæcin.* c. 6. Fundus addicitur Æbutio: pecuniam argentario promittit Æbutius. *Et paulo post.* Se habere argentarii tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 53. Itur, putatur ratio cum argentario: impransus miles adstat, æs censet dari. Ubi disputata est ratio cum argentario, Etiam plus ipsus ultro debet argentario. *Sueton. in Neron.* c. 5. Argentarios pretiis rerum coemptarum fraudare. *Scævola Dig.* lib. 46. tit. 3. leg. 88. Res vendendas per argentarios dedit: argentarii universum redactum venditionis solverunt, &c. [¶ *Argentarius* absolute idem est etiam ac *argentarius faber.* V. *Marinium Fratr. Arval.* pag. 249.]

ARGENTATUS, a, um, *plated or ornamented with silver, silvered, silvered over*, argento tectus, vel ornatus. *Albinovan.* eleg. 2. v. 65. Argentata sandalia. *Liv.* l. 9. c. 40. Argentati milites. *h. e.* habentes scuta argento cælata. *Lamprid. in Heliogab.* c. 4. *extrem.* Sella argentata. *Et cap.* 29. argentata vehicula. ¶ Jlocaliter *Plaut. Pseud.* 1. 3. 78. Semper tu ad me cum argentata accedito querimonia. *h. e.* querere mecum, sed simul argentum affer.

ARGENTEOLUS, a, um, adject. diminutivum ab *argenteus.* *Plaut. Rud.* 4. 4. 125. Post est sicilicula argenteola, et duæ connexæ maniculæ. [*Fronto de orat.* l. 2. fragm. 1. pag. 247. Laminæ interdum argenteolæ in cloacis inveniuntur.]

ARGENTEUS, a, um, *of silver, made of silver*, ἀργύρεος, qui est ex argento. *Cic. Catil.* 1. c. 9. Aquila argentea. *Tacit. de Germ.* c. 5. Argentea vasa. *Plin.* l. 37. c. 7. *ad fin.* Argentea bractea. *Id.* l. 19. c. 3. Denarius argenteus. Et absolute *Tacit. de Germ.* c. 5. Numerus argenteorum facilior usui est promiscua, et vilia mercantibus. *argenteus* valebat primo decem asses, qui fere respondent viginti solidis Venetis: deinde bello Punico secundo, assibus duarum unciarum percussis, valor argentei ad sexdecim asses ascendit. Tandem sub Augusto ad duodecim redactus est. Ejus nota fuere bigæ, et quadrigæ: inde bigati, et quadrigati dicti. V. *Plin.* l. 33. c. 3. ¶ Præterea *argenteus* dicitur, qui argenti colorem refert, *bright as silver, argent.* *Virg. Æn.* 8. v. 655. Argenteus anser. *Plin.* l. 2. c. 25. Fit et candidus cometes argenteo crine. ἀργυροκομήτης. *Id.* l. 16. c. 18. Arbor folio argenteo. *Id.* l. 24. c. 19. Herba flore argenteo. *Id.* l. 37. c. 10. Gemma argentei coloris. *Ovid. Metam.* 3. v. 407. Fons nitidis argenteus undis. ¶ Translate, et joculariter *Plaut. Pseud.* 1. 1. 44. Remittere alicui salutem argenteam. *h. e.* pecuniam. *Id. ibid.* 1. 3. 103. Amica tua facta est argentea. *h. e.* vendita est, argento permutata est. ¶ *Flumen argenteum*, et absolute *Argenteus* est fluvius Galliæ Narbonensis inter Olbiam, et Forum Julii in mare Mediterraneum influens, Gallice *Argens*, ita dictus ab argenteo aquarum colore. *Plin.* l. 3. c. 4. *ad fin.* et *M. Lepidus ad Cicer. Fam.* 10. *ep. pænult.*

ARGENTIEXTEREBRONIDES, *seu divisis vocibus* Argenti exterebronides, vox joculariter composita, et ficta a *Plaut.* *Pers.* 4. 6. 21. significat eum, qui fraude et fallaciis argentum ab aliquo exterebrat, seu elicit, et extorquet. Sunt qui leg. *extenebronides*, h. e. qui pecuniam in arcæ tenebris latere non patitur, sed vel furatur, vel prodige effuseque spargit. *Gevart.* et *Lambin.* Sed non æque placet.

ARGENTIFEX, icis, *a silver-smith*, qui circa argentum elaborat, atque ex eo opera facit. *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 33. hanc vocem affert, innuitque non esse usu receptam: neque enim, ut *aurificem*, sic *argentificem* dici.

ARGENTIFODINA, æ, f. *a silver mine*, fodina argenti, ἀργυρεῖον. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 33. Ubi fodiatur argentum, argentifodina dicitur, non, ubi fodiatur ferrum, ferrifodina. Adde *Vitruv.* l. 7. *Plin.* l. 33. c. 6. ¶ Potest et divisim scribi *argenti fodina.*

ARGENTINUS DEUS, V. *Æsculanus.*

ARGENTORATENSIS, e, adject. ad Argentoratum pertinens, ut Argentoratensis pugna, apud *Ammian. in princip.* lib. 17. Argentoratenses campi, apud *Aur. Vict. in Epitom.* cap. 42. Est autem Argentoratum (quam *Argentoratus* fem. gen. appellat *Ammian.* l. 15. c. 11. (*al.* 27.)) urbs Germanicæ, caput Alsatiæ, ad Rhenum, quæ ab Italis *Argentina*, a Germanis *Strasburg* dicitur, ita appellata ab argenti collectione a Romanis ibi facta, et censu celebrato.

ARGENTOSUS, a, um, *mixed with silver*, ἀργυρώδης, argentum admixtum habens. *Plin.* l. 33. c. 5. Ita ferruminatur aurum, quod argentosum vocant.

ARGENTUM, i, n. *silver*, ἀργύριον, metallum post aurum pretiosissimum, candidissimi coloris. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 52. Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. *Plin.* l. 33. c. 6. Argenti vena. V. ibi plura de argento, quod invenisse primum Erichthonium Atheniensem, scribit l. 7. c. 56. ut alii volunt Æacum: *Cassiodor.* vero lib. 4. variar. epist. 34. Indum Scythiæ Regem primo reperisse tradit. *Plin.* l. 37. c. 4. Argenti pallor. *Id. ibid.* c. 10. Argenti nitor. *Id.* l. 16. c. 36. Tibias ex argento facere. *Virg.* 9. *Æn.* v. 263. et 5. *Æn.* v. 267. Pocula perfecta argento. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 21. Argentum cælatum. *h. e.* signa, et alia cælata ex argento. *Id.* 1. *Divin.* c. 36. Cælare aliquid argento. *Id. Verr.* 7. c. 25. Argentum factum. *h. e.* vasa, et alia instrumenta ex argento, *silver-plate.* (quod *Valerian. Imp.* dixit, apud *Trebell. Poll. in Claud.* c. 14. argentum in opere.) et *ibid.* argentum signatum. *h. e* pecunia argentea. *Liv.* l. 37. c. 46. Argentum infectum. *h. e.* in massis, non elaboratum. *Senec. de tranquill. animi*, cap. 1. Argentum grave. V. *Gravis.* *Juvenal.* sat. 9. v. 141. Argentum purum. *h. e.* non cælatum. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 95. Nummus argenti. *Terent. Phorm.* 5. 3. 6. Ta-

lentum argenti *Plaut. Pers.* 4. 6. 1. Argenti probati minæ. *of standard silver. Gell.* l. 6. c. 5. Argentum purum putum. *h. e.* purgatissimum. ¶ *Argentum vivum* est genus quoddam metalli liquidi, colore quidem argento similis, fluida vero natura aquæ. Ejus duplex est genus, alterum nativum, seu fossicium, alterum factitium, quod ex minio excoquitur, et hydrargyrus vocatur. *quicksilver. Plin.* l. 33. c. 6. Est et lapis in his venis (*argenti*) cujus vomica liquoris æterni argentum vivum appellatur, venenum rerum omnium. Exest ac perrumpit vasa, permanans tabe dira. Omnia ei innatant, præter aurum. id unum ad se trahit, &c. Hactenus *Plin.* Vocatur autem *argentum*, quia colorem argenti habet, ut dictum est; *vivum*, quia mobilissimum est, nec unquam consistit. ¶ Sæpe argentum sumitur pro opere aliquo argenteo, ut sunt vasa cujuscumque generis, aliaque instrumenta, quibus utimur ex argento facta, *silver-plate. Horat.* l. 2. *ep. ult.* v. 180. Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla, tabellas, Argentum, vestes Getulo murice tinctas Sunt qui non habeant. *Cic. Tuscul.* 5. c. 51. Argentum plenum artis. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 29. Tu argentum eluito. *Plin.* l. 3. ep. 1. Apponere cœnam in argento puro. *h. e.* in vasis argenteis non cælatis. *Ulpian. Dig.* 34. tit. 2. leg. 20. Argentum escarium. *a service of silver-plate. Pompon. ibid.* leg. 22. potorium. *Scævola ibid. leg. ult.* viatorium. *a service of plate for travelling.* et *ibid.* balneare. ¶ Inter officia domus Augustæ enumeratur *servus ab argento*, vel *ad argentum*, ut legitur in *Inscriptionib.* apud *Gruter.* pag. 582. n. 6. et 9. et pag. 578. n. 5. et significat eum, qui argenteæ supellectilis curam habet, *a butler.* ¶ Sæpissime sumitur pro pecunia, *money, coin.* itemque universim pro divitiis, *riches, wealth.* Ideo autem Latini *argentum* sæpius quam aurum, pro pecunia, et divitiis sumunt, quia prius argentum, quam aurum habuere, ut *Plin.* l. 33. c. 3. docet, et mos fuit, ut populus Romanus victis gentibus in tributo semper argentum imperitaret, non aurum. Latinos imitantur Galli: Itali vero aurum eo sensu usurpant. *Terent. Phorm.* 3. 3. 24. Quantum opus est tibi argenti? loquere. *Phædr.* solæ triginta minæ. *Id. Adelph.* 5. 9. 20. Argentum sumere ab aliquo. *Id. ibid.* 4. 4. 18. solvere. *Id. ibid.* 3. 4. 43. numerare. *Id. Phorm.* 4. 4. 1. Emungere aliquem argento. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 23. Quem tenet argenti sitis importuna, famesque. *Sallust.* apud *Senec.* epist. 114. Exercitum argento facere. *h. e.* pecunia parare.

ARGESTES, is, m. *the North-west wind*, Ἀργέστης, Gall. *Nord Ouest*, ventus spirans ab Occidente solstitiali inter Septentrionem, et Circium, seu inter Thrasciam, et Zephyrum, recta contra Eurum. Latine *Corus* dicitur; Græce autem ἀργέστης, quia ἀργέστης etiam velocem significat. *Plin.* l. 2. c. 47. ¶ *Senec.* l. 5. *quæst. natur.* c. 16. distinguit inter Corum, et Argestem, quia, inquit, Cori violenta vis est, et in unum partem rapax; Argestes fere mollis est, et tam euntibus communis, quam redeuntibus. Hæc *Senec.* scribit contra *Plin. loc. cit.* et *Aristot.* l. 2. *Meteor.* c. 6. qui asserunt Caurum, et Argestem unum eundemque ventum esse, et violentum, ac sternacem spirare. ¶ In fabulis Argestes dicitur Auroræ filius. *Serv. ad Æn.* 1. v. 136. *ex Hesiodo.*

ARGĒUS, a, um, adject. *Grœcian*, Ἀργεῖος, idem ac Argivus, hoc est Græcus. *Horat.* l. 2. od. 6. v. 5. Tibur Argeo positum colono. *h. e.* conditum a Tiburto, qui una cum duobus fratribus Catillo, et Cora e Græcia in illa Latii loca venerat, ut *Serv. ad Æn.* 7. v. 670. docet. Adde *Plin.* l. 16. c. 44. Sic *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 6. v. 46. Tibur Argeum.

ARGI, V. *Argos.*

ARGĪA, æ, f. Ἀργείη, Adrasti Argivorum Regis filia, Polynicis uxor, cujus in pugna interfecti cadaver, contra edictum Creontis Thebanorum Regis, cum sepelisset, ab eodem Creonte interfecta fuit: quam postea Theseus, illato Creonti bello, eoque interfecto ultus est. *Stat. Theb.* 2. v. 266. infaustos donante marito Ornatus Argia geris, dirumque monile. V. etiam *Theb.* 12.

ARGILETĀNUS, a, um, adject. ad Argiletum pertinens. *Martial.* l. 1. epigr. 4. *ad librum suum.* Argiletanas mavis habitare tabernas, Cum tibi, parve liber, scrinia nostra vocent. ¶ *Argiletana porta* dicta est a quodam Argillo. V. in fine vocis sequent. ¶ *Argiletanum ædificium*, quod est in Argileto situm. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 14. *sub fin.*

ARGILĒTUM, i, n. locus in Urbe in regione undecima, in principio vici Thusci, sub Cæliolo, inter Circum Max. et Aventinum, ubi quondam nemus fuit, postea plurimæ bibliopolarum, sutorum, aliorumque opificum meritoriæ tabernæ. Dictum est, ut ait *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. *ad fin.* vel ab *argilla*, quod argillosa ea terra fuerit (Veteres *argila* scribebant. neque enim geminabant consonantes) vel, quod pluribus placet, a quodam Argo ibi occiso, et sepulto. Sed quis iste fuerit Argus, non conveniunt. Quidam dicunt fuisse hospitem Evandri, qui cum ipsi mortem machinaretur, ab ejus sociis, vel ab ipso Evandro, auxiliante sibi Hercule, re cognita, interfectus sit. Hinc *Virg. Æn.* 8. v. 345. Nec non et sacri monstrat (*Evander*) nemus Argileti, Testaturque locum, et letum docet hospitis Argi. Alii scribunt fuisse filium Danaes et Phinei, venisse in Italiam cum fratre Argeo, et ibi fuisse occisum per insidias ab Aboriginibus. Alii fuisse filium cujusdam haruspicis Tusci, ab ipso patre interfectum, quod arcanum quoddam ejus responsum Romanis revelasset. Alii denique putant, appellatum esse *Argiletum* a quodam Argillo Senatore, qui quod suasisset in Senatu post Cannensem pugnam, ut pacem a Pœnis postularent, acriter carptus sit, domo ejus solo æquata, et loco Argileto dicto. *Serv. ad loc. Virg. cit.* ubi addit, Argiletanam portam (quæ qualis fuerit alio nomine, non constat) putare quosdam denominatam esse a Cassio Argillo, qui eam vel fecerit, vel refecerit. ¶ Argileti meminit etiam *Cic. Attic.* l. 12. ep. 32. ¶ Per tmesim divisit bis *Martial.* l. 1. epigr. 118. Argi nempe soles subire letum. et l. 2. epigr. 18. Argique letum multus obsidet sutor.

ARGILLA, æ, f. *white clay, potters' earth, argil*, ἄργιλος, et ἄργιλλος, terra cretosa, et tenax, qua figuli utuntur ad vasa facienda. *Cic. in Pison.* c. 25. Quid cessat hic homulus ex argilla, et luto fictus Epicureus? *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 43. Glandes ferventes ex argilla fusili fundis jacere in casas. *h. e.* testas glandibus similes ex argilla fusili, qualis est, ex qua statuæ fictiles fiunt. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 8. Argilla uda. Adde *Colum.* l. 3. c. 11. *ad fin.*

ARGILLACĔUS, a, um, *clayey, partaking of the nature of argil, consisting of argil, argillaceous*, ἀργιλώδης, qui ex argilla est, aut qui tenax est in modum argillæ. *Plin.* l. 17. c. 7. Est enim alba terra, argillacea, tofacea, arenacea.

ARGILLŌSUS, a, um, *abounding in argil, argillous*, ἀργιλώδης, argilla abundans. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 9. Terra argillosa, aut lapidosa. *Colum. de arborib.* c. 17. Colles sicci, et argillosi. Adde *Plin.* l. 31. c. 3.

ARGIPHONTES, is, m. Ἀργειφόντης, hoc est occisor Argi: a φένω, occido: est epithetum Mercurii, qui jussu Jovis occidit Argum pluribus oculis ante, et retro instructum, appositumque a Junone custodem Io in vaccam versæ. *Arnob.* l. 6. pag. 209. Mercurius pinnatus, Argiphontes. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 19. docet, Mercurium nihil aliud esse, quam Solem, et dici occidisse Argum, quia adventu Solis stellæ evanescunt, quæ sunt veluti tot cæli oculi. V. *Argus.*

ARGĪTIS, is, f. *a kind of vine bearing white grapes*, genus vitis albam ferentis uvam (ab ἀργὸς, albus) vastam materiam, et breve, latumque folium mittens, cujus fructum nisi mature colligas, ad terram decidit, et putrescit. *Isidor.* l. 17. c. 5. et *Columell.* l. 3. *R. R.* c. 2.

ARGĪVUS, a, um, *Argive*, Ἀργεῖος, ad Argos pertinens. *Cic. de clar. Orat.* c. 13. Quis enim aut Argivum oratorem, aut Corinthium, aut Thebanum scit fuisse temporibus illis? *Horat.* l. 3. od. 16. v. 11. Augur Argivus. *h. e.* Amphiaraus. ¶ Sumitur et universim pro Græco, *Grœcian. Virg.* 2. *Æn.* v. 254. Argiva phalanx. *Id.* 11. *Æn.* v. 242. Argiva castra. *Id. Æn* 2. v. 393. Argivus ensis. *Id. Æn.* 3. v. 547. Juno Argiva. *h. e.* quæ Græcis favebat. ¶ *Argivi, orum*, sunt ipsi Græci. *Valer. Max.* l. 5. c. 1. *extern.* n. 4. Cum Argivorum invasisset urbem. *Virg.* 1. *Æn.* v. 40. Classis Argivum. *pro* Argivorum. Adde 5. *Æn.* v. 672.

ARGO, us, f. tertiæ declin. *the ship Argo*, Ἀργὼ, prima navis fuisse dicitur, qua Jason una cum flore juventutis Græcæ in Colchidem navigavit, vellusque aureum a Medea adjutus in Græciam reportavit. Volunt autem appellatam ab Argo architecto, de quo *Valer. Flacc.* l. 1. v. 93. ad charum Tritonia devolat Argum, Moliri hanc puppim jubet, et demittere ferro Robora. Alii apud *Serv. ad Ecl.* 4. v. 34. a velocitate dictam putant, quod ἀργὸς significet velocem, celerem. Alii ab Argivis, qui in ea vecti fuerunt. Alii denique a longitudine derivant ejus etymologiam, nempe ab Hebr. אֶרֶךְ longitudo, vel a Syriaco ܐܪܟܐ longus, quia scribit *Plin.* l. 7. c. 56. primum Danaum nave in Græciam ex Ægypto advenisse; sed nave longa primum Jasonem: quamvis Poetæ hunc omnino asserunt omnium primum intrasse maria, eamque gloriam uni navi Argo tribuunt. ¶ In genitivo habet *Argus* Græca positione τοῦ Ἀργόος, οῦς: in ceteris casibus *Argo*; et hoc item Græce. *Virg. Ecl.* 4. v. 34. Aliter erit tum Tiphys, et altera, quæ vehat Argo Delectos heroas. *Propert.* l. 2. eleg. 20. v. 39. cum rudis Argus Dux erat ignoto missa columba mari. *Varr.* apud *Charis.* l. 1. pag. 94. *Putsch.* Argo citiremem. ¶ A Minerva post peractam navigationem in cælum translata est, quod sua ope, et consilio facta fuerat, et quod prima omnium percurrisset pelagus: est autem sidus constans secundum *Hygin.* fab. 14. stellis tredecim, secundum alios quadraginta quinque, aut sexaginta tribus. Sita est in parte Australi post tropicum Capricorni, puppi prope Centaurum, prora tangens terga Canis majoris. *Cic. in Arat.* v. 126. At canis ad caudam serpens prælabitur Argo. *Colum.* l. 11. *R. R.* c. 2. Decimo Cal. Octobr. Argo navis occidit: tempestatem significat, interdum pluviam.

ARGOLĪCUS, a, um. *Argive, Argolic, Grœcian*, idem quod Argivus, vel Græcus, Ἀργολικός. *Plin.* l. 4. c. 5. *ad fin.* Argolicus sinus. [† hod.] *the Gulph of Napoli. Virg.* 5. *Æn.* v. 52. Argolicum mare. *Id.* 3. *Æn.* v. 283. Urbes Argolicæ. *Id. Æn.* 9. v. 202. Argolicus terror. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1932. Argolicus leo. *h. e.* quem juxta Cleonas in Nemæa silva Argolidis Hercules confecit.

ARGŎLIS, idis, f. Ἄργεια, Ἀργολὶς, regio Peloponnesi, in qua urbs Argi, et Mycene, &c. ad plagam Orientalem, ubi sinus Argolicus, Achaiæ, et Arcadiæ contermina. *Plin.* l. 4. *in prooem.* et *Pompon. Mela*, l. 2. c. 3. ¶ Est etiam adject. fem. et significat Argivam. *Ovid. Metam.* 9. v. 276. Argolis Alcmene. *Id. de remed. Amor.* v. 535. Argolides puppes.

ARGONAUTÆ, arum, m. *the Argonauts*, Ἀργοναῦται, heroes illi, qui cum Jasone Argo navem conscenderunt, et Colchos profecti sunt, numero amplius quinquaginta, quorum nomina recensent *Valer. Flacc.* l. 1. v. 353. et *Hygin.* fab. 14. Horum præcipui fuere Castor, et Pollux, Telamon, Orpheus, Hercules, et Hylas puer: cognominati a navi, qua navigaverunt. nam Ἀργὼ est Argo, ναύτης, nauta. *Plin.* l. 36. c. 15. Argonautæ eo pro ancora usi. ¶ Argonautarum porticus Romæ fuit in Septis, in qua picti erant Argonautæ, cujus meminit *Martial.* l. 3. epigr. 20. ¶ Ludit in hac voce idem *Martial.* ad Græca verba respiciens, quibus ἀργοναύτης etiam pigrum nautam significat, ab ἀργὸς, ignavus, piger. Itaque sic claudit epigramma de pigris nautis l. 3. epigr. 67. At vos tam placidas vagi per undas Tota luditis ocium carina. Non nautas puto vos, sed Argonautas.

ARGONAUTĬCA, orum, n. τὰ Ἀργοναυτικὰ, scripta eorum, qui Argonautarum expeditionem litteris tradiderunt. Ita inscribitur poema *Valerii Flacci* de Argonautis, quod hodieque exstat, sed mutilum. Nam morte præventus absolvere non potuit.

ARGOS, n. *et in plur. num.* Argi, orum, m. [† nunc] *Argo*, τὸ Ἄργος, urbs celeberrima Peloponnesi, caput Argiæ, seu Argolidis, non procul a Mycenis: cognominata ab Argo Rege. Dicta est etiam *Argos Hippium*, ab ἵππος, equus, quia ejus ager pascua equis aptissima habuit: item *Argos Dipsion*, hoc est siticulosum, a δίψος, sitis, quia olim aquarum penuria laboravit, cui tamen postea effossis quamplurimis puteis subventum est. *Plin.* l. 4. c. 5. et l. 7. c. 56. ¶ In ea Juno præcipua religione culta fuit, cujus signum palmite redimitum fingebatur, subjecto pedibus corio leonino, &c. *Tertull. de coron. milit.* c. 7. ¶ Hujus nominis declinatio in singulari numero Græca est, in plurali Latina. Latini autem in singulari solummodo rectum, quartumque casum usurparunt. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 9. Aptum dicit equis Argos, ditesque Mycenas. *Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 34. Securumque quies alta per Argos erat. *Virg.* 7. *Æn.* v. 286. Inachiis se se referebat ab Argis. ¶ Sunt aliæ hujus nominis urbes, ut Argos Amphilochium in Epiro, quæ nunc *Anfiloca*, Argos Pelasgicum in Thessalia, nunc *Armiro*, item aliud Argos Hippium in Italia in regione Apuliæ Dauniæ, condita a Diomede, et postea *Arpi* appellata: item aliæ, de quibus V. Geographos. ¶ Interdum sumitur pro tota Græcia. *Lucan.* l. 10. v. 60. quantum impulit Argos, Iliacasque domos facie Spartana nocenti.

ARGŌUS, a, um, Ἀργῷος, ad Argo navem pertinens. *Horat. Epod.* 16. v. 57. Non huc Argoo contendit remige pinus. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 116. Magnanimos Minyas, Argoaque vela canentem. *Id.* l. 7. v. 573. Argoa ratis. *Id.* l. 8. v. 294. Argoi cornua mali. *Id.* l. 5. v. 436. Texitur Argoa pinus Pagasea securi. *h. e.* quam adhibuit Argus, qui Argo navem fecit. *Propert.* l. 3. eleg. 21. v. 13. Argoa columba. *h. e.* qua duce Argonautæ navem inter Symplegadas direxere.

ARGUMENTĀLIS, le, adject. *argumental. Ascon. in Divinat. Verr.* c. 1. Narrationem in exordio multi admirantur, ac reprehendunt, sed non recte. Est enim argumentalis narratio ad priorem divisionem. *h. e.* quæ continet argumenta, et probationes prioris divisionis.

ARGUMENTALĬTER, adverb. per argumenta, et probationes. Usus est *Aggen. Urbic. commentar. in Frontin.* pag. 604. *Goes.* sed non est imitandus.

ARGUMENTATĬO, onis, f. *argument, matter of debate; argumentation, reasoning*, ἐπιχείρημα, συλλογισμὸς, probatio rei alicujus per argumenta. Duo autem significat, ut *Cic.* docet l. 1. *de Invent.* c. 40. *in fi.* primo ipsum argumentum, seu inventum aliquam in rem probabile, aut necessarium: deinde ejus inventi artificiosam explicationem, et expolitionem, quæ fit pluribus verbis, et amplificatione. ¶ Sæpius tamen in secunda significatione adhibetur. *Quintil.* l. 4. c. 2. Num expositio hæc longior esse debeat, et paulo verbosior præparatione, et quibusdam argumentis: argumentis dico, non argumentatione. *Cic. in Partit.* c. 13. Argumentatio est explicatio argumenti. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 35. Etiamne in tam perspicuis rebus argumentatio quærenda est, aut conjectura capienda? *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 32. Concludere argumentationem. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 4. Perspicuitas argumentatione elevatur. *Id.* 5. *de Fin.* c. 4. Probabilis argumentatio.

ARGUMENTĀTOR, oris, m. *an arguer, disputer, controvertist*, συλλογιστὴς, qui argumentis utitur. *Tertull. de anim.* c. 38. Auferenda est enim argumentatoris occasio. *Id. de carne Christi, c. pænult.* Multiformes argumentatores.

ARGUMENTĀTRIX, icis, f. *a female arguer or dis-*

rator, quæ utitur argumentis. *Tertull. de Spectac.* c. 2. Sapiens argumentatrix sibi videtur ignorantia humana.

ARGUMENTATUS, a, um, particip. ab argumentor. *Cic. de clar. Orat.* c. 80. Cum essem argumentatus quantum res ferebat. ¶ Passiva significatione, *argued, debated, proved,* πεπεισμένος. *Invest.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 792. *Putsch.* Omnia argumentata nomina. *Aufustium* hunc veterem Scriptorem citat etiam *Festus* in *Genium.*

ARGUMENTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to argue, prove by argument,* ἐπιχειρεῖν, συλλογίζομαι, argumentis utor ad aliquid probandum, et ipsa argumenta latius explico. V. *Argumentatio.* Cic. 3. *de nat. Deor.* c. 4. Neque ego in causis, si quid est evidens, de quo inter omnes conveniat, argumentari soleo. *Id. pro Dom.* c. 9. Cum etiam es argumentatus amoris hoc esse signum. *Id. Verr.* 3. c. 57. Quid argumentamur, quo pecunia pervenerit? fecit ipse indicium. *Id. Attic.* l. 3. ep. 12. Tu quidem sedulo argumentaris, quid sit sperandum. *Liv.* l. 39. c. 36. *in fi.* Nec, jure an injuria cæsi sint, argumentari refert. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 44. Argumentari de voluntate alicujus. *h. e.* argumentis, vel conjecturis voluntatem alicujus ostendere. *Colum.* l. 3. *R. R.* c. 10. Argumentari in aliqua re. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 35. Argumentari, et conjectura prosequi. ¶ *Argumentari aliquid* est aliquid pro argumento, et probatione afferre. *Cic. pro Cluent.* c. 24. Atque ego illa non argumentabor, quæ sunt gravia vehementer, eum corrupisse, qui in periculo fuerit, eum, qui metuerit, eum, qui &c. *Liv.* l. 33. c. 28. Argumentari multa probabiliter.

ARGUMENTŌSUS, a, um, adject. *Quintil.* l. 5. c. 10. docet, *argumentosum opus* dici, quod est numerosum, hoc est copiosum, multi ingenii, multæque operæ, ac molis, et in quo perficiendo scriptor, vel artifex multum insudaverit. *elaborately wrought, artfully worked up.* *Sidon.* l. 9. ep. 9. Scripseras gravia mature, profunda sollicite, dubia constanter, argumentosa disputatorie. ¶ Quædam veteres editiones tribuunt et *Livio* lib. 7. c. 2. reliquæ omnes, et MSS. abdicant.

ARGUMENTUM, ti, n. *an argument, reason, proof,* ἐπιχείρημα, ratio certa, vel probabilis, indicium rei alicujus præstans, qua colligitur aliud per aliud, et id quod est dubium, per id, quod dubium non est, confirmatur, ut *Quintil.* l. 5. c. 10. loquitur: vel ut brevius definit *Cic. in Top.* c. 2. est ratio, quæ rei dubiæ facit fidem. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 4. Multis argumentis, deos esse, docere voluisti. *Et paulo post.* Affers omnia argumenta, cur dii sint. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 36. Premere argumentum etiam atque etiam. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 6. Adstringere breviter argumenta. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 19. Refellere aliquid argumentis. *Id. de clar. Orat.* c. 78. Argumenta firma ad probandum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 40. Ducere argumenta ex conjunctis. *Quintil.* l. 2. c. 17. Solvere argumenta. *Plaut. Rud.* 3. 3. 84. Quo argumento socius non sum, et fur sum, fac dum ex te sciam. *for what reason.* ¶ Sumitur sæpe pro signo, indicio, conjectura, *a sign, token, mark, evidence, presumption, conjecture.* *Cic. Catil.* 3. c. 5. *in fi.* Cum illa certissima sunt visa argumenta, atque indicia sceleris, tabellæ, signa, manus, denique uniuscujusque confessio; tum multo illa certiora, color, oculi, vultus, taciturnitas. *Id. Verr.* 2. c. 6. Quæ res pertenui nobis argumento, indicioque patefacta est. *Id. pro Cœl.* c. 29. Scire cupio, quid habeat argumenti ista manumissio. *Id. Verr.* 7. c. 19. Si argumento est, Mamertinos pecunias tibi non dedisse, quia scriptum non habent; sit argumento, tibi gratis constare navem, quia, &c. *Id.* 2. *Phil.* c. 16. Quod autem idem mœstitiam meam reprehendit, idem jocum, magno argumento est, me in utroque fuisse moderatum. *Plin.* l. 12. c. 15. Unguentarii myrrham digerunt haud difficulter, odoris, atque pinguedinis argumentis. *h. e.* ex signis odoris, aut pinguedinis diversa myrrhæ genera distinguunt. *Id.* l. 2. c. 42. Argumento haud dubio conjectari. *Id.* l. 15. c. 3. Argumentum est, quod nisi ante Favonium collectæ, novas vires resumunt. *the sign or mark to judge by is, that,* &c. *Id. ibid. c. ult.* In argumentum, quoniam ibi libertatem publicam meruisset. *in proof of having there merited,* &c. *Id.* l. 10. c. 36. Mares negantur anno diutius durare, argumento, quia nulla appareat nigritudo in rostro. *Petron. in Satyr.* c. 137. Amoris est hoc argumentum, non malignitatis. ¶ Item pro ratione, signo, causa. *a cause, occasion.* *Plin* l. 22. c. 15. Ex argumento nomen accepit scorpio herba. Semen enim habet ad similitudinem caudæ scorpionis. *Id.* l. 2. c. 4. Cælum quidem haud dubie cælati argumento dicimus. *h. e.* quia est sideribus distinctum, et veluti cælatum. *Id.* l. 3. c. 8. Ab hoc dehiscendi argumento Rhegium Græci nomen dedere oppido. *Id. ibid.* c. 16. *in fi.* Padum Ligurum lingua Bodincum vocari, quod significet fundo carentem: cui argumento adest oppidum vetusto nomine Bodincomagum. ¶ Præterea accipitur pro materia omni destinata ad scribendum, et de qua in aliquo opere tractatur, *matter treated upon; an argument, theme, or subject, to speak or write of,* ὑπόθεσις. *Quintil.* l. 2. c. 4. tres enumerat narrationum species: fabulam, argumentum, historiam. Argumentum autem esse dicit, quod falsum, sed vero simile comœdiæ fingunt. *Id.* l. 5. c. 10. Et fabulæ ad actus scenarum compositæ argumenta dicuntur; et orationum Ciceronis thema velut exponens Pedianus, *Argumentum,* inquit, *tale est.* Et ipse Cicero ad Brutum ita scribit (*in fragment.* apud *Quintil.* l. 5. c. 10.) Veritus fortasse, ne nos in Catonem nostrum transferamus illinc mali quid; etsi argumentum simile non erat. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 15. Dare alicui argumentum epistolæ. *Id. ibid.* l. 9. ep. 10. Scribere aliquid nullo argumento proposito. *Id. pro Cœl.* c. 3. Quis est, qui isti ætati non possit, quam velit petulanter, etiam si sine ulla suspicione, at non sine argumento, maledicere? *yet not without having something to say.* *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 20. Tragici Poetæ cum explicare argumenti exitum non possunt, confugiunt ad deum. ¶ Item pro operibus artefactis, in quibus fabula, aut historia aliqua insculpta, aut depicta sit. *the device or subject of a picture.* *Virg.* 7. *Æn.* v. 791. At levem clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat, jam setis obsita, jam bos; Argumentum ingens. *Cic. Verr.* 6. c. 56. Ex ebore diligentissime perfecta argumenta erant in valvis: ea detrahenda curavit omnia. ¶ Pro documento poni putant quidam in illo *Ennii* apud *Gell.* l. 2. c. 29. *in fi.* Hoc tibi erit argumentum semper in promptu situm, Ne quid exspectes amicos, &c. Sed *argumentum* hoc loco nihil est aliud quam fabula, seu fabulæ materia: quo sensu usurpavit *Cic.* modo allatus l. 1. *de nat. Deor.* c. 20. cui adde *Phædr.* l. 4. fab. 10. et 15. et l. 5. fab. 3. ubi *argumentum* idem omnino est ac fabula. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 8. Argumentum est ficta res, quæ tamen fieri potuit, ut argumenta Comœdiarum. ¶ Argumentum, qua indicium, vel causam significat, differt a ratione, seu ratiocinatione. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 53. Argumentum ratio ipsa confirmat, quæ simul atque emissa est, adhærescit. *h. e.* inventum probabile ad persuadendum confirmat ratiocinatio. *Id.* l. 2. *de divin.* c. 11. Argumentis et rationibus docere aliquid. *Id.* 4. *Verr.* c. 47. Quid tandem habuit argumenti, aut rationis res, quamobrem, &c? [¶ Argumentum est etiam id quod Galli vocant *armes parlantes,* et *Manni dei Sigilli antichi* Tom. 23. pag. 18. *delle Befane, arme parlante.* *Plin.* l. 36. c. 5. sect. 14. Nec Sauron, atque Batrachum obliterari convenit, qui fecere templa Octaviæ porticibus inclusa. Negata inscriptione, hoc tamen alio loco et modo usurparunt. Sunt certe etiamnum in columnarum spiris inscalpta nominum eorum argumenta, lacerta atque rana. Nempe lacertam Græci σαῦρον, vel σαῦραν, et ranam βάτραχον vocant.]

[* ARGUMĬNOS, i, f. herba, aliter mercurialis. *Apul. de herb.* c. 82.]

ARGŬO, is, ui, utum, a. 3. *to show, demonstrate, make clear or evident, prove,* ἐλέγχω, ostendere, demonstrare, probare, affirmare. *Cic. Parad.* 3. c. 1. Quod autem non licet, id hoc uno tenetur, si arguitur non licere. *Horat. Epod.* 11. v. 9. Amantem et languor, et silentium arguit. *Virg. Æn.* 4. v. 13. Degeneres animos timor arguit. *Liv.* l. 30. c. 23. Speculatores non legatos venisse arguebat. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 65. Cum peribat vidi, non ex auditu arguo. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 6. Laudibus arguitur vini vinosus Homerus. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 3. v. 80. Apparet virtus, arguiturque malis. ¶ Sæpe significat accusare, reprehendere, ostendere aliquem reum esse, *to accuse, impeach, convict,* κατηγορέω. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 41. Servos ipsos neque accuso, neque arguo. *Id. pro Cœl.* c. 1. Arguere aliquem facinoris. *Id. Verr.* 7. c. 18. quempiam aliquo crimine. *Id.* 2. *de Invent.* c. 11. *in fi.* Argui de aliquo crimine. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 18. Occidisse patrem Sex. Roscius arguitur. *Justin.* l. 22. c. 3. Hunc ut dominum et tyrannum, illum ut proditorem arguentes. *Sueton. de illustr. grammat.* c. 22. Arguere solœcismum factum ab adversario. *Id. in Tito,* c. 5. temeritatem alicujus. *Curt.* l. 6. c. 11. mendacium alicujus. ¶ Supinum est *argutum.* Hinc *argutum iri* apud *Fest.* est in discrimen vocari, accusari. Reperitur tamen participium *arguiturus,* tanquam ab *arguitum.* *Sallust. in fragment.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 882. *Putsch.* Quos adversum multi ex Bithynia volentes occurrere, falsum filium arguituri. ¶ *Charis.* l. 3. pag. 221. et *Diomed.* l. 1. pag. 376. docent hoc verbum passive sumptum mutuari præteritum a *convincor:* sed apud antiquos etiam *argutus sum* legi. Hinc. *Plaut. Amph.* 3. 2. 2. Ita me probri, stupri dedecoris a viro argutam meo! *Id. Pseud.* 2. 4. 56. Argutus malorum facinorum. V. *Argutus* in fine

ARGUS, i, m. Ἄργος, nomen proprium Regis Argivorum, filii Apis, a cujus nomine Argivi appellati sunt. Hoc regnante cœpit uti frugibus Græcia, et habere segetes in agricultura, delatis aliunde seminibus. Post obitum Deus haberi cœpit templo; et sacrificiis honoratus est. ¶ Fuit præterea Argus filius Phryxi, qui aurato ariete in Colchidem transvectus est. ¶ Fuit et alius Argus Aristoris filius, πανόπτης a Græcis cognominatus, quod totus oculis constaret, quem poetæ fabulantur a Junone constitutum fuisse custodem Ius Inachi filiæ in bovis speciem conversæ. Hunc postea Mercurius Jovis jussu interfecit, unde ἀργειφόντης cognominatus est. Juno autem oculos ejus avis suæ, hoc est, pavonis caudæ inseruit. Mystice autem Argus est cælum stellarum luce distinctum, quibus inesse quædam species cælestium videtur oculorum. Io terra est, quam Ægyptii bovis imagine in hieroglyphicis litteris exprimebant. Hanc Argus, hoc est, Cælum stellatum nocturno tempore desuper videtur observare. Mercurius Sol est, qui Argum tunc dicitur occidere, cum luminis sui magnitudine stellas omnes obscurat, earumque conspectum mortalibus eripit. V. *Macrob. Saturn.* l. 1. c. 19. Fabulam Argi narrat *Ovid. Metam.* 1. v. 624. ¶ Denique *Argus* dictus est navis illius architectus, quæ ab illo *Argo* appellata est, qua Jason in Colchidem navigavit. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 93. et 314. V. *Argo.* ¶ Adjective *Argus* est Argivus. *Plaut. Amph. prol.* v. 98. Amphitruo natus Argis ex Argo patre. Confirm. *Non.* c. 8. n. 34.

ARGUTATĬO, onis, f. *a creaking,* δυσχέρεια, strepitus. *Catull.* epigr. 6. v. 11. Tremuli quassa lecti argutatio, inambulatioque. *idest* crepitantis lectuli quasi garrulitas.

ARGUTĀTOR, oris, m. *a fallacious reasoner, subtile sophist, sophister,* τεχνικός, argutus sophista, acutulus, et minutus doctor, in disserendo tamen non impiger. *Gell.* l. 17. c. 5. *in fi.* Processisset autem argutatori isti fortassean reprehensio, si &c.

ARGŪTE, adverb. *shrewdly, wittily, acutely, subtly, artfully, ingeniously,* κομψῶς, σοφιστικῶς, στωμύλως, acute, ingeniose, subtiliter, astute. *Cic. pro Cœl.* c. 8. Acute, arguteque respondere. *Id. in Orat.* c. 28. Callide, arguteque dicere. *Id.* l. 2. *de Orat.* c. 4. *in fin.* Argutissime disputare de rebus difficillimis. *Id. de clar. Orat.* c. 14. Acute, arguteque conjicere aliquid. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 132. Argute obrepere. *Arnob.* l. 5. pag. 181. Argutius fingere aliquid. [*Cic. in Brut.* c. 11. Ut aliquid dicere possint argutius.]

ARGUTĬA, æ, f. *acuteness or subtiliy of remark; shrewdness, ingenuity,* στωμυλία, σόφισμα, acumen, inventum acutum, subtile, ingeniosum: tum in bonam, tum in malam partem, et fere in plurali numero. *Cic. de clar. Orat.* c. 45. Hujus orationes tantum argutiarum, tantum urbanitatis habent, ut &c. *Id. in Orat.* c. 31. Argutiæ, et acumen Hyperidis. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 19. Exordiri argutias contra aliquem. *Id. Mostell.* 1. 1. 1. Exi e culina foras, mastigia, qui mihi inter patinas exhibes argutias. *h. e.* dicteria in me jacis: vel malitiosos sermones, et fallacias profers, ut *Non.* cap. 4. num. 14. exponit. ¶ In singulari numero *Gell.* l. 3. c. 1. Importuna atque audax argutia. *Id.* l. 12. c. 2. Levis, et quasi dicax argutia. *Pallad. de insit. in proœm.* Scio, quo inclinet argutia famulorum. Adde *Apulei. init.* lib. 1. ¶ Dicitur etiam de garrulitate soni, seu de subtili vocis varietate. *Plin.* l. 10. c. 29. *luscinia.* Sed eæ tantæ, tamque artifices argutiæ a quindecim diebus paulatim desinunt. ¶ Item de ingeniosis inventis in artefactis: v. gr. in picturis. *Plin.* l. 35. c. 10. *ad fin.* Plurimæ præterea tales argutiæ facetissimi salis. *acute or ingenious contrivances.* *Id.* l. 34. c. 8. *de Lysippo.* Propriæ hujus videntur esse argutiæ operum, custoditæ in minimis quoque rebus. *delicacy, nicety, fineness of execution, exquisiteness, lively expression.* Et lib. 35. c. 10. Parrhasius primus symmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, &c. *h. e.* vim, leporem, gratiam. ¶ *Argutiæ digitorum* sunt celeres digitorum motus adhibiti in gesticulando ad verba magis exprimenda. *Cic. in Orat.* c. 19. Nulla mollitia cervicum, nullæ argutiæ digitorum, non ad numerum articulus cadens. V. in *Argutus* similem ejusdem *Cic.* locum.

ARGUTĬŎLA, æ, f. *a poor conceit, silly reason,* parva, aut brevis argutia, σοφισμάτιον. *Gell.* l. 9. c. 14. *in fi.* Non enim puto argutiolam istam recipiendam, ut *die* dictum quasi *ex die* existimemus. *h. e.* subtiliorem, et acutiorem interpretationem. *Id.* l. 2. c. 7. Argutiola frivola, et inanis. *h. e.* subtilis sententiola. Adde lib. 18. c. 1.

ARGŪTO, as, avi, atum, a. 1. *to prattle, talk busily, be loquacious,* loquaciter proloqui, obstrepere loquendo. *Propert.* l. 1. eleg. 6. v. 7. Illa mihi totis argutat noctibus ignes, Et queritur nullos esse relicta deos.

ARGŪTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to prattle, prate, chatter, talk noisily, be loquacious,* loquacem esse, loquendo obstrepere. *Plaut. in fragment.* apud *Non.* c. 1. n. 340. Superaboque omnes argutando præficas, *Lucil.* apud *eund.* c. 4. n. 14. Agite, fures, mendacia argutamini. *Nævius* ibid. n. 34. Quando ad ludos venit, alii cum tacent, totum diem argutatur, quasi cicada. Adde *Enn. ibid.* et *Petron. in fragment. Tragur.* cap. 46. *Burmann.* ¶ Significat etiam argutias loqui, *to talk pertly; shrewdly,* σοφίζομαι. *Plaut. Amph.* 1. 1. 192. *Me.* Ego tibi istam hodie scelestam comprimam linguam. *So.* haud potes: bene, pudiceque asservatur. *Me.* pergin' argutarier? ¶ Significat etiam subsilire, pedes celeriter movendo: quia *argutus* etiam celerem significat, ut *Servius* ad *Virg. Ecl.* 4. v. 34. docet. *Titinn.* apud *Non.* c. 4. n. 34. Terra hæc est, non aqua, ubi tu solitus argutarier pedibus, cretam dum compescis, vestimentaque eluis. *h. e.* fulloniam facis.

ARGUTŬLE, V. *Acutule.*

ARGUTŬLUS, a, um, adject. *talkative, treating on several subjects,* diminutivum ab argutus. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 18. Ego interea admonitu tuo perfeci sane argutulos libros ad Varronem. *h. e.* qui subtiles, et acutas disputationes de rebus abstrusis continent. significat autem quatuor libros Academicorum. *Apulei.* l. 1. *Metam.* Fotis famula forma scitula, et moribus ludicra, et prorsus argutula. *h. e.* facete loquax.

ARGŪTUS, a, um, adject. *acute, subtile, quick, sharp, ready, ingenious; smart, witty,* ὀξύς, acutus, subtilis, quique

est ingenio celer, et promptus, ut rem aliquam paucis verbis celeriterque arguere, hoc est ostendere, et subjicere oculis valeat. Dicitur tum de personis, tum de rebus. *Cic. de clar. Orat.* c. 17. *de Catone.* Quis illo gravior in laudando? acerbior in vituperando? in sententiis argutior? in docendo, edisserendoque subtilior? Et *in Pison.* c. 29. Poema facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius. *Id.* l. 2. *de Orat.* c. 61. Dicta argutissima. *Id. de optim. gen. Orat.* c. 2. Argutæ sententiæ. *Propert.* l. 1. eleg. 18. v. 26 Argutus dolor. *h. e.* ingeniose simulatus, *pretended, put on, false, counterfeit.* et l. 3. eleg. 19. v. 18. Arguta historia. *curious and entertaining. Horat. de ar. poet.* v. 364. Acumen argutum. ¶ *Arguta exta* dicuntur, quæ sunt ad significandum aptissima. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 12. *in fin.* Sunt enim, qui vel argutissima hæc exta esse dicant. Sic *Propert.* l. 2. eleg. 2. v. 34. Aureus argutum sternuit omen amor (tametsi *Macrobius* pro *argutum* legit *augustum.* V. *Sterno.*) ¶ *Argutæ litteræ* dicuntur, in quibus minute significatur, et ostenditur aliquid, et de re tota diligentissime quis fit certior. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 5. Obvias mihi litteras quam argutissimas de omnibus rebus crebro mittas. Sic *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 1. Quod tibi pollicitus sum, me omnes res urbanas diligentissime tibi perscripturum, data opera paravi, qui sic omnia persequeretur, ut verear, ne tibi nimium arguta hæc sedulitas videatur. ¶ Ad hanc significandi notionem pertinent et illa *Cicer.* l. 3. *de Orat.* c. 59. Manus autem minus arguta, digitis subsequens verba, non exprimens. *h. e.* minus actuosa, et mobilis, ut non singula verba, sed universam sententiam gestu declaret. et l. 1. *de Legib.* c. 9. et *Ovid.* l. 3. *Amor.* eleg. 2. *extr.* et eleg. 3. v. 9. Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur. *eyes that speak; expressive eyes.* et *Virg. Georg.* 3. v. 80. *de notis equi generosi.* illi ardua cervix, Argutumque caput, brevis alvus, &c. *h. e.* ita apte compositum, ut equi generositatem vel primo aspectu satis ostendat. Tales autem solent esse, qui breve caput habent. Unde *Serv.* illud *argutum* interpretatur *breve. Pallad.* etiam l. 4. tit. 13. arguta corpora in puliis equinis eodem sensu dixit. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 72. Arguta solea. *h. e.* bene aptata pedi, ut ejus pulcritudinem ostendat. ¶ Ponitur etiam pro celeriter, et sæpe loquenti, loquaci, verboso, *talkative, noisy, verbose. Plaut. Trucul.* 2. 6. 12. Strenui nimio plus prosunt populo, quam arguti, et cati. Facile sibi facunditatem virtus argutam invenit. Sine virtute argutum civem mihi habeam pro præfica. *Id. Trinum.* 1. 2. 162. Nihil est profecto stultius, neque stolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis, quam urbani assidui cives, quos scurras vocant. ¶ Item pro sonanti, stridulo, canoro. *shrill, piping, noisy, clamorous, loud; creaking, screaking. Propert.* l. 1. eleg. 18. v. 30. Argutæ aves. *Virg.* 1. *Georg.* v. 377. Arguta hirundo. *Martial.* l. 11. epigr. 19. Argutæ cicadæ. *Id.* l. 6. epigr. 89. Arguto pollice petere matellam. *h. e.* crepitante. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 80. Argutum forum. *h. e.* strepitu plenum propter voces, contentionesque litigantium. *Martial.* l. 11. epigr. 22. et *Sil.* l. 17. v. 18. Argutum æs. *Virg.* 1. *Georg.* v. 143. Arguta serra. *Id. in Ciri,* v. 178. Argutæ chordæ. *Id. Ecl.* 7. v. 1. Arguta ilex. *h. e.* quæ vento agitata strepit. Sic *Ecl.* 8. v. 22. Argutum nemus. *Colum.* l. 9. c. 5. *in fi.* Argutæ valles. *resounding, re-echoing. Propert.* l. 1. eleg. 18. v. 26. Arguto dolore queri. *h. e.* clamoso. ¶ Item pro acuto, acri, penetranti. *Plin.* l. 15. c. 3. *in fi.* Odor in tenui argutior, et is tamen etiam in optimo brevis. *Pallad.* l. 3. tit. 25. et l. 4. tit. 10. *de ficu.* Argutus sapor. *sharp, biting.* ¶ Præterea pro vafro, callido, astuto. *crafty, cunning. Horat.* l. 1. ep. 14. v. 42. Calo argutus. *Veget.* l. 3. *de re milit.* c. 6. Fidelissimi, et argutissimi milites. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 56. *Ps.* Ecquid argutus est? *Ch.* malorum facinorum sæpissime. Ludit *Plaut.* in ambiguo. Cum enim interrogatio sit de astuto, et vafro; responsio indicat, accusatum sæpe fuisse, et reprehensum, &c. ¶ *Argutus* participium V. supra in *Arguo.*

ARGY̆NUS, vel Argynnus, i, m. Ἄργυνος, puer Bœotus, filius Leuconis, nepos Athamantis, pronepos Sisyphi, abnepos Æoli. Hunc impense adamavit Agamemnon, exstinctoque in Cephiso amne, in quo natare crebro solebat, solemnem tumulum exstruxit, juxtaque Veneri templum dedicavit, quam ab illo casu appellavit Ἀργυννίδα. Alii dicunt in mari natantem obiisse. Alii Agamemnonem accensum fuisse illius pueri amore, cum in Cephiso nantem vidisset, exstinctumque alio nescio quo mortis genere humasse, &c. *Propert.* l. 3. eleg. 5. v. 51. Sunt Agamemnonias testantia litora curas, Quæ notat Argyni pœna natantis aqua. *Al. leg.* Qua notat Argyni pœna natantis aquas. *Alii* Qua natat Argyni pœna minantis aquæ. *Brouckus.* priorem lectionem præfert. ¶ Varie hujus pueri nomen a Græcis Scriptoribus appellatur. *Stephanus* περὶ πολ. vocat Ἀργεννον: *Plutarch. in opusc. mor.* περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι, dicit Ἀργαῖον. *Athen.* l. 13. c. 8. Ἄργυννον, alii, Ἄργυνον, ut posuimus.

ARGYRANCHE, es, f. *the squinanzy or angina,* ἀργυράγχη, Græca vox ab ἀργύριον, argentum, pecunia, et ἄγχω, strangulo. Legitur apud *Gell.* l. 11. c. 9. V. *Synanche* [†et *Angina*].

ARGYRASPĪDES, um, m. plur. num. ἀργυράσπιδες, milites, qui clypeos argenteis laminis tectos habent: ab ἀργύριον, argentum, et ἀσπὶς, clypeus. *Liv.* l. 37. c. 40. Ab eadem parte regia cohors erat: Argyraspides a genere armorum appellabantur. Adde *Curt.* l. 4. c. 13. et *Justin.* l. 12. c. 7. *a company of soldiers in the Macedonian army, who wore silver shields.* ¶ Legitur et *Argyroaspides* apud *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 50.

ARGYRĪPA, æ, f. oppidum Apuliæ Dauniæ, alio nomine Arpi. *Virg.* 11. *Æn.* v. 245. Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis Condebat. *Servius* docet hoc nomen corruptum esse ab *Argos Hippium,* de quo V. supra in *Argos.*

ARGYRĪTIS, itidis, f. *litharge of silver,* ἀργυρῖτις, hoc est argentea. Ita appellatur genus spumæ ex argento factæ: de qua V. *Plin.* l. 33. c. 6.

ARGYROCORINTHĬUS, a, um, *made of that Corinthian brass which resembled silver,* ἀργυροκορίνθιος, ex illo ære Corinthio factus, quod nitore argento quam proxime accedere, *Plin.* l. 34. c. 2. tradit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 48. n. 1. Sanctissimo Herculi invicto crateram argyrocorinthiam cum basi sua, et hypobasi marmorea, sua pecunia donum dederunt, &c.

ARGYRODĂMAS, antis, m. *a sort of adamant,* ἀργυρόδαμας, lapis adamanti similis, argenteo colore: ita dictus, quasi argenteus adamas. *Plin.* l. 37. c. 10.

[*ARGY̆ROS, i, f. herba, aliter mercurialis. *Apul. de herb.* c. 82.]

ARGYROTOXUS, *bearing a silver bow,* ἀργυρότοξος, argenteum arcum habens: ab ἄργυριον, argentum, et τόξον, arcus: epithetum est Apollinis, qui arcu, et sagittis armatus fingitur, et quia enascens per summum orbis ambitum, velut arcus quidam figuratur alba, et argentea specie: ex quo arcu radii in modum emicant sagittarum: quæ sunt verba *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. [† V. *Arcipotens* et *Arcitenens.*]

ARIADNA, æ, *et Græca terminatione* Ariadne, es, f. Ἀριάδνη, filia Minois Regis Cretæ ex Pasiphae uxore. Thesei amore capta, qui ab Atheniensibus ex fœdere cum Minoe in Cretam Minotauro devorandus missus fuerat, ei arma, et filum dedit, ut labyrinthi vias signaret, et monstro interfecto incolumis evaderet. Victor Theseus cum Ariadna in patriam reversus est. Sed beneficii immemor abductam in Chium, seu Naxon Insulam ibi deseruit. A Baccho in uxorem ducta est. Interea Bacchus in Indiæ expeditionem proficiscitur. Indis victis, inter cæteras captivas duxit in Græciam Regis filiam præstantissima forma. Ariadne igitur etiam a Baccho relicta est. Cum in litore fleret, Bacchus eam in Cælum transtulit, et coronam quandam, quam Venus Ariadnæ fuerat largita, novem gemmis ornatam astris intulit, gemmasque in novem stellas transformavit. Atque hæc est Corona Septentrionalis, vel Gnossia, sita in parte Cæli septentrionali, inter Booten, et Herculem. *Ovid.* l. 3. *de ar. am.* v. 35. Quantum in te, Theseu, volucres Ariadna marinas Pavit, in ignoto sola relicta solo. *Hygin. Poet. Astron.* l. 2. c. 5. Hæc (*corona*) existimatur Ariadnes fuisse, a Libero Patre inter sidera collocata. V. *ibi plura hac de re.*

ARIADNÆUS, a, um, adject. Ἀριαδναῖος, ad Ariadnam pertinens. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 346. Bacchus amat flores, Baccho placuisse coronam, Ex Ariadnæo sidere nosse potes. *Manil.* l. 5. v. 21. Ariadnæa corona.

ARIĀNIS, idis, f. ἀριανὶς, herba ignei coloris, cujus tactu Magi tradunt ligna oleo peruncta accendi. Nascitur apud Arianos Scythicam gentem. *Plin.* l. 24. c. 17.

ARIĀNUS, a, um, *Arian, relating to Arius,* ad *Arium* hæresiarcham pertinens. *Hieronym. advers. Luciferian.* c. 7. Orbis Arianus. ¶ *Ariani, orum,* Arii sectatores. *Hieronym. ibid.* et *Augustin. de Hæresib.* c. 49. ¶ Scribitur et *Arrianus,* sed minus recte.

ARICĬA, æ, f. [† hod.] *l' Ariccia,* Ἀρικία, Col. olim, et Urbs Latii, nunc oppidum Campaniæ Romanæ a Roma 16. M. P. Condita dicitur ab Hippolyto Thesei filio, et a nomine conjugis appellata. Gignit porros miræ magnitudinis, quos *Plin.* l. 19. c. 6. et *Martial.* l. 13. epigr. 19. laudant. Juxta hanc urbem Sylva Aricina fuit, [quæ idem videtur fuisse ac nemus Aricinum, quod memorat *Flor.* l. 1. c. 11.] in qua Ægeria Nympha; item lacus Aricinus, qui et Lacus Triviæ, et Speculum Dianæ, [† nunc] *Lago di Nemi:* item clivus Aricinus, ubi multi stare solebant mendici stipem a prætereuntibus Appia via postulantes: de quo *Martial.* l. 2. epigr. 19. [† *Hor. Sat.* 1. 5. 1. Egressum magna me excepit Aricia Roma Hospitio modico. *Lucan.* 6. 74. Parva Mycenææ quantum sacrata Dianæ Distat ab excelsa, nemoralis Aricia, Roma.] ¶ *Silius* lib. 4. v. 369. Ariciam *immitem* appellat, quia olim ibi Dianæ Taurica sacra fiebant, in quibus humana victima immolabatur.

ARICĪNUS, a, um, adject. ad Ariciam pertinens. *Martial.* l. 10. epigr. 68. Aricina regio. *Juvenal.* sat. 4. v. 117. Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. V. *Aricia.* ¶ *Aricini, orum,* sunt Ariciæ incolæ. *Liv.* l. 2. c. 14.

ARĪDE, adverb. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 27. Non videtis, unus ut parvulus Amor ardifera lampade aride agat amantes æstuantes. *h. e.* urat, crucietque. [*Alii* legunt *arida.*]

ARIDĬTAS, atis, f. *dryness, drought, siccity, aridity,* ξηρασία, siccitas. *Plin.* l. 11. c. 35. Omnem humorem absorbens ariditatem ampliat. *Id.* l. 15. c. 29. Myrtus siccata usque in ariditatem in umbra. ¶ In plur. num. *Arnob.* l. 2. pag. 69. Ad terram decident imbres, ariditatibus temperamenta laturi. ¶ Item ipsa res arida. *Pallad. in Februar.* tit. 21. Rosaria dolabris circumfodiuntur, et ariditas universa reciditur. *Et* tit. 4. Lenticula cum fimi ariditate miscenda est. *Colum.* hoc idem tradens *lib.* 2. c. 10. *circa med.* fimo arido permisceri debet. Simile est illud ejusd. *Pallad. ibid.* tit. 9. *ad fin.* si legatur maturitas cum acerbitate. *h. e.* maturæ uvæ cum acerbis.

ARIDŬLUS, a, um, *a little dry, dryish,* adject. diminutivum ab *Aridus. Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel.* et *Thet.* v. 316. *de Parcis nentibus.* Laneaque aridulis hærebant morsa labellis.

ARĬDUS, a, um, *dry, parched, dried up, thirsty, droughty, arid,* ξηρὸς, humore carens, siccus. *Cic. in Pison.* c. 40. Arida folia laureæ. *Id. de Fato,* cap. 4. Exsiccatus, atque aridus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 79. Aridum solum. *Id.* 3. *Georg.* v. 197. Nubila arida. *Plin.* l. 33. c. 4. Montes aridi, sterilesque. *Horat. Epod.* 17. v. 34. Cinis aridus. *Id.* l. 3. od. 17. v. 13. Lignum aridum. *Plaut. Rud.* 3. 4. 59. Ficis aridis victitare. *Id. ibid.* 2. 7. 16. Vestimenta arida. *Virg. Georg.* 4. v. 98. Aridus et sicco terram spuit ore viator. *h. e.* sitiens. *Id.* 3. *Georg.* v. 458. Arida febris. *h. e.* quæ aridos, et sitientes facit. *Lucret.* l. 3. v. 931. Arida sitis. *Id.* l. 4. v. 872. Aridus calor. ¶ Significat etiam macrum, exilem. *Auct. Priap.* carm. 32. Uvis aridior puella passis. *more lean, slender, slim, thin of shape,* &c. cui opponitur quæ habet *corpus solidum, et succi plenum,* ut est apud *Terent. Eun.* 2. 3. 26. Sic *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 272. Arida crura. *Horat. Epod.* 8. v. 5. Aridæ nates. *Id.* l. 2. od. 11. v. 6. Arida canities. ¶ *Aridum, i,* absolute dicitur de terra sicca, et opponitur mari, aut flumini. *dry-land. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 24. Fluctibus consistendum, et cum hostibus erat pugnandum: cum illi aut ex arido, aut paululum in aquam progressi tela conjicerent. *Id. ibid.* c. 29. Subducere naves in aridum. *on dry ground, ashore.* ¶ Translate *aridus* ponitur pro exiguo, tenui, misero. *poor, meagre, coarse. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 27. Aridus victus. *Id. pro Quint.* c. 30. Vita horrida, atque arida. *Martial.* l. 10. epigr. 75. Sportula arida. *Id. ibid.* epigr. 87. Aridus cliens. *h. e.* pauper. ¶ Item pro præparco, tenaci, avaro. *covetous, hard, near, pinching, greedy, niggardly. Terent. Heaut.* 3. 2. 15. Habet patrem quendam avidum, miserum, atque aridum. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 18. Pumex non æque est aridus, atque hic est senex. ¶ Illa etiam translata sunt. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 38. Genus sermonis affert non liquidum, non fusum, ac profluens, sed exile, aridum, concisum, ac minutum. *poor, mean, jejune. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 11. Aridum, et exsangue genus orationis. *Auct. dialog. de Oratorib.* (quem alii *Quintil.* alii *Tacit.* alii aliis adtribuunt) c. 19. Aridissimi libri. *Quintil.* l. 12. c. 10. Aridus orator. *Id.* l. 2. c. 4. Magister aridus. ¶ Dicitur etiam de sono, et strepitu. *shrill, creaking, screaking. Lucret.* l. 6. v. 118. Aridus unde aures terget sonus. *Virg. Georg.* 1. v. 357. aridus altis Montibus audiri fragor. *Non.* cap. 4. n. 31. interpretatur horrificum, acutum. *Servius* etiam ad *loc. Virg. cit.* exponit nimium. Docet enim aridum sonitum esse, qualis ex aridis arboribus, cum franguntur, fieri solet. omne enim quod aridum est, cum frangi cœperit, nimium sonum efficere. ¶ *Aridum argentum* dixit *Plaut. Rud.* 3. 4. 21. Tu senex, si ista amas, huc arido argento est opus. *Non.* cap. 4. n. 31. interpretatur purum, lucidum. *pure, unsophisticated; bright.* Alii, quod fere eodem recidit, bene excoctum, et sonans. *jingling well.* Alias interpretationes ingeniose comminiscitur *Turneb.* l. 26. c. 2. Al. ita leg. ex conjectura integrum loc. *Plauti:* Uvidas tu senex si istas (*ancillas*) amas, huic arido argento est opus. Et sic apparet cur *arido* dixerit. ¶ *Aridus color* dicitur, qualis est in aridis foliis, *a dead-brown colour, the colour of dead leaves. Plin.* l. 12. c. 26. Arbor folio convoluto, arido colore. ¶ Veteres *ardus* dixere per syncopen. *Lucill.* apud *Non.* c. 2. n. 48. Ardum, miserrimum, atque infelix lignum sambucum vocant.

ARIĒNA, pomi nomen, quo sapientes Indorum vivunt. *Plin.* l. 12. c. 6.

ARĬES, ietis, m. *a ram,* κριὸς, mas ovium, qui integer est, et servatur ad generandam sobolem. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 19. docet, Veteres *ares* pro *aries* dixisse. *Virg. Ecl.* 3. v. 95. ipse aries etiam nunc vellera siccat. ¶ Ab hujus similitudine *aries* dicta est machina bellica ad muros subruendos apta, *an engine, used in battering down walls, with a head and horns like those of a ram; a battering-ram,* eratque prælonga, et prægravis trabs, ferrata altera extremitate, in modum sæpe arietini capitis, quæ multa militum manu, magna vi, repetitisque ictibus in muros impacta, facile quantumvis crassas structuras diruebat. De ejus inventione, et usu lege *Vitruv.* l. 10. c. 19. *Stevvech. ad* lib. 4. *Veget.* c. 14. et *Lips.* l. 3. *Poliorcet.* dial. 1. et lib. 5. dial. 8. ubi variæ arietis formæ, exhibitis figuris describuntur. *Cic.* 1. *Offic.* c. 11. Aries murum percutit. *Virg.* 2. *Æn.* v. 491. labat ariete crebro Janua, et emoti procumbunt cardine postes. *Id.* 12. *Æn.* v. 706. quique imos pulsabant

ariete muros. ¶ Cæsar in descriptione pontis sui super Rhenum effecti, sublicas obliquas adactas tignis rectis pontem sustinentibus, *pro ariete sublicas* dicit, quia scilicet arietis in aliquem irruentis figuram imitari videbantur. Græcus etiam Metaphrastes [illegible] vertit. Alii tamen legunt *pro* [illegible]. ¶ Est etiam *aries* inter marinas belluas, teste *Plin.* l. 9. c. 5. et 44. *a kind of shark.* ¶ Denique *aries* est unum ex duodecim signis Zodiaci, primumque locum in eo occupans, quod cum Sol ingreditur, hiemem depellit, et læto vere animum aperit. *one of the twelve Signs of the Zodiac.* De hoc hujusmodi fabulam narrat *Hygin.* fab. 133. Liber cum in India aquam quæreret, nec inveniret, subito ex arenis aries dicitur exstitisse, quo duce aqua inventa, petiit a Jove, ut eum arietem in astra referret. *Id. Poet. Astron.* l. 2. c. 20. scribit, putari illum arietem qui Phrixum et Hellen per Hellespontum transtulit: qui pelle aurea instructus fuisse dicitur, quæ ei tamen, antequam in Cælum transferretur, detracta fuit, et Colchis reposita. Sunt tamen qui dicunt, non arietem illum fuisse, sed insigne ac nomen navis, qua Phrixus, et Helle navigarunt, ut ex *Tacito* [illegible] c. 31. colligitur. Porro ipsum sidus constat stellis tredecim, positumque est inter Pisces, et Taurum. *Vitruv.* l. 9. c. 5. Sol cum Arietis signum init. *Manil.* l. 2. v. 246. Ut Leo, et Arcitenens, Ariesque in cornua tortus. ¶ Translate *Cic. in Top.* c. 17. Jacere telum, voluntatis est, ferire quem nolueris, fortunæ. Ex quo aries ille subjicitur in vestris actionibus: Si telum manu fugit magis, quam jecit. *h. e.* defensio, qua velut ariete adversarii accusationem evertitis. ¶ Alio sensu *arietem subjicere.* V. in *Subjicio.* ¶ Quod nonnulli afferunt ex *Plauto Pers.* 1. 2. 22. Albo ariete aliena oppugnare bona; *al. leg.* albo rete. V. in *Albus.* ¶ In obliquis casibus a Poetis metri necessitate tertia syllaba producitur, vel cum secunda conjungitur per synæresin, ut prima produci possit. *Stat.* 2. *Theb.* v. 492. Apparet aut celsum crebris arietibus urbis. Adde *Virg.* 2. *Æn. sup. cit.* &c.

ARIETARĬUS, a, um, adject. *relating to a ram, or battering ram,* ad arietem pertinens. *Vitruv.* l. 10. c. 19. Testudo arietaria. *h. e.* qua tegitur machina bellica, aries dicta. *Id. ibid.* Arietaria machina.

ARIETATĬO, onis, f. *the act of butting like a ram, or using the battering-ram; arietation,* κριοκόπησις, actus arietandi, concussio. *Senec.* l. 5. *Quæst. natur.* c. 13. Nonnunquam calor, quem modo Sol fecit, modo ipsa arietatio magnorum inter se corporum conglobationem nubis rumpit.

ARIETĀTUS, a, um, *butted against, battered, rammed or struck against,* ariete percussus, impactus, illisus. *Senec.* ep. 56. Arietata inter se arma. et 3. *de Ira,* c. 4. Arietatos inter se dentes.

ARIETĪNUS, a, um, *of a ram,* ad arietem pertinens. *Plin.* l. 29. c. 4. Arietina ungula. *Id.* l. 30. c. 8. Arietinus pulmo. *Pallad.* l. 4. tit. 3. *de ficu.* Arietina cornua. ¶ *Arietinum cicer* est genus ciceris ita dicti, quia est arietino capiti simile. *Plin.* l. 18. c. 12. *Petron. in Satyr.* c. 35. et *Colum.* l. 2. c. 10. apud quem quidam leg. *arietillum.* [¶ Arietinum oraculum quid vocaverint veteres, intelligi potest ex *Gell.* l. 3. c. 3. Ex Freto, Plauti Comœdia, duos hos versus exscripsimus, ut historiam quæreremus oraculi arietini. Nunc illud est, quod arietinum responsum magnis ludis dicitur: Peribo, si non fecero; si faxo, vapulabo. Videtur autem oraculum seu responsum arietinum dictum fuisse, quemadmodum *ceratinas* dixit *Quintil.* l. 1. c. 10., seu cornutas argumentationes Stoicorum, vel dilemmata, quasi arietes gemino cornu ferientes. Ad ambiguitatem tamen oraculi Jovis Ammonis, cornuti scilicet, respicere etiam posset hujusmodi effatum. Narrat enim *Serv. ad Æn.* l. 4. v. 196. Jovi Ammoni templum et simulacrum cum capite arietino constitutum, quod ideo fingitur, quia satis ejus involuta sunt responsa.]

ARIĔTO, as, avi, atum, a. 1. *to push or butt as a ram, strike or drive against, beat down,* κορύπτω, κριοκοπέω, in aliquem incurro, impingo, percutio. *Senec.* ep. 107. Longam viam ingressus es; et labaris oportet, et arietes, et cadas, et lasseris, et exclames. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 1. Quis est, qui tam proterve nostras ædes arietat? *beats violently at. Accius* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 22. Aries cornibus connititur, et in me arietat. *Virg.* 11. *Æn.* v. 890. Arietare in portas. *Curt.* l. 9. c. 7. Arietare aliquem in terram. *Senec.* l. 2. *de Ira,* c. 3. Acies arietant inter se. *h. e.* cum impetu concurrunt. *Id. de vita beata,* c. 8. Arietare in aliqua re. *h. e.* incidere, incurrere, offendere, *to fall foul on, run or strike against.* (Adde *Plin.* l. 2. c. 79.) *Id. de tranquill.* c. 1. *a med.* Ubi aliquid animum insolitum arietari percussit. *h. e.* turbari, agitari, vexari. ¶ Metri causa *arietat* trisyllabum est per synæresin secundæ, et tertiæ vocalis. *Virg. loc. cit. Sil.* l. 4. v. 149. et *Valer. Flacc.* l. 6. v. 368. V. *Aries.*

ARIFĬCUS, a, um, *drying or parching, drying up,* arefaciens, aridum reddens, exsiccans. *Cæl. Aurel.* l. 4. *Tard.* c. 1. Phlebotomia est arifica carnis, et mollifica corporis. *Quidam leg.* rarifica.

ARILĀTOR, V. *Arrilator.*

ARIMASPI, orum, m. Ἀριμασποί, populi Sarmatiæ Europææ, in Moscovia, ubi nunc Ingria, et Duc. Novogradensis, et Plescoviensis. Unicum in media fronte habere crediti sunt oculum, et cum gryphis auri custodibus continue prœliari. *Plin.* l. 7. c. 2. et *Gell.* l. 9. c. 4. Hoc tamen profecto est fabulosum. Neque enim altero oculo caruisse credendi sunt, sed cum arcu et sagittis excellerint, quas cum dirigerent, alterum, ut fit, oculum claudebant, assiduique in eo studio essent, uno tantum oculo uti dicti sunt. Similis huic est de Centauris fabula, et historia. *Lucan.* l. 7. v. 756. Quodque legit dives summis Arimaspus arenis.

ARIMINENSIS, se, ad Ariminum pertinens. *Horat. Epod* 5. v. 42. Folia Ariminensis. *Plin.* l. 10. c. 21. Ariminensis ager. ¶ *Ariminenses, ium,* sunt Arimini incolæ. *Cic.* 3. *Verr.* c. 14.

ARIMĬNUM, i, n. [† hod.] *Rimini,* Ἀρίμινον, urbs Æmiliæ in ora Maris Adriatici, ad ostia Arimini fluvii, qui nunc dicitur *Marecchia,* et ipsi oppido nomen dedit, teste *Festo.* Conditum est P. Sempronio, et Appio Claudio Coss. deinde ampliatum ab Augusto, et ornatum ponte lapideo miræ structuræ, denique a Liburnis dirutum, a Diocletiano repositum est, qui arcum triumphalem in eo exstruxit. *Plin.* l. 3. c. 15. et *Eutrop.* l. 2. c. 16. et l. 3. c. 8. *Lucan.* l. 1. v. 231. Vicinumque minax invadit Ariminum, ut ignes, &c.

ARINCA, æ, f. Gallicum vocabulum, quo significatur frumenti quoddam genus, quod nunc a Gallis in Delphinatu appellatur *riguet,* (*French barley*) ut ex *Nic. Chorier. Harduinus* docet. *Plin.* l. 18. c. 8. Arinca Galliarum propria, copiosa et Italiæ est. et cap. 10. Ex arinca dulcissimus panis: ipsa spissior quam far, et major spica; eadem et ponderosior, &c. *Id. ibid. et* l. 22. c. 25. docet, Græce *olyran* dici, [† Latine *siliginem.*]

ARIŎLOR, &c. V. *Hariolor.*

ARĪON, et Arīo, ŏnis, m. Ἀρίων, citharœdus nobilis, et Poeta Lyricus ex Methymna Lesbi civitate, qui primus Dithyrambos creditur invenisse. Venit in magnam Græciam, et Tarenti diu habitavit, ubi, et in aliis urbibus, arte sua ingentem pecuniæ vim cumulavit. Cum in patriam rediret, nautæ de eo interficiendo deliberarunt, ut illius opibus potirentur. Arion nonnihil spatii ab iis sibi concedi postulavit, quo veluti cygnus moriturus suas sibi exsequias caneret. Quod cum impetrasset, stans celsa in puppi, carmen Orthium Diis marinis cecinit, eoque peracto, se in mare præcipitem dedit. Statim delphinus accurrit, et exceptum dorso Arionem vexit ad Tænarum Laconiæ promontorium, unde Citharœdus se se ad Periandrum Corinthiorum Tyrannum contulit. Periander immissis navigiis cum militibus nautas comprehendit, qui rem uti gesta erat confessi, gravissimo supplicio sunt affecti. Hoc merito delphinum Jupiter astris recepit, et stellas novem jussit habere, ut narrat *Ovid.* 2. *Fast.* v. 80. et *seq.* Paulo minutius rem edisserunt *Gell.* l. 16. c. 19. ex *Herodoto,* et *Serv.* ad illud *Virg. Ecl.* 8. v. 56. Orpheus in silvis, inter delphinas Arion. *Ovid. loc. cit.* v. 83. Quod mare non novit, quæ nescit Ariona tellus? *Ariona* accusativus est Græcæ positionis pro *Arionem. Gell. loc. cit.* Vetus, et nobilis Ario cantator fidibus fuit. ¶ Est etiam *Arion* nomen equi, quem primum omnium Neptunus, percussa terra tridenti, produxisse fertur, et Adrasto Argivorum Regi donasse, qui a Nereidibus nutritus, et vocalis, et fatidicus fuit. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 553. *Stat.* l. 1. *Silv.* 1. v. 52. et 11. *Theb.* v. 443.

ARIONĬUS, a, um, adject. ad Arionem pertinens. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 93. Nomen Arionium Siculas impleverat urbes. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 326. [et *Propert.* l. 2. el. 26. v. 18.] Arionia lyra.

[* ARIS, idis, f, ἆρίς, herba apud *Plin.* l. 24. c. 16. sect. 94. Est et aris, quæ in Ægypto nascitur, similis aro, minor tantum, minoribusque foliis, et utique radice, quæ tamen olivæ grandis magnitudinem implet.]

ARISTA, æ, f. *the beard of corn, the awn,* ἀθὴρ, extrema spicæ pars, quæ prima arescit, veluti spinis, seu aculeis constans, quibus frumentum ab avium minorum morsu tuetur. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 48. Arista, quæ ut acus tenuis longa eminet e gluma: proinde ut grani theca sit gluma, et apex arista. *Cic. de Senect.* c. 15. Fundit frugem spici ordine structam, et contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 111. Et minus est in te, quam summa pondus arista. *Id.* 4. *Trist.* eleg. 1. v. 57. Æstu numerare aristas. *proverb.* de re impossibili. *Hieronym.* ep. 62. *ad Theophil.* c. 2. Super aristas gradi. *proverb.* de eo, qui gradum non figit, et sententiam certo non statuit: quia qui super aristas graditur, ne ab iis lædatur, pedem minime firmat. ¶ Quandoque accipitur pro spica ipsa, imo pro frumento. *an ear of corn; corn itself. Ovid.* 5. *Fast.* v. 357. maturis albescit messis aristis. *Virg.* 1. *Georg.* v. 8. Liber, et alma Ceres, vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit arista. ¶ Dicitur etiam de spica nardi, ut est apud *Plin.* l. 12. c. 12. *the ears of spikenard.* Hinc *Ovid.* 15. *Metam.* v. 398. casias, et nardi lenis aristas. *Stat.* l. 5. *Silv.* 3. v. 43. odoratas nec Arabs decerpsit aristas. ¶ Per metalepsin ponitur pro æstate, vel anno. *the summer; the year. Virg. Ecl.* 1. v. 70. Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 371. Necdum decimas emensus aristas. ¶ A similitudine dicitur *arista* de pilis corporis, quia cum inhorrescimus, erigi aristarum instar solent. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 6. In corpore pili, ut arista in spica hordei, horrent. *Pers.* sat. 3. v. 115. Alges, cum excussit membris timor albus aristas. *hair erect or standing an end.* ¶ In tabula marmorea apud *Gruter.* pag. 341. arista est nomen equi Circensis, vel a pilis horrentibus, vel a levitate, vel a membrorum tenuitate, aut macritudine. ¶ Pro ossiculis, et spinis piscium, *Auson. in Mosell.* v. 85. Squameus herbosas Capito inter lucet arenas, Viscere præ tenero fartim congestus aristis. *Adde* vers. 119. ¶ Pro herbis aridis inutilibus ac silvestribus. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 365. validas scopulis effodit aristas.

ARISTÆUS, i, m. Ἀρισταῖος, filius Apollinis ex Cyrene filia Pelei fluminis Thessaliæ, in Arcadia diu regnavit, primusque dicitur olivæ, coaguli lactis, mellisque usum homines docuisse. Pastor etiam fuit, et cum Euridicem Nympham, Orphei uxorem vitiare voluisset, et illa fugiens a serpente fuisset occisa, Nympharum iracundia cuncta animalia, et apes amisit: quas reparare ex bubulis visceribus putrefactis, monstrante matre, didicit, ut narrant *Virg.* 4. *Georg.* v. 317. et *Serv. ibid.* Hinc *Ovid.* 4. *ex Pont.* epist. 2. v. 8. Quis mel Aristæo, quis Baccho vina Falerno, Triptolemo fruges, poma det Alcinoo? V. *Noctua.* ubi simile proverb. ¶ *Justin.* l. 13. c. 7. Multa de hoc Aristæo narrat, ab iis quæ dicta sunt, non parum discrepantia.

[† ARISTALTHÆA, æ, f. ἀρισταλθαία, *the herb marshmallows or white mallows, Plin.* 20. 21. V. in *Althæa* et *Hibiscum.*]

ARISTARCHĒUS, a, um, Ἀρισταρχεῖος, ad Aristarchum pertinens. *Aristarchei, orum,* qui Aristarchi more aliorum scripta, et dicta carpunt. *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 34. Relinquitur de casibus, in quo Aristarchei suos intendunt nervos.

ARISTARCHUS, i, m. Ἀρίσταρχος, nomen Grammatici Alexandrini, qui tantum sibi in Homeri poemate permisit, ut versus, quos vellet, velut suppositiitos partus ab Homeri familia submoveret, ut testatur *Cic. Fam.* 3. ep. 11. Hinc *Aristarchos* vocamus alienorum scriptorum censores, et criticos severos, etiam in bonam partem. *Ovid.* 3. *ex Pont. epist. ult.* v. 23. Corrigere at res est tanto magis ardua, quanto Magnus Aristarcho major Homerus erat. *Cic. in Pison.* c. 30. Quoniam te non Aristarchum, sed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed poetam armis persequare. *Id. Attic.* l. 1. ep. 14. Orationes meæ quarum tu Aristarchus es.

ARISTĀTUS, a, um, *having a beard or awn,* aristam habens. *Festus* in *Restibilis.* Restibilis ager dicitur, qui biennio continuo seritur farreo spico id est aristato: quod ne fiat, solent, qui prædia locant, excipere. *Farreo spico* intelligere videtur omne genus seminis, quod aristam habet, ut far, triticum, hordeum, ut vult *Salmas.* quæ genera humorem terræ valde exsugunt, et agrum macrum reddunt. *Plin.* l. 18. c. 10. docet far in Ægypto sine arista nasci.

ARISTĪDA, V. *Holcus.*

ARISTĪDES, is, m. Ἀριστείδης, vir Atheniensis, Lysimachi filius, Themistoclis fere æqualis, ob insignem abstinentiam justus cognominatus. Cum Themistocle certavit de principatu, cujus cum major esset apud cives auctoritas, et potentia in exsilium missus est, sed post sextum annum restitutus, multam Reipublicæ navavit operam domi, belloque: cumque diu publicam pecuniam administrasset, tamen in tanta paupertate decessit, ut qui efferretur, vix reliquerit, ut loquitur *Nepos* in ejus vita. *Id. ibid.* c. 2. Justitia factum est Aristidis, ut &c. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 3. v. 71. Pulsus Aristides patria Lacedæmona fugit. ¶ Alius Aristides Thebanus eximius pictor fuit, Apellis tempore, qui primus omnium animum pinxit, et sensus hominis expressit, item perturbationes, durior paulo in coloribus. *Plin.* l. 35. c. 10. ¶ Alius fuit Milesius, qui *Milesia* scripsit, *h. e.* amatorias quasdam, et lascivas narrationes. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 413. Junxit Aristides Milesia crimina secum: Pulsus Aristides nec tamen urbe sua. et vers. 443. Vertit Aristiden Sisenna: nec obfuit illi Historiæ turpes inseruisse jocos.

ARISTĬFER, a, um, aristas ferens. *Prudent. Cathemer.* 3. v. 51. Fundit opes ager ingenuas, Dives aristiferæ segetis.

ARISTĬGER, a, um, aristifer, ἀθεροφόρος. Vet. lap. apud *Murator.* pag. 30. n. 3. Cereri almæ, frugiferæ, aristigeræ, thesmophoræ, &c.

ARISTIPPĒUS, a, um, ad Aristippum pertinens. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 6. Illud Aristippeum contemnere.

ARISTIPPUS, i, m. Ἀρίστιππος, Philosophus ex Cyrene urbe Libyæ in Africa, vel ex Larissa, ut *Plato* scribit *in Menone.* Posuit summum bonum in voluptate, quæ sensum movet. Fuit princeps, et author Cyrenaicorum, et Anniceriorum. Primus Socraticorum mercede philosophatus est. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 6. Aristippus, qui voluptatem summum bonum dicit. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 18. Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor. ¶ Fuit et alter Aristippus hujus nepos ex filia, *Matrodidactus* dictus, quasi *a matre doctus.* Hic in navigio a tempestate deprehensus timuit, et expalluit, et interrogatus a quodam, quare Phi-

losophus timeret, cum ipse contra nihil timeret, festive respondit, non eandem sibi, et illi causam esse, quoniam is non esset magnopere solicitus pro anima nequissimi nebulonis, ipse pro Aristippi anima timeret. *Gell.* l. 19. c. 1.

ARISTO, onis, m. Ἀρίστων, ωνος, Philosophus, Chius patria, discipulus Lysiæ, et Zenonis: Cognominatus est Scepticus, idest quæsitor, considerator, a σκέπτομαι, circunspicio, speculor, delibero. Nihil enim sciri putabat posse, sed de omnibus dubitabat, et inquirebat. Neque formam Dei intelligi posse censebat, neque in Diis sensum esse dicebat, dubitabatque, omnino Deus animans, necne esset. Nihil bonum dixit esse, ut Stoici, nisi quod rectum, et honestum esset. Præterea rerum differentiam sustulit, ex. gr. dicebat, nihil interesse inter optime valere, et gravissime ægrotare. Idcirco tanquam naturam ipsam excludens, ab omnibus rejectus fuit. Alii fuere hoc nomine philosophi, Ceus, Cous, Pellæus, &c. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 31. Si verum est, quod Aristo Chius dicere solebat, nocere audientibus, &c. *Id.* 1. *de Legib.* c. 13. Sive Aristonis difficilem atque arduam, sed jam tamen fractam et convictam sectam secuti sunt.

ARISTOCRATĬA, æ, f. *an aristocracy; a form of government which places the supreme power in the hands of the nobility*, Ἀριστοκρατία, optimatum principatus, cum scilicet Respublica non unius, neque omnium, sed optimatum tantummodo prudentia, consilio, et auctoritate geritur. Vox Græca est, et Græce usurpanda, ab ἄριστος, optimus, et κράτος, imperium, vel κρατέω, imperium obtineo. Idem, quod ad usum attinet, dicendum de adject. *Aristocraticus*, Ἀριστοκρατικὸς, et de adverb. *Aristocratice*, Ἀριστοκρατικῶς.

ARISTOLOCHĬA, æ, f. *the herb birth-wort, or heart-wort*, ἀριστολοχία, et ἀριστολόχεια, herba est, cujus quatuor genera *Plin.* l. 25. c. 8. enumerat: unum feminæ, tuberibus radicis rotundis, foliis inter malvam, et hederam, nigrioribus, mollioribusque: alterum masculæ, radice longa quatuor digitorum, baculi crassitudine: tertium longissimæ tenuitatis, vitis novellæ, (*sarmentis*) cujus sit præcipua vis: quæ et clematitis vocatur: omnia colore buxeo, caulibus parvis, flore purpureo, et ferentia bacculas parvas, ut capparis. Quartum genus, quæ et plistolochia dicitur, tenuior quam proxime dicta, densis radicis capillamentis, junci plenioris crassitudine. Latine *malum terræ* appellatur: Græce autem ideo aristolochia dicta est, quia optime opitulari creditur puerperis in partu: ab ἄριστος, optimus, et λοχὸς, gravida, vel τὰ λόχια, purgamenta partus. Habet præterea alios quamplurimos in medicina usus. V. *Plin. loc. cit.* Adjective *Cicer.* l. 2. *de Divin.* c. 20. *in fi.* Scammoneam, aristolochiamque radicem. [† V. *Clematitis, Plistolochia, Tordylion, et Syreon.*]

ARISTONĒUS, a, um, Ἀριστόνειος, ad Aristonem pertinens. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 15. Si omnino nos negligimus, in Aristonea vitia, et peccata incidemus.

ARISTOPHĂNES, is, m. Ἀριστοφάνης, facetissimus Poeta Comicus, ex Lindo Rhodi oppido, lege vero Atheniensis, patre Phillo, al. Philippo. Atticæ linguæ splendore adeo excelluit, ut Dionysio roganti aliquem ejus sermonis eruditum, hunc miserint. Docuit Fabulas 54. Fuit inventor versus tetrametri, et octometri. Deos novos, et peregrinos e civitate ejecit. Fuit maledicus, et in carpendis hominum vitiis liberrimus, ac mordacissimus. Socratis æmulus fuit, quem exagitat, et insectatur *in Nubibus.* [† Non Socratem, sed exiles tantum Sophistarum disputationes, sale defricuisse Aristophanem, dudum probarunt Brunckius (ad *Nub. in not. init.*) et Bentleii nepos (*Observer*, Nos. 139. 140.).] Filios habuit Atarotem, Philippum, Phileterum, Comicos omnes. *Horat.* l. 1. sat 4. v. 1. Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque poetæ.

ARISTOPHANĒUS, a, um, Ἀριστοφάνειος, ad Aristophanem pertinens. *Cic. in Orat.* c. 56. Ita factus est anapæstus is, qui Aristophaneus nominatur. V. *Anapæstus.* ¶ Legitur et *Aristophanius*, ut Aristophanium metrum apud *Serv. in Centimetr.* pag. 1818. *Putsch.*

ARISTOPHŎRUM, inquit *Festus*, est vas, in quo prandium fertur, ut discus: nempe ab ἄριστον, prandium, et φέρω, fero.

ARISTORĪDES, æ, m. Ἀριστορίδης, adject. patronym. et significat Argum illum, qui centum oculis instructus appositus fuit a Junone custos Io in vaccam conversæ. Ejus enim pater fuit *Aristor* Crotopi filius. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 624. Donec Aristoridæ servandam tradidit Argo. *Scalig. in castigationib. Catull.* carm. 65. errasse ait *Ovidium*, cum *Aristor* non hujus, sed alterius Argi pater fuerit, a quo Argo navis fabricata est. Hujus autem patrem fuisse *Agenorem.* ¶ Scribitur et *Arestor, Arestorides.*

ARISTŌSUS, a, um, *abounding in ears of corn*, aristis abundans. *Venant. Fortun.* l. 9. epist. 3. Ad hordeaceæ frugis aristosa cibaria fastidioso nimium dente transire.

ARISTOTĔLES, is, m. *Aristotle*, Ἀριστοτέλης, Philosophus e Stagiris urbe Macedoniæ, unde Stagirites dictus est, filius Nicomachi medici ex Phæstiade. Fuit parvus, gibbosus, deformis, balbutiens. Sed excelluit ingenii magnitudine. Septemdecim annos natus Athenas profectus est, ubi viginti annis Platonis se auditorem præbuit. Deinde a Philippo in Macedoniam evocatus, decem annis Alexandrum instituit, cui quam fuerit carus, vel illud abunde magno est argumento, quod Stagiram patriam ejus, quam diruerat, in gratiam ejus instauraverit. Alexandro deinde in Asiam profecto Athenas rediit, et in Lycæo 13. annis Philosophiam professus est. Fuit institutor Peripateticorum. Docebat enim deambulando, quod Græci περιπατεῖν dicunt. Motus Isocratis gloria cœpit Eloquentiam tractare, et Philosophiam cum Eloquentia conjungere. Fuit auctor disserendi de omnibus rebus in utramque partem. Multa scripsit, in quibus non dubitavit aliquando a Platone magistro suo dissentire. Denique accusatus, quod de Diis non recte sentiret, cedens invidiæ abiit in Chalcidem, ibique reliquum vitæ transegit. Alii alias mortis ejus causas narrant. Excessit ætatis anno 63. sub idem fere tempus, quo et Demosthenes. *Juvenal.* sat. 2. v. 7. Si quis Aristotelem similem, vel Pittacon emit. ¶ *Aristoteli* apud *Apulei. in Apolog.* est genitivus casus, ut *Achilli.* V. *Achilles.*

ARISTOTELĒUS } V. vocem sequentem.
ARISTOTELĬCUS }

ARISTOTELĬUS, et Aristotelēus, a, um, *Aristotelic*, Ἀριστοτέλειος, et Ἀριστοτέλιος, ad Aristotelem pertinens. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 19. Aut vobis hæc Carneadia, aut illa Aristotelia vis comprehendenda est. et cap. 21. Aristotelio more. *Id. Attic.* l. 2. epist. 1. Aristotelia pigmenta. *Al. hoc loco leg.* Aristotelica. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *ad fin.* Scripsi Aristoteleo more. *Id. Fam.* 7. ep. 19. Topica Aristotelea. *Hic quoque alii* Aristotelica.

ARISTOXĔNUS, i, m. Tarentinus, Philosophus, Medicus, Musicus, discipulus Lampri, Zenophili, Aristotelis, cui morienti convicium dixit, quod sibi Theophrastum in scholæ successione præponeret. Excelluit in Musicis. Posuit animum in harmonia corporis. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 33. lib. 1. *Tuscul.* c. 10. et alibi.

ARITHMETĬCA, æ, *et Græca positione* Arithmetice, es, f. *the science of numbers, arithmetic*, ἀριθμητική, (subaudi ars. nam revera adjectivum est) est scientia tractans de numeris, et supputandi ratione: ab ἀριθμὸς, numerus. *Senec.* epist. 88. Numerare me docet arithmetica, et avaritiæ commodare digitos. *Vitruv.* l. 1. c. 1. Per arithmeticen sumptus ædificiorum consummantur, mensurarum rationes explicantur. *Plin.* l. 35. c. 10. Omnibus litteris eruditus, præcipue arithmetice, et Geometrice.

ARITHMETĬCUS, a um, *arithmetical, arithmetic*, ἀριθμητικὸς, ad numeros pertinens, seu ad arithmeticam artem. *Vitruv.* l. 10. c. 16. Nisi qui arithmeticis rationibus numeros, et multiplicationes habent notas. *h. e.* regulis arithmeticæ. ¶ *Arithmetica, orum*, τὰ ἀριθμητικὰ, idem sunt ac scientia arithmetica. *the art of numbering, arithmetic. Cic.* 14. *Attic.* ep. 12. *in fin.* Homo remotus a dialecticis, in arithmeticis satis exercitatus. ¶ *Arithmeticus, i*, qui arithmetica callet. *an arithmetician. Inscript.* apud *Reines. Class.* 1. *n.* 2.

ARITHMUS, i, m. *number*, ἀριθμός. Græca vox numerum significans. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 23. et 28. appellat *Arithmos* eos libros Sacræ Scripturæ, qui Latine *Numeri* inscribuntur.

[* ARITHRILLIS, idis, f. herba eadem ac mercurialis apud *Apul. de herb.* c. 82.]

ARITŪDO, inis, f. *dryness, drought, siccity*, ξηρασία, ariditas, siccitas. *Plaut. Rud.* 2. 6. 39. O scirpe, scirpe, laudo fortunas tuas, qui semper servas gloriam aritudinis. *Varr. apud Non.* c. 2. n. 23. Frigus calore, atque humore aritudinem miscet. Hæc verba ipse *Varro* habet l. 4. *de L. L.* c. 10. quæ *Scalig.* putat esse *Ennii.* Adde l. 1. *R. R.* c. 12.

ARĪUS, V. *Areus.* ¶ Arius est etiam nomen proprium cujusdam Heresiarchæ, Græce Ἄρειος. Sunt qui scribunt *Arrĭus*, pænultima etiam correpta. *Prudent. in Psychom.* v. 794. Hac se se occultant Fotinus, et Arrius arte. *Aratar.* l. 1. *in Act. Apost.* c. 5. v. 444. fusa ruit Arrius alvo. Neuter tamen est imitandus. Nam *Arrĭus* duplici *rr*, et pænultima correpta est nomen proprium Romanum, de quo non una affert antiqua monumenta *Manut. in Orthogr.* ubi tamen addit, etiam Arīus unico *r* legi in duob. antiq. lapidibus.

ARIUSĬUS, V. *Arvisius.*

ARMA, orum, n. plur. num. *all kinds of warlike arms offensive or defensive; arms, armour*, ὅπλα, instrumenta, quibus utuntur homines in bello, ut corpus adversus hostium ictus muniant, vel ut hostes lædant. Prioris generis sunt galea, lorica, cassis, ocreæ, scutum, &c. secundi gladius, hasta, telum, sagittæ, &c. *Serv. ad Æn.* 4. v. 495. *Festus*, et *Isidor.* l. 18. c. 5. derivant ab *armus*, eo quod arma vel humeros tegunt, ut lorica, et scutum, vel ab humeris pendent, ut gladius. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 24. deducit ab *arcendo.* Proprie enim videntur significare ea quibus tegimur, ut lorica, et scutum. *Virg.* 10. *Æn.* v. 841. At Lausum socii exanimem super arma ferebant. *Albinov.* eleg. 1. v. 235. periit arma inter, et enses. *Colum.* l. 12. c. 3. Seorsum arma, ac tela seponere. *Sallust. in Catil.* c. 43. Armorum, atque telorum portationes. ¶ Sæpius tamen pro omni armorum genere usurpantur. *any sort of weapon.* Nam ut docet *Caius Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 41. armorum appellatio non tantum utique scuta, et gladios, et galeas significat, sed et fustes, et lapides. *Cic. pro Cæcin.* c. 21. Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 7. Capere arma. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 24. sumere. *Virg. Æn.* 6. v. 184. Accingi armis. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 798. Induere arma. *Cic. Fam.* 6. ep. 2. deponere aut abjicere. *Id.* 3. *Offic.* c. 22. Decertare armis cum hoste. *Nepos in Miltiad.* c. 1. Dimicare armis cum aliquo. *Vellei.* l. 2. c. 56. Ferre arma contra aliquem. *Id. ibid.* c. 85. submittere. *to surrender. Nepos in Hamilc.* c. 1. *in fi.* tradere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 49. Esse in armis. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 42. Conquiescere tota nocte sub armis. *Plin.* l. 6. c. 19. Habere L millia peditum in armis. *Tacit.* 11. *Ann.* c. 16. Armis, equisque exercitus. *well practised in arms and horsemanship. Virg.* 8. *Æn.* v. 80. Instruere aliquem armis. *to equip, fit out, arm. Senec. in Troad.* v. 775. Tractare arma. *Virg.* 7. *Æn.* v. 235. Bello et armis experiri aliquem. *to challenge; try his strength in the field. Vulcat. Gallic. in Avid. Cass.* c. 6. Ludere armis. *h. e.* armis se exercere. *to learn the art of war.* ¶ *Ad arma* vox est incitantis ad arma capienda, *to arms! arms, arms! Liv.* l. 3. c. 15. Alternis voces ad arma, et hostes in urbe sunt, audiebantur. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 69. Conclamatur ad arma, atque omnes copiæ exeunt. ¶ Sæpe *arma* capiuntur pro bello, *war, warfare. Cic. Attic.* 7. ep. 3. Armorum exitus semper incerti. *Id. Phil.* 6. c. 4. Propter æs alienum venire ad arma. *Id. Fam.* 14. ep. 5. Res spectat ad arma. *Vellei.* l. 2. c. 57. Principatum armis quæsitum, armis tenere. *Nepos in Hannib.* c. 2. Inferre arma Italiæ. *Cic. Phil.* 8. *in fi.* Discedere ab armis *Id. pro Ligar.* c. 3. *in fi.* Esse in armis. *Liv.* l. 45. c. 3. Denuntiatione armorum terrere urbes. et cap. 20. Avocare aliquem ab armis. *Virg.* 6. *Æn.* v. 612. Sequi arma. *Id. ibid.* v. 815. Movere viros in arma. *Id. Æn.* 9. v. 22. Vocare in arma. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 7. Vocare ad arma. *Virg. Æn.* 2. v. 87. Mittere aliquem in arma. ¶ Item pro prœlio, *battle, action, contest, fight. Virg. Æn.* 2. v. 337. In flammas, et in arma feror. Adde v. 655. ¶ Translate *arma* dicuntur ea omnia, quibus utimur vel ad muniendum, vel ad lædendum. *Virg. Æn.* 12. v. 6. Tunc demum movet arma leo. *Id. in Cul.* v. 176. *de serpente.* naturæ comparat arma. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 471. Horrificum contra Borean ovis arma ministrat. *id est* vestes. ¶ Hinc etiam illa, quibus nitimur, et quorum fiducia aliquid agimus. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 38. Armis prudentiæ defendere causas. *Id. de senect.* c. 3. *ad fin.* Aptissima sunt arma senectutis, artes, exercitationesque virtutum. *Id. de Harusp. respon.* c. 4. *ad fin.* Arripere arma judiciorum, et legum. *Virg.* 2. *Æn.* v. 98. hinc spargere voces In vulgum ambiguas, et quærere conscius arma. *h. e.* fraudes, vel dolos, ut *Serv.* exponit. *Quintil.* l. 2. c. 16. (*al.* 17.) Arma facundiæ. ¶ Præterea *arma* dicuntur multarum artium instrumenta. *instruments, implements. Virg.* 1. *Georg.* v. 160. Dicendum et, quæ sint duris agrestibus arma, Queis sine nec potuere seri, nec surgere messes. *Id. Æn.* 1. v. 181. Tum Cererem corruptam undis, Cerealiaque arma Expediunt. *h. e.* instrumenta panis conficiendi. *Id.* 5. *Æn.* v. 15. Colligere arma jubet, validisque incumbere remis. *h. e.* vela, rudentes, et alia ad naves pertinentia. *Id.* 6. *Æn.* v. 353. Navis spoliata armis. *h. e.* gubernaculo. *Martial.* l. 14. epigr. 36. Tondendis hæc arma tibi sunt apta capillis. ¶ *Armis et castris*, omni conatu, ut *viris equisque, remis velisque. Cic.* 2. *Offic.* c. 24. Armis et castris tentata res est ab omni genere hominum. *with all one's might; with might and main.* ¶ Denique *arma* sumi posse videntur pro insignibus nobilium domuum, quæ plerumque armis insculpta esse solent. Antiquus enim est mos ille figendi arma ante januas. *Virg. Æn.* 1. v. 252. Hic tamen ille urbem Patavi, sedesque locavit Teucrorum et genti nomen dedit, armaque fixit Troia. *Id. Æn.* 5. v. 360. clypeum Danais de poste refixum. Adde *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 4. Præterea *Tiraquell. de nobilit.* c. 6. n. 19. quatuor affert *Virgilii* loca l. 1. *Æn.* v. 187. l. 3. v. 469. l. 6. v. 507. et l. 10. v. 80. in quibus *arma* pro insignibus accipi posse putat. Sunt tamen ea loca ejusmodi, ut nihil inde certi conficiatur. *warlike insignia; ensigns of war.* ¶ *Armum* pro *armorum* dixit *Pacuvius* apud *Cicer. in Orat.* c. 46. et *Accius* apud *Non.* c. 9. n. 1. sed *Cic.* improbat.

ARMAMAXA, æ, f. *a Persian chariot, sedan, or litter, used chiefly on solemn occasions*, genus lecticæ, seu sellæ gestatoriæ undique clausæ, quæ apud Persas præcipue in usu fuit. *Curt.* l. 3. c. 3. Quindecim inde, quas armamaxas appellant, sequebantur: in his erant liberi Regis, et qui educabant eos. *Tertull. de Spectac.* c. 7. indicat etiam in sacris pompis armamaxas locum habuisse. ¶ Quidam scribunt *harmamaxa*, eo quod Græce spiritu aspero notetur ἁρμάμαξα. Alii sine aspiratione scribendum putant, ducuntque ab ἅμαξα, currus, et αἴρω, tollo, subveho, quod humeris hominum tollatur: tametsi alii docent mulis junctis trahi solitam.

ARMAMENTA, orum, n. plur. num. *tackle, or tackling; cordage, the ropes and cables of ships; the rigging, sail-yards, oars, rudder, sails*, &c. ἐργαλεῖον, σκεῦος, collectio instrumentorum, quibus in aliqua arte utimur. Hinc *armamenta navium* sunt remi, vela, ancoræ, rudentes, antennæ, et alia, quibus navis instruitur. *Sueton. in Aug.* c.

17. Navis, in qua vehebatur, fusa armamenta, et gubernaculum diffractum. *Plaut. Merc.* 1. 2. 80. Complicare, et componere armamenta. *Ovid. Metam.* 11. v. 456. Aptarique suis pinum jubet armamentis. Adde *Cic. in Arat.* v. 197. ¶ Interdum tamen vela *armamenti* nomine non comprehenduntur. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 14. Cum omnis Gallicis navibus spes in velis, armamentisque consisteret. *Senec.* l. 6. *de benef.* c. 15. Stringere vela, demittere armamenta. *Liv.* l. 36. c. 44. Vela contrahit, malosque inclinat, et simul armamenta componens opperitur insequentes naves. Apud *eund.* l. 21. c. 49. *ad fin. et* l. 33. c. *penult. ad fin.* vela et antennæ *armamenta* sunt. ¶ *Plin.* l. 18. c. 11. vocat *armamenta* pilum, et pilam, quibus grana teruntur. Sic *armamenta vinearum* appellat pedamenta, et vincula, quibus vites sustinentur l. 17. c. 21. *implements of husbandry, gardening,* &c. ¶ Denique *armamenta ad inclusos cantus* apud *eund.* l. 16. c. 36. ubi de arundinibus loquitur ad tibias aptis, sunt ipsæ tibiæ, quæ sunt instrumenta, quibus sonus in iis inclusus variatur.

ARMAMENTARIUM, ii, n. *an arsenal, place where arms are deposited, armory, armamentary,* ὁπλοθήκη, repositorium armorum, et fere navalium: quale fuit illud, quod Athenis Philon ædificavit mille capax navium, ut apud *Plin.* l. 7. c. 37. legitur; quale item amplissimum illud, quod hodie Venetiis cernitur. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 7. Ex ædificiis, armamentariisque publicis arma populo dare. Adde *Liv.* l. 31. c. 23. [† *Juv. Sat.* 13. 83. Quicquid habent telorum armamentaria cæli. *Curt.* 6. 7. 22. Super armamentarium positus. *Senec. de Tranq. an.* c. 2. Qui armamentario præest. *master of the ordinance.*]

ARMAMENTARIUS, a, um, adject. ad Armamentarium pertinens, seu ad curam armorum. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 255. n. 5. Tito Ælio Hadriano Pio Trib. Pot. Cos. Des. II. Scribæ armamentarii posuerunt. Alia *ibid.* pag. 100. n. 7. C. Aquilius C. F. Cla. Mela ex decuria Armamentaria, &c.

ARMARIŎLUM, i, n. *a little closet or study; a cabinet,* parvum armarium. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 33. Aut empta ancilla, aut aliquod vasum argenteum, aut armariola Græca, &c. ¶ De repositorio librorum *Sidon.* l. 8. *ep. ult.* Per armariola et zothecülas nostras non remanserunt digna prolatu. Adde *Hieronym.* l. 3. *in* cap. 21. *Matth. a bookcase.*

ARMARĬUM, rii, n. *a chest, closet, study, safe, place where any thing is deposited,* σκευοθήκη, capsa, arca, repositorium in quo nummi, vasa, libri, aliaque reconduntur. *Cic. pro Cluent.* c. 64. Cum esset in ædibus armarium, in quo sciret esse nummorum aliquantum, et auri, noctu armarii fundum exsecuit. *Petron. in Satyr.* c. 29. Grande armarium in angulo vidi, in cujus ædicula erant Lares argentei positi, Venerisque signum marmoreum, et pyxis aurea non pusilla. *Plaut. Capt.* 4. 4. 10. Recludere armarium. *Vitruv. in præfat.* l. 7. Educere volumina ex armariis. *Cato,* c. 11. *R. R.* Armarium promptuarium. *a press or keeping-place for clothes; a wardrobe. Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch.* c. 14. Stipare armaria vestibus. *Plin.* l. 29. c. 5. Senectus anguium reposita in arcis, armariisque tineas necat. *arcæ,* et *armaria* figura differunt. *arcæ* enim depressiores sunt, et humi collocantur: *armaria* altiora, et plures in se velut arculas pluteosque continent. *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 10. leg. 3. Capsas, et armaria librorum, aut vestium, aut armorum gratia parata. *Armaria,* et *capsæ* in eo differunt, quod capsæ plerumque parvæ sunt, et mobiles; *armaria* etiam capaciora, et ædium parietibus interdum affiguntur, ut tolli non possint. *Vopisc. in Tacit.* c. 8. Habet bibliotheca Ulpia in armario sexto librum, &c. [¶ *Tertullian. de habitu muliebr.* c. 3. *loquens de libro Henoc.* Nec in armarium Judaicum admittitur, *h. e.* inter legitimos, inter sacros, et ut nos dicimus, inter *canonicos* libros non recensetur. Hebræi enim divinos libros in secundo templo in quodam armario servabant.] ¶ *Armarium muricibus præfixum,* in quo Attilium Regulum inclusum fuisse, scribit *Gell.* l. 6. c. 4. fuit instrumentum in modum arcæ, habens infixos tribulos ferreos aculeatos, &c. ¶ *Armarium distegum* inter loca sepulcralia recensetur in quadam *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 383. n. 4. et videtur fuisse cella condendis corporibus defunctorum comparata, vel potius ipsum monumentum in duas partes, veluti in duas contignationes divisum.

ARMATŪRA, æ, f. *the various kinds of armour; armature,* ὁπλισμός, habitus armorum, vel ipsa arma. *Cic. Fam.* 7. ep. 1. Armatura varia peditatus et equitatus. *Id. Attic.* l. 6. ep. 1. Deiotarus habet cohortes nostra armatura. *armed in the Roman way. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 10. Numidæ levis armaturæ. *light-armed.* Et absolute *levis armatura* ponitur pro militibus leviter armatis, in quorum numero sunt ferentarii, sagittarii, funditores, balistarii, ut *Veget.* l. 2. c. 2. docet. Hi enim missilia tantummodo leviora, brevesque parmas, et gladios habent. *Cic. Phil.* 10. c. 6. *extr.* Nostræ sunt legiones, nostra levis armatura, noster equitatus. *Id. de clar. Orat.* c. 37. Equites, pedites, levis armatura. *Id.* 2. *de Divin.* c. 10. Excursio levis armaturæ. Contra *armatura gravis* sunt milites gravioribus armis utentes, ut sunt legionarii, quorum arma sunt scutum, ensis, pilum, verutum, præterea galea, lorica, ocreæ, aliaque gravis ponderis. *Liv.* l. 26. c. 5. Magna parte impedimentorum relicta in Brutiis, et omni graviore armatura. Adde *Veget. loc. cit.* c. 15. ¶ Etiam *armatura* absolute pro cujusdam generis militibus ponitur. *soldiers, the soldiery.* Hinc *armatura duplares* dicti sunt milites, qui binas annonas consequebantur, *simplares,* qui singulas, ut legitur apud *Veget.* l. 2. c. 7. *rei milit.* ubi per *armaturas* intelligit milites juniores levis armaturæ, ut colligitur ex *eod.* l. 2. c. 15. et 17. et l. 3. c. 14. et observat *Stewech.* Hinc *tribuni armaturarum* leguntur apud *Ammian.* l. 14. c. 11. (*al.* 38.) et *rectores armaturarum,* l. 15. c. 4. (*al.* 7.) Est tamen advertendum, non easdem esse apud *Ammian.* et apud *Veget.* armaturas. Nam *Vegetius* intelligit milites juniores exercitus leviter armatos, ut modo dictum est. *Ammian.* vero intelligit milites ex comitatu Imperatoris, (qualis nunc esse solet *the troops of the guard,* aut *body-guard*) qui erant sub Magistro Officiorum, et dividebantur in armaturas juniores, et seniores: videnturque nomen habuisse ex eo, quod peculiari armaturæ insignioris genere armati essent. At *Armaturæ* apud *Veget.* dicti sunt ex eo, quod armatura appellatur etiam ab *eod. Veget.* l. 1. c. 13. et l. 2. c. 23. exercitium militare, quo hujusmodi milites militarem artem a campidoctoribus docentur. *Salmas. in commentar. ad Spartian. in Adrian.* c. 26. docet non omne militare exercitium *armaturam* dici, sed illud solummodo, cum milites omnes armati sub signis decurrentes in campo proludunt, et veræ pugnæ simulacrum edunt: esse autem *exercitium armorum* cum singuli milites arma tractare discunt. De hac *armatura* multa disserit etiam *Vales. ad Ammian.* l. 14. c. 11. ¶ Sed et *Sueton. in Tito,* cap. 8. appellat *armaturam Thracum* genus pugnæ, qua gladiatores ii pugnabant, qui Thraces, seu Threces dicebantur.

ARMĀTUS, us, m. *armour,* idem quod armatura. *Liv.* l. 37. c. 40. Eodem armatu Cares, et Cilices mille et quingenti. et *ibid.* cap. 41. Toto fere gravi armatu. ¶ Extra ablativum casum exempla nondum vidimus.

ARMĀTUS, a, um, *armed, equipped, accoutred,* ὡπλισμένος, arma habens. *Cic. pro Cæcin.* c. 21. Armatos, si Latine loqui volumus, quos appellare vere possumus? opinor eos, qui scutis, telisque parati, ornatique sunt. *Senec.* 5. *de benef.* c. 4. Tam tibi par sum, quam multis armatissimis nudi, aut leviter armati. *Virg. Æn.* 9. v. 678. Armatus ferro. *Ovid. Metam.* 2. v. 848. Dextra Jovis armata trisulcis ignibus. *Propert.* l. 2. eleg. 9. v. 9. Manus armata sagittis. *Tibull.* l. 1. eleg. 4. v. 8. Priapus armatus falce. *Curt.* l. 3. c. 2. Armati bipennibus, levibusque scutis. *Plin.* l. 8. c. 25. Armatus unguibus. *Id.* l. 11. c. 37. Armatus cornu. *Virg. Georg.* 1. v. 255. Classes armatæ. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 15. leg. 1. Vi armata uti adversus aliquem. *to attack by force of arms. Id.* lib. 47. tit. 12. leg. 3. *ad fin.* Manu armata aggredi aliquem. *with arms in one's hands.* ¶ *Armatum concilium,* in quo consultaturi conveniunt ferro et armis instructi: qui mos fuit Gallorum, quoties de re gravissima ageretur, ut videre est apud *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 54. et *Liv.* l. 21. c. 20. ¶ *Armata Venus* culta est a Lacedæmoniis, ut est apud *Quintil.* l. 2. c. 4. Estque de ea lepidum *Ausonii* epigramma 42. et 43. Causa hujus ritus editur a *Lactant.* l. 1. c. 20. *a med.* quod cum Lacedæmonii Messenios obsiderent, et illi furtim deceptis obsessoribus egressi ad diripiendam Lacedæmonem cucurrissent, a Spartanis mulieribus fusi fugatique sunt, *et quæ sequuntur.* Propter hujus facti memoriam ædem Veneri armatæ, simulacrumque posuerunt. ¶ *Armati, orum,* sunt homines armati, ὁπλῖται, *armed men, men in arms, troops, soldiers. Nepos in Dion.* c. 9. Navem armatis ornare. *Id. in Miltiad.* c. 5. Decem millia armatorum. Adde *Liv.* l. 37. c. 28. *ad fin. et* lib. 42. c. 51. ¶ Translate *armatus* est instructus, munitus, tectus. *fitted, equipped, fortified. Cic. Agrar.* 2. c. 32. Urbs armata muris. *Virg.* 12. *Æn.* v. 856. Sagitta armata felle veneni. *Cic. pro Dom.* c. 55. Incredibili audacia armatus. *Id. Phil.* 7. c. *ult.* Erecti, citati, parati, armati animis esse debemus. *Plin.* l. 11. c. 17. Armatus majestate. *Sil.* l. 11. v. 206. Armatum fide pectus. *Id.* l. 1. v. 188. Mens armata dolis. ¶ *Armati anni* dicuntur, qui aguntur inter arma, bellum gerendo. *Sil.* l. 11. v. 591. Ut longa imperia, atque armatos proroget annos. *campaigns.* ¶ *Armatus* adjectivum ab *armus* deductum. *Festus:* Armata dicebatur virgo sacrificans, cui lacinia togæ in humerum erat rejecta. *Scalig.* ad hunc locum docet, virginem sacrificantem intelligendam esse Maximam virginem Vestalem, quæ in veteribus nummis visitur sæpe habitu togæ pone rejectæ, et disco libatorio dextra vinum invergens.

ARMENĬA, æ, f. [† Persis *Thoura, Emnoe* vel *Aremnoe,*] Ἀρμενία, regio Asiæ inter Taurum, et Caucasum montes sita, et a Cappadocia ad Caspium mare usque protensa. Appellata est ab Armeo, seu Armenio Thessalo Jasonis comite, ut inquit *Strabo,* vel ab Armeno quodam Rhodio, ut ex Antipatri sententia tradit *Steph.* Duplex est, major scilicet, et minor. Major [† nunc] *Turcomania,* et *Curdistan,* fere tota sub dominio Turcarum est ultra Euphratem. Minor [† nunc] *Anaduole,* tota paret Turcis, et est inter Cappadociam ad Occ. et Sept. Euphratem fluvium ad Or. Syriam, et Ciliciam ad Austr. *Plin.* l. 6. c. 9. Hinc *Lucan.* l. 2. v. 638. populos utraque vagantes Armenia.

ARMENIĂCUS, a, um, adject. Ἀρμενιακός, ad Armeniam pertinens. *Plin.* l. 30. c. 2. Armeniacus triumphus. *Id.* l. 7. c. 39. Armeniacum bellum. ¶ *Armeniacus* cognominatus est M. Antoninus Philosophus una cum collega L. Aurelio Vero ob res prospere gestas in Armenia adversus Parthos, ut est apud *Capitolin. in M. Antonin. Philos.* cap. 9. et *in Inscript.* apud *Gruter.* pag. 253. n. 2. et pag. 260. n. 2. ¶ *Armeniacum malum,* quod et *Armeniacum* absolute dicitur, μῆλον Ἀρμενιακόν, Anglice *an apricot, or apricock,* fructus arboris Armeniacæ, (quæ et *Armeniaca, æ,* absolute) ita appellatum quod ex Armenia primum advenerit, medius est inter persicum et prunum. Osse enim ad prunum, carne ad persicum accedit: est etiam pruno rotundior, persico minor: nisi quod insitione cultus in majorem molem excrescit, et in quibusdam Italiæ locis *baricoccolo* appellatur. *Colum.* l. 5. c. 10. Sorbi quoque, et armeniaci, et persici non minima est gratia. *Id.* l. 11. c. 2. *sub fin.* Possunt etiam his diebus cerasi, et tuberes, et armeniacæ, ceteræque arbores, quæ primæ florent, inseri commode. Adde *Plin.* l. 15. c. 13.

ARMENĬUM, V. in voce sequenti.

ARMENĬUS, a, um, adject. *Armenian, relating to Armenia,* Ἀρμένιος, ad Armeniam pertinens. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 7. Armenii Reges. *Virg. Ecl.* 5. v. 29. Armeniæ tigres. quia *scil.* in Armenia abundant. *Nepos in Datam.* c. 8. Decem millia peditum Armeniorum. *Flor.* l. 4. c. 2. Armenios triumphos in Pompeianis theatris cantare. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 20. Armenia lingua. ¶ *Armenii, orum,* sunt populi Armeniæ, Ἀρμένιοι, *the Armenians. Martial.* l. 5. epigr. 59. Nunquid apud Parthos, Armeniosque latet. *Ovid.* l. 2. *Trist.* v. 227. Nunc petit Armenius pacem. ¶ *Armenium, ii, a kind of blue paint,* Ἀρμένιον, genus pigmenti cærulei, ex quodam lapide fit ex Armenia advecto, ut *Plin.* l. 35. c. 6. docet. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. Nuncubi vides hic citrum, aut aurum? num minium, aut Armenium? Adde *Vitruv.* l. 7. c. 5. *ad fin.* Multa de hoc *Salmas. in Exercitat. Plin. ad Solin.* pag. 1152. ¶ Est etiam idem ac Armeniacum malum, *the apricot. Colum.* l. 10. v. 404. Armeniisque, et cereolis, prunisque Damasci Stipantur calathi. *Pallad. in Novembr.* tit. 7. *ante med.* Armenia prunis melius adhærescunt.

ARMENTĀLIS, le, *relating to a herd of cattle, armental,* ad armentum pertinens, ἀγελήτης, ἀγελαῖος. *Virg. Æn.* 11. v. 571. Armentalis equa. *a mare trained up for breeding. h. e.* quæ inter armenta feturæ causa pascitur, ut *Serv.* exponit. *Symmach.* l. 6. ep. 17. (*al.* 18.) Reliquias longæ ægritudinis armentali lacte depellere. *Prudent. Cathemerin.* 7. v. 166. Armentales viri. *h. e.* qui armenta curant. *Id. Tetrastich.* 4. Armentale culmen. *h. e.* casa pastoralis. *Sidon.* l. 2. ep. 2. *a med.* Camena armentalis fistulæ septiforis. *h. e.* qua pastores canunt. Adde *Calpurn. Eclog.* 1. vers. 29.

ARMENTARĬUS, a, um, *of or belonging to a herd,* ad armenta pertinens, ἀγελαῖος, *Solin.* c. 5. (*al.* c. 11.) *post med.* Unguentum medicum contra armentarios morbos. ¶ *Armentarius, ii* absolute est armenti custos. *a herdsman, grazier. Lucret.* l. 6. v. 1250. Præterea jam pastor, et armentarius omnis. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *ad fin.* Armentarium meum crebro, ut aliquid legat, curo. *Virg.* 3. *Georg.* v. 344. Armentarius Afer. ¶ *Armentarius* cognomento dictus est Galerius Maximianus Imperator, quia ortus erat ex parentibus agrariis, et pastor armentorum fuerat, ut est apud *Aurel. Vict. in Epitom.* c. 40.

ARMENTITĬUS, et Armenticius, a, um, *of a herd,* idem quod armentalis, ἀγελαῖος. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *ad fin.* Pecus armentitium sic continendum, lactentes cum matribus ne cubent. *Id. ibid.* c. 10. Greges armentitii, et caprini, quibus rupes, ac silvæ ad pabulandum cordi.

ARMENTĪVUS, a, um, armentalis, armentitius. *Plin.* l. 28. c. 17. Fimi taurini maxime, sed et bubuli; de armentivis loquor, &c. Quidam leg. *armentinis,* sed minus recte.

ARMENTŌSUS, a, um, *abounding in herds of cattle,* armentis abundans. *Gell.* l. 11. c. 1. Italia armentosissima.

ARMENTUM, i, n. *a herd of large cattle,* ἀγέλη, majorum bestiarum grex. *Festus,* et *Servius ad* 3. *Georg.* v. 49. scribunt *armentum* proprie id genus pecoris dici, quod est idoneum ad opus armorum, ut sunt equi, et boves. Nam equis in bellum curritur, clypei vero boum coriis armantur. *Varro* autem l. 4. *L. L.* c. 19. boves *armenta* vocari voluit, quasi *aramenta,* tertia littera sublata, quod eorum præcipue opera in arandis agris utamur. Proprie dicitur de grege equorum, et boum, qui simul aluntur fetus, et lactis, caseique gratia; et quidem frequentius de grege boum. *Pompon. Dig. lib. ult. tit. penult.* leg. 89. Boves magis armentorum, quam jumentorum genere appellantur. *Cic.* l. 7. *Attic.* ep. 7. Ut bos armenta, sic ego bonos viros sequar. *Id.* 3. *Phil.* c. 12. Cædit greges armentorum, reliquique pecoris, quodcumque nactus est. *Tacit. de mor. German.* c. 21. Luitur homicidium certo armentorum, ac pecorum numero. *Plin.* l. 2. ep. 17. Multi greges ovium, multa ibi equorum, boumque armenta. ¶ De solis bobus. *oxen, cattle, kine. Plin. alter* l. 11. c. 37. *a princip.* Cor-

nua mobilia, ut aures, Phrygiæ armentis. *Ovid. Metam.* 15. v. 84. Quippe equus, et pecudes, armentaque gramine vivunt. ¶ De solis equis. *horses, steeds. Virg. Æn.* 3. v. 540. Bello armantur equi: bellum hæc armenta minantur ¶ In singulari numero. *Plin.* l. 8. c. 42. *de equis.* Amissa parente in grege armenti. *Id.* l. 11. c. 49. Testes pecori, armentoque ad crura decidui. *Colum.* l. 7. c. 1. Asellus tardius deficit, quam ullum aliud armentum. Adde *Virg.* 3. *Georg.* v. 71. et *Ovid.* 2. *Fastor.* v. 277. et alibi. ¶ Aliquando dicitur de gregibus aliorum animalium. *Virg.* 1. *Æn.* v. 188. tres litore cervos Prospicit errantes: hos tota armenta sequuntur. *Id.* 4. *Georg.* v. 395. Armenta immania Neptuni. *h. e.* beluæ marinæ. *Plin.* l. 7. c. 2. Armenta cynocephalorum. ¶ Item generatim de quocumque grege, etiam minuto, rarius tamen. *Plin.* l. 8. c. 16. Omnium, quos venatus, aucupia, piscatusque alebant, quibusque vivaria, armenta, alvearia, piscinæ, aviaria in cura erant. ¶ Interdum *armentum* de singulis bobus dicitur. sed et hoc perraro. *Hygin.* fab. 118. Hecatombe Græce dicitur, cum centum armenta occiduntur. *Lactant. Placid. in narrat. fab. Metamorph. Ovid.* l. 1. fab. 10. Quia speciosior ceteris armentis. ¶ Olim etiam *armenta, æ,* f. usurpatum fuit, ut *Festus,* et *Non.* observant. *Pacuvius* apud *Non.* c. 3. n. 3. et *Serv. ad Æneid.* 3. v. 540. Tu pascere curvifrontes armentas soles. *Ennius ibid.* Ad armentas ipsius easdem.

ARMIDOCTOR, oris, m. *a trainer of soldiers,* qui armorum tractandorum artem milites docet, ὁπλοδιδάσκαλος: qui et *campidoctor* dicitur. *Salmas. in adnotationib. ad Lamprid. in Alex. Sev.* c. 53. hanc vocem ex conjectura tribuit *Vegetio,* l. 1. c. 13. ubi sic legit: *Illo exercitii genere, quod armaturam vocant, et ab armidoctoribus traditur.* Alii autem leg. *a campidoctoribus:* alii *a primis doctoribus,* ut *Idem* testatur.

ARMĬFER, a, um, *bearing arms, in arms, armed, clothed in armour; warlike,* ὁπλοφόρος, ὁπλίτης, arma ferens, bellicosus. *Albinovan. ad Liviam,* v. 22. Dea armifera. *h. e.* Pallas. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 681. *de Marte.* Armifer armiferæ correptus amore Minervæ Uror. *Silius,* l. 4. v. 45. Gentes armiferæ. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 96. Armiferos memorare labores. *h. e.* bellicos. *Id.* 6. *Theb.* v. 831. Armiferæ iræ. *Senec. in Med.* v. 468. Arvum armiferum. *h. e.* arma ferens: alluditque ad dentes serpentis seminatos a Jasone, ex quibus armati homines exstiterunt.

ARMĬGER, i, m. *an armour-bearer, armed attendant,* ὁπλοφόρος, qui lanceam, scutum, galeamque ferens armatum dominum in prœlio sequitur: quod officium olim etiam a summis viris præstabatur. Nam Patroclus armiger Achillis fuit, Achates Æneæ. *Cic. pro Dom.* c. 5. Sergius armiger Catilinæ. *Plaut. Merc.* 5. 2. 11. Egomet mihi comes, calator, equus, agaso, armiger. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 386. et *Virg.* 9. *Æn.* v. 564. Armiger Jovis. *h. e.* aquila. *Stat.* 1. *Achill.* v. 55. Armigeri tritones. V. *Conchisonus. Virg.* 9. *Æn.* v. 648. Armigerum esse alicui. ¶ In illo *Statii lib.* et silv. 2. v. 76. Armiger hac magni patet Hectoris: significatur promontorium Miseni, quod a Miseno ibi sepulto nomen habet. Fuit autem Misenus olim armiger Hectoris, postea tubicen Æneæ. V. *Virgil.* 6. *Æneid.* a vers. 164. ¶ *Armigera, æ,* f. *one of Diana's Nymphs, who carried her bow and quiver. Ovid. Metam.* 3. v. 165. *de Diana.* Nympharum tradidit uni Armigeræ jaculum, pharetramque, arcusque retentos. Adde *Metam.* 5. v. 619. ¶ Simpliciter pro eo, qui arma habet. *Accius* apud *Cicer. Fam.* 7. *ep. ult.* Quod hæc pennigero, non armigero in corpore tela exerceantur. *Curt.* l. 3. c. 12. Ille cum paucis armigeris in tabernaculum pervenit. *Mox armatos dicit et* satellites. ¶ Vel pro bellicoso, *warlike, fierce in arms, Sil.* l. 7. v. 87. Phœbumque, armigerumque Deum, primamque Dionem. *h. e.* Martem. ¶ *Armiger sulcus* dicitur a *Claudiano in I. Consul. Stilich.* v. 324. eodem sensu, quo *armiferum arvum* a *Seneca,* V. *Armifer.* ¶ *Armigerus* in recto singulari habetur in *vet. Lapid.* non opt. notæ apud *Murator.* pag. 824. n. 6.

ARMILAUSA, æ, f. *an outward military garment, a military cloak,* ἀρμιλαύσιον, vestis rubri plerumque coloris, militari sago similis, quæ armis superinduitur: ita dicta, quod ante, atque retro divisa, et aperta est, in armis tantum clausa, quasi *armiclausa,* ut *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 22. *ad fin.* describit. *Paulin. Nolan.* ep. 17. (*al.* 13.) c. 1. Quem primo monachali caliga, et veste mirati, cum præterea facie non minus, quam armilausa ruberet. *Id.* ep. 22. (*al.* 7.) c. 1. Sibi ergo ille habeat armilausam suam, et suas caligas, &c. *Scholiast. Juvenal. ad Sat.* 5. v. 143. *viridem thoraca* exponit *armilausam.* Legitur et *armelausa* et *armilausia.*

ARMĪLE, V. *Armillum.*

ARMILLA, æ, f. *a bracelet or ring worn on the left arm by soldiers who had distinguished themselves in battle, with which they were publicly presented by their General,* ψάλιον, ψέλλιον, brachiale, hoc est circulus, seu anulus ex auro, argento, aliave materia, quo brachia ornantur: quo milites olim virtutis causa ab imperatoribus donabantur. *Plin.* scribit l. 33. c. 2. *ad fin.* armillas datas fuisse tantum civibus Romanis, non vero externis. *Festus* docet, putari dictam esse ab *armo,* quod antiqui humerum cum brachio *armum* vocabant. *Liv.* l. 10. c. 44. Quatuor centuriones, manipulumque hastatorum armillis, aureisque coronis donavit. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 9. c. 13. Torque, atque armillis decoratus. *Plin.* l. 28. c. 11. Vulpinam linguam habentes in armilla, lippituros negant. *Cic. l.* 4. *de republ.* usus est, teste *Priscian.* pag. 1220. *Putsch.* Adde Inscript. apud *Gruter.* pag. 1096. n. 4. ¶ Armillæ etiam a mulieribus gestantur: *bracelets worn by women:* cujus rei testimonium habes apud *Plaut. Men.* 3. 3. 13. et apud *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 26. ¶ A similitudine dicuntur *armillæ* ferrei anuli parvi, quibus aliquid ad firmitatem cingitur, *hoops, ferrels. Vitruv.* l. 10. c. 6. Ferreos cnodaces, uti subscudes in capitibus scaporum implumbavit, et armillas in materia ad cnodaces circumdandos infixit. ¶ *Armilla petasonis* apud *Apicium* l. 7. c. 9. videtur esse caro armi, vel ut putat *Humelberg.* pellis quæ armo tanquam armilla inhæret.

ARMILLĀTUS, a, um, *which hath or weareth a bracelet,* armillis ornatus. *Sueton. in Ner.* c. 30. Armillata turba. *Id. in Calig.* c. 52. Manuleatus, et armillatus in publicum processit. *Propert.* l. 4. eleg. 8. v. 24. Armillati canes. *h. e.* vincti colla collaribus, quæ sunt armillis similes. *having collars round their necks.*

ARMILLUM, i, n. *a vessel for wine, carried on the shoulders at sacrifices,* genus est urceoli vinarii, ut *Varr.* apud *Non.* c. 15. n. 33. interpretatur. *Festus* addit adhibitum fuisse in sacris, docetque ita dictum, quod armo, hoc est humero deportetur. Hinc *anus ad armillum redit:* proverb. de iis, qui ad ingenium, ad notas artes, et ad solita vitia revertuntur. Anus enim in vinum valde propensæ sunt. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 45. Hinc a me, hinc licet anus rursum ad armillum. *Apulei.* l. 9. *Metam.* At illa ad armillum revertit, et ad familiares feminarum artes accenditur. ¶ Dicitur et *armile, is. Apulei.* l. 6. *Metam.* Interea Cupido amore nimio peresus ad armile redit. Hoc loco *armile* quidam ducunt ab *armis,* et interpretantur instrumentum, seu armamentarium versutiarum, ac fraudum.

ARMILUSTRĬUM, et Armilustrum, i, n. ὁπλοκαθάρσιον, ὁπλοκάθαρμος, festum fuit, inquit *Festus,* apud Romanos, in quo armati rem divinam faciebant, ac dum sacrificarent, tubis canebant, armorum et exercitus lustrandi, et expiandi causa. Locus etiam, in quo hujusmodi lustratio fiebat, eodem nomine appellatus est. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. *a med.* ubi *armilustrum* legitur, et l. 5. c. 3. *a med.* ubi *armilustrium* bis in editione *Scaligeri.* Alii ita leg. hoc posteriore loco: Armilustrium ab eo quod in armilustro armati sacra faciunt: ut distinguat *Varro* unum ab alio, et *armilustrium* sacrificium, *armilustrum* locum ipsum appellet. Apud *P. Vict. de regionib. Urbis Romæ* in regione decima tertia legitur *vicus Armilustri,* et in veteri monumento apud *Gruter.* pag. 250. habetur *Vico Armilustri* in eadem regione. [† " Armilustrum erat *locus, ubi* arma ancilia *quotannis lustrabantur,* armilustrium *vero dies sollemnis, quo illa cerimonia perageretur. Locum notat Liv.* 27. 37. In armilustro visum est lapidibus pluere." GESNER.]

ARMIPŎTENS, entis, *valiant, powerful in arms,* κρατερὸς, ὁπλοκράτωρ, qui armis et bello valde potest. *Virg.* 6. *Æn.* v. 500. Deiphobe armipotens, genus alto a sanguine Teucrum. *Id.* 9. *Æn.* v. 717. Mars armipotens. *Id. Æn.* 2. v. 425. Divæ armipotentis ad aram. *h. e.* Palladis. *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 20. Ausonia armipotens. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 15. leg. 1.

ARMIPOTENTĬA, æ, f. *courage, bravery, valour, intrepidity,* virtus armorum, et belli. *Ammian.* 3. l. 18. c. 5. (*al.* 10.) Armipotentia fretus, successibusque magnificis.

ARMISŎNUS, a, um, *resounding with the rattling of armour,* qui armis sonat, aut strepit. *Virg.* 3. *Æn.* v. 544. Pallas armisona. *Claudian.* l. 3. *de rapt. Proserp.* v. 67. Antrum armisonum.

ARMO, as, avi, atum, a. 1. *to arm; fit out, equip, or caparison for war,* ὁπλίζω, armis induo, aut munio. *Cic. pro Cæcin.* c. 12. Multitudinem hominum cogere, armare, instruere. *Pomp. Magn. ad Marcell. et Lentul. Coss. post epist.* 12. l. 8. *ad Attic.* Armare milites armis iis, quæ, &c. *Sallust. in Jug.* c. 13. Armare maximas copias. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 182. Armare manus ense. *Virg.* 11. *Æn.* v. 682. Sparus armat manus. *Silius* l. 7. v. 3. Armare Ausoniam. *Tacit. Ann.* 12. c. 56. triremes. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 1. naves. *Cic. pro Planc.* c. 35. servos in dominos. *Id. pro Mil.* c. 25. cohortes contra aliquem. *Nepos in Annib.* c. 10. Armare et excitare Regem adversus Romanos. *Virg.* 7. *Æn.* v. 335. Armare aliquem in prœlium. *Plin.* l. 11. c. 28. Apes armantur aculeis. ¶ Translate ponitur pro munire, instruere. *to fit, strengthen, fortify. Justin.* l. 12. c. 10. et *Virg.* 10. *Æn.* v. 140. Armare sagittas veneno. *to tip. Valer. Flacc.* l. 8. v. 302. flammas unguine picis. *Virg.* 4. *Æn.* v. 299. classem. *h. e.* armamentis instruere ad navigandum. *Id.* 3. *Æn.* v. 540. equos bello. *Martial.* l. 14. epigr. 9. thecam calamis. *Cic. pro Cluent.* c. 67. accusatorem omnibus rebus. *Id. pro Dom.* c. 1. perditos magistratus Deorum religione. *Id. pro Mil.* c. 1. temeritatem concitatæ multitudinis auctoritate publica. *Cæcina ad Cic. Fam.* 6. ep. 7. Te ad omnia summum, atque excellens ingenium armavit. *Nepos in Dion.* c. 8. Armare se imprudentia alicujus. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 1. se eloquentia. *Silius* l. 11. v. 186. nullo nos invida tanto Armavit natura bono. *Claudian. in consul. Probi, et Olybr.* v. 91. pulcherque severo Armatur terrore pudor. *Vellei.* l. 2. c. 49. Pompeium Senatus auctoritas, Cæsarem militum armavit fiducia. *Horat. de art. poet.* v. 79. Archilochum proprio rabies armavit iambo. *h. e.* concitavit, irritavit. *Virg. Æn.* 19. v. 398. mixtus dolor, et pudor armat in hostes. *Flor.* l. 3. c. 12. Cupido dominandi Cæsarem, et Pompeium furialibus in exitium Reipublicæ facibus armavit. [¶ Particip. *armandus* apud *Ovid. Met.* l. 13. v. 215. Doceo quo simus alendi, Armandique modo.]

ARMORACĔA, et Armoracia, æ, f. et Armoracium, ii, n. *a sort of wild radish; horse-radish,* ῥαφανὶς ἀγρία, ἀρμορακία, genus raphani silvestris, fronde copiosius, quam corpore. *Plin.* l. 19. c. 5. et l. 20. c. 4. armoraciam appellat; *Pallad. in Octobr.* tit. 11. armoraceam; *Colum.* l. 12. c. 9. armoracium, ejusque cymæ condiendæ rationem tradit.

ARMORĬCUS, V. *Aremoricus.*

ARMUS, i, m. *the arm or shoulder,* μασχάλη, proprie significat humeri commissuram cum brachio: est enim ab ἁρμὸς, compages: sed accipitur pro ipso humero: quin usus obtinuit, ut *armus* de brutis animalibus, *humerus* de homine tantum dicatur. *Ovid.* 10. *Metam.* de Hippomene in leonem mutato, vers. 699. digiti curvantur in ungues, Ex humeris armi fiunt. *Plin.* l. 11. c. 43. Solus homo bipes: uni juguli, humeri: ceteris armi. *Id. ibid.* c. 40. Armi elephantis. *Id. ibid.* c. 39. leonis. *Id.* l. 8. c. 17. pantheræ. *Id.* l. 18. c. 17. talpæ. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 44. leporis. ¶ Hoc tamen discrimen non est perpetuum. *Virg.* 11. *Æn.* v. 644. latos huic hasta per armos Acta tremit, duplicatque virum transfixa dolore. Adde *Festum* in voce *Armata,* ubi *pomum in armum legere,* est tantam pomorum vim legere, ut in humeros tollenda sit, si asportare velis. ¶ In illo *Virgilii* 6. *Æn.* v. 882. *Seu spumantis equi foderet calcaribus armos,* ponuntur *armi* pro lateribus equi, quæ post anteriores ejus armos sunt. neque enim armi calcaribus fodi solent. [¶ Pro brachio hominis usurpat *Lucan.* l. 9. v. 831. Invaditque manum, quam protinus ille retecto Ense ferit, totoque simul demittit ab armo.]

ARNA, *a lambkin,* vox Græca agnam significans: ab ἀρς, ἀρνὸς, ὁ, καὶ ἡ, agnus, et agna. *Festus:* Arnæ caput, agnæ caput. *Al. leg.* agni *pro* agnæ. ¶ Est etiam oppidum Umbriæ, Mevaniæ, et Hispello finitimum. *Sil.* l. 8. v. 458. ¶ Hujus oppidi incolæ dicuntur *Arnates. Plin.* l. 3. c. 14.

ARNĂCIS, idis, f. *a cloak furred with lamb's wool,* ἀρνακὶς, genus vestis puellaris, fortasse ex pellibus agninis. nam ἀρς, ἀρνὸς, agnum significat. *Varro* apud *Non.* c. 14. *n. ult.* ubi male *parnacis* a quibusdam editum est. *Suidas* τὴν ἀρνακίδα exponit pellem agninam una cum lana. Apud *Plat. in Sympos.* est genus calceamenti ex agninis pellibus.

ARNIENSIS, et Arnensis, e, adject. ad Arnum fluvium pertinens. Fuit hoc nomine Tribus Romana, una ex Rusticis, omnium remotissima ab urbe Roma, sicut Suburana erat omnium proxima. Constituta fuit circa annum Urbis 369. ut est apud *Liv.* l. 6. c. 5. et cognominata ab Arno fluvio Etruriæ. *Cic. Agrar.* 2. c. 29. A Suburana usque ad Arniensem nomina vestra proponat. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 129. n. 5. P. Silius P. F. Arnien. Pætinus. IIII Vir. Alia *ibid.* pag. 548. n. 1. C. Julio C. Fil. Arniens. Speratiano, &c. Alia *ibid.* pag. 1098. n. 2. C. Nonio C. F. Arnensi Proculo Cos. ¶ In plerisque aliis antiquis inscriptionib. designatur per litteras *Ar.* vel *Arn.* ¶ In locis *Cicer.* et *Livii* in quibusdam editionibus legitur *Narniensis,* ut sit a Narnia Umbriæ oppido; et putant quidam, quo tempore hæc Tribus facta est, non pertinuisse Romanam ditionem usque ad Arnum, ut ex eo una Tribus cognominari posset.

[* ARNĬON, i, n. ἄρνιον, herba eadem ac arnoglossa. *Apul. de herb.* c. 1.]

ARNOBĬUS, ii, m. natione Afer, religione primum Gentilis, postea Christianus, professione Rhetor, Siccæ in Africa diu docuit, et declamavit, habuitque discipulum Lactantium Firmianum, quo vel uno satis commendari posset: floruit sub fine sæculi Christi tertii, Diocletiano Imperatore, ut *Div. Hieronym. de Scriptoribus Eccles.* docet. Scripsit *adversus Gentes* libros septem eruditissimos, et eloquentissimos, quibus Gentilium theologiam, et religionem acriter insectatur, et salse admodum irridet. Ejus stilus assurgit ubique, ferturque, velut torrens, magno impetu: sermo ut illis temporibus castigatus, verbis ex antiquo probatoque usu acceptis refertus, subinde tamen novis occurrentibus, aut audacius deductis, ut vel vulgarem nasum habenti redolere Africam facile possint. *Hieronym.* ep. 13. *ad fin.* Arnobius inæqualis et nimius, et absque operis sui partitione confusus.

[* ARNOGLOSSA, æ, f. ἀρνόγλωσσον, herba eadem ac arnion atque plantago. *Apul. de herb.* c. 1.]

ARNUS, i, m. [† hod.] *l'Arno,* Ἄρνος, fluvius Tusciæ, qui oritur ex Apennino monte in conf. Romandiolæ, Florentiam, ac Pisas interluit, et in mare Tyrrhenum cadit. *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ Est etiam *arnus* idem ac agnus, *a lambkin,* a Græco ἀρς, ἀρνός; legiturque in vetustissima quadam

[illegible], quem Numæ fuisse dicitur, apud Gell. l. 4. c. 3. [illegible] *Junoni crinibus demissis agnum feminam cædito.*

ARO, as, avi, atum, a. 1. *to plough*, ἀρόω, terram aratro scindere seminandi causa. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 87. Bos est enectus arando. *Cic.* 2. *de divin.* c. 23. Cum terra araretur, et sulcus altius esset impressus. *Plaut. Merc.* 2. 3. 21. Arare mavelim, quam sic amare. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 11. Arare agrum. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *a med.* arare terram, serere arbores. ¶ Usurpatur generatim pro colere, *to till, cultivate, farm*; et *arare* dicuntur, qui agros habent, ex quibus fructus percipiunt. *Sallust. in Catil.* c. 2. Quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent. *Horat.* epod. 4. v. 13. Arat Falerni mille fundi jugera. *Cic. Verr.* 5. c. 5. Cives Romani, qui arant in Sicilia. V. *Arator. Id. ibid.* c. 47. Fieri non poterat, ut plusquam decem medimna ex jugero ararent. ¶ Translate *Ovid.* 2. *de art. am.* v. 118. Et venient rugæ, quæ tibi corpus arent. ¶ Poetice transfertur ad navigationem. *Virg.* 2. *Æn.* v. 780. vastum maris æquor arandum. *Ovid.* 1. *Trist.* eleg. 2. v. 76. Latum mutandis mercibus æquor aro. *to plough the main, sail.* ¶ In re Venerea. *Plaut. Asin.* 5. 2. 24. et *Trucul.* 1. 2. 48. et alii. ¶ *Arare litus* proverbio est operam perdere. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 116. ¶ In illo *Tibulli* l. 1. eleg. 8. v. 16. Frigidus intonsos Taurus arat Cilicas: *Brouckus.* censet *arare* positum esse pro disterminare, dividere, quia Taurus mons Cilicas a Pamphilia disterminat, ducta translatione a sulcis, quibus secatur ager, et quodammodo dividitur. Alii leg. *alat.*

AROMA, ătis, n. *sweet spices, herbs, seeds, or roots; aromatics*, ἄρωμα, quarundam herbarum fructus odoris, et saporis gratissimi, quibus utimur vel ad fovendum ventriculum, vel ad appetentiam provocandam, ut sunt zinziber, piper, saccharum, et similia, quæ vulgo *species* vocant. Usurpatur fere in plurali numero. *Colum.* l. 12. c. 20. Aromata contusa, et cribrata paulatim insperges. [*Apul. in Florid.* pag. 362. *Elmenh.* Membra omnia aromatis perspersa, *h. e.* aromatibus.] ¶ In singulari numero *Prudent. in Peristeph.* 8. n. 72. Mollisque ephebus tinctus aromate. *Id. in Apotheosi*, v. 826. Solus odor sparsi spiramen aromatis efflat. Adde *Martian. Digest.* lib. 39. tit. 4. *leg. ult.*

AROMATARĬUS, ii, m. *a vender of aromatics, trafficker in spices*, qui in aromatis negotiatur, ἀρωματοπώλης, In veteri Inscript. apud *Murator.* habetur pag. 511. n. 4. collegium aromatariorum.

AROMATĬCUS, a, um, *aromatic, spicy, fragrant*, ἀρωματικός, ad aromata pertinens. *Spartian. in Adrian.* c. 19. In honorem socrus suæ aromatica populo donavit. *Supple* munera. *Sedul.* l. 5. v. 324. Cum munere matres Messis aromaticæ.

AROMATĪTES, æ, m. *a precious stone of a spicy smell, like myrrh*, ἀρωματίτης, gemma quædam, ita dicta ab odore et colore myrrhæ: quam quidam putant esse ambram. *Plin.* l. 37. c. 10. Aromatites et ipsa (*subaudi* gemma) in Arabia traditur gigni, &c. ¶ *Aromatites vinum* odoramentis conditum, *hippocras, wine brewed with spices. Plin.* l. 14. c. 13. Aromatite delectari. *Id. ibid.* c. 16. Aromatiten invenio factitatum, &c. V. *ibid.* rationem ejus conficiendi. V. *Abrotonites.*

ARONĒUS, a, um, ad Aaronem pertinens. *Paulin. Nolan.* carm. 22. v. 27. prisca sub imagine sanctum Fœdus Aroneis pignoribus geritur.

AROS, i, f. et Aron, i, n. *the herb wakerobin*, genus bulbi in Ægypto maxime proveniens, scillæ proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturæ, quæ edatur et cruda. *Plin.* l. 19. c. 5. *ad fin.* et l. 24. c. 16. ¶ Positione Latina est *Arum. i.*

ARPI, orum, m. [† hod.] *Arpi*, oppidum Apuliæ Dauniæ, a Diomede conditum. *Plin.* l. 4. c. 11. ¶ Arpos *disertos* appellat *Martial.* l. 4. epigr. 55. propter Horatium, qui in ejus oppidi finibus natus est.

ARPĪNAS, atis, adject. omn. gen. ad Arpinum pertinens. *Cic. Agrar.* 3. c. 2. Meus paternus, avitusque fundus Arpinas. *Id. Attic.* l. 1. ep. 16. *a med.* Arpinates aquæ *Id. Attic.* l. 12. ep. 12. Insula Arpinas. *Id. Attic.* l. 16. ep. 13. Iter Arpinas. ¶ *Arpinates, tum*, sunt Arpini incolæ. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 7. Ut ager Arpinas Arpinatum dicatur, Tusculanus Tusculanorum. Adde *Attic.* l. 4. ep. 7. ubi *Arpinatium* legitur pro *Arpinatum*, et l. 15. ep. 15. et *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ *Arpinas* absolute per antonomasiam designat Ciceronem. *Symmach.* in carm. l. 1. ep. 1. *de Hortensio.* Contra Arpinatem qui stetit eloquio. Item Marium apud *Sidon.* carm. 9. v. 259. ¶ Olim declinabant *Arpinatis, te. Cato* apud *Priscian.* l. 4. pag. 629. *Putsch.* Si quis mortuus est Arpinatis, ejus heredem sacra non sequuntur.

ARPĪNUM, i, n. [† hod.] *Arpino*, oppidum Latii, in Samnii confinio, in colle excelso, apud Fibrenum fluvium, patria M. T. Ciceronis, et C. Marii. *Cic. Attic.* l. 2. epist. 8.

ARPĪNUS, a, um, ad Arpinum pertinens. *Martial.* l. 11. epigr. 51. Arpinus agellus. *Id.* l. 10. epigr. 19. Chartæ Arpinæ. *h. e.* scripta Ciceronis, qui Arpinas fuit. ¶ Item ad Arpos pertinens, Apuliæ oppidum. *Liv.* l. 24. c. 45. Dasius Altinius Arpinus. ¶ *Arpini, orum*, ejus oppidi cives. *Id. ibid.* c. 47.

ARQUĀTUS, a, um, *arched, curved*, idem quod arcuatus: ab *arquus* pro *arcus. Ovid. Metam.* 11. v. 589. induitur velamina mille colorum Iris, et arquato cælum curvamine signans, &c. *Alii leg.* arcato. *Arnob.* l. 2. pag. 59. Arquata sellula. ¶ *Arquatus morbus, the jaundice.* ἴκτερος, idem est ac regius morbus, cum flava bilis per totum corpus, et præcipue in oculos diffunditur, et flavo colore inficit. Dicitur autem *arquatus*, quia virorem quodammodo arqui Iridis imitatur, ut *Non.* c. 5. n. 14. putat. *Cels.* l. 3. c. 24. Æque notus est morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant. ¶ Item qui arquato morbo laborat, *icterical, afflicted with the jaundice*, ἰκτερικός. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 151. Ut arquatis, et veternosis, quæ lutea non sunt, æque ut quæ sunt, lutea videntur, sic &c. *Plin.* l. 20. c. 11. Semen apii datur et arquatis ex vino albo. *Colum.* l. 7. c. 5. Vetus urina remedio est etiam pecori arquato. *Al. leg.* arcuato *eodem sensu.* Adde *Lucret.* l. 4. v. 333.

ARQUITĔNENS, entis, *holding the bow*, arcitenens, epitheton Apollinis. *Nævius* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 5. Apollo pollens sagittis inclitus arquitenens. *Hostius ibid.* Invictus Apollo arquitenens. *Arnob.* l. 1. pag. 20. Arquitenentes Diana, et Apollo. *Virg. Æn.* 3. v. 75. Quam pius arquitenens, &c. Alii hoc loco legunt *arcitenens.* [† V. *Arcitenens* et *Arcipotens.*]

ARQUĪTES, um, sunt arcu præliantes, ut *Festus* exponit: *archers*: ab *arquus* pro *arcus.* Usitatiore vocabulo *sagittarii* dicuntur.

ARQUUS, i, m. idem quod *arcus*, Veterum scriptione. *Non.* tamen c. 5. n. 14. statuit discrimen, ut *arcus* dicatur fornix suspensus; *arquus* qui in cælo apparet, quem Irim Poetæ dicunt: quo sensu *Lucret.* l. 6. v. 525. Tum color in nigris exsistit nubibus arqui. Adde *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 20. ut quidem legit *Charis.* l. 1. pag. 93. *Putsch.* et *Enn.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 712. et V. Arcus *in fine.*

ARRA, V. *Arrha.*

ARRĂBO, V. *Arrhabo.*

ARRĀLIS, et Arrhalis, le, adjectivum ad arram, seu arrham pertinens. *Impp. Diocletian.* et *Maxim.* lib. 4. *Cod.* tit. 49. leg. 3. Ex arrali pacto personalis dumtaxat actio paciscentibus præparatur. *h. e.* ex pacto, quod data arra confirmatum est.

ARRECTARĬUS, a, um, *straight, erect*, arrectus, directus ad perpendiculum, cui contrarius est *transversarius. Vitruv.* l. 7. c. 3. Sin autem in cratitiis tectoria erunt facienda, quibus necesse est etiam in arrectariis, et transversariis rimas fieri, &c. *h. e.* in asseribus rectis, et transversis, ex quibus cratitii parietes constant.

ARRECTUS, et Adrectus, a, um. *erected, raised or lifted up, elevated, straight, erect*, erectus, directus, ὀρθούμενος. *Virg. Æn.* 5. v. 426. Constitit in digitos extemplo arrectus uterque. *Id. Æn.* 1. v. 155. Arrectisque auribus adstant. *with ears erect, attentive. Id. Æn.* 2. v. 206. Anguium pectora arrecta inter fluctus. *Id. Æn.* 4. v. 280. Arrectæque horrore comæ. *standing an end, bristled. Id. Æn.* 9. v. 754. Serpens arrectis horret squamis. *Id. Æn.* 10. v. 892. Tollit se arrectum quadrupes. *erect. Liv.* l. 21. c. 35. *ad fin.* Pleraque Alpium ab Italia ut breviora, ita arrectiora sunt. *steeper, loftier.* Quidam leg. *arctiora.* ¶ Obsceno sensu *Martial.* l. 10. epigr. 55. et *Auct. Priapeor.* carm. 69. ὀρθιάζω. ¶ Translate ponitur pro excitato, intento, *roused, excited, attentive. Virg. Æn.* 1. v. 583. His animum arrecti dictis. *roused, animated, heartened, encouraged. Sallust. in Jug.* c. 91. Postquam plebis animos arrectos videt. et cap. 98. Consulis animus paululum arrectus. *Id. in fragment. in Orat. Philippi contra Lepidum:* Reliquiæ belli arrectæ. *roused. Virg. Æn.* 5. v. 138. laudumque arrecta cupido. *Id.* 3. *Georg.* v. 105. Arrectæ spes. *Id.* 5. *Æn.* v. 643. mentes. *Id.* 11. *Æn.* v. 452. stimulis haud mollibus iræ. *Liv.* l. 8. c. 37. Arrecti animi ad bellandum. *Tacit. Ann.* 3. c. 11. Arrecta civitas omnis, quanta fides amicis Germanici, quæ fiducia reo, &c. *h. e.* intenta, et excitata, admiransque, quam parum fidei in amicis Germanici, quanta fiducia reo esset.

ARRĒPO, } V. *Adrepo, Adreptans.*
ARREPTANS, }

ARREPTUS, et Adreptus, a, um, *snatched, taken hastily, seized*, nom. particip. ab *arripio. Ovid. Metam.* 6. v. 552. Arreptamque coma, flexis post terga lacertis, Vincla pati cogit. *Virg. Æn.* 11. v. 459. Arrepto tempore. *having snatched the opportunity. Cic. Attic.* l. 7. ep. 13. *ad fin.* Hic sermone aliquo arrepto pro mandatis abusus est. *Sueton. in Vitell.* c. 2. Inter Sejani conscios arreptus. *seized, arrested.*

ARRETĬUM, V. *Aretium.*

ARRHA, et Arra, æ, f. *earnest-money, the money given in token that a bargain is ratified*, ἀῤῥαβών, id quod dari solet ad confirmationem contractus. [Arrhæ autem institutæ videntur in auctionibus, cum æris aliquantulum daretur, quod plaustra gravis æris eo vehi incommodum fuisset. *Isidor.* l. 5. *Origin.* c. 25. Interest in loquendi usu inter pignus et arram. Nam pignus est, quod datur propter rem creditam, quæ dum redditur, statim pignus aufertur. Arra vero est, quod pro re bonæ fidei contractu empta ex parte datur, et postea completur. Est enim arra complenda, non auferenda: unde qui habet arram, non reddit, sicut pignus, sed desiderat plenitudinem. Et dicta arra a re, pro qua traditur.] *Plin.* l. 33. c. 1. Argumento est consuetudo vulgi ad sponsiones etiamnum anulo exsiliente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arra velocior. *Caius Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 35. Quod arræ nomine pro emptione datur, eo pertinet, ut evidentius probari possit, convenisse de pretio. *Capitolin. in Maximin. jun.* c. 1. Manserunt apud eum arræ regiæ. *h. e.* pignora sponsaliorum. [*Plin.* l. 29. c. 1. sect. 8. mortis arrham vocat id, quod veluti pignus pretii numerandi medicis datur, ut paulo post ægrum occidant.] ¶ Qui cum aspiratione scribunt, Græcæ scriptioni adhærent. Docent enim Etymologi *arrham* dictam esse per apocopen ab *arrhabo*, ἀῤῥαβών. qui aspirationem exterunt, Latinam consuetudinem sequuntur, qua nomina externa ad Latinam declinationem traducta, Latinis etiam litteris scribi solent.

ARRHĂBO, et Arrabo, ōnis, m. *a token or pledge*, ἀῤῥαβών, id quod pignoris loco alicui datur; estque Hebræa vox, ab עָרַב spondere, fidejubere, a quo עֵרָבוֹן *arrhabon:* quam originem si spectes, producenda est pænultima. *Terent. Heaut.* 3. 3. 42. Reliquit filiam adolescentulam: ea relicta huic arraboni est pro illo argento. *Plaut. Milit.* 4. 1. 11. Hunc arrabonem amoris primum a me accipe. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 17. c. 2. Cum tantus arrabo penes Samnites populi Romani esset. Subdit *Gellius:* Arrhabonem dixit sexcentos obsides; et id maluit quam pignus dicere, quoniam vis hujus vocabuli in ea sententia gravior, acriorque est. Sed nunc arrhabo in sordidis verbis haberi cœptus: ac multo videtur rectius arra; quamquam arrha quoque veteres sæpe dixerunt. Hæc *Gellius.* ¶ Accipitur etiam pro arra, *an earnest, or earnest-penny, given in part of payment. Plaut. Mostell.* 3. 1. 114. Ædes quanti destinat? *Tr.* talentis magnis totidem, quot ego et tu sumus, sed arraboni has dedit quadraginta minas. *Id. Rud. Prol.* v. 45. Minis triginta sibi puellam destinat, datque arrabonem, et jurejurando alligat. ¶ Perridiculus, sed et frigidiusculus est jocus Stratilacis servi apud *eund. Trucul.* 3. 2. 20. Tene hoc tibi: rabonem habeto, mecum ut hanc noctem sies. *As.* Perii! rabonem? quam esse dicam hanc beluam? quin tu arrabonem dicis? *St.* ar facio lucri: ut Prænestinis conia est ciconia. ¶ Qui *arrhabonem* scribunt cum aspiratione, Græcas litteras sequuntur; qui sine aspiratione, consuetudinem Latinam, ut et in *Arrha* dictum est.

[*ARRHĀLIS, seu ARRALIS, e, adject. *Dioclet. in Cod.* l. 4. tit. 49. leg. 3. Ex arrali pacto personalis dumtaxat actio paciscentibus præparatur.]

ARRHENĬCUM, i, n. *arsenic*, ἀῤῥενικόν, idem ac arsenicum. Nam et Græce ἀῤῥενικὸν, et ἀρσενικὸν idem sonant. *Plin.* l. 28. c. 15. Vitia quæ in eadem parte serpunt, jecur eorum combustum cum charta, et arrhenico sumat. *Harduin.* ita legendum docet ex quamplurimis libris editis, et MSS.

ARRHENOGŎNON, i, *the herb rag-wort*, ἀῤῥενόγονον, ita Græce cognominatur satyrion herba, quasi masculos generans: ab ἄῤῥην, ἄῤῥενος, masculus, et γονὴ, genitura: quia cujusdam satyrii speciei semen testium simile est, ut *Theophrast.* l. 9. c. 19. prodidit. *Plin.* l. 26. c. 10. [† V. *Satyrion.*]

ARRHĒTOS, ἄῤῥητος, hoc est qui dici non potest: ab *a* privativa, et ῥέω dico: unus est ex æonibus Valentini Hæretici. *Tertull. advers. Valentinian.* cap. 35.

ARRIDĔO, et Adrideo, es, isi, isum, *to smile or look pleasantly upon, smile upon with approbation, approve*, προσγελάω, ad aliquid rideo, ridendo applaudo, vel approbo. *Plaut. Trucul.* 2. 1. 14. Oportet lænam probam arridere quisquis veniat, blandeque alloqui. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 20. Hic cum quidam familiaris jocans dixisset: huic quidem certe vitam tuam committis: arrisissetque adolescens; utrumque jussit interfici. *Horat. de art. poet.* v. 101. Ut ridentibus arrident, ita flentibus adsunt Humani vultus. *Terent. Adelph.* 5. 4. 10. Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. *Id. Eun.* 2. 2. 19. His ultro arrideo, et eorum ingenia admiror: quidquid dicunt laudo, &c. *Priscian.* l. 18. pag. 1201. *Putsch.* minus recte exponit *irrideo. Cic. in somn. Scipion.* c. 2. Leniter arridere. *L. Piso in tertio annali* apud *Gell.* l. 6. c. 9. Cn. Flavius id arrisit. *was pleased when he saw it.* Passive *Cic. de opt. gen. Orat.* c. 4. Cum aut non adhibeantur ad causas, aut adhibiti derideantur. nam si arrideantur, esset id ipsum Atticorum. ¶ Translate *Petron. in Satyr.* c. 133. Et quandoque mihi fortunæ arriserit hora, Non sine honore tuum patiar decus. *Lucret.* l. 2. v. 32. Præsertim cum tempestas arridet, &c. ¶ *Arridere aliquem.* h. e. ad aliquem, arridere alicui. *Auct. Dirarum* (quod carmen *Valerio Catoni* tribuunt) vers. 108. Vos nunc alloquitur: vos nunc arridet ocellis. ¶ Sæpe significat placere, *to please, be satisfactory. Cic. Attic.* l. 13. ep. 21. Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. *Horat.* l. 1. *sat. ult. sub fin.* quibus hæc sint qualiacunque, Arridere velim.

ARRĬGO, et Adrigo, is, exi, ectum, a. 3. *to lift or set up, to raise*, ἵστημι, ὀρθόω, erigo, dirigo, in rectum tollo: ex *ad*, et *rego. Enn.* apud *Macrob.* 7. *Saturn.* c. 4. Arma arrigunt: horrescunt tela. *Virg. Æn.* 10. v. 726. leo co-

mas arrexit. *Terent. Andr.* 5. 4. 30. Arrigere aures. *to listen, hearken, be attentive.* ducta loquendi ratione ab animalibus, quæ aures mobiles habent. *Plaut. Rud.* 5. 2. 6. Suo hic mihi sermone arrexit aures. ¶ Habet obscenum sensum tum active cum accusativo apud *Auct. Priapeor.* carm. 82. *extr.* tum absolute, et neutrorum more apud *Sueton. in Aug.* c. 69. *Martial.* l. 10. epigr. 91. et l. 11. epigr. 47. &c. στύω, στύομαι. ¶ Translate est excitare, *to excite, rouse, animate, encourage. Sallust. in Catil.* c. 40. Vetus certamen animos eorum arrexit. *Id. in Jug.* c. 86. Eos non paulum oratione sua Marius arrexerat. *Virg.* 12. *Æn.* v. 251. Arrexere animos Itali.

ARRILĀTOR, et Arilator, oris, m. πραγματευτὴς, μεταπράτης, negotiator, mercator, qui empturiens data arra sibi postulat credi: ab *arra*, ut *Scalig. ad Fest.* et *Voss. in Etymol.* censent. *Paulus ex Festo*: Arilator, qui etiam cocio appellatur, dictus videtur a voce Græca, quæ est αἶρε tolle, quia sequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli possit tollere. Sunt etiam qui ab *ara* derivant, propterea quod in Gloss. vet etiam Βωμοφόρος exponitur: alii a diminutivo *arula*, et scribunt *arulator*. Legitur etiam *arilator*, et *arrulator*. Sed ut origo et scribendi ratio dubia sit, vera certe esse videtur significatio, quam posuimus. Usus est hac voce *Laberius* apud *Gell.* l. 16. c. 7. V. *Voss. in Etymol.*

ARRIPĬO, et Adripio, is, ipui, eptum, a. 3. *to take by force or violence; to catch or snatch at, seize, lay hold of,* προσαρπάζω, statim corripio, vi prehendo, capio, ex *ad*, et *rapio*, quasi ad me rapio. *Virg.* 9. *Æn.* v. 561. simul arripit ipsum Pendentem, et magna muri cum parte revellit. *Sueton. in Galb.* c. 20. Arripere caput capillo. *Plaut. Rud.* 3. 4. 64. aliquem barba. *Terent. Adelph.* 3. 2. 18. et *Liv.* l. 1. c. 48. Arripere aliquem medium. *to take by the middle. Plaut. Curcul.* 5. 1. 7. Manum arripere mordicus. ¶ Pro aggredi, invadere, occupare. *to attack, invade, take forcible possession of. Virg.* 9. *Æn.* v. 13. turbata arripe castra. *Tacit. Histor.* l. 4. c. 17. *ad fin.* Proinde arriperent vacui occupatos, integri fessos. *Virg.* 11. *Æn.* v. 531. Arripere locum. ¶ Pro simplici *capio*, aut *prehendo* sine vi. *to take, take up. Nepos in Alcib.* c. 10. Hunc sequi se jubet, et id, quod in præsentia vestimentorum fuit, arripuit. *Plaut. Merc.* 3. 3. 18. Coquum aliquem arripere, prandium qui percoquat. *Id. Curcul.* 2. 3. 79. Talos arripere, invocare Herculem; jactare basilicum. *Id. Capt.* 4. 4. 7. gladium. *Virg. Æn.* 3. v. 477. terram velis. *to gain the shore. Liv.* l. 35. c. 36. arma. *Tacit.* 3. *Histor.* cap. 23. scutum e strage. et cap. 41. Arripere naves. *h. e.* capere, et conscendere. ¶ Translate elegantes habet usus. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 11. Quærit Socrates, unde animam arripuerimus, si nulla fuerit in mundo. *Id.* 2. *de Fin.* c. 29. Maximus dolor, qui simulatque arripuit, interficit. *Id. pro Sext.* cap. 32. Arripere sibi cognomen ex aliorum imaginibus. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 65. aliquid ad reprehendendum. *Id. pro Dom.* c. 5. causam aliquam ad incendia, cædem, rapinas. *Id. pro Flacc.* c. 8. facultatem lædendi, quæcumque detur. *to take, seize.* et l. 1. *de Orat.* c. 57. patrocinium æquitatis. *to take upon one's self, undertake.* et lib. 3. *de Fin.* c. 2. verba de foro. *Id. pro Mur.* c. 6. maledictum ex trivio. *Plaut. Mil.* 2. 2. 65. opem, et auxilium ad rem aliquam. *Valer. Max.* l. 1. c. 5. n. 3. Arripere omen. ¶ *Arripere occasionem* est occasionem statim capere, nec differre, quod oblatum est, *to seize. Liv.* l. 35. c. 12. *ad fin.* Et primam quamque occasionem recuperandi ea, quæ bello amisissent, arrepturos. *would embrace every possible opportunity,* &c. Sic *Terent. Eun.* 3. 5. 23. Submonuit me Parmeno ibi servus: quod ego arripui. *which I took up at once.* ¶ *Arripi somno* est corripi. *Justin.* l. 11. cap. 13. Confectum curis Alexandrum somnus arripuit. ¶ Sæpe refertur ad studia litterarum. *Cic. de Senect.* c. 8. Avide arripere litteras Græcas. *Id. ibid.* c. 21. *ad fin.* Celeriter arripere res innumerabiles. *Nepos in Cat.* c. 3. Litterarum studium etsi senior arripuerat, tamen, &c. ¶ Quæ addunt plerique Lexicographi, *arripere ad quæstionem: arripi in carcerem: arripere se foras*, et alia hujusmodi; rectius ad verbum *Abripio* pertinent: tametsi non desunt, qui etiam in his *arripio* defendunt. ¶ Pro rapere in jus accusando. *to accuse, arrest. Sueton. in Cæs.* cap. 23. Statim quæstor ejus in præjudicium aliquot criminibus arreptus est. ubi *Torrentius*: elegans verbum, et quod aviditatem accusatoris exprimit. *Horat. de Lucilio* l. 2. sat. 1. v. 69. Primores populi arripuit, populumque tributim. *h. e.* delegit, sumpsit, quos versibus carperet.

ARRISĬO, onis, f. *a smiling with approbation upon any thing,* actus arridendi, applausus risu factus. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 6. *ad fin.* Interpellatio, aut arrisio.

ARRĪSOR, oris, m. *an applauder, approver,* qui arridet, adulator. *Senec.* ep. 27. Stultorum divitum arrosor, et quod sequitur, arrisor.

ARRĪUS, nomen proprium Romanum. V. in *Arius.*

ARRŌDO, et Adrodo, is, osi, osum, a. 3. *to gnaw, gnaw round, nibble at,* abrodo, circumrodo. V. *Arrosus.* ¶ Translate *Cic. pro Sext.* c. 33. Ut illa ex vepreculis extracta nitedula Rempublicam conaretur arrodere. *Sidon.* l. 7. epist. 6. Lupus Ecclesiasticas caulas clandestino morsu arrodit.

ARRŎGANS, antis, *proud, haughty, overbearing, self-conceited, presumptuous, insolent, arrogant,* ἀλαζὼν, qui sibi temere, atque insolenter tribuit, quæ non habet. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* cap. 1. Ne arrogans in præripiendo populi beneficio videretur. *Cic. pro Font.* c. 12. Indutiomarus iste minax, atque arrogans. *Id. pro Dom.* c. 12. Quid est tam arrogans, quam de religione, de rebus divinis, cæremoniis, sacris pontificum collegium docere conari? *Tacit. Ann.* 11. c. 21. Adversus superiores tristi adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis. *Quintil.* l. 12. cap. 3. *sub fin.* Pigritia arrogantior. *Id.* declam. 7. c. *pænult.* Arrogantissime percussorum evasisse te putabas. *Id.* declam. 8. c. 9. Arrogantissima persuasio. *Macrob.* l. 1. *Saturnal.* c. 11. Arrogantissimum proverbium.

ARROGANTER, *proudly, haughtily, insolently, arrogantly,* ἀλαζονικῶς. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. Ad me autem, etiam cum rogat aliquid, contumaciter, arroganter, ἀκοινωνήτως solet scribere. *Id. pro Ligar.* cap. 10. Arroganter petere aliquid. *Id. ad Brut.* epist. 4. Arroganter præjudicare aliquid, et ad arbitrium suum revocare. *Id. pro Mur.* c. 37. Nihil dicam arrogantius. *Id.* l. 2. *de Invent.* c. 3. Temere, atque arroganter assentiri alicui rei. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 40. Arroganter facere. *Tacit. in Agric.* c. 16. Arroganter consulere in deditos. *Gell.* l. 9. c. 15. Præfari arrogantius, et elatius, quam decet. *Oros.* l. 7. c. 25. Arrogantissime excipere aliquem. et cap. 35. *in fin.* Arrogantissime præsumere.

ARROGANTĬA, æ, f. *pride, haughtiness, conceitedness, presumption, arrogance,* ἀλαζωνία, vitium, quo quis bona, quæ non habet, sibi assumit. Differt a *superbia*, quia superbus turgescit iis bonis, quæ re vera habet, arrogans temere, et impudenter bona sibi vendicat, quæ non habet. Differt etiam ab *insolentia*, quæ est ejus, qui affluentibus rebus, et arridente fortuna, cui non est assuetus, æquam mentem servare nescit, et licere sibi omnia putat. Quamquam hæc discrimina perpetua non sunt. *Cic.* l. 1. *Offic.* cap. 26. Superbiam, fastidium, arrogantiamque fugiamus. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 28. Ex arrogantia odium, ex insolentia arrogantia. *Id. divinat. in Verr.* c. 11. Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiæ multo molestissima. *Id. pro Mur.* c. 24. Sermo plenus arrogantiæ. *Id. in Orat.* c. 38. Extimescere crimen arrogantiæ. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 5. Laudare officium suum sine arrogantia. *Id. ibid.* cap. 1. Assumere sibi aliquid inanis arrogantiæ causa. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 46. Uti arrogantia. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 6. Minuere arrogantiam. *Id. pro Cluent.* c. 39. Gravis, et intolerabilis arrogantia. *Quintil.* l. 4. c. 1. Laborare opinione arrogantiæ. ¶ Pro pertinacia, obstinatione, *Liv.* l. 37. cap. 56. *in fi.* Cessuros se potius arrogantiæ Antipatri, quam causam turbandæ pacis præbituros. *to the obstinate pretensions.*

ARROGATĬO, et Adrogatio, onis, f. *an adopting,* υἵωσις, actus arrogandi, *h. e.* assumendi, adsciscendique aliquem in filium. Differt ab *adoptione*, quia adoptio est eorum, qui sub patria potestate sunt: *arrogatio* eorum, qui sunt sui juris. Illa per prætorem fit, hæc per populum comitiis curiatis: unde et nomen traxit, quia per populi rogationem fit. Ejus autem rogationis formula hæc est apud *Gell.* l. 5. c. 19. Velitis, jubeatis, Quirites, uti L. Valerius L. Titio tam jure legeque filius sibi siet, quam si ex eo patre, matreque familias natus esset; utique ei vitæ, necisque in eo potestas siet, uti patri endo filio est: Hæc uti dixi, ita vos, Quirites, rogo. Adde *Modestin. Dig.* lib. 1. tit. 7. (*qui est de adoptionib.*) leg. 1. ubi *Caius* leg. 2. aliam tradit rationem, cur *arrogatio* dicatur, nempe quia et is, qui arrogat, rogatur, idest interrogatur, an velit, eum quem arrogat, justum sibi filium esse; et is qui arrogatur, rogatur, an in id consentiat. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 2. Tiberius in Augusti liberos e privigno redactus arrogatione. ¶ Translata a populo in Principes Reipublicæ administratione, hujus auctoritate arrogationes fieri cœptæ sunt, ut ex *Caio loc. cit.* et ex *Justin. in Institut.* l. 1. tit. 11. colligitur.

ARROGĀTOR, et Adrogator, oris, m. *one who adopts,* qui aliquem sibi in filium arrogatione assumit. *Caius Dig.* l. 1. tit. 7. leg. 2. Subjici potestati arrogatoris. Adde *Ulpian. ibid.* leg. 19. et 22. et *Modestin.* leg. 40.

ARROGĀTUS, et Adrogatus, a, um, *adopted,* υἱωθεὶς, in alienam familiam arrogatione assumptus. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 13. Nerva Trajanum arrogatum accepit. *Marcell. Dig.* lib. 1. tit. 7. leg. 18. Si arrogatus permansisset in statu suo.

ARRŎGO, et Adrogo, as, avi, atum, a. 1. ex *ad* et *rogo*, quasi ad me rogo. *Arrogare sibi aliquid* est per temeritatem attribuere, et vindicare sibi aliquid; assumere id, cui impar sis, *to arrogate, claim, or attribute, to one's self unjustly,* ἀλαζονεύομαι. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 32. Non enim mihi tantum derogo, tametsi nihil arrogo, ut te copiosius, quam me, putem posse dicere. *Id. pro Planc.* c. 1. Quamquam mihi non sumo tantum, judices, neque arrogo ut Cn. Plancium suis erga me meritis impunitatem consecuturum putem. *Id. Fam.* 4. ep. 1. *in fi.* Ego tibi tantum tribuo, quantum mihi fortasse arrogo. *Id. de clar. Orat.* c. 85. Arrogare sibi sapientiam. *Quintil. in proœm.* l. 1. sibi nomen insolentissimum. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 30. sibi nobilitatem, aut modestiam. *Sallust. in Jug.* cap. 88. sibi aliquid ex aliena virtute. ¶ *Arrogare aliquid alicui* est tribuere, vel afferre; et in bonam quoque partem accipitur, *to confer or bestow. Horat.* l. 4. od. 14. v. 39. Fortuna laudem, et optatum peractis imperiis decus arrogavit. *Id.* l. 2. ep. 1. v. 35. Scire velim, pretium chartis quotus arroget annus. *sets a value upon. Id. de art. poet.* v. 121. Jura neget sibi nata: nihil non arroget armis. *h. e.* omnia in armorum vi posita esse putet. ¶ *Arrogare aliquem* est in propriam familiam assumere, *to adopt*; ea ratione, quæ in *Arrogatio* explicata est. *Modestin. Dig.* lib. 1. tit. 7. leg. 1. Adoptantur filii familiarum; arrogantur qui sui juris sunt. *Ulpian. ibid.* leg. 22. Arrogare aliquem in locum filii. *Marcell. Dig.* lib. 23. tit. 2. leg. 32. Dare se arrogandum alicui. Adde *Capitolin. in Anton. Pio*, c. 4. et *Gell.* l. 5. c. 19. ubi hac de re plura. Ideo autem *arrogare* dicitur, qui aliquem in filium assumit, quia rogat, seu interrogat populum, ut suam arrogationem approbet, ut *Gell. ibid.* docet, et diximus in *Arrogatio*; vel quia is, qui assumitur, interrogatur, an velit, ut ex *Caio ibid.* docuimus. Quo pertinet illud *Plauti Rud.* 5. 2. 45. Venus hæc volo arroget te. Nam ut ait *Turneb.* l. 26. c. 2. in stipulatione est adstipulator plerumque, ut in promissione adpromissor: stipulator rogat, adstipulator adrogat: cujus vice Venus hoc loco fungitur, ad cujus aram initur pactum de reddendo vidulo, accepta pecunia. ¶ *Arrogare dictatorem consuli* apud *Liv.* l. 7. c. 25. est dictatorem creare, et consuli inducere, ut in eum imperium habeat: quia etiam dictator per quandam rogationis speciem aut a Senatu, aut a populo poscebatur, quamvis soli fere consuli eum dicere liceret.

ARRŌSOR, oris, m. qui arrodit. *Senec.* epist. 27. Stultorum divitum arrosor. *h. e.* qui eorum bona abligurit. *Lips.* in quodam suo codice legebat *abrasor* eod. sensu.

ARRŌSUS, a, um, *gnawed, bitten,* abrosus. *Plin.* l. 8. c. 57. Mures, arrosis Lanuvii clypeis argenteis, Marsicum portendere bellum. *Id.* l. 11. c. 30. Formicæ semina arrosa condunt. *Id. ibid.* c. 37. *ad fin.* Sues spirantes a muribus arrosæ.

[* ARRŌTANS, antis, particip. ab inusit. *arroto*, circum torquens, idem ac rotans. *Sidon.* l. 6. epist. 1. Quis febriens, arrotanti tactu pulsum distinguat incolumem? *h. e.* tactu incerto.]

ARRUGĬA, æ, f. *a gold-mine,* χρυσωρυχία, cuniculus subterraneus, ex quo effoditur aurum. *Plin.* l. 33. cap. 4. Arrugias id genus vocant. siduntque rimæ subito, et opprimunt operatos. *Id. ibid.* Aurum arrugia quæsitum non coquitur, sed statim suum est. In *Suppositis Aulul. Plauti* legitur *arrogia*.

ARRULĀTOR, V. *Arrilator.*

ARS, artis, f. *an art, faculty, quality; method, way or mean; contrivance, skill, ability; science, profession, occupation, employment,* τέχνη, præceptio, quæ dat certam viam rationemque faciendi aliquid. [*Donatus ad Terent. Andr.* i. 4. deducit per syncopen ab ἀρετὴ *virtus*; alii ab ἄρω *necto*, hinc est obsoletum ἄρς, ἄρτος, unde Latinum *ars artis*, *h. e.* nectendi et apte copulandi ratio.] *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 20. Artem vero negabat esse ullam, nisi quæ cognitis, penitusque perspectis, et in unum spectantibus, et nunquam fallentibus rebus contineretur. *Id. in Orat.* c. 55. Notatio naturæ, et animadversio peperit artem. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 9. Nos ea, quæ consecuti sumus his studiis, et artibus esse adeptos, quæ sint nobis Græciæ monumentis disciplinisque tradita. *Id. pro Cæl.* c. 30. Deditum esse disciplinis, iisque artibus, quibus, &c. *Id. in Orat.* c. 1. Instructum esse magnarum artium disciplinis. *Id. Fam.* 7. ep. 3. Optimarum artium scientia. *Nepos in Attic.* c. 12. Optimis artibus eruditus. *Tacit. in Agric.* c. 39. Artes civiles. *h. e.* quibus domi, et pacis tempore civilis vita excolitur. *Id. Ann.* 12. c. 12. militares. *h. e.* quibus bellum administratur. *Quintil.* l. 2. c. 17. Ars imperatoria. *Id. ibid.* rhetorica. *Plin.* l. 2. c. 25. musica. *Id.* l. 25. c. 2. medendi. *Id. in proœm.* l. 14. Artes liberales. *Cic. Fam.* 4. ep. 3. *ad fin.* ingenuæ. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 42. sordidæ. *Id. in Orat.* c. 45. Factitare artem aliquam. *Id.* l. 2. *de Orat.* c. 38. Tradere artem disserendi. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 364. Instruere aliquem arte. *Id.* l. 1. *de ar. am.* v. 459. Discere artes. *Horat.* l. 1. ep. 14. *in fin.* Exercere artem. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 42. Versari in arte aliqua. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 15. v. 14. Valere arte. *Plin.* l. 8. c. 51. Adhibere artem alicui rei. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 6. *extr.* Dicere ex arte. *h. e.* artificiose. ¶ *Homo alicujus artis* est, qui artem aliquam callet, et profitetur. *Plin.* l. 9. c. 8. Arion citharœdicæ artis. *Id.* l. 30. c. 2. *ad fin.* Apion Grammaticæ artis. Adde l. 7. c. 39. ¶ Ponitur interdum pro exquisito artificio, diligentia, cura. *exquisite art, skill. Virg.* 1. *Æn.* v. 643. Arte laboratæ vestes. *wrought curiously. Ovid. Heroid.* ep. 3. v. 32. Et tripodas septem, pondere, et arte pares. *of equal weight and workmanship. Martial.* l. 10. epigr. 47. Convictus facilis, sine arte mensa. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 113. Plausus tunc arte carebat. *h. e.* erat simplex, et sincerus. et l. 2. v. 506. Qui canit arte, canat; qui bibit arte, bibat. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 4. Scribere ex arte. *Gell.* l. 3. c. 5. Arte compositus capillus. *artificially, not naturally.* ¶ Pro libris, in quibus aliqua ars traditur. *books treating of the arts and sciences. Quintil.* l. 2. c. 15. (*al.* 16.) Hæc opinio originem ab Isocrate (si tamen revera ars, quæ circumfer-

tar, ejus est) duxit. *Cic. in Top.* c. 8. Itaque in oratoriis artibus, quæstionis genere proposito, quot ejus formæ sint, subjungitur absolute. *h. e.* in præceptis artis oratoriæ. ¶ Speciatim de libris, in quibus agitur de ipsa arte Grammatica, *Grammar. Serv. ad Æn.* 7. v. 787. Legitur in Arte, quod *tam*, nisi positive tantum jungantur. Sic *Ars Phoca, Ars Censorin.* &c. apud *Putsch.* ¶ Item de opere artis. *works of art. Horat.* l. 4. od. 8. v. 5. divite me scilicet artium, Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas. ¶ De virtutibus, aut vitiis. *a quality good or bad; virtue or vice. Horat.* l. 3. od. 3. v. 9. Hac arte Pollux, et vagus Hercules Innixus arces attigit igneas. *h. e.* justitia, et constantia. *Tacit. Ann.* 14. c. 57. Tigellinus malas artes, quibus solis pollebat, gratiores ratus, si principem societate scelerum obstringeret. ¶ Sæpe pro prudentia, solertia, industria. *skill, contrivance, exertion, industry. Terent. Andr.* 1. 1. 4. Quid est, quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius? *Id. Adelph.* 4. 7. 24. Nempe tua arte viginti minæ pro psaltria periere. *Tacit. in Agric.* c. 27. Ars ducis. ¶ Item pro calliditate, dolo, fraudibus. *fraudful contrivance, deceitful art, stratagem. Liv.* l. 2. cap. 51. Capti eadem arte sunt, qua ceperant Fabios. *Virg. Æn.* 1. v. 661. At Cytherea novas artes, nova pectore versat Consilia. *new wiles. Id.* 2. *Æn.* v. 152. Ille dolis instructus, et arte Pelasga. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 50. Decipere aliquem arte. *Id.* ep. 17. v. 142. Ludere aliquem arte. Adde lib. 1. *de ar. am.* v. 242. ¶ Artes pro Musis, quæ artium præsides sunt. *Phædr.* l. 3. *in prol.* v. 18. Tonanti sancta Mnemosyne Jovi Fecunda novies artium peperit chorum.

ARSĂCES, is, m. Ἀρσάκης, nomen proprium Parthorum Regis, cujus memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt propter quæsitum, constitutumque ab eo Regnum, ut omnes deinde Reges suos Arsaces appellaverint, quemadmodum Ægyptii Reges suos vocaverunt Ptolemæos, quin et Parthi ipsi ab eo *Arsacidæ* dicti sunt. *Justin.* cap. 5. lib. 41.

ARSACĬDÆ, arum, m. *the Parthians; Persians*, Arsacis Parthorum Regis successores, seu posteri. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 40. Pacorum avito Arsacidarum solio depulsuri. V. *vocem præced. Lucan.* l. 8. v. 217. vocesque superbo Arsacidæ perferre meas. et vers. 306. O utinam non tanta mihi fiducia sævis Esset in Arsacidis. *Id.* l. 10. v. 51. Arsacidum dominus. *h. e.* Alexander M. qui Persas devicit. *Arsacidum* pro *Arsacidarum*.

ARSACĬUS, a, um, adject. ab Arsace deductum, et ponitur pro Persico. *Martial.* l. 9. epigr. 36. Scis, quid in Arsacia Pacorus deliberat aula.

ARSE VERSE, significar *averte ignem*, Tuscorum lingua. nam *arse* valet averte; *verse* ignem constat appellari. Unde *Afranius* ait: Inscribat aliquis in ostio: Arse verse. Hæc *Festus*. Ubi *Scalig.* versum *Afranii* ita legendum putat: *Inscribat aliquis Arse verse in ostio.* Unde apparet superstitio Veterum, qui ad deprecandum incendium inscribebant in ostio nescio quid, quod ad eam rem faceret, ut testatur etiam *Plin.* l. 28. cap. 2. *circ. med. a spell written upon a house, to prevent it, as was supposed, from burning.*

[* ARSELLA, æ, f. herba, alias argemonia. *Apul. de herb.* c. 31.]

ARSENĬCUM, ci, n. *a heavy mineral substance, volatile and uninflammable, which gives a whiteness to metals in fusion, and proves a deadly corrosive poison; arsenic, orpiment*, ἀρσενικὸν, succus est mineralis, pinguis, inflammabilis, compositus ex pinguedine sulphurea, hydrargyro, et spiritu salis candido. Duplex est, candidum, proprie *arsenicum*, et flavum, quod *auripigmentum* dicitur. *Plin. in fin.* lib. 34. ¶ Creditur dictum a mascula, et præsenti vi, quam habet hominis interimendi. Nam ἀρσενικὸς, Græce masculum significat. [† V. *Auripigmentum*, et *Arrhenicum*.]

ARSENOGŎNON. V. in *Thelygonon*.

ARSINĔUM, i, n. est ornamentum capitis muliebris, ut *Festus* interpretatur. *Cato in Originib.* apud *eund.* in *Ruscum*. Arsinea, rete, diadema, coronas aureas, &c. Ita legit *Scalig.* Alii *arsinia*; alii aliter.

[* ARSINOETĬCUS, a, um, adject. ad Arsinoen, Ciliciæ oppidum, pertinens. *Plin.* l. 36. c. 22. Cotes Ciliciæ ex oleo et aqua pollent, ex aqua Arsinoeticæ.

* ARSINOĔUM, i, n. sic appellatum fuit monumentum, quod Ptolemæus Philadelphus Arsinoæ sorori suæ eidemque uxori ponendum curavit. *Plin.* l. 36. c. 22. Hic obeliscus fuit in Arsinoeo positus a rege, munus amoris in conjugem eamdemque sororem Arsinoem.]

ARSIS, f. ἄρσις, dicitur elevatio vocis, sicut θέσις positio est, ut in voce *arma*, *ar* elevatio est, *ma* positio, ut docet *Diomed.* l. 3. pag. 471. [† Pes est poeticæ dictionis duarum ampliusve syllabarum, cum certa temporum observatione modus: recipiens arsin et thesin, id est qui incipit sublatione finitur positione.] et pag. 501. *Putsch.* Est autem Græca vox ab αἴρω tollo. Latine usurpatur a *Martiano Capella* l. 9. pag. 328. [† *Terent. Maur.* p. 2412. *Putsch.* Una longa non valebit edere ex sese pedem, Ictibus quia fit duobus, non gemello tempore. Brevis utrinque sit, licebit: vis feriri convenit. Parte nam attollit sonorem, parte reliqua deprimit. Arsin hanc Græci vocarunt, alteram contra Thesin. Adde *Mar. Vict.* 1. p. 2482. *Putsch.*]

[* ARSŪRA, æ, f. in lemmate *Apul. de herb.* c. 118. habetur: Ad arsuram stomachi, *h. e.* ad sitim sedandam. Donec alia afferatur hujus vocis auctoritas, jure Latii donandam non esse equidem arbitror, cum minime innotescat quisnam et cujus ætatis sit illius lemmatis auctor.]

ARSŪRUS, participium V. in *Ardeo*.

ARSUS, a, um, tostus. *Plin. Valer.* l. 2. c. 9. Ovi duri medium arsum manducare.

ARTĂBA, æ, f. mensura aridorum apud Ægyptios, *cui superat modii pars tertia post tres. Namque decem modiis explebitur artaba triplex*, ut est apud *Rhemn. Fann. de ponderib. et mensur.* v. 89.

ARTACĬE, es, f. Ἀρτακίη, fons apud Læstrigonas. *Tibull.* lib. 4. carm. 1. v. 59. Incultos adiit Læstrygonas, Antiphatenque, Mobilis Artacie gelida quos irrigat unda.

ARTĀTUS. V. *Arctatus*.

ARTAXĀTA, orum, n. plur. [† nunc] *Tauris, Teflis*, Ἀρτάξατα, Urbs Armeniæ majoris ad Araxem fluvium, in Georgiæ Regno. *Juvenal.* sat. 2. *v. ult.* Sic prætextatos referunt Artaxata mores. *Sidon.* carm. 2. v. 445. Depopuletur ovans Artaxata Caspia consul.

ARTE, adverb. V. *Arcte*.

[* ARTEMEDĬUM, i, n. herba, aliter dyctamnus. *Apul. de herb.* c. 62.]

ARTĔMIS, idis, f. Ἄρτεμις, Græcis eadem est, quæ Diana, Luna, et Lucina, et Ilithyia: de qua *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 15. et l. 7. c. 16. verba facit. *Artemis Ilithyia* nominatur a *Plin.* l. 25. cap. 7. V. vocem sequent.

ARTEMISĬA, æ, f. Ἀρτεμισία, Mausoli Cariæ Regis uxor, insignis pudicitiæ, quæ virum ultra humanæ affectionis fines amasse perhibetur. Nam et mortui cineres vino commisto ebibit, et memoriæ ejus splendidissimum erexit sepulchrum. *Gell.* l. 10. c. 18. ¶ *Artemisia* quoque dicta est herba quædam insignis, absinthii modo fruticosa, majoribus foliis, pinguibusque. *the herb mug-wort or motherwort.* Ejus duo sunt genera: alterum latioribus foliis; alterum tenuioribus, et non nisi in maritimis nascens. Sunt qui in mediterraneis eodem nomine appellant, simplici caule, minimis foliis, floris copiosi erumpentis, cum uva maturescit, odore non injucundo, quam quidam botryn, alii ambrosiam vocant. *Plin.* l. 25. c. 7. Artemisia uxor Mausoli adoptavit herbam, quæ antea parthenis vocabatur. Sunt qui ab Artemide Ilithyia cognominatam putant, quoniam privatim medeatur feminarum malis. Adde *Apulei. de herb.* c. 10.

ARTĔMON, et Artemo, onis, m. ἀρτέμων, ονος, velum quoddam in navi, ab ἀρτάομαι, appendor, suspendor: sed quale illud sit, non satis inter Eruditos constat. *Bayfius de re navali*, pag. 121. putat esse velum, majus quod etiam Itali vocant *artimone*, ut est in Lexico Academicorum *della Crusca*. Anglice, *the mizzen-sail.* At *Scheffer. de milit. nav.* cap. 5. l. 2. sequutus *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 3. tradit esse velum parvum, quod in summitate mali supra majus velum appenditur, et dirigendæ potius navis causa, quam agendæ adhibetur. Hinc *Labeonem* apud *Jabolen. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 242. docere, *malum navis esse partem, artemonem non esse*, quod *artemon magis additamento, quam pars navis sit.* Atque hæc videtur esse vera significatio hujus vocis: cui argumento sunt etiam ea, quæ *ibid. Labeo* addit. Inquit enim, ideo malum esse partem navis, quia sine eo pleræque naves sunt inutiles: quod idem dicendum esset etiam de artemone, si esset velum majus, ut putat *Bayfius*, quia sine hujusmodi velo navis non agitur: præsertim si loquamur de antiquorum navibus, quæ non erant tot velis instructæ, ut nunc sunt, navigandi arte ad summum perducta. ¶ Sunt etiam qui putant, esse velum figuræ triangularis, quod ad puppim navis extenditur. Denique fuere qui *artemonem* malum ipsum navis interpretarentur. Sed vero propius, ut dixi, *Schefferus* accedit. ¶ Præterea *artemon* dicitur trochlea pluribus orbiculis instructa, et in ima parte tractoriæ machinæ collocata, cui respondet altera in summo machinæ posita: per quas trajiciuntur ductarii funes, qui manu hominum tracti, ingentia pondera facili negotio ad summum perducunt. Hujusmodi trochlea appellatur Anglice, *the pulley of a crane, or other like machine, whereon the ropes run.* V. eum, et *Rusconium in architect. Vitruv.* ubi figuram exhibent. Hoc sensu est ab ἀρτάω, tollo, suspendo. *Vitruv.* l. 10. c. 5. In radice machinæ collocatur tertia trochlea: eam Græci ἐπάγοντα, nostri artemonem appellant. ¶ *Lucil. apud Charis.* l. 1. pag. 99. *Putsch.* et *Isidor. loc. cit.* in recto casu singulari habent *artemo*: at *Labeo loc. cit.* artemon.

ARTENA, V. *Arytena*.

ARTENCATA, V. *Atteranea*.

ARTERĬA, æ, f. *the gullet, wesand, wesil*, aspera arteria, *or wind-pipe; the passage of the breath*, ἀρτηρία, ductus, seu canalis, per quem animal spiritum ore in pulmones trahendo, et expellendo respirat: ab ἀὴρ, aer, et τηρέω, servo, quia vitalem aerem servat. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 66. *Hard.* Arteria ad pulmonem, atque cor pertinens. et cap. 51. Pulmone, et arteria carere. *Id.* l. 20. c. 6. Porrum capitatum pulmonis, et arteriæ vitia sanat. *Id.* l. 22. c. 25. Arteria exulcerata. *Id.* l. 27. cap. 12. Arteriæ scabritia. Adde *Gell.* l. 17. cap. 11. et *Scribon. Larg. composit.* 72. 73. et 74. ¶ Hæc eadem dicitur *aspera arteria*, Græce τραχεῖα ἀρτηρία, quod interius inæqualis est, et scabra. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 54. Cum aspera arteria (sic enim a medicis appellatur) ostium habeat adjunctum linguæ radicibus. *Cels.* l. 4. c. 1. Deinde duo itinera incipiunt: alterum asperam arteriam nominant, alterum stomachum. ¶ Usurpatur sæpe in plurali numero, quia arteria in inferiore parte, qua pulmoni adnectitur, in plures dividitur ramos, quos βρόγχια Græci appellant. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 12. Læduntur arteriæ, si acri voce compleantur. *Et mox.* Arteriæ reticendo acquiescunt. *Gell.* l. 10. c. 26. Clamor per arterias, et per fauces gradiens (*fauces* sunt ostia superiora arteriarum). *Sueton. in Vitell.* c. 2. Arterias, et fauces fovere. *Id. in Ner.* c. 25. Adstante phonasco, qui moneret, parceret arteriis. *Plin.* l. 22. c. 23. Arteriæ exasperatæ. ¶ Reperitur etiam *arteria, orum*, neut. gen. *Lucret.* l. 4. v. 529. Præterradit enim vox fauces sæpe, facitque Asperiora foras gradiens arteria clamor. ¶ Præterea sumitur *arteria* pro conceptaculo spiritus vitalis sanguine admixti, quod sub vena per totum corpus diffunditur, *an artery; a conical canal conveying the blood from the heart to all parts of the body.* Differt a *vena*, quia per hanc sanguis influit in cor; per *arteriam* vero a corde in totum corpus diffluit: præterea *vena* quieta est, et immobilis; *arteria* micat, et pulsa indicat motum cordis. Differunt etiam in structura, de qua V. Anatomicos. *Cels.* l. 2. c. 10. Juncta est vena arteriis, his nervi. *Et mox.* Arteria incisa non coit, neque sanescit. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. *a med.* Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, et spiritus per arterias. et *ibid. in fin.* Venæ, et arteriæ a corde tractæ, et profectæ. *Senec.* l. 3. *quæst. natur.* c. 15. In nostris corporibus et venæ sunt, et arteriæ: illæ sanguinis, hæ spiritus receptacula. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 88. Arteriarum pulsus citatus, aut tardus, &c. Quod vero mox subdit, sect. 89. Arteriæ carent sensu. nam et sanguine; hoc dicit ex veterum quorundam Medicorum opinione, quæ satis jam experientia confutata est. Verum diceret, si per *arterias* nervos intelligeret, qui sunt vera solius spiritus receptacula.

ARTERIĂCE, es, f. *a medicine for the wind-pipe*, ἀρτηριακή, medicamentum ad fovendam, ac sanandam asperam arteriam, ut verbi gratia cum asperata est, et vocem amisit, &c. *Cels.* l. 5. c. 25. *n. ult.* Arteriace vero hoc modo fit: casiæ, iridis, cinnamomi, nardi p. 1. &c. *Plin.* lib. 23. cap. 7. Fit ex pomo panchrestos stomatice, eadem arteriace appellata. Adde *Scribon. Larg. composit.* 74. et 75.

ARTERIĂCUS, a, um, adject. ἀρτηριακὸς, ad asperam arteriam pertinens. *relating to the* aspera arteria *or wind-pipe. Arteriaca medicamenta* dicuntur, quæ tussim movent, et humorum in pectus labentium expulsionem irritant, et adjuvant, Græce ἀμυκτικὰ dicta. *Cæl. Aurelian.* l. 2. *Tard.* c. 6. Adhibere medicamenta arteriaca.

ARTERIOTOMĬA, æ, f. *the art of letting blood from the artery, arteriotomy*, ἀρτηριοτομία, sectio arteriæ a medico facta sanguinis mittendi causa: ab ἀρτηρία, arteria, et τέμνω, seco. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 1. *ad fin.* Item arteriotomiam probant, et usturam.

ARTHRĪSIS, is, f. ἄρθρησις, idem quod arthritis. Male corripuit pænultimam *Prudent. Peristeph.* 14. v. 495. Nodosa torquet quos podagra, et arthrisis. ¶ Legitur et *arthrēsis*.

ARTHRITĬCUS, a, um, *gouty, podagrical, arthritic*, ἀρθριτικὸς, qui articulari morbo laborat. *Cic. Fam.* 9. ep. 23. Non enim arbitror cocum etiam arthriticum habere.

ARTHRĪTIS, idis, f. *any distemper that affects the joints; the gout, arthritis*, ἀρθρῖτις, morbus articulorum, ex humore aliquo vitioso in artubus decumbente: cujus species sunt *podagra, chiragra, ischias*, et alia id genus. Græca vox ab ἄρθρον, articulus, artus. *Vitruv.* l. 1. c. 6. Vitia autem sunt, quæ difficulter curantur, gravitudo, arthritis, tussis, pleuritis, phthisis. [Doctissimus *Morgani* in *epist.* ad *Polenum in Exerc. II. Vitruvian.* pag. 142. legendum censet *ravitudo arteriæ*, seu *arteriarum*, vocemque *arthritis* et a vestigiis Codicum, primæque editionis, et a *Vitruvii* sententia omnino ait recedere. Non enim *arthritis* locum habet inter vitia cetera, quæ hoc in loco a *Vitruvio* memorantur, quæque ad thoracem, pulmones, asperam arteriam, ad summum ad pituitariam membranam attinent. *Arthretis* primus dedit *Jocundus* in sua *Vitruvii* edit., quod postea in *Arthritis* commutatum est. *Schneiderus* habet *gravitudo arteriaca.* Viderint eruditi, quiddam retinendum sit. V. *Gravitudo* in *Appendice.*]

ARTICULAMENTUM, i, n. *the juncture or articulation of the bones, a joint*, διάρθρωσις, articulorum commissura. *Scribon. Larg. composit.* 206. Ad luxatum omne, et ejectum, et repositum articulamentum bene facit. *Id. composit.* 214. Contusa, vel incisa articulamenta. *Id. compos.* 263. Articulamentorum dolor.

ARTICULĀRIS, re, *arthritical, articular, relating to the joints*, ἀρθριτικὸς, ad articulos pertinens. Articularis morbus est idem ac arthritis, *the gout, arthritis*, ἀρθρῖτις. *Plin.* l. 20. c. 17. *ad fin.* Anisum lenit articulares morbos. *Sueton. in Galb.* c. 21. Manibus pedibusque articulari morbo distortissimis. *Scribon. Larg. composit.* 101. Prodest ad articularem morbum, quem ἀρθρῖτιν vocant. ¶ *Priscian.*

l. 12. pag. 938. *Putsch.* appellat *hic, hæc, hoc* pronomen articulare, quia articuli vice fungitur.

ARTICULĀRĬUS, a, um, articularis. *Cato R. R.* c. 157. Articularium morbum purgat brassica. *Plin. in proœm.* l. 23. Folia vitium mitigant articularios morbos. *Id.* l. 25. c. 5. Elleborum nigrum medetur articulariis morbis. Adde l. 22. c. 13. ¶ *Articularius, ii,* absolute dicitur, qui articulario morbo laborat, *one sick of the gout or other arthritic disease. In suppositis Mercat. Plauti, scena quæ incipit: Syra non redit.* Nec podagricus, nec articularius est, quem rus ducunt pedes. ¶ *Articularia pronomina* dicuntur a quibusdam Grammaticis *hic, iste,* quia more articulorum cum nominibus declinantur. *Serv. in artem secund. Donat.* pag. 1785. *Putsch.* et *Priscian.* l. 2. pag. 574.

ARTICULĀTE, *distinctly, clearly, articulately, (spoken of the voice)* distincte, clare, articulatim. *Gell.* l. 5. c. 9. Eoque nisu, et impetu spiritus vitium, nodumque linguæ rupit, planeque, et articulate elocutus est. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 5. *in fin.* Valebis igitur, et puellæ salutem articulate dices. *Manutius* hic, Erat, inquit, adhuc infans Attica, quæ neque satis integre proloqui, neque loquentem quiret intelligere, nisi articulate pronunciasses. Quidam ex conjectura leg. *Atticulæ.*

ARTICULĀTIM, *from joint to joint, from point to point, joint by joint, limb by limb; piece-meal,* per articulos, membratim, ἐνάρθρως. *Plaut. Epid.* 3. 4. 52. Isthic homo articulatim te concidit. *Id. in fragment.* apud *Gell.* l. 3. c. 3. Comminuere aliquid articulatim. *Vetus Poeta* apud *Cicer.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 26. Obtruncare, et articulatim dividere. *Ascon. in argum. Milon. a med.* Articulatim consecare. ¶ Translate est distincte, seorsum, *articulately, distinctly. Lucret.* l. 4. v. 557. necesse est verba quoque ipsa plane exaudiri, discernique articulatim. *Cic.* l. 1. *de Legib.* c. 13. Quæ fuse olim disputabantur, ac libere, ea nunc articulatim, distincteque dicuntur. *Varr.* l. 9. *L. L. sub fin.* Articulatim explicare aliquid.

ARTICULĀTĬO, onis, f. in arboribus est, cum veluti per articulos, seu nodos crescunt. *Plin.* l. 16. c. 25. Tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio. Adde l. 17. c. 21. *the shooting of plants from joint to joint, or from knot to knot.* ¶ Est etiam morbus vitium peculiaris, qui tribus de causis accidere solet: una vi tempestatum germinibus ablatis; altera in supinum excisis; tertia culturæ imperitia læsis. Omnes enim earum injuriæ in articulis sentiuntur. Hæc *Plin.* l. 17. c. 24.

ARTICULĀTUS, a, um, *articulate, distinct,* distinctus veluti per articulos. *Articulata vox* dicitur a *Priscian. init.* lib. 1. quæ exit in verba, et sensum aliquem ejus, qui loquitur significat: sicut *inarticulata,* quæ illi est contraria. *Solin.* cap. 52. *a med.* Psittacus articulata verba penitus eloquitur. *Arnob.* l. 7. pag. 217. Articulatas voces exprimere. Adde *Augustin.* l. 3. *de doctr. Christ.* c. 29.

ARTICULEIĀNUS, a, um, adject. ab Articuleio deductum. *Martian. Dig.* lib. 40. tit. 5. leg. 51. Sed Articuleiano Senatusconsulto cavetur, ut in provinciis præsides provinciæ cognoscant, licet heres non sit ejus provinciæ. *h. e.* facto ab Articuleio Pæto Consule, qui una cum Trajano consulatum gessit, ut putat *Brissonius.*

ARTĬCŬLO, as, avi, atum, a. 1. διαρθρόω, in articulos veluti divido, distinguo. Hinc *articulare voces* est eas in verba distinguere, et proferre, *to articulate, utter distinctly. Lucret.* l. 4. v. 548. Hasce igitur penitus voces cum corpore nostro Exprimimus, rectoque foras emittimus ore, Mobilis articulat verborum dædala lingua. *Arnob.* l. 3. pag. 111. Labia habere cum dentibus, quorum inflictu et mobilitate multijuga lingua sonos articulet, et vocem in verba conformet. *Apul. in Florid.* n. 12. (*al.* l. 2.) Articulare verba.

ARTICŪLŌSUS, a, um, *full of joints, knots, or commissures; jointed, knotted,* ἀρθρώδης, articulis, seu nodis plenus. *Plin.* l. 24. c. 16. Radix articulosa. ¶ Translate *Quintil.* lib. 4. cap. 5. *ad fin.* Evitanda concisa nimium, et velut articulosa partitio. *h. e.* in plurimos articulos, et partes divisa.

ARTĬCŬLUS, i, m. *a small joint, juncture, or commissure; a joint or knot,* ἄρθρον, junctura unius ossis, vel membri cum alio, nodus, articulamentum. Est autem diminutivum ab *artus, us. Plin.* l. 11. c. 37. *sub fin.* Nervi nodos corporum, qui vocantur articuli, aliubi interventu, aliubi ambitu, aliubi transitu ligantes. *Id. ibid.* sect. 67. Cervix articulorum nodis jungitur. *Id.* l. 11. c. 43. Hominis digiti articulos habent ternos, pollex binos. *Id.* l. 8. c. 45. Articulus suffraginis. *Id.* l. 10. c. 37. Articuli alarum. *Id.* l. 8. c. 41. Summus caudæ articulus. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* cap. 27. Crura sine nodis, et articulis. *Cels.* l. 5. c. 18. et *Cic. Attic.* l. 1. ep. 5. Dolores articulorum. *pains in the joints; any arthritic disease; the gout. Pers.* sat. 5. v. 58. cum lapidosa chiragra Fregerit articulos. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 15. Chiragra contudit articulos. *Quintil.* l. 2. c. 12. (*al.* 13.) Gladiatorem vehementis impetus excipit adversarii mollis articulus. *h. e.* mollis flexus articulorum manus, et corporis. Contra *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 6. Presso articulo aliquid agere. ¶ In illo *Celsi* l. 8. cap. 20. *extr.* Potest tamen conditus articulus canaliculo aliquo contineri: *articulus* non est junctura, sed os, quod in junctura alteri ossi adnectitur. ¶ Per synecdochen pro digitis ponuntur, *the fingers. Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 3. v. 18. sollicitis supputat articulis. *Id. Heroid.* ep. 10. *sub fi.* Litteraque articulo pressa tremente labat. Adde *Propert.* l. 2. *eleg. ult.* v. 80. ¶ Apud *Quintil.* 11. c. 1. *molli articulo tractare aliquem* est eum leviter perstringere. ¶ In plantis *articulus* dicitur nodus, qui subinde excrescit ad similitudinem articuli digitorum. *the knots in the branches of trees,* &c. *Cic. de Senect.* c. 15. *de vitib.* Exsistit tanquam ad articulos sarmentorum ea, quæ gemma dicitur. *Plin.* l. 17. c. 24. Aut in pedes, hoc est radices irrumpit vis morbi; aut in articulos, hoc est cacuminum digitos. *Id.* l. 16. c. 24. Folia nervos, callumque, et articulos in superiore habent parte. *Id.* l. 18. c. 17. et *Columell.* l. 2. c. 12. *ad fin.* Seges it in articulum. *h. e.* cum genicula, seu nodos culmi profert. ¶ Sæpe transfertur ad orationem. *joints. Cic.* 2. *de Orat.* c. 88. Multa sunt verba, quæ quasi articuli, connectunt membra orationis. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 11. Genus orationis fluctuans, et dissolutum, eo quod sine nervis et articulis fluctuat huc, et illuc. ¶ Speciatim est minima periodi pars. *a small clause or member of a sentence. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 19. Articulus dicitur, cum singula verba intervallis distinguuntur, cæsa oratione hoc modo: Acrimonia, voce, vultu adversarios perterruisti. item: Inimicos invidia, injuriis, potentia, perfidia sustulisti. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 48. Continuatio verborum soluta multo est aptior atque jucundior, si est articulis membrisque distincta, quam si continuata, et producta. ¶ Apud Grammaticos articuli sunt minimæ orationis partes, quæ una cum nominibus declinantur, quales sunt Græcis ὁ, et ὅς, et Latinis *hic, hæc,* et *quis, quæ. the article; a part of speech.* Has enim voculas *articulos* appellat *Varr.* l. 9. *L. L.* c. 1. et priorem quidem articulum finitum esse docet, posteriorem infinitum. Ceterum Latini articulos proprie non habent, ut Græci. *Quintil.* l. 1. c. 4. Noster sermo articulos non desiderat: ideoque in alias partes orationis sparguntur. ¶ Interdum *articulus* accipitur pro quavis orationis parte. *any part of speech. Pompon. Dig.* lib. 35. tit. 1. leg. 4. Articulus *Tum* extremi quinquennii tempus significat. *Id. ibid.* lib. 34. tit. 2. leg. 35. Articulus *est* præsentis temporis demonstrationem continet. *Id. ibid.* lib. 28. tit. 5. leg. 29. Hoc articulo *Quisque* omnes significantur. ¶ Item pro particula, seu membro orationis. *a member of a sentence. Julian. Dig.* lib. 36. tit. 1. leg. 27. Si detracto hoc articulo: *Quisquis mihi heres erit,* substitutus ita fuerit, &c. ¶ Item pro parte, sectione, capite. *a section, chapter,* &c. *Caius Dig.* lib. 1. tit. 8. leg. 1. Summa rerum divisio in duos articulos diducitur. *Papinian. ibid.* tit. 5. leg. 9. In multis nostri juris articulis. ¶ Item sæpe pro parte brevi temporis. *a moment, instant of time, stay. Plin.* l. 18. c. 25. Hi cardines singulis articulis temporum dividuntur. *Id. ibid.* c. 35. Octo articuli Lunæ. *periods of the Moon. Id.* l. 17. c. 2. Articulus Austrinus. *h. e.* tempus, quo Auster flat. ¶ *In articulo* est statim, nulla mora interposita, *instantly, immediately.* Legitur in *Cod. Justin.* lib. 1. tit. 33. leg. 3. ¶ Eleganter sumitur pro momento temporis, et opportuna rei gerendæ hora. *the fit moment; the nick of time. Cic. pro Quint.* cap. 5. Tum iste, qui hunc in summas angustias adductum putaret, ut eum suis conditionibus in ipso articulo temporis adstringeret, assem sese negat daturum, nisi, &c. *Terent. Adelph.* 2. 2. 21. Illud vide, ut in ipso articulo oppressit! *Curt.* l. 3. c. 5. In quo me articulo rerum mearum fortuna deprehenderit, cernitis. *in what an unlucky moment,* &c. *Plaut. Men.* 1. 2. 31. Commoditatis omnes articulos scio. ¶ Alio sensu *August. Cæsar in epist. ad Liviam* apud *Sueton. in Claud.* c. 4. Quid est, quod dubitemus, quin per eosdem articulos, et gradus producendus sit, per quos frater ejus productus fuit? *h. e.* per easdem honorum partes, et gradus. *separate gradations, steps.* ¶ Apud *Plin.* l. 2. c. 16. ubi de stellarum situ, et motu agit, *medii articuli latitudinum* sunt mediæ latitudinum partes, seu puncta. ¶ *Articulus causæ* dicitur id, in quo causa vertitur, et de quo maxime agitur, *the hinge on which the whole cause turns. Arnob.* l. 7. pag. 243. Ventum est ergo, dum loquimur, ad ipsum articulum causæ, ventum ad rei cardinem, &c. Huc pertinet illud *Juliani Dig.* lib. 1. tit. 3. leg. 12. Non possunt omnes articuli singulatim aut legibus, aut Senatusconsultis comprehendi. *every case, point, matter, that may become a subject of discussion.* ¶ *Articulos montium* dixit *Plin. in fin. l. ult.* colles intelligens, et clivos leniter assurgentes, ad similitudinem articulorum in corpore. *hillocks, or risings in great hills.*

ARTĬFEX, ficis, m. et f. *an artificer, artist,* τεχνίτης, qui artem aliquam exercet; dictus ex eo, quod arte quippiam faciat. Sumitur autem non solum pro eo, qui artem mechanicam exercet, sed etiam qui liberalem. *Cic. Fam.* 4. ep. 12. Illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant. *Id. pro Mur.* c. 13. Ut aiunt in Græcis artificibus, eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerint. *Nepos in Attic.* c. 13. Erant in ea familia pueri litteratissimi, anagnostæ optimi, et plurimi librarii: pari modo artifices ceteri, quos cultus domesticus desiderat, apprime boni. *Cic. pro Arch.* c. 5. Artifices scenici. *comedians, players.* (qui et *artifices* absolute a *Plaut. Amph. prol.* v. 70. et *Liv.* l. 5. c. 1. l. 7. c. 2. et l. 39. cap. 22. dicuntur.) *Quintil.* l. 5. c. 12. Artifices statuarum. *Senec.* ep. 9. Artifici jucundius est pingere, quam pinxisse. *for a painter. Curt.* l. 5. c. 1. Non vates modo, sed etiam artifices cum fidibus sui generis ibant. *minstrels, musicians. Petron. in Satyr.* cap. 109. Artifex peritus. *a skilful fowler. Gell.* l. 1. c. 5. Artifex rhetoricus. *an able rhetorician. Propert.* l. 2. eleg. 1. v. 60. Solus Amor morbi non amat artificem. *the healer, physician.* ¶ Ponitur sæpe pro perito, docto, *skilful, tried, practised:* et usurpatur etiam more adjectivorum. *Sueton. in Tito,* c. 7. Tam artifices saltationis, ut mox scenam tenuerint. *Id. in Calig.* cap. 32. Miles decollandi artifex. *Tacit. Ann.* 12. c. 66. Locusta artifex veneni. *Propert.* l. 2. eleg. 1. v. 60. Artifex morbi. *the physician.* artifex morbi sanandi. *Plin.* l. 6. c. 30. Nobilitas ignea artifex ad formanda corpora. *Id.* l. 8. c. 16. Vir tam artificis ingenii. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 6. Græci dicendi artifices, et doctores. *Id.* 2. *de Fin.* c. 11. Artifex callidus comparandarum voluptatum. *Senec.* ep. 9. faciendarum amicitiarum. *Quintil.* l. 11. c. 1. summus tractandorum animorum. *h. e.* Cicero. *Id.* declam. 10. c. 9. Artifex in lacrymas alicujus. *h. e.* qui ingeniosus est, ut alicui luctum creet. *Cic. Verr.* 7. c. 71. ad corrumpendum judicium. *Tacit.* l. 2. *Histor.* c. 86. serendæ in alios invidiæ. *Q. Cic. de petit. consul.* c. 12. Cotta in ambitione artifex. ¶ *Artifex equus,* freno assuetus, et peritus vehendi. *well trained or broken in. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 555. Sed neque vector equum, qui nuper sensit habenas, Comparibus frenis, artificemque regat. ¶ Cum infinito *Pers. in prol.* v. 10. Magister artis, ingeniique largitor Venter, negatas artifex sequi voces. ¶ Accipitur interdum pro vafro, callido, astuto. *crafty, cunning, artful. Virg.* 2. *Æn.* v. 125. et mihi jam multi crudele canebant Artificis scelus. *Id. Æn.* 11. v. 406. Vel cum se pavidum contra mea jurgia fingit Artificis scelus. *h. e.* artifex sceleratus, quo pacto a *Plauto scelus viri* dictum est. *Terent. Phorm.* 2. 1. 29. O artificem probum! ¶ Item pro auctore, et effectore. *a contriver, maker, framer, creator. Cic. de Univers.* c. 2. Artifex mundi Deus. *Plin.* l. 2. cap. 1. Artifex omnium natura. *Senec. in Agamemn.* v. 983. Sceleris infandi artifex. *Cic. in Orat.* cap. 48. Consuetudo artifex suavitatis. ¶ Passive dicitur de eo, quod artificio elaboratum est, *laboured ingeniously, curiously or exquisitely wrought. Quintil.* l. 9. cap. 4. Motus artifex. *Solin.* cap. 35. Artifici plaga vulnerare corticem. *Plin.* l. 12. c. 25. Manus libratur artifici temperamento. *Id.* l. 8. c. 40. Artifex dimicatio. *Id.* l. 10. c. 29. Tantæ tamque artifices argutiæ. *Pers.* sat. 5. v. 40. Artifex vultus. [*Propert.* l. 2. el. 31. v. 8. Artifices boves, *h. e.* summo artificio elaboratæ.]

ARTIFICIĀLIS, le, adject. *artificial, made with art,* arte constans, ab arte profectus, ἔντεχνος. *Quintil.* l. 6. c. 4. Artificialis ratio. *Id.* l. 12. c. 8. *ad fin.* Artificiale genus probationis.

ARTIFICIALĬTER, *artfully, artificially,* artificiose, τεχνικῶς. *Quintil.* l. 2. c. 17. Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat.

ARTIFICIŌSE, *skilfully, artificially,* τεχνικῶς. *Cic.* 1. *de Orat.* cap. 41. Qui illa artificiose digesta generatim componerent. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 22. Quodque in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 4. Artificiosissime facere aliquid.

ARTIFICIŌSUS, a, um, *artificial, made by art,* ἔντεχνος, arte constans, ab arte proveniens. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 5. Loqui de re obscura, ut physici, aut artificiosa, ut mathematici. *Id.* l. 1. *de Divin.* cap. 33. Ea genera divinandi non naturalia, sed artificiosa dicuntur. ¶ Item artificio plenus, ingeniose factus, *skilfully made, ingeniously contrived, exquisitely wrought. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. Venæ toto corpore intextæ vim quandam incredibilem artificiosi operis, divinique testantur. ¶ Item artificium habens, vim artis possidens, arte, aut ingenio pollens. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 22. Zeno ita naturam definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum, ad gignendum progredientem via. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 4. Quod si artificiosum est intelligere, quæ sunt ex arte scripta, multo est artificiosius ipsum scribere ex arte. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 35. Rhetores elegantissimi, atque artificiosissimi.

ARTIFICĬUM, ii, n. *art, artifice, workmanship,* τεχνιτεία, τεχνίτευμα, τέχνη, ars, vel artis exercitatio, professio artificis. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 42. Jam de artificiis, et quæstibus qui liberales habendi, qui sordidi sint, &c. *Id.* 3. *de Fin.* c. 2. Ne opifices quidem tueri sua artificia possent, nisi, &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 17. Oblivisci artificium, et studium deponere. *Martian. Dig.* l. 32. leg. 63. Scire plura artificia. Et *ibid.* Versari in artificio. *Paul.* l. 6. tit. 1. leg. 31. Discere artificium aliquod. *Callistrat.* lib. 38. tit. 1. leg. 38. Exercere artificium. *Ulpian.* lib. 13. tit. 7. leg. 25. Instruere servos artificiis. *Senec.* l. 6. *de benef.* c. 17. Sordidissimi artificii institor. *Id.* ep. 112. vocat *artificium* cultum vinearum, et agriculturam. ¶ Est etiam idem ac scientia, industria, ingenium, quod adhibetur ab artifice in opere faciendo, *skill, science, contrivance, artifice, dexterity, ingenuity. Cic.* 6. *Verr.* c. 33. Simulacrum singulari opera, artificioque perfectum. *Id. ibid.* c. 21. Omnia antiquo opere, et summo artificio facta. Et paulo

ep. Ut intelligatis, in homine intelligentiam fuisse non avaritiam : artificii cupidum, non argenti fuisse. *h. e.* emblematis, quod de thuribulo argenteo avulserat. ¶ Præterea ponitur pro scientia cujuscumque rei, quæ ex arte, ac studio provenit, disciplina, institutione, præceptione. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 32. Non esse eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum. *Id.* l. 2. *de Orat.* c. 19. Componere artificium de jure civili. ¶ Item pro calliditate, arte, peritia. *artfulness, sense, insight.* *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 17. Id ipsum quod contra me locutus es, artificio quodam es consecutus, ut et mihi, quæ ego vellem non esse oratoris, concederes, et ea ipsa, &c. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 29. Non virtute, neque acie vicisse Romanos sed artificio quodam, et scientia oppugnationis. *Cic. Fam.* 9. ep. 16. Non enim satis est consilio pugnare artificium quoddam excogitandum est. *Id.* c. *Verr.* c. 40. Opus est non solum ingenio, verum etiam artificio quodam singulari. *Id. pro Flacc.* c. 9.? Vicinitas non assueta mendaciis, non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis. ¶ Item pro dolo, fallacia, mala arte. *craft, fraud, wicked contrivance.* *Cæsar ad Oppium post* epist. 8. l. 9. *Cicer. ad Attic.* Quorum artificiis effectum est, ut Respublica in hunc statum proveniret.

ARTIGRĂPHUS, i, *a Grammarian*, qui artem grammaticam docet : vox hybrida ex Latino *ars*, et Græco γράφω, scribo : quam usurpat *Servius ad Æn.* 1. v. 108.

ARTIO, is, ivi, itum. a. 4. *to drive in so as to fit tight*, arcte immitto, adigo : ab *artus* pro *arctus*. *Cato R. R.* c. 40. Surculum aridum præacutum inter librum, et stirpem artito primores digitos duos. *Et mox.* Surculum aridum, quem artiveras eximito ; eo artito surculum, quem inserere voles. Et cap. 41. Duos surculos artito ad medullam. *Novius* apud *Non.* c. 10. num. 10. Artivit linguam in palatum.

ARTĪTUS, a, um, bonis artibus instructus, ut *Festus* explicat. *Gloss.* Artitus, πάντεχνος, δαίδαλος. Sunt tamen qui apud *Fest.* legunt *bonis artubus*; vel si *artibus* retineas, ab *artus* nihilominus deducendum existimant, non ab *ars*: quia *artus* in Dativo plural. et *artubus* habet, et *artibus*. Itaque *artitum* aiunt significare robustum, *stout, strong.* Hinc illud *Plauti Asin.* 3. 2. 19. Ubi sæpe causam dixeris, pendes adversus octo artitos, audaces viros, valentes virgatores. Al. leg. *astutos. Turneb.* l. 24. c. 31. probat *artitos* ab *artibus* hoc est disciplinis, atque ita loqui *Plautum* dicit, quasi ille in judicio se defenderit adversus disertos, et eloquentes viros : sed simul ludere in ambiguo, cum *virgatores* subjungat. ¶ Est præterea idem ac constrictus, ab *artio, is. Prudent. Peristeph.* 1. v. 71. Nexibus manus utrasque flexus involvit rigor, Et chalybs artita colla gravis ambit circulis. *Id. in præfat. Psychom.* v. 33. ruptis expeditus nexibus Artita boiis colla liber erigit. Utroque loco al. leg. *attrita.*

ARTO, as, V. *Arcto.*

ARTOCŎPUS. V. *Artopta.*

ARTOCREAS, atis, n. *a meat-pie or pasty, pie composed of bread and flesh*, edulium pane, et carne constans : Vox Græca ab ἄρτος, panis, et κρέας caro. *Pers.* sat. 6. v. 50. Oleum, artocreasque popello largior. *h. e.* epulum populo præbeo. Quidam putant, viscerationem intelligi, in qua vero simile est, non solam carnem, sed et panem distribui solitum fuisse.

ARTOLAGĂNUS, ni, m. *a kind of fine bread ; a pancake, custard, or cheesecake*, ἀρτολάγανος, panis genus delicatissimi, quod cum pusillo vino, lacte, oleo, et pipere coquitur, ut *Athen.* l. 3. c. 28. docet : ab ἄρτος, panis, et λάγανον, placenta. *Plin.* l. 18. c. 11. Panis varia genera, alias ab obsoniis appellati, ut ostrearii ; alias a deliciis, ut artolagani ; alias a festinatione, ut speustici. *Cic. Fam.* 9. ep. 20. Dediscendæ tibi sunt sportellæ et artolagani tui. ¶ Quidam putant *artolaganos* esse quas Angli dicimus *fritters*, nempe *a sort of cake fried in butter.*

ARTOPTA, æ, f. *a kind of vessel to bake bread in, a bread-pan*, ἀρτόπτη, vas, in quo panis coquitur, nec quivis panis, sed lautior, et delicatior : ab ἄρτος, panis, et ὀπτάω, coquo, asso. *Plaut. Aulul.* 2. 9. 4. Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto. *Plin.* l. 18. c. 11. Artoptam Plautus appellat in fabula, quam Aulul ariam scripsit : magna ob id concertatione eruditorum, an is versus Poetæ sit illius. Quidam hoc *Plinii* loco perperam *artoptam* interpretantur de muliere panifica. *Juvenal.* sat. 5. v. 72. dextram cohibere memento : Salva sit artoptæ reverentia. *h. e.* verere Artoptam in domini delicias, velut in usum sacrum, comparatam, neque audeas tangere panem in ea coctum : ubi præsertim Græcam appellationem *Juvenalis* irridet more suo. Hic tamen interpretes fere omnes *artoptam* dicunt panis dispensatorem, et custodem, quasi sit ἀρτόπτης, masc. gen. ab ἄρτος, et ὀπτομαι, video. *he who has the charge of the bread, the butler.* Sed neque Satyrica urbanitas, neque consequentium verborum contextus patiuntur, ut a prima significatione recedamus. *Hennimus* panem assum intelligit, quam explicationem sumpsit a *Ferrario Elect.* l. 2. c. 10. Verum panis hujusmodi non *artopta*, sed *artopticius* dicitur, *h. e.* in artopta assatus, qua de re consulendi Græci Scriptores *Pollux* l. 10. cap. 25. et *Athenæus* lib. 3. c. 28. ¶ Neque vero est prætermittendum in vet. edit. A. 1473. legi *artocopi* ab ἄρτος, panis, et κόπος, labor, id est panis elaborati, vel ipsius pistoris, qui panem hunc delicatum elaboravit. [In supra allato *Juvenalis* loco legendum profecto est : Salva sit artocopi reverentia, primum quia omnes omnino codd. et principes editiones *artocopi* habent, quia reipsa servus erat distribuendo pani, ut alter secandis carnibus præpositus (ἀρτόκοπος enim est ὁ κόπτων τὸν ἄρτον) tum etiam quia jam in versu præcedente panis siligineus his verbis designatur : Sed tener, et niveus, mollique siligine factus Servatur Domino : alioquin inutilis hæc esset et inelegans ejusdem rei repetitio. Adde locum *Firmic.* l. 8. c. 20. Decima octava pars Tauri si in horoscopo fuerit inventa, faciet artocopos, vel pistores.]

ARTOPTICIUS, a, um, adject. *Artopticius panis* dicitur a *Plin.* l. 18. c. 11. qui in artopta coquitur, sicut furnaceus, qui in furno. V. *Athen.* l. 3. c. 28.

ARTOTRŌGUS, i, ἀρτοτρῶγος, nomen est parasiti apud *Plaut. Milit.* 1. 1. 9. ab ἄρτος, panis, et τρώγω, rodo, comedo.

ARTOTYRĪTÆ, arum, m. ἀρτοτυρῖται dicti sunt Hæretici quidam, qui panem, et caseum ad altare offerebant : ab ἄρτος, panis, et τυρὸς, caseus. *Augustin. de hæresib.* n. 28.

ARTRĀRE, V. *Aratrare.*

ARTŬA, V. in *Artus, uum.*

ARTUĀTIM, adverb. *limb by limb*, per artus, membratim. *Jul. Firm.* l. 7. c. 1. Intra viscera matris artuatim concisus.

ARTUĀTUS, a, um, artuatim dissectus, laniatus. *torn to pieces. Jul. Firmic.* l. 6. c. 31. *a med.* Ut sic artuatis visceris partibus, membra omnia crudelis artificii præsidio proferantur.

ARTUS, uum, ubus, m. plur. num. *the joints, or commissures, by which the bones in animal bodies are connected together*, ἄρθρα, commissuræ, quibus ossa, et membra corporis junguntur. *Festus* docet, esse vel a Græco ἄρθρον, vel ab *arto* pro *arcto*, quod per artus membra membris artentur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 60. Digitorum contractio facilis, facilisque porrectio propter molles commissuras, et artus. *Plin.* l. 11. c. 45. Artus suffraginum. *Id.* l. 31. c. 6. Luxata corpora in artus redeunt. *Tacit.* l. 4. *Histor.* c. 81. Artus elapsi in pravum. *Quintil.* l. 6. *in præfat.* Artus moti loco. *dislocated. Cic. de clar. Orat.* c. 60. Dolor artuum. *the gout, arthritis. Sueton. in Calig.* c. 28. Membra, et artus, et viscera hominis tracta per vicos. *Gell.* l. 20. c. 1. Membra, et artus inopis debitoris laniatu distrahere. *Lucret.* l. 2. v. 282. flecti per membra, per artus. His et aliis in locis, in quibus *artus*, et *membra* conjunguntur, non semper *artus* pro *juncturis* sumuntur, sed est quædam Latini sermonis proprietas, qua sæpe duæ voces idem significantes jungi solent. ¶ Sæpe enim artus accipiuntur pro membris, *the limbs.* τά μέλη. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 117. Corrumpere febribus artus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 173. salsusque per artus Sudor iit. *Id. ibid.* v. 253. sopor fessos complectitur artus. *Tacit. Ann.* 13. c. 16. Venenum ita cunctos ejus artus pervasit, ut vox pariter, et spiritus ejus raperetur. *Id. ibid.* c. 35. Ambusti multorum artus vi frigoris. *Id. in Agric.* c. 11. Rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus. *Id. ibid.* c. 37. Laceri artus. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 26. Tota mente, atque omnibus artubus contremiscere. ¶ *Artus constringere* apud *Scribon. Larg. compos.* 104. est membra comprimendo perfricare, *to rub.* ¶ Translate *artus* dicuntur de arboribus. *Plin.* l. 14. c. 1. Stat per se vitis sine ullo pedamento, artus suos in se colligens. ¶ Item de robore, et fortitudine. *Q. Cic. de petit. Consul.* c. 10. Ἐπιχάρμειον illud teneto, nervos atque artus esse sapientiæ, non temere credere. [† Νᾶφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. *Epicharm. ap. Cic. ad Att.* 1. 19. V. *Stob.* p. 49. 51. et *Clem. Alex.* p. 566. 18.] ¶ In dativo plurali etiam *artibus* olim scribebant pro *artubus*, ut colligitur ex *Vel. Long. de Orthogr.* apud *Putsch.* pag. 2229. et *Terent. Scauro ibid.* pag. 2260. Adde dicta in *artitus.* ¶ In singulari numero *Valer. Flacc.* l. 4. v. 310. qua primo cervix committitur artu. *the first joint or commissure. Lucan.* l. 6. v. 754. tunc omnis palpitat artus. *every limb.* ¶ Etiam *hæc artua* in neutro genere usurpatum legitur. *Plaut. Men.* 5. 2. 102. Ut ego hujus membra, atque ossa, atque artua comminuam illo scipione. ¶ *Phædrus in append. fab.* 4. tribuit *artus* nodis, et laqueis retis. [Nihili facienda est hæc *Phædri* auctoritas, nam hujus *Appendicis* fabulæ non sunt, ut jam constat, e Phædri penu, sed a *Burmanno* ex antiquis codicibus, qui fabulas illas prosa oratione scriptas continebant, pro arbitrio numeris suis redditæ, ac magna ex parte interpolatæ fuerunt.]

ARTUS, a, um, V. *Arctus.*

ARVĀLIS, le, adject. ad arva pertinens. *Arvales Fratres* dicti sunt, qui sacra publica faciunt, propterea ut fruges ferant arva, ut *Varro* l. 4. *L. L.* c. 15. docet. Fuit autem collegium duodecim sacerdotum, quorum erat munus Cereri, et Baccho pro frugum ubertate hostias mactare, quæ *ambarvales* vocabantur. V. *Ambarvalis.* Instituti fuere a Romulo, gestabantque pro insigni spiceam coronam vitta alba colligatam ; eorumque honor non nisi vita finiebatur, et exsules etiam, captosque comitabatur, ut apud *Plin.* l. 18. c. 2. legitur. Originem habuerunt ab Acca Laurentia nutrice Romuli, cui cum ex duodecim filiis, quos genuerat, unus morte periisset, in illius locum Romulus ei se se filium dedit, seque, et ceteros ejus filios *fratres arvales* appellavit. Atque inde mansit collegium fratrum arvalium. Ita nartat *Massurius Sabinus* apud *Gell.* l. 6. c. 7. et *Rutilius Geminus* apud *Fulgent. Planc. in exposit. antiq. serm.*

[*ARVALIS, le, et quæ sequuntur omnia, dele per me licet ; sunt enim jejuna nimis et in quibusdam etiam falsa. Antiquarum porro rerum cultoribus non injucundum fore confido, si paulo majora de* Fratribus Arvalibus *ipse attulero, duce eruditiss.* Cajetano Marinio, *qui integrum opus de his sacerdotibus scripsit, cui titulus : Degli Atti e Monumenti de' Fratelli Arvali scolpiti già in tavole di marmo, ed ora raccolti, diciferati e comentati. Roma* 1795. *Tom. II. in* 4.° ARVĀLIS, le, adject. ad arvum pertinens. *Arvales Fratres* dicti sunt, qui sacra publica faciunt, propterea ut fruges ferant arva, quemadmodum *Varro* l. 4. *L. L.* c. 15. docet. Fuit autem collegium duodecim sacerdotum institutum a Romulo, qui nutrici suæ Accæ Larentiæ, quod ipsa ex duodecim filiis maribus unum morte amiserat, in illius locum se se filium dedit ; seque et ceteros ejus filios *Fratres Arvales* appellavit. Hi gestabant pro insigni spiceam coronam vitta alba illigatam, eorumque honor non nisi vita finiebatur, et exules etiam comitabatur, ut apud *Plin.* l. 18. c. 2. legitur. Verosimile videtur duodecim semper numero fuisse, licet in *Inscriptionibus*, quæ de iis supersunt, modo quinque, modo sex, modo octo, ad summum novem, nunquam plures numerentur. In demortui locum cooptabatur novus Frater Arvalis a collegio in æde Concordiæ in Capitolio, aut in Regia congregato, et quidem per suffragia, præmissa quadam precatione cooptationis ; aliquoties tamen renuntiabatur ab Imperatoribus per tabellas, quæ Fratribus Arvalibus mittebantur, in hæc verba : Ti. Claudius Cæsar Augustus Fratribus Arvalibus collegis suis salutem. In locum N. N. Fratrem Arvalem Collegam vobis nomino N. N. Collegii præses vocabatur Magister, qui annuus erat, licet iterum et tertio idem munus obire potuerit. Eligebatur is die secunda festi Deæ Diæ, *h. e.* XIV, vel IV. KAL. Jun. in luco ejusdem Deæ, magisterium vero inibat XVI. Kal. proximi Januarii, quo die scilicet celebrabantur Saturnalia. Magistri vice, quoties hic valetudine aliave causa impeditus adesse non poterat, fungebatur unus ex Fratribus Arvalibus, qui Promagister dicebatur. Eadem die etiam Flamen eligebatur, qui annuus itidem erat, hujus vicem agebat Proflamen. Erat etiam qui Prætoris nomine in quibusdam sacris operabatur. Sacrorum ministri erant pueri quatuor, patrimi et matrimi, ingenui, et senatorum filii, qui quidem sacrificiis adstabant modo prætextati, modo riciniati. Erat etiam Æedituus, qui et a sacris Fratrum Arvalium vocabatur, erant præterea calatores, publici, *h. e.* servi, commentarienses et scriba. Fratres igitur Arvales quotannis celebrabant sacrificium Deæ Diæ, quæ quidem Ceres fuisse videtur. Id per triduum fiebat, nempe XVI. XIV. et XIII, vel VI. IV. et III. Kal. Jun. Indicebatur vero populo hujusmodi festum primis anni diebus in Capitolio, in pronao ædis Concordiæ a collegii Magistro, qui lautis prius manibus, et velato capite, sub divo columine, *h. e.* sub atrii fastigio, contra orientem hæc pronunciabat : Quod bonum, faustum, felix, fortunatum, salutareque sit imperatori, conjugi ejus, totique domui eorum, Populo Romano, Quiritibus, Fratribusque Arvalibus, mihique, sacrificium solemne Deæ Diæ hoc anno erit ante diem XVI. Kal. Junias domi ; XIV. Kal. Junias in luco, et domi ; XIII. Kal. Junias domi consummabitur. Animadvertendum porro est, hoc festum modo XVI. XIV. et XIII., modo vero VI. IV. et III. Kal. Junias celebratum fuisse ; qua vero de causa, incompertum adhuc est. Primo die Romæ in domo Magistri, aut Promagistri, vel in Palatio in Templo Augusti Fratres Arvales prima luce sumptis prætextis et coronis spiceis vittatis sacrificium Deæ Diæ concipiebant ture et vino tantum, Deam unguentabant, fruges aridas et virides, *h. e.* spicas novas illuc illatas, panesque laureatos tangebant, iterum Deam unguentabant, deinde in cathedris consedebant prætextati, ibique prætextis positis ad balneum se se conferebant ; post meridiem a balneo iterum in cathedris consedebant, mox lautis manibus cenatoria alba accipiebant, et in tricliniaribus discumbebant, post epulas prætextas recipiebant, et super toralibus segmentatis discumbentes ture et vino faciebant, ministrantibus pueris prætextatis, et per eosdem, et publicos ad aram perferebant libatas fruges, et unguenta et coronas accipiebant, et facibus accensis cum mantelis canipas, *h. e.* canistra in quibus erant fruges, tangebant, quas per calatores domum quisque suam cum rosis mittebant. Deinde bellariorum secunda mensa afferebatur et dividebatur inter præsentes sacerdotes et ministros, sportulas etiam accipiebant singuli sacerdotes denarios C., pueri vero XXV. divisisque rosis *feliciter* clamabant, domumque redibant. XIV. autem vel IV. Kal. Junias in lucum Deæ Diæ apud V. ab urbe lapidem via Campana conveniebant prima luce, ibique Magister ad aram duas porcilias, quæ piaculares vocabantur, immolabat luci coinquendi et operis faciundi gratia, mox vacca alba, quæ honoraria appellatur, ad foculum immolata, in tetrastylo, *h. e.* in porticu quadrata, in subselliis marmoreis una cum sacerdotibus con-

scdebat, tum reversus ad aram reddebat extas porcillares antea elixas et ex aruspicina rite inspectas; item in Circo, in foculo, argenteo cespite ornato, extam vaccinam reddebat, et in tetrastylum reversus in codice cavebat, *h. e.* nomen suum in libro ad hoc posito scribebat, quo constaret se ibi adfuisse et sacrum fecisse, mox prætextam deponebat, et in papilionem suum redibat. Post meridiem sacerdotes prætextati conveniebant in tetrastylum, et in subselliis consedebant, cavebantque, se adfuisse et sacrum fecisse, et positis prætextis porcilias piaculares, et sanguinem earum epulabantur; tum sumptis iterum prætextis, capite velato, vittis spiceis coronati lucum escendebant, submoto prius per publicos populo, ibique per Magistrum vel Promagistrum et Flaminem immolabant agnam opimam, et hostiæ litationem inspiciebant. Perfecto sacrificio, omnes ture et vino faciebant, deinde reversi in ædem in mensa sacrum instaurabant ollis, et ante ædem in cespite Magister tantum et Flamen sacrificabant. Item foras ad aram reversi dabant thesauros, (quidnam hi fuerint, ignoratur) item Magister et Flamen scyphos argenteos cum simpuviis, et acerras ferentes ture et vino faciebant; et ante ostium stabant, tunc duo ex eorum collegio cum publicis ad fruges petendas a populo prospectante discedebant, et reversi easdem dextera dabant, læva recipiebant, deinde ad alterutrum sibi reddebant, publicisque tradebant; iterum in ædem intrabant, et ollas, in quibus exta coqui solebant, precabantur, et ostiis apertis per clivum jacebant; deinde in subselliis marmoreis consedebant, et panes laureatos, et alia quædam per publicos partiebantur, et spiceis coronis, quibus redimiti erant, ante aram projectis, Deas iterum unguentabant, *h. e.* Deam Diam, et Junonem Diæ (quæ fuisse videtur ejus filia Proserpina), deinde ædes claudebatur, omnibus præter sacerdotes foras egressis. Tunc Fratres Arvales, intus clausi succinctique, libellis acceptis, carmen tripodabant, *h. e.* saltando concinebant, in verba hæc:

(*ter*) Enos Lases juvate.
(*ter*) Neve luerue marmar sins incurrere in pleores.
(*ter*) Satur furere Mars limen sali, sta berber.
(*ter*) Semunis alternei advocapit conctos.
(*ter*) Enos Marmor juvato.
(*quinquies*) Triumpe.

Post tripodationem, signo dato, et ostiis apertis publici ingrediebantur, et libellos e manibus sacerdotum recipiebant. Mox novus anni sequentis Magister et Flamen eligebantur, deinde prætextis positis in tetrastylo discumbentes epulabantur apud Magistrum, *h. e.* in papilione Magistri, ibique post epulas, sportulas, coronas convivales et bellaria inter se partiebantur. Porro aliquantisper ibidem commorati, ad Circum, qui in luco Deæ Diæ erat, progrediebantur, et unus ex quatuor pueris ingenuis patrimis et matrimis aut prætextatus aut riciniatus, soleatus coronatusque, populo prius submoto, supra carceres escendebant, signumque cum mappa alba mittebat bigis, quadrigis et desultoribus, iis ludis præsidente uno ex Fratribus Arvalibus, et victores palmis et coronis argenteis honorabantur. Quibus peractis vespere jam adventante Romam redibant, et in domo Magistri ea omnia peragebant, quæ primo die fecerant, cœna tantum excepta, nam hæc in luco celebrata fuerat. Tertio tandem et ultimo festi die, *h. e.* XIII. vel. III. Kal. Junias in domum Magistri ad consumandum Deæ Diæ sacrificium conveniebant, eaque omnia instaurabant, quæ primo die peregerant. ¶ *Cajet. Marinius* videtur addubitare, num reapse Fratres Arvales ambarvale sacrum facerent: etenim veteres scriptores, qui Arvales memorant, numquam eos ambarvale fecisse affirmant, quique ambarvale sacrum nominant, nullam Arvalium Fratrum mentionem faciunt. Præterea certum omnino est, ambarvale quotannis factitatum ad agros suovetaurilibus lustrandos, hasque hostias ter circum novas fruges perferri solitas, unde ambarvalis et lustrationis nomina; sed nihil horum agebatur in hisce sacris arvalibus, et suovetaurilia ab Arvalibus immolabantur ad lucum duntaxat lustrandum. Putat igitur, eodem ferme tempore, quo festum Deæ Diæ publice, ambarvale sacrum a singulis patribusfamilias in arvis suis privatim celebratum fuisse, in eoque carmen cantari consuevisse ab arvalico diversum. Cum vero minime liceret in lucum Deæ Diæ ferrum inferre, sacrificium piaculare fiebat, ut a Diis operandi venia impetraretur; nec tamen ideo totum Arvalium collegium, sed calatores tantum et ceteri ministri in lucum sese conferebant. In hujusmodi sacrificio immolabatur porca et agna opima, ob ferrum scilicet illatum scripturæ et sculpturæ marmoris causa; opere autem perfecto, aliud huic simile sacrificium fiebat, quod appellabatur ob ferrum elatum. Constat ex *Inscriptionibus* in lucum ivisse Fratres Arvales vel ad festum Deæ Diæ peragendum, vel ad insculpenda in marmore collegii acta, vel ad eruendam ficum, quæ in fastigio ædis Deæ Diæ innata erat, ædemque reficiendam, vel ad expiandas et eruendas arbores attactas a fulmine, aut vetustate collapsas, et ad reficiendas temporales luci aras. Ad hæc duo postrema, causa operis inchoandi, piaculum fiebat suovetaurilibus majoribus, *h. e.* hostiis adultis, non lactentibus, deinde aliæ hostiæ, in variis luci locis, pluribus Diis Deabusque immolabantur. Nempe Arvales ante ostium ædis Deæ Diæ eidem immolabant boves feminas II., Jano patri arietes II., Jovi verveces II. altilaneos, Marti arietes altilaneos II., Junoni Deæ Diæ (*h. e.* Proserpinæ) oves II., Deo sive Deæ oves II., Virginibus, Divis oves II., Famulis Divis verveces II., Laribus verveces II., horum Matri oves II., Deo sive Deæ, in cujus tutela erat lucus locusque, oves II., Fonti verveces II., Deo Summano (*h. e.* Plutoni, cum ageretur de fulminibus nocturnis) verveces II., Floræ oves II., Vestæ oves II., Vestæ Matri oves II., Adolendæ, Commolendæ vel Coinquendæ, et Deferundæ (quæ quidem Deæ ipsæmet sunt) oves II., deinde ante Cæsareum, sacellum scilicet Imperatoribus eorumque uxoribus et filiis sacrum, totidem verveces, quot ipsi numero erant, quibus peractis licebat ferro uti in luco vel in æde Deæ Diæ, perfectoque opere eadem reficiebantur iisdem hostiis immolatis, ut prius factum fuerat opere nondum inchoato. Hæc erant, quorum causa in lucum sese conferebant Fratres Arvales. ¶ Romæ vero conveniebant plerumque in Capitolium, ibique aut in æde Deæ Opis, aut in pronao ædis Concordiæ, aut apud aram Providentiæ, modo ante cellam Junonis reginæ; aliquando in Regiam in via sacra, modo ante domum Domitianam, aut in Palatium in æde nova, modo in templum Divis Imperatoribus dicatum, præter domum Magistri, de qua supra diximus. Hæc in loca conveniebant, ut festum Deæ Diæ indicerent, ut referrent quidquid accidisset in ejusdem Deæ loca, ut collegas cooptarent, ut votivis ludis adessent, ut vota nuncuparent ob salutem, securitatem et incolumitatem Imperatoris, ob ejus natalem, consulatum, itum et reditum in urbem, quod Pater patriæ fuisset appellatus, quod filium adoptasset, quod uxorem creandorum liberorum causa duxisset, ob Augustæ partum et incolumitatem ejusque consecrationem, ob detecta nefaria consilia contra Imperatorem, ad honorandam memoriam Cn. Domitii Ænobardi, ob restitutionem et dedicationem Capitolii ab Tito Imperatore habitam, ac tandem ob solemnia vota quæ concipiebantur quotannis III. Non. Januar. propter felicitatem Domus Augustæ. Tunc vero maximo religionis apparatu, præeunte præcentore, fiebat precatio Jovi, Junoni, Minervæ et aliquoties etiam Deæ Saluti. ¶ Dii, quibus sacrificabant hisce in festis Fratres Arvales, sunt Jupiter, Juno, Minerva, publica Salus, Salus Augusti, Populi R., Deorum Providentia, Concordia, Fecunditas, Felicitas, Spes, Fortuna ducis, Dii Penates, Lar vialis, Genius Imperatoris, Juno Augustæ, Divus Augustus, Diva Augusta, Divus Claudius. Diis maribus bovem, raro taurum; feminis vaccam, et quandoque geminam unicuique hostiam immolabant. ¶ Collegium Fratrum Arvalium permansisse constat ex *Inscriptionibus* usque ad Gordiani tempora, *h. e.* circiter ad ann. Chr. 235. Num viguerit postea, ignoratur; vero tamen simile est, ad ann. Chr. circiter 400. desiisse una cum reliquis gentilium sacerdotum collegiis.

ARVĀLUS, i, m. arvorum Deus qui Saturnus fuisse creditur. *Inscript.* apud *Marinium Fratr. Arval.* pag. clxxx. Deo Arvalo Saturno Sex. Commodus Valer. V. S. L. M. *Id. ibid.* Diis patriis Herculi, Apollini, Arvalo. Legesis *eumdem* de hoc numine disserentem *ibid.* pag. 812.]

ARVĔHO, is, idem ac adveho. *ar* enim olim pro *ad* dictum est. *Cato R. R.* c. 138. Boves feriis conjungere licet. Hoc licet facere: arvehant ligna, fabalia, frumentum. et cap. 135. Trapetum ubi arvectum erit, ubi statues, ibi et commodato.

ARVERNI, orum, m. populi Galliæ Aquitanicæ, quorum regio [† hod.] *l'Auvergne*, oppidum *Clermont*, oriundi a Trojanis, et ob id Romanos fratres appellare quondam ausi. *Lucan.* l. 1. v. 427. Arvernique ausi Latio se fingere fratres, Sanguine ab Iliaco populi. *Plin.* l. 4. cap. 19. ¶ Adjective *Arvernum vinum* laudatur a *Plin.* lib. 14. cap. 1.

ARVĪGA, æ, idem ac aries. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 19. Aries, quod eum dicebant ares Veteres, nostri arviga: hinc arvignus. *Voss. in Etymol.* in voce *Aries* putat *arviga* esse accusativum Græcæ positionis a nominativo *arvix*, et Latinum accusativum esse *arvigem*, quo mox *Varro* utitur, ubi docet, in pontificalibus libris arvigem dici eam hostiam, quæ cornua habet. *Festus* scribit *harviga*, et de ea sic loquitur. Harviga dicebatur hostia, cujus adhærentia inspiciebantur exta. *Donat. ad Terent. Phorm.* 4. 28. habet *haruga*, et interpretatur *hostiam ab hara, in qua concluditur, et servatur.* nisi forte mendosa ea lectio est. *Vel. Long. in Orthogr.* habet *ariuga*, pag. 2233. *Putsch. Scalig. in Conjectan. ad Varr.* ubique putat legendum *aringa*.

ARVĪGNUS, a, um, idem ac arietinus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 19.

ARVĪNA, æ, f. *the hard fat which lies between the skin and the flesh*, λίπος significat (ut interpretatur *Sueton. in lib. de vitiis corpor.* apud *Serv. ad Virg. Æn.* 7. v. 626.) durum, pingue, quod est inter cutem, et viscus, *h. e.* inter cutem, et carnem. Alii pro larido speciatim accipiunt, quod est pingue suillum. *Virg. loc cit.* Et spicula lucida tergent Arvina pingui. *Pier.* monet in quodam Cod. legi *arbina*: ex qua ortum est diminutivum *arbilla*. ¶ Pro pinguedine generatim. *fat, grease, suet, tallow. Prudent. Cathemer.* 7. v. 9. Arvina putrem ne resudans crapulam, Obstrangulatæ mentis ingenium premat. *Sidon.* l. 8. epist. 14. Æstuans turgidi ventris arvina. ¶ *Arvina* fuit agnomen A. Cornelii Cossi, qui dictator de Samnitibus triumphavit. *Fasti Capitol.* apud *Gruter.* pag. 297. col. 1. et *Liv.* l. 8. c. 38.

ARVISĬUS, a, um, adject. *Arvisium vinum* dictum est ab Arvisio monte Chii insulæ, ubi optimum fit, ut *Plin.* l. 14. cap. 7. et *Vibius Sequester de montib.* docent. *Virg. Ecl.* 5. v. 71. Vina novum fundam calathis Arvisia nectar. *Silius* l. 7. v. 210. et ambrosiis Arvisia pocula succis. ¶ Pro *Arvisius* alii legunt *Ariusius*. Nam Græce apud *Strabon.* l. 13. legitur Ἀριουσία χώρα, et apud *Athen.* l. 1. *c. ult.* οἶνος Ἀριούσιος. *Pierius ad loc. Virg. cit.* docet nihil certi statui posse ex MSS. *Virgilii*, quorum alii aliam lectionem exhibent.

ARŬLA, æ, f. *a little altar*, parva ara. *Cic. Verr.* 6. c. 3. Ante hosce deos erant arulæ, quæ &c. In *Papiriano jure* apud *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 11. Mensa arulæque eodem die, quo ædes ipsæ, dedicari solent. *Arnob.* l. 3. pag. 114. Arulæ pecorum sanguine delibutæ. ¶ *Arulæ* etiam dicti sunt a Campanis teste *Plin.* l. 17. c. 11. cumuli terræ adaggeratæ circa ulmos, quia brevi, humilique aræ similes sunt.

ARULĀTOR, V. *Arillator.*

ARUM, V. *Aros.*

ARUNCUS, ci, m. *a goat's beard*, villus a caprarum mento dependens: a Græco ἄρυγκος Dorice pro ἤρυγκος. *Plin.* 8. c. 50. Dependet omnium mento villus, quem aruncum vocant: hoc si quis apprehensam ex grege unam trahat, ceteræ stupentes spectant.

ARUNDĬFER, a, um, adject. ferens arundines. *bearing reeds, Ovid.* 5. *Fast.* v. 637. Tibris arundiferum medio caput extulit alveo.

ARUNDINACĔUS, a, um, *like a reed, arundinaceous*, καλαμοειδής, similis arundini. *Plin.* lib. 18. cap. 7. Frumentis folium arundinaceum.

ARUNDINARĬUS, a, um. Inscript. apud *Reines.* class. 11. num. 27. A. Æmilius A. L. harundinarius. Subdit *Reines.* quid sit harundinarius, quæro qui me doceat.

ARUNDINĒTUM, ti, n. *a place where reeds grow*, καλαμών, locus arundinibus consitus. *Cato R. R.* c. 6. Ibi cacumina populorum serito, et arundinetum. *Id. ibid.* c. 24. et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 24. Salicem Græcam circum arundinetum seri oportere. *Plin.* l. 10. c. 8. Ex silvis, et arundinetis excitare aves.

ARUNDINĔUS, a, um, *made of reeds, abounding with reeds, arundineous*, καλάμινος, qui est ex arundine. *Virg.* 10. *Æn.* v. 710. Arundinea silva. *Plin.* l. 8. c. 32. Arundineæ paniculæ. *Stat.* 6. *Theb.* v. 174. Arundineæ ripæ. *h. e.* arundinibus consitæ. *Colum.* l. 4. c. 29. Arundinei cuneoli. *Id.* l. 9. c. 13. Arundinei canales. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 1. v. 12. Pastor arundineo carmine mulcet oves. *h. e.* sono fistulæ arundineæ. ¶ Item arundini similis. *Plin.* lib. 24. cap. 16. Dracontion radice arundinea. ¶ *Arundinea ficus* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 16. est genus fici maculas habens arundinum foliis similes, ut est apud *Plin.* l. 15. c. 18. Sunt qui apud *Macrob.* legendum putant *hirundinea*, ut sit eadem, quæ Chelidonia. Nam χελιδὼν hirundinem significat.

ARUNDINŌSUS, a, um, *abounding in reeds or canes*, arundinibus abundans, καλαμώδης. *Catull.* carm. 36. *in Annal. Volus.* v. 13. Quæque Ancona, Cnidumque arundinosam colis.

ARUNDO, undinis, f. *a reed or cane*, κάλαμος, aquaticus frutex in longam altitudinem excrescens, cortice lignoso, et inarescente, fissili, præacuta semper acie, geniculatus, leni fastigio tenuatus in cacumine, crassiore paniculæ coma, radice vivaci, et ipsa geniculata. Cetera quæ ad accuratiorem ejus descriptionem pertinent apud *Plin.* l. 16. c. 36. legere poteris. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 248. equitare in arundine longa. *Virg. Georg.* 2. v. 414. Fluvialis arundo. *Id.* 10. *Æn.* v. 205. Glauca arundo. *Id. Ecl.* 7. v. 12. tenera. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 891. viva, et procera. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 77. tremula. ¶ Differt a *canna*, quæ est et ipsa arundinis genus, sed minor, graciliorque: tametsi unum pro altero promiscue a Scriptoribus passim usurpatur. *Columell.* l. 4. c. 32. Ea est autem arundineti senectus, cum vel exaruit situ, vel ita densatum est, ut gracilis, et cannæ similis arundo prodeat. *Id.* l. 7. cap. 9. *circa med.* Degener arundo, quam vulgus cannam vocat. *Ovid. Metam.* 8. v. 335. tenet ima lacunæ Lenta salix, ulvæque leves, juncique palustres, Viminaque, et longa parvæ sub arundine cannæ. ¶ Fluviorum Dii plerumque arundine coronati finguntur, quia arundines amant aquam. Hinc *Ovid. Metam.* 9. v. 2. cum sic Calydonius amnis Cœpit, inornatos redimitus arundine crines. Adde *Virg. Æn.* 10. v. 205. et *Æn.* 8. v. 34. ¶ Magnus est arundinis usus in piscatu. Nam hamo ex arundine lino appenso piscis captantur. *Plaut. Rud.* 2. 1. 15. Hisce hami, atque hæ arundines sunt nobis quæstu, et cultu. *Tibull.* l. 2. *eleg. ult.* v. 5. Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine pisces. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 923. Moderari arundine linum. ¶ Item in aucupio. Nam calamis visco illitis insidiæ avibus tenduntur. *Petron. in Satyr.* c. 109. Tectis arundini-

bus tangere volucres. Allegorice *Plaut. Bacch.* 1. 1. 17. Duæ unum expetitis palumbem: perii, arundo alas verberat. ¶ Etiam ad scribendum arundine usi sunt. Nam chartam exarabant calamis acuminatis, et atramento illitis, ut nos penna. *Pers.* sat. 3. v. 11. Inque manus chartæ, nodosaque venit arundo. Tunc querimur, crasso calamo quod pendeat humor, &c. *Martial.* l. 1. epigr. 4. Neve notet lusus tristis arundo tuos. *h. e.* calamus severi scriptoris. *Auson.* ep. 7. v. 49. Nec jam fissipedis per calami vias Grassetur Cnidiæ sulcus arundinis. *Cnidiam arundinem* dicit, quia ex arundine Cnidi insulæ probatissimi fiebant calami ad scribendum, ut *Plin. loc. cit.* docet. Hinc *Martial.* l. 9. epigr. 14. *Acidaliam arundinem* dixit. V. *Acidalius.* ¶ Ex arundinibus majoribus fiebant baculi ad varios usus. *Petron.* cap. 134. Arundinem ab ostio rapuit, iterumque nihil respondentem mulcavit: ac nisi primo ictu arundo quassata verberantis impetum minuisset, forsitan etiam brachia mea, caputque fregisset. *Plaut. Stich.* 2. 3. 23. Efferte huc scopas, simulque arundinem, ut operam omnem aranearum perdam. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 8. docet, arundine etiam vites fulciri. Adde *Plin. loc. cit.* qui scribit etiam ad domos contegendas arundinem utilem esse: quod et *Martial.* indicat l. 14. epigr. 38. et *Liv.* l. 35. c. 27. In illo *Propert.* l. 2. eleg. 20. v. 71. Jam licet et Stygia sedeat sub arundine remex, &c. quidam *arundine* cymbam Charontis significari putant: et allusisse Poetam ad ea quæ scribit *Plin. loc. cit.* et l. 7. c. 2. *circa med.* de arundinibus Indicis, quas arboreæ magnitudinis esse dicit, singulaque earum internodia navigiorum vicem præstare: et *cit.* l. 7. c. 56. *a med.* Naves in Nilo fieri ex papyro, scirpo, et arundine. Quo pertinet illud *Juvenal.* sat. 5. v. 89. Canna Micipsarum prora subvexit acuta. Alii intelligunt de arundinibus circa Stygem enatis: Alii de pertica, seu virga, qua portisculus remigibus signum dat: Alii denique de teguriolo arundinibus tecto, sub quo Charon consisteret, et cymbam subduceret. ¶ Usus aliquos arundinum in medicina refert *Plin.* l. 17. *in fi.* et l. 24. c. 11. Insignis vero est locus *Sueton. in Aug.* c. 80. ubi Interpretes consulendi sunt, *Torrent. Casaubon.* et *Th. Reines.* l. 2. *Var. lect.* c. 18. [¶ Arundo in textrina est pecten ex arundine, quo discriminantur fila, ne confundantur. *Ovid. Met.* l. 6. v. 55. Stamen secernit arundo.] ¶ Fissa arundine luxata ossa confirmantur. *Cato R. R.* c. 160. ¶ De pertica mensorum *Prudent. in Psychom.* v. 826. Aurea planitiem spatiis percurrit arundo Dimensis. Respicit ad *Apocalyps.* 21. 16. ¶ A Poetis per synedochen ponitur pro sagittis. Nam arundinibus primo nudis, postea ferro armatis in bello multum usa est antiquitas, *arrows. Virg. Æn.* 7. v. 499. actaque multo Perque uterum sonitu, perque ilia venit arundo. *Id. Æn.* 4. v. 73. hæret lateri lethalis arundo. ¶ Item pro tibia, seu fistula, quæ ex arundine præcipue fit: multaque hac de re *Plin. loc. cit.* et *Solin.* c. 5. (al. 11.) *a med.* disserit, *a pipe or flute. Virg.* 6. *Eclog.* v. 8. Silvestrem tenui meditabor arundine musam. *Ovid. Metam.* 11. v. 154. Et leve cerata modulatur arundine carmen. *Sueton. in Cæs.* c. 32. Arundine canere. ¶ Scribitur et *harundo* cum aspiratione: quam scriptionem probat *Eutyches* apud *Cassiodor. de Orthogr.* c. 9. et *Agroet. de Orthogr.* pag. 2272. *Putsch.* ubi ita distinguit, ut *arundo* sit frutex ab ariditate dicta; *harundo* sagitta: sed hoc discrimen nullum est. Legitur etiam in quodam veteri Calendario apud *Gruter.* pag. 138. Monet *Brisson. de verb. signif.* lib. 8. in Pandectis Florentinis modo cum aspiratione legi, modo sine. Ceterum usitatior multo, et probatior est ea scriptio, qua omissa aspiratione scribitur.

ARUNDULATĬO, onis, f. suppositio arundinum ad ramos arborum fulciendos. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 8.

ARUNGUS, pro Averruncus legitur in quadam *vet. edit. Gell.* l. 5. c. 12. *in fi.*

ARUPĪNAS, atis, m. qui est ex Arupino, seu Arupeno oppido Iapydiæ, quod Græce Ἀρούπεινον, nunc *Aursperg* dici putant, vel potius *Rovigno* in Istria inter Parentium et Polam. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 110. Testis Arupinas et pauper natus in armis. Est qui legit *Arupinis.*

ARŪRA, æ, f. ἄρουρα, vox Græca, qua significatur ager satus, vel ipsa seges: ab ἀρόω, aro. *Vel. Long. de Orthogr.* apud *Putsch.* pag. 2246. Filicem ita credo dictam, quod sit minus felix aruræ. ¶ *Marcell. Empir.* c. 8. *ante med.* Lacertæ, quæ in segetibus morantur, quas Græci aruras vocant.

ARUSPEX, &c. V. *Haruspex.*

ARUTĒNA, V. *Arytena.*

ARVUM, i, n. *a field ploughed but not sown, a fallow field,* proprie significat campum aratum, nec dum satum, ut *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 29. et *Fest.* docent: ab *aro, as,* deducta voce, ut *Id. Varr.* l. 4. *L. L.* c. 4. *sub fin.* auctor est. Videtur autem prima sui origine esse adjectivum, quod sit idem ac *aratum,* vel *arabile. Plaut. Trucul.* 1. 2. 47. Non arvus hic, sed pascuus est ager. *Isidor.* l. 15. *Orig.* c. 13. Omnis ager, ut Varro docet, quadrifarius dividitur. Aut enim arvus est ager, idest sationalis, aut consitus, &c. Adde *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 2. ¶ Accipitur generatim pro agro, sive is aratus, satusve, aut consitus sit, sive non: et usurpatur absolute more substantivi, *arable land, glebe; a field. Sallust. in Jug.* c. 95. Numidæ pabulo pecoris magis, quam arvo student. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor. c. ult.* Prata, et arva, et pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex eis capiuntur. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 7. Ex arvo æque magno, sed male consito, minus multum, et minus bonum faciebant vinum. *Virg.* 2. *Georg.* v. 263. Optima putri arva solo. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 15. Arvum pingue. *Ovid.* 4. *ex Pont.* epist. 15. v. 7. fertile. *Id.* l. 2. *ex Pont.* epist. 5. v. 33. sterile. *Id.* 7. *Metam.* v. 129. fetum. *Virg.* 6. *Æn.* v. 744. Læta arva. *Id.* 1. *Georg.* v. 125. Subigere arva. *Id. ibid.* v. 507. squalent abductis arva colonis. *Id.* 2. *Georg.* v. 353. hiulca siti findit canis æstifer arva. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 151. Arva olivifera. *Sil.* l. 7. vers. 207. Uvifera. *Al. leg.* vitifera: *al.* vinifera. ¶ Interdum per synecdochen ponitur pro regione, *a country. Ovid.* 4. *ex Pont.* epist. 7. v. 3. Aspicis en, præses, quali jaceamus in arvo. ¶ Per metonymiam sumitur pro segete. *standing corn. Virg.* 1. *Georg.* v. 316. cum flavis messorem induceret arvis Agricola. ¶ Pro litore etiam usurpatur ab eodem 2. *Æn.* v. 209. ut monet *Servius.* ¶ *Arva Neptunia* pro mari posuit *Id. Æn.* 8. v. 695. eo modo, quo *Æn.* 6. v. 724. *campos liquentes.* ¶ Eleganter transfertur ad muliebrem naturam. *Lucret.* l. 4. v. 1100. ut muliebria conserat arva. *Virg.* 3. *Georg.* v. 135. Genitale arvum. ¶ Olim *arvæ, arum,* f. usurpatum fuit. *Nævius* apud *Non.* cap. 3. n. 15. Quaque incedunt, omnes arvas obterunt. *Pacuv. ibid.* Postquam calamitas plures annos arvas calvitur.

ARX, arcis, f. *a lofty place, height, steep, top or summit of a hill,* ἄκρα, ἄκρις, [Dicta est auctore *Varrone de L. L.* l. 4. c. 32. ab *arcendo,* quod is sit locus munitissimus urbis, a quo facillime possint arceri hostes: sed verior hujus vocis notatio est ab ἄκρος, per metathesin ἄρκος, nam propria et primaria ejus notio est summus et excelsus locus; hinc id nominis montibus etiam tribuitur.] locus excelsus, cacumen, vertex, *Virg.* 1. *Georg.* v. 240. Mundus ut ad Scythiam, Riphæasque arduus arces Consurgit. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 467. umbrosa Parnassi constitit arce. *Stat.* 1. *Theb.* v. 114. abrupta qua plurimus arce Cithæron Occurrit cælo. *Silius* l. 3. v. 496. Primus inexpertas adiit Tirynthius arces. *h. e.* Alpium cacumina. *Virg.* 2. *Georg.* v. 534. rerum facta est pulcherrima Roma, Septemque una sibi muro circumdedit arces. *h. e.* septem colles. *Petron. in Satyr.* cap. 116. Impositum arci sublimi oppidum. *Stat.* 4. *Theb.* v. 175. Arx galeæ. ¶ Item pars munitissima urbis, *a castle, fortress, citadel,* ἀκρόπολις: quia fere in editiori loco construi solet, vel in ipsa urbe, vel prope. Neque audiendus est *Solin.* qui c. 1. (al. 2.) docet, arcem ab Arcadibus esse appellatam, quod ii in editis montium jugis habitaverint. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 67. Tarento amisso, arcem tamen retinuit. *Id. in Pison.* c. 34. *in fi.* Cum oppido desperassent, munire arcem cœperunt. *Nepos in Themist.* cap. 2. Arcem alicui tradere, reliquum oppidum relinquere. *Id. in Pelop.* cap. 1. Arcem oppidi occupare. *Id. in Timol.* c. 3. Munire arcem ad urbem obsidendam. ¶ Ponitur generatim pro urbe, oppido. *a town, city. Horat. de art. poet.* v. 398. Amphion Thebanæ conditor arcis. Hinc *arcem* absolute pro Urbe Roma dixit *Prudent.* l. 1. *cont. Symmach.* v. 4. ¶ *Arces igneæ* sunt cæli apud *Horat.* l. 3. od. 3. v. 10. Quo sensu *Ætherias arces* dixit *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 3. v. 19. et *Arcem cæli Virg. Æn.* 1. v. 254. *the heavens.* ¶ *Arces sacræ* sunt templa apud *Horat.* l. 1. od. 2. v. 3. nisi malis intelligere Capitolium, quod *arcis* nomine sæpissime significatur. ¶ Præsertim cum de auguriis accipiendis sermo est. quia edito loco auguria captantur. *Liv.* l. 1. c. 18. Numa deductus in arcem, in lapide ad meridiem versus consedit. *Id. ibid.* c. 24. Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. *Cic. Offic.* l. 3. c. 16. Cum in arce augurium acturi essent augures. V. *Auguraculum.* ¶ Translate *arx corporis* dicitur caput, quia ceteris membris altius est, ibique tanquam in arce omnia sensuum organa natura collocavit. *Senec. in Œdip.* v. 185. tum vapor ipsam Corporis arcem flammeus urit. *Claudian. in IV. Consul. Honor.* v. 234. hanc (*animam*) alta capitis fundavit in arce. ¶ De loco, quod munitione, et potentia ceteris antecellit, unde præsidium, opemque petere licet, et quo, ut in tutum, perfugere. *Cic. Catil.* 4. c. 6. Videor mihi hanc urbem videre, lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium, &c. *the citadel of the whole world. Id. pro Ligar.* c. 7. Africa omnium provinciarum arx, nata ad bellum contra hanc urbem gerendum. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 13. Classis arx commeatuum. *Cic. pro Sull.* c. 28. Munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum. *Id. in Pison.* c. 5. Cui templum illud fuit, te consule, arx civium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinii, &c. *Id. pro Cluent.* c. 57. Constituere præsidia defensionis in arce legis. *Id. Divin. in Verr.* c. 5. Lex repetundarum arx sociorum. *Id. Fam.* l. 1. ep. 9. Invadere in arcem causæ. *h. e.* aggredi ad infirmandum id, quo maxime causa adversarii nititur. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 6. Arcem Stoicorum defendere. ¶ Item fastigium, apex, et quidquid est summum in re qualibet. *Stat.* l. 2. *Silv.* 2. v. 131. Celsa mentis arx. *Lucan.* l. 7. v. 593. Attingere arcem juris. *h. e.* summum imperium tenere. *Silius* l. 13. v. 771. Perduci ad summas arces laudum. *to reach the very pinnacle of glory.* [† Similiter fere Eurip. Phœn. 847. ἐν ἄκροις στεφάνοισιν Ἄρεος, *on the very pinnacle of warlike fame.*] *Sidon.* carm 2. v. 173. Platonis ingenium, quod in arce fuit. *Auct. Dial. de Orat.* (quem alii *Quintil.* alii *Tacito* tribuunt) cap. 10. Arx eloquentiæ. *Priscian. in præfat. Grammat.* Arcem Musicæ possidere. ¶ *Arcem ex cloaca facere* proverb. *h. e.* rem abjectam verbis nimis extollere, et amplificare: *to make a mountain of a mole-hill.* Habetur apud *Cic. pro Planc.* cap. 40.

ARYTĒNA, *et per syncopen* Artena, æ, *a pitcher to draw water or wine in,* est vas ab hauriendo sic appellatum, ait *Festus:* nempe ab ἀρύτω, haurio, a quo est ἀρύταινα (unde et *aritæna* rectius scribitur) quam inter vasa balneatoria *Pollux* l. 7. c. 33. et l. 10. c. 17. enumerat. Quidam putant esse speciem matulæ. In *Gloss. Philox.* dicitur esse vas in sacrificiis adhibitum. Apud *Lucil.* teste *Charis.* l. 1. pag. 95. *Putsch.* legitur *arutena* Latino more Græcam *υ* in *u* vertendi. *Scalig. ad Fest. artena* legendum censet.

[ARYTHMUS, a, um, adject. *a* ῥυθμὸς, *numerus,* et ab *α* privat. *h. e.* rhythmo carens. *Martian. Capell.* l. 9. pag. 328. *edit. Grotii.* Alia tempora sunt, quæ enrythimica nominantur, alia quæ arythma. *Grotius* sic legendum monet pro *arythmata.* Quid vero significent *tempora arythma,* facile ex ipsa rythmi significatione intelligitur; est enim ad verbum *rythmo carentia,* vel, ut ipse *Capella* ait paulo post, ea, quæ sibi nulla omnino lege consentiunt, ac sine certa ratione conjuncta sunt.]

AS

AS, assis, m. ab *æs* extrita altera diphthongi vocali, ut *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 36. docet, tria significat, certum pecuniæ genus, ponderis, et mensuræ. *a pound-weight, or any thing that may be divided into 12 parts; a Roman coin.* Primo itaque significat pecuniam ex ære factam, qua usi sunt Romani prioribus quidem temporibus rudi, postea signata: illa appendebatur libra, ita ut tot dicerentur asses, quot essent libræ æris (unde emere *per æs, et libram,* de quo V. in *Mancipium*) hæc numerabatur. Duravit illa usque ad tempora Serv. Tulli, qui primus, teste *Plin.* l. 33. c. 3. assem ad certam figuram, et magnitudinem conformavit, et signavit nota pecudum (ovis, aut bovis, aut vervecis, aut suis) unde et *pecunia* dicta: habuitque libræ pondus (unde *æs grave.* V. *Gravis.*) usque ad bellum Punicum primum: quo tempore imminutum est, et constitutum, ut asses sextantali pondere, hoc est duarum unciarum ferirentur, detractis a libra quinque partibus: atque ita ex libra una æris, quæ prius unicum assem efficiebat, sex asses cusi sunt. Hanc deminutionem *Fest.* in *Sextantarii* factam esse ait bello Punico secundo. *Plin. loc. cit.* primo: quod verius est. Mutata etiam fuit prior nota, et ex altera parte Janus geminus, ex altera rostrum navis impressum. Deinde bello Punico secundo, Q. Fabio Max. Dictatore, iterum imminutum est assis pondus, detracta uncia: itaque ex una libra æris asses duodecim, unciæ pondere cusi sunt. Denique circa A. U. 563. L. Cornelio Scipione, C. Lælio Nepote Coss. lege lata a C. Papirio Carbone trib. pleb. statutum est, ut asses, qui unciales erant, semunciales fierent; atque hac ratione ex una æris libra asses vigintiquatuor fecere. Quod assis pondus etiam sub Imperatoribus, Plinii tempore, multoque etiam post duravit. Hæ ponderis assium imminutiones factæ sunt ob inopiam pecuniæ, qua Respublica laborabat: ideoque detracto assis pondere, mansit semper idem pretium, quod ad Venetæ pecuniæ valorem redactum, fere valet duos solidos, vel Romanam monetam, quæ *bajocco* (*a piece of money at Rome worth about three farthings*) dicitur. *Cic.* 2. *Offic.* c. 17. M. Seius in caritate asse modium populo dedit. *Gell.* l. 20. c. 1. Crumena assium plena. *Cato* apud *Senec.* ep. 94. Quod non opus est asse carum est. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 43. Vilis as. *Id.* l. 2. ep. 2. v. 27. Perdere omnia ad assem. *to the utmost farthing.* Sic *Plin.* l. 1. ep. 15. Reddere impendium ad assem. *Martial.* l. 1. epigr. 104. Asse cicer tepidum constat. *Id.* lib. 9. epigr. 6. *in fi.* Asse emere aliquid. *Plin.* l. 19. c. 4. Cibus uno asse venalis. *Id.* l. 12. cap. 23. Hammoniaci optimi pretium in libras, asses quadraginta. *Id.* l. 33. c. *ult.* Lomentum quinis assibus æstimatum. *Catull.* carm. 5. Omnes unius æstimemus assis. *h. e.* vili pretio. Sic carm. 42. *in quand.* v. 13. Non assis facere aliquid. *not to value at a farthing. Plin.* lib. 2. ep. 20. Assem para, et accipe auream fabulam. *h. e.* præmium: et videtur alludere ad circulatores, qui assis mercede fabellas populo venditabant. ¶ *Assem habeas, assem valeas,* proverb. apud *Petron. in fragment. Tragur.* c. 77. *Burman.* quo significatur tanti fieri homines, quantum possident divitiarum. ¶ *Assem elephanto porrigere* proverbialis locutio ab Augusto usurpata in quendam militem, qui libellum ei supplicem, sed admodum timide porrexerat. Elephanti enim, ut narrat *Plin.* l. 8. c. 5. ita aliquando cicurabantur, ut stipem a populo oblatam proboscide exciperent, quam tamen, qui dabant, non sine timore aliquo, et trepidatione porrigebant. Referunt hoc proverbium *Quintil.* l. 6. c. 3. et *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 4. ¶ Mos fuit veteribus Romanis, ut novæ nuptæ ad maritum venientes tres asses ferrent, quorum alterum ipsi marito dabant; alterum in pede

habentes in foco Larium familiarium ponebant; tertium in saccipcrione tenebant, et mox in compito vicinali donabant. Rem narrat ex *Varr. Non.* c. 12. n. 50. ¶ Partes assis pondus libræ habentis, sunt duodecim, quot scilicet sunt unciæ: enumeranturque ab *Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 5. leg. 48. *uncia, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis,* seu *semissis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx.* Dicitur *sextans*, quia est sexta pars assis, nempe unciæ duæ; *quadrans* quarta pars, nempe tres unciæ, quæ quater ductæ efficiunt duodecim; *triens* habet quatuor uncias, et est tertia pars assis, quia quatuor ter ductæ duodecim conficiunt; *quincunx* significat quinque uncias, *semissis* est quasi *semi as*, hoc est sex unciæ; *septunx* habet septem uncias; *bes* octo, de quo V. suo loco; *dodrans* habet novem uncias, et dicitur a *dempto quadrante*, quia tres desunt ad duodecim; *dextans* dicitur a *dempto sextante*, quia desunt duæ; *deunx* habet undecim uncias, et dicitur a *dempta uncia*. Ipsa quoque uncia dividitur *in semunciam*; in *sicilicum*, hoc est quartam unciæ partem; in *sextulum*, hoc est sextam unciæ partem, &c. ¶ Porro hujusmodi as libralis, cum hisce suis partibus accipitur frequenter pro toto aliquo, quod in partes duodecim dividi possit: et præsertim pro hereditate, ut *Ulpian.* docet *loc. cit.* Hinc *heres ex asse*, cui omnia defuncti bona relicta sunt; *ex semisse*, qui dimidium obtinuit; *ex triente*, cui tertia pars obtigit, &c. *Plin.* l. 5. ep. 5. Instituere aliquem heredem ex asse. *Martial.* l. 7. epigr. 65. Relinquere aliquem heredem ex asse. *Papinian. Dig. loc. cit.* leg. 66. Asse nominatim dato, vel duodecim unciis distributis, residua portio non invenitur. *Et mox.* Assis residuum accipere. *Ulpian.* lib. 36. tit. 3. leg. 3. Debere legatum ex asse, vel ex parte. *Martian. Dig.* lib. 34. tit. 9. leg. 2. Auferre hereditatem ex asse. *Cic. pro Cæcin.* c. 6. Facere aliquem heredem ex deunce, et semuncia, ex duabus sextulis, &c. *Sueton. in Cæs.* cap. 83. Instituere heredes ex dodrante, ex quadrante, &c. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, ut de tota summa rei, de qua societas mercaturæ initur; de integro fundo, de integro alicujus rei pretio, et de summa usuræ, (V. *Usura*) et similibus. *Proculus Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 76. Nerva constituit, ut tu ex triente socius esses, ego ex besse. *Julian.* lib. 21. tit. 2. leg. 39. Bessem fundi emere ab aliquo. *Paul.* l. 6. tit. 1. leg. 8. Quadrans, et semissis fundi. *Ulpian.* lib. 17. tit. 1. leg. 12. Exsolvere bessem pretii pro prædio. ¶ Hinc *in assem* significat in totum, in integrum, in solidum. *Scævola* lib. 39. tit. 5. *leg. ult.* Quæsitum est, utrum in assem Sticho actio detur eorundem nominum, quæ in peculio habuit, an utrisque heredibus pro portionibus hereditariis. *Ulpian.* lib. 36. tit. 4. leg. 5. Satisdare in assem. *Id. Dig.* lib. 42. tit. 7. leg. 1. Si non in assem, in aliquid tamen satisfacere creditoribus. *Modestin. Dig.* lib. 20. tit. 6. leg. 9. Vendere fundum in assem. *Colum.* l. 2. c. 13. *ad fin.* Ut sit in assem autumnalis satio modiorum 250. *may amount in all to 250 measures. Id. ibid.* paulo post *in asse* dixit pro *in assem* eod. sensu: Sic in asse fiunt octo menses, et dies decem. *so on the whole there are*, &c. ¶ *Ex asse*, omnino, prorsus, universim, *totally, entirely*. *Macer Dig.* lib. 2. tit. 8. leg. 15. Ex asse, aut ex parte possidere aliquid. *Sidon.* l. 2. epist. 1. Ut sanguinem, fortunasque miserorum, quas ille ibi ex parte propinaverat, hic ex asse misceret. *Id.* l. 6. ep. 12. Metiri ex asse vota alicujus. *Id.* l. 8. ep. 6. *cir. med.* Rem ex asse cognoscere. *Id.* l. 2. ep. 2. Ex asse turbatus. [† Hæres ex asse, *heir to the whole estate. Sueton.*] ¶ Accipitur etiam *as* cum suis partibus pro certo quodam, plenoque pondere, quale est libræ, *a pound weight*, ut *Fannius de ponderib.* v. 41. et *Auson. in Eclogar. de rat. lib.* v. 10. docent. *Ovid. de medicam. faciei*, v. 55. Par ervi mensura decem madefiat ab ovis, Sed cumulent libras hordea nuda duas. Et quæ prima cadunt vivaci cornua cervo, Contere: in hæc solidi sexta face assis eat. ¶ Item pro certa quadam, plenaque mensura. Sic in re agraria *as* est idem ac jugerum, ut *Colum.* l. 5. c. 1. diserte docet; qua significatione etiam partes assis usurpantur, ut ibidem videre est. *Plin.* l. 18. c. 19. Proscindere semissem, iterare assem. ¶ Est etiam idem ac pes, *a foot-measure. Colum. ibid.* c. 3. bis hac ratione usurpat. ¶ *As*, et *as publicus* interdum ponitur pro tributo, aut vectigali. *Cassiodor.* lib. 12. *Var. Epist.* 10. et *in Cod. Theodos.* lib. 11. tit. 28. leg. 12. ¶ Mathematici præsertim Pythagorici, qui senarium numerum omnium perfectissimum esse dicunt, eundem vocant *assem*, et in sex partes dividunt, ut est apud *Vitruv.* l. 3. cap. 1. quarum nomina hæc sunt: *sextans, triens, semissis, bes, quintarium*. Unciæ respondet *sextans*, quia est sexta pars assis: *triens* duo significat, et est tertia pars: *semissis* est assis dimidium, hoc est tres: *bes* est quatuor, hoc est duæ tertiæ assis partes: *quintarium* sunt quinque. Supra sex si addas unitatem, appellant ἔφεκτον, ab ἐπὶ, supra, et ἕκτος, sextus: si addas duo, *tertiarium*, Græce ἐπίτριτον, ab ἐπὶ, supra, et τρίτος, tertius, quia est tertia pars supra sex, seu assem: si addas tria, *sesquialterum*, Græce ἡμιόλιον, ab ἥμισυ, dimidium, et ὅλος, totus, quia est integer as cum dimidia parte: si addas quatuor, appellant *bes alterum*, Græce ἐπιδίμοιρον, ab ἐπὶ, supra, et δίμοιρον, quod significat duas partes totius in tres divisi; quatuor autem addita ad sex continent assem, et duas ejus partes: Quod si assi addas quinque, cum numerum dicunt *quintarium alterum*, Græce ἐπιπεντάμοιρον, ab ἐπὶ, supra, πέντε, quinque, et μοῖρα, portio, pars. Denique διπλασίονα appellant senarium senario, seu assem assi additum, hoc est numerum perfectum duplicatum, a διπλοῦς, duplex. *Vitruvius* autem hæc omnia enarrans assem pro unitate sumit, dum inquit: Cum ad supputationem crescat, supra sex adjecto asse, ἔφεκτον. Quod illorum opinionem probat, qui putarunt *as* esse a Græco εἷς, unus, pro quo Dores et Siculi dixerunt αἷς. Tarentini ἄς. Nos hoc loco hæc addidimus, non quod quidquam faciant ad Latinum sermonem, quia Latini assem semper in duodecim secant partes, ut dictum est; sed ut hæc ipsa conjunctim explicata habeantur, quæ deinceps iterum occurrent fere omnia suis locis. ¶ Reperitur etiam *assis* in recto casu singulari pro *as*: ita enim usurpat Vetus Persii Scholiastes *ad Sat.* 2. v. 59. Item *Donatus ad Terent. Phorm.* 1. 1. 9.

ASA, æ, f. idem quod ara: antiqua vox, nec in usum facile advocanda. *In fragmento antiq. legis* apud *Gell.* lib. 4. c. 3. Pelex asam Junonis ne tagito: si taget, Junoni crinibous demissis arnum feminam caidito. Adde *Serv. ad Æn.* 4. vers. 219. et V. dicta in *Ara*.

ASAROTĬCUS, a, um, *tesselated, variegated by squares*, asaroti opere elaboratus, tessellatus. *Sidon.* carm. 23. v. 56. aureasque portas Exornas asaroticis lapillis.

ASARŌTUM, i, n. *a tesselated pavement, floor variegated with pebbles or tiles of different colours*, ἀσάρωτον, genus pavimenti tessellati, hoc est parvis lapillis varii coloris strati: Græca vox, et per se adjectivum. *Plin.* l. 36. c. 25. Pavimenta originem apud Græcos habent elaborata arte, picturæ ratione, donec lithostrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus, qui Pergami stravit quem vocant asaroton œcon, quoniam purgamenta cœnæ in pavimento, quæque everri solent, veluti relicta, fecerat parvis e testulis, tinctisque in varios colores. Mirabilis ibi columba bibens, et aquam umbra capitis infuscans. Apricantur aliæ, scabentes se se in canthari labro. Hactenus *Plin.* Dictum est autem *asarotum* ab *α* privativa, et σαίρω, verro, scopis purgo, quoniam in hujusmodi pavimento, quasi purgamenta cœnæ remansissent humi, sic erant depicta, et expressa. *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 54. nitidum referentes aera testæ Monstravere solum, varias ubi picta per artes Gaudet humus, superatque novis asarota figuris. *Alii leg.* suberantque novis asarota figuris. *alii etiam aliter.*

ASĂRUM, i, n. *the herb foalbit, foalfoot, or wild spikenard*, ἄσαρον, teste *Plin.* l. 12. c. 13. herba folia habens similia hederæ, rotundiora tamen, et molliora, florem purpureum, radicem Gallici nardi, semen acinosum, saporis calidi, et vinosi. Aliqui nardum silvestre vocant, quia nardi vim habet. *Id.* l. 21. c. 6. dicit ideo asarum vocari, quia in coronas non additur; nempe ab *α* privativa, et σαίρω, quod etiam *ornare* exponitur.

ASBESTĪNUM, i, *subintellige* linum, dicitur genus quoddam lini, quod igne non absumitur: *a kind of cloth or lint, found in the desarts of India, and inconsumable by fire; now known to be made of a fossil stone that may be split into threads and filaments*: ab *α* privativa, et σβέννυμι, exstinguo, consumo. *Plin.* l. 19. c. 1. Inventum jam est etiam, quod ignibus non absumeretur. Vivum id vocant; ardentesque in focis conviviorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendescentes igni magis, quam possent aquis. Regum inde funebres tunicæ, corporis favillam ab reliquo separant cinere. Nascitur in desertis adustisque sole Indiæ, ubi non cadunt imbres, inter diras serpentes, assuescitque vivere ardendo, rarum inventu, difficile textu propter brevitatem. Rufus de cetero colos, splendescit igni. Cum inventum est, æquat pretia excellentium margaritarum. Vocatur a Græcis asbestinum, ex argumento naturæ. Hæc *Plinius*. [† V. *Acaustus*.]

[* ASBESTĪNUS, a, um, adject. ex asbesto factus. *Campol. in Litholex.* Cum lampadibus decem asbestinis.]

ASBESTOS, nomen gemmæ apud *Plin.* l. 37. c. 10. quæ in Arcadiæ montibus invenitur; coloris ferrei; ita dictæ, ut docent *Solin.* c. 7. (*al.* 12.) *ante med.* et *Augustin.* l. 21. *de civ. Dei*, c. 7. quia semel accensa nequit exstingui: ab *α* privativa, et σβέννυμι, exstinguo.

ASBŎLUS, canis Actæonis: ab ἄσβολος, fuligo, a colore pilorum. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 218. et villis Asbolus atris.

ASCALABŌTES, æ, m. *a sort of lizard; an evet*, ἀσκαλαβώτης, animal ex genere stellionum, in Italia non nascens, plenus lentiginosis maculis, et stridorem acerbum habens. *Plin.* l. 29. c. 4.

ASCALĂPHUS, i, Ἀσκάλαφος, filius Acherontis, et Orphnes Avernalis nymphæ, *al.* Acherontis, et Stygis. Hic vidit Proserpinam, quæ a Plutone rapta fuerat, septem grana mali Punici ex arbore decerpti in horto comedentem. Cum Ceres filiæ suæ reditum a Jove ea lege impetrasset, si nihil apud Inferos gustasset cibi, Ascalaphus eam prodidit. Indignata Proserpina sibi Ascalaphi indicio negatum esse reditum, convertit eum in bubonem avem funestam, et tristium semper rerum nuntiam. *Ovid. Metam.* 5. v. 533. et *Serv. ad Æn.* 4. v. 462. ¶ Ascalaphus alius fuit Martis, et Astyoches filius. Alius Lyci et Pernidis filius (nisi forte idem est cum filio Martis) unus ex procis Helenæ, qui cum triginta navibus ad Trojam venit, ibique a Deiphobo occisus est. *Hygin.* fab. 81. 97. 113. et 159. et *Serv. ad Æn.* 10. v. 470.

ASCALĬA, æ, f. *a kind of thistle, or artichoke*, ἀσκαλία, cactus, carduus sativus. *Plin.* l. 21. cap. 16. *a med.*

ASCALONĬUS, a, um, adject. ad Ascalonem pertinens, quæ est urbs Palestinæ maritima, Græce Ἀσκάλων, Latine *Ascalo* apud *Plin.* l. 5. c. 13. ¶ Hinc *Ascalonia cæpa*, quæ et *Ascalonia* absolute, genus cæpæ capite non admodum crasso, de qua multa *Plin.* l. 19. c. 6. Anglis *a shalot* et *scallion*: ita dicta quod in agro Ascalonis abunde proveniat. *Colum.* l. 11. cap. 3. *ad fin.* Capita maxima generis Ascalonii.

ASCANĬUS, ii, qui et Ilus, et Iulus, dictus, Ἀσκάνιος, Æneæ ex Creusa Priami Regis filia natu maximus, qui incensa Troja, una cum parte in Italiam venit, et post ejus mortem Lavinii regnavit annos octo, et triginta. Albam longam condidit, eoque Regni sedem transtulit. *Liv.* l. 1. c. 3. et *Servius ad Æn.* 1. v. 11. dicunt duos habuisse Æneam filios hoc nomine, alterum ex Creusa, ex Lavinia alterum, incertumque esse, a quonam Alba condita sit. De Ascanio Creusæ filio *Virg.* 1. *Æn.* v. 271. puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo Additur: Ilus erat, dum res stetit Ilia regno. *Serv.* hic addit, dictum esse ab Ascanio Phrygiæ fluvio, de quo *Virg.* 3. *Georg.* v. 270. et *Plin.* l. 5. c. 32. ¶ Aliis etiam nominibus hic Ascanius appellatus est, nempe Dardanus, et Leontodamas, ad exstinctorum fratrum solatium, teste eodem *Serv. ad Æn.* 4. v. 159.

ASCANĬUS, a, um, adject. *Ascanius lacus* est in Bithynia prope Nicæam, nunc *Lake Acsu or Nicea*, de quo *Plin.* l. 5. *c. ult.* ubi et *Ascanium sinum* memorat in Propontide. [¶ Ex hujusmodi lacu profluit etiam fluvius dictus Ascanius, cujus meminit *Strabo* l. 14. pag. 999. *edit. Almelov.* a quo, ut alia multa, sic id quoque mutuatus est *Virgil. qui Georg.* l. 3. v. 269. illum sonantem, et equis transmittendum nominat. Adde *Plin.* l. 5. c. 32. sect. 40. Postea sinus, in quo flumen Ascanium.] ¶ *Ascanius portus* est in Troade, in Æoliæ confinio, qua Ionicæ regioni jungitur. *Id.* l. 5. cap. 30. ¶ *Ascaniæ insulæ* sunt in mari Ægæo ante Troada. *Id. ibid.* c. 31.

ASCAULES, is, m. *a bagpiper*, ἀσκαύλης, tibicen, utricularius, qui tibia utri inserta, inflataque sonat: ab ἀσκὸς, uter, et αὐλὸς, tibia. *Martial.* l. 10. epigr. 3. credis hoc, Prisce, Voce ut loquatur Psittacus coturnicis, Et concupiscat esse Canus ascaules? *Canus* fuit choraules nobilissimus tempore Galbæ, cujus meminit *Id.* l. 3. epigr. 5. et *Sueton. in Galba*, c. 12.

ASCENDENS, tis, qui ascendit. *Vitruv.* l. 10. c. 19. appellat *ascendentem machinam* eam, quæ occulto quodam artificio, et expeditis machinationibus in sublime crescit; cujus usus præcipue est in oppugnationibus urbium. ¶ *Ascendentes* dicuntur a JCtis in linea consanguinitatis parentes, et majores, a quibus procreati sumus; sicut *descendentes*, qui a nobis nati sunt. *Paul. Dig.* 23. tit. 2. *leg. ult.* Incestum committit, qui ex gradu ascendentium, vel descendentium uxorem duxerit.

ASCENDIBĬLIS, le, qui ascendi potest. *Pomponius in armorum judicio*: Tum præ se portant ascendibilem semitam, quam scalam vocant. Ita refert *Lactant.* seu *Lutat. vetus Scholiast. Statii ad* l. 10. *Theb.* v. 841. quem penes hujusce rei sit fides. Videntur autem verba illa, *quam scalam vocant*, ab alio adjecta esse explicandi gratia.

ASCENDO, et Adscendo, is, endi, ensum, a. 3. *to ascend, mount, climb*, ἀναβαίνω: ex *ad*, et *scando*: sursum sive ad aliquid editum scando. *Cic.* 2. *de Orat.* cap. 24. Lex peregrinum vetat in murum ascendere. *Virg. Æn.* 9. v. 507. Scalis ascendere muros. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 28. Adversam ripam equo ascendere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 21. Ascendere jugum montis. *Nepos in Themist.* c. 8. et *in Epamin.* c. 4. et *Plaut. Merc.* 2. 1. 35. Ascendere in navem. *Tacit.* l. 2. *Ann.* c. 75. classem. *Terent. Adelph.* 4. 5. 69. navem. *Lucret.* l. 5. v. 1300. currum. *Cic. de Senect.* c. 10. in equum. *Liv.* l. 23. c. 14. equum. *Cic.* l. 4. *Attic.* ep. 2. in concionem. *to mount the rostrum.* Et 6. *Varr.* c. 23. et *Fam.* 15. ep. 4. in oppidum. *Plin. in Paneg.* c. 61. propius ad aliquid. *Martial.* l. 11. epigr. 99. Sedeas in alto tu licet tribunali, Et e curuli jura gentibus reddas: Ascendet illa basiator, atque illa. ¶ Passive *Plin.* l. 36. c. 13. Cœnacula excelsa, porticusque ascenduntur nonagenis gradibus. V. *Ascensus, a, um.* ¶ Translate *Cic. Offic.* 2. c. 18. Non ut ne affligantur, sed ut altiorem gradum ascendant. *Al. leg.* ad altiorem. *Id. pro Dom.* c. 28. Quibus tanquam gradibus mihi videor in cælum ascendisse. *Id. de clar. Orat.* c. 81. Ad summam amplitudinem pervenisset, ascendens gradibus Magistratuum. *Id. pro Mur.* cap. 27. Ascendere unum gradum dignitatis. *Id. in Partit.* c. 4. A minoribus ad majora ascendere. *Id. de clar. Orat.* c. 68. ad honores. *Id. in Orat.* c. 36. Ornatus ille mirabilis, propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia. *hath grown into such reputation. Id. pro Cluent.* c. 55. Ascendere in summum locum civitatis. *Curt.* l. 7. c. 1. ad gradum aliquem amicitiæ. *Brut. ad Cicer.* ep. 4. Timeo, ne Cæsar tuus altius ascendisse se putet decretis tuis, quam, &c. *Cic.* 3. *de Orat. c. ult.* Vox gradatim ascendit. *Lucret.* l. 2. v. 137. Sic a principiis ascendit motus, et exit Paulatim nostros ad sensus. *Valer. Flacc.* l. 6.

v. 45. Ascendere thalamum. *h. e.* matrimonium contrahere. [¶ Participia *ascensurus* et *ascendendus* apud *Tibull.* l. 1. el. 1. v. 12. Quin etiam Alcides Deus ascensurus Olympum. et *Cæs. de bello civ.* l. 1. c. 79. Ascendendus est mons.]

ASCENSIBILIS, le, qui ascendi potest. *Cæl. Aurel. Tard.* 5. c. 1. Ascensibili itinere gradiantur.

ASCENSIO, et Adscensio, onis, f. *an ascent, the act of ascending*, ἀνάβασις, ascendendi actus. *Plaut. Rud.* 3. 1. 6. Ad hirundininum nidum visa est simia, ascensionem ut faceret, admoliries. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 36. Quorum (*oratorum*) quæ fuerit ascensio, et quam in omnibus rebus difficilis optimi perfectio, atque absolutio, &c. *h. e.* profectus, progressus. Alii leg. *assensio.*

ASCENSOR, et Adscensor, oris, m. ἀναβάτης, qui ascendit. *Hieronym.* l. 1. *in Rufin. in fin.* Ascensor montis Dominici.

ASCENSUS, et Adscensus, us, m. *the act of ascending; an ascent*, ἀνάβασις, significat tum actum ascendendi, tum ipsum locum, quo ascenditur. *Cic.* l. 1. *de Orat. c. pænult.* Inambulans, atque ascensu ingrediens arduo. *Id. Verr.* 6. c. 23. Ipse in oppidum accedere noluit, quod erat difficili ascensu, atque arduo. *Ovid. Metam.* 11. v. 150. Nam freta prospiciens late riget arduus alto Tmolus in ascensu. *Claudian. de III. Consul. Honor.* v. 46. Ascensu vincere montes. *Eumen. in Paneg. ad Constantin. Aug.* c. 19. Quod supererat ascensui, extentis corporibus æquabant. *Liv.* l. 25. c. 36. Hosti aditum, ascensumque difficilem præbere. *Cic. pro Dom.* c. 21. Repellere aliquem ab aditu, atque ascensu templi. *Liv.* l. 27. c. 18. Planiciem crepido haud facilior in ascensum ambibat. *Et post.* Mollioris ascensus viam invenire. Et in plurali num. *Id.* l. 36. c. 24. Scalis ascensus tentare. ¶ *Ascensus siderum* apud *Plin.* l. 29. c. 4. est eorum exortus, et elevatio supra nostrum orizontem, vel cum versus Arcticum polum elevantur. ¶ Translate *Cic.* l. 3. *de Legib.* c. 3. Ollisque ad honoris ampliores gradus is primus ascensus esto. *Id. de Harusp. resp.* cap. 20. Hic primus est aditus ad popularem jactationem, atque ascensus.

ASCENSUS, et Adscensus, a, um, *ascended, mounted*, ascensu superatus. *Sueton. in Tiber.* c. 2. Ascenso simul curru. *Propert.* l. 4. eleg. 3. v. 63. Ne, precor, ascensis tanti sit gloria Bactris. *h. e.* ne tanti æstimes partam gloriam ob subacta Bactra.

ASCETERĬA, orum, *places for religious people to retire to; monasteries, cloisters*, ἀσκητήρια, sunt loca, in quæ secedunt homines divinarum rerum contemplationi addicti: ab ἀσκέω, exerceo: quod ibi in piis exercitationibus occupantur. Quidam putant eadem esse ac monasteria, sed manifesto distinguuntur *in Cod. Justinian.* lib. 1. tit. 3. leg. 33. et 41.

ASCETRĬÆ, arum, f. *nuns*, ἀσκήτριαι, mulieres Deo dicatæ, et divinarum rerum contemplationi addictæ; atque ob id a ceterorum hominum cœtu solitariam vitam degentes: ita dictæ ab ἀσκέω, exerceo, quia in divinis exercitationibus occupantur. Harum fit mentio in *Novell. Constitut.* 123. *Justin.*

ASCHĔTOS, ἄσχετος, nomen est equi apud *Stat.* 6. *Theb.* v. 524. ita dicti a velocitate, et impetu: ab α privativa, et [† inusitato] σχέω, habeo, retineo.

ASCĬA, æ, f. *a chip-axe, hatchet*, σκέπαρνον, instrumentum ferreum, quo utuntur fabri lignarii ad ligna dolanda et polienda, ferrum habens latum et incurvum, manubriumque breve, ita ut tractari una manu possit: quod inventum fuisse a Dædalo, *Plin.* l. 7. c. 56. scribit: licet alii alium inventorem assignent. Ejus figura visitur in vet. Lapide apud *Gruter.* pag. 644. n. 2. et alibi: item apud *Murator. vet. Inscription.* Tom. 1. pag. 534, &c. *Plin.* l. 16. c. 40. Tilia celerrime ascias retundit. *Lex XII. Tab.* apud *Cicer.* l. 2. *de Legib.* c. 23. Rogum ascia ne polito. ¶ *Asciam suis cruribus illidere*, proverb. apud *Apulei.* lib. 3. *Metam.* de iis, in quorum perniciem vertitur, si quid moliuntur. *to burn one's fingers.* Sic *Petron. in frag. Tragur.* cap. 74. *Burm.* Ipse mihi asciam in crus impegi. ¶ Item instrumentum ferreum simile dolabræ, quo utuntur rustici terræ fodiendæ, herbis evellendis, radicibus exstirpandis, *a spade, hoe, adz, weeding-hook. Pallad.* l. 1. *tit. ult.* Secures simplices, vel dolabratas; sarculos vel simplices, vel bicornes; vel ascias in aversa parte referentes rastros. *Murator.* mallet *rostrum*: *Mazzochius* rejicit. ¶ Item quo utuntur fabri cæmentarii in calce maceranda, rutrum, *a trowel; shovel.* Est autem ejusdem fere figuræ cum illo fabri lignarii, nisi quod longius manubrium habet, et aciem obtusiorem. *Vitruv.* l. 7. c. 2. Sumatur ascia, et quemadmodum materia dolatur, sic calx in lacu macerata ascietur: si ad asciam offenderint calculi, non erit temperata, &c. *Pallad.* l. 1. tit. 14. Ascia calcem, quasi lignum dolabis. ¶ Videtur etiam esse ferramentum lapicidarum ad saxa polienda, *a pick-axe; a chisel*, ἀξίνη. Huc enim pertinere putantur Lapides plurimi inscriptionum sepulcralium, in quibus aut ascia depicta est, aut adjecta verba *sub ascia posuit*, ut apud *Gruter.* pag. 760. n. 3. aut *consummatum hoc opus sub ascia est*, ut apud *Reines.* class. 6. n. 112. aut *ad asciam dedicatum posuerunt*, ut apud *Gud.* pag. 237. n. 6. aut *hoc sar. sub asc. ded. est*, ut apud *Grut.* pag. 709. n. 5. aut denique, quod frequentissimum est in Gallicis monumentis, præsertim Lugdunensibus, et viciniæ, *sub ascia dedicavit*, vel per notas *S. A. D.* Postrema hæc formula hucusque valde torsit Eruditorum ingenia: variasque ejus interpretationes commenti sunt. *Alex. Symmachus Mazzochius* edita epistola sane longa, in qua XXX. et amplius doctorum virorum interpretationes recitat, suam adjicit, et *dedicare* ait esse usui tradere, encæniare: quod fit cum primum sepulcro cadaver infertur (tunc enim religiosum esse incipit, ut *Martian. Dig.* lib. 1. tit. 8. leg. 6. et *Gallus Ælius* apud *Fest.* in *Religiosus* docent.) *Asciam*, qua significat instrumentum fabrum cæmentariorum, per metonymiam sumi pro ipsa muri structura et fabrica. Itaque *sub ascia dedicare* esse sub ipsa sepulcri structura, *h. e.* statim ac perfectum est, vel cum parum abesset, ut perficeretur (V. *Plin.* l. 6. ep. 10.) usui traditum esse, cadavere, vel cineribus eo illatis. Quod legitur in *Inscript.* apud *Murator.* pag. 537. n. 3. Se vivo ab ascia fecit monimentum muro cinctum: *ab ascia* esse a primo asciæ usu, cum fundamenta substruuntur, seu ab initio structuræ. (contra vero quod legitur in Lap. apud *Maffei. in Mus. Veron.* pag. 166. n. 1. A solo et ab ascia; ipse *Maffeius* significari vult a principio constructionis ad finem.) Pergit *Mazzochius*, similia esse *sub ascia posuit* apud *Gruter.* et *consummatum sub ascia est*: item *ad asciam dedicatum posuerunt.* quæ supra indicavimus. Quoties vero in hujusmodi Lapidib. alius est qui sepulcrum posuit, alius qui dedicavit, ut apud *Gruter.* pag. 631. n. 7. Divitia Domitiola conjugi Karissimo ponendum curavit, et filii sub ascia dedicaverunt: sententiam esse, positum quidem fuisse a Divitia sepulcrum, sed a filiis cadavere patris eo statim condito dedicatum. Si quando legatur aliquis *vivus sibi sub ascia dedicavisse*, ut apud *Gruter.* pag. 646. n. 14. et pag. 991. n. 4. et apud *Spon. in antiquit. Lugdunens.* c. 4. pag. 60. sic intelligendum, ut vivus monimentum exstruxerit, et statim post moriens illatus sit, epigraphe ab alio posita. Si quæratur, cur in Lugdunensib. potissimum Inscriptionib. asciæ mentio fiat, respondet *Mazzochius* nusquam magis, quam in ea provincia sepulcra violari consuevisse, vel diruendo, vel inarando, vel alienum mortuum inferendo, præsertim si vel imperfecta essent, vel vacua, et nondum usurpata. Itaque et asciam appingere, et formulam adscribere morem fuisse, ut sciretur, eum locum jam esse religiosum, ac proinde non violandum. Exemplum haberi ejus rei apud *Sidon.* l. 3. ep. 12. ¶ *Muratorius* in fine To. 1. sui novi Inscription. Thesauri, omnium qui hac de re scripsere, hoc est *Aldi Manutii, Reinesii, Fabretti, Mazzochii, Marchion. Maffeii*, et *Mabillonii* conjecturas refert, et sibi non placere fatetur: suam autem profert. Cum enim asciæ figura, quæ in Lapidibus appingitur, sæpe ligonis, aut securiculæ formam referat, ait, putare se, illud *sub ascia* continere hortationem et preces ad posteros, ut locum sepulcri purgatum servent, nec sinant stirpibus, herbis, vepribus horrescere, et impediri. Hoc pluribus copiose confirmat, quæ ibi legenda prostant. ¶ Alia ratione *Jac. Facciolatus* magister meus hæc intelligenda putat. Nam S. C. et decreto Pontificum cautum erat, ut postquam mortui cadaver, aut cineres in sepulcrum illati essent, liceret nemini locum illum religiosum factum attingere, aut mutare, nisi a præside provinciæ venia peteretur, et ad collegium Pontificum referretur. Id cum provincialibus Roma longe dissitis perincommodum esset, asciam sepulcris et formulam apponebant, ut significarent, ædificatum quidem esse sepulcrum; et usui traditum, sed non exædificatum, et extrema manu politum, et adhuc sub ascia positum, quo liceret domino aut heredibus mutare aliquid, addere, ampliare, aut transferre, tanquam inchoatum tantummodo, et imperfectum. [¶ *Morcellus*, qui rem hanc postremus attigit, *de stilo Inscript. Latin.* pag. 325. litem jam diremptam existimat a *Maffeio*, cujus opinionem probat, ac per eam formulam *sub ascia dedicavit* nihil aliud significari ait, quam *novum intactumque addixit*, sive *ab ascia* statim tribuit, adsignavit. Hanc autem explicationem novo exemplo confirmat. Citat enim radulam æneam *Musei Kircheriani*, quam Templi donarium fuisse putat, et in qua legitur SUB ASCIA P., per quæ verba significari dicit, *instrumentum ante dicatum, quam quisquam uteretur.* Ex hoc autem exemplo illud etiam se didicisse addit, *asciam* pro quocumque instrumento accipi, quo opus quodlibet perficiatur.]

ASCĬA LOCA, ἄσκια, dicuntur ea, in quibus nullæ sunt solis umbræ, quod contingit cum sol est in meridie, et vertici incolentium imminet, ut fit sub torrida zona statis anni temporibus. Græca vox ab α privativa, et σκιὰ, umbra. Legitur apud *Plin.* l. 2. c 73.

ASCĬO, as, avi, atum, a. 1. *to chip, hew, or polish with the axe*, ascia dolare, cum de ascia lignaria sermo est: item calcem subigere, cum de ascia cæmentariorum fabrum loquimur. V. locum *Vitruv.* in *Ascia, æ.*

[* ASCIŎLA, æ, f. *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 19. Ascia ab astulis dicta, quas a ligno eximit, cujus diminutivum nomen est asciola.]

ASCĪSCO cum derivatis, V. *Adscisco.*

ASCĪTÆ, arum, Hæretici quidam, V. in *Ascodrogitæ.*

ASCĪTES, æ, *a kind of dropsy*, ἀσκίτης, species hydropis, cum humoris aquosi copia in membrana abdominis interiore, velut in utre quodam continetur. Græca vox, ab ἀσκὸς, utris. *Cæl. Aurel. Tard.* lib. 3. cap. 8. et *Plin. Valer.* l. 3. cap. 12. *Celsus* enim l. 3. cap. 21. Græcis litteris scribit.

ASCLEPIADĒUS, a, um, adject. Ἀσκληπιάδειος, ad Asclepiadem pertinens. *Asclepiadeum metrum* dictum est ab Asclepiade poeta Græco, qui fuit discipulus Isocratis, et aliquot tragœdias scripsit; atque hoc metrum vel invenit, vel frequentavit. Tale est illud *Horatii*, l. 1. od. 1. Mecænas atavis edite regibus. *Diomed. Grammat.* l. 3. pag. 508. *Putsch.* ¶ Scribitur et *Asclepiadius.*

ASCLEPĬAS, adis, f. *the herb swallow-wort*, ἀσκληπιὰς, herba est folia hederæ habens, ramos longos, radices numerosas, tenues, odoratas, floris virus grave semen securidacæ: nascitur in montibus. *Plin.* l. 27. c. 5.

ASCLEPIODŎTON, i, n. ἀσκληπιόδοτον, medicamentum præstantissimum et exquisita arte compositum, præsentissimum ægro remedium, tanquam si ab ipso Æsculapio datum sit: ab Ἀσκληπιος, Asclepius, seu Æsculapius, et δίδωμι, do. Gentiles ita appellabant ea medicamenta, quibus sumptis statim convalescebant. Legitur apud *Tertull. in Apolog.* c. 23. [Sed locum attentius legenti apparebit, non pharmaci, sed hominis nomen esse ab Æsculapio in vitam revocati: nempe ait: Iste Æsculapius, medicinarum demonstrator, alia die morituris Socordio et Thanatio et Asclepiodoto vitæ subministrator. Si tamen cum *Forcellino* velis esse pharmacum quoddam, cur non ille *Socordium* et *Thanatium* suis locis posuit, et interpretatus est, cum non minus quam Asclepiodoton, pro pharmacis debeant agnosci? Asclepiodoti cujusdam mentio est in *Inscript. vet.* apud *Marinium Fratr. Arval.* pag. 117.]

[* ASCLEPĬON, i, n. panacis herbæ genus sic dictum, quod Asclepius, seu Æsculapius filiam suam Panaceam appellavit. *Plin.* l. 25. c. 4. sect. 11.]

ASCLEPĬUS, ii, m. Ἀσκλήπιος, idem qui Æsculapius apud Græcos. V. *Catamitus.* Atque hoc nomine appellatus legitur *in Inscript.* apud *Gruter.* pag. 21. n. 2. apud *Donium* class. 1. n. 92. et apud *Hygin.* fab. 14. 202. 274. et alibi. ¶ *Augustin.* l. 8. *de Civ. Dei, cap. pænult.* Asclepium facit Æsculapii nepotem. ¶ Est inter opera *Apuleii* libellus de nat. Deorum, a Trismegisto ad Asclepium quendam inscriptus, quem quidam, in Latinum versum fuisse ab *Apuleio* olim putarunt. Plures tamen Eruditi eam versionem alii inferioris ævi scriptori attribuunt.

ASCODROGĪTÆ, arum, m. Hæretici quidam, qui in suis Ecclesiis utrem inflatum ponebant, et coopertum venerabantur, circaque eum lascivientes more bacchantium discurrebant, quorum mentio fit in *Cod.* lib. 1. tit. 5. leg. 11. et 12. et ita appellati sunt ab ἀσκὸς, uter: unde et *Ascitæ* dicuntur, ut est apud *Augustin. in lib. de Hæresib.* n. 62.

ASCONĬUS PEDIĀNUS, vel Pædianus, Patavinus, Grammaticus doctissimus, scripsit breves commentarios in quasdam orationes Ciceronis, qui adhuc exstant, stylo puro, et supra Grammaticum, suaque ætate non indigno. *Servius* enim *ad Ecl. Virg.* 3. v. 105. scribit, vixisse eum tempore Virgilii, quod plerique alii Eruditi confirmant, arguuntque μεταχρονισμῷ D. Hieronymum, qui multo serius ejus ætatem ponit, et mortuum esse septimo anno Domitiani, scribit. Quidam vero, ut eum excusarent, duos Asconios commenti sunt, alterum Grammaticum, alterum Historicum. Memoratur etiam a *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) et l. 5. c. 10. ¶ Dictus est *Pedianus*, quia in gentem Pediam adoptatus fuit: scriberiturque sine diphthongo *in vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 987. n. 15. et corripitur a *Silio* l. 12. v. 212. ut et *Pedius* a *Pers.* sat. 1. v. 85. Nihilominus Ἀσκώνιος Παιδιανὸς scribitur a *Suida*, et aliis Græcis Scriptoribus.

ASCOPĒRA, æ, f. *a leathern bag or sack*, ἀσκοπήρα, sacculus coriaceus in modum utris factus, quo viator pedes necessaria utensilia secum portat: sicut *hippopera* dicitur, qua viator eques utitur. Græca vox ab ἀσκὸς, uter, et πήρα, pera. *Sueton. in Ner.* c. 45. Ascopera collo deligata.

ASCRA, æ, f. Ἄσκρα, vicus Bœotiæ, in aspero, et sterili loco positus, in dextera parte Heliconis montis, ubi *Hesiodus* vitam duxit. *Ovid.* l. 4. *ex Pont.* epist. 14. v. 31. Esset perpetuo sua quam vitabilis Ascra, Ausa est agricolæ Musa docere senis.

ASCRÆUS, a, um, Ἀσκραῖος, ad Ascram pertinens: et dicitur de Hesiodo. *Virg. Ecl.* 6. v. 70. Ascræus senex. *Id.* 2. *Georg.* v. 176. Ascræum carmen. *Ovid. Fast.* 6. v. 14. Ascrææ oves. *h. e.* quas pavit Hesiodus Ascræ, ubi rusticam, et pastoralem vitam aliquandiu egit. ¶ *Ascræus* absolute pro Hesiodo. *Ovid.* l. 1. *Amor.* eleg. 15. v. 11. Vivet et Ascræus, dum mustis uva tumebit. ¶ Heliconius et ad Musas pertinens, quia Ascra ad radices Heliconis fuit. *Propert.* l. 2. eleg. 8. v. 29. Nondum etiam Ascræos norunt mea carmina fontes.

ASCRĪBO, et Adscribo, is, ipsi, iptum, a. 3. *to annex by writing, add to a writing, subscribe*, προσγράφω, significat scribendo addere, subscribere. *Cic.* 5. *Verr.* c. 66. Hoc quidem non reprehendo, quod ascribit, Accensus. *Id. pro Dom.* c. 44. Non est ausus suum nomen emptioni ille ascribere. posuit scilicet Scatonem illum, &c. *Id. pro*

Cæcin. c. 33. Hoc tibi respondeo, ascripsisse eundem Syllam in eandem legem: Si quid jus non esset, &c. *Et mox.* Nam nisi esset, hoc in omnibus legibus non ascriberetur. *Id. Attic.* l. 1. epist. 5. et l. 6. ep. 1. Ascribere salutem alicui. ¶ Sæpe sumitur generatim pro adjungere, annumerare, addere, *to join, adjoin, add, annex, class, rank. Cic. pro Rabir. Post.* c. 1. Ascribat ad judicium suum meam sententiam. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 5. Si quem forte tui cognosti amantiorem, hunc ad tuum numerum libenter ascribito. *Id.* 2. *Phil.* c. 13. *in fi.* Tu vero ascribe me talem in numerum. *Id.* 3. *Offic.* c. 10. *in fi.* Ascribere aliquem ad amicitiam. *Id. ad Dolabell. post* ep. 17. l. 14. *ad Attic.* Ascribere aliquem socium laudibus alicujus. *Id. pro Balb.* c. 8. pœnam fœderi. *Liv.* l. 39. c. 42. notam motis Senatu. *h. e.* infamiæ notam addere. *Cic. pro leg. Manil.* c. 19. aliquem comitem alicui. *Id. pro Flacc.* c. 30. tutorem alicui. *Id. pro Arch.* c. 4. aliquem in civitatem. *h. e.* civem facere. *Et ibid.* Ascribere civitati. *Horat.* l. 3. od. 3. v. 35. Ascribi ordinibus Deorum. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 94. Ascribere aliquem militiæ. *Id. de Germ. c. ult.* Fennorum nationes Germanis, an Sarmatis ascribam, dubito. ¶ Speciatim *ascribere* est homines in coloniam mittendos alicui agro attribuere, et veteribus colonis addere. *Liv.* l. 32. c. 7. Colonosque eo trecentos ascripserunt. *Id.* l. 35. c. 9. Tertia pars agri dempta est, quo postea, si vellent, novos colonos ascribere possent. Adde l. 33. c. 24. et 38. et l. 34. c. 42. et l. 8. c. 14. ¶ Pro attribuere, imputare, *to attribute, impute, refer, ascribe. Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 37. Bonos exitus ascribere, et attribuere diis immortalibus. *Al. aliter leg. Plin.* l. 10. c. 5. Jovi aquila ascribitur. *Pacat. in paneg. Theodos.* c. 8. Bellicæ rei gloriam fortunæ ascribere. *Claudian. in I. Consul. Stilich.* v. 79. nec si quid iners, atque impia turba Audeat, ascribis juveni. *Papir. Just. Dig.* lib. 49. tit. 1. leg. 21. Ascribere alicui damnum.

ASCRIPTIO, et Adscriptio, onis, f. *an addition in writing*, προσγραφὴ, adjectio in scriptura. *Cic. pro Cæcin.* c. 33. Declarat ista ascriptio, esse aliquid, &c. *Dixerant autem antea*, ascripsisse Syllam in eandem legem: Si quid jus non esset, rogari &c.

ASCRIPTITIUS, et Adscriptitius, a, um, *added, elected, chosen, enrolled, numbered, ranked*, ascriptus, ascitus, annumeratus, allectus, προσγεγραμμένος, ἐπείσακτος. Ascriptitius civis opponitur originario. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 15. Quos quasi novos, et ascriptitios cives in cælum receptos putant. ¶ *Ascriptitii servi*, seu *coloni* dicuntur, qui alicui agro colendo ascripti, et attributi sunt, ut ei agro adhærescant, et quasi ipsius prædii pars sint, bonaque omnia agri domino acquirant: differuntque ab *originariis*, qui ibi nati sunt, et ab ipsa nativitate ei colendo addicti. *Cod. Justin.* lib. 11. tit. 47. leg. 6. et alibi, &c. ¶ *Ascriptitii milites*, V. in voce sequenti. ¶ Scribitur et *ascripticius*.

ASCRIPTIVUS, et Adscriptivus, a, um, idem quod ascriptitius, ascriptus, allectus. *Ascriptivi milites* dicti sunt, qui olim ascribebantur inermes, qui succederent armatis militibus, si quis eorum deperisset, et legionum numerum supplerent, *supernumeraries.* Ita *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. *a med.* ad illud *Plauti Men.* 1. 3. 1. Extra numerum es mihi. *Pe.* Idem istuc aliis ascriptivis ad legionem fieri solet. *Festus* hos eosdem appellat *ascriptitios*, quos et *accensos*, et *velatos*, et *ferentarios*, et *rorarios* appellatos fuisse, docet. Quamquam *ferentarii*, et *rorarii* ab his distincti fuisse videntur. ¶ Aliud ascriptitiorum militum genus V. in *Vacans.*

ASCRIPTOR, et Adscriptor, oris, *one who adds himself*, προσγραφεὺς, qui adscribit, subscriptor: et translate qui aliquid approbat, favetque. Nam qui subscribit, approbat id, cui subscribit. *Cic. pro Dom.* c. 19. Ille novitius Ligur, venalis ascriptor, et subscriptor tuus. *Id. post redit. in Sen.* c. 4. Dubitatis, quo animo fuerit in me conservando futurus, cum in restituendo auctorem fuisse, ascriptoremque videatis? et cap. 10. Non modo salutis defensor, verum etiam ascriptor dignitatis meæ. (*Hotomann.* monet, his duobus posteriorib. *Cicer.* locis tangi morem in Senatu servari solitum, ut Senatus consultis apponerentur eorum nomina quorum de sententia facta essent.) *Id. Agrar.* 2. c. 9. Collegas suos adscriptores legis Agrariæ non repudiabit.

ASCRIPTUS, et Adscriptus, a, um, *added, enrolled, registered*, scribendo additus, προσγεγραμμένος: et generatim additus, allectus, ascitus. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 3. Antiquior dies in tuis erat ascripta litteris, quam in Cæsaris. *Sueton. in Vitell.* c. 14. Libertus coheres alteri ascriptus. *Plin.* l. 25. c. 6. Herba Mithridatis ipsius manu ascripta. *h. e.* addita catalogo aliarum herbarum, et descripta. ¶ *Ascriptus civis* dicitur, qui non origine, sed allectione in civitatem ascitus est. *Cic. pro Arch.* c. 4. Archias Heracleæ ascriptus. *Et paulo post.* Legati hunc ascriptum Heracliensem dicunt. ¶ Speciatim dicitur de iis, qui in colonias nomina dederunt, ut ceteris colonis adderentur: ut *Festus* docet. *Tacit. Ann.* 14. c. 27. Veterani Tarentum, et Antium ascripti. V. *Ascribo.* ¶ Item attributus. *Plin.* l. 25. c. 4. Panaces Diis inventoribus ascriptum. *Paul. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 54. Servus colonæ ascriptus. *Id. Dig.* l. 40. tit. 7. leg. 10. Ascriptus libertati. ¶ Item definitus, præscriptus, fatalis, *Phædr.* l. 4. fab. 10. v. 7. Tamen, sceleste, spiritu culpam lues, Olim cum adscriptus venerit pœnæ dies. [Ascriptus miles dicitur is, qui extra ordinem et ita adscitus est, ut commodis fruatur, labore careat. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 15. Jurejurando deinde se constrinxit, ne quem ascriptum haberet, ne annonis rempublicam gravaret.]

ASCULANENSIS, e, ad Asculum pertinens. *Vellei.* l. 2. c. 16. Minatius Magius Asculanensis.

ASCULĀNUS, a, um, ad Asculum pertinens. *Plin.* l. 7. c. 43. Asculanum triumphum. *h. e.* quod egit Pompeius capto Asculo bello sociali. ¶ *Asculani orum*, sunt Asculi incolæ. *Cic. pro Font.* c. 14.

ASCŬLUM, li, n. [† nunc] *Ascoli*, oppidum Piceni ad Truentum fluvium in confinio Aprutii. *Plin.* l. 3. c. 13. ¶ Item aliud in Apulia Daunia cognomine *Satrianum*, vel *Apulum* (sicuti prius dicitur *Picenum*) [† nunc] *Ascoli di Satriano.* ¶ *Silius* metri causa *Asclum* dixit l. 8. v. 440.

ASCYROĪDES, ἀσκυροειδὲς, herba ascyro similis, majores tamen ramos habens, ferulaceos, omnino rubentes, capitula parva, lutea, semenque in calyculis pusillum, nigrum, resinosum. *Plin.* l. 27. c. 5.

ASCYRON, *the herb St. John's wort*, ἄσκυρον, herba, quæ et *androsæmon* appellatur, quod V.

[† ASDRŬBAL, is, m. gener Amilcaris patris Annibalis. De morte ejus V. *Sil. Ital.* 1. quanquam alii aliter ferunt. ¶ Item alius fuit Asdrubal, frater Annibalis, a M. Livio Salinatore, et Nerone Claudio ad Metaurum devictus. V. *Horat.* carm. 4. 4. *Liv.* l. 27. ¶ Alium meminit Livius, cognomine *Calvum.* ¶ Postremo Asdrubal dux fuit belli tertii Punici temporibus, a Scipione Æmyliano victus; de quo *Ovid. Fast.* 6. Et cecidit telis Asdrubal ipse suis.]

ASDRUBALIĀNUS, a, um, ad Asdrubalem pertinens. Fuit hic frater Annibalis, in prœlio prope Fanum urbem a Claudio Nerone, et M. Livio una cum exercitu cæsus. *Sidon.* l. 1. ep. 5. Fanum Asdrubaliano funere infectum. V. *Liv.* l. 27. c. 43. et *sequentib.*

ASELLA, æ, f. *a small ass*, ὀνίσκη, diminutiv. ab *asina*, ut *asellus* ab *asinus*. *Ovid.* 3. *de art. am.* v. 290. Ut rudit ad scabram turpis asella molam.

ASELLŬLUS, i, m. *a little ass, a young ass*, diminutiv. ab asellus. *Arnob.* l. 3. p. 109. Si aselluli, canes, porci humanum aliquid saperent.

ASELLUS, i, m. *an ass-colt, a little or young ass, any ass*, ὀνάριον, ὀνίσκος, diminut. ab *asinus*. *Virg.* 1. *Georg.* v. 273. Sæpe oleo tardi costas agitator aselli, Vilibus aut onerat pomis. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. Asellus onustus auro. ¶ Item furca, pertica, fulcrum alicui rei sustinendæ. *Pallad.* l. 1. tit. 18. cupas asellis altioribus impositas possumus collocare. Al. leg. *basellis.* ¶ Est etiam nomen piscis marini, ita dicti, quod sit colore cineritio, ut *Varr.* docet l. 4. *L. L.* c. 12. Ejus duo genera docet esse *Plin.* l. 9. c. 17. alterum, quod appellatur *callarias*, mole minor, alterum *bacchus* dictus, qui non nisi in alto capitur. Hujus magnum pretium fuit apud antiquos post acipenserem, et lupum, ut *Cornel. Nepos*, et *Laber. Poeta* apud *Plin. ibid.* tradidere. *Harduin.* eorum opinionem rejicit, qui putant asellum eundem esse ac merlucium Gallorum. Nec minus fortasse errant, qui eum faciunt, qui ab Anglis, *a cod-fish; haddock; whiting* dicitur. *Ovid. in Halieut.* v. 131. Et tam deformi non dignus nomine asellus. ¶ Apud *Petron. in Satyr.* c. 24. proverbii modo legitur: *Post asellum diaria non sumo:* hoc est post pretiosum, et delicatum cibum non comedo vilia. Sed latet præterea obscenus sensus. Nam. *asellus* dicitur etiam de homine magnis conditionibus instructo. *Juvenal.* sat. 9. v. 92. atque alium bipedem sibi quærit asellum. ¶ Apud *eund. Petron.* cap. 31. *asellus Corinthius cum bisaccio in promulsidari positus* non est vas, aut amphora aurita, sed vere asellus ex ære Corinthio factus, et ad ornatum, luxumque in mensa positus, ut saniores docent Interpretes. ¶ Asellus in via cum lassus fuerit, diverticula quærit. *Hieronym.* epist. 107. (*al.* 7.) sect. 10. *ad Lætam.* Sensus est, a nimio labore et fatigatione abstinendum, ne pertæsi omnia deponamus. [¶ Translate significat corpus humanum pronum ad libidinem. *Hieronym. in vita S. Hiliarion.* Ego, aselle, faciam ut non calcitres, nec te hordeo alam, sed paleis; fame te conficiam, et sitis gravi onerabo pondere; per æstus indagabo et frigora, ut cibum potius, quam lasciviam cogites.] ¶ Præterea est *asellus* nomen duarum stellarum in signo Cancri. Jupiter enim bello adversus Gigantes edixit, ut omnes Dii sibi opem ferrent. Adfuerunt Satyri quoque, et Sylvani asinis insidentes, qui, cum in conspectu hostium essent, consternati sunt, eoque perstrepuere tumultu, ut Gigantes metu perterriti diffugerent. Asini ergo princeps causa victoriæ Diis fuerunt. Hoc merito a Jove inter sidera collocati sunt. Exiguum inter has duas stellas spatium nubecula occupat, quam *Præsepia* dicunt. Porro hanc fabulam narrat *Hygin.* l. 2. *Poet. Astron.* c. 23. ubi etiam addit aliam de iisdem hoc modo. Bacchus furore objecto a Junone cum fugeret per Thesprotiam, ad Jovis Dodonæi templum tendens, pervenit ad paludem quandam, quam duorum asellorum ope feliciter transvectus, eos inter astra collocavit. (V. etiam *Lactant.* l. 1. c. 21.) *Plin.* l. 28. *c. ult.* Sunt in signo Cancri duæ stellæ parvæ, Aselli appellatæ, exiguum inter illas spatium obtinente nubecula, quam Præsepia appellant. Hæc cum sereno cælo apparere desierit, atrox hiems sequitur. ¶ *Vicus Asellus* fuit Romæ in regione tertia. *P. Vict. de reg. Urb. Rom.* ¶ Denique *Asellus* est nomen, vel cognomen viri proprium, apud *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 64. Cognomen certe fuit in gente Claudia, ut Ti. Claudius Asellus apud *Liv.* l. 27. c. 41. et lib. 28. c. 10.

ASEMÆ TUNICÆ, χιτῶνες ἄσημοι, sunt tunicæ simplices, nullamque purpuram intextam, nullum clavum assutum habentes, ab α privativa, et σῆμα, signum, nota. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 33. *in fi.* Chlamydes hirtas Severi, et tunicas asemas ad usum revocavit suum. *garments without the purple, or* clavi, *on them.*

ASĬA, æ, f. Ἀσία, una ex tribus orbis terræ partibus, ut antiquis cognitus fuit, quæ reliquas simul acceptas magnitudine superat. Nam quarta, quæ est America, post linguæ Latinæ interitum detecta est. Dicta est ab *Asia* Nympha, Oceani, et Tethyos filia, Iapeti conjuge, ex qua Prometheum ortum ferunt, sive, ut quidam volunt, ab *Asio* Manei Lydi filio. In Orientem maxime extensa est, habetque ab ea parte Oceanum Eoum, a Meridie Indicum, ab Occidente sinum Arabicum, et Ægæum mare, a Septentrione Scythicum, seu Tartaricum. Accuratiorem ejus descriptionem V. apud Geographos, et *Plin.* l. 5. a cap. 9. deinceps. *Cic. pro leg. Manil.* c. 6. eam laudat ab ubertate soli, et divitiis. Hinc *ditem* appellat *Horat.* l. 1. sat. 7. v. 19. et *pingues Asiæ campos* vocat l. 1. ep. 3. v. 5. *Virg.* 3. *Georg.* v. 30. Addam urbes Asiæ domitas, pulsumque Niphatem. ¶ Est etiam nomen Nymphæ Nereidis, Nerei, et Doridis filiæ, ut est apud *Hygin. in proœm. fabular.* et primam syllabam producit. *Virg.* 4. *Georg.* v. 343. Atque Ephyre, atque Opis, et Asia Deiopea. quem versum ita scande, docente *Pierio*: *Atq' Ephy-re at-qu' Opis et-Asia-Deio-pea.* ¶ *De Asia palude*, V. *Asius.* ¶ Secale, quod est genus frumenti, Taurini sub Alpibus *asiam* vocant, teste *Plin.* l. 18. c. 16. *rye.*

ASIĂCUS, a, um, *Asiatic, relating to Asia*, ad Asiam pertinens. *Ovid. Metam.* 12. v. 588. Ecquid, ubi Asiacas casuras aspicis arces, Ingemis? &c. Ita quidam leg. sed plerique alii multo rectius: Ecquid ubi has jam jam casuras aspicis arces.

ASIAGĔNES, in illo *Sidon.* carm. 7. v. 80. Sulla, Asiagenes, Curius, Paulus, Pompeius; est L. Cornelius Scipio, qui devicto Antiocho, Asiaticus cognominatus est, ut est apud *Livium* l. 37. c. 58. Sunt qui mallent legere *Asiagetes.* [¶ Nonnulli *Livii* Codices habent *Asiagenes. Inscriptio* vero Romæ inventa in *Monumentis Scipionum*, edita vero in *Ephemerid. Florent.* an. 1782. col. 136. habet *Asiagenus:* Cornelius L. F. L. N. Scipio. Asiāgenus. Comatus, Annoru. Gnatus. XVI. ¶ Huic veteri Latinæ denominationi successit postea Asiaticus.]

ASIĀNE, adverb. *after the manner of the Asiatics*, Asiano more. *Quintil.* l. 12. c. 10. Neque Attice pressi, neque Asiane sunt abundantes.

ASIĀNUS, a, um, *Asiatic*, ad Asiam pertinens. *Liv.* l. 31. c. 2. His Legationibus responsum est, curæ Asianam rem Senatui fore. ¶ *Asiani, orum*, sunt Asiæ populi. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 17. *a med.* Asiani questi sunt in Senatu, &c. Adde *Plin.* l. 21. c. 26. ¶ Appellat *Asianos Quintil.* eos, qui dicendi genus *Asiaticum* sequuntur, *in proœm.* l. 8. et l. 9. c. 4. et l. 11. c. 10. V. *Asiaticus.*

ASIARCHA, æ, m. Ἀσιάρχης, qui Asiarchiæ dignitate decoratus est. *Impp. Honor.* et *Theodos.* lib. 15. *Cod. Theodos.* tit. 9. leg. 2. ¶ Est autem *Asiarchia, æ*, Ἀσιαρχία, supremum Asiæ sacerdotium, et omnium sacrorum, ludorum, spectaculorum, certaminumque publicorum præsidatus, quæ dignitas non nisi opulentissimis et nobilissimis viris concedi solebat, propterea quod sumptuosissima erat, et magno splendore administranda. Vide *Pitiscum in Lexico antiquit. Rom.*

ASIATĬCUS, a, um, *Asiatic*, ad Asiam pertinens. *Cic. pro leg. Manil.* c. 7. Bellum Asiaticum. *Et ibid.* Asiaticæ pecuniæ. *Plin.* l. 5. c. 27. Asiaticum mare. *Id. ibid.* Asiatica jurisdictio. *Id.* l. 15. c. 12. Asiatica persica. *Id.* l. 35. c. 10. Asiaticum picturæ genus. *Cic. in Orat.* c. 8. Inclinata, ululantique voce, more Asiatico, canere. ¶ *Asiaticus* cognominatus, est L. Cornelius Scipio Africani majoris frater ob devictam Asiam, debellatumque Antiochum, ut est apud *Liv.* l. 37. c. 58. V. etiam *Gell.* l. 7. c. 19. ¶ *Asiatici oratores* dicuntur a *Cicer. de clar. Orat.* c. 13. qui genus dicendi tumidum, nimisque redundans sequuntur, quod *Asiaticum genus* ab eodem appellatur *ibid.* cap. 95. Nam cum Asianorum ingenia inaniora esse soleant, ut est apud *Liv.* l. 45. c. 23. ut eloquentia e Piræeo evecta est, et tota Asia peregrinari cœpit, facile fuit, ut se externis oblineret moribus, omnemque illam salubritatem Atticæ dictionis, quasi sanitatem, perderet, et in ubertatem verborum nimis luxuriantem degeneraret. *Quintil.* l. 12. c. 10. Antiqua quidem illa divisio inter Asianos, et Atticos fuit, cum hi pressi, et integri, contra inflati illi, et inanes haberentur; et in his nihil superflueret, illis judicium maxime ac modus deesset. ¶ *Asiaticum dicendi genus* duplex fuit: unum sententiosum, et argutum, sententiis non tam gravibus, et severis, quam concinnis, et venustis: alterum non tam sententiis frequentatum, quam verbis volucre, atque incitatum, qualis Ciceronis tempore Asia tota fuit,

..ce flumine solum orationis, sed etiam exornato, et faceto genere verborum. *Cic. de clar. Orat.* c. 95.

ASĪLUS, i, m. *a horse fly, cat fly, dun fly, or breese,* οἶστρος, genus muscæ gregibus infestissimæ, quam aculeum in ore habere *Plin.* l. 11. c. 28. scribit. *Virg.* 3. *Georg.* v. 146. Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo Romanum est, œstrum Graii vertere vocantes. Asper, acerba sonans, quo tota exterrita silvis Diffugiunt armenta, &c. *Senec.* ep. 58. docet, hanc vocem suo tempore desiisse usurpari; tanquam nimis antiquam: quod et *Plin. loc. cit.* significat, ubi *asilo* nominato, *sive tabanum,* inquit, *dici placet.* [† V. *Œstrus.* ¶ Est et muscæ nomen marinæ, thynnis potissimum infestæ, de qua *Plin.* 6. 25. *Stat. Silv.* 2. 56. V. *Burmann.* ad *Petron.* c. 35. *the sea-breese.*]

ASĬNA, æ, f. *a she-ass,* ὄνος, femina asini. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 8. Ex equo, et asina fit hinnus. *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 18. Asina molendinaria. ¶ In dativo, et ablativo plurali habet *Asinis* magis Latine, quam *Asinabus.* Nam, ut docent Grammatici, nomina feminina secundæ declinationis in iis casibus desinunt in *is:* sic *filiis* rectius dicitur, quam *filiabus, equis* quam *equabus, libertis,* quam *libertabus. Plin.* l. 11. l. 40. Mammæ asinis a fetu dolent. ¶ Hoc intellige cum aut epithetum, aut ipsa verborum constructio satis per se genus indicat, nec ullam parit ambiguitatem. Nam ad distinctionem adhibendam, et vitandam ambiguitatem licet aliquando hac positione in *abus* uti. Et sic legimus *filiabus, equabus, libertabus,* &c. V. suis locis. ¶ Fuit etiam *Asina* cognomen Romanum, propriumque familiæ in gente Cornelia (ut Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Scipio Asina, apud *Gruter.* pag. 297. col. 2.) ex eo natum, quod princeps ejus empto fundo, seu filia data marito, cum sponsores ab eo solemniter poscerentur, asinam cum pecuniæ onere produxit in forum, quasi pro sponsoribus præsens pignus. Ita *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 6.

ASINĀLIS, le, *clownish, stupid, unmannerly,* ὀνικὸς, asinarius. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Asinali verecundia ductus.

ASINĀRĬUS, a, um, *relating to an ass, asinine, asinary,* ὀνικὸς, ad asinum pertinens. *Cato R. R.* c. 10. Molas asinarias duas, trusatiles unas. *h. e.* quæ ab asinis versantur. ¶ *Asinaria via* fuit prope Latinam, aut Ardeatinam, aut Appiam, et in alterutram earum incidens, ferebatque ad portam sive Capenam, sive Cælimontanam, sive Latinam. Nihil enim certi statui potest. Ejus meminit *Festus* in voce *Retricibus.* Fuit præterea uni ex portis Romæ *Asinariæ* nomen, de qua etiam variæ sunt Eruditorum opiniones. ¶ *Asinarius, ii,* absolute est qui asinos pascit, et custodit, *a keeper or breeder of asses,* ὀνηγὸς, ὀνοφορβὸς. *Cato R. R.* c. 10. et *Varr. R. R.* l. 1. c. 18. Bubulcum, asinarium, subulcum. Adde *Sueton. in Aug.* c. 87. ¶ *Asinaria* inscribitur una ex *Plauti* Comœdiis, quia in ea memoratur pecunia ex asinorum venditione collecta. [¶ *Asinarii* per convicium dicuntur Christiani apud *Tertullian. Apolog.* c. 16. et *advers. gent.* c. 11. crimine, ut ibi ostenditur, ut Judæis tracto, qui adorare caput asininum falso credebantur, vulgata a *Tacit. Hist.* lib. 5. c. 4. fabula. Locus autem *Tertullian. Apol.* c. 16. sic se habet. Hoc forsitan improbandum, quod inter cultores omnium pecudum bestiarumque asinarii tantum sumus.]

ASINIĀNUS, a, um, adject. *Asiniani horti* apud *P. Vict. de reg. Urb. Rom.* fuerunt in regione Urbis octava, et dicti sunt ab aliquo Asiniæ gentis. *Cic. pro Cluent.* c. 13. Asinianum crimen.

ASINĬUS, nomen gentile Romanum ab asinis ductum quemadmodum *Porcius* a porcis, &c. Fuit autem gens plebeia, ex qua orti sunt inter alios C. Asinius Gallus orator, et poeta, Asinius Pollio, qui fuit Consul, &c. *Vellei.* l. 2. c. 128. *Valer. Max.* l. 8. c. 13. *extern.* n. 4. apud *Cicer.* l. 10. *Fam.* epist. 31. et *sequent. Horat.* l. 2. od. 1. v. 13. *Virgil. Eclog.* 4. V. *Suidam.*

ASINĪNUS, a, um, *asinine, relating to an ass,* ὀνικὸς, ὄνειος, ad asinum pertinens. *Varr. R. R.* l. 2. c. 8. Asininus pullus. *Plin.* l. 8. c. 21. pilus. *Id.* l. 17. c. 9. Asininum fimum. *Id.* l. 28. c. 14. lac. [*Fulgent. Mythol.* l. 3. c. 9. Asininæ aures. *Apul.* 6. *Met.* p. 434. *Oudend.* Inepta prorsus et asinina cogitatio.] ¶ *Asinina pruna* cognominata sunt a vilitate, ut idem docet l. 15. c. 13. sunt enim sine gustu, iisque rustici saginare sues solent.

ASĬNUS, i, m. *an ass,* ὄνος, jumentum equo simile in multis, minus tamen, et deformius, pilo longiore, et horridiore, prælongis auriculis, insignique tarditate; sed idem laboris omnium patientissimum. Inter multa asinorum genera celebres fuere Arcadici, (V. *Arcadia.*) et Reatini, ut *Plin.* docet l. 8. c. 43. Adde *Colum.* l. 7. c. 1. ubi plura de his. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 64. Mulorum utilitates, et asinorum, quæ certe ad hominum usum paratæ sunt. *African. Dig.* lib. 32. leg. 58. et *Ulpian.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. Asinus machinarius. V. *Machinarius.* ¶ Hoc animal Priapo sacrum est, eique immolabatur, seu quia hortis est inimicus: avidissime enim olera appetit, et areolas nullo discrimine proculcat: seu quia olim dicitur cum Priapo de conditionis magnitudine certasse, victusque pœnas morte dedisse, ut *Hygin. Poet. Astron.* l. 2. c. 23. narrat: tametsi *Lactant.* l. 1. c. 21. victum fuisse ipsum Priapum, asserit: seu tandem quia ruditu eundem Priapum detexerit, cum Vestæ dormienti insidiaretur, ut apud *Ovid.* 6. *Fast.* v. 340. legitur. *Id. ibid.* v. 345. Lampsacos hoc animal solita est mactare Priapo: Apta asini flammis indicis exta damus. Hoc tamen distichon Eruditi plerique *Ovidio* abjudicant. ¶ Per convicium dicitur de homine stulto, stupido, tardo, duro, *a stupid, thick headed fellow; a dolt, blockhead, loggerhead, numscull, dullard, dunce; an ass,* *Terent. Heaut.* 5. 1. 3. In me quidvis harum rerum convenit, quæ sunt dicta in stultum: caudex, stipes, asinus, plumbeus. *Cic. in Pison.* c. 30. Quid nunc te, asine, litteras doceam? non opus est verbis, sed fustibus. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 4. Neque ego homines magis asinos unquam vidi. [*Cicer. Att.* l. 4. ep. 5. Scio te voluisse, et me asinum germanum fuisse, *h. e.* stupidum, qui quæ suasisti, non feci, nec salutaria esse intellexi. ¶ Translate significat corpus humanum ad libidinem proclive. *Paulin. Nolan.* carm. 21. v. 617. Sic fortis anima mortificans asinum suum.] ¶ Usurpatur etiam ad irrisionem. *Terent. Eun.* 3. 5. 49. Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellem: qui esset status, flabellum te tenere, asinum tantum. *so like an ass.* ¶ In illo *Catulli* carm. 95. *in Æmil.* Et non pistrino traditur, atque asino: *asinum* volunt multi significare metam molendariam. quæ a Græcis quoque ὄνος dicitur. In his est *Vulpius,* qui locum præclare illustrat. ¶ *Asinus ad lyram;* ὄνος λύρας, subaudi ἀκροατὴς, proverbium de homine hebete, et ad litteras minime nato. [† Angli proverbialiter dicunt, *a sow to a fiddle.*] Ductum est ex eo, quod cum pleraque animalia lyræ sono delectari quodammodo videantur, solus asinus nihil prorsus eo movetur: sumptumque est ex *Varr.* qui quandam e suis satyris ὄνος λύρας inscripsit. *Gell.* l. 3. c. 16. refert fragmentum ex alia ejusdem satyra, quæ inscribitur *Testamentum,* his verbis: *Si filii erunt* ὄνοι λύρας, *exheredes sunto. Hieronym.* ep. 102. *ad Marcellam.* Asino lyra superflue canit. ¶ Qui asinum non potest, stratum cædit, *unable to beat the horse, he beats the saddle.* proverb. apud *Petron. in fragment. Tragur.* c. 45. *Burman.* de iis, qui cum non possunt verum injuriæ acceptæ auctorem ulcisci, in debiliorem et innocentem sæviunt. ¶ Asinus in tegulis apud *eund. ibid.* c. 63. videtur esse proverbium de re nova, insolita, stupenda, ac prodigiosa.

ASINUSCA, *a sort of wild vine,* genus est quoddam uvæ parvi pretii, nec aspectu gratæ. *Plin.* l. 14. c. 3. et *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 16.

ASĬO, onis, m. *a horn-owl,* ὦτος, genus avis, seu potius noctuæ, de quo ita *Plin.* l. 10. c. 23. Otus bubone minor est, noctuis major, auribus plumeis eminentibus: unde et nomen illi (*nempe* ab οὖς, ὠτὸς, *auris*) quidam Latine asionem vocant: imitatrix alias avis, ac parasita, et quodam genere saltatrix. *Id.* l. 29. c. 6. Asio noctuarum est genus. quibus pluma aurium modo micat.

ASIS, idis, adject. femin. *of Asia, Asiatic,* quæ est ex Asia. *Ovid. Metam.* 9. v. 447. Ægeas metiris aquas, et in Aside terra Mœnia constituis. *Id. Metam.* 5. v. 648. Jam super Europen sublimis et Asida terram Vectus erat juvenis. *Asida* accusativus est Græcæ positionis, Poetis familiaris, pro *Asidem. Heins.* autem legit *terras* ex optimo Cod. qua ratione *Asida* substantive usurpatur pro *Asiam.*

ASISINĀTES, um, Asisii cives. *Vetus Lapis* apud *Gruter.* pag. 21. n. 11. Municipium Asisinatium. Adde *Plin.* l. 3. c. 14. ubi *Harduin.* ex MSS. legit *Asirinates.* [*Inscript.* apud *Marinium Fratr. Arval.* pag. 237. Bonum eventum municipio, municipibus, et incolis Asisinatibus Q. Tiresius Primigeni Lib. Campanus VIvir Aug. S. C. L. D.] Est auten Asisium [† nunc *Assisi,*] Umbriæ municipium, Ἀσίσιον Ptolemæo, inter Perusiam, et Fulginium. ¶ Sunt qui scribunt *Assisium.*]

ASIVĪDA, V. in *Calyba.*

ASĪUS, a, um, adject. Asia palus est in Lydia regione Asiæ, olim *Mæonia* dicta, ut est apud *Plin.* l. 5. c. 29. cui cohæret fluvius Caystrus. *Virg.* 7. *Æn.* v. 701. sonat amnis, et Asia longe Pulsa palus. ¶ Dicta est ab ipsa provincia, quæ olim et *Asia* nominabatur, ejusque populi *Asii,* teste *Strabone* l. 13. Caystrus autem ab aliis Mæander minor dictus est. Hinc *Asia prata,* quæ circa eum fluvium, ac paludem sunt. *Virg.* 1. *Georg.* v. 383. Jam varias pelagi volucres, et quæ Asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. [† Ex *Hom. Il.* B. 461. Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καΰστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.] ¶ *Asia myrtus,* quæ plurima ibi provenit. *Catull.* carm. 60. *epithal. Jul. et Manl.* v. 21. Floridis velut enitens Myrtus Asia ramulis. ¶ De *Asio lapide,* V. *Assius.*

ASOMĂTUS, a, um, *incorporeal,* ἀσώματος, incorporeus. Græca vox ab *α* privativa, et σῶμα, corpus. Legitur apud *Martian. Capell. init.* l. 3.

ASOPIĂDES, æ, m. Ἀσωπιάδης, est Æacus Asopi nepos. Fuit enim filius Æginæ cujus pater Asopus. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 484. Huic Asopiades, petis irrita dixit, et urbi, &c.

ASŌPIS, idis, f. Ἀσωπὶς, Ægina Asopi filia, quam Jupiter in ignem versus compressit, et Æacum genuit. *Ovid. Metam.* 6. v. 113. *de Jove.* Aureus ut Danaen, Asopida luserit igneus. Adde *Metam.* 7. v. 616. ¶ Asopis etiam dicta est Evadne Nympha, filia ejusdem Asopi, quam Nilus fluvius adamasse fertur. *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 6. v. 41. *de Nilo.* Fertur in Evadne collectam Asopide flammam Vincere gurgitibus non potuisse suis. ¶ Adjective *Stat.* 4. *Theb.* v. 370. Hic jam dispersos errare Asopide ripa. V. *Asopus.* ¶ Etiam Eubœa olim Asopis dicta est, teste *Plin.* l. 4. c. 12. ¶ Item Phliasia, quæ est Achaiæ regio. *Id. ib.* c. 5.

ASŌPUS, i. m. Ἀσωπὸς, [† hod.] *Asopo,* fluvius Bœotiæ, item Thessaliæ, item Macedoniæ, item Achaiæ, item Lydiæ. ¶ De Asopo fluvio Achaiæ seu Bœotiæ (quem alii Regem Bœotiæ dicunt) fabulantur, cum Oceani, et Terræ filium fuisse, liberos habuisse Hypseum, et Æginam, licet alii filiam Æaci nepotis Asopi faciant: Æginam a Jove vitiatam fuisse, Asopum adeo ægre tulisse, ut furore commotus undis in sidera bellum moverit: Jupiter iratus fulmine illum interfecerit. Alii alias etiam narrant fabulas, quas referre omnes nimis longum esset. *Ovid.* l. 3. *Amor.* eleg. 6. v. 33. Quid referam Asopon, quem cepit Martia Thebe, &c. V. *Stat.* 7. *Theb.* v. 315.

ASŌTĪA, æ, *prodigality, extravagance, lavishness, profusion,* prodigalitas, luxus, incontinentia in sumptibus, ἀσωτία, [† et ἀσωτεία] V. *Asotus. Gell.* l. 10. c. 17. Est persona divitis avari, et parci, sumptum plurimum, asotiamque adolescentis viri deplorantis. Veteres Edit. Græce habent ἀσωτίαντε. *Id.* l. 19. c. 9. Ut in tali asotia, atque nequitia artium vinceretis.

ASŌTUS, a, um, *prodigal, extravagant, lavish, dissolute,* ἄσωτος, incontinens in sumptibus voluptatum parandarum causa, luxus et ganeæ studio perditus, nepos. Vox Græca ab *α* privativa, et σώζω, servo, salvum, et incolumem reddo. Est enim ἄσωτος, ὁ δι᾽ αὐτὸν ἀπολλύμενος, ut interpretatur Aristoteles l. 4. *de morib.* c. 1. hoc est qui per se, suaque opera perit. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 7. et 8. non semel hanc vocem Latine usurpat, et qui sint asoti, demonstrat. *Id.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 31. asotis opponit *acerbos,* hoc est eos, qui voluptatem omnem etiam honestam excludunt, et acerbam quodammodo, tristemque vitam vivunt.

ASPALĂTHUS, i, *the rose of Jerusalem, or lady's rose,* ἀσπάλαθος, spina candida, in Ægypto nascens, magnitudine arboris modicæ, flore rosæ, cujus radix ob odoris suavitatem in unguentis expetitur. *Plin.* l. 12. c. 24. ¶ Ex hac fit etiam oleum, ut *Id.* l. 15. c. 7. docet. Usi sunt etiam ad condiendum vinum aromatiten, teste *eodem* l. 14. c. 16. ¶ Alius ab hoc videtur esse frutex eodem nomine appellatus, quem describit *Id.* l. 24. c. 13. et in Nisyro, et Rhodiorum insulis nasci tradit. Fortasse est is, quem nunc lignum Rhodium appellant. *rose-wood.*

ASPĂLAX, acis, f. inter herbas hortenses enumerat *Plin.* l. 19. c. 6. sed quæ ea sit, incompertum esse notat *Harduinus.*

ASPARĂGUS, gi, m. *asparagus,* ἀσπάραγος, herba est fœniculi folio, nudum caulem, seu turionem prius emittens, quam folia, parvis baccis, et cum maturuerint, rubris: cujus duplex est genus, silvestre alterum, quæ et *corruda* dicitur; alterum hortense. *Plin.* l. 19. c. 8. Omnium hortensiorum laudatissima cura asparagis. V. ubi plura de his. *Id. ibid.* c. 4. Silvestres fecerat natura corrudas, ut quisque demeteret passim: ecce altiles spectantur asparagi, &c. *Juvenal.* sat. 11. v. 69. et montani Asparagi, posito quos legit villica fuso. ¶ Scribitur et *aspharagus:* et ita legitur apud *Apulei. de herb.* c. 84. Nam Græce etiam ἀσφάραγος dicitur: frequentius tamen ἀσπάραγος, quo nomine Græci intelligunt generatim quoscumque teneros caules ad fructus, aut seminis productionem crescentes, ut docet *Galen.* l. 2. *de aliment. facult.* c. 58. Qua acceptione etiam Latini aliquando *asparagum* usurpant. *Plin.* l. 23. c. 1. Vitis nigræ, seu bryoniæ asparagos Diocles prætulit veris asparagis in cibo, urinæ ciendæ, &c. *Id.* l. 21. c. 15. In totum spina est asparagus, scorpio: nullum enim folium habet. ¶ *Velocius quam asparagi coquantur,* proverb. ad exprimendam festinatæ rei velocitatem. Augustus Cæsar frequenter eo utebatur, ut narrat *Sueton. in ejus vita,* c. 87. ¶ Apud *Non.* c. 17. n. 1. in verbis *Varron.* quæ ibi recitat, legitur *sparagus.* sed mendum est.

ASPARGO, V. *Aspergo.*

ASPECTABĬLIS, et Adspectabilis, le, *visible, that may be seen,* ὁρατὸς, qui sub aspectum cadit, visibilis. *Cic. de Univers.* c. 4. Deus animal unum, aspectabile, in quo omnia animalia continerentur effecit. *Et paulo post.* Corporeum autem, et aspectabile, itemque tractabile omne necesse est esse, quod natum est. ¶ Item dignus qui aspiciatur. *Apulei. in Apolog.* An tu ignoras, nihil esse aspectabilius homini nato, quam formam suam?

ASPECTĀMEN, et Adspectamen, inis, n. idem ac aspectus. *Claud. Mamert. de statu enim.* l. 2. c. 12. *a med.* Sunt ne hæc omnia genti mortalium vel convenientia usui, vel jucunda aspectamini? *Al. leg.* expectamini, *eod sensu.*

ASPECTĬO, et Adspectio, onis, f. *a looking, looking at,* βλέψις, actus aspiciendi. *Festus* in *Spectio.* Spectio in auguralibus ponitur pro aspectione.

ASPECTO, et Adspecto, as, avi, atum, a. 1. *to look often or attentively at, look in the face,* ἐφοράω, ἐνοράω, sæpe vel attente specto, intueor: frequentativum ab *aspicio. Cic. pro Planc. c. ult.* Quid me aspectas? quid mea promissa repetis? quid meam fidem imploras? *Plaut. Mostel.* 4. 3. 32. Quæso edepol huc me aspecta, et responde mihi. *Id. Epid.* 5. 1. 16. Est ne, ut tibi dixi? aspecta. *Id. Amph.* 4. 2. 8. Quid me aspectas stolide? ¶ Translate *Virg.* 1. *Æn.* v. 424. collem, qui plurimus urbi Imminet, adversasque aspectat desuper arces. *overlooks, overhangs. Tacit. Ann.*

12. c. 32. Mare, quod Hiberniam insulam aspectat. *Id. Ann.* 1. c. 4. Omnes exuta æqualitate, jussa Principis aspectare. *h. e.* diligenter attendere. ¶ Pro suspicere, admirari, *to look up to with admiration, Lucret.* l. 3. v. 75. Macerat invidia, ante oculos illum esse potentem, Illum aspectari, claro qui incedit honore.

ASPECTUS, et Adspectus, a, um. *seen, beheld,* spectatus, visus. *Tacit. in Agric.* c. 40. *in fi.* Ut plerique viso aspectoque Agricola, quærerent famam, pauci interpretarentur. *Sidon.* l. 8. ep. 14. Vultus aspectus.

ASPECTUS, et Adspectus, us, m. *a looking at, a beholding; the sight,* actus aspiciendi, ὄψις. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 57. Oculi aspectum quo volunt, facile convertunt. et cap. 63. Pomorum jucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam, et aspectus. *Id. de Provin. Consul.* c. 16. Referre aspectum in aliquem locum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 87. Venire sub aspectum. *Id. de Univ.* c. 4. Cadere sub aspectum. *Id.* 2. *Phil.* c. 29. Aspectus miserabilis auctionis. *Id. in Orat.* c. 68. Res venusta ad aspectum. *to look at. Id. Verr.* 6. c. 52. Situs urbis præclarus ad aspectum. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 35. Primo aspectu in animum quiddam se putat videre. *at first sight. Id. de clar. Orat.* c. 54. Uno aspectu. *at one look. Q. Cic. de petit.Consul.* c. 1. Ponere multa sub uno aspectu. *Cic. de Harusp. resp.* c. 5. Violare sacra Bonæ deæ aspectu virili. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 30. Amittere aspectum. *to lose sight of.* In plural. num. *Virg.* 9. *Æn.* v. 657. Mortales medio aspectus sermone reliquit. ¶ Sumitur etiam pro præsentia, conspectu. *Tacit. Ann.* 16. c. 28. *in fi.* Exsuere aspectum alicujus rei. *to withdraw from the sight of,* &c. et *Ann.* 15. cap. 61. *in fi.* Parcere aspectui alicujus. *not to go into the presence of any one. Cic. pro Syll.* c. 26. Vitare aspectum hominum, et lucem. *Virg. Æn.* 6. v. 465. Siste gradum, teque aspectu ne subtrahe nostro. (*aspectu* dictum est pro *aspectui,* qua ratione *anu* pro *anui, concubitu* pro *concubitui, ornatu* pro *ornatui* usurpatum legitur, ut *Gell.* l. 4. c. 16. et *Non.* c. 9. n. 15. adnotarunt. His adde *jussu, nutu, venatu, manu, victu,* &c. quæ V. suis locis. Sic enim olim a multis declinabantur hujusmodi nomina.) *Cic. Fam.* 4. ep. 9. Privare aliquem aspectu suo. *Id. Catil.* 1. c. 7. Carere aspectu civium. *Et mox.* Aspectum civium, præsentiamque vitare. *Id. pro Arch.* c. 6. Proferre aliquid in aspectum, et lucem. *h. e.* in publicum edere. *Tacit. Ann.* 13. c. 16. Vesci in aspectu propinquorum. *Id.* 5. *Histor.* c. 17. Esse in aspectu. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 21. Dare se aspectui alicujus. ¶ Item pro ore, vultu, cum de animalibus sermo est; et pro præsentia, seu re ipsa, quæ se offert aspicienda, cum de aliis rebus loquimur, *countenance, look, aspect, air, appearance. Horat.* l. 1. sat. 8. v. 26. Sagana, et Canidia horrendæ aspectu. *Plin.* l. 11. c. 18. Apes horridæ aspectu. *Id.* l. 13. c. 22. Cortex tristis aspectu. *Id.* l. 34. c. 3. Fœdus aspectu. (Nisi malis his et aliis hujusmodi locis *aspectu* pro supino accipere.) *Nepos in Iphicr. c. ult.* Fuit et animo magno, et corpore, imperatoriaque forma, ut ipso aspectu cuivis injiceret admirationem sui. *Gell.* l. 14. c. 4. Aspectu vehementi, et formidabili esse. *Tacit. Ann.* 14. c. 10. Vultu, et aspectu exterrere legiones. *Plin.* l. 8. c. 42. Bucephalus aspectu torvo. *Id. ibid.* c. 45. Tauris generositas in aspectu. *Id.* l. 9. c. 9. Tristitia aspectus. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 32. Oceanus cruento aspectu. *Plin.* l. 35. c. 10. Urbes pingere blandissimo aspectu. *comprising a most beautiful view; beautiful to behold.* ¶ Item pro specie, et figura. *Plin.* l. 24. c. 19. Herba aspectu roris marini. *Id.* l. 10. c. 40. Caprimulgi grandioris merulæ aspectu. ¶ De coloribus. *Plin.* l. 37. c. 7. Carbunculi aspectus nigrioris. *Id.* l. 31. c. 2. *in fi.* Columnæ aspectu discolori. ¶ *Aspectus morum* ab eodem *Plin.* l. 11. c. 52. dicuntur signa, et indicia in vultu, et aspectu alicujus, ex quibus ejus mores licet cognoscere. ¶ *Aspectus siderum* dicitur eorum apparentia, et præsentia. aspicere enim nos videntur, cum a nobis conspiciuntur. *Plin.* l. 2. c. 68. ¶ *Aspectus cæli* est totum cælum, quod a nobis conspicitur, *the hemisphere. Id.* l. 2. c. 54. In sexdecim partes cælum in eo aspectu divisere Tusci. ¶ Olim *aspectus, cti,* declinatum est. *Accius* apud *Non.* c. 8. n. 15. Mihi miseritudine commovet animum excelsa aspecti dignitas.

ASPELLO, V. *Abspello.*

ASPENDĪOS, ἀσπένδιος, genus vitis, ex qua libare aris vinum nefas putabant: unde et nomen habuit, nempe ab *α* privativa, et σπένδω, libo. Ferunt etiam eam nec ab alite ulla attingi. Hæc *Plin.* l. 14. c. 18.

ASPENDĪUS, a, um, Ἀσπένδιος, ad Aspendum pertinens, quod est oppidum Pamphyliæ ab Argivis conditum, ut est apud *Pompon. Mel.* l. 1. c. 14. ¶ Hinc *Aspendii, orum,* sunt ejus oppidi incolæ. *Nepos in Datum.* c. 8. ¶ *Aspendius* dictus est quidam insignis citharœdus, qui originem præbuit proverbio *intus canere. to touch a musical instrument only with the left hand.* Cum enim citharœdi dextera manu plectrum teneant, quo chordas pulsant, quod est *foris canere;* sinistræ vero digitis chordas carpant, ad sonorum differentias exprimendas, quod *intus canere* dicitur; *Aspendius* tantæ subtilitatis fuisse dicitur, ut sola sinistra utens, universam cantionem complecteretur: qua ratione sonus citharæ exiguus quidem erat, et ad ipsum tantum citharœdum, aut certe ad proxime adstantes perveniebat; magnam tamen omnium admirationem tam exquisitæ artis excitabat. Hinc callidi fures a Græcis *Aspendii citharistæ* proverbio dicti sunt, quod ut ille carminis, ita isti furtorum occultatores sunt: et quia ut ille sinistra utebatur in cithara pulsanda, ita hi eadem utuntur in furtis faciendis. Sinistra enim furtis apta et dicta, ut patet ex *Catull.* carm. 12. *in Asinium,* et 47. *in Porc.* et *Socrat.* et *Ovid. Metam.* 13. v. 111. Valet etiam in eos, qui multum intestinis suis commodis consulunt præter honestatem. Qui etiam dicuntur *in se canere,* aut *sibi canere.* quia suam tantum rem ut bene gerant, student, et quidquid agunt, sua tantum causa faciunt, nihil aliorum damna curantes. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 26. Atque hoc carmen hic tribunus plebis non vobis, sed sibi intus canit. *Id.* 3. *Verr.* c. 20. hujus Aspendii meminit: rem vero totam enarrat ibidem *Asconius.*

ASPER, a, um, *rough, rugged, harsh; craggy,* τραχύς. Proprie dici videtur de loco saxis, sentibus, et squalore obsito; partesque inæquales, et salebrosas habente, atque adeo ad culturam inepto. Græci enim agricolæ hujusmodi loca ἀσπόρους appellabant, ut *Jul. Scalig.* docet apud *Voss. in Etymol.* ab *α* privativa, et σπείρω, semino. Hoc sensu *Cic. in Partit.* c. 10. In locis autem et illa naturalia, maritimi, an remoti a mari; plani, an montuosi; læves, an asperi; salubres, an pestilentes, &c. *Sueton. in Tiber.* c. 60. A tergo insulæ per aspera et devia erepere. *Id. in Tito,* c. 8. In asperrima insularum devehi. *Plin.* l. 3. c. 5. Aspera, et confragosa loca. ¶ Universim accipitur pro omni eo, quod inæqualitate superficiei, et scabritie tactum lædit: cui opponitur *lævis. uneven, not level, rough. Cels.* l. 4. c. 1. Arteria aspera. V. *Arteria. Martial.* l. 6. epigr. 13. Manus aspera. *Enn.* apud *Apulei. in Apolog. in carm.* Aspra ostrea. (per syncop. pro *aspera.* Adde *Scribon. Larg. compos.* 180.) *Virg. Ecl.* 10. v. 49. Glacies aspera. *Id.* 5. *Æn.* v. 267. et *Æn.* 9. v. 263. Pocula aspera signis. *h. e.* quæ habent signa exstantia, et quæ vasis superficiem inæqualem reddunt. Sic *Claudian.* l. 2. *de laudib. Stilich.* v. 89. cingula baccis aspera. et *Valer. Flacc.* l. 5. 578. Balteus asper. Hic *asper nummus* dicitur, qui bene percussus est, et alte expressas notas habet, quales sunt recenter cusi, et qui manibus hominum nondum detriti sunt, totumque pondus suum retinent, *new money; coins fresh from the mint, rough, and with the figures standing out. Sueton. in Ner.* c. 44. Exegit ingenti fastidio et acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, &c. *Senec.* ep. 19. Nec voles, quod debeo, nisi in aspero et probo accipere. ¶ Ponitur etiam pro acuto, et ad pungendum, aut cædendum apto, *sharp, prickly, pointed. Tibull.* l. 1. eleg. 9. v. 32. nec amplexus aspera barba terit. *Virg.* 2. *Æn.* v. 379. aspris sentibus anguem premere. *Id. Ecl.* 3. v. 89. Rubus asper. *Lucan.* l. 7. v. 139. Nec gladiis habuere fidem, nisi cotibus asper Exarsit mucro. ¶ Sæpe etiam dicitur de saporibus. Est autem proprie *asper sapor,* qui terreum gustum reddit, ut docet *Jul. Scalig. ad* l. 2. *Theoph. de causis plant.* c. 18. Quo pertinet fortasse illud *Plauti Capt.* 1. 2. 85. Asper meus victus sane [est. *Par.* Sentesne esitas? *He.* Terrestris cœna est, multis oleribus, &c. Ubi et tenuem esse suam cœnam significat, et ex natis terra herbis paratam. Sed generatim *asper* dicitur quicumque sapor palatum offendit, *rough; sour, eager, tart, harsh to the taste, biting, acrid, pungent:* cui opponitur lenis. *Terent. Heaut.* 3. 1. 49. Asperum hoc (*vinum*) est: aliud lenius, sodes, vide. *Plin.* l. 2. c. 100. Asper sapor maris. *Id.* l. 19. c. 6. Allium asperi saporis: quo plures nuclei fuere, hoc est asperius. *Id.* l. 12. c. 7. Asperrimum piper. *Id.* l. 25. *c. ult.* Herba asperrimi gustus. *Id.* l. 20. c. 9. Acetum quam asperrimum. ¶ Item de odoribus insuavibus, et nimis acribus. *unpleasant, disagreeable, strong smelling. Plin.* l. 27. c. 8. Herba odoris asperi. ¶ *Asper* etiam dicitur qui asperum reddit. *Martial.* l. 11. epigr. 87. Leniat ut fauces medicus, quas aspera vexat Assidue tussis, &c. ¶ *Aspera vox* dicitur, quæ inæqualis, et rudis ex asperatis faucibus emittitur. *Quintil.* l. 11. c. 3. *rough.* ¶ Translate ponitur pro salebroso, horrido, inculto. *unpolished, uncouth. Cic. in Orat.* c. 5. Aspera, tristis, horrida oratio. ¶ Item pro immitti, duro, intractabili. *fierce, savage, cruel. Cic. pro Planc.* c. 16. Homo natura asper, atque omnibus iniquus. *Horat. de art. poet.* v. 163. monitoribus asper. ¶ Cum infinito *Sil.* l. 3. v. 387. *de equo.* Asper frena pati, aut jussis parere magistri. *difficult to train.* ¶ Item pro crudeli, fero, sævo. *cruel, savage, bloody. Virg.* 12. *Æn.* v. 124. et *Æn.* 11. v. 635. Pugna aspera. *Sallust. in Jug.* c. 52. Bellum asperrimum. *Virg.* 3. *Georg.* v. 57. Bos aspera cornu. *Tibull.* l. 1. eleg. 6. v. 20. Aspera turba canum. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 402. Asper lupus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 295. Aspera tunc positis mitescent sæcula bellis. *Id.* 6. *Æn.* v. 883. Fata aspera. *Id.* 2. *Æn.* v. 96. Odia aspera. ¶ Item pro acri, mordaci, maledico. *reproachful, slandering, reviling, abusive. Cic. de clar. Orator.* c. 34. Licinius asper, maledicus, genere toto paulo fervidior. *Tibull.* l. 4. eleg. 4. v. 14. Dicere verba aspera in aliquem. *Horat. Epod.* 6. v. 11. Asperrimus in malos. *Cic. pro Planc.* c. 14. Asperioribus facetiis perstringere. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 6. v. 8. Aspera verba. *Curt.* l. 7. c. 1. Vox asperior. *taunting words.* ¶ Item pro difficili, calamitoso. *troublesome calamitous. Cic. pro Corn. Balb.* c. 9. In periculis, et asperis temporibus. *Sallust. in Catil.* c. 10. Dubias, atque asperas res tolerare. *Id. in Jug.* c. 103. Asperum negotium. *Id. in Catil.* c. 21. Malas res, spes multo asperior. *Virg.* 8. *Æn.* v. 318. Venatus asper victu. ¶ Item pro periculoso, infesto, molesto. *dangerous, perilous, hazardous. Liv.* l. 37. c. 16. et *Virg.* 6. *Æn.* v. 351. Maria aspera. *Vellei.* l. 2. c. 113. Asperrima hiems. *Justin.* l. 2. c. 1. Cælum asperum. *a cold climate.* ¶ Item pro severo, acri, forti, *cui opponitur* remissus, mollis, effeminatus. *Liv.* l. 3. c. 40. Asperior sententia. *cui apponitur* lenior. *Vellei.* l. 1. c. 10. Aspera censura. *harsh. Quintil.* l. 4. c. 3. Aspera lex. *severe, rigorous. Silius,* l. 7. v. 51. Aspera virtus. *strict, inflexible. Virg. Æn.* 1. v. 18. Carthago studiis asperrima belli. *Justin.* l. 2. c. 3. Gens laboribus, et bellis aspera. *Senec. in Med.* v. 87. Virgo aspera. *h. e.* Diana virilibus, severisque studiis dedita, et muliebres artes aversata. Eodem modo *aspera* dicitur Camilla a *Virg. Æn.* 11. v. 664. Sic *asperiora studia* apud *Horat.* l. 3. od. 24. v. 53. opponuntur pravis elementis Cupidinis. *more manly pursuits.* ¶ Dicitur præterea *asperum* generatim quidquid grave est, et molestiam, ac fastidium creat. *Val. Flacc.* lib. 5. v. 489. Aspera regum juga perpeti. *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. Dominatio nimia, atque aspera. ¶ Interdum est idem ac aspernator, fastidiens. *Virg.* 8. *Æn.* v. 364. Aude, hospes, contemnere opes, et te quoque dignum Finge deo, rebusque veni non asper egenis. ¶ Aspera littera dicitur *r* ab *Ovid.* 5. *Fast.* v. 481. ¶ *Asper spiritus* dicitur a Grammaticis, qui syllabæ sonum vehementiorem, et asperiorem quodammodo reddit, et in Græcis vocibus appingi solet figura parvæ ʽ : cui contrarius est lenis, cujus nota est ʼ inversa. *Priscian.* l. 2. pag. 572. *Putsch. the aspirate.* ¶ Fuit *Asper* cognomen Romanum: et ita primum appellatus est quidam L. Trebonius, quia in tribunatu plebis patres acerbissime insectatus fuerat, ut narrat *Liv.* l. 3. c. 65. [¶ *Aspri* pro *asperi* per synæresin apud Poetas usitatum. *Virgil.* 2. *Æn.* v. 379. aspris sentibus. *Scribon. compos.* 180. Aspro linteo involutæ manus. *Pallad. de insit.* v. 67. Castaneæ septos aspro velamine fetus.]

ASPERĀTĬO, onis, f. *a making rough, roughness,* actus asperandi, exasperatio. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 12. *sub fin.* Calor sensum occupat, et gustatum linguæ fervor interpedit. ideo ex asperatione oris præventa suavitas excluditur. Est qui legit *exasperatione.*

ASPERĀTUS, a, um, *made rough, roughened,* asper factus, τραχυνθείς. *Plin.* l. 29. c. 6. Alopeciæ folio ficulneo asperatæ. *h. e.* perfricatæ. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 52. Tribulum fit e tabula lapidibus, aut ferro asperata. *Cels.* l. 6. c. 6. n. 26. Specillo asperato radere palpebras. ¶ Translate *Tacit.* 3. *Hist.* c. 38. Vitellius asperatus. et cap. 82. Asperatus prœlio miles. *exasperated, rendered ferocious. Nazar. in paneg. ad Constant.* c. 17. Natio asperata memoria acceptæ cladis. ¶ Per syncopen dicitur *Asperatus. Sidon.* l. 4. ep. 8. Lima asprata polire aliquid. *Id.* carm. 2. v. 418. Hic domus auroræ, rutilo crustante metallo, Baccarum præfert læves asprata lapillos.

ASPĔRE, adverb. *roughly, harshly, keenly, bitterly,* τραχέως, χαλεπῶς, σκληρῶς, dure, severe, rigide, acerbe. *Cic. Fam.* 1. ep. 5. Aspere, et acerbe accusare aliquem. *Id. Q. Fr.* 1. 2. ep. 6. Aspere tractare aliquem. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 53. Aspere, et vehementer loqui. *Id. pro Planc.* c. 13. Aspere dicere maledicta in aliquem. *Id. Attic.* 9. ep. 15. Asperius scribere de aliquo, quam, &c. *Vellei.* l. 2. c. 7. Asperrime sævire in aliquem. *Tacit. Ann.* 4. c. 31. Aspere accipere aliquid. [*Sallust. de repub. ordin.* 1. c. 1. Pessimus quisque asperrime rectorem patitur. *Cic. Attic.* l. 2. epist. 22. Non destitit de nobis asperrime loqui.]

ASPERGO, et Adspergo, inis, f. *a sprinkling with water, besprinkling; water sprinkled,* ῥανίς, προσράντισις, aspersio, stilla, aut gutta aspersa. *Petron. in Satyr.* c. 102. Nec aquæ asperginem imposituram aliquam corpori maculam. *Virg.* 3. *Æn.* v. 534. Objectæ salsa spumant aspergine cautes. *the spray. Ovid.* 3. *Metam.* v. 86. Sanguis virides aspergine tinxerat herbas. *Id. Metam.* 14. v. 796. Flammifera gemini fumant aspergine postes. *Plin.* l. 22. c. 21. Trichomanes umbrosas petras, parietumque asperginas sequitur. *h. e.* nascitur in parietibus aquæ guttis aspersis, et humentibus. ¶ In recto casu singulari *Cato R. R.* c. 128. Delutare parietes, ne aspergo noceat. ¶ *Aspargine* pro *aspergine* legitur lib. 14. *Dig.* tit. 2. leg. 4. *in edit. Torrentini,* quod et in loc. cit. *Virgil.* legit *Vel. Long. in Orthogr.* pag. 2234. *Putschii,* et alii adstruunt in *Tertull. advers. Jud.* c. 6. et alibi ex quibusdam *MSS.* ¶ Translate *Prudent. in Apotheosi,* v. 1005. Fraude carens, omni culparum aspergine liber. ¶ *Priscian.* l. 5. pag. 658. apud *Putsch.* docet antiquissimos etiam in masculino genere usurpasse.

ASPERGO, et Adspergo, ergis, ersi, ersum, a. 3. *to sprinkle, besprinkle, bedew, asperse,* ῥαίνω, προσραίνω, respergo, conspergo, perfundo. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 36. Aspergere aram sanguine. *Plaut. Epid.* 4. 1. 28. alicui pectus aqua. *Id. Bacch.* 2. 3. 13. Aspergere aquam. (proverbialiter hoc dicit. V. *Aqua.*) *Plin.* l. 15. c. 6. Aspergere olivam sale. *Id.* l. 8. c. 38. corpus adustum leontophoni aliis carnibus. *Cic. pro Cluent.* c. 26. guttam bulbo

Hic festive jocatur *Cic.* in nominibus *Guttæ* et *Bulbi* V. [illegible]) ¶ Est etiam idem ac spargo, *to scatter.* *Virg.* 4. *Georg.* v. 62. Hue tu jussos asperge sapores, Trita meliphylla, et cerinthæ ignobile gramen. *Plin.* l. 18. c. 26. Aspergere glandem bubus. *h. e.* dare. ¶ Apud *Virg.* 3. *Georg.* 4. 119. *Aspergere virus pecori* est pecora viru inficere, *to infect, taint.* ¶ Translate *Cic. in Vatin.* c. 17. Clarissimo viro nonnullam laudatione sua labeculam aspergis. *Id. pro Planc.* c. 12. Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis istis? *Id. Fam.* 6. ep. 6. Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, e quo sit leviter aspersus. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 10. Aspergere alicui molestiam. *Id. pro Cæl.* c. 10. et *Liv.* l. 25. c. 30. Aspergi suspicione. *Cic. ibid.* et *Nepos in Alcib.* c. 3. Aspergi infamia. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 14. leg. 17. Aspergere alicui notam. *Cic. in Orat.* c. 26. Aspergere sales orationi. *intermix with wit.* *Id.* 2. *de Orat.* c. 59. genus facetiarum mendaciunculis. *Id. pro Mur.* c. 31. comitatem, et facilitatem gravitati, et severitati. *Id. Fam.* 2. ep. 16. *ad fin.* Hoc aspersi, ut scires me tamen in stomacho solere ridere. *h. e.* addidi epistolæ, immiscui, leviter attigi. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 49. Aspergere aliquem lingua. *h. e.* conviciis insectari. Sic *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 87. Aqua quavis aspergere cunctos. V. *Agna.* ¶ Aspergere alicui Sextulam. V. *Sextula.* ¶ *Aspergere aures alicujus gemitu*, nimis longe petita translatione dixit *Valer. Max.* l. 3. c. 3. n. 1. *extern.* pro obstrepere auribus gemendo. ¶ Aspersum esse cognitione alicujus rei, est ea esse leviter imbutum. *Gell.* l. 13. c. 19. Etiamsi hunc M. Catonem, quis fuerit ignoras, auditiuncula tamen quadam de Catonis familia aspersus es. ¶ *Aspargo* pro *aspergo* legitur apud *Marcell. Empir.* c. *ult.* sed non est imitandus.

ASPERĬTAS, atis, f. *roughness, ruggedness, harshness, asperity*, τραχύτης, τραχυσμὸς, inæqualitas superficiei, quæ tactum lædit: cui contraria est *lævitas.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. Asperitates saxorum. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 79. Asperitas denticulata ventris. *Id. ibid.* sect. 64. Asperitas imbricata linguæ. *Gell.* l. 2. c. 6. Asperitas squamarum. *Plin.* l. 33. c. 11. Vasa anaglypta in asperitatemque excisa. *aspera signis* dixit *Virg.* ¶ De locis inæqualibus, salebrosis, et aditu difficilibus. *Cic. Phil.* 9. c. 1. Asperitas viarum. *unevenness, cragginess.* *Sallust. in Jug.* c. 78. et *Liv.* l. 32. c. 12. *in fi.* Oppidani locorum asperitate muniti. *Id. ibid.* Supervadere omnes asperitates. ¶ De saporibus, qui palatum insuavitate offendunt, ut in *Asper* dictum est: cui opponitur *lenitas.* *Plin.* l. 14. c. 19. Mitigare asperitatem vini. *Id.* l. 12. c. 10. Asperitas pomi. et cap. 9. Asperitas aquarum. *h. e.* salsitudo. *Id.* l. 9. c. 35. Asperitas aceti. *harshness of taste, sharpness, sourness, tartness.* ¶ De faucibus, voce, et respiratione. *Lucret.* l. 4. v. 553. Asperitas vocis. *roughness.* *Tacit. de Germ.* c. 3. Asperitas soni. *Plin.* l. 30. c. 4. Lenire asperitatem faucium. *Id.* l. 22. c. 24. Asperitatem animæ mitigare succo dulciore. *difficulty of breathing.* Et absolute *Id.* l. 27. c. 12. *ad fin.* Bibitur rhacoma contra asperitates, capitis gravitates, &c. ¶ Translate *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 4. v. 22. et ep. 14. v. 36. Asperitas loci. *ruggedness of the country.* *Id.* 4. *Fast.* v. 88. frigoris. *Tacit. Ann.* 4. c. 56. hiemis. ¶ Sæpe refertur ad animum, et ad mores. *roughness of manners, want of polish or breeding, savageness.* *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 6. v. 8. artibus ingenuis Pectora mollescunt, asperitasque fugit. *Nepos in Attic.* c. 5. Habebat avunculum difficillima natura, cujus sic asperitatem veritus est, ut &c. *Cic. de Amic.* c. 23. Asperitas, et immanitas naturæ. *Vellei.* l. 2. c. 89. Senatus sine asperitate, nec sine severitate lectus. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 6. Asperitas agrestis, et inconcinna, gravisque. *Valer. Max.* l. 5. c. 8. n. 1. Asperitas tragica. ¶ Dicitur et de aliis rebus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 53. Nulla est temperatior oratio, quam illa, in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 1. In his vel asperitatibus rerum, vel augustiis temporis. *Ovid. Metam.* 14. v. 526. Asperitas verborum. *Tacit. Ann.* 1. c. 44. Asperitas remedii. *Sallust. in Jug.* c. 21. Asperitas belli. *h. e.* difficultas.

ASPERĬTER, adverb. idem quod aspere. *Nævius* apud *Non.* c. 11. n. 32. Ubi tu nequaquam cubares asperiter. *Plaut.* quoque usus est, teste *Priscian.* l. 15. pag. 1010. *Putsch.*

ASPERITŪDO, inis, f. *roughness, asperity*, idem quod asperitas. *Tertull. de Pœnitent.* c. *pænult.* Asperitudo sacci, et horror cineris. ¶ Translate *Apulei.* l. 1. *Metam.* Asperitudinem fabularum lepida jucunditas lævigabit. ¶ Per syncopen dicitur *aspritudo*: estque usitatior. *Cels.* l. 6. c. 6. n. 26. Extenuare aspritudinem oculorum. *Et mox.* Ex aspritudine lippitudo fit, atque ipsam deinde aspritudinem auget. *Scribon. Larg. compos.* 113. Cum ungui nulla pateat aspritudo. Adde *compos.* 32. et 33. et iterum *Cels.* l. 7. c. 7. n. 7. et 15. et cap. 23. et cap. 26. n. 2.

ASPERNABĬLIS, et Adspernabilis, le, *contemptible, worthy of contempt*, dignus quem asperneris, contemnendus, contemptibilis. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 854. Facere aliquem aspernabilem. *Gell.* l. 16. c. 8. *sub fin.* Cognitio aspernabilis, et insuavis. *Augustin. de morib. Manich.* c. 8. Quid stercore aspernabilius?

ASPERNAMENTUM, et Adspernamentum, i, n. *a despising, contemning*, contemptus, aspernatio. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 14. et *de Pudic.* c. 8. Aspernamento habere aliquid.

ASPERNANDUS, et Adspernandus, a, um, *to be despised or rejected with disdain*, ἀπόπτυστος, aspernatione, et rejectione dignus. *Cic. Fam.* 15. ep. 16. Honor non nimis concupiscendus, sed minime aspernandus. *Virg. Æn.* 11. v. 106. haud aspernanda precantes.

ASPERNANTER, et Adspernanter, adverb. *contemptuously*, contemptim. *Ammian.* l. 31. c. 4. (*al.* 10.) Quæ res aspernanter a nostris inter initia ipsa accepta est. *Sidon.* l. 7. ep. 2. Haud aspernanter resalutari. *Augustin.* l. 4. *de Musica*, cap. 9. Hos pedes aspernantius poetæ, soluta libentius assumit oratio.

ASPERNATĬO, et Adspernatio, onis, f. *a despising, disdaining*; *aspernation*, actus aspernandi, et rejiciendi, καταφρόνησις. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 14. Animorum omnes morbi, et perturbationes ex aspernatione rationis eveniunt. *Senec.* epist. 121. *ad fin.* Naturales a contrariis aspernationes sunt.

ASPERNĀTOR, et Adspernator, oris, m. *a despiser, scorner, contemner*, ἀποπτυστὴς, qui aspernatur, et rejicit. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 15. Divitum aspernator, mendicorum advocator.

ASPERNĀTUS, et Adspernatus, a, um, *despised, contemned, spurned, rejected*, particip. passivæ significationis, contemptus, rejectus. *Arnob.* l. 5. pag. 175. Aspernatam sumit, atque ebibit potionem. *Liv.* l. 34. c. 40. Quem Quinctius adspernatum excedere castris jussit. Al. leg. *adspernatus.* Adde l. 1. c. 22. *extr.*

ASPERNOR, et Adspernor, aris, atus sum, dep. 1. *to turn away from, reject, avoid, shun, spurn*, καταφρονέω, ἀποπτύω, rejicio, respuo, aversor, fugio: ex *ad*, et *sperno*, quasi valde, aut prorsus sperno. sæpe enim *ad* in compositione auget. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 10. Animal appetit voluptatem, aspernatur dolorem. *Id.* 2. *de Orat.* c. 37. Philosophiam hæc civitas aspernata nunquam est. *Id. pro Cluent.* c. 68. Cujus ego furorem atque crudelitatem deos immortales a suis aris, atque templis aspernatos esse confido. *Id. pro Rosc. Amer.* c. *ult.* Hanc proscriptionem nisi hoc judicio a vobis rejicitis, et aspernamini, videte, &c. *Id.* 3. *de Orat.* c. 25. Gustatus, quod valde dulce est, aspernatur, ac respuit. *Id. pro Rabir. Post.* c. *pænult.* Virtutem non modo non aspernari, ac refutare, sed complecti, et augere. *Id. pro Cluent.* c. 16. Aspernari sermonem alicujus. *Id.* 6. *Verr.* c. 51. Aspernari, contemnere, negligere querimonias alicujus. *Id. pro Sext.* c. 13. Aspernari preces. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 105. vultu non aspernata rogari. *Cic.* 4. *Acad. in fin.* sententiam alicujus. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 32. liberalitatem Regis. *to refuse the favour.* *Id. in Pison.* c. 20. Oculis fugere, auribus respuere, animo aspernari malos homines. *Brut. ad Attic.* ep. 17. Non aspernari servitutem honorificam. *Nepos in Milt.* c. 1. conditionem aliquam. *Vellei.* l. 2. c. 65. concordiam. *Sallust. in Catil.* c. 3. vitia. *Sueton. in Vespas.* c. 8. aliquem nutu. ¶ Particip. *aspernans.* *Cic. Fam.* 15. ep. 10. Non aspernante, ut confido, Senatu. *Sueton. in Cæs.* c. 53. Conditum oleum aspernantibus cunctis. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 80. Aspernante milite conditiones pacis. ¶ Pro contemnere, negligere, despicere. *to slight, despise, disdain, contemn.* *Terent. Phorm.* 2. 3. 23. Numquam tam graves inimicitias caperem in vestram familiam, quam is aspernatur nunc tam illiberaliter. *Propert.* l. 2. eleg. 10. v. 41. cave, sis, non aspernata sepultos. ¶ Passiva significatione. *Cic. in fragment.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 792. *Putsch.* Qui habet, ultro appetitur, qui est pauper, aspernatur. *Hirt. de B. Afric.* c. 93. Postquam intellexit, Regem vagum, a suis desertum, ab omnibus aspernari. ¶ Hinc participia passiva *aspernatus*, et *aspernandus*, quæ V. suis locis.

ASPĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to make rough or harsh, to roughen*, τραχύνω, asperum facio. *Columell.* l. 8. c. 3. Asserculi paulum formatis gradibus asperantur, ne sint advolantibus lubrici. *Virg.* 3. *Æn.* v. 285. Et glacialis hiems aquilonibus asperat undas. *h. e.* mare antea quietum, et planum, motis undis miscet, et procellosum reddit. (Adde *Valer. Flacc.* l. 2. v. 435. et *Lucan.* l. 8. v. 195.) *Prudent.* περὶ στεφ. 14. *in Rom.* v. 275. Minervæ pectus asperare hydris. *h. e.* asperum, et horribile facere. ¶ *Asperari* dicuntur *apes*, cum ex morbo aliquo contrahuntur, horridæ fiunt, et macescunt: sicuti e contrario nitidæ sunt, cum optime valent. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. ¶ Significat etiam acuere, *to whet, sharpen, edge.* *Tacit. Ann.* 15. c. 54. Asperare pugionem saxo. *Id. de Germ.* c. *ult.* Sagittas inopia ferri asperant ossibus. ¶ Item duriorem reddere. *Pallad. in Februar.* tit. 31. Limum dysentericæ passionis medicabiliter asperare. Contrarium est *levare* unde *levitas intestinorum.* V. ¶ *Asperare ignem* est vehementiorem facere, et molestiores calores accendere. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 368. Sirius asperat ignes. ¶ Translate *Quintil.* l. 9. c. 4. Asperare compositionem orationis. *h. e.* minus æquabilem reddere. *Stat.* 1. *Theb.* v. 137. Asperat indomitos præceps discordia fratres. *h. e.* irritat, *exacerbates, exasperates.* Et *Tacit. Ann.* 1. c. 72. Asperare aliquem carminibus. *Id.* 2. *Hist.* c. 48. iram victoris. *Id.* 2. *Ann.* c. 29. *in fi.* crimina. *h. e.* atrociora facere.

ASPERSĬO, et Adspersio, onis, f. *a sprinkling, besprinkling*; *aspersion*, ῥάντισμα, ῥαντισμὸς, actus aspergendi. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 10. Aspersio aquæ. Adde *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 1.

ASPERSUS, et Adspersus, us, m. *a sprinkling*, aspersio. *Plin.* l. 8. c. 37. Calidæ aquæ aspersu. *Id.* l. 11. c. 53. Aspersu olei. *Id.* l. 13. c. 12. Aspersu aceti. *Id.* l. 14. c. 20. Aspersu picis. ¶ Extra ablativum casum exempla nondum vidimus.

ASPERSUS, et Adspersus, a, um, *sprinkled, besprinkled, wetted, bedewed*, ῥανθεὶς, ῥαντὸς, inspersus. *Horat.* l. 1. ep. 11. v. 11. imbre, lutoque aspersus. *Juvenal.* sat. 5. v. 104. Aspersus maculis. ¶ Translate *Cic. pro Cæl.* c. 10. Aspersus suspicione, aut infamia. *Sil.* l. 8. v. 121. Nam somno aspersam dirus me impleverat horror. *Al. leg.* Namque asper somno, &c. *Senec. in Hercul. Fur.* v. 135. Aspersa die dumeta. *h. e.* illustrata. ¶ Est etiam idem ac sparsus, *scattered.* *Plin.* l. 12. c. 8. Liquor aspersus oculis. *Sueton. in Aug.* c. 18. Flores aspersi. *Propert.* l. 1. eleg. 12. v. 16. Aspersæ lacrymæ. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 13. Pigmenta temere aspersa in tabula.

ASPERŪGO, uginis, f. herba lappagini, siva lappæ canariæ similis, asperioribus tamen foliis. *Plin.* l. 26. c. 10.

ASPHALTĬON, ii, n. *a kind of trefoil*, ἀσφάλτιον, trifolium majore folio, ita dictum ab odore gravi, et bituminoso, asphalti simile, ut *Colum.* l. 6. c. 17. docet. *Plin.* l. 21. c. 9.

ASPHALTĪTES lacus, et Asphaltites, æ, m. absolute, *the Dead Sea*, Ἀσφαλτίτης, lacus Palæstinæ in Judæa, in quem Jordanis fluvius, Arnon, Vibon, et Zered torrentes fluunt, cinctus altissimis montibns, et ita dictus a bitumine, quod gignit. Nam ἄσφαλτος bitumen significat. *Plin.* l. 5. c. 15. et 16.

ASPHODĔLUS, li, m. *the asphodel or day-lily*; *the daffodil*, ἀσφόδελος, herba alio nomine antericon. Ejus duæ sunt species, sexu discretæ. Marem albucum nominant, feminam hastulam Regiam, quod, dum floret, Regii sceptri effigiem referat. *Plin.* l. 21. c. 17. ubi de eo plura, et l. 22. c. 22. ubi enumerat varios ejus usus in medicina. Apud *Pallad.* l. 1. tit. 37. legitur *asphodilus.*

ASPICĬO, et Adspicio, icis, exi, ectum, a. 3. *to look at, behold, see*, ἐμβλέπω, δέρκω, προσβλέπω, intueor, conspicio, video: ex *ad*, et *specio*, vel *spicio.* *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 33. Subito exaudivit hinnitum, respexitque, et equum alacrem lætus aspexit. *Id.* 2. *Phil.* c. 30. At etiam aspicis me, et quidem, ut videris, iratus. *Id. Catil.* 3. c. 5. *in fi.* Furtim nonnunquam inter se aspiciebant. *Id. pro Syll.* c. 27. Aspicite ipsum, contuemini os. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 9. Aspicere faciem alicujus. *Id. Mostell.* 5. 1. 55. Surge, aspice dum contra me. *Id. Amph.* 2. 2. 118. Sosia age, me huc aspice. et v. 146. Age, aspice huc, sis, nunc jam. *Id. Capt.* 3. 4. 38. Quæso hercle, agedum, aspice ad me. *Id. Cistell.* 4. 2. 25. Ad terram aspice, et dispice. *Id. Merc.* 5. 2. 38. Aspice nunc ad sinistram. (Adde *vetus epitaph. Pacuvii* apud *Gell.* l. 1. c. 24.) *Id. Mil.* 4. 6. 2. Ad lævam videto, aspicito limis oculis. *Virg.* 4. *Æn.* v. 372. Aspicere aliquid æquis oculis. *Plin.* l. 11. c. 37. Aspicere in obliquum. ¶ Translate *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 22. Ut propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissime luce privarit. *Id.* 3. *de Orat.* c. 31. Neque tanta tamen est in rebus obscuritas, ut eas non penitus acri vir ingenio cernat, si modo aspexerit. *Nepos in Chabr.* c. *ult.* Chabrias privatus omnes, qui in magistratu erant, auctoritate anteibat, eumque magis milites, quam qui præerant, aspiciebant. *heeded him more than*, &c. *Senec. in Med.* v. 82. Si forma velit aspici. *to be admired for his beauty.* *Ovid.* 6. *Fast.* v. 29. Si genus aspicitur. *if birth is looked up to.* *Albinovan.* eleg. 1. v. 345. Quid deceat Drusi matrem, matremque Neronis, Aspice: quo surgas, aspice, mane toro. *h. e.* inspice, considera. *Virg.* 2. *Æn.* v. 690. Jupiter omnipotens precibus si flecteris ullis, Aspice nos. *h. e.* adjuva, quia intuentes dii juvant. *Servius.* ¶ Pro visere, *to visit, go to see.* *Liv.* l. 42. c. 37. Marcio, et Acilio Epirus, et Thessalia circumeundæ assignantur: inde Bœotiam, atque Eubœam aspicere jussi. ¶ Inspicere, cognoscere. *Liv.* l. 26. c. *ult.* nunc operibus aspiciendis operam dabat. *Id.* l. 32. c. 5. cum situm omnem regionis aspexisset. *Id. in fi.* lib. 42. in Bœotia res aspiciendæ. ¶ Particip. *aspectus.* V. suo loco. ¶ *Aspexit* pro *Aspexerit* habet *Plaut. Asin.* 4. 1. 25. [¶ De rebus inanimatis adhibetur etiam pro vergere in aliquem locum. *Colum.* l. 8. c. 8. Tabulatum quod aspiciat meridiem.]

ASPILĀTES, ἀσπιλάτης, gemma ignei coloris, quam Democritus tradit in Arabia gigni, et in avium quarundam nido inveniri, eamque ex cameli pilo spleneticis alligatam malo illorum mederi. Est et altera eodem nomine, argentei coloris, lymphaticis utilis. Utriusque meminit *Plin.* l. 37. c. 10.

ASPIRĀMEN, et Adspiramen, inis, n. Translate *Valer. Flacc.* l. 6. v. 465. Da precor artificis blanda aspiramina formæ, Ornatusque tuos. *an air of beauty*; *liveliness of expression.*

ASPIRATĬO, et Adspiratio, onis, f. *a breathing, or blowing on any thing*, ἐπίπνοια, actus aspirandi, hoc est flandi ad aliquem locum, item motus aeris ad aliquem lo-

cum flantis. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 36. Et sunt partes agrorum aliæ pestilentes, aliæ salubres; aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retusa: quæ omnia fiunt et ex cæli varietate, et ex disparili aspiratione terrarum. *exhalation.* *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 33. Animantes aspiratione aeris sustinentur. *respiration.* *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 57. Pingue et concretum esse cælum, ut ejus aspiratio gravis et pestilens futura sit. *influence.* Et *Lactant. sub fin.* cap. 3. et cap. 4. l. 7. aspiratio ventorum. ¶ A Grammaticis *aspiratio* dicitur littera *h*, qua syllaba vehementiore, et quodammodo asperiore sono pronuntiatur: item ejusmodi pronuntiatio, *the aspirate.* *Cic. in Orat.* c. 48. Cum scirem ita majores locutos esse, ut nusquam, nisi in vocali, aspiratione uterentur. *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 5. et 6.) Nota aspirationis. *Id. ibid.* c. 5. (*al.* 9.) inter varias barbarismi species *aspirationem* enumerat, ut si quis verbi gratia *chommoda*, et *hinsidias* diceret, pro *commoda*, et *insidias*, ut ille apud *Catull.* carm. 83. *de Ario.*

ASPĪRO, et Adspiro, as, avi, atum, a. 1. *to breathe or blow upon any thing*, ἐπιπνέω, afflo, spiritum emitto ad aliquem locum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. Pulmones se contrahunt aspirantes. *Plin.* l. 13. c. 22. Si minima aspiret aura. *Cels.* l. 2. c. 17. Curiose vestimentis involvendus est, ut ne ad eum frigus aspiret. *Virg.* 1. *Æn.* v. 698. ubi mollis amaracus illum Floribus, et dulci aspirans complectitur umbra. *Id.* 7. *Æn.* v. 8. Aspirant auræ in noctem. *h. e.* flatu secundo spirant. ¶ Cum accusativo *Virgil.* 5. *Æn.* v. 606. Irim de cælo misit Saturnia Juno Iliacam ad classem, ventosque aspirat eunti. ¶ Passive *Solin.* c. 22. Insula aspiratur freto Gallico. ¶ Translate ponitur pro favere, *to second, favour, be propitious to, further, promote*: ductum a ventis secundo flatu spirantibus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 385. Aspirat primo fortuna labori. *Id.* 9. *Æn.* v. 525. Vos o Calliope, precor, aspirate canenti. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 2. Dii cœptis aspirate meis. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 35. Magno se prædicat auxilio fuisse, quia paululum in rebus difficillimis aspiravit. *h. e.* paululum auxilii afflavit. Huc reducitur et illud *Horatii de ar. poet.* v. 203. Tibia tenuis, simplexque foramine pauco Aspirare, et adesse choris erat utilis. *h. e.* sono suo adjuvare choros, seu histriones in scena agentes, qui ad tibiam fabulas recitabant. ¶ Item pro inspirare, infundere. *to breathe into, pour into.* *Quintil.* l. 4. *in proœm.* Ut quantum nobis exspectationis adjecit, tantum ingenii aspiret. *Virg.* 8. *Æn.* v. 373. dictis divinum aspirat amorem. *h. e.* ut *Serv.* exponit, dictis addit venustatem, ut amabiliter sua audiatur oratio. ¶ Sæpissime sumitur pro accedere, *to approach, come near, draw nigh to.* Ducitur hæc loquendi ratio ab iis, qui insequentes spiritu suo proximos afflant, ut *Serv. ad Virg. Æn.* 12. v. 352. docet. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 142. Has e fenestris in caput dejiciam, qui prope ad ostium aspiraverint. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 584. Sed non incendia Colchis Aspirare sinit. *Cic. in Pis.* c. 5. Erat domus mea civitate omni referta, cum tu non modo ad eum Ciceronem, quem, &c. nunquam aspirasti, sed, &c. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 9. Occupavi, inquit, te fortuna, atque cepi, omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me aspirare non posses. *Id. Verr.* 3. c. 31. Quando autem homo tanta luxuria, atque desidia, nisi Februario mense aspirabit in curiam? *Id. pro Syll.* c. 18. Quis tum dicat, in campum aspirasse Syllam? *Id. Fam.* 7. ep. 10. Subinvideo tibi, ultro te etiam arcessitum ab eo, ad quem ceteri propter occupationem aspirare non possunt. *Id. de clar. Orat.* c. 21. Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. *Id. in Orat.* c. 41. Sed hæc ad eam laudem, quam volumus aspirare non possunt. *Gell.* l. 14. c. 3. *ad fin.* Postea ex alieno certamine ad eos quoque ipsos contagium certationis aspirat. ¶ Inest tamen vis quædam major, quam in *accedo*, et voluntatem, vel conatum quendam, seu cupiditatem significat tendentis ad rem aliquam: quod tum ex allatis exemplis intelligitur, tum ex his, quæ sequuntur. *to aspire to, desire to reach or obtain.* *Virg. Æn.* 12. v. 352. nec equis aspirat Achillis. *Cic. Divin. in Verr.* c. 5. *in fi.* Quisquam tam impudens reperietur, qui ad alienam causam, invitis iis, quorum negotium est, accedere, aut aspirare audeat? Ubi *Asconius*: accedere est proximum fieri; aspirare, in eam partem, qua quid quæsitum est vultum, et oculos, ac spiritum oris advertere: quod indicat voluntatem, ac propositum accedere volentis. *Cic.* 3. *Verr.* c. 54. *ad fin.* Quid enim quisquam ad meam pecuniam, me invito aspirat? quid accedit? *Id. pro Cæcin.* c. 14. Cum mihi ante occurratur, ne non modo intrare, verum etiam aspicere, aut aspirare possim. ¶ Apud Grammaticos significat syllabam vehementiore sono, et quodammodo asperiore pronuntiare; item spiritum asperum appingere, *to pronounce with the aspirate.* *Nigid.* apud *Gell.* l. 13. c. 6. Rusticus fit sermo, si aspires perperam. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Diu servatum, ne consonantibus aspiraretur, ut in *Graccis*, et *triumpis*. *Id. ibid.* c. 4. (*al.* 6.) Græce aspirare solent Φ.

ASPIS, ĭdis, f. *a small venomous serpent called an asp*, ἀσπὶς, genus serpentis parvi, tardo motu, hebetique visu præditi, sed cujus morsus præsentissimum venenum habet, et per torporem, ac somnum inducit mortem, ut *Plin.* l. 29. c. 4. docet. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 9. Demetrium aspide ad corpus admota, vita esse privatum. *Id.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 19. Boves igitur, et equos, aspidas, crocodilos in deorum numero reponemus. *Lucan.* l. 9. v. 701. Aspida somniferam tumida cervice levavit. *aspidas*, et *aspida* accusativi sunt Græce positionis pro *aspides*, et *aspidem*. ¶ Plura sunt aspidum genera, de quibus *Solin.* c. 27. (*al.* 40.) *circa med.* ut *dypsas*, ita dicta quia siti necat, *hypnale*, quia somno; *ptyas*, quia venenum inspuit, &c. ¶ *Aspis a vipera mutuatur*, proverbium. *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 8. Desinat nunc hæreticus a Judæo, aspis, quod aiunt, a vipera mutuari venenum. ¶ Hæc vox Græce etiam scutum significat, et hoc sensu adhibetur a *Justiniano in novell. Constitut.* 85. *sub fin. a shield.* [† Unde *Argyraspides* et *Chrysoaspidæ.* V. Suis locis.] ¶ Pro curvatura, aut fornice, V. in *Absis.* ¶ De Aspide oppido V. *Clupea.*

ASPLĒNUM, ni, n. *the herb spleen-wort, milt-waste, wall-fern, stone-fern, ceterach or cetrach*, ἄσπληνον, herba est folia multa habens trientalia, radicem limosam, et cavernosam sicut filicis, candidam, hirsutam, caule, flore, et semine carens; nasciturque in petris, et parietibus opacis, et humidis. Hujus foliorum in aceto decocto, per dies quadraginta poto, lienem absumi aiunt: unde et nomen traxit. (ab α privativa, et σπλὴν, lien.) *Plin.* l. 27. c. 5. V. etiam *Vitruv.* l. 1. c. 4. [† V. *Scolibrochon* et *Scolopendrium.*]

ASPORTATĬO, onis, *a carrying away*, actus asportandi, ἀποκομιδή. *Cic. Verr.* 6. c. 49. *in fi.* His signis pulcritudo periculo, amplitudo saluti fuit, quod eorum demolitio atque asportatio perdifficilis videbatur.

ASPORTĀTUS, a, um, *carried away*, alio avectus. *Cic. Verr.* 3. c. 20. Signa plaustris evecta, et asportata.

ASPORTO, as, avi, atum, a. 1. *to carry off or away*, ἀποκομίζω, abduco, aveho, ex uno in alium locum deporto: ex *abs*, et *porto*, extrito *b*. *Cic. Verr.* 6. c. 49. *in fi.* Hoc simulacrum e signo Cereris avellendum, asportandumque curavit. *Id. Divin. in Verr.* c. 9. Non te ex Sicilia litteras in Verrem deportare velle arbitrantur, sed asportare te velle ex Sicilia litteras suspicantur. *carry away.* *Id. Parad.* 1. c. 2. Cum ceteri ita fugerent, ut multa de suis rebus secum asportarent. *Nepos in Themist.* c. 2. Suaque omnia, quæ moveri poterant, Trœzenem asportant. ¶ Sumitur et pro deportare, abducere, *to take or conduct away*: præsertim si navi id fiat. *Virg.* 2. *Æn.* v. 778. nec te hinc comitem asportare Creusam, Fas aut ille sinit, &c. *Plaut. Rud. Prol.* v. 67. Quoniam video virginem asportarier. *paragoge pro* asportari. *Id. Merc.* 2. 3. 19. Asportare ancillam venum trans mare. *Terent. Phorm.* 3. 3. 18. Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi.

ASPRATĪLIS, le, asper. *Aspratiles pisces* dicuntur, qu asperas squamas habent. *scale-fish.* *Plin. Valer.* l. 5. c. 8. 10. 25. 36. et 41. ¶ *Aspratilis terminus*, hoc est ex lapide non perdolato, apud *Var. Auct. de limitib.* pag. 305. *Goes.* Sic *aspratilis petra*, *ibid.* pag. 228.

ASPRĀTUS, V. *Asperatus.*

ASPRĒDO, inis, f. *roughness*, aspritudo, asperitas, τραχύτης. *Cels.* l. 5. c. *ult.* n. 15. Circa totum corpus aspredo quædam fit. et n. 2. Aspredine quadam, et magnitudine sua. Ita in plerisque opt. Editionib. principe A. 1478. Gryphiana, Almelov. et al. Sunt tamen qui ex quibusd. MSS. reponere malunt *aspritudo.*

ASPRĒTUM, ti, n. *a place rough with crags, bushes, brambles, broken ground*, &c. *a brake*, locus asper, inæqualis, difficilis, saxis, aut spinetis impeditus, τραχών. *Liv.* l. 9. c. 24. Saxa erant et temere jacentia, ut fit in aspretis, et de industria etiam, quo locus tutior esset, ab oppidanis congesta. *Id.* l. 35. c. 28. Tabernacula statuere in aspretis, et inæquabili solo, difficile erat. Adde l. 36. cap. 15. *ad fin.* [*Grat. cyneg.* v. 241. Aspretis medius qua clauditur orbis.]

ASPRĬTŪDO, V. *Asperitudo.*

ASSA, V. *Assus.*

ASSABĪNUS, Deus est Æthiopum, quem illi messi cinnamomi præferunt, sacrumque ei, antequam metant, faciunt, et post messem partem offerunt. Hoc nomine putant alii significari Jovem, alii Solem. *Plin.* lib. 12. cap. 19.

ASSAMENTA, orum, n. *deal-boards, planks of timber sawed.* *Plin.* l. 16. c. 40. Rigorem fortissime servat ulmus: ob id cardinibus, assamentisque portarum utilissima. quoniam minime torquetur. *h. e.* tabulis sectilibus. Ita habetur in omnibus fere *Plin.* editionibus etiam antiquis A. 1470. et 1472. At iis antiquior A. 1469. habet *crassamentis*, quod et in omnibus MSS. suis legi testatur *Harduinus.* Sunt autem *crassamenta* hoc loco crassiora tigna directa, et transversa, quibus foris munitur. Multo autem aptius cohæret hæc vox, et significatio cum ceteris *Plinii* verbis, quam *assamenta.* ¶ Sunt etiam *Assamenta* quædam poematum genera. V. Asso, as, [† et Axamenta].

ASSARĂCUS, i, m. Trois filius ex Acalide Eumedis filia, qui uxorem habuit Clytodoram Laomedontis filiam, et genuit Capyn, ex quo, et Nympha Naide natus est Anchises pater Æneæ ex Venere. Alii dicunt, Assaracum esse filium Erichthonii filii Dardani ex Jove, et Electra, et genuisse Capyn, ex quo Anchises natus sit, ut apud *Ovid.* 4. *Fast.* v. 31. et apud *Serv.* ad *Æn.* 8. v. 130. legitur. Fuit autem Rex Trojæ ut *Id.* *Serv.* docet ad illud *Virg. Æn.* 6. v. 650. Ilusque, Assaracusque, et Trojæ Dardanus auctor. ¶ Hinc Gens Assaraci est Romanus populus ab Ænea descendens, Assaraci pronepote. *Virg.* 9. *Æn.* v. 643. ¶ Frater Assaraci est Ganymedes, sidus Aquarii. *Ovid. Fast.* 4. v. 943.

ASSARĀTUM, V. *Assiratum.*

ASSARĬUS, a, um, adject. *roasted or broiled*, assus. *Cato R. R.* c. 132. Daps Jovi assaria pecuina, urna vini, &c. Alii ita leg. *Daps Jovi assir a pecu in urna vini.* V. *Assiratum.*

ASSARĬUS, ii, m. ab antiquis dicebatur pro *as*, ut docent *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 38. *a med.* et *Charis.* l. 1. pag. 58. *Putsch.* Ex *Varrone* autem colligitur, in usu fuisse, ut in genitivo plurali *assarium* diceretur pro *assariorum*, ut *Equum publicum mille assarium.*

ASSATŪRA, æ, f. *roasted meat; a roast*, cibi non elixi, sed assati, sive ii tosti sint, sive frixi, ὀπτανεύσεις. Ita enim exponere videtur *Salmas.* ad illud *Vopisci in Aurel.* c. *ult.* Convivium de assaturis maxime fuit. Adde *Apicium* l. 7. c. 5. et *Vet. Scholiast. Persii ad* sat. 2. v. 48.

ASSĔCLA, et Adsecla, æ, m. *a mean attendant, slave, lackey, menial*, πάρεδρος, σύμφορος, assectator, comes, ab *assequendo* dictus, et significat eum, qui alicujus commodi spe alterum sequitur, et dicitur plerumque in contemptu. *Cornel. Fronto* pag. 2193. *Putsch.* docet, *comitem* esse proprie, qui in itinere alterum sequitur; *sodalem* esse nomen adolescentiæ; *asseclam*, qui sequitur potentiorem: ita *comitem* esse tutum; *sodalem* amicum; *asseclam* officiosum. Quamquam hæc discrimina non semper vera sunt. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 37. Cum ei tetrarchiam eripuisset, et asseclæ, Pergameno nescio cui dedisset. *Id. Verr.* 3. c. 25. Asseclæ Legatorum. *Id. in fragment. pro Cornel.* apud *Ascon.* Pauci præterea assentatores eorum, atque asseclæ subsequuntur. *Id. Attic.* l. 6. ep. 3. Qui potentissimorum hominum contumaciam nunquam tulerim, ferrem hujus asseclæ? *Auct. declamat. in Sallust.* c. *ult.* Omnium mensarum assecla. *a parasite.* ¶ In quibusd. MSS. Ciceronis *pro Sext.* c 64. *in fin.* legitur *assecula.* ¶ *Charis.* l. 1. pag. 37. *Putsch.* docet asseclam esse communis generis: nullo tamen allato exemplo confirmat.

ASSECTATĬO, et Adsectatio, onis, f. *an attending, waiting on, or accompanying; attendance*, ἀκολουθία, παρακολούθησις, actus assectandi; et dicitur fere de comitatu, qui officii causa alicui præstatur. *Q. Cicer. de petit. Consul.* c. 9. Et quoniam assectationis mentio facta est, id quoque curandum est, ut quotidiana cujusque generis, et ordinis, et ætatis utare. *Cic. pro Mur.* c. 34. Homines tenues unum habent in nostrum ordinem, aut promerendi, aut proferendi beneficii locum, hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem. ¶ Pro observatione, animadversione, qui enim alterum assectatur, observandi, et adnotandi occasionem habet. *Plin.* l. 2. c. 20. Latet plerosque, magna cæli assectatione compertum a principibus doctrinæ viris superiorum trium siderum ignes esse, qui, &c.

ASSECTĀTOR, et Adsectator, oris, m. *an attendant, follower*, ἀκόλουθος, qui assectatur, et comitem se præbet, officii, aut utilitatis causa. *Cic.* 4. *Verr.* c. 11. Cum ab eo quidam vetus assectator, et ex numero amicorum non impetraret, uti, &c. *Q. Cic. de petit. Consul.* c. 9. Hujus autem rei (*assectationis*) tres sunt partes: una salutatorum cum domum veniunt; altera deductorum; tertia assectatorum. *Et paulo post.* Assidua assectatorum copia. *a numerous suit of attendants.* *Cic. pro Balb.* c. *pænult.* Cum ducibus ipsis, non cum comitatu, assectatoribusque confligant. *Senec. de tranquill.* c. 1. Assectator, comesque patrimoniorum pereuntium populus. *Plin.* l. 9. c. 42. Assectator dapis cancer. *Id.* l. 8. c. 17. et l. 18. c. 28. Assectator sapientiæ. *a philosopher.* *Id.* l. 29. c. 1. eloquentiæ. *Id.* l. 20. c. 14. Porcii Latronis clari inter magistros dicendi assectatores. *scholars.* *Gell.* l. 5. c. 10. Auditor assectatorque Protagoræ.

ASSECTĀTUS, et Adsectatus, particip. V. in voce seq.

ASSECTOR, et Adsector, aris, atus sum, dep. 1. *to follow after, attend, wait upon, accompany*, ἀκολουθέω, sequor, comitem me alicui præbeo, officii, aut utilitatis causa. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 56. Cum ædilitatem P. Crassus peteret, eumque major natu, etiam consularis, Ser. Galba assectaretur. *Plin.* l. 33. c. 12. Cum Arellium Fuscum celebritate assectarentur adolescentium scholæ. *Sueton. in Cæsar.* c. 19. Omnibus officiis Pompeium assectatus est. ¶ *Assectari feminam* apud JCtos dicitur is, qui tacitus frequenter sequitur: ideoque injuriarum tenetur, quia assidua frequentia quasi præbet nonnullam infamiam. Ita *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 15. ¶ Passiva significatione *Ennius* apud *Priscian.* l. 8. pag. 792. *Putsch.* Assectari se omnes cupiunt. ἀκολουθεῖσθαι. *Alpheus Philologus ibid.* Themistocles cum a formoso assectaretur. ¶ Hinc particip. passivum *assectatus, a, um.* *Festus*: Adsectata femina vel in bonam partem dicitur, velut honorata: vel in malam, quasi ad extremum periculum adducta: *Jos. Scalig.* testatur, in vet. editionib. haberi *affectata*, et ita prorsus legendum esse: adducitque in hanc rem locum *Plaut. Rud.* 2. 4. 4. Accipiam hospitio, si nox venis, item ut affectatam. Ita enim ea verba emendanda esse censet, quæ alii aliter ediderunt. Est enim is locus crux Interpretum. V. *Taubman.*

ASSECŪLA, et Adsecula, æ, m. idem qui assecla. *Juvenal.* sat. 9. v. 48. Vos humili adseculæ, vos indulgebitis unquam, &c. Quidam leg. *adseclæ* pænultima longa. Adde loc. *Cicer.* in *Assecla* allatum.

ASSECŪTOR, et Adsecutor, oris, m. qui assequitur, comes. *Martian. Capell.* l. 9. pag. 306. Himeros Cupidinis assecutor.

ASSECŪTUS, et Adsecutus particip. V. in *Assequor*.

ASSEDO, et Adsedo, onis, m. assessor. Hanc vocem affert *Non. Grammatic.* c. 1. n. 312. sed nullo confirmat Latini Scriptoris testimonio.

ASSEFOLIUM, ii, n. herba alio nomine gramen dicta, et Græce agrostis. *Apulei. de herb.* c. 77. *the herb dogstooth or dog-grass.*

ASSELLO, V. *Adsello.*

ASSENSIO, et Adsensio, onis, f. *the act of assenting or approving; assent,* ὁμολογία, συγκατάθεσις, actus assentiendi, assensus, consensus, approbatio. *Cic.* 4. *Acad.* c. 12. Vitia in ipsorum esse potestate, nec peccare quemquam nisi assensione. *Id. de Fato,* c. 18. Assensio non potest fieri, nisi commota viso. *Id. de clar. Orat.* c. 30. Genus orationis exile, nec satis populari assensioni accommodatum. *Id. ibid.* c. 84. Cum surgit is, qui dicturus sit, significetur a corona silentium; deinde crebræ assensiones, multæ admirationes. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 41. Inductio est oratio, quæ rebus non dubiis captat assensionem ejus, quicum instituta est: quibus assensionibus facit, ut illi dubia quædam res, propter similitudinem earum rerum, quibus assensit, probetur.

ASSENSOR, et Adsensor, oris, m. *one who assents,* σύμψηφος, qui assentitur, approbator. *Cic. Fam.* 6. *ep. pænult.* Quotidie commemorabam, te unum in tanto exercitu mihi fuisse assensorem, et me tibi. *Senec. in Hippol.* v. 1207. Tuque semper, genitor, iræ facilis assensor meæ. *h. e.* vota a me irato facta exaudiens. *Valer. Max.* l. 6. c. 3. n. 6. Assensor vindictæ.

ASSENSUS, et Adsensus, us, m. *assent, consent, agreement, approval, approbation,* συγκατάθεσις, συμφώνησις, assensio, approbatio, consensus. *Cic.* 4. *Acad.* c. 33. Assensu suo comprobare aliquid. et cap. 34. Obsistere opinionibus, assensus lubricos sustinere. et cap. 29. Cohibere assensum a rebus certis. *Id. de clar. Orat.* c. 49. Vulgi assensu, et populari approbatione judicari solet. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 2. Quod ni ita esset, qui potuisset assensu omnium dicere Ennius? Aspice hoc sublime, candens, &c. *Liv.* lib. 8. c. 5. Adsensu populi excepta vox consulis. *Plin. in Paneg.* c. 71. Jam quo assensu Senatus, quo gaudio exceptum est, &c! *Ovid.* 1. *Metam.* v. 244. Dicta Jovis pars voce probant . . . . . alii partes assensibus implent. ¶ Translate *Virg.* 3. *Georg.* v. 45. Et vox assensu nemorum ingeminata remugit. *Id.* 7. *Æn.* v. 615. Æreaque assensu conspirant cornua rauco. *h. e.* quasi approbantia ardorem euntium ad pugnam. ¶ Est etiam *assensus,* cum non tam approbandi, quam gaudendi sensus exprimitur, *joy, pleasure, satisfaction.* *Liv.* l. 27. *c. ult.* L. Veturius planius omnia, quæ acta erant (*in pugna, et victoria*) exposuit, cum ingenti assensu, postremo etiam clamore universæ concionis, cum vix gaudium animis caperent.

ASSENSUS, et Adsensus, a, um, particip. *that hath assented to, or approved,* qui consensit, vel approbavit. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 1. Ei assensus est unus familiaris meus Favonius. ¶ Passiva significatione, *approved,* ὁμολογηθείς. *Cic.* 4. *Acad.* c. 31. Multa sequitur probabilia non comprehensa, neque percepta, neque assensa, sed similia veri.

ASSENTATĬO, onis, f. *the act of assenting, consenting, approving,* &c. actus assentandi, hoc est assentiendi, assensus. *Petron. in Satyr.* c. 17. Tacentibus adhuc nobis, et ad neutram partem assentationem flectentibus. *Quidam leg.* assensionem. *Impp. Arcad.* et *Honor.* lib. 10. *Cod. Theodos.* tit. 3. leg. 5. Si cui adversus præcepta hujus sanctionis veniendi aditum assentatione præstiterint. *Vellei.* l. 2. c. 128. Qui M. Tullio tantum tribuere, ut pæne assentatione sua quibus vellet, principatus conciliaret. *h. e.* commendatione, favore, suffragio. ¶ Sæpius sumitur pro blando assensu, quo aliquis alterius gratiam captat, blandis mendaciis, et sermone ad gratiam composito, *flattery, adulation, wheedling,* κολακεία, θωπεία. *Cic. de Amic.* c. 25. Nullam in amicitiis pestem esse majorem, quam adulationem, blanditiam, assentationem. *Id. pro Cluent.* c. 13. Blanditiis, et assentationibus immergere se penitus in consuetudinem alicujus. *Id. de Amic.* c. 24. Assentatio vitiorum adjutrix. *Id. Attic.* 13. ep. 28. Assentatio turpis. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 5. Græci diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditi. *Id. de Amicit.* c. *pænult.* Callida assentatione capere aliquem.

ASSENTATIUNCŬLA, æ, f. *a coaxing, compliment,* parva assentatio. *Cic. Fam.* 5. ep. 12. Ac non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar. Adde *Plaut. Stich.* 1. 3. 76. [qui tamen vocem adhibet in numero plurali.]

ASSENTĀTOR, oris, m. *one who consents or assents,* idem ac assensor. *Tertull. advers. Hermog.* c. 10. Etsi non auctor, sed assentator mali invenitur Deus. *h. e.* qui malum non quidem vult, sed permittit. ¶ Elegantius sumitur pro adulatore, qui ad gratiam captandam alteri in omnibus assentitur, *a flatterer, coaxer, wheedler,* κόλαξ, θώψ. *Cic. de Amic. c. pænult.* Semper enim auget assentator id, quod is, cujus ad voluntatem loquitur, vult esse magnum. *Id. ibid.* et l. 1. *Offic.* c. 26. Patefacere aures assentatoribus. *Id. pro Cæcin.* c. 5. Assentator mulierum. *Gulielmius* inclinabat in *assectator,* ut notat *Gruter.*

ASSENTATORIE, adverb. *flatteringly, fawningly,* cum assentatione, θωπικῶς. *Cic. Q. Fr.* l. 2. *epist. pænult. ad fin.* Dubitare te non assentatorie, sed fraterne veto.

ASSENTĀTRIX, icis, f. *a female flatterer,* quæ assentatur, adulatrix, κολακίς. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 100. Nunc assentatrix scelesta est: dudum adversatrix erat.

ASSENTIO, et Adsentio, is, ensi, ensum, a. 4. *to assent, consent, approve, subscribe, agree,* συγκατατίθημι, consentire, approbare. *Cic. Att.* l. 9. ep. 9. Assentio tibi, ut in Formiano potissimum commorer. *Id. Fam.* 1. ep. 1. Advertebantur Pompeii familiares assentire Volcatio. *Est qui legit* assentiri. *Id.* 1. *Offic.* c. 6. Ne his temere assentiamus. *Al. leg.* assentiamur. *Liv.* l. 1. c. 54. Cum de aliis rebus adsentire se Gabinis diceret. *Tacit.* 5. *Histor.* c. 3. Assensere, atque omnium ignari, &c. *Plaut. Amph.* 2. 2. 192. Mihi quoque assunt testes, qui illud, quod ego dicam, assentiant. *Quintil.* l. 9. c. 3. *circa med.* Inveni, qui et hoc vocaret πλοκήν: cui non assentio. *Gell.* l. 6. c. 5. Hoc ergo assentimus. *Curt.* l. 4. c. 13. Omnes Parmenioni assentiebant. V. vocem sequent. Et adde *Acc. et Pompon.* apud *Non.* c. 7. n. 8. ¶ Particip. *assentiens,* et *assensurus.* *Cic.* 2. *de Divin.* c. 50. Ennius qui magno plausu loquitur assentiente populo. *Id.* 4. *Acad.* c. 21. Sapientem, si assensurus esset, etiam opinaturum. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 48. Ceteris inde assentientibus. ¶ *Assentire* pro *assentari.* *Pers.* sat. 1. v. 36. Assensere viri. V. *integrum loc.* ¶ In illo *Livii* l. 41. c. 24. *sub fin.*. Cum iidem huic orationi, qui litteris Regis adsentierant, adsentirentur: lege *adsensi erant.* Error ortus est ex prava scriptione litteræ *t,* et conjunctione vocum.

ASSENTĬOR, et Adsentior, iris, ensus sum, dep. 4. *to assent, consent, approve,* idem quod assentio, sed magis usitatum. *Varr.* apud *Gell.* l. 2. c. 25. *Sentior* nemo dicit, et id per se nihil est: *assentior* tamen fere omnes dicunt. Sisenna unus *assentio* in Senatu dicebat: et eum postea multi secuti: neque tamen vincere consuetudinem potuerunt. *Cic. Fam.* 1. ep. 1. Huic assentiuntur reliqui consulares præter Afranium, qui assentitur Volcatio. *Id.* 4. *Acad.* c. 21. Si ulli rei sapiens assentietur unquam. *Et paulo post.* Vitiosum est assentiri quidquam aut falsum, aut incognitum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 9. Cetera, inquit, assentior Crasso. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 25. Vehementer assentiri alicui rei. *Id. Attic.* 16. ep. 15. Valde assentiri alicui in aliqua re. Al. aliter leg. et lib. 7. ep. 13. Assentiri alicui de aliqua re. ¶ Impersonaliter. *Cic. Fam.* 1. ep. 2. Bibulo assensum est.

ASSENTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to consent or agree to, approve,* idem quod assentior. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 89. Nunc ne ejus causa vapulem, tibi potius assentabor. *Quidam leg.* assentiar. *Vellei.* l. 2. c. 48. Iis, qui a Cæsare dimittendos exercitus contendebant, assentabatur, iis, qui ab ipso, adversabatur. *Tertull. in exhortat. ad castit.* c. 4. Cui ergo consilio assentabimur? ¶ Sæpius, et elegantius sumitur pro ad voluntatem, et gratiam loqui, assensum dare alicui in omnibus, obsequendi, et placendi causa, adulari, *to fawn upon, flatter, beset with compliments and false praise, coax, wheedle,* θωπεύω, κολακεύω. *Terent. Eun.* 2. 2. 19. Negat quis, nego; ait, aio: postremo imperavi egomet mihi, omnia assentari. *Id. Adelph.* 2. 4. 6. Vereor coram in os te laudare amplius, ne id assentandi magis, quam quo habeam gratum, facere existimes. *Cic. Fam.* 3. ep. 11. Mihi ipse assentor fortasse, cum ea esse in me fingo. *Id.* 4. *Acad.* c. 14. Ut nihil nobis assentati esse videamur. ¶ Scribitur et *adsentari.*

ASSĔQUOR, et Adsequor, eris, quutus, et cutus sum, dep. 3. *to come up with, reach, join, arrive at, find,* ἐπικαταλαμβάνω, ἐφικνέομαι, ad eum, quem sequor, pervenio, consequor. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 5. Si es Romæ, jam me assequi non potes: sin es in via, cum eris me assequutus, coram agemus. *Liv.* l. 28. c. 16. Adeo citato agmine ducti sunt, ut si via recta vestigia sequentes issent, haud dubie adsecuturi fuerint. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 39. Nonne modo adolescentes, in cursu, a tergo insequens, nec opinantes assequuta est senectus? ¶ Translate est ad aliquid pervenire, aliquid adipisci, *to gain, obtain, compass, procure.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 19. *in fin.* Assequi maturitatem. *to arrive at maturity.* *Sallust. in Jug.* c. 4. magistratum. *Cic. pro Planc.* c. 25. gradus honorum. *Curt.* l. 4. c. 6. regnum. *Id.* l. 5. c. 10. aliquid fraude. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 30. aliquid precibus. et cap. 29. Assequi aliquid in dicendo. *Id. pro Planc.* c. 37. immortalitatem. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 31. Nec quidquam sequi, quod assequi nequeas. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 34. Qua in re nihil aliud assequeris, nisi ut ab omnibus audacia tua cognoscatur. *Justin.* l. 2. c. 4. Assequi virtute, ne segnior videare. *Cic. Fam.* 6. ep. 4. *in fin.* Quæ cum faciam, benevolentiam tuam erga me imitabor, merita non assequar. *shall not be able to equal your good services; shall not acquit my obligations to you.* et lib. 1. ep. 4. Qui si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum assecutus. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 20. Assequi, et exæquare aliquid. *Cic. de Harusp. respon.* c. 9. Assequi prudentiam alicujus. *to equal in wisdom.* *Plin.* l. 4. ep. 8. ingenium alicujus aliqua ex parte. *Cic.* 1. *de leg.* c. 2. *ad fin.* Eum velle dumtaxat imitari videtur: quem si assequi posset, aliquantum ab optimo tamen abesset. *although he should be able to equal, yet for all that,* &c. *Id. ad Brut.* ep. 15. Quibus igitur litteris tam accurate scriptis assequi possum, subtilius ut explicem, quæ gerantur, quam tibi is exponet? ¶ Ponitur sæpe pro intelligere, percipere, *to reach by an effort of the understanding, perceive, comprehend, understand.* *Cic.* 2. *de Invent.* c. 47. Ut essent, non qui scriptum suum recitarent, sed qui cogitationem assequi possent, et voluntatem interpretari. *Id. Attic.* l. 7. ep. 13. Assequi aliquid conjectura. *Id. ad Pompeium ante* ep. 12. l. 8. *ad Attic.* aliquid suspicione. *Curt.* l. 4. c. 16. aliquid animo. *to conceive, imagine, picture to one's self.* *Cæcil.* apud *Gell.* l. 20. c. 1. Obscuritates non assignemus culpæ scribentium, sed inscientiæ non assequentium. *Gell.* l. 3. c. 1. Quid istuc sit, videor ferme assequi. [¶ Peculiare est illud *Cic. Verrin.* 3. c. 57. Quid ergo? Rabonius istam diem quomodo assequetur? *Asconius* explicat, *quomodo accurrit ad diem?* quæ scilicet operi cuidam faciendo erat præstituta.] ¶ Passive. *Cic. Verr.* 4. c. 73. *ad fin.* Ut hac diligentia nihil horum investigari, nihil assequi potuerit. Al. leg. *hæc diligentia,* et *investigare.*

ASSER, ĕris, m. *a pole, or piece of wood; a small beam, pale,* δοκὶς, δοκίδιον, trabecula, tignum parvum integrum. vel fissum, sudis, palus, contus. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 30. Eduxerant Batavi turrim duplici tabulato, quam prætoriæ portæ propinquantem promoti contra validi asseres, et incussæ trabes perfregere. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 2. Asseres pedum duodecim, cuspidibus præfixi, in terra defigebantur. *Liv.* l. 44. c. 5. Longi duo validi asseres ex inferiore parte in terra defigebantur: in eos transversi incumbentes tigni injungebantur. *Id.* l. 30. c. 10. Asseres ferreo unco præfixi: harpagones vocant, &c. *Id.* l. 38. c. 5. Asseribus falcatis detergere pinnas murorum. Adde *Vitruv.* l. 7. c. 3. ¶ Pro vectibus, quibus lecticæ gestantur. *poles or levers.* *Juvenal.* sat. 7. v. 132. Perque forum juvenes longo premit assere Medos. Adde sat. 3. v. 245. et *Sueton. in Calig.* c. 58. ¶ Videntur etiam sumi *asseres* pro tabulis sectilibus, quæ *asses,* vel *axes* frequentius dicuntur, *planks, boards.* *Vitruv.* l. 4. c. 2. Supra cantherios templa; deinde insuper sub tegulas asseres, ita prominentes, ut parietes projecturis eorum tegantur, &c. Aptius tamen hic intelliguntur tigilla. *Festus* etiam *asseres* tabulas esse censet. Scribit enim, ita dictos esse, *quod assideant parieti, trabibusque.* quod etymon non quilibet stomachus facile concoquet. Apud *Plaut.* quoque *asseres* pro tabulis accipiendos esse quidam putant *Aulul.* 2. 6. 8. Ligna hic apud nos nulla sunt. *Co.* sunt asseres? *Sta.* sunt pol. *Co.* sunt igitur ligna &c. Sed hic intelligit *Plautus* quamcumque materiem ligneam fabricæ quidem utilem, sed quæ etiam igni alendo idonea sit. Denique addunt alii locum *Columell.* l. 6. c. 19. ubi pro *asseribus* legendum est *axibus.* ¶ Legitur aliquando antique scriptum *axeres* pro *asseres.*

ASSERCŬLUM, i, n. et Asserculus, i, m. *a little pole or beam,* δοκίδιον, parvus asser. *Cato R. R.* c. 12. Assercula quinque. *Id. ibid.* c. 152. Facito scopas virgeas ulmeas aridas, in asserculo alligato. *Colum.* l. 8. c. 3. Ascensus avibus ad tabulata datur junctis parieti modicis asserculis. *Id.* l. 12. c. 50. Asserculos inter se distantes semipedalibus spatiis supra solum ponito, et cannas diligenter spisse textas injicito.

ASSĔRO, et Adsero, is, evi, itum, *to sow near,* juxta sero. V. *Adsero.*

ASSĔRO, et Adsero, is, erui, ertum, a. 3. ex *ad,* et *sero,* qua jungere, et nectere significat. *Asserere manu* est manu prehendere, et ad se trahere: et dicitur de iis, qui aliquem in libertatem ex servitute vindicant, quia is, qui aliquem ex servo liberum facere volebat, eum manu prehensum ad se adjungebat, manuque capiti ejus imposita liberum esse aiebat. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 7. *a med.* Dicimur asserere manu in libertatem, cum prehendimus. *Terent. Adelph.* 2. 1. 39. Neque vendundam censeo, quæ libera est. nam ego liberali illam assero causa manu. Ubi *Donatus:* Ordo est: ego liberali causa, manu assero: et sunt verba juris: a quibus etiam assertores dicuntur vindices libertatis. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 83. Manu eas asserat suas populares, liberali causa. *Id. Curcul.* 5. 2. 68. Si quisquam hanc liberali asseruisset manu. *Id. Pers.* 1. 3. 83. Continuo tu illam a lenone asserito manu. ¶ Huc refer illud *ejusd. Rud.* 4. 3. 33. Pisces cum capio, si quidem cepi, mei sunt; habeo pro meis: nec manu asseruntur, neque illinc partem quisquam postulat. *h. e.* nec quisquam est, qui suos esse dicat, et manu ad se trahat. *Martial.* l. 1. epigr. 16. Gaudia non remeant, sed fugitiva volant. Hæc utraque manu, complexuque assere toto. *h. e.* prehende, ne fugiant. ¶ Dicimus etiam *asserere aliquem in libertatem,* ut est in citatis *Varronis* verbis, hoc est in libertatem vindicare. Adde *Sueton. in Vitell.* c. 10. et *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 11. *in fi.* Sic *Masur. Sabin.* lib. 40. tit. 14. leg. 2. Ex libertinitate asserere se ingenuitati. ¶ Et *asserere* absolute eod. sensu. *Cic. pro Flacc.* c. 17. Cum in causa liberali eum, qui asserebatur cognatum suum esse diceret, non crediderunt. *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 11. v. 3. Scilicet asserui jam me, fugique catenas. ¶ *Asserere in servitutem* est in servitutem rapere. *Liv.* l. 3. c. 44. M. Claudio negotium de-

dit, ut virginem in servitutem assereret. Adde *Sueton. in Tiber.* cap. 2. ¶ Sumitur etiam pro ad se adjungere, arrogare, vindicare, assumere, suum facere. *to assert, claim. Justin.* l. 44. c. 3. Gallæci Græcam sibi originem asserunt. *Sueton. in Oth.* c. 9. Asserere sibi dominationem. *Id. in Calig.* c. 22. sibi majestatem divinam ex re aliqua. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 462. sibi laudes alienas. *Curt.* l. 8. c. 1. sibi patrem Jovem. *Quintil.* l. 4. c. 2. aliquem tanquam filium. *Id.* l. 12. c. 1. sibi nomen sapientis. *Id.* l. 9. c. 3. Sed hæc adeo sunt vulgaria, ut sibi artem figurarum asserere non possint. ¶ Item pro vindicare, tueri, defendere, velut manu capiendo, et tenendo. *to maintain, defend, vindicate. Flor.* l. 1. c. 11. Latini quoque Tarquinios asserebant. *Id.* l. 3. c. 16. Saturninus Gracchanas leges asserere non destitit. *Id. ibid.* c. 17. Asserere Senatum. et cap. 20. Pudorem Romanum Crassus asseruit. *Sueton. in Claud.* c. 10. Consules Capitolium occuparant, asserturi communem libertatem. *Id. in Cæs.* c. 16. Asserere dignitatem. *Vellei.* l. 2. c. 60. Fata asserebant conditorem, et conservatorem Romani nominis. *Martial.* l. 14. epigr. 142. Hoc focale tuas asserat auriculas. *h. e.* foveat, et audiendis malis carminibus liberet. *Id.* l. 11. epigr. 99. Non te cucullis asseret caput tectum. *h. e.* tutum a basiis non reddet. *Quintil.* declam. 5. c. 6. Asserere aliquid in aliquo per mutuas auxiliorum vices. *h. e.* tueri, et a calamitate vindicare. V. locum. ¶ Item pro liberare, eripere. *to liberate, free, rescue. Plin.* l. 2. ep. 10. Habe ante oculos mortalitatem, a qua asserere te hoc uno monimento potes. *Id.* l. 3. ep. 5. Asserere aliquem ab injuria oblivionis. ¶ *Asserere aliquem*, vel *aliquid alicui rei* est addicere, adjungere, assignare, tribuere. *to assign, attribute. Id.* l. 1. ep. 3. Quin tu humiles, et sordidas curas aliis mandas; et ipse te in alto isto, pinguique secessu studiis asseris? *Senec. de Constant. Sap.* c. 10. Hæc non nego sentire sapientem: nec enim lapidis illi duritiam, ferrive asserimus. ¶ Apud *Ovid.* 1. *Metam.* v. 761. *asserere aliquem cœlo* est ejus originem e cœlo ductam palam facere, tueri, confirmare. ¶ Apud *Martial.* l. 10. epigr. 35. *asserere aliquid* ponitur pro scribendo aliquid referre, et quodammodo approbare. V. locum. ¶ *Asserere* pro dicere, affirmare, *to assert, affirm, avow, declare. Tacit. Ann.* 2. c. 83. Asseruit Tiberius, solitum, paremque ceteris (*clypeum*) dicaturum. *Pallad.* l. 2. *R. R.* tit. 3. Quæ terra si tunc aretur, asseritur per triennium sterilis fieri. *M. Senec. in excerpt.* l. 7. *controvers.* 1. *ad fin.* Quod Passienus non probabat, asserens, minus verecundum esse, &c. *Quintil.* declam. 7. c. 6. Non vacat asserere quæ finxeris, cum vix prodest et verum fateri. Adde *Justin.* l. 38. c. 2. *Arnob.* l. 1. pag. 18. et *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 21. ¶ Afferri solent pro hac notione alia, etiam meliorum Scriptorum exempla, ut *Cic.* 3. *Offic.* c. 13. Qui proscribunt villam (ut ipsi asserunt) bene ædificatam. Sed vetus Editio sine loco, et anno, aliæque longe optimæ non habent *ut ipsi asserunt.* Leguntur tamen in illa A. 1477. Huic addunt *Vet. Poetam* apud *eund.* 2. *de Orat.* c. 59. *Varron.* l. 4. *L. L.* c. 10. *Caton. in quodam fragment. Auctor. ad Herenn.* l. 4. c. 46. *Plaut. Rud.* 3. 3. 3. *Cæsar.* l. 3. *B. Civ.* c. 15. *Justin.* l. 38. c. 2. et alios: quib. omnib. loc. ita dubia est lectio, ut etiam probabilior ea videatur, quæ *assero* excludit: qua de re multa *Cellar.* et uterque *Borrich.* qui miras hac de re lites excitarunt.

ASSERTĬO, et Adsertio, onis, f. *a claiming or asserting of one's liberty.* vindicatio in libertatem, καρπισμὸς, ut est in *Vet. Gloss.* et sumitur etiam pro judicio de alicujus libertate constituto, quod et *causa liberalis* dicitur. *Quintil.* l. 3. c. 6. (*al.* 8.) Sit ne liber qui est in assertione. *Id.* l. 5. c. 2. Aut cum de eadem causa pronuntiatum est, ut in reis deportatis, et assertione secunda, et partibus centumviralium. (*Assertio secunda*, quam memorat etiam lib. 11. c. 1. est judicium secundum, in quo de libertate alicujus agitur. Licebat enim in hujusmodi causis provocationem facere, atque iterum judicio agere.) *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 72. Ideo nec assertionem denegandam iis, qui in libertatem vindicabuntur, puto. ¶ Item affirmatio, *an affirmation, assertion. Arnob.* l. 1. pag. 18. Cum in eadem culpa sit et assertio talis rei, et abnegatio refutatoris increduli. *Id.* l. 4. pag. 141. O deorum assertio religiosa! *h. e.* ratio probandi deos esse. *Ciceronem* quoque afferunt quidam *Acad.* lib. 1. c. 12. et l. 3. c. 12. sed ibi leg. plerique al. *assensio.*

ASSERTOR, et Adsertor, oris, m. *an asserter of one's liberty*, qui aliquem ex servitute in libertatem asserit, vindex libertatis, καρπιστής. *Sueton. in Cæs.* c. 80. Populo detrectante dominationem, atque assertores flagitante. *Senec.* ep. 13. Catoni gladium assertorem libertatis extorque. ¶ Translate *Martial.* l. 1. epigr. 53. *de libellis suis.* Si de servitio gravi querantur, Assertor venias. Adde *Lucan.* l. 4. v. 214. et *Ovid. de remed. amor.* v. 73. ¶ De eo, qui in servitutem trahit. *Livius* l. 3. c. 44. et 45. appellat *assertorem* M. Claudium, qui Virginii filiam, quasi servam suam repetebat. ¶ Generatim pro liberatore, vindice, aut defensore. *an asserter, claimer, advocate, supporter, defender. Sueton. in Tiber.* c. 2. Claudios omnes assertores dignitatis, ac potentiæ patriciorum semper fuisse. *Id. in Galb.* c. 9. Assertor generis humani. *Martial.* l. 1. epigr. 25. Qui loquitur Curios, assertoresque Camillos. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 11.) Verba a vetustate repetita non solum magnos assertores habent, sed, &c. In numo Jul. Cæsaris apud *Patin. in Sueton.* tab. 6. Mars adsertor. ¶ Apud *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 4. assertor quæstionis est, qui de re, quæ ambigitur, perite et docte disputare et decidere potest, et veritatis quodammodo assertor esse.

ASSERTORĬUS, et Adsertorius, a, um, ad assertorem pertinens, ut Assertoriæ lites. *Imp. Justin.* lib. 7. *Cod.* tit. 17. leg. 1. h. e. in quibus de asserenda alicujus libertate agitur.

ASSERTUM, i, n. *an assertion, confirmation, proof*, assertio, confirmatio. *Martial. Capell.* l. 6. pag. 195. Terram in medio mundi immobilem stare, multiplicibus monstratur assertis.

ASSERTUS, et Adsertus, a, um, particip. ab assero. *Sueton. in Aug.* c. 74. Mena libertinus assertus in ingenuitatem. *Martial.* l. 7. epigr. 52. Asserto orbe.

ASSERVĀTUS, et Adservatus, a, um, *taken care of, preserved, guarded*, servatus, custoditus, φυλαχθείς. *Cic. pro Arch.* c. 5. Cum Appii tabulæ negligentius asservatæ dicerentur. *Plin.* l. 9. c. 25. Piscis in sale asservatus.

ASSERVĬO, et Adservio, is, ivi, itum, a. 4. idem quod *servio*, nisi quod præposit. *ad* vim quandam addit. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 24. Toto corpore, atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis asserviunt.

ASSERVO, et Adservo, as, avi, atum, a. 1. *to take care of, watch over, keep, preserve*, φυλάττω, διατηρέω, idem quod servo, custodio: nisi quod *ad* auget significationem. *Cic.* 1. *Catil.* c. 8. Ut domi meæ te asservarem, rogasti. *Id. Verr.* 5. c. 22. Imperat, dum res judicetur, hominem ut asservent. *Id. Verr.* 7. c. 30. Asservare aliquem liberis custodiis. *Liv.* l. 8. c. 20. aliquem in carcerem. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 98. aliquem vinctum domi. *Id. Captiv.* 1. 2. 6. captivos magna diligentia. *Curt.* l. 9. c. 7. Arce, quæ quasi negligentius asservata erat, occupata. *Terent. Heaut.* 3. 3. 33. Atqui nunc, here, hic tibi asservandus est. *you must keep an eye upon him.* ¶ Pro conservare, *to preserve. Plin.* l. 9. c. 15. Asservare pisces sale. et cap. 25. pisces in sale. *Id.* l. 7. c. 16. corpora mortuorum in conditorio. *Id.* l. 7. c. 56. ignem in ferula. ¶ *Asservare* pro *observare* videtur usurpasse *Cic. ad Attic.* l. 10. ep. 16. Consilium nostrum spero vacuum periculo fore. Nam et dissimulabimus, et, ut opinor, acerrime asservabimus, &c. Sed locus obscurus et incertus est, multisque Eruditorum divinationibus tentatus.

ASSESSĬO, et Adsessio, onis, f. *a sitting down near any one*, παρεδρία, συνεδρία, actus assidendi. *Cic. Fam.* 11. ep. 27. Oblitum ne me putas, qua celeritate ad me Tarento advolaris? quæ tua fuerit assessio, oratio, confirmatio animi mei?

ASSESSOR, et Adsessor, oris, m. *one who sits by a magistrate to assist him with his counsel; an assessor*, πάρεδρος, συγκάθεδρος, qui ab habente judicandi potestatem assumitur in consilium, ut sibi in causarum cognitione in libellis, edictis, decretis, epistolis assideat, et laborum partem sustineat. *Cic.* l. 1. *Divin.* c. 43. Lacedæmonii Regibus suis augurem assessorem dederunt. *Senec. de Tranquill.* c. 3. *ante med.* Urbanus prætor adeuntibus adsessoris verba pronuntiat. *Sueton. in Galb.* c. 14. Cornelius Laco ex assessore præfectus prætorii. Adde *Dig.* lib. 1. *tit. ult.* qui est *de officio Assessoris.*

ASSESSORĬUS, et Adsessorius, a, um, ad assessorem pertinens. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 5. Sabinus in assessorio ait, &c. *h. e.* in libro de officio assessoris.

ASSESSŪRA, æ, f. *the office of assessor*, παρεδρία, officium assessoris. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 14. leg. 3.

ASSESSUS, et Adsessus, us, m. *Propert.* l. 4. *eleg. ult.* v. 49. Quælibet austeras de me ferat urna tabellas: Turpior assessu non erit ulla meo. *h. e.* mea consuetudine: alluditque ad morem, quo amici in judicio assidebant reis. Alii aliter. Quidam etiam leg. *assensu.*

ASSESSUS, et Adsessus, a, um, particip. ab assideo. *Silius* l. 12. v. 453. Assessos Capuæ muros. *h. e.* obsidione cinctos. Al. leg. *obsessos.* V. *Assideo.*

ASSESTRIX, et Adsestrix, icis, f. quæ assidet. *Afran.* apud *Non.* c. 2. n. 39. Dimittit adsestricem, me ad se se vocat. Adde *eund. Non.* in voce *Possestrix*, cap. 2. n. 631. ¶ Est autem *assestrix* eadem quæ obstetrix, *a midwife*, quia puerperæ adsidet. Ira interpretatur *Scalig. in Conjectan. ad Varron.* pag. m. 78.

ASSEVĔRANTER, et Adseveranter, adverb. *confidently, positively, affirmatively, assuredly*, καταφατικῶς, cum asseveratione, affirmate. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 19. Statius scripsit ad me, locutum secum esse Q. Ciceronem valde asseveranter, se hæc ferre non posse. *Id. Acad.* 4. c. 19. Hæc Antonius fere et Alexandriæ tum, et multis annis post, multo etiam asseverantius in Syria, &c.

ASSEVERĀTE, et Adseverate, adverb. *Gell.* l. 7. c. 5. Polus histrio tragœdias Poetarum nobilium scite, atque asseverate actitavit. *with great effect, emphatically*, eleganter, et audacter ac fidenter, quod est illorum, qui ea, quæ recitant, probe intelligunt, et ex animo pronuntiant, βεβαίως.

ASSEVERATĬO, et Adseveratio, onis, f. *an assertion, declaration, affirmation, asseveration*, κατάφασις, actus asseverandi, affirmatio. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 23. Omni tibi asseveratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi majori offensioni esse, &c. *Quintil.* l. 4. c. 2. *a med.* Quorundam probatio sola est in asseveratione, et constantia. *Id.* l. 11. c. 3. Nulla probatio tam firma est, ut non perdat vires suas, nisi adjuvetur asseveratione dicentis. *h. e.* acri confidentique pronuntiatione. *Plin. in paneg.* cap. 67. Quæ enim illa gravitas sententiarum, quam inaffectata veritas verborum, quæ asseveratio in voce, quæ affirmatio in vultu! *confidence, boldness, undauntedness, assurance.* ¶ In illo *Tacit. Ann.* 4. c. 19. Igitur multa asseveratione, quasi aut legibus cum Silio ageretur, aut Varro consul, aut illud Respublica esset, coguntur Patres: *asseveratio* est severitatis simulata species. Nos dicimus, *by affected looks of gravity.* ¶ A Grammaticis quibusdam dicta est *asseveratio* particula orationis exprimens vehementem affectum, et intentionem, atque adeo affirmationem dicentis, ut *heu*, vel *eheu. Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 6.) ubi tamen rectius legeres *aspiratio.*

ASSEVĔRO, et Adsevero, as, avi, atum, a. 1. *to assert, declare positively, affirm with assurance*, κατάφημι, βεβαιοῦμαι, ἰσχυρίζομαι, constanter, serioque affirmo, assero. *Cic. de clar. Orat.* c. 85. Bella ironia, si jocaremur: sin asseveramus, vide, ne religio nobis tam adhibenda sit, quam si testimonium diceremus. *Id. in Orat. c. ult.* Neque hoc meum judicium, de quo tantopere hoc libro asseveravi, unquam affirmabo esse verius, &c. *Id. de clar. Orat.* c. 57. Quemadmodum adversarius de quaque re asseveret. *Id. pro Cluent.* c. 26. *ad fin.* Pulcre asseverat se ab Oppianico destitutum. *Id. Attic.* l. 10. ep. 14. Unum illud firmissime asseverabat, in exsilium se iturum. *Tacit.* 3. *Histor.* c. 22. Asseverare ordinem agminis. *h. e.* affirmate dicere, qualis fuerit ordo agminis. *Plaut. Mil.* 3. 1. 163. Sed iidem homines nunquam dicunt, quamquam appositum est ampliter: jube illud demi; tolle hanc patinam; remove pernam, &c. neminem eorum hæc asseverare audias *h. e.* serio dicere, et, velle se, ostendere. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 18. Viri gravitatem asseverantes. *h. e.* affectantes, ostentantes, præ se ferentes. ¶ *Asseverare aliquid* interdum est probare, confirmare. *to show, denote. Tacit. in Agric.* c. 11. Rutilæ comæ, magni artus Germanicam originem asseverant. ¶ Passive impersonaliter *Cic. Verr.* 4. c. 10. Quæ est ista defensio? utrum asseveratur in hoc, an tentatur? ¶ Apud *Apulei.* reperitur non semel pro severum reddere. Nam *asseverare frontem* dixit l. 3. et 8. *Metam.* hoc est caperare, et ad severitatem componere: qua in re non videtur imitandus.

ASSICCĀTUS, et Adsiccatus, a, um, *dried, dried up*, idem quod siccatus, vel valde siccatus. *Colum.* l. 1. c. 6. *ad fin.* Plurimum refert non assiccato succo fimum vires continere. *Id.* l. 12. c. 9. Faseoli assiccati.

ASSICCESCO, et Adsiccesco, is, n. 3. *to grow or become dry*, idem quod siccesco, vel prorsus siccesco, quia præposit. *ad* auget. *Colum.* l. 12. c. 9. Caules in cratibus pandere, dum assiccescant.

ASSICCO, et Adsicco, as, avi, atum, a. 1. *to dry*, ξηραίνω, idem quod sicco, vel probe sicco. nam *ad* vim verbo addit. *Colum.* l. 12. c. 16. Uvam passam foliis ficulneis involvere, et assiccare. et cap. 15. *in fi.* Assiccare aliquid in sole. *Et* cap. 50. *a med.* spongia omnem humorem assiccare. *Id. de arborib.* c. 28. *in fi.* Assiccare aliquid in umbra. *Senec. de consol. ad Polyb.* c. 26. Assiccare lacrymas.

ASSICŬLUS, V. *Axiculus.*

ASSIDĔO, et Adsideo, es, edi, essum, a. 2. *to sit, sit down, sit near or by the side of*, παρεδρεύω, προσεδρεύω, sedeo, consideo, prope sedeo; ex *ad*, et *sedeo. Plaut. Stich.* 1. 2. 35. Asside hic pater. *An.* non sedeo istic: vos sedete. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 22. Peroravit aliquando; assedit: surrexi ego. *Id.* 2. *de Divin.* c. 3. Tum in bibliotheca, quæ in Lyceo est, assedimus. *Id. Verr.* 7. c. 43. Cum lacrymans in carcere mater noctes diesque assideret. *h. e.* sedendo maneret. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 22. Assidere in schola. *Sallust. in Jug.* c. 11. Hiempsal dextra Adherbalem assedit. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 10. Se utrumque assidere jussit. *h. e.* apud se sedere. *Plaut. Rud.* 2. 6. 48. Assidere apud carbones. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 18. super aspidem. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 28. in sella. *Sueton. in Aug.* c. 64. in lecto. *Id. in Ner.* c. 53. humi. ¶ *Assidere alicui* est adesse, officii, vel custodiæ causa, adsistere, præsto esse, *to be at hand; be ready to assist. Cic. pro Planc.* c. 11. Principes civitatum Macedoniæ, hujus repentino periculo commoti, huic assident, pro hoc laborant. *Id. in Pison.* c. 32. Cum Pompeius Lentulo frequens assideret. *Horat. Epod.* 1. v. 19. Assidens implumibus pullis avis Serpentium allapsus timet. *Id.* l. 1. sat. 1. v. 81. *Liv.* l. 21. c. 53. *Senec.* ep. 9. et *Plin.* l. 7. ep. 19. Assidere ægro. Sic *Tacit. in Agric. c. pænult.* Assidere valetudini alicujus. ¶ Interdum absolute ponitur pro fungi officio assessoris, *to discharge the duty of assessor.* et ita usurpatum legitur a *Tacit.* 2. *Ann.* c. 57. et a *Paul. Martian. Papin. JCtis, Dig.* lib. 1. *tit. ult.* leg. 1. 2. 3. 4. 6. ¶ *Assidere alicui rei* est interesse, assiduum esse in re aliqua, [† incumbere,] operam dare. *Plin. in paneg.* c. 81. Assidere gubernaculis. *Tacit. Ann.* 1. c. 75. judiciis. *Plin.* l. 3. ep. 5. *ad fin.* tota vita litteris. Adde *Senec.* ep. 72. ¶ Pro obsidere, *to besiege. Virg. in Ciri*, v. 268. Ille, vides, nostris qui mœnibus assidet hos-

tis *Plin. in paneg.* c. 12. An audeant ? qui sciant, te assedisse ferocissimis populis &c. *h. e.* castris prope positis eos compressisse. Et passive *Sallust. in fragment.* apud *Priscian* l. 8. pag. 830. *Putsch.* Amisumque assideri sine prœliis audiebat. ¶ Et active cum accusativo. *Silius* l. 9. v. 623. ut qui castella per altos Oppugnat munita locos, atque assidet arces. Quidam leg. *obsidet*: sed *Heins.* et alii *assidet* acriter tuentur ex MSS. et quibusdam etiam editis libr. *Liv.* l. 26. c. 22. Vix dum requiesse aures a strepitu et tumultu hostili, quo paucos ante menses adsederint prope mœnia Romana. ¶ Translate *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 13. Parcus ob heredis curam, nimiumque severus Assidet insano. *h. e.* insano est similis. *is next door to being mad; like a mad-man.*

ASSIDO, et Adsido, is, n. 3. idem omnino quod *assideo*, et ejusdem usus: nisi quod in præterito, et supino *assideo* frequentius in usu est. *Cic. Acad.* l. 1. c. 4. Et simul, assidamus, inquam, si videtur. *Cato R. R.* c. 157. *a med.* Eo mulier assidat. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. Nulla apum assidit in loco inquinato. *Terent. Heaut.* 1. 1. 72. Assido: occurrunt servi: soccos detrahunt: *Plaut. Rud.* 3. 3. 26. Assidite hic in ara. *Id. Bacch.* 3. 3. 28. In sella apud Magistrum assideres.

ASSIDUE, et Adsidue, *constantly, perpetually, frequently, without intermission, assiduously*, συνεχῶς, continenter, non intermisse, usque. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 34. Gallos gallinaceos sic assidue cantare cœpisse, ut nihil intermitterent. *Id. Fam.* 5. ep. 15. Litteræ, quibus assidue utor. *Id. de clar Orat.* c. 91. Assiduissime mecum fuit Dionysius. *In Senatus consulto* apud *Frontin. de aquæd. artic.* 104. Ut salientes publici quam assiduissime aquam in usum populi funderent. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 56. Frequenter et assidue. *Plin.* l. 11. c. 53. Assidue recens. *h. e.* semper. *Id.* l. 24. c. 1. Innumera præterea alia, quæ suis locis dicentur assidue. *h. e.* diligenter et pluribus verbis. *at length; at full.*

ASSIDUĬTAS, et Adsiduitas, atis, f. *assiduity, perseverance, closeness of application*, συνέχεια, ἐνδελέχεια, perseverantia, diligentia continua in re aliqua. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 15. Terentiæ pergrata est assiduitas tua, et diligentia. *Id. Fam.* 7. ep. 6. Assiduitate, et virtute consequi aliquid. *Id.* l. 1. *Acad.* c. 5. Assiduitas exercitationis. *Id. Attic.* l. 12. ep. 32. Medici assiduitas, et tota domus in omni genere diligens. *Id. Attic.* 16. ep. 5. Commutatus est totus et scriptis meis quibusdam, et assiduitate orationis, et præceptis. *by the frequency of my*, &c. et lib. 2. *Offic.* c. 21. Assiduitas bellorum. *h. e.* frequentia. Sic *Fam.* 16. ep. 25. Assiduitas epistolarum. et *pro Rosc. Amer. in fi.* molestiarum. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 12. Vitare ejusdem verbi assiduitatem nimiam. *h. e.* crebram repetionem. ¶ In plural. num. *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 15. Nec patientia, nec assiduitates, nec vigiliæ. *Quidam leg.* assiduitas. ¶ Speciatim dicitur de frequenti præsentia ejus, qui aliquem honoris, et officii causa assectatur, eique frequens assidet, ut asseclæ, et clientes solent; item amicorum qui candidatos in petitionibus comitantur, iisque præsentia sua favorem conciliant. *Quint. Cic. de petit. Consul.* c. 1. Quotidiana amicorum assiduitas, et frequentia. *Id. ibid. c. pænult.* Hominum nobilium voluntas, adolescentulorum frequentia, eorum, qui abs te defensi sunt, assiduitas, ex municipiis multitudo eorum, quos tua causa venisse appareat. *Cic. pro Deiot. c. ult.* Præbere assiduitatem alicui. ¶ Item de eo, qui quotidie in foro comparet, et ob oculos versatur, nullique officio deest. *Cic. Verr.* 3. c. 39. Nisi forte dubium est, quomodo iste prætor factus sit: homo scilicet aut industria, aut opera probata, aut frugalitatis existimatione præclara, aut denique, id quod levissimum est, assiduitate. *Q. Cic. de petit. Consul.* c. 11. Dicendum de illa altera petitionis parte, quæ in populari ratione versatur: ea desiderat nomenclationem, blanditiam, assiduitatem, benignitatem, &c. V. *quæ ibi paulo post sequuntur. Sueton. in Tiber.* c. 10. Ut vitato assiduitatis fastidio, auctoritatem absentia tueretur. Adde *Cicer. pro Sext.* c. 3. et *pro Rosc. Amer.* c. 51.

ASSIDŬO, et Adsiduo, adverb. *frequently, continually*, idem quod assidue. *Plaut. Mil.* 1. 1. 50. Dum talem facies, qualem adhuc, assiduo edes. *Id. Trucul.* 2. 4. 67. Postidea ego tota tecum usque ero assiduo. Adde *Cistell.* 1. 3. 37. et *Mostell.* 4. 2. 60. et *Plin.* l. 26. c. 3.

ASSIDŬUS, et Adsiduus, a, um, *assiduous, frequent, continual, incessant, perpetual, constant, unceasing, unremitting: diligent, industrious*, συνεχής, ἐνδελεχής, qui jugiter adest alicui rei, frequens, diligens, cum dicitur de personis. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. *a med.* Qui adest, adsiduus. Ex quibus verbis colligitur, putare *Varronem* dici *adsiduus* ab *adsum*, et *assiduus*, ab *assum*, quod pro *adsum* sæpe legitur. *Festus* autem deducit ab *assidendo*, quod *assiduus* sit is, qui in ea re, quam frequenter agit, quasi consedisse videatur. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 8. Audivi, Romæ esse hominem, et fuisse assiduum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 39. Magistri assidui uno opere eandem incudem diem noctemque fundentes. *Id. de Senect.* c. 16. Bonus, et assiduus dominus. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 7. Cum hic assiduus in prædiis esset. *Id. pro Cæl.* c. 4. Fuit assiduus mecum, prætore me. *Id. de clar. Orat.* c. 5. Flagitator non ille quidem molestus, sed assiduus tamen, et acer. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 24. Hæ sunt impiis assiduæ, domesticæque Furiæ. *Liv.* l. 2. c. 48. Veiens hostis assiduus magis, quam gravis. *Sueton. in Tiber.* c. 11. Assiduus circa scholas. *Propert.* l. 2. eleg. 9. v. 16. Assiduus bella gerit. *pro* assidue. Sic *Pallad.* l. 1. tit. 29. Allio rostra phasianorum debebis assiduus perfricare. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *de canibus.* Villatico gregi satis esse duo marem, et feminam. ita enim sunt assiduiores. ¶ Speciatim *assidui* dicuntur, qui candidatis adsunt, officii causa, eisque assectatione sua favorem conciliant. *Q. Cicer. de petit. Consul.* c. 9. Qui per ætatem, ac negotium poterunt, ipsi tecum ut assidui sint. V. *Assiduitas. Plaut. Trinum.* 1. 2. 165. scurras definit *urbanos assiduos cives*, intelligens eos, qui per fora urbis assidue vagantur, omnia otiosorum hominum conciliabula frequentant, omnium sermonibus adsunt, et se se immiscent, vera, et falsa excipientes, narrantesque. ¶ *Assiduus* cum dicitur de rebus, ponitur pro continuo, aut frequenti. *Ovid. Metam.* 2. v. 70. assidua rapitur vertigine cælum. *Lucret.* l. 1. v. 993. assiduo motu res quæque geruntur. *Sueton. in Aug.* c. 71. Vasa aurea assiduissimi usus. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 15. Labor assiduus, et quotidianus. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 33. Assidua, ac diligens scriptura. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 21. *ad fin.* Assidua febricula. *Tacit.* l. 5. *Hist.* c. 11. Assidua damna. *Id. in Agric.* c. 43. Assiduæ adulationes. *Plaut. Asin.* 2. 4. 22. Dare operam assiduam alicui rei. *Propert.* l. 3. eleg. 9. v. 56. assiduo lingua sepulta mero. *Tibull.* l. 1. eleg. 1. v. 6. assiduo luceat igne focus. *Horat. Epod.* 15. v. 13. Assiduæ noctes. *Plin.* l. 15. c. 21. Sorborum genus assiduum proventa. *h. e.* semper ubertim proveniens. *Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 58. Assidui honores. *frequent, successive.* ¶ Olim ponebatur etiam pro locuplete, *rich, opulent, wealthy*; et ita usurpatum invenitur in leg. XII. Tabul. ut refert *Gell.* l. 16. c. 10. Assiduo vindex assiduus esto: proletario quisquis volet vindex esto. *Cic. in Top.* c. 2. Cum lex Ælia Sentia assiduo vindicem assiduum esse jubeat, locupletem jubet locupleti. Locuples enim est assiduus, ut ait Ælius, appellatus ab ære dando. (*Quid sit hic Ælia Sentia* V. *in Ælia.*) Cicero his verbis tum notionem vocis ostendit, tum notationem. Est enim ab *assibus dandis*; ut *Gell. loc. cit.* et *Charis.* l. 1. pag. 58. *Putsch.* adnotarunt. Recte igitur *proletarius* et *assiduus* opponuntur, quia *assidui* divites, *proletarii* pauperes erant. Hoc sensu usurpavit etiam *Plaut. in Amph.* 1. 1. 14. Huc pertinet illud *Festi* docentis, *adsiduum militem* dictum esse existimari, qui sumptu proprio militabat. ¶ Translate *Gell.* l. 19. c. 8. *ad fin.* Classicus, assiduusque aliquis scriptor, non proletarius. *h. e.* notæ auctoritatis, non e vulgo. ¶ Volunt autem *Gell.* et *Charis. loc. cit.* hanc esse primam, propriamque significationem, a qua alias, quas posuimus derivari; nec unquam *adsiduus*, sed *assiduus* scribendum esse. Verba *Charisii* sunt; Assiduus quidam per *d* scribunt, quasi sit a *sedendo* figuratum: sed errant. Nam cum a Servio Tullo populus in quinque classes esset divisus, ut tributum, prout quisque possideret, inferret; ditiores, qui asses dabant, *assidui* dicti sunt: et quoniam soli in negotiis publicis frequentes aderant, eos qui frequentes assunt assiduos ab assibus dixerunt. Hactenus *Charis.* Nihilominus *adsiduus* passim legitur tum in MSS. tum in Editis lib. et in vet. Inscript. optimæ notæ apud *Gruter.* pag. 484. n. 6. et pag. 950. n. 8. Quin et *atsiduus* scriptum vidisse se testatur *Pier. ad Ecl.* 2. v. 4. in aliquot *Virgil. Cod.* tametsi et ipse fatetur per duplex *ss* rectius scribi.

ASSIGNATĬO, et Adsignatio, onis, f. *an assignment, assignation, appointment, allotment, distribution*, προσαπόθεσις, actus assignandi, attributio. *Cic. Fam.* 13. ep. 8. Cum Cæsar Sullanas venditiones et assignationes ratas esse velit, quo firmiores existimentur suæ. *Id. Phil.* 6. c. 5. Assignatio agrorum. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 4. leg. 1. Sed et si exheredato filio libertum quis assignaverit, valet assignatio. V. *Assigno.*

ASSIGNĀTOR, et Adsignator, oris, m. *an assigner, appointer*, qui aliquid alicui assignat, seu attribuit. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 4. leg. 3. Præferri filio nepotem assignatoris. V. *Assigno.*

ASSIGNĀTUS, et Adsignatus, a, um, *assigned, appointed, distributed*, attributus, datus. *Cic. Verr.* 5. c. 25. Hoc quoque attendite, apparitores a Prætore assignatos habuisse decumanum. *Id. in somn. Scip.* c. 3. Manus a deo assignatum defugere. *Id. Phil.* 5. *in fi.* Agri dati, assignati. *Id. in Pison.* c. 36. Assignati ordines. V. *Assigno. Scævola Dig.* lib. 20. tit. 1. leg. 32. Assignati ei servi culturæ necessarii. ¶ Item traditus, commissus, *committed, consigned, entrusted. Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 9. leg. 1. *ad fin.* Si in navem res missæ ei assignatæ sunt; an etsi non sunt assignatæ, hoc tamen ipso, quod in navem missæ sunt, receptæ videntur? *Senec.* ep. 110. Sive assignati sumus, sive neglecti, et fortunæ dati. *h. e.* suo quisque deo in custodiam traditi.

ASSIGNO, et Adsigno, as, avi, atum, a. 1. *to assign, appoint, allot, distribute, bestow, give*, προστίθημι, προστάσσω: ex *ad*, et *signo*. et dicitur sæpissime de agris, aliisque locis, quæ suis limitibus signata, hoc est divisa, et definita alicui tribuuntur. *Cic. Phil.* 5. *in fi.* Uti consules rationem agri habeant, qui sine injuria privatorum dividi possit; isque militibus ita daretur, assignaretur, ut quibus militibus amplissime dati, assignati essent. *Id. Agrar.* 3. c. 3. *recitans legem Rulli.* Quæ post Marium, et Carbonem Coss. publice data, assignata, vendita, concessa sunt. *Id.* 2. *Phil.* c. 17. Duo millia jugerum alicui assignare. *Id. pro dom.* c. 44. Assignare alicui inferiorem partem ædium. V. *Sicul. Flacc.* pag. 18. *Goesii*, ubi multa *de divisis, et assignatis agris.* ¶ Accipitur etiam generatim pro attribuere, dare. *Liv.* l. 42. c. 33. *in fi.* Assignare alicui ordinem aliquem in militia. *Plin.* l. 25. c. 4. Assignare Mercurio inventionem herbæ alicujus. *Quintil.* l. 12. c. 10. cuique rei sua nomina. *Tacit. de Germ.* c. 13. alicui dignationem principis. *Id.* 1. *Hist.* c. 30. alicui imperium. *Justin.* l. 13. c. 4. curam castrorum. *Plin. in Paneg.* c. 36. judicem. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 4. leg. 1. Assignare alicui libertum (*is titulus totus est* de assignandis libertis.) *Assignare libertum* apud JCtos est testificari, cujus ex liberis libertum eum esse quis voluit, ut *Modestin. lib. ult. tit. pænult.* leg. 187. exponit. *Ulpian.* lib. 28. tit. 2. leg. 15. Assignare alicui patrem adulterum. *Cels.* l. 3. c. 18. Alii corporis affectus, qui certis partibus assignari possunt, &c. *Colum.* l. 12. c. 2. *in fi.* Unumquodque facilius consideratur, cum est assignatum suo loco. *when it is consigned to its proper place. Quintil.* l. 9. cap. 4. Pæon, cui clausulam assignant. *h. e.* cui locum dant in clausulis. ¶ Ponitur etiam pro tradere, committere, *to commit, consign. Modestin.* lib. 18. tit. 1. leg. 62. Res aversione empta ad periculum emptoris pertinebit, etiamsi assignata non sit. *Justin.* l. 14. c. 4. *in fi.* Eumenem assignari custodibus præcepit. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 3. Horti tutelæ Veneris assignantur. ¶ Item pro obsignare, *to seal. Pers.* sat. 5. v. 81. Assigna, Marce, tabellas. *Scævola* l. 26. tit. 8. leg. 20. Præsente tutore, sed non assignante instrumento divisionis. *Paul.* l. 45. tit. 1. leg. 126. Scripsi coram subscribente, et assignante domino. Adde *Inscription.* apud *Gruter.* pag. 995. n. 9. ¶ Translate *Plin.* l. 6. epist. 23. Mire concupisco bonos juvenes ostendere foro, assignare famæ. ¶ Sæpe est imputare, tribuere, ascribere, causam, seu culpam in aliquem transferre. *to impute, attribute, ascribe. Cic. pro Rabir. Post.* c. 10. Nec vero id homini tum quisquam, sed tempori assignandum putavit. *Id. de clar. Orat.* c. 19. Hæc si minus apta videntur huic sermoni, Attico assigna, qui, &c. *lay the blame on*, &c. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. epist. 18. Hoc omne assignatum iri aut pertinaciæ meæ, aut timori videbam. *Cic. Q. Fr.* l. 1. *ep. ult.* Ne improbitati et sceleri meo potius, quam imprudentiæ assignes. *Id. Verr.* 7. c. 50. Assignare culpam fortunæ. *Tacit. de German.* c. 14. Fortia facta gloriæ principis assignare. *Vellei.* l. 2. c. 38. Assignare gloriam alicujus rei cuipiam. *Nigid.* apud *Gell.* l. 4. c. 9. Ea res vitio assignabatur. *Gell.* l. 11. c. 9. Gloriæ quoque hoc sibi assignavit. ¶ Singularis est usus in illo *Quintil.* l. 9. c. 4. Sæpe est vehemens aliquis sensus in verbo: quod si in media parte sententiæ latet, transiri intentione, et obscurari circumjacentibus solet; in clausula positum assignatur auditori, et infigitur. *h. e.* injicitur, et veluti obsignando imprimitur.

ASSIGNIFĬCO, V. *Adsignifico.*

ASSILĬO, et Adsilio, is, lui, ultum, n. 3. *to leap, or jump, towards or upon any thing*, ἐπιπηδάω, ἀνάλλομαι, ἐπιθορέω, ad aliquid salio, saliendo accedo: ex *ad*, et *salio. Valer. Flacc.* l. 1. v. 257. Ut puer ad notas erectum Pelea voces Vidit, et ingenti tendentem brachia passu, Assiluit, caraque diu cervice pependit. *Plin.* l. 9. c. 42. Torpedo cornicula exerit, assultantes pisciculos attrahens, donec tam prope accedant, ut assiliat. *leap or spring upon them. Ovid.* 3. *Fast.* v. 591. Assiliunt fluctus, imoque a gurgite pontus Vertitur. *Silius* l. 7. v. 700. Alipedem planta currum premit, atque volanti Assilit a tergo. *Ovid. Metam.* 11. v. 526. miles Cum sæpe assiluit defensæ mœnibus urbis. *assailed, assaulted. Silius* l. 10. v. 2. Ceu fera, quæ, telis circumcingentibus, ultro Assilit in ferrum. *Stat.* 5. *Theb.* v. 56. innumeris (*insulis*) quas spumifer adsilit Ægon. ¶ Particip. *assiliens, entis. Colum.* l. 6. *c. pænult.* Assilientem admissarium calcibus proturbat. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 611. Sæpe puellares subduxit ab æquore plantas, Et metuit tactus assilientis aquæ. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 53. Neque assiliendum statim est ad illud genus orationis. *nor ought we to pass at once, at one bound as it were, to*, &c. Adde *M. Senec. in proœm.* l. 5. *controvers.*

ASSIMILANTER, et Adsimilanter, *similarly*, ὁμοίως, cum similitudine. *Nigid.* apud *Non.* c. 1. n. 190. Sunt etiam assimilanter dicta hæc canatim, suatim, bovatim, quæ ab animalibus sumuntur.

ASSIMILATĬO, et Adsimilatio, onis, f. *a resembling*, similitudo, ὁμοίωσις. *Plin.* lib. 11. cap. 49. Mulierum paucis prodigiosa assimilatio.

ASSIMILĀTUS, et Adsimilatus, a, um, *made like*, similis factus, ὁμοιωθείς. *Cic. Verr.* 4. *c. pænult.* Litteræ, lituræque omnes assimilatæ, expressæ, de tabulis in libros transferuntur.

ASSIMĬLIS, et Adsimilis, le, *like, similar*, ὅμοιος, idem quod similis, vel valde similis. *ad* enim in compositione sæpe auget. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. In pulmonibus inest raritas quædam, et assimilis spongiis mollitudo. *Virg.* 6. *Æn.* v. 603. cadentique Imminet assimilis. *Ovid.* 2. *ex*

Pont. ep. 2. v. 85. Fratribus assimilis. *Id.* l. 1. *Trist.* eleg. 5. v. 27. Assimilemque sui fecit.

ASSIMILĬTER, et Adsimiliter, *in like manner, similarly*, ὁμοίως, similiter, vel prorsus similiter. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 27. Assimiliter mihi hodie obtigit.

ASSIMĬLO, et Adsimilo, as, avi, atum, a. 1. *to make like, to assimilate*, ὁμοιόω, similem facio. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 28. Simile autem ex specie comparabili; comparabile autem ex conferenda, assimilandaque natura judicatur. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 5. Inque repentinos convivia versa tumultus Assimilare freto possis. *Claudian. in carm. de Hystrice* v. 5. os longius illi Assimilat porcum. *Tacit. de morb. German.* c. 9. Nec cohibere parietibus deos, neque in ullam humani oris speciem assimilare.

ASSIMULATĬO, et Adsimulatio, onis, f. *a dissembling, counterfeiting*, actus assimulandi, προσποίησις. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 37. appellat *assimulationem* eam *licentiæ* speciem, quæ astutiore ratione comparatur, cum aut ita objurgamus eos, qui audiunt, quomodo ipsi se cupiunt objurgari; aut id, quod scimus facile omnes auditoros, dicimus nos timere, quomodo accipiant, sed tamen veritate commoveri, ut nihilo secius dicamus. V. ibi reliqua.

[* ASSIMULATITĬUS, vel ASSIMULATICĬUS, a, um, adject. idem ac assimulatus. *Cod. Theod.* 6. 22. 5. Qui insignibus consularium emendicatis atque assimulatitiis vestiuntur.]

ASSIMULĀTUS, et Adsimulatus, a, um, *feigned, pretended, dissembled, counterfeited*, παραποιητὸς, simulatus, fictus. *Cic. pro Cluent.* c. 13. Assimulata familiaritas. *Id. pro Cæl.* c. 6. Species quædam virtutis assimulatæ. *Quintil.* l. 9. c. 2. Assimulatus, et arte compositus. *Et paulo post.* Assimulatos hominum sermones dicere διαλόγους malunt. *Tacit. Ann.* 16. c. 17. Assimulatæ litteræ.

ASSIMŬLO, et Adsimulo, as, avi, atum, a. 1. *to feign, pretend, dissemble*, προσποιέομαι, simulo, fingo. *Terent. Eun.* 3. 2. 8. Adibo, atque assimulabo, quasi nunc exeam. *Id. Heaut.* 5. 1. 15. Assimulare se lætum. *Id. Phorm.* 1. 2. 78. se amicum alicujus. *Id. Andr.* 1. 1. 141. nuptias. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 655. Innitens baculo, positis ad tempora canis Assimulavit anum. *Virg. Æn.* 10. v. 638. clypeumque, jubasque Divini assimulat capitis. *Silius* l. 7. v. 136. retroque abitum, fictosque timores Assimulat. *Plin.* l. 8. c. 31. Assimulare sermonem humanum. ¶ Cum infinito *Terent. Andr.* 4. 3. 20. Venire me, assimulabo. *Vetus Poeta* (fortasse *Pacuv.*) apud *Cic.* 3. *Offic.* c. 26. Ulysses assimulavit furere. [¶ Particip. *assimulandus* apud *Cic. de Invent.* l. 1. c. 28. Simile ex specie comparabili, comparabile autem ex conferenda atque assimulanda natura judicatur.]

ASSIPONDĬUM, ii, n. *the weight of an* as; *a pound-weight*, [† λίτρα,] assis pondus, hoc est libræ. As enim habuit a principio libræ pondus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 36. Dupondius a duobus ponderibus: quod unum pondus, assipondium dicebatur: id ideo, quod as erat libræ pondus. [† V. *As.*]

ASSIR, V. vocem sequent.

ASSIRĀTUM, apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex vino, et sanguine temperatum, quod Latini prisci sanguinem assir vocarent. *a drink in use amongst the ancient Latines, made of wine and blood mixed.* Hæc *Festus.* ubi alii leg. *assaratum*, et *in Vet. Glossar.* legitur asser αἷμα, pro assir. ut *Scalig.* refert. *Voss.* tamen in *Etymol.* reponit *assir*, additque *assiratum* esse adjectivum, et subintelligi vinum. Porro ipsum *assir* usurpatum fuisse putat a *Catone R. R.* cap. 132. quem locum in *Assarius* attulimus.

ASSIS, et Axis, is, m. et f. *a board, plank*, σανὶς, ἄξων, tabula sectilis. *Cæsar* l. 2. *B. Civ.* c. 9. Supra ea tigna transversas trabes injecerunt, easque axibus religaverunt. *Plin.* l. 36. c. 25. Pavimentum quernis assibus contabulare. *Colum.* l. 6. c. 30. Assibus roboreis constrata stabula. *Gell.* l. 2. c. 12. Leges Solonis axibus ligneis incisæ. *Vitruv.* l. 7. c. 1. Ne commisceantur asses æsculini quernis. *Pallad.* lib. 1. tit. 9. Ut asses quernæ cum æsculeis non misceantur. *Plin.* l. 26. c. 11. *sub fin.* Mandragoræ radix secatur in asses, ut cucumis. *into slices.* Ita enim hoc loco legendum censet *Harduin.* ¶ In multis optim. Codicib. eorum Auctorum, quos hic attulimus, habetur *axis* pro *assis*: et fortasse etiam tutius, ac usitatius est. Nam Etymologi *axim* a Græco ἄξων derivant. Nihilominus et *assis* recte scribitur. Apud *Cæsar.* et *Gell.* quædam Edition. habent *axeribus*, et apud *Pallad. axeres*: quod *Scalig. ad Festum* in *Asseres* antiquæ declinandi rationis esse existimat. Veteres enim, sicut *suis sueris, Jovis Joveris, bovis boveris*; ita *axis axeris* declinasse. Neque putet aliquis *axeres* esse a recto *axer* pro *asser.* nam *asser* non tabulam sectilem, sed tignum, seu tigillum significat, ut suo loco dictum est. ¶ *Assis* pro *As* in recto casu. V. *As.*

ASSISTO, et Adsisto, istis, stiti, *to stand, stand near, by, or by the side of*, παρίσταμαι, (ex *ad*, et *sisto*) prope, seu ad aliquid sto, sisto me vicinum, adsto. *Cic. vertens carmen Sophoclis* 2. *Tuscul.* c. 9. Accede, nate, assiste, miserandum aspice Evisceratum corpus. *Plaut. Mostell.* 4. 2. 2. Mane tu, atque assiste illico. *Id. Pseud.* 1. 3. 123. Pseudule, assiste altrinsecus, atque onera hunc maledictis. *Id. ibid.* 1. 2. 23. Assistite omnes contra me, et quæ loquor, advortite animum. *Terent. Adelph.* 2. 1. 15. Hic propter hunc assiste. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 457. Umbra cruenta Remi visa est adsistere lecto. *Et* lib. 1. v. 631. Si quis amas ritus veteres, adsiste precanti. *Cic.* 3. *Verr.* c. 26. Assistere ad fores. *Id.* 2. *de legib.* c. 4. Ut contra omnes hostium copias in ponte unus assisteret. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 17. Assistere in conspectu alicujus. *Virg.* 10. *Æn.* v. 490. Quem Turnus super assistens. ¶ Cum accusativo sine præposit. quæ inest in ipso verbo, *Stat.* lib. 3. *Theb.* v. 296. soli cui tanta potestas Divorumque, hominumque meis occurrere telis Impune, et media quamvis in cæde frementes Hos assistere equos. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 640. nec illas Adstiteris impune trabes. ¶ Pro simplici sto, stas, stare, *to stand, stand upright.* *Lucret.* l. 2. v. 358. completque querelis Frondiferum nemus assistens. *Id.* l. 1. v. 964. Nec refert, quibus assistas regionibus. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 16. Ita jacere talum, ut rectus assistat. *Ovid. Metam.* 7. v. 640. Ac se tollere humo, rectoque assistere trunco. *h. e.* stare erecto corpore. ¶ Pro adesse, interesse, *to be present, or on the spot.* *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 113. vespertinumque pererro Sæpe forum: assisto divinis: inde domum me, &c. *Sueton. in Domit.* c. 17. Puer assistens curæ Larium cubiculi. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Neque enim ediscenti, scribenti, cogitanti præceptor assistit. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 31. Assistere deprecatorem causæ. *Id.* 13. *Ann.* c. 4. Consulum tribunalibus Italia, et publicæ provinciæ assistunt. *h. e.* comparent jura accepturi. ¶ Speciatim ponitur pro adesse alicui in judicio, patrocinandi causa, *to aid or assist with one's presence, or advice, in a court of justice*: quod *adesse* elegantius dicimus. *Plin.* l. 7. ep. 6. Assistebam Vareno jam tantum, ut amicus, et tacere decreveram. Adde lib. 10. epist. 85. et *Ulpian. Dig.* lib. 6. tit. 1. leg. 54. ¶ Particip. *assistens, entis.* *Quintil.* l. 9. c. 2. Quanto minus aut ipsi, in quos dicimus, aut judices, aut assistentes oderint hanc maledicendi lasciviam, &c. *those present.* et l. 11. c. 1. In quibus vel judici, vel etiam assistentibus ratio nostræ moderationis probari debet. ¶ Præteritum *astiti* commune est cum *asto*, eadem fere significatione.

ASSĬTUS, V. *Adsitus.*

ASSĬUS, a, um, adject. ad Assum pertinens. Est autem *Assus*, seu *Assos* urbs Troadis, in cujus agro invenitur lapis *Assius* dictus, sarcophagus, fissili vena, in quo condita defunctorum corpora absumi dicuntur intra quadraginta dies exceptis dentibus. *Mucianus* specula quoque, et strigiles, et vestes, et calceamenta illata mortuis lapidea fieri, auctor est. Habet etiam aliquos in medicina usus, quos enumerat *Plin.* l. 36. c. 17. ¶ Scribitur, et *Asius.*

ASSO, as, avi, atum, a. 1. *to roast, broil*, ὀπτάω, assum coquo. *Apulei.* l. 2. *Metam.* Cum paratus sim super istum ignem porrectus assari. *Apic.* l. 2. c. 1. Assare jecur porcinum. ¶ *Assare* etiam dicuntur tibicines, cum canunt tibia, nulla aliorum voce admixta. Poetæ quoque *assare* dicebantur, cum in unum solum hominem poema condebant. Et illa poemata dicta sunt *assamenta*, ut est maxima pars silvarum *Statii*, et olim Saliorum fuit. Erant enim *assamenta* Janualia, Junonia, Minervia, priva poemata, et carmina in singulos eos deos conscripta. Hæc omnia docet *Scalig. in conjectan. ad Varron.* l. 6. *de L. L.* pag. 78. additque in illo *Ennii* apud *Varr. loc. cit. Subulo finitimas propter astabat aquas*; pro *astabat* legi posse *assabat.* V. *Axamenta*, et *Axare.* ¶ Denique *assare* esse tabulis tegere, contabulare, *to floor with boards*, docent plerique Lexicographi, afferuntque *Vitruv.* l. 7. c. 1. *Cum assatum fuerit*, &c. sed ibi passim legitur *coassatum*, vel *coaratum* etiam in vetustis exemplarib. quos vidimus.

ASSOCIĀTUS, et Adsociatus, a, um, *admitted as an associate*, in socium adscitus. *Aurel. Arcad. Dig.* lib. 1. tit. 11. Cum dictatores magistros equitum sibi eligerent, qui associati principali curæ militiæ gratia, &c.

ASSOCĬO, et Adsocio, as, avi, atum, *to associate, join, accompany*, socium adjungere. *Stat.* 3. *Theb.* v. 452. juxtaque Amythaone cretus Jam senior, sed mente virens, Phœboque Melampus Associat passus. *h. e.* jungit gradum. *joins step.* Est autem in his verbis allegoria. V. integrum loc. *Claudian. de B. Gildon.* v. 480. ipsique rudentes Expediunt, et vela legunt, et cornua summis Associant malis. *h. e.* jungunt, adnectunt.

ASSOCĬUS, et Adsocius, a, um, idem quod socius, vel similis. *Cassiod.* l. 3. *Var.* epist. 47. Salamandra subtile, ac parvum animal, lubricis lumbricis associum.

ASSOLĔO, et Adsoleo, es, n. 2. *to be accustomed or in the habit of, to be wont*, idem fere quod soleo, nisi quod præpositio *ad* vim quandam addit significationi. Adhibetur plerumque impersonaliter. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 4. Gracchus ad Senatum retulit: Senatus, quos adsoleret, referendum censuit. *Al. rectius leg.* quos ad soleret. *Id.* 2. *de Invent.* c. 42. In testamento ita scripsit: Si mihi filius genitus unus, pluresve, is mihi heres esto: Deinde quæ assolent. *h. e.* quæ addi solent in testamentis. *Liv.* l. 34. c. 44. Ludos magnos tanta pecunia, quanta assoleret faciendos. *Id.* l. 40. c. 54. *ad fin.* Cum multa adsoleat veritas præbere vestigia sui. *Terent. Andr.* 3. 2. 1. Adhuc, Archilis, quæ assolent, quæque oportet signa esse ad salutem, omnia huic esse video. *Plaut. Epid.* 1. 1. 5. Venire salvum gaudeo. *Th.* quid ceterum? *Ep.* quod eo assolet: cœna tibi dabitur. *Id. Pers.* 5. 1. 7. Statuite hic lectulos: ponite hic quæ assolent. ¶ *Ut assolet*, ut fieri solet, ut fit, *as is usual; as is the custom.* *Cic. Phil.* 2. cap. 33. Prima classis vocatur: renuntiatur: deinde, ut assolet, suffragia. *Id. de amicit.* c. 2. Cum in hortos Bruti commentandi causa, ut assolet, venissemus.

ASSŎNO, V. *Adsono.*

ASSUDASSIT, et Adsudassit, hoc est sudat, vel valde sudat. *ad* enim auget. *Plaut. Casin.* 2. 6. 9. Stimulus eo nunc sum tibi: eo dico, corculum assudassit jam ex metu. (*Juvenal.* eadem ratione sat. 1. *sub fin.* rubet auditor, ui frigida mens est Criminibus: tacita sudant præcordia culpa.) Al. leg. *assudascit*, ut sit ab *assudasco*: vel *assudescit*, ab *assudesco.* Alii vero, quia ex metu frigus potius oritur, et tremor, mallent *corculum assultat sic jam ex metu.*

ASSUDESCO, et Adsudesco, is, n. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 22. *a med.* Dictum assum, quod ab igne assudescit. V. vocem præced.

[† ASSŪDO, as, a. 1. *to sweat with toil*, ἐφιδρόω, valde sudo. *Claudian. De Laudib. Stil.* 3. 364. Intorquet clavum Silenus, et acres Assudant tonsis Satyri. Alii legunt *Insudant.*]

ASSUEFACĬO, et Adsuefacio, ăcis, eci, actum, a. 3. *to accustom, habituate, inure, use to a thing, bring one to any thing by use and custom*, ἐθίζω, προσεθίζω, assuetum reddo, usu doceo. *Cic. Fam.* 4. epist. 13. Orbus iis rebus omnibus, quibus et natura me, et voluntas, et consuetudo assuefecerat. *Id. de clar. Orat.* c. 2. Assuefacere se armis. *Valer. Max.* l. 4. c. 6. *extern.* n. 1. se equo. *Auct. dialog. de orat.* (quod alii *Quintil.* alii *Tacito* tribuunt) c. 29. parvulos probitati, et modestiæ. *Valer. Max.* l. 8. c. 7. n. 15. *extern.* se sermoni Persico. *Cic. de Provin. consul.* c. 13. Ceteras nationes imperio populi R. parere assuefecit. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 2. Equosque eodem remanere vestigio assuefaciunt. *Liv.* l. 3. cap. 52. *extr.* Nec suo sanguine ad supplicia Patrum plebem assuefaciant. ¶ *Assuefio* passive cum genitivo, Græcorum more. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 172. Publicarum rerum assuefiam, ut scripturarius. *Id. Non.* aliter hæc verba refert cap. 4. n. 315. Publicanus vero ut Asiæ fiam scripturarius, &c.

ASSUEFACTUS, et Adsuefactus, a, um, *accustomed, habituated, inured*, usu doctus, assuetus, ἐθισθείς. *Cic.* 2. *Catil.* c. 5. Stuprorum, ac scelerum exercitatione assuefactus. *Id.* 3. *de Orat.* c. 10. Quorum sermone assuefacti qui erunt, ne cupientes quidem poterunt loqui nisi Latine. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 1. A pueris nullo officio, aut disciplina assuefacti. *Tacit. Ann.* 12. c. 5. *in fi.* Luxui, aut voluptatibus assuefactus. *Plin.* l. 10. c. 43. Corvus assuefactus sermoni. ¶ Cum infinito. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 24. Paulatim assuefacti superari, multisque victi prœliis.

ASSUESCO, et Adsuesco, escis, evi, etum, n. 3. *to accustom one's self, be in the habit of, inure one's self*, ἐθίζομαι, usu aliquid disco, assuetus fio. *Cic.* l. 9. ep. 22. Ego servo, et servabo (sic enim assuevi) Platonis verecundiam. *Cels.* l. 8. c. 10. *ad. fin.* Deligando cogit os assuescere vetustæ sedi. *Propert.* l. 3. eleg. 3. vers. 6. Assuescent Latio Partha trophæa Jovi. *Quintil.* l. 10. c. 1. Optimis assuescendum est. *Tacit. in Agric.* c. 21. Per voluptates quieti, et otio assuescere. *Sueton. in Aug.* c. 38. Assuescere Reipublica. *Liv.* l. 1. c 19. legibus. *Quintil.* l. 2. c. 4. in re aliqua. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 28. Uri assuescere ad homines, et mansuefieri, ne parvuli quidem excepti, possunt. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 2. Ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret voce vincere. *Ovid.* 2. *Trist.* vers. 504. Assuescunt oculi multa pudenda pati. *Virg.* 1. *Georg.* v. 42. votis jam nunc assuesce vocari. *Quintil.* l. 1. c. 2. Puer assuescat a tenero non reformidare homines. *Vellei.* l. 2. c. 33. Lucullum Pompeius Xersem togatum vocare assueverat. *h. e.* solebat. *Sueton. in Aug.* cap. 49. Cohortes circa finitima oppida dimittere assuerat. syncope est pro *assueverat.* ¶ *Assuescere alicui* interdum significat consuetudinem libidinis cum aliquo habere. *Curt.* l. 6. c. 5. ¶ Ponitur etiam active pro assuefacere, *to accustom, habituate, inure*, ita tamen ut semper verbum aliquod subintelligatur. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 109. qui Pluribus assuerit mentem, corpusque superbum. *Stat. Theb.* 4. v. 655. et Icaria Rhodopen adsueverat umbra. V. *Icarius.* *Flor.* l. 4. c. 12. Armenios in hoc unum servitutis genus Pompeius assueverat, ut rectores a nobis acciperent. *Vellei.* l. 2. c. 79. Contrahendo militi, ac remigi, navalibusque assuescendo certaminibus præfectus M. Agrippa. ¶ Cum infinito *Prudent.* lib. 1. *advers. Symmach.* v. 541. remque Quirini Assuescit supero pollere in sæcula regno. ¶ Hypallage est in illo *Virg.* 6. *Æn.* v. 833. Ne, pueri, ne tanta animis assuescite bella. *pro* ne assuescite animos tantis bellis. ¶ Passive impersonaliter. *Liv.* l. 2. c. 1. Caritas ipsius soli, cui longo tempore assuescitur.

ASSUETŪDO, et Adsuetudo, inis, f. *an accustoming, inuring; custom, habit, use*, ἐθημοσύνη, συνήθεια, consuetudo. *Liv.* l. 25. c. 26. Assuetudine mali efferaverant animos. *Id.* l. 27. c. 39. Duodecim annorum assuetudine perviis Alpibus factis. *Ovid. Metam.* 10. v. 173. longa-

que alit assuetudine flammas. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 62. Degenerabat a labore ac virtute miles assuetudine voluptatum, et contemptu ducis. *Id.* *Ann.* 1 c. 11. Tiberio, seu natura, sive assuetudine, suspensa semper, et obscura verba. *a being used to, or familiar.* *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 11. Animi assuetudinis ad nova vestimenta traducit. *fashion.* ¶ Pro stupri consuetudine libidinis causa. *Tacit.* *Ann.* 13. c. 46. Nero assuetudine Actes devinctus.

ASSUETUS, et Adsuetus, a, um, *accustomed, inured, habituated, used,* assuefactus, suetus, συντροφος, συνήθης. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 15. Homines labore assiduo, et quotidiano assueti. *Id.* *pro Planc.* c. 9. Vicinitas non assueta mendacio. *Virg.* 7. *Æn.* v. 746. Gens assueta multo venatu nemorum. *Justin.* l. 31. c. 1. Assuetus imperio, et immoderata licentia militari. *Flor.* l. 1. cap. 1. Aves assuetæ sanguine, et præda. *Vellei.* l. 2. c. 117. Bellicæ assuetus militiæ. *Virg.* 7. *Æn.* v. 490. mensæque assuetus herili. *Liv.* l. 22. c. 18. Hispanorum cohors assuetior montibus. *Virg.* 7. *Æn.* v. 33. Assuetæ ripis volucres, et fluminis alveo. *Id.* 9. *Æn.* v. 511. Assueti longo muros defendere bello. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 11. Assuetus græcari. *Sueton.* in *Domit.* c. 15. Assuetus dare lætam sortem. *Plin.* l. 9. c. 30. Polypus assuetus exire e mari. *Liv.* l. 38. cap. 17. Romani Gallici tumultus assueti. *Sallust.* *in fragment.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 707. *Putsch.* Male assuetus ad omnes vis controversiarum. *Senec.* *in Troad.* v. 152. Manus assuetæ ad sceptra. *Liv.* l. 24. c. 5. Jam inde a puero in omnia familiaria jura assuetus. ¶ Apud *Senec.* *in Troad.* v. 1067. *turris assueta Priamo* est, quam Priamus sæpe scandere solebat. ¶ Ponitur sæpe pro solito, *usual, accustomed.* seu pro eo, cui quis assuevit. *Cels.* l. 1. c. 3. Sumere cibum assueto leviorem. *Phædr.* l. 3. *prol.* v. 14. otium des corpori, Ut assuetam fortius præstes vicem. *Vellei.* l. 2. c. 120. Assuetam sibi causam suscipit. *Plin.* l. 8. c. 43. Nec nisi assuetos potant fontes. *Ovid.* 1. *de Pont.* epist. 5. v. 36. Tempus et assueta ponere in arte juvat. *Silius.* l. 7. v. 312. Assueto belli de more. *Ulpian.* *Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 15. Solis fervor non assuetus. *unusual, uncommon, extraordinary.* ¶ *Assueto* absolute. *Ovid.* *Heroid.* ep. 6. v. 72. Longius assueto lumina nostra vident. *Stat.* 12. *Theb.* v. 306. assueto propior premat orbita terras. *nearer than common.*

ASSULA, æ, f. *a thin board or lath, a pannel, shingle; a chip or thin piece of wood,* σχίδαξ, σχίδιον, segmentum, seu fragmentum, quod e ligno, aut asse scissa in longitudinem dissecatur. *Festus* in *Fomites.* Assulæ, quæ sunt securibus excussæ. *Plin.* l. 16. c. 11. Flos crudus resinæ cum multa assula tenui brevique avulsus. *Id.* l. 9. c. 15. Melandrya vocantur, cæsis quercus assulis simillima. *Id.* l. 29. c. 2. Assulis tedæ subjectis. *Plaut.* *Merc.* 1. 2. 20. At etiam cesso foribus facere hisce assulas? [† *h. e.* assulatim effringere.] *to split in pieces?* ¶ De fragmento lapidis, *a shiver, shard, or spill.* *Vitruv.* l. 7. c. 6. Cœmenta marmorea, sive assulæ dicuntur, quæ marmorarii ex operibus dejiciunt. [† *Assulæ* (ait *Pareus* in *Lex. Plaut.*) proprie sunt fragmenta in cædendo marmore dissipata: et eadem ratione omnia, quæ, dum franguntur, in longitudinem magis, quam in latitudinem dissiliunt. Inde *Plaut.* *Men.* 5. 2. 106. *Assulatim* (V. in v.) *alicui dedolare viscera.*] ¶ Pro parva asse, *a small beam, bar, or spar.* *Bibaculus* apud *Sueton.* *de illustr. Grammat.* cap. 11. Depictæ minio assulæ. *Plaut.* *Mostell.* 2. 2. 23. Pultando pedibus pœne confregi assulas. *Alii leg. cum Taubm.* hasce ambas: *subaudi* fores. ¶ In locis *Plinii* citatis l. 16. c. 11. et l. 29. c. 2. legitur *hastula* pro *assula* in Editionib. princip. A. 1469. 1470. et 1472. ut et in MSS. quos *Harduin.* habuit. V. *Astula.*

ASSULĀTIM, adverb. *in shivers, or splinters,* per assulas, σχιδακηδόν. *Plaut.* *Capt.* 4. 2. 52. Aperite hasce ambas fores, priusquam pultando vel assulatim foribus exitium affero. [† Nonius ad l. explicat per *minutatim.* Est qui, conficto vocabulo, legit *assultatim*: minus bene.] ¶ Pro minutatim, *piecemeal; in pieces; to atoms.* *Plaut.* *Men.* 5. 2. 105. Securim capiam ancipitem, atque hunc senem exossabo, dein dedolabo assulatim viscera. *Nævius* apud *Non.* cap. 2. n. 31. Ille simul assulatim viscere sumit cibum.

ASSULITANS, et Adsulitans, antis, *tottering, quaking, starting,* assultans, vacillans. *Catull.* carm. 17. *ad Coloniam.* O Colonia, quæ cupis ponte ludere longo, Et salire paratum habes; sed vereris inepta Crura ponticuli assulitantis, irredivivus Ne supinus eat. *Voss.* leg. asculis stantis. *h. e.* axiculis.

ASSULŌSE, adverb. assulatim. *Plin.* lib. 12. cap. 22. Calamus, qui assulose potius, quam raphani modo frangitur. *h. e.* in multas assulas.

ASSULTIM, et Adsultim, adverb. *by bounds, jumps, or leaps,* πηδητικῶν, per saltus, saltando. *Plin.* l. 11. c. 24. Phalangia assultim ingredientia.

ASSULTO, et Adsulto, as, avi, atum, *to jump or leap towards any place, to jump upon; assault, assail, attack,* ἐπιπηδάω, assilio, saltu accedo: ex *ad*, et *salio*. *Plin.* l. 2. c. 83. Duo montes inter se concurrerunt, crepitu maximo assultantes. *Id.* l. 8. c. 40. Canis assultans, contraque belluam exsurgens. *springing upon.* ¶ Sæpe adhibetur in re bellica. *Sil.* l. 7. v. 401. Jam cernes Libycum hunc vallo assultare leonem. *Tacit.* *Ann.* 2. c. 13. Tertia vigilia assultatum est castris. *Id.* in *Agric.* cap. 26. Assultare tergis pugnantium. *Id.* 4. *Hist.* c. 22. Assultare per campos. *Id.* *Ann.* 1. c. 51. Assultare latera et frontem exercitus. *Stat.* l. 11. *Theb.* v. 243. Portarumque moras frenis assultat, et hastis.

ASSULTUS, us, m. *a jumping towards any place; an assault,* ἐπιπήδησις, saltus ad aliquem locum. *Virg.* 5. *Æn.* v. 441. Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat Arte locum, et variis assultibus irritus urget. [*Tacit.* *Ann.* l. 2. c. 21. Assultibus et velocitate corporum uti in prælio.]

ASSUM, V. *Adsum.*

ASSŪMO, et Adsumo, is, umpsi, mptum, a. 3. *to take, take to one's self, assume, desire, adopt, use,* προσλαμβάνω, sumo, capio, ad me sumo: ex *ad*, et *sumo*. *Cels.* l. 1. c. 3. Assumere cibum bis die. *Et post.* Assumere per cibos et potiones maxime dulcia, et pinguia. (*Scribon. Larg.* *compost.* 200. *de medicamentis usurpat.* Et absolute de cibis, *Cels.* l. 5. c. 27. n. 17. Si fungos inutiles quis assumpsit. *hath eaten.*) *Cic.* *Fam.* 7. ep. 25. Aliquantum noctis assumere. *Id.* *Fin.* l. 1. c. 10. voluptatem, depellere dolorem. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 50. sibi artem aliquam. *Id.* *ibid.* c. 37. dicendi copiam. *Id.* *in Orat.* c. 62. Genus orationis neque totum assumendum ad causas forenses, neque totum repudiandum. *Id.* 2. *de Orat.* cap. 39. Assumere aliquid foris ad probandum, vel refellendum. *Id.* *pro Mur.* cap. 14. sibi laudem ex re aliqua. *Id.* *pro Balb.* c. 24. sacra Cereris de Græcia. *Liv.* l. 2. c. 22. Hernicos in societatem armorum. *Plin.* l. 3. ep. 19. aliquem in consilium rei familiaris. *Sueton.* in *Tiber.* c. 65. sibi collegam in consulatu. *Tacit.* *Ann.* 15. c. 54. consilium alicujus. *Plin.* l. 8. ep. 18. aliquem in nomen. *to adopt.* *Id.* *in Paneg.* c. 8. aliquem sibi filium. et c. 7. aliquem in laborum, curarumque consortium. Et cap. 83. et *Tacit.* 12. *Ann.* c. 5. uxorem. *Justin.* l. 2. c. 4. aliquam in matrimonium. *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 28. aliquem convivam. *Id.* l. 1. sat. 6. v. 51. aliquem amicum. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 20. arma. *Id.* 2. *de Histor.* c. 90. et 15. *Ann.* c. 71. sibi nomen aliquod. *Id.* *in Agric.* c. 3. spem, fiduciam. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 421. robur, vires. *Quintil.* l. 10. c. 2. aliquid in exemplum. *h. e.* ad imitandum. ¶ Interdum est tribuere, arrogare, *to claim, arrogate.* *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 1. Si id mihi assumo, videor id meo jure quodammodo vendicare. *Id.* *Fam.* 1. ep. 9. Neque vero ego mihi postea quidquam assumpsi, neque hodie assumo, quod quemquam jure possit offendere. *Id.* *pro Syll.* c. 30. Dico illud, quod in his causis conjurationis non auctoritati assumam, sed pudori meo. *Id.* *pro Planc.* c. 23. Ut eorum reprehensionem, vos vestræ prudentiæ assumere, meæ modestiæ remittere debeatis. ¶ In argumentationibus *assumi* dicitur id, quod in Scholis *medius terminus* (*the middle term*) argumenti appellatur. *Cic.* 2. *de. Divin.* c. 52. Assumit autem Cratippus hoc modo: Sunt autem innumerabiles, &c. Adde cap. 51.

ASSUMPTĬO, et Adsumptio, onis, f. *a taking or assuming,* actus assumendi, πρόσληψις. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 5. Artes propter se assumendas putamus, quia est in his aliquid dignum assumptione. ¶ In argumentationibus *assumptio* dicitur minor propositio, *the minor proposition in a syllogism,* quæ ad id, quo de agitur probandum assumitur, ut ex *Cicer.* 1. *de Invent.* cap. 37. et *Quintil.* l. 5. c. *ult.* colligitur. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 53. Jam assumptione non concessa, nulla conclusio est. ¶ Est etiam adjectum, aut circumstantia. *Martian.* *Dig.* lib. 28. tit. 5. leg. 46. *extr.* Si in patre, vel patria, vel alia simili assumptione falsum scriptum est, dum de eo, qui demonstratus sit, constet, institutio valet.

ASSUMPTĪVE, adverb. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 147. ubi *de constitutione causæ assumptiva* disserit. V.

ASSUMPTĪVUS, et Adsumptivus, a, um, *assumptive, that is assumed,* qui assumitur, προσληπτικός. Constitutio juridicialis assumptiva est ea probationum pars, in qua ratio externa ad defensionem recte facti, vel ad accusationem male facti assumenda est, ut An. Milo recte Clodium occidit, qui vitæ suæ insidiatus est. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 11. Constitutio juridicialis in duas distribuitur partes, absolutam, et assumptivam. Absoluta est, quæ ipsa in se continet juris et injuriæ quæstionem. Assumptiva est, quæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationem; foris autem aliquid defensionis assumit. *Quintil.* l. 7. c. 4. Alterum defensionis genus, in quo factum per se improbabile, assumptis extrinsecus auxiliis tuemur: id vocant προσληπτικήν. Latini hoc quoque non ad verbum transferunt: assumptiva enim dicitur causa. V. *Martian.* *Capell.* l. 5. pag. 146.

ASSUMPTUS, et Adsumptus, a, um, *taken, borrowed, derived, assumed,* προσλαμβανόμενος. *Cic.* *pro Balb.* c. 24. Sacra Cereris assumpta de Græcia. *Ovid.* *Metam.* 3. v. 558. Assumptumque patrem, commentaque sacra fateri. *h. e.* adscitum, et fictum. ¶ Scribitur et *assumtus*: sic *emtus, promtus*, et alia id genus: qua de re plura *Dausquius* in *Emtum.*

ASSŬO, V. *Adsuo.*

ASSŪRA, æ, f. *a roasting of fowls,* &c. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. Ego quæ requiro sarsuræ, assuræ, membra de palumbis, de gallinis, dic sodes, Merula. Ita habetur in multis Editionib. et ita legit *Turneb.* l. 24. c. 22. et *assuram* interpretatur assiduitatem, et diligentiam in nutricando, curando, habendo. Nam assas nutrices dici, quod fere semper assint iis, quos nutriunt, nec vel exiguo divellantur, ut *Non.* c. 1. n. 280. interpretatur. *Sarsuram* a *sarciendo* deduci ait: et sensum esse: peto, ut sarcias et expleas membra omnia, quæ ad hanc nutricationem pertinent. In editione principe A. 1472. legitur: Egoq. requiro farturæ a sura membra de palumbis. De gallinis &c. Alii alia comminiscuntur. Videtur *Victorio* desperatus locus.

ASSURGO, et Adsurgo, urgis, urrexi, urrectum, a. 3. *to rise, rise up,* ἐπανίσταμαι, idem quod surgo: ex *ad*, et *surgo*. *Cic.* *pro Cluent.* c. 69. Quæ dum laudatio recitatur, vos quæso, qui eam detulistis, assurgite. *Liv.* l. 3. c. 24. et *Tacit.* 2. *Hist.* c. 99. Ex quo semel fuerit æger, non modo visum, sed ne assurrexisse quidem ex morbo. *Claudian.* in *Epithal. Pallad.* et *Celer.* v. 29. Mollibus assurgit stratis. *Al. leg.* exsurgit. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 476. intortis assurgens arduus undis. ¶ *Assurgere alicui* est ad conspectum alicujus surgere honoris causa. *to make or do obeisance to; to rise out of reverence or respect.* *Cic.* in *Pison.* c. 12. An quisquam in curiam venienti assurrexit? *Virg.* *Eclog.* 6. v. 66. Utque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis. *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 2. v. 63. Ruricolæ Cereri, teneroque assurgite Baccho. *Sallust.* in *fragment.* apud *Non.* c. 4. n. 5. Assurgere de sella alicui. *Al. leg.* surgere. *Stat.* 2. *Theb.* v. 60. Assurgere honori numinis. ¶ Translate *Virg.* 2. *Georg.* v. 60. Sunt etiam Ammineæ vites, firmissima vina, Tmolius assurgit quibus, et rex ipse Phanæus. *h. e.* cedit. ¶ Passive impersonaliter. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 30. Ut majoribus natu assurgatur. *Liv.* l. 9. *sub fin.* Cum assurrectum ei non esset. *Plin.* l. 16. c. 4. *ad fin.* Ludos ineunti semper assurgi, etiam ab Senatu, in more est. ¶ In illo *Cicer.* *de Senect.* c. 18. Hæc enim ipsa sunt honorabilia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, &c. *assurgi* per figuram ζεῦγμα dictum est. neque enim eadem ratione efferri potest, qua *salutare, appetere*, et alia, quæ activa sunt. *to have obeisance done.* ¶ Pro extolli, aut crescere, *to rise up, ascend, tower, grow, increase.* *Virg.* 3. *Georg.* v. 355. Septemque assurgit in ulnas. *Id.* *ibid.* v. 109. Assurgere in auras. *Id.* 11. *Æn.* v. 283. Assurgere in clypeum. *Plin.* l. 13. c. 22. Ferula assurgens in altitudinem. *Id.* l. 36. c. 12. Pyramis assurgit trecentis sexaginta tribus pedibus. *Id.* l. 4. c. 5. Delos assurgit Cyntho monte. *Liv.* l. 22. c. 4. Paulo latior patescit campus: inde colles adsurgunt. *Tacit.* 4. *Histor.* c. 23. Pars castrorum in collem leniter assurgens. *Id.* *Ann.* 13. c. 38. Colles clementer assurgentes. *Virg.* 4. *Æn.* v. 86. Non cœptæ assurgunt turres. *h. e.* non exstruuntur. ¶ Item pro oriri, erumpere. *to rise, rise up, swell.* *Virg.* 1. *Æn.* v. 539. subito assurgens fluctu nimbosus Orion. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 566. Assurgens nox aurea. *Cels.* l. 2. c. 8. Tumores oriuntur, deinde desinunt, deinde rursus assurgunt. ¶ Translate. *Virg.* 10. *Æn.* v. 95. nunc sera querelis Non justis assurgis. *Id.* 11. *Æn.* v. 283. experto credite, quantus In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam. *Id.* 12. *Æn.* v. 494. Tum vero assurgunt iræ. *Flor.* l. 3. c. 1. Assurgere in ultionem. *Vellei.* l. 2. c. 51. in triumphum, et pontificatum. *Stat.* 10. *Theb.* v. 227. Gaudet in adversis, animoque assurgit Adrastus. *Quintil.* l. 10. cap. 1. Raro assurgit Hesiodus. *h. e.* raro utitur sublimi dicendi stylo.

ASSURĬUS, V. *Assyrius.*

ASSUS, a, um, adject. *roasted, broiled, toasted,* ὀπτός, igni tostus: cui opponitur elixus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 22. dictum putat, quod ab igne assudescit. *Non.* c. 2. n. 70. docet, ideo assos dici cibos igni tostos, quia sunt sine pigmento saporis alieni, et solo suo sapore conditi. *assus* enim etiam solum significat. Alii derivant ab *ardeo*, quasi *arsum.* *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 73. simul assis miscueris elixa. *Cels.* l. 2. c. 18. Res eadem magis alit jurulenta, quam assa; magis assa, quam frixa. *Plin.* l. 30. c. 15. Assus pulmo præsumptus. *Scribon. Larg.* *compos.* 221. Assa ova. ¶ *Assum, i, roast meat; a roast,* absolute. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 20. Integram famem ad ovum affero. Itaque usque ad assum vitulinum opera perducitur. *down to the roast veal (which seems to have been the last dish, as eggs were the first.)* [† V. *Ovum* et *Malum.*] ¶ Ab hac significatione descendit altera, qua *assus* pro sicco sumitur, *dry.* nam assi cibi sicci sunt, et jure carentes. Hinc *assæ sudationes* dicuntur a *Celso* l. 3. c. *ult.* quæ solo, et sicco calore eliciuntur; et opponuntur iis, quæ balneo fiunt, ut ipse exponit lib. 2. c. 17. Græci ξηροὺς ἱδρῶτας appellant. Hinc locus, seu cella, in qua hujusmodi sudor elicitur, *assum* appellatur. *Cic.* *Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. In balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi, propterea quod ita erant posita, ut eorum vaporarium esset subjectum cubiculis. *Gloss. vet.* Assa cella, ἀφιδρωτήριον. *Senec.* ep. 51. *sudatorium* appellat, *in quod siccus vapor corpora exusturus includitur.* ¶ *Assus sol* dicitur sol siccus, hoc est sine unctione adhibitus, ἥλιος καθαρός. *Cic.* *Attic.* l. 12. ep. 6. Et pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, a te nitidum solem, unctumque repetemus. *h. e.* tu in nostro pratulo siccus ad solem inambulasti, neque antea lavisti, aut unxisti corpus: nos non contenti erimus uno, et sicco sole, sed prius lavare, et ungi volemus. Veteres enim solebant uncti nudum corpus ad solem exponere: idque maxime ad præsi-

dium valetudinis. ¶ *Assa nutrix* (*a dry-nurse*) dicitur sicca, hoc est, quæ lac non præbet infantibus, sed solum diligentiam, et munditiam adhibet, ut docet *Vetus Scholiastes* ad illud *Juvenal.* sat. 14. v. 208. *Hoc monstrant vetulæ pueris reptantibus assæ.* Sic enim is ibi legit, cum in vulgatis etiam antiq. Editionib. habeatur *pueris poscentibus assem.* At *Non.* c. 1. n. 280. alia ratione *assam nutricem* interpretatur. Nempe ita dictam putat, quod assit infantibus, ut supra in *Assura* dictum est. Quo pertinet illud *Varron.* apud *eund. Non.* c. 2. n. 73. *Assa non multo post, quod ea parere non poterat mulier, eum betere foras jussit.* Sic enim emendat *Scalig. in Conjectan. ad Varron.* pag. 78. ¶ *Assi lapides* sunt sicci, hoc est sine cæmento, quibus maceria construitur, quæ ab Anglis dicitur *a dry wall, wall without cement. Servius* ad 2. *Georg.* v. 417. ¶ Ab altera hac *assi* notione descendit tertia, qua solum significat, *solo*: ex eo fortasse ducta, quod cibi assi solo suo condiuntur sapore, sine pigmento saporis alieni, ut *Non.* c. 2. n. 70. loquitur. Hinc *assa vox* dicitur sola vox, hoc est ore tantummodo prolata, non adhibitis aliis vocibus tibiæ, aut alterius musici instrumenti, ut *Non. loc. cit.* docet. *Varr. ibid.* In conviviis pueri modesti, ut cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant majorum, et assa voce, et cum tibicine. *Cato ibid.* Melos alterum in cantibus est bipartitum, unum quod est in assa voce, alterum quod vocant organicon. *Ascon. Pedian. in Divin. Cicer. in Verr.* c. 17. Cani remigibus celeusma per symphoniacos solebat, et per assam vocem, idest ore prolatam, et ut in Argo navi per citharam. ¶ Simili ratione *assæ tibiæ* dicuntur, quæ solæ adhibentur sine voce hominis. *Serv.* ad 2. *Georg.* v. 417. Assæ tibiæ dicuntur, quibus canitur sine chori voce. *Festi* quoque huc pertinent verba: *Assa dicuntur cantus tibiarum:* quæ tamen non *Festi*, sed *Pauli Diaconi* ejus epitomatoris, atque adeo mutila, et depravata esse, quidam merito suspicantur.

ASSYRĬA, æ, f. [† hod. *Arzerum*,] Ἀσσυρία, regio Asiæ auro quondam abundans, contigua Mesopotamiæ, et ab ea Tigride fluvio divisa. Appellata est ab Assur filio Sem, ut *Augustin.* l. 16. *de Civ. Dei*, c. 3. tradit. *Plin.* l. 5. c. 12. et lib. 6. cap. 13. [† V. *C. Steph. Dict. Historic. Geogr. &c.* in v. *Memoirs de Litt.* T. 3. p. 343.] ¶ Scribitur et *Assuria* Latinis litteris. V. in voce sequenti.

ASSYRĬUS, a, um, *Assyrian*, ad Assyriam pertinens. *Senec. in Herc. Œt.* v. 553. Taurus puellæ vector Assyriæ. *h. e.* Europes filiæ Agenoris Phœniciæ Regis. Phœnicia autem veteris Assyriæ provincia est. *Justin.* l. 18. c. 3. Assyrium stagnum. *h. e.* mare Tiberiadis in Palæstina, quæ et ipsa Assyriæ veteris provincia fuit. *Virg. Eclog.* 4. v. 25. Assyrium vulgo nascetur amomum. *h. e.* quod solum in Assyria nascitur, ut *Servius* adnotat. Hoc ipsum *Stat.* l. 2. silv. 6. v. 88. Assyrium gramen appellat. *Virg.* 2. *Georg.* v. 465. Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. *h. e.* purpura. *Servius*: Assyrii populi sunt adjacentes Syriæ, apud quos primum usus inventus est purpuræ. Sic *Sil.* l. 11. v. 41. madefacta veneno Assyrio vestis. *h. e.* Tyria purpura. Tyros enim in Syria est. Et *Claudian.* l. 2. *de rapt. Pros.* v. 96. vellera Assyrii spumis fucantur aheni. *Colum.* l. 10. v. 114. Assyrio venit quæ semine radix. *Id.* l. 11. c. 3. hoc idem *Syriacam radicem* vocat. V. *Radicula. Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 5. v. 40. Assyrium ebur. *h. e.* dentes elephantini, qui ex India advehuntur. Poetæ autem sæpe conterminas regiones confundunt. Assyria Indiam attingit. *Claudian. in Phœn.* v. 86. perfusam murice vestem Assyria signatur acu. *h. e.* Phrygia. *Lucan.* l. 6. v. 429. nec Assyria scrutetur sidera cura. scilicet quia Assyrii astrologiæ apprime dediti fuere, ut et *Cic.* sub initio lib. 1. *de Divin.* tradit. *Lucan.* l. 4. v. 298. Assyrii scrutator pallidus auri. *Al. leg.* Astyrii. *h. e.* Asturii. V. *Astur. Stat.* l. 3. silv. 3 *extr.* liquor Assyrius. *h. e.* amomum. *Martial.* l. 5. epigr. 7. Assyrii nidi. *h. e.* nidi Phœnicis, quæ in Assyria vivere dicitur. ¶ *Assyria malus* arbor est Assyriæ, Mediæ, et Persidis foliis unedonis, et lauri simillimis, intercurrentibus spinis, omni anni tempore fructum ferens, quod *malum citreum*, et *malum Medicum* appellatur a *Plin.* l. 15. c. 14. et l. 23. c. 6. succum habens acrem, seu acidum, quem *Virg.* 2. *Georg.* v. 126. appellat *tristem, tardumque saporem*, ubi plura hac de re. *Plin.* etiam accurate describit l. 12. c. 3. Quo vero nomine ab Anglis appelletur, utrum *an orange*, an *a lemon*, an *a citron*, [† quod verisimillimum censeo,] difficile est definire, aliis alia sentientibus. Probabile est, ad omnia hæc, eorumque species, tanquam commune nomen transferri. Vide, si lubet, *Pier. ad* cit. 2. *Georg.* v. 134. *Salmas. in Exercitat. Plin. ad Solin.* c. 46. et præterea *Matthiol. in Dioscor. Gesner.* et alios, qui de Plantis ex professo scripsere. ¶ *Assyrii, orum*, sunt Assyriæ populi, *the Assyrians. Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 1. ¶ Scribitur et *Assurius* ex consuetudine Latinorum, qui sæpe Græcam *υ* in *u* vertunt, ut dicemus in *Sulla*: et ita legitur in quibusdam Editionib. *Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 1. et alibi.

AST, *but, and yet, however, nevertheless*, αὐτὰρ, ἀλλὰ, idem omnino quod *at*; estque familiarissimum Poetis, quamquam et ab Oratoribus non raro usurpatur. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *in fi.* Tu crebras a nobis litteras exspecta: ast plures etiam ipse mittito. *Id. Attic.* l. 6. ep. 5. Hoc tu indaga, ut soles: ast hoc magis, &c. *Liv.* l. 10. c. 19. *ex veteri formula.* Bellona si victoriam duis, ast ego templum tibi voveo. *and I; I for my part. Plaut. Trinum.* 1. 2. 37. Neque mores antiquos servas, ast captas novos. *Cic. in Prognost.* apud *Priscian.* l. 18. pag. 1170. *Putschii.* Ast autem tenui quæ candent lumine Phatnæ. *Virg.* 3. *Æn.* v. 330. Ast illum, &c. *Ovid. Metam.* 6. v. 685. Ast ubi, &c. ¶ Alios hujus conjunctionis usus refert *Charis.* l. 1. pag. 204. ubi scribit legisse se in Glossis antiquitatum, usurpatam fuisse ab antiquis pro atque, ac, ergo, tamen, tum, cum; sed nullo hæc exemplo confirmat.

ASTA, æ, pro *hasta* legitur in *vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 347. n. 1. et apud *Reines.* class. 1. n. 163. sed non est ea scriptura in usum trahenda.

ASTA, æ, f. [† nunc] *Asti*, urbs Liguriæ ad Tanarum fluvium. *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ Alia est in Hispania, *Asta regia* dicta, olim colonia Romanorum. *Id. ibid.* c. 1. et *Pompon. Mela* l. 3. c. 1.

ASTACĒNUS, a, um, ad Astacum oppidum Bithyniæ pertinens, ut *Astacenus sinus*, nunc *the Gulph of Comidia. Plin.* l. 5. c. 32.

ASTACĬDES, æ, m. Astaci filius, et est quidam Menalippus, qui cum Tydeum in bello Thebano lethali vulnere percussisset, ab eo moribundo capite truncatus, et dentibus corrosus fuit. *Ovid. in Ibin*, v. 515. Astacidæque modo decisa cadavere trunco, Digna feris, homini sit caput esca tuum. V *Stat. sub fin.* 8. *Theb.*

ASTĂCUS, i, m. ἀστακὸς, *a kind of shell-fish, perhaps a crab, or lobster*, genus cancri marini, fluviatili cancro valde similis, sed majore tamen mole, colore violaceo exsaturato, et ad nigrum accedente, maculisque variis cæruleis, rubris, candidis asperso. Non unum est astacorum genus: sed *Plinius* marini tantum meminit lib. 9. c. 31. ut *Harduin.* notat. ¶ Astacus Menalippi pater. V. in dictione præced.

ASTANS, et Adstans, antis, V. Asto *in fi.*

ASTĂPHIS, idis, f. *a dried grape, raisin*, ἀσταφὶς, uva passa: Græca vox. *Plin.* l. 23. c. 1. Uva passa, quam astaphida vocant, stomachum tentaret, nisi &c. ¶ *Astaphis agria*, ἀσταφὶς ἀγρία eadem quæ *Staphis* apud *Plin. ibid.* V. *Staphis. stavesacre, larkspur, louse-wort.*

ASTAPHĬUM, ii, nomen est ancillæ in Comœdia *Plauti*, quæ inscribitur *Truculentus*: eademque per blanditiam dicitur *Astaphilitium* diminutiva voce, *ibid.* a. 5. v. 5.

ASTARTE, es, et is, f. Ἀστάρτη, Dea Syrorum, et Sidoniorum; estque Venus hujus nominis quarta, Syria Tyroque concepta, quam Adonidi nupsisse proditum est. Ita *Cic.* l. 3 *de nat. Deor.* c. 23. At *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 10. dicit, Astartem esse apud Phœnices eandem ac Terram, sicut Taautem eundem ac Cælum: qui duo sunt omnium deorum principes: tametsi hoc loco corruptam esse *Varronis* lectionem censet *Scalig. in Conjectan.* Alii cum *Luciano* censent eandem esse ac Lunam. Docent etiam, ita appellatam esse a divitiis, quia hæc vox Phœnicum lingua greges significat. Antiquorum autem divitiæ olim pecorum gregibus constabant. Denique *Augustin.* lib. 7. *Quæstion. super Judic. quæst.* 17. scribit, a Pœnis nomine Astartis appellari Junonem. Hanc in Sacris Litteris nomine *Astaroth* designari, tradit præter alios *Scalig. loc. cit.* Meminit etiam *Tertull. in Apolog.* c. 24. et *advers. Gnostic.* c. 3. sed utrobique masculini generis facit, *Astartes, is*, si modo ea lectio sana est. Nam alii aliter leg. et *Scioppius* priore loco *Adurgatis* reponit. V. plura apud *Selden. de Diis Syris, syntagm.* 2. cap. 1.

ASTĀTOR, et Adstātor, oris, m. qui astat, adest, seu præest. *Inscript.* apud *Fabrett.* c. 3. n. 297. Deo Sancto Numini Deo Magno Libero Patri, et Adstatori, et Conservatori, &c. Adde *Spon. Miscell. erud. antiq.* pag. 27.

ASTEISMUS, mi, ἀστεϊσμὸς, Latine urbanitas, est tropus multiplex, numerosæque virtutis. Nam asteismus putatur, quicquid rustica simplicitate caret, et faceta satis urbanitate exponitur: ab ἄστυ, urbs, vel ἀστεῖος, urbanus. Ut illud *Virg. Ecl.* 3. v. 90. Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mœvi. Aliud hujus schematis exemplum affert *Diomed.* l. 2. pag. 458. *Putsch.* Adde *Charis.* l. 4. pag. 247. ¶ Scribitur et *astismus*: sed utcumque scribas, Græca vox est, et Græce usurpanda; licet Latinis litteris legatur apud *Servium ad* 2. *Æn.* v. 547.

ASTER, ĕris, m. *the herb star-wort, or share-wort*, ἀστὴρ, cognomento *Atticus*, herba est cauliculum habens foliis oblongis duobus, aut tribus; in cacumine capitula stellæ modo radiata: unde et nomen traxit. nam ἀστὴρ stellam significat. Prodest ad inguinum tumores: unde et *bubonion*, a βουβὼν, inguen, et tumor inguinis: et Latino vocabulo *inguinalis herba* appellatur. *Plin.* l. 27. c. 5. et *Apulei. de herb.* c. 60. ¶ *Aster*, cognomine *Samius* genus est terræ Samiæ, de qua *Plin.* l. 35. c. 16. *a kind of bright earth dug up in the island of Samos.* ¶ Græce *aster* stellam significat, ut dictum est: atque hoc sensu Latine legitur apud *Macrob.* l. 1. *in somn. Scip.* c 14.

ASTERĬA, æ, et Asterie, es, f. Ἀστερία, Poli, et Phœbes filia, soror Latonæ, mater Herculis quarti. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 16. *Hygin. in fabul. proœm.* ¶ Alia est Atlantis filia, mater Œnomai ex Marte. *Hygin.* fab. 250. ¶ Alia Titanis filia a Jove adamata, et ab eodem in aquilam converso rapta: quæ cum ejus amorem contemneret, in coturnicem mutata est. *Ovid. Metam.* 6. v. 108. *Hygin.* fab. 53. *Serv. ad Æn.* 3. v. 73. hanc Asterien cum priore Poli filia confundit, narratque, cum eam Jupiter vitiare vellet, impetrasse a Diis, ut in avem converteretur: quam cum Jupiter volantem vidisset, et afflatam in lapidem mutasse qui diu sub fluctibus latuit, et tandem super aquas apparuit, et Delos insula facta est. V. ibi plura. ¶ Est etiam nomen gemmæ, quæ inclusam lucem pupillæ modo quandam continet, ac transfundit cum inclinatione, velut intus ambulantem ex alio, atque alio loco reddens, eademque contraria Soli regerens candicantes radios: unde nomen invenit; nempe ab ἀστὴρ, stella, vel scintillans radius. *Plin.* l. 37. c. 9. *a gem of the appearance of a star.* [† *Asteritin* vocat *Isid.* 16. 10.] ¶ Fuit etiam olim nomen duarum insularum Rhodi, et Deli, ut legitur apud *Plin.* l. 5. c. 31. et l. 4. c. 12. ¶ Denique *Asterie* nomen est proprium mulieris, apud *Horat.* l. 3. od. 7.

ASTERIĂCE, es, f. ἀστηριακὴ, a *Celso* l. 5. c. 14. enumeratur inter ea medicamenta simplicia, quæ carnem alunt, et ulcus implent. Videtur autem intelligere ipsum *asterem Samium*, cui eandem vim tribuit *Galen. de compos. pharmac. secundum* loc. l. 7. c. 4. V. etiam l. 9. *de simplic. medicam. facult. cap. de terra Samia.*

ASTERĬAS, æ, m. ἀστερίας, genus est ardeolarum, de quo diximus in *Ardea.*

ASTERĬCUM, i, n, *the herb called pellitory of the wall*, ἀστερικὸν, herba a Latinis *urceolaris* dicta (fortasse quia tergendis urceis apta sit) folio similis ocymo, nigrior tantum, nasciturque in tegulis, parietinisque. *Plin.* l. 22. c. 17. [† Dicta etiam *Volubilis minor, Campanulæ, Parietaria*, et *Muralis herba.*]

ASTERĬON, ii, n. *a kind of venomous spider*, ἀστέριον, genus phalangii, subnigro colore virgulis albis intertexto, cujus morsus genua labefactat. *Plin.* l. 29. c. 4. ¶ Est etiam nomen fluvii Argolidis in Peloponneso e monte cognomine per silvam Nemeam effluens, Ἀστερίων. *Stat.* 4. *Theb.* v. 122. et 714. ¶ Item nomen proprium viri, Cometis filii, qui unus fuit ex Argonautis. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 355. [Animadvertas, velim, non *Asterion, ii*, sed *Asterion, ōnis* esse declinandum hujusmodi nomen, quoties denotat flumen Peloponnesi, aut unum ex Argonautis, ac propterea tunc masculini, non neutrius generis esse, quod minime animadvertit *Forcellinus.*]

ASTERISCUS, i, m. *a mark in form like a little star, an asterisk*, ἀστερίσκος, parva stella. Sumitur pro notula in modum parvæ stellæ efformata, quæ in libris ad distinctionem aliquam appingi solet. *Isid.* l. 1. *Orig.* c. 20. docet asteriscum apponi in iis locis, in quibus aliquid deest. *Hieronym.* l. 2. *in Ruffin.* c. 8. Omnia veteris instrumenti volumina obelis, asteriscisque distinguere. *Augustin.* ep. 10. *ad Hieronym.* c. 2. Asteriscis notasti quæ in Hebræo sunt, et in Græco desunt; obeliscis autem quæ in Græco inveniuntur, et in Hebræo non sunt.

ASTERĪTES, æ, m. *a sort of basilisk or cockatrice*, ἀστερίτης, genus basilisci stellatam cutem habentis, qui quidquid viderit, arefacere, et occidere dicitur. *Apulei. de herb.* c. 128. ¶ Est etiam gemma eadem quæ *Asteria* apud *Isid.* l. 16. *Orig.* c. 10. quam *Martian. Capell.* vocat *Astriten*, lib. 1. pag. 19.

ASTERNO, et Adsterno, is, a. 3. *to strew near, to lay prostrate*, παραστορέω, καταστρωννύω, juxta sterno. *Ovid. Metam.* 2. v. 342. Non auditurum miseras Phaetonta querelas Nocte, dieque vocant, adsternunturque sepulcro.

ASTHMATĬCUS, a, um, *troubled with an asthma, asthmatical*, ἀσθματικὸς, qui suspirio, seu difficultate spirandi laborat, quæ Græci ἆσθμα dicitur. (de qua *Cels.* l. 4. c. 4. n. 2.) *Plin.* l. 20. c. 21. Asthmaticis, ac dysentericis in vino bibendum dedit. *Id.* l. 26. c. 7. Hyssopum asthmaticis.

ASTĬCUS, V. *Astycus.*

ASTIPULATĬO, et Adstipulatio, onis, f. *an assent or agreement*, συγκατάθεσις, actus astipulandi, affirmatio. *Plin.* l. 29. c. 1. Videbamus senes consulares usque in ostentationem rigentes. Qua de re exstat etiam Annæi Senecæ astipulatio. *Quintil.* l. 11. c. 3. *sub. fin.* An non hæc *misellus*, et *pauperculus*, summissa atque contracta; *fortis*, et *vehemens*, et *latro* erecta et concitata voce dicenda sunt? Accedit enim vis et proprietas rebus tali astipulatione: quæ nisi adsit, aliud vox, aliud animus ostendat. *h. e.* affirmatione et vi vocis remissæ, aut contentæ.

ASTIPULĀTOR, et Adstipulator, oris, m. προσεπερωτητής, qui alteri stipulanti et spondenti quippiam accedit, et simul cum eo astipulatur, quo pacta, et conventa firmiora sint: estque valde similis fidejussori. *Auct. ep. ad Octavium* (quam olim quidam *Ciceroni* tribuebant) *sub. fin.* Esse quendam cujus avus fuerit argentarius, astipulator pater; uterque vero precarium quæstum fecerit, &c. Designari videntur hoc loco ii, qui in foro ad argentariorum tabernas assistebant, et mercede aliqua accepta, aliorum contractus sua astipulatione, et fide firmabant. *a surety. Turneb.* l. 16. c. 8. V. supra sub fin. verbi *Arrogo.* ¶ In judiciis *astipulator* dicitur, qui actori, aut reo vadimonii facti, vel constituti, vel etiam alterius cujuspiam forensis actionis testis accedit, et simul cum eo adpromittit, seu stipulatur. *Cic. pro Quint.* c. 18. Testes tot cum astipula-

tiore tuo comparabuntur. *Id. in Pison.* c. 9. Qui, isto non modo propugnatore, tutiorem se, sed advocato, aut astipulatore, paratiorem fore putaret. *a witness or voucher.* ¶ Translate est qui alteri assentitur, ejusque opinionem approbat, et confirmat. *one who assents or agrees.* *Cic. Acad.* 4. c. 21. Illud falsum esse, et Stoici dicunt, et eorum astipulator Antiochus. *Valer. Max.* l. 7. c. 1. *in fi.* Dum astipulatorem vanæ opinionis deum habere concupiscit.

ASTIPULĀTUS, us, m. idem quod astipulatio. In sexto casu sing. *Plin.* l. 7. c. 47. Consecratus est oraculi jussu, et Jovis deorum summi astipulatu.

ASTIPŬLOR, et Adstipulor, aris, atus sum, dep. 1. *to assent to, agree with; to promise or vouch for,* συγκατατίθεμαι, alicui stipulanti accedo, simul stipulor: et translate assentior, alterius sententiam approbo, confirmo. *Liv.* l. 39. c. 5. Astipulari irato consuli. *Plin.* l. 7. c. 48. Hellanicus (prodit) quosdam in Ætolia CC annos explere: cui astipulatur Damastes, memorans, Pictoreum etiam CCC vixisse.

ASTITŬO, et Adstituo, uis, ui, utum, a. 3. *to place, place or set near,* προστίθημι, statuere, seu collocare apud aliquid: ex *ad,* et *statuo. Plaut. Capt.* 4. 2. 66. Juben', an non jubes astitui aulas, patinas elui? *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 20. Astituere reum ad lectum ægroti. *Apulei.* l. 9. *Metam.* Die sequenti molæ matutinus astituor. *Et post init.* l. 3. Ejusque tribunal astituor. [¶ Particip. *astitutus* apud *Plaut. Cas.* 5. 2. 49. Continuo in genua astituto pectus mihi pedibus percutit.]

ASTO, et Adsto, as, astiti, n. 1. *to stand, take one's stand; stand by or near,* παρίστημι, idem quod sto, vel prope, aut præsens sto, assisto: ex *ad,* et *sto, as. Virg.* 3. *Æn. v.* 123. Hoste vacare domos, sedesque astare relictas. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 74. Si iste ibit, ito: stabit, astato simul. *Id. Cistell.* 2. 3. 53. Adolescens asta, atque audi. *Id. Epid.* 1. 1. 61. Abeo. *Ep.* asta; abire hinc non sinam. *Id. Mostell.* 1. 4. 11. Cave, ne cadas; asta. *Id. Capt.* 3. 4. 104. Tu subsultas: ego miser vix asto præ formidine. *can scarcely keep on my legs.* Et *Terent. Phorm.* 5. 6. 27. Ad fores suspenso gradu ire perrexi; accessi, astiti, animam compressi, aurem admovi. *Plaut. Cas.* 5. 2. 41. Astare in genua. *to kneel down, fall on the knees. Ovid. Metam.* 3. v. 187. in latus obliquum. *to stand on one side. Virg.* 2. *Æn.* v. 303. atque arrectis auribus asto. *Plaut. Capt.* 3. 5. 6. Ut confidenter mihi contra astitit. *Cic. pro Arch.* c. 10. Cum Alexander in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset. *Id. Catil.* 4. c. 2. Astare in conspectu alicujus. *Tacit. Ann.* 12. c. 36. tribunali. *Sueton. in Tiber.* c. 61. et *Martial.* l. 8. c. 56. mensæ. *Sueton. in Tiber.* c. 32. et *in Oth.* c. 3. pro foribus. *Lucret.* l. 1. v. 89. ante aras. *Virg.* 3. *Æn.* v. 150. ante oculos. *Id. Æn.* 4. *sub fin.* Iris supra caput astitit. *Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 89. et *Tacit. Ann.* 2. c. 9. Astare in ripa. *Senec. in Herc. Fur.* v. 356. juxta aliquem. *Silius* l. 17. v. 478. Astare præsentem alicui. ¶ Cum ablat. sine præposit. *Tacit. Ann.* 15. c. 37. Crepidinibus stagni lupanaria astabant. *stood hard by. Stat.* l. 9. *Theb.* v. 606. tum limine divæ Astitit, et tali nequidquam voce precatur. ¶ Cum accusat. sine præposit. *ad,* quæ inest in ipso verbo. Nam *Priscian.* l. 18. pag. 1181. *Putsch.* docet Latine dici *Astitit illum locum,* et *illo,* et *illi,* et *circa illum.* Hinc *Plin. in paneg.* c. 23. Occursantium populus te quoque, te immo maxime astabat. ¶ Translate *Lucret.* l. 3. v. 1092. finis vitæ mortalibus astat. *Plaut. Amph.* 3. 4. 10. Amanti supparasitor, hortor, asto, admoneo, gaudeo. *h. e.* adsum, præsto sum, *I am at hand; am ready to lend assistance. Id. Casin.* 3. 3. 4. Contrivi diem dum asto advocatus cuidam cognato meo. ¶ Particip. *astans, antis. Cic. post redit. in Sen.* c. 10. Astante, atque audiente Italia tota. *being present. Id. de Harusp. resp.* c. 6. Maxima frequentia civium astante. *Tacit. Ann.* 3. c. 14. Inter aliena servitia, et tot astantium visu. ¶ *Astans* pro erectus, aut hirtus. *Plin.* l. 34. c. 8. Phidias fecit Minervam Athenis, quæ est in Parthenone astans. *in a standing posture. Virg.* 3. *Georg.* v. 545. attoniti squamis astantibus hydri. ¶ Pro manens, vigens, incolumis. *remaining the same, entire, safe. Enn.* apud *Cicer.* 3. *Tuscul.* c. 19. Adstante ope Barbarica. *h. e.* Priami dum regna manebant, ut *Virg.* 2. *Æn.* v. 22. loquitur. ¶ *Adstassent* est *statuerunt,* ut apud *Festum* legitur, quæ tamen verba, ut recte monet *Scalig.* corrupta sunt, legendumque *Adstassint, steterint.* ¶ *Astari* passive *Sallust. in fragment.* apud *Non.* c. 14. n. 11. Postquam ex sarcinis paludamenta astari, et delectæ cohortes intelligi cœpere. *astari* hic fortasse positum est pro astitui, collocari. sed totus locus depravatus videtur. In editionib. princip. A. 1476. et 1480. legitur *obstari.* Alii etiam aliter leg.

ASTOMACHĒTUS, i, *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 750. n. 14. D. M.P. Ælio Celeri Clodia Helpis Conjugi Benemerenti. Qui vixit annis XC Astomachetus. *h. e.* sine ullo unquam stomachi vitio. Videtur vox a Græco detorta, sed non sine licentia. Nam στομαχικὸς significat etiam eum, qui stomachi vitio laborat.

ASTŎMI, orum, *fragment.* Ἄστομοι, populi ad extremos fines Indiæ habitantes, circa fontem Gangis, qui sine ore esse crediti sunt, corpore toto hirti, frondium lanugine vestiti, halitu tantum viventes, et odore, quem naribus trahant ex variis radicibus, floribus, et silvestribus malis. Hæc ex Megasthene refert *Plin.* l. 7. c. 2. Dicuntur autem ἄστομοι ab α privativa, et στόμα, os, oris.

ASTRĂBA, æ, f. ἀστράβη, Græca vox, in *Gloss. Isid.* exponitur tabella, ubi pedes requiescunt. *a foot-stool.* In *Gloss.* etiam Lat. Gr. legitur: *Astrama,* σανὶς ὑποπόδιον: ubi *Salmas. in not. ad Spartian. in Carac.* c. 7. *Voss. in Etymol.* et alii emendant *astraba,* et putat *Salmas.* intelligi gradus ligneos, vel ferreos, quibus in equum ascenditur; aut lignum illud in ephippiis, quod sessor manu tenet, *the saddle-bow.* Ita enim exponitur ab *Hesychio,* et in magno Etymologico ἀστράβη τὸ ἐπὶ τῶν ἵππων τιθέμενον ξύλον, ὃ κρατοῦσιν οἱ καθεζόμενοι. Significat etiam clitellas, quæ asinis vel mulis imponuntur ad vehenda onera: *a pack-saddle:* item quodvis jumentum clitellas ferens (ut ex eodem *Hesychio* constat) quod *dossuarium,* et *clitellarium* Latine dicitur. Ducitur ab α privativa, et στρέφω, verto, torqueo, quia clitella onus, aut equitem regit, ne labatur. Hinc *Astraba,* et Latine *Clitellaria* inscripta est una ex fabulis *Plauti* deperditis, cujus aliquot solum fragmenta ad nos pervenere. *Probus Grammaticus* in vita *Virgilii* (si modo aliqua est ei habenda fides) docet, *astrabam* esse vehiculum quoddam; et ideo a *Plauto* inscriptam fuisse eo nomine fabulam, quia in ea mulieres in ejusmodi vehiculis induxit. *Gell.* l. 11. c. 7. et *Non.* cap. 2. n. 11. dubitant, an ea Comœdia inter genuinas *Plauti* referenda sit: *Varro* l. 5. *L. L.* c. 7. et *Festus* in *Subscudes* non dubitant.

ASTRÆA, æ, f. *the goddess of justice,* Ἀστραία, Astræi, et Auroræ, sive, ut alii malunt, Jovis, et Themidos filia, justitiæ antistita, quam poetæ fabulantur aureo illo sæculo e cælo in terram migrasse, et tandem mortalium sceleribus offensam cælum repetivisse. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 149. et Virgo cæde madentes Ultima Cælestum terras Astræa reliquit. Adde *Juvenal.* sat. 6. v. 19. et *Senec. in Octav.* v. 424. ¶ Apud *eund. Senec. in Herc. Fur.* v. 1068. dicitur Astræa mater Somni, quia beneficio Justitiæ secure dormiunt homines. ¶ Est hujus Deæ signum in cælesti Zodiaco, quod et *Libra* appellatur. V. *Libra. Lucan.* l. 9. v. 534. aut Aries donat sua tempora Libræ, Aut Astræa jubet lentos descendere Pisces.

ASTRÆUS, a, um, adject. Ἀστραῖος. *Astræi fratres* sunt venti, Astræi filii. *Ovid. Metam.* 14. v. 545.

ASTRÆUS, i, Ἀστραῖος, unus ex Titanibus, qui cum Aurora concubuit, et ex ea ventos genuit. *Serv. ad* 1. *Æn.* v. 136. ex *Hesiodo,* et *Hygin. in proœm. fab.* qui quatuor ei filios tribuit, Zephyrum, Boream, Notum, et Favonium. *Cæsar Germanic. in Arat.* v. 104. et *Avien. ibid.* v. 279. hunc faciunt patrem omnium Astrorum, et sideris Virginis, quæ Astræa esse putatur. ¶ Quidam scribunt *Astreus,* et disyllabum putant, ut *Orpheus:* sed obstat Græca dictio, qua Ἀστραῖος dicitur ab *Hesiod. Apollod. Arato,* et aliis.

ASTRAGALIZONTES, ἀστραγαλίζοντες, hoc est astragalis, seu talis ludentes; ab ἀστραγαλίζω, talis ludo: *to play at dice.* Ita appellabatur signum a Polyclete factum duorum puerorum talis ludentium: quo opere nullum absolutius plerique judicarunt. *Plin.* lib. 34. cap. 8.

ASTRAGĂLUS, li, m. et Astragalum, i, n. ἀστράγαλος, Græca vox significans talum pedis tum in homine, tum in animalibus. *the huckle-bone.* Item talum lusorium. *the game of dice.* Habet etiam alias notiones: sed tum istæ, tum aliæ Græcorum sunt. Usurpatur Latine a *Vitruvio* pro membro architecturæ, quod figura astragalum imitatur: habetque locum in basibus columnarum, in superciliis, in coronis, et alibi. Anglice *a wave or wreath about a pillar; an ogive or ogee; Vitruv.* l. 3. c. 3. Astragali faciendi sunt octavæ partis trochili. *Id.* l. 4. c. 6. In hyperthyro scalpendum est cymatium, astragalum Lesbium sima sculptura. *a sort of moulding in architecture, consisting of a round and a hollow, in the form of the letter* S. ¶ Est etiam *astragalus* herba, qua folia habet longa incisuris multis, et obliqua circa radices, caules tres, aut quatuor foliorum plenos, florem hyacinthi, radices villosas, implicatas, rubras, præduras. Nascitur in petrosis, apricis, et iisdem nivalibus. *Plin.* l. 26. c. 8. *pease-earthnut.*

ASTRĀLIS, le, ἀστρικὸς, ad astra pertinens, astricus. *Augustin. de Civit. Dei,* l. 5. c. 7. *extr.* Falsæ, et noxiæ opiniones de astralibus fatis.

ASTRANGULĀTUS, V. *Adstrangulatus.*

ASTRĂPE, es, f. *a flash of lightning,* ἀστραπὴ, Græca vox fulgetrum significans: nomen est tabulæ, in qua Apelles fulgetrum pinxit. *Plin.* l. 35. c. 10. Pinxit et quæ pingi non possunt, tonitrua fulgetraque: Bronten, Astrapen, Ceraunobolian appellant.

ASTRAPĪAS, æ, m. *a precious stone resembling flashes of lightning,* ἀστραπίας, gemma nigri, aut cyanei coloris, discurrentibus e medio fulminis radiis: unde et nomen habet: ab ἀστραπὴ, fulgetrum. *Plin.* l. 37. c. 11.

ASTRAPOPLECTA, neutr. plurale, *places struck or blasted with lightning,* τὰ ἀστραπόπληκτα, hoc est fulgetro, seu fulgore icta: ab ἀστραπὴ, fulgetrum, et πλήσσω, percutio, ferio. *Senec.* l. 1. *quæst. natur.* c. 15. Ab his (*fulgoribus*) tecta videmus icta sine fulmine, quæ astrapoplecta Græci vocant.

ASTRĔANS, antis, radios, lucemque astri instar emittens. Vox est pæne monstrosa a *Martian. Capell.* usurpata l. 8. pag. 273.

ASTRĔPO, et Adstrepo, is, ui, itum, n. 3. *to make a noise,* apud aliquem strepo, vel simul strepo, ἐπικτυπέω, ψοφέω. *Senec. in Hippol.* v. 1022. totum mare Immugit, omnes undique scopuli astrepunt. *resound, roar. Tacit. Ann.* 1. c. 18. Astrepebat vulgus diversis incitamentis: hi verberum notas, illi canitiem, plurimi detrita tegmina, et nudum corpus exprobrantes. *Plin. in paneg.* c. 26. Plerique irritis precibus surdas principis aures astrepebant. *dinned, stunned.* ¶ *Astrepere alicui* interdum ponitur pro strepitu ac murmure assentiri, et applaudere. *to applaud with clapping of hands, shouts, &c. Tacit.* 11. *Ann.* c. 17. Astrepebat huic alacre vulgus. et *Ann.* 12. c. 34. Hæc dicenti astrepere vulgus. et 2. *Histor.* c. 90. Vulgus, solitas adulationes edoctum, clamore, et vocibus astrepebat. ¶ *Astrepere aliquid* est murmure, et clamore dicere, aut repetere. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 49. Magna voce, læta Pisoni omnia, tanquam principi continuare: obvios, et subitæ rei miraculo attonitos, ut eadem astreperent hortari.

ASTRICTE, et Adstricte, *closely, strictly, briefly, compendiously,* arcte, stricte, strictim, στενῶς. Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 48. Illud assentior Theophrasto, qui putat, orationem, quæ quidem sit polita, atque facta quodammodo, non astricte, sed remissius numerosam esse oportere. *h. e.* non stricte ligatam numeris, ut versus. *Plin.* l. 3. ep. 18. *ad fin.* Cum ea potius, quæ pressius, et astrictius, quam illa, quæ hilarius, et quasi exsultantius scripsi, possint videri, &c. *Senec.* ep. 8. *sub fin. Alienum est omne, quidquid optando venit.* Hunc versum a te dici non paulo melius, et astrictius memini. *Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.* h. e. pressius, *more concisely. Plin.* l. 1. ep. 20. Non minus non servat modum, qui infra rem, quam qui supra; qui astrictius, quam qui effusius dicit. *Quintil.* l. 10. c. 1. Densior ille, hic copiosior: ille concludit astrictius, hic latius.

ASTRICTĬO, et Adstrictio, onis, f. στύψις, actus astringendi. *Plin.* l. 27. c. 10. Herba odoris tetri, gustus amari cum astrictione. *h. e.* cum vi astringendi.

ASTRICTORĬUS, et Adstrictorius, a, um, *astringent,* στυπτικὸς, astringendi vim habens. *Plin.* l. 24. c. 13. Paliuri folia astrictoriam vim habent.

ASTRICTUS, et Adstrictus, a, um, *straitened, bound, tied straitly, confined, kept in close, contracted, shackled,* strictus, constrictus, stricte alligatus, angustus, καθαπτὸς, προσεσταλμένος. *Cic. Verr.* 6. c. 42. Quis est hic, qui ad statuam astrictus est? *Tacit. Ann.* 4. c. 70. Quantum astrictis faucibus niti poterat, clamitans. *Horat.* l. 3. od. 8. v. 10. Corticem astrictum pice dimovere. *Id.* l. 2. ep. 1. v. 174. Astrictus soccus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 929. Conatusque aliquis vagina educere ferrum, Adstrictum longa sentiat esse mora. *Id.* 3. *de art. am.* v. 146. Astrictæ comæ. *Curt.* l. 3. c. 13. vestes. *Id.* l. 4. c. 8. Astricti crepidis pedes. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 26. Et coit astrictis barbarus Ister aquis. *fettered, ice-bound, frozen.* et 3. *Trist.* eleg. 4. v. 48. Astricto terra perusta gelu. *Id.* 3. *Amor.* eleg. 1. v. 50. Limen astrictum. *h. e.* janua obserata, et custodita. *Martial.* l. 11. epigr. 40. Astricta frons. *h. e.* contracta. *Quintil.* l. 3. c. 3. Equus, cujus astricta sunt ilia. *flanks well proportioned.* Sic *in proœm.* l. 8. Astrictum corpus. *Cels.* l. 2. c. 2. Astricta tempora. *meagre face. Id.* l. 1. c. 3. Alvus fusior, aut astrictior. Et l. 3. c. 6. Corpus astrictum. *bound. Id.* l. 1. *in præfat.* Genus morbi astrictum. *rendering costive.* ¶ Translate *Cic.* 6. *Verr.* c. 42. Vinctus, et astrictus religioni. *Id. ad Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 3. Astrictum esse legibus. *Id. Parad.* 1. *init.* voluptatibus. *Lucret.* l. 4. v. 1180. in amore. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 361. Pectora astricta dolore. *Sallust. in Jug.* c. 73. Omnes res exsequi solitus, quæ Jugurthæ fesso, aut majoribus astricto superaverant. *occupied, engaged. Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 7. *in fi.* Astrictus necessitate. *constrained, bound. Id. in Pison.* c. 13. Quorum mens oppressa præmio, lingua astricta mercede. *Id. de clar. Orat.* c. 90. Dialectica quasi contracta, et adstricta eloquentia putanda est. *concise. Id. ibid.* c. 25. Simplex quidem L. Mummius, et antiquus; Spurius autem nihilo ille quidem ornatior, sed tamen astrictior. fuit enim doctus ex disciplina Stoicorum. *more brief. Id.* l. 1. *de Orat.* c. 16. Est finitimus oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior. *more confined. Id. ibid.* c. 60. Histrio astrictus certa quadam numerorum moderatione, et pedum. *Id. de clar. Orat.* c. 95. Comprehensio verborum astricta, et perfecta exercitatione. ¶ *Astrictus homo,* in sumptibus parcus, *thrifty, penurious, niggardly, stingy. Propert.* l. 2. eleg. 18. v. 73. nec poscet garrula, quæ te Astrictus ploret sæpe dedisse pater. Adde *Cicer. Fam.* 3. epist. 8. ubi alii leg. *restrictus.* Sic *Tacit.* 3. *Ann.* c. 55. Præcipuus astricti moris auctor Vespasianus fuit. *h. e.* parcimoniæ. *Sueton. in Tiber.* c. 18. Commeatus ad certam formulam astrictus. *Valer. Max.* l. 2. c. *ult.* n. 8. Exiguum patrimonium, astricti continentia mores. *Justin.* l. 44. c. 2. Astricta parcimonia. ¶ *Astrictus* pro *obstrictus Cic. pro Syll.* c. 29. Tanto scelere astrictis hominibus statuerunt nihil auxilii ferri oportere. Adde *in Pison.* c. 39. *in fin.* ubi alii leg.

obstrictus. ¶ *Gustus astrictus* idem est ac astringens, acerbus, *rough, harsh, tart,* στρυφνός. *Plin.* l. 27. c. 12. Polygala palmi altitudinem petit, in caule summo foliis lenticulæ. gustu astricto. ¶ *Astrictus color,* V. in *Astringo.*

ASTRĬCUS, a, um, adject. ἀστρικός, ad astra pertinens. *Varr.* apud *Non.* c. 6. n. 16. Repente noctis circiter meridiem Cum pictus aer fervidis late ignibus Cæli choreas astricas ostenderet, &c.

ASTRĪDENS, et Adstridens, entis, idem quod stridens, vel prope aut in aliquem stridens. *Stat. Theb.* 11. v. 494. *de Tisiphone.* premit astridentibus hydris, Intentatque faces.

ASTRĬFER, a, um, *astriferous,* adject. poet. qui astra fert. *Stat.* 8. *Theb.* v. 83. astriferos inclinat Jupiter axes. [*Val. Flacc.* l. 6. v. 752. Non simul astriferas profert mortalibus umbras. *Martial.* l. 8. epigram. 28. v. 8. Quem (Timavum) prius astrifero Cyllarus ore bibit, *h. e.* ore, quod postea inter astra una cum Castore positum fuit. Igitur hoc in loco *astrifer* est, qui fertur ab astris, non qui astra fert.]

ASTRĬFĬCANS, antis, astra faciens, astrificus. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 191. Hanc mundo assimilem stupuit Trinacria tellus, Archimedea astrificante manu.

ASTRĬFĬCUS, a, um, astra faciens, *Martian. Capell. initio* l. 2. Sed purum astrificis cælum scandebat habenis Nox, revocans merso fulgentia sidera Phœbo.

ASTRĬGER, a, um, adject. poet. *star-bearing, astrigerous,* astra gerens, astrifer. *Stat.* 10. *Theb.* v. 828. astrigeros Capaneus tollendus in axes. *Claudian. de B. Get.* v. 245. astrigera senior cum conjuge Cepheus. *h. e.* Cassiopea. *Solin. in frugm.* apud *Pithoeum,* p. m. 267. tibi primum candidus æther Astrigeram faciem nitido gemmavit Olympo.

ASTRILŎQUUS, a, um, qui de astris loquitur. *Martian. Capell.* l. 8. pag. 273. Viliaque astriloquæ præfers commenta puellæ.

ASTRILŪCUS, a, um, *star-bright,* lucens ut astrum, vel astrorum splendore fulgidus. *Martian. Capell. sub init.* l. 9. Ruricolæ omnes, cunctique fluctigenæ, quamplures etiam astriluci assensere divi.

ASTRINGO, et Adstringo, is, inxi, ictum, a. 3. *to bind close or straitly, to tie, fasten, gird, straiten, tighten, clinch, astringe,* προστέλλω, idem quod stringo, vel valde stringo, vel juxta, aut ad aliquid stringo, arcte ligo. *Cic. de Univ.* c. 4. Vinculorum id est aptissimum, quod ex se, atque de his, quæ astringit, quam maxime unum efficit. *Horat. Epod.* 15. v. 5. Arctius atque hedera procera astringitur ilex. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 24. Fascia sic deliganda est, ut et contineat, nec astringat. *Plaut. Capt.* 3. 5. 9. Astringite isti vehementer manus. *Id. Bacch.* 4. 7. 25. Astringite ad columnam fortiter. *Ovid. Metam.* 11. v. 75. Astringere vinculum. *Petron. in Satyr.* c. 9. *extr.* toto pectore aliquem adstringere. *to clasp to the breast; embrace closely.* Et *Curt.* l. 5. c. 1. Coctili laterculo specus structi sunt: totum opus bitumine astringitur. ¶ Pro contrahere, in angustum cogere, cui opponitur dilatare *Columell.* l. 5. c. 6. Frondes arboris amputare, aut astringere, ne umbra viti noceat. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. Alvus tum astringitur, tum relaxatur, atque omne, quod accipit, cogit, et confundit. *Senec.* ep. 106. Astringere frontem. *to contract or knit the brows; frown. Quintil.* l. 11. c. 3. Astringere vultum superciliis. ¶ Pro claudere, obturare. *Quintil.* l. 11. c. 3. Astringere, aut diducere labra. *Virg.* 2. *Georg.* v. 91. durat magis, et venas astringit hiantes. ¶ A medicis *astringere* dicuntur ea, quæ alvum sistunt, *to brace or bind the body,* ἐπιστύφειν. *Cels.* l. 1. c. 3. Alvum astringit labor, sedile, &c. Contra solvit aucta ambulatio, atque esca, &c. Adde l. 2. c. 30. ¶ Item ea, quæ habent vim siccandi, humores depascendi, partesque roborandi. *Scribon. Larg. compos.* 256. Malagma, quod confirmat partem, et astringit. ¶ Dicitur etiam de frigore: quia contrahit, et cogit. *Curt.* l. 8. c. 4. Imbrem vis frigoris concreto gelu astrinxerat. *Id.* l. 7. c. 3. Vis frigoris ita astringebat corpora, ut ad surgendum conniti non possent. *benumbed.* ¶ Hinc ponitur etiam pro refrigerare, *to refresh. Plin.* l. 5. ep. 6. Si natare tepidius velis, in area piscina est; in proximo puteus, ex quo possis rursus astringi, si pœniteat teporis. *Al. leg.* abstergi. *Martial.* l. 1. epigr. 50. remissum corpus astringas brevi Salone, qui ferrum gelat. *Astringor* hac significatione eleganter habet in præterito *astrinxi* pro *astrictus sum;* ea ratione, qua *lavi* dicimus pro *lautus sum,* et alia. Ita enim consuetudo obtinuit. *Varr.* l. 8. *L. L.* apud *Gell.* l. 2. c. 25. ¶ Præterea *astringere* dicuntur ea, quæ sunt acerbi gustus, qualia sunt poma immatura, et acida, quæ dentes, et linguam quodammodo stringunt, et ligant. *Plin.* l. 27. c. 10. Radix glycysides gustu astringit. ¶ Pro vellicare, leniter titillare. *Plin.* l. 29. c. 2. Mutantes aquam, donec linguam astringat leniter, nec mordeat. ¶ Translate *Plaut. Trinum.* 3. 2. 73. Astringere affinitatem inter aliquos. *Cic. de provinc. consul.* c. 14. Una, atque altera æstas vel metu, vel spe, vel pœna, vel præmiis, vel armis, vel legibus potest totam Galliam sempiternis vinculis astringere. *Id. pro Planc.* c. 30. *ad fi.* Hujus tanti officii servitutem astringam testimonio sempiterno. *h. e.* obligabo, confirmabo. *Id.* 3. *Offic.* c. 31. Nullum vinculum ad astringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt. *Id. pro Cluent.* c. 57. Astringi lege. *Flor.* l. 4. *c. ult.* Astringere hostes obsidibus. *h. e.* imperatis, acceptisque obsidibus obnoxios tenere. *Cic. pro Quint.* c. 5. aliquem suis conditionibus. Et *de clar. Orat.* c. 10. disciplinam legibus. *Id.* 3. *de Orat.* c. 44. orationem numeris. *Id. de Fato,* c. 14. Arctius astringi ratio non potest. *cannot be pressed closer; cannot be made to bear with greater effect. Id.* 2. *de Legib.* c. 19. Astringi sacris. *h. e.* teneri lege de sacris familiæ servandis. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 6. leg. 2. et *Arcad. ibid.* tit. 4. leg. 18. muneribus. *h. e.* obligari ad munera præstanda. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 7. necessitate. *to be necessitated. Plin.* l. 7. ep. 1. *in fi.* Astringere aliquem ad temperantiam. *to bind or oblige. Sueton. in Aug.* c. 49. militem ad certam formulam stipendiorum. *Quintil.* l. 2. c. 16. se ad servitutem alicujus. *Id.* l. 7. c. 3. (*al.* 4.) se ad certa verba. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 27. aliquem alicui. *h. e.* subdere, obnoxium reddere, *to bind, obligate.* Et ep. 16. v. 319. se in sacra jura. *Sueton. in Cæs.* c. 84. se jurejurando pro salute alicujus. *Terent. Eun.* 1. 2. 22. suam fidem alicui. *Liv.* l. 39. c. 1. Inops regio milites parsimonia astringit. ¶ *Astringere* pro paucis colligere, breviter dicere, *to collect into a small compass, abridge. Cic.* 3. *Tuscul.* c. 6. *in fin.* Breviter astringere argumenta. *Quintil.* l. 10. c. 4. Humilia extollere (*in oratione*) luxuriantia astringere. ¶ Pro obstringere, alligare. *Plaut. Rud.* 4. 7. 34. Astringere se, et alium furti. *Cic. Phil.* 4. c. 4. se magno scelere. ¶ *Astringi* color dicitur a *Plin.* l. 9. c. 38. qui minus splendidus fit, et quodammodo pressior: cui contrarium est *excitari.* ¶ Ab eodem l. 36. c. 26. dicuntur arenæ Beli amnis *astringi a morsu marino,* cum undis maris alluuntur, et salis acrimoniam, ac mordacitatem imbibunt. ¶ *Astringere flumen ponte* pro jungere dixit *Silius* l. 13. v. 765.

ASTRĬOS, et Astrion, ii, ἄστριος, gemma est candida, inquit *Plin.* l. 37. c. 9. crystallo propinqua, in India nascens, et in Pallenes litoribus: intus a centro ceu stella lucet fulgore Lunæ plenæ. Quidam causam nominis tradunt, quod astris opposita fulgorem rapiat, ac regerat. *Isid.* l. 16. *Orig.* c. 13. Astrion ex India est, crystallo propinqua, &c.

ASTRISŎNUS, a, um, adject. *Martian. Capell.* l. 9. pag. 308. Astrisonus Jupiter. *h. e.* qui volvendo astra sonum edit.

ASTRĪTES, æ, m. ἀστρίτης, gemma siderum fulgorem referens. [eadem ac *Asterites;* quam vocem V.] *Martian. Capell.* l. 1. pag. 19. [† V. *Asteria.*]

ASTROARCHE, es, f. Ἀστροάρχη, *h. e.* astrorum princeps a Phœnicibus dicta est Dea, quæ ab Afris Urania, seu Cælestis dicitur, nempe Venus. *Martian. Capell.* l. 8. pag. 273. ubi alii aliter leg.

ASTROBŎLOS gemma esse dicitur oculis piscium similis, candida luce in sole radians. *Plin.* l. 37. c. 9.

ASTROĪTES, æ, ἀστροΐτης, gemma est celebrata miris laudibus a Magis. *Plin.* l. 37. c. 9.

ASTROLOGĬA, æ, f. *astrology; the predicting of future events by a knowledge of the stars,* ἀστρολογία, scientia tractans de natura, et motu astrorum, quæ et *Astronomia* dicitur. Aliqui ita distinguunt, ut *Astronomia* sit, quæ de motu astrorum disserit, *Astrologia,* quæ influxum siderum spectat, et ex astris prædicit futura contingentia circa vitam et fortunam hominum. Hinc *Hieronym.* l. 1. *advers. Pelagian.* c. 1. tanquam duas diversas artes enumerat. Sed tamen fere Latini Scriptores *astrologiæ* nomine utramque complexi sunt. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 42. Eudoxus Flatonis auditor, in astrologia facile princeps. (Hujus meminit etim *Petron. in Satyr.* c. 88.) *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 16. Ignarus astrologiæ. Adde l. 1. *Offic.* c. 6. ¶ *Astrologiæ* inventor dicitur fuisse Atlas Libyæ filius: alii Ægyptiis eam inventionem tribuunt, alii Assyriis, et Belo Babiloniæ Regi. *Plin.* l. 7. c. 56. et l. 6. c. 26. ¶ Libri de astrologia tractantes. *Plin.* l. 18. c. 25. Occasum matutinum Vergiliarum Hesiodus (nam hujus quoque nomine exstat Astrologia) tradidit fieri, cum, &c.

ASTROLŎGUS, i, m. *an astrologer,* ἀστρολόγος, qui astrologiæ scientiam habet. *Cic. Verr.* 4. c. 52. Iste novus astrologus, qui non tam Cæli rationem, quam cælati argenti duceret. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 6. Augurum, aut astrologorum prædictio. *Id.* 6. *Fam.* ep. 6. Ut augures, et astrologi solent. *Ennius* apud *eund.* l. 1. *de Divin. c. ult.* Non habeo denique nauci Marsum augurem, Non vicanos haruspices, non de Circo astrologos, &c. intelligit eos, qui Anglice dicuntur *judicial astrologers:* de quibus et *Juvenal.* sat. 6. v. 552. ¶ Hercules *astrologus* dictus est, quod eo die se flammis injecit, quo futura erat obscuratio solis, inquit *Festus* in *Hercules:* vel potius quod astrologiæ peritus fuit, quam eum doctum fuisse ab Atlante, *Servius* tradit *ad Æn.* 1. v. 745. Unde et pro ipso cælum sustinuisse fingitur.

ASTRONOMĬA, æ, f. *astronomy, the science which treats of the laws by which the heavenly bodies move,* ἀστρονομία, scientia, quæ ex ratione motus siderum aliquid colligit, et ad usum vitæ transfert: v. g. ad rationem temporis, dierum, mensium, anni constituendam; item ad navigationem, &c. Græca vox, ut et *astrologia:* sed *astronomia* Latini scriptores parcius usi sunt. *Petron. in Satyr.* c. 88. Ubi est dialectica? ubi astronomia? ubi sapientiæ consultissima via? *Senec.* ep. 95. Scita, vel placita, quæ in geometria, et in astronomia invenies. Adde *Augustin.* l. 18. *de Civ. Dei,* c. 39. et *Macrob.* 2. *in Som. Scipion.* c. 4.

ASTRONOMĬCUS, a, um, *astronomical,* ἀστρονομικός, ad astronomiam pertinens. *Astronomicon* est liber vel opus de astronomia tractans. Ita inscribitur *Manilii* poema, et *Hygini* liber.

ASTRONŎMUS, i, m. *an astronomer,* ἀστρονόμος, astronomiæ peritus. *Jul. Firmic.* l. 5. *Mathes.* c. 13. Faciet divinos, sortilegos, astronomos. Adde cap. 15.

[*ASTRŌSUS, a, um, adject. lunaticus. *Isidor. Orig.* l. 10. Astrosus ab astro dictus, quasi malo sidere natus.]

ASTRUCTĬO, et Adstructio, onis, f. actus astruendi. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 149. Illa autem ratio ex oratoris plerumque astructione colligitur. *h. e.* ex probationibus, quas orator addit. *Id.* l. 9. pag. 314. Bene modulandi solertia, quæ rhythmicis, et melicis astructionibus continetur. *h. e.* compositionibus musicis.

ASTRUCTOR, et Adstructor, oris, m. *Venant. Fortun.* l. 2. *de vita Mart. vers. fin.* Assertor validus, superans fora, jura, togatos, Nobilis astructor, facundus concionator. *h. e.* argumentorum, ac rationum inventor ingeniosus ad probanda ea, de quibus dicit.

ASTRUCTUS, et Adstructus, a, um, appositus, additus. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Ad istum modum fusis precibus, et astructis lamentationibus.

ASTRUM, i, n. *a constellation, celestial sign consisting of different stars, a cluster of fixed stars,* ἄστρον, Græca vox, quæ proprie significat *sidus,* h. e. constellationem, seu signum pluribus stellis constans (ab ἀστήρ, stella) sicut *aster* unam stellam significat: et ita sæpe usurpatur a Græcis, ut *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scipion.* c. 14. docet. V. *Sidus. Virg.* 1. *Georg.* v. 231. orbem Per duodena regit mundi sol aureus astra. *Id. ibid.* v. 218. averso cedens Canis occidit astro. *Martial.* l. 8. epigr. 21. Astrum Ledæum. *h. e.* sidus Castoris et Pollucis. *Id. ibid.* epigr. 55. Herculeum astrum. *h. e.* signum Leonis. Adde *Manil.* l. 3. v. 318. l. 2. v. 666. et alibi sæpe. ¶ Sæpius tamen ponitur pro stella, *a single star, heavenly body,* ἀστήρ. Virg. ecl. 9. v. 47. Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum. *Horat.* l. 3. od. 21. *extr.* fugat astra Phœbus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 25. Et astra suspeximus, tum ea, quæ sunt infixa certis locis, tum illa non re, sed vocabulo errantia. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 46. In æthere astra volvuntur. *Id. ibid.* c. 7. Cursus astrorum dispares. *Id.* l. 2. *de Divin.* c. 41. Antecellere cognitione astrorum. *Virg.* 8. *Æn.* v. 590. Astrorum ignes. *Id.* 4. *Æn.* v. 352. Astra ignea. *Id.* 5. *Æn.* v. 838. Ætheriis delapsus ab astris. *Id.* 2. *Æn.* v. 460. Turris educta sub astra. *h. e.* in magnam altitudinem: hyperbole Poetis familiaris. Sic *Ovid. Metam.* 1. v. 316. Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus. *Virg. Æn.* 3. v. 567. Ter spumam elisam et rorantia vidimus astra. *Id.* 9. *Æn.* v. 641. Sic itur ad astra. *h. e.* in cælum ascenditur. *Ovid. Metam.* 9. v. 272. et l. 15. v. 846. Inferre aliquem astris. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 23. Educere aliquem in astra. *h. e.* laudibus in cælum ferre, et æterna fama donare. Et eod. sensu *Id.* l. 2. sat. 7. v. 29. absentem rusticus urbem Tollit ad astra. *Virg.* eclog. 5. v. 52. Daphnin ad astra feremus. *Cic. Attic.* l. 2. *ep. ult.* Tollere in astra laudes alicujus. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 187. Natale astrum. *h. e.* sub quo quemque nasci credidit antiquitas: quodque influere unicuique vel faciles, vel duros mores; prosperam, vel adversam afferre sortem putabatur. *Id.* l. 2. od. 17. v. 21. Utrumque nostrum incredibili modo consentit astrum. *horoscope, configuration of planets at the hour of birth. Petron. in Satyr.* c. 44. Malo astro natum esse. ¶ In illo *Statii* l. 1. silv. 1. v. 97. Ibit in amplexus natus, fraterque, paterque, Et soror: una locum cervix dabit omnibus astris: *astra* ponuntur pro hominibus inter deos relatis: alluditque *Stat.* ad Julium Cæsarem, post cujus mortem stella crinita, quæ per aliquot dies in cælo apparuit, ejus anima esse in astrum conversa credita est, ut narrat *Suetonius* in ejus vitæ fine. ¶ De Sole, et Luna, *Censorin. de die Nat.* c. 23. Babylonii a Solis exortu ad exortum ejusdem astri diem statuerunt. *astri diem* in quibusd. Codicib. desunt. *Cic. in somn. Scip.* c. 7. Homines annum tantummodo solis, idest unius astri reditu metiuntur.

ASTRŬO, et Adstruo, is, uxi, uctum, a. 3. *to build near, join one building to another,* προσοικοδομέω, παροικοδομέω, juxta struo, prope exstruo: ex *ad,* et *struo. Plin.* l. 9. ep. 7. Hæ mihi causæ utrique (*villæ*) quæ desunt astruendi. *Colum.* l. 1. c. 5. *sub fin.* Novum ædificium veteri astruere. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 9. Astruere contignationem laterculo. *h. e.* laterculo structo munire. *Justin.* l. 23. c. 3. Sicut ante secunda fortuna Italiæ Siciliæque imperium, et tot de Romanis victorias astruxerat; ita nunc adversa destruens quæ cumulaverat, &c. *Scribon. Larg. compos.* 227. Cumulare, et astruere medicamentum. ¶ Sæpissime sumitur pro addere, superaddere, *to add, annex, adjoin, superadd. Ovid.* l. 2. *de ar. am.* v. 119. Jam molire animum, qui duret, et astrue formæ. *Quidam leg.* formam. *Plin.* l. 9. c. 35. Astruere aliquid magnificentiæ. *Plin. alter in paneg.* c. 35. Astruere aliquid edicto alterius. *Id. ibid.* c. 74. et l. 3. ep. 2. et *Vellei.* l. 2. c. 55. aliquid dignitati, aut gloriæ alicujus. *Plin. in paneg.* c. 46. alicui laudem. *Tacit.* l. 1. *Hist.*

c. 73. nobilitatem, ac decus alicui. *Silius* l. 4. v. 8. Astruit auditis, docilis per inania rerum Pascere rumorem vulgi, pavor. *Vellei.* l. 1. c. 17. Ut Livium quoque priorum ætati astruas. *h. e.* annumeres. ¶ Pro attribuere. *to attribute.* *Martial.* l. 3. epigr. 20. An quæ Neroni falsus astruit scriptor? ¶ Pro affingere, imaginando superaddere. *add in imagination.* *Quintil.* l. 8. c. 3. An quisquam tam procul a concipiendis imaginibus rerum abest, ut cum illa in Verrem legit (Verr. 7. c. 33.) *Stetit soleatus prætor populi R. cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus in litore*, non solum ipsum os intueri videatur, et locum, et habitum, sed quædam etiam ex iis, quæ dicta non sunt sibi ipse astruat? ¶ Pro subornare, instruere. *Curt.* l. 10. c. 1. Gentis levissimos falsis criminibus astruxit, monitos, tum demum ea deferre, cum ipse jussisset. ¶ Pro affirmare, asseverare. *Plin.* l. 12. c. 18. Periti rerum astruxerunt, non ferre tantum annuo fetu, &c. Ita habetur in editionib. antiquis A. 1470. et 1472. et in omnib. MSS. quos vidit *Harduinus:* in editione A. 1469. et in aliis fere omnibus legitur *asseverant.* Hanc affirmandi notionem huic verbo tribuunt etiam *Agrætius de Orthogr.* pag. 2268. *Putsch.* et *Beda ibid.* pag. 2334.

ASTU, *the city of Athens*, nomen est neutrum indeclinabile a Græco ἄστυ, εος, τὸ, urbs, *v* in *u* mutata ex Latinorum consuetudine (quamquam et *asty* interdum, servatis Græcis litteris, legitur) et dicitur per antonomasiam de urbe Athenarum, quemadmodum πόλις de Alexandria apud eosdem Græcos, et *urbs* apud Latinos de Roma; tametsi proprie *Astu* pars Athenarum fuit. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 330. Omnes qui arcem, astuque accolunt cives. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 2. Ut vestri Attici priusquam Theseus eosdem migrare ex agris, et in Astu, quod appellatur, omnes se conferre jussit, &c. *Nepos in Themist.* c. 4. Xerses Thermopylis expugnatis, protinus accessit Astu, idque, nullis defendentibus, incendio delevit. *Id. in Alcib.* c. 6. Postquam Astu venit. *Terent. Eun.* 5. 6. 17. An in Astu venit? *Vitruv.* l. 8. c. 3. Et in Asty, et ad portum Pyræeum ducti sunt salientes. Adde *sub fin. præfat.* lib. 7.

ASTŬLA, æ, f. *a board, lath; shingle, splinter*, σχίδιον, idem omnino quod assula. *Plin.* l. 16. c. 11. Flos resinæ cum multa astula tenui, brevique avulsus. et cap. 12. Nec corpori ipsi (*piceæ*) parcitur, quoniam astula in fructu est. *h. e.* etiam astula piceæ abscissa utilitatem habet. Ita posteriore hoc *Plinii* loco habetur in MSS. omnibus, quos vidit *Harduin.* et utroque in Editionib. princip. A. 1469. 1470. et 1472. nisi quod in his addita aspiratione *hastula* editum est. Alii quidam *assula* malunt. Eadem varietas lectionis est apud *Celsum* l. 5. c. 26. *sect. pænult.* Eadem offensa etiam in filicis astula est. *Casaubon.* enim hanc veram lectionem esse ait: at *Almeloveen.* edidit *in filice est:* multo rectius. Legitur præterea *astula* apud *Paulin. Nolan.* carm. 25. *in natal. Fel.* 10. v. 137. vicit brevis astula flammam. (*Voss. in Etymol.* legit *assula*) Et ep. 31. (*al.* 11.) In segmento pæne atomo astulæ brevis. Et *Plin. Valer.* l. 1. c. 36. Tedas pingues in astulas concides. ¶ De astula regia V. in *Hastula.* ¶ *Isid.* l. 17. *Orig.* c. 6. scribit, astulam a tollendo esse nuncupatam, quasi *abstulam.* Sed *Voss. in Etymol.* docet *astulam* pro *assulam* ea ratione dictam esse a Latinis, qua *pultare* pro *pulsare, aggretus* pro *aggressus*, et similia.

ASTULŌSUS, a, um, adject. ut *resina astulosa* apud *Marcell. Empir. de medicament. sub fin.* ubi fortasse intelligit resinam ex astulis piceæ, de qua *Plin.* l. 16. c. 12. cujus verba in voce superiori retulimus.

ASTUPĔO, et Adstupeo, es, ui, n. 2. *to be amazed at, be astonished at*, ἐπιθαυμάζω, idem quod stupeo, vel valde stupeo, vel ad aliquam rem stupeo. *Senec. de tranquill.* c. 8. Non te pudet quisquis divitiis astupes? *Stat.* 3. *Theb.* v. 405. cui fida manus proceresque socerque Astupet oranti. [*Ovid. Met.* l. 3. v. 418. Astupet ipse sibi. ¶ Tribuitur etiam rebus inanimatis. *Stat. Theb.* l. 2. v. 13. Tum steriles luci, possessaque Manibus arva, Et ferrugineum nemus astupet, ipsaque tellus Miratur patuisse retro.]

ASTUR, ŭris, adject. *of Asturia*, ad Asturiam pertinens. Est autem *Asturia* provincia Hispaniæ Tarraconensis, in ora Boreali Oceani, olim aurifodinis, et equis, qui, *asturcones* dicuntur, nobilis. *Martial.* l. 10. epigr. 16. Callaicis quidquid fodit Astur in arvis. *Id.* l. 14. epigr. 199. Venit ab auriferis gentibus Astur equus. V. *Asturco. Silius* l. 1. v. 252. tremuitque exercitus Astur. *Id. ibid.* v. 231. Astur avarus. *Id.* l. 12. v. 748. Belliger Astur. *Plin.* l. 4. c. 20. Asturum regio. *Flor.* l. 4. c. 12. Cantabri, et Astures, validissimæ gentes. ¶ Tradit, vel fingit *Silius* l. 3. v. 332. dictos esse *Astures* ab armigero Memnonis Auroræ filii, cui nomen *Astyr*, qui, domino ad Trojam occiso, in Hispaniam migraverit. ¶ Est etiam *Astur* genus avis, quem Angli dicunt *a hawk or buzzard*, ex accipitrum genere, cujus formam, naturamque *Aldrovand.* l. 5. *Ornithol.* c. 1. describit; et putat derivari a Græco ἀστερίας. *Jul. Firmic.* l. 5. *Mathes.* c. 7. *sub fin.* Accipitres, falcones, astures, aquilas alere.

ASTŪRA, æ, f. fluvius Hispaniæ in Asturia. *Flor.* l. 4. c. 12. ¶ Item fluvius, insula, et oppidum Latii apud Circæos. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 40. et alibi.

ASTURCO, onis, m. *a jennet or genet, a small-sized well-proportioned Spanish horse*, equus ab Asturibus Hispaniæ gente, unde venit appellatus, molli, et glomerato alternantium crurum passu incedens, et sessorem non succutiens atque ob id magno in pretio habitus. *Plin.* l. 8. c. 42. In Hispania Gallaica gens est, et Asturica: equini generis, (hi sunt quos thieldones vocamus, minori forma appellatos asturcones) gignunt, quibus non vulgaris incursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio, &c. *Martial.* l. 14. epigr. 199. cui titulus est *Asturco.* Hic brevis, ad numerum rapidos qui colligit ungues, Venit ab auriferis gentibus Astur equus. *Silius* l. 3. v. 336. Aut inconcusso glomerat vestigia dorso, Aut molli pacata celer rapit esseda collo. *Senec.* ep. 87. Non omnibus obesis mannis, et asturconibus, et tolutariis præferres unicum illum equum, ab ipso Catone defrictum? ¶ Etiam de aliis, qui tolutim, ac molliter gradum glomerant, *asturco* dicitur. Hinc *asturconem Macedoni* non legimus apud *Petron. in Satyr.* c. 86. tametsi alii ibi aliter lectionem mutare conati sunt. V. *Varior.* notas in *Petronio Burmanni.*

ASTURĬA, V. in *Astur.*

ASTURĬCUS, a, um, ad Asturiam seu ad Astures pertinens, ut Asturica gens apud *Plin.* l. 8. c. 42. et *Sil.* l. 16. v. 584. ¶ *Asturica*, nunc *Astorga*, urbs est Asturiæ, ad fluvium Teram. *Plin.* l. 3. c. 3.

ASTŬS, us, m. *craft, subtilty, cunning, knavery*, πανουργία, calliditas, astutia; et fere in malam partem. Origo, si *Festo* credimus, est a Græco ἄστυ, urbs, quia qui in urbibus versantur assidue, cautiores, et acutiores esse videntur, quam qui in agris, et pagis degunt. Usurpatur raro in recto casu singulari; interdum in recto, et quarto casu plurali; sæpissime in ablativo singulari, et quodammodo adverbialiter. *Sil.* l. 16. v. 32. Non ars, aut astus belli, vel dextera deerat. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 20. Astus hostium in perniciem ipsis vertebat. *Id. Ann.* 12. c. 45. Nil tam ignarum barbaris quam machinamenta, et astus oppugnationum. *Gell.* l. 11. *sub fin.* Firmare animum ad astus insidiarum. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 222. Exsequi astus. *Petron. in Satyr.* c. 97. Ulyxem astu simillimo vicit. *Tacit. Ann.* 2. c. 64. Astu aggredi aliquem. *Terent. Andr.* 1. 3. 3. et *Phorm.* 1. 4. 5. providere aliquid. *Id. Eun.* 5. 4. 2 rem tractare. *Virg.* 11. *Æn.* v. 704. Consilio versare dolos ingressus, et astu. *Plaut. Capt.* 2. 1. 26. Doli non Doli sunt, nisi astu colas. *Id. Pœn. prol.* v. 111. Docte, atque astu aliquid quærere. *Ciceroni* quoque tribuerunt quidam 3. *Offic.* c. 16. *in fi.* Non placuisse majoribus nostris astus. Sed ibi passim legitur. *astutos.* ¶ Adjective *astus, a, um*, pro astutus. *Accius* apud *Non.* c. 1. n. 54. Nisi ut asta ingenium lingua laudem. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 80. Misera timeo, quid hoc sit negotii: mea soror ita stupida est sine animo asto. Ita *Cujacius* refert hæc duo loca ad lib. 1. *de Feud.* tit. 2. sed aliter res se habet. Recitus enim alii plerique priore quidem loco leg. *astu* pro *asta*; posteriore autem sic: *Misera timeo quid hoc sit negotii, mea soror: ita stupida sine animo asto.* ut *asto* sit verbum. Addunt alii et illud ejusdem *Plauti Trucul.* 4. 4. *in fi.* Næ istum ecastor hodie astis confertum fallaciis. *subaudi* dimittam: sed alii leg. *astutis.*

ASTŪTE, *craftily, slily, cunningly, archly, knavishly*, πανούργως, callide, versute. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 1. Nihil enim nec temere dicere, nec astute reticere debeo. *Id. Attic.* l. 10. ep. 6. Astute aliquid agere. *Terent. Eun.* 3. 3. 3. labefactare aliquem. *Plaut. Epid.* 2. 2. 96. comminisci aliquid. *Id. Mostell.* 5. 1. 21. Docte, atque astute captare. *Id. Rud.* 4. 7. 14. Consulte, docte, atque astute cavere. *Varr.* l. 9. *L. L.* c. 1. *ante med.* Sed ne astutius videar posuisse, &c. *Gell.* l. 18. c. 4. *ad fin.* Levia inaniaque pro gravibus, et veris astutissime componere. *Lactant.* l. 1. c. 22. Astutissime excogitare.

ASTUTĬA, æ, f. *craftiness, archness, knavery*, πανουργία, κακοποιία, calliditas, malitia, perversum, et callidum ingenium in inveniendis dolis, et fallaciis: et differt ab *astu*, ut actus ab habitu: *astutia* enim habitum significat; *astus* actum. *Cic. pro Cluent.* c. 65. Quod si aut confidens astutia, aut callida esset audacia, vix ullo obsisti modo posset. *Id.* 3. *Offic.* c. 17. Aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. *Terent. Andr.* 4. 3. 8. Nunc opus est tua mihi ad hanc rem exprompta malitia, atque astutia. *Plaut. Capt.* 2. 1. *in fi.* Inest spes nobis in hac astutia. *Id. ibid.* 3. 3. 15. Machinari corde astutiam aliquam. *Id. Epid.* 3. 2. 27. et *Mil.* 2. 2. 82. instituere. *Id. Epid.* 3. 2. 39. Permeditatus dolis, astutiisque onustus. *Id. Mil.* 2. 2. 78. In regionem astutiarum mearum te induco. ¶ Accipitur etiam pro urbana quadam calliditate, et solertia, qua et nocemus nemini, et rem nostram provide, prudenterque agimus, *circumspection, wariness.* *Cic. Fam.* 3. ep. 10. Quæ ego omnia in expetenda tua amicitia non astutia quadam, sed aliqua potius sapientia sequutus sum. ¶ Pro acumine, perspicacia. *Pacuv.* apud *Cicer.* l. 5. *de Fin.* c. 11. Quibus (*feris*) abest ad præcavendum astutia.

ASTUTŬLUS, a, um, *sly, arch*, diminut. ab astutus. *Apulei.* l. 6. *Metam.* Nec tamen astutulæ anus milvinos oculos effugere potui.

ASTŪTUS, a, um, *cunning, crafty, sagacious, ingenious, arch, sly*, πανοῦργος, πανουργὸς, ἀστικὸς, astu plenus. Primo significat urbanæ callidum, solertem, sagacem, et quod in rem suam est diligentissime providentem: ab *astu*, quod ab ἄστυ, urbs. Nam in urbe degentes sagaciores, cautioresque esse solent, quam qui in agris, ut ex *Festo* in *Astu* diximus. Nam quod in eodem *Festo* legitur *Astutus, arte tutus*, ne ipsi quidem *Vossio* placet; suntque illa non *Festi*, sed *Pauli Diaconi* verba. *Cic. Verr.* 2. c. 11. *in fi.* Ita fiet, ut tua ista ratio existimetur astuta; meum hoc consilium necessarium. *Ascon. ibid.* *Astuta:* urbana. etenim urbs ἄστυ dicitur. *Cic. in Orat.* c. 19. Oratio philosophorum nihil iratum habet, nihil invidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil astutum. *Id. pro Mur.* c. 4. Labores, per quos præmia ceperis, cum adeptus sis, deponere, esset hominis et astuti, et ingrati *Plin.* l. 36. c. 26. Astuta, et ingeniosa solertia. *Martial.* l. 14. epigr. 89. Solers, et astutus. ¶ Sæpe in malam partem accipitur pro versuto, malitioso, ad decipiendos alios ingenioso, doli machinandi perito, *artful, designing, knavish.* *Cic.* 3. *Offic.* c. 13. Hoc celandi genus est hominis non aperti, non simplicis, non ingenui, non justi, non viri boni; versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. *Gell.* l. 5. c. 10. Consilium astutum capere. *Tacit. de Germ.* c. 22. Gens non astuta, nec callida. *Plaut. Cas.* 5. 1. 6. Nec fallaciam astutiorem ullus fecit poeta. [*Cic. ad Fam.* l. 3. epist. 8. Quod si quis me astutiorem fingit.] *Id. Amph.* 1. 1. 112. Malus, callidus, astutus admodum. *Horat.* l. 1. *sat.* 3. v. 62. pro bene sano, Ac non incauto, fictum, astutumque vocamus. *Augustin. de civit. Dei*, l. 21. c. 6. Astutissima calliditas.

ASTY, V. *Astu.*

ASTYĂNAX, actis, m. Ἀστυάναξ (Græce urbis regem significans, ab ἄστυ, urbs, et ἄναξ, rex) filius Hectoris ex Andromache, natus post inchoatum bellum inter Trojanos, et Græcos; etiam *Scamander* dictus. Hunc Ulysses, antequam naves e Sigæo solverent, e turri dejecit, ne quid reliquiarum superesset, quod excidium Trojæ ulcisceretur. Sed *Dionysius* narrat, Scamandrum, et alios Hectoris filios a Pyrrho in Græciam captivos ductos fuisse, deinde ab illo dimissos, ad Regnum paternum in Troadem rediisse ductu Ascanii filii Æneæ, ad quem in agro Dascylitico regnantem se contulerant. *Ovid. Met.* 13. v. 415. Mittitur Astyanax illis de turribus, unde, &c. *Virg.* 2. *Æn.* v. 457. et avo puerum Astyanacta trahebat. *Astyanacta* accusativus est Græcæ positionis pro *Astyanactem*, quæ Latina est, et legitur apud *Daret. Phryg.* c. 24. [¶ Frigidus est jocus *Martial.* l. 8. epist. 6. Miratus fueris cum prisca toreumata multum, In Priami cyathis Astyanacta bibis, *h. e.* licet cyathi Priamum ipsum recordentur, tamen vinum in iis contentum bibis novum.]

ASTY̆CUS, a, um, adject. ἀστυκὸς, ad *asty*, seu *astu*, hoc est urbem Athenarum pertinens. Hinc *astyci ludi* ludi videntur fuisse, quos Athenienses in honorem Bacchi in urbe instituerant. *Jul. Scalig.* l. 5. *de emendat. temp.* scribit, fuisse ludos scenicos. Ad horum imitationem etiam Caligula *Syracusis astycos ludos edidisse* legitur apud *Sueton. in ejus vita* cap. 20. ubi alii leg. *asticos* æque recte. nam et ἀστικὸς Græce scribitur. Quidam Cod. habent *Atticos*, alii *Actiacos:* quidam etiam *hasticos*, quod quidam interpretantur ludos militares, in quibus simulacro quodam pugnæ hastis luderetur, quemadmodum in gladiatoriis gladio dimicabatur. Alii alias etiam lectiones commenti sunt.

[* ASTYDAMĪA, æ, f. filia Ormeni, V. *Ormenis.*]

ASTY̆LIS, V. infra *Astytis.*

[* ASTY̆LUS, i, m. Ἄστυλος. Unus ex Centauris, qui augurio valens fratres monuerat, ne bellum adversus Lapithas sumerent; sed exorto inter nuptias bello ipse sibi timens una cum Nesso Centauro fugam arripuit. *Ovid. Met.* 12. v. 307. Astylus ille etiam metuenti vulnera Nesso, Ne fuge; ad Herculeos, inquit, servaberis arcus.]

ASTYNŎME, es, f. Ἀστυνόμη, Chrysæ sacerdotis filia, de qua V. in *Chryses.*

ASTYPALÆA, æ, f. Ἀστυπάλαια, nunc *Stimpalia*, insula est maris Carpathii, una ex Cycladibus, cum urbe ejusdem nominis, ab Astypale Ancæi matre nominata. *Plin.* l. 4. c. 12. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 82. Cinctaque piscosis Astypalæa vadis.

ASTYPALÆĪCUS, a, um, ad Astypalæam pertinens, ut *Astypalæicæ cochleæ*, quarum varios usus in medicina refert. *Plin.* l. 30. c. 4. 6. et 14.

ASTYPALÆĬUS, a, um, Astypalæicus. *Ovid. Metam.* 7. v. 461. Hinc Anaphen sibi jungit, et Astypalæia regna.

ASTYRĬUS, V. in *Assyrius.*

ASTY̆TIS, idis, f. *a sort of lettuce*, ἀστυτίς, genus lactucæ rotundæ minima radice, latis foliis. *Plin.* l. 9. c. 8. ubi alii leg. *astylis:* sed *astytis* defenditur ab *Harduino* auctoritate *Eusthatii ad Iliad.* χ.

ASY̆LA, æ, f. herba est Latine ferus oculus dicta. *Plin.* lib. 25. cap. 13.

ASY̆LUM, i, n. *an asylum, sanctuary, place of refuge*, ἄσυλον, templum, aliusve quivis locus inviolabilis, consecrationis lege tutus, ad quem confugientes sine summo piaculo avelli non poterant: ab *α* privativa, et συλάω, spolio, rapio: vel quasi *asyron* ab *α* privat. et σύρω, traho, quod inde extrahi neminem fas esset, ut *Servius* docet ad *Æn.* 2. v. 761. ¶ Asylum primum Athenis sibi constitue-

runt Herculis posteri, veriti vim eorum, qui ab illo fuerant vexati, ut *Serv.* scribit *loc. cit.* Alii a Cadmo primum Thebis apertum fuisse putant. Deligebantur autem ad hoc templa præcipue, et luci propter religionem, quæ talia loca magis verenda reddit, et tuta. Tale fuit templum, et lucus Apollinis in Delo insula, *ea religione, et jure sanctum, quo sunt templa, quæ asyla Græci appellant*, ut *Liv.* l. 35. *c. ult.* loquitur. Græcos imitatus Romulus, et ipse asylum in ipso urbis primordio, Romæ constituit, inter Capitolium, et arcem, loco densis arboribus septo; quo ex finitimis populis turba omnis, sine discrimine, liber, an servus esset, avida rerum novarum perfugit: idque primum ad cœptam magnitudinem roboris fuit, ut *Liv.* l. 1. c. 8. narrat. Confugientes in asylum rei a legibus tuti erant; *neque abstrahi inde poterant, ne loci sanctitas violaretur. Tacit.* 3. *Ann.* c. 60. Crebrescebat Græcas per urbes licentia, atque impunitas asyla statuendi: complebantur templa pessimis servitiorum: eodem subsidio obærati adversum creditores, suspectique capitalium criminum receptabantur. *Liv.* l. 1. c. 8. Aperire asylum. *Cic.* 3. *Verr.* c. 33. Confugere in asylum. *Gell.* l. 6. c. 2. *ad fin.* Perfugiunt ad fati necessitatem tanquam in aliquod asylum.

ASYMBŎLUS, a, um, adject. *that hath paid no reckoning, shot-free*, ἀσύμβολος, qui symbolum non dedit, hoc est nullo collato pretio una cum aliis convivio adest, quem *Horat.* l. 4. od. 12. v. 23. vocat *immunem*: ab α privativa, et σύμβολον, vel συμβολὴ, collatio, collecta, quæ fit a singulis ad communes dapes. *Terent. Phorm.* 2. 2. 25. Te ne asymbolum venire unctum, atque lautum a balneis? *that you should come scot-free?* Adde *Gell.* l. 6. c. 13.

ASYNDĔTON, et Asynthĕton, i, *a figure of speech, where a conjunction copulative is left out; Asyndeton*, ἀσύνδετον, et ἀσύνθετον, figura, (Latine *dissolutio*) qua, demptis conjunctionibus, dissolute plura dicuntur, ut *Cic.* ait *in Orat.* c. 39. Talis est illa apud *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 30. Gere morem parenti, parce cognatis, obsequere amicis, obtempera legibus. Et *Ciceronis* apud *Quintil.* l. 9. c. 3. Qui indicabantur, eos vocari, custodiri, ad Senatum adduci jussi: in Senatu sunt positi &c. ¶ *Asyndeton* est ab α privat. et σύνδετος, colligatus, a συνδέω, simul ligo. *Asyntheton* ab α privativa, et σύνθετος, compositus, coagmentatus, a συντίθημι, compono, conjungo. Quamquam, *asyntheton* hoc schema recte dici, negat *Voss.* l. 5. *Instit. Orat.* c. 2. ¶ Dicitur præterea ἀσύνδετον a *Charis.* l. 4. pag. 250. *Putsch.* cum pluralis dictio singulari verbo concluditur, ut in illo *Virg. Æn.* 1. v. 20. *hic illius arma, Hic currus fuit:* Debuit enim dicere *fuerunt.* ¶ Adjective *asyndetus Mercurius* apud *Sidon.* l. 8. ep. 11. est Astrologorum propria vox, quibus signum aliquod asyndetum dicitur, cum nulla ratione, aut aspectu cum alio signo jungitur.

[* ASYNTRŎPHON, i. n. quoddam fruticis genus. *Apul. de herb.* c. 87.]

ASYSTĂTOS, instabilis, inconstans. Vox Græca apud *Lactant.* l. 3. c. 6. ab α privativa, et ἵστημι, sto.

AT

AT, *but, yet*, ἀλλὰ, sed, verum; conjunctio adversativa, quam ab ἀτὰρ (quod eandem fere habet significationem) derivari putat *Voss. in Etymol.* in *Ad. Cic. Attic.* l. 7. ep. 11. Non est in parietibus respublica, at in aris et focis. *Id. pro Mil.* c. 17. Vidit necesse esse Miloni proficisci illo ipso die, itaque antevertit. at quo die? *Id. pro Cluent. c. pænult.* Una mater oppugnat. at quæ mater? ¶ Jungitur eleganter aliis particulis. *Liv.* l. 5. c. 9. Ceteri tribuni nihil contradicere. at enimvero Sergius, Virginiusque intercedere, &c. *Cic. Verr.* 7. c. 26. At contra quacumque iter fecit, &c. *Plaut. Bacch.* 4. 2. 12. Nimis iracunde. *Pi.* At scin', quam iracundus siem? *Id. Amph.* 1. 1. 20. At scin' quomodo? faciam ego hodie te superbum, nisi hinc abis. *but do you know how?* estque hæc sæpe minitantis formula. *Id. Trinum.* 5. 2. 63. At jam posthac temperabo. *Terent. Adelph.* 2. 1. 7. Leno sum, at ita, ut usquam fuit fide quisquam optima. ¶ *At*, inquit *Festus*, notat etiam rerum differentiam, ut cum dicimus: *Scipio est bellator;* at *M. Cato Orator.* qua ratione vim disjunctivæ *et* habere videtur. ¶ In principiis servit transitioni, et continuationi orationis ut *ac*, et *atque. Cic. pro Dom.* c. 44. At videte hominis intolerabilem audaciam cum projecta quadam, et effrenata cupiditate. *Id. Phil.* 1. c. 8. At quæ est ista tertia decuria? Centurionum inquit. *Servius ad Æn.* 7. v. 363. et *ad Æn.* 9. v. 144. docet aliquando non tam conjunctionis vim habere, quam incipiendi; et ad ornatum pertinere. *Apulei.* sæpe *at enim* usurpat pro *autem*, ut l. 9. *Metam.* At enim casulæ parvulæ conterminos agros magnos possidebat vicinus dives. ¶ Servit frequenter anteoccupationi. *Cic.* 2. *Phil.* c. 9. At ego suasi. Scilicet is animus erat Milonis, ut prodesse Reipublicæ sine suasore non posset. At lætatus sum. Quid? ergo in tanta lætitia, &c. *but you will say, that*, &c. *Id. Fam.* 6. ep. 6. Cæsar nunquam, nisi honorificentissime, Pompeium appellat. At in ejus personam multa fecit asperius. Armorum ista, et victoriæ sunt facta, non Cæsaris. *Id. Attic.* 9. ep. 10. At Sylla, at Marius, at Cinna recte, imo jure fortasse. Sed quid eorum victoria crudelius? Adde *Fam.* 9. ep. 6. et l. 2. *de Divin.* c. 21. 29. 31. et 32. ¶ Ponitur etiam pro *atqui*, et sæpe subjectioni servit. *Cic.* 1. *Catil.* c. 11. Quid tandem impedit te? mos ne majorum? at persæpe etiam privati in Republica perniciosos cives morte multarunt. An leges? at nunquam in hæc urbe, &c. *but then, and yet. Id.* 3. *Verr.* c. 55. Quid ita? ne vitiosum opus fieret? at erat probatio tua. Ne parum locuples esset? et erat, et esset amplius, &c. *Id. pro Mil.* c. 6. Quid porro quærendum est? factum ne sit? at constat. A quo? at patet. *Id.* 2. *de Divin.* c. 29. At mors insecuta Gracchum est. Causa quidem, credo, aliqua morbi gravioris, &c. *Terent. Andr.* 4. 1. 56. Parum succedit, quod ago: at facio sedulo. ¶ Pro saltem, *at least. Cic. pro Quint.* c. 31. Obsecravit, ut aliquam, si non propinquitatis, at ætatis suæ; si non hominis, at humanitatis rationem haberet. *Id. Verr.* 4. c. 43. Cognitorem adscribit Sthenio. quem? cognatum aliquem aut propinquum? non. Termitanum aliquem, honestum hominem ac nobilem? ne id quidem. At Siculum, in quo aliquis splendor, dignitasque esset? minime. *Id. Verr.* 7. c. 27. Si minus supplicio affici, at custodiri oportebat. *Id. Verr.* 5. c. 85. Si non bonam, at aliquam rationem afferre. ¶ Interdum servit concessioni. *Cic. Attic.* 3. ep. 15. Non ita laudat Curionem. At potest ille aliquid prætermittere, &c. ¶ Interdum exclamationi, et implorationi. *Cic. Verr.* 3. c. 46. At per deos immortales, quid est, quod de hoc dici possit? *Horat. Epod.* 5. At o deorum quisquis in cælo regis, &c. ¶ Interdum exsecrationi, et imprecationi. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 59. At te dii, deæque perduint, &c. *may the gods*, &c. *Virg. Æn.* 2. v. 535. At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis, &c. Adde *Plaut. Mostell.* 1. 1. 37. [† In his locis fortius tantum imprecatur.] ¶ Jungitur eleganter cum *vero*, et *enim*, habetque varios usus. *At vero* adversativa est sæpe. *Cic. pro Marcell.* c. 4 Nihil est opere, aut manu factum, quod aliquando non consumat vetustas. At vero hæc tua justitia et lenitas animi florescet quotidie magis. Adde 2. *Offic.* c. 20. et 23. ¶ *At vero*, et *at enim* serviunt etiam occupationi. *Cic.* 2. *Phil.* c. 15. At vero Pompeii voluntatem a me abalienabat oratio mea. An ille quemquam plus dilexit, &c. *but you will say, that*, &c. vel: *but then my speech had the effect of alienating*, &c. *Id. ibid.* c. 2. At enim te in disciplinam meam tradideras (sic enim dixisti) domum meam ventitaras. Næ tu, si id fecisses, melius famæ consuluisses. Adde *Verr.* 7. c. 17. et *pro Leg. Manil.* c. 17, et. 20. ¶ Adhibetur eleganter *at enim*, cum vehementius adversamur. *Cic.* 1. *Offic.* c. 40. Bene Pericles cum casu formosus puer præteriret, dixissetque Sophocles, O puerum pulcrum, Pericle! At enim prætorem, Sophocle, decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere. *Id.* 3. *de Orat.* c. 12. Id si feceris, multa hic hodie vitia ponemus. At enim non sine meo periculo, Crassus inquit, possum, Sulpici, te reprendere. *Terent. Phorm.* 3. 2. 2. Audi quod dicam. *Do.* At enim tædet jam audire eadem millies. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 45. Si dare vis mihi, magis erit solutum, quam ipsi dederis. *Ha.* At enim scin' quid est? reddere hoc, non perdere herus me misit. ¶ *At enim*, et *at etiam* serviunt nonnunquam indignationi. *Cic. Phil.* 2. c. 34. Quid indignius, quam vivere eum, qui imposuerit diadema? &c. At etiam ascribi jussit in fastis. C. Cæsari Dictatori Antonium Cons. populi jussu regnum detulisse, &c. *but moreover. Plaut. Trinum.* 4. 2. 149. At etiam maledicis? *Terent. Eun.* 4. 4. 1. Exi foras, sceleste: at etiam restitas? *Liv.* l. 3. c. 19. *ad fin.* At enim divinis humanisque obruti sceleribus, legem vos hoc anno perlaturos dictitatis? ¶ *At at* repetitum, V. infra suo loco. ¶ Olim *at*, et *ad* promiscue scribebatur, et usurpabatur ob affinitatem, quam litteræ *t*, et *d* inter se habent: idque observasse se non in codicibus solum, sed etiam in antiquis monumentis testatur *Pierius* ad illud *Virg.* 4. *Æn.* v. 1. *At regina gravi:* ubi *Ad regina* in antiquo codice legisse se ait; et in illo *Æn.* 3. v. 371. *meque ad tua limina*, scriptum esse *at tua limina.* Sic *adque* pro *atque* legitur in antiq. inscript. Quæ scribendi ratio etiam tempore *Quintiliani* vigebat, ut colligitur ex ejus verbis l. 1. c. 7. (*al.* 13.) *sub init.* Sed Grammatici eam postea legem statuerunt, ut præpositio per *d*, *ad*; conjunctio per *t*, *at* scriberetur. Quæ lex ita paulatim receptissimo usu firmata est, ut nequaquam sit ab ea recedendum.

ATABŬLUS, i, m. ventus Apuliæ peculiaris, frigidissimus, qui si flavit circa brumam, omnia exurit arefaciens, ut nullis postea solibus recreari possint, ut ait *Plin.* l. 17. c. 24. Videtur derivari posse ab ἄτη, damnum, et βάλλω, infero, quia satis perniciem affert. Hunc *Gell.* l. 2. c. 22. vocat *Horatianum*, quia ejus meminit *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 77. Incipit ex illo montes Apulia notos Ostentare mihi, quos torret Atabulus, et quos, &c. V. *Sciron.*

ATABYRĬUS JUPITER, Ἀταβύριος, dictus est a quodam Atabyrio, qui eum hospitio receperat, et in bello contra Gigantes adjuverat, ipsique fanum ejus jussu dicaverat, ut est apud *Lactant.* l. 1. c. 22. Sed *Strabo* l. 14. scribit, Jovem Atabyrium dictum esse ab Atabyri monte altissimo Rhodi insulæ, ubi templum habuit. ¶ Fuit etiam quidam *Atabyrius* Rhodi Rex, a quo ipsa insula *Atabyria* est appellata. *Plin.* l. 5. c. 31.

ATACĪNUS, a, um, ad Atacem fluvium pertinens. *Atacini, orum*, dicti sunt populi Galliæ Narbonensis: unde ipse Narbo *colonia Atacinorum, et Decumanorum* a *Pompon. Mela* l. 2. c. 5. appellatur. ¶ *Atacinus* etiam dictus est *P. Terentius Varro* Poeta ab eodem Atace fluvio, ut docet *Porphyr.* ad illud *Horatii* l. 1. sat. 10. v. 46. experto frustra Varrone Atacino. Fuit enim ex Gallia Narbonensi, floruitque temporibus fere iisdem, quibus *M. Varro*, aut paulo post sub Cæsare Dictatore, et Triumviris. Scripsit Argonautica libris quatuor, secutus Apollonium Rhodium, quem curiose adeo imitatus est, ut ejus interpres dici possit: præterea bellum Sequanicum, epigrammata quædam, et elegiam, in qua cantavit puellam nomine Leucadiam, quam adamabat, et alia. Sed horum omnium nihil superest, præter quædam fragmenta apud *Quintilian. Priscian. Fest.* et alios. Scripsit etiam Satyram, sed non edidit, teste *Acrone* ad *Horat. loc. cit.* Hujusmodi de ejus scriptis judicium tulit *Quintilian.* l. 10. c. 1. Atacinus Varro in iis, per quæ nomen est assecutus, interpres operis alieni (*Argonautica intelligit*) non spernendus quidem, verum ad augendam facultatem dicendi parum locuples. Ejus meminere etiam *Ovid.* 1. *Amor. eleg. ult.* v. 21. *Propert.* l. 2. *eleg. ult.* v. 86. et *Stat.* l. 2. *silv. ult.* v. 77. ¶ Quidam scribunt *Attacinus* duplici *t.* Sed si ab Atace fluvio ducitur, primam brevem habet. V. *Atax.*

ATĀGEN, V. *Attagen.*

ATALANTA, æ, et Atalante, es, Ἀταλάντη, Schœnei filia, in Schyro, vel Sciro urbe Arcadiæ nata, vel ut alii malunt, Jasii Argivorum Regis filia, virgo forma, et viribus corporis præstans, una ex comitibus Dianæ. A Meleagro Œnei, et Althææ filio vocata ad venationem apri Calydonii cum reliqua Achaia juventute, eum prima sagitta vulneravit. Aper a Meleagro occisus est. Hic Atalantæ amore captus illi caput feræ largitus est. Cum eam rem avunculi Meleagri, Althææ fratres, Plexippus, et Toxeus indignarentur, et puellæ munus ademissent, a Meleagro interfecti sunt. Althæa stipitem fatalem igni admovit, quo combusto et ipse Meleager consumptus est. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 280. *et sequent.* ¶ Atalanta a nuptiis omnino abhorrebat, sylvis tantum, et venatu delectabatur. Cum mira corporis velocitate præstaret, procis suis cursus certamen proposuit, in quo victum mortis pœna, victorem conjugii sui præmium sequeretur. Multis superatis, tandem ab Hippomene Megarei, et Meropes filio, tribus pomis aureis, quæ ei Venus dederat, singillatim in stadium projectis, semel, iterum, tertium, a currendo retardata, et superata est. Irata Venus, quod sibi gratias non egisset Hippomenes, nec tus dedisset; effecit, ut in via in sacro Cybeles templo concumberent, quod erat in silva. Cybele scelus ulta est, eosque in leones convertit. Atque hi leones sunt, qui Cybeles currum trahunt. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 560. *et sequent.* Sed *Hygin.* duas facit Atalantas, alteram Archadem Schœnei filiam, Hippomenis uxorem, (quem alii Milanionem appellant) alteram Jasii, quam Meleagro nupsisse dicit, et ex eo Parthenopæum genuisse, qui inter formosissimos numeratus est. V. *eund.* fab. 99. 174. 185. et 270. *Serv. ad Æn.* 3. v. 113. et *Vet. Scholiast. Statii* ad 7. *Theb.* v. 267. ¶ Etiam *Ovid. Hyginum* sequitur, sed Atalantam Jasii filiam Milanioni nupsisse dicit, non Meleagro, et *Nonacrinam* vocat 2. *de ar. am.* v. 185. quia erat ex Tegea urbe Arcadiæ, ubi *Nonacris* mons. *Id. Metam.* 10. v. 598. Et tegitur festa victrix Atalanta corona. *Id.* 3. *Amor.* eleg. 2. v. 29. Talia Milanion Atalantes crura fugacis, &c. *Heins.* monet, in MSS. legi *Atalantis*, sed *Atalantes* esse retinendum, quod legitur etiam l. 3. *de ar. am.* v. 775. ¶ Est etiam *Atalanta*, et *Atalante* insula Eubœæ adjacens. *Plin.* l. 2. c. 88. et l. 4. c. 12. et *Senec.* l. 6. *quæst. nat.* c. 24.

ATALANTÆUS, a, um, adject. possess. ab Atalanta. *Stat.* 4. *Theb.* v. 309. Jamque Atalantæas implerat nuncius aures. *Manil.* l. 5. v. 179. Atalantæi labores. *Stat.* 7. *Theb.* v. 267. Schœnos Atalantæus. *h.e.* Schœnos urbs Arcadiæ dicta a Schœneo Bœoto, qui in ea loca migraverat, cujus filia Atalanta prope eam urbem cursu certavit, ut est apud *Pausan.* in *Arcadicis.* ¶ Scribitur et *Atalanteus.*

ATALANTIĂDES, æ, m. Parthenopæus Atalantæ filius. *Stat.* 9. *Theb.* v. 789. Trux Atalantiades.

ATANUVĬUM, ii, n. est poculi fictilis genus, quo in sacrificiis utebantur sacerdotes Potitii. Ita *Festus*, ubi alii leg. *Atavium.* In Glossis *Isidori* legitur *Attanabo, genus vasis.* Et in Glossis *Philox. Atnanulus*, ἅγιον ἱερέως σκεῦος κειμήλιον. Quæ voces aliquam inter se similitudinem habent, et eandem rem significare videntur. V. *Voss. in Etymol.* ¶ Legitur etiam *Attanulum*, quod ab *Atanuvium* factum esse, putat *Salmas. in Solin.* pag. 830.

ATARGĀTIS, quæ et Atargata, et Atergatis, et Adergatis, et Adargitis, et Adargidis, item Derceto, et Derce, varie a variis appellatur, Dea Assyriorum, seu Syrorum, de qua videndus *Seldenus de Diis Syris syntagm.* 2. c. 3. ubi ea omnia nomina corrupta esse censet ab Addirdaga, quæ est Hebræa vox אַדִּיר דָּג et significat magnificum, seu potentem piscem: additque in hanc migrasse numen Dagon, quod et ipsum derivatur ab Hebraico דָּג seu דָּגָה piscis. Ejus enim numinis forma superne hominem, inferne piscem referebat. *Atargatis*, seu *Adargatis* legitur apud

Macrob. l. 1. Saturn. c. 25. et apud *Plin.* l. 5. c. 23. V. supra in *Aiad.*

ATARNITES, æ, fuit Hermias Atarnæ, seu Atarneæ (de qua *Plin.* l. 5. c. 30.) urbis Mysiæ tyrannus, qui cum a Persarum Rege defecisset, ab ejus ducibus circumventus, et in Regis potestatem redactus, vivus in juvenci pellem insutus fuit. *Ovid. in Ibin*, v. 319. ubi alii leg. *Acharnides*, quod rejicit *Heinsius.*

AT AT (et aliquando conjunctis duabus vocibus *Atat*) interjectio variis affectibus serviens ἒ ἒ, [† ἰ, ἰ,] *αἲ αἴ. O! strange; O! wonderful; ha! you do not say so!* Modo enim est aliquid de improviso deprehendentis, aut rem diu non cognitam tandem intelligentis. *Terent. Eun.* 4. 5. 1. At at data hercle verba mihi sunt. *ah! Id. Andr.* 1. 1. 98. At at hoc illud est: hinc illæ lacrymæ, hæc illa est misericordia. ¶ Modo timentis. *Terent. Eun.* 4. 6. 17. Militem secum ad te quantas copias adducere? At at. *aye, there's the rub. Plaut. Aulul.* 4. 8. 10. Ille me non videt. at at eccum ipsum. *but lo! here he comes!* ¶ Modo exclamantis, et dolentis. *Plaut. Aulul.* 3. 1. 8. At at, perii hercle ego miser. ¶ Aliquando est simpliciter adversativa, ut *at. Plaut. Casin.* 2. 7. 11. At at concedam huc: audio aperiri fores. ¶ Huc pertinent illa quoque *Nævii in Tarentilla* apud *Charis.* l. 2. pag. 213. *Putsch. At at tatæ, cave cadas, amabo.* ubi libentius legerem *at attate,* vel *attate* solummodo. Et *ejusd. in Coroll. ibid.* pag. 214. *At tat tat,* et *at tatæ*, quod eodem modo emendandum videtur. V. *Attate.* ¶ Legitur etiam *attat* conjunctim, et geminato t, præsertim in allatis, aliisque *Plaut.* locis, ut *Pœn.* 4. 1. 5. *Pers.* 4. 7. 12. *Truncul.* 2. 7. 21. &c. sed eadem omnino est significatio.

ATAVĬA, æ, f. *the mother of a great grandfather's, or great grandmother's, grandfather or grandmother; a fourth grandmother,* ἐπιμάμμη, abavi, vel abaviæ mater, tam ex parte paterna, quam materna; cui respondet *adneptis. Caius Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 1. et *Paul. ibid.* leg. 10.

ATĀVUS, i, m. *the father of a great grandfather's, or great grandmother's, grandfather or grandmother; a fourth grandfather,* ἐπίπαππος, abavi, vel abaviæ pater tam ex parte paterna, quam materna; cui respondet *adnepos,* ut *Caius Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 1. et *Paul. ibid.* leg. 10. docent. *Festus* scribit, *atavum* dici, quia tata est abavi, idest pater (al. leg. *tata est avi*) ut pueri usurpare solent. Sed hoc etymon ineptum videtur. *Plaut. Pers.* 1. 2. 5. Pater, avus, proavus, abavus, atavus, tritavus. *Cic. pro Cœl.* c. 14. Non patruum, proavum, atavum audieras consules fuisse? ¶ Aliquando pro abavo sumitur. *a great grandfather's, or great grandmother's, father. Vellei.* l. 1. c. 2. Duces recuperandi imperii fuere Temenus, Cresphontes, Aristodemus, quorum atavus (*Hercules*) fuerat. V. *Lips.* notas, ubi stemma apponit. ¶ Aliquando universim dicitur de majoribus. *any ancestor. Colum. in præfat.* l. 1. *circa med.* Veteres illi Sabini, atavique Romani. *the ancient Sabines, the ancestors of the Romans.*

ATAX, ăcis, m. [† hod.] *l' Aude,* fluvius Provinciæ Narbonensis, qui e Pyrenæo nascitur, Rubrensem lacum permeat, Narbonem alluit, et in Tyrrhenum mare infunditur. Ita *Plin.* l. 3. c. 4. et *Pompon.* l. 2. c. 5. Hinc *Lucan.* l. 1. v. 403. Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas. Adde *Sidon. in carm.* l. 9. ep. 15.

ATEIUS, vel Atteius, V. *Capito.*

ATELLA, æ, f. Ἀτελλα, oppidum fuit Oscorum in Campania apud Clanium fluvium, nunc excisum; cui successit *Aversa* non longe ab eo sita. *Silius* l. 11. v. 14. Jamque Atella suas, jamque et Calatia adegit, Fas superante metu, Pœnorum in castra cohortes. Adde *Cicer.* 2. *Agrar.* c. 31. ¶ Apud *Petron. in fragment. Tragur.* c. 53. *Burmann.* Atellam facere, est Atellanam fabulam actitare. Alii tamen leg. *Atellanam.*

ATELLANĬCUS, a, um, adject. ad Atellanas pertinens. *Sueton. in Tiber.* c. 45. Atellanicum exodium. *Petron. in fragment. Tragur.* c. 68. *Burmann.* Atellanici versus. V. *Atellanus.*

[* ATELLANIŎLUS, a, um, diminut. ab *Atellanus. Fronto ad M. Cæsar.* lib. 2. ep. 9. Sed cum leges sexaginta mihi sint et Novianæ, et Atellaniolæ, et Scipionis oratiunculæ, ne tu numerum nimis expavescas.]

ATELLANĬUS, a, um, idem quod Atellanicus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 10. Atellanius versus. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 10. Atellania ars. Utroque loco quidam leg. *Atellanicus.* V. vocem sequent.

ATELLĀNUS, a, um ad Atellam pertinens. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 14. Municipium Atellanum. ¶ *Atellani, orum,* sunt Atellæ oppidi incolæ. *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ *Atellana fabula,* et *Atellana, æ,* absolute genus est poematis maxime jocosum, et ridiculum, ideo ita appellatum, tum quia primo, et diu Atellanis fabellis, hoc est ab Atellanis petitis, consertum fuit, ut *Liv.* l. 7. c. 2. docet; tum quia Oscorum dialectus in eo servabatur; tum demum quia qui illud agebant Osco more personati inducebantur. Atella autem Oscorum urbs fuit. Hujusmodi fabulæ agebantur fere in fine Comœdiæ, aut Tragœdiæ (unde et *Exodia* dicebantur) ad exhilarandos animos affectu aliquo vehementi turbatos, quemadmodum a Græcis Satyræ, et ab Anglis nunc ea, quæ *interludes* appellamus. *Juvenal.* sat. 6. v. 71. Urbicus exodio risum movet Atellanæ. *Sueton. in Ner.* c. 39. Histrio Atellanarum. *Id. in Cal.* c. 27. Atellanæ poeta. *Gell.* l. 17. c. 2. Novius in Atellana, quæ Parcus inscripta est. *Id.* l. 12. c. 10. Pomponii fabula Atellana est, quæ ita inscripta est, Æditumus. ¶ *Atellanus, i,* Atellanæ fabulæ actor. *Sueton. in Galb.* c. 13. Atellanis notissimum canticum exorsis. *Cic. Fam.* 9. ep. 16. Nunc venio ad jocationes tuas, cum te secundum Œnomaum Accii, non, ut olim solebat Atellanum, sed ut nunc fit mimum introduxisti. Hoc *Ciceronis* loco innuitur discrimen inter *Atellanas,* et *Mimos.* Nimirum *Mimi* fabulæ erant Latinæ, sed valde lascivæ, et dicacissimæ: contra *Atellanæ* modestiores multo, et vetusta rudique, ac severa elegantia scriptæ. Præterea mimos agebant histriones, Atellanas sibi Romana juventus retinuit, nec ab histrionibus pollui passa est, ut *Liv. loc. cit.* scribit. V. plura apud *Manut. in hunc. Cicer. loc.* Et universim de Atellanis fabulis consule *Voss. Institution. Poetic.* l. 2. c. 35. ¶ Quidam scribunt *Attellanus* duplici *t,* sed minus recte.

ATER, atra, atrum, *black, coal-black, sable, dark, brown, dusk, dun,* niger, obscurus, μέλας. Proprie differt a *nigro,* sicut *albus* a *candido.* Nam *ater* minus obscuritatis habet, quam *niger,* sicut *candidus* plus candoris, quam *albus.* Tametsi hoc discrimen non semper a Scriptoribus servatur. *Cic. Tuscul.* 5. c. 39. Democritus luminibus amissis, alba scilicet, et atra discernere non poterat. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 5. Atra bilis. *Ovid.* l. 1. *Amor.* eleg. 13. v. 31. Filius ater. *Id. ibid.* eleg. 14. v. 9. Ater capillus. *Lucret.* l. 6. v. 1145. Ater sanguis. (Frequenter Poetæ *sanguinem atrum* vocant, præsertim illum, qui in cædibus effunditur) *Tacit. Hist.* 5. c. 6. Ater liquor. *Petron. in Satyr.* c. 133. Atra vestis. *Horat.* l. 2. od. 14. v. 17. Ater Cocytus. *Id. Epod.* 8. v. 3. Ater dens. *Id.* l. 2. od. 16. v. 2. Atra nubes. *Id. Epod.* 10. v. 9. Atra nox. *Id.* l. 2. *sat. ult.* v. 55. Ater pulvis. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 165. color. *Terent. Eun.* 5. 4. 17. panis. *Plaut. Men.* 5. 5. 17. Album, an atrum vinum potas? *Id. Pœn.* 5. 5. 11. Atrior multo ut siet, quam Ægyptii. *Virg.* 2. *Georg.* v. 130. Atra venena. *h. e.* quia vel nigri sunt succi, vel nigra reddunt corpora, quæ infecerint. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 18. Ater sinus Adriæ. *h. e.* procellosus, quia mare agitatum ventis nigrescit. *Lucret.* l. 6. v. 258. et *Virg.* 5. *Æn.* v. 693. Atra tempestas *scilicet* quia nubes solem tegunt, et tenebras inducunt. Sic *Virg.* 7. *Æn.* v. 214. Atra hiems. *Id.* 1. *Æn.* v. 169. Atrum nemus. *h. e.* umbrosum. ¶ *Ater* etiam dicitur, qui atratus est. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 6. Designatorem decorat lictoribus atris. *h. e.* ministris libitinariis, qui pullis vestibus utebantur. ¶ Translate ponitur pro fœdo, turpi. *foul, loathsome. Horat. de ar. Poetic.* v. 3. ut turpiter atrum Desinat in piscem mulier formosa superne. *Adde quod pisces permulti sunt atri coloris. Virg. Georg.* 3. v. 430. Atra ingluvies. ¶ Item pro funesto, infelici, lugubri, tristi. *sad, gloomy, mournful. Propert.* l. 2. eleg. 8. v. 34. Extremi funeris atra dies. *Virg.* 3. *Æn.* v. 64. Atra cupressus. *Lucret.* l. 2. v. 580. Atrum funus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 429. Atra dies. *Senec. in Herc. furen.* v. 693. Ater luctus. *Id. in Hippol.* v. 1212. Atra lux. *Horat.* l. 1. od. 28. v. 13. Atra mors. ¶ *Atri dies* sunt ominosi, infelices, et in quibus gravis aliquando calamitas Reipublicæ acciderit: quales erant Romanis dies omnes postridie calendas, nonas, idus, et ante diem quartum calendas, nonas, idus, ut *Gell.* l. 5. c. 17. *Paul.* ex *Festo* in *Nonarum,* et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 15. *in fi.* et c. 16. docent, ejusque rei causam ibidem tradunt. *ominous, unlucky, ill-boding.* Addit *Gell.* hos dies imperite a vulgo *nefastos* appellari. Differunt enim. Nam omnes quidem atri dies erant nefasti, sed non omnes nefasti erant atri: verbi gratia dies festi erant nefasti, sed non atri. Atri dies neque prœliares erant, neque puri, neque comitiales. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 4. Dies postridie calendas, nonas, idus appellati atri, quod per eos dies novi inciperent. *Turneb.* legendum putat *nihil novi inciperent,* ut constet sententia. *Afran.* apud *Non.* c. 2. n. 40. Septembris heri calendæ, hodie atri dies. ¶ Ratio autem hujus appellationis est, quod veteres felicia omnia albo, tristia et infausta atro colore notabant. V. quædam huc pertinentia in *Albus.* ¶ Accipitur etiam *ater* pro obscuro, et intellectu difficili. *obscure, enveloped in ambiguity, difficult to comprehend. Stat.* l. 5. silv. 3. v. 156. tu pandere doctus Carmina Battiadæ, latebrasque Lycophronis atri. ¶ Item pro livido, maligno, maledico. *sharp, cutting, severe, satirical, malignant. Horat.* l. 1. ep. 19. v. 30. atris versibus oblinere aliquem. *Id. Epod.* 6. v. 15. Atro dente aliquem petere. ¶ Item pro molesto, noxio, tristi. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 40. et l. 4. od. 11. *in fi.* Atra cura. *Id. de art. poet.* v. 423. Atræ lites. *Claudian.* l. 1. *de laudib. Stilich.* v. 279. Atra fames. ¶ Tribuitur et aliis rebus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 719. Immisitque fugam Teucris, atrumque timorem. *Lucret.* l. 6. v. 253. Atra formido. *Id.* 4. *Georg.* v. 407. Atra tigris. *h. e.* terribilis, metuenda. Sic *Id. Æn.* 7. v. 525. atraque late Horrescit strictis seges ensibus. *Horat.* l. 2. od. 4. v. 17. Atræ viperæ. ¶ Apud *Virg.* 12. *Æn.* v. 591. Ater odor, est, ut exponit *Serv.* qui ex atra re ambusta exit. ¶ *Albus an ater* &c. proverb. V. in *Albus.* Atrum olus. V. *Olusatrum.*

[* ATERAMNON, i, n. herba quædam apud *Plin.* l. 18. c. 17. sect. 44. Circa Philippos ateramnon nominant in pingui solo herbam, qua faba necatur: teramnon, qua in macro, cum udam quidam ventus afflavit. *Dalechampius,* aliique censent, hanc herbam nusquam omnino gentium fuisse, cum vox *ateramnon,* sicuti et *teramnon,* ex male intellecto *Theophrasti* loco l. 4. *de caus. plant.* c. 14. satis ridicule a *Plinio* conficta fuerit. *Harduinus* tamen *Plinium* a tam supinæ negligentiæ culpa purgare conatus est; quam vero feliciter, judicent eruditi.]

ATERCAŪTA, V. *Atteranea.*

ATERGĀTIS, V. *Atargatis.*

ATERĬA, vel Aterina lex denominata est ab A. Aterio Fontinali, qui fuit consul cum Sp. Tarpeio circa A. U. 298. Hi consules legem tulerunt, ut in multis, quæ ob aliquod crimen indicebantur, et quæ pecore solvi solebant (nam pecore præcipue constabant illorum temporum divitiæ) oves decussibus, boves centussibus æstimarentur. *Festus* in *Peculatus* hanc *legem Tarpeiam* vocat; *Gell.* l. 11. c. 1. *Ateriam;* ubi alii legunt *Aterinam.* Summa autem pecoris multa fere tunc erat duarum ovium, et triginta boum (quam ne cuiquam excedere liceret T. Menenius Lanatus, et P. Sestius Capitolinus Coss. lege lata paucis post annis sanxerunt, ut *Fest. ibid.* docet: quæ lex *Menenia* dicta est.) quia scilicet Italia bobus abundabat, ovibus non item. Sed quia sæpe eveniebat, ut boves, ovesque alias pretii parvi, alias majoris addicerentur; eaque res faciebat inæqualem multæ punitionem? idcirco bobus, ovibusque pretium Ateria lege constitutum est. Hæc ex *Gell. loc. cit.* Sunt tamen qui putant, *Ateriam* legem fuisse de non excedenda in multis duarum ovium, et triginta boum summa; quod *Meneniæ* tribuit *Festus:* et *Meneniam* de æstimatione ovium decussis, et boum centussis; quod *Ateriæ Festus,* et *Gell.* tribuunt.

ATERNUS, i, [† nunc] *Pescara,* Ἄτερνος, fluvius est Italiæ, in ejus quarta regione, ubi Frentani populi ex Apennino oriens, Aquilam, Teatemque præterfluens, et in Adriaticum mare influens. *Plin.* l. 3. c. 5. et 12.

ATESTE, is, n. [† nunc] *Este,* oppidum Venetiæ ad radices Euganeorum montium, qua ad meridiem vergunt, fertilissimo agro dives: alluitur Medoaco minori, et distat Patavio 15. milliar. Fuit Romanorum colonia, et in tribu Romilia. *Plin.* l. 3. c. 19. In mediterraneo regionis decimæ, coloniæ Cremona, Brixia Cenomanorum agro; Venetorum autem Ateste. *Id.* l. 17. c. 17. Corellius eques Romanus, Ateste genitus. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 6. Inde Patavium, et Ateste partibus adjunxere. *Vet. epigr.* apud *Pithoeum* p. m. 85. Hic et Ateste jacet, qui post Antenora nomen Laudibus et titulis tollit in astra suum. ¶ Scribitur et *Atheste.*

ATESTĪNUS, a, um, ad Ateste pertinens, ut Sabina Atestina apud *Martial.* l. 10. epigr. 93. quæ scilicet Ateste patriam habebat. ¶ *Atestini, orum,* sunt Atestis incolæ. *Inscrip.* apud *Gruter.* pag. 198. n. 6. Sex. Atilius M. F. Serranus Pro Cos. Ex S. C. inter Atestinos, et Vicetinos finis terminosque statui jussit.

ATHAMANĪA, æ, f. Ætoliæ regio, (alii in Epiro constituunt) cujus populi *Athamānes* dicuntur a *Plin.* l. 4. c. 2. a *Cic. in Pison.* c. 40. et a *Liv.* l. 31. c. 42. et alibi, Ἀθάμανες a Ptolemæo. *Liv.* l. 36. c. 14. Athamania omnis in jus, ditionemque Philippi concessit.

ATHAMĀNIS, idis, adject. femin. quæ est ex Athamania. *Ovid. Metam.* 15. v. 311. Admotis Athamanis aquis accendere lignum Narratur. *h. e.* mulier ex Athamania in Dodonæo fonte exstinctas faces mergens accendit. Est autem Dodonæus fons in Epiro, cujus hanc accendendarum facum vim narrat etiam *Plin.* l. 2. c. 103. Tres tamen Editiones principes, quas vidi, itemque *Aldus,* ediderunt *Admotis Athamantis aquis,* &c. ut sit *Athamantis, idis,* eodem sensu.

ATHAMANTĒUS, a, um, adject. ad Atamantem pertinens, Ἀθαμάντειος. *Ovid. Metam.* 4. v. 496. Inoosque sinus, Athamanteosque pererrant, Inspirantque graves animas. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 143. nunc ramis Phœbi, nunc germine Lernæ, Nunc Athamantea protectum tempora pinu. *h. e.* corona ex pinu, quæ dabatur in ludis Isthmicis. Hi autem ludi instituti fuerunt ab Athamante in honorem Melicertæ filii, qui cum in mare se projecisset, in deum marinum mutatus est, et Palæmon appellatus. ut *Pausan. in Atticis sub fin.* narrat. *Martial.* l. 8. epigr. 28. Athamanteum aurum. *h. e.* aureum vellus arietis, quo Phryxus Athamantis filius in Colchidem vectus est.

ATHAMANTIĂDES, æ, m. patronym. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 919. Athamantiadesque Palæmon. *h. e.* Athamantis filius.

ATHAMANTĬCUS, a, um, adject. ad Athamantem pertinens. *Plin.* l. 20. c. 23. Mei duo genera: nobilius Athamanticum vacant, illi tanquam ab Athamante inventum; hi quoniam laudatissimum in Athamante reperiatur.

ATHAMANTIS, idis, f. patronym. *Ovid. Fast.* 4. v. 903. Et frustra pecudem quæres Athamantidos Helles. *h. e.* Athamantis filiæ. *Id. Heroid.* ep. 18. v. 137. Fluctibus immodicis Athamantidos æquora canent. *h. e.* Hellespontus, in quod Helle Athamantis filia se præcipitavit. ¶ *Athamantis* alio sensu, V. in *Athamanis.*

ATHAMĀNUS, a, um, ad Athamaniam pertinens. *Propert.* l. 4. eleg. 6. v. 15. Est Phœbi fugiens Athamana ad litora portus.

ATHĂMAS, antis, m. Ἀθάμας, Æoli filius Thebarum Thessaliæ rex, Inonem inter alias uxorem habuit Cadmi, et Harmoniæ, vel Hermiones filiam, ex qua duos sustulit liberos, Learchum, et Melicerten. Juno indignata, quod Ino Bacchum ex Semele ejus sorore pellice sua natum nutrivisset, Athamanti furorem immisit, quo ille actus Learchum filium, feram credens, saxo illisum interfecit, uxorem autem cum Meliceria altero filio persequens, et leænam cum catulo esse dicens, in mare se præcipitare adegit, ubi deorum misericordia in marinos deos versi sunt. Ipse autem Athamas, recepta tandem sanitate, in eorum honorem Isthmicos ludos instituit. Hæc ex *Hygin.* fab. 2. *Ovid.* 4. *Metam.* et 6. *Fast. Serv. ad Æn.* 5. v. 241. et *Pausan. in Attic. sub fin.* &c. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 489. Hinc agitur furiis Athamas, et imagine falsa. *Id.* 4. *Metam.* v. 470. et in facinus traherent Athamanta Sorores. *Cic. in Pison.* c. 20. Ego te non vecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorem putem? ¶ Est etiam *Athamas* mons Thessaliæ, de quo *Plin.* l. 4. c. 8. et l. 20. c. 23.

ATHĒNÆ, arum, f. n. pl. *Athens*, Ἀθῆναι, clarissima urbs Græcia, Metrop. Atticæ, inter fl. Cephisum, et Ilissum. Primum dicta est *Cecropia* a conditore Cecrope, postea *Mopsopia* a Mopso, et *Ionia* ab Ione Xuthi filio, et *Athenæ* ab Ἀθηναία, vel Ἀθηνᾶ, Minerva. ¶ *Plato* scribit, ante diluvium alias Athenas exstitisse et apud Græcos, et apud Ægyptios, quas Pallas condidit, et docuit, ea Reipub. forma tradita, quam ipse in suis libris describit. Athenas in Græcia conditas fuisse mille annis ante Ægyptias; Atticam regionem a Vulcano, et Minerva gubernatam fuisse, eosque priscis Atheniensibus Rempublicam tradidisse; veteres Athenienses omnium virtutum genere præ ceteris hominibus excelluisse; bellum gessisse cum Regibus, et populis Athlantidis insulæ, qui in Græciam venerant, novem mille annis ante suam ætatem; Athenas veteres terræmotu absorptas fuisse. Etiam *Plin.* duas Athenas agnoscit, unam in Attica, l. 4. c. 7. (de qua semper intelligendi sunt, qui *Athenas* nominant, nec aliud addunt) alteram in Arabia, l. 6. c. 28. Tertiam addidit *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 18. cujus verba in voce sequent. afferemus. *Stephan. de Urbib.* novem Athenas memorat. V. vocem sequent. ¶ Fruges Athenis primum inventas, aut invectas, *Diodor. Sicul.* auctor est. Inde frugum parentem *Flor.* l. 3. c. 5. vocat. Sed major laus, omnis generis litteras ibi inventas, atque excultas fuisse, ut ea Urbs communis Magistra diceretur. *Cic. pro Flacc.* c. 26. Hinc *Athenæ* aliquando pro ipsis litteris ponuntur. *Juvenal.* sat. 15. v. 110. Nunc totas Graias, nostrasque habet Orbis Athenas. *h. e.* Romanas, et Græcas litteras. ¶ Ratio cur *Athenæ* in plurali numero diceretur, est, quia, ut *Steph. de Urbib.* tradit, Theseus undecim oppidorum populos in unum coegit, unaque curia, et magistratu Athenis constituto, congregavit, et ob id festum συνοικίων, hoc est contuberniorum, in honorem Minervæ instituit: quod et *Plutarch. in Theseo* narrat. Eadem est ratio inclytæ Venetiarum urbis, quæ ex multis parvis insulis in eam magnitudinem, majestatemque coaluit, quam nunc omnes, qui adeunt, admirantur. ¶ *Athenis loquacior*, proverb. de homine verbosissimo, quod Athenienses loquacissimi habiti sunt. Huic contrarium est *Amyclis taciturnior*, de quo V. in *Amyclæ*. Utrumque legitur apud *Sidon.* l. 8. ep. 6.

ATHENÆI, orum, *the Athenians*, Ἀθηναῖοι, populi urbis Athenarum, non quidem ejus Atticæ, sed alterius. *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 18. Cum trinæ fuerint Athenæ, ab una dicti Athenæi, ab altera Athenienses, a tertia Athenæopolitæ. *Steph. de Urbib.* novem enumerat Athenas, in Attica, in Laconica, in Caria, in Liguria, in Italia, (hæc est fortasse oppidum illud, quod *Liv.* l. 45. c. 16. vocat *Minervium*) in Eubœa, in Acarnania, in Bœotia, et in Ponto Euxino. Quas vero duas ex iis *Varro* intelligat, (altera enim procul dubio Attica est) difficile est definire.

ATHENÆOPOLĪTÆ, arum, m. Ἀθηναιοπολῖται. V. vocem præced.

ATHENÆUM, i, n. Ἀθήναιον, locus erat Athenis Minervæ dicatus, ad quem Poetæ, aliique Scriptores Græci scripta sua deferebant, quemadmodum Poetæ Latini ad Apollinis templum; item locus, in quo Poetæ, Rhetores, Philosophi, et alii sua studia profitebantur, idest carmina recitabant, oratorie declamabant, philosophice disputabant, &c. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 35. Ad Athenæum audiendorum et Græcorum, et Latinorum Rhetorum, vel Poetarum causa processit. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 14. Ludum ingenuarum artium, quod Athenæum vocant, constituere. Loquitur *Aurel.* de Athenæo Romæ constituto ab Adriano ad similitudinem Athenarum; quod quidam putant fuisse in Capitolio.

ATHENÆUS, a, um, adject. *Athenian*, Ἀθηναῖος, ad Athenas pertinens, Atheniensis. *Lucret.* l. 6. v. 749. Athenæis in mœnibus. Adde *Plin.* l. 1. *Hist. nat.* in indice lib. 8. 11. 12. 14. &c. ubi auctores nominans a quibus aliquid sumpsit, dicit verb. gr. *Amphilochus Athenæus*, *Aristander Athenæus*, &c. ¶ De Athenæis populis V. supra *Athenæi*.

ATHENĬCA, orum, n. sunt bibliothecæ, quasi loca Minervæ dicata, in quibus custodiuntur litteraria monumenta. *Trebell. Poll. in XXX. Tyran.* c. 10. Epistolam Claudii repertam in Athenicis, inserendam putavi. *Al. leg.* archivis. V. *Salmas. ad hunc loc.*

ATHENIENSIS, se, *Athenian*, Ἀθηναῖος, ad Athenas Atticas pertinens. *Nepos in Epamin.* c. 4. Chabrias Atheniensis. *Id. in Dion.* c. 8. Civis Atheniensis. *Valer. Max.* l. 4. c. 1. *extern.* n. 4. Atheniensis populus. ¶ *Athenienses*, *ium*, absolute, sunt Athenarum cives, οἱ Ἀθηναῖοι. *Cic. pro Flacc.* c. 26. Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur.

[* ATHENIPPUM, i, n. est collyrium apud *Scribon. compos.* 26. et 27. *Rhodius* tamen suspicatur *Athenippium* dicendum esse, ab auctore nempe Athenippo.]

ATHĔOS, et Athĕus, i, m. *an atheist, one who denies the existence of a Deity*, ἄθεος, qui nullos esse Deos putat: ab *α* privativa, et θεὸς, deus. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 23. Diagoras, atheos qui dictus est, posteaque Theodorus, nonne aperte deorum naturam sustulerunt? *Arnob.* l. 3. pag. 116. Quantumlibet nos impios, irreligiosos vocetis, aut atheos. *Id.* l. 5. pag. 178. Quemquam ex his atheum, irreligiosum, sacrilegum, qui, &c.

ATHĒRA, æ, f. *a kind of pulse or gruel; pap for children*, ἀθήρα, medicamentum ex arinca decocta, et in liquidiorem pulticulam redacta, infantibus utilissimum. *Plin.* l. 22. cap. 25.

ATHERIĀNUS, a, um, adject. *Cic. Fam.* 9. ep. 18. Tu istic te Atheriano jure delectato: ego me hic Hirtiano. *h. e.* jure, quem tibi in cœna apponit Atherius. Alii leg. *Ateriano*, alii *Hateriano*. Sunt autem *Atherius*, *Aterius*, et *Haterius* Romana virorum nomina.

ATHERŌMA, atis, n. *a kind of swelling in the neck or arm-pits, so called from its containing matter like gruel or panada*, ἀθέρωμα, et ἀθήρωμα, abscessus, seu tuberculum in capite fere nascens, cum folliculo, in quo quiddam pulti simile continetur, peculiari tunica inclusum. *Cels.* l. 7. c. 6. Atheromati subest quasi tenuis pulticula: meliceridi liquidior humor. *Veget. de re veterin.* l. 2. c. 30. Atheroma est tuber, in quo farinosa congeries invenitur.

ATHĔSIS, is, m. [† nunc] *Adice*, [† vel] *Adigo*, Ἄθεσις, fluvius Venetiæ, qui oritur ex Brenna M. Alpium, in Com. Tyrolensi, alluit Tridentum, et Veronam, labitur in mare Adriaticum inter Fossam Claudiam, et Carbonariam postremum Padi ostium. *Virg.* 9. *Æn.* v. 681. Sive Padi ripis, Athesim seu propter amœnum. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 196. velox Athesis. Adde *Plin.* l. 3. c. 16.

ATHĔUS, V. *Atheos*.

ATHLA, æ, f. V. *Athlon*.

ATHLĒTA, æ, m. *a wrestler; any one who exhibits at the public games*, ἀθλητὴς, qui in gymnicis certaminibus, lucta, pugilatu, cursu, saltu, et hujusmodi pugnat; et præsertim qui lucta, aut pugilatu. Ita enim videtur a Latinis plerumque usurpari. Est ab ἆθλος, certamen, vel ab ἀθλέω, certo, pugno. Certabant athletæ in Circo, in gymnasiis, in amphitheatris, subligaribus virilia tecti, cetera nudi, oleo, seu ceromate uncti, et pulvere conspersi corpus, cujus vires ut alerent, servarentque, simplici cibo, et ad nutriendum, saginandumque apto utebantur, summoque studio ab iis abstinebant, quæ viribus officere possent: artem vero athleticam diligenter perdiscebant a magistris, assiduisque exercitationibus excolebant. *Cic. de Senect.* c. 9. Milo cum jam senex esset, athletasque se in curriculo exercentes videret, &c. *Id. in Orat.* c. 68. Ut enim athletas, nec multo secus gladiatores, videmus, nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæstram quandam, &c. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 23. In stadio cursores exclamant, quam maxime possunt: faciunt idem, cum exercentur, athletæ: pugiles vero, etiam cum feriunt adversarium, in jactandis cæstibus ingemiscunt. et cap. 17. Aniculæ sæpe inediam biduum, aut triduum ferunt. subduc cibum unum diem athletæ: Jovem Olympium, eum ipsum, cui se exercebit, implorabit; ferre non posse clamabit. *Nepos in Epamin.* c. 2. Magnitudo virium ad athletarum usum pertinet. ¶ Translate *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. Vos, qui estis Epirotici, pecuarii athletæ. *h. e.* diligentes, et strenui in re pecuaria procuranda. Sic l. 3. c. 5. *sub fin.* Nos athletæ comitiorum. Sic *Justinian. in epist. ad Theophil. Doroth.* &c. *præfixa libris Digest. a med.* Optimi athletæ judiciorum. *h. e.* strenue pugnantes in forensibus judiciorum certaminibus. ¶ Athletas, qui non lucri, sed virtutis causa se exercent, artem ludicram non facere, statuunt Jurisconsulti apud *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 2. leg. 4.

ATHLETĬCE, abverb. *stoutly, lustily, vigorously, athletically*, ἀθλητικῶς, athletarum more. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 14. Bene ne usque valuit? *Ch.* pancratice, atque athletice.

ATHLETĬCUS, a, um, *athletic, relating to wrestling; stout, lusty, vigorous*, ἀθλητικὸς, ad athletam pertinens. *Cels.* l. 4. c. 6. *in fi.* Athletico victu corpus firmare. *h. e.* iis cibis, quibus utuntur athletæ ad vires firmandas, et conservandas. V. *Coliphium*. *Gell.* l. 15. c. 16. Cum Milo jam grandis natu artem athleticam desiisset. ¶ *Athletica*, *æ*, absolute est athletica ars. *Plin.* l. 7. c. 56. Hercules Olympiæ athleticam instituit.

ATHLON, i, n. *a prize; the reward of victory*, ἆθλον, Græca vox, qua significatur præmium certaminis, quod victori datur: item aliquando labor, quod perfert quis in certamine. *Petron. in fragment. Tragur.* c. 57. *in fi. Burman.* Et habebam in domo, qui mihi pedem opponerent hac, illac: tamen enatavi. Hæc sunt vera athla. *Al. leg.* hæc est vera athla, *ut sit femin. gen.* ¶ Apud Astrologos sunt *athla* opera, res, labores, studia, certamina, et quicumque casus in vita humana possunt contingere; quorum duodecim classes fecerunt Astrologi, et singulis signis cælestibus assignarunt. *Manil.* l. 3. v. 162. 172. 193. &c.

ATHLOS, i, m. ἆθλος, Græce est certamen, qualia ab athletis, et gladiatoribus edi solebant. Latine *Hygin.* fab. 91. In athlo funebri, quod ei fiebat.

ATHOS, et Atho, m. [† hod. *M. Santo*, Turcis *Seidigag*,] *dat. et ablat.* Atho; *accusat.* Athon, et Atho, Ἄθως, τοῦ Ἄθω, τῷ Ἄθῳ, τὸν Ἄθω, mons altissimus Macedoniæ, instar pæninsulæ, LXXV. mill. passuum longitudine in mare Ægeum excurrens, cujus umbra in solstitio ad Lemnon usque insulam extenditur, LXXXVII. mill. passuum distantem, ut apud *Plin.* l. 4. c. 12. legitur. Ejus radicis ambitus CL. mill. passuum colligit, ut *Id. ibid.* c. 10. auctor est. Cacumen autem adeo extolli, ut supra nubes evadat, et ab imbribus tutus sit, quidam fabulantur, quod et de Olympo dici solet. Hunc montem Xerses perfodisse fertur, et a continenti abscidisse immissoque mari fretum ea navigabile suæ classi fecisse, cum in Græciam tenderet. Narrant *Plin. loc. cit. Pompon. Mela* l. 2. c. 2. et Græcorum Scriptorum permulti: sed hæc profecto mendacis Græciæ fabula est. *Juvenal.* sat. 10. v. 173. creditur olim Velificatus Athos, et quidquid Græcia mendax Fingit in historia. *Liv.* l. 44. c. 11. Nec minus, quam in altum magnitudine Atho mons excurrit. *Pompon. Mela* l. 2. c. 7. Atho monti Lemnos adversa. *Liv.* l. 45. c. 30. Ad Toronem, ac montem Atho. *Virg.* 1. *Georg.* v. 331. ille flagranti Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo Dejicit. *Plin.* l. 4. c. 10. Montem Athon Xerses continenti abscidit. Adde lib. 7. c. 2. ¶ *Servius* in illo *Virg. Æn.* 12. v. 701. *Quantus Athos, aut quantus Eryx*, &c. scribit, veram lectionem esse *Athon.* nam si legeris *Athos*, *thos* esse brevem, et versum non stare. Sed hoc falsum est. Nam etiam *Athos* secundam producit, cum Græce Ἄθως sit. Ceterum declinatur etiam *Athon*, *ōnis*, Ἄθων, ωνος. *Cic. in fragment.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 701. *Putsch.* Nisi quis Athonem pro monumento vult funditus efficere. *Lucil.* apud *Gell.* l. 16. c. 9. Asperi Athones.

ATHRISMUS, vel Athrœsmus, i, ἀθροισμὸς, figura est, qua plures sensus breviter expediti in unum locum coacervantur: ab ἀθροίζω, congrego, congero: ut in illo *Cicer. Catil.* 3. *in princ.* Rempublicam, Quirites, vitamque omnium vestrum, bona, fortunas, conjuges, liberosque vestros, atque hoc domicilium clarissimi imperii, *et quæ sequuntur.* Est autem Græca vox, et Græce usurpanda.

ATĬA LEX dicta est a T. Atio Labieno Trib. pl. qui eam tulit L. Julio Cæsare, C. Martio Figulo Coss. sanxitque, ut populus sacerdotia (quemadmodum olim lege Domitia) mandaret: cum antea sacerdotes lege Cornelia a Pontificum collegio crearentur. *Dio* lib. 37.

ATIĀNUS, V. *Actianus*.

ATILĬA LEX de dedititiis lata est a L. Atilio Trib. pl. circa A. U. 540. M. Claudio Marcello III. M. Valerio Lævino Coss. Adeatur *Livius* l. 26. c. 33. et 34. ¶ Alia fuit de tutoribus ab alio quodam Atilio lata, ut mulieribus pupillisve non habentibus tutores, a prætore, et majore parte tribunorum pleb. darentur. Hæc Romæ tantum locum habebat: sed lege Julia, et Titia prospectum fuit, ut in provinciis quoque similiter a Præsidibus tutores darentur. *Ulpian. in lib. regular. tit. de tutelis*, et *Justinian.* lib. 1. *Institut.* tit. 20. ¶ Alia de senisdenis tribunis militum a populo creandis, cum antea a Dictatoribus, et Consulibus creari solerent, lata fuit a L. Atilio, et C. Martio trib. pl. circa A. U. 443. V. *Liv.* l. 9. c. 30. ¶ Quidam scribunt *Attilia*, et *Attilianus* duplici *tt*, sed improbante *Manut. de Orthogr.*

ATILIĀNUS, a, um, adject. ad Atilium pertinens, quod est civis R. nomen. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 1. Atiliana prædia. *Valer. Max.* l. 4. c. 4. n. 6. Atiliana virtus. *h. e.* M. Atilii Reguli. ¶ *Atilianus tutor*, qui Atilia lege datur. *Ulpian. in lib. regular. tit. de tutelis.* V. vocem præced.

ATĪNA, æ, f. Ἄτινα, urbs olim, et colonia Latii in monte apud fines Samnii, inter Soram, et Venafrum. *Virg. Æn.* 7. v. 630. Tela novant Atina potens, Tiburque superbum. *Serv.* ad hunc locum docet, Atinam dictam esse a morbis, qui a Græcis ἆται dicuntur, quia circa eà loca gravis est aer propter vicinitatem paludis Pontinæ. Sed in hoc peccat contra Geographiam. ¶ Atina alia est in regione Venetiæ, sed excisa, teste *Plin.* l. 3. c. 19. [¶ Hanc tamen illam ipsam urbem esse existimant Geographi nonnulli, quæ olim Venetæ Forojuliensis provinciæ caput fuit, quæque ab aliis *Vedinum*, ab aliis *Hunnium*, a plerisque *Utinum*, ob sententiarum de ejus origine varietatem, dicitur, ab Italis vero *Udine*. Quamvis enim *Plinius* l. 3. c. 19. Atinam inter oppida numeret, quæ jam interierant, ex urbe tamen vicum factum non negat; ut revixisse post ea tempora videatur, nomenque vetus retinuisse, quod postea, ut

plerisque contigit, paululum immutatum est, cujus pænultima ex longa brevis facta sit. Ita *Marcellus in Inscription.* pag. 331. qui se huic opinioni ideo accessisse testatur, quod ingentes veterum ædificiorum reliquiæ oppidum vetustum, et Romano more extructum declarent, ac propterea in *Plinii* exemplaribus librariorum mendo *Atina* scriptum esse ait, reponendumque *Utina*, et hoc modo dictæ urbis nomen efferendum.]

ATINAS, atis, adject. ad Atinam pertinens, ut *Atinas campus* apud *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 28. et *Plin.* l. 2. c. 103. ¶ *Atinates*, *um*, sunt Atinæ incolæ, *Plin.* l. 3. c. 5. 11 et 12 et *Cic. pro Planc.* c. 9.

ATINIA, æ, f. *a sort of elm*, species ulmi. Ulmorum cum duo sint genera, gallicum, et vernaculum: illud *atinia*, hoc *nostras* dicitur. Atinia lætior, et procerior est quam nostras, uberiorem etiam frondem emittit, et bubus gratiorem. Fructum fert rariorem, quam nostras, et inter frondes latitantem; adeo ut quidam sterilem eam, neque ullam ferre samaram putaverint. *Plin.* l. 17. c. 23. et *Colum.* l. 5. c. 6. (ubi *atiniam ulmum* adjective appellat) et *de arbor.* cap. 16. ¶ Scribitur et *Atinea*.

ATINIA LEX de tribunis plebis, lata fuit a quodam Atinio. Ejus meminit *Gell.* l. 14. c. *ult.* his verbis: Nam et tribunis plebis Senatus habendi jus erat, quamquam Senatores non essent, ante Atinium plebiscitum. Ex quibus verbis colligi posse videtur lege Atinia cautum fuisse, ut tribuni plebis inter Senatores censerentur, iisque Senatus habendi, ac sententiæ dicendæ jus esset. V. *Lips.* l. 2. *Elect.* c. 13. et *Sigon. de antiq. Jur. Civ. R.* l. 2. c. 2. ¶ Alia fuit de usucapionibus, qua cavebatur, ne res furtivæ, aut quoquo modo surreptæ, usucapi ullo unquam tempore possent, donec ad dominum suum reverterentur. *Gell.* l. 17. c. 7. Legis veteris Atiniæ verba sunt: Quod subreptum erit, ejus rei æterna auctoritas esto. *Paul. Dig.* lib. 41. tit. 3. leg. 4. hoc idem caput refert, sed aliis verbis. *Cic.* etiam hujus legis meminit *Verr.* 3. c. 42.

ATINIĀNUS, V. *Actianus*.

ATIZŌES, æ, f. ἀτιζώης, gemma argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram, odoris jucundi. *Plin.* l. 37. c. 10.

ATLANTES, um, m. Ἄτλαντες, Libyæ populi degeneres humani ritus, quibus nec nominum inter se appellatio, sed in universum Atlantes dicuntur. Mos etiam iis est Solem orientem, et occidentem diris imprecationibus prosequi, ut exitialem ipsis, agrisque: neque insomnia visunt, qualia reliqui mortales. *Plin.* l. 5. c. 8. *Solin.* c. 31. et *Pompon. Mela* l. 1. c. 8. ¶ Hoc nomine appellantur etiam gigantes. *Nævius* apud *Priscian.* l. 6. pag. 679. *Putsch.*

ATLANTĒUS, a, um, adject. *Atlantean*, Ἀτλαντεῖος, ad Atlantem pertinens. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 105. Pleiades Atlanteæ. *h. e.* Atlantis filiæ. *Horat.* l. 1. od. 34. v. 10. Quo Styx, et invisi horrida Tænari Sedes Atlanteusque finis Concutitur. *h. e.* extrema Libya, ubi Atlas mons, et Oceanus Atlanticus. *Claudian. in nupt. Honor. et Mar.* v. 280. Atlanteo recessus Oceani. *Stat.* 1. *Achil.* v. 223. Atlanteus gurges. *Lucret.* l. 5. v. 36. Atlanteum litus. ¶ *Atlantei populi* sunt iidem qui *Atlantes* apud *Ammian.* l. 15. c. 3. (*al.* 4.)

ATLANTIĂCUS, a, um, *Atlantic*, Atlanticus. *Sil.* l. 13. v. 200. Qualis Atlantiaco memoratur litore, &c. *Calpurn.* ecl. 4. v. 83. Si quis Atlantiaci molitur pondus Olympi. *h. e.* Cæli, quod Atlas humeris sustinere dicitur a Poetis. *Auson. in Mosell.* v. 144. Talis Atlantiaco quondam balæna profundo.

ATLANTIĂDES, æ, m. Ἀτλαντιάδης, patronym. ab Atlante. *Ovid. Metam.* 8. v. 627. Venit Atlantiades positis caducifer alis. *h. e.* Mercurius Atlantis nepos ex Maia ejus filia. *Id. Metam.* 4. v. 368. Atlantiadem vocat Hermaphroditum Mercurii ex Venere filium.

ATLANTĬAS, ădis, patronym. femin. ab Atlante. *Sil.* l. 16. v. 136. Aurora obscuri tergebat nubila cæli Vixque Atlantiadum rubefecerat ora sororum. *h. e.* Pleiadum, quæ sunt Atlantis filiæ. *Auct. Priapeor.* carm. 69. Circen, Atlantiadenque Calypso.

ATLANTĬCUS, a, um, *Atlantic*, Ἀτλαντικὸς, ad Atlantem pertinens. *Cic. in Somn. Scip.* c. 6. Atlanticum mare. *h. e.* ea Oceani pars, quæ Africam ab Occidente alluit, ubi Atlas mons. *Sil.* l. 10. v. 185. Atlanticus accola. *h. e.* qui accolit circa Atlantem montem. *Martial.* l. 14. epigr. 89. Accipe felices, Atlantica munera, silvas. *h. e.* lignum citri, quod in Atlante monte optimum nascitur. *Plin.* l. 5. c. 1. et l. 13. c. 15. Sic *Lucan.* l. 10. v. 144. sectos Atlantide silva Imposuere orbes.

ATLANTĬDES, idum, f. Ἀτλαντίδες, filiæ Atlantis. Atlas duas uxores habuit Pleionem, et Æthram sorores fil. Oceani et Tethyos, ut alii malunt Deucalionis. Ex Pleione septem filias genuit, Electram, Alcyonem, Celæno, Maiam, Asteropem, Taygetem, Meropem: ex Æthra filium suscepit nomine Hyanthem, et septem filias, Ambrosiam, Eudoram, Pasithoem, Coronidem, Plexauridem, Pytho, Tychem. Omnes a Jove honoribus cælestibus dignatæ sunt. Illæ quæ ex Pleione Atlanti natæ sunt, positæ fuere ante genua Tauri, et *Pleiades*, atque *Vergiliæ* dicuntur: quæ ex Æthra in Tauri capite collocatæ sunt; partim in ore, partim juxta cornua, et dicuntur *Hyades*, et *Suculæ*. *Hygin.* fab. 192. et *Poet. Astron.* l. 2. c. 21. Hinc *Virg. Georg.* 1. v. 221. Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur. *Servius* monet, intelligi hoc loco Pleiades, seu Virgilias. Adde *Colum.* l. 10. v. 54. V. alia huc pertinentia in *Hyades*, et *Pleiades*.

[*ATLANTIGĔNA, æ, m. et f. ex Atlante genitus vel genita. *Vet. Poeta in Anthol. Latin. Burmann.* tom. 2. pag. 364. Mensis Atlantigenæ dictus cognomine Maiæ. Maia enim fuit Atlantis filia, quæ mensi Maio nomen dedit, ut narrat *Ovid. Fast.* l. 5. v. 104.]

ATLANTĬON, ii, n. *the lowermost vertebre of the neck*, nomen est extremæ colli vertebræ, dorso proximæ, ita dictæ tum quia sustinet reliquas colli vertebras, tum quia in ferendis dorso oneribus plurimum laborat, ad similitudinem Atlantis, qui Cælum humeris sustinere dicitur. *Plin.* l. 28. c. 8. Hunc spinæ articulum, sive nodum, Atlantion vocant: est autem primus.

ATLANTIS, ĭdis, adject. femin. ad Atlantem pertinens. *Lucan.* l. 10. v. 144. sectos Atlantide silva Imposuere orbes. *h. e.* mensas e citri ligno, quod in silvis Atlantis montis nascitur. *Propert.* l. 4. eleg. 1. v. 77. fecunda Atlantidos arva Calypsus. *h. e.* Ogygiæ insulæ, in qua Calypso Atlantis filia regnavit. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 659. Invenies, qui te Nymphen Atlantida dicant. *Id. ibid.* l. 4. v. 31. Dardanon Electra nesciret Atlantide cretum. ¶ Absolute *Valer. Flacc.* l. 2. v. 72. Jamque sub Eoæ dubios Atlantidis ignes Albet ager. *h. e.* Luciferi, quam plerique stellam Veneris dicunt, quidam autem fabulantur dictam esse ab Hespero Atlantis fratre. V. *Hesperus.* ¶ De Atlantidibus stellis V. in voce præced. ¶ *Atlantis, idis*, est etiam nomen insulæ, quam *Plato in Timæo*, et *in Critia* ad Herculis columnas fuisse dicit, Libya, et Asia majorem, ex qua ad alias insulas, mox ad antipodas hujus nostri orbis facilis esset trajectus: sed terræ concussione, et ingenti eluvione aquarum superfuso mari Atlantico, absorptam fuisse: illud autem mare navibus impervium factum ex multo limo, qui ex ejus insulæ reliquiis remanserit. Addit potentissimos ibi fuisse populos, qui quondam tota Libya Ægyptum usque, et Europa adusque Hetruriam imperii sui fines protulerint, donec ab Atheniensibus et Græcis ceteris divicti fugatique sint. Sed hoc est fabulosum, ut innuit etiam *Plin.* l. 2. c. 90. ¶ Alia hujus nominis insula memoratur ab eodem *Plin.* l. 6. c. 31. contra montem Atlantem sita: sed et ipsa incerta fama traditur. ¶ Quidam Geographi putant, *Atlantidis* nomine intellexisse Veteres ipsam Americam, quam cum vere existere scirent, et a nemine aditam nondum ea navigatione tentata, idcirco in ejus situ describendo errasse, aut etiam a mari absorptam credidisse.

ATLANTĬUS, ii, m. Ita appellatur ab *Hygin.* fab. 271. Hermaphroditus, qui fuit filius Veneris, et Mercurii nepotis Atlantis. ¶ Adjective *Silius* l. 15. v. 37. Tune etiam tentare paras Atlantia regna? *h. e.* Africam, ubi est Atlas. Alii leg. *Atlantica*.

ATLAS, antis, m. Ἄτλας, αντος, filius Neptuni, et Clitones. Regnavit in magna quadam insula, quæ ab illo Atlantis dicta est. Nomen etiam Mari Atlantico dedit. Sed alii Iapeti filius fuit ex Clymene, vel ex Asia, vel ex Libya, frater Promethei, et Hesperi, Rex Mauritaniæ. Humeris cælum sustinuisse dicitur, quia primus cursum Solis, et Lunæ siderumque omnium deprehendit, idest astrologiam invenit, et sphæram construxit. Vel origo fabulæ est, quod in montem excelsissimum conversus est, cujus cacumen cerni non potest, cælumque tangere videtur. Cum enim monitus fuisset oraculo, ut sibi a Jovis filiis caveret, intelligens, Perseum, qui devicta Medusa ad eum venerat, filium Jovis esse, a se rejecit, quod Perseus indigne ferens, ostendit ei caput Gorgonis. Atlas statim in montem mutatus est. Historia est, Perseum Medusa Regina devicta, bellum Atlanti intulisse, et Atlantem in montes recessisse. Alii tradunt, tres Atlantes fuisse, unum Regem Italiæ, patrem Electræ uxoris Coryti; alterum Regem Arcadiæ, patrem Maiæ, ex qua natus est Mercurius; tertium Maurum, qui dictus est Maximus, qui primus Astrologiam invenit, primus navim construxit. Alii etiam hanc fabulam narrant, Atlantem Cælum hospitio excepisse, deprehensum autem, quod illi struxisset insidias, præcipitem datum esse in mare, et exinde mare Atlanticum appellari cœpisse, ut Icarium ab Icaro. Hinc proverb. Græcum, *Atlas Cælum*, de iis, qui se magnis, et molestis involvunt negotiis: item de iis, qui sibi malum arcessunt. *Hygin.* fab. 150. narrat Atlantem ducem fuisse Titanum, qui cælum occupare conati sunt: quibus devictis, super ejus humeros impositum fuisse ipsius Cæli fornicem, damnatumque eum ad illud sustinendum. Fabulas de Atlante enarrant *Servius* ad 8. *Æn.* v. 134. ad 1. *Æn.* v. 745. et ad. 4. *Æn.* v. 246. *Ovid. Metam.* 4. v. 630. *et sequent.* et alii. *Virg.* 4. *Æn.* v. 246. apicem, et latera ardua cernit Atlantis duri, cælum qui vertice fulcit: Atlantis cinctum assidue cui nubibus atris Piniferum caput et vento pulsatur, et imbri: Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento Præcipitant senis, et glacie riget horrida barba. *Id.* 6. *Æn.* v. 797. ubi cælifer Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 643. Tempus, Atla, veniet, tua quo spoliabitur auro Arbor. *Atla* vocativus est Græcæ positionis, ὦ Ἄτλα, pro *Atlas*. Prima hic syllaba Græco more corripitur, ut et apud *Lucan.* l. 1. v. 555. ¶ Dicitur interdum de homine magnæ staturæ. *Juvenal.* sat. 8. v. 32. Nanum cujusdam Atlanta vocamus: Æthiopem cygnum. *Atlanta* accusativus est Græcæ positionis pro *Atlantem*. ¶ *Atlas* mons Mauritaniæ nomen habuit ad Atlante Rege. Extenditur ab ora Oceani Atlantici juxta promontorium Gerum ad Occ. usque ad conf. deserti Barcæ ad Ort. Fere e medio monte nubes incipiunt, hieme, et æstate nivem habet. Duplex est, major, et minor, uterque in Mauritania Tingitana. Major, quem cæli columnam vocant, est prope Libyam, et Mauritaniam a Libya interiore separat. Minor est pars Atlantis majoris, vicinior columnis Herculis. Multa de hoc monte *Plin.* l. 5. c. 1. ¶ *Atlantes* pro Telamonibus V. in *Telamones*.

ATNĔPOS, V. *Adnepos*.

ATOCIUM, ii, n. *any medicine that prevents conception*, ἀτόκιον φάρμακον, medicamentum, quod feminarum conceptus impedit, et sterilitatem inducit: ab *α* privativa, et *τόκος*, partus: estque per se adjectivum. *Plin.* l. 29. c. 4. *a med.* Vis ea annua est; quam solam ex omni atocio dixisse fas sit: *subaudi* medicamento.

ATŎMUS, i, *an atom, mite, mote, corpuscle; the least possible particle of matter*, ἄτομος, corpusculum minutissimum, quod *τομὴν*, idest, sectionem non recipit: ab *α* privativa, et *τέμνω*, divido. *Democritus* excogitavit innumerabilia quædam individua corpuscula, quæ *atomos* appellavit, quædam lævia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, curvata quædam, et quasi adunca, quæ huc et illuc casu, et temere in inani concursarent, et aliquando cohærescerent inter se, et aliis alia apprehendentibus continuarentur: ex his mundum, et omnes mundi partes factas esse, et omnia fieri, quæ in mundo gignuntur: motum atomorum æternum esse, omnia necessitate fieri, ne ab atomis naturalis motus avellendus sit. Hunc et *Epicurus* secutus est. Refellit *Lactant.* mox citandus. ¶ Hæc vox per se adjectiva est: quare tum masculino genere usurpatur, tum feminino: sed rectius in feminino, et subintelligitur *particula*, aut *substantia*, aut aliquid simile. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 17. Ille atomos, quas appellat, idest corpora individua, &c. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 20. In hac immensitate infinita vis volitat atomorum, quæ, interjecto inani, cohærescunt tamen inter se, et aliæ alias apprehendentes continuantur. *Vitruv.* l. 2. c. 2. Democritus atomos, quos nostri insecabilia corpora vocitaverunt. *Lactant. de Ira Dei*, cap. 10. Lucretius quasi oblitus atomorum, quos asserebat. ¶ In singulari num. *Cic. de Fato*, cap. 11. De ipsa atomo dici potest, &c. *Paulin. Nolan.* carm. 20. *Nat.* 7. *S. Fel.* v. 277. Nec minimæ perferre atomum duramus arenæ. *a grain of sand*, scilicet in oculo. ¶ *In atomo*, est momento temporis, *in a moment of time; in the twinkling of an eye*, ἐν ἀτόμῳ. *Tertull. de resurr. carn.* c. 42 et 51. ex. 1. *Corinth.* 15. et l. 3. *advers. Marcion.* c. *ult.* In atomo, in momentaneo motu oculi. ¶ Adjective *Tus atomum* apud *Plin.* l. 12. c. 14. est genus quoddam turis, quod sectionem passum non est, indivisum, integrum. *Paulin. Nolan.* ep. 31. (*al.* 11.) In segmento pæne atomo astulæ brevis.

ATQUE, *and*, καὶ, particula copulativa, idem cum *ac*, vel *et* significans: et sæpius ponitur ante voces a vocali incipientes. *Cic. pro Flacc. in princ.* Cum in maximis periculis hujus urbis, atque imperii, gravissimo, atque acerbissimo Reipublicæ casu, socio, atque adjutore consiliorum, periculorumque meorum L. Flacco, &c. *Terent. Adelph.* 2. 1. 31. Mitte ista, atque ad rem redi. *Liv.* l. 44. c. 22. In omnibus circulis, atque etiam, si diis placet, in conviviis sunt, qui exercitum in Macedoniam ducant. *Cels.* l. 5. c. 28. n. 17. Oriuntur in pedibus, et manibus, atque ungues quoque infestant. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 17. Non solum vita cruciati atque dedecore, verum, &c. *Plin.* l. 27. c. 9. Felix singularis, atque non fruticosa. (Adde lib. 37. c. 8. bis, et lib. 7. c. 25. *in fin.*) *Terent. Andr.* 1. 5. 64. Propera. atque, audin'? verbum unum cave de nuptiis. *and hark you?* *Id. Eun.* 4. 6. 19. Egon' formidolosus? nemo est hominum, qui vivat, minus. *Th.* Atque ita opus est. *and exactly so*, &c. *Cels.* l. 7. c. 23. Urgent enim febres ardentes, et vomitus: præter hæc ingens sitis, et linguæ aspritudo, *&c.* Atque neque assumi facile cibus, neque contineri potest. *Atque* habet hoc loco vim eandem, ac *præterea, ad hæc, item*, et similium particularum, quæ continuandæ orationis vim habent. [Libri quidem vulgati habent *atque neque*, sed utraque doctissimi *Targæ* editio reponit *ac neque*, quia duo Codd., quos ille præ manibus habuit, ita præ se ferunt; alii omnes *at neque*. Ideoque frustra omnino hic *Forcellinus* ex hoc loco novum particulæ *atque* usum adstruere conatur.] Quo sensu eleganter usurpatur in principiis, et in transitionibus. *Cic. pro Leg. Manil.* c. 8. Atque ut omnes intelligant, me L. Lucullo tantum impetire laudis, quantum forti viro, &c. *Id. pro Cæl.* c. 19. Atque scitote, judices, eas cupiditates, quæ objiciuntur Cælio, &c. *Id.* 5. *Verr.* c. 19. Atque perinde loquor, quasi in eo sit iniquitas ejus reprehendenda. *Id.* 3. *Offic.* c. 6. Atque si etiam hoc natura prescribit, ut homo homini consultum velit. ¶ Servit interdum præoccu-

pationi. *Terent. Andr.* 4. 1. 16. Atque aliquis dicat: nihil promoveris. Multum: molestus certe ei fuero. ¶ Sæpe ponitur pro *quam* post particulas *contra, aliorsum, aliter, secus, magis*, et similes, et post adjectiva *alius, contrarius*, et hujusmodi: interdum etiam post comparativa. *than. Cic. Catil.* 3. c. 8. Simulacrum Jovis contra, atque ante fuerat, ad orientem convertere. *Terent. Eun.* 1. 2. 2. Aliorsum atque ego feci. *Cic.* 3. *Verr.* c. 46. Quod iste aliter, atque ut edixerat, decrevisset. (*ut* hic redundat.) *Id. Fam.* 2. ep. 3. Aliter, atque ostenderam facio. *Id. in Orat.* c. 14. Dicendum aliquanto secus, atque in tradenda arte dici solet. *Terent. Andr.* 4. 2. 15. Non Apollinis magis verum, atque hoc responsum est. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 35. Illi sunt alio ingenio, atque tu. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 7. In aliis rebus, aliisque sententiis versaris, atque ille. *Id. in somn. Scip.* c. 4. Orbes, qui versantur contrario motu, atque cælum. *Sueton. in Cæs.* c. 14. Sententia gravius, atque ipse sensisset, excepta. *Horat.* epod. 15. v. 5. Arctius atque hedera procera astringitur ilex. Huc et illa *Plauti* pertinent *Amph.* 1. 1. 118. Neque se Luna quoquam mutat, atque uti exorta est semel. *h. e.* neque alibi est, quam ubi erat prius. *Id. Mil.* 4. 3. 37. Numquid videtur demutare, atque ego dixi, &c.? ¶ Ponitur etiam eleganter (sicut *ac*) post adverb. *æque, similiter, juxta*, et hujusmodi, et post adjectiv. *æquus, similis, dissimilis, par, talis, idem*, &c. *Cic. Fam.* 13. ep. 69. Me colit æque, atque illum ipsum patronum suum. *as much as. Id. Phil.* 1. c. 4. Neque vero illum similiter, atque ipse eram, commotum esse vidi. *Pompon. Dig.* lib. 26. tit. 7. *leg. ult.* Perinde haberi debet, atque ipse deminuisset. *Cic. Verr.* 5. c. 19. Cum æquam partem tibi sumpseris, atque populo Romano dederis. *Id. ibid.* c. 83. *in fi.* Aliquid ab isto simile, atque a ceteris esse factum. *Id. Attic.* l. 2. ep. 3. Quod non est dissimile, atque ire in Solonium, aut Antium. *Terent. Phorm.* 5. 8. 39. Faxo tali eum mactatum, atque hic est, infortunio. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 23. Argumentationes ex iisdem locis sumendæ sunt, atque in causam negotialem. *Nepos in Milt.* c. 7. Ut cum totidem navibus, atque erat profectus, Athenas rediret. *with as many ships as he set out with. Id. in Datam.* c. 3. Pari eum, atque illos, imperio esse jussit. *Liv.* l. 28. c. 20. Trucidant inermes juxta, atque armatos. *Varr.* l. 9. *L. L.* c. 4. Analogia non item ea definienda, quæ dirigitur ad naturam verborum, atque illa, quæ ad usum loquendi. *h. e.* non eodem modo ac illa, quæ, &c. ¶ Interdum *atque* vim habet intensivam pro *et quidem; præcipue, in primis. Cic. Attic.* l. 5. ep. 12. Negotium magnum est navigare, atque id mense Quintili. *Alii omittunt* id. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 9. Num quæ advenienti ægritudo objecta est? *Mn.* atque acerrima. *Id. Epid.* 1. 1. 28. Arma ne? *Th.* Atque quidem cito. *Id. Mil.* 2. 4. 15. Tu me vidisti? *Sc.* atque his oculis quidem. ¶ *Atque adeo*, V. in *Adeo*. ¶ Nonnunquam ponitur pro *æque, atque*, vel *sicut. Plaut. Bacch.* 3. 6. 20. Quem esse amicum ratus sum, atque ipsus sum mihi. *Auct. Priapeor.* carm. 32. Quæ succo caret, atque petra pumex. Al. aliter leg. *Paul. Dig.* lib. 2. tit. 4. leg. 4. Conditionem inesse stipulationi, atque si hoc expressum fuisset. *Solin.* c. 22. (*al.* 35.) *sub fin.* Gagates lapis attritu calefactus applicita detinet, atque succinum. ¶ Item pro *simul atque, statim ut. Plaut. Merc.* 3. 1. 34. Ita edepol deperit te, atque hodie primum vidit. ¶ Et simpliciter pro statim, continuo, illico, celeriter, *immediately, at once, quickly. Virg.* 1. *Georg.* v. 201. Non aliter, quam qui adverso vix flumine lembum Remigiis subigit, si brachia forte remisit, Atque illum in præceps prono rapit alveus amni. Ita *Serv. Gell.* l. 10. c. *ult.* et *Non.* c. 12. n. 44. interpretantur. *Stat.* 2. *Theb.* v. 26. Illos ut cæco recubans sub limine sensit Cerberus, atque omnes capitum subrexit hiatus. *Liv.* l. 26. c. 39. *a med.* Hic Quinctium incautum hasta transfigit. ille atque præceps cum armis procidit ante proram. *Plaut. Merc.* 2. 3. 17. Nunc si dico, ut res est, atque illam mihi me emisse indico; quemadmodum existimet me? Atque illam abstrahat, trans mare hinc venum asportet. et *Mostell.* 5. 1. 8. Capio consilium, ut Senatum congerronum convocem. Quem cum convocavi, atque illi me e Senatu segregant. et *Epid.* 2. 2. 33. Cum ad portum venio, atque ego illam illic video præstolarier. et *Bacch.* 2. 3. 45. Dum circumspecto, atque ego lembum conspicor. Adde *Merc.* 2. 1. 32. &c. et illud in *Legib. XII. Tab.* apud *Cic.* 2. *de Legib.* c. 4. *Si in jus vocat, atque eat*: ubi tamen alii aliter legunt. Huc pertinet *atque atque* repetitum apud *Ennium*: de quo ita *Gell. loc. cit.* Atque, gemina si fiat, auget, intenditque rem, de qua agitur, ut animadvertimus in Q. Ennii Annalibus: Atque atque accedit muros Romana juventus. *Non. loc. cit.* interpretatur *festine, intrepidanter.* ¶ *Atque* pro *certe, sane. Plaut. Stich.* 4. 2. 4. Sed videone ego Pamphilippum cum fratre Egignomo? atque is est. *Id. Trucul.* 1. 2. 24. Dinarchus ne illic est? atque is est. ¶ Pro *tamen.* Sic enim exponit *Donatus* illud *Terent. Andr.* 1. 3. 20. Mihi quidem hercle non fit verisimile. atque ipsis commentum placet. ¶ Pro *atqui. Plaut. Bacch.* 1. 1. 53. Atque ecastor apud hunc fluvium aliquid perdundum est tibi. *Id. Cas.* 2. 6. 12. Atque ego censui, abs te posse hoc me impetrare. *Hæc tamen exempla non ita clara sunt, ut rem conficiant.* ¶ *Atque* sæpius repetitum servit quodammodo amplificationi. *Cic. Verr.* 5. c. 82. Ex hujusmodi principio, atque ex liberalitate, atque accommodatione magistratuum, consuetudo æstimationis introducta est. *Virg.* 4. *Georg.* v. 463. Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actias Orithyia. *Plaut. Amph.* 4. 1. 4. Apud emporium, atque in macello, in palæstra, atque in foro. *Cato* apud *Gell.* l. 7. c. 3. Scio, solere plerisque hominibus rebus secundis, atque prolixis, atque prosperis animum excellere, superbiam atque ferociam augescere, atque crescere. ¶ Loco particulæ *nec, Martial.* l. 11. epigr. 33. Nec puer, aut senior, nulla est ancilla, nec infans, Nec sera, nec clavis, nec canis, atque calix. ¶ Legitur et *adque* pro *atque*, V. Adque.

ATQUI, *but, but yet, and yet, however*, ἀλλὰ τοι, at, attamen, et tamen, sed enim: conjunctio adversativa. *Cic. Verr.* 4. c. 59. Modum statuarum haberi nullum placet? Atqui habeatur necesse est. *Id. Attic.* l. 8. ep. 3. *ad fin.* O rem, inquis, difficilem, et inexplicabilem! atqui explicanda est. *Id. de Senect.* c. 17. Tum dixisse, mirari se solertiam ejus, a quo essent illa dimensa, atque descripta: et ei Cyrum respondisse: Atqui ego omnia ista sum dimensus. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 7. Atqui certe nihil omnium rerum melius est mundo. *Plaut. Asin.* 3. 3. 80. Atqui pol hodie non feres. *Terent. Eun.* 4. 6. 2. Credo, illum jam adfuturum, ut illam a me eripiat. Atqui si illam digito attigerit uno, oculi illico effodientur. *if however he do but touch her. Id. Heaut.* 4. 4. 7. Atqui tu hanc jocari credis? faciet, nisi caveo. *but yet do you think, that* &c. ¶ Eleganter adhibetur in assumptionibus, seu illationibus argumentationis. *Cic. Parad.* 3. c. 1. Si virtutes pares sunt inter se, paria esse etiam vitia necesse est. Atqui, pares esse virtutes, facillime perspici potest. ¶ Interdum servit præoccupationi. *Cic. in Brut.* c. 83. Atqui eæ sunt notæ optimæ. credo: sed nimia vetustas, &c. ¶ Item continuationi orationis non secus ac *atque*, et *atque etiam*, sed vi quadam majore. *Cic. pro Mil.* c. 4. Atqui si tempus est ullum jure hominis necandi, quæ multa sunt; certe illud est, &c. *Id. pro Arch.* c. 8. Atqui sic a summis hominibus accepimus, ceterarum rerum studia, &c. ¶ Pro *certe, profecto* videtur accipienda in illo *Plauti Pers.* 4. 4. 30. Salvus sis adolescens. *Sa.* Si quidem hanc vendidero pretio suo. *To.* Atqui aut hoc tempore vendes pulcre, aut alio non potes. ¶ Et pro *ideo* in illo *ejusd. Rud.* 3. 4. 55. Atqui quia vetas, utramque jam mecum abducam. *Potest tamen utroque loco aliter explicari.*

ATQUIN, idem ac atqui. *Lactant. de mortibus persecut.* c. 23. Atquin homo impius misertus est illis. *Tertull. in Apolog.* c. 2. Atquin invenimus inquisitionem quoque in nos prohibitam. et cap. 8. Atquin volentibus initiari &c. et cap. 41. Atquin nos nullo modo lædimur. Adde *de patient.* c. 3. *Prudent. in proœm. Cathemer.* v. 34. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 14. leg. 3. *Plaut. Rud.* 3. 4. 55. et *Flor.* l. 4. c. 2. ut legitur in ejus edit. princ. quamquam ubique alii aliter legunt.

ATRĂCES, ăcum, m. populi Ætoliæ apud Atracem fluvium. *Plin.* l. 4. c. 2. ¶ Alii volunt esse Thessaliæ populos ab ejus regionis oppido Atrace.

ATRACĪDES, æ, m. *Ovid. Metam.* 12. v. 208. studiisque virilibus ævum Exigit Atracides. *h. e.* Cæneus Thessalus, ab Atrace, quod est Thessaliæ oppidum.

ATRĂCIS, ĭdis, femin. patronym. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 4. v. 8. Atracis ambiguos traxit in arma viros. *h. e.* Hippodamia, seu Hippodame, filia cujusdam Atracis, seu Atracii e gente Lapitharum (alii dicunt Atracis fluvii) quæ Pirithoo nupsit, et in ipsis nuptialibus epulis Centauros ad se rapiendam sua pulchritudine concitavit: unde acerrima illa pugna exstitit, quam *Id. Metam.* 12. v. 219. et sequentib. describit. Adde *eund. Heroid.* ep. 17. v. 248. ¶ Alii volunt ita dictam esse ab Atrace urbe Thessaliæ.

ATRACĬUS, a, um, adject. ad Atracem Ætoliæ fluvium pertinens. *Propert.* l. 1. eleg. 8. v. 25. licet Atraciis considat in oris, Et licet Eleis. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 141. Atracia subitæ de virgine pugnæ. *h. e.* Hippodamia, de qua V. in *Atracis.* ¶ *Atracia ars* est magica ars, qua Thessali olim infames fuere. V. *Atrax. Stat.* l. 1. *Theb.* v. 105. qualis per nubila Phœbes Atracia rubet arte labor. *h. e.* Lunæ arte magica deficientis. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 447. Atracio lunam spumare veneno.

ATRACTŸLIS, ctylidis, f. *wild carthamus, or wild saffron*, ἀτρακτυλὶς, herba est alio nomine cnicos silvestris, in Ægypto maxime proveniens, contra venenata animalia maxime utilis, itemque adversus fungos. Nomen habet ex eo, quod caule ejus rigido antiquæ mulieres ad colus faciendas utebantur: ab ἄτρακτος, colus. *Plin.* l. 21. c. 15. et 32.

ATRAMENTUM, i, n. *ink*, succus, seu liquor atri coloris, qualis est sepiarum (*the cuttle-fish*), Græce θολὸς, ὄλος. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 235. tractata notam, labemque remittunt Atramenta. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 50. Aliæ fuga se, aliæ occultatione tutantur: atramenti effusione sepiæ, torpore torpedines. ¶ Triplex est, *librarium*, seu *scriptorium, sutorium*, et *tectorium.* Librarium est, quo utimur in scribendo, γραφικὸν μέλαν. Scripsere Veteres calamo, et atramento in libris arborum, in lineis pannis, in papyro: stylo autem in tabulis ceratis, aliquando etiam in plumbeis laminis. *Petron. in Satyr.* c. 102. Eumolpus, tanquam litterarum studiosus, utique atramentum habet. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 15. Calamo et atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. *Plin.* l. 27. c. 7. *ad fin.* Atramentum librarium ex diluto ejus (*absinthii*) temperatum litteras a musculis tuetur. ¶ Sutorium est, quo sutores utuntur in coriis tingendis: Græce χάλκανθον. Est autem duplex, fossile, et factitium. Illud dicitur Anglice *copperas.* Est enim, ut *Plin.* docet l. 34. c. 12. colore cæruleo, perquam spectabili nitore; vitrumque esse creditur: diluendo fit atramentum tingendis coriis. Factitium fit pluribus modis: habetque utrumque varios usus in medicina, sed maxime fossile. V. *Plin. ibid. Cic. Fam.* 9. ep. 21. *in fi.* Pater ejus accusatus a M. Antonio, sutorio atramento absolutus putatur. Ἀλληγορικῶς loquitur. V. *Manut.* ¶ Tectorium, quod et pictorium dici potest, Græce μέλαν ζωγραφικὸν, adhibetur parietibus illinendis, et incrustandis: *black paint or pigment.* cujus conficiendi rationem *Vitruv.* l. 7. c. 10. docet, nempe ex fuligine collecta, ex resina, aut pice exusta, vel ex carbonibus cum glutino tritis, vel denique ex vini fæce arefacta, et in fornace excocta, ac glutino trita: quæ etiam *Plin.* l. 35. c. 6. refert. Hoc utuntur etiam pictores. *Id. ibid.* c. 10. narrat Apellem consuevisse illinere opera sua absoluta atramento ita tenui, ut idipsum repercussu claritates colorum excitaret, custodiretque a pulvere, et sordibus; ad manum intuenti demum appareret. Hoc *Carolus Dati in vitis Victor.* vertit *vernice* (Anglice *varnish*). ¶ Est etiam inter colores atramentum, quod vocant Indicum, (*Indian ink*) μέλαν Ἰνδικὸν, de quo *Plin.* l. 35. c. 6. Apportatur et Indicum ex India inexploratæ adhuc inventionis mihi. *Paulo post addit*, fieri ex limo arundinum spumæ adhærescente: cum teritur nigrum esse; at in diluendo mixturam purpuræ, cæruleique mirabilem reddere. V. ibi reliqua. ¶ *Una opera ebur atramento candefacere postulas*, proverbium apud *Plaut. Mostell.* 1. 3. 102. de eo, qui in re aliqua operam perdit, et contra potius quam optat, rem evenire facit. Huic affine est *Laterem laves.*

ATRAMĪTÆ, arum, m. Ἀδραμῖται *Ptolæmeo*, populi sunt in medio fere Arabiæ, pars Sabæorum, quorum caput Sabota urbs. Tus ubi maxime provenit, et myrrha laudatissima. *Plin.* l. 6. c. 26. et l. 12. c. 14. et 15.

ATRAMITĬCUS, a, um, ad Atramitas pertinens, ut Atramitica myrrha, *Plin.* l. 12. c. 15.

ATRĀTUS, a, um, *blackened*, atro colore infectus, μελανθεὶς. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 43. Quid, quod fluvius atratus sanguine fluxit? ¶ Item atris, seu pullis vestibus indutus, ut fit in luctu ob alicujus mortem, *clothed in sable weeds. Cic. in Vatin.* c. 12. *in fi.* et cap. 13. Cedo, quis unquam cœnarit atratus? *Tacit. Ann.* 3. c. 2. Atrata plebs, trabeati equites. *Propert.* l. 3. eleg. 3. v. 56. Solis et atratis luxerit orbis equis. *alludit ad eclipses solares.*

ATRAX, ăcis, m. Ἄτραξ, nomen est fluvii Ætoliæ in Ionium mare se infundentis, ut apud *Plin.* l. 4. c. 2. legitur. ¶ Item oppidi Thessaliæ ad Peneum amnem. *Plin. ibid.* c. 8. ¶ Fuit etiam Atrax Hippodames, seu Hippodamiæ pater, ut in *Atracis* dictum est.

ATREBĂTES, um, m. populi Galliæ Belgicæ, quorum regio nunc *l'Artois* Gallice appellatur. *Plin.* l. 4. c. 17. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 4. Hinc *Sidon.* carm. 5. v. 212. Francus qua Clojo patentes Atrebatum terras pervaserat.

ATREBATĬCUS, a, um, ad Atrebates pertinens. *Trebell. Poll. in Gallien.* c. 6. Perdita Gallia, arrisisse, ac dixisse perhibetur: Non sine Atrebaticis sagis tuta Respublica est? *trabeatis sagis* alii leg. sed alteram lectionem *Salmas.* tuetur: quin et *Atrabaticis* legi ait. nam et *Atrabates* inveni. Sic Græce Ἀτραβατικός. Adde *Vopisc. in Carino*, cap. 20. ubi quoque multa *Salmas.* Fuerunt autem hujusmodi vestes ab Atrebatibus confectæ olim in pretio Romanis. Eas xerampelino colore fuisse tradit *Suidas.*

ATREUS, i, m. disyllabum, Ἀτρεὺς, Pelopis, et Hippodamiæ filius, ita dictus, quasi ἀτηρὸς, noxius, et inexorabilis. Rex fuit Mycenarum, totiusque Peloponnesi. Ejus uxorem Aeropen frater Thyestes amavit, et a viro abduxit; unde inter fratres orta discordia, et Thyestes e Regno pulsus. Inde Atreus nefaria scelera meditatus, fratrem revocavit, quasi ad Regni societatem, eique duos ipsius filios Tantalum, et Phlisthenem epulandos, eorumque sanguinem vino admixtum bibendum dedit, ad extremum capita objecit, quærens, agnosceret ne, quibus cibis pastus fuisset. Sol, ne tanta scelera cerneret, in occasum fugisse fertur. Hac de re exstat *Senecæ* Tragœdia *Thyestes* inscripta. *Serv.* ad. 1. *Æn.* v. 572. et *Hygin.* fab. 248. fabulam sic explicant: Thyestem, cum fratria, cui pessime cupiebat, dissensione nocere non posset, in simulatam gratiam rediisse, et ea occasione uxorem ejus per adulterium polluisse, &c. sed veritatem hanc esse, Atreum apud Mycenas primum Solis eclipsim invenisse, ei invidentem fratrem ex urbe discessisse eo tempore, quo ejus dicta probata sunt. Atreo quinque filii fuerunt, Agamemnon, Menelaus, Alco, vel Alceus, Melampus, Eumelus. Sed plerique dicunt Pelopem tres filios habuisse, Atreum, Thyestem, et Phisthenem, ex Phisthene Agamemnonem, et Menelaum natos esse, hos fratris morientis commendatione ab Atreo educatos fuisse instar filiorum. Atreus de-

nique ab Ægistho filio Thyestis occisus est, qui etiam postea filium ejus Agamemnonem occidit Agamemnonem. Atque ita Thyestes Regnum obtinuit. Ovid. Heroid. ep. 8. v. 27. Pelopeius Atreus. Id. 3. Amor. eleg. 12. sub fin. Aversumque diem mensis furialibus Atrei. Senec. in Thyest. v. 135. Vos fratres mihi Atrea timendum. τὸν Ἀτρέα. Id. Ibid. v. 513. Sed fateor, Atreu, fateor. ὦ Ἀτρεῦ, vocativus. ¶ Tragœdiam, cui nomen Atreus, scripsit Accius, ut est apud Gell. l. 13. c. 2. sed pauca tantummodo ex ea fragmenta ad nos pervenere.

ATREUS, a, um. Ἀτρεῖος, adjectiv. trisyllabum ab Atreo. Stat. 3. Theb. v. 743. I, precor, Atrei si quid tibi sanguinis umquam. Hoc loco Atreus generatim pro Argivo poni videtur. Argivorum enim Rex Atreus fuit. Dausquio placet scribi Atreius, ut omnes Græcæ vocales serventur.

ATRIARIUS, a, um, adject. ad atrium pertinens. Atriarius absolute dicitur servus atrii custos, qui opera mediastini fungitur, atque adeo vilioris officii est, quam Atriensis. Ulpian. Dig. lib. 4. tit. 9. leg. 1.

ATRICAPILLA, æ, f. a black-cap, titling, avis ex genere ficedularum, colore pennarum cinereo, excepto capite, quod habet nigerrimum: quæ et melancoryphos, sumpto a Græcis vocabulo, appellatur, μελαγκόρυφος: a κορυφὴ, caput, et μέλαν, niger. Paul. in Epit. Festi, in Melancoryphi. Sed Plin. l. 10. c. 29. docet hujusmodi aves ficedulas vocari autumno; aliis temporibus melancoryphos.

ATRICŎLOR, oris, adject. of a black or dark colour, μελάγχροος, qui est atri coloris. Ovid. Metam. 11. v. 611. Plumeus, atricolor, pullo velamine testus. Plin. l. 2. c. 7. Alios esse grandævos, semperque canos, alios juvenes, atque pueros, atricolores, aligeros, claudos. Harduin. edidit atri coloris ex MSS. suis omnibus. Auson. ep. 7. v. 52. Cadmi filiolis atricoloribus. h. e. litteris atramento depictis.

ATRĪDES, et Atrida, æ, m. a son of Atreus, Ἀτρείδης, patronym. filius Atrei, et dicitur fere de Agamemnone, et Menelao. Cum in singulari numero effertur, et sine addito, significat plerumque Agamemnonem majorem natu: cum in plurali, utrumque. Horat. l. 2. od. 4. v. 7. Arsit Atrides medio in triumpho Virgine rapta. Propert. l. 2. eleg. 11. v. 1. Non ita Dardanio gavisus Atrida triumpho est. Ovid. Heroid. ep. 3. sub fin. Ensis in Atridæ pectus iturus erat. et epist. 16. ad fin. Instruere Atriden num potes arte mea? Id. ibid. ep. 3. v. 39. Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuissem. Id. l. 1. ex Pont. ep. 7. v. 32. Quantus in Atridis, Tyndaridisque fuit. Atridis est dativus pluralis. Horat. l. 1. od. 10. v. 13. Atridas superbos. Sil. l. 13. v. 802. geminos aspectat lætus Atridas. ¶ Adjective Ovid. Heroid. ep. 16. v. 355. Nec plus Atrides animi Menelaus habebit. ¶ Atrides minor est Menelaus. Ovid. Metam. 12. sub fin. ¶ Atriden vocat Juvenal. sat. 4. v. 65. Domitianum, ut ejus tyrannidem perstringat, qui se tanquam Regem Romanorum gerebat, ut Agamemnon Græcorum. ¶ In vocativo est Atride, et Atrida. V. Æacides.

ATRIENSIS, se, adject. ad atrium pertinens. Atriensis servus, et absolute Atriensis est, cui atrii, seu potius totius domus custodia demandata est. a principal slave, who had the care of the atrium. Erat is inter servitia honoratior, qui aliquod etiam imperium in alios servos habebat, ut colligitur ex Plaut. in Asin. multis in locis. Custodiebat quidem atrium, et observabat, ne quid ex imaginibus, stemmatibus, ac ceteris quæ in atrio reponi solent, deperiret; supellectilem ædium exponebat, simulque atrium ut mundum, ac nitidum esset, curabat: sed et alia honoratiora munia aliquando exsequebatur, quæ ad actores pertinere solent, vendebat, emebat, servabatque pecuniam domini, exigebat a debitoribus, &c. Cui aliquo modo respondet is, quem Angli dicimus a steward. V. Plaut. loc. cit. præsertim a. 2. sc. 2. et 4. Hinc Cic. Parad. 5. c. 2. Ut in magna familia sunt alii lautiores, ut sibi videntur servi, sed tamen servi, atrienses, ac topiarii, &c. Et paulo post. Si Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissime tractantem, utrum illum civem excellentem, an atriensem diligentem putaret? ¶ De atriensibus rusticis villæ Columell. l. 12. c. 3. Insistere atriensibus, ut suppellectilem exponant, (al. expoliant) et ferramenta detersa nitidentur, atque rubigine liberentur, &c. Phædr. l. 2. fab. 5. Ex alticinctis unus atriensibus, Cui tunica ab humeris linteo Pelusio Erat destricta, cirris dependentibus, Alveolo cœpit ligneo conspergere Humum æstuantem, &c.

ATRIŎLUM, i, n. a little hall, parvum atrium. Cic. Attic. l. 1. ep. 10. Typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere. Id. Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 1. Quo loco in porticu te scribere aiunt, ut atriolum fiat, mihi, ut est, magis placebat. Neque enim satis loci esse videbatur atriolo: neque fere solet, nisi in his ædificiis fieri, in quibus est atrium majus: nec habere poterat adjuncta cubicula, et ejusmodi membra.

ATRĬPLEX, iplicis, n. the herb orage or orach; golden herb, χρυσολάχανον, ἀτράφαξις, genus oleris, quod octavo die, postquam satum est, nascitur flexa radice, in multa primum veluti capillamenta erumpens, mox folia emittens brassicæ similia, florem aureum, semen vero foliaceum, et latum: duplex est, sativum, et silvestre: coctum estur sativum, ut olus molle. Hæc ex Plin. l. 19. c. 6. et. 7. et l. 20. c. 20. ubi etiam varios ejus usus in medicina refert: item l. 27. c. 8. ubi Græco vocabulo chrysolachanum appellat. h. e. olus aureum: a λάχανον, olus, e χρυσὸς, aurum, propter colorem; aureum floris. Colum. l. 10. v. 377. Et gravis atriplici consurgit longa phaselus. h. e. longa theca foliacea in modum phaseli plena seminibus. Id. l. 11. c. 3. Chærephyllum, itemque olus atriplicis, quod Græci vocant ἀτράφαξιν. Adde Pallad. in April. tit. 3. ¶ Feminino genere Æmil. Macer cap. de Atripl. [† 1. 21.] Atriplicem tritam cum nitro, &c. masculino Plin. Valerian. l. 4. c. 7. Atriplex crudus, sive coctus, impositus, &c. ¶ Paul. ex Festo ponit atriplexum: et antiquiorem vocem esse, quam atriplex.

ATRIPLEXUM, i, n. herba, quæ nunc atriplex dicitur. Festus.

ATRITAS, atis, f. blackness, sableness, μελανότης, ater color, nigredo. Plaut. in Pœn. 5. 5. 11. Ita replebo atritate, ut atrior multo siet, quam Ægyptii.

ATRIUM, ii, n. a court-yard, court before a house, hall; a large oblong square surrounded with arched galleries, αὐλὴ, πυλὼν, locus intra ædes (ita dictum, ut Varr. l. 4. L. L. c. 33. putat, ab Atriatibus Tusciæ populis, unde ejus exemplum sumptum.) in quem universi tecti pluvia collecta, incidit, porticibus cinctus, sed aream habens sub dio patentem, in quam exterior, ac major ædium janua infert. Græci, teste Vitruv. l. 6. c. 10. atria non habebant, sed ab janua introeuntibus itinera faciebant latitudinibus non spatiosis, et ex una parte equilia, ex altera cellas ostiariis constituebant, &c. At Romanorum ædes (ditiorum, et nobiliorum intellige. V. Vitruv. l. 6. c. 8.) ita dispositæ erant, ut ante januam esset vestibulum (quod quidam perperam cum atrio confundunt, ut Gell. l. 16. c. 5. monet. nam vestibulum extra ædes est, atrium intra) post januam vero atrium continens aream vel quadratam, vel rotundam, vel alia quapiam figura: circa eam erant vel porticus tectæ, columnisque fultæ, laquearibus ornatæ, vel etiam alæ ædificii vicem porticus præbentes, in quibus solebant servare imagines majorum suis armariis conditas, item tabulas pictas, signa, aliamque pretiosam supellectilem, et ostentui servientem: cui servandæ, totique atrio custodiendo præerat servus, qui inde atriensis appellabatur. ¶ Differunt inter se cavædium, et atrium, quod omne atrium etiam cavædium dici potest: sed non contra. Nam cavædia tunc solummodo dicuntur atria, cum porticibus, aut projecturis alarum circum tecta sunt, media area sub dio relicta: cum vero his carent, cavædia tantum. ¶ In atrio solebant versari mulieres femineas artes exercentes: solebant etiam olim cœnare Veteres, teste Catone apud Serv. ad Æn. 1. v. 730. Etiam culinam ibi fuisse, Serv. ibid. docet. sed pro temporum diversitate diversi quoque fuere atrii usus. In atriis ædium publicarum et auctiones factitatas, et scholas celebratas legimus. Erant et templis sua atria, ut atrium Libertatis, &c. Plura de his V. apud Pitisc. in Lex. Antiq. [¶ Memorari tamen debet atrium auctionarium, locus nempe publicis auctionibus attributus. Cic. Agrar. 1. c. 3. At hoc etiam nequissimi homines, consumptis patrimoniis, faciunt, ut in atriis auctionariis potius, quam in triviis, aut in compitis auctionentur. ¶ Alibi etiam hujusmodi atria fuerunt; ac tale apud Coranos cives suos fieri testamento jussit T. Pompullius ex Inscript. quam refert Morcellus de stil. Inscript. Latin. pag. 143. T. Pompullius L. F. Luppa ex testamento atrium auctionarium fieri, et Mercurium Augustum sacrum poni jussit arbitratu Epaphræ liberti.] ¶ Usurpatur sæpe (præsertim a Poetis) in numero plurali. Virg. 2. Æn. v. 483. Apparet domus intus et atria longa patescunt. Juvenal. sat. 8. v. 19. Tota licet veteres exornent undique ceræ Atria. Ovid. Metam. 14. v. 260. Excipiunt famulæ perque atria marmore tecta Ad dominam ducunt. h. e. per porticus atrii. ¶ Neque vero putandum est, omnes Romanorum ædes atrium habuisse. Diversæ enim, ut et nunc, architecturæ ratione aliæ, atque aliæ fiebant. Hinc Plin. l. 2. ep. 17. Laurentinum suum describens, alia ratione ei atrium attribuit. ¶ Per synecdochen accipitur pro totis ædibus. Ovid. Heroid. ep. 16. v. 184. Nec capient Phrygias atria nostra nurus. Adde Metam. l. 13. in fi. et l. 14. v. 9. ¶ Hinc atria Cœli dixit Stat. l. 1. Theb. v. 197. ubi scilicet habitare Dii solent.

ATROCĬTAS, atis, f. cruelty, atrocity, barbarity, crudelitas, diritas, immanitas, δεινότης, ἀπήνεια. Cic. Acad. 4. c. 44. Atrocitas ista quomodo in Academiam irruperit, nescio. insensibility, callousness. quod scilicet sapientis animus nullo affectu debeat commoveri. Id. Catil. 4. c. 6. Ego, quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moveor (quis enim est me mitior?) sed singulari quadam humanitate, et misericordia. Id. pro Quint. c. 16. Rei atrocitas. Id. 2. de Invent. c. 16. facti. Sueton. in Calig. c. 12. facinoris. Id. in Domit. c. 11. pœnæ. Id. in Calig. c. 29. Immanissima facta augere atrocitate verborum. acerbity, harshness. Id. in Tiber. c. 48. Mitigare atrocitatem temporum. the severity of the government. Columl. l. 8. c. ult. Atrocitas maris objectu crepidinis frangitur. the fury, impetuosity, violence, rage. Tacit. 4. Ann. c. 13. Atrocitas morum. h. e. asperitas. ¶ In plural. num. Apulei. l. 10. Metam. Crudelissimæ mulieris cunctis atrocitatibus diligenter expositis.

ATROCĬTER, adverb. cruelly, fiercely, atrociously, with savage cruelty, barbarously, severely, harshly, crudeliter, sæve, graviter, aspere, ὠμῶς, ἀπηνεγέως. Cic. Verr. 7. c. 52. Nimis atrociter minitari alicui. Liv. l. 3. c. 9. Atrociter invehi in aliquem. Tacit. 1. Hist. c. 2. Atrocius sævire. Cic. Q. Fr. l. 2. ep. ult. De ambitu cum atrocissime ageretur in Senatu multos dies, quod ita essent, progressi candidati consulares ut non esset ferendum. Sallust. in Jug. c. 41. Seditionibus tribuniciis atrociter agitare Rempublicam. Tacit. 13. Ann. c. 19. in fi. Atrociter deferre crimen. Id. 2. Hist. c. 56. Gravius, et atrocius afflictari. ¶ Translate Cic. in Orat. c. 18. Contenta voce atrociter dicere; et submissa leniter. Gell. l. 10. c. 3. Hæc M. Tullius atrociter, graviter, copiose, apteque miseratus est. Id. l. 13. c. 24. Unam, eandemque rem pluribus verbis vehementer, atque atrociter dicere. ¶ Atrociter accipere aliquid, interdum significat iniquissimo animo ferre. Tacit. l. 1. Hist. c. 23. Labores itinerum, inopia commeatuum, duritia imperii atrocius accipiebantur. ¶ Apud Cic. pro Mil. c. 8. Atrociter ferre est legem ferre plenam severitatis, et atrocitatis.

ATROPHIA, æ, f. atrophy, cachexy, ἀτροφία, morbus est, ex defectione nutrimenti proveniens, cum corpus ex cibo non alitur, et naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum subeuntibus, summa macies oritur et nisi occurritur, tollit. Ita Cels. l. 3. c. 22. sed ipsa voce Græce utitur. (quæ est ab α privativa, et τρέφω, nutrio.) Latino autem generali vocabulo tabem vocat. At Latine atrophiam usurpat more suo Cœl. Aurelian. l. 2. Tard. c. 14. et l. 3. c. 7. et Theodor. Priscian. l. 2. par. 2. c. 11.

ATRŎPHUS, a, um, one labouring under an atrophy, ἄτροφος, qui atrophia laborat. Plin. l. 28. c. 9. Lac bibitur ab atrophis ad recolligentibus vires recolligentibus, quos atrophos vocant. Id. l. 31. c. 10. in fi. In balineis ut solio nitri prodest atrophis, opisthotonis, tetanis. ¶ Quia vero atrophia aliquando in aliqua tantummodo corporis parte contingit; hinc atropha dicuntur membra tali vitio laborantia. Plin. l. 22. c. ult. a med. Ervum tostum corrigit vitia jocineris, tenesmon, et quæ cibum non sentiunt, atropha appellata. Id. l. 27. c. 8. Atropha carnosiora facere.

ATRŎPOS, i, f. Ἄτροπος, una ex tribus Parcis, ita dicta quasi ἄτρεπτος, immutabilis, et quod nullis precibus flecti potest: ab α privativa, et τρέπω, verto, vel quia præteriti temporis fatum est: quæ autem præterita jam sunt, immutabilia sunt, τὰ παρεληλυθότα πάντα ἄτρεπτά ἐστι, ut ait Aristot. in fi. l. de Mundo, quæ Apulei. Latine vertit. Martial. l. 10. epigr. 44. Gaudia tu differs, at non et stamina differt Atropos; atque omnis scribitur hora tibi. Stat. l. 4. silv. 8. v. 18. Atropos alba. h. e. fausta, et longam vitam promittens. Inscript. apud Gruter. pag. 692. n. 10. C. Lælio C. F. decimo octavo ætatis anno ab immani Atropo vita reciso.

ATROR, oris, m. blackness, sableness, atritas, ater color, μελανότης. Gell. l. 2. c. 26. Rubidus autem est rufus, atrore, et nigrore multo mixtus. Alii leg. rectius rufus atrior, et nigrore multo mixtus.

ATRŌTUS, a, um, invulnerable, ἄτρωτος, invulnerabilis. Vox Græca ab α privativa, et τιτρώσκω, vulnero. Hygin. fab. 28. Alii auctores dicunt, Neptuni, et Iphimedes filios fuisse atrotos. Id. fab. 30. Leonem atrotum necare.

ATROX, ōcis, adject. raw, crude. Proprie crudum significat, ut Fest. et Non. c. 2. n. 62. docent. Est enim origine Græca, ab α privativa, et τρώγω, edo, a quo fit ἄτρωξ, ὤγος, crudus, esui ineptus. Nævius apud Non. loc. cit. Simul atrocia porricerent exta ministratores. ¶ Translate autem, et fere accipitur pro crudeli, sævo, immani, savage, atrocious, fierce, barbarous, cruel, ἀπηνὴς, ἀπηλεγὴς, δεινὸς, ἄγριος. Cic. pro Rosc. Amer. c. 22. Res scelesta, atrox, nefaria. Tacit. 4. Ann. c. 45. Atrox facinus. Id. Ann. 14. c. 61. Poppæa semper odio, tum et metu atrox. Gell. l. 20. c. 1. Atrocior injuria. Sallust. in Jug. c. 5. Bellum magnum, et atrox. Liv. l. 3. c. 1. certamen. l. 24. c. 16. Atrocior cædes. Cels. in præfat. circa med. Atrocissima pestis. Sil. l. 9. v. 486. Gradivus atrox. Plin. l. 8. c. 21. Atrocissimi tauri silvestres. Liv. l. 3. c. 11. Atrox ingenium. Ovid. Metam. 9. v. 274. odium. Plaut. Capt. 3. 4. 7. Atrocem astutiam reperire. h. e. audacem, et animo atroci, ac timoris experti dignam. ¶ Cum genitivo Græca constructione, Tacit. 12. Ann. c. 22. Atrox odii Agrippina, ac Lolliæ infensa. ¶ Sumitur et pro terribili, horrendo. terrible, horrible. Plin. in paneg. c. 53. Atrocissima effigies sævissimi domini. Tacit. Ann. 16. c. 10. Filia longo dolore atrox. h. e. quæ longo dolore tristem, et quodammodo horrendum vultum, trucesque, atque pæne feros mores induit. ¶ Item pro rigido, horrido. stormy, rough, inclement. Plin. l. 18. c. 35. Atrox hiems. Tacit. Ann. 4. c. 50. Nox nimbo atrox. Id. Ann. 11. c. 31. Atrox tempestas. ¶ Item pro vehementi, molesto. hot, scorching; maddening. Horat. l. 3. od. 13. v. 9. Flagrantis atrox hora caniculæ. Claudian. l. 2. in II. Consul. Stilich. v. 460. nec brachia Cancri Urat atrox æstas. ¶ Item pro acri, aspero. severe, violent. Cic. 2. de Orat. c. 49. Admiscere huic generi orationis vehe-

menti, atque atroci genus illud alterum lenitatis, et mansuetudinis. *Plin.* l. 27. c. 2. Atrox peroratio. ¶ Item pro acerbo, gravi, infelici, funesto. *bitter, fell, ominous, grievous. Cic.* l. 9. ep. 25. Repente percussus est atrocissimis litteris, in quibus scriptum erat, &c. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 99. Atrocibus undique nuntiis exterritus. *Id.* l. 1. *Hist.* c. 54. Atrox rumor. *Id.* 2. *Hist.* c. 54. Atroci mendacio universos perculit, affirmans, &c. *Vellei.* l. 2. c. 119. Atrocissima calamitas. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 39. Atrox invidia. *Id. Ann.* 3. c. 64. valetudo. *h. e.* gravis, et periculosus morbus. ¶ Item pro severo, rigido, constanti, in bonam partem. *inflexible, unmoved, firm, resolute, intrepid, unshaken. Horat.* l. 2. od. 1. v. 23. Et cuncta terrarum subacta Præter atrocem animum Catonis. *Silius* l. 6. v. 378. *de M. Atilio Regulo.* Atrox illa fides. *Petron. in Satyr.* c. 4. Verba atroci stilo effodere. *h. e.* valde censorio, et nihil indulgente. ¶ *Atrox* etiam dicitur, qui obfirmat animum contra amorem. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 662. nec credere falsos Audet atrox vultus. ¶ *Atrox negotium* dicitur res magni momenti, metusque, et periculi plena. *of great moment; desperate. Sallust. in Catil.* c. 30. Itaque quod plerumque in atroci negotio solet, Senatus decrevit, darent operam Consules, ne quid Respublica detrimenti caperet. Sic *Cic. pro Marcell.* c. 7. Atrocissima suspicio.

ATRUSCA, genus quoddam est uvæ apud *Macrob.* l. 2. *Saturn. cap. ultim.*

ATTA, æ, m. *one that is lame, and rather touches than treads on the ground,* dicitur, docente *Festo,* qui propter vitium crurum, aut pedum, summis plantis insistit, et attingit magis terram, quam ambulat. Quod cognomen Quintio poetæ togatarum scriptori adhæsit, de quo *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 79. Recte, nec ne crocum, floresque perambulet Attæ Fabula, si dubitem, &c. Adde *Gell.* l. 7. c. 9. qui duas ejus fabulas memorat, Conciliatricem, est Ædilitiam, et *Priscian.* l. 7. ubi Socrum, et l. 8. ubi Tyronem proficiscentem citat. ¶ *Atta* etiam appellatus est Claudiæ gentis princeps, ut est apud *Sueton. in Tiber.* c. 1. ubi tamen variæ lectiones multæ, variæque super his Eruditorum sententiæ sunt. V. *Torrentium,* et *Casaubon.* qui putat esse Sabinam vocem, et derivari ab ἄττω, subsilio, subsulto, quia qui pedum plantis laborat, stare loco nescit, sed semper quasi subsilit. ¶ Est præterea *atta* vox, qua juniores pro reverentia senes compellant, quasi patris, aut avi eos nomine honorantes. *a term of honour or respect given by young people to any old man.* Hoc quoque docet *Festus.* Est autem hac etiam ratione Græca vox ἄττα, qua usus est *Homer.* non semel. Habent autem quandam inter se affinitatem *atta,* et *tata,* qua etiam patrem appellant. [† *Eustath. ad Il.* I. 603. τὸ ΑΤΤΑ γλώττης φασὶ Θετταλῶν οἱ παλαιοί, προσφώνημα ὂν ἐκ τινος νεωτέρου ὡς πρὸς τροφέα. Quem ad locum sic *Schol. Ven. Villois.* τὸ ΑΤΤΑ προσφώνησίς ἐστι πρὸς τροφέα ἀμετάφραστος.]

ATTACEO, es, idem quod taceo. Creditur a nonnullis *Cicero* hoc verbum usurpasse *pro Flacc.* c. 25. Liceat hæc nobis, si oblivisci non possumus, attacere. Sed rectius multo leges *at tacere.*

ATTACTUS, a, um, *touched,* tactus, particip. ab attingo. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 24. Tu illam scribas non tuam esse: non attactam oportuit. *Silius* l. 11. v. 147. Stare inter prœlia nullis attactum telis. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 28. *in fi.* Ut præteriri fuerit satius, quam attactum deseri. *Plerique omnes leg.* attentatum. *Fest.* in voce *Scribonianum,* post *Sceleratus.* Sacellum attactum fulgure. *Id.* in *Obstitum:* Obstitum Cloatius et Ælius Stilo esse aiunt violatum, attactumque de cælo. [*Inscript. Fratr. Arval.* n. 43. Ictu fulminis arbores attactæ.] ¶ Scribitur et *adtactus.*

ATTACTUS, us, m. *a touching, touch,* idem quod tactus. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Corium attactu non asperum, ac durum. *Virg. Æn.* 7. v. 349. *de angue.* Ille inter vestes et levia pectora lapsus, Volvitur attactu nullo, fallitque furentem. ¶ Extra ablativum casum exempla nondum reperi. ¶ Scribitur et *adtactus.*

ATTAGEN, ēnis, m. et Attagēna, æ, f. ἀτταγήν, avis est, quam quidam putant appellari ab Anglis *a heath-cock, or wood-cock,* a Gallis, *gelinotte de bois,* hoc est gallinam silvestrem. Quidam etiam *bonosam* dicunt. Est autem in ciborum deliciis, et Ionius maxime celebratur, vocalis alias, captus vero obmutescens, ut *Plin.* l. 10. c. 48. scribit. *Horat. Epod.* 2. v. 53. Non Afra avis descendat in ventrem meum, Non Attagen Ionicus. *Martial.* l. 2. epigr. 37. Communemque duobus attagenam. Adde lib. 13. epigr. 61. ¶ Scribunt et unico *t,* sed minus recte.

ATTĀGUS, i, m. *a goat, he-goat,* hircus, caper, lingua Phrygum. *Arnob.* l. 5. pag. 159.

ATTALENSIS, se, adject. ad Attaliam pertinens. *Attalenses, ium,* sunt populi Attaliæ, quæ est urbs Æolidis, seu Mysiæ in Asia, ab Attalo Rege condita. *Plin.* l. 5. c. 30.

ATTALĬCUS, a, um, adject. ad Attalum pertinens. *Horat.* l. 1. ep. 11. v. 5. Attalicæ urbes. *h. e.* urbes Asiæ, ubi regnavit Attalus. ¶ *Attalica aulæa, Attalicæ vestes* apud *Propert.* l. 2. eleg. 23. v. 46. et l. 3. eleg. 16. v. 19. sunt, quibus aurum intextum est. *Plin.* l. 8. c. 48. Aurum intexere in eadem Asia invenit Attalus, unde nomen Attalicis. *tapestry, arras.* Et *Sil.* l. 14. v. 659. quæque Attalicis variata per artem Aulæis scribuntur acu. ¶ *Attalicis conditionibus,* idest amplissimis, et opulentissimis. *Horat.* l. 1. od. 1. v. 12. Sic *Tertullian. de Jejun.* c. 15. *sub fin.* Attalicæ divitiæ.

ATTĂLUS, i, m. Ἄτταλος, nomen Pergami Regis pecunia ditissimi, et splendida supellectile, quique aurum vestibus intexendi artem invenisse dicitur, ut *Plin.* l. 8. c. 48. narrat. Hic, cum liberis careret, populum Romanum testamento heredem instituit. *Plin.* l. 33. c. 11. *sub fin.* Verba autem testamenti erant: *Populus Romanus bonorum meorum heres esto.* Quod larga, et liberali interpretatione Romani a privatis bonis Regis ad Regnum ipsum extenderunt. Unde *Horat.* l. 2. od. 18. v. 5. Nec Attali ignotus heres regiam occupavi. *h. e.* heres non vocatus.

ATTĂMEN, *but, but yet, for all that, however,* οὐ μὴν ἀλλά, ἀλλ᾽ ὅμως, conjunctio idem fere valens, quod tamen, veruntamen: ex *at,* et *tamen. Cic. Fam.* 7. ep. 26. Attamen ne mirere, unde hoc acciderit, lex sumptuaria mihi fraudi fuit. *Terent. Andr.* 5. 3. 23. Ego audiam? quid ego audiam, Chreme? *Ch.* attamen dicat, sine. *Id. Heaut.* 2. 1. 13. Etsi is quoque suarum rerum satagit, attamen habet, &c. ¶ Divisim interjecto verbo. *Cic. de clar. Orat.* c. 4. Si non pari, at grato tamen munere. *Id.* 3. *de Orat.* c. 4. Etsi nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio, &c.

ATTAMĬNO, et Adtamino, as, avi, atum, a. 1. *to contaminate, pollute, defile,* σπιλόω, μιαίνω, contamino, polluo, corrumpo: ex *ad,* et *tamino.* V. *Contamino. Justin.* l. 21. c. 3. Attaminare virginem. *Impp. Gratian. Valens,* et *Theodos.* lib. 3. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 5. Attaminare aliquem sacramentis Judaicis. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 16. Attaminare facta, et consulta alicujus imprudentia. ¶ Pro contingere, sumere, quod non licet: quæ notio facile ad superiorem refertur. *Capitolin. in Gordian.* c. 27. Civitates integras suis civibus redderet, ita ut nihil, quod ad eorum fortunas pertineret, attaminaret.

ATTAT, V. supra *At at* suo loco.

ATTĂTE, (cui similis est ἰατταταὶ Græcorum) interjectio eosdem fere usus habens, ut *at at. Plaut. Epid.* 3. 4. 21. Attate: nunc demum scio ego hunc, qui scit. *ah! well, well: I at length know,* &c. Est hoc pacto interjectio jam intelligere incipientis, et ob id quodammodo admirantis. *Id. Merc.* 2. 3. 31. Attate! meus pater hic quidem est: ibo, alloquar. *but hold! Id. Cas.* 3. 1. 14. Attate! cædundus tu homo es: nimias delicias facis. *hoc loco habet aliquid minitantis.*

ATTEGĬA, æ, f. *a cottage, hut,* καλύβη, casa, tugurium. Videturque esse Maura vox. *Juvenal.* sat. 14. v. 196. Dirue Maurorum attegias, castella Brigantum. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 54. n. 11. Deo Mercurio attegiam tegulitiam compositam Severinus Satullinus C. F. ex voto posuit L. L. M.

[* ATTĔGRO, are. *Festus* ex *Scalig.* Attegrare est vino sacrificium augere. Attegrum enim minus factum. Integrare est in statum redigere.]

ATTELĂBUS, i, m. *a small locust without wings,* [† ἀττέλαβος et ἀττέλεβος, sic dictus παρὰ τὸ ἄττειν, a subsiliendo,] locustarum minimum genus, sine pennis, quod cum pico Martio peculiares gerere inimicitias, scribit *Plin.* l. 29. c. 4. *ad fin.*

ATTEMPĔRĀTE, et Adtemperate, adverb. *Terent. Andr.* 5. 4. 13. Ita ne attemperate venit hodie in ipsis nuptiis, ut veniret antehac nunquam? *in the very nick of time, seasonably, opportunely,* ita scilicet temperando, et disponendo adventum suum, ut adesset in ipso nuptiarum articulo.

ATTEMPERĀTUS, a, um, *Vitruv.* l. 10. c. 12. *de Ctesibica machina.* Supra catinum pænula, ut infundibulum inversum, est attemperata, &c. *h. e.* accommodata, disposita, aptata.

ATTEMPĔRO, et Adtempero, as, avi, atum, a. 1. *to fit, adjust, accommodate. Senec.* ep. 30. Sic gladiator tota pugna timidissimus, jugulum adversario præstat, et errantem gladium sibi attemperat. *h. e.* accommodat, ultro corpus vulneri objiciens, et aptans: quod facere cogebantur gladiatores victi, si ita populus jussisset, ut docet *Lips.* l. 2. *Saturn.* c. 22.

ATTENDO, endis, endi, entum, a. 3. *to stretch, stretch towards, extend,* ἐπιτείνω, intendo, extendo, valde tendo: ex *ad,* et *tendo. Apulei.* l. 2. *Metam.* Attendere arcum. *Id. ibid.* l. 11. cælo manus. et lib. 6. Nemus, quod fluvio, rupique attenditur. et lib. 4. Ramices ante fores attendere. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 10. Attendere aurem. *to incline, lend.* ¶ Translate *attendere animum* est intendere, advertere, convertere, applicare animum ad aliquid, attentum esse, *to attend, give heed, mind, give or direct one's attention to, apply one's mind to,* προσέχειν νοῦν, διατείνεσθαι, ἐφιστάναι. *Cic.* 3. *Offic.* c. 8. Si, cum animum attenderis, turpitudinem videas. *Id.* 2. *Agrar.* c. 15. Attendite animos ad ea, quæ consequuntur. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 10. Attendere animos dictis. *Liv.* l. 10. c. 4. Jubet peritos linguæ attendere animum, pastorum sermo agresti, an urbano propior esset. ¶ *Attendere animo* idem significat. *Apulei. in Florid.* n. 9. (*al.* lib. 1. *in fi.*) Quid istud sit, animo attendatis: diligentius, et accuratius disputabo. *Pacuv.* apud *Non. loc. cit.* Cum animo attendo ad quærendum, quid siet. *Al. leg.* animum. *Terent. Hecyr. prol.* v. 20. Æquo animo attendite. ¶ Sæpissime *attendere* absolute usurpatur pro attendere animum. *Cic. de Orat.* c. 13. Non æque, quid dicant, nisi admodum attendi, intelligo. *Id. pro Planc.* c. 41. Audi, audi, atque attende, Laterensis ut scias, quid ego Plancio debeam. *Id. pro Mil.* c. 9. Rem gestam vobis dum breviter expono, quæso, diligenter attendite. ¶ Cum accusativo tum personæ, tum rei. *Cic. pro Syll.* c. 11. Erigite mentes, auresque vestras, et me dicentem attendite. *Id. Verr.* 3. c. 10. Quis nos magnopere attendit unquam in hoc genere causarum, &c? *who is there that listens? who that attends?* &c. *Id. Phil.* 2. c. 15. Sed stuporem hominis attendite. *but mark the stupidity of the man. Id. pro Rabir. Post.* c. 6. Attendere primum versum legis. *Id.* 3. *de Fin.* c. 12. aliquem studiose. *Id. Fam.* 4. ep. 13. Curare, et attendere aliquid. *Sallust. in Jug.* c. 93. Suorum, et hostium res pariter attendere. *to observe, watch, keep an eye on.* (Adde *Stat. Theb.* 12. v. 230.) *Aurel. Vict. in Epitom.* c. 48. Annonæ curam solicitius attendere. *Lucan.* l. 8. v. 622. Sæcula Romanos nunquam tacitura labores Attendunt. ¶ Passive *Cic.* 3. *de Orat.* c. 50. Nam versus æque prima, et media, et extrema pars attenditur. ¶ Habet post se eleganter varias particulas. *Cic. pro Syll.* c. 11. Attende jam, quam ego defugiam, &c. *Liv.* l. 20. cap. 4. Attendere animum, an propior sit, &c. *Terent. Phorm. prol.* v. 24. Quid velim animum attendite. *Phædr.* l. 2. fab. 1. Attende, cur negare cupidis debeas. ¶ Cum dativo tum personæ, tum rei. *Plin. in paneg.* c. 65. Jurat in legem attendentibus diis. nam cui magis, quam Cæsari attendant? *Id.* l. 7. ep. 26. Attendere sermonibus malignis. *Silius.* l. 8. v. 591. nullo attendente deorum Votis tunc vestris. ¶ *Attendere alicui rei* interdum est incumbere, operam dare, *to apply or devote one's self to. Sueton. in Calig.* c. 53. Attendere eruditioni. *Id. in Galb.* c. 5. juri. ¶ Cum infinito *Pompon.* apud *Non.* c. 4. n. 10. Quid futurum est, si pol ego hanc discere artem attenderim? ¶ Cum ablativo, et *de* præposit. *Cic. in Partit.* c. 24. Et cum de necessitate attendemus, etsi aliquid non necessarium videbitur, videndum tamen erit, quam sit magnum. ¶ Pro contendere *Accius* apud *Non. loc. cit.* Ne attendas petere a me, id, quod nefas sit concedi tibi. ¶ Pro cogitare. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 35. Quid est, Cotta? inquit, quid tacetis? nihil ne vobis in mentem venit, quod præterea a Crasso requiratis? Immo id mehercule, inquit, ipsum attendo. Ita *Non.* c. 2. n. 20. nec absurde. ¶ Scribitur et *adtendo.*

ATTENTATĬO, onis, f. *the act of trying or attempting,* actus attentandi, tentatio, tentamentum, καταπειρασμός. *Symmach.* l. 6. ep. 9. Inanis attentatio comprimatur. ¶ Scribitur etiam *Adtentatio,* et *Attemptatio.*

ATTENTĀTUS, a, um, *tried, attempted,* tentatus. *Cic. post redit. ad Quirit.* c. 7. *in fi.* Quia suam classem attentatam magno cum suo periculo vidit. *classem* populi intellige suffragia ferentis, quam corrumpere quidam conati fuerant. *Id.* 3. *de Orat.* c. 28. *in fi.* Sed neque vim, neque naturam ejus, nec partes, nec genera proponunt: ut præteriri omnino fuerit satius, quam attentatum deseri. *attempted, or begun. Valer. Max.* l. 9. c. 1. n. 9. Nefarie attentatæ patriæ pœnas dare. Adde *Liv.* l. 23. c. 15.

ATTENTE, adverb. *attentively, deliberately, diligently, assiduously, carefully,* προσεχῶς, προσεκτικῶς, attento animo. *Cic. de clar. Orat.* c. 54. Assidens, et attente audiens. *Id. pro Cluent.* c. 23. Ut nunquam benignius, et attentius quemquam auditum putem. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 61. Attentissime audire aliquem. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 197. Spectare aliquid attentius. *Cic. Fam.* 7. ep. 19. Attente legere aliquid. *Id.* 5. *de Fin.* c. 2. Acrius, et attentius cogitare. *Sallust. in Catil.* c. 56. Attentius agere. *Terent. Heaut.* 1. 1. 14. Attente fungi officio. *Gell.* l. 4. c. 15. Parum attente dicere.

ATTENTĬO, onis, f. *attention, care, application,* προσοχή, προσέχεια, intentio animi ad aliquid. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 35. Cura, attentio animi, cogitatio, vigilantia, assiduitas.

ATTENTO, as, avi, atum, a. 1. *to attempt, try, endeavour,* tento, pertento, experior, si obtinere possim, ἀποπειράομαι. *Claudian.* l. 3. *de rap. Proserp.* v. 217. Attentare arcum digitis. *h. e.* flectere conari. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 11. Attentare aliquem lacrymis, et supplice dextra. *Stat.* 4. *Theb.* v. 71. Attentare aliquem bello. *h. e.* aggredi, belli fortunam cum eo experiri. ¶ Translate *Auct. Dial. de Orat.* (quem alii Tacito, alii Quintiliano, alii aliis tribuunt) c. 22. *de Cicerone.* Primus excoluit orationem; locosque lætiores attentavit, et quasdam sententias invenit. *h. e.* tentavit in orationem inducere, eamque iis ornare. *Valer. Max.* l. 5. c. 3. n. 5. Ruinam ejus majorem esse, quam ut manu mea attentari debeat, memini. *h. e.* quam ut ego aggredi ad eam verbis explicandam debeam. ¶ Sæpe accipitur in malam partem. *to try, sound, fathom; seduce, pervert. Cic. Verr.* 4. c. 54. Omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 23. Si tamen attentas mecum facientia jura. *h. e.* labefactare, et convellere conaris. Sic *Valer. Max.* l. 7. c. 8. n. 3. Attentare testamentum alicujus. Et *Ulpian.* lib. 12. *Dig.* tit. 6. leg. 23. Attentare sententiam judicis. *Paul. Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 10. Attentare pudicitiam. *to attempt. Ulpian.* ibid. tit. 11. leg. 6.

Attentare annonam. *h. e.* lucri causa conari cariorem facere. ¶ [illegible] etiam pro aggredi, adoriri, *to [illegible], assail.* Cic. [illegible] c. 4. Quam urbem, propter plurimas belli opportunitates, ab illa impia, et scelerata manu attentari suspicabatur. [illegible] l. 3. fab. 2. v. 4. Cedo, inquit, illum, jam [illegible] sentiat, quos attentarit. Cels. l. 7. c. 12. Primum [illegible] attentari, secundum est, lacessitum fortiter, et perseveranter vindicari. ¶ Translate Cic. in Orat. c. 61. Cum is est auditor, qui non vereatur, ne compositæ orationis insidiis sua fides attentetur. ¶ *Attentari morbo* est a morbo [illegible]. Apulei. [illegible]. ¶ *Attentari et corpulla* est ex [illegible] male se habere. *Id. ibid.* Sic Pacuv. apud Non. c. [illegible]. Quæ ægritudo insolens mentem attentat tuam? ¶ Scribitur etiam *Adtento*, et [illegible].

ATTENTUS, a, um, adject. proprie idem est ac ad aliquid extentus, intentus, [illegible]: ab *attendo, is.* Hoc sensu [illegible]. Apulei. [illegible] l. 3. c. 20. [illegible] genæ defigere ad terram videtur, caput [illegible] habens attentum, *extended* [illegible]. ¶ Sed fere translate usurpatur, et significat intentum, diligentem, excitatum ad aliquid. *attentive, sedulous, diligent*, προσεχής, προσεκτικός. Cic. in Orat. c. 53. Attento animo excipere aliquid. *Id.* 3. *de Orat.* c. 5. Acerrima, et attentissima cogitatio. *deep, close.* *Id.* l. 1. *Offic.* c. 26. Tenere animos attentos ad aliquid. *intent on.* *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 19. Attenta auris. *Valer. Max.* l. 6. *cap. ult. extern.* n. 1. Attento studio facere aliquid. *Id.* l. 2. c. 2. n. 7. Attentissima cura examinare. *Id.* l. 4. c. 3. n. 9. Attenta disciplina majorum. *Terent. Andr.* 2. 1. 3. Animus in spe, atque in timore attentus. ¶ *Attentus homo* dicitur, qui attentum animum habet circa aliquid. *Cic. Verr.* 3. c. 18. Qui in re adventitia, et hereditaria tam diligens, tam attentus esset. *Id.* 3. *de Orat.* c. 79. Facere judicem attentum, et docilem. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 1. Præbere se auditorem attentum. *Quintil.* l. 4. c. 5. Judex attentior circa jus. *Valer. Max.* l. 2. c. 5. n. 5. Antiqui attenti continentiæ. ¶ Speciatim dicitur de eo, qui rei augendæ, et lucro studet, parcus, frugi. *Terent. Adelph.* 5. 8. 31. Nimium ad rem in senecta attenti sumus. *bent on.* *Cic. pro Quint.* c. 3. Quintius ceterarum rerum paterfamilias prudens, et attentus. *careful.* *Id. pro Rosc. Amer.* c. 15. Attenta vita, et rusticana. *thrifty, frugal, penurious.* *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 82. Attentus quæsitis. *Id.* l. 1. ep. 7. v. 91. durus nimis, attentusque videris. *covetous, self-interested, selfish.* ¶ Est etiam particip. ab *attineo*, et significat detentum, occupatum. *Apulei.* l. 7. *Metam.* Mihi vero per diem laboriosæ machinæ attento furfures apponebat. *Id. ibid.* l. 9. Licet forensi negotio officinator noster attentus ferias nobis fecerit. ¶ Scribitur et *adtentus*.

ATTENUĀTE, adverb. *simply, plainly.* *Cic. de clar. Orat.* c. 55. Oratorum bonorum duo genera sunt, unum attenuate, presseque, alterum sublate, ampleque dicentium. *h. e.* tenuiter, et demisse. V. *Attenuatus.*

ATTENUATĬO, onis, f. *a lessening, diminishing, extenuating, attenuation*, λεπτυσμός, ἰσχνότης, actus attenuandi, extenuatio, diminutio. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 2. Defensoris narratio simplicem, et dilucidam expositionem habere debet, cum attenuatione suspicionis. ¶ *Id.* l. 4. c. 11. Qui non possunt in illa facetissima verborum attenuatione versari. *h. e.* in stilo simplici, ac tenui. *simple and unaffected style.* Supra dixerat *cap. præced.* Erit enim et attenuata verborum constructio quædam, et item alia in gravitate, alia posita in mediocritate. V. etiam cap. 8. cujus loci verba in *Attenuatus* referuntur.

ATTENUĀTUS, a, um, *diminished, lessened, reduced, thinned*, tenuis factus, deminutus, λεπτυνθείς. *Liv.* l. 22. c. 1. Sortes sua sponte attenuatæ. *Plin.* l. 21. c. 6. Foliorum exilitas attenuata usque in fila. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 489. attenuatus amore. *Id. de remed. amor.* v. 283. Non tamen est illis attenuatus amor. *Cic. pro leg. Manil.* c. 11. Bellum attenuatum, atque imminutum. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 89. Legio prœliis attenuata. *Plin.* l. 5. c. 2. Provincia attenuata bellis. *Liv.* l. 39. c. 49. Diutino morbo viribus admodum attenuatis. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 41. Fortuna rei familiaris attenuatissima. et lib. 3. c. 14. Paululum attenuata voce uti. *Augustus Cæsar* apud *Sueton. in Tiber.* c. 21. Attenuatus continuatione laborum. *weakened, worn down.* *Cic. de clar. Orat.* c. 82. Oratio nimia religione attenuata. *h. e.* demissa, humilis, tenuis: *simple, plain, lowly, mean:* cui opponitur sublata, magnifica, ampla. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 8. Oratio attenuata est, quæ demissa est usque ad usitatissimam puri sermonis consuetudinem. Adde cap. 10. et V. *Cicer. de clar. Orat.* c. 55. et supra dicta in *Attenuatio.*

ATTENŬO, as, avi, atum, a. 1. *to lessen, diminish, thin, reduce, attenuate*, λεπτύνω, ἰσχναίνω, tenuem facio, extenuo, deminuo. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 65. *Harduin.* Lingua imbricatæ asperitatis, attenuans lambendo cutem hominis. *Id.* l. 36. c. 6. *in fi.* Ita sectæ attenuantur crustæ. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel.* et *Thet.* v. 41. Non falx attenuat frondatorum arboris umbram. *Martial.* l. 14. epigr. 104. Attenuare nives norunt et lintea nostra. *h. e.* percolare, et liquare. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 735. Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes. *Id.* 8. *Metam.* v. 843. et lib. 4. *ex Pont.* ep. 5. v. 38. Attenuare opes. *Id.* 4. *Trist.* eleg. 1. v. 16. et eleg. 6. v. 18. Attenuare curas. *Albinov. ad Liviam*, v. 312. luctus. *Horat.* l. 1. od. 34. v. 13. valet ima summis Mutare, et insignem attenuat Deus. *humbles.* *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 3. Attenuare aliquid dicendo. *cui contrarium est* amplificare, augere. *Attenuare orationem* quid sit, V. in *Attenuatus.* ¶ Scribitur et *Adtenuo.*

ATTĔRO, et Adtero, eris, trivi, tritum, *raro* atterui, atteritum, a. 3. *to rub against or upon*, προστρίβω, ἐπιτρίβω, rem aliquam ad aliam tero, adfrico. *Horat.* l. 2. od. 19. *in fi.* Cerberus leniter atterens caudam. *Plin.* l. 10. c. 74. Asinus spinetis se scabendi causa atterens. ¶ Est etiam utendo, et terendo minuere, et consumere, *to wear, waste, weaken, impair.* *Plin.* l. 7. c. 16. Dentes usu atteruntur. *Id.* l. 9. c. 35. *in fi.* Conchylia, et purpuras omnis hora atterit. *h. e.* omnibus horis homines conchyliatas vestes, et purpureas induunt, et consumunt. *Id.* l. 2. c. 63. Quot manus atteruntur, ut unus niteat articulus! *scilicet* in gemmis anulorum elaborandis. *Ulpian. Dig.* lib. 23. tit. 3. leg. 10. Atterere vestem. *Plaut. Pers.* 4. 9. 11. Atterere alicui aures. *to call to witness by touching the ear:* alludit ad morem antestandi. V. *Antestor.* *Propert.* l. 4. eleg. 3. v. 23. num teneros urit lorica lacertos? Num gravis imbelles atterit hasta manus? *Plin.* l. 28. c. 15. *in fi.* Femina equitatu atteruntur. *Tibull.* l. 1. eleg. 4. v. 42. Aut opere insuetas atteruisse manus. *attenuasse* quidam reponunt. Sed præteritum *terui* pro *trivi* agnoscit etiam *Vel. Long. de Orthogr.* pag. 2234. *Putsch.* quamvis fateatur, *trivi* magis ex consuetudine esse. V. *Tero.* ¶ De particip. *Atteritus*, V. infra *Attritus.* ¶ Significat etiam proterere, calcare, comminuere, frangere. *to bruise, crush, beat down.* *Virg.* 4. *Georg.* v. 11. aut errans bucula campo Decutiat rorem, et surgentes atterat herbas. *beat down, crush.* *Plin.* l. 8. c. 5. *de elephantis.* Amnem transituri minimos præmittunt, ne majorum ingressu atterente alveum, crescat gurgitis altitudo. *Cels. in præfat.* Alii atteri cibum in ventre contendunt: alii putrescere. *Colum.* l. 3. c. 6. *concocted, digested.* Demissum palmitem inferior atteret, et fructum decutiet. ¶ Translate *Tacit. in Agric.* c. 9. Et vincere inglorium, et atteri sordidum arbitrabatur. *h. e.* superari, opprimi, sperni: vel congredi, contendere, et quasi conflictando teri. ¶ Sæpe est imminuere, attenuare, consumere, infirmare, *to wear, weaken, impair, mar, destroy.* *Curt.* l. 4. c. 6. *in fi.* Prœliis etiam secundis atteruntur copiæ. *Sallust. in Jug.* c. 81. Postquam utrinque legiones, item classes sæpe fusæ, et alteri alteros aliquantum attriverant. *Id. ibid.* c. 5. Annibal Italiæ opes maxime attriverat. *Tacit.* l. 1. *Histor.* c. 89. Intenta alimentorum pretia plebem attriverant. *Juvenal.* sat. 16. v. 50. Nec res atteritur longo sufflamine litis. *Sallust. in Catil.* c. 16. Atterere famam, atque pudorem alicujus. *Quintil.* l. 8. *in proem.* Eo tempore quo præcipue alenda ingenia, atque indulgentia quadam nutrienda sunt, asperiorum tractatu rerum atteruntur.

ATTERRANĔA, fulmina dicuntur a *Seneca* l. 2. *quæst. natur.* c. 49. quæ in incluso fiunt. Quo loco mire variant Codices. Alii enim habent *artencata*, alii *atercauta*, *attertanta*, *attercanta*: quæ verborum monstra sunt. Sunt qui putant legendum esse *attegiana* ab *attegia*: sunt qui *arceranea*, ab *arcera*, quæ est genus plaustri undique tectum: sunt denique qui *ateranea* malunt, ab *ater*, scilicet a nigro colore.

[* ATTERTIĀTUS, a, um, adject. a verbo inusitato *attertio.* *Plin. Valer.* l. 1. c. 29. Lixivium attertiatum, *h. e.* ad tertias usque decoctum.]

ATTESTĀTĬO, onis, f. *a calling to witness; testimony, attestation*, ἐπιμαρτυρία, actus attestandi, testimonium. *Macrob.* l. 2. *in somn. Scip.* c. 9. Sed describi hoc nostra attestatione non debuit, cujus situs nobis incognitus perseverat. *Trebell. Poll. in XXX. Tyrann.* c. 30. *de Zenobia.* Hac se attestatione defendit.

ATTESTĀTOR, oris, m. *one who calls to witness, a voucher*, ἐπιμάρτυρος, qui attestatur. *Plin.* l. 6. ep. 17. Quis uno te reverentior hujus operis, quis benignior attestator? Ita legitur in quibusd. antiq. Codicib. teste *Grutero*: sed plerique alii habent *æstimator.*

ATTESTĀTUS, et Adtestatus, a, um, particip. ab *Attestor.* *Attestata fulmina* dicuntur, quæ prioribus consentiunt, hoc est quæ iterato fiunt, et significationem priorum attestantur, et comprobant. *Senec.* l. 2. *quæst. natural.* c. 49. ex *Cæcinna*, et *Festus.* ¶ Significatione passiva, *proved by witness, attested*, testimonio comprobatus. *Plin.* l. 10. c. 43. Reddatur et corvis sua gratia, indignatione quoque populi R. attestata, non solum conscientia. Ita habetur in multis *Editionib.* etiam princip. A. 1470. et 1472. Sed antiquior A. 1469. habet *testata*, atque ita etiam edidit *Harduin.*

ATTESTOR, et Adtestor, aris, atus sum, dep. 1. *to bear witness, to attest*, testimonium do, testimonio sum, testimonio comprobo, ἐπιμαρτυρέω. *Plin. in præfat. Hist. nat.* L. Scipio hoc attestabatur, vel inimico judici se probari posse. *Phædr.* l. 1. c. 10. Hoc attestatur brevis Æsopi fabula. *Gell.* l. 4. c. 12. M. Cato id sæpenumero attestatus est. *Cic. pro Syll.* c. 29. Attestante memoria omnium, neminem esse, &c. Quidam hic aliter leg. ¶ *Attestari aliquem* est in testem vocare, *to call to witness.* *Cic. pro Mil.* c. 25. *in fi.* Te Magne, tamen attestaretur. *Al. leg.* antestaretur. *Paul. recept. sententiar.* l. 2. tit. 27. Attestando vicinos.

ATTEXO, et Adtexo, is, exui, extum, a. 3. *to weave, add by weaving*, συνάπτω, παραπλέκω, idem quod texo, vel texendo addo. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 40. Pinnæ, loricæque ex cratibus attexuntur. ¶ Translate est adjungere, addere, *to unite, join, add.* *Cic. de Univers.* c. 11. *in fi.* Vos autem ad id, quod erit immortale, partem attexitote mortalem. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Nos interea secundum actum de majoribus attexamus. *Apulei.* l. 5. *Metam.* Exordio sermonis hujus quam concolores fallacias attexamus. et lib. 11. Attextis capite crinibus feminam mentiebatur.

ATTHIS, idis, Ἀτθίς, adject. feminin. Atticam, seu Atheniensem significat, ab Atthide Cranai Athenarum Regis filia. *Martial.* l. 11. epigr. 54. Quale decus formæ! Romanam credere matres Italides possunt, Atthides esse suam. *Senec. in Hippol.* v. 106. Atthidum mixta choris. *Apulei.* l. 1. *Metam.* Linguam Atthidem primis pueritiæ stipendiis merui. *Al. hic aliter leg.* ¶ Substantive est luscinia avis, in quam Philomela Pandionis Atheniensium Regis filia versa est. *the nightingale.* *Martial.* l. 1. epigr. 54. Sic ubi multisona fervet sacer atthide lucus. ¶ Item hirundo, quia in hirundinem mutata dicitur Progne soror Philomelæ. *a swallow.* *Id.* l. 5. epigr. 68. Hibernos peterent solito cum more recessus Atthides, in nidis una remansit avis. ¶ Apud *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 18. est *Atthis* nomen proprium mulieris. ¶ Est præterea *Atthis* regio eadem, quæ Attica. *Pompon. Mela* l. 2. c. 3. Hinc *Lucret.* l. 6. v. 1114. Atthide tentantur gressus oculique in Achæis Finibus. Adde *Sidon.* carm. 5. v. 44. ¶ Apud *Hygin. Fab.* 14. Salamina insula dicitur appellata *Atthis* ab Apollonio Rhodio. ¶ Legitur et *Attis* sine aspiratione pro *Atthis*: item pro *Atys*, de quo V. infra suo loco.

ATTIĀNUS, a, um, ad Attium aliquem pertinens, ut Attiani milites, *h. e.* qui Attium Varum Romanum civem sequebantur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 13.

ATTĬCA, æ, f. Ἀττική, regio Achaiæ, seu Helladis, cujus caput Athenæ, cujus maxima pars litoralis est: unde et *Acte* est appellata, teste *Plin.* l. 4. c. 7. ab ἀκτή, litus. Nunc dicitur *Ducato di Setines.* Est autem revera adject. et subintelligitur *regio, provincia*, aut quippiam simile. *Plin.* l. 4. c. 1. Laconia, Argolis, Megaris, Attica, Bœotia. *Id. ibid.* c. 7. In Attica fontes Cephissia, Larine, &c.

ATTĬCE, es, f. *a kind of ochre*, Ἀττική, genus est ochræ, seu silis, ceterorum generum laudatissimi, quod in argentifodinis Atticæ olim inveniebatur. *Cels.* l. 5. c. 18. n. 19. Miscetur ochra, quæ Attice nominatur, cum duabus partibus similæ. *Attice* adjectivum est *Plin.* l. 37. c. 10. *ochram Atticam* dixit; et lib. 33. cap. 12. *sil. Atticum.* [† V. *Ochrea* et *Sil.*]

ATTĬCE, adverb. *after the Attic fashion*, Atticorum more. *Cic. de clar. Orat.* c. 84. Ita fiet, ut non omnes, qui Attice, iidem bene; sed ut omnes qui bene, iidem etiam Attice dicant. *Quintil.* l. 12. c. 10. Attice pressus Orator.

ATTICISMUS, i, m. *a polite method of speaking, such as was used at Athens; Atticism*, Ἀττικισμός, proprietas, et elegantia Attici sermonis. *Quintil.* l. 6. c. 3. Qualis apud Græcos Atticismus ille redolens Athenarum proprium saporem. *Cic. Attic.* l. 4. *ep. pænult.* Græce usurpat. Et fortasse etiam apud *Quintil.* Græce Ἀττικισμός legendum est. Nam optim. quædam Edition. etiam A. 1471. habent *Atticismos* Græca positione.

ATTICISSO, as, n. 1. *to speak with elegance; imitate the practise of the Athenians in speaking*, Ἀττικίζω, Atticos imitor, Attice loquor. *Plaut Men. Prol.* v. 11. Atque adeo hoc argumentum Græcissat; tamen non Atticissat, verum Sicilicissat. [¶ Simpliciter significat Græce loqui. *Apul. in Florid.* &c.] *Apulei. in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4.) Quamvis optime Latine possit, tamen hodie nobis Atticissabit. ¶ Scribitur et *Atticizo.* V. *Badizo.*

ATTICURGES, is, adject. Ἀττικουργής, Attico opere, seu modo factus: Græca dictio ab ἔργον, opus, et Ἀττικός, Atticus. In architectura *Atticurges* dicitur illud opus, quod Attica ratione est perfectum. *in the Attic style.* Attici enim, licet Corinthia ædificandi ratione uterentur, habebant tamen aliquid peculiare, quo a Corinthiis differebant. Hinc *Atticas columnas quaternis angulis pari laterum intervallo*, *Plin.* l. 36. c. 23. memorat. *Vitruv.* l. 3. c. 3. Altitudo ejus, si Atticurges erit, ita dividatur, &c. *et mox.* Altitudo, uti Atticurgis. *Id.* l. 4. c. 6. Genera thyromatum sunt Doricum, Ionicum, Atticurges. *et post.* Atticurges iisdem rationibus perficiuntur.

ATTĬCUS, a, um, *Attic, Athenian*, Ἀττικός, ad Atticam, et ad Athenas pertinens. *Plin.* l. 10. c. 12. Attica regio. *Id.* l. 21. c. 10. Atticum thymum. et *ibid.* Atticum mel. et *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 4. v. 32. Attica apis. *h. e.* montis Hymetti, qui est in Attica, optimo melle celebris. *Plin.* l. 31. c. 7. Atticus sal. *h. e.* qui circa Atticæ litora colligitur, ceteris humidior, atque adeo minus amarus. *Id.* l. 25. c. 13. Atticam cicutam inter eas recenset, quæ præsentissimi veneni sunt. *Id.* l. 29. c. 2. Atticam lanam refert inter præcipuas. *Id.* l. 36. c. 23. Atticæ columnæ, V. vocem præced. *Id.* l. 37. c. 10. Attica ochra. V. *Attice, es.* *Martial.* l. 10. epigr. 51. Attica pellex. *h. e.* Philomela Pandionis Athenarum Regis filia, a Tereo Prognes soro-

ris suæ marito stuprata: quæ ideo apud *Ovid.* 6. *Metam.* v. 537. queritur: *pellex ego facta sorori! Stat. l. et* silv. 1. v. 101. Atticus senior. *h. e.* Phidias. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 13. ut Attica virgo Cum sacris Cereris. *h. e.* Canephora Athenis sacra Cereris capite portans. V. *Canephoræ. Vellei.* l. 2. c. 23. Attica fides. *h. e.* sincera, certa. Adeo enim certa Atheniensium in Romanos fides fuit, ut semper, et in omni re, quidquid sincera fide gereretur, id Romani Attica fieri prædicarent. *Vellei. ibid.* ¶ Atticæ provinciæ caput sunt Athenæ (unde *Athenæ Atticæ* dicuntur a *Plaut. Pseud.* 1. 5. 2. *Rud.* 3. 4. 36. *Trucul.* 2. 6. 16. et alibi: ad discrimen etiam aliarum Athenarum, de quibus supra in *Athenæ.*) sedes quondam ac regnum optimarum artium, ac præsertim puri sermonis, et eloquentiæ. Genus dicendi Atticum erat medium inter Asiaticum, et Laconicum, hoc est neque nimis fusum, neque nimis pressum, sed prudens, acutum, sincerum, solidum, sanum. *Cic. de opt. gen. Orat.* c. 3. Illos potius imitemur, qui incorrupta sanitate sunt (quod est proprium Atticorum) quam eos, quorum vitiosa abundantia est, quales Asia multos tulit. *Id. in Orat.* c. 26. Quidquid est salsum, aut salubre in oratione, id proprium Atticorum est. *Quintil.* l. 12. c. 10. Et antiqua quidem illa divisio inter Asianos, et Atticos fuit, cum hi pressi, et integri, contra inflati illi, et inanes haberentur. *Et mox.* Attici limati, et emuncti &c. V. ibi, et *Cicer. de clar. Orat.* c. 82. *et sequentib.* ubi multa de stilo Attico. *Plaut. Pers.* 3. 1. 66. Dabuntur dotis tibi sexcenti logi; atque Attici omnes; nullum Siculum, &c. Alludit ad Græca verba, quæ purgatissima et nitidissima in Attica lingua erant. *Cic. in Orat.* c. 7. Demosthenes, quo ne Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas. *Martial.* l. 3. epigr. 20. Lepore tinctos Attico sales narrat. *Id.* l. 4. epigr. 87. Si vis auribus Atticis probari. *Cic. in Orat.* c. 9. Atticorum aures teretes, et religiosæ. *Id. de clar. Orat.* c. 17. Attica subtilitas. *Quintil. loc. cit.* Atticus sapor. *Virg. in quodam carm. apud Quintil.* l. 8. c. 3. Attica febris. *h. e.* frigidus, exsuccus, et insulsus sermo. Et perstringit malum rhetorem, qui Atticus videri volebat, sed frustra. V. *Scalig. in not. ad Catal. Virg.* [¶ *Atticus profluvius* apud *Veget. Veter.* l. 1. c. 17. et c. 38. est morbi genus in jumentis, cum nempe de naribus pro mucis humor defluit male olens et spissus, colore pallido. Hoc Atticum fuisse nominatum putat *Gesnerus* ad similitudinem signorum in peste Attica commemoratorum a *Thucyd.* l. 2. c. 49.; ubi tamen hujus profluvii nulla fit mentio. Sed hæc nimis longe petita est ratio. Hinc *Schneiderus* arbitratur, hoc morbi genus ita fuisse appellatum, quod primum observatum fuerit ab Atticis scriptoribus. Fatendum tamen est, dubiam esse his in locis Codicum lectionem. ¶ Atticus est cognomen *Titi Pomponii*, familiaris Ciceronis, eo quod Attice optime loqueretur. *Nep. in Att.* c. 4. Sic Græce loquebatur, ut Athenis natus videretur.]

ATTĬGO, et Adtigo, is, a. 3. *to touch, lay hands on,* ἐφάπτομαι, idem quod attingo, contingo: ex *ad*, et antiquo *tago* pro *tango. Plaut. Asin.* 2. 2. 106. Ne me attigas. Si me tagis, næ hodie, &c. *Id. Bacch.* 3. 3. 41. Ne attigas puerum ista causa. *Pacuv.* apud *Non.* c. 4. n. 35. Ne eum quis attollat, neve attigat. Adde *Turpil.* et *Accium* apud *eund. Non.* c. 2. n. 60. et rursus *Plaut. Epid.* 5. 2. 58. et *Trucul.* 2. 2. 21. quibus omnibus locis solum *attigas* legitur. Ex quo colligitur verbum defectivum esse. Addunt sane quidam alium *Plauti* locum *Mostell.* 2. 2. 37. Ædes ne attigatis, ut *Diomed.* legit. l. 1. pag. 378. *Putsch.* et *Propert.* l. 1. eleg. 17. *in fin.* Si quando vestras labens Amor attigit undas, &c. sed priore quidem loco alii leg. *attingite:* posteriore autem potest esse præteritum ab *Attingo.*

ATTIGŬUS, et Adtiguus, a, um, *bordering upon, touching, contiguous,* contiguus, proximus, συναφής, ἐχόμενος. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Domus attigua. *Id.* l. 6. Attiguum nemus. Adde *Paulin. Nolan. in Nat. XIII. S. Fel. edit. Murator.* v. 331.

ATTILĬA, V. *Atilia.*

ATTĬLUS, li, m. piscis est ingens, Padi fluminis proprius, inertia pinguescens ad mille aliquando libras, catenato captus hamo, nec nisi boum jugis extractus. Ita *Plin.* l. 9. c. 15. Neque tamen putandum est, esse eum, quem appellant *a sturgeon.* Negant enim id passim Ichthiographi, ostenduntque, *attilum* figura, natura, sapore, pretio ab eo longe differre. V. *Aldrovand.* l. 4. c. 9. et l. 5. c. 1.

ATTĬNÆ, arum, f. *a wall of loose stones for the parting of land,* termini agrorum facti ex lapidibus in speciem maceriæ congestis, ut describit *Siculus Flacc. de condit. agror.* pag. 4. *et* 6. *Goes.* ubi idem *Goes.* et *Rigalt. in Glossis* docent, dictas esse ab *attinendo*, quod ii lapides se mutuo suo ipso pondere attineant. Addit. *Rigalt.* locem *Palladii* lib. 6. tit. 3. Si lapidosus ager fuerit per macerias saxorum attina collectas et purgari poterit, &c. sed editi libri, quos vidimus, habent *a turba collectas.*

[* ATTINCTUS, a, um, adject. ab inusitato verbo *attingo, is, xi, inctum. Veget. Veter.* l. 1. c. 11. Post hæc melle, butyro, axungia, salibus et picula, offis pro æqua omnium portione confectis, succo ptisanæ ac passo involutis attinctum animal replebis.]

ATTINĔO, et Adtineo, es, inui, entum, a. 2. *to hold, keep, keep hold of, detain,* κατέχω, teneo, detineo, ad aliquem locum teneo. *Plaut. Capt.* 2. 2. 16. Nunc senex est in tonstrina: nunc jam cultros attinet. *h. e.* tonsor cultros ei admovet. *Id. Men.* 5. 1. 30. Attinere aliquid ante oculos. *Id. Bacch.* 2. 2. 3. et *Trucul.* 4. 3. 63. aliquem vinctum. *Tacit. Ann.* 1. c. 35. Prehensam dexteram vi. *Id. Ann.* 3. c. 36. aliquem publica custodia. *Id.* 2. *Ann.* c. 52. militem castris. *Id. Ann.* 6. c. 23. Attineri in palatio. *Id. Ann.* 14. c. 56. *in fi.* domi valetudine infensa. *Id. Ann.* 6. c. 27. Attinere aliquem, ne pergat. *Id.* 2. *Hist.* c. 14. *in fi.* Delectæ omnes copiæ forent, ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis. *Id. Ann.* 13. c. 50. Attinere impetum alicujus, et cap. 53. Ne tamen segnem militem attinerent, ille inchoatum aggerem absolvit. *Sallust. in Jug.* c. 116. Bocchum Punica fide simul Romanos, et Numidam spe pacis attinuisse. *Tacit. Ann.* 15. c. 24. Attineri religione. *Id. Ann.* 1. c. 50. discordiis. ¶ Est etiam occupare, custodire, servare. *to occupy, keep possession of, watch, guard. Tacit.* 4. *Ann.* c. 5. Ripamque Danubii legionum duæ in Pannonia, duæ in Mœsia attinebant. *Id. Ann.* 6. c. 17. Signatum argentum fisco, vel ærario attinebatur. *Vetus Poeta* apud *Cicer. in Orat.* c. 47. Quam cara sintque, post carendo intelligunt, Quamque attinendi magni dominatus sient. ¶ Impersonaliter significat pertinere, *to pertain, appertain, touch, relate, have reference to,* προσήκειν. *Terent. Andr.* 1. 2. 16. Comperiebam, nihil ad Pamphilum quidquam attinere. *Id. Eun.* 4. 6. 6. Scin' tu, turbam hanc propter te esse factam; et adeo ad te attinere hanc omnem rem? *Plaut. Bacch.* 2. 2. 51. Negotium hoc ad me attinet aurarium. ¶ Quod attinet, *with respect to,* eleganter inseritur orationi. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 17. Sic in provincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruncius insumatur in quemquam. *Id. Verr.* 4. c. 5. Vobis alio loco, ut se tota res habeat, quod ad eam civitatem attinet, demonstrabitur. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 9. Certo enim, quod quidem ad nos duas attinuit, præpotentes, pulcræ fuimus. ¶ Ponitur etiam pro e re esse, interesse, opus esse, *to be profitable or expedient. Cic. Attic.* l. 12. ep. 18. Ea re non venit, quia nihil attinuit. *Id.* 4. *de Fin.* c. 22. Quid attinuit, cum his, quibuscum re conveniebat, verbis discrepare? *Colum.* l. 2. c. *pænult.* Si frumenta protinus usui destinantur, nihil attinet repoliri. *there is no occasion; no need. Plaut. Pœn.* 3. 3. 24. Sed quid istud ad me attinet? *Plin.* l. 17. c. 11. Non misisset idem, si attineret, meridianam cæli partem signare in cortice. ¶ In tertia persona pluralis numeri. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 14. Cetera, quæ ad colendam vitem attinebunt. *Terent. Heaut.* 1. 1. 24. Ea quæ nihil ad te attinent. Adde *Plaut. Men.* 1. 2. 36. et *Pers.* 4. 3. 27. ¶ Cum accusativo sine præposit. *Cic. pro Quint.* c. 19. Neque quemquam attinebat id recusare. *quemquam* potest etiam esse accusativus infiniti *recusare. Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 14. In his, quæ custodiam religionis attinent. ¶ Pro pertinere, hoc est pertingere, pervenire *to stretch, extend, reach. Curt.* l. 6. c. 2. Scythæ, qui in Europa sunt, a lævo Thraciæ latere ad Borysthenem, atque inde ad Tanaim alium amnem recta attinent.

ATTĬNGO, et Adtingo, ingis, igi, actum, a. 3. *to touch gently, come in contact with, reach, gain,* ἐφάπτομαι, idem quod tango, contingo: ex *ad*, et *tango. Cic. Fam.* 2. ep. 17. De præda mea teruncium nec attigit, nec tacturus est quisquam. *Id.* 2. *de Legib.* c. 3. Nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, cum ad multa accesserim, ut vix pede tentare id possim. *Terent. Eun.* 4. 6. 2. Si illam digito attigerit uno, oculi illico effodientur. *Nepos in Eumen.* c. 5. Pedibus terram attingere. *Gell.* l. 14. c. 6. Manu attingere aliquem. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 54. Nullos cibos attingere. *Plaut. Cas.* 5. 2. 30. Calamitas nunquam attigit. *h. e.* grando nunquam icit. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 32. Prius quam aries murum attigisset. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 61. et *Phorm.* 5. 8. 29. Attingere mulierem. *h. e.* rem cum ea habere. ¶ De iis, qui in locum aliquem perveniunt. *to arrive at. Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 8. Ut primum Asiam attigisti. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 23. Navibus Britanniam attingere. *Nepos in Dion.* c. 5. Post diem tertium, quam Siciliam attigerat. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 45. Postquam saltuosos locos attigerat. ¶ *Attingere* etiam dicuntur, qui sunt alteri contermini, *to touch or border upon. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 15. Eorum fines Nervii attingebant. *Cic. Fam.* 15. ep. 4. Cappadociæ pars ea, quæ Ciliciam attingit. *Id. in Pison.* c. 16. Macedonia, quæ tantis barbarorum gentibus attingitur. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 54. Utraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo terminatur. ¶ Translate *Cic. ad Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 6. Quæ res ad officium imperii tui pertinebunt, de his rebus ne quid servus attingat. *not intermeddle with. Id.* 3. *de Fin.* c. 5. Ante quam voluptas, aut dolor attigerit. *Id. Fam.* 3. ep. 10. *ad fin.* Providit, ne qua me illius temporis invidia attingeret. *Liv.* l. 27. c. 11. Erunt perpauci, quos ea infamia attingeret. *Cic. ad Cæsar. post ep.* 11. l. 9. *ad Attic.* Si qua de Pompeio tuendo cura te attingit. *h. e.* afficit. *Id.* 2. *de Legib.* c. 1. a *med.* Me alia quoque causa delectat, quæ te non attingit. *Propert.* l. 1. eleg. 19. v. 9. Attingere gaudia. *h. e.* frui. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 452. et *Claudian. de B. Get.* v. 412. Vox attigit aures. *Manil.* l. 1. v. 326. ceperat Orpheus Omne, quod attigerat cantu. *h. e.* permulserat. *touched, moved, soothed. Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 25. Attingere aliquid suspicione. *h. e.* suspicione assequi, conjicere. *Colum.* l. 1. *R. R.* c. 8. Attingere senectutem. *h. e.* senescere. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 22. Attingere Rempublicam. *h. e.* reipublicæ administrandæ se dare. Sic *Id. ad Cæsar. post Ep.* 11. l. 9. *ad Attic.* aliquam partem belli. *Liv.* l. 3. c. 19. arma. *Cic. Fam.* 5. ep. 8. forum. *h. e.* in forum ad agendum accedere. ¶ Dicitur eleganter de iis, qui in aliquod studium incumbunt; et significat leviter operam dare: item de iis, qui dicendo, aut scribendo de aliqua re agunt; et significat breviter commemorare, paucis tractare. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 18. Egomet, qui sero, ac leviter Græcas litteras attigissem. et lib. 2. c. 1. L. Crassum non plus attigisse doctrinæ, quam quantum prima illa institutione potuisset. *Nepos in Attic.* c. 18. Attigit quoque poeticen. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. Strictim attingere aliquem librum. *to scan or run over; peruse cursorily. Id.* l. 2. *Fam.* ep. 4. Scriberem plura, nisi, *&c.* et hoc quidquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed &c. *Id.* 2. *de Orat.* c. 49. Breviter perstringere, atque attingere aliquid. *Nepos in Pelop.* c. 1. Summas tantummodo attingere, *to touch merely upon the heads, Pacat. in paneg. Theodos.* c. 8. aliquid summatim. *Plin.* l. 2. c. 12. capitulatim. *Cic. pro Arch.* c. *pænult.* Res gestas versibus, et inchoare. *Gell.* l. 14. c. 1. aliquid oratione. *Tacit. Ann.* 1. c. 35. Ut seditionem attigit. *as soon as he came to touch upon the subject of the conspiracy. Plin. in proœm. Hist. natur.* Plerique ex iis, quos attigi. *h. e.* ex iis Scriptoribus, a quibus delibavi, quæ in meam historiam conferrem. *Plaut. Trucul.* 4. 4. 11. Ut planiloqua est! paucis ut rem ipsam attigit! *how briefly and yet how well hath she touched upon this point!* Idem eodem sensu alibi dixit *acu rem tangere.* V. *Acus.* ¶ Ad hanc, quam modo posuimus, dicendi, seu commemorandi significationem pertinet etiam illud ejusdem *Plauti Bacch.* 2. 2. 19. Quod ab illo attigisset nuntius. *h. e.* dixisset, nuntiasset: nisi malis sic exponere: nuntius ab illo veniens ad me pervenisset, ac nuntiasset. Simili ratione *Id. ibid.* 3. 5. 3. Si a me tetigit nuntius, &c. *Lambin.* tamen legit *attulisset.* ¶ Sumitur etiam pro attinere, pertinere, conjunctionem aliquam cum alio habere. *to relate to, concern, belong. Cic.* 2. *Offic.* c. 20. Partim ejusmodi sunt, ut ad universos cives pertineant, partim singulos ut attingant. *Id* l. 1. *Offic.* c. 6. Primus ille locus, qui in veri cognitione consistit, maxime naturam attingit humanam. *Id.* 2. *de Orat.* c 39. Ab eo, quod rem attingit, plures sunt argumentorum sedes. *Id. Verr.* 7. c. 32. Segestana, et Centuripina civitas, quæ tum officiis, fide, vetustate, tum etiam cognatione populi R. nomen attingunt. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 1. Summa necessitudine attingere aliquem. *Plaut. Merc.* 1. 1. 32. Quæ nihil attingunt ad rem, nec sunt usui. ¶ Apud *Apulei. in Apolog.* Si quid eam humanitus attigisset, *significat* si mortua fuisset: quod *Cic.* dixit *Si quid mihi humanitus accidisset.* V. *Accido.* ¶ *Attingere nomen legis* scitum aliquod dicitur, quod legis nomine appellari potest, et inter leges adnumerari. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 5. Multa perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis, quæ non magis legis nomen attingunt, quam si, &c. ¶ *Attingem* pro *Attingam* olim dictum esse, notat *Festus* ex emendatione *Scalig.* et *Lips.*

ATTIS, V. *Atthis*, et *Atys.*

ATTĬUS, V. *Accius.*

ATTOLERĀRE, hoc est sustinere, quidam leg. apud *Apulei.* l. 2 *Metam.* pag. 116. *Elmenhorst.* ubi alii plerique *attollere.*

ATTOLLO, et Adtollo, is, a. 3. *to lift or raise up; to raise, elevate,* ἐπαίρω, ἐξαίρω, erigo, sustollo. *Quintil.* l. 11. c. 3. Attollere pedem. *Ovid. in Halieut.* v. 70. caput. *Terent. Eun.* 4. 6. 31. pallium. *Plaut. Cas.* 2. 6. 5. signa. *to hoist, spread, display. Plin.* l. 9. c. 27. cornua e mari. *Virg.* 10. *Æn.* v. 856. se in femur. *Liv.* l. 8. c. 7. se a gravi casu. *Id.* l. 10. c. 36. manus ad cælum. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 720. se in auras. *Propert.* l. 1. eleg. 15. v. 37. oculos contra solem. *Ovid. Metam.* 2. v. 448. oculos humo. *Id. Metam.* 7. v. 847. aliquem ulnis. *to lift up in the arms. Virg.* 4. *Georg.* v. 217. humeris. *to lift or bear up on the shoulders.* et *Plin.* l. 34. c. 6. aliquid supra aliud. *Id.* l. 36. c. 5. Attollitur opus in altitudinem vigintiquinque cubitis. *is raised, built up.* et l. 27. c. 12. et l. 21. c. 11. Herba attollens se a terra. *Id.* l. 5. c. 1. Mons e mediis arenis in cælum attollitur. *Id.* l. 5. c. 29. Ephesus attollitur monte Pione. *Id.* l. 4. c. 6. *in fi.* Regio attollitur in montes LXXVI. *Virg.* 3. *Æn.* v. 552. attollit se diva Lacinia contra. ubi *Servius:* quia appropinquantibus montes surgere videntur. *Tacit. Ann.* 6. c. 37. Euphratem nulla imbrium vi, sponte, et immensum attolli. *increased, enlarged, swelled. Virg.* 2. *Æn.* v. 185. et 3. *Æn.* v. 135. Attollere molem, *et* attollere arcem tectis. *h. e.* exstruere, ædificare. ¶ Translate *Quintil.* l. 11. c. 3. Attollere vocem. *Id.* l. 10. c. 5. orationem. *Id.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) mentem. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 52. Rempublicam bello, et armis. *to aggrandize, extend the power of. Id.* 2. *Hist.* c. 90. aliquem laudibus. *Id.* 4. *Hist.* c. 59. aliquem præmiis. *Id.* l. 1. *Hist.* c. 70. famam alicujus rei. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 1. parvam rem attollere. *to amplify, exaggerate. Virg.*

4. Æn. v. 49. Punica se quantis attollet gloria rebus! Lucan. l. 7. v. 11. Attollere nomen alicujus ad sidera. Propert. l. 4. eleg. 6. v. 51. Frangit, et attollit vires in milite causa. Virg. 12. Æn. v. 4. Attollere animos. *to grow haughty*, vel *to be emboldened*. Plin. in paneg. c. 44. Rectos, ac vividos animos non contundere, ac deprimere, sed fovere, et attollere. Auct. declam. in Cicer. c. 2. Attollere alicui animos. *to increase the assurance of*. Virg. 2. Æn. v. 381. Serpens attollens iras. ¶ Pro auferre antiquum est. Pacuv. apud Non c. 4. n. 35. Custodite istum vos, ne eum quis attollat, neve attigat. Id. ibid. Pro imperio agendum est: quis vetat, quisve attollat? Grotius, ut refert Vossius, legendum putat: *Pro imperio agendum est: nequis attollat, veta*. qua ratione multo clarior est sententia. ¶ Præterito caret, ac supino. Nam quod Nonius loc. cit. ei tribuit *attuli*, afferens illud Virg. Æn. 8. v. 200. *Attulit et nobis* &c. ad verbum *affero* pertinet. *Attollo* autem mutuatur *sustuli* a *sustollo*.

ATTONDĚO, et Adtondeo, ondes, attondi, onsum, a. 2. *to clip, shear, shave close*, ἀποκείρω, idem quod tondeo, circum tondeo. Plaut. Capt. 2. 2. 18. Strictim attonsurum dicam esse, an per pectinem nescio. Scribon. Larg. compos. 10. Attondere ad cutem. ¶ Sumitur etiam generatim pro resecare, circum amputare, recidere. *to cut or lop all around*. Virg. 2. Georg. v. 406. et curvo Saturni dente relictam Persequitur vitem, attondens, fingitque putando. Id. Ecl. 10. v. 7. Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ. ¶ Translate Plaut. Bacch. 5. 1. 9. Is me usque attondit doctis dolis. h. e. circumvenit, et per fraudem argentum abstulit. Huc pertinet etiam locus ejusdem ex Captiv. modo allatus. ¶ Jlocaliter Id. Epid. 2. 3. 6. Metuo si senex resciverit, ne ulmos parasitos faciat, qui usque attondeant. h. e. ne virgas ulmeas paret, quæ tergum meum, ut parasiti alienas mensas solent, attondeant, et concidant. V. alia in Attonsus. ¶ In præterito etiam *attotondi* habere potest, quemadmodum *detondeo*, et *detondi* facit, et *detotondi* teste Prisciano l. 9. pag. 868. Putsch. Itaque *attotonse* per syncopen pro *attotondisse* legunt aliqui in quodam carm. de Sabino, inter Catalecta Virg. Ubi iste post Sabinus, ante Quinctio Bidente dicit attotonse forcipe. Alii tamen leg. *attondisse*. Scalig. ex conjectura etiam aliter.

ATTONĬTE, adverb. Plin. l. 30. c. 1. Britannia hodieque eam (Magicen) attonite celebrat tantis cæremoniis, ut &c. h. e. ad stuporem usque superstitiosa, et defixa.

ATTONĬTUS, et Adtonitus, a, um, *astonished, stupified, amazed, struck, thunder-struck; alarmed, affrighted, aghast*, [particip. ab attono.] ἐμβρόντητος, ἀπόπληκτος, ἐκπλαγὴς, proprie significat eum qui corpore, ac mente rigescit, et stupet ex casu vicini fulminis, a quo afflatus sit, et pæne tactus, ut Senec. l. 2. Quæst. natur. c. 27. et Serv. ad Æn. 3. v. 172. docent. Curt. l. 8. c. 4. Erat prope continuus cæli fragor, et passim cadentium fulminum species visebatur; attonitisque auribus stupens agmen, &c. Petron. in Satyr. c. 101. Intremui post hoc fulmen attonitus. ¶ Generatim dicitur de eo, qui ex quacumque causa stupet, et mente percellitur, ut ex morbo, ex metu, ex admiratione alicujus rei, ex subito aliquo casu, &c. Cels. l. 3. c. 26. Attonitos quoque raro videmus, quorum et corpus, et mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo: hunc ἀποπληξίαν Græci appellant. Liv. l. 3. c. 68. in fi. Attonitus terrore belli. Id. l. 1. c. 47. Novitate, ac miraculo attonitus. Tacit. 4. Hist. c. 49. Subitæ rei miraculo attonitus. Virg. 3. Æn. v. 172. Talibus attonitus visis, ac voce deorum. Albinovan. ad Liviam, eleg. 1. v. 85. Vidimus attonitum fraterna morte Neronem. Senec. in Troadib. v. 442. Mentis attonitæ stupor. Virg. 5. Æn. v. 529. Attonitis hæsere animis. Martial. l. 8. epigr. 30. de Scævola. attonito regnat in igne manus. ¶ Cum genitivo Græcorum more, Silius l. 6. v. 231. omnis anhelat Attonitus serpentis equus. ¶ Interdum accipitur pro furenti, turbato, incitato. *raving, wild, raving mad*. Petron. in Satyr. c. 82. Attonito vultu, efferatoque nil aliud, quam cædem, et sanguinem cogito. Albinovan. ad Liviam, eleg. 1. v. 317. Quo raperis laniata comas, similisque furenti Quo ruis? attonita quid petis ora manu? ¶ *Attoniti* etiam sunt, qui numine afflati dicuntur, quales sunt vates, Bacchæ, et hujusmodi. *possest with the deity, divinely inspired*. Virg. 7. Æn. v. 580. Attonitæ Baccho matres. Stat. l. 5. silv. 1. v. 116. primi cui jus venerabile thyrsi Bacchus, et attonitæ tribuit vexilla catervæ. Horat. l. 3. od. 19. v. 13. Qui Musas amat impares, Ternos ter cyathos attonitus petet Vates. ¶ Tribuitur aliquando rebus inanimis Poetice, et per translationem. Virg. Æn. 6. v. 53. Attonitæ magna ora domus. h. e. stupendæ, et attonitos facientis. Loquitur de antro, ubi Sibylla responsa dabat. Valer. Flacc. l. 1. v. 45. attonitæ mactat solemnia mensæ. h. e. convivis ob id attonitis. Plin. l. 29. c. 1. sub fin. Contra attonitas quorundam persuasiones, qui prodesse, nisi pretiosa, non putant. h. e. persuasiones eorum, qui res pretiosas, velut attoniti admirantes, eas solum prodesse putant.

ATTŎNO, et Adtono, as, ui, ĭtum, a. 1. *to astonish, amaze, stupify, alarm*, stupidum, attonitum reddo, ἀποπλήττω, ἐκπλήττω. Ovid. Heroid. ep. 4. v. 49. Aut quas semideæ Dryades Faunique bicornes Numine contactas attonuere suo. Id. Metam. 3. v. 531. Quis furor, anguigenæ, proles Mavortia vestras Attonuit mentes? ¶ Proprie est tonitru quatere, aut afflare. Mecœnas apud Senec. ep. 19. Ipsa altitudo attonat summa. h. e. ut ipsemet Seneca exponit, attonita habet summa. Allegorice autem illud dicit, magnam fortunam magnis casibus expositam esse, et in magno metu versari.

ATTONSUS, et Adtonsus, a, um, *shaven close, clipped, shorn*, tonsus, κουριζόμενος. Cels. l. 4. c. 3. Caput attonsum habere. Plaut. Bacch. 5. 2. 7. Attonsæ hæ quidem ambæ usque sunt oves. Plaut. hic jocatur in ambiguo. alludit enim ad notionem circumveniendi aliquem, et ab eo aliquid per fraudem auferendi. V. Attondeo. Lucan. l. 6. v. 84. Arva attonsa. h. e. herbis nudata. Auson. in Mosell. v. 203. Attonsa prata. ¶ Translate Vetus Poeta apud Cicer. 5. Tuscul. c. 17. Consiliis nostris laus est attonsa Laconum. h. e. imminuta, aut accisa. Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν.

ATTORRĔO, es, a. 2. idem quod torreo, asso. Apic. l. 4. c. 2. Attorrere nuces. *to roast*. Id. l. 7. c. 5. Attorrere aliquid in clibano. *to bake*.

ATTRACTĬO, onis, f. contractio, συστολή. Pallad. in April. tit. 4. Recenter lecta poma si guttis vini veteris perfundas, efficitur ne ea rugarum deformet attractio. *a drawing together, contracting*. ¶ Translate Quintil. l. 1. c. 4. (al. 6.) Adjiciebant (Grammatici quidam) et aspirationem ut *heu*, et attractionem, ut *fasceatim*: (al. *asciatim*.) quæ mihi non approbantur. *Attractionem* intellegebant vocem, qua multa simul contracta, et congregata significarentur. Nam *fasceatim* significat per multos fasces, ut est apud Charis. l. 2. pag. 166. Putsch. vel ut alii putant, per multas fascias. legunt enim *fasciatim*. Sic *vicatim* per vicos, *ostiatim* per ostia, &c. Al. leg. *attrectationem*: quæ vox valde obscurat sententiam.

ATTRACTORĬUS, a, um, *attractive*, attrahendi vim habens. Macer (scriptor vix ullius auctoritatis) l. 4. c. 19. de sulphure. Virtus est ejus, ut dicunt, extenuatrix, Et diaphoretica, simul attractoria, calda.

ATTRACTUS, a, um, *drawn*, adductus, pertractus. Cels. l. 7. c. 29. Uncus fronti injicitur, deinde attractus infantem educit. Virg. 3. Georg. v. 505. attractus ab alto spiritus gemitu gravis. *heaved*. Senec. l. 3. de Ira, c. 38. in fi. Catoni cum in frontem mediam, quantum poterat attracta pingui saliva, inspuisset Lentulus. Apulei. l. 9. Metam. Complicitis pedibus in superius cœnaculam attractus. ¶ Item contractus, corrugatus. *contracted, wrinkled*. Senec. l. 4. de Benef. c. 31. Cum Pollionis attractiorem vidisset frontem.

ATTRACTUS, us, m. *the act of drawing; attraction*, actus attrahendi. Seren. Sammon. cap. 50. v. 931. cimex Horridus attractu, sed gustu commodus apto. Alii rectius leg. attactu cum Humelbergio. Dictys Cretens. l. 5. de B. Trojan. c. 11. Ima rotis suspenderat, scilicet quo attractu motus facilius foret.

ATTRĂHO, et Adtraho, is, axi, actum, a. 3. *to draw, draw towards, attract*, ἐπισύρω; ἐφέλκω, ad me traho, adduco: ex *ad* et *traho*. Cic. Fam. 7. ep. 10. Nihil nobis duobus est stultius; me, qui te non Romam attraham, te, qui non huc advoles. Id. Verr. 5. c. 25. Adducitur a Veneriis, atque adeo attrahitur Lollius. *is dragged by force*. Martial. l. 6. epigr. 66. Attrahere aliquem manu prope se. Liv. l. 29. c. 9. ad fin. Tribunos attrahi ad se jussit. Cels. l. 6. c. 8. Spiritu succum (per nares) attrahere. Plin. l. 11. c. 37. sect. 72. Harduin. Attrahere animam. *to draw the breath*. Id. l. 36. c. 16. Magnes attrahens ferrum. *attracting*. Ovid. de remed. amor. v. 397. Attrahere lora. *to tighten or pull in the reins*. et vers. 435. Attrahere arcus contentius. Senec. l. 6. de benef. c. 7. Vultus tuus colligit rugas, et attrahit frontem. ¶ Translate Cic. Verr. 4. c. 1. Ea me ad hoc negotium provincia attraxit. Brutus ad Attic. (inter epist. ad Brut.) ep. 17. Arcessere, et attrahere malum aliquod, *to bring upon one's self*. Cic. de Amic. c. 14. Similitudo allicit, et attrahit ad amicitiam. Ovid. 3. Fast. v. 830. Attrahere novos discipulos. Valer. Max. l. 7. c. 2. n. 8. extern. Attrahere ad se benevolentiam alicujus largitione.

ATTRECTATĬO, onis, f. *a touching, feeling, handling, stroking with the hand*, ψαῦσις, ψηλάφησις, actus attrectandi, contrectatio, palpatio. Gell. l. 11. in fi. Furtum sine ulla quoque attrectatione fieri posse, sola mente, atque animo, ut furtum fiat, annitente. Pallad. in Mart. tit. 12. de bob. domand. Cum teneri fuerint, frequenti manus attrectatione mansuescant. Lamprid. in Heliogab. c. 12. Eorum attrectationem, et tactu præcipue gaudebat. Apulei. de Deo Socrat. Dii nulla attrectatione nostra contaminantur. Addunt quidam et locum M. Senec. l. 4. controvers. 25. a med. ubi alii *tractationem* legunt, alii *tractionem*. De loco Quintil. quem alii adjiciunt, dictum est in Attractio.

ATTRECTĀTUS, us, m. [† idem quod] attrectatio. Pacuv. apud Cicer. 2. Tuscul. c. 21. Jam jam mittite. Nam attrectatu, et quassu sævum amplificatis dolorem.

ATTRECTĀTUS, a, um, *touched, handled*, tactus, contrectatus. Gell. l. 11. in fin. Res furti faciendi causa attrectatæ.

ATTRECTO, et Adtrecto, as, avi, atum, a. 1. *to touch, touch gently, feel, handle, stroke with the hand*, ψηλαφάω, ψάω, manibus tracto, tango, contrecto. Cic. de Harusp. resp. c. 13. Contaminatis manibus attrectare libros. Virg. 2. Æn. v. 719. Attrectare sacra. Sabinus JCtus apud Gell. in fi. l. 11. Qui alienam rem attrectavit, furti tenetur. h. e. tetigit, et surripuit. Flor. l. 3. c. 5. Causam belli prætenderat, attrectari terminos suos a Nicomede Bithynico. h. e. violari, invadi. Plaut. Rud. 2. 4. 6. Sed quid ais, mea lepida, hilara. Am. Aha, nimium familiariter me attrectas. Cic. pro Cœl. c. 8. Attrectare uxorem alicujus. h. e. impudice tangere. ¶ Translate Tacit. Ann. 3. c. 52. Indecorum, attrectare aliquid quod non obtineretur. h. e. tentare, aggredi. Nazar. in paneg. Constant. c. 3. Attrectare virtutes, alicujus. h. e. dicendo attingere. Adde Pacat. in paneg. Theodos. cap. ult. ¶ In multis codicib. Livii l. 5. c. 32. et Virg. 2. Æn. v. 719. teste Pierio legitur *attractare*, et *adtractare*.

ATTRĔMO, et Adtremo, is, ui, n. 3. *to tremble, tremble at*, idem quod tremo, ad alicujus vocem contremisco. Stat. l. 8. Theb. v. 80. de Plutone. Dixerat: atque illi jamdudum regia tristis Attremit oranti, suaque, et quæ desuper urget, Nutabat tellus. [Sidon. l. 6. epist. 1. Cum censuræ tuæ attremat etiam turba collegii.]

ATTREPĬDO, et Adtrepido, as, avi, atum, n. 1. idem quod trepido. Plaut. Pœn. 3. 1. 41. Attrepidate saltem, nam vos approperare haud postulo. h. e. senili, et trepido gradu, ut potestis, festinate.

ATTRIBŬO, et Adtribuo, uis, ui, utum, a. 3. *to attribute, assign, bestow, give, ascribe, impute, lay to the charge of*, ἀποδίδωμι, ἀποτάττω, προσνέμω, idem quod tribuo, do, assigno, ascribo. Cæs. l. 1. B. Civ. c. 14. Gladiatores libertati confirmat, eisque equos attribuit. Cic. Attic. l. 12. ep. 30. Pueros attribue ei, quot, et quos videbitur. Id. pro Rosc. Amor. c. 4. Timor quem mihi natura, pudorque meus attribuit. Tacit. Ann. 2. c. 55. Attribuere alicui locum in militia. Cic. Catil. 2. c. 3. alicui provinciam. Liv. l. 1. c. 20. Pontificem ex patribus legere, eique sacra omnia exscripta exsignataque attribuere. *consign, commit*. Id. l. 26. c. 49. Attribuere alicui curam alicujus rei. Cic. Verr. 7. c. 41. alicui causam calamitatis. *attribute, lay the blame on*. Id. 3. de nat. Deor. c. 37. bonos exitus diis immortalibus. Id. Fam. 2. ep. 17. sibi soli, quod est commune cum alio. Id. de Senect. c. 1. Si eruditius videbitur disputare, attribuito Græcis litteris. Id. l. 1. de Invent. c. 52. Attribuere alicui legi, loco, urbi orationem. *to put words into the mouth of*, loquentem inducere. Id. pro Font. c. 6. Attribuere alicui auctoritatem. ¶ *Attribuere pecuniam*, est alicui ex ærario in Reipublicæ usus insumendam dare. Cic. Phil. 9. c. ult. Consules statuam faciendam: quantique locaverint, tantam pecuniam redemptori solvendam, attribuendamque curent. Id. Phil. 14. c. ult. Monumentum quam amplissimum faciundum curent: quæstores ad eam rem pecuniam dare, attribuere, solvere jubeant. Adde Liv. l. 40. c. 46. in fi. V. Attributus. Singularis est loquendi ratio in vet. Tab. æn. apud Murator. pag. 582. a med. Qui eam viam tuendam redemerit, tantæ pecuniæ eum, eosve attribuito sine dolo malo. Si is, qui attributus erit, eam pecuniam . . . . . . ei, cui attributus est, non solverit &c. ¶ Transfertur etiam a rebus publicis ad privatas: et significat dare alicui pecuniam alteri solvendam. Cic. Attic. l. 13. ep. 2. Faberius si venerit, videbis, ut tantum tribuatur, si modo attribuetur, quantum debetur. ¶ *Attribui* etiam dicuntur populi, et urbes, quæ alicui oppido adjunguntur, ut ejus foro, et jurisdictioni pareant, eo tributa conferant, &c. V. Attributus. [¶ *Attribuere aliquid ad rem* idem est ac addere, adjicere. Cic. 3. Tuscul. c. 30. Nunc illud satis est, non attribuere ad amissionem amicorum miseriam nostram, ne illos plus quam ipsi velint, si sentiant, plus certe, quam nosmet ipsos, diligamus. Cicero hoc in loco hortatur homines, ne amicorum morte plus æquo contristentur.]

ATTRIBUTĬO, onis, f. *an attribute, assignment of money*, ἐπινέμησις, actus attribuendi, assignatio, datio. Speciatim adhibetur in re pecuniaria, et significat assignationem pecuniæ, quæ fit alicui, ut alteri inde solvatur. Cic. Fam. 16. ep. 24. De attributione conficies: de repræsentatione videbis. Id. Attic. l. 15. ep. 13. Scripsit ad me, se de attributione omnia summa fecisse. Id. ibid. l. 16. ep. 1. Ait enim, attributionem in idus (supple esse dilatam) se autem urgeri acriter. Adde ep. 3. ubi alii aliter legunt. ¶ Generatim pro cujuslibet rei assignatione. Apulei. de Mundo. Græci Fatum μοῖραν vocant, quod ex partibus constet. Hinc νέμεσιν, quod unicuique attributio sua sit adscripta. h. e. suæ sortis cuilibet facta sit assignatio. ¶ Est etiam idem ac adjunctum, circumstantia, et quidquid rem aliquam vel antecedit, vel comitatur, vel consequitur. Cic. l. 1. de Invent. c. 26. Ex his etiam attributionibus, sacer, an profanus, publicus, an privatus, alienus, an ipsius, de quo agitur locus sit, an fuerit. V. integrum loc.

ATTRIBŪTUM, i, n. Varr. sub fin. l. 4. de L. L. docet attributum dictum esse æs, quod erat assignatum Tribunis ærariis, ut militi in stipendium daretur. V. vocem sequent.

ATTRIBŪTUS, et Adtributus, a, um, *attributed, as-*

signed, appointed, given, datus, assignatus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 81. Suus cuique erat locus attributus. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 11. Insulæ, quæ erant ab Sulla Rhodiis attributæ. *Plin.* l. 2. c. 8. Sidera singulis attributa nobis. ¶ *Attributi* dicuntur populi, aut urbes, quæ proprium forum non habent, sed alteri urbi adjunctæ sunt, ut inde jura petant, eoque accedant ad tributa solvenda, et alia subeunda munia publice imposita. *Plin.* l. 3. c. 20. Camuni, compluresque similes finitimis attributi municipiis. Et *ibid.* Non sunt adjectæ Cottianæ civitates: item attributæ municipiis lege Pompeia. Adde *Liv.* l. 1, c. 43. ¶ *Attributa alicui rei* sunt, quæ ad ejus rei naturam vel circumstantias aliquo modo pertinent, et *adjuncta* etiam appellantur. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 24. Omnes res argumentando confirmantur, aut ex eo, quod personis aut ex eo, quod negotiis est attributum. Ac personis has res attributas putamus, nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, affectionem, studia, consilia, facta, casus, orationes. Et *cap.* 26. Negotiis autem, quæ sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, &c. Huc pertinet illud *Gell.* l. 4. c. 1. *in fi.* Massurius Sabinus etiam quod jumentorum causa apparatum esset, quibus dominis uteretur, penori attributum dicit. *h. e.* ad penus pertinere, penoris nomine contineri. ¶ *Attributa pecunia* dicta est, quæ publice alicui numerabatur in usus publicos insumenda: verbi gratia, quæ a Quæstoribus assignabatur præsidibus in provincias euntibus, ut ex ea viatici impensas solverent, stipendium darent militibus, aliisque provinciæ usibus inservirent: item ea, quæ dabatur redemptoribus, quibus opus aliquod publicum faciendum locabatur, &c. *Cic. in Pison.* c. 35. Nonne sestertium centies, et octogies, quod quasi vasarii nomine, in venditione mei capitis adscripseras, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæstu reliquisti? *Id. Verr.* 3. c. 13. Quæstor ex Senatusconsulto provinciam sortitus est: pecunia attributa; numerata est: profectus est quæstor in provinciam: venit in Galliam exspectatus ad exercitum consularem cum pecunia. Adde *Ascon. ibid. Liv.* l. 40. c. 51. et *Varr. sub fi.* l. 4. *L. L.* ¶ Transfertur etiam ad res privatas. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 22. Attributos quod appellas, valde probo. *h. e.* quod exigis a debitoribus meis, quos ego tibi assignavi, ut pecuniam mihi debitam tibi solverent, bene facis. Quidam vet. cod. habent, *ad tribunos quod appellas*: quæ lectio non videtur hic locum habere.

ATTRĪTIO, onis, f. *the act of wearing or tearing,* actus atterendi, seu conterendi, ἐπίτριψις, παράτριψις. *Lamprid. in Heliogab.* c. 19. Rosatum ab aliis acceptum, pinearum etiam attritione odoratius reddidit. *by pounding into,* &c. ¶ Alio sensu *Martian. Capell.* l. 3. pag. 50. Lima scabros dentes levi sensim attritione purgare. *h. e.* fricatione.

ATTRĪTUS, a, um, *rubbed, worn with rubbing, worn away,* ἀνάτριπτος, περιτριβής, attenuatus, usu deterior factus, consumptus, imminutus, ut fit in iis, quæ assidua tractatione paulatim minuuntur, et consumuntur. *Virg.* eclog. 6. v. 17. Et gravis attrita pendebat cantharus ansa. *Id.* 1. *Georg.* v. 46. sulco attritus vomer. *Plin.* l. 33. c. 12. Usque adeo attritæ cælaturæ, ne figura discerni possit. *Martial.* l. 14. epigr. 125. Toga attrita. *Cic. Verr.* 6. c. 43. Mentum simulacri paulo attritius, quod in precibus non solum id venerari, verum etiam osculari solent. *Petron. in Satyr.* c. 109. Areaque attritis ridet adusta pilis. *h. e.* caput nitet capillis absumptis, et amissis. ¶ Est etiam calcatus, protritus. *trodden on, worn with treading. Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 133. Jam patet attritus solitarum limes aquarum, Non aliter, multa quam via pressa rota. *Catull.* carm. 6. *ad Flavium.* Pulvinus attritus. ¶ Item contritus, minutus. *worn small. Ovid. Metam.* 2. v. 456. attritas versabat rivus arenas. ¶ Item confricatus, detritus. *rubbed. Plin.* l. 2. c. 107. Attrita inter se ligna. *Juvenal.* sat. 6. v. 108. Attritus galea. *Id.* sat. 8. v. 16. Attritus pumice lumbum. *Propert.* l. 4. eleg. 5. v. 50. Attrita manus. *Martial.* l. 10. epigr. 72. Attrita labella. *Petron. in Satyr.* c. 126. Facies medicamine attrita. ¶ Medici *attrita membra* appellant, quæ ex fricatione, et pressione eroduntur, fractaque cute vulnerantur. *bruised. Plin.* l. 24. c. 7. Mastiche lentisci medetur et attritis partibus. *Id.* l. 30. c. 8. Attritis medetur cinis muris silvatici cum melle. *Id.* l. 20. c. 5. Cæpæ attritæ sanant. ¶ Translate *attritus* ponitur pro imminuto, debilitato, fracto. *broken down, impaired, debilitated. Petron. in Satyr.* c. 133. Attritis rebus egenus. *Sueton. in Galb.* c. 3. Attritæ facultates. *Petron. in Satyr.* c. 116. Attritæ bellis frequentibus opes. *Plin.* l. 6. c. 29. Attrita bellis Æthiopia. *Sil.* l. 6. v. 301. Africa attrita opes. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 56. Attritæ Italiæ res. *Flor.* l. 3. c. 5. Attritæ vires validissimi regni. *Quintil.* l. 10. c. 1. Velut attrita quotidiano actu forensi ingenia, optime talium rerum blanditia reparantur. *Auct. Dial. de Orat* (quem alii *Tacito* tribuunt, alii *Quintil.*) cap. 8. Orator exsanguis, et attritus. *Silius* l. 12. v. 83. Sic ductor fessas luxu, attritasque secundis Erigere, et verbis tentabat sistere mentes. *h. e.* animos abjectos, et imminutæ virtutis. ¶ Obscenum sensum habet apud *Petron. in Satyr.* c. 81. *sub fi.* V. *Tritus.* ¶ *Attrita frons* est perfricta, inverecunda, *impudent, brazen-faced. Juvenal.* sat. 13. v. 242. quando recepit Ejectum semel attrita de fronte pudorem? ¶ *Atteritus* pro *attritus* a præterito *atterui* pro *attrivi* legitur in quibusdam Codicib. MSS. apud. *Tacit.* lib. 1. *Hist.* c. 10. Mox atteritis opibus. Al. passim hab. *attritis.* ¶ Scribitur et *Adtritus.*

ATTRĪTUS, us, m. *a rubbing of one thing against another,* ἐπίτριψις, παράτριψις, actus atterendi. *Plin.* l. 8. c. 52. Sues indurantes attritu arborum costas. *Id.* l. 9. c. 45. Pisces attritu petræ scalpentes pruritum. *Id.* l. 16. c. 40. Teritur lignum ligno, ignemque concipit attritu. *Id.* l. 37. c. 3. Succino pineus in attritu odor. ¶ Est etiam contritio, in minutas particulas fractio. *a breaking into small pieces. Id.* l. 11. c. 37. sect. 61. *Hard.* Attritu subigere cibum. ¶ Dicitur etiam *attritus* cum pars aliqua corporis, erosa cute ex pressione, aut affrictione vulneratur. *a bruise. Plin.* l. 33. c. 6. Ulcera ex attritu facta. *Id.* l. 28. c. 16. Urina asini attritus calceamentorum sanat. *Id.* l. 26. c. 8. Sedis vitia, et attritus celerrime sanat plantago.

ATTŬBUS, V. in *Atypus.*

ATTŬLO, is, a. 3. idem quod *affero*: antiquum, et obsoletum verbum, cujus tantummodo præteritum *attuli* in usu nunc est. *Nævius in Tabellaria* apud *Diomed.* l. 1. pag. 376. *Putsch.* Dotem ad nos nullam attulat. *Pacuv. ibid.* pag. 378. Custodite hunc vos, ne quis vim attulat, neve attigat. Plerique alii leg. cum *Non.* c. 4. n. 35. ne eum quis attollat.

ATTYS, V. *Atys.*

ATUR, V. vocem sequent.

ATURRUS, i, [† hod.] *l'Adour,* vel *Dour,* fluvius Aquitaniæ e Pyrenæis montibus nascens, Tarbellam, et alias insuper Aquitaniæ urbes alluens, et in Oceanum Aquitanicum influens. *Auson. in parentalib.* 4. v. 11. in terris, per quas erumpit Aturrus. *Id. in Mosell.* v. 468. Tarbellicus ibit Aturrus. ¶ Græce dicitur Ἀτούριος a *Ptolemæo.* At a *Lucano* Latine *Atyrus,* seu *Atŭrus,* l. 1. v. 420. Qui tenet et ripas Aturi, &c. Apud *Vibium Sequest.* est *Atyr.* Apud *Tibull.* l. 1. eleg. 8. v. 4. est *Atur*: quamquam alii aliter legendum putant.

ATȲPUS, a, um, *stuttering, stammering, having an impediment in the speech,* ἄτυπος, qui linguæ vitio laborat, ita ut sonos verborum indistinctos, confusosque exprimat, propterea quod debilitate, ac torpore quodam lingua non bene feriat palatum, ut articulate proferat, vel quia ejus verba non distincte, et expresse aerem feriant, ut intelligi clare, et unum ab altero seorsum exaudiri possint. Græca vox ab α privativa, et τύπτω, ferio, pulso. *Cælius Sabinus* apud *Gell.* l. 4. c. 2. Balbus autem, et atypus vitiosi magis quam morbosi sunt. *Ulpian.* lib. 21. *Dig.* tit. 1. leg. 10. Quæsitum est an balbus, et blæsus, et atypus, isque qui tardius loquitur, et varus, et vatius sanus sit? et opinor eos sanos esse. ¶ Pro *atypus* scribitur *attubus* conversa Græca υ in *u* Latinum, et geminata consonante, ac *p* in *b.* (quæ sunt valde affines litteræ) mutato. Hinc vet. Gloss. Attubus, μογιλάλος. *Auson.* ep. 22. v. 9. Canus, comosus, hispidus, trux, attubus. *artubus* olim in plerisque libris legebatur: sed emendavit *Scalig.* in *Lection. Auson.* l. 2. c. 9. ¶ Etiam in locis allatis *Gellii,* et *Dig.* aliter atque aliter habetur in quibusdam Codicib. Nam et *atraphus,* et *atrophus,* et *aphthicus,* et *alphicus,* &c. legitur, vel ex librariorum errore, vel ex quorundam conjectura. Verum *atypus,* et verior est, et in meliorib. lib. constantior.

ATȲRUS, V. *Aturrus.*

ATYS, et Attys, yos, et Attis, ĭdis, et Attin, īnis, m. Ἄτυς, Ἄττυς, Ἄττις, Ἄττιν, ῖνος (tot enim modis scriptum legitur) puer Phrygius ex Celænis urbe, eximiæ pulcritudinis, quem *Arnob.* l. 5. pag. 158. scribit filium fuisse cujusdam Nanæ Nymphæ, filiæ Sangarii vel Regis, vel fluminis: quæ hunc concepit ex malo Punico, quod decerptum in sinum suum reposuerat. V. ibi reliqua. Hunc Cybele Deum mater adamavit, suisque sacris præfecit, ea tamen conditione, ut castum se, et ab omni Venere integrum servaret. Sed cum is postea in Sangaritide Nympha peccasset, ab irata Cybele in furorem actus, genitalia sibi amputavit; cumque præ dolore manus etiam sibi afferre, vitamque finire pararet, miserata Dea eum in pinum vertit: quam arborem sibi sacram esse postea voluit: Atyos vero memoriam in suis sacris celebrari, et sacerdotes suos eviratos esse jussit. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 223. *et sequent. Servius ad Æn.* 9. v. 116. narrat, Atyn cum sacris Cybeles præesset, adamatum fuisse a Rege civitatis suæ, a quo cum vim timeret, et in silvam profugisset, ab illo sub quadam pinu, ubi fessus jacebat, invasum, summa vi restitisse, et genitalia ei abscidisse, sed eadem pœna ab ipso mulcatum mortem obiisse. Aliter etiam rem totam persequitur *Arnob. loc. cit.* Docet vero *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 21. quemadmodum Phryges Terram omnium parentem Cybeles nomine coluerunt, ita nomine Atyos significasse solem (ut Assyrii, et Phœnices nominibus Veneris et Adonidis.) Nam solis, et terræ beneficio cuncta gignuntur. Itaque ejus simulacrum effinxisse cum fistula, et virga: fistula significante ventos, qui propriam sumunt de sole substantiam; virga vero potentiam solis in cuncta, et gubernationem rerum universarum. V. ibi plura. *Augustin.* l. 7. *de Civ. Dei,* c. 25. scribit, Porphyrium Philosophum docuisse, Atyn flores significare: et ideo abscissum, quia flos decidit ante fructum: sed hoc de Atyos virilibus dici posse; de ipso Aty apte dici non posse. Atyos meminit etiam *Lactant.* l. 1. c. 17. *Catullus* vero integrum condidit carmen, ubi quædam ab iis, quæ dicta sunt aliquantum discrepantia ponit, ipsumque Atyn, postquam sibi virilia absciderat, velut feminam factum, feminino genere aliquoties effert, ut v. 31. Furibunda simul, anhelans, vaga vadit animo egens, Comitata tympano Atys per opaca nemora dux. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 103. Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus Grata Deum matri: siquidem Cybeleius Atys Exsuit hac hominem, truncoque induruit illo. *Catull. loc. cit.* v. 88. Tenerumque vidit Atyn prope marmora pelagi. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 655. n. 3. Qui colitis Cybelen, et qui Phryga plangitis Attin. In alia *ibid.* pag. 29. n. 6. scriptum est *Atthin* cum aspiratione. Alia *ibid.* pag. 308. n. 7. C. Camerius Crescens Archigallus Matris Deum Magnæ Idææ, et Attis Populi R. vivus sibi fecit, &c. (*Attis* est genitivus pro *Attyos,* vel *Attidis* non facile usurpandus.) Alia *ibid.* pag. 28. n. 2. Dis magnis, Matri Deum, et Attidi Sextilius Agesilaus, &c. Alia apud *Reines.* class. 1. n. 281. Dianæ Sospitæ L. Septimius L. F. Trom. Felix Victor Sacerd. Matr. D. M. I. et Attini P. R. sua pecunia ded. *Macrob. loc. cit.* Eadem ratio quæ circa Adonem, et Attinem vertitur, &c. *Pers.* sat. 1. v. 93. Berecynthius Attin, Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin. *Attis* quidam hic leg. sed reprehenduntur a *Scalig. Casaubon.* et aliis. Ita enim postulat rhythmus *Attin, delphin,* quem rhythmum *Persius* ibi præstringit. ¶ Alius fuit *Atys* filius Herculis, et Omphales, qui Lydum, et Tyrrhenum genuit. *Tacit. Ann.* 4. c. 55. Tyrrhenum, Lydumque Attye rege genitos, &c. ¶ Alius item fuit natione Indus filius Limniaces, seu Limnates filiæ Gangis fluvii, unus ex sociis Phinei in pugna contra Perseum, et ab isto occisus. *Ovid. Metam.* 5. v. 47. ubi alii scribunt *Athis.* ¶ Alius item fuit *Atys,* a quo gens Atia Latina originem traxit, ut docet *Virg.* 5. *Æn.* v. 568. ¶ Item filius Albæ Albanorum regis, et ipse rex, Capis pater. *Liv.* l. 1. c. 3. ubi et *Atis* scribitur. ¶ Illud hic denique admonendum videtur, etiam *Attes, æ,* a quibusdam declinari, propterea quod a Græcis etiam Ἄττης usurpatum est: sed hujus positionis nos exemplum Latini Scriptoris nondum vidimus.

A U

AU, interjectio variis animi affectibus exprimendis idonea: ut consternati animi. *Terent. Andr.* 4. 4. 12. Dicturan' es quod rogo? *My.* au. *Id. Eun.* 5. 2. 60. Au, tace, obsecro. Adde *ibid.* 4. 4. 13. Ita autem ubique exponit *Donatus,* et a Græcis ἰοὺ dici eodem sensu docet. ¶ Item abominantis, vel avertentis. *Id. Phorm.* 5. 1. 27. Quid? duasne is uxores habet? *So.* au, obsecro: unam ille quidem hanc solam. *Id. ibid.* 5. 3. 20. Au, obsecro, vide, ne in cognatam pecces. *hold! I pray you.* ¶ Item admonentis cum indignatione, et increpatione. *Plaut. Mil.* 2. 2. 62. Vigila: tibi ego dico: au! feriatus ne sis. *Al. aliter leg.* ¶ Item appellantis, et excitantis. *Afran.* apud *Charis.* l. 2. pag. 214. *Putsch.* Au, mi homo, immo edepol vos, supremum meum concelebretis diem. ¶ Quod addunt quidam ex *Plauto Men.* 2. 2. 3. Au tergo meo. leg. al. plerique *væ tergo meo.* ¶ Scribitur etiam *hau,* et *ahu.* ¶ *Priscian. sub fin.* lib. 15. enumerat hanc interjectionem inter eas, quas ipse vocat sonituum illiteratorum imitationes, ut sunt *haha, heu, ohe,* et similia. ¶ Est etiam præpositio, quæ in duobus solummodo verbis componendis locum habet, *abfero,* et *aufugio*; estque ibi posita pro *ab.* Nam *abfugio, abfero* turpe visum est Veteribus, ut *Cic.* docet *in Orat.* c. 47. qua de re etiam *Gell.* verba *facit.* l. 15. c. 3.

AVAR, V. *Avares.*

AVĀRE, *covetously, avariciously, greedily, stingily,* avide, tenaciter, sordide, φιλοχρημάτως. *Cic.* 3. *Offic.* c. 8. *in fi.* Nihil avare, nihil injuste esse faciendum. *Terent. Heaut. prol.* v. 48. Si nunquam avare pretium statui arti meæ. *Nepos in Lysand.* c. *ult.* Multa crudeliter, avareque fecere. *Curt.* l. 4. c. 7. Avare, et superbe imperitare alicui. *Colum.* l. 1. c. 7. Avarius exigere opus. *Senec. de otio Sap.* c. 32. Horas suas avarissime servare.

AVĀRES, rum, m. populi Scythiæ, Romano imperio maxime infesti, circa tempora Justiniani Imperatoris. *Coripp.* lib. 3. *de laudib. Justini,* v. 234. Legatos Avarum jussos intrare magister. ¶ In singulari num. est *Avar, aris. Id. ibid.* v. 271. Crudus, et asper Avar dictis sic cœpit acerbis.

AVARICENSIS, se, adject. ad Avaricum pertinens. Est autem Avaricum urbs Galliæ in finibus Biturigum, nunc *Bourges. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 47. Avaricensia præmia.

AVARĪTER, *covetously, greedily,* avare, avide. *Claud. Quadrigar.* apud *Non.* c. 11. n. 11. Crudeliter illi, nos misericorditer; avariter illi, nos largiter. *Plaut. Rud.* 4. 7. 12. Avariter poscere escam. *Id. Curcul.* 1. 2. 35. ingurgitare in se merum avariter. Adde *Caton.* apud *Non. loc. cit.*

AVARĪTIA, æ, f. *avarice, covetousness, greedy desire,* φιλαργυρία, φιλοχρηματία, cupiditas habendi, aviditas. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 11. Est autem avaritia opinatio vehemens de pecunia, quasi petenda sit, inhærens et penitus insita. *Id.* 2. *de Orat.* c. 40. Avaritiam si tollere vultis, mater

cujus est tollenda luxuries. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 25. Avaritia est injuriosa appetitio alienorum. *Senec. de const. Sap.* c. 12. Pueris talorum nucumque avaritia est: viris auri argentique, et urbium. *Cic.* 5 *de Fin.* c. 11. Quis unquam fuit avaritia tam ardenti, ut &c? *Id. pro Dom.* c. 25. Omnium fortunas spe, et avaritia devorare. *Id.* 4. *Verr.* c. 54. Avaritia hiante, atque imminenti esse. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 31. Homo ardens avaritia. *Sallust. in Jug.* c. 82. Cæcus avaritia. et cap. 83. Avaritia profunda. ¶ In plural. num. *Cic.* 4. *de Fin. c. penult.* Nec enim omnes avaritias, si æque avaritias esse dixerimus, sequitur etiam, ut æquas esse dicamus. ¶ Translate *Curt.* l. 9. c. 2. Avaritia gloriæ. *eager desire of; thirst after.*

AVARĬTIES, eī, f. idem atque avaritia. *Lucret.* l. 3. v. 59. Denique avarities, et honorum cæca cupido, Quæ miseros homines cogunt transcendere fines Juris.

AVĀRUS, a, um, *covetous, greedy, avaricious, sordid, stingy,* φιλάργυρος, φιλοχρήματος, avidus pecuniæ, alieni appetens, tenax, sordidus: ita dictus quasi avidus æris, ut docet *Nigid.* apud *Gell.* l. 10. c. 5. vel simpliciter ab *aveo*, ut ipse *Gell.* malle videtur. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 66. Homo avarus, et furax. *Id. Verr.* 5. c. 82. Avariores magistratus. *Id. Verr.* 3. c. 87. Homo avarissime, et spurcissime. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 434. Animus avarus. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Virg.* 3. *Æn.* v. 44. Heu fuge crudeles terras, fuge litus avarum. *h. e.* ubi habitant avari homines. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 37. Avara fraus. Et od. 11. v. 25. Avaræ spes. *Martial.* l. 5. epigr. 29. nec avaræ verna catastæ. *h. e.* in qua servi venales magno pretio emuntur. *Id.* l. 3. epigr. 58. Nec avara servat crastinas dapes mensa. ¶ Transfertur a pecunia ad res alias. *Horat. de art. poet.* v. 323. Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo Musa loqui, præter laudem nullius avaris. *h. e.* cupidis. *Id.* l. 1. ep. 15. v. 32. Quidquid quæsierat, ventri donabat avaro. *hungry. Claudian. de B. Get.* v. 606. miles cædis avarus. *eager, desirous, impatient. Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 10. v. 52. nec avara Tibullo Tempus amicitiæ fata dedere meæ. *Martial.* l. 5. epigr. 38. Avara lex fatorum. *Propert.* l. 2. eleg. 21. v. 56. Ignis avarus. *Horat.* l. 3. od. 29. *sub fin.* Avarum mare. *Virg.* 2. *Georg.* v. 492. Avarus Acheron. ¶ *Avarum mulierum* pro *avararum* est apud *Plaut. Trucul.* 2. 8. 9. ubi tamen est qui aliter legit. ¶ *Avaro tam deest quod habet, quam quod non habet,* γνώμη apud *Hieronym. in fi.* epist. 103. *ad Paulin.*

AUCELLA, et Aucilla, læ, f. avicella, hoc est parva avis; legitur a quibusdam apud *Apic.* l. 4. c. 5. l. 5. c. 3. et l. 8. c. 7. ubi alii reponunt *avicella*: quos reprehendit inter alios *Elmenhorstius*, qui apud *Apulei.* quoque l. 9. *Metam.* pag. 232. *aucillam* defendit ex quibusdam MSS. et ex auctoritate Papiæ, et Vet. Glossæ. *Pricæus* tamen edidit *ancilla*, pag. 200. quem et alii sequuntur. Ut ut se res habeat, neque *aucella*, aut *aucilla*, neque *avicella* voces sunt, quas adamare Latinus scriptor debeat, et propter eas vadimonium deserere. Certe *Varr. sub fin.* l. 7. *L. L.* negat *avicellam* in consuetudine Latina esse.

AUCEPS, aucupis, adject. *a bird-catcher, fowler,* ὀρνιθευτής, ὀρνιθοθήρας, avium venator: quasi *aviceps* ab avibus capiendis. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 7. Olitores, myropolæ, aucupes. *Ovid.* l. 3. *de ar. aman.* v. 669. Non avis aucupibus monstrat, qua parte petatur. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 97. Cohortes cocorum, atque aucupum. ¶ Translate dicitur de eo, qui nimis diligenter aliquid quærit, et captat. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 55. Leguleius quidam acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum. *Id. in fragment.* apud *Augustin.* l. 3. *contra Acad.* c. 7. Peritissimus auceps voluptatum. *Plaut. Mil.* 4. 1. 9. Circumspicito dum, ne quis nostro huic auceps sermoni siet. *Vell. Long. de Othogr.* pag. 2235. *Putsch.* mallet *aucipis* dici in genit. quam *aucupis*: sed consuetudo contra obtinuit.

AUCĒTA, sæpe aucta. *Paul.* ex *Festo. Voss. in Etymol.* in *Augeo* conjicit legendum esse *auctata.*

AUCHĀTÆ. V. vocem sequent.

AUCHĒTÆ, arum, populi Scythiæ in quorum regione Hypanis fluvius oritur: ibi nunc dicitur esse *Ukrania* provincia regni Poloniæ. Horum meminit *Plin.* l. 4. c. 12. ¶ Iidem etiam *Auchatæ* appellantur, Αὐχάται *Herodoto* l. 4. Hinc in singulari numero *Valer. Flacc.* l. 6. v. 132. Dotus et Auchates patulo vaga vincula gyro, &c.

AUCILLA, V. *Aucella.*

AUCTARĬUM, ii, n. *increase, addition, advantage, overplus, something thrown in over and above the regular weight, number, or measure,* ἐπίμετρον, quod supra mensuram, aut pondus justum adjicitur, ut *Festus* exponit. *Plaut. Merc.* 2. 4. 22. Tanti quanti poscit, vin' tanti illam emi? *Ch.* auctarium adjicito, vel mille nummum plus quam poscet.

AUCTE, adverb. multum, valde. De positivo nondum exempla vidimus. De comparativo *Apulei.* l. 4. *Metam.* Puella auctius ejulans sese, et assiduis singultibus illa quatiens. Ita *Elmenhorst.* pag. 153. At *Pricæus* pag. 80. cum aliis *altius.* Addunt quidam locum *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 3. *auctius, atque Dii melius fecere.* sed hoc loco est adjectivum.

AUCTĬFER, a, um, *fruitful, fertile, productive,* producens, ferax: ab *auctus,* et *fero, auctus* autem est ab *augeo* pro *gigno. Cic.* ex Græco *Homeri* apud *Augustin. de Civ. Dei,* l. 5. c. 8. Tales sunt hominum mentes, quali pater ipse Jupiter auctiferas lustravit lumine terras. *h. e.* mentes hominum tali lumine vigent, et cognoscunt, quale Jupiter terris infudit, unde sunt orti. Versus hos ex *Odyss.* l. 18. v. 135. memorat *Aristot.* l. 3. *de Anim.* c. 3. ubi agit de mentis humanæ cognitione. Credibile est autem, a *Cicer.* translatos fuisse in libros Academicos, qui desiderantur, cum Philosophi hujus sententiam referret. Porro *auctiferas terras* dixit, ut responderet voci ἐπιχθόνιος, *terrestris,* quam *Homerus* eo loco tribuit hominibus.

AUCTIFĬCO, as, a. 1. *to increase, make larger,* auctiorem facio, augeo, αὐξάνω. *Arnob.* usurpat in re sacrificali pro mactare, l. 7. pag. 224. Cibis novis auctificatis deos, nidoribusque cohonestatis, et succis. et *ibid.* Viscera taurorum, quibus honor a vobis auctificatur deorum. et pag. 233. Hoccine ergo superas honorat, et auctificat dignitates? V. *Augeo.*

AUCTIFĬCUS, a, um, *increasing, enlarging,* augens. *Lucret.* l. 2. v. 571. Nec porro rerum genitales, auctificique Motus perpetuo possunt servare creata. *h. e.* motus, quibus corpora alimentorum accessione augentur.

AUCTĬO, onis, f. *the act of adding to, increasing, or enlarging,* αὔξησις, actus augendi, augmentum. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 14. Modo auctio, modo retractio dierum proveniebat. *Paul.* ex *Festo* in *Auxiliares.* Αὔξησις, quod nos dicimus rerum crescentium auctionem. ¶ Sæpius sumitur pro publica venditione rerum privatarum, in qua proposito pretio addicitur res ei, qui id pretium plus ceteris auget, *an auction, public sale.* Indicebatur autem per præconem, ut plures ad licitandum convenirent. *Plaut. Men. in fi.* Vis conclamari, auctionem fore? quo die? *M. Su.* die septimi. *Mes.* Auctio fiet Menæchmi mane sane septimi. Venibunt servi, supellex, fundi, ædes, omnia Venibunt, quiqui licebunt præsenti pecunia. Venibit uxor quoque etiam, si quis emptor venerit. *Cic. pro Quint.* c. 4. Auctionem Narbone se facturum esse proscribit. *Id. Attic.* l. 13. ep. 37. Proscribere auctionem. *Plaut. Stich.* 1. 3. 42. prædicare. *Quintil.* l. 6. c. 3. *ad fin.* proponere. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 8. *in fin.* Bona alicujus, auctione constituta, vendere. *Plin.* l. 29. c. 4. Vendere aliquid in auctione. *Ascon. in Verr.* 3. c. 20. Vendere bona alicujus auctione. *Paul. Dig.* lib. 41. tit. 5. leg. 2. Emere aliquid ex auctione. *Sueton. in Cæsare* cap. 50. Prædia ex auctionibus hastæ addicere alicui. *Id. in Calig.* c. 39. Sedere in auctione. *h. e.* in loco, ubi auctio fit. ¶ In illo *Taciti in Agric.* c. 19. Frumenti, et tributorum auctionem æqualitate munerum mollire, circumcisis, quæ in quæstum reperta, ipso tributo gravius tolerabantur: *auctio* videtur significare augmentum frumenti ex tributo præstandi. Alii intelligunt venditionem publicam. Alii mallent legere *exactionem.*

AUCTIONĀLIS, le, adject. ad auctionem pertinens. *Auctionalia, um,* dicuntur tabulæ, et instrumenta auctionis. *Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 3. leg. 1. Inventaria, et auctionalia proferre. *Al. leg.* rationalia.

AUCTIONARĬUS, a, um, adject. *relating to a sale of goods by auction, auctionary,* ad auctionem pertinens. *Cic. Agrar.* 1. c. 3. Ut in atriis auctionariis, potius quam in triviis, aut in compitis auctionentur. *h. e.* in atriis, in quibus auctiones fieri solent. *Id. Catil.* 2. c. 8. Proferre tabulas auctionarias. *h. e.* in quibus alicujus bona auctioni subjicienda perscribuntur.

AUCTIŌNOR, aris, atus sum, dep. 1. *to sell by auction, put up to public sale,* auctionem facio, auctione vendo, auctioni subjicio, ἀποκηρύττω. *Cic. pro Deiot.* c. 9. Quo tum erga te rex animo fuit? qui auctionatus sit, seque exspoliare maluerit, quam tibi pecuniam non subministrare. *Id. Agr.* 1. c. 3. Auctionari in compitis. *Id. Agr.* 2. c. 20. Ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto, hasta posita, auctionantem. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 20. Difficultas auctionandi. ¶ Cum accusativo *Ascon. in Verr.* 3. c. 23. Sectores sunt, qui spem lucri sui sequuti, bona condemnatorum semel auctionabantur. *h. e.* auctione emebant, *bought at auction.*

AUCTĬTO, as, a. 1. *to increase, accumulate,* frequentativum ab *Aucto,* et ejusdem fere significationis. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 16. Fenore auctitare pecunias. ¶ In re sacrificali *Arnob.* l. 7. pag. 220. Sacris numinum potentiam auctitare. V. *Auctifico.*

AUCTO, as, avi, atum, a. 1. *to increase,* αὐξάνω, frequentativum ab *Augeo.* auctum reddo, auctito. *Lucret.* l. 1. v. 50. Unde omnes natura creet res, auctet, alatque. *Plaut. Amph. prol.* v. 4. Res rationesque vestras bono, atque amplo auctare lucro. *Catull.* carm. 67. *ad Januam,* v. 2. teque bona Jupiter auctet ope.

AUCTOR, oris, m. nomen verbale ab *auctum* supino verbi *augeo:* quare rectissime per *et* scribitur, non per *t* simplex, aut *th,* de quo V. ¶ *ult.* Proprie significat eum, qui auget, *h. e.* gignit, ac producit. *an author, contriver, creator, maker. Virg.* 1. *Georg.* v. 26. et te maximus orbis Auctorem frugum, tempestatumque potentem Accipiat. Sic *Tertull.* l. 5. *advers. Marcion.* c. 8. Christus viri auctor. *h. e.* creator. Sic Julianum Imperatorem Senatus R. alloquens, *auctorem* ejus Constantium fratrem patruelem vocat, qui eum *Cæsarem* dixerat, ut est apud *Ammian.* l. 21. c. 10. (*al.* 18.) qui lib. 16. c. 7. (*al.* 9.) apparitoris auctorem dicit eum, qui apparitorem creavit. Quo pertinet illud *Auson. in Cæsarib. epigr. penult.* Principis hic custos, sumptum pro Principe ferrum Vertit in auctorem cæde Macrinus iners. ¶ Translate est, qui rem aliquam reperit, instituit, aut fecit primus, *a founder, establisher, leader, head; instituter, inventer. Virg. Æn.* 4. v. 375. Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor. ἀρχηγός, γενάρχης. *Id. Æn.* 7. v. 49. isque parentem Te, Saturne, refert, tu sanguinis ultimus auctor. *Sueton. in Claud.* cap. 25. Ilienses Romanæ gentis auctores. *Virg. Æn.* 8. v. 134. Dardanus Iliacæ primus pater urbis, et auctor. *h. e.* conditor. *Id. ibid.* v. 269. primusque Potitius auctor. *scilic.* Sacri in honorem Herculis institutor. *Id. Æn.* 12. v. 405. nihil auctor Apollo Subvenit. *scilic.* medicinæ inventor. *Lucan.* l. 9. v. 661. Mercurius auctor citharæ liquidæque palæstræ. *Plin.* l. 22. c. 2. Auctores imperii Romani, conditoresque. ¶ Item generatim qui aliquid facit. *the maker; cause. Plin.* l. 34. c. 8. *ad fin.* Statua auctoris incerti. *Virg.* 9. *Æn.* v. 748. Vulneris auctor. ¶ Speciatim vero sumitur sæpissime pro scriptore, *an author, writer of a book. Cic. Attic.* l. 12. ep. 18. Lectitare auctores. *Sueton. in Aug.* c. 89. Evolvere auctores. *Id. de illustr. Grammat.* c. 8. Evulgare libros nomine auctoris. *Liv.* l. 2. c. 8. Invenire apud auctores. *Id.* l. 29. c. 27. Discrepat inter auctores. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 29. Inter omnes auctores constat. *Cic. de clar. Orat.* c. 11. Auctor religiosissimus rerum Romanarum. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 30. Sallustius rerum Romanarum florentissimus auctor. *historian, historiographer.* (Adde *ibid.* c. 3.) *Cic. Attic.* l. 7. ep. 3. *ad fin.* Cæcilius malus auctor Latinitatis. *a bad master, or pattern. Horat.* l. 1. od. 28. v. 14. non sordidus auctor Naturæ, verique. *Cic. de Orat.* c. 3. Dicendi gravissimus auctor, et magister Plato. *Id. pro Mur.* c. 14. Ut ait ingeniosus poeta, et auctor valde bonus. *Liv.* l. 4. c. 20. Libri lintei, quos Macer Licinius citat identidem auctores. *Plin.* l. 11. c. 21. Auctores sunt, ter novenis punctis interfici hominem. *h. e.* scribunt, tradunt. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 51. Celeberrimos auctores habeo, tantam victoribus irreverentiam fuisse, &c. ¶ Item sæpe de eo, qui aliquid dicit, nuntiat, testatur. *a reporter, announcer, informant. Cic. Attic.* l. 10. ep. 12. Non credo, ut est luculentus auctor. *Id. ibid.* l. 14. ep. 8. Sibi insidias fieri: se id certis auctoribus comperisse. *Id. ibid.* l. 3. ep. 11. Quidam boni nuntii, non optimis tamen auctoribus. *Id.* 5. *Verr.* c. 19. Hæc vos ita audistis, ut auctorem rumorem haberetis. ¶ *Auctor summarum,* qui rationes dispungit, et summas colligit. *Sueton. in Domit.* c. 11. ubi alii leg. *actor.* ¶ Præterea habet locum in venditionibus, et alienationibus. Nam qui aliquam rem emit, aut alio quocumque legitimo jure acquirit, *auctoritatem,* seu jus dominii super ea re sibi comparat: et qui eam rem ei tradit, *auctor* dicitur: est itaque idem ac venditor, seu alienator, *the seller.* Hac etiam ratione *auctor* ab *augendo* apte descendit. Nam qui dat alteri quidpiam, eum auget ea re, et ditiorem facit. *Cic. pro Cæcin.* c. 10. P. Cæsennius auctor fundi. *Id. Verr.* 7. c. 22. Se id quod a malo auctore emissent, diutius obtinere non posse. *Scævola Dig.* lib. 19. tit. 1. leg. 52. Quæro, an pila, quæ ab auctore domui conjuncta erat, ad emptorem quoque jure emptionis pertineat. ¶ Hujusmodi auctor dicitur *auctor primus.* Nam est etiam *auctor secundus* qui fidejussionem facit pro evictione rei ab altero venditæ, *a surety; voucher for the validity of the right which the buyer has to the property purchased,* βεβαιωτής. *Ulpian.* lib. 21. tit. 2. leg. 4. An is, qui mancipium vendidit, debeat fidejussorem ob evictionem dare, quem vulgo auctorem secundum vocant. ¶ Eodem sensu etiam *auctor* absolute dicitur. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 10. *de lenonibus.* Alienos mancupatis, alienos manumittitis alienisque imperatis: nec vobis auctor ullus est, nec vosmet estis ulli. *Id. Epid.* 3. 2. 21. ¶ Translate *Cic. pro Mur.* c. 2. Is potissimum consul, qui consulem declaravit, auctor beneficii populi Romani, defensorque periculi esse debebit. *Plaut. Trinum.* 1. 2. 70. Id ita esse, ut credas, rem tibi auctorem dabo. *Virg. Æn.* 5. v. 17. Non si mihi Jupiter auctor Spondeat. ¶ Sæpe etiam dicitur ille, in quo est princeps consilium, et juridica facultas, atque auctoritas alicujus rei faciendæ: ad quem pertinet approbare interventu, et voluntate sua rem aliquam vel suo nomine, vel alterius, qui ea facultate careat. *an adviser, guardian. Livius* l. 34. c. 2. Majores nostri nullam ne privatam quidem rem agere feminas sine auctore voluerunt: in manu esse parentum, fratrum, virorum. *Cic. pro Cæcin.* c. 25. Quod mulier sine tutore auctore promiserit. *et mox.* Deberi viro dotem, quam mulier nullo auctore dixisset. *Ulpian.* lib. 26. tit. 8. (*qui est* de auctoritate, et consensu tutorum, et curatorum) leg. 5. Pupillus obligari tutori, eo auctore, non potest. ¶ Hinc *auctorem fieri,* et *auctorem esse* est rem aliquam facultate a jure concessa, et voluntate approbare, et ratam esse jubere. *Cic. pro Dom.* c. 29. Cum hoc juris a majoribus proditum sit, ut nemo civis Romanus aut libertatem, aut civitatem possit amittere, nisi ipse auctor factus sit. *the authorizer, consenter. Et mox.* Te esse interrogatum, auctor ne esses, ut in te P. Fonteius vitæ, necisque potestatem haberet, ut in filio. Et *Liv.* l. 1. c. 17. Patres deinde si dignum crearitis, auctores fient. *Paul. Dig. loc. cit.* leg. 3. Etiamsi non inter-

rogatus tutor, auctor fiat, valet auctoritas ejus, cum se probare dicit id, quod agitur. hoc est enim auctorem fieri. *Ulpian. ibid.* leg. 1. Regula juris civilis est, in rem suam auctorem tutorem fieri non posse. V. *plura huc pertinentia toto eo titulo.* ¶ Hinc et qui pro alio negotia gerit, atque agit, *auctor* interdum dicitur. *Paul.* ex *Festo* in *Cognitor.* Procurator absentis nomine auctor sit. *Cic. pro Flacc.* c. 22. Præclarus iste auctor suæ civitatis. et *cap. eod.* Si hunc habent auctorem Tralliani doloris sui, si hunc custodem litterarum, si hunc testem injuriæ, si hunc auctorem querelarum, &c. ¶ Latius inde extenditur ad significandum eum, cujus auctoritate, aut imperio, item consilio, opera, impulsu, suasu, vel etiam periculo, aut exemplo aliquid fit: uno verbo, qui aliquo modo causa est aliquid faciendi. *Cic. ad Quirit. post redit.* c. 6. *in fi.* Non solum ad me conservandum vos cohortati sunt, sed etiam rerum mearum gestarum auctores, testes, laudatores fuerunt. *advisers, authorizers, directors. Id. ad Cæsar. post* ep. 11. l. 9. *ad Attic.* Esse auctorem pacis. *Id. Fam.* 11. ep. 27. *sub fin.* Non suscipiendi belli gravissimum auctorem fuisse. *Id. Fam.* 12. ep. 2. Auctorem esse alicujus interficiendi. *Plin.* l. 9. c. 59. Auctor spei. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 3. Legibus per vim, et contra auspicia ferendis auctor. *Id. Fam.* 6. ep. 8. A me consilium petis, quid tibi sim auctor, in Sicilia ne subsidas, an &c. *Id. Attic.* l. 11. ep. 6. Esse auctorem alicui de re aliqua. *Id. Attic.* l. 15. ep. 5. Mihique, ut absim, vehementer auctor est. *Brut. ad Cicer.* ep. 11. *a med.* Illi auctor fui, ne differret &c. *Cic.* 1. *de legib.* c. 20. Tibi magnopere auctor sum, ut &c. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 71. Furens miles aderat, nullo duce: sibi quisque auctor. *Terent. Adelph.* 5. 8. 16. Id ne estis auctores mihi? *Cic. post redit. in Sen.* c. 4. Auctor, et adscriptor in me restituendo. *Id. pro Dom.* c. 12. Hic tibi gravissimus auctor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adjutor ad rem perficiendam fuit. ¶ Cum infinito. *Atticus in ep. ad Cicer. cujus verba refert ipse Cic. Attic.* l. 9. ep. 10. Tibi non sim auctor, si Pompeius Italiam relinquit, te quoque profugere. *Liv.* l. 2. c. 48. *ad fin.* Auctores sumus, tutam majestatem Romani nominis fore. *we pledge ourselves, affirm, assert.* ¶ Eleganter adhibetur in ablativo casu. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 14. Quare istos omnes, me auctore, deridete, atque contemnite. *Terent. Eun.* 5. 7. 12. An pœnitebat flagitii, te auctore quod fecisset adolescens? *Plaut. Stich.* 4. 2. 23. Non me quidem faciet auctore, hodie ut illum decipiat. *Liv.* l. 37. c. 47. Ut coloniæ duæ deducerentur, retulit; et auctore eo patres censuerunt. ¶ *Auctor*, et *Suasor* in eo differunt, quod *suasor* consilium solummodo, et hortationem adhibet; *auctor* vero addit auctoritatem, et aliquando etiam imperium. Hinc in *suasore* solum quid dicat, attenditur: in *auctore* dignitas quoque, ac potestas. *Cic.* 3. *Offic.* c. 30. Atque hujus deditionis ipse Posthumius suasor, et auctor fuit. *Id. in Partit.* c. 27. Non enim supplex venit orator, sed hortator atque auctor. *Sueton. in Tiber.* c. 27. Adulationes adeo adversatus est, ut &c. Alium dicentem *sacras ejus occupationes*; et rursus alium, *auctore eo Senatum se adiisse*; verba mutare, et pro *auctore, suasorem*; pro *sacris, laboriosas* dicere coegit. ¶ Hinc in Senatu dicebantur Patres *auctores fieri*, cum legem aliquam a populo sciscendam, in Senatu proponebant, et approbabant. (ex quo dicta est *Senatus auctoritas*) *Liv.* l. 8. c. 12. Ut legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fierent. *Cic. de clar. Orat.* c. 14. M'. Curius cum de plebe consules non accipiebat, patres ante auctores fieri coegit. ¶ *Auctor rerum* non solum significat scriptorem rerum, ut supra dictum est; sed etiam eum, qui res gessit. *Sallust. in Catil.* c. 3. Tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem, et auctorem rerum. *Quidam leg.* actorem. ¶ De rebus inanimis. *Ammian.* l. 22. c. 15. (*al.* 36.) appellat *alveum auctorem* eum, per quem totus decurrit amnis; et ex quo in alios minores canales aquæ derivantur. ¶ Cum nominibus generis feminini. Est enim communis generis, ut Grammatici docent. V. *Auctrix. Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 15. Sibique eas aves, quibus auctoribus officium, et fidem secutus esset, bene consuluisse. *Liv.* l. 40. c. 4. *ad fin.* Auctor mortis instabat. *h. e.* femina. V. integrum loc. *Virg. Æn.* 12. v. 159. *de Junone.* Auctor ego audendi. Adde *Ovid. Fast.* 5. v. 192. *Justin.* l. 7. c. 1. *Senec. in Med.* v. 979. et *Arnob.* l. 4. pag. 146. ¶ *Salmas. in commentar. ad Trebell. Pollion. in Gallien.* c. 12. docet, *auctorem* aliquando significare etiam eum, qui operam suam locat, et se auctorat ad pugnandum cum bestiis: affertque locum *Jul. Firmici* his verbis: *Faciet auctores, audaces, periculosos:* Et alio loco: *Faciet sceleratos, reos facinorum, auctores, vel tortores.* ¶ Sunt qui *autor* scribi volunt; et vel ab *audeo* deducunt, vel ab *aveo*, vel a Græco αὐτουργός per syncopen. Alii malunt *author* cum aspiratione, et derivant ab αὐθέντης. Verum ea omnium probabilissima etymologia est, qua ab *augeo* deducitur, et *auctor* per *ct* scribitur. Quam scriptionem probant *Charis. Valerius Prob. in Cathol. Isidor. Voss. in Etymol. Manut. Dausq. Cellar. in Orthograph.* et *Pier. ad Æn.* 12. v. 159. et alii. Sed omni exceptione majus est testimonium veterum monumentorum, et lapidum, quorum plurimos afferunt iidem *Manut. Dausq.* et *Pier.* itemque *Gruter.* quibus addendum Cenotaphium Pisan. C. Cæsaris, Codex Virgil. Mediceus, et Pandectæ Florent. teste *Torrentino* in editione *Digest.* in quibus omnibus *auctor* constanter legitur, ut jam nihil certius in Latina Orthographia esse videatur. Nam quod objiciunt quidam in notis Rom. Valerii Probi legi *Aut. Autoritas*, non est is libellus ita ab omni errorum, et depravationis suspicione liber, ut certam auctoritatem facere possit.

AUCTORAMENTUM, i, n. *wages or hire given to induce persons to fight as gladiators, or to perform any other service*, ἐπίχειρον, merces, pretium, quod quis auctorando se accipit. *Auctorari* enim est, se alicui ex contractu, mercede pacta, obligare: *auctoramentum* autem est ipsa merces. Dicitur speciatim de mercede, quæ dabatur gladiatoribus ad ludum conductis. *Sueton. in Tiber.* c. 7. Munus gladiatorium dedit, rudiariis quoque quibusdam revocatis auctoramento centenum millium. ¶ Ipse quoque contractus obligationis, quo se gladiatores ludo addicebant, *auctoramentum* dicitur. *the stipulating or contracting with such persons. Senec.* ep. 37. Illius turpissimi auctoramenti verba sunt, uri, vinciri, ferroque necari. *Petron.* quoque *in Satyr.* c. 117. hoc idem refert. ¶ *Auctoramentum militiæ* est nexus, quo se miles obligavit ad stipendia facienda: et accipitur etiam pro commodis, et privilegiis militiæ. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 37. Subinde ex præda aliquid ei virtutis causa donaverat, et hominem venalis animæ crebris auctoramentis accendebat. ¶ Translate accipitur pro quocumque præmio, aut commodo. *reward, price, hire. Vellei.* l. 2. c. 28. *de Syllana proscriptione.* Ut jugulati civis Romani publice constitueretur auctoramentum; plurimumque haberet, qui plurimos interemisset; neque occisi hostis, quam civis, uberius foret præmium; fieretque quisque merces mortis suæ. *Senec.* ep. 69. Nullum sine auctoramento malum est: avaritia pecuniam promittit; luxuria voluptates; ambitio purpuram, et plausus. *Apulei. in Apolog.* Merces, et auctoramentum impudentiæ. *Eumen. in paneg. ad Constant.* c. 12. Auctoramentum discriminis. Adde *Senec.* l. 2. *de Ira*, c. 13. et *Vellei.* l. 2. c. 66. ¶ Et quia ex accepta mercede oritur obligatio alicujus rei faciendæ, propter quam merces data est; hinc *auctoramentum* ipsam quoque obligationem, nexumque significat, *a binding, obligating. Cic.* l. 1. *Offic.* c. 42. Illiberales autem, et sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. Est enim illis ipsa merces auctoramentum servitutis. *Tertullian. in Apolog.* c. 39. Parasiti affectant cœnas ad gloriam famulandæ libertatis, sub auctoramento ventris inter contumelias saginandi.

AUCTORATĬO, onis, f. est venditio: et speciatim ea, qua gladiatores ludo se addicunt. Sed præter *Acronem Scholiast. Horat. ad.* l. 2. sat. 7. v. 59. et Glossas *Isid.* nullum alium, quod sciam, scriptorem Latinum auctorem habet.

AUCTORĀTUS, a, um, *hired or let out for money*, venditus, mercede conductus, et addictus: et dicitur fere de homine, qui se alteri pacta mercede obligavit. *Apulei.* l. 2. *Metam.* Hic auctoratus ad custodiam mariti tui fidenter accessit. *Plin.* l. 14. c. 1. Vindemitor auctoratus. ¶ Speciatim *auctorati* dicuntur gladiatores, qui se ludo vendiderunt, ut docet *Acron vetus Scholiast. Horatii* ad illud l. 2. sat. 7. v. 58. Quid refert, uri virgis, ferroque necari Auctoratus eas, &c? *Senec. in Apocolocynt.* Proximo munere inter novos auctoratos, ferulis vapulare placet. *Quintil.* (*seu quicumque alius auctor est*) declam. 302. Auctoratus ob sepeliendum patrem. ¶ Translate accipitur pro addicto, nexo, obligato, obnoxio. *hired, obligated to serve. Liv.* l. 36. c. 10. Eo pignore velut auctoratum sibi proditorem ratus est. *Manil.* l. 5. v. 340. Atque auctoratos in tertia jura ministros. *Valer. Max.* l. 6. c. *ult.* n. 8. Ultimam inopiam suam auctorato sociis officio sustentare. *Plin.* l. 36. c. 15. Discedentibus tabulis, et cornibus in se coeuntibus faciebat amphitheatrum, et gladiatorum spectacula edebat: ipsum magis auctoratum populum Romanum circumferens. *h. e.* majori periculo expositum, et addictum, quam ipsos gladiatores. ¶ Singulari notione, nec imitanda, *Tertull. de cor. mil.* c. 2. Observatio satis auctorata consensus patrocinio. *h. e.* satis auctoritatis habens, satis comprobata, et authentica facta.

AUCTORĬTAS, atis, f. *authority, dominion, power, jurisdiction*, αὐθεντία, jus, et dominium super re aliqua legitime acquisita. *Cic. in Top.* c. 4. Usus auctoritas fundi biennium est: sit etiam ædium. *Id. pro Cæcin.* c. 26. *ad fin.* Aquæ ductus, haustus, iter, actus a patre: sed rata auctoritas harum rerum omnium a jure civili sumitur. *Caput legis Atiniæ relatum a Gell.* l. 17. c. 7. Quod subreptum erit, ejus rei æterna auctoritas esto. *h. e.* æternum dominium sit apud dominum, ita ut ab eo, qui surripuit, usucapi nunquam possit, ut *Paul. Dig.* lib. 41. tit. 3. leg. 4. exponit. Simile est illud *in legib. XII. Tabul.* apud *Cicer.* 1. *Offic.* c. 12. Adversus hostem æterna auctoritas. *h. e.* adversus peregrinum, ita ut is contra civem R. usucapere non possit, sed rei dominium penes hunc perpetuo sit. *Id de Harusp. resp.* c. 7. Habere aliquid jure hereditario, jure auctoritatis, jure mancipii, jure nexi. *h. e.* jure ex legitima usucapione acquisito. *Scævola Dig.* lib. 13. *tit. et leg. ult.* Exhibere instrumentum auctoritatis. *right of claim.* ¶ Quia vero *auctor* aliquando fidejussorem significat; etiam *auctoritas* pro fidejussione, seu præstatione periculi accipitur, *liability, responsibility.* βεβαίωσις. *Paul. sententiar.* l. 2. tit. 17. Venditor si ejus rei, quam vendiderit, dominus non sit, pretio accepto, auctoritati manebit obnoxius. ¶ Item pro legitima facultate, quam habet quis ad aliquid faciendum, qualis est tutoris in pupillum, magistratus in subjectos, &c. qua facultate interveniente, vim, fidem, ac pondus habet id, quod agitur. *commission, authority to act. Cic. in Pison.* c. 2. Provincia Gallia Senatus auctoritate, exercitu et pecunia instructa. *Liv.* lib. 26. c. 21. *et* lib. 42. c. 21. Tribuni plebis ex auctoritate senatus ad populum tulerunt, ut, &c. *Julian. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 17. Interponere auctoritatem tutoris. *Ulpian. ibid.* leg. 1. Tutores pro his, qui supra septimum annum ætatis sunt, auctoritatem præstent. *Id. ibid.* tit. 8. leg. 1. Accommodare auctoritatem pupillæ. et *leg.* 2. Intervenit auctoritas tutoris. ¶ Inter officia domus Augustæ fuit *servus ab auctoritate, h. e.* qui facultatem habebat a domino transigendi aliquid, *a commissary, procurator. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 590. n. 7. et 8. Epaphrodito Aug. lib. Peplia ab auctorita. ration. heredit. [*Gesnerus* tamen in suo *Thesauro* interpretatur qui forte fidem ad faciendam fabulis quibusdam, et signandum adhibebatur. Sed neutrum placet *Marinio Fratr. Arval.* p. 522.] ¶ Item pro vi, et potentia, quam vereri alii, et timere solent. *power, influence. Cic. pro leg. Manil.* c. 18. Omnes socios in ultimis oris auctoritate nostri imperii salvos præstare poteramus. *Plin.* l. 11. c. 17. Satellites, lictoresque assidui custodes auctoritatis. ¶ Item pro pondere, ac momento, quod habent res legitime, sapienter, ac prudenter constitutæ, ut sunt leges, decreta Senatus, responsa prudentum, res præclare gestæ, sententiæ clarorum virorum, &c. *authority, force, weight, interest. Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 44. Bibliothecas mehercule omnium philosophorum unus mihi videtur XII. tabularum libellus auctoritatis pondere, ut utilitatis ubertate superare. *Id. pro Flacc.* c. 4. Totius hujusce rei quæ sit vis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant. *Plaut. Trinum.* 1. 2. 180. Si exquiratur usque ab stirpe auctoritas. *h. e.* si quæratur, quis primus fuerit auctor rei, quæ narratur, et quantam fidem habeat. ¶ Item pro existimatione, et pondere quod habet aliquis ad faciendam fidem. *influence, the power to persuade, convince, &c. credit, reputation, esteem, regard. Cic. in Top.* c. 19. Ad faciendam fidem auctoritas quæritur. Sed auctoritatem aut natura, aut tempus affert. Naturæ auctoritas in virtute inest maxime. In tempore multa sunt, quæ afferant auctoritatem, ingenium, opes, ætas, fortuna, ars, usus, &c. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 30. Vincere aliquem auctoritate. *Id. de Senect.* c. 17. et. *Phil.* 11. c. 10. Habere auctoritatem. *Id. pro leg. Manil.* c. 15. facere. *h. e.* parere. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 35. afferre. et cap. 38. dare. *Id. de Senect.* c. 11. tenere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 37. *in fi.* imminuere. *Id. Phil.* 5. c. 13. interponere. *Id. de Amic.* c. 13. adhibere ad aliquid faciendum. *Id. Fam.* 6. ep. 6. *in fi.* et *Nepos in Cim.* c. 2. Valere auctoritate apud aliquem. *Id. in Dion.* c. 3. Auctoritate multum posse apud aliquem. *Id. in Conon. c. ult.* Constituere sibi magnam auctoritatem inter aliquos re aliqua. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 14. Præstare auctoritate inter aliquos. *Plin.* l. 35. c. 10. *in fi.* Esse in auctoritate. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 13. Sequi auctoritatem alicujus. *Id. pro Deiot.* c. 10. Adducere aliquem ad suam auctoritatem. *Id. Attic.* l. 9. ep. 10. *sub fin.* Ejus auctoritas multum apud me valet. *Id. Attic.* l. 15. ep. 13. Ejus auctoritas magna est apud me, et in primis gravis. *Nepos in Timoth.* c. 3. Magna auctoritas est in illo. *Cic. pro Balb.* c. 13. Auctoritate, et exemplo alicujus facere aliquid. *Nepos in Miltiad.* c. 5. alicujus impelli. *Id. in Conon.* c. 4. et *Cic. Attic.* l. 8. ep. 9. alicujus moveri. *Cic. pro Balb. c. pænult.* Mea auctoritas satis habet ponderis apud aliquem. *Id.* 2. *de Orat.* c. 37. Vir auctoritate gravis. *Id. Agrar.* 2. c. 17. Homines auctoritate tenui. *Plin.* l. 25. c. 1. Et neminem docere, in auctoritatem scientiæ est. *makes for their knowledge.* ¶ *Defugere auctoritatem* est negare, vel recusare se auctorem esse alicujus rei. *Terent. Eun.* 2. 3. 98. Jubeo, cogo, atque impero: nunquam defugiam auctoritatem. (Quidam verba illa *nunquam defugiam auctoritatem* alteri personæ, nempe servo respondenti tribuunt: et exponunt *nunquam recusabo obtemperare*) *Cic. pro Syll.* c. 11. Attende jam, quam ego defugiam auctoritatem consulatus mei. Adde *Plaut. Pœn.* 1. 1. 19. ¶ *Esse in auctoritate alicujus* est ejus sententiam, ac voluntatem sequi, eique obtemperare. *under the influence. Liv.* l. 3. c. 21. Nec ante moverunt de sententia consulem, quam tribuni se in auctoritate patrum futuros esse, polliciti sunt. *Id.* l. 9. c. 14. Se in auctoritate Tarentinorum manere, &c. Adde l. 4. c. 26. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Senec.* l. 2. *quæst. natur.* c. 39. Fulmen auctoritatis est, ubi post rem factam venit, quam futuram bono, malove significat. Sæpe significat pretium, *price, value, worth. Sueton. in Claud.* c. 30. Auctoritas, dignitasque formæ. *Plin.* l. 9. c. 17. Auctoritas præcipua lupo pisci. *Id.* l. 8. c. 43. *in fi.* Auctoritas saporis. *Id.* l. 13. c. 1. unguentorum. *Id.* l. 37. c. 2. *a med.* Succina eandem, quam gemmæ auctoritatem obtinet. *Id. ibid.* c. 10. Achates in magna fuit auctoritate: nunc in nulla. *Vet. Inscript.* apud *Murator.* pag. 1251. et *Maffeium in Mus. Veron,*

pag. 147. n. 2. . . . . . Si major auctoritas patrimonii mei fuisset, ampliori titulo te prosecutus fuissem, piissime pater h. e. majores facultates et reditus. ¶ Apud Vitruv. l. 1 in præfat. et l. 3. c. 2 ædificiorum auctoritates sunt ædificiorum rationes ita apte dispositæ, ut auctoritatem dare, et pro exemplo aliis esse possint. ¶ Nonnunquam auctoritas dicitur ipsa res, quæ auctoritatem, et fidem habet, ut dicta, vel scripta gravium virorum, testimonia, litteræ Magistratuum, constitutiones Principum, &c. Cic. l. 1. de Orat. c. 39 in fi. Num destitit uterque nostrum in ea causa, in auctoritatibus, in exemplis, In testamentorum formulis versari? Id. pro leg. Manil. c. 17. Omissis auctoritatibus, ipsa re et ratione possumus exquirere veritatem. Id. Verr. 2. c. 3. Tot graves ab amicissimis civitatibus legationes cum publicis auctoritatibus, ac testimoniis. authorized publicly. Id. in Top. c. 4. Ducere argumenta ab auctoritate. Id. pro Cal. c. 22. ad fin. Recitatur vobis jurejurando devincta auctoritas. testimony on oath. Impp. Honor. Theodos. &c. lib. 2. Cod. Theodos. tit. 27. leg. 1. Auctoritatem postibus debitoris affigere. ¶ Huc pertinet Auctoritas Senatus. Ita enim vocabatur decretum a Senatu factum, cui aliqua deesset conditio, quominus senatusconsultum legitimum esset. V. Senatusconsultum. ¶ De Orthographia in Auctor dictum est.

AUCTORO, as, avi, atum, a. 1. to let out for hire, proprie significat vendere, alicui addicere pretio accepto: ab auctor, qua venditorem significat. Hinc auctorare se dicebantur gladiatores, qui mercede pacta addicebant se ludo, et pugnæ. Quintil. (seu quicumque alius auctor est) in argum. declamat. 302. Quidam ut patrem sepeliret, auctoravit se. et in ipsa declam. Illum majores prohibuerunt theatro, qui utilitate, qui gula se auctorasset. Tertull. l. 1. ad Nation. c. 18. Non vitæ amore gladio vos ad lanistas auctoratis, sed &c. V. Auctoratus. ¶ Sumitur etiam generatim pro addicere, obligare. Tertull. ad. Martyr. c. ult. Jam et ad ignes quidam se auctoraverunt, ut certum spatium in tunica ardente conficerent. ¶ Auctorare sibi mortem est mortem quasi mercede sibi quærere, et arcessere, to court, bring on one's self. Vellei. l. 2. c. 30. Romanis certam victoriam, partibus suis excidium, sibi turpissimam mortem pessimo auctoravit facinore. ¶ Alia V. in Auctoratus. ¶ Deponentis forma Apulei. l. 9. Metam. Mulier exsecrando metallo pudicitiam suam protinus auctorata est. Tertull. ad Scapul. c. 1. Ut etiam animas nostras auctorati in has pugnas accedamus. ¶ Est præterea auctorari, ut quidam putant, idem ac auctorem esse, auctoritatem accommodare, et interponere. Pompon. Dig. lib. 26. tit. 8. leg. 4. Si tutor auctoretur, cui administratio tutelæ concessa non est, id ratum a prætore haberi non debet. Ulpian. l. 27. tit. 6. leg. 9. Dandam actionem adversus eum, qui dolo malo adhibuit, ut alius auctoraretur inscius. Ita habetur utroque loco in optimis Editionib. Torrentini, Haloandri, et al. ¶ De ratione scribendi V. in Auctor.

AUCTŌROR, aris, V. vocem præced.

AUCTRIX, īcis, f. she that increaseth, quæ auget. Docent Grammatici Charis. l. 1. pag. 29. et 30. Putsch. Valer. Prob. in Cathol. pag. 1452. et Servius ad Æn. 12. v. 159. vocem auctrix esse femininum ab auctor, qua ab augeo descendit, ut auctrix divitiarum, auctrix patrimonii: (Hinc et pro ea, quæ gignit (nam et gignere augere est) usurpavit Tertull. advers. Hermogenian. c. 5. Materia auctrix universitatis.) At cum Auctor aliunde derivatur, et significat eum, qui causa est, principium, aut impulsor alicujus rei faciendæ, non habere femininum, sed esse communis generis, ut allatis exemplis in voce Auctor ostendimus. ¶ Nihilominus auctrix reperitur usurpatum etiam extra significationem augendi. Impp. Dioclet. et Maximian. lib. 8. Cod. tit. 45. leg. 16. Nam super pretio evictæ portionis non eum, qui dominium evicerit, sed auctricem conveniri consequens est. h. e. eam, quæ vendidit, vel fidejussit. Tertull. de anim. c. 57. Auctrix opinionum istarum Magica. Id. l. 5. advers. Marcion. c. 10. Anima auctrix operum carnis. Id. de spectacul. c. 18. Comœdiæ scelerum, et libidinum auctrices. auctrices possis hic intelligere etiam, quæ augent, et fovent scelera. Scioppius mallet actrices.

AUCTUM, i, n. increase, growth, addition, augmentum, auctus. Gell. l. 20. c. 8. Cæpe solum olerum omnium contra lunæ aucta, atque damna, vices minuendi, et augendi habet contrarias. Quidam MS. Codex habet augmenta. Alii aliter leg. ex conjectura. In illo Livii l. 27. c. 26. in fi. Auctum etiam visum in capite, nec id sane haruspici placuisse, &c. auctum significat incrementum visum in capite jocinoris, ut colligitur etiam ex Valer. Max. l. 1. c. 6. n. 9. ubi de hac eadem re verba faciens, narrat, duplex jocinoris caput in ea hostia fuisse. Adde Lucan. l. 1. v. 627. ¶ Præterea auctum vocabatur spatium Circi, quod supra definitum modum victoriæ adjungitur. Festus.

AUCTUS, us, m. increase, augmentation, augmentum, αὔξησις. Liv. l. 4. c. 2. Maximis semper auctibus crescere. Id. l. 29. c. 27. Bonis auctibus augere aliquid. Plin. l. 4. c. 12. Danubius immenso aquarum auctu. Id. l. 2. c. 19. Auctus diei. Senec. ep. 38. In maximos auctus diffundi. Lucan. l. 9. v. 797. distenti corporis auctum. h. e. tumorem corporis veneno inflati. Lucret. l. 6. v. 166. cædere si quem Ancipiti videas ferro procul arboris auctum. h. e. ipsam arborem adultam, et grandem.

AUCTUS, a, um, adject. enlarged, added to, increased, augmented, enhanced, furthered, promoted, αὐξηθείς, cui aliquid accessit, major factus, cumulatus. Nepos in Agesil. c. 7. Auctus numerus. Id. in Thrasyb. c. 2. Auctæ opes. Plin. l. 10. c. 33. Amnis auctus. Liv. l. 25. c. 16. Res Romana in dies melior, atque auctior. Cic. 4. Catil. c. 9. Auctæ, exaggeratæque fortunæ. Liv. l. 3. c. 68. Re, fortunaque auctior. Cic. pro Cluent. c. 15. Mulier aucta pecunia. Id. Verr. 7. c. 31. Auctus præda. Id. 3. de nat. Deor. c. 36. honoribus. Id. Attic. l. 1. ep. 2. filiolo. Vetus Poeta apud eund. l. 2. de Fin. c. 4. lætitia. Tacit. 2. Annal. c. 14. omine. h. e. animo confirmatus ob faustum omen. Lucan. l. 8. v. 250. Auctus opes. h. e. opibus: Græca dictio. Tacit. 2. Histor. c. 4. Auctus animus. courage increased. Lucret. l. 3. v. 451. Auctior animi vis. h. e. firmior, validior ad agendum. Liv. l. 4. c. 2. Auctior, et amplior majestas. Nepos in Phoc. c. 2. Auctus, adjutusque a Demosthene. h. e. promotus. ¶ In malam partem. Terent. Heaut. 4. 1. 15. Auctus damno. ¶ Superlativum auctissimus perrarum est. Treben. Poll. in Gallien. c. 18. Etiam equos, et currum fieri jusserat pro qualitate statuæ, atque in auctissima base poni. h. e. amplissima. Ita enim legendum docte monet Salmas. Vulgo legitur acutissima. ¶ Auctus pro præditus, instructus. equipped, furnished, endued. Lucret. l. 3. v. 627. et 631. Certe ut opinor eam (animam) faciundum est sensibus auctam. Catull. carm. 63. de nuptiis Pel. et Thet. v. 165. quæ (auræ) nullis sensibus auctæ Nec missas audire queunt, nec reddere voces.

AUCUPABUNDUS, a, um, attente aucupans, captans. Tertull. de anim. c. 39. Spiritus nequam ab ipsa etiam nativitatis janua animas aucupabundus.

AUCUPATĬO, onis, f. bird-catching, fowling, aucupation, actus aucupandi, ὀρνιθοθήρα. Item ipsa præda aucupio parta. Quintil. declam. 13. c. 8. Multa, quæ libera fuerant, transeunt in jus occupantium, sicut venatio, et aucupatio. Al. leg. occupatio, sed minus recte.

AUCUPATORĬUS, a, um, good for fowling, ad aucupium aptus. Plin. l. 16. c. 36. de calamis aquaticis. Cum anno permansit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem. h. e. adeo crassescunt, ut possint aucupio inservire. Id. ibid. ad fin. Aucupatoria arundo. Martial. in lemmate epigr. 218. l. 14. Calami aucupatorii.

AUCUPĀTUS, us, m. fowling, idem quod aucupium, ὀρνιθοθήρα. Capitolin. in Anton. Philos. c. 4. Amavit pugilatum, luctamina, et cursum, et aucupatus.

AUCUPĀTUS, a, um, sought after, caught at, quæsitus, captatus. Lactant. l. 5. c. pænult. Multa, quæ ad religionem pertinent, divulgata, ac per rumorem vicissim aucupata discuntur.

AUCUPĬUM, ii, n. bird-catching, fowling, ὀρνιθοθήρα, avium captatio: ab avis, et capio. Cic. 2. de Fin. c. 8. et de Senect. c. 16. Aucupium, atque venatio. Pallad. l. 13. tit. 6. Tendere aucupium. Id. l. 10. tit. 12. Parare aucupium noctuæ. ¶ Translate Plaut. Mil. 4. 1. in fi. Oculis venaturam facere, atque aucupium auribus. h. e. attente subauscultare aliorum sermones. Terent. Eun. 2. 2. 16. Hoc est novum aucupium. h. e. nova ratio parandi sibi alimenta, et cetera adjumenta vitæ. Cic. in Orat. c. 25. et 58. Aucupium delectationis. h. e. studium delectandi alios oratione elaborata. Id. pro Cæcin. c. 23. Aucupia verborum. h. e. subtilium verborum captiunculæ, quibus Jurisconsulti in rebus definiendis uti solent. Colum. l. 3. c. 2. ad fin. Aucupium nomenclationis. h. e. studium, et inquisitio vocabulorum, quibus singulæ res appellantur. ¶ Sumitur et pro ipsa præda, quæ aucupio capitur, game. Cels. l. 2. c. 26. Minima inflatio fit ex venatione, aucupio, piscibus, pomis, &c. Senec. de provid. c. 3. In ventrem suum longinqui litoris pisces, et peregrina aucupia congerere.

AUCŬPO, as, avi, atum, a. 1. to go a bird-catching or fowling, ὀρνιθοθηράω, aves capto: ab avis, et capio. Sæpissime translate sumitur pro attente observare, captare, studiose quærere, to observe, watch, spy in secret. Plaut. Asin. 5. 2. 31. Aucupemus ex insidiis clanculum, quam rem gerant. Id. Mostell. 2. 2. 42. Circumspice, numquis est, sermonem nostrum qui aucupet. [Seneca imitatus est hunc locum in Herc. Œt. v. 482. Circumspice agedum, ne quis arcana aucupet. Cic. 3. de leg. c. 35. Aucupans omnes rumusculos populari ratione. Plaut. Trucul. &c.] Id. Trucul. a. 5. v. 72. Lepide mecastor aucupavi. have gotten a good booty. Adde Titinn. Enn. Pacuv. et Accium apud Non. c. 7. n. 1.

AUCŬPOR, aris, atus sum, dep. 1. to go a fowling, idem quod aucupo, sed frequentioris usus. Varr. l. 1. R. R. c. 23. Alio loco ut seras ac colas silvam cæduam, alio ubi aucupere. Caius Dig. lib. 41. tit. 1. leg. 3. In alienum fundum venandi, aucupandive gratia ingredi. ¶ Translate est captare, consectari, quærere, observare, to hunt after, seek after studiously, watch curiously, seek or get by cunning. Cic. Attic. l. 6. ep. 8. Navibus longis tranquillitates aucupari. Id. in Pison. c. 24. Inanem aucupari rumorem, et omnes umbras etiam falsæ gloriæ consectari. Id. in Orat. c. 19. Delectationem aliquam dicendo aucupari. Id. 2. de Orat. c. 63. Attendere, et aucupari verba. Id. Fam. 5. ep. 12. Aucupari gratiam alicujus assentatiuncula. Plin. in præfat. Hist. natur. sub fin. sibi famam obtrectatione alienæ scientiæ. Flor. l. 3. c. 13. favorem populi. Hirt. de B. Afric. c. 3. occasionem. Cic. pro Rosc. Amer. c. 8. Observare occupationem alicujus, et aucupari tempus. Justin. l. 29. c. 4. absentiam alicujus. Cic. 2. de Orat. c. 14. utilitatem aliquam ad dicendum. Id. pro Sext. c. 56. ex omni genere orationem, et omnes undique flosculos carpere. Auct. ad Herenn. l. 1. c. 13. similitudinem ab aliqua re. Ovid. Heroid. ep. 13. v. 107. Aucupor in lecto mendaces cœlibe somnos. I go in quest of, seek after diligently. ¶ Particip. aucupatus passiva significatione V. supra suo loco.

AUDACĬA, æ, f. boldness, courage, intrepidity; audacity, bare-faced impudence, θράσος, τόλμα, animi securitas, qua quis malum neque futurum timet, neque præsens horrescit: et sæpe accipitur in malam partem. Cic. l. 2. de Invent. c. 54. ad fin. Audacia non contrarium fidentiæ, sed appositum est, ac propinquum, et tamen vitium est. Id. l. 1. Offic. c. 19. Animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habet, non fortitudinis. Id. Verr. 4. c. 30. Homo incredibili importunitate, et audacia. Id. pro Dom. c. 55. Incredibili armatus audacia. Id. pro Flacc. c. 15. Audacia, atque impudentia fretus. Tacit. 1. Ann. c. 57. Audacia promptus. Id. in Agric. c. 11. Audacia in deposcendis periculis. Cic. Phil. 13. c. 10. Audacia immanis ad omne facinus. Terent. Heaut. 2. 3. 72. O hominis impudentem audaciam. Id. Phorm. 5. 7. 84. Affectum esse audacia. Curt. l. 6. c. 11. Stolida audacia ferocem esse. Id. l. 8. c. 13. Temeritate atque audacia insignem esse. Cic. pro Cluent. c. 65. Abundare audacia. Id. Phil. 13. c. 13. in fi. Contundere, et frangere audaciam alicujus. Id. Phil. 10. c. 5. Furentis hominis conatum, atque audaciam comprimere. Tacit. 3. Hist. c. 66. Accingi in audaciam. ¶ Translate Sueton. de Grammat. c. 10. in fi. Vitare obscuritatem Sallustii, et audaciam in translationibus. ¶ In plurali numero. Cic. pro Syll. c. 27. Quantas audacias, quam incredibiles furores, &c. Id. 5. Verr. c. 89. Istorum audacias, ac libidines resecare. Adde Catil. 2. c. 5. l. 9. ad Attic. ep. 7. et Caton. apud Fest. ¶ In bonam partem, ardour, spirit, courage, valour. Sallust. in Catil. c. 52. Majores nostri, P. C. neque consilii, neque audaciæ unquam eguere. Liv. l. 25. c. 38. Non enim frangere audaciam vestram, sed differre in majorem gloriam, atque opportunitatem volui. Propert. l. 2. eleg. 8. v. 9. Quod si deficiant vires, audacia certe Laus erit: in magnis et voluisse, sat est. Adde Justin. in præfat. et l. 2. c. 9. et 12. ad fin.

AUDACĬTER, adverb. boldly, confidently, courageously, θρασέως, cum audacia, fidenter, animose. Cic. pro Rosc. c. 36. Multa scelerate, multa audaciter, multa improbe fecisti. Ita legit Priscian. l. 15. pag. 1014. Putsch. item Gruter. Græv. et alii ex optim. codicib. Alii audacter reponunt. Sed audaciter usurpavit etiam Sallust. l. 2. Hist. teste Priscian. ibid. Sic Senec. de provid. cap. 4. Audaciter veteranus cruorem suum spectat. Apulei. l. 3. Metam. Audaciter resistunt. et lib. 5. Audaciter dextera elata. Adde Liv. l. 22. c. 25. et alibi, ubi alii leg. audacter: quod sane usitatius est. Hinc Quintil. l. 1. c. 6. (al. 10.) reprehendit quorundam molestissimam diligentiæ perversitatem, ut audaciter potius dicant, quam audacter, licet omnes oratores aliud sequantur.

AUDACTER, boldly, confidently, courageously, spiritedly, θρασέως, adverb. per syncop. ab audaciter, et ejusdem omnino significationis, sed multo usitatius, tum in bonam, tum in malam partem. Cic. pro Rosc. Amer. c. 11. Libenter, audacter, libereque dicere aliquid. Id. Verr. 4. c. 54. Callide, audacter, impudenter. Id. 4. Acad. c. 25. Respondere audacter alicui. Terent. Heaut. 1. 1. 6. Audacter, et familiariter monere. Nepos in Epam. c. 9. Audacius instare hostibus. Liv. l. 30. c. 30. Omnia audacissime incipere. Plaut. Capt. 2. 2. 98. Concredere filium suum alicui audacter. ¶ Translate Cic. in Orat. c. 60. Poetæ transferunt verba tum crebrius, tum etiam audacius.

AUDACŬLUS, a, um, somewhat bold, adject. diminut. ab audax. Gell. l. 5. c. ult. Reprehensor audaculus verborum. Id. l. 15. c. 5. Rabula audaculus. Firmic. in præfat. l. 1. Audacula nimis pollicitatio. Habet etiam Paul. ex Festo in Audax.

AUDAX, ācis, adject. bold, confident, resolute, courageous; audacious, presumptuous, daring, desperate, θρασύς, θαρσύς, confidens, audens. Sumitur sæpe in malam partem. Cic. Q. Fr. l. 2. epist. 4. Homo petulans, et audax. Id. l. 1. de Invent. c. 3. Temerarius, et audax. Id. l. 1. de Fin. c. 18. Audax, et protervus. Id. Catil. 2. c. 5. Paulo ad facinus audacior. Nepos in Dion. c. pænult. Adolescentes audacissimi. Terent. Andr. 2. 3. 27. Facinus audax. Liv. l. 35. c. 35. Consilium audax. Plin. l. 28. c. 4. Spes audacior. ¶ In consuetudine forensi malos, et audaces appellabant eos, qui ejiciebant vicinos, qui testamenta subjiciebant, qui adolescentulos circumscribebant, teste Cic. 14. Phil. c. 3. ¶ In bonam partem Plaut. Amph. 2. 2. 207.

Quæ non deliquit, decet audacem esse, confidenter loqui, &c. *Virg.* 1. *Georg.* v. 40. Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis. (Adde *Æn.* 5. v. 67.) *Claudian. de III. Consul. Honor.* v. 56. Fregit Hyperboreas remis audacibus undas. ¶ Translate *Quintil.* l. 10. c. 5. Verba poetica libertate audaciora. *Id.* l. 8. c. 6. Audacior hyperbole. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 10. Audaces dithyrambi. *Id.* l. 2. ep. 1. v. 182. Audax poeta. ¶ Cum casus ei adjunguntur, sæpe habet post se ablativum. *Virg.* 5. *Æn.* v. 67. Audax viribus. *Stat.* 10. *Theb.* v. 495. audax animis Spartana juventus. *Virg.* 4. *Georg. in fi.* Virgilius Audax juventa. ¶ Cum genitivo, Græca constructione. *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 64. et lib. 5. silv. 3. v. 135. Audax ingenii. *Claudian.* l. 2. *de rap. Pros.* v. 4. Audax animi. ¶ Cum infinito *Horat.* l. 1. od. 3. v. 25. Audax omnia perpeti. *Propert.* l. 4. eleg. 5. v. 13. Audax cantatæ leges imponere Lunæ. Adde *Lucan.* l. 7. v. 246. et *Senec. in Herc. Fur.* v. 547. ¶ Translate *Stat.* l. 2. silv. 3. v. 48. aeriam educere molem Cyclopum scopulos ultra, atque audacia saxa Pyramidum. *h. e.* audaci conatu exstructa. ¶ Pro superbo. *Catull.* carm. 50. *ad Licin.* v. 18. Nunc audax cave sis, precesque nostras, Oramus, cave despuas, ocelle.

AUDENS, tis, *bold, confident, brave, intrepid, courageous, gallant,* fidens, audax, θαρσύς. Fere in bonam partem sumitur. *Virg.* 10. *Æn.* v. 284. Audentes fortuna juvat. *Id.* 6. *Æn.* v. 95. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 58. Nihil gravius audenti, quam ignavo patiendum esse. *Id. in Agric.* c. 33. Audentissimus quisque miles. *Gell.* l. 7. c. 2. Annibal ille audentissimus, atque fortissimus. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 284. Spes audentior. ¶ Translate *Quintil.* l. 12. c. 10. Æschines latior, et audentior, et excelsior. *Auct. Dial. de Orat.* c. 14. Oratio læta, et audentior, poetarum, quam oratorum similior. ¶ In malam partem, *Pacat. in paneg. Theodos.* c. 35. Tanto ceteris satellitibus audentior, quanto &c.

AUDENTER, *boldly, bravely, gallantly,* θαρσαλέως, fidenter, intrepide, audacter. *Scævol. Dig.* lib. 28. tit. 2. leg. 29. *ad fin.* Nisi (quod audenter licet) possis dicere, &c. *Ulpian.* lib. 5. tit. 4. leg. 1. Non audenter tamen dicetur. *Tacit. Ann.* 13. c. 40. Audentius progredi. *Id. Ann.* 4. c. 68. Audentius onerare aliquem. *Auct. Dial. de Oratorib.* c. 18. Agere fortius, et audentius.

AUDENTĬA, æ, f. *boldness, confidence, spirit,* animi fidentia, audacia, θάρσος. *Non.* c. 5. n. 84. recte docet, audentiam in bonam partem sumi, et esse fortitudinis: audaciam plerumque in malam accipi, et esse temeritatis. *Tacit. Ann.* 15. c. 53. Tribuni, et Centuriones, ut quisque audentiæ habuisset, accurrerent. *Id. de Germ.* c. 34. Nec defuit audentia Druso Germanico, sed obstitit Oceanus. ¶ Translate *Plin.* l. 8. ep. 4. Si datur Homero et mollia vocabula, et Græca ad lenitatem versus contrahere, extendere, inflectere; cur tibi similis audentia negetur? *the like liberty or license.*

AŬDĔO, es, ausus sum, n. 2. *to dare, adventure, attempt, presume,* τολμάω, non vereor, non dubito, fidens sum ad aliquid faciendum. *Cic. pro Ligar.* c. 3. Vide, quæso, Tubero, ut qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri. *Id. pro leg. Manil.* c. 9. Nunquam est ausus optare. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. Verba tua recognosce, et aude negare, servientis istas esse preces, *and deny, if you can.* ¶ *Audere aliquid* est aggredi, tentare, conari facere. *to attempt, endeavour, undertake.* Videtur autem ellipsis esse, ut subintelligendum sit *facere,* aut *aggredi,* aut aliquid simile. *Vellei.* l. 2. c. 47. Tantas res audere, vis hominis; perficere pæne nullius, nisi dei fuerit. *Terent. Eun.* 5. 5. 17. Qua audacia tantum facinus audet? *Justin.* l. 5. c. 9. Audendum aliquid pro patria etiam cum periculo, ratus. *Virg.* ecl. 3. v. 16. Quid domini faciant, audent cum talia fures? *Liv.* l. 3. c. 2. Desperatio audere ultima, et experiri cogit. *Id.* l. 26. c. 40. Exsules, obærati, capitalia ausi plerique. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 15. Multa hostilia ausus. *Id.* 2. *Ann.* c. 12. Ausuros hostes castrorum oppugnationem. *Id. Ann.* 12. c. 28. Obvius hostis, et aciem ausus. *Id.* 4. *Hist.* c. 23. Machinas etiam, insolitum sibi, ausi. *h. e.* aggressi machinis oppugnatoriis uti. *Id.* 3. *Hist.* c. 76. Audere periculum. *to brave. Id.* 12. *Ann.* c. 55. vim alicui: *et* in aliquem. *Id.* 2. *Ann.* c. 40. pœnam alicujus. *Id. ibid.* c. 62. ultionem. *Id.* l. 1. *Hist.* c. 55. Nihil ultra fremitum, et minas ausæ legiones. *Vellei.* l. 2. c. 56. *sub fin.* Antonius omnibus audendis paratissimus. ¶ Cum particula *quin,* et conjunctivo. *Plaut. Asin.* 1. 1. 10. Ita me obstinate aggressus, ut non audeam profecto, percunctanti, quin promam omnia. *h. e.* non audeam non promere omnia. ¶ Absolute, sed ita, ut semper aliquid subintelligatur. *Sallust.* l. 4. *Histor. in epist. Mithrid. ad regem Arsac. sub fin.* Romani audendo, et fallendo, et bella ex bellis serendo magni facti. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 71. Ingratus Principi, ut adversus Neronem ausus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 347. Audere in prœlia. ¶ Transfertur ad orationem, et scriptionem. *Quintil.* l. 2. c. 4. Audent hæc ætas plura, et inveniat, et inventis gaudeat. *Et paulo post.* Audere aliquid licentius, et lætius. ¶ Passive *Liv.* l. 29. c. 9. Multa dolo, pleraque per vim audebantur. *Nepos in Milt.* c. 4. *in fi.* Si animadverterent, auderi adversus se tam exiguis copiis dimicare. ¶ Hinc participia *ausus,* et *audendus,* passiva itidem significatione. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 67. Defensionem sui deseruit, ausis ad Cæsarem Codicillis, quibus invidiam, et preces miscuerat. *Liv.* l. 35. c. 35. Agenda res est, audendaque, quam &c. *Sueton. in Domit.* c. 14. Ne bono quidem exemplo audendam esse patroni necem. ¶ Quidam putant *audere* idem esse ac posse, in illo *Plauti Trucul.* 4. 3. 44. Lapideus sum: commovere me miser non audeo. ¶ Et pro velle in illo *ejusd. Men.* 1. 2. 40. Ecquid audes de tuo istuc addere? ¶ Tribuitur aliquando rebus inanimis. *Lucret.* l. 6. v. 1070. Vitigeni latices in aquai fontibus audent Misceri, cum pix nequeat gravis, et leve olivum. *h. e.* possunt. ¶ Olim habuit in præterito *ausi.* *Cato* apud *Priscian.* l. 9. pag. 868. *Putsch.* Non ausi recusare. ¶ Hinc *ausim, is, it* (quod ex *auserim* per syncopen esse videtur.) frequenter usurpatur. *Liv. in proœm.* Nec, si sciam, dicere ausim. *Stat.* 11. *Theb.* v. 126. absentibus ausint Ista deis, &c. ¶ Ipsum vero *auserim* usurpatum legitur ab Auctore cujusdam carminis *de Passione Domini,* (quod quidam *Lactantio* tribuunt) vers. 66. efficient ne spe captatus inani Mobilis occiduis fortunæ fidere rebus Auseris, aut vitæ sperare fugacibus annis. *Cellarius* tamen edidit *ausis.*

AUDĬENS, entis, *hearing,* particip. verbi *Audio.* *Cic. Fam.* 13. ep. 36. Eidem Dolabellæ me audiente Cæsar dixit, nihil esse, &c. ¶ Sæpe ponitur pro auditore. *a hearer. Cic. de clar. Orat.* c. 80. Inflammare animos audientium. *Id. ibid.* c. 23. Ad animos audientium permovendos. ¶ Aliquando idem est ac obediens. *obedient, subservient. Plaut. Trucul.* 1. 2. 25. Tibi servio, atque audiens sum imperii. Hinc *dicto audiens,* de quo V. in *Audio.* ¶ Superlativ. *audientissimus* est in fragm. Lapidis apud *Donium* class. 6. n. 194. [¶ Audientes sunt Catechumeni apud *Tertullian. de poenit.* c. 6. Itaque audientes optare intinctionem, non præsumere oportet, *h. e.* Catechumeni debent optare, non præsumere baptismum.]

AUDIENTĬA, æ, f. *audience, attention,* attentio in audiendo. *Audientiam facere* est silentium audiendi causa indicere, *to require silence,* ὑποκηρύττειν. *Plaut. Pœn. prol.* v. 11. Exsurge præco, fac populo audientiam. Adde *Liv.* l. 43. c. 16. et *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 55. ¶ Est etiam *audientiam facere,* silentium auditorum, et attentionem conciliare, *to command attention. Cic. de Senect.* c. 9. Facit persæpe ipsa sibi audientiam diserti senis compta, et mitis oratio. *Id. Divin. in Verr.* c. 13. Audientiam orationi meæ improbitas illius factura est. *Apulei.* l. 3. *Metam.* Audientiam alicui tribuere. *to give an audience.* ¶ In Codice Justinianeo accipitur pro auditione, et cognitione causarum, quæ fit ab habente jurisdictionem, ut lib. 2. tit. 13. leg. 1. Inter litigatores audientiam tuam impertiri debebis. *et* lib. 3. tit. 13. leg. 1. Eligere audientiam Procuratoris Principis. *et* lib. 7. tit. 19. *leg. ult.* Præbere audientiam direptorum negotiorum. Adde tit. 4. lib. 1. qui est *de Episcopali audientia,* hoc est de iis, de quibus cognoscere ad Episcopos pertinet. ¶ Sumitur etiam generatim pro quacumque auditione, *a hearing, the obtaining of a hearing. Arnob.* l. 3. pag. 117. Janus quem in cunctis anteponitis precibus, et viam vobis pandere deorum ad audientiam creditis. *Id.* l. 6. pag. 192. Ita quoque convenit audientiam numinum nulli esse clausam linguæ. Adde l. 5. pag. 178. ¶ Videtur etiam ad ipsam auditorum coronam transferri posse. *Id.* l. 1. pag. 16. Utinam daretur in unius speciem concionis toto orbe contracto, oratione hac uti, et in humani generis audientia collocari. ¶ Denique sic dicitur ipsa audiendi facultas, *the power of hearing. Prudent. in Romano,* v. 954. Surdis fruendam reddere audientiam.

AUDĬO, is, ivi, et ii, itum, a. 4. *to hear, hearken, listen, perceive, attend, mind, heed, understand,* ἀκούω, auribus sentio, percipio, intelligo, cognosco. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 8. *a med.* ducit ab *aveo,* quod auribus avemus discere semper. Alii ad Græcam linguam originem referunt. *Terent. Adelph.* 2. 1. 30. Audi, si vis, nunc jam. *Id. Hecyr.* 3. 5. 60. Philippe ades, audi paucis. *Id. Heaut.* 2. 3. 2. Mulier tibi adest, audin' Clinia? *h. e.* audis ne? *Id. Phorm.* 1. 3. 7. Non potitus essem: fuisset tum illos mihi ægre aliquot dies: At non quotidiana cura hæc angeret animum. *Ph.* audio. *I understand you perfectly:* est et quædam ironia, ut *Donat.* monet. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 1. *ad fin.* In quo, ut audio, magnum odium Pompeii suscepistis. *as far as I understand.* Et *Petron. in Satyr.* c. 104. *extr.* Audio, non licere cuiquam in nave neque ungues, neque capillos deponere. *Terent. Eun.* 3. 1. 32. Plus millies audivi. *I have heard him repeat it more than a thousand times. Cic. Fam.* 3. ep. 10. *in fi.* Te enim, ut spero, propediem censorem audiemus. *shall hear it said that you are censor.* (Sic passive *Id. Attic.* l. 5. ep. 18. Bibulus nondum audiebatur esse in Syria.) *Id. pro. Cluent.* c. 23. et l. 1. *de Orat.* c. 61. Attente audire aliquem. *Id. Attic.* l. 5. ep. 17. Tamen etsi hoc te ex aliis audire malo. et *in Bruto,* cap. 26. Audivi ista de majoribus natu. et *de Orat.* l. 3. c. 33. Sæpe hoc audivi de patre, et de socero meo. et *de Senect.* c. 13. Sæpe audivi a majoribus natu, qui se porro pueros a senibus audisse dicebant. *Nepos in Themist.* c. 7. A quibus cum audisset, non multum superesse munitionis, &c. *Cic. pro Mur.* c. 28. Majores natu audivi dicere. *Id. in Pison.* c. 28. Audistis dici. ¶ Eleganter ei subjicitur particula *cum.* *Cic. pro Dom.* c. 35. Quis unquam audivit, cum ego de me nisi coactus, et necessario dicerem. *Id.* 2. *de Orat.* c. 33. Ex eo audivi, cum diceret, sibi certum esse, &c. ¶ *Audire de aliquo,* vel *de re aliqua* est etiam sermonem de re aliqua audire. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 20. De malis nostris tu prius audis, quam nos. *Id.* l. 4. *Acad.* c. 2. Delectabatur mirifice lectione librorum, de quibus audiebat. *Id. de Senect. c. ult.* Neque eos solum convenire aveo, quos ipse cognovi, sed illos etiam, de quibus audivi. ¶ *Audire* dicuntur judices, qui de causa cognoscunt. *Cic. pro Flacc.* c. 39. Nemo illorum judicum, clarissimis viris accusantibus, audiendum sibi de ambitu putavit. *Senec. de benef.* l. 2. c. 12. Audire de capite alicujus. *Virg. Æn.* 6. v. 567. *de Rhadamantho.* Castigatque, auditque dolos, subigitque fateri. *Jurisconsulti* hac ratione sæpe usurpant. ¶ Item discipuli, qui scholam alicujus frequentant. *Cic. init.* l. 1. *Offic.* Te, Marce fili, annum jam audientem Cratippum, abundare oportet præceptis, institutisque Philosophiæ. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 14. Cleanthes, qui Zenonem audivit. *Id. de Fato,* c. 2. Ponere aliquid, ad quod audiam, si tibi non est molestum, volo. *h. e.* de quo te disputantem, et ad illud pertinentia disserentem audiam. ¶ Sæpe *audire* est assentiri, approbare, *to approve. Cic. pro Marcell.* c. 8. Sæpe venit ad aures meas, te istud nimis crebro dicere, satis te tibi vixisse: credo: sed tum id audirem, si tibi soli viveres. *Id.* l. 1. *Tuscul.* c. 26. Nec Homerum audio, qui Ganymedem a diis raptum ait, &c. ¶ Item pro exaudire, locum precibus dare. *to hearken, lend an ear, regard. Id. in Pison.* c. 19. In quo dii immortales meas preces audiverunt. *Horat.* l. 4. od. 13. Audivere, Lyce, dii mea vota. *Virg. Æn.* 9. v. 65. Audiit, et cæli genitor de parte serena Intonuit lævum. ¶ Item pro obsequi, obedire (nam et *obedio* ab *audio* est) *Cic.* l. 7. *Attic.* ep. 1. Vellem a principio te audisse amicissime monentem. *Id.* 13. *Phil.* c. 3. Næ ego istam sapientiam, quamvis sit erudita, non audiam. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 20. Tanta imbueremur superstitione, si vos audire vellemus, ut &c. ¶ Et cum dativo *Apulei. in Apolog.* Nefario homini ne auscultarent, sibi potius audirent. ¶ Hinc *dicto audientem esse alicui* est ei obtemperare. *Cic. Verr.* 7. c. 32. *extr.* Quorum opera Syracusani nobis dicto audientes sunt, eos Syracusanis dicto audientes esse jussisti. *Nepos in Agesil.* c. 4. Audiens dicto fuit jussis magistratuum. Adde *eund. in Lysandr.* c. 1. et *in Iphicrat.* c. 2. *Liv.* l. 5. c. 3. ubi *dicto audientem,* et *obedientem* conjungit. et *Cicer. Verr.* 6. c. 12. et alibi. Putarunt quidam dici etiam *alicujus dicto audientem esse,* afferentes illud *Nepot. in Datam.* c. 2. *Is regis dicto audiens non erat.* Sed plerique alii leg. *regi.* Sic *Liv. loc. cit.* Nec plebs nobis dicto audiens atque obediens sit. ¶ In hac parendi significatione tribuitur figurate rebus inanimis. *Virg. in fi.* l. 1. *Georg.* Fertur equis auriga, nec audit currus habenas. *heeds. Stat.* 5. *Theb.* v. 412. clavumque audire negantem Lassat agens Tiphys. *Ovid. Met.* 5. v. 381. de mille sagittis Unam seposuit, sed qua nec acutior ulla, Nec minus incerta est, nec quæ magis audiat arcum. *Plin.* l. 16. c. 43. Cornum maxime audit sorbus, carpinus, buxus. *h. e.* admittit, et glutino accedente facile adhæret. ¶ Interdum *audire* est dici, perhiberi, ea ratione, qua Græci ἀκούω, usurpant. *to be stiled. Horat.* l. 1. ep. 16. v. 17. Tu recte vivis, si curas esse, quod audis. et ep. 7. v. 7. rexque, paterque Audisti coram. ¶ Hinc *bene* vel *male audire* est bonam vel malam existimationem habere, laudari, vel vituperari, εὖ, ἢ κακῶς ἀκούειν, *to have a good or bad character.* Facete *Cicero* in ambiguo ludens, *Tuscul.* 5. c. 40. Erat surdaster M. Crassus: sed aliud molestius, quod male audiebat; etiamsi, ut mihi videbatur, injuria. *Id. Attic.* l. 6. ep. 1. Qui me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat; et recte facere non meæ laudis, sed illius contumeliæ causa. *Id.* 3. *de Fin.* c. 17. Est hominis ingenui, et liberaliter educati velle bene audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam viris. *Terent. Hecyr.* 4. 2. 24. Sine me, obsecro, hoc effugere vulgus, quod male audit, mulierum. Adde *Phorm. prol.* v. 20. *et* 2. 3. 12. et *Cicer.* l. 1. *de legib.* c. 19. et alibi. Sic *minus commode audire* apud *eund. Verr.* 5. c. 58. Et *male audire in aliqua re* apud *Quintil.* (*seu quicumque alius auctor est*) declam. 377 ¶ Elegans ellipsis est in illo. *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 70. Cum læsisset testis Silus Pisonem, quod se in eum audisse dixisset. *h. e.* se audisse de crimine in eum illato. Dixerat enim Silus, se audisse, qui affirmarent, Pisonem revera crimen illud admisisse, de quo accusabatur. ¶ *Audiri,* vel *non audiri debere; audiendus,* vel *non audiendus* esse dicitur a Jurisconsultis, qui aliquid apud judicem postulat, offert, agit, quod vel justum, vel injustum sit. Exempla passim habentur in *Digestis,* ut ex *Papiniano* lib. 28. tit. 6. leg. 10. ex *Paulo* lib. 39. tit. 2. leg. 18. et lib. 4. tit. 4. leg. 24. et alibi. Sic *non facile apud Judicem audiri,* apud *eund. Paul. Dig.* lib. 11. tit. 3. leg. 14. *in fi.* ¶ *Audiri* pro subintelligi, subaudiri, *to be understood. Quintil.* l. 8. c. 5. Eras dignus, ut haberes integram manum. Sic enim auditur, ut depugnares. *Id.* l. 9. c. 3. Stupere gaudio Græcus. Simul auditur cœpit. ¶ *Audibam*

pro *audiebam*, et *audibo* pro *audiam* poetica sunt. *Ovid. Her.* ep. 14. v. 36. Et tamen audibam: quodque verebar, erat. *Catull.* carm. 85. *de Arr.* Audibant eadem hæc leniter, et leviter. *Plaut. Capt.* 3. 4. 86. Ex me audibis vera. Adde *Pæn.* 1. 2. 97. *Cæcil.* apud *Gell.* l. 7. c. 17. *in fi.* et *Enn.* et *Cæcil.* apud *Non.* c. 10. n. 11. ¶ In præterito et *audivi* habet et *audii*, ut dictum est: sic in aliis temporibus ab eo nascentibus modo *v* retinet, modo abjicit. Quamquam *audieram, audiissem, audierim, audiero, audiisse* magis apud veteres in usu fuerunt, ut monet *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) et eum sequutus *Diomed.* l. 1. pag. 349. *Putsch.* [¶ Particip. *auditurus* apud *Auct. carm. ad Pison.* v. 74. Huc etiam tota concurrit ab urbe juventus Auditura virum.]

AUDITĀRE frequentativum est ab *audire*. *Festus*: Auditavi, sæpe audivi. ubi *Scalig.* monet male in quibusdam libris legi *audivitavi*.

AUDĪTIO, onis, f. *the art of hearing, a hearing*, ἀκοὴ, ἀκρόασις, actus audiendi. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 15. Fabellarum auditione duci. *Id. Verr.* 6. c. 45. *in fi.* Auditione expetere aliquid. *to desire a thing from mere hearsay. Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 37. Accipere aliquid fama, et auditione. ¶ Speciatim sumitur pro auditione magistrorum in scholis. *Plin.* l. 26. c. 2. Sedere in scholis auditioni operatos gratius erat, quam &c. *Gell.* l. 14. c. 1. Egressus ex auditione propere adnotavi, &c. *Id.* l. 19. c. 8. Obire auditiones. *to attend lectures or lessons. Id.* l. 18. c. 2. Easdem auditiones, eosdemque doctores colere. *the same school. Cic.* quoque hoc sensu usurpat. 2. *de Orat.* c. 50. Usus, auditio, lectio. V. *integrum loc.* ¶ Ponitur etiam pro acroasi, seu ipsa disputatione, quæ a magistro fit, *a lecture, lesson, discourse. Gell.* l. 20. c. 5. (*al.* 4.) Illas vero ἐξωτερικὰς auditiones, exercitiumque dicendi eodem in loco vesperi faciebat. V. *Acroasis.* ¶ Item universim pro quacumque re, quæ auditur, *any thing heard, report, hearsay, news. Cic. pro Planc.* c. 23. Ne fictis auditionibus, ne disseminato, dispersoque sermoni fortunas innocentium subjiciendas putetis. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 1. Romam cum venissem, ne tenuissimam quidem auditionem de ea re accepi. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 5. His rumoribus, atque auditionibus permoti. et lib. 7. c. 42. Levem auditionem habere pro re comperta. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 11. Falsas auditiones depellere. ¶ Pro auditu, seu sensu audiendi, *the faculty of hearing, Apulei. de Dogmat. Platon.* Auditionem aereæ naturæ participem, aeriis nunciis percipere sonores.

AUDITIUNCŬLA, æ, f. brevis auditio, seu doctrina, quam quis audiendo didicit, ἀκουσμάτιον. *Gell.* l. 13. c. 19. Auditiuncula quadam de Catonis familia aspersus es.

AUDĪTOR, oris m. *one who hears, a hearer, auditor*, ἀκουστὴς, qui audit. *Cic. pro Dom.* c. 24. *in fi.* Illi ne auditores quidem suæ gloriæ, ego etiam spectator meæ laudis esse potuissem. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 1. Præbere se auditorem attentum. *Id. de clar. Orat.* c. 51. Habere aliquem auditorem. *Id. in Orat.* c. 35. Conciliare, aut erigere auditorem. *Id. Attic.* l. 16. ep. 2. *in fi.* Bonos auditores nactus. ¶ Item discipulus, *a follower, pupil, disciple, scholar. Cic.* 1. *de nat. deor.* c. 7. *sub fin.* Nolo existimes, me adjutorem huic venisse, sed auditorem. παρονομασία. *Id.* 5. *de Fin.* c. 19. Ptolemæus Theophrasti auditor. *Id. l.* 1. *de nat. Deor.* c. 14. Perseus Zenonis auditor. *Senec.* l. 4. controv. 25. *ad fin.* Initio contumeliæ causa a deridentibus disciputi Latronis auditores vocabantur: deinde in usu verbum esse cœpit, et promiscue poni pro discipulo auditor. ¶ Et qui librum legit, *auditor* quodammodo dici potest. *Varr. initio* l. 5. *de L. L.* Atque siqua erunt ex diverso genere adjuncta, potius cognationi verborum, quam auditori calumnianti geremus morem.

AUDITORIĀLIS, le, ad auditorium, et scholam pertinens, ut Scholastici auditoriales apud *Augustin.* l. 2. *cont. Pelag. c. ult.* et l. 6. c. 11.

AUDITORĬUM, ii. n. *an auditory, assembly of hearers, audience*, auditorum turba, concio. *Plin.* l. 4. ep. 7. Nuper, adhibito ingenti auditorio, librum de vita ejus recitavit. *Apulei. in Apolog.* Mox auditorio misso. ¶ Item locus, in quem conveniunt homines alicujus audiendi causa, ut sunt magistrorum scholæ, recitantium loca; et ea in quibus sedent judices, cum causas audiunt, *a school, lecture-room, auditory*, &c. *Quintil.* l. 2. c. 11. (*al.* 12.) Cujus rei gratia plenum sit auditorium. *Id.* l. 10. c. 1. Non eandem esse conditionem litium, ac disputationum, fori, et auditorli, præceptorum, et periculorum. *Sueton. in Tiber.* c. 11. Cum circa scholas, et auditoria professorum assiduus esset. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 9. Auditorium exstruere. *Paul. Dig.* lib. 49. tit. 9. leg. 1. Non oportet, per alium causam agi, sed ipsum adesse auditorio debere, sciendum est. *Ulpian.* lib. 4. tit. 4. leg. 18. Auditorium Principis. *an audience-chamber. Paul.* lib. 42. tit. 1. leg. 54. Qui ad majus auditorium vocatus est, si litem inchoatam deseruit, contumax non videtur. *h. e.* ad majus tribunal. ¶ Pro auditione causæ, *Callistr.* lib. 4. tit. 8. leg. 41. Si temere auditorium receperit.

AUDITORĬUS, a, um, ad audiendum pertinens. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 2. c. 3. Sensuales aurium viæ, sive auditoriæ cavernæ πόροι ἀκουστικοί.

AUDĪTUS, us, m. *the faculty of hearing*, ἀκοὴ, sensus audiendi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Auditus autem semper patet. ejus enim sensu etiam dormientes egemus. *Plin.* l. 8. c. 32. Cervi cum erexere aures acerrimi auditus. *Id.* l. 24. c. 11. Obtundere auditum. *Id.* l. 23. c. 4. Auditus gravitatem discutere. ¶ In plurali numero *Apulei. de Dogm. Plat.* Auditus hominum, deorumque mulcens. ¶ Item auditio, *a hearing; report, hearsay. Tacit. Ann.* 4. c. 69. Quonam modo ea plurium auditu acciperentur. *h. e.* a pluribus audirentur. *Id.* 2. *Hist.* c. 59. Brevi auditu quamvis magna transibat, impar curis gravioribus. *Cic.* 1. *Offic.* c. 10. Si verum est Labeonem (nihil enim præter auditum habeo) arbitrum Nolanis a Senatu datum. ¶ *Ex auditu nunciare* V. in voce sequenti.

AUDĪTUS, a, um, *heard, ascertained by hearing*, audiendo perceptus. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 2. Carmina non prius audita. *Cic. pro Balb.* c. 6. Cujus audita virtus dubitationi locum non daret, hujus præsens, experta, atque perspecta obtrectatorum voce lædetur? *Id. Attic.* l. 9. ep. 3. *sub fin.* Audita navicularii hominis liberalitas est. *Tacit. Ann.* 5. *c. pœnult.* Auditum id Poppæo Sabino. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 66. Vidi: non ex audito arguo. *from report or hearsay.* et *Merc.* 5. 2. 62. Vidistin? an ex audito nuncias? (Quidam utroque *Plauti* loco *auditu* leg.) *Vellei.* l. 2. c. 25. Audito crudelior. *cruel even beyond report.* ¶ Ablativus *audito* significat re audita, vel postquam auditum est. *it being heard or reported. Liv.* l. 28. c. 7. Audito, Machanidam territum refugisse Lacedæmonem. *Sallust. in fragment.* apud *Priscian.* l. 18. pag. 1130. *Putsch.* Audito, Q. Marcium in Ciliciam tendere. *Tacit. Ann.* 14. c. 7. Audito, venisse nuntium.

AVE, *hail! all hail! be thou safe!* χαῖρε, salve, verbum imperativi modi, quo præcipue utebantur Latini in salutationibus: quod *Seneca* l. 6. *de benef.* c. 34. appellat *vulgare, et publicum verbum, et promiscuum ignotis.* Videtur autem significare vive, si verum docent Etymologi, et duci ab Hebræo חיה quod est *vivo.* Est autem defectivum verbum, cujus personæ usitatæ in subjectis exemplis apparent. *Cœlius ad Cicer. Fam.* 8. ep. 16. Dicere alicui ave. *Martial.* l. 3. epigr. 95. Nunquam dicis ave, sed reddis, Nævole, semper. *Catil. in fi. ep. ad Q. Catul. Sallust. in Catil.* c. 36. Aveto. *Martial.* l. 3. epigr. 5. Marcus avere jubet. (*Aveo, avebo, avere* huc pertinentia V. in *Aveo.*) ¶ Præcipue autem adhibebatur in salutationibus matutinis amicorum, et clientum. *good morrow! good morning!* Nam in vespertinis dicebant *vale*, ὑγίαινε, ut *Sueton. in Galba* c. 4. docet. *Martial.* l. 1. epigr. 56. Et matutinum portat ineptus ave. *Id. ibid.* epigr. 109. Mane tibi pro me dicat avere liber. Adde lib. 4. epigr. 79. et lib. 7. epigr. 38. ¶ Dicebant *ave* etiam mortuis, quemadmodum et *vale. farewell! adieu! Catull.* carm. 98. *Inferiæ ad fratr. tumul.* Atque in perpetuum, frater, ave, atque vale. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 735. n. 6. Avete animæ innocentissimæ. Adde pag. 649. n. 2. In illo *Martial.* l. 9. epigr. 8. non vis, Afer, avere, vale; *avere* accipiendum est eo sensu, quo vivos salutamus; *vale* eo, quo mortuos. ¶ Est etiam festiva ambiguitas apud *Sueton. in Claud.* c. 21. ubi narrat, commissa a Claudio naumachia, cum naumachiarii ante pugnam proclamassent: *Ave Imperator: morituri te salutant*: isque respondisset, *Avete vos*; recusasse illos post hanc vocem dimicare, putantes se ab eo esse dimissos venia pugnandi data. (Non solum enim accedenti alicui *ave* dicere mos fuit, sed etiam discedenti) Sed Claudius ad morem salutandi mortuos respexerat; illisque pugnæ ac morti proximis dixerat *avete vos.* ¶ Scribitur et *have* cum aspiratione, et quidem sæpius, quam sine ea, in antiquis monumentis, ut monet *Manut. in Orthogr.* allatis tredecim veteribus lapidib. quibus adde alios apud *Gruter.* p. 661. n. 6. pag. 822. n. 7. pag. 1123. n. 2. et alibi. Favet etiam Hebraica vox חיה quæ primam litteram aspiratam habet. Nihilominus aspirationem abjiciendam putat *Dausq. in Orthogr.* cujus sententiam, præter cetera, usus communior, qui nunc est, confirmare videtur. [*Quinctiliani* tamen ætate, ut ipse narrat *Institut.* l. 1. c. 6. *ante med.* obsoletum fuit *avēte, havēte* usitatum.]

AVECTUS, a, um, *carried off or away*, ἀπαχθεὶς, alio vectus. *Plaut. Mil.* 2. 1. 38. Ubi amicam herilem Athenis avectam scio. *Tacit. Ann.* 6. c. 34. Jason post avectam Medeam, &c. *Virg.* 11. *Æn.* v. 205. Avecta corpora. *Liv.* l. 5. c. 51. *sub fin.* Sacra, avecta in finitimas urbes, amovimus ab hostium oculis. ¶ Item qui alio discessit, et recessit. *Virg.* 2. *Æn.* v. 43. Creditis avectos hostes? *that they are gone? Silius* l. 6. v. 240. Catervæ longius avectæ. ¶ Scribitur et *Abvectus.*

AVĔHO, is, exi, ectum, a. 3. *to carry off or away*, ἀπάγω, abduco, alio veho. *Plaut. Rud.* 3. 6. 24. Eam hinc abduxisti. *La.* non: avexi. *Id. Bacch.* 4. 1. 2. Amicam secum avexit ex Samo. *Id. Men.* 5. 9. 56. Avehere aliquem a patria. *Id. ibid. prol.* v. 27. aliquem ad mercatum. *Liv.* l. 45. c. 33. aliquid domum. *Stat.* 6. *Theb.* v. 188. juvencum duras avexit pastor ad aras. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 3. Avehere in alias terras. ¶ Et omissa præpositione *Virg. Æn.* 1. v. 516. penitusque alias avexerat oras. *Liv.* l. 31. c. 43. *a med.* Equites mercede conductos Ægyptum avexit. ¶ *Avehi ex prælio*, a prœlio recedere. *to retreat. Liv.* l. 27. c. 16. Cum citato equo ex prœlio avectus esset. [¶ Absolute etiam adhibetur sine loci indicio. *Justin.* l. 20. c. 2. Obtentoque, quod petebant, haud secus læti, quam si Deos ipsos secum avecturi essent.] ¶ Scribitur et *abveho.* Testatur enim *Pierius ad cit. Virg. loc.* in omnib. fere codicib. quos vidit, *abvexerat* se legisse.

AVELLĀNA, æ, f. *a nut, hazle-nut, filbert*, λεπτοκάρυον, parvæ nucis genus, molli barba protectæ, putamen habentis et nucleum solidæ rotunditatis, et in medio nucleo intus germen, velut umbilicum. Ita *Plin.* l. 15. c. 22. describit. Sunt etiam avellanæ putamine, et nucleo oblongo, et ex crasso in acutum desinente. *Auct. Priapeor.* carm. 51. Nucemve longam, quam vocant avellanam. ¶ *Macrob.* l. 2. c. 14. docet *avellanam* esse fructum arboris, quæ dicitur *corylos*, quod et *Servius* admittit, ad illud *Virg.* 2. *Georg.* v. 65. Plantis et duræ coryli nascuntur, &c. Sed *Harduin. ad loc. Plin. cit. et Dalecamp. in not. ad hist. plant. Theophras.* id negant asserentes *avellanæ* quam coryli, specialius nomen esse. Porro *avellana*, ut *Plin. ibid.* scribit, primum dicta est *Abellina* ab *Abellina* Campaniæ oppido (de quo idem *Plin.* l. 3. c. 5. verba facit) ubi abundat. *Servius* autem *loc. cit.* tradit dictam esse ab *Avellano*, altero ejusdem Campaniæ oppido: quod est idem ac *Abella* apud *Virg.* 7. *Æn.* v. 740. et *Avella* apud *Sil.* l. 8. v. 545. ut est in quibusdam libris. Dicta est etiam *Prænestina*, teste *Macrob. loc. cit.* Hinc natio quædam hominum circa Prænestinum agrum *Carsitani* vocati sunt, ἀπὸ τῶν καρύων. *Plin.* tamen l. 17. c. 13. avellanas nuces a Prænestinis distinguit. Appellatur etiam *Pontica nux*, quia in Asiam, Græciamque ex Ponto advenit, ut *Plin. cit.* lib. 15. c. 22. narrat. ¶ Hæc vox adjectiva est, et cum absolute ponitur, *nux* intelligitur. *Plin.* l. 37. c. 4. Avellanæ nucleus. *Id.* l. 16. c. 30. Quædam arbores sunt fruticosi generis, ut paliurus, myrtus, item nux avellana. Apud *Scribon. Larg. composit.* 167. legitur *nux Abellana.*

AVELLO, is, avulsi, et avelli, avulsum, a. 3. *to pull, tear, or drag away, to pluck off*, ἀποσύρω, vi vello, abstraho, divello. *Cic. de Senect.* c. 19. Poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur; si matura, et cocta, decidunt. *Id. Verr.* 6. c. 49. *in fi.* Simulacrum e sinu Cereris avellendum, asportandumque curavit. *Lucan.* l. 9. v. 764. sepem Avulsitque manu piloque adfixit arenæ. *Al. leg.* avellitque. *Curt.* l. 5. c. 6. Abrupta simulacrorum membra, ut quisque avellerat, trahebat. *Terent. Hecyr.* 4. 1. 39. Avellere se se ab amica derepente. *Cic. pro Font. c. ult.* Filium de complexu matris avellere, atque abstrahere. *Tacit. Ann.* 1. c. 44. Avellere milites castris. *Stat.* 3. *Theb.* v. 299. ensem avellere dextra. *to wrest or wrench from the hand.* Et *Virg.* 2. *Æn.* v. 165. sacrato avellere templo Palladium. *Propert.* l. 4. eleg. 1. v. 118. Quam vetat avelli veste Minerva sua. *Plin.* l. 7. c. 15. Bitumen non quit sibi avelli. *Apulei.* l. 1. *Metam.* Cor ipsum mihi avelli putavi. ¶ Est etiam auferre, *to take away. Terent. Eun.* 3. 3. 14. Credo ei placere hoc (*rus*): sperat a me avellere. *Marcell. Dig.* lib. 23. *tit. ult.* leg. 17. Fundus emptori avelli non potest. *Ulpian. Dig.* lib. 40. tit. 7. leg. 3. Avelli numi ei, qui accepit, non possunt.

AVĒNA, æ, f. *an oaten straw or reed; oats*, βρῶμος, vel βρόμος. Duplex est: altera sativa, et esculenta, quæ jumentis in cibum datur, folio, et stipula tritico similis: cujus serendæ rationem *Colum.* l. 2. c. 11. tradit. Hujus meminit *Virg.* 1. *Georg.* v. 77. Urit enim lini campum seges, urit avenæ. Adde *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 84. ¶ Altera est sponte nascens, ac sterilis, eadem fere forma cum sativa, nisi quod asperiores, longioresque aristas habet, et in folliculis fere vacuis semen evanidum. Hæc inter vitia segetum enumeratur. *Virg. Georg.* 1. v. 154. interque nitentia culta Infelix lolium, et steriles dominantur avenæ. *Cic.* quoque hujus meminit l. 5. *de Fin. c. pœnult.* De utraque V. *Plin.* l. 18. c. 17. ¶ Sumitur etiam pro culmo, seu stipula cujuscumque herbæ, *any straw, pipe, stem, blade, reed*, &c. *Plin.* l. 19. c. 1. *de lino.* Tam parvo semine nasci, tam gracili avena, tam non alte a tellure tolli. *Id.* l. 24. c. 18. Eriphiam multi prodidere. Scarabæum hæc in avena habet, sursum deorsum decurrentem cum sono hædi: unde et nomen accepit. *Scilicet* ἐρίφιον *parvum hædum significat.* ¶ Item pro fistula, tibia, *a pipe, flute, flageolet.* Nam avenæ calami intus vacui sunt, ut arundinum. Hinc *Plin.* l. 6. c. 30. scribit, quoddam hominum genus uno tantum foramine spirans, potum calamis avenæ trahere. et *Tibull.* l. 3. eleg. 4. v. 71. pellucenti cantus meditabar avena. *Virg. Ecl.* 1. v. 2. Silvestrem tenui Musam meditaris avena. *Ovid. Metam.* 2. v. 677. et structis cantat avenis. *h. e.* calamis inæqualibus in unum compactis. Sic *Metam.* 8. v. 191. Sic rustica quondam Fistula disparibus paulatim surgit avenis.

AVENACĔUS, a, um, *oaten, relating to oats*, qui est ex avena. *Plin.* l. 22. *c. ult.* Avenacea farina decocta in aceto nævos tollit. Adde lib. 30. cap. 8. *in fin.*

AVENARĬUS, a, um, ad avenam pertinens. *Avenaria cicada*, item *frumentaria* dicitur a *Plin.* l. 11. c. 26. *in fi.* genus cicadæ apparens simul cum frumentis arescentibus.

AVENS, tis, cupiens, cupidus. *desirous, eager. Ovid.* 2. *Metam.* v. 503. propiusque accedere aventi Vulnifico fuerat fixurus pectora telo. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 123. Talem

dira sibi scelerisque, dolique ministram Quærit avens. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 3. Caligula aventibus cunctis deligitur. ¶ *Avens* pro *libens* usurpavit *Lævius* apud *Gell.* l. 19. c. 7.

AVENTER, *eagerly, earnestly,* cupide. *Ammian.* l. 18. c. 5. (*al.* 10.) et lib. 19. c. 9. (*al.* 19.) Aventer suscipere aliquem. *Sidon.* l. 2. ep. 2. Contubernio nostro aventer insertus.

AVENTINENSIS, et Aventiniensis, se, ad Aventinum pertinens. *Festus* in *Nesi.* Ara Dianæ Aventinensis. *Valer. Max.* l. 7. c. 3. n. 1. Aventiniensi Dianæ immolare. *h. e.* quæ in Aventino monte templum habet. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 39. n. 5. Porticus Minervæ Aventinens.

AVENTĪNUS, i, m. et Aventinum, i, n. [† hod.] *Monte Aventino,* unus e septem collibus Urbis Romæ, a Tiberi, a quo alluitur, secundum Velabrum, et Appiam viam, ad portam usque Capenam excurrens, et ab ea conversus usque ad portam Hostiensem pertingens, indeque ad Tiberim rediens: longior, quam latior, et angusta valle divisus duos vertices extollens. Quidam ita dictum putant ab *avibus,* quod eo se ab Tiberi ferrent aves: alii ab Aventino Albanorum Rege, qui fuit filius Romuli Silvii, ibique sepultus est: alii ab *adventu* hominum, quod commune Latinorum ibi Dianæ templum sit constitutum. Ego maxime, inquit *Varro* l. 4. L. L. c. 7. ubi eas opiniones refert, puto ab advectu. Nam olim paludibus mons erat ab reliquis disclusus: itaque eo ex urbe qui advehebantur ratibus, quadrantem solvebant. Idem tamen *Varro* de vita pop. Rom. apud *Serv. ad Æn.* 7. v. 657. tradit Sabinos a Romulo in civitatem acceptos, hunc montem primos incoluisse, et ab *Avente* fluvio provinciæ suæ denominasse. ¶ Quando masculino genere effertur, additur vox *mons,* vel certe subintelligitur. Absolute usurpatur etiam neutro genere. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 69. Extremo in Aventino. *Liv.* l. 1. c. 33. Ut jungeretur Palatio Aventinum. *Id.* l. 3. c. 67. Aventinum capitur. ¶ Fuit etiam *Aventinus* unus ex filiis Herculis. *Virg. Æn.* 7. v. 656. satus Hercule pulcro Pulcher Aventinus.

AVENTĪNUS, a, um, adject. ad Aventinum montem pertinens. *Ovid. Fast.* 6. v. 82. Aventina humus. et v. 728. Aventina arx. *Id.* 3. *Fast.* v. 329. Aventina silva. *Id.* 4. *Fast.* v. 67. Aventinæ herbæ. *Propert.* l. 4. eleg. 1. v. 50. Remus Aventinus. *scil.* quia in Aventino auspicatus fuit de urbe condenda, deque ejus imperio obtinendo, ut *Fest.* in *Remurinus,* et *Liv.* l. 1. c. 6. docent.

AVĔO, es, a. 2. *to desire earnestly, long for, covet, wish,* verbum defectivum, ἐπιθυμῶ, γλίχομαι, cupio, concupisco. Usurpatur fere cum alterius verbi infinito: raro cum accusativo. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 15. Aveo scire quid agas. *Id.* 2. *de Fin.* c. 14. Etiam quid in cœlo fiat, scire avemus. *Id. Attic.* l. 2. ep. 18. Quam suspenso animo scire averes, quid esset novi. *Tacit. Ann.* 4. c. 71. Avebat animus anteire. *Colum.* l. 3. c. 21. Si capere fructum aveat. *Lucret.* l. 3. v. 1096. dum abest, quod avemus. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 93. finire laborem Incipias, parto, quod avebas. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 11. *ad fin.* Aveo genus legationis, ut cum velis introire, exire liceat. *Silius* l. 9. v. 371 Aspera semper avens. *Al. leg.* amans. ¶ Pro valere, *to be well.* usurpavit *Mamertin. in gratiar. action. ad Julian.* Cum enim eum salutans Imperator dixisset *Ave consul amplissime,* respondit is cap. 29. Aveo plane, Imperator, et avebo. Neque enim eventus esse potest optati hujus ambiguus, cum is avere jubeat, qui jam fecit, ut averem. ¶ Scribitur et *haveo* cum aspiratione: sed sine ea est usitatius. ¶ Si *Paulo* credimus *Festi* epitomatori, significat etiam gaudere. ¶ *Ave* in salutationibus, V. supra suo loco.

AVERNĀLIS, le, ad Avernum pertinens. *Horat. Epod.* 5. v. 26. Spargens Avernales aquas. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 540. Avernales Nymphæ. *Stat.* l. 2. silv. 6. v. 101. Avernales Naiades. *Propert.* l. 4. eleg. 1. v. 49. Avernalis tremulæ cortina Sibyllæ. *h. e.* quæ apud Avernum lacum habitavit.

AVERNUS, ni, m. [† nunc] *Averno,* Ἄορνος, lacus est in Campania, teste *Plin.* l. 3. c. 5. apud antrum Sibyllæ Cumanæ, Cumis, Baiis, et Puteolis proximus, Lucrinoque olim junctus: qui nunc dicitur *lago d' Averno,* et *lago di Tripergola.* Ejus aquæ densis opertæ silvis adeo putentes olim fuerunt, ut supervolitantes aves odore gravi exanimatæ deciderent, ut *Varro* docuit apud *Plin.* l. 31. c. 2. et *Lucret.* l. 6. v. 738. Unde nomen ab α privativa, et ὄρνις, ιθος, avis, quia nullæ ibi aves degerent. *Cic. Tuscul.* l. c. 16. Inde in vicinia nostra Averni lacus. ¶ Hinc fabulantur Poetæ, esse ibi descensum ad inferos: ipsumque Avernum pro Inferis ponunt. *Hell, the Shades, Hades. Martial.* l. 7. epigr. 46. taciti regnator Averni. *h. e.* Pluto. *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 9. v. 27. Hunc quoque summa dies nigro submersit Averno. *Lucan.* l. 6. v. 636. Extractus Stygio populus pugnasset Averno. *Claudian.* l. 1. *de rap. Pros.* v. 116. Fulgidus umbroso miscebitur axis Averno. In plur. num. *Virg.* 7. *Æn.* v. 91. atque imis Acheronta affatur Avernis. ¶ Interdum Poetica libertate confunditur cum Acheronte, et Styge, ut in *Acheron* ex *Servio* adnotavimus. *Stat.* l. 11. *Theb.* v. 588. pigri sulcator Averni. *h. e.* Charon. ¶ Narrat idem *Servius ad Æn.* 3. v. 442. lacum Averni ab Augusto fuisse purgatum, excisisque circa silvis salubrem redditum, et amœnum: quod colligitur etiam ex *Martial.* l. 1. epigr. 63. ¶ *Id. Serv. ibid.* docet hanc vocem in plurali numero neutrius generis esse, quia dixit ibi *Virg.* et Averna sonantia silvis. et *Æn.* 5. v. 732. Averna per alta. Sed ibi subaudiendum est *loca.* Est enim adjectivum. V. vocem sequent. [¶ Avernus ipse pro Deo est habitus, et simulacro honestatus. *Servius ad Virg. Georg.* l. 2. v. 162. simulacrum Averni sudasse memorat.]

AVERNUS, a, um, adject. *Avernus locus* dicitur, unde teter exhalat odor, et ubi aves non degunt: ab α privativa, et ὄρνις, avis. *Lucret.* l. 6. v. 738. Nunc age Averna tibi quæ sint loca cumque, lacusque, Expediam; quali natura prædita constent. Principio quod averna vocantur, nomen id ab re Impositum est, quia sunt avibus contraria cunctis, &c. Adde *Sil.* l. 6. v. 154. ¶ Speciatim dicitur de Averno lacu Campaniæ. *Virg.* 2. *Georg.* v. 164. Tyrrhenusque fretis immittitur æstus Avernis. *Id.* 6. *Æn.* v. 118. et v. 564. Luci Averni. *Ovid. Metam.* 10. v. 51. Avernæ valles. ¶ Item de ipsis Inferis. *Infernal. Virg.* 4. *Georgic.* v. 493. Stagna Averna. *Sil.* l. 15. v. 76. Tenebræ Avernæ. *Ovid. Metam.* 14. v. 114. et *Sil.* l. 13. v. 601. Juno averna. *h. e.* Proserpina.

AVERRO, ris, erri, ersum, a. 3. *to brush away,* verrendo amoveo: et translate aufero, asporto. *Licin. Macer* apud *Priscian.* l. 10. pag. 900. *Putsch.* Quos oportuit amissa restituere, hisce etiam reliquias averrerunt.

AVERRUNCASSO, V. in voce sequenti.

AVERRUNCO, as, a. 1. *to turn away, remove, prevent; avert, forefend, expiate,* ἀποτρέπω, averto, depello, prohibeo: ex *ab,* et *verrunco,* verto. Dicitur ferre de malis, quæ averti a nobis optamus. *Cato R. R.* c. 141. Uti calamitates, intemperiasque prohibessis, defendas, averruncesque. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 2. Contra igitur? dii, inquis, averruncent. *Liv.* l. 8. c. 6. Placuit averruncandæ deum iræ victimas cædi. *Id.* l. 10. c. 23. Eo anno prodigia multa fuerunt: quorum averruncandorum causa supplicationes in biduum Senatus decrevit. *Arnob.* l. 1. pag. 18. Hæc procul a nobis averruncetur amentia. ¶ *Averruncasso, is,* antique pro *averruncavero, is,* ut *levasso, impetrasso,* &c. *Pacuv.* apud *Fest.* in *Veruncent,* et *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. *a med.* Dii monerint meliora, atque amentiam averruncassint tuam. *Non.* c. 2. n. 49. hæc verba *Lucilio* tribuit: at cap. 10. n. 22. *Pacuvio.* ¶ *Averruncassere* futurum est infiniti, antiquis usitatum ut *impetrassere, expugnassere,* et alia. *Pacuv.* apud *Non. loc. cit.* Possum ego istam capite cladem averruncassere? Ubi notandus est ablativus omissa præposit. quæ inest in ipso verbo. Simul advertendus modus hic conjungendi futurum infiniti cum verbo *possum,* per archaismum non imitandum.

AVERRUNCUS, i, m. *the averter of evil,* ἀποτρόπαιος, qui mala depellit, avertit, arcet: et ita dicebatur a Latinis deus malorum depulsor. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. *ad fin.* A vertendo, averruncare: ut deus, qui iis rebus præest, averruncus. Itaque ab eo precari solent, ut pericula avertat. *Gell.* l. 5. c. 12. *in fi.* In istis autem diis, quos placari oportet, uti mala a nobis, vel a frugibus natis amoveantur, Averruncus quoque habetur, et Robigus.

AVERSABĪLIS, le, *abominable,* dignus, quem aversemur, fugiendus, abominandus, ἀπευκτὸς, ἀπότροπος. *Lucret.* l. 6. v. 389. Scelus aversabile. Quidam leg. *adversabile,* sed minus recte. *Arnob.* l. 7. pag. 249. Aversabilis fœditas.

AVERSATĬO, onis, f. *a turning away from in disgust, avoiding, shunning,* actus aversandi, recusatio, fastidium, ἀποτροπιασμός. *Quintil.* l. 8. c. 3. Mihi cernere videor et deformes utriusque blanditias, et eorum; qui aderant tacitam aversationem, ac timidam verecundiam. *Senec. de tranquill.* c. 2. *a med.* Aversatio alienorum processuum, et suorum desperatio.

AVERSĀTRIX, icis, f. quæ aversatur, atque odit. *Tertull. de anim.* c. 51. Non reliquiis animæ adulatrix, sed crudelitatis aversatrix.

AVERSĀTUS, a, um, particip. ab aversor, aris. *Ovid.* l. 2. *ex Pont.* ep. 3. v. 5. afflictum non aversatus amicum. *having turned his back on.* [¶ Passiva significatione] *Aurel. Vict. in Epitom.* cap. 28. Petulantius cachinnantem vultu notare aversato.

AVERSIM, adverb. avertendo. *Claud. Mamert. de statu anim.* l. 1. c. 25. Duabus paribus lineis sive aversim positis, sive a capite contingentibus figura non clauditur. *Al. leg.* adversim, *h. e.* ex adverso.

AVERSĬO, onis, f. *the act of turning away,* ἀποτροπὴ, actus avertendi, cui contraria est conversio. *Arnob.* l. 7. pag. 251. Aversionib'. stomachorum dii laborant. ¶ Est hoc nomine figura rhetorum, quæ a proposita quæstione abducit audientem, ut in illo *Virg. Æn.* 4. v. 425. Non ego cum Danais Trojanam exscindere gentem Aulide juravi. *a figure of rhetoric; a sort of apostrophe.* Est hoc schema species quædam Apostrophes, et fit multis et variis figuris, cum aut aliud exspectasse nos, aut majus aliquid timuisse simulamus, aut plus videri posse ignorantibus, quale est procœmium pro Cœlio. Hæc ex *Quintil.* l. 9. c. 2. ¶ Apud Jurisconsultos *aversione,* vel *per aversionem emere,* vel *vendere* est aliquid simul, et acervatim uno pretio emere, vel vendere, sive illud sit unius tantum generis *v. gr.* vinum in multa quantitate; sive plurium generum, ut supellex aliqua, instrumenta domus, et hujusmodi: *to buy or sell by the lot or gross,* ὠνεῖσθαι, ἢ πωλεῖν ἀθρόως ἐν ὁμάδι. quod facere solebant sectores, qui, ut ait *Ascon. in Verr.* 3. c. 23. *extr.* bona condemnatorum semel auctionabantur, proque iis pecunias pensitabant singulis; ac postea pro compendio suo singulas quasque res pecunia populo venditabant. De hac re multa *Caius Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 35. Videtur autem *Hotomano* hac notione *aversio* non ab *avertendo,* sed ab *averrendo* deduci: quia omnia simul uno tempore quasi everriculo averruntur. *Modestin. Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 62. Res aversione empta, vel si non dolo venditoris factum sit, ad periculum emptoris pertinebit. *Ulpian. ibid.* tit. 6. leg. 4. Vino per aversionem vendito finis custodiæ est avehendi tempus. ¶ *Aversione,* vel *per aversionem locare,* aut *conducere aliquid* est ita locare, vel conducere, ut non per partes vel mensuras, sed universim locetur, aut conducatur. *to let out or hire by the whole piece.* Verbi gratia si navem amphorum duorum millium aversione conduxisti pro duobus millibus pretium debes: si pro numero impositarum amphorarum merces constituta est, contra se habet. nam pro tot amphoris pretium debes, quot portasti, inquit *Labeo Dig.* lib. 14. tit. 2. *leg. ult.* ex *Paulo.* Simili ratione opus aliquod aversione conductum, donec approbetur, conductoris periculo est. Quod vero ita conductum sit, ut in pedes, mensurasve præstetur, eatenus conductoris periculo est, quatenus admensum non sit. Ita *Florentin.* lib. 19. tit. 2. leg. 36. Sic *Ulpian.* lib. 14. tit. 1. leg. 1. Navem a domino per aversionem conducere. ¶ Sunt qui has locutiones ita explicant, ut *aversione vendere,* vel *locare* dicatur is, qui rei venditæ, vel locatæ periculum omne a se in emptorem, vel conductorem avertit: et *aversione emere,* vel *conducere,* qui rei emptæ, vel conductæ periculum omne in se suscipit. Sed eodem recidit. Nam qui in universum aliquid vendit, aut locat, nullum ejus rei periculum præstare solet: et qui ita emit, in se recipere consuevit. Sunt etiam qui *adversionem* malunt, ut *adversione emere* significet emere aliquid eo jure, ut omnis ejus rei fructus in ementis commodum vertantur. Atque in hunc sensum trahunt locum *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 13. quem tamen alii aliter explicant. Sed in optim. Editionib. Digestor. *Torrentini, Haloandri,* et aliis *aversio* non *adversio* constanter legitur. ¶ Denique *aversio* sumitur pro animo averso, fastidio, odio, *aversion, dislike, hatred. Dictys Cret. de B. Trojano* l. 4. c. 18. Non metu mortis se patriam deserere, sed deorum coactum aversione. *Auct. lib. de B. Hispan.* c. 22. Ex aversione legatos jugularunt. Al. aliter leg.

AVERSOR, oris, m. qui aliquid avertit, et intercipit. *Cic. Verr.* 7. c. 58. Verres aversor pecuniæ publicæ. *the embezzler of the public money.*

AVERSOR, aris, atus sum, dep. 1. *to turn aside toward some other direction; to turn from in disgust, refuse, decline, shun, avoid, abhor, abominate,* ἀποτρέπομαι, ἀποτροπιάζομαι, vultum alio verto, et fastidium, aut indignationem significo: et generatim refugio, recuso, abominor. *Cic. Verr.* 4. c. 76. Quærere incepimus de Carpinatio, quisnam esset is Verrutius: hærere homo, aversari, rubere. *Al. leg.* adversari: *al.* versari. *Id. pro Cluent.* c. 63. Aversari advocati, et jam vix ferre posse. *Liv.* l. 8. c. 7. Extemplo filium aversatus. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 3. v. 5. afflictum non aversatus amicum. *Id.* l. 1. *Fast.* v. 5. Aversari honores. *Tacit. Ann.* 14. c. 51. aspectum alicujus. *Liv.* l. 3. c. 12. *in fi.* preces. *Sueton. in Tiber.* c. 27. adulationes. *Curt.* l. 8. c. 10. imperium. *h. e.* detrectare. *Id.* l. 6. c. 7. scelus. *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 11. v. 38. crimina.

AVERSUS, a, um, *turned away,* ἀποτρεπόμενος. *Plin.* l. 2. c. 80. Aversus fluminum cursus. *Id.* l. 4. c. 12. Sol aversus. *setting or going down. Colum.* l. 12. c. 4. Locus aversus a sole. *shady retreat. Liv.* l. 2. c. 8. *in fi.* Aversus a proposito. *h. e.* digressus, seu omittens id, quod agebat. *Id.* l. 40. c. 57. *in fi.* Romanis aversis in Bastarnarum bellum, recuperaturum se quæ amisisset. Et l. 43. c. 18. Ne quid, averso se in Romanum bellum, periculi subesset. ¶ *Pecunia aversa* dicitur, quæ in alios usus insumpta est, ac destinata erat, ablata, intercepta. *turned aside from the use originally intended; purloined, embezzled. Cic.* 3. *Verr.* c. 13. Aversa pecunia publica. Sic *Id. Verr.* 5. c. 69. *in fi.* Innumerabilis frumenti numerus aversus a Republica. Huc pertinet *oneris aversi actio* apud Jurisconsultos: et dicitur ea, quæ datur adversus nautam, cujus in nave onus, seu sarcina aliqua ejus culpa interversa, ac surrepta sit. *Alfen. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 31. An ceteri pro sua parte frumenti cum nauta agere possent oneris aversi actione, &c. ¶ Est item *aversus,* qui in posteriorem partem versus est: cui opponitur *adversus.* [*Cic.* 2. *de Orat.* c. 63. Aversus et adversus impudicus es.] *Cic. Fam.* 15. ep. 4. Cum viderem copias a Cappadocia aversas. *h. e.* quæ terga verterant Cappadociæ, et ab ea discesserant. *Galba ad Cicer.* l. 10. *Fam.* ep. 30. Aversos hostes aggredi. *from behind; in the rear.* Et *Virg.* 4. *Georg.* v. 423. juvenem in latebris aversum a lumine Nympha collocat. *with his back to the light. Id.* 6. *Æn.* v. 224. subjectam more parentum Aversi tenuere facem. *with their heads turned away; with their eyes averted; looking backwards. Plaut. Rud.* 1. 2. 87. Aversus dextrovorsum. *Plin.*

l. 8. c. 36. Ursi arborem aversi derepunt. *descend backward, or with the back foward.* *Id.* l. 11. c. 37 et 52. Aversa pars capitis. *h. e.* occiput. *Id.* l. 7. c. 2. Homines aversis post crura plantis. *Id.* l. 36. c. 15. Theatra duo inter se aversa, *h. e.* a postica parte se respicientia. ¶ Item inversus, [illegible]. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 332. averso siccabat vulnera cæstu. *Plin.* l. 11. c. 45. et l. 28. c. 4. Aversa manu. *Martial.* l. 8. epigr. 62. Scribere in charta aversa. *h. e.* [illegible], ut ait *Juvenal.* sat. 1. v. 6. ¶ *Aversus*, a, absolute. *Liv.* l. 37. c. 27. Ad aversa insulæ trajicere. *Id.* l. 2. c. 65. Per aversa castrorum. *parts behind the camp.* *Plin.* l. 4. c. 11. Aversa montis. *Id.* l. 37. c. 8. Aversa Indiæ. *h. e.* ultimæ, et longinquiores regiones Indiæ. *Id.* l. 11. c. 45. Suffraginum artus in aversum. [illegible] et cap. 47. Circumagere collum in aversum. ¶ Translate significat alienum, abhorrentem, iratum, inimicum, contrarium, *averted, rendered averse, contrary, inimical, hostile.* *Virg.* 2. *Æn.* v. 170. fractæ vires, aversa deæ mens. *Id.* 12. *Æn.* v. 647. Aversa voluntas. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 29. aversos componere amicos. *Liv.* l. 24. c. 20. Aversis [illegible], animisque. *Petron. in Satyr. c. ult.* Stomachus aversus. *h. e.* cibum fastidiens. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 80. Aversus animus. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 15. Motus aversi a ratione, et inimicissimi mentis. *Brut. ad. Cicer.* ep. 16. Dii aversi a salute populi Romani. *Cic. pro Arch.* c. 20. Aversus a musis. *Id. Catil.* 3. c. 9. Aversus a vero. *Id. Attic.* l. 11. ep. 5. *in fi.* Aversissimo animo esse ab aliquo. *Senec.* l. 2. *de Ira*, c. 24. Vultus aversior. *Id.* ep. 90. Aversissimus ab istis prodigiis sum. Et omissa præposit. quæ inest in ipso verbo, *Horat.* l. 2. sat 3. v. 107. Aversus mercaturis. *Colum.* l. 12. c. 1. Villicus aversus contubernio. ¶ Nisi malis his locis esse dativum casum. Nam et hunc regit. *Quintil.* l. 7. c. 1. Judex reliquorum defensioni aversior. ¶ Cum genitivo more Græco. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 26. Quos nobis ob Regem aversos animi cognoverat.

AVERTA, æ, f. *the cloak-bag carried behind a horse*, pera, mantica, quæ equo imponitur in itinere. Ita *Acron Scholiast. Horatii ad* l. 1. sat. 6. v. 106. interpretatur. Videtur autem inde nomen sumpsisse, quod in aversa, seu posteriore equi parte ferri solet. *Imp. Leo* lib. 12. *Cod.* tit. 54. qui est *de cursu publico*, leg. 12. Sexaginta libras sella cum frenis, sexaginta itidem averta non transeat. In *Cod. Theodos.* lib. 8. tit. 5. leg. 47. hæc eadem verba habentur. *Impp. Valentinian Theodos. et Arcad. ibid.* leg. 48. Sint præterea duo palatini prosecutores singularum rhedarum, cum tribus servis, habentes quinquagenarum librarum avertas, &c. Ex quibus satis liquet, perperam a *Bud. in Adnotationib. poster. in Pandect.* accipi *avertam* pro loro latiore, quod per terga equi excurrit, sub aliis ejus succinctum: et ab *Accursio*, et *Alciato* pro pectorali equi, vel ornamento, quo habenæ figuntur. *the head-stall of a bridle, to which the reins are fastened.*

AVERTARIUS, ii, m. subaudi *equus*, est qui ferendis avertis, seu manticis in itinere assumitur. *Impp. Valentinian.* et *Vales.* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 22. Ut parhippum, vel avertarium nullus accipiat, nisi, &c.

AVERTENS, tis, particip. qui avertit. *Avertentes dii* sunt, qui præsunt malis avertendis, et propulsandis, qui et *Averrunci* dicuntur. *Tarquitius Prisc.* apud *Macrob.* 2. *Saturnal.* c. 16. Arbores, quæ inferum Deorum, avertentiumque in tutela sunt.

AVERTO, is, erti, ersum, a. 3. *to turn off or away, avert, withdraw, remove*, ἀποτρέπω, ab una in aliam partem verto, abduco, removeo: ex *a*, et *verto*: cui contrarium est *adverto*. *Cic. Phil.* 5. cap. 14. Lepidus, Antonio diadema Cæsari imponente, se avertit. *Id. pro Balb.* c. 5. Removere oculos, et se totum avertere. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 60. *in fi.* Flumina arcere, dirigere, avertere. *Id. pro Cæcin.* c. 12. Repellere, fugare, avertere aliquem. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 56. Avertere aliquid ab oculis alicujus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 16. iter ab aliquo loco. *Cic. ad Brut.* ep. 3. hostem ab urbe. *Plaut. Rud.* 1. 2. 76. scapham ab saxo ad litus. *Liv.* l. 4. c. 20. ora civium a curru dictatoris in se. *Plaut. Amph.* 3. 2. 18. Te volo uxor colloqui: quonam te avertisti? *Alc.* ita ingenium meum est: inimicos semper osa sum obtuerier. *Cic. Phil.* 6. *c. ult.* Avertere conatus alicujus a Republica. *Id. pro Mur.* c. 21. aliquem a spe adipiscendi. *Liv.* l. 23. c. 18. ab incepto. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 10. ab amore. et l. 16. ep. 7. ab infamia. *Id. de Amic.* c. 1. et *in Orat.* c. 40. et *pro Sext.* c. 31. mentem, *aut* animum alicujus ab aliqua re. *Id. Fam.* 6. ep. 1. cogitationem a miseriis. *Liv.* l. 3. c. 24. certamen ab lege in disceptationem comitiorum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 4. se totum ab amicitia alicujus. *Sueton. in Ner.* c. 52. aliquem a Philosophia. *Tacit. Ann.* 15. c. 45. Avertere a se invidiam. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 8. Avertere orationem. *to turn, shift, change, alter.* *Sueton. in Oth.* c. 3. suspicionem. *Id. in Claud.* c. 29. et transferre periculum. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 136. Avertere morbos. *Id.* l. 1. sat. 5. v. 14. ranæque palustres avertunt somnos. *Sallust. in Jug.* c. 119. Avertere animos popularium. *to alienate, estrange, subvert, seduce.* Sic *Id. in fragment.* 4. *Hist. in epist. Mithrid. ad Arsac.* Avertere aliquem per dolum. *Virg.* eclog. 8. v. 66. sensus sanos alicujus sacris magicis. *h. e.* incantamentis a sanitate mutare, pervertere. ¶ Sæpe habet post se solum accusativum cum præposit. *in*, vel *ad*: et tunc subintelligitur semper ablativus aliquis. *Liv.* l. 22. c. 19. Avertere classem hostium in fugam. *supple* a prœlio. *Id.* l. 31. c. 11. culpam in alium. *h. e.* a se avertere, et in alium transferre. (eodem modo locutus est *Quintil.* l. 11. c. 1.) *Id.* l. 36. c. 7. Aliquem in cogitationem alicujus rei. *Et mox.* se ad consuetum imperium. ¶ Passive *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 20. Qua ex re futurum, uti totius Galliæ animi a se averterentur. *h. e.* alienarentur. *Stat.* l. 2. sil. 1. v. 7. Odistique chelyn, surdaque averteris aure. *h. e.* audire recusas. *Petron. in Satyr.* c. 110. Libidine averti usque ad furorem. *h. e.* præ libidine a recto, et honesto discedere usque ad furorem. *Sallust. in Jug.* c. 107. Bocchus statim avertitur. *h. e.* fugatur. ¶ Et deponentis more cum accusativo, *Virg.* 3. *Georg.* v. 499. Equus fontes avertitur. *h. e* avertit se, et fontes fastidit. *Petron. in Satyr.* c. 124. Mitis turba deum terras exosa furentes Deserit, atque hominum damnatum avertitur agmen. Adde *Stat.* 6. *Theb.* v. 192. ¶ *Dii omen avertant* formula deprecantis malum omen. *Cic. Fam.* 12. epist. 6. Qui si conservatus erit, vicimus: sin (quod dii omen avertant) omnis omnium cursus est ad vos. Sic *Id. Phil.* 4. c. 4. Quibus M. Antonius (o dii immortales avertite, et detestamini, quæso, hoc omen.) urbem se divisurum esse promittit. ¶ *Avertere pecuniam*, aut rem hujusmodi aliam, est intervertere, intercipere, auferre. *to purloin, embezzle.* *Cic. Verr.* 3. c. 4. Reperiemus, quibus probemus, istum in quæstura pecuniam publicam, Carboni consuli datam, avertisse. *Id. Fam.* 12. ep. 26. Ne patiare, Erotem Turium, ut adhuc fecit, hereditatem Turianam avertere. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 59. Stipendium equitum fraudabant, et prædam omnem domum avertebant. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 5. Auratam optantes Colchis avertere pellem. *to carry off; bear away.* *Liv.* l. 37. c. 8. *extr.* Ingentem prædam intra paucos dies averterunt. ¶ Habet interdum ablativum sine præposit. quæ inest in ipso verbo. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 37. cara pisces avertere mensa. *Virg.* 1. *Æn.* v. 42. Nec posse Italia Teucrorum avertere Regem. *Lucret.* l. 4. v. 1266. atque locis avertit seminis ictum. *Stat.* l. 7. *Theb.* v. 110. animumque avertere veris. Adde l. 4. v. 92. et *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet. in fi.* ¶ Raro dativum. *Colum.* l. 6. *c. pænult.* Ne fœmina admissario ascendenti avertere se possit. *h. e.* vertere se a suo loco contra admissarium. *Propert.* l. 3. *eleg. ult.* v. 9. Quod mihi non patrii poterant avertere amici. *h. e.* a me avellere. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 491. Avertere aliquem alicui. *h. e.* abducere. ¶ Nonnunquam usurpatur sine casu, more neutrorum, et significatione passiva: ita tamen ut accusativus aliquis facile subintelligatur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 406. Dixit, et avertens rosea cervice refulsit. *h. e.* avertens se. *Id. ibid.* v. 108. tum prora avertit, et undis Dat latus. *Gell.* l. 4. c. 18. Id cum dixisset, avertit, et ire in Capitolium cœpit. Adde *Silium* l. 15. v. 587. et *Sever. in Ætna*, v. 150.

AUFANIÆ MATRONÆ, de quibus mentio fit *in Inscript.* apud *Gruter.* pag. 90. n. 11. et apud *Reines.* class. 1. n. 175. videntur rectius appellandæ *Tanfaniæ* a Dea *Tanfana*, cujus templum celeberrimum fuit apud Marsos Germaniæ populos, ut in *Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 51. legitur. Ita he his judicat ipse *Reinesius loc. cit.*

AUFEIA LEX dicta est a quodam Aufeio trib. pleb. qui tulerat de restituenda Ariarathis filio possessione regni paterni Cappadociæ, quod armis Mithridates occupaverat. Contra quam dixit C. Gracchus: ejusque orationis fragmentum extat apud *Gell.* l. 11. c. 10. ¶ Præterea *Aufeia* dicta est primum ea aqua, quæ postea *Marcia* appellata est teste *Plin.* l. 31. c. 3. ¶ Quia vero *Aufeiæ familiæ* nulla alibi in veteribus monumentis mentio fit; mallent Eruditi *Saufeia* utroque loco reponi, quæ ex *Cicerone*, ex numis, ex lapidibus celeberrima est.

AUFĔRO, ers, abstuli, ablatum, a. anom. *to take or bear away, carry off; withdraw, remove*, ἀφαιροῦμαι, ἀποφέρω, tollo, adimo, detraho, abduco: ex *au*, et *fero* (V. *Au.*) Sæpe ponitur pro tollere, removere, asportare. *Terent. Andr.* 1. 1. 1. Vos isthæc intro auferte. *Plaut. Men.* 4. 3. 16. Tibi habe, aufer, utere. *Id. Mil.* 3. 1. 165. Remove, abi, aufer. *Id. Aulul.* 3. 6. 46. Auferre aulam in fanum. *Id. Asin.* 2. 4. 18. Auferre stercus ab janua. *Id. Men.* 4. 2. 63. Aufer manum. *h. e.* abstine manum; ne tangas. *Terent. Adelph.* 5. 8. 14. Insanis? aufer. *h. e.* vel te, vel manum: aut pro eo, quod est *abi*, ut sit, *aufer te*. Ita *Donatus.* *Cic.* 2. *de Fin.* c. 8. Asoti, qui in mensam vomant, et qui de conviviis auferantur. *are carried from table.* Sic *in Orat.* c. 8. *extr.* Quis eum ferret? aut quis potius non juberet auferri? *Plaut. Amph.* 1. 1. 203. Auferere, non abibis, si ego fustem sumpsero. *Tacit. in Agric.* c. 31. Hi per delectus alibi servituri auferuntur. *Sil.* l. 10. v. 280. Auferre equum calcaribus. *h. e.* subducere, alio agere. ¶ *Auferre se* est abire, amovere, se, abripere se, *to retire, go away, withdraw.* *Plaut. Rud.* 4. 3. 93. Te obsecro hercle, aufer te modo. *Id. Asin.* 2. 4. 63. Aufer te domum. *Terent. Phorm.* 3. 3. 26. Aufer te hinc. *take yourself away from hence.* *Virg.* 11. *Æn.* v. 713. conversisque fugax aufertur habenis. *Id. ibid.* v. 867. Opis ad ætherium pennis aufertur Olympum. ¶ Cum ablat. sine præposit. *Phædr.* l. 1. fab. 8. *extr.* Ingrata es, inquit, ore quæ nostro caput Incolume abstuleris, et mercedem postules. ¶ Significat etiam omittere, linquere. *Terent. Phorm.* 1. 4. 46. Aufer mihi, oportet: quin tu quod faciam, impera. *away with that word* oportet. *Plaut. Curcul.* 2. 1. 30. Aufer ista, quæso; atque hoc responde, quod rogo. *Id. Pers.* 5. 2. 19. Jurgium hinc auferas. *Id. Trucul.* 4. 4. 8. Aufer nugas. ¶ Cum infinito *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 44. aufer me vultu terrere. ¶ Item accipere ab aliquo, impetrare, consequi, obtinere, *to obtain, gain possession of, receive.* *Plaut. Curcul.* a. 3. v. 58. Tuo arbitratu, dum auferam abs te id, quod peto. *Cic. ad Planc.* post ep. 16. l. 16. *ad Attic.* Verba fecimus pro Buthrotiis: liberalissimum decretum abstulimus. *Id. pro Quint.* c. 9. Unde eo plus opis auferret, quo minus attulisset gratiæ. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 56. Auferre responsum ab aliquo. *Id. pro Quint.* c. 5. paucos dies ab aliquo. *to obtain a few days' respite.* *Plaut. Rud. prol.* v. 20. litem. *to gain, carry.* *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 55. aufert Pacuvius docti famam senis, Accius alti. *Cic. Verr.* 3. c. 8. Quis est in populo R. qui hoc non ex priore actione abstulerit, omnium ante damnatorum scelera, si in unum locum conferantur, vix cum hujus parva parte æquari posse? *h. e.* non didicerit, cognoverit: *hath not learned thus much, that* &c. *Asconius*: pro certo habuerit, persuasum sibi crediderit. Huc et illa pertinent *Plaut. Asin.* 4. 1. 7. Suspendas potius me, quam tacita hæc tu auferas. *h. e.* obtineas, ut hæc a me taceantur. *Terent. Andr.* 3. 5. 4. Id inultum nunquam auferet. *he will never let that pass unpunished.* et *Adelph.* 3. 5. 8. Nisi facient, quæ illos æquum est, haud sic auferent. ¶ Jculariter *Plautus* de eo, qui malum aliquod reportat, *Amph.* 1. 1. 298. Si me irritassis, lumbifragium hinc auferes. ¶ Pro extorquere, *Cic. Verr.* 4. c. 59. Quoties, et quot nominibus a Syracusanis statuas auferes? ut in foro statuerent, abstulisti: ut in curia, coegisti. ¶ Sæpissime ponitur pro adimere, detrahere. *to take away.* *Cic. Divin. in Verr.* c. 5. Eripere, et auferre alicui aliquid. *Id. pro Quint.* c. 27. Auferre, et abducere aliquid. *Id. in Orat.* c. 62. Detrahere, auferre, tollere. *Id. Verr.* 6. c. 16. Ab hoc abaci vasa omnia abstulit. *Id. Attic.* l. 7. ep. 21. Pecuniam de ærario auferre. *Id.* 2. *de Orat.* c. 66. pecuniam in ventrem. *h. e.* in ventrem insumendam. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 4. alicui auriculam mordicus. *Liv.* l. 23. c. 45. et *Virg.* 9. *Æn.* v. 332. alicui caput. *Quintil.* l. 9. c. 2. *ad fin.* alicui vitam veneno. *Cic. Verr.* 7. c. 45. alicui spiritum cum cruciatu. *Id.* 3. *Offic.* c. 2. *in fi.* alicui spem imitandi. *Id. de Amic.* c. 23. Aufert solitudo fructum voluptatum omnium. *Horat.* l. 2. od. 16. v. 15. Timor aufert somnos. *Tibull.* l. 3. eleg. 6. v. 3. Auferre dolorem. *Virg.* 12. *Æn.* v. 316. metum. *Flor.* l. 3. c. 10. fugam alicui. *h. e.* impedire, ne fugiat. *Plin.* l. 23. c. 1. fastidium. *Id.* l. 14. *sub fin.* alicui gloriam. *Id.* l. 16. c. 30. Arbor non aufert solem. *Cic.* 2. *Verr.* c. 10. Hi ludi dies quindecim auferent. *Plin.* l. 4. c. 12. Mare septem stadiorum intervallo Europam auferens Asiæ. *h. e.* ab Asia separans. Sic l. 6. c. 9. Armenia Euphrate amne aufertur Cappadociæ. ¶ Eleganter mors *auferre* dicitur. *to carry off, cut off.* *Horat.* l. 2. od. 16. v. 29. Abstulit clarum cita mors Achillem. *Vellei.* l. 2. c. 55. *in fi.* Labienum, Varumque acies abstulit. *cut off, destroyed.* ¶ Eximere, subducere, *to rescue, withdraw, extricate.* *Plin.* l. 6. ep. 20. Auferri periculo. *Flor.* l. 1. c. 3. Abstulit virtus parricidam. *extricated, exempted.* ¶ Item abripere, rapere, ferre. *Plin.* l. 10. c. 12. *ad fin.* Bubo volat nunquam, quo libuit, sed aufertur transversus. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 592. Auferor in scopulos. *Sil.* l. 10. v. 72. mediosqne aufertur in hostes. *Tacit. Ann.* 4. c. 73. Pavore fugientium auferebantur. *Flor.* l. 2. c. 6. Annibalem aut fatum Urbis, aut ipsius mens mala in diversum abstulerunt. *h. e.* post Cannensem pugnam ab Urbe recedere coegerunt. *Quintil.* l. 12. *in proœm.* Auferri in altum. *h. e.* provehi: ductum a navigantibus. ¶ Translate *Cic. Fam.* 2. ep. 7. Te hortor, ut omnia gubernes prudentia tua; ne te auferant aliorum consilia. *h. e.* transversum agant, et a recta sententia dimoveant. *Plin.* l. 28. *initio.* Auferre aliquem transversum. *h. e.* vi, et impetu quodam ab instituto deducere. *Id.* l. 27. *in fi.* Quæ contemplatio aufert rursus nos ad ipsorum animalium naturas. *h. e.* rapit, trahit. Sic lib. 36. c. 15. Aufert animum, et digredi cogit contemplatio, &c. *Liv.* l. 35. c. 40. Abstulerunt me velut de spatio Græcæ res immixtæ Romanis. *Quintil.* l. 8. c. 3. Auferri admiratione. *Ovid. de remed. amor.* v. 343. Auferimur cultu. *h. e.* allicimur ad amandas puellas ab earum cultu, et decipimur. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 83. Somnus me aufert. *transports me, carries me off.* ¶ In illo *Corn. Severi in fragm. de morte Cicer. apud. Senec. Suasor.* 7. sed enim abstulit omnes, Tanquam sola foret, rapti Ciceronis imago. *auferre* est tegere, obscurare, ita perstringere oculos, ut ad alia non advertant. ¶ *Auferre ruinam* apud *Lucan.* l. 7. v. 505. est trahere, ruinam facere. ¶ *Auferendi casus* apud Grammaticos est ablativus. V. *Voss.* l. 3. *de Gramm.* c. 45.

AUFIDĒNAS, atis, adject. *Aufidenates* sunt populi Samnii, quorum urbs *Aufidena* ad Sagrum amnem. *Plin.* l. 3. c. 12.

AUFIDĬA LEX de ambitu lata fuit a M. Aufidio Lurcone Trib. pleb. biennio post *Tulliam*, M. Valerio Messala, M. Pupio Pisone Coss. Hæc ad alias ambitus pœnas hoc addebat, ut qui nummos in tribu pronuntiasset, si non dedisset, impune esset: si dedisset, singulis tribubus HS. CIↃ CIↃ CIↃ deberet. *Manut. de Legib. Rom.* c. 28.

AUFIDIĀNUS, a, um, adject. ad Aufidium pertinens. Est autem *Aufidius* Romani hominis nomen proprium. *Cic. Fam.* 16. ep. 19. De Aufidiano nomine nihil te hortor. *h. e.* de ea pecunia, quam debet Aufidius.

AUFĪDUS, i, m. [† hod.] *l'Ofanto*, fluvius Apulorum, qui oritur in Principatu ult. ex Apennino M. in fin. Hirpinorum, quem secat, supra Compsam 6. M. P. quam alluit, et inter Daunios, et Peucetios, illos separans in mare Adriaticum defertur. Fertur autem cursu valde præcipiti, cum per montium declivia longo spatio defluat. Hinc *longe sonantem* appellat. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 2. et *violentum*, atque *acrem* l. 3. *od. ult.* v. 10. et l. 1. sat. 1. v. 57. Vocat etiam *tauriformem* lib. 4. od. 14. v. 25. quia multis flexibus decurrit, et imbribus valde auctus, furentis tauri more has, et illas ripas impetere videtur. Sæpe autem a Poetis cornua fluminibus tribui solent. ¶ Adjective *Sil.* l. 10. v. 171. Aufida stagna.

AUFUGĬO, ūgis, ugi, n. 3. *to flee or run away, fly from, shun*, ἀποφεύγω, alio fugio, diffugio, abscedo: ex *au*, et *fugio*. (V. *Au.*) *Cic. Fam.* 13. ep. 77. Cum multos libros surripuisset, aufugit. *Terent. Hecyr.* 3. 4. 10. Aufugerim potius, quam redeam. *Plaut. Men.* 5. 3. 5. Ne me indicetis, qua platea aufugerim. *Id. Mil.* 2. 6. 99. Jam aliquo aufugiam. *Id. Capt.* 4. 2. 95. Aufugere domo. *Liv.* l. 1. c. 55. ex aliquo loco. *Plaut. Pseud.* 4. 3. 14. Aufugere exulatum. *Id. Aulul.* 1. 2. 16. Tu aquam aufugisse dicito, si quis petet. *Q. Catulus in carm.* apud *Gell.* l. 19. c. 9. Aufugit mi animus. *Apulei. in Apolog. ad fin.* Aufugere ad aliquem. *take refuge with.* ¶ Cum accusativo. *Cic. in Arateis* l. 2. *de nat. Deor.* c. 43. Andromeda aufugiens aspectum mœsta parentis. *Al. leg.* haud fugiens. *Propert.* l. 1. eleg. 9. v. 30. assiduas aufuge blanditias. *Al. leg.* effuge. *Petron.* c. 81. Aufugi judicium. *Al. leg.* an fugi. *Hygin.* fab. 258. Quæ sol, ne pollueretur, aufugit. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 3. *Codic.* tit. 23. leg. 1. Ab his, quos aufugit, comprehensus.

AUGE, es, et Augēa, æ, f. Αὔγη, Αὐγεία, Alæi Arcadis filia, et Minervæ sacerdos, ex qua Hercules Telephum genuit: sed mox neglectam cum partu, arcæque inclusam mari exposuit. Illa Minervæ beneficio Cariæ litoribus appulit, ubi a Teuthrante Rege benigne excepta, et in uxorem ducta fuit, educato etiam Telepho filio. Ejus mentio fit ab *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 49. *Senec. in. Herc. Œt.* v. 366. et a *Serv. ad Ecl.* 6. *Virg.* v. 72.

AUGĒAS, V. *Augias.*

AUGENTER, adverb. pro *valde* usurpatur a *Frontin.* l. 2. *de limitib.* pag. 308. *Goes.* ubi tamen alii aliter leg.

AUGĔO, es, auxi, auctum, a. 2. *to increase, amplify, augment, magnify, enlarge*, αὐξάνω, αὔξω, majus facio, amplifico, crescere facio: habetque latissimam significationem, et tum ad res, tum ad personas refertur. *Nepos in Attic.* c. 12. Augere possessiones suas. *Cic. pro Rabir. Posth.* c. 14. rem bonis, et honestis rationibus. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 18. Et agris, et urbibus, et nationibus augere Rempublicam. *Sueton. in Ner.* c. 3. classem. *Id. in Aug.* c. 37. numerum. *Id. in Cæs.* c. 65. Augere iter. *to lengthen the line of march. Id. in Claud.* c. 33. vocem. *to exalt the voice. Stat.* 6. *Theb.* v. 937. vires. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 22. alicui dolorem. *Id. pro Flacc.* c. 12. molestiam. *Id.* 2. *Offic.* c. 20. Munus suum verbis non augere, sed extenuare. *Id. de Amic.* c. 9. Consuetudo auget benevolentiam. *Id. Attic.* l. 10. ep. 14. Augere animum alicujus. *h. e.* animum addere. *Stat.* l. 10. *Theb.* v. 23. Augere animos. *h. e.* sumere animos, et fiduciam. *Cic. pro Cœl.* c. 19. Vitium ventris, et gutturis non minuit ætas, sed auget. *Terent. Eun.* 3. 1. 46. Augere suspicionem. *to heighten. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 57. opinionem. *Id.* l. 2. *B. Civ.* c. 31. Augere alicui licentiam. et *ibid.* alicui spem. *Vellei.* l. 2. c. 130. dignitatem alicujus. *Sueton. in Tiber.* c. 10. auctoritatem. *Id. in Aug.* c. 21. gloriam. *Id. in Calig.* c. 17. lætitiam. [¶ *Augeat tibi Jupiter annos* solemnis fuit acclamatio populi Imperatoribus Romanis. *Tertullian. Apologet.* c. 35. De nostris annis tibi Jupiter augeat annos. *Inscript.* apud *Marinium Fratr. Arval.* pag. 651. Sæpe de nostris annis augeat tibi Jupiter annos.] ¶ *Augere aliquem aliqua re* est instruere, ornare, rem aliquam alicui adjicere, qua instructior, major, clarior, honoratior fiat. *to fit, suit, equip, adorn, bless. Cic. de Harusp. respon. c. pænult.* Eodem tempore et suscipimur in lucem, et hoc cælesti spiritu augemur. *Id.* 2. *Agrar.* c. 26. Augere aliquem divitiis. *Tacit. Ann.* 13. c. 18. amicos largitione. *Id. in Agric.* c. 6. Augeri filia. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. Aer in nubes cogitur. humoremque colligens terram auget imbribus. *h. e.* instruit, et fecundat. *Id. Phil.* 11. c. *pænult.* Augere aliquem commodis *Id.* l. 1. *Offic.* c. 1. Quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis. *Id. Phil.* 14. c. 6. Idem dies me celeberrima populi R. gratulatione auxit. *Id. de Senect.* c. 6. Senectus augetur consilio, ratione, sententia. *Id. de Harusp. resp.* c. 26. et *Phil.* 9. c. *pænult.* Augeri honore aliquo. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 26. Augetur Agrippina cognomento Augustæ. *Id.* l. 1. *Ann.* c. 3. Augere aliquem nominibus imperatoris. Vetus Poeta apud *Cic.* 2. *de Fin.* c. 4. Tanta lætitia auctus sum, ut mihi non constem. ¶ *Augere aliquem* absolute. *Cic. Fam.* 7. ep. 17. Augere, atque ornare aliquem. *to advance, promote. Sueton. in Claud.* c. 12. In semet augendo parcus, atque civilis. *h. e.* in recipiendis honoribus. *Plaut. Men.* 3. 3. 27. Dii me equidem omnes adjuvant, augent, amant. *h. e.* provehunt ad ea, quæ opto, compotem voti faciunt. ¶ Apud *Ovid. Heroid.* ep. 3. v. 30. Auxerunt blandæ grandia dona preces. *h. e.* donis additæ sunt preces, quo plus illa valerent. ¶ In malam partem *Terent. Heaut.* 4. 1. 15. Augeri damno. *h. e.* damnum pati, damno affici. *Plaut. Stich.* 1. 1. 54. mœrore. ¶ *Augere aliquid* sæpe significat verbis amplificare. *to amplify, heighten. Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 21. Eloquens est, qui mirabilius, et magnificentius augere potest, atque ornare quæ velit. *Id. in Orat.* c. 36. Augere, et amplificare res. *Id. de clar. Orat.* c. 12. Rem augere laudando, vituperando affligere. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 6. Augere atrocitatem peccati. *Quintil.* l. 9. c. 2. affectus. *Id. ibid.* c. 4. sententias. ¶ *Augere aliquem* interdum est laudare, ornare, verbis extollere. *to praise, commend, extol. Cic. in Partit.* c. 6. Cum aut augendi alterius, aut minuendi sui causa, alia dici ab oratore, alia existimari videntur. ¶ Est etiam verbum sacrorum. Itaque *augere aram* est aliquid aræ imponere sacrificii causa. *Plaut. Merc.* 4. 1. 11. Aliquid cedo, qui hanc vicini nostri aram augeam. Sic *Virg.* 9. *Æn.* v. 407. Si qua tuis unquam pro me pater Hirtacus aris Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi. *Id. Æn.* 8. v. 284. *Æn.* 11. v. 50. et alibi, eadem ratione *cumulare aras* dixit. *Arnobius* quoque hoc sensu usus est vocibus *auctifico, augmen,* et *augmentum.* Huc etiam referuntur *Macto,* et *Mactus.* Quod vero addi solet ex *Sueton. in Aug.* c. 96. *augere hostias;* eo loco solum significat augere, et multiplicare hostiarum numerum. ¶ Ponitur et pro gignere, *to generate, produce,* ut in *Auctor* dictum est. *Lucret.* l. 5. v. 323. Nam quodcunque alias ex se res auget, alitque, Deminui debet, recreari, cum recipit res. ¶ Interdum neutrorum more usurpatur, et significatione passiva pro *crescere;* ita tamen, ut accusativus aliquis subintelligatur. *Sallust. in fragment.* l. 1. *Hist. in orat. Philip. cont. Lepid.* Ignoscendo populi Romani magnitudinem auxisse. *Cato* apud *Gell.* l. 16. c. 12. Eodem convenæ complures ex agro accessitavere: eo res eorum auxit. *Lucret.* l. 2. v. 1163. pereunt fetus, augentque labores. [*Catull.* carm. 64. v. 324. Magnis virtutibus augens, *h. e.* auctus. ¶ Particip. *augendus* apud *Lucret.* l. 5. v. 81. Morigera ad fruges augendas.] ¶ *Auxim, is, it,* olim dictum est pro *augeam, as, at,* conjunctivi præsenti, vel ut alii volunt, pro *auxerim, is, it,* per syncopen. *Liv.* l. 29. c. 27. *referens antiquam precationis formulam.* Divi, divæque, vos precor quæsoque, uti quæ in meo imperio geruntur, ea vos omnia bene juvetis, bonis auctibus auxitis, &c.

AUGESCO, is, n. 3. *to increase, grow greater,* αὐξάνομαι, augeor, cresco. *Cic. de Senect.* c. 15. Uva succo terræ, et calore solis augescens. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Semina temperatione caloris et oriri, et augescere. *Id. ibid.* c. 19. Animantes aluntur, et augescunt. *Liv.* l. 27. c. 17. Hostium res tacitis incrementis augescunt. *Terent. Heaut.* 3. 1. 14. Quotidie magis augescit ægritudo de filio. *Sallust. in Jug.* c. 38. *in fi.* Animi augescunt. *courage is heightened. Tacit.* 2. *Hist.* c. 34. Flumen augescens. *Id.* 4. *Hist.* c. 1. Augescente licentia. *Id. ibid.* c. 61. Augescente superstitione. Adde *Lucret.* l. 2. v. 76. et alibi.

AUGĬAS, et Augēas, æ, m. Αὐγείας, Solis, et Naupidames Amphidamantis filiæ filius, Eliensium Rex, qui bubile habuit tria millia boum capiens: quod cum per triginta annos expurgatum non fuisset, fœdoque tam alte congesti stercoris odore regioni pestilentiam intulisset, ab Hercule uno die purgatum fuit, immisso illac Alpheo, vel Peneo fluvio; vel ut alii dicunt, utroque. Reddita itaque regioni salubritate, cum Augias pactam Herculi mercedem negaret, ab ipso interfectus fuit. *Hygin.* fab. 30. *Serv. ad.* 8. *Æn.* v. 300. et *Senec. in Herc. Fur.* v. 246. Hinc factus est proverbio locus *Augiæ stabulum purgare:* quod significat rem agere valde difficilem, et immensi laboris. *Senec. in Apocolocynt.* Tu scis, quantum illic miseriarum pertulerim, cum causidicos audirem et diem, et noctem: in quos si incidisses, valde fortis licet, maluisses cloacas Augiæ purgare. *Plin.* l. 17. c. 9. tradit Augiam in Græcia primum agros stercore lætificare excogitasse: divulgasse vero Herculem in Italia. *Hygin.* fab. 14. Augiam numerat inter Argonautas.

AUGIFĬCO, as, a. 1. *to increase,* idem quod augeo. *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 61. Quid fit seditio? tabes ne an numeros augificat suos? *Alii. leg.* tabetne, an numeros augificat suos?

AUGĪNOS, i, *the herb hen-bane,* herba, communiori vocabulo hyoscyamos appellata: ita dicta a splendore floris: ab αὐγὴ, splendor. *Apulei. de herb.* cap. 4.

AUGĪTES, æ, αὐγίτης, nomen cujusdam gemmæ, ita dictæ a splendore. nam αὐγὴ splendorem significat. *Plin.* l. 37. c. 10.

AUGMEN, inis, n. *increase, augmentation,* αὔξησις, augmentum, incrementum. *Lucret.* l. 6. v. 607. Augmen æquoris. *Id.* l. 5. v. 1306. Addere alicui augmen. et v. 680. cum noctes augmina sumunt. *Id.* l. 3. v. 269. perfectum corporis augmen. *h. e.* moles corporis. ¶ Aliam hujus vocis notionem V. in *Augmentum.*

AUGMENTO, as, a. 1. *to augment,* augmentum do, augeo. *Jul. Firmic.* l. 5. *Mathes.* c. 6. Ut thesauros suos augmentent.

AUGMENTUM, i, n. *increase, augment, increment,* αὔξησις, ἐπαύξησις, incrementum. *Plin.* l. 37. c. 6. Augmentum fulgoris. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 495. Impia continui cessant augmenta tributi. *Pompon. Dig.* lib. 30. leg. 8. Augmentum fundi. *Ulpian.* lib. 2. tit. 13. leg. 8. Augmentum, aut diminutio. *Pallad.* l. 13. tit. 6. Augmentum lunæ. *Apulei. de Dogmat. Platon.* l. 1. Multiplicatis augmentis. Adde *Symmach.* l. 7. ep. 112. et *Mamertin. in gratiarum act. ad Julian.* c. 15. ¶ Est etiam nomen libi, quo in sacrificiis ara augetur. *Arnob.* l. 7. pag. 231. V. *Agumentum.* ¶ Apud *Pallad. loc. cit.* item apud *Ulpian. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 8. *ad fin.* in quibusdam libris legitur *augumentum.*

AUGUR, ŭris, m. *an augur, soothsayer, diviner, one who professes to foretell events by the flying, singing, &c. of birds,* οἰωνοσκόπος, qui avium volatum, aut cantum, item pastum, et tripudium observat, et ex iis futura divinat. Multus fuit augurum et usus, et honos apud Romanos, præsertim post insigne illud experimentum auguralis scientiæ ab Accio Navio datum, de quo *Liv.* l. 1. c. 36. Nam tanta inde sacerdotio augurum accessit auctoritas, ut nihil postea belli, domique Romani gererent, nisi prius per augures deorum voluntatem explorassent. Itaque eorum collegium Romæ institutum fuit, quod primo ex tribus constabat; deinde paulatim usque ad quindecim, et fortasse etiam plures auctum est. Eorum officium erat deorum mentem ex avibus explorare: de prodigiis, somniis, oraculis responsa dare; quæ ad expiationes, procurationesque prodigiorum pertinebant, curare, edicere, vatum libros exponere, et alia, quæ in lege augurali apud *Cicer.* 2. *de Legib.* cap. 8. et 9. leguntur. Tanta autem fides eorum dictis habebatur, ut si quid affirmarent a Diis non probari, id agere summa esset religio. Itaque comitia eorum monitis, prœliaque (si eundum in hostes esset; non vero si aggressus hostis repellendus) in aliud tempus differebantur; abdicabant se Magistratus, etiam summi, si vitio creatos dixissent, &c. V. *Cicer. loc. cit.* cap. 12. Si quis iis non paruisset, capitale erat. Sacerdotium nunquam amittebant, tametsi judicio aliquo damnati fuissent; sed usque ad mortem retinebant. Utebantur assidue trabea, gestabantque coronam in capite. Augurium captaturi in loco puro sub mediam noctem, sereno cælo stantes, ac lituo templum, seu circulum in cælo designantes tandiu exspectabant, donec aves a dextra, aut sinistra advolantes aut addicerent, aut vetarent. V. *Rosin.* l. 3. c. 8. et 9. *Pitisc. in Lex. Antiq. Rom.* et alios. *Cic.* 2. *Phil.* c. 32. Augures nuntiationem solum habent; Magistratus etiam inspectionem. et cap. 33. Confecto negotio bonus augur alio die inquit. *Ovid. Metam.* 12. v. 18. Augur veri Calchas. ¶ Dicitur etiam *augur* quicumque rem aliquam divinat. *a conjecturer. Ovid. de nuce,* v. 79. Est etiam, par sit numerus, qui dicat, an impar, Ut divinatas auferat augur opes. *Stat.* 3. *Theb.* v. 6. Pessimus in dubiis augur timor. ¶ *Augur imaginis nocturnæ* apud *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 5. v. 31. est nocturni visi, seu somnii interpres. ¶ Cum feminin. nominib. est enim communis generis, ut *Prob. in Cathol.* pag. 1455. *Putsch.* et *Phocas ibid.* pag. 1695. docent. *Horat.* l. 3. od. 17. v. 12. augur annosa cornix. *Stat. Theb.* 9. v. 629. simque augur cassa futuri.

AUGŬRA pro *auguria,* ut sit a recto *augurum, i,* n. usurpavit *Accius* apud *Non.* c. 8. n. 35. Ejus verba ita leguntur ex emendatione *Vossii.* Pro certo arbitrabor sortes, oracla, adytus, augura.

AUGURACŬLUM, i, n. *a room or building in which the augurs made their observations,* οἰωνιστήριον, locus, in quo augures auspicantur. *Paul.* ex *Festo:* Auguraculum appellabant antiqui, quam nos arcem dicimus: quod ibi augures publice auspicarentur. V. Arx. [† et *Auguratorium.*]

AUGURĀLIS, le, adject. *relating to augurs, augurial,* ad augures, seu ad auguria pertinens, οἰωνικὸς, οἰωνιστικός. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 33. Augurales libri. *h. e.* qui de augurum arte tractant. *Id. de clar. de Orat.* c. 77. Auguralis juris peritus. *Id. Fam.* 7. ep. 26. Auguralis cœna. *h. e.* quæ dabatur ab Augure, quo primum die eam dignitatem suscipiebat. V. *Adjicialis. Sueton. de Grammat.* c. 12. Sacerdotium augurale. *Liv.* l. 10. c. 7. Insignia auguralia. *Gell.* l. 6. c. 6. Augurale verbum. ¶ *Augurale, lis,* absolute. *Tacit. Ann.* 2. c. 13. Nocte cœpta, egressus augurali, per occulta, et vigilibus ignara, &c. *Id. Ann.* 15. c. 30. Structam ante augurale aram subdita face accendit. *Augurale* est locus in castris prope Prætorium, vel potius ipsius Prætorii pars dextra, ubi imperator auspicia captabat. Nisi malis per *augurale* totum ipsum prætorium significari, ut ab ea parte, quæ sanctior erat, et auspiciis (quæ solius erant imperatoris) dicata, denominatum sit. Hinc *Quintil.* l. 8. c. 2. Cum res communis pluribus, in

tero aliquo habet nomen eximium: ut carmen funebre proprie Nænia, et tabernaculum ducis Augurale. *Al. leg.* Augustale. ¶ Apud *Senec. de tranquill. anim.* c. 11. a *nod.* ponitur *augurale* pro insignibus augurum: et præcipue pro lituo, quod est clarissimum auguratus insigne, inquit *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 17.

AUGURATIO, onis, f. *an auguring, divining, or soothsaying,* οἰώνισμα, οἰωνοσκοπία, actus augurandi, auspicium. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 30. Quæ tandem ista auguratio est ex passeribus? ¶ Item augurium, seu disciplina augurandi. *Lactant.* lib. 2. c. 16. Eorum inventa sunt astrologia, et haruspicina, et auguratio.

AUGURATO, adverb. *under the influence of a good omen, ominously,* capto augurio, auspicato, αἰσίως. *Augurato* aliquid agere, est capto prius rite augurio, et diis approbantibus. *Liv.* l. 1. c. 18. Sicut Romulus augurato in urbe condenda regnum adeptus est.

AUGURATORIUM, ii, n. locus, seu ædificium auguriis capiendis destinatum: vel ubi conveniebant Augures. [† V. *Auguraculum.*] *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 128. n. 4. Imp. Trajanus Hadrianus Cos. III. Auguratorium dilaps. a solo pe. . . . . . Fortasse est illud idem *auguratorium*, quod a *P. Victore de regionib. Urb. R.* in regione decima ponitur. [¶ Fuit etiam locus in castris ita appellatus, quod ibi auguria, antequam prælium iniretur, capiebantur. *Hygin. Gromat. de castrametatione.* Auguratorium parte dextra prætorii ad viam principalem apponemus, ut dux in eo augurium recte capere possit.]

AUGURATRIX, icis, f. quæ auguratur. *Paul.* ex *Festo* in *Lingulaca.* Lingulaca genus piscis, vel mulier auguratrix. *Quidam leg.* garrulatrix.

AUGURĀTUS, us, m. *the office of augur,* dignitas, et officium Auguris. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 17. Lituus iste vester, quod clarissimum est insigne auguratus. et *ibid.* Scientia auguratus. ¶ Item augurium, prædictio. *Tertullian. de anim.* c. 26.

AUGURĀTUS, a, um, adject. *Augurata res* dicitur, de qua augurium rite captum est. *Cic. in Vatin.* c. 10. In Rostris, in illo, inquam, augurato templo, ac loco, &c.

AUGURIUM, ii, n. *divination by the flight or singing of birds; augury,* οἰώνισμα, οἰωνοσκοπία, signum, et divinatio rei futuræ: et proprie ea, quæ fit ex avium volatu, pastu, tripudio: latiore autem significatione ea, quæ ex fulminibus, fulguribus, tonitribus, item ex ceteris animalibus, aliisque rerum signis capitur. His enim creditum est deorum voluntatem circa actiones humanas significari. Ex volatu avium capiebant Romani augurium prosperum quidem si a sinistra parte auguris advolassent; adversum autem, si dextera. (V. *Oscinis. Præpes,* et *Ales*) ita ex fulmine lævo lætum, ex dextero triste augurium esse putabant. (V. *Lævus,* et *Sinister.*) Si pulli avide pascerentur, felicia portendi, si contra, adversa existimabant. (V. *Tripudium.*) Similiter a læva, vel dextera parte cæli auditum tonitruum, occursus quadrupedis cujuspiam ominosi, aut læti inter felicia, vel infelicia auguris habebantur. V. *Rosin.* l. 3. *Antiq. Rom.* c. 9. ubi plura de his. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 6. Augures augurium agere dicuntur, cum in eo plura dicant, quam faciant. *Cic.* 3. *Offic.* c. 16. Cum in arce augurium augures acturi essent. *Sueton. in Aug.* c. 95. Capere augurium. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 1. v. 36. Dare alicui augurium. *Flor.* l. 1. c. 5. Experiri aliquid augurio. *Plin.* l. 7. c. 56. Auguria ex avibus invenit Car, a quo Caria appellata: adjecit ex ceteris animalibus Orpheus. ¶ *Augurium salutis* quid sit, V. in *Salus.* ¶ Sumitur etiam pro quocumque indicio, divinatione, præsensione rei futuræ. *any notice or fore-warning of what is to come; a conjecture or guess.* *Cic.* 2. *Phil.* c. 35. O mea frustra semper verissima auguria rerum futurarum! *Id.* l. 1. *Tuscul.* c. 15. Sed nescio quomodo inhæret in mentibus quasi sæculorum quoddam augurium futurorum. *Plin.* l. 28. c. 6. Auguria valetudinis ex urina. *Id.* l. 21. c. 10. Thymum augurium mellis est. *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 234. Fallitur augurio spes bona sæpe suo. ¶ Aliquando accipitur pro prædictione prosperæ rei. *Tacit. in Agric.* c. 44. Augurio, votisque ominari aliquid. ¶ Item pro interpretatione augurii. *Ovid. Metam.* 1. v. 395. Conjugis augurio quamquam Titania mota est. ¶ Item pro scientia augurii. *Virg. Æn.* 9. *de Rhamnete augure,* v. 328. Sed non augurio potuit depellere pestem. *Flor.* l. 1. c. 5. Attius Navius, vir summus augurio. ¶ Item pro munere, ac dignitate auguris. *Virg. Æn.* 12. v. 393. acri quondam cui captus amore Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo, Augurium, citharamque dabat, celeresque sagittas. *suas artes* dixit, quia Apollo auguriorum deus, et augurum præses habitus est, ut *Serv. ad* 3. *Æn.* v. 20. docet. Etiam *Hygin. augurium alicui dare* hoc sensu dixit fab. 19. ¶ Inter *augurium,* et *auspicium* non unum tradi solet discrimen. Quidam docent *augurium* esse, quod ex avium garritu, seu cantu capitur; *auspicium,* cum ex avium pastu, aut volatu. Sed nulla profecto hæc differentia est. Nam utraque vox passim de utroque dicitur a scriptoribus. *Serv. ad Æn.* 1. v. 402. tradit hoc interesse, quod *augurium* et petitur, et certis avibus ostenditur; *auspicium* qualibet avi demonstratur, et non petitur: hoc ipsum tamen speciem augurii esse. *Id. ad Æn.* 3. v. 20. *auspicia* ait esse omnium rerum, *auguria* certarum. Nam auspicari cuivis etiam peregre licere; auguria agere, nisi in patriis sedibus, non licere. Hinc putarunt alii, illud statui posse, ut *augurium* diceretur, quod in urbe capitur, *auspicium,* quod in agro. Denique *Non.* c. 5. n. 30. scribit *auspicium* esse avium inspectionem, et quod ex volatu avium significetur. et vocibus: *augurium* autem rerum omnium conjecturas prudenter, ac diligenter amplecti. Fortasse unum aliquod horum discriminum verum est (licet nullum sit perpetuum). Nam aliquando hæ duæ voces a scriptoribus, tanquam inter se diversæ, adhibentur. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 17. Quibus nulla videbatur in auguriis, aut auspiciis præsensio, aut scientia veritatis futuræ. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 2. Dictum templum locus augurii, aut auspicii causa quibusdam conceptis verbis finitus. *Enn.* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 48. Dant operam simul auspicio, augurioque. ¶ Cum dixit *Plaut. Asin.* 2. 1. 15. Quantum ex augurio auspicii intelligo. per *augurium* interpretationem auspicii intellexit, ea ratione, qua *Ovid.* supra allatus. Possis etiam hoc modo interpretari: quantum intelligo ex augurio, quod ex avium spectione cepi. nam *auspicium* proprie *spectionem avium* significat. [¶ *Augura* pro *auguria* dixisse veteres probat *Nonius* 8. 38. ex Accii Telepho. Pro certo arbitrabor sortis oracla, adytus augura. Est versus trochaicus.]

AUGURIUS, a, um, adject. *Jus augurium* est augurandi scientia. *Cic. Fam.* 3. ep. 9. Cognitionem juris augurii consequi cupio. *Gell. in præfat.* Paucula remotiora super augurio jure, et pontificio. Adde lib. 6. cap. 6.

AUGŬRO, as, avi, atum, a. 1. *to augur, divine, presage, foretell,* οἰωνίζομαι, ὀττεύομαι, augurium capio, auguror. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 8. Sacerdotes vineta, virgetaque, et salutem populi auguranto. ¶ Passive *L. Cæsar* apud *Priscian.* l. 8. pag. 791. *Putsch.* Certæque res augurantur. οἰωνοσκοποῦνται. ¶ Translate est divinare, conjicere, præsentire. *to guess, conjecture, suppose, surmise. Cic. in fragment.* apud *Non.* c. 7. n. 7. Præsentit animus, et augurat quodammodo, quæ futura sit suavitas. *Id. ibid.* Cui utinam vere auguraverim. *Virg.* 7. *Æn.* v. 273. hunc illum poscere fata, Et reor, et (si quid veri mens augurat) opto. *Enn.* et *Pacuv.* apud *Non. loc. cit.* Propemodum animus conjectura de errore ejus augurat. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 356. Augurare sibi annos longos. ¶ Apud *Plaut. Cistell.* 4. 2. 26. Oculis investigans astute augura. *h. e.* circumspice diligenter in omnem partem, ut augures faciunt, cum augurium ex avibus volantibus exspectant. ¶ Inter *auguro,* et *auguror* ponit *Servius* (*ad loc. cit. Virg.*) hoc discrimen ex *Plinio in lib. dub. serm.* quod *auguro* dicamus, cum præsagio mentis futura colligimus: *auguror* vero, cum futura veris captamus auguriis. Sed tum ex modo allatis exemplis, tum ex iis, quæ in voce sequenti afferemus, satis apparet, id aut verum, aut perpetuum non esse.

AUGŬROR, aris, atus sum, dep. 1. *to augur, presage, predict,* οἰωνίζομαι, ὀττεύομαι, augurium ago, et ex eo futura prædico. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 33. Calchas ex passerum numero belli Trojani annos auguratus est. *Id. Fam.* 6. ep. 6. Augurari alicui ex alitis involatu, e cantu sinistro oscinis, ex tripudiis, &c. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 15. Augurari vere. ¶ Translate est quovis modo futura prædicere, conjicere, ominari, existimare, judicare. *to imagine, guess, conjecture.* *Cic.* 1. *Tusc.* c. 40. Augurari alicui mortem. *Id. pro Mur.* c. 31. Quantum ego opinione auguror. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 21. Ego enim, quantum conjectura auguror, non despero, fore, &c. *Id. Verr.* 4. c. 6. Ex nomine istius, quid in provincia facturus esset, perridicule homines augurabantur. *Cæsar ad Cicer. post* ep. 16. l. 9. *ad Attic.* Recte augurari de me (bene enim tibi cognitus sum) nihil a me abesse longius crudelitate. *Curt.* l. 10. c. 5. Augurari aliquid mente. *Id.* l. 4. c. 4. Macedones, iter monstrasse eam, augurabantur. *Ovid.* l. 3. *ex Pont.* ep. 4. v. 79. Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas: Hac ego contentos auguror esse deos. ¶ Particip. *augurandus.* *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 64. Aves quasdam rerum augurandarum causa esse natas putamus. ¶ De discrimine inter *auguror,* et *auguro* V. vocem præced.

AUGUSTA, æ, f. Ex quo Romani Imperatores honoris causa *Augusti* nominari cœpere, eorum quoque uxores *Augustæ* dictæ sunt: cujus rei testimonia in nummis, et lapidibus passim exstant. Neque solum uxores, sed et matres aliquando, filiæ, sorores, &c. ut videre est apud *Tacit.* 15. *Ann.* c. 23. et 2. *Hist.* c. 89. ¶ Multæ etiam urbes *Augustæ* vocatæ sunt, quia vel Augusti Cæsaris jussu, et auspiciis conditæ, vel ab ipso coloniæ in eas deductæ, vel ab suis earum civibus, aut ab externis Principibus in honorem ejus ita nominatæ: quæ a Græcis Σεβασταὶ dicuntur. Hujusmodi sunt Augusta Prætoria, Augusta Taurinorum, Rauracorum, Augusta Emerita, et aliæ multæ, de quibus V. Geographos.

AUGUSTĀLE, is, n. *the general's tent,* tabernaculum ducis in castris. Legitur apud *Quintil.* l. 8. c. 2. ubi tamen alii *Augurale* reponi malunt.

AUGUSTALIĀNUS, a, um, adject. *Impp. Theodos. et Valentinian.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 3. Augustalianum officium. *h. e.* Præfecti Augustalis. Sic Augustalianum judicium, *ibid.* tit. 24. *leg. ult.*

AUGUSTALĬCUS, a, um, adject. idem quod Augustalis. Legitur in quadam *Inscript.* apud *Fabrett.* c. 6. n. 163.

AUGUSTĀLIS, le, adject. ad Augustum pertinens. *Tacit. Ann.* 1. c. 15. et 54. Augustales ludi. *h. e.* in honorem Augusti instituti, qui in vet. quodam Calendario apud *Gruter.* pag. 133. in mense Octobr. *Augustalia* absolute appellantur. *Id. ibid.* c. 54. et *Sueton. in Claud.* c. 6. Sodales Augustales. *h. e.* sacerdotes viginti, et unus a Tiberio instituti, quibus postea quatuor supra numerum adjecti, qui sacra curarent in honorem Augusti inter deos relati. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 83. *Sacerdotes Augustales* appellat: et 2. *Histor.* c. 95. absolute *Augustales.* ¶ Etiam in Coloniis, ac Municipiis Augustalium collegia instituta fuere ad eundem finem: in quibus sex primo nominati. *Seviri Augustales* dicebantur, creabanturque a Decurionibus. Postea cum ad multo plures excrevissent, in plura collegia partiti sunt, nempe Juvenum, ac Seniorum, quibus distincti VI Viri præerant. De his mentio fit in *Petron. Satyr.* c. 30. et in quamplurimis antiquis Inscriptionibus, quarum multas affert *Norisius* in Cenotaph. Pis. dissertat. 1. c. 6. ubi etiam refellit eorum opinionem, qui Augustales fuisse magistratus, non sacerdotes arbitrati sunt. V. ibi plura erudite disputata. ¶ *Augustales* etiam dicti sunt milites ab Augusto ordinariis juncti, ut docet *Veget.* l. 2. *rei milit.* c. 7. ¶ Denique *Præfectus Augustalis* dictus est Præfectus Ægypti, quia, lege ab Augusto lata, datum est ei imperium ad similitudinem proconsulis, ut *Ulpian.* loquitur *Dig.* lib. 1. tit. 17. qui est *de Officio Præfecti Augustalis.* Qua de re exstat etiam testimonium *Taciti Ann.* 12. c. 60. ¶ Hic idem *vir spectabilis Augustalis* vocatur lib. 10. *Codic.* tit. 31. leg. 57. et 59.

AUGUSTALĬTAS, atis, f. dignitas Sodalis Augustalis. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 215. n. 2. Subire onus Augustalitatis. Alia *ibid.* pag. 354. n. 7. Decernere alicui honorem Augustalitatis. ¶ Dicta est etiam aliquando *Augustalitas* dignitas Præfecti Ægypti. Ita enim accipienda videtur in *Cod. Theodos.* lib. 13. *tit. ult.* leg. 11. V. *Augustalis.*

AUGUSTANĔUS, a, um, adject. Augustanus. Legitur apud *Var. Auct. de Limitib.* pag. 265. *edition. Goes.*

AUGUSTĀNUS, a, um, ad Augustum pertinens. *Tacit. Ann.* 14. c. 15. *de Nerone.* Tunc primum conscripti sunt equites Romani, cognomento Augustanorum, ætate, ac robore conspicui, &c. Videntur hi iidem fuisse, qui memorantur a *Sueton. in Ner.* c. 20. ¶ *Augustana colonia* ab Augusto deducta. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 15. leg. 1. Berytensis colonia Augustana. *Torrentin.* et *Haloander* habent *Augustiana.* Eadem lectionis varietas habetur in Lapidib. quos V. in *Augustianus.*

AUGUSTĀTUS, a, um, adject. *In Papiriano jure* apud *Macrob.* l. 3. *Saturnal.* c. 11. In templo Junonis Populoniæ augustata mensa est. *h. e.* dedicata, consecrata, et veluti augusta facta. Ita legit cum aliis quibusdam *Turneb.* l. 18. c. 4. sed plerique alii *augusta.*

AUGUSTE, adverb. *venerably, reverentially, reverently, with religious awe,* σεμνῶς, rite, augurato, sancte, religiose. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 24. Liber, quem nostri majores auguste, sancteque cum Cerere, et Libera consecraverunt. et l. 3. c. 21. Deos omnes auguste, sancteque venerari. *Id. de clar. Orat.* c. 21. Non quod de religione dici possit augustius.

AUGUSTEĀNUS, a, um, ad Augustum pertinens. *Frontin. de Colon.* pag. 140. *Goes.* Ager limitibus Augusteanis pro parte assignatus. V. *Augusteus.*

AUGUSTĔUS, a, um, adject. Αὐγούστειος, ad Augustum pertinens. *Sueton. in Claud.* c. 11. Currum elephantorum Augusteo similem decernendum curavit. *Al. leg.* Augustino. *Al.* Augusto. *Frontin. de Colon.* pag. 119. 121. et 122. *Goes.* Augustei termini. *h. e.* rotundi ad modum columnæ, ita dicti quia Augustus eos recensuit, ut in *Gloss. Rigalt.* exponitur. *Id. ibid.* pag. 121. Ager lege Augustea assignatus. ¶ *Augusteum, i,* est ædes in honorem Augusti dicata. *In Cenotaph. Pis. C.* et *L. Cæsar.* Pisis in Foro, in Augusteo scrib. adfuer. Q. Petilius, &c. V. *Noris. ibi* dissertat. 1. c. 4.

AUGUSTIĀNUS, a, um, adject. Augustanus. *Sueton. in Ner.* c. 25. Sequentibus currum ovantium ritu plausoribus, Augustianos, militesque se triumphi ejus clamitantibus. (V. *Augustanus.*) *Frontin. de Colon.* pag. 106 et 139. *Goes.* Augustianum bellum. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 599. n. 7. Præpositus velariorum domus Augustanæ. Ita *Gruter.* at *Gudius* in ipso Lapide *Augustianæ* se vidisse testatur, ut et in alio in quo habetur *Præpositus Opificibus domus Augustianæ.* V. *Augustanus.*

AUGUSTĪNUS, a, um, adject. V. Augusteus. ¶ *Augustini, orum,* dicuntur ab *Aggeno Urb.* pag. 72. *Goes.* habitatores Coloniæ Augustæ. ¶ S. Aurelius Augustinus, Africanus ex Tagaste oppido, scriptor sanctissimus et eloquentissimus floruit sub finem sæculi Christi IV. et initio V.

AUGUSTO, as, a. 1. *to render an object of veneration,* augustum, ac venerabilem reddo. *Arnob.* l. 6. pag. 201. Jamdudum istos videretis deos, quos exterior lævitas lenocinio fulgoris augustat, laminarum flatilium esse crates, &c.

AUGUSTUS, a, um, *august, venerable, sacred, σεβαστὸς, σεμνὸς, ἱερὸς*, proprie dicitur de loco augurato, sacro, religioso, sancto, vel ab *augeo*, vel ab avium gestu, gustuve, quibus auguria captantur, ut *Sueton. in Aug.* c. 7. docet. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 609. Sancta vocant augusta patres: augusta vocantur Templa, sacerdotum rite dicata manu. Hujus et augurium dependet origine verbi; Et quodcumque sua Jupiter auget ope. *Cic. pro Dom.* c. 53. Ara consecrata in loco augusto. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 330. Ut omnes ominibus faustis augustam faventiam adhibeant. *h. e.* religiosam. *Virg.* 7. *Æn.* v. 153. Augusta ad mœnia regis. *h. e.* augurio consecrata, ut et *Servius* exponit. *Enn.* apud *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 1. Augusto augurio postquam inclyta condita Roma. *augustum augurium* potest etiam exponi magnum, et propitium, quo quis bono aliquo augetur. ¶ Generatim pro venerabili, magno, majestate pleno, quales sunt religiosæ res, et sacræ, *great, grand, venerable, majestic, stately*. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 42. Eleusina sancta illa, et augusta. *Id. Tuscul.* 5. c. 13. Ex hoc Platonis quasi quodam sancto, augustoque fonte nostra omnis manabit oratio. *Virg.* 7. *Æn.* v. 170. Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis. *Id.* 4. *Georg.* v. 228. Sedes apum augusta. *h. e.* nobilis, et quasi majestatis plena, ut *Servius* explicat. Nam, Esse apibus partem divinæ mentis, et haustus Ætherios, dixere quidam, ut *ibid.* v. 220. habetur. *Sueton. in Ner.* c. 1. Juvenes gemini augustiore forma. *more commanding and majestic than ordinary.* *Liv. in præfat.* Miscendo humana divinis primordia urbium augustiora facere. *Id.* l. 1. c. 8. Cum cetero habitu se augustiorem, tum maxime lictoribus duodecim sumptis fecit. *Ovid. Metam.* 9. v. 279. *de Hercule inter Deos relato.* majorque videri Cœpit, et augusta fieri gravitate verendus. *Stat.* l. 4. silv. 8. v. 20. Ausoniæ pater augustissimus urbis. *Plin. in paneg.* c. 60. Augustissimum tribunal Consulum. ¶ *Augustus* honoris causa appellatus est a Senatu Octavius Cæsar post devictos, triumphatosque undique R. imperii hostes, clauso Jani temlo, firmataque per orbem pace A. U. 717. ipso VII. M. Vipsanio Agrippa III. Coss. cum quibusdam censentibus, Romulum appellari oportere, quasi et ipsum conditorem Urbis, prævaluisset Munatii Planci sententia, ut *Augustus* potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine, ut ait *Sueton. in ejus vita* cap. 7. ut scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nomine, ac titulo consecraretur, ut ait *Flor. in fi.* lib. 4. et ὡς καὶ πλεῖόν τι, ἢ κατὰ ἀνθρώπους, ὤν, ut est apud *Dion.* lib. 53. Ejus deinde successores et ipsi *Augusti* sunt appellati, eorumque uxores *Augustæ*: quin crescente adulatione, *semper Augusti*, ut est apud *Auct. paneg. ad Maximian. et Constantin.* cap. 1. et apud *Symmach.* l. 2. ep. 30. et alibi. ¶ Mensis quoque Sextilis in ejusdem Octavii honorem *Augustus* dictus est, *August*, quia eo mense primum consulatum inierat, tres triumphos in Urbem intulerat, Ægyptum in ditionem populi R. redegerat, finemque imposuerat bellis civilibus, ut est in ipso Senatus consulto hac de re lato, quod a *Macrob. Saturnal.* l. 1. c. 12. *ad fin.* refertur. Adjective *Juvenal.* sat. 3. v. 9. Augusto recitantes mense Poetas. *Martial.* l. 12. epigr. 68. Augustis redit Idibus Diana. *Plin.* l. 2. c. 47. Ante calendas Augustas. Adde *Colum.* l. 11. cap. 2. et *Inscription.* apud *Gruter.* pag. 731. n. 3. ¶ De iis, quæ ad Cæsarem Augustum pertinent. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 5. v. 18. et *Vellei.* l. 2. c. 126. Pax Augusta. *h. e.* ab Augusto parta. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 76. Domus Augusta. et lib. 1. ep. 2. v. 117. Augustæ aures. et lib. 4. ep. 5. v. 10. Forum Augustum. *h. e.* ab Augusto ædificatum in regione Urbis octava, cum æde Martis ultoris, ut est apud *Sueton. in ejus vita*, cap. 29. quod forum inter magnifica Urbis opera *Plin.* l. 6. c. 15. recenset. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 8. v. 13. Augustum numen. *Martial.* l. 7. epigr. 39. Augusta aula. *h. e.* Domitiani. ¶ *Augusta aqua* dicta est, quam Augustus in supplementum Marciæ perduxit, et in ipsam Marciam immisit, ut est apud *Frontin. de aquæduct.* artic. 12. et *in Monum. Ancyr.* apud *Gruter.* pag. 232. ¶ Alia est *Augusta aqua* ab eodem Romam perducta, quæ ex Alsietino lacu concipiebatur. *Frontin. ibid.* artic. 11. V. *Alsietinus.* ¶ Apud *Plin.* l. 15. c. 30. et lib. 17. c. 10. dicitur *augusta laurus*, quæ amplissima est et arbore, et folio, baccis gustatu quoque non asperis: *regia* etiam ob id appellata. ¶ Via Augusta (ab auctore nominata) in Faliscis fuisse dicitur, et per Anniam in Flaminiam desiisse. V. *Annia.* ¶ *Augusta charta* vocata est ea, quæ, officinis Romam translatis lota ibi diligentius, et retractata est, *royal paper*: tenuitque aliquamdiu principatum: donec sub Claudio melior excogitata est. Antea *hieratica* dicebatur, religiosis tantum voluminibus dicata. *Id.* l. 13. c. 12. ¶ Præterea *Augustum* dictum est genus marmoris sub Augusto in Ægypto repertum. *Id.* l. 37. c. 7. ¶ Inter varia ficorum genera *augustas* enumerat *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 16. et fortasse intelligit ficos virides biferas, quas Augustus maxime appetebat, ut narrat *Sueton. in ejus vita* cap. 76. ¶ *Historia Augusta* est historia Augustorum. *Vopisc. in Tacit.* cap. 10. Cornelius Tacitus scriptor historiæ Augustæ.

AVĬA, æ, f. *a grandmother, μάμμη, μαμμία*, patris, vel matris mæ mater. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 34. Matres duas habet, et avias duas. ¶ Metonymice *Pers.* sat. 5. v. 92. Dum veteres avias tibi de pulmone revello. *h. e.* inveteratas, et diu conceptas animo opiniones, quas vel ab avia puer didicisse videri potes. ¶ Est etiam nomen cujusdam herbæ. *Colum.* l. 6. c. 14. *ad fin. ex Celso.* Herba, quæ vocatur avia cum sale trita, et imposita. ¶ Si divinare quis velit, non absurde dicere possit, aviam esse eandem ac *senecionem*, quam ita appellarunt Latini, quod vere canescat, et ob id ipsum Græci ἠριγέροντα. Juvat hanc conjecturam *Apulei. de herb.* c. 75. ubi tradit, senecionis flores a Græcis πάππους vocari, a nobis *avos* dici posse. Apud *Colum.* alii aliter leg. *a sort of groundsel.*

AVIARĬUM, ii, n. *a place where birds are kept; a cage, coop, aviary, ὀρνιθὼν*, locus conclusus, in quo aves altiles custodiuntur, et aluntur: de quo multa *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 3. *et* 5. ubi docet hoc nomine primum significatam esse eam villæ partem, quæ et gallinis, et columbis alendis assignata erat: postea ita dictum esse locum, in quo alebantur delicatiores aves, ut turdi, pavones, et hujusmodi, ad luxum cœnarum. *Columel.* vero lib. 8. c. 1. tradit, *aviaria* appellari etiam piscinas, in quibus nantes volucres servantur, ut anates, anseres: quamvis hæc loca proprium insuper nomen habeant. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. Nihil ei restabat præter balnearia, et ambulationem, et aviarium. ¶ *Aviaria* etiam dicuntur cubilia avium in nemoribus. *Virg.* 2. *Georg.* v. 430. Sanguineis inculta rubent aviaria baccis.

AVIARĬUS, ii, m. *one who keeps birds; a bird-catcher, ὀρνιθοκόμος*, qui aviarii curam gerit. *Colum.* l. 8. c. 3. *de gallinariis.* Aviarius subinde debet speculari, aut incubantis, aut parturientis fetus. *Inscript.* apud *Reines.* class. 11. n. 33. et *Murator.* pag. 971. n. 6. Priscus L. Varī Ambiboli aviarius altiliarius. *h. e.* qui altilia curat, et farcit, qui et *fartor avium* dictus est.

AVIARĬUS, a, um, adject. *relating to birds*, ad aves pertinens. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. Pro pariete rete aviarium est objectum.

AVICELLA, V. *Aucella.*

AVICŬLA, æ, f. *a little bird, ὀρνίθιον, ὀρνιθάριον*, parva avis. *Gell.* l. 2. c. 29. Aviculæ nidulus. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Aviculæ canoræ. ¶ Quidam putarunt esse etiam diminutivum ab *avia*, afferentes illud *Cicer. pro Flacc.* c. 36. *in fi.* Festivus filius aviculæ minime suspiciosæ, &c. sed ibi legendum est *aniculæ*.

AVICULARĬUS, ii, m. idem quod aviarius, apud *Apic.* l. 8. c. 7.

AVĬDE, *eagerly, earnestly, rapaciously, ravenously, ἐπιθυμητικῶς, ἁρπαλέως, λίχνως*, cum aviditate, cupide. *Petron. in Satyr.* c. 111. Avide replere se cibo. *Sueton. in Calig.* c. 18. Hilarius, et avidius vesci. *Plin.* l. 17. c. 2. Avide esurire. *Cic. de Senect.* c. 8. Græcas litteras sic avide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. *Id. ibid.* c. 20. Avide appetere aliquid. *Liv.* l. 23. c. 18. Avidius immergere se in voluptates. *Cic. Phil.* 14. c. 1. Avidissime exspectare aliquid. *Id. Attic.* l. 12. ep. 41. Avide sum affectus de fano. *h. e.* vehementer cupio, ut fanum fiat. *Liv.* l. 34. c. 15. Extra ordinem avidius procurrere. *Id.* l. 28. c. 27. Avide credere. *Curt.* l. 3. c. 6. Avide intueri aliquem. *Petron. in Satyr.* c. 22. Avidius rixari.

AVIDĬTAS, atis, f. *eagerness, avidity, earnestness, ardent desire, ἐπιθυμία*, cupiditas, desiderium. *Cic. de Senect.* c. 14. Senectus mihi sermonis aviditatem auxit, potionis, et cibi sustulit. *Plin.* l. 20. c. 16. Aviditas ad cibos. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 2. Inexhausta aviditas legendi. *Id.* 2. *Offic.* c. 11. Ad divitias plerique inflammati aviditate rapiuntur. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. *c. ult.* Infinita aviditas gloriæ me tenet. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 52. Aviditas imperandi. ¶ Speciatim ponitur pro nimia pecuniæ aviditate. *covetousness.* *Plaut. Merc. prol.* v. 29. Inhæret etiam aviditas, desidia, injuria. ¶ Item pro appetentia cibi, *appetite, hunger.* *Plin.* l. 23. c. 1. Uvæ in ollis servatæ et os, et stomachum, et aviditatem excitant. *Id. ibid.* c. 8. Amygdalæ aviditatem faciunt. *Id.* l. 20. c. 7. Lactuca in cibis aviditatem incitat, inhibetque eadem. ¶ In plurali numero. *Plin.* l. 11. c. 6. Alveum illinunt amarioribus succis contra aliarum bestiolarum aviditates. [¶ Absolute *aviditas* significat etiam coitus desiderium. *Plin.* l. 20. c. 21. Aviditates feminarum auget semen malvæ unicaulis aspersum genitali.]

AVIDĬTER, *greedily*, avide. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Aviditer ingurgitare merum. *Arnob. sub init.* l. 5. Invadere aviditer pocula.

AVĬDUS, a, um, *eager, earnest, ardent in the pursuit of, desirous, greedy, κατεπίθυμος, ἐπιθυμητὸς*, cupidus, vehementer appetens: ab *aveo*. *Terent. Eun.* 5. 4. 16. Avidus cibi. *Justin.* l. 9. c. 8. vini. *Liv.* l. 22. c. 21. Hispanorum inquieta, avidaque in novas res ingenia. *Terent. Eun.* 1. 2. 51. Ejus frater aliquantulum ad rem est avidior. *Cic. Phil.* 5. c. 8. Avidus in pecuniis locupletum. *Plin.* l. 7. c. 55. Avidus nunquam desinere. *Ovid. Metam.* 10. v. 472. avidus cognoscere amantem. *Lucanus* l. 6. v. 696. Et Chaos innumeros avidum confundere mundos. *Cic. pro Leg. Manil.* c. 3. Avidus laudis. *Id. pro Marcell.* c. 8. Avidissimus gloriæ. *Id. in Orat.* c. 29. *in fi.* Aures avidæ, et capaces. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 15. Avidus ignis. *Id.* l. 1. *Trist. eleg. ult.* v. 31. Rapina avida. *Martial.* l. 1. epigr. 50. Avida sitis. *Plin.* l. 14. c. 22. Avidi oculi. *Lucret.* l. 4. v. 595. Humanum genus est avidum nimis auricularum. *h. e.* habet aures avidas audiendi. ¶ Cum dativo. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 7. Servorum manus subitis avidæ. ¶ Speciatim ponitur pro nimis cupido pecuniæ. *avaricious.* *Cic. pro Rosc. Com.* c. 7. Callidum imperitus, liberalis avidum fraudavit. *Plaut. Pers.* 2. 3. 14. Triparcos homines, vetulos, avidos, aridos. *Id. Trinum.* 4. 1. 6. Avidis moribus esse. *Id. Aulul. prol.* v. 9. Avido ingenio esse. ¶ In illo *Lucretii* l. 5. v. 201. quantum cæli tegit impetus ingens, Inde avidam partem montes, silvæque ferarum Possedere, &c. *avidam partem* interpretari possumus vastam, ingentem: quia avidus magna appetit: nisi malis esse hypallagen, et *avidam* partem dici, hoc est avide occupatam. Al. leg. *aliam*: al. *habitant.* Similiter apud *eund.* l. 2. v. 1064. et l. 5. v. 471. *avidum complexum ætheris* intelligunt nonnulli vastum, ingentem.

AVIĒNUS, i, Rufus Festus Avienus poeta patria, ut multi putant, Hispanus, ut alii, Italus, multa scripsit, e quibus adhuc supersunt Metaphrasis Arati, et Periegeseos Dionysii Alexandrini, Fabulæ aliquot Æsopi (quamquam has *Flavio Aviano* alii tribuunt.) et quædam alia minutiora. Vixit Theodosii Junioris, Marciani, et Leonis Thracis temporibus, Macrobii fere æqualis (qui eum in Saturnalibus suis loquentem inducit) post initium sæculi Christi quinti: scripsitque, ut illis temporibus, adeo eleganter, et Latine, ut dignus videri possit, qui inter superioris ætatis scriptores referatur.

AVILLAS, agnas esse recentis partus, scribit *Paul.* ex *Festo.*

AVIS, is, f. *a bird, fowl, ὄρνις, ὄρνεον*, volucris omnis, quæ ova parit, et pennis prædita est. Itaque hoc nomine veniunt etiam gallinæ, anates, anseres. Hinc *Paul. Dig.* lib. 32. leg. 63. docet, avibus legatis, anseres, phasianos, et gallinas, et aviaria deberi. Hinc etiam liquet, minus late patere *avis* vocem, quam *volucris*. Nam apes, vespæ, muscæ, papiliones, *volucres* quidem sunt; non tamen *aves*. Quamquam hoc discrimen non est perpetuum. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 70. *de aquila.* Ista enim avi volat nulla vehementius. *Horat. de art. Poet.* v. 13. Serpentes avibus geminentur, tigribus agni. ¶ De variis avium volandi rationibus fuse, et curiose *Plin.* l. 10. c. 38. ¶ Quia vero *aves* habent præcipuum in auguriis locum, *bona avis* pro bono omine, *adversa*, et *mala* pro malo ponitur. *a good or bad omen.* *Ovid.* 1. *Fast.* v. 513. Este bonis avibus visi natoque, patrieque. *Liv.* l. 6. c. 12. Dii, qui secundis avibus in prœlium miserint. *Plaut. Epid.* 2. 2. 2. Avi sinistra exire. *Horat.* l. 1. od. 15. v. 5. Mala ducis avi domum, &c. *Vetus Poeta* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 16. Adversa avi solvere. ¶ *Alba avis* proverb. de re admodum rara, et fausta. Paucæ enim eo colore aves sunt. *Cic. Fam.* 7. ep. 28. Quasi avem albam videntur bene sentientem civem videre. ¶ In illo *Plauti Pœn.* 5. 2. 15. Quænam illæc avis est, quæ huc cum tunicis advenit? *avis* dicitur tunicatus homo, et in tunica habens manicas alarum instar. ¶ In ablativo sing. potest et *ave* dici sine reprehensione, ut *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 37. et *Priscian.* l. 7. pag. 765. *Putsch.* docent: quamquam *Charis.* l. 1. pag. 96. id negare videatur. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. Ave sinistra. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 6. *in fi.* Ora fuere mihi plus ave docta loqui.

AVISPEX, ispicis, qui aves inspicit auguriis captandis. V. *Extispicus.*

AVĪTE, adverb. ab avo. *Tertull. advers. Valentinian.* c. *ult.* Dominus Iesus filius hominis avite pronuntiatus. *Al. aliter leg.*

AVITĬUM, ii, n. grex avium, quemadmodum *servitium* servorum turbam significat. *Apulei. in Florid. sub fin.* Tam pulcra ales, quæ ex omni avitio longe præcellit.

AVITUS, a, um, *relating to a grandfather or other ancestor, ancient, προγονικὸς*, qui ab avis, et majoribus nostris ad nos pervenit. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 30. Paternæ, atque avitæ possessiones. *Id. Fam.* 13. ep. 34. Avitum mihi hospitium est cum Lysone. *Id.* l. 1. *Tuscul.* c. 19. Patria, atque avita philosophia. *Propert.* l. 2. eleg. 19. v. 23. Sanguine avito nobilis. *Id.* l. 4. eleg. 11. v. 29. Avita tropæa. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 38. Avita nobilitas. *Justin.* l. 1. c. 1. Avitus gentium mos. *Ovid. Metam.* 6. v. 239. aviti nominis heres. *Id. ibid.* v. 650. sedens solio sublimis avito. *Liv.* l. 1. c. 6. Avitum malum regni cupido. *Ovid. de art. aman.* v. 696. Avitum merum. *h. e.* vetus, quasi ab avis conditum. ¶ De brutis animalibus. *Colum.* l. 6. *c. pœnult.* Ubi asina, et onagro natus admittitur equæ, quidquid ex eo provenit, paternam formam, et modestiam, fortitudinem, celeritatemque avitam refert. Adde l. 7. c. 2. *ad fin.*

AVĬUS, a, um, adject. *without way or passage, through which there is no way, impassable, inaccessible, devious, unfrequented, solitary, lonely, ἄνοδος, ἄβατος*, qui est sine via, vel a via remotus. *Horat.* l. 1. od. 23. v. 2. Avii montes. *Virg.* 2. *Georg.* v. 328. Avia tum resonant avibus virgulta canoris. *Vellei.* l. 2. c. 55. Solitudines aviæ. *Sallust. in Jug.* c. 58. Nocturnis, et aviis itineribus Metellum sequitur. ¶ Substantive. *pathless places.* [*Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 21. Hunc avium dulcedo ducit ad avium.] *Virg.* 2.

Æn. v. 736. namque avia cursu Dum sequor, et nota excedo regione viarum. Vell. l. 2. c. 75. Avia itinerum. Tacit. l. 6. Ann. c. 21. Per avia, ac derupta [illegible]. Id. 2. Ann. c. 15. Avia Oceani. et cap. 68. Avia saltuum. Id. Ann. 13. c. 37. Avia Armeniæ. ¶ Item etiam dicitur, qui a via recedit. Virg. 11. Æn. v. 810. Continuo in montes se se avius abdidit altos, Occiso pastore, lupus. *making for pathless places.* ¶ Translate *Lucret.* l. 2. v. 81. Avius a vera longe ratione vagaris. *astray.* *Id.* l. 3. v. 464. Quin etiam morbis in corporis avius errat Sæpe animus. dementit enim, deliraque fatur. *Silius* l. 12. v. 493. init nunc avia capto consilia. *h. e.* quæ a capto abducunt.

AULA, æ, f. *a large open space at the entrance of great houses; a hall, court-yard,* αὐλή. in Græcorum ædificiis est idem, quod atrium, seu locus sub dio in ædibus. Docet enim *Vitruv.* l. 6. c. 10. ubi de eorum ædificiis disserit, mesaulas dici itinera inter eorum peristylia, et hospitalia, *quod inter duas aulas media sunt interposita,* hoc est per quas ab uno ad aliud atrium transitur. Hoc sensu *Virg. Æn.* 3. v. 353. Illos porticibus rex excipiebat in amplis: Aulai in medio libabant pocula Bacchi. *aulai* genitivus est Græci moris, diphthongo soluta per diæresim. Sic *terrai, pictai,* et alia. Et quia domus Principum utpote amplior ceteris, plures aulas seu atria habere solet, factum est, ut *aulæ* nomine a Latinis appellaretur et per metonymiam ipsi Principum, ac Regum servi, et ministri, *the royal palace; the court.* *Horat.* l. 3. od. 11. v. 16. janitor aulæ Cerberus. *h. e.* regiæ Plutonis domus. *Id.* l. 2. od. 10. v. 7. caret invidenda Sobrius aula. *Cic. Fam.* 15. ep. 4. Rex sine tumultu, ac sine armis, omni auctoritate aulæ communita, regnum cum dignitate obtinuit. *Senec.* l. 2. *de ira,* c. 33. Rarissimam rem in aula consequi, senectutem. *Tacit. Ann.* 2. c. 43. Divisa, et discors aula erat, tacitis in Drusum, aut Germanicum studiis. *Id. Ann.* 6. c. 43. Potiri aula. *to engross all the influence at court.* *Sueton. in Ner.* c. 6. Esse inter ludibria aulæ. *Lucan.* l. 8. v. 494. exeat aula, qui volet esse pius. ¶ *Aula regia* erat locus in scenæ medio cæteris ornatius, quod Regum (præsertim in Tragicis) domicilium referebat. *Vitruv.* l. 5. c. 7. Græci βασίλειον dicunt, et οἶκον ἔνδοξον, *that part of the scenery which represented the palaces of kings.* ¶ *Virgilius* aulam vocat sedem, et cellam regis apum l. 4. *Georg.* v. 201. ipsæ Regem, parvosque Quirites Sufficiunt, aulasque, et cerea regna refingunt. *the cell of the queen-bee.* ¶ Antrum etiam hac voce significari quidam putant, afferuntque illud *Virg. Æn.* 1. v. 144. illa se jactet in aula Æolus, et clauso ventorum carcere regnet. Et *Silii* l. 6. v. 216. Jamque ubi feralem strepitu circumtonat aulam, &c. ubi de antro loquitur, in quo immanis serpens degebat. Verum aptius dicemus, aulam Æoli ejus regiam esse, ubi ventis imperat; aulam serpentis locum, in quo cædibus et veneno quodammodo regnat. ¶ Significat etiam septum animalium, caulam, stabulum, tum apud Græcos, teste *Polluce* l. 1. c. 12. et lib. 9. c. 4. et aliis, tum apud Latinos, *a stall, shed, crib, pen.* *Propert.* l. 3. eleg. 11. v. 39. vacuam pastoris in aulam Dux aries saturas ipse reduxit oves. *Petron. in Satyr.* c. 119. Tigris aurata gradiens vectatur in aula. *h. e.* in cavea. V. locum, et *Burmanni* notas. *Gratius* quoque in *Cyneg.* v. 167. aulam vocat septum, ubi custodiuntur canes venatici. ¶ *Aulæ* etiam dicuntur, si *Servio* credimus ad 9. *Æn.* v. 60. septa in sacris ædibus, et in tribunalibus, quæ turbas prohibent. ¶ Est præterea *aula* vas illud, quod frequentius *olla* dicitur. Facile enim *au* in *o* longum vertitur, ut a *caudex, codex,* a *plaustrum plostrum,* &c. *a pot.* *Cato R. R.* c. 86. Postea in aulam indat, et aquam puram, coquatque. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 89. Poculum grande, aula magna. *Id. Cas.* 4. 1. 16. Aulas pervortunt, ignem restinguunt aqua. Adde *in Aulul.* sæpe, *et in fragm. Amphitr.* apud *Non.* c. 15. n. 1.

AULLA, æ, f. αὐλαία, idem quod aulæum. *Curt.* l. 8. c. 5. Cum post aulæam, quæ lectos obduxerat, staret.

AULÆUM, i, n. *arras, tapestry, hangings, painted curtains,* αὐλαία, περιπέτασμα, τὰ περιστρώματα, velum intextum, et picturatum, quo parietes ædium teguntur, lecti, et mensæ insternuntur, peripetasma, peristroma: ita dictum, quod illo aulæ ornari solent. *Servius ad Virg.* 3. *Georg.* v. 25. docet, *aulæa* dicta esse a Latinis ab aula Attali Regis, in qua primum hujusmodi vela inventa sunt, cum ejus hereditatem populus Romanus adiit: quod etiam *Varro* indicat apud *Non.* c. 14. n. 4. Usurpatur sæpius in plurali numero, quam in singulari. *Curt.* l. 9. c. 15. Lectis circumdare aulæa, purpura auroque fulgentia. *Virg.* 1. *Æn.* v. 701. aulæis jam se Regina superbis Aurea composuit sponda. *Horat.* l. 2. *sat. ult.* v. 54. Aulæa suspensa. *Propert.* l. 2. eleg. 23. v. 46. Porticus aulæis nobilis Attalicis. ¶ De sipario, quo scena obtegitur. *the curtain of a theatre.* *Cic. pro Cæl.* c. 27. Scabilla concrepant, aulæum tollitur. *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 23. Aulæo misso. *Ovid. Metam.* 3. v. 111. ubi tolluntur festis aulæa theatris. *Horat. de art. poet.* v. 154. Si plausoris eges, aulæa manentis, &c. *Juvenal.* sat. 14. v. 262. ergo omnia Floræ, Et Cereris licet, et Cybeles aulæa relinquas. *h. e.* ludos, Floralia, Cerealia, &c. [Ex allatis illud etiam animadvertendum nobis est, priscis illis temporibus, completa in Theatro fabula, claudi scenam consuevisse aulæo, *h. e.* sipario ex inferiore parte ad superiorem sublato et explicato, aperiri vero eodem ex superiore ad inferiorem demisso et implicato.] ¶ De toga picta, et sinuosa, *Juvenal.* sat. 10. v. 38. et pictæ Sarrana ferentem Ex humeris aulæa togæ. *the painted folds.*

AULAR, aris, n. *a cover or lid,* aulæ, vel alterius vasis operculum, πῶμα. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 15. Cum aular impositum est in doliis, fiunt pingues. Ita *Scalig.* emendat. nam editi fere omnes habent *cum cumulatim.*

AULAX, acis, *a furrow, ridge,* αὖλαξ, ακος, ἡ, Græce est sulcus, qui aratro fit in agro. *Auson.* ep. 10. v. 9. Et si Pierias patitur lirare sorores, Nunquam ipse torquet aulaca. *aulaca* accusativus est Græcæ positionis, et in pluribus optim. editionib. Græce legitur.

AULETES, tæ, m. *one who plays upon the pipe or flute, a piper,* αὐλητὴς, idem ac tibicen: ab αὐλὸς, tibia. Legunt quidam apud *Cicer. pro Mur.* V. *Aulœdus.* ¶ *Auletes* cognomine dictus est Ptolemæus pater Cleopatræ, quod tibia adeo delectaretur, ut eam palam sonare, choraulæ more, non puduerit, ut narrat *Strabo* lib. 17.

AULETĬCUS, a, um, *relating to a pipe or flute, auletic,* αὐλητικὸς, ad tibiam pertinens, quæ Græce αὐλὸς dicitur. *Plin.* l. 16. c. 36. Orchomenius calamus est continuo foramine pervius, quem auleticum vocant: his tibiis utilior.

AULICŎQUUS, a, um, qui in aula, seu olla coquitur. *Paul.* ex *Festo* in *Aulas:* Aulicoqua exta, quæ in aulis coquebantur, dicebant, id est elixa. *Al. leg.* aulicoctia, *vel* aulicocia.

AULĬCUS, a, um, *relating to a palace or court, aulic,* αὐλικὸς, ad aulam, seu domum Principis pertinens. *Sueton. in Domit.* c. 4. Aulicus apparatus. *Id. in Ner.* c. 45. Luctatores aulici. ¶ *Aulici, orum,* sunt servi, et ministri aulæ, *courtiers.* *Nepos in Datam.* c. 5. Aulicorum invidia. *Sueton. in Calig.* c. 19. Aulici interiores. Adde *Mamertin. in gratiar. act. ad Julian.* cap. 11. et 19. [¶ *Aulica, æ,* substantivi more apud *Sueton. in Oth.* c. 2. Libertinam aulicam gratiosam, quo efficacius coleret, etiam diligere simulavit, quamvis anum ac pæne decrepitam. ¶ Est etiam *aulicus* ab αὐλὸς *tibia,* et idem significat ac auleticus. *Martian. Capell.* l. 9. pag. 314. Ischiadas quis nesciat expelli aulica suavitate?]

AULIS, is, et idis, f. Αὐλὶς, regiuncula saxosa Bœotiæ, e regione Chalcidis urbis Eubœæ, cum urbe, et portu capaci. Huc Græcos convenisse ferunt, deliberandi causa, bellumne Trojanis inferendum esset. Hinc locus *Aulis* nominatus est, ab αὖλις, castra, tentorium. *Virg.* 4. *Æn.* v. 425. Non ego cum Danais Teucrorum exscindere Gentem Aulide juravi. *Lucan.* l. 5. v. 236. ad iniquam classibus Aulin.

AULĬUM, i, n. parva aula, seu olla. Afferunt quidam locum *Catonis* apud *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. In Italia in scrobes terna, atque quaterna millia aulia succidia. At *Scaliger* monet legendum *a vila* pro *villa.* nam antiqui non geminabant consonantes.

AULIX, ĭcis, m. *a furrow, ridge,* videtur idem esse, quod *aulax.* *Veget. de re veterin.* l. 1. c. 56. *sub fin.* In sicco, æqualique solo digeritur creta ad similitudinem stadii, quod aulicibus asperius sit. *Et mox.* In quo spacio cum equus frequentissime exerceri cœperit, in illos aulices necessario offendit et ungulas impingit.

AULŒDUS, i, m. *a player on the pipe or flute, a piper, fluter,* αὐλῳδὸς, αὐλητὴς, tibicen: ab αὐλὸς, tibia. *Cic. pro Mur.* c. 13. Ut aiunt in Græcis artificibus, eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerint. Ita *Manut.* edidit, et ita legit *Quintil.* l. 8. c. 3. hunc eundem locum referens: at *Victorius* auletas.

AULULARĬA, æ, f. titulus Comœdiæ Plautinæ, in qua inducitur senex avarus aulam, seu ollam habens auri plenam. Ipsa vox est ab *aulula* diminutivo ab *aula:* cujus tamen exemplum adhuc nullum vidimus. [Atqui habemus apud *Apul.* 5. *Met.* pag. 356. *Oudend.* Lucernamque sub de aliquo claudentis aululæ tegmine. Sic habent optimæ editiones, et præcipue *Elmenhorstii* et *Oudendorpii,* quod profecto melius est quam *aulæ,* vel *auleæ,* vel *aulææ,* quæ duo postrema mendosa certe sunt.]

AULUS, i, m. prænomen est Latinum, quod passim occurrit in Romanorum civium appellationibus, ut *A. Postumius Albus, A. Hostilius Mancinus.* In libello *de nominibus Romanorum* (quem alii *Valerio Maximo,* alii *C. Tito Probo,* alii *Julio Paridi,* alii aliis tribuunt) dicuntur *Auli, qui Diis alentibus nati sunt.* Alii censent, ita dictos esse ab aulis, idest ollis faciendis. ¶ Est etiam *aulus* piscis quidam e pectinum genere: ita appellatus a similitudine tibiæ, quæ Græce αὐλὸς dicitur. *Plin.* l. 32. c. 9. *a sort of cockle.*

AUMARĬUM, ii, n. *Petron. in fragm.* pag. 673. *Burm.* In aumarium memet conjeci. *Fulgent. de prisco serm. in fi.* interpretatur locum secretum publicum, sicut in theatris, aut circo: v. gr. latrinam publicam. Alii leg. *aumatium* eodem sensu. *Turneb.* l. 26. c. 10. suspicatur legendum *automatium,* ut locus significetur theatri, vel circi, ubi erant machinæ, quæ *automata* a Græcis vocantur. Alii putant corruptum esse ex *armarium.*

AVOCAMENTUM, ti, n. *an avocation, relaxation, diversion, pastime, recreation,* ἀποτροπὴ, id, quo ab aliqua re avocamur, et abstrahimur. *Plin.* l. 8. ep. 23. Omnia mihi studia, omnes curas, omnia avocamenta exemit, excussit, eripuit dolor. et epist. 5. Admittere avocamenta doloris. Adde *in paneg.* c. 82. et *Apulei. in Apolog.*

AVOCATIO, onis, f. actus avocandi, et abstrahendi ab aliqua re. *a calling off the attention, diverting the thoughts.* *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 15. Levationem ægritudinis in duabus rebus ponit, avocatione a cogitanda molestia, et revocatione ad contemplandas voluptates. *Senec.* epist. 56. *ante med.* Quæ me sine avocatione circumstrepunt. *without distracting my attention.*

AVOCĀTOR, oris, m. qui avocat. *Tertull. de carne Christi,* cap. 5. *in fi.* Nec mortuorum suscitator, sed vivorum avocator.

AVOCĀTRIX, icis, f. quæ avocat. *Tertull. de anim.* c. 1. Vis perniciosissima, omnis veritatis avocatrix.

AVOCĀTUS, a, um, *called off or away, diverted, distracted,* alio vocatus, abstractus. *Liv.* l. 4. *c. ult.* Pars tribunorum ad Volscum avocata bellum. *Tacit. Ann.* 3. c. 37. Solus, et nullis voluptatibus avocatus, mœstam vigilantiam, et malas curas exerceret.

AVŎCO, as, avi, atum, a. 1. *to call off or away, call aside, divert, distract, withdraw,* ἀποκαλέω, ἀποτρέπομαι, ab aliqua re revoco, abstraho, abduco, averto: ex *a* præposit. et *voco, as.* *Cic. Phil.* 2. c. 10. Nihil prætermisi, quin Pompeium a Cæsaris conjunctione avocarem. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 32. Quos jam ætas a prœliis avocabat. *Id. de Senect.* c. 5. Senectus avocat a rebus agendis. *Id.* 2. *Phil.* c. 45. Ne metus quidem te a fœdissimis factis potest avocare. *Id. de Harusp. resp.* c. 9. Deterrere, atque avocare animos a religione. *Id.* 1. *de Fin.* c. 1. aliquem a Philosophia. *Id. pro Balb.* c. 26. *in fi.* aliquem a contentione. *Id.* 2. *de Legib.* c. 4. Vocare ad recte facta, et avocare a peccatis. *Quintil.* l. 6. c. 5. *ad fin.* Avocare judicem in aliam quæstionem. *h. e.* a re proposita ad aliam avertere. *Senec.* epist. 56. *ante med.* Animum cogo sibi intentum esse, nec avocari ad externa. *Id. de consol. ad Polyb.* c. 36. *sub fin.* Luctum suum intempestivis avocare lusibus. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *Acad.* c. 4. Avocare philosophiam a rebus occultis, et ab ipsa natura involutis, et ad vitam communem adducere. *Id. in Orat.* c. 14. Avocare controversiam a propriis personis, et temporibus. *to abstract, consider separately.* ¶ *Avocare concionem ab aliquo magistratu* est concionem a magistratu, qui eam advocavit, abducere. *Messala* apud *Gell.* l. 13. c. 15. Consul ab omnibus magistratibus et comitiatum, et concionem avocare potest. ¶ Cum dativo *Id. ibid. sub fin.* Nec avocare alius alii posset, si concionem habere vellet. ¶ *Avocare se* est *to divert, amuse.* *Arnob.* l. 7. pag. 215. Parvuli pusiones, ut abstineant a ploratibus, passerculos, pupulos, equuleos, panes accipiunt, quibus avocare se possint. ¶ *Avocare aquam* apud *Paul. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 26. est ab una in aliam partem derivare, et abducere. Ita enim ibi legitur in opt. edition. *Torrentini.* Nam *Haloand.* habet *evocare.* ¶ *Avocare factum alicujus* pro revocare, efficere, ut factum non sit, *Ulpian. ibid.* tit. 5. leg. 6. ¶ Pro revocare, recipere, auferre ab aliquo, *Scævola* lib. 22. tit. 3. leg. 6. Ut partem ejus, quod in fraudem datum esset, posset avocare. *Pompon.* lib. 19. tit. 1. leg. 3. Avocare possessionem. ¶ Cum dativo personæ *Paul. Dig.* lib. 35. tit. 2. leg. 1. *a med.* Si legatarius possessionem nactus est, et non potest avocari ei res, &c.

AVŎLO, as, avi, atum, n. 1. *to fly away,* ἀφίπταμαι, volando fugio, evolo. *Caius Dig.* lib. 41. tit. 1. leg. 5. Pavones, qui ex consuetudine avolare, et revolare solent. ¶ Translate est celeriter fugere. *to flee away, hasten.* *Virg. Æn.* 11. v. 712. avolat ipse, Haud mora, conversisque fugax aufertur habenis. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 10. Experiar certe, ut hinc avolem. *Id.* 2. *de Fin.* c. 32. Fluit voluptas corporis, et prima quæque avolat. *Liv.* l. 1. c. 57. Citatis equis avolant Romam. *Id.* l. 3. c. 61. avolat deinde ad equites. Utroq. loc. al. *advolant.* Utraque lectio proba.

AURA, æ, f. *a gentle gale, breath of air, gust of wind, the air,* αὔρα, *et* αὔρα, aer lenis, et placide spirans. Græca quidem vox, sed usu Latina facta. *Plin.* l. 5. ep. 6. Semper aer spiritu aliquo movetur: frequentius tamen auras, quam ventos habet. *Virg.* 2. *Æn.* v. 726. Et me, quem dudum non ulla injecta movebant Tela, neque adverso glomerati ex agmine Graii, Nunc omnes terrent auræ. Adde *Plin.* l. 2. c. 45. ¶ *Aeris auras* sæpe dixit *Lucretius,* ut lib. 1. v. 207. l. 2. v. 203. l. 3. v. 753. l. 6. v. 1225. &c. sic *auras aerias* non semel, ut l. 5. v. 502. et l. 4. v. 931. et *Virg.* 5. *Æn.* v. 520. qua loquendi ratione ostenditur, *auram* proprie significare aerem spirantem, et se moventem. Nam ut multi Græci Etymologi docent, est aura ab ἄω, spiro, vel ab ἀὴρ, aer, et ῥέω, fluo. *Isidor.* l. 13. *Orig.* c. 11. Agitatus aer auram facit. *Ovid. Metam.* 15. v. 246. tenuatus in auras, Aeraque humor abit. ¶ Sumitur tamen sæpe generatim pro aere, aut vento, *the air, wind; a breeze, blast.* *Virg. Eclog.* 9. v. 53. Omnes ventosi ceciderunt murmuris auræ. *Id.* 4. *Georg.* v. 171. taurinis follibus auras Accipiunt, redduntque. *Id. Æn.* 3. v. 356. auræ Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus austro. *Horat.* l. 1. od. 2. v. 48. Ocyor aura. *Senec. in Med.* v. 304. *de navigantibus.* Animam levibus auris credere.

Id. in Œdip. v. 599. Trahere auras. *h. e.* spiritum ducere. *Virg.* 1. *Æn.* v. 550. et *Æn.* 2. v. 339. Vesci aura. *h. e.* vivere. Sic *Æn.* 1. v. 391. Auras vitales carpere. Et *Quintil. in proœm.* l. 6. Auram communem haurire. *Virg.* 6. *Æn.* v. 194. Dirigere cursus per auras. *through the air.* Sic *Æn.* 4. v. 357. Deferre aliquid per auras. ¶ *In auras, ad auras, sub auras* est in altum, per aera. *Virg.* 4. *Æn.* v. 176. Attollere se in auras. *Id.* 2. *Georg.* v. 291. Tendere ad auras. *Id.* 3. *Georg.* v. 109. Assurgere in auras. *Id.* 3. *Æn.* v. 422. Erigere fluctus sub auras. *Senec. in Agamemn.* v. 854. Fugere in auras. *Virg.* 2. *Georg.* v. 47. *de arboribus.* Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras. *h. e.* crescunt. ¶ *Ferre aliquid sub auras* apud *eund.* 2. *Æn.* v. 158. est vulgare, manifestare. Sic *reddere ad auras*, in apertum educere *ibid.* v. 259. Contra *fugere auras* est diem, hominesque vitare, abdere se. *Id.* 4. *Æn.* v. 388. ¶ Apud *eund.* 4. *Georg.* v. 86. *venire ad auras superas* est ab Inferis in nostrum orbem ascendere. ¶ *Ferre auras* est aeri et cælo assuescere. *Virg.* 2. *Georg.* v. 422. *de oleis.* Ut semel hæserunt arvis, aurasque tulerunt. ¶ In illo *ejusdem* 3. *Georg.* v. 251. si tantum notas odor attulit auras: *Servius* monet, hypallagem esse, pro, si auræ odorem apportaverint notum. Nam aura est, quæ odores diffundit, et pro odore ponitur. *Id.* 4. *Georg.* v. 415. et liquidum ambrosiæ diffundit odorem, Quo totum nati corpus perduxit: at illi Dulcis compositis spiravit crinibus aura. Adde *Valer. Flacc.* l. 5. v. 589. Sic *Martial.* l. 3. epigr. 65. Quod de Corycio quæ venit aura croco. *Stat.* 10. *Theb.* v. 46. pinguesque ab ovilibus auræ. ¶ Interdum *aura* significat tenue quiddam et varium ex aere, et lumine, aut colore resultans. *Virg.* 6. *Æn.* v. 204. Discolor unde auri per ramos aura refulsit. *Servius* huc trahit illud *Horatii* l. 2. od. 8. *extr.* tua ne retardet Aura maritos. *h. e.* splendor, et pulcritudo. Alii aliter interpretantur. ¶ Item mixtum quid ex aere, et calore. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 33. Simul ac languido corpore solis calidior visa est aura. ¶ Accipitur etiam pro repercussu vocis, quæ *echo* dicitur, quia medio aere fit. *Propert.* l. 1. eleg. 20. v. 50. Sed illi Nomen ab extremis fontibus aura refert. ¶ Item pro flatu, qui exspiratur ab animali, *animal breath. Ovid.* 5. *Fast.* v. 507. Ipse genu posito flammas exsuscitat aura. ¶ Translate *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 3. v. 25. En ego non paucis quondam munitus amicis, Dum flavit velis aura secunda meis. *h. e.* dum prospera utebar fortuna: ducta translatione a navigantibus secundo vento. *Liv.* l. 3. c. 37. Captare auram libertatis. *Id.* l. 42. c. 39. Levi aura spei objecta. *h. e.* spe instar auræ aspirante. *Virg.* 7. *Æn.* v. 646. Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura. *h. e.* tenuis rumor. *Cic. pro Mur.* c. 17. Totam opinionem parva nonnunquam commutat aura rumoris. *Id. pro Sext.* c. 47. *in fi.* Quem neque periculi tempestas, neque honoris aura potuit unquam de suo cursu dimovere. *Id. Verr.* 3. c. 13. Sperat, sibi auram posse aliquam afflari voluntatis, assensionisque, &c. *h. e.* favorem. Adde *Horat.* l. 1. od. 5. v. 11. Hinc *aura popularis* est favor, et plausus vulgi, *favour, popular applause. Cic. de Harusp. respon.* c. 20. *in fi.* Sulpicium longius, quam voluit, popularis aura provexit. *Virg.* 6. *Æn.* v. 817. jam nimium gaudens popularibus auris. *Liv.* l. 3. c. 33. Omnis popularis auræ captator. *Id.* l. 42. c. 30. Esse auræ popularis. *h. e.* popularem esse, populo placere studere. Genitivus *aurai* pro *auræ* soluta diphthongo per diæresim. *Virg.* 6. *Æn.* v. 747. atque aurai simplicis ignem. ¶ *Auras* etiam pro *auræ* legit *Servius* apud *eund. Æn.* 11. v. 801. nihil ipsa, nec auras, &c. atque hanc esse antiquam lectionem asserit. Nam apud majores ductum fuisse aliquando genitivum singularem a Græco τῆς αὔρας. Sic *Sallust.* dixisse *custodias* pro *custodiæ*: et *familias* pro *familiæ* adhuc in usu esse, junctum nominibus *pater, mater.* Veteres tamen Codices MSS. habent *auræ*, teste *Pieria*, et sic passim in Editis quoque legitur.

AURARĬUS, a, um, adject. *relating to gold*, ad aurum pertinens. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 51. Negotium hoc ad me pertinet aurarium. *h. e.* efficiendi aurum, seu inveniendi pecuniam. *Plin.* l. 34. c. 13. Auraria fornax. *h. e.* in qua aurum purgatur. *Id.* l. 37. c. 12. Auraria metalla. *gold-mines.* Et *Varr.* apud *Non.* c. 6. n. 41. Auraria statera. *to weigh gold with.* ¶ In *Cod.* lib. 10. tit. 47. leg. 10. dicitur *aurarius canon* præstatio pecuniæ, quæ a mercatoribus, et negotiatoribus conferebatur Principi; quæ *auraria pensitatio* appellatur *ibid.* lib. 11. tit. 61. leg. 2. et *auraria* absolute lib. 12. *Cod. Theodos.* tit. 6. leg. 29. ¶ Est etiam *auraria* absolute, aurifodina, *a gold mine. Tacit. Ann.* 6. c. 19. Publicare aurarias alicujus. ¶ Item femina in auro negotians. *Inscript.* apud *Donium* class. 8. n. 13. et *Murator.* pag. 964. n. 1. Martia T. F. Severa auraria et margaritaria de via sacra. ¶ *Aurarius, ii*, est faber aurarius. *a goldsmith. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 12. n. 6. Pro S. Imperatoris Colleg. Aurariorum L. Calpurnius D. D. ¶ *Aurarii* præterea sunt fautores, si *Servio* credimus *ad Æn.* 6. v. 817. ducta appellatione ab aura populari.

AURĀTA, æ, f. χρύσοφρυς, piscis, ita dictus, quia aurata habet supercilia: quem tamen quidam negant eum esse, quem nos *a giltheud or dory*, dicimus. Nominatur a *Cels.* l. 2. c. 18. et 28. *Plin.* l. 9. c. 16. et *Martial.* l. 13. epigr. 90. ¶ Scribit idem *Plin.* l. 32. c. 5. iis, qui mel venenatum comederint, auratam pro antidoto esse. ¶ Quidam C. Sergius civis Romanus, quod hoc pisce admodum delectaretur, cognominatus est *Aurata*, (ut legitur apud *Cicer.* l. 1. *de Orat.* c. 39.) seu *Orata*, *au* in *o* converso, ut est apud *Plin.* l. 9. c. 54. itemque apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 11. ubi addit, ex simili causa etiam *Murænas* appellatos fuisse. Aliam causam *Oratæ* appellationis affert *Fest.* in *Orata.* V.

AURATĪLIS, le, adject. aureus. *Solin.* c. 15. (*al.* 25.) *ad fin.* Mares punctillis ad gratiam interlucentibus auratilis pulvisculus variat.

AURATŪRA, æ, f. *a gilding*, χρύσωσις, inductio auri in rem aliquam. *Quintil.* l. 8. c. 6. Quia non est nisi pars auratura. Al. leg. *aurata.* ¶ Servus *ab auraturis* est in veteri *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 583. n. 4. M. Ulpio Aug. Lib. Dionysio, qui fuit ab auraturis, &c.

AURĀTUS, a, um, *gilt or gilded*, κεχρυσωμένος, auro obductus, inauratus. *Cic. post redit. in Sen.* c. 11. Currus auratus. *Id. Parad.* 6. *ad fin.* Aurata tecta in villis. ¶ Item universim auro ornatus. *decked with gold. Liv.* l. 9. c. 40. Aurati milites. *h. e.* scuta habentes auro cælata. *Virg. Æn.* 12. v. 536. Aurata tempora. *h. e.* tecta galea aurata. *Ovid.* 2. *de ar. aman.* v. 299. Aurata est; ipso tibi sit pretiosior auro. *h. e.* induta vestibus auro intextis. *Propert.* l. 3. eleg. 11. v. 57. Auratos lacertos gerere. ¶ Interdum est idem ac aureus, *of gold, golden. Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 5. Auratam optantes Colchis avertere pellem. *h. e.* vellus aureum arietis Phryxei. *Ovid. Metam.* 5. v. 52. ornabant aurata monilia collum. *Claudian. in II. Consul. Stilich.* v. 226. Auratos Rhodiis imbres, nascente Minerva, Indulsisse Jovem perhibent. ¶ Item aureum colorem habens. *of the colour of gold. Plin.* l. 37. c. 10. Gemma nunc sanguineis, nunc auratis guttis. ¶ Comparativum *auratior* legitur apud *Tertull. de Idolol.* c. 6. *in fi.* Saginatiorem, et auratiorem, et majorem hostiam cædere.

AURĔA, æ, f. *a bridle*, frenum. *Paul.* ex *Festo* docet, *aureas* dictos esse frenos, quibus equorum aures religabantur: quod confirmat etiam in sequenti voce *Aureax*; ubi addit *oreas*, seu *orias* dictas, quibus equorum ora coercebantur. Sed fortasse *aurea*, et *oria* unum et idem sunt, et eo modo dicuntur, quo *plaustrum plostrum, caudex codex*, et similia, ut adnotavit *Salmas. ad Vopisc. in Carin.* c. 19. Quis enim credat, frenos equorum auribus unquam inditos?

AUREĀTUS, a, um, adject. *decorated with gold, Sidon.* carm. 9. v. 396. In castris hedera ter aureatus. *h. e.* decoratus, ornatus.

AURĔAX, auriga, ab *aurea*, frenum. *Paul.* ex *Festo.* In *Gloss.* exponitur ἱπποσάστης, quæ vox et de equite, et interdum etiam de equo ipso dicitur.

AURELĬA, Αὐρηλία, familia Romæ in primis celebris, a Sabinis, *Festo* auctore, oriunda, cui locus publice designatus erat, in quo Soli sacra faceret. Olim *Auselia* dicebatur, ut *Valesia, Papisia* pro *Valeria, Papiria.* Putarunt autem nonnulli, teste eodem *Festo*, a Sole nomen habuisse, qui Græce ἥλιος dicitur. Sed fortasse aptius derivari potest ab *ausum*, quod Sabinorum lingua significat aurum, ut idem *Festus* docet in voce *Aurum.* ¶ Fuit etiam nomen proprium matris C. Julii Cæsaris. *Sueton. in Cæs.* c. 74. ¶ Item nobilis scorti tempore Ciceronis, cujus meminit *Fam.* 9. ep. 22. ¶ Denique hoc nomen tribuitur quibusdam urbibus, quarum præcipua est in Gallia Celtica ad Ligerim fluvium, nunc *Orleans*, V. Geographos.

AURELIANENSIS, se, adject. Aurelianensis urbs apud *Sidon.* l. 8. ep. 15. est Aurelia in Gallia Celtica nunc *Orleans* dicta, quam ferunt conditam ab Aureliano Imperatore.

AURELIĀNUS, i, m. unus ex Romanis Imperatoribus, cujus vitam scripsit *Vopiscus.* ¶ Adjective *Aureliani sodales* dicti sunt Sacerdotes instituti ad similitudinem *Augustalium.* V. *Capitolin. in M. Anton. Philos.* c. 7. *in fi.* ¶ *Balneum Aurelianum* legitur in *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 178. n. 3. Ex liberalitate M. Aurelii exstructum.

AURELĬUS, a, um, adject. deductum ab *Aurelio*, quod est nomen Romanum. *Aurelia Via* dicta est ab Aurelio viro consulari, qui eam stravit. Incipiebat a tribunali Aurelio, vel a Porta Aurelia, et tendebat per maritima Thusciæ Pisas versus. Duplex fuit, vetus, et nova, ut colligitur ex *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 457. n. 6. Multa de hac via disserit *Fabrett. in dissertat. de aquis, et aquæd.* ¶ *Aurelia aqua* eadem fuit ac Trajana, quæ a Sabatino agro ad summum Janiculum, et Transtiberinam regionem deducta fuit: sic dicta, quia per duo fere passuum millia secus viam Aureliam deferebatur: vel ut alii volunt, appellata est a L. Aurelio qui consul fuit A. U. 630. et eam deduxisse creditur. V. *Fabrett. loc. cit.* ¶ *Aurelia lex* judiciaria denominata est a C. Aurelio Cotta Prætore, qui eam tulit M. Licinio Crasso, Cn. Pompeio Magno Coss. circa A. U. 683. ut judicia quæ penes solos Senatores erant, inter Senatores, et Equestrem ordinem, et Tribunos Ærarios communicarentur. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 3. ¶ Alia fuit de tribunis plebis, lata a C. Aurelio Cotta, qui consul fuit cum L. Octavio circa A. U. 678. qua permissum est Tribunis plebis, ut ad alios quoque Magistratus capessendos accederent: quod antea lege a Sulla Dictatore lata, facere prohibebantur. *Ascon. in Orat. pro C. Cornel. majestatis reo.* ¶ *Forum Aurelium* fuit oppidum Etruriæ, ut quidam putant, medium inter Centumcellas, et Cosam. *Cic. Catil.* 1. c. 9. ¶ *Aurelium tribunal*, cujus meminit *Cic. post redit. ad Quir.* c. 5. *pro Sext.* c. 15. et alibi, fuit in Foro: putantque nonnulli factum fuisse ab eodem Aurelio, qui legem Aureliam judiciariam tulit. De hoc tribunali intelligendus est ille etiam locus *Cicer. pro Cluent.* c. 34. Gradus illi Aurelii tum novi, quasi pro theatro illi judicio ædificati videbantur. Adde *pro Flacc.* c. 28. ¶ *Aurelia porta* quænam fuerit, et quo Urbis loco, non satis constat: alii putant fuisse illam, quæ nunc dicitur S. Pancratii, unde vetus Aurelia via incipiebat: alii alium ei locum, et nomen assignant.

AURELĬUS, ii, Sextus Aurelius Victor, Afer vulgo creditus, sub Constantio Imperatore floruit, hoc est medio sæculo Christi IV. ignobili quidem loco, tenuique patre ortus, sed propter virtutem ad amplissimos honores promotus. Putatur autem esse is, cujus meminit *Ammian.* l. 21. c. 10. (*al.* 18.) Ei tribuuntur libelli *de origine gentis Romanæ, de Viris illustribus*, et *de Vitis Cæsarum* ab Augusto usque ad decimum Consulatum Constantii: in quibus apparet stilus, ut illa ætate, satis nitidus, et elegans, et ab Africanorum salebris omnino remotus. Auctor vero *Epitomes de vita, et moribus Impp. Rom.* quæ eodem Sexti Aurelii Victoris nomine inscribitur, junior certe est priore, et diverso etiam dicendi genere utitur, quin aliquando ab illo dissentit. De utroque plura *Vossius de histor. Lat. Martin. Hanckius de Rom. rer. Scriptorib. Andr. Schott. in præfat. ad Sext. Aur. Vict.* et alii.

AUREŎLUS, a, um, *of the colour of gold*, χρυσίτης, ὁ, χρυσῖτις, ἡ, χρυσοῦς, auri colorem referens: diminutivum ab aureus. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. Galli salaces, lacertosi, rubenti crista, rostro brevi, collo vario, aut aureolo. Adde *Colum.* l. 9. c. 3. ¶ Item auro constans, *of gold, golden. Plaut. Epid.* 5. 1. 34. Anellus aureolus. *Id. Rud.* 4. 4. 122. Ensiculus aureolus. *Catull.* carm. 2. Aureolum malum. ¶ Et auro ornatus. *ornamented with gold. Prudent.* περὶ στεφ. 9. *de S. Eulal.* v. 196. Tecta corusca super rutilant De laquearibus aureolis. *Lucil.* apud *Non.* c. 18. n. 3. Aureolus cinctus. ¶ Translate ponitur pro formoso, pulcro. *beautiful, comely. Id.* carm. 60. *epithal. Jul. et Manl.* v. 166. Transfer omine cum bono Limen aureolos pedes. ¶ Et pro pretioso, eximio, præstanti. *precious, valuable, golden. Cic. Acad.* l. 4. c. 44. Est enim non magnus, verum aureolus, et ad verbum ediscendus libellus. *Id.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 17. Aureola oratiuncula. ¶ *Aureolus, i*, absolute, (subaudi *nummus*) idem est ac *aureus*, licet diminutivum ab eo sit. *Martial.* l. 12. epigr. 36. Aureoli manu crepantes. Adde lib. 5. epigr. 20. *a gold coin.*

AURESCO, is, n. *to grow of the colour of gold*, aureum colorem sumo. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. Aurora dicitur ante solis ortum, ab eo, quod ab igne solis tum aureo aer aurescit.

AURĔUS, a, um, *of gold, golden*, χρυσοῦς, qui est ex auro. *Plaut. Amph.* 1. 1. 104. Patera aurea. *Virg. Æn.* 4. v. 139. Aurea fibula. *Ovid. Metam.* v. 107. Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curvatura rotæ, radiorum argenteus ordo. ¶ *Nummus aureus*, et absolute *aureus, i*, est pecunia ex auro. *Plin.* l. 33. c. 3. scribit, aureum nummum primum percussum esse Romæ post annum LXII. quam argenteum: quod est circa A. U. 547. bello Punico secundo, M. Livio Salinatore, C. Claudio Nerone Coss. Ejus valor fuit vigintiquinque denariorum, hoc est bis centum et quinquaginta assium. Porro non una fuit ejus forma, et pondus. Nam et minores, et majores fuere, ut apud *Harduin. ad loc. cit.* videre est. *Cic. Phil.* 12. c. 8. Cum aquilæ primipili nummos aureos daret, de meis bonis se dare dixit. *Sueton. in Calig.* c. 42. Super aureorum acervos volutari. *Id. in Domit.* c. 7. Addidit et quartum stipendium militi, aureos ternos. ¶ Hinc *aureus* sumitur pro numero XXV. in illo *Martial.* l. 10. epigr. 24. vitæ tribus aureis peractis. *h. e.* annis LXXV. ætatis completis. Alii tamen aliter explicant. V. *Area.* ¶ Dicitur etiam *denarius aureus. Petron. in Satyr.* c. 33. Pro calculis albis, ac nigris aureos, argenteosque habebat denarios. *Plin.* l. 34. c. 7. Lysippum solitum ex manipretio cujusque signi denarios seponere aureos singulos. *Id.* l. 37. c. 1. Indicatus sex aureis denariis smaragdus. *Id.* l. 33. c. 3. *denarium ex auro* dixit. Atque *Harduin.* affirmat, *denarium aureum* idem omnino esse ac *nummum aureum.* Alii vero *denarium aureum* non Romanam, sed peregrinam pecuniam fuisse asserunt, et appellatum *denarium*, quod valeret drachmas decem argenti. Plura de his V. apud *Gronov. de Pecun. Veter. Sperling. Hotoman.* &c. ¶ Est etiam *aureus* idem ac inauratus, auro ornatus, *gilt, gilded, covered or decked with gold. Cic.* 2. *Phil.* c. 34. Sedere in sella aurea. *Virg. Æn.* 1. v. 496. Aurea cingula. ¶ Item auri colorem habens, *of a golden colour. Virg.* 1. *Georg.* v. 431. Aurea Phœbe. *Id.* 2. *Æn.* v. 488. Aurea sidera. *Plin.* l. 37. c. 5. Aureus color. *Virg.* 8. *Æn.* v. 659. Aurea cæsaries. *golden locks; flaxen hair. Id. Eclog.* 3. v. 71. Aurea mala. *h. e.* poma ea, quæ vulgo *aurantia* dicimus, ut quidam putant. *Martial.*

l. 3. epigr. 60. Aureus turtur. *h. e.* pinguis, pinguedo enim aureum colorem refert. ¶ Translate ponitur pro eximie pulcro, nitenti, splendido. *exceedingly beautiful, shining, resplendent.* *Virg.* 10. *Æn.* v. 16. Venus aurea. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 18 v. 36. Aureus Amor. *Martial.* l. 11. epigr. 81. Litus aureum. *h. e.* pulcrum, amœnum. *Manil.* l. 5. v. 383. Olor aureus. *h. e.* nitidissimi, splendentisque candoris. Nisi malis eodem sensu hic *aureum* dici, quo *sidera aurea* a *Virg.* Nam *Manil.* de Olore sidere loquitur. ¶ Præterea *aurea* dicuntur quæ optima sunt; sicut aurum est optimum, et præstantissimum metallorum. *excellent.* *Horat.* l. 2. od. 10. v. 5. Aurea mediocritas. *Id.* l. 4. od. 2. v. 23. Aurei mores. *Virg.* *Ecl.* 4. v. 9. Gens aurea. *Id.* 6. *Æn.* v. 794. Aurea secula. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 89. Aurea ætas. *the golden age.* *Horat.* epodon 16. v. 64. Aureum tempus. *Albinovan.* eleg. 2. v. 23. Sic illi vixere, quibus fuit aurea Virgo. *h. e.* Astræa. *Tibull.* l. 1. eleg. 7. v. 64. iras aurea vincit anus. *h. e.* optima, et quæ auro contra non est cara, ut *Plaut.* *Epid.* 3. 3. 30. loquitur. Huc pertinet et illud *Horatii* l. 1. od. 5. v. 9. Qui nunc te fruitur credulus aurea: Qui semper vacuam, semper amabilem Sperat. *h. e.* credens, te esse moribus aureis, et fide stabili.

AURICHALCUM, et Orichalcum, ci, n. ὀρείχαλκος. *Servius ad Virg.* *Æn.* 12. v. 87. docet ex auctoritate *Lucretii*, cum primum homines silvas incendissent, nullarum adhuc rerum periti, terram fertilem omnium, ex incendii calore desudasse metalla, inter quæ *orichalcum* pretiosius visum fuisse, quod et splendorem auri, et æris duritiem possideret. Quibus verbis significare videtur hanc vocem hibridam esse, conflatam nimirum ex Latino *aurum*, et Græco χαλκὸς, æs. *Festo* autem magis placet, totam Græcam esse, ab ὄρος, mons, et χαλκὸς, æs, quod in montuosis locis inveniatur. Sed valde ambigitur, quodnam metalli genus hac voce intelligatur. Et quidem *Servius* videtur innuere, orichalcum esse mixturam æris, auri, et argenti igne percolati, et in unum commixti. Quæ si ejus sententia est, frustra *Lucretii* auctoritatem interponit, qui lib. 5. v. 1240. *et sequent.* docet, qua ratione metalla primum reperta sint, nullam orichalci, aut similis mixturæ mentionem facit. Alii putarunt esse non casu, sed a natura productum metallum, quod ex auro, et ære constaret: sed hujusmodi mixturam exstare, negat *Aristot.* ut *Scalig. in adnotationib. ad Festum* testatur. *Plin.* l. 34. c. 2. enumerat inter varia æris genera, et præcipuam bonitatem, admirationemque diu obtinuisse dicit: sed longo jam tempore non reperiri, effeta tellure. Ex quibus intelligimus putasse *Plinium* nativum ac fossitium fuisse: simulque discimus, qualecunque illud fuerit, in maximo pretio ab antiquis fuisse habitum. Hinc *Plaut. Curcul.* 1. 3. 45. Auro contra cedo modestum amatorem: a me aurum accipe. *Pa.* Cedo mihi contra aurichalco, cui ego sano serviam. *Id. Mil.* 3. 1. 64. Cedo tres mihi homines aurichalco contra cum istis moribus. Adde *Pseud.* 2. 3. 22. ¶ Successit in idem nomen metalli genus factitium, quod Angli *brass, yellow brass, latten,* appellant. Fit autem ex ære, et cadmia, seu cadmea ut *Festus* docet in *Cadmea*, et nos diximus in *Æs. Cic.* 3. *Offic.* c. 23. *sub fin.* Si quis aurum vendens, orichalcum se putet vendere. *Sueton. in Vitell.* c. 5. Proque auro, et argento stannum, et aurichalcum supposuisse. *Plin.* l. 37. c. 9. Chrysolithi perspicuæ funda includuntur: ceteris subjicitur aurichalcum. *h. e.* bractea tenuis ex aurichalco. *a thin leaf.* ¶ Videtur etiam aliquando esse genericum metalli nomen. *Virg. Æn.* 12. v. 87. auro squalentem alboque orichalco Circumdat loricam humeris. *h. e.* argento. *Horat. de art. poet.* v. 202. Tibia non, ut nunc, orichalco juncta, &c. *h. e.* metallo ferruminata. ¶ Postremum hunc hujus vocis usum confirmat etymon *Festi* ab ὄρος, et χαλκὸς, utcunque alii *Virgilium* et *Horatium* interpretentur. Nam qui *aurichalcum* scribere maluerunt, eo fortasse decepti sunt, quod crederent, metallum hoc ex *auro* fieri: de quo V. *Voss. in Etymol.* ¶ Per synecdochen. *Val. Flacc.* l. 3. v. 60. ecce super foribus Bellona reclusis Nuda latus, passuque movens orichalca sonoro. *h. e.* tubam ex aurichalco. Alii intelligunt arma, quibus induta erat. *Stat.* 10. *Theb.* v. 658. ipsa insanire videtur Sphynx galeæ custos, visoque animata cruore Emicat effigies, et sparsa orichalca renident. *h. e.* armorum ornamenta.

AURICILLA, et Oricilla, æ, f. diminutivum ab auricula. *Catull.* carm. 25. *ad Thall.* mollior cuniculi capillo, Vel anseris medullula, vel imula oricilla. *h. e.* ima parte auriculæ, quæ mollissima est. Ita legit, et interpretatur *Scaliger.* V. *Auricula.* Est autem *oricilla* dictum pro *auricilla* eo modo, quo *auricularius oricularius, plaustrum plostrum, caudex codex,* &c.

AURICOCTOR, oris, m. faber qui igne aurum purgat. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 676. n. 6. C. Selius auricoctor.

AURICŎLOR, oris, *of the colour of gold,* χρυσόχροος, aureum colorem habens. *Juvenc.* lib. 1. *in Evang. de bapt. Christi,* v. 359. Scinditur auricolor cæli septemplicis æthra.

AURICŎMANS, antis, *with golden or flaxen hair,* χρυσοκόμης, comam habens aurei coloris. *Auson. Edyll.* 6. *de Cupid. crucif.* v. 11. En crocus auricomans, et murice pictus Adonis.

AURICŎMUS, a, um, auricomans. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 92. Sol auricomus. *Sil.* l. 3. v. 608. Batavus auricomus *Virg.* 6. *Æn.* v. 141. Auricomi fetus arboris. *h. e.* ramus aureus.

AURICŬLA, æ, f. *the external part of the ear,* οὖς, ὠτὸς, membrum, quo animal audit: et primo, ac proprie significat exteriorem auris partem. [*Velius Long.* pag. 2232. *Putsch.* Pro audiculis ab audiendo auriculas dicimus, nempe ut meridies pro medidies, seu medio die.] *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 4. Auriculam alicui mordicus auferre. *Sueton. in Aug.* c. 69. Auriculæ rubentes. *Plaut. Asin.* 3. 3. 78. et *Pœn.* 1. 2. 163. Prehendere aliquem auriculis. *Plin.* l. 20. c. 9. Auriculas fractas curare. Adde lib. 11. c. 37. sect. 80. *Hard.* ¶ Proverbium est *auricula infima mollior,* de homine valde remisso, ac leni in agendo, non acri, non iracundo. *Cic. Q. Fr.* l. 2. *ep. pænult.* Tu quemadmodum me censes oportere esse in Republica, et in nostris inimicitiis; ita et esse, et fore auricula infima scito molliorem. Apud *Ammian.* l. 28. c. 12. (*al.* 26.) usurpatur de eo, qui levis est ingenii, et valde mobilis. Huc etiam pertinet, quod attulimus ex *Catullo* in *Auricilla,* ubi *imula oricilla mollior* dicitur homo mollis ingenii, et effeminati. ¶ Sumitur etiam *auricula* generatim pro tota aure. *the ear.* *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 10. Cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas versarentur. *Martial.* l. 3. epigr. 28. Garrire alicui in auriculam. *Lucret.* l. 4. v. 595. Humanum genus est avidum nimis auricularum. *h. e.* cupidus audiendi. *Pers.* sat. 2. v. 29. qua tu mercede deorum Emeris auriculas. *h. e.* obtinueris, ut tibi faciles aures dii præberent. ¶ Etiam *oricula* dictum est, ut *oricularius* pro *auricularius.* *Trogus* apud *Plin.* l. 11. c. 52. *extr.* Oricularum magnitudo loquacitatis, et stultitiæ nota est. *Fest.* in *Orata.* Aurum rustici orum dicebant, ut auriculas oriculas.

AURICULĀRIS, re, auricularius. *Impp. Dioclet. et Maxim.* lib. 10. *Cod.* tit. 50. leg. 2. Cum auriculari morbo debilitatum te esse dicas. *Al. rectius leg.* articulari.

AURICULĀRIUS, a, um *relating to the ear, auricular,* ὠτικὸς, ad auriculas pertinens. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 13. leg. 1. Medici, qui alicujus partis corporis, vel certi doloris sanitatem pollicentur; ut puta si auricularius, si fistulæ, si dentium. V. *Oricularius.*

AURĬFER, a, um, *bearing or producing gold,* aurum ferens, aut producens, χρυσοφόρος. *Plin.* l. 4. c. 22. Tagus auriferis arenis celebratur. *Id.* l. 5. c. 1. Auriferum nemus. *Flor.* l. 4. *c. ult.* Regio aurifera. *Sil.* l. 4. v. 639. Aurifera arbor. *h. e.* aurea poma ferens in hortis Hesperidum. *Et.* l. 16. v. 25. Aurifera arva. *h. e.* Hispania, in qua Tagus aurifer. *Tibull.* l. 3. eleg. 3. v. 29. Lydius aurifer amnis. *h. e.* Pactolus.

AURĬFEX, icis, m. *a goldsmith, worker in gold,* χρυσουργὸς, χρυσοποιὸς, χρυσοτέκτων, faber aurarius. *Cic. Verr.* 6. c. 25. Cum vellet sibi annulum facere, aurificem jussit vocari, et ei palam aurum appendit. *Id.* 2. *de Orat.* c. 38. Quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 258. n. 7. Collegium aurificum. ¶ In alia inscriptione *ibid.* pag. 639. n. 1. scriptum est *aurufex.*

AURIFLŬUS, a, um, auro fluens. *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 604. Quos Tagus auriflnus, quos magnus inundat Hiberus.

AURIFODĪNA, æ, f. *a gold-mine,* χρυσωρυχεῖον, locus ubi aurum effoditur. *Plin.* l. 33. c. 4. Lex Censoria Ictimulorum aurifodinæ, Vercellensi agro.

AURĬFUR, ūris, *one who steals gold,* χρυσοκλέπτης, qui aurum furatur. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 55. Et mihi hic aurifur est. Alii *auri fur* divisim scribunt.

AURĪGA, æ, m. *a charioteer,* ἡνίοχος, qui in curru sedens equos habena regit. *Virg. Æn.* 12. v. 624. in faciem soror conversa Metisci Aurigæ, currumque, et equos, et lora regebat. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 327. Phaethon currus auriga paterni. *Id.* l. 3. *Amor.* eleg. 12. *sub fin.* hunc eundem absolute *aurigam* vocat. ¶ Cum nominibus femininis. *Virg. Æn.* 12. v. 918. Nec currus usquam videt, aurigamque sororem. Adde *Priscian. initio* lib. 6. ¶ Speciatim aurigæ dicti sunt, qui in ludis Romanorum equis, seu curribus insidentes cursu certabant. Cujus rei summum erat studium, fervensque vincendi contentio: ipsaque aurigandi ars magna diligentia addiscebatur: victores summis honoribus afficiebantur, non secus ac qui apud Græcos Olympia vicissent. Quatuor autem erant in Circo aurigarum factiones a colore vestis, quo earum aurigæ utebantur, appellatæ, *Prasina, Veneta, Russata, Alba,* quibus Domitianus duas addidit *Auratam,* et *Purpuream,* ut *Sueton.* narrat in ejus vita cap. 7. V. *Factio. Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 154. Ut auriga e curru trahitur, operitur, eliditur, laniatur. *Sueton. in Calig.* c. 54. Sed et aliorum generum artes studiosissime, et diversissimas exercuit: Thrax, et auriga, idem cantor, atque saltator. *Inscript.* apud *Fabrett.* class. 5. n. 26. M. Aurelius Mollicius Tatianus natione verna, qui vixit annos XX. m. VIII. d. VII. qui vicit palmas D. CXXXIII. Sic in Russeo LXXXIX. in Prasino XXXII. in Veneto n. V. in Albo n. VII. præmia XXX. V. *Ovum* sub fin. ¶ Est etiam *auriga* signum cæleste. *a Constellation in the horns of Taurus.* Græco nomine *Heniochus* constans stellis, secundum *Hygin.* undecim, secundum alios 14. secundum alios 27. aut 31. quarum præcipua est in sinistro ejus humero, et *capella* appellatur. deinde duæ in sinistra manu, quas *hædos* vocant. Situm est in Lactea via, inter Perseum, et Geminos dextrum pedem habens super sinistrum Tauri cornu. Fabulantur esse Erichthonium, qui primus quadrigas invenisse fertur: et ob id fingitur lora tenens, et verber. *Hygin. Poet. Astron.* l. 3. c. 12. *Cic. in Arat.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 43. Auriga sub læva Geminorum obductus parte feretur. *Colum.* l. 11. c. 2. Quarto non Octobr. Auriga occidit mane. ¶ Aliquando sumitur pro equite, qui equum insidet, et regit, *a horseman.* *Auct. Paneg. ad Pison.* (quem quidam *Lucanum* putant) v. 49. Sic auriga solet ferventia Thessalos ora Mobilibus frenis in aperto flectere campo, Qui modo non solum rapido permittit habenas Quadrupedi, sed calce citat, &c. ¶ In illo *Virg. Æn.* 12. v. 85. Circumstant properi aurigæ, manibusque lacessunt Pectora plausa cavis, et colla comantia pectunt: *aurigæ* sunt agasones, et curatores equorum, ut et *Servius* adnotavit. *grooms.* ¶ De gubernatore navis. *Ovid.* l. 1. *Trist.* el. 3. v. 118. Aurigam video vela dedisse rati. *the pilot.* ¶ Adjective *Tertull. de spectac.* c. 9. Merito et aurigis coloribus Idololatriam vestierunt. *Al. leg.* et aurigas coloribus Idololatriæ vestierunt.

AURIGARIUS, ii, m. qui in Circo aurigatur. *Sueton. in Ner.* c. 5. Mercede palmarum aurigarios fraudare. *Torrentius* suspicatur, significari hoc loco non ipsos aurigas, sed eorum ministros, nimirum qui ornandi, instruendique eos, curam gerebant, ut *auriga* apud *Virg.* 12. *Æn.* v. 85.

AURIGATĬO, onis, f. *the art of driving a chariot,* διφρεία, ἁρματηλασία, actus aurigandi. *Sueton. in Ner.* c. 35. Ex aurigatione sero reversus. ¶ Translate *Gell.* l. 7. c. 8. Delphini amantis, et pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes.

AURIGĀTOR, oris, m. *a charioteer,* qui aurigat. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 340. n. 3. M. Vipsanio Eroti Aurigatori, &c. *Avien. in Phænom. Arat.* v. 405. Aurigatorem par sit quoque cura videre. *h. e.* Aurigam sidus cæleste.

AURIGĔNA, æ, *sprung or produced from gold,* ex auro genitus, auri filius. *Ovid. Metam.* 5. v. 250. Hactenus aurigenæ comitem Tritonia fratri, &c. *h. e.* Perseo filio Danaes, quam Jupiter imbris aurei figura delapsus matrem fecisse dicitur. Adde *Sidon.* carm. 6. v. 14.

AURĬGER, a, um, idem quod aurifer. *Cic.* vertens quædam *Homeri* carmina l. 2. *de Divin.* c. 30. Aurigeris divum placantes numina tauris. *h. e.* aurata habentibus cornua, ut in victimis ornandis mos fuit. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 110. Aurigera arbor. *h. e.* in qua suspensum erat vellus aureum.

AURĪGO, as, avi, atum, a. 1. *to drive a chariot,* ἁμαξεύω, ἡνιοχέω, currum, et equos rego. *Plin.* l. 33. c. 5. Visum est Neronis principis spectaculis arenam Circi chrysocolla sterni, cum ipse concolori panno aurigaturus esset. *Sueton. in Ner.* c. 24. Aurigavit quoque plurifariam: Olympiis vero etiam decemjugem. ¶ Translate *Gell.* l. 14. c. 1. Si homines nihil sua sponte faciunt, sed ducentibus stellis, et aurigantibus.

AURIGO, iginis. V. *Aurugo.*

AURĪGOR, aris, dep. 1. idem quod *aurigo, as.* Translate *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 14. et cap. 4. n. 322. Asse vinum, asse pulmentarium, sed eo quo natura aurigatur, non necessitudo. *h. e.* moderatur, ac regit, ut et *Non.* exponit. Al. leg. *sed edus quo natura,* &c. Alii *sed ita quo,* &c. [Non vidit *Forcellinus* locum *Mureti Variar. Lection.* l. 7. c. 5. aliter legentis, et fortasse sagacius: nempe, Asse vinum, asse pulmentarium, sed eas quo naturæ aurigatur necessitudo.]

AURILEGŬLUS, li, χρυσολόγος, qui aurum legit. Dicti sunt *aurileguli,* qui aurum inter arenas, ubi abundabat, scrutabantur: item generatim quicunque in metallis auri effodiendi causa laborant. *Impp. Valent. et Theodos.* lib. 11. *Cod. Justin.* tit. 6. leg. 5. et lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 19. leg. 9. et *Paulin. Nolan.* carm. 17. *ad Nicet.* v. 269.

AURIPIGMENTUM, ti, n. *a kind of ochre of the colour of gold, orpiment, arsenic,* ἀρσενικὸν, genus est arsenici flavum colorem, et auro similem habentis, quo pictores quoque utuntur. Ex eo aurum fieri posse, parvi tamen ponderis, *Plin.* l. 33. c. 4. docet. *Vitruv.* l. 7. c. 7. Auripigmentum, quod ἀρσενικὸν Græce dicitur, foditur in Ponto. Adde *Cels.* l. 5. c. 5.

AURIS, is, f. *the external and protuberant part of the ear; the ear,* οὖς, ὠτὸς, et in plural. num. Aures, ium, τὰ ὦτα, *the ears,* membrum duplex in capite animalis utrinque positum, quo sonus, et voces percipiuntur. [Quibusdam dicta videtur ab aura, quam in audiendo recipit. *Lactant.* vero *de opif. Dei* c. 8. Auribus est inditum nomen a vocibus hauriendis, unde *Virgil.* 4. *Æn.* v. 359. *Vocemque his auribus hausi;* aut quia vocem ipsam Græci αὐδὴν vocant ab auditu, per immutationem litteræ, aures velut audes sunt nominatæ.] *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 56. Et aures, cum sonum percipere debeant, qui natura in sublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatæ sunt. *Id. pro Syll.* c. 11. Erigere aures. *h. e.* attente audire. Sic *Terent. Andr.* 5. 4. 30. Arrigere aures. *Id Phorm.* 5. 6. 29. Admovere aurem. *to incline, lend.* Et *Cic. in*

fragm. Acad. apud *Augustin.* l. 3. *cont. Acad.* c. 7. Admovere aures huc et illuc. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 50. et *Terent. Hecyr.* 5. 3. 3. Accipere auribus. *h. e.* audire. Sic *Plin.* l. 4. ep. 19. Excipere auribus. *Terent. Hecyr.* 3. 5. 32. Sermo accessit ad aures meas. *Nepos in Miltiad.* c. 3. Pervenit ad aures. *Liv.* l. 38. c. 53. et 40. cap. 8. Præbere alicui aurem. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 72. Dicare alicui operam aurium. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 4. Dare aures suas alicui. *h. e.* præbere se auditorem. Sic *pro Arch.* c. 10. *in fi.* Dedere alicui aures suas. *Id.* 2. *de Orat.* c. 84. *in fi.* Ferire aures. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 7. Imbuere aures honestis sermonibus. *Id.* l. 1. *Hist. c. ult.* Implere aures populi. *Id.* 3. *Histor.* c. 67. Aures surdæ ad fortia consilia. *Cic. pro Cluent.* c. 24. Dicere aliquid, quod sit dignum auribus alicujus. *h. e.* dignum quod audiatur. *Curt.* l. 4. c. 10. *a med.* Parcere auribus alicujus. *h. e.* reticendo ea, quæ auditu gravia essent. *Plaut. Cistell.* 1. 1. 120. Obtundere aures. *to stun the ears. Tacit.* 11. *Ann.* c. 32. Adire aures alicujus. *h. e.* convenire alloquendi causa. *Id.* 4. *Ann.* c. 69. Vitare aures. *h. e.* colloquia hominum. *Vellei.* l. 2. c. 130. Apud aures deorum queri. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 27. Servire auribus alicujus. *h. e.* loqui ad voluntatem, adulari. *to gratify the ears, please, flatter.* Et eod. sensu *Trebon. ad Cicer. Fam.* 12. ep. 16. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare. *Cic. in Orat.* c. 51. Capere aures. *h. e.* delectare, tenere, jucunda auditu proferendo. Adde *Phædr. in prol.* l. 2. v. 6. ¶ *In aurem, in aure, ad aurem dicere aliquid* est secreto, et submissa voce aliquem alloqui, *to speak in a low tone of voice; to whisper. Horat.* l. 1. sat. 9. v. 9. in aurem Dicere nescio quid puero. *Juvenal.* sat. 11. v. 59. pultes Coram aliis dictem puero, sed in aure placentas. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 21. Admonere aliquem ad aurem. *Id. in fragm.* apud *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 12. In aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas. Adde *Martial.* l. 1. epigr. 90. ¶ *Aurem vellere* admonendi causa. *Virg. Ecl.* 6. v. 3. Cum canerem reges, et prœlia, Cynthius aurem Vellit, et admonuit, &c. Sic *aurem pervellere* apud *Senec.* l. 4. *de benefic.* c. 36. et epist. 94. Est enim, ut ait *Plin.* l. 11. c. 45. in aure ima memoriæ locus, quem tangentes antestamur. ¶ *Dormire in utramvis aurem*, ἐπ' ἀμφότερα τὰ ὦτα καθεύδειν, proverbio de summa alicujus securitate. *Terent. Heaut.* 2. 3. 100. Ademptum tibi jam faxo omnem metum, in aurem utramvis otiose ut dormias. *Plaut.* dixit eodem sensu localiter, in utrumvis oculum conquiescere, *Pseud.* 1. 1. 121. Nos, *to sleep with the head between two pillows.* Eodem sensu *Plin.* l. 4. ep. 21. Nihil est, quod in dexteram aurem fiducia mei dormias. *dexteram aurem* dixit, quia nobilior est, et quia in eam partem dormire arctius, et commodius homines solent. ¶ Translate *aures* sumuntur pro judicio, quod fit de rebus auditis, præsertim in re litteraria. *judgment, taste. Cic. in Orat.* c. 9. Atticorum aures teretes, et religiosæ. *Id. de clar. Orat.* c. 32. Hæc oratio puerilis est locis multis: de amore, de tormentis, de rumore loci sane inanes: veruntamen nondum tritis nostrorum hominum auribus, nec erudita civitate tolerabiles. *Horat. de ar. poet.* v. 386. si quid tamen olim Scripseris, in Metii descendat judicis aures, &c. *Martial.* l. 6. epigr. 1. Tergere libellum aure diligenti. ¶ *Aures regiæ.* V. *Otacusta.* ¶ Per similitudinem *aures* in aratro sunt duo asses circa vomerem utrinque aptati, quibus sulcus latior fit, et lira, seu porca elatior. *Virg.* 1. *Georg.* v. 172. Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso. *Pallad.* l. 1. *tit. ult.* aratra ita facta appellat *aurita*, et locis planis apta esse dicit. Nam iis sata celsiore sulco attolli, contra stationes humoris hiberni.

AURISCALPĬUM, ii, n. *an ear-picker*, ὠτογλυφὶς, instrumentum, quo scalpuntur, et purgantur aures. *Martial.* l. 14. epigr. 23. cui titulus *Auriscalpium.* Si tibi morosa prurigine verminat auris, Arma damus tantis apta libidinibus. ¶ Hoc instrumento utuntur etiam chirurgi ad easdem fere res, ad quas specillo. *Scribon. Larg. compos.* 41. *ad aurium dolorem.* Injicere medicamentum per lanam, et auriscalpium. *Id. compos.* 230. Uvam nimis jacentem sine periculo per auriscalpium lana involutum perunctam, &c. *Id. compos.* 228. *ad hæmorrhoidas.* Sensim tentare auriscalpio averso: quam partem κυαθίσκον Græci vocant.

AURITŬLUS, a, um, diminutivum ab *auritus. Phædr.* l. 1. fab. 11. v. 6. *de asello.* hic auritulus Clamorem subito totis tollit viribus. *Al. aliter leg.*

AURĪTUS, a, um, adject. *having long or large ears*, ὠτόεις, magnas habens aures. *Virg.* 1. *Georg.* v. 308. Auritosque sequi lepores. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 7. v. 15. Auritus asellus. Adde *Martial.* l. 7. epigr. 86. ¶ Hinc *auritum* absolute pro lepore dixit *Avien. in Phænom. Arat.* v. 788. Quo pertinet illud *Afran.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 5. ex persona Priapi: Quod vulgo prædicant, aurito me parente natum. *h. e.* lepore patre natum, fortasse quia Priapus *purpurentum quærere* dicitur, ut est apud *Terent. Eun.* 3. 1. 36. Possis tamen *auritum parentem* interpretari *asinum*, ut creditus sit Priapus asini filius esse propter ingens peculium. ¶ Ponitur etiam pro audiente, attento. *hearing well, gifted with a quick sense of hearing; listening, attentive. Plaut. Asin. prol.* v. 4. Fac jam tu, præco, nunc omnem auritum populum. *Id. Mil.* 3. 1. 14. Ne quis nostro consilio venator adsit cum auritis plagis. *h. e.* auribus venans, et aucupans dicta nostra. *Horat.* l. 1. od. 12. v. 11. *de Orpheo.* auritas fidibus canoris Ducere quercus. *h. e.* sensum audiendi habentes. Ita *Sidon.* carm. 16. v. 4. *de Amphione.* auritos erexit carmine muros. ¶ *Auritus testis* est, qui de re audita testimonium dicit, *a witness by hearsay. Plaut. Trucul.* 2. 6. 8. Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem. ¶ *Auritas leges* dixit *Prudent. in Apotheosi*, v. 835. *h. e.* auribus exceptas, auditas; vel verbis, et voce prolatas, et intimatas. ¶ *Auritus* etiam dicitur ad similitudinem aurium factus. *Plin.* l. 10. c. 49. Gryphes aurita aduncitate rostri. ¶ *Auritum aratrum* quid sit V. *Auris* in fine.

AURIVŎMUS, a, um, adject. ut *Cassis aurivoma* apud *Sil.* l. 4. v. 518. *h. e.* cassis aurea fulgorem emittens. Alii leg. *auricoma*, alii *Aurunca.*

AURO, onis, m. abrotonum. *Plin.* l. 17. c. 24. ubi alii aliter.

AURO, as, a. 1. *to gild, overlay with gold*, auro obduco, inauro, χρυσόω. *Tertull. de coron. Mil.* c. 12. Hinc auratur lamnulis, unguentis delibuitur. *Al. aliter leg.* Agnoscit hoc verbum etiam *Priscian.* l. 8. pag. 828. *Putsch.* nullum tamen affert exemplum.

AUROCLAVĀTUS, a, um, *having golden clavi, or studs*, aureis clavis ornatus, ut *Auroclavatæ vestes* apud *Vopisc. in Tacito* cap. 11. et *Auroclavata tunica* apud *eund. in Bonoso* c. 15. ¶ Scribitur et divisim *auro clavatus.*

AURŌRA, æ, f. *the dawn, time before sun-rise, break of day, morning*, ἕως, ἠώς, initium diei, quo aer ab igne solis tum aureo aurescit, ut ait *Varro* l. 6. *L. L.* c. 5. Est autem vox fere Poetica. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 8. Nos usque ab aurora, ad hoc quod diei est, nunquam concessavimus. *Virg.* 3. *Æn.* v. 521. Jamque rubescebat stellis aurora fugatis. *Plin.* l. 11. c. 12. Prima aurora folia arborum melle roscida inveniuntur. ¶ In fabulis est filia Hyperionis et Æthræ, seu Thiæ, vel ut alii volunt, Titani et Terræ, uxor Tithoni filii Laomedontis (*Servius ad Æn.* 1. v. 493. fratrem Laomedontis fuisse dicit) quem eximia ejus pulcritudine capta, rapuisse dicitur, et ex eo suscepisse filium Memnonem, qui postea ad Priamum missus auxilii causa, belli Trojani tempore, quamvis esset armis a Vulcano factis munitus, ab Achille occisus fuit: quem mater deflere quotidie matutino rore dicitur. Porro Tithonus cum diu vixisset, jam decrepitus in cicadam conversus traditur. Dicitur etiam Aurora amasse Cephalum. (V. *Cephalus.*) Astræum quoque, unum ex Titanibus, ex quo ventos genuit, Argestem, Zephyrum, Boream, et Notum. Quadrigis, seu bigis roseis vehi fingitur, quas albi equi trahunt: et pro sceptro facem, aut lampada habere. *Virg. Æn.* 4. v. 585. Tithoni croceum linquens Aurora cubile. *Id.* 6. *Æn.* v. 535. roseis Aurora quadrigis, &c. *Id. Æn.* 7. v. 26. Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. ¶ Pro populis Orientis, *Claudian.* l. 1. *in I. Consul. Stilich.* v. 154. totam pater undique secum Moverat Auroram. *Sidon.* carm. 2. v. 432. et *Ovid.* 5. *Fast.* v. 160. [† Addas *Ovid. Met.* 1. 61. Eurus ad Auroram Nabathæaque regna recessit. *Juv. Sat.* 10. 2.]

AURORESCO, is, n. 3. auroræ in modum fulgeo. *Adelhelm. de Virginit. cap. ult.* Cum Evangelii splendor auroresceret.

AURŌSUS, a, um, *of the colour of gold*, aureum colorem habens, auro similis. *Pallad.* l. 1. tit. 5. Aurosus pulvis. *Lamprid. in Heliogab.* c. 31. *in fi.* Aurosa arena. [*Veget. Veter.* l. 2. c. 17. Aurosus color.]

AURUGINĔUS, a, um, auruginis colorem habens. *Cœl. Aurel. Tard.* l. 2. c. 11. Aurugineus color. *Al. leg.* dolor.

AURUGĪNO, as, n. 1. *to be afflicted with the jaundice*, aurugine laboro. *Tertull. de anim.* c. 17. Qui redundantia fellis auruginant, amara sunt omnia.

AURŪGO, uginis, f. *the jaundice*, ἴκτερος, morbus regius, seu arquatus: ita dictus a colore auri, quo æger inficitur, flava bile ad cutem se se effundente. *Scribon. Larg. compos.* 110. Aurugo, quam quidam regium, quidam arquatum morbum vocant. Adde *compos.* 127. *Varro* quoque hac voce usus est, si credimus *Isidoro*, cujus hæc sunt verba l. 4. *Orig.* c. 8. Auruginem vero Varro appellari ait a pallore auri. *auriginem* hoc loco alii legunt. Sic *Apulei. de herb.* c. 85. Herba Sabina aurugine discutit.

AURŬLA, læ, f. diminutivum ab *aura. Tertull. de anim.* c. 28. Quid si defectæ jam traditionis superstites aliquas famæ aurulas hausit? *Hieron.* ep 141. *ad Marcellam, a med.* Græcarum quoque litterarum quandam aurulam ceperat.

AURULENTUS, a, um, aureum colorem habens. *Prudent. peristeph.* 6. v. 49. Bracteolas trabibus sublevit, ut omnis aurulenta Lux esset intus, ceu jubar sub ortu.

AURUM, i, n. *gold*, χρυσὸς, metallum omnium pretiosissimum, quod unum nihil igne deperit, quinimo quo sæpius arsit, proficit ad bonitatem. Ob id enim maxime præcipuam gratiam huic materiæ esse, *Plin.* l. 33. c. 3. scribit. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus. *Id. Fam.* 9. ep. 16. Quasi aurum igni, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici potest. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 21. Abacos ornare argento, auroque celato. *Virg. Æn.* 10. v. 527. Aurum factum, et infectum. *Id. Æn.* 6. v. 32. Effingere aliquid in auro. *Plin.* l. 33. c. 3. *ad fin.* Aurum nere, ac texere. *Terent. Phorm.* 1. 2. 18. Montes auri polliceri. Proverb. *to promise whole mountains and seas of gold. Sil.* l. 1. v. 233. Concolor auro. *h. e.* pallidus. ¶ *Auro contra* V. *Contra.* ¶ De auro coronario, Tolosano, &c. V. *Coronarius, Tolosanus*, &c. ¶ Quid sit *aurum maceratum* apud *Plaut.* V. in *Comicus, a, um.* ¶ Multos præterea loquendi modos huc pertinentes habes in voce *Argentum.* ¶ Per synecdochen ponitur pro opere ex auro facto. *any thing made of gold. Terent. Heaut.* 3. 1. 43. Ancillæ oneratæ veste, atque auro. *h. e.* monilibus, inauribus, annulis, ceterisque hujusmodi ex auro ornamentis muliebribus. *ornaments made of gold. Juvenal.* sat. 1. v. 28. Ventilet æstivum digitis sudantibus aurum. *h. e.* annulum. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 188. Vacuare aurum mero. *h. e.* poculum. (Adde *Virg.* 1. *Æn.* v. 743.) *Id.* l. 3. silv. 4. v. 2. Aurum coronatum. *h. e.* pyxis, aliudve aureum vas. Adde *ibid.* v. 11. *Virg.* 4. *Æn.* v. 138. crines nodantur in aurum. *h. e.* veluti retiolum, quod colligit comas, quæ Græce κροβύλη dicitur, ut *Servius* exponit. *Id. Æn.* 7. v. 279. *de equis.* fulvum mandunt sub dentibus aurum. *h. e.* frenum aureum. ¶ *Servus ab auro* dicitur, qui aureæ supellectilis curam habet. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 582. n. 5. Philetæro Aug. lib. præpos. ab auro gemmato, &c. (Adde aliam apud *Donium class.* et n. 17.) Et n. 9. M. Ulpio Eridano Aug. L. ab auro escario præposito, &c. ¶ Pro pecunia et divitiis. *riches, wealth. Plaut. Aulul.* 4. 2. 4. et 10. Aula onusta auri. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 6. Vide quæso, ne qua lacuna sit in auro. *Propert.* l. 3. eleg. 11. v. 48. Aurum omnes, victa jam pietate, colunt. Auro pulsa fides, auro venalia jura, Aurum lex sequitur, &c. *Virg.* 3. *Æn.* v. 56. quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? *Spartian. in Severo*, c. 12. Cum magnam partem auri per Gallias, per Hispanias, per Italiam Imperator fecisset. *having accumulated large sums of money.* ¶ Pro aurea ætate, *the golden age. Horat.* l. 4. od. 2. v. 39. quamvis redeant in aurum Tempora priscum. V. *Ætas.* ¶ Item pro splendore, fulgore, qualis ab auro emicat. *brightness, splendour. Valer. Flacc.* l. 5. v. 369. sævo cum nox accenditur auro, Luciferas crinita faces. ¶ Et pro colore auri. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 688. cum spicis nitido flaventibus auro. ¶ Rustici dicebant *orum pro aurum*, ut *oricola pro auricula. Fest.* in *Orata.*

AURUNCA, æ, f. oppidum Campaniæ conditum ab Ausone Ulyssis, et Calypsus filio, ut *Fest.* in *Ausonia* docet, ubi Aurunci populi fuere. Patria fuit Turni Poetæ Satyrici, temporibus Titi, et Domitiani, qui fratrem habuit Scævam Memorem, Poetam Tragicum, ut *Vet. Juvenal. Scholiast. ad* sat. 1. v. 21. et *Martial.* l. 11. epigr. 11. docent. Hujus Turni etiam *Rutil.* meminit *in itinerar.* l. 1. v. 604. Addit idem *Scholiast.* ex eodem illo oppido fuisse Lenium, et Silium, itidem Poetas Satyricos. *Juvenal.* tamen *loc. cit.* ubi *magnum Auruncæ alumnum* memorat, nullum horum intelligere videtur, sed Lucillium, qui Suessæ, Auruncorum colonia, ortum habuit. V. vocem sequent.

AURUNCŬS, a, um, adject. ad Auruncam pertinens. *Virg. Æn.* 7. v. 206. Aurunci senes. et v. 795. Auruncæ manus. *Vellei.* l. 1. c. 14. Suessa Aurunca *h. e.* quæ olim Auruncorum colonia fuit: postea a Romanis quoque deducta. ¶ *Aurunci, orum*, sunt Auruncæ populi. *Plin.* l. 3. c. 5. *Virg. Æn.* 11. v. 318. ¶ Docet *Serv. ad Æn.* 7. v. 727. hos Græce Ausones nominari.

AUSCARIPĔDA, æ, f. *a hairy worm with many feet, that breeds amongst leaves, a palmer*, genus vermiculi pilosi, qui solet esse in fronde, cum multis pedibus. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. *ad fin. Scalig. in Conjectan.* mallet *ascaripeda.*

AUSCULĀRI dicebant antiqui pro *osculari*: quod est os cum ore conferre. *Festus.* Hinc in quibusdam MSS. *Plauti* legitur *ausculari Merc.* 3. 3. 10. et 14. teste *Pareo, Taubm.* et al. ¶ Sic *ausculum* pro *osculum* olim a priscis dictum est, teste *Prisciano* l. 1. pag. 562. *Putschii.*

AUSCULTATĬO, onis, f. *a listening, attending*, ἀκρόασις, actus auscultandi, et dictis alicujus parendi. *Plaut. Rud.* 2. 6. 18. Quid mihi scelesto tibi erat auscultatio? ¶ Item actus audiendi, et aliena dicta ex insidiis aucupandi. *Senec. de tranquill. anim.* c. 12. Illud deterrimum vitium, auscultatio, et publicorum, secretorumque inquisitio.

AUSCULTĀTOR, oris, m. *a listener, hearer*, ἀκροατής, qui auscultat, auditor. *Cic. in Partit.* c. 3. Causa auditorum genere distinguitur. nam aut auscultator est modo, qui audit; aut disceptator, idest rei, sententiæque moderator. ¶ Item qui obtemperat. *Apulei. Metam.* 7. Pastor mandati dominici serus auscultator.

AUSCULTĀTUS, us, m. *a hearing*, ἀκρόασις, auscultatio, auditio. *Apulei.* l. 6. *Metam.* Nec auscultatu pœnitendo diligenter instructa. *Fulgent. in Continent. Virgil.* Quæ mensualibus stipendiis Grammatici distrahunt puerilibus auscultatibus.

AUSCULTO, as, avi, atum, a. 1. *to listen, hear*, ἀκροάομαι, audio, aures admoveo. *Cato* apud *Gell.* l. 1. c. 15. Ita est cupidus orationis, ut conducat qui auscultet. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 1. Jamdudum ausculto, et cupiens tibi dicere servus Pauca, reformido. *Terent. Andr.* 3. 5. 4. Ausculta paucis. *Ch.* Ausculto: loquere quid velis. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 19. Nimis eum ausculto libens. *Catull.* carm. 66. *ad Januam*, v. 39. Auscultare populum. ¶ Aliquando est

clam, atque ex insidiis aliorum sermones excipere. *to overhear.* *Plaut. Merc.* 2. 4. 9. Omnia ego istæc auscultavi ab ostio. *Id. Truncul.* 1. 2. 1. Ad fores auscultate, atque asservate ædes. *Id. Pan.* 4. 1. 6. Quid habeat sermonis, auscultabo. ¶ Sæpe plus est quam *audire*: significat enim non solum auribus accipere, sed etiam fidem habere dictis alicujus, eique aliquid præcipienti, aut monenti obtemperare, obsequi, *to attend to, heed, comply with, obey,* &c. *Cato loc. cit.* Auditis non auscultatis, tanquam pharmacopolam. nam ejus verba audiuntur: verum ei se nemo committit, si æger est. *Pacuv.* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. *penult.* Istis qui linguam avium intelligunt, magis audiendum, quam auscultandum censeo. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 36. Mihi ausculta: vide, ne tibi desis. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 36. Nisi me auscultas, atque hoc, ut dico, facis. *Terent. Adelph.* 5. 8. 12. Quid? tu autem huic, asine, auscultas? *and do you mind what he says?* Adde *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 8. *ad fin.* et *Cæcil.* atque *Enn.* apud *Non.* c. 4. n. 36. ¶ Passive impersonaliter *Plaut. Merc.* 2. 3. 127. Ad portum ne bitas, dico jam tibi. *Ch.* auscultabitur. ¶ *Auscultare crimina* est audire, et fidem habere criminibus de aliquo delatis. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 12. ¶ In illo *Afranii*, Videt ludos: hinc auscultavi procul, *Nonius loc. cit.* exponit *spectavi*: vereor ut satis apte: et alii leg. *huic auscultavi.*

AUSIM, is, it, V. in *Audeo.*

AUSON, onis, m. filius Ulyssis, et Calypsus, ut docent *Fest.* in *Ausonia*, et *Serv. ad Æn.* 3. v. 171. quamquam hic *ad Æn.* 8. v. 328. dicat, Circes filium fuisse. Hic eam partem Italiæ, in qua sunt urbes Beneventum, et Cales, (quæ pars fuit Campaniæ) ubi regnabat, *Ausoniam* a se nominavit: quod nomen postea toti Italiæ quæ Apennino finitur, datum est. *Fest. ibid.* Cui videtur adstipulari *Plin.* l. 3. c. 5. ubi docet, ultra Circeios fuisse Volscos, Oscos, Ausones: qui proinde in veteri Latio non comprehendebantur. Sed de his ad Geographos. ¶ Adjective *Avien. in Arat.* v. 102. *de Arctis.* Ausone easdem Voce feras, Ursasque, et Plaustra vocare solemus. *h. e.* vocabulo Latino.

AUSŎNA, æ, oppidum veteris, et proprie dictæ Ausoniæ. *Liv.* l. 9. c. 25.

AUSŎNES, um, populi veteris Ausoniæ: quorum urbes fuerunt Ausona, Minturnæ, Vescia, Cales, ut ex *Liv.* l. 8. c. 16. et l. 9. c. 25. colligitur. V. *Auson.* ¶ Item populi Magnæ Græciæ, quæ et ipsa quondam *Ausonia* dicta est, quoniam Ausones tenuere primi, ut est apud *Plin.* l. 3. c. 10. ¶ Latius inde sumuntur pro ipsis Italis. *Stat.* l. 4. *silv.* 5. v. 37. ¶ Aurunci quoque a Græcis *Ausones* dicti sunt, teste *Servio ad Æn.* 7. v. 727. ¶ Denique etiam Sabini olim *Ausones* sunt appellati, si eidem *Servio* credimus *ad* 2. *Georg.* v. 167.

AUSONĬA, æ, f. Αὐσονία, olim fuit pars Italiæ inter Beneventum, et Cales, ut dictum est in *Auson.* ¶ Item Magna Græcia; V. vocem præced. Sed paulatim tota ipsa Italia, quæ Apennino finitur, *Ausonia* appellata est. *Virg. Æn.* 10. v. 54. magna ditione jubeto, Carthago premat Ausoniam.

AUSONIĀNUS, a, um, ad Ausonium pertinens. *Fulgent.* l. 1. *Mythol.* pag. m. 23.

AUSONĬDÆ, arum, m. Ausoniæ populi. *Virg. Æn.* 10. v. 563. ditissimus agri Qui fuit Ausonidum, et tacitis regnavit Amyclis. *Ausonidum* dictum est per syncopen pro *Ausonidarum*, ut *Serv.* et hoc loco, et *ad Æn.* 12. v. 121. monet. nam *Ausonidum* est simpliciter genitivus pluralis ab *Ausonis, idis,* f. ¶ Late etiam sumuntur pro Latinis, Romanis, aut Italis. *Virg. Æn.* 12. v. 121. Procedit legio Ausonidum, &c. *Lucan.* l. 9. v. 998. grata vice mœnia reddent Ausonidæ Phrygibus, Romanaque Pergama surgent.

AUSŎNIS, idis, adject. feminin. ad Ausoniam pertinens: et sumitur plerumque pro Romana, aut Italia. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 94. Ausonis ora. *Sil.* l. 9. v. 187. pater ipse superbus aquarum Ausonidum Eridanus. *Claudian. de B. Get.* v. 627. Ausonidum gemmata monilia matrum. *Avien. in Perieg.* v. 308. Ausonis dextra. et v. 309. Ausonis gens.

AUSONĬUS, a, um, ad Ausoniam pertinens: et accipitur fere pro Romano, aut Italo. *Virg.* 4. *Æn.* v. 349. Ausonia terra. *Id.* 2. *Georg.* v. 385. Ausonii coloni. *Id.* 5. *Æn.* v. 83. Ausonius Tibris. *Horat.* l. 4. od. 4. v. 56. Ausoniæ urbes. *Ovid. Metam.* 5. v. 350. Ausonium Pelorum. *h. e.* promontorium Siciliæ, quod ad Italiam spectat. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 72. Ausonium imperium. *h. e.* Romanum. *Martial.* l. 9. epigr. 88. Ausonio ore potens *h. e.* Latina facundia. *Id. ibid.* epigr. 9. Ausonius pater. *h. e.* Domitianus Imperator. *Id.* l. 12. epigr. 6. Ausonia aula *h. e.* Imperatoris R. domus. ¶ *Ausonium mare* dicitur a Geographis, quod alluit Magnam Græciam, quæ quondam *Ausonia* dicta est, nempe inter Tyrrhenum, quod ad fretum Siculum terminatur, et Ionium, quod alluit Salentinos. *Plin.* l. 3. c. 10. et l. 14. c. 6. ¶ *Ausonii, orum,* sunt Ausoniæ populi: et sæpe accipiuntur pro Latinis, Romanis, aut Italis. *Virg. Æn.* 12. v. 834.

AUSONĬUS, ii, Decimus Magnus Ausonius, Grammaticus, et Rhetor sui temporis doctissimus, Poeta etiam elegans, et ingeniosus, patriam habuit Burdigalam Aquitaniæ urbem, fuitque præceptor Gratiani, ac Valentiniani fratrum Impp. ob id promotus ad Quæsturam et Præfecturam Prætorii, et demum ad Consulatum, A. C. 379. Obiit sub Honorio post A. C. 392. Exstant ejus carmina varii generis, atque argumenti: quædam etiam prosa oratione scripta, et præcipue Oratio ad Gratianum Imp. in qua gratias ei agit pro delato Consulatu: in quibus omnibus apparet studiosissimum fuisse, atque in omni Latinæ, ac Græcæ eruditionis genere apprime versatum, et in optimorum Scriptorum lectione assiduum: licet subinde a puritate verborum, ac phrasium Latini sermonis discedat, et sæculum prodat, in quo scripsit, plerisque nihilominus suæ ætatis, multis etiam superioris temporis scriptoribus sine dubio præferendus.

AUSPEX, auspĭcis, m. et f. *an augur, soothsayer, diviner; one who foretells future events by the flight, the sounds, and feeding of birds,* οἰωνοσκόπος, quasi *avispex,* qui spiciendis, hoc est spectandis avibus, ex eorum volatu, cantu, aut pastu deorum voluntatem interpretatur, et res futuras prædicit. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 7. Latores, et auspices legis Curiatæ. *h. e.* qui legem tulerunt, et qui pro ea ferenda de cælo servarunt. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 8. ego cui timebo Providus auspex, Oscinem corvum prece suscitabo. ¶ In nuptiis *auspex* est conciliator ex parte viri (sicut *pronuba* ex parte mulieris) cujus ductu, et consiliis matrimonium contrahitur, quique adest dum dos adnumeratur, tabulæ nuptiales conficiuntur, et cetera conjugii solemnia celebrantur. *a match-maker.* Quod ex eo ductum est, quia apud antiquos non solum publice, sed etiam privatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumpto: quo ex more etiamnum *auspices* interponuntur: qui quamvis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia usurpant, ut *Valer. Max.* l. 2. c. 1. n. 1. loquitur. Hoc idem docet etiam *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 16. Hujusmodi *auspex* dicitur Græce παράνυμφος. *Cic. pro Cluent.* c. 5. Nubit genero socrus nullis auspicibus, &c. *Plaut. Cas. prol.* v. 85. Argentum si quis dederit, ultro ibit nuptum, non manebit auspices. *Sueton. in Claud.* c. 26. Messalinam C. Silio nupsisse, dote inter auspices consignata. Adde *Tacit. Ann.* 15. c. 37. et *Ann.* 11. c. 27. *Juvenal.* sat. 10. v. 336. *Lucan.* l. 2. v. 731. et denique *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 83. ubi in feminino genere usurpat. ¶ Dicitur præterea *auspex,* qui auspicium præbet. *Plin.* l. 10. c. 21. *de gallis gallinaceis.* Hi magistratus nostros quotidie regunt: hi fasces Romanos impellunt, aut retinent: jubent acies, aut prohibent, victoriarum omnium toto orbe partarum auspices. ¶ Item qui auctor, et princeps est alicujus rei faciendæ: *one who authorizes the doing of any thing; a leader, guide, conductor, head:* ductum a more Romanorum, apud quos soli magistratus summi, et in bello summus imperator, auspicia captabant, et habere auspicia dicebantur. V. *Auspicium. Horat.* l. 1. od. 7. v. 27. Nil desperandum Teucro duce, et auspice Teucro. ¶ Hinc translate *Id.* l. 1. ep. 3. v. 12. fidibusne Latinis Thebanos aptare modos studet auspice Musa? *h. e.* bona quasi auspicia dante, ac favente. *under the auspicies or guidance of.* Sic *Dii auspices* dicuntur, qui auxilium pollicentur, favent, secundant bono omine conatus nostros. *favourable, propitious. Virg. Æn.* 3. v. 19. Sacra Dionææ matri, divisque ferebam Auspicibus cœptorum operum. *Id.* 4. *Æn.* v. 45. Diis equidem auspicibus reor, et Junone secunda, &c. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 615. Auspicibusque deis tanti cognominis heres, Omine suscipiat, quo pater, orbis onus. ¶ Præterea *auspex* dicitur qui alicui rei initium præbet, sicut *auspicium* pro initio ponitur. *the beginning. Eumen. in paneg. ad Constant.* c. 3. O Calendæ Marciæ, sicuti olim annorum volventium, ita nunc æternorum auspices Imperatorum! *Pacat. in paneg. ad Theodos.* c. 3. Ille felicitatis publicæ auspex dies. ¶ Adjective interdum usurpatur pro fausto, et læti auspicii. *auspicious. Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 610. Auspice mox lætum sonuit clamore tribunal. *Id. de VI. Consul. Honor.* v. 653. Auspex victoria. *Id. in ep. ad Serenam,* v. 51. Auspex purpura.

AUSPICABĬLIS, le, adject. *auspicious,* bonum præbens auspicium: vel cujus auspicium optabile est. *Arnob.* l. 4. pag. 131. Cujus horrenti fascino vestras inequitare matronas, et auspicabile ducitis, et optatis. Adde lib. 7. pag. 237.

AUSPICĀLIS, le, *relating to augury, auspicial,* οἰωνοσκοπικός, ad auspicium pertinens. *Plin.* l. 32. c. 1. Res est etiam auspicalis pisciculus. *hoc est* unde auspicium peti potest. *Mamert. in paneg. ad Maxim.* c. 6. Primus consulatus tui auspicalis dies. V. *Auspicor.*

AUSPICALĬTER, adverb. auspicato, auspicio prius capto. *Hygin. de limitib. constit.* pag. 153. *Goes.* Posita auspicaliter groma.

AUSPICĀTO, *after consulting the augurs, after having had recourse to augury,* adverbialis vox, qua significatur captis auspiciis, augurato, αἰσίως. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 2. Romulus non solum auspicato urbem condidisse, sed ipse etiam optimus augur fuisse traditur. *Id. ibid.* c. 16. Nihil unquam gerere, nisi auspicato. *Liv.* l. 6. c. 41. *a med.* auspicato creare magistratus. ¶ Et quia quod captis prius auspiciis fit, feliciter evenire creditur, hinc et pro feliciter, prospere ponitur, *prosperously, under a good omen, auspiciously, fortunately. Plaut. Pers.* 4. 4. 56. Vide, ut ingrediare auspicato. *Terent. Andr.* 4. 5. 12. Haud auspicato huc me attuli. *Plin.* l. 7. c. 9. Auspicatius enecta parente gignuntur. *Id.* l. 3. c. 11. Auspicatius mutato nomine.

AUSPICĀTUS, us, m. idem ac auspicium. *Plin.* l. 10. c. 18. Pici Martio cognomine insignes, et in auspicatu magni. Ita *Harduin.* Alii leg. *auspiciis.*

AUSPICĀTUS, a, um, particip. ab *auspicor,* quod V. ¶ Est etiam adject. idem ac auguratus, capto auspicio rite factus, aut consecratus. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 9. Jam bis Monœses, et Pachori manus Non auspicatos contudit impetus Nostros. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 4. Qui in campo Martio, auspicato in loco, crucem ad civium supplicium defigi jubes. ¶ Ponitur etiam pro fausto, felici, et boni ominis, *lucky, fortunate, prosperous, auspicious.* talia enim esse creduntur, quæ captis prius rite auspiciis fiunt, tanquam a diis approbata. *Vellei.* l. 2. c. 79. Auspicatis ominibus ducere uxorem. *Justin.* l. 4. c. *ult.* Neque in bello male auspicato amplius perseverandum. *Id.* l. 18. c. 5. Urbes toto orbe auspicatissima. *Plin.* l. 13. c. 22. Auspicatior arbor. *Catull.* carm. 45. *de Acme, et Septim.* v. 25. Quis ullos homines beatiores Vidit? quis Venerem auspicatiorem? *h. e.* amorem feliciorem. *Quintil.* l. 10. c. 1. Auspicatissimum exordium dare. *Tacit. de German.* c. 11. Auspicatissimum initium rebus agendis.

AUSPICĬUM, ii, n. *a consulting the auspices, (a method of divination practised at Rome, which was by observing the flight, sounds, and feeding of birds); augury,* οἰωνισμός, avium observatio, et ex eorum volatu, cantu, pastu, &c. prædictio futurorum. Credebant enim voluntatem deorum per hujusmodi signa hominibus manifestari: quasi *avispicium,* a spiciendis, seu aspiciendis avibus. Quomodo differat ab *augurio* in ea voce dictum est. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 38. Cur aliis a læva, aliis a dextera datum est avibus, ut ratum auspicium facere possint? ¶ Sæpissime sumitur pro augurio ex quacumque re capto. *a sign or token of some particular event, shown by the flying or other actions of birds; an omen. Id. ibid.* c. 18. Fulmen omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum fuerit. (V. *Lævus.*) *Plaut. Stich.* 3. 2. 6. Auspicio optimo exivi foras: mustela murem mihi abstulit præter pedes. *Plin.* l. 18. c. 12. Fabam e frugibus referre auspicii causa. *Justin.* l. 1. c. 10. Felix auspicium equus domino primus emisit. *Sueton. in Ner.* c. 41. Frivolo auspicio mente recreata, cum annotasset insculptum monumento, &c. *Cic. de Senect.* c. 4. Optimis auspiciis gerere aliquid. *Id. Attic.* l. 8. ep. 3. Ferre leges contra auspicia. ¶ De variis auspiciorum generibus *caduco, jugi, pedestri,* &c. V. suis locis. ¶ *Facere auspicia* dicuntur ea, ex quibus auspicium capitur, ut est in allato exemplo *Cicer.* 2. *de Divin.* c. 38. et apud *Liv.* l. 1. c. 34. ¶ *Auspicia habere* dicuntur, qui auspiciorum captandorum jus habent. Hi autem apud Romanos fuere omnes urbani magistratus secundum illud *Cicer.* 3. *de legib.* c. 3. *Omnes magistratus auspicium, judiciumque habento.* Sed in militia unus Imperator auspicia habebat. Nam legati, aliique Imperatori subjecti licet aliquando rem militarem administrarent, non tamen suis, sed Imperatoris auspiciis omnia gerere dicebantur. Neque vero minor inde laus Imperatoribus ipsis contingebat, quod vel morbo vel publica alia causa impediti ab exercitu abfuissent. Credebatur enim ab iis ipsis felix rei eventus provenisse, quibus deorum voluntatem per auspicia aucupari, et omnium, quæ vel per se, vel per alios gessissent, approbationem quodammodo obtinere contigisset. Hinc quibus aliquid pro se gerendum mandassent, suos ipsi deos tradere dicebantur, ut est apud *Horat.* l. 4. od. 14. v. 33. et apud *Ovid.* l. 2. *Trist.* v. 173. Hinc si ipsi per se gessissent, *ductu, et auspiciis suis,* vel *imperio, et auspiciis suis* gessisse dicebantur: si per alios, *auspiciis* tantum. Vetus *Inscript.* apud *Plin.* l. 3. c. 20. Ejus ductu, auspiciisque gentes Alpinæ sub imperium Pop. Rom. redactæ. Alia apud *Liv.* l. 41. c. *ult.* Tib. Sempronii Gracchi consulis imperio, auspicioque legio, exercitusque Populi R. Sardiniam subegit. *Sueton. in Aug.* c. 21. Domuit partim ductu, partim auspiciis suis Cantabriam, &c. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 41. Recepta signa ductu Germanici, auspiciis Tiberii. *Plin.* l. 2. c. 67. Septentrionalis Oceanus majore ex parte navigatus est auspiciis D. Augusti. *nempe* ductu Drusi, aut Tiberii. *Plaut. Amph.* 1. 1. 41. Gessit rempublicam ductu, imperio, auspicio suo. ¶ Aliquando *auspicium* sumitur pro potestate, jure, imperio. *authority, sway, power. Virg.* 4. *Æn.* v. 102. Communem hunc ergo populum, paribusque regamus Auspiciis. *Servius* æquali potestate. et dictum est a comitiis, in quibus iisdem auspiciis creati, licet non simul crearentur, parem tamen habebant honorem: unde et consules pares sunt. ¶ Aliquando etiam pro privato cujusque arbitrio, ac potestate. *inclination, pleasure, choice, will. Virg. Æn.* 4. v. 340. Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspiciis, et sponte meas componere curas, &c. ¶ Translate *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 85. cui si vitiosa libido Fecerit auspicium, &c. *h. e.* si eum incitarit, et, velut avis, auspicium lætum obtulerit. *Stat.* l. 5. silv. 2. v. 8. Quid si militiæ jam te, puer inclyte, primæ Clara rudimenta, et castrorum dulce vocaret Auspicium? *Justin.* l. 27. c. 1. Auspicia regni a parricidio capere.

AUSPĬCO, as, avi, atum, a. 1. idem quod auspicor. *Plaut. Rud.* 3. 4. 12. Non hodie isti rei auspicavi, ut cum furcifero fabuler. *Id. Stic.* 3. 2. 46. Auspicare mustelam. *h. e.* sumere in auspicium. *Id. Pers.* 4. 6. 7. Auspicare lucro faciendo. *h. e.* capere auspicium pro lucro faciendo. *Gell.* l. 3. c. 2. Auspicare super re aliqua. Adde *Attam, Cæcil.* et *Nævium* apud *Non.* c. 7. n. 5. ubi *Næv.* auspicare auspicium dixit.

AUSPĬCOR, aris, atus sum, dep. 1, *to take the auspices, collect the omens, by observing the flights* &c. *of birds*, *οἰωνοσκοπέω*, auspicium capio, avium inspectionem facio ad divinanda futura. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 4. Cum pomœrium transiret, auspicari est oblitus. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 35. Cum tripudio auspicaretur, pullarius diem prœlii committendi differebat. *Liv.* l. 27. c. 16. Fabio auspicanti aves non addixere. ¶ *Auspicari aliquid* est capere auspicium pro re inchoanda. *Sueton. in Ner.* c. 37. *in fi.* In auspicando opere Isthmi. ¶ *Auspicari alicui* est auspicium alicui facere. *Hygin. Poet. Atronom.* l. 2. c. 16. Sacrificanti ei aquila auspicatur. ¶ Porro credebant Veteres, ea prospere toto anno successura, quæ ipso anni initio, hoc est Cal. Jan. inchoassent. Quare eo die suam quisque artem leviter, et tantum boni ominis causa tractare solebant: id cum facerent, auspicari dicebantur. isque dies *auspicalis* vocabatur. *Colum.* l. 11. *sub fin.* c. 2. Per hos quoque dies abstinent terrenis operibus religiosiores agricolæ: ita tamen ut ipsis Cal. Januariis auspicandi causa omne genus operis instaurent: ceterum differant terrenam molitionem usque in proximas idus. V. *Senec.* ep. 83. et *Ovid.* l. 1. *Fast.* v. 165. *et seq.* ubi hoc idem diserte tradit. ¶ Sed et aliis temporibus, cum novi aliquid inchoandum erat, prima die delibare aliquid solebant, auspicii causa, ut primo die initi magistratus, et hujusmodi. *Tacit. Ann.* 4. c. 36. Feriarum Latinarum diebus Præfectus Orbis Drusus auspicandi gratia tribunal ingressus, &c. *Sueton. in Ner.* c. 7. Auspicari jurisdictionem. *Plin.* l. 3. ep. 5. Lucubrare a Vulcanalibus incipiebat, non auspicandi causa, sed studendi. *h. e.* non leviter, et auspicii tantum causa, sed &c. ¶ Hinc factum est, ut *auspicari* sæpe ponatur pro incipere, aggredi, *to commence, begin, undertake*. *Plin. in proœm.* l. 7. Auspicari vitam a suppliciis. *Sueton. in Aug.* c. 38. Auspicari militiam. *Solin.* c. 52, (*al.* 65.) Ab Emodis montibus auspicatur India. ¶ Et cum infinito, *Plin.* l. 31. c. 3. Primus eam (*aquam*) in urbem ducere auspicatus est Ancus Marcius. *Sueton. in Ner.* c. 22. Auspicatus est cantare. *Senec.* ep. 83. Auspicabar in Virginem (*aquam*) desilire. ¶ Apud eund. *Senec.* ep. 47. auspicari gradum Senatorium per militiam est, ad Senatorium ordinem per militiæ gradus accedere, et ex ea velut auspicium capere ad eum obtinendum.

AUSTELLUS, i, m. parvus auster. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 229. Rex Cotys ille duos ventos, Austrum, atque Aquilonem Novisse aiebat solos se, demagis istos Ex nimbo Austellos, nec nosse putare necesse.

AUSTER, stri, m. *the South wind*, *νότος*, ventus meridionalis humidus, et calidus, Græco vocabulo Notus dictus: cui contrarius est a septentrione spirans Septentrio, seu Aparctias. *Cic. in Somn. Scip.* c. 6. Quis in ultimis aut aquilonis, austrive partibus tuum nomen audiet? *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 18. Plumbeus auster. *Id.* l. 2. od. 14. v. 15. Auster nocens corporibus. *Ovid.* l. 1. *Metam.* v. 66. pluvius. *Virg.* 4. *Georg.* v. 261. frigidus. *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 5. docet, hunc ventum natura quidem frigidum esse, sed quia per calida Africæ loca ad nos permeat, calidum fieri. Dici etiam potest, a *Virgilio* poni pro quolibet vento: quod Poetis est familiare. Ceterum *Propert.* quoque l. 2. el. 20. v. 36. frigidum dicit. Et *Tibull.* l. *et* el. 1. v. 41. Aut gelidas hibernus aquas cum fuderit auster. ¶ *Floribus austrum, et liquidis immittere fontibus apros*: proverbialis locutio apud *Virg. Ecl.* 2. v. 58. de eo, qui ipse sibi malum creat. nam auster ob violentiam flatus, et nimium humorem flores corrumpit: apri fontes cœno perturbant. ¶ Aliquando ponitur pro regionibus ad meridiem sitis. *Plin.* l. 2. c. 9. Luna nunc in Aquilonem elata, nunc in Austros detecta. Adde *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 18. ¶ *Auster* pro *austerus*, V. *Austerus*.

AUSTERĀLIS herba, *water-mint, spear-mint*, apud *Apulei. de herb.* c. 105. est eadem quæ sisymbrium.

AUSTĒRE, adverb. *austerely, harshly, severely, rigidly*, *αὐστηρῶς*, severe, duriter. *Cic. pro Mur.* c. 35. Agit mecum austere, et Stoice Cato.

AUSTERĬTAS, atis, f. *harshness, strictness, rigour, severity, austerity*, *αὐστηρότης*, severitas, nimia gravitas, triste ac durum ingenium. *Quintil.* l. 2. c. 2. *de præceptore.* Non austeritas ejus tristis, non dissoluta sit comitas. ¶ De coloribus. *Plin.* l. 9. c. 38. Buccinum pelagio admodum alligatur, nimiæque ejus nigritiæ dat austeritatem illam, nitoremque, qui quæritur, cocci. *h. e.* quandam saturitatem coloris. *a deep colour.* et lib. 35. c. 10. Nimis floridis coloribus austeritatem dare. *a sort of deepening or sadness.* ¶ Item de saporibus. *Colum.* l. 11. c. 2. *a med.* Quædam genera uvarum nunquam dulcedinem capiunt propter austeritatem nimiam. *Plin.* l. 14. c. 2. *et.* 6. Austeritas vini. *roughness, harshness, sourness, tartness.* *Id.* l. 19. c. 6. Austeritas cæpæ. *Id.* l. 14. c. 1. Austeritas picis. ¶ In plur. numero. *Pallad.* l. 1. tit. 35. Aqua lupinorum psilotri austeritatibus juncta.

AUSTERŬLUS, a, um, diminut. ab austerus. *Apul. in Florid.* n. 20. (*al.* l. 4.) Cratera Musicæ dulcis, Dialecticæ austerula.

AUSTĒRUS, a, um, *harsh, severe, austere*, *αὐστηρός*, vox Græca, sed consuetudine Latina facta: et dicitur proprie de saporibus, non quidem acerbis, et ingratis, sed linguam tamen adstringentibus, et contrahentibus: qualis est gustus meri vini, sed non dulcis, et sapor pomorum, quæ nondum plenam maturitatem consequuta, sunt tamen satis matura. Huic opponitur sapor lenis. *Cels.* l. 3. c. 24. Vinum nigrum austerum. *Plin.* l. 25. c. 5. Herba austero sapore. *Colum.* l. 12. c. 12. Austerior gustus. *Scribon. Larg. compos.* 142. Vinum austerissimum. ¶ Dicitur etiam de odoribus. *Plin.* l. 12. c. 25. Balsami succus debet esse lenis, non subacidus: odore tantum austerus. ¶ Item de coloribus. Est autem *austerus color*, qui saturior est, et lucet obscurius, *βαθὺ καὶ πικρὸν χρῶμα*: *a deep, sad colour; deep shading*: cui opponitur floridus, et eximie fulgens. *Plin.* l. 35. c. 6. Sunt autem colores austeri, aut floridi, &c. *Id. ibid.* c. 11. Athenion pictor et austerior colore et in austeritate jucundior. ¶ Et de statuaria ratione. *Plin.* l. 34. c. 8. *de Euthycrate Lysippi filio, et discipulo.* Quamquam is constantiam patris potius æmulatus, quam elegantiam, austero maluit genere, quam jucundo placere. *massive style.* ¶ Transfertur ad mores hominum, et ponitur pro severo, rigido, gravi: *severe, rigid, strict, austere, crabbed, illnatured*: et quidem in utramque partem. *Cic. in Pison.* c. 29. Si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna, fortasse austerior, et gravior esse potuisset. *Id. pro Cœl.* c. 14. Austero more agere cum aliquo. ¶ Item pro gravi, molesto. *irksome, grievous.* *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 12. Austerus labor. *Plin.* l. 24. c. 7. Æger omnem austeram curationem recusans. ¶ Item pro sævo, tristi. *Propert.* l. 4. eleg. 11. v. 49. Quælibet austeras de me ferat urna tabellas. ¶ De genere dicendi graviore, et minus voluptatis habente. *Horat. de art. poet.* v. 342. Celsi prætereunt austera poemata Rhamnes. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 26. Ita sit nobis ornatus, et suavis orator, ut suavitatem habeat austeram et solidam, non dulcem atque decoctam. ¶ *Auster* in recto singulari. *Sribon. Larg. compos.* 188. *Aconiti gustus est auster, atque subamarus.* sed non est imitandum: et fortasse ibi mendum est, ut adnotavit *Jo. Rhodius.* ¶ Superlativum *austerrimus* legitur in quodam libello *de progenie Augusti* (qui *Messalæ Corvino* a quibusdam tribuitur) cap. 5.

AUSTRĀLIS, le, *Southern*, *νότιος*, ad Austrum pertinens: item meridionalis. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 4. v. 1. Australes nimbi. *Id.* 2. *Metam.* v. 131. Australis polus. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 19. Australis regio.

AUSTRĬFER, a, um, *wet, rainy*, Australes flatus, vel pluvias ferens. *Sil.* l. 12. v. 2. austrifero nebulosam vertice frontem Immitis condebat hiems.

AUSTRĪNUS, a, um, Australis. *Virg.* 2. *Georg.* v. 271. Austrini calores. *h. e.* calores solis meridiani. *Plin.* l. 17. c. 2. Austrinus flatus. *Id.* l. 2. c. 68. Austrinus vertex. *h. e.* polus Australis. *Id.* l. 6. c. 34. Austrina Cypri. *h. e.* loca Cypri ad meridiem conversa. Sic *paulo post.* Austrina Sardiniæ. *et mox.* Cappadociæ. *Id.* l. 2. c. 47. Austrinum tempus. *h. e.* quo Auster flat, et humidi sunt dies. Sic lib. 16. c. 26. Austrinum cælum. et lib. 17. c. 2. Austrinus dies. et lib. 17. c. 24. Austrinæ pluviæ. *Colum.* l. 11. c. 2. Quarto Non. Septembr. piscis austrinus desinit occidere. *h. e.* alter ex piscibus cælestibus, qui ad Australem polum versus est.

AUSTROAFRĬCUS, i, m. *the South-west wind*, ventus est Africo, et Austro utrinque junctus, ut *Isidor.* l. 13. *Orig.* c. 11. docet: qui et Libonotus dicitur Græca appellatione. Vetus lapis apud *Gruter.* pag. 137. *Λιβόνοτος*, Austroafricus. *Plin.* l. 2. c. 47. Inter Liba, et Noton compositum ex utroque medium, inter meridiem, et hibernum occidentem, Libonotos. *Sen.* l. 5. *quæst. nat.* c. 16. *extr.* A meridiano axe Euronotus est: deinde Notus, Latine Auster: deinde Libonotus, qui apud nos sine nomine est. Al. hic leg. *Leuconotus.*

AUSTRONŎTUS, ti, m. apud *Isidor.* l. 3. *Orig.* c. 32. et 36. est idem ac polus Australis, seu Antarcticus.

AUSUM, i, n. *an attempt, enterprise, adventurous act, arduous undertaking*, *τόλμημα*, factum, quod quis aggredi audet, tum in bonam, tum in malam partem. Est autem vox fere Poetica. *Virg.* 2. *Æn.* v. 535. At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis Dii persolvant grates dignas. *Id.* 9. *Æn.* v. 281. Fortia ausa. *Ovid. Her.* ep. 14. v. 49. crudelia. *Id.* 9. *Metam.* v. 620. ausorum semper memor esse meorum. *Plin.* l. 2. c. *pœnult. ad fin.* Ausum improbum. *Sil.* l. 11. v. 366. compos memorabilis ausi. *Stat.* l. 4. *Theb.* v. 368. magnique fugit non inscius ausi. *Ovid. Metam.* 11. v. 242. Potiri auso. *Id. Metam.* 2. v. 328. magnis excidere ausis.

AUSUS, us, m. idem quod ausum. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 613. Jamque moræ impatiens, cunctantes increpat ausus, Tiphys. Al. aliter leg. *Impp. Leo, et Anthemius* l. 1. *Cod.* tit. 2. leg. 14. Qui protervo ausu Ecclesiastica prædia acquirere tentarit.

AUSUS, a, um, particip. verbi Audeo. *having dared.* *Liv.* l. 26. c. 40. *ad fin.* Exsules, obærati, capitalia ausi plerique. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 199. studiisque ardentibus ausum Talia deposcunt. ¶ Passiva significatione *ausa res* dicitur, quam quis facere ausus est. *attempted, undertaken.* *Tacit. Ann.* 3. c. 67. Ausis ad Cæsarem codicillis, quibus invidiam, et preces miscuerat. *Apulei. in Florid.* n. 7. (*al.* l. 1.) Multa sublimia facinora vel belli ausa, vel domi provisa. [¶ Activa et passiva significatione in eodem versu. *Virgil.* 6. *Æn.* v. 624. Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti. ¶ Particip. *ausurus* apud *Ovid.* 2. *Amor.* el. 18. v. 4. Et tener ausuros grandia frangit amor.]

AUT, *or, or else, either*, *ἤ*, vel, conjunctio variis usibus inserviens: et plerumque est separativa. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 9. Cetera, inquit, assentior Crasso, ne aut de C. Lælii, aut de hujus generi aut arte aut gloria detraham. *Liv.* l. 6. c. 18. Audendum est aliquid universis, aut omnia singulis patienda. ¶ Sequente *vel*, *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 76. Ne contra Caii quidem, aut Claudii, vel Neronis domum exsurgimus. *Martial.* l. 3. epigr. 3. Aut aperi faciem, vel tunicata lava. ¶ Jungitur particulis, *vero, certe, etiam*. *Cic.* 6. *Verr.* c. 35. Quem tibi aut hominem, invitis Diis immortalibus, aut vero deum auxilio futurum putas? *Id. in Orat.* c. 3. Video hanc primam ingressionem meam aut reprehensionis aliquid, aut certe admirationis habituram. *Id. Fam.* 1. ep. 9. Quod de illo acceperant, aut etiam suspicabantur. ¶ Addit *Diomedes sub fin.* l. 1. aliquando esse diminutivum, ut in illo *Virg. Æn.* 1. v. 73. Incute vim ventis, submersasque obrue puppes, Aut age diversas. Petit enim Juno primum quod gravius est: deinde quod minus: Angl. *or at least; at all events; at all hazards.* Aliquando comminativam, ut *Id. Ecl.* 7. v. 21. Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen, Quale meo Codro, concedite. proxima Phœbi Versibus ille facit: aut si non possumus omnes, Hic arguta sacra pendebit fistula pinu. Aliquando conjunctivam pro *et, atque*, ut *Virg.* 1. *Georg.* v. 410. Tum liquidas corvi presso ter gutture voces, Aut quater ingeminant. pro *terque quaterque*. Adde *Priscian.* l. 18. pag. 1170. *Putsch.* ¶ Est interdum dubitativa, et ponitur pro *an* *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 21. Quæsivit num ille, aut ille defensurus esset. *Plaut. Aulul.* 2. 6. 11. Cœnæ ne causa, aut tuæ mercedis gratia nos nostras ædes postulas comburere? *Plin. in paneg.* c. 84. Dubitare cogatur, utrum sit efficacius ad recte vivendum, bene institui, aut feliciter nasci. *Quintil.* tamen lib. 1. c. 5. (*al.* 9.) monet minus recte hac ratione adhiberi. ¶ Pro *alioqui*. *else, otherwise.* *Plin.* l. 2. c. 70. Neque enim mundus hoc polo excelsiore se attollit: aut undique cernerentur hæc sidera. et lib. 19. c. 5. *ad fin.* Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illico fiunt. *Ovid. Metam.* 10. v. 50. *de Orpheo et Eurydice.* Hanc simul et legem Rhodopeius accipit heros Ne flectat retro sua lumina, donec Avernas Exierit valles: aut irrita dona futura. Adde *Lucret.* l. 1. v. 1010. *Quintil.* l. 2. c. 17. et *Tertull. de Orat.* c. 13. Simile est illud *Virgil. Æneid.* 10. v. 630. Nunc manet insontem gravis exitus: aut ego veri Vana feror. *Et Propertii* l. 4. eleg. 1. v. 75. Certa feram certis auctoribus: aut ego vates Nescius ærata signa movere pila. *Et Ovidii heroid.* epist. 18. v. 189. Aut ego non novi, quam sit temerarius, aut me In freta non cautum tunc quoque mittet Amor. In loco *Propertii* al. leg. *haud*, quod minus elegans est.

AUTEM, *but, yet, nevertheless, however*, *δὲ*, vero, sed, conjunctio continuandæ orationi inserviens. Semper postponitur uni, interdum etiam pluribus verbis: habetque multiplicem usum. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 16. Est enim finitimus oratori poeta, numeris adstrictior paulo; verborum autem licentia liberior; multis vero ornandi generibus socius, ac pæne par. *Id.* l. 2. *de Divin.* c. 56. Crœsus hostium vim se perversurum putavit: pervertit autem suam. *Id. pro Cæcin.* c. 6. Cum pecunia Cæsenniæ deberetur: eam porro in prædiis collocari, maxime expediret; essent autem prædia, quæ mulieri maxime convenirent; ea venirent, &c. *Id. pro Cluent.* c. 60. Per quem porro datum venenum? unde sumptum? quæ deinde interceptio poculi? cur non de integro autem datum? *Teren. Eun.* 5. 5. 22. Atque adeo autem cur non egomet intro eo? *Cic. Verr.* 5. c. 89. Vultis autem istorum audacias, ac libidines aliqua ex parte resecare? Desinite dubitare, &c. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. *ad fin.* Subgrande cubiculum autem valde probavi. *Terent. Adelph.* 3. 5. 16. Salve, Demea. *De.* Quid autem? *ah, what?* *Id. Eun.* 5. 7. 4. Quid hoc autem est? *but what is this?* ¶ Nonnunquam in interrogationibus servit correctioni. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 5. Num quis testis Postumum appellavit? testis autem? num accusator? &c. *witness did I say?* *Id. Attic.* l. 5. ep. 13. Quid in Republica fiat: fiat autem? immo vero etiam quid futurum sit, perscribe ad me omnia. *Liv.* l. 21. c. 44. Parum est quod Siciliam ademit, nisi adimat etiam Hispaniam: et, si inde cessero, in Africam transcendet: transcendet autem dico? duos Consules, &c. ¶ Aliquando omittitur. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 43. Sed ferendus tibi in hoc meus error. ferendus? immo vero etiam adjuvandus. ¶ Pro at, atqui. *and yet.* *Plaut. Rud.* 3. 4. 21. *La.* Tu, senex, si istas amas, huc arido argento est opus. *Dæ.* Hæ autem Veneri complacuerunt. *La.* Habeat, si argentum

dabit. ¶ Hinc adhibetur in assumptione syllogismi. *Cic. in Top.* c. 2. *ad fin.* Jus civile est æquitas constituta iis, qui ejusdem civitatis sunt, ad res suas obtinendas: ejus autem æquitatis utilis est cognitio. Utilis est ergo juris civilis scientia. [† ¶ Pro *porro*, *etiam*, *contra*. *Cic. Ep. Fam.* 5. 12. Sunt quidam ita lingua titubantes, &c. sunt autem quidam ita hebetes, ut, &c.] ¶ *Ecce autem*, *porro autem*, *tum autem* eleganter habent locum in connexionibus. *but lo!* *Terent. Adelph.* 1. 2. 72. Sperabam jam defervisse adolescentiam: gaudebam: Ecce autem de integro, &c. *Sallust. in Catil.* c. 47. Porro autem anxius erat, quid facto opus esset. *Terent. Hecyr.* 2. 1. 14. Tum autem, ex amicis inimici ut sint nobis affines, facis. ¶ Neque autem, *Cic. Fam.* 5. ep. 12. Neque autem ego sum ita demens, ut &c. Adde *Lucret.* l. 6. v. 779. et *Apulei. in Florid.* n. 9. (*al.* l. 1. *sub fin.*) ubi paulo post etiam *nec autem* legitur. ¶ Et autem, *Plaut. Pæn.* 1. 2. 19. Et adire lubet hominem: et autem nimis eum ausculto libens. ¶ Interposito verbo, est mollius. *Lucret.* l. 1. v. 1008. Et quod inane autem est, finiri corpore cogit. *Sueton. in Aug.* c. 73. Et forensia autem, et calceos, &c. *Plin.* l. 16. c. 27. Et caprifici autem, &c. ¶ Habet vim similem τῷ *etiam* in his. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 91. Vehit hic clitellas: vehit hic autem alter senex. *Id. Mil.* 3. 1. 82. Liberæ sunt ædes: liber sum autem ego. *Id. ibid.* 4. 4. 13. Facile istuc quidem est, si et illa volt, et ille autem cupit. *Id. Merc.* 1. 2. 9. Et currendum, et pugnandum, et autem jurgandum est in via. ¶ Putat *Servius* abundare in illo *Virgilii* 2. *Æn.* v. 101. Sed quid ego hæc autem nequidquam ingrata revolvo?

AUTHENTA, et Autenta, æ, m. αὐθέντης, Græca vox, qua significatur dominus, qui pro arbitrio quidlibet agere potest, nec ab ullo alio pendet: item auctor, cui refragari nemo potest. *Fulgent. in continent. Virgil. de Virgilio.* O vatum Latiaris authenta! ita ne tuum ingenium clarissimum, &c?

AUTHENTICUS, a, um, *genuine, real, original, authentic*, αὐθεντικός. Apud Jurisconsultos *authenticum* dicitur, quod auctoritatem indubitatam, et legitimam habet: qualia sunt instrumenta, quæ vulgo dicimus originalia. *Paul. Dig.* lib. 22. tit. 4. leg. 2. Quicunque a fisco convenitur, non ex indice, et exemplo alicujus scripturæ, sed ex authentico conveniendus est. *Ulpian. Dig.* lib. 10. tit. 2. leg. 4. Heredem enim exemplum debere dare, tabulas vero authenticas ipsum tenere. *Id.* l. 29. tit. 3. *leg. ult.* Testamentum authenticum. *Id.* lib. 10. tit. 2. leg. 8. Authenticæ rationes. *Tertull. de monog.* c. 11. Sciamus, non sic esse in Græco authentico. ¶ *Authentici* absolute sunt vel libri, vel scriptores S. Scripturæ utriusque Testamenti, *Sidonio* l. 7. ep. 9. et *Claud. Mamert.* l. 1. *de statu anim.* cap. 2. et lib. 2. cap. 9. *in fi.*

AUTHEPSA, æ, f. *a stew-pan, or other vessel to cook meat in; a boiler or toaster*, αὐθέψης, vel αὐθέψη, vas duos habens fundos, in quorum superiore ponitur aqua cum iis cibis, qui coquendi sunt; in inferiore ignis, qui ita inclusus majorem vim habet, ac minima impensa rem conficit: ita dictum ab αὐτὸς, ipse, et ἕψω, coquo, elixo, quia ipsum per se coquit, foculi simul, et vasis vicem præstans. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 46. Domus referta vasis Corinthiis, et Deliacis, in quibus est authepsa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est, ut qui prætereuntes pretium enumerari audiebant, fundum venire arbitrarentur. *Lamprid. in Heliogab.* c. 19. Primus authepsas argenteas habuit. *Al.* hic aliter leg.

AUTHOR cum derivatis, V. *Auctor.*

AUTOCHTHŎNES, um, *people coeval with the country they dwell in*, αὐτόχθονες, populi in ipsa terra, seu regione orti, quam incolunt, non aliunde advecti; quales esse se prædicabant Athenienses, de quibus ita loquitur *Justin.* l. 2. c. 6. Soli, præterquam incremento, etiam origine gloriantur: quippe non advenæ, neque passim collecta populi colluvies originem urbi dedit, sed eodem innati solo, quod incolunt; et quæ illis sedes, eadem origo est. *Tacit. de German.* c. 2. etiam Germanos hujusmodi fuisse dicit. Est autem Græca vox ab αὐτὸς, ipse, et χθὼν, terra. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Autochthones Attici Cecropiam Minervam nominant. V. *Cicada.*

AUTOGRĂPHUS, a, um, *written with one's own hand, of one's own writing, original, autographical*, αὐτόγραφος, propria alicujus manu scriptus, non aliunde descriptus: vox Græca ab αὐτὸς, ipse, et γράφω, scribo. *Sueton. in Aug.* c. 71. Autographa quadam epistola, Cœnavi, ait, mi Tiberi, &c. et cap. 87. Litteræ ipsius autographæ ostentant. ¶ *Autographum, i,* absolute. *Symmach.* l. 3. ep. 11. Vetustatis exemplum de autographo tuo sumere. *autography, autograph.* [quod *Gellius* l. 9. c. 14. *idiographum* vocat.]

AUTOLŎLES, um, m. populi Mauritaniæ inter Gætulos, mira pedum pernicitate celebres. *Plin.* l. 5. c. 1. *Lucan.* l. 4. v. 677. et *Sil.* l. 3. v. 306.

AUTOLŸCUS, ci, Αὐτόλυκος, Mercurii filius, et avus maternus Ulyssis, artificiis furtorum clarus. *Martial.* l. 8. epigr. 59. Non fuit Autolyci tam piceata manus. Adde *Plaut. Bacch.* 2. 3. 41. *Ovid. Metam.* 11. v. 313. et *Serv. ad Æn.* 2. v. 79.

AUTOMATARĬUS, a, um, *having the power of moving of itself, automatical, automatons*, ad automaton pertinens. *Paul. Dig.* lib. 30. leg. 41. *ad fin.* Sed et automataria (*subaudi* opera) et canthari, per quos aquæ saliunt, poterunt legari. ¶ *Automatarius faber*, qui automata facit. *a maker of automata.* *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 642. n. 5. quam plenius exhibet *Fabrett.* cap. 10. num. 385. C. Cæcilio Saturnino fabro automatario P. Domitius Maximus amico. Adde aliam apud *Murator.* pag. 955. n. 8.

[† AUTOMATIUM, i, n. locus ubi automata fiunt. *Petron. fragm.* In automatium me conjeci.]

AUTOMĂTON, ti, n. *a machine which hath the power of motion within itself, an automaton*, αὐτόματον, machina ita artificiose contexta, ut dispositis intus ingeniosis rationibus, ipsa sua sponte moveri videatur, qualia sunt horologia, et aliæ id genus machinæ versatiles. *Sueton. in Claud.* c. 34. Si automaton, vel pegma, vel quid tale aliud parum cessisset. Quædam optimæ edition. habent Græce αὐτόματον. est enim Græca vox. *Petron. in Satyr. c. pænult.* Dum frater sororis suæ automata per clostellum miratur. *h. e.* motus sororis, quæ cum ab alio extolleretur, per se videbatur surgere. [† Confer *Vitruv.* 9. 9.] Adjective *Id. in fragment. Tragur.* c. 50. *Burman.* Plausum post hoc automatum familia dedit. *h. e.* spontaneum. *Serv. ad Æn.* 1. v. 724. Automata Venus. *h. e.* quæ sponte adfuit, favitque Alexidi, et Melibœæ: de quorum nuptiis historiam ibi narrat. V. *Epidætia.*

AUTOMĔDON, ontis, Αὐτομέδων, auriga Achillis, ut *Ascon. ad Cicer. pro Rosc. Amer.* c. 35. docet, itemque *Virg.* 2. *Æn.* v. 476. ubi quia *armigerum* etiam vocat, subdit *Servius*, fuisse armigerum Pyrrhi. Per synecdochen ponitur pro quovis auriga. *Juvenal.* sat. 1. v. 61. dum pervolat axe citato Flaminiam. puer Automedon nam lora tenebat. Adde *Cicer. loc. cit.*

AUTONŎE, es, f. Αὐτονόη, filia Cadmi, et Hermiones, soror Semeles, uxor Aristæi, mater Actæonis. *Ovid. in Ibin* v. 471.

AUTONOEĬUS, a, um, adject. ad Autonoen pertinens. *Ovid. Metam.* 3. v. 198. fugit Autonoeius heros. *h. e.* Actæon Autonoes filius.

AUTOPŸROS, i, *a kind of houshold bread made of flour bran and all, brown bread; a brown loaf, or brown-george*, αὐτόπυρος, panis cibarius, h. e. factus ex farina, cui nihil, aut sane parum admodum furfuris ademptum sit, ut *Cels.* l. 2. c. 18. docet: ubi tamen Græce utitur. Est enim ab αὐτὸς, ipse, et πυρὸς, triticum. Latine legitur apud *Plin.* l. 22. c. 25. et apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 66. *Burman.*

AUTOR cum derivatis, V. *Auctor.*

AUTRONIĀNUS, a, um, ad Autronium pertinens: quod est nomen Romani hominis, ut Autroniana domus. *Cic.* l. 1. *Attic.* epist. 13. *sub fin.*

AUTUMNAL pro *autumnalis*, vel pro *autumnale*, eadem ratione, qua *animal*, *capital*, &c. *Varr.* apud *Charis.* l. 1. pag. 94. *Putsch.* Æquinoctium autumnal.

AUTUMNĀLIS, le, *relating to the autumn, autumnal*, ὀπωρινὸς, ad autumnum pertinens. *Liv.* l. 31. c. 47. Jam autumnale æquinoctium instabat. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 39. Autumnale tempus. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 665. Corna autumnalia. *Plin.* l. 21. c. 4. Rosa autumnalis. *Id.* l. 19. c. 3. Imbres autumnales. *Id.* l. 37. c. 8. Cælum autumnale.

AUTUMNESCIT, ebat, n. 3. *autumn is coming on*, autumnus incipit. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 196. Cum hic ver pubescit, illic edomita æstas temporibus autumnescit. *Al. leg.* autumnascit.

AUTUMNĪTAS, atis, f. *the autumn, fall of the leaf, time of autumn, harvest-time*, autumni tempus. *Cato R. R.* c. 155. Prima autumnitate cum pulvis est, tum maxime ab aqua periculum est. *Id. ibid.* c. 5. Circum oleas autumnitate ablaqueato. Adde *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 22. et *Arnob.* l. 2. pag. 96. ¶ Item autumni proventus, *the increase of the autumn, harvest*, ὀπωρισμός. *Arnob.* l. 1. pag. 12. Ex olivis, atque vinetis plenam faciant autumnitatem fundi. *Varr.* apud *Non. loc. cit.* (ut legit *Scalig. in Conjectan. ad Varr.* pag. 47.) Cape hanc caducam Liberi mollem dapem, De fronde Bromiæ autumnitatis uvidam.

AUTUMNO, as, n. 1. *to be of the temperature of the autumn*, dies autumnales facere, autumnum inducere. *Plin.* l. 2. c. 50. Mobilior aer mitiore hieme, et æstate nimbosa semper quodammodo vernat, vel autumnat. *Id. ibid.* c. 47. Corus autumnat.

AUTUMNUM, i, n. idem quod autumnus. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 22. Etesiæ uberius flaverant, et autumnum ventosum fuerat. *Charis.* quoque l. 1. pag. 21. *Putsch.* autumnum neutro genere agnoscit.

AUTUMNUS, i, m. *the autumn, the time of harvest and vintage*, ὀπώρα, unum ex quatuor anni temporibus, medium inter æstatem et hiemem, quo tempore vindemiæ, et majoris partis frugum collectio fit. Incipit, secundum veteres Latinos agricolas, pridie, vel. 6. aut 7. id Augusti, occasu Fidiculæ, ut *Varr. R. R.* l. 1. c. 28. *Plin.* l. 18. c. 28. et *Colum.* l. 11. c. 2. docent: desinit cum occasu Vergiliarum, nempe circa 5. *id.* Novembr. ut *Varr.* et *Colum. ibid.* tradunt. *Cic. in Partit.* c. 11. Quæ temporis quasi naturam notant, hiems, ver, æstas, autumnus. *Horat.* l. 4. od. 7. v. 11. Pomifer autumnus fruges effudit. *Ovid. Metam.* 2. v. 29. Autumnus calcatis sordidus uvis. *Juvenal.* sat. 4. v. 56. Lethifer autumnus. *scil.* quia eo tempore solent morbi ingravescere. *Plin.* l. 11. c. 29. Locustæ pariunt autumni tempore. *Id. ibid.* c. 36. Insecta autumno moriuntur. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 315. sub autumnum. *Al. leg.* sub autumno. *Tacit. Ann.* 11. c. 31. Adulto autumno. *advanced.* *Id. ibid.* c. 4. Vergente autumno. *drawing to a close.* Sic *Idem* 5. *Hist.* c. 23. Flexu autumni. ¶ In *plur.* numero. *Horat.* l. 2. od. 14. v. 15. per autumnos nocentem Corporibus metuemus austrum. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 117. Inæquales autumni. *h. e.* qui modo serenos, et calidos dies, modo pluvios, et gelidos habent. *Id. Metam.* 3. v. 326. Septem autumni. *h. e.* septem anni per metalepsim. ¶ Per metonymiam ponitur pro fructibus autumni. *Martial.* l. 3. epigr. 58. Et multa fragrat testa senibus autumnis. *h. e.* vino vetere. ¶ Quidam scribunt *auctumnus*, assensi Etymologis, qui *Festo* auctore derivant a supino *auctum* verbi *augeo*, quod eo tempore maxime augeantur hominum opes, coactis agrorum fructibus. Verum usus obtinuit, ut sæpius sine *c* scriberetur: quod et *Scalig. ad Fest.* et *Dausq. in Orthograph.* approbant.

AUTUMNUS, a, um, *relating to the autumn, autumnal*, ὀπωρινὸς, ad autumnum pertinens, autumnalis. *Ovid.* 3. *Metam. sub fin.* frondes autumno frigore tactæ. *Plin.* l. 19. c. 6. Seritur ab æquinoctio autumno. *Manil.* l. 2. v. 269. Autumna sidera. et v. 425. Autumnum tempus. *Gell.* l. 19. c. 6. Autumna tempestas.

AUTŬMO, as, avi, atum, a. 1. *to think, imagine, judge, suppose*, censeo, judico, existimo, puto, opinor, οἴομαι, νομίζω. *Cic. in Orat.* c. 49. Bene quam meritam esse autumas, dicis male mereri. *Terent. Heaut. prol.* v. 18. Factum hic esse id non negat, et deinde facturum autumat. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 43. Quem mala stultitia, et quæcunque inscitia veri Cæcum agit, insanum Chrysippi porticus, et grex Autumat. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 28. Quem hanc misisse ad me autumas? ¶ Præterea sumitur pro dicere, narrare, *to say, give out, speak, aver, relate.* *Plaut. Amph.* 1. 1. 150. Quatuor viros sopori se dedisse autumat. *Id. Trinum.* 2. 2. 43. Ob eam rem hæc, pater, autumavi, quia &c. *Id. Capt.* 4. 2. 111. Iterum natus videor, si vera autumas. *Id. Men.* 5. 2. 7. Res plurimas pessimas affert, quas si autumem omnes, nimis longus sermo sit. Adde *Pacuv.* et *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 7. ¶ Passive *Plaut. Pœn.* 1. 2. 31. Soror, cogita, amabo, item nos perhiberi, quasi salsa muriatica esse autumantur, &c. ¶ *Nonius loc. cit.* pro *sperare* positum esse ait in illo altero *Pacuvii* loco: *Aut hic est, aut hic adfore actutum autumo.* Sed commodius ad primam putandi notionem trahitur. ¶ *Nigidius* apud *Gell.* l. 15. c. 3. docuit factum esse ex *ab*, et *æstumo*, seu *æstimo*: quod *Gellius* improbat. *Voss.* putat derivari ab antiquo, et obsoleto *auquo*, quod videtur significasse, ad agendum aliquem meo consilio, et auctoritate impello; vel ab *auctor* eliso *c*, ut autumare proprie sit *auctorem esse.* Viderint alii.

AVULSĬO, onis, f. *a plucking off, tearing away*, ἀπόσχισις. Inter sex modos, quos enumerat *Plin.* l. 17. c. 10. quibus arbores, et plantæ per artem proveniunt, unus est *avulsio*, qua stolones una cum fibris, et radiculis e stirpe, aut corpore arboris abscinduntur, et sulcis, seu scrobibus mandantur. *Id. ibid.* c. 13. Sabina herba propagine seritur, et avulsione. *by pulling off a slip from the parent stock.* *Virg.* de hac avulsione intelligendus est l. 2. *Georg.* v. 23. Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum Deposuit sulcis.

AVULSOR, oris, m. qui avellit, ἀποσχίζων. *Plin.* l. 9. c. 45. *de spongiis.* Intellectum inesse his apparet, quia ubi avulsorem sensere, contractæ multo difficilius abstrahuntur.

AVULSUS, a, um, *torn off or away, pulled away or asunder, severed, separated*, ἀνάσπαστος, ἀπόσπαστος, divulsus, abstractus, divisus. *Cic. pro Dom. c. pænult.* Ut perpetuum dolorem avulsus a meis sustinerem. *Virg.* 2. *Æn.* v. 558. Avulsumque humeris caput. *Id. Æn.* 4. v. 616. complexu avulsus Iuli. *Plin.* l. 4. c. 12. Thera insula: ex ea avulsa postea Therasia. et *ibid.* Eubœa avulsa Bœotiæ. *Id.* l. 17. c. 10. *a med.* Avulsi arboribus stolones.

AVUNCŬLUS, li, m. *a maternal uncle, mother's brother, uncle by the mother's side*, μητράδελφος, matris meæ frater. nam patris mei frater *patruus* appellatur. Dictus est *avunculus*, quasi minor avus, quia minus habet auctoritatis in filios sororis, quam avus in nepotes. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 84. P. Tubero Africanum avunculum laudans. ¶ *Avunculus magnus* est frater aviæ, *a grandmother's brother*, ut *Caius Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 1. et *Paul. ibid.* leg. 10. docent. *Cic. de clar. Orat.* c. 62. M. Drusus tuus magnus avunculus. ¶ *Avunculus major* est frater proaviæ, *the mother's grandmother's brother*, qui et *proavunculus* dicitur. *Paul.* et *Caius loc. cit.* ¶ Latini scriptores ponunt *avunculum majorem* pro *avunculo magno* hoc est pro fratre aviæ, non proaviæ. Sic *Sueton. in Claud.* c. 3. Augustum vocat avunculum majorem Claudii. Erat autem Augustus frater Octaviæ, ex qua nata est Antonia minor Claudii mater. Eadem ratione C. Julius Cæsar Dictator ab eodem *Sueton. in Aug.* c. 7. et a *Vellei.* l. 2. c. 59. dicitur avunculus major Augusti, licet esset tantummodo avunculus

magnus, nempe frater Juliæ minoris, quæ fuit mater Atiæ, ex qua Augustus genitus est. ¶ *Avunculus* absolute pro avunculo majore usurpatur a *Tacito in fi.* l. 4. *Ann.* ¶ *Avunculus maximus* est frater abaviæ, *the mother's great-grandmother's brother*, qui et *abavunculus* nominatur. *Paul. loc. cit.* ¶ Accipitur aliquando *avunculus* latiore significatione pro marito sororis matris meæ. Sic enim adhibetur a *Seneca de consol. ad Helv.* cap. 17. ¶ In duobus lapidib. apud *Maffei.* in *Mus. Veron.* pag. 308. n. 10. *et* 310. n. 7. legitur *avonculus.*

AVUS, i, m. *a father's or mother's father ; a grandfather or grandsire*, πάππος, patris, vel matris meæ pater. ut *Paul. Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 10. docet. *Cic pro Mur.* c. 7. Et proavus L. Murænæ, et avus prætores fuerunt. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 3. Nec quod avus tibi maternus fuit, atque paternus. *Terent. Phorm.* 2. 3. 48. Progeniem usque ab avo, et atavo proferens. ¶ Supra avum sunt *proavus, abavus, atavus, tritavus*, ut eos ordine recenset *Plaut. Pers.* 1. 2. 5. de quib. V. suis loc. Deinceps carent proprio nomine, et *majores* appellantur. ¶ Interdum tamen *avos* dicunt Poetæ quoscumque majores, sive consanguinei sint, sive non. *Ovid. Her.* ep. 16. v. 173. Pleiada, si quæras in nostra gente, Jovemque Invenies: medios ut taceamus avos. *Id.* l. 4. *ex Pont.* ep. 8. v. 17. Equites ab origine prima, Usque per immensos inveniemur avos. *Id.* 2. *Fast.* v. 30. Hoc apud intonsos nomen habebat avos. ¶ De homine sene. *Albinov.* eleg. 2. v. 4. Longius annoso vivere dignus avo. ¶ De apibus. *Virg.* 4. *Georg.* v. 209. Stat fortuna domus, et avi numerantur avorum. ¶ *Avum* pro *avorum* habet *Stat.* 3. *Theb.* v. 560.

AUXĒSIS, is, f. αὔξησις, Græca vox, et Græce usurpanda, quæ significat augmentum, incrementum. Sumitur a Rhetoribus pro parte orationis, in qua amplificamus, et dicendo augemus rem aliquam.

AUXILIABUNDUS, a, um, qui auxiliatur, vel ad auxilium ferendum intentus. *Apulei. de Deo Socrat.* pag. 48. *Elmenhorst.* Hinc illa Virgiliana Juturna, quæ mediis millibus auxiliabunda fratri conversatur.

AUXILIĀRIS, re, *assisting, aiding, succouring, auxiliary*, βοηθητικός, ἐπικούριος, qui auxilium fert, vel ad auxilium ferendum aptus. *Ovid. Metam.* 9. v. 698. *de Lucina.* dea sum auxiliaris, opemque Exorata fero. *Lucan.* l. 6. v. 523. Numen auxiliare. *Plin.* l. 23. c. 1. Acetum auxiliarem contra eadem vim habet. *Id. ibid.* c. 4. Oleum auxiliare lethargicis. *Id.* l. 28. c. 2. Carmen auxiliare luxatis membris. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 334. Cum frustra resonant æra auxiliaria Lunæ. *h. e.* Lunæ eclipsi laborantis. ¶ *Auxiliares milites*, et *auxiliares* absolute in exercitu sunt, qui ab sociis, et fœderatis gentibus in auxilium mittuntur, σύμμαχοι. *auxiliaries. Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 25. Auxiliares, quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat. *Liv.* l. 30. c. 34. Auxiliares terga dant repente. *Tacit. Ann.* 12. c. 39. Auxiliares cohortes. *Id. Ann.* 1. c. 39. Auxiliares equites. *Vellei.* l. 2. c. 112. Legiones nostræ, auxiliaresque. *Tacit.* 11. *Ann.* c. 18. Gannascus dux auxiliaris, et diu meritus. V. *Auxilium.* ¶ *Auxiliaria fulmina* sunt quæ advocata, seu advocantium bono veniunt. *Senec.* l. 2. *quæst.* nat. c. 49. *in fi.*

AUXILIĀRĬUS, a, um, idem quod auxiliaris. *Plaut. Trucul.* 2. 1. 6. Amicus consiliarius magis, quam auxiliarius. ¶ *Auxiliarii milites*, qui in auxilium ad exercitum accedunt. V. *Auxilium.* σύμμαχοι. *Cic. de provinc. consul.* c. 7. Res in Sicilia a proprætore una cohorte auxiliaria gesta. *Asinius Poll. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 32. *ad fin.* Militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi. *Sallust. in Jug.* c. 50. Auxiliarii equites.

AUXILIATĬO, onis, f. auxilium. Usurpatur a *Nonio* cap. 4. n. 403. Est etiam qui leg. apud *Liv.* l. 2. c. 33. quibus auxiliatio adversus consules esset. Sed pleriq. omn. *auxilii latio.*

AUXILIĀTOR, oris, m. *one who brings assistance, an assistant, aider, helper, auxiliary*, βοηθός, ἐπίκουρος, qui auxiliatur. *Petron. in Satyr.* c. 89. *in carmine.* Infirmus auxiliator. *Quintil.* l. 12. c. 3. Litigantium auxiliator. *Tacit. Ann.* 6. c. 37. Ornospades Tiberio auxiliator. *Stat.* l. 3. silv. 4. v. 23. *de Æsculapio.* maximus ægris Auxiliator adest.

AUXILIĀTRIX, icis, f. *an help-mate*, παραστάτις, quæ auxiliatur. *Cassiodor.* l. 2. ep. 40. Auxiliatrix gratia.

AUXILIĀTUS, us, m. idem quod auxilium. *Lucret.* l. 5. v. 1038. Alituum porro genus alis omne videmus Fidere, et a pennis tremulum petere auxiliatum.

AUXILIĀTUS, a, um, *that hath assisted*, particip. verbi *auxilior*, qui auxilium tulit. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 27. Nihil Numantinis vires corporis auxiliatæ sunt. ¶ Passiva significatione, *assisted, aided, succoured*, qui auxilium accepit, βοηθηθείς. *Lucil.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 791. et l. 11. pag. 927. *Putsch.* A me auxiliatus si est. *Vitruv.* l. 5. c. 8. Vox ab imis auxiliata, cum incremento scandens, ingreditur ad aures.

AUXILĬO, as, a. 1. *to assist*, idem quod auxilior. *Gracchus* apud *Diomed.* l. 1. pag. 395. *Putsch.* Quibus ego primus quomodo auxiliem? Adde *Priscian.* l. 8. pag. 797. Hinc *auxiliatus* particip. passivum. V. vocem præced.

AUXILĬOR, aris, atus sum, dep. 1. *to assist, help, aid, succour, abet*, βοηθέω, auxilium do, opem fero. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 50. *ad fin.* Conantibus auxiliari suis, frustra, inquit, meæ vitæ subvenire conamini. *Cic. Fam.* 5. ep. 4. Si mihi neque magistratum, neque Senatum, neque populum auxiliari licuerit. *Terent. Heaut.* 5. 1. 50. Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare, tibi non posse auxiliarier? *paragoge. Sallust. in Jug.* c. 26. Neque mihi patris mei beneficia, neque vestra decreta auxiliantur. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 29. Neque ulla nostris facultas auxiliandi dabatur. *Plin.* l. 10. c. 9. Columbæ contra naturam accipitris auxiliantes sibi. ¶ De auxilio in medicina. *Id.* l. 27. c. 12. Phalangitis flore vel semine auxiliantur contra scorpionum ictus. *Id.* l. 13. c. 22. Ferulam quibusdam morbis auxiliari, dicunt medici. *Ovid.* 1. *ex Ponto*, epist. 3. v. 23. Tollere nodosam nescit medicina podagram, Nec formidatis auxiliatur aquis.

AUXILĬUM, ii, n. *assistance, help, succour*, βοήθεια, ἐπικουρία, adjumentum, subsidium, opem significat. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 40. Auxilium sibi se putat adjunxisse, qui rem cum altero communicavit. *Virg. Æn.* 2. v. 691. Dare auxilium. *Cic.* 4. *Verr.* c. 3. Ferre opem, et auxilium alicui. *Id.* 2. *Catil.* c. 9. ferre alicui contra aliquem. *Id. pro Cornel. Balb.* c. 9. Juvare aliquem auxilio laboris, et commeatus. *Nepos in Milt.* c. 4. Auxilio alicujus facere aliquid. et cap. 5. et *in Attic.* cap. 11. Esse auxilio alicui. *Id. in Thrasyb.* c. 3. Venire auxilio alicui. *Id. in Timol.* c. 1. Mittere aliquem auxilio alicui. *Sueton. in Aug.* c. 10. Contrahere milites in auxilium Reipublicæ. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 15. Reperire auxilium alicui rei. *to find a remedy. Cic. in Orat.* c. 41. Petere auxilium ab aliquo. *Liv.* l. 37. c. 1. *extr.* Est mihi plus auxilii in te, quam in illo. *Sallust. in Jug.* c. 57. Noctis auxilio integri abeunt. *favoured by the darkness of the night. Quintil.* l. 5. c. *ult.* Uti auxilio legis. *Sueton. in Cæs.* c. 60. Eripere alicui auxilium fugæ. *the power of flying ; means of escaping. Id. ibid.* c. 54. Emendicare pecuniam in auxilium æris alieni. *to pay one's debts. Liv.* l. 5. c. 37. Civitas ultima experiens auxilia dictatorem dixisset. *Quintil.* l. 7. c. 1. Auxilia liberorum. *Ovid.* l. 3. *de ar. am.* v. 259. Auxilia navis. *h. e.* gubernaculum, aliaque instrumenta, in quibus est auxilium contra tempestates. ¶ Sæpe dicitur de ope, et remedio, quod ex medicina adhibetur morbis, *medicine, remedy* : ut ex *Celso* l. 2. c. 9. discimus. *Id. ibid.* c. 11. *in fin.* Nec posse vehementi malo nisi æque vehemens auxilium succurrere. *Id. in præfat.* l. 1. *sub init.* Auxilia adversæ valetudinis. *Id.* l. 5. c. 26. n. 21. Auxilium adversus profusionem sanguinis. *Id.* l. 4. c. 22. Valentissimum auxilium. *Plin.* l. 25. c. 3. Reperta est auxilio herba, quæ vocatur Britannica. ¶ In re militari *auxilia* sunt milites sociorum, et fœderatorum, qui augendarum virium, et opis ferendæ causa ad exercitum se adjungunt, *auxiliary troops, auxiliaries*, σύμμαχοι, συμπαραστάται, τὸ ἐπικουρικόν. Tales erant in Romano exercitu pedites et equites sociorum, et Latini nominis, qui levis armaturæ loco habebantur, obtinebantque in acie proprium ordinem extra legiones. Interdum tamen auxilia a sociis distinguuntur, et *auxiliorum* nomine significantur milites exterarum nationum ; *sociorum* vero Latini nominis, et Italici. V. *Lips. de milit. Rom.* l. 1. *Dial.* 7. et in *analect.* et alios. Porro nonnulli putant, hanc esse primam, et propriam hujus vocis significationem. *Auxilia* enim dicta esse ab *augendo*, quod augeant exercitum, et vires ejus, ad quem accedunt, ut *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 16. et *Festus* in *Auxiliares* tradiderunt. Ceterum legitur passim hac significatione apud Latinos scriptores, præsertim historicos. *Cic. Parad.* 6. c. 1. Tueri sex legiones, et magna equitum, ac peditum auxilia. *Id. pro Deiot.* c. 8. et *Sallust. in Jug.* c. 7. Imperatoribus nostris auxilia mittere. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 24. Duplici acie instituta, auxiliis in mediam aciem conjectis. *Sueton. in Aug.* c. 49. Legiones, et auxilia provinciatim distribuere. ¶ In sing. num. *Ovid. Metam.* 11. v. 386. colloque infusa mariti, Mittat ut auxilium sine se, verbisque precatur, Et lacrymis. ¶ Interdum *auxilia* dicuntur propriæ alicujus ducis militares vires, et copiæ. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 106. Sed Cæsar confisus fama rerum gestarum, infirmis auxiliis proficisci non dubitaverat. *with a weak force. Justin.* l. 1. c. 6. Astyages contractis undique auxiliis ipse in Persas proficiscitur. ¶ Apud Veteres *Auxilium* deus fuit, quemadmodum Salus, Fides, Victoria, &c. Hunc deum *Plautus* prologum facientem inducit, *Cistell.* a. 1. sc. 3. ¶ In illo *Horat.* epod. 1. v. 21. non ut adsit, auxili Latura plus præsentibus : *auxili* pro *auxilii* dictum est, contractis per synæresim duabus vocalibus, metri causa. Sic *oti* pro *otii* dixit *Virg.* 4. *Georg.* v. 564. et *peculi* pro *peculii*, *Ecl.* 1. v. 33. ¶ *Apulei.* l. 11. *Metam.* Antistes manibus ambabus gerebat altaria, idest auxilia, quibus nomen dedit proprium Deæ summatis (*Isidis*) auxiliaris providentia.

AUXILLA, olla parva. *Festus.*

AUXIM, is, it, V. in fine verbi *augeo.*

AUXUMĀTES, et Auximates, um, cives Auximi, quod est oppidum Italiæ in Piceno, nunc *Osimo. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 258. n. 2. et pag. 259. n. 9.

AXAMENTA, *verses sung by the* Salii *in honour of particular deities ; also poems written in praise of particular persons, like the greater part of the* Sylvæ *of* Statius, dicebantur carmina Saliaria, quæ a Saliis sacerdotibus componebantur in universos homines. (V. vocem sequent.) Nam in deos singulos versus facti a nominibus eorum appellabantur, ut Janualii, Junonii, Minervii. Hæc *Festus.* Legitur et *assamenta.* Contraria *Festo* docuit *Jos. Scalig. in Conjectan. ad Varr.* nempe assamenta fuisse carmina in unum solum hominem condita, &c. Ejus verba V. in *Asso, as.* [† V. *Assamenta.*]

AXĀRE, nominare. *Festus.* Legitur et *assare.* Ab hoc videntur duci *axamenta*, fortasse quia in iis nominabantur illi, de quibus ea carmina composita erant. *Scaliger* tamen, quem sequitur *Voss. in Etymol. axamenta*, seu *assamenta* ideo dicta putat, quia ea carmina in *axibus*, seu *assibus*, hoc est tabulis describebantur (quemadmodum Solonis leges ab Atheniensibus. V. *Axŏnes.*) Quia enim legitime concepta erant illa carmina, propterea non minus ediscebantur a Saliis ; quam a Leguleiis actiones, et juris formulæ : et Cicero ait a pueris prætextatis carmen Saliare, tanquam legitimas formulas, disci solitum. Hæc *Scalig.*

AXE adglomerati, universi stantes, idest cohortibus, aut legionibus. *Festus.* Illud *axe* quid sit, nemo Interpretum docet : nec vero expedire facile est.

AXĒDO, onis, videtur esse idem quod axis, vel asserculus. *Marcell. Empir.* cap. 33. *sub fin.* Ubicunque minxerit, supra lotium ejus obicem, idest axedonem ex usu figes.

AXĔNUS PONTUS, ἄξενος, hoc est inhospitalis dictus est olim, qui nunc Euxinus appellatur : ab α privativa, et ξένος, peregrinus, hospes : quia illud mare quondam vix adibatur propter barbariem Scytharum, qui loca maritima incolentes, mactare appulsos hospites, eorumque carnibus vesci solebant. *Ovid.* 4 *Trist.* eleg. 4. v. 55. Frigida me cohibent Euxini litora Ponti : Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. *Id. in fi.* eleg. 13. l. 3. Dum me, terrarum pars pæne novissima, Pontus, Euxini falso nomine dictus habet. [† *Strab.* lib. 7. Ἄπλουν γὰρ εἶναι τότε τὴν θάλασσαν ταύτην, καὶ καλεῖσθαι Ἄξενον, διὰ τὸ δυσχείμερον, καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν περιοικούντων ἐθνῶν.]

AXIĀRĬUS, ii, qui in axibus, tignis, asseribus artificium exercet. *Vet. Lap.* apud *Murator.* pag. 977. n. 7. M. Sergius M. L. Eutychus Axiarius sibi, et M. Sergio M. L. Philocalo Axiario patrono. In Lapide est *axearius.* [Hic vero lapis in *Museo Florentino* esse dicitur *Encyclopédie Méthodique, Antiquités, Mythologie* &c. et per hanc vocem vel eum significari, qui in axibus, tignis, asseribus artificium exercet, uti *Forcellinus* putat, vel rerum harum negotiatorem ; alterum vero hoc probabilius videtur ejus operis scriptori.]

AXICĬA, æ, f. *scissars to clip the hair with*, forfex, qua tondentur capilli, ψαλίς. Videtur dicta esse a secando. nam *seco* in compositis mutat aliquando *e* in *i*, ut *exsico* pro *exseco*, apud *Plaut. Rud.* 1. 2. 34. et *prosico* pro *proseco*, apud *eund. Pœn.* a. 2. v. 8. Itaque a *seco* fit *adsico*, seu *assico*, a quo *assicia*, quæ paulatim in *axiciam* transit cognatione litterarum. *Plaut. Curcul.* 4. 4. 21. Ita me volsellæ, pecten, speculum, calamistrum meum bene me amassint, meaque axicia, linteumque, &c. Pro *axicia*, quidam leg. *exicia*, vel *exsicia* eod. sensu, ut sit ab *exseco*, seu *exsico, as* ; quod verbum certe est in usu, non item *assico.* *Lambinus* de suo reposuit *excutia*, exponens parvam scopam, qua excutitur pulvis e vestibus. Sed ejus conjectura minus placet *Vossio in Etymol.* in *Prosecta*, et aliis.

AXICŬLUS, li, m. *a small axletree ; a pin on which a pulley turns*, parvus axis, circa quem aliquid vertitur, ἄξων. *Vitruv.* l. 10. c. 14. Tympanum versatile, in cultro collocatum, et in axiculo conclusum. ¶ Item trabecula, vectis, palus, *a small beam ; a lever or pole. Vitruv.* l. 10. c. 21. Axiculi ex torno facti duo, e quibus funes alligati retinebant arietem. *Colum.* l. 6. c. 19. Ut velut in caveam quadrupes possit induci, nec exire alia parte prohibentibus axiculis. ¶ Item parva tabula sectilis, *a small beam, bourd, or plank ; a lath. Ammian.* l. 21. c. 2. (*al.* 4.) Axiculis, queis orbis (*h. e. scutum*) erat compaginatus, in vanum excussis, ansa remanserat sola. *Id.* l. 16. c. 8. (*al.* 13.) Dionysius ædem, ubi cubitare solebat, alta circumdedit fossa, eamque ponte solubili superstravit ; cujus disjectos asseres, et axiculos secum in somnum abiens transferebat. ¶ Legitur et *assiculus.*

AXĬES, mulieres sive dii dicebantur una agentes. *Fest.* in *Axitiosi.* Sed legendum est *Axites, mulieres, sive viri*, &c. ut *Scalig.* et *Voss. de Grammat.* l. 5. c. 41. monent. *Axites* autem est ab *axim* antique dicto pro *egerim*, ut *Fest. ibid.* tradit.

AXILLA, æ, f. *the arm-hole, or arm-pit*, μασχάλη, locus sub brachiis concavus, ubi enascuntur pili. Vox obsoleta, pro qua *alam* Latini elegantiæ causa usurpant, ab ea per syncopen factam. *Cic. in Orat.* c. 45. Quomodo enim vester axilla, ala factus est, nisi fuga litteræ vastioris ? quam litteram etiam e maxillis, et taxillis, et vexillo, et paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellit.

AXIM. V. in fi. verbi *Ago.*

AXINOMANTĪA, æ, f. *a kind of divination, in which axes were used*, ἀξινομαντεία divinatio quæ per secures, seu ascias fit : ab ἀξίνη, ascia, securis, et μαντεία, divinatio. *Plin.* enim l. 30. c. 2. species magices, seu divinationis enumerat per aquam, aerem, lucernas, pelves, secures, &c. *Id.* l. 36. c. 19. Hoc dicuntur uti Magi in ea, quam vocant

axinomantiam. *Salmas. in Solin* legit *causinomantium*, hoc est divinationem per ea, quæ uri possunt a καίεσθαι. Putabant enim Magi, si aliquid, quod facile comburi solet, in ignem injectum peruri nequiret, significari id eventurum, quod quis in votis haberet. [† Audi *Plin.* 30. 2. s. 5. *de magia*. Species ejus plures sunt. Nam et aqua et sphæris, et aere, et stellis, et lucernis, ac pelvibus securibusque, et multis aliis modis divina promittet.]

AXIŌMA, atis, n. *an axiom, proposition, maxim*, ἀξίωμα, Græca vox, quæ Latine pronuntiatum, enunciatio, enunciatum, effatum a *Cicerone*, profatum, proloquium a *Varrone*, verbum etiam a *Terent. Eun.* 1. 2. 95. teste *Donato*, appellatur: Est autem oratio seu propositio, aut dictum absolutam aliquam sententiam complectens, quam necesse est, aut veram, aut falsam esse, ut si dicam, *Scipio Numantiam delevit. Neque bonum voluptas est, neque malum.* Ejus varia genera faciunt Dialectici, de quibus *Gell.* l. 16. c. 8 et *Apulei. de dogm. Platon.* l. 3. seu *de sylleg. categor.* ¶ Dicitur etiam ἀξίωμα in disciplinis effatum verum per se, et clarum, nec ulla indigens probatione, quod vulgo *principium* vocant, quale est illud: *Quæ eidem sunt æqualia, inter se quoque æqualia esse necesse est. a self-evident practical truth, a proposition that cannot be made plainer by demonstration, an axiom.* ¶ Hæc vox Latine scripta legitur apud *Apulei. loc. cit.* rectius tamen Græce adhibebitur a Latino scriptore.

AXIS, is, m. *the axletree on which a wheel turns*, ἄξων, lignum illud teres, circa quod rota currus, aut alia quæpiam res vertitur. *Virg.* 3. *Georg.* v. 172. valido nitens sub pondere faginus axis Instrepat. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 317. temone revulsus axis. *Vitruv.* l. 9. c. 9. Tympano medio axis versatilis est inclusus; inque eo axe mollis catena est involuta, &c. *Id.* l. 3. c. 3. Axes volutarum ne crassiores sint quam oculi magnitudo. V. Interpretes. *Plin.* l. 15. c. 8. Axes amurca ungere. ¶ Per synecdochen accipitur pro ipso curru, *a chariot, car; waggon. Ovid. Her.* ep. 4. v. 160. *de Sole*. Purpureo tepidum qui movet axe diem. *Propert.* l. 3. eleg. 3. v. 13. spoliis onerato Cæsaris axe. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1442. Phœbeus axis. *Sil.* l. 16. v. 360. Sinuare axem. et v. 407. Propellere axem. Adde *Valer. Flacc.* l. 5. v. 431. ¶ In plural. num. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 632. qui solis anhelis Æquora subdit equis, et fessos excipit axes. Adde 2. *Metam.* v. 148. ¶ Sæpe *axis* dicitur linea imaginaria, quæ ab uno cæli cardine seu polo per centrum terræ transiens, in alterum terminatur: circa quam universa Mundi machina circumvolvi dicitur. *the Earth's axis.* Simili ratione tribuitur aliis minoribus sphæris, seu circulis in ipso cælo contentis. Omnes enim circa proprium axem verti dicuntur. *Cic.* 4. *Acad.* c. 39. Terra circum axem se summa celeritate convertit, et torquet. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 20. Mundus versatur circum axem cæli admirabili celeritate. *Lucan.* l. 4. v. 333. Axis Cancri. *h. e.* Tropicus Cancri. *Sever. in Ætna*, v. 231. *de Luna, et Sole.* Hæc brevior cur bissenos cita pervolet axes, Annuus ille meet. *h. e.* duodecim signa Zodiaci. ¶ Sæpe accipitur pro ipso polo, seu cardine cæli, ubi axis infigitur. Per *axes* itaque intelligitur uterque polus Arcticus, et Antarcticus, *the Poles. Lucan.* l. 7. v. 422. Te geminum Titan procedere vidit in axem. *Id.* l. 8. v. 175. Axis inocciduus, gemina clarissimus Arcto. *Id.* l. 9. v. 876. Imus in adversos axes. *Vitruv.* l. 6. c. 1. Meridianus axis. ¶ Interdum etiam *axem* absolute dicimus Polum arcticum, quia is a nobis semper cernitur, cum alter sub terra lateat. *the North Pole. Cic.* l. 1. *Tuscul.* c. 28. Globum terræ duabus oris habitabilem: quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita; altera Australis ignota nobis. *Virg.* 2. *Georg.* v. 270. qua parte calores Austrinos tulerit, quæ terga obverterit axi. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 7. v. 1. Missus es Euxinas quondam, Vestalis, ad undas, Ut positis reddas jura sub axe locis. Adde *Manil.* l. 4. v. 589. ¶ Frequenter sumitur pro toto cælo, *the heavens. Virg.* 4. *Æn.* v. 482. maximus Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. *Ovid.* l. 1. *Trist.* eleg. 2. v. 46. Ætherius axis. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 86. Serenus axis. *Id.* l. 10. v. 753. in terras supero demissus ab axe. ¶ Hinc *sub axe* aliquando est sub dio, sub aere aperto, *in the open air, under the canopy of heaven. Virg.* 2. *Æn.* v. 512. Ædibus in mediis, nudoque sub ætheris axe. *Id.* 8. *Æn.* v. 28. in ripa, gelidique sub ætheris axe. ¶ Aliquando accipitur pro aliqua cæli plaga, regione, climate. *clime, climate, region. Plin.* l. 27. c. 1. Exustus sideribus axis. *h. e.* zona torrida. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 214. et *Lucan.* l. 3. v. 359. Hesperius axis. *h. e.* Occidens, vel Hispania. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 8. v. 41. Axis Boreus. *h. e.* regio Septentrionalis. ¶ *Axis* etiam vocatur ferrum illud, in quo januæ cardo vertitur, *the hook on which a hinge turns. Stat.* l. 1. *Theb.* v. 346. jam claustra rigentis Æoliæ percussa sonant, &c. venti transversa frementes Confligunt, axemque emoto cardine vellunt. ¶ Præterea *axis* idem est, atque *assis*, seu tabula sectilis, *a board, plank*, σανὶς, ἄξων: et usurpatur etiam in feminino genere. Hujus autem significationis exempla habes supra in *Assis*. ¶ A *Vitruvio* ubi describit machinam Ctesibicam ad extollendam aquam, appellatur *axis* epistomium, vel potius tabella epistomii vicem reddens, qua obturatur os, seu naris canalis aquam effundentis, *a cock, spout, spigot.* Ejus verba sunt l. 10. c. 12. In quo catino fiant axes, in superioribus naribus fistularum, coagmentatione subtili collocati, qui præobturantes foramina narium, non patiuntur exire id, quod spiritu in catinum fuerit expressum. ¶ Aliquando *axis* significat asserem, aut tignum, *a small beam, rafter, trunk, pale, stake. Lucan.* l. 3. v. 455. stellatis axibus agger Erigitur. *Sil.* l. 13. v. 109. latera intextus stellatis axibus agger. *h. e.* tignis, stipitibus, seu truncis arborum, quibus cancellatim in stellæ modum dispositis, directis, transversisque latera aggerum terrenorum colligabantur, et muniebantur, ne derui ab hostibus possent. ¶ Sunt qui putant significare etiam clivum, montem, locum editum, ducta fortasse significatione ab polo Septentrionali, qui nobis sublimis est, et proprie axis dicitur. Afferunt locum *Juvenalis* sat. 4. v. 117. Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. (Sed *axes* rectius alii exponunt currus, et rhedas illac transeuntes.) *Propertii* l. 4. eleg. 1. v. 125. Scandentisque axis consurgit vertice murus (*al. rectius leg.* arcis) *Claudiani de Consul. Mall. Theod. in proœm.* v. 16. Contulit alternas Pythius axis aves. *h. e.* mons Parnassi, sed alii commodius interpretantur oram, regionem. ¶ Denique *axis, is*, f. nomen est feræ in India, hinnulei pelle, pluribus, candidioribusque maculis. *a sort of gazel or roe. Plin.* lib. 8. cap. 21.

AXITIŌSI, factiosi dicebantur, cum plures una quid agerent, facerentque: ab antiquo *axit* pro egerit. *Fest.* Hinc *Plaut. in fragment.* apud *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. Axitiosæ annonam caram e vili concinnant viris. *Al. leg.* actiosæ.

AXON, onis, m. *a line drawn on a dial*, ἄξων, in horologiis solaribus est linea πρὸς ὀρθὰς posita radio æquinoctiali: ita dicta a Mathematicis ad similitudinem axis cælestis, qui Græce ἄξων vocatur. *Vitruv.* l. 9. c. 8. ¶ Item unum ex membris balistæ in modum axis rotæ efformatum. *a part of a balista. Id.* l. 10. c. 17. ¶ *Axones* sunt axes, seu tabulæ, in quibus descriptæ erant leges Solonis, ut *Gell.* l. 2. c. 12. docet. Atque ob id ipsæ leges *axones* dicuntur ab *Ammiano* l. 16. c. 5. *boards or tablets on which Solon's laws were written.* ¶ Denique *Axon* fluvius est Cariæ apud *Plin.* l. 5. c. 27. *in fi.*

AXŎNA, æ, [† hod.] *l'Aine*, fluvius Belgarum in extremis Remorum finibus, Augustam Suessionum alluens. *Auson. in Mosell.* v. 461. Non tibi se Liger anteferet, non Axona præceps.

AXŌNES, um, m. populi Galliæ Belgicæ. *Lucan.* l. 1. v. 423. Et Biturix, longisque leves Axones in armis. *Grotius* monet legendum *Suessones*.

AXUNGĬA, æ, f. *swine's grease, with which the axletrees of wheels were rubbed*, στέαρ, ὑῶδες, adeps suillus inveteratur, ita dictus ab *ungendis axibus*, ut *Plin.* l. 28. c. 9. docet, quia eo perunguntur curruum axes, ut rotæ facilius vertantur. Græci quoque recentiores ἀξυγγίαν, et ὀξύγγιον appellant sumpto a Latinis vocabulo, ut *Plin. ibid.* testatur: ubi varios ejus usus in medicina percenset. *Id. ibid.* c. 10. Axungiam cum calce tusam admovere. [† *Pallad.* l. 17. 3. Et tantumdem sumes unguinis, quod vocamus axungiam vel serum. *any kind of fat or grease.*]

AXŬRUS, V. *Anxurus.*

A Z

AZAN, m. mons Arcadiæ, Cybelæ Deorum matri sacer. *Stat. Theb.* 4. v. 292. Idæis ululatibus æmulus Azan.

AZANĬÆ nuces pineæ dicuntur, quæ, si non decerpantur in tempore, se ipsæ in arbore dividunt. *a kind of pinenuts, or pine-apples.* Estque hæc Græca vox, vel ab ἀζαίνω, arefacio, vel ab ἀζάνω, arefio, quia longiore mora in arbore aridiores factæ dehiscunt. *Plin.* l. 16. cap. 26.

AZŌNI DII, Ἄζωνοι, dicuntur, qui certas in Cælis zonas, seu sphæras non habent, ut habent Jupiter, Venus, Mars, Saturnus, &c. ab α privativa, et ζώνη, zona. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 17. Ex cunctis igitur Cæli regionibus advocatis diis, ceteri, quos Azonos vocant, ipso commonente Cyllenio convocantur.

AZYMUS, a, um, *unleavened, not fermented*, ἄζυμος, non fermentatus: ab α privativa, et ζύμη, fermentum: et dicitur de pane. *Scribon. Larg. compos.* 133. Cibos assæ carnis dare cum pane azymo. ¶ Pænultima corripitur a *Prudent. in Apotheosi*, v. 421. Lascivire choris, similaginis azymon esse, Cum fermentati turgescant crimine mores. (*azymon* Græca positione dictum est pro *azymum*; et absolute neutrorum more positum est pro pane azymo.) Græci tamen aliquando produxere, ut *Nicand. in* Ἀλεξιφαρμ. v. 521. Μὴ μὲν δὴ ζύμωμα κακὸν χθονὸς ἀνέρα κήδοι. Quare si quis Latine proferret longa pænultima, haberet quo se tueretur.

DE LITTERA B.

B Littera muta est, quæ non in sonum suum, sed in sonum *e* litteræ finitur. Hanc Græci βῆτα nominant. Gerit virtutem, et potestatem mediam inter *p*, et *ph*. Quare nos ob litterarum affiniatem dictiones Græcas traducentes nonnunquam *p*, et *ph* in *b* convertimus, ut πύξος, buxus, ἄμφω, ambo. Et e contrario, quod illi *b* scribunt, nos cum *ph* traducimus, ut θρίαμβος, triumphus. ¶ Sæpe transit in *v*. Cujus rei exempla multa habentur in Veteribus Inscriptionibus etiam probæ ætatis. Hinc *abobus* pro *abavus*, *abe* pro *ave*, *bixit* pro *vixit*, *curbatus* pro *curvatus*, et alia sexcenta apud *Gruter.* et *Reines.* V. eorum Indices *cap. de his, quæ ad Grammaticam pertinent*, et *Pier. ad Æn.* 7. v. 627. His adde *habeo* pro *aveo* apud *Cicer.* l. 1. *Tuscul.* c. 8. *ad fin.* ex optim. MSS. Codicib. ¶ B in præpositione *ab* in duobus tantum verbis mutatur in *u*, *aufero*, et *aufugio*, ut advertit *Cic. in Orat.* c. 47. In aliis transit etiam in *c*, ut *occurro*; in *f*, ut *sufficio*; in *g*, ut *suggero*; in *m*, ut *summitto*; in *p*, ut *nubo, nupsi*, &c. ¶ In notis Lapidum inscriptorum fere est *bene*.

B A

BA, interjectio avertentis, aut fastidientis. *Plaut. Asin.* 1. 1. 24. ubi plerique omnes legunt *ab*.

BAAL, et Bahal, m. indeclinab. Βαὰλ, nomen est Dei, ab Assyriis, Phœnicibus, et aliquando etiam a Judæis culti, qui et *Bel*, seu *Belus* dictus est, consecratus a Nino Beli filio in honorem patris, ut *Hieronym. in* cap. 23. *Ezechiel.* docet. *Augustin.* autem lib. 7. *Quæstion. super Jud.* quæst. 17. Punicam vocem esse scribit, et significare *dominum*: eoque nomine Jovem cultum fuisse. ¶ Prima syllaba est natura longa, Hebraice בַּעַל Bahal. *Prudent. in Apotheosi*, v. 393. Fluxerat ornatus, caput et jam coctile Baal &c. *Sedul.* tamen corripuit l. 5. v. 147. Tunc coluere Baal, nunc elegere Barabbam.

BABA, æ, m. insignis fatuitatis homo temporibus *Senecæ*, cujus is meminit ep. 15. et *in Apocolocyn.*

BABÆ, *O! strange; wonderful! rare!* βαβαὶ, παπαὶ, interjectio admirantis, plaudentis, et approbantis. *Plaut. Pers.* 5. 2. 25. Hui! babæ! basilice te intulisti, et facete. *Id. Pseud.* 1. 3. 130. *Ca.* Fur. *Ba.* babæ. *Ps.* fugitive. *Ba.* bombax. *Ca.* fraus populi. *Ba.* planissime. ¶ Apud eund. *Plaut. in Stich. sc. ult.* *babæ, tatæ, papæ*, sunt voces hilariter ludentium, saltantium, atque invicem plaudentium.

BABECĂLUS, vel Babæcalus, i. Legitur apud *Arnob.* et *in fragment. Tragur. Petronii* cap. 67. *Burmanni.* Utroque autem loco significat libidinosum, mulierosum, et ex nimiis voluptatibus pæne amentem. *Arnob.* l. 4. pag. 141. Pellicibus, atque amiculis delectatus impatientiam suam spargebat passim, ut babecali adolescentes solent. *Petron.* Videtis, inquit, mulieris compedes? Sic nos babæcali despoliamur. Adde *ibid.* cap. 37. *in fi.* Sed mira est ubique lectionum varietas, ac interpretationum, quas Eruditi commenti sunt, dum vocis originem, et vim assequi conantur.

BABȲLON, ōnis, f. *Babylon or Babel*, [† hod. *Bagdat* vel, ut mavult *Rennell.* ad Herod. *Hilla*,] Βαβυλὼν, urbs Chaldaicarum gentium caput, in Babylonia, celeberrima, et ex maximis Asiæ, ad Euphratem fluvium interfluentem, in vastissima, et lætissima planitie. Condita est a Nembroth, seu Belo filio Chusan, nep. Cham, postea a Semiramide amplificata, et mœnibus cincta, quibus sexaginta passuum millia complectebatur: obtinuitque diu summam claritatem in toto orbe. Nunc tota in ruinis jacet. V. apud *Plin.* l. 6. c. 26. et *Curt.* l. 5. c. 6. plura. *Martial.* l. 9. epigr. 77. Nec latere cocto, quo Semiramis longam Babylona cinxit, &c. *Babylona* accusativus est Græcæ positionis pro *Babylonem*. *Sil.* l. 14. v. 657. Vestis spirantes referens subtemine vultus, Quæ radio cælat Babylon. *h. e.* variis coloribus intexta ex arte acu pingendi, quæ Babylone ortum habuit. Sic *Martial.* l. 14. epigr. 150. Babylonis acus. V. *Babylonius.*

BABYLONĬA, æ, f. pars Mesopotamiæ, atque Assyriæ, ita dicta a Babylone urbe, quæ ejus regionis caput fuit. *Plin.* l. 6. c. 26. ¶ Sumitur etiam pro Babylone *Justin.* l. 1. c. 2. Hæc Babyloniam condidit, murumque urbi cocto latere circumdedit. *Id.* l. 12. c. 13. Ejus adventum Babyloniæ operiri. Adde *Curt.* l. 4. c. 6.

BABYLONIĂCUS, a, um, *Babylonish*, Babylonius. *Manil.* l. 4. v. 578. Cum Babyloniacas submersa profugit in undas. *h. e.* in Euphratem, qui Babyloniam interluit.

BABYLONĬCUS, a, um, *relating to Babylon, Babylonish or Babylonic*, Βαβυλωνικὸς, ad Babyloniam pertinens. *Martian. Dig.* lib. 39. tit. 4. *leg. ult.* Pelles Babylonicæ, pelles Parthicæ. *h. e.* ex Babylonia advectæ. *Plaut. Stich.* 2. 3. 54. Babylonica peristromata. *h. e.* variis coloribus intexta. V. *Babylonius.* Sic *Martial.* l. 8. epigr. 28. Babylonica picta superbe texta. ¶ *Babylonicum, ci.* et frequentius *Babylonica, orum*, absolute sunt vestes Babylonia arte pictæ. *P. Syrus Mimogr.* apud *Petron. in Satyr.* cap. 55. Plumato amictus aureo Babylonico. *Al. leg.* aulæo *pro* aureo. *Lucret.* l. 4. v. 1023. Cum Babylonica magnifico splendore rigantur. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 26. Stragula, et Babylonica, quæ equis insterni solent. *Haloander* edidit *Babylonicas*, ut sit femininum pluralis numeri.

BABYLONIENSIS, e, adject. *of Babylon*, Babylonius. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 66. Babyloniensis miles.

BABYLONĬUS, a, um, *relating to Babylon, Babylonian, Babylonish*, Βαβυλώνιος, ad Babylonem pertinens.

Plaut. Trucul. 2. 5. 19. Babylonius miles. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 248. Euphrates Babylonius. *Curt.* l. 5. c. 1. Babylonia arx. *Lucan.* l. 6. v. 50. Babylonia mœnia. *Plin.* l. 6. c. 26. Seleucia Babylonia. *h. e.* quæ in provincia Babylonia condita fuit a Nicatore, in confluente Euphratis fossa perducti, et Tigris, ut *Id. ibid.* narrat. *Id.* l. 21. c. 18. Babylonius juncus. *h. e.* juncus odoratus, qui laudatissimus circa Babylonem nascitur. ¶ *Babylonii, orum,* sunt Babylonis incolæ. *the Babylonians.* Horum celebre fuit studium in astrorum, totiusque cæli motibus perscrutandis, atque in universa astronomia perdiscenda, ex qua futura præsciri arbitrabantur. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 46. *in fi.* Nam quod aiunt, quadringenta et septuaginta millia annorum in periclitandis, experiundisque pueris, quicunque essent nati, Babylonios posuisse, falsum est. *Horat.* l. 1. od. 11. v. 2. nec Babylonios Tentaris numeros. ¶ Horum quoque inventum fuit, et subtiliter exculta ars pingendi acu vestes variis coloribus, atque in illis varias texendo figuras exprimendi, non secus ac pictores in tabulis penicillo. *Plin.* l. 8. c. 48. Aurum intexere in Asia invenit Attalus Rex: colores diversos picturæ intexere Babylon maxime celebravit, et nomen imposuit.

BACAR, vas vinarium simile bacrioni. *a wine-cup or beaker. Festus. Scalig.* docet scribendum esse baccar duplici cc. Nam legi in *Gloss. Isid.* Baccarium, vas aquarium. In *Gloss.* tamen *Philox.* Bacar, εἶδος ἀγγείου.

BACCA, æ, f. *a berry; any small fruit of trees, as of the bay, olive, elder, and myrtle,* κόκκος, ἀκρόδρυον, nomen generale, quo significantur minutiores, ac rotundiores fructus arborum, præsertim silvestrium, ut oleæ, lauri, corni, myrti, platani, &c. item quarundam herbarum, ut hyssopi, ebuli, &c. Quomodo differant ab acinis, V. in *Acinus. Cic.* l. 2. *Divin.* c. 6. Agricola cum florem oleæ videt, baccam quoque se visurum putat. *Cato R. R.* cap. 101. Baccæ myrti. *Virg.* 1. *Georg.* v. 306. lauri. *Id. Ecl.* 10. v. 27. sanguineæ ebuli. *Plin.* l. 16. c. 27. cupressi. *Id.* l. 12. c. 7. juniperi. *Id.* l. 15. c. 7. platani. *Id.* l. 24. c. 5. cedri. *Id.* l. 26. c. 11. et 12. hyssopi. *Id.* l. 32. c. 2. Baccæ curalii. *beads of coral.* ¶ Per antonomasiam dicitur de bacca oleæ, *an olive:* quia est omnium utilissima hominibus. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 15. v. 10. Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla favos. Adde *Horat.* lib. 2. od. 6. v. 16. et *Martial.* l. 13. epigr. 98. ¶ Interdum generatim significat quoscunque arborum, et plantarum fructus. *fruit. Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 51. Semen inclusum est in intima parte earum baccarum, quæ ex quaque stirpe funduntur. *Id.* l. 1. *Tuscul.* c. 14. Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam. *Id. de Senect.* c. 2. In arborum baccis, terræque frugibus. Adde l. 1. *de Divin.* c. 51. et *Silium* l. 15. v. 535. ¶ Per similitudinem dicitur de variis rebus baccæ, vel globuli figuram habentibus. ¶ *Pallad. in Januar.* tit. 14. Si caprini stercoris baccam subula subtiliter excavaveris, et in ea semen lactucæ immiseris. *crotels, dung.* ¶ Pro unionibus, aut gemmis. *Virg. in Culice,* v. 66. Indi conchea bacca maris. *a pearl. Ovid. Metam.* 10. v. 116. parilesque ex ære nitebant Auribus in geminis circum cava tempora baccæ. *pendents, ear-rings.* Adde *Horat.* epod. 8. v. 13. ¶ Similiter nodi vinculorum, et catenarum anuli *baccæ* dicuntur. *links, rings. Prudent. Peristeph.* 1. v. 46. Carcer illigata duris colla baccis impedit. *Id. in Psycom. in proœm.* v. 33. Artita baccis colla liber erigit. *boiis* utroque loco alii leg. ¶ Scribitur et *baca,* unico *c.* Putant autem nonnulli, *baccam* scribi, cum fructum arboris significat; *bacam* vero cum unionem. Aliis semper *baca* scribi placet. Sed et *bacca* optima scriptura est: quin frequentius in libris reperitur, et est consuetudine usitatior.

BACCALĬA, æ, f. *a bay-tree, or laurel, bearing great store of berries. Plin.* l. 15. c. 30. scribit *baccaliam* appellari a nonnullis lauri illud genus, quod vulgatissimum est, baccarumque fertilissimum.

BACCĀLIS, le, adject. *bearing or abounding in berries,* baccas ferens, ut *baccalis laurus* apud *Plin.* l. 17. c. 10. quam l. 15. c. 30. appellavit *baccaliam.*

BACCAR, ăris, n. et Baccăris, is, f. *a sweet smelling herb, supposed to be good against enchantments; the herb sage of Jerusalem, clown's spikenard, our Lady's gloves,* herba alio nomine *nardum rusticum,* radice tantum odorata, ex qua ab antiquis unguenta fiebant: odorem habet cinnamomo proximum, provenitque gracili solo, nec humido. Usum habet in coronamentis. Creditur etiam habere vim contra fascinationes. Quidam vulgo appellant *chirothecas D. Mariæ,* teste *Ruellio,* alii *Digitalem. Plin.* l. 12. c. 12. Baccaris vocatur nardum rusticum. *Id.* l. 21. c. 6. Combrettum procerius, quam baccar. *Virg. Ecl.* 7. v. 27. baccare frontem Cingite ne vati noceat mala lingua futuro. ¶ Est et alia herba hoc nomine, quam Græci asaron vocant. V. *Asarum.* Hanc rectius quam priorem, nardum rusticum appellari posse, docet *Plin.* l. 21. c. 6. ¶ Scribitur etiam *bacchar,* et *baccharis* cum aspiratione. Nam apud Græcos quoque et βάκκαρις apud *Hesych.* et βάκχαρις apud *Dioscor.* legitur.

BACCĀTUS, a, um, *adorned with pearls, set with beads like berries,* baccas habens. *Monile baccatum* apud *Virg. Æn.* 1. v. 659. et *Sil.* l. 8. v. 134. est margaritis consertum. Adde *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 41. ¶ Scribitur et *bacatus.* V. *Bacca.*

BACCHA, æ, *et Græca terminatione* Bacche, es, f. *a female inspired with enthusiastic heat,* Βάκχη, quæ vox Græce *furore percitam* significat. *Bacche* dicta est Nympha, quæ cum Brome sorore sua Bacchum nutrivit in Nysa monte, ut *Serv. ad Virg. Ecl.* 6. v. 15. docet. Præterea ita appellatur mulier Bacchi sacra celebrans, *a bacchanal.* Conveniebant enim statis temporibus, hoc est singulis trienniis, mulieres (maxime in Thracia, et Thebis) thyrsis pro hasta armatæ, viteis, et hederaceis ramis caput coronatæ, cervinaque pelle ad sinistrum latus pendente amictæ, ut est apud *Ovid.* 6. *Metam.* v. 591. discurrebantque passis capillis per vias furentum more, validis ululatibus adstrepentes, et Bacchi laudes canentes: et si quos obvios habuissent, thyrsis cædentes. Vagabantur per agros, nemora, et montes, in quibus sacra Bacchi cæsis victimis perficiebant. Hujuscemodi comitatum habuisse dicebatur is Deus cum ad expeditionem Indicam proficisceretur. Immiserat enim iis ejusmodi furorem, quo hostibus terribiles, licet feminæ, videri possent. Quem ipsum furorem, quæ illud sacrum celebrabant, omnibus insanientis animi signis imitari studebant: adeo ut aliquando ipsæ sibi brachia, pectusque crebris vulneribus perfoderent, ut ex *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 1. v. 41. et *Valer. Flacc.* l. 3. v. 20. colligitur. *Ovid. Her.* ep. 10. v. 48. Qualis ab Ogygio concita Baccha deo. *Id.* 9. *Metam.* v. 640. Ismariæ celebrant repetita triennia Bacchæ. *Id.* l. 4. *Trist.* eleg. 1. v. 41. Utque suum Bacche non sentit saucia vulnus Dum stupet Edonis exululata jugis. *Al. leg.* Bacchis. *Lucan.* l. 5. v. 74. Delphica Thebanæ referunt trieterica Bacchæ. *Liv.* l. 39. c. 9. et 10. Initiare aliquam Bacchis. *h. e.* sacris Bacchanalium, quibus Bacchæ sacerdotes præerant. *Plaut. Amph.* 2. 2. 71. Bacchæ bacchanti si velis adversarier, Ex insana insaniorem facies; feriet sæpius: si obsequare, una resolvas plaga. Proverb. de eo qui furenti obsistere velit. ¶ Pro muliere furiosa. *a ranting, raving woman. Plaut. Bacch.* 3. 1. 4. Bacchides, non Bacchides, sed Bacchæ sunt acerrimæ.

BACCHABUNDUS, a, um, *ranting, revelling, raving,* bacchans, vino, et comissationibus deditus, hilari crapula amens. *Curt.* l. 9. c. 10. Hoc modo per dies septem bacchabundum agmen incessit. ¶ Item clamans, obstrepens Baccharum more. *Apulei. in Apolog.* In medio foro bacchabundus.

BACCHÆUS, V. *Baccheus.*

BACCHĀNAL, is, n. *the place where the feasts of Bacchus were solemnized,* Βακχεῖον, locus quo Bacchæ conveniunt sacra facturæ. *Plaut. Aulul.* 3. 1. 3. Ad Bacchas veni in Bacchanal. et vers. 8. Aperit Bacchanal. *Liv.* l. 39. c. 18. Omnia Bacchanalia Romæ, et per totam Italiam diruere. ¶ Item ipsum Bacchi sacrum, *the festival of Bacchus. Plaut. in supposit. Amph. scena, quæ incipit* Tun' me mactes? v. 12. Bacchanal te exerceisse oportuit senex. *h. e.* Bacchi sacris adfuisse, atque ibi in furorem actum esse. *Id. Mil.* 3. 2. 44. Vos in cella vinaria bacchanal facitis.

BACCHANALĬA, ium, et iorum, n. *the feasts or festive rites in honour of Bacchus; bacchanals,* Βακχεύματα, Διονύσια, festa et sacra in honorem Bacchi: quibus initiati, præter insanos ritus, omnibus se vitiis polluebant: quæ fuse persequitur *Liv.* l. 39. c. 9. *et sequent.* ubi narrat de iis sacris Romæ detectis, et abolitis. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 68. Apud Vitellium omnia indisposita, temulenta, pervigiliis ac Bacchanalibus, quam disciplinæ, et castris propiora. *Liv.* l. 39. c. 41. Reliquias Bacchanalium quæstionis cum omni exsequutus est cura. *Sallust. in fragment.* l. 3. *Hist.* apud *Non.* c. 8. n. 49. Exauditique sonus Bacchanaliorum. V. *Saturnalia.* ¶ *Vivere Bacchanalia* est dissolute ac luxuriose vitam agere. *to lead an immoral and debauched life. Juvenal.* sat. 2. v. 3. Qui Curios simulant, et Bacchanalia vivunt. ¶ Significat etiam interdum loca, in quibus Bacchanalia fiunt. V. *Bacchanal.* ¶ In singulari numero adjective quidem dici poterit *Bacchanale festum,* sed non *Bacchanale* absolute, quia hujusmodi nomina festorum dierum singulari numero carere solent. Ita docet *Macrob.* l. 1. *Saturnal.* cap. 4.

BACCHANĀLIS, le, adject. *relating to Bacchus, or the feasts of Bacchus; Bacchanalian,* ad Bacchum, vel ad Bacchanalia pertinens, Διονύσιος, Βακχικός. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 4. Bacchanale festum. *Valer. Max.* l. 1. c. 3. n. 1. Bacchanalium sacrorum mos. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* cap. 3. *in Epit.* cap. 3. Bacchanalis thorus. *Al. leg.* chorus.

BACCHANS, antis, *raving, ranting, revelling,* Βακχεύων, qui bacchatur, et furit Baccharum more. *Plaut. Amph.* 2. 2. 71. Bacchæ bacchanti adversarier. *Cic. Catil.* 4. c. 6. Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi, et furor in vestra cæde bacchantis. ¶ *Bacchantes, um,* sunt ipsæ Bacchæ, *the Bacchanals, votaries of Bacchus,* Βάκχαι. *Curt.* l. 8. c. 10. Ut passim hederæ, ac vitium folia decerperent, redimitique fronde toto nemore similes Bacchantibus vagarentur. *Ovid. Metam.* 3. v. 702. Vadit, ubi electus facienda ad sacra Cithæron Cantibus, et clara Bacchantum voce sonabat. ¶ Translate *Horat.* l. 1. od. 25. v. 11. Thracius ventus bacchans. *h. e.* vehementius flans. *raging, blowing furiously. Prudent. in Hamartig.* v. 376. stolidi bacchantia gaudia mundi.

BACCHAR, V. *Baccar.*

BACCHĀTIM, adverb. Bacchantium more. *Apulei.* l. 1. *Metam.* Quin igitur, inquit, soror, hunc primum bacchatim discerpimus?

BACCHĀTĬO, onis, *a celebrating of the orgies of Bacchus; raving, ranting,* Βακχεία, Βάκχευμα, bacchantum ludus, et furor. *Cic.* 3. *Verr.* c. 12. Nocturnæ bacchationes, ac vigiliæ.

BACCHĀTUS, a, um, participium verbi *bacchor. Propert.* l. 3. eleg. 15. v. 1. Nunc, o Bacche, tuis humiles advolvimur aris: Da mihi bacchato vela secunda, pater. *Al. leg.* placato. ¶ Translate *Valer. Flacc.* l. 6. v. 632. velut hiberno promptus ab arcu Imber agens scopulos, nemorumque, operumque ruinas: Donec ab ingenti bacchatus vertice montis Frangitur. ¶ Passive dicitur de loco, in quo Bacchi festa celebrata sint. *Virg.* 2. *Georg.* v. 487. et virginibus bacchata Lacænis Taygeta. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 20. Dindyma sanguineis famulum bacchata lacertis.

BACCHĒIS, idis, *et Græca terminatione* idos, adject. femin. *Stat.* l. 2. silv. 2. v. 34. si subeas Ephyres Baccheidos altum Culmen. *h. e.* Corinthi, quam urbem familia Bacchiadum per ducentos annos tenuit.

BACCHĒIUS, a, um, *relating to Bacchus,* ad Bacchum pertinens. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 691. Accensis aris Baccheia sacra frequento. *Virg.* 2. *Georg.* v. 454. Baccheia dona. *h. e.* vites, et vina.

BACCHĒUS, a, um, *relating to Bacchus,* Βακχεῖος, ad Bacchum pertinens. *Ovid. Metam.* 11. v. 16. Tympanaque, plaususque, et Bacchei ululatus. *Id.* 2. *Fast.* v. 313. Bacchea vineta. *Calpurn.* eclog. 4. v. 56. Bacchei corymbi. *h. e.* fructus hederæ, qua coronantur poetæ. *Stat.* 7. *Theb.* v. 603. Baccheus cultor. *a worshipper of Bacchus.* Adde lib. 12. v. 791. ¶ Item ad Bacchas pertinens. *Bacchanalian. Stat.* l. 1. *Theb.* v. 328. Ogygiis ululata furoribus antra Deserit et pingues Baccheo sanguine colles. *h. e.* fuso a Bacchantibus cum Penthea discerperent. ¶ Legitur et *Bacchæus.*

BACCHIĂDÆ, arum, gens, vel familia Corinthi, a Bacchia Bacchi filia sic appellata, quæ ut *Strabo* l. 8. narrat per CC fere annos tyrannidem in patria exercuit: a Cypselo tandem expulsa in Siciliam venit, et Syracusas condidit. *Ovid. Met.* 5. v. 437. Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho, Inter inæquales posuerunt mœnia portus.

BACCHĬCUS, a, um, *relating to Bacchus,* Βακχικός, ad Bacchum pertinens. *Martial.* l. 7. epigr. 62. Aoniæ Bacchica serta comæ. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 18. Hedera coronantur Bacchico ritu. *Et mox.* Speluncæ Bacchicæ. V. *Bacchius.* ¶ Bacchicum metrum est tale: *Læture, baccare præcinge frontem.* Hoc mihi videtur magis ad prosam convenire. Et sane multis pedibus in oratione utimur. Hæc *Diomed.* l. 3. pag. 513. *Putschii.*

BACCHILIDĬUM, metrum constat dimetro hypercatalecto, ut *Floribus corona texitur. Serv. in Centimetr.* pag. 1819. *Putschii. the bacchilidian metre.*

BACCHIS, ĭdis, f. mulier Bacchi sacerdos. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 1. v. 41. Utque suum Bacchis non sentit saucia vulnus, &c. Quidam leg. *Bacche.* ¶ *Bacchides* titulus est comœdiæ Plautinæ, in qua inducuntur duæ sorores, quarum utrique nomen erat *Bacchis,* quia earum parentes Bacchi sacris initiati fuerant.

BACCHISŎNUS, a, um, Βακχευτικός, Bacchum sonans, Bacchicus. *Paulin. Nolan. in Nat.* XI. *S. Fel. edit. Murator.* v. 281. Evoe Bacchisonum fractis imitantur anheli Vocibus.

BACCHĬUS, a, um, idem quod Bacchicus. *Ovid. Metam.* 3. v. 513. Orbus, ait, fieres, ne Bacchia sacra videres. Ita *Heins.* ex variis Codicib. MSS. Sed Editiones tres principes, quas habemus, item Aldina, et aliæ habent *Bacchica.* Similiter apud *eund.* l. 1. *Trist.* eleg. 6. v. 2. Bacchia serta, *Id. Heins.* legi monet in MSS. cum tamen in editis fere habeatur *Bacchica.* Idem dic de illo *Statii* 9. *Theb.* v. 479. Bacchia buxus. Et l. 2. *Achill.* v. 4. Bacchia Naxos.

BACCHĪUS, ii, m. Βακχεῖος, pes metricus trisyllabus, constans prima brevi, et duabus longis, ut *Catones.* Ita *Donat.* pag. 1739. *Putsch. Quintil.* l. 9. c. 4. et *Ascon. in Divin. Verr.* cap. 7. ubi illam Ciceronis clausulam *cujus ego causa laboro,* ex spondeo et bacchio constare docet. Alii contra definiunt, quod constet duabus longis, et brevi, ut *Romanus.* Ita *Terentian.* apud *Putsch.* pag. 2414. et *Atil. Fortunatian. ibid.* pag. 2687. Sed profecto a prioribus standum est. Dictus est autem *bacchius,* quia præcipue in iis canticis, in quibus laudatur Bacchus, locum habet: vel quia aptissimus est saltationibus Baccharum.

BACCHOR, aris, atus sum, dep. 1. *to be inspired with furious heat, as a Bacchanal; to rage, rant, run riot, revel, run about as one distracted,* βακχεύομαι, proprie significat Bacchi sacris operam dare Baccharum ritu. *Plin.* l. 3. c. 1. Lusum Liberi Patris, aut Lysam cum eo bacchantem nomen dedisse Lusitaniæ. *Claudian.* l. 1. *de rapt. Pros.* v. 205. ululatibus Ide bacchatur. ¶ *Bacchari evoe* est bacchando *evoe* inclamare. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 61. *et* 255. *to shout in honour of Bacchus.* ¶ Sæpis-

sine accipitur pro furere, impotenter se gerere in aliqua re, rapta ferri, more Bacchantum. *to rave, run wild, as a bacchanal.* *Calam.* l. 10. v. 197. Nunc amor ad coitus properat, nunc spiritus orbis Bacchatur Veneri, stimulisque Cupidinis actus, &c. *Virg.* 4. *Æn.* v. 300. Sævit inops animi, totamque incensa per urbem Bacchatur. *Horat.* l. 2. od. 7. v. 26. non ego sanius Bacchabor Edonis. recepto Dulce mihi furere est amico. *Cic. in Orat.* c. 28. *a* 99. Furere apud sanos, et quasi inter sobrios bacchari vinulentus videtur. ¶ Speciatim *bacchari* dicitur quidquid violentius commovetur, et concutitur. *Virg. Æn.* 6. v. 77. At Phœbi nondum patiens immanis in antro Bacchatur vates magnum si pectore possit Excussisse deum. *Santra* apud *Non.* c. 2. n. 78. Ita obsoletum sono furenter ab omni parte bacchatur nemus. ¶ Hinc et ventus *bacchari* dicitur, cum vehementius spirat. *Ovid.* l. 1. *Trist.* eleg. 2. v. 29. gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto ¶ Est etiam vagari, discurrere. *to rush, make one's way.* *Virg.* 4. *Æn.* v. 666. concussam bacchatur fama per urbem. *Lucret.* l. 5. v. 821. atque animal prope certo tempore fudit Omne, quod in magnis bacchatur montibu' passim. *Plaut. Milit.* 3. 2. 42. Bacchabatur harna, casabant cadi. ¶ Item sævire, grassari, crudeliter se gerere. *to rage.* *Claudian. de B. Get.* v. 155. cum vilis Spartacus omne Per latus Italiæ ferro bacchatus, et igni. *Sueton. in Calig.* c. 56. Ita bacchantem, atque grassantem non defuit plerisque animus adoriri. ¶ Item immodice lætari. *to give a loose to joy; be transported with exultation.* *Cic. Catil.* 1. c. 10. Hic tu qua lætitia perfruere! quibus gaudiis exultabis! quanta in voluptate bacchabere! ¶ Eleganter dicitur de actione, et oratione oratoris nimis ardenti. *to be hurried away, transported.* *Cic. de clar. Orat.* c. 80. Eos, quorum altior oratio, actioque esset ardentior, furere, et bacchari arbitrabatur. Adde *Quintil.* l. 12. c. 10. ¶ Item de poetis carmina fundentibus. Divino enim furore intus agi dicuntur. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 257. tecum similes, junctæque Camenæ, Stella mihi, multumque pares bacchamur ad aras. *to be inspired with poetic heat.*

BACCHUS, i, m. *the god of wine*, Βάκχος, filius Jovis, et Semeles, quæ cum, adhuc gravida, ictu fulminis arsisset, puer ab ipso patre servatus fuit, et proprio femori assutus, atque abditus; exactis justis mensibus in lucem editus, Nymphisque educandus datus. Hoc vero inde fictum est, quod veteres Indi tradunt, Bacchum fuisse nutritum in specu montis apud Nysam, qui Meros dicitur. Græce autem μηρὸς femur significat, ut *Solin.* tradit cap. 52. (*al.* 65.) Alii scribunt non a Jove, sed a Nymphis ereptum incendio matris fuisse, et aqua infusa fotum, atque recreatum. Hinc *Stat.* 9. *Theb.* v. 428. Hac tibi flagrantem Bromium restinximus unda. ubi de Ismeno amne loquitur, qui est in Bœotia prope Thebas, quæ Bacchi patria sunt. V. *Nysa.* Natus est autem cornutus, ut quidam Græci auctores tradidere: a Latinis quoque ei cornua tribuuntur, *Tibull.* l. 2. eleg. 1. v. 3. *Horat.* l. 2. od. 19. v. 29. et aliis; nempe quia vinum *addit cornua pauperi*, ut ait idem *Horat.* l. 3. od. 21. v. 18. vel quia homines nimio vino truces fiunt, ut *Fest.* in *Cornua* docet. Adolescens factus multas res admirabiles gessit, assumptisque secum pluribus feminis comitibus, quibus vires supra sexum, furorique similes animos indidit, varias terras peragravit, Indos bello perdomuit, et de iis triumphavit. Tigres, et lynces currui suo adjunxit, vitium colendarum rationem mortales docuit: ex quo vini repertor, et præses habitus est. Hinc semper ebrius esse fingitur, semperque sitiens. Currum habere dicitur vitium pampinis, et uvis ornatum, pampineis frenis tigres regens, pro sceptro thyrsum gestans, hoc est hastam frondibus viteis, aut hederaceis ornatam, coronam in capite ejusdem materiæ, cervinamque pellem ab humeris dependentem: quo ornatu ejus quoque comites Bacchæ incedunt. Habet pro magistro, et custode Silenum, senem hominem, et vinosissimum, qui ejus currum asello sedens sequitur, Satyris comitantibus, et subinde labantem sustinentibus. Ipse autem Bacchus perpetua juventa, eximiaque pulcritudine florere dicitur, ut est apud *Ovid. sub. init.* l. 4. *Metam.* ubi multa de eo narrantur, variaque ejus cognomina recensentur. V. etiam *Senec. in Œdip.* a vers. 403. ubi de ejus laudibus. et *Nemesian.* ecl. 3. a vers. 17. ¶ *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 23. quinque Bacchos commemorat, primum e Jove, et Proserpina natum: secundum Nilo, qui Nysam dicitur interemisse: tertium Caprio patre, qui in Asia regnasse fertur, cui Sabazia sunt instituta: quartum Jove, et Luna, cui sacra Orphica putantur confici: quintum Niso natum, et Thyone, a quo Trieterides institutæ putantur. Poetæ passim per Bacchum intelligunt filium Jovis, et Semeles, ut dictum est. Appellatur etiam *Liber*, et *Liber Pater*, *Dionysius*, *Iacchus*, &c. quæ V. suis locis. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 18. docet, Bacchum eundem esse ac Apollinem, seu Solem: idque multis veterum auctoritatibus confirmabat. ¶ Metonymice ponitur pro vitibus. *the vine.* *Virg.* 2. *Georg.* v. 112. apertos Bacchus amat colles, aquilonem et frigora taxi. *Manil.* l. 5. v. 238. Et te Bacche tuas nubentem junget ad ulmos. *Lucan.* l. 9. v. 433. ora vicina perusti Ætheris exurit messes, et pulvere Bacchum Enecat. ¶ Sæpissime pro vino. *wine.* *Virg. Ecl.* 5. v. 69. Et multo in primis hilarans convivia Baccho. *Id.* l. 1. *Georg.* v. 344. Cui tu lacte favos, et miti dilue Baccho. *Horat.* l. 3. od. 16. v. 34. Nec Læstrygonia Bacchus in amphora Languescit mihi. ¶ Est etiam Poetarum deus, et fautor. Dicitur enim illis Poeticum furorem afflare, quia vini potus hilaritatem inducit, facitque disertos. V. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 78. et l. 2. od. 19. ¶ Denique Bacchus nomen est piscis cujusdam marini, qui non nisi in alto capitur, ideoque pretium habet. *Plin.* l. 9. c. 17. et l. 32. c. 11.

BACCĬFER, a, um, *bearing berries*, ἀκροδρυοφόρος, baccas ferens. *Plin.* l. 16. c. 10. Taxus baccifera. *Senec. in Œdip.* v. 411. Hedera baccifera. ¶ Item ferax olivæ, quæ sæpe absolute *bacca* dicitur. *fruitful in olives.* *Silius* l. 3. v. 596. Bellatrix gens baccifero nutrita Sabino. ¶ Scribitur et *bacifer*. V. *Bacca.*

BACCĪNA, æ, f. herba alio nomine Apollinaris dicta. *Apulei. de Herb.* cap. 22.

BACCŬLA, æ, f. *a small berry*, parva bacca. *Plin.* l. 25. c. 8. Ferunt bacculas parvas, ut capparis. *Arnob.* l. 5. pag. 159. Pomis, atque aliis bacculis sustentatur. Adde lib. 2. pag. 58. *et* lib. 1. pag. 2.

BACEŎLUS, stultus, forte a Græco βάκηλος, quod ab *Hesych.* exponitur etiam ἀνόητος. Hac voce utebatur Augustus teste *Sueton. in ejus vita*, cap. 87. ubi alii leg. *bateolum.* alii *bacelum.*

BACILLUM, i, n. *a little staff, stick, baton*, ῥάβδος, νάρθηξ, λύγος, parvus baculus, virga. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 11. Bacillum aliud est inflexum, et incurvatum de industria, aliud ita natum. *Juvenal.* sat. 3. v. 27. pedibus me Porto meis, nullo dextram subeunte bacillo. ¶ *Bacilla* sæpe dicuntur virgæ lictorum. *Cic. Verr.* 7. c. 54. Sex lictores eum circumsistunt valentissimi, cædunt acerrime virgis: denique proximus lictor, converso bacillo, oculos misero tundere vehementissime cœpit. *Id. Agrar.* 2. c. 34. Anteibant lictores non cum bacillis, sed ut hic Prætoribus anteeunt, cum fascibus duobus. *h. e.* non cum solis bacillis sine securibus, sed cum duobus fascibus virgarum, cum quibus secures colligatæ erant. ¶ *Bacillus*, i, m. gen. legitur apud *Isidor.* l. 20. *Orig.* c. 13. A baculo bacillus per diminutionem.

BACRĬO, onis, m. genus vasis. *Festus:* Bacrionem dicebant genus vasis longioris manubrii: hoc alii trullam appellant. Al. leg. *Baccionem.* Al. *Batrionem.* Videtur autem esse idem, quod in Gloss. dicitur *Baccario:* et in Gloss. Isid. *Baccarium.*

BACTRA, orum, n. plur. [† hod. *Carassan, Corasan*, vel *Butter*,] τὰ Βάκτρα, urbs ad Bactrum fluvium sita sub monte Paramiso, caput regionis Bactrianæ. *Curt.* l. 7. c. 4. Ipsa Bactra sita sunt sub monte Paramiso. Bactrus amnis præterit mœnia. ¶ Dicitur et *Bactrum* in sing. numero. *Plin.* l. 6. c. 16. Bactri, quorum oppidum Zariaspe (quod postea Bactrum) a flumine appellatum est. ¶ *Bactrus*, i, fluvius est modo dictus, [† hod. *Bachora*,] ex Tauro monte profluens, Bactra alluens, et in Oxum amnem influens. *Lucan.* l. 3. v. 268. *Bactros* dixit Græca terminatione.

BACTRI, orum, Bactrianæ regionis incolæ. *Plin.* l. 6. c. 16.

BACTRĬĀNUS, a, um, adject. ad Bactra, vel Bactros pertinens. *Curt.* l. 6. c. 6. Bactriana regio. V. Geographos. *Id.* l. 9. c. 7. Bactriana arx. *Plin.* l. 37. c. 5. Bactriani smaragdi. ¶ *Bactriani, orum*, sunt Bactrianæ regionis incolæ. *Plin.* l. 6. c. 23. *Curt.* l. 4. c. 6.

BACTRĪNUS, a, um, Bactrianus. *Apulei.* l. 7. *Metam.* Frenum camelo Bactrino sufficiens.

BACTROPERĪTA, æ, m. qui baculum, et peram gestat, et dicitur de philosophis Cynicis, qui contemptores sæculi, et omnia pro nihilo ducentes, cellarium secum vehebant, ut loquitur *Hieronym. in* cap. 10. *Matth.* Græca vox est a Βάκτρον, baculus, et πήρα, pera, saccus.

BACTRUM } V. *Bactra.*
BACTRUS }

BACŬLUS, li, m. et Baculum, li, n. *a staff, stick, baton*, βακτηρία, βάκτρον, scipio, fustis. *Cels.* l. 8. c. 20. Habenas ad valida bacula deligare. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 655. Baculum agreste. *Sil.* l. 13. v. 334. pastorale. *Ovid.* l. 1. *Fast.* v. 177. Incumbens baculo, quem dextra gerebat. *Apulei.* l. 7. *Metam.* Baculo, quem gerebat, obverberans. *Ovid. Met.* 6. v. 27. Sustinere artus baculo. *Id.* l. 8. v. 218. et l. 14. v. 655. Inniti baculo. ¶ Pro sceptro, *a sceptre.* *Flor.* l. 4. c. 11. Aureum in manu baculum, ad latus acinaces, purpurea vestis, diadema, &c. Adde lib. 3. c. 19. ¶ *Pera*, et *baculus* fuere veluti insignia Cynicorum philosophorum. His enim solum instructi divitiarum contemptum præ se ferebant. *Apulei. in Apolog.* Hoc Diogeni, et Antistheni pera, et baculus, quod Regibus diadema, &c. *Auson'* epigr. 53. Pera, polenta, tribon, baculus, scyphus, arcta supellex. Ista fuit Cynici. *Martial.* epigr. 53. l. 4.

BADĬUS, a, um, *of a brown, bay, or chesnut colour*, color in equis rubeus cum exuberantia, et splendore: qui dicitur etiam phœniceus, et spadix. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 87. Equi colore dispares ita dati, hic badius, iste gilvus, ille murinus. Adde *Pallad.* l. 4. tit. 13. Porro *baio* est a βαΐς, quæ in *Gloss.* est palma, seu palmæ ramus, spadix: quæ et βάϊς, et βαΐον.

BADĪZO, as, n. 1. *to go, walk, pace, amble*, βαδίζω, Græcum verbum, quod ire, incedere, ambulare significat. *Plaut. Asin.* 3. 3. 116. Demam hercle jam hordeo, tolutim ni badizas. ¶ Scribitur et *badisso*, quemadmodum et *patrisso* pro *patrizo* dicitur, et *atticisso* pro *atticizo*; sic *lachanisso, sicilisso, belisso, obrussa*, et alia. Sæpe enim Latini, teste *Priscian.* l. 1. pag. 452. *Putsch.* Græcum ζ in duos *ss* vertere solent. Quod si *Isidoro* habenda fides est l. 1. *Orig.* c. 4. fuit hic scribendi modus apud Antiquos usque ad Augusti tempora. Quare utraque scriptio probabilis est: imo vero probabilior quæ duplex *ss* adhibet: nam *z* Græca littera est, non Latina.

BÆBĬUS, a, um, adject. ad Bæbium pertinens, quod est nomen proprium Romanum. *Bæbia lex* de prætoribus, qua jubebatur, ut alternis annis quaterni prætores crearentur, cum sex quotannis creari solerent, denominata est a M. Bæbio trib. pleb. qui eam tulit circa A. U. 570. *Liv.* l. 40. c. 44. et *Festus* in *Rogat.*

BÆTĬCĀTUS, a, um, adject. *clothed in garments made of Spanish wool*, indutus vestibus ex lana provinciæ Bæticæ. Ibi enim oves lanam ferebant coloris rutili valde grati, et satis se sine alia tinctura commendantis. *Martial.* l. 1. epigr. 97. Et Bæticatus, et leucophæatus.

BÆTĬCŎLA, læ, accola Bætis fluvii. *Sil.* l. 1. v. 146. Bæticolasque viros furiis agitabat iniquis.

BÆTĬCUS, a, um, ad Bætim fluvium pertinens. *Bætica provincia*, quæ et *Bætica* absolute dicitur, est Hispaniæ ulterioris pars ad meridiem versa, ubi urbes celebres Hispalis, Corduba, Gades, Munda, Eliberis, &c. nunc *Andaluzia* cum majori parte regni Granatensis. Dicta est a Bæti fluvio, qui eam ab Oriente in Occasum interfluit. *Plin.* l. 3. c. 1. Bætica a flumine eam mediam secante cognominata, &c. V. ibi plura. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 76. *Harduin.* Cuniculorum in Bætica sæpe geminæ (*fibræ*) reperiuntur. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 78. Provinciæ Bæticæ Maurorum civitates dono dedit. ¶ *Bætici, orum*, sunt ejus incolæ. *Plin. jun.* l. 1. ep. 7. Excusare Bæticis contra unum hominem advocationem. *Et paulo post.* Adesse contra Bæticos. ¶ Interdum tota ulterior Hispania, quamvis latius pateat, *Bætica* dicitur. *Plin.* l. 3. c. 1. Hispania ulterior appellata, eadem Bætica. ¶ *Bæticæ lanæ* olim in pretio fuerunt propter colorem nativum rutilum, et nulla alia tinctura adhibita, vade nobilem, ut in *Bæticatus* dictum est. *Plin.* l. 8. c. 48. *Martial.* l. 12. epigr. 66. et l. 14. epigr. 133. et *Juvenal.* sat. 12. v. 40. ¶ Primam syllabam corripit *Seren. Sammonic. cap. ult.* Sal niveum sumes, Beticum quod nomine dicunt. quod et *Auson.* facit in voce *Betis.* Sic enim scribendum est, abjecta prima dipthongi littera, ut corripiendi ratio constet.

BÆTĬGĔNA, æ, natus circa Bætim fluvium, Bæticola. *Sil.* l. 9. v. 234. Bætigenæque viri.

BÆTIS, is, m. [† nunc] *Guadalquivir*, fluvius nobilis Hispaniæ olim ab incolis *Circe* dictus, qui oritur in confinio provinciæ Tarraconensis, et per ulteriorem Hispaniam fluens in Occidentem, nomen dat Bæticæ, quam mediam secat, receptisque aliquot aliis fluviis in Oceanum immittitur. Celebris est tum multis oppidis, quibus dextra, lævaque accolitur, tum lanis nativi coloris rutili, de quibus dictum est in *Bætica*; tum denique copia olearum, et vini. *Plin.* l. 3. c. 1. *Martial.* l. 12. epigr. 100. Bætis olivifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis vellera tingis aquis. Quem Bromius, quem Pallas amat, &c. ¶ In accusativo *Bætim* Latino, et *Bætin* Græco more habet. *Martial.* l. 9. epigr. 62. Qua dives placidum Corduba Bætin amat. ¶ In ablativo et *Bæti* habet, et *Bæte.* *Liv.* l. 28. c. 22. Marcius superato Bæte amni, quem incolæ Circen appellant. *Plin. loc. cit.* Quæ regio a Bæti ad fluvium Anam tendit. ¶ *Paulin. Nolan.* scribit *Betis*, et primam corripit carm. 10. *ad Auson.* v. 236. Qua Betis Oceanum, Tyrrhenumque auget Iberus. V. *Bæticus* in fi.

BAGAUDA, et Bacauda, æ, Vox Gallica agrestem, et latronem significans. Hujusmodi enim hominum magna manus, ducibus Heliano, Amandoque, temporibus Diocletiani cœpit in Gallia rapinis et cædibus grassari, populatisque late agris, plerasque etiam urbes tentare: quos Maximianus magna clade fudit, ut est apud *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 39. et *Eutrop.* l. 9. c. 20. ¶ Hæc vox ab aliis aliter effertur. Nam et *Baganda*, et *Baucauda*, et *Bagoda*, et *Vocanda* legitur. Sed nihil hæc ad Latinam linguam.

BAGAUDĬCUS, a, um, ad Bagaudas pertinens. *Eumen. pro restaur. schol.* c. 4. Civitas latrocinio Bagaudicæ rebellionis obsessa.

BAGŌUS, i, et Bagōas, æ, m. *an eunuch*, Βαγῶος, et Βαγώας, vox Persica spadonem significans, ut ait *Plin.* l. 13. c. 4. ubi legitur *bagou* in Genitivo retenta Græca positione τοῦ Βαγῴου. Erant autem hujusmodi semimares, qui custodes puellis apponebantur. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 2. v. 1. Quem penes est dominam servandi cura, Bagoe. *Quintil.* l. 5. c. 12. Statuarum artifices, pictoresque clarissimi nunquam in hunc inciderunt errorem, ut Bagoam, aut Megazybum aliquem in exemplum operis sumerent.

BAHAL, V. *Baal.*

BAIÆ, arum, f. [nunc] *Baja*, Βαΐαι, oppidum Campaniæ litorale, inter Cumam, et Puteolos, cum portu: locus celebris

amœno situ, et aquis calidis tum ad voluptatem, tum ad morbos sanandos accommodatissimis; cui nomen dedisse perhibent Baium quendam, qui fuit unus ex sociis Ulyssis, ut est apud *Strab.* l. 5. et *Serv. ad* 3. *Æn.* v. 441. Itaque magna, assiduaque frequentia eo concurrebant ex Romanis lavandi studio, et loci amœnitate fruendi, ibique parvulis cymbis navigare, convivia, et comissationes celebrare solebant: adeo ut paulatim sedes luxuriæ, et vitiorum diversorium factum sit, ut est apud *Senec.* ep. 51. Hinc *Stat.* l. 4. silv. 7. v. 18. Non tamen portu retinent amœno Desides Baiæ. *Propert.* l. 1. eleg. 11. v. 27. quamprimum corruptas desere Baias. ¶ Adjective *Propert. ibid.* v. 30. Ab pereant Baiæ, crimen amoris, aquæ. ¶ Hinc quibuscunque aliis balneis calidis, et locis amœnis ac voluptariis, item lacubus, quos privatim ditiores in hortis suis habere solebant deliciarum causa *Baiarum* nomen aliquando datum est. *Cic. pro Cœl.* c. 16. Cujus in hortos, domum, baias, jure suo libidines omnium commearent. Adde *Tibull.* l. 3. eleg. 5. v. 3.

BAIĀNUS, a, um, *Baian*, ad Baias pertinens. *Plin.* l. 2. c. 103. Baianus sinus. [† hod.] *Golfo di Pozzuolo. Id.* l. 14. c. 6. Baianus lacus. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 32. Baianus murex. *h. e.* qui in mari prope Baias capitur. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 8. Baiana negotia. *Martial.* l. 6. epigr. 43. Baiani soles. *Id.* l. 1. epigr. 60. Baiana sportula. *h. e.* quæ Baiis datur. Id. l. 13. epigr. 82. Concha ebria Lucrino Baiano. *h. e.* ostrea pasta in lacu Lucrino Baiis proximo. Aliquando enim Baianus, et Lucrinus lacus propter vicinitatem commutant nomina. ¶ *Baianum, i,* absolute. *Plin.* l. 9. c. 8. Ex Baiano Puteolos in ludum litterarium itare. *h. e.* ex Baiano agro. *Id. ibid.* c. 54. Ostrearum vivaria in Baiano. *h. e.* in lacu Baiano.

[*BAJONŬLA, æ, f. *Isidor.* l. 20. *Orig.* c. 11. Bajonula est lectus, qui in itinere bajulatur, à bajulando, idest deportando.]

BAJULATORĬUS, a, um, *fit for carrying*, ad bajulandum aptus. *Cœl. Aurelian.* l. 1. *Acut.* c. 11. Ut sella bajulatori leniter, atque mediocriter moveantur.

BAJŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to bear or carry as a porter*, βαστάζω, fero, porto: et dicitur proprie de iis, qui proprio corpore ferunt. *Plaut. Asin.* 3. 3. 70. Ego bajulabo: tu, ut decet dominum, ante me ito inanis. *Quintil.* l. 6. c. 1. *ad fin.* Ego te bajulare non possum. *Phædr.* l. 3. fab. 20. Asinus bajulans sarcinas. *Caius Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 235. Bajulare suo corpore.

BAJŬLUS, i, m. *a carrier, porter, day-labourer, one who carries any thing for hire*, φορεύς, βαστάζων, qui corpore portat. *Gell.* l. 5. c. 3. Vecturas onerum corpore suo factitavisse: quod genus Græci βαστάζοντας vocant; Latine bajulos appellamus. *Plaut. Pœn. sc. ult.* v. 17. Collo rem solvam jam omnibus, quasi bajulus. *Cic. parad.* 3. c. 2. Utrum bonis est quærendum, quid bajuli, atque operarii, an quid homines doctissimi senserint? Adde 2. *de Orat.* c. 10. ¶ *Festus* docet, *bajulos* dictos esse ab antiquis, quos nunc dicimus *operarios:* unde adhuc *bajulari* dici. Sed hæc exemplorum confirmatione indigent. ¶ Aliquando *bajuli* dicti sunt vespillones, νεκροφόροι, *persons employed to carry out dead bodies in the night-time, bearers*, ut docet *Fulgent. de prisc. serm.* n. 2. Hinc *Sidon.* l. 3. ep. 12. Ut locum auderent corporum bajuli rastris funebribus impiare. *Ammian.* l. 14. c. 17. (*al.* 23.) Ejulans bajulorum præcentor. Adde *Augustin.* ep. 19. *ad Hieronym.* c. 2. ¶ Legitur et *bajolus*.

[* BAIUS, i, m. Ulyssis socius, qui Baiis nomen dedit. *Serv. ad Æn.* l. 3. v. 441. Haud longe a Baiis, qui locus a socio Ulyssis Baio, illic sepulto, nomen accepit.]

BALÆNA, æ, f. *a huge fish, a kind of whale, according to some a grampus*, φάλαινα, piscis, seu potius belua marina ingentis magnitudinis, quæ pilos in cute habet, et vivum animal, non ova parit, fetusque suos mammis nutrit, ut *Plin.* l. 9. c. 8. et 13. et l. 11. c. 40. tradit. *Juvenal.* sat. 10. v. 14. Quanto Delphinis balæna Britannica major. Adde *Plaut. Rud.* 2. 6. 61. ¶ De sidere cælesti, V. in *Cete.*

BALÆNARĬA, vel Balænata virga apud *Petron. in Satyr.* c. 21. exponitur a quibusdam virga ex cartilagine balænarum facta. Sed alii aliter leg. et explicant.

BALANĀTUS, a, um, *perfumed with behn oil*, unguento balanino perfusus. *Pers.* sat. 4. v. 37. cum maxillis balanatum gausape pectas, &c. V. *Maxilla* in fi.

BALANĪNUS, a, um, βαλάνινος, qui est ex balano. *Plin.* l. 13. c. 1. Balaninum oleum. V. *Balanus.*

BALANĪTIS, idis, f. *round like an acorn*, balani, seu glandis figuram referens. Hinc *balanitis castanea*, quæ rotundior et oblonga est, et glandi similis. *Plin.* l. 15. c. 23. *a sort of round chesnut.*

BALANĪTES, gemma, βαλανίτης, dicitur a figura glandis. Hujusmodi gemmarum duo sunt genera apud *Plin.* l. 37. c. 10. nempe subvirides, et Corinthii æris similitudine: illæ Copto, hæ ex Troglodytica venientes, secante medias flammea vena.

BALANS, antis, f. *a sheep, so called from its bleating*, ovis, τὸ βληχητόν. Ovium enim est balare. *Virg.* 1. *Georg.* v. 272. Balantumque gregem fluvio mersare salubri. *Id.* 3. *Georg.* v. 457. ima dolor balantum lapsus ad ossa. *Lucret.* l. 2. v. 369. Balantum pecudes. ¶ Adjective *Enn.* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 21. Balantes hostiæ. *Juvenal.* sat. 13. v. 233. Pecus balans.

BALANTĬUM, ii, n. appellatum est a *Nævio* ipsum Palatium, hoc est collis Palatinus, quod quidam eum a pecore ovillo dictum putant. *Varr.* l. 4. *L. L.* cap. 8. *a med.*

BALĂNUS, i, f. *a sort of mast or acorn*, βάλανος, Græca vox idem significans, quod *glans* Latine. *Plin.* l. 16. c. 6. *de quercu.* Probatur et ea, cujus in balano, utrinque ex longitudine, extrema lapidescit duritia. *Id.* l. 17. c. 20. *de esculo.* Nascitur e balano, sed non nisi esculi. ¶ *Balani* quoque aliquando dicuntur genera quædam castanearum excellentioris magnitudinis, *a kind of large chesnut.* V. *Plin.* l. 15. c. 23. ¶ Idem *Plin.* l. 26. c. 8. tribuit chamæcisso *balanum*, quam alias *acinum*, alias *baccam* dixit. ¶ Speciatim *balanus* dicitur, et sæpius *myrobalanus* glans cujusdam arboris simile heliotropio folium habentis, et fructum magnitudine nucis avellanæ. Est ea plurium generum, ut apud *Plin.* l. 12. c. 21. videre est: succumque, seu oleum habet grati odoris, quod unguentarii e cortice premunt. Hinc *Horat.* l. 3. od. 29. v. 4. Pressa tuis balanus capillis. *a kind of chesnut called behn or ben, from whence a precious ointment or perfume was extracted. It has been taken for the nutmeg.* ¶ Medici etiam nucleum tundunt, affusa paulatim aqua calida, et tum eo, tum oleo ex cortice expresso ad varios morbos utuntur. *Plin.* l. 22. c. 20. *de radice anchusæ.* Datur et ad renum dolores drachma ejus potui in vino; aut si febris sit, in decocto balani. *Id.* l. 23. c. 8. Nuclei nucis pineæ bilem pellunt, poti ex balanorum decocto. ¶ Arbor quoque balanum ferens vocatur *balanus* ab eodem *Plin.* l. 13. c. 9. ¶ Item *balanus* est medicamentum rotundum, et oblongum, glandis figura, quod in anum immittitur alvi subducendæ causa, *a suppository. Plin.* l. 20. c. 5. *ad fin.* Cæpæ ventrem molliunt, suppositæ pro balanis. *Id.* l. 26. c. 8. Solvit alvum cyclaminos ex aqua pota, aut balanis subditis. Adde l. 24. c. 6. ¶ Denique balanus genus est piscis marini ita dicti, quia querneæ glandis figuram refert. *Plin.* l. 32. c. 11. *Colum.* l. 8. c. 16. *a kind of shell-fish.* ¶ Ab Icthyographis refertur inter testacea: estque non unius generis. Nam *Metellus* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 9. describens Pontificalem cœnam, enumerat inter alia *patinam ostrearum, peloridum, balanos nigros, balanos albos,* &c. *Plaut.* quoque in *Rud.* 2. 1. 8. inter testacea recenset.

BALATRŌNES, onum, m. vox incertæ significationis. *a sorry or worthless fellow, a tatterdemallion, blackguard, contemptible rascal.* Varie enim a variis explicatur. Illud certum est, dici de vilibus, nugatoriis, nequam, perditis hominibus, quales sunt scurræ, decoctores, parasiti, et hujusmodi popelli fæx. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 2. Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne Mœstum, ac sollicitum est cantoris morte Tigelli. *Vopisc. in Carino*, cap. 21. Ne patrimonia sua proscriptis legitimis heredibus, mimis, et balatronibus deputarent. *Festus* docet, olim *balatrones*, et *blateas* dictas esse bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum soleis eraditur. *Vetus Horatii Scholiast.* tradit, luxuriosos et perditos homines *balatrones* esse appellatos a Servilio Balatrone, qui luxu perditam vitam duxit. (de quo multa *Id. Horat.* l. 2. *sat. ult.*) Sed veri similius est ipsum Servilium ita cognominatum fuisse a luxuria vivendi, non balatronibus nomen dedisse. Idem addit, legi etiam *baratrones*, quod bona sua devorando, quasi in barathrum mittant: item *blaterones* a *blatiendo*, quia hujusmodi homines vaniloqui sunt. Sed profecto *balatrones*, et *blaterones* longe diversa nomina sunt. ¶ Usurpat hanc vocem etiam *Varro* pro convicio leniter, et jocose mordentis, potius quam acerbe pungentis. Ejus verba sunt l. 1. *R. R.* c. 5. Cum alius eum salutasset, alius conviciatus esset, qui tam sero venisset ad constitutum, Videbo jam vos, inquit, balatrones, et huc afferam meum corium, et flagra.

BALĀTUS, us, m. *a bleating of sheep or lambs*, βλήχημα, vox ovium. *Virg.* 9. *Æn.* v. 62. tuti sub matribus agni Balatum exercent. Adde *Ovid.* 7. *Metam.* v. 319. et 320.

BALAUSTĪNUS, a, um, adject. V. vocem sequent.

BALAUSTĬUM, ii, n. *the flower of the pomegranate*, βαλαύστιον, flos mali Punicæ, seu granatæ. *Plin.* l. 13. c. 19. Flos balaustium vocatur, et medicinis idoneus, et tingendis vestibus, quarum color inde nomen accepit. ¶ Quod *Plin.* dixit, *quarum color inde nomen accepit*, putant quidam Lexicographi, probari posse adjectivum *balaustinus, a, um*, ut scilicet *color balaustinus* sit. ¶ Græci scriptores, ut *Hard.* notat *balaustium* dicunt esse florem mali punicæ silvestris, non domesticæ: *Plin.* promiscue et silvestris, et domesticæ, tum *loc. cit.* tum l. 23. c. 6. *Columella* tamen Græcos sequi videtur, *sterile* cognominans l. 10. v. 297. Carpite narcissique comas, sterilisque balausti. *balausti* dixit pro *balaustii*, ut *peculi* pro *peculii*, *auxili* pro *auxilii*, &c. per synæresim. ¶ *Balaustii* mentio fit etiam a *Scribon. Larg. compos.* 85. et 112.

BALBE, adverb. *lispingly, inarticulately*, balbutiendo. *Lucret.* l. 5. v. 1021. Vocibus, et gestu cum balbe significarent. ¶ Translate obscure, involute, implicate. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 89. Præterquam duobus in primis scriptum est balbe, spectare velit potius, &c. Sunt qui illud *balbe* omittunt.

BALBUS, a, um, *having an impediment of the speech, stammering, stuttering, lisping, speaking inarticulately*, ψελλός, blæsus, hoc est qui propter hæsitantiam linguæ verba profert inarticulata, et indistincta; quales sunt qui *r* litteram exprimere non possunt, sed pro ea *l* dicunt. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 61. Demosthenes cum ita balbus esset, ut ejus ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus putaretur. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 126. Os tenerum pueri, balbumque. *Id.* l. 2. sat. 3. v. 274. Balba verba. *h. e.* balbe prolata. *Id.* l. 1. ep. 20. v. 18. Balba senectus. *Pers.* sat. 1. v. 33. Balba de nare loqui. *h. e.* ita vocem per nares loquendo emittere, ut difficiliter sermo intelligatur. ¶ *Balbum balbus rectius intelligit*, proverbium, apud *D. Hieronym.* epist. 51. *ad Domnion.* quod significat, barbare loquentem melius intelligi a barbaro, quam ab ullo alio. ¶ Ex hoc linguæ vitio orta sunt Romana cognomina *Balbus, Balbinus, Balbilius, Balbutius,* &c.

BALBUTĬO, ūtis, ivi, itum, a. 4. *to stutter, stammer, lisp; talk foolishly*, ψελλίζω, ambigue pronuntio, inarticulata verba profero. et translate, obscure loquor, aut inepte dissero. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 26. *in fi.* Academici balbutire desinant aliquando, aperteque, et clara voce audeant dicere, &c. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 3. Epicurus balbutiens de natura deorum. *Id.* l. 4. *Acad.* c. 45. Stoicus perpauca balbutiens. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 48. Balbutit Scaurum pravis fultum male talis. ¶ Tribuitur et avibus. *Plin.* l. 10. c. 29. Merula canit æstate, hieme balbutit. παταγεῖ, καὶ φθέγγεται θορυβῶδες, dixit *Aristotel.* l. 9. *histor. animal.* c. 49.

BALEĀRES INSULÆ, et absolute Baleares, ium, f. *the Balearic or Balearian islands*, insulæ duæ in mari Mediterraneo e regione Hispaniæ Tarraconensis, quarum major *Majorca*, minor *Minorca* appellatur: ita dictæ vel a Baleo Herculis comite ibi relicto; vel a βάλλω, jacio, quia earum incolæ in fundarum usu peritissimi fuisse dicuntur, eaque arte in præliis formidabiles. Lege *Liv.* l. 28. c. 37. *Epit. Liv.* l. 60. *Flor.* l. 3. c. 8. et *Veget.* l. 1. c. 16. ubi tradunt in more apud eos fuisse, ut cibum puer a matre non acciperet, nisi quem, ipsa monstrante, lapide funda jacto percussisset. Græci has insulas Gymnasias, Γυμνησίας, vocaverunt, teste *Plin.* l. 3. c. 5. *ad fin.* quia incolæ nudi æstatis tempore in fundæ jactu se exercebant. *Liv.* l. 28. c. 37. Baleares insulæ. *Plin.* l. 10. c. 49. Phalacrocoraces, aves Balearium insularum peculiares. *Id.* l. 8. c. 58. Cuniculi scatent in Hispania, Balearibusque. ¶ Legitur, et *Baliares*, præsertim in MSS. et Lapidib. non unis.

BALEARĬCUS, a, um, ad Baleares insulas pertinens. *Plin.* l. 3. c. 5. *ad fin.* Balearicum mare. *Id.* l. 11. c. 37. *sub init.* Balearica grus. *Id.* l. 14. c. 6. Balearica vina. *Ovid.* 2. *Met.* v. 727. Non secus exarsit, quam cum Balearica plumbum Funda jacit. V. vocem præced. ¶ *Balearici, orum*, sunt Balearium insularum populi. *Plin.* l. 8. c. 55. *de cuniculis.* Certum est, Balearicos adversus proventum eorum auxilium militare a divo Augusto petiisse. ¶ *Balearicus* cognominatus est Q. Cæcilius Metellus ob devictos Baleares populos, bello Balearico, ut *Flor.* l. 3. c. 8. narrat, ipso Metello, et T. Quintio Flaminino Coss. circa A. U. 630. Hujus meminit etiam *Cicero* l. 1. *de Divin.* c. 2. et *pro Rosc. Amer.* c. 50. ¶ Scribitur et *Baliaricus.*

BALEĀRIS, re, adject. ad Baleares pertinens. *Plin. in fi.* l. 35. Balearis terra. *Virg.* 1. *Georg.* v. 309. Balearis verbera fundæ. *Lucan.* l. 3. v. 710. excussa Balearis tortor habenæ Glande petens. *Sil.* l. 1. v. 314. Hic crebram fundit Baleari verbere glandem. *Id.* l. 7. v. 297. Telum Baleare. ¶ *Baleares, ium*, sunt Balearium insularum populi. His propter peritiam, utebantur Romani in exercitu pro funditoribus. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 7. Cretas sagittarios, et funditores Baleares subsidio oppidanis mittit. Adde *Liv.* l. 28. c. 37. ¶ In singulari num. *Sil.* l. 3. v. 365. Funda bella serens Balearis, et alite plumbo. ¶ Scribitur et *Baliaris.*

BALINĔÆ, arum, f. *baths*, balnea: et speciatim balnea publica. Nam quia, ut *Varro* docet l. 8. *L. L.* pag. 128. publica balnea duobus constabant ædificiis conjunctis, in quorum altero viri, in altero mulieres lavabant; ideo *balineas* in plurali dicere consueverunt. Aliquando tamen vitio corruptorum temporum promiscue mulieres cum viris lavasse legimus: quam licentiam multi Principes severis legibus coercuerunt. *Plin.* l. 9. c. 54. Ut qui primus pensiles invenerit balineas. Adde *Plaut. Mostell.* 3. 2. 68. *Rud.* 2. 3. 51. et alibi non semel: quamquam alii ubique *balneæ* reponunt. ¶ Dicuntur etiam de balneis privatis. *Plin.* l. 13. c. 3. Spargi parietes balinearum unguento. *Id.* l. 33. c. 12. Stratas argento mulierum balineas. ¶ Nonnunquam ponuntur pro ipsa lavatione in balineis. *Plin.* l. 28. c. 19. Caventur pridiana balinea. *Id.* l. 20. c. 14. *in fi.* Cuminum morbo regio in vino albo a balineis datur. Adde lib. 13. c. 15. *in fi.* et lib. 24. c. 19. ¶ Sunt qui putant pænultimam producendam esse. Ducunt enim a Græco βαλανεῖον, quod idem significat. Quæ origo si vera est, Latini alteram diphthongi vocalem extriverunt.

BALINEARIUS, a, um, ad balineas pertinens, ut *balinearius locus* in quadam *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 171. n. 8.

BALINEUM, ei, n. *a bath*, idem quod balneum. Habet non semel *Varro* l. 8. *L. L.* cap. 41. Cui adde *Plin.* l. 2. epist. 17. Balinei cella frigidaria. *Plin. alter* l. 7. c. 53. A balineo reversus. *Id.* l. 36. c. 15. Gratuita prebuit balinea centum septuaginta. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 173. n. 8. et *Cic.* *Attic.* l. 2. ep. 3. ubi tamen alii leg. *balneum.* ¶ De quantitate penultimæ. V. in *Balineæ.* [¶ Reperitur etiam *Balineus* mascul. gen. in *Inscript.* apud *Marinum Fratr. Arval.* pag. 532. In prædiis Aureliæ Faustinianæ balineus lavat more urbico, et omnis humanitas præstatur.]

BALIOLUS, i, *of a tawny colour, swarthy*, qui colore fusco est. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 22. Non pudet puellam amplexari baiolum in media via? *Plaut.* hoc loco Afrum baiulum alloquitur. Atri enim fusci coloris sunt. Est autem *baliolus* a *balius* pro *badius*, ut *Voss. in Etymol.* docet. Licet badius color licet splendoris aliquid habeat, ad fuscum tamen accedit. ¶ Quidam *balium* dicunt esse colorem tritici, qui sane a *badio* non longissime recedit.

[* BALIS, is, seu idis, m. herba, de qua *Plin.* l. 25. c. 2. sect. 5. Xanthus historiarum scriptor in prima earum tradit, occisum draconis catulum revocatum ad vitam a parente, herba, quam balin nominat: eademque Thylonem, quem draco occiderat, restitutum saluti.]

BALITANS, antis, particip. frequentativum a *balans.* *Plaut. Bacch.* 5. 2. 5. Pastor harum dormit, cum hæ eunt sic a pecu balitantes. *Plerique alii leg.* palitantes.

BALLISTA, et Balista, æ, f. *a warlike engine to shoot stones or darts with: a sort of cross-bow*, πετροβόλος, λιθοβόλος, ἀφετήριον ὄργανον, militaris machina, qua ingentia saxa mirabili impetu torquentur: a βάλλω, jacio. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 24. Ballistæ lapidum, et reliqua tormenta telorum, eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta, atque adducta vehementius. *Sil.* l. 1. v. 334. adductis stridula nervis Phocais effundit vastos ballista molares. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 23. Excussa ballistis saxa. *Lucil.* apud *Non.* c. 18. n. 22. Ballistæ centenariæ. *Sisen. ibid.* talentariæ. ¶ Differt a *catapulta*, qua tela, et grandiores sagittæ jaciuntur. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 56. Catapultas, ballistasque tendere. *Gell.* l. 6. c. 3. Ballistis, atque catapultis oppugnare. *Vitruv.* quoque hanc differentiam agnoscit describens l. 10. c. 15. catapultas, quibus sagittæ; et cap. 16. ballistas, quibus saxa emittuntur. Nihilominus non raro promiscue usurpantur, *ballista* quæ sagittas et alia id genus tela majora, *catapulta* quæ saxa. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 2. Asseres cuspidibus præfixi, atque hi maximis ballistis missi. *Id. ibid.* c. 9. Ne saxa ex catapultis lateritium discuterent. *Lucan.* l. 3. v. 464. Lancea tenso ballistæ turbine rapta. *Sidon.* carm. 22. v. 123. stridentes torquet catapulta molares. ¶ Plura de ballistis V. apud *Ammian.* l. 23. c. 4. (*al.*7.) ubi totam machinam diligenter describit, *Vitruv. loc. cit. Lips. Poliorcet.* l. 3. dial. 2. *et* 3. et *Steweck. in commentar. ad Veget.* l. 4. c. 22. ubi etiam figuras exhibent. ¶ Videtur aliquando *ballista* sumi pro ipso telo, quod ballista jacitur. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 42. Ita est amor: ballista ut jacitur; nihil sic celere est, neque volat. ¶ Translate *Plaut. Pœn.* 1. 1. 73. Cui jam infortunii intenta ballista est probe. *Id. Bacch.* 4. 4. 58. De ducentis nummis primum intendam ballistam in senem. ¶ Scribitur et *balista* unico *l*, ut dictum est: sed duplici *ll* tutior scriptio est. ¶ Legitur et *ballistra* in *Vet. Gloss.* quam scriptionem *Lips. cit.* dial. 3. præ aliis probare videtur: tametsi consuetudo *r* extrivit.

BALLISTARIUM, et Balistarium, ii, n. locus, in quo ballistæ servantur. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 73. Cui jam infortunii intenta ballista est probe, quam ego haud multo post mittam e ballistario. *Lips. Poliorcet.* l. 3. dial. 2. legit *ballisterium*, et interpretatur ipsam machinam: *ballistam* autem *intendam* id quod emittitur.

BALLISTARIUS, et Balistarius, ii, m. *a crossbow-man, slinger.* *Vegetius* l. 2. *de re milit.* c. 2. recenset ballistarios cum ferentariis, sagittariis, funditoribus, qui omnes sunt levis armaturæ milites. Fuere autem ii, qui minoribus ballistis missilia jaciebant: quos *Id.* l. 4. c. 21. *manuballistarios*, vel *arcuballistarios* appellat. *Ammian.* l. 16. c. 2. Et ne qua interveniret mora, adhibitis cataphractariis solis, et ballistariis, Autosidorum pervenit. *In Gloss.* legitur *Ballistrarii*, σφενδονῆται. ¶ Sunt præterea *ballistarii* artifices, qui ballistas faciunt, *makers of the* ballistæ, *crossbow-makers.* *Aurel. Acad. Dig.* lib. 50. tit. 6. *leg. ult.* Naupegi, ballistarii, specularii, fabri, &c. *Inscript.* apud *Fabrett.* class. 10. n. 6. Collegium Ballistariorum, et Ferrariorum.

BALLISTĔA, orum, n. *ballettes; ballads, light airy songs, madrigals*, saltationes, vel potius carmina in saltationibus canenda. Vox est origine Græca: a βαλλίζω, salto, quod a βάλλω, jacio, jacto. Nam saltantes τὰς χεῖρας βαλλίζουσι manus jactant. *Vopisc. in Aurel.* c. 6. Adeo ut etiam ballistea pueri, et saltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus festis militariter saltitarent: Mille, mille, mille, mille, mille, mille decollavimus, &c. ¶ Legitur et *balistea* unico *l.*

BALLONŎTI, orum, populi Scythiæ, apud *Valer. Flacc.* l. 6. v. 160.

BALLŌTE, es, f. *the herb stinking horehound: a black leek*, βαλλωτή, herba fruticosa, angulosis caulibus nigris, hirsutis foliis vestientibus, majoribus quam porri, et nigrioribus, graveolentibus. Vis ejus efficax adversus canis morsus, ad condylomata, &c. Alio nomine porrum nigrum, et marrubium nigrum dicitur. *Plin.* l. 27. c. 8.

BALLŪCA, et Baluca, æ, f. *gold-dust, or gold-ore*, χρύσαμμος, arena aurosa, seu minuta auri ramenta terræ mixta, et nondum excocta. Videtur esse Hispanica vox. *Impp. Valentin. et Valens.* lib. 11. *Cod.* tit. 6. leg. 1. Octonos scrupulos in balluca, quæ Græce χρύσαμμος appellatur, exsolvere. Adde *ibid.* leg. 2. Quæ referuntur etiam lib. 10. *Cod. Theodos.* tit. 19. leg. 3. et 4. ¶ Dicitur hæc eadem *balux*, vel *ballux*, *ŭcis*, f. *Plin.* l. 33. c. 4. Palacras Hispani, alii palacranas: iidem quod minutum est balucem vocant. *Martial.* 12. epigr. 57. Illinc balucis malleator Hispanæ. *Justin.* l. 44. c. 1. *de Hispania.* Amnes plerique etiam divites auro, quod in balucibus vehunt. Ita *Turneb.* in loco *Martial.* legendum putat lib. 30. *Advers.* cap. 26. et *Salmas. in Exercit. Plin.* in loco *Justini.* Nam passim in editis habetur *paludis*, et *paludibus*. Et quod pertinet ad *Martial.* quidam eum loqui putant de lino, et setabo, quod in paludosis Hispaniæ locis seritur, et maceratum siccatumque fuste in saxo confringitur. Locus *Martialis* integer est: Illinc paludis malleator Hispanæ Tritum nitenti fuste verberat saxum. Magis tamen placet prior lectio, nam malleator ad metalla, et monetam refertur in *Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1070. n. 1. neque ad lini artifices apte referri potest.

BALNĔÆ, arum, f. *baths, the baths*, βαλανεῖον, balnea præcipue quæ publice exhibentur lavaturis, quæstus gratia: per syncopen dictæ pro *balineæ*, ut et *balneum* pro *balineum.* Ideo autem dicuntur de publicis, quia ejusmodi ædificia ad lavandum destinata duobus membris constare solebant, ut possent mulieres a viris sejunctæ lavare: quod et in *Balineæ* ex *Varrone* adnotavimus. *Cic. pro Cæl.* c. 25. Constitutum factum esse cum servis, ut venirent ad balneas Senias. et *cap.* 26. Cur enim balneas publicas potissimum constituerat? *Id. pro Rosc. Amer.* c. 7. Occiditur ad balneas Palatinas rediens a cœna Sex. Roscius. ¶ In singulari numero, *Vet. Inscript.* apud *Reines.* class. 11. num. 115. L. Paullus L. L. Auctus a balnea custos H. S. E. L. Paullo Melampo Mulio. *balnea* hic privatum balneum significat.

BALNEĀRIS, re, *relating to a bath*, ad balneas pertinens. *Paul. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 33. Balneare argentum. *h. e.* vasa, et supellex argentea, qua in balneis utebantur. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 42. Balnearis vestis. *h. e.* tunica, vel alia quæpiam, qua a balneo exire solebant sine toga. *Spartian. in Adrian.* c. 17. Balnearis jocus. ¶ *Balnearia, ium*, absolute *Apulei.* l. 3. *Met.* Milo, jussis balnearibus adsequi, producit me ad lavacrum proximum. *h. e.* servis balnearibus, et balnearum instrumentis, nempe ampullis, oleo, strigilibus, linteis, &c.

BALNEARĬUS, a, um, *pertaining to a bath*, idem quod balnearis. *Catull.* carm. 33. *in Vibenn. et Fur.* O furum optime balneariorum. *h. e.* qui ab balneas stabant, et lavantium vestes depositas subripiebant, de quibus est titulus 17. *de furibus balneariis* inscriptus, *Digestor.* lib. 47. *Paul. ibid.* leg. 3. in furto balneario deprehensus. *Martian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 17. Instrumentum balneariorum. ¶ *Balnearia, orum*, absolute sunt locus balneis destinatus, atque adeo ipsum balneum, *a balneary; a bath.* *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. Nihil ei restabat præter balnearia, et ambulationem, et aviarium. *Et paulo post.* In balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi. *Senec.* l. 4. *quæst. natur.* c. 9. Minora balnearia, et minora miliaria citius calefiunt. Adde *de Tranquil. anim.* c. 9. et *Columell.* l. 1. cap. 6.

BALNEATĬCUM, ci, n. τὸ βαλανικὸν, pretium, quo pro lavatione in balneis meritoriis solvitur. Usus est *Vet. Scholiast. Juvenal. ad* sat. 2. v. 152. sed parvam admodum, eamque valde incertam auctoritatem habet.

BALNEĀTOR, oris, m. *one who has the care of a bath; the master or keeper of a bath*, βαλανεύς, βαλανείτης, qui balnei curam habet, ejusque usum præbet advenientibus. *Cic. pro Cæl.* c. 26. Nisi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. Adde *Phil.* 13. c. 12. Apud *Fabrett.* vetus lapis habet cap. 2. n. 67. Faber balneator. ¶ Potest etiam *balneator* feminino genere efferri, si vera est *Servii* doctrina. Is enim *ad Æn.* 12. v. 159. docet nomina in *tor*, si a verbo descendant, habere femininum in *trix*, ut *lector lectrix*, *doctor doctrix*: si a verbo non descendant, utroque genere usurpari posse, ut *hic*, et *hæc Senator*, *hic*, et *hæc balneator.* Fatetur tamen *balneatrix* usurpari a *Petronio.*

BALNEATORĬUS, a, um, balnearius. *Martian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 17. Instrumento balneatorio legato, dictum est, balneatorem sic instrumento contineri balneario, &c. Ita legitur apud *Torrentin.* At *Haloander* utrobique habet balneario.

BALNEĀTRIX, icis, f. quæ balneas curat. Usus est hac voce *Petron.* teste *Serv. ad Æn.* 12. v. 159. V. *Balneator.*

BALNEŎLÆ, arum, f. parvæ balneæ. *Cic. in Hortens.* apud *Non.* c. 3. n. 24. Primus balneolas suspendit, inclusit pisces. *Al. leg.* balneola. *Augustin.* l. 3. *cont. Acad.* c. 4. Certe vel istæ balneolæ aliquam decoris gymnasiorum faciunt recordationem.

BALNEŎLUM, li, n. parvum balneum. *Senec.* epist. 86. Balneolum augustum, tenebricosum, ex consuetudine antiqua. *Juvenal.* sat. 7. v. 4. Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos. V. vocem præced.

BALNEUM, i, n. *a bath*, βαλανεῖον, locus, in quo sanitatis, aut voluptatis causa, simul ut abstergerent sordes, corpora lavare Veteres consueverunt: per syncopen dictum pro *balineum.* Hujus ædificii plures erant cellæ: *frigidaria*, *tepidaria*, et *caldaria* ad lavandum: aqua ita disposita, ut ex frigidaria in tepidariam influeret, ubi modico igne calefiebat: inde majore addito calore in caldariam: item *assa cella*, vehementius calefacta, sed sine aqua ad sudandum: *apodyterium*, ubi vestes deponebant: *unctuarium*, seu *unctorium*, ubi ungebantur: præterea *sphæristerium*, ubi pilæ lusu se exercebant, &c. Quæ omnia V. suis locis. In cellis ad lavandum destinatis erant vel *labra* aquam continentia, vel *alvei* in quos per gradus descendebatur: ibique solium erat sedendi causa. Plura de balneis V. apud *Mercurial. de ar. gymn.* l. 1. c. 10. *Ferrar. in Dissertat. de baln. Pitisc. in Lex. Antiquit. Vitruv.* l. 5. c. 10. et alios. *Cic. Attic.* l. 13. *ep. ult.* Cæsar ambulavit in litore: post horam octavam in balneum. *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 25. docet *balneum* ex consuetudine carere plurali numero. Solum enim *balneas* dicimus ad significandas publicas lavationes, ut supra in *Balneæ* dictum est: *Balneum* autem privatam lavationem notat. Verum hanc consuetudinem Poetæ non servant, apud quos *balnea*, et de publicis, et de privatis usurpantur: *Martial.* l. 12. epigr. 50. Daphnonas, platanos, ac aerias cyparissos, Et non unius balnea solus habes. Adde lib. 9. epigr. 20. ¶ *Servus a balneis* fuit inter officia domus Augustæ. *Inscript.* apud *Spon. in Miscell.* sect. 6. pag. 213. ¶ Differunt *balnea* a *thermis.* Nam *thermæ* sunt loca aquis sponte calentibus instructa, ut in Aponi fonte, et in Baiis, vel etiam subjecto igne calefacta ad lavandum, et sudandum: a θερμὸς, calidus: in *balneis* autem sunt etiam frigidariæ cellæ, quæ *thermarum* nomine venire non possunt. Præterea *balnea* et publica, et privata sunt: *thermæ* non nisi publicæ. Interdum tamen promiscue usurpantur. V. *Thermæ.* ¶ Aliquando *balneum* pro cella frigidaria, et *thermæ* pro caldaria unius, ejusdemque balnei sumitur. Lege epigr. 77. l. 9. *Martial. de balneo Tuccæ*: ubi hac ratione usurpari videtur.

BALO, as, avi, atum, n. 1. *to bleat, cry as a sheep*, βληχάομαι, verbum exprimens vocem ovium: pro quo et *Belo* dicitur (minus tamen frequenter) quod ad eam vocem propius accedit. Oves enim clamando *bee* dicunt. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 19. Oves ætate credo esse mutas: ne balant quidem, cum a pecu cetero absunt. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 740. Tactaque fumanti sulphure balet ovis. *Quintil.* l. 1. c. 5. *in fi.* Jam ne *balare* quidem, aut *hinnire* fortiter dicere mus, nisi judicio vetustatis niterentur. ¶ De altero *belo, as*, *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. Vox earum non *me* sed *bee* sonare videtur. Oves beelare, vocem efferentes: a quo belare dicunt, extrita littera. ¶ *Balantes* sunt ipsæ oves. V. *Balans.* ¶ Translate *balare* dicitur, qui absurda dicit, et more pecudis stulte loquitur. *Arnob.* l. 3. pag. 122. Si novenarius numerus cognomen Novensilium ducit, Cornificius balare convincitur, &c. *Al. leg.* labare. Huc referri potest illud *Varron.* l. 2. *R. R.* c. 3. Quoniam satis balasti, inquit, o Faustule noster, accipe a me de capellis, et quemadmodum oporteat breviter dicere, disce. Festive *Varro* et locutum illum esse de ovibus indicat, et nimis multa dixisse, et quasi blaterasse, lepide arguit.

BALSAMĔUS, a, um, *balsamic, balsamical*, balsaminus. *Auct. carm. de Phœnice* (quod quidam *Lactantio* tribuunt) v. 118. Unguine balsameo, myrrhaque, et ture soluto, Condit, et in formam conglobat ore pio.

BALSAMĪNUS, a, um, *balsamic*, βαλσάμινος, balsamo constans. *Plin.* l. 23. c. 4. Balsaminum (*subaudi* oleum) longe pretiosissimum omnium, contra omnes serpentes efficax.

[†BALSAMĪTA, æ, f. *the herb costmary*, σισύμβριον, *Plin.* 12. 25.]

BALSAMŌDES CASIA, βαλσαμώδης κασία, est quædam casiæ species, ab odore balsami ita appellata, amara gustu, atque utilis in medicinis. *Plin.* l. 12. c. 19. *in fi.* [†et 23. 4. citante Gesnero.]

BALSĂMUM, i, n. *balsam, or balm, the gum of the balsam-tree; also the tree itself*, βάλσαμον, [a duabus vocibus Hebraicis בַּעַל *dominus*, et שֶׁמֶן *oleum*, quasi *dominus olei*, seu *oleum præcipuum*, aut *dominus aromatum.* Ait enim *Plin.* l. 2. c. 25. Omnibus odoribus præfertur balsamum, uni terrarum Judææ concessum.] succus cujusdam arbusculæ, quæ in Judæa solum nascitur, viti similior, quam myrto, cujus tria genera: alterum tenui, et capillacea coma, quod vocant *eutheriston*: alterum scabro aspectu, incurvum, fruticosum, odoratius, quod *trachy* appellant: tertium quod dicunt *eumeces*, reliquis procerius, lævi cortice. Semen fert vino proximum gustu, colore rufum, nec sine pingui. Ramum

crassiorem habet, quam myrtus. Folium proximum rutæ, perpetua coma. Malleolis seri dicitur, et implet colles vinearum modo: tondeturque similiter fruticans, ac rastris nitescit. Ex ejus cortice ita leviter inciso, nihil ut ultra eum lædatur (aliter enim emoritur) succus manat, quem etiam *opobalsamum* vocant, suavitatis eximiæ, principatum inter unguenta obtinens, multi quoque usus in medicina. Fit autem incisio vel vitro, vel lapide, vel osseis cultellis, quoniam ferro lædi vitalia odit. Ipsa quoque sarmenta in pretio sunt: coquuntur enim in unguentis vocaturque *xylobalsamum*, qui inde exprimitur liquor. Plura de re hac tota, V. apud *Plin.* l. 12. c. 25. et *Solin.* c. 35. (*al.* 48.) ¶ Fere autem hac voce ipse succus significatur. *Plin.* l. 13. c. 1. Unguentum appellatum megalium ex oleo balanino, balsamo, calamo, junco, xylobalsamo, casia, resina. *Martial.* l. 3. epigr. 63. Balsama qui semper, cinnama semper olet. Adde *Justin.* l. 36. c. 3. ¶ Sed et ipsa arbor *balsamum* dicitur. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 6. Balsamum modica arbor: ut quisque ramus intumuit, si ferri vim adhibeas, pavent venæ, &c. Adde *Serv.* ad illud *Virg.* 2. *Georg.* v. 119. Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsamaque, &c. Ubi tamen *Virgil.* succum intelligit non arborem. ¶ *Oleum balsamum* dixit *Apulei.* quasi vox adjectiva sit, lib. 10. *Metam.* De stanneo vasculo multo se se perungit oleo balsamo.

BALTEARIUS, ii, m. *a belt-maker*, qui balteos facit. *Vetus inscript.* apud *Reines.* class. 8. n. 69. M. Critonius M. F. Apollonius Miles ex armamentario Augustorum baltearius fecit sibi, et suis liberis. *Spon. in Miscell. Erud. antiqu.* pag. 253. intelligit eum, qui in armamentario Augustorum balteis curandis præerat, sive iis conservandis, sive subministrandis, sive resarciendis, vel orhandis incumberet. Sic *cassidarius ex armamentario Cæsaris Domitiani*, qui eandem curam circa cassides gerebat, ut docet alia *Inscript.* apud eund. *Spon.* pag. 254.

BALTEĀTUS, a, um, cinctus. *Martian. Capell. sub init.* l. 5. Pectus exquisitissimis gemmarum coloribus balteatum. Al. leg. *subbalteatum*: quod idem est.

BALTEŎLUS, li, m. parvus balteus. *Capitolin. in Maximin.* c. 2. Propositis præmiis argenteis, idest armillis, torquibus, et balteolis.

BALTĔUS, i, m. et Balteum, i, n. *a belt, sword-belt*, ζωστήρ, cingulum militare, quod aliquando ab humero dextro sub sinistrum brachium descendens, transversum pectus cingit, sæpius tamen medium hominem ambit zonæ modo; e corio plerunque factum, et bullis æreis, argenteisve, aut auratis distinctum, a quo arma dependent. *Varr.* apud *Charis.* l. 1. pag. 59. *Putsch.* tradit, esse Thuscum vocabulum: at l. 4. *L. L.* c. 24. docet ex eo dici, quod bullatum est. Ejus verba sunt. Quod cingulum e corio habebant bullatum, balteum dictum. *Accius* apud *Non.* c. 3. n. 25. Manuleos, baltea, machæras. *Virg.* 5. *Æn.* v. 313. Alter amazoniam pharetram, plenamque sagittis Threiciis, lato quam circumplectitur auro Balteus, et tereti subnectit fibula gemma. *Id.* 12. *Æn.* v. 941. infelix humero cum apparuit alto Balteus, et notis fulserunt cingula bullis. *Id. ibid.* v. 273. teritur qua sutilis alvo Balteus, et laterum juncturas fibula mordet. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 579. quem balteus asper Subligat. ¶ Dicitur etiam de quovis cingulo, *a girdle, sash, cestus. Lucan.* l. 2. v. 361. Balteus haud fluxos gemmis astrinxit amictus, Colla monile decens. Adde *Martial.* l. 14. epigr. 207. ubi de Veneris cesto usurpat. ¶ *Claudian.* epigr. 21. et *Apulei.* 10. *Metam.* balteum dixere zonam, qua ephippia equorum dorso adstringuntur: vel potius lorum pectorale, quod bullis ornari solet. ¶ Translate *Juvenal.* sat. 9. v. 111. quod enim dubitant componere crimen In dominos? quoties rumoribus ulciscuntur Baltea? *h. e.* verbera loreis cingulis, seu generatim loris inflicta. ¶ Pro Zodiaco *Manil.* l. 1. v. 677. Sed nitet ingenti stellatus balteus orbe. Adde l. 3. v. 361. ¶ Est etiam *balteus* circulus ligneus caseorum formis similis, quo in placentis fingendis utebantur. *the dented edge or bordering round a cake. Cato R. R.* c. 76. *de placenta facienda.* Indito mellis boni p. IV. id una bene commisceto cum caseo. Postea in tabula plura balteum ponito, folia laurea uncta supponito, placentam fingito. Adde cap. 78. ¶ *Plin.* l. 16. c. 37. *de salicibus.* In proceritatem magnam emittunt: jugis vinearum perticas, pariuntque balteo corticis vincula. *h. e.* cortice in baltei modum secto in longas tænias, et vinculorum usum præbente. ¶ Apud *Vitruv.* l. 3. c. 3. *baltei pulvinorum* in capitulo Ionico sunt veluti funes, aut cingula, quibus volutarum pulvini terminantur, et veluti ligantur. Anglice *the girdles or* fasciæ *on the borders of pillars.* ¶ A *Tertull. de spectac.* c. 3. dicuntur *baltei* in theatris, quas *præcinctiones* appellat *Vitruv.* l. 5. c. 3. et Græco vocabulo *diazomata ibid.* c. 7. nempe quasi transversa cingula: erantque latiores areolæ cum altiore gradu totum amphitheatrum ambientes, quibus aliquot graduum ordines ab aliis separabantur. V. plura apud *Lips.* de *Amphith.* c. 13. ubi et figuram exhibet. Quod vero *Tertull. loc. cit. cardines balteorum* dixit, videtur intelligere ipsarum præcinctionum fores, per quas in ipsos balteos spectaturi ingrediebantur. De hoc theatri balteo est etiam locus *Calpurnii.* eclog. 7. v. 47. quem V. Consule etiam *Scip. Massei. in Ver. Illustrat.* par. 4. l. 2. c. 8. ¶ In singulari numero fere est generis masculini, in plurali vero communis. Nam præter *Vitruv. loc. cit.* etiam *Tacit.* 1. *Hist.* c. 57. et *Plin.* l. 33. c. 12. *balteos* dixere. Quod vero discrimen tradit *Plin.* apud *Charis. loc. supra cit.* inter *balteus*, et *balteum*, ut ille vinculum significet, hoc lora ad ligandum, subtilius profecto est, quam verius, ut et *Voss.* censet l. 3. *de Grammat.* c. 36. ¶ Legitur et *baltheus* addita aspiratione, sed rectius puto sine ea, cum Latina vox sit, vel saltem longissima consuetudine Latina facta. Sic optime scribitur *silva, stilus, caritas* Latinis litteris, licet, si earum originem spectes, *stylus, sylva, charitas* scribendum sit. Voces enim externæ si Latine diu usurpentur, Latino etiam more scribi plerunque solent.

BALUX, V. *Balluca.*

BAMBALĬO, onis, m. *a stammerer or stutterer, a nickname given to Mark Antony's father-in-law*, vocabulum est ignominiosæ appellationis usurpatum a *Cicer. Philip.* 3. c. 6. *his verbis*: Tuæ conjugis Bambalio quidam pater, homo nullo numero: nihil illo contemptius, qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. Est autem *bambalio* a Græco βαμβαλεῖν, aut βαμβαλίζειν, quæ apud *Hesych.* significant tremere labiis, aut dentibus; quod facere videntur ii, qui ore tumultuantur, balbutiunt, et hæsitantes loquuntur. Illud etiam huc pertinere potest, quod in eodem *Hesych.* legitur, βάμβαλον apud Phryges significare τὸ αἰδοῖον.

BAMBĀTÆ. Apud *Columell.* ita in libris paucis legitur l. 12. c. 34. quod *de aceto scyllitico* inscribitur. *Qui scylliticum acetum facere volunt; decem bambata in tres amphoras musti mitis* &c. sed locus plane corruptus est, et vox *bambatæ* monstro similis. Emendandus itaque, et assumptis aliquot verbis (quæ perperam divulsa sunt) ex fine capitis præcedentis, legendum. *Alii hoc ipsum scyllæ pondus, quod supra dixi, in aceti duas urnas adjiciunt, et per XL. dies inesse patiuntur, qui scylliticum acetum facere volunt.*

De Embammate Cap. 34.

In tres amphoras musti mitis, aceti acris congium. &c. Ita recte præter alios *Hieronym. Mercurial.* l. 1. *variar. lection.* c. 14. quidquid ingeniose magis, quam vere, ut *bambatæ* vocem defenderet, commentus sit *Turneb.* l. 17. *Advers.* cap. 13. Vide *Jo. Bapt. Morgagni* epist. 4. *in Auct. R. R.* sec. 1. ubi rem totam luculenter exsequitur.

BAMBYCĬUS, a, um, ab Bambycen, Βαμβύκην, pertinens, quæ est urbs Cœlesyriæ, eadem ac Hierapolis, ubi dea Atargatis colebatur, ut *Plin.* l. 5. c. 23. docet. Hinc *Bambycii* dicuntur ab *Avieno in Arat.* v. 541. et 644. Pisces, signum cæleste, quod Atargatim (quæ eadem ac Venus esse creditur) servaverint a morte, cum se in Euphratem præcipitasset: vel quod ipsa Atargatis se in piscem aliquando mutaverit. V. *Piscis.*

BAMPLUS, i, m. *a pinnace, cock-boat. Fulgent. de prisco serm.* n. 44. Celocem dicunt genus naviculæ modicum, quod bamplum dicimus.

[*BANCHUS, et Bancus, i, m. piscis genus, cujus mentio est apud *Cœl. Aurel. acut.* l. 2. c. 37. Item ex mari mullos, squillas, bancos, acus, labraces. *Quidam* etiam *Banchus* legere malunt in *Plin.* l. 32. c. 9. et 11. ubi *Harduinus* habet *Bacchus*, quam vocem V. ad fin.]

BANNANĬCA VITIS memoratur a *Plin.* l. 14. c. 3. et fallax esse dicitur, hoc est incerti proventus. Unde autem nomen duxerit, adhuc est incompertum.

BANTĬA, æ, f. oppidum fuit Apuliæ Peucetiæ, in Lucaniæ confinio. *Liv.* l. 27. c. 24.

BANTĪNUS, a, um, adject. ad Bantiam pertinens. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 15. Bantini saltus. Al. leg. *Batini*, a *Batia* pro *Bantia.* ¶ *Bantini, orum*, sunt *Bantiæ* populi. *Plinius* Lucanis attribuit, quia in eorum confinio fuere, l. 3. c. 11.

BAPHEUS, i, m. disyllab. *a dyer*, βαφεὺς, tinctor, et præsertim qui murice tingit: a βάπτω, tingo. *Imp. Constantin.* lib. 11. *Cod.* tit. 7. leg. 2. Baphei, et gynæciarii. Alii leg. *baphii* eod. sensu.

BAPHĪA, orum, n. plur. Βαφεῖα, *a dye-house, place for dying*, tinctorum officinæ, præsertim eorum, qui maurice tingunt: a βαφή, tinctura. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 40. Purpura, quæ vulgo Probiana dicitur, idcirco quod Aurelius Probus baphiis præpositus id genus muricis reperisset. *Impp. Theod.* et *Valentin.* lib. 11. *Cod. Justin.* tit. 8. *leg. ult.* et lib. 10. *Cod. Theodos.* tit. 20. *leg. ult.* Ad baphia Phœnices ad certum tempus mitti præcipimus. ¶ In loco *Lampridii* citato alii leg. *baphis præpositus*, hoc est tincturis, seu tingendis lanis præpositus. Βαφὴ enim tincturam, seu colorem significat.

BAPTÆ, arum, m. *the priests of Cotytto, the goddess of lewdness*, Βάπται, fuerunt Athenis molles, et effeminati sacerdotes Cotyttus impudicitiæ Deæ, cui nocturna sacra faciebant omni petulantis licentiæ, et prodigiosarum libidinum genere lascivientes, non secus ac in Bacchanalibus Romæ deprehensis Bacchæ. In hos Eupolis Græcus Poeta Comœdiam scripsit, Βάπται inscriptam, in qua omnia eorum flagitia depinxit: quam ob causam ab ipsis in mare præcipitatus est. vel ut tradit *Vet. Scholiast. Juvenal.* ab Alcibiade necatus est, quod eum præcipue perstrinxerat. Dicti sunt a βάπτω, tingo, quia mulierum instar faciem fuco tingebant. *Juvenal.* sat. 2. v. 92. Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto. Ille supercilium madida fuligine tactum Obliqua producit acu, pingitque trementes Attollens oculos, &c.

BAPTES, æ, m. βάπτης, gemma est colore veluti artificiali tincta, mollis alioqui, odore excellens. *Plin.* l. 37. c. 10.

BAPTISMA, atis, n. et Baptismus, i, m. *a washing*, βάπτισμα, βαπτισμὸς, ablutio, a βαπτίζω, mergo, abluo. *Prudent. in Psychom.* v. 103. Expiat ergo aciem fluviali docta lavacro Victricem victrix, abolens baptismate labem Hostilis juguli. ¶ Per excellentiam ita appellatur primum novæ Legis Sacramentum, quo per externam corporis ablutionem significatur, et efficitur interior ablutio animæ a sordibus peccatorum. *Tertull. de Bapt.* c. 1. *Augustin. Hieronym.* et alii. *Baptism, the initial sacrament of the Christian church.* ¶ Dicitur etiam *Baptismum*, i, n. *Tertull. loc. cit.* c. 15. Quoniam unus Dominus, et unum baptismum, et una Ecclesia in cælis. *Gasp. Schop. in not. ad Tertull.* legit *baptisma. Augustin.* serm. 36. *de Temp. a med.* Quale est hoc baptismum, ubi purior est fonte ille, qui mergitur?

BAPTISMUM, BAPTISMUS, } V. *Baptisma.*

BAPTISTA, æ, m. *a baptizer or baptist*, βαπτιστὴς, qui abluit, et baptizat. Ita per excellentiam dictus est D. Joannes Christi præcursor, tum quia baptizare instituit, tum quia Christum ejus Sacramenti auctorem baptizavit. *Sedul.* l. 2. *de op. Pasch.* v. 143. Hunc baptista potens ut vidit ab amne Joannes.

BAPTISTERĬUM, ii, n. *a font, bath, or vessel, to wash the body in*, βαπτιστήριον, vas amplum, seu labrum, aut piscina in cella balinei frigidaria, ad lavandum: a βαπτίζω, lavo. *Plin.* l. 2. ep. 17. Balinei cella frigidaria, spatiosa, et effusa, cujus in contrariis parietibus duo baptisteria velut ejecta sinuantur abunde capacia. *Id.* l. 5. ep. 6. Cella frigidaria, in qua baptisterium amplum atque opacum. Adde *Sidon.* l. 2. ep. 2. ¶ Apud Ecclesiasticos Scriptores est locus, in quo Baptismi Sacramentum solemni ritu administratur, *a baptistery. Sidon.* l. 4. ep. 15 Fabricari, et consecrare baptisterium.

BAPTIZĀTOR, oris, m. *a baptizer*, βαπτιστὴς, qui baptizat. *Tertull. de baptism.* c. 12. Joannes baptizator. Adde *Augustin.* ep. 23. *a med.*

BAPTIZĀTUS, a, um, *baptized*, Baptismi Sacramento ablutus. *Augustin.* ep. 23. Parvuli baptizati.

BAPTĪZO, as, avi, atum, a. 1. *to wash*, βαπτίζω, Græca vox idem significans quod abluo, lavo. Apud Ecclesiasticos Scriptores est Baptismi Sacramentum administrare. *to baptize. Tertull. Augustin. Hieronym.* et alii.

BARĂTHRO, onis, m. *a glutton, gormandizer, spendthrift*, homo insatiabilissimus, atque avidissimus, qui omnia in ventrem tanquam in barathrum congerit, et absumit. *Lucret.* l. 3. v. 968. Aufer abhinc lacrymas, barathro, et compesce querelas. Ita *Lambinus.* Alii leg. *barde.* Adde dicta in voce *Balatrones.*

BARĂTHRUM, i, n. *a deep pit, gulph, abyss; any deep place*, βάραθρον, ὄρυγμα, βάθος, Græca vox, qua significatur locus in altissimam profunditatem depressus, qualis fuit Athenis profunda vorago, in quam noxios morti damnatos præcipitabant, ut *Suidas* docet. Latini Scriptores ita appellant locum omnem profundum, et præcipitem, unde evadere difficile est. *Vitruv. sub fin. lib. ult.* Quibus locis fossa non potuerat fieri intra murum; barathrum longitudine et amplitudine, uti piscinam, fecerunt, &c. *Virg. Æn.* 3. v. 420. Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos Sorbet in abruptum fluctus. *whirlpool. Sil.* l. 9. v. 497. se postquam Ætnæ mersit candente barathro. *crater. Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 108. Abruptum barathrum. ¶ Speciatim de Inferorum locis. *the Infernal Regions. Virg. Æn.* 8. v. 245. superque immane barathrum Cernatur, trepidentque immisso lumine Manes. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 41. O barathrum ubi nunc es? ut ego te usurpem lubens! Adde *Rud.* 2. 7. 12. et *Valer. Flacc.* l. 2. v. 86. et 192. ¶ Transfertur ad alia. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 29. Age, effunde hoc cito in barathrum. *h. e.* in ventrem. *maw.* Est enim sermo de anu bibacissima. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 166. quid enim differt, barathro ne Dones quidquid habes, an nunquam utare paratis? *h. e.* in ventrem congeras, absumas, perdas. *Id.* l. 1. ep. 15. v. 31. Pernicies, et tempestas, barathrumque macelli. *Martial.* l. 1. epigr. 88. Extremo ructus cum venit a barathro. *h. e.* ab imo stomacho. Apud eund. *Martial.* l. 3. epigr. 81. barathrum femineum est τὸ αἰδοῖον. ¶ In plurali numero caret adhuc exemplis. [Nunc vero habemus exemplum in *Phædri* fabellis ann. 1809. Neapoli editis; etenim fab. 30. v. 2. Papilio ad vespam: O sortem miseram, ductam de barathris, ait. Modo tamen recta conjectura *Jannelius* sit consequutus veram Codicis lectionem; nam Codex habet tantum; *O sortem m . . . . . . d . . . . m . . ba . . t . . . s.* Si igitur admittenda sit hujus versus auctoritas, tunc *barathra* essent folliculi, quibus bombyces, antequam papiliones fiant, se se includunt.]

BARBA, æ, f. *a beard*, πώγων, pili in mento hominis. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 20. Tondere barbam, et capillum. *Plin*

l. 6. c. 28. *ad fin.* abradere. *Gell.* l. 3. c. 4. rasitare. *Ovid. Metam.* 13. v. 767. recidere. *Horat. de ar. poet.* v. 298. ponere. *to shave off. Lucret.* l. 5. v. 673. mollem malis demittere barbam. *to let grow. Tacit.* 2. *Ann.* c. 31. promittere. *to suffer to become long.* Et summittere, *Id. de Germ.* c. 31. eod. sensu. *Senec. sub fin.* l. 1. *quæst. nat.* prominentem depectere. *Lamprid. in Heliogab.* c. 31. *a med.* psilothro accurare. *Plin.* l. 7. c. 4. Barba provenit. *Lucret.* l. 6. v. 6. v. 945. crescit. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 295. incipiens. *Juvenal.* sat. 8. v. 166. prima. *Plin.* l. 6. c. 28. *ad fin.* intonsa. *Nepos in Datam.* c. 3. promissa. *Gell.* l. 9. c. 2. ad pubem usque porrecta. *Ovid. Met.* 15. v. 656. longa. *Id.* 1. *Fast.* v. 259. mulcens propexam ad pectora barbam. *Cic.* 4. *Verr.* c. 25. Homo maxima barba. *Id.* 2. *Agrar.* c. 5. Capillatior quam ante, barbaque majore. *Plaut. Bacc.* 5. 1. 15. Homo cano capite, atque alba barba. ¶ *Barbam facere* est radere, quod Angli dicunt, *to trim or shave the beard. Lamprid. in Heliogab.* c. 31. *extr.* Novacula barbam facere. ¶ *Barbam plenam habere* est barbam omnem emisisse, perfectæque ætatis esse. *Spartian. in Antonin.* c. 10. Nulli vitem, nisi robusto, et bonæ famæ, daret, nec tribunum, nisi plena barba, faceret. ¶ *Barba*, et *pallium* fuere velut insignia Philosophorum, præsertim Stoicorum, quibus se commendare populo, et verendos reddere studebant, vultu ipso habituque morum severitatem, gravitatemque præ se ferentes. Hinc de quodam, qui se philosophum ementiebatur, *Gell.* l. 9. c. 2. Video barbam et pallium: philosophum nondum video. *Quintil.* l. 11. c. 1. *ante med.* Philosophiam ex professo ostentantibus parum decori sunt plerique orationis ornatus. Verba exquisitiora non conveniunt barbæ illi atque tristitiæ. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 34. sapientem pascere barbam. *h. e.* Stoicum philosophum profiteri. Adde *Lactant.* l. 3. c. 25. ¶ *Aurea barba* ornari solebant Deorum statuæ, quos maxime colere quis volebat. Ea enim re valde iis gratificari credebant. Hinc *Pers.* sat. 2. v. 56. nam fratres inter ahenos, Somnia pituita qui purgatissima mittunt, Præcipui sunto; sitque illis aurea barba. *Petron. in Fragm. Tragur.* c. 58. *Burm.* Aut ego me non novi, aut non deridebis, licet barbam auream habeas. *h. e.* deus sis: vel ditissimus, et potentissimus. ¶ Apud *Juvenal.* sat. 16. v. 31. dicitur aliquis *dignus esse barba, et capillis majorum*, qui probis est moribus, et antiquis. Prisci enim homines, qui castigatissimis moribus fuisse dicuntur, neque barbam, neque capillum tondere consueverunt. Primi enim tonsores in Italia fuisse dicuntur post A. U. C. CCCCLIV. ut *Varr. sub fin.* l. 2. *R. R.* et ex eo *Plin.* l. 7. c. 59. narrat: quo tempore ex Sicilia in Italiam venere tonsores: primusque omnium radi quotidie instituit Africanus sequens, ut *Plin. ibid.* tradit. Inde mos inductus, ut viri raderent, adolescentes alerent, ut mox dicetur. Hinc barbatuli juvenes, *Cicer. Attic.* l. 1. ep. 14. ¶ *Barbam alicui vellere*, τὸν πώγωνα τίλλειν τινὶ, atrox injuria, magnumque ludibrium est. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 133. *Pers.* sat. 1. *in fi. et* sat. 2. v. 28. ¶ Primam barbam solebant Romani, ut primum totondissent, diis consecrare, præsertim Apollini, Jovi, et Veneri. Fere autem id fiebat circa vigesimum secundum ætatis annum (comam enim aliquot annis ante id tempus detondere, atque itidem diis dicare mos fuit) eratque ille dies solemnis, ac lætus, et celebrabatur coacto consanguineorum atque affinium cœtu, conviviis, missisque ultro citroque muneribus, &c. tanquam alter natalis dies. Videbantur enim quodammodo pueritiam exsuere, et ad virilem statum transire. *Sueton. in Ner.* c. 12. Barbam primam posuit, conditamque in auream pyxidem, et pretiosissimis margaritis adornatam Jovi Capitolino consecravit. *Juvenal.* sat. 3. v. 186. Ille metit barbam: crinem hic deponit amati: Plena domus libis venalibus. Adde *Petron. in Satyr.* c. 29. ¶ Dicitur etiam *barba* de brutis animalibus, qui vel villos habent a mento pendentes, vel aliquid barbæ simile. *Plin.* l. 12. c. 17. Barbæ hircorum. *Id.* l. 26. c. 8. caprarum. *Id.* l. 30. c. 11. gallinaceorum. *Id.* l. 9. c. 17. Mulli barba gemina insigniuntur inferiori labro. *barbels are distinguished by having two barbs or wattles hanging from the lower jaw. Id. ibid.* c. 30. Polyporum barbæ. *h. e.* crines, cirri, flagella barbæ modo e capite pendentia. *claws. Horat.* l. 1. sat. 8. v. 42. ubi de veneficiis agit Canidiæ, et Saganæ, lupis quoque *barbam* tribuit: et videtur significare partem rostri inferiorem, vel totum rostrum, parte pro toto accepta. ¶ *Barba hirquina* est in conviciis, *a beard sharp and pointed like that of a goat. Plaut. Pseud.* 4. 2. 12. Heus tu, qui cum hirquina astas barba. ¶ *Serv.* ad 3. *Georg.* v. 311. et *Vell. Long. in Orthogr.* pag. 2243. *Putsch.* docent, *barbam* in singulari numero dici de hominibus, in plurali vero de brutis animalibus: quod sane discrimen aut falsum est, aut certe non perpetuum. Nam ipse *Virg.* 3. *Georg.* v. 366. de hominibus *impexas barbas* dixit, ut et *Charis.* observavit l. 1. pag. 74. (licet *Serv.* aliter explicare malit) cui adde *Sil.* l. 13. v. 310. et *Petron. in Satyr.* c. 99. ubi *barbas horrentes* uni tantum nautæ adtribuit. Contra in singulari de pluribus etiam hircis *barbam* dixit *Plin.* l. 28. c. 13. ¶ Denique *barba* dicitur de summis arborum ramulis, seu tenuioribus foliis extremis, de lanugine (*the awn*) in plantis, et similibus. *Plin.* l. 17. c. 23. Rami a projectu digitorum modo subrigi, tonsili in his tenuium quoque virgultorum barba, ne obumbrent. *Id.* l. 15. c. 22. Ponticas nuces mollis protegit barba. ¶ *Barba Jovis* species est fruticis, in opere topiario tonsilis, et in rotunditatem spissa, argenteo folio. *Plin.* l. 16. c. 18.

BARBĂRE, adverb. *barbarously, rudely*, βαρβαρικῶς, βαρβαριστὶ, barbaro more: et refertur tum ad sermonem, tum ad mores. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 4. Si grammaticum se professus quispiam, barbare loquatur. *ungrammatically. Quintil.* l. 1. c. 6. *in fi.* (*al.* c. 12.) Barbare exclamare. *Horat.* l. 1. od. 13. v. 14. Barbare lædens oscula. ¶ Quia vero Græci omnes externas gentes *barbaras* vocabant: hinc *barbare* pro Latine usurpatur in illo *Plaut. Asin. prol.* v. 10. Huic nomen Græce est Onagos Fabulæ: Demophilus scripsit, Marcus vortit barbare. Adde *Trinum. prol.* v. 19. *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 36. et *Fest.* in *Barbari.*

BARBĂRI, orum, m. *Barbarians*, οἱ Βάρβαροι. Appellati ita sunt a βάρβαρ, voce ficta ab Atheniensibus, cum exteros irridere vellent, quod eorum sermo vernaculus inconcinnus videretur, et quod loqui Græce volentes, difficulter, duriter, aspereque Græca sonarent. ¶ Hujus generis ceteræ omnes gentes erant præter Græcos; quod nulli præter ipsos viderentur eleganter loqui. nam πᾶς μὴ Ἕλλην βάρβαρος, ut est apud *Serv.* ad 2. *Æneid.* vers. 504. Unde *Plautus Mil.* 2. 2. 56. Nævium Poetam Latinum *Barbarum* dixit. Quo pertinet et illud ejusdem *Curcul.* 1. 2. 60. Pessuli gerite amanti mihi morem: fite causa mea Lydi barbari. V. *Lydus.* Adde *Catonem* apud *Plin.* l. 29. c. 1. et *Festum.* ¶ Hoc deinde nomen Latini usurparunt: eoque omnes appellavere, qui vel Latini, vel Græci non essent. Græcis enim hunc honorem habuere propter culturam litterarum, legum, et artium, quas ab iis acceperant. *Plin.* l. 11. c. 37. Urorum cornibus Barbari Septentrionales potant. *Id.* l. 8. c. 27. Pantheras perfricata carne aconito Barbari venantur. Adde l. 13. c. 15. V. *Barbaria*, et *Barbarus.* ¶ Denique *Barbaros* dixere eos omnes, qui Romano Imperio subjecti non essent: qua ratione etiam Itali in Gallia comata, in Liguribus, &c. interdum significantur. Cujus rei testimonia occurrunt apud *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* c. 4. item *Liv. Flor.* et *Ammianum*: item in *libb. Dig. et Cod. Justin.* ut est apud *Brisson. de U. S.* ¶ *Barbarum* pro *Barbarorum* in genitivo plural. *Phædr.* l. 4. fab. 6. In perniciem Graium, et Barbarum.

BARBARĬA, æ, et Barbaries, ei, f. *any territory inhabited by barbarians*, a Latinis dicitur omnis externa regio præter Italiam, et Græciam; item gentes in iis regionibus incolentes. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 15. A quo non solum Græcia, et Italia, sed etiam omnis Barbaria commota est. *Id.* 5. *de Fin.* c. 4. Omnes fere civitates, non Græciæ solum, sed etiam Barbariæ. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 829. Quid tibi Barbariem, gentes ab utroque jacentes Oceano numerem? *Lucan.* l. 8. v. 812. adde subactam Barbariem, gentesque vagas. ¶ Hoc sensu in plurali num. usurpavit *Tertull. advers. Judæos*, c. 7. et *de Virgin. veland.* c. 2. ¶ Speciatim dicitur de Phrygia. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 7. Græcia Barbariæ lento collisa duello. ¶ Apud Græcos omnis externa regio *Barbaria* est. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 21. Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boves. *h. e.* in Italia. Est enim Græcus homo, qui ibi loquitur. Adde *eund. in fragm.* apud *Fest.* in *Vapula.* ¶ Dicitur etiam de barbaris, ac feris moribus, *barbarity, incivility, savageness, cruelty. Cic. pro Cornel. Balb.* c. 19. Inveteratam barbariam ex Gaditanorum moribus, disciplinaque delere. *Flor.* l. 4. c. 12. *de Sarmatis.* Tanta barbaries est, ut pacem non intelligant. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 551. Oscula vir dederat (memini) suus: oscula questus Sum data. barbarie noster abundat amor. *h. e.* feritate quadam, et nimia zelotypia. ¶ Sumitur item pro rusticitate, ignorantia, aut stultitia. *rudeness, rusticity, ignorance. Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 8. v. 3. Ingenium quondam fuerat pretiosius auro: At nunc barbaries grandis, habere nihil. *Justin.* l. 43. c. 4. Ab his igitur Galli et usum vitæ cultioris, deposita et mansuefacta barbaria, et agrorum cultus didicerunt. ¶ Item pro vitio sermonis, *impropriety of speech, a barbarism. Cic. de clar. Orat.* c. 74. Sed omnes tum fere, qui nec extra urbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscaverat, recte loquebantur. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 26. Si multitudo litium, si varietas causarum, si hæc turba, et barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. *h. e.* turba illitterata, et barbara.

BARBARICARĬI, orum, m. iidem qui Phrygiones, hoc est textores artificesque barbaricæ vestis, exprimentes ex auro, et coloratis filis hominum formas, et diversorum animalium et specierum imitatam subtilitate veritatem. Ita *Donat.* ad illud *Virg. Æn.* 11. v. 777. Pictus acu tunicas, et barbara tegmina crurum. Ubi *Servius* quoque de textura Phrygionum intelligit. Hi autem ideo *barbaricarii* dicti sunt, quia *Barbaria* speciatim pro Phrygia aliquando sumitur, et *Barbaricus* pro Phrygio. ¶ Legitur præterea in *Cod. Justin.* lib. 12. tit. 24. leg. 7. *in fi.* et in *Cod. Theodos.* lib. 10. tit. 22. leg. 1. ubi *barbaricarii* sunt, qui aurum, argentumve operibus illinunt, *gilders.*

BARBARĬCE, *barbarously, in the style of savage barbarity*, βαρβαρικῶς, Barbarorum more. *Capitolin. in Vero*, c. 10. Barba prope barbarice demissa.

BARBARĬCUS, a, um, *barbaric, barbarous, savage*, βαρβαρικὸς, idem quod Barbarus. *Sueton. in Claud.* c. 47. Barbarica nomina. *Plaut. Cas.* 3. 6. 19. et *Sallust. orat.* 1. *ad Cæs. de republ. ordin.* c. 3. *extr.* Neque barbarico ritu cæde cædem, sanguine sanguinem expiandum. *Claudian.* 2. *in Eutrop.* v. 226. Barbarica vita. *h. e.* Barbarorum similis, et plena feritatis. *Ovid. Heroid.* ep. 3. Quam legis, a rapta Briseide littera venit, Vix bene barbarica Græca notata manu. *scil.* quia Briseis erat e Lyrnesso insula. Omnes autem qui Græci non essent a Græcis barbari dicti sunt. *Plaut. Capt.* 4. 2. 104. Barbaricæ urbes. *h. e.* Italæ. Græcus enim ibi homo loquitur. Sic *Id. Capt.* 2. 3. 32. Barbarica lex. *h. e.* Romana. *Flor.* l. 3. c. 3. Barbarica stoliditas. *Virg.* 8. *Æn.* v. 685. Hinc ope barbarica, variisque Antonius armis. *h. e.* Orientalium nationum exercitu contra Romanos bellum ferens. ¶ Ponitur etiam pro Phrygio. Phryges enim speciatim *barbari* dicti sunt. *Ennius* apud *Cicer. Tuscul.* 3. c. 19. O pater, o patria, o Priami domus! Vidi ego te, astante ope barbarica, Tectis cælatis, &c. *h. e.* dum staret regnum Phrygum incolume. *Virg.* 2. *Æn.* v. 504. Barbarico postes auro, spoliisque superbi. Ubi *Servius*: aut multo, quia Barbari copiæ magis quam elegantiæ student: aut a Barbaris capto: aut vere barbaro, idest Phrygio. nam et *Homerus* Phrygas *barbaros* appellat. *Lucret.* l. 2. v. 499. Barbaricæ vestes. *h. e.* Phrygio more pictæ. ¶ *Barbarica silva* ab agricolis dicitur, quæ conseminea est, et aut nulla, aut certe levi cultura colitur. *Colum.* l. 11. c. 2. *a med.* Silvam si quis barbaricam, idest consemineam velit facere. ¶ Accipitur etiam *barbaricus* pro peregrino, externo. *foreign.* Hinc *Plin.* l. 21. c. 6. errasse eos dicit, qui Baccaris radicem *barbaricam* appellavere, quia nempe in Italia non proveniret, sed solummodo in externis regionibus. Ita enim ibi interpretatur *Harduin.* (quamquam *Salmas. in Exercit. Plin.* pag. 1068. aliter legendum putat.) Eadem fortasse ratione dicta videntur ab eodem *Plin.* l. 15. c. 15. pyra barbarica. et lib. 36. c. 25. barbarica pavimenta: quia nempe ab exteris regionibus in Italiam primum invecta fuerint. *Prudent. in Apoth.* v. 211. Barbarici sinus. *h. e.* vestes Babylonicæ. ¶ De *sphæra barbarica* dicemus in *Sphæra.* ¶ *Barbaricum, ci*, absolute (subaudi *solum*) est Barbarorum regio non subjecta Romanis. *Spartian. in Sever.* c. 47. Milites expeditionis tempore sic disposuit, ut in mansionibus annonas acciperent, nec portarent cibaria XVII dierum, nisi in Barbarico. *in a hostile land. Ammian.* l. 18. c. 2. (*al.* 4.) Visus in barbarico miles. *Eutrop.* l. 9. c. 4. Uterque in Barbarico interfecti. ¶ Est præterea *Barbaricum*, teste *Festo*, clamor exercitus, quia eo Barbari uti solent. qui clamor *barritus* etiam appellatur Barbaro vocabulo, ut infra suo loco dicemus. *a sort of war-whoop.* ¶ Denique *barbaricum* adverbii more pro *barbarice* ponitur. *Sil.* l. 12. v. 418. Barbaricum, atque immane gemens.

BARBARĬES, V. *Barbaria.*

BARBARISMUS, i, m. *impropriety, or impurity of expression, a barbarism*, βαρβαρισμὸς, (Græca vox, Latine *sermo rusticus*, teste *Gell.* l. 13. c. 6.) vitium orationis, quod fit in singulis verbis. nam si in plurium verborum constructione fiat, *solœcismus* dicitur. Fit autem pluribus modis, ut cum peregrinam, et barbaram vocem usurpamus; vel utimur quidem vocibus Latinis, sed eas corrumpimus vel declinatione, aut conjugatione, ut si *legebo* dicamus pro *legam*, vel *carmini* pro *carminis*; vel pronuntiatione, longam *v. gr.* pro brevi proferendo; vel scriptione, ut si aspirationem adscribamus, ubi locum non habet; vel denique alio quopiam modo verba invertamus: qua de re plura Grammatici. V. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *Charis. initio* lib. 4. *Diomed.* l. 2. pag. 446. *Putsch.* et alios. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 12. Barbarismus est, cum verbum aliquod vitiose effertur. *Martial.* l. 6. epigr. 17. Cinnam, Cinname, te jubes vocari: Non est hic, rogo, Cinna barbarismus? ¶ *Gell.* l. 13. c. 6. Id vocabulum quod dicitur vulgo barbarismus, qui ante divi Augusti ætatem pure, atque integre locuti sunt, an dixerint, nondum equidem inveni. ¶ Potest etiam ad animi naturam referri: et quemadmodum *barbarum* dicimus, qui est incultis, ac feris moribus, ita *barbarismum* pro feritate, et barbarie usurpare licebit. *Quintil.* enim *loco cit.* ubi *barbarismi* genera enumerat, Alterum, *inquit*, genus barbarismi accipimus, quod fit animi natura, ut is a quo insolenter quid, aut minaciter, aut crudeliter dictum sit, barbare locutus existimetur. *Sidon.* l. 9. ep. 3. Quidam barbarismus est morum sermo jucundus, et animus afflictus. ¶ Si qui apud Poetas reperiantur *barbarismi*, schematismos, schemata, metaplasmos appellari docent *Quintil.* l. 1. c. 8. (*al.* 14.) *Charis. initio* lib. 4. et *Diomed.* l. 2. pag. 446. et 449. *Putschii.* V. *Metaplasmus.*

BARBAROLEXIS, is, f. βαρβαρόλεξις, vitium est orationis barbarismo simile: in eo tamen differens, quod barbarismus fit in nostra loquela, inquit *Charis. initio* lib. 4. βαρβαρόλεξις in peregrina, hoc est ut *Isid.* l. 1. *Orig.* c. 31. explicat, barbarismus in verbo Latino fit, dum corrumpitur; quando autem barbara verba Latinis eloquiis inseruntur, βαρβαρόλεξις dicitur. Refertur autem inter figuras orationis; ac tales sunt *gaza*, et *magalia* apud *Virgil.*

BARBĂRUS, a, um, *barbarian, barbaric; wild, savage,*

rude, untutored, uncivilized, Βάρβαρος, a Græcis dicitur quicunque Græcus non est, ut in *Barbari* docuimus. Hinc apud *Plaut.* qui in suis Fabulis plerumque Græcos homines loquentes inducit, legitur *Barbaria* pro Italia, et *Barbaricæ urbes* pro Italis. Sic *Mil.* 2. 2. 56. ubi poetam barbarum memorat, *Nævium* Latinum poetam intelligit. Huc pertinet etiam illud ejusdem *Plauti Stich.* 1. 3. 40. Hæc verba subigunt me, mores ut barbaros discam, atque ut faciam præconis compendium: itaque auctionem prædicem, ipse veneam. *h. e.* mores omnino inusitatos in Græcia, et peregrinos, qualis est, ut qui præconem agit, et auctionem facit, ipse se vendat. ¶ Latini quoque Barbaras dixerunt omnes externas Gentes, Græcis exceptis (V. *Senec.* 3. *de Ira*, c. 2.) idque non ob eam solum rationem, quod externi essent, sed tum propter asperiorem sermonem, tum propter rudia ingenia, stultitiam, ignorationem litterarum, agrestem, duramque vivendi rationem, morum feritatem, et sævitiam. Tribuitur autem non solum hominibus, ac rebus ipsis, sed etiam locis ipsis cultu, et cælo mitiore carentibus. *Cic.* 6. *Verr.* c. 50. Neque tam barbari lingua et natione illi, quam tu natura, et moribus. *Id. pro Marcell.* c. 2. Gentes immanitate barbaræ, multitudine innumerabiles. *Id. pro Font.* c. 10. Immanis ac barbara consuetudo hominum immolandorum. *Petron. in Satyr.* c. 96. Rabiosa, et barbara voce perorare. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 78. Sacra suo facio barbariora loco. *Curt.* l. 5. c. 5. Barbaræ litteræ. *Horat.* l. 2. od. 6. v. 3. Barbaræ Syrtes. et od. 19. v. 17. Mare barbarum. *Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 61. Barbaræ aræ. *h. e.* a Barbaris exstructæ. *Trebell. Poll. in XXX Tyrann.* c. 23. *de Saturnino.* Victoriæ barbaræ. *h. e.* de Barbaris reportatæ. Al. aliter leg. ¶ *Barbarum*, i, genus emplastri, de quo *Cels.* l. 5. c. 19. sect. 1. et cap. 26. sect. 23. *a med.* et *Scribon. Larg. compos.* 207. *a sort of plaster.* ¶ *In barbarum* est in morem barbarorum. *Tacit. Ann.* 6. c. 42. Civitas non in barbarum corrupta, sed conditoris Seleuci retinens. *Id.* 5. *Hist.* c. 2. Accolas Idæos, aucto in barbarum cognomento, Judæos vocitari. ¶ Speciatim *Barbari* dicti sunt Phryges. *Horat. Epod.* 9. v. 5. Sonante mixtum tibiis carmen lyra, Hac Dorium, illis Barbarum. *Virg. Æn.* 11. v. 777. Pictus acu tunicas, et barbara tegmina crurum. V. Phrygius. [*Barbari casus* videntur ii esse qui terminationem habent tantum Latinam, non vero Græcam. *Cic. in Orat.* c. 48. Et cum *Phrygum* et *Phrygibus* dicendum esset, absurdum erat aut tantum barbaris casibus Græcam litteram adhibere, aut recto casu solum Græce loqui; nunc tamen et *Phryges* et *Phrygum* aurium causa dicimus. *Goldbacchius* putat, casus obliquos ideo barbaros dictos, quod a rectis deflectant, quasi barbarum sit, quidquid recto utcumque oppositum est. Sed *Gesnerus* in *Thesaur. L. L.* in V. *Casus* censet, Ciceronem vocasse casus barbaros *Phrygum* et *Phrygibus*, quod eos Latini cum Græcis communes non habent; *Phryx* enim et *Phryges*, casus recti, etiam Græci sunt; in his igitur Græcæ litteræ *ph* et *y* ferri possunt, ergo, ait *Cicero*, cur non eædem retineri possint etiam in barbaris casibus *Phrygum* et *Phrygibus*, aurium scilicet causa?]

BARBATORIA, æ, f. recisio barbæ, πωγωνοκουρία, barbæ recisio. *Barbatoriam facere* apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 73. *Burman.* est primam barbam ponere, quod solemni ritu fieri solebat, ut in *Barba* dictum est. Verba *Petronii* sunt: Amici, inquit, hodie servus meus barbatoriam facit. Itaque usque in lucem cœnemus.

BARBATŬLUS, a, um, *having a small or thin beard*, qui primam barbam vix emisit, aut qui exiguam habet barbam, ἀρτιγένειος, λειογένειος. *Cic.* l. 1. *Attic.* ep. 14. Concursabant barbatuli juvenes, totus ille grex Catilinæ. *Id. Parad.* 5. c. 2. Barbatulos mullos exceptans de piscina. V. *Barba.*

BARBĀTUS, a, um, *having a beard, bearded*, πωγωνίας, ἐκπώγων, barbam habens. *Cic. pro Cœl.* c. 14. Aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis, non hac barbula, qua ista delectatur, sed illa horrida, quam in statuis antiquis, et imaginibus videmus. *Id. Attic.* l. 2. ep. 1. Si mulli barbati sint, qui ad manum accedant. ¶ Sæpe dicitur de antiquis hominibus, quia Veteres nec capillum tondere, nec barbam radere solebant. V. *Barba. Cic. pro Mur.* c. 12. Hæc jam tum apud illos barbatos ridicula, credo, dicebantur. *Id. pro Sext.* c. 8. Unum aliquem ex barbatis illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis intueri. *Juvenal.* sat. 4. v. 103. facile est barbato imponere regi. *h. e.* stulto, aut minus astuto, simplici, ac rudi. Tales enim prisci illi fuere. ¶ Item de philosophis, qui barbam alere solebant. *Pers.* sat. 4. v. 1. barbatum hæc crede magistrum Dicere, sorbitio tollit quem dira cicutæ. *h. e.* Socratem. Adde *Juvenal.* sat. 14. v. 12. ¶ *Barbatus* substantive. *Petron. in fragment. Tragur.* c. 40. *Burman.* Non ille Carpus accessit, sed barbatus ingens, fasciis cruralibus alligatus. *Martial.* l. 14. epigr. 81. Ne mendica ferat barbati prandia nudi, Dormiat et tetrico cum cane pera rogat. *h. e.* Philosophi Cynici. *Phædr.* l. 4. fab. 8. v. 10. *barbatum* pro hirco posuit. ¶ Translate *Martial.* l. 14. epigr. 84. Ne toga barbatos faciat, vel pænula libros. *h. e.* assiduo attritu libros villosos reddat, dum sinu gestantur. ¶ *Barbata nux* dicitur a *Plin.* l. 19. c. 1. quæ lanugine, ceu barba, tegitur. ¶ Apud *eund.* l. 10. c. 3. inter varias aquilarum species est etiam *barbata*, quam a Tuscis ossifragam appellari ait. *an ospray.* ¶ De *Fortuna barbata*, h. e. viri barbati specie culta, cujus ædiculam fuisse Romæ dicunt in secunda regione, exstat figura et vetus Inscriptio apud *Spon. in miscell. erud. antiq.* sect. 3. pag. 104.

BARBĪGER, a, um, *having a beard*, πωγωνοφόρος, qui barbam fert: et dicitur fere de capris. *Lucret.* l. 5. v. 898. Barbigeræ pecudes. et lib. 6. v. 970. Barbigeræ capellæ.

BARBITĬUM, ii, n. *a beard*, idem ac barba. *Apulei.* l. 5. *Metam.* Juvenis lanoso barbitio genas inumbrans. *Id.* l. 11. *Metam.* Hircino barbitio philosophum fingere.

BARBĬTOS, i, m. et f. et Barbiton, i, n. *a stringed instrument of music, a lute, lyre, violin*, ὁ καὶ ἡ βάρβιτος, et βάρβιτον, τὸ, genus musici instrumenti multas chordas habentis (nam *Theocritus* appellat πολύχορδον) et graviorem edentis sonum: unde et βαρύμιτον dicitur, ut *Poll.* l. 4. c. 9. docet, a βαρὺς, gravis, et μίτος, quæ vox tum filum, tum fides seu nervos significat. A Latinis Poetis pro lyra sumitur: cumque Græca vox sit, libenter Græca positione effertur. *Horat.* l. 1. od. 32. v. 3. age dic Latinum, Barbite, carmen. *Id.* l. 3. od. 26. v. 3. defunctumque bello Barbiton hic paries habebit. *Ovid. Her.* ep. 15. v. 7. Flendus amor meus est: elegeia flebile carmen. Non facit ad lacrymas barbitos ulla meas. *Auson.* epigr. 44. *ad Philomus. Grammat.* Hoc genere et chordas, et plectra, et barbita conde. *Claudian. in proœm. ad Epithal. in nuptiis Honor. et Mar.* v. 9. Terpsichore facilem lascivo pollice movit Barbiton.

BARBŬLA, æ, f. *a little beard.* γένειον, exigua barba. *Cic. pro Cœl.* c. 14. Aliquis ex barbatis illis, non hac barbula, qua ista delectatur, sed illa horrida, &c. ¶ Translate *Plin.* l. 21. c. 8. Bellio pastillicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur. *Id.* l. 27. c. 11. Gerit juxta folia singulas veluti barbulas. ¶ Fuit cognomen Romanum in gente Æmilia, ut Q. Æmilius Barbula. *Liv.* l. 9. c. 20.

BARBUS, i, m. *a barbel, mullet*, piscis fluviatilis, et marinus, idem qui mullus, vel ex mullorum genere (unde *barbatos mullos* dixit *Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. *a med.*) ita appellatus, quia veluti barba gemina insignitur in labris. *Auson. in Mosell.* v. 94. Liberior laxos exerces, barbe, natatus. et v. 134. Propexique jubas imitatus gobio barbi.

BARCA, æ, f. *a bark, barge, small ship*, ἐφολκὶς, σκάφος, genus parvi navigii phaselo, aut scaphæ simile, et vehendis oneribus aptum. Scribit *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 1. barcam esse, quæ cuncta navis commercia ad litus portat; eamque in pelago, propter nimias undas, in navi ipsa vehi. Hujusmodi vocant Angli *a skiff, cock-boat.* Sed barca in Latina lingua vox est recentioris ævi. *Paulin. Nolan.* carm. 21. (*al.* 13.) v. 95. *ad Cyther.* Ut mox salubri barca præsidio foret Puppi superstes obrutæ.

BARCE, es, f. Βάρκη, nutrix Sichæi apud *Virg. Æn.* 4. v. 632. ubi *Servius* notat, hoc cognomen fuisse etiam familiæ Annibalis. ¶ Item oppidum Africæ, quod postea *Ptolemais* dictum est inter Ægyptum et Syrtes majores, ubi Cyrenaica, et Marmarica regiones; ita dicta a *Barce* Regina, ut *Serv. ad Æn.* 4. v. 42. docet. *Plin.* l. 5. c. 5.

BARCÆI, orum, m. Populi Africæ a Barce oppido denominati, Carthaginiensium hostes. *Virg.* 4. *Æn.* v. 43.

BARCÆUS, a, um, Barcæus juvenis *Silio* l. 10. v. 355. et l. 12. v. 200. est Annibal, qui ortus Sarrana prisci Barcæ de gente vetustos A Belo numerabat avos, ut ait *Id.* l. 1. v. 72.

BARCHĪNUS, a, um, adject. ad Barcham pertinens, quæ fuit familia Carthagine nobilissima, et potentissima, ex qua Annibal fuit. Hinc *Barchinos*, et *Barchinam factionem*, et *Barchinam familiam* memorat *Liv.* l. 21. c. 3. et 9. et lib. 23. c. 13. ¶ Barchinam cladem *Sidon.* carm. 2. v. 532. appellat, qua victus fuit a C. Claudio, et M. Livio, ad amnem Metaurum Asdrubal frater Annibalis, et in ipso prœlio occisus: de qua *Liv.* l. 27. c. 47. *et sequentib.* ¶ Legitur et *Barcinus.*

BARCĪNO, et Barcinon, onis, f. [† nunc] *Barcelona*, urbs nobilis Hispaniæ citerioris maritima cum portu, caput Catalauniæ, olim colonia Romanorum, cognomine Faventia, ut apud *Plin.* l. 3. c. 3. legitur. *Auson.* ep. 24. *ad Paulin.* v. 89. Tarraco, et ostrifero superaddita Barcino ponto. *Prudent. peristep.* 7. *de SS. Martyrib. Cæsaraugustan.* v. 33. Barcinon claro Cucufate freta Surget, et Paulo speciosa Narbo.

BARCINONENSIS, e, ad Barcinonem pertinens, ut *Barcinonensis muria* apud *Auson.* ep. 21.

BARDAĬCUS, a, um, adject. *Juvenal.* sat. 16. v. 13. Bardaicus judex datur hæc punire volenti Calceus, et grandes magna ad subsellia suræ. *h. e.* miles habens calceum Bardaicum, et grandes suras datur judex, &c. *a military judge.* Est autem *Bardaicus* vox deducta a *Bardæis*, qui fuere populi Illyrici; apud quos fortasse militares illi calcei vel inventi sunt, vel in magno usu fuere. Hinc *Bardaicum* absolute pro Bardaico calceo posuit *Martial.* inter ea, quæ mali sunt odoris, enumerans, lib. 4. epigr. 4. Lassi bardaicus quod evocati. *a soldier's shoe.* ¶ Sunt qui aliter verba *Juvenal.* interpretantur, nempe ut *Bardaicus* ad judicem referatur, non ad calceum. Qua ratione *Bardaicus judex* esse dicitur miles cucullo amictus, quæ vestis est militaris vilior a Bardeis itidem denominata, et alio nomine *bardocucullus* dicta. Hinc *bardaicos cucullos* legimus apud *Capitolin. in Pertin.* c. 8. ubi multa *Salmas.* in hanc rem. Similiter apud *Martial.* exponunt *bardaicum* non calceum, sed bardocucullum, qui diu a milite gestatus, et sudore perfusus, satis habet tetri odoris. Itaque *Liburnici cuculli*, qui apud *eund. Martial.* leguntur in lemmate epigram. 139. libri 14. iidem esse videntur qui *Bardaici.* Nam et Liburnia in Illyrico est. ¶ Plura qui volet ad hæc loca, quæ varie præterea a variis exponuntur, ipsos adeat eorum Interpretes. ¶ Sunt, qui ubique legunt *Bardiacus*, eodem tamen sensu: sed *Bardaicus* magis placet eidem *Salmas. Gruter.* et aliis, quia ut ab *Achæus* fit *Achaicus*, sic a *Bardeus*, vel *Bardæus* (ut mallet legi *Salmasius*) fit *Bardaicus.*

BARDĒI, vel Bardæi, orum, m. populi Illyrici, qui quondam ut in Italia sedes figerent, bellum cum Cinna, et Mario gessere, ut in quibusdam *Vet. Gloss.* legitur apud *Salmas. in commentar. ad Capitolin. in Pertin.* cap. 8.

BARDI, orum, m. *poets of ancient Gaul, Burds*, apud Gallos dicti sunt, qui poeticæ studiosi erant, et carminibus celebrabant laudes virorum fortium, magno ob id a suis in honore habiti, ut *Fest.* et *Suid.* lib. 4. tradunt. Est autem hæc appellatio non gentis, aut loci, sed sectæ, seu ordinis. Tria enim hominum genera apud Gallos honestissima fuisse, docet *Suid.* nempe Vates qui sacrificiis, et præterea contemplandæ naturæ operam dabant; Druidas, qui præter hanc philosophiam, de moribus etiam disceptabant; et Bardos. *Lucan.* l. 1. v. 447. Vos quoque, qui fortes animas, belloque peremptas Laudibus in longum vates dimittitis ævum, Plurima securi fudistis carmini Bardi. Adde *Ammian.* l. 15. c. 9. (*al.* 24.) ubi *Valesius* ex auctoritate *Athenæi*, [† lib. 6. τὰ δὲ ἀκούσματα αὐτῶν εἰσὶν οἱ καλούμενοι Βάρδοι. ποιηταὶ δὲ οὗτοι τυγχάνουσι μετ' ᾠδῆς ἐπαίνους λέγοντες.] *Appiani*, &c. ostendit solitos fuisse Bardos castra sequi, et Regum, ac ditiorum mensas, veluti parasitos et scurras, consectari, carmina in eos laudum plena, et conviciorum in hostes fundendo, quibus se commendabant. [† Cf. *Strab.* 4. Βάρδοι μὲν ὑμνηταὶ καὶ ποιηταί. *Diod.* 5. εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ποιηταὶ μελῶν, οὓς Βάρδους ὀνομάζουσι.]

BARDĬACUS, V. *Bardaicus.*

BARDĪTUS, V. *Barritus.*

BARDOCUCULLUS, i, m. *a course short cloak or frock, with a cowl or hood, worn in ancient Gaul, and at Rome by slaves, soldiers, and rustics*, genus vestis e viliore, ac villoso panno, quæ cucullum, seu tegmen capitis assutum habet, qua utebantur rustici, milites, et servi viliores pluvio tempore, et in ea etiam, si opus esset, cubabant. Sunt qui putant non vestem, sed solum capitis tegmen significari. Quod probari videtur illo *Juvenal.* sat. 8. v. 145. Tempora Santonico velas adoperta cucullo. ubi *bardocucullum* procul dubio designat. Aptius tamen pro tota veste sumitur tegmen capitis habente. Fiebant hujusmodi vestes præcipue in Gallia apud Santones, et Lingones: putantque nonnulli denominatas esse a *Bardis*, de quibus dictum est in voce præcedenti: alii tradunt dictas esse a *Bardeis* populis Illyrici, et esse easdem, quas *Capitolin. in Pertin.* c. 8. appellat *cucullos Bardaicos.* V. *Bardaicus. Martial.* l. 14. epigr. 128. Gallia Santonico vestit te bardocucullo. Cercopithecorum pænula nuper erat. *Id.* l. 1. epigr. 54. Sic interpositus villo contaminat uncto Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus.

BARDUS, a, um, *slow, dull, heavy, stupid*, βραδὺς, δυσμαθὴς, qui tardus est ingenio, hebes, stolidus, stupidus, stultus: a βραδὺς facta metathesi, ut *Fest.* et *Non.* c. 1. n. 32. docent. *Cic. de Fato* c. 5. Zopyrus stupidum esse Socratem dixit, et bardum. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 2. Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. *Id. Pers.* 2. 1. 2. Barda, et rustica mulier. *Tertull. advers. Hermog.* c. 36. Pictor te bardior non est.

BARINŬLÆ, arum, m. sunt scrutatores, et repertores aquarum, qui usitatiore vocabulo *aquilices* dicuntur. Legitur apud *Serv. ad* l. 1. *Georg.* v. 109. Sed est tamen dubiæ admodum auctoritatis.

BARIPPE, V. *Baroptenus.*

BARIS, idis, *et Græca positione* idos, f. *a boat in which the Egyptians carried dead bodies to be buried*, βᾶρις, genus navigii apud Ægyptios, quod contis propellitur, magnorum quidem ponderum capax, sed Nilo tamen solummodo, non mari idoneum. *Propert.* hoc nomine appellat naves, quibus Cleopatra cum Antonio contra Augustum pugnavit: non quod revera *barides* fuerint. nam maximas eas fuisse, et munitissimas, nec contis, sed pluribus remorum ordinibus actas, ex *Floro* l. 4. c. 11. constat: sed ad irridendas Ægyptiorum opes, qui cum fortissima, atque invicta Romanorum classe concurrere ausi fuerint. Locus *Propertii* est lib. 3. eleg. 9. v. 41. Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubin, Et Tiberim Nili cogere ferre minas. Romanamque tubam crepitanti pellere sistro, Baridos et contis rostra Liburna sequi.

BARĪTUS, V. *Barritus.*

BARO, ōnis, m. *a name of reproach given by the Gauls to the slave of a common soldier; a dunce, dolt, blockhead*, vox est contumeliæ, et significat stultum, bardum, fatuum,

hebetem. Legitur non semel apud *Ciceronem* l. 2. *de Fin.* c. 23. *ad fin.* Hæc cum loqueris, nos barones stupemus. Lib. 2. *de Divin.* c. 70. Huic equidem Antipho, baro, inquit, te victum esse non vides? Quidam leg. *tu vero*, inquit, quod *Victorius* valde improbat. Lib 9. *Fam. ep. ult.* Ille baro te putabat quæsiturum, unum cœlum esset, an innumerabilia. Al. leg. *ille vero*. Quidam *ille non*: sed a *Victor. Manut.* et aliis rejicitur Lib. 5. *ad Attic.* ep. 11. *a med.* Apud Patronem, et reliquos barones te in maxima gratia posui. *Pers.* sat. 5. v. 138. eheu, Baro regustatum digito terebrare salinum Contentus perages, si vivere cum Jove tendis. ¶ Sunt qui in omnibus hisce exemplis pro *baro* reponunt *varo*, vel *varro*, eadem tamen manente sententia. nam *b* et *v* sæpissime commutantur, ut initio hujus litteræ diximus. *Varo* enim, vel *varro* significat stipitem non dolatum, prædurum, atque enodem: a quo *vallum* dictum est. Recte itaque *varo*, seu *baro* pro hebeti, ac stolido usurpatur, cum etiam *stipes* eleganter eum sensum habeat. Posset etiam deduci a *vara*, quæ lignum, aut perticam significat. *Vetus Persii Scholiast.* docet, *barones*, seu *varones* Gallorum lingua dici servos militum, qui utique stultissimi sunt, servi videlicet stultorum. Hoc sensu *Hirt. de B. Alex.* c. 53. Concurritur ad Cassium defendendum. semper enim barones, compluresque evocatos cum telis secum habere consueverat. *Al. leg.* Berones. V. *Berones.* ¶ Quidam scripserunt *baronem* fuisse mulierem philosophiæ studiosam, a qua hanc convicii appellationem ortam esse. Sed ridet hoc *Gruter.* in notis ad lib. 5. *Attic.* ep 11. rejicit etiam *Voss. in Etymol.* ¶ Porro quod in quibusdam *Gloss.* exponeretur *baro*, ἀνὴρ, et *vir fortis in laboribus*, putarunt quidam, *baronem* vocabulam esse dignitatis, et honoris, qua ratione hodieque apud Germanos usurpatur: *Ciceronem* autem ac *Pers.* per ironiam, aut jocum locutos fuisse: sed hæc significatio ad corruptæ Latinæ linguæ ætatem referenda est. V. *Du Fresne in Glossario.* ¶ Vox *baro* legitur etiam bis in *fragmen. Tragur. Petron.* c. 53. et 63. *Burmanni.*

BAROPTĔNUS, gemma est nigri coloris, sanguineis, et albis notis: alio nomine barippe dicta *Plin.* l. 37. c. 10.

BARRĪNUS, a, um, *belonging to an elephant, elephantine*, ad barrum, seu elephantem pertinens. *Sidon.* l. 3. ep. 13. Gerit aures immanitate barrinas.

BARRĪO, is, n. 4. *to make a noise like an elephant*, τρίζω, verbum exprimens vocem barrorum, seu elephantorum, ut *Fest.* docet. *Spartian. in Geta* c. 5. Elephanti barriunt, ranæ coaxant, equi hinniunt.

BARRĪTUS, us, m. *a noise which an elephant utters*, verbum exprimens vocem barri, seu elephanti, quam *Plin.* l. 11. c. 51. similem esse ait tubarum raucitati. *Apulei. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) Taurorum mugitus, elephantorum barritus, equorum hinnitus. ¶ Est præterea clamor ingens, et inconditus, quem edere solent milites ipso pugnæ initio, ad terrendos hostes. *a loud shout raised by soldiers on the point of engaging the enemy. Veget.* l. 3. *de re milit.* c. 18. Clamor autem, quem barritum vocant, prius non debet attolli, quam acies utraque se junxerit. *Ammian.* l. 16. c. 12. (*al.* 30.) Cornuti, et Bracati barritum civere vel maximum: qui clamor ipso fervore certaminum a tenui susurro exoriens, paulatimque adulescens, ritu extollitur fluctuum cautibus illisorum. *Id.* l. 26. c. 7. *in fi.* (*al.* 22.) Pro terrifico fremitu, quem Barbari dicunt barritum. ¶ Ex postremo hoc loco apparet *barritum* non esse Latinam vocem, sed barbaram: quod confirmatur l. 31. c. 7. (*al.* 21.) ubi tradit, Romanos clamorem edidisse, quem *gentilitate appellant barritum*, hoc est lingua gentium, seu Barbarorum. Quod vero ibidem subdit: *Barbari vero majorum laudes clamoribus stridebant inconditis*, explicat illud idem, quod de Germanis narrat *Tacit.* ita loquens *de mor. German.* c. 3. Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem barritum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipso cantu augurantur. *Lips.* hoc loco legi mallet *baritus* unico *r*. Putat enim Germanicam vocem esse, a verbo *beren*, seu *baeren*, quod *clamare* significat. Alii leg. *barditum*, derivantque a *Bardis*, qui apud Gallos sequi exercitum, et versus canere solebant. [† " De *Barito* clamore bellico, seu, ut quædam habent exemplaria, *Bardito*, nihil audivimus nunc in Germania, nisi hoc dixerimus, quod *Bracht*, vel *Brecht*, milites Germani appellare consueverunt; concursum videlicet certantium et clamorem ad pugnam descendentium; quem *bar bar bar* sonuisse nonnulli affirmant." *Andr. Althameri Schol. in C. Tacit. De Germanis*, fol. 8.] V. *Bardi.*

BARRUS, i, m. *an elephant*, elephantus. *Glossa Gr. Lat.* Ἐλέφας, Elephantus, barrus. Ita etiam exponitur a *Cassiod. de Orthogr.* c. 5. ex *Adimant. Mart.* et ab *Acrone* ac *Porphyr.* ad illud *Horat. Epod.* 12. Quid tibi vis, mulier, nigris, dignissima barris? Ubi *Horat.* vel revera elephantos intelligit; vel potius ut placet *Turnebo* l. 14. c. 30. *Torrentio*, et aliis, significat sordidos, deformes, ac valentes amatores, quibus libidinosa illa anus digna esse videbatur. ¶ Hæc vox non est Latina, sed Barbara, ab Afris, aut Indis petita, quemadmodum barbarum est animal, cujus appellatio est. *Vossius* tamen more suo a Græcis, vel ab Hebræis ducere conatur.

BARȲCÆ ÆDES, et Barycephalæ dicuntur a *Vitruv.* l. 3. c. 2. quæ sunt aræostylæ, quæ cum raras habeant columnas, non possunt in magnam altitudinem attolli, ne pondere ipso fatiscant: itaque humiles fiunt, et latæ. *buildings with low walls, but broad spacious roofs.* Ductæ sunt eæ voces a βαρὺς, gravis, et κεφαλὴ, caput, quia ejusmodi ædes, quasi graviores sint, non ascendunt, neque caput extollunt; ducta fortasse similitudine a brutis animalibus, quæ quo crassius, graviusque caput habent, eo in terram proniora ingrediuntur.

BARYPĬCRON, βαρύπικρον, *wormwood*, cognominatur a Græcis absinthium, propter gravem amaritiem, a βαρὺς, gravis, et πικρὸς, amarus. *Apulei. de herb.* c. 100.

[* BARȲTHON, ōnis, m. βαρύθων, herba, quæ alias herba Sabina vocatur. *Apul. de herb.* c. 85.]

BASALTES, *a kind of marble*, Æthiopum lingua dictum est quoddam genus marmoris in Æthiopia ab Ægyptiis inventi, ferrei coloris, atque duritiæ. Nam *basal* Æthiopibus ferrum significat. *Plin.* l. 36. c. 7.

BASANĪTES LAPIS, *a whet-stone or touch-stone*, βασανίτης λίθος (a βάσανος, quod idem significat) est lapis Lydius, cujus tactu aurum, argentumque exploratur. *Plin.* l. 36. c. 20. et 22.

BASCAUDA, æ, f. *a kind of vessel which the Romans borrowed from the Britons; a basket*, vas Anglicum, in quo calices, et cacabus lavabantur, ut est apud *Vet. Scholiast.* ad illud *Juvenal.* sat. 12. v. 46. Adde et bascaudas, et mille escaria, &c. ¶ Ipsa quoque vox Britannica est, ut indicat *Martial.* l. 14. epigr. 99. Barbara de pictis veni bascauda Britannis: Sed me jam mavult dicere Roma suam.

BASCŬLI, orum, populi Hispaniæ Bæticæ, ad fretum Gaditanum, Turdulis vicini. Hos *Plin.* l. 3. c. 1. et *Pompon. Mela* l. 3. c. 1. appellant *Bastulos. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 10. Non omnis apta natio ad pecuariam: quod neque Basculus, neque Turdulus idonei.

BASELLA, æ, f. *a small base*, parva basis. *Pallad.* l. 1. tit. 18. *de cella vinaria.* Medium spatium cupis deputabitur, quas ne ambulacra prohibeant, basellis altioribus impositas, &c. Al. leg. *usellis.* V. *Asellus.*

BASIATĬO, onis, f. *the act of kissing*, φίλημα, actus basiandi. *Catull.* carm. 7. Quæris, quot mihi basiationes, &c. Adde *Martial.* l. 7. epigr. 94.

BASIĀTOR, oris, m. *one who kisses; a kisser*, φιλητὴς, qui basiat. *Martial.* l. 11. epigram. 99. Effugere non est, Basse, basiatores.

BASIĀTUS, a, um, *kissed*, basio affectus. *Martial.* l. 12. epigr. 59. Hic sutor modo pelle basiata.

BASILĒA, æ, f. [† nunc *Basle*,] urbs Helvetiorum ad Rhenum media inter Constantiam, et Argentoratum. Prima ejus mentio est apud *Ammian.* l. 30. c. 3. (*al.* 8.) ubi al. leg. *Basilia.*

BASILIA, orum, τὰ Βασίλεια, hoc est regia, ad Reges spectantia. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 14. Sic et retro in Basiliis, Anna mater Samuelis, &c. *h. e.* in libris S. Scripturæ, qui Regum inscribuntur.

BASILĬCA, æ, f. Βασιλικὴ, vox Græca est, quæ proprie domum regiam significat: a Βασιλεὺς, Rex. Est autem per se adjectivum, et subintelligitur *domus.* Quia vero Regum ædes ampliores esse solent, atque ornatiores, Latini *basilicas* appellarunt ædes publicas spatiosis membris (quæ Angli dicunt *a hall*,) et ambulationibus instructas, porticibusque amplis sæpe circumdatas: quarum multæ in Foris Urbis Romæ diversis temporibus exstructæ fuere, et eorum, qui exstruxerunt, nominibus appellatæ. Basilicæ faciendæ rationem pluribus docet *Vitruv.* l. 5. c. 1. ex quo earum formam, quæ Romæ fuere, facile colligere licet. Erant autem hujusmodi ædificia ad populi commodum facta, ut haberet, quo convenire posset ab aeris injuriis munitus, et negotia sua sub tecto agere. Nam in basilicis plura judiciorum genera exercebantur, *v. gr.* Centumviralia, ut ex *Quintil.* l. 12. c. 5. *in fi.* et ex *Plin.* l. 2. ep. 14. et l. 6. ep. 33. apparet. Tribunos etiam plebis in basilica Porcia jus dixisse, testatur *Plutarch. in Cat. min.* Præterea conveniebant eo negotiatores, vendendi, emendive causa, mercesque suas venales proponebant, ut ex *Paul. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 33. colligitur. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 14. Basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum. *h. e.* adeo frequentes ad me accedunt Formiani, ut non in villa mea esse, sed in publica basilica videar. *Id. Verr.* 7. c. 58. Forum plenum, et basilicas istorum hominum videmus. ¶ Accipitur aliquando pro parte ædis ampla, columnis ornata, aut pro porticu, in qua ambulare, et spatiari licet. *cloisters. Capitolin. in Gordian.* c. 32. Villa Gordianorum Prænestina, ducentas columnas in tetrastylo habens: in qua basilicæ centenariæ tres. *h. e.* centum pedum longitudinis. [*Fabrett.* pag. 704. n. 252. Respublica, populusque Corfiniensis sacellum Lucceium vetustate dilapsum adjectis basilicis sua pecunia restituit decreto Decurionum, *h. e.* adjectis porticibus ad sacelli ipsius latera, vel e regione extructis.] *Pallad.* l. 1. tit. 18. nomen *basilicæ* de cella vinaria usurpavit: fortasse quia latior exstrui solet, quam cætera ædium membra. ¶ Apud Christianos Scriptores *basilica* dicitur ædes sacra augustior, et celebrior, *a basilic, church. Sulpic. Sever.* l. 2. *hist. sac.* c. 33. *de Helena Constantini matre.* Mox usa regni viribus, basilicam in loco Dominicæ passionis, et resurrectionis, et ascensionis constituit. *Id. ibid.* c. 38. In basilica Martyrum, extra oppidum sita. ¶ *D. Hieronym.* ep. 3. *ad Heliodor.* appellat *basilicas Ecclesiæ* minora sacella, seu ædiculas in ipsa Ecclesia positas.

BASILĬCE, adverb. *splendidly, magnificently, sumptuously, royally*, βασιλικῶς, more Regis, regie, magnifice. *Plaut. Pers.* 4. 2. 1. Euge euge, exornatus basilice! Tiara ornatum lepide condecorat tuum. *Id. ibid.* 1. 1. 29. Basilice agito eleutheria. et 5. 2. 25. Hui! babæ! basilice te intulisti, et facete! *h. e.* regio quasi fastu. ¶ Translate *Id. Epid.* 1. 1. 44. Dii immortales, ut ego interii basilice! *h. e.* omnino, funditus, magna ruina perii. nam Reges si quando adversa utantur fortuna, de magno statu decidunt. *utterly, entirely, root and branch.*

BASILĬCE, es, V. *Basilicon.*

BASILĬCON, i, n. *a kind of plaster; basilicon, tetrapharmacon*, nomen collyrii cujusdam Euelpidis apud *Cels.* l. 6. c. 6. n. 31. quod ad oculos scabros mire facit. ¶ Apud *Scribon. Larg. compos.* 210. est *Basilicon* emplastrum nigrum Triphonis, quod facit ad contusa, ad canis morsus, ad furunculos, &c. Hoc ab *eodem compos.* 238. appellatur *Basilice, es.*

BASILICŬLA, æ, f. *a small basilic*, parva basilica, seu ædes sacra. *Paulin. Nolan.* ep. 32. *ad Sever.* n. 17. Basiliculam consecrare.

BASILĬCUS, a, um, *kingly, princely, royal, magnificent, splendid*, βασιλικὸς, regalis, splendidus, magnificus. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 43. Statum vide hominis, Callipho, quasi basilicum. *Ca.* Bene confidenterque adstitisse intellego. *Id. Capt.* 4. 2. 31. Basilicas edictiones, atque imperiosas habet. *Id. Pers.* 1. 1. 32. Veni, vives mecum: basilico accipiere victu. *shall live royally. Id. Trinum.* 4. 3. 23. Basilica hic quidem facinora inceptat loqui. *Id. Rud.* 2. 4. 18. At ego basilicus sum, quem nisi oras, guttam non feres. *I am a great personage.* ¶ Apud *eund. Plaut. Epid.* 2. 2. 48. refertur *basilicum* inter varia vestimentorum nomina: et certe significat vestem quandam magnificam, et plane regalem. *a princely robe.* ¶ In ludo talorum *basilicus jactus* dicitur, qui est omnium fortunatissimus, et victoriam dat: et videtur esse idem, qui *Venerius. the fortunate throw of the dice. Id. Curcul.* 2. 3. 79. Talos arripio: invoco almam meam nutricem Herculem: jacto basilicum. ¶ *Basilica* dicitur a Dyrrachinis vitis, quam Hispani cocolobin vocant, rariorem ferens uvam, æstus, austrosque tolerantem; capite inimicam, copia largam. Suntque ejus duo genera: unum oblongo acino, alterum rotundo. *Plin.* l. 14. c. 2. *Colum.* l. 3. c. 2. ¶ Tradit idem *Plin.* l. 15. c. 22. inter nucum juglandium genera, quod optimum est, *basilicon* appellari. *a kind of walnut. Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 14. docet ipsam juglandem a Græcis *basilicum* vocari.

BASILISCA, æ, f. herba est, Latino vocabulo *regula* dicta, in illis locis nascens, ubi fuerit serpens basiliscus, et vim antidoti contra ejus venenum habens. Est autem similis rutæ, foliis oblongioribus, angustis, asperis, et nigrioribus, radice pedis ursini simili, flore coloris aurei simul, et crocei, lacteque auroso simili chelidoniæ. *Apulei. de herb. c. ult.*

BASILISCUS, i, m. *a basilisk or cockatrice*, βασιλίσκος, genus serpentis, in Cyrenaica Africæ regione præcipue nascentis, duodenum non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula, ut quodam diademate. Sibilo omnes fugat serpentes: nec flexu multiplici, ut reliquæ serpentes, corpus impellit, sed celsus, et erectus in medio incedens: necat frutices, non contactos modo, verum etiam afflatos: exurit herbas, rumpit saxa. Hæc *Plin.* l. 8. c. 21. *ad fin.* Sed *Apulei. de herb. c. ult.* tria basiliscorum genera enumerat, quorum primus est totus aurei coloris, et afflatu nocet: alter stellatus, nocetque solo visu: tertius coloris sanguinei, ut minium, capite tamen aureo: et quidquid viderit vel tetigerit, defluere facit, ut si animal tangat, ossa sola remaneant, carne in tabem resoluta. ¶ Dicitur autem *basiliscus*, h. e. parvus rex: id enim sonat Græca vox. Hinc a quibusdam *regulus* Latine dicitur. *Lucan.* l. 9. v. 725. late sibi submovet omne Vulgus, et in vacua regnat basiliscus arena. Adde vers. 828.

BASĬO, as, avi, atum, a. 1. *to kiss*, φιλέω, basium dare, osculari: et dicitur tum de officiosis, tum de impudicis osculis. Est tamen verbum minus, ut ita dicam, civile, quam *osculor*, et poeticum magis, quam oratorium. *Petron. in Satyr.* c. 18. Basiare aliquem spissius. et cap. 135. Semel iterumque basiare aliquem. *Catull.* carm. 7. Basiare basia multa. *Martial.* l. 7. epigr. 94. Audes tu tamen osculo nivali Omnes obvius hinc, et hinc tenere, Et totam, Line, basiare Romam. Adde lib. 11. epigr. 99. ubi morem basiandi obvios acerrime detestatur. [¶ Particip. *basiandus* apud *Eund.* l. 1. epigr. 93. Basianda non es.]

BASIŎLUM, i, n. *a little kiss*, parvum basium. *Petron. in Satyr.* c. 85. Aliquot basiolis invadere aliquem. Adde *Apulei.* l. 10. *Metam.*

BASIS, is, f. *the base or lower part of a column or pillar; the pedestal of a statue*, βάσις, fulcrum, et veluti pes, qui a fundamento consurgit, et columnas, statuas, aliaque hujusmodi sustinet: a βαίνω, incedo, ingredior, quia est

veluti pes, quo animal sustinetur, et ingreditur. *Cic.* 4. *Verr.* c. 63. Videmus in basi statuarum maximis litteris incisum. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 23. Basis columellæ. *Id. in Pison.* c. 38. Basis tropæorum. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 52. Quoque minus dubites, stat basis orba dea. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 2. Topiarium laudavi: ita omnia convestit hedera, qua basim villæ, qua intercolumnia ambulationis. *basim villæ* appellat imam parietum partem, quæ super substructionem a solo emergit. ¶ Cum de columnis sermo est *basis* duo significare potest, tum ipsum stylobaten, *the pedestal*: quo sensu intelligenda est in allato *Ciceronis* exemplo 5. *Tuscul.* tum ipsas spiras, quæ scapo columnæ subjiciuntur, et stylobatæ imponuntur, ut docet *Philand. ad Vitruv.* l. 4. c. 1. qua ratione usurpatur a *Festo* in voce *Spira*, et a *Serv. ad* 2. *Æn.* v. 217. Quod vero *Id. Vitruv. loc. cit.* basim scapi appellavit, et paulo post *basi spiram supposuerunt*, &c. utroque loco *basis* intelligenda est de ima parte ipsius scapi, quæ ideo *basis* dicitur, quia est inferior columnæ pars. ¶ *Basis arcus* est, quam Mathematici chordam vocant. *the chord of an arc.* *Colum.* l. 5. c. 2. *ad fin.* Esto arcus, cujus basis habeat pedes sexdecim. ¶ *Basis trianguli*, ima pars, qua triangulum sedet. *the base of a triangle.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 49. *ad fin.* Basis autem trianguli, quam grues efficiunt, ea tanquam a puppi ventis adjuvatur. ¶ De basibus vasorum V. dicta in *Abax.* ¶ Radix alicujus verbi derivati est ipsa vox simplex, unde illud derivatur: eaque *basis* dicitur a *Varrone* apud *Non.* c. 2. n. 86. ¶ *Metiri aliquem cum sua basi* proverbiali locutione est prava mensura metiri. Nam si statuæ magnitudinem scire volens, metiendo basim quoque comprehendas, justo major illa videbitur. Eleganter hoc proverbio utitur *Senec.* ep. 76. *sub fin.* ¶ *Valer. Prob. in Cathol.* pag. 1472. *Putsch.* docet etiam *basidis* in genitivo dici posse: nullum tamen affert exemplum. ¶ In accusativo habet etiam *basem*, et in ablat. *base*, sed rarius. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 52. n. 2. et pag. 63. n. 3. et *Reines. in append.* n. 3.

BASĬUM, ii, n. *a kiss*, φίλημα, osculum, suavium: inter quæ *Donat. ad Terent. Eun.* 3. 2. 3. ita distinguit, ut *basium* sit pudici affectus, *osculum* officii, *suavium* libidinis. *Serv.* vero ad 1. *Æn.* v. 260. scribit, quosdam docere, *osculum* filiis dari, uxori *basium*, scorto *suavium*. Sed hæc discrimina vera non sunt. Nam *basium* sæpissime usurpatur de osculo Venerio, et impuro: itemque de officioso. V. *Basio. Petron. in Satyr.* c. 110. Dare alicui basium. *Id. ibid.* c. 31. Spississima basia alicui impingere. *Id. ibid.* c. 24. Disterere aliquem basiis. et cap. 23. Conspuere aliquem basio immundissimo. *Catull.* carm. 97. *ad Juvent.* Surripere alicui basium. *Martial.* l. 12. epigr. 55. Blandiri alicui longo basio. *Phædr.* l. 5. fab. 7. et *Juvenal.* sat. 4. v. 118. Jactare basia. *to kiss.*

BASSĂREUS, i, *Bacchus*, Βασσαρεὺς, vox trisyllaba, quæ est cognomen Bacchi, a quodam genere vestis usque ad talos demissæ, quæ fiebat in Bassara, loco Libyæ; qua veste utebantur ipsæ Bacchæ, ob id *Bassarides* dictæ. Ita *Acron*, et *Porphyr.* ad illud *Horat.* l. 1. od. 18. v. 11. non ego te, candide Bassareu, Invitum quatiam. *Bassareu* vocativus est Græcæ positionis, ὦ Βασσαρεῦ. Quidam putant, *Bassareum* denominatum esse a vulpibus, quæ Græce a Thracibus βασσάραι dicuntur, quia earum pellibus Bacchæ succingebantur. *Vet. Scholiast. Persii ad* sat. 1. v. 101. [Præferenda tamen videtur *Bocharti* opinio, qui nomen *Bassareus* ab Oriente arcessit, ubi Bacchus præcipue cultus honoratusque fuit; nam Hebraice בצר *batzar* seu *bassar* significat *vindemiavit.*] ¶ Scribit *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 18. Græcos, qui Bacchum Bassarei nomine colunt, ejus simulacrum barbata, et senili specie fingere: cum tamen alioquin juvenis, et imberbis esse dicatur, ut in *Bacchus* dictum est.

BASSARĬCUS, a, um, Βασσαρικὸς, ad Bassareum, id est Bacchum pertinens. *Propert.* l. 3. eleg. 15. v. 30. Cinget Bassaricas Lydia mitra comas.

BASSĂRIS, idis, f. *a Bacchanal*, Βασσαρὶς, Baccha. Vide dicta in *Bassareus*. *Pers.* sat. 1. v. 100. Et raptum vitulo caput ablatura superbo Bassaris.

BASSUS, a, um, adject. In multis Romanorum familiis cognomen est, ut apparet ex *Indicib. Gruteri*, &c. Aliquando transit in nomen, ut M. Bassus Aquila, *ibid.* pag. 12. n. 7. Videtur autem duci a *basis*, geminato *ss*: unde quidam *bassum* interpretantur humilem, depressum, quia basis imo loco stat: alii custodem populi, ea ratione, qua βασιλεὺς dicitur Βάσις τοῦ λεὼ. alii denique crassum, pinguem, succulentum, quia qui tales sunt, humiliores videntur: unde in *Glossis vet.* exponitur bassus ἔγχυλος, παχύς. Hoc vero magis placet.

BASTĂGA, vel Bastagia, æ, f. *baggage; carriage, porterage*, vox a Græco βαστάζω, hoc est porto, bajulo, veho, deducta, quæ significat onus, sarcinam, βασταγή: sumitur in *Cod. Justinian.* pro munere, et officio transvehendi jumentis res publicas, aut Principis de uno in alium locum. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 12. *Cod.* tit. 58. leg. 3. Jubemus eos non ad sollicitudinem bastagæ, non ad functionem navicularium devocandos. *Al. leg.* bastagiæ.

BASTAGARĬI, vel Bastagiarii, orum, qui bastagis, hoc est oneribus transvehendis præsunt. *Impp. Valentin. et Valens* lib. 11. *Cod.* tit. 7. leg. 4. Quintum animal bastagariis pro reportatione præbeatur. Adde lib. 10. *Cod. Theodos.* tit. 20. leg. 11.

BASTARNÆ, et Basternæ, arum, m. Βαστάρναι, populi Sarmatiæ Europeæ, vel ei contermini, quorum regio creditur esse Hungaria superior. V. Geographos. Apud *Plin.* l. 4. c. 12. legitur *Basternæ*: apud *Liv.* l. 40. c. 57. *et* 58. *Bustarnæ*, ut et in *Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 453.

BASTERNA, æ, f. *a sort of carriage for women; a vehiculary bed, litter*, φορεῖον, genus lecticæ muliebris, tectæ, binos asseres utrinque prominentes habentis, quæ a duobus jumentis gestatur. *Incertus Poeta in catalect. Pithœi*, lib. 4. pag. 131. Aurea matronas claudit basterna pudicas, Quæ radians patulum gestat utrunque latus. Hanc geminus portat duplici sub robore burdo, Provehit et modico pendula septa gradu. Provisum est caute, ne per loca publica pergens, Fuscetur visis casta matrona viris. *Pallad. in Jun.* tit. 2. A tergo vehiculi duo brevissimi temones figurantur, velut amites basternarum. *Lamprid. in Heliogab.* c. 21. Eunuchos pro apophoretis dedit: dedit quadrigas, equos stratos, mulos, basternas, et rhedas. Adde *Ammian.* l. 14. c. 6. (*al.* 17.) et *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch. de custod. virg.* c. 6. ubi *caveas basternarum* appellat: quia hujusmodi vehicula undique clausa erant, et tecta, in caveæ modum. *Salmas. in commentar. ad loc. Lamprid. cit.* multa disserit de hac voce, et derivari putat a βαστὸς, quo significari ait quidquid ferendo est: unde et βαστάζω ortum esse. ¶ Aliquando virorum etiam usui fuit, ut colligitur ex *Symmacho*, cujus verba vide in voce sequenti.

BASTERNARĬUS, ii, jumentum basternam ferens. *Symmach.* l. 6. ep. 16. (*al.* 15.) Itaque fratrem vestrum continuo ad vos opto dimittere, cui basternarios mox præbere dignemini, ut festinationi ejus jumentorum adminiculis adjuvetur.

[* BASTERNĬUM, ii, n. spatium excurrendi cum vehiculis, quæ basternæ vocantur. *Codex Justinian.* l. 8. tit. 10. leg. 12. n. 4. Prospectum autem hunc liceat auferre a trajectibus, vel basterniis.]

BASTŬLI, V. *Basculi.*

BAT, *pish! tush!* *Charis.* l. 2. pag. 213. *Putsch.* ex *Cesellio Vindice* docet, esse sonum cornicinis lituum ex ore eximentis. Usurpat *Plaut. Pseud.* 1. 3. 6. sed pro sono vocis, qua irridet alterum, qui *at* pronunciaverat. Verba *Plauti* sunt *Ps.* Potin' aliam rem ut cures? *Ca.* at. *Ps.* bat. *Ca.* crucior. *Ps.* cor dura.

BATÆ, arum, f. Legitur apud *Cels.* l. 2. c. 17. et lib. 3. c. 21. Sed emendandum esse *Baiæ*, censent Interpretes.

BATAVĬA, æ, f. [† nunc *Holland*,] regio Germaniæ inferioris ad Oceanum Germanicum, quæ Hollandiæ maximam partem constituit. *Eumen.* pro *restaurat. Schol. in fi.* et *Pacat. in paneg. ad Theodos.* c. 5. ¶ A *Cæsare*, l. 4. *B. Gall.* c. 10. et a *Plin.* l. 4. c. 15. dicitur *Batavorum insula*, quia sita est inter duo cornua Rheni fluvii.

BATAVODŬRUM, i, n. [† hod.] *Durostad*, oppidum Bataviæ in Geldriæ ducatu. *Tacit.* l. 5. *Hist.* c. 20.

BATAVUS, a, um, *Batavian*, ad Bataviam pertinens. *Martial.* l. 8. epigr. 33. Et mutat Latias spuma Batava comas. *h. e.* sapo. ¶ *Batavi, orum*, [† nunc *the Hollanders, the Dutch*,] sunt Bataviæ populi, de quibus *Tacit.* 4. *Hist.* c. 12. et *de German.* c. 29. ¶ Ambiguæ quantitatis est in pænultima. Sæpius tamen producitur. *Lucan.* l. 1. v. 431. Vangiones, Batavique truces, quos ære recurvo, &c. *Juvenal.* sat. 8. v. 51. Hic petit Euphraten juvenis, domitique Batavi, &c. *Silius* l. 3. v. 608. Jam puer auricomo præformidate Batavo. ¶ *Aurem Batavam* habere est nescium esse aut abhorrentem a dictis lascivioribus, et fœdis jocis. Batavi enim barbari, rustici, et a luxu alieni. *Martial.* l. 6. epigr. 82. Cujus nequitias, jocosque novit, Aurem qui modo non habet Batavam. Al. aliter explicant. Al. leg. *severam.*

BATERNÆ, arum, populi iidem qui *Bastarnæ*. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 96. Illinc juratos secum trahit Æa Baternas.

BATHYLLUS, i, m. Βάθυλλος, puer Samius ab Anacreonte adamatus. *Horat.* epod. 14. v. 9. ¶ Item Alexandrinus quidam pantomimus celebris Augusti tempore, quem Mecænas, cujus libertus fuit, teste *Vet. Persii Scholiaste*, effuse dilexit. Habuit hic in eadem arte æmulum Pyladem, cum quo magna contentione, variantibus vulgi studiis, certavit. De eo *Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 54. *Juvenal.* sat. 6. v. 63. *Pers.* sat. 5. v. 123. V. plura apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 7. Quem enim hic *Hylam* nominat, *Bathyllum* esse, multi autumant.

BATĬA, æ, f. *a skate*, piscis genus, cujus fel auribus est utilissimum. *Plin.* l. 32. c. 7.

BATĬACA, V. *Batiola.*

BATILLUM, i, n. et Batillus, li, m. *a fire-shovel, fire-pan, warming-pan, chafing-dish*, πύραυνον, πυράγρα, instrumentum ferreum ad palæ similitudinem, quo utimur ad ignem circumferendum, vel in foco miscendum. *Plin.* l. 33. c. 8. Batillis ferreis candentibus ramento imposito, quod candidum permaneat probatur. *Trebell. Poll. in Claud.* c. 14. Ligni quotidiani pondo mille: coctilium quotidiana batilla quatuor. *Marcell. Empir.* cap. 27. *a med.* Deinde super batillum candentem defundes, et coques. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 35. *de Aufidio Lusco, qui Fundis Prætor erat.* insani ridentes præmia scribæ, Prætextam, et latum clavum, prunæque batillum. Ridet *Horat.* Aufidii insaniam, qui sibi Prætori a Fundanis præferri jubebat foculum in batillo, ad instar virorum Principum, quibus ejusmodi ignis prælatus summæ potestatis, et auctoritatis index erat. Quidam hoc loco docent, jus fuisse hujusmodi Prætoribus prunas e publicis balneis in usum culinæ accipere. Alii putant, *batillum* fuisse vasculum ferreum, in quo pro felici hospitum adventu accensis odoribus, Jovi hospitali sacra fiebant. *an incense-pan.* ¶ Est præterea *batillus*, quo utuntur rustici ad purgandum, et egerendum. *a shovel or spade.* *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 6. *de pavonibus.* Utrunque locum purum esse volunt hæ volucres. Itaque pastorem earum cum batillo circumire oportet, ac stercus tollere. ¶ Fuit etiam hoc nomine lignum incurvum, et batilli forma, in extremo habens serrulam ferream, quæ comprehendens spicarum fascem desecat, et stramenta stantia relinquit, ut postea subsecentur. *an instrument to cut off the ears of corn and leave the straw standing; a paddle-staff.* Eo Picentes olim usi sunt. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 50. ¶ In quibusdam lib. legitur *vatillum*. Sunt enim valde affines *b* et *v*, ut dictum est inito hujus litteræ.

BATĪNUS, V. *Bantinus.*

BATĬŎLA, æ, f. *a sort of cup, goblet, or bowl*, ποτήριον, genus poculi. *Plaut. in fragment.* apud *Non.* c. 15. n. 19. Batiolam auream octo pondo habebat. *Id. Stich.* 5. 4. 11. Quibus divitiæ domi sunt, scaphio, et cantharis, batiolis bibunt: at nos nostro Samiolo poterio tamen vivimus. ¶ Al. leg. *batioca* pro *batiola*, ut est in *Gloss. Isid.* ubi habetur: *batioca, patera.* Alii mallent *batiaca*, propterea quod apud *Athen.* l. 11. c. 10. βατιάκη, et βατιάκιον inter poculorum genera enumeratur, et magnum esse, latum, auribusque patulis, significatur. Apud *Arnob.* quoque l. 2. pag. 59. alii *batiaca* leg. alii *batiola*. alii etiam omittunt. ¶ Sunt qui scribant *battiola* duplici *tt*.

BATIS, is, et idis, m. et f. *a kind of skate; a ray or maid*, βατὶς, genus piscis marini, alio nomine *raia*; ita dictum a similitudine rubi, quem βάτον Græci vocant. Est enim aculeis aspera, præsertim in cauda. Ejus meminit *Plin.* l. 32. c. 11. ¶ Est etiam genus herbæ, quam in duo genera dividit *Plin.* l. 21. c. 15. marinam, et hortensiam: hanc quidam Gallicum asparagum nominant: illam portulacam sativam, cujus species quædam est *crethmus*, de quo V. suo loco. *Colum.* l. 12. c. 7. Flos nepetæ, et lapsanæ, et batis. *Id. ibid.* c. 13. Olus cordum, quod quidam sativum batim vocant. *the herb samphire.* ¶ *Batim* vim habere ad emolliendam alvum et adversus podagram, docet *Plin.* l. 21. c. 27. ¶ Apud *Isid.* l. 19. c. 21. est *batis* inter vestes sacerdotales, nempe linea feminalia usque ad genua pertingentia. ¶ Scribitur et *battis* duplici *tt*.

BATRACHĪTES, æ, m. *a gem of the colour of a frog*, gemma ita dicta a similitudine ranæ, quæ Græce βάτραχος dicitur. *Plin.* l. 37. c. 10.

BATRACHĬUM, *et Græca positione* Batrachion, ii, n. *the herb crow-foot, gold knap, or yellow crow*, βατράχιον, herba Latino vocabulo *ranunculus* appellata (βάτραχος enim ranam significat. et videtur ideo appellari quia iis plerunque locis nascitur, ubi ranæ degere solent) cujus quatuor genera enumerat *Plin.* l. 25. *sub fi.* Unum pinguioribus, quam coriandri, foliis, et ad latitudinem malvæ accedentibus, colore livido, caule alto, gracili, radice alba: nascens in limitibus humidis et opacis. Alterum genus foliosius, pluribus foliorum incisuris, altis caulibus. Tertium minimum omnium, gravi odore, flore aureo. Quartum simile huic, flore luteo. Omnibus vis caustica, si cruda folia imponantur, pusulasque, ut ignis, faciunt. Ideo ad lepras et psoras eis utuntur, &c. Hæc *Plin.* pergens deinde varios ejus usus in medicina describere. V. etiam *Apulei. de herb.* c. 8. *et* 9.

BATRACHOMYOMACHĬA, æ, f. *the Battle of the frogs and mice*, Βατραχομυομαχία, pugna ranarum et murium; a βάτραχος, rana; μῦς, ὸς, mus, et μάχομαι, pugno. Hoc nomine inscribitur poemation, quod *Homero* tribui solet. *Stat. in præfat. ad* l. 1. *silv.* Sed et Culicem legimus, et Batrachomyomachiam etiam agnoscimus. Adde *Martial.* l. 14. *in lemmate* epigr. 183.

BATRĂCHUS, i, m. *a sea-fish like a frog, the devil-fish*, genus piscis marini, inter aculeatos recensitum a *Plin.* l. 32. c. 11. Nomen habet a similitudine ranæ, quæ Græce βάτραχος.

BATTĬĂDES, æ, patronym. masc. Ita cognominatus est Callimachus, poeta Græcus, qui se prædicabat filium Batti Laconis, a quo Cyrene condita est: vel certe eum sui generis auctorem jactabat. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 157. tu pandere doctus Carmina Battiadæ. *Ovid. in Ibin*, v. 53. Nunc quo Battiades inimicum devovet Ibin, Hoc ego devoveo teque, tuosque modo. (V. *Callimachus.*) *Id.* 2. *Trist.* v. 367. Nec tibi, Battiade, nocuit, quod sæpe legenti Delicias versu fassus es ipse tuas. ὦ Βαττιάδη. ¶ *Battiadæ, arum*, sunt incolæ Cyrenes urbis a Batto conditæ. *Sil.* l. 3. v. 252. Nec non Cyrene Pelopei stirpe nepotis Battiadas pravos fidei stimulavit in arma. Adde lib. 2. v. 61. *et* l. 17. v. 592.

BATTIS, idis, f. Βαττίς, puella Coa formosissima, quam Philetas itidem Cous, elegiarum scriptor, suis versibus celebravit. *Ovid.* l. 1. *Trist.* eleg. 6. v. 2. Nec tantum Coo Battis amata suo. *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 58. Interius Coa Battide nomen habes. ¶ *Battis* herba. V. *Batis.*

BATTOLOGIA, æ, f. *Battology*; *tautology, vain babbling*, βαττολογία, Græca vox: vitium est orationis, quo idem verbum, vel eadem sententia sine causa iteratur. Dicta est a quodam *Batto* inepto poeta, qui, ut legitur apud *Suid.* longos hymnos condidit, et inanis loquacitatis plenos, idem sæpe repetens, et farciens potius, quam componens. Hæc eadem dicitur etiam *tautologia.* Græca vox utraque adhibetur a Grammaticis.

BATTUO, is. V. *Batuo.*

BATTUS, i, m. vir Lacon, qui Cyrenem in Africa condidit, vel eo coloniam deduxit, ibique regnavit, ut est apud *Pausan.* in *Laconicis*, et *Sil.* l. 8. v. 57. ¶ Fuit etiam hoc nomine pastor quidam, qui quod furtum Mercurii male celasset, postquam accepta mercede celaturum promiserat, ab eo in lapidem, qui *Index* dicitur, mutatus est. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 688. *et sequent.* et in *Ibin*, v. 586. ¶ Item ineptus quidam poeta, de quo V. in voce præced.

BATŬLUM, i, n. oppidum Campaniæ a Samnitibus conditum. *Virg.* 7. *Æn.* v. 739. et *Sil.* l. 8. v. 566.

BATUO, is, ui, a. 3. *to beat, batter, thump, strike, bruise*, τύπτω, κατακόπτω, concidere, verberare, contundere. *Plaut.* *Cas.* 2. 8. 61. Qui, quæso, potius, quam sculponeas, quibus batuatur tibi os, senex nequissime. ¶ Dicitur etiam de iis, qui velitandi causa pugnant, armisque se invicem verberant. *to fence. Sueton. in Calig.* c. 54. Batuebat pugnatoriis armis, aurigabat, &c. et cap. 32. Mirmillonem e ludo rudibus secum batuentem, et sponte prostratum confodit ferrea sica. ¶ Habet præterea obscenum sensum, idemque valet, quod βατεύειν: a quo etiam derivari, *Voss. in Etymol.* existimat. *Cic.* l. 9. *Fam.* ep. 22. Batuit, inquit, impudenter, depsit multo impudentius. ¶ *Batuere ulcera* pro comprimere, arcte stringere, exponi solet in illo *Plin.* l. 31. c. 9. *ad fin.* Sal imposuere crocodilorum morsibus ex aceto in linteolis, ita ut batuerentur antehac ulcera. *Harduin.* tamen ex conjectura aliter legendum putat. ¶ Etiam *battuo* duplici *tt* scriptum legitur, sed minus recte.

BATUS, genus herbæ, inquit *Festus.* Fortasse eadem est ac *batis*: vel significat rubum, sentem, qui Græce βάτος dicitur. *Gloss. vet.* Batum, πράσον. *h. e.* porrum. *Gloss. Isid.* Batus, genus oleris. ¶ Apud Hebræos est mensuræ genus, *h. e.* decima pars cori, quia decem bati corum faciunt, ut habetur *Ezech.* 45. 14.

BAUBOR, aris, dep. 1. *to bark, baugh, or bay*, βαΰζω, latrare: verbum exprimens vocem canum, qui latrantes *bau bau* proferunt: qua ratione etiam Græcum βαΰζω formatum est. *Lucret.* l. 5. v. 1070. Et cum deserti baubantur in ædibus. ¶ Differunt autem *baubari* et *latrare.* Latrant canes cum irati sunt: baubantur sine ira, sed potius cum queruntur: quod ex ipso *Lucretio* colligitur. V. *ibid.* v. 1058. *et sequentib. Vetus Scholiast. Theocr. ad Idyll.* 6. docet, ὑλακτεῖν, quod est latrare, proprie dici de canibus jam adultis: βαΰζειν, quod est baubari, catulorum.

BAUCIS, idos, f. anus paupercula, quæ una cum marito Philemone Jovem, ac Mercurium humanam speciem mentitos hospitio pauperrimæ casæ excepit; a quibus ob id meritum ab aquarum inundatione erepta est; casam suam in templum versam vidit; et post longos felicis senectutis annos una cum marito in arborem mutata est. *Ovid. Metam.* 8. v. 630. *et sequent.* ¶ A *Persio* sat. 4. v. 21. ponitur pro quavis anicula.

BAULI, orum, m. locus juxta Baias in Campania, prius dictus *Boaulia*, hoc est boum stabulum: a βοῦς, bos, et αὐλή, caula. Nam eo loco fertur Hercules ex Hispania adveniens consedisse, et abducta, occiso Geryone, armenta boum septo conclusisse. *Symmach.* l. 1. ep. 1. Huc deus Alcides stabulanda armenta coegit, Eruta Geryonis de lare tergemini. Inde recens ætas corrupta Boaulia Baulos Nuncupat, occulto nominis indicio. *Serv. ad Æn.* 7. v. 662. hoc idem tradit: sed *Baulas* ponit in femin. genere, et *ad Æn.* 6. v. 107. Baulias.

BAVĬUS, ii, m. malus poeta Virgilii, et Horatii æqualis, et ambobus infensus: qui una cum Mævio, sui simili versificatore, ausus est ipsum Virgilium reprehendere, quod 1. *Georg.* v. 210. dixisset *hordea* in plurali numero, illo versu *Hordea qui dixit, superest, ut tritica dicat. Virg.* eclog. 3. v. 90. Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi. *Serv.* tum hoc, tum loco *Georgic.* citato.

BAXEÆ, arum, f. *shoes, or slippers*, genus calceamenti crepidis simile, quo Philosophi potissimum usi sunt. *Plaut. Men.* 2. 3. 40. Peniculus, qui extergentur baxeæ. *Apulei.* l. 2. *Metam.* Linteis amiculis intectus, pedesque palmeis baxeis indutus. *Id.* l. 11. Qui pallio, baculoque, et baxeis, et hircino barbitio philosophum fingeret. *Id. in Florid.* n. 9. (*al.* l. 2.) Vestem de textrina emere, baxeas de sutrina præstinare. ¶ In singulari numero *Tertull. de pall.* c. 4. Si philosophus in purpura, cur non in baxea Tyria calceare. &c. Adde de *Idolol.* c. 8. ¶ Videtur orta esse a Græco πάξ, quod *Hesych.* interpretatur ὑπόδημα, εὐυπόδητον, hoc est calceamentum, quod facile indui potest. ¶ Legitur et *Baxa.*

[* BAXIARIUS, i, m. qui baxeas conficit. *Inscript.* apud *Marinium Fratr. Arval.* pag. 12. Collegium Fabrum Solearium, Baxiarium. *h. e.* Baxiariorum.]

BDELLIUM, ii, n. *a tree of the bigness of an olive, and yielding a sweet smelling gum; the bdellium*, βδέλλιον, arbor nigra est, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu, et natura caprifici, exsudans odoratum gummi, quod quidam eodem nomine appellant, alii aliis: habetque magnum usum in unguentis. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 6. Tu mihi stacte, tu cinnamomum, tu rosa, tu crocinum, et casia es, tu bdellium. Al. aliter leg. V. plura de eo apud *Plin.* l. 12. c. 9.

B E

BEĀTE, *happily*, μακαρίως, feliciter, sine ulla calamitate. *Cic. Parad.* 1. *in fi.* Profecto nihil est aliud bene et beate vivere, nisi honeste, et recte vivere. εὖ καὶ καλῶς ζῆν. *Catull.* carm. 14. *ad Calv. Licin.* Non est mi male, sed bene ac beate. *Senec.* ep. 92. Rectius vivat oportet, ut beatius vivat. *Id. de consol. ad Helv.* c. 9. Beatissime vivens. ¶ In plausibus *beate* significat feliciter, prospero successu. *prosperously, successfully. Martial.* l. 2. epigr. 27. Effete, graviter, cito, naviter, euge, beate. ¶ Translate *M. Senec. in proœm.* l. 3. *controv. de Albucio declamatore.* Locum beate implebat. *h. e.* nihil ei deerat ad implendam orationem, et causam perorandam. *he was master of his subject.*

BEATIFĬCO, as, a. 1. *to make happy, beatify, bless*, beatum facio, beo. *Augustin.* l. 14. *de Trinit.* c. 14. et l. 8. *de Genes. ad lit.* c. 12.

BEATIFĬCUS, a, um, *beatific, beatifical, imparting happiness*, qui beatum facit. *Apulei.* l. 1. *de doct. Plat.* Deus beatus, et beatificus. Adde *Augustin.* l. 2. *Confess.* cap. 5.

BEATĬTAS, atis, f. *happiness, felicity, beatitude, blessedness*, beatitudo, felicitas, beata vita, μακαριότης. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 34. vocabula *beatitatis*, et *beatitudinis* omnino quidem dura esse ait, veruntamen usu putat posse molliri: quod et *Quintil.* l. 8. c. 3. adnotavit. *Macrob.* l. 1. *in somn. Scip.* c. 9. Ad beatitatem pervenire. *Apulei.* l. 2. *de doct. Plat.* Virtutes, quarum beatitas fructus est.

BEATITŪDO, inis, f. *beatitude, felicity, happiness*, μακαριότης, beata vita, felicitas. Judicium *Cicer.* de hac voce V. in voce præced. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 38. *Burman.* Vides tot culcitas? nulla non aut conchyliatum, aut coccineum tomentum habet: tanta est animi beatitudo. *h. e.* divitiæ. nam et *beatus* sæpe pro divite ponitur. *Al. leg.* Tanta est homini beatitudo. *Apul.* l. 6. *Metam.* Vitæ totius beatitudo. *Nazar. in paneg. ad Constant.* c. 33. Cumulatissima urbis beatitudo. *Mamertin. in gratiar. act. ad Julian.* c. 23. Beatitudo præstantior. *Imp. Constantin.* lib. 12. *Cod. Justin.* tit. 47. leg. 1. Augere beatitudinem militum. *h. e.* commoda vitæ.

BEATŬLUS, a, um, *a little happy, happy (in an ironical sense)* diminut. a *Beatus. Pers.* sat. 3. v. 103. tandemque beatulus alto Compositus lecto, crassisque lutatus amomis, &c.

BEĀTUS, a, um, *happy, blessed*, μακάριος, felix, nullo malo pressus, cui bene est ab omni parte. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 10. Neque ulla alia huic verbo, cum beatum dicimus, subjecta notio est, nisi, secretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio. et cap. 8. Qui beatus est, non intelligo quid requirat, ut sit beatior. si est enim, quod desit, ne beatus quidem est. *Id.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 33. Opulentissima, et beatissima civitas. *Id. de amic.* c. 7. Illorum beata mors videtur, horum vita laudabilis. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 139. Agricolæ prisci fortes, parvoque beati. *h. e.* contenti, et felices. *Ovid. Metam.* 7. v. 797. Beatum tempus. ¶ Quia vero divites omnium felicissimi videntur, quod in divitiis omnia vitæ commoda constare videntur, *beatus* sæpe pro divite ponitur, *rich, opulent, wealthy. Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 17. Dives a divo, qui, ut deus, nihil indigere videtur: beatus, qui multa bona possidet. *Nepos in Agesil. c. ult.* Ut eorum ornatus non modo in his regem neminem significaret, sed hominis non beatissimi suspicionem præberet. *Juvenal.* sat. 1. v. 39. Vetulæ vesica beatæ. *Horat.* l. 3. od. 7. v. 3. Thyna merce beatus. *Id.* l. 1. od. 29. v. 1. Gazæ beatæ Arabum. *Propert.* l. 2. eleg. 16. v. 25. Munera beata. *rich presents. Horat.* l. 3. od. 29. v. 11. mitte mirari beatæ Fumum, et opes, strepitumque Romæ. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 24. Regna beata. *Id.* l. 1. *Amor. eleg. ult.* v. 34. auriferi ripa beata Tagi. *Id.* l. 2. *ex Pont.* ep. 8. v. 5. Argentum felix, omnique beatius auro. *h. e.* pretiosius. *Martial.* l. 9. epigr. 77. Idem beatas lautus exstruit thermas. *h. e.* sumptuosas. ¶ *Beatus locus*, aut *res* dicitur aliquando, quæ beatos quodammodo facit. *charming, delightful. Horat.* l. 1. ep. 10. v. 14. Novistine locum potiorem rure beato? *Martial.* l. 9. epigr. 12. Beatum nectar. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 14. Ne amplius a misero dona beata petas. *h. e.* carmina consolatoria, quibus a tristitia animum tuum liberes. ¶ Videtur etiam significare nobilem in illo *Horat.* l. 2. od. 4. v. 13. Nescias, ante generum beati Phyllidis flavæ decorent parentes. ¶ Translate ponitur pro affluenti, abundanti. *abundant, copious, plentiful. Quintil.* l. 10. c. 1. Immortalis ingenii beatissima ubertas. *Id. ibid.* Beatissima rerum, verborumque copia. *Id.* l. 11. c. 3. Ornata est pronuntiatio, cui suffragatur vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura. *h. e.* abundans, *easy expression; fluency of speech.* ¶ Aliquando *beati* dicuntur mortui, ut Græce μακαρῖται; idque ἐπ' εὐφημισμοῦ ad evitandum mali ominis vocabulum. *dead, departed, no more. Ammian.* l. 25. c. 3. (*al.* 11.) Anatolium quæsivit Officiorum Magistrum: quem cum beatum fuisse Sallustius respondisset Præfectus, intellexit occisum. V. *Felix* in fine. Huc quidam trahunt etiam illud *Horatii Epod.* 8. v. 11. Esto beata: funus atque imagines Ducant triumphales tuum. ¶ Apud Christianos Scriptores *beatæ memoriæ* vir dicitur, qui pie vita functus est. *Hieronym.* ep. 15. *ad Marcell. de laudib. Asellæ.* et ep. 32. *ad Abigaum.*

BEBER, et Bebrinus V. in *Castor.*

BEBRA, æ, f. genus pili, aut hastæ, qua Barbari utuntur et binas, ac ternas in prœliis portant. quod teli genus prorsus hoc tempore ignotum esse, docet *Stevvech. in commentar. ad Veget. de re milit.* c. 20. ubi hæc vox legitur.

BEBRIACENSIS, et Bedriacensis, se, adject. ad Bebriacum pertinens. *Plin.* l. 10. c. 49. Bebriacensia bella civilia. *h. e.* inter Vitellium, et Othonem de Imperio Romano decertantes ad Bebriacum oppidum. *Sueton. in Vitell.* c. 10. Bebriacensis victoria. *h. e.* qua Vitellius Othonem devicit. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 66. Bebriacensis acies.

BEBRĬACUM, ci, n. oppidum inter Veronam, et Cremonam, ubi Otho a Vitellio victus est. V. *Sueton. in Oth.* c. 9. Hinc *Juvenal.* sat. 2. v. 106. Bebriaci in campo spolium affectare Palati. ¶ Alii scribunt *Bedriacum*, et *Plutarch.* Græce habet Βητριακόν.

BEBRUS, i, m. *a beaver*, idem qui fiber. Hæc vox nullum habet alium Auctorem Latinum præter *Vet. Scholiast. Juvenal. ad Sat.* 12. v. 34.

BEBRYCES, ycum, Βέβρυκες, populi Asiæ in Bithynia, quæ ideo *Bebrycia* dicta est, ut *Solin.* c. 42. (*al.* 54.) et *Serv. ad* 5. *Æn.* v. 373. docent. Nomen habuisse dicuntur a Bebryce una ex filiis Danai, quæ et ipsa secundum quosdam, una cum Hypermnestra marito suo pepercerit, et in hæc usque loca ex Græcia profugerit. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 315. Bebrycas extemplo spargit fuga. Adde *Plin.* l. 5. c. 30. ¶ Alii fuerunt in Gallia Narbonensi, ita denominati vel a Bebrycibus Asiaticis, a quibus originem duxerint; vel a Bebryce Rege, qui in ea parte Galliæ Narbonensis, quæ Pyrenæos montes tangit, regnavit: cujus filia Pyrene cum Hercule concubuit. Vide *Sil.* l. 3. v. 420. *et sequent.* ¶ De quantitate pænultimæ V. in *Bebryx.*

BEBRYCĬA, æ, f. provincia Asiæ minoris postea Bithynia appellata. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 502. Nec tamen aut Phrygios reges, aut arva furentis Bebryciæ spernendus adi. V. vocem præced.

BEBRYCĪUS, a, um, ad Bebryciam regionem Asiæ, vel ad Bebryces populos pertinens. *Virg.* 5. *Æn.* v. 373. Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 99. Proxima Bebrycii panduntur litora regni: Rex Amycus, &c. *Id. ibid.* v. 220. Bebrycium fretum. *Stat.* l. 4. *silv.* 5. v. 28. Bebrycia arena. *h. e.* locus ubi Pollux cum Amyco cæstibus pugnavit, eumque occidit. In illo autem *Tertull.* (*seu quicunque alius auctor est*) *in carm. de Sodoma* cap. 2. cæsusque cruorem Fundere Bebrycium: notatur ejusdem Amyci sævus mos, qui cum cæstu valeret maxime, hospites quoscunque ad certandum cogebat, et victos occidebat: atque ob id in quodam nemore insidias posuerat, quibus ignaros advenas caperet. Hinc *Stat.* l. 3. *Theb.* v. 352. servatoremque cruentum Bebrycii nemoris. ¶ Est etiam *Bebrycius* pertinens ad Bebrycem Regem, qui in eà parte Galliæ Narbonensis regnavit, ubi Pyrenæis montibus jungitur, ubi etiam *Bebryces* populi. *Sil.* l. 3. v. 443. Bebryciæ Pœnus fines transcenderat aulæ. Adde lib. 15. v. 497. ¶ *Bebrycia virgo* est Pyrene Bebrycis Regis filia, quæ Pyrenæis montibus nomen dedit, ab Hercule ibi sepulta. *Sil.* lib. 3. v. 420. Nomen Bebrycia duxere a virgine colles.

BEBRYX, ycis, qui est ex Bebrycia, seu Bithynia, Asiæ provincia. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 315. ¶ *Bebryx* etiam dicitur Amycus, qui in Bebrycia regnavit, et a Polluce occisus fuit certamine singulari cæstibus inito. *Id. ibid.* v. 261. *et* 290. ¶ Item Rex Galliæ Narbonensis, qua Pyrenæis montibus jungitur. V. *Bebryces. Sil.* l. 3. v. 423. Possessus Baccho, sæva Bebrycis in aula. *Bebrycis* hoc loco pænultimam habet longam, cum apud *Valer. Flacc.* l. 2. v. 649. et l. 4. v. 315. et apud *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 190. corripiatur. Ex quo intelligimus ancipitis esse quantitatis: tutius tamen corripi.

BECCO, Gallica vox, rostrum galli gallinacei significans: quo cognomine appellatus fuit Antonius Primus Tolosæ natus, qui Vitellium oppressit. *Sueton. in Vitell. in fi.* [Vocem hanc ad veterem Italorum linguam, aut ad Celticam pertinere scribit *Muratorius Dissert. Italic. Med. Ævi. Dissert. XLI.* At vero *Maffeius l. II. Veronæ Illustr.* existimavit voci huic apud rudiorem veterum Latinorum gentem duplicem illam significationem fuisse, quæ apud Italos nunc est. Nam ex citato *Suetonii* loco rostrum galli gallinacei significari certum est; in antiquo vero

Lapide inscripto cuidam homini, cui hoc nomen erat, *hirci* figuram habemus, quod ipsi nomini ex consuetudine respondet.]

BECHĬON, ii, n. *ale-hoof, tun-hoof, foal-foot,* or *ground-ivy,* βήχιον, herba eadem quæ *tussilago*: a βήξ, βηχός, tussis, quia tussim sedat. *Plin.* l. 26. c. 6.

BEDELLA, æ, f. videtur idem esse ac bdellium. *Marcell. Empir. in carm. post cap. ult. sub fin.* Balsama, peucedanum, spicam, crocum, atque bedellam.

BEDRIĂCUM, V. *Bebriacum.*

BEE, vox ovium balantium. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. V. *Balo.* [† *Eustath. ad Il.* E. 256. βῆ. ὄνομα φωνῆς προβάτου. *Suid.* in v. βῆ, τὸ μιμητικὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς, οὐχὶ βαὶ λέγουσιν Ἀττικοί. Κρατῖνος Διονυσαλεξάνδρῳ. ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει. Cf. et *Etymol. Mag. Hesych. Zonar.* in βῆ.]

BEELPHĔGOR indeclinab. Βεελφεγώρ, בַּעַל פְּעוֹר, Bahal phegor, hoc est Idolum nomine *Bahal,* quod in monte Phegor colebatur. (*V. Baal.*) Est autem *Phegor* mons in regione Moabitarum, qui huic deo præcipue inservisse dicuntur. Pro *Bahal,* quod est in Hebræo, dicitur etiam *Beel,* quod idem est omnino. Deinde duæ voces in unam coaluerunt, factumque Beelphegor. *Tertull. advers. Gnost.* c. 3. Adorant deos gentis, et Beelphegor initiantur.

BEELZĔBUB, indeclinab. et Beelzebul, ūlis, m. Βεελζεβούβ, et Βεελζεβούλ, deus ab Accaronitis cultus, ut abigeret muscas, a quibus vexabantur. Nam בַּעַל dominum significat, et זְבוּב muscam. Dictus est etiam בַּעַל זְבוּל quod significat dominum habitaculi. Sed quia זְבוּל non solum habitaculum valet, sed aliquando etiam stercus, idcirco *Beelzebul,* quasi *deus stercoreus* sæpe per contemptum vocatus est ab iis, qui Accaronitas, eorumque numina irridebant. ¶ In Sacris Litteris significat principem dæmoniorum, ut *Lucæ* 11. n. 15. habetur. *Tertull.* secundam appellationem non semel usurpavit l. 4. *advers. Marcion.* c. 26. Sic *Prudent. Peristeph.* 2. *de S. Vincent.* v. 267. Sed Beelzebulis callida Commenta Christus destruit.

BELA, oves, antiquo nomine. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. Græci appellarunt μῆλα. Nec multo secus nostri ab eadem voce, sed ab alia littera, *bela* vocarunt. non enim *me,* sed *bee* sonare videtur. Hæc *Varro*: Sed alii aliter legunt.

BELATUCADRUS, i, veterum Britannorum deus: crediturque esse idem qui *Belenus,* de quo V. infra suo loco. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 87. n. 1. et 2.

BELBUS, i, m, idem atque hyæna. *Capitolin. in Gordian.* c. 33. Fuerunt sub Gordiano Romæ elephanti XXX. et II. alces X. tigres X. leones LX. leopardi XXX. belbi, idest hyænæ, X. Al. leg. *belbi, item hyænæ,* X. qua ratione essent belbi hyænis dissimiles. *Salmas.* primam lectionem tuetur, docetque *belbos* dictos esse pro *beluos* (facile enim *u* in *b* mutatur) *beluos* autem pro *beluas,* eo modo quo *luscinius* et *luscinia* dicitur, *simius* et *simia* &c. Porro *beluas* pro hyænis usurpasse videtur *Arnob.* l. 7. pag. 223. Cur non et canes, ursos, et vulpes, camelos, et beluas, et leones? ubi alii leg. *benuas* eodem sensu: alii *belbas*: ut sit *belba, æ,* f.

BELĔNA pro *Helena* dictum est ab antiquissimis, teste *Priscian.* lib. 1. pag. 547. *Putsch.* qui id confirmat etiam auctoritate *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* c. 5.) ubi tamen alii aliter legunt.

BELĔNUS, et Belinus, i, m. Βέλενος et Βέλινος, deus peculiaris Norici provinciæ, ut est apud *Tertull. in Apolog.* c. 24. item Aquileiensium. *Vet. Inscript.* Aquileiæ reperta apud *Gruter.* pag. 36. n. 12. Apollini Beleno C. Aquileiens. Felix. et n. 14. Belino Sex. Cæsernius Faustus, &c. et n. 15. Beleno Aug. Sacr. L. Cornelius L. Fil. Vel. Secundinus Aquil. Evoc. Aug. &c. Ex his colligimus, Belenum eundem fuisse atque Apollinem: quod confirmatur etiam ex *Capitolino in Maximin.* c. 22. Etiam deum Belenum per haruspices spopondisse, Maximinum esse vincendum. Unde etiam postea Maximini milites jactasse dicuntur, Apollinem contra se pugnasse. ¶ Galli quoque Apollinem suum *Belenum* appellarunt, ut indicat *Auson. in Professorib.* n. 4. et 10. ¶ Hanc vocem ductam esse putant aliqui a βέλος sagitta, quia Apollo sagittis potens passim a Poetis laudatur. *Philipp. a Turre in Dissertat. de Beleno* conatur probare ducendam esse ab Heleno Trojano, qui Trojanis ea loca, ubi Aquileia est, monstraverit, et ut in iis considerent, persuaserit: illi autem ut pro beneficio gratiam referrent, eum tanquam numen coluerint. V. ¶ In alia Aquileiensi *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 37. n. 3. legitur: Fonti Beleno C. Aquileiensis Diadumenus B. V. S. &c. ubi significatur Fons Beleni nomine cultus. Nam et fontibus divinitatem tribuit superstitiosa antiquitas.

BELGÆ, arum, m. populi Galliæ Belgicæ, quos olim omnium Gallorum fortissimos fuisse, docet *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 1. propterea quod a cultu, et humanitate Provinciæ longissime aberant, minimeque ad eos mercatores commeabant, qui ea, quæ ad effeminandos animos pertinent, importarent. *Id. ibid.* l. 2. c. 4. tradit, plerosque eorum ortos esse a Germanis, Rhenumque antiquitus transductos, propter loci fertilitatem, ibi consedisse, Gallosque, qui ea loca incolebant, expulisse. ¶ In singulari numero *Lucan.* l. 1. v. 426. Et docilis rector rostrati Belga covini. *Claudian.* l. 1. *in I. Consul. Stilich.* v. 226. Pascat Belga pecus.

BELGĬCUS, a, um, ad Belgas pertinens. *Virg.* 3. *Georg.* v. 204. Belgica vel molli melius feret esseda collo. *Sil.* l. 10. v. 80. Ut canis occultos agitat cum Belgicus apros. *Propert.* l. 2. eleg. 14. v. 30. Turpis Romano Belgicus ore color. *Plin.* l. 16. c. 36. Belgici calami. ¶ *Gallia Belgica,* quæ et *Belgica* absolute, est ea Galliæ pars, quam incolunt Belgæ, nimirum tota illa regio, quæ Matrona, Sequana, Rheno, et Oceano includitur. V. Geographos. *Plin.* l. 7. c. 16. *in fi.* Belgicæ Galliæ rationes procurans. *Id.* l. 15. c. 2. *de cerasis.* Principatus duracinis, quæ Pliniana Campania appellat: in Belgica vero Lusitanis. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 58. Pompeius Propinquus procurator Belgicæ.

BELGĬUM, ii, n. nunc ponitur pro tota Belgica. Sed Latinis est ejus pars tantummodo, qua comprehenduntur Bellovaci, Atrebates, et Ambiani. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 24. Tres legiones in Belgio collocavit. Adde *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 46. et 47.

BELĬAL, indeclinab. et Belĭa, æ, m. nequam, et malignus spiritus. *Isidor.* l. 8. *Orig.* c. 11. interpretatur *sine jugo.* Hebraice est בְּלִיַּעַל (quasi בְּלִי עוֹל, hoc est sine jugo) et exponitur nequitia. *Tertull. de habitu Mulier.* c. 2. Quod est commercium damnaturis cum damnandis? opinor, quod Christo, et Beliæ. *Prudent. in Psychom.* v. 714. Præceptor Belia mihi, domus, et plaga mundus. Al. leg. *Præceptor Belial mihi fit, domus est plaga mundi*: qua ratione prima et secunda corriperentur. Sed hoc minus placet. Producuntur enim ab *eod. in Hamartig.* v. 522. Principe Belia, rectoribus horret iniquis. *Al. leg.* Belial.

BELĬAS, adis, patronym. femin. Beli neptis, filia Danai. *Senec. in Herc. Œt.* v. 959. nec memor castæ facis, Stricto cruenta Belias ferro stetit. *Al. leg.* Belis in ferro stetit: ut sit *Belis, idis.* ¶ Est etiam patronym. a *Belial,* seu *Belia* deductum. *Prudent. in Hamartig.* v. 612. ubi secundam syllabam corripit, cum in *Belial* bis producat. Sed frustra est, qui Prosodiæ leges a *Prudentio* exigit.

BELĪDES, æ, m. Βηλίδης, patronym. filius, vel nepos, vel utcunque a Belo ortum trahens. *Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 73. Surge age, Belide, de tot modo fratribus unus. *Belide* vocativus est, ὦ Βηλίδη. Intelligit autem Lynceum Ægypti filium, Beli nepotem. *Virg. Æn.* 2. v. 81. si forte tuas pervenit ad aures Belidæ nomen Palamedis. *Servius* hic docet ex *Apollonio* Palamedem septimo gradu a Belo originem ducere. *Stat.* 6. *Theb.* v. 291. Belidæ fratres. *h. e.* Danaus, et Ægyptus Beli filii. ¶ Pænultima brevi etiam invenitur. *Cinna in Propemptico Pollionis* apud *Charis.* l. 1. pag. 99. *Putsch.* Jam inde a Belidis, natalique urbis ab anno.

BELIS, ĭdis, f. patronym. Beli filia, vel neptis. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 73. Quaque parare necem miseris patruelibus ausæ Belides, et stricto stat ferus ense pater. *h. e.* quinquaginta Danai filiæ, Beli neptes, quæ maritos suos prima nuptiarum nocte, una excepta, occiderunt. (V. *Danaus.*) Eaque historia picta erat Romæ in porticu Apollinis Palatini ab Augusto constructa. Adde l. 3. *Trist.* eleg. 1. v. 61. ¶ Dicuntur hæ Belides apud inferos ea pœna multari, ut aquam assidue ingerant in dolium pertusum, quod nunquam implere possint. *Ovid. Metam.* 4. v. 462. Assidue repetunt, quas perdant Belides undas. Adde *Metam.* 10. v. 43. et *in Ibin,* v. 177. et 355.

BELLANS, antis, *warring, combating, fighting,* qui bellum gerit, aut pugnat. *Horat.* l. 3. od. 2. v. 7. Matrona bellantis tyranni. *Id. in carm. sæcul.* v. 51. Imperet bellante prior, jacentem Lenis in hostem. *Hirt. de B. Afric.* c. 61. Gaudium bellantibus fortuna tribuere non decrevit.

BELLARĬA, riorum, n. pl. *sweet-meats, dainties; the second course, consisting of cakes, confects, candied or preserved fruits,* &c. *the dessert,* τραγήματα, τρωγάλια, πέμματα, cupediarum omne genus, poma, nuces, cibi sacchato, aut melle conditi, aliaque hujusmodi irritamenta gulæ: qualia sunt, quæ secundis mensis inferri solent. Videntur autem ita appellari, quia *bella* sunt, hoc est gulæ valde grata, jucundaque stomacho, præsertim si solidioribus cibis satur jam sit. Hinc *bellissimas res* dixit eodem sensu *Terent. Adelph.* 4. 2. 51. ut *Donatus* adnotavit: et *pulcralia* appellavit *Cato* apud *Fest.* in *Pulcralibus.* Eademque ratione Græci ὡραῖα dixerunt cupedias, ut *Scalig. ad Fest.* et *Voss. in Etymol.* docent. Ὡραῖος enim etiam pulcrum significat. *Varr.* apud *Gell.* l. 13. c. 11. Bellaria ea maxime sunt mellita, quæ mellita non sunt. πέμμασιν enim cum πέψει societas infida. *Plaut. Trucul.* 2. 5. 27. Fer huc verbenam mihi, tus et bellaria. *Sueton. in Ner.* c. 25. Incedenti passim victimæ cæsæ, sparso per vias identidem croco, ingestæque aves, ac lemnisci, et bellaria. ¶ Addit *Gell. loc. cit.* etiam vina dulciora hoc nomine significata olim fuisse, dictaque esse *Liberi bellaria*: ejusque rei exempla in antiquioribus Comœdiis inveniri: quod ab eo exscripsit *Macrob.* l. 2. *Saturn.* cap. 8.

BELLARĬUM, et Bellaria res aptas bellis appellabant. Ita *Paul.* ex *Fest. Scaliger* autem putat legendum: *Bellarium et Bellaria res bellas appellabant*: et significari cupedias secundæ mensæ. Alii leg. *res aptas epulis appellabant* eodem sensu. V. vocem præced.

BELLĀTOR, oris, m. *a warrior, soldier,* πολεμιστής, qui bello est aptus, bellicosus, pugnax. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 24. Quis est, qui aut bellatori, aut imperatori, aut oratori quærat aliquid, neque eos existimet sine rabie quidquam fortiter facere posse? *Virg.* 9. *Æn.* v. 721. Bellatorque animos deus incidit. *h. e.* Mars. *the warrior god.* *Liv.* l. 7. c. 26. *ad fin.* Nec Græci terra, nec Romanus mari bellator erat. *practised in warfare.* ¶ De brutis, et de rebus aliis ad pugnandum aptis. *Virg.* l. 2. *Georg.* v. 145. et *Ovid.* 2. *Fast.* v. 12. Bellator equus. *Stat.* 12. *Theb.* v. 603. taurus. *Sil.* l. 13. v. 376. ensis. *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 378. campus. *the field of battle.* V. *Venator.* ¶ Absolute de equo. *Juvenal.* sat. 7. v. 126. ipse feroci Bellatore sedens curvatum hastile minatur.

BELLATORĬUS, a, um, *of or belonging to a warrior; warlike, relating to war,* ad bellandum pertinens. *Plin.* l. 7. ep. 9. Sed non ideo semper pugnacem hunc et quasi bellatorium stylum suaserim. *Ammian.* l. 23. c. 5. (*al.* 13.) Bellatoria jumenta.

BELLĀTRIX, icis, f. *a female warrior,* bello, et pugnæ apta, bellicosa, pugnax. *Cic. Tuscul.* 4. c. 24. Bellatrix iracundia. *Virg.* 1. *Æn.* v. 497. Penthesilea bellatrix. *Ovid.* 1. *Trist.* eleg. 5. v. 76. diva. *h. e.* Pallas. *Id. ibid.* l. 2. v. 321. Roma. *Stat.* 6. *Theb.* v. 262. cohors. *Sil.* l. 9. v. 576. belua. *h. e.* elephas. *Stat.* l. 7. *Theb.* v. 57. Bellatricesque carinæ. *ships of war.* Et *Valer. Flacc.* l. 7. v. 612. Bellatrix gleba. *h. e.* quæ armatos viros emittit. V. *Venator.*

BELLATŬLUS, a, um, adject. diminut. idem ac bellulus: et adhibetur in blandiciis. *Plaut. Cas.* 4. 4. *in fi.* Bella bellatula. *pretty, charming.* Sunt qui aliter legi mallent. In *vet. lap.* apud *Gruter.* pag. 350. n. 4. *Bellatula* est nomen propr. mulieris: et pag. 943. n. 3. cognomen.

BELLAX, ācis, adject. *warlike,* bellicosus, πολεμιστής. *Lucan.* l. 4. v. 406. Illic bellaci confisus gente Curetum.

BELLE, adverb. *prettily, neatly,* bene, apte, commode, scite, eleganter, καλῶς, ὀρθῶς, κομψῶς: diminutive dictum a *bene,* ut docet *Festus* in *Bellule.* Differt aliquo modo a *bene,* quia *belle* commodum, venustatem, et convenientiam significat; *bene* omnimodam perfectionem in genere quolibet. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 35. Quia istas buccas tam belle purpurissatas habes. *so exquisitely; so charmingly.* *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. Aquam belle sane fluentem vidi. *Id. Attic.* l. 1. ep. 1. *in fi.* Hermathena belle posita. *delightfully.* *Id. Attic.* l. 16. ep. 3. Prædiola belle ædificata. *Id. Fam.* 16. ep. 9. Inde Corcyram bellissime navigavimus. *most agreeably.* *Id. Attic.* l. 7. ep. 2. Ita belle nobis flavit lenissimus ventus. *so favourably; so to be wished for.* *Id. Fam.* 14. ep. 14. Modo ut hæc vobis loca tenere liceat, bellissime vel mecum, vel in nostris prædiis esse poteritis. *very much at your ease; very comfortably.* *Id. Attic.* l. 4. ep. 16. dices tu: ergo hæc quo modo fers? belle mehercule: et in eo me valde amo. *very well; easily, composedly.* *Id. Attic.* l. 5. ep. 10. Persuasum est omnibus, serviendum esse famæ meæ. belle adhuc. *all well so far.* *Id. Attic.* l. 13. ep. 33. Horum ego vix attigi pænulam: tamen remanserunt. ceciditque belle. *it happened luckily.* *Id.* l. 2. *de Divin.* c. 31. Hæc non tam mirabilia sunt, quam conjecta belle. *ingeniously.* *Id. Attic.* l. 6. ep. 1. *a med.* Epistola belle scripta. *Id. ibid. sub fin.* Hæc te volui παριστορῆσαι. sumus enim ambo belle curiosi. *somewhat curious*: scite diligentes in aliorum negotiis perscrutandis. et l. 12. ep. 37. Attica belle se habet. *is well.* *Id. Fam.* 9. ep. 9. Terentia minus belle habuit. *Seren. Sammon. compos.* 136. Purgat belle chamælca. *without inconvenience.* *Id. compos.* 150. Calcifraga ad calculosos belle facit. *h. e.* prodest. *P. Syrus* apud *Gell.* l. 17. c. 14. Pars beneficii est, quod petitur si belle neges. *with a grace; in a civil way.* *Quintil.* l. 6. c. 3. Uti belle aliqua re. *in season; a-propos.* *Id. ibid.* Verba, quæ belle respondent. ¶ *Belle tractare,* et *belle tangere* aliquem apud *Plaut. Cas.* 4. 4. 25. et *Rud.* 2. 4. 12. est molliter, placide, et blandiendo contrectare, et tangere, *to touch gently, soothe, caress.* ¶ *Belle ire* est pedetentim, placideque ingredi, molli quadam gravitate incedere, *to advance forward with a good grace.* *Plaut. Asin.* 3. 3. 86. I sane bella belle. *Id. Curcul.* 4. 2. 35. Sequere istum bella belle. ¶ *Belle facere aliquid* interdum non tam significat bene facere, quam venuste, scite, eleganter, et ad speciem jucunde. *Martial.* l. 2. epigr. 7. Causas agis, Attale, belle. *Et* Componis belle mimos, epigrammata belle. Sic Belle cantare, belle saltare, *ibid.* V. integrum epigramma. Huc pertinet illud *ejusd.* l. 10. epigr. 46. Omnia vis belle, Matho, dicere: dic aliquando Et bene: dic neutrum: dic aliquando male. Apud *Cicer.* quoque *pro Quint.* c. 30. *belle dicere* hoc sensu legitur. ¶ *Belle* nonnumquam idem est ac facete, false, et simul apposite. *Martial.* l. 5. epigr. 78. Narratur belle quidam dixisse, Marulle, Qui te ferre oleum dixit in auriculam. *Senec. in præfat.* lib. 3. *Excerpt. controvers.* Declamat tam male, ut videar belle optasse, cum dixi: nunquam surgas. *Et paulo post.* Id quod bellissime Censorinus aiebat, &c. ¶ Est etiam vox plaudentium recitantibus. *bravo! well!* *Pers.* sat. 1. v. 48. Sed recti finemque, extremumque esse re-

cuso Euge tuum, et belle. nam belle hoc excute totum, &c. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 26. Bene et præclare, quamvis nobis sæpe dicatur: belle, et festive, nimium sæpe nolo. *bene et præclare* refertur ad orationem gravem et perfectam; *belle et festive* ad dulcem et floridam.

BELLERŎPHON, ontis, Βελλεροφῶν, et Bellerophontes, æ, m. Βελλεροφόντης, filius Neptuni, et Eurynomes Nisi filiæ, ut est apud *Hygin.* fab. 157. vel ut alii volunt, filius Glauci, nepos Sisyphi, pronepos Æoli. Primum Hipponous dictus est, deinde Bellerophontes, a Bellero quodam Corinthio, quem occidit. Fuit Rex Ephyræ, sed Regno spoliatus a Prœto Argivorum Rege, apud illum ejus jussu aulicam vitam vixit. Corporis pulcritudine excelluit, ornatus simul præclarissimis maximisque virtutibus. Cum ab Anthia, seu Sthenobœa uxore Prœti interpellatus esset, veritus hospitalis Jovis iram, lascivam feminam repulit. Quare exardens repulsa mulier, apud virum, innocentem hospitem accusavit, qui hospitii jure motus illum domi interficere non sustinuit, sed datis codicillis ad Ariobatem, seu Iobatem socerum in Lyciam misit. Lectis ergo codicillis Iobates in ultionem criminis ad Solymos domandos Bellerophontem misit, ut sub prætextu memorabilis pugnæ interiret. Verum cum et Solymos facile vicisset, et aliis plerisque periculis objectus semper victor rediisset, postremo ad interimendam Chimæram missus est: quem etiam laborem, nactus Neptuni beneficio Pegasum equum, summa cum laude superavit. Iobates virtutem juvenis admiratus, alteram illi ex filiis, Achimenen appellatam, cum Regni parte uxorem dedit: ex qua Isandrum, Hippolochum, et Laodamiam suscepit. Hæc cum audisset Sthenobœa sibi ipsa mortem conscivit. Bellerophontes felici rerum successu elatus, cum in cælum evolare cum Pegaso conaretur, immisso a Jove œstro, equo excussus est, deciditque in eum campum, qui Aleius appellatus est. *Hygin.* fab. 57. et *Poet. Astronom.* l. 2. c. 18. item *Serv. ad Æn.* 5. v. 118. ¶ In recto casu *Bellerophontes* legitur apud *Auson.* ep. 25. *in fi.* et apud *Serv.* tum *loc. cit.* tum ad *Æn.* 6. v. 288. item apud *Hygin. loc. cit.* At *Bellerophon* habetur apud eund. *Hygin.* fab. 57. et *Fulgent.* l. 3. *Mythol.* c. 1. ubi etiam *Bellerophonta* in accusativo, Græca positione. Sed *Bellerophontem* Latino more dixere *Horat.* l. 4. od. 11. v. 28. *Manil.* l. 5. v. 97. et *Plaut. Bacch.* 4. 7. 11. ¶ Præterea *Horat. Bellerophonti* dixit in dativo, l. 3. od. 7. v. 15. et in ablativo *Bellerophonte*, *ibid.* od. 12. v. 8. quæ sunt a recto *Bellerophon*. [† Sed v. Bentleium ad l. qui *Bellerophontē* ducit a recto *Bellerophontes*, metro jubente ob Synaphiam.] ¶ Apud *Plaut. loc. cit. Bellerophontem jam tuus me fecit filius*, proverbii modo dicitur, ex eo ducti, quod Bellerophon nescius litteras ad eum attulit, a quo occidendus erat. Simile est illud *litteras Uriæ ferre*, quod e Sacris Litteris ductum est, lib. 2. *Reg.* cap. 11.

BELLEROPHONTĒUS, a, um, Βελλεροφόντειος, ad Bellerophontem pertinens. *Propert.* l. 3. eleg. 2. v. 2. Bellerophontei qua fluit humor equi. V. Pegasus. *Rutil.* l. 1. *Itiner.* v. 449. Sic nimiæ bilis morbum assignavit Homerus Bellerophontei sollicitudinibus.

BELLICŌSUS, a, um, *warlike, soldier-like, valourous*, πολεμικός, ad bella gerenda aptus, bellica virtute valens. *Cic. de provinc. Consul.* c. 13. Gentes barbaræ, et bellicosæ. *Liv.* l. 37. c. 8. Gallogræci bellicosiores ea tempestate erant. *Nepos in Hamilc. c. ult.* et *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 1. Bellicosissima gens. *Liv.* l. 9. c. 6. *in fi.* Cepisse eos non Romam, sicut ante Gallos, sed quod multo bellicosius fuerit, Romanam virtutem, ferociamque. *h. e.* quod magis bellicam virtutem ostenderit. *Id.* l. 10. c. 9. Bellicosus annus. *a year of continual war.*

BELLICRĔPAM SALTATIONEM (ἐνόπλιον ὄρχησιν) dicebant quando cum armis saltabant: quod a Romulo institutum est, ne simile pateretur, quod fecerat ipse, cum a ludis Sabinorum virgines rapuit. *Festus.*

BELLĬCUS, a, um, *relating to war*, πολεμικός, πολέμιος, ad bellum pertinens. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 36. Rem bellicam administrare. *Id.* l. 2. *de legib.* c. 18. Insignia bellica. *Propert.* l. 2. eleg. 15. v. 43. Bellica navis. *a ship of war. Id.* l. 4. eleg. 4. v. 14. Bellicus equus. *Cic.* 2. *de legib.* c. 24. Bellica mors. *h. e.* in bello obita. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 64. Bellica disciplina. *Id.* 3. *Offic.* c. 29. Jus bellicum. *Id. pro Mur.* c. 10. Bellica virtus. *Id. de clar. Orat.* c. 21. Bellica laus. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 52. Bellica gloria. *Flor.* l. 3. c. 8. Bellica nomina. *h. e.* bello parta, ut *Africanus, Macedonicus, Creticus*, &c. *Plin.* l. 16. c. 4. Bellicæ coronæ. *h. e.* quæ in bello dantur victoribus. ¶ *Bellica columna* quænam fuerit, V. in *Bellona*. ¶ *Bellicum* absolute dicitur sonus tubæ ad arma vocans. Hinc *bellicum canere* est milites tubæ cantu ad bellum, et prœlia animare. *to give the signal for battle. Liv.* l. 35. c. 18. A Macedonia Philippum, ubi primum bellicum cani audisset, arma capturum. *Cic. pro Mur.* c. 14. Simul atque aliquis motus novus bellicum canere cœpit. *Justin.* l. 12. c. 15. Bellicum canere inter aliquos. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 12. Thucydides incitatior fertur, et de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. ¶ Est etiam *bellicus* idem ac bellicosus, *warlike, fierce in war. Vellei.* l. 2. c. 38. Bellica civitas. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 478. Bellicus deus. *h. e.* Romulus. et l. v. 1. 3. Bellicus Mars. *Id. ibid.* v. 814. Bellica dea. *h. e.* Pallas.

BELLĬFER, a, um, belliger, bellicosus. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 429. quid belliferam communibus urunt Italiam maculis? &c.

BELLĬFĬCOR, aris, atus sum, idem quod gratificor, belle alicui facio, belle cum aliquo ago. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 10. Quare tibi suadeo, quicunque est istic status rerum, diligenter et caute perscribas, ne aut bellificatus alicui dicaris, aut aliquid, quod referret scire, reticuisse. *Velificatus* leg. plerique alii, et rectius.

BELLĬGER, a, um, *relating to war, waging war, warlike*, qui bellum gerit, bellicus, bellicosus. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 11. v. 13. Belligeræ gentes. *Id.* 3. *Metam.* v. 534. Belliger ensis. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 672. Belligeræ manus. *Martial.* l. 5. epigr. 25. Hasta belligera. *Stat.* 12. *Theb.* v. 717. Belligeræ acies. *Sil.* l. 3. v. 124. viris ignobile lethum Belligeris in pace mori. et vers. 162. Belligera mens. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 617. Belligeri labores. *Sil.* l. 8. v. 261. Ars belligera. *Id.* l. 11. v. 567. Fera belligera. *h. e.* elephas, qui et armatos gerit, et in acie pugnat.

BELLĬGERĀTOR, oris, m. *a warrior*, πολεμιστής, bellator, bellicosus. *Avien. in Perieg.* v. 55. Belligeratores nutrit tellus Arimaspas. *Venant.* l. 3. *de vita Martini*, v. 370. Belligeratori valeat ne femina jungi.

BELLĬGĔRO, as, avi, atum, n. 1. *to wage war, carry on war*, πολεμέω, πολεμίζω, bellum gero, bello, pugno. *Cic. pro Font.* c. 12. Excitandus nobis erit ab inferis C. Marius, qui Indutiomaro isti par in belligerando esse possit. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 46. Belligerare adversum accolas. ¶ Translate *Cic. post redit. ad Quir.* c. 8. Belligerare cum fortuna. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 80. Isti, qui cum geniis suis belligerant, parcipromi. ¶ Deponentis forma, *Hygin.* fab. 274. *in fi.* Belus Neptuni filius gladio belligeratus est.

BELLĬO, onis, m. flos pratensis, lutei coloris, pastillicantibus quinquagenis quinis barbulis, ut est apud *Plin.* l. 21. c. 8.

BELLIPŎTENS, entis, *powerful in war*, in bello potens, εὐπόλεμος. *Virg.* 11. *Æn.* v. 8. tibi, magne, tropæum, Bellipotens. *h. e.* Mars. *Stat.* 2. *Theb.* v. 715. Diva bellipotens. *h. e.* Pallas. *Enn.* apud *Cicer.* l. 2. *de Divin.* c. 56. stolidum genus Æacidarum Bellipotentes sunt magi, quam sapientipotentes. Adde *Valer. Flacc.* l. 1. v. 529.

BELLIS, idis, f. *the white daisy*, herba in pratis nascens, flore albo, aliquatenus rubente. *Plin.* l. 26. c. 5.

BELLISŎNUS, a, um, bella sonans. *Paulin. Nolan. in Natal. S. Felicis*, 8. carm. 23. *sub fin.* Sic modo bellisono venientes flumine pugnas De nostris averte locis.

BELLITUDĬNEM, sicut magnitudinem *Verrius* dixit. *Festus.*

BELLO, as, avi, atum, n. 1. *to war, wage or carry on war*, πολεμέω, πολεμίζω, bellum gero, belligero. *Cic. pro leg. Manil.* c. 12. Longe a domo bellare. *Id. Verr.* 6. c. 33. Cum illa civitas cum Pœnis suo nomine, ac sua sponte bellaret. *Tacit. Ann.* 12. c. 60. Bellare de aliqua re. *Curt.* l. 9. c. 4. inter se. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 373. contra aliquem. *Nepos in Themist.* c. 9. adversus aliquem. *Id. in Conon.* c. 2. Cum Agesilaum bellatum misissent in Asiam. *Id. in Annib.* c. 1. Bellare animo cum aliquo. *Liv.* l. 8. c. 39. *in fi.* Hoc bellum a Consulibus bellatum est. *Est qui legit* debellatum. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 1. Postquam bellatum est apud Actium. *Plin.* l. 5. c. 1. Romana arma primum, Claudio principe, in Mauritania bellavere. ¶ Significat etiam pugnare, *to contend, fight*, apud Poetas. *Stat.* 6. *Theb.* v. 829. Bellare cæstu. *Sil.* l. 3. v. 235. ense. *Id.* l. 8. v. 498. manu. ¶ Cum dativo Poetice. *Stat.* 8. *Theb.* v. 505. citius me fulmina contra (Infandum) ruere, et magno bellare parenti Aspiciat. *Sil.* l. 9. v. 503. et bellare maniplis Jussa lætatur rabie. Adde l. 16. v. 565. ¶ Deponentis forma. *Virg.* 11. *Æn.* v. 660. et pictis bellantur Amazones armis.

BELLŌNA, æ, f. *the goddess of war*, Ἐνυώ, Dea præses armorum, et belli (*Duellona* olim dicta, ut *duellum* pro *bellum*. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. *a med.*) dissidiis gaudens, cædibus, et sanguine. Alii dicunt, esse sororem Martis, alii nutricem, alii aurigam: quidam ejus filiam, quidam uxorem faciunt. Nonnulli putant, esse ipsam Palladem, quæ belli inventrix habetur. *Lactant.* l. 1. c. 21. tradit, Bellonam Romanis eandem esse ac Virtutem. *Plaut.* tamen distinguit *Amph. prol.* v. 42. ¶ *Tartaream* dicit *Sil.* l. 5. v. 222. quia ex Tartaro prodire creditur: unde omnia mala in genus humanum. V. *Petron. in Satyr.* c. 124. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1311. et *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 145. ¶ Romæ templum habuit in nona regione non procul a Circo Maximo ante portam Carmentalem, ab Appio Claudio Cœco exstructum: quod ante posita erat columella, quæ *bellica* dicebatur, super quam hastam jaciebant bellum indicturi, ut *Fest.* in *Bellona*, et *Ovid.* l. 6. *Fast.* v. 201. *et seq.* tradunt. Cujus rei ratio est, quia cum olim Romani bellum indicebant finitimis populis, Fecialem mittere solebant, qui in eorum fines hastam jaceret, eaque cæremonia bellum indiceret. Prolato deinde imperio, cum trans mare quoque bellum aliquando inferendum esset, nec inveniretur locus, ubi is hastæ jaciendæ ritus fieret, columnam ad id ante Bellonæ ædem consecrarunt. ¶ In hoc templo dabatur Senatus iis, quos in Urbem admittere nolebant. Nam regio nona tota fuit olim extra Urbem. ¶ Describitur Bellona a Poetis facem et hastam, aut flagellum quatiens, tuba sonans, bellicum canens, ac per acies discurrens ad pugnam conciendam. Ejus sacerdotes proprio cruore ei faciebant. V. *Bellonarii. Virg. Æn.* 8. v. 700. Sævit medio in certamine Mavors Cælatus ferro, tristesque ex Æthere diræ, Et scissa gaudens vadit discordia palla, Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 223. gaudens Bellona cruentis.

BELLONARĬA, æ, f. *the nightshade or bane-wort*, dicta est herba solanum, sive solata, quia ea utebantur olim in bello ad tingendas cuspides: vel potius quia eam adhibebant Bellonarii, putantes ejus auxilio facilius se vaticinaturos. *Apulei. de herb.* cap. 74.

BELLONARĬI, orum, sacerdotes Bellonæ. Hi statis temporibus (præsertim IX. cal. April. qui dicebatur *dies sanguinis*, teste *Trebell. Poll. in Claud.* c. 6.) sacra ei faciebant, œstroque perciti, quem ab ipsa Dea sibi immitti credebant, cultris humeros, et brachia sua secabant, proprio cruore se, aliosque aspergentes: quo tempore futura etiam vaticinabantur. Cujus rei meminere *Juvenal.* sat. 4. v. 123. *Lucan.* l. 1. v. 565. *Tertull. in Apolog.* c. 9. *Lactant.* l. 1. c. 21. et alii. Apud *Lamprid. in Commod.* c. 9. legitur, Commodum ex studio crudelitatis præcepisse, ut Bellonæ servientes vere exsecarent brachia. Ex quo intelligimus, plerunque ficta, et simulata fuisse tantum vulnera Bellonariorum. ¶ Ipsa vox *Bellonarii* legitur apud *Acronem Vet. Horat. Scholiast.* ad sat. 3. l. 2. v. 223. ut est in ejus *edit. Basil.* apud *Valentin. Curion.* 1527. 8. pag. 685.

BELLŌNE, es, quæ legitur apud *Hygin.* fab. 274. et prima acum invenisse dicitur, videtur esse eadem, quæ *Bellona*. Sed fortasse legendum est *Belŏne*, a Græco βελόνη, quod acum significat. Unde et piscis quidam, qui *acus* Latine dicitur, Græce *belone* appellatur, ut est apud *Plin.* l. 9. c. 51. *the needle-fish.* V. *Acus*.

BELLOR, aris, V. in *Bello, as*.

BELLŌSUS, a, um, *warlike*, idem quod bellicosus. *Cæcil.* apud *Non.* c. 2. n. 96. Tantum bellum suscitare conari adversario contra bellosum genus.

BELLOVĂCI, orum, m. populi Galliæ Belgicæ, quorum præcipua urbs *Bellovacum*. Fuere inter Parisios, Velocasses, Belgium, et Suessones. *Plin.* l. 4. c. 17. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 4. V. Geographos.

BELLŬA, et Belua, æ, f. *any large beast, or fish; a beast, monster*, θήρ, θηρίον, proprie dicitur de fera immani et formidabili, ut sunt leones, elephanti, tigres, apri, item pisces majores, ut balænæ, delphini, phocæ, et hujusmodi. Hinc distinguitur a *fera*, et *bestia*, quæ ampliorem significationem habent, et dicuntur etiam de minoribus brutis animalibus. *Sueton. in Aug.* c. 72. *in fi.* Immanium belluarum, ferarumque membra prægrandia. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 35. Elephanto belluarum nulla prudentior. *Id.* l. 4. *Acad.* c. 34. Fera et immanis bellua. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 25. vasta et immanis. *Horat.* l. od. 12. v. 23. sæva. *Senec. in Hippol.* v. 1047. Squamosa. ¶ Frequenter usurpatur de elephantis, ut apud *Flor.* l. 1. c. 18. *Arnob.* l. 7. pag. 223. et apud *Curt.* multis in locis. Sic Gætula bellua *Juvenal.* sat. 10. v. 158. Inda *Ovid.* 4. *Trist.* el. 6. v. 7. Adde *Terent. Eun.* 3. 1. 25. et *Cicer.* l. 7. *Fam.* ep. 1. *a med.* ¶ Sæpissime tamen ponitur pro quocunque animali bruto. *Plaut. Aulel.* 3. 6. 26. Quo quidem agno sat scio magis curiosam nusquam esse ullam belluam. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 39. In mari quot genera, quamque disparia partim submersarum, partim fluitantium, et innantium belluarum, partim ad saxa nativis testis inhærentium. ¶ Crebro adhibetur in conviciis. *Cic. Verr.* 7. c. 42. Sed quid ego hospitii jura in hac tam immani bellua commemoro? *Id. in Pison.* c. 1. Jam ne vides bellua, jam ne sentis, quæ sit hominum querela frontis tuæ? *Liv.* l. 7. c. 10. Si tu permittis, volo ego illi belluæ ostendere, me ex ea familia ortum, quæ, &c. *Plaut. Rud.* 2. 6. 59. Impurata bellua. *Terent. Phorm.* 4. 2. 11. Sed quid pertimui autem bellua? *beast that I am!* ¶ Translate *Sueton. in Tiber.* c. 24. Principatum recusavit, adhortantes amicos increpans, ut ignaros, quanta bellua esset imperium. *Sallust. in Orat.* 2. *ad Cæs. de Republ. ordin.* c. 54. Avaritia bellua fera, immanis, intoleranda est. ¶ Rectius scribitur duplici *ll*: ita enim frequentius legitur, placetque *Manut.* et *Cellar.* Confirmatur auctoritate *Festi*, qui *bellum* a *belluis* ductum putat. Si unico scribatur, prima corripi potest. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 69. Quid dubitatis, utrum nunc sitis cercopitheci, An colubræ, an beluæ?

BELLUĀLIS, le, *brutal, bestial*, belluinus. *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 11. Educatio bellualis, et aspera.

BELLUĀTUS, a, um. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 14. Alexandrina belluata, conchyliata tapetia. *h. e.* belluarum imaginibus picta. V. *Bellutus*.

BELLUĪNUS, a, um, *relating to a brute beast, bestial*, θηριώδης, ad belluas pertinens, belluæ similis. *Gell.* l. 19. c. 2. Qui istis belluinis voluptatibus se se dediderunt. *Prudent. Cathemer.* 7. v. 114. Belluinæ fauces.

BELLŬLE, adverb. diminutivum a *Belle*. *Apulei.* l. 11. *Metam. sub fin.* Liberali deum providentia jam stipendiis

forensibus bellule fotus. *Id. ibid.* 10. Bellule suffarcinatus. *Id. in fi.* l. 5. Ætatem portat bellule. *Plautus* quoque hac voce usus est, teste *Festo*.

BELLŬLUS, a, um, *a little pretty, spruce, neat*, pulchellus: diminutivum a *Bellus*. *Plaut. Mil.* 4. 1. 42. Ædepol hæc quidem bellula est. Adde *Cas.* 4. 4. 22.

BELLUM, li, n. *war*, πόλεμος, dissensio populorum, cum arma sibi mutuo inferunt. Olim *duellum* dictum est, ut est apud *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. *a med. Cicer. in Orat.* c. 45. et *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 5.) ea nimirum ratione, qua a *duis* factum est *bis*, a *duonum bonum*, a *Duellona Bellona*. Putat *Festus* ductum esse a belluis, quia earum propria est dissensio. Alii tradidere *bellum* dictum esse, quia sit minime bellum. Sed hæc levia sunt. *Cic. Verr.* 5. c. 18. Hæ terræ, in quibus bellum acerbum, diuturnumque versatum est. *Id. Attic.* l. 9. ep. 10. crudelissimum, et maximum. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 47. triste, ac turbulentum. *Id.* l. 8. *ad Attic.* ep. 14. pestiferum. *Id. pro leg. Manil.* c. 2. grave, et periculosum. *Id. pro Balb.* c. 2. durissimum. *Sueton. in Cæs.* c. 35. difficillimum. *Ovid. in Ibin, in fi.* Bella acria. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 7. aspera. *Cic. Fam.* 9. ep. 13. Commovere bellum. *Id. Attic.* l. 9. ep. 13. parare. *Id. Attic.* l. 10. ep. 4. terra et mari comparare. *Planc. ad Cic. Fam.* 10. ep. 23. alere. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 11. *a med.* denunciare, et indicere. *Id. pro Sext.* c. 27. Magna belli contentione superare aliquem. *Id. pro leg. Manil.* c. 20. *in fi.* Administrare bellum cum aliquo. *h. e.* contra aliquem. *to wage.* Sic *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 46. gerere cum aliquo. *eodem sensu.* (V. alia huc pertinentia in *Gero*) *Id. in Pison.* c. 24. conficere. *h. e.* finire. *Id. Fam.* 7. ep. 3. ducere. *h. e.* in longum trahere. *to protract. Id. pro Dom.* c. 23. et *Phil.* 2. c. 22. inferre alicui, et contra aliquem. *to declare. Id. Agrar.* 2. c. 28. facere, atque instruere. *Id. pro Mil.* c. 23. et *Catil.* 3. c. 9. *Cæs.* l. 3. *B. Gall. in fi. Liv.* l. 1. c. 38. et *Nepos in Dion.* c. 4. Bellum facere alicui. (Hoc sensu *bellum agere* dixere *Id. Nepos in Annib.* c. 8. et *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 28.) *Nepos in Datam.* c. 8. *in fi.* Sedare bellum. *Id. in Hamilc.* c. 1. componere. *Id. in Conon.* c. 4. Bello persequi aliquem. *Id. in Annib.* c. 3. subigere gentes. *Id. in Chabr.* c. 2. devincere insulam. *Id. in Datam.* c. 1. Vir manu fortis, et bello strenuus. *Id. in Epamin.* c. 5. Bello exercitatus. ¶ *Deferre bellum ad aliquem* est belli gerendi facultatem, atque imperium tradere. Sic *Dare alicui bellum.* Utraque phrasis est *Cicer. Phil.* 11. c. 8. ¶ Genitivus *belli* (quemadmodum et *militiæ*) significat in bello, *in war, in time of war*: et jungi solet cum *domi*, cui opponitur. *Cic.* l. 2. *Offic. c. pænult.* Præterea quibuscunque rebus vel belli, vel domi poterunt, Rempublicam augeant. *Sallust. in Jug.* c. 45. Paucorum arbitrio belli domique agitabatur. Adde *Liv.* l. 1. c. 36. et lib. 3. c. 43. *Id.* tamen l. 9. c. 26. *sub fin.* Post res tot domi, belloque gestas. ¶ Si vox *domi* non sequatur, pro *belli* dicimus *in bello*. *Cic. Fam.* 9. ep. 5. Magis illos, qui in bello occiderunt. Adde *Fam.* 12. ep. 10. et alibi. ¶ Ablativus *bello* sæpe significat tempore belli. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 2. Ut apud Regillum, bello Latinorum, cum Postumius cum Octavio Mamilio prœlio dimicaret. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 44. Veienti bello, cum lacus Albanus præter modum crevisset. ¶ Dicitur aliquando *bellum navigare, ascendere*, &c. *Cic. pro leg. Manil.* c. 12. Quam celeriter, Pompeio duce, belli impetus navigavit! *Flor.* l. 2. c. 2. Regulo duce jam in Africam navigabat bellum. *Id. ibid.* Serpente latius bello. *Id.* l. 4. c. 12. Alpes, et nives, quo bellum non posset ascendere. ¶ De iis rebus, quibus bellum geritur. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 24. Permanet Aoniis Nereus violentus in undis, Bellaque non transfert. *Heins.* mavult legi *veluque*: fatetur tamen, in omnibus libris *bella* haberi. Huc trahi potest illud *Silii* l. 7. v. 472. Sed victæ fera bella deæ vexere per æquor, &c. *h. e.* arma, et milites. *Stat. Theb.* 9. v. 490. quid faciat bellis obsessus, et undis? *h. e.* armis, et hostibus. ¶ Differt a *prœlio*, quod *bellum* significat totum illud tempus, quo homines sunt in armis, etiam si cessetur a conflictu: *prœlium* vero est, cum acies utrinque congrediuntur: itaque prœlium belli pars est. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 28. Nec vero dii bellis, prœliisque caruerunt. *Id. in Orat.* c. 9. Thucydides et bella narrat, et prœlia. *Liv.* l. 30. c. 35. *extr.* Annibal fassus in curia est, non prœlio modo se, sed bello victum. *Id.* l. 9. c. 18. et *Lucil.* apud *Non.* c. 5. n. 61. Quod populus R. etsi nullo bello, multis tamen prœliis victus sit. Adde *Virg.* 11. *Æn.* v. 541. ¶ Aliquando *bellum* pro *prœlio* ponitur. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. *a med.* Rorarii dicti a rore: qui bellum committebant ante. *Justin.* l. 2. c. 12. Artemisia inter primos duces bellum acerrime ciebat. Adde l. 18. c. 1. *in fin.* et l. 24. c. 8. *Virg.* 2. *Æn.* v. 439. et *Stat.* 3. *Theb.* v. 666. ¶ Et vicissim *prœlium* pro *bello*. *Liv.* l. 31. c. 2. Consultatio de Macedonico bello integra ad Consules, qui in prœlio cum Boiis erant, rejecta est. *Petron. in Satyr.* c. 89. Decenne prœlium. *h. e.* bellum Trojanum. Adde *Justin.* l. 3. c. 6. ¶ Pro oppugnatione *Liv.* l. 21. c. 8. Itaque acrius de integro obortum est bellum. V. integr, loc. ¶ Translate *Cic. pro Sull.* c. 9. *extr.* Suscipere æternum bellum cum improbis. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 49. Milvo est quoddam bellum quasi naturale cum corvo. *Id.* 2. *de Orat.* c. 37. Philosophiæ bellum indicere. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 7. ventri. *Liv.* l. 3. c. 25. falsum testem justo ac pio bello persequebatur.

BELLUŌSUS, a, um, *abounding in monsters*, belluis abundans. *Horat.* l. 4. od. 14. v. 47. belluosus qui remotis Obstrepit Oceanus Britannis. Adde *Avien. in Ora marit.* v. 204.

BELLUS, a, um, *pretty, charming, handsome, fine, elegant, polite; nice, spruce, trim, neat*, καλὸς, aptus, commodus, appositus, congruens, idoneus: diminutive factum a *bonus* (ut docet *Priscian.* l. 3. *sub fin.*) pro quo *benus* olim dictum fuisse, et inde *bellus*, docet *Voss. in Etymol.* Itaque minus significat, quam *bonus*. Nam *bona* dicimus ea, quæ perfectionem habent in quolibet genere: *bella* autem non item. Alii docent esse ab obsoleto *duellus*, quod idem significat. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 45. Socius bellum ita geris, ut bella omnia domum auferas. *all that is gay and good. Petron. in Satyr.* c. 25. Bellissima occasio. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 17. Illum pueris locum esse bellissimum duximus. *Id. ibid.* l. 13. ep. 20. Theatrum quidem sane bellum habuisti. *h. e.* locum, et occasionem commodam. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 60. Subsidium bellissimum existimo esse senectuti otium. *Id. Attic.* l. 15. ep. 11. Bella est hujus juris quinquennii licentia. *suits me very well. Id. ibid.* l. 10. ep. 14. Hæc potius conquire de Hispaniis, de Massilia: quæ quidem satis bella Servius affert. *brings us very fair news. Id.* 4. *Attic.* ep. 16. *circa med.* Recordor enim quam bella paulisper, nobis gubernantibus, civitas fuerit. *h. e.* quam tranquillus, et jucundus Reipublicæ status. ¶ *Epistolam valde bellam* vocat *Cic. Attic.* l. 4. ep. 6. *in fi.* quæ scite scripta est, et apposite ad impetrandum. *a neat letter, and seasonably sent off.* ¶ *Bellum est*, commodum est, utile, jucundum est. *Cic. Fam.* 9. ep. 2. Mihi jampridem venit in mentem, bellum esse aliquo exire, ut ea, quæ agebantur hic, quæque dicebantur, nec viderem, nec audirem. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 58. Etiam sine cognitione juris, quam sit bellum cavere malum, scire possumus. *Id. Attic.* l. 13. ep. 49. Est bellum aliquem libenter odisse. ¶ *Belli cibi* dicuntur qui suaves, et delicati sunt. *sweet-meats, sweet cakes, confects.* Ex qua notione *bellariorum* nomen ortum est. *Terent. Adelph.* 4. 2. 51. Unumquodque, quod erit bellissimum, carpam. *Colum.* l. 12. c. 19. Vinum bellissimum. ¶ Dicitur nonnunquam de rebus affabre factis. *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 16. Non solum vasa ad victum habilia, sed etiam figura bella. ¶ Sæpe transfertur ad mores. Hinc *bellus homo* dicitur, qui lepidus est, facetus, festivus, urbanus, blandus, suavis, *fine, spruce, elegant, facetious, agreeable*, ἀστεῖος, ἄρεσκος, σύμμετρος. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 31. Hæc non possum dicere, non esse hominis et belli, et humani: sapientis vero nullo modo. *Id. Fam.* 14. ep. 7. Cicero bellissimus tibi salutem plurimam dicit. *Id. Attic.* l. 1. ep. 1. Durius accipere hoc, mihi visus est, quam homines belli solent. *Plaut. Capt.* 5. 2. 3. Fui ego bellus, lepidus; bonus vir nunquam. *Id. Merc.* 4. 5. 10. Tuus pater bellissimus amicam adduxit intro in ædes. *your gallant father.* εἰρωνικῶς. Adde *ibid.* 4. 1. 22. Jocus est in illo *Martial.* l. 1. epigr. 10. Bellus homo et magnus vis idem Cotta videri: Sed qui bellus homo est, Cotta, pusillus homo est. *bellus* enim cum sit diminutivum a *bonus*, ut dictum est; diminutiva autem de rebus parvis dicantur, non potest idem et bellus, et magnus esse. ¶ *Bellus* quoque est, qui bene se habet, et sano corpore, ac mente hilari est. *Cic. Fam.* 16. ep. 18. Fac, bellus revertare. Adde *Plaut. Curcul.* 1. 1. 20. Hinc *belle habere*, hoc est valere. V. *Belle*. ¶ Dicitur de rebus in speciem elegantibus, et ingeniosis. *neat, pretty. Martial.* l. 2. epigr. 7. Historias bellas, carmina bella facis. ¶ *Bella fama* est bona fama. *fair fame. Horat.* l. 1. sat. 4. v. 114. ¶ Refertur aliquando ad pulcritudinem corporis, *pretty, handsome, beautiful*, ὡραῖος: sed hoc sæpius apud Poetas. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 45. Quid enim est, quod homo masculus lubentius videre debeat, quam bellam uxorem? *Plaut. Asin.* 3. 3. 84. Nimis bella es, atque amabilis. *Id. Rud.* 2. 5. 6. Accipe aquam, mea tu bella. *Martial.* l. 2. epigr. 87. Dicis amore tui bellas ardere puellas. Adde l. 1. epigr. 65. et *Ovid.* l. 1. *Amor.* eleg. 9. v. 6. ¶ Comparativum *bellior* perrarum est. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 74. In quo Græci belliores, quam Romani nostri. *h. e.* meliores, ut ipse *Non.* exponit.

BELLŪTUS, belluæ similis. *Festus.* Suspicatur *Voss. in Etymol.* legendum esse *belluatus.*

BELLŪUS, a, um, belluinus, θηριώδης. Legitur tum in *Gloss. Isid.* tum apud *Augustin. de Grammat. cap. de particip.* pag. 2012. *Putsch.*

BELO, as, n. 1. *to bleat as a sheep*, idem quod balo. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. V. *Balo*.

[* BELOĂCOS, seu BELOTŎCOS, herba, alias dictamnus. *Apul. de herb.* c. 62.]

BELŎNE, V. *Bellone*.

BELUA cum derivatis, V. *Bellua*.

BELŪNUM, i, n. [† nunc] *Cividal di Beluno*, urbs Venetiæ in Marchia Tarvisina ad Plavim fluvium. *Plin.* l. 3. c. 19.

BELUS, li, m. Βῆλος, per simplex *l*, Nembroth filius Chusan, nepos Cham, pronepos Noe, pater Nini, primus Rex Assyriorum, ita nominatus a Sole, qui illorum lingua *Bel* dicitur. Huic vita functo templum erexere Babylonii, et divinis honoribus illum coluere. Alii illum Saturnum, alii primum Jovem appellant. ¶ Alius item fuit cognomento *Priscus*, filius Epaphi, nepos primi Jovis, frater Libyes, quæ ex Neptuno Busiridem peperit, pater Danai, Ægypti, seu Ægisthi, et Agenoris, avus Phœnicis, proavus Beli junioris, et Philisthenis, qui Sichæum genuit Didonis maritum. Dominatus est in Ægypto, ubi rerum cælestium scientia inventa templum meritus est Babylone, nomine *Jovis Beli*. Sunt qui Belum Priscum Jovem secundum existiment. Ab illius nomine quinquaginta Danai filiæ Belides appellatæ sunt. ¶ Est etiam hoc nomine parvus fluvius in Phœnice, qui e palude Cendevia, a radicibus Carmeli profluit, vitri fertiles arenas parvo litori miscens. *Plin.* l. 5. c. 19. ¶ Est etiam gemma *Beli oculus* dicta, quam vulgo *felis oculum* appellant, albicanti colore pupillam cingens nigram, et e medio aureo fulgore lucentem. *Id.* l. 37. c. 10. *a gem of a greenish colour and enclosing a sort of pupil; the cat's eye.*

BENACENSIS, se, ad Benacum pertinens. *Benacenses, ium*, Benaci accolæ. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 260. n. 2. &c.

BENĀCUS, i, m. [† nunc] *Lago di Garda*, Βήνακος, lacus Venetiæ in finibus Cenomanorum, inter Brixiam, et Veronam, ex quo Mincius fluvius effusus Mantuam defertur. *Plin.* l. 2. c. 103. *Virg.* 2. *Georg.* v. 160. teque Fluctibus et fremitu adsurgens Benace marino.

[* BENDIDĬUS, a, um, adject. ad Bendin seu Dianam pertinens, cujus feriæ Athenis *Bendidia* vocabantur, nam ejus sacra ex Thracia adsciverant Athenienses, et in Piræo celebrabant vigesimo die mensis Thargelionis; hinc Diana lingua Thracum Bendis vocabatur, ut *Hesychius* scribit. *Liv.* l. 38. c. 41. Romanorum primum agmen extra saltum circa templum Bendidium castra loco aperto posuit. *Livius* hic narrat bellum, quod Manlius Thracibus intulerat.]

BĔNE, *well*, καλῶς, εὖ, recte, probe, cum ratione: adverbium ab antiquo, et obsoleto *benus*, quo pro *bonus* usos fuisse Veteres, tradunt Etymologi: quemadmodum et *hemo* pro *homo*, et *Apello* pro *Apollo* dixere. Latissime autem patet ejus vis, et significatio: dicitur enim de omnibus iis rebus, quæ aliquo modo bona sunt. *Terent. Andr.* 1. 1. 78. O factum bene! *Id. Hecyr.* 3. 5. 6. Bene factum, te advenisse, Pamphile. *Id. Adelph.* 5. 8. 25. Bene facere aliquid alicui. *to do one a favour. Plaut. Asin. in fi.* Bene sibi facere. *to enjoy one's self. Cic. Attic.* l. 12. ep. 24. Bene fecit Silius, qui transegerit. *Gell.* l. 5. c. 3. Ingenium bene faciendi habere. *a disposition to do good. Cic. Attic.* 13. ep. 6. Quod coheredes convenisti, plane bene. *Id. ibid.* ep. 33. Sane bene narras. *Id. Fam.* 1. ep. 8. Rem valde bene gerere. *Terent. Adelph.* 5. 8. 30. Bene, et sapienter dicere. *Id. Andr.* 2. 2. 36. Bene mones. *Id. Adelph.* 3. 4. 70. Bene præcipere aliquid. *Id. Andr.* 1. 1. 145. Bene adsimulare nuptias. *Id. Hecyr.* 3. 5. 11. et *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 5. Bene vivere. *Plaut. Asin.* 1. 3. 23. Bene agere cum aliquo. *to act well by. Id. Mostell.* 1. 3. 82. Bene loqui in aliquem. *to speak well of. Pseud.* 4. 3. 7. Bene velle alicui. *to wish well. Cic. de Senect.* c. 14. *in fi.* Viri prudentes, et bene instituti. Et cap. 16. Ager bene cultus. *Id. de Fato* cap. 15. Viator bene vestitus. *Cæs. ad Cicer. post* ep. 16. l. 9. *ad Attic.* Bene cognitus. *Cato R. R.* c. 130. Ligna neque fumosa erunt, et ardebunt bene. ¶ *Bene dicere alicui*, V. in *Benedico*. ¶ *Bene mereri, bene audire*, V. in *Mereor, Audio*. ¶ Bene vendere, aut emere, *to buy or sell to advantage. Plaut. Curcul.* 4. 2. 34. et *Pers.* 4. 4. 38. ¶ *Bene esse alicui* est eum bene tractari, bene cum eo agi, pulcre esse. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 31. Quæso, ut hanc cures, bene ut sit isti. *that she may be treated kindly. Id. Pseud.* 4. 7. 36. Qui neque tibi bene esse patere, et illis, quibus est, invides. *Id. Men.* 3. 2. 20. Minore nusquam bene fui dispendio. *never anywhere did I come off better, and at less cost. Horat.* l. 1. ep. 1. v. 88. jurat, bene solis esse maritis. ¶ *Bene esse alicui aliqua re* est abundare. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 120. bene erat, non piscibus urbe petitis, Sed pullo, atque hædo. *Plaut. Cas.* 2. 3. 37. Ubi illi bene sit ligno, aqua calida, cibo, vestimentis. ¶ *Bene habere* est bene vivere, bene se tractare, *to live well, enjoy the pleasures of life. Plaut. Mil.* 3. 1. 129. Huic homini dignum est divitias esse, qui et rem servat, et qui bene habet, suisque amicis vult bene. *Id. Aulul.* 2. 8. 2. Ut bene haberem filiæ nuptiis. ¶ Item bene nobiscum agitur, res nobis bene procedunt. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 8. Bene habemus: nos, si in his spes est, opinor, aliud agamus. *matters go on well with us; our case is good*: et est hoc loco ironia. ¶ Bene, aut male habere aliquem, *to treat well or ill. Plaut. Men.* 5. 2. 50. et 4. 1. 11. ¶ Bene est, bene habet, *'tis well. Cic. sæpe in principiis epistolar.* Si vales, bene est; ego valeo. *Id. pro Mur.* c. 6. Bene habet: jacta sunt fundamenta defensionis. *Liv.* l. 8. c. 6. Bene habet: dii pium movete bellum. *Juvenal.* sat. 10. v. 72. bene habet: nil plus interrogo. *Stat.* l. 11. *Theb.* v. 557. bene habet: non irrita vovi. Sic *Terent. Phorm.* 2. 3. 82. Bene habent tibi principia. *h. e.* succedunt. *Plaut. Pseud.*

4. 1. 24. Ornatus hic satis me condecet? *Pseud.* Optime habet. *nothing can be better.* ¶ *Bene facis* est approbantis, laudantis, et gratias agentis. *Well done! Terent. Eun.* 5. 9. 61. Bene fecisti: gratiam habeo maximam. *Id. ibid.* 4. 2. 106. Merito te amo. *Ph.* bene facis. ubi *Donatus*: in consuetudinem venit. *bene facis*, et *bene fecisti* non judicantis esse, sed gratias agentis. ¶ *Bene facere* dicuntur etiam medicamenta, quæ prosunt, et sanant. *to do good, be of use or avail. Cato R. R.* c. 157. Id bene faciet, et mali nihil sinet in corpore consistere. *Scribon. Larg.* compos. 1. Ad capitis dolorem bene facit serpyllum. Adde *compos.* 5. 9. 13. 41. 42. &c. ubi etiam *benefacit* junctis vocibus scriptum legitur. ¶ Frequenter *bene* locum habet in plausibus et acclamationibus. *good! excellent! bravo! Cic.* 3. *de Orat.* c. 26. Bene, et præclare quamvis nobis sæpe dicatur: belle, et festive nimium sæpe nolo. V. *Belle in fi.* ¶ Item in precationibus, et omnibus, quæ a bibentibus fieri solent: cum accusativo, aut dativo. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 636. Parca precaturæ sumite vina manus, Et, bene nos, patriæ, bene te, pater, Optime Cæsar, Dicite: suffuso sint rata verba mero. *Plaut. Pers.* 5. 1. 20. Bene mihi, bene vobis, bene amicæ meæ. Adde *Stich.* 5. 4. 27. *Tibull.* l. 2. eleg. 1. v. 31. et *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 601. ¶ Interdum accipitur pro large, liberaliter. *largely, profusely. Sallust. in Catil.* c. 42. Bene polliceri. *Plaut. Men.* 1. 2. 12. Lanam, aurum, vestem bene præbere. ¶ Item pro prospere. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 17. Quæ autem inconstantia deorum, ut primis minentur extis, bene promittant secundis? *Plaut. Trucul.* 2. 4. 33. Cumque bene provenisti salva, gaudeo. *Cato R. R.* c. 141. Quod bene eveniat. ¶ Item sæpe pro valde. *very. Cic.* 14. *Attic.* ep. 7. Litteræ bene longæ. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 19. Dolor bene plane magnus. *Id. Fam.* 10. ep. 33. Inermes bene multi. *Id. Attic.* l. 4. ep. 9. Bene mane hæc scripsi. *very early in the morning.* ¶ Jungitur eleganter cum aliis adverbiis. *Cic. Phil.* 5. c. 15. Respublica et bene, et feliciter gesta. *Id. Fam.* 5. ep. 12. Bene, et naviter esse impudentem. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 129. Bene, benigneque facere. *Id. Cas.* 5. 1. 1. Bene, et commode accipere aliquem. *Sallust. in Catil.* c. 55. Bene, et composite disserere. *Plin. initio paneg.* Bene, ac sapienter majores instituerunt. ¶ Gradus hujus adverbii *melius, optime*, V. suis locis.

BENEDĪCE, adverb. εὐφήμως, εὐηγόρως, bonis, et lenibus verbis. *Plaut. Asin.* 1. 3. 54. Cum illiciebas me ad te blande, ac benedice.

BENEDĪCO, et Bene dico, is, xi, ctum, a. 3. *to speak well or favourably of, commend*, εὐλογέω, bene de aliquo loquor, laudo. *Cic. pro Sext.* c. 52. Cui bene dixit unquam bono? bene dixit? immo quem fortem, et bonum civem non petulantissime est insectatus? *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 9. v. 9. Nec tibi cessaret doctus bene dicere lector. ¶ Quidam his locis *benedico* scribunt junctis vocibus: rectius tamen divisis scribitur. Hinc interjectis etiam aliis verbis usurpari solet. *Plaut. Mil.* 4. 8. 31. Omnes bene valete, et vivite: bene, quæso, inter vos dicatis, et mihi absenti tamen. *Id. Rud.* 3. 2. 31. Bene equidem tibi dico, qui te digna ut eveniant, precor. ¶ *Bene dicere* absolute est bona verba dicere, et boni ominis, εὐφημεῖν, *to use words of good omen. Plaut. Asin.* 3. 3. *in fi.* Heia bene dicite: ite intro cito, valete. *Id. Aulul.* 4. 10. 57. Bono animo es, et benedice. ἀρχαϊκῶς pro *benedic. Id. Cas.* 2. 5. 38. Quid si sors aliter, quam voles, evenerit? *St.* benedice: diis sum fretus: deos sperabimus. *Bona verba quæso* dicebant hoc eodem sensu. ¶ *Bene dicere* pro ornate dicere, semper divisim scribendum est. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 2. et lib. 1. *de Orat.* c. 6. ¶ Reperitur etiam cum accusativo, sed apud inferioris ævi scriptores: atque hoc sensu fere junctim scribitur. *Apulei. ad Asclep. sub fin.* Restat hoc solum nobis, ut benedicentes deum, orantesque, ad curam corporis redeamus. Et passive *Tertull. de orat.* c. 3. Benedici deum omni tempore condecet ob debitam memoriam beneficiorum ejus. Adde *Sulpic. Sever.* l. 1. *hist. sacr.* c. 4. ¶ Hinc participium *benedicendus. Apulei. loc. cit.* Nomen unum, quo solus deus benedicendus. ¶ Pro consecrare, sanctum reddere. *to consecrate, hallow, bless. Lactant.* l. 7. c. 14. Perfectis operibus, requievit die septimo, eumque benedixit. *Sulpic. Sever. de vita Martini*, dial. 2. c. 2. Cum altarium benediceret. ¶ Sunt qui putant cum accusativo legi etiam apud *Tibull.* l. 2. eleg. 1. v. 31. Sed bene Messalam sua quisque ad pocula dicat. Sed illud *bene Messalam* formula est bene precantis, in compotationibus usurpata, V. in *Bene.*

BENEDICTĪO, onis, f. *a speaking well of one, lauding*, εὐλογία, actus benedicendi, laus. *Apulei. in Trismegist. ad Asclep.* pag. 92. *Elmonhorst.* Deus ab hominibus laudum præconiis, benedictionibusque celebretur. Adde *Turtull. de testim. animæ*, cap. 2. ¶ Quemadmodum apud Græcos εὐλογία aliquando sumitur pro re benedicta, et consecrata, ita apud Christianos Scriptores *benedictio*. Hinc *Paulin. Nolan.* ep. 32. cap. 8. *benedictionem crucis* vocat frustum sanctæ crucis pro sacra reliquia asservatum. ¶ Et quemadmodum eadem εὐλογία donum aliquando significat, ita et *benedictio. Sulpic. Sever. de vita S. Martini*, dial. 2. c. 12. Dicens, benedictionem illius minime respuendam, quæ &c.

BENEDICTUM, et Bene dictum, i, n. *a good saying, commendation*, εὐλογία, bona verba. *Terent. Phorm. prol.* v. 20. Benedictis si certasset, audisset bene. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 27. Indignis si male dicitur, maledictum id esse dico: verum si dignis dicitur, benedictum est, meo quidem animo. Adde *Pers.* 4. 3. 25. ¶ *Benedictum* pro benedictione, *a blessing. Paulin. Nolan.* ep. 43. c. 4. Ut ficus quæ sterilis fuerat benedicto Domini, fieret arida maledicto. ¶ *Bene dictum*, recte, prudenter, aut ornate dictum. *Cic. de clar. Orat.* c. 93. Philosophia mater omnium benefactorum, beneque dictorum. *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *ad fin.* Cascellii scripta non exstant, nisi unus liber Bene dictorum.

BENEDICTUS, a, um, *hallowed, blessed*, consecratus, sanctus, εὐλογητός, apud Ecclesiæ Scriptores. *Hieronym. in vita Hilarion. a med.* Oleum benedictum. *Tertull. ad Martyr.* c. 1. Benedicti Martyres. ¶ Item laudatus, hoc est, de quo bene loquuntur homines. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 875. n. 3. Hic super ossa, cineresque tuos benedicta quiescis. ¶ *Herba benedicta* dicitur *ab Apulei. de herb.* c. 61. quæ *lagopus*, et *leporinus pes* appellatur, *the herb hare's-foot.*

BENEFACĬO, et Bene facio, is, eci, actum, a. 3. *to perform an act of kindness, confer a favour, do well, do good*, εὐποιῶ, εὐεργετῶ, boni aliquid facio, bene mereor, beneficium confero. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. *ult.* Quod ab iis, a quibus minime conveniat, male tractemur, propinquis, amicis, quibus benefecerimus. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 22. Malo si quid bene facias, id beneficium interit. *Id. Trinum.* 5. 2. 4. Si quid amicum erga bene feci. *Id. Mil.* a. 5. v. 27. et *Pers.* 4. 3. 18. Dii tibi benefaciant. ¶ *Bene facere* pro recte facere, fere divisim scribitur. V. in *Bene.* ¶ *Benefacere ad aliquid* junctis vocibus, usurpatur de medicamentis, quæ prosunt et sanant: et sæpissime legitur apud *Scribon. Larg.* ut in *Bene* indicavimus. Sic *benefacientes compositiones* apud *eund. in perorat.*

BENEFACTĪO, onis, f. *the performing of an act of kindness, benefaction*, εὐεργεσία, actus benefaciendi, beneficium. *Tertull.* l. 4. *contra Marcion.* cap. 12. *sub fin.* Ipsum sabbati diem benedictionem patris a primordio sanctum, benefactione sua efficit sanctiorem.

BENEFACTOR, oris, m. *a benefactor, one who does good*, εὐεργέτης, qui benefacit. *Coripp. de laudib. Anastas. Quæst.* v. 19. fons maximus aulæ Communis benefactor herus. Adde *de laudib. Justin.* l. 1. v. 314.

BENEFACTUM, et Bene factum, i, n. *a kindness, benefit, favour*, beneficium, εὐεργεσία. Adhibetur fere in plurali numero. *Enn.* apud *Cicer.* 2. *Offic.* c. 18. Benefacta male locata, malefacta arbitror. *Plaut. Capt.* 5. 1. 20. Pro benefactis ejus uti ei pretium possim reddere. ¶ Item recte, prudenter, honeste, fortiter factum, *a good act. Cic. de Senect.* c. 3. *in fi.* Conscientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio. *Propert.* l. 2. eleg. 1. v. 24. Cimbrorumque minas, et benefacta Mari. *Sallust. in Jug.* c. 87. Benefacta mea Reipublicæ procedunt. *Marius* ipse loquitur.

BENEFACTUS, et Bene factus, a, um, *well made or done*, recte, et sapienter factus, perfectus. *Cic. de Univers.* c. 13. Nisi quatenus ipse (*humanus animus*, vel *homo*) benefactus, sua culpa sibi aliquid miseriæ quæreret. *Al. leg.* beneficiis sua culpa: *alii* beneficio suo. *h. e.* culpa sua.

BENEFĬCE, *kindly, liberally, beneficently*, cum beneficentia, liberaliter, benigne. *Gell.* l. 17. c. 5. *ad fin.* Benefice, liberaliterque facere.

BENEFICENTĬA, æ, f. *kindness, beneficence, inclination to do good*, εὐεργεσία, benignitas, liberalitas, propensio ad benefaciendum, et bene merendum. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. *pænult.* Quid enim est melius, aut quid præstantius bonitate, et beneficentia. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 7. Justitiæ conjuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellari licet. (*beneficientia* hoc loco legitur in quibusdam MSS. est enim a *beneficiens* ea ratione, qua ab *efficiens efficientia* fit, et a *despiciens despicientia.* Consuetudo tamen in *beneficentia* medium *i* extrivit) *Tacit. Ann.* 12. c. 20. Uti beneficentia adversus aliquem.

BENEFICIARĬUS, ii, m. *one on whom a kindness is conferred*, εὐπαθῶν, εὐεργετούμενος, qui beneficium accepit. In militia *beneficiarii* dicuntur, qui ad militarem aliquem gradum, aut commodum beneficio tribuni, prætoris, proconsulis, aut consulis, alteriusve magistratus promoti sunt. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 75. Petreius (*qui legatus Pompeii erat*) cum prætoria cohorte, barbarisque equitibus, beneficiariis suis, quos suæ custodiæ causa habere consueverat, improviso ad vallum advolat. *Veget.* l. 2. *rei milit.* c. 7. Beneficiarii ab eo appellati, quod promoventur beneficio tribunorum. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 525. n. 3. L. Aufidio Felici B-F. Cos. &c. *h. e.* beneficiario Consulis. Alia *ibid.* pag. 130. n. 5. P. Ælius Veranus B. F. Proc. *h. e.* beneficiarius Proconsulis. Alia *ibid.* pag. 555. n. 4. L. Octavius L. F. Pob. Marcellinus beneficiarius Prætor. &c. *Ibid.* pag. 393. n. 5. C. Cœlio Aniceto Mil. Coh. II. Pr. sing. Trib. spe beneficiar. &c. *h. e.* cui Tribuni promiserant, eum se promoturos. ¶ Dicebantur etiam *beneficiarii*, qui militaris muneris vacationem præmii loco acceperant, ut est apud *Paul. ex Festo. soldiers excused from certain military services, as a reward for their good conduct; beneficiary or privileged soldiers.* De quibus intelligendum quidam putant illud *Cæsar.* l. 3. *B. Civ.* c. 88. Cohortes evocatorum circiter duæ, quæ ex beneficiariis superiorum exercituum ad eum convenerant. In loco *Pauli* citato ubi legitur: *Beneficiarii dicebantur milites, qui vacabant muneris beneficio*, sententia obscura videtur *Lipsio de milit. Rom.* l. 5. dial. 6. Quare legendum putat, *qui vacabant muneribus, beneficio.* Docet autem, duo fuisse immunium genera in militia: unum eorum, qui ex lege, et more ab opere faciendo vacabant, ut tribuni, centuriones, equites, veterani, evocati: alterum eorum, qui beneficio imperatorum eam immunitatem obtinebant, quos *beneficiarios* hoc loco *Paulus* vocat. ¶ Hujusmodi beneficiariis militaribus varia officia posterioribus temporibus assignata fuisse leguntur. Nam et exhibitio cursus publici, et vectigalium exactio, reorum conquisitio, et alia id genus munera iis demandabantur, ut est apud *Tertull. de fug. in persecut. c. pænult.* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 7. et *Spartian. in Adrian.* cap. 2. ubi V. quæ adnotavit *Salmas.* [¶ Præter milites, qui muneris vacationem acceperant, dicti sunt etiam, ut aliquibus placet, *beneficiarii* quicumque magistratibus, et curatoribus negotiorum publicorum apparebant; quo sensu vox hæc nihil militare sonat. Hoc vero colligi videtur ex iis, quæ scribit *Plin. ad Trajan.* l. 10. epist. 36. Maximus libertus et procurator tuus, Domine, præter decem beneficiarios, quos assignari a me Gemellino, optimo viro, jussisti, sibi quoque confirmat necessarios esse milites. *Plinius* enim de *Virbio Gemellino* loquitur procuratore Augusti ad comparationem frumentorum; quo in munere a *Maximo* ejusdem Augusti liberto adjuvabatur, ut apparet ex *Trajani* responso *ejusd. lib.* epist. 37. Verum hoc etiam in loco *beneficiarii militares, h. e.* milites, qui a munere vacabant, intelligi possunt, quibus, uti discimus, alia atque alia hujusmodi officia posterioribus temporibus demandata sunt; videturque proinde hoc verbum ad eos semper referri, quibus stipendia dabantur vel ob honestiorem in militia locum, in quo alicujus beneficio essent, vel ob exactam de more ac secundum leges militiam, vel ob immunitatem a militiæ muneribus Imperatorum dono acceptam.]

BENEFICIARĬUS, a, um, adject. *that may be given or received as a favour*, ad beneficium pertinens. *Senec.* ep. 90. Quid haberes, quod in philosophia suspiceres, si beneficiaria res esset? *h. e.* si ab aliis, tanquam beneficium accipi posset.

BENEFICĬUM, ii, n. *a kindness, favour, benefit*, εὐεργεσία, εὐεργέτημα, benevola actio dantis aliquid liberaliter juvandi causa, benefactum, munus, meritum. [Quo modo differat ab officio et ministerio docet *Senec. de benef.* l. 3. c. 18. Sunt enim qui ita distinguunt: beneficium esse, quod alienus det; alienus est qui sine reprehensione potuit cessare? officium esse filii uxoris, et earum personarum, quas necessitudo suscitat, et ferre opem jubet: ministerium esse servi, quem conditio sua eo loco posuit, ut nihil eorum quæ præstat, imputet superiori. Ipse tamen *Seneca* deinde beneficium etiam a servo posse dari ostendit.] *Cic. Fam.* 13. ep. 8. Dare beneficium alicui. *Id. ibid.* l. 8. ep. 8. Dare alicui aliquid pro beneficio. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 15. *ad. fin.* Deferre beneficium. et cap. 14. *in fi.* Conferre in aliquem. et l. 2. c. 20. Collocare apud aliquem. *Id. Fam.* 14. ep. 54. ponere apud gratos homines. *Id. Agrar.* 1. c. 4. *ad fin.* Afficere aliquem beneficio. *Id. pro Planc.* c. 33. complecti aliquem. *Id. post. redit. ad Quirit.* c. 5. Ornare aliquem maximis beneficiis. *Cœl. ad Cicer. ibid.* ep. 12. Debere alicui magna beneficia. *Petron. in Satyr.* c. 126. Effice, ut beneficium debeam. *oblige me. Sallust. in Jug.* c. 9. Vincere aliquem beneficiis. *Terent. Adelph.* 2. 3. 1. Accipere beneficium ab aliquo. *Id. ibid.* 1. 1. 47. Adjungere sibi aliquem beneficio. *Id. Heaut.* 2. 4. 14. Devincire aliquem beneficio. *Cic. Fam.* 13. ep. 4. Obligare sibi aliquem beneficio in perpetuum. *Id. Verr.* 4. c. 11. Deferre aliquid alicui in beneficii loco. *h. e.* tribuere alicui aliquid beneficii nomine. Sic *Id. Verr.* 5. c. 48. Petere aliquid ab aliquo in beneficii loco. *Liv.* l. 4. c. 7. *ad fin.* Tribuni plebis certamen sine effectu in beneficio apud primores patrum reliquere. *Cic. Verr.* 5. c. 48. Impetrare aliquid in summo beneficio, *as a very great favour. Id. ibid.* Concedere aliquid alicui beneficii, gratiæque causa. *Id. ibid.* c. 83. Concedere aliquid alicui per beneficium et gratiam. ¶ *Beneficium alicui facere* legitur apud *Gell.* l. 7. c. 20. ¶ *Facere aliquid beneficii sui* est aliquid ita administrare, et distribuere, ut tanquam beneficium ab aliis accipiatur. *Justin.* l. 13. c. 4. Reversus inde inter principes provincias dividit, simul ut et removeret æmulos, et munus imperii beneficii sui faceret. ¶ Ablativus *beneficio* eleganter ponitur pro *per beneficium*, per auxilium. *Cic. Fam.* 11. ep. 22. Nobilissimum adolescentem beneficio tuo esse salvum. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 1. *in fi.* Nostri consulatus beneficio se incolumes fortunas habere arbitrantur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. *pænult.* Sortium beneficio se esse incolumem. *Quintil.* l. 3. c. 1. Gorgias Leontinus beneficio longissimæ ætatis cum multis simul floruit. ¶ Sæpe apud JCtos accipitur pro privilegio, aut jure. *a privilege or right. Triphonin.* lib. 48. tit. 5. leg. 48. Beneficium annulorum. *Ulpian.* lib. 29. tit. 1. leg. 3. Qui voluit jure communi testari,

statim beneficio militari renunciavit. *Modestin.* lib. 3. tit. 3. leg. 18. Beneficium religionis. ¶ Est etiam militaris vox, et significat promotionem ad aliquem militiæ gradum, vel commodum, quod qui adepti essent, *beneficiarii* dicti sunt. *immunity from certain military services.* Ideo autem *beneficium* vocatur, quia ex gratuita promoventis benignitate provenit. nam si virtute sua quis ad altiores ascendat gradus, minus proprie *beneficium* id dicetur. *Hirt. de B. Afric.* c. 54. Cum ordines in meo exercitu beneficio, non virtute consecuti, ita vos gesseritis, &c. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 25. Primores militum, per beneficia Nymphidii, ut suspectos stimulant. *Id.* 4. *Hist.* c. 48. Æquatus inter duos beneficiorum numerus. *Sueton. in. Tiber.* c. 12. Venit etiam in suspicionem per quosdam beneficii sui centuriones. *his own creatures.* ¶ Usurpatur etiam generatim pro jure, et facultate promovendi, seu eligendi aliquem ad aliquod munus: item pro ipsa promotione, seu electione. *Cic. de Amic.* c. 25. Meministis quam popularis lex de sacerdotiis C. Licinii Crassi videbatur. cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur. *Id. Phil.* 2. c. 36. Ne qua post idus Martias immunitatis tabula, neve cujus beneficii figeretur. Adde *Liv.* l. 9. c. 30. ¶ Præterea *beneficium* dictum opera laudabiliter impensa in Rempublicam ab eo, qui magistratui in provincia præsto fuisset, diligenterque inservisset. Ipse autem Magistratus in Urbem reversus hujusmodi bene meritorum nomina deferre ad ærarium solebat tum honoris, tum commendationis causa, ut prodesset illis aliquando quod publice rei adjutores fuissent. *Cic. pro Arch.* c. 5. Et in beneficiis ad ærarium delatus est a L. Lucullo prætore, et consule. *in the list of persons to be rewarded for services done to the public. Id. Fam.* 5. ep. 20. Quod scribis de beneficiis, scito, a me et tribunos militares, et præfectos, et contubernales dumtaxat meos delatos esse, &c. ¶ *Liber beneficiorum*, cujus meminit *Hygin. de limitib. constit.* pag. 193. *Goes.* erat, in quo perscripti erant agri beneficio Principis concessi, aut assignati coloniis. Hic liber dictus est etiam *beneficium*. *Arcad. Aug. inter var. auctor. de limitib.* ibid. pag. 260. Qui beneficium nostrum legerit, hoc observet, &c. Huc pertinet *servus a commentariis beneficiorum* in veteri *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 578. n. 1. qui commentarii non solum, quot agros Princeps concessisset, sed alia quæcunque largitus esset, continere poterant. ¶ Beneficium et Pœnam deos esse, credi voluit Democritus, teste *Plin.* l. 2. c. 7. ¶ Denique *beneficium* per quandam ironiam pro maleficio, fraude, culpa, malitia ponitur. *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 40. Consequens est dicere detrimentum hoc, quod beneficio ejus contigit, ipsum sarcire debere. *Id.* lib. 47. tit. 2. leg. 47. Res quæ beneficio furis abfuit. ¶ Huc pertinere quidam putant *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 687. n. 5. Mater misera, et in luctu æternali beneficio novercæ. Sed verius est beneficio scriptum esse pro *veneficio*. Nam sæpe *b* et *v* in Lapidib. commutantur.

BENEFĬCUS, a, um, *beneficent, prone to do good, generous, liberal, bountiful*, εὐεργέτης, εὐεργός, qui bene alicui facit, benignus, liberalis. *Cic.* l. 1. *de legib.* c. 18. Ubi enim beneficus, si nemo alterius causa benigne facit? *Id.* l. 1. *Offic.* c. 14. Qui gratificantur cuipiam quod obsit, non benefici, neque liberales, sed perniciosi assentatores judicandi sunt. *Id.* 2. *Offic.* c. 9. Benefica voluntas. *Plaut. Epid.* 1. 2. 14. Benificus oratione. *liberal in what he says.* ¶ Gradus sunt *beneficior, beneficissimus*. *Cato* apud *Priscian.* l. 3. pag. 603. *Putsch.* De Ptolemæo Rege optimo, et beneficissimo. ¶ Usitatiora sunt *beneficentior, beneficentissimus* ab inusitato *beneficens*, extrita i littera. *Cic. de amic.* c. 14. Liberalissimum esse, et beneficentissimum. *Senec. de benef.* c. 4. Me aliquid eorum doce, per quæ beneficentior, gratiorque adversus benemerentes fiam. *Voss. de Grammat.* l. 4. c. 25. docet in quibusdam MSS. *Cic. de amic.* et *Senec.* scriptum esse *beneficientior*, et *beneficientissimus*. ¶ Cuidam Grammatico apud *Vel. Long. de Orthograph.* pag. 2235. *Putsch.* placebat, ut *benificus* per i scriberetur: sed hoc quoque consuetudo repudiavit.

BENEMĔRENS, V. *Merens.*

BENEMERĔOR, } V. *Mereo.*
BENEMERĬTUS, }

BENEŎLENS, entis, *sweet-smelling, odoriferous*, qui bene olet, εὐώδης, εὔοσμος. *Virg.* eclog. 2. v. 48. Narcissum et florem jungit beneolentis anethi. *Propert.* l. 3. eleg. 15. v. 27. per mediam beneolenti flumine Naxon. ¶ Sæpius divisim scribitur *bene olens*.

BENESUĀDUS, a, um, qui bona suadet ἀγαθοσύμβουλος. *Apulei. in Apolog.* Paupertas habitu secura, cultu simplex, consilio benesuada.

BENEVĀLENS, entis, *in good health*, qui bene valet. *Augustus* apud *Gell.* l. 15. c. 7. Quem spero lætum et benevalentem celebrasse quartum et sexagesimum natalem meum. *Al. leg.* benevolentem. ¶ Scribitur et divisim *bene valens*.

BENEVENTĀNUS, a, um, ad Beneventum pertinens. *Cic. Verr.* 3. c. 15. Beneventanus ager. *Juvenal.* sat. 5. v. 46. Beneventanus sutor. V. *Nasus*. *Ascon.* in 3. *Verr.* c. 15. Beneventani plerique Sullani erant.

BENEVENTUM, ti, n. [† hod.] *Benevento*, oppidum, et colonia Hirpinorum ad Calorem, et Sabatum fluvios confluentes: conditum a Diomede. Prius *Maleventum* dictum est, dum incolebatur a Græcis, postea, cum eo colonia Romanorum deduceretur, auspicatius mutato nomine, *Beneventum*, ut docent *Liv.* l. 9. c. 27. *Plin.* l. 3. c. 11. et *Festus.*

BENEVŎLE, et Benivole, adverb. *benevolently, kindly, amicably, in a friendly manner, affectionately*, cum benevolentia, amice, εὐμενῶς, εὐνοϊκῶς. *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 10. Amice, et benevole facere aliquid. *Id. Fam.* 13. ep. 21. Fideliter, benevoleque præsto esse alicui. ¶ Gradus sunt *benevolentius, benevolentissime* a *benevolens*. *Augustin.* 64. *ad Aurel.* Benevolentissime accipere. ¶ De ratione scribendi, V. *Benevolus.*

BENEVŎLENS, et Benivolens, entis, adject. *benevolent, kind, well-meaning, amicable*, εὐμενής, εὐνοϊκός, qui bene vult alicui. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 24. Quis is est? *Mnes.* benevolens vivit tibi. *Id. Merc.* 5. 2. 46. Amicus multum benevolens. *Id. Trucul.* 2. 2. 61. At pol hero benevolens ut is est suo! (est qui hoc loco legit *benevolentus*, sed minus recte.) *Cic. Fam.* 13. ep. 60. Benevolentior, quam semper fui, esse non possum. *Id. Fam.* 5. ep. 16. *in fi.* Fungi officio benevolentissimi, atque amicissimi. *Plaut. Mil.* 4. 8. 41. Ite cum diis benevolentibus. *h. e.* propitiis. ¶ Absolute more substantivi. *Plaut. Cistell.* 2. 3. 42. Se quandam aiebat mulierem suam benevolentem convenire. Adde *Trinum.* 1. 2. 8. ¶ De ratione scribendi, V. in *Benevolus.*

BENEVOLENTĬA, et Benivolentia, æ, f. *benevolence, good-will, kindness, favour, sincere regard*, εὔνοια, εὐμένεια, benevolus animus, amor, charitas. *Cic.* 1. *Offic.* c. 15. Habere benevolentiam erga aliquem. *Id. Fam.* 4. ep. 11. Præstare alicui benevolentiam. *Id. Fam.* 10. ep. 29. Esse benevolentia singulari in aliquem. *Id. Fam.* 6. ep. 14. Complecti aliquem summa benevolentia. *Id. Fam.* 10. ep. 5. Conferre benevolentiam erga aliquem. *Id.* 2. *de Orat.* c. 43. Conciliare aliquem ad benevolentiam erga alium. *et mox.* Conciliare benevolentiam. *Id.* 2. *Offic.* c. 14. Oratione benigna animos multitudinis ad benevolentiam allicere. *Id. post redit. ad Quirit.* c. 40. Colere memoriam beneficii benevolentia sempiterna. *Id. Fam.* 13. ep. 60. Bonam benevolentiam hominum, et fidem perspicere. *Id. Fam.* 1. ep. 5. Experiri fidem, et benevolentiam alicujus erga se. *Id. pro Mur.* c. 20. Adjungere sibi benevolentiam alicujus. *Id.* 2. *Offic.* c. 15. comparare. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 5. captare. *Nepos in Datam.* c. 5. consequi. *Quintil.* l. 3. c. 8. Acquirere sibi. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 4. colligere civium. ¶ In plurali num. *Arnob.* l. 6. *sub init.* Individuas cunctis benevolentias exhibere. *Spartian. in Caracall.* c. 1. Non ille in litteris tardus, non in benevolentiis segnis. ¶ Inter benevolentiam, charitatem, et amorem quid differat, diximus in *Amor.* ¶ Aliquando sumitur pro benignitate, facilitate. *Marcian. Dig.* lib. 29. tit. 2. leg. 52. Interponere se suam benevolentiam, divus Pius rescripsit, ut si filiusfamilias adierit, perinde habeatur, atque si paterfamilias adiisset. *Justinian.* lib. 2. *Institution.* tit. 20. *a med.* Quod plerique prudentum contra benevolentiam introducebant. *h. e.* æquitatem, et benignam juris interpretationem. ¶ De ratione scribendi V. in *Benevolus.*

BENEVOLENTUS, V. in *Benevolens.*

BENEVŎLUS, et Benivŏlus, a, um, *benevolent, well-meaning, gracious, kind, friendly, amicable*, εὐμενής, benevolens, amicus, animo in aliquem propensus. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 19. Ut eum, qui audit, benevolum nobis faciamus, et docilem, et attentum. *Id. pro Cluent.* c. 63. Illum servum et sibi benevolum esse, et patri fuisse arbitrabatur. *Id.* 2. *Verr.* c. 8. *in fi.* Benevolo animo facere aliquid. *Terent. Hecyr.* 5. 1. 35. Reddere aliquem sibi facilem, et benevolum. *Plaut. Capt.* 2. 2. 100. Benevolum esse erga aliquem. *Valer. Max.* l. 6. c. 8. *sub fin.* Benevolo studio facere aliquid. ¶ *Benevolus, Benevolentia* &c. rectius scribatur an *benivolus, benivolentia*, difficilis diremptu controversia est. *Eutyches* apud *Putsch.* pag. 2152. *Beda ibid.* pag. 2331. *Isid.* l. 12. *Orig.* c. 1. *Lips. Voss.* et *Dausquius* malunt *i* in secunda vocali, confirmantque tum auctoritate multorum vet. libror. Pandect. Florent. et Inscription. apud *Gruter.* pag. 443. n. 6. ubi *benivolentiæ*, et pag. 651. ubi *benivolentibus* legitur; tum ratione, quia in compositionibus verborum fere *e* in *i* mutatur. Sed quia vox *bene* in aliis compositis *e* retinet, ut in *beneficium, benedico*, videtur omnino consuetudo adhuc recepta retineri posse: quæ *Cellarii*, præter alios, sententia est.

BENIGNE, *kindly, amicably, courteously, liberally, freely, willingly*, εὐμενῶς, φιλανθρώπως, ἐλευθερίως, liberaliter, comiter, benefice, libenti et propenso animo. *Cic.* 5. *Verr.* c. 85. Benigne ac liberaliter facere aliquid. *Id. Verr.* 1. c. 11. Benignissime communicare aliquid cum aliquo. *Id. Attic.* l. 3. ep. 4. Benigne invitari. *Id. Fam.* 4. ep. 13. Benigne polliceri. *Id.* l. 1. *de Legib.* c. 18. et lib. 1. *Offic.* c. 14. Benigne facere alicui. *to act kindly towards. Terent. Hecyr.* 5. 2. 2. Benigne præbere quod opus est. *Cic. pro Flacc.* c. 23. Benigne defendere aliquem. *Id. Phil.* 13. c. 2. (et *Plaut. Aulul.* 1. 2. 36.) Benigne salutare. *Id. pro Cluent.* c. 3. *in fi.* Benigne, attenteque audire. *Sallust. in Jug.* c. 11. Benigne respondere. et cap. 101. Benigne appellare aliquem. *Sallust. in Jug.* c. 121. Benigne habere aliquem. *Curt.* l. 8. c. 6. Benignius alloqui. *Tacit. Ann.* 1. c. 57. Benigne excipere aliquem. *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 11. Benignius tractare se. *Plin.* l. 33. c. 11. Benigne vivere inter se. *to live on good terms with each other. Liv.* l. 3. c. 26. Plebs benigne arma cepit. *h. e.* libenter. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 8. si rubicunda benigne Corna vepres, et pruna ferant. *h. e.* abundanter, feraciter. *Plin.* l. 31. c. 2. Aquæ emicant benigne, passimque in plurimis terris. *h. e.* abundanter, et in utilitatem telluris. ¶ Nonnunquam *benigne* in responsionibus est gratias agentis pro benignitate, et comitate. *Terent. Phorm. sub fin.* At ego ecastor posthac tibi, quod potero, et quæ voles, faciamque, et dicam. *Ph.* benigne dicis. ¶ Recusantes etiam cum gratiarum actione oblatum beneficium, hac formula eleganter utimur. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 61. dic Ad cœnam veniat. non sane credere Mena: Mirari secum tacitus. quid multa? benigne, Respondet. Negat ille mihi? &c. *thanks.* Et *ibid.* v. 15. vescere sodes. Jam satis est. at tu quantumvis tolle. benigne. ¶ *Benigne* pro ex æquo, et bono seu clementer. *Paul. Dig. lib. ult. tit. ult.* leg. 197. In pœnalibus causis benignius interpretandum est.

BENIGNĬTAS, atis, f. *kindness, liberality, inclination to oblige, bounty, benignity*, εὐεργεσία, ἐλευθερία, liberalitas, propensus ad benefaciendum animus. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 14. Videndum ne major benignitas sit, quam facultates. *Id. Verr.* 5. c. 83. Qui benignitate adducti, per beneficium et gratiam civitatibus concesserunt, ut &c. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 53. Quanta benignitas naturæ, quod tam multa ad vescendum gignit! *Id. Attic.* l. 4. ep. 2. *in fin.* Amicorum benignitas exhausta. *Terent. Eun.* 1. 2. 83. Num solus ille dona dat? nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier? ¶ In plurali num. *Plaut. Stich.* 4. 2. 53. Benignitates hominum periere, et prothymiæ. ¶ Sumitur etiam generatim pro humanitate, comitate, facilitate, clementia. *kind attention, courtesy, favour. Cic. pro Sext.* c. 13. Etsi me attentissimis animis summa cum benignitate auditis. *Id. pro Cæcin.* c. 3. Nimiæ vestræ benignitati pareremus, si alia ratione jus nostrum recuperare possemus. *Id. pro Rosc. Com.* c. 12. Nunc, deum immortalium benignitate, omnium fortunæ sunt certæ. *Martian.* lib. 48. *Dig.* tit. 19. leg. 11. In gravioribus pœnis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. ¶ Si stricta significatione accipiantur, differunt inter se *liberalitas*, et *benignitas*. Nam *liberalitas* versatur tantummodo in largitione: *benignitas* significat inclinationem ad benefaciendum quocunque modo possumus. Differunt etiam a *comitate.* Hæc enim consistit in blandis ac benevolis verbis: illæ in re, et factis. *Cic.* l. 5. *de Fin.* c. 23. Justitia, cui adjunctæ sunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas.

BENIGNĬTER, adverb. *kindly, benignly*, benigne. *Titinn.* apud *Non.* c. 11. n. 9. Nimium te patrocinari censeo benigniter.

BENIGNUS, a, um, *kind, liberal, disposed to oblige, generous, amicable*, εὐεργετικός, ἐλευθέριος, idem fere ac liberalis: nisi quod *benignus* est is, qui ad quocunque modo juvandum propensus est, latiusque patet, cum *liberalis* in largiendo tantummodo spectetur. *Benigno* opponitur *malignus*, qui parcum, illiberalemque significat. *Cic.* l. 1. *de legib.* c. 18. Quid? liberalitas gratuita ne est, an mercenaria? si sine præmio benigna est, gratuita; si cum mercede, conducta: nec est dubium, quin is, qui liberalis, benignusve dicitur, officium, non fructum sequatur. *Id.* l. 1. *de nat. Deor. c. ult.* Homines benefici, et benigni. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 14. Qui benigniores volunt esse, quam res patitur, in eo peccant, &c. *Id. Verr.* 6. c. 3. Benignus ad commodandum. *Plaut. Rud.* 5. 3. 33. Benignum esse erga aliquem. *Id. Trinum.* 3. 3. 12. et *Horat.* l. 3. od. 29. v. 52. Benignum esse alicui. *Terent. Hecyr.* 3. 5. 22. Benigno animo esse in aliquem. *Plin.* l. 35. c. 2. *ad fin.* Benignissimum inventum. *h. e.* beneficentissimum. ¶ Videtur aliquando in malam partem sumi pro prodigo. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 20. Atque est benignius potius, quam frugi bonæ. ¶ Præterea sæpe accipitur pro largo, abundanti, copioso, *plentiful, abundant, copious. Horat.* l. 1. od. 17. v. 15. hinc tibi copia Manabit ad plenum benigno Ruris honorem opulenta cornu. *Id.* l. 2. od. 18. v. 10. ingenii benigna vena. et *epod. ult.* v. 66. Egens benignæ Tantalus semper dapis. ¶ Item pro feraci, fertili. *fertile, fruitful. Plin. initio* l. 18. Quæque alia præter arbores, aut fruticės benigna tellure proveniunt. *Tibull.* l. 3. eleg. 3. v. 6. Et magnas messes terra benigna daret. *Ovid.* l. 1. *Amor.* eleg. 10. v. 56. Benignus ager. *Pompon. Mela in proœm.* Materia benigna. *h. e.* quæ dicendo facile excoli, et facunde tractari potest. ¶ Item pro propitio, favente. *propitious, favourable, benign. Horat.* l. 4. od. 4. *in fi.* Quas et benigno numine Jupiter defendit. *Id.* l. 1. ep. 11. v. 20. vultum servat fortuna benignum. *Gell.* l. 7. c. 3. Benevolos, benignosque sibi auditores parare. ¶ Item pro blando, placido, benevolentiæ pleno. *courteous, gracious. Liv.* l. 30. c. 14. Benigno vultu excipere aliquem. *Cic.* l. 2. *Offic.* c. 14. Oratione benigna multitudini animos ad benevolentiam allicere. *Propert.* l. 1. eleg. 10. v. 24. Verba benigna. ¶ Item pro jucundo, grato. *pleasing, agreeable. Horat.* l. 1. ep. 5. v. 11. Æstivam sermone benigno tendere noc-

tem. ¶ Item pro facili, comi, humano, æquo, placido. *easy, good-humoured. Plin.* l. 35. c. 10. Apelles et in æmulis benignus. *Id. in proœm. Hist. nat.* Est enim benignum, et plenum pudoris fateri, per quos profeceris. *it is the part of an honourable man, and one who regards justice.* Huc referuntur illa *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 5. leg. 16. Dominium ad libertos benigna interpretatione pertinere dixi. *h. e.* ex æquitate. *Id. Dig.* lib. 32. leg. 5. Fideicommissum valere, benignum est. *Papinian.* lib. 37. tit 6. leg. 8. Benignior sententia. *Caius* lib. 36. tit. 1. leg. 10. Benignius est, intelligi tunc translatas videri actiones. ¶ Item pro fausto, felici. *lucky, of good omen, favourable. Stat.* l. 5. silv. 1. v. 108. Benignus dies. *Id.* 10. *Theb.* v. 116. Benigna nox. ¶ Cum genitivo, Græca constructione, *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 3. vini, somnique benignus. *h. e.* vino, et somno large indulgens.

BENNA, æ, f. *a sort of travelling vehicle*, Gallica vox, qua significatur genus quoddam vehiculi, ut *Festus* docet. Addit *Voss. in Etymol.* hodieque a Gallis, et Belgis vocari *benne* (ut et a rusticis Italis *bena*) corbem, cistam, item vehiculum vimineum quadratum, duabus rotis volubile. Legitur apud *Catonem R. R.* c. 23. ubi enumerat, quæ ad vindemiam opus sunt. In *Edit. Jensoniana* 1472. habetur hoc loco *manæ* pro *benna*, quod mire placet *Auson. Popmæ.* sed *Meurs.* quod in antiquo suo optimæ notæ codice *bennæ* reperit, id omnino retinendum censet: quod et in vulgatis reliquis legitur. ¶ Hinc *combennones* dicuntur in eadem benna sedentes. *Fest. ibid.*

BĔO, as, avi, atum, a. 1. *to make happy, bless, beatify*, μακάριον ποιῶ, beatum facio, lætum, et felicem reddo. *Horat.* l. 2. od. 3. v. 6. Seu te in remoto gramine per dies Festos reclinatum bearis Interiore nota falerni. *Id.* l. 4. od. 8. v. 29. Cælo Musa beat. *Id.* l. 1. ep. 18. v. 57. Beare aliquem munere. *Terent. Andr.* 1. 1. 78. O factum bene! beasti: metui a Chryside. *beasti* responsum est audientis bonum nuncium. Sic *Id. Eun.* 2. 2. 46. Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam: ecquid beo te? *h. e.* affero ne tibi lætum ac jucundum nuncium, ac tale prorsus, ut beatus et felix tibi videaris? ¶ Pro solari, recreare. *to comfort, do good to. Plaut. Amph.* 2. 2. 12. Hoc me beat saltem, quod perduelles vicit, et domum laudis compos revenit: id solatio est. *Id. Capt.* 1. 2. 34. Neque unquam quicquam me juvat, quod edo domi: Foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat. ¶ Pro prodesse, utilem esse. *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. pœnult.* leg. 49. Naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant, hoc est beatos faciunt. beare est prodesse. ¶ Et quia divitiæ maxime omnium recreant, et prosunt, accipitur etiam pro ditare, *to enrich:* eademque ratione *beatus* pro divite ponitur. Translate *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 121. Fundet opes, Latiumque beabit divite lingua.

BERBECŬLUS, i, parvus berbex. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 37. et 67. *Burman.* et *Arnob.* l. 4. pag. 141. sed utroque loco incerta est lectio.

BERBEX pro *Vervex* legitur apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 57. *Burman.* Apud *Vopisc. in Aurelian. in fi.* legitur *berbicem* in accusativo pro *berbecem* in quodam optimo Cod. ut adnotavit *Salmas.*

BERECYNTĬA, æ, V. *Berecyntius.*

BERECYNTIĂCUS, a, um, idem ac Berecyntius. *Prudent.* l. 2. *cont. Symmach.* v. 51. Cur Berecyntiacus perdit truncata sacerdos Inguina?

BERECYNTIĂDES, æ, m. *Ovid. in Ibin*, v. 508. ut legit *Heinsius.* Phryx tu venator sis Berecyntiades. *h. e.* venator quidam Phrygius in Berecynto monte. Quid autem *Ovid.* significet, obscurum est. Alii aliter leg.

BERECYNTĬUS, a, um, Βερεκύντιος, ad Berecyntum montem pertinens. *Plin.* l. 5. c. 29. Berecyntius tractus. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 300. Berecyntia juga. ¶ Quia vero is mons Cybele sacer fuit, ibique a Gallis sacerdotibus ejus sacra celebrabantur, fere dicitur de iis, quæ ad Cybelen, atque ad ejus sacra pertinent. *Horat.* l. 4. od. 1. v. 22. Berecyntia tibia. *h. e.* quam inflabant sacerdotes Cybeles, ejusque sonitu ad furorem incitabantur. *Id.* l. 1. od. 18. v. 13. *de Baccho.* sæva tene cum Berecyntio cornu tympana. (Etiam in Bacchi sacris tibiæ, et cornua adhibebantur. Hinc *Ovid. Metam.* 11. v. 16. ingens Clamor, et inflato Berecyntia tibia cornu, Tympanaque, plaususque et Bacchei ululatus) *Martial.* l. 4. epigr. 43. Berecyntii furores. *Pers.* sat. 1. v. 93. Berecyntius Attin. *h. e.* a Cybele adamatus, eodemque ob id cognomine dictus. ¶ *Berecyntia mater*, et absolute *Berecyntia* est ipsa Cybele. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 355. Quod bene mutarit sedem Berecyntia, &c. *Virg.* 6. *Æn.* v. 785. qualis Berecyntia mater Invehitur curru Phrygias turrita per urbes. *Id. Æn.* 9. v. 82. Deum genitrix Berecyntia. *Servius* hoc loco, et *Pier. ad Æn.* 9. v. 619. recte monent scribendum esse sine aspiratione, quia etiam *Berecyntus* ea caret. Neque enim est a Cyntho Deli monte, qui Apollini sacer est, et *th* aspiratam semper habet. Nihilominus sæpissime in libris tum editis, tum MSS. *Berecynthius* legitur.

BERECYNTUS, i, m. Βερέκυντος, mons Phrygiæ cum oppido cognomine, ad Sangarium fluvium, ut *Serv. ad Æn.* 6. v. 785. et *ad* 9. *Æn.* v. 82. et *Vib. Sequest. de montib.* docent. Ibi Cybele Deum mater a Phrygibus culta fuit. ¶ Scribitur et *Berecynthus*, sed minus recte. V. vocem præced. *in fin.*

BERENĪCE, es, f. Βερενίκη, Ptolemæi Philadelphi et Arsinoes filia, quæ Ptolemæo Evergetæ fratri nupsit. Hæc cum Ptolemæus expeditionem in Asiam suscepisset, vovit, se comam sibi detonsuram, qua nihil pulcrius unquam visum est, Venerique dicaturam, si incolumis reverteretur. Igitur Ptolemæo reverso, Berenice abscissos crines tulit in templum Veneris. Cum postridie coma non apparuisset, ægre id ferente Rege, Conon Mathematicus Regis gratiam per adulationem captans, inter sidera collocatam affirmavit, septem ei figura vacuas ad caudam leonis ostendens stellas, in quas Berenices comam mutatam asserebat. Hæc et alia etiam narrat *Hygin. Poet. Astronom.* l. 2. c. 24. Exstat etiam de hac Berenices coma elegans Catulli carmen, n. 65. ¶ Etiam *Plin.* l. 2. c. 70. memorat *crinem Berenices*, sed cum stellam esse dicat, quam Italia non videt, procul dubio aliam a *coma Berenices* intelligit, ut et *Harduin.* adnotavit. ¶ Legitur et *Beronice*, et Græce Βερονίκη. Utraque autem scribendi ratio suos habet auctores, ut videre est apud *Dausq. in Orthogr.* qui eo inclinare videtur, ut *Beronicen* præferat. [† Plures in Egypto hoc nomine mulieres fuerunt, regia stirpe oriundæ. V. *Cleopatra* et *Ptolemæus.*]

BERENICĒUS, a, um Βερενίκειος, ad Berenicen pertinens. *Catull.* carm. 65. *de coma Berenices*, v. 8. E Beroniceo vertice cæsariem.

BERENĪCIS, idis, f. *Lucan.* l. 9. v. 523. nam quidquid pulvere sicco Separat ardentem tepida Berenicida Lepti, &c. *h. e.* regionem Pentapolitanam Libyæ, ita dictam a *Berenice*, quæ una est ex quinque ejus urbibus. *Sil.* l. 3. v. 249. Affuit undosa cretus Berenicide miles.

[* BERGIMĀLIS, le, adject. ad Bergimum pertinens. V. infra *Bergimus.*

* BERGIMALĬTER, adverb. Bergimi ritu. V. *Bergimus.*

* BERGĪMUS, i, m. nomen cujusdam numinis apud Brixianos, qui eorum tantum regionis indigena et peculiaris fuit. Quomodo vero repræsentari solitus fuerit, ignotum omnino; templum tamen, aram et sacerdotem habuisse ex pluribus Inscriptionibus ibidem repertis apparet. Recte creditus fuit Deus montanus, quia *berg* Germanis mons est. Bergomati etiam urbi hoc nomen inditum, quia in monte sita est. Hanc inscriptionem affert *Gruter.* pag. 1159. n. 4. Bergim. M. Nonius. M. F. Fab. Senecianus V. S. Plures affert *Murator. Inscript.* pag. 97. n. 3. 4. 5. et pag. 297. n. 4. Hanc vero *Campol. in Litholex.* Bergimo Deo nemorum Gallico dedi M. Desiderius ædem nemoream bergimaliter factam cum bergimalibus ornamentis.]

BERGOMĀTES, um, [† nunc] *Bergamaschi*, populi Bergomi, quod est oppidum Italiæ in Cenomanis in edito loco situm. Et populorum, et oppidi mentio fit a *Plin.* l. 3. c. 17. Adde l. 34. c. 1. ubi *Bergomatium ager* legitur.

BERĪNUS, V. *Cerinus.*

[* BERŎE, es, f. Βερόη, Semeles, matris Bacchi, nutrix. *Ovid. Met.* l. 3. v. 278. Ipsaque fit Beroe, Semeles Epidauria nutrix. ¶ Beroe fuit etiam mulier Trojana, conjux Dorycli apud *Virgil. Æn.* l. 5. v. 620. Iris Fit Beroe, Tmarii conjux longæva Dorycli. ¶ Beroe altera nympha Penei, filia Oceani, soror Clius. *Virgil. Georg.* l. 4. v. 341. Clioqne, et Beroe soror, Oceanitides ambæ.]

BERŌNES, um, m. Βήρωνες, inter Hispaniæ populos enumerantur a *Strab.* l. 3. Hinc quod scribit *Auct. de B. Alex.* c. 53. Cassium semper berones, compluresque evocatos cum telis secum habere consuevisse; multi ita interpretantur, ut ex ea gente custodes corporis habuerit. verum alii legunt *barones*, quos *Vetus Scholiast. Pers. ad* sat. 5. v. 138. docet, Gallica lingua servos militum significare. V. *Baro.*

BERNA, pro *verna* scribi volunt *Cassiodor.* et *Beda de Orthogr.* pag. 2299. et 2330. *Putsch.* quando significat domi genitum, *verna* vero a *vere*, ut verna tempora. Sed contra est consuetudo.

[* BERŬLA, æ, f. herba quædam apud *Marcell. Empir.* c. 36. *ad med.* Appones herbam, quæ in aquæ jugis decursu nascitur, quam Latine berulam, Græce cardaminen vocant.]

BERYLLUS, li, m. *a beryl*, βήρυλλος, gemmæ, seu lapidis pretiosi nomen. Beryllorum multa genera *Plin.* l. 37. c. 5. *ad fin.* enumerat. Probatissimos dicit esse, qui colore viriditatem puri maris imitentur: proximos qui vocantur chrysoberylli, et sunt paulo pallidiores, sed in aureum colorem exeunte fulgore. Vide ibi reliqua. *Id. ibid.* India beryllos gignit, raro alibi repertos. et *in fi.* Indi et alias quidem gemmas adulterare repererunt, sed præcipue beryllos. *Juvenal.* sat. 5. v. 37. ipse capaces Heliadum crustas, et inæquales beryllo Virro tenet phialas. *h. e.* beryllo undique inserto asperas. *Propert.* l. 4. eleg. 7. v. 9. Et solitum digito beryllon adederat ignis. *beryllon* accusativus est Græcæ positionis pro *beryllum.* ¶ Primam corripuit *Prudent. in Psychomach.* v. 855. Hinc sibi sapphirum sociaverat, inde beryllum.

BERYTENSIS, e, adject. idem ac Berytius, ut *Berytensis colonia* apud *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 15. leg. 1. ut legitur in *edit. Torrentini*, nam apud *Haloandr.* est *Berytiensis*: quod habetur etiam *in præfat. Justiniani ad Senat. et omnes populos initio Digestor. ante med.*

BERYTIUS, a, um, adject. ad Berytum pertinens. Est autem Berytus, f. [† nunc] *Baruti*, Βήρυτος, urbs Phœnices ad montem Libanum quondam colonia Romanorum, ab Agrippa Augusti genero deducta, et Felix Julia appellata. Ejus ager vinum producit inter laudatiora enumeratum a *Plin.* apud quem legitur l. 14. c. 7. Berytium vinum: et lib. 15. c. 17. Coa uva, et Berytia nullius suavitati postferendæ. ¶ Pænultima in *Berytus* corripitur ab *Avieno in descript. Orbis terræ*, v. 1080. Hic Tyrus est opulens, et Berytus optima, Biblos, &c. [Hinc *Auson. in præf. ad Syagr.* v. 20. Æmilium aut Scaurum, Berytiumque Probum.] *Priscian.* vero produxit in *Periegesi*, v. 853. Antiquamque Tyrum, Beryti et mœnia gratæ.

BES, bessis, m. *eight ounces, or two-thirds of an* as; *eight inches, or two-thirds of a foot*, δίμοιρος, διμοιρία, pars assis octo uncias significans: de cujus etymologia hæc habet *Var.* l. 4. *L. L. prope fin.* ubi de assis partibus verba facit. Reliqua obscuriora, quod a deminutione; et ea, quæ deminuuntur, ita sunt, ut extremas syllabas habeant, ut a duodecim una dempta, deunx; dextans dempto sextante; dodrans dempto quadrante; bes, ut olim des dempto triente. *Festus* docet, *bes* dictum esse, quod *bis triens* sit: sed ineptam, et duram esse aiunt *Voss.* et *Scalig.* qui proinde priorem *Varronis* probant. Tertium etymon ponit *Voss.* quod dicatur ab obsoleto *des* quasi *de asse*, quia partes assis (quas V. in *As*) usque ad septimam nominantur ab unciarum additione et augmento, reliquæ deinceps detrahendo ab asse appellationem trabunt, ut est etiam in allatis verbis *Varronis.* Alii denique afferunt quartum, quod *bes* conflatum sit ex *bis*, et *as*, quia ex tribus assis partibus, quæ sunt trientes, duas continet. Sed de etymologia jam plus satis. ¶ Accipitur *bes* pro pondere, et pro mensura. Cum *as* pro libra ponitur, *bes* significat pondus octo unciarum. *Plin.* l. 18. c. 11. In binos semodios farinæ satis esse besses fermenti. *Scribon. Larg.* compos. 157. Ceræ pondo libram et trientem, magmatis pondo bessem. ¶ Cum *as* mensuram aliquam significat, *bes* est ejus octava pars. Sic *bes jugeri* est octava pars jugeri, apud *Colum.* l. 5. c. 1. Et *bes sextarii* est octava sextarii pars, apud *Scribon. Larg.* compos. 126. ¶ Universim significat octavam partem, seu duas tertias partes totius alicujus, adhibita ea proportione, quæ est octavi numeri ad duodecimum, *eight parts out of twelve; two-thirds. Hinc* bes usurarum, *interest at the rate of eight per cent.* bes hereditatis, societatis, pretii, &c. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 15. Fenus ex triente Idib. Quint. factum erat bessibus. *had now increased from four to eight per cent. Procul. Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 76. Ut tu ex triente socius esses, ego ex besse. *Ulpian. ibid.* tit. 1. leg. 12. Exsolvere bessem pretii. *Julian. Dig.* lib. 21. tit. 2. leg. 39. Bessem fundi emere. *Manil.* l. 3. v. 367. bisque novem Nemeææ, dabis, bessemque sub illis. *h. e.* 18. annos, et menses octo. ¶ Accipitur aliquando absolute pro octo. *Martial.* l. 11. epigr. 37. Quincunces, et sex cyathos, bessemque bibamus, Caius ut fiat, Julius et Proculus. *h. e.* bibamus quinque, sex, et octo cyathos: totidem enim sunt litteræ in illis nominibus *Caius, Julius, Proculus.* V. *Bibo.* ¶ Apud Mathematicos, qui assem accipiunt pro senario numero, *bes* quatuor significat. *Vitruv.* l. 3. c. 1. V. *As.* [Bes alterum, seu conjunctim besalterum est as cum besse. Nam si senarius numerus assumatur pro asse, bes illius erit quaternarius: addito igitur ad sex hoc besse, orientur X. Denarius jam relatus ad senarium erit besalter, quemadmodum novem ad sex est sesquialter. *Vitruv.* l. 3. c. 1. Duabus partibus additis, et decussi facto, besalterum fit quem ἐπιδίμοιρον vocitant.] ¶ *Bessis* in recto casu pro *bes. Paul.* ex *Festo:* Bessis unciæ octo sunt, triens quatuor. Al. leg. *trientis* pro *triens.* Adde *Priscian. in lib. de ponderib.* pag. 1348. *Putsch.*

BESĒVUS, V. *Vesevus.*

BESSĀLIS, le, adject. *of eight ounces, or eight inches*, a *bes, bessis* deductum. *Vitruv.* l. 5. c. 10. et lib. 7. c. 4. Laterculis bessalibus pilæ struantur. *h. e.* octo unciarum, seu pollicum. Pedis enim mensura in duodecim uncias, seu pollices dividitur. *Martial.* l. 8. epigr. 71. Bessalis scutula. *h. e.* vas octo unciarum capax.

BESSI, orum, Βέσσοι, populi Thraciæ, seu Mysiæ, in confinio, juxta Hebrum fluvium inter Hæmum, et Pangæum M. quorum præcipua urbs Philippopolis. Gens fera est, et latrociniis sueta. Metallorum divites, et in effodiendo auro solertes fuisse significat *Claudian. de Cons. Mall. &c.* v. 41. Quidquid luce procul venas rimata sequaces Abdita pallentis fodit solertia Bessi. Adde *Veget.* l. 2. *de re militar.* cap. 11. et lib. 4. c. 24.

BESSĬCUS, a, um, ad Bessos pertinens. *Cic. in Pison.* c. 34. Bessicæ gentis princeps.

BESTĬA, æ, f. *a wild beast*, θηρίον, proprie dicitur de animalibus, quæ natura fera sunt, et hominibus noxia, ut *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 1. leg. 1. et lib. 9. tit. 1. leg. 1. docet, ut ursi, leones, apri, tigres, item canes feri, serpentes venenatæ, aranei, et hujusmodi alia, quæ aliquo modo in homine sæviunt: illa vero, quæ per se quidem fera sunt, sed domari tamen possunt, ut cameli, elephan-

ti, quadrupedum, aut pecudum nomine, postquam domita sunt, contineri possunt, ut idem tradit *cit.* lib. 9. quamquam in *lib. regular. tit. de dominio, et acquisitionib. rer.* camelos, et elephantos bestiarum numero esse affirmat: et re vera *Auct. de B. Afric.* c. 72. elephantos ita vocat. Differt itaque *bestia* a *bellua*, quod in hac magnitudinem, in illa feritatem spectamus. *Nepos in Datam.* c. 3. Feram bestiam captam ducere. *Cic. Fam.* 7. ep. 1. Cum homo imbecillus a valentissima bestia laniatur. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 7. Herbarum genera, et radicum ad morsus bestiarum. *Id. in Pison.* c. 36. Populari illi sacerdoti sexcentos ab bestias amicos, sociosque misisti. *h. e.* qui cum bestiis depugnarent in ludis. V. *Bestiarius. Asin. Poll. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 32. Bestiis cives Romanos objicere. *Gell.* l. 5. c. 14. et *Modestin. Dig.* lib. 48. tit. 8. leg. 11. Dare aliquem ad bestias. *h. e.* cum bestiis committere depugnandi causa. *Modestin. ibid.* Tradere aliquem ad bestias depugnandas. *Gell. ibid.* Servus ad pugnam bestiarum datus. *Sueton. in Calig.* c. 27. Condemnare aliquem ad bestias. *h. e.* ut ab iis laceretur. ¶ De quibuscunque brutis animalibus. *a beast, fish, serpent*, &c. *Cic. Tuscul.* 5. c. 13. Natura alias bestias nantes, aquarum incolas esse voluit; alias volucres cælo frui libero; serpentes quasdam, quasdam esse gradientes; earum ipsarum partim solivagas; partim congregatas; immanes alias; quasdam autem cicures; nonnulles abditas, terraque tectas. *Id. de amic.* c. 21. Hoc apparet in bestiis volucribus, nantibus, agrestibus, cicuribus, feris. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 20. Canes, tametsi bestiæ sunt, tamen, &c. Adde lib. 2. *de nat. Deor.* c. 48. *ad fin.* ubi inter aquatiles bestias enumerat etiam testudines. ¶ Adhibetur aliquando in conviciis. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 21. Mala tu es bestia. ¶ Est etiam *Bestia* inter Romana cognomina. *Sallust. in Catil.* c. 17. enumerat L. Bestiam inter participes conjurationis Catilinæ. et *in Jug.* c. 29. memorat L. Bestiam Calpurnium, (*Flor.* l. 3. c. 1. Calpurnium Bestiam appellat) qui Consul fuit cum P. Scipione Nasica circa A. U. C. 640. Adde *Plin.* l. 27. c. 2.

BESTIĀLIS, le, *of a beast, bestial*, θηριώδης, belluinus. *Prudent. Cathemerin.* 7. v. 153. Impexa villis virgo bestialibus. ¶ Translate *Sidon. Apollin.* l. 4. ep. 1. Bestialium rigidarumque nationum corda cornea.

BESTIARĬUS, a, um, adject. *belonging to beasts*, ad bestias pertinens. *Senec.* ep. 70. Jam ego istam virtutem habere tam multa exempla in ludo bestiario, quam in ducibus belli civilis ostendam. *h. e.* in ludo, in quo homines cum bestiis depugnant. ¶ *Bestiarius* absolute, qui cum bestiis pugnat, θηριομάχος, ἀναιρέτης, παράβολος. *one who fought with wild beasts at the public games, for hire, from choice, or because he was condemned to it.* Duplex fuit bestiariorum genus: alterum eorum, qui mercede conducebantur, ut cum bestiis pugnarent, vel ipsi ultro virium, et virtutis ostentandæ causa in arena cum bestiis congrediebantur, populi oblectandi causa. Hi certis utebantur armis, quibus bestias confoderent, quarum tamen ictibus ita expositi erant, ut maximus esset virtuti locus: itaque victores si evasissent, præmio, et laude afficiebantur. Eorum pugna *venatio*, ipsi etiam *venatores* dicti sunt. Alterum genus erat eorum, qui ob admissa scelera damnabantur ad bestias, ut ab iis lacerarentur: hi plerunque inermes contra eas prodire cogebantur, nonnunquam etiam colligati iis discerpendi objiciebantur, ut ex *Tertull. de pudic. c ult.* colligitur. *Cic. pro Sext.* c. 64. Præclara ædilitas: unus leo, ducenti bestiarii. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 6. Vindex gladiatorum, et bestiariorum. Adde *Senec.* 2. *de benef.* c. 19. et *Tertull. in Apolog.* c. 9. ubi de bestiariis secundi generis mentio fit.

BESTIŎLA, læ, f. *a little beast*, θηρίδιον, ζώδιον, parva bestia: et dicitur de quibuscunque minutis animalibus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 48. Sic dissimillimis bestiolis communiter cibus quæritur. *Plin.* l. 22. *sub fin.* Leguminibus innascuntur bestiolæ venenatæ. *Id.* l. 18. c. 17. Bestiola aranei generis.

BETA, æ, f. *the beet*, τεῦτλον, genus oleris, quod omnium hortensiorum levissimum esse *Plin.* scribit l. 19. c. 8. simplici, et carnosa radice, foliis viridibus, et succulentis, caule candido. Ejus duo sunt genera, vernum, et autumnale, a temporibus satus: quamquam et Junio seritur. Græci distinguunt in nigrum, et candidius. Gemina quoque ei natura, oleris, hoc est brassicæ, et bulbi capite ipso radicis exsilientis: species summa in latitudine, quæ adjuvatur imposito lapillo latiore, aut testa fictili, quo pondere pressa beta in latum adeo folia extendit, ut nulli alii hortensiorum latitudo major contingat. In binos enim aliquando pedes expanditur. *Colum.* l. 10. v. 254. folio viridis, pede candida beta. *Martial.* l. 13. epigr. 13. Ut sapiant fatuæ, fabrorum prandia, betæ. &c. *fatuæ* dicuntur, quia per se insipidæ sunt, nisi probe condiantur. *Id.* l. 3. epigr. 47. Pigroque ventri non inutiles betas. V. *Plin.* l. 20. c. 8. ubi varios betæ in medicina usus recenset.

BĒTA, indeclinab. nomen secundæ Græcorum litteræ, Βῆτα. *Juvenal.* sat. 14. v. 209. Hoc discunt omnes ante alpha, et beta puellæ. ¶ Translate ponitur pro secundo, sicut *alpha* pro primo. V. *Alpha.* ¶ Declinatur aliquando **beta, æ.** *Auson. in Tecnopægn. cap. de litt. monosyll.* Dividuum betæ monosyllabon Italicum B. ¶ Etymologi putant, *betam* herbam ita esse appellatam, quod ejus semen cum turget figuram Græcæ B referat. Paulo aliter *Colum.* l. 10. v. 251. Nomine tum Graio, ceu littera proxima primæ, Pangitur in cera docti mucrone magistri; Sic et humo pingui ferratæ cuspidis ictu Deprimitur folio viridis, pede candida beta.

BETACĔUS, a, um, *relating to the beet*, ad betam herbam pertinens. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *ad fin.* Quemadmodum pedes betaceos seri oporteat. ¶ *Charis.* l. 1. pag. 24. *Putsch.* et l. 2. pag. 128. item *Priscian. in fi.* lib. 3. docent dici substantive *hic betaceus, i*: eademque ratione a malva *hic malvaceus, i*: et ὑποκοριστικῶς, hoc est diminutive dici pro parva beta, aut malva. *Apic.* l. 3. c. 2. Facies betaceorum fasces, &c. Et mox eandem vocem repetit, et *Varronem* citat. *Arnob.* l. 4. pag. 133. Cur enim deus præsit melli uni tantummodo, non ficis, betaceis, caulibus? *Al. leg.* betis. *Turneb.* l. 11. c. 3. putat, cum *betaceus* absolute dicitur, subintelligi *pes*: qua ratione *betaceus* potest diminutiva vox dici, quia *beta* integram herbam significat: *betaceus* autem *pes* solum caulem, vel radicem.

BETĀLIS, le, adject. betaceus. *Petron. in fragment. Tragur.* c. 58. *Burman.* Longe tibi sit comula ista betalis. *h. e.* mollis, et diffusa, qualis est beta. Alii leg. *bessalis*, hoc est vilis, et parvi pretii.

BETHLĔEM, f. indeclinab. Βηθλεέμ, antea Ephrata, urbs Judææ, a Jebusæis condita, in tribu Juda. Hebraice dicitur בֵּית לֶחֶם, hoc est domus panis, propter ejus agri fertilitatem. In ea Iesus Christus verus Deus, verique Dei filius, humani generis Redemptor, ex Maria Virgine natus est.

BETHLEEMĪCUS, et

BETHLEEMITĬCUS, a, um, et

BETHLEMĪTIS, e, adject. ad Bethleem pertinens. *Hieronym.* ep. 27. *ad Eustoch. in epitaph. Paulæ matr. in fi.* Romam, patriamque relinquens, Divitias, sobolem, Bethlemiti conditur antro. *Al. leg.* Bethleemi. *Id. ibid.* Pauperiem Christi, et Bethlemitica rura secuta est. *Juvenc.* l. 1. *in* cap. 2. *Matth.* v. 262. Crudeli tinxit Bethleemica compita cæde.

BETHLĒUS, a, um, Bethlemiticus. *Paulin. Nolan.* carm. 32. (al. 15.) v. 583. Aut cum Bethleis infantibus in Paradiso. *Sedul.* l. 2. *de op. Pasch.* v. 73. Talia Bethleis dum signa geruntur in oris. ¶ Quidam scribunt *Bethlæus.*

BETIS, is, f. herba eadem ac beta. *Seren. Sammon. cap. de nerv. incis. et dolentib. atque contract.* cap. 54. v. 983. Carica, vel betis lento cum melle jugatur. ¶ Est etiam nomen fluvii, quod rectius per diphthongum scribitur. V. *Bætis.*

BETISSO, vel. Betīzo, as, n. *to flag*, a *beta*, pro languere usurpare solitus est *Augustus*, teste *Sueton. in ejus vita*, cap. 87. Beta enim tenerrimum, ac mollissimum caulem et folia habet. Quo pertinet illud *Catulli* carm. 66. *ad januam impud.* v. 21. Languidior tenera cui pendens sicula beta, &c. ¶ De ratione scribendi V. in *Badizo.*

BETO, is, n. 3. *to go, walk*, πορεύομαι, idem quod eo, ambulo. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 73. Multos foras betere jussit. *Id. ibid.* Si ire conor, prohibet betere. *Pacuv. ibid.* Vos hinc defensum patriam foras betite. ¶ Est etiam *Bito, is*, eod. sensu. *Plaut. Merc.* 2. 3. 127. Ad portum ne bitas, dico jam tibi. *Id. Curcul.* 1. 2. 52. Qui me in terra æque fortunatus erit, si illa ad me bitet? *Id. Pseud.* 1. 3. 23. Licet ne, obsecro, bitere, an non licet? *Ps.* vah manta. Ita legendum censet *Lips. epistolic. quæst.* l. 1. ep. 14. alii *vivere* retinent, quod est in Codicib. passim. Adde *Stich.* 4. 2. 28. ubi *Pareus* legit *ebito*, h. e. exeo. ¶ Etiam *Bitio, is, ire*, usurpatum fuisse videtur, a quo *Bitientes*, hoc est assidue peregrinantes, apud *Festum.* Ita monet *Scalig. ad Fest.* Sed cum nullum aliud suppetat hujus conjugationis argumentum, non est ea facile usurpanda.

BETONĪCA, et Vetonica, seu Vettonica, æ, f. *the herb betony*, κέστρον, ψυχροτρόφον, herba de qua *Plin.* l. 25. c. 8. Vettones in Hispania invenere eam, quæ vettonica dicitur in Gallia, in Italia autem serratula, a Græcis cestros, aut psychrotrophon, ante cunctas laudatissima. Exit anguloso caule cubitorum duum, a radice spargens folia fere lapathi, serrata, semine purpureo. Folia siccantur in farinam ad plurimos usus. Fit vinum ex ea, et acetum stomacho, et claritati oculorum. Tantumque gloriæ habet, ut domus in qua sata sit, tuta existimetur a piaculis omnibus. Hæc *Plin.* qui aliis in locis passim infinitos prope ejus usus in medicina refert, ut factum sit apud Italos proverbio locus: *aver più virtù, che la bettonica*, (*to possess more virtue than the betony*). ¶ Ad scriptionem quod attinet, rectius *vettonica* scribitur, cum sit a *Vettonibus*: reperitur tamen et *vetonica*; et propter affinitatem litterarum *b* et *v*, etiam *betonica.* ¶ Exstat de ea libellus *Antonii Musæ*, qui Augusti medicus fuit, nomen præferens: indignus tamen ea ætate, in qua Latina Lingua maxime floruit.

BETULLA, æ, f. *the birch-tree*, arbor Gallica lentissima, mirabili candore, atque tenuitate: ex qua olim Consulares fasces plerunque fiebant. Eadem circulis flexilis, item corbium costis, hoc est crassioribus et firmioribus viminibus, quibus reliqua, quæ tenuiora sunt, et subtiliora, firmantur atque nectuntur. Bitumen quoque ex ea Galliæ excoquunt. *Plin.* l. 16. c. 18. ¶ Scribitur et *betula* unico *l.*

BETŬLUS, i, *a sort of jasper*, gemma quædam, de qua V. *Plin.* l. 37. c. 9. *ad fin.*

BIÆON vinum, V. *Bion.*

BIÆOTHANĂTOS, V. *Ahorus*, et *Biothanatus.*

BIARCHIA, æ, f. Βιαρχία, officium Biarchi. *Imper. Constantin.* lib. 1. *Cod.* tit. 31. leg. 1. Ad biarchiam nemo suffragio perveniat.

BIARCHUS, i, m. Βίαρχος, *he who has the care of victualling the army, a victualler*, militaris gradus est ejus, qui commeatibus comparandis præest: a βίος, victus, annona, et ἄρχων, præfectus. *Hieronym.* ep. 61. *ad Pammach. advers. Joann. Hierosol.* cap. 7. Ante primicerius, deinde senator, ducenarius, biarchus, circitor eques, deinde tiro. *Imp. Zeno* lib. 12. *Cod.* tit. 20. leg. 3. Biarchorum nomen, meritumque.

BIBACŬLUS, i, m. *one who is addicted to drinking; a bibber, tippler*, qui strenuus potator est. Ita cognominati sunt quidam apud Romanos, quod largis poculis delectarentur, ut M. Furius, quem inter Grammaticos *Sueton.* referre videtur *de Grammat.* cap. 4. et inter Poetas *Quintil.* l. 10. c. 1. enumerat: de quo *Plin. in procem. Hist. nat.* Ut qui Bibaculus erat, et vocabatur. ¶ De L. Bibaculo V. *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 9. Adde *Liv.* l. 22. c. 49.

BIBAX, ăcis, *given to drinking; a drunkard*, πολυπότης, bibendi avidus. *Gell.* l. 3. c. 12. Bibendi avidum P Nigidius in commentariis grammaticis bibacem, et bibosum dicit. Bibacem ego, ut edacem, a plerisque aliis dictum lego: bibosum dictum etiam nusquam reperi, nisi apud Laberium. Hæc *Gellius.*

BIBER, vox indeclinabilis, quæ ab infinito *bibere* mutilata videtur, et significat potum. *Hinc* dare alicui biber, *to give drink to any one. Titinn.* apud *Charis.* l. 1. pag. 99. Date illi biber: iracunda hæc est. *Fannius* 8. *Ann. ibid.* Jubebat biber dari. Adde *Caton. in Originib. ibid.* V. in fine verbi *Ingero.*

BIBERĬUS pro *Tiberius* jocular iter dictus est Tiberius Nero Imperator ob nimiam vini aviditatem. Appellabatur enim *Biberius Caldius Mero* pro *Tiberius Claudius Nero*, ut est apud *Sueton. in ejus vita* cap. 42.

BIBESĬA, æ, f. *Festus* in *Peredia.* Perediam, et Bibesiam Plautus cum dixit, intelligi voluit cupiditatem edendi, et bibendi. *Plauti* locus est *Curcul.* a. 3. v. 74. ubi Curculio ridicule refert inter varia provinciarum, et populorum nomina has etiam voces, quasi et ipsæ provinciæ sint: sed pro *bibesia* legitur passim *perbibesia.*

BIBĬLIS, le, qui bibi potest. *Cœl. Aurelian. Acutor.* l. 2. c. 11. *ad fin.* Cibum damus varium atque bibilem, ut ovum sorbile, &c.

BIBĬO, onis, m. *a small fly that breeds in the dregs of wine*, parva musca, quæ in vino nascitur. *Afranius.* Cum ad me spectas, et fabulari incipis, ex ore in oculis tuis bibiones involant. Hæc *Isidor. in fi.* l. 12. *Orig.* At *Salmas. in notis ad Spartian. in Hadrian.* c. 16. legit *bibones*, et interpretatur culices. ¶ *Bibiones* legitur etiam apud *Plin.* lib. 1. *Hist. nat.* in indice libri 10. n. 69. sed ibi significat *vipiones*, hoc est minores grues, ut est apud *eund.* l. 10. c. 49.

BIBĪTOR, oris, m. *a drinker*, qui bibit, πότης. *Sidon.* lib. 1. ep. 8. Quem utique raro bibitor Araricus inspexerim.

BIBĬTUS, a, um, *drunk*, potus, particip. pass. verbi *bibo. Æmil. Macer, cap. de Porro.* Commixtus porri succus lacti muliebri, Et bibitus tussim fertur sedare vetustam. *Plin. Valer.* l. 2. c. 18. Equi lingua inveterata ex vino bibita valet.

BIBLĪNUS, a, um, *made of the* byblus *or* papyrus, βύβλινος, qui est ex biblo, seu papyro, ut epistolæ biblinæ, apud *Hieronym. init.* ep. 60. h. e. papyraceæ. Alii exponunt tam longas, ut librum pæne constituant.

BIBLIOPŌLA, læ, m. *a bookseller*, βιβλιοπώλης, librorum venditor: Græca vox a βιβλίον, liber, et πωλέω, vendo. *Plin.* l. 9. ep. 11. Bibliopolas Lugduni esse non putabam. *Martial.* l. 4. epigr. 72. Exigis, ut donem nostros tibi, Quincte, libellos: Non habeo, sed habet bibliopola Tryphon. ¶ Legitur et *bybliopola. Inscript.* apud *Fabrett.* cap. 10. n. 386. M. Ulpius Aug. Lib. Dionysius Byblio-pola F. S. et S. Vide vocem sequent.

BIBLIOTHĒCA, cæ, f. *a library*, βιβλιοθήκη, βιβλιοφυλάκιον, locus, in quo libri studiorum causa asservantur: Græca vox a βιβλίον, liber, et θήκη, repositorium. *Cic. Fam.* 7. ep. 28. Abdere se in bibliothecam. Adde *Vitruv.* l. 1. c. 2. l. 6. c. 7. et 10. &c. ¶ Interdum dicitur de armario, seu pluteo, in quo libri ponuntur, *a book-shelf. Paul. Dig.* lib. 30. leg. 41. Bibliothecæ parietibus inhærentes. Adde *Ulpian. ibid.* lib. 32. leg. 50. *a med.* ¶ Sumitur etiam pro ipsa librorum multitudine. *Cic. Fam.* 13. ep. 77. Dionysius servus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractavit, cum multos libros surripuisset, aufugit. *Id. Attic.* l. 1. ep. 7. Conficere bibliothecam. *Vitruv. in præfat.* l. 7. instituere. *Sueton. in Aug.* c. 56. *in fi.* et *de Grammat.* cap. 22. ordinare. et cap. 21. Præesse bibliothecæ. *to fill the office of librarian. Plin. in procem. Hist.*

rat. narrat, Diodorum, Græcum scriptorem, historiam suam βιβλιοθήκην inscripsisse. ¶ *Servus a bibliotheca* est, qui bibliothecæ custodiendæ et curandæ præpositus est, *a librarian*, βιβλιοφύλαξ. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 584. n. 6. Antiochus Ti. Claudii Cæsaris a bybliotheca Latina Apollinis. et n. 4. Hymenæus Medicus a bybliothecis. Adde *ibid.* n. 7. et pag. 576. n. 9. et pag. 578. n. 5. Quod vero ubique *bybliotheca* per Græcam υ scribitur ex eo factum est, quia charta, ex qua libri constant, ex papyro olim fiebat: papyrum autem Græci βύβλον vocant, eodemque vocabulo librum significant. Quia tamen consuetudo obtinuit, ut etiam βίβλος (et quidem sæpius) per ι scriberetur, etiam Latine *bibliotheca* ex eadem consuetudine scribi consuevit. Quare ea scribendi ratio, quæ *y* adhibet neque improbari omnino potest, neque sane, contra consuetudinem passim imitanda videtur. ¶ Dicitur etiam *Bibliothece, es,* positione Græca. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 584. n. 2. Alexio Cæsaris Aug. ab bybliothece.

BIBLIOTHECĀLIS, le, ad bibliothecam pertinens. *Sidon. Apoll.* l. 8. ep. 4. Thesauris bibliothecalibus large refertus. *h. e.* ampla bibliotheca instructus. *Martian. Capell.* l. 2. pag. 35. Bibliothecalis copia.

BIBLIOTHECŬLA, læ, f. *a small library,* parva bibliotheca. *Symmach.* l. 4. ep. 18. Sume ephemeridem C. Cæsaris decerptam bibliothecula meæ, ut tibi muneri mitteretur.

BIBLIS, V. *Byblis.*

BIBLUS, i, f. *an Egyptian plant or reed, called also papyrus, of the bark of which paper was first made,* βίβλος, papyrus, ex qua charta primum facta est. Ita enim significat Græca vox allata. *Lucan.* l. 3. v. 222. Nondum flumineas Memphis contexere biblos Noverat. *flumineas biblos* dixit, quia papyrus in palustribus Ægypti locis circa Nilum nascitur, ut *Plin.* l. 13. c. 11. docet. *Sedul.* l. 1. v. 6. Plurima Niliacis tradunt mendacia biblis. *h. e.* litteris mandant. ¶ Quod vero *biblus* scribitur non *byblus,* ut est in Græca voce, id consuetudini tribuendum est. V. dicta in *Bibliotheca.*

BIBO, is, bibi, bibitum, a. 3. *to drink, quaff,* πίνω, potum ore assumere. *Terent. Andr.* 3. 2. 4. et *Liv.* l. 40. c. 47. Dare alicui bibere. *Cic. Tuscul.* 5. c. 34. Darius in fuga cum aquam turbidam bibisset, negavit unquam se bibisse jucundius. nunquam videlicet sitiens biberat. *Id. Attic.* l. 15. *ep. ult.* Edere, et bibere ἀδεῶς, et jucunde. *Plin.* l. 10. c. 34. Bibere large. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 274. exiguis haustibus. *Propert.* l. 2. eleg. 20. v. 32. ex aqua. *Martial.* l. 12. epigr. 11. ab amne. *Propert.* l. 4. eleg. 4. v. 14. ex fonte. *Juvenal.* sat. 10. v. 25. fictilibus. *Virg.* 2. *Georg.* v. 506. gemma. *h. e.* poculo ex gemma facto. *Propert.* l. 3. eleg. 3. v. 26. e gemma. *L. Varius* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 1. *a med.* ex solido auro. Et *Senec. in Thyest.* v. 453. in auro. *h. e.* in poculis aureis. *Plaut. Stich.* 5. 4. 27. Bibe, si bibis. *formula hortantis alium, ut sine mora bibat: cui similis est illa,* ite, si itis *apud eund. Pœnul.* 5. 4. 67. ¶ *Bibere Græco more* est merum cyathis libare, salutando deos primum, deinde amicos nominatim, et ad singula nomina bibendo, ut *Ascon.* exponit ad illud *Cicer. Verr.* 3. c. 26. Discumbitur: fit sermo inter eos, et invitatio, ut Græco more biberetur, *&c.* Sed et illud Græci moris erat, præsertim apud Athenienses, ut minoribus primo poculis biberent, deinde, ut fit, majoribus, postquam incalescentibus animis invicem ad bibendum provocabantur. Solebant enim alter alterum propinando nominare: qui toties respondere cogebatur, eodemque poculo paria facere. ¶ *Aut bibat, aut abeat,* ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι, jocosa lex in conviviis Græcorum, qua jubebantur convivæ omnes ei, qui modimperator erat (quem *Horat.* l. 2. od. 7. v. 25. arbitrum bibendi appellat) parere, et singuli aliorum in bibendo conditionem subire. Transiit autem in proverbium, quo admonemur, ut aut tempori locoque nos accommodemus, aut hominum consuetudinem fugiamus. *Cic.* 5. *Tuscul. c. ult.* Mihi quidem in vita servanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conviviis obtinetur: aut bibat, inquit, aut abeat. Et recte. aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi, aut ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat, ante discedat: sic injurias fortunæ, quas ferre nequeas, defugiendo relinquas. ¶ *Bibere mandata* apud *Plaut. Pers.* 2. 1. 3. est præ nimio potu oblivisci quod mandatum fuerat. V. similem locum *Amph.* 2. 1. 84. ¶ Apud *eund. Stich.* 5. 4. 38. *bibere pro summo* est strenue bibere, tanquam pro ultima vice potaturi simus. Alii aliter explicant. ¶ *Bibere nomen alicujus. to toast.* In hilarioribus conviviis mos fuit, ut compotores amicorum nomina proferrent, ac tot haurirent pocula, quot litteris ea constabant. *Martial.* l. 8. epigr. 51. Ut jugulem curas, nomen utrumque bibam. *Id.* l. 1. epigr. 72. Nævia sex cyathis, septem Justina bibatur, Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus. Adde lib. 9. epigr. 95. et lib. 11. epigr. 37. ¶ Apud *Apulei.* l. 2. *Metam. post init. bibere nutricem* est lac a nutrice fugere. ¶ Poetice *bibere flumen aliquod* dicuntur ii, qui ei flumini appositam regionem incolunt. *Virg.* 7. *Æn.* v. 715. Qui Tiberim, Fabarimque bibunt, quos frigida misit Nursia, &c. *Id. Ecl.* 1. v. 64. Ante, pererratis amborum finibus exsul Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim. ¶ *Bibere* etiam dicuntur, quæ humorem hauriunt, et ad se trahunt. *to imbibe, drink in; suck, suck in. Virg. Ecl.* 3. *in fi.* Claudite jam rivos pueri; sat prata biberunt. ἀλληγορικῶς dicit: jam cantare cessate: satiati enim audiendo sumus. *Plin.* l. 13. c. 4. Palma toto anno bibere amat. *Id.* l. 8. c. 48. Lanarum nigræ nullum colorem bibunt. *take. Id.* l. 31. c. 11. Spongiæ ad pruinas sternuntur inversæ, ut candorem bibant. *Horat.* l. 3. od. 8. v. 11. Amphora fumum bibere instituta. V. *Fumarium.* ¶ Arcus etiam cælestis *bibere* dicitur. Veteres enim vulgo credebant, Iridem demissis in terram cornibus aquam haurire e mari et fontibus, quam postea in altum sublatam per nubes effunderet. Hinc inter varia pluviæ signa *Virg.* enumerat, cum *bibit ingens arcus,* 1. *Georg.* v. 380. Hinc festive *Plaut.* de anu ob ætatem curva, simulque bibacissima, *Curcul.* 1. 2. 41. Ecce autem bibit arcus: pluet credo hercle hodie. ¶ Sumitur etiam *bibere* pro elicere, haurire, *to draw, draw forth or out. Virg.* 11. *Æn.* v. 803. Hasta sub exsertam donec perlata papillam Hæsit, virgineumque alte bibit acta cruorem. *Plin.* l. 9. c. 36. Purpuræ flos liquoris est minimi in candida vena, unde pretiosus ille bibitur nigrantis rosæ colore sublucens. ¶ Translate *Horat.* l. 2. od. 13. v. 31. Pugnas et exactos tyrannos Densum humeris bibit aure vulgus. *h. e.* studiose audit. Sic *Propert.* l. 3. eleg. 4. v. 8. Incipe: suspensis auribus ista bibam. *Virg.* 1. *Æn.* v. 753. Infelix Dido, longumque bibebat amorem. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 393. totisque novum bibit ossibus ignem. *Claudian. in nupt. Honor.* et *Mar.* v. 531. Maternosque bibit mores. *imbibes. Quintil.* l. 1. *proœm.* Nudæ illæ artes omnem succum ingenii bibunt.

BIBO, onis, m. *a drunkard, sot,* bibax, *Jul. Firmic.* l. 5. *Mathes.* c. 4. *sub fin.* Homines vitiosi, epulones, et bibones. ¶ *Bibones* alio sensu V. supra in *Bibio.*

BIBŌSUS, a, um, *given to drinking, sottish,* πολυπότης, bibendi avidus. *Laber.* apud *Gell.* l. 3. c. 12. Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax. Adde *P. Nigid. ibid.* V. *Bibax.*

BIBRĔVIS, e. Pes bibrevis apud *Diomed.* l. 3. pag. 471. *et* 472. *Putsch.* Latine est idem, qui Græce Dibrachys. V.

BĬBŬLUS, a, um, *that draws or sucks in moisture; drinking in, soaking,* qui facile humorem bibit, et sorbet. *Virg.* 6. *Æn.* v. 227. Favilla bibula. *Id.* 1. *Georg.* v. 114. Arena bibula. *Id.* 2. *Georg.* v. 348. Lapis bibulus. *h. e.* lapis arenarius bibendo humori idoneus, ut *Serv.* exponit. Nam alii ideo dictum putant, non quod ipse humorem bibat, sed quod per eum humor ad radices arborum admittatur. *Colum.* l. 12. c. 43. *in fi.* Ollæ bibulæ, et male coctæ. *Plin.* l. 8. ep. 15. Charta bibula. *sucking in the ink; running, blotting. Lucan.* l. 4. v. 136. Conseritur bibula Memphitis cymba papyro. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 743. Medulla bibulla. *Id. Metam.* 6. v. 9. Lana bibula. ἐμβαφιος. *Id. Metam.* 14. v. 368. Bibulæ nubes. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 289. Bibulæ vestes. *Martial.* l. 11. epigr. 33. Bibula palus. *Sueton. in Aug.* c. 76. Caseus bibulus. *h. e.* recens, quia tunc conditaram fucile imbibit. Sed alii rectius leg. *bubulus.* ¶ Item qui bene bibit, bibax, *satiated with drink; well drunk,* πολυπότης. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 91. Potores bibuli. et epist. 14. v. 34. Bibulus falerni. ¶ Hinc ortum est Romanum cognomen *Bibulus,* ut L. Publicius Bibulus apud *Liv.* l. 22. c. 53. M. Calpurnius Bibulus, qui cum C. Julio Cæsare consul fuit. *Sueton. in Cæs.* c. 19. ¶ Translate *Pers.* sat. 4. v. 50. Nequicquam populo bibulas donaveris aures. *h. e.* ad audiendum paratas, et avidas.

BICAMERĀTUS, a, um, adject. *Hieronym.* l. 1. *advers. Jovinian.* cap. 9. *in fi.* Si arca plures habuit mansiones, et nidulos, et bicamerata, et tricamerata, et diversas bestias, &c. *h. e.* duplici, et triplici camera, seu fornice.

BICEPS, bicipitis, omn. gen. *two-headed, having two tops or heads,* duo capita, vel vertices habens, δικάρηνος, δικέφαλος. *Cic.* l. 1. *de divin.* c. 53. Si puella nata biceps esset. *Liv.* l. 41. c. 21. In Veienti agro biceps natus puer. *Pers. in prol.* v. 2. Nec in bicipiti somniasse Parnasso. ¶ Translate *Varr.* apud *Non.* c. 6. n. 36. Civitas biceps. *divided into two parts, or factions.* (Adde *Flor.* l. 3. c. 17.) *Apulei. in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4.) Argumentum biceps. *a dilemma.* ¶ Veteres *bicipes* in recto dixere, ut testatur *Priscian. in fi.* l. 6. et lib. 7. pag. 754. *Putsch.* eo modo, quo *ancipes* pro *anceps,* *præcipes* pro *præceps.*

BĬCEPSOS, i. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 8. *a med.* affert ex Argeorum sacris plura nomina hujus positionis, quæ sunt *primiceps, bicepsos, tercicepsos,* vel *terticepsos, quadricepsos,* et *quarticepsos, quinticepsos, sexticepsos,* et *septiceptos.* Est autem ibi sermo de septem collibus Urbis Romæ. Putat *Scalig. in conjectan.* legendum ubique *biceps, terticeps, quadriceps,* &c. Alii contra priorem lectionem ita retinent, ut et primam vocem *primiceps* in *primicepsos,* vel *princepsos* mutandam censeant. Utcunque autem legas, nihil aliud significant, quam primum caput, seu cacumen, primus montis vertex, secundum caput, et sic deinceps. Sed hæc obsoleta sunt.

BICESSIS idem valet ac duo decusses. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 36. ubi al. leg. *vicessis,* hoc est viginti asses. Nam duo decusses viginti asses continent.

BICHORDŬLUS, duas habens chordulas. Legitur a quibusdam in *Apolog. Apuleii.* Aureæ ilices, bichordulæ. Sed alii aliter. V. *Elmenhorst.* pag. 294. et *in emendationib.* pag. 337.

BICLĪNIUM, ii, n. *a dining-room with two couches in it,* cœnatio, in qua duo tantum lecti sunt ad discumbendum: vel lectus, qui duos discumbentes capit, ut triclinium tres. Est autem hibrida vox, ut et *Quintil.* docet l. 1. c. 5. (*al.* 9.) ex Latino *bis,* et Græco κλίνη, lectus. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 69. Ubi est biclinium vobis stratum. et v. 102. Jam facite, in biclinio cum amica sua uterque accubitum eatis.

BICŎLOR, oris, omn. gen. *of two colours, particoloured,* δίχροος, qui duorum est colorum. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 664. Ponitur hic bicolor sinceræ bacca Minervæ. *Id.* 10. *Metam.* v. 98. Bicolor myrtus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 566. Equus bicolor albis maculis. *Plin.* l. 10. c. 52. Intus omne ovum volucrum bicolor.

BICOLORĔUS, a, um, et

BICOLŌRUS, a, um, idem ac bicolor. *Vopisc. in Aurelian.* c. 13. Hastas puras decem, vexilla bicolora quatuor. Al. leg. *bicolorea* a recto *bicoloreus.* Sic apud *Apulei. in Apolog.* Tæniæ alterplices, bicoloreæ. Sed hic quoque alii aliter.

BICŎMIS, e, duplicem habens comam, ut *Equus bicomis,* apud *Veget.* l. 1. *rei veterin.* cap. 56. hoc est, qui comam habet utrinque dependentem.

BICORNĬGER, a, um, idem ac bicornis. *Ovid. Heroid.* ep. 13. v. 33. Ut quas pampinea tetigisse bicorniger hasta Creditur. *h. e.* Bacchus, qui bicornis fingitur.

BICORNIS, e, *having two horns,* δίκερος, et δίκερως, bina habens cornua. *Cels.* l. 8. c. 1. *ante med.* Maxillæ partes extremæ quasi bicornes sunt. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 49. Faunique bicornes. *Id.* 15. *Metam.* v. 304. Caper bicornis. *Virg.* 1. *Georg.* v. 264. Furcæ bicornes. *with two prongs. Horat. in carm. sæcul.* v. 32. Luna bicornis. *Virg.* 8. *Æn.* v. 727. Rhenus bicornis. ubi *Servius:* aut quia commune est omnibus fluviis (cornua enim amnibus tribuunt Poetæ) aut quia duplici alveo fluit, uno, qua Romanum imperium est; altero, qua interluit Barbaros, et insulam Batavorum facit. ¶ *Bicornes* absolute, boves. *Inscript. vetus* sub Valente et Valentiniano, apud *Gruter.* pag. 27. n. 4. Ut mactet repetens aurata fronte bicornes. [Non solum boves, sed etiam arietes dicuntur bicornes, nam in eodem *Lapide,* qui superius allatam inscriptionem continet, insculpti sunt taurus et aries cornibus auratis, qui jam sacrificandi ad altare adducuntur.]

BICORPOR, is, *having two bodies,* δίσωμος, duo habens corpora. *Cic.* vertens quosdam versus *Sophoclis in Trachiniis,* 2. *Tuscul.* c. 9. Hæc dextra Lernam tetram, mactata excetra, Placavit; hæc bicorporem afflixit manum. *h. e.* Centauros ab Hercule interfectos, ut est apud *Natal. Com.* l. 7. *Mythol.* c. 1. Versus autem Sophoclis his respondentes sunt: Λερναίαν θ' ὕδραν, Διφυῆ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν Θηρῶν, &c. *Accius* apud *Priscian.* l. 6. pag. 699. *Putsch.* Pallas bicorpor anguium spiras trahit. *Nævius ibid.* pag. 679. Titani bicorpores, gigantes, magnique Atlantes.

BICORPOREŬS, a, um, idem ac bicorpor. *Jul. Firmic.* l. 2. c. 12. Gemini est signum in cælo masculinum, bicorporeum, bipes, rationale, &c.

[* BICORS, ordis, m. et f. cui duplex cor, seu translate, qui subdolus est. *Commodian. instruct.* 11. Virginem bicordem appellat Daphnen, quæ Apollinem sibi insidias struentem cursu fefellit.]

BICRŎTA, V. *Dicrotum.*

BICUBITĀLIS, *of two cubits,* δίπηχυς, duorum cubitorum. *Plin.* l. 20. c. 23. Meum foliis aniso simile, et caule aliquando bicubitali.

BICUBĪTUS, a, um, idem ac bicubitalis. *Apul. de herb.* c. 72. Herba ramulis tenuibus, bicubitis, &c.

BIDENS, tis, adject. *having two teeth,* qui duos habet dentes. *Auct. Priapeor.* carm. 82. Bidens amica, Romuli senis memor. *h. e.* anus, cui duo tantum supersunt dentes. *Plin.* l. 7. c. 56. *ad fin.* Ancoram (*invenit*) Eupalamus: eandem bidentem Anacharsis. *Auct. epigr. de Sabino inter Catal. Virg.* (V. *Attondeo.*) Bidens forceps. *Virg. in Ciri,* v. 213. ferroque manus armata bidenti. *h. e.* forcipe. *two-pronged.* ¶ *Bidens* absolute, *a sort of hoe or drag, to break up clods with,* δίκελλα, instrumentum rusticum ferreum, duobus veluti dentibus ex una parte instructum, aptumque ad terram fodiendam. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 927. Sarcula nunc, durusque bidens, et vomer aduncus, Ruris opes, niteant. *Virg.* 2. *Georg.* v. 400. glebaque versis Æternum frangenda bidentibus. *Tibull.* l. 2. eleg. 3. v. 6. Versarem valido pingue bidente solum. *Juvenal.* sat. 3. v. 128. Bidentis amans. *h. e.* agriculturæ studiosus. ¶ Præterea *bidens, tis,* f. est ovis bima, apta ad sacrificium. Fere enim dicitur de ove, quæ in hostiam eligitur, *a sheep fit for sacrifice, of the age of two years.* Ratio autem hujus appellationis est, vel quia duorum annorum ætas in hujusmodi pecore requiritur: quod neque minores, neque majores licebat hostias dare, ut *Servius ad Æn.* 4. v. 57. docet:

itaque dicta est (si *Servio*, et *Nigidio* apud *Gell.* l. 16. c. 6. credimus) primo *bidennis*, *d* littera immissa, quasi *biennis* a *bis*, et *annus*: tum longo usu loquendi corrupta vox est, et ex *bidenni* facta *bidens*. Vel potius appellata est *bidens* a *bis*, et *dens*, quia oportet, ut ovis, quæ hostia est, habeat dentes octo, et in his duos ceteris eminentiores, qui non nisi circa bimatum apparere solent, per quos apparet ex minore ætate in majorem transcendisse: quæ sententia est *Julii Hygini* apud *Gell. loc. cit. Festi* in *Bidental*, *Servii* tum *loc. cit.* tum *ad Æn.* 6. v. 39. et *Isidori* l. 12. *Orig.* c. 1. probaturque a *Scalig. in Conjectan. ad Varr.* pag. 45. et a *Voss. in Etymol.* Quod enim putarunt nonnulli, *bidentes* esse, quæ duos tantum dentes habeant, absonum, et falsum est: ridenturque a *Gell. loc. cit.* et *Non.* cap. 1. n. 264. *Virg. Æn.* 4. v. 57. mactant lectas de more bidentes Legiferæ Cereri, &c. *Id.* 7. *Æn.* v. 93. Centum lanigeras mactabat rite bidentes. *Id.* 12. *Æn.* v. 170. intonsamque bidentem Attulit, admovitque pecus flagrantibus aris. *Horat.* l. 3. od. 23. v. 14. Tentare multa cæde bidentium Deos. ¶ Idem *Nigid. loc. cit.* scripsit, non solas oves, sed omnes bimas hostias *bidentes* vocari. Quo pertinet illud *Pomponii* apud *Gell.* et *Non. loc. cit.* Mars, tibi voveo, me facturum, si unquam redierit, bidenti verre. ¶ Dicitur interdum *bidens* generatim de quacunque ove, et extra sacrificium. *Phædr.* l. 1. fab. 17. Bidens jacentem in fovea prospexit lupum.

BIDENSES, populi Siciliæ, quorum oppidum *Bidis* non longe a Syracusis. *Cic. Verr.* 4. c. 22. ¶ Hi frequentius *Bidini* dicuntur, ut videre est *ibid.* et cap. 23. 24. et 25. et apud *Plin.* l. 3. c. 8.

BIDENTAL, alis, n. *a place blasted with lightning*, τόπος κεραυνόπληξ, locus fulmine ictus. Mos fuit Romanis ab Hetruscis acceptus, ut quo loco fulmen decidisset, eum locum haruspex mactata bidenti expiaret (dispersos ignes colligendo, et terra tegendo: quod dicebatur *fulmen condere*), expiatum consecraret, consecratum clauderet sepimento aliquo, quia calcari nefas erat. Dictum est itaque a *bidenti*, qua expiabatur. *Hor. de ar. poet.* v. 471. Minxerit in patrios cineres, an triste bidental Moverit incestus. *Pers.* sat. 2. v. 27. Triste jaces lucis, evitandumque bidental. [† i. e. ictus fulmine.] *Apulei. de Deo Socrat.* Tuscorum piacula, fulguritorum bidentalia.

BIDENTĀLIS, le, adject. *Sacerdotes bidentales* dicti sunt, qui fulmina procurabant: qui in decuriam redacti fuerunt. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 96. n. 5. Semoni Sanco Deo Fidio sacrum Sex. Pompeius Sp. F. Col. Mussianus Quinquennalis Decur. Bidentalis donum dedit. et n. 6. Sancto Sanco Semoni Deo Fidio sacrum pecunia sacerdotum Bidentalium reciperatis vectigalibus.

BIDĪNI, V. *Bidenses.*

BIDŬUM, i, n. *the period of two days*, διήμερον, duorum dierum tempus. *Nepos in Annib.* c. 6. Biduo, et duabus noctibus Adrumetum pervenit. *Id. in Attic. c. ult.* Cum biduum cibo se abstinuisset. *Terent. Eun.* 1. 2. 110. In hoc biduum Thais vale. *for these two days.* *Liv.* l. 10. c. 23. Supplicationes in biduum decretæ. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 38. Tantæ tenebræ finitimas regiones obscuravisse dicuntur, ut per biduum nemo hominem homo agnosceret. *Id. Attic.* l. 8. ep. 14. In his locis, quæ a Brundusio absunt propius, quam tu, biduum, aut triduum. *two or three days' journey.* *Id. Attic.* l. 5. ep. 16. Castra, quæ aberant bidui. *Id. Fam.* 10. ep. 17. Ventidius bidui spatio abest ab eo. *Id. Attic.* l. 4. ep. 3. Concio biduo nulla. *for two days.* *Sueton. in Cæs.* c. 16. Biduo post. *Id. in Aug.* c. 10. Post biduum. *Id. in Calig.* c. 19. Biduo continenti. *for two days successively.* *Terent. Andr.* 2. 6. 9. Solicitudo bidui, aut tridui.

BIENNĀLIS, le, *of two years*, biennium durans. *Justinian.* lib. 5. *Cod.* tit. 37. leg. 27. Biennalis meta.

BIENNIS, ne, *of two years' continuance, iennial*, διετής, duorum annorum. *Plin.* l. 2. c. 82. Cum quidam anno, et bienni spatio duraverint. Al. leg. *biennii.* Ita enim habent tres editiones princip. A. 1469. 1470. et 1472. *Aldus*, et alii. *Harduin.* cum aliis quibusdam edidit *anno, et biennio spatio.* Ceterum vox *biennis* affertur etiam a *Beda de Orthogr.* pag. 2331. *Putsch.* et *P. Nigidius* apud *Gell.* l. 16. c. 6. docet, *bidentes primo dictas* bidennes, *d littera immissa, quasi* biennes.

BIENNĬUM, ii, n. *the space of two years*, τὸ διετὲς, διετία, duorum annorum tempus, sicut *triennium* trium. *Cic. Phil.* 5. c. 3. Tribuni plebis tulerunt de provinciis contra acta Cæsaris, ille biennii, iste sexennii. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 12. Biennium ibi perpetuum misera illum tuli. *Plaut. Bacch.* 2. 1. 1. Biennio postquam hinc abii. *Id. ibid.* 3. 2. 4. Hoc factum est ferme abhinc biennium. *Id. Merc.* 3. 1. 35. Jam biennium est, cum mecum rem cœpit habere. *Liv.* l. 5. c. 14. Comitia biennio habita. *the two last years.*

BIFARĬAM, adverb. *in two places or parts; into two parts*, διμερῶς, διχῆ, bipartito. *Liv.* l. 3. c. 63. Gemina victoria duobus bifariam prœliis parta. *Sueton. in Aug.* c. 100. Bifariam laudatus est: pro æde D. Julii a Tiberio, et pro Rostris sub Veteribus a Druso. *Liv.* l. 10. c. 21. *a med.* Jam castra bifariam facta esse, quia unus locus capere tantam multitudinem non possit. *Cic. Tusc.* 3. c. 11. Bifariam quatuor perturbationes æqualiter distributæ sunt. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Annus divisus bifariam. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 3. Dispartire obsonium bifariam. ¶ Item duobus modis, vel duabus vicibus, dupliciter. *in two ways, in a twofold manner.* *Messala* apud *Gell.* l. 13. c. 15. Bifariam cum populo agi non potest. *Apulei. de dogm. Plat.* l. 3. *ad fin.* Quoniam utraque acceptio bifariam tollitur. *Modestin. Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 4. Cognationis substantia bifariam apud Romanos intelligitur. nam quædam cognationes jure civili, quædam naturali continentur.

BIFARĬUS, a, um, *divided into two parts, of two sorts, twofold*, duarum partium, vel duorum generum, duplex, διφάσιος. *Apulei.* l. 3. *de dogm. Plat. de syllog. categor.* Ut bifaria sit sublata illatio. Al. leg. *bifariam.* *Ammian.* l. 18. c. 4. (*al.* 8.) Ratione bifaria.

BIFER, a, um. *yielding fruit twice a year*, qui bis in anno fructum fert, δίφορος, δίκαρπος. *Virg.* 4. *Georg.* v. 119. biferique rosaria Pæsti. *Cato R. R.* c. 7. Biferæ arbores. *Plin.* l. 16. c. 27. Ficus biferæ. *h. e.* arbores fici bis ferentes. *Sueton. in Aug.* c. 76. Caseum bubulum et ficos virides biferas maxime appetebat. *h. e.* fructus arborum fici biferarum. *Manil.* l. 4. v. 230. signum sagittarii vocat *biferum Centauri corpus*, quia constat equina, et humana forma. ¶ Rectus casus singularis rectius est *bifer*, quam *biferus.* Nam composita a *fero* frequentius hoc modo desinunt, *æstifer, anguifer, armifer, falcifer, furcifer, letifer, pestifer*, et alia. Quamquam et *biferus* defendi potest, cum *mortiferus*, et *pestiferus* apud *Cels.* legantur l. 2. c. 6. et l. 4. c. 2. n. 2.

BIFESTUS, a, um, a *bis*, et *festus.* *Prudent. peristeph.* 6. *in fin.* festum SS. Petri, et Pauli vocat *diem bifestum.*

BIFIDĀTUS, a, um, idem ac bifidus. *Plin.* l. 13. c. 4. Folia cultrato mucrone, lateribus in se se bifidatis.

BIFĬDUS, a, um, *split or divided into two parts*, δίχηλος, in duas partes fissus, seu divisus: a *bis*, et *findo.* *Ovid. Metam.* 14. v. 303. setæque cadunt, bifidosque relinquit Rima pedes. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 65. *Hard.* Lacertis lingua bifida, et pilosa. *Id.* l. 17. c. 20. *ad fin.* Bifida stirps. *Id.* l. 16. c. 39. Bifidi venarum cursus. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 570. In bifidum discessit iter.

BIFĪLUM, i, duplex filum. Affertur a *Servio* ad illud *Virg.* 12. *Æn.* v. 375. *bilicem loricam*: sed nullo confirmatur Latini Scriptoris exemplo.

BIFISSUS, a, um, idem ac bifidus. *Solin.* c. 52. (*al.* 65.) *a med.* Sunt præterea boves solidis ungulis, nec bifissis.

BIFŎRIS, re, adject. *having two doors, folds, or leaves*, binas habens fores, seu valvas, δίθυρος. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 5. Nox erat, et bifores intrabat Luna fenestras. ¶ Item duo habens foramina, seu portas. *Solin.* c. 2. (*al.* 8.) *ad fin.* Duo moliuntur bifori accessu. *Apulei. de dogm. Plat.* l. 1. Nares quarum bifori via odor cum spiritu commeat. ¶ Translate *Virg. Æn.* 9. v. 617. O vere Phrygiæ, neque enim Pryges: ite per alta Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum. ubi *Servius*: bisonum, imparem. *harsh, discordant.* Et servavit eis tibiarum suarum, idest Phrygiarum naturam. Tibiæ aut Serranæ dicuntur, quæ sunt pares, et æquales habent cavernas: aut Phrygiæ, quæ et impares sunt, et inæquales habent cavernas. Ergo *biforem*, dissonum, dissimilem. non enim sunt pari modulatione compositæ. Ut enim ait *Varro*, Tibia Phrygia dextra unum foramen habet, sinistra duo, quorum unum acutum sonum habet, alterum gravem. Hæc *Servius.* *Stat. Theb.* 4. v. 668. Æraque, tympanaque, et biforem reticere tumultum Imperat.

BIFORMĀTUS, a, um, idem ac biformis. *Cic.* vertens aliquot versus ex *Trachiniis Sophoclis*, lib. 2. *Tuscul.* c. 8. non biformato impetu Centaurus ictus corpori infixit meo.

BIFORMIS, e, adject. *double-shaped, two-bodied*, δίμορφος, duas habens formas. *Tacit. Ann.* 12. c. 64. Biformes hominum partus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 25. mixtumque genus, prolesque biformis Minotaurus inest. *Horat.* l. 2. *od. ult.* Non usitata, nec tenui ferar Penna biformis per liquidum æthera Vates. *Ovid. Fast.* l. 1. v. 89. Janus biformis. Adde *Justin.* l. 2. c. 6.

BIFŎRUS, a, um, *having two doors, or leaves*, idem ac biforis, hoc est binas habens fores, seu valvas. *Vitruv.* l. 4. c. 6. *ad fin.* Ipsaque forium ornamenta non fiunt cerostrota, neque bifora, sed valvata.

BIFRONS, ontis, *with two faces*, διμέτωπος, duas habens frontes. *Virg. Æn.* 7. v. 180. Saturnusque senex, Janique bifrontis imago. Adde 12. *Æn.* v. 198.

BIFURCUS, a, um, *having two prongs, two-pronged*, δίκροος, duas habens cuspides, seu acumina. *Liv.* l. 33. c. 5. *ad fin.* Bifurci valli. *Plin.* l. 16. c. 30. Bifurcæ arbores. *Colum.* l. 3. c. 18. Pastinum vocant agricolæ ferramentum bifurcum. *Ovid. Metam.* 12. v. 442. Ramus bifurcus. [¶ Substantive usurpant *Colum.* l. 4. c. 24. Vocatur focaneus palmes, qui solet iu bifurco medius prorepere. *Veget. Veter.* l. 2. c. 40. Duæ autem venæ a capite descendunt, et conveniunt se sub maxillis usque ad gulam . . . . ne bifurcum tangas, et jumentum occidas. Et *Petron. satyr.* c. 62. Mihi sudor per bifurcum volabat, *h. e.* per femora et crura, quæ in homine furcam assimilant, seu potius per inferiorem maxillarum partem usque ad gulam.]

BIGA, æ, f. *a chariot or car drawn by two horses*, ζεῦγος, συνωρὶς, currus duorum equorum: item duo equi ad currum juncti sub uno jugo, *a pair of horses yoked to a chariot*: vel etiam duo alterius generis animalia. Usurpatur sæpissime in plurali numero. *Plin.* l. 7. c. 56. Bigas primas junxit Phrygum natio: quadrigas Erichthonius. *Id.* l. 37. c. 10. Bigis vehi. *Virg.* 2. *Æn.* v. 272. Hector raptatus bigis. *Id.* 5. *Æn.* v. 721. Nox bigis subvecta. *Id.* 7. *Æn.* v. 26. Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. *Id.* 12. *Æn.* v. 164. bigis it Turnus in albis. *Catull.* carm. 55. *ad Camer.* Rhesi niveæ, citæque bigæ. ¶ Negat *Varr.* l. 9. *L. L.* pag. 157. usurpari in singulari numero. Ratio enim exigit, ut quæ pluribus constant, plurali tantum dicantur. Reperitur tamen apud idoneos scriptores. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 86. Omissas habenas bigæ, cui Victoria institerat. *Sueton. in Tiber.* c. 26. Unius bigæ adjectione. *Stat.* l. 3. silv. 4. v. 46. olorinaque jubet considere biga. Adde lib. 1. *Theb.* v. 338. *Plin.* l. 34. c. 8. et l. 35. c. 11. et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 352. n. 1. et 440. n. 1. ¶ Adjective *Manil.* l. 5. v. 3. Quadrijugis et Phœbus equis, et Delia bigis meant. [¶ *Bigas cornutas* joculariter dixit *Varro* apud *Non.* c. 2. n. 731. duos boves aratores, quos ad aratrum junxerat Triptolemus, qui frumenti sementem mortales docuit.]

BIGARĬUS, ii, qui bigam agit. *Vetus Inscript.* apud *Murator.* pag. 621. n. 2. Florus ego hic jaceo bigarius infans, Qui cito dum cupio currus, cito decidi ad umbras. ¶ Item bigarum artifex. *Arnob.* l. 2. pag. 70. Bigarii, salinatores, unguentarii, aurifices. Al. leg. *cybiarii.*

BIGĀTUS, a, um, adject. *stamped with the form of a chariot drawn by two horses.* *Bigatus nummus*, et *bigatus* absolute est, qui bigæ notam impressam habet. *Plin.* l. 33. c. 3. Nota argenti fuere bigæ, atque quadrigæ: et inde bigati, quadrigatique dicti. *Liv.* l. 23. c. 15. *in fi.* Læto juveni bigatos quingentos quæstorem numerare jubet. *Tacit. de Germ.* c. 5. Pecuniam probant veterem, et diu notam, serratos, bigatosque. ¶ *Argentum bigatum* est pecunia argentea cum nota bigæ. *Liv.* l. 33. c. 23. Æris translata ducenta et quinquaginta quatuor millia, argenti bigati quinquaginta tria millia.

BIGEMMIS, e, *having two gems*, duas habens gemmas. *Valerian. in quadam epist.* apud *Trebell. Poll. in Claud.* c. 14. Balteum inauratum unum, annulum bigemmem uncialem, &c. ¶ Dicitur etiam de arboribus. *Colum.* l. 5. c. 5. Pro custodibus autem bigemmes reseces fiunt.

BIGENĔRUS, a, um, *of two kinds or species, mongrel*, διγενὴς, qui est duorum generum. *Festus*: Bigenera animalia dicuntur ex diverso genere nata, ut leopardus ex leone, et panthera, mulus ex equa, et asino. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 8. Nam muli, et hinni bigeneri, atque insiticii, non suopte genere ab radicibus.

BIGERRI, orum, populi Galliæ Aquitanicæ ad Pyrenæos montes: quorum oppidum Tarbe; regio nunc *la Bigorre.* *Paulin. Nolan. in ep. ad Auson.* carm. 10. v. 246. Dignaque pellitis habitas deserta Bigerris. ¶ Hi dicuntur *Bigerrones*, vel *Bigerriones* a *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 27.

BIGERRĬCUS, a, um, ad Bigerros pertinens. *Sidon.* l. 8. ep. 12. Quia solet Bigerricus turbo mobilium aggerum indicia confundere. *h. e.* ventus a regione Bigerrorum flans.

BIGERRĬGA, seu Bigerrica vestis est ex vili, crasso panno, et villoso: *a sort of course garment*: ita dicta a Bigerris populis, qui ea maxime usi sunt adversus frigora, et nives Pyrenæas. *Sulpic. Sever. Dial.* 2. c. 1. A proximis tabernis bigerrigam vestem, brevemque, atque hispidam, quinque comparatam argenteis rapit. *Venant. Fortun.* l. 3. *de vita S. Martini* v. 49. Induitur Sancto hirsuta bigerrica palla. ¶ In *Gloss. Isid.* legitur: *bigerra, vestis gufa, vel villata.* Ubi *Salmas.* in not. ad *Capitolin. in Pertin.* cap. 8. docet *bigerram* corrupte dici pro *bicirram*, hoc est utrinque cirros, seu villos habentem, δίμαλλον. *Gufa* vox est Germanorum antiqua.

BIGERRITĀNUS, a, um, idem quod Bigerricus. *Auson.* ep. 11. *in fi.* In fundo patriæ Bigerritanæ.

BIGERRŎNES, V. *Bigerri.*

BIGNÆ, *female twins*, geminæ dicuntur, quia bis una die natæ sunt: quasi *bigenæ.* *Festus.*

BIJŬGIS, e, adject. idem ac bijugis: ut Bijugis currus, *a chariot drawn by two horses*: Bijuges equi, *a pair of horses yoked to a chariot.* *Sueton. in Calig.* c. 19. Commeavit quadrigario habitu, curriculoque bijugi famosorum equorum. *Virg.* 3. *Georg.* v. 91. Martis equi bijuges. *Ovid. Metam.* 4. v. 24. tu bijugum pictis insignia frenis Colla premis lyncum.

BIJŬGUS, a, um, adject. a *bis*, et *jugum.* *Bijugi equi*, et *bijugi* absolute, sunt duo equi uno jugo ad currum juncti, *two horses under one yoke.* *Virg.* 10. *Æn.* v. 586. ut pronus pendens in verbera telo Admonuit bijugos. et v. 299. bijugis fugiens Rhœteus. et v. 453. Desiluit Turnus bijugis. *h. e.* curru a bijugis tracto. et v. 253. bijugique ad frena leones. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 218. quæ te bijugis serpentibus egit Hinc fuga? ¶ *Bijugus currus* est, quem equi uno jugo juncti trahunt, *a car drawn by two steeds.* *Lucret.* l. 5. v. 1298. bijugo curru belli tentare pericla. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 723. qua te bijugo temone frementem Intemeratarum volucer rapit axis equarum. Adde *Sil.* l. 2. v. 82. ¶ *Certamen bijugum* est, quod in Circo editur curribus bijugis.

Virg. 5. Æn. v. 144. Non tam præcipites bijugo certamine campum Corripuere, ruuntque effusi carcere currus. ¶ Translate Claudian. in Consul. Prob. et Olybr. v. 233. Atque uno bijuges tolli de limine fasces. h. e. fasces consulares geminatos, sex pro uno Consule, et sex pro altero.

BILANX, ancis, *a beam with two scales or balances*, statera duas habens lances. *Martian. Capell.* l. 2. pag. 42. Sine bilance libra.

BILBIO, is, n. 4. *to sound like a pan or pot*, verbum est factum a similitudine sonitus, qui fit in vase. *Gloss.* Bilbit, βομβύζει. *Nævius* apud *Fest.* Bilbit amphora.

BILBIS, V. *Billis.*

BILIBRA, æ, f. *two pound weight*, duarum librarum pondus. *Liv.* l. 4. c. 15. Bilibris farris sperasse libertatem se civium suorum emisse. Al. leg. *bilibre*, ut sit *Bilibre*, is, n.

BILIBRIS, bre, adject. *weighing two pounds*, pondus vel mensuram continens duarum librarum. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 61. oleum cornu ipse bilibri Caulibus instillat. *Plaut. Mil.* 3. 2. 30. Aqualis bilibris. *Martial.* l. 3. epigr. 45. Mullus bilibris. *Plin.* l. 18. c. 11. Bilibres offæ.

BILINGUIS, e, *having two tongues*, δίγλωσσος, qui duas habet linguas. Hinc jocculariter *Plaut.* de mutuo osculantibus, *Pseud.* 5. 1. 14. Ubi amans complexus est amantem; ubi labra ad labella adjungit; ubi alter alterum bilingui manifesto inter se prehendunt. ¶ Translate *bilinguis* est duarum linguarum peritus, *speaking two languages.* Hinc *Ennius*, teste *Festo*, *bilingues Brutates* dixit, quod Brutii et Osce, et Græce loquerentur. Sic *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 29. patriis intermiscere petita Verba foris malis, Canusini more bilinguis. *Curt.* l. 7. c. 5. Sed jam bilingues erant, paulatim a domestico, externoque sermone degeneres. ¶ Præterea dicitur *bilinguis*, qui subdole loquitur, et fide parum sincera, fraudulentus, fallax, *double-tongued, double, deceitful, false, treacherous. Virg.* 1. *Æn.* v. 665. Quippe domum timet ambiguam, Tyriosque bilingues. *Plaut. Pers.* 2. 4. 28. Tanquam proserpens bestia est bilinguis, et scelestus. *Phædr.* l. 2. fab. 4. *in fi.* Quantum homo bilinguis sæpe concinnat mali. *Sil.* l. 16. v. 157. Bilingues socii. *Claudian. de B. Gildon.* v. 284. Bilingues insidiæ. ¶ *Bilingus* pro *bilinguis. Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 256. si sana est lectio.

BILIŌSUS, a, um, *abounding in bile, bilious*, χολώδης, bile abundans. *Cels.* l. 2. c. 8. Nihil plus adversus surditatem, quam biliosa alvus, potest. *Id. ibid.* c. 6. Sputum biliosum, et purulentum. *Id.* l. 1. c. 3. Vomitus utilis plenis, et biliosis omnibus.

BILIS, is, f. *bile*, χολή, nomen est commune duobus humani corporis humoribus, quorum alter, qui calidus est, et siccus, ab aureo colore *flava bilis* appellatur, estque idem ac *fel*, præcipuam in vasis hepatis sedem habens: alter qui frigidus est, *atra bilis:* quamvis uterque sæpius *bilis* absolute dicitur. Sed plures præterea a Medicis recensentur *bilis* colores, prout ex morbosa aliqua causa varie tingitur. *Cels.* l. 7. c. 18. Nonnunquam stomachus quoque affectus primum rufam bilem per os reddit, deinde viridem, quibusdam etiam nigram. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 10. Cum pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi nascuntur. *Horat. de art. poet.* v. 302. Purgare bilem. *Plin.* l. 23. c. 8. Nuclei nucis bilem pellunt. *Id.* l. 27. c. 4. Androsæmon bilem trahit. *Id. ibid.* c. 12. Peplis semine bilis detrahitur. ¶ *Biles* in plurali numero cum dicuntur, utraque bilis atra et flava intelligitur. *Plin.* l. 20. c. 9. Biles detrahere brassicam non percoctam putant. *Scribon. Larg.* compos. 136. Chamelæa biles purgat. ¶ *Bile suffusus* dicitur, qui regio morbo laborat, bile flava exundante, et ad cutem effusa, *icterical:* et *bilis suffusa* est ipse regius morbus, *the jaundice. Plin.* l. 22. c. 20. Datur anchusæ radix et bile suffusis. et cap. 21. Anthemis inflationes, jocinerum vitia, bilem suffusam sanat. *Senec.* ep. 95. vocat *suffusionem luridæ bilis.* ¶ *Flava bilis*, et *bilis* absolute sæpe ponitur pro ira, aut indignatione, *choler, ire, wrath, anger*, quia accendendis, et concitandis spiritibus inservit. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 7. Si, ut scribis, bilem id commovet. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 140. maledicit utrique, vocando Hanc furiam, hunc aliud, jussit quod splendida bilis. *Id.* l. 1. od. 13. v. 4. Fervens difficili bile tumet jecur. *Id.* l. 1. sat. 9. v. 66. Meum jecur urit bilis. *I burn with indignation. Pers.* sat. 3. v. 9. Turgescit vitrea bilis: Findor. *Id.* sat. 4. v. 6. commota fervet plebecula bile. *Juvenal.* sat. 5. v. 159. Effundere bilem. *to vent, breathe out, give a loose to. Id.* sat. 15. v. 15. et *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 20. Movere alicui bilem. *Juvenal.* sat. 13. v. 143. Mediocri bile ferre aliquid. *Plin.* l. 4. ep. 11. Cui sententiæ tantum bilis, tantum amaritudinis inest, ut, &c. *h. e.* ea sententia adeo plena est indignationis, &c. Lapis inscriptus apud *Gruter.* pag. 787. n. 2. et pag. 1040. n. 3. Q. Cavius Severus Rutiliæ Primitivæ conjugi suæ dulcissimæ, cum qua vixit annis XX sine bile. ¶ *Bilem habere*, irasci, moveri ad iracundiam. *Senec.* 2. *de ira*, cap. 25. ¶ Bilem concire in nasum, *to provoke to anger. Plaut. in suppos. Amph. scena: Dii vostram fidem*, v. 40. Vetus est adagium: Fames, et mora bilem in nasum conciunt. [† "Veterum opinio fuit, ut *frontem pudoris, risus lienem*, sic et *iræ sedem esse nares.* Hinc Persius: *Disce, sed ira cadat naso rugosaque sanna.*" CASAUBON.] ¶ *Atra bilis* Græce μελαγχολία, ponitur interdum pro furore, quia furoris causa est, *rage, fury. Senec.* ep. 94. Bilis nigra curanda est, et ipsa furoris causa removenda. *Plaut. Amph.* 2. 2. 95. Uxor atra bili percita est: *bili* ablativus pro *bile* legitur etiam apud *Lucret.* l. 4. v. 665. Quippe ubi cui febris bili superante coorta est.

BILIX, icis, adject. *woven with a double thread*, δίμιτος, duobus constans liciis. *Bilicem loricam* cum dixit *Virg. Æn.* 12. v. 375. duplicem loricam significavit, hoc est duplici textura munitam, *a double breast-plate:* ducta similitudine a pannis, quæ duplici licio contexta spissiora sunt, et firmiora. Nisi malis intelligere loricam linteam duplicis texturæ. Nam veteribus hujusmodi munimenta corporis in usu fuere. Itaque loricæ linteæ mentio fit a *Sueton. in Galb.* c. 19. *Liv.* l. 4. c. 20. *Sil.* l. 9. v. 587. et *Nepot. in Iphicr.* c. 1. qui narrat, Iphicratem genus loricarum mutasse, et pro ferreis, atque æneis linteas militibus dedisse, quo expeditiores essent ad pugnam. Docet autem *Casaubon. ad loc. cit. Sueton.* hujusmodi linteas loricas fieri consuevisse ex lino, quod aceto, vel vino austero cum sale maceratum esset, deinde ita probe coactum, et multoties complicatum (vel in funiculos contortum) ut crassitiem, et soliditatem acquireret, et contra aciem ferri posset resistere. Plura hac de re V. apud *Lips. de milit. Rom.* l. 3. dial. 6.

BILLIS apud Afros appellatur semen humanum humi profusum. *Festus.* ubi *Scalig. ad Priap.* pag. m. 461. legit *bilbis*, aut *bilbil.*

BILUSTRIS, e, *of the space of ten years*, δεκαετής, duo lustra durans, hoc est decem annos. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 12. v. 9. Pergama cum caderent bello superata bilustri. [† V. *Lustrum.*]

BILYCHNIS, e, *having two lights*, δίλυχνος, duos habens lychnos. *Petron. in Satyr.* c. 30. Etiam lucerna bilychnis de camera pendebat. Adde vetus monument. apud *Gruter.* pag. 215. n. 2.

BIMAMMIÆ VITES, de quibus *Plin.* l. 14. c. 3. ita dictæ sunt, quia geminas semper uvas ferunt, quæ crassitudine mammas æmulantur, colore autem purpureæ sunt. Eædem *bumasti* etiam appellantur, et *bumammæ.* V.

BIMĂRIS, re, *lying between two seas*, duo habens maria. *Bimaris* dicitur Corinthus, quia cum in parte septentrionali Peloponnesi sita sit, ab Occidente Ionium mare prospectat, ab Oriente mare Græcum, seu Ægæum. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 2. bimarisve Corinthi mœnia. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 27. Hic Ephyren bimarem, &c. *Ephyre* est Corinthus. *Id. Metam.* 7. v. 407. bimarem pacaverat Isthmon. *h. e.* Isthmum Corinthiacum, qui a duobus illis maribus alluitur.

BIMARĪTUS, i, *the husband of two wives*, δίγαμος, qui duas habet uxores. *Cic. pro Planc.* c. 12. Jacis adulteria, quæ nemo non modo nomine, sed ne suspicione quidem possit agnoscere: bimaritum appellas, ut verba fingas, non solum crimina.

BIMĀTER, tris, *having two mothers*, διμήτωρ, qui duas habet matres: cujusmodi dicitur esse Bacchus, qui a Semele genitus, et ab Jove in lucem editus fingitur. *Ovid. Metam.* 4. v. 11. Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyæumque, Ignigenamque, satumque iterum, solumque bimatrem.

BIMĀTUS, us, m. *the age of two years*, διετές, duorum annorum ætas. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *ad fin.* Vitulos castrare non oportet ante bimatum. *Plin.* l. 9. c. 30. Polypi ultra bimatum non vivunt. Adde *Colum.* l. 7. c. 3.

BIMEMBRIS, e, adject. *having double members; with twofold limbs*, duplicia habens membra. *Juvenal.* sat. 13. v. 64. Egregium, sanctumque virum si cerno, bimembri Hoc monstrum puero, vel mirandis sub aratro Piscibus inventis, et fetæ comparo mulæ. ¶ *Bimembres* sunt etiam Centauri, quia supra humana, infra equina specie. *having parts of two different species. Virg.* 8. *Æn.* v. 293. Nubigenæ bimembres. *Sil.* l. 3. v. 41. Centauri bimembres. Et absolute *Ovid. Metam.* 15. v. 283. illic lavere bimembres Vulnera. *Id. Her.* ep. 9. v. 99. Forma bimembris.

BIMENSIS, is, m. *the space of two months*, duorum mensium tempus. *Liv.* l. 45. c. 15. Ut ad sarta tecta exigenda anni et bimensis tempus prorogaretur.

BIMESTRIS, e, *of two months*, δίμηνος, duos menses durans. *Planc. ad Cicer.* l. 10. *Fam.* ep. 24. *ad fin.* Consulatus bimestris. *Plin.* l. 18. c. 7. Triticum bimestre. *h. e.* quod intra duos menses seritur et metitur. ¶ Sextus casus et in *e*, et in *i* desinit. *Horat.* l. 3. od. 17. v. 15. cras genium mero Curabis, et porco bimestri. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 158. Extaque de porca cruda bimestre tenet.

BIMĔTER, tra, trum, *consisting of two metres*, δίμετρος, duobus metris constans: vox hybrida, ex Latino *bis*, et Græco μέτρον conflata. *Dimeter* autem (quam V. suo loco) idem significans, tota Græca est. *Sidon.* l. 9. ep. 15. Litteræ bimetræ. *h. e.* in quibus duo genera carminum insunt, cujusmodi est ejusdem libri decimatertia.

BIMŬLUS, a, um, *of the age of two years*, διετής, qui duos annos ætatis habet. Proprie de iis dicitur, teste *Valla elegant.* l. 1. c. 5. quæ post eam ætatem adhuc incrementum possunt accipere. Exemp. grat. puer proprie *bimulus* dicitur, bos, aut canis non ita. *Catull.* carm. 17. *ad Colon.* v. 12. Nec sapit pueri instar bimuli. Adde *Sueton. in Calig.* c. 8.

BIMUS, a, um, *of two years, two years old, of two years' continuance*, διετής, qui est duorum annorum. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Taurum unum anniculum, alterum bimum. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 24. In castris Bruti una veterana legio, altera bima octo tironum. *Plin.* l. 18. c. 24. Semen optimum anniculum, bimum deterius, trimum pessimum, ultra sterile. *Id.* l. 17. c. 14. Bimi surculi. *Id.* l. 35. c. 14. Lateres ædificiis non nisi bimos probant. *Horat.* l. 1. od. 19. v. 15. Bimum merum. *Martial.* l. 12. epigr. 32. Pensio bima. *the rent that has now run on two years. Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 63. Bimus honor. Al. leg. *binus* minus recte. *Id.* 3. *Trist.* eleg. 10. v. 16. Nix bima. *Pompon. Dig.* lib. 33. tit. 2. leg. 6. Æstimatio bima ususfructus. *an estimating how much profit will arise in two years. Ulpian.* lib. 33. tit. 1. leg. 3. Legatum relictum bima die. V. *Dies.* ¶ Translate *Cic. Fam.* 3. ep. 8. *ad fin.* Hortensium roges, ut si unquam mea causa quidquam aut sensit, aut fecit, de hac quoque sententia bima recedat. *h. e.* qua agitur de prorogando mihi imperio provinciæ ad biennium.

BINARIUS, a, um, duo continens. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 39. Formas binarias, ternarias, et quaternarias resolvi præcepit. *h. e.* typos nummorum, qui binis aureis valebant, aut ternis, aut quaternis.

BINI, æ, a, *two, two by two*, δύο, δισσοί, σύνδυο, idem ac duo; et locum habet præcipue in distributionibus. *Cic. Verr.* 4. c. 53. Describebat censores binos in singulas civitates. *Id. Agrar.* 2. c. 31. Unicuique binos pedes assignare. *two to each. Id. Verr.* 5. c. 70. *in fi.* Fenerari binis centesimis. *to lend money at two per cent. per month.* V. *Centesima. Id. Fam.* 7. ep. 1. Venationes binæ per dies quinque. *two a day. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 25. Turres binorum tabulatorum. ¶ Extra distributionem significat duo, non separatim, sed simul sumpta. *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 51. *ad fin.* Itaque ille veteres, cum circuitum, et quasi orbem verborum conficere non possent, terna, aut bina, aut nonnulli singula etiam verba dicebant, &c. *Id. Attic.* l. 6. ep. 1. *ante med.* Quibus de rebus propter casum navigandi, per binos tabellarios misi Romam litteras. *Plaut. Pers.* 2. 5. 16. Boves bini hic sunt. *a yoke of oxen.* ¶ Jungitur fere cum nominibus, quæ singulari numero carent: item cum iis, quæ numerum, aut mensuram significant: in plurali autem genitivo *binum* habet pro *binorum. Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *ante med.* Credo, te binas meas litteras accepisse, unas a Pindenisso, alteras a Laodicea. *Id. Phil.* 12. c. 11. Pompeius cum duce Marsorum inter bina castra collocutus est. *Id. Verr.* 4. c. 52. *in fi.* Inter binos ludos. *Id. pro Leg. Manil.* c. 4. Binæ hostium copiæ. *Quintil.* l. 6. c. 3. Bina millia passuum ambulare. *Martial.* l. 12. epigr. 55. Quater bini nummi. *h. e.* octo. *Sallust. in fragment.* apud *Non.* c. 18. n. 16. Verutum pedum binum. *Plin.* l. 31. c. 6. Crassitudo binum digitorum. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 88. Ad binum millium numero sauciis utrinque factis. *Scribon. Larg. compos.* 8. Salis, nitri, mellis, aceti, singulorum P. binum. *Servius ad* 8. *Æn.* v. 168. narrat *Ciceronem* per epistolam culpasse filium, quod dixisset *Direxi duas litteras* pro *binas:* contra *epistolas duas* dici non *binas*, quia *litteræ* pro *epistola*, numeri tantum pluralis sunt. ¶ Nihilominus *bini* usurpatur universim pro *duo. Cic. Verr.* 6. c. 14. Binos scyphos habebam: jubeo promi utrosque. *Virg.* 1. *Æn.* v. 317. Bina manu lato crispans hastilia ferro. *Servius ad illud* 1. *Æn.* v. 97. duplices tendens ad sidera palmas: *duplices* duas dicebant, ut hoc loco; et *binos* duos; et *utrosque* pro utrumque. Rursus *Virg.* 1. *Georg.* v. 172. Binæ aures. *Id. Æn.* 8. v. 168. Bina frena. *Lucret.* l. 1. v. 533. Secare aliquid in bina. ¶ Ponitur aliquando pro duplici. *double, twofold. Lucret.* l. 4. v. 550. uti videantur Omnia, quæ tuimur, fieri tum bina tuendo, Bina lucernarum florentia lumina flammis. ¶ Et in singulari numero *Lucret. ibid.* Binaque per totas ædes geminare supellex. *Id.* l. 5. v. 877. Sed neque Centauri fuerunt, nec tempore in ullo Esse queat duplici natura, et corpore bino Ex alienigenis membris compacta potestas. ¶ Quod ex *Ovid.* quidam huc addunt, 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 63. Inque domo binus conspicietur honor: *bimus* multo rectius alii plerique reponunt. ¶ In illo *Cicer. Fam.* 9. ep. 22. Cum loquimur terni, nihil flagitii dicimus: at cum bini, obscenum est, &c. ambiguum est in voce *bini*, quæ potest etiam esse imperativum βίνει, a βινέω, liberis operam do.

BINOCTĬUM, ii, n. *two nights, the space of two nights*, duarum noctium tempus. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 71. Plusquam binoctium abesse. *Ammian.* l. 30. c. 1. (*al.* 1.) Biduum, et binoctium.

BINOMĬNIS, e, adject. m. et f. *having two names*, duo habentis nomina, διώνυμος. *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 8. v. 11. urbs ripæ vicina binominis Istri. *h. e.* qui et *Danubius* dicitur. *Id. in Ibin*, v. 417. fortuna binominis Iri. *h. e.* qui et *Arnæus* est appellatus. *Id.* 14. *Metam.* v. 609. sub Ascanii ditione binominis. *h. e.* qui et Iulus vocabatur. ¶ Rectus casus *binominis* probatur auctoritate *Servii ad Æn.* 6. v. 382. et analogia adjectivi *cognominis.*

BINOMĬUS, cui geminum est nomen, ut Numa Pom-

pilius, Tullus Hostilius, *Festus.* ubi *Scalig.* vult legi *binominis.*

BINUS, a, um, V. in *Bini.*

BIOCOLYTA, æ, m. Βιοκωλύτης, Officialis præpositus violentiis cohibendis: cujus mentio fit apud *Justinian. Novell.* constitut. 145. Est autem Græca vox a βία, vis, violentia, et κωλύω, prohibeo.

BION, genus quoddam vini celebratissimi apud Græcos, et ad plurimos valetudinum usus excogitati, quos recenset *Plin.* l. 23. c. 1. *ad fin.* ejus autem conficiendi rationem docet l. 14. c. 8. Videtur ita appellatum a βίος, vita, quoniam valetudini tuendæ utilissimum creditum est. A *Dioscor.* l. 5. c. 12. vocatur οἶνος ὀμφακίτης, quia fit ex uva paulo ante maturitatem decerpta, et sole acri siccata per triduum, quarto die expressa, dein in cadis Sole inveterata. ¶ Sunt qui legunt *Biæon*, sunt qui *Abion*, sed contra omnes libros tum MSS. tum editos, *Harduino* teste.

BION, ōnis, m. Βίων, ωνος, patria Borysthenites, libertino patre ortus, professione Philosophus, et Sophista, perditam, et voluptariam vitam duxit, jocisque mordacibus non homines solum insectatus est, sed etiam deos, de quibus impie sentiebat. V. plura apud *Laert.* l. 4. ubi novem alios *Biones* recenset.

BIONĒUS, a, um, Βιώνειος, ad Bionem pertinens. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 60. hic delectatur iambis: Ille Bioneis sermonibus, et sale nigro.

BIONĬAS, V. *Bryonia.*

BIOTHANĂTUS, a, um, *one who dies a violent death; one who lays violent hands on himself, a felo-de-se*, βιοθάνατος, violenta morte occumbens: a βία, violentia, et θάνατος, mors. *Lamprid. in Heliogab.* c. 33. Prædictum eidem erat a sacerdotibus Syris, biothanatum se futurum. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 14. *in fi.* Damnari, ac biothanatos interire. Adde l. 4. c. 1. ¶ Apud *Tertull. de anim.* c. 57. *Biæothanatus* legitur eodem sensu, nempe a βίαιος, violentus: additque *Tertull.* esse proprium Magicæ artis vocabulum. Magi enim inter varias de hominum vita prædictiones βιοθανασίαν ponebant. ¶ *Biothanatum* perperam *Isidor.* l. 10. *Orig.* interpretatur *bis mortuum.* Putat enim conflatum esse a Latino *bis.*

BIOTĬCUS, a, um, βιωτικός, ad vitam pertinens: Græca vox, a βίος, vita. Hinc *Bioticum metrum*, de quo ita *Diomed. sub. init.* l. 3. Metrum tripliciter auditur, nam aut βιωτικὸν est, aut ποιητικόν, aut commune. Bioticum metrum est, quod in usibus est conversationis humanæ. Adde *Mar. Victorin.* l. 1. *art. Grammat.* pag. 2494. *Putschii.* Eadem ratione *Servius* bioticos epilogos *in fi.* 3. *Æn.* vocat, in quibus *Virgilius* posuit res in vita evenire solitas.

BIPALĬUM, ii, n. *a mattock, or pick-axe with two bills, a hoe*, instrumentum rusticum ferreum, palæ instar latum, et ligneo oblongo manubrio præfixum, ad terram versandam, et fodiendam. *Cato R. R.* c. 45. Locus bipalio subactus siet. *Id. ibid.* c. 6. et *Plin.* l. 18. c. 26. Terram bipalio vertere. *to hoe, hack, or dig.* *Liv.* l. 3. c. 26. Fossam fodiens bipalio innixus. *Colum.* l. 11. c. 3. *non longe ab init.* Ubi copia est rigandi, satis erit non alto bipalio, id est minus quam duos pedes ferramento, novale converti. *Plin.* l. 17. c. 21. Solum apricum bidente pastinari debet ternos pedes bipalio alto. *Plin.* hoc loco non bipalii, sed ipsius bidentis ferramentum intelligit, fortasse quia bidentes aliquando ita fieri solent, ut ex una parte ferrum palæ instar expansum habeant, ex altera in duos dentes seu cornua divisum. ¶ Bipalii simplicis figuram exhibet marmor apud *Fabrett.* cap. 8. n. 60.

BIPALMIS, e, *two spans long or broad*, διπάλαιστος, duorum palmorum mensuram habens. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 7. Tabulæ bipalmes. *Liv.* l. 42. c. 65. Spiculum bipalme.

[* BIPALMUS, a, um, adject. idem ac bipalmis, e. *Apul. de herb.* c. 7. Thyrsi bipalmi.]

BIPARTĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to divide into two parts, bisect*, in duas partes divido, διχοτομέω. *Colum.* l. 11. c. 2. Undecimo calendas Maias ver bipartitur. *Cic. Catil.* 2. c. 2. Atque ibi in proximis villis ita bipartiti fuerunt, ut Tiberis inter eos, et pons interesset. ¶ Legitur et *Bipertio.*

BIPARTĪTO, adverb. *into two parts*, διμερῶς, δίχα, in duas partes. *Cic. pro Flacc.* c. 14. Classis bipartito distributa. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 25. Romani conversa signa bipartito intulerunt. *Ovid. de remed. amor.* v. 443. Secta bipartito cum mens discurrit utroque. *h. e.* diducta, et ad duo intenta. ¶ Legitur et *Bipertito.*

BIPARTĪTUS, a, um, *divided into two parts*, διμερής, in duas partes divisus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 3. Bipartita divisio. *Plin.* l. 5. c. 8. Bipartiti Æthiopes. *Colum.* l. 11. c. 2. Sexto cal. Febr. Leonis quæ est in pectore clara stella, occidit: nonnunquam significatur hiems bipartita. ¶ Legitur et *Bipertitus.*

BIPĂTENS, entis, qui duabus partibus aperitur, vel qui habet duos aditus. *open both ways; having two entrances.* *Virg.* 2. *Æn.* v. 330. portis alii bipatentibus adsunt. *Id.* 10. *Æn.* v. 5. Considunt tectis bipatentibus. Ubi *Servius*: Physice dixit. nam Cælum patet ab ortu et occasu. Est autem sermo Ennianus, tractus ab ostiis, quæ ab utraque parte aperiuntur: unde et modo *bipatentibus* apertis intelligimus, quod intrantibus et exeuntibus pateant.

BIPĔDA, æ, f. *a slate, or tile; a flag two feet square, used in smooth pavements*, lapis, vel later quadratus, aut oblongus, binum pedum mensura, quo pavimenta sterni solent. *Pallad.* l. 1. tit. 19. Solum omne bipedis sternatur, vel minoribus laterculis, quos suffuso testaceo pavimento debemus imprimere. et tit. 40. Aream bipedis sternere. et *ibid.* Bipedas constitues ferreis ancoris colligatas. *Id.* l. 6. tit. 11. Antequam rudus siccetur, bipedas, quæ per omnia latera canaliculos habeant digitales, jungemus, ita ut calce viva ex oleo temperata bipedarum canales, qui inter se connectendi sunt, impleantur, &c. Loquitur hic *Palladius* de pavimentis, quæ sub dio fiunt: descripsit autem a *Vitruv.* c. 1. l. 7. qui, quas *Palladius* bipedas, bipedales tegulas appellat. *Bipedæ* vox legitur etiam in inscriptione coctilis lateris apud *Fabrett.* c. 7. pag. 511. n. 129.

BIPEDĀLIS, le, *two feet long or wide*, mensuram habens duorum pedum, διπόδης. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. Musculum ex materia bipedali facere instituerunt. *Id.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. Bipedales trabes. *Colum.* l. 8. c. 3. *ad fin.* Bipedalis latitudo. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 308. Modulus bipedalis.

BIPEDANĔUS, et Bipedānus, a, um, idem ac bipedalis. *Plin.* l. 17. c. 20. Populus alba seritur bipedaneo pastinatu. *Colum.* l. 4. c. 1. Altitudo bipedanea. et cap. 30. Spatium bipedaneum. *Id.* l. 2. c. 2. Bipedana humus. Ita editum est ab *Aldo, Commelino, Gryphio*, atque etiam *Jenson.* A. 1472.

BIPENNĬFER, a, um, *bearing a battle-axe*, bipennem ferens, πελεκυφόρος. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 391. Bipennifer Arcas. *Id.* 4. *Metam.* v. 22. bipenniferumque Lycurgum.

BIPENNIS, ne, adject. *having two edges, two-edged, cutting with two sides*, δίστομος, δίθηκτος, utrinque aciem habens; a *bis* et *pinna*, quæ rem etiam acuminatam significat, ut *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 6.) docet. Sic *Isid.* l. et c. 19. *Orig.* Bipennis dicitur, quod ex utraque parte habeat acutam aciem, quasi duas pennas. Pennum autem antiqui, acutum dicebant: unde et avium pennæ, quia acutæ. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 82. Ferens ferream humero bipennem securim. *Virg.* 11. *Æn.* v. 135. ferro sonat icta bipenni Fraxinus. ¶ Absolute significat securim utrinque cædentem, *a two-edged weapon, an axe, battle-axe, pole-axe, bill*, δίστομος ἀξίνη, πέλεκυς. *Horat.* l. 4. od. 4. v. 57. Duris ut ilex tonsa bipennibus *Virg. Æn.* 5. v. 307. cælatamque argento ferre bipennem. *Id. Æn.* 2. v. 479. correpta dura bipenni Limina perrumpit. *Plin.* l. 8. c. 8. Præacuta bipenni poplitem cædere. ¶ In ablativo *bipenne* pro *bipenni* habet *Tibull.* l. 1. eleg. 7. v. 55. ubi pro novacula, seu cultro usurpat. ¶ Quia vero *pinna* alam quoque significat, hinc *bipennis* aliquando dicitur, qui binas utrinque alas habet, *having two wings*, δίπτερος. *Plin.* l. 11. c. 28. Nullum insectum, cui aculeus in alvo, bipenne est. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 82. ut ciconiæ, Quarum bipennes fulminis plumas vapos Perussit alte. *h. e.* utramque alam.

BIPENSĬLIS, le, adject. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 237. Hic bipensiles forcipes, dentarpagæ. *h. e.* quæ cum duo manubria habent, utraque suspendi possunt.

BIPERTĬO, &c. V. *Bipartio.*

BIPES, ĕdis, adject. *with two feet, two-footed*, δίπους, animal duos habens pedes. *Cic. pro Dom.* c. 19. Omnium non solum bipedum, sed etiam quadrupedum impurissimus. *h. e.* non solum hominum, sed etiam bestiarum. [† *Plin. Epist.* 1. 5. Regulus omnium bipedum nequissimus. *as great a rogue as walks on two legs.*] (Hanc loquendi rationem leges etiam apud *Lamprid. in Alexan. Sever.* c. 9. et *Apulei.* l. 4. *Metam.*) *Virg.* 4. *Georg.* v. 389. *de Proteo.* Et juncto bipedum curru metitur equorum. V. *Equus. Juvenal.* sat. 9. v. 92. Bipes asellus. *Martial.* l. 12. epigr. 32. Bipes mensa. *Plin.* l. 10. c. 65. Egyptii mures bipedes ambulant. *on two legs.* [¶ Ultimam licenter corripuit *Auson.* edyll. 11. v. 39. Qui bipes, et quadrupes foret, et tripes, omnia solus.]

BIPRŌRA navis dicitur, quæ duas habet proras, *a ship with two prows*, δίπρωρον πλοῖον. *Plin.* l. 6. c. 22. memorat naves utrinque proram habentes, quarum usus in augustis fretis, et canalibus, ut si revertendum sit, utrinque possint procedere. *Hygin.* fab. 168. Tum primum dicitur Minerva navem fecisse biproram, in qua Danae profugeret. Adde *Fab. ult. in fi.*

BIRĒMIS, e, adject. *with two oars, or two rows of oars*, διήρης, δίκροτον πλοῖον, duos remos habens, vel duos remorum ordines. Priori modo intelligendum est illud *Horat.* l. 3. od. 29. *in fi.* Tunc me biremis præsidio scaphæ, &c. *a two-oared boat.* Neque enim scapha duplicem remorum ordinem capere potest. Item illud *Liv.* l. 24. c. 40. Lembis biremibus centum viginti flumine adverso subvectus. Et *Lucani* (ut monet *Scheffer. de milit. nav.* l. 2. c. 2.) l. 8. v. 562. non longa vecta biremi Appulerat scelerata manus. Hanc enim eandem mox v. 565. *parvam ratem* appellat, et v. 611. *alnum*: quin *Plutarch. in Pomp.* ἁλιάδα, hoc est scapham, cymbam, lembun fuisse narrat. Adde l. 10. v. 56. ubi quam *parvam biremem* vocat, *Plutarch. in Cæs.* ἀκάτιον μικρὸν nominat, quod est navigiolum, magnitudine lembum, aut etiam scapham non excedens. ¶ Ceterum sæpius significat navem majorem, duobus remorum ordinibus instructam, mari trajiciendo, itemque agendis bellis idoneam, *a galley, vessel of war*: quam Erythræos primum invenisse, *Plin.* l. 7. c. 56. scribit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 40. Quatuor biremes, subjectis scutulis, impulsas vectibus transduxit. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 23. Complet quod biremium, quæque simplici ordine agebantur. In loco *Livii* supra allato pro *lembis biremibus* legunt alii *levibus biremibus.* Et *Bayfius ex Appiano* docet, biremes leves easdem esse ac Liburnicas. V. *Decemremis.*

BIRŎTUS, a, um, *with two wheels*, δίτροχος, duas habens rotas. *Nonius* cap. 2. n. 139. Cisium vehiculi biroti genus. ¶ *Birota, æ*, f. *a two-wheeled vehicle*, absolute (subaudi *rheda*, aut aliquid simile) *Imp. Constantius.* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 8. Rhedæ mille pondo tantummodo superponi, birotæ ducenta, veredo triginta. non enim ampliora onera perpeti videntur. Octo mulæ jungantur ad rhedam, æstivo videlicet tempore, hiemali decem: birotis trinas sufficere judicavimus. ¶ In genit. plurali *birotum* pro *birotarum.* *Id. ibid.* leg. 9. Nec passim rhedarum tractorias, vel evectiones birotum faciat.

BIRRUS, ri, m. *a coarse outer garment of a red colour, a sort of cloak*, genus vestis, vel lacernæ simile, vel idem omnino ac lacerna, quod aliis vestibus serperinjicitur, et pro toga gestatur: a Græca πυῤῥός: rufus, quia fere isto colore fuit: in quo differt a lacerna, quæ certum colorem non habuit. Quemadmodum autem lacernæ materia aliæ aliis pretiosiores fuerunt, ita birri, alii nempe lanei, alii serici. Celebres fuere *Atrebatici*, qui ab Atrebatibus conficiebantur, et *Canusini* ex Canusina lana, quorum meminit *Vopisc. in Carino*, cap. 20. ubi multa adnotavit. *Salmas.* V. Etiam *Ferrar. de re vestiar.* ¶ Hæc vox per se adject. est, quemadmodum et Græcum πυῤῥός: quare *lacernum birrum*, quod ex actis S. Cypriani affert *Salmas. loc. cit.* significat lacernam rufam. *Lacernum* autem pro *lacernam*, cadente latinitate aliquando dictum est. *Augustin.* quoque *in serm.* 1. *de vita, et morib. Clericor. qui est* 49. *de divers. birrum* absolute neutro gen. dixit. ¶ Scribitur et *byrrhus*, quod est Græcis litteris inhærere: item *burrus* Græco υ in u Latinum converso.

BIS, adverb. *twice; on two occasions*, δίς, duabus vicibus: ab antiquo *duis*, ut *Cic. in Orat.* c. 45. docet. *Id. Fam.* 9. ep. 16. De quo mihi scripseras bis eodem exemplo. *Id. Phil.* 8. c. 4. Bis falleris. *h. e.* duplici ratione falleris. Sic *Martial.* l. 3. epigr. 6. Dies bis celebranda. *Id.* l. 6. epigr. 27. Bis vicinus. *h. e.* duplici modo vicinus. Rursus *Cic. Verr.* 7. c. 23. In una civitate bis improbus fuisti. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 8. Ludos apparat magnificentissimos: stulte bis terque non postulatus. *Terent. Hecyr.* 3. 2. 8. Bis stulte facere. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 26. Bis periit amator, ab re, atque animo simul. *Cels.* l. 1. c. 1. et 8. et l. 3. *c. ult.* n. 2. et *Virg.* eclog. 3. v. 34. Bis die. *twice a day*, δὶς τῆς ἡμέρας. Sic *Plin.* l. 2. c. 73. Bis anno. *Varr. R. R. c. ult.* l. 2. Quidam oves hirtas in anno bis tondent. *Cic. Tuscul.* 5. c. 35. *Liv.* l. 44. c. 16. et *Cels.* l. 7. c. 4. sect. 4. bis in die. (Sic *ter in anno*, apud *Cicer. pro Rosc. Amer.* c. 46.) *Plaut. Amph.* 3. 2. 62. Bis tanto amici sunt inter se, quam prius. *twice as much as before.* Eadem ratione *Men.* 4. 3. 6. et *Merc.* 2. 2. 26. locutus est. Sic *Virg. Æn.* 6. v. 578. Tartarus ipse Bis patet in præceps tantum, tenditque sub umbras, Quantus ad ætherium cæli suspectus Olympum. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. Bis tantum reddit ea pars villæ, quam tuus fundus. *twice only.* *Gell.* l. 12. c. 6. Bis minus. ¶ Cum nominibus numeralibus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 18. *in fi.* Si, bis bina quot essent, didicisset Epicurus. *h. e.* quatuor. *Horat. Epod.* 4. v. 8. Cum bis ter ulnarum toga. *h. e.* sex ulnarum. *Al. leg.* bis trium. *Id.* l. 2. ep. 1. v. 24. Bis quinque viri. *h. e.* decemviri. *Virg. Ecl.* 1. v. 44. Bis seni dies. *Liv.* l. 38. c. 55. et *Hirt. de B. Afric.* c. 90. Bis millies H S. *Martial.* l. 4. epigr. 37. Trecenta debet Titius, hoc bis Albinus. *twice that.* ¶ *Bis*, et *iterum* in eo differunt, quod *bis* utramque simul rem complectitur: *iterum* secundam respicit. *Cic. pro Dom.* c. 52. Audierat, se a me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum universis. ¶ Itaque *bis consul* est, qui duos consulatus gessit; quia *bis* refertur ad numerum, *twice consul*: at *iterum consul* est, qui secundum consulatum gerit; quia *iterum* refertur ad tempus, *consul for the second time.* *Cic.* 4. *Acad.* c. 5. C. Flaminius, qui legem agrariam tribunus plebis tulerit, et postea bis consul factus sit. *Id. de Amic.* c. 11. Bis una consules. *Sueton. in Ner.* c. 35. Messalina Tauri bis consulis abneptis. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 35. Bello Punico secundo, nonne C. Flaminius consul iterum neglexit signa rerum futurarum magna cum clade Reipublicæ? *Valer. Max.* uno loco utramque notionem complexus est l. 4. c. 1. n. 3. Marcius Rutilus Censorinus iterum Censor creatus, ad concionem populum vocatum quam potuit gravissima oratione corripuit, quod eam potestatem bis sibi detulisset. ¶ *Bis* pro *iterum* ponitur in illo *Martial.* l. 10. epigr. 48. De Nomentana vinum sine fæce lagena, Quæ bis Frontino consule prima fuit. ¶ *Bis ad eundem* (supple *lapidem offendere*) proverb. apud *Cicer. Fam.* 10. ep. 20. de iis, qui in eadem re bis errant. *to split twice on the same rock.* ¶ *Bis pueri senes*, δὶς παῖδες οἱ γέροντες, unum est ex illis proverbialibus dictis, quibus *Varro* Satyras suas inscripsit: et dicitur de iis, qui etiam provecta ætate puerilia consectantur, vel de senibus puerorum more desipiscentibus.

BISACCIUM, ii, n. *a bag with two pouches*, duplex saccus, seu mantica. *Petron. in Satyr.* c. 31. In promulsidari asellus erat Corinthius cum bisaccio positus, qui habebat olivas in altera parte albas, in altera nigras.

BISACŪTUS, a, um, utrinque acutus, ut bisacutus gladius. *Augustin.* l. 12. *Confess.* c. 14. ¶ Scribunt et *bis acutus*.

BISALTÆ, arum, m. Βισάλται, populi Macedoniæ, Thraciam versus, juxta Strymonem fluvium circa Amphipolim, et Philippos, ubi Bisaltes fluvius, et Bisaltia regio; a Bisalte Solis, et Terræ filio denominati. *Plin.* l. 4. c. 10. *Liv.* l. 45. c. 29. Quare errasse videtur *Serv.* qui ad illud *Virg. Georg.* 3. v. 461. Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus vult esse Scythiæ populos, qui sanguine equino lacte permixto victitent.

BISALTIA, et Bisaltica, æ, f. Βισαλτία, regio Thraciæ ad Strymonem fluvium, ita dicta a Bisalte Solis et Terræ filio, aut a Bisalte vicino fluvio. *Liv.* l. 45. c. 29. Bisalticam. *Gell.* l. 16. c. 15. Bisaltiam vocat.

BISALTIS, idis, nomen puellæ, quam Neptunus in arietem conversus compressit. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 117. ¶ *Hygin.* fab. 188. non Bisaltidem, sed Theophanem Bisaltidis filiam a Neptuno compressam fuisse narrat, atque ex eo concubitu natum arietem illum, qui Colchos Phryxum vexit.

BISELLIARIUS, ii, m. qui honorem Bisellii est consequutus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1099. n. 2. Cn. Plætorio VI. Viro Augustali Biselliario honorato ornamentis Decurionalibus Populus Abellinus, &c. Adde aliam *ibid.* pag. 1103. n. 6.

BISELLIUM, et Bissellium, ii, n. *a seat large enough to hold two persons*, δίφρος. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 28. Ab sedendo appellantur sedes, sedile, sellæ. deinde ab his subsellium. Ut subsipere, quod non plane sapit; sic quod non plane erat sella, subsellium dictum: ubi in ejusmodi duo, bisellium dictum. Hæc *Varro*: ex quibus colligimus, *bisellium* esse sellam solito ampliorem, et duorum capacem: quamvis unus tantum in ea sederet. Accipitur itaque pro sella splendida, atque honesta, et honoris causa præclaris viris concedi solita, ut publice in ea sederent in ludis, in theatro, in foro, in curia, ea ratione, qua Romanis magistratibus sella curulis. *Vet. Lapis* A. Chr. XXVI. exaratus, apud *Fabrett.* c. 3. n. 324. Centumviri Municipii Veientis Romæ in ædem Veneris cum convenisset, placuit universis, permitti C. Julio Divi Augusti L. Geloti honorem justissimum decerni, ut Augustalium numero habeatur, liceatque ei omnibus spectaculis bisellio proprio inter Augustales considere, &c. Alia apud *Gruter.* pag 475. n. 3. Huic ordo Decurionum honorem bisellii decrevit, &c. Adde aliam apud *Fabrett.* c. 3. n. 604. ubi dicitur quidam Largennius certam pecuniæ summam Reipublicæ Pisanorum dedisse *ob honorem Bisellii*. Quia vero hæ Inscriptiones fere ad Sacerdotes Augustales pertinent, putat *Fabrettus*, non absurde conjici posse, honorem Bisellii fuisse proprium Augustalitatis, non quod omnibus Augustalibus communiter daretur, sed iis, qui in eadem Augustalitate honoratiores, et digniores essent. [¶ *Mazochius in Tabul. Heracl. in addendis et refing.* pag. 555. bisellium ab eo dici vult, quod plicaretur, et ubi opus esset, explicaretur, ut apud Græcos δίφρος et διδίφρια, nec aliam esse formam bisselliorum æneorum, quæ in theatro Herculanensi reperta sunt.]

BISĒTA porca dicitur, cujus a cervice setæ bifariam dividuntur, cum jam esse incipit major sex mensium. *Festus.*

BISŌMUS locus, et Bisomum, Trisomus, Quadrisomus, aut Tetrasomus, sepulcrum duo, tria, quatuor corpora continens: vel in duo, tres, quatuor partes, seu membra divisum: a *bis*, &c. et σῶμα, corpus. Voces sunt partim hybridæ. *h. e.* ex Latino, et Græco conflatæ; et omnes parum Latinæ: quæ leguntur apud *Reines.* in quibusdam Christianis, et sequioris ævi Lapidib. class. 2. n. 40. 43. 116. et 437. Sic vas disomum *in Antiquit. Benevent.* class. 9. n. 2.

BĪSON, ontis, m. et f. *a kind of wild ox; a buffalo, bison.* βίσων, bos ferus cervi figura, cujus a media fronte inter aures unum cornu exsistit excelsius, magisque directum his, quæ nobis nota sunt, cornibus; ab ejus summo rami quam late diffunduntur. Eadem est feminæ, marisque natura; eadem forma, magnitudoque cornuum. Ita tacito tamen nomine *Cæsar.* l. 6. *B. Gall.* c. 26. describit. *Plin.* inter alia ferorum boum genera, quæ in silvis Germanorum nascuntur, recenset *bisontes jubatos*, l. 8. c. 15. Et *Senec. Hippol.* v. 63. *villosos* appellat. *Solin.* cap. 20. (*al.* 32.) setosa illis colla tribuit, et horridas jubas. *Martial. de spectac.* epigr. 23. Illi cessit atrox bubalus, atque bison.

BISŎNUS, a, um, *uttering two sounds*, duplicem habens sonum. *Serv.* illud *Virg. Æn.* 9. v. 618. *biforem dat tibia cantum*, exponit *bisonum, imparem.*

BISPELLIO, onis, m. versutus, versipellis, fraudulentus, quasi duas habens pelles, πολύτροπος. *Marcell. Dig.* lib. 47. tit. 3. leg. 72. Num et si bispellionem, aut alias turpem dederit hominem, idem sit. ¶ Dicitur et *vispellio*. Facile enim *b* in *v* mutatur, ut dictum est initio hujus litteræ. *Marcian.* lib. 36. tit. 1. leg. 7. Sed et salutis, et dignitatis ratio habenda erit. Quid enim si morbo implicitus Alexandriam jussus sit adire, vel nomen vispellionis testatoris ferre? *Ulpian.* lib. 21. tit. 2. leg. 31. Si ita quis stipulanti spondeat sanum esse, furem non esse, vispellionem non esse, &c. Ita tribus hisce locis legitur in *in edit. Torrentini*: At *Haloander* ubique edidit *vespillo*: nisi quod postremo loco monet ab aliis legi *versipellem*. Mallet *Hotomanus* ubique reponi *bipellio*: *vespillonem* autem ideo rejiciendum putat, quia vespillones liberos homines fuisse constat, in allatis autem exemplis de servis sermo est. ¶ In *vet. Glossar. bispelliones* exponuntur vespillones, a binis palliis, quia lugubres vestes suis superinducebant, cum ad efferenda cadavera admovebantur.

BISSĒNI, æ, a. *twice six, twelve*, bisseni. *Auson. in Monosyl. Edyll.* 12. Bissenas partes quis continet æquipares? as. *Prudent. Cathemer. ult.* v. 192. Bissena fratrum semina. ¶ In singulari numero *Stat.* l. 3. *Theb.* v. 574. Bisseno premit ora die. ¶ Frequentius divisim scribitur *bis seni.*

BISSEXTIĀLIS, le, adject. bis sex, hoc est duodecim continens. *Marcell. Empir.* c. 15. Ungulas teneras buxi in ollam bissextialem cum aqua mittes.

BISSEXTUS DIES, *the bissextile or intercalary day, which was added every fourth year (leap-year), when the twenty-fourth and twenty-fifth of February were both stiled the sixth of the calends of March*, dies intercalaris, qui quarto quoque anno mense Februario inseritur post diem vigesimum quartum, ἐμβόλιμος ἡμέρα: a *bis*, et *sextus*, quia bis, hoc est duobus diebus continuis, nempe 24. et 25. *sexto calendas Martii* dicimus, duos dies pro uno computantes. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 4. leg. 3. Proinde etsi bissexto natus est (sive priore, sive posteriore die) Celsus scribit nihil referre. nam id biduum pro uno die habetur, et posterior dies Calendarum intercalatur. ¶ Neutro genere usurpant *Censorin. de die nat.* c. 20. Dies unus intercalatur, quod bissestum vocatur. Et *Ammian.* lib. 26. c. 1. (*al.* 2.) Bissextum vitans Februarii mensis tunc illucescens. ¶ *Bissextus annus* est, in quo dies ille intercalaris inseritur, *bissextile or leap-year. Augustin.* ep. 119. *ad Januar.* c. 7. Non plantem hoc anno vineam, quia bissextus est. V. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 14. ¶ *Bissextus honos* est consulatus, in quo bis sex lictores cum fascibus, præferuntur. *Stat.* l. 4. silv. 1. v. 9.

BISTŎNES, um, *the Thracians*, Βίστονες, iidem qui Thraces, populi bellicosissimi, ac feri: ita dicti a Bistone Martis, et Callirrhoes filio, qui in iis regionibus urbem condidit. Regnavit ibidem Diomedes, qui equis suis hospites devorandos dabat: quem Hercules occidit. *Lucan.* l. 7. v. 568. Sanguineum veluti quatiens Bellona flagellum, Bistonas, aut Mavors agitans. *Sil.* l. 2. v. 76. lunatis Bistones armis. Adde *Valer. Flacc.* l. 3. v. 83. ¶ Sunt tamen inter Thraces, qui peculiari nomine Bistones appellantur: de quibus *Plin.* lib. 4. cap. 11.

BISTONIA, æ, f. V. *Bistonius.*

BISTŎNIS, idis, adject. feminin. ad Bistones, seu ad Thraciam pertinens. *Horat.* l. 2. od. 19. v. 20. Bistonidum crines. *h. e.* mulierum Thracum. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 344. Bistonis ora. *h. e.* Thracia. *Senec.* in *Agamemn.* v. 673. Bistonis ales. *h. e.* Procne Terei Regis Thraciæ filia in lusciniam, vel hirundinem versa. ¶ Pænultimam produxit *Virg. in Ciri*, v. 165. Sæva velut gelidis Ciconum Bistonis in oris. *Al. legebant* Sithonum Bistonis oris.

BISTONIUS, a, um, ad Bistones, seu Thraces pertinens. *Ovid. Metam.* 13. v. 429. Phrygiæ contraria tellus Bistoniis habitata viris. *Id.* l. 1. *ex Pont.* ep. 3. v. 59. Bistoniæ sarissæ. *Id. in ibin*, v. 379. Bistonia Minerva. *h. e.* quæ præest Thracibus, bellicosis populis: vel cujus simulacrum ex Thracia asportatum a Spartanis exstructo templo cultum fuit. *Lucan.* l. 2. v. 163. Bistonii tyranni stabula. *h. e.* Diomedis Thraciæ Regis. *Id.* l. 3. v. 200. Bistoniæ aves. *h. e.* grues. *Id.* l. 4. v. 767. Bistonius turbo. *h. e.* aquilo vehementius flans. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Proserp. in præfat.* v. 8. Bistonia chelys. *h. e.* lyra Orphei, qui Thracius fuit. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 586. Bistonius ensis Tydei. *h. e.* in Thracia elaboratus: vel quia munus Œnei Martis filii. ¶ *Bistonia, æ*, absolute est Bistonum regio, seu Thracia. *Thrace. Valer. Flacc.* l. 3. v. 159. qui dulci festis assistere mensis Pectine, Bistoniæ magnum post ausus alumnum. *h. e.* Orpheum.

BISULCILINGUA, æ, m. *having a cloven tongue; double-tongued, deceitful*, linguam habens bisulcam, et translate qui duplici lingua loquitur, fraudulentus. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 72. Hercle esse te oportet et sycophantam, et subdolum, qui huc advenisti nos captatum, migdilybs, bisulcilingua, quasi prosepens bestia.

BISULCUS, a, um, *cloven, or divided into two parts*, δίχηλος, bifidus, in duas partes divisus, quasi duplicem habens sulcum. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 113. Pulvereumque solum pede pulsavere bisulco. *Id.* 9. *Metam.* v. 65. Lingua bisulca. *forked. Plin.* l. 9. c. 29. Cauda bisulca. *Id.* l. 8. c. 21. Bisulca ungula. *Id.* 11. c. 28. Cornua bisulcis dentata forcipibus. ¶ *Bisucla* dicuntur bruta animalia, quæ bifidas habent pedum ungulas, *cloven-footed beasts*, quibus opponuntur *solidipedes. Plin.* l. 11. c. 37. *ad fin.* Cornigera sævo pinguescunt, bisulca adipe. *Id.* l. 10. c. 65. Contra naturam solidipedum aut bisulcorum. *Solin.* c. 31. (*al.* 43.) Animal bisulco vestigio. ¶ Reperitur etiam *bisulcis, ce. Pacuv.* apud *Non.* c. 10. n. 12. Linguæ bisulcis actu cripso fulgere. *Al. leg.* Linguæ bisulcæ jactu crispo fulgere.

BISULTOR, oris, m. Martis cognomen, a bis ulciscendo. Augustus enim, cum Brutum, et Cassium vicisset, et signa a Parthis recepisset, Marti templum dedicavit, quem *Bisultorem* cognominavit, quod primum C. Cæsaris, deinde Crassorum M. patris, et P. filii necem ultus esset. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 595. Rite Deo templumque datum, nomenque Bisultor. Al. leg. *bis ultum.* Ex meliorib. lib. *bis ulto* reposuit *Heinsius.*

BISYLLABUS, a, um, *consisting of two syllables*, δισύλλαβος, duas habens syllabas. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 52. Sic socer, macer, quod in transitu fiat ab altero trisyllabum soceri, ab altero bisyllabum macri.

BITHYMUM MEL dicitur, quod ex utriusque thymi candidi, et nigri floribus apes conficiunt. *honey made from two sorts of thyme. Plin.* l. 11. c. 16. Album mel non fit, quod bithymum est, sed oculis, et ulceribus aptissimum existimatur. *Harduinus*, quod in nullo MS. hæc verba exstare comperit, spuria, et supposititia esse judicavit, et in sua editione omisit.

BITHYNIA, æ, Βιθυνία, regio Asiæ minoris, Ponto finitima ad mare Euxinum, adversa Thraciæ, et proxima Troadi ad Propontidem. Primum Bebrycia dicta est, postea Mygdonia, denique Bithynia a Bithyno Rege, vel a Thynis populis Thraciæ, qui in eam regionem transierunt. Appellata etiam est Thracia Asiatica, Maliande, Cronia, Strymonis, Thessalis, ut est apud *Plin.* l. 5. c. 32. ¶ Thracum sua terra egressorum sedes quondam fuit. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 247. Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.

BITHYNICUS, a, um, ad Bithyniam pertinens. *Cic. Fam.* 13. ep. 9. Bithynica societas. *Plin.* l. 10. ep. 115. Bithynicæ civitates. *Flor.* l. 3. c. 5. Nicomedes Bithynicus. Adde *Juvenal.* sat. 15. v. 1. Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens, &c. ¶ Bithynicus cognominatus est A. Pompeius ob devictam Bithyniam. *Festus* in *Rutrum.*

BITHȲNIS, adject. femin. Βιθυνίς, quæ est ex Bithynia. *Ovid.* 3. *amor.* eleg. 6. v. 25. Inachus in Melie Bithynide pallidus isse Dicitur, &c. *h. e.* Melie matre Amyci Regis Bithyniæ.

BITHYNIUS, a, um, Bithynicus. *Colum.* l. 1. c. 1. Diophanes Bithynius. ¶ *Bithynii, orum*, Bithyniæ populi. *Plin.* l. 7. c. 16. Prusiæ Regis Bithyniorum filius.

BITHȲNUS, a, um, Bithynicus. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 33. Ne Cybiratica, ne Bithyna negotia perdas. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 60. Bithynum mare. *Juvenal.* sat. 7. v. 15. Bithyni equites. *Id.* sat. 10. v. 162. Bithynus tyrannus. [Hoc postremo loco primam syllabam *Juvenal.* produxit, ut et ceteri omnes poetæ, sed sat. 7. v. 15. præter consuetudinem corripuit.] ¶ Bithynus caseus laudatur a *Plin.* l. 11. c. 42. ¶ *Bithyni, orum*, Bithyniæ populi. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 22. et *Plin. sub. fin.* l. 5.

BITIENSES *Festus* interpretatur eos, qui assidue peregrinantur. V. *Beto.*

BITO, is, V. *Beto.*

BITŬÆ dictæ sunt feminæ in Scythia, δίκοροι, hoc est singulis in oculis binas pupillas habentes: a *bis*, et *tueor.* Legit hanc vocem *Salmas. in exercitat. Plin.* in *Solini* cap. 1. (*al.* 6.) et in *Plin.* l. 7. c. 2. sed utroque loco alii aliter.

BITŪMEN, inis, n. *bitumen; a fat unctuous matter dug out of the earth, or scummed off lakes, as the Asphaltis in Judæa*, ἄσφαλτος, limus pinguis, et sulphureus, lentus tamen, ac tenax, qualis in Asphaltide lacu Judææ, et qui oleacei liquoris specie gignitur in Agragantino fonte Siciliæ. Bitumine abundans est supra ceteras Assyriæ, et Chaldæorum regio; adeo ut etiam e terra emergat pluribus locis: quod crebris fulminibus in ea loca incidentibus tribuendum putat *Serv.* ad illud *Virg. Ecl.* 8. v. 82. et fragiles incende bitumine lauros. (Nam *bitumen* hoc loco interpretatur divinum ignem, qualis est fulminum, quæ ab Jove immittuntur.) Unde Semiramis Babylonis muros bitumine pro arena, et calce struxisse dicitur, ut est apud *Justin.* l. 1. c. 2. et *Vitruv.* l. 8. c. 5. *sub. fin.* De variis bituminum generibus, deque eorum usu in medicina multa disserit *Plin.* l. 35. c. 15. et speciatim de bitumine lacus Judææ, *Tacit.* l. 5. *Hist.* c. 7. ¶ *Bituminis*, quod igni admotum arderet (facile autem accenditur, quod sulphur habet admixtum) usus erat in sacris, quæ incantamenti, et veneficii, aut expiationis causa diis inferis fiebant: quod nigra illa flamma delectari eos crederent, et quod purgationibus aptissima est. Huc pertinet locus allatus *Virgilii.* Sic *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 324. Lustralem sic rite facem, cui lumen odorum Sulphure cæruleo, nigroque bitumine fumat, Circum membra rotat doctus purganda sacerdos.

BITUMINĀTUS, a, um, *bituminous, impregnated with bitumen*, bitumine mixtus. *Plin.* l. 31. c. 6. Est utilis aqua bituminata, aut nitrosa, bibendo, atque purgationibus.

BITUMINĔUS, a, um, *bituminous*, bitumine mixtus.

Ovid. 15. *Metam.* v. 350. *de Ætnæ ignibus.* Sive bituminea rapiunt incendia vires.

BITUMINŌSUS, a, um, *bituminous, abounding in bitumen,* bitumine abundans, ἀσφαλτώδης. *Vitruv.* l. 8. c. 3. Cum per bituminosam terram vis erumpit aquæ. *Id. ibid.* Bituminosi fontes. *impregnated with bitumen.*

BITURĬCUS, a, um, ad Bituriges pertinens. *Biturica uva* laudatur a *Plin.* l. 14. c. 2. et a *Colum.* l. 3. cap. 2. 7. et 9. propter ubertatem, et bonitatem ad aliquot annos, Biturigum porro Ubiscorum potius, quam Cuborum intelligendum esse, putant *Harduinus.*

BITURĬGES, igum, populi Galliæ Aquitanicæ, cognomine *Cubi* dicti, quorum præcipuum oppidum Avaricum fuit, inter Æduos (a quibus eos Ligeris dividit, ut *Cæs.* docet l. 7. *B. Gall.* c. 5.) Lemovices, Pictones, et Turones. Eorum regio nunc dicitur *le Berri,* et urbs *Bourges. Cæs. loc. cit. Plin.* l. 4. c. 19. ¶ Alii sunt Bituriges, cognomine *Ubisci,* seu *Vibisci,* ad Oceanum Aquitanicum, quorum urbs Burdigala: nunc ii *les Bourdelois,* urbs *Bourdeaux* appellatur. *Plin. loco citato.* ¶ In singulari numero *Lucan.* l. 1. v. 423. Et Biturix, longisque leves Suessones in armis.

BIVERTEX, icis, adject. *having two heads or summits,* qui binos vertices habet; et solet esse epithetum Parnassi, cujus duo juga sunt, Helicon, et Cytheron. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 628. Delius insurgit, summaque biverticis umbra Parnassi residens, &c. *Sidon. in carm. epistolæ* 15. l. 9. Montemque victor ipse per biverticem.

BIVĪRA, æ, f. *a woman married to a second husband,* quæ vidua cum esset, alteri nupsit. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 83. Ad biviram venio.

BIVĬUM, ii, n. *a place with two ways, or where two ways meet,* ἄμφοδος, locus ubi duæ viæ concurrunt. *Virg.* 9. *Æn.* v. 238. Qui patet in bivio portæ. Adde *Plin.* l. 6. c. 28. ¶ Translate *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 18. *ad fin.* Bivium enim nobis ad culturam dedit natura experientiam, et imitationem. et cap. 55. Olea, ut uva per idem bivium redit in villam: alia ad cibum eligitur, alia ut eliquescat. *Ovid. de remed. amor.* v. 486. Ut tuus in bivio distineatur amor.

BIVĬUS, a, um, *having two roads, dividing into two ways,* qui duas habet vias. *Virg.* 11. *Æn.* v. 516. Ut bivias armato obsidam milite fauces. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 395. Bivii calles. ¶ *Dii bivii, trivii, quadrivii* in vet. Inscriptionibus apud *Gruter.* pag. 84. n. 5. et pag. 1015. n. 1. et apud *Reines.* class. 1. n. 14. sunt biviorum, triviorum, et quadriviorum præsides, similes iis, quos *Viales,* et *Semitales* appellabant.

BIŪRUS, i, m. quasi *diurus,* hoc est duplicem habens caudam; ab οὐρὰ, cauda. *Plin.* l. 30. c. 15. *in fi.* M. Cicero tradit, animalia biuros vocari, qui vites in Campania erodunt. ¶ Quidam *byturus* scripsere.

BIXIT pro *vixit* legitur in *vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 307. n. 6. V. initium hujus litteræ.

BL

BLACTĔRO, as, n. 1. verbum est exprimens vocem arietis. *Auct. carm. de Philom.* (quod olim perperam *Ovidio* tributum fuit) v. 56. Blacterat hinc aries, et pia balat ovis. *Voss. in Etymol. in voce Blaterones* putat legendum esse *braterat* ex quodam MS. Al. leg. *blaterat.* Sed *blaterare* proprium est camelorum, ut docet *Festus.*

BLÆSIĀNUS, a, um, ad Blæsum pertinens, quod est nomen proprium Romani hominis. *Martial.* l. 8. epigr. 38. Quod donas, facis ipse Blæsianum.

BLÆSUS, a, um, *having an impediment in the speech, stammering, lisping, faultering,* ψελλὸς, balbus, hoc est, qui linguam impeditam habet, et aliquam litteram ut *R,* pronuntiare non potest, vel in pronuntiando aliquam litteram excludit, vel male profert. *Juvenal.* sat. 15. v. 48. Blæsis, atque mero titubantibus. *Martial.* l. 10. epigr. 65. Os blæsum tibi, debilisque lingua est. *Ovid.* l. 3. *de ar. am.* v. 294. Blæsa lingua. [quam puellæ delicatiores affectabant *Nasonis* ætate.] *Id.* l. 2. *Amor.* el. 6. v. 24. *de psittaco.* Reddebas blæso tam bene verba sono. ¶ Ab hoc vitio factum est cognomen Romanum in gente Sempronia, ut C. Sempronius Blæsus, in Fastis Capitol. apud *Gruter.* pag. 292.

BLANDE, *kindly, courteously, soothingly,* ἠπίως, μειλιχίως, blandiendo, suaviter, placide, comiter. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 16. Rogare blande, et concinne. *Id.* l. 1. *de Brat.* c. 24. Petere aliquid blandius. *Id. pro Cluent.* c. 26. Appellare aliquem blandissime. *Terent. Adelph.* 5. 4. 24. Blande dicere. *Lucret.* l. 2. v. 320. agni ludunt, blandeque coniscunt. *Id.* l. 5. v. 1368. fructusque feros mansuescere terra Cernebant indulgendo, blandeque colendo. *h. e.* paulatim, et molli cultura. *Quintil. Declam.* 1. c. 13. Suspensa manu blande flectere cardinem sonantem. *softly, gently.*

BLANDICELLA VERBA, *soothing or caressing words.* verba blandula. *Festus.*

BLANDICŬLE, adverb. blande. *Apulei.* l. 10. *Metam.* Blandicule respondere.

BLANDIDĬCUS, a, um, qui blanda verba dicit, blandiloquus, χρηστολόγος. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 10. Nunc mihi blandidicus es: heri in tergo meo tres facile corios contrivisti bubulos.

BLANDIFĬCUS, a, um, blandum faciens. *Martian. Capell. initio l.* 9. Blandificaque libens stringere corda face.

BLANDIFLŬUS, a, um, blande, et suaviter fluens. *Venant. Fortun.* l. 3. carm. 12. *ad fin.* Blandifluas stupidis induxit collibus uvas. *Id.* l. 11. carm. 10. v. 10. blandifluus odor.

BLANDILŎQUENS, entis, *speaking kindly or courteously,* qui blande loquitur, blandidicus, χρηστολόγος. *Laber.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 7. Viri excellentis mente clemente edita Submissa placide blandiloquens oratio.

BLANDILOQUENTĬA, æ, f. *caressing words, softness of expression,* χρηστολογία, blandus sermo, suavia verba. *Vetus Poeta* apud *Cicer.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 25. *extr.* Nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia?

BLANDILOQUENTŬLUS, a, um, adject. diminut. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 13. Amor ab re consulit blandiloquentulus, harpago, mendax, avarus.

BLANDILOQUĬUM, ii, n. blandiloquentia. *Augustin.* ep. 19. *ad Hieronym.* c. 4. Insidiosum blandiloquium.

BLANDILŎQUUS, a, um, blandiloquens, blandidicus. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 54. Ut blandiloqua est! hei mihi, metuo. *Senec. in Agamemn.* v. 289. Quid voce blandiloqua mala consilia dictas?

BLANDIMENTUM, i, n. *an allurement, blandishment, charm,* blanditiæ, illecebræ: Usurpatur fere in plurali numero. *Cic. pro Cœl.* c. 17. Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita virtus conniveret. *Id.* l. 5. *Tuscul.* c. 31. Sequetur igitur vel ad supplicium beata vita virtutem, nec eam minimis blandimentis corrupta deseret. *Liv.* l. 2. c. 9. Multa blandimenta plebi per id tempus ab Senatu data: annonæ in primis habita cura. *Ovid. Metam.* 2. v. 815. Jactare blandimenta, et preces. *Plin.* l. 2. ep. 19 Captus Blandimentis. *Tacit. Ann.* 13. c. 13. Aggredi aliquem per blandimenta. *Id. Ann.* 12. c. 64. Devincire aliquem blandimentis. ¶ Blandimenta in cibis sunt condimenta. *seasoned meats. Petron. in Satyr.* c. 141. Aliqua inveniemus blandimenta, quibus saporem mutemus. *Tacit. de morib. German.* c. 23. Sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. ¶ In singulari numero. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 4. Blandimentum sublevavit metum. *Plin.* l. 17. c. 13. *a med.* Hoc blandimento impetratis radicibus, &c. *h. e.* hac blanda cultura.

BLANDĬOR, iris, itus sum, depon. 4. *to soothe, caress, please, compliment, fawn upon, wheedle, flatter,* μειλίσσω, χρηστολογέω, κορίζομαι, ἀρέσκομαι, molliter, contrectando et palpando alicui adulor, et placere studeo. *Ovid. Heroid. ep. ult.* v. 195. Et minus audacter blanditur, et oscula rara Accipit. *Plin.* l. 10. c. 37. Columbæ blandiuntur inter se. *Id.* l. 10. c. 42. Blandiri avibus cibo. *Id.* l. 34. c. 8. *post med.* Infans blandiens matri mortuæ. ¶ Sæpius refertur ad animum. *Plaut. Cistell.* 1. 1. 35. Nostro ordini palam blandiuntur: clam, si occasio usquam est, aquam frigidam subdole suffundunt. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 12. De Commageno Rege, quod rem totam discusseram, mirifice mihi et per se, et per Pomponium blanditur Appius. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 527. Postibus et duræ precibus blandire puellæ. *Al. rectius,* supplex blandire puellæ. *Plin.* l. 1. ep. 2. *in fi.* Blandiri auribus alicujus. *to please or tickle the ears. Tacit.* 2. *Histor.* c. 12. Blanditur cœptis fortuna. *h. e.* favet cœptis, et ad ulteriora tentanda invitat. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 531. Venus sic patruo blandita suo est. *h. e.* blande rogavit. ¶ *Blandiri sibi* est in sua causa sibi aliquid vani persuadere, sibi indulgere, *to indulge or flatter one's self. Ulpian. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 3. Blandiuntur enim sibi, qui putant honorarios tutores omnino non teneri, &c. Huc pertinet illud *Ovidii* l. 2. *Amor.* eleg. 11. *in fi.* Omnia pro veris credam, sint ficta licebit: Cur ego non votis blandiar ipse meis? ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Cic.* 4. *Acad.* c. 45. Video quam suaviter voluptas sensibus nostris blandiatur. *Quintil.* declam. 14. c. 4. Levior est calamitas, cui blanditur aliquid de voluptate lætitia. *Sueton. in Ner.* c. 20. Blandiente profectu, prodire in scenam concupivit. *h. e.* invitante. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 4. Blandiens inertia. *Id. in Agric.* c. 16. Vitia blandientia. *Ovid. Metam.* 10. v. 555. Opportuna sua blanditur populus umbra. *Plin.* l. 13. c. 9. Pomi suavitas blanditur. *allures, attracts, entices. Id.* l. 31. c. 2. *ad fin.* Quædam aquæ blandiuntur aspectu. *invite to taste their stream.* Et *Cels.* l. 5. c. 28. sect. 2. *a med.* Imponendo lenia medicamenta, quæ quasi blandiantur. ¶ Cum accusativo *Colum.* l. 7. c. 5. Lac caprinum infusum tantum valet, ut et blandiatur igneam sævitiam. *h. e.* mitiget, et quodammodo placet. [Hæc omnia dele, nam *Gesnerus* et *Schneiderus* pro *et blandiatur,* quemadmodum habetur in antiquis editionibus, reponunt *eblandiatur,* ut et ipse *Forcellinus* legit in V. *Eblandior.*] ¶ Passive etiam usurpari potest teste *Priscian.* l. 8. V. *Blanditus, a, um.*

BLANDĪTER, adverb. idem quod blande. *Plaut. Pseud.* 5. 2. 3. Magis cogito, sæviter, blanditerne alloquar. *Id. Asin.* 1. 3. 69. Compellare blanditer. Adde *Titin.* apud *Priscian.* l. 15. pag. 1010. *Putsch.* et apud *Non.* c. 11. n. 7.

BLANDITĬA, æ, f. *a complimenting, soothing, caressing, alluring, fawning upon, flattering; fair words, compliments, flattery,* αἱμυλία, κολακία, ἀρέσκεια, χρηστολογία, actus blandiendi, adulatio, illecebra. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 19. Velut meretrix meum herum miserum sua blanditia intulit in pauperiem. *Cic. de Amic.* c. 25. Sic habendum est, nullam in amicitiis pestem esse majorem, quam adulationem, blanditiam, assentationem. *Id. pro Planc.* c. 12. Illa occursatio, et blanditia popularis. Adde l. 4. *de Republ.* apud *Non.* c. 3. n. 27. *Q. Cicer. de petit. Consul.* c. 11. *Propert.* l. 1. eleg. et vers. 16. et *Quintil.* l. 10. c. 1. ¶ Sæpius usurpatur in plurali numero. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. Elicere aliquem blanditiis ad judicium. *Id. Attic.* l. 1. ep. 19. *ad fin.* Exprimere nummulos ab aliquo blanditiis. *Id. de Amic.* c. 17. Colligere benevolentiam civium blanditiis, et assentando. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. 10. Blanditiis voluptatum deliniri, et corrumpi. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 56. Velare odium fallacibus blanditiis. *Sueton. in Ner.* c. 34. Dicere aliquid per blanditias. *h. e.* blandiendo. *Tibull.* l. 1. eleg. 1. v. 86. et *Ovid. Her.* ep. 13. v. 153. Dicere alicui blanditias. *h. e.* blanda verba. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 259. Adhibere blanditias.

BLANDITĬES, ei, f. idem ac blanditia. *Apulei.* l. 9. *Metam.* Talis sermonis blanditie cavillatum deducebat, &c.

BLANDĪTIM, adverb. blande, blanditer. *Lucret.* l. 2. v. 173. Ut res per Veneris blanditim sæcla propagent.

BLANDĪTUS, a, um, particip. verbi blandior. *Ovid. Metam.* 4. v. 531. Sic patruo blandita suo est: o numen aquarum, &c. ¶ Interdum transit in nomen, et ponitur pro grato, jucundo, et allicienti, *pleasing, agreeable. Propert.* l. 4. eleg. 6. v. 72. Blanditæque fluant per mea colla rosæ. *Plin.* l. 10. c. 23. Hanc initio blandita peregrinatione avide profectam, pœnitentia in volatu, cum labore scilicet, subit. ¶ Passiva significatione, *Verrius* apud *Priscian.* l. 8. pag. 792. *Putsch.* Blanditusque labor molli curabitur arte. κολακευθεὶς, ut idem *Priscian.* exponit.

BLANDĪTUS, us, m. blanditia. Quidam hanc vocem leg. in illo *Lucret.* l. 2. v. 173. Ut res per Veneris blanditum sæcla propagent. Sed plerique omnes leg. *blanditim.*

BLANDŬLUS, a, um, *pretty, charming,* diminut. a blandus. *Hadrian. Imp. in quodam carm.* apud *Spartian. in ejus vita,* cap. 25. Animula vagula, blandula, Hospes, comesque corporis.

BLANDUS, a, um, *kind, gentle, courteous, agreeable, soothing, flattering,* ἐπαγωγὸς, μειλιχος, ἄρεσκος, χρηστολόγος, placens, adulans, suavis, lenis. Dicitur tum de personis, tum de rebus. *Nepos in Alcib.* c. 1. Affabilis, blandus, temporibus callidissime inserviens. *Terent. Hecyr.* 5. 4. 21. Hominum te vivit nusquam quisquam blandior. *Cic.* 2. *Offic.* c. 10. Voluptates, blandissimæ dominæ. *Petron. in Satyr.* c. 126. Blandissima oratio. *Ovid. Her.* ep. 15. v. 27. Blandissima carmina. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 6. Blandæ illecebræ voluptatis. *attractive, bewitching. Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 362. Blanda arte subit Venus. *Id.* 2. *Metam.* v. 100. Blandis lacertis tenere colla alicujus. *Senec. in Troad.* v. 1071. Blando sinu fovere aliquem. *Plin. in præfat. Hist. nat.* Res Blandæ legentibus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 185. Gaudere blandis laudibus. *Id. ibid.* v. 127. Blandus labor. *pleasing toil. Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 5. v. 46. Alea blanda. *agreeable diversion. Id.* 3. *Fast.* v. 19. Blanda quies. *Id.* 4. *Metam.* v. 344. Blandarum aquarum temperies. *Stat.* l. 3. *silv. ult.* v. 96. Blandissima litora. *charming, delightful. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 54. Blandi oculi. *Id.* l. 35. c. 10. *ad fin.* Blandissimus aspectus. *a most beautiful view. Id.* l. 37. c. 9. Color aspectu leniter blandus. *Lucret.* l. 2. v. 846. Blandus liquor amaracini. *h. e.* suavem spirans odorem. *Plin.* l. 12. c. 1. Blandiores succi. *h. e.* mitiores, et suaviores. *Manil* l. 2. v. 147. Blandus sonus. *grateful to the ear. Claudian. in Epithal. Pallad. et Celer.* v. 1. blando quæsitum frigore somnum. *refreshing.* ¶ De eo, qui non nocet. *Id. de IV. Consul. Honor.* v. 163. blandi angues. *Id. de Consul. Prob. et Olybr.* Blandus fluctus. *tranquil, placid, smooth. Ovid.* 1. *Fast.* v. 157. *de verno tempore.* Blandi soles. *Claudian.* l. 1. *de rap. Proser.* v. 209. blandasque leones Submisere jubas. *Id. de IV. Consul. Honor.* v. 604. irent blandæ sub vincula tigres. ¶ Speciatim *blandus* dicitur, qui pollet arte persuadendi, et impetrandi. *Plaut. Cas.* 2. 3. 55. Tu cum orato: ego autem orabo villicum. Jam hic erit. nunc experiemur, uter nostrum sit blandior. *Stat.* 11. *Theb.* v. 104. blandamque precatu Antigonen timeo, ne, &c. *Tibull.* l. et eleg. 3. v. 2. Blanda tura. *h. e.* quibus Dii placantur. ¶ Et cum genitivo more Græcorum. *Stat.* 2. *Achil.* v. 236. blandusque precum compellat Ulysses. ¶ Et cum infinito *Horat.* l. 1. od. 12. v. 11. *de Orpheo.* Blandum et auritas fidibus canoris Ducere quercus. Adde *Stat.* 5. *Theb.* v. 456. ¶ Cum accusativo Græco more. *Stat.* 9. *Theb.* v. 155. Blanda genas, vocemque. ¶ *Blandum* adverbialiter positum pro *blande. Petron. in Satyr.* c. 127. Delecta illa risit tam blandum, ut, &c.

BLAPSIGONĬA, æ, f. *a disease of bees, when they do not breed, or their young ones miscarry,* βλαψιγονία, morbus est apum, cum prolem non generant ad familiam propagandam. Græca vox a βλάπτω, lædo, et γονεία, fetura: et Latine legitur apud *Plin.* l. 11. c. 19.

BLASPHEMABILIS, le, dignus conviciis, et vituperationibus. *Tertull. de cultu fœmin.* c. 12. Quanto blasphemabile est, si, quæ sacerdotes pudicitiæ dicimini, impudicarum ritu procedatis cultæ.

BLASPHEMATIO, onis, *a reviling, blaspheming*, βλασφημία, convicium, probrum, vituperatio. *Tertull. de cultu fœmin.* c. 12. Optemusne justæ blasphemationis causa simus.

BLASPHEMIA, æ, f. *reviling words, vile reproachful language (properly, uttered against the Deity), blasphemy*, βλασφημία, convicium, obtrectatio, dictum lædens famam: a βλάπτω, lædo, et φήμη, fama. *Hieronym.* ep. 75. *advers. Vigilant. ad fin.* et *Augustin. de verbo Dom.* serm. 11. cap. 14. et 15. et *de morib. Manich.* l. 2. c. 10. quo posteriore loco intelligit tum quod in Deum, tum quod in homines convicium dicitur licet alioquin sæpius dicatur de eo, quod in Deum ingeritur. ¶ *Prudent.* neutro genere extulit *blasphemum* in *Psychom.* v. 715. Non tulit ulterius capti blasphemia monstri Virtutum regina Fides.

BLASPHEMIUM, ii, n. V. vocem præced.

BLASPHĒMO, as, avi, atum, a. 1. *to speak ill of, revile; speak in terms of impious irreverence of the Deity, blaspheme*, βλασφημέω, convicium in aliquem dico, alterius famam dictis lædo. *Prudent. in Apoth.* v. 415. et *Augustin.* tract. 27. *in Joan. ad fin.* Inter illos malos, qui blasphemant Christum. *Tertull. advers. Jud.* c. 13. *ad fin.* Nomen domini per ipsos blasphemaretur. Adde *Hieronym.* ep. 75. *advers. Vigilant. ad fin.*

BLASPHĒMUS, a, um, *one who reviles, or blasphemes*, βλάσφημος, qui dictis alterius famam lædit. *Prudent. peristeph.* 1. v. 75. Blasphemus satelles. Adde *Tertull. de resurr. carn.* c. 26. [ubi substantive usurpatur.]

BLATĔA, vel Blattea, bulla luti ex itinere adhærens vestibus. *Festus* in *Balatrones*.

BLATERĀTUS, us, m. *babbling, idle talk, blateration*, actus blaterandi, stulta loquacitas, ineptus sermo. *Sidon. in fi.* ep. 11. l. 9. Redeamus ad causam super cujus abundante blateratu precor, ut &c. *Martian. Capell. in fi. l. ult.* Caninos blateratus pendere.

BLATERĀTUS, a, um, particip. verbi blatero. *Apulei.* l. 4. *Metam.* His, et similibus blateratis. *Id. in Apolog.* Quæ etsi ab his futiliter blaterata, &c.

BLATĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to babble, talk idly, bawl, blatter, make a senseless noise, prate to no purpose*, ματαιολογῶ, est stulte, et percupide loqui, inani loquacitate obtundere; et a Græco βλὰξ originem ducit, ut *Festus* docet. Est autem βλὰξ, ανὸς, stultus, hebes, stupides. Rectius tamen duci videtur a *blatio, is*, quod eandem habet significationem. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 35. ecquis Audit? cum magno blateras clamore, fugisque. *Gell.* l. 1. c. 15. Homines stulta, et immodica blaterantes. *Apulei. in Florid.* n. 9. (*al.* l. 1. *sub fin.*) Incondita, et vitiosa verba blaterare. ¶ Significat etiam confingere per mendacia, ut *Non.* exponit. *Cæcil.* apud *Non.* c. 2. n. 79. Sine blaterare: nihil agit in amore inermus. *Afran. ibid.* Illud memento, ne quid in primis blateres. ¶ *Fulgent. Planciad. de prisco serm.* n. 12. docet, *blaterare* esse verba trepidantia metu balbutire: affertque in hanc sententiam illud *Pacuvii*: Ni ego te blaterantem aspicerem, his nuncium indicassem. ¶ Fortasse tamen ad unam eandemque notionem, quam primo loco posuimus, ea loca reduci possunt, quæ a *Nonio*, et *Fulgentio* afferuntur. ¶ Etiam cameli, cum vocem edunt, *blaterare* dicuntur, teste *Festo*. Et ranæ apud *Sidon.* l. 2. epist. 2. *post med.* ¶ Quidam tribuunt etiam arieti. V. *Blactero.* ¶ Sunt qui *blattero* scribunt duplici *tt*, sed invito *Horatio*, qui primam corripuit, et *Dausq. in Orthogr.*

BLATĔRO, onis, m. *a babbler, idle talker, busy-body*, ἀκαιροβόας, γλωσσαργὸς, λάλος, stulte loquax, immoderate, ac temere in verba profusus, levis, futilis, et importunus locutor. *Gell.* l. 1. c. 15. Neque minus insigniter veteres nostri hoc genus homines in verba projectos, locutuleios, et blaterones, et lingulacas dixerunt.

BLATĬO, is, idem quod blatero. *Plaut. Amph.* 2. 1. 79. Qui, malum, intelligere quisquam potis est? ita nugas blatis. Adde *Curcul.* a. 3. v. 82. et *Epid.* 3. 1. 13.

BLATTA, æ, f. *the black-beetle*, σίλφη, insectum est nauseosum, fœdique odoris, in humidis locis nascens, lucisque inimicum, scarabæo, gryllove simile: cujus tria genera *Plin.* l. 29. *sub fin.* enumerat, alias molles, quas in oleo decoctas, verrucis efficaciter illini aiunt: alterum genus *mylæcon* dictum (a μύλη, mola, et οἶκος, domus) circa molas fere nascens: tertium genus et odoris tædio invisum, exacuta clune: has autem omnes varios habere in medicina usus, tradit. *Virg.* 4. *Georg.* v. 242. nam sæpe favos ignotus adedit Stellio, lucifugis congesta cubilia blattis. ¶ Est ex iis ea blatta, quæ vestes, chartasque erodit, *a kind of moth or worm that eats clothes and books; a tinworm, book-worm. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 118. cui stragula vestis Blattarum, et tinearum epulæ, putrescat in arca. *Martial.* l. 14. epig. 37. Constrictos nisi des mihi libellos, Admittam tineas, trucesque blattas. ¶ Apud sequioris ævi scriptores *blatta* accipitur pro panno colore purpuræ, *purple cloth*. Cujus appellationis eam esse rationem putat *Voss. in Etymol.* quod purpureus color illi colori similis est quo apprehensa *blatta* manum hominis tingit. *Turneb.* vero l. 28. *adversar.* c. 33. *in fi.* docet, *blattam* non purpuræ, sed cocci colorem esse: blattas enim esse vermiculos, qui e cocci granis rubentes erumpunt, quorumque cruore floridissimus inficitur color. Sed *blattam*, et *coccum* diversos colores esse, satis ostendit illud *Lamprid. in Heliogab.* c. 33. Paraverat funes blatta, et serico, et cocco intortos, &c. *Salmas. in adnotat. ad Vopisc. in Aureliano*, c. 46. tradit, ideo *blattam* pro purpura accipi, quia aliquando sanguinis concreti bullam significat: unde in *Gloss.* legitur: Blatta, θρόμβος αἵματος. Purpuræ autem color ille laudatissimus est, qui sanguinem concretum refert, nigricans aspectu, idemque suspectu refulgens, ut *Plin.* l. 9. c. 38. docet. Quæ sententia ceteris præferenda videtur. *Impp. Gratian. Valentin. et Theod.* lib. 4. *Cod. Justinian.* tit. 40. leg. 1. Purpura, quæ blatta, vel oxyblatta, vel hyacinthina dicitur. *Impp. Theodos. et Valentinian.* lib. 10. *Cod. Theodos.* tit. 20. leg. 18. Trecentas libras blattæ sericæ. *Sidon.* carm. 5. v. 48. Pontus castorea, blattam Tyrus, æra Corinthus, Sardinia argentum defert.

BLATTARĬUS, a, um, ad blattam pertinens. *Blattariæ balneæ* dicuntur, quæ tenebrosæ sunt, quia blattæ in humidis locis, et præcipue in balneis nascuntur, et tenebras amant, ut *Plin.* l. 11. c 28. tradit. *Senec.* ep. 86. At nunc blattaria vocant balnea, si qua non ita aptata sunt, ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant. ¶ *Blattaria* herba est verbascosimilis, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo: sic appellata, quia abjecta blattas in se contrahit. *Plin.* l. 25. c. 9. *the herb purple, or moth-mullein.*

BLATTĔA, et Blatea, æ, f. bulla luti ex itinere contracta. *Festus* in voce *Balatrones.* ¶ Est etiam idem ac *blatta*, hoc est purpura. *Venant. Fortun.* l. 2. carm. 3. v. 19. Serica cui niveis agnata est blattea telis.

BLATTĔUS, a, um, *purple, of a purple colour*, blattæ, hoc est purpuræ colorem habens. *Vopisc. in Aurelian.* c. 46. Concessit, ut blatteas matronæ tunicas haberent. *Eutrop.* l. 7. c. 9. *de Nerone.* Retibus aureis piscabatur, quæ blatteis funibus extrahebat. *Suetun. in Ner.* c. 30. hanc eandem rem narrans *funes purpura, coccoque nexos* appellat.

BLATTIARĬI, orum, sunt qui sericum purpureo colore tingunt. *Imp. Constantin.* lib. 13. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 2.

BLATTĬFER, a, um, blattam, hoc est purpuram ferens. *Sidon. in* carm. l. 9. ep. 16. Blattifer Senatus.

BLATTOSERĬCUS, a, um, serico textus, et purpura tinctus. *Vopisc. in Aurelian.* c. 45. Cum ab eo uxor sua peteret, ut pallio blattoserico uteretur. Ita legit *Salmas.* ex veteri Edit. Al. *blatteoserico.* Adde *Impp. Arcad. Honor. et Theodos.* lib. 10. *Cod. Theodos.* tit. 20. leg. 18. ubi pro *blattosericæ* al. leg. *blattæ sericæ.* ¶ Eodem sensu legitur *sericoblattus* in *Cod. Theodos.* lib. 10. tit. 20. leg. 13. et in *Cod. Justin.* lib. 11. tit. 7. leg. 10.

[* BLECHNON, i, n. βλῆχνον, herba quædam, de qua *Plin.* l. 27. c. 9. sect. 55. Pterin Græci vocant, alii blechnon, cujus ex una radice complures exeunt filices.

* BLECHON, onis, m. βλήχων, herba, cujus meminit *Plin.* l. 20. c. 14. sect. 55. Pulegium gustatum a pecore caprisque balatum concitat. Unde quidam Græci littera mutata blechona vocaverunt.]

BLEMMȲÆ, arum, et Blemmyes, seu Blemyes, yum, m. populi in Æthiopia fabulosi, qui capite carere dicuntur, ore, et oculis pectori affixis. *Claudian. in carm. de Nilo*, v. 19. Per Meroen, Blemyasque feros, atramque Syenem. Apud *Plin.* l. 5. c. 8. *Vopisc. in Aurelian.* c. 33. et *in Probo* c. 17. et *Mamertin. in Genethliac. Maxim.* c. 17.

BLENDĪUS, ii, m. pisciculus quidam marinus, cujus meminit *Plin.* l. 32. c. 9. [Ceterum *Plinii* locus in omnibus editionibus, præter Harduini, habet *blenius*, quod magis verosimile, nam ab *Athen.* l. 8. c. 10. hic idem pisciculus vocatur βέλεννος, ab *Oppian.* vero βλέννος, fortasse a βλέννα *mucus*, quia mucosus est.]

BLENNUS, a, um, *stupid, foolish*, stultus, stupidus, ignavus, vecors. Videtur esse a Græco βλέννα, mucus, qui per nares emittitur. Nam stupidi, et ignavi homines sordidi etiam esse solent, et muco madentes. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 2. Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. ¶ *Dentes blenni* sunt stupidi, rubiginosi, et tanquam mucosa illuvie obsiti. Tales habere se dentes ait famelicus ille diu esuriens apud *Plaut. Curcul.* 2. 3. 39. Os amarum habeo, dentes blennos; lippiunt fauces fame. Al. leg. *plenos.*

BLEPHĂRO, onis, m. nomen est personæ a *Plauto* inductæ in *Amphitr.* Significat autem hominem magnas palpebras, vel cilia habentem: *beetle-browed*: a βλέφαρον, palpebra, vel cilium.

BLERĀNI, orum, m. populi Tusciæ, quorum oppidum Blera, Βλῆρα, nunc Bieda. *Plin.* l. 3. c. 5.

BLITĔUS, a, um, *senseless, foolish, stupid, insipid*, ἀνόητος, insulsus, fatuus, stultus: a *Blitum.* [† *Hesych.* Βλίτας καὶ βλίτωνας, τοὺς εὐήθεις.] *Plaut. Trucul.* 4. 4. 1. Blitea, et lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino ad rem suam. Adde *Laber.* apud *Non.* c. 2. n. 93. [† *Suid.* Βλιτάδας οἱ παλαιοὶ τὰς εὐτελεῖς γυναῖκας ἔλεγον.]

BLITUM, i, n. et Blitus, i, m. *the herb blite, or blites; a kind of beet*, βλίτον, μινύον, genus est oleris insipidi gustus, celerrime nascens, radice flexa, plurimis capillamentis, semine adeo abundans, ut ejus dejectione per multos annos ipsum se reparet, ut etiam si velis, vix possit aboleri, ut *Pallad. in Mart.* tit. 9. *sub fin.* loquitur. *Varr.* apud *Non.* c. 17. n. 2. Empedocles natos homines ex terra ait, ut blitum. *Plin.* l. 20. c. 22. Blitum iners videtur, ac sine sapore, aut acrimonia ulla. *Ballad. loc. cit.* Hoc mense blitus seritur solo qualicunque, sed culto. [† V. *Stapel. ad Theophr.* 2. *Plant.* p. 745.]

BO

BOA, æ, f. *a large sea-serpent; a boa*, ὕδρος, genus est serpentis aquatilis, in miram magnitudinem crescentis, adeo ut in unius Claudio Principe occisi alvo integer infans inventus sit, testib. *Plin.* l. 8. c. 14. et *Solin.* c. 2. (*al.* 8.) qui ideo hoc nomine appellari scribunt, quod boum lacte mire delectetur. Adhæret enim vaccis, easque exsugit usque ad sanguinem. Alii ita dictum putant, quod qui ejus morsu icti sunt, boum instar fœde turgescant. *D. Hieronym. in vita Hilarion.* sect. 39. tradit boas dici, quia tam grandes evadunt, ut boves glutire soleant. *Salmasio in Solin.* pag. 87. hæc omnia fabulosa videntur. Docet autem, *boam* esse a Græco δύης, pro quo Æoles βύης dixere, unde *boa* factum esse. Porro δύης idem est ac δύτης, hoc est urinator, a δύνω, seu δύω subeo. In Gloss. quibusdam vet. *boa* eadem est, quæ *natrix.* ¶ Addit *Festus*, crurum quoque tumorem viæ labore collectum, *boam* appellari. *Plin.* l. 24. c. 8. docet, *boum* appellari morbum papularum, cum rubent corpora: quod confirmat l. 26. c. 11. *ad fin.* Libro vero 28. c. 18. scribit, ita vocari hunc morbum, quia bonm fimo sanatur. De *boa* qua morbum significat intelligendum est illud *Lucilii* apud *Fest.* in voce *Tama.* Inguen ne exsistat, papulæ, tama, ne boa noxit. ¶ In quibusdam codicib. apud *Plin.* l. 28. c. 18. et l. 30. c. 15. et apud *Fest.* scriptum est *bova.*

BOARĬUS, a, um, adject. *relating to oxen*, βοάριος, ad boves pertinens. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 265. n. 2. *sub Severo Imp.* Negotiantes boarii. ¶ *Forum boarium* Romæ fuit in regione octava prope Circum maximum, partem Velabri continens: quo loco nunc esse creditur Ædes S. Georgii in Velabro. Dictum est *boarium*, quia ibi boves vendebantur, ut *Festus* docet, vel quia in eo positum erat signum bovis ex ære Æginetico, ut *Plin.* narrat l. 34. c. 2. *ad fin.* Hinc *Ovid.* 6. *Fast.* v. 477. Pontibus et magno juncta est celeberrima Circo Area, quæ posito de bove nomen habet. Vel tandem quia eo loco Hercules quondam boves suas, Caco interempto, ad pascendum dimiserat, ut innuere videtur *Propert.* l. 4. eleg. 9. *ubi* v. 19. *arva boaria* appellat. *Liv.* l. 21. c. 62. In foro boario bovem in tertiam contignationem sua sponte scandisse. ¶ *Lappa boaria* herba est apud *Plin.* l. 26. c. 11.

BOĀTIM, V. *Boatim.*

BOĀTUS, us, m. *a loud roaring or bawling*, βόημα. *Apulei.* l. 3. *Metam.* Præconis amplo boatu citatus accusator.

BOBSĒQUA, V. *Bubsequa.*

BOCAS, piscis genus est a boando, idest vocem emittendo appellatus. *Fest.* Quidam leg. *Boca.* Videtur autem esse idem qui *box* dicitur a *Plin.* l. 32. c. *ult.* tergum habens pictum, Græce βῶξ, et βόηξ, et βόαξ παρὰ τὴν βοὴν, hoc est a voce, quam edit: item βόωψ ab oculis boum similibus. *Rondeletius* tradit in Gallia Narbonensi appellari *Bogue.*

BOCCAR, aris, vel Bocchor, ŏris, m. nomen cujuspiam Regis Maurorum: et per synecdochen ponitur pro Mauro quolibet, ut in illo *Juvenal.* sat. 5. v. 90. Propter quod Romæ cum Boccare nemo lavatur. *Al. leg.* Bocchore. ¶ Apud *Arnob* l. 1. pag. 20. Titanes et Bocchores (vel Bocores) Mauri inter Deos Gentium connumerantur.

BODŌNES, um, *boundries of land*, sunt termini agrarii quoddam genus. *Paul. sentent.* lib. 5. tit. 22. Qui terminos effodiunt, vel exarant, arboresve terminales evertunt, vel qui convellunt bodones, &c. Videntur idem esse ac *botones, botontini*, et *botontones*: quæ voces leguntur apud Auctores rei Agrariæ. *Faust.* et *Valer.* apud *Goes.* pag. 306. In limitibus vero, ubi rariores terminos constituimus, monticellos plantavimus de terra, quos botontinos appellavimus. ¶ Sunt tamen hæ cadentis Latinitatis voces non adhibendæ.

BŒBE, es, f. Βοίβη, oppidum Thessaliæ, cui vicina est palus *Bœbeis* dicta. *Ovid. Metam.* 7. v. 231. juncosaque litora Bœbes.

BŒBĒIS, idis, f. Βοιβηΐς, palus, seu lacus Thessaliæ ad radices Ossæ montis. *Lucan.* l. 7. v. 176. Ire per Ossæam rapidus Bœbeida sanguis. Adde *Plin.* l. 4. c. 8. ¶ *Sanctas undas* hujus lacus nominat *Propert* l. 2. eleg. 2. v. 63. quod in iis dicatur olim Minerva pedes lavisse.

BŒBEĪUS, a, um, ad Bœben oppidum, vel ad Bœbeida lacum pertinens: et ponitur generatim pro Thessalico. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 543. *de Hyla.* Præreptum quanto proles Bœbeia questu Audiet! &c. Fuit enim Hylas Argivus, hoc est Argis Thessaliæ oppido (de quo in *Argos* dictum est) ortus.

BŒBICĬUS, a, um, idem ac Bœbeius, seu Thessalicus. *Lucan.* l. 6. v. 382. Pinguis Bœbicio discessit vomere sulcus. Al. leg. *Bœbiaco* eod. sensu.

BŒOTARCHES, æ, m. *the chief magistrate of the Bœotians, the Bœotarch*, Βοιωτάρχης, h. e. Bœotorum Princeps: nomen supremi magistratus apud Bœotos. *Liv.* l. 33. c. 27.

BŒOTĬA, æ, f. Βοιωτία, regio Græciæ inter Atticam, Euripum, Phocidem, et sinum Corinthiacum: cujus præcipua urbs fuere Thebæ cognomento Bœotiæ, duorum numinum, Liberi, atque Herculis patria, ut est apud *Plin.* l. 4. c. 7. Nomen habuit a bove, quo duce Cadmus in ea loca pervenit, ubi Thebas condidit, ut est apud *Ovid. init.* l. 3. *Metam.* vel a Bœoto filio Neptuni, et Menalippes, vel Antiopæ, vel Arnes Æoli filiæ, ut est apud *Hygin.* fab. 186. Sunt in ea nemus Heliconis, mons Cithæron, fontes Arethusa, Dirce, Hippocrene, et Aganippe, a Poetis passim celebrata nomina. *Plin. loc. cit.* ¶ Fuit etiam *Bœotia* uxor Hyantis, mater Pleiadum. *Hygin. Poet. Astronom.* l. 2. c. 21. ¶ Una etiam ex amissis Plauti comœdiis *Bœotia* inscripta fuit, de qua V. *Gell.* l. 3. c. 3.

BŒOTĬCUS, a, um, *Bœotian*, ad Bœotiam pertinens. *Plin.* l. 18. c. 7. Frumentum Bœoticum. *Id.* l. 19. c. 5. Bœoticus cucumis. et *ibid.* Bœoticus napus.

BŒŌTIS, idis, f. idem ac Bœotia. *Pompon. Mela* l. 2. c. 3. Locris, Phocis, Bœotis.

BŒOTĬUS, a, um, *Bœotian*, Βοιώτιος, ad Bœotiam pertinens. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 18. Bacis Bœotius. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 13. Bœotia mœnia. *Propert.* l. 2. eleg. 7. v. 83. Bœotius Hæmon. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 80. Bœotia Thyas.

BŒŌTUS, a, um, Βοιωτός, idem ac Bœotius. *Stat.* l. 7. *Theb.* v. 424. Bœota flumina. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 493. Quorum si mediis Bœoton Oriona quæris, &c. *Bœoton* accusativus est Græcæ positionis pro *Bœotum*. *Stat.* 4. *Theb.* v. 360. Bœotæ urbes. *Ovid. Metam.* 12. v. 9. Bœota tellus. *Lucan.* l. 3. v. 174. Bœoti duces. ¶ *Bœoti, orum, the Bœotians*, sunt Bœotiæ populi, qui ingenio hebeti propter aeris crassitudinem habiti sunt. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 244. Bœotum in crasso jurares aere natos. Adde *Liv.* l. 33. c. 29.

BOĒTHI, orum, m. *assistants, deputies*, βοηθοὶ, hoc est adjutores: a βοηθέω, adjuvo. Speciatim sic appellantur adjutores scribarum. *Impp. Theodos.* et *Valentin.* lib. 11. *Cod. Justinian.* tit. 68. leg. 4.

BOETHĬUS, ii, m. Anicius Manlius Torquatus Severinus Boethius, patria Romanus, genere nobilissimus, religione Christianus, floruit initio sæculi Christi VI. sub Theodorico Gothorum Rege. Præcipuis honoribus in patria functus, et ad Consulatum ter evectus est. Ex Elpide uxore duos habuit filios, Patritium, et Hypatium, qui et ipsi patre vivo Consulatum gesserunt. Sed cum tandem in suspicionem venisset ipsi Theodorico de mutando Reipublicæ statu, atque Italia in libertatem vindicanda Ticinum in exsilium pulsus est, publicatis omnibus bonis, ibique in carcerem conjectus, atque post sex circiter menses ejusdem Regis jussu interfectus A. C. DXXVI. Vir fuit in omnibus fere disciplinis eruditus: scripsitque multa, quorum pleraque adhuc exstant, inter quæ præcipue laudantur libri quinque *de consolatione Philosophiæ*, quos in carcere confecit, partim soluta, partim ligata oratione, tanta doctrina, et elegantia Latini sermonis, quantam vix ætas illa ad barbariem inclinata capere potuisse videtur.

BOIA, æ, oppidum, vel regio Boiorum, apud *Cæsar.* l. 7. *B. Gall.* c. 14. ubi tamen lectio eruditis suspecta est.

BOIÆ, arum, f. *a collar or yoke about the neck with which slaves are punished*, κλοιοὶ, vincula ferrea, vel lignea, vel lorea, quibus noxiorum colla adstringuntur. *Plaut. Asin.* 3. 2. 5. Nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias. *Prudent. in præfat. Psychom.* v. 34. Attrita boiis colla. *Plaut. Capt.* 4. 2. 108. Boiam terere. V. *Boii.* ¶ Putant Etymologi dictas esse a βόειος, bubulus; et proprie significare vinculum colli ex corio bubulo factum.

BOĬCUS, a, um, ad Boios pertinens, ut Boicus ager. *Festus.*

BOII, iorum, m. Βοῖοι, populi Galliæ Lugdunensis, ubi nunc sunt Borbonienses, [† nunc] *les Bourbonnois. Plin.* l. 4. c. 18. ¶ Hi Alpes aliquando transgressi Pœnino monte, ut est apud *Liv.* l. 5. c. 35. in Italia pedem fixerunt, pulsisque indigenis, varia tenuere oppida, et Lauden Pompeiam condidere, ut *Plin.* l. 3. c. 17. narrat. Habitarunt in iis locis, ubi nunc Ducatus Parmensis, et Mutinensis; et ager Bononiensis; multaque cum Romanis bella gessere: a quibus tandem devicti sunt. Coacti igitur alio migrare in Germaniam transiere, et in ea regione consederunt, quæ nomine ab iis accepto *Boiemum* a *Tacito de Germ.* c. 28. appellatur, et *Boiohemum* a *Velleio* l. 2. c. 109. nunc *Boemia*. Sed inde quoque pulsi sunt a Marcomannis. *Tacit. ibid.* c. 42. ¶ Plura de *Boiis* V. apud Geographos. ¶ *Boius est, Boiam terit* dictum est jocose a *Plauto* de quodam servo compedito. Ejus verba sunt *Capt.* 4. 2. 107. *Er.* Stalagmus cujus erat tunc nationis cum hinc abiit? *He.* Siculus. *Er.* at nunc Siculus non est: Boius est, Boiam terit: liberorum quærundorum causa ei, credo, uxor data est. *h. e.* nunc est in vinculis, boia constrictus. Ludit autem in ambiguo. Videtur enim velle dicere, uxorem eum ex Boiorum gente duxisse. Cui simile est illud, *Gallam subigere*, dictum a quodam sutore apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 2.

BOLA, seu Vola, æ, f. vetus oppidum Latii in Æquis, via Appia. *Virg.* 6. *Æn.* v. 776. Pometios, castrumque Inui, Bolamque, Coramque. ¶ *Liv.* l. 4. c. 49. *Volas* appellat plurali numero. [† Item gemmæ nomen, apud *Plin.* 37. 10. *Harduin.* legit *Bolæ*, q. v. Alii aliter.]

BOLĀNUS, seu Volanus, a, um, ad Bolam pertinens. *Liv.* l. 4. c. 49. Volanus ager. ¶ *Bolani*, seu *Volani, orum*, sunt Bolæ populi. *Liv. loc. cit. Plin.* l. 3. c. 5. *a med.* ¶ Fuit etiam *Bolanus* inter Romana cognomina, ut M. *Vettius Bolanus* apud *Tacit.* l. 15. *Ann.* c. 3. [† *Hor. Sat.* i. 9. 11.]

BOLBĬTON, i, n. *the dung of oxen*, βόλβιτον, vox Græca fimum bubulum significans. *Plin.* l. 28. c. 17. Fimi taurini, sed et bubuli, (de armentivis loquor) quod bolbiton vocant, cinis, &c.

BOLĒTAR, āris, n. *a vessel to pickle, or serve vp mushrooms in*, vasis genus, in quo boleti apponebantur; sed usurpatum est pro quolibet escario vase. *Martial.* l. 14. epigr. 101. cui titulus *Boletaria*. Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen, Prototomis (pudet heu!) servio cauliculis. *Trebell. Poll. in Claud.* c. 17. Boletar halieuticum argenteum librarum XX. *Salmas.* putat ideo *halieuticum* dici quia ἁλιέα, hoc est piscatorem haberet insculptum. In vet. editionib. quibusdam legitur *voletar*. Facile enim *b* in *v* transit, ut diximus initio hujus Litteræ. Sunt qui legendum putant *boleter halieuticum*, et exponunt rete, aut quidpiam simile ad pisces capiendos. Ceterum *boletar* legitur etiam apud *Apic.* l. 2. c. 1. l. 5. c. 2. et l. 8. c. 7. et ubique vas escarium seu culinarium significat.

BOLĒTUS, i, m. *a mushroom of the best sort*, βωλίτης, genus fungi omnium optimi, sed simul maxime periculosi, ut qui facillime venenum attrahit, ut *Plin.* l. 22. c. 22. *sub fin.* ostendit. *Martial.* l. 3. epigr. 60. Sunt tibi boleti: fungos ego sumo suillos. ¶ Nascitur primo tuberis figura, quam *volvam* dicunt, colore albo; intus est boletus rubei coloris, ceu in ovo est luteum. Ipsa quoque tunica boleti adhuc infantis gratiam habet in cibis. Boleto nascente ea rumpitur; mox increscente in pediculi corpus absumitur. Hæc ex *Plin. loc. cit.* ¶ Dictus est a βῶλος, vel qua glebam significat, quia figura sua globosa rotundæ glebulæ similis est; vel qua rubricam significat propter colorem. ¶ Hoc fungorum genere Claudius Imperator, Agrippinæ fraude sublatus dicitur: quam rem tanquam certam narrat *Plin. loc. cit. Martial.* l. 1. epigr. 21. *Juvenal.* sat. 5. v. 147. et alii. ut dubiam affert *Sueton. in Claud.* c. 44. ¶ In magno pretio tale cibi genus olim fuit. *Martial.* l. 13. epigr. 48. Argentum atque aurum facile est lænamque, togamque Mittere; boletos mittere difficile est.

BOLIS, idis, f. βολὶς, Græca vox, quæ significat missilem hastam, seu jaculum: a βάλλω, jacio. Hinc *bolides* dicuntur cælestes faces, totæ ardentes, et longum limitem trahentes. *Plin.* l. 2. c. 26. *streamers, or long lines of fiery light, shooting across the sky.* [† ¶ Item vasculum (ait Gesnerus) æneum vel plumbeum cum catena, quod nautæ implent adipe et submittunt in mare, ad explorandum, an loca petrosa, ubi navis possit stare, an arenosa, quæ navim perdant. *leaden plummets to sound the depth of water with.*]

BOLĪTES, æ, m. βολίτης, vocatur ab Asianis radix lychnidis herbæ. *Plin.* l. 21. c. 26.

BOLŒ, βῶλοι, gemmæ sunt, quæ nimbo cadere dicuntur, glebæ similitudine. *Plin.* l. 37. c. 10.

BOLŌNÆ, arum, m. *fishermen that buy whole draughts of fish to sell again, or that deal in large fish*, *Arnob.* l. 2. pag. 70. Cybiarios, salinatores, bolonas, unguentarios, &c. *Donat.* ad illud *Terent. Eun.* 2. 2. 26. *Cetarii, lanii, coqui*, &c. Cetarii, qui cete, idest magnos pisces vendittant, et bolonas exercent. *Muretus* docet *bolonas exercere* dici eos, qui solent non singulos pisces, sed universos retis jactus simul vendere: a βόλος, retis jactus; quod a βάλλω, jacio. In *Gloss. Isid.* Bolonæ dicuntur, qui diversa genera piscium emunt. In *Gloss. Philox.* bolonæ exponuntur μεταπράται, παλιγκάπηλοι, hoc est qui emunt, ut postea vendant. ¶ In quibusdam *Arnob. codicib.* legitur *volones*: sed facile *b* in *v* transit, ut dictum est initio hujus Litteræ.

BOLTINĬA, Tribus pro *Voltinia* legitur in *Inscrip.* apud *Gruter.* pag. 546. n. 2. Sæpe enim *v* in *b* transit, ut initio hujus Litteræ dictum est.

BŎLUS, i, m. βόλος, Græca vox, quæ jactum significat: *a throw, or cast*: a βάλλω, jacio. Latine sumitur aliquando pro jactu talorum. *Plaut. Rud.* 2. 3. 29. Nec te aleator ullus est sapientior. profecto nimis lepide jecisti bolum. *Id. Curcul.* 5. 2. 12. Si vis tribus bolis, vel in chlamydem. *at three throws; for three points.* Adde *Auson. in Professorib.* 1. v. 26. ¶ Item pro jactu retis, et pro piscibus, qui uno retis jactu capiuntur. *a cast of a net; draught of fishes. Sueton. de clar. Rhetor.* c. 1. Adolescentes urbani litus ingressi piscatores trahentes rete adierunt, et pepigerunt, bolum quanti emerent. [Utramque vocis notionem jungit *Plaut. Rud.* 2. 3. 29., quem locum *Forcellinus* in prima tantum notione attulit. En locus integer. O Neptune lepide, salve, nec te aleator ullus est sapientior: profecto nimis lepide jecisti bolum, perjurum perdidisti. Verba sunt servi Trachalionis ad Neptunum, existimantis lenonem naufragio periisse. Hic itaque *bolus* significat jactum tum in alea, tum retis ad piscandum, proptereaque, ut sæpe solet *Plautus*, salse admodum ludit in duplici vocis significatione, quæ utraque huc mirifice quadrat.] ¶ Hinc translate accipitur pro præda, aut lucro. *profit, gain. Plaut. Pers.* 4. 4. 106. Dabit hæc tibi grandes bolos. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 14. Cochleæ magnum bolum deferunt æris. *yield great profit.* Adde *ibid.* c. 2. *a med.* et *Plaut. Trucul.* 4. 2. 12. ¶ Et pro jactura, damno. *loss.* Hinc *tangere*, aut *multare aliquem bolo* est circumvenire, decipere, damno afficere; ducta translatione a piscatoribus, qui rete jaciendo pisces decipiunt, et capiunt. *Plaut. Pœn. prol.* v. 101. Quia amare cernit, tangere hominem vult bolo. *Id. Trucul.* 4. 3. 70. Verum hoc ego te multabo bolo: sex talenta magna a dote demam pro ista inscitia. Adde *ibid.* 1. 1. 10.

BŌLUS, i, βῶλος, Græca vox glebam significans. Metaphorice notat partem sive frustum: item offam, buccеam. *a morsel, bit, piece. Terent. Heaut.* 4. 2. 6. Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam subito e faucibus. *such a delicious morsel.* Sunt qui huc trahunt, quæ ex *Plaut. Pers.* 4. 4. 106. et *Trucul.* 4. 2. 12. attulimus in voce præced. sed *Plautus* ubique primam syllabam corripit. Sunt etiam, quibus placet hunc *Terentii* locum ad præcedentem *bŏlum* transferre, qua significat prædam, aut lucrum. Et sane *prædam* interpretatur *Eugraphius*: quod non admodum incongruum est.

BOMBAX! Interjectio est hominis læte, vel cum admiratione approbantis, vel etiam negligentis, et contemnentis. *Plaut. Pseud.* 1. 3. v. 131. Fur. *B.* babæ. *B.* fugitive. *B.* Bombax. *B.* fraus populi. *B.* planissime. ¶ Etiam Græci hoc habent adverbium, a quibus mutuatus est *Plautus*. Legitur enim apud *Aristoph. in Thesmophoriaz.* v. 46. ubi vim habet irridentis et contemnentis.

BOMBĬCUM, i, n. bombus, clamor. *Venant. Fortunat.* l. 4. *de vita Martini*, v. 450. Intolerabilium per inania bombica jactans.

BOMBĬLO, V. *Bombito.*

BOMBINĀTOR, V. *Bombitator.*

BOMBITATĬO, onis, f. *the humming of bees*, est sonus apum, ait *Festus*, ab ipso sono dictum, sicut mugitus boum, hinnitus equorum. Al. leg. *Bombizatio*, al. *Bombigatio.*

BOMBITĀTOR, oris, qui bombum edit instar apum. *Martian. Capell. in fi.* lib. 9.

BOMBĪTO, as, are, *to hum or buzz like a bee*, βομβῶ, bombum edere, quod est Apum. *Auctor carm. de Philom.* v. 36. Bombitat ore legens munera mellis apis. Ita enim legendum, non *bombilat*, ut monuit *Giphanius ad Lucret.* l. 2. v. 1114. in voce *Perfice*, et *Voss. in Etymol.* in *Bombus.*

BOMBOMACHĪDES, æ, m. nomen imperatoris fictum risus causa a *Plaut. Mil.* 1. 1. 14. quasi *clamore pugnans*: a βόμβος, clamor, et μάχομαι, pugno.

BOMBUS, i, m. *the humming or buzzing of bees; the hoarse sound or blast of a trumpet; a busy noise or hum, a murmur*, βόμβος, Græca vox a sono ficta. Dicitur de murmure apum, de tubarum cantu, de clamore plaudentis turbæ et similibus. Primo autem et proprie dici videtur de apibus: unde *bombitare, bombitatio, bombitator. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *ad fin.* Ex apibus conjecturam capiunt, si intus faciunt bombum. *Lucret.* l. 4. v. 545. Tuba reboat raucum bombum. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 263. Multi raucisonis efflabant cornua bombis. *Martian. Capell.* l. 2. pag. 34. Ut Musarum cantus aliquanto bombis tympani obtusior redderetur. *Ennius* apud *Fortunatian. in Dialectic.* sonum pedum *bombum pedum* dixit. *Sueton. in Ner.* c. 20. narrat tria plausuum genera edi solita ab adolescentibus, quos ut sibi cantanti acclamarent, Nero delegerat, vocata fuisse *bombos*, et *imbrices*, et *testas*. *Bombi* autem fuisse videntur cum eadem vox ab omnibus simul magna voce bis terque repetebatur: *imbrices* plausum significabant ad similitudinem pluviæ super tegulas crepitantis obstrepentem. *Testæ* ideo fortasse dictum est tertium plausuum genus, quod testarum collisarum crepitus similem sonum edebat. Hæc ex *Casaub. ad Sueton.*

BOMBYCĪNUS, a, um, *made of silk, silken*, βομβύκιος, qui est ex bombyce, sericus. V. *Bombyx. Juvenal.* sat. 6. v. 258. Hæ sunt, quæ tenui sudant in cyclade, quarum Delicias et panniculus bombycinus urit. *Martial.* l. 14. epigr. 24. Tænia ne madidos violet bombycina crines. *Plin.* l. 11. c. 22. Bombycina vestis. ¶ *Bombycina* absolute sunt vestes bombycinæ. *silken clothes. Martial.* l. 11. epigr. 50. Nunc furtiva lucrifieri bombycina possunt. Adde l. 8. epigr. 68.

BOMBYCĬUS, a, um, βομβύκιος. *Bombyciæ arundines* apud *Plin.* l. 16. c. 36. dicuntur, quæ lanugine bombycis simili obductæ sunt. ¶ *Bombycii Piscis* V. *Bambycius.*

BOMBYLĬUS, ii, m. βομβύλιος. V. in voce sequen.

BOMBYX, ycis, m. *a kind of wasp*, βόμβυξ. Primo ita appellatur insectum quoddam ex vesparum genere, in Assyria proveniens, majus tamen, quam vespa. Nomen habet a *bombo*, quem apum instar edit. Nidum luto fingit salis specie, applicatum lapidi, tanta duritie, ut spiculis perforari vix possit. In eo ceram largius, quam apes, facit; deinde majorem vermiculum. *Plin.* l. 11. c. 22. ¶ Secundo *bombyx* dicitur aliud insectum e grandiore nascens vermiculo, et gemina protendente cornua. Hoc primum eruca fit; deinde quod vocatur bombylius (al. leg. *bombylis*) ex eo necydalus; ex hoc in sex mensibus bombyx.

Telam araneorum modo texit ad vestem, luxumque feminarum; quæ bombycina appellatur. Hujusmodi telas redordiri, rursusque texere prima invenit in Ceo insula mulier Pamphila, Latoi filia. *Plin. loc. cit.* ¶ Etiam in Co insula bombycas nasci tradunt ex floribus cupressi, terebinthi, fraxini, et quercus imbre decussis, et putrefactis. Fieri autem primo papiliones parvos, nudosque: mox frigorum impatientia villis inhorrescere, et adversum hiemem tunicas sibi instaurare densas, pedum asperitate radendo lanuginem foliorum. Hanc ab iisdem cogi unguium carminatione, mox trahi inter ramos, et tenuari ceu pectine: postea apprehensam corpori involvi nido seu folliculo volubili. Tum ab homine tolli, fictilibusque vasis tepore, et furfurum esca nutriri: atque ita subnasci sui generis plumas, quibus vestitos ad alia pensa dimitti. Eam vero lanuginem nidi forma coactam aquam macerari, ut lentescat, mox in fila tenuari junceo fuso: inde vestes confici. *Plin. ibid.* c. 23. ¶ Ex his satis apparet, quos nunc habemus bombyces, Anglice *silkworms*, alterius quidem speciei esse ab iis, quos *Plinius* memorat, similes tamen, ut eadem omnibus appellatio aptissime tribui possit. Putat nihilominus *Salmas. ad Tertull. de pall.* c. 3. nec absurde, bombyces *Plinii* eosdem omnino fuisse cum nostris, sed *Plinium*, cum apud falsum quendam scriptorem eam invenisset descriptionem, quam attulimus, sine delectu arripuisse, quod veram esse putaverit. ¶ Sæpe *bombyx* sumitur pro veste ex bombyce, vel pro ipsa bombycis lanugine, *silk; a silken garment. Propert.* l. 2. eleg. 3. v. 15. Nec siqua Arabio lucet bombyce puella. *Arabium bombycem* appellat, quia in Arabia felici bombycinæ vestes optime texebantur. *Lucere* autem puella dicitur, quia ex bombice fiebant vestes pellucidæ, et visum transmittentes: iisque ditiores feminæ, et luxui deditæ utebantur: quod et *Plin.* adnotavit l. 11. c. 22. queriturque *Senec.* ep. 90. et l. 7. *de benef.* c. 9. nihil in iis esse, quo defendi corpus, aut denique pudor possit. *Martial.* l. 8. epigr. 68. Femineum lucet sic per bombycina corpus. ¶ *Bombyx* cum pro lanugine, aut veste bombycina ponitur, etiam feminino genere effertur. *Plin.* l. 11. c. 23. Assyria tamen bombyce adhuc feminis cedimus. ¶ Sed et ipsum animal femineo genere usurpatum legitur. *Tertull. de pall.* c. 3. Prorsus haud latet, bombycem, quæ per aerem aliquando araneorum more, &c. ¶ Aliquando accipitur pro quavis tenuiore, ac molliore lanugine. *Plin.* l. 19. c. 1. *de frutice ferente gossypium. the cotton-tree.* Parvus est, similemque barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur. ¶ Lis est inter Eruditos non levis, utrum *serica* et *bombycina* antiquorum idem sint vestis genus, an diversum. Distincta esse putat *Lips. in Excurs.* I. *ad Tacit.* l. 2. *Ann.* bombycina enim e verme, serica ex arborum lana fuisse. Distinguit etiam *Jul. Paul. senten.* lib. 3. tit. 7. *a med.* illis verbis: Veste legata, ea cedunt, quæ ex lana et lino texta sunt, item serica, et bombycina. Cui adde *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 24. Contra *Salmas. in exercitat. Plin. ad Solin.* c. 24. *in adnotationib. ad Tertull. de pall.* c. 3. et *ad Vopisc. in Aurelian.* c. 45. pluribus ostendit, sericum, et bombycinum eandem omnino rem esse. Quod enim Seres, a quibus *sericum* denominatum est, lanuginem arborum depectere dicuntur tum a *Virg.* 2. *Georg.* v. 121. tum a *Plin.* l. 6. c. 17. et aliis, eam ipsam lanuginem nihil aliud esse, quam telam, ac texturam bombycum, quos in ramis arborum texere idem *Plin.* tradit, ut supra dictum est. Re itaque hæc duo idem esse, nomine tamen distincta, quod Sericum dictum sit, quod a Seribus texebatur; bombycinum, quod in Cea insula. *Salmasio* adstipulantur *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 27. et *Servius ad loc. Virg. cit.* eaque sententia vero propior videtur. [¶ Ex his autem omnibus omnino apparet, sero admodum Romanos Italosque ceteros, omnesque Occidentis regiones cognovisse, quale esset bombycinum opus, quid serica materies. Putabant enim lanuginem esse, quæ ex arborum frondibus depecteretur, quemadmodum mollis illa et alba lana, quam *gossipion* dicunt, nos vero *cotton. Virgil.* lib. 2. *Georg.* v. 121. Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres. *Plin.* l. 6. c. 17. Seres lanicio silvarum nobiles perfusam aqua depectentes frondium canitiem. *Ammian. Marcellin.* qui vixit sæculo Christi IV. sub Constantio proximisque Imperatoribus usque ad Theodosii tempora, l. 23. c. 6. Apud Seres silvæ sublucidæ, a quibus arborum fetus aquarum adsperginibus crebris velut quædam vellera mollientes, ex lanugine et liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt, nentesque subtegmina conficiunt sericum. Tradit vero *Joann. Zonaras Annal.* l. 14. c. 9. Imperante Justiniano, *h. e.* circa dimidium sæculi VI. ova bombycum a Monachis quibusdam ex India in Græciam translata fuisse, ac tunc primum apud nos integrum animalium opus, totumque sericum artificium innotuisse. Hac de re legenda omnino est adnotatio *Camilli Silvestri* ad v. 66. sat. 2. *Juvenalis*, ubi pluribus verbis et firmissimis argumentis ostendit sericum multo nobilius fuisse bombyce, quippe quod respondeat illi filo, quod Itali *orsojo*, (*the silk upon the loom*) bombycem vero illi materiæ quam *bavella, bavelline* aut *capecciole* (*raw silk*) nominant.]

[* BOMONICÆ, masc. βωμονῖκαι, a βωμὸς, *ara*, et νικέω, *contendo*, sic dicti adolescentes apud Lacedæmonas, quod patientia plagarum ad aram Dianæ contendebant. *Hygin.* fab. 261. Ad Laconas Diana translata est, ubi sacrificii consuetudo adolescentum verberibus servabatur, qui vocabantur bomonicæ, quia aris superpositi contendebant, qui plura posset verbera sustinere. Hæc eadem leguntur apud *Serv.* ad *Æn.* l. 1. v. 116. Adde *Lactant. ad Stat. Theb.* l. 8. v. 439. qui tamen Græce scribit.]

BONA, orum, V. *Bonum.*

BONA DEA, Ἀγαθὴ Θεά. Hoc nomine terra ipsa culta est a Romanis: quia omnium nobis ad victum bonorum causa est. Dicta est etiam *Fauna*, quia omni usui animantium favet: item *Fatua* a fando, quod infantes partu editi non prius vocem edunt, quam terram attigerint: (vel quia mulieribus fata canere consueverat, ut C. *Bassus* apud *Lactant.* l. 1. c. 22. docet) *Opem* quoque appellarunt, quod ipsius ope, et auxilio vita constet. Hæc ex *Cornelio Labeone* tradit *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. ubi addit alios putare, eandem esse ac Maiam, alios Junonem, alios Semelem, alios Medeam. Sed *Varro* apud *eund. Macrob.* et *Lactant. ibid.* docent, Bonam Deam Fauni filiam fuisse, adeo pudicam, ut extra γυναικωνῖτιν nunquam sit egressa, nec nomen ejus in publico fuerit auditum, nec virum unquam viderit, nec a viro visa sit: propter quod ejus ædem ingredi, et sacris adesse viris nefas erat. Solæ enim mulieres, et in operto, ei operabantur. Quam religionem violavit P. Clodius. Cum enim C. Cæsaris Pont. Max. uxorem Pompeiam deperiret, inventus est aliquando in ejusdem Cæsaris domo, ut *Sueton. in Cæs.* c. 6. et 74. narrat, muliebri habitu inter matronas sacrificantes, et ab Aurelia C. Cæsaris matre agnitus, atque expulsus. Cujus rei toties fere mentio fit a Cicerone, quoties in P. Clodium invehitur. Adeo autem masculini sexus vitabatur consortium, ut etiam picturæ masculorum animalium eo loco contegerentur, ut *Senec.* ep. 97. et *Juvenal.* sat. 6. v. 340. docent. Multa tamen impudicitiæ crimina a mulieribus in hujus Deæ sacris admitti solita perstringit *Id. Juvenal. ibid.* v. 313. ¶ Hujus sacrificia erant instituta pro salute populi Romani. In his porca cædebatur, et vas cum vino inferebatur, mutatis tamen nominibus, ut vas ipsum *mellarium*, vinum *lac* appellaretur: quia ejus Deæ pater stuprum ei obtulisse traditur, et reluctantem decipere per ebrietatem voluisse. *Macrob. loc. cit.* [¶ In illo *Juvenal.* sat. 2. v. 86. *et seqq.* Atque Bonam teneræ placant abdomine porcæ, E magno cratere Deam: sed more sinistro Exagitata procul non intrat femina limen: Solis ara Deæ maribus patet. Minervæ Quinquatria intelligi nonnulli interpretes arbitrantur, quæ in Albano celebrabantur, collegio a Domitiano instituto, ut narrat *Sueton. in Domit.* c. 4. Bonam autem dici putant, quod hæc Minervæ sacra ita celebrarentur, ut sacra Bonæ Deæ, porca scilicet cæsa et vino illato; sed contrario ritu, amotis scilicet feminis, ut in Bonæ sacrificiis excludebantur mares. Hæc vero de sacerdotibus Minervæ in monte Albano commode intelligi nequeunt, nam dissimiles dubio procul fuerunt Minervæ et Cybeles cultus, præterea minime probandum est tantæ infamiæ auctoritatem quasi publicam præbuisse Domitianum, etsi malum principem; nullum insuper ea de re etiamnum extat monumentum, denique ideo tantum institutum a Domitiano collegium et Minervæ dicatum fuerat, ut *ederet eximias venationes, et scenicos ludos, superque oratorum ac poetarum certamina*, ut ait *Suetonius loc. cit.* Alii eadem dici volunt de sacris ipsis Bonæ Deæ, quæ tunc temporis Romæ privatim a solis maribus colerentur, ut falso existimavit *Jo. Ant. Vulpius* ad *Tibull.* l. 1. eleg. 6. v. 22. Unde vero qui ita explicant, hæc acceperunt? Cum igitur ex mera conjectura potius, quam alio quovis monumento freti hujus loci interpretationem dederint eruditi, nos putamus illa sacra fuisse simulata, et verorum Bonæ Deæ sacrorum parodiam ridiculam ab impiis hominibus in orgiis privatis peractam, ad irridendam potius religionem, quam in ejus honorem inventam. Consule, si vacat, *Juvenalis* locum, et mecum sentics profecto, si sequentes etiam versus attente perlegeris.] ¶ Etiam Venus *Bona Dea* dicta est, ut appareat ex *vet. Inscript.* apud *Reines.* class. 1. n. 92. ¶ Plura de hoc Numine V. apud *Macrob. loc. cit.*

BONĀSUS, i, m. *a wild beast like a bull, but having the mane of a horse*, βόνασσος, et βόνασος, fera esse traditur in Pæonia nascens juba equma, cetera tauro similis, cornibus tamen ita in se flexis, ut sint inepta pugnæ: quapropter fuga sibi auxiliari, fimum in ea reddens, interdum et trium jugerum longitudine, cujus contactus insequentes, ut ignis aliquis, amburat. Hæc *Plin.* l. 8. c. 15. cui similia habet *Solin.* c. 40. (*al.* 53.) ubi al. leg. *Bonacus*, et *Bonnacus.*

BONE, adverb. idem ac bene, καλῶς. *Lucret.* l. 2. v. 7. Sed nihil dulcius est, bone quam munita tenere. *Id.* l. 4. v. 573. Quæ hone cum videas, &c. *Id.* l. 6. v. 996. bone confirmata, atque locata. Ita *Gifan.* edidit ex quibusd. vet. codicib. addens, etiam a *Sosipatr. Charis.* hoc adverbium probari: Alii passim *bene* reposuerunt.

BONĬTAS, atis, f. *goodness*, ἀγαθότης, ἐσθλότης. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 7. Bonitas prædiorum. *Id. in Orat.* c. 18. vocis. *Id.* 3. *Offic.* c. 3. ingenii. *Phædr.* fab. 8. l. 4. aquæ. *Plin.* l. 14. c. 4. vini. *Id.* l. 13. c. 9. Materies Persicæ arboris bonitate, firmitudine, nihil differens a loto. *Id.* l. 37. c. 8. Bonitates gemmarum distinguere. *Id.* l. 34. c. 12. *ad fin.* Atramentum quantum colore, tantum bonitate deterius. *Id.* l. 35. c. 3. Aurum quo sæpius arsit, proficit ad bonitatem. *is an improvement. Pompon. Dig.* lib. 12. tit. 1. leg. 3. Mutuum eadem bonitate solvatur, qua datum est. *Cic. pro Dom.* c. 22. Bonitas causæ. *h. e.* causa quæ justa est, et facile probari, ac defendi potest. *Id. in Orat.* c. 49. Bonitate potius nostrorum verborum utamur, quam splendore Græcorum. ¶ Sæpius refertur ad animum, et mores. *Cic.* l. 1. Offic. c. 32. *in fi.* Nonnulli sive felicitate quadam, sive bonitate naturæ, sive parentum disciplina rectam vitæ consecuti sunt viam. *Id. pro Dom.* c. 42. Vir singulari bonitate, et modestia præditus. *Nepos in Timol.* c. 5. Hominis excellens bonitas. *Cic. Fam.* 13. ep. 4. Commendare aliquid fidei, justitiæ, et bonitati alicujus. ¶ Speciatim sumitur pro benignitate, liberalitate, clementia. *kindness, favour, benignity. Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. *penult.* Quid enim est melius, aut quid præstantius bonitate, et beneficentia? *Id. ibid.* l. 3. c. 34. Uti bonitate deorum. *Id. ibid.* l. 2. c. 23. et *Plaut. Capt.* 2. 1. 48. Bonitas alicujus erga aliquem. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 10. Affluere bonitate. ¶ Item pro justitia, et pietate in parentes. *Id. in Partit.* c. 22. *extr.* Justitia erga deos, religio; erga parentes, pietas, vulgo autem bonitas; creditis in rebus, fides nominatur.

BONNENSIS, e, ad Bonnam pertinens; quæ est urbs Germanæ inferioris ad Rhenum, inter Coloniam et Confluentiam. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 19. Legionis primæ Legato, qui Bonnam obtinebat. et cap. 20. Cum castris Bonnensibus propinquarent. Adde cap. 62.

BONONĬA, æ, f. [† *hod.*] *Bologna*, urbs nobilis Æmiliæ, octava Italiæ regione, ad Rhenum fluvium, colonia quondam Romanorum. V. *Liv.* l. 37. c. 57. Dicta est etiam Felsina: fuitque antiquitus totius Etruriæ caput, licet ipsa in Etruria non sit. *Sil.* l. 8. v. 601. Ocni prisca domus, parvique Bononia Rheni. *Martial.* l. 3. epigr. 59. culta Bononia. Adde *Plin.* l. 3. c. 15. et *Pomp. Mela* l. 2. c. 4. ¶ Est etiam hoc nomine urbs Pannoniæ, cujus meminit *Ammian.* l. 31. c. 11. (*al.* 32.)

BONONIENSIS, e, ad Bononiam pertinens. *Cic. de clar. Orat.* c. 46. C. Rusticellus Bononiensis. *Plin.* l. 16. c. 36. Rhenus Bononiensis amnis.

BONUM, i, *any good, or blessing*, τὸ ἀγαθὸν, id quod est honestum, aut utile aut jucundum, perfectum in suo genere, et naturæ consentiens. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 30. Tria genera bonorum, maxima animi, secunda corporis, externa tertia. *Id.* 3. *de Fin.* c. 6. Summum illud hominis per se laudandum, et expetendum bonum, positum est in eo, quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellamus convenientiam. *Id. Tuscul.* 5. c. 23. Bonum mentis est virtus. *Id. de Univers. in fi.* Philosophiam adepti sumus, quo bono nullum optabilius, nullum præstantius. *Id.* l. 1. *Acad.* c. 5. Bona animi, et corporis. *Id. de Amic.* c. 13. Bona, et incommoda. *prosperity and adversity. Id. Fam.* 15. ep. 14. Uti bono litterarum. *the opportunity of a mutual correspondence. Quintil.* l. 1. *proœm.* Eloquentiæ bonis male uti. *Id. ibid. in fi.* Bona ingenii, studiique corrumpere. *Id.* l. 11. c. 3. Bona vocis. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 81. Bona pacis. *Sallust. in Catil.* c. 44. Maximum bonum in celeritate putare. *the chief good. Id. ibid.* c. 39. Bonum publicum simulare. *to feign a disposition to contribute to the public good. Plin. in fi. proœm. Hist. nat.* Quia occupationibus tuis bono publico parcendum erat. *from a regard to the public good. Liv.* l. 34. c. 5. Facere aliquid bono publico. *Id.* l. 36. c. 31. Pax bono omnium parta. *to the advantage of the whole community.* ¶ *Bono esse alicui* est utile, aut commodum alicui esse, *to be of use or assistance to, to help, profit. Liv.* l. 8. c. 12. Quin etiam bono fuisse Romanis adventum eorum constabat. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 5. Accusant ii, quibus occidi patrem Sex. Roscii bono fuit. ¶ Hinc *cui bono fuerit*, dictum celebre est L. Cassii summæ severitatis viri, qui quoties quæsitor judicii alicujus erat, in quo quæreretur de homine occiso, suadebat, atque præibat judicibus, ut quærerent, cui bono fuisset perire eum, de cujus morte quærebatur, hoc est cuja interfuisset, e cujus re fuisset, qui bonum aliquod ex ea morte sperasset. eum enim probabiliter reum esse. *Ascon. in Cicer. pro Mil.* c. 12. Adde *Cicer.* tum *loco cit.* tum *Phil.* 2. c. 14. ¶ Quid mihi sit boni, si mentiar? *what should I gain? what advantage would it be to me? Plaut. Mostell.* 2. 1. 23. simile est illud *quod bonum est?* h. e. quæ utilitas est? quod multoties legitur apud JCtos. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 4. leg. 10. Quod enim bonum est, eis favere, ut partem faciant, nihil habituri? Adde *Caium* lib. 16. tit. 1. leg. 13. et alibi. Sed ubique alii legunt *quo bonum est?* ¶ *Facere sibi bona multa* apud *Plaut. Cas.* 2. 8. 34. est genio suo valde indulgere, *to take one's pleasure, enjoy one's self.* ¶ *Facere aliquid boni alicui*, h. e. beneficium conferre. *Plaut. Amph. prol.* v. 47. ¶ *Bona, orum*, sunt facultates, fortunæ, patrimonium, *goods, property, effects, moveables*, τὰ ὑπάρχοντα, οὐσίαι. *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. penult.* leg. 49. Naturaliter bona ex eo dicuntur quod beant, hoc est quod beatos faciunt: beare est prodesse. *Cic. pro Cæcin.* c. 13. Ad incertum revocari bona, fortunas possessiones omnium. *Id. pro Quint.* c. 10. Possidere bona alicujus ex edicto. *Id. ibid.* c. 29. Bonorum possessio spectatur non in aliqua parte, sed in uni-

versis, quæ teneri, ac possideri possunt. *Id. pro Cæcin.* c. 7. Esse in possessione bonorum. *Id. in Top.* c. 3. Legare alicui usumfructum bonorum suorum. *Id.* 2. *Offic.* c. 23. Bona civium voci subjicere præconis. *Terent. Eun.* 2. 2. 4. Bona patria abligurire. *Quintil.* l. 6. cap. 1. Cædere bonis. ¶ *Esse in bonis* est esse in possessione bonorum. *Cic. Fam.* 13. ep. 30. Nullam arbitramur de ea hereditate controversiam eum habiturum; et est hodie in bonis. ¶ Præterea *esse in bonis alicujus* dicitur, quod in ejus patrimonio est. *Caius Dig.* lib. 1. tit. 8. leg. 1. Quod divini juris est, id nullius in bonis est. *Paul. Dig.* lib. 40. tit. 12. leg. 38. Servus, quem venditor emptori tradidit, et nondum pretio soluto, in bonis emptoris esse cœpit. ¶ *Habere in bonis* est possidere. *Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 10. leg. 10. ¶ De *bonis Porsenæ*. V. *Porsena*. ¶ *Bonum* in singulari pro bonis, seu fortunis. *Plaut. Trinum.* 4. 1. 3. Quos penes mei potestas boni, navisque foret, et meæ vitæ. ¶ Pro beneficio. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 787. n. 5. L. Bæb. Pardus omni bono de se meritæ fecit. [¶ *Bonum* aliquando more interjectionis interseritur, et exultantem lætitiam significat. *Apul. Met.* l. 10. Sciscitatus, quid, bonum! rideret familia. (Quemadmodum sensu contrario *Id.* l. 4. Anus subiratior dicere eam jubebat, quid, malum! fleret.)]

BONUS, a, um, *good*, ἀγαθὸς, ἐσθλὸς, καλὸς, probus, integer, absolutus, perfectus, conveniens naturæ: ab obsoleto *duonus*, quod legitur apud *Fest.* et idem significat. Latissime autem patet ejus vis, ut significatio: dicitur enim non solum de hominibus, sed de omnibus rebus, quæ gratiam, voluptatem, utilitatem, commoditatem aliquam habent. Ejus gradus *melior*, et *optimus* suis loc. ponemus. *Cic. Tuscul.* 5. c. 15. Quidquid est, quod bonum sit, id expetendum est. *Id. Agrar.* 3. c. 3. *ad fin.* Vir multum bonus. *Id. Attic.* l. 12. ep. 5. auctor. *Id.* 2. *de Orat.* c. 46. *in fi.* poeta. *Id.* 3. *de legib.* c. 19. augur. *Tacit. de German.* c. 19. *in fi.* Boni mores, bonæ leges. *Id. Ann.* 6. c. 46. Bonæ artes. *Cic. pro. Sext.* c. 16. Bona causa. *Id. Attic.* l. 2. ep. 2. conditio. *Id. Attic.* l. 7. *ep. ult.* fama. *Id. Attic.* l. 8. ep. 4. memoria. *Id. Top.* c. 17. fides. V. *Fides. Id. Fam.* 13. ep. 60. benevolentia. *Id. pro leg. Manil. in fi.* Bonam gratiam sibi quærere. *Id. Fam.* 8. *ep. ult.* Bona mens. *Quintil. in fi.* lib. 12. voluntas. *Id.* l. 9. c. 2. conscientia. *Cic.* 2. *de Fin. c. ult.* spes. *Id.* 1. *Offic.* c. 33. Bono consilio aliquid facere. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 2. Bona tempestate navigare. *Quintil.* l. 11. c. 3. Bona vox. *Lucret.* l. 2. v. 418. Bonus color. *Sueton. in Calig.* c. 33. Bona cervix. *Terent. Heaut.* 3. 2. 13. Mulier forma bona. *Cic.* 3. *Offic.* c. 23. Boni numi. *good money; standard coin. Plaut. Bacch.* 5. 2. 11. Bona ovis. *Senec. de Vita beata,* c. 22. Bonus dies. *serene. Ovid.* 1. *Fast.* v. 72. Bonus dies. *prosperous, fortunate, happy. Cic. pro Dom.* c. 4. Bona tempora. *eod. sensu.* Re bona copiosum esse apud *Gell.* l. 16. *c. ult.* est divitiis affluere. *Cato R. R.* c. 4. Vicinis bonus esto. *behave well to your neighbours. Liv.* l. 42. c. 20. Prodigium vertetur in bonum. ¶ *Boni, orum,* sunt viri boni, integris, probatisque moribus, *the good; the just; the upright; the virtuous. Horat.* l. 1. ep. 16. v. 52. Oderunt peccare boni virtutis amore. Adde *Cic. Tuscul.* 5. c. 10. et *de Amic.* c. 14. et alibi sæpe. In illo *ejusd. ad Brut.* ep. 3. *ad fin.* Consules duos, bonos quidem, sed duntaxat bonos, amisimus: *bonos* intelligit probos viros, et bene de Republica sentientes, sed non strenuos, fortes, animosos. ¶ *Bonus* aliquando dicitur eleganter per quandam ironiam. *Terent. Andr.* 3. 5. 10. Ehodum bone vir, quid ais? viden' me tuis consiliis miserum impeditum esse? *Cic. Verr.* 7. c. 6. Quid ais, bone custos defensorque provinciæ? Adde *Sil.* l. 2. v. 240. et *Stat.* 2. *Theb.* v. 460. ¶ *O bone* est blande compellantis. *my good fellow. Horat.* l. 2. sat. 6. v. 51. o bone (nam te Scire, deos quoniam propius contingis, oportet) Nunquid de Dacis audisti? et v. 95. quo bone circa, Dum licet, in rebus jucundis vive beatus. Adde l. 2. ep. 2. v. 37. et *Pers.* sat. 6. v. 43. ¶ *Boni* aliquando dicuntur divites, et felices. *the rich; the opulent. Cic. Attic.* l. 8. ep. 1. Ut quemcunque fors tulerit, casum subeam potius cum iis, qui dicuntur esse boni, quam videar a bonis dissentire. Etsi propediem video bonorum, id est lautorum, et locupletum, urbem refertam fore. et l. 9. ep. 12. Prætores jus dicunt, Ædiles ludos parant, viri boni usuras perscribunt. *Plaut. Capt.* 3. 4. 51. Est miserorum, ut malevolentes sint, atque invideant bonis. ¶ Item nobiles. *of a good family; of good birth. Terent. Phorm.* 1. 2. 64. Illam civem esse Atticam bonam, bonis prognatam. *Plaut. Pers.* 4. 4. 93. Bono genere natus. *Optimatum* appellatio hinc orta est. ¶ *Bonæ res* idem sunt ac bona. *Nepos in Agesil. c. ult.* Præter vitulina, et hujusmodi genera obsonii nihil accepit: unguenta, coronas, secundamque mensam servis dispertiit: cetera referri jussit. Quo facto eum Barbari magis contempserunt: quod eum ignorantia bonarum rerum illa potissimum sumpsisse arbitrabantur. *from not knowing what was good.* ¶ Dicuntur etiam *bonæ res,* quæ sunt in bono statu. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 13. Res Hispanienses valde bonæ. *go on well. Id. Attic.* l. 12. ep. 21. Quod me in forum vocas, eo vocas, unde etiam bonis meis rebus fugiebam. ¶ *In re bona esse* est bona fortuna uti, divitiis abundare. *Laber.* apud *Gell.* l. 10. c. 17.

¶ *Bona ætas* est adolescentia, et juventus, et *mala ætas* senectus. *youth; the prime of life. Cic. de Senect.* c. 14. Voluptatibus bona ætas fruitur libentius. V. *Malus.* ¶ Interdum *bona ætas* est, quæ vergit ad senium. *Senec.* ep. 76. Bona, inquis, ætate. Quidni bona? quid autem stultius, quam quia diu non didiceris, non discere? *middle age.* Alii rectius hoc loco ironiam agnoscunt. ¶ Sæpe *bonus* idoneum significat, aptum, commodum. *fit, apt, suitable, convenient. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 9. Terra cujusmodi sit, refert, et ad quam rem bona. aut non bona sit. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 14. Campi militi Romano ad prœlium boni. *Virg.* 2. *Georg.* v. 447. At myrtus validis hastilibus, et bona bello Cornus. ¶ Item peritum, doctum, præstantem. *Cic.* 4. *Acad.* c. 31. Bonus gubernator. *skilful. Virg. Ecl.* 5. v. 1. boni quoniam convenimus ambo, Tu calamos inflare leves, ego dicere versus. (Adde *Sil.* l. 14. v. 453.) *Tacit.* 1. *Ann.* c. 3. Agrippa militia bonus. *practised in the art of war.* ¶ Item fortem. *brave, gallant. Sallust. in fragm.* apud *Serv. ad Æn.* 1. v. 199. Sane bonus ea tempestate contra pericula, et ambitionem. *Id. in Catil.* c. 34. *ad fin.* Libertatem nemo bonus, nisi cum anima simul amittit. ¶ Item amicum, faventem, propitium. *well-disposed, friendly. Cic. Attic.* l. 10. ep. 8. *in fi.* Eo velim tam facili uti possem, et tam bono in me. *Virg. Eclog.* 5. v. 65. Sis bonus o, felixque tuis. *Id.* 12. *Æn.* v. 647. vos o mihi Manes Este boni. Adde *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 21. ¶ Cum iis nominibus, quæ quantitatem significant, ponitur pro multo, vel magno. *large, considerable, material. Cic.* 2. *de Orat.* c. 3. *ad fin.* Aiebat, bonam partem sermonis in hunc diem esse dilatam. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 109. Sit bona librorum, et provisæ frugis in annum Copia. ¶ Bonum est, *'tis a good thing; 'tis well. Plaut. Curcul.* 1. 3. 20. Bonum est, pauxillum amare sane; insane non bonum est. ¶ *Bonum factum.* V. *Factum.* ¶ *In bonum exire,* succedere, evenire ex sententia. *Senec. de Vita beata,* c. 8. *ad fin.* Nihil inopinatum accidet, sed quidquid aget, in bonum exibit. *as good as could be wished for.* ¶ *Quo bonum est?* h. e. ad quid utile est? *Cui bono fuerit,* h. e. cui utile fuerit, V. in *Bonum, i.* ¶ *Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque sit* solemnis præfatio bene precandi in omnibus pæne rebus agendis. Legitur apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 45. et *Liv.* l. 3. c. 34. et 54. &c. Dicebant etiam *quod faustum, felixque sit,* teste *Donato* ad *Terent. Phorm.* 1. 2. 81. item *quod bonum, atque fortunatum sit,* ut est apud *Plaut. Cas.* 2. 6. 30. V. plura apud *Brisson. de Formul.* lib. 1. ¶ *O bone Deus,* exclamandi formula, quæ idiotismum sapere videtur, legitur apud *Scribon. Larg. compos.* 84. *in fi.* Dubitat autem *Rhodius,* an aliunde irrepserit. non enim sibi videri, ætati *Scribonii* congruere.

BONUSCŬLA, orum, diminut. a *bona* scil. possessiones. *Sidon. Apoll.* l. 9. ep. 6. Quantum de bonusculis avitis, et paternis sumptuositas domesticæ charybdis abligurisset.

BOO, et Bovo, as, avi, atum, n. 1. et Boo, is, n. 3. *to roar aloud, re-echo, re-bellow,* βοάω, resonantem clamorem edo. Ducitur vel a boum voce, ut *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. et *Non.* c. 2. n. 80. docent, vel ab allato βοάω, ut *Festus* tradit. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 449. Redde meum, clamant spoliatæ sæpe puellæ: Redde meum, toto voce boante foro. *Ennius* apud *Varr. loc. cit.* clamore bovantes. *Plaut. Amph.* 1. 1. 77. Boat cælum fremitu. *Pacuv.* apud *Non. loc. cit.* Clamore, et sonitu colles resonantes bount. ¶ Est etiam clamare, vociferari, *to cry aloud, vociferate. Varr.* apud *Non. loc. cit.* Exeunt citi, strepunt, bount. *Apulei.* l. 5. *Metam.* Quam maxime boans, honesta, inquit, hæc, &c. *Id. in Florid.* n. 17. (*al.* l. 3. *ad fin.*) Tragœdi identidem boando purgant ravim.

BOŌTES, æ, m. 1. Βοώτης, Latine *bubulcus,* ἀπὸ τοῦ βόας ὠθεῖν, hoc est boves, et plaustrum agere; vel *vociferans,* a βοάω, clamo. De hoc satis dictum est in *Arctophylax. Juvenal.* sat. 5. v. 23. illo tempore, quo se Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ. *Ovid.* 5. *Fast. in fi.* Auferat ex oculis veniens Aurora Booten. ¶ Legitur etiam *Bootis* in genitivo, ut sit tertiæ Latinorum declinationis. *Avien. in Perieg.* v. 364. sed latior axe Bootis. et v. 456. plaga dura Bootis. et v. 856. vel qua riget ora Bootis. Nisi malis esse adject. *Bootis, idis,* ut *Mæotis.*

BORĔA, æ, f. *a kind of jasper,* βόρειος, ἴασπις, gemma ex genere iaspidum, colorem habens cælo autumnali matutino similem: alio nomine *aerizusa. Plin.* l. 37. c. 8.

BOREĀLIS, le, *northern,* Βόρειος, ad Boream pertinens. *Avien. in Phænom. Arat.* v. 951. Borealia flamina. Adde *in Perieg.* v. 84. et v. 292.

BOREAS, æ, m. *the North wind,* Βορέας, ita dicitur Græca appellatione ventus Aquilo, de quo V. suo loco. [*Non.* l. 1. n. 251. dictum putat a βοὴ, *clamor, pugna,* quod sonorus sit et procellosus.] *Virg.* 3. *Æn.* v. 687. Ecce autem Boreas angusta e sede Pelori, &c. *Ovid. Metam.* 6. v. 682. Boreæ Tereus, Thracesque nocebant. (de Borea tanquam deo, et amatore loquitur.) *Id.* l. 15. v. 471. Horriferum contra Borean ovis arma ministrat. *Borean* Græca positione dicit pro *Boream. Colum.* l. 10. v. 288. Boreas nubifugus. ¶ Qui quatuor tantum ventos posuere, Boream eundem fecerunt cum Septentrione, seu Aparctia, ex adverso Noti. *Ovid.* 1. *Trist.* ele. 2. v. 29. Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto. *Manil.* l. 4. v. 589. Asper ab axe ruit Boreas: fugit Eurus ab ortu. ¶ Quia Græce etiam Βοῤῥᾶς dicitur, quidam Latine dixerunt *Borra,* seu *Borrha, æ,* m. *Prudent. in Psychom.* v. 847. algida Borræ ætas. *h. e.* senectus. *Paulin. Nolan.* carm. 17. (*al.* 30.) v. 245. Te patrem dicit plaga tota Borræ. *Male alii utroq. loco leg.* Boreæ.

[* BOREŌTIS, idis, f. idem ac borealis. *Priscian. in perieg.* v. 577. Ast aliæ Oceani juxta boreotidas actas Sunt geminæ, *h. e.* geminæ insulæ Albion et Hibernia juxta plagam borealem.]

BORĔUS, a, um, *northern,* Βόρειος, septentrionalis. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 8. v. 41. Vita procul patria peragenda sub axe Boreo est. ¶ Pænultima correpta, extrita nempe altera vocali Diphthongi, *Priscian. in Perieg.* v. 271. Oceanum Boreo contingunt frigore durum. et v. 315. Et Mysi Thracum Boreis in finibus orti. *Id. ibid.* v. 789. Ad latus istorum Boreum sunt mœnia clara. ¶ Hac ratione scribitur et *Borius.*

BORĬUS. V. vocem præced.

BORRA. V. in *Boreas.*

BORYSTHĔNES, is, m. [† hod. *the Nieper or Dnieper,*] Βορυσθένης, fluvius Sarmatiæ Europææ, in Polonia, qui fontes habet in Moschovia, qua relicta Poloniam ingreditur, ubi varias urbes rigat, deinde multis auctus fluviis, per Volhiniam inferiorem labitur juxta Kioviam, et Circassium urbem, et in mare nigrum se exonerat prope Oczacoviam, quæ aliis Olbia, et Borysthenes etiam dicta fuit. *Plin.* l. 4. c. 12. et *Pompon. Mela* l. 2. c. 1. ubi addunt etiam lacum, et gentem per ea loca eodem nomine esse. *Pompon. Mela* l. 2. c. 7. Leuce insula Borysthenis ostio objecta. [¶ *Borysthenes* fuit etiam equus Adriani Imper. in quem extat epigramma in *Anthol. Lat. Burmann. Tom. II.* pag. 288. Borysthenes Alanus, Cæsareus veredus, Per æquor et paludes, Et tumulos Etruscos Volare qui solebat.] ¶ *Borusthenes* pro *Borysthenes* legitur in *vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 453. n. 1. ex consuetudine Latinorum Græcam *υ* in *u* vertentium.

BORYSTHENĬDÆ, arum, m. ad Borysthenem habitantes. *Propert.* l. 2. el. 6. v. 18. Gloria ad hybernos lata Borysthenidas.

BORYSTHĔNIS, idis, f. urbs ad ostia Borysthenis sita. *Pompon. Mela* l. 2. c. 1. *de Borysthene.* Secundum Borysthenida, et Olbiam, Græca oppida, egreditur. ¶ Adjective *Calvus* apud *Valer. Prob.* l. 1. *Grammat.* pag. 1394. *Putsch.* Frigida jam celeri peragrata Borysthenis ora.

BORYSTHENĪTÆ, arum, m. Borysthenidæ. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 11.

BORYSTHENIUS, a, um, ad Borysthenem pertinens *Ovid.* l. 4. *ex Pont.* ep. 10. v. 53. Cumque Borysthenio liquidissimus amne Dyraspes.

BOS, bovis, commun. gen. *an ox or cow,* βοῦς, βοὸς, animal notum, quo agri coluntur. Dicitur tum de mare, tum de femina. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 63. Boum cervices natæ ad jugum: tum vires humerorum, et latitudines ad aratra extrahenda. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 52. Bos opimus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 631. Forda ferens bos est, fecundaque. *Horat. Epod.* 9. v. 22. Intactæ boves. *Liv.* l. 1. c. 7. Bove eximia capta de grege. ¶ In genitivo plurali habet *boum* per syncopen pro *bovum,* et in dativo *bobus* pro *bovibus,* ut *Priscian.* l. 7. pag. 773. et 774. *Putsch.* docet. *Virg.* 3. *Georg.* v. 211. Sive boum, sive est cui gratior usus equorum. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 43. et juga demeret Bobus fatigatis. *Id. in carm. sæcul.* v. 49. Quæque vos bobus veneratur albis. Ita enim *Priscian. ibid.* legit utroque loco; eodemque modo edidit *Bentleius.* Pro *bobus* sæpissime dicitur *bubus. Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 63. Quid de bubus loquar? *Et mox.* Tanta putabatur utilitas percipi ex bubus. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 16. Non profecturis litora bubus aras. *Tacit. de Germ.* c. 40. Dea vecta bubus feminis. ¶ Reperitur etiam *bubum* pro *boum. Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 53. (*al.* 55.) *a med.* In quibusdam provinciis et editu bubum ad hanc rem utuntur. Ita leg. in celebri edit. *Torrentini. Haloander* edidit *boum.* Veteres olim dixerunt etiam *boverum* pro *boum* teste *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 38. *sub fin.* Sic enim declinabant, *bovis, boveris.* Itaque *quot juga boverum* legendum censet *Turneb.* l. 6. c. 23. apud *Caton. R. R.* c. 62. ubi plerique editi habent *boum.* ¶ Prima in *bobus,* seu *bubus* producitur, quia ex bovibus contracta est. Corripuit tamen *Auson.* epigr. 62. Æs veluti spirans cum bubus exagites. ¶ *Boves mortui* sunt lora bubula in illo *Plauti Asin.* 1. 1. 21. Apud fustitudinas ferricrepidas insulas, ubi vivos homines mortui incursant boves. *leather straps.* ¶ *Bos lassus fortius figit pedem,* proverb. quo utitur *Hieronym.* ep. 91. *ad Augustin. et inter hujus epist.* n. 13. (*al.* 68.) *a med.* volens eum deterrere, ne se juvenis senem ad pugnam provocet, quia plus interdum senex valet, quam juvenis. ¶ *Bovi clitellas imponere,* aliud proverb. apud *Cicer. Attic.* l. 5. ep. 15. h. e. munus alicui imponere, quod ei accommodatum non sit. Boum enim terga ipsa declarant, non esse se ad onus accipiendum figurata, ut *idem* lib. 2. *de nat. Deor.* c. 63. loquitur. *Quintil.* l. 5. c. 11. Non nostrum inquit onus: bos clitellas. Adde *Ammian.* l. 16. c. 5. (*al.* c. 7.) Huc pertinet illud *Horatii* l. 1. ep. 14. *v. pænult.* Optat

ἐπ' ἄρμα βοῦς πίγερ, optat arare caballus: quo significatur neminem sua sorte contentum esse. ¶ *De bove Lucα*, V. *Lucas bos*. ¶ De bove sancto Ægyptiorum, V. *Apis*. ¶ Est etiam piscis marinus hoc nomine, apud *Plin*. l. 9. c. 24. *a large fish*. Hunc *Oppianus* βοῦν θαλάσσιον vocat. *Ovid. in Halieut.* v. 94. Nam gaudent pelago, quales scombrique, bovesque, &c. ¶ Quod *Plin*. scribit l. 18. c. 3. Servium Regem primum effigie ovium boumque æs signasse, putarunt quidam, bos esse nomen pecuniæ bovem impressum habentis, in illo *Plaut. Pers.* 2. 5. 16. Boves bini hic sunt in crumena. Verum *Plaut.* non binos nummos eo loco intelligit, sed binum boum pretium. V. ¶ Reperitur et *bovis* in recto singulari. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 62. *Burm. ad h. l.* Miles meus jacebat in lecto, tanquam bovis.

BOSCHIS, idis, f. *Colum.* l. 8. c. 15. Nessotrophii cura similis, sed major impensa est. Nam clausæ pascuntur anates, querquedulæ, boschides, phalerides, similesque volucres, quæ stagna, et paludes rimantur. *boschides* sunt aves anatibus similes, sed minores. Apud *Colum.* alii leg. *boscades*, alii *boscides*. Græce enim dicitur βοσκὰς, άδος.

BOSPHORĀNUS, a, um, ad Bosphorum pertinens. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 15. Mithridates Bosphoranus. *Valer. Max.* l. 7. c. 6. in *fi.* Bosphoranus tractus. ¶ *Bosphorani*, *orum*, populi ad Bosphorum incolentes. *Cic. pro leg. Manil.* c. 4. et *Tacit.* 12. *Ann.* c. 16. Uterque autem intelligit eos, qui Bosphorum Cimmerium habitant.

BOSPHOREUS, a, um, et

BOSPHORICUS, a, um, et

BOSPHORIUS, a, um, ad Bosphorum pertinens, Βοσπόριος. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 298. Ionium, Bosphoriumque mare. *h. e.* Pontus Euxinus. *Sidon.* carm. 2. v. 55. Bosphoreis elephas inglorius ora tributis. *Gell.* l. 17. c. 8. Mare Bosphoricum.

BOSPHŎRUS, i, m. Βόσπορος, angustæ maris fauces, ita dictæ a meabili bovis transitu, quasi βοὸς, bovis, et πόρος, via, iter. Sunt autem duo *Bosphori* Thracius et Cimmerius, tanta uterque angustia, ut et alitum cantus, et canum latratus ab ulteriore litore invicem audiantur. *Bosphorus Thracius*, [† nunc, *the Straits of Constantinople*,] est angustia maris inter Thraciam, et Asiam minorem, seu inter Byzantium in Europa, et Chalcedonem in Asia, seu inter Pontum Euxinum, et Propontidem. Patet passus D. seu stadia quatuor, ut *Plin.* l. 5. *c. ult.* et l. 4. c. 12. docet, qua Darius pater Xerxis copias ponte transvexit. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 345. *et sequentib.* fabulatur, Io puellam in vaccam commutatam per hasce angustias in Asiam transiise, inde fretum illud Bosphorum nominari cœpisse. ¶ *Bosphorus Cimmerius*, al. Fretum Cimmerium, [† nunc *Vospero* (quod et nomen urbis est ibi sitæ) et *the Straits of Caffa*, Italis] *Bocca di S. Giovanni*, est angustia maris inter Tauricam Chersonesum in Europa, et Sarmatiam in Asia, seu inter Mæotidem Paludem, et Pontum Euxinum, per quam illa in Euxinum defluit, multo latior Bosphoro Thracio, cum pateat passus MMD. ut *Plin.* l. 4. c. 12. tradit. Dictus est autem *Cimmerius* a Cimmeriis populis ibi accolentibus. Sed ipsi Cimmerii vicissim ab eo *Bosphorani* dicuntur. [† V. *Prideaux's Connect.* 4. 568.] ¶ Scribitur et *Bosporus* sine aspiratione, et quidem rectius, si Græcas litteras attendas, in quibus nulla aspiratio est: sed si consuetudinem, et quosdam antiquos opt. Cod. aspiratio defendi potest, et sane defenditur a *Dausq. in Orthogr.* ¶ In plur. num. neutr. genere extulit *Propert.* l. 3. eleg. 9. v. 60. Et modo Pompeia Bospora capta manu. Sic *Tænara*, *Ismara*, *Mænala*. In singulari feminine *Sulpic. Sever.* dial. 1. c. 26. Bosporus exclusa. *Sic Ægyptus.*

BOSTRYCHĪTES, æ, m. *a gem resembling a lock of a woman's hair*, βοστρυχίτης, gemma crinibus mulierum similis. *Plin.* l. 37. c. 10.

BOSTRȲCHUS, i, m. *a lock of hair*, βόστρυχος, Græca vox cincinnum, seu cirrum significans. *Etymol.* deducit a βότρυς, racemus, ut significet cæsariem in modum racemi compositam. Sunt etiam qui putant, proprie dici de crinibus muliebribus. Adjective *Jul. Firmic.* l. 4. c. 12. Crispos quoque, aut crinibus bostrychis comatos.

BOTANISMUS, i, m. *a weeding, or pulling up of weeds*, βοτανισμὸς, runcatio, herbarum evulsio. Nam βοτάνη herbam significat, et βοτανίζειν, herbas evellere. *Plin.* l. 18. c. 18. Pauci runcant: quod botanismon vocant.

BOTELLUS, i, m. *a sausage, sort of stuffing made of swine's flesh*, φύσκη, intestinum delicatiore aliquo cibo fartum, puta ex carne suilla minutatim concisa, aut hujusmodi: diminutivum a *Botulus*. *Martial.* l. 5. epigr. 79. Et pultem niveam premens botellus. Adde l. 11. epigr. 32. ¶ *Apic.* l. 2. c. 3. peculiaris cujusdam botelli conficiendi rationem docet, nempe ex ovi vitellis coctis, nucleis pineis concisis, addita cæpa, porro conciso, admixtoque ture crudo, ac pipere minuto: quibus omnibus intestinum farciri jubet, adjectoque liquamine, et vino coqui.

BOTHȲNUS, i, m. Βόθυνος, genus quoddam cometæ, in modum foveæ, seu scrobis: Græca vox a Βόθρος, scrobs. *Senec.* l. 1. *quæst. natur.* c. 14. Sunt bothynoe cum velut corona cingente introrsus ingens cœli recessus est, similis effossæ in orbem speluncæ. *Bothynoe* scriptum est Græca servata diphthongo, οἱ Βόθυνοι: sed Latine bis usurpatum legitur ab *Apulei. de Mundo*.

BOTRONĀTUM, i, n. *an article of female dress, consisting of pearls, put together so as to resemble a cluster of grapes*, ornamentum feminarum, baccis margaritarum ita contextis, ut racemum uvæ referant: a βότρυς, racemus. *Tertull. de cult. femin.* c. 10.

BOTRUŌSUS, a, um, *clustering*, βοτρυώδης, racemosus, a Βότρυς, racemus. *Plin.* l. 12. c. 13. Amomum frutice botruoso. Ita *Salmas.* legit. sed *Harduin.* *myrtuoso*, ex omnibus MSS. et edit. libb. *Apulei. de herb.* c. 66. Brionia fructu, sive semine botruoso.

BOTRYĪTES, æ, m. βοτρυΐτης, ὁ, gemma incipienti uvæ similis: estque duplicis generis, nigra, et pampinea. *Plin.* l. 37. c. 10.

BOTRYĪTIS, idis, et itis, βοτρυΐτις, ἡ. Ita appellatur genus quoddam cadmiæ cameris in modum uvæ pendentis: a βότρυς, uva, racemus. *Scribon. Larg. compos.* 24. et 220. *Plin.* l. 34. c. 10. et *Cels. lib. cap. et* sect. 6.

BOTRȲO, et Botryon, onis, m. *a bunch or cluster of grapes*, βοτρυὼν, uva, racemus. *Pallad. R. R.* l. 3. tit. 33. Ut vitis botryones et albos afferre possit, et nigros. Adde lib. 12. tit. 12. ¶ In illo *Martial.* l. 11. c. 28. Nec dignam toto se botryone putat. *botryonem* alii interpretantur racemum uvæ condititiæ; alii liquamen ex ovis piscium, quia ova sic condita ita mutuo adhærescunt, ut in uva acini. ¶ Est etiam *botryon* medicamentum quoddam, apud *Plin.* l. 28. c. 4.

[* BOTRYŌDES cadmia, eadem quæ botryitis. Sic ex sententia *Cl. Morgagni* legendum putant *Gesnerus* et *Schneiderus* apud *Veget. veter.* l. 4. c. 11.]

BOTRYS, yos, f. βότρυς, Græce racemum uvæ significat. A *Plin.* l. 25. c. 7. et l. 27. c. 4. ita appellatur herba quædam, quæ et *artemisia*, et *ambrosia* dicitur. Aliam iisdem nominibus appellatam describit *ibid.* c. 8. V. *Ambrosia*.

BOTULARĪUS, ii, m. *a maker of sausages*, qui botulos conficit, aut vendit. *Senec.* ep. 56. Et botularium, et crustularium, et omnes popinarum institores.

BOTŬLUS, li, m. φύσκος, φύσκη, genus farciminis vel ex carne minutatim concisa, cujusmodi dicitur Anglice *a sausage, kind of meat-pudding*: vel ex sanguine animalium intestinis infuso, et percocto, quod vocant *a black-pudding*. *Gell.* l. 16. c. 7. Laberius in mimo, qui Saturnalia inscriptus est, botulum pro farcimine appellat. *Martial.* l. 14. epigr. 72. Qui venit botulus medio tibi tempore brumæ, &c. *Tertull. in Apolog.* c. 9. Botulos cruore distentos admovetis. Adde *Arnob.* l. 2. pag. 73. ¶ Aliud hujusmodi farciminum genus describit *Apic.* V. *Botellus*. ¶ Translate *Tertull. de jejun. advers. Psych.* c. 1. appellat *botulos* homines epulis bene fartos, et pingues. [Non ita, sed *interiores botulos* Psychicorum vocat intestina cibis luxuriosis farta, *exteriores* vero distenta libidine veretra.] ¶ *Gell. loc. cit.* hanc vocem enumerat inter vocabula sordidiora, quibus *Laberius* usus est.

BOVA, æ, f. V. *Boa*. ¶ In illo *Varron.* apud *Non.* c. 1. n. 95. Æs defraudasse cauponem, bovam luto oblevisse, &c. *Turneb.* l. 17. c. *ult.* interpretatur vas vinarium longum turgidum, et amplum, boæque, seu bovæ serpentis similem. Sed alii leg. *obbam*.

BOVĀTIM, adverb. boum genere: item ad similitudinem boum. Ita exponit *Non.* c. 1. n. 190. et auctorem affert *Nigidium*. Al. leg. *Boatim*.

BOVIANIUS, a, um, ad Bovianum pertinens. Est autem *Bovianum* duorum oppidorum in Samnio nomen, unum alterum Bovianum vetus, nunc *Bojano*, de quo *Liv.* l. 9. c. 31. alterum Bovianum Undecimanorum, quod eo milites legionis undecimæ coloni deducti sunt. *Plin.* l. 3. c. 12. ¶ De priore *Sil.* l. 9. v. 566. Qui Batulum, Nucrasque metunt, Boviania quique Exagitant lustra.

BOVICIDĬUM, ii, n. cædes boum. *Solin.* c. 1. (*al.* 2.) Ritus sacrorum, factis bovicidiis, Potitios docuit.

BOVĪLE, is, n. *a stall for oxen, ox-stall, cow-house*, βοαύλιον, βουστάσιον, boum stabulum. *Phædr.* l. 2. fab. 8. v. 4. Et opportuno se bovili condidit. *Al. leg.* bubili. *Cato* etiam, et *Varr.* usi sunt teste *Charis.* l. 1. pag. 81. *Putsch.* Sed idem *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 30. docet a *bove* non *bovile*, sed *bubile* dici, quod certe multo est usitatius.

BOVILLÆ, arum, f. vetus oppidum Latii in Appia via, quod propter parvitatem alii vicum, seu pagum fuisse dicunt: ita appellatum, quia aliquando in Albano monte ab ara fugiens bos jam consecratus, ibi comprehensus est. Ita docet *Vet. Scholiast. Persii ad* sat. 6. v. 55. Paulo aliter *Non.* c. 2. n. 410. Hilas, inquit, intestina Veteres esse dixerunt. Unde *Bohilla* (sic enim scribit) oppidum in Italia, quod eo bos intestina a vulnere trahens advenerit. *Suburbanas* appellant *Ovid.* 3. *Fast.* v. 667. et *Propert.* l. 4. eleg. 1. v. 33. quia Urbi Romæ id oppidum valde vicinum fuit.

BOVILLĀNUS, a, um, ad Bovillas pertinens. *Cic. pro Planc.* c. 9. Bovillana vicinitas.

BOVILLUS, a, um, *of oxen*, βοϊκὸς, bubulus. *Theodor. Priscian.* l. 1. c. 7. Bovillas carnes in carbonibus superpones.

BOVINĀTOR, oris, m. tergiversator, cunctator, qui rem malitiose differt. *Lucil.* apud *Gell.* l. 11. c. 7. et *Non.* c. 2. n. 84. Hinc strigosu', bovinatorque, ore improbu' duro. V. *Strigosus*.

BOVINĀRI est conviciari, teste *Festo*. Alii exponunt tergiversari, cunctari malitiose: et ductum esse aiunt a bubus macilentis, et in arando strigantibus. Vox est obsoleta.

BOVĪNUS, a, um, *of or belonging to oxen*, βοϊκὸς, bubulus. *Theodor. Priscian. de diæta* c. 15. Medulla bovina.

BOVO, V. *Boo*.

BOX, bocis, m. βὼξ, genus piscis, de quo V. in *Bocas*.

BRABĒUM, seu Brabium, aut Bravium, ii, n. *the reward or meed of victory, a prize*, βραβεῖον, victoriæ præmium, ejus præcipue, quæ in ludis publicis paritur. *Novatian. ep. de cibis Judaic.* c. 1. et *Prudent.* περὶ στεφ. 2. v. 538. brabii duplicis palmam tulisti. [¶ Translate *Tertullian. ad mart.* c. 3. Bonum agonem subituri estis, in quo brabium angelicæ substantiæ politia in cælis, gloria in sæcula sæculorum.]

BRABEUTA, æ. m. *one who presided at the public games and distributed the prizes to the victors*, βραβευτὴς, Græca vox qua significatur præses, et judex certaminum gymnicorum, quique victoribus sua præmia distribuit. Latine *designator* dici potest, propter similitudinem officii. *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 2. leg. 4. Designatores autem, quos Græci βραβευτὰς appellant, artem ludicram non facere, Celsus probat, quia ministerium, non artem ludicram exerceant. *Sueton. in Ner.* c. 53. Nec aliter certamina gymnica Græcia tota spectaverat, quam brabeutarum more in stadio humi assidens. ¶ Inter *agonothetam*, et *brabeutam* quidam hoc statuunt discrimen, quod ille scenicis ludis præsit, hic vero gymnicis. Sed vereor ut probari possit.

BRABȲLA, æ, f. [† βράβυλα,] herba quædam, quæ spissandi vim habet cotonei mali modo: nec amplius de ea tradunt auctores, inquit *Plin.* l. 27. c. 8.

BRACA, et Bracca, æ, f. *a covering for the thighs; breeches, trowsers*, ἀναξυρὶς, vestis barbarorum propria, ut Persarum, Medorum, Sarmatarum, Gallorum, Germanorum, et hujusmodi, nostris femoralibus valde similis, laxior tamen, et longior, ut quæ non femora solum, sed et crura, imo et ventrem contegat. Talis putatur, quam Dalmatæ e plebe adhuc gestant. A Romanis, sicut neque a Græcis, diu adhibita non fuit. Quamvis enim de Augusto narret *Sueton. in ejus vita* c. 82. feminalia, et tibialia hieme gestasse; ea tamen non bracæ, sed fasciæ fuerunt, quibus femora, et tibias involvebat, ut præter alios *Casaubon.* eo loco pluribus docet. Posterioribus tamen temporibus etiam ad Romanos transiit. Scribit enim *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 40. *in fi.* eum Imperatorem *bracas albas habuisse, non coccineas, ut prius solebant*. Ex quo intelligitur aliquanto etiam ante bracas a Romanis gestari cœptas. Qui mos postea adeo invaluit, ut latis legibus coercendus fuerit. Hinc *Impp. Arcad.* et *Honor.* sanxerunt, ut nemini liceret intra Urbem bracas gestare, ut in *Cod. Theodos.* lib. 14. tit. 10. leg. 2. legitur. V. *Salmas. ad loc. cit. Lamprid.* Usurpatur fere in plurali numero. *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 7. v. 49. Pellibus et laxis arcent male frigora bracis. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 20. Versicolore sagulo, bracas, tegmen barbarum indutus, togatos adloquebatur. *Propert.* l. 4. eleg. 10. v. 43. Bracæ virgatæ. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 227. pictæ. *Id.* l. 5. v. 424. Sarmaticæ. ¶ In singulari. *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 10. v. 33. Hos quoque qui geniti Graia creduntur ab urbe, Pro patrio cultu Persica braca tegit. ¶ De varia etymologia *Vossium* consule. ¶ Scribitur autem tum unico *c*, tum duplici, ut dictum est, neque, utra scriptio sit melior, definiri certo potest. *Vossio*, et *Dausquio* magis placet unico *c* scribi. Sed et pro duplici multa sunt et aliorum Auctorum suffragia, et optimorum librorum testimonia. Sunt etiam quibus *bracha* placet, tanquam sit a Græco βραχὺς: sed hoc in consuetudine minus obtinuit.

BRACĀRA, æ, f. [† hod.] *Braga*, cognomento *Augusta*, urbs Hispaniæ Tarraconensis occidentalis ad fluvium *Cavado*, non longe a Gallæcia. Nunc pertinet ad Regem Lusitaniæ. *Auson. de Urbib.* 9. v. 5. Quæque sinu pelagi jactat se Bracara dives.

BRACARAUGUSTANUS, a, um, ad Bracaram Augustam pertinens. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 324. n. 11.

BRACĀRI, orum, populi Hispaniæ, quorum caput Bracara. *Plin.* l. 3. c. 3. et l. 4. c. 20.

BRACARĪUS, vel Braccarius, ii, m. *a maker of breeches or trowsers*, qui bracas conficit. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 24. Bracariorum, linteonum, vitreariorum vectigal instituit. Al. leg. *Bractearìorum*. Adde *Cod. Justin.* l. 10. tit. 64. leg. 1. ubi eadem est lectionis varietas.

BRACĀTUS, et Braccatus, a, um, *wearing breeches or trowsers*, bracis indutus. *Cic. Fam.* 9. ep. 15. Bracatæ, et Transalpinæ nationes. *Propert.* l. 3. eleg. 3. v. 17. Bracatus miles. *Pers.* sat. 3. v. 53. Bracati Medi. [*Cic. in Pison.* c. 23. Bracatæ cognationis dedecus. *Bracata* cognatio est cum hominibus e natione bracata Gallorum.] ¶ *Bracata Gallia* dicta est ea Galliæ pars, quæ postea Narbonensis est appellata, cujus populi bracis utebantur. Ideo autem ea præcipue regio *bracata* dicta est, quia provincia Romanorum fuit, idque vestimenti genus et primo, et sæpius propter commercium, Romani conspiciebant: eoque nomine a Togata, et Comata distinguebatur. *Pomp. Mela*, l. 2. c. 5. *Plin.* l. 3. c. 4. ¶ Quos dixit *Juvenal.* sat. 8. v.

234. *Bracatorum pueros*, Gallorum Narbonensium filios significavit. ¶ Interdum *bracatus* dicitur, qui veste laxa, et bracas referente indutus est. *Pompon. Mela* l. 2. c. 1. Satarchæ totum bracati corpus, et nisi qua vident, etiam ora vestiti. ¶ Legitur et *brachatus* apud *Priscian.* l. 8. pag. 855. *Putschii.*

BRACE, es, f. vox Gallica, qua significatur genus farris in Gallia provenientis. *Plin.* l. 18. c. 7. ubi *Harduin.* adnotat, esse *le blé blanc de Dauphiné* : additque in editis *Blinii* lib. haberi *brance*, at in MSS. *bruce.*

BRACHA, V. *Braca.*

BRACHIĀLE, lis, n. *a wristband, bracelet*, βραχιόνιον, περικάρπιον, circulus armillæ modo in ornamentum brachii. *Plin.* l. 28. c. 7. *ad fi.* Menstruum in lana arietis nigri, brachiali argenteo inclusum. ¶ Reperitur etiam *brachialis, is*, m. *Trebell. Poll. in Claud.* c. 14. Balteum inauratum unum, annulum uncialem, brachialem unum unciarum septem. ¶ Revera hæc vox adjectiva est; et cum neutro genere effertur, subintelligitur *ornamentum*; cum masculino *torques*, aut aliquid simile.

BRACHIĀLIS, le, adject. *relating to the arm*, ad brachium pertinens. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 99. Condamus alter alterum in nervum brachialem. *h. e.* brachiorum vinculo jungamur. *Plin.* l. 17. c. 17. et l. 20. c. 23. Brachialis crassitudo. *the thickness of an arm.* [Ut apud *Vopisc. in Aurelian.* c. 7. Torquem brachialem habeat miles.]

BRACHIĀTUS, a, um, adject. *having arms or branches.* Brachiata arbor dicitur, quæ ramos utrinque in brachiorum modum compositos habet. *Colum.* l. 5. c. 5. Nam duæ species hujus quoque culturæ sunt: alii capitatas vineas, alii brachiatas magis probant. Quibus cordi est in brachia vitem componere, convenit, ut, &c. *Plin.* l. 16. c. 30. Arborum aliæ ab radice brachiatæ, ut ulmus: aliæ in cacumine ramosæ, ut pinus.

[* BRACHIOLĀRIS, is, adject. musculus brachiolaris apud *Veget. veter.* l. 1. c. 25. V. supra *Brachiolum in Appendice.*]

BRACHIŎLUM, li, n. *a little arm*, parvum brachium. *Catull. carm.* 60. in *epithal. Jul. et Manl.* v. 181. Mitte brachiolum teres. [¶ *Brachiola* videntur esse venæ quædam in utroque latere equorum. *Veget. veter.* l. 1. c. 25. Minuendus est sanguis ex venis, quæ positæ sunt in dextra et sinistra, ubi brachiola conjunguntur, et flexura fit, cum armus plicatur. Quibus vero armus est in causa, de brachiolis sanguis mittatur, quæ venæ positæ sunt interius, ubi centuriæ, id est musculi brachiolares sunt.]

BRACHĬUM, ii, n. *the arm*, βραχίων, membrum hominis a cubito ad manum, duobus ossibus constans, quorum alterum *radius*, alterum *cubitus*, et *ulna* appellatur. Ita vocem brachii accipit *Celsus* l. 8. c. 1. item cap. 10. n. 3. ubi agit de brachio fracto. Nam reliquam partem, quæ est a cubito ad humerum, *os humeri*, atque etiam *humerum* appellat: alii Latini scriptores *lacertum.* *Ovid.* 1. *Metam.* v. 500. laudat digitosque, manusque, Brachiaque, et nudos media plus parte lacertos. *Tacit. de Germ.* c. 17. Feminæ nudæ brachia, ac lacertos. ¶ Ceterum sæpius *brachium* dicitur totum illud, quod est ab humero ad manum. *Cic. pro Cæl.* c. 5. Cohibere brachium toga. *Id. in Orat.* c. 18. Projectio, et contractio brachii. *Id.* l. 2. *de Orat.* c. 59. Extendere brachium. *Ovid.* 2. *Met.* v. 270. exserere. *Virg.* 1. *Georg.* v. 34. contrahere, et v. 202. remittere. *Id.* 5. *Æn.* v. 364. attollere. *Quintil.* l. 2. c. 13. demittere. *Virg.* 5. *Æn.* v. 377. Jactare brachia. *Ovid. Metam.* 9. v. 210. et v. 293. tendere cælo, *et* ad cælum. *Id. Metam.* 1. v. 766. porrigere. *Id.* 2. *Metam.* v. 82. curvare. *Varr.* apud *Gell.* l. 16. c. 15. diducere. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 50. Fidere brachiis. *Id. Epod.* 15. v. 6. Lentis brachiis adhærere alicui. *h. e.* amplexu adhærere. *Id.* l. 3. od. 9. v. 2. et *Virg.* 6. *Æn.* v. 700. Dare brachia collo. *Ovid. Metam.* 9. v. 458. Circumdare brachia collo. *Id. Metam.* 1. v. 762. implicare. *Id. Metam.* 3. v. 389. injicere ¶ Brachia jactare in numerum, *Lucret.* l. 4. v. 770. candida molli deducere brachia motu, *Stat.* l. 3. silv. 5. v. 66. numeris brachia mota suis, *Ovid. de remed. Amor.* v. 754. numerosa brachia ducere, *ejusd.* 2. *amor.* eleg. 4. v. 29. mollia mobiliter brachia mittere, *Lucret.* l. 4. v. 791. pertinent hæc omnia ad saltationem. V. *Salto.* ¶ Translate *præbere brachia sceleri* apud *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 126. est dare manus, et cedere scelus facienti. *to lend a hand.* ¶ *Molli*, aut *levi brachio aliquid agere* est remisse, leniter, vel negligenter agere. *to do any thing negligently.* *Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. Quod me quodammodo molli brachio de Pompeii familiaritate objurgas. *Id. Attic.* l. 4. ep. 16. Consules, qui illud levi brachio egissent, rem ad Senatum detulerunt. ¶ *Dirigere brachia contra torrentem* apud *Juvenal.* sat. 4. v. 89. proverbialis locutio est, sumpta a natantibus, qui si adverso flumine natare velint, vi aquæ abripiuntur. *to swim against the stream.* Dicitur de iis, qui majori potentiæ resistere volunt. ¶ Per similitudinem tribuuntur brachia multis animalibus, ut loliginibus, sepiis, polypis, scorpionibus, cancris, et hujusmodi, quæ similia humanis membra habent. *Plin.* l. 9. c. 29. *de nautilo pisce.* Prima duo brachia retorquens membranam extendit, &c. *Id.* l. 11. c. 48. Octonos pedes esse diximus polypis, sepiis, loliginibus, cancris, qui brachia in contrarium movent, pedes in orbem, aut in obliquum. *arms, claws.* et cap. 37. sect. 86. Leoni in feminum, et brachiorum ossibus exigua medulla. *h. e.* pedibus anterioribus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 34. jam brachia contrahit ardens Scorpius. *Plin.* l. 9. c. 31. Dextrum brachium omnibus cancris majus. ¶ In arboribus *brachia* sunt rami, seu potius minores rami e majoribus erumpentes. *the arms or boughs of trees.* *Virg.* 2. *Georg.* v. 298. *de æsculo.* Tum fortes late ramos, et brachia tendens. (Adde *Valer. Flacc.* l. 8. v. 114.) *Id. ibid.* v. 368. *de vitib.* tunc stringe comas, tunc brachia tonde. (Adde *Colum.* n. 4. c. 21. et V. *Duramen.*) *Plin.* l. 16. c. 34. Omnium ederarum generi radicosa brachia. *Id.* l. 13. c. 9. In brachia ramorum spargi. ¶ Item fluminibus, quæ in plures a principe alveo canales diducuntur. *the branches or channels of rivers.* *Liv.* l. 22. c. 52. Brachio fluminis objecto eos excludit. Al. aliter leg. *Id.* l. 44. c. 35. *in fi.* Veluti per devexum in mare brachium transitum tentaturus. ¶ Item mari, ubi ex oceano per medias terras variis sinibus se effundit. *an arm of the sea.* *Ovid. Metam.* 1. v. 13. nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite. ¶ In munitionibus sunt projecti aggeres, aut fossæ, et hujusmodi opera in longum protensa ad claudendum, et muniendum. *Liv.* l. 4. c. 9. extr. Et alia parte Consul muro Ardeæ brachium injunxerat, qua ex oppido sui commeare possent. *a line of communication.* Et l. 22. c. 52. Brachio objecto, flumine eos excludit. (Adde l. 38. c. 5.) *Sueton. in Claud.* c. 20. Portum Ostiæ exstruxit, circumducto dextra sinistraque brachio. *Auct. de B. Alex.* c. 30. Castellum brachiis cum opere castrorum conjungere. Adde *Lucan.* l. 3. v. 387. et l. 4. v. 266. et *Auct. de B. Afric.* c. 56. et *de B. Hisp.* c. 13. Simile est illud *Curt.* l. 6. c. 4. Duo terræ ejus velut brachia excurrunt. et *Propert.* l. 3. eleg. 20. v. 24. Scandam ego Theseæ brachia longa viæ. et *Plin.* l. 5. c. 27. Taurus mons dictus Caucasus, ubi brachia emittit, subinde tentanti maria similis. ¶ In navi sunt antennæ, veluti brachia mali. *the yard-arm, sail-yard.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 829. Attolli malos, intendi brachia velis. ¶ Denique in balistis *brachia* sunt, quæ extenduntur, et remittuntur in jaciendo. *Vitruv.* l. 1. c. 1. ¶ Vult *Manut. in Orthogr.* scribi bracchium duplici cc ex *Virgil. Carpensi*, et aliis veterib. libb. Sed ea scriptio non obtinuit.

BRACHMĀNÆ, um, m. Βραχμᾶνες, *the Bramins*, [† Hebr. בר חכמן *Bar-hachman*, ἄγριος σοφιστής, *h. e.* Gymnosophista.] Sapientes in India citeriori diligentissimi siderum observatores, alterum genu Gymnosophistarum. Nam Bardesanes Babylonius Gymnosophistarum duo tradit genera, quorum illi, qui ex generis successione veluti hereditariam sapientiæ professionem amplectebantur, *Brachmanæ* dicti; qui vero electione ad Philosophiæ professionem assumebantur, *Samanei.* Ex *Strab.* l. 15. Horum mentio fit etiam ab *Apuleio in Florid.* n. 15. (*al.* l. 2. *ad fin.*) et a *Tertull. in Apolog.* c. 42. [et ab *Ammian. Marcellin.* l. 23. c. 6. et l. 28. c. 1. Eos, suppresso nomine, describit etiam *Curt.* l. 8. c. 9.] ¶ A *Plinio* memorantur *Brachmanæ* populi circa Gangen l. 6. c. 17.

BRACHYCATALECTUM, *brachycatalectic*, et Brachycatalecticum metrum, βραχυκατάληκτον, βραχυκαταληκτικὸν, dicitur cui pes deest. *Diomed.* l. 3. pag. 501. *Putsch.* et *Serv. in Centim.* pag. 1817.

BRACHYLOGĬA, æ, f. *a figure of speech by which the conjunctions copulative are omitted*, βραχυλογία, quæ Latine dici potest *copulata dissolutio*, figura est, qua conjunctiones omittuntur, cum quid instantius dicitur, et singula inculcantur, et quasi plura fiunt, ut in illo *Cicer. contr. concion. Metelli*: Qui indicabantur, eos vocari, custodiri, ad Senatum adduci jussi, in Senatu sunt positi, &c. Hæc *Quintil.* l. 9. c. 3. qui tamen ipsam vocem tum hoc loco, tum infra *eod. cap.* tum etiam lib. 8. c. 3. Græce scribit. est enim a βραχὺς, brevis, et λόγος, sermo. Dicitur etiam *Asyndeton.* V.

BRACHYSYLLĂBUS PES, βραχυσύλλαβος, idem qui tribachys, tribus syllabis brevibus constans, ut *legere.* *Diomed.* l. 3. pag. 475. *Putsch.*

BRACTĔA, æ, f. *a thin leaf or plate of gold, silver, or other metal; gold-foil, gold-leaf, leaf-gold*, πέταλον, lamina tenuis ex metallo, vel alia quapiam materia, quæ alicui rei superinducitur. Videtur esse a βράχειν, crepitare, quia bractea jactata manu plicatur, et crepitat. Differt a lamina, quæ crassior est, et durior. *Virg. Æn.* 6. v. 208. Talis erat species auri frondentis opaca Ilice: sic leni crepitabat bractea vento. *Lucret.* l. 4. v. 728. ut aranea, bracteaque auri. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 232. Aspice, quam tenuis bractea ligna tegat. *Martial.* l. 8. epigr. 33. astuti derasa est ungue ministri Bractea. *Plin.* l. 16. c. 43. *ad fin.* Ut una arbor sæpius veniret, excogitatæ sunt et ligni bracteæ. ¶ Per similitudinem *bractea viva* dicitur a *Martial.* l. 9. epigr. 62. pellis ovium auratum vellus habentium. ¶ Translate *Solin.* ep. 2. *ad Advent. præfixa Polyhist.* Cui libro si animum propius intenderis, velut fermentum cognitionis magis ei inesse, quam bracteas eloquentiæ deprehendes. *h. e.* fucum verborum, *splendour of diction.* ¶ Scribitur et *brattea*, sed minus recte. *Pieri. ad loc. Virg. cit.* docet, eos qui *brattea* scripsere, deceptos esse characteribus Longobardicis, in quibus *c*, et *t* eadem pæne forma figurantur. Addit juniores quosdam etiam *brachtea* scripsisse, sed contra omnes orthographiæ leges.

BRACTEĀLIS, le, ad bracteam pertinens. *Prudent. peristeph. ult. de S. Rom.* v. 1024. Nec non et auro frons coruscat hostiæ, Setasque fulgor bractealis inficit.

BRACTEAMENTUM, ti, n. *Fulgent. Planc. de contin. Virg. paulo post init.* Ascræi fontis bracteamento saturior. *h. e.* Poetica facundia: ea ratione, qua *bracteas eloquentiæ* dixit *Solin.* V. *Bractea.*

BRACTEARĬUS, ii, m. *a gold-beater*, qui bracteas facit, πεταλουργός. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1074. n. 12. Concordiæ Collegi Bractéariorum inauratorum Q. Herdionius Primigenius S. P. D. D. *Jul. Firmic.* l. 4. 15. Facit enim artifices, inauratores, bractearios, argentarios. V. *Bracarius.* ¶ *Bractearia, æ*, f. quæ bracteas facit. *Inscript.* apud *Donium* class. 8. n. 19. Fulvia Melema bractearia.

BRACTEĀTOR, oris, m. πεταλουργὸς, bractearius. *Jul. Firmic.* l. 8. c. 16. Aurifices, bracteatores, inauratores. *Inscript.* apud *Donium* class. 9. n. 2. Concordiæ collegii brateariorum inauratorum Q. Hordionius, &c.

BRACTEĀTUS, a, um, *covered with a thin leaf of metal; plated, gilded*, bracteis inductus, et fere ponitur pro inaurato. *Senec.* ep. 41. Bracteatus leo. *h. e.* jubam auratam habens. *Sidon.* l. 8. ep. 3. Sellæ gestatoriæ bracteatæ. *Id.* l. 2. ep. 10. *in carm.* Bracteatum lacunar. Adde *Martian. Capell.* l. 1. pag. 20. ¶ Translate *Senec.* ep. 115. Omnium istorum quos incedere altos vides, bracteata felicitas est. *h. e.* fucata, non sincera, non solida, ut quæ in exteriori tantum specie et velut crusta consistit. ¶ *Bracteatum dictum* est elegantissimum, et ornatissimum, *golden words.* *Auson. in gratiar. act. ad Gratian.* cap. 8. O mentis aureæ dictum bracteatum!

BRACTEŎLA, æ, f. parva bractea. *Juvenal.* sat. 13. v. 150. minor exstat sacrilegus, qui Radat inaurati femur Herculis et faciem ipsam Neptuni, qui bracteolam de Castore ducat. Adde *Arnob.* l. 6. pag. 205.

[* BRANCA, æ, f. idem ac extremus pes. *Vet. Auct. de limit. apud Goes.* pag. 310. Branca lupi, branca ursi.]

BRANCE, V. *Brace.*

BRANCHĬÆ, arum, f. *the gills of a fish*, τὰ βράγχια, sunt partes hiantes in piscibus follium more juxta cervicem, quibus anhelitum reddere, ac per vices respirare existimantur: a βρόγχος, guttur, quia gutturis officio in reddenda aqua, quæ ore accepta est, funguntur. Balænæ, et Delphini excipiuntur, qui fistulis spirant, Balænæ a fronte, Delphini a dorso. *Plin.* l. 9. c. 7. et 18. ¶ In singulari numero *Auson. in Mosell.* v. 266. Reddit mortiferos exspirans branchia flatus.

BRANCHĬDÆ, arum, m. Apollinis Didymæi Sacerdotes, apud Possideum oppidum, et promontorium Ioniæ, qui locus prius Branchidarum Oraculum dicebatur. *Plin.* l. 5. c. 29. *Pompon. Mela* l. 1. c. 17.

BRANCHOS, i, m. *hoarseness*, βράγχος, ὁ, raucedo ex acris humoris in fauces destillatione proveniens. Græca vox est, sed Latine scripta legitur apud *Cæl. Aurelian.* l. 2. *Tard.* c. 7.

BRANCHUS, i, m. Βράγχος, filius Simari, et filiæ cujusdam Patroni, quæ cum gravida esset, vidit in somnis per fauces suas introiisse Solem, et exisse per ventrem: ideo infantem quem peperit, Branchum vocavit, ἀπὸ τῶν βραγχίων, hoc est a faucibus. Alii patrem ei assignant ipsum Apollinem, et matrem quandam Iauci filiam, Sucronis uxorem. Hic cum in silvis Apollini occurrisset, eumque osculatus esset, accepit ab eo coronam, et virgam, et vaticinari cœpit, subitoque nusquam comparuit. Ideo templum ei factum est, quod Branchiadon appellavere: et Apollini quoque Philesio (ἀπὸ τοῦ φιλεῖν, osculari) templa sunt consecrata, quæ ab osculo Branchi, sive certamine puerorum, philesia sunt nuncupata. Hæc et alia plura *Vetus Scholiast. Statii* ex *Varrone*, ut quidem ait, tradit. Meminit hujus Branchi *Stat.* 3. *Theb.* v. 479. et l. 8. v. 198.

BRASMA, V. *Brechma.*

BRASMATĬÆ, arum, m. βρασματίαι, Græce dicuntur ebullitiones, æstus veluti aquæ ferventis, et sursum agitatæ: a βράζω, ferveo, bullio. Hinc *Ammian.* l. 17. c. 7. (*al.* 16.) docet, *brasmatias* appellari terræmotus quandam speciem, qua humus molestius suscitatur, sursumque propellit immanissimas moles, ut in Asia cum Delos emersit, quæ antea maris undis tecta fuerat. *a sort of earthquake.*

BRASSĬCA, æ, f. *a cabbage*, κράμβη, genus oleris frequentissimi, et usitatissimi, caule, et foliis magnis, cujus plura genera recenset, ac describit *Plin.* l. 19. c. 8. et l. 20. c. 9. post *Catonem de R. R.* c. 157. qui eam miris laudibus commendat. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 47. Vites a caulibus, brassicisque, si propter sati sint, ut a pestiferis, et nocentibus, refugere dicuntur. ¶ Brassica Pompeiana ea esse creditur a quibusdam, quæ ab Anglis *a cauliflower*: brassica capitata, vel Cumana, *colewort*: brassica Sabellica, *brocoli.* Sed de his ad Botanicos. Habet etiam multos olus hoc usus in medicina, quos legere est apud *Plin. cit.* l. 20. c. 9. et *Caton. ibid.* Quin per DC fere annos solam brassicam in medendis morbis Romanos adhibuisse, scribit ex Catonis testimonio *Plin. ibid.* et *Plin. Valerian.* l. 4. c. 29.

BRASTÆ, arum, m. βράσται, eadem terræmotus spe-

cies, quæ *brasmatiæ* dicuntur: quod V. Hæc quoque Græca vox est, a βράσσω ebullio; legiturque apud *Apulei. de Mundo.*

[* BRATHY, ys, βράθυ, herba apud *Plin.* l. 24. c. 11. Herba sabinæ, brathy appellata a Græcis, duorum generum est. *Isid. de herb.* c. 85. *Scriben. compos.* 154. habet genitivum *brathyos.*]

BRATTEA, V. *bractea.*

BRATUS, i, f. arbor quædam in finibus oppidi Sittacæ in Zagro monte Asiæ, cupresso fusæ similis, exalbidis ramis, odorem emittens cum accenditur, cedro proximum, atque jucundum. *Plin.* l. 12. c. 17. ubi ita legendum monet *Harduin.* ex MSS. non *bruta*, quod est in quibusdam editis.

BRAVIUM, V. *Brabeum.*

[* BRAXĔÆ, earum, f. *Isidor. Orig.* lib. 19. c. 34. Braxeæ calceamentum comœdorum erat, sicut tragœdorum coturni. *Quidam* deducunt a *baxeæ*, quam vocem V., alii a βράζαι, quod crepent inter eundum.]

BRECHMA, Indorum lingua significat semen piperis cassum, et inane, ut est apud *Plin.* l. 12. c. 7. *light pepper.* ¶ Græci hoc idem vocant βράσμα: ex quo quidam etiam apud *Plin. brasma* legere malunt.

BRENNI, orum, populi Norici in Alpibus, quos *veloces* appellat *Horat.* l. 4. od. 14. v. 11. Horum meminit etiam *Flor.* l. 4. c. 12. Eorum oppidum creditur esse *Bruneck* in comitatu Tyrolensi. ¶ Apud *Horat.* al. leg. *Breuni.*

BRENNICUS, a, um, ad Brennum pertinens. *Sidon.* carm. 7. v. 561. cum Brennica signa Tarpeium premerent.

BRENNUS, i, dux Gallorum, qui Romanos ad Alliam fudit, urbemque cepit, ut est apud *Liv.* l. 5. c. 38. et *Serv. ad Æn.* 6. v. 826. ¶ Dicitur Brennonam condidisse, quæ postea *Verona* dicta est. Apollinis Delphici templum prædæ causa ingressus, ira Numinis se ipsum interfecit. *Val. Max. lib. et* cap. 1. n. 18. ¶ Est etiam *Brennus* mons Galliæ cisalpinæ, Brixiæ proximus.

BREPHOTROPHĒUM, et Brephotrophium, ii, n. *a hospital for the education of orphans and poor children*, βρεφοτροφεῖον, locus, in quo infantes aluntur, et educantur. Græca vox a βρέφος, infans, et τρέφω, nutrio. *Justinian.* lib. 1. *Cod.* tit. 2. leg. 19.

BREPHOTRŎPHUS, i, m. βρεφοτρόφος, qui alit infantes. *Justinian. Cod.* lib. 1. tit. 3. leg. 42. V. vocem præced.

BREVIARĬUM, ii, n. *a summary, abstract, epitome, abridgment*, ἐπιτομή, summarium, compendium, epitome. *Senec.* ep. 39. Hæc quæ nunc vulgo breviarium dicitur, olim cum Latine loqueremur, summarium vocabatur. *Sueton. de Grammat.* c. 10. Breviarium rerum omnium Romanarum. *Id. in Galb.* c. 12. Breviarium rationum. *Plin.* l. 18. c. 26. Peragere breviarium totius culturæ.

BREVIARĬUS, a, um, adject. *compendious, abridged, abbreviated*, in compendium redactus. *Scævola. Dig.* lib. 33. tit. 8. *leg. ult.* Cum rationibus breviariis et sortem, et usuras complexus sit.

BREVIATĬO, onis, f. *a shortening, contracting*, contractio, decrementum. *Augustin.* ep. 80. *ad Hesych. circ. med.* Breviatio dierum.

BREVIĀTOR, oris, m. *an abbreviator, abridger, epitomizer*, qui in compendium redigit. *Oros.* l. 1. *Histor.* c. 8. Pompeius historicus, ejusque breviator Justinus.

BREVIĀTUS, a, um, *shortened, abridged, cut down*, brevis factus, contractus. *Paulin. Nolan.* carm. 24. *Natal. S. Fel.* 9. v. 13. et breviatas Cogit hiems horas. *Sidon.* l. 2. ep. 2. Non breviatis, angustatisque gradibus ascenditur. *Sever. Sulpic.* l. 1. *Histor. sacræ*, cap. 1. Ea, quæ de sacris voluminibus breviata digessimus.

BREVICŪLUS, a, um, adject. diminutivum a brevis. *Plaut. Merc.* 3. 4. 54. Homo ventriosus, bucculentus, breviculus. *short of stature. Apulei.* l. 1. *Metam.* Grabatulus breviculus. et lib. 6. Breviculo tempore. ¶ *Breviculum*, vel *Breviculus, i*, absolute, est parvus libellus, brevis scriptura. *In Cod. Justinian.* lib. 7. titulus 44. et *in Cod. Theodos.* lib. 4. titulus 17. inscribuntur *de sententiis ex breviculo recitandis.* In legibus enim, quæ eo titulo continentur, præcipitur, ut judices sententias suas perscribant, et ex libello partibus legant. Ita *Budæus, Alciat.* et alii. *Cujacius* vero in lib. 4. *Cod.* tit. 19. ad leg. 5. 6. 7. *in fi.* legi jubet *ex periculo*: sed non satis probat, ut apparet sedulo examinanti auctoritates, quas affert. Denique alii volunt legi *ex pariculo*, quod in quibusdam ex infima Latinitate Scriptoribus *paricula charta* accipiatur pro exemplo, seu descriptione, ut est *in Glossar. Du Fresne.*

BREVILŎQUENS, entis, *speaking but a few words, short, brief*, βραχυλόγος, qui breviter, et pauca loquitur. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 20. Breviloquentem jam me tempus ipsum facit.

BREVILOQUENTĬA, æ, f. *shortness of speech, brevity*, βραχυλογία, brevis sermo, pauca verba. *Cic. in fragm.* apud *Senec.* l. 22. *epistolar. moral.* (ita enim refert *Gell.* l. 12. c. 2.) Breviloquentiam in dicendo colat. Addit *Gell.* reprehendi a *Seneca* Ciceronem quod *breviloquentiam*, et *suaviloquentiam*, Enniana verba usurpaverit.

BREVĬO, as, avi, atum, a. 1. *to shorten, abridge, abbreviate*, βραχύνω, brevem facio, abbrevio. *Quintil.* l. 1. c. 9. (*al.* 13.) Versus paraphrasi audacius vertere, qua et breviare quædam, et exornare, salvo modo poetæ sensu, permittitur. *Id.* l. 11. c. 3. Breviatur cervix, et gestum quendam humilem atque servilem facit, cum se in habitum metus fingunt. Adde *Manil.* l. 3. v. 461. ¶ *Breviare syllabam* est brevi mora proferre. *to shorten, pronounce short. Quintil.* l. 12. c. 10. Detraxit aspirationem, breviavitque secundam ejus nominis syllabam.

BREVIS, ve, *short*, βραχὺς, qui parvo tempore fit: cui opponitur *longus*, et *diuturnus. Cic. de Amic. in fi.* Omnia brevia tolerabilia esse debent, etiam si magna sint. *Id. pro Arch. c. pænult.* In hoc tam exiguo vitæ curriculo, et tam brevi. *Id. Fam.* 12. ep. 2. Respublica brevi tempore jus suum recuperabit. ¶ *Brevi* idem est ac brevi tempore, *shortly, a short time. Cic. Verr.* 7. c. 54. Brevi postea est mortuus. *Gell.* l. 1. c. 15. *ad fin.* Brevi antequam moreretur. *a short time before he died.* et lib. 13. c. 18. Fuit Æschylus non brevi antiquior. *not a little.* ¶ *In brevi* pro *brevi* rarum est. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ante med.* Hæc arbitror, ut in brevi, de ordine fuisse dicenda. *Auct. ep. ad Octav. quam quidam olim Ciceroni tribuebant.* O miseram, et in brevi tam celerem, et tam variam Reipublicæ commutationem! ¶ Significat etiam *brevi* paucis verbis, *in a few words, in brief. Cic. Fam.* 3. ep. 8. Tamen cum tu tam multis verbis ad me scripsisses, faciendum mihi putavi, ut tuis litteris brevi responderem. ¶ *Ad breve* (subaudi *tempus*) *for a short time. Sueton. in Tiber.* c. 68. Oculi, qui noctu etiam et in tenebris viderent, sed ad breve. ¶ Dicitur etiam *brevis*, qui parvo tempore durat. *Horat.* l. 2. od. 3. v. 14. nimium breves Flores amœnæ ferre jube rosæ; *enduring but for a season; quickly fading; short-lived.* et od. 14. v. 24. Brevis dominus. [et l. 1. od. 36. v. 16. Breve lilium.] *Terent. Eun.* 3. 5. 56. Occasio brevis. ¶ Item qui pauca continet. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 80. Brevis oratio. ¶ Item qui pauca loquitur. *Cic. de Invent.* l. 1. c. 20. Multos imitatio brevitatis decipit, ut cum se breves putent esse, longissimi sint. ¶ *Breve, is*, n. absolute est libellus, in quo summatim aliquid perscriptum est. *a summary, brief notice. Vopisc. in Aurelian.* c. 36. Breve nominum conscripsit. *a summary.* Et *mox.* Breve legit singulis, quorum nomina continebat. *Id. in Bonos.* c. 15. Dabis ei, juxta breve infra scriptum, omnia quæ præcipimus. *Gruter.* et *Salmas.* ubique legunt *brevem* ex MSS. ut sit *brevis, is*, m. et subintelligatur *libellus.* Sic *idem ibid.* cap. 15. Brevis munerum fuit, &c. Et *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 21. Milites suos sic ubique scivit, ut in cubiculo haberet breves, &c. et *Hieronym.* ep. 6. *ad Florent.* Libros, quos me non habere brevis subditus edocebit. &c. ¶ Dicere aliquid breve, *to mention in one word. Cic. pro Sext.* c. 5. Longum est ea dicere: sed hoc breve dicam, &c. ¶ Facere aliquid breve, *to shorten or make short. Auct. declamat. in Sallust.* c. 1. Jam dabo operam, quam maxime potero, ut breve id faciam. ¶ Cogere aliquid in breve, *to bring into a small compass. Liv.* l. 39. c. 47. Erant de rebus singulis in breve coactæ causæ. *Alio sensu Horat.* l. 1. *ep. ult.* v. 8. *ad librum suum.* et scis, In breve te cogi, cum plenus languet amator. *h. e.* involvi, et complicari. Nam Veterum volumina evolvebantur, si legi opus esset, rursusque involvebantur, si claudi et deponi. ¶ Sumitur præterea brevis pro exiguo, parvo, *little, small, scanty. Horat.* l. 1. sat. 2. v. 88. Breve caput, ardua cervix. *Id.* l. 2. sat. 2. v. 37. Breve pondus. *Id.* l. 1. ep. 14. v. 35. Cœna brevis. *Id.* l. 2. od. 15. v. 13. Brevis census. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 574. Brevis mus. *Pallad.* l. 5. tit. 8. Brevissimum vasculum. *Juvenal.* sat. 1. v. 73. Breves Gyari. *Claudian. de B. Gildon.* v. 107. *ex persona Romæ.* brevior duxi securius ævum: Ipsa nocet moles. ¶ Item pro contracto, non longo, *contracted. Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 119. Brevis coluber. *Virg. Eclog.* 9. v. 23. Brevis via. ¶ Item pro humili, *short in stature. Cic.* 2. *de Orat.* c. 60. Pusillus testis processit: sed sedebat judex L. Aurifex, brevior etiam, quam ipse testis. *Sueton. in Galb.* c. 3. Homo brevi corpore. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1640. Brevior ilex. ¶ *Brevia vada*, et *brevia, ium*, absolute, sunt, ubi aqua profunda non est, et transiri pedibus potest, *shallows, shoals, quicksands. Senec. in Agamemn.* v. 572. Has inopis undæ brevia comminuunt vada. *Virg.* 1. *Æn.* v. 115. tres Eurus ab alto In brevia, et Syrtes urget. Adde *Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 70. Sic apud *Juvenal.* sat. 3. v. 226. puteusque brevis, nec reste movendus. ¶ Syllaba brevis dicitur, quæ brevi mora temporis profertur, cui contraria est longa, aut producta. Itaque brevis syllaba dicitur esse unius temporis, longa duorum, ut *Quintil.* l. 9. c. 4. docet. Hoc autem duplici ratione intelligendum est, nempe vel quantitate, vel pronuntiatione. Quantitate, ut in pedibus metricis: quo sensu *Horat. de ar. poet.* v. 251. Syllaba longa brevi subjecta vocatur iambus. Pronuntiatione, cum plus, minusve moræ trahitur in syllaba aliqua pronuntianda, etiam contra rationem quantitatis. Quantitas enim syllabæ ex ipsius natura aut positione petitur: pronuntiatio ex usu atque instituto loquendi. Ex quo fit, ut aliquando quæ quantitate longa est, brevis pronuntiatione dicatur, et contra. Hinc *Cic. in Orat.* c. 48. *Inclytus* decimus prima brevi littera, *insanus* producta, *inhumanus* brevi, *infelix* longa. V. *Gell.* l. 2. c. 17. et l. 4. c. 17. Hæc facilius intelligerentur, si Latinæ pronuntiationis vim ac sonum legitimum, quem jam penitus amisimus, calleremus. Tamen Itali quoque interdum syllabam natura longam brevi tempore efferunt ut in *mandorla*, *Otranto*, *Scarpanto*: quæ similia sunt ac si dicas *inclytus* prima brevi.

BREVITAS, atis, f. *shortness, brevity*, βραχύτης, contractio, parvitas. Tot modis accipitur quot *brevis. Cic. Attic.* l. 1. ep. 10. Brevitate temporis tam pauca cogerer scribere. *Nepos in Epamin.* c. 5. Concinnus in brevitate respondendi. *Cic. in Orat.* c. 51. *in fi.* Omnium longitudinum, et brevitatum in sonis judicium natura in auribus collocavit. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 30. Gallis præ magnitudine corporum suorum brevitas nostra contemptui est. *lowness of stature.* et *Claudian.* epigr. 20. *de zona*, &c. Brevitas doni. *Plin.* l. 8. c. 34. crurum. *shortness. Id.* l. 12. c. 2. arborum, *lowness. Gell.* l. 10. c. 26. angusti freti. *straightness. Vitruv.* l. 7. c. 8. guttæ. *diminutiveness. Plin.* l. 18. c. 25. Brevitatis gratia. *for the sake of brevity. Cic. de Harusp. resp.* c. 19. *ad fin.* Cujus tanta in dicendo gravitas, tanta jucunditas, tanta brevitas fuit, ut posset, vel ut prudentes errarent, vel ut boni minus bene sentirent, perficere dicendo. *h. e.* stilus pressus.

BREVITER, *shortly, in brief, in a word, summarily*, brevibus, seu paucis verbis, βραχέως. *Cic. in Orat.* c. 15. *in fi.* Summatim breviterque describere aliquid. *Id.* 4. *de Fin.* c. 10. Quod ego pluribus verbis, illi brevius. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 32. Exposui, quam brevissime potui, somnii et furoris oracula. ¶ Item brevi tempore. *Cic. in Orat.* c. 48. Quibus in verbis eæ primæ litteræ sunt, quæ in *sapiente*, et *felice*, producte dicitur, in ceteris omnibus breviter. *Gell.* l. 19. c. 1. *ad fin.* Cum breviter, et strictum colore atque vultu motus est. ¶ *Plin.* l. 2. c. 67. Parvo brevius, quam totus, hinc aut illinc Septentrio eremigatus. *h. e.* paulo minus quam totus: *a little less than the whole.* ¶ De loco *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 94. equum curvo brevius compellere gyro. *h. e.* angustiore spatio.

BRIA, æ, f. *a kind of cup, bowl, or goblet*, εἶδος ἀγγείου, genus vasis, seu poculi, ut exponitur in vet. Gloss. Lat. Gr. sed quale tandem vas sit, ignoratur. *Arnob.* l. 7. pag. 235. Date, quæso, Diis immortalibus bibant, scyphos, brias, pateras, simpuviaque depromite. ¶ *Charis.* l. 1. pag. 63. *Putsch.* non *briam*, sed *hebriam*, seu *ebriam* vocat; quod vel mendum est, ut quidam putant, vel dicendum, articulum cum nomine coaluisse, ut *hebria* sit ex ἡ βρία, ea ratione qua *temetum* ex τὸ μέθυ factum esse videtur. ¶ Ab hac *bria*, seu *hebria* ducunt Etymologi *ebrius*, et *ebrietas*, item *sobrietas*, *sobrius*. ¶ *Id. Charis. ibid.* pag. 37. docet, *hebriam* esse communis generis, allato testimonio *Pomponii in Auctorato*, quod tamen satis obscurum est, et fortasse mendo corruptum.

BRIAREĬUS, a, um, ad Briareum pertinens. *Claudian.* l. 3. *de rap. Proser.* v. 187. nostros an forte penates Appetiit centum Briareia turba lacertis?

BRIĀREUS, i, m. Βριαρεὺς, vox trisyllaba; nomen est cujusdam Gigantis filii Titani, vel ut alii volunt, Ætheris, et Terræ, qui in bello fortissimus fuit: ita dictus vel a βρῖ, valde, et Ἄρης, Mars; vel a βριαρὸς, robustus, validus. Hunc Poetæ finxerunt centum habuisse brachia, et quinquaginta ventres. *Virg.* 6. *Æn.* v. 287. Et centumgeminus Briareus, et bellua Lernæ. ¶ *Homerus* narrat. 1. *Iliad.* Briareum suasione Tethydis, cum Pallas, Juno, Neptunus, aliique ex Diis nonnulli adversus Jovem conjurassent, in cælum ascendisse, ut Jovi suppetias ferret, Deosque conjuratos illius adventu territos a cœptis destitisse, et cum Jove in gratiam rediisse. Ubi etiam hoc addit a Superis quidem *Briareum* dictum fuisse, ab hominibus autem *Ægæonem.* ¶ Alii *Briareum* inter eos numerant Gigantes, qui adversus Jovem bellum gesserunt. Unde a *Virg. loc. cit.* cum aliis monstris in vestibulo Inferorum collocatur. Adde *Lucan.* l. 4. v. 596. et *Serv. ad loc. Virg. cit.*

BRIGANTES, um, m. apud *Marcell. Empir.* c. 8. sunt vermiculi, qui cilia arare, et exulcerare solent. ¶ Sunt etiam hoc nomine populi Britanniæ, apud *Tacit. in Agric.* c. 17.

BRIMO, us, f. Βριμὼ, Hecates, seu Proserpinæ cognomentum: a βριμάω, seu βριμέω, leonis voce utor terrendi causa: vel a βριμόομαι, excandesco, fremo, minitor, quod credita est pueris noctu terriculamenta immittere. Quidam Græci Grammatici narrant, Mercurium Proserpinæ concubitum appetiisse. Quo allusit *Propert.* l. 2. eleg. 2. v. 64. Mercurio et sanctis fertur Bæbeidos undis Virgineum Brimo composuisse latus. *Al. aliter leg. Stat.* l. 2. silv. 3. v. 38. Immitem Brimo, stagna invida, et invida tela. *h. e.* Dianam, quæ eadem est cum Hecate. ¶ Aliter de *Brimo* narrat *Arnob.* l. 5. pag. 170. nempe Jovem aliquando matris concubitum appetiisse (hæc autem mater Ceres fuit) atque in taurum versum obscene in eam irruisse: qua injuria vehementer commotam Cererem adeo indignatam æstuasse, et fremuisse, ut inde *Brimus* nomen acceperit.

BRISA, æ, f. *a lump of trodden or pressed grapes, with which was made a second sort of wine*, vinaceus uvæ, cum calcatur, vel, ut alii malunt, vinaceorum massa, ex qua vini, vel aquæ effusione fit vinum secundarium: videturque esse a βρύω, mano, scaturio, quia cum calcatur, vini liquorem effundit. *Colum.* l. 12. c. 39. Subactam brisam prelo subjicere. ¶ Est etiam Brisa, Βρίσα, promontorium Lesbi, in quo Bacchus colebatur; inde *Brisæus* dictus. Quare in *Persii* sat. 1. v. 76. ita legunt quidam: Est nunc,

Brisæi quem vinosus liber Acci: ut *Accius Brisæus* dicatur, quod *Bacchus* tragœdiam scripserit, vel quod in Bacchi tutela esset. Alii autem putant, Bacchum ipsum dictum esse *Brisæum* non a promontorio, sed ab uva, quæ *Brisa* dicitur. Sed apud *Pers.* alii aliter legunt.

BRISÆUS, a, um, V. vocem præced.

BRISĒIS, idis, f. Βρισηΐς, Lyrnessia puella a patre *Brisa* ita appellata, cum vero nomine *Hippodamia* vocaretur. Hæc, capta Lyrnesso urbe, Achilli victori in sorte cessit: postea ab Agamemnone erepta, implacabilis inter eos dissidii causa fuit. Detrectabat enim Achilles Agamemnonis imperium, neque unquam adduci potuit, ut arma sumeret, donec Patrocli mors nuntiata eum ad vindictam impulit. *Horat.* l. 2. od. 4. v. 3. Serva Briseis niveo colore Movit Achillem. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 8. v. 11. Thessalus ancillæ facie Briseidos arsit. *Id. Heroid.* ep. 3. v. 157. Respice sollicitam Briseida, fortis Achille. *Briseidos*, et *Briseida* Græcæ positionis casus sunt.

BRISEUS, m. Βρισεύς, dissyllab. unum est ex cognominibus Bacchi a Græcis ei impositum, ut *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 18. docet. Videri possit ductum a βρύσις, quam *Varinus in Lex.* interpretatur fontem pellucidum solvendo curis animo accommodatum. Nam vinum quoque curas jugulare solet. ¶ Sunt qui scribunt *Bryseus*, et ducunt vel a Græca voce allata, vel a Brysea Laconiæ urbe, ubi præcipue Bacchus colebatur.

BRITANNĬA, æ, f. [† nunc] *Great Britain*, Βρεττανία, insula maxima in Oceano Septentrionali. Prius dicta est *Albion* ab Albis montibus, qui ad eam navigantibus primo apparent, deinde *Britannia* a Britone Rege. Ab Ortu abluitur Oceano Germanico, ab Occ. Hibernico, a Sept. Caledonio, ad Mer. angusto freto a Belgio dirimitur. Dividitur in duo Regna, Angliam in Austrum, et Scotiam ad Septentr. *Plin.* l. 4. c. 16. ¶ Ob hanc causam usurpatur etiam in plurali. *Catull.* carm. 29. *in Mamurr.* v. 21. Hunc Galliæ timetis, et Britanniæ? Adde carm. 45. *de Acm. et Septim.* v. 21. et *Plin.* l. 25. c. 3. et l. 33. c. 1. *a med.* [† V. *Albion.*]

BRITANNICIĀNUS, a, um, ad Britanniam pertinens. *Vet. Inscript.* apud *Reines.* class. 1. n. 177. M. Secund. Silvanus negotiator cretarius Britannicianus. *h. e.* qui in Britannia cretifodinas exercebat.

BRITANNĬCUS, a, um, *Britannic*, Βρεττανικός, ad Britanniam pertinens. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 10. Æstus maritimi Britannici. *Juvenal.* sat. 10. v. 14. Quantum Delphinis balæna Britannica major. *Plin.* l. 4. c. 19. *in fi.* Oceanus Britannicus. ¶ *Britannica herba* est, quam alio nomine *hydrolapathum* appellari quidam putant, foliis oblongis nigris, radice nigra, flore qui vibo appellatur, *the herb spoon-wort.* Utilis est ad vitia oris, ad anginas, et ad serpentum ictus. *Plin.* l. 25. c. 3. et *Apulei. de herb.* c. 29. [¶ *Britannicus* fuit etiam cognomen victorum Britanniæ, ut filii Claudii Imperatoris ex Messallina, quem primo *Germanicum*, mox *Britannicum* appellavit, ut patet ex *Sueton. in Claud.* c. 27., tum etiam Imperator Commodus. *Lamprid. in Comm.* c. 8.]

[* BRITANNIS, idis, f. idem ac Britannia. *Priscian. in perieg.* v. 577. Ast aliæ Oceani juxta boreotidas actas Sunt geminæ, Rhenique Britannides ostia cernunt. *h. e.* insulæ Britannides, nempe Albion et Hibernia.]

BRITANNUS, a, um, *British*, adject. Britannicus. *Propert.* l. 2. eleg. 1. *in fi.* Esseda cælatis siste Britanna jugis. *Juvenal.* sat. 15. v. 111. Gallia causidicos docuit facunda Britannos. *Claudian. in II. Consul. Stilich.* v. 301. Canes Britannæ. ¶ Substantiv. *Britannus, i*, et in plur. num. *Britanni, orum*, Britanniæ populi. *the British, Britons. Horat. Epod.* 7. v. 7. Intactus aut Britannus ut descenderet Sacra catenatus via. *Virg. Eclog.* 1. v. 67. Et penitus toto divisos Orbe Britannos. ¶ Sunt etiam *Britanni* populi Galliæ, qui et *Britones* appellantur, [† nunc] *les Bretons. Sidon.* l. 1. ep. 7. et l. 9. ep. 9. ¶ Primam syllabam, quam Poetæ passim corripiunt, produxit *Lucret.* l. 6. v. 1104. Nam quid Britannis cælum differre putamus. Ex quo quidam putant etiam duplici *tt* scribi posse.

BRITO, ōnis, et ŏnis, m. *a Briton*, idem qui Britannus. *Auson.* epigr. 110. Silvius hic Bonus est. quis Silvius? iste Britannus. Aut Brito hic non est Silvius, aut malus est. ¶ Sunt etiam populi Galliæ ad Oceanum Britannicum siti, quorum regio *Britannia minor* dicitur [† nunc] *la Bretagne. Juvenal.* sat. 15. v. 124. Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam. *Martial.* l. 11. epigr. 22. Quam veteres braccæ Britonis pauperis, et quam &c. ¶ Sunt qui putant, nec absurde, etiam *Ausonium* Galliæ populos designare, non insulæ Britanniæ. Nam illi quoque *Britanni* dicuntur. ¶ Scribitur et *Britto. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 569. n. 5. M. Ulpio Justo Vix. annos XLV. Natione Britto, &c.

BRITOMARTIS, is, f. Βριτόμαρτις, Cretica vox, quæ *dulcem puellam* significat, ut *Solin.* c. 11. (*al.* 16.) docet. Cretes hoc nomine Dianam appellarunt, ut *idem ibid.* tradit. Sed alii Nympham quandam Cretensem fuisse dicunt, quæ ut vim suæ pudicitiæ imminentem effugeret, in mare se præcipitavit. V. dicta in *Aphæa. Claudian. in II. Consul. Stilich.* v. 251. Ignea Cretæa properat Britomartis ab Ida.

BRIXELLĀNUS, a, um, ad Brixellum pertinens, quod est oppidum Galliæ Cisalpinæ ad Padum fluvium, non procul a Rhegio Lepidi, nunc *Bersello. Plin.* l. 7. c. 49. et *Sueton. in Othon.* c. 9. Hinc *Vet. lap.* apud *Gruter.* pag. 1057. n. 1. L. Callidius Primus Brixellanus, &c. ¶ Legitur et *Brixillum*, et *Brixillanus*, in *vet. Inscript.* apud *Murator.* pag. 2439.

BRIXĬA, æ, f. [nunc] *Bresscia*, clara Urbs Transpadanæ regionis ad Melam fluvium, coloniam olim Romanorum. *Liv.* l. 32. c. 30. *Plin.* l. 3. c. 19.

BRIXIĀNUS, a, um, ad Brixiam pertinens. *Liv.* l. 21. c. 25. *extr. Tacit.* 3. *Hist.* c. 27. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 397. n. 1. et 631. n. 6. et 1098. n. 1. et 1100. n. 8. et apud *Murator.* pag. 1034. n. 4. et alibi.

BRIXIENSIS, se, idem qui Brixianus. *Augustin.* ep. 222. *edition. Benedictin. Parisiens.* Philastrius quidam Brixiensis Episcopus, quem cum Sancto Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi. Idem *Augustin.* in libro *de Hæresibus* cap. 41. hunc eund. Philastrium *Brixianum Episcopum* vocat.

BROCCHĪTAS, vel Brochitas, atis, f. *crookedness or standing out of the teeth*, dentium prominentia. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 64. *Harduin.* Senectus in equis, et ceteris veterinis intelligitur dentium brochitate, superciliorum canitie.

BROCCHUS, vel Brochus, a, um, *with teeth crooked or standing out*, προόδους, qui est producto ore, et dentibus prominentibus, ut *Non.* c. 1. n. 102. exponit. *Lucil. ibid.* Brocchus novit lanius dente adverso eminulo. Adde *Plaut. in fragment.* apud *Fest.* in *Valgus.* ¶ Fuit cognomen Romanum in gente Furia, ut L. Furius Brocchus in numo apud *Patin. de Famil. Rom.* pag. 117. ¶ Ipsi quoque dentes, qui prominent, *brocchi* dicuntur. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. Canes debent esse mento suppresso, et ex eo enatis duobus dentibus dextra et sinistra, paulo eminulis superioribus, directis potius, quam brocchis. ¶ Legitur etiam *broncus, bronchus*, et *broccus*, sed prima scriptio rectior videtur.

BROCHON, i, *the gum of the bdellium-tree*, gummi, quod ex bdellio arbore manat. *Plin.* lib. 12. cap. 9.

BROME, seu Bromie, es, f. nympha quæ Bacchum educavit. *Bromen* appellat *Servius ad Virg. Eclog.* 6. v. 15. *Bromien Hygin.* fab. 182.

BROMIUS, ii, m. Βρόμιος, unus ex nominibus Bacchi: vel a *Brome* nympha, quæ una cum sorore Bacche ipsum nutrivit, ut *Serv. ad Eclog. Virg.* 6. v. 15. docet: vel a βρόμος, fremitus, fragor, quia inter fragores tonitruum, matre Semele fulmine icta, editus fertur: vel quia ebrii fremere, minari, et furere solent. *Ovid. Metam.* 4. v. 11. Turaque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyæumque. ¶ Adjective *Claudian. in II. Consul. Stilich. sub fin.* taurinaque pulsu Baccharum Bromios invitant tympana remos. *Al. aliter leg. Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 22. Cape hanc caducam Liberi mollem dapem De fronde Bromiæ autumnitatis uvidam.

BROMOS, i, f. *oats, wild oats*, βρόμος, avena sativa, jumentorum cibus. *Plin.* l. 18. c. 10. ¶ Ab eod. *sub fin.* l. 22. sic appellatur etiam avena silvestris, folio, et stipula triticum imitata, et inter vitia segetum enumeranda.

BROMŌSUS, a, um, *smelling strong, stinking, fetid*, graveolens, βρωμώδης. Græca vox. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 37. *a med.* Caro neque pinguis, neque bromosa. *Id. Tard.* l. 3. c. 2. Qualitas bromosa, vel fumosa. ¶ Legitur et *brumosus.*

BRONCHUS, V. *Broccus.*

BRONTE, es, f. βροντή, Græce est tonitru. Hoc sensu *Plin.* de Apelle lib. 35. c. 10. *a med.* Pinxit et quæ pingi non possunt, tonitrua, fulgetraque: Brontem, Astrapen, Ceraunobolian appellant. ¶ Est etiam nomen unius ex equis Solis apud *Hygin.* fab. 183. ¶ Item gemma e capitibus testudinum tonitribus cadens. ex quo nomen traxit. Nam βροντή tonitrum significat. Huic similis nomine est *Brontia*, βροντία, quæ et ipsa imbribus, et fulminibus cadere dicitur. *a gem called the thunder-stone.* De utraque *Plin.* l. 37. c. 10.

BRONTES, æ, m. Βρόντης, Cyclops, unus e tribus Vulcani ministris. *Virg. Æn.* 8. v. 424. Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro, Brontesque, Steropesque, et nudus membra Pyracmon. Adde *Ovid.* 4. *Fast.* v. 288. et *Claudian. de III. consul. Honor.* v. 193. ¶ Hæc nomina sic interpretatur *Serv. ad loc. cit. Virgil.* Quid facturi sint, ex nominibus docet. nam Brontes a tonitru dictus est ἀπὸ τῆς βροντῆς: Steropes a fulgetra, ἀπὸ τῆς στεροπῆς: Pyracmon vero, qui nunquam a calenti incude discedit ἀπὸ τοῦ πυρὸς, καὶ τοῦ ἄκμονος. nam πῦρ ignis est ἄκμων incus.

BRONTĬA, V. *Bronte.*

BRONTON, ontis, *thundering*, (Græca vox) βροντῶν, tonans. *Jupiter Bronton* est Jupiter tonans. *thundering Jove. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 34. n. 5. Sacerdos Dei brontontis. Adde pag. 17. n. 12.

BROTĔAS, æ, m. Vulcani, vel ut alii volunt, Jovis, et Minervæ filius, qui cum ob deformitatem contemni se ab omnibus cerneret, in ardentem pyram se conjecit. *Ovid. in Ibin*, v. 517. Quodque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis, Des tua succensæ membra cremanda pyræ.

BRUCHUS, i, m. *a kind of locust or caterpillar; a sort of grub*, βροῦχος, vel βρούκος, genus insecti, e locustarum genere, tenera germina herbarum, arborumque erodens: a βρύκω, rodo. Quidam eum definiunt locustam minime alatam. *Prudent. in Hamartig.* v. 229. Aut populator edet gemmantia germina bruchus.

BRUCTĔRUS, i, et Bructeri, orum, m. populi Germaniæ ad silvam Hercyniam. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 450. venit accola silvæ Bructerus Hercyniæ. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 51. Excivit ea cædes Bructeros, Tubantes, &c. ¶ Sunt qui aliam sedem iis attribuunt. V. Geographos.

BRUGES pro Phryges, olim a Latinis scriptum fuit, quemadmodum et *Burrus* pro *Pyrrhus. Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 5.)

BRUMA, æ, f. *the shortest day of the year, the winter-solstice, mid-winter*, χειμερινὴ τροπή, tempus solstitii hiemalis, cum dies brevissimi sunt: quod incidit secundum Latinos Auctores a. d. VII. cal. Januar. ut est apud *Plin.* l. 18. c. 25. vel. XVI. cal. Januar. ut ex Hipparcho docet *Colum.* l. 11. c. 2. *ad fin.* Sole Capricorni signum ingrediente, et per tres fere dies durat. Et quia eo tempore Sol fine ulterius recedendi facto, rursus ad nos incipit accedere, et quodammodo renovari, ideo bruma dicitur novissimum veteris Solis tempus, et novi primum, atque adeo anni ipsius principium. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 2. *a med.* Tempus a bruma ad brumam, dum sol redit, vocatur annus. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 163. Bruma novi prima est, veterisque novissima Solis. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 7. Posset ne tot rebus ipsis se immutantibus, solis accessus, discessusque solstitiis, brumisque cognosci? *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 10. v. 7. Nec mihi solstitium quidquam de noctibus aufert: Efficit angustos nec mihi bruma dies. *Virg.* 1. *Georg.* v. 210. serite hordea campis Usque sub extremum brumæ intractabilis imbrem. *Plin.* l. 18. c. 24. Inter omnes convenit, circa brumam serendum non esse. *Id.* l. 16. c. 39. Si competant Lunæ coitus in novissimum diem brumæ. ¶ Metaleptice ponitur pro anno. *the year. Manil.* l. 3. v. 603. Per quinquagenas complet sua munera brumas. Adde *Martial.* l. 10. *epigr. ult.* ¶ Sæpe a Poetis accipitur pro ipso hieme, *the winter. Horat.* l. 4. od. 7. v. 9. ver proterit æstas Interitura, simul Pomifer autumnus fruges effuderit, et mox Bruma recurret iners. *Phædr.* l. 4. fab. 23. v 18. *de musca.* Æstate me lacessis; cum bruma est, siles. *Virg.* 3. *Georg.* v. 321. nec tota claudes fœnilia bruma. *Id. ibid.* v. 443. Horrida bruma. *Id.* 2. *Æn.* v. 472. Frigida bruma. Adde *Ovid. in Ibin*, v. 37. *Stat.* l. 4. sil. 1. v. 24. et *Manil.* l. 1. v. 267. ¶ Saniores Etymologi dictam docent cum *Varr. loc. cit.* a brevissimis diebus: nempe *brumam* esse per syncopen a *brevissima.*

BRUMĀLIS, le, adject. *relating to the winter-solstice*, ad brumam pertinens. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 45. Ut sol accedat ad brumale signum, et inde sensim ascendat in diversam partem. *h. e.* ad signum Capricorni. *Id. de Fato*, cap. 3. Brumali die natus. *Plin.* l. 2. c. 47. Brumalis ortus. *h. e.* ea cæli pars, qua sol brumæ tempore oritur. ¶ Item ad hiemem pertinens, *winterly, wintry. Martial.* l. 13. epigr. 16. brumali gaudentia frigore rapa. *Id.* l. 14. epigr. 136. Brumale tempus.

BRUMARĬA, æ, f. *the herb lion's-foot, or water-scorpion grass*, herba eadem, quæ leontopodium. *Apulei. de herb.* c. 7.

BRUMŌSUS, V. *Bromosus.*

BRUNDA, æ, f. idem ac Brundusium, a Poetis aliquando usurpata vox, brevitatis causa, *Festo* teste. Legitur etiam apud *Arnob.* l. 2. pag. 50. ¶ Apud *Fest.* quidam legunt *Brenda*, alii *Brendum*, vel *Brentium.*

BRUNDISIĀNUS, a, um, Brundisinus, ut *Brundisiana ostrea*, apud *Plin.* l. 32. c. 6. h. e. quæ in Brundisii portu capiuntur.

BRUNDISĪNUS, et Brundusinus, a, um, ad Brundisium pertinens. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 1. Brundisina colonia. ¶ *Brundisini*, vel *Brundusini, orum*, sunt Brundisii incolæ. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 1. Summa Brundisinorum gratulatione celebrata est.

BRUNDISIUM, et Brundusium, ii, n. [† nunc] *Brindisi*, Βρεντήσιον, et Βρεντέσιον, oppidum Salentinorum cum portu, conditum ab Ætolis sociis Diomedis, vel ut alii volunt, a Cretensibus quibusdam, qui e Creta cum Theseo Minotauri victore profugerant. *Plin.* l. 3. c. 11. Describitur etiam a *Lucano* l. 2. v. 610. *et sequent. Sil.* l. 8. v. 576. Nec non Brundisium, quo desinit Itala tellus. ¶ Scribitur et *Brundusium* recte: sed *Brundisium* frequentius in vet. libb. invenitur, ut et in Inscriptionib. apud *Gruter.* pag. 151. n. 2. et pag. 801. n. 5. ¶ In celebri editione *Torrentini Dig.* lib. 14. tit. 1. leg. 1. et lib. 19. tit. 1. leg. 3. legitur *Brundesium*, et lib. 45. tit. 1. leg. 22. *Brentesium.*

BRUSCUM, et Molluscum, n. *a bunch, knot, or knur in a maple-tree*, sunt tubera aceris arboris, bruscum quidem intortius crispum, molluscum simplicius sparsum, hoc est magis recto venarum discursu. E brusco fiunt et mensæ nigrescentes: e molluscо autem pugillares, et similia minora opera. *Plin.* l. 16. c. 16.

BRUTA, arbor, V. *Bratus.*

BRUTĀTES, um, m. iidem qui Brutii. *Enn.* apud *Fest.* in *Bilingues.*

BRUTESCO, is, n. 3. *to become brutalized.* brutum fieri, bruto similem esse. *Sidon.* l. 4. ep. 1. *ad fin.* Illorum ferocia stoliditasque, quæ secundum belluas ineptit, brutescit, accenditur. ¶ Quidam tribuunt etiam *Lactantio* l. 2. c. 5. *ad fin.* Animal quia sensu præditum est, etiam membra ejus habent sensum, nec, nisi a corpore divulsa, brutescunt. *h. e.* sensum amittunt. Nam *brutum* proprie dicitur, quod sensu caret. Alii leg. *putrescunt.*

BRUTIĀNUS, a, um, ad Brutum pertinens, Brutinus. *Vellei.* l. 2. c. 72. Brutiana castra. *h. e.* M. Bruti, qui Cæsarem interfecit. Sic *ibid.* c. 74. Brutianæ, Cassianæque partes. et *Lactant.* l. 2. c. 7. *sub fin.* Bello civili Brutiano. *Valer. Max.* l. 4. c. 7. n. 6. Brutiana ultio. ¶ *Brutianus* ad Brutos pertinens, V. in *Bruttianus.*

BRUTINUS, a, um, Brutianus. *Cic. ad Brutum*, ep. 15. Consilia inire cœpi Brutina plane, Reipublicæ liberandæ.

BRUTTIĀNUS, a, um, adject. ad Bruttios pertinens, Bruttius. *Plin.* l. 19. c. 8. Bruttiani caules. *h. e.* qui in Bruttio agro nascuntur. ¶ *Bruttiani* dicebantur, qui officia servilia magistratibus Romanis in provinciis præstabant, eo quod Bruttii primi totius Italiæ ad Annibalem defecerant, et cum eo perseveraverant, usque dum recederet de Italia. *slaves whose business it was to attend on the magistrates.* Quibus propterea eam ignominiam Romani imposuere, ut neque milites scriberent, neque pro sociis haberent, sed magistratibus in provincias euntibus præsto esse servorum vice juberent. Hæc *Fest.* et *Gell.* l. 10. c. 3. apud quem *Cato in lib. de falsis pugnis.* Dixit, a decemviris parum sibi bene cibaria curata esse: jussit vestimenta detrahi, atque flagro cædi: decemviros Bruttiani verberavere. ¶ *Bruttianæ parmæ* dicebantur scuta, quibus Bruttiani sunt usi. *Festus.* ¶ Scribitur et *Brutianus.*

BRUTTII, orum, Βρέττιοι, populi extremæ Italiæ, quorum regio nunc dicitur *Calabria ultra*, inter Lucaniam, et fretum Siculum, et inter mare Tyrrhenum, et sinum Tarentinum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 30. ¶ In singulari numero *Sil.* l. 8. v. 570. Bruttius haud dispar animorum, unaque juventus Lucanis excita jugis. Adde lib. 11. v. 10. ¶ Scribitur et *Brutius* unico *t*: sed alteram scriptionem magis probant *Manut.* et *Dausqu.* ex vet. libb. et lapidib.

BRUTTIUS, a, um, ad Bruttios pertinens. *Plin.* l. 3. c. 5. Bruttium littus. *Id. ibid.* Bruttius ager. *Sil.* l. 17. v. 433. vastabat Bruttia signa. Adde *Pers.* sat. 6. v. 27. [Bruttius angulus apud *Flor.* l. 3. c. 20. locus quidam fuisse videtur apud populos Bruttios.] ¶ *Bruttia pix*, quam probatissimam antiqui habuere, præsertim ad dolia picanda, est secundus liquor, qui ex tæda excoquitur, et aceto spissatur. Ideo autem *Bruttia* cognominata est, quia in Bruttio agro optima coquebatur. Eam laudat *Plin.* l. 16. c. 11. item l. 24. c. 7. ubi aliquot ejus usus in medicina enumerat. *Bruttia* absolute dicitur a *Calpurn.* eclog. 5. v. 80. ¶ Scribitur et *Brutius.* V. vocem præced.

BRUTUS, a, um, *brute, brutish, senseless, insensible, stupid*, βαρύς, ἀναίσθητος, proprie terræ tribuitur, quasi quæ sine sensu immota, et gravis maneat. *Horat.* l. 1. od. 34. v. 9. Quo bruta tellus, et vaga flumina, &c. Ad quem locum *Vet. Scholiast.* Bruti, inquit, graves et tardi dicuntur, quod terræ perpetuum est. *Festus:* Brutum antiqui gravem dicebant. *Serv. ad* 10. *Æn.* v. 102. Terra semper immobilis: unde Horatius: *Et bruta tellus. Apulei. de Deo Socrat.* Corpora neque tam bruta, quam terrea, neque tam levia, quam ætheria. *Levibus* corporibus *bruta*, hoc est gravia opponit. Huic significationi astipulantur Etymologi, qui brutum ἀπὸ βαρύτητος, hoc est a gravitate ductum putant. ¶ Hinc dicitur de animalibus, iis præcipue, quæ minus sensu vigent, magisque tarda sunt, ac stupida. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 70. *Harduin.* Bruta existimantur animalium, quibus cor durum riget; audacia quibus parvum est; pavida quibus prægrande. Quæ *Plin.* hic bruta, *Aristot.* l. 3. *de partib. animal.* c. 4. ἀναίσθητα appellat. Rursus *Plin.* l. 9. c. 29. *de polypo.* Et cum alioqui brutum habeatur animal, ut quod ad manum hominis adnatat, in re quodammodo familiari callet. *Id.* l. 8. c. 51. *de sue.* Animalium hoc maxime brutum; animamque ei pro sale datam non illepide existimatur. Adde lib. 11. c. 39. ¶ Ab animalibus ad alia eleganter transfertur. *Pacuv.* apud *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 23. Fortunam insanam esse, et cæcam, et brutam perhibent philosophi. *h. e.* stolidam, et more bruti animalis temere operantem, ut quæ *dignum, atque indignum nequeat internoscere.* ut *ibid.* subditur. *Plin.* l. 2. c. 43. *bruta fulmina* appellat, quæ nulla veniunt ratione naturæ: cujusmodi sunt, quibus percutiuntur montes, maria, omnesque alii irriti e cælo jactus. Quibus opponit *fatidica*, quæ statis de causis veniunt, et ex suis sideribus. *Id.* l. et cap. 15. pyra bruta (ex emendat. *Harduini.* nam alii aliter leg.) dici ait, quæ corium laneum habent. Nam stultissima animalium lanata esse, *Id.* l. 8. c. 49. tradit. *Prudent. peristeph* hym. 2. v. 66. Scitumque brutum Cæsaris. *h. e.* sine consilio, et ratione factum. ¶ De homine hebeti, stupido, stolido. *dull, heavy, stupid. Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 75. Ea obnoxium esse, aut brutum, aut elinguem putes. *Senec.* l. 3. *de benef. cap. pænult. a med.* T. Manlius relegatus a patre ob adolescentiam brutam atque hebetem. *Apulei.* l. 7. *Metam.* Non sum quidem tam brutus, vel certe temerarius, ut scitum vestrum inhibeam. ¶ Ab hac notione cognomen traxit L. Junius ille, qui, referente *Livio* l. 1. c. 56. ut tutus esset a Tarquinio superbo avunculo suo, stupiditatem simulavit, et Brutorum familiæ nobilissimæ nomen reliquit.

BRYA, æ, f. *a shrub resembling the birch-tree; sweet-broom, heath, or ling*, frutex in Achaia, quem Dioscorides μυρίκην, Romani tamaricem appellant. *Plin.* l. 13. c. 21.

BRYON, i, n. *the grape of the white poplar*, βρύον, uva populi albæ. *Plin.* l. 12. c. 28. ¶ Item frutex folio lactucæ, rugosiore tantum. *a kind of shrub like lettuce; slank. Id.* l. 13. c. 25. Adde lib. 27. cap. 8. et lib. 32. cap. 9. ubi varios ejus usus in medicina recenset.

BRYONĬA, æ, et Bryonias, adis, f. *a wild vine, briony*, βρυωνία, herba sarmenta, capreolos, et folia habens sativæ viti non dissimilia, omnia tamen hirsutiora: alio nomine *vitis alba*, a nonnullis *psilothrum*, quod acinos ferat rubentes, quibus tergora depilantur. *Plin.* l. 33. c. 1. Sed aliis est vitis sylvestris genus, quam ampelomelænam dicunt. V. *Plin.* l. 23. c. 1. *Dioscor.* l. 4. c. 176. ubi plura de ea. *Colum.* l. 10. v. 250. indomitasque bryonias alligat alnos. Al. leg. *bionias* eod. sensu.

B U

BU, βοῦ, particulam solebant Græci magnis, et amplis rebus præponere, a magnitudine scilicet bovis. Hinc *bupædas* magnos pueros dixerunt, et mariscam ficum *busycon*, et magnam famen *bulimum. Festus.* Adde *Varron.* l. 2. *R. R.* c. 5. ¶ Præterea *bu* est idem quod *bua*, puerilis vox potionem petendi. *Fest.* in *Imbutum.*

BUA, æ, f. *the sound uttered by infants, when they ask for drink*, βοῦν, vox est, qua infantes utuntur, cum potum petunt. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 97. Cum cibum ac potionem buas ac papas docent, et matrem mammam, patrem tatam. Hinc *vinibuæ* dicuntur mulieres vinolentæ, *Lucil. ibid.*

BUBALĪNUS, a, um, *relating to a buffalo or wild-ox*, bubulus, βόειος, *Valerian. Imp. in quadam epist.* apud *Vopisc. in Probo*, cap. 4. Vini veteris sextarios decem cum larido bubalino: salis, olerum, lignorum quantum satis est. *Salmas. in hunc loc.* quia laridum de suilla tantum carne usurpari solet, mendum esse suspicatur, et reponendum, *cum larido, bubula; salis, olerum*, &c.

BUBALĬON, ii, βουβάλιον, *a wild-cucumber*, cucumis silvaticus. *Apulei. de herb.* c. 113.

BUBALIS, le, *of a buffalo*, bubalinus. *Petron. in Satyr.* c. 35. Super Arietem cicer arietinum; super Taurum bubale frustum. *h. e.* frustum carnis bubulæ. Al. leg. *bubulæ frustum.*

BUBĂLUS, li, m. βούβαλος, animal ferum in Africa, vitulo ac cervo simile. Ita definit *Plin.* l. 8. c. 15. et ejus simia *Solin.* c. 20. (*al.* 33.) ubi addunt male imperitum vulgus hoc nomine appellare uros, qui sunt tauri feri in Hercynia silva Germaniæ. Hunc autem bubalum *Plinii* longe diversum esse ab eo, quem Angli vocant *a buffalo*, recte existimat *Harduin. ad hunc loc.* Fortasse autem et *Martialis* ex vulgi opinione locutus est, bisontem Hercyniæ silvæ cum bubalo conjungens *de spectac.* epigr. 23. Illi cessit atrox bubalus, atque bison. ¶ *Frontin. de strateg.* l. 1. c. 5. *sub fin.* Ligurum bubalos commemorans, bovinum pecus universim videtur intelligere.

BUBĂSIS, idis, f. ad Bubasum pertinens, quæ est urbs, et regio Cariæ. *Ovid. Metam.* 9. v. 642. Byblida non aliter latos ululasse per agros Bubasides videre nurus.

BUBASTĬUS, a, um, ad Bubastim pertinens. *Grat. in Cyneg.* v. 42. Vix operata suo sacra ad Bubastia lino Velatur sonipes æstivi turba Canopi.

BUBASTIS, is, f. Βούβαστις, nomen Dianæ apud Ægyptios, qui et urbem eodem nomine habuerunt, ut est apud *Pompon. Mel.* l. 1. c. 9. a qua *Bubastites* præfectura denominata est, de qua *Plin.* l. 5. c. 9. verba facit. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 689. cum qua latrator Anubis, Sanctaque Bubastis, variisque coloribus Apis.

BUBBATĬO, V. *Bullatio.*

BUBETII, orum, m. *Plin.* l. 18. c. 3. Ludos boum causa celebrantes, Bubetios vocabant.

BUBĪLE, is, n. *an ox-stall, place where oxen are kept*, βουστάσιον, boum stabulum, quod et *bovile* dicitur. [† Sic *ovile, canile, hædile*, &c.] *Cato R. R.* c. 4. Bubilia bona, bonas præsepes. *Colum.* l. 1. c. 6. Domitis armentis duplicia bubilia sint, hiberna, atque æstiva. Adde *Varron. de L. L.* cujus verba V. in *Bobile.* ¶ Revera vox adjectiva est, et subintelligitur *stabulum*, aut quippiam simile. *Bubilem* in accusativo dixit *Plaut. Pers.* 2. 5. 18. ubi subintelligi potest *caula.*

BUBINĀRE est menstruo mulierum sanguine inquinare. *Festus.*

BUBĬO, is, V. *Butio.*

BUBLEUM, genus quoddam vini. *Festus:* ubi al. leg. *bublinum*, al. *bubeum*, al. denique *byblinum*, cujus meminere *Hesiod.* et *Theocrit.*

BUBO, onis, m. et f. *a horned owl*, βύας, avis nocturna, noctuæ similis, magnitudine tamen aquilam pæne æquans, pennis in capite utrinque aurium similibus, volatu transverso, uncis unguibus, hebetibus oculis, nec cantu aliquo vocalis, sed gemitu: unde et funebris avis habetur: deserta incolit, raroque interdiu, et in urbibus visitur; quod si accidat, dirum ostentum est, et lustratione piandum: quod bis Romæ factum fuisse, *Plin.* l. 10. c. 12. et 13. narrat. Poetæ fabulantur, in hanc avem mutatum fuisse Ascalaphum Acherontis, seu Stygis filium. V. *Ascalaphus.* Multa ex augurum disciplina de hac ave disputat *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 4. v. 462. Solaque culminibus ferali carmine bubo Sæpe queri et longas in fletum ducere voces. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 791. Tristia mille locis Stygius dedit omina bubo. *Id. Metam.* 5. v. 550. Ignavus bubo, dirum mortalibus omen. et lib. 6. v. 431. profanus. et lib. 10. v. 453. funereus. ¶ Negat *Serv. loc. cit.* esse feminini generis, et ubi a *Virg. sola* dicitur, subaudiendum esse *avis.* Sed *Non.* c. 3. n. 23. *Priscian.* l. 6. pag. 683. et *Palæmon in art. Gramm. ibid.* pag. 1370. femininum quoque genus admittunt.

BUBO, vel Bubio, is, n. 3. vel 4. *to cry like a bittern*, verbum exprimens vocem bubionis avis. *Auct. carm. de Philom.* v. 42. Inque paludiferis butio bubit aquis. Al. leg. *butit*, ut sit *butio*, is, n. 4.

[* BUBŌNA, æ, f. Dea apud Romanos, quæ boum curam gerere credebatur. *Augustin. de civit. Dei* l. 4. c. 34. Sine Segetia seges, sine Bubona boves, mella sine Mellona, poma sine Pomona, ab uno vero Deo multo felicius acceperunt Hebræi.]

BUBONĬUM, ii, n. *an herb good against swellings in the groin, the same with aster and inguinalis*, βουβώνιον, herba, quæ tumoris inguinum præsentaneum remedium est: a βουβὼν, *inguen, tumor inguinis.* Hinc Latine *inguinalis* dicitur. Vocatur etiam Aster Atticus a capitulis quibusdam, quæ in cacumine habet, stellæ in modum radiata. *Plin.* l. 27. c. 5.

BUBSĔQUA, æ, m. *a neat-herd, cow-keeper, herdsman*, βούκος, bubulcus, qui boves sequitur *Apulei. init.* l. 8. *Metam.* Equisones, opiliones, et bubsequæ. *Sidon.* l. 1. ep. 6. Bubsequæ rusticani. ¶ Scribitur et *bobsequa*, et *busequa.*

BUBULARĬUS, ii, m. Legitur in ludicro testamento M. Grunii Corocottæ porcelli (cujus meminit *Hieronym. in proœm.* lib. 12. *commentar. in Esai.*) quod affertur a *Brisson. de formul.* l. 7. a *Lambec. in adnotationib. ad Apicii* lib. 8. c. 7. et inter spuria *Gruteri* pag. 18. his verbis: Donabo sutoribus setas, surdis auriculas, bubulariis intestina, isiciariis femora. *Bubularii* videntur esse qui farcimina faciunt ex carne bubula concisa. *Vicus bubularis novus* in regione Urbis octava memoratur in veteri lapide apud *Gruter.* pag. 621. n. 4. In eadem regione prope Palatium locus fuit *capita bubula* dictus.

BUBULCĬTO, as, n. 1. et Bubulcitor, aris, dep. 1. *to feed oxen, tend cattle*, βουκολέω, boves pasco, bubulcum ago. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 50. Decet me amare, et te bubulcitarier. paragoge pro *bubulcitari. Apulei. in Florid.* n. 6. (*al.* l. 1.) Est apud illos gens, qui nihil amplius, quam bubulcitare, novere. ¶ Translate est declamitare more bubulcorum verius, quam Oratorum. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 85. Vinicius meus, quod apud Plotium rhetorem bubulcitaret, alteri in dolore non defuit.

BUBULCUS, i, m. *a herdsman; one who ploughs with oxen or tends them*, βοῦκος, [† βουκόλος, βούτης, βοωνίτης,] qui boves curat, et agit, arator. Qualis is esse debeat, et quod ejus in arando officium, docet *Colum.* l. 1. c. *ult.* et l. 2. c. 2. et 3. et alibi. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 27. Mane bubulco præsto ad portam fuisse. *Ovid. Trist.* l. 3. eleg. 12. v. 30. Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit. *Juvenal.* sat. 11. v. 151. Pastoris duri est hic filius, ille bubulci. ¶ In Junia gente Romana *Bubulcus* qui cognominatus est, qui bubus optime utebatur, inquit *Plin.* l. 18. c. 3. *Liv.* l. 27. c. 6. et l. 9. c. 20.

BUBULĪNUS, a, um, *of oxen*, idem quod bubulus. *Veget.* l. 1. *de re Veterin.* c. 13. Stercus bubulinum. *Id.* l. 2. c. 28. *in fi.* Fimum bubulinum. Adde l. 3. c. 4. 8. et 47.

BUBŬLO, as, n. 1. *to hoot or screech as an owl*, verbum exprimens bubonis vocem. *Auct. carm. de Philom.* v. 37. Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

BUBŬLUS, a, um, adject. *of an ox or cow*, βόειος, bovinus. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. Bubulum pecus. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 11. Tres facile corios contrivisti bubulos. *h. e.* lora, flagra. [† *Trin.* 4. 3. 4. Bubuli cottabi. *h. e.* plagarum crepitus, vel lora ipsa.] *Plin.* l. 6. c. 29. Utres bubuli. *made of the hides of oxen. Id.* l. 11. c. 41. Bubulum lac. et l. 28. c. 10. Bubula caro. *beef.* ¶ *Bubula, læ*, absolute, bubula caro, *beef; the flesh of oxen. Plaut. Aulul.* 2. 8. 3. Venio ad macellum, rogito pisces: indicant caros; agninam caram, caram bubulam, vitulinam, cetum, porcinam. Adde *Curcul.* 2. 3. 88. et *Cels.* l. 2. c. 24.

BUCA, V. *Bucca*, in fine.

BUCÆDA, æ, m. servus, qui bubulis loris cæditur. *Plaut. Mostell.* 4. 2. 1. Illi bucædæ erunt multo potius, quam ego sim restio. Alii leg. *bucidæ*, quod idem est.

BUCARDĬA, æ, f. *a gem like the heart of an ox*, βουκαρδία, gemma est bubulo cordi similis: a βοῦς, bos, et καρδία, cor. *Plin.* l. 37. c. 10.

BUCCA, æ, f. *the inner part of the cheek, the cheek itself*, στόμα, γνάθος, pars interior oris humani concava, qua

dentes et lingua continentur, quæ collecto et retento spiritu inflatur: item pars exterior, qua hilaritas et risus indicatur, ut *Plin.* l. 11. c. 37. loquitur. Usurpatur sæpe in plurali numero, præsertim cum pars exterior significatur, quia utrinque in ore apparet. *Juvenal.* sat. 3. v. 262. Bucca excitare foculum. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 43. Miseram esse prædicat buccam sibi. *he says that he has got a bad cheek. Martial.* l. 1. epigr. 42. Bucca loquax. *Cato* apud *Gell.* l. 2. c. 23. Implere buccam. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 66. Gallus distortus, ejecta lingua, buccis fluentibus. V. *Fluens. Sueton. de clar. Rhet.* c. 5. Fulvia, cui altera bucca inflatior erat. *Plaut. Stich.* 5. 4. 42. Age tibicen, refer ad labia tibias, suffla celeriter tibi buccas. *Id. ibid.* 5. 6. 7. Inflare buccas. *Martial.* l. 3. epigr. 17. Sufflare buccis. *Plaut. Trucul* 2. 2. 35. Buccæ purpurissatæ. *painted cheeks.* ¶ *Buccas inflare* dicuntur irati, et superbi. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 20. Quid causæ est, merito quin illis Jupiter ambas Iratus buccas inflet? Græci quoque φυσᾷν τὰς γνάθους, dicunt de iis, qui irascuntur. ¶ *Quod in buccam venit dicere*, hoc est, quidquid venit in mentem, *whatever comes uppermost in the thoughts. Cic. Attic.* l. 1. ep. 12. *in fi.* Tu velim sæpe ad nos scribas: si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, scribito. *Id. Attic.* l. 12. ep. 1. Cum coram sumus, et garrimus quidquid in buccam. ¶ Apud *Pers.* sat. 5. v. 11. *scloppo tumidas buccas rumpere* allegorice est ventosa, et inania verba, seu, ut *Horat.* loquitur *de ar. poet.* v. 97. ampullas, et sesquipedalia verba profundere. *bombast.* ¶ *Duræ buccæ homo* est idem, qui improbi, ac duri oris, *daring, impudent, brazen-faced. Petron. in fragmen. Tragur.* c. 43. *Burman.* Duræ buccæ fuit, linguosus, discordia, non homo. ¶ In illis verbis *ejusd. Petron. ibid.* c. 64. *bucca, bucca quot sunt hic?* innuitur quidam ludus puerilis, de quo multa *Scheffer. in adnotationib.* ¶ *Buccæ* interdum dicuntur ipsi tibicines, quia canendo buccas inflant. *Juvenal.* sat. 3. v. 34. Quondam hi cornicines, et municipalis arenæ Perpetui comites notæque per oppida buccæ. *Al. aliter interpret.* ¶ Item inepti declamatores, et viles rabulæ, qui inflatis buccis in foro latrant. *idle declaimers, mob-orators. Juvenal.* sat. 11. v. 34. te consule, dic tibi, quis sis, Orator vehemens, an Curtius, et Matho, buccæ. Noscenda est mensura sui, &c. *Alii ita conjungunt:* buccæ Noscenda est mensura tuæ. *h. e.* videndum, quam polleas facultate dicendi. ¶ *Bucca* pro *buccea*, quantum scilicet bucca capit, *a morsel, mouthful. Martial.* l. 10. epigr. 5. Oret caninas panis improbi buccas. *Petron. in fragmen. Tragur.* c. 44. *Burm.* Non mehercule hodie buccam panis invenire potui. Al. leg. *bucceam.* ¶ De brutis animalib. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 65. *Hard. de ranis coaxantibus.* Tunc extenti buccarum sinus perlucent, oculi flagrant labore propulsi. ¶ Per similitudinem usurpatur de cavitate aliqua buccæ simili. *Plin.* l. 11. c. 45. In ipsa genu utriusque commissura, dextra lævaque, a priore parte gemina quædam buccarum inanitas est. ¶ Fuit cognomen Romani hominis, ut L. Messi. M. F. Bucca, *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 729. n. 11. Adde pag. 468. n. 7. In tribus numis Jul. Cæsaris pag. 112. *Mus. Theupol.* habetur *Buca* simplici *c.* Fuit etiam L. Æmilius Bucca apud *Ascon. in orat. pro Scauro sub fin.* et in quatuor numis gentis Æmiliæ apud *Patin. de Famil. Rom.* pag. 13.

BUCCĔA, æ. f. *a morsel, or mouthful*, ψωμὸς, ἔνθεσις, a *bucca* fit, et significat frustulum alicujus rei esui aptæ, quantum scilicet bucca commode capit. *Augustus* apud *Sueton. in ejus vita*, cap. 76. Duas bucceas manducavi, priusquam ungi inciperem.

BUCCELLA, æ, f. *a scanty morsel, or mouthful, delicate bit*, parva buccea, ψώμιον. *Martial.* l. 6. epigr. 75. Cum mittis turdumve mihi, quadramve placentæ, Sive femur leporis, sive quid his simile; Buccellas misisse tuas te, Pontia, dicis. ¶ Est etiam *buccella* panis in modum coronæ factus, qui ab Imperatoribus populo Romano distribui aliquando solebat. *Impp. Valentinian.* et *Valens* lib. 14. *Codicis Theodos.* tit. 17. leg. 5. Civis Romanus, qui in viginti panibus sordidis quinquaginta uncias comparabat, triginta, et sex uncias in buccellis sex mundis sine pretio consequatur. V. *Salmas. in adnotat. ad Vopisc. in Aureliano*, cap. 35. ubi plura hac de re. Quod vero *mundæ buccellæ* in allata lege dicuntur, intelligendæ sunt puræ, non sordidæ, et furfuraceæ, sed ex optimo frumento confectæ.

BUCCELLĀRIS, re, adject. *Buccellaris farina*, quæ legitur apud *Plin. Valerian.* l. 1. c. 6. videtur esse farina ex buccellato bene tunso confecta. ¶ *Buccellare*, is, n. absolute est vas quoddam ad coquendum aptum apud *Marcell. Empir.* cap. 23. Æris florem mittes in acetum simulque in buccellari decoques. Al. leg. *bucculari*, ut sit a *buccula.*

BUCCELLARĬUS, ii, m. verna, cliens, parasitus, item satelles, qui cibi causa dominum armatus sequitur, ejusque corpus custodit: ita dictus a *buccella*, qua panem significat, qua domini panem edit. *Impp. Leo*, et *Anthem.* lib. 9. *Cod. Justinian.* tit. 12. *leg. ult.* Omnibus per civitates et agros habendi Buccellarios, vel Isauros, armatosque servos licentiam volumus esse præclusam.

BUCCELLĀTUM, i, n, *biscuit-bread, bread for soldiers*, panis militaris ad usus diuturnitatem excoctus, qui (ut *Ammian.* l. 17. c. 8. (*al.* 17.) loquitur) militi in expeditionibus distribui solet. *Spartian. in Nigro*, c. 10. Pistores sequi expeditionem prohibuit, buccellato jubens milites contentos esse. Adde *Vulcat. Gallic. in Ovid. Cass.* c. 5. et *Impp. Constat.* et *Julian.* lib. 7. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 6. et tit. 5. leg. 2. ¶ Dictum est a *buccella*, qua panem significat, et fortasse idem sunt *buccellatum*, et *buccella*, cum hoc tamen discrimine, quod *buccella* recens, et semel tantum cocta civibus dabatur, ut dictum est, *buccellatum* bis coctum militibus.

BUCCĪNA cum derivat. *blub-cheeked or wide-mouthed;* V. *Bucina.*

BUCCO, onis, m. *a blubberhead, fool, blockhead. Isid.* l. 10. *Orig.* bucconem interpretatur garrulum, quod ceteris oris loquacitate, non sensu præstet. Alii exponunt scurram, parasitum, qui implendæ buccæ causa alienas mensas sectatur. A *Plauto*, et *Apuleio* sumitur pro stulto, stolido, fatuo. Nam qui magnas buccas habent, stulti esse sæpe consueverunt. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 2. Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. *Apulei. in Apolog.* Omnes isti, si cum hac una Rufini fallacia contendantur, macci prorsus, et buccones videbuntur. ¶ Docet *Lipsius* l. 2. *epistolicar. quæst.* ep. 22. Maccum, et Bucconem esse personas stolidas, fatuas, stultas poetis Atellanarum. Hinc *Pomponius* quasdam fabulas suas inscripsit *Bucconem adoptatum*, et *Maccos geminos*, &c. ut est apud *Charis.* l. 2. pag. 187. *Putsch.* et apud *Non.* c. 2. n. 840. et alibi.

BUCCONIATIS VITIS a *Plin.* l. 14. c. 3. recensetur inter eas, quæ in Thurinis collibus non ante demetuntur, quam gelaverit.

BUCCŬLA, æ, f. *a little cheek*, στόμιον, parva bucca. *Sueton. in Galb.* c. 4. Constat, Augustum puero adhuc salutanti se inter æquales apprehensa buccula dixisse, καὶ σὺ, τέκνον, τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ. *Apulei.* l. 3. *Metam.* Tuis istis micantibus oculis, et rubentibus bucculis, et renitentibus crinibus. *Arnob.* l. 2. pag. 73. Bucculas inflandis tibiis distendere. ¶ Item pars cassidis buccam et genas utrinque tegens, *the beaver or murrion of a helmet*, παράγναθος. *Liv.* l. 44. c. 34. Alii galeas, bucculasque, scuta alii, loricasque tergere. *Juvenal.* sat. 10. v. 133. truncis affixa tropæis Lorica, et fracta de casside buccula pendens. ¶ Est etiam *buccula* umbo scuti, hoc est media ejus pars et eminentior, in qua sæpe facies hominis, vel animalis cujuspiam effingi solet, cujus bucca seu os medium scuti obtinet. *the boss of a shield.* Porro quemadmodum *umbo*, sic et *buccula* pro ipso scuto ponitur, *the shield itself. Capitolin. in Maxim. jun.* c. 3. Fecit et spathas argenteas; fecit etiam aureas: fecit et galeas gemmatas; fecit et bucculas. *Impp. Valentinian. Valens*, et *Gratian.* lib. 10. *Cod. Theodos.* tit. 22. leg. 1. Cum senæ per tricenos dies ex ære a singulis barbaricariis cassides, sed et bucculæ tegerentur, octo vero cassidas, totidemque bucculas et tegerent argento, et deaurarent, &c. *Gloss. Lat. Gr.* Buccula, παράγναθος, ὀμφαλός. ¶ Per similitudinem *bucculæ* dicuntur in catapultis parva oscula, seu labella ipsius canalis, in quo telum ponitur, ne vacillet: quæ et regulæ appellantur. *Vitruv.* l. 10. c. 15.

BUCCULARĬUS, ii, m. *a maker of the bearers of helmets*, qui bucculas facit. *Aurel. Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 6. *leg. ult.* Fabri sagittarii, ærarii, buccularii, structores, carpentarii, &c. Ita legendum censet *Turneb.* l. 9. *advers.* c. 16. Verum optimæ editiones aliæ *bucculorum structores;* aliæ *bractearii, structores* habent.

BUCCULENTUS, a, um, *having large cheeks*, qui magnam buccam habet. πλατύστομος, στομίας. *Plaut. Merc.* 3. 4. 54. Canus, varus, ventriosus, bucculentus, breviculus.

BUCEPHĂLUS, i, m. a βοῦς, bos, et κεφαλὴ, caput, fuit equus Alexandri Magni, sic dictus per excellentiam, a figura taurini capitis armo impressa, quæ generosioribus Thessaliæ equis imprimebatur, ex qua omnes *bucephali* dicebantur, vel quod latitudine frontis bubulum caput referret; vel ab aspectu torvo: vel simpliciter a magnitudine, quia βου magnum significat. *Plin.* l. 8. c. 42. ¶ Eo mortuo in India in prœlio adversus Porum, urbem condidit Alexander, quam ab ejus nomine Bucephalam, vel Bucephalon appellavit. *Plin.* l. 6. c. 20. *sub fin. Solin.* c. 45. (*al.* 57.) *Gell.* l. 5. c. 2.

BUCĔRAS, atis, n. *the herb fenugreek*, βούκερας, herba quam fœnum græcum vulgo appellant: ita dicta a βοῦς, bos, et κέρας, cornu, quia semen habet corniculis simile. *Plin.* l. 24. *c. ult.*

BUCERĬÆ, arum, f. *herds of cattle*, greges boum. *Lucret.* l. 2. v. 660. Lanigeræ pecudes, et equorum duellica proles, Buceriæque greges. Ita *Non.* c. 2. n. 94. Alii legunt *buceraeque greges*, a Græco βουκέραος pro βούκερως: alii *buceræque* retinent, ut sit choræus primo loco positus pro spondæo, vel dactylo: quod in *Lucretio*, qui Poetica licentia sæpe utitur, mirum esse non debet.

BUCĔRUS, a, um, *relating to oxen or kine*, βούκερως, et βούκερας, idem quod bubulus: a βοῦς, bos, et κέρας, cornu. *Festus:* Bucerum pecus de bobus dicimus. *Lucret.* l. 5. v. 864. Lanigeræque simul pecudes, et bucera sæcla. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 395. Bucera armenta.

BUCĒTUM, i, n. *a pasture where cattle are bred and fatted*, locus, ubi boves, vel armenta pascuntur. *Gell.* l. 11. c. 1. Buceta in ea terra gigni, pascique solita sunt plurima. Ita legit *Gronov.* ex MSS. pro quo quidam leg. *Bucera. Lucan.* l. 9. v. 185. Calidi lucent buceta Matini. Ubi al. *buxeta.* At *Sidon. Apoll.* sine controversia *buceta* habet l. 2. ep. 2. *post med.* Tityri nostrorum montium inter greges per depasta buceta reboantes. ¶ Scribitur et *bucitum.* Ita enim legendum censet *Scalig.* illud *Varron.* l. 4. *L. L.* c. 34. Porta Mucionis, a mugitu, quod ea pecus in bucita, tum antiquum oppidum exigebat. *Gloss. Isid.* Bucita, pascua, ubi cientur boves.

BUCĪTUM, V. vocem præced.

BUCĪNA, et Buccina, æ, f. *a trumpet, cornet, horn, bugle*, σάλπιγξ, tuba, ea præcipue, cujus sonitu signum militibus datur. *Cic. pro Mur.* c. 9. Te gallorum, illum bucinarum cantus exsuscitat. *Id. Verr.* 6. c. 44. Signum bucina dare. *Virg.* 11. *Æn.* v. 475. bello dat signum rauca cruentum Bucina. ¶ De pastorali tuba *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Subulcus debet porcos consuefacere ut omnia faciant ad bucinam. *to the sound of the horn. Id.* l. 3. c. 13. Apros ad bucinam convenire. *Propert.* l. 4. eleg. 10. v. 29. pastoris bucina cantat. ¶ Sed et ad alios usus bucina adhibetur. *Id.* l. 4. eleg. 1. v. 13. Bucina cogebat priscos ad verba Quirites. ¶ *Prima, secunda, tertia bucina* est prima, secunda, tertia vigilia noctis. Nam in castris vigiliarum signum bucina datur. *Propert.* l. 4. eleg. 4. v. 61. Et jam quarta canit venturam bucina lucem. *Liv.* l. 26. c. 15. Ut ad tertiam bucinam præsto essent. Adde *Sil.* l. 7. v. 154. ¶ Diei quoque partes bucinæ sono aliquando, nondum horologiis sonantibus inventis indicari solitæ. Nam quemadmodum noctem in quatuor vigilias, ita diem in quatuor partes dividebant. *Senec. in Thyest.* v. 798. Nondum in noctem vergente die, Tertium dedit bucina signum. Adde *Senec.* l. 3. *controv.* cujus verba infra in *Buccino* referemus. ¶ Translate *Juvenal.* sat. 14. v. 152. Sed qui sermones? quam fœdæ bucina famæ? &c. Nam Fama cum tuba pingi solet. ¶ Inter *tubam*, et *bucinam* hoc interest, quod *tuba* aliquando directa est; *bucina* in semetipsam æreo circulo flectitur, ut *Veget.* l. 3. *de re milit.* c. 5. docet. Hinc *Ovid.* l. 1. *Metam.* v. 335. describens Tritonis bucinam, tortilem fuisse dicit, *in latum quæ turbine crescit ab imo.* Hoc tamen discrimen non semper servatur. Nam *Lucan.* l. 1. v. 431. tubam recurvam dixit. *Tertull. de Pall.* c. 2. bucinam dicit concham marinam, quam *Plinius* bucinum. V. ¶ Variam hujus vocis originem varii assignant Etymologi: ex quo sequitur varia scribendi ratio. Alii derivant a *bucca*, et duplici *ac* scribi volunt: alii vel a similitudine vocis *bu bu*, et *cano*, vel a *vocando*, quasi *vocina*, vel denique a Græco βυκάνη, quod idem significat; et simplici *c* scribunt, quod magis placet *Manut.* et *Dausq.* pluraque habet ex vet. lapidib. et codicib. testimonia.

BUCINĀTOR, et Buccinator, oris, m. *a trumpeter*, qui bucina canit, tubicen, βυκανιτὴς, σαλπιγκτής. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 35. *in fi.* Bucinatore in castris, et paucis ad speciem tabernaculis relictis. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 834. n. 8. D. Memmius D. lib. Xenophon bucinator leg. III. Parth. *Gruter.* pag. 1116. n. 4. L. Volusio Urbano nomenclatori Prætorio Papias servos publicus buccinator nominum. ¶ Translate est prædicator, laudator. *one who proclaims, publishes, or sets fo.th. Cic.* 16. *Fam.* ep. 21. Quod polliceris, te buccinatorem fore existimationis meæ, firmo id constantique animo facias licet.

BUCĪNO, et Buccino, as, n. 1. *to sound a trumpet*, βυκανίζω, bucina cano. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 4. *ad fin.* Cum bucinatum est. *Senec. in proœm.* l. 3. *controvers.* Sæpe, declamante illo, ter buccinavit. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Triton concha sonaci leniter bucinat.

BUCĪNUM, et Buccinum, i, n. *a trumpet; the sound or blast of a trumpet*, idem quod bucina, vel bucinæ sonus. *Plin.* l. 9. c. 33. Conchæ aliæ ad plausum apertæ, aliæ ad bucinum recurvæ. *Id.* l. 11. c. 10. *de apib.* Noctu quies in matutinum, donec una excitet gemino, aut triplici bombo, ut bucino aliquo. ¶ Est etiam genus conchæ marinæ minoris, quæ non nisi petris adhæret, et circa scopulos legitur, ore rotundo, et in margine inciso (quemadmodum ejus figuram exhibent *Rondeletius*, et *Gesnerus*) unde et nomen accepit: *a kind of shell-fish:* nempe quia illa rotunditate refert vel bucinam, qua sonus editur, vel bucinatorem ipsum rotundantem os, dum bucina canit. Porro quia bucinator Græce κήρυξ dicitur; ex hac voce factum est aliud nomen huic conchæ, *murex*, parva litteræ mutatione. Ex bucino eliciebant olim pretiosum illum succum purpuræ, quo vestes tingebantur: cujus usus nunc omnino amissus est. Hæc et alia de bucino *Plin.* l. 9. c. 36. &c.

BUCĪNUS, et Buccinus, i, m. *a trumpeter*, bucinator: *Petron. in fragm. Tragur.* c. 74. *Burman. de gallinaceo cantante.* Non sine causa hic bucinus signum dedit. ¶ *Fl. Caper de Orthogr.* pag. 2243. *Putsch.* docet, *bucinum* masc. gen. significare ipsum bucinæ sonum; sed nullo id testimonio confirmat.

BUCOLĬCUS, a, um, *pastoral, bucolic*, βουκολικὸς, pastoralis: a βουκολέω, boves pasco: quod a βοῦς, bos, et κόλον, cibus. *Colum.* l. 7. *R. R.* c. 10. Ut Bucolicon loquitur poema. *h. e. Virgilii* eclogæ, in quibus res pasto-

ries tractantur, quæ ideo *Bucolica, orum*, inscribuntur. *Gell.* l. 9. c. 9. Cum legerentur: utraque simul Bucolica Theocriti, et Virgilii. Sic de eodem *Virgilio Ovid.* 2. *Trist.* v. 538. Bucolicis juvenis luserat ante modis. ¶ Bucolice tome, βουκολικὴ τομὴ, *h. e.* pastoralis sectio, seu cæsura: dicitur ab Græcis cum in versu hexametro pes quartus est dactylus, dictionem terminans: ut in illo *Virgilii Eclog.* 1. v. 8. Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus. *Auson.* ep. 4. v. 86. Sunt quos hexametri creant revulsi, Ut pentemimeris prior loquetur, Tum quod bucolice tome relinquit. *Bucolice*, et *bucolicos* Græca positione dicuntur. ¶ *Bucolici* milites, quorum mentio fit a *Capitolin. in Antonin. Philos.* c. 21. et a *Vulcat. in Avid. Cass.* c. 6. sunt milites Ægyptii, ita appellati a locis, quæ in Ægypto incolebant, qui *Bucolia* dicebantur, quod a barbaris, et ferocibus hominibus, atque armentorum curæ apprime deditis, habitarentur. ¶ Bucolicon panaces, πάνακες βουκολικὸν, est, quod in Macedonia nascitur; ita dictum, quod armentarii succum ejus sponte erumpentem excipiunt. *Plin.* l. 25. c. 4. *a species of the herb* panacea, *gerard, or woundwort.*

BUCRANIUM, ii, n. *a neat's head*, βουκράνιον, caput bovis recisum. *Inscript.* apud *Murator.* in qua de Taurobolio agitur, pag. 353. Aram et bucranium suo impendio consacravit. V. *Philipp. a Turr. explicat. Taurobol. Lugdun.* apud *Sallengr. to.* 3. *novi Thes. antiquit. R.* ¶ Item herba bubuli capitis similitudinem referens. *the herb calve's-snout. Apulei. de herb.* c. 86.

BUCŬLA, læ, f. *a heifer*, βοΐδιον, parva bos. *Virg.* 1. *Georg.* v. 375. aut bucula cælum Suspiciens, patulis captavit naribus auras. ¶ De bucula ex ære Atheniensibus a Myrone statuario egregie elaborata, multisque Poetarum versibus celebrata, mentionem facit *Cic.* 6. *Verr.* c. 60. et *Plin.* l. 34. c. 8. V. epigrammata *Ausonii* 58. 59. *et sequent.*

BUCŬLUS, li, m. *a young ox, steer, or bullock*, βοΐδιον, parvus bos, parvus juvencus. *Colum.* l. 6. c. 2. Cum buculos comprehenderis, extra stabulum producito.

BUFO, onis, m. *a toad*, genus ranæ terrestris, venenatæ, nimiæ magnitudinis. Φρῦνος a Græcis dicitur, a φυσάω, inflo, quia immaniter inflari solet. *Virg. Georg.* 1. v. 184. Inventusque cavis bufo, et quæ plurima terræ Monstra ferunt.

[* BUGILLO, onis, m. herba eadem, quæ vulgo bugula, aut ajuga reptans appellatur. *Marcell. Empir.* c. 8. Bugillonis succus.]

BUGLOSSA, æ, et Buglossos, i, f. *the herb bugloss or ox-tongue*, βούγλωσσον, et βούγλωσσος, herba boum linguæ similis: a βοῦς, bos, et γλῶσσα, lingua. *Plin.* l. 25. c. 8. Jungitur huic buglossos: cui præcipuum, quod in vinum dejecta, &c. *Apulei. de herb.* c. 41. Buglossa dicta est eo, quod folia aspera in modum linguæ bubulæ habeat. [*Seren. Sammon.* v. 421. Capparis atque apium, buglossaque jungitur una. *Æmil. Macer* tamen primam syllabam corripit *in capit. de buglossa* v. 1. Lingua bovis Græco sermone buglossa vocatur. Et v. 10. Vinum potatum, quo sit macerata buglossa. Sed non imitandus.]

BUGONIA, æ, f. *the generating of bees from the putrified carcases of oxen*, βουγονία, apum generatio: a βοῦς, bos, et γονία, fetificatio, quia apes ex putrefactis bobus gigni dicuntur: ex quo Græci eas βουγόνας vocant. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Non minus satisfaciam tibi, quam qui bugoniam scripsit.

[* BULÆUS, a, um, adject. a Græco βουλὴ, *consilium*. Bulæus Jupiter, et bulæa Pallas quasi consilii publici præsides in numis apud *Spanhem. de usu* &c. *dissert.* 3. pag. 155.]

BULAPĂTHUM, i, n. *the herb patience, or great dock*, βουλάπαθον, genus lapathi altitudine radicis ab aliis differens. *Plin.* l. 20. c. 21. *in fi.*

BULBA, V. *Vulva.*

BULBACĔUS, a, um, *bullaceous, bulbous*, bulbosus. *Plin.* l. 21. c. 26. Hyacinthi radix est bulbacea.

BULBINE, es, f. *an herb with leaves like leeks, and a bulbous root*, βολβίνη, herba ex bulborum genere, foliis porraceis, bulbo rubicundo. *Plin.* l. 20. c. 9. *in fi.*

BULBŌSUS, a, um, *bulbous, containing bulbs*, bulbos habens, βολβώδης. *Plin.* l. 21. c. 21. Hemerocalles radice odorata, atque bulbosa. Adde cap. 17.

BULBŬLUS, li, m. *a small bulb*, parvus bulbus, βολβάριον, βολβίον. *Pallad.* l. 3. tit. 21. Ne oculos circa radicem nascentes, et minores bulbulos sauciemus.

BULBUS, i, m. *a bulb, bulbous root*, βολβὸς, radix quarundam herbarum, vel florum, in modum cæpæ rotunda, et tunicata, quales sunt narcissi, lilii, arundinum, squillæ, et hujusmodi. *Celsus* l. 2. c. 18. inter bulbos enumerat etiam cæpam, et allium. *Plin.* l. 17. c. 20. Arundo seritur bulbo radicis, quem alii oculum vocant. *Id.* l. 21. c. 6. Croci bulbus. *Id.* l. 22. c. 22. asphodeli. *Id.* l. 19. c. 4. In hortis nascentium alia bulbo commendantur, alia capite, alia caule, alia folio. ¶ Speciatim *bulbus* dicitur quædam herba hortensis, bulbos in radice habens esui aptos, quam plerique nobis incognitam putant: cujus varia fuerunt genera, quorum celebratius Megaricum. *any root that is round, and wrapped with skins, coats, or peels, one over another, as onions, leeks, tulips, lilies*, &c. Meminere *Ovid. de remed. Amor.* v. 797. *Plin.* l. 19. c. 5. *Colum.* l. 10. v. 106. et alii. ¶ Cognomen fuit Romanum in gente Atilia, ut C. Atilius Bulbus, qui bis consul, et censor fuit A. U. 519. ut est in Fastis consularib. apud *Gruter.* pag. 292. Lepidum jocum *Ciceronis* in nomine *bulbi* V. in *Conditor.*

BULE, es, f. *the Senate, Assembly of senators, Council of state*, βουλὴ, Græca vox, quæ inter alia significat collegium Senatorum, seu Decurionum, quorum consiliis, et voluntate civitas gubernatur: præsertim apud Græcos. *Plin.* l. 10. ep. 117. Solent totam bulen, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare. et ep. 113. In bulen a Censoribus legi. et ep. 111. Et bule, et ecclesia consentiente.

BULEUTA, æ, m. *a Senator, Counsellor*, βουλευτὴς, Senator, qui in bulen lectus est. *Plin.* l. 10. ep. 48. Ex ea pecunia, quam buleutæ additi beneficio tuo aut jam obtulerunt, aut conferent. Adde ep. 113. et *Spartian. in Severo* cap. 17.

BULEUTERIUM, ii, n. *the Senate-house, place where the Counsellors of state meet*, βουλευτήριον, locus, ubi Senatores conveniunt, curia. *Cic.* 4. *Verr.* c. 21. In curia Syracusis, quem locum illi buleuterium vocant. Adde *Plin.* l. 36. c. 15.

BULGA, æ, f. *a leathern bag, budget*, διφθέρα, μολγός. *Festus* ait esse vocem Gallicam, et significare sacculum scorteum. *Nonius* c. 2. n. 76. interpretatur folliculum, hoc est sacculum ad brachium pendens, quem Veteres etiam crumenam appellarunt: cujusmodi est, qui a viatoribus gestari solet. *Lucil.* apud *Non. ibid.* Cui neque jumentum est, nec servus, nec comes ullus: Bulgam, et quidquid habet nummorum, secum habet ipse. Cum bulga cœnat, dormit, lavit: omnis in una Spes hominis bulga: hac devincta est cetera vita. Adde *Varr. ibid.* ¶ Per similitudinem dicitur de feminarum utero. *Lucil. ibid.* Ut quisque nostrum de bulga est matris in lucem editus. ¶ Eadem videtur esse *vulga*: de qua *Non. ibid.* n. 908. afferens illud *Varron.* Eo ut viaticum ex arcula adderem in vulgam. Et *Lucilii*: in vulgam penetrare pilosam.

BULĪMANS, antis, *famished, starved with hunger*, βουλιμιῶν, intolerabili fame laborans: Græca vox a βοῦς, quod in compositione auget, et λιμὸς, fames. *Theodor. Priscian.* l. 2. c. 29. (*al. par.* 2. c. 16.) ubi alii aliter leg.

BULĪMUS, V. in *Bu.*

BULLA, æ, f. *a bubble in water*, πομφόλυξ, tumor globosus in aqua, aut aliquo alio liquore excrescens, cum bullit, aut spumam facit, et repente evanescens. *Ovid. Metam.* 10. v. 731. Sic fata cruorem Nectare odorato spargit, qui tactus ab illo Intumuit sic, ut pluvio perlucida cælo Surgere bulla solet. *Martial.* l. 8. epigr. 33. offensæ bulla tumescit aquæ. ¶ Ad hanc significationem respexit *Varro* l. 1. *R. R.* c. 1. Cogitans, esse properandum, quod, ut dicitur, si est homo bulla, eo magis senex. ¶ Ab similitudine dicuntur bullæ umbellata clavorum capita, quibus ditiorum fores exornari solent, *heads of nails, or studs, embossed on doors or gates*: item quæ cingulis, et balteis infigi ad ornatum. *Cic. Verr.* 6. c. 56. Bullas aureas omnes ex his valvis non dubitavit auferre. *Virg. Æn.* 12. v. 942. et notis fulserunt cingula bullis. et *Æn.* 9. v. 359. aurea bullis cingula. *studs or bosses.* ¶ Hujusmodi bullatis clavis foribus, vel tabulæ impactis mos fuit aliquando dies, qui boni, quique incommodi essent, notare: cujus rei testimonium exstat apud *Petron. in Satyr.* c. 30. ¶ Bullam in tympano horologii, quæ bullato clavo similis esse debuit, memorat *Vitruv.* l. 9. c. 9. ubi de variis horologiorum rationibus agit. ¶ Sed præcipue *bulla* dicta est insigne quoddam, quod a pueris Romanis e collo ante pectus loro suspensum gestabatur in signum ingenuitatis, et fortunæ. Nam tempore sumendæ togæ bullam una cum prætexta deponebant, et Laribus donabant, sicut puellæ Veneri pupas suas. *an ornament, or boss, of the shape of a heart, worn round the neck by children until they were seventeen years old, when they left off wearing it, and consecrated it to the lares. Pers.* sat. 5. v. 30. Cum primum pavido custos mihi purpura cessit, Bullaque succinctis laribus donata pependit. Narrat *Plin.* l. 33. c. 1. hunc bullæ gestandæ morem originem habuisse a Tarquinio Prisco, qui filium suum, quod adhuc prætextatus hostem in bello occidisset, aurea bulla donavit. Ex quo factum est, ut equitum filii prætextati insigne id haberent. Alii vero scribunt, non modo equitum, sed omnium ingenuorum filios bullam auream gestasse. Nam libertini, et aliquando etiam tenuiores vel lorum tantum, vel bullam scorteam ex loreo nodo pendentem habebant, ut *Ascon. in Verr.* 3. c. 58. docet. Hinc *Juvenal.* sat. 5. v. 153. Hetruscum puero si contigit aurum, Vel nodus tantum, et signum de paupere loro. *Hetruscum* dicit, quia ab Hetruscis morem hunc Romani mutuaverant, vel quia ejus auctor fuit Tarquinius in Hetruria natus. *Macrob.* l. 1. *Satur.* c. 6. tradit, peritissimos vetustatis referre hoc inventum ad Romulum, qui infantem ab Hersilia Sabina ante alias omnes primum editum tali insigni decoraverit. ¶ Fuit etiam gestamen triumphantium, quod in triumpho præ se gerebant, inclusis intra illud remediis, quæ crederent adversus invidiam valentissima. *Macrob. ibid.* ¶ Solebant in puerili bulla humani cordis figuram effingere, ut eam inspicientes pueri, ita demum se homines cogitarent, si corde præstarent, ut *Macrob. ibid.* ait. *Cic. Verr.* 3. c. 58. Bulla ornamentum pueritiæ, indicium atque insigne fortunæ. ¶ *Bulla dignus* dicitur, qui ineptit, et puerilia facit: dignus propterea qui inter pueros referatur. *Juvenal.* sat. 13. v. 33. Dic, senior bulla dignissime, nescis, Quas habeat Veneres aliena pecunia? ¶ Bullæ puerilis figuram habes apud *Sponium miscel. erud. antiq.* pag. 299.

BULLATIO, onis, f. *Plin.* l. 34. c. 14. Lapis hic et in Cantabria nascitur, non ille magnes verus caute continua, sed sparsa bullatione. *h. e.* bullarum instar per agros sparsus, non e continua rupe excisus. Ita legit, et interpretatur *Harduin.* nam editi alii habent *bubbatione.*

BULLĀTUS, a, um, *studded with bosses; wearing the boss or* bulla, *yet in a state of boyhood*, bullam habens. [† *Varr. L. L.* 4. 24. Cingulum e corio bullatum balteum dictum.] *Juvenal.* sat. 14. v. 4. Heres bullatus. *h. e.* parvulus, ut qui adhuc bullam gestat. *Scipio Afric.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 10. Bullatus puer. *Valer. Max.* l. 3. c. 1. n. 1. Bullata statua. *h. e.* statua pueri cum bulla. ¶ Translate *Fulgent. in carm.* l. 1. *Mythol.* Luna bicornis Bullatum bijugis conscenderat æthera tauris. *h. e.* stellis tanquam bullis distinctum. *Pers.* sat. 5. v. 19. Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis Pagina turgescat. *inflated, bloated, swollen. h. e.* inflatis, tumidis instar bullarum in aqua excrescentium. Al. leg. *pullatis.*

[* BULLESCO, is, n. 3. *Ampel. de mirac. mundi* c. 8. Cum manibus supplodas, pix alte extollitur, et quasi ab aqua bullescit. *h. e.* in bullas abit, ebullit.]

BULLĬO, is, ivi, itum, n. 4. *to boil, bubble*, βράζω, ferveo, bullas emitto; a *bullis*, quas in aqua fervida videmus. *Cels.* l. 5. c. 19. *in fi.* Spumæ argenti selibra cocti, donec bullire desierit. *Pers.* sat. 3. v. 34. et bullit, ut Demersus, summa rursus non bullit in unda. *h. e.* non emergit. aqua enim bulliens in altum ejicit quidquid immixtum habet. ¶ Translate *Apulei.* l. 10. *Metam.* Bullire indignatione. *h. e.* ardere iracundia. *to boil with rage.*

BULLĪTUS, us, m. *the boiling or bubbling of water*, agitatio aquæ bullientis, ἀνάβρασις. *Vitruv.* l. 8. c. 3. Capita fontium cum sunt angustiis compressa, ruunt in summo spiritus aquæ bullitus.

BULLĪTUS, a, um, *boiled, sodden*, particip. passiv. fervefactus. *Veget. de re Veterin.* l. 1. c. 45. *in fi.* Castoreum, lauri baccas, ammoniacum mittis in ollam, et bullita atteres, dabisque ad bibendum.

BULLO, as, avi, atum, n. 1. *to bubble, boil*, bullas emitto, bullio, πομφολυγέω. *Cels.* l. 2. c. 7. Si urina bullat, aut male olet. *Cato R. R.* c. 105. Mustum in ahenum infundito, ignem subdito: ubi bullabit vinum, ignem subducito. *Plin.* l. 9. c. 7. Bullantium aquarum sufflatio. *Id.* l. 18. c. 31. Rugæ mali torcularis bullantes per cochleas. *h. e.* spiræ crassiores, exstantes, et in bullæ morem rotundatæ.

BULLŬLA, æ, f. *a little bubble*, parva bulla. *Cels.* l. 2. c. 5. *extr.* Si urina bullulas excitat. Adde lib. 5. c. 28. sect. 17.

BULVA, æ, quæ legitur in quodam versu *Nævii* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 14. idem est ac *vulva*, ea ratione, qua initio hujus Litteræ dictum est. V. *Vulva.*

BUMAMMA, æ, f. *a kind of large grape swelling like a teat, a bumast grape*, βούμαστος, genus uvæ crassioris, rotundique acini: a βοῦς, bos, et *mamma*, quia instar mammæ bovis turgescit, ut *Serv. ad* l. 2. *Georg.* v. 102. docet. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Novi majestatem boum, et ab his dici pleraque magna, ut βούσυκον, βούπαιδα; uvam quoque bumammam. Adde *Macrob.* l. 2. *Saturn. c. ult.*

BUMASTUS, i, f. βούμαστος, uva eadem quæ bumamma: a βοῦς, bos, et μαστὸς, mamma. *Virg.* 2. *Georg.* v. 102. et tumidis, bumaste, racemis. *Plin.* l. 14. c. 1. Tument mammarum modo bumasti. Adde *Colum.* l. 3. c. 2.

BUMELĬA, æ, f. *a kind of ash-tree, a mountain-ash*, βουμελία, species fraxini amplissimæ, et lentissimæ: a βοῦ, quod in compositione auget, et μελία, fraxinus. *Plin.* l. 16. c. 13.

BUNĬAS, adis, f. *a sort of radish, navew, or turnip*, genus napi. *Plin.* l. 20. c. 4. Naporum duas differentias et in medicina Græci servant. Angulosis foliorum caulibus florentis, quod bunion (βούνιον) vocant, purgationibus feminarum et vesicæ et urinæ utile decoctum, &c. Alterum genus buniada (βουνιάδα) appellant, et raphano et rapo simile, seminis præclari contra venena, &c. *Colum.* l. 10. v. 422. Quæque Amiterninis defertur bunias arvis.

BUNĬON, V. vocem. præced.

BUPĂLUS, li, Chius quidam marmorarius, aut pictor. Hic una cum fratre Athenide cum imaginem Hipponactis poetæ, ob insignem fœditatem, ridendam exposuisset, eos Hipponactes tam amaro carmine est persecutus, ut ad laqueum compulerit. *Horat.* epod. 6. v. 14. Qualis Lycambæ spretus infido gener, Aut acer hostis Bupalo. ¶ Hanc tamen historiam vanam arguit *Plin.* l. 36. c. 5.

BUPÆDES, V. in *Bu.*

BUPHTHALMOS, i, m. *the herb ox-eye*, βούφθαλμος, et βούφθαλμον, a βοῦς, bos, et ὀφθαλμὸς, oculus, herba est similis boum oculis, folio fœniculi, fruticosa caulibus, qui et manduntur decocti: circa oppida nascitur. *Plin.* l. 25. c. 8. ¶ Item genus aizoi majoris, quod in fictilibus vas-

culis seri solet, et in subgrundiis fere nascitur. Itali vocant sedum magnum, aut oculum, aut digitellum. *Id. ibid.* c. 13.

BUPLEURON, i, n. *a herb resembling dill*, βούπλευρον, herba, quam in sponte nascentium olerum numero Græci habent, caule cubitali, foliis multis longisque, capite seu umbella anethi simili, laudatam in cibis ab Hippocrate, in medicina a Glaucone, et Nicandro. Herbariis nostris nunc incognita esse creditur. Meminit *Plin.* l. et c. 22.

BUPRESTIS, is, f. *a venomous animal of the kind of cantharides, like a spider, proving fatal to cattle when eaten among grass*, βούπρηστις, animal ex genere cantharidum, scarabeo longipedi simile, venenatum, sanguine carens: a βοῦς, bos, et πρήθω, incendo, quod boves inter herbas fallit, devoratumque tacto felle ita inflammat, ut rumpat, ut *Plin.* l. 30. c. 4. docet. *Id. ibid.* Buprestis cum hircino sevo illita lichenas ex facie tollit. *Id.* l. 31. c. 10. Nitrum succurrit et venenis fungorum, ex posca potum; aut si buprestis pasta sit. ¶ Est etiam hoc nomine herba ex olerum genere. *a sort of herb which kills cattle, the burn-cow. Plin.* l. et c. 22.

BURA, æ, et Buris, is, f. *a crooked piece of wood, forming the trunk or principal part of the plough, and lying between the beam and the plough-share; the plough-tail*, ἔλυμα, curvamentum aratri, hoc est præcipua aratri pars curva, cui a posteriori parte stiva, a priori dentale, aures, et temo infigitur: quasi βοὸς οὐρὰ, bovis cauda, quia instar caudæ bovinæ incurvata est. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 19. Terram boves proscindere nisi magnis viribus non possunt, et sæpe fracta bura relinquunt vomeres in arvo. *Virg. Georg.* 1. v. 169. magna vi flexa domatur In burim, et curvi formam accipit ulmus aratri. *Serv. ad hunc loc.* affert quoddam *Varronis* fragmentum, in quo *buris* masculino genere effertur: *Totum burim indici ab urbe.* ¶ *Turneb.* l. 22. *adversar.* c. 30. buram dicit esse temonem illum longum aratri, qui inter boves est protensus. Sed profecto fallitur. Nam *Virg. loc. cit.* post *burim* enumerat *temonem, aures, dentalia*, et *stivam*, quibus partibus totum aratrum componitur.

BURDIGĂLA, æ, f. [† hod.] *Bourdeaux*, urbs Aquitaniæ ad Garumnam amnem. Patria fuit Ausonii poetæ, ut idem testatur *de clar. urbib.* n. 14. v. 8. ¶ Scribitur et *Burdegala.*

BURDIGALENSIS, se, ad Burdigalam pertinens. *Sidon.* l. 9. ep. 13. *in carm.* Coram discipulis Burdigalensibus. ¶ Scribitur et *Burdegalensis.*

BURDO, onis, m. *a mule engendered of a horse and she-ass*, ἡμίονος, mulus ex equo, et asina genitus, ut est apud *Eugen. Toletan.* carm. 22. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 47. Legato continentur jumenta vel lectica, vel sella, vel burdones. ¶ Videtur ducta hæc vox ab Hebræo mulus. [† Differt a mulo, qui est ex asino et equa.]

BURDUNCŬLUS, li, m. *the herb ox-tongue*, herba quæ et lingua bovis appellatur. *Marcell. Empir.* c. 5.

BURGARĬI, orum, m. qui in Burgis habitant. Exstat de his titulus in *Cod. Theodos.* lib. 7. tit. 14. ubi intelligi videntur ii, qui in Burgis, seu castellis custodiendæ provinciæ causa ponuntur.

BURGUNDIŌNES, um, *the inhabitants of Burgundy*, populi Galliæ Celticæ, quos quondam a Druso et Tiberio adoptivis filiis Cæsaris devictos, et per varia habitacula dispositos aiunt in magnam coaluisse gentem; indeque nomen accepisse, quod crebra per limitem habitacula constituta Burgos vocant. Hæc *Oros.* l. 7. c. 32. et *Isid.* l. 9. *Orig.* c. 4. In singulari numero, *Sidon.* carm. 7. v. 234. Burgundio trux.

BURGUS, i, m. *a castle, fort, redoubt.* Vox est cadentis Latinitatis, qua significatur parvum castellum muniendi causa exstructum. Videtur esse a Græco πύργος, turris. *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 10. Quod si ultra jactum teli, in clivo tamen civitatis, subjecta sit vena, castellum parvulum (quem Burgum vocant) inter civitatem, et fontem convenit fabricari, ibique balistas, sagittariosque constitui, ut aqua defendatur ab hostibus. *Justinian.* lib. 1. *Cod.* tit. 27. leg. 2. Ubi ante invasionem Wandalorum Respublica Romana fines habuerat, et ubi custodes antiqui servabant, sicut ex clausuris, et burgis ostenditur. ¶ *Burgus* etiam dicitur plurium domorum congregatio, per limites alicujus provinciæ constitutarum: item vicus quilibet munimento aliquo conclusus, *a burgh, borough. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 164. n. 3. et 4. *Isid.* l. 9. *Orig.* c. 4. et *Oros.* l. 7. c. 32. Burgum Pontii Leontii describit *Sidon.* carm. 22.

BURĬCUS, i, m. *a sorry horse*, parvus, et vilior equus, mannus. *Paulin Nolan.* ep. 29. *ad Sever.* (*al.* 10.) c. 12. Macro illa, et viliore asellis burico sedens. Adde *Veget. de re Veterin.* l. 4. c. 2. *in fi.* ¶ *Salmas. in adnotat. ad Vopisc. in Carino, c. pænult.* docet, hanc vocem derivari a Græco πύῤῥιχος, rufus (nam et *burricus* scriptum legitur, et *burrichus*) ut proprie significet equum parvum rufi coloris. Alii putant Gallicam esse.

BURRÆ, arum, f. *trifles, nonsense, folly*, gerræ, nugæ, res vanæ, et nullius pretii. *Auson. in præfat.* 3. *ad Latin. Pacat.* At nos illepidum, rudem libellum, Burras, quisquilias, ineptiasque, &c. *Scalig. in lection. Ausonian.* l. 2. c. 13. putat esse vocem Aquitanicam. Majorem enim Aquitanicarum nationum partem quisquilias appellare *burras.* Quidam apud *Voss. in Etymol.* in *Burus* docent, *burram* esse vestis cujusdam vilioris genus: ex quo burras dici res quaslibet minimi pretii.

BURRANĬCA POTIO appellatur lac sapa commixtum: *a beverage made up of wine and milk; a sort of milk-punch:* a rufo colore, qui *burrus* dicitur. *Festus.* Hujusmodi potionem designavit *Ovid.* 4. *Fast.* v. 480. Lac niveum potes, purpureamque sapam.

BURRANĬCUM, genus vasis, teste *Festo.* Videtur autem, ductum a potione burranica, ut scribit *Voss. in Etymol.* in *Burrus.*

BURRHĬNON, i, n. βούῤῥινον, herba, quæ et cynocephalion dicitur: a βοῦς, bos, et ῥὶν, ῥινὸς, naris, quod bovinis naribus similis est. *Apulei. de herb.* c. 86.

BURRĬO, is, n. 4. *to swarm or make a humming noise, as pismires do*, verbum fictum ad exprimendam trepidationem illam, et concursationem, quæ videtur in formicarum ædificiis. *Apulei.* l. 8. *Metam.* In carioso stipite formicarum nidificia burriebant, et ultro citroque commeabant multijuga scaturigine. Al. leg. *bulliebant*, al. *aberrabant*, vel *oberrabant.*

BURRUS, a, um, *red, ruddy*, rufus, a Græco πυῤῥὸς, quod idem significat, υ in u converso. Hinc rustici *burram* appellant buculam, quæ rostrum habet rufum. Pari modo rubens cibo, ac potione ex prandio *burrus* dicitur. *Festus.* ¶ Etiam *Burrus* nomen proprium R. et *Burra* prænomen muliebre, a rufo colore imposita sunt, ut videre est in *lib. de nominib. Rom.* quem alii C. *Tito Probo* tribuunt, alii *Valer. Max.* ¶ Olim *Burrus* pro *Pyrrhus* a veterib. scribebatur, ut *Quintil.* l. 1. c. 4. (al. 6.) docet, et factitatum fuisse ab *Ennio*, narrat *Cic. in Orat.* c. 48.

BUSELĬNUM, i, n. *an herb like garden smallage*, βουσέλινον, herba sativo apio similis, sola caulis brevitate, et rufa radice differens. *Plin.* l. 20. c. 12.

BUSEQUA, V. *Bubsequa.*

BUSĪRIS, genit. Busiris, et Busiridis, Βούσιρις, Neptuni et Libyes filiæ Epaphi filius, crudelissimus Ægyptiorum Tyrannus fuit, quo tempore Danaus Argivis imperavit. Hic cum hospites omnes ad aras Jovis immolaret, ab Hercule in Ægyptum delato, cum easdem illi insidias pararet, una cum Amphidamante filio, et præcone Chalbe, et ministris aræ, interfectus est. *Virg.* 3. *Georg.* v. 5. Aut illaudati nescit Busiridis aras. *Ovid.* l. 1. *de ar am.* v. 649. Cum Thrasius Busirin adit, monstratque piari, &c. ¶ *Statius* mediam syllabam corripuit 12. *Theb.* v. 576. Non trucibus monstris Busirim, infandumque dedisti Cercyona. Alii tamen rectius leg. *Sinin.* ¶ Est et nomen urbis in Ægypto, [† nunc] *Bosire*, ad Nilum fluvium a *Busiride* condita, in qua fuit templum magnum Isidis. *Plin.* l. 5. c. 10.

BUSTAR, aris, idem quod bustum. Affertur a *Charis.* l. 1. pag. 25. *Putsch.* sed nullo Latini scriptoris exemplo confirmatur.

BUSTĔUS, a, um, adject. a busto derivatum. *Plauto* quidam olim tribuebant, *Trucul.* 2. 7. 58. Odio es confossus, busteus. *h. e.* busto seu morti proximus. Ubi nunc ita legitur: *hic odiose es, confessus omnibus reus:* vel *omnibus te iis.*

BUSTIĀLIS, V. *Bustualis.*

BUSTICĒTUM, ti, *a cemetery*, locus in quo multa sunt busta: item ipsum bustum. *Arnob.* l. 1. pag. 22. Hercules, quem vos fertis vivum arsisse, et concrematum in funestis busticetis. *Id.* l. 7. pag. 222. Aræ istæ, quas dicitis, altariaque hæc pulcra infelicissimi animalium generis ustrinæ, rogi sunt, et busticeta in opus structa fœdissimum.

BUSTIRĂPUS, i, m. *a robber of tombs or graves*, qui lucri causa busta spoliat, τυμβώρυχος. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 126. Impudice, sceleste, verbero, bustirape, furcifer.

BUSTUĀLIS, le, *relating to tombs*, ad bustum pertinens. *Sidon.* l. 3. ep. 12. Campus refertus bustualibus favillis. *Prudent. Cathemerin.* 9. v. 52. Suetus antro bustuali sub catenis frendere. Al. leg. *bustiali.*

BUSTUARĬUS, a, um, adject. *relating to tombs*, ἐπιτύμβιος, bustualis, ut bustuarii gladiatores, qui ante busta dimicabant. *gladiators that fought at the grave of some great man, in honour of him. Cic. in Pison.* c. 9. [† V. *Lips. Saturn.* 1. 8.] ¶ *Bustuaria mœcha*, quæ inter busta prostat. *Martial.* l. 3. epigr. 93. ¶ *Bustuarius, ii*, substant. *Ammiano* l. 28. c. 1. (*al.* 4.) est libitinarius, qui curat funera, et corpora comburit.

BUSTUM, sti, n. *the place where the bodies of the dead were burned, and buried*, καῦσις νεκρῶν. ab *urendo* derivata vox, a *Festo* definitur locus, in quo mortuus comburitur, et sepelitur. Nam ubi quis combustus tantummodo est, alibi vero sepultus, ustrina vocatur. Hæc *Festus.* ¶ Sic etiam dicitur ipsa cadaveris combustio. *Lucret.* l. 3. v. 920. At nos horrifico cinefactum te prope busto Insatiabiliter deflebimus. ¶ Item ipsum cadaver combustum. *Stat.* 12. *Theb.* v. 247. haud procul Ogygias domos, et egena sepulcri Busta jacere reor. ¶ Quia vero plerunque Romani eodem loco et cremabantur, et sepeliebantur, hinc sæpe accipitur pro ipso sepulcro, *a tomb*, τύμβος. *Cic.* 2. *de legib.* c. 26. De sepulcro autem nihil est apud Solonem amplius, quam ne quis ea deleat, neve alienum inferat; pœnaque est, si quis bustum (nam id puto appellari τύμβον) aut monumentum violarit, &c. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 35. Sardanapalus incidi jussit in busto: hæc habeo, quæ edi. *Id. Phil.* 1. c. 2. Bustum facere. V. *Insepultus.* ¶ Hoc sensu differt a *monumento*, quod *bustum* cremati cadaveris reliquias habet, *monumentum* non habet, sed ad memoriam tantummodo defuncti exstructum est. Hinc duo ista distinxit *Sueton. in Ner.* c. 38. ubi narrat plebem Romanam, incensa a Nerone Urbe, *ad monumentorum, bustorumque diversoria* fuisse compulsam. Porro *diversoria* quod appellat, significat varia subterranea cubicula, quæ in bustis exstrui a ditioribus solebant, ad quæ per gradus descendebatur. Quibus in locis prostare solebant viliores meretrices, quas proinde *bustuarias mœchas* vocat *Martial.* l. 3. epigr. 93. ¶ *Ad Busta Gallica* locus fuit in Urbe Roma, in regione quarta, ubi Gallorum, qui eam ceperant, ossa coacervata, et condita fuerant. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. *ad fin.* et *Liv.* l. 22. c. 14. ¶ Translate *Cic. in Pison.* cap. 5. Templum illud fuit, te consule, castellum forensis latrocinii, bustum legum omnium, ac religionum. et cap. 4. Cum tu interim, bustum Reipublicæ, qui, &c. Sic *Plin.* l. 5. c. 17. oppidum excisum *bustum* vocat.

BUSȲCON, V. in *Bu.*

BUTĔO, onis, m. *a kind of hawk*, genus accipitris subnigri coloris, alio nomine triorches, τριόρχης, dictus, quod tres habere dicatur testiculos. Huic quidam principatum in auguriis dedere. Apud Baleares in honore mensarum est. Romanæ familiæ in gente Fabia cognomen dedit, cum prospero auspicio in ducis navi sedisset. Hæc ex *Plin.* l. 10. c. 8. et 49. ¶ Putant quidam, esse buteonem, quem Anglorum multi vocant *a buzzard.* V. *Aldrovand.* l. 5. *Ornithol.* c. 7. et alibi. ¶ De hac ave hæc habet *Festus:* Buteo genus avis, quæ ex eo se alit, quod accipitri eripuerit: vastitatisque est causa his locis, quæ intraverit, ut bubo: a quo etiam appellatur *buteo.* Quædam ex his, ut minus vera reprehendit *Voss. in Etymol.* ¶ Fuit cognomen Romanum in gente Fabia, ut Q. Fabius Buteo, *Liv.* l. 33. c. 26. M. Fabius, et Numer. Fabius Buteo *in Fest. Capitol.* apud *Gruter.* pag. 292. col. 1. et 2.

BUTES, æ, m. Βούτης, filius fuit Amyci, Bebryciorum Regis, qui ob sævitiam patris ab Argonautis cæsi Regno pulsus parvo navigio Drepanum in Siciliam confugit, ubi a Lycaste nobili meretrice hospitio susceptus est, a qua cum ob formæ, morumque, et ætatis elegantiam diligeretur, ejus concubitu usus Erycem filium ex ea suscepit. Et quoniam Lycaste ob eximiam pulcritudinem *Venus* vocabatur, datus est locus fabulæ, Butem ex Venere filium Erycem suscepisse. Narrat *Virg.* 5. *Æn.* v. 370. hunc a Darete juxta tumulum Hectoris occisum fuisse. [¶ Alius fuit Butes Teleontis et Zeuxippes Eridani (corrige Apidani) fluminis filiæ filius, Atheniensis, de quo mentionem facit *Hygin.* fab. 14. ¶ Fuit alius Pallantis filius. *Ovid. Met.* l. 7. v. 500. ¶ Item armiger quidam Anchisæ. *Virgil. Æn.* l. 9. v. 647. ¶ Alius denique fuit Butes Trojanus a Camilla in prælio occisus. *Virgil. Æn.* l. 11. v. 690.]

BUTHROTĬUS, a, um, ad Buthrotum pertinens. *Cic. ad Planc. post* epist. 16. lib. 16. *ad Attic.* Buthrotius ager. et *ibid.* Buthrotia causa. ¶ *Buthroti, orum*, sunt Buthroti incolæ. *Cic. ibid.*

BUTHRŌTUM, ti, n. et Buthrotus, ti, f. [† nunc] *Butintrò*, Βουθρωτὸν, oppidum Epiri in ora, contra Corcyram, colonia olim Romanorum. *Plin.* l. 4. c. 1. Colonia Buthrotum, maximeque nobilitatus Ambracius sinus. *Ovid. Metam.* 13. v. 720. regnataque vati Buthrotus Phrygio.

BUTHYSĬA, æ, f. *a sacrifice of oxen*, βουθυσία, magnum, ac solemne sacrificium, in quo multæ, et magnæ victimæ cæduntur, qualis est hecatombe: Græca vox a βοῦ, quod in compositione auget, et θύω, macto, sacrifico: vel a βοῦς, bos, quia bos est maxima victimarum. *Sueton. in Ner.* c. 12. Gymnico, quod in septis edebat, inter buthysiæ apparatum, barbam primam posuit.

BUTĪCUM linum, genus lini Ægyptii a Buto urbe, circa quam nascitur, denominatum. *Plin.* l. 19. c. 1.

BUTĬO, onis, m. *a heron*, ardea stellaris minor, seu asterias. *Auct. carm. de Philom.* v. 42. Inque paludiferis butio bubit aquis.

BUTTUBATA, seu Butubata *Nævius*, teste *Festo*, pro nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis. De vocis origine multa *Scalig. ad Fest.* et *Voss. in Etymol.*

BUTȲRUM, i, n. *butter*, βούτυρον, spumo lactis sero concretior, et multa agitatione pinguior, Romanis quondam ignota: Græca vox a βοῦς, bos, et τυρὸς, coagulum, quia ex bubulo lacte plerunque fieri solet. *Plin.* l. 28. c. 9. E lacte fit et butyrum, barbararum gentium lautissimus cibus, et qui divites a plebe discernat. Plurimum e bubulo; et inde nomen: pinguissimum ex ovibus. Fit et ex caprino, sed hieme, calefacto lacte. *Id.* l. 11. c. 41. Mirum, barbaras gentes, quæ lacte vivant, ignorare, aut spernere tot sæculis casei dotem, densantes id alioqui in acorem jucundum, et pingue butyrum. Spuma id est lactis, concretiorque, quam quod serum vocatur. Non omittendum, in eo olei vim esse, et barbaros omnes, infantesque nostros ita ungi. Adde *Cels.* l. 4. c. 15. et 18. et l. 5. c. 26. sect. 30. ¶ Pænultima longa est. *Sidon.* carm. 12. v. 7. Infundens acido comam butyro. (*Homerus* quoque *in Batrachomyomach.* primam in τυρὸς produxit.) Corripuit

Pud. Macer de herb. c. de ruta. Cum butyro, modicoque oleo decocta tumorem, &c. sed non est imitandus. Turpius tamen peccavit primam quoque corripiendo. Est enim Græca diphthongus. qua in re et *Salon.* erravit, et quicunque auctor est illius versus, quem quidam perperam *V. Valgio* tribuunt: Lac niveum, butyrumque novum cum melle comedit.

BUXANS, antis, *like box*, buxum colore referens. *Apulei.* l. 8. *Metam.* Refert se se buxanti pallore trepidus.

BUXETUM, ti, n. *a plantation of box-wood*, πυξεὼν, locus buxo consitus. *Martial.* l. 2. epigr. 14. Lotus ad Europes tepidæ buxeta recurrit. Adde l. 3. epigr. 58.

BUXEUS, a, um, *of box*, πύξινος, qui est e buxo. *Colum.* l. 7. c. 8. *sub fin.* Caseus vel manu figuratur, vel buxeis formis exprimitur. *Solin.* c. 52. (*al.* 65.) *ante med.* Buxei luci. ¶ Item qui colore est buxo simili, *of a pale yellow colour like box. Plin.* l. 8. c. 20. Buxeus color. *Varr.* apud *Non.* c. 6. n. 65. Anates tremipedas, buxeis rostris pecudes. *Martial.* l. 2. epigr. 41. Dentes piceique, buxeique. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 58. *edition. Burman.* Buxei annuli. *h. e.* aurei, ut quidam Interp. exponunt. Auri enim color buxeo similis est. *Apulei.* l. 1. *Metam.* Buxeus pallor.

BUXIFER, a, um, *producing box-trees*, πυξώδης, buxos ferens. *Catull.* carm. 4. *de Phaselo.* Amastri Pontica, et Cytore buxifer.

BUXIS, idis, f. idem ac pyxis, Græco *υ* in *u* Latinum converso. Legitur in quibusdam editionibus *Pauli JCti* lib. 3. *receptar. sentent. tit. de legatis sub fin.*

BUXŌSUS, a, um, adject. *like box*, *Plin.* l. 12. c. 25. *de xylobalsamo.* Buxosum est optimum, quod est odoratissimum. *h. e.* buxo simile.

BUXUM, i, n. *box-wood, the box-tree*, πύξος, lignum, et arbor buxi. *Virg.* 2. *Georg.* v. 449. et torno rasile buxum. *Enn.* apud *Phylargyr.* longique cupressi Stant rectis foliis, et amaro corpore buxum. *Plin.* l. 16. c. 43. Quæ in lamina secantur, præcipua sunt citrum, terebinthus, buxum. ¶ Per synecdochen accipitur pro tibia e buxo (V. vocem sequentem.) *a pipe or flute made of box-wood. Ovid.* 14. *Metam.* v. 537. tinnitibus aera pulsi Æris, et inflati complevit murmure buxi. *Propert.* l. 4. eleg. 8. v. 42. Jactabat truncas ad cava buxa manus. *h. e.* saltabat ad tibiam. Adde *Stat. Theb.* lib. 7. v. 170. ¶ Item pro trocho, quo pueri ludunt. *a top. Virg.* 7. *Æn.* v. 382. Volubile buxum. *Pers.* sat. 3. v. 51. buxum torquere flagello. ¶ Et pro pectine e buxo. *a comb. Juvenal.* sat. 14. v. 194. caput intactum buxo, naresque pilosæ. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 229. Crines depectere buxo.

BUXUS, i, f. *the box-tree, box-wood*, πύξος, arbor exigua, foliis minutis, densis, rotundis, et concavis, semperque virentibus, ligno vero coloris aurei, adeoque duro, ac ponderoso, ut neque cariem sentiat, et in aqua subsidat. *Ovid.* l. 3. *de ar. aman.* v. 691. Nec densæ foliis buxi. *Plin.* l. 16. c. 40. Spississima, ideo et gravissima judicatur ebenus, et buxus. ¶ Per synecdochen sumitur pro opere aliquo ex buxo facto, ut v. g. pro tibia. Nam multæ e buxo tibiæ fiebant, præsertim illæ, quas in sacris adhibebant, ut ex *Plin.* l. 16. c. 36. *in fi.* colligitur. *Virg.* 9. *Æn.* v. 619. Tympana vos, buxusque vocant Berecynthia matris Idææ. *Stat.* 2. *Theb.* v. 77. plurima buxus. *h. e.* tibiæ. (Adde 9. *Theb.* v. 480.) *Juvenal* sat. 14. v. 194. caput intactum buxo. *h. e.* pectine.

BY

BYBLIS, idis, f. Βύβλις, filia Mileti Regis Mileti urbis, et Cyanees nymphæ, quæ a fratre Cauno, cujus amore deperibat, repulsa, impatientia amoris in fontem sui nominis mutata est, ut *Ovid. Metam.* 9. v. 662. narrat: qui tamen l. 1. *de ar. am.* v. 282. laqueo vitam finisse dicit. *Hygin.* quoque fab. 243. ipsam sibi vim intulisse scribit. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 451. Cyanee præstanti corpora forma, Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam. Byblis in exemplo est, ut ament concessa puellæ. et v. 650. Bybli taces, frondesque tuo premis ore caducas. ¶ Legitur et *Biblis*, sed minus recte.

BYRRHUS, V. *Birrus.*

BYRSA, æ, f. Βύρσα, arx in media Carthaginiensium urbe, a Didone exstructa, et appellata. V. *Carthago. Virg. Æn.* 1. v. 371.

BYRSĬCUS, a, um, ad Byrsam pertinens, Carthaginiensis. *Sidon. in carm.* l. 7. ep. 17. v. 17. Spernis Elissææ Byrsica tecta domus.

BYSSĬCUS, a, um, idem ac byssinus. *Martian. Dig.* lib. 39. tit. 4. leg. 16. Opus byssicum, pelles Babylonicæ, &c. *h. e.* pannus ex bysso. Ita legitur in celebri editione *Torrentini.* Al. hab. *byssinum.*

BYSSĬNUS, a, um, *made of fine flax, linen*, βύσσινος, qui ex bysso est. *Plin.* l. 19. c. 1. Lino, quod ignibus non absumatur, principatus in toto orbe. Proximus byssino, mulierum maxime deliciis circa Elim in Achaia genito. Quaternis denariis scripula ejus permutata quondam, ut auri, reperio. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Byssina vestis. ¶ *Byssinum, i,* absolute pro veste byssina. *Tertull. de cultu femin. in fi.* Vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitiæ.

BYSSUS, i, f. *a sort of fine flax, or lint*, βύσσος, ἡ, genus lini (quod *linum byssinum* dicitur a *Plin.* l. 19. c. 1.) subtilissimi, et delicatissimi circa Elim in Achaia nascentis, adeoque pretiosi, ut auro contra æstimatum sit, habitumque in deliciis feminarum. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Vestis multicolor, bysso tenui pertexta.

BYTHIOS, Βύθιος, hoc est profundus, idem ac Bythos apud *Tertull. advers. Valentinian.* c. 8.

BYTHOS, m. Βυθὸς, hoc est profundum, unus ex æonibus Valentini apud *Tertull. advers. Valentinian.* c. 7. et *advers. Hæretic.* c. 49.

BYTŪRUS, V. *Biurus.*

BYZACĒNUS, a, um, ad Byzacium pertinens. Est autem *Byzacium* regio Africæ CCL. M. pass. per circuitum, fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fenus reddente terra. Varia habet oppida, quæ *Plin.* l. 5. c. 4. enumerat. Ejus cultores Libyphœnices dicuntur. *Justinian.* lib. 1. *Cod.* tit. 27. leg. 2. Dux Byzacenæ provinciæ. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 361. n. 1. et pag. 362. n. 1.

BYZACĪUS, a, um, idem ac Byzacenus, Βυζάκιος. *Sil.* l. 9. v. 204. seu sunt Byzacia cordi Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis. Al. leg. *Byzantia* eod. sensu, quia Byzacenæ provinciæ incolæ a Græcis Βύζαντες dicuntur.

BYZANTIĂCUS, a, um, Byzantius. *Stat.* l. 4. *silv. ult.* v. 13. Aut Byzantiacos colunt lacertos.

BYZANTĪNUS, a, um, *Byzantine*, Byzantius. *Auson. de clar. urbib.* n. 2. Byzantina Lygos. *Sidon.* l. 7. ep. 17. *in carm.* Romuleos refugis, Byzantinosque fragores. *Id.* l. 4. ep. 7. Byzantini Chironomuntes. *h. e.* periti cœnarum structores, quales aliquando fuerunt Byzantini.

BYZANTĪUM, ii, n. [† nunc] *Constantinople*, Βυζάντιον, urbs Thraciæ ad Bosphorum contra Chalcedonem urbem Bithyniæ. Antea *Lygos* dicta est, postea Constantinopolis a Constantino M. qui eam instauravit. *Plin.* l. 4. c. 11. ¶ Ab incolis hodie *Stambul*, vel *Stambol*, [† vel *Stampolin*] dicitur, corrupto nomine ex his verbis εἰς τὴν πόλιν, quæ Græci circa incolentes, cum illam adirent, usurpabant.

BYZANTĪUS, a, um, *Byzantian*, Βυζάντιος, ad Byzantium urbem pertinens. *Ovid.* l. 1. *Trist.* eleg. 9. v. 31. Quaque tenent Ponti Byzantia litora fauces. *Plin.* l. 9. c. 15. Byzantius portus. ¶ *Byzantii, orum*, sunt Byzantii incolæ. *Cic. de provinc. Consul.* c. 4. ¶ Item ad Byzacium Africæ regionem pertinens. V. *Byzacenus.*

BYZĒRES, um, Βύζηρες, populi Asiæ inter Cappadoces, et Colchos, qui *Buzeri* a *Plin.* l. 6. c. 4. et *Pomp. Mel.* l. 1. c. 19. dicuntur. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 152. Byzeresque vagi, Philyræque a nomine dicta Litora. ¶ Scribitur et Bizeres, Βίζηρες.

DE LITTERA C.

C Tertia Latinorum Littera, eaque muta, sonum habet *κ* Græcorum, lenem quidem, si præponatur vocalibus *e*, et *i*; durum vero, si ceteris. In his nominibus *Cneus*, et *Caius* pronunciatur ut G, docente *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) Nam Latini olim G non habebant, sed pro ea C utebantur: quæ postea in illis vocibus tantummodo remansit. (Etiam in *Cnidus* hac ratione proferri quidam volunt, et si qua sunt alia, quæ *n* post *c* habeant.) Hinc in columna Duiliana legitur *leciones, macistratus; Cartaciniensies, pucnando*, pro *legiones*, &c. In notis verborum C. Caium significat, et si inversa scribatur Ɔ, Caiam: in notis numerorum valet centum: In tabellis judicum est nota condemnationis, sicut A absolutionis. Hinc illa dicitur *tristis*, hæc *salutaris* a *Cicer. pro Mil.* c. 6.

CA

CABALLATĬO, onis, f. pabulum caballi, annonæ loco præbitum, *the charge of keeping the public horses. Impp. Honor. et Theodos.* lib. 12. *Cod. Justinian.* tit. 38. leg. 14. et *in Cod. Theodos.* lib. 7. tit. 4. leg. 34.

CABALLĪNUS, a, um, *of a horse*, ἵππειος, ad caballum pertinens, equinus. *Pers. in prol. Satyrar.* Fons caballinus. *h. e.* Hippocrene. *Plin.* l. 28. c. *ult.* Caballina caro. *Id.* l. 30. c. 8. Caballini dentes. *Id. ibid.* c. 13. Caballinum fimum.

[* CABALLĬO, onis, m. idem ac equuleus. *Veget. veter.* l. 1. c. 20. Equulei, id est caballiones marini. Sunt qui putant hos esse *hippocampos.*]

CABALLĬON, herba eadem quæ cynoglossa. *Apulei. de herb.* c. 96.

CABALLUS, li, m. *a horse, pack-horse, dray-horse, horse employed to turn mills*, &c. καβάλλης, idem est ac equus, sed dicitur fere semper de vilioribus, quales sunt qui in pistrino molas versant, qui onera portant, qui pro vectura locantur, et hujusmodi. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 134. Succussatoris, tetri, tardique caballi. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 36. aut olitoris aget mercede caballum. *Id.* l. 1. sat. 6. v. 59. vectari rura caballo. ¶ *Lassus tanquam caballus in clivo*, proverb. de valde defatigato: legiturque apud *Petron in Satyr.* c. 134. ¶ De equo nobili, ac generoso dici videtur a *Juvenal.* sat. 3. v 118. ubi Pegasum *Gorgoneum caballum* appellat: item sat. 10. v. 60. et sat. 11. v. 193. item ab *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 59. nisi quod satyrice, *h. e.* ridendo, et per contemptum loquuntur. [¶ Caballus fuit etiam cognomen Romanum; hinc ludit in ambiguo *Martial.* l. 1. ep. 42. v. 16. Qui Galbam salibus suis, et ipsum Possis vincere Sextium Caballum. Ludit qui stolida procacitate, Non est Sextius ille, sed Caballus.]

CABĀTOR, oris, m. Legitur in *vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 622. n. 1. Putat *Salmas. ad Vopisc. in Saturn.* c. 8. et alii, idem esse quod *cavator*: (Facile enim *v*, et *b* invicem mutantur. V. initium litteræ B.) Eo autem loco accipiendum esse pro sculptore gemmarum. Nam qui gemmas scalpunt, quasi quosdam sulcos in iis cavant.

CABILLONENSIS, se, adject. ad Cabillonum pertinens. Est autem Cabillonum oppidum Æduorum in Gallia Celtica ad Ararim fluvium, cujus meminit *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 42. Nunc *Challon* dicitur. *Eumen. in paneg. ad Constantin.* c. 18. Cabillonensis portus.

CABĪRUS, i, m. Κάβειρος, Deus, quem Macedones, et Samothraces summa veneratione coluerunt, ut ex *Lactant.* l. 1. c. 15. constat, et ex *vet. Inscript.* apud *Reines.* class. 1. n. 143. Docet *Scalig. in Conjectan. ad Varron.* pag. 128. Phœnicum et Syrorum lingua *Cabir* potentem significare. Sed plures fuere hoc nomine Dii. Nam alii duos fuisse docent, eosdemque ac Castorem ac Pollucem: alii tres Tricopatreum, Eubuleum, et Dionysium, filios Jovis antiquissimi, et Proserpinæ, ut est apud *Cicer.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 21. alii denique quatuor, Axiorum, Axiocersam, Axiocersum, et Casmillum. ¶ Dicuntur *Cabiri* filii Vulcani et Caberæ Protei filiæ. Hi ignis usum, ferrique fabricam homines docuerunt. Ideo *Cabirus* in nummo quodam malleum gerit. ¶ *Kipping.* l. 1. *antiq.* c. 3. n. 8. scribit, Cabiros vixisse circa diluvii Ogygiani tempora, et magicam artem, ac incantationes exercendo Orbem peragrasse. Hinc iidem creduntur esse, ac Telchines, fascinatores nimirum, et præstigiatores. Post mortem divinitate donati sunt, quia insignium generi humano commodorum auctores habebantur. Plura V. apud *Kipping. Voss. de Idolatr. Gyrald. in Syntagm. Deor.* et alios. ¶ In genitivo plurali *Cabirum* pro *Cabirorum. Accius* apud *Varr.* l. 6. *L. L.* cap. 73. Celsa Cabirum delubra tenes. ¶ Scribitur etiam *Cabyrus*, et *Cabyrius*, sed tamen rarius. [† V. *Meurs. De Festis Græcorum*, in Καβείρια.]

CACA, æ, f. soror Caci, quæ, quia Herculi furtum fratris prodidit, divinitate donata est, atque ara, sacelloque culta, in quo ei per virgines sacrificabatur. *Lactant.* l. 1. c. 20. et *Serv. ad Æn.* 8. v. 190.

CACABACĔUS, et Caccabaceus, a, um, adject. *of a pot or boiler*, ad cacabum pertinens. *Tertull. advers. Hermog.* c. 41. Motus non turbulentus, nec cacabaceus, sed compositus, et temperatus. *h. e.* qualis est liquoris in olla ferventi ebullientis. *Schiop.* in notis *ad Tertull.* legit *cacabicius.*

CACABĀTUS, et Caccabatus, a, um, fuligine aspersus, fumidus, denigratus instar cacabi. *Paulin. Nolan.* ep. 32. *ad Sever.* (*al.* 12.) cap. 9. Cum ædificia, quæ immaculata adhuc operis tui gratia splendent, obscurata næniis insipientiæ meæ, et ut digno meis versibus verbo utar, cacabata conspicies.

CACĂBO, as, n. *to cry, or call, like a partridge*, κακκαβίζω, verbum exprimens vocem perdicis: ductumque est a Græcis, qui perdicem κακκάβαν, et κακκαβίδα appellant. *Auct. carm. de Philom.* v. 19. Cacabat hinc perdix, hinc gratitat improbus anser. *In fragm. de Aucup.* quod quidam *Nemesiano* tribuunt, v. 12. maculosaque terga Inficiunt pullæ cacabantis imagine guttæ. *h. e.* ad similitudinem perdicis. In priore versu prima syllaba producitur, in posteriore corripitur, minus recte tamen. Nam Græce duplici κκ scribitur.

CACABŬLUS, li, m. vel. Cacabŭlum, li, n. *a little boiler*, κακκάβιον, parvus cacabus. *Tertull. in Apolog.* c. 13. Domesticos deos domestica potestate tractatis, pignerando, venditando, demutando aliquando in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva. Adde *Arnob.* l. 6. pag. 200. et *Apic.* l. 4. c. 1. ¶ Scribitur et *caccabulus.* ¶ Sunt qui putant, *cacabulum* dici etiam lasanum, *a close-stool*, a *cacando.* sed non probant.

CACĂBUS, i, m. *a pot, kettle, seething-pot, boiler*, κακκάβη, et κάκκαβος, vas vel fictile, vel ex aliquo metallo, in quo cibi coquuntur. Quomodo ab aheno differat, V. in *Ahenum.* Videtur esse a κάω, uro, et κάβη, cibus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 27. Vas, ubi cibum coquebant, ab eo cacabum appellarunt. *Colum.* l. 12. c. 46. Radiculam in cacabo æneo coquito. *Id. ibid.* c. 41. Cacabus stanneus. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 20. Cacabi argentei. *Scribon. Larg. compos.* 220. Cacabus fictilis. *Stat.* l. 4. *silv. ult.* v. 44. Aut unam dare synthesim quid horres Alborum calicum, atque cacaborum? ¶ Scribitur et *caccabus* duplici *cc*, quod est Græcos imitari, a quibus κακκάβη dicitur.

CACALĬA, æ, f. *a plant called wild caraway, or wild chervil*, κακαλία, herba, quæ et leontice dicitur, in montibus fere nascens, semine minutis margaritis simili, dependente inter folia grandia. *Plin.* l. 25. c. 11.

[* CACATORIUS, a, um, adject. exonerando ventri idoneus. *Campol. in Litholex.* Fulcrum cacatorium.]

CACATURIO, is, n. 4. *to desire to go to stool*, χεσείω, χεζητιάω, cacare cupio, nitor. *Martial.* l. 11. epigr. 78. In omnibus Vacerra quod conclavibus Consumit horas, et die tota sedet, Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

CACATUS, a, um, particip. κεχεσμένος. *Catull.* carm. 36. *in annal. Volus.* Annales Volusi, cacata charta. *h. e.* annales cacando compositi: vel excremento fœdati.

CACCABUS, &c. V. *Cacabus.*

CACEMPHATON, et Cacephaton, i, n. *a harsh sound of words, cacophony*, κακέμφατον, et κακέφατον, vitium sermonis, idem quod Cacophaton: a κακὸς, malus, et φημὶ, dico. *Charis.* l. 4. pag. 242. *Putsch.* et *Diomed.* l. 2. pag. 446. sed uterque Græce scribit. Latine autem legitur apud *Serv.* ad 2. *Georg.* v. 13. et *ad* 1. *Æn.* v. 197. et *cacemphaton* apud *Isid.* l. 1. *Orig.* c. 33.

CACHECTES, vel Cachecta, æ, m. *one afflicted with a cachexy*, καχέκτης, dicitur a Medicis, qui cachexia laborat: a κακῶς, male, et ἔχω, habeo. *Plin.* l. 28. c. 9. Lac bubulum bibunt phthisici, syntectici, et cachectæ.

CACHECTICUS, a, um, *cachectic, cachectical*, καχεκτικὸς, idem qui cachectes. *Plin.* l. 32. c. 10. Cachecticis, quorum corpus macie conficitur, tethea utilia sunt cum ruta, ac melle.

CACHEXIA, æ, f. *cachexy, a bad state of the humours, ill habit of body*, καχεξία, malus corporis habitus, quo alimenta omnia corrumpuntur: quod fere fit, cum longo morbo vitiata corpora, etiamsi illo vacant, refectionem tamen non accipiunt; aut cum malis medicamentis corpus affectum est; aut cum diu necessaria defuerunt; aut cum inusitatos, et inutiles cibos aliquis assumpsit. Ita describit *Celsus* l. 3. c. 22. ubi tamen hanc vocem Græce scribit. Est enim Græca a κακὸς, malus, et ἕξις, habitus. Attamen Latine non semel usurpat *Cæl. Aurelian.* l. 3. *Tard.* c. 6.

CACHINNABILIS, le, adject. *Apulei.* l. 3. *Metam.* Totus populus risu cachinnabili diffluens. *h. e.* risu in cachinnos effuso. *Id. de habitud. doctr. Plat.* l. 3. seu *de syllog. categor.* Homo animal cachinnabile. *man is a laughing animal.*

CACHINNATIO, onis, f. *an immoderate laughing, excessive laughter*, καγχασμὸς, actus cachinnandi, risus effusus. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 31. Ut si ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio.

CACHINNO, onis, m. *a great laugher, scorner, or scoffer; a satirical person*, καγχαστὴς, qui cachinnat. *Pers.* sat. 1. v. 12. Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno.

CACHINNO, as, avi, atum, a. 1. et Cachinnor, aris, atus sum, dep. 1. *to laugh immoderately, laugh right out, laugh aloud*, καγχάζω, effuse, immoderate rideo. *Lucret.* l. 4. v. 1169. Quam famulæ longe fugitant, furtimque cachinnant. *Id.* l. 2. v. 974. et risu tremulo concussa cachinnant. *Cic.* 5. *Verr.* c. 25. Ridere convivæ, cachinnari ipse Apronius. ¶ Cum accusativo junxisse videtur *Apulei.* l. 3. *Metam.* At ille non contentus, quod mihi nec assistendi solatium præbuit, insuper exitium meum cachinnat. Nisi dicamus esse casum præposit. *insuper*, quam *Vitruv.* quoque accusativo junxit l. 10. c. 20. Alii apud *Apulei.* leg. *exitio meo.* ¶ Quia vero effuse ridentes magnam etiam vocem emittere solent, hinc per catachresim *cachinnare* dicuntur, quæ strepitum vehementiorem edunt. *Acc.* apud *Non.* c. 6. n. 86. *de mari.* Simul et circum magna sonantibus excita saxis Sæva sonando cum crepitu clangente cachinnant. [† Anapæsticos versus sic dispesce cum *Jos. Scalig. Conject. in Varr. de L. L.* p. 86. et lege: Simul et circum magnisonantibus Excita saxis, sæva sonando, Crepitu clangente cachinnat. *Unda* scilicet. Nonius: *Cachinnare non de risu tantum, sed et de sono vehementiore vetustas dici voluit.* Locum plane jugulat Bentleius, *Epist. ad Mill.* p. 23. A Græcis omnino desumpta est hæc locutio, audacius paullo, ut vetustiorum cujusvis gentis poetarum est, expressa. V. *Æschyl. Prom. V.* 90. atque ibi Glossarium Blomfieldii.]

CACHINNOSUS, a, um, *easily provoked to laughter*, facile cachinnans. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 1. c. 3. *ad fin.* Hilares natura, atque cachinnosi.

CACHINNUS, i, m. *immoderate laughter, a horse-laugh, loud laugh; laughter in scorn or derision*, καγχασμὸς, risus solutior, effusus, incompositus, et perstrepens. *Cicer. de clar. Orat.* c. 60. Curio in agendo cachinnos irridentium commovebat. *Id. de Fato*, c. 5. In quo Alcibiades cachinnum dicitur sublatum. *Pers.* sat. 3. v. 87. Ingeminant tremulos naso crispante cachinnos. *Catull.* carm. 31. *ad Sirmion. extr.* Ridete quidquid est domi cachinnorum. *Sueton. in Calig.* c. 32. Effundi in cachinnos. et cap. 57. Edere cachinnum. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 287. Distorquere ora cachinno perverso. *Juvenal.* sat. 3. v. 100. Cachinno concuti. *Id.* sat. 11. v. 3. Excipere aliquid cachinno. ¶ Per catachresim dicitur de strepitu maris, ea ratione qua in *Cachinno, as*, diximus. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 272. Quæ tarde primum clementi flamine pulsæ Procedunt, leviterque sonant plangore cachinni.

CACHLA, æ, f. *the herb ox-eye, or May-weed*, κάχλα, herba eadem, quæ buphthalmos. *Plin.* l. 25. c. 8.

CACHRYS, yos, f. *the seed of rosemary*, κάχρυς, et κάγχρυς, ros, semen resinaceam rorismarini. *Plin.* l. 24. c. 11. ¶ Item pilula quædam nascens in roboribus præter glandem; item in abiete, larice, picea, tilia, nuce, platano, postquam folia cecidere, hieme durans. Continet nucleum pineis similem: is crescit hieme: aperitur vere pilula tota: cadit, cum folia cœpere crescere. In medicina urendi vim habet. *Plin.* l. 16. c. 8. et *Cels.* l. 5. c. 18. n. 5. *oak-apples, beech-mast, ash-keys, the catlin upon nut-trees, the goslins on willows.* ¶ Item nucleus candidus in semine crethmi. *Plin.* l. 26. c. 8. ¶ Scribitur et *canchrys.*

CACIZOTECHNOS, κακιζότεχνος, hoc est artem damnans, aut corrumpens: a κακίζω, damno, improbo, et τέχνη, ars. Ita cognominatus fuit ab Atheniensibus Callimachus statuarius, quod semper esset calumniator sui, nec finem haberet diligentiæ. *Plin.* l. 34. c. 8. *ad fin.* ¶ *Vitruv.* l. 4. c. 1. hanc eandem rem narrans, catatechnon appellatum fuisse tradit: hoc est artificiosum, industrium. Sed alii leg. *cacotechnon*, hoc est male in arte se exercentem, κακότεχνον.

CACO, as, avi, atum, a. 1. *to go to stool*, χέζω, alvum exonero. Videtur esse a κακᾶν, seu κακκᾶν qua voce pueri utuntur cacare significantes. *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 38. in me veniat mictum, atque cacatum Julius, &c. *Phædr.* l. 4. fab. 17. v. 25. Canes odorem mixtum cum merdis cacant. *Pompon.* apud *Non.* c. 2. n. 114. Ego quæro quod edim: has quærere quod cacent, contra jus est. *Martial.* l. 3. epigr. 89. Nam faciem durum, Phœbe, cacantis habes. *h. e.* vultum nitentis. V. *Nitens.* [¶ Particip. *cacandus* apud *Auct. Priap.* carm. 70. v. 4.]

CACOETHES, is, n. *an evil custom or fashion, a bad habit*, κακόηθες, mala consuetudo, malus mos: a κακὸς, malus, et ἦθος, mos. *Juvenal.* sat. 7. v. 51. tenet insanabile multos Scribendi cacoethes, et ægro in corde senescit. ¶ A Medicis dicitur vitium ex genere carcinomatum, quod difficile quidem sanari potest, curationem tamen recipit. *a boil, cancer, ulcer.* Sic autem vocatur propter obstinatam repugnantiam adversus remedia. *Cels.* l. 5. c. 28. n. 2. Discernere cacoethes, quod curationem recipit, a carcinomate, quod non recipit. *Plin.* l. 22. c. 25. Sesama prodest ulceribus, quæ cacoethe vocant. τὰ κακοήθη. Sic l. 24. c. 10. Hedera illinitur omnium ulcerum generi, etiamsi cacoethe sint. *Id.* l. 24. c. 3. Glans intrita duritias, quas cacoethes vocant, sanat. τὰς κακοήθεις. Ex his apparet, vocem adjectivam esse.

CACOPHATON, i, n. κακόφατον, κακοφωνία, vitium sermonis, quod etiam *Cacemphaton*, et *Cacephaton*, et *Cacophonia*, item *Æschrologia* [† quæ omnia V.] dicitur, cum vel duo verba junguntur, quæ durum sonum efficiunt, ut *Dorica castra* apud *Virgil. Æn.* 2. v. 27. et *numerum cum navibus æquat*, *Æn.* 1. v. 197. et *legere leges* apud *Liv.* l. 3. c. 34. et *data mandata*, lib. 7. c. 31. *a med.* et *negligens gens* lib. 5. c. 46. vel obscenum, et *cum nos te voluimus convenire* apud *Cicer. Fam.* 9. ep. 22. vel cum vox, vel sententia usurpatur, quæ honestam simul et obscenam significationem habere potest. ut quod *Sallust. in Jug.* c. 78. usurpavit, *patrare bellum*, et illud *Terent. Andr.* 5. 4. 30. Arrige aures, Pamphile: et *Virg.* 6. *Æn.* v. 406. aperit ramum, qui veste latebat. V. *Quintil.* l. 8. c. 3. ubi hanc vocem modo Græcis, modo Latinis Litteris scriptam reperies.

CACOMEMNON, ŏnis, m. κακομέμνων, titulus est unius ex mimis *Laberii* apud *Gell.* l. 16. c. 7.

CACOSYNTHETON, i, n. κακοσύνθετον, hoc est incompositum, male collocatum: a κακῶς, male, et σύνθετος, compositus. Est vitium sermonis ex indecenti structura verborum, ut in illo *Virg.* 9. *Æn.* v. 610. versaque juvencum Terga fatigamus hasta. Nam *terga* cum eodem fine casus terminatur, ut *versa hasta*. *Quintil.* l. 8. c. 3. *Charis.* lib. 4. pag. 243. *Putsch.* et *Serv. ad loc. Virg. cit.* qui omnes Græcis litteris scribunt. Latine tamen legitur in illo *Lucil.* apud *Vel. Long. de Orthograph.* pag. 1214. *Putsch.* At non multum abit hoc cacosyntheton, atque canina, &c.

CACOTECHNIA, æ, f. κακοτεχνία, h. e. mala ars: a κακὸς, malus, et τέχνη, ars. Græca vox est, et Græce adhibetur a *Quintil.* l. 2. c. *pænult.*

CACOTECHNOS, V. in *Cacizotechnos.*

CACOZELIA, æ, f. *affected or perverse imitation*, κακοζηλία, mala, et indecora affectatio, quoties inscite aliquid imitantes in vitium labimur. Græca vox a κακὸς, malus, et ζῆλος, æmulatio, imitatio. *Diomed. Grammat.* l. 2. pag. 446. *Putsch.* duplici ratione peccari per κακοζηλίαν docet, aut nimio tumore, ut in illo: *Jupiter omnipotens, cæli qui sidera torques, Ore tuo dicenda loquar.* Aut nimio ornatu, ut apud *Ovid.* 2. *Metam.* v. 107. *Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curvatura rotæ*, et quæ sequuntur. *Senec.* l. 4. controv. 24. *in fi.* Gorgonius in hac controversia pessimo genere cacozeliæ usus est. *Id. Suasor. ult. a med.* Dixit sententiam cacozeliæ genere humillimo, et sordidissimo. Apud *Quintil.* l. 8. c. *ult.* modo Græcis, modo Latinis litteris scripta legitur. ¶ *Id.* l. 8. c. 3. hoc idem vitium κακόζηλον appellat.

CACOZELON, i, n. κακόζηλον, mala affectatio. V. vocem præced.

CACOZELUS, a, um, *a bad imitator; one who injudiciously affects a peculiarity of expression*, κακόζηλος, qui cacozeliæ vitio in dicendo peccat, affectatus et infelix imitator. *Sueton. de Aug.* c. 86. Cacozelos, et antiquarios, ut diverso genere vitiosos, pari fastidio sprevit. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 6. Hæc in loco nec oxymora, nec cacozela judicanda sunt. aut enim inferioribus dictis, aut supra positis leniuntur.

CACTOS, i, m. κάκτος, herba est folio lato et spinoso, caule a radice emisso et in terram serpente, semine lanuginis, quam *a kind of thistle, an artichoke*, vocant. In Sicilia tantum nasci, *Plin.* l. 21. c. 16. tradit. Ipse quoque caules *cactos* dicitur, et detracto cortice, gratus in cibis est. Semen *ascalia* vocatur *Plin. ibid.* ¶ Quidam putant, *cactum* esse cinaram, quam Angli dicunt *a fuller's thistle*, vel cardum sativum, *the teasel.* ¶ Translate a spinis foliorum *Tertull. de Pall.* c. 2. *in fi.* Revera orbis cultissimum hujus imperii rus est, eradicato omni aconito hostilitatis, et cacto et rubo subdolæ familiaritatis. [† V. *Dipsacon.*]

CACŬLA, æ, m. *the slave of a common soldier, a soldier's drudge*, δοῦλος στρατιώτου, idem qui calo, hoc est servus militis, qui fustibus clavisque ligneis ad tutelam domini armatur, ut docet *Festus*; qui ideo a Græco κᾶλον, lignum, derivari putat. Aptius tamen *Scalig.* ducit a κακὸς, qua imbellem, ignavum, timidum significat, quia caculæ non sunt in numero militum, sed imbellium, et qui primi fugam capessere solent. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 95. Video, caculam militarem me futurum haud longius. Etiam apud *Varr.* l. 9. *L. L.* c. 3. *ad fin.* hæc vox legitur, et in *Argum. Pseud. Plautini.*

CACULATUS, servitium, caculæ munus. *Festus.*

CACŪMEN, inis, n. *the top or summit of any thing; the peak or sharp point of a thing*, κορυφὴ, ὕψος, proprie est summitas cujuscunque rei in acutum desinens: videturque esse ab *acumen*, addito *c*, ut *Voss.* docet. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. Cacumina ramorum. *Lucret.* l. 6. v. 463. summa montis. *Ovid.* l. 3. *Trist.* eleg. 12. v. 12. Cacumen herbæ. *Plin.* l. 10. c. 54. ovi. *Id.* l. 36. c. 12. pyramidis. *Id.* l. 36. c. 4. In metæ cacumen se contrahens. *Id.* l. 2. c. 11. Metæ effigies in cacuminis finem desinens. *Id.* l. 16. c. 36. Tenuari in cacumen. *Horat. Epod.* 16. v. 30. Cacumina Matina. *h. e.* vertices Matini montis Apuliæ. ¶ Sumitur etiam pro extremitate, *the extremity of any thing. Lucret.* l. 1. v. 592. quoniam extremum cujusque cacumen Corporis est aliquod. *Plin.* l. 11. c. 37. *sub fin.* Arteriarum pulsus in cacumine maxime membrorum evidens. ¶ Translate *Lucret. in fi.* l. 5. Namque alid ex alio clarescere corde videbant Artibus, ad summum donec venere cacumen. *to the height of perfection. Laber.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 7. Floris cacumen famæ nostræ frangere. ¶ *Martian. Capell.* l. 3. pag. 63. accentus, qui adscribuntur syllabis, tum cacumina, tum fastigia appellari docet. *accentual marks.*

CACUMINATUS, a, um, *peaked, pointed, sharp at the end*, summitatem habens in acutum desinentem. *Plin.* l. 10. c. 52. Ova aquatilium rotunda; reliqua fere fastigio cacuminata.

CACUMINO, as, avi, atum, a. 1. *to make pointed, sharp, or peaked*, acutum in summitate facere. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 194. Dat sparso capiti vivacis cornua cervi, Dat spatium collo, summasque cacuminat aures. *Sidon.* carm. 7. v. 414. saxoque cacuminat ensem. *points, sharpens the point of his sword.*

CACUS, i, m. Κᾶκος, insignis latro temporibus Evandri Regis: fortasse a κακὸς, malus: quamvis prima syllaba repugnet. Hic Latium undique latrociniis, et incendiis infestabat: demum Herculis quoque ex Hispania occiso Geryone redeuntis, et apud Evandrum hospitantis boves noctu cauda traxit in antrum suum. Quas cum mane diminutas cerneret Hercules, nec quorsum errassent, scire posset, forte fortuna ad hoc antrum pervenit, sed cum vestigia omnia foras versa videret, cum reliquis abiit. Abeuntibus autem ceteris, occlusæ boves aliarum desiderio mugierunt. Hercules audito mugitu, Caci fraudem cognovit, raptaque clava iratus recurrit, extractumque occidit: Quidam dicunt, ipsius Evandri servum fuisse, et non ab Hercule, sed a domino damnatum extremo supplicio, cum ejus furtum Caca ejus soror, quæ postea Dea habita est, Herculi prodidisset. Rem narrant *Liv.* l. 1. c. 7. *Aurel. Vict. de Orig. Gen. Rom.* c. 6. et 7. et *Serv. ad Virg.* 8. *Æn.* v. 190. ubi ipse *Virg.* v. 193. *et seq.* Poetarum more fabulas secutus, Cacum dicit Vulcani filium fuisse, semihominem, et ore ignem vomentem. *Propert.* etiam l. 4. eleg. 9. v. 10. et 15. tricipitem fuisse fingit. *Id. Serv. ibid. ad* vers. 203. ex *Verrio Flacco* tradit, eum qui Cacum occidit, fuisse Garanum quendam, pastorem magnarum virium: omnes autem hujusmodi apud veteres *Hercules* dictos. *Juvenal.* sat. 5. v. 125. Duceris planta, vel ut ictus ab Hercule Cacus. ¶ *Cacus* titulus est libri cujusdam logistorici M. Varronis. *Gell. l. ult. c. ult.* ¶ Afferunt quidam ex Ovid. 9. *Metam.* versiculum 198. in quo prior syllaba corripitur: sed ille locus multis Criticis est suspectus.

CADĀVER, ĕris, n. *a carcass, corpse, dead body*, θνησιμαῖον, νεκρὸν, πτῶμα, πτῆμα, corpus animalis mortuum, et nondum sepultum, sed præcipue hominis. [a *cadendo* deduxit *Hieronym. in Matth.* c. 24. v. 28. quoniam et apud Græcos πτῶμα significat *cadaver.*] *Cic. pro Mil.* c. 13. P. Clodii cruentum cadaver infelicissimis lignis semiustulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquisti. *Virg.* 8. *Æn.* v. 264. Informe cadaver. *Lucret.* l. 2. v. 415. tetrum. *Aurel. Vict. in Epitom.* c. 23. caninum. ¶ De ho-

mine fœde macilento. *Quintil. Declam.* 12. c. 13. *in fi.* Picea est cervix, tergum ossibus inæquale, infernis marginibus sinuatis, fœda etiam cadavera. *his carcass, feul.* Adde *Senec. in Thyest.* v. 36. ¶ Translate per convicium ponitur pro homine vili, abjecto, et omnibus abominando. *Cic. in Pis.* c. 9. Ego istius pecudis, ac putidæ carnis consilio scilicet, aut præsidio uti volebam? ab hoc ejecto cadavere quidquam mihi aut opis, aut ornamenti expetebam? Adde cap. 33. Dicitur autem *ejectum cadaver*, quod honore exsequiarum caret (quod ultimæ censebatur apud Veteres ignominiæ) et quod propter paupertatem, cum sumptus funeris deesset, e cella ejectum a sandapilariis ad bustum sine ulla pompa efferebatur, ut *Turneb.* l. 21. *adversar.* c. 15. docet. ¶ De oppidis dirutis et neglectis, *Sulpic. ad Cicer.* l. 4. *Fam.* ep. 5. Cum uno loco tot oppidum cadavera projecta jaceant. *remains, ruins.*

CADAVERĪNUS, a, um, *of a carcass*, νεκρώδης, qui est cadaveris. *Tertull. de anim.* c. 32. Cadaverina caro.

CADAVERŌSUS, a, um, *like a dead body or carcass, cadaverous, ghastly, wan*, cadaveri similis, νεκρώδης. *Terent. Hecyr.* 3. 4. 26. Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius, cadaverosa facie.

CADETUM, V. *Caedetum.*

CADI, orum, Κάδοι, urbs, et populi Mygdoniæ seu Phrygiæ apud *Strabon.* l. 12. Hinc *Propert.* l. 4. eleg. 6. v. 8. Tibia Mygdoniis libet eburna Cadis. *h. e.* tibia Phrygia. Sunt qui hæc intelligenda putant de pythaule, et *cados* non urbem, sed πίθους significent, quibus tibiæ inserebantur. Sunt etiam qui legendum putant *modis*, vel *sonis*.

CADIĀLIS, le, ad cadum pertinens. *Cadialis resina* dicitur a *Cœl. Aurelian.* l. 2. *Tard.* c. 7. *a med.* quæ liquidior est, et cadis condi, atque advehi solet.

CADĪVUS, a, um, *that falleth of itself*, qui per se cecidit, caducus, πτώσιμος: ut *cadiva poma*, quæ per se cadunt non manu decerpta, aut decussa. *Plin.* l. 15. c. 16. Colligi mala post æquinoctium autumnale: cadiva separari. Adde cap. 17. ¶ Apud *Marcell. Empir.* cap. 20. *a med.* dicitur cadivus, qui caduco morbo laborat.

CADMĒIS, idis, patronym. femin. a Cadmo deductum, Καδμηΐς. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 287. Talibus ignaram Juno Cadmeida dictis Formarat. *h. e.* Semelem Cadmi filiam. Adde lib. 4. v. 544. ubi de Ino altera Cadmi filia loquitur. *Senec.* in *Herc. fur.* v. 758. Errant furentes impiæ Cadmeides. *h. e.* Agave, Ino, Autonoe, Cadmi filiæ, quæ Penthea discerpserunt. ¶ Ponitur etiam pro Thebana. *Theban.* Nam Thebas Cadmus condidit. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 304. matres Cadmeides adsunt. et l. 6. v. 217. Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem. ¶ In vocativo est *Cadmei. Id.* 6. *Fast.* v. 553. Una ministrarum solita est, Cadmei, tuarum, &c. *h. e.* Ino.

CADMEĬUS, a, um, idem quod Cadmeus. *Stat.* 4. *Theb.* v. 565. Genitrix Cadmeia. *h. e.* Agave Cadmi filia. *Id.* 8. *Theb.* v. 453. *et* 520. Cadmeius Æmon. *h. e.* Thebanus. Thebas enim Cadmus condidit. *Id.* 3. *Theb.* v. 366. Cadmeius heros. *h. e.* Polynices Rex Thebarum. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 282. Cadmeia seges. *h. e.* dentes draconis a Cadmo sati.

CADMĒUS, a, um, Καδμεῖος, ad Cadmum pertinens. *Stat. Theb.* 8. v. 601. Cadmea juventus. *h. e.* Thebana: a Cadmo conditore. *Senec. in Œdip.* v. 1006. Cadmea mater. *h. e.* Agave mater Penthei. *Lucan.* l. 3. v. 175. Dirce Cadmea. *scil.* fons Thebis proximus. A *Propert.* l. 3. eleg. 11. v. 7. Tyros *Cadmea* appellatur, quia Cadmus fuit filius Agenoris Regis Tyriorum. Sic apud *Sil.* l. 1. v. 6. *et* 106. et lib. 17. v. 582. *gens, stirps, manus Cadmea* dicuntur Carthaginienses, qui a Tyriis erant oriundi. ¶ *Cadmea, æ,* absolute est arx urbis Thebarum a Cadmo ædificata. *Nepos in Pelop.* c. 1. et *in Epamin. c. ult.* ¶ Legitur et *Cadmæus*, sed minus recte.

CADMĪA, æ, (etiam *Cadmea* scribi potest) f. *calamine, zinc, lapis calaminaris*, καδμεία, lapis quidam ærosus, ex quo æri admixto fit æs illud, quod Angli *brass* vocant. *Plin.* l. 34. c. 1. *et* 10. et *Fest.* ¶ Est præterea *cadmia*, quæ in æris fornacibus fit, egesta flammis atque flatu tenuissima parte materiæ, cameris, lateribusque fornacum adhærens. Tria ejus genera persequitur *Plin.* l. 34. c. 10. ubi addit, etiam in argenti fornacibus cadmiam fieri, candidiorem, et minus ponderosam, sed nequaquam ærariæ comparandam. V. ibi plura. Videtur nomen accepisse a *Cadmo*, quem primum Thebis æs invenisse, *Hygin.* fab. 274. tradit. *Plin.* autem l. 7. c. 56. auri, ejusque conflaturæ, item lapicidinarum inventionem ei tribuit.

CADMUS, i, Κάδμος, Agenoris Phœnicum Regis filius, qui ab eo missus ad Europem sororem conquirendam, in Bœotiam pervenit, ibique Thebas condidit, interempto prius Dracone eum locum infestante, ex cujus satis dentibus homines nati, ipsum Cadmum in urbis ædificatione juverunt. Ipse tandem post varia discrimina in draconem mutatus est. V. *Ovid. Metam.* 3. *et sequent.* ¶ Hic primus litteras invenisse dicitur, vel certe in Græciam intulisse e Phœnicia, sive omnes, sive, ut est apud *Plin.* l. 7. c. 56. sedecim tantum. nam octo reliquas Palamedes, et Simonides Melicus adjecere. Hinc *Auson.* ep. 4. v. 72. et ep. 7. v. 52. litteras *Cadmi filias* appellat. ¶ Alius fuit *Cadmus* Milesius, qui primus prosa oratione scripsisse, et historiam condidisse dicitur a *Plin.* l. 5. c. 29. et l. 7. c. 56. ¶ Apud *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 39. *tradere aliquem Cadmo* est ad carnificem dare: quia ejus ætate carnifex quidam fuit notæ crudelitatis nomine *Cadmus*, ut *Acron*, et *Porphyr.* adnotarunt.

CADO, is, cecidi, casum, n. 3. *to fall, tumble*, πίπτω, ruo, delabor: cui contrarium est *stare, consistere. Sueton. in Aug.* c. 43. Ut laxatis sellæ compagibus caderet supinus. *Plaut. Rud.* 1. 2. 89. Cadere deorsum. *Virg.* 4. *Georg.* v. 80. Apes cadunt præcipites. *Id.* 6. *Æn.* v. 310. Lapsa cadunt folia. *Id. Ecl.* 6. v. 38. Cadunt imbres. *Cic. in Orat.* c. 28. Alte cadere. *to fall from on high. Lucret.* l. 2. v. 209. Non cadere in terram stellas, et sidera cernis? *Enn.* apud *Cicer. in Top.* c. 16. et *Plin.* l. 2. c. 97. Cadere ad terram. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 20. Cadit a mento manus. *Plaut. Mil.* 4. 4. 15. Cadere a summo. *Martial.* l. 11. epigr. 50. Gemma vel a digito, vel cadit aure lapis. *Plin.* l. 10. c. 38. Cadere ab alto. *Cic. pro Cluent.* c. 62. ex equo. *Plaut. Mil.* 3. 1. 125. de equo. *Petron. in frugm.* pag. 677. *edition. Burm.* Cælo cadunt fulmina. *Lucret.* l. 3. v. 595. Molliaque exsangui cadere omnia corpore membra. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 355. Asterion, quam matre cadentem Cristatus gemino fovit pater amne Cometes. *h. e.* ex utero matris egressum. Alii leg. *carentem.* ¶ Sæpe sumitur pro *mori* præsertim in pugna. *to fall, or die, in battle. Nepos in Pausan.* c. 1. Eo prœlio ipse dux cecidit. *Id. in Datam.* c. 6. Cadit in prœlio adolescens. *Sallust. in Catil. c. pænult.* Mallius, et Fæsulanus in primis pugnantes cadunt. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 142. Cadere acie. *Cic. Fam.* 7. ep. 3. Cadere in acie. *Liv.* l. 23. c. 21. pugna Cannensi. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 812. ense. *Tacit. de Germ.* c. 33. telis. *Quintil.* l. 2. c. 15. (*al.* 16.) Cadere pro patria. *Tacit. Ann.* 15. c. 7. Silvanus quamvis absolutus, sua manu cecidit. *fell by his own hand; laid violent hands on himself.* ¶ Cadere ab aliquo, *to be slain by any one; die by any one's hand. Ovid. Metam.* v. 191. magna feres solatia mortis, A tanto cecidisse viro. *Suet. in Oth.* c. 5. Cadere ab hoste in acie. ¶ Et omissa præposit. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 88. Non hostes Victore cadunt, sed judice sontes. *Grat. in Cynegetic.* v. 315. Sic et Achæmenio cecidisti, Lydia, Cyro. ¶ Victimæ etiam cum mactantur, *cadere* dicuntur. *Horat.* l. 3. od. 18. v. 5. Si tener pleno cadit hædus anno. *Virg.* 1. *Æn.* v. 337. Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 652. geminas Rex Numa mactat oves. Prima cadit Fauno, leni cadit altera Somno. ¶ Hinc translate *Cornel. Sever. in fragm. de morte Cicer. v. pænult.* nostræque cadens ferus Annibal iræ. ¶ Astra quoque *cadere* dicuntur, cum ad occasum accedunt, *to set. Horat. Epod.* 10. v. 10. Qua tristis Orion cadit. *Virg.* 4. *Æn.* v. 480. Sol cadens. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 626. Cadente die. *at the close of day.* ¶ Item venti cum flare desinunt, aut leniores fiunt. *to subside, settle. Ovid.* 8. *Metam.* v. 2. cadit Eurus, et humida surgunt Nubila. *Liv.* l. 26. c. 39. Venti vis omnis cecidit. *Id.* l. 36. c. 43. *a med.* Ubi primum aquilones cecidere. Adde lib. 25. c. 27. *ad fin.* Sic *Virg.* 1. *Æn.* v. 158. cunctus pelagi cecidit fragor. ¶ Contra incumbere et flare in illo *Varron.* apud *Non.* c. 4. n. 42. Adversi venti ceciderunt. quod si pergunt diutius mare volvere, vereor, ne me quoque &c. *La Cerda* huc trahit et illud *Virg.* 1. *Georg.* v. 354. Quo signo caderent Austri. *Servius* tamen exponit: desinerent. ¶ Item tesseræ in ludo, cum jaciuntur. *to turn up. Terent. Adelph.* 4. 7. 21. Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseris. Si illud, quod maxime opus est jactu, non cadit, Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. ¶ Translate varios habet usus. *Nepos in Pelop.* c. 2. Quorum imperiosa majestas ab hoc initio perculsa cecidit. *Cic. de Harusp. resp.* c. 20. Si tanta civitas cadet, quod dii omnem obruant. et *cap. ult.* Auctoritas principum cecidit: Et *mox.* Jam pridem humana consilia ceciderunt *Horat. de art. poet.* v. 70. Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque Quæ nunc sunt in honore vocabula. *shall go into disuse, become obsolete. Cic.* 2. *Offic.* c. 13. Tua laus pariter cum Republica cecidit. *Id. pro Dom.* c. 52. Sed tibi tamen oculi, vultus, verba cecidissent, cum, &c. *your eyes, countenance, words and all, would have failed you. Id. Fam.* 6. ep. 10. Nostrum uterque cecidit. *have lost our influence; got out of favour. Liv.* l. 2. c. 40. et *Pers.* sat. 5. v. 91. Ira cadit. *passes away. Liv.* l. 2. c. 6. Spes cadit ad irritum. *vanishes.* Sic *Tacit. Ann.* 15. c. 39. et 51. Cadere in irritum. et *Plaut. Pœn.* 1. 2. 147. Cadere incassum. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 32. in morbum. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 30. in offensionem alicujus. *Id.* 6. *Fam.* ep. 1. Non debemus ita cadere animis. *to be disheartened, lose our courage. Id. de Amic.* c. 7. et *Liv.* l. 1. c. 11. Cadit animus. *courage fails, droops.* ¶ *Cadere fabula* dicitur, (*to be damned*) cum displicet spectatoribus; sicut contra *stare*, cum placet. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 176. Securus, cadat, an recto stet fabula talo. ¶ Cadere formula, causa. V. *Formula, Causa.* ¶ *Cadere dentes* dicuntur non solum pueris, cum eos circa septennium mutant, ut est apud *Plaut. Men.* 5. 9. 57. et *Censorin. de die nat.* c. 7. *et* 14. sed etiam senibus, cum eos amittunt. Hinc jocus *Senecæ* ep. 83. Earinus ait, nos eandem crisim habere, quia utrique dentes cadunt. Adde ep. 12. ¶ *Vota cadere* dicuntur, cum irrita sunt. *to fall to the ground. Propert.* l. 1. eleg. 17. v. 4. ingrato litore vota cadunt. Contrario sensu, succedunt, rata sunt. *Tibull. l. et* eleg. 2. v. 17. Vota cadunt. viden' ut, &c. ¶ Frequenter est venire, redigi. *Cic. Tuscul.* 1. c. 22. Cadere in conspectum. *to become invisible. Id. in Orat.* c. 3. sub oculos. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 30. sub sensum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 2. Quæcunque in hominum disceptationem cadunt. *Id.* 1. *Offic.* c. 3. Cadere in deliberationem. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 9. Quod ne in cogitationem quidem cadit. *does not even suggest itself to our thoughts. Id.* l. 1. *Offic.* c. 4. Quod in nostram intelligentiam cadit. *Id. pro Font.* c. 1. Cadere sub imperium, et ditionem populi Romani. *Id. Attic.* l. 8. ep. 3. in potestatem alicujus. *Quintil.* l. 4. c. 1. *in fi.* Abrupte cadere in narrationem. *to pass over abruptly to a story. Cic. Attic.* l. 15. ep. 20. In eam diem cadunt nummi. *h. e.* solutio nummorum incidit in eam diem. *Id. Fam.* 15. ep. 14. Ne in alienissimum tempus cadat adventus tuus. ¶ Item evenire, accidere, *to fall out, happen, occur. Cic. Fam.* 5. ep. 19. Aliter res cecidit, ac putabas. *Id. pro Quint.* c. 16. Nihil ipsis jure incommodi cadere potest. *Id.* 2. *de Orat.* c. 4. Hoc cecidit mihi peropportune. *Id. ibid.* l. 1. c. 21. Insperanti mihi cecidit, ut, &c. *Id. Attic.* l. 3. ep. 1. Nihil mihi optatius cadere potest. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. A te mihi omnia semper honesta, et jucunda ceciderunt. *Id. Attic.* l. 3. ep. 24. Verebar, quorsum id casurum esset. *how it would turn out. Virg.* 4. *Georg.* v. 165. quibus ad portas cecidit custodia sorti. *fell to their lot.* ¶ Item convenire, quadrare, locum habere, *to belong to, suit, agree with, fit, sit on. Cic. in Orat.* c. 56. Pedes, qui in orationem cadere possunt. *Id. de Harusp. resp.* c. 26. In eum maxime cadit hoc verbum. *Id. Attic.* l. 13. ep. 19. Hæc Academica sane in personas non cadebant. erant enim λογικώτερα. *Id. pro Syll.* c. 27. Non cadit in hos mores, non in hunc pudorem, non in hanc vitam, non in hunc hominem ista suspicio. *Virg. Ecl.* 9. v. 17. Heu! cadit in quemquam tantum scelus? *Plin.* l. 35. c. 10. Non cadit in alium tam absolutum opus. *no one else is capable of doing any thing so complete.* ¶ Item desinere, terminari, *to be terminated, end, close. Cic. in Orat.* c. 57. Trochæus eo est vitiosus in oratione, quod verba melius in syllabas longiores cadunt. et cap. 66. Quæ incisim, aut membratim efferuntur, ea vel aptissime cadere debent. *Quintil.* l. 12. c. 10. Nullum Græce verbum *m* littera cadit. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 54 Et illa, quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter. *Similiter desinentia*, et *similiter cadentia* verba differunt in eo, quod illa (Græce ὁμοιοτέλευτα, Anglice *rhyme*) similes exitus habent, sive similia sint, sive dissimilia, quæ declinantur, ut in illo *Cicer. pro leg. Manil.* c. 16. Ut ejus semper voluntatibus non modo cives *assenserint*, socii *obtemperarint*, hostes *obedierint*, sed etiam venti, tempestatesque *obsecundarint*. At *similiter cadentia*, Græce ὁμοιόπτωτα, sunt, quæ similiter declinantur, licet dissimiles exitus habeant, ut apud *Cicer. Verr.* 3. c. 1. Est Verres ut ad audendum *projectus*, sic *paratus* ad audiendum. et *Verr.* 7. c. 8. Qui non ita *defendatur*, ut mediocris prætor, sed ita *laudetur*, ut optimus imperator. ¶ Interdum habet obscenum sensum. *Plaut. Pers.* 4. 4. 105. *Tibull.* l. 4. eleg, 10. v. 2. et *Senec.* l. 1. controv. 3. *sub fin.* ¶ *Cadit* pro *cadat* dictum videtur a *Plaut. Rud.* 1. 2. 89. ἀρχαϊκῶς usurpatum ea ratione; qua *duit, edit*, pro *duat, edat*.

CADUCARĬUS, a, um, adject. *Caducaria lex* dicitur ab *Ulpian. in lib. regular. tit. pænult. de possessionib. dand.* quæ de bonis caducis publicandis lata est. Ejus lator videtur fuisse C. Octavius Cæsar Augustus. Verba *Ulpiani* sunt: Si nemo sit, ad quem bonorum possessio pertinere possit, aut sit quidem, sed jus suum omiserit, populo bona deferuntur, ex lege Julia caducaria. Adde *Dig.* lib. 30. leg. 93. ubi *Id. Ulpian.* hanc eandem legem memorat, sed omisso *caducariæ* nomine. ¶ Apud *Augustin. de vita beata, circa med.* dicuntur *educarii homines.* qui comitiali morbo laborant. Sed paulo post *vulgare verbum* appellat, et *male Latinum*.

CADUCEĀTOR, oris, m. *a herald or ambassador sent to treat about peace, as the Fecialis did of war*, legatus, qui pacis petendæ causa mittitur: ita dictus a caduceo, quo utitur. *Cato* apud *Fest.* Caduceatori nemo homo nocet. *Liv.* l. 32. c. 32. Caduceator ab Rege venerat. Adde *Curt.* l. 3. c. 1. et lib. 4. c. 2. ¶ Apud *Arnob.* l. 5. pag. 174. caduceator enumeratur cum ministris sacrorum, hierophantis, et præconibus. *Herald.* putat esse, quos *Pollux* l. 1. c. 1. sect. 35. σπονδοφόρους appellat, *h. e.* libationes ferentes, et cum ἱεροφάνταις, et δᾳδούχοις, et κήρυξι ipse quoque conjungit.

CADUCEĀTUS, a, um, caduceum ferens. *Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 927. n. 6. Mercurius petasatus, et caduceatus.

CADUCEUS, i, m. et Caduceum, i, n. *a rod or staff with the figure of two snakes twisted about it, the wand or caduceus of Mercury*, κηρύκειον, virga Mercurii duobus serpentibus illigata, quam illi Apollo donasse dicitur, cum ab eo lyram accepisset. Hi serpentes, ut describit *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 19. *ad fin.* parte media voluminis sui

invicem nodo, quem vocant Herculis, obligantur: primæque partes eorum reflexæ in circulum, pressis osculis ambitum circuli jungunt, et post nodum caudæ revocantur ad capulum caducei, ornanturque alis ex eadem capuli parte nascentibus. Hac virga Mercurius animas evocat Orco Pallentes: alias sub tristia Tartara mittit: Dat somnos, adimitque et lumina morte resignat; Illa fretus agit ventos, et turbida tranat Nubila. Ita *Virg. Æn.* 4. hujus virgæ usus enumerat, vers. 242. Addit *Serv.* tum hic, tum *ad Æn.* 8. v. 138. hac eadem uti Mercurium ad concordiam inter certantes componendam. Narrat etiam *Hygin. l.* 2. *Astron. c.* 7. Mercurium, cum ab Apolline discessisset, vidisse duos angues inter se implicito corpore dimicantes, quos interposita virga diremit, et pacavit. Hinc factum est, ut ejusmodi virga serpentibus implexa signum pacis haberetur. *Macrob. loc. cit.* duos illos angues non dimicantes, sed coeuntes repræsentari scribit: quod et ipsum concordiæ signum est. *Plin. l.* 29. *c.* 3. *ad fin.* Hic complexus anguium, et efferatorum concordia, causa videtur esse, quare exteræ gentes caduceum in pacis argumentis, circumdata effigie anguium, fecerint. ¶ Hujusmodi virgam solebant exterarum nationum legati pacem petentes præferre. *a staff or white wand, which heralds or ambassadors carried when they went to treat of peace.* Romani enim sagmina, seu verbenam pro ea habebant, ut *Martian. Dig.* lib. 1. tit. 8. leg. 8. docet. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 46. Eum virum conquirimus, qui possit non tam caduceo, quam nomine oratoris ornatus, incolumis vel inter hostium tela versari. *Nepos in Annib.* c. 11. Tabellarium in scapha cum caduceo mittit. ¶ Genus hujus vocis neutrum esse quibusdam placet: a Græco κηρύκειον, vel κηρύκιον, vel καρύκιον, seu καρύκεον (ut Tarentini, et Syracusani dixerunt) ρ in *d* mutata. *Gell.* l. 10. c. 27. In altera caduceum, in altera hastæ simulacra fuerunt incisa. *Macrob. loc. cit.* Caduceum, quod in specie draconum conjunctorum figuraverunt. Adde *Apulei.* l. 10. *Metam.* et *Serv. locis citat.* ¶ Alii tamen masculini generis faciunt. *Varr.* apud *Non.* c. 12. n. 37. Verbenarius ferebat verbenam: id erat caduceus pacis signum. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Attollens Mercurialem caduceum. *Quidam leg.* Mercuriale. *Hygin. loc. cit.* Cum faciunt caduceos, duos dracones implicitos virgula faciunt. Adde *Caprum de verb. dub.* pag. 2247. *Putsch.* ubi diserte negat, neutrius generis esse. ¶ Lis est etiam de quantitate pænultimæ, quam alii correptam volunt cum *Alciat. in Emblem.* alii productam. Græce et per diphthongum ει scribitur, et per simplex ι, seu ε. Mihi nullus adhuc visus est Latini Poetæ locus, qui litem dirimat.

CADUCĬFER, ri, *bearing the cadaceus,* qui caduceum gestat: epitheton Mercurii. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 627. Venit Atlantiades positis caducifer alis. *Id.* 5. *Fast.* v. 449. Venit adoratus Caducifer.

CADUCĬTER, adverb. *precipitately,* præcipitanter, ut *Non.* c. 2. n. 172. exponit. *Varr. ibid.* Frigidos nimbos aquæ caduciter ruentis.

CADUCĬTOR, idem qui caducifer, apud *Arnob.* l. 3. pag. 118. si sana est lectio.

CADŪCUS, a, um, *ready to fall, unable to bear itself up, falling,* πτώσιμος, cadens; item casui vicinus; item qui cecidit. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 40. caducis Percussu crebro saxa cavantur aquis. *Cic. de Senect.* c. 15. Vitis, quæ natura caduca est, et nisi fulta sit, ad terram fertur. *Id. ibid.* c. 2. Arborum baccæ maturitate tempestiva vietæ, et caducæ. *Horat.* l. 2. od. 13. v. 11. Lignum caducum in caput domini. *Id.* l. 3. od. 4. v. 43. immanemque turmam Fulmine sustulerit caduco. *Propert.* l. 4. eleg. 2. v. 53. Tela caduca. *Virg.* 1. *Georg.* v. 368. Frondes caducæ volitant. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 2. Spica caduca. *h. e.* quæ cecidit inter metendum, et in agro relicta est. *Colum.* l. 12. c. 50. *sub fin.* Oliva caduca. *Lucret.* l. 5. v. 1362. Glans caduca. *Martial.* l. 8. epigr. 64. moro coma nigrior caduco. *Plin.* l. 13. c. 12. Scabritia chartæ lævigatur dente, sed caducæ litteræ fiunt. *h. e.* fugaces, et evanescentes. *Adrian. Imp.* apud *Spartian. in Ælio Vero,* c. 6. In caducum parietem incumbere. ¶ In aquæductibus *caducæ aquæ* dicuntur, quæ ex lacu abundant, aut ex castellis effluunt, vel ex manationibus fistularum, ut est apud *Frontin. de aquæduct.* artic. 94. et 110. ¶ *Caduca auspicia* dicebantur, cum aliquid in templo excidebat, veluti virga e manu. *Festus.* ¶ Caducus morbus est idem qui comitialis, quoniam eo correpti repente cadunt, *epilepsy, or the falling sickness,* ἐπιληψία. *Apulei. de herb.* c. 60. *Æmil. Macer. cap. de Aristoloch.* ¶ *Caducus homo,* qui caduco morbo laborat, *one troubled with epileptic fits,* ἐπιληπτικός. *Apulei.* l. 9. *Metam.* Detestabili morbo caducus. *Id. in Apolog.* Quibus caducis a dextra morbus occipiat, eorum difficiliorem esse medelam. Adde *Jul. Firmic.* l. 3. c. 6. n. 8. et *Æmil. Macr. de herb. c. de Pæonia.* [¶ *Caducum ignem* vocat *Senec. natur. quæst.* l. 2. c. 23. quoddam genus fulminis imbecilli, quod cito interiturum est, quia non ex solida materia oritur, nec in qua possit consistere, ac propterea simile videtur fulguri.] ¶ Generatim corpus caducum dicitur, quod ægrotare, et mori potest. *that must die, subject to decay, perishable. Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 35. Ex animo constare, et corpore caduco, et infirmo. *Virg.* 10. *Æn.* v. 622. Si mora præsentis leti, tempusque caduco Oratur juveni. *h. e.* morituro. ¶ *Caducus bello,* qui in bello periit. *that hath died in the field of battle. Virg. Æn.* 6. v. 481. Hic multum fleti ad superos, belloque caduci Dardanidæ. ¶ Translate *Cic.* 4. *Phil.* c. 5. Omnia alia incerta sunt, caduca, mobilia: virtus est una altissimis defixa radicibus. *frail, uncertain, transitory, perishable, liable to decay. Id. de Amic. c. ult.* Res humanæ fragiles, caducæque sunt. *Id. in somn. Scip.* c. 4. Infra lunam nihil est, nisi mortale, et caducum. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 8. v. 46. Fama caduca. *h. e.* quæ perit. *Id.* l. 1. *Fast.* v. 181. Caducæ preces. *h. e.* incassum fusæ. *Id. in Ibin,* v. 86. Votum caducum. *Id.* 9. *Metam.* v. 596. Spes caducæ. *Plin. in paneg.* c. 55. Mortales, caducique tituli. *Apulei. in Apolog.* Vanæ, et caducæ calumniæ. ¶ Apud JCtos *caduca bona* dicuntur, quæ deficiente eo, cui jure civili debebantur, in alium ceciderunt. *Ulpian. in. lib. regular.* tit. 17. *de Caducis.* Quod quis sibi testamento relictum, ita ut jure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, quia veluti cecidit ab eo. *Marcell. Dig.* lib. 28. tit. 4. leg. 3. Cum bona ejus, ut caduca, a fisco vindicarentur. *Paul. Dig.* l. 23. tit. 2. leg. 38. Dos data non fit caduca. *Cic. Phil.* 10. c. 5. Caducæ hereditates. *Juvenal.* sat. 9. v. 88. Legatum omne capis, nec non et dulce caducum. *Inscript.* apud *Fabrett.* c. 10. n. 319. D. Laberius Secundus procur. caducorum. ¶ Allegorice *Cic.* 3. *de Orat.* c. 31. Nostra est omnis ista prudentiæ, doctrinæque possessio, in quam homines, quasi caducam, atque vacuam, nobis occupatis, involaverunt.

CADURCI, V. *Cadurcus, a, um.*

CADURCUM, ci, n. *a blanket, coverlid, or quilt for a bed,* κωνωπεῖον, velum, tentorium, aut stragulum lineum, quo lectus operitur. Dictum videtur a Cadurcis Galliæ populis, quos celebres fuisse in velis e lino texendis, *Plin.* l. 19. c. 1. scribit. *Juvenal.* sat. 7. v. 221. Institor hibernæ tegetis, niveique cadurci. *Id.* sat. 6. v. 536. Magnaque debetur violato pœna cadurco. (hic ponitur pro ipso lecto per synecdochen: vel metonymice refertur ad sacra Isidis, per quæ mulieres a viris secubabant.) *Sulpicia poetria* apud *Vet. Scholiast. Juvenal. ad cit.* sat. 6. Ne me cadurci destitutam fasciis Nudam Calæno concubantem proferat. Alii leg. *cadurcis,* ut sit adjectivum. ¶ Sunt qui putant *cadurcum* non tentorium esse, sed culcitam, propterea quod *Plin.* non longe post citata verba iisdem Cadurcis tribuit præcipuam gloriam in culcitis faciendis; additque: *Galliarum hoc, et tomenta pariter, inventum. Italiæ quidem mos etiam nunc durat in appellatione stramenti.* Alii *cadurcum* interpretantur cucullum candidum, propter hiemes et nives comparatum: alii τὸ αἰδοῖον γυναικεῖον. Sed prima, quam dedimus, notio aptissima omnium esse videtur.

CADURCUS, a, um, adject. ad Cadurcos pertinens. Sunt autem *Cadurci* (de quibus *Plin.* l. 4. c. 19.) populi Galliæ Aquitanicæ Narbonensi provinciæ contermini, quorum oppidum nunc *Cahors,* ager *le Quercy* dicitur. *Auson. in Professorib.* n. 17. Tempora prædives finisti sede Cadurca. *Sidon.* carm. 9. v. 282. Natales puer horruit Cadurcos. *Sulpicia poetria.* Cadurcæ fasciæ. V. *Cadurcum.*

CADUS, i, m. *a cask, barrel,* κάδος, πιθάκνη, vas vinarium condendo, servandoque vino aptum, ut *Non.* c. 15. n. 9. docet. Ejus figura turbinata fuit, ore non admodum lato, quippe quod obturamento ex subere facto claudi solebat, ut *Plin.* docet l. 16. c. 8. item l. 27. c. 4. ubi tradit aloen seri in turbinibus cadorum. Ex quo etiam intelligitur ex fictili materia fuisse, quemadmodum et dolia. Hinc *Ovid.* 12. *Metam.* v. 243. *fragiles cados* dixit; et *Martial.* l. 1. epigr. 56. et l. 4. epigr. 66. rubrum cadum appellat, quia fictilia igni cocta rubri fere coloris, vel ad rubrum accedentis esse solent: qua ratione *rubram testam* vocat *Id.* l. 13. epigr. 7. Sed et ex ophite lapide albo cados aliquando factos, *Plin.* lib. 36. c. 22. narrat. *Virg.* 1. *Æn.* v. 199. Vina, bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes. *Horat.* l. 3. od. 15. *extr.* Cadus potus fæce tenus. *Id.* l. 1. od. 35. v. 26. diffugiunt cadis Cum fæce siccatis amici. *Id.* l. 4. od. 12. v. 17. cadus, Qui nunc Sulpiciis accubat horreis. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 518. fumoso condita vina cado. ¶ Habuit præterea alios usus. *Plin.* l. 34. c. 11. *de ærugine facienda.* Ære candido perforato, atque in cadis super acetum suspenso. *Id.* l. 15. c. 19. Cadi ficis siccis implentur. et cap. 13. Poma cadis condita. *Id.* l. 18. c. 30. *ad fin.* Condere fabam, et legumina in cadis oleariis. *h. e.* in quibus oleum antea fuit. *Id. ibid.* Cadi salsamentarii. *Martial.* l. 1. epigr. 44. Nec de Picenis venit oliva cadis. *Id.* l. 1. epigr. 56. Flavaque de rubro promere mella cado. ¶ Est etiam mensura liquidorum, continens urnas tres, seu congios duodecim (urna enim quatuor habet congios) sextario LXXII. ponderis vero libras CXX. vel secundum alios C. secundum alios LXXX. *a measure the same with the* amphora. Difficile enim est invenire rationem, quæ omnibus regionibus, ac temporibus æque respondeat. *Rhemn. Fann. de Ponderib. et mensuris* v. 84. Attica præterea discenda est amphora nobis, Seu cadus. hanc facies, nostræ si adjeceris urnam. *nostræ, h. e.* amphoræ Romanorum, quæ duarum urnarum capax est, ut *ibid.* v. 64. dicitur. Porro *amphoram Atticam* appellat, quia tum vox ipsa, tum vas, et mensura Græca sunt, et usu Latina facta. Hinc *Plin. in Histor. natur.* cum de Græcia vinis loquitur, fere *cadum* usurpat, *amphoram* cum de Latinis, ut lib. 14. c. 15. Cæsar Dictator triumphi sui cœna vini Falerni amphoras, Chii cados in convivia distribuit. ¶ In hac significatione *cadum* sæpius facit in genit. plurali, quam *cadorum. Varr.* apud *Non.* c. 15. n. 9. apud *Plin.* l. 14. c. 14. Hortensius supra decem millia cadum heredi reliquit. *Plin. ibid.* Millia cadum in congiarium divisit. In veterib. editionib. anni 1469. 1470. et 1472. habetur *cadorum. Lucil.* apud *Non. loc. cit.* Millia ducentum frumenti tolle medimnum, Vini mille cadum. ¶ De *Cadis Mygdoniis* apud *Propert.* l. 4. eleg. 6. V. supra in *Cadi, orum.*

CADYTAS, æ, m. καδύτας, herba est in Syria, non tantum arboribus, sed etiam ipsis spinis circumvolvens se se. *Plin.* l. 16. c. 44.

CÆA, æ, V. *Cea.*

CÆCĀTOR, oris, m. qui cæcat. *Paulin. Nolan.* carm. 24. *Nat.* 9. 5. *Fel.* 24. v. 618. Inveniam puteos: sed ne precor obruat illos Invidus, et viventis aquæ cæcator Amalec. *h. e.* qui obstruit. Respicit ad illud *Genes.* 26. 14. Invidentes ei Palæstini, omnes puteos obstruxerunt, implentes humo.

CÆCĀTUS, a, um, *blinded, made blind,* τυφλωθεὶς, cæcus factus. *Paulin. Nolan.* carm. 20. *Nat.* 7. *S. Fel.* v. 292. Perdita cæcatis qui lumina reddidit. ¶ Translate *Cic. pro Dom.* c. 23. Argenti, et supellectilis meæ cupiditate cæcatus. *Id.* l. 1. *Tuscul.* c. 30. Cæcati libidinibus. *Liv.* l. 44. c. 6. *extr.* Cæcata mens subito terrore. *Cic. de clar. Orat.* c. 76. Præceps quædam, et cum idcirco obscura, quia peracuta, tum rapida, et celeritate cæcata oratio. *Ovid.* 2. *ex Ponto* ep. 7. v. 45. Pectora quam mea sunt serie cæcata laborum. *h. e.* atris curis molestiarum perturbata, et confusa.

CÆCĬAS, æ, m. *the North-east wind,* Καικίας, ventus spirans ab oriente solstitiali, seu inter Aquilonem, et exortum æquinoctialem, ut *Plin.* l. 2. c. 47. docet. Vox Græca est, et Latino caret nomine, ut ait *Senec.* l. 5. *quæst. natur.* c. 16. Hujus hoc peculiare esse tradit ex *Aristot. Gellius* l. 2. c. 22. ut nubes non procul propellat, sed ad se attrahat: unde factum est Græcum proverbium, κακὰ ἕλκων ἐφ' αὑτὸν, ὡς ὁ Καικίας νέφος, mala ad se trahens, ut Cæcias nubes. *Apulei. de Mundo* scribit, Cæcian putari de iis ventis, qui non continuo, sed reflabro, et reciproco flatu, hoc est alternante, spirant. Meminit etiam *Vitruv.* l. 1. c. 6.

CÆCIGĔNUS, i, *born blind,* τυφλογενὴς, qui cæcus genitus est. *Lucret.* l. 2. v. 740. Nam cum cæcigeni, solis qui lumina nunquam Adspexere, tamen cognoscant corpora tactu, &c. ¶ Eadem forma *ventigenus* legitur apud *eund.* l. 5. v. 701.

CÆCILĬA, æ, f. *a slow-worm or blind-worm,* τυφλίας, τυφλῖνος, genus serpentis cæcæ, et venenatæ, quam dehiscente ventre parere, a partu vulnere rursus coalescente, tradit *Aristot.* ut *Plin.* l. 9. c. 51. refert. *Colum.* l. 6. c. 17. Vipera, et cæcilia sæpe, cum in pascua bos improvide supercubuit, lacessita onere morsum imprimit. et *paulo post.* Cæciliæ morsus tumorem, suppurationemque molitur. ¶ Est etiam genus lactucæ, apud *Colum.* l. 10. v. 190. V. in voce sequenti. *a kind of lettuce.*

CÆCILIĀNUS, a, um, adject. ad Cæcilium pertinens. *Cic. Tuscul.* 3. c. 23. Hic commemoratur Cæcilianum illud: Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 16. Senex ille Cæcilianus. *h. e.* a Cæcilio in fabula inductus. Sic *Quintil.* l. 11. c. 1. Cæcilianus pater. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *ad fin.* Cæciliana fabula. ¶ *Cæciliana cerasa* omnium rotundissima memorantur a *Plin.* l. 15. c. 25. ¶ Genus quoque lactucæ purpureæ, maximæque radicis, Cæciliana lactuca vocatur ab *eodem* l. 19. c. 8. nempe a Q. Cæcilio Metello, ut est apud *Colum.* l. 10. v. 182. ubi hujus lactucæ duo genera facit, *altera crebra viret, fusco nitet altera crine.* (Adde lib. 11. c. 3.) Cæciliam appellat *ibid.* v. 190. Cæciliam primo deponit Aquarius anno. *a kind of lettuce.*

CÆCĬLĬUS, ii. m. nomen proprium Romanum, quod putant alii a Cæculo Vulcani filio Prænestis conditore ductum; alii a Cæcade Trojano Æneæ comite, teste *Festo.* Alii docent, qui primus hoc nomine appellatus est, ita dictum esse ab oculorum parvitate. ¶ *Statius Cæcilius* poeta Comicus, Ennii contubernalis, natione Gallus fuit, variasque scripsit fabulas, quarum aliquot solummodo fragmenta adhuc restant apud *Cicer. Gell. Macrob. Non. Donat. Serv.* et alios Grammaticos veteres. Eum *Cic. ad Attic.* l. 7. ep. 3. *malum auctorem Latinitatis* esse dicit; *Quintil.* quoque l. 10. c. 1. parum honorifice de eo sentit. Contra *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 59. eum laudat, a *gravitate. Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 377. dat ei palmam in argumentis Comicis: et *Vulcatius Sedigitus* apud *Gell.* l. 15. c. 24. inter Comicos primum facit. ¶ *Q. Cæcilius Epirota,* Tusculi natus, conditione libertus, professione Grammaticus, circa tempora Ciceronis vixit. *Sueton. de Grammat.* c. 16. ¶ Alius fuit *Sex. Cæcilius* jurisconsultus, quem laudat *Gell.* l. 20. c. 1.

CÆCILĬUS, a, um, adject. ad Cæcilium pertinens. *Vellei.* l. 2. c. 11. Cæciliæ familiæ claritudo. ¶ *Cæcilia lex* multiplex fuit. Alia de Censoribus, ut Censoria potestas a

P. Clodio imminuta restitueretur. Tulit Q. Cæcilius Metellus Pius consul, circa annum U. C. 700. ¶ Alia de jure Italiæ, ut Italia a vectigalibus esset immunis. Tulit Q. Cæcilius Metellus Nepos prætor, Q. Cæcilio Metello Celere, L. Afranio Coss. circa annum U. C. 690. Alia de repetundis, cujus meminit *Valer. Max.* l. 6. c. *ult.* n. 10. Alia denique de legibus ferendis, quæ *Cæcilia et Didia* appellatur, quia lata est a Q. Cæcilio Metello et T. Didio Coss. circa annum U. C. 655. Duo hæc capita habuit: in altero cavebatur, ne diversis de rebus lex ferretur; in altero ut leges omnes trinundino promulgarentur. Hujus meminit *Cic. pro Dom.* c. 20. et *Phil.* 5. c. 3. ¶ Apud *eund. pro Syll.* c. 22. legitur *rogatio Cæcilia,* cujus auctor fuit L. Cæcilius trib. qui, ut P. Syllæ fratri de ambitu damnato consuleret, legem ferre conatus fuerat, ut pœnæ ambitus, aliis jam legibus constitutæ, minuerentur. ¶ De *Cæcilia lactuca* (ita enim appellat *Colum.* l. 10. v. 190.) V. in *Cæcilianus.*

CÆCINIANUS, a, um, ad Cæcinam pertinens, quod est cognomen Romanum, ut Cæciniana oratio, quam Cicero pro A. Cæcina habuit. *Martian. Capell.* lib. 5. pag. 172.

CÆCĬTAS, atis, f. *blindness, want of sight,* τυφλότης, ἀβλεψία, privatio visus. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 39. Asclepiadem ferunt, cum quidam quæreret, quid ei cæcitas attulisset, respondisse, puero ut uno esset comitatior. *Plin.* l. 12. c. 8. Inferre cæcitatem alicui. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 55. *Harduin.* Liberari cæcitate. ¶ Translate refertur ad animum. *Cic. de Harusp. resp.* c. 18. Cæcitas libidinis. *Id. pro Dom.* c. 40. mentis. et cap. 50. Furor animi, et cæcitas. *frowardness.*

CÆCITŪDO, inis, f. *blindness,* cæcitas. *P. Opilius Aurelius Grammaticus* (de quo V. *Sueton. de Grammat.* c. 6.) apud *Fest.* in *Nusciciosus.* P. Opilius Aurelius nusciciones ait esse cæcitudines nocturnas.

CÆCO, as, avi, atum, a. 1. *to blind, make blind,* τυφλόω, cæcum facio. *Lucret.* l. 4. v. 325. Sol etiam cæcat, contra si cernere pergas. *Colum.* l. 4. c. 9. *de vitibus.* Defluens humor cæcat oculum, nec patitur frondescere. Adde cap. 24. ¶ Translate *Pallad.* l. 1. tit. 6. Fossorem si apertus vitis oculus viderit, cæcabitur spes vindemiæ. ¶ Eleganter refertur ad animum. *to blind, hoodwink. Cic. pro Sex.* c. 66. Largitione cæcare mentes imperitorum. *Id.* l. 5. *Tuscul.* c. 13. *ad fin.* Si animi acies ita curata est, ut ne cæcetur erroribus. ¶ Pro obscurare. *to darken. Avien. in Perieg.* v. 504. denso cæcantur stipite silvæ.

CÆCŬBUM, i, n. Καίκουβον, locus palustris (ut et *Martial.* indicat lib. 13. epigram. 115.) in confinio Campaniæ ad sinum Cajetanum, Fundis, et Amyclis vicinus; in quo optima vina nascebantur, et apud Latinos celebratissima. *Strabo* lib. 5.

CÆCŬBUS, a, um, adject. ad Cæcubum pertinens. *Plin.* l. 2. c. 95. Quædam insulæ semper fluctuant, sicut in Cæcubo agro. *Id.* l. 17. c. 4. Cæcubæ vites. ¶ *Cæcubum vinum,* quod et *Cæcubum* absolute dicitur, celebratissimum olim fuit, et principatum inter generosissima obtinuit, laudaturque ab *Horat.* et *Martial.* passim, itemque a *Colum.* l. 3. c. 8. *in fi.* et aliis. *Plinii* tamen tempore jam interciderat, tum incuria coloni, locique angustia, tum vero magis fossa Neronis, quam a Baiano lacu Ostiam usque navigabilem inchoaverat, ut ipse lib. 14. c. 6. tradit. *Horat.* l. 1. od. 37. v. 5. Depromere Cæcubum cellis avitis. *Id.* l. 2. sat. 8. v. 15. Cæcuba vina. *Martial.* l. 13. epigr. 115. Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis.

CÆCULTO, as, n. 1. *to be dim-sighted,* cæco proximus sum, oculorum acie obtusa. Ita *Festus:* affertque hæc verba ex *Plauti fragment.* Numnam mihi oculi cæcultant? est ne hic noster Hermio? *Voss. in Etymol.* in *Cæcus* dubitat, an *cæculco* non sit rectius: legi enim in *Onomast. vet.* Cæculco, ἀμβλυώττω. Fatetur tamen, constanter apud *Fest.* haberi *cæcultant.* Est qui hanc vocem tribuit etiam *Livio,* et quidem activa significatione, lib. 27. c. 3. Inter multas, magnasque res, quæ nunc secundæ, nunc adversæ cæcultabant cogitationes hominum, &c. Sed legendum est *occupabant.*

CÆCŬLUS, li, m. Latini Regis filius, qui Præneste condidit: ita dictus, quod minores haberet oculorum orbes. In fabulis est, ejus matrem cum ad focum sederet, ex scintilla insiliente concepisse, et tempore suo enixam, juxta templum Jovis puerum adjecisse: quem virgines quasdam aquatum euntes juxta ignem inventum sustulisse, atque educasse. Quibus de causis Vulcani filius habitus est. Quam de se opinionem de industria fovens, collecta primum agrestium manu, diu omnia circa loca latrociniis infestavit; deinde cum ad ludos invitasset vicinos populos, ad secum habitandum hortatus, seque Vulcani filium jactans, cum persuadere non posset, invocato Vulcano, omnis illa turba flamma repente circumdari visa est: quo facto commoti omnes simul habitaverunt, et Prænestinam urbem constituerunt. *Virg.* 7. *Æn.* v. 678. et ibi *Servius.*

CÆCUS, a, um, *blind, stone-blind,* τυφλός, oculorum sensu carens. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 23. *in fi.* Catuli, qui jam despecturi sunt, cæci æque, et ii, qui modo nati. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 90. Hypsæa cæcior. *Id.* l. 1. ep. 17. v. 4. ut si Cæcus iter monstrare velit. *proverbium. Liv.* l. 32. c. 34. Apparet id quidem etiam cæco *aliud proverb.* Sic *Quintil.* l. 12. c. 7. *ad fin.* Cæcis hoc, ut aiunt, satis clarum est. ¶ Translate significat obscurum, lumine carentem, *dark, darksome, obscure, gloomy. Cic. pro Mil.* c. 19. Cæca nox. *Virg.* 3. *Æn.* v. 203. caligo. et vers. 87. tenebræ. *Sil.* l. 11. v. 456. chaos, cæca sine sidere moles. *Id.* l. 7. v. 350. Cæca silentia. *h. e.* tempus nocturnum. ¶ *Cæca domus, paries, cubiculum* dicitur, quod fenestram non habet. *Cic. in Orat.* c. 67. Domus depressa, cæca, jacens. *Virg.* 5. *Æn.* v. 589. Parietes cæci. τυφλὰ τείχη. Adde *Varron.* l. 8. *L. L.* c. 38. *circ. med.* ¶ Cæcæ fossæ, *covered ditches,* quibus *patentes* opponuntur. *Colum.* l. 2. c. 2. ¶ *Cæcæ gemmæ* dicuntur a *Plin.* l. 37. c. 6. quæ non translucent. Sic *cæci smaragdi, ibid.* c. 5. ¶ In arboribus *cæci rami* dicuntur, qui non germinant, nam gemmæ arborum *oculi* sunt. *Plin.* l. 16. c. 30. ¶ Ponitur etiam *cæcus* pro occulto, latente, *secret, hidden, occult, private. Cic.* 2. *de Orat.* c. 87. Res cæcæ, et ab aspectus judicio remotæ. *Id. Agrar.* 2. c. 14. Hoc est obscurum, atque cæcum. *Lucret.* l. 3. v. 317. Rerum cæcas exponere causas. *Senec. in Œdip.* v. 92. Sphinx nectens verba cæcis modis. *Lucret.* l. 1. v. 778. Natura clandestina et cæca. *Id.* l. 4. v. 113. tabescunt vulnere cæco. *Horat.* l. 2. od. 13. v. 16. Cæca fata. *Plin.* l. 18. c. 24. Nimia, et ideo cæca subtilitas. *Liv.* l. 5. c. 51. Cæcum crimen. *h. e.* quod probari non potest. *Virg. Æn.* 2. v. 453. Cæcæ fores. *a private door. Ovid.* 2. *Fast* v. 214. et *Sil.* l. 5. v. 3. Cæca arma. *h. e.* milites in insidiis dispositi. *Virg.* 12. *Æn.* v. 591. murmure cæco Intus saxa sonant. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 461. Cæcus clamor. ¶ *Cæci morbi* dicuntur a *Colum.* l. 1. c. 5. quorum causæ ignorantur. Sic *cæci dolores* a *Plin.* l. 29. c. 2. *in fi.* et cap. 3. *ad fin.* ¶ *Cæcum vallum* est, in quo præacuti pali terræ affixi herbis vel frondibus occuluntur, ut *Fest.* exponit. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 38. Moniti a Brundusinis, ut vallum cæcum, fossasque caveant. ¶ *Cæci fluctus,* quos Græci κωφοὺς dicunt, hoc est surdos, sunt, quorum non apparet causa, quiescentibus quidem ventis, sed nihilominus æstuante mari, et fluctuante. *Sisenn.* apud *Non.* c. 6. n. 7. Subito mare perhorrescere, cæcosque fluctus in se provolvere leniter cœpit. *T. Livius* apud *Senec. Suasor.* 7. Cum ipse jactationem navis cæco volvente fluctu pati non posset. ¶ *Cæcus ictus, cæcum vulnus,* quod a tergo alicui, et non videnti infligitur. *Liv.* l. 34. c. 14. *ad fin.* Non cæcis ictibus procul ex improviso vulnerabantur, sed pede collato, tota in virtute, ac viribus spes erat. *Virg. Æn.* 10. v. 733. fugientem haud est dignatus Oroden Sternere, nec jacta cæcum dare cuspide vulnus. Adde *Sil.* l. 9. v. 105. ¶ *Cæcum corpus* est aversa pars corporis, qua nec hostem videre, neque tela vitare possumus. *Sallust. in Jug.* c. 115. In maximo metu nudum et cæcum corpus ad hostes vertere. ¶ Sæpe transfertur ad animum, et temeritatem, præcipitantiam, stultitiam significat. *rash, headlong, headstrong, precipitate. Cic. de Amic.* c. 15. Non solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa est. *Id. pro Sext.* c. 7. Cæcus atque amens tribunus. *Id. pro Planc.* c. 3. Cæcum et præcipitem ferri in re aliqua. *Id. de Harusp. resp.* c. 23. Cæcus amentia. *Id. pro Cluent. c. pænult.* crudelitate, et scelere. *Id. pro Quint.* c. 26. cupiditate, et avaritia. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 43. quemcunque inscitia veri cæcum agit. *Phædr.* l. 4. fab. 19. v. 17. Cæca mens. *Gell.* l. 13. c. 28. Cæco judicio esse. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 23. *in fi.* Cæcus animo. ¶ Cum genit. more Græcorum. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 17.) et *Gell.* l. 12. c. 13. Cæcus animi. *Lucan.* l. 2. v. 14. Mens hominum cæca fati futuri. *h. e.* ignara. Adde *Claudian.* l. 1. *de rap. Proser.* v. 138. ¶ Dicitur etiam de affectibus, qui homines cæcos faciunt. *Cic. in Pison.* c. 24. Cupiditate cæca rapi. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. 13. Cæco impetu incurrere in aliquem. *Id. pro Ligar.* c. 1. Cæcus timor. *Horat. Epod.* 7. v. 13. Cæcus furor. *Id.* l. 1. od. 18. v. 14. Cæcus amor sui. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 82. Lymphati cæco pavore animi. *Cæcina ad Cicer.* l. 6. *Fam.* ep. 7. Cæca suspicio. *h. e.* quæ sine justa ratione habetur. *Liv.* l. 40. c. 10. Cæcæ exsecrationes. *h. e.* quæ cæco impetu feruntur in aliquem. ¶ Pro incerto, dubio. *doubtful, uncertain. Cic. Agrar.* 2. c. 25. Nolo suspensam, et incertam plebem Romanam obscura spe, et cæca exspectatione pendere. *Virg.* 6. *Æn.* v. 157. cæcosque volutat Eventus animo secum. ¶ *Cæca die emere,* vel *vendere* est emere solutione in diem incertam prolata, *on credit:* Contra *oculata die emere,* vel *vendere* est præsenti pecunia emere, *for ready money. Plaut. Pseud.* 1. 3. 67. Eme cæca die olivum, id vendito oculata die. ¶ *Cæcus* pro improvido. *improvident.* Sic enim interpretatur *Non.* c. 12. n. 29. illud *Varron. in fragment.* Neque id cæci consules fecissent. ¶ *Cæcissimus* non habet, quod sciam, exempla. ¶ *Cæca* adverbialiter positum eo modo, quo *acerba,* pro *acerbe,* et *transversa* pro *transverse,* &c. *Tertull. de patient.* c. 1. Bonum patientiæ etiam qui cæca vivunt, summæ virtutis appellatione honorant. *Sciop. in not. ad Tertull.* legit *cæci.* ¶ De cæcorum sede V. *Chalcedon.*

CÆCŪTĬO, ūtis, n. 4. *to be dim-sighted, to blink,* cæcus sum, male video, cæculto. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 133. Utrum oculi mihi cæcutiunt, an ego vidi servos in armis contra dominos? *Id. ibid.* cap. 1. n. 149. Non mirum, si cæcutis, aurum enim non minus præstringit oculos. *Apulei. in Florid.* n. 2. (*al.* l. 1.) Omnes quodammodo cæcutimus.

CÆDES, is, f. *a cutting, felling, cutting or lopping off,* concisio, recisio: a *cædendo,* ἐκτομή, ἐκκοπή. *Gell.* l. 19. c. 12. Ligni atque frondium cædem facere. *Apulei.* l. 3. *Metam.* Capilli, qui cæde cultrorum desecti humi jacebant. ¶ Accipitur etiam pro percussione, qua homo vulneratur, *a cutting, striking; a blow. Cic. pro Cæcin.* c. 14. Nemo, inquit, occisus est, neque saucius. Quid ais? tu vim negabis esse factam, si cædes, et occisio facta non erit? *Nepos in Epamin.* c. 9. Magna cæde facta, multisque occisis. ¶ Sæpissime vero pro ipsa occisione hominis, *murder, slaughter, destruction,* φόνος. *Cic. pro Mil.* c. 5. Cædes, qua P. Clodius occisus est, Senatus judicavit contra Rempublicam esse factam. *Al. leg.* in qua. *Id. ibid.* c. 32. Magistratuum, privatorumque Clodius cædes effecit. *Id. Catil.* 1. c. 1. Notare, et designare oculis aliquem ad cædem. *Sallust. in Jug.* c. 34. Cædem facere in aliquem. *Liv.* l. 45. c. 5. perpetrare. *Sueton. in Tiber.* c. 37. admittere. *Liv.* l. 5. c. 45. et *Justin.* l. 2. c. 11. edere. *Lucan.* l. 3. v. 580. peragere. *Curt.* l. 8. c. 2. et *Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 59. committere. *Tacit. Ann.* 13. c. 2. Ire in cædes. *Virg.* 10. *Æn.* v. 119. Sternere cæde viros. *Curt.* l. 3. c. 11. Hostes ingenti cæde prosternere. *Virg.* 2. *Æn.* v. 499. Furere cæde. *Liv.* l. 45. c. 5. Arguere aliquem cædis. ¶ Dicitur etiam de occisione bestiarum. *a killing or sacrificing. Horat.* l. 3. od. 23. v. 14. Tentare deos multa cæde bidentium, &c. Adde *Martial.* l. 14. epigr. 4. ¶ Pro verberatione, *a beating. Donat. ad Terent. Adelph.* 2. 1. 46. Contumeliosa cædes colaphus, et digna lenone. et *ibid. ad act.* 4. 2. 19. *Occidit* nimiæ cædis verbum, non occisionis intelligi oportet. Adde *ibid. ad.* 2. 1. 18. ¶ Per metonymiam sumitur pro sanguine. *blood. Ovid. Metam.* 4. v. 125. Arborei fetus aspergine cædis in atram Vertuntur faciem. *Virg.* 9. *Æn.* v. 455. tepidaque recentém Cæde locum. ¶ In recto casu singulari *cædis* pro *cædes* legitur apud *Plaut. Mostell.* 1. 2. 44. (quamquam *ædis* quidam reponunt) et in quibusdam MSS. *Justini* lib. 12. c. 1. Sic *torquis* dicitur pro *torques* a *Propert.* l. 4. eleg. 10. v. 44. Sic *canes* legitur, et *canis* teste *Voss.* l. 1. *de analog.* c. 15. Sic *ædes,* et *ædis,* &c. ¶ In genitivo plurali reperitur etiam *cædum* pro *cædium. Sil.* l. 4. v. 353. Exoritur rabies cædum, et vix tela furori Sufficiunt. Adde vers. 423. et 796. et l. 5. v. 229. et l. 10. v. 233, et *Priscian.* l. 7. pag. 771. *Putschii.*

CÆDITIÆ TABERNÆ in via Appia a domini nomine sunt vocatæ. *Fest.* ¶ Quidam scribunt *Ceditiæ,* et a *Cedia* denominatas putant.

CÆDO, is, cecidi, cæsum, a. 3. *to cut, cut down, lop, fell,* κόπτω, seco, abscindo. *Cic.* l. 2. *de Divinat.* c. 14. Arbores cum luna simul senescentes tempestive cædi. *Cæs.* l. 3. *B. Gell.* c. *ult.* silvas. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 220. vineta. *Cic. Varr.* 3. c. 56. lapidem. *Virg.* 3. *Georg.* v. 364. cæduntque securibus humida vina. *Tibull.* l. 1. eleg. 8. v. 34. viridem cædere falce comam. *Plaut. Merc.* 2. 3. 63. et *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 97. Cædere lignum. *to cut wood to make fuel of. Paul. Dig.* lib. 7. tit. 4. leg. 13. fœnum. *Plin. in proœm.* l. 12. montes in marmora. ¶ Est etiam percutere, verberare, *to strike, beat, knock at,* πλήττω. *Cic.* 5. *Verr.* c. 27. Cædere januam saxis. *Id.* 5. *Verr.* c. 28. aliquem virgis ad necem. *Id.* 8. *Phil.* c. 8. aliquem loris. *Petron. in Satyr.* c. 138. lenta manu. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 43. pugnis. *Id. Pœn.* 3. 3. 71. calcibus. *Curt.* l. 9. c. 1. ferro. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 59. ense. Et absolute *Sallust. in Jug.* c. 102. Equites, pedites permixti cædere alios, alios obtruncare. *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) Cædi vero discentes, quamquam receptum sit, minime velim. *Id.* l. 11. c. 3. Cædere pectus. *Pers.* sat. 1. v. 105. pluteum. ¶ Item occidere. *to kill, destroy. Cic. Attic.* l. 5. ep. 20. A. d. III. id. Octobr. magnum numerum hostium cecidimus. *have cut to pieces.* Alii leg. *occidimus. Liv.* l. 4. c. *ult.* Infra arcem cæsi, captique multi mortales. *Curt.* l. 7. c. 5. Cædere proditores ad unum. Adde *Virg.* 2. *Æn.* v. 266. Rursus *Cic. Phil.* 3. c. 12. Cædere greges armentorum. ¶ Item mactare, immolare. *to sacrifice, immolate. Cic. pro Cluent.* c. 68. Cæsis hostiis deos placare. *Id. Attic.* l. 1. ep. 13. et *Liv.* l. 45. c. 7. Cædere victimas. *Virg.* 5. *Æn.* v. 96. cædit quinas de more bidentes. *Juvenal.* sat. 6. v. 446. Cædere Silvano porcum. *In veteri formula se devoventium, quam refert Liv.* l. 8. c. 10. *ad fin.* Cædere piaculum hostia. *h. e.* cæsa hostia piaculare sacrificium facere: hypallage. ¶ Translate *Cic. ad Q. Fr.* l. 3. ep. 3. Quo quidem in judicio odio premitur omnium generum; maxime testibus cæditur, accusatoribus frigidissimis utitur. *h. e.* urgetur, affligitur. ¶ *Cædere sermones* est disserere, colloqui, confabulari. *to confer, converse. Terent. Heaut.* 2. 3. 1. Interea dum sermones cædimus, illæ sunt relictæ. *Priscian.* l. 18. pag. 1188. *Putsch.* docet, Græcos quoque eodem sensu dicere κόπτειν τὰ ῥήματα. *to chop logic.* ¶ *Cædere pignora* est in auctione vendere: ea ratione, qua bonorum venditio sub hasta *sectio* appellatur: vel qua *cædere* ponitur pro minutatim concidere, et consumere: quo sensu *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 97. et cap. 6. n. 81. Lanæ opus omne perit; pallor, tineæ omnia cædunt. V. *Pignus.* ¶ Habet etiam obscenum sensum, ut *præcido, concido. Plaut. Cas.* 3. 1. 14. *Auct. Priapeor.* carm. 25.

Lucil. apud *Non.* c. 1. n. 80. &c. V. etiam *Cicer. Verr.* 5. c. 66.

CÆDŬUS, a, um, *fit for cutting, used to be cut,* qui cædendo aptus est: et dicitur de arboribus, quæ succidi sine detrimento possunt; et de iis, quarum totus fructus in cædendo est. *Paul. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 30. Silva cædua est, ut quidam putant, quæ in hoc habetur, ut cæderetur. *Servius* eam esse ait, quæ succisa rursus ex stirpibus, aut radicibus renascatur. *Cato R. R.* c. 1. et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 7. *ad fin.* septimum gradum nobilitatis atque usus agrorum *silvæ cæduæ* tribuunt. *Plin.* l. 12. c. 19. Cæduæ naturæ frutex. *Id.* l. 16. c. 37. Cædua salici fertilitas. *Id.* l. 17. c. 20. Castanea regerminatione cædua vel salice lætior. et *ibid.* Arbores cæduo ligno. et *ibid.* Plantaria cædua.

CÆL pro *Cælum* per apocopen dictum est ab *Ennio* ea ratione, qua *do* pro *domus,* et *gau* pro *gaudium.* In quo Græcos Poetas est imitatus, qui δῶ pro δῶμα, *domus,* et κρῖ pro κριθὴ, hordeum dixerunt. *Auson. in Technopægn. Edyl.* 12. *sub fin.* Unde Rudinus ait, Divum domus altisonum Cæl? Et cujus de more quod astruit, endo suam do? Et *paulo ante.* Ennius ut memorat replet te lætificum gau.

CÆLĀMEN, inis, n. *an engraving,* cælatura, opus cælatum, γλύμμα, γλυφή. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 291. neque enim clypei cælamina norit. *Apulei. de deo Socrat.* Suspicientes in hoc perfectissimo Mundi, ut ait Ennius, clypeo, miris fulgoribus variata cælamina.

CÆLĀTOR, oris, m. *an engraver, carver, sculptor,* γλύπτης, qui cælat. *Cic. Verr.* 6. c. 27. Mittit rogatum vasa ea, quæ pulcherrima apud illum viderat: ait se suis cælatoribus velle ostendere. *Quintil. in fi.* l. 2. Cælator cælum desiderat, et pictor penicilla. *Plin.* l. 34. c. 8. Eunicus, et Hecatæus argenti cælatores. *Juvenal.* sat. 9. v. 145. cælatorem *curvum* appellat, quia cælando incurvatur. ¶ Fuerunt *cælatores* inter officia domus Augustæ. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 583. n. 5. Amiantus Germanici Cæsar. cælator fecit.

CÆLATŪRA, æ, f. *an engraving, or carving; carved work, sculpture,* γλυφὴ, γλύμμα, opus cælatum. *Quintil.* l. 2. c. 4. Tenuis nimium lamina, et quam cælatura altior rumpat. *Senec.* ep. 5. Argentum, in quod solidi auri cælatura descendit. *h. e.* argenteum vas, aureis cælatisque emblematis ornatum. *Sueton. in Ner.* c. 47. Duo scyphi, quos Homericos a cælatura carminum Homeri vocabat. *Plin.* l. 33. *c. pænult.* Usque adeo attritis cælaturis, ne figura discerni possit. *Id.* l. 35. c. 12. Opus mira cælatura. ¶ Quod legitur apud *eund. Plin.* l. 19. c. 4. Super pistrinarum operibus, et cælaturis vivere: *cælaturas* pistrinarum interpretatur *Harduin.* varias rerum imagines, quas panibus, et crustulis pistores effingere solent. ¶ Pro arte ipsa cælandi, *the art of carving or engraving.* Hanc *Quintil.* l. 2. *c. ult. scalpturæ,* seu *sculpturæ* partem facit. Docet enim, *cælaturam* esse, quæ auro, argento, ære, ferro opera efficit; *scalpturam* vero etiam lignum, ebur, marmor, vitrum, gemmas, præter supra dicta, complecti. At *Manut.* epist. 9. *de quæsit. per epist.* non a materia, in qua versantur, sed a forma operis, quam efficiunt, distingui oportere arbitratur, ut nempe *scalptura* sit, qua opera integra undique, et solida fiunt, ut statuæ; vel in cavo depressa; *cælatura* vero, qua opera in aliqua materia plana, vel tumida, vel convexa ita fiunt, ut ei adhæreant, et solum aliqua parte promineant: quæ et anaglypta appellantur, *buss-relief.* *Plin.* l. 35. c. 12. Plastice mater statuariæ sculpturæque, et cælaturæ. V. *Manut.* Fatendum tamen alteram pro altera aliquando usurpari.

CÆLĀTUS, a, um, *engraved, carved, embossed, sculptured,* cælando elaboratus, ἀνάγλυπτος. *Cic. in Orat.* c. 70. Cælatum aurum, et argentum. *Id.* l. 2. *de Invent.* c. 40. Vasa magnifica, et pretiose cælata. *Id. Verr.* 6. c. 44. Galeæ æneæ cælatæ opere Corinthio. *Virg.* 1. *Æn.* v. 644. cælataque in auro Fortia facta patrum. *Ovid. Metam.* 13. v. 11. clypeus vasti cælatus imagine mundi. *Plin.* l. 33. c. 12. Centauri cælati in scyphis. *Vitruv.* l. 7. c. 3. Coronæ cælatæ. *cornices worked or carved:* quibus *puræ* opponuntur, *plain.* ¶ *Cælata* etiam dicuntur, quæ pretiosiore aliqua materia ornata sunt. *ornamented, worked.* *Liv.* l. 7. c. 10. Pictis, et auro cælatis refulgens armis. *Virg.* 5. *Æn.* v. 307. Cælata argento bipennis. *Ovid. Heroid.* ep. 21. v. 119. Balteus cælatus auro. *Id.* 2. *Fast.* v. 79. Delphin cælatus stellis. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 6. Velamina cælata multa arte. *h. e.* varie intexta, et ornata. ¶ Translate *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 92. Cælatumque novem Musis opus. *h. e.* ipsis veluti Musarum manibus factum et elaboratum, ut multi exponunt Interpretes. Sed aliter omnino *Bentleius.* quem consule. ¶ Græca constructio est in illo *Valer. Flacci,* l. 1. v. 402. Tum cælata metus alios gerit arma Eribotes. *h. e.* habentia alios metus, seu alias res terribiles cælatas. et *Silii* l. 10. v. 175. Phorcys cælatus Gorgone parmam.

CÆLEBS, ĭbis, adject. *unmarried, single,* ἄζυγος, ἄλεκτρος, qui est sine conjugio, sive aliquando, sive nunquam matrimonium inierit. *Cic.* 3. *de legib.* c. 3. Censores prolem describunto, cælibes esse prohibento. *Plaut. Stich.* 4. 1. 37. Ille cælebs erat senex. *a widower.* *Martial.* l. 4. epigr. 69. Diceris hac factus cælebs quater esse lagena. *four times a widower.* et *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 5. et *Ovid. Heroid.* ep. 13. v. 107. Quem neque sancta Venus molli requiescere somno Desertum in lecto cælibe perpetitur. *lonely.* *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 87. lectus genialis in aula est? Nil ait esse prius, melius nil cælibe vita. *Gell.* l. 5. c. 11. Cælibem vitam vivere. *the life of a bachelor.* *Plin.* l. 10. c. 34. Columba cælebs, aut vidua. ¶ Translate *cælibem platanum* vocat. *Horat.* l. 2. od. 15. v. 4. quia ei arbori non maritantur vites, sicut ulmis. Sic *Ovid.* 14. *Metam.* v. 663. cælebs sine palmite truncus. *solitary.* Adde *Plin.* l. 17. c. 23. ¶ Per diphthongum *æ* rectissime scribitur. Sic enim habetur in libris vet. teste *Manut.* et *Cellar. in Orthogr.* et in veteri inscript. apud *Gruter.* pag. 574. n. 6. Neque tamen damnandi, qui per *œ* scribunt: pro quibus facit altera inscriptio apud *eund.* pag. 575. n. 1. et Græcum κοίλιψ, carens lecto, ex quo cœlebs a *Scalig.* et *Voss.* ducitur: quasi a κοίτη, lectus, et λείπω, ἔλιπον, deficio. Fuerunt etiam, qui a *cœlo* derivarent, quia cœlibes quasi cælestem vitam agant, improbante *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) *ad fin.* Prior tamen scriptio Eruditis placere magis videtur. Fuit qui *cæleps* per *p,* scribi mallet, ex affinitate *b* et *p,* ut *obsonium,* et *opsonium.*

CÆLES, itis, adject. *celestial, heavenly,* οὐράνιος, idem ac cælestis. *Ovid.* l. 1. *Fast.* v. 236. Cælitibus regnis ab Jove pulsus erat. *Apulei. in Apolog.* Geminam esse Venerem deam, alteram vulgariam, alteram cælitem. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 17. Imperio Jovis convocati in aulam cælitem venere. *Paulin. Nolan.* carm. 24. *Natal. S. Felic.* 9. v. 403. Apostolici cineres sub cælite mensa depositi. Adde vers. 207. et carm. 21. (*al.* 13.) v. 773. et 873. ¶ Absolute pro Deo, *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 6. v. 17. Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti Vestra procul positus carmen in ora dedi. *h. e.* de Augusto nuper in Deos relato. Adde *ibid.* ep. 9. *in fi.* et *Tertull. de Pall.* c. 4. *a med.* ¶ Sed hac ratione sæpius adhibetur in plurali numero. *Cælites* enim sunt ipsi dii, *the gods, the immortals.* *Cic. in Somn. Scip.* c. 1. Grates tibi ago, summe sol, vobisque reliqui cælites. *Horat.* epod. 16. v. 56. Rex cælitum. *Plaut. Rud. Prol.* v. 2. civitas cælitum. *Ovid. Metam.* 5. v. 321. Emissumque ima de sede Typhoea terræ Cælitibus fecisse metum. ¶ In recto singulari qui usurpaverit, vidi adhuc neminem.

CÆLESTIĀNUS, a, um, ad Cælestium pertinens, ut Cælestiana hæresis, *Hieronym.* ep. 79. ad *Alip. et Augustin.*

CÆLESTIS, te, adject. *of heaven, heavenly, celestial,* οὐράνιος, ad cælum pertinens. *Cic. in Somn. Scip.* c. 4. Orbis cælestis extimus, qui reliquos omnes complectitur. *Id.* 2. *de Divin.* c. 44. Si concedamus, aliquid vim cælestem ad eos, qui in terra gignuntur, pertinere. *Id.* 4. *Acad.* c. 41. Cogitantes supera atque cælestia, hæc nostra, ut exigua et minima, contemnimus. *Tibull.* l. 3. eleg. 4. v. 53. Cælestia numina. *Ovid.* l. 2. *de ar. am.* v. 237. Nubes cælestis. *Plin.* l. 11. c. 14. Cælestis arcus. *the rainbow.* *Horat.* l. 3. od. 10. *in fi.* Cælestis aqua. *rain.* *Lucret.* l. 2. v. 384. Cælestis ignis fulminis. *Festus:* Cælestia auguria vocant, cum fulminat, aut tonat. *Virg. Æn.* 6. v. 730. Cælestis origo. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 1. v. 11. Bella cælestia. *h. e.* Gigantum cum diis. *Id. Metam.* 15. v. 630. Petere auxilium cæleste. *Tacit. in fi.* l. 12. *Annal.* Cælestes honores alicui decernere. *Id.* l. 1. *Annal.* c. 30. et *Liv.* l. 2. c. 36. Ira cælestis. *h. e.* ira deorum. *Augustus* apud *Sueton. in ejus vita,* c. 71. Efferre aliquem ad cælestem gloriam. *h. e.* ad gloriam cælitum. *Plin.* l. 18. c. 28. *ad fin.* Cælestes injuriæ. *h. e.* grandines, procellæ, et similia. *Senec.* ep. 66. Nihil est divino divinius, cælesti cælestius. ¶ *Cælestes, ium,* absolute Dii ipsi, *the gods.* *Cic.* 4. *Phil.* c. 4. *in fi.* Quid est, quod de voluntate cælestium dubitare possimus? *Liv.* l. 1. c. 16. *ad fin.* Nuntia Romanis, cælestes ita velle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 72. Bis sex cælestes. *Id.* l. 1. *de ar. aman.* v. 147. cum pompa frequens cælestibus ibit eburnis. *h. e.* imaginibus deorum ex ebore. *Tibull.* l. 1. eleg. 10. v. 5. Parcite cælestes. ¶ In singulari num. *Id.* l. 2. eleg. 4. v. 35. quicumque dedit formam cælestis avaræ. *the beauty of a goddess.* ¶ *Cælestis* (quemadmodum *divinas*) sæpe accipitur pro eximio, præstanti, excellenti, tanquam e cælo sit, et mortalium rerum conditionem superet. *excellent, eminent, surpassing, supereminent, divine.* *Cic.* ep. 7. *ad Brut. ex recentiorib.* Res a te gesta memorabilis, et pæne cælestis repellit omnes reprehensiones. *Id.* 5. *Phil.* c. 11. Cælestes, divinæque legiones. *Quintil.* l. 10. c. 2. Cicero cælestis in dicendo vir. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 185. Ingenium cæleste. *Martial.* l. 5. epigram. 5. Cælestia carmina. *Sueton. in Ner.* c. 21. Cælestis vox. *Vellei.* l. 2. c. 60. Cælestis animus. et cap. 24. Cælestis vita. et cap. 66. Cælestissimum os Ciceronis. Et cap. 104. Cælestissima opera. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 17. Quos Elea domum reducit Palma cælestes. *h. e.* summis honoribus affectos, et diis æquatos. ¶ In ablativo et *cælesti,* habet, et *cæleste.* *Lucret.* l. 6. v. 394. Turbine cælesti subito correptus. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 237. imber cælesti nube solutus. *Id.* 15. *Metam.* v. 743. specie cæleste resumpta. *Id. Heroid.* ep. 16. v. 277. a cæleste sagitta. ¶ In genitivo plurali *cælestium,* et *cælestum.* *Pers.* sat. 2. v. 61. O curvæ in terris animæ, et cælestium inanes. *Virg.* 7. *Æn.* v. 430. Cælestum vis magna jubet. *Lucret.* l. 6. v. 1272. Cælestum templa. *Ovid. Metam.* 1. v. 150. Ultima cælestum.

CÆLESTIS, is, f. Οὐρανία, Dea Afrorum, quam alii Venerem, alii Junonem, plerique Lunam esse arbitrantur. Ejus mentio fit apud *Tertullian. in Apolog.* c. 24. et in *Inscriptionib.* apud *Gruter.* pag. 59. n. 4. et pag. 318. n. 4. ¶ Quidam putant Deum esse, non Deam, et *Cælestum* appellari non *Cælestem.* Fortasse utroque modo dicta est, quemadmodum *Luna,* et *Lunus.*

CÆLĬA, V. *Celia.* Ita enim scribi debet.

CÆLIBĀLIS, le, adject. a cælebs agnoscitur tanquam Latinum a *Prisciano* l. 4. pag. 631. *Putsch.*

CÆLIBĀRIS, re, adject. *Celibaris hasta* ea dicta est, qua novæ nuptæ caput comebatur, ut *Festus* docet in *Celibaris.* *Arnob.* l. 2. pag. 91. Cum in matrimonia convenitis nubentium crinem cælibari hasta mulcetis. ¶ De hac intelligi quidam volunt illud *Ovidii* 2. *Fast.* v. 559. Nec tibi, quæ cupidæ matura videbere matri, Comat virgineas hasta recurva comas. Sed quia *recurva* appellatur, alii potius comatoriam acum intelligunt. ¶ Porro hastam illam stetisse oportebat in corpore gladiatoris abjecti, et occisi, ad significandum, quod quemadmodum illa conjuncta fuerat cum corpore gladiatoris, sic nova nupta cum viro esse debebat: vel quia matronæ erant in tutela Junonis Curitis, quæ ita appellabatur a ferenda hasta, quam Sabini *curim* dixerunt. Vel etiam hasta illa ominabatur, nascituros fortes viros: vel tandem significabat viri imperium in uxorem, quia hasta summa armorum, et imperii est. Hæc ex *Festo loc. cit.* ubi sine diphthongo scribitur, litterarum ordine ita postulante.

CÆLIBĀTUS, us, m. *celibacy, single life,* ratio vitæ sine conjugio, ἀζυγία, ἀμνηστεία. *Senec.* l. 1. *de Benef.* c. 9. In consensu vidui cælibatus. *Sueton. in Claud.* c. 26. Permanere in cælibatu. Adde cap. 16. et *in Galb.* c. 5.

CÆLICŎLÆ, arum, m. *the inhabitants of heaven, celestial deities, immortals, gods,* οὐρανίδαι, οὐρανίωνες, qui cælum incolunt, atque adeo ipsi. Dii. *Virg.* 6. *Æn.* v. 554. non ipsi exscindere ferro Cælicolæ valeant. *Id.* 2. *Æn.* v. 552. qualisque videri Cælicolis, et quanta solet. *Id.* 6. *Æn.* v. 787. centum complexa nepotes, Omnes Cælicolas, omnes supera alta tenentes. ¶ Adjective *Valer. Flacc.* l. 5. v. 111. blandosque Jovis quæ luserat ignes, Cælicolis immota procis. *Apulei. de habitud. doctrin. Platon.* l. 1. Dii cælicolæ. *Prudent.* l. 1. *in Symmach.* v. 170. nec cælicolam descendere Ephebum, &c. ¶ Genitivus plural. *cælicolarum,* et per syncopen *cælicolum.* *Juvenal.* sat. 13. v. 42. Nulla super nubes convivia cælicolarum. *Virg.* 3. *Æn.* v. 21. Cælicolum regi. ¶ *Cælicolæ* dicti sunt quidam inter Judæos hæretici, qui cælum tanquam summum numen colebant. Exstat *in Cod. Justin.* lib. 1. tit. 9. *de Judæis, et Cælicolis.* ibique eorum mentio fit ab *Impp. Honor. et Theodos.* leg. 11. Adde *Cod. Theodos.* lib. 16. tit. 8. ¶ Sed et universi olim Judæi per convicium *Cælicolæ* sunt appellati: de quibus *Juvenal.* sat 14. v. 97. *Nil præter nubes, et cæli numen adorant.* Cum enim nullam Dei figuram manu factam admitterent, Deumque orantes cælum suspicere solerent, illud ipsum adorare crediti sunt. ¶ In singulari numero legitur apud *Priscian.* l. 5. pag. 668. *Putsch.* et *Isidor.* l. 10. *Orig. ad* litt. C.

CÆLĬCUS, a, um, *celestial, heavenly,* οὐράνιος, cælestis. *Stat.* l. 2. *silv.* 3. v. 14. Cælica tecta subit. *h. e.* ædes magnificas, et cælo dignas. *Auct. carm. de nomine Jesu,* (*quod quidam Paulino Nolano tribuunt*) v. 64. quod omnes cælici, medii, inferi Nomen genu flexo audiunt.

CÆLĬFER, a, um, *supporting the heavens,* cælum ferens; estque epithetum Atlantis, et Herculis. *Virg.* 6. *Æn.* v. 797. ubi cælifer Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. *Senec. in Herc. fur.* v. 527. Alcmena genitus bella per omnia Monstris exagitet cæliferam manum.

CÆLIFLŬUS, a, um, (ut *mellifluus, multifluus*) *Paulin. Nolan. in Nat.* XII. *S. Fel. edit. Murator.* v. 780. Cæliflui fontes. *h. e.* e cælo fluentes.

CÆLIGĔNUS, a, um, (ut *cæcigenus, ventigenus*) *heaven-born,* in cælo genitus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 10. Victoria, et Venus dicitur cæligena. *Apulei. de Mundo.* Stellæ cæligenæ.

[* CÆLILŎQUUS, a, um, adject. *Commodian. instruct.* 60. Cæliloquus Doctor Isaias. *h. e.* qui cælesti lumine præditus arcana profert.]

CÆLIPŎTENS, entis, qui in cælo potest, seu imperat. *Plaut. Pers.* 5. 1. 3. Jupiter, diique alii cælipotentes.

CÆLISPEX, vel Cœlispex, ispĭcis, adject. qui cælum spicit, hoc est aspicit; estque epitheton Apollinis. Fuit enim locus Romæ in regione 11. *Apollo Cælispex* appellatus, testibus *Sex. Rufo,* et *P. Vict. de reg. Urb. Rom.* Quidam putant non a Cælo, sed a Cœlio monte dictum esse. Fuisse nimirum statuam Apollinis vultu ad Cœlium montem positam. Sed hæc omnia valde incerta sunt.

CÆLĬTES, um, m. *the gods.* V. *Cæles, itis.*

CÆLĬTUS, adverb. *from above, from heaven,* οὐρανόθεν, e cælo. *Apulei.* l. 1. *de. doctr. Plat.* Omnia, quæ cælitus mortalibus exhibentur. *Lactant.* l. 4. c. 2. Statuerat Deus ducem magnum cælitus mittere. (Adde *de Opif. Dei, cap. ult.*) *Ammian.* l. 23. c. 6. (*al.* 22.) Ignis cælitus lapsus. Adde *Prudent. Cathemer.* 12. v. 79. ¶ Ex quo Romani

Imperatores divinis honoribus, ac nominibus coli cœpere, [illegible] aliquando idem significabat, ac a *Principe*. Hinc *Valentinian*. lib. 12. *Cod.* tit. 41. *leg. penult.* Si qui dignitates quascunque cælitus impetraverunt. Adde *Constant.* [illegible] tit. 26. leg. 2.

CÆLIUS, V. *Cælius*.

CÆLO, as, avi, atum, a. 1. *to carve, engrave, emboss, sculpture*, γλύφω, incido, insculpo. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 36. Atque hanc speciem Praxiteles cælavit argento. *Ovid. Metam.* 5. v. 188. clypeo quoque flumina septem Argento partim, partim cælaverat auro. *Id. Metam.* 13. v. 684. Cælare cratera longo argumento. *Virg.* 1. *Æn.* v. 644. Cælare aliquid in auro. *Plin.* l. 33. c. 12. Cælare Satyrum in phiala. *Id.* l. 34. c. 8. Cælare argentum. *Id. in proœm.* l. 33. libidines in poculis. *Id. in proœm.* l. 35. Morosa cælandi subtilitas. [¶ Hactenus *Forcellinus* exempla attulit de metallis tantum, sed usurpatur etiam de gemmis, de vitro, et de marmore. *Plin.* l. 37. c. 9. Difficilis ad cælandum gemma. *Id.* lib. 3. c. 26. Vitrum aliud flatu figuratum, aliud argenti modo cælatur. *Id. de mausoleo marmoreo* l. 36. c. 5. Ab oriente cælavit Scopas.] ¶ Est etiam materia aliqua pretiosiore ornare. *Liv.* l. 9. c. 40. Duo exercitus erant: scuta alterius auro, alterius argento cælaverunt. V. *Cælatus*. ¶ *Cælassis* antique dictum pro *cælaveris*. *Festus*. ¶ Quomodo differant *cælare*, et *sculpere* V. in *Cælatura*. ¶ *Cælo* pro occulto, V. *Celo*.

CÆLUM, li, n. *an instrument to cut or engrave with, a tool used in carving or graving; a graver, style, burine, chisel*, γλυφεῖον, ἐγκοπεὺς, instrumentum cælatoris, scalprum. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 255. et cap. 5. n. 55. Num nam cælatus in manu dextra scyphus Cælo dolitus artem ostentat Mentoris? *Quintil. in fi.* l. 2. Cælator cælum desiderat, et pictor penicilla. *Stat.* l. 4. silv. 6. v. 26. laboriferi vivant quæ marmora cælo Praxitelis. *Martial.* l. 6. epigr. 13. Statua formata cælo Phidiaco. ¶ In plural. numero, *Auson.* epigr. 57. *de Venere a Praxit. sculpta.* Talem fecerunt ferrea cæla deam. ¶ *Serv. ad Æn.* 1. v. 644. et *ad* 2. *Georg.* v. 291. vult *celum*, et *celo, as*, sine diphthongo scribi, et nihilominus *cælatus* cum diphthongo, ea ratione, qua *æsculus* est ab *esu*: Sed hæc sine ratione dici videntur.

CÆLUM, li, n. et in plural. num. Cæli, orum, m. *heaven, the heavens*, οὐρανὸς, pars mundi extima, quæ totum orbem complectitur. *Cic. in somn. Scipion.* c. 4. Novem orbibus vel potius globis connexa sunt omnia: quorum unus est cælestis, in quo infixi sunt illi, qui volvuntur stellarum cursus sempiterni: cui subjecti sunt septem qui versantur retro, contrario motu, atque cælum. ¶ Sed et alii cæli orbes eodem nomine appellantur. *Lucret.* l. 2. v. 1095. Quis pariter cælos omnes convertere? &c. *Varr.* l. 4. *L. L.* cap. 3. Cæli dicuntur loca supera, et ea deorum: terræ loca infera, et ea hominum. ¶ Putant quidam, *Ciceronem* quoque *cælos* usurpasse *in fragment. Hortensii*, apud *Serv. ad Æn.* 1. v. 335. Epicurei plures volunt esse cælos. Ita *Muret. var. lect.* l. 15. c. 1. *Sigon. in Cicer. fragment.* et alii. Sed locum plane corruptum esse, ostendit *Voss. de vit. Serm.* l. 1. c. 21. cujus emendationem confirmat *Masvicius* in editione *Virgilii Leovardiæ* 1717. Sane *Cic.* alibi non *innumerabiles* cælos dixit, sed absolute *innumerabilia*, respiciens ad genus neutrum singularis numeri. Ejus verba sunt lib. 9. *Fam. ep. ult.* Ille te putabat quæsiturum, unum cælum esset, an innumerabilia. Neque tamen ideo putandum est, *cæla* posse usurpari. Caret enim *cælum* plurali numero, ut ex *Cæsare de analog. Gellius* l. 19. c. 8. docet. *Cæli* autem a *cælus* sunt, de quo V. infra. ¶ Multiplex est hujus vocis usus in Latina syntaxi. *Senec. in Agememn.* v. 812. Allegere aliquem cælo. *h. e.* referre in Deorum numerum. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 73. Decernere cælum Augusto. *Plin.* l. 39. c. 1. Dicare cælo. *h. e.* Diis. *Ovid.* l. 1. *Metam.* v. 194. Dignari aliquem honore cæli. *Horat.* l. 4. od. 8. v. 29. Cælo Musa beat. ¶ Per hyperbolen adhibetur ad significandam immensam altitudinem. *Virg. Æn.* 4. v. 89. æquataque machina cælo. *Plin.* l. 20. c. 1. Mons e mediis arenis in cælum attollitur. ¶ Sæpe etiam pro culmine felicitatis, honorum, aut laudis. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 9. Efferre aliquem ad cælum. *to exalt to the skies. Cic. Attic.* l. 6. ep. 3. *ad fin.* Salaminii nos in cælum decretis suis sustulerunt. *Justin.* l. 12. c. 5. Cælo tenus extollere aliquid. *Id.* l. 5. c. 4. Ponere aliquem in cælo. *Cic.* 4. *Phil.* c. 3. Cæsar in cælum fertur, laudantur legiones, &c. (Adde *Attic.* l. 14. ep. 18.) *Lucret.* l. 1. v. 79. nos exæquat victoria cælo. *Petron. in Satyr.* c. 37. In cælum abiit, et Trimalchionis τὰ πάντα est. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 9. Si vero quæ de me pacta sunt, ea non servantur, in cælo sum. *I am happy. Id. ibid.* ep. 19. Bibulus in cælo est: nec quare, scio: sed ita laudatur, quasi Unus homo nobis cunctando restituat rem. *Id.* 2. *Phil.* c. 42. Detrahere aliquem de cælo. ¶ Digito cælum attingere, *to touch the heavens with one's finger, attain to the highest pitch of human happiness*, summam fortunam se assequutum esse putare. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. *circa med.* Nostri autem principes digito se cælum putant attingere, si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant. Sic *Auson. in Precat. Edyll.* 8. *in fi.* Tunc ero bis consul, tunc tangam vertice cælum. ¶ [illegible] *lapsus*, aut *missus* dicitur eximiis virtutibus prœditus vir, et animi veluti cælestis. *deputed from heaven. Cic. pro leg. Manil.* c. 14. Omnes quidem Cn. Pompeium, sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de cælo delapsum intuentur. *Plin.* l. 26. c. 3. Universum prope hominum genus circumegit in se, non alio modo, quam si cælo emissus advenisset. *Justin.* l. 5. c. 4. Hunc quasi de cælo missum, et ut ipsam victoriam contuentur. ¶ *Cælo missus* aliquando dicitur, qui ex improviso adest (talis enim cælestium adventus esse solet) ut *Lactant.* l. 1. c. 11. ex *Minucio Felice in Octavio* cap. 22. docet. *Tibull.* l. 1. eleg. 3. v. 89. Tunc veniam subito, ne quisquam nuntiet ante, Sed videar cælo missus adesse tibi. *seem to drop from heaven, to be present by a miracle.* Adde *Minut. Fel. loc. cit.* et *Tertull. in Apolog.* c. 10. ¶ *Miscere cælum, et terram*, V. *Misceo*. ¶ *Toto cælo errare*, vehementer errare, *to err widely. Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 12. Toto, ut aiunt, cælo errasse Virgilium, cum &c. ¶ *Quid si nunc cælum ruat?* τί, εἰ οὐρανὸς ἐμπέσοι; proverbium est in eos, qui vano timore correpti etiam in tutissimis rebus pavent. *Terent. Heaut.* 4. 3. 41. Quid si redeo ad illos, qui aiunt: Quid si nunc cælum ruat? *Varr.* apud *Non.* c. 9. n. 7. Tanta invasit cupiditas honorum plerisque, ut vel cælum ruere, dummodo magistratum adipiscantur, exoptent. [† *Arrian. Expedit. Alexand.* 4. narrat Celtas ab Alexandro interrogatos, quid potissimum extimescerent, respondisse; δεδιέναι, μήποτε ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐμπέσοι. Fuerunt ex philosophis, qui cælum ex tapetibus consutis factum credebant. Sunt qui de Atlante dictum intelligunt, humeris, ut fama est, cælum sustinente: quibus subductis, fore ut e sublimi in terram decideret.] ¶ Aliquando inservit constructioni significanti partem diei. *Nepos in Pelop.* c. 2. Ut vesperascente cælo Thebas possent pervenire. *Hirt. de B. Afric.* c. 11. et 80. Albente cælo. ¶ Sæpe sumitur pro aere, seu pro regione aeris. *the air, region of the air. Lucret.* l. 4. v. 132. Constituuntur in hoc cælo, qui dicitur aer. *Plin.* l. 2. c. 38. Et hoc cælum appellavere majores, quod alio nomine aera. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 19. Cælum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod et humidum, et caliginosum est propter exhalationes terræ. *Id. Catil.* 1. c. 6. Potest ne tibi hujus vitæ lux, Catilina, aut hujus Cæli spiritus esse jucundus? *Id. Attic.* l. 11. ep. 22. Corpore vix sustineo gravitatem hujus cæli. *gross atmosphere, unwholesome air. Id.* l. 1. *de Divin.* c. 57. Pingue, et concretum cælum, cujus aspiratio gravis, et pestilens futura est. *Id. de Fato*, c. 4. tenue. *subtile, rare.* et *ibid.* crassum. *dense. Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 5. Commoda, quæ percipiuntur cæli temperatione. *Virg.* 1. *Georg.* v. 51. varium cæli prædiscere morem. *Plin.* l. 2. c. 47. Cælum hibernum molliunt favonii. *Id.* l. 16. c. 26. austrinum. *h. e.* in quo auster spirat. *Id. ibid.* nubilum. *Virg.* 1. *Georg.* v. 260. serenum. *Tacit. in Agric.* c. 12. crebris imbribus, ac nebulis fœdum. *Plin.* l. 18. c. 12. austerum. *tempestuous weather. Id.* l. 15. c. 18. Cælum mite. *Sueton. in Tiber.* c. 69. turbatum. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 455. Tecto cælum prohibere. *h. e.* pluviam. (V. *ibid.* v. 387. et 404.) *Sueton. in Tiber.* c. 36. grave. *bad or unwholesome air. Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 57. salubre. *Flor.* l. 1. c. 16. et *Plin.* l. 18. c. 26. molle. *mild or temperate weather:* cui opponitur apud *eund. Flor.* l. 3. c. 2. atrox. *Plin.* l. 24. c. 6. Ille cæli aer plus proficit, quam &c. *Virg. Æn.* 6. v. 15. *de Dædalo.* Præpetibus pennis ausus se credere cælo. ¶ Cælo committere, *to expose to the open air. Plin.* l. 36. c. 32. *ad fin.* Quæ ex lapide rubro læsa fuerint, in subterranea structura aptantur utilius: quæ restiterint, tutum est vel cælo committere. ¶ *De cælo*, aut *e cælo ici*, aut *tangi*, est fulmine percuti, *to be struck or blasted with lightning. Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 10. Summanus e cælo ictus. *Virg. Eclog.* 1. v. 17. De cælo tactæ quercus. V. *Tactus*. ¶ *De cælo servare* est augurum auspicia e cælo captantium. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 3. Proscripsit se per omnes dies comitiales de cælo servaturum. ¶ Hinc *aliquid de cælo fieri*, apud *eund.* l. 1. *de Divin.* c. 42. est novum aliquid, et ominosum in cælo contingere, ex quo auguria peti possint. ¶ *Cælum* pro certo aeris spatio. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 39. Cuicunque particulæ cæli officeretur, mutari lumina ædium putabat. ¶ Nonnunquam sumitur pro cæli climate, aut regione, *climate, region, country. Horat.* l. 1. ep. 11. v. 27. Cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt. *Plin.* l. 8. c. 54. Hoc animal negatur vivere in alio, quam Æthiopiæ, quo gignitur, cælo. *Id.* l. 17. c. 2. *ad fin.* Cæli cujusque mores. *Flor.* l. 4. *c. ult. ad fin.* Ipse hominum color ab alio venire cælo fatebatur. ¶ Et pro regione viventium: *the upper air (spoken with reference to the shades below:)* et opponitur Inferis, ubi sunt mortui. *Virg. sub fin.* 6. *Æn.* Sed falsa ad cælum mittunt insomnia Manes. Ubi *Macrob.* l. 1. *in somn. Scipion.* c. 3. Cælum hic vivorum regionem vocat, quia sicut dii nobis, ita nos defunctis superi habemur. ¶ Per similitudinem dicitur de aliis rebus. *Vitruv.* l. 7. c. 3. Cælum cameræ. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 49. *Hard.* Cerebrum est proximum cælo capitis. Adde *Flor.* l. 3. c. 5. *ad fin.* ¶ Scribi potest per *æ*, vel per *œ* diphthongum. Pro prima scriptione stant, qui a *cælando* derivant, in quibus est *Plin.* l. 2. c. 4. quod sit stellis veluti cælatum, et distinctum; quibus favent *Inscriptiones* bene multæ, et *Virgil. Carpensis* apud *Manut.* et *Cellar. in Orthog.* Alteram defendunt, qui a κοῖλον, cavum, deducunt: afferuntque et ipsi suas *Inscriptiones* apud *Gruter.* pag. 115. n. 10. et pag. 180. n. 3. &c. Prior videtur præferenda.

CÆLUS, i, m. *heaven*, idem ac cælum. *Enn.* apud *Non* c. 3. n. 44. et apud *Charis.* l. 1. pag. 55. *Putsch.* Cælus profundus. *Petron. in fragment. Tragur.* c. 39. *Burm.* Cælus hic, in quo duodecim dii habitant. Adde cap. 45. ¶ In fabulis est pronepos Demogorgonis, nepos Erebi, filius Ætheris, et Diei, Vestæ maritus, ex qua Saturnum, Opim, Tetyn, et alios hujusmodi majorum gentium deos genuit. *Enn.* apud *Non* et *Charis. loc. cit.* Saturno, quem Cælu' genit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 4. n. 12. Cælus æternus. ¶ Alii Cælo non Vestam, sed Diem uxorem attribuunt, ex quibus Mercurius, et Venus prima nata sit. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 22. et 23. et *Serv. ad Æn.* i. v. 301. ¶ Alii Cæli parentes statuunt Ætherem et Diem. *Cic. ibid.* c. 17. ¶ Huic traditur Saturnus virilia amputasse, ex quibus in mare delapsis Venus secunda genita est. *Cic. ibid.* c. 23. et *Serv. ad* 5. *Æn.* v. 801. ¶ Ex cruore autem, et guttis ab illo vulnere manantibus natus est Silenus. *Serv. ad Eclog.* 6. v. 13. ¶ Hic idem *Cælus*. neutro genere effertur ab *Hygino in præfat. fabular.*

CÆMENTA, æ, f. idem ac cæmentum. *Enn.* apud *Non.* c. 3. n. 42. Labuntur saxa, cæmentæ cadunt.

CÆMENTARIUS, ii, m. *a builder of walls, a mason*, qui cæmenta componit, et muros struit. *Hieronym.* ep. 103. *ad Paulin.* c. 6. Agricolæ, cæmentarii, fabri metallorum, lignorumve cæsores.

CÆMENTITIUS, a, um, ex cæmento factus. *Vitruv.* l. 2. c. 4. Cæmentitiæ structuræ. *Id. ibid.* c. 8. Cæmentitii parietes. *made of rough stones.* ¶ *Cæmentitium saxum* idem est ac *cæmentum*; cui opponitur *saxum quadratum. Vitruv. ibid.* Parietum structuræ cæmentitio, aut quadrato saxo. ¶ Scribitur et *cæmenticius*.

CÆMENTUM, ti, n. *rough unhewn stones, stones as they come from the quarry, pieces cut off from larger stones, materials for building; any stuff of which walls are built, as stones, rubbish, cement*, &c. λατύπη, σκίρος, οἱ χάλικες, lapis cæsus in lapicidinis, item fragmenta, quæ ex majoribus *saxis* exciduntur, ad muros exstruendos, aut farciendos. Differt a *silice*: item a *lapide quadrato*, qui arte cæsus, et politus est. Est autem a *cædendo* quasi *cædimentum*. Adhibetur sæpe in plurali numero. *Cic. pro Mil.* c. 27. In eam insulam materiam, calcem, cæmenta, atque arma convexit. *Liv.* l. 21. c. 11. Cæmenta muri non calce durata erant, sed interlita luto. *Vitruv.* l. 2. c. 7. Lapicidinæ, de quibus quadrata saxa, et cæmentorum ad ædificia eximuntur copiæ. *Id. ibid.* c. 8. et *Plin.* l. 36. c. 22. *ad fin.* Farcire muros in medio cæmentis fractis. *Vitruv.* l. 7. c. 6. Cæmenta marmorea, sive assulæ, quæ marmorarii ex operibus dejiciunt. ¶ In singulari numero *Id. sub fin* l. 8. Cæmentum de silice frangere. *Id.* l. 1. c. 5. *ad fin.* Ubi sunt saxa quadrata sive silex, sive cæmentum, &c. *Martial.* l. 9. epigr. 77. Non silice duro, structilique cæmento. Adde *Plin.* l. 35. c. 14.

CÆNA, V. *Cœna*.

CÆNEUS, i, m. disyllab. Καινεὺς, vir Thessalicus, Elati filius. Hic primum puella fuit *Cænis* appellata, quam cum Neptunus compressisset, mercedis loco præcepit, ut quidquid optabat, peteret; illa petiit, ut in virum mutaretur, ne talia deinceps pati posset. Annuit Neptunus, addiditque insuper, ut esset invulnerabilis. Vir factus *Cæneus* dictus est. Sed cum superbia elatus deos contemneret, juberetque Lapithas, quibus imperabat, per hastam suam jurare, a Jove punitus est. Nam prœlio inter Lapithas, ac Centauros in nuptiis Pirithoi, et Hippodames inito, cum ingentem hostium stragem edidisset, tandem ab ipsis conjectu arborum oppressus est, sed antequam efflaret animam, in avem mutatus. Rem fuse narrat *Ovid. Metam.* 12. v. 189. *et sequentib. Serv.* ad *Æn.* 6. v. 448. tradit, Cæneum post mortem in feminam rursus transiisse. *Virg. ibid.* Et juvenis quondam, nunc femina, Cæneus Rursus et in veterem fato revoluta figuram. *Ovid. loc. cit.* Clara decore fuit proles Elateia, Cænis. et vers. 471. Et te Cæni feram? et vers. 172. Corpore non læso Perrhæbum Cænea vidi. et vers. 531. Maxime vir quondam, sed nunc avis unica, Cæneu.

CÆNINA, æ, f. Καινίνη, urbs Latii apud *Plin.* l. 3. c. 5.

CÆNINENSIS, e, ad Cæninam pertinens. Cæninense sacerdotium, de quo mentio fit in *vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 436. n. 5. et pag. 484. n. 6. erat sodalitium sacerdotum Herculis. ¶ *Cæninenses, ium*, sunt Cæninæ incolæ. *Liv.* l. 1. c. 9.

CÆNINUS, a, um, ad Cæninam urbem pertinens. *Propert.* l. 4. eleg. 10. v. 7. portas Cæninum Acronta petentem. et vers. 9. Cænina arx.

CÆNIS, V. *Cæneus*.

CÆPA, æ, f. et Cæpe, n. indeclinab. *an onion*, κρόμμυον, olus hortense notum, cujus plura genera apud Græcos sunt: apud Latinos duo præcipue, *condimentarium*, et *capitatum*. Primum *pallacana* dicitur, Græce γήθυον, *gethyon*: est autem pæne sine capite, cervicis tantum longæ; et ideo totum in fronde; sæpiusque resecatur, ut porrum. *Condimentarium* appellatur, quia condiri potest, et servari. De eo *Martial.* l. 3. epigr. 77. et putri cæpas alece na-

tantes. Alterum genus ideo *capitatum* dicitur, quia in caput exuberat, itidemque in multa genera dividitur. Quæ omnia fuse *Plin.* l. 19. c. 6. persequitur. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 67. et *Cels.* l. 2. c. 21. et 22. Sinapi, allium, cæpa. *Plin. loc. cit.* Cæpas ter fosso solo seri jubent. *Ovid. Fast.* 3. v. 340. hortis eruta cæpa. *Colum.* l. 11. c. 3. Cæparum thalli. *Pers.* sat. 4. v. 31. Cæpe tunicatum. *Gell.* l. 20. c. 8. Pelusiotæ cæpe non edunt. *Horat.* l. 1. ep. 12. v. 21. seu porrum, et cæpe trucidas. *Enn.* apud *Macrob.* l. 6. c. 5. Neque triste quæritat sinapi, neque cæpe mœstum. *h. e.* lacrymas ciens. Sic *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 67. flebile. ¶ Quod autem affertur ab *eodem Non. ibid.* ex *Varr. in Eumenidib. Cæpam esse, et vesci cuminum*: proverbialiter dictum esse, quidam putant, pro *flere et pallere.* Cæpa enim gustata lacrymas ciet, ut modo diximus; et cuminum pallorem inducit, teste *Plin.* l. 19. c. 6. et l. 20. c. 14. ¶ *Cæpe* neutrum in genitivo singulari: *Apulei. in Medicinalib.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 681. *Putsch.* Cæpe succum melle mixtum. Adde *Cœl. Aurelian.* l. 3. *Acutor.* c. 4. ¶ *Cæpe* neutrum plurali numero caret, ut *Charis.* l. 1. pag. 23. *Diomed.* l. 1. pag. 314. et *Priscian.* l. 5. pag. 673. docent. Quod vero quidam afferunt ex *Virg.* (*seu quicunque alius auctor est*) *in Moreto*, v. 74. et capiti nomen debentia cæpe. *Jos. Scalig.* legi vult *porra.* Sane hujusmodi positionem in *e* in nominibus neutris pluralis numeri Latini non habent, ut videre est apud *Priscian.* l. 7. *cap. de nominat. plurali tertiæ declinationis* pag. 768. *Putsch.* Quod si quis objiciat *cete*, et *Tempe*, Græca hæc sunt, non Latina. ¶ *Charis.* l. 1. pag. 43. declinat hoc *cæpe, pis, pi*, &c. Sed hoc non habet adhuc, quod sciam, idoneum Latini Scriptoris exemplum. ¶ Allium, et cæpe apud Ægyptios pro diis habebantur. *Juvenal.* sat. 15. v. 9. et *Plin. loc. cit.* ¶ Scribitur etiam *cepa*, et *cepe* sine diphthongo. Sed priorem scriptionem frequentius in optimis libris invenies. Confirmant *Dausq.* et *Voss. in Etymol.* V. *Cæpio.*

CÆPARĬA, æ, f. apud *Marcel. Empir.* c. 33. est morbus inguinum externus, cujus ipse eo loco remedia docet. Quodnam autem morbi genus sit, videant *Medici.*

CÆPARĬUS, ii, m. *a seller of onions*, qui cæpas vendit, vel qui cæpis delectatur. *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 67. Lippus edenda acri assidue cæpariu' cæpa.

CÆPĒTUM, i, n. idem ac cæpina. Quidam legi putant apud *Gell.* l. 20. c. 8. Cæpetum revirescit, et congerminat decedente luna. Alii libri habent *cæpe tum* &c. Sed meliores *Cæpe enim.* Ita editiones Jenson. 1472. et Brixiæ 1485.

CÆPĪNA, æ, fem. κρομμυὼν, *a bed of onions, place where onions grow*, locus cæpis consitus. *Colum.* l. 11. c. 3. *ad fin.* Cæpina non minus debet, quam quater, sarriri.

CÆPĬO, onis, cognomen Romanum in gente Servilia a cæpis colendis impositum, ut plerique Eruditi existimant. Quod cum passim per *æ* diphthongum scribatur in lapidib. libris, et numis, teste *Manut. in Orthogr.* satis confirmat scriptionem vocis cæpa per diphthongum *æ.*

CÆPITĬUS, et Cæpicius, ii, m. vel Cæpitium, ii, n. *the head of an onion, an onion*, cæpæ caput, vel ipsa cæpa. Legitur non semel apud *Arnob. sub init.* l. 5. Adde *Priscian.* l. 6. pag. 681. *Putsch.* ubi docet ex *Capro* veteres et *cæpitius*, et *cæpitium* dixisse.

CÆPŬLA, æ, f. Quas *Cœl. Aurelian.* l. 3. *Acut.* c. 4. *ad fin.* memorat *cæpulas germanas*, putant quidam esse eadem cum bulbis vomitoriis: de quibus V. Medicos.

CÆPULLA, æ, f. *an onion*, idem ac cæpa. *Pallad. in Februar.* tit. 24. Satureia cæpullis mixta seminatur. Hoc etiam mense cæpullas seres. &c. Adde *in Octobr.* tit. 11. ¶ Quidam putant, *cæpullam* non cæpam simpliciter, sed ejus quoddam genus tantummodo significare. Sed cum quæ hoc loco tradit *Pallad.* de cæpullis serendis eadem sint cum iis, quæ tradunt *Plin.* l. 19. c. 6. et *Colum.* l. 11. c. 3. de cæpis, manifestum est, cæpam, et cæpullam idem omnino esse. ¶ Apud *Plin. Valerian.* l. 2. c. 3. legitur *cibulla*: unde Gallica vox *ciboule.*

CÆRE, n. indeclinab. et Cæres, ĭtis, et ētis, f. [† nunc] *Cervetere*, Καῖρε, et Καίρητα, urbs Tusciæ prope Tarquinios, a Pelasgis condita, et primum *Agylla* appellata. (V. *Agylla.*) Mutandi autem nominis occasio fuit hujusmodi. Lydis, qui Tyrrheni dicti sunt, adversus Agyllinos bellum gerentibus, quidam ad urbem propius accessit, nomenque urbis interrogavit: a Thessalo autem e muro responsi loco accepit χαῖρε. Id omen accepere Tyrrheni, captaque urbe, *Chære* ei nomen fecerunt, et dempta aspiratione *Cære. Servius ad Virg. Æn.* 8. v. 597. non Lydos occasione belli, sed Romanos urbi nomen mutasse, scribit. *Liv.* l. 1. c. 60. Qui exsulatum Cære in Etruscos abierunt. *Id. ibid.* c. 2. Cære, opulento tum oppido imperitans. *Plin.* l. 35. c. 3. *in fi.* Durant picturæ et Cære, antiquiores et ipsæ. *Virg. loc. cit.* Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem. *Id.* l. 10. v. 183. Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in arvis. Ubi *Servius*: ac si diceret, *qui sunt domo Carthagine.*

CÆREFOLĬUM, ii, n. *a plant called chervil*, χαιρέφυλλον, oleris genus, quod et chærephyllum, et pæderota Græci vocant. Græce inde dictum videtur, quod foliis gaudeat: a χαίρω, gaudeo, et φύλλον, folium: ex quo corrupta voce *Cærefolium* Latini dixere. Est autem foliis apii hortensis similibus, radice alba, caule multiplici ramoso, et concavo, floribus albis, parvis, quinque foliolis constantibus, semine oblongo, et tenui. Radix saporem habet ferme pastinacæ. *Plin.* l. 19. c. 8. Æquinoctio autumni seruntur coriandrum, anethum, cærefolium, &c. Adde *Pallad. in Februar.* tit. 24. et *in Septemb.* tit. 13. et *Apulei. de herb.* c. 104. ¶ Scribitur et *cerefolium.*

CÆRES, ĭtis, et ētis, adject. ad Cære oppidum pertinens. *Liv.* l. 7. c. 19. Cæritem populum Tarquiniensibus adjunctum fama ferebat. *Valer. Max.* l. 1. c. 6. n. 9. Cærites aquæ. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 226. n. 4. Imp. Cæsari Divi F. Augusto Pontif. Maxim. S. P. Q. Cæres. *Liv.* l. 22. c. 1. Aquas Cæretes sanguine mixtas fluxisse. Al. leg. *Cærete.* ¶ *Cærites, tum*, absolute sunt Cære oppidi cives. *Liv.* l. 7. c. 20. Tum primum Cærites belli terror invasit. et cap. 19. Prædæ pars in Cæritum fines avecta. ¶ Cærites primi fuerunt, quos Romani fecerunt municipes, sine jure tamen suffragii. Cum enim bello Gallico Romanorum sacra recepissent, et servassent, concessum est illis præmii loco, ut Civitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negotiis tamen, et oneribus vacarent, ut *Gell.* docet l. 16. c. 13. ¶ Hinc *Cærites tabulæ*, in quas Censores referri jubebant eos, quos notæ causa suffragii jure privabant. Censores enim sic notabant cives, ut Senatorem quidem Senatu ejicerent, equiti equum publicum adimerent; plebeium vero in Cæritum tabulas referrent, et ærarium facerent, ut per hoc non esset amplius in albo centuriæ suæ, sed ad hoc esset civis tantum, ut pro capite suo tributi nomine æra penderet. Ita *Ascon. in Divinat. Verr.* c. 3. et *Gell. loc. cit.* Dictæ sunt autem Cærites hujusmodi tabulæ, non quod Cæritibus ignominiæ fuissent, sed quod suffragii jure privabant. Hinc *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 62. Quid deceat, quid non obliti, Cærite cera Digni, remigium vitiosum Ithacensis Ulyssei. ¶ De ipso oppido Cære. V. in ea voce. ¶ Quidam scribunt *Ceres*, sed minus recte.

CÆRETĀNUS, a, um, ad Cære oppidum pertinens, ut *Cæretanus amnis*, qui ipsum Cære præterfluit apud *Plin.* l. 3. c. 5. *Cæretanum vinum* apud *Martial.* l. 13. epigr. 124. ¶ *Cæretani, orum*, sunt ipsi Cærites. *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 10. ¶ Scribitur et *Ceretanus.*

CÆRIMONĬA, æ, f. *religious ceremony, sacred rites, solemn worship, veneration, sanctity, reverential awe; ceremony, pomp, state, splendour, show*, θρησκεία, sacri ritus, quibus Deum colimus, religio sacrorum. *Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 53. Religio est, quæ superioris cujusdam naturæ, quam divinam dicunt, curam, cærimoniamque affert. *Id. pro Balbo*, c. 24. Conficere sacra Cereris summa religione, et cærimonia. *Id. de Harusp. resp.* c. 17. Facere sacrificium incredibili cærimonia. *Id. ibid.* c. 10. Servare solemnia et justa ludorum summa cum cærimonia. *Nepos in Themist.* c. 8. Colere sacrarium summa cærimonia. *Plin.* l. 30. c. 1. Celebrare magicen multis cærimoniis. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 39. Polluere cærimoniam legationis. *Id. Tuscul.* 1. c. 12. Cærimoniæ sepulcrorum. *Id. pro Rabir.* c. 10. Præesse cærimoniis. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 83. Cærimoniarum antistes. *Plin.* l. 37. c. 7. Habere aliquid in cærimoniis. *Id.* l. 6. c. 27. Amnis est in magna cærimonia. *h. e.* in magna religione. *Cæsar* apud *Sueton. in ejus vita*, c. 6. Est ergo in genere (*familiæ*) et sanctitas Regum, qui plurimum inter homines pollent, et cærimonia deorum, quorum ipsi in potestate sunt Reges. *h. e.* religio deorum. Sic *Id.* l. 7. c. 2. *B. Gall.* Quo more eorum gravissimæ cærimoniæ continentur. Et Tacit. 4. *Ann.* c. 64. Augere cærimoniam alicui loco. Et *Gell.* l. 4. c. 9. Cum castitate, cærimoniaque adire, et revereri aliquid. ¶ Variæ ab Etymologis afferuntur hujus vocis origines. Alii deducunt a *carendo*, quasi *caremonias*, eo quod observantes careant his rebus, a quibus abstinet, ut est apud *Augustin.* l. 2. *Retractat.* c. 37. Adde *Massur. Sabin.* apud *Gell.* l. 4. c. 9. *Serv. Sulpic.* apud. *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 3. et *Isid.* l. 6. *Orig. c. ult.* Alii derivant a *Cerere*, et ejus sacra proprie hoc nomine appellari putant. Alii a *caritate*, teste *Festo.* Alii a *cælo*, quasi *cælimonia.* Alii ab obsoleto *cerus*, hoc est sanctus, et bonus. Alii denique ab oppido *Cære*, quod illo Romani bello Gallico omnia sacra sua transtulerint, et Cæritum custodiæ commiserint, a quibus postea, devictis Gallis, sancte et cum fide servata receperint. *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 10. ¶ Scribitur ergo *ceremonia, cæremonia*, et *cærimonia*: quæ postrema scriptio probatur duob. vet. lapidib. quorum alterum *Manut.* alterum affert. *Cellar. in Orthogr.* Confirmant *Dausq.* et *Voss. in Etymol.* ¶ Duas priores syllabas corripuit *Prudent.* malus fere Prosodiæ servator, *in præfat.* l. 1. *contra Symmach.* v. 5. Immansueta suas ut cerimonias Gens pagana Deo sperneret agnito.

CÆRIMONĬĀLIS, le *relating to ceremony, ceremonial, ritual*, ad cærimonias pertinens. *Arnob.* l. 7. pag. 237. O deorum sublimitas præpotens, quam venerari, quam colere officiis omnibus cærimonialibus debeas.

CÆRIMONĬŌSUS, a, um, *ceremonious*, idem quod cærimonialis. *Ammian.* l. 22. c. 15. (*al.* c. 37.) Per septem cærimoniosos dies, quibus sacerdotes Memphi natales celebrant Apis. *h. e.* dies religiosos.

CÆRĬTES, um, V. *Cæres, itis.*

CÆRŬLANS, antis, *ceruleous*, cæruleum colorem referens. *Fulgent.* l. 1. *Mythol.* Musa cærulanti peplo circumdata.

CÆRULEĀTUS, a, um, *clothed in a ceruleun garment*, cæruleo colore amictus. *Vellei.* l. 2. c. 83. Plancus cæruleatus, et nudus, caputque redimitus arundine.

CÆRULĔUM, i, n. *a cerulean hue, azure tint, faint blue*, κυανὸς, genus coloris cærulei intensioris admixtis aureis maculis. Duplex est nativum, et factitium. *Nativum* est arena, seu lapis sabulo, arenæve duræ similis. Ejus tria genera antiquitus fuere, Ægyptium, quod maxime probatur; Scythicum, quod facile diluitur, cumque teritur, in quatuor colores mutatur, binos candidiores plus minusve ex cæruleo tenui, binos magis minusve nigros ex cæruleo crasso. Tertium genus est Cyprium, quod Scythico præfertur. *Factitium* multas habet species, de quibus non est hoc loco dicere. Plura V. apud *Plin.* l. 33. *c. ult.* ¶ Ejus temperandi rationem docet *Vitruv.* l. 7. c. 11.

CÆRULĔUS, et Cærulus, a, um, *cerulean, azure, sky-coloured, light-blue*, κυάνεος. *Color cæruleus* (Græce κυανὸς, Anglice *sea-green*, et *sky-blue*, cum est aliquanto dilutior) est color cæli, cum serenum est, quasi *cæluleus*; item maris, quod sereni cæli colorem repræsentat. *Enn.* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 20. Cæli cærula templa. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 814. Tollere aliquem in cærula cæli. *Cic. in fragment.* apud *Non.* c. 2. n. 717. Mare cæruleum. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 30. Cærulei oculi Neptuni. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 7. Cærula æquora. *Ovid. Her.* ep. 16. v. 104. Cærulea via. *h. e.* navigatio. *Juvenal.* sat. 2. v. 97. Cærulea vestis. *Sueton. in Aug.* c. 25. Cæruleum vexillum. *Ovid. Metam.* 3. v. 38. Cæruleus serpens. *Propert.* l. 2. eleg. 14. v. 27. Tingere tempora fuco cæruleo. *Plin.* l. 22. c. 21. Cæruleus flos heliotropii. *h. e.* ejus plantæ, quam recentiores herbarii *herbam cancri* appellant, ut *Harduin.* hic docet. *Id.* l. 37. c. 9. Gemma splendoris cærulei. ¶ *Cæruleum, i*, absolute, V. in voce præced. ¶ *Cærulei* dicuntur Germani ab *Horat.* epod. 16. v. 7. et Britanni ab iis oriundi a *Martial.* l. 11. epigr. 54. propter oculos cæruleos, quibus eæ nationes (sicut et flava coma) ab aliis velut peculiari nota distinguuntur, teste *Tacit. de Germ.* c. 4. ¶ *Cærula* neut. plural. sunt ipsa maria, *the sea* (subaudi *freta*, aut *æquora.*) *Virg.* 8. *Æn.* v. 622. fluctu spumabant cærula cano. *Id.* 4. *Æn.* v. 583. torquent spumas, et cærula verrunt. Adde *Stat.* 3. *Theb.* v. 250. ¶ Hinc ipsi dii maris *cærulei* dicuntur, et quæ ad ipsos pertinent. *marine deities. Ovid.* 2. *Metam.* v. 8. Cæruleos habet unda deos, Tritona canorum, Proteaque ambiguum. *Propert.* l. 3. eleg. 5. v. 16. Cæruleus deus. *h. e.* Neptunus. *Ovid. Her.* ep. 9. v. 14. Cærulus Nereus. *Propert.* l. 2. eleg. 7. v. 53. cærula mater. *h. e.* Thetis. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 50. Cæruleis Triton per mare curret equis. *Virg.* 5. *Æn.* v. 819. Cæruleus currus Neptuni. ¶ Amnes quoque. *Virg.* 8. *Æn.* v. 64. Tibris cærulus. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 224. Coma cærula Tigridis. ¶ Item naves, quæ ex aqua contrahere colorem quodammodo videntur. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 112. Spargitur impulsa cærula puppis aqua. ¶ Plures sunt cærulei coloris gradus, prout aut dilutior, aut intensior est. Cum mari aut fluminibus tribuitur, plerumque de intensiore intelligendus est, et ad fuscum, seu nigrum accedente, qualem aquæ præsertim cum altiores sunt, præseferunt. *dark-blue.* Hinc *Servius* illud *Virgilii* 8. *Æn.* v. 64. Cæruleus Tibris: exponit *altus, profundus.* Et ad illud 5. *Æn.* v. 123. Scyllaque Cloanthus Cærulea: aut nigra, inquit, aut alta carina. omne enim altum nigrum est. ¶ Frigida etiam *cærulea* dicuntur, scil. fusca, quia lux calida videtur, et a calidis fere proficisci. *Virg.* 1. *Georg.* v. 135. *de zonis frigidis.* Quem circum extremæ dextra, lævaque feruntur Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris. Ubi *Servius*: *cærulea* frigore scilicet, quia ipse color frigori convenit. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 563. Nix et cærulei Boreæ ferus horror. ¶ Hinc sæpe *cæruleus* pro fusco, aut nigro ponitur, *dark, dun, black, sable, gloomy. Virg.* 3. *Æn.* v. 63. stant Manibus aræ Cæruleis mœstæ vittis, atraque cupresso. *Servius* hic ex *Catone* docet, feminas olim in luctu, purpurea veste deposita, cæruleam sumpsisse. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 446. Equi cærulei Plutonis. *coal-black steeds. In Cenotaph. Pisano L. Cæsaris.* Bos et ovis atri infulis cæruleis infulati diis manibus ejus mactentur. *Tibull.* l. 3. eleg. 4. v. 18. Jam nox cæruleis laverat amne rotas. *Stat.* 2. *Theb.* v. 528. Nox et cæruleam terris infuderat umbram. *Id.* l. 1. sil. 6. v. 85. Nox cærula. *Albinovan. ad Liviam*, eleg. 1. v. 93. Cærulea mors. *Virg.* 3. *Æn.* v. 194. Cæruleus imber. ¶ Huc referri possunt etiam illa *Virg.* 6. *Æn.* v. 410. Cærulea puppis Charontis (nam v. 303. *ferrugineam* dixerat) et 4. *Georg.* v. 482. Cærulei angues Eumenidum. et *Ovid. Metam.* 14. v. 45. Velamina cærula. Et *Juvenal.* sat. 14. v. 128. Mucida cærulei panis consumere frusta. *h. e.* jam nigricantis. Adde *Valer. Flacc.* l. 3. v. 400. ¶ *Cæruleus* color dilutus ad album, aut subviridem prope accedit. Hac ratione intelligi possunt, quæ subjiciuntur. *green. Propert.* l. 4. eleg. 2. v. 43. Cæruleus cucumis. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 158. Cærula quercus. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 518. Cærula quot baccas

Pallados arbor habet. (Adde *Plin.* l. 15. c. 30.) *Manil.* l. 5. v. 26. Cæruleum foliis, viridemque in gramine collem Conserere. *Enn.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 3. campi cærula, lætaque prata. ¶ Huc referri possunt et illa *Virg.* 8. *Æn.* v. 622. cum cærula nubes Solis inardescit radiis, longeque refulget. Et *Manil.* l. 1. v. 399. Cæruleus vultus Caniculæ. *h. e.* pallidior, cum a sole longius distat. ¶ *Cornel. Fronto* discrimen statuit inter *cærulum*, et *cæruleum*, ut illud sit naturæ color, hoc naturam tingat. Sed falsum id esse, ex allatis exemplis satis constat. Illud verius, utrumque idem omnino significare, sed *cærulum*, a Poetis tantummodo (quibus adde *Apulei.* qui Poeticis floribus passim stilum aspergit), *cæruleum* etiam a prosæ scriptoribus adhiberi.

CÆSA, æ, f. *a cutting, slashing,* idem ac cæsio, seu ictus cæsim inflictus, sicut *puncta, æ*, est ictus punctim illatus, *piercing, stabbing. Veget.* l. 1. *de re milit.* c. 12. Cæsa quovis impetu veniat, non frequenter interficit: at puncta duas uncias adacta, mortalis est. Deinde dum cæsa infertur, brachium dextrum, latusque nudatur: puncta autem tecto corpore infertur. Hæc *Veget.* qui tamen non est imitandus. ¶ *Cæsa et porrecta* quid sint, V. in *Cæsus, a, um.* ¶ *Ruta cæsa*, V. in *Ruta.* ¶ *Cæsa*, teli genus, V. *Gæsa.* Sic enim scribendum. ¶ *Cæsa*, et *Cæsai*, hoc est elephas, V. in *Cæsar.* ¶ *Cæsa, orum*, hoc est commata, incisa, V. in *Cæsus, a, um.*

CÆSAPON, i, n. *a kind of lettuce*, genus lactucæ in arvis nascentis, cujus folia trita, et cum polenta illita ulceribus medentur. *Plin.* l. 1. *in indice* libri 20. n. 25. et lib. 20. cap. 7. ubi docet a Græcis hanc appellationem ductam esse. ¶ Quidam legunt *æsapon*. Sed utriusque vocis origo æqua ignota est.

CÆSAR, ăris, m. Καῖσαρ, cognomen Romanum in gente Julia. Qui primus ita est cognominatus, dictus est, quod cæso mortuæ matris utero natus fuerit, ut *Plin.* l. 7. c. 9. et *Non. c. ult.* n. 1. docent: vel a cæsarie, cum qua e matris ventre prodierit, ut est apud *Fest.* vel quod manu sua elephantum occiderit, qui Pœnorum, vel Maurorum lingua *Cæsar* (apud *Spartian. in Ælio Vero* cap. 2. alii leg. *cæsa*, alii *cæsai*) dicitur, ut tradit *Serv. ad Æn.* l. 1. v. 290. vel denique quod oculis cæsiis, et ultra humanum modum viguerit, quod addit *Spartian. loc. cit.* postquam alias quoque illas opiniones retulit, quæ modo dictæ sunt. Sed postremum hoc etymon rejicitur a *Voss. in Etymol.* in *Cæsones.* Primum autem ceteris præferendum videtur propter auctoritatem *Plinii.* ¶ *Serv. ad* 11. *Æn.* v. 743. tradit, vocem *cæsar* Gallica lingua significare *dimitte.* Narrat enim cum C. Jul. Cæsar in Gallia dimicaret, et ab hoste raptus, equo ejus portaretur, occurrisse quendam ex hostibus, qui eum noverat, et insultantem clamasse *cæsar, cæsar:* quo factum esse, ut ille dimitteretur. Hanc historiam ex ipsius Cæsaris ephemeride traxisse se affirmat. ¶ In familia Cæsarum clarissimus fuit *C. Julius Cæsar* C. Julii Cæsaris, et Aureliæ filiæ Aurelii Cottæ filius, qui democraticum Romani imperii statum in monarchicum mutavit, et ad se transtulit. Nam devictis Germanis, Gallis, Britannisque, et Romanæ Reipublicæ additis, arma vertit in Pompeium qui Senatus partes tutabatur. Quo in bello pulsis Roma in Græciam usque hostibus, et omnino devictis, rerum omnium potitus est. Sed non longo post tempore a conjuratis in Curia impetitus, et tribus ac viginti vulneribus confossus, Idib. Mart. infeliciter exstinctus est. Ab eo *Cæsares* postea appellati sunt Imperatores Romani, ut *Augusti* ab Augusto. Sed aliquando hæc nomina separata sunt, ita ut *Augustus* esset, qui imperabat, *Cæsar* vero, qui futurus erat in imperio successor. Primus qui hac ratione *Cæsar* factus sit, fuit L. Ælius Verus ab Adriano in spem successionis adscitus, ut est apud *Spartian. in Ælio Vero*, c. 1. et *Aurel. Victor. de Cæsarib.* c. 13. *in fi.* ¶ Fuit vero C. Jul. Cæsar non modo belli, sed etiam domi laude ingenii clarissimus, optimus orator, poeta etiam valde bonus. Sed orationes omnes, et poemata injuria temporum interciderunt. Satis tamen ostendunt, quam fuerit in scribendo felix, et Latine sciens, quæ adhuc supersunt Commentaria de bellis a se gestis Gallico, et Civili, in quibus et sermonis nitorem lucidissimum, et rerum mirabilem perspicuitatem nemo satis pro dignitate unquam laudaverit. V. *Cicer. in Bruto* c. 72. et 75. *Sueton. in Cæs.* c. 55. et 56. et *Solin.* c. 1. (*al.* 6. *extr.*) ¶ In antiquis aliquot monumentis scriptum legitur *Caisar, ai*, pro *æ* diphthongo adhibita: cujus rei plura exempla *Dausq. in Orthogr.* tract. 2. sect. 5. congessit. In quo Latini Græcos sequuti sunt, quorum diphthongus *αι* eundem habet sonum. De hac scribendi ratione disserit etiam *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) et a veteribus Latinis sæpissime usurpatam dicit. V. *Noris.* dissertat. 4. *in Cenotaph. Pisan.* c. 5. [¶ *A septem Cæsares*, et *A septem Cæsaribus* erat locus Romæ sic dictus, quia ibi forsitan septem Cæsarum statuæ erant. V. *Marin. Fratr. Arval.* pag. 244. et seq.]

CÆSARAUGUSTA, æ, [† hod.] *Saragoza*, urbs Hispaniæ Tarraconensis ad Iberum fluvium, antea Salduba dicta, colonia Romanorum, ab Octavio Cæsare Augusto sic appellata. Patria fuit *Prudentii* Poetæ Christiani. *Plin.* l. 3. c. 3. ¶ In *veteri Inscript.* apud *Goltz.* legitur *Cæsarea Augusta.* cui adde *Auson.* ep. 24. v. 88.

CÆSARAUGUSTĀNUS, a, um, ad Cæsaraugustam pertinens, ut *Cæsaraugustanus conventus* apud *Plin.* l. 3. c. 3.

CÆSARĔA, æ, f. Καισάρεια, nomen est aliquot urbium in Armenia minore, Mauritania, Palæstina, &c. de quibus V. Geographos. *Plin.* l. 6. c. 9. l. 3. c. 3. et lib. 5. c. 13. et alibi.

CÆSARĔUS, a, um, *Cæsarean*, ad Cæsares pertinens. *Ovid.* l. 1. *Metam.* v. 201. Sanguine Cæsareo Romanum exstinguere nomen. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 17. Cæsarea mens. et ep. 8. v. 13. Cæsarei vultus. *Id.* 1. *Trist.* eleg. 1. v. 70. Cæsarea domus. *Stat.* l. 1. silv. 1. v. 85. Cæsareum forum. *h. e.* a Jul. Cæsare Romæ exstructum. *Martial. de spectac.* epigr. 1. Amphitheatrum Cæsareum. *Id.* l. 1. epigr. 7. Cæsarei leones. *h. e.* a Domitiano in arena exhibiti. ¶ *Cæsarēum, i,* n. p. p. idem est quod Augusteum, hoc est ædes sacra in honorem Cæsaris cujuspiam constructa. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 227. n. 3. et in *Antiquit. Benevent.* pag. 264. P. Veidius P. F. Pollio Cæsareum Cæsari Augusto et Coloniai Beneventanai. Adde Lapidem Hispan. apud *Murator.* pag. 134. n. 1. Et apud *Donium* class. 5. n. 2. ¶ Legitur etiam *cæsarius in fragm. marmor.* apud *Gruter.* pag. 41. n. 10.

CÆSARIĀNUS, a, um, *Cæsarian, Cæsarean*, idem quod Cæsareus. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 10. Cæsariana celeritate uti. *h. e.* Julii Cæsaris. *Cleric.* et *Gronov.* leg. *Cæsarina. Nepos in Attic.* c. 7. Cæsarianum civile bellum. *Martial.* l. 8. epigr. 1. Pallas Cæsariana. *h. e.* a Domitiano culta. *Id.* l. 9. epigr. 81. Sed domini mores Cæsarianus habet. *h. e.* aulici, et servi Domitiani. ¶ *Cæsariani, orum, Cæsar's party, the partisans of Cæsar*, dicuntur, qui bello civili Julii Cæsaris, et Pompeii, illius partes contra hunc defendebant. *Hirt. de B. Afric.* c. 13. Equites ita condensaverant, ut procul Cæsariani pedestres copias arbitrarentur. *Flor.* l. 4. c. 2. Eoque acrior Cæsarianorum impetus fuit. ¶ Sunt etiam *Cæsariani* Officiales Principis, qui in provinciis sunt, et earum aliquam administrationem habent. *Impp. Diocletian. et Maximian.* lib. 10. *Cod. Justin.* tit. 1. leg. 5. et *in Cod. Theodos.* lib. 10. tit. 7. qui est *de Cæsarianis.* [Sunt etiam Cæsariani,—qui est de Cæsarianis, *hæc sic mutanda: Cæsariani* etiam et *Cæsarienses* dicuntur officiales Procuratoris Cæsaris, qui et *Catholiciani* vocantur. L. Prohibitum, et L. Defensionis Cod. de jure Fisci lib. 10. Eos vero executores, nuncios, fiscales interpretatur *Alciatus L. Final. Cod. de Pact.* De his *Cyprian.* epist. 82. Cæsariani quicumque vel prius confessi fuerant, vel nunc confessi fuerint, confiscentur, et vincti in Cæsarianas possessiones descripti mittantur.] ¶ *Cæsarianas orationes* appellat *Serv. ad* 2. *Georg.* v. 151. eas, in quibus Cicero C. Cæsarem impense laudat, ut sunt pro Marcello, pro Deiotaro, de provinciis consularibus. ¶ *Cæsarianum, i,* n. apud *Celsum* l. 6. c. 6. n. 27. est nomen collyrii. ¶ *Serv. ad Æn.* l. v. 181. monet, etiam *cæsareanus* scribi posse (quemadmodum *Cerealis*, et *Cerialis, Cæsareus*, et *Cæsarius*) judice Euphonia.

CÆSARIĀTUS, a, um, *having long or bushy hair*, comatus, κομήτης. *Plaut. Mil.* 3. 1. 173. Miles usque cæsariatus. ¶ Translate *Apulei. de Mundo.* Vides viridantibus comis cæsariatam esse terram. *Tertull. de Pall.* c. 4. Numidæ etiam equis cæsariati. *h. e.* qui capiti, aut galeæ equinas jubas impositas gestabant juxta illud *Virg.* 10. *Æn.* v. 869. Ære caput fulgens, cristaque hirsuta equina.

CÆSARIENSIS, e, ad Cæsaream pertinens. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 58. et 59. Mauritania Cæsariensis. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 15. leg. 1. Colonia Cæsariensis in Palæstina. ¶ *Cæsarienses, ium*, Cæsareæ incolæ. *Paul. Dig. loc. cit. leg. ult.* cui adde *Plin.* l. 5. c. 29.

CÆSARĬES, ei, f. *hair, a man's or woman's head of hair*, κόμη, coma. *Plaut. Mil.* 1. 1. 64. cæsaries quam decet! *Liv.* l. 28. c. 35. Promissa cæsaries. *Horat.* l. 1. od. 15. v. 14. Pectere cæsariem. *Juvenal.* sat. 13. v. 165. Flava cæsaries. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 139. horrida. *Virg.* 1. *Æn.* v. 590. decora. ¶ Dicta est a *cædendo*, ideoque de viris tantum dici volunt *Serv. ad Æn.* 1. v. 594. et *Isidor.* l. 11. *Orig.* c. 1. quia in feminis cædi, ac tonderi non solet; atque in eo distingui a *coma*, quæ viris, feminisque communis sit. Sed et de feminis usurpatam legimus. *Virg. Georg.* 4. v. 337. *de Nymphis.* Cæsariem effusæ nitidam per candida colla. *locks, curls, ringlets. Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 1. v. 31. et movit pictis innexa cothurnis Densum cæsarie terque, quaterque caput. (Adde 4. *Metam.* v. 491.) *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 8. E Bereniceo vertice cæsariem. ¶ Transfertur etiam ad barbam. *Ovid. Metam.* 15. v. 656. Cæsariem longæ dextra deducere barbæ. [¶ De canibus etiam usurpat *Grat. cyneget.* v. 272. Discretaque collo Cæsaries, non pexa nimis, non frigoris illa Impatiens.]

CÆSARĪNUS, a, um, V. *Cæsarianus.*

CÆSĒNA, æ, f. [† nunc] *Cesena*, urbs Senonum in Gallia Cispadana ad Sapin fluvium. *Plin.* l. 3. c. 15.

CÆSĒNAS, atis, adject. ad Cæsenam pertinens. *Plin.* l. 14. c. 6. Cæsenatia vina.

CÆSICĬUS, a, um, adject. *Plaut. Epid.* 2. 2. 46. Tunicam rallam, Tunicam spissam, linteolum cæsicium. *Non.* c. 14. n. 17. exponit purum, candidum, a *cædendo*, quod ita ad candorem perveniat, vel quod oras circumcisas habeat. [† Crediderim linteolum cæsicium id esse, cui tonsi sunt villi, quod ait *Virg. Georg.* 4. 377.] ¶ Scribitur et *cæsitius.*

CÆSIM, adverb. *with the edge*, τμητικῶς, τμήδην, significat cædendo, sicut *punctim* pungendo, *with the point. Liv.* l. 22. c. 46. Hispano punctim magis, quam cæsim, assueto petere hostem. (Adde lib. 7. c. 10.) *Sueton. in Calig.* c. 58. Gladio cæsim percutere aliquem. *Colum.* l. 4. c. 25. Cæsim vitem ictu falcis petere. ¶ Translate *cæsim dicere* est idem ac incisim, hoc est per incisa loqui, *in short clauses*, sicut *membratim* per membra, ut in illo *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 8. Quid porro tam regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis, retinere homines in civitate? *Id. in Orat.* c. 67. Membratim adhuc; deinde cæsim diximus. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ad fin.* Ubicumque acriter erit, et instanter, pugnaciterque dicendum, membratim, cæsimque dicemus.

CÆSIO, onis, f. *a cutting, lopping*, ἐκτομή, cædes, cæsura. *Colum.* l. 4. c. 33. Castanea post quinquennium cæsa more salicti recreatur, atque in palum formata fere usque in alteram cæsionem perennat.

CÆSĬUS, a, um, adject. *grey, sky-coloured, of the colour of a cat's eyes*, γλαυκός, qui colore est subviridi, seu glauco, qualis est in mari, et in oculis felium, ac leonum; habetque aliquid de cæruleo dilutiore: quasi *cælius*, ut *Nigid.* ait apud *Gell.* l. 2. c. 26. quia ad cæli colorem accedit. Dicitur de oculis, et de iis, qui hujusmodi oculos habent. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 30. Cæsii oculi Minervæ, cærulei Neptuni. γλαυκῶπις Ἀθήνη. *Terent. Heaut.* 5. 5. 18. Rufa virgo, cæsia, sparso ore, adunco naso. *Catull.* carm. 45. *de Acme, et Septim.* v. 7. Leo cæsius. Adde *Terent. Hecyr.* 3. 4. 26. et *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 49. *ad fin.* ¶ Habet superlativum *cæsissimus*, sed caret comparativo, teste *Varron.* l. 7. *L. L.* c. 39. ¶ Est etiam nomen propr. Romanum, ductum ab oculis cæsiis, ut M. Cæsius, Sex. Cæsius, *Cic.* 3. *Verr.* c. 50. et *pro Flacc.* c. 28. Sic in *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 535. n. 1. M. Cæsio L. F. Mutilo, &c.

CÆSO, onis, m. prænomen Romanum, ei primum impositum, qui e cæso mortuæ matris utero natus est, ut *Plin.* l. 7. c. 9. et *Festus* docent. Fuit proprium gentis Fabiæ, ut Cæso Fabius apud *Liv.* l. 2. c. 43. et 48. Cæso Quintius lib. 3. c. 11. In veteribus Inscriptionib. per K scribi solet, V. in fine vocis *Calumnia.*

CÆSONIĀNUS, a, um, adject. ad Cæsonium pertinens. Est autem *Cæsonius* Romanum nomen. *Colum.* l. 1. c. 4. Cæsonianum præceptum. *h. e.* cujusdam Cæsonii, qui de re rustica scripsit.

CÆSOR, oris, m. *a cutter*, qui cædit. *Hieronym.* ep. 103. *ad Paulin.* c. 6. Cæmentarii, fabri metallorum, lignorumve cæsores. ὑλοτόμοι, *wood-cutters.* Agnoscit hanc vocem etiam *Valer. Prob. in Cathol.* pag. 1458. *Putsch.*

CÆSPES, ĭtis, m. *a turf, peat, or sod*, χορτόπλινθος, terra in modum lateris cæsa cum herba, ut *Festus* exponit, sicut *gleba* terræ pars est sine herba. *Cic. pro Cæcin.* c. 21. Non esse arma cæspites, neque glebas. ¶ Cæspitum usus erat in exstruendis aris, tegendis tumulis, aggeribus, aut subito tribunali castrensi faciendo, tuguriis, et mapalibus erigendis, aut contegendis. *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 5. v. 9. Araque gramineo viridis de cæspite fiat. *Horat.* l. 3. od. 8. v. 2. Quid velint flores, et acerra turis Plena, miraris, positusque carbo in Cæspite vivo. *h. e.* cum viridi vivaque herba exciso. *Juvenal.* sat. 12. v. 2. festus promissa deis animalia cæspes Exspectat. *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 12. v. 118. *et diis communibus aras gramineas*, docet Romani moris fuisse, cæspitem aræ superimponere, et ita sacrificare. *Virg.* 3. *Æn.* v. 304. Hectoreum ad tumulum, viridi quem cæspite inanem, &c. *Tacit. Ann.* 1. c. 62. Exstruendo tumulo cæspitem ponere. (Adde *de German.* c. 27.) *Id. Ann.* 1. c. 18. Congerere cæspites. et cap. 19. aggerere. et cap. 65. excidere. *Plin. in paneg.* c. 56. Tribunal viridi cæspite exstructum. *Virg. Eclog.* 1. v. 69. Pauperis et tuguri congestum cæspite culmen. *Senec.* ep. 8. Domum utrum cæspes erexerit, an varius lapis gentis alienæ, nihil interest. *Horatii* quoque illud huc pertinere videtur lib. 2. od. 15. v. 17. Nec fortuitum spernere cæspitem. *h. e.* tugurium, quod forte alicui ad habitandum contigisset. ¶ Interdum ponitur pro ipsa terra herbosa non excisa, in agro, aut campo. *Virg.* 11. *Æn.* v. 565. atque hastam cum virgine victor Gramineo donum Triviæ, de cespite vellit. *Petron. in Satyr.* c. 120. Non hæc autumno tellus viret, aut alit herbas Cæspite lætus ager. *Plin.* l. 17. c. 4. Subest arena tenuissimo cæspitum corio. *Id.* l. 16. c. 31. Oleæ et cupressis radices per summa cæspitum. *h. e.* in summa terra adrepunt. ¶ Pro regione, *a country. Avien. in Perieg.* v. 227. Cæspite Paphiaco prodit saxosa Charambis. et vers. 388. Istius extenti sola cæspitis undique sulcant Gentes innumeræ, quæ sparsæ litore longo, &c. ¶ Per similitudinem dicitur alicujus rei globus. *Plin.* l. 17. c. 21. Hoc vocatur in vite gemma, cum ibi cæspitem fecit. ¶ Sumitur etiam pro complexu unius, aut plurium herbarum, aut virgultorum, *a group of stalks growing out of one stalk; a bush. Plin.* l. 21. c. 8. *ad fin.* Saliunca herba verius, quam flos, densa veluti manu pressa; breviterque

cæspes sui generis. [¶ Propter similitudinem cæspes etiam vocabatur licet argenteus impositus esset foculis. *Inscript. Fratr. Arval.* apud *Marinium* pag. 41. lin. 19. In foculo argenteo cespiti ornato. *Marinius* tamen dubitat, num foculus an cespes esset argenteus.] ¶ Scribitur et *cespes* sine diphthongo. Sed quia *Festus* a *cædendo* deducere videtur, potiorem dipthongum putat *Cellar. in Orthogr.* a quo stare videtur etiam *Dausq.*

CÆSPITĀTOR, oris, m. *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 11. v. 671. suffuso revolutus equo: *suffuso*, inquit, casuro. nam suffusi equi dicuntur, quos vulgo *cæspitatores* vocant.

CÆSPITITIUS, et Cæspiticius, a, um, *made of turf*, ex cæspite factus. *Vopisc. in Probo*, c. 10. Cæspititium tribunal. *Capitolin. in Pio*, c. 5. Murus cæspititius.

CÆSPŌSUS, a, um, *abunding in turf or tangled weeds*, densis herbis, et cæspite abundans. *Colum.* l. 10. v. 130. veteres cæsposo litore Cumæ. Al. leg. *cæposo.* h. e. cæpis abundante.

CÆSTĬCUS, a, um, adject. ad cæstus pertinens, ut *Cæstici ludi* apud *Tacit. Ann.* 16. c. 21. in quibus cæstu inter alia pugnabatur. Ita enim eum locum legendum, et explicandum putat cum multis *Theodor. Ryckius.* Sed mira est hic lectionum varietas. Alii enim *cestici* legendum censent a *cesto* Veneris, alii *Astici*, alii *Xystici*, quod in tecta porticu celebrarentur; alii *Iselastici.*

CÆSTRUM. V, *Cestrum.*

CÆSTUS, us, m. a *cædendo*, seu percutiendo dictus, ideoque rectius cum diphthongo *æ* scribitur, ut ait *Manut.* mox citandus, et *Serv. ad* 5. *Æn.* v. 69. ¶ Sunt autem *cæstus* arma pugilum, nempe lora ex corio bubulo crudo, multiplici anfractu circa manum utramque, et medium pæne brachium circumducta, et convoluta, ac præterea interdum plumbo insuto graviora facta, ad similitudinem arietini cornus: de quo *Plin.* l. 11. c. 37. *gauntlets, boxing gloves.* Natura dedit cornua convoluta in anfractum arietum generi, ceu cæstus daret. Plura de his *Manut. de quæsit. per* epist. n. 8. et *Fabrett. de col. Trajan.* c. 8. n. 260. Hujusmodi armis pugnabant pugiles, adeo sævis ictibus invicem cædentes, ut raro sine cæde pugna desineret. Certamen cæstuum inter Daretem et Entellum *Virg. Æn.* 5. v. 362. inter Pollucem et Amycum *Valer. Flacc.* l. 4. v. 261. inter Capaneum et Alcidamantem *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 760. describit. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 17. Pugiles cæstibus contusi ne ingemiscunt quidem. *Propert.* l. 3. eleg. 12. v. 9. Nunc ligat ad cæstum gaudentia brachia loris. *Virg.* 5. *Æn.* v. 379. manibus inducere cæstus. et v. 420. Exuere cæstus. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 251. Induere cæstus. *Stat.* 6. *Theb.* v. 829. Bellare cæstu. *Virg. loc. cit.* v. 479. Librare cæstus. et v. 69. crudo pugnam committerre cæstu. ¶ *Festus* addit cæstum significare etiam genus muliebris ornatus; sed de hoc V. *Cestus, i.* ¶ Reperitur etiam *cæstus, i,* pro armis pugilum. *Varr.* apud *Non.* c. 8. n. 71. Quæro a vobis, si adversarius supercilia mi cæstis desconbinarit, num quis vestrum sua mihi est daturus?

CÆSULLÆ dicebantur, qui cæsios habebant oculos. *Paul.* ex *Festo* in *Ravillæ.*

CÆSŪRA, æ, f. *a cutting*, ἐκτομὴ, idem ac cæsio, cædes, sectio. *Plin.* l. 16. c. 43. Tempestiva cæsura ligni major ad firmitatem causa, quam immatura. *Id.* l. 17. c. 20. Cæsura silvæ. ¶ Item locus, ubi quid cæsum est. *Plin.* l. 8. c. 25. *de hippopotamo.* Assidua satietate obesus exit in litus recentes arundinum cæsuras speculatum: atque ubi acutissimum videt stirpem imprimens corpus, venam in crure vulnerat, &c. ¶ Translate *cæsura* est apud Grammaticos certa sectio dictionis, cum syllaba in versu post pedem remanet, quæ cum sequentis vocis syllaba una, aut duabus alterum pedem efficit, τομή: ut in illo *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 1. Hanc tua Penelope *lento* tibi mittit, Ulysse. De pluribus ejus speciebus, quæ variis etiam nominibus appellantur *penthemimeris, bucolice, trochaica,* &c. consule Grammaticos v. gr. *Diomed.* l. 3. pag. 496. *Putsch.*

CÆSURĀTIM, adverb. *in short periods*, per cæsuras, et commata, seu incisa, succincte, breviter, συντόμως. *Sidon.* l. 4. ep. 3. Tota illa dictio sic cæsuratim succincta, quod profluens.

CÆSUS, a, um, *cut*, κοπτὸς, τομαῖος, sectus, abscissus, particip. a *cædo, is. Enn.* apud *Cicer. in Top.* c. 16. Trabes cæsa. *Plin.* l. 9. c. 15. Thynni membratim cæsi. ¶ Item ictus, percussus, *struck, beaten. Terent. Andr.* 1. 2. 28. Cæsus verberibus. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 65. pugnis. ¶ Item occisus, *slain, destroyed. Cic. pro Mil.* c. 5. Ille dies, in quo Ti. Gracchus est cæsus. *Liv.* l. 22. c. 7. Quindecim millia Romanorum in acie cæsa, decem millia sparsa fuga per omnem Etruriam. *Id.* l. 2. c. 47. Ibi hostes iterum cæsi. *cut up. Plin.* l. 34. c. 6. Injuria cæsus. ¶ Item mactatus. *Sueton. in Calig.* c. 14. *sacrificed.* Cæsæ victimæ. ¶ *Inter cæsa et porrecta*, proverbium a sacrificiis ductum. Nam primum cæditur, seu mactatur victima, deinde ejus exta porriciuntur, hoc est porriguntur altaribus, seu diis per oblationem: inter quæ duo solebat interdum aliquantum temporis intercedere, ut patet ex *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 4. et ex *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 16. ubi docent, intercisos dies inde appellari, quod in iis cum hostia cæditur, fari nefas est; inter cæsa, et porrecta fari licet; rursus cum adoletur, non licet: et ex *eod. Varr. loc. cit.* c. 3. ubi tradit flaminem Dialem auspicari vindemiam, et ut jussit vinum legere, agna Jovi facere; inter cujus exta cæsa, et porrecta prorsus vinum legere. Quod si eo temporis interstitio sinistri aliquid accidisset, litare non licebat, sed novam hostiam mactari necesse erat. Inde itaque natum proverbium est, cum quis veretur, ne male cadat negotium jam inceptum, et jam jam perficiendum, si medio illo tempore impedimentum aliquod suboriatur. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 18. Quorum κεφάλαιον, ne quid inter cæsa, et porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur, aut temporis. Quidam apud *Varron.* leg. *projecta.* ¶ Translate *cæsa oratio* dicitur, cum singula verba quodvis significantia proferuntur, ut in illo *Cic. in Verr.* Comites illi delecti manus erant tuæ; accensi, medici, haruspices tuæ erant manus. Hæc *Martian. Capell.* l. 5. pag. 173. ¶ *Cæsum, i*, est interdum idem ac incisum. *a stop, period. Id. ibid.* Nonnullis cæsis interrupta oratio.

CÆTĔRA cum derivatis, V. *Cetera.*

CÆTRA, V. *Cetra.*

CÆUS, a, um, V. *Ceus.*

CÆUS, i, V. *Cœus.*

CÆYX, V. *Ceyx.*

CAIA, æ, f. nomen mulieris proprium. V. *Caius.* ¶ Item fustis, clava, baculus. *Isidor.* l. 18. *Orig.* c. 6. scribit, cateiam ab *Horatio* appellari *caiam.* Quamvis autem neque apud *Horat.* neque apud alium præterea Latinum Scriptorem hæc vox reperiatur, retinendam tamen censet *Salmas. in notis ad Trebell. Pollion. in claud.* c. 14. Hinc enim factum esse *cajo, as,* verbero, et *cajatio, onis,* verberatio, de quib. V. infra.

CAIĀNUS, a, um, ad Caium pertinens. *Senec. de Tranquil.* c. 11. Caianæ custodiæ. *h. e.* C. Caligulæ. et cap. 14. *in fi.* Caiana clades. *h. e.* ab eodem Caligula facta. *Sueton. in Tito*, cap. 1. Caiana nex. *h. e.* cædes Caligulæ. ¶ *Caianus as* est minimi pretii nummus, inde dictus, quod C. Caligula cum nepotinis sumptibus omnium prodigorum ingenia superasset, et ingentem pecuniæ summam a Tiberio relictam brevi tempore absumpsisset, ut est apud *Sueton. in ejus vita*, c. 37. ad inopiam redactus, inter cetera avaritiæ suæ inventa illud quoque instituit, ut assium pondus, eodem pretio manente, imminueretur, quo minore sumptu magnam pecuniæ vim conflare posset. Itaque as, qui primo libralis fuerat, deinde paulatim in variis Reip. necessitatibus decreverat (ut dictum est in *As*) unius avaritia principis ad vilem parvitatem redactus est. *Stat.* l. 4. *silv. ult.* v. 21. De capsa miseri tabellionis Emptum plus minus asse Caiano. Ita *Barthius:* aliter *Turneb.* l. 20. *Adversar.* c. 32.

CAJATĬO, onis, f. verberatio: a *caja*, fustis, baculum. *Fulgent. in Contin. Virgil.* In septimo vero Cajeta sepulta nutrice, idest magistriani timoris projecta gravedine: unde Cajeta dicta est, quasi coactrix ætatis. Nam et apud antiquos cajatio dicebatur puerilis cædes. Unde et *Plautus* in Cistellaria comœdia ait: Quid tu amicam times, ne te manuleo cajet? Hæc *Fulgent.* Quia vero in *Cistellaria*, quæ nunc exstat, hæc verba non habentur, putant Eruditi, legendum esse *Clitellaria*, cujus aliquot tantummodo supersunt fragmenta.

CAĬCUS, i, m. Κάϊκος, fluvius Æolidis, seu Mysiæ, inter Elæam, et Pitanen fluens in Ægæum mare. *Pompon. Mela* l. 1. c. 18. et *Plin.* l. 5. c. 30. Hinc *Virg.* 4. *Georg.* v. 370. Mysusque Caicus. ¶ Fuit etiam *Caicus* unus ex Æneæ sociis. *Virg. Æn.* 1. v. 187. et *Æn.* 9. v. 35. ¶ Legitur et *Cayeus.*

CAJĒTA, æ, *et Græca terminatione*, Cajete, es, f. nomen nutricis Æneæ, quæ cum in ora Campaniæ prope Formias vita functa, et sepulta fuisset, nomen oppido, et portui dedit, quibus hodieque *Gaeta* nomen est. *Virg. Æn.* 7. v. 1. Tu quoque litoribus nostris Æneia nutrix, Æternam moriens famam, Cajeta, dedisti. (*Servius* notat in Philologis legi, classem Trojanam hoc loco casa concrematam fuisse: unde Cajetam dictam esse ἀπὸ τοῦ καίειν, urere: quod confirmat *Aurel. Vict. de orig. Rom.* c. 10. ubi docet ex *Cæsare*, et *Sempronio* hoc esse cognomen, non vero nomen nutricis Æneæ, inditum illi, quod ejus consilio Trojanæ matres classem incendissent. Aliam originem, V. in *Cajatio*). *Ovid. Metam.* 14. v. 443. Hic me Cajeten notæ pietatis alumnus, &c.

CAJETĀNUS, a, um, ad Cajetam pertinens, ut *Cajetana villa* apud *Valer. Max.* l. 1. c. 4. n. 5.

CAJO, as, a. 1. *to beat, fustigate*, fuste seu baculo verbero, V. *Caja.* Sunt qui exponunt coercere, compescere: sed hoc eatenus admittendum, quatenus fit verberibus. Legitur in fragmentis *Plauti.* V. *Cajatio.*

CAIŎLUS, li, m. diminutivum a *Cajus. Stat.* l. 1. *silv. ult.* v. 17. Molles Caioli, Lagunculique. *h. e.* cupediæ, in quibus impressæ erant formæ istorum puerorum. Ita quidam interpretes. Alii leg. *Molles caseoli, lucunculique.* [V. *Sociolus* in *Appendice.*]

CAIPHÆUS, a, um, ad Caiphas (Hebræi hominis nomen) pertinens. *Juvenc.* in cap. 26. *Matth.* l. 4. v. 402. Pulcra Caiphææ collucent atria sedis.

CAĬPOR, puer, h. e. servus Caii. *Fest.* in *Quintipor.*

CAĬUS, ii, m. Γάϊος, prænomen Rom. quod per C. quidem scribitur, sed *Gaius* pronuntiatur, teste *Quintil.* l. 3. c. 7. (*al.* 13.) ductumque est a gaudio parentum (ut est apud *Auct. de nominib. Rom.* quem quidam *Valer. Max.* putant) nimirum a γαίω, glorior, efferor, gaudeo. Aliquando tamen per G. scriptum reperitur, ut in *Cenotaphio Pisano C. Cæsaris.* Duæ equestres inauratæ Gai et Luci Cæsarum statuæ ponantur. ¶ *Caia* prænomen femininum. Ɔ inversa scribitur in antiquis monumentis, et *Gaia* itidem pronuntiatur. Fuit autem celebre apud Romanos præsertim in nuptiis, in quibus sponsus *Caius*, sponsa *Caia* solemni appellatione vocabatur. Cum enim sponsa ad viri domum pervenerat, ante ipsas fores interrogabatur quænam esset: illa ominis causa, se Caiam esse, respondebat inquiens: *Ubi tu Caius, ego Caia.* Quibus verbis vel significabat, fore se dominam et matremfamilias, ubi ille dominus et paterfamilias fuisset: vel potius (ut est apud *Fest.* in *Gaia*) promittebat, futuram se honestam mulierem et frugi, similemque moribus Caiæ Cæcilia, seu Tanaquilis, Tarquinii Prisci uxoris, quæ optima lanifica fuerat, simulque pudicitia insignis: quam ob rem nubentes virgines colus compta, et fusus cum stamine comitabatur, ut *Plin.* l. 8. c. 48. et *Fest. ibid.* tradunt. *Cicero* etiam *pro Mur.* c. 12. tangit hunc morem, ut omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, *Caiæ* vocarentur. Assumebant enim hujusmodi prænomen boni ominis causa, ut dictum est. ¶ Aliquando *Caius* in nomen transit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1025. n. 9. M. Caius Maximi Præf. Prætor. &c. ¶ Apud Scriptores historiæ Augustæ *Caius* fere significat C. Caligulam. ¶ Vox est fere trisyllaba. *Catull.* carm. 10. *de Vari scorto*, v. 30. Cinna est Caius: is sibi paravit. *Martial.* l. 11. epigr. 37. Caius ut fiat, Julius, et Proculus. Adde lib. 9. epigr. 94. et lib. 5. epigr. 14. et *Stat.* lib. 4. *silv. ult.* v. 21. ¶ Raro est dissyllaba. *Auson.* epigr. 75. *in Eunom. Medic.* Languentem Caium moriturum dixerat olim. ¶ Ideo autem primam syllabam habet longam, quia Veteres scribebant *Caiius* per duplex *ii*, quod longæ quantitatis indicium est. ¶ In Vocativo habet, *Cai. Martial.* l. 10. epigr. 16. Si donare vocas promittere, nec dare, Cai.

CALA, æ, f. *a staff, club*, fustis, vectis, κᾶλον. *Servius ad Æn.* 6. v. 1. Calas dicebant majores nostri fustes, quos portabant servi sequentes dominos ad prœlium: unde etiam *calones* dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret, et vallum. Vallum autem dicebant calam. *Lucil. ibid.* Scinde puer calam, ut caleas.

CALABARRIUNCŬLUS, et Calabarrĭo duæ voces sunt, quarum significatio quænam sit, non satis constat. Quidam intelligunt calatorem, qui populum ad concionem vocabat in Curiam Calabram. *Gell.* l. 16. c. 7. Laberius in Restione calabarriunculos dicit, quos vulgus calabarriones.

CALĂBER, bra, um, adject. *Calabrian*, ad Calabriam pertinens. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 14. Non quo more pyris vesci Calaber jubet hospes. *Id.* l. 3. od. 16. v. 33. Calabræ apes. *Id.* l. 4. od. 8. v. 20. Pierides Calabræ. *h. e.* carmina Ennii, qui patria Calaber fuit. *Plin.* l. 3. c. 26. Calabrum litus. ¶ Ipse quoque Horatius *Calaber* dicitur a *Martial.* l. 8. epigr. 10. quia Venusia ejus patria Calabriæ vicina fuit. ¶ *Calabræ oves* olim eximii generis habitæ sunt, teste *Colum.* l. 7. c. 2. ¶ *Calabri, orum*, sunt Calabriæ populi. *Pompon. Mela* l. 2. c. 4. *Sil.* l. 12. v. 396.

CALĂBRA Curia fuit proxima casæ Romuli in Capitolio. Dicta est a *calando*, idest vocando, quod ante Fastorum evulgatione in eum locum convocato populo statim post novilunium Pontifex minor, a Rege Sacrificulo facto sacrificio, pronuntiabat, quot dies inter calendas et nonas intercederent, ut nonis convenirent, audituri, quinam dies eo mense fasti, quinam nefasti, quinam festi essent, qui ludi, quæ sacrificia celebranda. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 15. Adde *Varron.* l. 5. *L. L.* c. 4. *Fest. in Curia*, et *Serv. ad Virg. Æn.* 8. v. 652. ubi monet, Curiam Calabram designari a *Virg.* illis verbis vers. 654. Romuleoque recens horrebat regia culmo. ¶ Reperitur etiam *Kalabra* ea ratione, qua *Kalare*, et *Kalendæ.* V. *Calo, as.*

CALABRĬA, æ, f. [† nunc] *Terra d'Otranto*, a Græcis Messapia dicta, regio est extremæ Italiæ, in secunda ejus regione, in modum peninsulæ excurrens in mare Ionium. Quæ nunc *Calabria* dicitur latiores multo habet fines. V. Geographos. *Horat.* l. 1. od. 31. v. 5. æstuosæ grata Calabriæ armenta. Adde *Plin.* l. 3. c. 11.

CALABRĬCO, as, a. 1. calabrica ligo. (V. *Calabricus.*) *Plin. Valerian.* l. 3. c. 13. *in fi.* Lanis involves, et calabricabis.

CALABRĬCUS, a, um, *Calabrian*, ad Calabriam pertinens, Calaber. *Colum.* l. 12. c. 49. *in fi.* Olea Calabrica, quam quidam propter similitudinem oleastellum vocant. *Pallad. in Septembr.* tit. 14. Calabrica tubera. ¶ *Calabrica, æ*, videtur esse genus ligaminis, seu fasciæ, qua utuntur Medici in vulneribus alligandis. *a sort of bandage used in the tying up of wounds.* Si locus conjecturæ est, fortasse a calabris ovibus denominatio venit. *Plin. Valer.* l. 3. c. 13. Hæc pariter coques, et in modum cataplasmi linteo grosso induces, et locis dolentibus impones, et calabricis ligabis bis in die per triduum.

CALĂBRIX, icis, f. *a kind of thorn*, genus spinæ silvestris, cui tuberes (quod est maliferæ arboris genus) op-

time inseri docent *Plin.* l. 17. c. 10. *extr.* et *Pallad. in Septemb.* tit. 14.

CALAGURITANUS, a, um, ad Calagurim pertinens. Est autem *Calaguris*, nunc *Calahorra*, urbs Hispaniæ Tarraconensis, in finibus Vasconum, ad Iberum fluvium, patria Quintiliana, et Prudentii. *Plin.* l. 3. c. 3 duos facit Calaguritanos populos, alteros cognominatos Fibularenses, alios Nassicos. V. Geographos. ¶ De Calaguri *Auson. in Professorib.* n. 1. v. 7. Adserat usque licet Fabium Calaguris alumnum. ¶ Scribitur et *Calagurris*, et *Calagurritanus* item *Calagorris* apud *Auson.* ep. 25. v. 57.

CALAIS, is, m. Boreæ ex Orithyia conjuge filius alatus, qui una cum Zethe fratre similiter alato cum Argonautis Colchos profectus est. Cum in ea expeditione a Phineo Rege Arcadiæ Argonautæ humaniter essent accepti, Harpyias, quæ regnum illius infestabant, persequi constituerunt. Quas cum et alarum auxilio, et sagittandi peritia in Plotas usque insulas fugassent, ab Iride admoniti sunt, ne Jovis canes ulterius persequeruntur. Ii itaque retrorsum conversi, duas illas insulas, in quibus Harpyias reliquerunt, a conversione sua Strophadas appellarunt, nempe ἀπὸ τῆς στροφῆς, a conversione. Postremo ab Hercule occisi dicuntur, et in ventos commutati, qui Caniculæ exortum dies fere octo præcedunt. Unde πρόδρομοι, idest *præcurrentes*, appellantur. *Ovid. in fi.* l. 6. *Metam.* et *init.* l. 7. *Valer. Flacc.* l. 4. v 465. *et sequent. Hugin.* fab. 14. *et* 19. et *Serv. ad Virg.* 3. *Æn.* v. 209. et alibi. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 716. Implumes Calaisque puer Zethesque fuerant, &c.

CALAMARĬUS, a, um, ad calamum pertinens. *Calamaria theca*, καλαμίς, *a pen-case*, in qua calami scriptorii reponuntur. *Sueton. in Claud.* c. 35. Ne cuivus comiti, aut librario calamariæ, aut graphiariæ thecæ adimerentur. Adde titulum epigr. 19. l. 13. *Martial.*

[* CALAMAULES, is, m. καλαμαύλης, qui calamo sonat, a κάλαμος, *calamus*, et αὐλὸς, *tibia*. *Notæ Tiron.* pag. 173.]

CALAMĒTUM, ti, n. calami, seu arundinis fragmentum. *Colum.* l. 4. *R. R.* l. 27. Sic deinde ordinata vineta festinabimus emundare, sarmentisque, et calametis liberare. Quæ sicco tamen solo legenda sunt, &c. *h. e.* fragmenta arundinum in adminiculanda vinea resecta. [¶ Hic *Forcellinus* lectionem *Gesneri* recepit, et calameta male interpretatur fragmenta arundinum, cum potius vox hæc, si ejus notationem sequi voluisset, interpretanda esset *locus calamis consitus*; præterea inepte cohærent *calameta* cum *sarmentis*. Frustra igitur est *Lexicographus* noster, nam cum *Schneidero* legimus *calamentis* pro *calametis*. *Calamenta* quippe sunt partes siccæ vitis, ita appellatæ ab antiquo *cala*, Græce κᾶλον, quod lignum aridum significat, fortasse a καίω *ardeo*. *Lucilius* apud *Serv. ad Æn.* 6. v. 1. Scinde, puer, calam, ut caleas. Hinc *Benedict. Del-Bene* in sua *Columellæ* versione recte appellat calamenta *seccumi. dead boughs.* Si placet, comparemus loca *Pallud.* et *Caton.* quæ eamdem rem præseferunt. *Pallad. Febr.* 15. 6. Statim post putationem sarmenta decisa a vineis, et rubi, et impedimentum fossoris omne tollatur. *Cato* c. 50. Ubi vineam deputaveris, acervum lignorum, virgarumque facito.]

CALAMĪNÆ sunt insulæ in Lydia, quæ non ventis solum, sed etiam contis quo libeat pulsæ, multorum civium Mithridatico bello saluti fuerunt. *Plin.* l. 2. c. 95.

[* CALAMINTHA, æ, f. καλαμίνθη, planta quædam, eadem ac mentastrum. *Plin.* l. 19. c. 10. Senecta degenerat sisymbrium in calaminthaın.]

CALĀMISTER, vel Calamistrus, i, m. et Calamistrum, i, n. *a crisping-pin, iron to curl the hair with*, καλαμὶς, acus ferrea, qua capilli crispantur: intus cava instar calami arundinis: unde a *Nonio* c. 15. n. 27. fistula appellatur. Differt ab acu crinali, seu comatoria, quæ crinibus discernendis, et sustinendis inservit. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 29. Calamistri, quod his calefactis in cinere capillus ornatur: discerniculum, quo discernitur capillus. *Cic. post redit. in Sen.* c. 7. Frons calamistri notata vestigiis. *Petron. in Satyr.* c. 102. Crines calamistro convertere. *Arnob.* l. 2. pag. 72. Calamistris vibrare cæsariem. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 991. n. 2. Corneliæ A. L. a calamistro. ¶ Translate significat exquisitum cultum, ornatumque orationis. *Cic. in Orat.* c. 23. *ad fin.* Tum removebitur omnis insignis ornatus, quasi margaritarum: ne calamistri quidem adhibebuntur. *Id. in Orat.* c. 75. *de commentar. Cæsaris.* Sed dum voluit alios habere parata, unde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui volunt illa calamistris inurere: *to set off with a flourish of words:* sanos quidem homines a scribendo deterruit. *Auct. Dial. de Orat.* (quem alii *Quintil.* alii *Tacito* tribuunt) cap. 26. Malim hercle C. Gracchi impetum, aut L. Crassi maturitatem, quam calamistros Mecænatis, aut tinnitus Gallionis. ¶ *Calamistrum* neutro genere clare usurparunt *Varr.* apud *Charis.* l. 1. pag. 61. *Putsch.* et *Plaut. Curcul.* 4. 4. 21. ¶ Rectus casus singularis masculinus plerisque est *calamister*, quibusdam *calamistrus*: neutrius exempla adhuc vidimus.

CALAMISTRĀTUS, a, um, *crisped, curled*, capillus calamistro intortus: item qui hujusmodi capillos habet, βεβοστρυχωμένος. *Cic. pro Sext.* c. 8. Alter unguentis affluens, calamistrata coma. *Id. post redit. in Sen.* c. 6. Calamistratus saltator. Adde *Plaut. Asin.* 3. 3. 37.

CALAMĬTAS, atis, f. *a storm of hail, rain, &c. which breaks the reeds of corn; tempestuous weather which lays the stalks of corn*, χαλαζοκοπία, proprie significat imminutionem, cladernque calamorum segetis, quæ grandine, vel impetuoso aliquo turbine, aut alia quapiam de causa fit. *Serv. ad Virg.* 1. *Georg.* v. 151. Robigo genus est vitii, quo culmi pereunt, quod a rusticanis calamitas dicitur. *Donat.* ad illud *Terent. Eun.* 1. 1. *in fi.* Sed ecca ipsa egreditur, nostri fundi calamitas. Proprie, *inquit*, calamitatem rustici grandinem dicunt, quod comminuat calamum, hoc est culmum, ac segetem. *Plaut. Casin.* 5. 2. 29. Profecto non fuit quidquam olerum: nisi quidquid erat, calamitas profecto attigerat nunquam, &c. Adde *Pacuv.* apud *Non.* c. 3. n. 15. cujus verba in fine vocis *Arvum* attulimus. Huc respexisse videtur etiam *Cic. Verr.* 3. c. 16. *in fi.* Quacunque iter fecit, ejusmodi fuit, non ut legatus populi R. sed ut quædam calamitas pervadere videretur. Festive *Plaut. Capt.* 4. 3. 3. Quanta pernis pestis veniet! quanta callo calamitas! *what a destructive storm!* Hinc *calamitas fructuum* est redituum penuria, *scarcity of crops. Cic. Verr.* 5. *c. ult.* Annona pretium, nisi in calamitate fructuum non habet: si autem ubertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur vilitas in vendendis. ¶ Sæpissime adhibetur translate pro quacunque pernicie, infortunio, re adversa, *calamity, mishap, misfortune, distress, disaster, adversity*, ἀτυχία, συμφορὰ, κακοπάθεια. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 16. Ob eam causam populus R. calamitatem maximam cepit. *Id. Attic.* l. 3. ep. 9. Valde fuit ei properandum, ne quid absens acciperet calamitas. *Id. pro Cluent. cap. ult.* Affligit aliquem calamitas. *Terent. Heaut.* 2. 4. 15. Incidit alicui calamitas. *Id. Hecyr. prol.* 2. v. 22. Opprimit aliquem calamitas. *Nepos in Datam.* cap. 6. et *in Pelop.* cap. 3. Hoc est mihi calamitati. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* cap. 12. Inferre insignem calamitatem alicui. *Id. ibid.* c. 31. Frangi calamitatibus. *Sallust. in Catil.* c. 45. Esse in magna calamitate. *Gell.* l. 2. c. 3. Perpeti calamitatem. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *ad fin.* Afficere aliquem calamitate. *Nepos in Timol.* c. 4. Ferre moderate calamitatem. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 19. Perferre calamitates. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 14. tolerare. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 3. levare innocentium. *Terent. Hecyr. prol.* 2. v. 23. sedare. ¶ In genitivo plurali et *calamitatum* habet, et *calamitatium*. *Justin.* l. 16. c. 4. Tanta calamitatium necessitas fuit. Sunt qui aliter leg.

CALAMĪTES, æ, m. *a green frog*, καλαμίτης, βάτραχος, genus ranæ omnium minimæ, et viridissimæ, et inter arundineta et frutices viventis: a κάλαμος, arundo. *Plin.* l. 32. c. 10. Ex ea rana, quam Græci calamiten vocant. et *ibid.* Jecur ranæ diopetis, vel calamitæ. et cap. 7. Ranæ, quas diopetes et calamitas vocant. ¶ Dicitur *calamites rana* ea ratione, qua *vinum myrtites*. &c. V. *Abrotonites.*

CALAMITŌSE, *unfortunately, unhappily*, ἀθλίως, infeliciter, misere. *Cic.* 3. *de Offic.* c. 29. Nam quod aiunt, turpiter potius, quam calamitose, an est ullum majus malum turpitudine?

CALAMITŌSUS, a, um, *destructive to corn*, calamitatem inferens et cladem segetibus, χαλαζοκοπῶν. V. *Calamitas. Cic. Verr.* 3. c. 38. Te per omnes partes provinciæ, tanquam aliquam calamitosam tempestatem pestemque pervasisse. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 15. ¶ Item hujusmodi calamitati obnoxius. *liable to take hurt from a storm. Plin.* l. 18. c. 7. *ad fin.* Hordeum ex omni frumento minime calamitosum, quia ante tollitur, quam triticum occupet rubigo. *Cic. Agrar.* 2. c. 29. Ager loco, et cælo calamitosus. ¶ Translate est detrimentum afferens, perniciosus, damnosus, ἀτηρὸς, *calamitous, ruinous, disastrous, pernicious, destructive. Cic. Phil.* 11. c. 13. Acerbissimum et calamitosissimum bellum. *Sallust. in Catil.* c. 49. Incendium plebi maxime calamitosum. *Flor.* l. 3. c. 18. Quid hac clade tristius? quid calamitosius? ¶ Item calamitatibus oppressus, miser, infelix, *oppressed with calamity, unfortunate, unhappy, hapless*, ἄθλιος. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 13. Homines miseri, et fortuna magis, quam culpa calamitosi. *Id.* 4. *Tuscul. c. ult.* Miseri, afflicti, ærumnosi, calamitosi. *Id.* 5. *de Fin.* c. 19. Calamitosum otium. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 28. O rem miseram et calamitosam!

CALAMOCHNUS, V. *Adarca.*

CALĂMUS, i, m. *a reed, cane*, κάλαμος, idem atque arundo, vel potius ipsius arundinis truncus internodiis distinctus, ut colligitur ex *Plin.* l. 16. c. 36. ubi de arundine, et calamis ex professo agit, docetque varios eorum usus ad sagittas, tibias, fistulas, et scriptorios calamos conficiendos. Pro ipsa arundine, *Plin.* l. 16. c. 21. Non decidunt folia et in fruticum genere cuidam rubo, et calamo. *Martial.* l. 4. epigr. 30. Dum prædam calamo tremente ducit. *h. e.* arundine piscatoria. Adde *Colum.* l. 2. c. 2. ¶ De calamo hujusmodi fabulam tradit *Serv. ad Virg. Ecl.* 5. v. 48. Calamus Mæandri fluvii filius amavit, et amatus est a Carpo filio Zephyri, et unius ex Horis, pulcherrimo puero. Accidit ut Carpus in Mæandrum fluvium caderet, et exstingueretur. Calamus patrem propter hoc detestatus aufugit, rogavitque Jovem, ut finem suis luctibus daret, mortemque sibi præstaret, ut amato puero post obitum jungeretur. Jupiter Calamum in arundinem vertit, quæ circa fluvios nasci amat: Carpum vero in fructus rerum omnium (καρπὸς Græce fructum significat) ut semper renasceretur. ¶ Per metonymiam dicitur de tibia, et fistula, *a pipe, flute, reed. Virg. loc. cit.* Nec calamis solum æquiparas, sed voce magistrum. *Id. Ecl.* 2. v. 33. Pan primus calamos cera conjungere plures Instituit. ¶ Item de sagitta, *an arrow. Horat.* l. 1. od. 15. v. 17. Hastas, et calami spicula Gnossii. Adde *Virg. Ecl.* 3. v. 13. ¶ Item de instrumento, quo in charta scribitur, *a pen to write with. Cic. Attic.* 6. ep. 8. Cum instituissem ad te scribere, calamumque sumpsissem. *Horat. de art. poet.* v. 446. incomptis illinet atrum Transverso calamo signum. ¶ Per similitudinem dicitur de culmo segetum (unde *calamitas*) *the stem, stalk, or blade. Plin.* l. 18. c. 7. Calamus altior frumento, quam hordeo. *Virg.* 1. *Georg.* v. 75. tristisque lupini Sustuleris fragiles calamos. ¶ Item de tereti virgula, aut surculo cujuscunque arboris: qualis est, quæ ad insitionem reciditur, *a graff, scion. Plin.* l. 17. c. 14. *de insitione.* Multa in hoc servanda: primum omnium, quæ patiatur coitum arbor, et cujus arboris calamus. et *ibid.* Calami exacutio medullam ne nudet. et *ibid. ad fin.* Pomorum calami. et cap. 18. Inseritur oleaster calamo, et inoculatione. *by a graff. Id.* l. 24. c. 14. Rubus Idæus tenerior, ac minor, rarioribus calamis, innocentioribusque. *h. e.* spinis longiusculis, et surculorum similibus. ¶ Item de virga ad capiendas aves visco illita, *a fowler's rod. Martial.* l. 14. epigr. 218. cui titulus *Calami aucupatorii.* Non tantum calamis, sed cantu fallitur ales. Adde lib. 13. epigr. 68. et *Senec. in Octav.* v. 411. ¶ *Calamus odoratus*, qui et *calamus* simpliciter dicitur: vulgo *calamus aromaticus*; est, qui in Arabia, Syria, et India nascitur, multis nodis geniculatus, præstantissimo odore: quare multi est usus in unguentis, *sweet-calamus. Plin.* l. 12. c. 22. Calamus quoque odoratus in Arabia nascens. *Id.* l. 13. c. 1. Unguentum, quod constat oleo myrteo, calamo, cupresso, lentisco, &c. Sic sæpe *ibid.* et cap. 2.

CALANTĬCA, æ, f. *a hood or kerchief for a woman, a coif*, κρήδεμνον, tegmen muliebre, quod capiti innectitur, ut *Non.* c. 14. n. 2. definit. *Serv. ad Æn.* 9. v. 616. idem esse docet, ac mitram. *Eustath.* κρήδεμνον dicit esse κεφαλῆς κάλυμμα παρειμένον μέχρι τῶν ὤμων, hoc est tegmen capitis usque ad humeros demissum et extensum: quod cum mitra maxime convenit, cujus laciniæ humeros usque et sub mentum pertingebant. Quod vero κρήδεμνον, et *mitra* idem fuerint, illud satis probat, quod *Auson. in periocha Odyss.* 5. vertit *calanticam*, quod *Homer.* κρήδεμνον dixerat. *Cic. in fragment.* apud *Non. loc. cit.* Cum vincirentur pedes fasciis, cum calanticam capiti accommodares, cum strophio accurate præcingerere. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 26. et *Arnob.* l. 2. pag. 59. ¶ In Glossario veteri exponitur εἶδος ζώνης, hoc est species cinguli: sed hæc significatio idoneo caret exemplo. ¶ Legitur et *calautica*: neque sane definiri certo potest, utra scriptio sit verior. Habetur enim utraque in optimis Codicib. tum MSS. tum editis, ut videre est apud *Voss. in Etym.* et *Vinet.* in notis ad *Auson.* Magis placet *calantica*, quam præfert etiam *Dausq. in Orthogr.* et legitur in duabus editionib. *Nonii* 1476. et 1480. Nam quod *calutica* nonnulli legunt in quodam exemplari *Servii*, ab omnibus rejicitur. ¶ Hinc est *decalanticare*, hoc est, calanticam detrahere: et translate aliqua re spoliare, quod usurpavit *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 218.

CALĂRIS, V. *Caralis.*

CALĂSIS, is, f. tunicæ genus, quod Græci χαλάσιριν dicunt. Alii dicunt, esse nodum tunicæ muliebris, quo connexa circa cervicem tunica submittitur. Hæc *Festus.* Magis placet *Vossio in Etymol.* secunda significatio: deducitque a χαλάω, laxo, remitto, ut sit κάλασις pro χάλασις. Apud *Fest.* est *calassis.*

CALASTER, V. *Catastus.*

CALASTĬCUS, V. *Chalasticus.*

CALATHIĀNUS, a, um, adject. ad calathum pertinens. *Calathianæ violæ* dicuntur, quod calathi similem figuram habeant. *Plin.* l. 21. c. 6. In totum vero sine odore, minutoque folio calathiana, munus autumni, ceteræ veris. Alii leg. *calthiana*, hoc est calthæ similia: al. *calatina*, ab urbe Calatia.

CALATHISCUS, i, m. *a little basket*, καλαθίσκος, parvus calathus. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 318. candentis mollia lanæ Vellera virgati custodibant calathisci.

CALĂTHUS, i, m. *a basket, or hamper, made of osiers*, κάλαθος, vas ex vimine, vel alio ligno plerumque factum, rotunda figura, in fundo angustius, paulatimque sese dilatans, et in amplius os desinens, quale est lilii flos, quem scilicet calatho *Plin.* l. 21. c. 5. assimilat. Capituli quoque Corinthii figura, si folia demas, calathum refert: dua de re V. *Vitruv.* l. 4. c. 1. ¶ Vox Græca est, usu tamen Latina facta, quamquam habent Latina eadem significatione *quasillum*, ut docent *Festus*, et *Servius ad Ecl.* 2. v. 45. Est autem vas feminarum proprium, in quo lanam nendam reponere, flores colligere, et similia his solent. *Virg. Ecl.* 2. v. 46. tibi lilia plenis Ecce ferunt nym-

phæ calathis. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 435. Hæc implet (*floribus*) lento calathos e vimine textos. *Juvenal.* sat. 2. v. 54. Vos trahitis lanam, calathisque peracta refertis Vellera. *Virg. Æn.* 7. v. 805. *de Camilla.* non illa colo, calathisve Minervæ Femineas assueta manus, sed prœlia virgo, &c. Adde *Ovid. Her.* ep. 9. v. 73. *et* 76. ¶ Habet etiam alios usus. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 263. Dum bene dives ager, dum rami pondere nutant, Afferat in calatho rustica dona puer. *Virg.* 3. *Georg.* v. 400. Quod surgente die mulsere, horisque diurnis, Nocte premunt: quod jam tenebris, et Sole cadente, Sub lucem exportant calathis, &c. Ubi *Serv.* vasis æreis, in quibus lac, vel recens caseus in urbe distrahitur. (Quod ait *æreis*, mallem *junceis:* unde opus illud lacteum, quod dicimus *cream cheese served up on a frail*) *Colum.* l. 7. c. 8. calathis, uti docet recenti caseo percolando. *Plin.* l. 34. c. 16. In calathis, in quibus aurum colligitur. *Apul.* l. 9. *Met.* Calathus fetui gallinaceo destinatus. *hoc est* in quo gallinæ ova excludunt. ¶ Sunt etiam *calathi* vinaria vasa, ceu calices. *vessels to hold wine in. Virg. Ecl.* 5. v. 71. Vina novum fundam calathis Ariusia nectar. Adde *Martial.* l. 9. v. 60. et lib. 14. epigr. 107. [¶ Etiam pro ipso floris calice usurpatur. *Colum.* l. 10. v. 99. Calathisque virentia lilia canis. *h. e. verdeggianti gigli coi canuti panier,* ita vertit *doct. Del-Bene. the cup or calix of a flower.* Adde *Auson. edyll.* 14. v. 31. *de rosa.* Ridentis calathi patefecit honorem, Prodens inclusi semina densa croci. et *Auct. incert. epigr. de rosis* v. 5. Tertia non totum calathi patefecerat orbem.]

CALATĬA, V. vocem sequent.

CALATĪNUS, a, um, ad Calatiam pertinens. Est autem *Calatia, æ,* ut eam appellant *Cic. Att.* l. 16. ep. 8. et *Liv.* l. 9. c. 2. vel *Calatiæ, arum,* ut *Plin.* l. 3. c. 5. oppidum Campaniæ in via Appia ad Vulturnum fluvium contra ostia Sabati fluvii. *Liv.* l. 22. c. 13. Calatinus ager. ¶ *Calatini, orum,* ejus urbis incolæ. *Id. ibid. c. ult.* ¶ Celebris fuit A. Atilius Calatinus, qui bis consul fuit, et semel dictator, ac censor, quem tamen putant non a Calatia dictum, sed fortasse a *calando,* id est vocando, quia cum valde pauper esset, ab aratro ad honores calatus est. Meminit *Cic. de senect.* c. 17. V. et *Liv. Epit.* l. 19. et *Flor.* l. 2. c. 2.

CALATĬO, onis, f. *a calling, summoning,* vocatio, κλῆσις, a calo, as. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 1. *extr.* Nec curia Calabra sine calatione potest aperiri.

CALĀTOR, oris, m. *a crier, clerk, herald,* κλήτωρ, κλητὴρ, vocator: a calo, as. *Calatores* dicti sunt servi publici, qui sacerdotibus apparebant, eorumque jussu ad aliquem vocandum, vel indicendum aliquid mittebantur, viatorum simillimo munere. *Serv. ad Virg. Georg.* 1. v. 268. Sunt aliqua, quæ si festis diebus fiant, ferias polluant: quapropter et Pontifices sacrificaturi præmittere calatores suos solent, ut sicubi viderint opifices adsidentes opus suum, prohibeant, ne cæremonias deorum attaminent. *Sueton. de Grammat.* c. 12. Cornelius Epicadius L. Cornelii Syllæ Dictatoris libertus, calatorque sacerdotio augurali. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 307. n. 6. Vinicio Coctæo Calat. VII. vir. Epul. Liberto optimo Patronus. et pag. 304. n. 9. Q. Cæcilio Feroci Kalatori sacerdotii Titialium Flavialium, &c. *Kalator* hic per K scribitur ea ratione, qua *Kalare,* et *Kalendæ.* V. *Calo, as.* ¶ Sed et in privatis familiis *calatores* fuere. *Festus* quidem docet, hoc nomine omne servorum genus significari, quia semper vocari possunt ob necessitatem servitutis. Alii dicunt *calatorem* esse qui nomina dictat domino, qui et *nomenculator* appellatur: alii eum, qui alios vocat ad ministerium. Verius puto servos privatos a similitudine publicorum nomen accepisse, quod ultro citroque cum mandatis a domino mitterentur. *Plaut. Rud.* 2. 3. 5. Est ne hic Trachalio, quem conspicor, calator Pleusidippi? *Id. Merc.* 5. 2. 11. Egomet mihi comes, calator, equus, agaso, armiger. Adde *Pseud.* 4. 2. 52. quo loco, ut et *in Mercatore* militis servum designat. Ex quo quidam putant, calatorem, et calonem idem esse: quæ sententia ex his locis non satis probatur.

CALĀTUS, a, um, *called, summoned,* vocatus: a calo, as. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 15. Calata in Capitolium plebe. *Cic. pro Sext.* c. 33. *a med.* Alter vero non ille Serranus ab aratro, sed ex deserto Gavi Oleli calatis granis in Calatinos Atilios insitus. *h. e.* singillatim numeratis. V. Interpretes. ¶ *Calata* primum dicta sunt omnia *comitia,* quod ad ea populus calaretur, seu convocaretur: hæc postea in *curiata, centuriata,* et *tributa* divisa sunt. Deinde *calata comitia* speciatim dicta sunt, quæ pro collegio pontificum habebantur, aut regis sacrorum, aut flaminum inaugurandorum causa: item quæ sacris promulgandis, aut testamento faciendo cogebantur. Hæc ex *Gell.* l. 15. c. 27. ¶ Scribitur et *Kalatus.* V. *Calo, as.*

CALAURĒA LATŌIS, V. *Calauria.*

CALAURIA, æ, f. Καλαυρία, et Καλαύρεια, insula sinus Argolici contra Trœzenium, quingentos passus ab eo distans. In ea Demosthenes mortuus est. *Pompon. Mela.* l. 2. c. 7. *Plin.* l. 4. c. 12. ¶ Ab hac insula Latona cognominata est *Calaurēa,* quia ibi culta fuit. Accepta deinde Delo insula, Calauriam Neptuno cessit. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 384. Inde Calaureæ Latoidos aspicit arva.

CALAUTĬCA, V. *Calantica.*

CALBĔI, orum, m. auctore *Festo,* dicebantur armillæ, quibus triumphantes utebantur, et milites ob virtutem donabantur. Dicti sunt vel a καλὸς, pulcher, vel a *galbeus,* viridis, vel a καρπὸς, junctura manus, quod primo *carpios* diceretur, deinde *calpios,* tandem *calbius,* vel *calbeus.* ¶ Idem *Festus* sub littera G ponit *Galbeum ornamenti genus.* Ubi idem, quod in hac voce, significare videtur.

CALBIENSIS, sis, adject. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 36. n. 1. Soli Sanctissimo Sacrum Ti. Claudius Felix Et Claudia Helpis Et Ti. Claudius Alypus Fil. Eorum Votum Solverunt Libens Merito. Calbiensis de coh. III.

CALCABĬLIS, le, qui calcari potest. *Sidon.* l. 1. epist. 5. Agger calcabili silice crustatus.

CALCANĔUM, i, n. *the heel, the hinder part of the foot,* πτέρνα, pars posterior imi pedis, quæ et *calx* dicitur. *Virg.* (seu quicunque alius auctor est) *in Moreto,* v. 36. Continuis rimis calcanea scissa rigebant. *Lamprid. in Heliogab.* c. 20. Comedit sæpius ad imitationem Apicii calcanea camelorum. ¶ A quibusdam Grammaticis, et Lexicographis ponitur etiam *calcaneus, i,* m. sed nullo adhuc firmatur Auctore.

CALCAR, āris, n. *a spur,* κέντρον, stimulus ferreus calci alligatus, quo equos pungimus, et incitamus. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 48. incendere equum calcaribus. *Plaut. Asin.* 3. 3. 118. Calcari agitare quadrupedem adversum clivum. *Liv.* l. 2. c. 6. Concitare equum calcaribus. *Curt.* l. 7. c. 2. Subdere equo calcaria. *Id.* l. 4. *c. ult.* Calcaribus subditis proruere in hostem. *Valer. Max.* l. 3. c. 2. n. 9. Equus calcaribus stimulatus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 881. Seu spumantis equi foderet calcaribus armos. ¶ Translate ponitur pro stimulo, incitamento. *any stimulus, or inducement. Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. Adscribit etiam, et quasi calcar admovet, intercessisse se pro iis magnam pecuniam. *Id. de clar. Orat.* c. 56. Ut Isocratem in acerrimo ingenio Theopompi, et lenissimo Ephori dixisse traditum est, alteri se calcaria adhibere, alteri frenos. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 216. si munus Apolline dignum Vis complere libris, et vatibus addere calcar. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 35. laudataque virtus Crescit, et immensum gloria calcar habet. *Lucret.* l. 5. v. 1074. calcaribus ictus amoris. ¶ In illo *Varron.* apud *Non.* c. 6. n. 21. Ventus sub occasu vehementius sufflare, et calcar admovere: *Nonius* calcar exponit impetum. ¶ *Addere calcaria sponte currenti* proverb. de eo, qui alterum incitat, et hortatur jam ultro facientem. *Plin.* l. 1. ep. 8. V. *Curro.* ¶ Per similitudinem dicitur *calcar,* quod acutum exstat in cruribus gallinarum, et gallinaceorum, πλῆκτρον. *Colum.* l. 8. c. 2.

CALCARĬA, æ, V. *Calcarius.*

CALCARIARĬUS, a, um, ad calcariam et calcem pertinens, ut Negotians calcariarius, *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 641. n. 1. Exonerator calcariarius, *ibid.* pag. 1117. n. 5.

CALCARIENSIS, is, m. calcarius, qui calci excoquendæ, et perficiendæ dat operam. *Impp. Constantius,* et *Constans* lib. 12. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 37. Hoc et in calcariensibus, et fabricensibus, et argentariis observetur.

CALCARĬUS, a, um, ad calcem muralem pertinens, ut Calcaria fornax, *a lime-pit, or lime-kiln,* apud *Caton. R. R.* c. 38. et *Plin.* l. 17. c. 9. quæ et *Calcaria* absolute dicitur. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 8. In calcariam vel sulphurariam damnare aliquem. *Ammian.* l. 27. c. 3. (*al.* 4.) Calcarias vino exstinguere. ¶ *De calcaria in carbonariam pervenire* proverb. apud *Tertull. de carne Christi,* cap. 6. quod significat de impuro loco in immundiorem venire, vel de minore in majorem calamitatem incidere. ¶ *Calcarius, ii, a lime-burner,* absolute, qui calcem coquit. *Cato R. R.* c. 16. Perficit, et coquit, et ex fornace calcem eximit calcarius.

CALCĀTOR, oris, m. *one who treads; a treader of grapes,* qui calcat, et speciatim qui calcat uvas, ληνοβάτης, *Calpurn.* ecl. 4. v. 124. Ut nudus ruptas saliat calcator in uvas.

CALCATORĬUM, ii, n. *a wine-press; a place where they tread or press grapes for wine,* ληνὸς, locus in cella vinaria, in quo uvæ calcantur. *Pallad.* l. 1. tit. 18. *de cella vinaria.* Basilicæ ipsius forma calcatorium loco habeat altiore constructum, ad quod inter duos lacus, qui ad excipienda vina hinc inde depressi sint, gradibus tribus fere, aut quatuor ascendatur.

CALCĀTRIX, icis, f. *she that treads or tramples upon,* quæ calcat, contemptrix. *Prudent. in Psychom.* v. 587. Calcatrix mundi.

CALCATŪRA, æ, f. *a treading,* πάτησις, actus calcandi, calcatus. *Vitruv.* l. 10. c. 10. Rotæ modiolis aquam haurientes, et in summum referentes, sine operarum calcatura, ipsius fluminis impulsu versatæ, præstant quod opus est ad usum. *h. e.* sine ope hominum, qui calcando rotas versent, ut *ibid.* dicitur c. 9.

CALCĀTUS, us, m. *a treading, trampling, pressing with the feet,* πάτησις, actus calcandi, calcatura. *Pallad. in Januar.* tit. 13. *ad fin.* Ne post calcatu assiduo terra effosa solidetur.

CALCĀTUS, a, um, *trodden, trodden or trampled upon,* στειπτὸς, calcando pressus. *Ovid. Metam.* 10. v. 23. Calcata vipera diffudit venenum. *Id. Metam.* 2. v. 29. Autumnus calcatis sordidus uvis. *Colum.* l. 2. c. 2. Calcatis frondibus terram contegere. *Petron. in Satyr.* c. 135. Calcato radiabat marmore terra. *h. e.* calcatu pedum attrito, et splendenti. *Martial.* l. 12. epigr. 50. Calcatusque tuo sub pede lucet onyx. ¶ Translate est proculcatus, violatus, contemptus. *trodden down in contempt, violated, contemned, outraged. Stat.* l. 3. *Theb.* v. 208. Calcatum fœdus. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 123. rueret derisa vetustas, Nullaque calcati starent vestigia juris. *Senec.* l. 4. *excerpt. controv. in præfat. ad fin.* Verbis calcatis, et obsoletis uti. *h. e.* abjectis, sordidis, usu damnatis. ¶ In illo *Auct. de B. Hisp.* c. 16. Secumque extulerunt calcatas ad fossas complendas. *crates* alii leg. alii *calcatas* retinent, et *crates* subintelligunt. Quidam cod. antiq. habet *culcatas,* alius *cultatas.* ¶ *Calcatus* pro habitatus Poetice, *Sil.* l. 3. v. 675. Has umbras nemorum, et connexa cacumina cælo, Calcatosque Jovi lucos prece, Bostar, adora.

CALCEĀMEN, inis, n. *a shoe, sandal,* calceamentum. *Plin.* l. 15. c. 8. Calceamina amurca ungi. *Id.* l. 19. c. 2. Calceamina, et pastorum vestis e sparto. ¶ Scribitur et *calciamen:* sic *calciamentum, calciarium, calciatus, calcio, as,* et si qua sunt alia per *i* sæpe scripta repeiuntur; sæpe etiam per *e. Dausq.* videtur *i* retinere. Fatetur tamen utramque scriptionem usu receptam esse.

CALCEAMENTUM, ti, n. *a sandal, shoe, sock,* ὑπόδημα, nomen generale, quo calceorum omne genus significatur. *Cic. Tuscul.* 5. c. 32. Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra. *Colum.* l. 12. c. 3. Calceamenta utrique sexui convenientia. *Plin.* l. 28. c. 4. Induere calceamentum. ¶ Dicuntur etiam *calceamenta,* quibus crura vestiuntur, *stockings, hose:* quæ et *tibialia* appellantur. *Justin.* l. 1. c. 2. *de Semiramide.* Igitur brachia, ac crura calceamentis, caput tiara texit. Ita legit *Salmas. in commentar. ad Trebell. Poll. in Gallien.* c. 16. Alii *velamentis.* ¶ Scribitur et *calciamentum.* V. vocem præced.

CALCEARĬUM, ii, n. *a supply of shoes; an allowance of money for the purchase of shoes,* impensa, quæ in calceis comparandis fit, sicut *vestiarium,* quod in vestes impenditur, *clavarium,* quod in clavos, &c. *Sueton. in Vespas.* c. 8. Classiarii, qui ab Ostia Romam pedibus per vices commeant, petentes constitui aliquid sibi calcearii nomine. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 1. leg. 21. Diariis relictis, neque habitationem, neque vestiarium, neque calcearium deberi, palam est. Adde *Dig.* lib. 2. tit. 15. leg. 8. ¶ Scribitur et *calciarium.* V. *Calceamen.*

[* CALCEARĬUS, a, um, adject. ad calceos pertinens. *Varr. de L. L.* l. 7. c. 30. Quoniam taberna, ubi venit vinum, a vino vinaria, a creta cretaria, ab unguento unguentaria dicitur; ἀναλογικῶς si essent vocabula, ubi caro venit, carnaria; ubi pelles, pellaria; ubi calcei, calcearia dicerentur; non laniena, pellesuina, sutrina. Hinc apparet inusitata *Varronis* tempore fuisse vocabula *carnaria, pellaria, calcearia,* licet ille putet recte dici potuisse; quod tamen ne posterioribus quidem temporibus usurpatum fuit a Scriptoribus Latinis.]

CALCEĀTOR, et Calciator, oris, m. qui calceat. *Inscript.* apud *Gorium de Libertor. columbario,* pag. 131. M. Livius Aug. L. Menophilus calciator. Refertur etiam a *Murator.* pag. 909. n. 12.

CALCEĀTUS, us, m. idem quod calceamentum. *Sueton. in Calig.* c. 52. Vestitu, calceatuque, et cetero habitu neque patrio, neque civili, ac ne virili quidem usus est. *Plin.* l. 8. c. 57. Fasciæ, quibus in calceatu utebatur. *Id.* l. 23. c. 6. Solutus vinculo omni cinctus, et calceatus. *Id.* l. 28. c. 16. Injurias et calceatu sanat ex oleo corii caprini cinis. *Id.* l. 11. c. 45. *in fi.* Cameli in longiore itinere sine calceatu fatiscunt. ¶ Scribitur et *calciatus.* V. *Calceamen.*

CALCEĀTUS, a, um, *having shoes on, shod,* ὑποδηθεὶς, calceis indutus. *Cic. pro Cœl.* c. 26. Homines calceati, et vestiti. *Sueton. in Aug.* c. 78. Ita ut vestitus, calceatusque erat. *Plin.* l. 7. c. 20. Calceatus cothurnis. ¶ Equus *altius calciatus* dicitur a *Pallad. in Mart.* tit. 13. qui altas ungulas habet, (*with high hoofs*) ut est apud *Colum.* l. 6. c. 29. ¶ Jculariter *Plaut. Capt.* 1. 2. 84. parasito tribuit *dentes calceatos,* hoc est munitos, paratos, instructosque ad comedendum: sumpta translatione a viatoribus, qui per scruposas vias ituri, calceis diligentius se muniunt. Dixerat enim Parasito is, qui ad cœnam invitaverat: *Nam meus scruposam victus commeat viam.* Similis est *Ennii* sententia apud *Donat. ad Terent. Phorm.* 2. 2. 25. Quippe sine cura lætus, lautus cum advenis, Insertis malis, expedito brachio, Alacer, celsus, lupino exspectans impetu, Mox dum alterius abligurias bona. Ubi *insertæ malæ* videntur esse clausæ et adstrictæ, dentibus invicem presse insertis, quales esse valde esurientium solent. Sed alii leg. *infertis,* quod quid sit, non facile dixerim. ¶ Scribitur et *calciatus.* V. *Calceamen.*

CALCĔO, as, avi, atum, a. 1. *to put on shoes, to shoe,* ὑποδέω, calceis vestio. *Phædr.* l. 1. fab. 14. v. 16. Cui calceandos nemo commisit pedes. *Plin.* l. 36. c. 5. *ad fin.* Calceare aliquem soccis. *Id.* l. 7. c. 53. Obiere, dum calceantur matutino, duo Cæsares. *Id.* l. 32. c. 9. *ad fin.* Fibrinis pellibus calceari. *Sueton. in Vespas.* c. 23. Calceare mulas. *to shoe. Pallad.* l. 1. tit. 24. Spartea, qua calceantur animalia. *h. e.* solea ex sparto, qua indui boves

solent, cum pedibus laborant, ut *Colum.* l. 6. c. 12. et 15. docet. *Plin.* l. 8. c. 54. Simias visco inungi, laqueisque calceari imitatione venantium tradunt. ¶ Scribitur et *calceo, as.* V. *Calceamen.*

CALCEOLARIUS, ii, m. *a shoemaker,* ὑποδηματοποιὸς, qui calceos conficit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 38. Propolæ, linteones, calceolarii.

CALCEŎLUS, li, m. *a little shoe or sandal,* ὑποδημάτιον, parvus calceus. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 29. Sospita cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis. *C. Memmius* apud *Serv. ad Æn.* 4. v. 261. Syriaci calceoli gemmarum stellati coloribus. *Scribon. Larg. compos.* 208. Calceolorum ligulæ.

CALCES, ampullæ plumbeæ. *Festus.*

CALCEUS, i, m. *a shoe, sandal, slipper,* ὑπόδημα, pedis indumentum, quod fit plerumque ex pellibus animalium, viris feminisque commune, ingenuis tamen. nam servi calceis non utebantur. Videtur esse a *calx, calcis,* quia non pedem tantum, sed et calcaneum vestit, sicut *solea* solum pedis tantummodo. Alii derivant a κᾶλον, lignum, quod olim e ligno calcei fierent. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 29. Calcei viriles, et muliebres. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 30. Si multus erat in calceis pulvis, ex itinere eum venire oportebat. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 54. Calcei habiles, et apti ad pedem. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 31. male laxus In pede calceus hæret. *Id.* l. 1. ep. 10. v. 42. ut calceus olim, Si pede major erit, subvertet; si minor, uret. *Sueton. in Oth.* c. 6. Calceus laxatus. *Id. in Aug.* c. 92. Inducere alicui calceum. *to put shoes upon the feet of.* *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 54. Uti calceis. *Apulei.* l. 7. *Metam.* Indutus calceis. ¶ *Calceos poscere* dicebantur convivæ, cum peracta cœna erant abituri. Nam discumbentes ponebant calceos, ne tricliniares lectos fœdarent. *Plin.* l. 9. ep. 17. Quam multi, cum lector, aut lyristes, aut comœdus inductus est, calceos poscunt! ¶ *Calceos mutare,* hoc est conditionem, statumque mutare. Romani Senatores calceos habebant diversos a communibus, ejusque ordinis peculiares. Hinc. *Cic. Phil.* 13. c. 13. Est etiam Asinius quidam, senator voluntarius, lectus ipse a se. Apertam curiam vidit post Cæsaris mortem: mutavit calceos: pater conscriptus repente factus est. ¶ *Ammian.* l. 14. c. 6. (*al.* 17.) Quidam per ampla spatia urbis, subversasque silices sine periculi metu properantes, equos velut publicos signatis, quod dicitur, calceis agitant, familiarum agmina tanquam prædatorios globos, post terga trahentes. *h. e.* tanquam si essent patricii, et nobilissimi, quorum calcei lunula ex aluta insigniti erant. V. *Luna* in fi. ¶ De universa veterum calceorum ratione eruditum condidit libellum *Benedictus Balduinus. Rubenius* quoque *de re vestiar.* l. 2. de hac eadem re disserit.

CALCHAS, antis, m. Κάλχας, proprium nomen Græci Auguris Thestoris filii, a quo *Thestorides* a Poetis appellatur, qui cum Græcis ad expeditionem Trojæ profectus est: cujus consilio, quoniam divinandi arte plurimum præstabat, multa gesta sunt. Diruta Troja reversus cum Amphilocho Amphiarai filio terrestri itinere Colophonem, cum in luco Apollinis Clarii extra urbem apud fanum in Mopsum præstantissimum Augurem incidisset, artis peritia ab illo superatus, dolore contabuit; quod proposita sibi a Mopso caprifico, ut refert *Hesiodus,* aut ut *Pherecydes* mavult, sue gravida, conjicere non potuisset, quot in illa ficus essent, quotve hæc utero suculas gereret, quod tamen Mopsus sine ullo errore divinavit. *Virg.* 2. *Æn.* v. 182. ita digerit omina Calchas. et vers. 122. vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medios. *Calchanta* accusativus est Græcæ positionis. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 40. Calchantem augurem scribit Homerus longe optimum. ¶ Declinatur etiam *Calchas, æ, ut Priscian.* l. 6. pag. 702. *Putsch.* docet. *Plaut. Men.* 5. 1. 48. Novistin' tu illum? *Me.* novi cum Calcha simul. Idem *Plaut.* et *Pacuv.* apud *Charis.* l. 1. pag. 50. hunc Calchan dixerunt: et *Cn. Gell.* hujus Calchæ. *Priscian. ibid.* addit, in vocativo et *Calchas,* et *Calchan* dici posse. Posset etiam idem casus esse *Calcha* ea ratione, qua *Palla* dictum est a *Virg. Æn.* 10. v. 411. et *Æn.* 11. v. 97. ubi de Pallante Evandri filio loquitur.

CALCHĒDON, V. *Calcedon.*

CALCIARĬUM, } V. *Calcearium,* &c.
CALCIĀTUS, &c. }

CALCIFRĂGA, æ, f. ἔμπετρος, σκολοπένδριον, herba, quam nunc fœniculum marinum, vel marinam cristam vocant, Galli *perce-pierrie,* Angli, ut quidam putant, *ceterach, stone-wort, finger-fern, milt-wort, hart's tongue,* nascens in marinis montibus, fere in saxo, et quo propius mari fuerit, minus salsa est; quo longius, magisque terrena, amarior sentitur, ut est apud *Plin.* l. 27. c. 9. ¶ Nomen habet a frangendis calculis vesicæ, ut *Dioscorides* l. 3. c. 151. docet. *saxifrage.* *Scribon. Larg. compos.* 150. Herba σκολοπένδριον, quam nos calcifragam appellamus. Adde *compos.* 153. utroque autem loco calculosis prodesse tradit.

CALCĬO, as, V. *Calceo.*

CALCIŎPE. V. *Chalciope.*

CALCITRĀTUS, us, m. *a kicking, spurning,* λακτισμὸς, actus calcitrandi. *Plin.* l. 8. c. 44. Mulæ calcitratus inhibetur vini crebriore potu.

CALCĬTRO, as, avi, atum, n. 1. *to kick, spurn, strike with the heels,* λακτίζω, calcibus ferio. *Plin.* l. 30. *c. ult.* Mulas non calcitrare, cum vinum biberint. ¶ Translate *Cic. pro Cal.* c. 15. Illum filium familias patre parco, ac tenaci, habere tuis copiis devinctum non potes: calcitrat, respuit, non putat tua dona esse tanti. ¶ *Calcitrare contra stimulum,* proverb. apud *Ammian.* l. 18. c. 5. (*al.* 9.) de quo V. *in Calx. alcis, the heel.*

CALCĪTRO, onis, m. *a kicker, spurner,* λακτιστὴς, λακτιστικὸς, qui calcibus ferit. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 214. Equum mordacem, calcitronem horridus miles non vitabat. *Plaut. Asin.* 2. 3. 10. Ita hæc morata est janua: extemplo janitorem clamat, procul si videt ire ad sese calcitronem. Adde *Cæl. Sabin.* apud *Gell.* l. 4. c. 2. ¶ In loco *Plauti* dicitur *calcitro,* qui fores ædium calcibus pultat.

CALCITRŌSUS, a, um, *disposed to kick,* λακτιστικὸς, idem qui calcitro. *Colum.* l. 2. c. 2. *ad fin.* Nunquam stimulo lacessat juvencum, quod retrectantem, calcitrosumque eum reddit. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 1. leg. 1. Si equus calcitrosus calce percusserit. Adde lib. 21. tit. 1. leg. 4.

CALCO, as, avi, atum, a. 1. *to tread or trample upon, tread under foot,* πατέω, στείβω, ἐπιστείβω, calce et pede premo. *Ovid. Metam.* 12. v. 390. terraque ferox sua viscera traxit, Tractaque calcavit, calcataque rupit. *Tacit.* 4. *Histor.* c. 81. Alius manu æger, ut pede ac vestigio Cæsaris calcaretur, orabat. *Cato R. R.* c. 112. Calcare uvam in torculario. *Plin.* l. 18. c. 32. Calcare musta. ¶ Nonnunquam ponitur pro ambulare, peragrare, sed fere Poetice. *to tread, walk.* *Horat.* l. 1. od. 28. v. 16. Calcanda semel via lethi. *Petron. in Satyr.* c. 118. Ceteri aut non viderunt viam, aut visam timuerunt calcare. et cap. 122. Hæc ubi calcavit loca Cæsar milite læto, Oravitque locum, &c. *Ovid. Her.* ep. 2. v. 121. Mœsta tamen scopulos, fruticosaque litora calco. *Id.* 3. *Trist.* eleg. 10. v. 39. durum calcavimus æquor. *scil.* glacie concretum. *Claudian. de VI. consul. Honor.* v. 515. patulum prospectans Narnia campum Regali calcatur equo. ¶ *Calcare* dicitur gallus gallinam iniens. *to tread.* *Colum.* l. 8. c. 5. *ad fi.* Quæ velut mares cantare, atque etiam calcare cœperunt. [Sunt qui putent hic *calcare* poni pro pedibus scalpere, quemadmodum sæpe solent gallinæ more gallorum, ita etiam accepit *doct. Del-Bene,* qui locum *Columellæ* vertit Italice *scalpitare* (*to scratch.*)] ¶ Pro habitare, V. *Calcatus.* ¶ Sæpe est inculcare, calcando immittere, arcte infarcire, et implere. *Cato R. R. c.* 117. Calcare oleas in orculam manibus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 35. Calcare tomentum in culcita. *Virg.* 2. *Georg.* v. 243. Huc ager ille malus, dulcesque a fontibus undæ Ad plenum calcentur. *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 542. Calcare alicui clypeum in pectora. ¶ Item proculcare, deprimere, contemnere, nihili ducere. *to trample under foot, tread contemptuously upon, spurn, contemn, despise, abuse.* *Propert.* l. 2. eleg. 7. v. 82. Insultetque rogis, calcet et ossa mea. *Justin. in fi.* l. 12. Cum nullo hostium unquam congressus est, quem non vicerit; nullam gentem adiit, quam non calcaverit. *Ovid.* l. 3. *Amor.* eleg. 11. v. 5. Vicimus, et dominum pedibus calcamus amorem. *Auct. paneg. ad Pison.* v. 107. non humilem calcat fastosa clientem. *Quintil.* l. 5. c. 13. *ante med.* Simulatio hucusque procedit, ut quæ dicendo refutare non possumus, quasi fastidiendo calcemus. *Id.* (seu quicunque alius auctor est) declam. 321. Calcare patientiam alicujus. V. *Calcatus.*

CALCULARĬUS, a, um, adject. ad calculos pertinens. *Modestin. Dig.* lib. 50. tit. 8. leg. 8. Calcularii erroris retractatio etiam post decennii tempora admittetur. *h. e. an error in calculating.*

CALCULATĬO, onis, f. *the disease called the stone,* λιθίασις, calculorum generatio in vesica. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 5. c. 4. In vesica speciales plurimæ passiones eveniunt, tumor, collectio, debilitas, paralysis, calculatio. ¶ Item computatio, *a calculation, computation.* *Cassiod.* l. 1. *Variar.* epist. 10. Crescit nova conditione, per se redeundo, addita sibi semper ipsa calculatio. Adde *Venant. Fortun.* l. 5. ep. 6. *ad Syagrium.*

CALCULĀTOR, oris, m. *a calculator, computist, accomptant,* λογιστὴς, qui rationes conficit. *Martial.* l. 10. epigr. 62. Nec calculator, nec notarius velox. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 1. leg. 7. Si forte vel librarius, vel nomenclator, vel calculator sit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 376. n. 7. P. Cæciiius Epaphroditus VI. Vir Aug. calculator. [¶ Sed in assignanda vocis hujus significatione errarunt Grammatici omnes, eosque secuti Lexicographi, nam *calculator* non is tantum erat, quem *ratiocinatorem* appellabant veteres, sed is etiam, qui pueros litteras docebat, quod neque a Grammaticis, neque a Lexicorum scriptoribus animadversum est. *Isidor. Orig.* l. 1. c. 3. Primordia, inquit, artis grammaticæ litteræ communes existunt, quas librarii et calculatores sequuntur, quorum disciplina velut quædam artis grammaticæ infantia est. *Morcellus* autem *de stil. Inscript. Latin.* pag. 527., opinatur singulis in calculis litteras singulas pueris fuisse propositas, quas multis modis componerent, ut iis syllabas et verba conficerent. Hac vero significatione admissa, multo melius cohærent allata supra *Ulpiani* verba.]

CALCULENSIS, se, adject. *Plin.* l. 9. c. 37. Purpuræ genera plura: lutense putri limo, et algense nutritum alga, vilissimum utrumque: melius tæniense in tæniis maris collectum: calculense appellatur a calculo maris, mire aptum conchyliis. Ita *Harduin.*

CALCŬLO. onis, m. idem qui calculator. *Augustin.* l. 2. *de Ordine,* c. 12. Quibus duobus repertis nata est illa librariorum et calculonum professio. Adde *Ruf. Fest. initio Breviar.* ubi tamen plerique alii leg. *calculator.*

CALCŬLO, as, a. 1. *to calculate, compute, reckon,* λογίζω, ψηφίζομαι, calculum pono, rationem ineo. *Prudent. peristeph.* 3. *de S. Lauren.* v. 131. Nam calculanda est primitus, Tum subnotanda est summula. ¶ Translate *Sidon. in concione post* ep. 9. l. 7. Solam clericatus diuturnitatem pro meritis autumant calculandam.

CALCULŌSUS, a, um, *full of pebbles or gravel, gravelly,* λιθώδης, calculis abundans. *Plin.* l. 35. c. 14. Lateres non sunt e sabuloso, neque arenoso, multoque minus calculoso ducendi solo. *Colum. l. de arborib.* c. 21. Ficus loca aprica, calculosa, glareosa, interdum et saxosa amat. ¶ Item calculis vesicæ laborans, *one labouring under a nephritic complaint, afflicted with the gravel or stone,* λιθιῶν. *Cels.* l. 7. c. 26. n. 2. Adhibere curationem calculosis. *Plin.* l. 28. c. 4. Ejectus lapillus calculoso, alligatusque supra pubem, levare ceteros dicitur. Adde *Scribon. Larg. compos.* 150. et 153.

CALCŬLUS, li, m. *a pebble, small stone, particle of sand or gravel,* λιθίδιον, κόχλαξ, ψῆφος, lapillus, ita dictus per deminutionem a *calx, calcis,* qua lapidem significat, ut *Fest.* in voce *Cancri* docet. *Serv. ad Virg.* l. 2. *Georg.* v. 180, et *Isid.* l. 16. *Orig.* c. 3. tradunt *calculum* esse lapillum terræ admixtum, atque ita appellari, quod sine molestia calcetur. *Cic.* l. 1. *de Orat. c. pænult.* Demosthenes conjectis in os calculis, summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat. *Virg.* 2. *Georg.* v. 18. Tenuis ubi argilla, et dumosis calculus arvis. *Vitruv.* l. 7. c. 2. Si ad asciam offenderint calculi, calx non erit temperata. *Plin.* l. 28. c. 9. Calculi marini. *h. e.* qui in fundo maris sunt. *Id.* l. 4. c. 8. Peneus amnis viridis calculo. *h. e.* virides calculos in fundo habens. *Id.* l. 7. c. 40. Calculi candore laudatus dies. *Plin. ibid.* narrat, morem fuisse Thraciæ gentis, ut calculos colore distinctos pro experimento cujusque diei, qui dies felix cuique isset, vel infelix, in urnam condere, ac supremo die separatos dinumerare, ad dignoscendum, utri frequentiores fuissent; atque ita de quoque pronuntiare, felixne, an infelix jure dici posset. Quo pertinent loca *Martial.* l. 12. epigr. 34. et lib. 9. epigr. 53. item *Plin. junior.* l. 6. ep. 11. et *Persii* sat. 2. v. 1. &c. ¶ Dicitur etiam de lapillo, qui in renibus, et vesica gigni solet, *a calculus found in the kidneys; stone generated in the bladder.* λιθίασις. *Cels.* l. 7. c. 26. Urina non redditur, quia calculus intus se opposuit. V. ibi plura. *Plin.* l. 21. c. 27. Calculorum valetudo. *Id.* l. 20. c. 21. Curare calculos. et cap. 22. discutere. et cap. 4. comminuere, et ejicere. *Id.* l. 20. c. 22. et lib. 21. c. 18. ciere, movere. *Id.* l. 20. c. 10. exturbare. *Id.* l. 22. c. 21. pellere, et frangere. *Id.* l. 23. c. 8. rumpere. ¶ Sunt etiam calculi lusorii, nempe iidem, qui *latrunculi,* et *latrones,* Græce κύνες: ludus valde similis ei, quem Angli dicunt *chess,* aut *draughts.* Dicti sunt *calculi,* quia primum lapillis ad id ludi genus usi sunt: deinde ex alia materia fecere, sed frequentissime e vitro, aliquando etiam ex ebore, auro, argento. Triginta, vel triginta duo erant, bicolores, fere autem quindecim albi, ac totidem nigri, vel rubei: disponebantur in tabula lusoria hinc atque inde in duas turmas divisi, suisque regionibus, lineisque conclusi, movebanturque multa arte, ne circumvenire alter alterum posset. Si qui calculus incomitatus a duobus aliis discoloribus circumveniretur, vinci dicebatur, et *capi:* si duo simul contra leges ludi moti loco fuissent, *capi* quidem ab uno adversario non poterant, sed *ligari,* hoc est ita concludi, ut exire loco non amplius possent, fierentque lusori inutiles, dicebanturque *calculi inciti:* ex quo natum proverb. ad *incitas redigi.* V. *Incitus.* *Isid.* l. 18. *Orig.* c. 63. tres calculorum species enumerat: alios *ordinarios,* qui certo ordine, et lege movebantur: alios *vagos,* qui vage, et liberius: alios *incitos,* quos modo diximus. Universam tractandorum calculorum rationem ita describit *Auct. paneg. ad Pison.* (quem quidam *Lucan.* putant) v. 180. Callidiore modo tabula variatur aperta Calculus, et vitreo peraguntur milite bella, Ut niveus nigros, nunc et niger alliget albos. et vers. 185. Mille modis acies tua dimicat: ille petentem Dum fugit, ipse rapit: longo venit ille recessu, Qui stetit in speculis: hic se committere rixæ Audet, et in prædam venientem decipit hostem. Ancipites subit ille moras, similisque ligato Obligat ipse duos: hic ad majora movetur, Ut citus, et fracta prorumpat in agmina mandra, &c. Hujus ludi victoria in eo sita erat ut alter alterum calculis omnibus spoliaret, uno excepto, quem regem appellabant. Hic enim nunquam capiebatur, sed ad incitas redigebatur. Cetera turba *milites* dicebantur: vel ut alii volunt, erant utrinque duo centuriones, duo equites, octo pedites, et duo satellites. Addunt etiam alii duas regimas: sed harum appellationum nullum fortasse testimonium apud idoneos scriptores invenies, qui omnes

calculos generatim *milites* vocant, ut dictum est. Totus enim hic ludus imago fuit militaris aciei, quem propterea illi potissimum callere solebant, qui in re bellica versabantur. Qui superior discedebat, imperator exisse dicebatur: cujus rei testimonium habetur apud *Vopisc. in Procul.* c. 13. ¶ Sunt qui putant, calculorum ludum a latrunculis distinctum esse, inter quos est *Casaubon. ad Vopisc. loc. cit.* Sed unam eandemque rem esse pluribus probat *Salmas. ibid.* et confirmant exempla, quæ subjicimus, ab ipso etiam *Salmas.* allata. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 207. Sive latrocinii sub imagine calculus ibit: Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus. et lib. 3. v. 357. Cautaque non stulte latronum prœlia ludat, Unus cum gemino calculus hoste perit. *Martial.* l. 14. epigr. 20. cui titulus *Calculi.* Insidiosorum si ludis bella latronum, Gemmeus iste tibi miles et hostis erit. ¶ Translate *Cic. Attic.* l. 8. ep. 12. Nunc saltem ad illos calculos revertamur, quos tum abjecimus, ut non solum gloriosis consiliis utamur, sed etiam salubribus. ¶ Præterea quoniam lapillis (*pebbles, counters*) rationes inire mos olim fuit, eorumque adjectione, aut detractione aliquid numerare, *calculus* ponitur pro supputatione, *a calculating, computing, reckoning*, λογισμός. *Quintil.* l. 7. c. 4. In tutelæ judicio solet quæri, an alia de re, quam de calculis cognosci oporteat. *Cic. de Amic.* c. 16. et *Liv.* l. 5. c. 4. Vocare aliquid ad calculum, ut par sit ratio acceptorum et datorum. *to make an estimate or account of.* Sic *Valer. Max.* l. 4. c. 7. n. 1. Revocare aliquid ad calculos. *Petron. in Satyr.* c. 115. *Plin. in paneg.* c. 20. et *Colum.* l. 3. c. 3. Ponere calculum cum aliquo. *to cast up an account; reckon.* *Cic.* 2. *de Fin.* c. 19. Subducere calculum. *eodem sensu.* Sic *Colum.* l. 5. c. 1. Imposito calculo rationem computare. *Capitolin. in Pertin.* c. 1. Puer litteris elementariis, et calculo imbutus. *Paul. Dig.* lib. 4. tit. 3. leg. 29. Calculi ratione convenire aliquem. *Ulpian.* lib. 3. tit. 2. leg. 6. Calculum judicio dirimere. *Macer.* l. 49. tit. 8. leg. 1. Error calculi. *an error in reckoning.* ¶ Translate *Plin.* l. 1. ep. 14. *ad fin.* Hic quoque in conditionibus deligendis ponendus est calculus. *here too a calculation must be made.* *Id.* l. 2. ep. 19. *ad fin.* Omnes, quos ego movi, in utraque parte calculos pone. *h. e.* omnia rationum momenta, quæ ego proposui, perpende, et veluti rationem ini. *Id.* l. 5. ep. 2. Accepi pulcherrimos turdos, cum quibus parem calculum ponere non possum. *h. e.* par pari referre, et quasi parem rationem adscribere. ¶ Item quia lapillis vel nigris, vel albis in urnam conjectis suffragium, aut sententiam ferebant veteres, sumitur *calculus* pro sententia, aut suffragio, *a vote, sentence, decision, suffrage*, ψῆφος. *Ovid. Metam.* 15. v. 41. Mos erat antiquus, niveis, atrisque lapillis, His damnare reos, illis absolvere culpæ. Nunc quoque sic lata est sententia tristis; et omnis Calculus immitem demittitur ater in urnam. *Quintil.* l. 8. c. 3. *sub init.* Causæ paucorum calculorum. *h. e.* paucorum judicum. *Justinian.* lib. 3. *Cod.* tit. 1. leg. 12. Judicialis calculus. *Impp. Dioclet.* et *Maxim.* lib. 7. *Cod.* tit. 62. leg. 10. Deteriorem calculum reportare. *h. e.* adversam sententiam. *Apulei.* l. 7. *Metam.* Calculis omnibus ducatum alicui deferre. *without one dissentient vote.* ¶ Translate *Plin.* l. 1. ep. 2. Si modo tu fortasse errori nostro album calculum adjeceris. *h. e.* approbaveris. [¶ Est etiam nomen ponderis. *Auct. de ponder.* apud *Goes. Agrar.* pag. 322. Ponderum pars minima calculus est, qui constat ex granis siceris duobus, et apud quosdam siliqua pensante, quæ tribus granis hordei declaratur in pondere. Duo calculi ceratium faciunt. Quatuor calculi, sive duo ceratia, obolum reddunt.]

CALDA, æ, f. V. *Caldus.*

CALDAMENTUM, i, fomentum calidum. *Marcell. Empir.* c. 5. Caldamentis adhibitis sopiri.

CALDARĬA, V. *Caldarius.*

CALDARIŎLA æ, f. parva caldaria, parvum vas ad aquam calefaciendam, vel ad alium similem usum. Legitur apud *Vet. Scholiast. Juvenal.* ad illud sat. 5. v. 47. Siccabis calicem nasorum quatuor, ac jam Quassatum, &c.

CALDARĬUM, V. *Caldarius.*

CALDARĬUS, et Calidarius, a, um, ad calefaciendum, vel calescendum pertinens. *Caldaria cella* in balneis erat, in qua aqua calida lavabant; cui annexa erat *tepidaria*, inde *frigidaria.* Anglice, *a hot-bath, warm-bath*, dici potest: *Plin.* l. 5. ep. 6. Frigidariæ cellæ connectitur media, cui sol benignissime præsto est, caldariæ magis. ¶ *Calidaria maltha* est qua in caldaria balnei cella utebantur, si quando ejus parietes scinderentur: sicut *frigidaria*, qua utebantur in cella frigidaria. Utriusque meminit *Pallad.* l. 1. tit. 41. ubi earum conficiendarum rationem tradit. ¶ *Caldaria cella* dicitur etiam *caldarium*, et *calidarium ii*, et *caldaria, æ*, absolute. *Vitruv.* l. 5. c. 10. Ipsa autem caldaria, tepidariaque lumen habeant ab Occidente hyberno. *Senec.* ep. 86. Diem in caldarium latis specularibus admittere. *Cels.* l. 1. c. 4. Si in balneum venit, in tepidario insudare, tum transire in calidarium. *Marcell. Empir.* c. 25. Deinde ad balneum ducas, et cum sudaverit, diutissime compellas in tosta caldaria commorari. ¶ Etiam vas, in quo aqua in balneis calefit, *caldarium* dicitur (subaudi *ahenum*, vel *vas*) *a caldron.* *Vitruv. ibid.* ¶ Hoc idem etiam *caldaria, æ* appellatur. *Apulei. de herb.* c. 59. Herbæ radices in caldaria decoquere. ¶ Apud *Plin.* l. 34. c. 8. *ad fin.* dicitur *caldarium æs*, quod tantum funditur, sed malleis duci non potest: cui contrarium est *regulare*, quod et funditur, et in regulas malleo ducitur.

[* CALDĬUS pro CLAUDIUS joculariter dictus est imperator Tiberius Claudius Nero, non a portu caldæ, sed quod mero frequenter incalesceret, et caldus potator esset. *Sueton. in Tib.* c. 42. In castris, tiro etiam tum, propter nimiam vini aviditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero vocabatur.]

CALDOR, oris, m. *heat, warmth*, θέρμη, calor. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 55. Olea lecta, si nimium diu fuit in acervis, caldore fracescit, et oleum fœtidum fit. *Id.* l. 3. c. 9. Evitare caldorem, et frigus. *Gell.* l. 17. c. 8. Vinum semina quædam caldoris in se se habet. *Arnob.* l. 7. pag. 240. Lavacuorum se refovere caldoribus.

CALDUS, a, um, *hot, warm*, θερμός, adject. per syncopen a *calidus*, idemque omnino significans. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 22. in testu caldo coquere. et cap. 27. Caldam pultem apponere. *Id.* l. 3. *R. R.* c. 2. Sol caldus. *Martial.* l. 2. epigr. 28. Calda bucca. *Id.* l. 8. epigr. 67. Aqua calda. Adde *Senec.* ep. 86. ¶ *Calda æ*, absolute est aqua calida. *hot or warm water.* *Senec.* ep. 83. In frigidam descendi: hoc apud me vocatur parum calda. *Plin.* l. 23. c. 4. Oleum cicinum bibitur cum pari caldæ mensura. *Colum.* l. 6. c. 13. et 30. Fovere os calda. *Martial.* l. 1. epigr. 12. Jam defecisset portantes calda ministros. Adde *Valer. Max.* l. 2. c. 4. n. 5. ¶ Negare videtur *Varro* l. 7. *L. L.* c. 39. *caldius*, et *caldissimum* in usu esse: nihilominus. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 53. Caldior est? acres inter numeretur. *h. e.* ad irascendum pronior, translate. Hoc sensu nos quoque dicimus *a hot-headed man.* Sic *Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 9. Ut si dicamus, idcirco aliquem Caldum vocari, quod temerario, et repentino consilio sit. ¶ *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) narrat, solitum fuisse Augustum reprehendere in C. Cæsare, quod *calidum* dicere, quam *caldum* mallet, non quia illud Latinum non esset, sed quia odiosum, et ut ipse Græco verbo significabat, περίεργον, h. e. nimis exquisite et curiose dictum. Porro *odiosum* appellasse videtur, quia valde proximum voci *callidus*, quod fere in malam partem usurpari solet. Ex hoc intelligimus, Augusti ævo *caldum* pro *calidum* usitatissimum fuisse. ¶ Fuit cognomen Romanum in gente Cœlia, ut C. Cœlius Caldus, apud *Cicer.* l. 2. *Famil. epist. ult.* et in numis apud *Patin. de Famil. Rom.* pag. 79.

CALECANDUS } V. *Calicata.*
CALECATUS }

CALEDONĬA, æ, f, Καληδονία, regio Britanniæ, in media fere parte regni Scotiæ, ubi Caledonii populi. *Tacit. in Agric.* c. 10. *Plin.* l. 4. c. 16. *Solin.* c. 22. (*al.* 35.) ¶ In ea regione ingens silva fuit, horrore saltuum, ferarumque immanitate terribilis. V. *Caledonius, a, um.* ¶ Scribitur et *Calidonia.*

CALEDŎNES, um, populi Caledoniæ. *Eumen. in paneg. ad Constantin.* c. 7. Non dico Caledonum, aliorumque Pictorum silvas et paludes, sed nec Hiberniam proximam, &c. ¶ Scribitur et *Calidones.*

CALEDONĬCUS, a, um, Caledonius. *Solin.* c. 22. (*al.* 35.) Caledonicus angulus. ¶ Scribitur et *Calidonicus.*

CALEDONĬUS, a, um, Καληδόνιος, ad Caledoniam pertinens. *Flor.* l. 1. c. 17. Caledonius saltus. Et l. 3. c. 10. Caledoniæ silvæ. *Martial. de spectac.* epigr. 7. Nuda Caledonio sic pectora præbuit urso. *Id.* l. 10. epigr. 44. et *Lucan.* l. 6. v. 68. Britanni Caledonii. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 8. Caledonius Oceanus. ¶ Scribitur et *Calidonius*: sed *Calydonius* per *y* V. infra suo loco.

CALEFACĬO, *et per syncop.* Calfacio, is, eci, actum, a. 3. *to make hot or warm; to heat, warm*, θερμαίνω, calidum facio. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 60. Ad calefaciendum corpus igni adhibito. Al. leg. *calfaciendum.* *Lucret.* l. 6. v. 687. calefecitque omnia circum. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 698. calfacit igne focum. *Gell. in fi.* l. 13. Vinum quod neque refrigerat, neque calefacit. *Augustus* apud *Sueton. in ejus vita* cap. 71. Lusimus per omnes dies, forumque aleatorium calfecimus. ¶ Translate *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 2. Eodem die Gabinium ad populum luculenter calefecerat Memmius. *h. e.* vehementer accusando exagitaverat. *Id. Fam.* 16. ep. 18. Iste nos tanta impensa derideat? calface hominem. *h. e.* commove, hortare, accende. Adde *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 6. ¶ *Calefacior* passivum. *Vitruv.* l. 5. c. 10. Testudines alveorum ex communi hypocausi calefacientur. *Id.* l. 4. c. 7. simili ratione *concalefaciuntur* dixit. Sed non est imitandus. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) tradit *calfacio* suo quoque tempore usitatius fuisse, quam *calefacio.*

CALEFACTIO, onis, f. *a heating or warming*, θέρμανσις, calefaciendi actus. *Hermogenian. Dig.* lib. 50. tit. 4. leg. 1. Calefactiones thermarum. *Arcad. ibid.* leg. 18. Calefactio publici balnei.

CALEFACTO, as, avi, atum, a. 1. *to heat or warm frequently*, θερμαίνω, idem quod *calefacio*: sed quia frequentativum est, majorem quandam vim habet. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 169. lignis calefactat ahenum. *Plaut. Rud.* 2. 3. 80. Calefactare aquam. *Gell.* l. 17. c. 8. Oleum vim in corporibus calefactandis habet. ¶ Festive *Plaut. Cas.* 2. 6. 48. Ipse actutum virgis calefactabere.

CALEFACTORĬUS, a, um, calefaciendi vim habens. Usurpant *Plin. Valerian.* l. 1. c. 38. et *Theodor. Priscian. de diæta*, cap. 10.

CALEFACTUS, *et per syncop.* Calfactus, us, m. *a heating, warming*, calefactio, θέρμανσις. *Plin.* l. 29. c. 3. Calfactu fovere. *Lactant. de Opific. Dei*, cap. 14. Jecur cibos concoquit amplexu, et calefactu suo. ¶ Extra ablativum casum nondum exempla vidimus.

CALEFACTUS, *et per syncop.* Calfactus, a, um, *heated, warmed, made hot or warm*, θερμανθείς, calidus factus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 29. Calamistris calefactis in cinere capillus ornatur. *Virg.* 12. *Æn.* v. 65. cui plurimus ignem Subjecit rubor, et calefacta per ora cucurrit. ¶ Translate *Id. ibid.* v. 269. Turbati cunei, calefactaque corda tumultu. *h. e.* commota, accensa. *Ovid. in Ibin*, v. 47. petit primo plenum flaventis arenæ Nondum calfacti velitis hasta solum. *h. e.* nondum accensi in pugnam. *Claudian. de B. Gild.* v. 182. Ut vino calefacta Venus.

CALEFĪO, is, passiv. anom. *to grow hot, become warm*, θερμαίνομαι, calidus fio. *Cic.* l. 2. *ad Attic.* ep. 3. *in fi.* Balineum calefieri jubebo. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 12. Fauces calefiunt, et arteriæ complentur. ¶ *Calfio* per syncop. est apud *Charis.* l. 3. pag. 220. *Putsch.*

CALENDÆ, arum, f. *the first day of the month, the calends*, νεομηνία, et νουμηνία, primus dies cujusque mensis, a καλεῖν, vocare, a quo *calo, as*, factum est. Primis enim Reipublicæ temporibus, antequam Fasti vulgarentur, solebat minor pontifex populum calare, seu convocare in Curiam Calabram, ibique re divina facta pronuntiare inter alia, quot numero dies a primo ad nonas superessent, quinque ne, an septem. Qua in re utebatur his verbis (apud *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 4. ex emendatione *Scalig.*) *Quinque dies te calo, Juno novella: Septem dies te calo, Juno novella.* *h. e.* hoc mense per quinque vel septem dies invoco te, Juno novella. (V. *Calo.*) Primi enim cujusque mensis dies Junoni sacri erant, ut docent *Ovid.* 1. *Fast.* v. 55. et *Macrob.* l. 1. *Satur.* c. 15. ubi plura de hac re. Hinc factum est, ut primus mensis dies *calendæ* appellarentur. Conscriptis postea Fastis, et calendario constituto, cessatum est a populi calatione, mansit tamen *calendarum* vocabulum. *Varr. loc. cit.* Primi dies mensium nominati calendæ ab eo, quod his diebus calentur ejus mensis nonæ a pontificibus. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 17. Rogat magnopere, ut sim calendis in Senatu. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 4. Hæc scripsi a. d. IX. calend. Novemb. *h. e.* die vigesima quarta Octobris. (De hac loquendi ratione tum in hac voce, tum in illi cognatis per totum mensem, Grammaticos consule.) *Id. Attic.* l. 3. ep. 17. Ex ante diem non. Jun. usque ad pridie cal. Sept. *h. e.* usque ad diem ultimum Augusti. *Cato R. R.* c. 149. Pabulum frui occipito ex calend. Septembribus. *on the first of September.* *Solin.* c. 1. (*al.* 2.) Ante diem duodecimum calendarum Januariarum. ¶ Per synecdochen *Calendæ* sunt menses. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 99. Nec totidem veteres, quot nunc, habuere calendas. ¶ Dicuntur etiam *Calendæ primæ, secundæ, tertiæ*, &c. hoc est primus, secundus, tertius mensis. *Cato R. R.* c. 147. Locus vinis ad cal. Octobr. primas dabitur: si non ante ea exportaveris, dominus vino, quod volet, faciet. *on the first of next October.* (Adde cap. 148.) *Martial.* l. 1. epigr. 100. Atque intra, puto, septimas calendas Mortes hoc tibi quatuor dederunt. *within seven months.* *Id.* l. 10. epigr. 75. Transierant binæ forsan, trinæve calendæ. *two or three months.* *Paul. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 46. Centesimis calendis dari utiliter stipulamur. ¶ Sic dicimus *calendis proximis, sequentibus, futuris*, eod. sensu. *Ulpian. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 13. et 41. et *Paul.* lib. 12. tit. 1. leg. 40. ¶ Apud *Ovid.* 6. *Fast.* v. 180. *sextæ calendæ* est primus dies mensis Junii, qui est sextus anni, si a Januario incipias. ¶ Quærit *Gell.* l. 12. 13. quid significet *intra calendas*, num ante calendas, an vero in ipsis calendis: respondetque ex recepta vulgi consuetudine idem esse ac *ante calendas*, sed si verborum vim spectes, significare etiam *in ipsis calendis.* Lege integrum illud cap. ¶ *Calendæ* propriæ sunt Latinorum: neque enim Græci hac appellatione, quamvis origine Græca sit, sed alia utuntur ad denotandum primum mensis diem. Hinc *Calendas Ausonias* vocat. *Ovid.* l. 1. *Fast.* v. 55. Hinc etiam de iis, qui debita nunquam soluturi sunt, proverbio dicitur, *ad calendas Græcas* soluturos; quo sæpe usum Augustum, *Sueton.* narrat *in ejus vita* c. 87. *at latter Lammas; never.* ¶ *Calendis* cujusque mensis solebant creditores usurarum solutionem a debitoribus exigere. Feneratores enim calendis pecuniam fenori dare, et calendarum diem pro solutione definire solebant. *Horat. Epod.* 2. *in fi.* fenerator Alphius Omnem relegit Idibus pecuniam: Quærit calendis ponere. *Id.* l. 1. sat. 3. v. 87. cum tristes misero venere calendæ, Mercedem aut nummos unde unde extricat. *Ovid. de remed. Amor.* v. 561. Qui puteal, Janumque timet, celeresque calendas. ¶ *Calendæ Martiæ* solemnes erant matronis Romanis. In iis enim matronalia celebrabant (de quibus *Ovid.* 3. *Fast.* v. 170. *et sequentib.*) et munera invicem missitabant, et a viris accipiebant, servis cœnas ponebant, similiaque iis faciebant, quæ viri Saturnalibus, ut *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. *Solin.* c. 1. (*al.* 3.) docent. *Festus* scribit, Martias calendas a matro-

nis celebratus, quod eo die Junonis Lucinæ ædes coli cœpta sit. Alii, in memoriam diremti prælii inter Romanos, et Sabinas fœminarum interventu: alii in honorem Iliæ, quæ ex Marte Romulum, Remumque peperit. *Juvenal.* sat. 9. v. 53. Munera fœminea tractas secreta calendis. Adde *Sueton. in Vespas.* c. 19. *Martial.* l. 5. epigr. 85. et *Paul. Dig.* lib. 24. tit. 1. leg. 31. ¶ Ex illo *Horatii* l. 3. od. 8. Martiis cœlebs quid agam calendis, Quid velint flores, et acerra thuris, &c. colligimus non solum a matronis, sed etiam a maritis eum diem sacrum solemnemque habitum fuisse. *Horatius* autem, qui cælebs erat, peculiarem privatamque habuit causam diis supplicandi, quam ibi affert. ¶ Neque mariti solum, verum etiam amantes, uti docet *Tibull.* l. 3. eleg. 1. et dona mittebant puellis suis. ¶ Sæpissime scribitur per K Græcum. V. in *Calo, as.*

CALENDARIS, re, *relating to the calends, or first day of the month*, ad calendas pertinens. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 14. Ut idus omnes Jovi, ita omnes calendas Junoni tributas, et Varronis, et pontificalis affirmat auctoritas: quod etiam Laurentes patriis religionibus servant; qui et cognomen deæ ex ceremoniis addiderunt, Calendarem Junonem vocantes. ¶ *Calendaris curator* est, qui calendarii curam habet: de quo V. in voce sequenti. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 440. n. 6. M. Mucerio M. F. Pal. Quinto Severo . . . . curatori calendar. pecuniæ &c. *Alia* pag. 446. n. 7. P. Otacilio L. F. Pal. Rufo Curatori Kalendari R. P. Æclanensium electo a D. Pio, Patrono Municipi. ob eximiam munificentiam ejus Ordo Dec. pecunia publica ponendum cens. Utroq. loco *curatori calendarii* legi potest. ¶ Horum curatorum collegia etiam fuere. *Inscript.* alia apud *Gruter.* pag. 478. n. 9. L. Val. L. Fil. Gal. Faventino II. Virali. qui annona frumentaria empta plebem adjuvit, et ob alia merita ejus Collegia Kalendarium, et Iduaria duo Civi gratissimo posuerunt. ¶ Sæpe scribitur *Kalendaris.* V. *Calo, as.*

CALENDARĬUM, ii, a *calendar, almanac*, ἡμερολόγιον, liber in quo anni, mensium, ac dierum, ac Lunarium mutationum ratio perscribitur. Veteris Calendarii specimen non unum exstat apud *Gruter.* pag. 133. *et sequentib.* et apud *Manut. de dier. veter. ratione*, ubi ejus notas explicat. ¶ Latini sæpius hoc nomine appellant librum, in quo feneratores prescribebant nomina eorum, quibus pecuniam fenori dederant, et pensionis solvendæ quantitatem: quoniam calendis pecunia fenebris collocari solebat, et calendis itidem, vel idibus ejus usura solvi, ut in *Calendæ* dictum est, *a book of accounts, or debt-book; a book in which was registered an account of the interest on money, which was paid on the calends of each month.* *Senec.* l. 7. *de Benefic.* c. 10. Quid fenus, et calendarium, et usura, nisi humanæ cupiditatis extra naturam quæsita nomina? *Id.* ep. 87. Divitem illum putas, quia in omnibus provinciis arat, quia magnus calendarii liber volvitur. *Id.* ep. 14. *in fi.* Versare calendarium. *Id.* l. 1. *de Benef.* c. 2. Nemo beneficia in calendario scribit. *African. Dig.* lib. 12. tit. 1. *leg. pænult.* Præponere aliquem calendario. *Imp. Constantin.* lib. 12. *Cod. Thedos.* tit. 11. leg. 1. Calendario alicujus obnoxium esse. *Scævola Dig.* lib. 15. tit. 1. *leg. ult.* Debitorem esse alicui ex ratione calendarii. *Id.* lib. 40. tit. 7. leg. 40. Inferre aliquid calendario. *Papinian.* lib. 26. tit. 7. leg. 38. Convertere pecuniam in calendarium. *h. e.* fenori ponere. *African.* lib. 32. leg. 62. Pecuniæ Calendario, id est nominibus faciendis destinatæ. *Scævola* lib. 32. leg. 39. Exercere calendarium. *h. e.* usuras factitare. *Id. ibid.* leg. 33. Prælegare alicui calendaria. *h. e.* ipsam pecuniam fenori positam: quo sensu usurpatur ab *eod. Scævola* lib. 33. tit. 2. leg. 37. et tit. 7. leg. 6. [¶ Translate *Tertullian. de habitu mulier.* c. 9. *ad fin.* Graciles aurium cutes calendarium expendunt. *h. e.* universum domus censum quasi in extima auricula appendunt, circumferunt.] ¶ In coloniis, et municipiis *curatores calendarii* dicebantur, qui curam habebant tabularum, in quibus perscribebantur nomina eorum, qui pecuniam fenebrem a civitatibus acceperant, et usuras solvebant. Hi successisse videntur proquæstoribus coloniarum, quibus cura fuit et pecuniam publicam et tabulas custodire, in quibus reditus, et expensæ coloniæ descriptæ erant. Valde enim simile, et fortasse etiam idem fuit hujusmodi curatorum officium. Horum mentio fit in *Vet. Inscript.* apud *Noris. in Cenotaph. Pis.* dissertat. 1. c. 3. item *Gruter.* pag. 444. n. 5. et pag. 441. n. 5. et pag. 1029. n. 7. et 1091. n. 7. et alibi. Exstat præterea de his titulus in *Cod. Theodos. loc. cit.* ¶ Fuit etiam inter Officia domus Augustæ. *Vet. Inscript.* apud *Murator.* pag. 889. n. 8. Aurelius Hermas Aug. Lib. Proc. K. &c. *Alia ibid.* pag. 928. n. 16. Julius Cypsus Aug. Ser. A Cal. ¶ Hujusmodi curatores appellati sunt *Calendares.* V. vocem præced. ¶ Sæpissime scribitur *Kalendarium.* V. *Calo, as.*

CALENS, entis, *warm*, nom. ex particip. *Horat.* l. 2. od. 16. v. 18. Terræ sole calentes. ¶ Translate *Id. Epod.* 11. v. 13. Calens mero. *heated. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 571. Pueri ætate, et amore calentes. *Liv.* l. 25. c. 39. Romani calentes adhuc ab recenti pugna, ferocesque victoria. Ἑλληνισμὸς est illud *Prudent.* 2. *contra Symmach.* v. 8. sub imagine avita Eductos exempla domi congesta calentes Orator catus instigat.

CALĒNUM, i, n. [† hod.] *Calvi*, oppidum Campaniæ, cujus ager laudatissima vina tulit, a Latinis scriptoribus sæpe celebrata. *Plin.* l. 3. c. 5. Bovillæ, Calatiæ, Casinum, Calenum. ¶ Appellatur etiam *Cales, ium*, plurali numero. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 35. Lanuvium, Ariciam, Tusculum cum Calibus, Teano, Neapoli. *Id. Phil.* 12. c. 11. *ad fin.* Inter Cales, et Teanum. ¶ In sing. num. *Sil.* l. 12. v. 525. Threiciamque Calen, vestras a nomine nati, Orithyia, domos. *Threiciam* dicit, quia ejus conditor fingitur fuisse Calais filius Boreæ regis Thraciæ, quem rapta per auras Orithyia vago Geticis nutrivit in antris, ut est apud *eund.* 8. v. 514. V. *Orithyia.*

CALĒNUS, a, um, ad Calenum, seu Cales oppidum pertinens. *Cic. Fam.* 9. ep. 13. M. Planius, qui est Calenus. *Et mox.* Municipium Calenum. *Plin.* l. 2. c. 103. Calenus ager. ¶ *Calenum vinum* inter nobiliora recenset *Plin.* l. 14. c. 6. ita tamen, ut suo tempore pretium amisisse, non obscure significet. *Horat.* l. 1. od. 20. v. 9. Cæcubum, et prelo domitam Caleno Tu bibes uvam. [¶ Absolute substantivorum more, vino scilicet intellecto. *Plin.* l. 14. c. 6. sect. 8. Juncta his præponi solebant Calena.] *Juvenal.* sat. 1. v. 69. Molle Calenum. ¶ *Caleni, orum*, sunt ejus oppidi cives. *C. Gracchus* apud *Gell.* l. 10. c. 3. ¶ Sunt qui, cum de vino sermo est, scribendum putant *Calænus*, ut sit a Græco καλὸς, pulcher, et οἶνος, vinum: sed hoc nimis subtile commentum est. ¶ De Melicis calenis V. in *Melicus.*

CALĔO, es, lui, n. 2. *to be warm, or hot*, ἀλεάζω, ἀλεαίνω, calidus sum, ferveo. *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 9. Sentiri hoc putat, ut calere ignem, nivem esse albam. *Plaut. Rud.* 2. 6. 48. Qui apud carbones assident, semper calent. *Id. Bacch.* 1. 1. 72. Aqua calet: eamus hinc intro, ut laves. *Juvenal.* sat. 10. v. 218. Calere febre. ¶ Translate varios, elegantesque habet usus, ut *fervere, ardere*, et hujusmodi. *Cic. Verr.* 3. c. 26. Hortatur hospes: poscunt majoribus poculis: celebratur omnium sermone, lætitiaque convivium. Posteaquam satis res calere Rubrio visa est, &c. *when Rubrius thought that the whole company were sufficiently heated with wine.* *Horat.* l. 3. od. 21. v. 12. et *Stat. Theb.* 5. v. 263. Calere mero. *Cic. pro Sext.* c. 23. Illud crimen de nummis caluit re recenti, nunc in causa refrixit. *h. e.* multis sermonibus pervulgatum est. *Horat.* l. 4. od. 11. *sub. fi.* Non enim posthac alia calebo Femina. *I will never become enamoured of.* *Petron. in Satyr.* c. 126. Quædam feminæ calent sordibus. *eod. sensu.* Sic *Martial.* l. 5. epigr. 56. Calere igne aliquo. *Id.* l. 7. epigr. 31. amore. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 731. desiderio alicujus rei. *h. e.* valde cupere. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 108. studio scribendi. *Curt.* l. 4. c. 1. Animi calent spe. *h. e.* valde sperant. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 216. Et rabie magis ora calent. *countenances are more and more enflamed.* *Stat.* l. 3. *Theb.* v. 382. commotæ questibus iræ, Et mixtus lacrymis caluit dolor. *was heightened, aggravated, increased.* *Mamertin. in geneth. Maxim.* c. 10. Cuncta gaudio calere, cuncta plausibus tripudiare. *Martial.* l. 4. epigr. 35. Calere furore. *to glow, boil.* *Stat.* 4. *Theb.* v. 356. Bellator nulli caluit deus. *h. e.* Martis et belli amore nemo accensus fuit. ¶ Cum infinito pro vehementer cupere, *to desire eagerly, pant*, *Stat.* l. 4. *Theb.* v. 260. Prosilit audaci Martis percussus amore, Arma, tubas audire calens, et pulvere belli Flaventem sordere comam. *Claudian.* epist. 1. v. 29. leones Quæ stravisse calent, eadem prostrata relinquunt. Sic *Virg.* 4. *Æn.* v. 281. Ardet abire fuga, dulcesque relinquere terras. ¶ *Calere vitio aliquo* est laborare, ducta metaphora a calore febrili. *to labour under, be afflicted with.* *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 79. Quisquis luxuria, tristive superstitione, Aut alio mentis morbo calet. ¶ *Calere* etiam res dicitur, quæ magna vi agitur, seu exercetur. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 16. Hoc tamen agitur severius, itaque judicia calent. *Al. leg.* indicia. *Tibull.* l. 1. eleg. 11. v. 53. Veneris bella calent. *kindle.* *Virg.* eadem ratione *fervet opus* dixit 4. *Georg.* v. 169. ¶ Item illi, qui in re aliqua servidi, et operosi sunt. *to grow warm in the pursuit of.* *Juvenal.* sat. 6. v. 148. Interea calet, et regnat. *Cic. de cl. Ora.* c. 66. *ad fin.* Calere in agendo. *Hirt. ad Cic. post* 6. epist. l. 15. *ad Attic.* An ego, cum onnes caleant, ignaviter aliquid faciam? *Propert.* l. 4. eleg. 3. v. 62. Succinctique calent ad nova lucra popæ. ¶ Item qui æstuant, et dubitant. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 20. Hæc velim explices, et me juves consilio. Etsi te ipsum istic jam calere puto. Sed tamen quantum poteris. ¶ Item loca, quæ frequentantur. *Martial.* l. 7. epigr. 6. Et ungularum pulsibus calens Ister. Sic *aures calere* dicuntur ab *Auct. declam. in Sallust.* c. 1. quæ rem aliquam sæpissime audierunt. ¶ Item res, quæ recentes sunt, et vigent. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 1. Nam illi rumores de comitiis Transpadanorum, Cumarum tenus caluerunt. *Plaut. Pæn.* 4. 2. 92. At enim nihil est, nisi dum calet, hoc agitur. ¶ Cum accusativo more Græcorum, *Prudent.* l. 2. *contra Symmach.* v. 10. exempla domi congesta calentes. *h. e.* accensi, incitati ad virtutem propter domestica avorum exempla. ¶ Caret supino: reperitur tamen particip. *caliturus.* *Ovid.* 13. *Metam.* v. 590. Des mihi sacrificos, caliturasque ignibus aras. ¶ Passive impersonaliter. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 45. Nunc lenonum, et scortorum plus est fere, quam olim muscarum, cum caletur maxime. *h. e.* æstatis medio. *in the height of summer.* Adde *Captiv.* 1. 1. 12. ¶ Docet *Priscian.* l. 8. pag. 797. *Putsch.* antiquissimos dixisse *caleor* pro *caleo* personaliter, sicut *careor* pro *careo*, *copulor* pro *copulo*, &c. hujusque rei testem *Caprum* appellat.

CALES, V. *Calenum.*

CALESCO, is, n. 3. *to grow hot or warm*, θερμαίνομαι, calidus fio, caleo. *Cic. de Senect.* c. 16. Calescere vel apricatione, vel igni; umbris, aquisve refrigerari. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 55. Quæ spiritu in pulmones anima ducitur, calescit ab eo spiritu. ¶ Translate *Ovid.* 6. *Fast.* v. 6. Est deus in nobis: agitante calescimus illo. *Id. Heroid.* ep. 18. v. 177. Quo propius nunc es, flamma propiore calesco. *h. e.* amore magis accendor.

CALFACIO, CALFACTUS } V. *Calefacio, Calefactus.*

CALICĀTA ÆDIFICIA, *hoc est* calce polita. *Festus.* Græce κεκονιαμένα. *Scalig.* ad hunc locum notat, Veteres dixisse *calecata*, adducitque veterem lapidem qui habetur etiam apud *Gruter.* pag. 171. n. 8. *L. Betilienus L. F. Vaarus hæc, quæ infera scripta sunt, de senatus sententia facienda coiravit, semitas in oppido omnis, porticum qua in arcem eitur, campum ubi ludunt, horologium, macelum, basilicam calecandam*, &c. *Voss. in etymol.* ad vocem *calx* docet, prius fuisse *calix*, a quo factum esse *calicatus.* Hinc est etiam *decalicatus*, vel *decalecatus* idem significans quod *calicatus*, apud *eund. Fest. in lit.* D.

CALICULĀRIS, re, adject. ut *herba calicularis*, quæ caliculos habet, qualis est hyoscyamos, apud *Apulei. de herb.* c. 4. ¶ Rectius tamen scribitur *calycularis.* V. *Calyx.*

CALICŬLUS, li, m. *a little cup, goblet*, κυλίκιον, κυλίσκιον, parvus calix. *Cato R. R.* c. 108. Dimidium acetabuli in caliculum novum indito. *Cels.* l. 2. c. 11. Caliculus oris compressioris. *Plin.* l. 9. c. 30. Caliculi urnales. Adde *Pallad. in Novembr.* tit. 7. *de pinu.* ¶ *Caliclus* syncope, est in Natali XI. *S. Fel. Paulini Nol. edit. Muratorii*, v. 416. ¶ Aliud est *calyculus* per *y*, de quo V. suo loco.

CALĬDA, æ, f. V. *Calidus.*

CALIDARĬUM, CALIDARĬUS } V. *Caldarius.*

CALĬDE, adverb. *warmly, actively, promptly*, θερμῶς, cum calore. Translate *Plaut. Epid.* 2. 2. 99. Tu te igitur calide, quidquid acturus age. *h. e.* prompte, sine mora. Al. leg. *callide*, h. e. astute, prudenter.

CALIDIĀNUS, a, um, ad Calidium pertinens, quod est nomen proprium R. civis. *Cic. Verr.* 6. c. 20. Dilue sane crimen hoc Calidiarum.

CALIDONĬA, CALIDONĬUS } V. *Caledonia*, &c.

CALĬDUS, a, um, *warm, hot*, θερμὸς, calorem habens. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 9. Omne quod est calidum, et igneum, cietur motu suo. *Id.* l. 1. *Tuscul.* c. 18. *in fi.* Calidior est animus, vel potius ferventior, quam hic aer. *Vitruv.* l. 2. c. 1. Calidissimæ hiemes. *Colum.* l. 12. c. 50. *a med.* Calidissima lixivia. *Quintil.* l. 11. c. 3. Calidus dies. *Gell.* l. 3. c. 1. Ambulare sub calido sole. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 14. Calidum bibere. *h. e.* calidam potionem: *hot liquor.* Adde *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 27. ¶ *Calida*, absolute est aqua calida, *warm water.* *Cato R. R.* c. 156. Qui poturus erit, lavet calida. *Senec.* ep. 77. *ante med.* Calida subinde suffusa. Adde *Plin.* l. 25. c. 7. Hinc *servus a calida* inter officia domus Augustæ. *Inscript.* apud *Spon. Miscell.* sect. 6. pag. 206. Julius Cypsus Aug. ser. a cal. *h. e.* qui Augusto aquam calidam (cujus usus fuit illis temporibus frequentissimus) ministrabat. ¶ Translate *calidus* est præceps, audax, promptus, ferox. *spirited, fierce, bold.* *Horat.* l. 3. od. 14. *in fi.* Non ego hoc ferrem calidus juventa. *Id. ibid.* od. 27. *sub fin.* Calida rixa. *Virg. Georg.* 3. v. 119. Equus calidus animis. *Sil.* l. 15. v. 337. Calidus Gradivus. ¶ Sumitur et pro veloci, celeri. nam calor agilitatem præstat, sicut frigus inertiam. Quare *caldos pedes*, quod legitur in quodam *Varronis* fragmento, *Nonius* c. 4. n. 76. interpretatur citatos, veloces. Verba *Varronis* sunt: Ecce caldis pedibus quidam navicularius semiustulatus irrupit se in curiam. Huc pertinent illa *Plauti Epid.* 1. 2. 38. Huic homini opus est quadraginta minis celeriter calidis. [† h. e. *celerrime repertis*; tralatione (ait *Taubmannus*) sumpta a calore, qui citissimus est et rapidissimus.] *forty pounds with all possible despatch.* et *Mostell.* 3. 1. 135. Calidum hercle audivi esse optimum mendacium. *h. e.* celeriter, et subito excogitatum. Alii *callidum* malunt. ¶ *Calidum consilium* est quod subito alicui venit in mentem, fervidum, ferox, audax, animosum, atque adeo inconsultum, præceps, temerarium. *hot-headed, rash, hasty, unpremeditated.* *Plaut. Epid.* 2. 2. 71. Reperiamus aliquid calidi conducibilis consilii. *Liv.* l. 22. c. 24. *de Minutio mag. equit. Fabii Dictat.* Agitabantur pro ingenio ducis consilia calidiora. *Id.* l. 35. c. 32. *ad fin.* Consilia calida, et audacia prima specie læta, tractatu dura, eventu tristia esse. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 24. Periculosa, et calida consilia. Sunt qui tum hic, tum apud *Livium* reponi malunt *callida*: quod profecto non apte cohæret. Huc pertinet illud *Terentii Eun.* 2. 3. 88. Vide, ne nimium calidum hoc sit modo. *too precipitate.* *Donatus* tamen hic mavult *callidum.* ¶ *Calida manus* dicitur furtorum rea, ut quæ in

re aliena tractanda concaluit: qua de re exstat jocus apud *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 3.

CALIENDRUM, i, n. *an ornament for a woman's head*, ornamentum capitis muliebre, galericulo simile, quod Anglice *a coif* dici potest. Putant alii esse comam supposititiam, quam nos dicimus *a periwig, peruke, cap of false hair.* Duci solet a Græco κάλλυντρον, seu κάλυντρον, hoc est ornamentum, a καλλύνω, orno. *Horat.* l. 1. sat. 8. *in fi.* Canidiæ dentes, altum Saganæ caliendrum Excidere. *Arnob. sub fin.* l. 6. Falciculæ, claves, caliendra, fomites, talaria. *Varro* quoque usurpavit, teste *Acrone Scholiaste Horatii ad loc. cit.* ubi non definit, galericulum ne, an capillamentum appositum significet. *Porphyr.* fictitios crines interpretari videtur. ejus enim verba, *altera quod gibba fuerit, caliendrum habere consueverit,* emendant alii, *altera quod glabra fuerit.*

CALĬGA, æ, f. *a shoe or half-boot, set with nails, and worn by the common soldiers,* στρατιωτικὸν ὑπόδημα, σανδάλιον, calceamentum militare, quo Romani milites gregarii utebantur, constans solea coriacea, quæ ferreis plerumque clavis muniebatur, habebatque ligamenta plura, quibus tum superiori pedis parti, tum imæ tibiæ circumdatis ligabatur. Si clavos demas, simillima fuit calceis Cappucinorum. Ejus figuram exhibet *Jul. Nigron. in Dissertat. de caliga Veterum* cap. 4. ubi omnia, quæ ad hanc rem pertinent, diligenter persequitur, et præcipue refellit eorum sententiam, qui caligas idem esse ac femoralia, aut tibialia, arbitrati sunt. *Cic.* l. 2. *ad Attic.* ep. 3. Etenim mihi caligæ ejus, ut fasciæ cretatæ, non placebant. *Justin.* l. 38. c. 10. Argenti certe, aurique tantum, ut etiam gregarii milites caligas auro figerent. *Sueton. in Calig.* c. 52. Processit in publicum aliquando sericatus, et cycladatus; ac modo in crepidis, vel cothurnis, modo in speculatoria caliga. *speculatoriam* dicit, quæ peculiare caligæ genus erat. Speculatores enim, qui huc illuc sæpius cursitabant, leviores caligas habuere. [¶ *Tertullian. de cor. mil.* c. 1. speculatoriam absolute posuit pro caliga speculatoria.] ¶ Per metonymiam ponitur pro militia. *Senec. de brevit. vitæ,* cap. 17. Marium caliga dimisit? consulatus exercet. *Plin.* l. 7. c. 43. Juventam inopem in caliga militari tolerare. *Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 445. n. 9. C. Oppio C. F. Vel Basso omnibus officiis in caliga functo. ¶ A militibus ad alios quoque *caligæ* usus transiit V. *citat. Nigron.* c. 2. ¶ *Caliga Maximini* proverbio dicitur de longo, et inepto homine. V. *Campagus.*

CALĪGANS, antis, *dark, gloomy, obscure,* caligine plenus, obscurus, tenebrosus. *Cic. in Arat.* v. 204. Ipseque cærulea contectus nube feretur, Atque Aram tenui caligans vestiet umbra. *Virg.* 4. *Georg.* v. 468. Et caligantem nigra formidine lucum. *Stat.* 1. *Theb.* v. 95. Et caligantes animarum examine campos. ¶ *Oculus caligans* est, cujus aciem caligo obscurat, ἀμβλυώττων. *Plin.* l. 20. c. 22. Caligantes oculos sinapi inungere. ¶ Hinc dicitur *caligans,* qui oculis est caligantibus, *blind,* ἀμβλυωπής. *Id.* l. 11. c. 37. In morbo comitiali aperti oculi nihil vident, animo caligante. *Martial.* l. 10. epigr. 4. Qui legis Œdipodem, caligantemque Thyestem. V. *Caligo, inis.* ¶ *Caligantes fenestras* dixit *Juvenal.* sat. 6. v. 31. quæ ita altæ sunt, ut despicientium oculos caligare faciant. ¶ *Vultus caligans* est mœrorem præseferens, συννεφὲς πρόσωπον. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 869. Quis istic vultus caligans? quæ tristitas? Ita *Scalig.* Alii aliter.

CALIGĀRIS, re, ad caligam pertinens, ut *caligaris clavus,* qui solo caligæ suffigitur. *Plin.* l. 9. c. 18. Pisces squamis conspicui crebris, atque præacutis, clavorum caligarium effigie. *Id.* l. 22. c. 22. *ad fin.* Si caligaris clavus fungo nascenti affuerit.

CALIGARĬUS, a, um, idem quod caligaris. *Plin.* l. 34. c. 14. *de ferri generib.* Aliud brevitate sola placet, clavisque caligariis. ¶ *Caligarius sutor,* qui et *caligarius* absolute, est qui caligas conficit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 649. n. 1. C. Atilius C. F. Justus sutor caligarius, &c. Alia apud *Spon. in Miscell.* sect. 6. pag. 220. Q. Lævio Q. F. Tychico caligario de Vico Cypr. &c. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 33. Corpora vinariorum, lupinariorum, caligariorum.

CALIGATĬO, onis, f. *darkness, obscurity, mistiness, caligation,* caligo, tenebræ. *Plin.* l. 29. c. 6. Nubeculæ, et caligationes, suffusionesque oculorum. ἀμβλυωπίαι, ἀμαυρώσεις. V. *Caligo, inis.*

CALIGĀTUS, a, um. *wearing the* caliga, caligis indutus: et dicitur de militibus gregariis, quorum proprie caliga fuit. *Sueton. in Aug.* c. 25. Dona militaria Coronas murales quam parcissime, et sine ambitione, ac sæpe etiam caligatis tribuit. *Id. in Vitell.* c. 7. Tota via caligatorum quosque militum obvios exosculans. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 279. n. 3. Imp. Cæs. Valerio Diocletiano Procos. Honorati et Decuriones, et numerus militum caligatorum. *Modestin. Dig.* lib. 27. tit. 1. leg. 10. Caligatæ militiæ. *Arrius Menand.* lib. 49. tit. 16. leg. 6. Caligatus, qui metu hostium languorem simulavit.

CALIGINĔUS, a, um, idem quod caliginosus. *Gratius in Cyneget.* v. 56. Vel caligineo laxanda reponito fumo.

CALĪGĬNO, as. V. *Caligo, as,* in fine.

CALIGINŌSUS, a, um, *obscure, dark, gloomy, caliginous,* γνοφώδης, obscurus, caligine tectus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 19. Cælum humidum, et caliginosum est propter exhalationes terræ. *Horat.* l. 3. od. et vers. 29. Futuri temporis exitum Caliginosa nocte premit deus. *Valer. Max.* l. 1. c. 7. *extern.* n. 1. Caliginosæ tenebræ. *Plin.* l. 17. c. 22. Pluvius et caliginosus tractus. *misty, foggy, enveloped in fog.* ¶ Translate *Augustin.* ep. 7. *a med.* Hoc me facere compellit de animæ exortu caliginosissimæ quæstionis obscuritas.

CALĪGO, iginis, f. *darkness, obscurity; cloudiness, mistiness, gloominess; a mist, fog,* γνόφος, ζόφος, ἀχλὺς, aeris obscuritas ex nebula, vel fumo, tenebræ. *Virg.* 2. *Georg.* v. 303. *de igne.* Et totum involvit flammis nemus, et ruit atram Ad cælum picea crassus caligine nubem. *Plin.* l. 2. c. 42. Humidam a terra, alias vero, propter vapores, fumidam exhalari caliginem, certum est. *Colum.* l. 11. c. 2. Septimo cal. Aug. Canicula apparet: caligo æstuosa. *Plaut. Mil.* 2. 4. 51. Ob oculos mihi caligo obstitit. *Plin.* l. 6. ep. 16. Crassiore caligine obstructus spiritus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 466. densa. *Id.* 11. *Æn.* v. 876. atra. ¶ Translate *Cic. post redit. in Sen.* c. 3. Ex superioris anni caligine, et tenebris lucem in Republica dispicere cœpistis. *Id. Phil.* 12. c. 2. Quod videbam equidem, sed quasi per caliginem. *through a mist, darkly, confusedly.* (Adde *Plin.* l. 5. ep. 8.) Et *paulo post.* Discussa est illa caligo, quam paulo ante dixi: diluxit, patet, videmus omnia. *Virg.* 6. *Æn.* v. 266. Pandere res alta terra, et caligine mersas. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 207. Cæca caligo mentis. *Stat.* 2. *Theb.* v. 685. multaque operis caligine plenum Consilio dignata virum. *h. e.* mente obcæcatum. *Vellei.* l. 2. c. 36. Augustus omnibus omnium gentium viris magnitudine sua inducturus caliginem. *h. e.* eorum famam, et gloriam obscuraturus. *Plin.* l. 3. ep. 9. Offundere alicui multum caliginis, et perturbationis. ¶ Est etiam oculorum vitium, cum eorum acies ex morbo hebetatur, et obtenebratur. *dimness of sight,* ἀχλὺς, ἀμάυρωσις, ἀμβλυωπία. *Celsus* l. 6. c. 6. n. 32. oriri ait nonnunquam ex lippitudine, nonnunquam propter senectutem, imbellicitatemve aliam. *Scribon. Larg. compos.* 179. Cicutam potam caligo, mentisque alienatio insequitur. *Plin.* l. 34. c. 11. *ad fin.* Hieracium collyrium excellentis remedii contra initia glaucomatum, et suffusionum, contra caligines, et scabritias, et albugines. *Id.* l. 25. c. 13. Anagallidis succus oculorum caliginem discutit. *Id.* l. 20. c. 7. Sanare caligines. et cap. 23. levare. *Id.* l. 32. c. 9. emendare. ¶ In fabulis *Caligo* est uxor Chao, mater Noctis, Diei, Erebi, et Ætheris. *Hygin. in præfat.*

CALĪGO, as, avi, atum, n. 1. *to be dark or darkened,* ζοφόομαι, caliginosus sum. *Virg.* 2. *Æn.* v. 604. Aspice: namque omnem, quæ nunc obducta tuenti Mortales hebetat visus tibi, et humida circum Caligat, nubem eripiam. *Colum.* l. 1. c. 5. Amnes æstate vaporatis, hieme frigidis nebulis caligant. ¶ *Caligant* etiam, qui visus caligine laborant, et cæcutiunt. *to be dim-sighted.* (V. vocem præced.) ἀμβλυώττω. *Cels.* l. 6. c. 6. n. 32. Caligare oculi nonnunquam ex lippitudine consueverunt. et n. 34. Cuicunque oculi caligabunt, huic opus erit multa ambulatione. *Scribon. Larg. compos.* 184. Cerussam qui biberunt, facile deprehenduntur. Linguam enim albam habent, nauseant, caligant. ¶ Translate *Senec. initio de vita beata,* et *Plin.* l. 3. c. 1. Ad quas maxime etiam nunc caligat humanum genus. *Quintil.* declam. 18. *sub fin.* Fractæ malorum contentione mentes ad inexspectata caligant. *Id.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Caligare in sole. *h. e.* in media luce cæcutire: quod et in proverbium abiit. *Stat.* l. 5. sil. 3. v. 237. labat incerto mihi limite cursus Te sine, et orbatæ caligant vela carinæ. *Sil.* l. 14. v. 88. bis octonis nondum rex præditus annis Caligare alto in solio, nec pondera regni Posse pati. ¶ Alia huc pertinentia V. in *Caligans.* ¶ Activa significatione pro caligine obducere, obscurare, usurpavit *Fulgent. in continent. Virgil.* sed non est imitandus. Quidam legunt *caliginare:* sed hoc quoque improbandum.

CALIGŬLA, æ, f. parva caliga. *Ambros.* l. 7. ep. 53. Vestibus candidissimis induti, caligulis calceati. Adde *Vet. Scholiast. ad Juvenal.* sat. 3. v. 67. ¶ *Caligula* cognominatus est C. Cæsar filius Germanici, et Agrippinæ M. Agrippæ filiæ, quartus Romanorum imperator, quod in castris educatus, et manipulario habitu indutus frequenter legionibus ostenderetur, ad conciliandam militarem benevolentiam, ut narrant *Sueton. in ejus vita* c. 9. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 41. et 69. et *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 3.

CALIM antiqui dicebant pro *clam,* ut *nis* pro *nobis, sam* pro *suam, im* pro *eum. Festus.*

CALIPTRA genus vestimenti, quo capita operiebant. *Festus.* ¶ Est a καλύπτω, tego, et καλύπτρα Græce dicitur. Quare rectius *calyptra* per *y* scribetur, ut *Voss.* monet *in Etymol.* Docet autem *Pollux* l. 3. c. 3. esse genus vestimenti muliebris.

CALISTO, V. *Callisto.*

CALIX, icis, m. *a cup, chalice, goblet,* κύλιξ, ποτήριον, poculum, scyphus. [*Varr. de L. L.* l. 4. c. 27. Calix a caldo: quod in eo calda puls apponebatur, et caldum eo bibebant. *Festus.* Calix quod in eo calidum bibitur. *Macrob.* vero melius sat. l. 5. c. 21. Cylix poculi genus est: nos una littera immutata calicem dicimus.] *Plaut. Capt.* 4. 4. 8. Aulas, calicesque omnes confringere. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 19. Calix mulsi. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 35. Poscere calices. *Id. ibid.* sat. 6. v. 68. et *Juvenal.* sat. 5. v. 47. siccare. *Catull.* carm. 27. *ad puer. suum.* Inger mi calices amariores. *Martial.* l. 2. epigr. 15. Propinare alicui calicem. *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 19. Fecundi calices quem non fecere disertum? *h. e.* vini potus. ¶ Est etiam vas coquendis, et inferendis cibis aptum. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 27. Calix a caldo, quod in eo calda puls apponebatur, et calidum eo bibebant. *Ovid. Fast.* 5. v. 509. Stant calices: minor inde fabas, olus alter habebant: Et fumant testu pressus uterque suo. ¶ Dicitur præterea *calix* ea vasis pars, quæ humoris est capax. *Plin.* l. 37. c. 2. Murrhinum LXX talentis emptum, capaci plane ad sextarios tres calice. *the hollow of a cup.* ¶ In aquæductibus est modulus, hoc est fistula plerumque ænea, quæ rivo vel castello induitur: cui aliæ minores fistulæ applicantur ad aquam derivandam; ut *Frontin. de aquæductib.* artic. 36. docet. ¶ Testa etiam cochleæ, et echinorum, *calix* dicitur, *a cockle-shell. Plin.* l. 9. c. 56. et 31. Sed in hac significatione scribitur rectius *calyx.*

CALLA, V. *Calsa.*

CALLÆCĬA, V. *Gallæcia.*

CALLÆCUS, a, um, Callaicus. *Grat. in Cyneg.* v. 514. Callæcis lustratur equis scruposa Pyrene.

CALLAĬCUS, a, um, adject. Καλλαϊκὸς, ad Callaicos pertinens. Sunt autem *Gallaici* populi Hispaniæ Tarraconensis extremæ, ad Oceanum, Asturibus contermini, quorum regio nunc *Gallizia* dicitur. A *Plinio* et aliis *Gallaici,* et *Gallæci* vocantur: a *Strabone* l. 3. Καλλαϊκοί. Olim aurifodinis abundabant, ut *Plin.* l. 33. c. 4. auctor est. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 461. Tum sibi Callaico Brutus cognomen ab hoste Fecit (*h. e.* Decimus Junius Brutus devictis Gallæcis, ut est in *Epit. Liv.* l. 56.) *Martial.* l. 10. epigr. 16. Accipe Callaicis quidquid fodit Astur in arvis. *Id.* l. 14. epigr. 95. *de phiala.* Quamvis Callaico rubeam generosa metallo. ¶ *Callaicæ lacernæ,* quarum meminit *Martial.* dictæ putantur a colore auri Callaici, l. 14. epigr. 139. Jungere nescisti nobis, o stulte, lacernas: Indueras albas, exue Callaicas. Al. leg. *callainas, h. e.* coloris callaidis gemmæ; sed et *callaidem* gemmam *Solin. callaicum* appellat. V. *Callais.* Aliter sentit *Voss. in Etymol.* Scribit enim, *callaicas* dici lacernas a colore, qui est in barbis, seu palearibus gallorum gallinaceorum, quæ κάλλαιοι, seu κάλλαια dicuntur a Græcis, teste *Hesych.* et *Auct. Etymol. magni.* Hinc etiam *callainum colorem* dictum nempe quem vulgo *viridem marinum* dicimus (Veteres *Venetum* appellavere) qui est purpuræ dilutioris, ut in smaragdo, qui e pallido viret, et aliquando propter affinitatem, purpureus, aut puniceus dicitur. *a purple, Venetian, or sea-green colour.*

CALLAĬNUS, a, um, adject. Καλλάϊνος, qui est colore callaidis gemmæ. *Plin.* l. 37. c. 10. Callainas vocant e turbido callaino. *h. e.* callainas gemmas vocant, quæ colorem habent callaidis, sed turbidum. *Martial.* l. 14. epigr. 139. Lacernæ callainæ. *Al. leg.* Callaicæ. V. *Callaicus.*

CALLĀIS, idis, f. *a precious stone resembling a sapphire, and of a bright sea-green colour,* gemma colore sapphiri, candidiore tamen, et litorosi maris simili. *Plin.* l. 37. c. 10. ¶ Alia est hoc nomine apud *eund. ibid.* cap. 8. topazio similis, e viridi pallens. Hanc *Solin.* c. 20. (*al.* 33.) *Callaicam* appellat. Multa de utraque *Salmas. in exercitationib. Plin.* pag. 236. et 237.

CALLARĬAS, æ, m. *a haddock, whiting,* καλλαρίας, piscis marinus ex genere asellorum, minor tamen. *Plin.* l. 9. c. 17. et l. 32. *c. ult.*

CALLENS, entis, *skilful, learned, knowing well, practised in,* ἐπιστήμων, sciens, peritus, doctus, callidus. *Plin.* l. 21. c. 31. *ad fin.* Halicacabi radicem bibunt, qui sunt vaticinandi callentes. *Gell.* l. 16. c. 10. Familiaris meus jus civile callens. *Ammian.* l. 16. c. 12. (*al.* 28.) Milites bellandi usu diutino callentes.

CALLENTER, adverb. *skilfully, learnedly, knowingly,* perite, astute, callide, πανούργως, ἐπιστημόνως. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Satis callenter inhibere aliquid.

CALLĔO, es, ui, n. 2. *to be hard or callous,* τυλόομαι, callum obduco, callosus sum. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 4. Plagis costæ callent. *Sever. in Ætna,* v. 260. Callent rure manus. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 84. *Hard.* Sumen antiqui abdomen vocabant; priusquam calleret, incientes occidere non assueti. ¶ Translate *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 5. In illis rebus exercitatus animus callere jam debet. ¶ Significat etiam perfecte scire, doctum, peritum esse, *to be skilful or cunning, to know well by experience, to be practised or versed in,* ἐπίσταμαι: quoniam sicut pes, vel manus ex longo labore callum obducit, ita mens longa experientia colligit habitum quendam rerum, in quibus versatur. *Plaut. Pers.* 2. 1. 8. Potin' ne moneas? memini, et scio, et calleo, et commemini. *Id. ibid.* 2. 5. 4. Satin' ea tenes? *So.* magis calleo, quam aprugnum callum callet. *Terent. Heaut.* 3. 2. 37. Quo pacto id fieri soleat, calleo. *Plin.* l. 9. c. 29. Callere in re familiari. *Plaut. Trucul.* a. 5. v. 40. Omnes homines ad suum quæstum callent. *Al. leg.* calent. *Sisenn.* apud *Non.* c. 4. n. 66. Quem Marcellini consiliarium fuisse, callebant. *Horat.* l. 4. od. 9. *sub fin.* Duramque callet pauperiem pati. *Cic. pro Balb.* c. 14. Callere jura Pœnorum. *Terent. Adelph.* 4. 1. 17. Callere pulcre sensum alicujus. *Pompon.* apud *Non.* c. 7. *n. ult.* Callere canticulam in colubras. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 122. Perdocte callere cuncta. *Tacit. Ann.* 13. c. 3. Callere artem

aliquam. *Gell.* l. 20. c. 1. Scite, atque docte callere aliquid. *Justin.* l. 24. c. 4. Nam augurandi studio Galli præter ceteros callent. *Solin.* c. 8. (*al.* 13.) Callere artes sagittariæ. *Senec.* apud *Non.* c. 4. n. 66. Callet senium arte vivendi. *Valer. Max.* l. 8. c. 12. n. 1. Callere usu quotidiano alicujus rei. *Apul. in Florid.* l. 3. (*al.* n. 18.) Callere fidibus. *Horat. de ar. Poet.* v. 274. Legitimumque sonum digitis callemus, et aure. *h. e.* mensurando, et audiendo.

CALLIBLEPHARUM, i. n. *a medicine, or wash, to beautify the eyebrows with*, καλλιβλέφαρον, (subaudi φάρμακον) medicamentum ad sanandas, restituendasque, aut etiam fucandas palpebras morbo aliquo deformatas. Græca vox a κάλλος, pulcritudo, et βλέφαρον, palpebra. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 164. Calliblepharo naturali palpebræ tinctæ. *Plin.* l. 21. c. 19. Folia rosæ uruntur in calliblepharum. *Id.* l. 23. c. 4. *in fi.* Nuclei palmarum cremati calliblephara faciunt, addito nardo. *Id.* l. 33. c. 6. Stibium in calliblepharis feminarum dilatat oculos. ¶ Adjective *calliblephara* dicuntur, quæ pulcras palpebras habent. *Plin.* l. 32. c. 6. *de ostreis.* Addunt peritiores notam, ambiente purpureo crine fibras; eoque argumento generosa interpretantur, calliblephara appellantes. *Harduin.* in quodam Ms. reperit *callipharata*, quod est pulcre amicta. ¶ Apud *Marcell. Empir.* c. 8. *sub fin.* legitur *calliblepharium.*

CALLICIA, æ, f. *a herb said to make water freeze*, herba, qua Pythagoras aquam conglaciari tradit. *Plin.* l. 24. c. 17.

CALLĬDE, adverb. *skilfully, cunningly, learnedly, expertly, shrewdly*, ἐπιστημόνως, scite, perite, docte. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 11. Neque enim sine legum, morum, juris scientia, neque hominum natura incognita ac moribus, in his ipsis rebus satis callide versari, et perite potest. *Id. in Orat.* c. 28. Callide, arguteque dicere. *Plaut. Asin.* 2. 2. 32. Callide nosse aliquem. *very well. Nepos in Themist.* c. 1. De instantibus verissime judicare, et de futuris callidissime conjicere. *with great sagacity. Terent. Andr.* 1. 2. 30. Callide intelligere aliquid. *Id. Adelph.* 3. 4. 53. Hoc facito. *Sy.* recte sane. *De.* Hoc fugito. *Sy.* callide. *excellent. Gell.* l. 7. c. 3. Tiro confidenter, et nimis callide conscripsit epistolam ad Q. Axium. *too sharply.* Al. leg. *calide. Tacit.* 6. *Ann.* c. 37. Callidius interpretari aliquid. *with great skill.* ¶ Significat etiam astute, vafre, *cunningly, artfully, craftily, knavishly*, πανούργως. *Cic. pro Flacc.* c. 10. Bene testem interrogavit, callide accessit, reprehendit, quo voluit, adduxit. *Sallust. in Jug.* c. 18. Vitia sua callide occultare. *Tacit.* l. 3. *Hist.* c. 53. *in fi.* Simultates Antonius simplicius, Mucianus callide, eoque implacabilius nutriebat. *Gell.* l. 12. c. 12. Callide, et cum astu facere aliquid.

CALLIDĬTAS, atis, f. *skilfulness, artfulness, cunningness, shrewdness, skill*, ἐπιστήμη, ἐπιστημοσύνη, scientia, peritia, acre ingenium, insignis solertia. *Nepos in Eumen.* c. 1. Vincebat omnes cura, vigilantia, patientia, calliditate, et celeritate ingenii. *Id. in Timol. in fi.* Magnitudine animi, et calliditate præstare omnes. *Flor.* l. 2. c. 17. Vir acerrimæ calliditatis. *Cic. de Harusp. resp.* c. 9. *ad fin.* Nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos superavimus. *Sallust.* orat. 2. *ad Cæsar. de republ. ordin.* Patres consilio valere decet; populo supervacanea est calliditas. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 380. Consilium multæ calliditatis. *Plin.* l. 37. c. 12. Calliditas ingenii. ¶ In malam partem pro astutia, malitiosa solertia, dolo, *craft, slyness, malicious cunning, designing artifice, subtilty, deceitfulness*, πανουργία. *Cic.* 1. *Offic.* c. 19. Scientia, quæ est remota a justitia, calliditas potius, quam sapientia est appellanda. *Id. pro Rosc. Com.* c. 7. Nonne ipsum caput et supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, et clamitare calliditatem videntur? ¶ In plurali numero *Terent. Heaut.* 5. 1. 13. Servi venere in mentem Syri calliditates. *Lactant.* l. 2. c. 12. Omnes fallacias, et calliditates suas ad decipiendum hominem intendere. ¶ Apud *Cicer. in Partit. c. pænult.* ponitur pro nimia interpretandi subtilitate. *too much subtilty.*

CALLIDRŎMUS, καλλίδρομος, pulcher cursus: a κάλλος pulcritudo, et δρόμος cursus. In tabula marmorea apud *Gruter.* pag. 341. est nomen equi Circensis.

CALLIDŬLUS, a, um, *somewhat cunning or crafty*, *Arnob.* l. 2. pag. 91. Callidula fraus.

CALLĬDUS, a, um, *skilful, tried, experienced, shrewd, practised*, ἐπιστήμων, συνετός, usu ita rerum experientia doctus, acer ingenio, perspicax, acutus, solers: a *calleo*, vel a *callum.* Proprie enim sic appellatur is (ut ait *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 10.) cujus, tanquam manus opere, sic animus usu concalluit. *Id.* 4. *Acad.* c. 29. Ego enim, ut agitator callidus, prius quam ad finem veniam, equos sustinebo. *Lucret.* l. 6. v. 91. Tu mihi supremæ præscripta ad candida calcis Currenti spatium præmostra, callida Musa. *Nepos in Annib.* c. 5. Annibal Fabio callidissimo imperatori dedit verba. *Tacit.* l. 2. *Histor.* c. 31. *in fi.* Nemo illa tempestate callidior rei militaris habebatur. *Id.* 4. *Ann.* c. 33. Callidus temporum. *Colum.* l. 7. c. 3. Aristoteles vir callidissimus rerum naturæ. *a man who had a great knowledge of. Tacit.* 2. *Ann.* c. 57. Callidus accendendis offensionibus. *Gell.* l. 9. c. 9. Doctus homo, et in intelligendis pensitandisque veteribus scriptis bene callidus. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 25. Callidus natura, aut usu. *Plaut. Epid.* 3. 3. 47. Homo callidus ad rem. *Id. Trucul.* 2. 4. 62. Callidus ad quæstum. *Claudian.* l. 2. *de rap. Pros.* v. 11. Venus dolo gaudens, et tanti callida voti. *h. e.* callide dissimulans votum suum. ¶ Cum infinito *Horat.* l. 3. od. 11. v. 3. Tuque testudo resonare septem Callida nervis. *Id.* l. 1. od. 10. v. 7. Callidus, quidquid placuit, jocoso Condere furto. Adde *Pers.* sat. 1. v. 118. ¶ De ipsis rebus ingeniose, et solerter factis. *Nepos in Eumen.* c. 5. Callidum inventum. *cunningly wrought, well-contrived. Horat. de ar. poet.* v. 47. Dixeris egregie, notum si callida verbum Reddiderit junctura novum. *Hirt. ad Cicer. post* epist. 6. l. 15. *ad Attic.* Callidius consilium inire. *Al. leg.* calidius. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 20. *ad fin.* Callidissimum artificium naturæ. ¶ In malam partem pro astuto, vafro, malitioso, *crafty, sly, arch, subtle, deceitful, maliciously cunning*, πανοῦργος. *Cic.* 2. *Offic.* c. 3. Hi sæpe versutos homines, et callidos admirantes, malitiam sapientiam judicant. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 148. Malus, crudus, et callidus, atque subdolus. *Id. Cistell.* 4. 2. 61. Mala merx hæc, et callidus est. *convicium in mulierem.* Rursus *Id. Pers.* 4. 4. 70. Dii istam perdant: ita cata est, et callida. *Martial.* l. 5. epigr. 43. Callidus fur. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 4. Callidi doli. *Nepos in Attic.* c. 11. Callida liberalitas. *h. e.* ad captandos insidiose animos effusa, *designing, hurtful.* Sic *Stat.* 2. *Achill.* v. 171. Callida dona, Graiorumque doli.

CALLIGŎNON, i, n. *way-grass, knot-grass*, herba eadem, quæ polygonon mas. *Plin.* l. 27. c. 12.

CALLIMACHĬUM METRUM constat tribus choriambis, anapæsto, et Bacchio, vel amphibrachy, ut Armipotens Mars genitor Romulidum, ut venias precamur. *Serv. in Centimetr.* pag. 1823. *Putsch.*

CALLIMĂCHUS, i, m. Καλλίμαχος, filius Batti poeta Græcus Cyrenensis, qui omne quidem poematum genus attigit, sed Elegiacum præcipue, in quo mire excelluit, lascivus tamen passim, et amorum plenus, ut ex *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 16. v. 32. et 2. *Trist.* v. 367. et *de remed. amor.* v. 759. colligitur. Scripsit etiam acerbissimum carmen in adversarium suum, quem ficto nomine *Ibin* appellavit; unde idem *Ovidius* poematis sui nomen, et argumentum mutuatus est. V. *Battiades. Quintil.* l. 10. c. 1. Tunc et elegiam vacabit in manus sumere, cujus princeps habetur Callimachus.

CALLĪMUS, κάλλιμος, hoc est pulcher, vel pulcherrimus. Nomen est lapidis cujusdam ex genere ætitarum, quo nihil tenerius. *Plin.* l. 36. c. 21. *a stone found in the body of another called* taphiusius.

CALLINĪCUS, i, καλλίνικος, pulcre victor. Vox Græca a κάλλος pulcre, [† pulcritudo] et νίκη victoria. In veteri marmore apud *Gruter.* pag. 431. est nomen equi Circensis.

CALLĬON, ii, n. *a kind of night-shade*, καλλιάς, herba ex genere trychni, acinis coccineis, folliculis granosis; alio nomine *halicacabum*, et Latine *vesicaria*, quoniam vesicæ, et calculis prodest. *Plin.* l. 21, c. 31.

CALLIONȲMUS, i, m. *a fish, the gall of which is good for the eyes*, καλλιώνυμος, piscis marinus exiguus, alio nomine *uranoscopus*, οὐρανοσκόπος. Ejus fel oculorum cicatrices sanat, et carnes eorum supervacuas consumit; caro autem omnis aurium morbis prodest, teste *Plin.* l. 32. c. 7. Meminit etiam c. 11. ¶ *Casaubon.* referente *Voss. in Etymol.* putat eundem esse atque eum, quem Græci idem λύκον, hoc est lupum appellant; dictumque esse καλλιώνυμον, hoc est pulcri nominis εὐφημίας causa. V. *Uranoscopus.*

CALLIŎPE, es, f. Καλλιόπη, una ex Musis, quæ præest versibus heroicis, et Musarum princeps est. Dicta est ab excellentia cantus. καλὸς enim pulcrum significat, et ὄψ, ὀπὸς, cantum. Uxor fuit Deagri, et ex eo Orpheum genuit, ut est apud *Hygin.* fab. 14. quod *Propert.* l. 2. eleg. 23. v. 29. confirmat. *Virg.* 9. *Æn.* v. 525. Vos, o Calliope, precor aspirate canenti. (synecdoche *h. e.* Musæ. Adde *Sil.* l. 3. v. 222. et l. 12. v. 390.) *Horat.* l. 3. od. 4. v. 2. Calliope regina. *Ovid.* l. 2. *Trist. sub fin.* Inter tot populos, tot scripti millia nostri, Quem mea Calliope læserit, unus ego. *h. e.* mea carmina: metonymia. *Martial.* l. 9. epigr. 88. Calliopen, et ait, tu quoque vulnus habes. ¶ *Servius ad Æn.* 5. v. 864. facit Calliopen matrem etiam Sirenum ex Acheloo flumine.

CALLIOPĒA, æ, f. Καλλιόπεια, eadem quæ Calliope, Orphei mater. *Virg. Ecl.* 4. v. 57. Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 80. Prima sui cœpit Calliopea chori. Adde *Propert.* l. 1. eleg. 2. v. 28.

[* CALLIPETĂLON, i, n. herba eadem ac quinquefolium. *Apul. de herb.* c. 2.]

CALLIPPĪDES, æ, m. Καλλιππίδης, tragœdiarum scriptor celebris, Agesilai ætate: cujus nimium motum in scena reprehensum, ut etiam a Mynisio histrione simia sit appellatus, ostendit *Aristot. in arte Poet.* Hinc ortum est proverbium in eos, qui satagunt, et nihil agunt. Ita *Manut. in commentar. ad ep. Cicer. ad Attic.* Alii dicunt, fuisse cursorem, sed cunctatorem tardissimum. *Sueton. in Tiber.* c. 38. Ad extremum vota pro itu, et reditu suo suscipi passus, ut vulgo jam per jocum Callipides vocaretur, quem cursitare, ac ne cubiti quidem mensuram progredi, proverbio Græco notatum est. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 12. Cum ille Καλλιππίδης assiduo cursu cubitum nullum processerit.

CALLIPŎLIS, is, f. [† nunc *Gallipoli*, vel *Geliboli*,] Καλλίπολις, urbs Chersonesi Thraciæ ad Hellespontum, qui ab ea nomen traxit, *the Straits of Gallipoli*, e regione Asiæ minoris contra Lampsacum. *Plin.* l. 4. c. 11. ¶ Item insula maris Ægæi, quæ et Naxus, et Sicilia minor est appellata. *Id.* l. 4. c. 12. ¶ Item urbs Italiæ in Salentinis a Græcis condita. *Id.* l. 3. c. 11. et *Pompon. Mela* l. 2. c. 4. ¶ Item urbs Siciliæ, apud *Sil.* l. 14. v. 249.

CALLIRŎE, es, f. Καλλιρόη, Acheloi filia, uxor altera Alcmæonis, quæ petiit a Jove, et impetravit, ut duo filii adhuc infantes confestim ad viri occisi ultionem adolescerent. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 414. et 430. V. *Alcmæon.* ¶ Alia item, filia Lyci, quæ Diomedem liberavit ab insidiis patris, qui hospites omnes immolabat, a quo cum se desertam videret, vitam laqueo finivit. ¶ Item alia Piranthi filia, vel, ut alii volunt, uxor, ex qua Argus, Aristorides, et Triopas noti sunt. *Hygin.* fab. 145. ¶ Item alia Chrysaoris uxor, mater Geryonis trimembris. *Hygin. in præfat.* et fab. 145. et 151. ¶ Item filia Oceani, quæ ex Neptuno Chionem peperit. *Serv. ad Æn.* 4. v. 250. ¶ Est præterea nomen fontis in Attica, *enneacrunos* cognominatus, ἐννεάκρουνος, hoc est novem habens scaturigines. *Stat.* 12. *Theb.* v. 629. Et quos Calliroe novies errantibus undis Implicat, &c. Adde *Plin.* l. 4. c. 7. Qui *Calliroen*, et *Enneacrunon* duos diversos fontes faciunt, probe refelluntur ab *Harduino in notis, et emendat. ad cit.* l. 4. *Plinii*, n. 32. ¶ Item alius calidæ aquæ in Judæa, prope Asphaltitem lacum, medicæ salubritatis, aquarum gloriam ipso nomine præferens. *Plin.* l. 5. c. 16. ¶ Item alius in Arabia apud Edessam urbem, quæ et ipsa Calliroe cognominata est. *Id. ibid.* c. 24. ¶ Omnes hi fontes ab aquarum pulcritudine nomen habent: a κάλλος, pulcritudo, et ῥοή, fluentum. [vel potius quod pulcre, *h. e.* molliter fluerent, quod est proprium fontium.] ¶ Quid sibi velit *Pers.* sat. 1. v. *ult.* His mane edictum, post prandia Calliroen do, V. Interpretes: varie enim a variis exponitur. ¶ Scribitur etiam *Callirhoe*, et *Callirrhoe*: sic Græce καλλιρόη, et καλλιῤῥόη.

CALLIS, is, m. *a beaten track, track or path made by beasts, foot-path*, στίβος, τρίβος, ἀτραπός, seu ἀτραπιτὸς, proprie est semita angustior, et devia, qua animalia ire solent. *Serv. ad Æn.* 4. v. 405. Callis est semita tenuior, callo pecorum prædurata. *Vet. Glossæ*: Callis, via pecorum vestigiis trita. *Isidor.* l. 15. *Orig. c. ult.* Callis est iter pecudum inter montes angustum, et tritum. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 10. Neque senes, neque pueri callium difficultatem, ac montium arduitatem facile ferunt. *Cic. pro Sext.* c. 5. Cum Catilina e pruina Apennini, atque e nivibus illis emersisset, atque æstatem integram nactus, Italiæ calles, et pastorum stabula præclara cepisset. *Virg. loc. cit. de formicis.* prædamque per herbam Convectant calle angusto. *Curt.* l. 5. c. 4. Calles silvestres, vix singulis pervii. *Id. ibid.* c. 6. Calles invii. *Liv.* l. 22. c. 14. Nos hic pecorum more per æstivos saltus, deviosque calles exercitum ducimus. *Non.* c. 3. n. 46. hoc loco (si modo hunc locum designat. nam paulum immutatis verbis refert, citatque lib. 12. pro lib. 22.) legit *devius*, atque inde probat etiam in femin. gen. usurpari: additque ita frequenter apud *Liv.* legi: sed Editiones omnes etiam principes A. 1470. et 1480. habent *devios.* Nihilominus *exiguam callem* feminine dixit *Ammian.* l. 30. c. 1. (*al.* 3.) Addunt alii loca tria *Livii* l. 31. c. 42. l. 36. c. 15. et l. 38. c. 2. in quib. *calles ignotas*, et *ullas calles*, et *notas calles*, sed ubique incerta lectione, habetur. ¶ Generatim accipitur pro via, *a way, road, path. Valer. Flacc.* l. 3. v. 568. Litora curva petens. alio nam calle reverti Credit Hylam. *Id.* l. 5. v. 394. ipsaque juxta Mœnia, si bivios possis dignoscere calles. *Al. leg. vivos*, hoc est vias gramine viridantes. ¶ *Callium provincia*, quæ magistratibus demandari solebat, erat munus callium, silvarum, saltuumque administrandorum. Ex hujusmodi enim locis vectigalia exigebantur propter pecora, et pascua. Hæc autem provincia minimi negotii erat, et a quæstoribus administrari solebat; interdum a consulibus, quando scilicet nusquam bella instabant. *Tacit. Ann.* 4. c. 27. Curtius Lupus Quæstor, cui provincia vetere ex more calles evenerat. *Al. leg.* Cales, quod est oppidum Campaniæ: qua de re *Lipsius ad hunc loc.* consulendus. *Sueton. in Cæs.* c. 19. Ut provinciæ futuris consulibus minimi negotii, id est silvæ, callesque decernerentur. *Id. in Claud.* c. 24. Collegio Quæstorum, detracta Ostiensi, et callium provincia, curam ærarii Saturni reddidit. *Al. leg.* et Gallica provincia. V. ibi *Casaubon.* Hac de re agit etiam *Turneb.* l. 2. *adversar.* c. 9. et l. 3. c. 22.

CALLISCO, is, ἀρχαϊκῶς pro callesco. *Cato de B. Carthagin.* Aures nobis calliscerunt ad injurias. *h. e.* occalluerunt. Ita *Non.* c. 2. n. 162.

CALLĪTHRIX, ichis, f. *the herb maiden-hair*, καλλίθριξ, herba foliis lenticulæ, caule junci tenuis simili, radice minima: nascitur in opacis, et humidis, gustatu fervens, et sternumentum movens. *Plin.* l. 25. c. 11. ¶ Eadem dicitur etiam *trichomanes*: callithrix autem, quia illita cohibet capillos defluentes, aut si effluxerint, reparat: a κάλλος, pulcritudo, et θρίξ, τριχὸς, capillus. *Plin.* l. 26. c. 15.

Callithrix capillos inficit oleo trita. Adde lib. 27. c. 13. ¶ *Callitriches* item sunt simiarum quoddam genus toto pæne aspectu ab aliis simiis differens, barbam habens in facie, et caudam late fusam primori parte. *Plin.* l. 8. c. 54. *a kind of ape, found chiefly in Æthiopia, with a long beard and spreading tail.*

CALLISTO, us, et onis, f. Καλλιστὼ, Lycaonis filia, eadem quæ *Ursa major*; de qua V. in *Arctos*. *Propert.* l. 2. eleg. 21. v. 25. Callisto Arcadios erraverat ursa per agros. *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 66. Callisto justa Lycaonida. Al. leg. *Callistæ juncta Lycaoniæ*, ut sit dativus Græcæ positionis, τῇ Καλλιστοῖ. *Hygin.* fab. 179. Filiam ejus Callisto compressisse. *Serv. ad Virg.* 1. *Georg.* v. 67. Arcas Callistonis et Jovis filius. ¶ Scribitur et *Calisto*.

CALLISTRUTHĬA FICUS, *a fig of an excellent taste, remarkable for its coldness*, καλλιστρούθιον σῦκος, genus est ficorum ex Græcia in Italiam translatum, quod *Plin.* l. 15. c. 18. ait, esse parum sapore præstans, omniumque frigidissimum: sed *Athenæus* l. 3. c. 3. mire laudat, et antecellere omnes ficus asserit, quæ in universo terrarum orbe generantur. ¶ Nomen habuit a κάλλος, pulcritudo, et στρουθὸς, passer, vel στρουθίον, passerculus, fortasse quia ejus avidissimi sunt passeres: vel quod pulcritudine referat genus quoddam mali cotonei, quod στρούθιον Græce dicitur, ut apud *Voss. in Etymol.* legitur *Capitolin. de Albino*, cap. 11. Quingentas ficus passarias, quas Græci callistruthias vocant, jejunum comedisse dicit. *Marcell. Donat.* apud *Voss. loc. cit.* mallet legere *passerarias*, inhærens etymologiæ modo allatæ. ¶ Dicitur etiam *callistruthis, idis*. *Colum.* l. 10. v. 416. Et callistruthis, roseo quæ semine ridet.

CALLISTRŪTHIS, V. vocem præced.

CALLĬTAS. V. *Calvitas*.

CALLITRĬCHES SIMIÆ, καλλίτριχες πίθηκοι. V. *Callithrix*.

CALLITRĬCHON, i, n. καλλίτριχον, herba eadem, quæ *adiantum*. V. [† et *Callithrix*.]

CALLOSĬTAS, atis, f. *callousness, hardness*, τύλωμα, durities callosa. *Scribon. Larg. compos.* 36. Collyrium, quod proprie facit ad aspritudinem palpebrarum, et callositatem. ¶ Translate *Tertull. de testim. anim. c. pænult. in fi.* Quid igitur vis homo, de humanis sententiis litterarum tuarum exisse hæc in usus communis callositatem? *h. e.* consuetudinem veluti callo obducto firmatam.

CALLŌSUS, a, um, *callous, hard*, τυλώδης, τυλόεις, callo obducto duratus, callis abundans. *Cels.* l. 6. c. 3. Ulcus callosum. *Plin.* l. 11. c. 39. Crassior, callosiorve cutis. *Auct. paneg. ad Pison.* v. 17. Humida callosa cum pinseret hordea dextra. ¶ Per similitudinem dicitur de variis rebus. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 14. *de ovis.* namque marem cohibent callosa vitellum. *callosa ova* appellat, quæ densiora et spissiora sunt, ac duriuscula. *Callus* enim ovi videtur esse albumen: [quin potius gutta illa albicans in vitello, quæ facile in callum durescit.] non ut quidam volunt, putamen, cujus durities minus apte cum duritie calli compararetur. *Plin.* l. 15. c. 3. Callosæ olivæ. *Id.* l. 14. c. 20. Callosior resina. *h. e.* minus liquida, et solidior. *Colum.* l. 3. c. 1. Callosi acini uvæ. *Apic.* l. 3. c. 4. Reddere cucurbitas calliosores ad gustum. *h. e.* firmiores, solidioresque, et ita gustui gratiores.

CALLUM, i, n. et Callus, i, m. *hardness or roughness of the skin or flesh, occasioned by exercise, hard labour*, &c. *hard flesh*, τύλος, τύλωμα, cutis labore viæ in pedibus, aut assiduo opere in manibus, parteve alia corporis densior facta, cujusmodi est in suis rostro, cervice bovis, animalium plantis, et duritia illa, quæ in manibus hominum ex labore nascitur. *Cic. Tuscul.* 5. c. 32. Mihi calceamentum est solorum callum, cubile terra. *hardness of the soles or feet. Cels.* l. 5. c. 28. n. 12. *a med.* Callus fistulæ neminem fallit, quia durus est, et aut albus, aut pallidus. (Masculine extulit etiam *Domit. Marsus* apud *Charis.* l. 1. pag. 55. *Putsch.*) *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 68. *Hard.* Stomachus denticulatus callo, in modum rubi, ad conficiendos cibos. *Sueton. in Aug.* c. 80. Callis quibusdam ex prurigine corporis, assiduoque et vehementi strigilis usu plurifariam concretis, ad impetiginis formam. *Plin.* l. 22. c. 25. Farina in pollinem subacta imponitur pedum callo, clavisque. ¶ *Callum aprugnum*, et *callum* absolute dixere Veteres lumbos apri teneram quandam duritiem, et callo similem habentes, propter quam comedentibus mire commendabantur. *brawn. Plaut. Pass.* 2. 5. 4. Magis calleo, quam aprugnum callum callet. *Id. Capt.* 4. 3. 4. Quanta pernis pestis veniet! quanta callo calamitas! *Id. Pseud.* 1. 2. 32. Pernam, callum, glandium, sumen facito in aqua jaceant. *Cato* quoque *Censorius* in orationib. suis aprugnum callum, tanquam nimii luxus, Romanis exprobrabat, teste *Plin.* l. 8. c. 51. *ad fin.* Observat *Humelberg. in notis ad Apic.* l. 7. c. 1. non solum apri, sed et domesticorum suum laridum, seu carnem callosiorem et duriusculam *callum* appellari. Hinc *Id. Apic.* l. 1. c. 9. *callum porcinum* memorat. ¶ *Callum* quoque vocant solidam carnem piscium, quibus sunt testacea operimenta, ut ostreorum, cancrorum, et hujusmodi. *Plin.* l. 9. c. 30. *in fi. de locustis.* Unum hoc animalium, nisi vivum ferventi aqua incoquatur, fluida carne non habet callum. ¶ Per similitudinem variis rebus tribuitur. *hardness, callousness, insensibility to feeling. Plin.* l. 14. c. 1. Uva non aliubi gratior callo: ut inde possit invenisse nomen duracina. *Id.* l. 18. c. 29. Uvæ acini præcoquuntur in callum. *Id.* l. 15. c. 28. *ad fin.* Callo placent pira, ac mala. *Id.* l. 16. c. 22. Callo crassa folia. *Id.* l. 22. c. 23. Tutissimi fungorum qui rubent callo. *Id.* l. 19. c. 2. Tubera cortice includuntur, ut plane nec terram esse possimus dicere, nec aliud quam terræ callum. *Id.* l. 17. c. 5. Terra sterilis, densa callo facile deprehenditur. (callum terræ vocat particulas ejus duriores, et solidiores, ut in carne animalium sunt calli). *Id.* l. 31. c. 4. Coli, moverique terram, callumque summæ cutis solvi, aquarum interest. *h. e.* duritiem illam, qua terræ superficies tenacior est, sive herbis ipsam continentibus, sive quod sole, et aere durescit, et solidatur. *Id.* l. 16. c. 12. Pix derasa navibus efficacior ad omnia, quibus pices resinæque prosunt, videlicet adjecto salis callo. *h. e.* duritie quadam ac solidita a sale seu marina aqua accepta. Denique *Id.* l. 9. c. 60. et l. 32. c. 10. vocat *callum* quorundam piscium tegumen, quod neque tam siccum ac durum est ut testa, neque tam molle ut caro et cutis, sed inter utramque naturam medium. Quo pertinet illud *Lucret.* l. 4. v. 933. Propterea que fere res omnes aut corio sunt, Aut seta, aut conchis, aut callo, aut cortice tectæ. ¶ Translate *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 15. *in fi.* Ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori. *h. e.* ita assuefecit, ut dolor non sentiatur. callosa enim caro minus sentit. *Id. Tuscul.* 3. c. 22. Quorum animis diuturna cogitatio callum vutustatis obduxerat. *Id. Fam.* 9. ep. 2. Consuetudo diurna callum jam obduxit stomacho meo. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 8. Manet quidem tibi etiam num ingens tristitia, et jam videtur duxisse callum.

CALO, as, a. 1. *to call, nominate, constitute, appoint, summon, convoke*, καλῶ. Verbum Græcum est, quod tres habet significationes, vocandi, nominandi, et invocandi: totidemque notionibus a priscis Latinis usurpatum est. Utebantur enim voce *calandi* cum vocabant populum in Curiam Calabram, vel ad Comitia, vel ut dies nonarum cujusque mensis indicerent, eo modo, quo dictum est in *Calendæ*. Ipsos quoque dies *calare* dicebantur, cum pronuntiabant, quinque ne an septem usque ad nonas essent futuri: quod faciebant quinquies aut septies pronuntiato verbo *calo*. si credimus *Macrobio* l. 1. *Saturn.* c. 15. vel potius quia, ut est apud *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 4. utebantur illa formula: *quinque dies te calo, Juno novella*, &c. Quia enim primus cujusque mensis dies Junoni sacer erat, ideo in iis diebus pronuntiandis Junonem invocabant, atque itidem verbum *calo* adhibebant. *Gell.* l. 15. c. 27. Curiata comitia per lictorem curiatum calari, idest convocari, centuriata per cornicinem. (V. *Calatus*.) *Varr. loc. cit.* Primi dies mensium nominati calendæ ab eo, quod his diebus calarentur ejus mensis nonæ a pontificibus, quintanæ, an septimanæ sint futuræ, in Capitolio, in Curia Calabra sic: Dies te quinque calo, Juno novella: septem dies te calo, Juno novella. Ita *Scalig. in conjectan.* hæc verba *Varron.* emendat, quæ in ipso textu paulo confusiora sunt. *Macrob. loc. cit.* Hunc diem, qui ex his diebus, qui calarentur, primus esset, placuit calendas vocari. ¶ Itaque *calare comitia*, aut *populum* est convocare; *calare dies* est pronuntiare, nominare, indicere: *calare Junonem* est invocare. Extra hæc nullus fuit amplius hujus verbi usus. Est enim purum putum ex Græco, ut diximus: quod in causa est, cur etiam per K Græcam litteram *Kalo, Kalatio, Kalator, Kalendæ*, &c. scripta sæpissime reperiantur tum in lapidibus tum in opt. Codicib. Et quidem *Diomed.* l. 2. pag. 417. *Putsch.* et *Scaur.* pag. 2252. et alii quidam Grammatici ita K defendunt, ut necessario tum in his, tum in aliis quibusdam vocibus scribendam putent. Sed cum pro ea Latini passim C substituerint in aliis verbis, quæ a Græco K incipiebant, ut in *cala, cacabus, cantharus, carbasus*, aliisque sexcentis, non est cur in eas scribendi angustias compellamur, ut sine piaculo *calare, calendæ*, &c. scribere non liceat. V. alia huc pertinentia in *Calumnia*.

CALO, onis, m. *the slave of a common soldier, a soldier's boy or drudge*, ξυλοφόρος, servus militis, a ferendis lignis, palisque ad usum militiæ sic appellatus. *Cala* enim lignum, seu fustem significat. *Festus*: Calones militum servi dicti, quia ligneas clavas gerebant, quæ Græci κᾶλα vocant. Adde *Serv. ad* 6. *Æn.* v. 1. cujus verba in *Cala* allata sunt, et *Non.* c. 1. n. 310. ¶ Sed non solum ligna, et vallum, verum et aquam ferebant, et alia hujusmodi viliora ministeria exhibebant. *Veget.* l. 3. c. 6. memorat calones dictos *galearios*, qui galeas dominis suppeditabant: quamquam *Stevech.* monet, tum eo loco, tum lib. 1. c. 10. ubi ea vox iterum reperitur, varie in variis codicibus legi. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 5. Eos tu cantheriis albis, nullis calonibus, obviam Vatieno venisse existimas. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 35. Ne calonem quidem extra munitionem egredi passus est. ¶ Sæpe *calones*, et *lixæ* conjunguntur: inter quos illud interest, quod *lixæ* liberi erant, et quæstus gratia exercitum sequebantur: *calones* vero mancipia. Neque enim audiendus est *Acron*, qui ad illud *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 44. *Hunc perminxerunt calones*, hos liberos, lixas vero servos facit: neque item movere debet *Taciti* locus 2. *Hist.* c. 87. ubi incerta lectio est. Præterea *calones* erant pars exercitus: eorumque opera duces aliquando usi sunt: non enim ignari omnino militiæ erant, cum omnibus fere militum exercitationibus adessent: *lixæ* non item. Ad hæc *lixæ* cibaria portabant ad exercitum, quod de calonibus non legitur. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 49. Caput Galbæ per lixas calonesque suffixum, laceratumque. *Id.* l. 3. *Hist.* c. 20. *in fi.* Lixas, calonesque Bedriacum mittit, copias, ceteraque usui allaturos. Adde *ibid.* c. 33. ¶ Aliquando tamen promiscue adhibentur. Nam *Cæsar in suis commentar.* solos nominat calones, lixas nunquam: atque adeo calonum nomine utrosque intelligere videtur. ¶ Proverbii speciem habet illud *Pers.* sat. 5. v. 95. *Sambucam citius caloni aptaveris alto.* Solent enim hujusmodi homines crasso ingenio esse, et ad musicam ineptissimi. ¶ Dicuntur etiam *calones* viliores quique servi urbani, aut rustici. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 103. plures calones, atque caballi pascendi. *Senec.* ep. 110. *ad fin.* Cohors culta servorum, lectica formosis imposita calonibus. ¶ Sunt præterea *calones* calcei lignei, teste *Festo*: qui tamen nullum hujus significationis testimonium producit: valdeque metuit *Voss. in Etymol.* ne *Paulus Festi Epitomator* calones cum calopodiis confuderit. ¶ Idem *Festus* in voce *Procalare* eumque sequutus *Porphyr. ad loc. cit Horat.* calones eosdem cum calatoribus faciunt: a *calando* enim derivant. Sed jure ac merito reprehenduntur a *Voss. in Etymol.* et aliis.

CALOBATĂRĬUS, ii, *one who walks on crutches, or stilts*, καλοβάτης, grallator, qui in ligneis perticis incedit: a κᾶλον, lignum, et βαίνω, gradior. Habet *Non.* c. 2. n. 361. ubi alii leg. *colobathrarius.* nam κωλόβαθρα grallæ sunt. Quod vero in multis vulgatis *Nonii* legitur *collobatarius*, aut *collobathrarius*, corruptum videtur. *Voss. in Etymol.* in *Grallæ*.

CALŒNUS, V. *Calenus*.

CALOPHANTA, æ, m. *a hypocrite, impostor, pretender, cheat*, καλοφάντης, *Plaut. Curcul.* 4. 1. 2. Calophantam, an Sycophantam hunc magis esse dicam, nescio. Ita legunt *Alciatus*, et *Paræus*, et exponunt χρηστολόγον, *h. e.* eum, qui honeste quidem loquitur, sed ejus facta ab oratione discrepant. Alii leg. *halophantum*, et varie exponunt. Alii *halapanta*, hoc est omnia mentientem. V. *Taubman.* qui multorum sententias collegit.

CALOPODĬUM, ii, n. *a shoemaker's last, a boot-tree*, forma lignea, qua utuntur sutores in calceis faciendis: a κᾶλον, lignum, et ποῦς, ποδὸς, pes. Auctorem habet *Helenium Acronem* ad illud *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 106. *Si scalpra, et formas non sutor*, &c. Ubi *formas* exponit *calopodias* in feminino genere. Sed observarunt Eruditi, iis temporibus, quibus scripsit *Acron*, neutra nomina fere in feminino usurpata fuisse. V. *Calo, onis*, sub fin.

CALOR, oris, m. *warmth, heat*, θέρμη, θερμότης, ardor, æstus. *Cic. de Univ. sub fin.* Causæ, quæ vim habeant caloris, et frigoris. *Vitruv.* l. 1. c. 4. Mutationibus caloris, et refrigerationis corpora vitiantur. *Cic. de senect.* c. 15. Uva succo terræ, et calore solis augescit. *Cels.* l. 3. c. 3. Quartanæ incipiunt fere ab horrore, deinde calor erumpit. ¶ Sæpe accipitur pro ardore solis æstivi, *the summer-heat, sultry weather. Cic. Attic.* l. 13. ep. 34. Vitandi caloris causa Lanuvii tres horas acquieveram. *Id. in fi.* l. 1. *de Orat.* Paulum requiescet dum se calor frangat. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. Ego ex magnis caloribus (non enim meminimus majores) in Arpinati summa cum amœnitate fluminis me refeci. *Colum.* l. 11. c. 2. hujusmodi *caloris* initium statuit idus Junias. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 5. dum ficus prima, calorque Designatorem decorat lictoribus atris. [† ¶ Item pro calore vitali. *Cic. Nat. Deor.* 2. 10. Salutaris et vitalis calor. *Virg. Æn.* 4. *ad fin.* Omnis et una Dilapsus calor.] ¶ Aliquando pro febri. *a fever. Tibull.* l. 4. carm. 11. Dum mea nunc vexat corpora fessa calor. ¶ Translate ponitur pro impetu, fervore, et ardore animi, aut mentis. *heat, fire, fury, ardour. Quintil.* l. 2. c. 15. (*al.* 16.) Juvenili calore inconsideratior. *Id.* l. 10. c. 3. Calor ille cogitationis, qui scribendi mora refrixit, recipit ex integro vires. *Petron. in Satyr.* c. 5. Obruere calorem mentis vino. *vigour of mind. Stat.* l. 1. *Theb.* v. 3. Pierius menti calor incidit. *Id.* 2. *Achill.* v. 26. Calor Martius. *h. e.* furor, et armorum cupiditas. *Lucan.* l. 2. v. 324. juvenisque calorem Excitat in nimios belli civilis amores. *Plin.* l. 3. ep. 9. Calor dicentis. *Paul. Dig.* lib. 9. tit. 4. leg. 9. Locatio vectigalium, quæ calore licitantis ultra modum solitæ conductionis inflatur. *Id. l. ult. tit. ult.* leg. 48. In calore iracundiæ facere aliquid. *Stat.* 2. *Theb.* v. 391. rudis fandi, pronusque calori. *easily moved to anger.* ¶ Pro amore, *love, flame, passion, Ovid.* 11. *Metam.* v. 305. Videre hanc pariter, pariter traxere calorem. *Id. Heroid.* epist. 19. v. 173. Nunc male res junctæ, calor et reverentia, pugnant. *Sil.* l. 14. v. 223. *de Aci.* Æmulus ille tuo quondam, Polypheme, calori. In plurali numero. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 237. Vina parant animos, faciuntque caloribus aptos. Adde *Horat.* l. 4. od. 9. v. 11. ¶ Neutro genere *Plaut. Merc.* 5. 2. 18. Neque mihi ulla obsistet amnis, neque mons, neque adeo mare: Nec calor, nec frigus metuo, neque ventum, neque grandinem. Confirmat *Philargyr.* qui ad illud *Virg.* 2. *Georg.* v. 344. Si non tanta quies iret frigusque caloremque Inter; hæc

eadem Plauti verba ita refert: Neque frigus, neque calor metuo: additque in versu Virgilii prius lectum fuisse *vet it frigusque, caletque Inter*. Item Nonius, qui c. 3. n. 62. hanc vocem ponit inter eas, quæ, ut ipse vocat, indiscreti generis sunt. Adde, quod versus ille hypermeter sit, si caletque legas, ut et *Pierius* adnotavit. Sunt qui ut Grammaticorum regulis consulant, ita ea verba distinguunt, ut caletque non ad *Inter*, sed ad superius *existet* referatur. Sed hoc durius videtur. Non est tamen ideo *Plautus* facile imitandus.

CALORATUS, a, um, *warmed, made warm, heated*, calefactus, calidus, θερμὸς. Translate *Apulei* l. 6. *Metam.* Cujus primæ juventutis caloratos impetus freno quodam coercendos existimavi.

CALORIFICUS, a, um, *causing warmth or heat*, θερμοποιὸς, vim calefaciendi habens. *Gell.* l. 17. c. 8. Sed non secus quoque oleum calorificum est.

CALOTIBOS, pes est quinque syllabarum, quarum quatuor sunt longæ, et quinta brevis, ut *circumferretur*. *Diomed.* l. 3. pag. 478. *Putsch.*

CALPAR, aris, n. *an earthen vessel to put wine in, a cask, butt*, antiqua vox, qua significatur vas vinarium fictile condendis vinis aptum, quod postea dolium dictum est. Item vinum ipsum in tali vase conditum. *Nonius* cap. 15. n. 31. Calpar nomine antiquo dolium. *Varr. ibid.* Quod antequam nomen dolii prolatum esset, cum id genus vasis calpar diceretur, id vinum calpar appellatum. ¶ Speciatim ita dictum est vinum novum, auctore *Festo*, quod ex dolio demebatur sacrificii causa, antequam gustaretur. Jovi enim prius sua vina libabant, ne, si non libarent, vinum omne, quod in cellis atque apothecis erat conditum, esse sacrum inciperet, et usibus eriperetur humanis, ut *Arnob.* l. 7. pag. 236. loquitur. V. *Inferius*. Hujusmodi sacrificii dies [illegible] appellabatur. Videtur esse a Græco κάλπις, quod alii urceum, alii urnam, aut situlam interpretantur.

CALPE, es, f. mons extimus Hispaniæ Bæticæ freto imminens, qua Oceanus in mediterraneum mare influit; cui impositum est oppidum, quod nunc *Gibraltar* dicimus, a quo et ipsum fretum *the Straits of Gibraltar* appellamus. Huic monti opponitur Abyla in Africa: et dicuntur ambo columnæ Herculis, ejusque laborum metæ. *Plin.* l. 3. *in procem.* et cap. 1. *Pompon. Mela* l. 1. c. 5. et lib. 2. c. 6. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1253. Ibera Calpe.

CALPETĀNUS, a, um, et

CALPETITĀNUS, a, um, ad Calpen pertinens. *Avien. in Prognost.* v. 1620. Et Calpetano tranquillum gurgite lumen Tingat. *Id. in Arat.* v. 1023. Lucis ab exortu procul in vada Calpetitana.

CALPURNIĀNUS, a, um, idem quod Calpurnius, a, um, ut Calpurniani milites, *h. e.* sub Calpurnio prætore militantes, *Liv.* lib. 39. c. 31.

CALPURNĬUS, ii. T. Julius Calpurnius Siculus, Latinus poeta non vulgaris, vixit sub Caro, et Numeriano Imperatoribus, Nemesiano poetæ æqualis, cui etiam Bucolicon suum inscripsit: tametsi *Ulitius* suspicatur, pro *ad Nemesianum Cart.* legendum esse ad *Numerianum Cæs.* Putant nonnulli, eundem esse cum Julio Calpurnio illo, cujus epistolam de morte Cari refert *Vopisc. in Caro*, cap. 8. Ejus carmina Latina admodum sunt, et eleganti facilitate composita: quorum propterea lectio non nisi utilis litterarum studiosis esset potest. ¶ De ratione scribendi, V. in fine vocis sequent.

CALPURNĬUS, a, um, adject. ad aliquem unum pertinens ex Calpurniorum familia, quam originem traxisse a *Calpo*, seu *Calpa* Numæ Regis filio, docent *Auct. paneg. ad Calpurn. Pison.* v. 3. et 15. et *Festus*. *Cic. in Pison.* c. 25. Calpurnia familia. *Auct. paneg. modo dict.* v. 15. Calpurnia domus. ¶ Lex Calpurnia triplex fuit. Una repetundarum, lata a L. Calpurnio Pisone Frugi trib. pl. L. Marcio Censorino, M. Manilio Coss. circa Annum U. C. 600. qui primus repetundarum reos legibus coercuit, ut docet *Cic. Verr.* 6. c. 25. et 2. *Offic.* c. 21. *ad fin.* Ea lege statutum est, ut quibus in provinciis magistratus populi R. eorumve comites pecuniam contra leges cepissent, earum provinciarum homines, judicio Romæ constituto suas pecunias repeterent. ¶ Alia de ambitu lata est a C. Calpurnio Pisone, qui consul fuit cum M. Glabrione circa annum U. C. 686. in qua præter alias pœnas pecuniaria quoque multa damnatis de ambitu adjecta fuit, ut *Ascon. in commentar. in Orat. Cicer. pro C. Cornel. majestatis reo* et *in toga candida contra C. Anton. et Catil.* (quarum aliquot tantummodo fragmenta exstant) tradit. Meminit etiam *Cic. pro Mur.* c. 23. et *Tacit. Ann.* 15. c. 20. ¶ Alia fuit militaris, ut milites auxiliorum virtutis ergo civitate Romana donarentur. Hujus mentio fit a Sisenna apud *Non.* c. 2. n. 300. ¶ Scribitur et *Calphurnius*: sed prior scriptio in lapidibus est frequentissima, probaturque a *Manut.* et *Dausquio in Orthograph.* Altera vix unum aut alterum habet, quo se tueatur, vetus monumentum.

CALSA, æ, f. herba duorum generum. Una similis aro: nascitur in arationibus: colligitur, antequam inarescat, ususque eosdem habet, quos arum. Alteram quidam vocant anchusam, alii rhinochisiam: folia habet lactucæ longiora, plumosa, radicem rubram. *Plin.* l. 27. c. 8. ubi libri editi habent *calla*, sed MSS. omnes *calsa*, teste *Harduino*.

CALTHA, æ, f. *the marigold*, genus violæ sativæ, luteæ, odore gravi, folio numeroso. V. *Plin.* l. 21. c. 6. ubi de violis agit. *Virg. Ecl.* 2. v. 50. Mollia luteola pingit vaccinia caltha. *Colum.* l. 10. v. 97. Candida leucoia, et flaventia lumina calthæ. et vers. 307. Pressaque flammeola rumpatur fiscina caltha. ¶ Reperitur etiam *calthum, i,* n. *Prudent. Cathemer.* 5. v. 114. calthaque pinguia, Et molles violas, et tenues crocos Fundit fonticulis unda fugacibus.

CALTHIĀNUS, V. *Calathianus.*

CALTHULA, æ, f. *a garment of the colour of the marigold, a robe of a yellow colour*, genus vestis sic appellatum a colore calthæ, ut *Non.* c. 16. n. 4. docet. Non est tamen eadem cum veste ianthina, quæ est coloris violæ purpureæ, ut *Plin.* l. 21. c. 6. tradit. *Plaut. Epid.* 2. 2. 45. Quid istæ, quæ vesti quotannis nomina inveniunt nova? Indusiatam, patagiatam, calthulam, aut crocotulam. ¶ Addit *Non. loc. cit.* calthulam apud *Varr.* l. 1. *de vita Pop. Rom.* palliolum breve significare. ¶ Scribitur et *caltula* sine aspiratione.

CALTHULARĬUS, ii, m. *a maker of rich garments*, qui vestes eas tingit, quæ calthulæ vocantur. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 35. Caupones, patagiarii, indusiarii, Flammearii, violarii, calthularii. Ita *Douza* ex auctoritate unius MS. quem et *Lambin.* se vidisse ait. Ipse tamen *Lambin.* cum aliis mavult *cerinarii*, ut intelligantur ii, qui cerino colore pannum tingunt. Plerique alii ex multis MSS. reponunt *carinarii*, eod. tamen sensu, quo *cerinarii*. Nam quæ Græce communiter κηρὸς dicitur, *h. e.* cera, Dorice est καρὸς. *Turneb.* l. 14. *adversar.* c. 5.

CALVA, æ, f. *a scull; the top of the head, scalp*, κράνιον, os capitis carne, vel capillis nudatum. *Liv.* l. 23. c. 24. *ad fin.* Purgato inde capite, ut mos iis est, calvam auro celavere; idque sacrum vas iis erat, quo solemnius libarent. *Martial.* l. 10. epigr. 83. Et latum nitidæ, Marine, calvæ Campum temporibus tegis comatis. *Id.* l. 12. epigr. 45. Hædina tibi pelle contegenti Nudæ tempora, verticemque calvæ.

CALVARĬA, æ, f. *the scull, scalp*, κράνιον, os capitis cerebrum tegens, sine carne; et dicitur tam de hominibus, quam de brutis. *Cels.* l. 8. c. 1. Calvaria ex interiore parte concava, extrinsecus gibba, utrinque lævis. et *mox.* Raro calvaria solida, et sine suturis est. *Plin.* l. 30. c. 6. Calvaria canis. *Pallad.* l. 1. tit. 35. *in fi.* equæ, vel asinæ. ¶ Reperitur etiam *Calvarium, ii,* n. *Apulei. in Apolog.* Si dicas marinum pectinem comendo capillo quæsitum, aut venandis apris piscem apriculum, aut eliciendis mortuis marina calvaria. Adde lib. 3. *Metam.* ¶ Est etiam hoc nomine piscis marinus, quem eundem esse quidam putant cum eo, quem *Plin.* l. 32. c. 2. *orbem* appellari ait, et durissimum esse piscium tradit, rotundum, et sine squamis, totumque capite constare. Sic enim quandam cum calvaria hominis similitudinem habere videtur. *the sea-owl. Enn.* apud *Apulei. in Apolog.* Polypu' Corcyræ, calvaria pinguia Atarnæ. Al. leg. *calvaria pinguis Atarnæ*, ut sit gen. fem. Al. *pinguia carne.* Sunt etiam qui non piscem aliquem, sed salsamentum e thynnis factum hoc loco esse arbitrantur.

CALVĀTUS, a, um, *made bald*, calvus factus. Translate *calvata a vite vinea* dicitur, in qua vites raræ sunt: quemadmodum calvi homines dicuntur, quibus vel nullus est, vel rarus capillus. *Plin.* l. 17. c. 22. *ad fin.* ex *Catone de R. R.* c. 33. Si vinea ab vite calvata erit, sulcos interponito, ibique viviradicem serito. ¶ In verbis *Catonis* quædam Editiones habent *si vinea a vite calva erit*: sed legendum esse *calvata*, satis probat tum auctoritas *Plinii*, qui verba *Catonis* repetit, tum Editio princeps *Jensoniana* 1472.

CALVEFĪO, is, *to grow warm*, calvesco, *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 37. ne decrescente luna tondens calvefiam. Ita *Editio Aldi* 1514. Aliæ habent *calvus fiam*.

[* CALVĒNA, æ, m. a calvitio nomen fictum. *Cic. Att.* l. 14. epist. 5. Calvena moleste fert se suspectum esse Bruto. *h. e.* Matius, Cæsaris olim familiaris, calvus, quem propterea Madarum etiam vocat *Id. Att.* l. 14. epist. 2., calvus enim Græce est μαδαρός.]

CALVĔO, es, n. 2. *to be bald*, φαλακροῦμαι, calvus sum. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 47. *Hard.* Quædam animalium naturaliter calvent, sicut struthiocameli, et corvi aquatici, quibus apud Græcos nomen est inde. *nempe* φαλακροκόρακας *vocant.*

CALVESCO, is, n. 3. *to grow bald*, φαλακροῦμαι, calvus fio. *Plin.* l. 10. c. 29. *de picis Martiis.* Proprium his calvescere omnibus annis, cum seruntur rapa. *Colum.* l. 6. c. 14. *ad fin. de bub.* Potior ratio est custodiendi, ne colla calvescant: quæ non aliter glabra fiunt, nisi, &c. ¶ *Calvescere* dicuntur etiam arbores, quæ alicubi rarescunt, et minus densæ sunt, ad similitudinem capillorum in capite hominis calvescentis. *to grow thin. Colum.* l. 4. c. 33. Spissius autem semen propter varios casus deponitur. nam interdum prius quam enascatur, aut siccitatibus nux inarescit, aut aquarum abundantia putrescit; interdum subterraneis animalibus infestatur: propter quæ sæpe novella castaneta calvescunt, V. *Calvatus.*

[* CALVĬO, is, ire, a. 4. idem ac *calvo* aut *calvor*, *to deceive, beguile*, fallere, decipere. *Serv. ad* 1. *Æn.* v. 720. Alii Calvam Venerem dictam tradunt, quod corda amantum calviat, id est fallat atque eludat.]

CALVISIANUS, a, um, adject. *Calvisiana actio*, ita dicta a quodam *Calvisio* auctore, apud JCtos est, quæ datur patrono ad revocanda ea, quæ in fraudem ejus libertus alienavit, ut docet *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 5. leg. 3. et alibi.

CALVITAS, atis, f. *fraud, deception, knavery*, fraus, deceptio: a *calvo, is. Ulpian. Dig.* lib. 17. tit. 1. leg. 29. Ipse autem stellionatus crimine propter suam calvitatem plectetur. Ita *Haloander.* At *Torrentinus* habet *callitatem*, et in margine *calliditatem*. Sed τὸ *callitatem* videtur esse error librarii, cui mediæ litteræ exciderint *calliditatem* scribere volenti.

CALVITIĀNUS, a, um, adject. *Calvitianum Senatusconsultum*, quo impar matrimonium improbatur, et jubetur non proficere ad capiendas hereditates, memoratur ab *Ulpiano in lib. regular.* tit. 17. *de solidi capacit. inter vir. et uxor.* ubi *Cujac.* suspicatur legendum esse *Plaudianum*; alii *Calvisianum.*

CALVITIES, ei, f. *baldness*, φαλάκρωσις, capillorum, aut pilorum defluvium. *Sueton. in Galb.* c. 20. Quoniam capillo præ calvitie arripere non poterat. ¶ De eo qui sibi capillos, vel pilos derasit. *Petron. in Satyr.* c. 108. Superciliorum etiam æqualis cum fronte calvities. V. *ibid.* c. 103. et infra *Calvus.*

CALVITĬUM, ii, n. *baldness*, φαλάκρωμα, φαλάκρωσις, idem quod calvities. *Cic.* l. 3. *Tuscul.* c. 26. Stultissimum Regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio luctus levaretur. *Sueton. in Cæs.* c. 45. Calvitii deformitatem iniquissime ferre. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 47. *Hard.* Calvitium uni tantum animalium homini, præterquam innatum. ¶ Translate dicitur, cum raræ arbores in aliquo solo sunt. *Colum.* l. 4. c. 29. *post med.* Pampinus cum excrevit, nepotibus orbandus est; nisi si propter penuriam, et calvitium loci sumitur in propagines. V. *Calvatus*, et *Calvesco.*

CALUMNIA, æ, f. *false accusation, malicious slander or detraction, aspersion, calumny; a cavil, quirk, false interpretation*, συκοφαντία, διαβολὴ, fraus, dolus, versuta, et callida fallendi ratio, quæ vel malitiosa juris interpretatione, vel falsa accusatione, vel alia quapiam dolosa calliditate fit, ad alios perdendos, aut re sua spoliandos: et locum habet præcipue in judiciis, accusationibus, litibus. Videtur esse ab inusitato supino *calutum* verbi *calvo, is*, quod significat frustrari, decipere, fraudare, ut *Priscian.* l. 10. pag. 883. *Putsch.* et *Charis.* l. 1. pag. 43. existimant, et *Caius Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 233. non obscure indicat. *Cic. pro Cæcin.* c. 21. Siquidem erit armorum judicium, tum ista dicito: juris judicium cum erit, et æquitatis, cave in ista tam frigida, tam jejuna calumnia delitescas. *Id. pro Mil.* c. 27. Calumnia litium petere aliquid. *Id. Verr.* 4. c. 27. A quo HS C. millia per calumniam, malitiamque petita sunt. *Liv.* l. 39. c. 4. Afferre ad judices calumniam de re aliqua. *a false charge. Sallust. in Catil.* c. 31. Calumnia impedire aliquem, ne triumphet. *Sueton. in Vitell.* c. 7. Amovere creditores terrore calumniæ. *Id. de clar. Rhetor.* c. 4. Calumnia notare aliquem. *Cic. Verr.* 4. c. 17. Imponere alicui gravissimam personam calumniæ. *Id. de Fato*, cap. 14. et *pro Dom.* c. 14. Adhibere calumniam, fraudem, dolum. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 14. leg. 1. Instruere alicui calumniam. *Cic.* 4. *Acad.* c. 20. Coercere calumniam alicujus. *Id. pro Cæcin.* c. 7. Obterere, ac contundere calumniam. *Tacit. Ann.* 14. c. 41. Condemnare aliquem calumniæ. ¶ *Effugere calumniam* apud *Cicer. pro Cluent.* est effugere damnationem calumniæ. Verba sunt c. 59. Hic illo privato judicio, nobis iisdem fortasse patronis, calumniam non effugiet. Sic *puniri calumnia* apud *Paul. Dig.* lib. 48. tit. 16. leg. 11. est pœnam subire ob calumniam in accusando adhibitam. ¶ *Ferre calumniam* idem est ac deferre, hoc est quempiam accusare, et probare eum in re quapiam usum fuisse calumnia: ea ratione qua *ferre tribum* dicimus, et ferre punctum. *Cæl. ad Cic. Fam.* 8. ep. 8. Scito C. Sempronium Rufum calumniam maximo plausu tulisse. ¶ Huc refertur illud *Auct. declam. in Sallust.* c. 1. Est quædam calumnia, quam unusquisque nostrum, testante animo suo, fert de eo, qui falsum crimen bonis objectat. ¶ *Jurare calumniam*, vel *de calumnia* dicitur accusator cum jurejurando profitetur se accusatorem, et sine calumnia accusaturum. *Cæl. ad Cic. Fam.* 8. ep. 8. Nam de divinatione Appius, cum calumniam jurasset, contendere ausus non est. *Liv.* l. 33. c. 47. Nec satis habere, bello vicisse Annibalem, nisi, velut accusatores, calumniam in eum jurarent, ac nomen deferrent. *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 13. Qui damni infecti caveri sibi postulat, prius de calumnia jurare debet. *Id. ibid.* leg. 7. Alieno nomine satisdare jubebo ei, qui juraverit non calumniæ causa id se postulare, &c. *Id.* lib. 12. tit. 2. leg. 34. Jusjurandum de calumnia. ¶ Sumitur etiam latius pro quacunque vitiosa calliditate, astutia, vexatione. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 3. Metellus calumnia dicendi tempus exemit. *Id. Fam.* 1. ep. 4. Res ab adversariis nostris extracta est variis calumniis. *Id. in. fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 74. Carneades sæpe optimas causas ingenii calumnia ludificari solet. *Phædr. in prol.* l. 3. v. 37. Eludere calumniam alicujus. *Gell.* l. 7. c. 2. Multa in aliquo reprehendendo,

etiam per calumnias rimari. *Quintil.* l. 10. c. 1. Inveni qui Calvum præferrent omnibus: inveni, qui Ciceroni crederent, eum nimia contra se calumnia verum sanguinem perdidisse. *h. e.* nimium in se inquirendo, atque se se observando, ut loquitur *Cic. de clar. Orat.* c. 82. ubi de eodem *Calvo* verba facit. *Cæcina ad Cicer.* l. 6. *Fam.* ep. 7. In hac calumnia timoris, et cæcæ suspicionis tormento quam difficile sit evadere, nos sentimus. *h. e.* in hoc vano metu, quem mihi ipse fingo nulla satis certa ratione. ¶ *Calumnia religionis* dicitur a *Cicer. Fam.* 1. ep. 1. malitiosa, et ficta Sibyllinorum versuum interpretatio. ¶ Quidam Grammatici *Kalumniam* scribi jubent, eam regulam statuentes, quod omnia verba, quæ *a* in secunda sede habeant per K scribenda sint, præsertim si ab externa Lingua originem habeant, ut *Kalendæ*, *Kartago*, *Kaput*, *Karissimus*, *Kamenæ*, *Kastra*, *Kareo*, et alia, quæ etiam in antiq. lapidib. aliquando inveniuntur. Alii ad tria tantum verba appingi voluerunt, *Kalendas*, *Kaput*, et *Kæsonem*, quod est nomen viri proprium. ut est apud *Terentian. de syllab.* pag. 2400. *Putsch.* et *Martian. Capell.* l. 3. pag. 57. Quo respexisse videtur *Auson. in Technopægn. de litt. monosyllab.* illo versu: Hæc tribus in Latio tantum addita nominibus K. Sed receptissima consuetudo, etiam aureæ ætatis, eam litteram jamdiu ablegavit, cum suam C habeant Latini, quæ eundem omnino sonum aptissime reddit. *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) K quidem in nullis verbis utendum puto, nisi, quæ significat, etiam ut sola ponatur. (hoc dicit quia K olim *Kalendas*, et *Karthaginem*, et *Kæsonem*, et *Kaput*, qua legis partem notat, ut docet *Voss.* l. 1. *de Grammat.* c. 17. et alia quædam significabat, de quibus V. *Valer. Prob. de notis Rom.* pag. 1515. *Putsch.*) Hoc eo non omisi, quod quidam eam, quoties *a* sequatur, necessariam credunt; cum sit *c* littera, quæ ad omnes vocales vim suam perferat. Hæc *Quintil.* V. *Calo, as.*

CALUMNĬANS, antis, particip. *calumniating, detracting*, qui calumnia utitur. *Cic. pro Quint.* c. 21. Jacet res in controversiis, isto calumniante biennium. *Varr. initio* l. 5. *de L. L.* Siqua erunt ex diverso genere adjuncta, potius cognationi verborum, quam auditori calumnianti geremus morem. Adde *Quintil.* l. 6. c. 3.

CALUMNIATĬO, onis, f. *a calumniating, slandering*, actus calumniandi, calumnia. *Ascon. Pedian. in Divinat. Cicer.* c. 14. Calumniationes, et hoc genus argumenti complexio dicitur.

CALUMNIĀTOR, oris, m. *a calumniator, slanderer*, συκοφάντης, κακοπράγμων, qui calumnia utitur. *Caius. Dig.* lib. 50. *tit. pænult.* leg. 233. Si calvitur, et moretur, et frustretur: inde et calumniatores appellati sunt, qui per fraudem, et frustrationem alios vexarent litibus. *Cic. pro Cluent.* c. 59. Est hic Ennius egens quidam, calumniator, mercenarius Oppianici. *Id. pro Cæcin.* c. 23. Scriptum sequi calumniatoris est; boni judicis voluntatem scriptoris, auctoritatemque defendere. *Id.* 3. *Verr.* c. 10. Calumniatores apposuit, qui illam hereditatem Veneri commissam esse dicerent. ¶ *Calumniator sui*, qui in se ipsum nimis inquirit, et diligentiæ finem ponere nescit in eo, quod facit, metu peccandi. *Plin.* l. 34. c. 8. *ad fin.* Callimachus statuarius semper calumniator sui, nec finem habens diligentiæ: ob id cacizotechnos appellatus.

CALUMNIĀTRIX, icis, f. *she that calumniates, a female slanderer*, συκοφάντρια, quæ calumniatur. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 8. leg. 1. *post med.* Videlicet cum nemo contendit, nec calumniatricem dicit.

CALUMNĬOR, aris, atus sum, dep. 1. *to calumniate, slander, to accuse or charge falsely; to cavil, detract*, συκοφαντέω, διαβάλλω, calumnia utor, falsa crimina intendo, malitiose ago, fallacias, dolosque adhibeo. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 6. Defensoris locus est, cum accusatorem calumniari criminatur. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 20. Aperte ludificari, et calumniari. *Id. Fam.* 9. ep. 7. Nam quod antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 75. Innocentiam, justitiamque ejus non argueres. sermonis nimius erat: id unum calumniatus est rumor. *h. e.* accusavit, reprehendit, nimis tamen, et tanquam summum scelus esset. *Phædr. in prol.* l. 1. v. 5. Calumniari si quis autem voluerit, Quod arbores loquantur, &c. *censure, criticise, reprehend.* Et *Ascon. in Divin. Verr.* c. 5. Frustra calumniantur Ciceronem homines. *Est qui legit* Ciceroni. *Gell.* l. 7. c. 3. Tiro verba ponit Catonis, et aliis tamen eum verbis calumniatur. *criticises him. Apulei.* lib. 1. *Metam.* Ecce frater meus, quem occisum a me calumniabaris. *Paul. Dig.* lib. 10. tit. 4. *leg. pænult.* Calumniari verba juris. *h. e.* malitiose interpretari. ¶ *Calumniari se* est nimis anxie inquirere, et damnare singula, etiam quæ proba esse possunt, nimio timore peccandi. *to be over scrupulous, over exact, over nice. Quintil.* l. 10. c. 3. Nec enim rursus eos, qui robur aliquod in stilo fecerint, ad infelicem calumniandi se pœnam alligandos puto. Nam quomodo sufficere civilibus officiis possit, qui singulis actionum partibus insenescat? *Id.* l. 8. *in prœm. ad fin.* Quibusdam nullus finis calumniandi est, et cum singulis pæne syllabis commorandi. V. *Calumnia*, et *Calumniator.* ¶ Item falso apud se suspicari inani metu torqueri, falsas sibi ipsi difficultates objicere, quæ agentem remorentur. *to give way to ungrounded suspicion, suspect or imagine needlessly. Cic. Fam.* 9. ep. 2. Ac mihi quidem jampridem venit in mentem, bellum esse aliquo exire, ut ea quæ agebantur hic, quæque dicebantur, nec viderem, nec audirem. Sed calumniabar: putabam, qui mihi obviam venisset, suspicaturum, aut dicturum, &c. V. *Cæcinæ* similem usum in *Calumnia*, et *Senec. de tranquillitate*, cap. 2. ¶ Passive *Staverius* apud *Priscian.* l. 8. pag. 793. *Putsch.* A quibus interdum analogia calumniatur. *h. e.* συκοφαντεῖται, ut idem *Priscian.* exponit.

CALUMNĬŌSE, adverb. *calumniously, slanderously*, συκοφαντικῶς, cum calumnia, fraudulenter. *Papinian. Dig.* lib. 46. tit. 5. leg. 7. Calumniose petere aliquid. *Augustin.* ep. 48. *ad Vincent. ante med.* Innocentem calumniose appetere. *Symmach.* l. 10. ep. 76. Calumniosissime credere.

CALUMNĬŌSUS, a, um, *calumnious, slanderous, false and unjust; full of cavils, evil surmises, and mistrust*, συκοφαντικὸς, calumnia plenus, fraudulentus. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 2. leg. 14. Accusationem calumniosam instituere. *Arnob. initio* lib. 1. Calumniosas criminationes dissolvere. *Augustin.* ep. 152. *ad fin.* In qua cognitione Cæcilianum innocentem, illos autem calumniosissimos judicavit. ¶ *Calumniosus, i*, idem est qui calumniator, *a calumniator. Paul. receptar. sententiar.* lib. 1. tit. 5. Calumniosus est, qui sciens prudensque per fraudem negotium alicui comparat. Et *mox.* Omnes calumniosi extra ordinem plectuntur. Adde *Apulei. in Apolog.*

CALVO, is, calvi, a. 3. *to deceive, mislead*, decipio, frustror. Passive *Sallust.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 883. *Putsch.* et *Non.* cap. 1. n. 20. Contra ille calvi ratus. *Pacuv.* apud *Non. ibid.* Sentio, pater, te vocis calvi similitudine. ¶ Præteritum *calvi* agnoscit *Priscian. loc. cit.* at supinum *calutum* in usu non esse affirmat.

CALVOR, ĕris, dep. 3. *to deceive, thwart, balk*, idem quod calvo. *Accius* apud *Non.* c. 1. n. 20. Sed memet calvor: vos istum, ut jussi, ocyus Abstrahite. *Lucil. ibid.* Si non it, capito, inquit, eum: et si calvitur, endo Ferto manum. (Adde *Cai. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 233.) *Pacuv. ibidem.* Me calvitur suspicio. *Id. ibid.* n. 15. Calamitas plures annos arvas calvitur. *h. e.* fructuum spe frustratur. *Plaut. Cas.* 2. 2. 3. Ubi domi sola sum, sopor manus calvitur. *h. e.* frustratur manus intentas operi.

CALVUS, a, um, *bald, having the hair fallen off*, φαλακρὸς, cui capillus, vel pili defluxerunt. et dicitur tum de hominibus, ut in subjectis exemplis apparet; tum de brutis, ut in Calveo, et Calvesco videre est. *Petron. in Satyr.* c. 27. Senex calvus. *Sueton. in Calig.* c. 27. Ex noxiis laniandos adnotavit, et a calvo ad calvum duci imperavit. *Apulei.* l. 5. *Metam.* Maritum sortita sum cucurbita calviorem. Al. leg. *glabriorem.* ¶ Dicitur etiam calvus, qui capillis est tonsis, *with the hair shaven or shorn off*, καρτὸς, κουρίας. *Plaut. Amph.* 1. 1. *in fin.* Ubi ego hodie raso capite calvus capiam pileum. Confirmat *Petron. in Satyr.* c. 107. *sub fin.* et *Non.* c. 12. n. 38. ¶ De occasione quæ calva depingi solet, V. *Phædr.* l. 5. fab. 8. ¶ Calvorum, et Calvinorum familiæ apud Romanos a capillorum calvitio denominatæ sunt. ¶ *De Venere calva* narrat *Lactant.* l. 1. c. 20. cum Romani a Gallis in Capitolio obsessi, in omnium rerum penuria, ex mulierum capillis tormenta fecissent, (quod et *Veget.* tradit l. 4. *de re milit.* c. 9.) soluta obsidione ædem Veneri *Calvæ* cognomine consecrasse, insigne factum, ac beneficium eo nomine testantes. Adde *Capitolin. in Maximin. jun.* c. 7. Sed et alias hujus appellationis causas affert *Serv.* ad illud *Æn.* 1. v. 724. Matris Acidaliæ. V. ¶ *Calvæ nuces*, et *calvæ* absolute sunt genus quoddam nucum, quod in *Gloss. Vet.* exponitur ποντικὸν πεφρυγμένον, hoc est Pontica nux torrefacta, quasi intelligantur eæ, quæ tostura glabræ factæ sunt: sed *Salmas. in exercit. Plin.* pag. 602. virides omnino, et crudas nuces esse recte tradit, nempe ex genere earum, quas λεπτοκάρυα Græci vocant, hoc est tenue putamen habentes: calvas autem dici, quod ea lanugine, seu barba careant, qua protectas esse Ponticas nuces *Plin.* l. 5. c. 22. tradit. *Cato R. R.* c. 8. Nuces calvas, avellanas, Prænestinas, et Græcas, hæc facito uti serantur. *Petron. in fragment. Tragur.* c. 66. *Burman.* Cicer, et lupinum, calvæ, arbitratu. V. *Interpr.* Has *Plin. loc. cit.* ubi earum varia genera ex *Catone* recenset, *galbas* appellat; atque ita legi in MSS. omnibus, *Harduinus* testatur, quamquam *Salmas. loc. cit. calvas* restitui vult. ¶ *Martial.* l. 12. epigr. 32. *calvas restes* dixit *allioque, cæpisque*, in quibus rarum allium, et paucæ cæpæ erant, quemadmodum in calvo capite rari capilli sunt. Eadem ratione *calvescere* dicuntur loca, in quibus raræ arbores sunt, et *calvata* vinea, paucis vitibus consita. [† *Plin.* Calva vinea.] V. supra suis locis.

CALX, calcis, f. *sæpius quam* m. *the heel*, πτέρνα, pars posterior imi pedis, quæ et calcaneum dicitur. *Cels.* l. 8. c. 7. *ad fin.* Costæ, spina coxarum, os tali, calx, manus, planta. *Pers.* sat. 3. v. 105. *de cadavere mox efferendo.* In portam rigidos calces extendit. *Juvenal.* sat. 1. v. 43. Nudis calcibus anguem premere. *Plaut. Merc.* 5. 2. 111. *Eu.* Sequere sis. *Ch.* sequor. *Eu.* clementer, quæso; calces deteris. *you tread on my heels; you are for tripping me up. Virg. Æn.* 11. v. 2. 714. Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat. *h. e.* calce stimulo ferreo armata. *Stat.* l. 5. silv. 2. v. 115. vexantemque ilia nuda Calce ferocis equi. *Sil.* l. 13. v. 169. Et jam ferrata rapiebat calce volantem Taurea cornipedem. Adde lib. 7. v. 697. et lib. 17. v. 541. quib. loc. *ferrata calce* legitur. Sunt enim qui in locis *Virgilii*, et *Silii* legant *ferrato*: sed *Non.* c. 3. n. 60. et *Charis.* l. 1. pag. 72. *Putsch. Probus*, et alii veteres Grammatici *ferrata* retinent. *Pierius* quoque sæpius in MSS. *ferrata*, quam *ferrato*, reperisse se affirmat. ¶ De brutis animalibus. *Varr.* l. 2. *R. R. de vaccis* c. 5. Cauda profusa usque ad calces. Hinc *calce* petere de quadrupedibus dicitur, cum posterioribus pedibus feriunt, *to lift their heels; to kick*, λακτίζειν. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 55. neque calce lupus quemquam, neque dente petit bos. *Nepos in Eumen.* c. 5. Jumentum verberibus cogebat exsultare, et calces remittere. *Alfen. Dig.* l. 9. tit. 1. *leg. ult.* Mula calcem rejecit, et crus agasoni fregit. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 755. Calce ferire. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 71. Cædere calcibus. *Sil.* l. 17. v. 136. Elatis calcibus pulsare aera. *Phædr.* fab. 21. l. 1. Calcibus frontem alicui exterere. ¶ *Adversus stimulum calces*, (subaudi *jactare*) proverbio dicitur de iis, qui contra eos reluctantur, quos vincere nequeunt. sibi enim ipsis magis nocent. Ductumque est a bobus, qui cum a bubulco stimulis fodiuntur, si calcitrare velint, altius punguntur. Græci etiam dicunt πρὸς κέντρον λακτίζειν. [† Anglice, *to kick against the pricks.*] *Terent. Phorm.* 1. 2. 27. Nam quæ inscitia est, adversum stimulum calces? ¶ Dicuntur etiam homines *calce percutere*, cum pedibus feriuntur. (Nam *calx* pro toto pede etiam accipitur, ut in illo *Virg.* 5. *Æn.* v. 524. calcemque terit jam calce Diores.) *Cic. Tuscul.* 5. c. 27. Certare pugnis, calcibus, unguibus. *Id. Verr.* 5. c. 23. Pugnis, et calcibus aliquem conscindere. *Terent. Eun.* 2. 2. 54. Calcibus insultare fores. *Plaut. Pœn.* 4. 1. 3. Incursare pugnis, et calcibus. *Juvenal.* sat. 3. v. 295. Nil mihi respondes? aut dic, aut accipe calcem. ¶ *Calcem alicui impingere* translate est rem aliquam abjicere, deserere, a se dimittere. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 46. *Burm.* Ceterum jam Græculis calcem impingit, et Latinas cœpit non male appetere. ¶ Per similitudinem dicitur de particula ligni, quæ cum ipso stolone aut surculo e corpore suæ arboris avellitur, serendi gratia, quia cum in ima surculi parte sit, humani calcis speciem præbet. *Plin.* l. 17. c. 21. Solebat capitulatus utrinque e duro surculus seri: postea avelli cum sua calce cœptus est, ut in fico. *Supra* cap. 10. dixerat *cum sua perna.* ¶ Notat *Charis.* l. 1. pag. 72. etiam *Lucil.* l. 23. *satyrar.* calcem masculino genere usurpasse. ¶ *De calce*, qua finem significat, V. in voce sequenti.

CALX, calcis, f. *lime-stone, lime, mortar*, τίτανος, κονία, lapis excoctus, et in pulverem redactus, quo aqua macerato, et arena mixto utimur in structuris pro bitumine. Antequam maceretur, *calx viva* est, τίτανος ἀκατάσβεστος: *quick-lime*: postquam macerata fuerit, *exstincta* dicitur. *slaked lime. Cic. pro Mil.* c. 26. In eam insulam materiam, calcem, cæmenta convexit. *Vitruv.* l. 8. c. 7. Calcem vivam ex oleo subactam illinere. *Id.* l. 2. c. 5. Cum calx erit exstincta, tunc materiæ ita misceatur, ut, &c. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 207. Calcis restinctæ partem quartam indito. *Plin.* l. 36. c. 23. Macerata calx. ¶ Quidam calci masculinum genus tribuunt, quod sit apud *Catonem R. R.* c. 18. et in vetusta inscriptione apud *Gruter.* pag. 207. *calce arenato.* Sed qui recte loca illa considerabit, inveniet *arenato* substantivum esse, et a *calce* minime regi. ¶ Antiqui *calcem* dixerunt in Circo, quam postea cretam appellarunt, teste *Seneca* ep. 108. *ad fin.* Erat autem linea ducta ex creta alba eo loco, ubi cursus finis erat, ut *Plin.* l. 35. c. 17. *in fi.* docet. Hinc factum est, ut *calcem* pro cujuscunque rei fine, termino, meta usurparent, *the end of any thing, boundary, goal, limit*: quemadmodum *carcerem* pro principio. *Lucret.* l. 6. v. 91. Tu mihi supremæ præscripta ad candida calcis Currenti spatium præmonstra, callida Musa. *Cic. in fragm. Senec. loc. cit.* Quoniam sumus ab ipsa calce ejus interpellatione revocati. *Id. de Senect. c. ult.* Nec vero velim, quasi decurso spatio, ad carceres a calce revocari. *Id. Tuscul.* 1. c. 8. Nunc video calcem; ad quam cum sit decursum, nihil sit præterea exstimescendum. *Al. leg.* ad quem. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 60. Nemini fortuna currum carcere emissum intimo Labi inoffensum per æquor candidum ad calcem sinit. ¶ *Extra calcem decurrere* proverbio dicitur pro extra rem digredi. *to digress too far; lose sight of the main subject. Ammian.* l. 21. c. 1. (*al.* 3.) *extr.* Ne extra calcem, quod dicitur, sermo decurrens, lecturo fastidium ferat. ¶ Porro quia in allato *Cicer.* loco 1. *Tuscul.* fortasse, in verbis autem *Varron.* certo (si fides *Nonio*) *calx* masculino genere effertur, putant nonnulli, cum pro fine accipitur, non a creta Circi, sed a parte infima pedis ducendam esse: ea enim significatione utrumque genus sine controversia admittit, ut in voce præcedenti videre est. ¶ *Calx* denique significat lapillum: a quo factum est diminutivum *calculus*, ut *Festus* in *Cancri* docet. *Voss. in Etymol.* derivat a Græco χάλιξ, lapis, a quo per syncopen factum sit *calx*; additque, ideo sic appellari eam, qua in structuris utimur, quia fit ex lapide cocto. ¶ Pro calculo lusorio *Lucil.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 687. *Putsch.* Naumachiam licet hæc, inquam, alveolumque putare, et Calces: delectes te, hilo non rectiu' vivas. Et *Plaut. Pœn.* 4. 2. 85. Profecto ad

incitas lenonem rediget, si eas abduxerit. Mi. prius disperibit faxo, quam unum calcem civerit. *before he makes a single move.* *Non. loc. cit.* legit *unum* sed *Taubman.* ex multis MSS. et veterib. Editionib. fere omnib. *unam.*

CALYBA, æ, f. καλύβη, pergula est, tugurium, attegiæ, quales in meritoriis tabernis fieri solent, in quibus ganeones ad potandum sedent. Id enim sonat Græca vox, quæ est a καλύπτω, tego. Ita *Salmas. in commentar. ad Vopisc. in Carino*, cap. 19. afferens illud *Virg.* (seu quicunque alius auctor est) *in Copa*, v. 7. Sunt topia, et calybæ, cyathi, rosa, tibia, chordæ. *Scalig.* etiam eam lectionem agnoscit (vulgo enim legitur *Sunt cupa, calices*, &c.) sed mavult legi *chalybes*, hoc est æra in crotalis, et crepitaculis. ¶ Quia vero καλύβη Græce aliam quoque habet significationem, nempe cellam, vel thalamum aliquando notat; et in veteri Græco epigrammate ponitur pro cubiculo, seu thalamo, in quo sunt signa, et pulvinaria Deorum, et præsertim Cybeles; hinc *calybitam* affirmat idem *Salmas.* significare Gallum Matris Deum sacerdotem, quasi dicas cubicularium, in illis versibus *ejusdem Copæ*. Huc calybita veni: vester jam sudat asellus. Parce illi: vestrum delicium est Asinus. Constat enim etiam ex *Phædro* l. 3. *fab. ult.* solitos fuisse Gallos circumducere, quæstus causa, asinum bajulantem sarcinas. Ita quidem *Salmas.* At vero *Scalig.* pro *calybita* vult legi *asivehida*, factum per syncopen ex *asinivehida*, hoc est qui asino vehitur, et significari Silenum Bacchi comitem. Alii denique retinent *calybita*, et interpretantur eum, qui tabernas, earumque *calybas* potandi gratia frequentant. Verum hæc omnia valde incerta sunt, et in scribendi usum non facile deducenda.

CALYBĪTA, V. vocem præced.

CALYCŬLUS, li, f. *a little bud*, καλύκιον, parvus calyx. *Plin.* l. 20. c. 19. Ceratitis radice crassa, et corticosa, calyculo inflexo, ut cornicula. *Id.* l. 27. c. 5. Ascyron semen habet in calyculis pusillum. *Apulei. in Apolog.* Calyculi echinorum. *Id. Metam.* 4. Floris inodori porrecti calyculi modice punicantes. V. *Calyx.* ¶ Scribitur et *caliculus.*

CALȲDON, ōnis, f. Καλυδὼν, oppidum Ætoliæ, septem millibus quingentis passib. a mari, juxta Evenum amnem, ut *Plin.* l. 4. c. 2. docet, regia olim Œnei patris Meleagri, et Deianiræ. *Ovid. Metam.* 6. v. 415. Et nondum torvæ Calydon invisa Dianæ. *Virg. Æn.* 7. v. 305. concessit in iras Ipse Deum antiquam genitor Calydona Dianæ. *Plaut. Pœn. prol.* v. 72. Ille qui surripuit puerum, Calydonem avehit. *Martial.* l. 9. epigr. 49. Inter quæ rari Laurentem ponderis aprum Misimus: Ætola de Calydone putes. V. *Œneus.*

CALYDONIĂCUS, a, um, Calydonius. *Manil.* l. 5. v. 180. Et Calydoniaca bellantem rupe puellam. *h. e.* Atalantam, quæ aprum Calydonium prima vulneravit. V. *Atalanta.*

CALYDŌNIS, idis, f. ad Calydonem pertinens. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 112. Tradidit Aonius pavidam Calydonida Nesso. *h. e.* Deianiram Calydone ortam. *Id.* 8. *Metam.* v. 527. matres Calydonides Eveninæ. Adde *Stat.* 2. *Theb.* v. 736.

CALYDONĬUS, a, um, *Calydonian*, Καλυδώνιος, ad Calydonem pertinens. *Ovid. Metam.* 8. v. 324. Calydonius heros. *h. e.* Meleager. *Id. ibid.* v. 727. Calydonius amnis. *h. e.* Achelous, qui Ætoliam alluit. *Id.* 14. *Metam.* v. 512. Calydonia regna. *h. e.* Apulia, in qua regnavit Diomedes Œnei nepos ex Ætolia illo transvectus. *Martial.* l. 11. epigr. 19. Calydonius sus. V. *Œneus, Meleager*, et *Atalanta.* ¶ *Calydoniæ, arum*, apud *Senec. in Herc. Œt.* v. 582. sunt eædem quæ Calydonides matres.

CALYPSO, us, et onis, f. Καλυψὼ, nympha, Atlantis ex incerta matre filia, vel ut alii volunt, Oceani, et Tethyos, quæ regnavit in insula cognomine, ut est apud *Plin.* l. 3. c. 10. in mari Siculo, quam *Homer.* Ogygiam appellavit: sed *Pompon. Mela* l. 2. c. 7. *Ææam.* In hac insula benigne excepit Ulyssem naufragum, et sex ipsos annos, teste *Ovid.* apud se retinuit; ex quo etiam filium genuit, Ausonem nomine, a quo postea Ausonii dicti sunt. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 10. v. 13. *de Ulysse.* An grave, sex annis pulcram fovisse Calypso, Æquoreæque fuit concubuisse deæ? *Tibull.* l. 4. eleg. 1. v. 77. fecunda Atlantidos arva Calypsus. *Serv. ad Æn.* 3. v. 171. Auson Ulyxis, et Calypsus filius. ¶ *Quintil.* l. 1. c. 5. non probat *Calypsonem* dici pro *Calypso*: quamquam secutus antiquos C. Cæsar usus fuerit hac ratione declinandi. Jam enim a consuetudine auctoritatem superatam esse. Sed et *Apulei.* l. 1. *Metam. Calypsonis* dixit pro *Calypsus*: quin et *Livius* ipse *in fragment.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 685. *Putsch.* Apud Nympham Atlantis filiam, Calypsonem.

CALYPTRA, V. *Caliptra.*

CALYX, ycis, m. *the bud, cup, or calix of a flower*, κάλυξ, dicitur in floribus globulus ille, qui in medio foliorum est, et semen continet, habetque sæpe infixa stamina, seu capillos, decussisque floris foliis, adhuc remanet, ut in rosa, in lilio, in narcisso, in papavere, &c. Dictus videtur a καλύπτω, tego, quia semen contegit. *Plin.* l. 21. c. 5. Narcissi alterum genus flore candido, calyce purpureo: tertio generi calyx herbaceus. *Id. ibid.* c. 4. *de rosa.* Paulatim dehiscit, ac se se pandit, in calycis medio sui stantis complexa luteos apices. (Adde *ibid.* c. 18.) *Id.* l. 20. c. 18. Calyx papaveris. *Id.* l. 21. c. 5. *de lilio.* Ita odor, colorque duplex, et alius calycis, alius staminis. ¶ Similiter in arboribus ita appellatur folliculus, ex quo primum flos, deinde fructus erumpit: et generatim quidquid earum semen continet. *Plin.* l. 12. c. 6. Arbor foliis moro similis, calyce pomi. *Id.* l. 15. c. 22. Castaneis armatum echinato calyce vallum. *Id. ibid.* Nuces gemino protectæ operimento, pulvinati primum calycis, mox lignei putaminis. *Id.* l. 23. c. 4. Oleum laurinum auribus in calyce Punici mali calfactum illinitur. Adde lib. 22. c. 22. ¶ Præterea testaceorum piscium durum corium, calyx appellatur, *the shell.* *Plin.* l. 9. c. 31. Calyces echinometrarum. *Id.* lib. 34. c. 4. *de testudine.* Latitudo his in dorso pectori similis, nec convexo curvata calyce. *Id.* l. 9. c. 56. Calyces cochlearum. ¶ In hac significatione etiam *calix* scriptum invenitur. ¶ Per similitudinem *calyx* dicitur de ovi putamine integro, postquam quis exsorbuerit, *an egg-shell.* *Id.* l. 28. c. 2. ¶ Item de crusta e gypso, vel cera, qua vestiuntur pomorum quædam genera, servandi causa. *Plin.* l. 15. c. 17. Mala generosissima crustant gypso, vel cera; quæ nisi maturuerint, incremento calycem rumpunt. ¶ Item de operimento, seu crusta e luto, qua caminantur strues lignorum in carbone faciendo. *Id.* l. 16. c. 6. Acervi confertis taleis recentibus luto caminantur; accensaque strue, contis pungitur durescens calyx, atque ita sudorem emittit.

[* CAMA, æ, f. lectus brevis et prope terram, a Græco χαμαὶ, *humi.* *Isidor. Orig.* l. 20. c. 11.]

CAMĂCUM, i, n. succus cinnami succo similis, in Syria nascens. *Plin. in fi.* l. 12. et lib. 13. c. 2. Alii aliter legunt. In lib. 1. *ejusd. Plin. ad indicem* l. 12. legitur *comacum.*

CAMĀRA, V. *Camera.*

CAMARĪNA, æ, f. [† nunc] *Camarana*, Καμαρίνη, urbs Siciliæ in ora Australi inter Gelam fluvium, et Pachynum promontorium, cum fluvio, et palude cognomine. Ea palus aliquando siccata cum fœtore pestilentiam creasset, consultus Apollo, an eam penitus exhaurire deberent, respondit: Μὴ κίνει Καμαρίναν. ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων. Quo oraculo neglecto, per eam mox ingressis in urbem hostibus, contempti numinis pœnas dederunt. Ita *Servius* ad illud *Virg.* 3. *Æn.* v. 700. et fatis nunquam concessa moveri Apparet Camarina procul. (Adde *Sil.* l. 14. v. 198.) *Ovid.* 4. *Fast.* v. 477. Hinc Camarinan adit, Thapsonque, et Heloria tempe. τὴν Καμαρίναν, Græca positione. ¶ Hinc ortum est Græcorum proverbium, κινεῖν Καμαρίνην, *Camarinam movere*, de iis, qui ultro ad se malum arcessunt. ¶ Scribitur et *Camerina*, Καμερίνη, neque sane, utra scriptio sit potior, facile est definire, cum ubique libri varient, teste *Heins. ad Claudian.* et *Sil.* Græci sæpius per α scribere videntur.

CAMĂRUS, V. *Cammarus.*

CAMBĬO, is, psi, a. 4. *to change, exchange, barter*, ἀμείβομαι, commuto, permuto. *Apulei. in Apolog.* Ego adeo, servos tu an habeas ad agrum colendum, an ipse mutuarias operas cum vicinis tuis cambias, neque scio, neque laboro. ¶ Agnoscunt hoc verbum etiam *Charis.* l. 3. pag. 219. et pag. 253. *Putsch.* et ex eo *Priscian.* l. 10. pag. 906. eique tribuunt præteritum *campsi*, vel *cambsi*, quod a Græco κάμπτω, ἔκαμψα esse videtur, ut *ibid. Priscian.* tradit. Legitur etiam apud *Sicul. Flacc. de condit. agror.* pag. 13. *Goesii.*

CAMĒLA, æ, f. V. *Camelus.*

CAMĒLÆ Virgines sunt, quibus supplicare solebant sponsæ nupturæ. *Festus.* Ad quem locum *Voss. in Etymol.* docet Camelas virgines esse γαμηλίους θεὰς, hoc est nuptiarum præsides deas, *g* in *c* mutato, quemadmodum Γάϊος, *Caius* &c. γαμηλίους autem dictas ἀπὸ τοῦ γαμεῖν, uxorem ducere.

CAMELARĬUS, ii, m. καμηλίτης, qui camelorum curam gerit. *Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 4. *leg. ult.* V. vocem sequent.

CAMELASĬA, æ, f. *a driving or keeping of camels at the public cost.* καμηλασία, publicorum camelorum, qui ex fisco principis alebantur ad convehendos militibus commeatus, cura, et custodia. *Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 4. *leg. ult.* Camelasia quoque personale munus est. nam ratione habita et alimentorum, et camelorum, certa pecunia camelariis dari debet. Ita *Torrentin.* qui etiam *ibid.* leg. 1. καμηλασία habet. Sed *Haloander* edidit priore quidem loco *camelelasia*, posteriore autem καμηληλασία. quæ vox camelorum agitationem significat, ab ἐλαύνω, agito, et κάμηλος, camelus. Quare καμηλασία videtur esse per syncopen a καμηληλασία.

CAMELASĬUM, ii, n. *a tax paid for the employment of camels on the public service*, annona pro alendis camelis, aut vectigal, quod ad eos alendos fisco penditur. *Ammian.* l. 17. c. 3. (*al.* 5.) Ut præter solita, nemo Gallis quidquam exprimere conaretur camelasii nomine inique. *Valesius* affirmat, ea verba *camelasii nomine* in MSS. deesse, et ab alio per summam audaciam inserta fuisse.

CAMELĪNUS, a, um, *relating to a camel*, καμήλειος, ad camelum pertinens. *Plin.* l. 11. c. 49. Camelino genitali arcus intendere, Orientis populis fidissimum. *Id.* l. 28. c. 9. Camelinum lac. *Arnob.* l. 6. pag. 200. Camelina ossa.

CAMELLA, æ, f. *a kind of milk-vessel, a caudle-cup*, vox est, quam *Gell.* l. 16. c. 7. recenset inter obsoletas, et ex sordidiore vulgi usu petitas, usurpataque a *Laberio* in Mimis suis: injuria tamen, cum et apud *Ovid.* et apud *Petron.* legatur. Significat autem vas quoddam potorium, quod quidam putant ita dictum esse, quasi *camuram*, quod flexum incurvumque foret. Alii illud idem esse arbitrantur, quod *Pollux* l. 10. c. 24. σκαμέλλαν, seu σκαμίλλαν vocat, et Romanam appellationem esse, docet. *Salmas.* enim cum aliis καμέλλαν legendum putat, et illud σ ex præcedenti voce Ῥωμαίοις perperam ei adjunctum fuisse. Sed enim *Pollux* quodnam tandem vas illud sit, non definit, solum enumerat inter vasa coquinaria, de quibus toto illo capite agit. Nos ex locis Latinorum scriptorum, quos subjicimus, illud dicere possumus, fuisse vas potorium, in sacris quibusdam adhibitum. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 779. Tum licet, apposita veluti cratere camella, Lac niveum potes, purpureamque sapam. *Petron. in Satyr.* 135. Camellam etiam vetustate ruptam pice temperata refecit. Et *mox* Camella lignea. et cap. 137. Infra manus meas camellam vini posuit. ¶ In conviviis quoque adhibitam fuisse, colligitur ex illo ejusdem *in Fragment. Tragur.* cap. 64. *Burman.* Camellam grandem jussit misceri, potiones dividi omnibus servis.

CAMELOPARDĂLIS, is, f. *a beast like a camel and a panther, a camelopard*, καμηλοπάρδαλις, animal forma camelum referens, pellis autem colore variegato pantheram: a κάμηλος, camelus, et πάρδαλις, panthera. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 20. Alexandria camelopardalis nuper adducta, quod erat figura ut camelus, maculis ut panthera. *Plin.* l. 8. c. 18. Nabum Æthiopes vocant, collo similem equo, pedibus et cruribus bovi, camelo capite, albis maculis rutilum colorem distinguentibus: unde appellata camelopardalis, Dictatoris Cæsaris Circensibus ludis primum visa Romæ. Ex eo subinde cernitur, aspectu magis, quam feritate conspicua: quare etiam ovis fere nomen invenit. *h. e.* ovis peregrinæ. V. *Ferus.* ¶ Dicitur etiam *camelopardalus, i.* *Capitolin. in Gordian. tert. cap. pænult.* Camelopardali decem, onagri viginti. Adde *Vopisc. in Aurel.* c. 33. ¶ Isidor. l. 12. *Orig.* c. 2. *camelopardum* vocat, non absurde. ¶ Italorum quidam *giraffa* appellant.

CAMELOPODĬON, ii, n. *the herb horehound*, καμηλοπόδιον, hoc est cameli pes, herba est eadem, quæ marrubium. *Apulei. de herbis* cap. 45.

CAMĒLUS, i, m. *a camel*, κάμηλος, vox Syriaca, teste *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 20. qua significatur animal quadrupes in Orientalibus regionibus frequentissimum, longo, gracili, obtortoque collo, capite exili, altis cruribus, pectore amplo, et villoso, et in superiore maxilla primoribus carens dentibus, ut *Plin.* l. 11. c. 37. tradit. Est autem duplicis generis Bactrianum, et Arabicum: illud bina habet tubera in dorso ephippiorum modo exstantia, hoc unum tantum (unde *curvum camelum* dixit *Paulin. Nolan.* carm. 6. v. 229.) utrumque autem alterum sub pectore, cui incumbit, dum ad accipienda onera (quibus portandis quam aptissimum est) ultro in genua demittitur. Sitim adeo tolerat, ut quatriduum potu abstineat, eod. *Plin.* teste l. 8. c. 18. ubi de eo plura. Hinc *Pers.* sat. 5. v. 136. *sitientem* appellat. ¶ *Camelus* femina femin. genere effertur. *Trebell. Poll. in Claud.* c. 14. Equos annuos tres, camelos annuas decem, mulas annuas novem. *Salmas.* tamen, et *Gruter.* ex quibusdam MSS. leg. *camelas.* Etiam *Paulin. Nolan.* hac ratione usurpavit, nec tamen camelum feminam intellexit. Ejus verba sunt ep. 29. c. 2. Et illa nobis de Evangelio camelus ingeritur, quæ facilius per foramen acus transit, &c. Fortasse respexit ad τὸν κάμιλον, quæ vox rudentem, seu funem nauticum significat. In quodam tamen MS. Codice legitur *ille camelus, qui*, &c.

CAMĒNA, æ, f. *a Muse*, eadem quæ Musa, ita dicta a *canendo*, ut *Festus, Serv. ad Virg. Ecl.* 3. v. 59. et *Macrob.* l. 2. *in somnio Scip.* c. 3. docent, quasi *cunena.* Contra sentit *Var.* l. 5. *L. L.* c. 8. *sub fin.* *canere* a *camena* factum esse, *n* permutato. Viderint Etymologi. *Horat. in carm. sæcul.* v. 61. Augur, et fulgente decorus arcu Phœbus, acceptusque novem Camenis. *Virg. loc. cit.* Alternis dicetis: amant alterna camenæ. *Pers.* sat. 5. v. 21. tibi nunc, hortante camena, Excutienda damus præcordia. *Plin. in præfat. histor. nat.* Libri naturalis historiæ, novitium Camenis Quiritium opus. *h. e.* a nemine litteratorum Romanorum tentatum. Præsunt autem camenæ non solum carminibus, sed omnibus litterarum studiis. ¶ Per metonymiam sumitur pro carminibus. *Horat.* l. 1. od. 12. v. 39. Gratus insigni referam Camena. *Id.* l. 4. od. 9. v. 8. Stesichorique graves Camenæ. *Id.* l. 1. ep. 1. v. 1. Prima dicte mihi, summa dicende Camena. Adde *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 13. v. 33. ¶ Camenarum lucus fuit extra portam Capenam, sacratus Musis a Numa, teste *Liv.* l. 1. c. 21. De hoc intellige illud *Vitruv.* l. 8. c. 3. Uti nec fontanalis ab Camenis, nec Martia saliens desideretur. ¶ Scribit *Tertullian.* l. 1. *advers. Marcian.* c. 13. Veteres Gentiles, quemadmodum per Junonem intelligebant aera, per Vestam ignem, ita per *Camenas* voluisse significari aquas. Nempe Camenæ nymphæ sunt. Nymphas autem tum Deas fontium, tum ipsos fontes appellant Græci. ¶ Scribitur et *Camœna*, et ita legitur in quadam *Inscript.* apud

Spon. teste *Cellar. in Orthogr.* et probatur a *Dausqu.* Videtur tamen a priscis solummodo ita scriptum fuisse, qui et *mœrus* pro *murus*, et alia hujusmodi efferebant. Frequentius enim in *opt. lib. Camena* reperitur, præferturque ob id a *Cellar. loc. cit.* adeoque sequenda est hæc scribendi ratio, si vera est etymologia, quam præmisimus. In quadam *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 47. n. 10. habetur *Camina:* quod non est imitandum. ¶ Olim *Casmena*, et *Carmena* dictum fuit, teste *Varron. de L. L.* l. 6. c. 3. et *Fest. in Pœsnis.*

CAMENĀLIS, le, *relating to the Muses*, ad Camenas pertinens. *Avien. in Phænom. Arat.* v. 495. Camenalis Hippocrene. *Sidon.* l. 3. ep. 3. Camenales modi. *Symmach.* l. 1. ep. 53. (*al.* 47.) Camenalis familia.

CAMĔRA, æ, f. *a vault, arched roof or ceiling; an upper gallery*, καμάρα, tectum incurvum in modum testudinis. Differt a fornice in eo, quod *camera* significat totum tectum fornicatum, *fornix* vero de singulis etiam cameræ arcubus dicitur. Tametsi hoc discrimen perpetuum non est. *Sallust. in Catil.* c. 58. Tullianum muniunt undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus vincta. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. Pavimenta recte fieri videbantur: cameras quasdam non probavi mutarique jussi. *Sueton. in Ner.* c. 34. Solutilem navem, cujus vel naufragio, vel camera ruina periret, commentus est. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 7. Περίστερεὼν fit, ut testudo, magna camera tectus. *Propert.* l. 3. eleg. 1. v. 50. Nec camera auratas inter eburna trabes. *Plin.* l. 16. c. 36. Arundinibus cameras levissime suspendere. *Id.* l. 36. c. 25. Cameras vitreas facere. *Colum.* l. 4. c. 17. *sub fin.* Pampini condensati cameræ more terram obumbrant. ¶ De camerarum rationibus multa *Vitruv.* l. 7. c. 3. ¶ Est etiam hoc nomine genus navigii, accolis Ponti, et Bosphori usitatum, arctis lateribus, lata alvo, sine vinculo æris, aut ferri, cujus tumente mari, prout fluctus attollitur, summam partem tabulis augent, donec in modum tecti claudatur. [Ab his navigiis, quæ eodem fere modo describit, nomen habere Camaritarum gentem, Ponti accolam, ait *Eustath.* ad *Dionys. perieges.* v. 700. Eorum mentionem facit *Priscian.* in *perieges.* v. 682. *Avien. in descript. orb.* v. 886., et *Ammian. Marcellin.* l. 22. c. 8.] Ita describit *Tacit.* 3. *Hist.* c. 47. Affertur etiam a *Gell.* l. 10. c. 25. ubi varia navigiorum nomina enumerat. *a kind of ship with close sides and a wide hold, and covered at the top.* ¶ Scribitur et *camara*, quod est Græcos imitari. Probant hanc scribendi rationem *Verr. Flacc.* et *Festus:* item *Charis.* l. 1. pag. 43. *Putsch.* ubi tamen etiam *cameram* admittit. *Burman.* quoque *in not. ad Petron.* c. 30. multis contendit *camaram* scribendum esse. Sed profecto etiam *camera* sæpissime apud Latinos Scriptores invenitur in optim. lib. ut. *Dausq.* docet *in Orthogr.* V. *Cameratus.*

CAMERARĬUS, a, um, adject. *of or like a vault*, ad cameram pertinens. *Camerarius cucumis* dicitur a *Plin.* l. 19. c. 5. qui in altum scandit, levi umbra cameras, ac pergulas operiens: cui contrarius est *plebeius*, humi repens. *a chamber-gourd, or pole-gourd, that climbs up to the roof of a house and shades the rooms.*

CAMERATĬO, onis, f. *a vaulting, arching, making an arched roof*, καμάρωσις, structura in camerum curvata. *Spartian. in Caracall.* c. 9. Nam ex ære, vel cupro cancelli superpositi esse dicuntur, quibus cameratio tota concredita est.

CAMERĀTUS, a, um, *vaulted, arched, covered over*, καμαρωτὸς, in cameram curvatus. *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 19. Si inquilinus arcam cameratam in ædes intulerit. Alii leg. *arcam æratam.* Habetur etiam *in vet. Inscript.* apud *Reines. in append.* n. 46. ubi tamen legitur *camaratus.* V. *Camera.*

CAMERĪNA, V. *Camarina.*

CAMERĪNUM, V. in *Camers.*

CAMERĪNUS, a, um, adject. ad Camerium pertinens. *Camerini, orum,* sunt ejus oppidi cives. *Valer. Maxim.* l. 6. c. 5. n. 1. Camerinos auspiciis suis captos sub hasta vendidit. ¶ *Camerinus* cognomen est Romanum in gente Sulpicia nobilissima. *Liv.* l. 3. c. 32. *Juven.* sat. 7. v. 90. et sat. 8. v. 38.

CAMERĬUM, ii, n. Καμερία, oppidum vetus Latii, nunc excisum. *Plin.* l. 3. cap. 5.

CAMĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to vault or arch over, to build in the form of a vault or archway*, in modum cameræ struo. *Plin.* l. 10. c. 33. Publicum omnium (*avium*) est tabulata ramorum sustinendo nido provide eligere, camerare ab imbri, aut fronde protegere densa.

CAMERS, ertis, adject. ad Camertes pertinens. *Cic. pro Syll.* c. 19. In Camerti agro. ¶ Sunt autem Camertes populi Umbriæ, in montibus incolentes, qua Picenum ea provincia pertingit. Eorum oppidum est Camerinum, [† nunc] *Camerino. Plin.* l. 3. c. 14. Arnates, Æsinates, Camertes. *Cic. pro Balb.* c. 20. Camertium fœdus. *Sil.* l. 4. v. 157. Camertum phalanx. ¶ In sing. numero *Id.* l. 8. v. 463. et armis, Vel rastris laudande camers.

CAMERTĪNUS, a, um, ad Camertem pertinens. *Cic. pro Balb.* c. 20. Camertinum fœdus.

CAMĔRUS, V. *Camurus.*

[* CAMĔSES, is, m. antiquus Italiæ princeps, qui una cum Jano regnavit. *Macrob. saturn.* l. 1. c. 7. *ad med.* Regionem istam, quæ nunc vocatur Italia, regno Janus obtinuit, qui, ut Hyginus Protarchum Trallianum secutus tradit, cum Camese æque indigena terram hanc ita participata potentia possidebant, ut regio Camesene oppidum Janiculum vocitaretur.]

CAMĬLĬA Tribus Romana memoratur, in vet. Lapid. apud *Gruter.* pag. 431. n. 6. L. Lucceio L. F. Camil. Aprili, &c. Pag. 677. n. 3. Ti. Claudio Ti. F. Camil. Soterico &c. Pag. 528. n. 4. *integrit. litter.* L. Aurelius L. Fil. Camilia Firmus, &c. Sunt aliæ præterea Inscriptiones *ibid.* non paucæ, in quibus *Cam.* legitur (quod alii *Camilia*, aut *Camillina* legendum putant) et ad hanc pertinere videntur. Creditur autem esse una ex illis octo Tribubus, quas additas fuisse bello sociali tradit *Vellei.* l. 2. c. 20. Unde autem dicta sit, incertum est.

CAMILLA, Καμίλλη, Virgo Volsca, quæ venit suppetias ferens Turno contra Latinos et Æneam, quo in bello etiam periit. *Virg. Æn.* 7. v. 803. Hos super advenit Volsca de gente Camilla. Multa de ea *Virg.* 7. *Æn.* v. 803. et *Æn.* 11. v. 535. *et sequent.* docetque vers. 543. prius *Casmillam* fuisse appellatam. V. *Camillus.*

CAMILĀNUS, a, um, adject. a nomine proprio *Camilli* deductum. *Sidon.* l. 1. *ep. ult.*

CAMILLUM, i, n. *a lady's cabinet or toilet*, teste *Festo* in voce *Cumera* erat vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utensilia. (*Varro* scribit, celari consuevisse quid eo contineretur, ut dicetur in voce sequenti.) Ideo autem *camillum* dicebatur, quod *camillus* vocabatur minister ille sacrorum, qui eum gerebat. ¶ Fortasse ab hujus vasis similitudine dicitur *camillum* cavitas quædam, seu loculamentum, de quo ita *Vitruv.* l. 10. ubi agit de catapultis, et scorpionib. c. 15. Crassitudo buculæ, quæ affigitur, vocitatur camillum, seu, quemadmodum nonnulli, loculamentum. *Bald. in Lex. Vitruv.* suspicatur legendum *catillum*, meticulose tamen, et indefinitam rem in medio relinquens.

CAMILLUS, i, m. et Camilla, æ, f. κάδωλος, prisca vox, et origine Græca, ut *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. arbitrari se dicit; Tusca vero, vel potius a Phœnicibus ducta, ut alii. Nam Tusci a Phœnicibus originem trahunt: Ea significatur minister, aut ministra deorum, non quidem in quocunque munere, sed in rebus, et sacris occultioribus. *Varr. loc. cit.* In Medo Pacuvius: Cælitum camilla exspectam advenis; salva hospita. Camillam qui glossemata interpretati sunt, dixerunt administram; addi oportet, in his, quæ occultiora. Igitur dicitur in nuptiis Casmillus qui cumerum fert, in quo quid sit in ministerio, plerique extrinsecus nesciunt. Hinc Casmillus nominatur in Samothraces mysteriis dius quidam administer diis magnis. Verbum Græcum arbitror, quod apud Callimachum in poematis ejus inveni. Hæc *Varro* ex emendatione *Scaligeri Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 8. ad illud *Virg. Æn.* 1. v. 542. matrisque vocavit Nomine Casmillæ mutata parte Camillam: Statius Tullianus de vocabulis rerum libro primo ait dixisse Callimachum Tuscos Camillum appellare Mercurium; quo vocabulo significant præministrum deorum. Unde Virgilius ait, Metabum Camillam appellasse filiam, Dianæ scilicet præministram. Nam et Pacuvius, cum de Medea loqueretur: Cælitum Camilla exspectata advenis; salve hospita. Romani quoque pueros, et puellas nobiles, et investes, camillos, et camillas appellant, flaminicarum, et flaminum præministros. Hæc *Macrob.* quem ad verbum descripsit *Servius ad Virg. loc. cit.* Sic *Interpres* Apollonii: Κάσμιλλος Ἑρμῆς ἐστιν. Quod vero ultimo loco ponit *Macrob.* confirmatur ex *Festo*, qui docet, *camillum* proprie appellari puerum ingenuum: et in voce *Flaminius* hæc habet: Flaminius camillus puer dicebatur patrimus et matrimus (παῖς ἀμφιθαλὴς) qui flamini Diali ad sacrificia præministrabat. Antiqui enim ministros, camillos dicebant. Alii dicunt omnes pueros ab antiquis *camillos* appellatos, sicut habetur in antiquo carmine, cum pater filio de agricultura præciperet. Hiberno pulvere, verno luto grandia farra, camille, metes. Qui versus habetur etiam apud *Serv.* ad illud l. 1. *Georg.* v. 101. hiberno lætissima pulvere farra. Huc pertinet versiculus ille derisus a veteribus Criticis apud *Quintil.* l. 8. c. 3. Prætextam in cista mures rosere camilli. *h. e.* exigui: vel adludit ad cistam, in qua prætexta, tanquam sacra quædam, reposita erat. ¶ Quod in *Virg.* et *Varr.* legitur etiam *Casmillus*, idem omnino est. Nam et apud Græcos κάμιλλος, et κάσμιλλος legitur. Simile est quod priscis Latinis *casmena*, dicebatur, quæ postea *camena*, ut est apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 3. ¶ Fuit etiam *Casmillus* unus ex diis Cabiris, V. *Cabirus.* ¶ Denique *Camillus* est cognomen Romanum, ut M. Furius Camillus de quo V. *Liv.* l. 5. et 6.

CAMĬNĀTUS, a, um, *made like a furnace or chimney*, in camini, seu fornacis modum cavatus: *Plin.* l. 17. c. 11. Et ubique caminata fossura ore compressiore sint. *h. e.* in imo, quam in summo patentiore.

CAMĬNO, as, a. 1. *to make like a furnace*, facere in modum camini. *Plin.* l. 16. c. 6. Acervi confertis taleis recentibus luto caminantur. V. *Caminus.*

CAMĪNUS, i, m. *a furnace, chimney*, κάμινος, fornax igni continendo apta. Solent autem fornaces ita disponi, ut patentiores in imo, quam in summo sint, quo calor intensior fiat, et vehementior. Ex quo intelligitur, quod sit *caminare*, et *caminatus*, de quibus modo dictum est. Quidam inter fornacem, et caminum eam statuunt differentiam, ut *fornax* sit balneatorum, pistorum, et figulorum; *caminus* vero, in quo metallum excoquitur. Sed hoc discrimen aut verum non est, aut sane non perpetuum. *Virg.* 3. *Æn.* v. 580. ingentemque insuper Ætnam Impositam, ruptis flammam exspirare caminis. *Id.* 6. *Æn.* v. 630. Cyclopum educta caminis Mœnia. *Plin.* l. 33. c. 4. Sudoris, qui e camino jactatur, spurcitia in omni metallo scoria appellatur. *Pers.* sat. 5. v. 10. anhelanti coquitur dum massa camino. ¶ Allegorice *Juvenal.* sat. 14. v. 118. Sed crescunt quocunque modo majoraque fiunt Incude assidua, semperque ardente camino. *h. e.* assiduo labore, et opera crescunt patrimonia: ducta translatione a fabris metallariis. ¶ Est etiam locus in privatis ædibus, in quo ignis ad calefaciendum, aut ad coquendos cibos accenditur; qui et *focus* dicitur, *a fire, hearth. Horat.* l. 1. ep. 11. v. 19. Per brumam Tiberis. Sextili mense caminus. *Sueton. in Vitell.* c. 8. Flagrante triclinio ex conceptu camini. ¶ Magna lis est inter Eruditos, an habuerint veteres emissaria illa, seu gulas, quæ foco superpositæ fumum excipiunt, et extra ædes ex superiore parte ejiciunt. Negant multis argumentis *Manut. ad epist. citand. Cicer. Lips. Centur.* 3. *ad Belg.* ep. 76. *Philander ad Vitruv.* l. 7. c. 3. *Burman. ad Petron. Satyr.* c. 135. ad illa verba *fumoso suspensa tigillo*, et alii. Affirmat constanter *Ferrarius Elector.* l. 1. c. 9. et ex eo *Pitisc.* in *Lex.* allatis præcipue aliquot Græcorum scriptorum locis, ex quibus satis aperte colligi videtur, tales tubos in usu fuisse. Nos in re valde incerta, et nimis multa verba requirente, ut dilucide definiatur, ad eos lectorem remittimus. ¶ Per metonymiam ponitur pro ipso igne camini. *Cic. Fam.* 7. ep. 10. Valde metuo, ne frigeas in hibernis: quamobrem camino luculento utendum censeo. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 79. Nisi nos vicina Trivici Villa recepisset, lacrymoso non sine fumo, Udos cum foliis ramos urente camino. *Senec. in Thyest.* v. 765. Lentis caminis dare aliquid. *h. e.* igni lento admovere. *to a slow fire.* ¶ *Oleum camino addere*, proverb. hoc est malo addere fomentum, quo magis crescat. alitur enim ignis, et vires auget oleo infuso, *to add fuel to the flames; make matters worse and worse. Horat.* l. 2. sat. 3. *sub fi.* Adde poemata nunc, hoc est oleum adde camino.

CAMISĬA, æ, f. genus vestis. *Paul.* ex *Festo* in *Supparus:* Supparus vestimentum puellarum lineum, quod et subucula (id est camisia) dicitur. [† Anglice, *a chemise.*] Illa verba, *id est camisia*, sunt a *Paulo* addita. *Hieronym.* ep. 128. (*al.* 64) *ad Fabiolam, de vestitu Sacerdotum,* sect. 11. Solent militares habere lineas, quas camisias vocant, sic aptas membris, et adstrictas corporibus, ut expediti sint vel ad cursum, vel ad prœlia. *a linen coat which soldiers wore next to their skin.* V. *Ferrar. de re vestiar.* l. 3. c. 5.

CAMMĂRON, i, n. *aconite*, κάμμαρον, herba eadem, quæ aconitum, ita dicta, quod cammari marini caudæ similem radicem habeat. *Plin.* l. 27. c. 3. ¶ Alii κάμμορον appellare malunt, quasi κακόμορον, quod malam mortem inferat. *Voss. in Etymol.* in *Cammarus.*

CAMMĂRUS, i, m. *a kind of crab-fish*, κάμμαρος, genus cancri marini, vel fluviatilis. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 11. *de anatibus.* Pabulum iis datur triticum, ordeum; nonnunquam etiam ex aqua cammari. *Juvenal.* sat. 5. v. 84. Sed tibi dimidio constrictus cammarus ovo Ponitur. *Martial.* l. 2. epigr. 43. Concolor in nostra, cammare, lance rubes. ¶ Cammari marini meminit *Plin.* l. 27. c. 3. ¶ Legitur etiam *camarus* unico *m. Plaut.* apud *Fest.* in *Narica.* Muriatica autem video in vasis stagneis, Bonam naritam, et camarum, et tagenia, &c. *Scalig.* in *Conjectan. ad Varron.* pag. 135. Camarum scriptum est uno *m*, veteri consuetudine: etiam apud *Hesych.* κάμαρος.

CAMŒNA, V. *Camena.*

CAMPA, V. *Campe.*

CAMPĂGUS, i, m. *a kind of shoe or buskin*, apud sequioris ævi scriptores idem est quod calceus patricius, ac senatorius, quo etiam imperatores usi sunt, colore tamen a senatoriis distincto, nimirum rubro, vel phœniceo, cum alii nigri plerumque essent. *Salmas. ad Trebell. Poll. in Gallien.* c. 16. docet, dictos esse *campagos* propter multas καμπὰς, *h. e.* flexuras corrigiarum, quibus decussatim, et in retis modum convolutis campagus tibiæ alligabatur. *Trebell. Poll. loc. cit.* Calligas gemmatas annexuit, cum campagos reticulos appellaret. ¶ Alii putant fuisse calceamentum ex genere caligarum; in eo tamen diversum, quod longiores haberet corrigias, quibus altius quam caliga, tibiæ involveretur. Quo facit illud *Capitolin.* in *Maxim. juniore*, c. 2. ubi qui primum *campagus*, mox *caliga* dicitur, his verbis: Calceamentum ejus, idest campagum regium, quidam in luco inter Aquileiam, et Arziam posuerunt, quod constat pede majus fuisse hominis vestigio, atque mensura: unde etiam vulgo tractum est, cum de longis, et ineptis hominibus diceretur, *caliga Maximini.* ¶ Sunt qui leg. *campacus:* sunt qui *compagus.*

[* CAMPANĔUS, vel CAMPANĬUS, a, um, adject. ad campum pertinens, idem ac campestris. *Innocent. de casis lit. inter auct. rei agrar. Goes.* pag. 239. Si in cam-

parcis locis hæc casa fuerit. *Id. ibid.* pag. 240. Si in campanis locis fuerit.]

CAMPANIA, æ, f. regio Italiæ felicissima a Latio excurrens usque in Lucanos, multisque populis, atque oppidis frequentissima, quorum præcipua fuit Capua, ausa olim cum Roma de imperio contendere. Multa de ea *Plin.* l. 3. c. 5. et *Flor.* l. 1. c. 16. Dicta est autem a campestri planitie, ut in *Capua* diximus. *Serv. ad Æn.* 3. v. 334. docet, Epirum quoque *Campaniam* olim dictam fuisse, a *Campo* Rege cujus posteri *Campylida* dicti sunt; vel ab ejus filia *Campania*. Hinc dixisse *Virg.* Chaonios cognomine campos. ¶ Adjective *Tibull.* l. 1. eleg. 10. v. 35. Non tibi si pretium Campania terra daretur. V. *Arabia.*

CAMPANICUS, a, um, *Campanian*, ad Campaniam pertinens, Campanus. *Cato R. R.* c. 135. Aratra Campanica. Et Fiscinæ Campanicæ. *Id.* cap. 107. Serta Campanica. *h. e.* herba eadem quæ sertula Campana *Plinio* dicta l. 21. c. 9. quia laudatissima in Campania nascitur, Græco nomine melilotos, μελίλωτος: usum habuit præcipue in coronamentis, unde et *serta* appellata: itemque in condituris, propter odorem. Quare ubi condiendæ sapæ inter alios odores *Colum.* l. 12. c. 20. misceri præcipit *crispæ pampinaceæ libram*, monstrum hoc verbi *Hermolaus in Dioscor.* ita tollendum censet, *serta Campanica libram*. V. eundem locum apud *Caton. R. R.* c. 107. ¶ Apud *Plaut. in Pseud.* 1. 2. 13. memorantur *Campanica peristromata*, et cum Alexandrinis tapetiis conjunguntur: et sane Campanorum deliciæ et luxus ex *Liv.* et aliis notæ sunt.

CAMPĀNUS, a, um, *Campanian, relating to Campania*, ad Campaniam, et Capuam pertinens. *Cic. Fam.* 11. ep. 20. Campanus ager. *Id. Agrar.* 2. c. 32. Campana colonia. *Liv.* l. 26. c. 13. Campanæ matres. ¶ *Campani, orum*, sunt Campaniæ populi, et præsertim Capuæ cives. Hi superbiæ, ac fastus opinione apud Romanos male audiebant. *Cic. Agrar.* 1. c. 7. Si luxuries, Annibalem ipsum Capua corrupit; si superbia, nata inibi esse ex Campanorum fastidio videtur. [Hinc idem *Cic. contra Rull.* 1. c. 2. habet Campanum supercilium.] ¶ *Campana supellex* dicuntur ab *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 118. vasa fictilia, quæ propter soli bonitatem, plurima in Campania fiebant. Sic *lib.* 2. sat. 3. v. 144. Campana trulla. ¶ *Campana vina* laudatissima fuerunt. In agro enim Campano proveniebant Falernum, Setinum, Cæcubum, Massicum, et alia, ut apud *Plin.* l. 3. c. 5. videre est. *Martial.* l. 1. epigr. 19. et lib. 13. epigr. 118. ¶ Celebrabantur etiam *rosæ Campanæ*, de quibus *Plin.* l. 21. c. 4. et *Martial.* l. 9. epigr. 61. ¶ De morbo Campano, cujus mentio fit ab *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 62. alii alia. Nam quidam turpitudinem, et impuritatem, καὶ τὸ λεσβιάζειν interpretantur: nonnulli intelligunt arrogantiam verborum, et dicacitatem: alii lichenas, impetiginem, mentagram, aliaque id genus vitia, fœditatesque cutis, qui morbus fuerit in Campania familiaris. ¶ *Campanus pons* erat super amnem Savonem, ab urbe Capua Sinuessam tendentibus prope eum pagum, qui nunc etiam *S. Giovanni a ponte Campano* dicitur. *Horat. loc. cit.* v. 45. et *Plin.* l. 14. c. 6. ¶ *Campana via*, cujus meminit *Sueton. in Aug.* c. 94. videtur eadem esse, quæ Appia, qua recta Capuam ibatur.

CAMPAS GENUS, idem est quod Campanum genus. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 143. Credo, istuc, Stasime, ita esse: sed Campas genus multo Syrorum jam antidit patientia. ¶ Quidam Grammatici declinant *Campas, atis*: sed de obliquis casibus exempla nondum vidimus. ¶ *Non.* c. 8. n. 23. legit *Campans.*

CAMPE, es, et Campa, æ, f. *a worm with many feet, the palmer-worm or caterpillar*, κάμπη, eruca, vermis hortensis herbas, et arborum frondes infestans: a κάμπτω, flecto, quod flexo obliquis tractibus corpore progreditur. *Colum. sub fin.* l. 12. Ubi noxia incesserunt animalia, quæ a nobis appellantur erucæ, Græce autem κάμπαι nominantur. *Id.* lib. 10. vers. 324. teneras audent erodere frondes Implicitus concha limax, hirsutaque campe. et vers. 366. Volvitur ad terram distorto corpore campe. *Pallad.* l. 1. tit. 35. Campas fertur evincere, qui fusticulos allii comburit. et *ibid.* Campas ficulneo cinere persequi. ¶ Apud *Plaut. Truc.* a. 5. v. 50. *campas dicere* est nugari, nugas dicere: fortasse ab erucis, quæ vilissimæ bestiolæ sunt. Sed valde dubia est lectio. ¶ Sunt etiam *campæ* equi marini, quin etiam quivis ingens piscis, caudam sinuoso motu flectens, ut delphini, cete, et hujusmodi alia: *dolphins, whales, sea-horses*, &c. a κάμπτω, flecto. *Festus*: Campas marinos equos Græci a flexione posteriorum partium appellant. Al. leg. *Cappas.* Hinc *hippocampi* sunt equi marini, Neptuni currum trahentes, ut *Non.* c. 2. n. 397. docet. *Martial.* l. 9. epigr. 43. Campis dives Apollo sic marinis, Sic semper senibus fruare cycnis. *h. e.* delphinis. Ita legi volunt, et interpretantur *Scalig. ad Manil.* l. 1. v. 781. et *Voss. in Etymol.* Sed alii leg. *campis dives Apollo sic Myrinis*, vel (mutata *y* in *u* ex Latinorum consuetudine) *Murinis*, et intelligunt agrum Grynii Myrinæorum oppidi, ut est apud *Strabon.* l. 13. ubi Apollo colebatur: unde et *Gryneus* cognominatus est. In editione principe *Vindelini* habetur *Semuranis*: ex quo quidam fecerunt *Semurinis*, et intelligi volunt campum Semurium, Urbi Romæ proximum: ubi tamen, inquit *Raderus*, nunquam legimus, Apollinem cultum fuisse. Erit etiam fortasse, qui *campis marinis*, retineat, et intelligat templum Apollini exstructum ab Augusto apud Actium, unde longus in maris æquora prospectus erat.

CAMPENSIS, se, ad campum pertinens. *Apulei.* l. 11. *Metam.* docet, Isidem, quæ templum in campo Martio habuit, Campensem cognominatam esse.

CAMPESTER, estris, estre, et Campestris, estre, adject. *of or belonging to a plain or field, level, flat, champaign*, πεδινός, πεδιάσιμος, ad campum pertinens, cui *montanus*, et *collinus* opponitur. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 6. *ad fin.* Campester locus is melior, qui totus æquabiliter in unam partem vergit. *Plin.* l. 24. c. 6. *ad fin.* Quærunt, ut sit resina montana potius quam campestris. *Colum.* l. 3. c. 14. Campestris, et uliginosa planicies. et cap. 13. Campestris locus alte duos pedes infodiendus est. *Cato* apud *Priscian.* l. 6. pag. 696. *Putsch.* Campestris ager. *Varr. loc. cit.* Tria genera agrorum, campestre, collinum, et montanum. *Id. ibid.* Campestres segetes. *Plin.* l. 25. c. 5. Campestria culta. *Id.* l. 16. c. 15. Campestre acer candidum, nec crispum; montanum crispius. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 66. Campestre iter. *Horat.* l. 3. od. 24. v. 9. Scythæ campestres. *h. e.* in campestribus locis habitantes. *Liv.* l. 22. c. 18. *campestrem* appellat *hostem*, qui in planicie, et æquis locis pugnare assuevit: cui opponit *assuetiorem montibus, et ad concursandum inter saxa, rupesque*, &c. ¶ *Campestria, ium*, absolute sunt loca campestria, *flat, open places; level ground.* *Tacit. de Germ.* c. 43. Hi populi pauca campestrium, ceterum saltus, et vertices montium insederunt. *Plin.* l. 6. c. 26. Mox in campestribus oppida Diosprage, Polytelia, Stratonice. ¶ Item ea, quæ in campestribus locis proveniunt. *campestral.* *Plin.* l. 16. c. 25. Ex eodem genere, quæ sunt in palustribus, priora germinant; mox campestria. ¶ Sæpe *campestris* refertur ad campum, in quo ludicra certamina, et exercitationes fiunt, qualia erant, quibus exercebatur juventus in campo Martio, cursus, palæstra, equitatio, pilæ ludus, et hujusmodi: item quibus milites armorum artem perdiscebant. *Horat. de ar. poet.* v. 379. Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis. *arms used in contests in the* Campus Martius. *Id.* l. 1. ep. 18. v. 54. Prœlia campestria. *mock fights in the* Campus Martius. *Sueton. in Galb.* c. 6. Campestris decursio. *Id. in Aug.* c. 83. Exercitationes campestres. *exercises in the* Campus Martius. *Plin. in paneg.* c. 13. Cum in illa meditatione campestri, militaribus turmis imperatorium pulverem, sudoremque misceres. *Plin. alter* l. 36. c. 13. Puerorum ludicra campestria. ¶ Hinc *campestre, estris*, dictum velamentum, quo pudenda operiebant, qui nudi in campo exercebantur. *a girdle, or pair of drawers, worn by those who contended naked in the field of Mars.* *Horat.* l. 1. ep. 11. v. 17. Incolumi Rhodos, et Mitylene pulcra facit, quod Pænula solstitio, campestre nivalibus auris. *Augustin.* l. 14. *de Civ. Dei* c. 17. Consuerunt folia ficus, et fecerunt sibi campestria, idest succinctoria genitalium. ¶ Eo utebantur etiam sub toga æstate. *Ascon. sub fin. commentar. in orat. Cic. pro M. Scauro.* Cato Prætor judicium, quia æstate agebatur, sine tunica exercuit, campestri sub toga cinctus. In forum quoque sic descenderat, jusque dicebat: idque repererat ex vetere consuetudine, secundum quam et Romuli ætatis statuæ in Capitolio, et in Rostris Camilli fuerunt togatæ sine tunicis. Hæc *Ascon.* Simili vestitu togæ, et campestris nunc utuntur, qui *Cappuccini* apud Italos, et *Reformati* appellantur. ¶ Quia vero in campo Martio comitia fiebant, *campestris* etiam ad comitia, et petitiones honorum pertinet. *Sueton. in Aug.* c. 3. Hunc quoque a nonnullis argentarium, atque etiam inter divisores, operasque campestres proditum. *persons employed by candidates for office to distribute money among the citizens at elections.* *Liv.* l. 7. c. 1. Patres præturam Sp. Furio, ædilitatem Cn. Quintio gratia campestri dederunt. *interest at the* Campus Martius, *in determining the election of magistrates.* *Valer. Max.* l. 4. c. 1. n. 14. Ne quid in persona sua novaretur, campestrem experiri temeritatem, quam Curiæ beneficio uti, satius esse duxit. ¶ *Campestres Dii* in *Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1015. n. 2. sunt, qui campo præsunt: utrum vero speciatim Campo Martio, et Comitiis, an universim locis campestribus, non definio.

CAMPESTRĀTUS, a, um, subligari indutus, quod *campestre* dicitur. *Augustin.* l. 14. *de Civ. Dei*, c. 17. Campestria Latinum quidem verbum est, sed ex eo dictum, quod juvenes, qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant: unde qui ita succincti sunt, campestratos vulgus appellat.

[* CAMPICELLUS, i, m. diminutiv. a voce *campus*, parvus ager. *Innocent.* l. 12. *de litter. et notis juris expon. inter auctor. rei agrar. Goes.* pag. 222. Sub se autem campicellum habens.

* CAMPICULTOR, oris, m. qui campos colit, agricola. *Campol. in Litholex.*

* CAMPICŬLUS, i, m. diminutiv. a voce *campus*, parvus ager. *Campol. in Litholex.*]

CAMPICURSIO, onis, f. exercitatio militaris, quæ cursu in campo fit. *Veget.* l. 3. *de re milit.* c. 4. Campicursionem, ut ipsi appellant, inspectionemque armorum assidue faciant.

CAMPIDOCTOR, oris, m. *one employed to teach soldiers their field exercise*, ὁπλοδιδάσκαλος, qui milites in campo se exercentes tractandorum armorum artem, ceteraque ad militarem disciplinam spectantia docet. *Veget. de re milit.* l. 3. c. 6. Interponendi ergo sunt exercitatissimi campidoctores, vicarii, vel tribuni qui alacriores tardent, et pigrius incedentes accelerare compellant. *Id. ibid.* c. 8. Nam singulæ centuriæ, dividentibus campidoctoribus, accipiunt pedaturas, &c. Adde lib. 1. c. 13. V. *Armidoctor.* *Stewech.* vult his locis legi *campiductor*: sed *campidoctor* habetur etiam in duabus *Inscriptionib.* apud *Gruter.* pag. 80. n. 2. et pag. 565. n. 5. in quarum prima legitur *campi doctor coh.* I. in altera *campi doc. coh.* VII. ex quibus intelligimus singulas cohortes suum campidoctorem habuisse: discimus præterea etiam *campi doctor* divisim scribi posse. Apud *Lamprid.* quoque *in Alex. Sever.* c. 53. hæc vox habetur, ubi *Salmas.* pluribus verbis *campidoctorem* defendit, *campiductorem* rejicit.

CAMPIDUCTOR, V. vocem præced.

CAMPIGENUS, i, m. *Campigeni* in exercitu qui fuerint, in *Antesignanus* dictum est. V. etiam *Salmas. ad Lamprid. in Alex. Sev.* c. 53. ubi de *campidoctoribus* verba facit.

[* CAMPSANEMA, atis, n. herba eadem ac ros marinus. *Apul. de herb.* c. 79.]

CAMPSO, as, a. 1. *to turn or bend*, flecto, deflecto. *Priscian.* l. 10. pag. 906. *Putsch.* Cambio, ἀμείβομαι, ponit Charisius, et ejus præteritum campsi, quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω, ἔκαμψα Græco esse videtur. Unde et *campso, as*, solebant vetustissimi dicere. Ennius in decimo: Leucatem campsant. Hæc *Priscian.* Falluntur autem, qui *campsant* exponunt *permutant.* Nam *campsare* hoc loco est flectere et navigando præterire. Sic *Cic.* l. 5. *ad Attic.* ep. 9. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissime navigassemus; et Leucatem flectere molestum videbatur. *Id.* 2. *de Divin.* c. 45. Qui navigant, in flectendis promontoriis ventorum mutationes maximas sentiunt. κάμπτειν ἄκραν Græci dicunt eodem sensu, et Angli *to double a cape or promontory.*

CAMPTAULES, æ, m. *a trumpeter.* *Vopisc. in Carino*, c. 19. Exhibuit centum salpistas uno crepitu concinentes, et centum camptaulas, choraulas centum. *Camptaulæ* qui sint, varie a variis exponitur. Alii dicunt fuisse tibicines, qui crebris vocis flexionibus, et artifici modulatione tibiis canebant: a κάμπτω, flecto et αὐλὸς, tibia: alii eos significari volunt, qui curvis tibiis utebantur, cum eæ alioquin rectæ plerumque essent. *Salmas.* legendum censet *ceraulas*, κεραταύλας, hoc est cornicines, a κέρας, cornu, ut sic dicatur, tria artificum genera exhibita fuisse, tubicines, cornicines, et tibicines.

CAMPTER, ēris, m. *a turning, winding*, καμπτὴρ, flexus, curvatura: et speciatim flexus metæ in cursu. *Pacuv.* apud *Non.* c. 1. n. 328. Extremum intra campterem ipsum prægradat Parthenopeus. *Pollux* quoque l. 3. c. 30. καμπτῆρα hanc significationem habere scribit. Sunt tamen qui ex quibusdam MSS. *carcerem*, aut *cancerem*, hoc est cancellum legunt.

CAMPUS, i, m. *a plain, field*, πεδίον, planities, ager planus excultus fructuum percipiendorum causa. *Var.* l. 4. *L. L.* c. 4. *a med.* Quod primum ex agro plano fructus capiebant, campus dictus: posteaquam proxima superiora loca colere cœperunt, a colendo colles appellarunt. *Colum.* l. 1. c. 2. *a med.* Segetes campis melius, quam præcipitibus locis proveniunt. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 35. Agros vero Vaticanum, et Pupiniam cum suis optimis, atque uberibus campis conferendos scilicet non putabunt. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 64. Cernes jam spatia frugifera, atque immensa camporum, vestitusque densissimos montium. *Id. Phil.* 3. c. 9. Possideat in agro publico populi R. campi Leontini duo millia jugerum immunia. *Plin.* l. 5. ep. 6. Campi, quos non nisi ingentes boves, et fortissima aratra perfringunt. ¶ Per metonymiam ponitur pro satis, et frugibus. *corn, fruit.* *Stat.* 5. *Theb.* v. 528. moriturque ad sibila campus. ¶ Dicitur etiam de toto alicujus oppidi agro. *domain, territory.* *Cic.* 1. *de Divin.* c. 28. Cum in villa quadam campo Atinatis maneres. *Auct. de B. Hisp.* c. 27. *extr.* In campum Mundensem cum esset ventum. ¶ Sumitur etiam generatim pro quacumque æquabilis soli lata planitie, *a flat, level, plain, open field.* *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 42. Babilonii in camporum patentium æquoribus habitantes. *Liv.* l. 24. c. 14. Postero die signis collatis, dimicaturum puro ac patenti campo, ubi sine ullo insidiarum metu, vera virtute geri res posset. *level and extensive plain.* *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 40. Copias ex locis superioribus in campum deducere. *Id. ibid.* c. 27. Cum esset inter bina castra campus circiter millium passuum sex. *Virg.* 5. *Æn.* v. 128. Campus saxi. *h. e.* planities. ¶ Sæpe dicitur de campo Martio Romæ (ut et *Cic.* docet l. 3. *de Orat.* c. 42.) in quo comitia habebantur, et ambitiones in honoribus petendis. *the* Campus Martius; *field of Mars.* *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 2. In campo Martio comitia consulum habere. *Id. Catil.* 1. c. 5. Cum proximis comitiis consularibus me consulem in campo, et competitores meos interficere voluisti. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 10. hic generosior Descendat in campum petitor. *Pers.* sat. 5. v. 57. Hic campo indulget, hunc alea decoquit. *Lucan.* l. 1. v. 179. lethalisque

ambitus urbi, Annua venali referens certamina campo. ¶ Huc pertinet proverbium *Fors domina campi.* Valde enim dominatur fortuna in suffragiis propter mobilitatem, atque inconstantiam populi, qui cum aliquem unum maxime designare videtur, quem ad honores evehat, repente destituit, et ad alterum accedit. Legitur apud *Cicer. in Pison.* c. 2. ¶ Est etiam *campus* ubi exercitationes, et ludicra certamina fiunt, cursus, palæstra, equitationes, aurigationes, et hujusmodi, quæ Romæ in campo itidem Martio a juvenibus fieri solebant, et ab otiosis et feriatis hominibus frequenter spectari: item ubi militaria exercitia, quibus tyrones armorum tractandorum rationem, et universam bellandi disciplinam edocentur: ex quo *campicursio*, et *campidoctores* dicti sunt. *Horat. de ar. poet.* v. 161. Imberbis juvenis, tandem custode remoto, Gaudet equis, canibusque, et aprici gramine campi. *exercises and diversions in the* Campus Martius. *Id.* l. 1. od. 8. v. 3. cur apricum Oderit campum, patiens pulveris, atque solis. *Id.* l. 1. sat. 1. v. 90. ut si quis asellum In campum doceat parentem currere frenis. *Id.* l. 1. ep. 7. v. 58. Gaudentem parvisque sodalibus, et lare certo, Et ludis, et, post decisa negotia, campo. *Cic. pro Quint.* c. 18. Vixit semper inculte, atque horride; natura tristi, ac recondita fuit: non ad solarium, non in campo, non in conviviis versatus est. ¶ (De *campo Martio* V. Martius, a, um. De *campo minore* V. in *Equiria.*) ¶ Item locus pugnæ, *the field of battle. Juvenal.* sat. 2. v. 106. Bebriaci campo spolium affectare Palati. *Veget.* l. 3. *de re milit.* c. 25. Prior de cæsis hostibus spolia capiat, et quod ipsi dicunt, colligat campum. Adde *Vopisc. in Aurelian.* c. 23. et *Trebell. Poll. in XXX. Tyrann.* c. 26. ¶ Translate *Cic. pro Cæcin.* c. 29. Me ex hoc, ut ita dicam, campo æquitatis ad istas verborum angustias, et ad omnes litterarum angulos revocas. *Id.* 4. *Acad.* c. 35. Cum sit campus, in quo exsultare possit oratio, cur eam in tantas angustias, et in Stoicorum dumeta compellimus? *field of discussion or debate. Id.* 3. *de Orat.* c. 31. In hoc tanto, tamque immenso campo licet oratori vagari libere. *Id.* 1. *Offic.* c. 18. *ad fin.* Hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, Platæis, &c. *h. e.* ampla dicendi materia. *ample field of oratory. Plin. in paneg.* c. 26. Tuis laudibus materies, campusque prosternitur. *Juvenal.* sat. 1. v. 19. Cur tamen hoc libeat potius decurrere campo, Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus. *Cic. Phil.* 14. c. 6. *in fi.* Magnus est in Republica campus; multis apertus cursus ad laudem. *Id. pro Mur.* c. 8. *in fi.* Nullum vobis sors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoscique posset. *Plin. in paneg.* c. 70. Patet enim omnibus honoris, et gloriæ campus. ¶ Quemadmodum *æquor* de planitie terræ, sic aliquando *campus* de æquore maris dicitur. *Virg.* 6. *Æn.* v. 724. cælum, et terram, camposque liquentes. *the liquid plains; the sea. Id. Æn.* 10. v. 214. campos salis ære secabant. *the level sea. Plaut. Trinum.* 4. 1. 15. Campi cærulei. *the azure main.*

CAMŬLUS, i, nomen est Martis apud Sabinos, ut videtur. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 56. n. 11. Camulo Sanc. Fortiss. Sac. Ti. Claudius Ti. Fi. Quir. Tertius, &c. et n. 12. Marti Camulo ob salutem Tiberi Claudi Cæs. &c. Adde pag. 40. n. 9. [Camulum tamen non jam apud Sabinos, sed apud Celtas Martis nomen fuisse probat *Morcellus de stil. Inscript. Latin.* pag. 23.]

CAMUM, i, n. V. *Curmi.*

CAMŪNI, orum, Καμοῦνοι, populi Italiæ, quos Euganeis accenset *Plin.* lib. 3. cap. 20. Eorum regio nunc dicitur *Val Camonica.*

CAMŬRUS, a, um, adject. *crooked, crumpled. Camura cornua* boum dicuntur, quæ introrsum conversa sunt, et in se redeuntia; et *camuri boves,* qui hujusmodi cornua habent: quibus contrarii *patuli,* qui cornua diversa. Lævi autem sunt, quorum cornua terram spectant; *licini,* qui sursum versum reflexa habent. Hæc *Serv.* et *Philargyr.* ad illud *Virg.* 3. *Georg.* v. 55. et camuris hirtæ sub cornibus aures. Porro *licinus* in *Gloss.* vertitur ἀνάθριξ, *h. e.* sursum versus crispus. Quod vero ad *Virg.* attinet, *Non.* c. 1. n. 126. legit *camerus,* et exponit obtortus; atque inde *cameræ* appellationem derivat, quod non placet. *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 4. *in fi.* peregrinam vocem esse affirmat. ¶ *Camurum arcum* dixit *Prudent.* περὶ στεφ. 6. *de S. Petr. et Paul.* v. 53. de arcu columnis imposito.

CAMUS, i, m. *a sort of bridle or bit, a snaffle,* κημὸς, et Dorice καμὸς, genus ferrei freni, quod non intra equi dentes immittitur, sed ori exterius circumdatur, teste *Polluce* l. 1. c. 10. dictum ex eo, quod κημὸς dicitur pars labiorum totum os ambiens, ut idem docet l. 2. c. 4. a qua significatione traducitur ad notandum circulum quendam in superiori parte latum, in inferiori angustum, qui super os urnæ imponitur, in quam calculi suffragiorum immittuntur, ad similitudinem coli, quo vina percolantur, ne calculi foras decidant, ut ex eodem *Poll.* l. 8. c. 5. et ex *Scholiast. Aristoph. in Thesmophor.* v. 1040. colligimus. *Isidor.* l. 20. *Orig. c. ult.* ait, esse frenum asperius, quo caballi superbi coerceri solent, et dictum esse a curvitate: χαμὸν enim Græce curvum significare: sed non definit quodnam illud sit, et in assignanda etymologia prorsus fallitur. ¶ Significat etiam nexum ligneum, vel ferreum, vel coriaceum, vel cannabinum, quo servorum nocentum colla constringuntur, et gravantur. *a cord, or chain, wherewith slaves and malefactors were fastened to the fork and gallows, which they were obliged to carry. Acc.* apud *Non.* c. 3. n. 64. Quid cesso ire ad eam? hem præsto est, camo collum gravem. *Voss. in Etymol.* legendum putat, *præsto est, camo en collum gravem:* ut apertior sit sententia. Tribuunt etiam *Plaut. Cas.* 2. 6. 37. Tu ut quidem hodie camum, et furcam feras. Ita enim esse in veterib. lib. testatur idem *Voss.* Passim tamen nunc *canem* legitur.

CANA dicunt Græci, nos canistra, et per deminutionem canistella. Hæc *Festus.* Græci autem dicunt κάνεα, et contracte κανᾶ. [¶ Habetur etiam singulare *canum* apud *Festum* in *Canephora.* Canephora mulier appellatur, quæ fert canum, id est qualum, quod est cistæ genus.]

CANĂBIS, V. *Cannabis.*

CANABŬLÆ, arum, f. apud *Frontin.* et alios Gromaticos scriptores sunt termini quidam, quibus agrorum fines designantur. *Auct. de limitib.* pag. 257. *Goes.* Variatio fluminum, rivorum cursus, canabulæ, vel novercæ. ¶ Fortasse significant canales, per quos aqua deducitur. Nam in duobus *Frontini* locis ubi alii leg. pag. 142. et 143. *Goesii:* Eorum delimitatio est per rationem arcarum riparum canabularum, vel novercarum, &c. alii reponunt *vel canalibus,* et *noverca.*

CANĂCE, es, f. Κανάκη, Æoli filia, quæ cum fratre Macareo corpore mixto puerum peperit, qui cum extra Regiam ad educandum mitteretur, se ipse vagitu avo prodidit, Æolus jussit puerum canibus objici. Filiæ ensem per satellitem misit, ut illo pro meritis uteretur. Illa sibi necem traditur conscivisse. Macareus fugit. Exstat hac de re *Ovidii* epistola inter Heroidas undecima. *Id.* 2. *Trist.* v. 384. Nobilis est Canace fratris amore sui. ¶ Apud eund. *Metam.* 3. v. 217. est *canace,* vel *canache* nomen canis a καναχὴ, sonitus, strepitus. Adde *Hygin.* fab. 181.

CANACHĒNUS, i, m. *Arnob.* l. 6. pag. 207. Infiniti operis res esset, toto in orbe describere, quæ sint fana convulsa terræ motibus, quæ incensa ab hostibus, quæ antistites et sacerdotes ipsi suspicione aversa nudaverint; quæ ad ultimum fures, et obserata pandentes remediorum obscuritate canacheni. *canacheni* videntur esse genus quoddam furum templa spoliantium; sed quid tandem hæc vox significet, divinare non possum. Fortasse homini Afro Africanum verbum excidit, quod a suis tantummodo popularibus usurpabatur.

CANACĬUS. *Apulei. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) Plenius gratias, canaciusque libro mandabo. *h. e.* sonantius, et verbis valde significantibus, ut sit adverbium comparativum, a *canaciter,* et hoc a *canax, acis,* a *cano, is.* Ita legitur apud *Elmenhorst.* pag. 357. sed apage monstrum verbi. Legendum enim cum *Schoppio,* et aliis: *Plenius gratias canam, ocyusque libro mandabo.*

CANALICĬUS, V. *Canaliensis.*

CANALICŎLA, æ, m. Canalicolæ forenses, teste *Festo,* dicti sunt homines pauperes, quod circa canales fori consisterent. *Scaliger* monet, dicendum fuisse *circa canalem,* non *canales.* Fuit enim locus in Foro Romano *Canalis* dictus, de quo ita *Plaut. Curcul.* 4. 1. 14. In infimo foro boni homines, atque dites ambulant: In medio propter Canalem ibi ostentatores meri. Sed quid fuerit ille *Canalis,* non satis constat. Quidam intelligunt viam demissiorem in foro, canalis instar excavatam: alii fossam, quæ corrivatas aquas acciperet, et in cloacam immitteret: quo pertinet illud *Tertull. de Pall.* c. 5. Ego nihil officio advigilo, nulla rostra præoccupo, nulla prætoria observo, canales non odoro, cancellos non adoro, subsellia non contundo. Ita enim *Salmas.* legit ex veterib. lib. Nam aliæ editiones *canales non odoro* omittunt. Alii denique suspicantur, ita aliquando appellatos fuisse ipsos fori cancellos, ad quos viliores homines starent, dum judicia exercebantur. Ceterum *Gellio* quoque vocem *canalicola* Eruditi restituunt, l. 4. c. 20. Qui jurabat, cavillator quidam, et canalicola, et nimis ridicularius fuit. Quidam leg. *canicula,* et interpretantur hominem mordacibus dictis utentem.

CANALICŬLA, æ. f. *a little channel or pipe; a gutter,* σωληνίσκος, parvus canalis. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. Quibus aqua ministratur per canaliculam. *Gell.* l. 17. c. 11. Duas esse quasi canaliculas quasdam, vel fistulas, &c. Adde *Lucil.* apud *Non.* cap. 3. n. 50.

CANALICULĀTIM, N. *Cuniculatim.*

CANALICULĀTUS, a, um, adject. *channelled, excavated like a channel or pipe,* in canaliculorum modum cavatus. *Plin.* l. 19. c. 7. Semina quibusdam angusta, et canaliculata, ut cumino. στενὰ, καὶ γραμμώδη, habet *Theophrast.* l. 7. *Histor.* c. 3. Rursus *Plin.* l. 27. c. 9. Herba foliis ad radicem canaliculata.

CANALICŬLUS, i, m. *a small channel or pipe; a gutter, trough; the streak, gutter, or channel in pillars,* σωληνάριον, parvus canalis. *Vitruv.* l. 10. c. 14. *in fi.* Emittere per canaliculum. *Colum.* l. 8. *R. R.* c. 15. Perpetuus canaliculus humi depressus construatur, per quem mixti cum aqua cibi decurrant. ¶ Est etiam, quo ossa luxata continentur, ut in suam sedem redeant. *a splint. Cels.* l. 8. c. 20. *in fi.* Potest conditus articulus canaliculo aliquo contineri. ¶ Item cavitas longa, securiolata, in catapultis, per quam epitoxidis musculus movetur, Græce σύριγξ. *Vitruv.* l. 10. c. 15. *the barrel of the* catapulta. [¶ Est etiam in triglyphis cavitas inter strias, Anglice *the channelling. Vitruv.* l. 4. c. 3. Triglyphorum latitudo dividatur in partes sex, et secundum regulam ad normæ cacumen imprimantur.]

CANALIENSIS, e, et Canalicĭus, a, um, ad canalem pertinens. *Canaliense,* et *Canalicium aurum* dicitur, quod puteis foditur, quoniam ejus metalli venæ, tanquam canales vagantur per latera puteorum, huc illuc. *Plin.* l. 33. c. 4.

CANĀLIS, is, f. et m. *a pipe or gutter for conveying water, a conduit-pipe; the channel, or bed of a river,* σωλὴν, alveus, tubus, fistula, meatus, per quem aqua deducitur. *Virg.* 3. *Georg.* v. 330. Currentem ilignis potare canalibus undam. *Sever. in Ætna,* v. 127. Quod si diversas emittat terra canales Hospitium fluviorum. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. Aquam per canales angustas serpere. *Vitruv.* l. 8. c. 7. Ducere aquam per canales structiles. *beds or channels arched over. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. Aqua canalibus immissa. *Sueton. in Claud.* c. 20. Per tria passuum millia, partim effosso monte, partim exciso, canalem absolvit. *Stat.* l. 1. *silv.* 2. v. 205. *de Acheloo.* Flumina demerso trahit intemerata canali. *Plin.* l. 6. c. 22. Mare interest vadosum, sed certis canalibus ita profundum, ut nullæ ancoræ sidant. *Id.* l. 33. c. 4. *de aurifodinis.* Vagantur hi venarum canales per latera puteorum. *Id.* l. 8. c. 10. asperam arteriam, per quam spiritus ducitur, *canalem animæ* appellat. Et *Celsus* l. 4. c. 1. *sub fin.* cervicem vulvæ. ¶ De canali in Foro Romano, de quo *Plaut. Curcul.* 4. 1. 14. V. *Canalicola.* ¶ Quem dicit *Liv.* l. 23. c. 31. *a med.* canalem inter ædes Mentis, et Veneris Erycinæ in Capitolio, fossam intellige in modum canalis excavatam. ¶ Dicitur etiam *canalis* instrumentum illud concavum, in quo chirurgi ossa fracta reponunt, ut coalescant. *a hollow instrument used by surgeons to splint and keep close broken limbs with. Cels.* l. 8. c. 10. Ubi crus deligatum est, in canalem conjiciendum est. Is canalis ab inferiori parte foramina habere debet, &c. ¶ In architectura *canalis* dicitur a *Vitruv.* l. 3. c. 3. cavum illud in voluta Ionica, quod post abacum incipiens usque ad oculum circumagitur. *the flute, channel, or furrow in a pillar.* ¶ Translate *Plin.* l. 11. c. 37. Cornea pupilla, cujus angustiæ aciem velut canali dirigunt. *Apulei.* l. 6. *Metam.* Canale directo pergere. *h. e.* recta via. (Adde lib. 9.) *Gadullius Gallicanus* apud *Non.* c. 3. n. 50. Ego vero confiteor, certo canali cuncta decurrere. *h. e.* certa via, ac ratione. [¶ Est etiam instrumentum olearium; quid tamen sit, prorsus ignoramus. *Colum.* l. 12. c. 50. Oleo autem conficiendo molæ utiliores sunt, quam trapetum; trapetum, quam canalis, et solea.] ¶ *Serv. ad cit.* 3. *Georg.* docet hanc vocem melius feminino, quam masculino genere proferri. Quod an verum sit valde dubito. Frequentius enim in masculino usurpatam legi.

CANĀLIS, le, canarius, caninus. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 54. Ligulas canales ait se advexisse, et nuces. *h. e. fortasse* ligulas ex corio canis, quibus calceos religabant. Alii alia.

[† CANALITĬUS, a, um, adj. V. *Canaliensis.*]

CANARĬUS, a, um, *of a dog,* ad canes pertinens. *Plin.* l. 18. c. 3. *ex commentar. Pontif.* Augurio canario agendo dies constituantur, priusquam frumenta vaginis exeant. *h. e.* sacrificio, quod rufa cane fiebat Robigo deo ipsis Robigalibus diebus, ad placandam Caniculæ sideris sævitiem; cujus rei tum *Fest.* in *Catularia,* et in *Rutilæ,* tum *Ovid.* 4. *Fast.* v. 935. tum *Colum.* l. 10. v. 342. testes sunt. ¶ *Canaria lappa* genus est *lappæ* cujus vires in medicina *Plin.* l. 24. c. 19. recenset. ¶ *Canaria herba* est, qua canes fastidium deducunt, eamque in nostro conspectu mandunt, sed ita ut nunquam intelligatur quæ sit: etenim depasta cernitur. *the herb hound-grass, with which dogs provoke vomiting.* Hæc *Id.* l. 25. c. 8. ubi *Harduin.* notat esse gramen ipsum, quod Græce ἄγρωστις dicitur. ¶ *Canaria insula* una ex iis, quæ Fortunatæ dicuntur, in Atlantico mari, dicta est a canibus ingentis magnitudinis ibi repertis. *Id.* l. 6. c. 32. *The Canary Islands.* ¶ Ab ea etiam reliquæ Fortunatæ *Canariæ* dictæ sunt. *Arnob.* l. 6. pag. 192. ¶ *Canarii, orum,* populi sunt circa Atlantem in Mauritania, κυνοφάγοι, *h. e.* caninis carnibus victitantes. *Plin.* l. 5. cap. 1. *ad fin.*

CANĀTIM, adverb. *like a dog,* κυνηδὸν, more canum. *Nigid.* apud *Non.* c. 1. n. 190. Sunt etiam assimilanter dicta hæc, canatim, suatim, bovatim, quæ ab animalibus sumuntur.

CANCĂMUM, i, n. *a kind of gum brought from Arabia, resembling gum,* κάγκαμον, arboris est Arabicæ lacryma, myrrham quandam referens, virosi gustus, ut ex *Dioscor.* l. 1. c. 23. colligitur. *Plin.* l. 12. c. 20. Ex confinio casiæ, cinnamique et cancamum, ac tarum invehitur.

CANCELLARĬUS, ii, m. *a porter, janitor, door-keeper, waiter in the Emperor's court* ad cancellos *(at the grated door),* qui ad cancellos januæ cubiculi assistit. Olim enim Imperatorum, ac procerum cubicula, qua patebant, non tantum vela ad fores, sed et cancellos habebant, seu fenestratas januas, ut *Cassiod.* l. 11. *Variar.* epist. 6. appellat. His igitur qui præfecti erant, non solum *a velis,* et *a*

cancellis, sed etiam *Velarii*, et *Cancellarii* appellabantur; quorum munus erat stare pro foribus, et admissiones curare. Iidem igitur erant ac Ostiarii. Quam ob causam *Vopisc. in Carino*, cap. 16. eum reprehendit, quod unum ex Cancellariis Præfectum Urbi fecisset. V. etiam *Sidon.* l. 1. epist. 2. ¶ Horum tamen aliquos non tantum Ostiarios fuisse, colligitur ex *Agathia*, qui lib. 1. *de gestis Justinian.* narrat, Cancellarios istos τὰ ἀρχεῖα, archiva scil. Narsetis curasse. ¶ Etiam tribunalia habebant cancellata septa, quibus excludebantur turbæ, atque iis præpositi item Cancellarii dicti: *secretaries, scribes, notaries*: quorum aliqui Judicibus scribendo navabant operam. De his multa *Cassiod. loc. cit.* Digniores tamen erant quam Scribæ; eoque munere fungi etiam soliti, quo ii, qui *a secretis* dicuntur apud nos. Qui his omnibus præerat, hodie κατ' ἐξοχὴν Cancellarius, olim Quæstor Sacri Palatii dicebatur, et in Constantinopolitana Aula ὁ μεγας λογοθετης. *the Chancellor. Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 647. n. 6. Cancellarius, et Scriba. Vide *Casaubon.* et *Salmas. in Vopisci Carinum, loc. cit.* et alios. Nos enim rem leviter attigimus, quæ ad sequiora tempora nimis prope accedit.

CANCELLĀTIM, adverb. *lattice-wise, like a net, grate, or trellis*, διὰ κιγκλίδων, in modum cancellorum. *Plin.* l. 7. c. 20. Militem Magni Pompeii et rectos, et transversos cancellatim toto corpore habuisse nervos. *Id.* l. 9. c. 33. Testæ distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim divisa, cancellatim reticulata. *Id.* l. 11. c. 37. Venter terrestrium aliis denticulatæ asperitatis, aliis cancellatim mordacis. V. *Cancelli.*

CANCELLATĬO, onis, limitatio, vel metatio agrorum. *the bounding of a field, setting the bounds to land. Frontin. de Colon.* pag. 109. *Goes.* Ager Sestertianus assignatus in cancellatione limitibus maritimis. Adde *Sicul. Flacc.* pag. 16. ¶ Fortasse ita dicta est, quia hujusmodi termini in cancellorum morem infixi erant. Alii aliter interpretantur.

CANCELLĀTUS, a, um, *made lattice-wise, like a net, grate, or window; cross-barred, reticulated*, in cancellorum morem implexus. *Plin.* l. 8. c. 10. *de elephantis*. Setarum nullum tegumentum, ne in cauda quidem præsidium abigendo tædio muscarum, sed cancellata cute. *Id.* l. 9. c. 33. eodem sensu *cancellatim reticulatus* dixit. *Id.* l. 9. c. 51. Polypus femina modo in ovis sedet, modo cavernam cancellato brachiorum implexu claudit. ¶ Est etiam idem ac deletus, *cancelled, obliterated, erased*, quia decussatis, et implexis lineolis scripta delere solemus. *Paul. Dig.* lib. 47. tit. 2. leg. 84. Tabulæ, cautionesve cancellatæ. *Scævola* lib. 2. *Dig.* tit. 14. leg. 47. Omnes cautiones vanæ, et pro cancellatis habentur.

CANCELLI, orum, m. *lattices, or windows, made with cross-bars of wood, iron*, &c. *balusters or rails inclosing any place*, κιγκλίδες, δρύφακτος, septum ex rectis et obliquis lignis, aut ferramentis, modicoque intervallo distinctis contextum, quo fenestræ, januæ, scenæ, tribunalia muniri, eorumque aditus præcludi solent. *Cic. pro Sext.* c. 58. Tantus est ex fori cancellis plausus excitatus, ut &c. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. Perticæ inclinatæ, et in eis transversis gradatim modicis intervallis perticis annexis, ad speciem cancellorum scenicorum, ac theatri. *Colum.* l. 8. c. 17. Rivis, per quos exundat piscina, præfigantur ænei exiguis foraminibus cancelli, quibus impediatur fuga piscium. ¶ De cancellis ædium privatarum mentio fit a *Paul. Dig.* lib. 30. leg. 41. et ab *Ulpian.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. Cancellos etiam fenestrarum nominat *Augustin.* l. 11. *de Trinit.* c. 2. ¶ De iis vero, qui in gradibus ac sedilibus Circi, insignis locus est apud *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 2. v. 64. ¶ In singulari numero *Ulpian.* lib. 43. tit. 23. leg. 9. Sisera vel clavis, vel specularium, vel cancellus sit ablatus. *a baluster, grate, lattice, trellis, railing.* ¶ In cute elephantorum *cancelli* dicuntur a *Plin.* l. 8. c. 10. parvæ cavernulæ quadratæ, instar cancellorum dispositæ, et limam ferrariam referentes, quibus in rugas repente arctatis muscas deprehensas elidunt. ¶ In agris *cancelli* sunt quoddam limitum genus: *boundaries, limits*: unde *cancellatio. Gloss. vet.* Χαράδρα, cancellus. *Cassiod.* apud *Du Fresne in Glossar.* Intra Tusciæ cancellos. ¶ Translate *Cic. pro Quint.* c. 10. Me facile revocabitis, si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipse circumdedi. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 12. Esse quasdam oratorum proprias sententias, atque causas, et certarum rerum forensibus cancellis circumscripta scientia. *Hirt. de B. Afric.* c. 15. Cæsaris copiis in orbem compulsis, intra cancellos omnes conjecti pugnare cogebantur.

CANCELLO, as, a. 1. *to make like a lattice, arrange cross-wise*, in cancellorum modum struo. *Colum.* l. 4. c. 2. Vitis, quæ toto prostrata corpore, cum inferius solum quasi cancellavit, atque irretivit, cratem facit, &c. ¶ Significat etiam delere, quod multis cancellatim ductis lineis fieri solet, *to cancel, cross out, erase. Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 4. leg. 2. Cancellare testamentum. *Modestin.* lib. 22. tit. 3. leg. 24. Cancellare chirographum.

CANCER, cancri, et canceris, m. *a crab, crab-fish*, καρκίνος, piscis crusta munitus, pedibus octonis in obliquum flexis, et præterea binis brachiis in denticulatas forcipes desinentibus: cum incedit, transversim fertur: in pavore autem etiam retrorsum pari velocitate, ac prorsum, redit. Cancrorum marinorum varia genera recenset *Plin.* l. 9. c. 30. Sunt enim et fluviatiles, quorum meminit *Id.* l. 19. c. 10. et alibi, et *Pallad.* l. 1. tit. 35. et alii, qui et *cammari* dicuntur. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 45. Non prorsus, verum ex transverso cedit, quasi cancer solet. *Virg.* 4. *Georg.* v. 48. neve rubentes Ure foco cancros. *Plin.* l. 32. c. 10. Carbunculos, et carcinomata sanari tradunt cancro femina cum salis flore contuso. ¶ Est etiam unum ex duodecim signis, per quæ Sol annuo spatio decurrit, *one of the twelve signs of the zodiac*: de quo narrat *Hygin. poet. Astron.* l. 2. c. 23. cum Hercules contra hydram Lernæam constitisset, cancrum ex palude pedem ejus momordisse (unde *Lernæus* cognominatur a *Colum.* l. 10. v. 313.) et ab Hercule interfectum fuisse: Junonem autem valde Herculi infensam, in sidera transtulisse. Alii ideo *cancrum* appellari id signum putant, quod sol, eo cum pervenerit, cancri more incipiat retro cedere, ut est apud *Macrob.* 1. *Saturn.* c. 17. *ad fin.* Constat, secundum *Hygin. ibid.* l. 3. c. 22. stellis septemdecim, quarum duæ *Aselli* dicuntur, de quibus suo loco dictum est. Ingreditur sol Cancri signum X. Cal. Jul. et tunc solstitium æstivum dies longissimos facit. *Colum.* l. 10. v. 313. Hauserit et flammis Lernæi brachia Cancri. *Lucret.* l. 5. v. 616. *de sole.* Canceris ut vertat metas ad solstitiales. *Lucan.* l. 10. v. 259. Calidi tetigit cum brachia cancri. ¶ Præterea *cancer* dicitur ulcus pessimæ naturæ, lividum, putridum, quod ad cutem erumpit, carnem consumit, serpitque vorando, et insanabile aliquando est, *a canker, eating or spreading ulcer; a cancer. Cels.* l. 5. c. 26. n. 31. Omnis autem cancer non solum id corrumpit, quod occupavit, sed etiam serpit. *Id.* l. 6. c. 18. n. 3. Exciso cancro vulnus esse adurendum. *Cato R. R.* c. 157. *de brassica.* Eadem vulnera putrida, canceresque purgabit, sanosque faciet. *Cels.* 4. c. 15. *ad fin.* Valens est etiam adversus cancerem intestinorum. *Est qui legit* adversus ulcera. *Arnob.* l. 1. pag. 30. Contumacia canceris sævi. ¶ Denique *Festus* docet, *cancros* dictos esse ab antiquis, quos nunc per deminutionem cancellos dicimus. Quo pertinere putant illud *Apulei.* l. 6. *Metam.* Meas manus incidisti, et inter Orci cancros jam ipsos adhæsisti. Sed *Apulei.* potuit alludere etiam ad brachia cancrorum, forcipis more, quidquid attigerint, constringentia. nam lib. 7. etiam Orci manus dixit. ¶ Cancer pro morbo etiam neutro genere usurpatum legitur. *Claud. in* 4. *histor.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 697. *Putsch.* Quod verminatione ad cancer pervenerit. *Scribon. Larg. compos.* 240. Hoc medicamentum cancer non patitur serpere. Adde *Compos.* 206.

CANCERATĬCUS, a, um, *cancerous*, ad cancrum morbum pertinens. *Veget.* l. 2. *de re veterin.* c. 43. Canceraticus fœtor. καρκινώδης.

CANCĔRO, as, n. 1. *to canker, fester, spread as a cancer*, cancri ulcere putresco. *Apulei. de herb.* c. 36. Ad vulnera etiamsi canceraverint. *Plin. Valerian.* l. 1. c. 10. et *Marcell. Empir.* c. 9. Prodest etiam, si intrinsecus canceraverit auris.

CANCERŌMA, atis, n. *a cancer*, καρκίνωμα, idem quod cancer, qua ulcus significat. *Apulei. de herb.* c. 19. Ad canceromata, quæ in naribus nascuntur. Adde cap. 31.

CANCRĒMA, atis, n. idem quod canceroma. Habetur apud *Veget.* l. 2. *rei veterin.* c. 22. *ad fin.* si modo salva est lectio. [Omnes editiones *Vegetii* habent *canchremata* cum adspiratione. Si oculus ictu vulneris insanabilis redditur, et, ut mulomedici dicunt, canchremata fecerit.]

[* CANCRŌMA, atis, n. idem ac cancrema, et cancer. *Veget.* l. 4. c. 19. Refrigeratoque melle ad cancromata, et plagas, vel famices ad cicatricem reducendos uteris. Sic habetur in edit. *Schneideri*, vulgo vero *ad cancromatas plagas*; quin immo etiam superius *canchremata* in *cancromata* mutandum videtur.]

CANDĂCUS, a, um. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 6. tradit hanc vocem usurpatam fuisse a *Nævio*, et significare suavem, *tametsi* a magistris exponatur *mansuetus*. Sed *Scalig. in conjectan.* docet, manifesto legendum esse *clucidatus*, vel *glucidatus*, quod *Festus* interpretatur *dulce*, et *suave*; a Græco γλυκύς. *Auson.* vero *Popma* legit *suudatus*, atque idem esse putat, quod *sedatus*. Sed hæc omnia solis conjecturis fulciuntur, atque adeo incerta admodum sunt.

CANDAVĬA, æ, f. regio est Albaniæ, in qua sunt montes eam a Macedonia, et Thessalia disterminantes. *Lucan.* l. 6. v. 331. qua vastos aperit Candavia saltus. Adde *Cicer.* 3. *ad Attic.* ep. 7. et *Plin.* l. 3. c. 23.

CANDEFACĬO, is, eci, actum, a. 3. *to whiten, make white, bleach*, λευκαίνω, candidum facio. *Una opera ebur atramento candefacere* proverbio dicitur a *Plaut. Mostell.* 1. 3. 102. de eo, qui rem aliquam, dum exornare, aut perficere vult, corrumpit. ¶ Significat etiam ignitum facere, *to set on fire, ignite*, πυρακτέω. V. *Candefactus*, et *Candefio.*

CANDEFACTUS, a, um, *whitened, made white*, candidus factus. *Gell.* l. 6. c. 5. Argentum putum dictum est, quasi exputatum, excoctumque, omnibusque ex eo vitiis detractis emaculatum, et candefactum. ¶ Item ignitus, inflammatus, *ignited, set on fire*, κατάπυρος. *Plin.* l. 34. c. 8. *in fi.* Æs inter lapides candefactos fundere. *Id.* l. 25. c. 10. Rubetæ patinis candefactæ. *Cels.* l. 6. c. 8. Atramentum sutorium candefactum.

CANDEFĪO, is, *to become white*, candens fio. *Plin.* l. 33. c. 3. *ad fin.* Aurum marmori, et iis, quæ candefieri non possunt, ovi candido illinitur.

CANDĒLA, æ, f. *a candle*, λύχνος, [forte ejus notatio deducenda est ex candore luminis.] fax ex funiculo, vel ex scirpo, pice, aut cera, aut sebo vestitis. Ex totidem enim materiis candelas factas legimus. Etiam papyrus in hunc usum adhibita legitur apud *Serv. ad Æn.* 1. v. 731. sed hoc non est intelligendum de papyro Ægyptia, ex qua charta fiebat, sed de nostrate, quæ eadem planta est, quæ scirpus, ut *Salmas. in exercitationib. Plin.* pag. 1003. et *Harduin. ad Plin.* l. 16. sect. 70. adnotarunt. Detracto enim cortice e scirpo, interiorem materiem illinebant cera, eaque funalium loco utebantur. *Varr.* apud *Serv. ibid.* Facibus aut candela simplici, aut ex funiculo facta, cera vestita, quibus ea figebant, appellarunt funalia. (*candelam simplicem* appellat virgulam scirpeam. Eodem modo intelligendum est illud *Serv. ibid.* Candelabra, quibus affigi solebant vel candela, vel funes pice delibuti.) *Juvenal.* sat. 3. v. 184. Me, quem luna solet deducere, vel breve lumen Candelæ, cujus dispenso, et tempero filum. *Colum.* l. 2. *c. ult.* Sebare candelas. ¶ *Candelam apponere valvis* apud *Juvenal.* sat. 9. v. 98. est facem subdere incendendi causa. ¶ *Candelæ* erant pauperiorum, sicut lucernæ divitum. Colligitur hoc ex *Martial.* l. 14. epigr. 40. ubi *candelam* lucernæ ancillam appellat: item ex epigr. 43. et ex *Juvenal. loc. cit.* ¶ Maximus earum usus erat in funeribus, prorsus ut hodieque fit. *a funeral torch. Plin. loc. cit.* E scirpis detracto cortice, candelæ luminibus, et funeribus serviunt. *Pers.* sat. 3. v. 103. Hinc tuba, candelæ: tandemque beatulus alto Compositus lecto, &c. ¶ Quod *Cassius Hemina* apud *Plin.* l. et cap. 13. narrat de *lapide quadrato vincto candelis quoquoversus*, et de eadem re *Liv.* l. 40. c. 29. verba faciens, duos fasces memorat *candelis involutos*, intelligendi sunt funiculi cera delibuti, quo diutius vetustatem ferrent, *cords covered with wax.* Quod vero *Vitruv.* l. 7. c. 9. et *Plin.* l. 33. c. 7. *ad fin.* tectorium, in quo miniacea expolitio facienda est, cera Punica induci, et ille *candela linteisque puris*; hic *candelis, ac deinde linteis puris subigi* jubent, vel eosdem funiculos intelligunt, vel virgulas cera illitas, ad similitudinem virgarum scirpearum, quæ cera obductæ accendebantur ad lumen faciendum.

CANDELABRARĬUS, ii, m. candelabrorum artifex. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 945. n. 8. et apud *Donium* class. 8. n. 90. Ti. Claudius Primigenius candelabr.

CANDELĀBRUM, i, n. *a candlestick, chandelier*, κηροπήγιον, instrumentum, in quo candelæ infiguntur. *Cic.* 6. *Verr.* c. 26. Candelabrum æneum. et cap. 28. e gemmis clarissimis, opere mirabili perfectum. *Petron.* cap. 95. ligneum. *Quintil.* l. 6. c. 3. humile. [*Vitruv.* l. 7. c. 5. inter monstrosas picturas ponit candelabra ædicularum sustinentia figuras.] ¶ In masculino genere *Cæcil.* apud *Non.* c. 3. n. 74. Candelabrum ligneum ardentem. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 75. *Burm.* Tam magnus ex Asia veni, quam hic candelabrus est. ¶ Etiam *candelaber* olim usurpatum fuit, ut testatur *Arnob.* l. 1. pag. 36. ubi varias Gentilium striblīgines enumerat.

CANDELĬFER, a, um, adject. candelam ferens. Diana, quæ eadem est, ac Lucina, parientium præses, dicta est *candelifera*, quia ad candelæ lumina puerperæ fiunt. *Tertull. ad Nation.* l. 2. c. 11.

CANDENS, entis, *white, snow-white, candid, candent, silvery; bright, glistening, shining, shiny*, λευκός, albus, candidus, sed cum splendore. *Virg.* 9. *Æn.* v. 563. Candenti corpore cycnus. *Id.* 5. *Æn.* v. 236. Candens taurus. *Id.* 6. *Æn.* v. 896. elephantus. *h. e.* ebur. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 26. Impositum saxis late candentibus Anxur. *Id. Epod.* 1. v. 29. superni villa candens Tusculi. *h. e.* candido marmore exstructa. *Lucret.* l. 1. v. 258. candens lacteus humor. *Tibull.* l. 4. eleg. 1. v. 65. Queis nunquam candente dies apparuit ortu. *h. e.* aurora, cujus primum lumen multum candoris habet. *sheeny.* Sic *Vitruv.* l. 9. c. 4. *post med.* Candens Luna. ¶ Quia vero ea maxime splendet, quæ ignita sunt, hinc sæpe *candens* idem est ac ignitus, inflammatus, accensus, *fiery, on fire, in a blaze, glowing, red-hot*, πεπυρωμένος, κατάπυρος. Hinc *Gell.* l. 17. c. 10. ex Phavorino docet, quam dixit *Virg.* 3. *Æn.* v. 573. *candentem favillam*, proprie significare igneam, et relucentem, improprie autem, et pervulgate ferventem: *candens* enim a *candore*, non a *calore* ductum est. *Cic.* 2. *Offic.* c. 7. Candenti carbone capillum adurere. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 46. Tædæ candentes. *Horat.* l. 1. ep. 15. v. 36. Lamna candens. *Lucret.* l. 6. v. 147. ferrum. *Id. ibid.* 1196. lumen solis. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 481. Candentior Phœbus. *Solin.* c. 52. (*al.* 65.) Sidus candentissimum. ¶ Dicitur etiam de iis, quæ sine splendore fervent. *Colum.* l. 7. c. 5. *circa med.* Candens sevum vulneri per ardentem tædam instillato. *boiling.* et l. 12. c. 53. Glabrare sues aqua candente. *Sil.* l. 9. v. 502. Candentes globi arenæ.

CANDENTĬA, æ, f. *shiny whiteness, sheen*, λευκότης, splendida albedo, candor. *Vitruv.* l. 9. c. 4. *a med.* Candentia Lunæ. V. *Candens.*

CANDĔO, es, ui, n. 2. *to be white or shiny; to shine, glister*, λευκαίνομαι, candidus sum: et dicitur sæpe de iis, quæ candori adjunctum splendorem habent. *Ovid.* 2. *de*

ar. am. v. 440. Ut levis absumptis paulatim viribus ignis Ipse latet, summo candet in igne cinis. Al. leg. *canet. Manil.* l. 1. v. 753. *de via lactea.* An major densa stellarum turba corona Contexit flammas, et crasso lumine candet. *Claudian.* l. 2. *in I. Consul. Stilich.* v. 448. Hic ferrata rigent, illic argentea candent. ¶ Item de iis, quæ ignescunt, et flagrant, *to be hot, to burn,* αἴθω. *Ovid.* l. 1. *Metam.* v. 119. Tum primum siccis aer fervoribus ustus Canduit. *Colum.* l. 1. c. 4. *ad fin.* Sunt loca, quæ tepent hieme, sed æstate sævissime candent. ¶ Item de iis, quæ igneo colore splendent. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 102. rubro ubi cocco Tincta super lectos canderet vestis eburnos. *shone with a flamy colour.* ¶ Translate *Claudian. de Consul. Mall. Theodos.* v. 225. cum viscera felle Canduerint. *h. e.* ira inflammata fuerint. ¶ Alia huc pertinentia V. in *Candens.*

CANDESCO, is, n. 3. *to grow white, to whiten,* λευκαίνομαι, candidus fio, albesco. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 47. ut solet aer Purpureus fieri, cum primum aurora movetur, Et breve post tempus candescere solis ab ictu. *Tibull.* l. 1. eleg. 11. v. 43. caput candescere canis. ¶ Item accendor, inflammor, ignesco, *to become hot, or red-hot; to glow with heat, whiten with exceeding heat. Lucret.* l. 1. v. 490. Ferrum candescit in igne. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 230. *de Phaethonte.* currusque suos candescere sentit. *Vitruv.* l. 7. c. 9. *ad fin.* Ad ignem collocetur, donec lamna candescat.

CANDĒTUM, i, n. genus mensuræ agrorum. *Colum.* l. 5. c. 1. Galli candetum appellant in areis urbanis spatium centum pedum; in agrestibus autem pedum centum quinquaginta: quod aratores cadetum nominant. Apud *var. Auct. de limitib.* pag. 292. *Goesii,* et *Isidor.* l. 15. *Orig.* c. 15. legitur, *candetum* dictum esse quasi *centetum,* quod centum pedes contineat: sed hæc notatio inepta est.

CANDĬCANS, antis, *white, whitening, growing white, candicant,* albidus, albicans. *Plin. in proœm.* l. 3. Frequentes teniæ candicantis vadi carinas territant. *Id.* l. 11. c. 16. *in fi.* de *Rege apum.* In fronte macula quodam diademate candicans. *Id.* l. 18. c. 35. Nube gravida candicante, grando imminebit. *Id.* l. 12. c. 13. Cardamomum e rufo candicans. *Id.* l. 37. c. 10. Gemma e fulvo candicans.

CANDICANTĬA, æ, f. *whiteness, a white colour,* candicans color. *Plin. l. et cap. ult.* Gemmæ fictitiæ scarificationis candicantiam fugiunt. *Harduin.* ex MSS. legit *scarificationes candicantium fugiunt.*

CANDĬCO, as, n. 1. *to grow white, to whiten,* λευκόομαι, albesco, candorem habeo. *Scribon. Larg. compos.* 237. Ulcus candicat. *Plin.* l. 37. c. 11. Polyzonos nigra multis zonis candicat. Adde lib. 34. c. 12.

CANDĬDANS, antis, *whitening.* V. *Candido.*

CANDIDARĬUS, a, um. *Pistor candidarius* in vet. Lapide inscripto A. Chr. 44. apud *Murator.* pag. 304. n. 3. est, qui panem candidum facit: de quo *Juvenal.* sat. 5. v. 70. Sed tener, et niveus, mollique siligine factus Servatur domino. ¶ *Candidarius* dicitur ea forma, qua *pistor dulciarius.*

CANDIDATORĬUS, a, um, *pertaining to a candidate,* ad candidatum pertinens. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 1. Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibebimus diligentiam. *in adopting every measure suitable to a candidate.*

CANDIDĀTUS, a, um, *clothed or arrayed in white,* candidis vestibus indutus, λευκανθεὶς, λευκοφόρος. *Plaut. Cas.* 2. 8. 10. At candidatus cedit hic mastigia. *Id. Rud.* 1. 5. 12. Mulieres candidatæ. *Sueton. in Aug.* c. 98. Vectores, nautæque candidati, coronatique. *Apulei.* l. 9. *Metam.* Farinulento cinere sordide candidatus. *whitened, washed.* ¶ *Candidatus, i,* est qui honores petit, *a candidate, competitor, one who solicits preferment, posts of honour,* &c. quia apud Romanos nemo ad magistratum aspirabat, quin candida toga, (hoc est ad nativum lanæ colorem addita creta: ex quo *cretata ambitio* apud *Pers.* sat. 5. v. 177.) indutus, dum populi suffragia per ambitionem captabat, conspiceretur. Eo itaque vestitu circuibant Tribus, prensabant, se submittebant obvio cuique, osculabantur, &c. quasi significantes, se non pecunia, aut aliis illecebris munitos, sed pure, ac sincere, solaque fretos virtute ad honores accedere. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 1. Nemo est ex iis, qui nunc petunt, qui si in nostrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur. *Id. in Pison.* c. 23. Officiosissima natio candidatorum. *Id. pro. Mur.* c. 27. Candidatus prætorius, et consularis. *h. e.* præturam, et consulatum petens. *a candidate for the prætorship or consulship. Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 15. *ad fin.* Candidati tribunitii. *Sueton. in Tiber.* c. 42. quæsturæ. *Id. in Vespas.* c. 2. ædilitatis. *Senec.* l. 7. *de benef.* c. 28. sacerdotii. *In Epit. Livii* lib. 69. consulatus. ¶ *Candidata, æ,* f. *Quintil.* (seu quicumque alius auctor est) declam. 252. *ad fin.* Qui candidatam sacerdotii rapuit. ¶ *Extrahere candidatos* apud *Senec. de Tranquill.* an. c. 3. est ad petendum producere, adesse, suffragari, eisque vocem ac manum accommodare, ut *Id.* ep. 8. loquitur. ¶ *Candidati Principis,* vel *Cæsaris* primo dicti sunt, quos Princeps ipse populo commendabat, et pro iis nonnunquam civiliter prensare solebat, ut factum est aliquoties ab Augusto, teste *Sueton. in ejus vita,* c. 56. *candidates for office recommended by the emperor.* Hi admodum negligenter petere solebant, utpote qui subnixi favore principis, cujus commendatio maxime valebat ad dignitates obtinendas, præsertim ex quo comitia cum populo C. Jul. Cæsar partitus fuerat, ut est apud eund. *Sueton. in Cæsar.* c. 41. Hinc ambiguum illud festive dictum in quendam, qui pilam negligenter petebat, apud *Quintil.* l. 6. c. 3. *Sic petis tanquam Cæsaris candidatus. as though you were sure of success, being backed by the emperor himself.* De hujusmodi candidatis exemplum habes apud *Vellei.* l. 2. c. 124. ¶ Sublatis postea omnino populi comitiis, totaque eligendorum Magistratuum potestate ad Principes translata, *candidati Principis* dicti sunt Quæstores quidam, qui solis libris Principalibus, hoc est epistolis, decretis, orationibus in Senatu legendis vacabant, ut *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 13. qui est *de offic. Quæst.* docet; exstant etiam hac de re testimonia apud *Tacit. Ann.* 16. c. 27. et *Sueton. in Aug.* c. 65. *in Ner.* c. 15. et *in Tito,* c. 6. ¶ Hi dicebantur etiam *Quæstores candidati,* ut legitur apud *Sueton. in Claud.* c. 40. et in *Inscriptionib.* apud *Gruter.* pag. 352. n. 5. et pag. 421. n. 3. Ratio autem hujus appellationis videtur esse, quia hujusmodi Quæstores ita Principi inserviebant, ut ejus commendationem sibi mererentur, et ad Præturam promoverentur; eratque eorum munus non tam quæstura, quam quoddam veluti prætoriæ dignitatis petendæ tirocinium. Ceterum et in aliis honoribus, candidatos se Principis vocabant, qui ab eo vel commendabantur (ut supra dictum est) vel provehebantur. Hinc honori sibi tribuebat C. ille Popilius C. F. Quir. Carus, quod *D. Hadriani Aug. in omnibus honoribus candidatus* fuisset, ut in *Inscript. Grut.* pag. 457. n. 6. legitur. ¶ *Candidati* fuerunt etiam in militia. *picked troops, soldiers of the guard.* Ita enim appellati sunt, qui præ ceteris staturæ proceritate, et fortitudine commendabantur, pugnabantque circa Imperatoris personam, quo ei se commendarent, testem virtutis habentes; ut fidentius altiores militiæ gradus petere possent. *Veget. in fi.* cap. 7. l. 2. *de re milit.* principales milites fuisse dicit, quique variis privilegiis muniebantur. *Ammian.* l. 15. c. 5. (*al.* 11.) Laniogaiso vetante, tunc tribuno, quem dum militaret candidatus, solum adfuisse morituro Constanti, supra retulimus. *Vales.* ad hunc locum docet, duas fuisse in militia candidatorum scholas; alteram a Gordiano seniore institutam, lectis fortissimis quibusque, et maximæ proceritatis; alteram a Gordiano juniore, vel a Philippo: primam *seniorum candidatorum* fuisse appellatam; secundam *juniorum:* utrosque autem ab iis *candidatis* distinguendos esse, qui a *Vegetio* memorantur. Hi enim etiam ante Gordiani tempora in legionibus fuerunt. ¶ Translate *candidatus* dicitur aliarum quoque rerum petitor, et studiosus. *Quintil.* l. 12. c. 2. *ad fin.* Oratori nihil est necesse in cujusquam jurare leges. Majus enim est opus atque præstantius, ad quod ipse tendit, et cujus est velut candidatus. *Id. in proœm.* l. 6. Te omnium spe Atticæ eloquentiæ candidatum, superstes parens tantum ad pœnas, amisi. *Plin. in paneg.* c. 63. Candidatus non consulatus tantum, sed immortalitatis, et gloriæ. *Apulei. in Apolog.* Candidatus socer. *h. e.* qui socer esse cupit. *Id.* l. 1. *Metam.* Candidatus crucis. *h. e.* quem crucis supplicium mox manet.

CANDĬDE, adverb. candido colore. *Plaut. Cas.* 4. 1. 10. Candide vestitus. *clothed in white.* ¶ Translate est *candidly, sincerely, honestly,* ἁπλῶς, ἀδόλως, sincere, simpliciter, sine dolo. *Cœlius ad Cicer. Fam.* 8. ep. 6. Cavendum tibi erit, ne parum simpliciter et candide posuisse inimicitias videaris. *Petron. in Satyr.* c. 107. Quod velim tam candide ad aures vestras perveniat, quam simpliciter gestum est.

CANDĬDO, as, avi, atum, a. 1. *to make white; to whiten, bleach,* λευκόω, λευκαίνω, dealbo, candidum facio. *Tertull. advers. Gnost.* c. 12. *ex Apocalyps.* 7. 14. Laverunt vestimenta sua, et candidaverunt ea in sanguine agni. ¶ Item candidus sum, *to be white,* λευκαίνομαι. *Apulei. in Florid.* n. 3. (*al.* l. 1.) Lyra ejus auro fulgurat, ebore candidat. Al. leg. *candicat.* ¶ Sic particip. candidans, *white. Solin.* c. 49. (*al.* 62.) Mons nivibus candidans. Al. leg. *candicans.*

CANDIDŬLE, adverb. diminutivum. *Arnob.* l. 2. pag. 50. Sermonem candidule promere.

CANDIDŬLUS, a, um, *somewhat white, whitish,* diminutivum. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 16. Hæc quæ sunt minima, tamen bona dicantur, necesse est, candiduli dentes, venusti oculi, color suavis.

CANDĬDUS, a, um, *of a sheeny white, bright, shiny, clear, lucid, serene,* qui candorem habet cum nitore conjunctum; in quo differt ab *albo,* ut in *Albus* dictum est. *Plaut. Rud. prol.* v. 3. Stella splendens candida. *Id. Amph.* 1. 3. 49. Lux clara, et candida. *Martial.* l. 6. epigr. 42. Aqua candida, et serena. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 243. candida flamma. *Id.* l. 3. v. 559. rota candida Phœbi. *Id.* l. 5. v. 70. Candida nox. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 142. Nube solet pulsa candidus ire dies. *Virg.* 7. *Æn.* v. 8. Candida Luna. ¶ Accipitur etiam generatim pro albo, *white, snow-white,* λευκός. *Virg. Ecl.* 9. v. 41. hic candida populus antro Imminet. *Id.* 2. *Georg.* v. 320. Candida avis. *h. e.* ciconia. *Sever. in Ætna,* v. 88. Candidus ales. *h. e.* cycnus. *Flor.* l. 1. c. 11. et *Tacit. de Germ.* c. 10. Candidus equus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 708. Candida lilia. *Quintil.* l. 6. c. 3. Candidus panis. *Ovid. Her.* ep. 16. v. 249. Pectora puris nivibus, et lacte candidiora. *Vitruv.* l. 10. c. 7. Candidissimus color. ¶ Candidis vestibus indutus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 906. Candida pompa. *Tibull.* l. 2. eleg. 1. v. 16. Candida turba. *Martial.* l. 8. epigr. 65. cultu candida Roma. *h. e.* Romani, qui togis albis utebantur. ¶ Canus, *hoary. Plaut. Mostell.* 5. 2. 27. Capite candido esse. *Virg. Ecl.* 1. v. 29. Candidior barba. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 60. Candidus crinis. ¶ *Candida de nigris facere,* proverbio dicitur de simulatoribus, et adulatoribus, quique bonum in malum, vitia in virtutes convertunt, in se per fictos mores, in aliis per invidiam, et calumnias. *Ovid. Metam.* 11. v. 315. et *Juvenal.* sat. 3. v. 30. ¶ Candidum ovi, *the white of an egg. Plin.* l. 29. c. 3. Candidum ex ovo infundere. et *mox.* Candido ovorum in oculis pili reclinantur. ¶ Quia vero candor in homine magna pulcritudinis pars est, sæpe *candidus* sumitur pro formoso, *beautiful, handsome, comely,* ut *Serv.* docet *ad Æn.* 8. v. 138. et *ad Ecl.* 5. v. 56. atque hac ratione accipiendum esse vult in illo *Virg.* 5. *Æn.* v. 571. quem candida Dido Esse sui dederat monumentum, et pignus amoris. Sic *Horat. Epod.* 3. v. 9. Ut Argonautas præter omnes candidum Medea mirata est ducem. *Senec. in Medea,* v. 110. *de Hymenæo.* Candida thyrsigeri proles generosa Lyæi. Adde *Tibull.* l. 4. v. 17. ubi plura in hanc rem *Broukusius* congessit. ¶ Translate varios habet usus. *Candida vox* dicitur a *Quintil.* l. 11. c. 3. et *Plin.* l. 28. c. 6. et a Græcis λευκὰς φωνὴ, quæ pura, et clara est: cui opponitur fusca apud *eosd. ibid. Cic.* autem l. 2. *de nat. Deor.* c. 58. voci fuscæ opponit *canoram,* et videtur idem significare, quod alii, *candidam* appellantes; nisi quod canora puram quidem et claram, sed sonantem quoque, ut ita dicam, significat. ¶ Hinc dicitur candidum orationis genus, quod purum et liquidum est, et cujus æquabilis compositio aures valde delectat. *clear, perspicuous, distinct. Cic. in Orat.* c. 16. Elaborant alii in lenitate, et æquabilitate, et puro quasi quodam, et candido genere dicendi. *Quintil.* l. 10. c. 1. Candidum, et lene, et speciosum dicendi genus. *Gell.* l. 16. c. 19. Celeri admodum, et cohibili oratione, vocumque filo tereti, et candido fabulam scribere. ¶ Qui hujusmodi orationis genere utitur, *candidus* dici potest. *Quintil. loc. cit.* Densus, et brevis, et semper instans sibi Thucydides; dulcis, et candidus, et fusus Herodotus: ille concitatis, hic remissis affectibus melior; ille vi, hic voluptate. ¶ Pro sincero, simplici, aperto, quique fingere, aut mentiri nescit, *plain-dealing, candid, open, frank, sincere. Horat.* l. 1. sat. 5. v. 41. animæ quales neque candidiores Terra tulit, &c. *Id.* l. 1. ep. 4. v. 1. Albi, nostrorum sermonum candide judex. *Petron. in Satyr.* c. 129. Animumque ejus candida humanitate restitue. et cap. 132. Quodque facit populus, candida lingua refert. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 14. v. 43. Tam felix utinam, quam pectore candidus, essem! ¶ Item pro benigno, benevolo, et bono, *kind, courteous, benevolent,* sicut malum *nigrum* dicimus, inquit *Serv.* ad illud *Virg. Ecl.* 5. v. 56. Candidus insuetum miratur limen Olympi, &c. *Horat.* l. 1. ep. 6. *in fi.* si quid novisti rectius istis, Candidus imperti. *Vetus epigr. inter fragmen. Petron.* Omnia, quæ miseras possunt finire querelas, In promptu voluit candidus esse Deus. ¶ Item pro felici, prospero, auspicato. *fortunate, happy, lucky, prosperous.* V. dicta in *Albus,* et *Calculus. Sallust.* orat. 1. *ad Cæs. de repub. ordin.* Qui benignitate imperium temperavere, his læta et candida omnia visa. *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 4. v. 33. Nam pede inoffenso spatium decurrere vitæ Dignus es, et fato candidiore frui. *Propert.* l. 2. eleg. 12. v. 1. O me felicem, o nox mihi candida! *Tibull.* l. 3. eleg. 6. v. 30. Candida fata. *Id.* l. 1. eleg. 11. v. 45. candida Pax. *Propert.* l. 4. eleg. 1. v. 67. Candida omina. et eleg. 6. v. 71. Candida convivia. *h. e.* læta, et hilaritatibus plena. *joyful, jovial.*

CANDIFĬCO, as, a. 1. *to whiten, make white,* λευκόω, candidum facio. *Augustin.* l. 21. *de civ. Dei,* c. 7. Ignis lapide coquendo candificat. ¶ Si fides habenda est *Nicolao Perotto ad* epigr. 13. l. 13. *Martial.* affert ille ex *Nonio* hæc verba: *Poliens se se, et succis herbarum candificans cutem.* Quæ multi Lexicographi exscripserunt, et *Nævio* tribuerunt. Fortasse *Perottus* pro *Nonio* posuit *Novium:* sed hoc ego fragmentum apud neminem adhuc inveni.

CANDIFĬCUS, a, um, qui candidum facit. *Apulei. in Apolog. in carm.* Pulvisculus candificus. *h. e.* candificandis dentibus aptus.

CANDOR, oris, m. *sheeny whiteness, brightness, splendour, clearness, lucidity,* λαμπρότης, albedo cum splendore. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 15. Solis candor illustrior, quam ullius ignis, quippe qui immenso mundo tam longe, lateque colluceat. *Id. in somn. Scip.* c. 3. Splendidissimo candore inter flammas circus elucens. *Lucret.* l. 4. v. 232. Lux, et clarus candor. In plural. num. *Plaut. Men.* 1. 2. *in fi.* Solem vides satin' ut occæcatu' st præ hujus corporis candoribus! ¶ Raro ponitur pro calore. *heat, warmth. Claudian. de Consul. Prob. et Olybr.* v. 218. Quam neque fas Zephyris frangi, nec sole perustam Æstivo candore mori. ¶ Sumitur sæpe generatim pro albedine, *whiteness,* λευκότης. *Nævius* apud *Non.* c. 4. n. 275. Jam solis æstu

candor cum liquesceret. *Lucret.* l. 2. v. 764. Candor marmoreus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 568. nivalis. *Quintil.* l. 1. c. 1. simplex lanæ. *Plin.* l. 9. c. 17. carnis. *Id.* l. 22. c. 25. dentium. *Plin. sub fin.* l. 34. Cerussæ vis est ad candorem feminarum. *Id.* l. 10. c. 53. Increscente pullo candor in medium vertitur, luteum (*the yolk*) circumfunditur. *the white of an egg.* ¶ Ponitur sæpe in laude pulcritudinis. *beauty, comeliness.* *Cic. pro Cæl.* c. 15. Candor hujus te, et proceritas, vultus, oculique pepulerunt. *Propert.* l. 1. eleg. 20. v. 45. *de Hyla.* Cujus ut accensæ Dryades candore puellæ, &c. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 23. *ad fin.* Fucati vero medicamenta candoris, et ruboris omnia repellentur; elegantia modo, et munditia remanebit. ¶ Pro animi sinceritate, simplicitate, benevolentia, *simplicity, sincerity, candour, openness of disposition, frankness*, cui *livor* opponitur. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 5. v. 5. Candor, in hoc ævo res intermortua pæne. et lib. 3. ep. 1. v. 13. Viribus infirmi vestro candore valemus. *Id.* 3. *Trist.* eleg. 6. v. 7. Candor animi. (Adde lib. 2. *Trist.* v. 467.) *Plin. in paneg.* cap. 84. Soror tua ut se sororem esse meminit! ut in illa tua simplicitas, tua veritas, tuus candor agnoscitur! *Phædr. in fi. prol.* l. 3. sincerum mihi Candore noto reddas judicium, peto. Adde *Vellei.* l. 2. c. 116. ¶ Item pro integritate, innocentia. *innocence.* *Ovid. Her.* ep. 3. v. 31. Si tamen ille prior, quo me sine crimine gessi, Candor ab insolita labe notandus erat. [¶ Candor est etiam virtus orationis. *Quintil.* l. 10. c. 1. Nec indignetur Herodotus sibi æquari Livium, cum in narrando miræ jucunditatis, clarissimique candoris &c. *h. loc.* indicat pulcritudinem illam, quæ ex perspicuitate narrandi oritur, et fidem simul facit historiæ.]

CANDOSOCCUS, i, m. *a vine bent downwards, and having the top set in the ground, that it may grow at both ends*, voce Gallica, palmes prolixus in vitibus, qui summo solo obruitur, deinde iterum erigitur in arborem ad fructum gignendum. *Colum.* l. 5. c. 5. *a med.* ¶ Latini *mergum* vocant. *a layer or off-set.*

CĀNENS, entis, *hoary, with hoary hairs*, πολιὸς, qui canos habet capillos. *Virg. Æn.* 10. v. 191. Canentem molli pluma duxisse senectam. ¶ Item albescens, *white, whitening.* *Ovid.* 6. *Metam.* v. 81. Prodere cum baccis fetum canentis olivæ. *Virg.* 2. *Georg.* v. 13. glauca canentia fronde salicta. *Sil.* l. 4. v. 362. Spumat canenti sulcatus gurgite limes. *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 2. v. 66. Canens gelu. *Sil.* l. 3. v. 554. Pruina canens.

CĂNENS, entis, *singing*, ᾄδων, qui canit. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 8. Tibiæ modulate canentes. *Id. in fragm. Œcon.* apud *Colum.* l. 12. c. 2. Chorus canentium. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 2. v. 53. plausuque simul, fremituque canentum. ¶ Fuit *Canens* filia Jani, et Veniliæ, uxor Pici, peritissima in arte canendi. *Ovid. Metam.* 14. v. 333. *et sequentib.*

CANENTAS, apud *Festum* legimus, esse capitis ornamenta. *Voss. in Etymol.* scribit fortasse derivari a Græco κανοῦν, quod canistrum significat, et intelligi de iis, quos portabant Canephoræ in sacris Palladis.

CANĔO, es, ui, n. 2. *to be hoary, to have grey hairs*, πολιοῦμαι, canus sum, hoc est capillis albeo. *Virg.* 5. *Æn.* v. 416. Temporibus geminis canebat sparsa senectus. *Claudian. de B. Get.* v. 35. Totæque sub galeis Mavortia canuit ætas. Adde *Tacit. de Germ.* c. 31. ¶ Item albere, *to be white.* *Virg.* 3. *Georg.* v. 325. dum mane novum, dum gramina canent. *Juvenal.* sat. 14. v. 144. et densa montem qui canet oliva. *Plin.* l. 18. c. 7. vertens e Græco carmen *Sophocl. in Triptol.* Et fortunatam Italiam frumento canere candido. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 880. Canuerint herbæ rore recente quater. *Sil.* l. 1. v. 206. Canet barba gelu. Adde *Stat. qui* l. 5. *Theb.* v. 337. de spuma maris usurpat. ¶ Reperitur etiam *cano, is*, 3. conjugation. sicut *fervo, is*, pro *ferveo, es*, et *fulgo, is*, pro *fulgeo, es*, et alia non pauca. *Propert.* l. 2. eleg. 14. v. 7. Quid si jam canis ætas mea caneret annis? *candeat* est qui reponere malit, sed *caneret* a *Scalig. Broukus.* et aliis defenditur.

CANEPHŌRA, æ, vel Canephoros, i, f. *a maid bearing a basket*, ἡ κανηφόρος, canistrum ferens: a κάνης, canistrum. *Festus:* Canephora mulier appellatur, quæ fert canum, idest qualum, quod est cistæ genus. ¶ Speciatim *Canephoræ* dictæ sunt Virgines Athenienses primariæ, et nobiliores, quæ in solemnioribus festis, et pompis sacra Palladis in canistris reposita, et sublatis manibus capiti imposita ferebant. *Ovid. Metam.* 2. v. 702. Illa forte die castæ de more puellæ, Vertice supposito, festas in Palladis arces Pura coronatis portabant sacra canistris. *Cic. Verr.* 6. c. 3. Erant ænea duo signa eximia venustate, virginali habitu, atque vestitu, quæ manibus sublatis sacra quædam, more Atheniensium virginum, reposita in capitibus sustinebant. Canephoræ ipsæ vocabantur. Al. scribunt *Canephoroe*, ad exprimendum Græcum οἱ Κανηφόροι. *Plin.* l. 36. c. 5. Fecit Scopas Vestam sedentem, duasque chametæras circa eam, quarum pares in Asinii monumentis sunt, ubi et Canephoros ejusdem. Al. leg. *Canephorus*, terminatione Latina. Sed *Harduin.* præfert *Canephoros*, quod feminine accipiendum est, ἡ Κανηφόρος. Sic apud *Cicer. loc. cit.* c. 8. Habe Canephoros. *h. e.* τὰς Κανηφόρους. de iisdem enim loquitur, de quibus cap. 3.

CANESCO, is, n. 3. *to become hoary, to grow grey, become old*, πολιοῦμαι, canus fio. *Ovid. Metam.* 9. v. 421. queritur canescere mitis Iasiona Ceres. *Plin.* l. 7. c. 2. In quadam gente Indiæ genitos confestim canescere. *Id.* l. 30. c. 15. Capilli canescunt. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 2. *ad fin.* Cumque ipsa oratio jam nostra canesceret, haberetque suam quandam maturitatem, et quasi senectutem. *Quintil.* l. 11. c. 1. *ante med.* Senibus convenit genus eloquentiæ pressum, et mite, et limatum, et quale intelligi vult Cicero, cum dicit, orationem suam cœpisse canescere. ¶ Significat etiam albescere, candescere, *to become white; to whiten*, λευκαίνομαι. *Ovid. Her.* ep. 5. v. 65. canescunt æquora remis. *Id.* 2. *Metam.* v. 212. Pabula canescunt. *h. e.* præ nimio solis calore arescendo albescunt. Sic *Plin.* l. 31. c. 10. Canescentibus nimia siccitate convallibus. *Ovid.* l. 1. *Amor.* eleg. 8. v. 52. Canescunt turpi tecta relicta situ. *grow hoary, or mouldy; moulder away in decay.* *Claud. Mamert. in Genethl. ad Maxim.* c. 9. Cum ipsi anhelitus hominum, circa sua ora concreti, rigore canescerent.

CANĬA, æ, *a kind of nettle*, genus urticæ silvestris, acrioris, caule quoque mordaci, foliis fimbriatis. *Plin.* l. 21. c. 15. *ad fin.* ubi alii leg. *canina*, sed *cania* in omnibus suis MSS. vidit *Harduin.*

CANĪCÆ, arum, *wheat-bran, so called from its being mixed up with dog-meat*, furfures de farre, a cibo canum vocatæ, ut *Festus* docet. *Nonius* vero cap. 2. n. 150. furfures generatim exponit. Usurpat *Lucil.* apud *Non. ibid.*

CANICACĔUS, a, um, *of wheat-bran*, qui est ex canicis. *Pacuvius:* Qui apud te quasi servos est canicaceum panem. Al. leg. *caniceum* eodem sensu. *Scalig.* ad *Fest.* in *Canicæ*, et *Voss. in Etymol.* hoc fragmentum ab ipso *Festo* citari tradunt: Nos neque apud *Fest.* neque apud alium quempiam veterem Grammaticum invenire adhuc potuimus.

CANICŬLA, æ, f. *a little dog or bitch*, κυνίδιον, κυνίσκος, parva canis. *Plin.* l. 32. c. 7. Dentium dolores sedantur cerebro caniculæ. *Plaut. Curcul.* 5. 1. 7. Ut eum eriperet, manum arripuit mordicus: vix foras me abripui, atque effugi. apage istam caniculam. *de muliere loquitur.* ¶ De *canicula*, hoc est homine mordaci V. *Canalicola.* ¶ Est etiam nomen stellæ, *the dog-star*, κυνάστρον. Ea oriente, maximi calores fiunt. Oritur autem post solstitium æstivum, sole primam partem Leonis ingrediente, ut *Plin.* l. 2. c. 47. et l. 18. c. 28. docet. Aliter ab aliis *canicula* designatur. Quidam enim intelligunt minorem canem, qui aliquanto ante canem majorem oritur, et προκύων ob id, atque *antecanis* appellatur. V. *Antecanis.* Alii rectius significari volunt stellam lucidissimam, primæ, ut vocant, magnitudinis, in ore ipsius Canis positam (quæ et ipsa προκύων appellari potest, ut est apud *Galen. commentar.* 1. in lib. 1. *Hippocr. de morb. vulg.* præcedit enim et ipsa, licet brevi intervallo totius astri, qui *canis* dicitur, exortum.) quam et *Sirium* appellant, cui Scriptores passim ardentissimos æstus tribuunt. Dicta est autem *canicula*, vel quia tunc temporis facile canes in rabiem aguntur, vel quia summum efficit calorem, cujus canes intolerantissimi sunt: vel tandem a Fabulis hoc nomen sortita est, de quibus V. in *Canis.* *Horat.* l. 3. od. 13. v. 9. flagrantis atrox hora Caniculæ. *Id.* l. 1. od. 17. v. 17. Caniculæ æstus vitare. *Manil.* l. 5. v. 207. Exoriturque canis, latratque canicula flammans, Et rabit ore suo. (*Id. ibid.* v. 197. *et sequentib.* jam de *Antecane*, seu Procyne verba fecerat: ex quo etiam apparet, hunc a Canicula diversum esse) *Ovid.* l. 2. *de ar. am.* v. 231. Nec grave te tempus, sitiensque Canicula tardet. *Pers.* sat. 3. v. 5. siccas insana Canicula messes Jamdudum coquit. ¶ Aliquando et ipse *Canis*, in cujus ore Canicula est, *Canicula* appellatur. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 41. Quod inseritur Caniculæ signo, commodissime existimatur inseri. *Serv. ad Virg.* 3. *Æn.* v. 141. Canicula, in cujus ore est Sirius, &c. ¶ Est præterea hoc nomine piscis marinus, *the dog-fish*, καρχαρία, ita dictus a similitudine formæ: de cujus sævitie, et capiendi difficultate ac periculo (acri enim morsu ferociter homines petit) multa *Plin.* l. 9. c. 46. ¶ Denique *canicula*, qui et *canis* dicitur, est infelix jactus talorum, quem qui jecisset, certo vincebatur. *an unlucky throw at dice.* Sic autem appellabatur, cum quis unitatem miserat: cui contrarius erat jactus *Veneris*, omnium felicissimus. *Pers.* sat. 3. v. 48 quid dexter senio ferret, Scire erat in voto; damnosa canicula quantum Raderet. *Voss. in Etymol.* in *Canis* ideo *caniculam* appellari hunc jactum putat, quia instar canis mordeat eum, qui luserit.

CANICULĀRIS, re, *relating to the dog-star, canicular*, ad Caniculam cæleste sidus pertinens. *Pallad.* l. 8. tit. 7. Inchoantibus Canicularibus diebus. *Sidon.* l. 2. ep. 2. Clementissimo recessu fallere inclementiam canicularem. ¶ Habet etiam *Tertull.* l. 1. *cont. Marcion.* c. 19. Sed V. ibi interpretes.

CANICULĀTUS, a, um, adject. *Æmil. Macer* l. 2. c. 35. Jusquiamum Græci, quam nostri caniculatam dicunt. *Marcell. Empir.* c. 14. *ad fin.* Uvam caniculatam, et cochleam germanam combure. ¶ Quod ad priorem *Macri* locum attinet, recte adnotavit *Janus Cornarius* verbum *caniculatam* corruptum esse. Debuit enim dicere *calicularem.* V. *Calicularis.* Quam vero appellat alter ille Scriptor *uvam caniculatam*, nihil adhuc comperti habeo. Illud modo admonebo, esse utrumque scriptorem infimæ admodum in lingua Latina auctoritatis.

CANIFORMIS, e, *shaped like a dog*, qui canis formam habet. *Prudent. in Apotheosi*, v. 263. Quæve superstitio tam sordida, quæ caniformem, Latrantemque throno Cæli præponat Anubim?

CANINEFĀTES, Cannenufates, et Cannanefates, um, populi Germaniæ inferioris, partem ejus regionis incolentes, quæ a majori Batavorum populo *Batavorum insula*, et *Batavia* dicta est. Consule *Cluver.* l. 2. *German. antiquit.* c. 33. ubi plura de his. *Vellei.* l. 2. c. 105. Intrata protinus Germania, subacti Caninefates. *Plin.* l. 4. c. 15. Nobilissima Batavorum insula, et Cannenufatum. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 385. n. 1. Præf. Eq. alæ. primæ Cannanefatum. ¶ In singulari numero *Tacit. Ann.* 11. c. 18. Dux natione Caninefas. ¶ Adjective *Id.* 4. *Hist.* c. 16. Caninefatem tumultum comprimere. *Id.* 4. *Ann.* c. 73. Alam Caninefatem circumgredi terga hostium jubet.

CANINIĀNUS, a, um, adject. a Caninio deductum, quod est nomen proprium civis R. *Cic. Fam.* l. 1. ep. 7. Qui mihi semper tuæ laudi favere visus est, etiam ipso suspiciosissimo tempore Caniniano. *h. e.* quo Caninius quidam tribunus pleb. rogationem ferebat de Ptolemæo Rege reducendo.

CANINĬUS, a, um, adject. Caninianus. *Caninia lex* de certo numero servorum, qui manumitti possunt, memoratur a *Vopisc. in Tacit.* c. 10. *in fi.* V. *Furius, a, um.*

CANĪNUS, a, um, *of or belonging to a dog, resembling a dog, doggish, canine*, κυνικὸς, κύνεος, ad canem pertinens. *Scribon. Larg. compos.* 161. Canina pellis. *Ovid. in Ibin*, v. 229. Caninum lac. *Juvenal.* sat. 10. v. 171. Caninus rictus. *Id.* sat. 14. v. 64. Stercus caninum. ¶ *Canina, æ*, est canina caro. *dog's flesh.* Hinc proverbium apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 3. Canis caninam non est: *a wolf won't eat wolf's flesh.* Eod. sensu *Juvenal.* sat. 15. v. 160. parcit Cognatis maculis similis fera. Adde *Justin.* l. 19. c. 1. ¶ *Far caninum* dicitur a *Juvenal.* sat. 5. v. 11. quia pane ex eo confecto canes alere solebant. Hinc *canicæ*, et *canicaceus.* ¶ *Caninus rubus.* V. *Cynosbatos.* ¶ *Canini* dicuntur non solum in canibus, sed etiam in aliis brutis, et in homine, bini dentes, longissima radice instructi, qui hinc inde inter primores (quos incisores vulgo appellant) et molares in utraque maxilla infixi sunt, *the eye-teeth, or fangs*, κυνόδοντες. Dicti sunt *canini* ob acutam duritiem, et quia quando iis utimur, canum more mandere videmur. *Cel.* l. 8. c. 1. Quaterni primi quia secant, τομικοὶ a Græcis nominantur. Hi deinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur. Adde *Varron.* l. 2. *R. R.* c. 7. et *Plin.* l. 11. c. 37. ¶ *Caninum prandium* est, in quo nihil vini potatur. Canes enim non vinum, sed aquam bibunt. Ita exponit *Gell.* l. 13. *c. ult.* verba illa *Varronis.* Novum vinum refrigerare, vetus calefacere, medium esse prandium caninum. Vide integrum loc. Alii intelligunt prandium, in quo vilissima quæque comeduntur. *Canina verba* sunt dicta asperiora et mordacia, quibus alterius existimatio læditur. *slanderous or reproachful language; cutting words.* Sic *facundia canina*, cujus omnis vis in criminando, et conviciando posita est, et obtrectatoribus, accusatoribus, rabulisque forensibus tribuitur. *Quintil.* l. 12. c. 9. Ea est enim prorsus canina, ut ait Appius, eloquentia, censuram maledicendi subire. *Lactant.* l. 6. c. 18. *a med.* Cicero caninam facundiam (sicut Sallustius ab Appio dictum refert) exercuit: voluit quoque hominem canino more vivere, ut remordeat lacessitus. *Colum. in proœm.* l. 1. Sed ne caninum quidem, sicut dixere veteres, studium locupletissimum quemque adlatrandi, &c. *Ovid. in Ibin*, v. 232. Latrat et in toto verba canina foro. ¶ Hinc fortasse *caninu* cognominatus est C. Claudius consul, qui anno U. C. 480. de Lucanis, Samnitibus, Bruttiis triumphavit, ut est apud *Gruter.* pag. 296. col. 2. *ad fin.* V. Freinshemii supplem. *Livii* lib. 14. n. 38. et 39. ¶ *Caninæ nuptiæ* vocantur a *D. Hieronym.* ep. 83. *ad Ocean.* cap. 2. eorum, qui vago, ac meretricio concubitu, canum more, delectantur. ¶ In illo *Persii* sat. 1. v. 109. *sonat de nare canina littera*: intelligitur littera *R*, quam exprimere videntur canes, cum latrant; secundum illud *Lucil.* apud *Charis.* l. 1. pag. 100. *Putsch.* Irritata canes quod, homo quam, planiu' dicit. ¶ In illo *Plauti Cas.* 5. 4. 4. Hac ibo: caninam scævam spero meliorem fore: *canina scæva* est augurium, quod ex canis occursu, vel latratu capitur. ¶ *Caninam pellem rodere* proverbii speciem habet apud *Martial.* l. 5. epigr. 61. et videtur idem esse, ac maledictis insectari. ¶ *Caninus* refertur etiam ad Philosophos Diogenis sectatores, qui Cynici appellati sunt. *Tertull. de Patient.* c. 2. Caninæ æquanimitatis stupor. *h. e.* ἀναισθησία, vacuitas omnium affectuum.

[* CANĬPA, æ, f. idem ac canistrum a *canum*, vel a κάνεον Græcorum, quod idem significat. Hæc vox legitur tantum in *Inscript. Fratr. Arval.* n. 32. Deinde pueri canipas contigerunt, quas per calatores domos suas miserunt. *Marinius ibid.* pag. 396. et 397. probat per hanc vocem nihil aliud significari posse quam canistra; his enim veteres in conviviis et sacrificiis utebantur, ut fruges

et res ad sacrificium pertinentes ferrent; mos vero tangendi canistra probatur etiam ex *Demosthen. ad fin. oration. contra Androtion.* ubi ille ait, sacerdotem solere ἅπτεσθαι χερνίβων καὶ κανῶν. *h. e.* tangere pelves et canistra.]

CANIS, is, m. et f. *a dog or bitch*, κύων, κυνός, animal latrans. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Canum vero tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos, et tam incredibilis ad investigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando, &c. *Id. Verr.* 6. c. 13. Canes venatici. *hounds. Terent. Phorm.* 4. 4. 24. Introiit in ædes ater alienus canis. *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 37. Canis catenarius. *Justin.* l. 1. c. 4. Canis femina parvulo ubera præbens. *Senec.* l. 5. controver. 30. *sub fin.* Alligare canem ad ostium. *Terent. Andr.* 1. 1. 30. Alere canes ad venandum. *Virg.* 3. *Georg.* v. 410. Venari canibus leporem. *Id. Ecl.* 10. v. 57. Canibus circumdare saltus. *Id.* 3. *Georg.* v. 371. Immissis canibus agitare feras. *Ovid. Her.* ep. 5. v. 20. Agere canes per silvas. *Id. ibid.* ep. 4. v. 42. Hortari canes. ¶ De canibus, eorumque natura, usu, et alendi ratione multa *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 21. et lib. 2. c. 9. *Plin.* l. 8. c. 40. et *Colum.* l. 7. c. 12. et 13. ¶ Plurima venaticorum, et villaticorum nomina Græcis, Latinisque usitata, et rem ipsam significantia habes apud *Hygin.* fab. 181. *Ovid.* 3. *Metam.* a vers. 206. et a vers. 232. ubi de Actæone: et apud *Colum.* l. 7. *c. pænult. sub fin.* ¶ *Canis triformis, the three-headed dog*, apud *Senec. in Herc. Œt.* v. 1202. et *Stygius*, v. 1257. et *Inquietus*, v. 1526. et *Tergeminus* apud *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 322. et *Tartareus* apud *Martial.* l. 9. epigr. 67. est Cerberus. ¶ Sæpe feminino genere effertur, licet non de sexu agatur, sed de eo animali in genere. *the dog kind. Horat.* epod. 2. v. 31. Aut trudit acres hinc, et hinc multa cane Apros in obstantes plagas. *Virg.* 1. *Georg.* v. 470. Obscenæ canes. *Lucret.* l. 1. v. 404. montivagæ. *Horat.* epod. 5. v. 23. Canis jejuna. et l. 2. epist. 2. v. 75. rabiosa. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 408. Echidnæa canis. *h. e.* Cerberus. Adde lib. 3. v. 140. et alibi, et *Colum.* l. 7. *c. ult.* idque ad Græcorum exemplum, quibus κύων eodem sæpe genere effertur. [¶ Canis feminino genere effertur etiam cum de masculo agitur. *Auct. Priap.* carm. 71. v. 5. Vicini canis huc subinde venit, Nidorem, puto, prosecuta fumi; Quæ libamine mentulæ comeso, Tota nocte mihi litat rigendo. *h. e.* arrigendo.] ¶ Hujus vocis *Canis* usus sæpe est in conviciis, cum obtrectatorem, maledicum, impudentem, vel sordidum hominem notamus. *Terent. Eun.* 4. 7. 33. Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis. *Gn.* Ain vero, canis? *will you, you dog? Horat.* epod. 6. Quid immerentes hospites vexas, canis, Ignavus adversus lupos? *Plaut. Men.* 5. 1. 17. Hecubam ait ideo *canem* appellatam a Græcis fuisse, quia omnia mala ingerebat, quemquem aspexerat. ¶ *Canes* etiam dici possunt, qui aliquem sequuntur cibi, et prædæ gratia, quales sunt parasiti, et asseclæ potentiorum, qui horum patrocinio, et clientela protecti alere se posse, et ditescere sperant. *parasites, flatterers, hangers-on. Cic. Verr.* 3. c. 48. Multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se habebat. et *Verr.* 5. c. 11. Ista cohors quorum hominum est? Volusii haruspicis, et Cornelii medici, et horum canum, quos tribunal meum vides lambere. Adde *Senec. de consol. ad Marc.* c. 22. ¶ *Cane pejus, et angui vitare aliquid*, proverbium est apud *Horat.* V. *Anguis.* ¶ *Canis assuetus corio*, aliud proverbium de iis, qui postquam semel aliqua in re peccarunt, abstinere deinceps non possunt. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 81. Quæ si semel uno De sene gustarit, tecum partita lucellum, Ut canis, a corio nunquam absterrebitur uncto. ¶ *Canis timidus vehementius latrat, quam mordet*: de homine ignavo, et loquaci, qui ad verba promptus, ad rem gerendam segnis est. *talks more than he does. Curt.* l. 7. c. 4. ¶ *A cane non magno sæpe tenetur aper*, apud *Ovid. de remed. amor.* v. 422. Eod. sensu dicunt Angli *a small stone will stop a coach.* ¶ *Tam facile, quam canis exta edit*, proverb. apud *Senec. in ludo de morte Claud.* de re quæ facillime fit. Canes enim extorum voracissimi sunt: quo pertinet Græcum proverbium, κύων παρ᾽ ἐντέροις. Alii tamen legunt, *quam canis excidit*, ut *canis* significet jactum illum infelicem talorum, qui et *canicula* dicitur, de quo *Propert.* l. 4. eleg. 8. v. 45. Me quoque per talos Venerem quærente secundos, Semper damnosi subsiluere canes. V. *Canicula.* Porro is jactus facillime excidere dicitur, tum quia ea erat talorum positio, ut facilius in canem sederent, quam in aliam faciem, ut pluribus ostendit *Libert. Fromond. in adnotat. ad cit. loc. Senecæ*; tum quia fere fit, ut ludo dediti sæpius vincantur, quam vincant. ¶ *Venatum ducere invitas canes* est quod Angli dicunt, *to cause one to do a thing in spite of one's teeth*: quod est stulte agere. Nam facere coactus aut nihil aget, aut certe male. Habetur apud *Plaut. Stich.* 1. 2. 82. ¶ Mos fuit, et hodieque est, canem prope ædium fores alligatum tenere, custodiæ causa; ad quem ne quis propius accedere auderet, *cave canem* majoribus litteris in pariete inscribebant, ut est apud *Petron. in Satyr.* c. 29. Hinc *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 647. Quod ea die mea erat præbitio, in januam Cave canem inscribi jubeo. *h. e.* quod ea die a me cœna præbenda erat, jubeo inscribi *cave canem*, ut ignotos, et mihi parum amicos a mea mensa arceam; vel ne tam frequentes adsint convivæ, et sumptus levior sit. Potest etiam illud *cave canem* proverbii speciem habere, quo admoneamur, cavendos esse maledicos, et obtrectatores. Fortasse hoc sensu accipitur ab eodem *Varron.* qui unam ex satyris suis *cave canem* inscripsit, teste *Non.* c. 2. n. 58. ¶ Est etiam *canis* sidus cæleste, et quidem duplex, major, et minor. *a celestial sign, the dog-star.* De minore V. *Antecanis.* Major autem in fabulis dicitur fuisse ab Jove appositus custos Europæ, et ea præditus facultate, ut nulla eum fera præterire posset. Hic postea Minois Regis fuit, a quo Procri Cephali uxori, quæ venandi studiosissima erat, donatus est. Ea defuncta, Cephalus secum Thebas duxit, ubi erat vulpes, cui datum fuerat, ut omnes canes fugere posset. Quare Jupiter, ne sua in alterutro dona corrumperet, utrumque in lapidem vertit: Vel ut alii volunt, cum Thebas venisset, omnem circa regionem, quæ a vulpibus infestabatur, iis occisis, liberavit: quam ob rem in cælum translatus est. Alii fabulantur fuisse canem Orionis, qui quod studiosus esset venationis, cum eo canem quoque inter astra fuisse collocatum. Alii Icarii canem fuisse dicunt, et cum cane minore confundunt. Hæc *Hygin.* l. 2. *Poet. Astron.* c. 35. et *Serv. ad* 1. *Georg.* v. 218. Situs est autem in cælo in ipso Tropico Cancri, habetque ante se leporem, quem insequi videtur, post se proram navis Argo, ut et *Vitruv.* l. 9. c. 7. docet. Constat stellis secundum *Hygin.* l. 3. *Poet. Astron.* c. 34. viginti, secundum alios decem et octo, quarum præcipua in ejus ore, quæ et ipsa *canis* dicitur, et *canicula*, et *Sirius*: quamquam *Hygin. locis cit. Sirium* distinguit a *canicula*, et illum in capite, hanc in ore Canis collocat. Poetæ passim pro una eademque accipiunt. *Virg.* 1. *Georg.* v. 218. et averso cedens Canis occidit astro. *Ovid.* 4. *Fast. sub fin.* Est Canis (Icarium dicunt) quo sidere moto, Tosta sitit tellus, &c. *Id. Fast.* 5. *sub fin.* Canis Erigoneius. Utroque loco *Ovid.* tribuit Cani majori fabulam, quam alii de minore narrant. V. *Antecanis.* ¶ Præterea *canis* significat genus quoddam vinculi, quo nocentes servi nectebantur, qui *catellus* etiam, et *catulus* appellatur. *Plaut. Cas.* 2. 6. 37. Tu ut quidem hodie canem, et furcam feras. Al. leg. *camum.* ¶ Est etiam hoc nomine piscis marinus, canis figura. *the dog-fish. Plin.* l. 9. c. 35. et *Virg. Æn.* 3. v. 432. V. *Canicula.* ¶ *Canes* in recto casu singulari in feminino gen. *Enn.* apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 3. Tantidem quasi feta canes sit, dentibu' latrat. *Lucil. ibid.* Nequam et magnus homo, laniorum immani' canes ut. Adde *eund.* apud *Charis.* l. 1. pag. 100. *Putsch.* et *Plaut. in Trinum.* 1. 2. 133. et 135. ¶ In ablativo habet *cane*: sed et *cani* dici posse, docent, quidam Grammatici. Exempla nondum vidimus.

CANISTELLUM, i, n. *a little basket*, parvum canistrum. *Paul.* ex *Festo*: Cana dicunt Græci, nos canistra, et per deminutionem canistella. *Symmach.* l. 2. ep. 81. Ceteros quoque amicos eburneis pugillaribus, et canistellis argenteis honoravi.

CANISTRUM, i, n. et Canister, tri, m. *a basket made of osiers, a bread-basket, voider*, κάνης, κάνιστρον, vas vimineum ad panem, et alia mensæ inferenda; item ad alios usus. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *circ. med.* In lancibus, et splendidissimis canistris, olusculis nos soles pascere; quid te in vasis fictilibus appositurum putem? *Juvenal.* sat. 5. v. 74. Vin' tu consuetis, audax conviva, canistris Impleri, panisque tui novisse colorem? *Virg.* 8. *Æn.* v. 180. Viscera tosta ferunt taurorum, onerantque canistris Dona laboratæ Cereris. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 675. et in patulis redolentia mala canistris. *Id.* 2. *Metam.* v. 704. Pura coronatis portabant sacra canistris. *Id.* 2. *Fast.* v. 650. Lata canistra. *Pallad. in Novemb.* tit. 17. Salignis canistros fieri debere virgultis, quia genus hoc oleum dicitur adjuvare. ¶ Sunt etiam canistra argentea, qualia adhiberi solent apponendis in mensa poculis: quæ *canistra siccaria* dicuntur. Hæc *Serv.* ad illud l. 1. *Æn.* v. 710. Qui dapibus mensas onerent, et pocula ponant. ¶ Exempla in singulari numero nondum vidimus.

CANITĬA, V. *Canities.*

CANITĬES, ei, f. *hoariness, whiteness or greyness of hair*, πολιότης, albedo capillorum, quæ homini seni advenit: item ipsi capilli cani. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 163. Femina canitiem Germanis inficit herbis. *Virg.* 10. *Æn.* v. 549. Canitiemque sibi, et longos promiserat annos. *Id.* 6. *Æn.* v. 300. Charon, cui plurima mento Canities inculta jacet. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 47. *Harduin.* Canities homini tantum, et equis: sed homini semper a priori parte capitis, tum deinde ab aversa. *Id. ibid.* sect. 64. Canities superciliorum. ¶ Metonymice est ipsa senectus. *old age. Horat.* l. 2. od. 11. v. 7. Arida canities pellens lascivos amores. *Id.* l. 1. od. 9. v. 17. Canities morosa. [¶ Tribuitur etiam animalibus. *Ovid. Met.* l. 1. v. 237., *de Lycaone in lupum converso.* Fit lupus, et veteris servat vestigia formæ: Canities eadem est. Canities *h. loc.* est color cinereus, quem referunt villi lupini. Hinc πολιοὶ λύκοι apud *Homer. Iliad.* l. 20. v. 334. ubi *Scholiast.* πολιὸς interpretatur τεφρώδης, *h. e.* cinereus.] ¶ De aliis rebus albescentibus. *whiteness, greyness. Plin.* l. 21. c. 20. Folia thymo similia, nisi quod molliora sunt, et lanatiore canitie. *Id.* l. 36. c. 7. Tiberium marmor sparsa, non convoluta canitie. *Id.* l. 37. c. 11. Canities sparti. ¶ Dicitur etiam *canitia, æ. Plin.* l. 31. c. 7. Canitia in vasis summa est. Adde *Lucan.* l. 8. v. 57. ut est in veterib. codicib. teste *Voss.* l. 3. *de Grammat.* c. 35. nam alii habent *canities. Charisius* quoque lib. 1. pag. 41. *Putsch.* hanc positionem probat.

CANITŪDO, f. inis, *hoariness*, canities. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 106. Neque vetulus cantherius, quam novellus, melior, nec canitudini comes virtus. *Plaut.* apud *Fest.* Stultus est adversus ætatem, et capitis canitudinem.

CANNA, æ, f. *a cane or reed*, φιλὶς, frutex palustris ex genere arundinum, de quo V. in *Arundo. Ovid.* 4. *Metam.* v. 298. Canna palustris. *Id.* 6. *Metam.* v. 326. Cannæ tremulæ. *Id.* 6. *Fast.* v. 406. Cassa canna. ¶ In illo *Juvenal.* sat. 5. v. 89. Canna Micipsarum prora subvexit acuta. *canna* videtur accipi pro majori arundine, ex qua olim a quibusdam populis Indiæ, et Ægypti parva navigia factitari solita, *Plin.* l. 7. c. 2. et 56. *ad fin.* tradit. Illud enim discrimen inter cannam, et arundinem, quod in *Arundo* posuimus, sæpe negligunt scriptores. Alii tamen interpretantur vasculum e canna, quo oleum ex Africa Romam comportari solebat. *a canoe, boat made of reeds.* ¶ Apud *Stat.* l. 1. *silv. ult.* v. 15. *canna* est species arundinis aromaticæ. V. *Canneus.* ¶ Canna gutturis, *the gullet, windpipe*, aspera arteria, per quam respiramus. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 16. et *Tard.* l. 2. c. 12. ¶ Accipitur etiam (sicut *arundo*, et *calamus*) pro fistula, qua canitur. *a pipe, flute, flageolet. Ovid.* 2. *Metam.* v. 682. dispar septenis fistula cannis. *Id. Metam.* 11. v. 171. Pana jubet Timolus citharæ submittere cannas. *Sil.* l. 7. v. 439. errantes dumosa per avia tauros Arguta revocans canna. ¶ *Apulei.* l. 5. *Metam. Cannam Deam* appellat Syringam Nympham, *the Nymph Syrinx*, quæ Pana fugiens, in palustres calamos versa fuit, ex quibus ipse Pan fistulam fecit, ut est apud *Ovid.* l. 1. *Metam.* a. vers. 690.

CANNABĒTUM, i, n. *a place set with hemp*, locus cannabe consitus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 896. n. 14. (ubi unico *n* scribitur) Retro usque ad canabetum huic areæ cedet. V. *Cannabis.*

CANNABĬFER, a, um. *bearing hemp, Inscript.* apud *Murator.* pag. 70. n. 6. Silvano Sancto, patri, et custodi, pecudifero, lactifero, glandifero, pomifero, cannabifero, linifero Q. Zosimus Q. L. Tertull. Grammaticus, &c.

CANNABĬNUS, a, um, *of hemp, hempen*, qui est ex cannabe. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 8. Mutuli, aut pali, supra quos tegeticulæ cannabinæ sint impositæ. *Colum.* l. 12. c. 50. Funes cannabini.

CANNĂBIS, is, f. *hemp*, κάνναβις, frutex ferulaceus, cujus siccato cortice, uti lini, utimur ad crassiores telas, et præsertim ad funes contexendas. *Plin.* l. 19. c. 9. Utilissima funibus cannabis seritur a Favonio. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 23. Ubi seras cannabim, linum, junctum, spartum. *Plin.* l. 19. c. 2. In sicco præferunt e cannabi funes. *Pers.* sat. 5. v. 146. Tun' mare transilias? tibi torta cannabe fulto Cœna sit in transtro? ¶ Quidam scribunt *canabis* unico *n*, pro quibus est *Inscript. vetus*, quam in *Cannabetum* retulimus. ¶ Reperitur etiam *cannabus, i*, m. *Varr.* apud *Gell.* l. 17. c. 3. Cannabo, et stuppa, ceterisque sativis rebus naves suere. *Pallad.* l. 3. tit. 5. Hoc mense cannabum seres terra pingui. Adde l. 4. tit. 5. et *Marcell. Empir.* c. 9. et *Fest.* in *Thomices.*

CANNABĬUS, a, um, adject. idem quod cannabinus. *Gratius in Cyneget.* v. 47. At pauper rigui custos Alabandicus horti Cannabias nutrit silvas.

CANNĂBUS, V. in *Cannabis.*

CANNÆ, arum, f. vicus Apuliæ prope Aufidum fluvium, ubi Annibal ingenti cæde Romanos fudit. V. *Liv.* l. 22. c. 44. *et sequentib.* et *Sil.* l. 9. et 10.

CANNENSIS, se, adject. ad Cannas pertinens. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 32. Cannensis pugna. *Id. de clar. Orat.* c. 3. calamitas. *Liv.* l. 22. c. 50. clades. *Id.* l. 29. c. 24. exercitus. *h. e.* qui ad Cannas pugnavit. *Stat.* l. 1. silv. 4. v. 87. Cannenses animæ. *h. e.* in ea pugna cæsorum. ¶ *Titinn.* apud *Festum* (ut quidem emendat *Scalig.*) *Cannensem* pro cursore posuit, ducta appellatione a fuga, et consternatione militum, qui e Cannensi clade evaserant.

CANNĒTUM, i, n. *a place abounding with reeds*, καλαμών, locus ubi cannarum copia est. *Pallad.* l. 3. c. 23. et 24. *sub fin.* Canneta ponenda sunt.

CANNĔUS, a, um, adject. *of reeds*, qui ex canna est. *Colum.* l. 12. c. 50. Canneæ tegetes.

CANNICĬUS, a, um, canneus. Legitur apud *Pallad. in lemmate* tit. 13. l. 1. De cameris canniciis. Eo autem titulo docet *Pallad.* rationem conficiendarum camerarum in ædificiis agrestibus, ex tabulis, aut cannis. ¶ *Cannicia, æ*, idem est quod cannetum. *Innocent. de casis litter.* pag. 225. *Goes.* Sub se cannicias, et res palustres habet.

CANNŬLA, æ, f. *a small reed or cane*, φιλὶς, parva canna. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Parva casula cannulis temere contecta. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 2. c. 13. Pulmonis cannula, quam Græci arteriam vocant. *the aspera arteria.*

CANO, is, cecini, cantum, a. 3. *to sing*, ᾄδω, μέλπω, vocem variando, et modulando cantum edo. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 4. *ad fin.* Si absurde canat is, qui se haberi velit

musicum. *Id. in Orat.* c. 8. *in fi.* Inclinata, ululantique voce canere. *Id.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 11. Canere ad harmoniam. *Id.* l. 1. *Tuscul.* c. 2. ad tibicinem. *to accompany a musical instrument with the voice.* Sic *Id.* l. 4. *Tuscul.* c. 2. ad tibiam. Et *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 17.) ad citharam. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 80. carmen aliquod. *Gell.* l. 19. c. 9. versus voce admodum quam suavi. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 9. indoctum, sed dulce *untutored indeed, but yet harmoniously.* *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 7. Corvus canit. *caws.* *Id. ibid.* l. 2. c. 26. Victores galli canere solent. *to crow.* *Virg.* 1. *Georg.* v. 378. (et *Varr.* l. 3. c. *penult.*) Et veterem in limo ranæ cecinere querelam. *croaked.* *Terent. Phorm.* 4. 4. 27. Gallina cecinit. ¶ Sæpe ponitur pro narrare aliquid versibus, item pro laudare, prædicare, celebrare. *to sing or chant the praises of any one, to celebrate in verse.* *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 42. Pollio regum facta canit. *sings of, tells of.* *Id.* l. 2. sat. 1. v. 11. Ipsa memor præcepta canam. *Id. ibid.* sat. 3. v. 4. Nil dignum sermone canis. *Virg.* *Ecl.* 6. v. 3. Cum canerem reges, et prælia. *Petron. in Satyr.* c. 2. Lyrici Homericis versibus canere timuerunt. *Virg.* 4. *Georg. in fi.* Hæc super arvorum cultu, pecorumque canebam, Et super arboribus. *Horat.* l. 4. *od. ult. in fin.* Virtute functos, more patrum, duces, Lydis remixto carmine tibiis, Trojamque, et Anchisen, et almæ Progeniem Veneris canemus. *Cic.* l. 1. *Tuscul.* c. 2. Canere de clarorum hominum virtutibus. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 17.) laudes heroum, ac deorum. *Ovid. Her.* ep. 15. v. 28. Jam canitur toto nomen in orbe meum. *Stat.* 8. *Theb.* v. 553. longa laude canendus. *Martial. de Spectac.* epigr. 5. Quidquid fama canit, donat arena tibi. *publishes.* ¶ Item pro vaticinari, prædicere, *to prophesy, foretell, foresay, predict*, tum quia vates divinandi œstrum habere dicuntur, tum quia omnia fere oracula futurorum carmine vulgari consueverunt. *Cic. Catil.* 3. c. 8. Ut hæc, quæ nunc fiunt, canere dii immortales viderentur. *Nepos in Attic.* c. 16. Non solum ea, quæ se vivo acciderunt, futura prædixit, sed etiam quæ nunc usuveniunt, cecinit, ut vates. *Tibull.* l. 1. eleg. 7. v. 56. Canere eventus. *Sil.* l. 3. v. 687. responsa. et l. 4. v. 131. omina alicui. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 32. Et feminæ in furorem actæ, adesse exitium, canebant. Adde lib. 4. *Hist.* c. 54. et *Liv.* l. 1. c. 7. et l. 5. c. 15. et l. 30. c. 28. *Virg.* 8. *Æn.* v. 534. et *Horat.* l. 1. od. 15. v. 4. ¶ Significat etiam musicum sonum organo aliquo edere, *to play upon an instrument of music.* *Cic.* 2. *de Divin.* c. 59. Canere voce vel fidibus. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 17. Lituus, quo canitur. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 23. Canere cornu. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 17.) tibiis. *Tacit. Ann.* 14. c. 14. cithara. *Cic.* 5. *Verr.* c. 44. Cum in eis conviviis symphonia caneret. *Id. in Orat.* c. 12. Canere bellicum. *to blow the trumpet in token of approaching battle; to sound to arms.* *Sallust. in Catil.* c. 62. Catilina signa canere jubet. *to give the signal for battle.* *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 82. Classicum apud eum cani, et alterum illi jubet prætorium tendi. *Liv.* l. 24. c. 46. Ubi quartæ vigiliæ signum cecinisset. *Cic. Phil.* 12. c. 3. *extr.* Canere receptui. *to sound a retreat.* ¶ In illo *Severi in Ætna*, v. 295. Carmineque irriguo magni cortina theatri Imparibus numerosa modis canit arte regentis; *canit* idem est ac resonat, *resounds.* Simile est illud *Lucret.* l. 1. v. 256. Frondiferasque novis avibus canere undique silvas. ¶ *Canere surdis auribus* proverbio dicitur pro monere vel hortari nolentem audire, *to speak to the deaf.* Habet *Liv.* l. 40. c. 8. ¶ Illud etiam in proverbium abiit, quod Antigenidam tibicinem discipulo sane frigenti ad populum dixisse, narrat *Cic. de clar. Orat.* c. 50. *Mihi cane, et Musis:* quo monemur, pluris faciendum esse unius sapientis viri judicium, quam imperitæ multitudinis: vel, ut est apud *Valer. Max.* l. 3. c. 7. *extern.* n. 2. perfectam artem, fortunæ lenocinio defectam, fiducia tamen justa non exui; quamque scit se laudem mereri, eam etsi ab aliis non impetret, domestico tamen acceptam judicio referre. ¶ *Intus canere*, et *sibi canere* quid sit, V. in *Aspendius.* ¶ *Canerit* pro *cecinerit* ex Auguralibus libris affert *Fest.* in *Rumentum:* et *canui* pro *cecini* olim dictum fuisse, ait *Serv. ad* 2. *Georg.* v. 384. V. *Occano*, et *Occino.* A *canui* est *caniturus*, ut a *nocui nociturus*, a *monui moniturus.* Habetur autem *in fin.* cap. 8. *Apocalyps.* Angelorum, qui erant tuba canituri. ¶ *Cante* per syncopen pro *canite* legitur in quodam Saliari, carmine apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 3. Divum exta cante, divum deo supplice cante. ¶ Particip. *canens* V. suo loco.

CANON, ōnis, m. *a rule, canon*, κανὼν, regula, norma, lex. Græca vox, et Græce usurpata a *Cic. Fam.* 16. ep. 17. Sed heus tu, qui κανὼν esse meorum scriptorum soles. ¶ *Canones Grammatici* sunt præcepta artis Grammaticæ. *the rules of Grammar.* *Auson.* epigr. 136. Is demum excessit Grammaticos Canonas. ¶ *Plin.* l. 34. c. 8. narrat, Polycletum inter alia opera fecisse simulacrum adeo exacte ad artis leges omnes elaboratum, ut ceteri postea artifices lineamenta artis ab eo peterent, velut a lege quadam; et ob id *canona* ab iisdem fuisse appellatum. *a paragon or pattern.* ¶ Est etiam certa, et annua pensitatio alicui persolvenda, qualis erat is, quo sub Imperatoribus conferebatur quotannis certa frumenti mensura ad annonam Urbis Romæ: item generatim quæcumque annua præstatio. *a pension, annual grant.* *Ascon.* ad illa verba *Cicer.* 4. *Verr.* c. 2. Quando illa frumentum, quod deberet, non ad diem dedit? quando id, quod opus esse putaret, non ultro pollicita est? quando id, quod imperaretur, recusavit? Omne, *inquit*, genus pensitationis in hoc capite positum est, canonis, oblationis, indictionis. *Spartian. in Sever.* c. 8. Rei frumentariæ ita consuluit, ut excedens vita septem annorum canonem P. R. relinqueret. *Lamprid. in Heliogab.* c. 27. *in fi.* Canon frumentarius. *Justinian.* lib. 4. *Cod. tit. ult. leg. ult. a med.* Solvere emphyteuticum canonem. *to pay one's rent.* *Impp. Gratian. Valent.* et *Theodos. ibid.* lib. 10. tit. 10. leg. 10. Canon aurarius. *Iidem ibid.* lib. 11. tit. 6. leg. 8. metallicus. *Impp. Valentin. Theodos.* et *Arcad. ibid.* lib. 12. tit. 40. leg. 1. vestium. ¶ Apud *Vitruv.* l. 10. c. 13. est *canon* arca in machina hydraulica, in qua servatur aer, et per canales distribuitur. *Vitruv.* ibi modo Latine appellat, modo Græce κανόνα μουσικόν. *Id. ibid.* Inter tabulam et canona regulæ sunt interpositæ. ¶ Super hanc arcam est tabula multis foraminibus terebrata, quam nos dicimus *the head or cap.*

CANONICARII, orum, m. dicuntur a *Justiniano in novell. Constit.* 30. et a *Cassiod.* l. 6. *variar. form.* 8. et lib. 12. ep. 13. qui publicum canonem a privatis exigunt.

CANONICUS, a, um, *regular, according to rule, authentic, canonical*, κανονικὸς, ad canonem spectans, regularis. *Canonica ratio* in Musica dicitur, quæ longitudines, et altitudines vocis emetitur, ut *Gell.* l. 16. c. 18. docet. *Vitruv.* l. 1. c. 1. Architectus musicen sciat oportet, uti canonicam rationem, et mathematicam notam habeat. Adde lib. 5. c. 3. *ad fin.* ¶ Apud Astronomos est qua siderum motus, situm, et aspectum dimetiuntur. *Plin.* l. 1. *Hist. nat. in elencho* lib. 2. n. 12. Errantium motus, et luminum canonica. *h. e.* rationes, et regulæ, *laws, rules*, τὰ κανονικά. *Id.* l. 2. c. 17. Sed ratio quoque canonica fallit. Namque apparet, absidas quoque earum, &c. *Harduin.* hic monet, in MSS. quibusd. legi *canonicos*, hoc est hujusmodi canonicæ rationis in astronomia peritos. *Augustin.* l. 3. *de civ. Dei*, c. 15. Canonicæ defectiones solis. *h. e.* quæ statis temporibus, et certo siderum cursu fiunt. ¶ Refertur etiam ad annuam pensionem, quæ *canon* dicitur. *Imp. Constantin.* lib. 12. *Cod.* tit. 62. leg. 2. Canonicæ pensitationes. *Impp. Arcad.* et *Honor.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 17. leg. 3. Canonici equi. *h. e.* qui pro canone solvuntur. *Imp. Constantin. ibid.* tit. 9. leg. 1. Vestes canonicæ.

CANOPÆUS, vel Canopius, a, um, Κανώπειος, ad Canopum pertinens. *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 58. Grata Canopæis incola litoribus. Al. leg. *Canopiis.*

CANOPICUS, a, um, Κανωπικὸς, idem quod Canopæus. *Plin.* l. 5. c. 10. et 31. Canopicum Nili ostium. *Id.* l. 12. c. 24. Canopica arbor.

CANOPITÆ, arum, Canopi incolæ. *Cic.* apud *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Canopitarum exercitus. A *Celso* l. et cap. 6. sect. 25. et 28. memoratur collyrium Canopite.

CANOPITANUS, a, um, idem quod Canopicus. *Solin.* c. 31. (*al.* 44.) Quod ab Atlante adusque Canopitanum ostium panditur.

CANOPUS, i, m. [† nunc *Aboukir*,] *Bochir, Bichieu*, Κάνωπος, et Κάνωβος, urbs cum insula Ægypti apud ostium Nili, quod inde *Canopicum* dictum est, aliis Heracleoticum, vel Naucraticum: condita a Menelao, qui, devicta Troja, eo vi ventorum cum Helena delatus est, et nominata a Canopo Amyclæo ejus gubernatore, qui ictu serpentis, quem hæmorrhoida vocant, ibi interiit, et sepultus est, ut *Plin.* l. 5. c. 31. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 60. et *Solin.* c. 31. (*al.* 44.) narrant. *Juvenal.* sat. 15. v. 46. famosum Canopum vocat: ob profligatam luxuriam, qua populus ille male audiebat. Est enim ea regio fertilissima: ex abundantia autem rerum omnium luxuria viget. Hinc *Lucan.* l. 8. v. 543. Et Pelusiaci tam mollis turba Canopi. Et *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 111. Curve Therapnæi lasciviat ora Canopi. ¶ Pro ipsis Ægyptiis accipitur in illo *Lucan.* l. 10. v. 64. *de Cleopatra.* Et Romana petit imbelli signa Canopo. ¶ *Serv. ad Virg. Georg.* 4. v. 287. appellat *Canobum*, non *Canopum*, eum, qui huic urbi nomen dedit. Quin et ipsam urbem alii *Canobum* dicunt. ¶ Vetus lapis *in Antiquit. Benevent.* class. 6. n. 3. C. Umbrio Eudrasto C. F. Stel. Patrono Coloniæ Beneventanorum . . . . quod is a solo Canopum propriis sumptibus perfecerit, &c. *canopus* videtur *Joanni de Vita* esse ædificium amœnum, in quo collegium Martensium sacrorum, ludorum, cœnarum causa convenirent. Simile quidam habet apud *Spartian. in Adrian. c. pænult.* ¶ Est etiam hoc nomine stella ingens, et clara, et primæ, ut vocant, magnitudinis, in parte Australi, et nobis inconspicua, in ipso temone navis Argo. *Manil.* l. 1. v. 215. Idcirco terris non omnibus omnia signa Conspicimus: nusquam invenies fulgere Canopum, Donec Niliacas per pontum veneris oras. Adde *Vitruv.* l. 9. c. 7. *Plin.* l. 2. c. 70. et *Lucan.* l. 8. v. 181. ¶ Apud *Pompon. Mel.* l. 2. c. 7. et *Lucan. loc. cit.* legitur *Canopos* in recto casu Græca positione.

CANOR, oris, m. *the sound or melody of song*, cantus, μέλος. *Ovid.* l. 3. *de ar. am.* v. 315. Res est blanda canor: discant cantare puellæ. Pro facie multis vox sua lena fuit. Adde *Lucret.* l. 4. v. 181. et *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 17.) ¶ Item sonus, *sound.* *Id. Her.* ep. 16. v. 180. Mœnia Phœbææ facta canore lyræ. *Virg.* 4. *Georgic.* v. 71. Æris canor. *h. e.* tubæ. ¶ Translate *Petron. in Satyr.* c. 5. et bella truci memorata canore. *h. e.* magnis versibus, et Epica materia dignis.

CANORE, adverb. *harmoniously*, ἐμμελῶς, canendo, cum cantu. *Apulei. de doctr. Plat.* l. 2. Musice mundus, et canore movetur.

CANŌRUS, a, um, *shrill, loud, sonorous, musical, melodious, harmonious*, cum canore et sonitu conjunctus, ᾠδικὸς, λιγύθροος, εὐμελής. *Cic. de clar. Orat.* c. 66. Vox suavis, et canora. *Id. ibid.* c. 27. Canorus orator. *h. e.* canoram vocem habens. *Id. de Senect.* c. 9. Omnino canorum illud in voce splendescit etiam, nescio quo pacto in senectute. *Quintil.* l. 11. c. 3. *post med.* Canoro quodam modo in funeribus proclamare. *to plain in a musical tone.* *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 26. *in fi.* Gallus animal canorum. *Horat.* l. 2. *od. ult.* v. 15. Ales canorus. *h. e.* cycnus. *Colum.* l. 7. c. 12. Canis vasti latratus, et canori. *Plin.* l. 11. c. 26. Canoræ cicadæ. *Virg.* 9. *Æn.* v. 503. Æs canorum. *h. e.* tubæ. *Id.* 6. *Æn.* v. 120. et *Horat.* l. 1. od. 12. v. 11. Canoræ fides. *Senec. in Troad.* v. 321. Canora chelys. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 671. turba canora. *h. e.* tibicines. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 76. Canori versus. *Id. de ar. poet.* v. 322. Nugæ canoræ. *h. e.* versus inepti. *Plin.* l. 4. c. 8. Fluvius canorus avium concentu. *resounding.* *Hieronym. in præfat. ad Chronic. Euseb.* Quid Psalterio canorius? ¶ Musices peritus. *Serv. in Ætna*, v. 571, ille impiger, iste canorus.

CANŌSUS, a, um, *hoary*, idem quod canus. Legitur in quadam *epist. Valeriani Imp.* apud *Vopisc. in Probo*, c. 5. sed non est facile usurpanda.

CANTA, V. *Cantatus.*

CANTĂBER, bra, um, adject. *a Cantabrian.* ad Cantabriam pertinens. *Claudian. de laud. Serenæ Reg.* v. 74. Oceanus Cantaber. ¶ *Cantaber, bri*, qui est e Cantabria. *Horat.* l. 2. od. 6. v. 2. Cantabrum indoctum juga ferre nostra. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 26. Ex Aquitania, et Cantabris. Adde *Plin.* l. 4. c. 20.

CANTABRARĬUS, ii, m. *a standard-bearer*, vexillifer, qui cantabrum fert. *Impp. Honor.* et *Theodos.* lib. 14. *Cod. Theodos.* tit. 7. leg. 2.

CANTĂBRI, V. *Cantaber.*

CANTABRĬA, æ, f. regio Hispaniæ juxta Oceanum, inter Vardulos, et Astures, ubi nunc *la Biscaglia.* *Plin.* l. 34. c. 14. et 16. et *Sueton. in August.* cap. 21.

CANTABRĬCUS, a, um, ad Cantabriam pertinens. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 55. Cantabrica bella. *Sueton. in Aug.* c. 29. Cantabrica expeditio. *Plin.* l. 3. c. 3. Cantabrici populi. ¶ *Cantabrica, æ*, herba est caule junceo pedali, in quo sunt flosculi oblongi, veluti calathi, in his semen perquam minutum: dicta a Cantabris, qui eam invenerunt. *Plin.* l. 25. c. 8. [¶ Apud *Veget.* l. 3. c. 57. legitur Cantabricus succus. *h. e.* furfuraceus, ex cantabro derivandus; sed lectio ibi fluctuat, et quidam legere malunt *Tunc cantharum aqua.*]

CANTĂBRUM, ri, n. *bran*, furfur, vel tritici purgamentum, ex quo panis sordidus fit. Quidam deducunt a Cantabrorum gente, qui utpote durum genus hominum, furfuraceo pane usi fuerint. *Cal. Aurelian.* l. 3. *Tard.* c. 2. *sub fin.* Decoctio cantabri, aut succus ptisanæ. et lib. 4. c. 3. Vaporatio stymmatum, aut cantabri colligati, vel in aceto decocti. *Apic.* l. 7. c. 1. Vulvam ut tostam facias. In cantabro involve, et postea in muriam mitte, &c. *Vet. Scholiast. Juvenal. ad* sat. 5. v. 11. far caninum exponit cantabrum. ¶ Item genus vexilli apud Imperatores Romanos: de cujus appellationis causa alii alia commenti sunt, sed valde incerta, et nimis multis enarranda, si persequi omnia velim. *a kind of standard.* *Minuc. Fel. in Octav.* c. 29. Nam et signa ipsa, et cantabra, et vexilla castrorum, quid aliud, quam inauratæ cruces sunt, et ornatæ. *Tertull. in apolog.* c. 16. Sipara illa vexillorum, et cantabrorum, stolæ crucium sunt. V. hic Interpr.

CANTABUNDUS, a, um, cantans. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 9. c. 13. Gallus sua disciplina, scuto projecto, cantabundus. Al. leg. *cunctabundus*, al. *captabundus*, quia *captare*, et *captatio* gladiatoria verba sunt. Sed prior lectio præfertur ab Eruditis. Confer quæ habet *Liv.* l. 21. c. 28. de Gallis cantu ad pugnam procedentibus. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 62. *Burman.* Sedeo ego cantabundus, et stellas numero.

CANTĀMEN, inis, n. *an incantation, charm; enchantment, witchcraft*, veneficium magicis carminibus factum, incantamentum, ἐπῳδή. *Propert.* l. et eleg. 4. v. 49. O utinam magicæ nossem cantamina Musæ. *Apulei. in Apolog.* Sanguinem profluentem cantamine sistere. *Id.* 2. *Metam.* Dira cantamina.

CANTATĬO, onis, f. *a singing; song, melody*, ᾆσμα, ᾠδή, cantus, cantio, canticum. *Plaut. Stich.* 5. 5. 19. Lepidam, et suavem cantationem aliquam occipito. *Alii plerique leg.* cantionem. *Apulei.* l. 2. *Metam. ad fin.* Cantationibus permulcere animum. *Varro* quoque hanc vocem agnoscit l. 5. *L. L.* c. 7. *sub fi.* ¶ Pro incantamento, *enchantment*, *Jul. Firmic.* l. 3. c. 6. *post med.* Valetudines remedio aliquo, aut cantationibus compescere.

CANTĀTOR, oris, m. *a singer*, ἀοιδὸς, ᾠδὸς, cantor. *Martial.* l. 13. epigr. 77. Cantator cycnus funeris ipse sui.

¶ Item *a minstrel. Gell.* l. 16. c. 19. Vetus et nobilis Ario cantator fidibus fuit. ¶ Agnoscit etiam *Varro* l. 7. *L. L.* c. 32. ubi tamen alii ita legunt, ut neget *Varro*, Latine recte usurpari.

CANTĀTRIX, icis, f. *a female singer,* cantrix, μολπάστρια. *Claudian. de B. Gild.* v. 448. Imploret citharas, cantatricesque choreas. ¶ Item quæ cantaminibus veneficia facit, *an enchantress, witch. Apulei.* l. 2. *Metam.* Cantatrices aniculæ alienam sepulturam antevortunt. et *ibid.* Cantatrices anus exsuviis meis imminentes.

CANTĀTUS, us, ui, m. cantio. *Alcimus Avit.* l. 5. *Carm.* v. 144. *de plaga Ægyptiaca.* Ranarum fœdis texit cantatibus urbes. *Al. leg.* implevit saltibus urbes.

CANTĀTUS, a, um, *sung, chanted. Gell.* l. 4. c. 5. Versus hic scite factus, cantatusque esse a pueris urbe tota fertur. ¶ Item versibus narratus, celebratus, laudatus. *made famous in poetry, sung or celebrated in verse. Ovid.* l. 2. *Amor.* eleg. 1. v. 29. Cantatus Achilles. *Id. Her.* ep. 12. v. 137. Hymen cantatus. *Martial.* l. 7. epigr. 13. *de puella.* Vel Stellæ cantata meo. *Id.* l. 9. epigr. 50. Hæc est illa meis multum cantata libellis. *Sil.* l. 11. v. 447. Jussit in immensum cantatas surgere turres. *h. e.* cantando excitatas, et exstructas. loquitur de Amphione, qui Thebas sono lyræ condidit. *Stat.* l. 10. v. 504. gurges cantatus olore. *h. e.* in quo olor cantitabit. ¶ Item magicis carminibus ligatus, *relating to incantation, magical; enchanted, bewitched. Ovid. Her.* ep. 6. v. 84. Diraque cantata pabula falce metit. *Id.* 7. *Metam.* v. 98. Cantatæ herbæ. et lib. 14. v. 369. cantato densatur carmine cælum. *Propert.* l. 4. eleg. 5. v. 13. Audax cantatæ leges imponere Lunæ. *Sil.* l. 1. v. 430. Cantatus ignis. *Lucan.* l. 6. v. 767. Cantata umbra. *Apulei. in Apolog.* Puer carmine cantatus. ¶ *Canta* per syncopen pro *cantata* olim Veteres dixisse, testis est *Paul.* ex *Festo,* ubi al. leg. *cante* pro *canite.* V. *Cano* in fi.

CANTE, V. *Cano* in fi.

CANTERIĀTUS, a, um, *under-propped, under-set,* canteriis fultus. *Colum.* l. 5. c. 4. Vites, quæ pedaminibus adnixæ singulis jugis imponuntur, eas rustici canteriatas appellant. ¶ Scribitur et *cantheriatus.* V. *Canterius.*

CANTERĪNUS, a um, *relating to a horse,* ad canterium pertinens. *Plaut. Men.* 2. 3. 44. Certe hæc mulier cantherino ritu hic astans somniat. *Plin.* l. 10. c. *ult.* docet, etiam equos somniare. Porro hi etiam stantes aliquando dormiunt. ¶ *Canterinum hordeum,* cujus meminere *Colum.* l. 2. c. 10. et *Pallad.* l. 10. tit. 4. et l. 11. tit. 1. est genus hordei, quo canterii, et alia animalia, quæ ruri sunt, melius quam tritico, aluntur, et homines salubrius, quam malo tritico, vescuntur. Anglice dicitur a multis *a coarse kind of barley.* ¶ Est etiam genus lapathi silvestris, quod *canterinum* dicitur, teste *Plin.* l. 20. c. 21. fortasse, quia canterii eo libenter pascuntur. *a kind of sorrel.* ¶ Scribitur et *cantherinus.* V. *Canterius.*

CANTERIŎLUM, li, n. *a little prop or stay,* parvus canterius ad aliquid fulciendum. *Colum.* l. 11. c. 3. *ad fin.* Cæpæ cum fecerint caulem, humilioribus quasi canteriolis interpositis rigorem stilorum conservato.

CANTERĬUS, ii, m. *a gelding,* equus castratus, ut *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. *ad fin.* et *Fest.* docent. *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 5. *de Castore, et Poll.* Eos tu canteriis albis obviam Vatieno venisse existimas. *Plaut. Capt.* 4. 2. 34. Pisces fœtidi, qui advehuntur quadrupedanti crucianti canterio. *horse of an uneasy pace. Senec.* ep. 87. M. Cato Censorius canterio vehebatur, et hippoperis quidem positis, ut secum utilia portaret. ¶ *Canterius in fossa,* rusticum proverbium apud *Liv.* l. 23. c. 47. dicitur de re valde impedita, et nullius usus, multi autem periculi. Canterius enim in fossa nihil propemodum valet, et si moveri liberius velit, facile prolabitur. Verba *Livii* sunt: Minime sis canterium in fossa. Sunt qui putant legendum *scis:* sed obstat librorum consensus. Editio *Aldina* anni 1519. habet: *canterium in fossam?* addita nota interrogationis, quæ habetur etiam in editionib. 1470. et 1480. ¶ Dicitur aliquando de quovis viliori jumento. *Apulei.* l. 3. *Metam. de asino.* Quousque tandem canterium patiemur istum paulo ante cibariis jumentorum, nunc etiam simulacris deorum infestum? [¶ Translate etiam dicitur de sene viribus effeto. *Plaut. in nov. fragm. Cistellariæ* pag. 19. Muliercula mea, quamquam vetus cantherius sum, mihi nunc, ut ego opinor, adhinniret. Nota, cantherium cum *h* scribi in eo codice, qui certe secundo Christi sæculo est exaratus.] ¶ In ædificiis *canterii,* Græce ἀμείβοντες, sunt trabes a tecti culmine usque ad extrêmam projecturam protensi. *the rafters of a house, that extend from the ridge to the eaves.* Habent enim quandam cum equi dorso similitudinem. In multis Italiæ locis, retenta Latina appellatione, *cantieri* appellantur: dicuntur etiam *cavalli,* et *saettoni.* Usurpantur hac notione a *Vitruv.* l. 4. c. 2. ¶ Denique in vineis *canterius* est transversa pertica ad pedamenta firmanda, et jugatam vitem sustinendam, ut *Colum.* l. 4. c. 12. et lib. 5. c. 4. docet. *a rail or stake with two reeds across, to prop up a vine.* Adde lib. 4. c. 14. et *sub fin.* lib. 11. quib. locis masculinum genus apparet. ¶ Scribitur et *cantherius* cum aspiratione, præsertim ab iis, qui a Græco κανθήλιος derivant. *Varr.* absurde a *carendo* deducit, his verbis l. 2. *R. R.* c. 7. *sub fin.* Equi demptis testiculis fiunt quietiores: et ideo quod semine carent, ii canterii appellati. Utcumque sit de etymologia, frequentius certe sine aspiratione legitur, probaturque a *Dausquio in Orthograph.*

CANTHARĬAS, æ, m. *a stone having the print of a beetle in it,* gemma est innatam scarabæi effigiem habens. Nam κανθαρὶς, et κάνθαρος scarabæum significat. *Plin.* l. 37. c. 11.

CANTHĂRIS, idis, f. *a fly of the beetle species,* κανθαρὶς, parvum animal volatile, scarabæus etiam dictus, cujus plura genera. *Plin.* l. 11. c. 28. recenset. Sic etiam appellatur vermiculus frumenta erodens, teste *eod.* l. 18. c. 17. *a small worm destructive to corn.* ¶ Sunt præterea cantharides, quæ vitibus nocent, ut docet *Pallad.* l. 1. tit. 35. ¶ Porro ex his præsentissimum venenum habent, et, expresso succo, potæ statim interimunt, quæ in summitate ramorum fraxini, vel olivæ nascuntur, et quæ in eo rosarum genere, quæ cynorrhoidi vocantur, item quæ ex vermiculis ficorum, pyri, peuces, et cynacanthæ: qua de re multa disserit *Id.* l. 29. c. 4. *sub fin.* et lib. 11. c. 35. *a venomous fly, of the kind of* cantharides, *shining like gold, and breeding in the tops of ashes, olives, &c.* Hinc *Ovid. in Ibin,* v. 308. Cantharidum succos, dante parente, bibas. *Cic. Fam.* 9. ep. 21. C. Carbo, accusante L. Crasso, cantharidas sumpsisse dicitur. *Plin.* l. 29. c. 4. *in fi.* Cantharides objectæ Catoni Uticensi, ceu venenum vendidisset. ¶ Est tamen non unus ex iisdem usus in medicina, ut apud *eund. ibid.* et lib. 11. c. 35. videre est.

CANTHARĪTES VINUM, *a kind of outlandish wine,* κανθαρίτης οἶνος, quod inter transmarina nobiliora. *Plin.* l. 14. c. 7. enumerat, dictum est a quodam vitis genere, quæ κανθαρέος ἄμπελος a *Theophrasto* l. 2. *de caus. plant.* c. 20. appellatur. ¶ V. *Abrotonites.*

CANTHARŬLUS, li, m. *a small glass or cup,* κανθάριον, parvus cantharus. *Arnob. sub fin.* l. 6. Cantharuli, forcipes, cornuaque pomifera. *Paulin. Nolan. in Nat. XI. S. Fel. edit. Muratorii,* v. 462. de parvo lychno usurpat.

CANTHĂRUS, i, m. *a kind of cup, pot, or jug, a wine-cup,* κάνθαρος, genus poculi ansati. [Sunt qui putant, hujusmodi nomen originem trahere a quodam Cantharo inventore et opifice, cujus meminit *Pollux Onomast.* l. 6. segm. 96. pag. 623. *Athen.* l. 11. c. 6. et *Plin.* l. 34. c. 8. sect. 19. n. 25. Cantharus Sicyonius.] *Virg. Ecl.* 6. v. 17. *de Baccho.* Et gravis attrita pendebat cantharus ansa. *Plaut. Asin.* 5. 2. 56. Mihi cantharo mulsum date. *Id. Stich.* 5. 4. 30. Propinare alicui cantharum. *Id. Pers.* 5. 2. 40. Dare bibere plenis cantharis. *Horat.* l. 1. od. 20. v. 1. Potare modicis cantharis. ¶ Quemadmodum scyphus Herculis, ita cantharus Bacchi proprium poculum est, ut *Macrob.* l. 5. *Saturnal.* c. 21. docet: quo pertinet locus *Virgilii* modo allatus, et quæ de C. Mario cantharis bibente exemplo Liberi Patris, narrant *Plin.* l. 33. c. 11. *in fi.* et *Valer. Max.* l. 3. c. 6. n. 6. ¶ Est etiam genus navigii, ut docet *Macrob. loc. cit.* ubi affert in hanc rem locum *Menandri in Nauclero:* quare ad Græcos potius hæc notio pertinet. Addit autem, appellationem poculi ab ejus navigii forma derivatam esse, ut et *cymbii* a *cymba,* &c. *a kind of boat or ship.* ¶ Item fistula, tubus epitomio instructus, per quem aqua salit. *a waterspout.* Quia enim hujusmodi salientes, seu emissaria variis figuris elaborare artifices solent, ut est apud *Auson. in ep. Centoni nupt. præfixa;* quæ in canthari modum facta sunt canthari appellantur. *Paul. Dig.* lib. 30. leg. 41. *ad fin.* Sed et automataria, et canthari, per quos aquæ saliunt, poterunt legari; maxime si impositii sint. *Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 182. n. 2. Perdiderat laticum longæva incuria cursus, Quos tibi nunc pleno cantharus ore vomit. ¶ Quidam putant, *cantharum* significare marculum, *a door-rapper,* quo fores pultantur, in illo *Plauti Men.* 1. 2. 64. Mille passum commoratu's cantharum. *Me.* placide pulta, &c. Sed negant alii, fortasse rectius. ¶ *Cantharus* præterea dicitur piscis quidam marinus, succo ingratus gustui; *a kind of fish;* cujus meminere *Ovid. in Halieut.* v. 103. et *Plin.* l. 32. c. 1. ¶ Denique Ægyptii *cantharum* dixere nodum sub lingua Apis bovis. V. *Apis.* 2.

CANTHERĬUS cum derivatis, V. *Canterius.*

CANTHUS, i, m. *the felly or circumference of a wheel, the iron with which a wheel is bound,* ferrum, quo rotæ absis cingitur, teste *Quintil.* l. 5. c. 5. (*al.* 9.) ubi addit, Afrum, vel Hispanum vocabulum esse, sed eo uti *Persium* tanquam recepto. Casaubon. tamen vult esse Græcum, quod teste *Hesych.* κάνθος sit orbis oculorum. Porro *Pers.* pro ipsa rota usurpat per synecdochen, sat. 5. v. 70. Nam quamvis prope te, quamvis temone sub uno, Vertentem se se frustra sectabere canthum, Cum rota posterior curras, et in axe secundo. ¶ Fuit etiam *Canthus* filius Abantis, vel Canethi, vel Ceriontis, unus ex Argonautis, qui in reversione in Libya a Cephalione pastore occisus periit. *Hygin.* fab. 14. et *Valer. Flacc.* l. 1. 3. et 6.

CANTĬCO, as, V. *Cantito.*

CANTICŬLA, æ, f. et

CANTICŬLUM, li, n. *a little song; a sonnet,* parvum canticum, ᾀσμάτιον. *Septimius Afer* apud *Terentian. Maur. de metr.* pag. 2427. *Putsch.* Pinea brachia cum trepidant. Audio canticulum Zephyri. ¶ Item breve carmen magicum. *a short incantation. Pompon.* apud *Non.* c. 7. *n. ult.* Mirum ni hæc Marsa est: in colubras callet canticulum. Ita habetur etiam in antiqu. editionib. 1476. et 1480. Sunt tamen qui leg. *canticulam.*

CANTĬCUM, ci, n. *a pleasant song, ballad; a song set to music and sung on the stage,* ᾆσμα, ᾀσμός, ᾠδὴ, cantio, cantilena. *Petron. in Satyr.* c. 31. Paratissimus puer me acido cantico excepit. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Omne convivium obscenis canticis strepit. *Martial.* l. 3. epigr. 63. Cantica qui Nili, qui Gaditana susurrat. *Apulei. in Florid.* n. 15. (*al. l.* 2.) Canticum ore tereti, semihiantibus labellis eliquare. *Id. ibid.* n. 17. (*al.* l. 3.) Lusciniæ canticum adolescentiæ garriunt. ¶ Speciatim dicitur pars Comœdiæ, in qua una tantum persona ad tibias canit. Tres enim Comœdiæ partes assignat *Diomed.* l. 3. pag. 489. *Putsch.* Diverbium, Canticum, et Chorum. *Diverbium* est, quando diversi alternis colloquuntur: *canticum,* quando unus tantum; ex quo μονῳδία Græce dicitur: *chorus,* quando plures simul junctis vocibus eandem rem canunt. Addit *Diomed.* Latinas comœdias chorum non habere, sed diverbium solummodo, et *canticum;* quod præterea respondet aliqua ratione ei, quod Angli dicunt *the interlude,* si ab uno tantum agatur: habetque locum etiam in Tragœdiis, sed rarius. Aliquando *canticum* dicitur tota fabula, in qua una dumtaxat persona est, quæ agit. Plura V. apud *Voss.* l. 2. *instit. poet.* variis in locis, et *Jacob. Mazzon. in Dantem* l. 2. c. 10. et *Cic. Fam.* 9. ep. 22. Forte nosti canticum, meministi Roscium. *Liv.* l. 7. c. 2. Agere canticum. *Sueton. in Calig.* c. 54. desaltare. *Id. in Galb.* c. 13. Atellanis notissimum canticum exorsis, &c. Adde *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 25. et 31. ¶ Ab *Apulei. in Apolog.* pag 301. *Elmenhorst.* dicitur de carmine magico, quod etiam *cantamen* appellatur. ¶ Item de carmine probroso, et dicteriis pleno. *scurrilous song or speech, a lampoon. Id. in Apolog.* Fenestræ canticis circumstrepitæ. *Paul. receptar. sentent.* lib. 5. tit. 4. Qui carmen famosum in injuriam alicujus, vel alia quælibet cantica, quo agnosci possit, composuerit, &c. et *mox.* Psalterium quod vulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compositum. ¶ Adjective *Macrob.* l. 2. *in somn. Scip.* c. 3. Ita delinimentis canticis occupatur, ut, &c.

CANTILĒNA, æ, f. *a song oft repeated; an old song, old story; a saying which every one is familiar with,* ᾆσμα, ᾠδὴ, cantio, canticum, carmen. *Gell.* l. 9. c. 4. Notissima illa veterum poetarum de Cænide, et Cæneo cantilena. *Id.* l. 19. c. 9. Et sicut in voluptatibus cultus, atque victus, ita in cantilenarum quoque multis anteiretis. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 23. Qui non Græci alicujus quotidianam loquacitatem sine usu, neque ex scholis cantilenam requirunt, sed, &c. *h. e.* toties vulgata dicendi præcepta, vel inanes rhetorum declamationes. *Id. Attic.* l. 1. *ep. pænult.* Ut crebro mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmus cantilenam illam suam, Νᾶφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, &c. *Terent. Phorm.* 3. 2. 10. Cantilenam eandem canere *h. e.* eandem rem multis cognitam, ac sæpius repetitam rursus repetere: proverb. *Brut. ad Cicer.* l. 11. *Fam.* ep. 20. Totam istam cantilenam ex hoc pendere, ut quam plurimum lucri faciant. *h. e.* jactationem verborum, et facti prædicationem. *Hieronym.* ep. 53. *in fi. ad Ripar.* vocat *cantilenas librorum* libros nugarum plenos. ¶ Apud *Fest.* in *Occentassint,* si sanus est locus, *cantilena* dici videtur de convicio, vel carmine probroso.

CANTILENŌSUS, a, um, *written in verse, metrical,* metricus. *Sidon.* l. 3. *ep. ult.* Meas nugas sive confectas opere prosario, seu poetarum stilo cantilenosas lectione dignaris. Adde lib. 4. ep. 1.

CANTILLO, as, avi, atum, a. 1. *to sing, chant. Apulei.* non semel usurpat pro cantare, vel cantitare: ut lib. 4. *Metam.* Clamore ludunt, strepitu cantillant, conviciis jocantur. et *in Florid.* n. 3. (*al.* l. 1.) Doctissime, et gratissime cantillare. Adde *ibid.* n. 15. (*al.* l. 2.)

CANTĬO, onis, f. *a singing; pleasant song, madrigal,* ᾆσμα, ᾠδὴ, canticum, carmen. *Plaut. Stich.* 5. 4. 25. Cantio est Græca: ἢ πέντε πῖν', ἢ τρεῖς πῖν', ἢ μὴ τέτταρα. *Id. ibid.* 5. 6. 8. Redde cantionem veteri pro vino novam. ¶ Item cantamen, *enchantment, incantation. Cic. de clar. Orat.* c. 60. Idque veneficiis, et cantionibus Titiniæ factum esse dicebat. Adde *Caton. R. R.* cap. 160.

CANTĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to sing repeatedly,* sæpius canto. *Cic. in Bruto,* cap. 19. Carmina, quæ in epulis esse cantitata, in Originibus scriptum reliquit Cato. Adde *Varron.* l. 5. *L. L.* c. 7. *sub fin.* et lib. 7. c. 32. *extr.* ¶ In illo *Apulei.* l. 6. *Metam.* Ceteræ, quæ dulce cantitant aves. Quidam leg. *canticant:* sed non est facile admittendum.

CANTIUNCŬLA, æ, f. *a little song, canzonet,* ᾀσμάτιον, brevis cantus, canticulum, breve carmen. *Cic.* l. 5. *de Fin.* c. 18. *ad fin. de Sirenibus.* Cantiunculis aliquem irretitum tenere.

CANTO, as, avi, atum, a. 1. *to sing often; to sing,* ᾄδω, cano, cantum edo. Eosdem fere habet usus, quos *cano,* eandemque usurpandi rationem. *Cic. Catil.* 2. c. 10. Hi pueri cantare, et saltare didicerunt. *Terent. Eun.* 3. 1. 53. Provocare aliquem cantatum. *Nepos in Epamin.* c. 2. Nam et citharizare, et cantare ad chordarum sonum doctus est. et *ibid.* Cantare carmina tibiis. *Cic.* 2. *de Divin.*

20. n. 6. Deos gallis signum dedisse cantandi. ¶ Pro carmine dicere, et rem aliquam prosequi versibus, laudare, prædicare. *to celebrate in verse, sing of.* *Horat.* l. 1. od. 6. *sub fin.* Nos convivia, nos prælia virginum cantamus vacui. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 15. Istum jampridem cantu Cæsarem. *Virg. Ecl.* 5. v. 54. Dignus cantari. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 3. *in fin.* per totum cantabimur orbem. et lib. 2. eleg. 17. *in fin.* Nec, nisi tu, nostris cantabitur ulla libellis. ¶ Item frequenter in ore habere, meditari. *to repeat frequently, to meditate, extort by frequent repetition.* *Terent. Heaut.* 2. 3. 19. Qui harum mores cantabat mihi. *Plaut. Trinum.* 2. 2. 10. Hæc dies, noctesque tibi canto, ut caveas. ¶ Item fabulas versu narrare. *Juvenal.* sat. 4. v. 34. Incipe Calliope, licet hic considere: non est Cantandum, res vera agitur. ¶ *Cantare* etiam dicuntur histriones, dum in scena fabulas agunt (V. infra in *Cantor.*) *to act, play a part on the stage.* Nam et versibus eas enarrant, et ad tibias canunt. *Sueton. in Ner.* c. 21. Cantare Nioben. et *ibid.* tragœdias. ¶ *Cantare ad manum histrioni* apud *Liv.* l. 7. c. 2. est cantare, seu cantu recitare fabulam in scena simul cum histrione, qui eodem tempore eam manibus gesticulatur. V. integrum *Livii* locum, et *Valer. Max.* l. 2. c. 4. n. 4. ¶ Cantant etiam mali recitatores, et declamatores, qui fracto utuntur pronuntiationis genere, et cantui simili. Quo pertinet illud *C. Cæsaris* apud *Quintil.* l. 1. c. 8. (*al.* 14.) Si cantas, male cantas: si legis, cantas. *Quintil.* l. 11. cap. 3. Quodcumque ex his vitium magis tulerim, quam quo nunc maxime laboratur in causis omnibus, scholisque, cantandi. V. ibi plura hac de re. ¶ *Cantare surdo* apud *Propert.* l. 4. eleg. 8. v. 47. idem est, quod *canere surdis auribus.* V. *Cano.* ¶ Significat etiam magicis carminibus incantare, *to enchant, bewitch.* *Virg. Ecl.* 8. v. 71. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. *Sil.* l. 8. v. 498. et chelydris cantare soporem. ¶ Præterea *cantare* dicitur de sono alicujus organi musici, *to play on an instrument of music; to sound like a musical instrument.* *Nepos in præfat.* Cantare scienter tibiis. *Plaut. Epid.* 3. 4. 64. Cantare fidibus alicui. *Propert.* l. 4. eleg. 10. v. 29. pastoris buccina lenti Cantat. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 659. Cantabat fanis, cantabat tibia ludis, Cantabat mœstis tibia funeribus. ¶ Festive *Plaut.* cantare litteras dicit, quæ aperte aliquid significant, ut *Bacch.* 4. 9. 60. Tabellas obsignatas dedit: tibi me jussit dare. Sed metuo, ne idem cantent, quod priores. et *Rud.* 2. 5. 21. Urna hæc litterata est: ab se cantat, cuja sit. ¶ Apud *eund. Mostell.* 4. 2. 65. Vera cantas: vana vellem. *h. e.* aperte dicis, narras, prædicas.

CANTOR, oris, m. *a singer, musician,* ἀοιδὸς, ᾠδὸς, qui cantat. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 1. Omnibus hoc vitium est cantoribus, &c. ¶ Item versificator, poeta. *a poet, bard.* *Id. de ar. poet.* v. 407. ne forte pudori Sit tibi Musa lyræ solers, et cantor Apollo. ¶ Item histrio, quid in scena fabulam cantat. *a player, actor.* *Id. de ar. poet.* v. 155. donec cantor, vos plaudite, dicat. *Salmas. in commentar. ad Vopisc. in Aurelian.* c. 7. docet, cantorem proprie dici de eo, qui tragœdiam agit, sicut *saltatorem* de eo, qui comœdiam: sic *cantare* de tragœdiis dici, *saltare* de comœdiis. Affert in hanc rem locum *Sueton. in Calig.* c. 54. Thrax, et auriga; idem cantor, atque saltator. et *mox.* Canendi, et saltandi voluptate ita efferebatur, ut, &c. *Cic.* tamen *pro Sext.* c. 55. ubi de *Simulante Afranii* comœdia verba facit, *cantores* appellat qui eam agebant. ¶ Translate *cantor* dicitur, qui aliquid sæpe dicit, et inculcat. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 55. *ad fin.* Jurisconsultis ipse per se nihil est, nisi leguleius quidam cautus, et acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum. *Sunt qui aliter leg.* [*Plaut. Pseud.* 1. 3. 125. *Cal.* Ingere mala multa. *Pseud.* Jam ego te differam dictis meis, impudice. *Cal.* Furcifer. *Pseud.* Parricida. *Cal.* Perjure. *Pseud.* Fraudulente. *Cal.* Impure leno. *Pseud.* Cœnum. *Ball.* Cantores probos!]

CANTRIX, icis, f. *a female singer, songstress,* μολπάστρια, quæ canit. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 23. Flabelliferæ, sandaligerulæ, cantrices, cistellatrices. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. Intra retem aves sunt omne genus, maxime cantrices, ut lusciniolæ, ac merulæ. Adde *Inscript.* apud *Reines.* class. 11. n. 58.

CANTŬLUS, li, m. diminutivum a cantu. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 12. Cantulus, et organum.

CANTURĬO, is, n. 4. *to whistle, pipe, chirp, sing,* ψιθυρίζω, submissa voce cantillo. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 61. *Burman.* Canturire belle. *Paul.* ex *Festo* in *Dagnades.* Aves, quæ vellicando, morsicandoque, et canturiendo assidue, non patiuntur dormire potantes. Al. leg. *cantitando,* sed invito, imo adversante *Scalig.*

CANTURNUS, nomen loci. *Festus.*

CANTUS, us, m. *the art of singing, or tuning the voice; melody, a making of melody,* μέλος, vocis modulatio. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 25. Quanto molliores sunt, et delicatiores in cantu flexiones, et falsæ voculæ, quam certæ, et severæ! et lib. 2. c. 8. Cantus dulcis. *Id. pro Arch.* c. 8. Flectere aliquem cantu. *Quintil.* l. 5. c. 8. aliquem delinire. *Virg.* 7. *Æn.* v. 34. Mulcere æthera. *Tacit. Ann.* 13. c. 3. Exercere cantus. *to practise singing.* *Cic. in Prognost.* l. 1. *de Divin.* c. 8. fundere. *Catull.* carm. 64. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 306. edere. *Virg.* 1. *Æn.* v. 402. et *Ovid.* 2. *Fast.* v. 767. Dare cantum. *Juvenal.* sat. 6. v. 378. Gaudere cantu. *to delight in song.* *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 10. Cantus galli. *cock-crowing.* *Tibull.* l. 1. eleg. 9. v. 4. avis. *Virg.* 1. *Georg.* v. 403. noctuæ. *screeching.* ¶ Pro carminibus, *verse, poetry.* *Sil.* l. 8. v. 595. Evehere aliquem ad sidera cantu. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 34. Percompositos cantus diis grates agere. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 306. Veridicos Parcæ cœperunt edere cantus. ¶ Et pro carminibus magicis, *enchantment, an incantation.* *Tibull.* l. 1. eleg. 2. v. 60. Cantibus, atque herbis solvere amores. *Valer. Flac.* l. 6. v. 448. Æmoniis agitare cantibus umbras. Adde *Ovid. Her.* ep. 12. v. 167. et 1. *Metam.* v. 49. ¶ Est etiam sonus musicus, *the sound of music, melody.* *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 46. Quotidiano cantu vocum, et nervorum, et tibiarum tota vicinitas personabat. *Id. Verr.* 7. c. 13. Lucum illum percrepare totum mulierum vocibus, cantuque simphoniæ. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 36. Moderari arbitrio suo cantus, numerosque tibiæ, aut fidium. *Id. pro. Mur.* c. 9. Cantus buccinarum. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 20. citharæ. *Plin.* l. 34. c. 8. *a med.* lyræ. *the music of the lyre.*

CANULEIUS, a, um, ad Canuleium pertinens, quod est nomen proprium R. *Canuleia lex* lata fuit a C. Canuleio trib. pleb. circa A. U. 302. M. Genutio, C. Curtio Coss. ut Consules etiam de plebe creari possent, et ut plebeii cum patriciis matrimonio jungi possent. *Liv.* lib. 4. cap. 1. *et sequentib. Flor.* lib. 1. cap. 25.

CANUS, a, um, *hoary, grey, grey-headed,* πολιὸς, albus; et dicitur de capillis, et pilis, qui in senectute albescunt. *Horat.* l. 2. od. 11. v. 15. Cani capilli. *Plaut. Asin.* 5. 2. 84. Cano capite esse. *Martial.* l. 4. epigr. 36. Cana barba. *Catull.* carm. 60. *in Epithal.* v. 162. Cana anilitas. *Id.* carm. 106. *in Comin.* Cana senectus. *Tibull.* l. 1. eleg. 9. v. 29. Canus amator. ¶ *Cani, orum,* sunt capilli cani, *grey hairs, hoariness.* *Cic. de Senect.* c. 18. Non cani, non rugæ repente auctoritatem arripere possunt. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 9. Cani honorati. ¶ Sumitur sæpe pro albo, *white, hoar.* *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 41. Cana nix. *Cic. in Arat.* v. 71. Cani fluctus. *h. e.* spumosi. Sic *Plin.* l. 6. ep. 31. Canum mare. *Martial.* l. 9. epigr. 27. Cana ligustra. *Id.* l. 3. epigr. 77. Cana pellis. *Id.* l. 1. epigr. 50. December canus. *Ovid. in Ibin,* v. 202. Quam multa fiat grandine canus Athos. *Virg.* 2. *Georg.* v. 376. Cana pruina. *Id.* 3. *Georg.* v. 442. Canum gelu. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 373. Canæ plumæ Cycni. *Id.* 5. *Metam.* v. 590. Cana salicta. *Plin.* l. 12. c. 25. Cano situ obductus color. *whitened and as it were furred over.* Rursus *Ovid. Metam.* 10. v. 655. *canam segetem* appellat jam maturescentem, quia eo tempore flavescit, et a viridi ad album colorem accedit. ¶ Item pro sene, aut antiquo, prisco, *old, aged, ancient.* *Ovid. Metam.* 6. v. 527. velut agna pavens, quæ saucia cani Ore excussa lupi. [Hoc loco *canus lupus* non idem est ac senex, sed potius cinerei coloris, qualem referunt lupi cujuscumque ætatis.] *Martial.* l. 8. epigr. 80. Sanctorum nobis miracula reddis avorum, Nec pateris, Cæsar, sæcula cana mori. ¶ Hinc translate *Id.* l. 1. epigr. 16. Si quid longa fides, canaque jura valent. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 138. et cap. 4. n. 25. Et ecce de improviso ad nos accedit cana veritas, Atticæ philosophiæ alumna. *Virg. Æn.* 1. v. 296. Cana Fides, et Vesta. ubi *Servius:* Canam fidem dixit, vel quod in canis hominibus invenitur, vel quod ei albo panno involuta manu sacrificabatur: per quod ostenditur fidem debere esse secretam: unde et *Horat.* l. 1. od. 35. v. 21. et albo rara fides colit Velata panno. *Virg. Æn.* 5. v. 744. et canæ penetralia Vestæ. ubi *Servius:* aut antiquæ, aut propter ignis favillas.

CANUSINĀTUS, a, um, Canusina veste indutus. *Sueton. in Ner.* c. 30. Muliones canusinati. *Martial.* l. 9. epigr. 23. Syrus canusinatus. V. vocem sequent.

CANUSĪNUS, a, um, ad Canusium pertinens. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 8. Canusinus ager. *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 30. Canusini more bilinguis. *h. e.* utraque lingua utentis, Græca, et Latina. Nam primi Canusii incolæ Græci fuerant. ¶ *Canusinam lanam Plin.* l. 8. c. 48. recenset inter eas, quæ ob nativum colorem laudatissimæ olim fuerunt. Eum autem colorem fulvum fuisse ait (ut quidem eum locum emendat *Harduin.* Nam alii ita legunt, ut rutilum, non fulvum colorem ei tribuerit.) *Martial.* vero l. 14. epigr. 127. cujus lemma est *Canusinæ fuscæ,* eum colorem *turbato mulso simillimum* dicit: et in lemmate epigram. 129. Canusinás rufas appellat. Rufus autem, fulvus, et rutilus affines colores sunt. *Vopis. in Carino,* cap. 20. Birri Canusini.

CANUSĬUM, i. n. [†nunc] *Canosa,* oppidum Apuliæ Dauniæ, apud Aufidum fluvium, a Diomede olim conditum, ut *Plin.* l. 3. c. 5. et *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 92. testantur. Ibi lanæ nativo colore laudatissimæ nascebantur. V. *Canusinus.*

CAPACĬTAS, atis, f. *capacity, largeness, amplitude, content,* χώρημα, spatium capiendi, seu locus, qui capere aliquid, et continere potest. *Cic.* l. 1. *Tuscul.* c. 25. Utrum capacitatem aliquam in animo putamus esse, quo tanquam in aliquod vas, ea quæ meminimus, infundantur? *Colum.* l. 12. c. 43. *ad fin.* Pro capacitate vasorum. *Frontin. de aquæductib.* artic. 26. Capacitas moduli. *Plin.* l. 10. c. 47. Mira uteri capacitas. *Solin.* c. 52. (*al.* 65.) Quinque millia oppidorum mira capacitate. ¶ Pro mensura cibi, quam quis capere solet, edacitate, voracitate. *the quantity of food eaten.* *Plin.* l. 18. c. 7. Athletarum capacitas jumentis similis. ¶ Translate pro jure, quod quis habet capiendæ hereditatis, aut legati. *Caius Dig.* lib. 31. leg. 57. Tractantibus nobis de capacitate, videndum est, utrum heredis, &c. et *ibid.* Nullus est dominus, in cujus persona de capacitate quæri possit.

CAPACĬTER, *capaciously,* adverb. *Augustin.* lib. 11. *de Trinit.* c. 2. *ad fin.* Primordia seminum sequuntur efficaciter, et capaciter intentionem maternæ animæ.

CAPANEIUS, a, um, et

CAPANĒUS, a, um, ad Capaneum pertinens. *Stat.* 12. *Theb.* v. 545. Capaneia conjux. *Id. ibid.* v. 764. Capaneaque misimus umbris Pectora. et lib. 10. v. 832. Capaneaque signa secuti.

CAPANEUS, i, m. Καπανεὺς, nomen viri trisyllabum. Fuit hic Argivus Hipponoi, et Astynomes filius, Evadnes maritus, pater Stheneli, unus ex septem ducibus, qui Thebas obsederunt. Dicitur in ea obsidione usum scalarum primus invenisse, sed primus etiam pœnas dedisse. Cum enim murum scandere aggressus esset, tam vehementi saxorum vi a Thebanis petitus est, ut fulmine ictum sui crediderint. *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 21. ¶ In fabulis est, fulmine ictum fuisse a Jove, quod contra ejus voluntatem Thebas se capturum jactasset. *Stat. sub fin.* l. 10. *Theb. Hygin.* fab. 68. et alibi. *Stat.* 11. *Theb.* v. 70. dum cœtu Capaneus laudatur ab omni. *Propert.* l. 2. eleg. 25. v. 40. Aut Capanei magno grata ruina Jovi. *Plin.* l. 35. c. 11. *de Theodoro pictore.* Fecit Polynicem regnum repetentem, et Capanea. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 21. Accipe me, Capaneu; cineres miscebimus, inquit.

CAPAX, ācis, adject. *holding, keeping, containing, capacious, large, ample, big,* δεκτικὸς, qui capere seu continere potest, magnus, amplus, latus. *Horat.* l. 2. od. 7. v. 22. funde capacibus Unguenta de conchis. *Id.* epod. 9. *ad fin.* Capaciores affer huc, puer, scyphos. *Lucret.* l. 6. v. 122. capacis mœnia mundi. *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 6. v. 19. Amnis effusus ripis capacibus. *Sil.* l. 17. v. 321. Campi capaces. *spacious, extensive.* *Liv.* l. 9. c. 16. Vir cibi, vinique capacissimus. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 136. Circus capax populi. *Plin.* l. 6. c. 23. Flumen navium capax. *Id.* l. 12. c. 1. Quindecim convivarum, ac ministerii capax triclinium. *Id.* l. 37. c. 2. Calix capax ad tres sextarios. *Plin. alter* l. 2. ep. 17. Villa usibus capax. *Senec. in Herc. Fur.* v. 658. regnum Plutonis *capax* vocat, quia omnes mortales post vitam capit. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 29. Demosthenes non semper implet aures meas: ita sunt avidæ, et capaces, et semper aliquid immensum infinitumque desiderant. *Ovid. Metam.* 8. v. 533. Ingenium capax. *large capacity; vast genius; great mind.* *Id. ibid.* v. 243. Animus capax ad præcepta. Alii melius leg. *rapax.* *Tacit.* 1. *Ann.* c. 13. et lib. 1. *Hist.* c. 49. Vir capax imperii. *Vellei.* l. 2. c. 127. Laboris, ac fidei capacissimus. *Plin.* l. 1. ep. 12. Uxor omnis secreti capacissima. *h. e.* continere sciens, et celare. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 4. leg. 1. Doli capax. *Id. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 5. Impubes injuriæ capax. *h. e.* qui injuria alterum potest afficere. ¶ Dicitur *capax* a Jurisconsultis, qui acquirere, et possidere aliquid potest ex testamento, aut legato. *Paul.* lib. 34. tit. 3. leg. 29. Quod si socii sint, propter eum, qui capax est, et ille capit, &c.

CAPĒDO, edinis, f. *a large pot or jug, with handles or ears, used at sacrifices,* genus vasis in sacris olim adhibiti. Videntur autem capedines eædem esse, quæ *capides,* seu *capulæ,* quas *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 26. scribit fuisse vasa fictilia, vel lignea in sacrificiis usurpata; et ita dicta, quod ansata essent, ut prehendi possent, idest capi. Confirmat *Priscian.* l. 6. pag. 708. *Putsch.* apud quem *Aruntius:* Capis vasis genus pontificalis, diminutive capidula. Et *Fest.* Capis poculi genus dictum a capiendo. Rursus *Varr.* apud *Non.* c. 15. n. 33. Etiam nunc pocula, quæ vocant capulas, et capides, &c. *Cic. Parad.* 1. c. 3. Minus ne gratas diis immortalibus capedines, ac fictiles urnulas fuisse, quam filicatas aliorum pateras arbitramur? *Liv.* l. 10. c. 7. Cum capide, ac lituo, capite velato victimam cædat. *Plin.* l. 37. c. 2. Capidem unam myrrhinam trecentis denariis parare. Adde *Petron. in fragmen. Tragur.* c. 52. *Burman.* Ex his omnibus liquet capidem non solum vas sacrificiis aptum, sed etiam poculum in mensis adhibitum fuisse. ¶ A *capedo* diminutive fit *capeduncula.* *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 17. Capedunculæ eæ, quas Numa reliquit. ¶ Porro *capula* videtur fuisse etiam genus vasis olearii. Nam inde fit *capulo, as,* et *capulator,* quæ in confectione olei usurpata leguntur. V.

CAPEDUNCŬLA. V. vocem præced.

CAPELLA, æ, f. *a young goat, a kid,* χίμαρος, diminutivum a *capra,* sed pro eodem fere sumitur. *Cic. Verr.* 4. c. 35. Etiam capella quædam est scite facta, et venuste. *Virg. Ecl.* 7. v. 3. Distentæ lacte capellæ. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 110. Capella gerit distentum uber. *Id. Epod.* 16. v. 49. injussæ veniunt ad mulctra capellæ. *Virg. Ecl.* 10. v. 7. attondent simæ virgulta capellæ. ¶ Adhibetur interdum in conviciis, de homine hirsuto, inculto, et deformi. *Ammian.* l. 17. c. 12. (*al.* 22.) narrat milites Julianum hirsu-

tum carpentes, clamare solitos: In odium venit cum victoriis suis capella, non homo. *Id.* l. 24. c. 8. (*al.* 26.) Captivos graciles, et macie jam confectos jussit in medium duci, nostrosque respiciens, En, inquit, quos Martia ista pectora viros existimant, deformes illuvie capellas, et tetras. ¶ Est etiam sidus cæleste, hoc est stella insignis magnitudinis in sinistro humero Aurigæ. Hæc in fabulis est capra illa nobilis, infantis Jovis nutrix, de qua diximus in *Amalthea.* Hanc *Colum.* l. 11. c. 2. capram appellat, *Plin.* vero l. 18. c. 26. 27. et 31. capellam. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 113. Nascitur Oleniæ sidus pluviale capellæ: Illa dati cælum præmia lactis habet. V. ibi reliqua.

CAPELLA. Martianus Mineus Felix Capella Carthaginiensis, vel, ut alii volunt, Madaurensis; Africanus certe, ut vel inde discas, quanti in Latina lingua faciendus sit; vixit sæculo Christi V. temporibus Aviti, aut Majorani Imperatorum, vel etiam post; scripsitque satyricon prosa oratione, admixtis passim varii metri carminibus; in quo de nuptiis Philologiæ duobus prioribus libris agit, in reliquis vero septem de totidem artibus liberalibus, Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Geometria, Arithmetica, Astronomia, et Musica. Quo in opere multa quidem doctrinæ, et ingenii vestigia sunt, at dicendi stilus asper adeo est, et barbarie subinde aspersus, præsertim in prosa (nam in versu aliquando est castigatior) ut Latinæ compositionis et nitoris nihil admodum, aut pæne inveniatur.

CAPELLIĀNUS, a, um, ad capellam pertinens. Capelliana ruta apud *Martial.* l. 11. epigr. 32. eadem est, quæ ruta capraria, ita dicta quod ea libenter vesci capellæ dicantur.

CAPELLUS, i, m. Agnoscit *Priscian.* l. 3. pag. 617. *Putsch.* tanquam diminutivum a *capro*: nullo tamen exemplo confirmat.

CAPĒNA, æ, f. fuit olim oppidum Latii Romæ proximum. Excisum postea est, nomenque suum reliquit portæ Urbis, quæ nunc a proxima D. Sebastiani æde dicitur *porta di S. Sebastiano.* Ab ea incipiebat via Appia, ut *Frontin. de aquæd.* artic. 5. docet. Supra eam transibat ductus aquæ Marciæ, teste *eod.* artic. 19. Hinc *Juvenal.* sat. 3. v. 11. Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam. *madidum* dixit, quia semper aliquid inde stillabat. Sic *Martial.* l. 3. epigr. 47. Capena grandi porta qua pluit gutta. *Cic.* l. 4. *Attic.* ep. 1. Cum venissem ad portam Capenam. ¶ Aliud fuit hoc nomine oppidum in Tuscia apud Lucum Feroniæ; cujus populi Capenates dicuntur. V. vocem sequent.

CAPĒNAS, atis, ad Capenam oppidum pertinens. *Cic. Verr.* 4. c. 12. Fundus Capenas. *Id. Fam.* 9. ep. 17. Ager Capenas. *Liv.* l. 5. c. 16. Capenati bello occupatos videbant Romanos. et cap. 24. Servilio Capenas bellum sorte evenit. ¶ *Capenates, um,* ejus oppidi incolæ. *Plin.* l. 3. c. 5. *Liv.* l. 5. c. 8. et l. 26. c. 11. ¶ Reperitur etiam *Capenatis, e. Cato* apud *Priscian.* l. 4. pag. 629. *Putsch.* Lucus Capenatis. ¶ Est etiam *Capenas* parvus fluvius Tusciæ, apud Lucum Feroniæ. *Sil.* l. 13. v. 84. Dives ubi ante omnes colitur Feronia luco, Et sacer humectat fluvialia rura Capenas.

CAPĒNUS, a, um, adject. ad Capenam Tusciæ oppidum pertinens. *Virg.* 7. *Æn.* v. 697. Et Cymini cum monte lacum, lucosque Capenos.

CAPER, pri, m. *a he-goat,* τράγος, idem qui hircus, hoc est vir capellarum, quemadmodum *aries* est vir ovium. *Virg.* 7 *Ecl.* v. 7. Vir gregis ipse caper. *Colum.* l. 7. c. 6. Caper optimus habetur amplissimi corporis, cruribus crassis, exiguo capite, &c. Adde *Ovid. Metam.* 10. v. 327. et *Horat.* epod. 10. *in fin.* ¶ Immolabatur Baccho, quia vitibus infestus est, easque erodendo urit. *Virg.* 2. *Georg.* v. 380. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 114. et lib. 2. *ex Pont.* ep. 9. v. 31. et *Horat.* l. 3. od. 8. v. 7 Addit *Serv. ad. cit.* 2. *Georg.* cum primum cognovisset Bacchus, vites sibi a capro rosas fuisse, eum occidi jussisse, atque ex ejus pelle utrem fecisse, et vino implevisse in ultionem admissi sceleris. ¶ Ponitur etiam pro fœtore hircino, qui sub brachiis hominum ex sudore collecto nascitur. *the smell which emanates from the arm-pits. Catull.* carm. 69. *in Rufum.* tibi fertur Valle sub alarum trux habitare caper. Ovid. l. 3. *de ar. am.* v. 193. ne trux caper iret in alas. V. *Hircus.* ¶ Aliquando dicitur de mare caprarum castrato. *a castrated he-goat. Martial.* l. 3. epigr. 24. Dum jugulas hircum, factus es ipse caper. *Gell.* l. 9. c. 9. docet ex *Varron.* hanc esse propriam hujus vocis significationem: ex quo sequitur, illam alteram per catachresim ei attribui. Ut ut res se habeat, plures certe sunt, qui *caprum,* pro hirco accipiunt. ¶ Apud *Manil.* l. 2. v. 178. et 658. Caper idem est qui Capricornus, cæleste sidus. ¶ Denique *caper* est nomen piscis marini. *Plin.* l. 11. c. 51. Et is, qui caper vocatur, in Acheloo amne, grunnitum habet. *caper* dicitur a *Plin.* quia Græce κάπρος est. Verum quia κάπρος aprum significat, rectius *aper* Latine diceretur, cui (non capro) grunnitus convenit.

CAPERĀTUS, a, um, adject. *wrinkled like a goat's forehead,* rugosus, φαρκιδώδης. *Caperata frons* est contracta, et tristitiam, vel iram, sævitiemve significans. *Pacuv.* apud *Varr.* l. 6. *L. L. sub fin.* et *Non.* c. 3. n. 89. Voce suppressa caperata fronte, vultu turbido. (Adde *Varron.* apud *Non.* c. 1. n. 27.) *Apulei.* l. 9. *Metam.* Qui insuavis, et odiosi mariti tui caperatum supercilium ignaviter perhorrescis. V. *Capero.* ¶ *Caperata vela* dixit *Id. in Florid.* n. 23. (*al.* l. 3.) quæ restricta sunt, et complicata, non expansa, et extensa.

CAPĔRO, as, avi, atum, a 1. [non activum sed neutrum verbum est.] *Caperare frons* dicitur, cum contrahitur, et in rugas componitur, *to wrinkle, be clouded, frown:* quod est irati, aut severi, aut etiam mœsti animi signum. *Varr. sub fin.* l. 6. *L. L.* et *Non.* c. 1. n. 27. ductum esse docent a caprarum frontibus crispis. *Plaut. Epid.* 5. 1. 2. Sed eccum incedit Epidicus. Quid illuc est, quod illi caperat frons severitudine? *Auson. in fi. centon. Nuptial.* Prurire opusculum Sulpitiæ, frontem caperare. *h. e.* Sulpitiam in carmine lasciviorem esse, in moribus severam.

CAPESSO, is, ivi, itum, a. 3. in præterit. 4. *to take, catch at, take up,* ἐπιβάλλω, idem quod capio, prehendo, sed cum quodam motu, et nisu, quasi ad capiendum accedo. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Animalia partim cibum oris hiatu, et dentibus ipsis capessunt, partim unguium tenacitate arripiunt. *Virg. Æn.* 3. v. 234. sociis tunc arma capessant, Edico. ¶ Est etiam suscipere, inire, subire, *to take in hand, undertake, enter upon. Plaut. Capt.* 4. 1. 9. Capessere cursum ad aliquem. *Liv.* l. 1. c. 25. fugam. *Tacit. Ann.* 4. c. 48. Noctem in castris tutam, et vigilem. *to pass the night in safety,* &c. *Plaut. Rud.* 1. 3. 21. consilium. *to take counsel. Liv.* l. 2. c. 6. pugnam. *to prepare for battle. Justin.* l. 2. c. 12. prœlium collatis viribus. *Liv.* l. 21. c. 4. pericula, *to face, brave. Gell.* l. 2. c. 29. laborem. *Id.* l. 1. c. 6. matrimonia. *Tacit. in fi.* l. 5. *Ann.* inimicitias. *Id.* 4. *Ann.* c. 52. accusationes. *Id. Ann.* 13. c. 41. bellum. *Plin.* l. 6. c. 19. militiam. *Tacit. Ann.* 13. c. 20. magistratum. et cap. 4. imperium. *Plin. in Paneg.* c. 66. curas imperii. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 29. et *Sallust. in Catil.* c. 54. rempublicam. *h. e.* curam, et administrationem reipublicæ suscipere. *Id. Phil.* 10. c. 9, et *Sallust. in orat. Lepidi contra Syll.* libertatem. *h. e.* libertatis retinendæ, aut recuperandæ curam suscipere. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 16. cærimonias. *Id. Ann.* 12. c. 11. clementiam, ac justitiam. *Horat.* l. 1. sat. 7. v. 7. Capessere recta. *Gell.* l. 6. c. 10. philosophiam. *Tacit. Annal.* 15. c. 29. Omissis præcipitibus, tuta, et salutaria capessere. *to adopt. Liv.* l. 37. c. 24. Capessere spectaculum oculis. *h. e.* haurire, percipere, spectaculo frui. ¶ Sæpe significat ire, accedere, ferri ad aliquem locum, *to go any whither. Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 45. Omnes mundi partes undique medium locum capessentes, nituntur æqualiter. *Id.* l. 1. *Tuscul.* c. 18. *ad fin.* Animus superiora capessit. *Id. Attic.* l. 10. ep. 9. Melitam igitur capessamus. *Virg.* 4. *Æn.* v. 346. Capessere Italiam. ¶ Dicimus etiam *capessere se in aliquem locum Plaut. Amph.* 1. 1. 106. Capessere se domum. *to betake one's self home. Id. Asin.* 1. 3. 6. Capessere se navi in altum. *Id. Bacch.* 1. 2. 5. Quo nunc capessis tu te hinc adversa via? Et translate *Id. Bacch.* 4. 10. 2. Quam se ad vitam, et quos ad mores præcipitem inscitus capessat. ¶ *Capessere jussa* est accipere, et exsequi. *to perform, despatch, execute. Virg.* 1. *Æn.* v. 80. tuus, o regina, quid optes, Explorare labor: mihi jussa capessere fas est. Sic. *Plaut. Trinum.* 2. 2. 19. Capessere imperia. *Id. Aulul.* 4. 1. 3. Qui hero ex sententia servire servus postulat, in herum matura, in se sera condecet capessere. *h. e.* res domini cito, suas sero exsequi. ¶ *Capessere sensus naturæ,* apud *Gell.* l. 12. c. 1. est percipere, intelligere: *to perceive, obtain a notion of:* quo sensu etiam *capio* adhibetur. ¶ Præterit. *capessivi,* et *capessii* legitur apud *Tacit. Ann.* 15. c. 49. et *Ann.* 12. c. 30. Et particip. *capessiturus* apud *eund.* 6. *Ann.* c. 48. et 12. *Ann.* c. 25. ¶ *Diomed.* l. 1. pag. 367. *Putsch.* ponit etiam *capessi,* sed nullo probat exemplo. ¶ Olim *capisso* dicebatur. *Pacuv.* apud *Non.* c. 3. n. 337. Dubito, quam insistam viam, aut quod primordium capissam ad stirpem exquirendum.

CAPHĀREUS, i, m. trisyllab. Καφαρεὺς, mons, et promontorium Eubœæ, celebre ob naufragium Græcæ classis ab excidio Trojæ revertentis. Cum enim Nauplius ejus insulæ rex filium suum Palamedem a Græcis interemptum audisset, videns Græcos tempestate laborare, montem illum ascendit, et elata facula signum dedit vicini portus: quo decepti Græci, ad asperrimos scopulos naves omnes alliserunt. Hæc *Servius* ad illud *Virg.* 11. *Æn.* v. 260. et Euboicæ cautes, ultorque Caphareus. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 371. et face sæva In tua mox Danaos acturus saxa, Caphareu, Nauplius. *Pompon. Mela* l. 2. c. 7. Eubœa ad meridiem promontorium Geræston, et Capharea extrudit. Adde *Plin.* l. 4. c. 12.

CAPHARĔUS, et Capharēus, a, um, ad Caphareum pertinens, Καφάρειος. *Propert.* l. 3. eleg. 5. v. 55. Saxa triumphales fregere Capharea puppes. *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 7. v. 36. audet Graia Caphaream currere puppis aquam.

CAPHĀRIS, idis, adject. feminin. ad Capharea pertinens. *Senec. in Herc. Œt.* v. 802. Petræ Capharides.

CAPHARNÆUS, a, um, adject. *Capharnæa urbs,* est Capharnaum Palæstinæ oppidum in Galilæa. *Sedul.* l. 4. v. 82. Jamque Capharnææ synagogam intraverat urbis.

CAPĬDES, } V. *Capedo.*
CAPIDŬLA, }

CAPIDŬLUM, genus vestimenti, quo caput tegebatur. *Festus.* V. *Crepiculum.*

CAPĬENS, entis, *holding, containing,* qui capit, hoc est continet, capax. *Gell.* l. 4. c. 1. Homo est mortale animal, rationis et scientiæ capiens.

CAPILLACEUS, a, um, *like hair,* τριχώδης, capillo similis. *Plin.* l. 12. c. 25. Arbor tenui et capillacea coma. *Id.* l. 13. c. 25. Frutex capillaceo folio.

CAPILLĀGO, aginis, f. *hair,* capilli coma. *Tertull. de anim.* c. 51. Pro cerebri ubertate vel affluit capillago, vel deserit.

CAPĬLLAMENTUM, i, n. *the hair, a head of hair; a peruke; false hair,* τρίχωμα, capillorum complexus: quo nomine veniunt et supposititiæ comæ. *Tertull. de cultu femin.* c. 7. Adfigitis præterea nescio quas enormitates subtilium, et textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis, et operculum verticis, nunc in cervicem retro. *Sueton. in Calig.* c. 11. Ganeas, atque adulteria capillamento cælatus, et veste longa noctibus obibat. *Petron. in satyr.* c. 110. Decoro capillamento exornare aliquem. ¶ Dicitur etiam per similitudinem de tenuibus filis radicum, et foliorum, aliarumque rerum hujusmodi. *small fibres, strings, or threads about the roots of herbs. Plin.* l. 19. c. 6. Quæ rectam non habent radicem, statim plurimis nascuntur capillamentis. *Id.* l. 16. c. 10. Pinus folium habet capillamenti modo prætenue. *Id.* l. 27. c. 12. Capillamentis fimbriata radix. *Senec. sub fin.* ep. 86. Vitis capillamenta quoque, si fieri potest, colligenda sunt. *Plin.* l. 35. c. 15. Aluminis unum genus schiston appellant Græci, in capillamenta quædam canescentia dehiscens. *Id.* l. 37. c. 2. Capillamentum in crystallo rimæ simile. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 83. *Hard.* Setarum capillamenta in vesica hominum. Adde l. 13. c 15.

CAPILLĀRIS, re, adject. *relating to the hair, capillary,* ad capillum pertinens. *Capillaris arbor* apud *Fest.* eadem est quæ *capillata.* V. *Capillatus. Capillaris herba,* ab *Apulei. de herb.* c. 47 dicitur, quæ alio nomine *capillus Veneris* appellatur. V. *Adiantum.* ¶ *Capillare, is,* est unguentum capillis ungendis aptum. *oil to rub the hair with. Martial.* l. 3. epigr. 82. Et Cosmianis ipse fusus ampullis, Non erubescit murice aureo nobis Dividere mœchæ pauperis capillare.

CAPILLATĬO, onis, f. *hair,* τρίχωμα, capillamentum. *Paulin. Nolan.* ep. 23. *ad Sever.* c. 23. Tunc honori fuerit capillatio, cum, &c. ¶ Est etiam morbus vesicæ, cum ex ea una cum crassa urina fila quædam capilli similia egeruntur. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 5. c. 4. In vesica plurimæ passiones eveniunt, capillatio, debilitas, calculatio, &c. τριχίασις.

CAPILLATŪRA, æ, f. *the braiding of the hair,* τρίχωμα, capillamentum. *Tertul. de cult. femin.* c. 7. Frustra laboratis ornatæ videri; frustra peritissimos quosque structores capillaturæ adhibetis. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 1. Radere caput nunc pro capillatura, nunc contra capillaturam.

CAPILLĀTUS, a, um, *having long hair,* τριχωτὸς, capillos habens, comatus. *Cic. Agrar.* 2. c. 22. Adolescens bene capillatus. *with a fine head of hair. Id. ibid.* c. 5. Capillatior, quam ante, barbaque majore. *Juvenal.* sat. 5. v. 30. Ipse capillato diffusum consule potat. *h. e.* vinum vetustissimum, et eo tempore diffusum, quo Consules adhuc intonsi erant. Nam tonsores primum Romæ adhiberi cœpti sunt anno U. C. 454. testibus *Varron. sub fin.* l. 2. *R. R.* et *Plin.* l. 7. c. 59. ¶ Olim *capillata arbor* dicta est, ad quam capillus virginum Vestalium deferebatur, cum se tondebant, et Vestæ cultui mancipabant. *the tree on which the Vestal virgins hung up their hair in honour of the gods. Plin.* l. 16. c. 44. et *Festus.* ¶ *Capillati* etiam dicti sunt addicti sacris Matris Deum, et Bellonæ, quia capillum nutriebant, vel ut alii volunt, nigro vellere caput obtegebant in sacris peragendis. *Inscript.* apud *Gruter.* pag 308. n. 5. Dis M. L. Vettio Syntropho religioso a Matre Magna, capillato, &c. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 636. exsectos lacerat Bellona comatos. *Alard.* legendum putant *Comanos* a Comanis populis Cappadociæ, apud quos celebre fanum Bellonæ fuit. Repugnat cum aliis *Salmas. ad cap.* 4. *Tertull. de Pall.* ¶ Præterea capillata dicuntur ea, quæ subtilia, et tenuia capilli modo sunt. *capillary, resembling hairs, small, minute. Plin.* l. 19. c. 6. Radices capillatæ apio, malvæ. *Id.* l. 16. c. 24. Folia capillata pino, cedro.

CAPILLITĬUM, ii, n. *the hair of the head,* τρίχωμα, capillamentum, capillatura. *Cels.* l. 4. c. 2. Sub quo nomine (*capitis*) nunc significo eam partem, quæ capillitio tegitur. Pleriqu. omn. leg. *capillo,* aut *capillis. Apulei.* l. 2. *Metam.* Flavum, et inaffectatum capillitium.

CAPILLOR, aris, *to have or put forth hair,* capillos habeo, vel emitto, τριχιάω. *Plin.* l. 37. c. 11. Polytrichos in viridi capillatur, sed defluvia comarum facere dicitur.

CAPILLOR, oris, m. genus est augurii stativi, cum auspicato arbor capitur, et consecratur Jovis fulguri. Hæc *Serv. ad Æn.* 10. v. 423.

CAPILLŌSUS, a, um, *hairy, abounding in hair,* capillis abundans. *Cæl. Aurelian. Tard.* 5. c. 4. Plurimus mictus cum arenoso vel capilloso sedimine.

CAPILLŬLUS, li, m. diminut. a capillus. *In quodam*

carmine, quod quidam Corn. Gallo tribuunt. Pande puella, pande capillulos Flavos, lucentes, ut aurum nitidum.

CAPILLUS, i, m. *a hair, the hair of the head, hair*, θρίξ, capitis pilus. Adhibetur etiam in singulari numero ad significandam totam capitis comam. *Cic. in Pison.* c. 11. Erant illi compti capilli, et madentes cincinnorum fimbriæ. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 46. Composito et delibuto capillo per forum volitare. *Id. pro Sext.* c. 8. Capillus horridus. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 7. v. 11. Capilli digesti. *Horat.* l. 1. od. 12. v. 41. incompti. *Ovid. Her.* ep. 9. v. 63. hirsuti. et epist. 10. v. 137. demissi. *Plin.* l. 2. c. 78. Capillus vibratus. *Terent. Heaut.* 2. 3. 49. passus, prolixus, circum caput rejectus negligenter. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 14. Capillo promisso esse. *Nepos in Datam.* c. 3. longo esse. *Sueton. in Tiber.* c. 68. esse pone occipitium submissiore. *Id. in Aug.* c. 99. Comere capillum. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 7. v. 23. ornare. *Id.* l. 1. *de ar. am.* v. 505. ferro torquere. *Plin.* l. 16. c. 39. tondere. *Id.* l. 24. c. 15. *ad fin.* alere. *Id.* l. 29. c. 4. crispare. *Senec. in Hippol.* v. 319. Dare legem rudibus capillis. *Seneca alter in proœm.* l. 1. *controv.* frangere. *to crisp or curl.* [¶ Sic *Quintil.* l. 1. c. 6. *ad fin.* comam in gradus frangere.] *Fab. Pict.* apud *Gell.* l. 10. c. 15. depectere. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 29. pectine explicare. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 14. v. 1. medicare. *Id. de medicam. fac.* v. 19. positu variare. *Plaut. Rud.* 2. 3. 46. promittere. *Sueton. in Cæs.* c. 67. submittere. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 170. in nodum colligere. *Id.* 3. *Amor.* eleg. 9. v. 3. solvere. *Id. ibid.* eleg. 2. v. 75. turbare. *Id.* 2. *Amor.* eleg. 5. v. 45. laniare. *Id. Her.* ep. 3. v. 15. rumpere. et vers. 79. scindere. *Senec. epist. ult. ad fin.* vel effundere more Parthorum, vel Germanorum vincire nodo, vel, ut Scythæ solent, spargere. *Terent. Eun.* 4. 3. 4. Capillo aliquem conscindere. *h. e.* capillum alicui conscindere. *Id. ibid.* 5. 2. 2. Involare alicui in capillum. *Plin.* l. 8. c. 36. Capilli defluvium. *Plaut. Men.* 5. 2. 117. Capillo aliquem de curru deripere. *to tear down by the hair.* In vocativo casu *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 304. Torserit igne comam; torte capille place. [¶ *Capilli cedentes. h. e.* retro abeuntes, et refugi a fronte, ut in senescentibus et senibus. *Plin.* l. 3. epist. 6. Signum effingit senem stantem, rari et cedentes capilli, lata frons, contracta facies.] ¶ Dicitur etiam generatim de pilis humani corporis. *any other hair of the human body. Senec.* epist. 92. *sub fin.* Ex barba capillos detonsos negligimus. Adde *Cic.* 2. *Offic.* c. 7. *Auct. Priap.* carm. 45. et *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 18. ¶ Item de pilis animalium. *the hair of animals. Catull.* carm. 25. *ad Thall.* mollior cuniculi capillo. *Pers.* sat. 3. v. 10. bicolor positis membrana capillis. *Gell.* l. 12. c. 1. et *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 11. *a med.* Capillus hædi tenerior. *Colum.* l. 9. c. 10. Plenior quasi capillus in ventre regis apum. ¶ Item de tenuibus filis aliarum rerum capillo similibus. *the fibres or threads about the roots of herbs, flowers,* &c. *Plin.* l. 21. c. 6. Crocum pinguissimum, et brevis capilli. et cap. 18. *ad fin.* Capillus in rosa. *h. e.* lutea fila, et apices intra rosæ florem. ¶ *Capillus Veneris* nomen est herbæ, quæ capillaris dicitur. *Apulei. de herb.* c. 47. V. *Adiantum.* ¶ *Non.* c. 3. n. 53. neutrius etiam generis esse putat, allato *Plauti* exemplo in *Mostell.* 1. 3. 97. *Vide capillum satin' compositum sit commode.* Sed integer locus passim ita legitur: *Suo quique loco viden', capillus satis compositu' st commode?* ¶ Veteres singulari tantum numero hanc vocem usurparunt. Negat enim *Varr.* apud *Charis.* l. 1. pag. 80. *Putsch.* pluraliter dici debere. Sed usus postea contra obtinuit.

CAPĬO, is, cepi, captum, a. 3. *to take, take up, receive,* λαμβάνω, prehendo, accipio. Verbum est latissimi usus, tum proprie, tum translate. *Virg.* 3. *Georg.* v. 420. cape saxa manu, cape robora, pastor. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 9. Si hodie hercle fustem cepero, aut stimulum in manum. *Cic. Verr.* 3. c. 4. Probabo, C. Verrem contra leges pecuniam cepisse. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 7. Capere arma pro salute communi. *Liv.* l. 27. c. 18. locum castris. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 33. castra hostium. *Vatin. ad Cicer. Fam.* 5. ep. 10. Sex oppida vi oppugnando capere. et *ibid.* aliquem bello. *to take prisoner. Phædr.* l. 1. fab. 5. v. 5. cervum. *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 33. aves, pisces. *Liv.* l. 28. c. 39. vectigal ex agro alicujus. *Terent. Phorm.* 5. 3. 6. talenta bina ex prædiis. (Adde *Cicer. Parad.* 6. c. 3.) *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 36. portum. *to approach, gain, make. Phædr.* l. 3. fab. 16. v. 5. somnum. *Terent. Eun.* 2. 3. 76. cibum. *Propert.* l. 4. eleg. 9. v. 49. Mollis et hirsutum cepit mihi fascia pectus. *went round me, encircled me.* ¶ Speciatim capere dicebatur pontifex maximus, cum virginem sacris inter Vestales addicendam a paterna domo abducebat. Eam enim manu prehensam parentibus, veluti bello captam, eripiebat. *Gell.* l. 1. c. 12. In libro Fabii pictoris, quæ verba pontificem maximum dicere oporteat, cum virginem capit, scriptum est. Ea verba hæc sunt: Sacerdotem Vestalem, quæ sacra faciat, quæ jus siet sacerdotem Vestalem facere pro populo R. Quirit. uti quod optima lege fiat, ita te, amata, capio. Adde *Tacit. Ann.* 2. c. 86. et *Sueton. in Aug.* c. 31. ¶ Sed et flamines Diales, item pontifices, et augures *capi* dicebantur, teste eodem *Gell. ibid.* ubi affert exempla *L. Syllæ,* et *M. Catonis.* quibus adde *Liv.* l. 27. c. 8. ¶ *Capere tabernaculum,* V. *Tabernaculum.* ¶ Apud Jurisconsultos sæpe significat acquirere, et possidere aliquid ex testamento, donatione, aut legato. *to take possession. Hermogenian. Dig.* lib. 28. tit. 6. leg. 6. Ut ex bonis, quæ testatoris fuerant, amplius capere non possit. *Scævola* l. 22. tit. 3. leg. 27. Capere posse usque ad certum modum. *Juvenal.* sat. 1. v. 55. Si capiendi jus nullum uxori. *Caius* lib. 39. tit. 6. leg. 30. Mortis causa capere. *Jabolen.* lib. 49. tit. 14. leg. 42. Reddere fideicommissum non capienti. *h. e.* jus capiendi non habenti. ¶ Hinc *Ulpian. lib. ult. tit. pænult.* leg. 71. discrimen statuit inter *capere* et *accipere,* quod *capere* cum effectu intelligatur, *accipere* autem, etiam siquis non ita accepit, ut habeat: ideoque non videri quem capere, quod est restituturus. Quamquam ne ipsi quidem Jurisprudentes hanc differentiam perpetuo servant. ¶ Pro usucapere, et suum facere, legitur apud *Paul. Dig.* lib. 41. tit. 1. leg. 48. et alibi. ¶ Translate *Cic.* 2. *Verr. c. pænult.* Si patris vim, et acrimoniam ceperis, si avi prudentiam, si soceri constantiam. *take to yourself, assume. Id. Phil.* 3. c. 11. Aliquando patrium animum, virtutemque capiamus. *adopt. Id. Fam.* 11. ep. 16. Scite, et commode capere tempus adeundi ad aliquem. *Plaut. Pseud.* 4. 3. 6. occasionem. *to take, seize. Id. Aulul.* 4. 10. 68. numerum. *to reckon, calculate. Liv.* l. 3. c. 5. conatum. *to make an effort. Sueton. in Oth.* c. 6. cursum. *to put one's self in order for running. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 26. fugam. *to fly. Tacit.* 4. *Hist.* c. 3. et *Plin.* l. 8. c. 42. finem. *to put an end to, despatch. Terent. Andr.* 4. 2. 12. Capere sibi inimicos omnes homines. *to make enemies, render inimical. Id. Heaut.* 5. 2. 11. rationem. *to find out a way, adopt a method. Id. Eun.* 4. 5. 25. aliquid commodi ex re aliqua re. *Cic. Fam.* 1. ep. 9. *a med.* maximum fructum ex re aliqua. *Id. pro Planc.* c. 1. animo non mediocrem voluptatem. *Id. Attico,* l. 14. ep. 14. lætitiam justo interitu tyranni. *Id. pro Quint.* c. 31. misericordiam. *to be moved to compassion. Liv.* l. 33. c. 27. *sub fin.* metum. *to conceive, give way to. Terent. Heaut.* 2. 3. 25. conjecturam ex re aliqua. *to derive, draw. Id. Andr.* 4. 1. 27. exemplum de aliquo. *h. e.* imitari. *Id. Heaut.* 2. 3. 86. consilium. *Cicer. Phil.* 11. c. 2. documentum ex aliquo. *Sueton. in Aug.* c. 42. impetum alicujus rei faciendæ. *to be resolved. Tacit. Ann.* 3. c. 56. experimentum. ¶ Sæpe reciprocam constructionem habet. Dicimus enim: *cepi rem aliquam;* et *res aliqua cepit me. Cic. de Senec.* c. 15. *ad fin.* Capere desiderium ex filio. *to be grieved for the loss of his son. Terent. Hecyr.* 1. 2. 13. Cepit me desiderium alicujus rei. et *ibid.* 2. 1. 22. Cepit me odium tui. *Id. Phorm.* 2. 3. 23. Capere inimicitias graves in aliquem. *Plin.* l. 7. c. 24. Capere oblivionem alicujus rei. *to forget one's self. Cic.* 3. *Phil.* c. 4. Cepit nos oblivio servitutis. *Terent. Eun.* 3. 1. 14. et *Liv.* l. 27. c. 49. Cepit me satietas alicujus rei. *Plaut. Amph.* 1. 2. 10. Capere satietatem rei alicujus. ¶ Significat etiam eligere, assumere. *to choose, elect, select. Terent. Hecyr.* 4. 1. 22. Capere aliquem generum. *Id. Heaut.* 3. 1. 94. aliquem arbitrum. *Id. Eun.* 5. 2. 48. aliquem sibi patronum. *Id. Andr.* 1. 2. 21. aliquem magistrum ad aliquam rem. *Plaut. Merc.* 5. 3. 34. aliquem judicem de re aliqua. ¶ Item consequi, adipisci, *to obtain, reap, acquire, derive. Cic. de Amic.* c. 7. *in fin.* Capere maximam gloriam ob aliquam rem. *Nepos in Phoc.* c. 1. summos magistratus. *Id. in Attic.* c. 7. honores, aut divitias. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 8. opinionem virtutis. ¶ Item subire, ferre, pati. *to receive, undergo, sustain, suffer. Cic. Catil.* 1. c. 2. Ne quid respublica detrimenti capiat. *Liv.* l. 5. c. 20. Invidiam capere apud aliquem ex prodiga largitione. *Terent. Andr.* 4. 3. 4. laborem ex aliquo. *h. e.* propter aliquem. *Al. leg.* dolorem. *Id. Adelph.* 5. 4. 22. miseriam. ¶ Item continere, *to hold, contain,* χωρεῖν. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 17. Qui cum una domo jam capi non possint, in alias domos, tanquam in colonias, exeunt. *Terent. Heaut.* 2. 3. 13. Dii boni, quid turbæ est? ædes nostræ vix capient. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 14. Modica est; capit quadrantal. ¶ Sic *capere* dicimur, quæ in nostram naturam, mores, aut vires cadunt. *Curt.* l. 9. c. 3. Quidquid mortalitas capere poterat, implevimus. *could admit of. Id.* l. 7. c. 8. Concupiscis, quæ non capis. *Capitolin. in Vero, c. ult.* Nota est fabula, quam Marci vita non capit. *Paul. Dig.* lib. 40. tit. 12. leg. 15. Dummodo ejus ætatis sit, ut dolum capiat. ¶ Tribuitur et aliis rebus. *Plin.* l. 16. c. 40. Rimam, fissuramque non capit cedrus. *Id. ibid.* c. 16. Bruscum non capit magnitudinem mensarum. *h. e.* non adeo crescit, ut magnitudini mensarum sufficiat. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 4. leg. 19. Res non capit restitutionem, cum statum mutat. ¶ Translate *Cic. Phil.* 2. c. 44. *in fin.* Eam gloriam consecuti sunt, quæ vix cælo capi posse videtur. *Id. pro Mil.* c. 32. Capere ejus amentiam civitas, Italia, provinciæ, regna non poterant. *Id. Fam.* 2. ep. 6. Nulla est gratia, quam vel non capere animus meus in accipiendo, vel in remunerando cumulandoque illustrare possit. *Ovid. in eleg. de nuce,* v. 4. Non capit ira moram. *Prudent. in Apoth.* v. 154. *de Deo.* Nec capit humanis angoribus excruciari. *is not capable, is not liable or subject. Paulin. Nolan.* carm. 9. v. 22. Sed Domini carmen tellus aliena mereri Non capit. Sic *Tertull. de Pudic.* c. 1. *ad fin.* Crimina, quæ non capiunt indulgeri. *Sciopp. in not. ad Tertull.* legit *non capit indulgeri. h. e.* οὐκ ἐνδέχεται, fieri non potest, ut remittantur. Hac ratione usurpat etiam *in Apolog.* c. 17. *de habit. mul.* c. 2. et alibi. ¶ Præterea *capere* dicimur ea, quæ mente, cogitatione, et intelligentia comprehendere possumus. h. e. intelligere, percipere, *to take, comprehend, perceive, understand. Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 19. Mens, et intelligentia capit, quæ sit beata natura. *Id. pro Marcell.* c. 2. Quæ tam magna sunt, ut ea vix cujusquam mens, aut cogitatio capere possit. *Quintil.* l. 1. c. 1. Capere intellectum disciplinarum. *Liv.* l. 27. c. 5. Mente capere aliquid. ¶ Ponitur etiam pro allicere, ad se trahere, delectare, devincire, irretire, tum in bonam, tum in malam partem. *to allure, entice, attract, induce. Cic.* l. 3. *Offic.* c. 15. Inest in his aliquid probi, quod capit ignaros. *Id. pro Cluent.* c. 5. Animum adolescentis pellexit iis omnibus rebus, quibus ætas illa capi, ac deliniri potest. *Id. de Amic. c. pænult.* Animum advertant, ne callida assentatione capiantur. *Nepos in Alcib.* c. 9. Quem adeo cepit sua humanitate, ut eum nemo in amicitia antecederet. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 28. Hunc capit argenti splendor. *Ovid. Her.* ep. 4. v. 64. Me tua forma capit: capta parente soror. *makes me enamoured of you. Id.* 3. *de ar. Am.* v. 133. Munditiis capimur. *Tibull.* l. 3. eleg. 1. v. 7. Carmine formosæ, pretio capiuntur avaræ. *Quintilian.* l. 2. c. 5. Capi specie. *Lucret.* l. 1. v. 61. *de Deo.* Nec bene pro meritis capitur nec tangitur ira. *h. e.* flectitur, propitius, redditur, ut et *Non.* exponit c. 4. n. 56. ¶ Et pro decipere, fallere, *to deceive, cheat, wheedle. Cic.* 4. *Acad.* c. 20. *ad fin.* Sapientis vim maximam esse, cavere, ne capiatur, ne fallatur, videre. *Virg.* 2. *Æn.* v. 196. Capi dolis, lacrymisque coactis. ¶ Et pro coarguere, convincere. *to convict. Plaut. Amph.* 2. 2. 188. Tu si me impudicitiæ captas, non potes capere. ἁλίσκειν dicunt Græci eod. sensu. ¶ *Capi* pro impediri, veteri more; unde oculis captus, mente captus. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. *ad fin. de porcellis.* Cum creverunt, capiuntur sequi matrem. *h. e.* impediuntur, prohibentur. Vulgo legitur *cupiunt.* ¶ *Capsis* pro *cape si vis* usurpatum testantur *Cic. in Orat.* c. 45. et *Quintilian.* l. 1. c. 5. *ad fin.* (*al.* c. 9.) ¶ Sed et *capso, is, it,* pro *cepero, is, it,* antique dictum est. *Plaut. Rud.* 2. 1. 15. Nisi quid concharum capsimus, incœnati sumus profecto. *Id. Pseud.* 4. 3. 6. Si occasionem capsit. et *Bacch.* 4. 4. 60. Invadam extemplo in oppidum: si id capso, &c. Adde *Accium* apud *Non.* c. 8. n. 5.

CAPĬO, onis, f. *a taking possession,* actus capiendi. Vox est Jurisconsultorum, et fere conjungitur cum *usu,* et *pignoris,* ut *usucapio, pignoriscapio,* quæ V. suis locis. Reperitur tamen etiam sine his. *Paul. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 18. Consequi aliquid dominii capione. *Gell.* l. 7. c. 10. Per quod satis dilucet, hanc *capionem* posse dici, quasi hanc *captionem,* et in usu, et in pignore. ¶ Pro usucapione, *a taking possession for a long period, Paul. Dig.* lib. 41. tit. 1. leg. 48. Perseverat per longum tempus capio. *et infra.* Hoc enim ad jus, hoc est capionem, illud ad factum pertinet. Et *Jabolen. ibid.* tit. 3. leg. 21. An durare nihilominus capionem ejus fundi putes? *Id. ibid.* tit. 5. leg. 4. *extr.* Ceterarum partium non impedietur longa possessione capio.

CAPIS, idis, V. *Capedo.*

CAPISSO, V. *Capesso.*

CAPISTERĬUM, ii, n. *Colum.* l. 2. c. 9. Cum amplior messis provenerit, quidquid exteretur, capisterio expurgandum erit, et semper, quod propter magnitudinem ac pondus in imo subsederit, ad semen reservandum. ¶ Quidam Lexicographi exponunt cribrum ad cernendum. *a cribble or sieve to cleanse corn with.* Sed ex *Columellæ* verbis satis apparet, esse alveum, seu vas, in quod infusa aqua frumenti grana immittuntur, et purgantur. Est autem a σκάφη, quæ vox inter alia cavum vas significat: inde σκαφιστήριον, quod legitur in Gloss. Græcolat. *Aldhelmus* quoque *in carm. de laud. Virgin.* c. 19. *capisterium* ponit pro vase, quod a quadam nutrice fractum D. Benedictus mirabiliter restituit. *Salmus. in commentar. ad Capitolin. in Albino,* c. 5. notat, σκάφας, et σκαφιστήρια fuisse alveos, in quibus infantes calefiebant, et lavabantur, vel in quibus infantilia linteamina aqua purgabantur. Quidam mallent scribere *scaphisterium.* Editio *Columellæ* A. 1472. apud *Jenson.* habet *caphisterium.*

CAPISTRĀTUS, a, um, *tied with a halter, muzzled, haltered,* capistro vinctus. *Ovid. Her.* ep. 2. v. 80. Inque capistratis tigribus alta sedes. *Sidon.* carm. 22. v. 23. Evan Vite capistratas cogebat ad esseda tigres.

CAPISTRO, as, a. 1. *to muzzle, fasten with a headstall or halter,* ἐμφορβιόω, φιμόω, κημόω, capistrum impono. *Plin.* l. 18. c. 19. Fiscellis capistrari boves oportet. *Colum.* l. 6. c. 19. Capistrare jumenta ad jugum. ¶ *Capistrare* præterea est vites, aut arbores vinculis alligare. *to tie vines, and other trees, to a stake or prop. Colum.* l. 11. c. 2. *sub fin.* Ut juga vineis imponantur, et capistrentur.

CAPISTRUM, i, n. *a halter or head-stall for horses, a muzzle for oxen,* &c. φορβειὰ, κημὸς, capitis vinculum, quod equis, et hujusmodi animalibus adhiberi solet. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 6. *ad fin.* Pullos asinorum leniter capistris habent vinctos. *Virg.* 3. *Georg.* v. 399. Præfigere ora capistris. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 125. Frenare ora capistris. ¶ *Capistra* etiam dicuntur vincula, quibus vites ligantur. *cords to tie up vines with. Colum.* l. 4. c. 20. Cum ad summum palum recta vitis extenta est, capistro constringitur. ¶ Sunt

etiam retinacula prelorum. *Cato R. R.* c. 12. In torculariúm quæ opus sunt, trocleas quinque, capistra quinque, assercula quinque, &c. ¶ Translate *Juvenal.* sat. 7. v. 43. Stulta maritali jam porrigis ora capistro. *the matrimonial noose.*

CAPĬTA MINERVA cognominata est a Romanis, eoque nomine culta mense Martio per quinque dies, quos *Quinquatria* appellabant. Causas hujus cognominis non unas affert *Ovid.* 3. *Fast.* v. 837. Alii leg. *Minerva Capta.*

CAPĬTAL, alis, n. *dictum per apocopen a Capitale,* κεφαλὶς, genus operimenti, quod capiti imponitur. *a covering for the head, a coif.* *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 29. Dictum capital a capite, quod sacerdotulæ in capite etiam nunc solent habere. *Festus* interpretatur linteum, quo in sacrificiis utebantur. ¶ Item facinus, quod pœna capitis lui debet. *a capital crime.* *Plaut. Men.* 1. 1. 16. Nunquam edepol fugiet, tametsi capital fecerit. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 175. Scimus capital esse, irascier. *Cic.* l. 2. *de legib.* c. 8. *in fi.* Quique non paruerit, capital esto. *Liv.* l. 24. c. 37. Præsidio decedere apud Romanos capital esse. *Justin.* l. 2. c. 7. Capital esse apud Athenienses cœpit, si quis, &c. Apud *Cicer. Liv.* et *Justin.* quidam leg. *capitale.*

CAPITĀLIS, e, adject. *relating to the head or life, capital,* κεφαλικὸς, ad caput seu vitam pertinens. *Gell.* l. 16. c. 13. Revalescere ex morbo capitali. *dangerous, deadly.* *Plaut. Trinum.* 4. 3. 81. Ego miser meis periculis sum per maria maxima vectus capitali periculo. ¶ Facinus, crimen, fraus, res capitalis dicitur, quæ capitis pœnam meretur. *a capital crime.* *Cic. Verr.* 4. c. 38. et 39. Aliquem rerum capitalium reum facere. et cap. 28. Accusatus rei capitalis. *Vetus poeta* apud *Cicer.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 6. Facinora capitalia facere. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 9. Fraudem capitalem admittere. *Tacit. Ann.* 3. c. 60. Suspecti criminum capitalium. ¶ *Inimicus capitalis,* qui ad necem usque persequitur. *one who persecutes even to death.* *Plaut. Pœn.* 4. 2. 57. Scin' tu, herum tuum meo hero esse inimicum capitalem? *Cic. Catil.* 2. c. 2. Hostis tam capitalis. Sic *ira capitalis* apud *Horat.* l. 1. sat. 7. v. 13. et *odium capitale* apud *Cicer. de Amic.* c. 1. *deadly hatred.* ¶ *Triumviri capitales,* qui de rebus capitalibus inquirunt, et reos pœna capitis afficiunt. V. *Triumviri.* ¶ Capitalis pœna est, *the punishment of death.* *Sueton. in Cæs.* c. 48. Capitali pœna aliquem afficere. *Id. in Aug.* c. 24. Capitali animadversione punire. ¶ Dicitur etiam *capitalis pœna* damnatio ad metalla, et deportatio in insulam, ut *Callistrat.* docet *Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 28. ¶ *Capitalis causa, judicium capitale,* in quo de vita, aut exsilio, hoc est aquæ, et ignis interdictione agitur, ut apud *Paul. Dig.* lib. 48. tit. 1. leg. 2. legitur. *Apulei.* l. 9. *Metam.* Capitalem causam evadere. ¶ *Capitale esse* dicitur, quod vitæ amittendæ periculum creat. *done at the risk of losing one's life.* *Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 31. Cum Lacedæmoniis lex esset, hostias nisi ad sacrificium redemptor præbuisset, capitale esset. *Sueton. in Calig.* c. 24. Risisse, lavisse, cœnasse cum parentibus, capitale fuit. *Plin.* l. 12. c. 14. Digredi via capitale leges fecere. V. *Capital.* ¶ *Capitalia, ium,* sunt crimina capitalia. *Cic.* l. 3. *de legib.* c. 3. Vincula sontium servanto, capitalia vindicanto. ¶ *Capitalis homo* dicitur a *Cicerone* summe scelestus, percussor, et qui vitam hominum petit, vel petere paratus est. *Cic.* 3. *Offic.* c. 21. Capitalis Eteocles, vel potius Euripides, qui, &c. *Id. Phil.* 5. c. 12. Quidam septemvir capitalis homo. ¶ *Capitalis lucus,* teste *Festo* est, ubi si quid violatum est, capite violatoris expiatur. *Scalig.* autem non *lucus,* sed *locus* legi vult. ¶ Accipitur etiam *capitalis* generatim pro valde pernicioso. *hurtful, pernicious.* *Cic.* l. 2. *Offic.* c. 21. Capitalis oratio, et ad æquationem bonorum pertinens. *Id. Phil.* 4. c. 1. *ad fin.* Cum capitalem, et pestiferum Antonii reditum timeremus. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 13. *in fi.* Totius injustitiæ nulla est capitalior, quam eorum, qui tum, cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur. *Id. de senect.* c. 12. Nulla capitalior pestis, quam corporis voluptas, hominibus a natura data. ¶ Denique aliquando significat solertem, ingeniosum, *shrewd, cunning,* ut docet *Ovid.* 3. *Fast.* v. 839. *de Minerva Capita,* seu *Capta.* Nominis in dubio causa est: capitale vocamus Ingenium solers: ingeniosa dea est. *Trebell. Poll. in XXX. Tyran.* c. 10. Capitali etiam joco regna promeruit. Ita in antiqu. membranis, teste *Salmas.* et aliis. Vulgo legitur *militari.* Huc quidam trahunt et illud *Cicer. Q. Fr.* l. 2. ep. 13 *de Philisto historico Siculo.* Siculus ille capitalis, creber, acutus, brevis, pæne pusillus Thucydides. *Manut.* tamen exponit *gravis, et capita rerum attingens.* Plura hac de re *Muret. variar. lection.* l. 2. c. 5.

CAPITALĬTER, *capitally, mortally,* κεφαλικῶς. *Plin.* l. 1. ep. 5. Quam capitaliter me ipsum apud Centumviros lacessisset. *h. e.* usque ad periculum capitis. Sic capitaliter odisse, *Ammian.* l. 21. c. 16. (*al.* 32.) Capitaliter animadvertere, *Veget.* l. 2. c. 22. *de re milit.*

[* CAPITANĔUS, a, um, adject. præcipuus, principalis. *Auct. incert. rei agrar.* pag. 270. *Goes.* Quas litteras singulas in terminis invenies, quæ capitaneæ sunt, non fundorum, sed rationis terminum ostendunt.]

CAPITARĬUM ÆS, quod capi potest. Ita *Festus:* sed negat *Scalig. Festum* ita scripsisse, sed *Capitarium est quod caput est;* atque id significare, capitariam dici pecuniam, quæ caput est usuræ, et *sors* etiam dicitur, *the capital,* ἀρχαῖον. Ipse tamen mallet, capitarium æs esse, quod capite penditur. Duplex enim fuit tributi collatio, alia per capitationem, alia ex censu, ut idem *Fest.* docet in *Tributorum.*

CAPITATĬO, onis, f. *a tribute or tax paid by the head, a poll-tax,* ἐπικεφάλαιον, tributum, quod in singula capita, et viritim imponitur. *tributum capitis* ab *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 15. leg. 3. et *exactio capitum* a *Cic.* l. 3. *Fam.* ep. 8. appellatur. *Arcad.* lib. 50. tit. 4. *leg. ult. ad fin.* Neque ab annona, neque ab angariis, neque a capitatione (exceptis militibus, et veteranis) excusare se possunt. ¶ Dicitur etiam *capitatio,* quæ in singula animalium capita indicitur, ut videre est apud *Impp. Theodos. et Valentinian.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 20. *leg. ult.*

CAPITĀTUS, a, um, *that hath a head, that groweth into a head,* κεφαλωτὸς, qui habet caput, vel in caput late crescit. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *ad fin.* Cingulum circum collum cum clavulis capitatis canibus imponere. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 334. Natibu' natricem impressit crassam et capitatam. *Plin.* l. 19. c. 6. Cæpa capitata. *Id.* l. 20. c. 6. Porrum capitatum. *Id.* l. 24. c. 19. Herba thyrsi modo vestita, et capitata. ¶ *Capitata vinea* est, quæ non in brachia, sed in caput crescere sinitur, et robur crassitudinis accipit in stirpe: quod fit, cum juxta ipsam matrem usque ad corpus sarmentum detrahitur, una, aut altera tantummodo gemma relicta, quæ ipsi trunco adhæret. Huic opponitur *brachiata,* quæ in ramos spargitur. *Colum.* l. 5. c. 5.

CAPITECENSI, et Capite censi (alibi enim junctim, alibi divisim scriptum invenitur) erant, qui in plebe Romana nullo ære censebantur: a censione capitum, quod solis capitibus, idest, solis personis censerentur. *the meaner sort of people, who, in the assessments, were rated at nothing, but merely numbered as citizens.* Horum opera Romani in bello non utebantur, quod opes civium obsidum loco ducerent, metuerentque, ne infimæ sortis homines, qui nihil quod amittere possent, in urbe reliquissent, aut segniter pugnarent, aut facile spe lucri ad hostes deficerent. Differebant a Proletariis, qui Reipublicæ nihil præter prolem filiorum dabant in usum belli. *Gell.* l. 16. c. 10. Qui in plebe Romana pauperrimi erant, neque amplius quam mille quingentum æris in censum deferebant, proletarii appellati sunt, qui vero nullo, aut perquam parvo ære censebantur, capitecensi vocabantur. *Sallust. in Jug.* c. 91. Ipse interea milites scribere non more majorum, neque ex classibus, sed capite censos plerosque. V. *Gell. loc. cit.* et *Sigon. de antiq. Jure Civ. Rom.* l. 1. c. 4.

CAPITELLUM, i, n. *a little head, the head or leader of a plant,* κεφαλίδιον, parvum capitulum, vel crassior summitas cujuscumque rei. *Varr.* l. 7. *L. L. sub fin.* negat, hanc vocem in Latina consuetudine esse. Nihilominus reperitur apud *Plin.* l. 24. *c. ult.* Inde alii ramuli assurgunt sua capitella gerentes. Ita leg. in Vet. Editionib. 1470. et 1472. item in Aldina 1535. Elzeviriana 1637. et aliis. At omnium harum antiquissima A. 1469. habet *capitula;* quam sequutus est *Harduin.* quod et in MSS. suis se ita reperisse testatur. Adde *Apulei. de herb.* c. 60. et 72. ¶ In architectura est capitulum columnæ, *the capital or chapiter of a pillar.* *Coripp.* l. 4. v. 59. Buxea populeis aptans capitella columnis; Materiaque ipsa bases firmaverat imas. *Plin.* l. 36. c. 23. Columnis spiræ subditæ, et capitella addita. *Eadem in hoc est, quæ in superiori loco, lectionis varietas.*

CAPITĪNA, æ, f. *In testamento M. Grunii (de quo V. in Bubularius)* Donabo sutoribus setas, rixatoribus capitinas, surdis auriculas. *Lambecius* putat, *capitinas* significare capistra ad maxillas constringendas, vel ipsas maxillas.

CAPITĬUM, ii, n. *a woman's stomacher; a hood, capoch,* tegumentum est pectoris muliebre ita dictum, quod capit pectus, idest, ut antiqui dicebant, indutu comprehendit, ut *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 29. docet. *Non.* c. 14. *n. pænult.* interpretatur tegumentum capitis, sed male. *Varr. de vita pop. Rom.* apud *Non. ibid.* Neque id ab orbita matrumfamilias instituti, quod eæ pectore, ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant. *Laber.* apud *Gell.* l. 16. c. 7. Induis capitium tunicæ pictacium. *Ulpian.* lib. 34. *Dig.* tit. 2. leg. 24. Vestimenta muliebria stolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ. *Gell. loc. cit.* hanc vocem reponit inter eas, quas tanquam obsoletas, et ex sordidiore vulgi usu, in *Laberio* damnat. ¶ Dicitur etiam *capitium* superior tunicæ pars, quæ collum ambit. *the collar of a coat or other garment.* *Hieronym.* ep. 128. *ad Fabiol. de vestib. Sacerd.* Tunica talaris assutas habens manicas, et in superiori parte, qua collo induitur, aperta, quod vulgo capitium vocant, oris firmissimis ex se textis ne facile rumpatur.

CAPĬTO, onis, m. *that hath a large head,* μεγαλοκέφαλος, qui magnum habet caput. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 29. Redeo ad Deos. ecquos arbitramur nævum habere? ecquos silos, flaccos, frontones, capitones? ¶ Est etiam cognomen Romanum in gente Maria, quo qui primus appellatus est, insigni capitis magnitudine fuit. *In numo antiqu.* apud *Patin. de Famil. Rom.* C. Marius C. F. Capito. Et in gente Sestia, ut P. Sestius Q. F. Capito. *Fasti Capitol.* apud *Gruter.* pag. 289. ¶ Huc allusisse videtur *Plaut. Pers.* 1. 2. 8. ubi parasitis quibusdam *duris Capitonibus* cognomentum fuisse dicit. V. Interpretes. ¶ L. Atteius, vel Ateius Capito, scriptor vetus, pontificii juris valde peritus, affertur non uno loco a *Macrobio,* præsertim lib. 7. *Saturn.* c. 13. ubi longiusculum ex eo fragmentum recitat: item a *Festo, Nonio, Plinio, Gellio,* &c. ¶ Est etiam *Capito* piscis marinus, qui et Cephalus dicitur, a magnitudine capitis. *a kind of cod-fish, a pollard.* *Cato R. R.* c. 158. ¶ Item piscis fluviatilis, multis spinis ventrem septum habens. *Auson. in Mosell.* v. 85.

CAPITOLĪNUS, a, um, *relating to the Capitol, Capitoline,* Καπιτωλῖνος, ad Capitolium pertinens. *Cic. pro Rabir. perduell. in fi.* Clivus Capitolinus. *Id. pro Dom. c. pænult.* Jupiter Capitolinus. *Martial.* l. 11. epigr. 21. Capitolinus collis. *Id. ibid.* epigr. 48. Dapes Capitolinæ. *h. e.* epulum, quod Jovi pæbetur in lectisterniis. *Sueton. in Calig.* c. 7. Venus Capitolina. *h. e.* quæ templum habuit in Capitolio. *Juvenal.* sat. 6. v. 386. Capitolina quercus. *h. e.* corona querna, quæ dabatur victori in certaminibus Capitolinis, a Domitiano institutis in honorem Jovis Capitolini, ut est apud *Sueton. in ejus vita* cap. 4. ¶ De amphora Capitolina, V. *Amphora.* ¶ *Capitolinus* cognominatus est M. Manlius ob defensos ab arce Capitolii Gallos, teste *Aurel. Vict. de Vir. Illustr.* c. 24. quod confirmat *Plutarch. in Camillo.* Sunt tamen qui putant hoc cognomen in gente Manlia etiam ante Urbem a Gallis captam fuisse, ductumque esse ex eo, quod Manliorum quædam familia in Capitolio habitaverit. ¶ *Capitolina palmata,* cujus mentio fit a *Fl. Vopisco in Probo,* c. 7. erat toga palmata, quæ dabatur Consulibus ab Imperatore, et de Capitolio accipiebatur: unde ratio nominis. *Capitolin. in Gord.* c. 4. V. *Salmas. in commentar. ad Vopisc. in Carino,* c. 20. ¶ *Capitolini, orum,* fuerunt homines in Capitolio, atque arce habitantes, ex quibus M. Furius Camillus collegium constitui jussit ad edendos ludos (itidem *Capitolinos* dictos) in honorem Jovis Capitolini, ob servatam a Gallis arcem Capitolii, ut *Liv.* l. 5. c. 50. narrat. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 5. M. Furium Flaccum, hominem nequam, Capitolini, et Mercuriales de Collegio ejecerunt.

CAPITOLĪNUS, i. Julius Capitolinus unus ex sex scriptoribus, qui historiam Augustam, seu vitas Imperatorum Romanorum condiderunt, ab Hadriano usque ad Carinum. Reliqui sunt duo Ælii, Spartianus et Lampridius, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio, et Flavius Vopiscus. Hi omnes desinente sæculo Christi III. et ineunte IV. parvo annorum intervallo vixerunt. Stilo sunt pro illa ætate probabili, nec admodum inæquali.

CAPITOLĬUM, i, n. *the Capitol,* Καπιτώλιον, unus ex septem Romæ collibus, in quo fuit arx Urbis, et templum Jovis Capitolini, totius Reipublicæ præsidis. Antiquitus dictus est *Saturnius mons,* et ab eo late *Saturniam terram* appellavere. Deinde *Tarpeius* a virgine Tarpeia, filia Sp. Tarpeii ejus arcis custodis, quæ eam Sabinis prodidit, et ibi necata ab iisdem fuit. Denique L. Tarquinio Superbo regnante *Capitolium* appellari cœpit, et *Clivus Capitolinus,* quia cum Rex Jovi templum ædificaret, caput humanum integra facie aperientibus fundamenta dicitur apparuisse; quæ visa species haud per ambages arcem eam imperii, caputque rerum fore portendebat. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 7. *Liv.* l. 1. c. 11. et 55. ¶ Sunt, qui ex eo derivant, quod caput illud humanum fuerit cujusdam *Toli,* seu *Oli,* seu *Auli Vulcentani,* qui eo loco sepultus fuisset. Ita *Serv. ad Virg. Æn.* 8. v. 345. et *Arnob.* l. 6. pag. 194. ubi plures hujus rei teste, citat. Sed *Voss. in Etymol.* in *Medius,* et *Territorium* illud *tolium* censet meram esse vocis productionem nihil significantem. *Virg. Æn.* 9. v. 448. Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum Accolet. ¶ *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. *sub fin.* memorat *Capitolium vetus,* antiquius altero illo, de quo hactenus dictum est, in quo fuit sacellum Jovis, Junonis, et Minervæ. *Pub. Victor* fuisse dicit in regione Urbis sexta prope templum Floræ. Alterum enim fuit in regione octava. Sed *Capitolium vetus* tunc solum ita appellari cœptum est, cum in monte Tarpeio humanum caput est repertum, et novo Capitolio nomen dedit. *Martial.* l. 7. epigr. 72. ubi *novum* et *veterem Jovem* nominat, de utroque Capitolio intelligendus est. ¶ Poetæ etiam in plurali num. usurpant. *Virg. loc. cit.* Hinc ad Tarpeiam sedem, et Capitolia ducit. *Ovid.* l. 3. *de ar. am.* v. 115. Aspice, quæ nunc sunt Capitolia, quæque fuerunt. Adde *Propert.* l. 4. eleg. 4. v. 25. ¶ Aliarum quoque urbium magnifica templa, et arces *Capitolii* nomine appellantur. *Sueton. in Tiber.* c. 40. Cum Capuæ Capitolium, Nolæ templum Augusti dedicasset. *Vitruv.* l. 3. c. 2. Capitolium Pompeianum. *h. e.* quod fuit Pompeiis urbe Campaniæ, ut *Turneb.* l. 11. c. 2. putat. *Sidon.* carm. 123. v. 41. Salve, Narbo, potens salubritate. Delubris, capitoliis, monetis. Adde *Silium* l. 11. v. 267. *Sueton. de Grammat.* c. 9. et *Eumen. in Orat. de restaur. Schol.* c. 9. [¶ Veronæ etiam fuisse Capitolium apparet ex *Maffei. Mus. Veron.* pag. 107. ¶ Christiani scriptores Capitolia dixere omnia gentilium templa. *Prudent. contr. Symm.* l. 1. v. 632. Et quascumque solent Capitolia claudere larvas.]

CAPITULĀNI, V. vocem sequent.

[* CAPITULARĬA, orum, n. libri sive tabulæ, in quibus

populi capita, ejusque census descriptus erat, *books comprising a return of the population.* Inscriptio Romæ reperta atque edita in *Ephemer. Florent.* ann. 17[illegible] pag. 1[illegible]. atque etiam a *Mercat... de stil. Inscript. Latin.* pag. [illegible] T. Flavio Aug. lib. Euschemoni, qui fuit ab epistulis, item Procurator ad Capitularia Judæorum fecit Flavia Aphrodisia Patrono et Conjugi benemerenti. *Inscriptionem* hanc illustravit *Lamius.* Eo anno, quo Christus natus est, Augustus totius imperii descriptionem, et capitum exactionem indixit. Hæc ad Judæos quoque pertinuit; et sequentibus quoque annis, atque etiam sub Tiberio facta est. Euschemones igitur (homo Græcus, *called so from the comeliness of his person*) qui Augusti Libertus erat, eidemque ab epistolis, erat etiam Procurator a censibus Judæorum accipiendis, librosque seu tabulas, in quibus census isti descripti erant, curabat, dictus propterea Procurator ad Capitularia Judæorum, *the officer, or agent, appointed to collect the taxes imposed upon the Jewish nation.* Titulum posuit Flavia Aphrodisia, quæ illi primum in servitute, tum ab eo manumissa, ejus tandem uxor. V. *Procurator.* ¶ *Morcellus loc. cit.* opinatur, Titum Flavium Capitularia exegisse, tributum scilicet drachmarum duarum, quod, Vespasiani jussu, Judæi quotannis Capitolino Jovi pendere cogebantur, quemadmodum in templum Hierosolymorum undique antea mittebant; ut etiam apud *Cic. pro Flacc.* c. 28. videre est. Vox tamen hæc libros seu tabulas, de quibus diximus, certe significat, quocumque demum tempore hæc Judæorum capitum exactio indicta fuerit, et quæcumque ipsa fuerit. Hinc apud *Medii Ævi* Scriptores *Capitularium* et *Capitulare*; quibus vocibus idem liber significatur, et ad alia horum attributorum genera refertur.]

CAPITULARĬI, orum, *sub-collectors of taxes, under-tax-gatherers,* in *Cod.* lib. 12. tit. 29. leg. 2. appellantur, qui adjutores sunt arcarum præpositis, et Tabulariis, hoc est exactores capitum, seu rationum publicarum. Horum mentio fit etiam a *Cassiod.* l. 10. *Variar.* ep. 28. ubi dicuntur *capitularii horreariorum, et tabernariorum,* hoc est qui exigunt quidquid ab horreariis, et tabernariis tributi nomine pendi debet: item a *Symmacho* l. 9. ep. 10. ubi plerique leg. *capitulani* eod. sensu.

CAPITULARĬUS, a, um, adject. ut *Capitularia functio,* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 16. leg. 14. V. *Capitulum.*

CAPITULĀTĬM, adverb. *by heads, summarily,* summatim, per capita, κεφαλαιωδῶς. *Nepos in Cat. c. ult.* Atque hæc omnia capitulatim sunt dicta. *Plin.* l. 2. c. 12. Breviter et capitulatim attingere aliquid.

CAPITULĀTUS, a, um, *having a head, formed like a head, jutting forth, knotted,* capitulum habens, capitatus. *Cels.* l. 8. c. 1. Costæ primis partibus rotundæ, et leniter quasi capitulatæ. *Plin.* l. 17. c. 21. Surculus capitulatus.

CAPITULENSES, ium, populi Latii, in finibus Hernicorum, supra Præneste. *Paul. Dig.* lib. 50. tit. 15. *leg. ult.* ¶ Eorum oppidum fuit *Capitulum,* seu *Capitolum, Straboni* lib. 5. Καπίτουλον, cujus meminit *Plin.* l. 5. c. 7.

CAPITŬLUM, i, n. *a little head,* κεφάλιον, κεφαλίδιον, parvum caput. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 14. Ubi quid surripuere, operto capitulo calidum bibunt. *Cels.* l. 2. c. 22. Capitulum hædi. *Colum.* l. 11. c. 3. Capitulum cæpæ. *Plin.* l. 25. c. 5. Herba quadrato caule, capitulis marrubii. *Cels.* l. 6. c. 18. sect. 9. Ora venarum tanquam capitulis quibusdam turgentia. ¶ Adhibetur etiam in blanditiis. *Terent. Eun.* 3. 3. 25. O capitulum lepidissimum! *most charming creature!* ¶ Pro homine *Plaut. Asin.* 2. 4. 89. Scribam huic te capitulo hodie factum satis pro injuria. ¶ In architectura est pars superior columnæ, *the capital or chapiter of a column,* ἐπίκρανον. *Vitruv.* l. 4. c. 1. Columnæ Corinthiæ, præter capitula, omnes symmetrias habent, uti Ionicæ, sed capitulorum altitudines efficiunt eas pro rata excelsiores, et graciliores. Adde *Plin.* l. 36. c. 23. ¶ In balistis, et catapultis *capitula* sunt trabes transversariæ, in quibus fiunt foramina, per quæ trajiciuntur nervi ad distinenda brachia machinarum. *Vitruv.* l. 1. c. 1. et l. 10. c. 15. 17. et 18. et *Bald. in Lex. Vitruv.* ¶ Præterea *capitulum* dicitur a *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. appendicula lignea rotunda tabulæ quadratæ litterariæ impacta, et perforata, ut sit unde suspendi possit. *Scalig. in not. ad Varron. de re Rust.* ¶ Item capitium, ab eod. teste *Non.* c. 14. n. 37. ¶ Sumitur etiam pro brevi divisione, et sectione in libris, *a chapter, head, section. Tertullian. adver. Jud.* c. 9. *de Idololatr.* c. 19. et lib. 2. *ad Uxor.* c. 2. itemque *D. Hieronym.* [illegible] cap. 22. *Hierem.* et *in* cap. 47. *Ezech. sub fin.* Quidam addunt etiam locum *Cicer.* l. 1. *de Legib.* c. 7. Te primum capitulum libri optimi prodidisse. sed plerique omnes leg. *caput.* ¶ Pro lege, seu legis parte usurpat *Justinian. in Cod.* lib. 5. tit. 37. *leg. ult.* ¶ Denique sequiori ævo ita appellatum est genus quoddam præstationis, seu functionis, quæ inter sordida munera enumeratur in *Cod. Theodos.* lib. 11. tit. 16. leg. 15. et 18. et cum temonaria conjungitur. Eadem dicitur etiam *functio Capitularia,* ut supra dictum est. Eam qui præstare debebant, tenebantur tyronem supplendo exercitui præbere, vel pro eo, æstimatione facta, pecuniam solvere. Alia etiam onera habuit, de quibus V. *Brisson. de verb. signific. Du Fresne in Glossar.* et *Gothofred. ad Cod. Theodos.* V. etiam vocem sequent.

CAPĪTUM, seu Capetum, i, n. *food for cattle, fodder,* καπίτιον, pabulum jumentorum: a κάπη, præsepe. *Hesych.* Καπίτιον, παραβληθὲν ἄλογον. *Aurelian. Imp. in quadam epist.* apud *Vopisc. in ejus vita,* c. 7. Equum sagmarium suum deficiet, capitum animalis non vendat. Al. aliter leg. V. *Salmas. ad hunc locum.* [*Ammian. Marcellin.* lib. 22. c. 4. Totidemque pabula jumentorum (quæ vulgo dictitant capita) et annuum stipendium grave. *h. e.* quod nunc nostri milites vocant *rations. Cod. Theod.* l. 7. tit. 4. leg. 7. Milites capitum petere jussimus. *Ibid.* leg. 15. Species capitum, annonarumve ex horreis proferantur. *h. e.* capitum pro capitorum.]

CAPLATOR, V. *Capulator.*

CAPNIAS, æ, m. *a kind of jasper,* καπνίας, gemma est ex iaspidum genere, veluti fumo infecta: a κάπνος, fumus. *Plin.* l. 37. c. 9. ¶ Eadem *ibid.* c. 10. vocatur *Capnitis.* ¶ Est et alia ex genere chrysolithorum, *Capnia* nomine dicta. *Id. ibid.* c. 9.

CAPNĪTIS, itidis, f. *a thin flake of brass adhering to the sides of a furnace,* καπνῖτις, cadmiæ species tenuissima, quæ e fornacibus flamma, atque flatu egesta cameris, lateribusque fornacum adhæret: a καπνία, fuligo. *Plin.* l. 34. c. 10.

CAPNĪTIS, vel Capnites, æ, m. καπνίτης, gemma eadem, quæ Capnias. *Plin.* l. 37. c. 10.

CAPNOS, i, f. *the herb fumitory,* καπνὸς, herba est, alio nomine pes gallinaceus, nascens in parietinis, et sepibus, ramis tenuissimis, et sparsis, flore purpureo, viridis: succus ejus caligines discutit oculorum. *Plin.* l. 25. c. 13. qui eam vocat *Capnon primam.* Est enim altera similis nomine, et effectu, fruticosa, prætenera, foliis coriandri, cineracei coloris, flore purpureo. *Id. ibid.*

CAPNUMARGOS, V. *Acaunumarga.*

CAPO, anis, et Capus, i, m. *a capon,* ἀλεκτρυὼν, ἐκτομίας; gallus gallinaceus castratus. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. *in fi.* Equi demptis testiculis canterii appellati, ut in suibus majales, in gallis gallinaceis capi. *Id. ibid.* l. 3. c. 9. Capi semimares. (Adde *Colum.* l. 8. c. 2.) *Martial.* l. 3. epigr. 58. Coacti non amare capones. *Pallad.* l. 12. tit. 1. Faba macerata sanguine caponis.

CAPA, κάππα, decima Græcorum littera, tertia Latinorum, de qua diximus initio hujus litteræ. [*Auson.* edyll. 12. *de litt. monosyll. Græc. et Lat.* v. 26. Cappa fui quondam Bœotia, nunc Latium K.] ¶ *Cappæ* equi marini, apud *Fest.* V. *Campe.*

CAPPADOCĬA, æ, f. [† hod. *Tocat,*] Καππαδοκία, regio Asiæ minoris, habens a Septemtrione Pontum Euxinum, ab Occidente Galatiam, a Meridie Ciliciam, ab Oriente Armeniam. Nomen ei dedit *Cappadox* parvus in ea fluvius. *Plin.* l. 6. c. 3. *Cic. Fam.* 15. ep. 2.

CAPPADOCĬUS, a, um, *Cappadocian,* ad Cappadociam pertinens. *Plin.* l. 21. c. 9. Cappadocia zizipha. *Colum.* l. 11. c. 3. Lactuca Cappadocia. V. vocem sequent. ¶ *Cappadocia gemma* in Phrygia quidem nascitur, ebori similis, ut est apud *Plin.* l. 37. c. 10. sed quia in Cappadocum officinis poliri solebat, et inde Romam advehi, Cappadocia appellata est. *Harduin. ibid.*

CAPPADŎCUS, a, um, *Cappadocian,* ad Cappadociam pertinens. *Colum.* l. 10. v. 184. Cappadoca gens. *Martial.* l. 10. epigr. 76. Nec de Cappadocis eques catastis. V. *Cappadox. Id.* l. 5. epigr. 79. Nec deerunt tibi, si soles προπίνειν, Viles Cappadocæ, gravesque porri. *h. e.* lactucæ e Cappadocia, quæ *Cappadocæ* dicuntur etiam a *Plin.* l. 19. c. 8. estque genus lactucæ pallido, et pexo, densoque folio virens, ut est apud *Colum.* l. 11. c. 3. et lib. 10. v. 184. et 191. ¶ *Sal Cappadocus* apud *Colum.* l. 6. c. 17. genus est nativi salis, quod e terra effoditur in Cappadocia, humore densato, cæditurque specularium lapidum modo, ut *Plin.* l. 31. c. 7. docet. *Id. ibid. a med.* In Cappadocia croceus effoditur, translucidus, et odoratissimus.

CAPPĂDOX, ocis, m. fluvius, qui Cappadociæ nomen dedit. *Plin.* l. 6. c. 3. ¶ Adjective *Cappadocian,* Καππάδοξ, ad Cappadociam pertinens. Dicitur aliquando de servis, quorum multi e Cappadocia Romam advehebantur, erantque, ut grandi corpore ita plerunque stupidioris ingenii. *Cic. post redit. in Senat.* c. 6. Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres. *Pers.* sat. 6. v. 77. Cappadocas rigida pingues plausisse catasta. ¶ *Cappadoces,* um, Cappadociæ populi, antea *Leucosyri* appellati, ut *Plin.* l. 6. c. 3. docet. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 39. Mancipiis locuples, eget æris Cappadocum rex.

CAPPĂRI, n, indeclin. et Cappar, is, n. et Cappăris, is, f. *a shrub bearing fruit called capers,* ἡ κάππαρις, frutex est firmioris ligni, fructum ferens vulgatum in cibis, et eodem nomine dictum. Est autem aculeatus, spinisque in hami modum aduncis, foliis rotundis, et mali cotoneæ similibus. Fructum fert instar olivæ, sed minutioris, qui cibi gratia sale conditur: sic et caulis. Ita *Dioscor.* l. 2. c. 204. Ejus varia genera recenset *Plin.* l. 13. c. 23. Rationem vero serendi *Colum.* l. 11. c. 3. *ad fin.* et *Pallad. in Septembr.* tit. 13. docent. *Plin. loc. cit.* Capparis firmioris ligni frutex. *Colum. loc. cit.* Capparis si serenda fuerit, siccum locum desiderabit. *Cels.* l. 4. c. 9. Multisque modis huic rei cappari aptum est. *Pallad.* l. 11. tit. 11. *ad fin.* Seruntur thymum, et origanum, et cappar mensis initio. *Martial.* l. 3. epigr. 77. Capparin, et putri cæpas alece natantes. Adde *Plaut. Curcul.* 1. 1. 90. *Varro* quoque *capparin* feminino genere dixit, teste *Charis.* l. 1. pag. 7[illegible]. *Putschii.*

CAPPĂRA, æ, f. *purslain,* herba eadem, quæ portulaca. *Apulei. de herb.* c. 103.

CAPRA, æ, f. *a she-goat,* αἴξ, αἰγὸς, animal notum, ita dictum, ut vult *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 19. et lib. 2. *R. R.* c. 3. quasi *carpa* a *carpendo.* Studiose enim de agrestibus fruticibus pascitur, atque in cultis locis virgulta carpit. *Cato* apud *Charis.* l. 1. pag. 79. *Putsch.* Et in Italia atras capras lacte album habere. *Cic. de Amic.* c. 17. Ut capras, et oves, quot quisque haberet, dicere posset; amicos quot haberet, non posset dicere. Plura de his V. apud *Varron. loc. cit. R. R. Colum.* l. 7. c. 6. *Plin.* l. 8. c. 50. ubi ex Muciano narrat duarum caprarum obviarum solertia in angusto transitu. V. *Proculcatus.* ¶ Apud *Virg. Æn.* 4. v. 152. *capræ feræ* sunt capreæ. Sed et absolute *capram* pro capra fera dixit *Apulei.* lib. 8. *Metam. post princip.* ¶ De fœtore sub alis hominum, qui et *caper* et *hircus* vocatur. *the smell issuing from under the arm-pits. Horat.* l. 1. ep. 5. v. 29. Sed nimis arcta premunt olidæ convivia capræ. ¶ Est etiam convicium in hirsutos. *Sueton. in Calig.* c. 50. Fuit fronte lata, et torva, capillo raro, ac circa verticem nullo; hirsutus cetera. Quare transeunte eo, quacumque de causa capram nominare, exitiale habebatur. V. *Capella.* ¶ Capram Æsculapio immolari solitam fuisse, diximus in *Æsculapius.* Sed et Ditis patris propriam hostiam esse, docet *Serv. ad Æn.* 7. v. 519. Narrat *Liv.* l. 45. c. 16. quinquaginta capris Romæ in foro sacrificatum fuisse jussu Decemvirum, ob id maxime, quod nuntiatum fuerat, sanguinem e foco cujusdam per triduum et duas noctes manasse. ¶ Est etiam hoc nomine cæleste sidus, V. *Amalthea. Horat.* l. 3. od. 7. v. 6. Insana Capræ sidera. ¶ Denique tradit *Senec.* l. 1. *nat. quæst.* c. 1. vocari *capras* ab Aristotele quasdam cælestium ignium species in cælo apparentes: sed ejus appellationis rationem ignorare se fatetur. *Lipsius* ita dici putat, vel quia barbulam præferunt capræ similem, vel quia saltant, et locum lascive mutant. V. *Aristot.* l. 1. *Meteor.* tex. 19. ¶ Fuit et *Capra* cognomen Romanum, ut *Annius Capra* apud *Varron.* l. 2. *R. R.* c. 1. ductum ex eo quod caprarum gregibus delectatus sit.

CAPRĀGO, aginis, f. *a kind of sow-thistle,* herba, alio nomine cicer columbinum, tithymali species: ita fortasse dicta, quod ea libenter capræ pascantur. *Apulei. de herb.* c. 108. ¶ Alia significatione V. in *Caprugineus.*

CAPRARIENSIS, e, adject. ut *Caprariense plumbum,* quod effoditur in Capraria insula prope Balearem majorem. *Plin.* l. 34. c. 17.

CAPRARĬUS, a, um, adject. *of a goat,* ad capras pertinens. *Solin.* c. 1. (al. 6.) Cum a matre locatus esset ad caprarios pastus. ¶ Caprarius, ii, *a goat-herd,* caprarum pastor, αἰπόλος, αἰγελάτης, *Varr. R. R.* l. 2. c. 3. *ad fin.* Caprarius, qui adduxit capellas ad urbem. Adde *Colum.* l. 3. c. 10. ¶ *Capraria insula* a multitudine caprarum appellata est, ut *Varr. loc. cit.* docet: sed ipse *Caprasiam* vocat. Eam *Plin.* l. 3. c. 6. in mari Ligustico ponit prope Corsicam. ¶ Est et alia prope Balearem majorem. *Id. ibid.* c. 5. *ad fin.* ¶ Item alia inter Fortunatas. *Id.* l. 6. c. 32. V. Geographos.

CAPRASĬA INSULA. V. in voce præced. ¶ *Caprasia* etiam dictum est unum ex ostiis Padi, ubi nunc *Porto di Magnavacca. Plin.* l. 3. c. 16.

CAPRĔA, æ, f. *a wild she-goat; a roe, deer,* αἴξ ἀγρία, δόρξ, capra fera miræ agilitatis, et pernicitatis, acutissima etiam oculorum acie præditæ, domesticæ capræ non una in re similis, ramosa habens cornua, ut *Plin.* l. 11. c. 37. docet; parva tamen, et innoxia venantibus. Sola enim fuga se defendit. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 372. imbelles capreæ. *Virg.* 2. *Georg.* v. 374. Silvestres uri, capreæque sequaces. *Id.* 10. *Æn.* v. 725. Caprea fugax. *Martial.* l. 13. epigr. 100. Pendentem summa capream de rupe videbis: Casuram speres: decipit illa canes. ¶ Apud *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 74. ubi docet, capreas fel non habere, notat *Harduin.* eo loco intelligi illud caprarum silvestrium genus, quod ab Aristotele πρόξ appellatur, et quidam Latine vertunt *damam;* sed reprehenduntur a *Salmas. in Solin.* pag. 224. ¶ Capreas inter et lupos perpetuum odium est. Hinc proverbio dicimus de re impossibili: *Jungentur capreæ lupis. Horat.* l. 1. od. 33. v. 8. ¶ Quidam putant, *capream* dici etiam partem vitis, ex qua prodit capreolus, ex illo *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 31. *a branch of a vine that puts forth tendrils.* Ex altera parte caprea dicta, quod parit capreolum: is est coliculus viteus intortus, &c. Sed *Scalig.* locum fœde interpolatum esse ait, veramque esse veterem lectionem: *Ex altera parte parit capreolum: is est coliculus,* &c. atque ita etiam *Auson. Popma* edidit. Alii priorem lectionem servant. ¶ *Caprea palus* (*Liv.* l. 1. c. 16. *Capræ palus*) fuit prope Romam, in qua cum esset Romulus, exercitum suum recensens, subita coorta tempestate, non comparuit, et in cælum ascendisse creditus est. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 491. ¶ Is locus postea dictus est *Caprilia,* teste *Festo.*

CAPRĔÆ, arum, f. [† nunc] *Capri,* insula est in mari Tyrrheno, Campaniæ adjacens, octo mill. pass. a Surrento distans, secessu Tiberii principis nobilis. Eam Teleboæ populi incoluerunt. Dicta autem creditur a quodam *Ca-*

preo, qui in illa regione potens opibus fuit, ut apud *Serv. ad Æn.* 7. v. 734. et 735. legitur. *Id. ad Æn.* 5. v. 864. etiam a Sirenibus aliquando habitatam fuisse tradit. Describitur a *Tacit. Ann.* 4. c. 67. V. etiam *Sueton. in Tiber.* c. 40. *et sequentib.*

CAPREENSIS, e, adject. ad Capreas insulam pertinens. *Sueton. in Tiber.* c. 43. Capreensis secessus.

CAPREĪDA, æ, f. herba est, quam contusam, et in vino veteri potam urinæ ciendæ prodesse, tradit *Cato R. R.* c. 122. Fortasse eadem est quæ *caprago*, aut *capraria*, quæ species sunt luctucæ marinæ apud *Apulei. de herb.* c. 108. Quod autem urinæ difficultatibus prosit omnis lactucæ succus, docet *Plin.* l. 20. c. 7. ¶ Alii putant, esse eandem, ac clymenon, seu periclymenon, quæ in officinis *caprifolium* dicitur, et urinæ ciendæ vim habet, teste *Plin.* l. 27. c. 12.

CAPREOLĀTIM, adverb. *winding about like the tendrils of vines. Apulei.* l. 11. *Metam.* Profert quosdam libros prænotatos nodosis, et in modum rotæ tortuosis, capreolatimque condensis apicibus. *h. e.* inter se implicatis instar capreolorum in vitibus.

CAPREŎLUS, li, m. *a young roebuck, a cheveril*, δορκάδιον, parvus caper silvestris. *Virg. Ecl.* 2. v. 40. Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti, Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo. *Colum.* l. 9. c. 1. Feræ pecudes, ut capreoli, damæque. ¶ Est etiam ferramentum rusticum bicorne, ad terram commovendam, *a forked instrument to dig with, a hoe*: dictum a similitudine cornuum capreolorum. *Colum.* l. 11. c. 3. *a med.* Vere deinde, priusquam cœperit germinare, capreolis, quod genus bicornis ferramenti est, terra commoveatur. ¶ *Capreoli* etiam dicuntur tigna in acclive assurgentia, proclinata, et obnixa, ad aliquid firmandum. Hujusmodi sunt, quæ in tectis domorum conspiciuntur, invicem incumbentia, vel hinc inde in trabem illam erectam, seu columellam, qua canteriorum pondus innititur: Anglorum alii *cross pieces of timber to hold fast larger beams and keep them together* appellant: nostri artifices *braces*: Græci συγκύπτας, *h. e.* simul iucumbentes: a similitudine horum animalium, cum adversis capitibus et cornibus assurgentes invicem incursant. Quare *luctantes* dicuntur ab *Isidoro* c. et l. 19. *Orig. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. *in descriptione musculi.* Duæ trabes in solo collocantur, inque eis columellæ defiguntur: has inter se capreolis molli fastigio conjungunt, &c. *Vitruv.* l. 4. c. 2. In contignationibus tigna, et axes: sub tectis columen in summo fastigio culminis, et transtra, et capreoli. Adde lib. 10. c. 15. ubi de catapultis, et scorpionibus agit: quorum capreolos exhibent figuræ apud *Lips.* l. 3. *Poliorc.* dial. 3. pag. 323. ¶ Denique in vitibus, et aliis plantis capreoli sunt coliculi intorti, et veluti cincinni, quibus teneriores ramuli, et flagella serpunt, et se adminiculis innectunt, *tendrils*, ἕλικες. Nomen habent ex eo, quod capreolorum inflexa cornua referunt. Hoc enim magis placet, quam quod *Varr. R. R.* l. 1. c. 31. et *Fest.* tradunt, a *capiendo* dictos esse. Dicuntur etiam *claviculæ. Plin.* l. 17. c. 23. Nova flagella, circumcisis undique capreolis, spargantur in tabulatis.

CAPRICORNUS, i, m. *Capricorn, one of the signs of the Zodiac*, αἰγόκερως, αἰγοκερεὺς, unum e duodecim signis Zodiaci, in quod cum sol ingreditur, hiemale solstitium, et dies brevissimos facit. Pingitur in cælo superiori parte capri pedibus anterioribus, pectore, capite, et cornibus; inferiori piscis longa, intortaque cauda, et in latum desinente. De eo ita fabulantur poetæ. Cum in Ægypto Dii convivium celebrarent, repentino adventu Typhonis, seu Typhoei Gigantis omnibus perterritis, alii se in alias formas transmutarunt, Pan inferiorem partem in effigiem piscis, superiorem in formam hirci commutavit, seque in flumen dejecit. Periculum ubi evaserunt, ingentes risus de Panis metamorphosi ediderunt. Jupiter vero admiratus ingenium, hanc figuram in cælum transtulisse fertur. Alii dicunt, hoc signum fingi dimidio capram referre propter capram Jovis nutricem; et capram scandentem, quia sol, ubi ad Capricorni sidus pervenerit, iterum ad nos scandit, ut est apud *Macrob. Saturn.* l. 1. c. 17. *ad fin.* dimidio vero piscem, quia copiosissimi eo tempore imbres cadunt. *Hygin.* fab. 196. et *Poet. Astronom.* l. 2. c. 28. V. *Ægipan. Cic. in Arat.* v. 58. gelidum valido de corpore frigus anhelans, Corpore semifero magno Capricornus in orbe. *Horat.* l. 2. od. 17. v. 20. tyrannus Hesperiæ Capricornus undæ. *h. e.* magnas in mari occidentali tempestates excitans.

CAPRIFICATĪO, onis, f. *a ripening of figs, by drawing off the milky juice from them by means of certain insects found about the fruit of the wild fig-tree*, ἐρινασμός, actus caprificandi, hoc est perficiendi, ut culices, seu vermiculi, qui e grossis caprifici gignuntur, ad alias ficus advolent, humoreque earum lacteo consumpto, ad maturitatem eas perducant. *Plin.* l. 15. c. 19. Quæ ratio pulvere, et caprificatione hoc quoque præstat, ne fici decidant. Adde lib. 17. c. 27. V. *Caprificus.*

CAPRIFICIĀLIS, le, adject. Legunt quidam apud *Plin.* l. 11. c. 15. *in fi.* sed corruptam lectionem recte e MSS. sanavit *Harduin.* et verbum sustulit.

CAPRIFĪCO, as, a. 1. *to ripen or force figs, by extracting the milky juice from them by means of certain flies, or gnats, found about the fruit of the wild fig-tree, and enticed from thence for that purpose*, ἐρινάζω, ἐρινόω, est culicibus e caprifico genitis ficubus aliis maturitatem afferre, quod fit, cum lacteum humorem in iis contentum absumunt. *Plin.* l. 16. c. 27. Fici caprificantur. *Pallad.* l. 7. c. 6. Mense Junio caprificandæ sunt arbores fici. V. *Caprificus.*

CAPRIFĪCUS, i, f. *a wild-fig*, ἐρινεὸς, ἐρινὸς, ficus e silvestri genere, cujus fructus (qui et ipsi *caprifici* dicuntur, ut videre est apud *Plin.* l. 16. c. 27.) nunquam maturescunt. Sed quod ipsa non habet, aliis tribuit. Parit enim culices, qui fraudati alimento in matre, quoniam tota intus post aliquod tempus computrescit, ad cognatam, nempe ad ficum sativam, volant, morsuque ficorum crebro, hoc est avidiore pastu aperientes ora earum, atque ita penetrantes, intus solem primo secum inducunt, cerealesque auras immittunt foribus adapertis: mox lacteum humorem, hoc est infantiam pomi absumunt, et brevi tempore ad maturitatem perducunt. Hinc reperta est ratio *caprificandi*, illatis aliunde caprificis, et inter domesticas ficus suspensis, ut ad eas advolare, et citius maturitatem afferre possint. *Plin.* l. 15. c. 19. *Colum.* l. 11. c. 2. et *Pallad. in Mart.* tit. 10. *de ficu.* ¶ Hujus autem *caprificationis* tempus est mense Junio circa solstitia, post imbrem, ut *Plin.* l. 17. c. 27. et *Pallad. loc. cit.* et *in Jun.* tit. 5. docent: quamquam et sub finem Julii fieri potest teste *Colum. loc. cit.* ¶ Hæc arbor enasci solet inter saxa, et parietes, easque, quamvis præduras, findit. Hinc *Horat.* epod. 5. v. 17. Caprifici erutæ sepulcris. *Martial.* l. 10. epigr. 2. Marmora Messalæ findit caprificus. Adde *Propert.* l. 4. eleg. 5. *in fi.* ¶ Translate *Pers.* sat. 1. v. 24. Quo didicisse? nisi hoc fermentum, et quæ semel intus Innata est, rupto jecore, exierit caprificus. *h. e.* scientia, quæ foras exit, seque ipsa patefacit. *vain-glory, pedantry, a foolish ostentation of useless learning.* ¶ De origine nominis multa Etymologi. V. *Voss.* Ludit in ea *Martial.* l. 4. epigr. 52. tanquam si a *capro*, vel *capra*, et *ficu* derivetur.

CAPRIGĔNUS, a, um, *of the goat kind, goatish*, αἰγογενής, ex capra genitus. *Pacuv.* et *Cornific.* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* c. 5. *ad fin.* et *Cic. in Prognost.* apud *Priscian.* l. 6. *sub init.* Caprigeni pecoris custos. ¶ In genitivo plurali *caprigenum* pro *caprigenorum*, vel potius pro *caprigenarum*. Constat enim ex analogia etiam *caprigena* dici posse in recto singulari, quemadmodum *alienigena, terrigena*, et sexcenta alia. Quamquam *caprigena* caret adhuc exemplis. *Accius* apud *Macrob. loc. cit.* Caprigenum trita ungulis. *h. e.* caprarum. ¶ Jocose *Plaut. Epid.* 1. 1. 16. Qui varie valent, caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus. Alludit *Plaut.* ad id quod ex vulgi opinione tradunt *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 3. et *Plin.* l. 8. c. 50. capras nunquam febri carere.

CAPRĪLE, is, n. *a stable, or cote, for goats*, stabulum caprarum, αἰγὼν, ἴωνος. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 3. Exigunt a grege hircos in caprilia. Adde *Vitruv.* l. 6. c. 9. *Plin.* l. 28. c. 10. et *Colum.* l. 7. c. 6. ¶ *Caprilia* locus prope Romam. V. in fine vocis *Caprea.*

CAPRILĬUS, ii, nomen proprium Romanum a *capris* ductum. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1.

CAPRIMULGUS, i, m. *a milker of goats, goat-herd; a sorry, insignificant fellow*, qui capras mulget. *Catull.* carm. 22. *ad Var.* tum bellus ille, et urbanus Suffenus, unus caprimulgus, aut fossor Rursus videtur. ¶ Est etiam hoc nomine avis quædam, *a kind of gull, which in the night-time sucks goats and injures their udders*, αἰγοθήλης, grandioris merulæ aspectu, interdiu visu carens, noctu videns: quo tempore intrat pastorum stabula, caprarumque uberibus advolans, lac emulget: qua injuria uber emoritur, caprisque cæcitas, quas ita mulsit, oboritur. *Plin.* l. 10. c. 40.

CAPRINĔUS dictus est per convicium Tiberius Imperator apud *Sueton.* c. 43. *in fi.* cum in secessu Capreensi variis infandarum libidinum flagitiis operam daret: fortasse a caprarum fœtore. Quamquam *Torrent.* et *Casaubon.* aliter legi mallent.

CAPRĪNUS, a, um, *of a goat*, αἴγειος, ad capram pertinens. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 29. Pellis caprina. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 3. Grex caprinus. *Id. ibid.* l. 1. c. 2. Caprinum genus. *Plin.* l. 28. c. 9. Caprinum lac. *Id. ibid.* c. 17. Sanguis caprinus. ¶ *Lana caprina* nullius pæne pretii est. Hinc proverbio dicitur de re frivola. *a thing of nought, trifle. Horat.* l. 1. ep. 18. v. 15. Alter rixatur de lana sæpe caprina. ¶ *Caprina, æ*, est caprina caro. *Valerian. Imp. in quadam epist.* apud *Vopisc. in Probo*, c. 4. Porcinæ pondo sex, caprinæ pondo decem. ¶ *Caprinum prœlium* inscripta fuit una ex Satyris *M. Varronis*, ex qua fragmenta aliquot afferuntur a *Non.* c. 4. n. 88. et 346. et alibi. Videtur autem in ea egisse de voluptate. Hac enim de re maxime capri, et hirci pugnant, pecus lascivum, et petulans: quæ sententia est *Turnebi* l. 24. *Adversar. c. ult.* et aliorum. Hinc apud *Non. cit.* n. 88. ubi legitur *Caprino prœlio* περὶ μέθης, corrigunt alii περὶ ἡδονῆς. Quam emendationem adhibent etiam *eod.* cap. 4. n. 186. ut videre est *in notis Gothofredi.*

CAPRĪPES, ĕdis, *having the feet of a goat, goat-footed*, τραγοβάμων, αἰγίπους, caprinos pedes habens: estque epithetum Panis, et Satyrorum. *Horat.* l. 2. od. 19. v. 4. Aures capripedum Satyrorum. *Propert.* l. 3. eleg. 15. v. 34. Panes capripedes. Adde *Lucret.* l. 4. v. 581.

[* CAPRISSO, as, n. 1. vocem caprinam imitor. *Anonym. Neveleti* fab. 29. v. 7. Sta procul, hædus ait, caprissas gutture falso. *Quidam* legunt *caprizas* eodem sensu.]

CAPRŌNÆ, et Caproneæ comæ dicuntur, quæ ante frontem sunt: quasi a capite pronæ, ut *Non.* c. 1. n. 81. interpretatur, προκόμιον. *forelocks. Lucil. ibid.* Aptari caput, atque comas fluitare capronas Altas, frontibus immissas, ut mos fuit illis. *Apulei. Florid.* n. 3. (*al.* l. 1.) *de Apolline.* Crines ejus præmulsis antiis, et promulsis capроneis anteventuli, et propenduli. In his *Apuleii* verbis illud videtur discrimen esse inter *antias*, et *caproneas*, quod illæ sint quæ a sincipite in frontem propendent; hæ quæ ex temporibus in malas. *Festus* docet, capronas dici equorum jubas in frontem devexas.

CAPROTĪNUS, a, um, adject. *Caprotinam Junonem* Veteres dixerunt, quod illi Nonis Juliis (quas itidem *Caprotinas* appellabant) sub caprifico sacra fierent ab ancillis simul, et liberis. Nam post Urbem captam, cum sedatus esset Gallicus tumultus, exhausta Rep. finitimi opportunitatem invadendi Romani Imperii aucupati, præfecerunt sibi Posthumium Livium, Fidenatium Dictatorem, qui Feciale ad Senatum misso, postulavit, ut si vellent, reliquias suæ Urbis non deleri, matres familias, et virgines omnes sibi dederentur. Cum Patres essent in ancipiti deliberatione, ancilla nomine Philotis, vel (ut alii malunt) Tutela, assumptis ceteris omnibus ancillis, matrum familias, virginumque habitu, nomine dominarum, ad hostes transiit, prosequentibus ceteris cum lacrymis ad rei fidem. Quæ cum a Livio in castris distributæ essent, viros plurimo vino provocaverunt, diem festum apud se simulantes: quibus somno obrutis, ex caprifico dato signo hostes trucidati sunt. Memor itaque populus Rom. accepti ab ancillis beneficii, omnes jussit manumitti, dotemque eis ex publico assignavit, diemque ipsum Nonas Caprotinas appellavit, ab illa caprifico, ex qua signum acceperant, sacrificiumque annuum Junoni Caprotinæ sub caprifico instituit, cui etiam lac, quod ex caprifico fluit, ad rei memoriam adhibebatur. Hæc *Macrob.* l. 1. *Saturnal.* c. 11. *post med.* narrat. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 3. Nonæ Caprotinæ, quod eo die in Latio Junoni Caprotinæ mulieres sacrificant, et sub caprifico faciunt, et e caprifico adhibent virgam. *Auson. in Eclogar. de Fer. Rom.* v. 9. Festa Caprotinis memorabo celebria nonis, Cum stola matronis dempta teget famulas.

CAPRUGINĔUS, vel Caprugīnus, a, um, *of a goat*, caprinus, αἴγειος. *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 9. Ficedulas, lumbos caprugineos, aprugnos, altilia, &c. Ita leg. *Salmas. in exercitat. Plin.* pag. 455. vel *capruginos*. Alii *lumbos, capragines, aprugnos*, &c. Et videntur *capragines* idem esse quod capreæ, quarum cibus in deliciis ciborum fuit, ut colligitur ex *Juvenal.* sat. 11. v. 142. Putant alii legendum *capras, oryges*, quod genus est feræ in lautitiis, et voluptatibus mensarum habitum, ut constat ex *Colum.* l. 9. c. 1. et *Juvenal. ibid.* v. 140.

CAPRUNCŬLUM, vas fictile. Ita *Festus.* Fortasse, inquit *Voss. in Etymol.* nomen ex eo habet, quod capri figuram referat. Fortasse etiam legendum *capunculus*, vel *capedunculus*, quod erit diminutivum a *Capedo.*

CAPSA, æ, f. *a coffer, chest, box; a satchel or bag to hold books, a book-case, writing-desk*, &c. κιβωτός, κάψα, arca, cista, scrinium, in quo libri, et tabulæ, et litteræ reponuntur. *Cic. Divin. in Verr.* c. 16. Mihi quam multis custodibus opus erit, si te semel ad meas capsas admisero! *Horat.* l. 1. ep. 1. *in fi.* Cum scriptore meo, capsa porrectus aperta Deferar in vicum vendentem tus, et odores. Adde lib. 1. sat. 4. v. 22. et sat. 10. v. 63. ¶ Aliis etiam usibus inservit. *Martial.* l. 11. epigr. 9. Poma quod hiberna maturescentia capsa. *Plin.* quoque l. 15. c. 17. et 19. ad servanda poma *capsas* adhiberi docet. *Vellei.* l. 1. c. 16. Quemadmodum clausa capsa, alioque septo diversi generis animalia, &c. *Salmas. in commentar. ad Vopisc. in Proculo*, c. 13. monet legendum *capso*, et *cupsum* significare vallum, septum, mandram, in qua includuntur animalia: a Græco καψὸς, quod *Hesych.* τοῖχον interpretatur, hoc est parietem. V. *Capsus.*

CAPSĂCES, æ, m. *an oil-glass or vial, an oil-cruet*, ὁ καψάκης, vas olearium, lecythus. Vox Græca, quam sumpsit *D. Hieronym.* ex versione LXX. *Interpr.* 3. *Reg.* 17. 12. et 14. eaque utitur epist. 10. *ad Fur. ad fin.* Farina seritur, et olei capsaces nascitur. et epist. 22. *ad Eustoch. de custod. virgin.* c. 14. Mirum in modum capsace completo, qui alendus venerat, alit.

[* CAPSARĬA, æ, f. ancilla, quæ in capsa servat res dominæ suæ. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 899. Asia Liviæ capsaria.]

CAPSARĬUS, ii, m. *a slave that accompanied boys of rank to school, carried their books*, &c. servus, qui pueris in ludum litterarium itantibus libros defert in capsa. *Sueton. in Ner.* c. 36. Constat quosdam cum pædagogis, et capsariis uno prandio pariter necatos. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 40. tit. 2. leg. 13. ¶ Item qui mercede servanda suscipit in balineis vestimenta lavantium, fortasse quia in capsis

ea includit, *one that took care of people's clothes, when they went into the bath*, ἱματιοφύλαξ. *Paul.* lib. 1. tit. 15. leg. 3. ubi adnotat *Haloander*, in multis libris atque etiam in Pandect. Florent. haberi *carpsarius*. *Torrentinus* tamen qui easdem Pandectas ad fidem Florentini codicis edere se profitetur, *capsarius* edidit. ¶ In *leg. ult.* tit. 6. lib. 50. ubi *Aurelius Arcad.* inter eos, qui, ob munerum graviorum conditionem, vacationem aliquam habent, enumerat *mensores, optionem, medicos, valetudinarios, capsarios, et artifices* &c. putant quidam capsarios esse, qui *capsas* faciunt. Sed cum ibi sermo sit de iis, qui in exercitu aliquam præbent operam, aliis placet esse eos, qui libros, et tabulas ad militarem rationem pertinentes, in capsis servant. Fuerunt enim et in castris sui librarii, qui in libros referebant rationes ad milites pertinentes, ut videre est tum in hac eadem lege, tum apud *Veget.* l. 2. *rei milit.* c. 7.

CAPSELLA, æ, f. *a small coffer*, κιβώτιον, parva capsula ad aliquid reponendum. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. Capsellæ, in quibus fructus componuntur. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 67. *Burman.* Scintilla de cervice sua capsellam detraxit aureolam; inde duo crotalia protulit. *a little box.*

CAPSENSIS, e, adject. ad Capsam pertinens, quæ est oppidum Africæ magnum atque valens, ultra Numidiam inter Bagradam et Tritonem amnes, magnis undique solitudinibus cinctum, de quo *Sallust. in Jug.* c. 94. ¶ Ejus incolæ *Capsenses* dicuntur ab *eodem ibid.* et cap. 47. a *Plinio* vero l. 5. c. 4. Capsitani.

CAPSIS, V. in fine verbi *Capio.*

CAPSITĀNUS, a, um, adject. ad Capsam oppidum pertinens. V. *Capsensis.* ¶ *Capsitani, orum*, sunt ejus oppidi incolæ. *Plin.* l. 5. c. 4.

CAPSO, V. in fine verbi *Capio.*

CAPSŬLA, æ, f. *a little coffer, chest, or box; a small case for books; a little satchel*, κιβώτιον, parva capsa ad libros, et chartas reponendas: item ad alios usus. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 36. Huc una ex multis capsula me sequitur. *Fab. Pict.* apud *Gell.* l. 10. c. 15. Capsula cum strue, atque ferto. *Plin.* l. 30. c. 11. *a med.* Stellionem inclusum capsulis subjiciunt capiti, et sub decessu febris emittunt. ¶ *Homo totus de capsula* dicitur, qui summopere munditiis studet, et in eo totus est, ut exquisito cultu compositus, ornatusque pareat. *a fine gentleman. Senec.* ep. 115. Nosti complures juvenes, barba, et coma nitidos, de capsula totos: nihil ab illis speraveris forte, nihil solidum. Simile est illud *ejusdem de tranquill. anim.* c. 1. Placet non in ambitionem cubile compositum, non ex arcula prolata vestis, &c.

[* CAPSŬLO, as, a. 1. in capsa claudo. *Campol. in Lithol.*]

CAPSUS, i, m. *the place in a chariot where the driver sits, the driver's seat or box*, in rheda est pars illa, in qua qui vectantur, sedent. *Vitruv.* l. 10. c. 14. Insuper ad capsum rhedæ loculamentum firmiter figatur, habens tympanum versatile, &c. *Isid.* l. 20. *Orig.* c. 12. docet, *capsum* esse carrucam undique contextam, quasi capsam. ¶ Est præterea *capsus* septum, vallum, locus sudibus, aliave re conclusus, in quo animalia continentur, *a stall, cote, or pen for cattle.* Legit hanc vocem *Salmas.* in *Vellei.* l. 1. c. 16. V. *Capsa.* Addit *idem ibid.* et *ad Capitolin. in Anton. Pio*, c. 12. et *in Procul.* c. 13. appellari etiam *capsos* cellulas illas in tabula lusoria lineis distinctas, in quibus ponuntur calculi, seu latrunculi. Sed nullum de hac significatione Latini scriptoris exemplum affert.

CAPTABUNDUS, V. *Cantabundus.*

CAPTATĒLA, æ, f. captio, prehensio. *Captatela pallii* est prehensio pallii, cum eo induimur, apud *Tertull. de pall.* c. 5. ut quidem legit *Salmas.* nam alii aliter.

CAPTATĬO, onis, f. *the act of catching or aiming at*, actus captandi. In re gladiatoria est ictus arte inflictus ad fallendum, *a feint in fencing. Quintil.* l. 5. c. 13. *ad fin.* Ut gladiatorum manus, quæ secundæ vocantur, fiunt et tertiæ, si prima ad evocandum adversarii ictum prolata erat; et quartæ, si geminata captatio est, ut bis cavere, bis repetere oportuerit. ¶ Translate *Cic. in partitionib.* c. 23. Nam et prudentiam malitia, *&c.* et illam disputandi prudentiam concertatio, captatioque verborum, et hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi imitatur. ¶ *Captatio testamenti* est callidum, et blandum aucupium alienas opes occupandi per testamenta eorum, qui sine heredibus sunt, *a will-hunting, legacy-hunting. Plin.* l. 20. c. 14. *ad fin.* Julium Vindicem assertorem illum a Nerone libertatis, captatione testamenti sic lenocinatum. *Id. in proœm.* l. 14. Postquam cœpere orbitas in auctoritate summa et potentia esse, captatio in quæstu fertilissimo, pessum iere vitæ pretia. ¶ Studiosa aucupatio. *Quintil.* l. 8. *c. ult. a med.* Jam in his amisimus modum, et gratiam rei nimia captatione consumpsimus.

CAPTĀTOR, oris, m. *one who endeavours to procure or gain any thing*, ἐφάπτωρ, qui studiose, et callide venatur, et ambit aliquid. *Liv.* l. 3. c. 33. Ut plebicola repente, omnisque auræ popularis captator evaderet. *Prudent. Peristeph.* 2. v. 17. Ac verba primum mollia Suadendo blande effuderat, Captator ut vitulum lupus Rapturus, adludit prius. ¶ Sæpe ponitur pro heredipeta, qui orbis senibus omni arte blanditur, omnique obsequio, et fœda etiam adulatione inservit, ut heres in eorum bonis scribatur, *a will-hunter, legacy-hunter. Horat.* l. 2. sat. 5. v. 57. Captatorque dabit risus Nasica Corano. *Petron. in Satyr.* c. 141. Captatores jam exhausti liberalitatem imminuerunt. *Juvenal.* sat. 10. v. 201. Usque adeo gravis uxori, natisque, sibique, Ut captatori moveat fastidia Cosso.

CAPTATORIUS, a, um, ad captanda testamenta pertinens. *Captatoriæ institutiones* dicuntur a *Papin. Dig.* lib. 28. tit. 5. leg. 68. et *Paulo* leg. 69. et 79. quibus ita aliquis heres instituitur, si vicissim alterum heredem instituat: ut si quis in testamento suo ita scribat: Qua ex parte me Titius heredem instituit, ex ea parte heres esto. Sic *captatoriæ scripturæ* apud *Caium* lib. 30. leg. 63.

CAPTĀTRIX, icis, f. *she that aims studiously at any thing*, quæ captat, et quærit aliquid. *Apulei.* l. 2. *de doctrin. Platon.* Rhetoricæ duæ sunt partes, quarum una est contemplatrix bonorum, justi tenax; alia vero adulandi scientia est, captatrix verisimilium.

CAPTĀTUS, a, um, nom. ex particip. *caught at, sought after. Ovid. Metam.* 4. v. 72. Inque vicem fuerat captatus anhelitus oris. *h. e.* datus invicem, et acceptus. *Id. Metam.* 11. v. 768. Hesperie sæpe captata. *h. e.* adamata, adsectata, petita. *Id.* l. 3. *Metam.* v. 279. Captatus sermo. *Id.* 3. *ex Pont.* eleg. 1. v. 129. Captatum tempus. *Quintil.* l. 9. c. 3. Vox non captata, sed velut oblata, *not sought after purposely.* V. *Capto.*

CAPTENSŬLA, æ, f. *a captious argument, sophism*, captiuncula, sophisma, captiosum argumentum. *Martian. Capel.* l. 4. *in fi. de Dialectica.* Dum ambage ficta præstruis sophismata, Captensulisque ludis illigantibus.

CAPTĬO, onis, f. *the act of taking*, λῆψις, actus capiendi, prehensio. *Gell.* l. 7. c. 10. Per quod satis dilucet, hanc capionem posse dici, quasi hanc captionem, et in usu, et in pignore. *Lactant. de opif. Dei*, c. 10. *post med.* odoris captio. ¶ Fere accipitur pro fallaci argumentatione, sophismate, argutia ad decipiendum facta, *a sophism, fetch, catch, quirk, cavil, fallacious argument*, ὑπαγωγή, ἀπάτημα. *Cic.* 4. *Acad.* c. 14. *sub fin.* Ne ab iis, quæ clara sunt ipsa per se se, quasi præstigiis quibusdam, et captionibus depellamur. et cap. 15. Discutere captiones. *Id.* l. 2. *de Divin.* c. 17. *ad fin.* explicare. *Id. de Fato*, c. 13. refellere. *Id. in Bruto*, c. 53. Multa est in verbis captio, cum in ceteris rebus, tum in testamentis, si negligantur voluntates. *Id.* 2. *de Fin.* c. 6. Captiones dialecticæ. *Gell.* l. 1. c. 2. Captionum laquei. *Senec.* epist. 45. *a med.* Idem de istis captionibus (*dialecticis*) dico. quo enim nomine potius sophismata appellem? ¶ Item pro fraude, deceptione, qua quis capitur, et jacturam rei suæ facit, *fraud, deceit, trick; risk of losing. Cic. pro Quint.* c. 16. Si dupondius tuus ageretur, Sex. Nævi; si in parvula re captionis aliquid vererere. *Plaut. Epid.* 2. 2. 112. Nihil in ea re captio est. *Caius Dig.* lib. 29. tit. 3. leg. 7. Sæpe cum magna captione a rebus nostris avocamur. *Ulpian.* lib. 4. tit. 1. leg. 1. Incidere in captionem. ¶ *Captioni esse*, fraudi esse. *Plaut. Mostell.* 3. 3. 19. Ne quid captioni mihi sit, si dederim tibi.

CAPTĬŌSE, adverb. *captiously, deceitfully*, cum captione, et fallacia, σοφιστικῶς. *Cic.* 4. *Acad.* c. 29. Nec diutius captiose interroganti respondebo.

CAPTĬŌSUS, a, um, *captious, full of craft and deceit, fallacious, given to cavils*, σοφιστικός, ἀπατηλός, ad capiendum, et fallendum aptus, dolosus, fallax. *Cic.* 4. *Acad.* c. 15. Fallacibus, et captiosis interrogationibus circumscribi, et decipi. et *paulo post.* Captiosissimo genere interrogationis uti. *Id. pro Rosc. Com. c. pænult.* Quo nihil captiosius, neque indignius potest dici. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. 7. Solvere captiosa, ambigua distinguere. ¶ De iis rebus, quæ cum fallacia damnum, jacturamque rei conjunctam habent. *Id. pro Rosc. Com.* c. 10. Societas captiosa. *Id. pro Cæcin.* c. 14. Periculosum est dissolvi hoc interdictum; captiosum est omnibus, rem ullam constitui ejusmodi, quæ cum armis gesta sit, rescindi jure non possit. *Ulpian. Dig.* lib. 42. *tit. ult.* leg. 6. Pupilli ignorantia non debet esse captiosa creditoribus, et ipsi lucrosa.

CAPTĬTO, as, avi, atum, a. 1. frequentativum a *capto as. Apulei de deo Socrat.* Ne quisquam arbitretur, omina eum vulgo loquentium captitasse. *Gell.* quoque l. 9. c. 6. hoc verbum agnoscit.

CAPTIVĀTOR, oris, m. αἰχμαλωτεύων, qui captivum facit. *Augustin.* ep. 199. *a med.* Tuos captivatores, et deprædatores putans.

CAPTIVĬTAS, atis, f. *captivity, loss of liberty, bondage, imprisonment, slavery*, servitus ejus, qui bello aut alia vi servire cogitur, αἰχμαλωσία, εἱργμός. Differt a servitute, quod captivus quis potest esse, qui non serviat; et servire aliquis ultro, nec tamen esse captivus. *Cic. in fragm. pro C. Cornel.* apud *Ascon.* Cum omnibus gentibus finem diuturnæ captivitatis, turpitudinis, et servitutis afferret. *Senec.* ep. 85. Describe captivitatem, verbera, catenas, egestatem. *Tacit.* l. 5. *Hist.* c. 21. Evadere periculum captivitatis. *Id.* 12. *Ann.* c. 51. Eximere aliquem contumeliis captivitatis. *Id. Ann.* 11. c. 23. Inferre alicui captivitatem. Adde *Justin.* l. 3. c. 5. et *Petron. in Satyr.* c. 113. ¶ Dicitur etiam de feris cum venatu capiuntur. *Plin.* l. 8. c. 37. *de herinaceis.* Ita terminum supremum opperientes, ut ferme ante captivitas occupet. ¶ *Tacit.* 3. *Hist.* c. 70. Captivitates urbium, *the taking of towns by storm.* ¶ Apud *Apulei. captivitas oculorum* est cæcitas; ex eo quod cæcus *captus oculis* dicitur. Sic enim ille lib. 1. *Metam.* Diffletis pæne ad extremam captivitatem oculis suis.

CAPTIUNCŬLA, æ, f. *a little quirk or cavil*, diminutivum a *captio. Cicer. Attic.* l. 15. ep. 7. Omnes captiunculas pertimescere. Adde *Gell.* l. 16. c. 2.

CAPTĪVO, as, a. 1. *to take prisoner, render captive*, αἰχμαλωτεύω, captivum facio. *Augustin.* l. 1. *de Civ. Dei*, c. 1. Captivandi cupiditas. Adde *in Psalm.* 63.

CAPTĪVUS, a, um. *captive, taken prisoner, deprived of liberty, enslaved*, αἰχμάλωτος, δεσμώτης, ληΐδιος, homo qui bello, aut alia ratione captus est, et in alterius potestatem redactus. *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 33. Plures captivos, quam prædones necatos. *captives. Id. Fam.* 5. ep. 11. Ducere aliquem captivum in triumpho. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 2. Redimere captivos ab hostibus. *prisoners. Nepos in Annib.* c. 7. Reddere, et remittere captivos. *Curt.* l. 5. c. 3. Captivos libertate donare. *to set at liberty. Claudian.* l. 2. *de rap. Proserp.* v. 264. Servitum Stygio ducor captiva tyranno. ¶ Differunt servus, et captivus. *Juvenal.* sat. 7. v. 201. Servis regna dabunt, captivis fata triumphos. V. *Captivitas.* ¶ De rebus ad captivos pertinentibus. *Virg.* 10. *Æn.* v. 510. Captivus sanguis. *Martial.* l. 11. epigr. 97. Captiva sitis. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 14. v. 45. Crines captivi. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 43. Captiva colla. ¶ Item de re quacumque bello capta. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 5. Naves captivæ. *taken in battle. Sallust. in epist. Mithrid. ad Arsac.* Ager captivus. *Liv.* l. 1. c. 53. Captiva pecunia. *Virg. Æn.* 2. v. 765. vestis. *Id. Æn.* 7. v. 184. Currus captivi. *Propert.* l. 2. eleg. 1. v. 32. *de Nilo.* Septem captivis debilis ibat aquis. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 193. Captivum ebur. *Plin.* l. 33. c. 1. Aurum ferro, captivisque rebus mutare. ¶ Item de animalibus venatu captis, *caught in the chase. Ovid. in Halieut.* v. 44. Muræna captiva. *Id. Metam.* 13. v. 932. captivi pisces. *Id.* 4. *Fast.* v. 705. captiva vulpes. *Plin.* l. 8. c. 25. Crocodilos captivos agere in terram. *Martial.* l. 10. epigr. 37. Mullus captivus. *Capitolin. in Maxim. jun.* c. 2. Ut non nisi aprugnam, anates, grues, et omnia captiva ederet. ¶ Ponitur etiam simpliciter pro vincto, *tied, bound. Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 587. Vix precibus, Neptune, tuis captiva resolvit Corpora. ¶ Translate *Id.* 1. *Amor.* eleg. 2. v. 30. Mens captiva.

CAPTO, as, avi, atum, a. 1. *to catch at, catch, strive to obtain, go in quest of, seek for solicitously*, λαμβάνω, ἐφίεμαι, idem quod *capio*, sive frequentativum sit, sive desiderativum. significat enim diligenter, aut frequenter capere: item capere velle, consectari, sollicite petere, quærere. *Horat.* epod. 2. v. 35. Pavidumque leporem, et advenam laqueo gruem Jucunda captat præmia. *Id.* l. 1. sat. 1. v. 68. Tantalus a labris sitiens fugientia captat Flumina. *Virg.* 1. *Georg.* v. 139. Captare feras laqueis. *Sueton. in Domit.* c. 3. muscas. *Virg.* 1. *Georg.* v. 376. auras patulis naribus. *Id. Ecl.* 1. v. 53. frigus opacum inter fontes. *to woo. Ovid. Her.* ep. 8. v. 93. colla lacertis. *Martial.* l. 12. epigr. 84. trigonem. *Colum.* l. 7. c. 10. somnos. ¶ In re gladiatoria *captare* est insidioso ictu adversarium petere. *Auct. Paneg. ad Pison.* v. 166. Arma tuis etiam si forte rotare lacertis, Inque gradu clausis libuit consistere membris, Et vitare simul, simul et captare petentem. V. *Captatio.* ¶ Translate *captare consilium cum aliquo* apud *Terent. Andr.* 1. 1. *in fi.* idem est, quod consilium cum aliquo consultando capere. *to take counsel.* ¶ Sæpissime significat studiose quærere, aucupari, sectari cupide, et diligenter. *Petron. in Satyr.* c. 3. Captare cœnas divitum. *to hunt after. Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 7. voluptatem. *to pursue. Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 4. nomen imperatorium. *to covet. Cic. in Pison.* c. 25. plausus. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 7. risus. *strive to produce laughter. Id.* 2. *Phil.* c. 34. misericordiam. *Plin. in Paneg.* c. 91. commendationem beneficiis suis ex difficultate. *Id. ibid.* c. 4. reverentiam terrore: et amorem humanitate. *Quintil.* l. 6. c. 1 favorem ex aliqua re. *to curry favour. Id.* l. 12. c. 3. *in fi.* auctoritatem contemptu ceterorum. *Id. in fi.* l. 11. elegantiam. *Sueton. in Vespas.* c. 21. momenta temporum ad aliquid agendum. *Cic. de Harusp. resp.* c. 25. et *Cels.* l. 3. c. 18. occasionem. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 23. adventum alicujus. *to wait his arrival anxiously. Liv.* l. 5. c. 6. tempestates, et anni tempus observare. *Id.* l. 38. c. 7. sonitum aure admota. *to listen attentively to. Terent. Phorm.* 5. 6. 30. sermonem alicujus. *to overhear. Cic.* 3. *Tuscul.* c. 26. solitudines. *to seek after solitude. Plin. in Paneg.* c. 48. tenebras, secretumque. ¶ Cum infinito, [† eodem fere sensu, quo *gestio*, *to desire, long*,] *Colum.* l. 8. c. 11. Agricola captans undique voluptates acquirere. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 58. Brachiaque intendens, prendique, et prendere captans. Al. leg. *ceptans. Phædr.* l. 4. fab. 7. v. 6. Quid me, inquit, stulta dente captas lædere? *try to hurt me.* et lib. 5. fab. 3. v. 2. Muscam captans opprimere. Adde *Auson. in Mosell.* v. 275. ¶ Interdum significat conari ad se allicere, et conciliare, quemadmodum et *capio*, *to entice, allure, induce. Cic.* l. 2.

de Invent. c. 52. est quiddam, quod sua vi nos alliciat ad se se, non emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate. ¶ De iis, qui senes orbos sectantur, et omni adulatione prosequuntur, (*legacy-hunters,*) ut eorum hereditates capiant. *Petron. in Satyr.* c. 116. Quoscumque in hac urbe videritis, scitote in duas partes esse divisos. Nam aut captantur, aut captant, &c. *Martial.* l. 6. epigr. 63. Scis te captari; scis hunc, qui captat, avarum: Et scis, qui captat, quid, Mariane, velit. Adde *Juvenal.* sat. 16. v. 56. et *Plin.* l. 2. *ep. ult.* V. *Captator.* Sic *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 23. captes astutus ubique Testamenta senum. ¶ Est etiam captiosis verbis illaqueare, et ligare conari, insidiari in sermone. *to catch, take up. Cic.* 4. *Acad.* c. 29. Quid enim ad illum, qui te captare vult, utrum tacentem irretiat te, an loquentem? *Plaut. Amph.* 1. 1. 269. Quid me captas carnufex? *Id. Men.* 4. 2. 83. Viden', uti scelestus captat? huic surrepta est, non tibi. *you see how captious he is?* Apud *eund. Amph.* 2. 2. 188. captare aliquem impudicitiæ, est convincere conari. ¶ *Captare cum aliquo* apud *eund. Mostell.* 5. 1. 21. est captiosis verbis, et callida, vafraque disputatione cum aliquo contendere, et captiose niti, ut decipiatur. Eadem loquendi forma *cavere cum aliquo* dixit *ibid.* 5. 2. 21. ¶ *Captare verba,* captiose interpretari. *Paul. Dig.* lib. 10. tit. 4. leg. 19. Non oportere jus civile calumniari, neque verba ejus captare, sed, qua mente quid diceretur, animadvertere. *use captiously.* ¶ Est etiam quacumque ratione conari decipere, *to inveigle, deceive. Terent. Hecyr.* 1. 1. 15. Injurium autem est ulcisci adversarios? Aut qua via te captent, eadem ipsos capi? *Liv.* l. 44. c. 24. *a med.* Dum inter se duo Reges captantes fraude, et avaritia certant. et *in fi. cap. sequent.* Ita nequicquam inter se captati, nihil præter infamiam movere. *h. e.* cum invicem captavissent.

CAPTOR, oris, m. qui capit, v. gr. feras. ληπτής. *Vetus Poeta* apud *Pithœum* pag. m. 129. Et satur escali vulnere captor obit.

CAPTRIX, icis, f. quæ captat. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 39. Injectiones clysterum sunt virium captrices. *h. e.* vires tentant, et debilitant.

CAPTŪRA, æ, f. *a catching, taking, the capture of any thing,* ἄγρευσις, ἄγρα, actus capiendi, venatio. *Plin.* l. 9. c. 19. Uberrima piscium captura. *large draught of fishes. Id.* l. 19. c. 1. alitum. *a fowling. Id.* l. 28. c. 8. pantheræ. ¶ Item ipsa præda, quæ capitur, *prey. Sueton. in Aug.* c. 25. *in fi.* Aurei hami abrupti damnum nulla captura pensari potest. *Plin.* l. 35. c. 10. Pinxit venatores cum captura. *game.* Adde lib. 10. c. 40. ¶ Præterea significat mercedem, quæ ex sordida opera ab aliquo capitur, *profit, gain, lucre, earnings, wages. Sueton. in Calig.* c. 40. Ex capturis prostitutarum, quantum quæque mereret. *Valer. Max.* l. 9. c. 4. Inhonesti lucri captura invitatus. *Id.* l. 3. c. 4. n. 4. Ali capturis sordidissimæ mercis. Adde *Senec.* l. 1. controv. 2. Huc pertinet illud *Plin.* l. 24. c. 1. Hinc nata medicina: hæc sola naturæ placuerat esse remedia, parata vulgo, inventu facilia. Postea fraudes hominum, et ingeniorum capturæ officinas invenere, &c. *h. e.* artes eorum, qui ingeniose quæstum ex quacumque re captant. ¶ Dicitur etiam *captura* id quod ostiatim quotidie capiunt mendici ad vitam tolerandam. *Senec. in excerpt. controv.* l. 10. declam. 4. Tibi quotidiana captura non constat: apparet te nondum satis miserum videri.

CAPTUS, us, m. *a taking, or seizing,* λῆψις, λαβή, actus capiendi, captio. *Plin.* l. 24. c. 10. Flos hederæ trium digitorum captu alvum emendat. *as much as can be taken by two fingers and a thumb; a pinch. Pompon. Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 8. Cum captus piscium, vel avium, vel missilium emitur. *Valer. Max. in fi.* c. 3. l. 3. Virtus in captu bonorum suorum tibi ipsi pondus examinandum relinquit. ¶ Item ingenium, natura, *capacity, talent, genius, ability; state, condition. Cic.* 2. *Tuscul.* c. *ult.* Græci homines non satis animosi, prudentes, ut est captus hominum, satis, hostem aspicere non possunt. *h. e.* quantum capit animus, ingenium, et natura Græcorum. *Terent. Adelph.* 3. 4. 34. Hic Geta, ut captus est servorum, non malus, neque iners. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 3. Ubiorum fuit civitas ampla atque florens, ut est captus Germanorum. *Gell* l. 1. c. 9. Non in omnes idem, sed aliud aliis tempus, pro æstimato captu solertiæ, statuebat. *h. e.* prout alium alio plus vel minus solertem judicabat. *Apulei.* l. 1. *Metam.* Ea putari mendacia, quæ supra captum cogitationis ardua videantur. *Id. in Apolog.* Ego certe pro captu meo dixerim, &c. *Vet. lap.* apud *Gruter.* pag. 1120. n. 7. Filiæ mansuetissimæ, et supra sexus sui captum et ætatem prudenti.

CAPTUS, a, um, *taken, seized, caught,* ληφθεὶς, nom. ex particip. a *capio,* prehensus. *Cic. Catil.* 3. c. 7. Belli duces captos, et comprehensos tenetis. *Liv.* l. 3. c. 1. Ager captus. *h. e.* bello occupatus. *Id. ibid.* c. 5. Conatus frustra capti. *Plaut. Stich.* 4. 1. *in. fi.* Captum consilium. *Petron. in Satyr.* c. 115. Opes fraudibus captæ. *acquired fraudulently.* Et *Liv.* l. 5. c. 20. pecunia capta ex hoste. *In epit. Livii* lib. 20. *extr.* ager de Gallis captus. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 234. Captus locus. *post taken. Heins.* legit *cœptus.* Sed *captus locus* dicitur etiam, qui est ad sacrificandum legitime constitutus, teste *Festo.* ¶ *Captæ pecuniæ* sunt, quas quis turpi de causa ab alio accepit, *a bribe taken,* v. gr. judex ob rem judicandam, magistratus vendendo honores, testis ob testimonium in judicio, et hujusmodi. *Cic. in Pison.* c. 16. Nondum commemoro rapinas, nondum exactas pecunias, non captas, non imperatas. *Id. pro Cluent.* c. 42. *extr.* Furti, et captarum pecuniarum nomine notare aliquem. ¶ Interdum ponitur pro captivo, *a prisoner, captive, slave. Virg. Æn.* 2. v. 75. quæ sit fiducia capto. *Terent. Heaut.* 3. 3. 47. Hanc esse captam ex Caria, ditem, nobilem. ¶ *Captus membro aliquo* dicitur, qui ejus usu caret, quemadmodum qui vinctus, et captivus est, caret usu motus, et libertatis. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 7. Scævola præpeditus morbo, mancus, et membris omnibus captus, ac debilis. *lame, maimed. Id.* 5. *Tuscul.* c. 40. Oculis, et auribus captus. *blind and deaf. Serv. ad Virg. Georg.* 1. v. 183. docet, *captum oculis* proprie dici eum, qui aliquando viderit; improprie autem *Virgilium* dixisse, *talpæ oculis capti,* cum ii cæci nascantur. ¶ Translate *Cic.* 4. *Acad.* c. 17. Mente captus. *mad, foolish, besides one's self. Senec. in Herc. Fur.* v. 107. Animo captus. *out of his mind.* Quidam leg. *animum:* qua ratione *Sil.* l. 5. v. 54. et lib. 9. v. 644. dixit *excussus mentem,* Græca constructione. ¶ Cum genitivo more itidem Græco, *Tacit.* 3. *Histor.* c. 73. Dux segnis, et veluti captus animi. ¶ Sæpe *captus* dicitur, qui aliqua re vehementer afficitur, delectatur, trahitur. *Terent. Andr.* 1. 1. 55. Egomet continuo mecum: certe captus est. *he is most assuredly enamoured of her.* Sic *Cic. pro Cluent.* c. 5. Captus amore. *Nepos in Attic.* c. 4. Captus humanitate, ac doctrina adolescentis. *Tacit. Ann.* 15. c. 52. Captus amœnitate loci. *Cic. in Hortens.* apud *Non.* c. 7. n. 101. Captus splendore virtutis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 47. Captus misericordia. *moved with compassion. Horat.* l. 2. od. 18. *ad fin.* Auro captus. *bribed with gold. Cic. Verr.* 6. c. 45. Captus oculis. *h. e.* videndo illectus. ¶ Item deceptus. *Vetus formula* apud *Cicer.* 3. *Offic.* c. 17. Ne propter te fidemve tuam captus, fraudatusve siem. *Id. Phil.* 12. c. 2. *ad fin.* Eodem captus errore, quo nos. ¶ Item verbis, seu argumentis captiosis irretitus. *Cic. in Hortens.* apud *Non.* c. 4. n. 57. Captum me fortasse putas, et id, quod nollem, confiteri coactum.

CAPUA, æ, f. [† nunc *S. Maria di Capua,*] Κάπυη, urbs clara olim belloque potens, ut quæ aliquando cum Romanis congredi ausa est; totius Campaniæ caput, ad Vulturnum amnem: ita dicta, ut est apud *Serv. ad Æn.* 10. v. 145. et *Fest.* vel ab ejus conditore, cui pollices pedum curvi erant instar falconis avis; hujusmodi autem viros Tusci *capuas,* vel *capyas* dixere: vel a falcone ave, quem Campani *capyn* vocasse lingua sua dicuntur; quod ex ejus volatu urbis ædificandæ augurium sumptum fuerit: vel a *Capye* Trojano Æneæ socio, qui eam condiderit, ut apud *Virg. Æn.* 10. v. 145. legitur: vel a *Capye* Samnitium duce, qui eam ceperit, cum *Alternum,* vel *Vulturnum* ab alluente flumine antea vocaretur: vel denique (quod fortasse verisimilius est) a camporum, in quibus sita est, planitie, et latitudine, ut *Liv.* l. 4. c. 37. et *Plin.* l. 3. c. 5. scribunt. Postremum hoc ex eo etiam probatur, quod a *Capua,* adjectivum fit *Campanus,* non *Capuanus,* ut *Varr.* l. 9. *L. L.* c. 1. *ante med.* docet. *Horat.* epod. 16. v. 5. Æmula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer. ¶ Magni quondam luxus, ac deliciarum sedes, item superbiæ, et fastus fuit. *Cic. in Pison.* c. 11. Erant illi fluentes cerussatæque buccæ, dignæ Capua, sed illa vetere, &c. V. *Campanus.*

CAPUĀNUS, a, um, Campanus. Negat *Varr.* l. 9. *L. L.* c. 1. *ante med.* in consuetudine Latina esse. Apud *Servium ad Æn.* 10. v. 145. hæc verba leguntur: Varro dicit, propter cæli temperiem, et cæspitis fecunditatem, campum eundem Capuanum, sive Campanum dictum. Crediderim tamen, *Servium* non verba ipsa Varronis, sed sententiam tantummodo retulisse. Sunt etiam MSS. non una, quæ *Capuanus* præferunt apud *Cicer. Agrar.* 1. c. 7. et *Liv.* l. 7. c. 30. et l. 9. c. 26. sed non persuadent.

CAPUENSIS, e, ad Capuam pertinens, Campanus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 459. n. 1. Postumo Lampadio V. C. et Inlustri Cons. Campaniæ Ordo Capuensis, &c. Adde *Serv. ad Æn.* 7. v. 730.

CAPŬLA, æ, V. *Capedo.*

CAPULĀRIS, e, *relating to a bier or coffin,* ad capulum pertinens. *Lucil.* apud *Fulgent. de prisco serm.* n. 23. Capulare cadaver. ¶ *Capularis homo* dicitur, qui morti vicinus est, et capulo mox efferendus, *a man at death's door,* τυμβογέρων, μελλοθάνατος. *Plaut. Mil.* 3. 1. 33. Quid ais tu? itane tibi videor oppido Acheruncticus, tam capularis? tamne tibi diu videor vitam vivere? *so ripe for the grave? Cæcil.* apud *Fulgent. ibid.* Tu ne amare audes, edentule, et capularis senex? ¶ Addit *Fulgent.* appellatos esse *reos capulares,* qui capitis damnari digni erant: sed hoc nullo confirmat Latini Scriptoris exemplo.

CAPULĀTOR, oris, m. *an officer employed to distribute oil as a dole amongst the people,* qui factoribus olei inservit, et ex uno in aliud vas oleum, vinumve diffundit: a *capula,* de qua V. in *Capedo. Cato. R. R.* c. 66. Ubi factores vectibus prement, continuo capulator concha oleum, quam diligentissime poterit, tollat, nec cesset: amurcam caveat ne tollat: oleum in labrum primum indito, &c. *Colum.* l. 12. c. 50. *post med.* Quod deinde primum defluxerit in rotundum labrum, protinus capulator depleat, et in fictilia labra defundat. ¶ *Caplator* per syncopen. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1088. n. 3. Caplatores Tiburtes. *Reines.* class. 11. n. 62. ex hac, et alia *Inscrip.* apud eundem *Gruter.* pag. 414. n. 1. colligit, hujus generis mercenariorum corpora, et collegia fuisse non in Urbe solum, sed et in Provinciis. Hinc *Capulatorum schola* locus fuit Romæ in regione tertia, et *Capulatorum vicus* in regione quinta, ut est apud *P. Victor. de Regionib. Urb. Rom.* et *Capulatorum collegium* in *vet. Lap.* apud *Donium* class. 9. n. 19.

CAPULĀTUS, a, um, adject. *Inscript.* apud *Fabrett.* c. 2. n. 175. M. Nomeicius M. F. Pal. Nomesianus Magister Augustalis Coloniæ Setin. Sal Martialis capulatus, IIII Vir. viar. curand. V. S. fecit, &c. *Fabrett. ibid.* pag. 115. exponit *Salius Martialis capulatus,* hoc est capulum habens, seu apicem in pileo, qui apex similis erat capulo, et manubrio, ut *Idem* exhibita figura ostendit. Adde aliam Inscription. *in Antiquitatib. Benevent.* class. 1. n. 32. item aliam apud *Donium* class. 9. n. 19. et apud *Reines.* class. 1. n. 269.

CAPULĬCUS, creditur esse nomen navigii, apud *Gell.* l. 10. c. 25. sed alii legunt *caupuli* (pro *capulici*) vel *capuli.*

CAPŬLO, as, avi, atum, *to deal, or tilt, out oil,* oleum ex uno in aliud vas capula seu concha diffundere. *Cato R. R.* c. 67. Oleum frequenter capulent. *Al. leg.* capiant. *Plin.* l. 15. c. 6. Oleum sæpius die capulandum. Ita legit *Hard.* ex MSS. Alii sæpius *decapulandum.* ¶ Ad illum locum *Pomp. Melæ* l. 2. c. 5. *ad fin.* In ea regione piscem e terra oriri, qui ubi ex alto huc usque penetravit, per ea foramina ictu capulantium interfectus extrahitur. *Is. Voss.* notat, alios mutasse *captantium,* sed in omnib. lib. veterib. haberi *capulantium.* Porro *capulare* hic significat percutere, vulnerare, ducta significatione a capulo ensis.

CAPŬLUS, li, *a bier, coffin,* φέρετρον, feretrum, in quo defunctorum cadavera efferuntur: a *capiendo* dictus, ut *Festo, Non.* c. 1. n. 13. et *Serv. ad Æn.* 6. v. 222. placet. *Varr.* apud *Non. loc. cit.* Propter cunam capulum positum nutrix tradit pollinctori. *Lucil. ibid.* Quem cum vidissent Hortensiu' Posthumiusque, Ceteri item, in capulo hunc non esse, aliumque cubare. *Novius,* seu *Nævius ibid.* Prius in capulo, quam in curuli sella suspendit nates. ¶ *Nonius ibid.* interpretatur sarcophagum, seu sepulcrum: sed reprehenditur a *Voss. in Etymol.* et aliis: ac præterea, quæ attulimus exempla, si attente expendantur, aptius de feretro, quam de sepulcro intelliguntur. ¶ Nihilominus etiam hoc sensu usurpatum legitur, *a tomb, sepulchre. Apulei.* l. 4. *Metam.* Capulos carie, et vetustate semitectos, queis inhabitabant pulverei, et jam cinerosi mortui, passim adfuturæ prædæ receptacula reseramus. ¶ *Capuli decus* dicitur per convicium homo morti vicinus, capularis. *Plaut. Asin.* 5. 2. 42. Ut osculatur carnufex, capuli decus! ¶ Significat etiam manubrium, *a handle, haft, or hilt.* λαβή. *Ovid.* 1. *ex Pont.* eleg. 8. v. 57. Ipse manu capulum prensi moderatus aratri. *Id.* 7. *Metam.* v. 506. Capulus sceptri. ¶ Hac notione habet obscenum sensum apud *Plaut. Cas.* 5. 2. 26. et *Auct. Priap.* carm. 24. ¶ Sæpe dicitur de manubrio ensis, *the hilt of a sword,* στάθμη. *Cic. de Fato,* c. 3. Philippus hasce in capulo quadrigas vitare monebatur: quasi vero capulo sit occisus. *Petron. in Satyr.* c. 82. Frequentiusque manum ad capulum, quem devoveram, refero. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 21. Miles, cui scutum pectori adpressum, et insidens capulo manus. *Virg.* 10. *Æn.* v. 536. capulo tenus abdidit ensem. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 133. capulo cava tempora pulsat. ¶ *Non. loc. cit.* neutro genere usurpat, sed non probat. ¶ Addit *Isidor.* l. 20. *Orig.* c. *ult.* aliam hujus vocis notionem, quod nempe significet funem, quo jumenta colligantur; et neutrius generis facit. sed nec ipse ullo confirmat Latini Scriptoris exemplo.

CAPUS, i, m. *a capon.* V. *Capo.*

CAPUT, capitis, n. *a head,* κεφαλὴ, κάρηνον, princeps animalis membrum, quod collo sustentatur, in quo omnium sensuum sedes est. *Varro ad Cicer.* apud *Lactant. de opif. Dei* c. 5. inde dictum tradit, quod ab eo initium capiunt nervi et sensus. *Cic. de Senect.* c. 10. *ad fin.* Massinissam nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite operto sit. *Hirt. de B. Afric.* c. 16. Capite nudo esse. *Cic. Phil.* 2. c. 31. Capite involuto esse. et *ibid.* aperire caput. *to cover the head. Virg.* 12. *Æn.* v. 885. Caput contegere. *Petron. in Satyr.* c. 20. Operire pallio caput. *to cover, conceal. Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 14. n. 2. Calanticam capiti accommodare. *Sueton. in Aug.* c. 79. Comere caput. *to comb, dress. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 32. Capite demisso terram intueri. *with downcast looks. Virg.* 9. *Æn.* v. 437. Demittere caput. *Cic. pro Planc.* c. 13. extollere. *Sueton. in Aug.* c. 23. illidere foribus. *Quintil.* l. 6. c. 3. offendere ad fornicem. *to strike the head against. Plaut. Curcul.* 2. 3. 3. Capite offendere aliquem. *to hit against. Id. Mil.* 2. 2. 52. nutare. *Plin.* l. 7. c. 8. gigni. *to be born with the head foremost. Virg.* 1. *Æn.* v. 116. pronum volvi in caput. *to tumble headlong. Terent. Adelph.* 3. 2. 18. Capite aliquem in terram statuere. *to dash headlong on the ground; to brain. Phædr.* l. 5. fab. 7. *in fi.* Capite aliquem foras protrudere. *h. e.* in caput, et præcipitem protrudere. ¶ Aliquando ponitur pro ipso homine. *a man, person. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 15.

Cum hostium numerus capitum CCCCXXX. millium fuisset. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 27. quot capitum vivunt totidem studiorum millia. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 142. Triginta minas pro capite tuo dedi. *Cic. Verr.* 4. c. 32. De capite libero judicare. *Terent. Andr.* 2. 2. 34. Ridiculum caput! *Id. Adelph.* 2. 3. 8. festivum! *Virg.* 4. *Æn.* v. 345. carum. *Senec. in Med.* v. 465. ingratum. *Justin.* l. 18. *c. ult.* nefandissimum. *Cic. Fam.* 3. ep. 8. Acerbissima exactio capitum. *h. e.* tributi, quod in singula capita, hoc est singulos homines imponitur. V. *Capitatio. Liv.* l. 2. c. 33. *in fi.* Sextantibus collatis in capita. *by the number of heads.* ¶ De *Capite censis* V. supra suo loco. ¶ Item pro animali. *an animal. Virg.* 3. *Æn.* v. 390. Sus triginta capitum fetus enixa. *Colum.* l. 8. c. 2. *de gallinis.* Parandi modus est, ducentorum capitum, quæ pastoris unius curam dispendant. *Id. ibid.* c. 11. *de pavonib.* Quinque et viginti capitum grex. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 1. leg. 68. et 70. ¶ Sæpe accipitur pro vita. *life. Plaut. Trinum.* 4. 2. 120. Cui, si capitis res siet, nummum nunquam credam plumbeum. *if his life were at stake. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 71. Capitis pœnam alicui constituere. *capital punishment. Curt.* l. 3. c. 8. Capite luere stolidum consilium. *to atone for by the forfeiture of life. Tacit. Ann.* 12. c. 19. Capite pœnas expendere. *Cic. de clar. Orat.* c. 12. Orare causam capitis. *h. e.* in qua de vita alicujus agitur. *Id. ibid.* c. 36. Vocare aliquem in judicium capitis. *Nepos in Pausan.* c. 2. Accusare capitis. *Id. in Milt.* c. 7. Absolvere capitis. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 54. Condemnare capitis. *to condemn to death. Id. Tuscul.* 1. c. 22. Damnare capite. *Plaut. Asin.* 1. 2. 5. Ibo ad Tresviros. . . . capitis te perdam ego, et filiam. *Nepos in Timoth. c. ult.* Adire periculum capitis. *to risk one's life. Liv.* l. 2. c. 12. Capite suo dimicare. *h. e.* suæ vitæ periculo. ¶ Huc pertinent illa, quibus utimur cum alicui minamur, aut summum malum imprecamur, apud *Plaut. Mostell.* 4. 3. 10. Væ capiti tuo. *h. e.* væ tibi, vel vitæ tuæ. et *Pœn.* 3. 3. 32. Capiti vestro istuc quidem. ¶ Dicitur interdum *causa capitis,* cum de sola existimatione agitur, aut de exsilio, aut ejusmodi gravi jactura. *a cause in which the reputation or fortune of a person is called in question. Cic. Verr.* 4. c. 40. Cum abs te, tui capitis causa peteret. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 40. Capitis nostri sæpe potest accidere ut causæ versentur in jure. V. utrobique ingegrum loc. *Terent. JCtus Dig.* lib. 37. tit. 14. leg. 10. Capitis accusatio est ea, cujus pœna mors, aut exsilium est. ¶ Hinc *capitis diminutio,* seu *deminutio* est status mutatio, hoc est amissio eorum bonorum, per quæ in statu aliquo inter homines sumus. Ejus tria sunt genera, maximum, medium, minimum. Tria enim sunt, quæ habemus, libertas, civitas, familia. Cum itaque hæc omnia amittimus, *maxima* capitis diminutio est, ut in servitute, et deportatione: cum vero amittimus civitatem, et libertatem retinemus, *media,* ut fit in transportatione in colonias: cum vero familia tantum mutatur, *infima* diminutio est, ut accidit in adoptionibus, et emancipationibus. Ita *Paul. Dig.* lib. 4. tit. 5. *qui est de capite minutis, leg. ult.* Adde *Fest.* in *Deminutus,* et *Justinian. in Institutionib.* lib. 1. tit. 16. et *cit.* tit. 5. *Dig.* ubi hac de re plenius. *Cic. in Top.* c. 4. Si ea mulier testamentum fecit, quæ se capite nunquam diminuit. Sic *Horat.* l. 3. od. 5. v. 41. *de M. Regulo.* Fertur pudicæ conjugis osculum, Parvosque gnatos, ut capitis minor, A se removisse. *as having lost his rank as a citizen; as one degraded from his rank.* ¶ Præterea *caput* ponitur pro vertice, aut extremitate, *the extremity, top, or summit of any thing. Liv.* l. 1. c. 54. Summa papaverum capita baculo decutere. *the heads. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 9. Ut capita tignorum extrema parietum structura tegerentur. *Curt.* l. 4. c. 2. Duas turres ex capite molis erigere. *at the head of the structure. Planc. ad Cicer.* l. 10. *Fam.* ep. 18. *ad fin.* Capita pontis. *Cels.* l. 8. c. 7. fasciæ, aut habenæ. *Plin.* l. 2. c. 64. lineæ. *Id.* l. 34. c. 3. *ad fin.* et l. 36. c. 14. columnæ. *the chapiters. Id.* l. 37. c. 5. beryllorum auro comprehendere. *h. e.* partem crassiorem auro colligare. *Senec. in Troad.* v. 173. Movere silvæ capita. *h. e.* cacumina. *Plin.* l. 10. ep. 81. Juliopolitani sunt in capite Bithyniæ. *on the frontiers.* ¶ *Caput extorum,* pars jecoris superior, gibbera, et rotunda, quam ex omni parte diligentissime haruspices observabant, ex ea præcipue futura portendi existimantes. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 13. *in fi.* Caput jecoris si non est inventum, nihil putant accidere posse tristius. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 73. Jecur in dextra parte est: in eo quod caput extorum vocant, magnæ varietatis. M. Marcello, circa mortem, defuit in extis: sequenti die geminum repertum est. *Ovid. Metam.* 15. v. 795. cæsumque caput reperitur in extis. *Lucan.* l. 1. v. 627. Ecce videt capiti fibrarum increscere molem Alterius capitis. Adde *Senec. in Œdip.* v. 360. ¶ *Caput allii* est ipse allii globus, *the head of garlic. Cato R. R.* c. 71. *Plin.* l. 26. c. 7. et *Pers.* sat. 5. v. 188. ¶ In vite *caput* dicitur ipse pes, seu imus truncus, a quo tanquam a capite, rami propagantur. *Cato R. R.* c. 33. Circum capita addito stercus, paleas, vinaceas, aliquid horum, quo rectius valeat. Et *mox.* Vites subligato, pampinato, circum capita sarrito. *Plin.* l. 17. c. 22. Capita vitium putata circumfodito. ¶ Item extrema vitis pars, *the shoot,* hoc est ultimum ejus, et productissimum flagellum, ut *Colum.* l. 3. c. 10. docet. *Cic. de Senect.* c. 15. *post med.* Adminiculorum ordines, capitum jugatio, religatio, et propagatio vitium. ¶ *Caput facere, to come to a head,* dicuntur ulcera quædam, cum in globulum, seu apicem, collecto pure, velut in caput intumescunt. *Plin.* l. 22. *c. ult.* Horminum discutit furunculos, priusquam capita faciant. *before they come to a head. Id.* l. 26. c. 12. Furunculis remedio sunt pycnocomi folia trita, si nondum caput fecerint. *Celsi* huc pertinet illud l. 8. c. 9. *post. med.* Si nusquam caput se ostendit, ubi maxime pus subsit, &c. Ita *Morgagnus* in suis libr. et codice MS. Alii *tumor.* ¶ *Caput fontis* est unde fons nascitur, vel unde primum fluere incipit, ut *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 19. leg. 1. docet. *the head of a fountain or river. Vitruv.* l. 8. c. 1. Si fontes non profluent, quærenda sub terræ sunt capita, et colligenda. *Pompon. Mela* l. 3. c. 2. Rhenus prope a capite duos lacus efficit. *Horat.* l. 1. od. 1. v. 22. nunc ad aquæ lene caput sacræ. Adde *Lucret.* l. 6. v. 729. et *Plin.* l. 8. ep. 8. ¶ Item ostium, qua flumen in mare influit. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 10. Rhenus multis capitibus in Oceanum influit. *discharges itself through many mouths.* ¶ In usuris *caput* dicitur ipsa pecunia occupata, ex qua usuræ percipiuntur, quæ etiam *sors* appellatur, *the capital,* τὸ κεφάλαιον. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 14. Quinas hic capiti mercedes exsecat. *Liv.* l. 6. c. 36. Promulgavere legem de ære alieno, ut deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, &c. [¶ Non una est interpretatio verborum *Cic. ad Att.* l. 15. epist. 26. Item de illo Tulliano capite libere cum Cascelio loquare. Parva res est, sed tu bene attendisti; nimis callide agebatur. *Caput* hoc *Tullianum* idem *Cic. ibid.* epist. 29. vocat *Tullianum semissem.* De Tulliano semisse, inquit, M. Axianum adhibebis, ut scribis. Quare cum semissis dimidiam cujuscumque rei partem significet, *Tulliani capitis* nomine indicari videtur dimidium pecuniæ fenori datæ. *h. e.* dimidium sortis, *half of the capital.* At vero cum in re usuraria *semissis* dimidium sit usuræ centesimæ, *six per cent.* putarunt nonnulli capitis nomine, quod postea *semissis* appellatur, significari a *Cicerone* non jam dimidium ipsius pecuniæ in fenore occupatæ, sed dimidium ejus pretii, quod pro fenore pendebatur, quod *Cicero* rem parvam dicit.] ¶ Sic in vectigalibus, et decumis *caput* vocatur tota summa pecuniæ, aut frumenti, quæ penditur. *Cic. Verr.* 3. c. 4. *ad fin.* Quod aliquot nominibus de capite frumenti decumani detraxerit. Adde *Verr.* 5. c. 35. ¶ In legibus *capita* dicuntur singulæ legis partes, in quibus aliquid sub una verborum sententia constituitur, qui nunc in Scholis *paragraphi* appellantur. *chapters, articles, clauses, paragraphs. Cic. Verr.* 3. c. 46. Quæro abs te, sicut modo in illo capite Anniano de mulierum hereditatibus, nunc in hoc de hereditatum possessionibus; cur ea capita in edictum provinciale transferre nolueris. *Ascon. ibid.* Proprie juris capita dicuntur. *Cic. Agrar.* 2. c. 6. A primo capite legis usque ad extremum reperio, nihil aliud cogitatum, nisi ut &c. Adde cap. 10. et *Gell.* l. 2. c. 15. ¶ Usus hic transfertur ad scriptiones illas omnes, quæ partes inter se distinctas habent; cujusmodi sunt disputatio, oratio, epistola, et similia, *an article, period, head. Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 55. Cum duos lectores excitasset, et alteri de Colonia Narbonensi Crassi orationem legendam dedisset, alteri de lege Servilia; et cum contraria inter se de Republica capita contulisset. *Id.* l. 3. *Fam.* ep. 8. Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. *Cels.* l. 5. c. 8. Quod proximo capite supra comprehensum est. ¶ Sic appellantur etiam dogmata, et placita Philosophorum. *Cic.* 4. *Acad.* c. 32. Ita nobis tacentibus, ex uno Epicuri capite, altero vestro, perceptio, et comprehensio tollitur. Quod est caput Epicuri? si ullum sensibus visum falsum est, nihil percipi potest. Quod vestrum? sunt falsa sensus visa. ¶ Præterea summæ, et præcipuæ partes alicujus syntagmatis, *capita* dicuntur. *heads, leading passages. Quintil.* l. 6. c. 1. In peroratione quæ repetemus, quam brevissime dicenda sunt, et, quod Græco verbo patet, decurrendum per capita. *by heads, summarily.* Græcum autem verbum est ἀνακεφαλαίωσις. *Cic. de clar. Orat.* c. 44. Ipsa illa censoria contra Domitium collegam, non est oratio, sed quasi capita rerum, et orationis commentarium paulo plenius. *Id.* 2. *Phil.* c. 31. Caput autem litterarum, sibi cum illa mima posthac nihil futurum. *the substance, the leading point in the letter. Gell. in fi. præfation.* Capita rerum, quæ cuique commentario insunt, exposuimus hic universa. *a summary of the most remarkable facts.* ¶ In aliis quoque rebus, quod quaque in re est præcipuum, *caput* vocamus. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 34. Negavit, se jure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. *the principal dish.* (Adde lib. 2. *de Fin.* c. 8. *ad fin.* et *Martial.* l. 10. epigr. 31.) *Id.* 2. *de Orat.* c. 82. Ad consilium de Republica dandum, caput est, nosse Rempublicam. *Id. de Amic.* c. 13. Caput est ad beate vivendum, securitas. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 19. Caput esse arbitrabatur oratoris, ut ipsis, apud quos ageret, talis, qualem se ipse optaret, videretur. *Id.* l. 2. *de Invent.* c. 7. In hoc autem loco caput erit accusatori, si demonstrare poterit, &c. secundarium, si &c. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 29. et *Quintil.* l. 11. c. 3. Vere dictum est, caput artis esse, decere quod facias. *Cic. Fam.* 3. ep. 7. An ego tibi obviam non prodirem? primum Appio Claudio? deinde, imperatori? deinde, more majorum? deinde, quod caput est, amico? *Id. Attic.* l. 1. ep. 17. *ante med.* Si ita statueris, irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum, et, id quod caput est, nobis inter nos nostra vitia esse toleranda. ¶ Item eum, qui princeps est, et auctor alicujus rei faciendæ. *the author, beginner, leader. Cic. pro Flacc.* c. 18. Caput est omnium Græcorum concitandorum Heraclides. *Terent. Adelph.* 4. 2. 29. Idem, quod ego, sentit, te esse huic rei caput. *Plaut. Curcul.* 2. 1. 19. Caput scelerum. *Propert.* l. 2. eleg. 18. v. 86. nequitiæ. *Liv.* l. 10. c. 1. Capita conjurationis ejus virgis cæsi, et securi percussi. *the heads, leaders.* metonymia. *Id.* l. 26. c. 40. *a med.* Qui capita rerum Agrigenti. ¶ Urbs aliqua *caput* esse dicitur, quæ provinciæ nobilissima, et potentissima est. *Nepos in Epamin. in fi.* Thebæ totius Græciæ caput. *Flor.* l. 2. c. 9. Caput Gentis Ambracia. *the capital. Plin.* l. 12. c. 14. Caput Regni Sabota. ¶ Eodem modo *caput* dicitur vir suæ civitatis primarius. *Liv.* l. 26. c. 16. et 40. In eos, qui capita rerum erant, animadversum. *at the head of affairs. Vellei.* l. 2. c. 52. Collisa inter se duo Reipublicæ capita. *h. e.* Cæsar, et Pompeius. Adde cap. 101. ¶ Item dux exercitus, *a captain, commander, leader of an army. Id. ibid.* c. 85. Militibus, etiam detracto capite, in longum fortissime pugnandi duravit constantia. ¶ Item origo, unde aliquid manat, et exit in vulgus; ducta a fontibus translatione. *the fountain, source, spring, origin. Cic. pro Planc.* c. 23. *ad fin.* Neque ego, si fontem maledicti reperietis, ut aut negligatis, aut dissimuletis unquam postulabo: sed si quid sine capite manabit, aut si quid erit ejusmodi, ut non exstet auctor, qui audierit, &c. ¶ Et pro principio. *the beginning. Cic. in Top.* c. 9. Cum a genere ducetur argumentum, non erit necesse, id usque a capite arcessere. ¶ *Nec caput, nec pedes,* proverbium Anglice *neither head nor tail. Cic. Fam.* 7. ep. 31. Propter tuas res ita contractas, ut, quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes. *subaudi* habeant. *Plaut. Asin.* 3. 3. 139. Quin nec caput, nec pes sermonum apparet. *In Epit. Livii* lib. 50. Cum legatos ad pacem inter Nicomeden et Prusiam faciendam Romani misissent, et unus ex iis multis cicatricibus sparsum caput haberet, alter pedibus æger esset, tertius ingenio socors haberetur; dixit Cato, eam legationem nec caput, nec pedes, nec cor habere. ¶ *Capita deorum* olim appellabantur fasciculi facti de verbenis, teste *Festo.* Fortasse eos fasciculos e verbena intelligit, quibus utebantur ad verrendam mensam Jovis, et ad purgandas, lustrandasque domos, ut est apud *Plin.* l. 25. c. 9. ¶ *Capita, aut navim* [† Anglice, *head or tail,*] lusus puerilis apud Romanos, quo nummum in sublime jactantes, cum in terram reciderat, utram faciem ostenderet, observabant. Nam postquam asses sextantario pondere feriri cœperunt, eorum nota fuit ex altera parte Janus geminus, ex altera rostrum navis, ut *Plin.* l. 33. c. 3. docet. Adde *Ovid.* 1. *Fast.* v. 239. Huic ludo apud Venetos nomen est *Marco Madonna,* ductum a signo minutioris pecuniæ, quæ in usu est. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 7. Ita fuisse signatum, hodieque intelligitur in aleæ lusu, cum pueri denarios in sublime jactantes, capita aut navim, lusu teste vetustatis, exclamant. Ita leg. in Editionib. Brix. A. 1483. Venet. 1521. et in Aldina 1528. et aliis. Nam in aliquot recentioribus habetur *capita, aut navia*: ut sit *navia, æ,* scapha, lynter. *Paulin. Nolan. in poem. ult. edit. Murator.* v. 73. Nummus huic (*Jano*) primum tali est excusus honore, Ut pars una caput, pars scalperet altera navem. Cujus nunc memores quæcumque nomismata signant, Ex veteri facto capita hæc, aut navia dicunt. [¶ *Caput Africæ* fuit Romæ vicus quidam, in quo pædagogi præsertim habitabant, ut probat ex *Inscription. Marinius Fratr. Arval.* pag. 425. Pædagogus a caput Africæ. *h. e.* a vico, qui appellatur *caput Africæ.* ¶ Caput obscena metaphora pro veretro usurpat *Tibull. in Priap.* v. 31. Voret profunda fossa lubricum caput. *Id. ibid.* v. 36. Vagum sonante merseris caput luto.]

CAPYS, m. vir Trojanus, comes Æneæ. *Virg.* 1. *Æn.* v. 183. Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici. ¶ Item filius Assaraci, pater Anchisæ, ut est apud *Ovid.* 4. *Fast.* v. 34. et 35. ¶ Item octavus Rex Albanorum filius Atys, vel Epiti, qui fertur Capuam condidisse. Regnavit annos 28. Reliquit filium nomine *Capetum,* vel *Calpetum. Liv.* l. 1. c. 3. et *Ovid. Metam.* 14. v. 613. ¶ Declinatur *Capys, yos,* et *ys. Liv. loc. cit.* Latino Alba ortus, Alba Atys, Aty Capys, Capy Capetus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 45. *de Epito.* Ille dedit Capyi recidiva vocabula Trojæ: Et tuus est idem, Calpete, factus avus. ¶ Scribitur et *Capis.*

CAR, V. *Cares.*

CARA, V. in *Careum.*

CARĂBUS, i, m. *a lobster, or like shell-fish; a crab, cray-fish, or crevice,* genus cancrorum, cauda a ceteris distans. *Plin.* l. 9. c. 31. ubi *Harduin.* notat, esse idem ac locustam, quæ ab *Aristot.* appellatur κάραβος, de qua *Plin. in fi. cap. præced. Apicius* quoque l. 9. c. 1. murinam locustam esse indicat. ¶ Addit *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 1. *sub*

fin. esse *carabum* parvam scapham ex vimine factam, quæ contexta crudo corio genus navigii præbet. Sed nullum in hanc rem affert Latini idonei Scriptoris exemplum.

CARACALLA, æ, f. *a cassock, or side-coat, worn by the ancient Gauls, introduced into Rome and lengthened down to the feet by Antoninus, who therefrom obtained the name of Caracalla,* genus vestis usque ad talos demissæ, cujus cum magnam copiam populo R. Aurelius Antoninus Bassianus Imperator largitus esset, coegissetque plebem iis indutam ad se salutandum accedere, *Caracallæ*, et *Caracalli* cognomen accepit: ipsæque vestes *Caracallæ Antoninianæ* sunt appellatæ, et in usu postea Romanæ plebis frequentatæ. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 21. et *in Epit.* c. 21. *Spartian. in Sever.* c. 21. et *in Antonin. Carac.* c. 9. ubi *Salmas.* docet, hujusmodi vestem fuisse Gallorum propriam, et breviorem, sed ab Antonino talarem factam ad populi R. usum, qui non nisi longis vestibus utebatur. Quod ex *Aurel. Vict. locis cit.* colligitur. *Auson. in Cæsarib.* n. 22. Irrisu populi tu, Caracalla, magis. ¶ Hujus vestimenti meminit etiam *D. Hieronym.* ep. 128. (*al.* 64.) *ad Fabiol.* ubi agit de vestitu sacerdotum, his verbis, sect. 15. Efficitur palliolum miræ pulcritudinis, perstringens fulgore oculos, in modum caracallarum, sed absque cucullis. *Salmas. loc. cit.* notat, intelligendas esse hoc loco caracallas Gallicas, non Romanas. illæ enim breviores erant, ut dictum est, et pænulæ aut pallio similes.

CARAGŌGOS, i, *the herb periwinkle*, καραγωγὸς, herba eadem, quæ chamædaphne, ita dicta, quod caput a noxiis humoribus expurget: a κάρα, caput, et ἄγω, duco. *Apul. de herb.* c. 27.

CARĂLIS, is, f. [†nunc] *Cagliari*, Κάραλις, urbs Sardiniæ primaria cum portu, in ejus parte ad Austrum sita. *Claudian. de B. Gild. in fi.* Urbs Libyam contra, Tyrio fundata potenti, Tenditur in longum Caralis. *Tyrium potentem* vocat Carthaginienses, qui a Tyriis oriundi Sardiniam diu tenuerunt. *Solin.* tamen, c. 4. (*al.* 10.) ab Aristæo conditam scribit. Hic autem Aristæus fuit Actæonis filius, post cujus mortem in Sardiniam cum Dædalo venit, ibique regnavit, ut *Sallust.* apud *Servium ad* l. 1. *Georg.* v. 14. narrat. ¶ Dicitur etiam *Carales, lum,* plurali numero. *Liv.* l. 23. c. 40. Navibus longis ad Carales subductis. et *infra.* Carales perventurus erat. *Hirt. de B. Afric. c. ult.* A Caralibus secundum terram provectus. ¶ Credet aliquis, etiam *Carala, æ,* declinari propter locum *Flori* l. 2. c. 2. Caralæ urbis excidio incolas terruit. Sed ex Eruditorum consensu legendum est *Aleriæ urbis:* quod habetur etiam in optim. Editionib. bene multis. Editio princeps sine nota anni, loci, aut Typographi, habet *valeriæ urbis.* ¶ Scribitur et *Calaris,* ex quo factum est Italicum nomen *Cagliari:* sed prior scribendi ratio præfertur a *Dausq. in Orthograph.*

CARALITĀNUS, a, um, ad Caralim urbem pertinens. *Liv.* l. 27. c. 6. Caralitanus ager. *Plin.* l. 3. c. 7. et 8. Caralitanum promontorium. ¶ *Caralitani, orum,* sunt ejus urbis incolæ. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 30. et *Plin. cit.* cap. 7. ¶ Scribitur et *Calaritanus.* V. in fi. vocis præced.

CARAMALLUS, seu Caramălus, et Phabăton, nomina sunt duorum Pantomimorum apud *Sidon.* carm. 23. v. 268.

CARAMBIS, is, f. Κάραμβις, [†hod. *Harduin.*] *Capo Pisello,* promontorium Paphlagoniæ in Asia, vasto excursu in Euxinum mare se protendens. Item Oppidum in eadem regione. *Plin.* l. 6. c. 2. De promontorio *Valer. Flacc.* l. 5. v. 107. alta Carambis Raditur, et magnæ pelago tremit umbra Sinopes. *Id.* l. 8. v. 214. nubiferam transire Carambin. Adde *Ammian.* l. 22. cap. 8. (*al.* 14.)

CARBAS, æ, m. *an easterly wind,* Κάρβας, ventus spirans ab Orientali plaga prope Orientem æquinoctialem. *Vitruv.* enim l. 1. c. 6. postquam docuit, Solanum flare ab Oriente æquinoctiali, ad ejus dexteram, et sinistram collocat Carban, et Ornithias.

CARBASĔUS, a, um, *made of fine flax or linen,* qui est ex carbaso. *Cic. Verr.* 7. c. 12. et 31. Tabernacula carbaseis intenta velis. *Virg. Æn.* 11. v. 776. chlamidemque, sinusque crepantes Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro. Adde *Stat. Theb.* 7. v. 658. ¶ In illo *Tibulli* l. 3. eleg. 2. v. 21. Post hæc carbaseis humorem tollere ventis: *ventos carbaseos* interpretantur telam carbaseam tenuissimi fili, eo modo quo *textilem ventum,* et *nebulam lineam* appellat *Publ. Syrus* apud *Petron. in Satyr.* c. 55. *in fi.* vestem subtilissimam, et æquantem propemodum ventos, et nebulas tenuitate texturæ. Alii malunt legere *velis* eod. sensu: inter quos sunt *Brouckusius,* et *Vulpius.*

CARBASINĔUS, a, um, carbaseus. Usurpavit *Varr.* apud *Non.* c. 14. n. 28.

CARBASĪNUS, a, um, carbaseus. *Plin.* l. 19. c. 1. *ad fin.* Carbasina vela. *Apul.* l. 8. *Metam.* Mitellis, et crocotis, et carbasinis, et bombycinis injecti.

CARBĂSUS, i, f. *et in plural. num.* Carbasa, orum, n. *fine flax or linen,* genus lini tenuissimi, quod primum in Hispania Tarraconensi repertum est, teste *Plin.* l. 19. c. 1. ¶ Per synecdochen est vestis e carbaso aliove tenui panno facta. *a garment of fine linen.* *Virg. Æn.* 8. v. 34. eum tenuis glauco velabat amictu Carbasus. (Ubi *Servius* vestem lineam fluminum propriam esse dicit, quia maceratur aqua, et irrigatione fluminum maxime provenit. Confirmat *Non.* c. 14. n. 28.) *Curt.* l. 8. c. 9. Corpora usque ad pedes carbaso velant. *Valer. Max.* l. 1. c. 2. n. 7. Carbasum, quam optimam habebat, foculo imposuit. Hoc est quod habet *Propert.* l. 4. eleg. 11. v. 54. Vel cui, commissos cum Vesta reposceret ignes, Exhibuit vivos carbasus alba focos. *Lucan.* l. 3. v. 239. Carbasa fluxa. ¶ Apud *Scribon. Larg. compos.* 227. Radices hæmorrhoidarum carbasis ducere. *h. e.* tenuis lini filo adstringere, ut in re eadem *Cels.* loquitur, l. 7. c. 30. n. 3. ¶ Ponitur et pro velo. *a curtain.* *Lucret.* l. 6. v. 108. Carbasus ut quondam magnis intenta theatris Dat crepitum malos inter jactata, trabesque. ¶ Et sæpissime pro velo navis, *the sail of a ship.* *Virg.* 3. *Æn.* v. 357. tumidoque inflatur carbasus Austro. *Ovid. Her.* ep. 7. v. 171. Cum dabit aura viam, præbebis carbasa ventis. *Id. Metam.* 6. v. 233. Deducere carbasa. *to unfurl the sails.* *Id.* 3. *Fast.* v. 587. Subducere carbasa. *to strike sail.* Adde *Lucan.* l. 3. v. 596. et *Valer. Flacc.* l. 4. v. 422. ¶ Pro navi. *Rutil.* l. 1. v. 221. Æstivos penetrent oneraria carbasa fluctus. ¶ Apud *Claudian. de B. Get.* v. 232. *custos Romani carbasus ævi* sunt libri Sibyllini, qui linei fuerunt. ¶ Adjectivi more *Propert.* l. 4. eleg. 3. v. 64. Raptave odorato carbasa lina duci. ¶ Neutro genere in singulari numero. *Pacat. in paneg. ad Theodos.* c. 33. Tenero perlucentes amictu, et vix leve carbasum vitando sole tolerantes. ¶ Et masculino in plurali. *Ammian.* l. 14. c. 8. (*al.* 27.) A fundamento carinæ ad supremos usque carbasos.

CARBATĪNA, æ, f. *a coarse kind of shoe, worn chiefly by rustics.* Adjective *Catull.* carm. 96. *ad Vectium.* Ista cum lingua . . . . . possis Culos, et crepidas lingere carbatinas. Al. scribunt *carpatinas.* *Pollux.* l. 7. c. 22. scribit καρβατίνην εἶναι ἀγροικικὸν ὑπόδημα κληθὲν ὑπὸ Καρῶν, carbatinam esse calceamentum rusticorum, a Caribus appellatum. Idem docet *Hesychius:* Καρπάτινον, ἀγροικικὸν, ὑπόδημα μονόδερμον, carpatinum, calceamentum rusticum unius corii. Probant hanc interpretationem *Ang. Politian. Miscell. centur.* 1. c. 2. *Scalig.* et *Voss. in Catull.* et alii. Porro *carbatinæ,* et *crepidæ* sunt duo nomina substantiva per figuram appositionis simul juncta, ut *urbs Roma.* V. *Cercolips.*

CARBO, onis, m. *a coal, burning coal; charcoal,* ἄνθραξ, ligni frustum igne perustum, et percoctum. *Aurel. Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 6. *leg. ult.* Torrere carbonem. *Cato R. R.* c. 38. De lignis carbones coquere. *Plin.* l. 16. c. 6. Arbor minus utilis carboni. *Scribon. Larg. compos.* 59. Redigere aliquid in carbonem. *Terent. Adelph.* 5. 3. 63. Tam excoctam reddam, atque atram, quam carbo est. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 7. *ad fin.* Ex quibusdam lignis combustis, carbonibus salsis pro sale utuntur. (V. *Plin.* l. 31. c. 7. sect. 40. Harduini.) *Plaut. Merc.* 2. 3. 74. Impleantur meæ fores elogiorum carbonibus. *h. e.* carminibus maledicis carbone scriptis. *Pers.* sat. 5. v. 107. Quæque sequenda forent, quæque evitanda vicissim, Illa prius creta, mox hæc carbone notasti. *h. e.* illa approbationis nota, hæc damnationis. *to disapprove, condemn.* Adde *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 246. et V. quædam huc pertinentia in *Albus,* et *Calculus.* ¶ *Serv. ad Æn.* 11. v. 788. docet hoc esse discrimen inter prunam, et carbonem, quod illa accensa sit, hic vero exstinctus. Sed etiam dum ardet, carbo dicitur. *Cato R. R.* c. 108. Imponito in carbones, facito bis inferveat. *Plaut. Rud.* 2. 6. 47. Fabri ferrarii, qui apud carbones assident, semper calent. *Horat.* l. 3. od. 8. v. 3. posìtusque carbo in cæspite vivo. *Plin.* l. 34. c. 10. Coquere aliquid carbone. *Ovid.* l. 3. *Trist.* eleg. 11. v. 47. Lentis carbonibus urere. *Cic. Offic.* 2. c. 7. Candenti carbone adurere capillum. *Petron. in Satyr.* c. 135. Carbones vivi. *burning, on fire, glowing.* ¶ *Carbonem pro thesauro invenire* proverbio dicuntur, qui magna aliqua spe frustrantur. *Phædr.* l. 5. fab. 6. v. 6. Carbonem, ut aiunt, pro thesauro invenimus. ¶ Dicuntur etiam carbones minutæ scintillæ ex lignis ardentibus sæpe exsilientes. *sparks arising from wood when burning.* *Plin.* l. 2. c. 20. Ut e flagrante ligno carbo cum crepitu, sic a sidere cælestis ignis exspuitur. *Id.* l. 16. c. 10. Carbonem repente exspuunt cum eruptionis crepitu, ejaculanturque longe. ¶ Pro cinere aliquando usurpari videtur. *ashes.* *Cels.* l. 4. c. 4. n. 1. Pullum hirundinum comburere, carbonemque ejus contritum infriare. ¶ Pro carbunculo, hoc est ulcere pessimæ naturæ, *Seren. Sammon.* c. 39. v. 725. Horrendus magis est, perimit qui corpora, carbo. *a carbuncle, pimple, or livid tumour.* ¶ Fuit etiam cognomen Romanum in gente Papiria, ut Cn. Papirius Carbo, quem *Plin.* l. 7. c. 16. cum dentibus natum fuisse narrat. Fortasse qui primus ita cognominatus est, a nigro cutis colore eam appellationem traxit. ¶ Item nomen proprium, ut Carbo Accienus apud *Valer. Max.* l. 6. c. 1. n. 13.

CARBONARĬUS, a, um, *pertaining to coals,* ad carbonem pertinens. *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 72. Pater ejus quamvis patricius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit. ¶ *Carbonarius, ii,* est, qui carbonem facit, vel vendit, *a collier; a maker of charcoal,* ἀνθρακοπώλης, ἀνθρακεύς. *Plaut. Cas.* 2. 8. 2. Ego remittam ad te virum cum furca in urbem, tanquam carbonarium. ¶ *Carbonaria, æ,* est fornax, in qua carbo coquitur, *a place where charcoal is made,* ἀνθρακιά. *Tertull. de carne Christ.* c. 6. cujus verba V. in *Calcarius, a, um.*

CARBONESCO, is, n. 3. *to become charcoal,* in carbonem transire. *Cæl. Aurelian. Chronic.* l. 2. c. 13. Usque eo inuritur, donec carbonescat. Adde l. 5. c. 1. *ad fin.*

CARBONIĀNUS, a, um, adject. ad Carbonem pertinens, qua est cognomen Rom. ut *Carbonianum edictum,* cujus auctor quidam *Carbo* fuit. De hoc edicto exstat titulus in *Digest.* lib. 37. tit. 10.

CARBUNCULATĬO, onis, f. *the blasting of the young buds of trees or plants by excessive cold, carbunculation,* morbus arborum, cum verno tepore invitatis et erumpere audentibus satis mollibus insidens pruina lactescentes germinum oculos adurit, ut *Plin.* l. 17. c. 24. docet. ¶ Hoc idem si in floribus accidat, *carbunculus* appellatur. *Plin. ibid.* Quamquam etiam in vitibus ipsa carbunculatio carbunculus appellatur. V. *Carbunculus,* in fi.

CARBUNCŬLO, as, n. 1. carbunculatione laboro. [†V. *Carbunculatio.*] *Plin.* l. 18. c. 28. In hoc temporis intervallo res summa vitium agitur, decretorio uvis sidere illo, quod Caniculam appellavimus, unde carbunculare dicuntur, ut quodam uredinis carbone exustæ. *Id.* l. 14. c. 2. *ad fin.* Helvenaca vitis carbunculari negatur. *Id.* l. 12. c. 7. Arbores, quæ piper gignunt, cæli intemperie carbunculantur, fiuntque semina cassa, et inania. ¶ Item carbunculo laboro. *to have red spots, or carbuncles, breaking out on the face and body.* *Id.* l. 24. c. 13. Genitalia exulcerata, aut carbunculantia. *Id.* l. 23. c. 3. Ulcera circa oculos carbunculantia. V. *Carbunculus.*

CARBUNCULŌSUS, a, um, adject. *abounding in carbuncle, or hot black earth, which dries up what is sown in it,* carbunculo abundans. *Colum.* l. 3. c. 11. *ad fin.* Carbunculosum agrum nisi stercore juves, macras vineas efficit. ¶ Addunt Lexicographi locum *Plinii* l. 31. c. 3. Arena carbunculosa. *Harduin.* habet, *arena, et carbunculus.*

CARBUNCŬLUS, i, m. *a small coal,* ἀνθράκιον, parvus carbo. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 6. Ipse a vicinis, cum testa ambulans, carbunculos corrogaret. ¶ Translate *Plaut. Mostell.* 4. 2. 69. Qui cum istæc sciet facta ita, amburet misero ei corculum carbunculus. ¶ Est etiam gemma coloris ignei, et accensum carbonem referens, *a gem resembling a hot burning coal, a carbuncle.* de qua multa *Plin.* l. 37. c. 7. ¶ *Probitas est carbunculus,* dictum *Publii Syri* apud *Petron. in Satyr.* c. 55. *h. e.* incidit in oculos, et splendet instar carbunculi. ¶ Item genus ulceris. *a red pimple, or spot, breaking out upon the face or other part of the body; a carbuncle,* ἄνθραξ, ἀνθράκωσις. Ejus hæ notæ sunt: Rubor, et super eum pustulæ sæpe nigræ, interdum sublividæ, aut pallidæ, in quibus sanies esse videtur: circa quasi crusta est, eaque inflammatione cingitur, &c. V. *Cels.* l. 5. c. 28. n. 1. ubi et ejus curandi rationem docet. Adde *Plin.* l. 26. c. 1. ¶ Est præterea genus terræ, vel arenæ carboni similis, *a kind of hot earth, abounding with particles of black slate, that burns up whatever is set or sown in it; carbuncle.* *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 9. Terræ species multæ, in queis argilla, rubrica, creta, glarea, carbunculus, idest quæ sole perfervet ita, ut radices satorum comburat. *Vitruv.* l. 2. c. 6. *in fi.* Quo penitus ab imo vehementia vaporis adusto, nonnullis in locis procreatur id genus arenæ, quod dicitur carbunculus. *Plin.* l. 17. c. 4. Et carbunculus, terra, quæ ita vocatur, emendari vite macra putant. ¶ Denique ita appellatur morbus in arboribus, de quo diximus in *Carbunculatio.* *Plin.* l. 18. c. 28. Rorem inustum sole acri frugibus rubiginis causam esse, et carbunculi vitibus. *Id. ibid.* c. 29. Cancros cremari jubent in arbustis, ut carbunculi non noceant. Adde *Colum.* l. 3. *R. R.* c. 2.

CARCER, is, m. *a prison, gaol,* φυλακὴ, δεσμωτήριον, locus in quo nocentes homines conclusi detinentur: a *coercendo,* ut *Varroni* l. 4. *L. L.* c. 32. *circa med.* placet. *Cic.* 2. *Catil.* c. 12. *in fin.* Sentiet in hac urbe esse carcerem, quem vindicem nefariorum, et manifestorum scelerum majores nostri esse voluerunt. *Id. Verr.* 7. c. 28. Conjicere aliquem in carcerem. et cap. 29. condere. et cap. 30. ducere. *Tacit. Ann.* 4. c. 68. trahere. *Id.* 6. *Ann.* c. 40. rapere. *Plaut. Amph.* 1. 1. 3. compingere. *Id. Pœn.* 3. 3. 78. ire. *Sallust. in Catil.* c. 58. deducere. *Curt.* l. 8. c. 7. Includi carcere. *Id.* l. 5. c. 5. Erumpere ex carcere. *Cic. pro Planc.* c. 12. E carcere emittere. ¶ Translate *carcer* dicitur homo improbus, et carcere dignus. *Terent. Phorm.* 2. 3. 26. Ain' tandem, carcer? bonorum extortor, legum contortor? *say you so, hang-gallows?* Adde *Lucil.* apud *Donat. ibid.* ¶ Per synecdochen dicitur de inclusis in carcere. *Cic. in Pison.* c. 7. *extr.* In me carcerem effudistis, conjuratos armastis. ¶ Præterea *carcer* dicitur septum, quo clauduntur equi, et inde ad cursum emittuntur, in publicis ludis, *the barrier, or starting-place,* ἀφετηρία. *Virg.* 3. *Georg.* v. 104. et l. 5. *Æn.* v. 145. ruuntque effusi carcere currus. *Ovid. Her.* ep. 18. v. 166. Ut celer Eleo carcere missus equus. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 3. Intra carcerem stare. Al. leg. *carceres.* Frequentius enim hac notione in plurali num. effertur. *Cic. de clar. Orat.* c. 47. Nec enim in quadrigis eum secundum numeraverim, qui vix e carceribus exierit, cum palmam jam primus acceperit. *Virg.* 1. *Georg. in fi.* Ut cum carceribus se se effudere

quadrigæ. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 114. Ut cum carceribus missos rapit ungula currus. Adde *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 12. v. 26. ¶ Allegorice *Cic. de Senect.* c. *ult.* Nec vero velim, quasi decurso spatio ad carceres a calce revocari. *Id. de Amic.* c. 27. Ut possis quibuscum tanquam e carceribus missus sis, cum iisdem ad calcem, ut dicitur, pervenire. Adde *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 3. ¶ De quolibet concluso loco. *any place of confinement.* *Virg.* 6. *Æn.* v. 734. clausæ tenebris, et carcere cæco. *Id.* 1. *Æn.* v. 58. ventos vinclis, et carcere frenat. *Lucan.* l. 6. v. 797. Carcer Ditis. et vers. 721. Invisa claustra carceris antiqui. *h. e.* corporis, quod animæ quodammodo carcer est.

CARCERĀLIS, le, ad carcerem pertinens. *Prudent. Peristeph.* 2. *de S. Vincent.* v. 269. Carceralis cæcitas. et v. 551. Per vincla, flammas, ungulas, Per carceralem stipitem.

CARCERARIUS, a, um, ad carcerem pertinens. *Plaut. Capt.* 1. 2. 26. Facere quæstum carcerarium. *h. e.* ex captivis in carcerem conjectis.

[* CARCERARIUS, ii, m. *a keeper of a prison*, carceris custos. *Campel. in. Litholex.*]

CARCERĔUS, a, um, *relating to a gaol or prison*, ad carcerem pertinens. *Prudent. Peristeph.* 10. v. 16. Catena carcerea. *Id.* 2. *advers. Symmach.* v. 468. Antrum carcereum. Adde *in Hamartig.* v. 853.

CARCĔRO, as, a. 1. *to shut up in prison, incarcerate,* in carcerem compingo. Legitur apud *Messal. Corvin. de progen. Aug.* c. 29. verum is libellus auctoritatis est valde dubiæ.

CARCHĂRUS, i, m. *the dog-fish*, καρχαρίας, genus piscis, qui idem putatur esse, quod *canicula*, de qua *Plin.* l. 9. c. 46. multa disserit. Dictus est ab asperis dentibus, et feritate mordendi. Κάρχαριος enim asperum significat. *Colum. sub fi.* l. 8.

CARCHEBI sucularum foraminum &c. legitur apud *Vitruv.* l. 10. c. 15. ubi de Catapultis agit. *rings of iron or brass to keep the wood-work in machinery from splitting.* Sed legendum esse *carchesii*, notant Interpretes.

CARCHEDONIUS, a, um, *Carthaginian*, Καρχηδόνιος, Carthaginiensis. Carthago enim Græce Καρχηδὼν dicitur. (V. *Catamitus*) *Plaut. in prol. Pœnuli* v. 53. Carchedonius vocatur hæc comœdia. ¶ Hinc genus quoddam carbunculorum, *Carchedonii* appellati sunt, quia iis Carthago olim abundavit. Iidem dicti sunt etiam Garamantici, a loco, ubi reperiuntur. Sunt autem nigrioris, quam ceteri, aspectus, sed igne, vel sole, et inclinatione, acrius, quam ceteri excitantur, et refulgent. In umbra purpurei videntur, sub cælo flammei, contra radios solis scintillant etiam. Hæc *Plin.* l. 37. c. 7. ex *Archelao*. *P. Syrus* apud *Petron. in Satyr.* c. 55. Quo Carchedonios optas ignes lapideos, Nisi ut scintillent? Probitas est carbunculus. ¶ Sunt et alii *Carchedonii* ceteris carbunculis multo viliores, qui nascuntur apud Nasamonas, in montibus inveniuntur ad repercussum lunæ maxime plenæ; omnesque quondam Carthaginem deportari consueverunt: unde et nomen sortiti sunt. *Plin. loc. cit.* ¶ Quod de *smaragdis Carchedoniis* addi solet ex eodem *Plin.* l. 37. c. 5. eo loco *Harduin.* contendit legendum esse *Calchedonii*, ex omnib. suis MSS. ¶ Quidam scribunt *Charchedonius*.

CARCHESĬUM, ii, n. *that piece of timber in a ship whereon the masts or capstans stands; the tunnel on the top or upper part of the mast of a ship, above the sail-yard,* καρχήσιον. *Asclepiades* vir inter Græcos apprime doctus, ac diligens, ait, navalis veli partem inferiorem πτέρναν vocari; circa mediam ferme partem τράχηλον dici: summam vero partem *carchesium* nominari, et inde diffundi in utrumque veli latus ea, quæ *cornua* vocantur. Hæc *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 21. qui quod dicit *navale velum*, non ipsum velum, sed malum, quo sustinetur, intelligit. *Athenæus* enim l. 11. c. 7. unde hæc *Macrobius* sumpsit, habet τοῦ ἱστοῦ τὸ κατωτάτω. ἱστὸν autem prima sui significatione malum navis significat. Clarius itaque *Non.* c. 15. n. 28. et *Serv. ad Æn.* 5. v. 77. carchesium esse dicunt summam mali partem, in qua sunt foramina, per quæ funes trajiciuntur. *holes through the tunnel, whereby the cords, ropes, or shrouds are fastened.* Porro in eo cacumine machina quædam est, Anglice *the scuttle*, in qua stare vel unus, vel plures possunt: eoque ascendunt nautæ, ventos, et alia exploraturi. Ea ab aliquibus cum carchesio confunditur, ab aliis distinguitur. V. *Bayf.* et *Scheffer.* et alios, qui ex professo de re navali scripserunt. Fere usurpatur in plurali num. *Lucil.* apud *Non. loc. cit.* Tertius hic mali superat carchesia summa. *Catull. ibid.* Lucida qua splendent summi carchesia mali (Hunc *Catulli* versum inter ejus carmina non invenio.) [Pleræque editiones illum interserunt, auctore *Mureto*, post vers. 235. *Epithalamii Pelei et Thetidis.*] Adde *Lucan.* l. 5. v. 418. ¶ In singulari numero *Apul.* l. 11. *Metam. et in Florid.* n. 22. (*al.* l. 4.) Malus insigni carchesio conspicua. ¶ Ab hujus carchesii similitudine nomen habuit poculum quoddam procerum, et circa mediam partem compressum, ansis a summo ad infimum pertinentibus, ut *Macrob. loc. cit.* describit, *a kind of cup.* *Virg.* 4. *Georg.* v. 380. cape Mæonii carchesia Bacchi, Oceano libemus, ait. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 247. Æneaque invergens tepidi carchesia lactis. *Id. Metam.* 12. v. 317. Sopitus vinis, et inexperrectus Aphidas, Languentique manu carchesia mixta tenebat. Adde *Valer. Flacc.* l. 2. v. 656. et *Sil.* l. 11. v. 302. ¶ Præterea ab ejusdem navalis carchesii similitudine sic appellata est pars machinæ alicujus, in qua aliquid ita infigitur, ut versari possit. *Dan. Barbarus* Italice vertit *parettolo*. *Vitruv.* l. 10. c. 5. Machinationes aliæ rectæ, aliæ planæ in carchesiis versatilibus collocatæ. et *cap. ult.* Supra murum machinam in carchesio versatili constituit.

CARCINIAS, æ, m. *a gem of the colour of a crab*, καρκινίας, gemma cancri marini colore. *Plin.* l. 37. c. 11.

CARCINĒTHRON, i, *the herb knot-grass*, καρκίνηθρον, genus herbæ, cujus succus naribus infusus supprimit sanguinem. Græci etiam polygonon, geniculatam Latini vocant. *Plin.* l. 27. c. 12.

CARCINŌDES, *cancerous, gangreened*, καρκινώδης, vox Græca Latine scripta, quæ significat rem aliquam cancro similem. *Carcinodes narium* apud *Plin.* l. 20. c. 17. est polypus in naribus, qui facile in cancrum degenerare solet, ut *Cels.* docet l. 6. c. 8. *ad fin.* *a polypus in the nose.*

CARCINŌMA, atis, n. *a canker or cancer, an eating sore*, καρκίνωμα, periculosissimum morbi genus, quod nascitur maxime in superioribus partibus circa faciem, nares, aures, labra, mammas feminarum, modo cum ulcere, modo sine eo. Habet autem quosdam gradus, quorum primus *cacoethes* curationem recipit, secundus proprie *carcinoma* dictus, et ceteri non item, sed medicaminibus irritantur. Hæc ex *Cels.* l. 5. c. 28. n. 2. ubi plura de eo. *Id. ibid.* Si levatur malum, procedere curatio potest: si protinus irritatum est, scire licet, jam carcinoma esse, &c. ¶ Medici quidam distinguunt inter *cancrum*, et *carcinoma*, ut hoc exulceratum, ille sine ulcere sit. At *Celsus* in utroque et ulcus, et carentiam ulceris agnoscit, [*carentiam ulceris agnoscit*, ait *Forcellinus*, non imitandus tamen, nam vocem *carentia* inter barbaras ipse recenset.] ut videre est *loc. cit.* et cap. 26. n. 31. ¶ Ipsum quoque *cacoethes*, quod curationem recipit, ceteraque vitia sanabilia, quæ similitudinem aliquam habent cum carcinomate, *carcinomata* appellantur. *Cato R. R.* c. 157. Si quid in mammis ulceris natum, et carcinoma, brassicam tritam opponito, sanum faciet. *Plin.* l. 29. c. 2. *ad fin.* Sordes caudarum prosunt gingivis, si carcinoma serpat. *Id.* l. 28. c. 18. Carcinomata curat coagulum leporis. *Id.* l. 22. c. 13. sanat urtica. ¶ *Augustus* nepotem Agrippam ingenii scordali, et ferocis, et Julias filiam, et neptem, contaminatas probris omnibus, et plane extra omnem emendationis spem positas, tres vomicas, aut tria carcinomata sua vocare solebat, ut narrat *Sueton. in ejus vita* c. 65.

[* CARCINOMATŌSUS, a, um, adject. ciens carcinoma. *Campol. in Litholex.*]

CARCĬNOS, i, m. *a crab-fish*, καρκίνος, Græca vox idem significans, quod cancer. Pro cælesti sidere *Lucan.* l. 9. v. 536. Par Geminis Chiron, et idem quod Carcinos ardens, Humidus Ægoceros. ¶ Græce scribitur et καρκῖνος. Quare pœnultima posset etiam produci.

CARDA, V. *Cardea.*

CARDĂCES, um, m. Κάρδακες, militis Persici genus, forte quidem et bellicosum (nam κάρδα Persis virile, et bellicosum significat, teste *Suida ad fin.* lib. 15.) sed idem admodum furax. *Nepos in Datum.* c. 8. [† *Eustath. ad Il.* B. p. 279. *ed. Bas.* Κάρδακες οὐ δίκαιόν τι γένος, ἀλλὰ οἱ μισθοῦ στρατευόμενοι βάρβαροι, παρὰ Θεοπόμπῳ. ἁπλῶς δέ φησιν οἱ Πέρσαι, πάντα τὸν ἀνδρεῖον καὶ κλῶπα κάρδακα ἐκάλουν. V. *Hesych.* et *Phot.* in v. *Polyb.* 5. 79. *Strab.* 15. p. 734.]

[* CARDAMĪNA, æ, f. herbæ nomen apud *Apul. de herb.* c. 20., qui Græcis etiam Cardamon, Italis nasturtium vocari ait.]

CARDAMŌMUM, i, n. *a medical seed, brought from India, of the aromatic kind; cardamomum*, καρδάμωμον, frutex odoratus amomo similis, semine oblongo. Quatuor ejus genera sunt: viridissimum ac pingue, acutis angulis, contumax fricanti, quod maxime laudatur: proximum huic e rufo candicans: tertium brevius, atque nigrius. Postremum omnium varium et facile tritu, odorisque parvi. Locum habet maxime in unguentis. *Plin.* l. 12. c. 13. et lib. 13. c. 1. et 2.

CARDĂMUM, i, n. *cresses*, κάρδαμον, herba Latine *nasturtium* dicta. *Scribon. Larg. compos.* 129. Cardami nigri, idest nasturtii seminis, &c. *Rhodius* legendum putat, *Cardami, idest nasturtii nigri seminis*, &c. Adde *Apul. de herb.* c. 20.

CARDĔA, æ, f. Dea præses cardinibus forum. *Tertull. de cor. mil.* c. 13. *in fi.* (ubi alii leg. *carda* eod. sensu.) *de Idolol.* c. 15. ubi alii deum masculum, non feminam, faciunt; et *in Scorpiac. advers. Gnost.* c. 10. *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei*, c. 8. *in fi.* V. *Carna.*

CARDIĂCUS, a, um, *affecting the heart, cardiacal*, καρδιακός. *Cardiacus morbus* est vehemens stomachi languor, et dolor, cum corporis imbecillitate, nimio sudore, aliisque affectibus, de quib. V. *Cels.* l. 3. c. 19. *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 30. *et sequent.* et alios. Dicitur autem *cardiacus* a καρδία, cor, quia olim creditum est, cor maxime in eo morbo laborare, vel a καρδία, qua significat os ventriculi: quo sensu usurpari a Medicis, *Galenus* l. 2. περὶ τροφῶν δυνάμεως, cap. 24. testatur. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 71. *Hard.* Cor negatur cremari posse in iis, qui cardiaco morbo obierint. ¶ *Cardiacus* dicitur, qui tali morbo laborat. *a person griped or wrung at the stomach; one sick at heart.* *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 38. Nec cardiacis hoc tribuendum est, nec phreneticis. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 161. Non est cardiacus (Craterum dixisse putato) Hic æger: recte est igitur, surgetque: negabit. ¶ Cardiacis maximum remedium vinum esse putatur, ut est apud *Cels. loc. cit.* et *Plin.* l. 23. c. 1. *post med.* Hinc *Juvenal.* sat. 5. v. 32. Cardiaco nunquam cyathum missurus amico.

[* CARDIMŌNA, atis, *Cæl. Aurel. acut.* l. 2. c. 35. *ad fin.* Vocatur autem secundum aliquos quædam passio etiam cardimona, quam Græci καρδιωγμὸν vocaverunt. Hanc necessario sequitur dolor oris ventris, quam plurimi idiotæ cordis dolorem vocaverunt.]

CARDINĀLIS, le, *relating to a hinge*, ad cardinem pertinens. *Vitruv.* l. 4. c. 6. Fores ita compingantur, ut scapi cardinales sint ex altitudine luminis totius duodecima parte. *carpinales scapi* sunt tigilla, vel crassiores tabulæ hinc inde erectæ, et ipsis foribus affixæ, quibus forum ornamenta præcinguntur, secundum antepagmenta lapidea ipsius januæ. Dicuntur autem *cardinales*, quia habent ex utraque parte cardinem, quo fores vertuntur. ¶ Translate *Servius* ad illud *Virg. Æn.* 1. v. 135. Eurum ad se, Zephyrumque vocat: *cardinales* hos ventos appellat, hoc est præcipuos. per hos enim omnes venti eo loco intelligendi sunt. *the cardinal or chief winds.* V. *Cardo.* ¶ *Cardinales numeri* dicuntur a Grammaticis, ex quibus formantur ordinales, et distributivi, ut *quatuor* unde *quartus, quaterni*: *sex* unde *sextus, seni*, &c. *Priscian. de ponderib.* pag. 1351. *Putsch. the cardinal numbers.*

CARDINALĬTER, per cardinem. *Firmic.* l. 4. c. 10.

CARDINĀTUS, a, um. *hanged or pinned fast.* *Vitruv.* l. 10. c. 21. *de testudine militari.* Arrectaria duo conjuncta capitibus transversario cardinato tigno, et altero mediano inter duos scapos cardinato, et laminis ferreis religato. *Tignum cardinatum* hoc loco est *a mortised beam.* Sic *Idem ibid.* c. 20. Intercardinatæ trabes. V. *Cardo.*

CARDINĔUS, a, um, *pertaining to a hinge*, cardinalis. *Septimius Afer* apud *Terentian. de Metris.* Stridula cui limina, cui cardinei tumultus. ¶ *Cardinea Dea*, V. *Carna.*

CARDO, inis, m. *a hinge, or hook*, γιγγλυμός, ὀχλεύς, στροφεύς, fulcimentum illud, cui fores incumbunt, et vertuntur. Cardines apud veteres plerumque infixi erant in superiore, et inferiore ostii parte, hoc est in supero, et infero limine, ut *Plaut.* loquitur *Merc.* 5. 1. 1. quibus proinde in imo quidem fores incumbebant, in summo autem ita detinebantur, ut huc illuc extra perpendiculum vergere, et loco moveri non possent. Fiebant autem ex crassiore tigillo, in capitibus acuminato, quæ capita ferream etiam cuspidem, aut æneam præfixam interdum habebant, ne assidua versatione detererentur. *Plin.* l. 16. c. 40. Rigorem fortissime servat ulmus: ob id cardinibus, crassamentisque portarum utilissima, quoniam minime torquetur. Permutanda tantum sic, ut cacumen ab inferiore sit cardine, radix superior. *Id. ibid.* c. 43. Ex olea durissimo ligno, cardines in foribus diutius immoti, plantæ modo germinaverunt. *Id.* l. 36. c. 15. Theatra duo e ligno, cardinum singulorum suspensa libramento. *Plaut. Amph.* 4. 2. 6. et *Asin.* 2. 3. 8. Foribus cardines effringere. *Virg.* 1. *Æn.* v. 480. Vellere postes a cardine. et vers. 493. emoti procumbunt cardine postes. *Id.* 9. *Æn.* v. 724. Portam converso cardine torquere. *Id.* 1. *Æn.* v. 453. foribus cardo stridebat ahenis. *Serv.* ad hunc locum docet post obsessum a Gallis Capitolium, cautum a Romanis fuisse, ut ejus ostii cardines ex ære fierent, quorum stridore custodes, si quis clam aperire vellet, admonerentur. *Virg. in Ciri*, v. 222. sonitum nam fecerat illi Marmoreo, æratus stridens in limine cardo. ¶ In aliis quoque machinationibus, ubicumque lignum aliquod in cavum, seu foramen alterius immittitur, ut versari possit, *cardo* dicitur. *Vitruv.* l. 10. c. 20. *de testudine parando.* Eæ arbusculæ ita sint temperatæ, ut habeant cardines, et foramina, quo vectes trajecti versationes earum expediant. *Id.* l. 9. c. 9. Tympanum includatur cardinibus ex torno, masculo et femina inter se coarctatis, ita uti minus tympanum in majore circumagendo arcte leniterque versetur. *cardinem* hoc loco appellat non solum id, quod vertitur, sed etiam id, in quo vertitur, illud vocans *masculum*, hoc *feminam.* ¶ Præterea dicitur *cardo* tigni vel tabulæ caput, figura cunei, vel metæ effirmatum, quod in cavum alterius tigni eadem figura excavati immittitur, quo firmius hæreat. *Vitruv.* l. 10. c. 20. Supra trabes collocentur capreoli, cardinibus alius in alium conclusi. *joined with a mortise, mortised.* *Id. ibid.* c. 16. Cardines securiclati. *dove-tailed.* Hinc *tignum cardinatum*, de quo V. supra suo loco. ¶ Similiter in coronis *cardines* dici possunt extrema earum capita, quæ invicem connectuntur ad circulum faciendum. *Plin.* l. 21. c. 4. Cæpio negavit, centifoliam rosam in coronas addi, præterquam extremos velut ad cardines. ¶ Per synechdochen ponitur pro ipsa fore, quæ in cardine vertitur. Hinc *Tertull. de Spect.* c. 3. appellat *cardines balteorum* in Theatris ipsas eorum fores, ut in *Balteus* dictum est. ¶ Quoniam vero forum omne fulcimentum in cardine est, in eoque uno vertuntur, translate *cardo* dicitur in omni re id, in quo maximum momen-

tum positum est, unde totius rei pendet eventus. *Virg. Æn.* 1. v. 676. haud tanto cessabit cardine rerum. *in so critical a conjuncture. Stat. Theb.* 10. v. 853. attoniti fatorum in cardine summo. *Quintil.* l. 12. c. 8. Quorum nihil refert, ubi litium cardo vertatur. *Id.* l. 5. c. 12. Hic causæ cardinem ponit, in quo si victus fuerit, etiam in sequentibus ruit. ¶ Hinc proverb. *res est in cardine, h. e.* eo res devenit, ut ad exitum prope accedat. *the matter is come to a crisis.* Refertur a *Servio ad* 1. *Æn.* v. 676. Quidam sic intelligunt, ut dicatur res esse in cardine, cum est in incerto statu, neque quo evasura sit, cognosci potest; ducta significatione ab ipsis foribus, quæ motu cardinis huc atque illuc impelluntur. ¶ Præterea quemadmodum *axis*, ita et *cardo* pro cæli plaga sæpe usurpatur. Et primo *cardines* dicuntur duo axes seu poli septentrionalis, et meridianus; et præsertim ille, qui nobis semper est conspicuus, cum hic sub terra lateat, *the Poles. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. Inter circulum septentrionalem, et inter cardinem cæli, ubi sol sex mensibus non videtur. *Plin.* l. 4. c. 12. *de Hyperboreis populis.* Ibi creduntur esse cardines mundi, extremique siderum ambitus, &c. Adde *Ovid.* l. 2. *ex Pont.* ep. 10. v. 45. ¶ Aliquando ipsa terra *cardo* dicitur, quia circa eam cæli vertuntur. *Plin.* l. 2. c. 64. Cælum cardini suo, hoc est terræ undique incumbit. *Id. ibid.* c. 9. *de Luna.* Proxima ergo cardini, ideoque minimo ambitu peragit spatia, &c. ¶ Deinde quæcumque cæli plaga *cardo* dicitur. *Lucan.* l. 5. v. 71. Eous, et Hesperius cardo. *the East and West. Id.* l. 4. v. 672. Cardo medius. *h. e.* meridies. *Pallad.* l. 3. tit. 19. Plantas notabimus, ut ipsis, quibus steterant, cardinibus opponamus. *h. e.* ad eandem cæli regionem, quam ante respexerant. *Flor.* l. 4. c. 12. Omnes illius cardinis populi. *of that country or clime.* Adde *Liv.* l. 37. c. 54. ¶ *Cardo anni* dicitur a *Plin.* l. 18. c. 28. solstitium æstivum, quo dies ad summam longitudinem perveniunt, et veluti in cardine se vertentes, decrescere incipiunt. *the summer solstice.* ¶ Eadem ratione *cardo temporum* ab *eod. ibid.* c. 25. vocatur quadripartita anni distinctio per incrementa, et decrementa lucis, quæ augetur a bruma usque ad æquinoctium vernum, ab hoc usque ad solstitium; deinde minuitur usque ad æquinoctium autumni, et ab hoc usque ad brumam. *the four cardinal points of the year.* ¶ In vita humana *extremus cardo* est senectus, apud *Lucan.* l. 7. v. 381. ¶ In re agraria *cardo* est via, fossa, limes a meridie ad septentrionem ductus; *a road or track running from north to south*; quemadmodum *decumanus limes* est, qui ab oriente ad occidentem. Nomen traxit a cardine mundi. *Decumanus* autem prius dictus est *duodecumanus* ab hora duodecima diei, qua sol occidit: spectat enim in occidentem. Ita *Salmas. in exercitat. Plin.* pag. 676. ubi de utroque fuse disputat. Alii *decumanum* dictum putant, quia ex transverso *cardinis* currens X litteræ figuram exhibet, quæ decem significat. *Plin.* l. 18. c. 33. Qui ita limes per agrum currit cardo appellatur. *Id.* l. 17. c. 22. Si major modus sit, totidem pedum cardine, quot decumano, limitari. Adde lib. 18. c. 34. *Hygin. de limitib. constit.* [apud *Goes.* et *Fest.* Cave autem a *Servio*, qui quod hac super re docet ad lib. 1. *Georg.* v. 126. non probat. ¶ *Cardo convexitatis* est pars ejus media, quæ a Mathematicis *vertex*, et *focus parabolæ* appellatur, ubi ejusdem parabolæ axis infigitur. *Plin.* l. 31. c. 3. Reperiuntur aquæ in convallibus maxime, et quodam convexitatis cardine, aut montium radicibus. *h. e.* in parte depressiore. ¶ Feminino genere a Veteribus. *Graius*, seu *Granius* apud *Non.* c. 3. n. 75. Sonat impulsa regia cardo. *Gracchus* apud *Priscian.* l. 6. pag. 683. *Putsch.* O grata cardo, regium egressum indicans.

CARDŬĒLIS, is, m. *a bird feeding among thistles, a linnet*, videtur esse avis parva, capite rubro, alis luteis, albo nigroque distinctis: ita dicta, quod carduorum semine libenter pascatur, ut apud *Isid.* l. 12. c. 7. *ad fin. Serv. ad Georg.* 3. v. 338. et *Prob. ibid.* legitur. *Plin.* l. 10. c. 42. Minimæ avium cardueles, imperata faciunt, nec voce tantum, sed pedibus, et ore pro manibus. Adde *Petron. in fragm. Tragur.* c. 46. *Burman.* V. *Acanthis.*

CARDŬĒTUM, i, n. *a place abounding in thistles*, locus carduis consitus. *Pallad. in Mart.* tit. 9. Contra talpas prodest catos frequenter habere in mediis carduetis.

CARDUS, i, m. *a thistle*, idem quod carduus. *Capitolin. in Pertin.* c. 12. Dimidiatas lactucas et cardos apponere. Ita *Salmas.* legi ait in optimo quodam Codice. Alii *carduos* legunt. *Veget. de re veterin.* l. 1. c. 17. Herba cardo silvestri pæne similis.

CARDŬUS, i, m. *a thistle*, herba aculeata, in plura divisa genera, de quibus consulendi sunt Botanici. Silvestris generis duas species describit *Plin.* l. 20. c. 23. *in fi.* quarum altera *scolymus* dicitur, de qua *Dioscor.* l. 3. c. 16. Silvestris cardui infecundi, et inutilis meminit *Virg.* 1. *Georg.* v. 151. segnisque horreret in arvis Carduus. ¶ Sativi, et hortensis serendi rationem docent *Plin.* l. 19. c. 8. *Colum.* l. 11. c. 3. et *Pallad. in Mart.* tit. 9. et *in Octobr.* tit. 11. Porro *Harduin. ad Plin. loc. cit.* notat, tum ipsum *Plin.* tum *Columell.* inter carduos hortenses intelligere etiam eum, qui alio nomine *cinara* dicitur, Anglice *an artichoke.*

CARE, adverb. *dearly, at a great price, or high rate*, magno pretio, et pluris, quam pro rei valore, τιμίως. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. Aves pingues care væneunt. *Cic. pro Dom.* c. 44. Emit domum prope dimidio carius, quam æstimabat. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. *a med.* Valde care æstimare aliquid. *Senec.* ep. 42. Gratuita nobis videntur, quæ carissime constant.

CARECTUM, i, n. *a place where sedges grow*, locus caricibus plenus. *Virg. Ecl.* 3. v. 20. tu post carecta latebas. *Colum.* l. 6. *R. R.* c. 22. Melius nemoribus herbidis, et frutetis, et carectis, quam lapidosis locis, durantur ungulæ. *Pallad. in Aug.* tit. 3. Exstirpare carecta.

CARENARĬA, æ, f. vas, in quo carenum fit. *Pallad. in Jul.* tit. 7. In tribus aquæ sextariis unum sextarium non despumati mellis admisces, ac diligenter per carenarias divisum, &c. ¶ Scribitur et *carœnaria.* V. vocem sequent.

CARĒNUM, i, n. *wine boiled down one third part*, genus musti ea mensura decocti, ut ex tribus partibus duæ remaneant, ut *Pallad. in Octobr.* tit. 18. docet. *Apic.* l. 2. c. 1. *in fi.* Subassare cum careno. Adde lib. 1. c. 33. et *Augustin.* l. 2. *de morib. Manich.* c. 13. ¶ Scribitur et *carœnum* a Græco κάροινον, ut sit a κάρα, caput, et οἶνος, vinum, fortasse quia valde inimicum sit capiti: vel a Κᾶρες, quod Cares populi primum coxerint. Sed et κάρηνον Græce scriptum invenitur: κάρηνον autem caput significat. ¶ Est etiam genus herbæ, vel seminis, de quo V. in *Careum.*

CARĔO, es, rui, caritum, n. 2. *to be without, want, be in want of, be free from*, ὑστερέω, ἀποστερέομαι. *Cic.* l. 1. *Tuscul.* c. 36. Carere hoc significat, egere eo quod habere velis. Inest enim velle in *carendo*: nisi cum sic, tanquam in febri, dicitur, alia quadam notione verbi. Dicitur enim alio modo etiam *carere*, cum aliquid non habeas, et non habere te sentias, etiamsi id facile patiare. *Carere* enim in morte non dicitur. nec enim esset dolendum. Dicitur illud bono carere, quod est malum. Sed ne vivus quidem bono caret, si eo non indiget, &c. Hæc Cicero. *Id. post redit. ad Quirit.* c. 1. Amicitiæ, consuetudines, vicinitates quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo. *Id. pro Rabir. perduell. cap. pænult.* Sensu, et vita carere. *Id. de Senect.* c. 3. voluptatibus. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 22. consuetudine amicorum, societate victus. *Id. Fam.* 16. ep. 15. febri. *Id. de Amic.* c. 6. dolore. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 20. suspicione. *Terent. Hecyr.* 4. 4. 41. culpa. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Quintil.* l. 1. c. 1. (*al.* 2.) Stilus rudis, et confusus intellectu caret. *Senec. in Hippol.* v. 554. Nullum caruit exemplo nefas. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 226. adituque carentia saxa. *Id. Heroid.* ep. 2. v. 26. Vela queror reditu, verba carere fide. ¶ Sæpe significat abesse, *to be absent from, avoid, eschew, stand aloof from. Cic. pro Mil.* c. 7. Caruit foro postea Pompeius, caruit Senatu, caruit publico: janua se, ac parietibus texit. *Id. Attic.* l. 9. *ep. ult.* Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimum togam puram dedi. *Id. de clar. Orat.* c. 8. Isocrates magnus orator, et perfectus magister, quamquam forensi luce caruit, &c. ¶ Item abstinere, non uti. *to forego, abstain from. Sallust. in Catil.* c. 13. Animus imbutus malis artibus, haud facile lubidinibus carebat. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 1. n. 14. Magnam habet vim disciplina verecundiæ: carent temeto omnes mulieres. *Nepos in Epamin.* c. 3. Amicorum in se tuendo caruit facultatibus; fide ad alios sublevandos sæpe usus est. Adde *in Phoc.* c. 1. ¶ Cum genitivo. *Lævius* apud *Gell.* l. 19. c. 7. Carendum tui est. *Terent. Heaut.* 2. 4. 20. Tui carendum quod erat. ¶ Cum accusativo, præsertim communi. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 46. Id, quod amo, careo. *Turpil.* apud *Non.* c. 6. n. 104. et cap. 9. n. 5. Meos parentes careo. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 770. n. 9. *non tamen optimæ notæ.* Quæ filios duos caruit. Alia *ibid.* pag. 572. n. 7. dulcem carui lucem, cum te amisi. ¶ Participium *cariturus. Ovid. Her.* ep. 4. v. 1. Qua, nisi tu dederis, caritura est ipsa. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 5. v. 41. carituros arbore montes. Adde *Juvenal.* sat. 6. v. 39. et *Plin.* l. 20. c. 21. ¶ Aliud participium *carendus* usurpatur etiam a *Cicer.* l. 1. *Tuscul.* c. 12. Istuc ipsum vereor, ne malum sit, non dico carere, sed carendum esse. ¶ Passive *Ovid. Her.* ep. 1. v. 50. Virque mihi, dempto fine carendus, abest. ¶ *Priscian.* l. 9. pag. 797. *Putsch.* ait, careor etiam ab antiquissimis usurpatum fuisse, sicut *copulor* pro *copulo*, *caleor* pro *caleo*: eosque auctores apud *Caprum* legi posse. Sed *Capri* is liber non exstat. ¶ *Careri* passive habet *Marcell. Empir.* c. 36. *a med.* ¶ *Carint* pro *careant* ἀρχαϊκῶς. *Plaut. Mostell.* 4. 1. 1. Qui cum culpa carint, tamen malum metuunt.

CARES, um, m. *the Carians*, Κᾶρες, populi Cariæ, qui olim insulas habitarunt. Postea Asiæ minoris partem meridionalem occupaverunt, qua Rhodum spectat, ab eaque *Cares* appellati sunt. Ea enim regio *Caria* dicebatur a *Care* ejus Rege. In rebus bellicis præcellebant: sed viles habiti sunt, quod mercede militarent, ac in prima acie locati primos hostium impetus sustinentes vitam suam nihili æstimarent. Hinc proverb. *In Care periculum facere*, cum periculo exponitur res, cujus jactura gravis non sit. *Cic. pro Flacc.* c. 27. Quid de tota Caria? nonne hoc vestra voce vulgatum est, si quid cum periculo experiri velis, in Care id potissimum esse faciendum? Al. leg. *in Caria*, alii *in Cariam.* Græce dicitur ἐν Καρὶ κίνδυνον. Ita exponit hoc proverbium *Erasm.* At *Manut.* censet, ex eo ductum esse, quod Cares nulla fide essent apud ceteras nationes: proinde nihil iis, nisi cum periculo, committi solere. Quod ad mentem *Ciceronis* magis accedere videtur. *Virg.* 8. *Æn.* v. 725. Hinc Lelegas, Carasque, sagittiferosque Gelonos. *Nepos in Datam.* c. 1. Natus est patre Camissare, natione Care. ¶ In singulari est *Car, Caris. Auson. in Technopægn. c. de historiis.* Fallaces Ligures, nullo situs in pretio Car. ¶ Fuit etiam *Car* vir quidam, qui primus auguria ex avibus petere instituit, et Cariæ provinciæ nomen dedit. *Plin.* l. 7. c. 56.

CARĔUM, i, n. *the herb or plant called caraway*, herbæ genus, gentis suæ (hoc est Cariæ populi) nomine ita appellatum, semen habens exiguum, cujus maximus usus est in condituris culinæ. Laudatissimum provenit in Caria. *Plin.* l. 19. c. 8. et *Apic.* l. 7. c. 2. Adde *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 9. leg. 5. ubi docet, careum in penore contineri. ¶ Κάρος dicitur a *Dioscor.* l. 3. c. 66. ubi ejus usum in medicina exponit, et habere ait multam cum aniso affinitatem. ¶ Sunt qui putant hanc herbam eandem esse cum ea, que *Chara*, vel *Cara* dicitur a *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 48. *a kind of parsnip or carrot*, quæ lacte admixto, indeque effectis panibus, inopiam militum multum levavit. Huc facit, quod *Dioscor. loc. cit.* cari radicem coctam æque edulem esse ait, ac pastinacæ. ¶ Apud *Colum.* l. 12. c. 49. ubi arida condimenta, quibus sampsam misceri jubet, esse ait *carenum, cyminum, semen fœniculi, anisum Ægyptium*, quidam putant *careum* legendum esse. Alii autem reponunt *carpum.*

CAREX, icis, f. *sedge, sheer-grass*, herba acuta, et durissima, sparto similis. *Virg.* 3. *Georg.* v. 231. Frondibus hirsutis, et carice pastus acuta. *Catull.* carm. 19. *in Priap.* v. 2. Villula tectæ vimine junceo, caricisque maniplis. ¶ Rectus casus legitur apud vet. Grammaticos v. gr. *Phocam* pag. 1700. *Putsch.* [Sed legitur etiam apud *Colum.*, cujus auctoritas pluris est facienda, is enim ait l. 11. c. 2. *circa med.* Filix quoque, aut carex, ubicumque nascitur, Augusto mense recte extirpatur.]

CARĬA, æ, f. Καρία, regio Asiæ minoris, cujus incolæ *Cares.* Habet ab Oriente Lyciam, a meridie mare Rhodium, ab occidente mare Carpathium, a Septentrione Ioniam et Pissidiam. Ejus oppida enumerat *Plin.* l. 5. c. 27. *in fi.* et cap. 28.

CARĬANS, antis, *rotten, decayed*, cariosus. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 5. Arentes hederas, cariantem tripodem, crepidasque situ murcidas, &c.

CARĬCA, æ, V. in *Caricus.*

CARICĔUS pro cariosus dictum est a Veteribus, teste *Non.* c. 1. n. 79. ubi tamen nullum hujus adjectivi profert exemplum.

CARĬCUS, a, um, *Carian*, Καρικὸς, ad Cariam, et Cares pertinens. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 57. et *Plin.* l. 18. c. 30. *ad fin.* Triticum Carica cretæ aspergere. ¶ *Carica ficus*, quæ *carica* absolute dicitur, genus est ficorum, qui in Caria abunde nascebantur, et ibidem siccabantur, ut in alias terras vehi possent. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 40. Quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, cauneas clamitabat. *Caunus* oppidum est Cariæ, teste *Plin.* l. 5. c. 28. ¶ Idem *Plin.* l. 13. c. 5. hujusmodi ficus in Syria nasci scribit, et qui in eo genere minores sunt, *cottana* appellari. Sed *caricas* generatim accipit pro quocumque ficorum genere: quod et alii Scriptores faciunt, *dried figs*, ἰσχάδες. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 674. Hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis. *Id.* 1. *Fast.* v. 185. Carica rugosa. ¶ In illo *Statii* l. 4. *silv. ult.* v. 26. Chartæ, Thebaicæve, Caricæve. *chartas Caricas* quidam exponunt, in Caria factas: sed melius chartas a Thebaicis, et Caricis distinguas, et *caricas* ficus intelligas ex Caria, sicut *Thebaicas* palmas ex Thebaide Ægypti. Nam et *Cæl. Aurelian. Chronic.* l. 2. c. 1. sect. 29. palmulas Thebaicas memorat.

CARĬES, ei, f. *rottenness, corruption, putrefaction, decay*, εὐρὼς, corruptio, putredo ex vetustate, aut alia quapiam de causa. *Non.* c. 1. n. 79. et cap. 2. n. 111. exponit vetustatem, vel putrilaginem. *Cels.* l. 8. c. 2. Ubi caries, nigritiesve in osse est. *caries. Lucil.* apud *Non. ibid.* Ne auriculam obsidat caries. ¶ Sæpe dicitur de vitio ligni, ætate, aut humore, aliave aeris injuria putrescentis. *rottenness in wood. Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 12. v. 27. Vertitur in teneram cariem, rimisque dehiscit, Si qua diu solitis cymba vacavit aquis. *Vitruv.* l. 7. c. 3. Materia, cui nec caries, nec vetustas, nec humor possit nocere. *Plin.* l. 16. c. 39. Caries subnascens cortici. *Id.* l. 16. c. 40. Cariem, vetustatemque non sentiunt cupressus, cedrus, ebenus, &c. et cap. 39. Cedri oleo peruncta materies nec tineam, nec cariem sentit. *Id.* l. 25. c. 1. In materiis cariem fumus erodit. *Id.* l. 35. c. 10. Tabula, quæ carie consenuit. *Colum.* l. 11. c. 2. Infestari carie. ¶ De muris, et ædificiis vetustate ruentibus, *Ammian.* l. 16. c. 2. Muri carie vetustatis invalidi. *mouldering with decay. Apulei.* l. 4. *Metam.* Capuli carie, et vetustate semitecti. ¶ De agris, *Colum.* l. 3. c. 11. De vinetis, quæ longo situ exoleverunt, inter omnes constat, pessima esse, si reserere velimus, quod solum adhuc non amiserit virus, et cariem illum vetustatis, quibus &c. V. *Cariosus.* ¶ In vinis *caries* dicitur

sapor, et odor ille, quem ex vetustate acquirunt, qui aliquando gratus est gustui, aliquando ingratus. *the dross, or lees, of wine. Plin.* l. 14. c. 4. Nec Opimiana vina potari per se queunt, si non pervincat aqua, usque in amaritudinem carie indomita. *Id.* l. 15. c. 2. Invitat ad servandum inveterati vini caries. *Id.* l. 23. c. 1. Ætatem addere vites, quæ per se cariem traxere. *Colum.* l. 3. c. 2. Tardius recipere cariem vetustatis. ¶ Simili ratione *caries* dicitur in siccis aliorum ciborum nimia vetustate ingratis. *Apul.* l. 9. *Metam.* Lactucæ veteres, et insuaves, quæ seminis enormi senecta, ad instar scoparum, in amarum cænosi succi cariem exolescunt. ¶ De pomis ætate corrugatis, non tamen corruptis. *Martial.* l. 13. epigr. 29. Pruna peregrinæ carie rugosa senectæ. ¶ Adhibetur in conviciis de sene homine, et male valetudinario. *Turpil.* apud *Non.* cap. cit. Viden', ut osculatur caries? num illum illæc pudet. *Afran. ibid.* Nemo illa vivit carie cariosior. Adde *Auctor. Priap.* carm. 57.

CARĪNA, æ, f. *the keel, or bottom, of a ship,* δρύοχος, τρόπις; ima navis pars, navis fundus. Etymologi volunt proprie significari trabem imam, quæ totius navis fundamentum est. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 46. Quid tam in navigio necessarium, quam latera, quam carinæ, quam prora, &c. *Liv.* l. 22. c. 20. Naves, quæ carinas fixerant vadis. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 13. Carinæ aliquanto planiores, quo facilius vada excipere possent. ¶ A figuræ similitudine dicitur de aliis rebus. *Plin.* l. 15. c. 22. *de nucibus.* Carinæ putaminum bifidæ, nucleorumque quadripartita distinctio. *the two halves of nut-shells. Nemesian. in Cyneg.* v. 109. *de forma canis.* multamque gerat sub pectore lato Costarum sub fine decenter prona carinam. ¶ Per synecdochen ponitur pro ipsa navi. *a ship. Virg.* 2. *Æn.* v. 23. statio male fida carinis. *Ovid. Her.* ep. 17. v. 103. Tunc ego te vellem celeri venisse carina. Adde *Horat.* l. 1. od. 35. v. 8. *Propert.* l. 1. eleg. 3. v. 1. &c.

CARĪNÆ, arum, *a street in Rome, so called from the houses being built in the form of the keel of a ship,* vicus celebris Romæ in regione quarta, ubi templum fuit Telluris, Ædes Junonis sororiæ, domus Ciceronis, Pompeii, aliorumque principum civium. *Cic. de Harusp. resp.* c. 23. *in fi.* Cum diceret, velle se in Carinis ædificare alteram porticum, quæ Palatio responderet. *Virg. Æn.* 8. v. 360. armenta videbant Romanoque foro, et lautis habitare Carinis. *lautas* dicit propter elegantiam ædificiorum, quæ in eo vico erant temporibus *Virgilii*, ut *Servius ibid.* docet, ubi et alias assignat causas, cur *lautæ* dictæ sint, non tamen æque probabiles. *Carinas* vero ideo appellatas esse ait, quod circa templum Telluris essent ædificia in modum carinarum exstructa: sed alii aptius appellationem ducunt ex eo, quod locus ipse ejus vici in carinæ modum depressus esset. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 8. docet, hunc locum primo dictum esse *Ceroliensem*, deinde a carinarum junctu *Carinas:* si modo is locus mendo caret. ¶ *Vellei.* l. 2. c. 77. Sex. Pompeius cum in navi Cæsarem et Antonium cœna exciperet, dixit, in carinis suis se cœnam dare: referens hoc dictum ad loci nomen, in quo paterna domus ab Antonio possidebatur.

CARINARĬUS, ii, m. qui cerino colore vestes inficit, juxta illud *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 184. Et sua velleribus nomina cera dedit. V. *Calthularius.*

CARINĀTUS, a, um, *made like the keel of a ship,* in carinæ modum formatus. *Plin.* l. 9. c. 30. Concha acatii modo carinata, inflexa puppe, prora rostrata. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 82. *Hard.* Pectus homini tantum latum, reliquis carinatum, volucribus magis.

CARĪNO, as, a. 1. *to make hollow like the keel of a ship,* carinam facere. *Carinare se* dicuntur marini pectines, dum ex sua testa veluti carinam faciunt, qua per summa æquoris navigent. *Plin.* l. 9. c. 33. ¶ Præterea *carinare* est obtrectare, illudere, *to jeer, banter, mock, rally, scoff,* ut *Serv. ad Æn.* 8. v. 361. interpretatur. *Ennius ibid.* Contra carinantes verba atque obscena profatus. *Id. ibid.* neque me decet hanc carinantibus edere chartis. *Festus:* Carinantes, probra objectantes, a carina dicti, quæ est infima pars navis, sic illi sortis infimæ. *In Glossis* quoque *Isidori* legitur: Carinantes, illudentes. Simile et Græcum γεφυρίζειν (a γέφυρα, pons) quod eandem habet significationem. In carina enim nautarum fæx, ut in ponte infimi popelli homines, stare solent. *Voss. in Etymol.* non a *carina*, sed vel a χαρίεν, idest venustum, lepidum, deduci putat, ut proprie significet facete, et salse jocari, et mordere; vel a *caro, is,* quod carminare significat: quam postremam notationem probat etiam *Salmas. in exercitat. Plin.* pag. 398. ut eadem ratione fiat a *caro, carĭno,* (pænul. correpta) qua a *nato, natino,* &c. Quia vero in priore *Ennii* versu propter pænultimæ quantitatem, mendum subesse videtur, ita emendandum putat. *Id. Salmas.* Et contra carinans verba atque obscena profatus.

CARĬO, as, n. 1. *to become rotten.* putresco, cariem contraho. A quo particip. *carians,* hoc est cariosus. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 5. Alibi arentes hederas, alibi cariantem tripodem, præsagiorumque interlitam memoriam repererunt.

CARIŌSUS, a, um, *rotten, worm-eaten, decayed, putrified, corrupt, carious,* εὐρώεις, εὐρώδης, carie plenus, putrefactus, corruptus. *Cels.* l. 8. c. 2. Os cariosum. *Phædr.* l. 5. *fab. ult.* et *Plin.* l. 32. c. 7. Dentes cariosi, et fœtidi. *Id.* l. 18. c. 17. Si cariosum fuit semen, cum sereretur. *Id.* l. 17. c. 23. Cariosas vitis partes deputare. *Martial.* l. 13. epigr. 120. Vina cariosa. (V. *Caries.*) *Id.* l. 11. epigr. 50. Amphora cariosa falerni. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 67. Vetustate ficus fit pallidior, palmula cariosior, nux aridior. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 12. *in fi.* Cariosa senectus. *h. e.* ætas longa, quæ cariem rebus affert. *Prudent. Cathemer.* 10. v. 149. cariosa vetustas. *Id.* l. 1. *in Symmach.* v. 435. cariosi dii. *h. e.* veteres deorum statuæ. ¶ Quam *Cato R. R.* c. 5 *terram cariosam* appellat, docetque si colatur, triennii fructum amitti, *Plin.* l. 17. c. 5. interpretatur aridam, fistulosam, scabram, canescentem, exesam, et pumicosam. Et *Colum.* l. 2. c. 4. cariosam dici ait, cum post longas siccitates levis pluvia superiorem partem glebarum madefecit, infernam non attigit. ¶ Translate *Afran.* apud *Non.* c. 1. n. 79. Nemo illa vivit carie cariosior. V. *Caries.* Sunt, qui leg. *curiosior. h. e.* curis magis enecta, et macilentior.

CĂRIS, idis, f. *a sort of lobster,* καρὶς, genus piscis tenui testa vestiti, et sinuosi. Quidam putant esse eundem, ac squillam. *Ovid. in Halieut.* v. 130. Loligo, durique sues, sinuosaque caris.

CARISĬUS, ii, (rectius quam *Charisius*, ut *Manutio*, et *Dausquio* placet) *Flavius Carisius Sosipater* unus est ex veteribus illis Grammaticis, quibus, præter regulas Latine loquendi, debemus fragmenta antiquorum Scriptorum bene multa. Ejus dicendi stilus est ejusmodi, ut nihil assurgat supra Grammaticum. Exstant hujus Institutionum Grammaticarum libri quinque. Tempus autem ætatis, quo vixerit, valde incertum est. Illud constat, antiquissimum esse omnium quorum de Latina Grammatica integri commentarii ad nos pervenere. Sunt qui putant, vixisse circa tempora Plinii Secundi: sunt qui non multo post Valerium Maximum: sunt etiam, qui ad sæculum Christi V. traducunt. Fuit natione Campanus, religione Christianus, si *Georgio Fabricio* credimus.

CARISSA, apud *Lucilium* vafram significat. *Fest.* Al. leg. *vafrum. In Gloss. Isid.* Carissa, lena vetus et litigiosa, ancilla dolosa et fallax. ¶ Quod legitur apud *Seren. Sammon.* c. 46. v. 830. Cuspide non quisquam, longæ neque cæde carissæ: *Robert. Keuchen.* recte monet legendum *sarissæ.*

CARĬTAS, atis, f. *dearth, scarcity of provisions, a high price, dearness,* πολυτιμία, penuria frumenti, et cibariorum, vel alterius rei, ex qua ultra modum ejus pretium augetur: cui opponitur *vilitas. Cic. Verr.* 3. c. 93. Cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit. *Id. pro Lege Manil.* c. 15. Tanta repente vilitas ex summa inopia, et caritate rei frumentariæ consecuta est. *Id. pro Dom.* c. 10. Qua ex re primum caritas nata est, deinde inopia. (*Inopia* et *caritas* in eo differunt, quod illa est ex privatione rerum, quæ non exstant, hæc ex penuria earum, quæ exstant) *Id.* 3. *Verr.* c. 18. Vereri caritatem annonæ. *Plin.* l. 18. c. 28. Inferre caritatem annonæ. *Sueton. in Aug.* c. 42. Caritas vini. *Plin.* l. 18. c. 28. *ad fin.* olei. et cap. 30. operariorum. *scarcity. Cic. Attic.* l. 9. ep. 9. *in fi.* nummorum. ¶ Translate sumitur pro dilectione, benevolentia, amore. Nam ea, quæ magno constant, valde diligere solemus, *benevolence, love, affection. Cic. de Amic.* c. 8. Caritas, quæ est inter natos, et parentes. *Id. ibid.* c. 9. Natura gigni sensum diligendi, et benevolentiæ caritatem. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. 16. Liberalitate qui utuntur, benevolentiam sibi conciliant, et quod aptissimum est ad bene vivendum, caritatem. *Id. Fam.* 10. ep. 22. Tibi persuade, tantam esse apud omnes bonos tui caritatem, ut &c. *Nepos in Alcib.* c. 5. Caritate patriæ duci. *Liv.* l. 7. c. 40. Omnes caritate cives complecti. *Quintil. in proœm.* l. 1. Mutæ caritatis pignus. *Curt.* l. 3. c. 6. Eximia caritate diligere aliquem. et *ibid.* Caritate alicujus flagrare. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 1. leg. 11. Duo æqua caritate conjuncti. ¶ De discrimine inter *caritatem, benevolentiam,* et *amorem* diximus in *Amor.* ¶ In plurali numero *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 17. Cari sunt parentes, cari liberi: sed omnes omnium caritates patria una complexa est. Adde *Quintil.* declam. 2. c. 7. et *Apul.* l. 5. *Metam.* ¶ Quemadmodum *amores,* et *affectus* pro iis, quos diligimus, interdum ponuntur, ita etiam *caritates* usurpavit *Ammian.* l. 24. c. 1. (*al.* 2.) Reliqui cum caritatibus suis, et supellectile Chalcida transmissi sunt. ¶ Interdum *caritas* pro gratia ponitur, qua quis apud alios carus est, *grace, insinuating manner. Cic. in fragment.* apud *Gell.* l. 16. c. 16. Non modo invidia pari non erant, sed etiam Claudii invidiam Gracchi caritas deprecabatur. ¶ *Caritas,* et *carus,* cum ad amorem referuntur, cum aspiratione scribi solent, tum ad differentiam *caritatis,* et *cari,* qua pretium adsignificant, tum ad Græcam originem retinendam. Derivant enim a χάρις, vel χαρίεις. Sed discriminis illius causa levis admodum est; notatio vero prorsus incerta, ut et *Voss.* fatetur. Quare rectius sine aspiratione scribetur, more antiquorum: quæ sententia est ejusdem *Vossii, Scaligeri, Dausquii, Cellarii,* et *Manutii,* qui præter libros veteres, Pandectas Florentinas, et Virgilium Carpensem, testes affert lapides quinquaginta, in quibus nulla aspiratio est. Quod vero in aliquot hujusmodi monumentis *Karus* per K scriptum legitur, idipsum scilicet satis probat, nullam aspirationem adhibendam esse, cum Græcum K inter tenues consonantes numeretur, et Latino C respondeat.

CARĬUS, a, um, *Carian,* adject. ad Cariam, vel Caras populos pertinens. *Stat.* 4. *Theb.* v. 225. Plaudentique habiles Cariæ resonare Dianæ. Ita leg. quidam, sed *Carius* a *Caria* primam producit, ut videre est in *Cares,* et *Caricus.* Præterea nulla celebris Diana in Caria fuit, sed Apollo. Quare rectius alii *Caryæ* legunt, et de Diana a Laconibus culta intelligi volunt, a καρύα, nux. Cum enim virgines Laconicæ in templo Dianæ luderent, atque illud ruinam minari cœpisset, illæ profugientes, in nucem juxta positam ascenderunt: ex quo *Dianæ Caryæ* nomen hæsit. *Servius ad Ecl.* 8. v. 30. longam narrat fabulam de quadam *Carya* filia Dionis Regis Laconiæ a Libero Patre primum adamata, deinde in arborem sui nominis, hoc est in nucem conversa. Quod postea, inquit *Serv.* Diana ita factum Laconas docuit: unde templum Caryatidi Dianæ a Laconibus consecratum.

CARMĀNI, orum, Κάρμανοι, populi Asiæ in Perside, ad Persicum sinum, quorum regio *Carmania. Pompon. Mela* l. 3. c. 8. Carmani sine veste ac fruge, sine pecore ac sedibus, piscium cute se velant, carne vescuntur, præter capita toto corpore hirsuti. Adde *Plin.* l. 6. c. 23. et *Lucan.* l. 3. v. 250.

CARMĒLUS, i, m. [† nunc *Mount Carmel,*] Κάρμηλος, mons Palæstinæ, in ora, in confinio Phœnices, inter Sycaminum, et Doram urbes, prope Porphyrion, et Caipham. Est eodem nomine Deus, in eodem monte cultus, sine simulacro, aut templo, ara tantum, et reverentia, ad quem accedebant oracula petituri. De utroque *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 78. [† Locus est: Est Judæam inter Syriamque Carmelus, Ita vocant montem Deumque. Nec simulacrum Deo, aut templum, sic tradidere majores, aram tantum, et reverentiam.] Adde *Sueton. in Vespas.* c. 5.

CARMEN, inis, n. *a verse; verse, poetry,* μέλος, μέτρον, ἔπος, oratio numeris seu pedibus vincta, et canendo apta. Putat *Voss.* dictum esse a *casmen,* ab obsoleto *casno* pro *cano. Quintil.* l. 1. c. 10. *ante med.* (*al.* c. 16.) Versus quoque Saliorum habent carmen. *Cic. pro Arch.* c. 27. Templorum aditus carminibus exornare. *Id.* l. 1. *Tuscul.* c. 26. Fundere carmina. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 2. condere. *Id. pro Cœl.* c. 8. contexere. *Lucret.* l. 1. v. 931. pangere de aliqua re. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 63. componere. *Id.* l. 2. ep. 1. v. 227. fingere. *Id.* l. 4. od. 12. v. 9. dicere. *Id.* l. 2. sat. 5. v. 74. scribere. *Virg. Ecl.* 5. v. 86. facere. *Id. Ecl.* 10. v. 51. modulari avena. *Nepos in Epamin.* c. 2. cantare tibiis. *Cic. pro Rab. Posth.* c. 16. Celebrare aliquid carminibus. ¶ Sæpe sumitur pro poemate, *a poem, book of verses, composition in verse.* Hinc dicimus *Bucolicum carmen, lyricum, epicum, amœbeum, nuptiale, funebre,* &c. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 86. Jam Saliare Numæ carmen qui laudat, &c. Adde *Plin.* l. 2. c. 25. et *Sueton. in Tiber.* c. 70. ¶ Et pro parte poematis. *part of a poem. Lucret.* l. 6. v. 937. quod in primo quoque carmine claret. *h. e.* in primo libro poematis Lucretii. ¶ Et speciatim pro carmine lyrico. *lyric poetry. Horat.* l. 2. ep. 2. v. 59. Carmine tu gaudes, hic delectatur Iambis, Ille Bioneis sermonibus, et sale nigro. ¶ Item pro titulo, epigraphe, *an inscription. Virg.* 3. *Æn.* v. 287. clypeum Postibus adversis figo, et rem carmine signo. *Id. Ecl.* 5. v. 42. tumulo superaddite carmen. Adde *Ovid Her.* ep. 7. *in fi.* et *Sil.* l. 9. v. 266. et l. 15. v. 491. ¶ Item pro incantamento, quod verbis fit, *an incantation; enchantment. Tacit.* 4. *Ann.* c. 22. Uxor ejus accusata, injecisse carminibus, et veneficiis vecordiam marito. *Virg. Ecl.* 8. v. 69. Carmina vel cælo possunt deducere lunam: Carminibus Circe socios mutavit Ulyssis. *Lex* XII. *Tab.* apud *Plin.* l. 28. c. 2. Malum carmen incantare. *Plin. ibid.* Incantamenta carminum. Adde *Virg.* 4. *Æn.* v. 487. et *Juvenal.* sat. 6. v. 132. ¶ Item pro vaticinio. *prophesy.* Poetæ enim, qui vaticinari dicuntur, item Oracula, carmine res futuras prædicere solent. *Liv.* l. 1. c. 45. Cecinere vates, cujus civitatis eam civis Dianæ immolasset, ibi fore imperium: idque carmen pervenerat ad antistitem fani Dianæ. *prediction. Virg. Ecl.* 4. v. 4. Ultima Cumæi venit jam carminis ætas. ¶ Aliquando *carmen* dicitur ipsa ratio carminis. *Cic.* 4. *Acad.* c. 27. Pictor videt, quæ nos non videmus: et simul inflavit tibicen, a perito carmen agnoscitur. ¶ Ponitur et pro cantu, *song, strains. Virg.* 4. *Æn.* v. 462. Solaque culminibus ferali carmine bubo Visa queri. *Ovid. Metam.* 14. v. 430. Carmina jam moriens canit exsequialia cycnus. ¶ Item pro sono. *sound. Sever. in Ætna,* v. 295. Carmineque irriguo magni cortina theatri Imparibus numerosa modis canit arte regentis. *Claudian. de consul. Mall. Theod.* v. 319. trabali Vecte laborantes in carmina concitet undas. ¶ Præterea dicuntur *carmina* formulæ quædam certis verbis compositæ ut Jurisconsultorum, Prætorum, Fecialium, Imperatorum in obsidione urbium Deos evocantium, se devoventium, &c. *a set form of words, in prose as well as verse. Cic. pro Mur.* c. 12. Prætor interea ne pulcrum se, ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est: Suis utrisque superstitibus, præsentibus, istam viam dico: inite viam. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 4. *ad fin.* Crudelissimi Regis ista

sunt cruciatus carmina : Caput obnubito, &c. *Liv.* l. 1. c. 26. Lex horrendi carminis erat : *of a terrible import :* Duumviri perduellionem judicent, &c. *Plin.* l. 28. c. 2. Durat immenso exemplo Deciorum patris, filiique, quo se devovere carmen. V. *Liv.* l. 8. c. 9. et l. 10. c. 28. *ad fin.* ¶ *Cato* quoque librum quendam, quem de moribus composuit, *carmen de moribus (a treatise on morals)* inscripsit, licet versu non esset compositus (ut indicant aliquot ejus fragmenta apud *Gell.* l. 11. c. 2.) quia habuit certa quædam capita brevibus verbis descripta, ita ut disci, et recitari possent. ¶ Denique *carmen* est *a card to card wool with, ξαίνιον,* instrumentum ferreum dentatum, quo lana caritur, et purgatur. *Lucret.* l. 4. v. 376. quasi carmine lana trahatur. Sunt qui aliter leg. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 458. Quam bene texentum laudabas carmina tutus. [Sed in hoc etiam *Claudiani* loco fluctuat lectio, nam quidam *carmina* pro *cantu* accipiunt, *Burmannus* tamen reponendum putat *stamina.*]

CARMENTA, V. *Carmentis* in fi.

CARMENTĀLIS, le, adject. ad Carmentam pertinens. *Cic. de clar. Orat.* c. 14. Flamen Carmentalis. ¶ *Carmentalis porta* Romæ fuit ad ima Capitolini montis versus Tiberim, ita dicta a Fano Carmentæ, quod eo loci situm erat. Postea dicta est *Scelerata*, quod per eam sex et trecenti Fabii adversus Etruscos egressi, omnes ad unum ad amnem Cremeram interfecti sunt. Ex quo factum est, ut ea porta intrare, egredive, ominosum habitum sit. *Liv. l.* 2. c. 49. *Festus* in *Scelerata*, et alii. *Virg.* 8. *Æn.* v. 338. Et Carmentalem Romano nomine portam. ¶ *Carmentalia, ium,* dicti sunt dies, in quibus sacra Carmentæ fiebant. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 3. et *Macrob.* l. 1. *Saturnal.* c. 16. ubi eos inter stativas ferias enumerat. In veteri Calendario apud *Gruter.* pag. 133. his sacris assignantur dies undecimus cum quatuor sequentibus mensis Januarii : quod confirmat *Ovid.* l. 1. *Fast.* v. 461.

CARMENTARĬUS, V. vocem sequent.

CARMENTIS, tis, f. Καρμέντις, cognomen Nicostrates Arcadis, matris Evandri, quæ cum filio persuasisset, ut patrem suum occideret, cum eo postea ex Arcadia profugiens, in Latium venit, ante Romam conditam, ætate Herculis ; habitavitque apud radices collis Capitolini Tiberim versus. Dicta est *Carmentis* ex eo, quod erat fatidica, et vates : antique autem vates *carmentes* sunt appellati : unde etiam librarios, qui eorum dicta perscriberent, *carmentarios* nuncupavere. Hæc *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 8. v. 335. matrisque egere tremenda Carmentis Nymphæ monita. *Id. ibid. ad* vers. 51. scribit, hoc ideo nomine fuisse vocitatam, quod carminibus vaticinaretur : quod fortasse ab *Ovid.* sumpsit 1. *Fast.* v. 467. Quidam etiam a *mente*, et *carendo* derivarunt, quod Vates extra se esse solent. *Hygin. fab. ult.* hanc primam fuisse ait, quæ Græcas litteras numero quindecim, vel sexdecim, in Latinas commutaverit. Quidam dicunt, cum ad centum et decem annorum ætatem pervenisset, ab ipso filio fuisse occisam. ¶ A Romanis fano et sacris culta, fuit, quæ *Carmentalia* dicta sunt. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 3. Carmentalia nominantur, quod sacra tum et feriæ Carmentis. ¶ Ceterum hoc nomen aliis quoque deabus commune est. Nam *Varro* apud *Gell.* l. 16. c. 16. Postvertam et Prorsam Carmentes appellat. *Aræ*, inquit, *statutæ sunt Romæ duabus Carmentibus, quarum altera Postverta nominata est, Prorsa altera.* Ex quo veri similius fit, quod docet *Servius*, vates olim omnes Carmentes fuisse appellatos. ¶ Sunt qui putant in recto casu esse *Carmens*, sed *Carmentis* dicitur *a Solino* cap. 1. (*al.* 2.) ¶ Reperitur etiam *Carmenta, æ.* Sic enim usurpant *Hygin. loc. cit.* et *Fest.* in *Scelerata.*

CARMINABUNDUS, a, um, *versifying*, carminans. Translate *Sidon.* l. 8. ep. 11. *post carmen.* In Comica urbanus, multiformisque ; in Bucolica vigilax, parcus, carminabundus ; in Georgica sic rusticans multum, quod nihil rusticus.

CARMINATĬO, onis, f. *a carding of wool,* actus carminandi. *Plin.* l. 11. c. 23. Lanuginem cogere carminatione unguium.

CARMINĀTOR, oris, m. *a carder, one who cards wool, ξάντης,* qui lanam carminat. In vet. lap. apud *Donium* class. 8. n. 56. memorantur *lanarii carminatores.*

CARMINĀTUS, a, um, *carded, διαξανθεὶς,* carminando pexus. *Plin.* l. 9. c. 38. Lana carminata.

CARMĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to card ; comb, comminute, or break wool for spinning, ξαίνω, διαξαίνω,* pectendo lanam purgo, et ut ait *Juvenal.* sat. 7. v. 224. obliquo lanam deducere ferro. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. *a med.* Carminari dicitur tum lana, cum caret eo, quod in ea est nequam. *Plin.* l. 19. c. 1. Carminare linum. ¶ Pro carmina facere, *to write verses. Sidon.* l. 1. ep. 9. Exeras volo in obsequium novi Consulis veterem Musam, votivum quippiam vel tumultuariis fidibus carminantem. *Id. in carm.* epist. 15. l. 9. Quotiesque verba Graia carminaverit, Tenuisse celsa junctus astra Pindaro. *Cave imiteris.*

CARNA, æ, f. dea eadem quæ *Cardea* ostiorum cardinibus præses. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 101. Prima dies tibi, Carna, datur : Dea cardinis hæc est : Numine clausa aperit, claudit aperta suo. ¶ Fuit hæc primum Nympha luci Helerni, *Grane* seu *Crane* antiquitus dicta, et deinde per metathesim *Carne*, et *Carna.* A Jano compressa accepit in præmium, ut cardinum præses esset, et præterea ut infantes in cunis ab infestis strigibus, quæ lac ab illis sugere solent, eorumque viscera vitiare, tutaretur. V. *Ovid. loc. cit.* Sed non solum infantium, verum universim omnium hominum vitalibus præesse credita est. Ab ea enim petebatur, ut jocinera, et corda, quæque sunt intrinsecus viscera, salva conservaret : ideoque pulte fabacea, et larido ei sacrificabatur, quod his maxime rebus vires corporis roborentur, ut est apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. Calendis Jun. ejus sacra celebrabantur, quæ Junius Brutus pulso Tarquinio primus in Cœlio monte voti reus fecit. *Macrob. ibid.* ¶ Sunt qui putant aliam esse deam, quæ præesset cardinibus ostiorum, *Cardam*, vel *Cardeam* appellatam, et aliam, quæ vitalibus humanis, *Carnam* dictam. Quæ sententia fortasse vera est. *Ovidius* tamen uni *Carnæ* utrumque munus attribuit.

CARNĀLIS, le, *carnal, σαρκικὸς,* ad carnem pertinens. *Tertull. de Baptism.* c. 7. *in fin.* Baptismi carnalis actus, quod in aqua mergimur, spiritalis effectus, quod delictis liberamur. *Minuc. Fel. in Octav.* c. 32. Deum videre oculis carnalibus. *Prudent. in Apotheos.* v. 1051. Stirps carnalis. *Tertull. de Pœnit.* c. 3. Delictorum quædam sunt carnalia, id est corporalia, quædam spiritalia. ¶ Quid sint *carnales*, de quibus ex *Varrone Nonius* c. 2. n. 136. V. in *Cusnar.*

CARNALĬTAS, atis, f. *Augustin.* serm. 186. *de Temp.* c. 2. Carnalitas vestutas est, gratia novitas est.

CARNALĬTER, *carnally, in the flesh, σαρκικῶς,* secundum carnem, seu corpus. *Tertull. de Baptism.* c. 7. *in fi.* In nobis carnaliter currit unctio, sed spiritaliter proficit. *Hieronym.* ep. 10. *ad Fur.* In carne non carnaliter vivere. *Prudent. in Apotheos.* v. 436. Posteritas carnis carnaliter omnia credens.

CARNARĬUM, ii, n. *a hook to hang meat upon,* instrumentum ferreum pluribus uncis instructum, in quo caro, et alia ad victum pertinentia suspenduntur. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Ignavum, et sumptuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab laniario, quam ex domestico fundo. *Petron. in Satyr.* c. 136. Sinciput in carnarium furca reponit. *Id.* c. 135. Pannum de carnario detulit furca, in quo faba erat ad usum reposita. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 64. Nisi carnaria tria grandia tergoribus oneri uberi hodie mihi erunt, &c. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 54. Uva alia, quæ in piscinam, in amphoram picatam descendat : alia, quæ in aram, ut in carnarium ascendat. Adde *Colum.* l. 12. c. 53. ¶ Item locus, ubi caro servatur, *a place where flesh hangs to be kept ; a safe, larder. Plin.* l. 19. c. 4. Nequam esse in domo matremfamilias, ubi indiligens esset hortus : quippe e carnario, aut macello vivendum esse. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 44. *Ph.* Pernam, abdomen, sumen, suis glandium. *Cu.* Ain' tu omnia hæc ? In carnario fortasse dicis. *Ph.* immo in lancibus.

CARNARĬUS, a, um, *relating to flesh,* ad carnem pertinens. *Carnarius homo* dicitur, qui carne delectatur. Jocose *Martial.* l. 11. epigr. 101. Habere amicam nolo, Flacce, subtilem : Sed idem amicam nolo mille librarum. Carnarius sum, pinguiarius non sum. *I love the flesh, not the fat.* [¶ Taberna *carnaria* pro laniena apud *Varr. de L. L.* l. 7. c. 30. V. *Calcearius* in *Appendice.*]

CARNATĬO, onis, f. *grossness of habit, corpulency,* carnosa habitudo, obesitas. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 4. Est enim semper gravabilis carnatio, et magis si tenuibus fuerit imposita viribus.

CARNĀTUS, a, um, adject. *Carnatum corpus* dicitur, quod bene habitum est, *εὔσαρκον, well grown, in good keep. Cæl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 4. sect. 105.

CARNĔA, Dea eadem quæ Carna, de qua V. suo loco. *P. Vict. de regionib. Urb. Rom.* ponit *templum Deæ Carneæ* in secunda regione Urbis. Alii tamen *Carnæ* legendum putant.

CARNEĂDES, is, m. Καρνεάδης, Cyrenæus fuit, novæ Academiæ princeps, Chrysippi studiosus, Zenonis confutator, de quo *Gell.* l. 17. c. 15. Multa de eo passim prædicat *Cicero.* Fuit enim in eo magna disserendi vis, magnum acumen, adeo ut nihil non explicare posse videretur. Sed nihil certo affirmabat. Quare cum missus ab Atheniensibus Legatus, copiose de justitia disputaret Romæ, postridie contraria disputatione omnia rursus subvertit, uti narrat *Lactant.* l. 5. *Instit. Divin.* c. 14. Vixit annos nonaginta, teste *Cicer.* l. 4. *Acad.* c. 6. *Id.* 2. *de Orat.* c. 38. *sub fin.* Carneadis vis incredibilis illa dicendi, et varietas.

CARNEADĒUS, et Carneadius, a, um, Καρνεάδειος, et Καρνεάδιος, ad Carneadem pertinens. *Cic.* 4. *Acad.* c. *ult.* Carneadea sententia. *Id.* 5. *de Fin.* c. 6. Carneadea divisio. *Id.* 3. *de Orat.* c. 19. Hæc Carneadia, aut Aristotelia vis comprehendenda est.

CARNĔUS, a, um, *of flesh, carneous, σάρκινος, σαρκώδης,* qui carne constat. *Augustin.* serm. 344. *edit. recentior. circa med.* Spoliatus per mortem carnea tunica. [¶ Idem ac carnosus. *Maxim. Gall.* eleg. 1. v. 85. Quærebam gracilem, sed quæ non macra fuisset ; Carnis ad officium carnea membra placent.] ¶ Translate *Prudent. in Apotheos.* v. 438. nec enim cælo lex carnea fluxit.

CARNI, orum, m. populi Italiæ, in decima ejus regione, ubi Concordia, et Aquileia, quorum tractus nunc est pars orientalis Forojulii. *Plin.* l. 3. c. 18. et *Pompon. Mela,* l. 2. c. 4. [*CARNI, orum, m. Delenda sunt quæ deinde apponuntur, et hæc reponenda.* Populi montani ad provinciam Forojuliensem pertinentes, quique Alpes Julias et Noricas incolebant, ex quibus digressi septentrionem versus Carniolæ, Carinthiæ, Carso, et aliis provinciis nomen dederunt. Ab iis etiam civitas *Carnuntum* (ut apud *Vellei. Paterc.* l. 2. c. 109.) vel *Carnus, untis* (ut apud *Liv.* l. 43. c. 1.) dicta est, et ab Cornutibus, Galliæ populis antiquissimis, profecti dicuntur. De iis *Plin.* l. 3. c. 18. et *Pompon. Mela* l. 2. c. 4.]

CARNICŬLA, V. *in fi.* vocis *Caro.*

CARNĬCUS, a, um, adject. ad Carnos pertinens, ut *Carnicæ Alpes,* quæ et *Juliæ* dicuntur. *Plin.* l. 3. c. 25.

CARNĬFEX, et veteri loquendi more Carnufex, icis, m. *a hangman, executioner, gaoler, βασανιστὴς, δήμιος,* servus publicus, qui torquet homines, aut interficit. *Cic. Ver.* 7. c. 45. Aderat janitor carceris, carnifex prætoris, mors terrorque sociorum, &c. *Sueton. in Ner.* c. 54. Cum ei carnifex laqueos, et uncos ostentaret. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 37. Rapere aliquem ad carnificem. *Id. Capt.* 5. 4. 22. Dare aliquem ad carnificem. *Id. Rud.* 3. 6. 19. Tradere aliquem ad carnificem. ¶ Ex ultimo hoc *Plauti* loco quidam colligunt, carnificem aliquando intelligi custodem carceris. Sed ex hoc uno loco non satis probant. ¶ Translate *Terent. Andr.* 4. 1. 26. Nescis quantas hic suis consiliis mihi confecit sollicitudines meus carnifex. *that scoundrel of mine. Plin.* l. 28. c. 4. Fortuna gloriæ carnifex. ¶ Est etiam convicium in scelestum hominem, aut crudelem. *a scoundrel, rogue, rascal, villain. Cic. in Pison.* c. 5. Hæc sunt, o carnifex, in gremio sepulta consulatus tui. *Plaut. Amph.* 1. 1. 220. Etiam clamas carnifex ? *Terent. Eun.* 4. 4. 3. Illud vide, ut os sibi distorsit carnifex ! ¶ Adjective *Martial.* l. 11. epigr. 85. Carnificem nudo pectore pascat avem. *Id.* l. 12. epigr. 48. Pedes carnifices. *h. e.* podagrici, et magnos cruciatus afferentes. *Sil.* l. 1. v. 173. Manus carnifices. *murderous. Claudian. de B. Gildon.* v. 178. Carnifices epulæ. *h. e.* mortiferæ. *Arnob. sub fin.* l. 1. Quæ libido tam carnifex, inexpiabile bellum indicere nihil de te merito ?

CARNIFICĀTUS, V. in *Carnifico.*

CARNIFICĪNA, æ, f. *a place where malefactors are punished, κολαστήριον, βασανιστήριον,* locus, in quo sontes a carnifice torquentur, et necantur. *Liv.* l. 2. c. 23. Ductum se ab creditore non in servitium, sed in ergastulum, et carnificinam esse. ¶ Item carnificis officium. *the business or office of hangman. Plaut. Capt.* 1. 2. 26. Ægre est mihi, hunc facere quæstum carcerarium : sed si ullo pacto huc conciliari potest, vel carnificinam hunc facere possum perpeti. ¶ Item cruciatus, tormentum. *torment, torture. Cic.* 5. *Tuscul.* c. 27. Ægyptii quamvis carnificinam prius subierint, quam ibim, aut canem violent. *Cato* apud *Gell.* l. 10. c. 3. Dolores, atque carnificinas facere. *Auson.* epigr. 108. v. 10. Tam diversa locis vaga carnificina pererrat. ¶ Translate *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 13. Cum omnis perturbatio miseria est, tum carnificina est ægritudo, habet ardorem libido, &c.

CARNIFICĪNUS, a, um, ad carnificinam pertinens. *Plaut. Mostel.* 1. 1. 52. O carnificinum cribrum. de servo loquitur, cujus tergum est a carnifice stimulis perforatum. Alii leg. *carnificum.* Alii *carnificium* gen. plural. pro *carnificum.*

CARNIFĬCO, as, a. 1. *to butcher, mangle,* est corpus humanum in frusta secare, cædere, lacerare. *Liv.* l. 24. c. 15. Neminem stantem jam vulnerari hostem, carnificari jacentes. ¶ *Priscian.* l. 8. pag. 791. docet, *carnificor, aris,* esse verbum commune, ut *adhortor, dimetior,* et alia. Pro sola tamen passiva significatione affert exemplum ex *Sisenna* his verbis pag. 793. Vitam cum dolore, et insigni cruciatu carnificatus amisit. *βασανισθείς.*

CARNIVŎRUS, a, um, *feeding on flesh, carnivorous, σαρκόφαγος,* qui carne vescitur. *Carnivora* dicuntur illa animalia, quæ aliorum carnibus vescuntur. *Plin.* l. 10. c. 13. Serratorum dentium carnivora sunt omnia. Adde l. 9. c. 24.

CARNŌSUS, a, um, *fleshy, abounding in flesh, gross, corpulent, πολύσαρκος,* carne abundans, pinguis. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 65. *Hard.* Carnosum aquatilibus palatum. *Id. ibid.* c. 43. Carnosæ manus. et cap. 45. Carnosa crura. ¶ Tribuitur etiam aliis rebus. *thick, plump, solid. Id.* l. 16. c. 6. Folia carnosa. *Id. ibid.* c. 31. Carnosæ radices. *Id.* l. 14. c. 20. Resina carnosa. *Id.* l. 19. c. 3. Misy præcipuum suavitate odoris, ac saporis, sed carnosius. *Id.* l. 15. c. 3. Carnosissimæ olivæ. *Id.* l. 25. c. 5. Carnosissimus cortex. ¶ *Carnosus* etiam dicitur, qui carni similis est. *resembling flesh. Plin.* l. 16. c. 38. Alternant fructus, quibus siccius lignum, ut olea ; magis quam quibus carnosum, ut cerasus. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 54. *Hard.* Carnosus candor.

CARNULENTUS, a, um, *fleshy, gross,* carnosus, vel carni similis, *πολύσαρκος. Solin.* c. 2. (*al.* 8.) Frutices fluxi, tactu prope carnulento. *Prudent. Peristeph.* 14. v. 372. Carnulenta pectora.

CARNŪTES, utum, et Carnūti, orum, m. populi Galliæ Lugdunensis, quorum regio nunc dicitur *le pais Char-*

tum. Eorum oppidum fuit *Autricum*, nunc *Chartres. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 55. et alibi *Carnutes* appellat: *Tibull.* vero l. 1. eleg. 8. v. 12. et *Plin.* l. 4. c. 18. *Carnutes*: ubi *Harduin.* notat, in quibusdam MSS. legi *Carnutenos*.

CARO, is, a. 3. *to card, comb, or break wool for spinning*, ξαίνω, lanam pectere, et purgare: non, ut vult *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. *a med.* a *carendo*, quod lanam tum purgant, ac deducunt, ut careat spurcitia; sed a κείρω, tondeo, aor. 2. ἔκαρον, ut *Scaliger. Plaut. Men.* 5. 2. 46. Inter ancillas sedere jubeas, lanam carere. Adde *Nar.* apud *Varron. loc. cit.*

CARO, carnis, f. *the flesh of animals*, κρέας, pars corporis mollior, quæ ossibus nervisque supervenit. *Donat. ad Terent. Hecyr.* 3. 4. 27. docet, *carnem* proprie dici mortuorum, eo quod *careat* anima. Sed hoc discrimen a Scriptoribus non servatur. *Cic. in Pison.* c. 27. Exstructa mensa non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne subrancida. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 14. Lacte, et carne vivere. *Sallust. in Jug.* c. 21. Caro ferina. *Plin.* l. 23. c. 7. Carnes bubulæ. *Id.* l. 9. c. 35. Caro unionum. *Ovid. Metam.* 15. v. 380. Male viva caro. *Cels.* l. 5. c. 14. Carnem alere, et ulcus implere. *Martial.* l. 11. epigr. 103. Carnem formosam habere. *a beautiful complexion.* ¶ De pomis, aliisque fructibus, qui esui sunt. *Plin.* l. 15. c. 24. Caro alia acinis, alia moris, alia unedonibus. *Id.* lib. 28. cap. 14. Carnes cucurbitæ. *Pallad. in Februar.* tit. 25. *de liquamine ex pyris.* pyrorum. ¶ In arboribus *caro* dicitur pars ligni ea, quæ est post alburum; cui subsunt ossa, hoc est materies durior. *the substance under the peel or rind. Plin.* l. 16. c. 38. ubi plura hac de re. ¶ In gemmis pars est mollior, et obtusior, carnique similis, σαρκίον. *Plin.* l. 37. c. 5. *de Calchedoniis.* Peculiare in his vitium sarcion appellatum, hoc est quædam gemmæ caro. ¶ *Caro putida* convicium est in hominem improbum, pestiferum, abominandum. *a vile, abominable fellow. Cic. in Pison.* c. 9. Ego istius pecudis, ac putidæ carnis consilio scilicet, aut præsidio niti volebam. ¶ Translate *Quintil.* l. 10. c. 1. *a med.* Plenior Demosthene Æschines, et magis fusus, et grandiori similis, quo minus strictus est: carnis tamen plus habet, lacertorum minus. *more floridness, ambitious elegance.* ¶ Pro corpore, qua animo opponitur. *the human body. Senec.* ep. 65. *ad fin.* In hoc obnoxio domicilio animus liber habitat: nunquam me caro ista compellet ad metum, nunquam ad indignam bono simulationem: nunquam in honorem hujus corpusculi mentiar. ¶ Reperitur etiam *carnis* in recto casu singulari. *Liv.* l. 37. c. 3. Latinæ instauratæ, quod Laurentibus carnis, quæ dari deberet, data non fuerat. Adde *Liv. Andron.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 684. *Putsch.* ¶ Ab hoc nominativo diminutivum debet esse *carnicula*, inquit *Priscian. ibid.* sicut a *caro* est *caruncula*: non est tamen a quoquam, quod sciam, usurpatum.

CARŒNUM, V. *Carenum*.

CAROPEIUS, a, um, adject. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 159. Caropeia conjunx. *h. e.* Polyxo uxor Caropi Lemnii.

CARŌTA, æ, f. *the wild carrot*, δαῦκον, genus oleris, quod *pastinacam erraticam* appellari a *Plin.* l. 25. c. 9. notat *Harduin.* Est autem prædulci radice, odorata, lutea, rufa, vel interdum purpurea, quæ cocta in aceto, et oleo manditur. *Apic.* l. 3. *c. ult.* Carotæ, seu pastinacæ frictæ, &c.

CARPĂSUM, i, n. *a medicinal drug of a soporiferous nature*, κάρπασον, genus plantæ, cujus succus, teste *Dioscor. in Alexiphar.* c. 13. soporem inducit, ac repentinam strangulationem infert. A *Plin.* l. 32. c. 5. *ertr.* appellatur *carpathium. Galenus* l. 5. *de compos. medic. secund. loc.* ponit inter remedia ad dolores dentium. Fortasse ab hoc diversum est illud, cujus meminit inter species ad vectigal pertinentes *Martian. Dig.* lib. 39. tit. 4. *leg. ult.* ubi male *Haloander* edidit *carbasum* teste *Gothofr.*

CARPATHIUS, a, um, *Carpathian*, ad Carpathum pertinens. *Horat.* l. 4. od. 5. v. 10. Carpathium mare. *Virg.* 4. *Georg.* v. 387. Carpathius gurges. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 249. Carpathium vates. et 2. *Amor.* eleg. 15. v. 10. Carpathius senex. *h. e.* Proteus, qui in Carpathio mari, et in Carpatho insula habitavit, ut *Virg. loc. cit.* et *Servius* docent.

CARPĂTHOS, et Carpăthus, i, f. [† nunc] *Scarpanto*, Κάρπαθος, insula maris Ægæi inter Cretam, et Rhodum, una Sporadum. Ab ea *Carpathium* cognominatum est mare illud, quod circa alluit. *Plin.* l. 4. c. 12. et l. 5. c. 31. et *Pompon. Mela* l. 2. c. 7.

CARPENTARIUS, a, um, *belonging to a chariot or waggon*, ἁμαξικός, ad carpenta pertinens. *Plin.* l. 16. c. 8. Subere uti in carpentariis fabricis. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 52. Artifex carpentarius. *Trebell. Poll.* in XXX. *Tyrann.* n. 29. *de Zenobia.* Usa vehiculo carpentario, raro pilento, equo sæpius. *h. e.* carpento: quemadmodum *vehiculum rhedarium* est ipsa rheda. ¶ *Carpentarius, ii*, est faber carpentorum, et generatim vehiculorum cujuscumque generis, *a maker of chariots or waggons; a carpenter*, ἁμαξουργός. *Aurel. Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 6. *leg. ult.* Bractearii, structores, carpentarii, scandularii, &c.

CARPENTUM, ti, n. *a kind of carriage, a chariot, waggon*, ἀπήνη, genus vehiculi, cujus forma, quantum ex Latinis Scriptoribus colligitur, varia fuit; quemadmodum apud nos currus, et rhedæ. Illud certum est, diversum a pilento fuisse. *Liv.* lib. 5. cap. 25. Honorem ferunt matronis habitum, ut pilento ad sacra ludosque, carpentis festo, profestoque uterentur. *Id.* lib. 1. cap. 48. Carpento invecta in forum. *Id. ibid.* Flectere carpentum in clivum. et *ibid.* Per patris corpus carpentum egit. *Id. ibid.* c. 34. Sedens carpento cum uxore. *Id.* l. 34. c. 3. *in fi.* Vectari carpento per urbem. *Tacit. Ann.* 12. c. 42. Carpento ingredi Capitolium. *Juvenal.* sat. 8. v. 147. Rapi carpento volucri. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Carpento pervolare aliquo. *Lamprid. in Heliogab.* c. 4. Vehi carpento mulari. *h. e.* a mulis ducto. *Vopisc. in Aurelian.* c. 1. Carpento judiciali aliquem accipere. *h. e.* quo judices, et alii honoratiores viri in Urbe utebantur. [*Propert.* l. 4. l. 8. v. 22. Carpenta serica. *h. e.* serico panno ornata.] ¶ Romæ *carpento* matronæ plurimum in itineribus Urbis usæ sunt; quod cum eis bello Punico secundo lege Oppia interdictum fuisset, denuo concessum est bello peracto, abrogataque lege, ut est apud *Liv.* l. 34. c. 3. *in fi.* Hinc et matronis principibus mortuis instituta aliquando carpenta, quæ in solemni pompa cum earum imagine transveherentur: eratque hæc divini cujusdam honoris pars: nam et Deorum imagines in thensis transducebantur. Hujusmodi carpenti effigies in Agrippinæ, et aliarum Augustarum numis conspicitur. *Sueton. in Calig.* c. 15. Instituit matri Circenses, carpentumque, quo in pompa traduceretur. Adde *in Claud.* c. 11. ¶ Putat *Ovid.* dictum *carpentum*, quasi *carmentum*, quod eo *Carmentis* Evandri mater usa sit. Ejus verba sunt l. 1. *Fast.* v. 619. Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant: Hæc quoque ab Evandri dicta parente reor. ¶ Dicitur etiam *carpentum* cujuslibet vehiculi, aut carri genus, *any kind of vehicle*, ἅμαξα. *Flor.* l. 1. c. 18. *ad fin.* Pecora Volscorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma. *Id.* l. 3. c. 10. Plena tumultu hostico litora, et trepidantia carpenta volitabant. (Hic locis *Florus* de vehiculis militaribus loquitur. Hinc *carpentarii* in legionibus, de quibus *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 11. mentionem facit.) *Ammian.* l. 31. c. 2. (*al.* 4.) Omnes sine sedibus fixis, semper fugientium similes, cum carpentis, in quibus habitant. *Pallad. in Septembr.* tit. 1. Uni jugero asserit Columella vigintiquatuor stercoris carpenta sufficere. *twenty-four waggons:* vehes. ¶ Speciatim de vehiculo, quo in cursu publico utuntur, *a calash, caroche. Impp. Valentinian.* et *Valens* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 18. Omni cautione præcipiat, ne amplius in singulis quibusque carpentis, quam bini, aut ut summum terni homines invehantur. *Ibid.* leg. 30. Sanxeramus, ut in carpentis rhedarum mensuram subditam nullus excederet. *Apulei.* l. 10. *Metam.* Posthabitis rhedarum carpentis, quæ, &c. *Carpentum rhedæ* videtur esse locus, in quo sedent homines in ipsa rheda.

CARPETANĬA, æ, f. Carpetanorum regio, cujus caput Toletum. *Plin.* l. 3. c. 3.

CARPETĀNUS, a, um, ad Carpetaniam pertinens, Καρπητανός. *Plin.* l. 3. c. 1. Carpetana juga. ¶ *Carpetani, orum*, Carpetaniæ populi, quorum principes Toletani ad Tagum amnem. *Plin.* lib. 3. cap. 3.

CARPHEŌTUM vocatur tus purissimum, et candidum, quod autumno legitur ab æstivo partu, inquit *Plin.* l. 12. c. 14. *pure and white frankincense.* Videtur autem vox barbara esse, ut notat *Harduin.* qui monet etiam in quibusdam MSS. legi *Carphiatum.* At *Salmas. in exercitat. Plin.* pag. 505. vult legi *Carphiotum*, τὸ καρφιωτὸν, a surculis arefactis, qui κάρφια Græce dicuntur, quod tale tus non solum ex trunco arboris turiferæ, sed etiam ex summis ejus virgulis, et cacuminibus aridis autumno colligeretur.

CARPHOLOGĬA, æ, f. καρφολογία, hoc est palearum, seu festucarum collectio: *a collecting of straws:* a κάρφος, palea, et λέγω, colligo. Est autem inter signa, et symptomata phreneticorum, cum summis digitis festucas e pariete detrahunt; quemadmodum *crocidismus, i*, (κροκιδισμὸς, hoc est floccorum, seu filorum collectio: a κροκὶς, floccus, filum in veste exstans) cum stragulorum floccos vellunt, et decerpunt. Utramque vocem habet *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 1. c. 4. et 5. *ad fin.*

CARPHOS, n. κάρφος, *the herb fenugreek*, fœnum Græcum. Ipsa vox festucam vel paleam significat. *Plin.* l. 24. *c. ult. a med.*

CARPI, orum, m. populi barbari, Romanis infesti, qui videntur primum Carpates montes insedisse; deinde ad Danubium digressi sunt. *Eutrop.* l. 9. c. 25. Cardis, et Basternis subactis. Adde *Aurel. Victor. de Cæsar.* c. 39. et *Vopisc. in Aurelian.* c. 30.

CARPĬCUS, a, um, ad Carpos populos pertinens. *Carpicus* cognominatus est a Senatu absens Aurelianus Imperator, ob devictos *Carpos*: quod ille cognomen recusavit. *Vopisc. in Aurelian.* c. 30.

CARPĬNĔUS, a, um, *of horn-beam*, qui est ex carpino. *Plin.* l. 16. c. 43. et *Colum.* l. 11. c. 2. *sub fin.* Carpinea manubria.

CARPĬNUS, i, f. *a kind of maple; horn-beam, the yoke-elm*, ζυγία, arbor ex acerorum genere (quamquam alii proprii generis esse volunt) rubens, fissili ligno, cortice livido, et scabro: montes amat, estque in usu facum familiarissima: est autem satis firmæ materiei, et ad varia opera utilis. Hæc ex *Plin.* l. 16. c. 15. 18. et 40. ¶ Dicta est ζυγία a Græcis, quia ex ea materia juga jumentis comparant, quæ apud eos ζυγὰ sunt. *Vitruv.* l. 2. c. 9.

CARPISCŬLUS, i, m. *a kind of shoe or slipper*, genus calceamenti barbarici multifariam scissi, quod Græci πολυσχιδὴς vocant, et λεπτοσχιδὴς. [† *Poll.* 7. 22.] Ita *Salmas.* ad illud *Vopisci in Aurelian.* c. 30. Carpisculum enim genus calceamenti esse, satis notum est. *carpisclum* legitur in quodam cod. teste *eod. Salmas.* ¶ Ab hujus similitudine dicitur *carpisculus* in architectura membrum quoddam in basibus, ea ratione, qua κρηπὶς Græce et calcei, et basis genus significat, ut et apud Anglos *the zocle; a low square member serving to support a column instead of a pedestal, base, or plinth.* Sed quemadmodum hujusmodi calcei figura ignoratur, ita et hujus membri architectonici. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 98. n. 8. Tegulas æneas auratas cum carpisculis, et vestituris basium, et signa Castoris, et Pollucis cum equis D. S. D. Ita *Salmas.* et *Casaubon. ad loc. Vopisci cit.* At *Gruter.* edidit *cum carpusculis.* quod videtur esse diminutivum Latinum a Græco καρπὸς fructus, et significare ornamenta in columnis, aut stylobatis varia poma et frondes intextas referentia, quæ nos dicimus *festoons; ornaments in carved work in the form of a wreath or garland of flowers, or leaves twisted together.*

CARPISTES, æ, m. *an assertor, vindicator*, καρπιστής, hoc est vindex, assertor: a καρπὸς, qua tum carpum manus, tum ipsam volam significat. Ita *Horon* suum appellavit *Valentinus* apud *Tertullian. advers. Valentinian.* c. 9. *in fi.* V. etiam cap. 10. *in fi.*

CARPO, is, carpsi, carptum, a. 3. *to gather, pull, pluck, cull, crop*, δρέπω, δρέπομαι, est manu aliquid leviter, et paulatim avellere, auferre, decerpere. *Virg.* 6. *Æn.* v. 245. Et summas carpens media inter cornua setas, Ignibus imponit sacris. *Ovid.* 2. *Amor. eleg. ult.* v. 31. carpere arbore frondes. *Virg. Ecl.* 9. v. 50. carpent tua poma nepotes. *Id.* 2. *Georg.* v. 90. Carpere uvam de palmite. *Colum.* l. 5. c. 6. Manibus carpere herbas. *to gather, pull up. Ovid.* 9. *Metam.* v. 380. Carpere flores ab arbore. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 256. ex collo furtim carpsisse coronas. *h. e.* detraxisse. *Virg.* 3. *Georg.* v. 176. Carpere manu frumenta. *Id.* 2. *Georg.* v. 366. Uncis manibus carpere frondes. *Id. Ecl.* 2. v. 54. Et vos, o lauri, carpam, et te, proxima myrte. *will pluck your leaves. Ovid. in Ibin*, v. 198. Carpere aquam de mari. ¶ Pecus etiam *carpere* dicitur, cum herbas frondesque depascitur. *to graze. Virg.* 9. *Æn.* v. 353. Carpunt gramen equi. *Id.* 3. *Georg.* v. 325. Carpamus frigida rura. *h. e.* carpere cogamus animalia. *Servius.* Sic *Horat.* l. 4. od. 2. v. 29. Apis carpens thyma. *browsing upon, culling. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. Apes e malo punico et asparago cibum carpunt. *gather, extract.* ¶ *Carpere pecus* est tondere. *to shear. Propert.* l. 2. eleg. 13. v. 8. ἀλληγορικῶς. Et stolidum pleno vellere carpe pecus. ¶ *Carpere lanam* est summis digitis trahendo purgare, vel etiam nere. *to teaze or card wool. Virg.* 4. *Georg.* v. 234. Milesia vellera Nimphæ Carpebant. et l. 1. v. 390. et *Horat.* l. 3. od. 27. v. 64. Carpere pensum. ¶ Nonnunquam significat scindere, lacerare. *Petron. in Satyr.* c. 36. *in fi.* Vides illum, qui obsonium carpit? Carpus vocatur. Itaque quotiescunque dicit, Carpe, eodem verbo et vocat, et imperat. *to cut up, carve. Ovid. in Ibin*, v. 460. Et tua dente fero viscera carpat equus. *Lex XII. Tab.* apud *Serv. ad Æn.* 12. v. 606. Mulier faciem ne carpito. *do not scratch. Valer. Flacc.* l. 8. v. 7. Carpere crinem genasque. *to rend, tear. Senec. in Thyest.* v. 1059. Carpere artus in frusta. Adde *alter. Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 18. ¶ Item dividere, *to divide, parcel out. Liv.* l. 26. c. 38. Quos neque omnes tenere præsidiis, nisi vellet in multas parvasque partes carpere exercitum, poterat. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 49. Neque semper utendum est perpetuitate, et quasi conversione verborum, sed sæpe carpenda membris minutioribus oratio est. *Curt.* l. 8. c. 9. Carpere fluvium. *h. e.* multifariam derivare. ¶ Translate *Cic. pro Sext.* c. 56. Non sum tam insolens in dicendo, ut ex omni genere orationem aucuper, et omnes undique flosculos carpam, atque delibem. *Gell.* l. 9. c. 4. In legendo carpsi quædam, et notavi. ¶ Sæpe significat verbis lacerare, alterius existimationem imminuere, alicui detrahere, *to carp, find fault with; to vilify, slander, calumniate, asperse. Cic. pro Balbo*, c. 26. Maledico dente carpere. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 17. Nostrorum militum vocibus nonnihil carpebatur. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 64. Carpere facta alicujus. *Quintil.* l. 11. c. 1. alterius carmina. *Justin.* l. 12. c. 5. Indignabatur, carpi se sermonibus suorum. ¶ Item imminuere, debilitare, auferendo paulatim absumere, *to diminish, lessen, weaken, enfeeble, debilitate, consume gradually. Virg.* 3. *Georg.* v. 215. Carpit enim vires paulatim, uritque videndo Femina. *Id.* 4. *Æn.* v. 2. cæco carpitur igni. *Id. ibid.* v. 31. Sola ne perpetua mœrens carpere juventa? *consume, or pine away. Valer. Flacc.* l. 3. v. 364. ægro assidue mens carpitur æstu. *Ovid* 3. *de ar. am.* v. 680. Carpi cura alicujus. *Id.* 4. *ex Ponto*, ep. 8. v. 32. carpsit opes illa ruina meas. *Id.* 1. *Amor.* eleg. 8. v. 91. Et soror, et mater, nutrix quoque carpat amantem. *h. e.* emungat, aliquid ab eo corradat. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 33. Totve tuos patiar labores Impune, Lolli, carpere lividas Obliviones. *Senec. in Herc.*

Fur. v. 874. Prima, quæ vitam dedit hora, carpit. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 533. Carpi periclis. ¶ In re militari *carpere* est recedentem hostem insequi, et in itinere identidem aggredi, modo ex una, modo ex altera parte, ac sic velut per partes concidere, et debilitare. *to harass, or cut off, the rear of an army retreating. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 79. Equitatu præmisso, qui novissimum agmen carperet, atque impediret. Adde *ibid.* c. 63. et *Tacit. Ann.* 12. c. 32. Sic *Liv.* l. 3. c. 5. Superante multitudine, hostes carpere multifariam vires Romanas, ut non suffecturas ad omnia aggressi sunt: simul castra oppugnabantur, simul pars exercitus ad populandum agrum Romanum missa. *to attack in many parts at once.* ¶ Apud Poetas, et alios liberiores scriptores nonnunquam ponitur quasi pro accipere, capere, sumere. *Virg.* 1. *Æn.* v. 392. Carpere vitales auras. *to draw. Id.* 3. *Georg.* v. 435. sub dio somnos. *to enjoy. Ovid.* 3. *Fast.* v. 622. commodum alicujus rei. *Id. Her.* ep. 1. v. 117. oscula. *to snatch. Horat.* l. 1. od. 11. *extr.* Carpe diem, quam minimum credula postero. *h. e.* cape, arripe. *seize. Martial.* lib. 7. epigr. 46. fugitivaque gaudia carpe. *enjoy, make the most of. Pers.* sat. 5. v. 151. Indulge genio: carpamus dulcia. ¶ Item agere, transigere. *to lead, spend. Valer. Flacc.* l. 5. v. 48. Carpere noctes securas. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 35. illa domus, Illa mihi sedes: illic mea carpitur ætas. ¶ *Carpere viam, iter,* est iter facere, ambulare, *to walk, travel. Petron. in Satyr.* c. 116. Hoc peracto officio, destinatum carpimus iter. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 93. Carpere viam. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 604. Pede iter. *Sil.* l. 10. v. 62. fugam. *to fly. Stat.* l. 1. *Theb.* v. 310. volatus. ¶ Huc et illa pertinent. *Ovid.* l. 1. *Trist.* eleg. 9. v. 23. Pede carpere campos. *Id.* 4. *Metam.* v. 615. Aera alis. *Virg.* 3. *Georg.* v. 142. prata fuga. *h. e.* celeriter præterire. ut *Serv.* exponit: qui eodem modo intelligit illud *Lucilii,* quod a *Nonio* quoque affertur cap. 4. n. 54. Hiemem unamquamque carpam. *Virg.* 3. *Georg.* v. 191. *de equo.* Carpere mox gyrum incipiat. *h. e.* currere in gyrum. Sic *Plin.* l. 8. c. 42. *in fi.* Equis tolutim carpere incursus, traditur arte. [¶ *Carpere hortum* est fruges carpere. *h. e.* furari ex horto. *Auct. Priap.* carm. 27. v. 1. Tu qui non bene cogitas, et ægre Carpendo tibi temperas ab horto. *Id.* carm. 77. v. 1. Si commissa mea carpes pomaria curæ.]

CARPOBALSĂMUM, i, n. *the fruit of the balsam-tree,* καρποβάλσαμον, fructus balsami arboris. Nam *balsamum* est aliquando ipsa arbor: καρπὸς autem fructum significat. Sic autem dicitur ipsum semen ejus arboris, de quo V. in *Balsamum. Cels.* l. 5. c. 23. n. 1. Sil, bdellium, carpobalsamum, semen papaveris, &c. [Eliminanda vox hæc, nam primus eam jure Latii donavit *Lindenius* nullius codicis fretus auctoritate. Hinc *Leon. Targa* hanc vocem in utraque *Celsi* editione exulare toto Latio jussit.]

CARPOPHYLLOS, *laurel of Alexandria,* καρπόφυλλος, aut φυλλόκαρπος, genus lauri Alexandrinæ (quæ et *hypelate* appellatur) quia fructum fert in mediis foliis: a καρπὸς, fructus, et φύλλον, folium. *Plin.* l. 15. c. 30.

CARPTIM, adverb. *by detached parts, by selecting here and there,* δρεπτομένως, δρεπτικῶς, hinc, atque illinc decerpendo, et delibando. *Sallust. in Catil.* c. 4. Statui res gestas populi Rom. carptim, ut quæque memoria digna videbantur, perscribere. *h. e.* non ipsam totam rerum seriem sequendo historiam scribere, sed habito hinc inde materiæ delectu, quæ maxime memoratu digna videbantur, persequi. *Nonius* tamen c. 11. n. 23. cum aliis *strictim* legit. *Plin. in paneg.* c. 25. Carptim, breviterque perstringere aliquid. *Ammian.* l. 16. c. 7. (*al.* 10.) Itaque carptim ejus præcipua, quæ sunt comperta, monstrabo. Adde *Sulpic.* l. 1. *Hist. sacr.* c. 1. ¶ Exponitur etiam per frusta, *by bits. Colum.* l. 9. c. 15. *ad fin.* Saligneus qualus suspenditur: in eum deinde carptim congeruntur favi. ¶ Item separatim, seorsum, per partes, *separately, in separate parts.* nam carpere etiam pro dividere ponitur. *Liv.* l. 38. c. 25. Edictum propositum, ut ad stipendium petendum convenirent Carthaginem, seu carptim partes, seu universi mallent. *Tacit.* l. 4. *Hist.* c. 46. *in fi.* Quibus ætas, et justa stipendia, dimissi cum honore, alii ob culpam: sed carptim, ac singuli: quo tutissimo remedio consensus multitudinis extenuatur. *Sueton. in Domit.* c. 9. Subseciva, quæ divisis per veteranos agris carptim superfuerunt. *Plin.* l. 18. c. 35. Corvi singultu quodam latrantes, si continuabunt, ventos; si vero carptim vocem resorbebunt, ventosum imbrem præsagient. *by breaks, interruptedly. Plin. alter.* l. 8. ep. 5. Non posse perinde carptim, ut contexta; perinde inchoata placere, ut affecta. *Id.* l. 6. ep. 22. Agere causam carptim, et κατὰ κεφάλαια. *h. e.* non perpetua, sed interrupta, ac veluti in partes divisa oratione, pro variis rerum capitibus, quæ in ea exponuntur. ¶ *Carptim aggredi* est multifariam, seu multis partibus aggredi, *to assault at many parts at once, at different points of attack. Liv.* l. 44. c. 41. Si carptim aggrediendo circumagere immobilem longitudine et gravitate hastam cogas, confusa strue implicantur.

CARPTOR, oris, m. *a carver,* δαιτρὸς, qui cibos in mensa carpit, et convivis distribuit, qui etiam structor dicitur. *Juvenal.* sat. 9. v. 109. librarius, archimagiri, carptores. ¶ Translate qui carpit, et obtrectat, *a carper, caviller, censorious person.* Usus est *Lævius,* qui vituperones suos *subducti supercilii carptores* appellavit, ut narrat *Gell.* l. 19. c. 7. *in fi.* Putat *Voss.* l. 4. *Institut. orator.* c. 1. n. 8. ita legendum esse hoc loco, quasi ex tribus vocibus una facta sit, *subductisupercilicarptores,* quia *Gell.* eam refert inter ea, quæ *Lævius multiplicia ludens composuit.*

CARPTŪRA, æ, f. *the act of gathering or culling,* actus carpendi. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. Nec non etiam aliud discrimen sequuntur in carptura, &c. Loquitur de apib. cibum carpentibus.

CARPTUS, us, m. *Plin.* l. 24. c. 10. Flos cujuscumque generis trium digitorum carptu. *h. e.* quantum tribus digitis carpi potest. *Harduin.* edidit *captu.*

CARPTUS, a, um, particip. *gathered, plucked,* decerptus. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 80. carpite florem, Qui nisi carptus erit, turpiter ipse cadet. *if it be not gathered.* ¶ Item carminatus, pexus. *carded, combed. Cels.* l. 6. c. 6. n. 1. Ubi facta unitas est, demitti debet lana mollis bene carpta. ¶ *Scribon. Larg. compos.* 237. Linteola carpta medicamento continguntur, atque ita ulceri superponuntur. *tents.*

CARPUM, i, n. *fenugreek,* κάρφος, fœnum Græcum. *Colum.* l. 12. c. 49. Condimenta hæc sunt, carpum, cyminum, &c. Al. aliter leg.

CARPUS, i, m. *the wrist,* καρπὸς, pars brachii extrema, qua cum manu jungitur. *Cels.* l. 8. c. 1. primam palmæ partem vocat. Porro *carpum* sunt qui eidem tribuunt l. 3. c. 6. *ante med.* Ejus carpo manum admovere. Sed *Morgagnus* docet legendum *corpori,* et *carpum* Latinam vocem non esse. [¶ Carpus fuit etiam servile nomen apud Romanos, et sæpe occurrit apud *Gruterum;* immo vero in iis *Inscriptionibus* aut diserte scriptum est *Carpus Aug. Lib.* et *Carpus Cæsaris Lib.* aut sigla *L.* subjungitur, et si prænomina et nomina gentium nobilium cognomini *Carpo* præposita attendas, adjectave alia consideres, manumissos eos Carpos fuisse facile intelliges, ut ait idem *Morgagnus epist. Æmilian.* 12. n. 10., qui etiam hujus nominis inscriptiones alias affert a se visas in Arce Meldulensi. Id nomen servile fuisse ea etiam ostendunt, quæ de servo obsoniorum scissore (V. *Carpo*) scribit *Petron. in satyr.* c. 36. *ad fin.* Ingerebat nihilominus Trimalchio lentissima voce, Carpe, Carpe. Ego suspicatus ad aliquam urbanitatem toties iteratam vocem pertinere, non erubui eum, qui supra me accumbebat, hoc ipsum interrogare. At ille, qui sæpe ejusmodi ludos spectaverat, Vides, inquit, illum, qui obsonium carpit? Carpus vocatur. Itaque quotiescumque dicit: Carpe, eodem verbo et vocat, et imperat.]

CARPUSCŬLUS, V. *Carpisculus.*

[* CARRACUTĬUM, ii, n. *Isid. Orig.* l. 20. c. 12. Carracutium vehiculum altissimarum rotarum, quasi carrum acutum. *Scheffer.* tamen *de re vehic.* l. 2. c. 27. pag. 322. hæc posteriora verba, etymologiam continentia, absurditatis postulat.]

CARRÆ, arum, f. Κάῤῥαι, Urbs Arabiæ secundum *Plin.* l. 5. c. 24. secundum alios Mesopotamiæ, apud quam Crassus cum exercitu a Parthis cæsus est. *Lucan.* l. 1. v. 107.

CARRĀGO, aginis, f. *a fortification made in haste, of waggons, baggage, &c. to keep off attack; a barricade,* munimentum ex carris, atque impedimentis exercitus factum. *Trebell. Poll. in Gallien.* c. 13. Scythæ, facta carragine, per montem Gessacem fugere sunt conati. *Ammian.* l. 31. c. 7. (*al.* 20.) *de Gothis.* Ad carraginem (quam ita ipsi appellant) aliti velocitate regressæ. *Veget.* l. 3. *de re milit.* c. 10. Omnes barbari carris suis in orbem connexis ad similitudinem castrorum, securas a superventibus exigunt noctes. ¶ Significat etiam ipsam carrorum vim, et cetera impedimenta exercitus, *a camp equipage; the baggage of an army. Claudius Imper. in quadam epist.* apud *Trebell. Poll. in ejus vita,* c. 8. Ingens carrago deserta est. Adde ipsum *Trebell. Poll. ibid.* et *Aurelian. Imper.* apud *Vopisc. in ejus vita* c. 11.

CARRI, vel Carrhi, orum, populi Cariæ, vel Syriæ piraticam exercentes. *Valer. Max.* l. 1. c. 5. *extern.* n. 1.

CARROBALLISTA, æ, f. *a warlike engine mounted on a carriage,* ballistæ genus carro impositum, ut transferri facile possit. Est autem ceteris ballistis major, et longius, ac vehementius spicula dirigit. *Veget.* l. 3. *de re milit.* c. 24. *ad fin.* [Vox hæc minus Latina est, ac rejicienda prorsus auctoritate *Cod. MS. Biblioth. D. Marci Venetiar.,* qui hoc in loco habet *arcuballistæ* pro *carroballistæ.* En locus, ut legitur in edition. *Vegetii.* In quinta acie ponebantur interdum carroballistæ (*Gesnerus* in *Thesaur. L. L.* habet *carraballistæ*), manuballistarii, fustibulatores, funditores. *Vegetius* nullo alio in loco adhibet hanc vocem, sed sæpissime utitur vocabulo *arcuballista* (quod V. suo loco) præterea lib. 2. c. 15. conjungit *manuballistas,* et *arcuballistas,* quemadmodum lib. 4. c. 21. *manuballistarios,* et *arcuballistarios;* ita ut arcuballistæ fere semper videantur soliti fuisse pugnare una cum manuballistariis.]

CARRŎCO, onis, m. genus piscis marini. *Auson.* ep. 4. v. 57. referuntur ab unda Carroco, lethalisque trygon, mollesque platessæ.

CARRŪCA, æ, f. *a sort of carriage; a caroche, calash,* ἀπήνη, ἅμαξα, genus vehiculi, tum in Urbem, tum extra in itineribus adhibiti, et non solum a viris (præsertim honoratioribus) sed etiam a feminis. Quidam apud *Scheffer. de re vehic.* l. 2. c. 27. docent quatuor rotas habuisse, et fuisse undique contectum. Sed nihil pæne certi de ejus forma statui potest. Diversum a *carpento* facit *Acron Scholiast. Horat. ad* l. 1. sat. 6. v. 104. sed qui fuit antiquioribus carpentorum usus, idem certe postea carrucarum fuit. V. *Scheffer. loc. cit.* ubi multa hac de re. *Plin.* l. 33. c. 11. Carrucas ex argento cælare. *Sueton. in Ner.* c. 30. Nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur. *Martial.* l. 3. epigr. 62. Carruca aurea. Adde lib. 12. epigr. 24. ¶ Quam *Scævola* appellat *carrucam dormitoriam,* videtur esse lectica, vel lecticæ similis. Ejus verba sunt *Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 13. Carruca dormitoria cum mulis, qua semper uxor usa est. ¶ Ceterum *carruca* dicitur etiam ipsa rheda, vel quodcumque aliud vehiculum itineri faciendo aptum. *a car, travelling vehicle.* Nam *Martial.* l. 3. epigr. 47. cum vers. 5. *rhedam* nominasset, eandem postea vers. 13. *carrucam* appellat: et *Lamprid. in Heliog.* c. 31. quæ primo *vehicula* mox eadem *carrucas* dicit. ¶ Legitur et *carrucha* cum aspiratione, atque ita ex *Pandect. Florent.* edidit *Torrentin.* fortasse quia καρούχα apud *Hesych.* habetur. Frequentius tamen sine aspiratione invenitur.

CARRUCARĬUS, a, um, *relating to a caroche, or car,* ad carrucam pertinens. *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 38. Mulæ carrucariæ. *Capitolin. in Maxim. jun.* c. 4. Mulio carrucarius. ¶ *Carrucarius, ii,* qui carrucam regit, *the driver of a caroche; a charioteer. Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 13. Si cisiarius, idest carrucarius, dum ceteros transire contendit, cisium evertit, &c. Ita legitur in quibusdam libris, etiam *Torrentini.* Sed illa verba, *idest carrucarius* videntur esse glossema. Certe ab *Haloandro* omissa sunt. ¶ Scribitur et *carrucharius.*

CARRŬLUS, li, m. *a little car,* ἁμάξιον, parvus carrus. *Ulpian. Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 52. *ad fin.* Carrulorum vecturas vel sui, vel sarcinarum suarum gratia, vel mercium recte imputabit.

CARRUS, i, m. et Carrum, i, n. *a car, cart, waggon,* ἅρμα, ἅμαξα, κάῤῥον, genus vehiculi oneribus vehendis aptum. *Sisenn.* apud *Non.* c. 3. n. 35. Impedimenta collocant omnia, construunt carros, et sarracra crebra disponunt. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 26. Ad impedimenta, et carros suos se contulerunt. et *ibid.* Pro vallo carros objecerant. et cap. 8. Jumentorum, et carrorum quam maximum numerum coemere. Adde *Liv.* lib. 10. c. 28. et *Varr.* apud *Non. loc. cit.* ¶ Pro altero genere *Auct. B. Hispan.* c. 6. Per viarum angustias carra complura, multasque ballistas retraxit. [† V. *Carroballista.*] Addit *Non. ibid.* consuetudinem esse, ut neutro genere usurpetur. Sed de sua ætate loquitur.

CARSEOLĀNUS, a, um, ad Carseolos pertinens. (Fuerunt autem *Carseoli, orum,* Καρσέολοι, oppidum Latii in Æquis prope flumen Anienem, qui locus nunc dicitur *piano di Carsoli.* cujus mentio est apud *Liv.* l. 29. c. 15. et *Ovid.* 4. *Fast.* v. 683.) *Ovid.* 4. *Fast.* v. 710. nam vivere captam Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat. *Colum.* l. 3. *R. R.* c. 9. Ager Carseolanus. ¶ *Carseolani, orum,* sunt ejus oppidi incolæ. *Plin.* l. 3. c. 12.

CARTEIĀNUS, a, um, ad Carteiam pertinens. *Plin.* l. 3. c. 2. Carteiana ora. ¶ Est autem *Carteia,* Καρτηΐα, et Καρτεία, urbs Bastulorum in Hispania, ad fretum Herculeum, a Græcis Tartessos dicta. *Id. ibid.* c. 1.

CARTEIENSIS, se, Carteianus. *Auct. de B. Hispan.* c. 36. Legati Carteienses.

CARTHÆUS, a, um, ad Carthæam pertinens, quæ est urbs Ceæ insulæ in Ægæo mari, Καρθαία, ut *Plin.* l. 4. c. 12. docet. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 109. Carthæa arva.

CARTHEĬUS, a, um, Καρθήϊος, idem quod Carthæus. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 368. antiquæ Cartheia mœnia Ceæ.

CARTHAGINIENSIS, se, *Carthaginian,* ad Carthaginem pertinens. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 3. Has esse ingenuas ambas Carthaginienses. *Ennius* apud *Cic. pro Balb.* c. 22. Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis. *Cic. Agrar.* 2. c. 35. Carthaginienses fraudulenti, et mendaces. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 586. n. 9. Basso Aug. Lib. Proc. tractus Carthaginiensis Fabia Q. F. Priscilla marito piissimo, &c. Adde pag. 404. n. 1. ubi affertur fragmentum antiquissimæ Inscriptionis *C. Duilio* positæ bello Punico primo, in quo legitur *Cartaciniensis.* Nihilominus non desunt, qui *Carthaginensis* extrito altero *i,* dicendum putant, ut habetur in alia *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 349. n. 1. L. Æmil. M. F. Quir. Restitutus domo Rom. qui et Carthaginens, &c. Horum princeps est *Voss.* l. 1. *de Grammat.* c. 43. contra quem stant præter allata monumenta, *Manut. Dausq.* et *Cellar.* in *Orthogr.* et alii.

CARTHĀGO, ginis, f. *Carthage,* Καρχηδὼν, (V. *Catamitus*) urbs Africæ, in ora lit. Condita est 72. annis ante Romam ab Elissa, seu Didone filia Beli junioris Regis Phœnices, uxore avunculi Acerbæ, vel Sichei Sacerdotis Herculis. Hæc fratrem Regem aversata, quod virum sibi interfecisset cupiditate auri, quo hic affluebat, e Tyro fugit, et primo in Cyprum, deinde in Africæ sinum delata est, ubi empto ab incolis loco, qui corio bovis tegi posset, in quo fessos longa navigatione socios, quoad proficisceretur, reficere posset, corium in tenuissimas partes secari jussit; atque ita ingens spatium occupavit. Loco inde *Byrsæ* nomen fuit, a corio bovis. Nam βύρσα corium est.

Scalig. tamen *in animadvers. ad Euseb.* vult, *Byrsam* dictam esse a *bysra*, quo nomine Phœnices arcem significant. Confluentibus vicinis locorum, qui spe lucri multa hospitibus venalia inferebant, sedesque ibi statuentibus, ex frequentia hominum velut instar civitatis effectum est. Uticensium quoque legati dona ut consanguineis attulerunt, hortatique sunt, urbem ibi conderent, ubi sedes sortiti essent. Sed et Afros detinendi advenas amor cepit. Itaque consentientibus omnibus urbs conditur, statuto annuo vectigali pro solo urbis. In primis fundamentis caput bubulum inventum est. Auspicium fuit fructuosæ terræ, sed laboriosæ, perpetuoque servæ urbis. Quare in alium locum urbs translata est. Ibi equi caput repertum, bellicosum potentemque populum futurum significans, urbi auspicatam sedem dedit. Mœnibus urbis montem incluserunt, in quo arcem condidere, et Byrsam appellavere. Urbs vero universa Carthago vocata est a Charta opp. Phœnices haud procul a Tyro, vel a Carthagine filia Herculis. Progressu temporis facta est urbs amplissima, et Romam diu æmulata est, quam bellis gravissimis, et periculosissimis vexavit, misso in Italiam Annibale, et aliis ducibus cum maximis exercitibus. Dominata est sexcentos fere annos, propter consilia, et disciplinam. Eversa tandem fuit a P. Scipione Æmiliano, qui *Africanus junior* dicitur, post tertium bellum Punicum. *Justin.* l. 18. c. 3. 5. et 6. *Sil. Ital.* l. 1. v. 21. *et sequentib.* ¶ *Carthago nova* est in Hispania Tarraconensi in ora Contestanorum, nunc *Cartagena. Plin.* l. 3. c. 3. ¶ In fabulis fuit *Carthago* filia Herculis quarti, ut dictum est, qui Tyri maxime colebatur. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 16. ¶ In sexto singulari etiam in *i* desinit. *Plaut. Cas. prol.* v. 71. in Græcia, et Carthagini. Adde *Liv.* l. 28. c. 25. in plerisq. MSS. ¶ Scribitur et *Karthago.* V. dicta in *Calumnia.*

CARTHĒGON, V. *Cratægum.*

CARTHĪNA, æ, f. inde *Carthinatius*, vel *Carthinacius*, ii, sunt duæ voces, quæ agnoscuntur, tamquam Latinæ, a *Priscian. sub fin.* l. 4. pag. 635. *Putsch.* Quam lectionem exhibent etiam *Aldus* 1527. et alii. Sed Editio A. 1485. habet *carchina, carchinacius:* et in MS. Cod. sæc. XIV. legitur *chartina, chartinatius.* Hanc postremam lectionem quidam amplectuntur, et *chartinam*, idem esse quod *chartam*, *chartinatium* idem quod *chartaceum* putant. Ita enim locutos esse Veteres, adnotatum est *in Thes. Basil. Fabri* A. 1717.

CARTIBŬLUM, i, n. *a square table of stone, standing on one foot, to place wine on*, vinaria mensa lapidea, quadrata, oblonga, una columella: quæ apud multos in ædibus ad compluvium ponebatur, et in ea, et cum ea ænea vasa. Prius dicta est *gertibulum*, a gerendo, postea *cartibulum.* Hæc *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 26. *extr.*

CARTILAGINĔUS, a, um, *gristly, of a gristly substance, full of gristles, cartilaginous*, χονδρώδης, ἔγχονδρος, cartilagine constans. *Plin.* l. 9. c. 24. Animalia cartilaginea. *h. e.* pisces, qui pro spina cartilaginem habent. *Id.* l. 19. c. 5. Cartilaginei generis, extraque terram est cucumis.

CARTILAGĬNŌSUS, a, um, *cartilaginous*, cartilagineus. *Cels.* l. 8. c. 1. Radius in caput cartilaginosum consurgens. *Plin.* l. 12. c. 25. *in fi.* Galbanum cartilaginosum, minimeque lignosum.

CARTILĀGO, inis, f. *a cartilage, gristle, tendon, as of the ear or nose*, χόνδρος, pars corporis mediæ naturæ inter carnem, et ossa, qualis est in auribus, naribus, extremitatibus costarum, operculis ossium, quæ moventur. *Cels.* l. 8. c. 1. Illud ignorari non oportet, plurima ossa in cartilaginem desinere, nullum articulum non sic finiri. *Id. ibid.* c. 5. Cartilago narium. et cap. 6. auris. *Plin.* l. 11. c. 37. *ad fin.* rupta non solidescit. ¶ Per similitudinem dicitur de aliis rebus. *Plin.* l. 15. c. 28. *ad fi.* Carne placent palmæ, succo uvæ, callo pira, mora cartilagine. *Id.* l. 16. c. 36. Nostratibus arundinibus fungosior subest natura, cartilagine bibula, quæ superne tenui inarescit ligno. *the pith in the joint of a reed. Id.* l. 19. c. 5. Cortice, et cartilagine constant raphani. et cap. 4. Cucumeris cartilago.

CARVILIĀNUS, a, um, ad Carvilium pertinens: quod est nomen proprium Rom. civis, ut Carvilianum divortium *in lemmate* cap. 3. l. 4. *Gellii*, quod scilicet Sp. Carvilius Ruga primus Romæ M. Atilio P. Valerio Coss. ultra quingentos annos ab U. C. cum uxore fecit, quod esset sterilis, uti *Gell. ibid.* et lib. 17. c. 21. *ad fin.* tradit.

CARUNCŬLA, æ, f. *a little piece of flesh, a small protuberance of flesh: a kernel, caruncle*, σαρκίον, σαρκίδιον, parva caro. *Cic.* l. 2. *de Divinat.* c. 24. An tu, inquit, carunculæ vitulinæ mavis, quam imperatori veteri credere? Adde *Cels.* l. 8. c. 4. *circ. med.* et *Valer. Max.* l. 3. c. 7. n. 6. *extern.*

CARUS, a, um, *dear, precious, costly*, πολύτιμος, qui nimio pretio emitur, cui *vilis* opponitur. *Plaut. Aulul.* 2. 8. 3. Venio ad macellum, rogito pisces: indicant caros, agninam caram, caram bubulam, vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 27. Putarem annonam in macello cariorem fore. *Id. pro Dom.* c. 6. Illo ipso die carissimam annonam necopinata vilitas consecuta est. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 59. Fateor me esse cocum carissimum: verum pro pretio facio ut opera appareat. *Plin. in proœm.* l. 33. Aurum, et argentum cælando cariora facere. *Justin.* l. 16. c. 4. Facere pretium alicujus rei carius. *to enhance the price.* ¶ Translate *Lucret.* l. 1. v. 729. *de Sicilia, quæ Empedoclis patria fuit.* Nil tamen hoc habuisse viro præclarius in se, Nec sanctum magis, et mirum, carumque videtur. *h. e.* pluris faciendum. ¶ Est etiam amatus, dilectus, *dear, beloved*, φιλητὸς, ἀγαπητὸς, quia quæ multi sunt pretii, amari solent. *Cic. Catil.* 4. c. 6. Homo populo R. carus, atque jucundus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 4. Homines mihi carissimi, et amicissimi. *Id. Catil.* 4. c. 2. Frater carissimus, atque amantissimus. *Id. Attic.* l. 10. ep. 11. Omnes suos caros habet; me quidem se ipso cariorem. *Id. Fam.* 1. ep. 7. *in fi.* Amare aliquem, carumque habere. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. 16. Diligi, et carum esse, jucundum est. *Virg.* 12. *Æn.* v. 639. quo non superat mihi carior alter. *Ovid.* 5. *Trist. eleg. ult.* v. 2. O mihi me conjux carior. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 17. Omnium societatum nulla est carior, quam ea, quæ cum Republica est unicuique nostrum. *Sallust. in Jug.* c. 19. Paucis carior fides, quam pecunia fuit. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor. c. ult.* Carum ipsum, verbum est amoris: ex quo amicitiæ nomen est ductum. ¶ *Vita carior, me ipso carior, oculis carior, auro carior* dicitur, qui maxime carissimus est. Harum locutionum prima est *Cicer. post redit. ad Quirit.* c. 1. aliæ duæ *Catulli* carm. 67. *ad Manl. in fin.* et carm. 102. *ad quend. de Lesbia:* postrema *Tibulli* l. 1. eleg. 9. v. 31. Sic *luce carior* apud *Claudian. de B. Get.* v. 308. ¶ *Diis carus* dicitur, qui in aliqua re felix est. *fortunate, lucky; Fortune's favourite. Horat.* l. 1. od. 31. v. 13. Diis carus ipsis: quippe ter et quater Anno revisens æquor Atlanticum Impune. ¶ *Cari, orum*, aliquando sunt liberi. *Lactant.* l. 6. c. 12. Cum sciat se caros suos Deo relinquere. ¶ De orthographia, V. in *Caritas.*

CARȲA, æ, f. Καρύη, urbs Peloponnesi. *Vitruv.* l. 1. c. 1. ¶ De *Carya Diana*, V. in *Carius.*

CARYĀTES, atium, m. Caryæ urbis incolæ. *Vitruv.* l. 1. c. 1. Bellum Caryatibus indixerunt. *et mox.* Pœna peccati Caryatium.

CARYĀTIS, idis, f. Καρυᾶτις, quæ est ex Carya Peloponnesi urbe. *Caryatides* dictæ sunt statuæ muliebri forma in ædificiis publicis collocatæ oneri ferendo. Caria enim civitas Peloponnesi cum Persis contra Græciam consensit. Græci bello Persico per victoriam liberati communi consilio Caryatibus bellum indixerunt. Urbe capta, et deleta, viris interfectis, matronas eorum in servitutem abduxerunt, nec sunt passi ornatus matronales deponere, ut æterno servitutis exemplo gravi contumelia pressæ pœnas penderent pro civitate: denique voluerunt, ut earum imagines ad ignominiam sempiternam in publicis ædificiis oneri ferendo collocarentur. Ita narrat *Vitruv.* l. 1. c. 1. *images of women used for supporters in buildings, to adorn the gable-ends*, &c. ¶ Dictæ sunt etiam *Caryatides* virgines cultui Dianæ Cariæ addictæ. Harum meminit *Plin.* l. 36. c. 5. ubi de Praxitelis operibus loquitur. Diana quoque ipsa *Caryatis* dicitur a *Servio ad Virg. Ecl.* 8. v. 30. V. *Carius, a, um.*

CARYĬNON, et Caryinum, oleum dicitur, quod e nuce juglande fit. nam καρύα nucem significat. *Plin.* l. 15. c. 7. et lib. 23. c. 4. *oil extracted from walnuts.*

CARYĪTES, æ, m. *a kind of spurge*, καρυΐτης, species tithymali, cujus fructus nux appellatur: a καρύα, nux. *Plin.* l. 26. c. 8.

CARȲON, ii, n. *a kind of walnut*, κάρυον, nux juglans, Græca appellatione. *Plin.* l. 15. c. 22. docet ita dici nuces a Græcis, a capitis gravedine, propter odoris gravitatem. Nam κάρη caput, κάρος soporem veternumque significat.

CARYOPHYLLON, V. *Garyophyllon.*

CARYŌTA, æ, et Caryōtis, idis, f. *a kind of date, of the size of a walnut, used to be gilt, and brought by poor clients to their patrons as a new year's gift*, καρυωτὶς, καρυωτὸς, φοῖνιξ, fructus palmæ, qui et *palmula* Latine dicitur. *Plin.* l. 13. c. 4. ubi multa de hoc fructu disputat, docet, vinum etiam ex eo in Oriente fieri, sed capiti inimicum, unde et pomo ipsi nomen factum, nempe a κάρος, gravedo capitis. Aptius tamen duxeris a κάρυον, quod nucem significat. Cum enim palmularum non unum sit genus, eæ *caryotæ* sunt appellatæ, quæ majores erant, et magis ad nucum similitudinem accedentes. Hinc *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 37. palmulas nucales vocat. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *in fi.* Non scitis palmulas caryotas in Syria parere, in Italia non posse? *Scribon. Larg. compos.* 74. Caryotarum recentium pulpæ mediæ detracta exteriore cute, interioribusque venis. *Plin.* l. 15. c. 18. Carne palmæ placent, crusta Thebaicæ, succo uvæ, et caryotæ. *Id.* l. 19. c. 5. Inula mixta pinguibus caryotis. *Martial.* l. 11. epigr. 32. Et notas caryotidas theatris. *h. e.* quæ populo in theatris spargi solebant, præsertim diebus Saturnalibus: quod confirmatur etiam ex illo *Statii* l. 1. *Silv.* 6. v. 19. et latente palma Prægnantes caryotides cadebant. ¶ Mos fuit Romæ, ut calendis Januar. pauperiores clientes mitterent patronis, et dominis suis caryotas pro munere, vel ramum palmæ caryotis plenum: qui solebant etiam aurea vel argentea spuma, vel bractea tenuissima obducere, ut magis eo ornamento commendarentur. *Martial.* l. 13. epigr. 27. cujus lemma est *spathalion caryotarum.* Aurea porrigitur Jani caryota calendis: Sed tamen hoc munus pauperis esse solet. *Id.* l. 8. epigr. 33. Hoc linitur sputo Jani caryota calendis, Quam fert cum parvo sordidus asse cliens.

CARYSTĔUS, a, um, ad Carystum pertinens. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 282. Quaque Carysteis frangitur unda vadis. *Capitolin. in Gord.* III. c. 32. Carysteæ columnæ.

CARYSTIUS, a, um, Καρύστιος, Carysteus. *Plin.* l. 26. c. 2. Diocles Carystius. *Id.* l. 36. c. 7. Carystium marmor. *Plin. alter* l. 5. ep. 6. Columellæ Carystiæ. ¶ *Carystii, orum*, ejus oppidi incolæ. *Solin.* c. 11. (*al.* 17.)

CARYSTOS, i, f. Κάρυστος, oppidum Eubœæ insulæ, sub monte Ocho, notum celebri marmore, quod viridi colore, et maris simili commendabatur. *Plin.* l. 4. c. 12. Hinc *Tibull.* l. 3. eleg. 3. v. 13. Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis, Tænare sive tuis, sive Caryste tuis? *Senec. in Troad.* v. 336. Ferax varii lapidis Carystos. Adde *Martial.* l. 9. epigr. 77.

CARȲUS, a, um. De Carya Diana V. in *Carius.*

CASA, æ, f. *a cottage, or cabin, of turf, straw, leaves, &c. a thatched house; a soldier's hut*, καλύβη, καλιὰς, domus vilis, tugurium, mapale: cujusmodi sunt, quas rustici et pauperes habitant. *Senec.* ep. 90. *ante med.* Furcæ utrinque suspensæ fulciebant casam: spissatis ramalibus, ac fronde congesta, et in proclive disposita, decursus imbribus quamvis magnis erat. Sub his tectis habitavere securi. Culmus liberos texit: sub marmore atque auro servitus habitat. *Vitruv.* l. 2. c. 1. Non casas, sed etiam domos perficere cœperunt. *Cic. Tuscul.* 5. c. 34. Ptolemæo peraganti Ægyptum comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus est. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 41. Casæ stramentis tectæ. *Plin.* l. 7. c. 2. *post med.* Pygmæorum casas luto, pennisque, et ovorum putaminibus construi. *Id.* l. 30. c. 10. Casæ fissis arundinibus textæ. *Quintil.* l. 2. c. 17. Facere casa sine arte. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 247. Ædificare casas, plostello adjungere mures. *Petron. in Satyr.* c. 115. Casam piscatoriam subire. *a fisherman's hut. Virg. Ecl.* 2. v. 29. humiles habitare casas. *Lactant.* l. 5. c. 16. Romanis, si justi esse velint, hoc est, si aliena restituant, ad casas esse redeundum. ¶ Ponitur aliquando pro villa, *a country-seat*, in quam agri fructus convehuntur. *Martial.* l. 6. epigr. 43. Me Nomentani confirmant otia ruris, Et casa jugeribus non onerosa suis. *Cic.* quoque *Fam.* 16. ep. 18. *casam* in horto appellat, in quam convehuntur ipsius horti fructus, vel in qua olitor habitat. ¶ De quibuscumque ædibus deterioribus, et male constructis. *Martial.* l. 12. epigr. 67. Et casa divitiis ambitiosa latet. ¶ *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 10. appellat *casas*, quas ex assibus, frondibus, aut alia materia milites pro tentoriis, et papilionibus ædificant. Sic *Auct. de B. Hispan.* c. 16. Casæ, quæ stramentitiæ a nostris hybernorum causa ædificatæ erant. ¶ *Ita fugias, ne præter casam:* proverbium apud *Terent. Phorm.* 5. 2. 3. ubi *Donatus:* h. e. ne prætereas casam tuam, quæ sit tibi tutissimum receptaculum. Vel ita fugias, ne præter casam, ubi custodiri magis et prehendi fur, et mulcari verberibus potest. Vel verbum erat ipsius custodis furem exagitantis, et interea prohibentis, ne ante casam transeat, ne in prætereundo etiam inde aliquid rapiat. Queritur senex, se dum avari infamiam fugeret, in stulti reprehensionem incidisse. Hæc *Donat.* Primam interpretationem quidam probant, ut *Erasm. in Adag.* Nonnulli enim ardore fugiendi, etiam ea prætereunt, ubi tuto poterant conquiescere. Monemur itaque ne domum fugiendo prætereamus, quia in ea præsidium in periculis habere possumus: et sententia est, non sic aliquod malum fugiendum, ut in pejus incidas. Aliis placet secunda; in his *Gronovio* l. 3. *Observat.* c. 9. ubi ait, ductum videri proverbium a servis, qui de ergastulo fugiunt (quod indicat vox *casa*) qui monentur procul a casa domini fugam occipere, puta ex ultimis agri partibus, neque ante eam transire, ne rursus capti, dum servitutem, et compedes evadere nituntur, in furcam, stigmata, et crurifragium incurrant. Quod propius ad *Terentii* mentem accedit, apud quem senex se ipsum increpat, qui metu calumniæ et falsarum litium, illum, a quo injuria affectus erat, pecunia donaverit. Tertia *Donati* interpretatio longius petita videtur, minusque probabilis. Sunt qui ex MSS. quibusdam, et Editionib. leg. *præter causam* qua lectione et proverbii ratio corruit, et fortasse obscurior fit sensus. ¶ *Scelera non intrant casas:* aliud proverb. apud *Senec. in Thyest.* v. 451. quo significatur, in paupere fortuna innocentiam, ac virtutem sæpius coli, quam in magna. ¶ *Casæ litterarum* apud Auctores rei Agrariæ sunt agri, et fundi litteris designati, quibus litteris ii auctoritatem, hoc est significationem dederunt secundum artificium Agrimensuræ, et secundum notas juris Agrimensorii. V. *Innocent.* apud *Goes.* ¶ Hinc *casam* absolute pro fundo, possessione, reperies apud *Cassiod.* l. 5. *Variar. Epist.* 14.

CASABUNDUS, a, um, *ready to fall, staggering, reeling*, πτώσιμος, πτωτὸς, qui crebro cadit, aut nutat. *Nævius* apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 3. *a med.* Risi egomet casabundum ire ebrium. *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 21. Herculem fictores veteres non sine causa cum poculo fecerunt, et nonnunquam casabundum et ebrium. Al. leg. *Quassabundum.* ¶ Apud *Fest.* et *Varron.* legitur *Cassabundus:* sed emendat *Scalig.* alterum *s* tollendo.

CASĀLIS, le, adject. ad casas pertinens in re Agraria. *Casalia* sunt fines, limites, vel rigores, qui casas, hoc est agros, et fundos finiunt. *Casalis* est terminus in casali po-

situs. V. *Auct. rei Agrar.* apud *Goes.* Sed hæc cadentis, vel potius jam prolapsæ Latinitatis sunt.

CASANS, antis, *ready to fall; going with the head inclined downwards,* cadens, nutans. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 71. Subducunt lembum capitibus casantibus. *h. e.* nutantibus, demissis, et mœrorem indicantibus. *Id. Asin.* 2. 3. 23. Casanti capite incedit. Ita *Lambin.* et *Pereus* utroque loco legunt, et interpretantur. Alii rectius *quassans.*

CASARĬA, æ, f. *a housekeeper,* οἰκουρὶς, mulier, quæ casam custodit. *Festus.*

CASARĬUS, ii, m. *a rustic, countryman, clown,* rusticus, qui in casa habitat, agri colendi causa. *Impp. Valentinian. Valens,* et *Gratian.* lib. 9. *Cod. Theodos.* tit. 42. leg. 7. V. *Censuarii.*

CASCE, adverb. *agreeably with ancient custom,* ἀρχαίως, ἀρχαϊκῶς, prisco more. *In lemmate* cap. 10. l. 1. *Gellii.* Adolescens casce nimis, et vetuste loquens. ¶ An vero illa capitum lemmata ipsius *Gellii* sint, an *Avieni,* qui eum recensuisse dicitur, dubitant Eruditi. *Jac. Gronov.* et *Falster.* Gellio attribuunt. V. *Fabric. Bilioth. Lat.* vol. 3. lib. 3. cap. 1.

CASCĪNUM FORUM est forum vetus, et *Cascinum oppidum,* vetus oppidum, a *Cascus, a, um. Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. ubi al. leg. *Cassinum.*

CASCUS, a, um, *old, ancient, antique, out of date,* ἀρχαῖος, ἀρχαϊκὸς, priscus, antiquus, senex. Hujus vocis origo Sabina est, quæ usque radices in Oscam linguam egit, ut *Varro* l. 6. *L. L.* c. 3. docet. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 12. Priscis illis, quos cascos appellat Ennius. *Ennius* apud *Varron. loc. cit.* Quam primum casci populi genuere Latini. *Actius ibid.* Cascas res profari. *Manl. ibid.* Cascum duxisse cascam mirabile non est. *Auson.* ep. 22. v. 27. Cascum sal.

CASEĀLE, is, *a place where cheeses are made, or set; a cheese-loft, cheese-chamber,* locus, in quo fit, aut servatur caseus. *Colum.* l. 2. c. 15. Culina, et caseale quotidie debent emundari. [*Pontedera in Antiquit. Latin. et Græc.* pag. 498. vulgatum *caseale* aperte vitiosum ex *Cod. Lipsiensi* corrigi jussit; quicum sentiunt *Schneiderus* et *Del-Bene;* nam hoc in loco sermo est de pecudum stercore, non de caseo conficiendo. Itaque reponendum putant *caprile* pro *caseale,* quod sane fecit in sua editione *Schneiderus;* hac præcipue de causa, quod idem *Colum.* l. 7. c. 6. jubet caprile quotidie converrere. Vides igitur, vocem hanc e Latino Lexico convellendam omnino esse, ac repudiandam.]

CASEARĬUS, a, um, *pertaining to cheese,* ad caseum pertinens. *Ulpian. Dig.* lib. 8. tit. 5. leg. 1. Respondit non putare se, ex taberna casearia fumum in superiora ædificia immitti posse. *taberna casearia* est, in qua caseus curatur, et maligno ligni, vel culmi fumo coloratur, ut est apud *Colum.* l. 7. c. 8. *in fi.* Græce τυροκομεῖον.

CASEĀTUS, a, um, *mixed with cheese,* caseo admixtus, τυρώδης. *Apul. sub init.* l. 1. *Metam.* Polentæ caseatæ offula. *Hieronym.* ep. 26. *ad Pammach. a med.* Puer, qui inter caseatos nutritus est montes. Alludit, opinor, ad illud *Psalm.* 67. 17. Mons coagulatus, mons pinguis, &c. Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo.

CASEŎLUS, li, m. *a little cheese,* parvus caseus. *Auct. Copæ inter Catal. Virg.* Sunt et caseoli, quos juncea fiscina siccat. V. *Caiolus.*

CASĔUS, i, m. *cheese,* τυρὸς, lac coactum, et formis pressum: item ipsa casei pressi forma, *a cheese.* Putat *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 22. dici caseum quasi *coaxeum,* a coacto lacte. *Cic. de Senect.* c. 16. Villa abundat gallina, lacte, caseo, melle. *Plaut. Capt.* 4. 2. 71. Mollis caseus. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. *ult.* Facere caseos. et *ibid.* Casei molles, ac recentes, aut aridi, et veteres. *Virg. Ecl.* 1. v. 35. Pinguis et ingratæ premeretur caseus urbi. *Plin.* l. 16. c. 38. Figurare caseos. *Pallad. in Maio,* tit. 9. Coagulare caseum. *Colum.* l. 7. c. 8. Ita ordinatur, ne alter alterum caseus contingat. ¶ Varia casei genera enumerat *Plin.* l. 1. c. 42. Ejus vero conficiendi, et servandi rationem tradunt *Varr. Colum.* et *Pallad. locis cit.* ¶ *Molliculus caseus, dulciculus caseus* apud *Plaut. Pœn.* 1. 1. 154. et 177. blandientis verba sunt. ¶ Reperitur etiam *caseum, i,* neutro genere. *Novius,* seu *Nævius* apud *Non.* c. 3. n. 63. Sardeis veniens caseum. *Plaut. in fragment. ibid.* Parasito cum virgis caseum radi potest. Adde *Caton. R. R.* c. 76. ubi bis *caseum omne* legitur in edit. *Commelin. Meurs.* et *Gryph.* quamquam *Jensoniana* A. 1472. et *Aldina* 1514. habent *omnem.*

CASĬA, æ, f. κασία, et κασσία, *an aromatic shrub resembling cinnamon,* (Anglice *cassia or canella,* ut quidam putant) frutex aromaticus in Æthiopia, et Arabia nascens, juxta campos cinnami, multis, surculosisque brachiatus ramis, in montibus autem crassiore sarmento, infirmiori virtute, tenui cute verius, quam cortice, altitudine cubitorum trium. Color ei triplex: cum primum emicat candidus est; deinde rubescit; ultra nigricans fit. V. plura apud *Plin.* lib. 12. cap. 19. ¶ Est etiam genus herbæ, alio nomine *cneoron,* et *thymelæa,* odoratum, et ramosum, usumque habent ejus folia in coronamentis. *a sweet-smelling plant; spurge-olive. Plin.* l. 21. c. 9. 10. et 12. De hac *Virg. Ecl.* 2. v. 49. Tum casia, atque aliis intexens suavibus herbis, &c. Adde 4. *Georg.* v. 30. ¶ Jubetur hæc herba seri propter alveos apum, quæ ea maxime delectantur, testibus *Virg.* 4. *Georgic.* v. 182. et *Plin.* l. 21. c. 12. ¶ *Casia* frutex usum habuit plurimum in unguentis; adhibebaturque etiam in funeribus, ut myrrha. *Martial.* l. 6. epigr. 55. l. 10. epigr. 97. et l. 11. epigr. 55. ¶ Item in medicina, ut videre est apud *Cels.* l. 5. c. 23. n. 1. et 2. et *Scribon. Larg. compos.* 93. 125. et alibi. ¶ Hæc eadem *casiæ fistula* appellatur a *Scribon. Larg. compos.* 36. a *Palladio in Octobr.* tit. 14. *post med. Veget.* l. 1. *rei veterin.* c. 59. et *Plin. Valerian.* l. 2. c. 37. et a Græcis quibusdam κασία σύριγξ, propterea quod tunicam seu corticem habet instar fistulæ, cum in vaginæ morem a ligno sejungitur et divellitur, angusto foramine ac meatu, ut ex *Plin.* l. 12. sect. 43. exponit *Harduin.* Neque enim nota fuit Veteribus illa, quæ Anglice *cassia (a purgative seed)* appellatur, et solvendæ, ac refrigerandæ alvo adhibetur, aut si nota fuit, alia certe est ab ea, quam his locis *Plin.* describit. V. Botanicos.

[* CASIGNĒTE, es, f. κασιγνήτη, *h. e.* soror germana. Ita vocatur herba quædam apud *Plin.* l. 24. c. 17. sect. 102. Casigneten, quoniam secum ipsa nascatur, nec cum ullis aliis herbis; eamdem Dionysonymphadem nominant, quoniam vino mire conveniat. *Harduinus* tamen eam potius appellandam esse ait *acasigneten. h. e.* sine fratribus, nam κασίγνητος *fratrem* significat; cui ipse assentio.]

CASILĪNAS, atis, Casilinensis. *Valer. Max.* l. 7. c. 6. n. 2. Casilinates obsidione Annibalis clausi.

CASILINENSIS, se, ad Casilinum pertinens. *Casilinenses, ium,* sunt ejus oppidi incolæ. *Cic.* 2. *de Invent.* cap. 57.

CASILĪNUM, i, n. [† hod.] *Castelluccio,* Καστέλλιον, col. et oppid. olim, nunc pagus Campaniæ, ubi Casilinus fluvius in Vulturnum excipitur. *Plin.* l. 3. c. 5.

CASILĪNUS, a, um, ad Casilinum pertinens. *Sil.* l. 12. v. 426. Casilina limina.

CASĪNA, κασίνα, nomen Fabulæ Plauti a præcipua ejus dramatis persona tractum, quæ *Casina* est, et scortillum significare videtur. Nam κάτα, seu κάσσα meretricem significat.

CASĪNAS, atis, adject. ad Casinum pertinens, ut *Casinas ager, Casinas fundus,* apud *Cicer.* 2. *Agrar.* c. 25. et 2. *Phil.* c. 40. et *Plin.* l. 2. c. 103. ¶ Sunt, qui apud *Cicer. cit. Agrar.* 2. legi volunt *Casilinas.* ¶ *Casinates, um,* Casini incolæ. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 431. n. 7. et pag. 462. n. 4. ¶ Scribitur et *Cassinas.*

CASĪNUM, i, n. [† nunc] *Monte Cassino,* oppidum Volscorum in Latio ad radicem montis cognominis. *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ Scribitur et *Cassinum.* sed alterum *s* non apparet in *Inscriptionib.* apud *Gruter.* pag. 136. n. 1. et pag. 351. n. 1. et præterea in iis, quas in voce præcedenti attulimus. *Dausq.* etiam unico *s* scribendum docet, afferens duo *Silii* loca, quorum primus est lib. 12. v. 527. Nymphisque habitata Casini Rura evastantur. (al. leg. *Casinis* ut sit adject. *Casinus, a, um.*) Alter lib. 4. v. 227. nebulosi rura Casini.

CASĬTO, as, n. 1. *to fall often,* frequentat. a *caso, as. Paul. Dig.* lib. 8. tit. 2. leg. 19. Si ex tegula casitaverit stillicidium, postea ex tabulato casitare non potest. ¶ Sunt qui scribunt *cassito.*

CASĬUS MONS, [† nunc] *Larissa,* mons Ægypti, in ora litorali prope Sirbonis paludem, et confinia Palæstinæ, extensus versus limites Arabiæ Petreæ. Ibi Pompeii Magni sepulchrum, et Jovis templum, qui inde *Casius* cognominatus est, et urbs Cassium. *Plin.* l. 5. c. 12. et 13. [† V. *Mem. de Litt.* 2. 316.] ¶ *Casius* alter, [† hod.] *Lison, Liza,* mons Syriæ, mare Syrium inter Ciliciam, et Phœnicem attingens, Antiochiæ urbi, et Lydiæ finitimus, cujus altitudo tanta est, ut Sol oriens 4. vigilia noctis conspiciatur, ac eodem tempore dies sit ad Or. nox ad Occ. ut scribit *Plin.* l. 5. c. 22.

CASĬUS, a, um, adject. ad Casium montem pertinens. *Plin.* l. 5. c. 12. Delubrum Jovis Casii. *Lucan.* l. 8. v. 539. Perfida qua tellus Casiis excurrit arenis. *Id.* l. 10. v. 434. Lucifer a Casia prospexit rupe, &c.

CASMĒNA, V. *Camena.*

CASMILLUS, V. *Camillus.*

CASNAR, aris, m. *an old man,* Oscorum lingua senem significat, ut *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. et *Festus* docent. *Varro* apud *Non.* c. 2. n. 136. More majorum ultro casnares arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant. Apud *Non.* corrupte legitur *carnales,* ut *Gothofred.* cum aliis adnotavit. V. *Depontanus.* ¶ *Turnebus* l. 29. c. 21. et *Voss. in Etymol.* in voce *Caro* falso putarunt, *carnales* eo loco significare Ædiles, quorum inter alia munera, illud fuit, ut carni venali præessent, et si quando corruptam nanciscerentur, in Tiberim, ut hodieque fit, projiciendam curarent. Quamquam *Voss. ibid.* in *Cascus* eorum opinionem probat, qui *casnares* legunt. ¶ Ceterum *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) scribit, etiam in oratione *Labieni,* (sive illa *Cornelii Galli* est) vocem *casnar* usurpatam reperiri, et e Gallia ductam esse, ac proinde inter barbarismos enumerandam. V. variorum adnotationes ad eum locum apud *Burman.*

CASO, as, n. 1. *to be ready to fall; to stagger, totter,* frequentat. a *cado, is,* et significat nutare, pronum esse ad cadendum. *Plaut. Mil.* 3. 2. 37. et 42. Bacchabatur hama, casabant cadi. ¶ Particip. *casans* V. supra suo loco.

CASPERĬA, æ, f. [† nunc] *Aspra,* oppidum Sabinorum ad ortum Himellæ fluvii. *Virg. Æn.* 7. v. 714. Adde *Sil.* l. 8. v. 417. ubi a Bactris hoc nomen ductum esse, docet. Bactra enim sunt Caspiis contermina. Quidam hoc loco leg. *Casperula,* sed minus recte.

CASPIĂCUS, a, um, adject. idem quod Caspius, ut *porta Caspiaca* apud *Stat.* l. 4. silv. 4. v. 64.

CASPIĂDÆ, arum, m. populi Caspii. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 106. claustrisque profusi Caspiadæ, quis turba canum non segnius acres Exsilit ad lituos, pugnasque capessit heriles.

CASPIĀNI, orum, populi iidem qui Caspii. *Mela* l. 1. c. 2. et *Curt.* l. 4. c. 12.

CASPĪNUS, a, um, idem quod Caspius apud *Avien. in Perieg.* v. 881. Caspinam late terram superabluit unda, Euxinique subest tergum salis. ¶ Fortasse legendum est *Caspiacam.*

CASPĬUS, a, um, adject. *Caspian. Caspia gens,* qui etiam *Caspii,* et *Caspiani, orum,* sunt populi Asiæ in Hyrcania, in Parthiæ, et Armeniæ confinio ad mare Hyrcanum, quod inde Caspium mare dictum est. *Plin.* l. 6. c. 13. et 15. *Pompon. Mela* l. 1. c. 2. Hinc *Virg.* 6. *Æn.* v. 799. Caspia regna. *Stat.* 10. *Theb.* v. 288. Caspia tigris. (*Hyrcanam tigrem* pro sævissima ponit *Virg. Æn.* 4. v. 267.) *Plin.* l. 37. c. 8. Caspia iaspis. *h. e.* quæ in Caspiorum regione invenitur. ¶ *Caspium mare,* [† nunc, *the Sea of Sala, of Baku,* vel *of Tabarestan,*] describit *Curt.* l. 6. c. 4. et dulcius ceteris esse, tradit: quod confirmat *Plin.* l. 6. c. 17. et ex magna amnium Asiæ influentium copia ejus salem vinci scribit. ¶ *Caspius sinus* est ejus maris sinus, qua Hyrcaniam, et Assyriam versus incurrit. *Plin.* l. 2. c. 68. et *Pompon. Mela* l. 1. c. 3. ¶ Caspiorum regio acerrimis abundat canibus, et in bello, et pugna etiam utilissimis. V. *Caspiadæ.* ¶ *Caspiæ portæ,* et *Caspiæ pylæ,* Κασπίαι πύλαι, sunt angustiæ montis Tauri, haud procul a Caspio mari, qua Mediam ad Occidentem separat a Parthia, ita arctæ, ut vix singula meent plaustra, longitudine octo mill. pass. toto opere manu facto, dextera lævaque ambustis similibus impendentibus scopulis. *Plin.* l. 6. c. 14. *Pompon. Mela* l. 1. c. 15. et *Solin.* c. 47. (*al.* 60.) ¶ *Tacit.* 1. *Histor.* c. 6. *Caspiarum claustra* vocat, et 6. *Ann.* c. 33. ubi *Caspiam viam* memorat, Caspiarum portarum angustias intelligens. ¶ *Plin.* l. 6. c. 11. et 12. multorum errorem corrigit, qui putarunt Caspias portas easdem esse, quod *Caucasiæ,* quæ non artis, sed naturæ opus sunt, et in Caucasi angustiis sitæ, ad Cyrum amnem. ¶ *Caspius mons* pars est montis Tauri, ubi Caspiæ portæ sunt. *Plin.* l. 5. c. 27. Hinc *Senec. in Herc. Fur.* v. 1206. Caspiæ rupes.

CASSABUNDUS, V. *Casabundus.*

CASSANDRA, æ, f. (quæ et *Alexandra* dicta est) Κασσάνδρα, Priami et Hecubæ filia, quæ cum ob formæ elegantiam ab Apolline amaretur, eidem corporis sui copiam promisit, si vates ab illo fieret. Quod Apollo quidem ei præstitit; sed cum illa promissis non staret, iratus Deus fecit, ut ejusdem vaticiniis nulla fides haberetur. Nunquam igitur illi creditum est, cum ex Helenæ raptu futura incommoda prædiceret. Postea desponsata fuit Chorœbo (ut ait *Virg. Æn.* 2. v. 342. Homerus vero Orthryon eum nominat) qui in auxilium Trojanis veniens postrema nocte periit. Hanc Ajax Oileus in Minervæ templo vitiavit. Tandem devastata Troia, Agamemnoni in sorte contigit, cui omnia quæ illi a conjuge pararentur, prædixit. Sed nibil ei creditum est. Veniens igitur cum Agamemnone Mycenas, cum eodem in convivio jussu Clytæmnestræ occisa est. *Serv. ad* 2. *Æn.* v. 247. et alibi, et *Hygin.* fab. 93. et 117. ¶ Notat *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 5.) in vetustis operibus urbis, et celebribus templis scriptum fuisse *Cassantra,* et *Alexanter,* propter cognationem litteræ T cum D.

[* CASSANDRENSES, ium, incolæ Cassandreæ urbis Macedoniæ ad sinum Thermaicum. *Liv.* l. 44. c. 10. *extr.* Finium is ager Cassandrensium erat.

* CASSANDREUS, i, m. Κασσανδρεὺς, vox trium syllabarum, nomen patronymicum a Cassandrea urbe Macedoniæ, in qua regnavit Apollodorus tyrannorum immanissimus. *Ovid. ex Pont.* l. 2. el. 9. v. 45. Non tibi Cassandreus pater est, gentisque Pherææ. *h. e.* non Apollodorus Cassandrensis, nec Alexander Pheræus pater est. *Id. in Ibin* v. 463. Aut, ut Cassandreus, domino non mitior illo.]

CASSĀTUS, a, um, *taken away, withdrawn,* sublatus, abrogatus. *Cassiodor.* l. 5. *Variar. Epist.* 14. Omnium redemptione cassata. *Lib.* 1. *Cod.* tit. 2. leg. 16. Cassata, et rescissa, quæ &c.

CASSE, *in vain, idly, to no purpose,* ματαίως, frustra. *Liv.* l. 24. c. 26. Aversis auribus, animisque, casse ne tempus tereretur, &c. *Quidam leg.* Aversis auribus, animisque a se, ne, &c.

CASSESCO, is, n. 3. *to fade away, become evanescent, vanish,* cassus fio, evanesco. *Solin.* c. 22. (*al.* 35.) *sub fin.* In cujus æde perpetui ignes nunquam cassescunt in favillas. Ita *Salmas. in exercitat. Plin.* alii *canescunt.*

CASSĬA, V. *Casia.*

CASSIĀNUS, a, um, adject. ad Cassium pertinens, quod est nomen proprium R. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 13. Cassianum bellum. *h. e.* a L. Cassio Cos. gestum cum Helvetiis. *Vellei.* l. 2. c. 7. Cassianæ partes. *h. e.* C. Cassii, qui Cæsarem occidit. ¶ Fuit quidam L. Cassius, satis severus judex, qui in cognoscendis criminalibus causis illud in primis quærendum esse dicebat, cui bono fuisset, perire eum, de cujus morte quæreretur. Ob quam severitatem non semel in gravissimis causis a populo R. quæsitor est factus, ut narrat *Ascon.* ad illud *Cic. pro Mil.* c. 12. Itaque illud Cassianum, Cui bono fuerit, in his personis valeat. Adde *Phil.* 2. c. 14. et *Valer. Max.* l. 3. c. 7. n. 9. ubi ait, *scopulum reorum* fuisse nominatum. ¶ Hinc *Cassianus judex* pro severo. *Cic. Verr.* 5. c. 60. Hic tu medicum, et haruspicem, et præconem tuum recuperatores dabis, aut etiam illum ipsum, quem tu in cohorte tua Cassianum judicem habebas, si qua res major esset, Papirium Potamonem. ¶ *Cassiana schola* apud *Plin.* l. 7. ep. 24. dicta est a C. Cassio Longino Jurisconsulto, qui Consul fuit cum Quartino sub Tiberio, et plurimum in civitate auctoritatis habuit, ut ait *Pompon.* lib. 1. *Dig.* tit. 2. leg. 2. *sub fin.* Ejus placita secuti *Cassiani* dicti sunt. *Id. ibid.* et *Tacit.* 12. *Ann.* c. 12.

CASSICULUS, i, m. *a little net; a cobweb*, parvus cassis, reticulum. *Hieronym.* l. 3. *advers. Rufin.* c. 6. Nequaquam aranearum mihi opponas cassiculos, sed fortissimo me constringas reti. ¶ Apud *Fest.* et *Isidor. in Gloss.* legitur *cassiculum* neutrius generis.

CASSIDA, æ, f. *a helmet, helm, morion, cask*, idem quod cassis. *Virg.* 11. *Æn.* v. 774. Aureus ex humeris sonat arcus, et aurea vati Cassida. *Propert.* l. 3. eleg. 9. v. 15. Aurea cui postquam nudavit cassida frontem, &c. *Servius ad loc. cit. Virg.* et *Priscian.* l. 6. pag. 689. *Putsch.* docent, *cassida* esse accusativum Græcæ positionis pro *cassidem*, et pro nominativo positum. Sed contra est *Charis.* l. 1. pag. 80.

CASSIDARIUS, *a maker of helmets*, qui cassidas facit. *Inscript.* apud *Reines.* class. 8. n. 70. Q. Nævius Marinus miles ex armamentario Imp. Cæsaris Domitiani Aug. Germanici cassidarius. Adde aliam apud *Murator.* pag. 959, n. 5. et V. *Baltearius.*

CASSILAM antiqui pro casside ponebant, inquit *Festus.* Sed *Voss. in Etym.* ad vocem *Cassis* putat legendum *cassidam.* V. *Cassida.*

CASSĪNUM, V. *Casinum.*

CASSIODŌRUS, i. M. Aurelius Cassiodorus scriptor Christianus, ingenio, et eruditione clarus, vixit medio sæculo Christo VI. carusque fuit Theodorico, et aliis Gothorum Regibus Italiam obtinentibus, a quibus variis honoribus decoratus, Quæsturæ sacri Palatii, Magistri Officiorum, Consulatus, Præfecti Prætorio, et Patriciatus, tandem abdicatis aulæ curis, in monasterium a se in finibus Calabriæ conditum secedens, ætate provectus diem obiit. Ejus opera, quæ magna ex parte supersunt, ut doctrina abundant, ita corruptam eorum temporum Latinitatem, quibus vixit, ubique referunt.

CASSIŎPE, es, Κασσιόπη, et Cassiopea, æ, f. Κασσιόπεια, uxor Cephei Regis Æthiopum, mater Andromedæ. Cum filiæ pulcritudinem Nereidum formæ antetulisset, ea pœna multata est, ut filiam marino monstro objectam videret: tandemque in cælum translata, fingitur sedens in sella expansis manibus, et specie casum adhuc filiæ lamentatis. Est autem sidus tredecim constans stellis, secundum *Hygin.* situmque est in parte cæli boreali, prope circulum Arcticum, a tergo habens Cepheum, a fronte Andromedam. *Manil.* l. 1. v. 355. Cepheusque et Cassiopea In pœnas signata suas, juxtaque relictam Andromedam. *Propert.* l. 1. eleg. 17. v. 3. Nec mihi Cassiope solito visura carinam Ominat. Adde *Hygin.* fab. 64. et *Poet. Astronom.* l. 2. c. 10. et lib. 3. c. 10. ¶ Legitur et *Cassiepea, Cassiepeia,* et *Cassiopeia,* apud *Hygin. locis cit.* ut et Græce Κασσιέπεια. ¶ Est etiam *Cassiope* oppidum Corcyræ cum portu, nunc *S. Maria di Cassopo,* ubi templum fuit Jovis Cassii. *Plin.* l. 4. c. 12. et *Sueton. in Ner.* c. 22. ¶ Porro *Jupiter Cassius* videtur esse idem, qui *Casius* a Casio monte Ægypti denominatus. Nam et hoc modo scriptum legitur.

CASSIS, idis, f. *a helmet, helm, cask,* κόρυς, armatura capitis, ut galea. [ita appellata, quod cassa, *h. e.* vacua sit ad caput recipiendum.] *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 45. Muliones cum cassidibus, equitum specie, ac simulatione, colles circumvehi jubet. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 10. Sumere cassidem in caput. *Hirt. de B. Afric.* c. 16. Cassidem de capite dejicere. *Lucan.* l. 7. v. 586. plebeia contectus casside vultus. *Stat.* 4. *Theb.* v. 302. Casside crines integere, et vers. 204. Claudi casside. *Id.* 9. *Theb.* v. 541. Laxare vultus casside. ¶ *Sub casside* est in armis, in bello, apud *Plin.* l. 13. c. 3. Sic *Juvenal.* sat. 7. v. 33. Ætas patiens cassidis. *h. e.* apta militiæ. ¶ Differunt aliquando *galea,* et *cassis.* Illa enim de corio est, ista de lamina, inquit *Isidor.* l. 18. *Orig.* c. 14. Hinc *Tacit. de Germ.* c. 6. Paucis loricæ, vix uni alterive cassis, aut galea. ¶ Sæpe tamen promiscue ponuntur. *Ovid. Metam.* 8. v. 25. Seu caput abdiderat cristata casside pennis, In galea formosus erat. *Virg. Æn.* 5. v. 490. Galea ærea.

CASSIS, is, m. *a hunter's net, toil,* δίκτυον, rete venatorium. [sic nominata, quod cassas, *h. e.* vacuas habeat maculas, proprie rete cavum instar sacci, in quod ingressa bestia exitum non inveniat.] Adhibetur fere in plurali numero. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 2. Decidit in casses præda petita meos. *Id. Metam.* 5. v. 578. nec me studiosius altera saltus Legit, nec posuit studiosius altera casses. *Id.* l. 1. *de ar. am.* v. 392. Non bene de laxis cassibus exit aper. *Propert.* l. 4. eleg. 2. v. 33. Cassibus impositis venari. *Martial.* l. 3. epigr. 58. v. 28. Dama impedita cassibus. *Senec. in Agamem.* v. 893. Aper casso vinctus. ¶ De tela aranearum, quæ muscæ irretiuntur, *Virg.* 4. *Georg.* v. 247. Laxos in foribus suspendit aranea casses. Adde *Martial.* l. 3. epigr. 93. et *Arnob.* l. 6. pag. 202. *a cobweb.* ¶ Translate *casses alicui tendere,* apud *Tibull.* l. 1. eleg. 7. v. 5. est insidiari. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 554. novus viso casse resistet amans.

CASSĪTA, æ, f. *a lark,* avicula quædam, alio nomine galerita, et alauda, cristam gerens in capite instar galeri, aut cassidis. Festivam de ea fabellam narrat *Gell.* l. 2. c. 29.

CASSITĔRON, i, n. *tin,* κασσίτερον, Græca vox, quæ plumbum album significat. *Plin.* l. 34. c. 16.

CASSĪTO, V. *Casito.*

CASSĬUS, a, um, adject. ad Cassium pertinens. Est autem Cassius nomen proprium Rom. *Cassiæ leges* variæ fuerunt. Una fuit tabellaria, quam tulit L. Cassius L. F. Longinus trib. pleb. Lepido, et Mancino Coss. ut judices, et populus sententias, et suffragia non voce, sed tabellis ferrent, excepto crimine perduellionis. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 16. et *pro Sext.* c. 48. et *Ascon. in* 2. *Verr.* c. 10. ¶ Alia fuit lata ab eodem, C. Mario L. Flacco Coss. ut quem populus damnasset, cuive imperium abrogasset, in Senatu nec esset. Tulerat autem eam maxime propter simultates cum Q. Cæcilio, cui populus, quia male adversus Cimbros rem gesserat, imperium abrogaverat. Hæc *Ascon. ad Cicer. fragm. pro Cornel.* ¶ Alia fuit frumentaria, quæ Terentia, et Cassia dicta, quia latores habuit M. Terentium Lucullum, et C. Cassium Varum Coss. Jubebat emi in Sicilia frumentum, æquabiliter ab omnibus civitatibus. De ea verba facit *Cic. Verr.* 5. c. 70. et *Verr.* 7. c. 21. ¶ Aliæ sunt a variis Cassiis latæ leges, de quibus V. *Hotoman. Pitisc.* et alios. ¶ *Cassia via* dicta est, quia a Cassio strata fuit, inquit *Fest.* Quidam putant hunc fuisse C. Cassium, qui cum M. Messala censor fuit, ut apud *Plin.* l. 17. c. 25. legitur. Fuit autem hæc alter Flaminiæ ramus, et extra portam Flumentanam ferebat Sutrium, Vetrallam, Viterbium, et Vulsinios, &c. *Cic. Phil.* 12. c. 9. Hanc Hadrianus Imp. Florentiam usque a finibus Clusinorum perduxit, ut constat ex Inscript. apud *Gruter.* pag. 156. n. 2. ¶ De *Jove Cassio* dictum est in *Cassiope.* ¶ De Cassio judice V. *Cassianus.*

CASSO, as, a. 1. *to render vain, make of none effect,* cassum reddo, destruo. *Sidon.* l. 1. *ep. ult. a med.* Si objecta non improbabiliter cassaverimus, oro, ut &c.

CASSUS, a, um, *void, empty, of no value, worthless,* vacuus, inanis, κενός, φροῦδος, μάταιος. Quidam putant, esse supinum verbi *careo:* alii esse adjectivum suæ originis, ut *lassus, fessus,* &c. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 137. Te amatorem inventum esse inanem, quasi cassam nucem, *a rotten, or worm-eaten nut.* Adde *Horat.* l. 2. sat 5. v. 36. Rursus *Plaut. Rud.* 5. 2. 37. Cassa glans. *Plin.* l. 18. c. 17. *a med.* Granum longius fieri, sed inane cassumque, ac satum non nasci. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 406. Cassa canna. *Fab. Pictor* apud *Gell.* l. 10. c. 15. Annulus pervius, et cassus. *Apulei. de Deo Socrat.* Aer cassus ob omnibus. *h. e.* vacuus omnium rerum. ¶ Substantivi more. *Solin.* c. 52. (*al.* 65.) *ad. fin.* Aut palearum cassa, aut chartarum fila ad se rapit. ¶ Est etiam carens, orbus, *void, devoid, wanting. Vetus Poeta* apud *Cicer.* l. 2. *de Divin.* c. 64. Cochlea sanguine cassa. *Lucret.* l. 3. v. 563. Cassum anima corpus. *Id.* l. 4. v. 126. Simulacra cassa sensu. *Id. ibid.* v. 368. Aer cassus lumine. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 14. Virgo cassa dote. *Ovid. de remed. Amor.* v. 446. Cassaque seducto stipite flamma perit. *h. e.* privata pabulo. ¶ *Cassus lumine* dicitur, qui vita functus est, *deceased, dead. Virg.* 2. *Æn.* v. 85. nunc cassum lumine lugent. Adde *Stat.* 2. *Theb.* v. 15. Sic *æthere cassus* apud *eund. Virg.* 11. *Æn.* v. 104. ¶ Cum genitivo *Cic. in Arat.* v. 369. Et dextra retinens non cassum luminis ensem. ¶ Translate ponitur pro vano, inutili, irrito. *vain, frivolous, trifling, idle, fruitless, useless. Cic.* 5. *Tuscul.* c. *ult.* Omne quod honestum nos, et laudabile esse dicimus, id illi cassum quiddam, et inani vocis sono decoratum esse dicunt. *Lucret.* l. 3. v. 1063. Sollicitamque geris cassa formidine mentem. *Id.* l. 4. v. 513. Illa tibi est igitur verborum copia cassa. *Senec.* in *Troad.* v. 569. Cassa consilia. et vers. 792. præsidia. *Id. ibid.* v. 678. Furor cassus feminæ. *Lucan.* l. 5. v. 130. Cassa fraus. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 556. ira. *Stat. Theb.* 11. v. 449. Cassæ viæ. *h. e.* frustra aditæ. *Arnob.* l. 1. pag. 18. Cassus rumor. *empty, unfounded. Apulei.* l. 6. *Metam.* Cassa spes. *Plin.* l. 8. ep. 23. Cassi labores, et infructuosæ preces. *Virg.* 12. *Æn.* v. 780. Cassa vota. *Sil.* l. 3. v. 17. Vulgatum (nec cassa fides) ab origine fani Impositas durare trabes. *Id.* l. 10. v. 117. quisnam ad cassos furor impulit ictus Exsanguem senio dextram? *Stat.* l. 9. *Theb.* v. 770. Nunquam cassa manus. *h. e.* frustra feriens. *Id. ibid.* v. 629. Augur cassa futuri. *h. e.* vana, et mendax. *Plaut. Cistell.* 4. 1. 16. Non ecastor cassa memoro. *I do not talk idly; what I say is true.* ¶ *Cassum,* et sæpius *in cassum* (quod et *incassum* recte, ac frequenter scribitur) est frustra, *in vain, vainly, uselessly, without cause or reason,* μάτην, ματαίως. *Senec. in Herc. Œt.* v. 352. Quid cassum times? *Liv.* l. 10. c. 29. Vana incassum jactare tela. *without effect. Tacit.* 1. *Ann.* c. 4. Pauci bona libertatis incassum disserere. *Sallust. in orat. Macri Licinii ad pleb.* Incassum agere aliquid. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 147. Omnia incassum cadunt. *Virg.* 3. *Georg.* v. 100. Incassum furere. *Id. Æn.* 7. v. 421. Incassum fusi labores. *Lucan.* l. 2. v. 263. In cassum ire.

CASTALĬA, æ, f. Κασταλία, idem quod Castalius mons, vel fons Castalius. *Virg.* 3. *Georg.* v. 292. juvat ire jugis qua nulla priorum Castaliam molli devertitur orbita clivo *Horat.* l. 3. od. 4. v. 61. Qui rore puro Castaliæ lavit Crines solutos. Adde *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 697. ubi *Lactant. vet. Scholiast.* adnotat, fuisse quandam virginem *Castaliam* nomine, ab Apolline adamatam, quæ cum ab eo sibi vim parari videret, in eum fontem se præcipitavit.

CASTALIS, idis, f. ad Castaliam pertinens. *Martial.* l. 9. epigr. 19. Quam dederis nostris, Auguste, penatibus undam, Castalis hæc nobis, aut Jovis imber erit. ¶ *Castalides, dum,* sunt ipsæ Musæ. *the Muses. Id.* l. 4. epigr. 14. Sili, Castalidum decus sororum. *Id.* l. 7. epigr. 11. Castalidum grex.

CASTALIUS, a, um, adject. *Castalian,* Κασταλιος. *Castalius fons* est in radicibus Parnassi montis, quem Musæ incolere dicuntur. Idem fatidicus fuisse dicitur propter Apollinem, cui sacer fuit, et oppidum Delphos, a quo non longe abfuit. *Pausan. in Phocio.* seu l. 10. c. 8. scribit ejus aquam potu suavem esse; alios autem putare dictam esse a quadam muliere indigena nomine *Castalia,* quæ Acheloi amnis filia fuit; alios a quodam *Castalio:* esse etiam qui putent, eum fontem esse partem Cephissi amnis, quod cum Lilæenses more majorum quædam bellaria quotannis in Cephissum projicerent, eadem in Castalia emergentia conspicerentur. *Ovid.* l. 1. *Amor. eleg. ult.* v. 35. mihi flavus Apollo Pocula Castalia plena ministret aqua. *Senec. in Œdip.* v. 229 Sancta fontis lympha Castalii. Adde *Plin.* l. 4. c. 3. ¶ *Umbra Castalia* est, quam facit plurima laurus circa fontem Castalium, et in ipso monte Parnassi. *Tibull.* l. 3. eleg. 1. v. 16. Castaliamque umbram, Pieriosque lacus. ¶ *Castalia arbor* est laurus. *the laurel. Propert.* l. 3. eleg. 2. v. 13. ¶ Quod *Ovid.* 3. *Metam.* v. 14. appellat *antrum Castalium,* vel ipsius fontis antrum intelligit, vel Apollinis Delphici templum. Ex utroque enim oracula petebantur. ¶ Alius fuit *fons Castalius* in radice montis Antiochiæ imminentis, qui et ipse *Parnassus* dictus est. *the Castalian spring.* Is quoque fatidicus est habitus, ut colligitur ex *Ammiano* l. 22. c. 12. (*al.* 30.) et notat *Casaubon. ad Spartian. in Hadrian.* c. 2. et *ad Capitolin. in Antonin. Philos.* c. 8.

CASTANĔA, æ, f. *a chesnut-tree,* κάστανον, arbor pomum ferens nigro corio, et præterea spinoso calyce inclusum. *Voss. in Etymol.* docet, dictam esse a *Castana,* vel ut est apud *Plin. Harduini* l. 4. c. 9. *Castanhæa,* seu *Castanæa,* quæ est Thessaliæ urbs sub Pelio monte, ubi hæc arbor felicissime provenit. *Plin.* l. 16. c. 40. Tardissime cariem sentiunt robur, suber, castanea. *Id.* l. 17. c. 20. Castanea pedamentis omnibus præfertur. Adde *Virg. Georg.* 2. v. 71. et *Colum.* l. 4. *c. ult.* ubi de ejus satione multa. ¶ *Castanea nux,* et absolute *castanea* est ejus arboris fructus, *a chesnut. Virg. Ecl.* 2. v. 52. Castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat. Adde *Seren. Sammon.* c. 29. v. 560. Rursus *Virg. Ecl.* 1. v. 82. Castanææ molles. *Plin.* l. 15. c. 28. Putamine clauduntur nuces, corio castaneæ. Adde lib. 13. c. 18.

CASTANETUM, i, n. *a place where chesnut-trees grow,* locus castaneis consitus. *Colum.* l. 4. *c. ult.* Sæpe novella castaneta calvescunt. Adde cap. 30. et *Pallad. in Novemb.* tit. 7.

CASTE, *chastely, purely; discreetly, honestly, uprightly, virtuously; devoutly, religiously,* ἁγνῶς, sine labe non solum impudicitiæ, sed et aliorum vitiorum, pudice, pure, sancte, integre, abstinenter, honeste. *Cic. de clar. Orat. c. pœnult.* Eloquentiam tueamur, ut adultam virginem, caste. *Curt.* l. 4. c. 10. Caste sancteque habere aliquam. *C. Gracchus* apud *Gell.* l. 15. c. 12. A servis aliorum caste se habere. *Lactant.* l. 6. c. 23. Docenda uxor, ut caste se gerat. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 33. Caste placare deos. *Cic. Fam.* 14. ep. 4. Castissime colore deos. *Liv.* l. 10. c. 7. Castius sacra privata facere. *Cic. pro leg. Manil.* c. 1. Meus labor in privatorum periculis caste, integreque versatus. *Id.* 4. *de Fin.* c. 23. Caste, et integre vivere. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 148. Caste agere ætatem suam. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 2. Cibus et potus in convivio ubertim, casteque affuerunt. ¶ Translate *Gell.* l. 17. c. 2. Caste, pureque lingua Latina uti. *Id.* l. 7. c. 14. *in fi.* Dicendi genus caste pudiceque ornare.

CASTELLAMENTUM, i, n. *a kind of meat set up in a dish castle-wise. Arnob.* l. 2. pag. 73. Ut spirulas, et botulos facerent, isicia, castellamenta Lucanica, suminatam

carnem, &c. *h. e.* farcimina Lucanica in castelli figuram efformata: quemadmodum circulos inter scitamenta ponit *Varr. de L. L.* l. 4. c. 22. et hamos, ac lacertulos *Apul.* l. 10. *Metam.* Alii leg. *castellamenta, lucunicas* eadem manente sententia. Alii vero reponunt *catillamenta*, quasi catillationes. Nam *catillare* est catillos lingere, vel ligurrire; et *catillo* gulosus, ligurritor. Firmat hanc lectionem alius ejusdem *Arnobii* locus l. 7. ubi ait pag. 230. In exiguas arvina est miculas catillaminum insecta de more. Nam *catillamina* idem sunt quod *catillamenta*, nempe scitamenta, quæ linguntur, et orexim ac gulam excitant. Sunt tamen qui hoc quoque loco aliter legunt.

CASTELLĀNUS, a, um, *belonging to a castle or fortress*, ad castellum pertinens. *Cic. de clar. Orat.* c. 73. Malim mihi L. Crassi unam pro M'. Curio dictionem, quam castellanos triumphos duos. At plus interfuit Reip. castellum capi Ligurum, quam bene defendi causam M'. Curii. Credo: sed, &c. *Impp. Honor.* et *Theodos.* lib. 11. *Cod.* tit. 59. leg. 2. Castellanus miles. *h. e.* qui in castelli custodia est, vel qui in castelli territorio agrum possidet. ¶ *Castellani, orum*, qui castella habitant, *soldiers in garrison. Sallust. in Jug.* c. 97. Iter castellanorum angustum admodum. *Liv.* l. 34. c. 27. Hi sunt jam inde castellani, agreste genus. Adde *Hirc. de B. Alexandr.* c. 42. et *Liv.* l. 38. c. 45. *a med.*

CASTELLĀRĬUS, ii, m. *an officer appointed to overlook the conduits, or reservoirs of water belonging to the aqueducts*, qui præest custodiæ castellorum in aquæductibus. *Frontin. de aquæduct.* art. 117. Villicos, castellarios, circitores, silicarios, &c. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 601. n. 7. Servus castellarius aquæ Claudiæ. Alia *ibid.* n. 8. Timbræo Aug. L. castellario aquæ Marciæ. Adde n. 9. et *Murator. Inscript.* pag. 924. n. 4.

CASTELLĀTIM, adverb. *from fort to fort. Liv.* l. 7. c. 36. *ad fin.* Hostes et nocturno pavore attonitos, et circa collem castellatim dissipatos aggredi. *h. e.* non continuis castris dispositos, sed per varia veluti castella 'dispersos, *scattered about in different bodies.* ¶ *Plin.* l. 19. c. 6. *ad fin.* Quidam ulpicum, et allium in plano seri vetant, castellatimque grumulis imponi, distantibus inter se pedes ternos. *h. e.* acervatim, σωρηδόν. grumulos spicarum allii ita seri jubet, ut non singuli, sed acervatim castelli more pedum ternum distantia ponantur. *by heaps.*

CASTELLUM, i, n. *a castle, fortress, fort, fortified place*, locus militari opere munitus exstructo aggere, vel muro cum fossa, quasi parvum castrum, ut est apud *Veget.* l. 3. *de re milit.* c. 9. *in fi.* quia in eo milites ponuntur ad custodiam regionis. Construuntur enim castella in agris contra excursiones hostium; in finibus imperii, ut eorundem aditus prohibeantur; per ipsum castrorum vallum congruis in locis, ut facilius defendi possit. *Sisen.* apud *Non.* c. 11. n. 37. Prætor festinatim de castellis ad castra maxima milites conducit. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 30. Primo adventu exercitus nostri crebras ex oppido excursiones faciebant: postea vallo pedum XII. crebrisque castellis circummuniti, oppido se continebant. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 7. Castellum natura munitum. *Id. Fam.* 11. ep. 4. Multa castella cepi, multa vastavi. *Id. Phil.* 5. c. 4. Aditus hostium castellis, et operibus prohibere. *Nepos in Datam.* c. 10. Expugnare castella. *Id. in Milt.* c. 2. Loca castellis communire. *Id. in Alcib.* c. 7. Communire castellum. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 36. Munire castellum. *to erect a fort. Nepos in Datam.* c. 4. Regio saltuosa, et castellis munita. *Tacit. Ann.* 3. c. 74. Castella, et munitiones idoneis locis imponere. *Id. Ann.* 4. c. 46. Castella rupibus indita. *small fortresses. Id. in Agric.* c. 14. Promovere castella in ulteriora. *Flor.* l. 3. c. 19. *ad fin.* Vicos, castella, oppida diripere. ¶ Differt ab *oppido*, et *urbe*, quod illud munimenti causa exstruitur, hæc tum ad munimentum, tum ad civilem hominum convictum, et societatem: illud belli tantummodo est, hæc etiam pacis. Sæpe vero accidit, ut quæ castella contra vim hostium excitata fuerant, paulatim confluentibus hominibus frequentarentur, et oppida, urbesque fierent. Hinc aliquando *castellum*, et *oppidum*, aut *urbs* promiscue adhibentur, ut apud *Curt.* l. 5. c. 3. ¶ Translate *Cic. in Pison.* c. 5. Templum illud fuit, te consule, arx civium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinii, bustum legum omnium, ac religionum. *Liv.* l. 3. c. 57. Respicerent tribunal homines, castellum omnium scelerum. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 16. Urbem philosophiæ, mihi crede, proditis, dum castella defenditis. ¶ Est etiam *castellum* receptaculum aquarum in aquæductibus; ex quo aqua ex communi ductu per fistulas in varia loca distribuitur: *a reservoir of water belonging to an aqueduct*: unde et *dividiculum* dictum est, teste *Festo.* Appellatur autem castellum, quia altius cetero opere assurgit, et latius extenditur, ut militaris castelli figuram referat. *Vitruv.* l. 8. c. 7. Cum venerit ad mœnia, efficiatur castellum, et castello conjunctum, ad recipiendam aquam, emissarium, collocenturque in castello tres fistulæ, &c. *Plin.* l. 36. c. 15. Agrippa adjecta Virgine aqua, lacus septingentos fecit, salientes centum quinque, castella centum triginta. *Frontin. de aquæduct.* artic. 35. Aqua, quæ in castellum cadit. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 19. leg. 1. Aquam ex castello ducere. ¶ Eodem nomine appellatur labrum amplum in summo rotæ aquariæ, in quod influit aqua ex modiolis, cum ad summum elati invergi cœperint. *Vitruv.* l. 10. c. 9. *ad fin. a conduit or pipe to convey water.* ¶ In mascul. gen. *Paul. Dig.* lib. 30. leg. 41. *a med.* in edit. *Torrentini.*

CASTERĬA, æ, f. *a house, wherein oars, and other tackling of ships, are kept, while the ship is laid up*, locus, in quo, ubi navigatio conquiescit, remi, et gubernacula conquiescunt. Ita *Nonius* cap. 2. n. 128. Putat *Scheffer. de milit. navali* l. 2. c. 5. Græce dictam esse ἱστοδόκην. *Voss. in Etymol.* docet, esse a Græco σχαστηρία, vel σχαστήριον, (quod navis partem quandam esse, docet *Hesych.*) ducto a verbo σχάζω, dimitto, intermitto. Ex quo *Turneb.* l. 4. c. 13. scribi vult *schasteria*: quamquam l. 29. c. 21. aliter sentit, nempe esse velut γαστηρίαν, hoc est ventrem navis. *Plaut. Asin.* 3. 1. 16. Quin pol si reposivi remum sola ego in casteria; ubi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi. *Alii ita distinguunt:* Quin pol si reposivi remum, sola ego in casteria ubi quiesco, omnis, &c. Qua ratione *casteria* non est locus ubi reponuntur remi, sed potius ubi nautæ conquiescunt. *Lactant.* seu *Lutat. vetus Scholiast. Statii ad* 6. *Theb.* v. 800. perperam *casterium* cum *portisculo* confundit.

CASTĬFĬCO, as, a. 1. castum facio. Est *Augustini* l. 9. *Confess.* c. 9. et *de bono viduit.* c. 7. et *Tertull. de pudicit.* c. 19. ex 1. *Joann.* 3.

†CASTĬFĬCUS, a, um, *making chaste, chaste*, castum faciens, vel castus. *Senec. in Hippol.* v. 169. Expelle facinus mente castifica horridum. *Paulin. Nolan.* carm. 25. *Nat. S. Fel.* 10. v. 188. Castificum lavacrum.

CASTĪGĀBĬLIS, le, *deserving of reprehension, reprehensible*, castigatione dignus. *Plaut. Trinum.* 1. 2. 5. Hic ille est, senecta ætate qui factus est puer: qui admisit in se culpam castigabilem.

CASTĪGĀTE, *correctly*, castigatis moribus. *Senec. in excerpt. controv.* lib. 6. *controv. ult.* Vixit modeste, castigate. Non in illa cultus luxuriosior, non conversatio cum viris licentiosior. ¶ Alio sensu *Macrob.* l. 1. *in somn. Scipion.* c. 6. Hæc de monade castigatius, quam se copia suggerebat. *h. e.* pressius, brevius. *Augustin.* l. 4. *de doctr. Christ.* c. 14. Castigatius eloqui. *h. e.* pressius, et sine verborum affluentia. *pointedly, exactly.*

CASTĪGĀTĬO, onis, f. *castigation, animadversion, chastisement, correction*, ἐπανόρθωσις, σωφρονισμός, reprehensio, objurgatio, coercitio, animadversio corrigendi causa facta, et ad meliorem frugem revocandi. *Cic.* 1. *Offic.* c. 25. Omnis autem et animadversio, et castigatio contumelia vacare debet, neque ad ejus, qui punitur aliquem, aut verbis castigat, sed ad Reipublicæ utilitatem referri. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 20. Afficere aliquem castigationibus, reprehensionibus, ignominiis. *Senec.* l. 1. *de ira*, c. 5. Aliquando castigatio necessaria est: sed hæc sincera cum ratione. non enim nocet, sed medetur specie nocendi. *Id. ibid.* l. 2. c. 27. Parentum, præceptorum ac judicum castigatio sic accipienda est, quomodo scalpellum, et abstinentia, et alia, quæ profutura torquent. *Id.* ep. 47. *ad fin.* Verborum castigatione uti. *Liv.* l. 27. c. 15. Cum verborum castigatione accipere aliquem. *a chastening, reproof, reprimand. Justin.* l. 1. c. 6. Reprimere aliquem castigatione. *to reprove. Plin.* l. 18. c. 6. Castigatio Censoria. *Valer. Max.* l. 2. c. 7. n. 14. Aspero, et abscisso castigationis genere militaris disciplina indiget. *Vet. inscript.* apud *Gruter.* pag. 1030. n. 4. Militavit ann. XXX. sine ulla castigatione. *Paul. Dig.* lib. 1. tit. 15. leg. 3. Castigatio fustium. *Callistrat. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 7. flagellorum. *Apul.* l. 9. *Metam.* Muli senes, costas perpetua castigatione ossium tenus renudati. *beating.* ¶ Translate *Plin.* l. 17. c. 22. Viviradix secundo anno reciditur: alias festinatione pariendi gracilis atque ejuncida, ni cohibeatur castigatione tali, in fetum exeat tota. *Id. ibid.* c. 28. Olearum nudatas radices hiberno frigori opponunt, eaque castigatione proficiunt.

CASTĪGĀTOR, oris, m. *a chastiser, corrector, reprover*, σωφρονιστής, ἐπανορθωτής, qui castigat, emendator. *Horat. de ar. poet.* v. 173. laudator temporis acti Se puero, censor, castigatorque minorum. *Liv.* l. 1. c. 59. Brutus castigator lacrymarum, atque inertium querelarum. *Senec.* l. 1. *de Ira*, c. 15. *in fi.* Ad coercitionem errantium irato castigatore non opus est. Adde *Plaut. Trinum.* 3. 1. 13.

CASTĪGĀTŌRĬUS, a, um, *relating to chastisement*, ad castigandum pertinens. *Plin.* l. 5. ep. 16. *ad fin.* Adhibere solatium non quasi castigatorium, et nimis forte, sed molle et humanum. *Sidon.* l. 4. ep. 1. Castigatoria severitas.

CASTĪGĀTUS, a, um, *chastised, reprehended, reproved, castigated*, reprehensus, objurgatus, multatus. *Juvenal.* sat. 2. v. 35. vitia ultimo fictos Contemnunt Scauros, et castigata remordent. *Tacit. Ann.* 3. c. 35. Patres oblique per litteras castigati. *Apul.* l. 9. *Metam.* Affatim plagis castigatus. ¶ Translate *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 21. Vides ne, ut obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor? *somewhat checked. Augustin. de Civ. Dei*, lib. 5. c. 24. Luxuria tanto castigatior, quanto posset esse liberior. *Gell.* l. 4. c. 20. Inter censorias severitates tria hæc exempla in litteris sunt castigatissimæ disciplinæ. *of the strictest discipline. Stat. Theb.* 9. v. 687. nodis et castigata jubarum Libertas. *h. e.* collecta, et constricta, ut in cervice equi compta sedeat. ¶ Dicitur etiam de forma, et pulcritudine membrorum elegantissima, et in qua nihil reprehendi potest. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 5. v. 21. Castigatum pectus. *confined, kept in, slender.* [† *Castigatum pectus* est, emendatum vel correctum per fasciam, qua tumescentes papillas solebant coercere. Cf. *Ovid. de Art. Amand.* 3. 274. *Catull.* 62. 65. *Mart. Epigr.* 14. 134. et 149. *Hier. contra Jovin.* T. 3. p. 35. C. *castigatum* victum, ΛΕΠΤΗΝ δίαιταν nuncupat. V. *Gesnerum.*] *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 43. Et castigatæ collecta modestia frontis. ¶ *Castigatæ mamillæ* apud *Seren. Sammon.* cap. 20. v. 357. sunt tumidulæ, duriusculæ, et quas *stantes mammas* vocat. *Plin.* l. 30. c. 14.

CASTĪGO, as, avi. atum, a. 1. *to chastise, punish, correct*, σωφρονίζω, ἐπανορθόω, κολάζω, coerceo, corrigo, ad meliorem frugem animadvertendo revoco. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 27. Pueros vero matres, et magistri castigare etiam solent, nec verbis solum, sed etiam verberibus. *Id. de legib.* l. 1. *c. ult.* Castigare improbos, tueri bonos. *Plaut. Mostell.* 4. 1. 26. servos bubulis exsuviis. *Virg.* 6. *Æn.* v. 567. dolos. ¶ Sæpe est reprehendere, objurgare, *to reprehend, chide, reprove. Cic.* 5. *Tuscul.* c. 1. In hoc me ipse castigo, quod, &c. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 41. Et quoniam de impudentia dixi, castigemus etiam segnitiem hominum, atque inertiam. *Liv.* l. 39. c. 55. Castigare nimiam lenitatem alicujus. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 3. Laudare promptos, castigare atque incitare segniores. *Id. ibid.* l. 3. c. 25. aliquem litteris. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 66. dictis plurimis. *Justin.* l. 2. c. 15. graviter. *Juvenal.* sat. 14. v. 54. acerbo clamore. *Virg.* 4. *Æn.* v. 407. moras. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 660. metus. *Lucan.* l. 8. v. 71. Castigare dolorem immodicum. ¶ Item emendare, corrigere, *to mend, correct, improve. Plin. in paneg.* c. 46. Castigaverunt vitia sua ipsi, qui castigari merebantur. *Horat. de ar. poet.* v. 294. Carmen decies castigare ad unguem. *Juvenal.* sat. 6. v. 454. opicæ castigat amicæ Verba. *Stat.* 6. *Theb.* v. 700. Molis prægravidæ castigat pulvere lapsus. *h. e.* discum lusorium manibus elabentem asperso pulvere asperat (ut *ibid.* loquitur vers. 671.) ut labilis esse desinat. ¶ Et translate coercere, compescere. *to check, restrain. Petron. in fragm. Tragur.* c. 47. *Burm.* Castigare risum crebris potiunculis. ¶ Item cingere, et veluti constrictum tenere. *to surround, gird, encompass, keep in, confine. Sil.* l. 12. v. 355. Insula fluctisono circum vallata profundo, Castigatur aquis, compressaque gurgite terras, Enormes cohibet, &c. Sic *Liv.* l. 39. c. 25. Equus tenax non parens, frenis asperioribus castigandus est. ¶ *Examen in trutina castigare*, apud *Pers.* sat. 1. v. 6. est examen, seu ligulam trutinæ ita continere, et componere, ut nihil extra scapi foramen inclinet, quod cum accidit, fit æquilibrium, et rei appensæ pondus cognoscitur. ¶ *Voss. in Etym.* propriam notionem esse putat loris cædere, a καστὸς pro κεστὸς, lorum; vel fuste percutere, a καστὸς, fustis.

CASTĬMONĬA, æ, f. *chastity, continency, religious purity, abstinence from venereal pleasures*, ἁγνότης, abstinentia a Venereis corporis voluptatibus. *Cic. Verr.* 6. c. 45. *in fi.* Sacra, quæ fiunt per summam castimoniam virorum, ac mulierum. *Id.* 2. *de legib.* c. 10. Castimonia corporis. Adde *Liv.* l. 39. c. 9. ¶ In plurali num. *Plin.* l. 31. c. 8. Superstitio castimoniarum. *Tertull. de Jejun.* c. 2. Quales castimoniæ Apin, Isidem, et Magnam Matrem certorum eduliorum exceptione purificant. Adde *Apul.* l. 11. *Metam.* His autem locis non tam castitatem significant, quam ritus, et sacra, quæ cum certarum rerum castimonia, et abstinentia celebrari oportet, eadem ratione, qua *castus, us.* Hinc *Id. Apul. in fi. ejusdem.* lib. 11. appellat *inanimam castimoniam* sacra ea, et ritus, qui conjuncti sunt cum abstinentia a cibis animatis.

CASTĬMŌNĬĀLIS, e, adject. *Pallad. in Februar.* tit. 25. liquamen quoddam ex pyris, cujus conficiendi rationem docet, *liquamen castimoniale* appellat, fortasse quia ad castimoniam servandam aptum sit, vel quia castimoniam servantibus in usu fuerit. Sic *Plin.* l. 31. c. 8. quoddam gari genus memorat, a Judæis superstitioni castimoniarum dicatum.

CASTĪTAS, atis, *chastity, continence, purity*, ἁγνότης, abstinentia a turpi libidine, castimonia, pudicitia. V. *Pudicitia. Cic.* 2. *de legib.* c. 12. Vestæ colendæ virgines præsint, ut advigiletur facilius ad custodiam ignis; et sentiant mulieres in natura feminarum omnem castitatem pati. *Al. leg.* peti. *Horat.* l. 3. od. 24. v. 22. metuens alterius viri Certo fœdere castitas. *Tacit. in Agric.* c. 4. Femina raræ castitatis. *Plin.* l. 24. c. 9. Matronæ Thesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes. ¶ Translate accipitur pro abstinentia a quocumque vitio, integritate, sanctitate. *morality, uprightness, honesty, integrity. Gell.* l. 15. c. 18. Cornelius sacerdotii religionibus venerandus, et castitate vitæ sanctus. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 3. L. Quintius prætor de provincia nuper reverterat, observata, quod mireris Domitiani temporibus, præturæ maxima castitate. *Vitruv.* l. 1. c. 1. Nullum enim opus vere sine fide, et castitate fieri potest. ¶ Dea, eadem quæ Pallas. *Pallad.* l. 1. tit. 6. *a med.* Olivæ esse præsulem Castitatem.

CASTĪTŪDO, inis, f. castitas. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 124. Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem.

CASTOR, oris, m. Κάστωρ, ορος. Castor, et Pollux fratres gemini fuerunt, Tyndari et Ledæ filii, fratres Helenæ. In fabulis est, Jovem furtim cum Leda cycni specie concubuisse, illamque ovum concepisse, ex quo gemini infantes nati sunt. Alii dicunt geminum ab ea ovum conceptum fuisse, alterum ex Tyndaro marito, ex Jove alterum: ex primo natos esse Castorem, et Clytemnestram, et quidem mortales, ut ab homine progenitos; ex secundo Pollucem, et Helenam immortales, ut ex Deo. Castor a prima ætate equis delectari cœpit, Pollux pugilatu: quibus in studiis adeo uterque excelluit, ut haberent sua ætate parem neminem. Colchos cum aliis Argonautis profecti sunt, in qua expeditione Pollux Amycum Bebryciæ Regem cæstu pugnans interfecit. Interfuerunt etiam venationi apri Calydonii. Castor tandem plurimis una cum fratre editis præclaris facinoribus in oppido Aphidnis occisus fuisse dicitur, bello Lacedæmoniorum cum Atheniensibus, vel, ut alii volunt, in oppugnatione Spartæ. Quidam dicunt fuisse interfectum ad radices Taygeti montis a Lynceo Apharei filio, cui puellam quandam desponsam eripuerat. Pollux qui fratrem vehementissime diligebat, ab Jove impetravit, ut immortalitatem suam cum fratre divideret. Hinc alternis diebus vivere dicuntur, vel ut alii scripsere, alterno semestri spatio. In cælum quoque translati sunt, eorumque sidus *Gemini* appellantur. *Serv. ad 6. Æn.* v. 121. dicit, esse duas stellas ita collocatas, ut, una oriente, altera occidat. Nautæ vero sidera Castoris, et Pollucis appellarunt quasdam faculas, quæ in mediis tempestatibus aliquando conspiciuntur in summitate mali, aut velorum, quæ si geminæ appareant, tranquillitas; si una tantum, majus periculum portendi solet. Nunc vocant Divos Nicolaum, et Hermum. De his V. *Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 1. et *Plin.* l. 2. c. 37. Hujus autem fabulæ origo ex alia fabula ducta est, quod nimirum navigantibus hisce fratribus in Argo navi, et sæviente mari procellis, cum Orpheus variis votis deos fatigasset, apparuerunt geminæ faces in eorum capitibus, et mox tempestas cessavit. Quare cum ignes illi navigantibus apparerent, Castoris et Pollucis arbitrio apparere crediti sunt. Hinc pingi consuevere albis equis sedentes, igneumque apicem in capite habentes. ¶ *Castores* in plur. numero utrumque fratem significant. *Plin.* l. 10. c. 43. Ædes Castorum. *Id.* l. 35. c. 4. Tabula Castorum in foro Augusti. Adde lib. 7. c. 12. *Arnob.* l. 1. pag. 20. et lib. 2. pag. 93. et *Auson. in gratiar. action. sub fin.* Sic *alter Castor* apud *Stat.* l. 4. silv. 6. v. 15. ¶ *Per Castorem jurare* solebant mulieres, sicut per Herculem viri. Hinc *ecastor, mecastor*, quæ V. suis locis. Apud *Plaut.* legitur etiam *næ castor.* Sic enim habet *Asin.* 3. 1. 29. Nisi mihi huc argenti affert viginti minas, næ ille, castor, hinc trudetur foras. [† Leg. *ecastor*, ut *Truc.* 4. 4. 39. Sic *næ edepol.*] ¶ Notat *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) olim hoc nomen in obliquis casibus producta pænultima pronunciatum fuisse ab iis, qui omnia ex Latina ratione, non ex Græca usurpanda esse censebant.

CASTOR, oris, m. *a castor, beaver; a beast like an otter*, κάστωρ, animal ex genere amphibiorum, horrendi morsus, ut qui arbores juxta flumina, ut ferro cædat, et si forte hominem comprehenderit, non antequam fracta concrepuerint ossa, morsus resolvat. Caudam habet piscium, ceteram speciem lutræ, pilum vero pluma molliorem. Hæc *Plin.* l. 8. c. 30. ¶ Latino nomine appellatur *fiber*, item *canis Ponticus*, quia in Ponto maxime abundat. *Serv. ad Virg.* 1. *Georg.* v. 58. ¶ Dicitur quasi γάστωρ, quia ventre magno est. Vulgo fertur, cum viderit se obsideri, testiculos sibi suos ipsum dentibus avulsos projicere, gnarum ob id se peti, quia multos habent in medicina usus, quos *Plin.* l. 32. c. 3. enumerat. *Juvenal.* sat. 12. v. 34. imitatus castora, qui se Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno Testiculorum: adeo medicatum intelligit inguen. *Castora* accusativus est Græcæ positionis, pro *Castorem*. *Vetus Scholiast. Juvenal. ad hunc loc.* hoc animal *bebrum* quoque vocari ait: cujus rectus casus est *beber*, seu *bebrus*, et inde adject. *bebrinus* apud *eund. Scholiast. ad* satyr. 2. v. 99. Sed hæ voces cadentis Latinitatis sunt. Nam *beber* levi mutatione ex *fiber* corruptum est. ¶ Ceterum *Plin. loc. cit.* astipulante *Dioscor.* l. 2. c. 26. falsum hoc esse ait, ut sibi testiculos amputet, quos parvos, et nimis substrictos habet, et adhærentes spinæ, ut sine vita animalis nequeant avelli. Addit autem esse folliculos geminos in inguinibus, graveolenti liquore plenos, et veluti mellis cerosi, gustu amaro, et acri, colore hammoniaci, et friabiles. *Castorea* hi appellantur, et propter odoris gravitatem *virosa* a *Virg. loc. cit.* dicuntur. V. *Castoreum.*

CASTORĔUM, ei, n. *et in plural. num.* Castorea, orum, *castoreum; a liquid matter, of a strong smell, inclosed in bags or purses, near the* anus of *the beaver*, καστόριον, testiculi, seu folliculi in inguinibus castoris animalis, et liquor in iis existens, de quo V. in fin. vocis præced. *Cels.* l. 6. c. 7. n. 8. In aurem dari debet castoreum cum aceto. *Scribon. Larg. compos.* 3. Castorei, nucum amararum, singulorum uncias. *Virg.* 1. *Georg.* v. 58. At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus Castorea. *Lucret.* l. 6. v. 794. Castoreoque gravi mulier sopita recumbit. *Plin.* l. 32. c. 9. Castorea emolliunt alvum. *castor-oil.*

CASTORĔUS, a, um, *relating to the beaver*, ad castorem animal pertinens. *Plin.* l. 12. c. 24. Aspalathos odore castoreo. Ita Veteres edit. A. 1469. 1470. et 1472. Alii cum *Harduino* leg. *castorei.* ¶ Item ad Castorem fratrem Pollucis pertinens. *Senec. in Hippol.* v. 810. Frenis Castorea mobilior manu Spartanum poteris flectere Cyllaron.

CASTORINĀTUS, a, um, adject. ad castorem animal pertinens. *Sidon.* l. 5. ep. 7. Incedunt albati ad exsequias, pullati ad nuptias, castorinati ad litanias. *h. e.* delicatissimis vestibus induti, quales sunt quæ ex pilis castoris conficiuntur. *Isid.* l. 19. *Orig.* c. 22. *castorinam vestem* appellat. Ita enim ibi legendum esse, non *caprinam*, monent Eruditi.

CASTORĪNUS, a, um, ad castorem animal pertinens. *Marcell. Empir.* c. 35. Castorinum oleum. *Isid.* l. 19. *Orig.* c. 22. Castorina vestis. V. diction. præced.

CASTRA, orum, n. plur. *the order of tents placed by armies when they keep the field; a camp, encampment*, στρατόπεδον, locus, in quo exercitus, cum in expeditione est, subinde consistit, et vallo fossaque munit, tentoria figit, quietem capit. Caret fere singulari numero. *Cic. Fam.* 15. ep. 4. Castra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexandri quatriduum. *we were encamped. Cæsar ad Q. Pedium* apud *Cicer. ad Attic.* l. 9. ep. 14. Pompeius se oppido tenet; nos ad portas castra habemus. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 42. Hostes prope muros castra habent. *pitch their tents. Cæsar ad Opp.* post epist. 13. l. 9. *ad Attic.* Ponere castra ad murum. *Justin.* l. 1. c. 8. metari. (eodem sensu.) *Sallust. in Jug.* c. 54. Capere locum castris. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 19. Vallare castra. *Id.* 5. *Hist.* c. 22. erigere. *Cic.* l. 15. *Fam.* ep. 2. Locare. *Id. Verr.* 7. c. 12. facere stativa. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 35. movere versus Aretium. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 48. promovere. et cap. 49. munire. et cap. 40. Continere se castris. et lib. 2. c. 11. Recipere se in castra. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 33. Florentissima Samnitium castra capere. *Id. Phil.* 12. c. 11. Pompeius cum duce Marsorum inter bina castra collocutus est. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 235. Castris collatis. *pitched right opposite to the enemy.* Adde *Tacit.* 3. *Hist.* c. 57. ¶ De castris faciendis multa *Veget.* l. 3. *de re milit.* c. 8. ¶ *Castra Prætoriana*, et *Prætoria* fuit locus ad Urbem prope muros, non longe a via Nomentana, ubi Prætorianus miles continebatur. Instituta sunt ex consilio Sejani a Tiberio, qui dispersas antea, et sine castris cohortes, quas Augustus præsidii causa in Urbem induxerat, in eum locum collegit. *Sueton. in Claud.* c. 21. et *Capitolin. in Maxim. et Balb.* c. 10. Vide *Tacit.* 4. *Ann.* c. 2. et *Sueton. in Tiber.* c. 37. ¶ Eadem absolute *castra* vocantur a *Sueton. in Claud.* c. 36. nec alia intelligenda, cum in urbanis rebus de castris mentio fit. ¶ Interdum *castra* dicuntur fossa, vallum, aliaque opera militaria, quibus urbes in obsidionibus cinguntur, *a line of circumvallation. Cic. Fam.* 15. ep. 4. Oppidum sex castellis, castrisque maximis sepsi. *Cæs.* 3. *B. Civ.* c. 9. Quinis castris oppidum circumdedit. ¶ *Castra navalia* est locus, ubi naves ad bellum paratæ consistunt, *the rendezvous of a fleet. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 22. Castra navalia de improviso adoriri. Sic *Nepos in Alcib.* c. 8. Castra nautica juxta hostes habere. *Virg.* 4. *Æn.* v. 604. faces in castra tulissem, Implessemque foros flammis. Adde *Æn.* 5. v. 519. et *Nepot. in Annib.* c. 11. ¶ Quia vero quotiescumque locum mutat exercitus, nova castra facere opus est, *castra* designant aliquando ipsa itinera militaria, *a march. Liv.* l. 38. c. 24. Ad eos profectus Consul, tertiis castris Ancyram pervenit. *at three marches. Id.* l. 28. c. 16. *ad fin.* Septuagesimis castris Tarraconem rediit. *Curt.* l. 3. c. 7. Castris motis ad urbem Mallon pervenit, inde alteris castris ad oppidum Castabalum. ¶ Sæpe accipiuntur pro ipsa militia, *war, warfare*, per metonymiam. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 39. Nam quis te majora gerit castrisve, forove? *Vellei.* l. 2. c. 125. Vir, nescias utilior in castris, an melior in toga. *Nepos in Annib.* c. 23. In castra proficisci cum aliquo. *h. e.* ire in militiam. *Id. in Epamin.* c. 5. Castris uti non palæstra. ¶ Translate *Cic. Fam.* 9. ep. 20. In Epicuri nos adversarii nostri castra conjecimus. *Horat.* l. 3. od. 16. v. 22. nil cupientium Nudus castra peto. Adde *Senec.* ep. 2. *ad fin.* ¶ *Castra apium* dicuntur earum stationes a *Pallad.* l. 1. tit. 37. ¶ In descriptione regionum Urbis R. sub fin. leguntur apud *P. Victor.* castra lecticariorum, tabellariorum, victimariorum, salgamariorum: et videntur esse certa loca, ubi magna erat hujusmodi artificum frequentia, quo facilius a conducentibus inveniri possent. ¶ In singulari num. *castrum Pœnorum* dixit *Plaut.* apud *Serv. ad* 6. *Æn.* v. 776. V. infra in *Castrum.* ¶ Reperitur etiam *castra, æ*, femin. generis. Accius apud *Non.* c. 3. n. 65. Castra hæc vestra est &c. ¶ Castra militaria variis locis nomen dedere, ubi posita aliquando fuerant. Sic *Castra Pyrrhi*, locus prope Lacedæmonem, apud *Liv.* l. 35. c. 27. *Castra Corneliana*, et *Cornelia* locus in Africa prope Uticam, apud *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 25. et *Plin.* 5. c. 4. His adde *Castra Julia*, et *Castra Cæcilia* oppida Hispaniæ apud *Plin.* l. 4. c. 22. et alia, de quibus V. Geographos. [*Castra Ælia* oppidum in Hispania apud *Liv. in fragm.* l. 91. *histor.* V. *Giovenazzium in Scholiis.* Hujus autem oppidi, ut ipse ait, non modo apud Geographos, sed ne in aliorum quidem veterum aut recentium scriptorum monumentis mentio fit; suas ipse conjecturas proponit; hæc demum addit; sed hæc Hispani doctiores viderint. ¶ In antiquis Inscriptionibus *Castrorum pater*, aut *filius* est appellatus Imperator Caligula, quod in castris natus, et educatus fuerit, ceteri deinde etiam imperatores (*Sueton. in Calig.* c. 22.) *Castrorum* vero *Mater* prima omnium Augustarum dicta fuit Faustina, quod maritum suum M. Antoninum Pium comitata fuisset in castris. Hoc exemplo pluribus Augustarum hujusmodi appellationis honor habitus fuit. *Capitolin. in M. Aurel.* c. 26.]

CASTRAMĔTOR, aris, dep. 1. *to pitch a camp, pitch tents, encamp*, στρατοπεδεύω, metato captoque loco castra pono. *Liv.* l. 9. c. 27. Et primo circa saltus, cum utrinque ad hostem iniqua via esset, cunctati, castrametatique sunt. Ita Vet. Editiones A. 1470. et 1480. aliæ *castrametatique* omittunt. *Plin.* l. 18. c. 6. Villam posuit peritia castrametandi. Vetus Editio A. 1469. et *Harduini* junctim scribunt; aliæ divisim *castra metandi.* Nam *castra metor* divisis vocibus legitur apud *Tacit. Ann.* 1. c. 63. et *Curt.* l. 3. c. 8. &c.

CASTRATĬO, onis, f. *castration, emasculation*, σπαδωνισμὸς, ὀρχοτομία, testiculorum exsectio. *Colum.* l. 6. c. 26. Id optimum genus castrationum, quod, &c. Adde lib. 7. c. 11. et *Pallad. in Maio*, tit. 7. ¶ In arboribus *castratio* est ramorum amputatio certa ratione facta. *Plin.* l. 16. c. 40. et *Colum.* l. 4. c. 32.

CASTRĀTOR, oris, m. *a castrator*, τομεὺς, qui castrat. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 1. Castor castrator carnis suæ.

CASTRATORĬUS, a, um, *relating to castration*, ad castrandum pertinens. *Pallad.* l. 1. *tit. ult.* Castratoria ferramenta, atque tonsoria.

CASTRATŪRA, æ, f. *a castrating, castration*, idem quod castratio, vel locus, in quo castratio facta est. *Pallad. in Maio*, tit. 7. Vulnera castraturæ cinere, sarmentorum linere. ¶ Apud *Plin.* l. 18. c. 9. *castratura siliginis* est ejus purgatio. V. vocem sequent.

CASTRĀTUS, a, um, *castrated, gelded, emasculated*, ἐκτομίας, ἐκτομος, testiculis privatus, exsectus. *Plin.* l. 11. c. 51. Castratis hominibus vox exilior. *Id. ibid.* c. 37. Equo castrato non decidunt dentes. *Id.* l. 10. c. 21. Galli castrati canere desinunt. *made capons of.* ¶ Ponitur etiam generatim pro amputato, truncato, *cut off, lopped off, pruned.* Hinc *castrata arbor*, cui supervacui rami præciduntur, quo minus luxurietur, et utilius crescat. *Plin.* l. 24. c. 8. Humor e medulla castratæ arboris effluens. ¶ *Id.* l. 15. c. 14. Mala spadonia, appellata a conditione castrati seminis. *h. e.* nullum intus semen habentia. ¶ *Castrata siligo*, vel *similago* est usque ad certam mensuram cribro purgata. *Plin.* l. 18. c. 9. Justum est e grano Campanæ, quam vocant castratam, e modio redire sextarios quatuor siliginis, vel e gregali sine castratura sextarios quinque. et cap. 10. Pretium huic annona media in modios farinæ quadraginta asses, similagini castratæ octonis assibus amplius, siligini castratæ duplum. ¶ Translate *castratæ vires* dicuntur a *Plin.* l. 11. c. 18. *h. e.* attenuatæ, attritæ. Eodem sensu *Castratam Rempublicam morte Africani* recte dici, negat *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 41. quia deformis in eo similitudinis cogitatio inest. Adde *Quintil.* l. 8. c. 6.

CASTRENSIĀNUS, a, um, adject. *Castrensiani* dicti sunt ministri sacri Palatii, quorum varia fuere munera. Hoc enim numero fuerunt prægustatores, pincernæ, fullones, vestitores, pistores, aliique hujusmodi administri, ut est apud *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 41. ubi multa de his disputat *Salmasius.* Horum mentio fit in *Cod. Justin.* l. 12. tit. 26. cui titulus est *de castrensianis*, &c. alii leg. *castrensiariis.* ¶ Alii sunt *castrensiani*, de quibus *ibid.* tit. 36. leg. 14. nempe milites, qui in castris, seu castellis ad finium custodiam positis degebant, et excubabant.

CASTRENSIARĬUS, a, um, idem quod Castrensis. *Castrensiarius negotiator* legitur in Inscriptione quadam apud *Gruter.* pag. 649. n. 5. et significat eum, qui ad castra annonam convehens negotiatur, *a sutler.*

CASTRENSIS, se, ad castra, et militiam pertinens, *relating to the camp or field; pertaining to war, military. Cic. pro Cæl.* c. 5. Eadem erat, si statim mereri stipendia cœperamus, castrensis ratio et militaris. *Id. Catil.* 3. c. 7. Nisi ex domesticis insidiis in castrense latrocinium compulissem. *Id.* apud *Plin.* l. 7. c. 43. Mulio castrensis. *Plin.* l. 10. c. 21. Vigilia castrensis. *Flor.* l. 2. c. 2. *ad fin.* Romana classis prompta, levis, expedita, et quodam genere castrensis. *h. e.* quæ velut castra, quolibet facile promovetur. *Sueton. in Tiber.* c. 72. Castrenses ludi. *h. e.* qui a militibus in castrorum statione eduntur. *Tacit. in Agric.* c. 9. Jurisdictio castrensis. *h. e.* quæ ab imperatore in castris exercetur. *Liv.* l. 7. c. 36. Triumphus castrensis. *h. e.* in castris actus. *Plin. in præfat. Histor. natur.* et *Gell.* l. 17. c. 2. Verbum castrense. *a military phrase*: cujusmodi sunt *copiari* et *conterraneus*, quæ V. ¶ *Castrensis corona* est, qua donat eum imperator, qui primus hostium castra pugnans introivit. Ea insigne valli habet. Ita *Gell.* l. 5. c. 6. Eadem dicebatur etiam *vallaris* a vallo incenso, et expugnato. *Valer. Max.* l. 1. c. 8. n. 5. Vallarem coronam et se servare dixit, a quo castra erant oppressa. ¶ *Cas-*

trensis creditor est cui æs alienum debetur in castris contractum. *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 7. leg. 1. et *Tertyll.* lib. 49. tit. 17. leg. 7. ¶ *Peculium castrense* est, quod a parentibus et cognatis in militia agenti donatum est, vel quod ipse filius familias in militia acquisivit, quod nisi militaret, acquisiturus non fuisset, ut *Pompon. Dig.* lib. 49. tit. 17. qui est *de castrensi peculio*, leg. 11. definit. Adde *Paul.* lib. 3. *sentent.* tit. 4. De eo testari potest miles etiam vivo patre. Nam quæ sunt parta labore militiæ, placuit non esse in corpore census, ut ait *Juvenal.* sat. 16. v. 52. ¶ *Quasi castrense*, quod filius familias in palatina vel togata militia sibi paravit, ad similitudinem peculii militaris. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 6. leg. 1. *a med.* et tit. 1. leg. 3. ¶ *Castrenses ministri* in sacro Palatio fuerunt iidem, qui *Castrensiani*, de quibus supra dictum est. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 41. Fullones, et vestitores, et pistores, et pincernæ, omnes castrenses ministri. ¶ Hi et *Castrenses* absolute dicuntur, erantque sub dispositione ejus, qui *Castrensis sacri Palatii* appellabatur. V. leg. 1. tit. 18. lib. 11. *Cod. Theodos.* et leg. 3. tit. 35. lib. 6. et alibi.

CASTRICIĀNUS, a. um, adject. ad *Castricium* pertinens, quod est nomen viri proprium. *Cic. pro Flacc.* c. 23. Castricianum nomen. et *ibid.* Castricianum vulnus. Adde *ad Attic.* l. 12. ep. 28. et 30.

CASTRO, as, avi, atum, a. 1. *to castrate, geld, evirate, emasculate*, εὐνουχίζω, ὀρχοτομέω, testiculos amputare, evirare: et cum de feminis sermo est, genitalia ita cædere, ut ad concipiendum inepta sint. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 73. Impero, auctorque sum, ut me cuivis castrandum loces. *Varr. R. R.* l. 2. c. 5. *ad fin.* Castrare vitulos. *Plin.* l. 8. c. 51. Castrantur feminæ sues suspensæ pernis prioribus, vulva recisa. ¶ Ponitur etiam generatim pro amputare, truncare, *to cut, cut off. Plin.* l. 8. c. 41. Si castretur morsu cauda, summusque ejus articulus auferatur, nec caudam crescere, nec canes rabidos fieri. *Colum.* l. 8. c. *pænult. ad fin.* Castrare caudas catulorum. ¶ Hinc *castrare arbores* est trunco ad imum perforato, aut supervacuis ramis præcisis, vel alia quapiam ratione nimiam luxuriam compescere, quo utilius proveniant. *to bore holes low in trees; to prune. Vitruv.* l. 2. c. 9. Arbusta suo quæque tempore ad imum perforata castrantur. *Cato R. R.* c. 33. et apud *Plin.* l. 17. c. 22. Vites teneras quamprimum propagato, veteres quam minimum castrato. *Id.* l. 17. c. 20. Castrare arundinetum. *h. e.* cum nimis densatum est intercidere, et disrarare, ut *Colum.* l. 4. c. 32. exponit. ¶ Translate *Plin.* l. 18. c. 14. Lupinum condi in fumo maxime convenit, quoniam in humido vermiculi umbilicum ejus in sterilitatem castrant. *h. e.* erodunt, ut satum nasci non possit. ¶ *Castrare alvearia* apud *Colum.* l. 9. c. 15. et *Pallad. in Jun.* tit. 7. est favos eorum præcidere, et mella eximere, *to take away the honey.* ¶ *Castrare vina saccis* dixit *Plin.* l. 19. c. 4. hoc est saccis percolare, eorumque vires frangere, ut *Idem* loquitur l. 14. c. 22. Hoc enim pacto mitiora, et suaviora fiunt. *to strain, filter.* V. *Sacco.* ¶ *Castrare libellos* hoc est impuros jocos ab iis auferre, est *Martialis* l. 1. epigr. 36. *to take out the exceptionable passages.* ¶ Illa etiam translata sunt *Claudiani* l. 1. *in Eutrop.* v. 192. Quid nervos secuisse juvat? vis nulla cruentam Castrat avaritiam. *h. e.* compescit, vel tollit. *checks, bridles.* Et *Lactantii* l. 6. c. 15. Stoici affectus non temperant, sed abscindunt, rebusque a natura insitis castrare hominem quodammodo volunt. Et *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch.* c. 13. Castrare se domo, parentibus, cognatis, et consuetudine lautioris cibi. *h. e.* se abdicare, privare. V. alia in *Castratus.*

CASTRUM, i, n, *a castle, fort, fortress*, locus muro, fossaque munitus cum milite excubante præsidii causa: quod si angustius sit, castellum appellatur. Primo exstrui cœpta sunt hujusmodi loca ad custodiam regionis, arcendosque hostes, deinde et ab incolis frequentari cum cœpissent, oppidorum vicem supplevere. Quare idem discrimen est inter *castrum*, et *oppidum*, quod supra in *Castello* posuimus. *Nepos in Alcib.* c. 9. Ei Grunium dederat in Phrygia castrum, ex quo &c. *Pompeius ad Domit. post* epist. 12. l. 8. *ad Attic.* Cæsar in castrum Truentinum venit. *Virg.* 6. *Æn.* v. 776. Pometios, castrumque Inui, Bolamque, Coramque. *Varr.* apud *Serv. ad Æn.* 9. v. 7. Castrum Laurens. ¶ Varia sunt (præter modo dicta) in variis regionibus oppida, quæ *Castri* nomine appellantur, ut *Castrum Julium*, alio nomine *Urgia*, in Hispania, apud *Plin.* l. 3. c. 1. *Castrum novum* in Hetruria, *ibid.* c. 5. &c. V. Geographos. ¶ Translate *Plaut. in fragment.* apud *Serv. ad Æneid.* 6. v. 776. Castrum pœnarum.

CASTŬLA, æ, f. *an apron, stomacher*, est palliolum præcinctui, quod nudæ infra papillas præcinguntur, quo mulieres nunc, et eo magis utuntur, postquam subuculis desierunt. Hæc *Non.* c. 16. n. 5. cujus verba quidam *Varroni* tribuerunt. Afferuntur quidem a quibusdam Lexicographis hæc *Varronis* verba: *Castulam mulier sumpserat pro succula.* (forte *subucula*) Sed a quonam ea referantur, nondum inveni.

CASTULONENSIS, se, adject. ad Castulonem pertinens, quod est oppidum in finibus Hispaniæ Bæticæ, ad Anan fluvium, ut apud *Plin.* l. 3. c. 2. legitur. *Liv.* l. 22. c. 20. *extr.* et *Asin. Poll. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 31. Castulonensis saltus. ¶ *Castulonenses, ium*, sunt ejus oppidi incolæ. *Plin. ibid.* c. 3.

CASTUS, a, um, *chaste, continent, virtuous*, ἁγνός, καθαρός, a turpi libidine immunis, continens. *Cic.* 3. *Phil.* c. 6. Quis hoc adolescente castior? quis modestior? quis autem illo maledico impurior? *Id. de Harusp. resp.* c. 13. Femina, quæ matronarum castissima putabatur. *Id. pro Cæl.* c. 4. M. Crassi castissima domus. *Colum.* l. 9. c. 14. Castus a rebus venereis. *Martial.* l. 6. epigr. 28. Castus moribus, integer pudore. ¶ A *Tibullo* l. 3. eleg. 1. v. 23. dicitur *casta*, quæ uno amatore contenta est. *constant.* Adde l. 1. eleg. 3. v. 38. et eleg. 7. v. 73. et 81. ¶ Sumitur etiam generatim pro integro, sancto, innocente, et ab omni improbitate immuni, *pure, spotless, guiltless, innocent, virtuous. Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 11. Indignum demonstrabitur, cum animus omni in vita fuerit a vitiis remotissimus, eam causam putare, castissimum quoque hominem ad peccandum potuisse impellere. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 4. Uter nostrum popularis est? tu ne, qui civibus Romanis in concione ipsa carnificem, qui vincla adhiberi putas, qui in campo Martio crucem constitui jubes; an ego, qui castam concionem, sanctum campum defendo servari oportere? *Plaut. Pœn.* 5. 4. 13. Eo sumus gnatæ genere, ut deceat nos esse a culpa castas. *Horat. de art. poet.* v. 206. Populus frugi, castus, et verecundus. *Id. in carm. sæc.* v. 42. Castus Æneas. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 87. *castum* dicit a furtis, et rapinis abstinentem, ut ipse *Non.* exponit. quo sensu etiam *Cicer.* usurpat pro *Sext.* c. 43. et *pro Flacc.* c. 23. *a med.* ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Cic. Phil.* 13. c. 4. Res familiaris cum ampla, tum casta a cruore civili. *Id.* 2. *de legib.* c. 18. Ebur ex inani corpore extractum haud satis castum donum deo. *Id. de Harusp. resp.* c. 13. Castissimos ludos omni flagitio polluere. *Id.* 2. *de Invent.* c. 39. Præmia virtutis sancta, et casta esse oportet, neque ea aut cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus pervulgari. *Horat.* l. 4. od. 11. v. 6. Ara castis cincta verbenis. *h. e.* puris, mundis. *Id.* l. 1. od. 12. *in fi.* Parum castis lucis mittere fulmina. *h. e.* quorum religio scelere aliquo polluta est. ¶ *Casta mola*, inquit *Festus*, est genus sacrificii, quod Virgines Vestales faciebant. ¶ Juvenca *cervice casta* dicitur a *Silio* l. 13. v. 431. quæ jugum non sensit. ¶ In illo *Virg.* 7. *Æn.* v. 71. castis adolere altaria tædis: *Serv.* illud *castis* exponit *piis*; eademque ratione interpretatur illud 3. *Æn.* v. 409. Hac casti maneant in religione nepotes. et 6. *Æn.* v. 563. Nulli fas casto sceleratum insistere limen. *pious, good.* ¶ Eleganter *castus* dicitur, qui fidem servat, cui oppositur perjurus, perfidus: *faithful, sincere, honest, conscientious:* ducta translatione ab uxoribus, quæ thori fidem castæ custodiunt. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 7. Considera, quis quem fraudasse dicatur, probus improbum, pudens impudentem, perjurum castus, &c. *Sil.* l. 17. v. 131. casti ductoris fœdera. *Id.* l. 3. v. 1. Sagunti mœnia castæ. Adde l. 14. v. 83. Sic dicitur *casta fides*, quæ inviolata servatur. *Id.* l. 13. v. 284. Fœdera, mortales, ne sævo rumpite ferro, Sed castam servate fidem. ¶ Sæpissime autem *casta fides* dicitur de conjugio. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 154. et *Senec. in Herc. Fur.* v. 309. et alibi. ¶ *Castus* pro suavi et jucundo. *Varr. in Parmen.* Demittis acres pectore curas, cantu, castaque poesi. Ita *Non.* interpretatur *loc. cit.* ¶ *Castus sermo* est purus, nitidus, elegans, et ab omni barbarie, ac sordidis phrasibus expurgatus. *chaste, elegant, correct. Gell.* l. 19. c. 8. C. Cæsar vir ingenii præcellentis, sermonis præter alios suæ ætatis castissimi. V. *Sanctus* in fine.

CASTUS, us, et i, m. *a religious ceremony, sacred rite*, ἅγνεια, ritus, cæremonia, sacrum. Dicitur etiam *castimonia*. Proprie autem significat sacrum illud, in quo a certis quibusdam rebus abstinentia præcipitur, et præsertim cum ministros ejus sacri a rebus venereis castos esse oportet. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 45. Et religiones, et castus id possunt, ut &c. *Id. ibid.* Græco castu facere. *Nævius ibid.* Res divas edicit, prædicit castus. *Gell.* l. 10. c. 15. Castus multiplices impositi Flamini Diali. *Festus* in *Minuitur* &c. Minuitur populo luctus, cum in casto Cereris est. *h. e.* cum sacris Cereris operatur, ὅταν ἁγνεύει Δήμητρι. Porro in casto Cereris a panis alimonio abstinebant, imitati Cererem, cum, violentia mœroris ob amissam filiam, diu satarum a se frugum inediam toleravit, ut *Arnob.* l. 5. pag. 167. docet. *Tertull. de jejun. c. pænult.* Castus Isidis, et Cybeles.

CASUĀLIS, le, adject. *declined with cases*, πτωτικός. Grammatici usurpant de iis rebus, quæ casus declinationis respiciunt, ut *Casuale genus*, *h. e.* quod in casus declinatur, apud *Varron.* l. 7. *L. L.* c. 29. et *Casualis pars* apud *eundem* l. 9. c. 1. *a med.* Sic *casuales formæ*, *h. e.* earum dictionum, quæ habent casus, apud *Priscian.* l. 5. pag. 672. *Putsch.* ¶ Dicitur præterea *casualis*, qui casu fit, *casual, fortuitous*, τυχαῖος. *Justinian.* lib. 6. *Cod.* tit. 27. *leg. ult.* Casualis conditio. *h. e.* quæ a casu pendet.

CASUALĬTER, *casually, accidentally*, τυχηρῶς, casu, forte. *Sidon.* l. 9. ep. 11. Si quid ibi vel casualiter placet. Adde *Fulgent.* l. 1. *Mythol.* c. 5.

CASŬLA, æ, f. *a little cottage or cabin*, καλύβιον, οἰκίσκη, parva casa. *Petron. in Satyr.* c. 111. Secundum illam casulam, in qua recens cadaver matrona deflebat. *Plin.* l. 35. c. 10. *ad fin.* Casula Protogenes contentus erat in hortulo suo. *Juvenal.* sat. 11. v. 153. Et casulam, et notos tristis desiderat hædos. ¶ De casula veste V. in *Cucullatus.*

CASUS, us, m. *a fall or falling*, πτῶσις, πτῶμα, actus cadendi, ruina. *Cic. pro Cæl.* c. 17. Via lubrica, qua insistere, aut ingredi sine casu aliquo vix posset. *Accius* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 22. cornibus in me arietare, eoque ictu me ad casum dari. *Liv.* l. 21. c. 35. Nivis casus ingentem terrorem adjecit. *Horat.* l. 2. od. 10. v. 10. celsæ graviore casu Decidunt turres. *Plin.* l. 2. c. 50. Casus fulminum. *Id.* l. 28. c. 2. vehiculi. *Lucret.* l. 1 v. 313. Stillicidii lapidem cavat. *Id. ibid.* v. 741. Magno casu cadere. *Id.* l. 5. v. 1332. Gravi casu terram consternere. *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 7. Casu gravi concidere. ¶ Translate dicitur de morte alicujus. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 7. Saturnini, atque Gracchorum casus. *Sueton. in Aug.* c. 65. Caii, et Lucii casu non adeo fractus. ¶ Item sæpissime de quacumque ruina, qua quis de suo statu aliquo modo decidit, *misfortune, adversity, mishap, calamity, distress. Phædr.* l. 5. fab. 21. Quicumque amisit dignitatem pristinam, Ignavis etiam jocus est in casu gravi. *Cic. pro Sext.* c. 24. Cum illum meum casum tam horribilem, tam gravem, tam repentinum homines lugerent. *Id. Q. Fr.* l. 1. *ep. ult.* Relevare casum alicujus. *Id. pro Syll.* c. 21. Tutari, et conservare aliquem in casu, quo afflictus jacet. *Id.* 2. *de Orat.* c. 85. Ferre sapienter casus adversos. *Id. Fam.* 4. ep. 13. Aliorum opibus casus suos sustentare. *In Epist. Catil.* apud *Sallust.* c. 36. Hoc nomine satis honestas pro meo casu spes reliquæ dignitatis conservandæ sum secutus. *h. e.* pro mea conditione, et statu, in quem decidi. ¶ Dicitur *casus hiemis*, cum hiems finitur: *Virg.* 1. *Georg.* v. 340. Extremæ sub casum hiemis. ¶ A Medicis *casus* dicitur ipse morbus, vel symptoma. *ailment, illness. Horat.* l. 1. sat. 1. v. 80. si condoluit tentatum frigore corpus, Aut alius casus lecto te affixit. *Cels.* l. 4. c. 7. Pulmo totus afficitur: hunc ejus casum subsequitur tussis. Et cap. 4. *extr.* In hoc casu locis maritimis opus est. *Id.* l. 8. c. 2. *in fi.* In ceteris vero casibus, ubi ossa paululum recesserunt, &c. *Id.* l. 5. c. 23. Antidota gravissimis casibus opitulantur. *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 38. Casus virium. *failure of strength.* ¶ Præterea sumitur pro eventu fortuito, et non præviso, sive bonus, sive malus sit, *accident, hap, fortune, chance*, τύχη, συντυχία. Veteres *casum* et *fortunam* deos fecere, qui inopinatis eventibus præessent, eosque cum liberet, accidere permitterent. Discrimen, quod inter hæc duo statui solet, est ejusmodi, ut *Fortunæ* tribuantur ea, quæ ex causis quidem non necessariis proficiscuntur, et propterea fortuita dicuntur; tamen sine hominum opibus et studiis neutram in partem effici possunt, ut interitus exercituum, invidiæ, exsilia, honores, &c. *Casui* vero ea assignentur, quæ sine ulla hominum ope eveniunt, ut procellæ, incendia, morsus bestiarum, et similia. *Cic.* l. 2. *Offic.* c. 6. utrumque genus *Fortunæ* tribuit. Sed non solum ipse, verum alii quoque Scriptores illam differentiam sæpissime negligunt, quæ ad Philosophiam sane magis, quam ad recte loquendi rationem pertinet. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 32. Quis iste tantus casus? unde tam felix concursus atomorum, ut repente homines deorum forma nascerentur? *Id.* l. 2. *de Divin.* c. 6. Quid est enim aliud fortuna, quid casus, nisi cum sic aliquid cecidit, ut vel non cadere, vel aliter cadere potuerit? Quomodo ergo id, quod temere fit cæco casu, et volubilitate fortunæ, præsentiri potest? *Id.* 2. *Offic.* c. 13. Habere aliquid aut a patre acceptum, aut aliquo casu, atque fortuna. *Id. pro leg. Manil.* c. 20. Ad novos casus temporum, novorum consiliorum rationes accommodare. *Id. in Orat.* c. 28. Extimescere ancipites dicendi, incertosque casus. *Nepos in Datam.* c. 5. Reges hominibus casus adversos tribuunt, secundos fortunæ suæ. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 52. felicem dicere non hoc Me possunt casu, quod te sortitus amicum. *Cic. Fam.* 7. ep. 5. Casus mirificus quidam intervenit, quasi sponsor humanitatis tuæ. *Planc. ad Cicer.* l. 10. *Fam.* ep. 21. Si casus inciderit, mori paratus sum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 78. Res plures casus recipere potest. *is liable to many accidents. Liv.* l. 42. c. 62. Dare se in casum irrevocabilem. *to place one's self in a situation, from which it is impossible to extricate one's self. Tacit. Ann.* 12. c. 14. Rem in casum dare, prœlioque experiri. *h. e.* fortunæ permittere. *Juvenal.* sat. 1. v. 90. loculis comitantibus itur Ad casum tabulæ. *to the throw of the die. Curt.* l. 9. c. 6. Trahere aliquem in casum. *Planc. ad Coss.* l. 10. *Fam.* ep. 8. Cum in eum casum me fortuna demisisset, ut aut, &c. *in such a predicament, that*, &c. ¶ Ablativus *casu* adverbii loco adhibetur, et significat forte, *by chance, casually, accidentally*, τύχῃ, ἀπὸ τύχης. *Cic. pro Cluent.* c. 27. Casu Stalenus ipse non aderat. *Nepos in Annib.* c. 12. Accidit casu, ut legati, &c. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 15. Casu nescio quo in ea tempora ætas nostra incidit, ut, &c. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 2. Id evenit non temere, nec casu, sed &c. *Senec.* epist. 71. Necesse est, multum in vita nostra casus possit, quia vivimus casu. ¶ Aliquando *casus* ponitur pro discrimine, periculo. *risk, hazard, danger. Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 18. Quæ res nullam habebat dubitationem, ea

nunc magnam affert sollicitudinem, magnumque habet casum. *Cic. de Senect.* c. 19. Ætas adolescentiæ multo plures, quam nostra, mortis casus habet. *Virg.* 4. *Æn.* v. 560. potes hoc sub casu ducere somnos? ¶ Item pro occasione. *occasion, opportunity.* *Sallust. in Jug.* c. 27. Maxime sperans, diducta manu hostium, aut vi, aut dolis se se casum victoriæ inventurum. *Id. ibid.* c. 60. Fortunam illis præclari facinoris casum dare. *Tacit. Ann.* 11. c. 9. Casus Mithridati datus est occupandi Armeniam. ¶ A Jurisconsultis dicitur aliquando de iis rebus, quæ consulto quidem eveniunt, et ex hominum electione, sed respectu legum, sub quas cadunt, velut inopinato accidunt. *a case, point.* *Ulpian. Dig.* lib. 24. tit. 3. leg. 64. in quibus casibus lex deficit. *Id.* lib. 36. tit. 1. leg. 16. *ad fin.* Talis casus a divo Pio terminatus est, cum servo legato, &c. *Julian.* lib. 1. tit. 3. leg. 10. Neque leges, neque senatus consulta ita scribi possunt, ut omnes casus comprehendantur. ¶ A Grammaticis *casus* appellatur forma nominum, quæ declinatione in aliam atque aliam positionem cadunt. *a case.* *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 25. Jupiter, idest juvans pater, quem conversis casibus appellamus a juvando Jovem. *Id.* l. 2. *de Orat.* c. 87. Verba immutata casibus. *Id. in Orat.* c. 48. Rectus casus. *the nominative case.* *Nigid.* apud *Gell.* l. 13. c. 25. Casus interrogandi. *the genitive case.* Sic *casus dandi*, hoc est dativus; *accusandi, vocandi* &c. apud *eund. Gell.* et alios Grammaticos passim. *Casus Latinus* dicitur a *Varron.* apud *Diomed.* l. 1. pag. 277. *Putsch.* ablativus, quia Latinæ linguæ proprius est, cujus vis apud Græcos per genitivum explicatur. *the ablative case.* [† Cf. *Quintil.* 1. 4. 27. 1. 5. 59. 1. 7. 3. et 7. 9. 10. *Priscian.* p. 27. 7. *Donat.* p. 1749. *P. Consent.* p. 2033. (*Putsch.*)] [¶ *Casus barbari* quinam sint, V. *Barbarus* in *Appendice.*]

CATABĂSIS, is, f. *a descent*, κατάβασις, hoc est descensus, a καταβαίνω, descendo. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 21. Solis catabasi finita. *h. e.* inferiori via, qua ad signa hiemalia descendit. *Aldus* Græce edidit καταβάσει, rectius.

CATABATHMOS, i, m. *a declivity, gradual descent*, καταβαθμὸς, descensus, vel locus declivis, ubi descenditur: a καταβαίνω, descendo. Apud *Sallust. in Jug.* c. 20. et 22. sic appellatur locus devexus Ægyptum ab Africa disterminans.

CATABOLENSIS, se, adject. *a sutler*, *Catabolenses* in *Cod. Theodos.* lib. 14. tit. 3. leg. 9. et 10. cum pistoribus conjunguntur, quod utrorumque ars quandam invicem affinitatem habebat. Fuerunt enim *Catabolenses*, qui onerariis jumentis onera transvehebant, et præsertim molenda frumenta ad pistrinum comportabant, ut censet *Cujac.* l. 16. *Observation.* c. 5. Dicti sunt a *catabulo*, quod erat stabulum jumentorum publicæ utilitati inservientium. Horum meminit etiam *Cassiod.* l. 3. *variar.* epist. 10. ubi marmora a catabolensibus transvecta memorat, et l. 4. ep. 47. ubi multam statuit in catabolensem, qui ultra centum libras jumentum oneraverit. ¶ Scribitur et *catabulensis*.

CATABOLĬCI SPIRITUS, apud *Tertull. de Anim.* c. 28. sunt Genii infausti, a καταβολὴ, jactus ex alto deorsum, quia sæpe eos, in quibus sunt, prosternunt, ac dejiciunt per furorem. *evil spirits, that throw down the persons they possess.* Quidam mallent legi *Procatabolicos*, qui Spiritus quidam sunt, qui non perpetuo adsunt, sed ex condicto, et quasi devincti pignore se se repræsentant: a προκαταβάλλω, repræsento. V. *Voss. in Etymol.* ¶ Possis etiam interpretari spiritus calumniatores, quia καταβολὴ aliquando calumniam significat, ut notat *Pamelius.*

CATACECAUMĔNE, κατακεκαυμένη, a κατακαίεσθαι, comburi; est regio Sole perusta, quam Mysi, et Lydi incolunt, omnibus arboribus, præter vites, exuta. *Vitruv.* l. 2. c. 6. Græce. Hinc

CATACECAUMENĪTES, m. *a rich wine produced from grapes growing in Mysia*, vinum generosum, quod colles in Mysia producunt. *Vitruv.* l. 8. c. 3. Græcis litteris: Latinis autem *Plin.* l. 14. c. 7. ¶ Qua porro ratione *catacecaumenites vinum* dicatur, dictum est in *Abrotonites.*

[* CATACHANNA, æ, f. arboris nomen; quænam vero sit, omnino ignoratur. *Fronto ad M. Aurel.* l. 2. ep. 7. Ibi me (commemini) videre arborem multorum ramorum, quam ille suum nomen catachannam nominabat. *Id. de oration.* l. 2. fragm. 1. Confusam eam ego eloquentiam catachannæ ritu, partim igneis nucibus Catonis, partim Senecæ mollibus et febriculosis prunuleis insitam subvertendam censeo radicitus.]

CATACHRĔSIS, is, f. *a figure of speech, whereby one word is abusively put for another; an improper expression, catachresis*, κατάχρησις, figura Rhetorica, de qua V. in *Abusio.* Ipsa vox Græca est, a καταχράομαι, abutor: quare tutius Græce, quam Latine usurpatur. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 195. κατάχρησις enim vera est, cum in candelabro pendet strigilis.

CATACLISTA VESTIS, *a garment quite new, the colours of which have lost nothing of their brilliancy*, κατακλειστὸν ἱμάτιον, vestis est recentissima, optimique coloris, in arca diligenter servata, festisque tantummodo diebus promenda: a κατακλείω, circum claudo. Ita exponit *Salmas. ad Tertull. de Pall.* c. 3. locum illum *Apuleii* l. 11. *Metam.* Eas amœnus lectissimæ juventutis, veste nivea, et cataclista prænitens sequebatur chorus. *Senec. de Tranquill.* c. 1. hujusmodi vestes appellat et *arcula* prolatas, et qui his vestiti incedunt, epist. 115. *totos de capsula.* Simili ratione *cataclista rasa* dixit *Venant. Fortun.* l. 3. *de vita S. Martini sub fin.* ubi alii aliter leg. ¶ Quidam tamen cataclistam intelligunt vestem undique clausam. Sunt etiam qui legendum putant *cataclita.*

CATACLISTĬCUS, a, um, *precious*, pretiosus: a *cataclistus*, quia quæ pretiosa sunt, in arcis conditia servari solent. V. vocem præced. *Venant. Fortun.* l. 4. *de vita S. Martini ante med.* Quæ manus artificis cataclistica fila rotavit. Ita *Salmas. loco modo cit.* Alii aliter leg. et interpretantur.

CATACLĪTA, orum, *the clothes with which a bed, or couch, is strewed*, τὰ κατάκλιτα, vestis stragula, qua lecti tricliniares sternuntur, a voce Græca allata, qua lecti discubitorii significantur. *Tertull. de Pall.* c. 3. Quamquam et pavo pluma vestis, et quidem de cataclitis. *h. e.* pavi vestis est pluma, et quidem picta, et versicolor, qualis solet esse stragulum, quo tricliniares lecti operiuntur. Hujusmodi enim stragula pretioso colore tincta, et auro, purpuraque insignita a ditioribus adhibebantur. Ita *Salmas. ad hunc loc.*

CATACLYSMOS, i, m. *a deluge, flood, inundation, cataclysm*, κατακλυσμὸς, diluvium, inundatio: a κατακλύζω, proluo, inundo. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 1. Thebæ, quæ ante cataclysmon Ogygi conditæ dicuntur. *h. e.* ante diluvium, quod sub Ogyge contigit. *Ogygi* enim genitivus est pro *Ogygis.* V. *Ogyges.* Adde *Hygin.* fab. 153. et *Lactant.* l. 2. c. 10. ¶ A Medicis Græcis *cataclysmus* dicitur illisio aquæ vehementius aspersæ alicui parti corporis. *Cœl. Aurelian. Chronic.* l. 1. c. 1. Utendum etiam fomentis, sive vehementioribus illisionibus aquarum: Græci cataclysmos appellant. et cap. 4. Adhibenda aquarum illisio, qua patientes partes percussæ mutari cogantur: quod Græci cataclysmum appellant. et l. 2. c. 3. *in fi.* Totius capitis curatio ex illisione aquarum supercadentium, quam Græci cataclysmum appellant.

CATADRŎMUS i. m. κατάδρομος, locus in quo decurritur. Speciatim significat funem extensum in theatro, in quo funambuli decurrunt. *an extended rope, on which rope-dancers were wont to run, leap, and exhibit various other feats of agility.* Græce legitur apud *Labeon. Dig.* lib. 19. tit. 1. *leg. pænult.* Servus, qui per κατάδρομον γεράνου descendere solitus fuerit, &c. Ita enim habetur apud *Haloandr.* Sed Latine *Torrentin.* edidit *per catadromum.* Præterea *Sueton. in Ner.* c. 11. Notissimus eques R. elephanto supersedens per catadromum decucurrit. Quidam hoc *Suetonii* loco, non funem, sed stadium decursionis intelligunt: sed *Xiphilin.* hanc eandem rem narrans, funem aperte nominat: Ἐλέφας, inquit, ἐπὶ σχοινίων κατεδεξάμενος, ἀναβάτην φέρων. Præterea elephantos funambulos legimus tum apud eundem *Sueton. in Galb.* c. 6. tum apud *Plin.* l. 8. c. 2. et 3. et *Senec.* ep. 85. *in fi.*

CATADŪPA, orum, n. *a certain cataract of the Nile, on the confines of Egypt and Ethiopia*, locus in Æthiopia, qua Ægypto jungitur, ubi per prærupta saxa præceps Nilus tanto fragore ruit, ut qui circa sunt accolæ, aurium sensum amiserint: a κατὰ, et δοῦπος sonus, fragor. *Cic. in Somn. Scip.* c. 5. Sicut ubi Nilus ad illa, quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus, ea gens, quæ illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus sensu audiendi caret. Adde *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 4. *in fi.* ¶ Hæc loca a *Vitruv.* l. 8. c. 2. et *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 2. appellantur *catarractæ.* ¶ Accolæ populi *Catadupi* dicuntur a *Plin.* l. 6. c. 29. *post med.* et l. 5. c. 9.

CATÆGIS, gidis, f. *a stormy wind; a hurricane*, καταιγὶς, ventus procellosus, et qua perflat, divellens, et perfringens: ab αἰγίζω, divello. *Apulei. de Mundo.* Procellosus flatus catægis dicitur, quem præfractum possumus dicere. V. *Ægis.* ¶ Est etiam ventus quidam peculiaris Pamphyliæ. *Senec.* l. 5. *quæst. nat.* c. 17.

CATAGELASĬMUS, i, m. *a banterer, jeerer*, καταγελάσιμος, ridiculus, qui irridet, a καταγελάω, irrideo. *Plaut. Stich.* 4. 2. 50. Nunc ego nolo e Gelasimo mihi te catagelasimum. *Gelasimus* nomen est parasiti in ea Comœdia. Dicit ergo: nolo, te, qui adhuc ridiculus fuisti, fieri irrisorem mei.

CATAGRĂPHUS, a, um, *painted, coloured, depicted, delineated*, κατάγραφος, depictus, delineatus. Nam καταγράφειν etiam delineare significat. *Catull.* carm. 25. *ad Thall.* Remitte pallium mihi meum, quod involasti, Sudariumque, Setabum, catagraphosque Thynos. Al. leg. *catagraphonque linum:* Al. aliter. est enim locus obscurus, varieque explicatus. V. *Vulpium.* ¶ Speciatim *catagrapha, orum*, sunt picturæ, in quibus imagines a latere tantummodo cernuntur, *pictures, where one side only is presented to view; profiles.* *Plin.* l. 35. c. 8. *ad fin.* Cimon Cleonæus catagrapha invenit, hoc est obliquas imagines.

CATAGŪSA, æ, f. *she that bringeth back*, κατάγουσα, hoc est quæ reducit. Ita appellatum fuit signum æreum a Praxitele factum, Cereris filiam Proserpinam ab inferis reducentis, secundum id quod docet *Ovid. Metam.* 5. v. 564. statutum fuisse a Jove, ut Proserpina sex menses apud Plutonem conjugem esset, totidem apud matrem. De hoc signo *Plin.* l. 34. c. 8.

CATALECTA, orum, n. *a collection of fugitive poetry*, κατάλεκτα, collectio. *Catalecta Maronis* appellantur breviora quædam carmina a nescio quo collecta, et *Virgilio* attributa. *Auson. in Technopagn.* seu *Edyll.* 12. *in Grammaticomast.* Dic, quid significent catalecta Maronis? in his al, &c. *Serv. ad princip. Æn.* 1. *de Virg.* Scripsit etiam septem sive octo libros hos, Ætnam, Culicem, Priapeia, Catalecton, &c.

CATALECTĬCUS, a, um, *catalectic, wanting a syllable*, καταληκτικός. *Catalecticum metrum* dicitur, cui syllaba in fine deest, seu quod in pedem desinit imperfectum: a καταλήγω, desino, terminor: quale est illud iambicum *Horat.* l. 2. od. 18. v. 2. *Mea renidet in domo lacunar.* Contra *acatalecticum* est, cui nihil deest, ut illud iambicum ejusdem *Epod.* 2. *Beatus ille, qui procul negotiis.* Sed non in solis iambicis metris, verum in aliis quoque carminum generibus sua sunt *catalectica*, et *acatalectica.* V. Grammaticos. *Priscian. in partition.* vers. 12. *Æn.* pag. 1216. *Putsch.* Catalecticos versus dicunt, quibus deest in fine aliquid: acatalecticos quibus nihil deest.

CATALECTUS, a, um, καταληκτὸς, idem quod catalecticus. *Diomed.* l. 3. pag. 501. *Putsch.* Species catalecta est versus minus habens, &c.

CATALŎGUS, i, m. *an enumerating, recounting; a catalogue, series, list*, κατάλογος, enumeratio, recensio multarum rerum per ordinem. *Hieronym.* ep. 83. *ad Ocean.* Apostolus in catalogo virtutum, episcopum unius uxoris virum præcepit ordinandum. ¶ Speciatim dicitur de enumeratione nominum eorum, qui stipendia merentur. *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 15. Homerus prætermissis Mycænis, unde erat rector exercitus, Bœotiam in catalogi sui capite locavit. *Auson. in Perioch.* 2. *Iliad.* Sequitur enumeratio copiarum viritim, ut per catalogi seriem milites, naves, duces patriæ referantur.

CATAMIDĬO, V. *Catomidio.*

CATAMĪTUS, i, m. a Veteribus Latinis dictus est Ganymedes, teste *Festo.* Cum enim Græcæ linguæ rudes essent, vocem Γανυμήδης ita corrupte pronunciabant; eademque de causa *Alumentum* pro *Laomedonte* dixerunt, et *Proserpinam* pro Περσεφόνη, et *Tharsomenum* pro *Thrasymeno*, et *Melo* pro *Nilo*, et *Saguntum* pro *Zacyntho*, *Telamonem* pro *Atlantem*, *Æsculapium* pro *Asclepio*, *Caduceum* pro κηρύκειον, *jusquiamus* pro ὑοσκύαμος, *Carthaginem* pro *Carchedonem*, Καρχηδόνα, *Crustumerium* pro *Clytemnestrum*, *Polluces* pro Πολυδεύκης, *promuscis*, pro *proboscis*, et *alcedonem* pro *halcyone*, &c. *Plaut. Men.* 1. 2. 34. Tabula picta, ubi aquila Catamitum rapit, aut Venus Adoneum. Adde *Lactant.* l. 1. c. 11. ¶ Ponitur etiam pro pocillatore, pincerna: *a cup-bearer.* item pro amasio. *a favourite.* Utrumque enim Ganymedes Jovi fuit. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Vidi simiam pileo textili, catamiti pastoris specie, aureum gestantem poculum. *Auson.* epitaph. 33. *de Glaucia.* Aut Jovis Elysii tu catamitus eris. *Apulei.* l. 1. *Metam.* Hic est carus Endymion, hic Catamitus meus, &c. ¶ Denique sumitur pro homine molli, et effeminato. *a catamite, effeminate person.* *Cic. Phil.* 2. c. 31. Ut te catamitum, necopinato cum ostendisses, præter spem mulier aspiceret, idcirco, &c.

CATAMPO genus est lusus, teste *Festo:* scilicet a Græco κατ' ἄμφω, hoc est conjunctim, vel per duos simul, ut sit ludus, qui a duobus fiat. Sed fortasse legendum est *catambo* a καταμβῶ, quod est motus εἰς τὸ κάτω, καὶ τὸ πρηνές. Hæc *Scalig. ad Fest.*

CATĂNA, V. *Catina.*

CATAPHĂGES, æ, m. *a glutton, gormandizer*, καταφαγὴς, helluo, vorax, nepos: a καταφάγω, devoro. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 39. *Burman.* In Leone cataphagæ nascuntur, et imperiosi.

CATAPHRACTA, æ, f. *a breast-plate, cuirass, coat of mail, suit of armour*, καταφρακτὴ, θωρακόμαχος, tegmen est linteum, vel laneum, ferreis squamis consertum, quod modo pectus, modo totum hominem, et totum equum munit, quo tum pedites aliquando usi sunt, tum equites. De peditum cataphractis testatur *Veget.* l. 1. *de re milit.* c. 20. Sed et equites iis usos fuisse, constat tum ex *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 79. tum ex *Liv.* l. 37. c. 40. V. *Lips. de Milit. Rom.* l. 3. dial. 6. ubi plura hac de re: et infra *Cataphractus.* Est a καταφράσσω, munio. *Veget. loc. cit.* Ab urbe condita usque ad tempus D. Gratiani et cataphractis, et galeis muniebatur pedestris exercitus. *Tacit. loc. cit. de Sarmatis.* Neque conti, neque gladii usui, lapsantibus equis, et cataphractarum pondere: id principibus et nobilissimo cuique tegmen, ferreis laminis, aut præduro corio consertum; ut adversus ictus impenetrabile, ita impetu hostium provolutis inhabile ad resurgendum. ¶ *Cataphracta* in equis Anglice dicitur *barbs.* ¶ Dicitur etiam *cataphracte, es*, positione Græca. *Tertull. de Pall.* c. 4. Triumphalem cataphracten amolitus.

CATAPHRACTARĬUS, a, um, cataphractus, cataphracta munitus, loricatus. *mailed, clad in mail.* *In Actis Senatus* apud *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 56. Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus. Adde *in epist. Decii* apud *Trebell. Poll. in Claud.* cap. 16.

CATAPHRACTUS, a, um, *armed cap-à-pè; a cuirassier, cataphract*, καταφρακτος, θωρακομάχος, cataphracta armatus, loricatus. *Cataphracti milites* ita plerumque muniti fuere, ut non modo loricam haberent, sed et ocreas ferreas in cruribus, ut tecti undequaque essent. *Sisenn.* apud *Non. c. pænult.* n. 28. Custodiæ in muro statuuntur cataphractorum. *Propert.* l. 3. eleg. 10. v. 12. Ferreus aurato neu cataphractus equo. *Liv.* l. 37. c. 40. Tria millia equitum loricatorum (cataphractos ipsi appellant) adjunxit. *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 11. v. 770. Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis In plumam squamis auro conserta tegebat, &c. Cataphracti equites et ipsi ferro muniti sunt, et equos similiter munitos habent; de quibus Sallustis: Equis paria operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant. *Sallust.* apud *Non. loc. cit.* Prægrediebantur equites cataphracti, ferrea omni specie. V. *Nazar. in paneg. ad Constantin.* c. 22. 23. et 24. ubi cataphractorum equitum pugnandi rationem describit. ¶ *Equus cataphractus* Anglice dicitur *a barbed steed.* ¶ *Ammian.* l. 22. c. 15. (*al.* 37.) *cataphracta terga* crocodilis esse ait, quia cutem habent ita validam, ut vix tormentorum ictibus perforentur. [† Similiter Gayius noster astaci tergum dixit *his scarlet mail.*]

CATAPIRATES, æ, *a plummet; a leaden weight suspended by a string, by which depths are sounded*, καταπειρητὴς, καταπειρητηρία, βολὶς, funiculus cum appenso plumbo, quo nautæ profunditatem maris explorant. *Isid.* l. 19. *Orig.* c. 4. affert locum *Lucilii*, quem Eruditi ita legendum putant: Hanc catapiratem puer eodem deferat, uncum Plumbi pauxillum rodus, linique metaxam. *Alii leg.* Huc catapiratem: alii aliter, ita ut omnia incerta faciant. Nam quod addi solet ex *Plauto Aulul.* 4. 1. 12. est ex mera conjectura *Lambini.*

CATAPLASMA, atis, n. et Cataplasmus, i, m. *a plaster, poultice, cataplasm*, κατάπλασμα, et καταπλασμὸς, medicamentum pulti simile ex variis rebus compositum, quod extimæ corporis parti illinitur, et imponitur: a καταπλάσσω, illino. *Cels.* l. 3. c. 19. Supra præcordia imponere, quæ reprimunt, cataplasmata. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 210. et 314. Ventrem fovere ex molito hordeo, uti cataplasmo. *Plin.* l. 36. c. 17. *in fi.* Fit et cataplasma ex eo podagricis, mixto fabæ lomento. ¶ In dativo plurali habet *cataplasmatis*, et *cataplasmatibus*, sed illud est usitatius. *Cels.* l. 7. c. 26. n. 5. et l. 4. c. 4. n. 3. Cataplasmatis calefacientibus uti. *Id.* lib. 7. c. 2. Satis est cataplasmatibus efficere, ut per se pus aperiatur. [sed meliores editiones, puta *Leon. Targæ*, legunt *cataplasmatis.*] *Veget.* l. 2. *de re Veterin.* c. 25. Cataplasmatibus maturare. V. *Emblema.*

CATAPLASMO, as, a. 1. *to poultice, apply a poultice or cataplasm*, καταπλάσσω, cataplasma impono, cataplasmate illino. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 19. Præcordia semine lini cataplasmare. *Id. Tard.* l. 5. c. 1. Sinapi cataplasmantes.

CATAPLEXIS, is, f. *admiration, astonishment, stupor*, κατάπληξις, hoc est stupor, mens attonita, admiratio. Græca vox a καταπλήττω, obstupefacio, in admirationem induco. *Lucret.* l. 4. v. 1156. Magna atque immanis; cataplexis, plenaque honoris. *h. e.* corporis proceritate, et magnitudine attonitos reddit spectantes, et in admirationem sui rapit. Quidam Græce ediderunt κατάπληξις.

CATAPLUS, i, m. *the setting sail or arrival of ships; a fleet of merchantmen*, Græca vox, κατάπλους, et proprie dicitur cum ex alto redit navis, atque in portum unde exierat, remeat; a καταπλέω, navigando ad portum accedo: sicut contra cum e portu solvitur, ἀνάπλους dicitur. Hinc sæpe pro ipsa classi appulsa accipitur. *Martial.* l. 12. epigr. 75. Cum tibi Niliacus portet crystalla cataplus. *Alii leg.* catastus. *Auson. de clar. Urbib. in Narbone* n. 13. Toto tibi navigat orbe cataplus. *Alii Græce habent* κατάπλους. *Sidon.* l. 6. ep. 8. Catapli recentis nundinas adire. Adde lib. 7. epist. 7. Quin et *Cic. pro Rabir. Post.* c. 14. Cataplus ille Puteolanus, sermo illius temporis, &c. Ubi Alexandrina classis intelligitur Puteolis portum ingrediens.

CATAPOTIUM, ii, n. *a pill*, καταπότιον, medicamentum, quod non diluitur, sed integrum devoratur, ut *Scribon. Larg. compos.* 87. definit. Formatur enim in pilulas, quæ integræ degluttiuntur: a καταπότης, gula, guttur: vel a καταπίνω, qua significat deglutire, devorare. *Cels.* l. 4. c. 8. Absynthium contritum ex melle, et pipere, ejusque catapotium quotidie devorare. (Adde lib. 5. c. 25.) *Scribon. Larg. compos.* 89. Facere catapotia magnitudinis fabæ. Adde *Plin.* l. 28. c. 1. *ad fin.*

CATAPULTA, æ, f. *a warlike engine, used to discharge stones or javelins with; a catapult*, καταπέλτης, et *Hesychio* καταπάλτις, genus machinæ militaris, qua sagittæ, et tela magno impetu, longoque spatio jaciuntur. Quomodo differat a *ballista*, ibi dictum est: ubi etiam allata sunt Scriptorum testimonia ad *catapultam* pertinentia, et indicata loca Auctorum, qui de ea scripserunt. ¶ Pro ipso telo, qui jacitur. *the weapon itself so discharged.* Hinc a *Nonio* cap. 18. n. 1. exponitur jaculum celer, vel sagitta. *Plaut. Pers.* 1. 1. 28. Vide modo, ulmeæ catapultæ tuum ne transfigant latus. *Titin.* apud *Non. loc. cit.* Catapulta volat. Adde *Varron. ibid.*

CATAPULTARIUS, a, um, *pertaining to the catapult*, ad catapultam pertinens. *Plaut. Curcul.* 5. 3. 11. Ex te hodie faciam pilum catapultarium. *h. e.* quod ejicitur catapulta.

CATARACTA, vel Catarrhacta, æ, f. et Cataractes, æ, m. *a great fall of water from a high place; a cataract*, καταράκτης, vel καταῤῥάκτης, locus angustus, præruptus, et præceps in flumine, ubi aqua illisa, et refracta magno impetu ruit, qualis est in Nilo eo loco, quæ *Catadupa* ab accolis appellantur. *Plin.* l. 5. c. 9. *de Nilo.* Novissimo cataracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. et *paulo post.* Intra novissimum catarracten. *Lucan.* l. 10. v. 317. *de eod.* cum lapsus abrupta viarum Excepere tuos, et præcipites cataractæ. *Vitruv.* l. 8. c. 2. *de eod.* Ab his paludibus pervenit per montes ad cataractam, ab eaque se præcipitans, &c. *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 2. Excipiunt eum cataractæ, nobilis insigni spectaculo locus. *Ammian.* l. 22. c. 15. (*al.* 36.) Æstuans inundatione ditissima, ad cataractas, idest præruptos scopulos, venit. *Solin.* c. 32. (*al.* 45.) A cataracte ultimo tutus est. ita enim quædam claustra ejus Ægyptii nuncupant. *Salmas. ad hunc loc.* tum *Solin.* tum *Ammian.* reprehendit, quod *cataracten* de loco, et scopulis ipsis præruptis intellexerint, cum potius sit ipsa eruptio fluminis ruentis, et non ad locum, sed ad Nilum referatur. Sane Græcum verbum καταράσσω significat cum impetu ruere, et καταράκτης præcipitem eruptionem, et descensum. Verum Latini Scriptores, quos attulimus, aptius omnes de loco, quo Nilus præceps effluit, quam de ejus præcipiti effluxu intelliguntur. ¶ Sunt etiam *cataractæ* claustra in fluminibus arte facta ad aquarum impetum temperandum. *a machine to stop the water of a current with; a flood-gate, sluice, lock in a river.* *Plin.* l. 10. ep. 69. Cataractis aquæ cursum temperare. *Rutil.* l. 1. v. 481. Cum cataractarum claustris excluditur æquor. ¶ Item genus militaris obicis in urbium portis, qui funibus, aut catenis cum aperitur, in altum tollitur, et cum opus est iis repente solutis, citissime decidens, momento temporis aditum claudit, *a draw-bridge, portcullis.* *Veget.* l. 4. *rei milit.* c. 4. In ingressu portæ ponitur cataracta, quæ anulis ferreis, ac funibus pendet, ut si hostes intraverint, demissa eadem exstinguantur inclusi. *Liv.* l. 27. c. 28. Porta, cataracta dejecta, clausa erat. et *mox.* Cataracta magno impetu decidit. ¶ *Cataractæ* etiam dicuntur quædam aves Diomedeæ cognominatæ, teste *Plin.* l. 10. c. 44. fortasse quia ex alto cum impetu decidunt, cum alias aves venantur. *cormorants.* ¶ Denique *Catarractes* fluvius est Pamphyliæ, ita dictus a præcipiti aquarum cursu. *Plin.* l. 5. c. 27. et *Pompon Mela* l. 1. c. 14. ¶ Utrum rectius cum simplici, an cum duplici *rr* scribatur, *Voss. in Etymol.* et *Dausqu. in Orthograph.* non definiunt. Græci quoque a quibus profluxit, promiscue scribunt: quæ licentia non est Latinis deneganda.

CATARACTRIA, æ, f. vox joculariter ficta a *Plauto Pseud.* 3. 2. 47. ad fictum condimentum significandum.

CATARRHUS, i, m. *a defluxion of a sharp serum from the glands about the head and throat; a catarrh*, κατάῤῥους, destillatio, defluxus humoris noxii ex capite ad nares, vel fauces, vel aliam partem corporis: a καταῤῥέω, defluo. *Marcell. Empir.* c. 5. Ad catarrhum, sive destillationem humoris ex capite. Adde *Plin. Valerian.* l. 1. c. 2. *ad fin.* *Æmil. Macr. c. de colubrina*, et *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 17.

CATASCOPIUM, ii, n. *a vessel sent out to spy or reconnoitre*, κατασκόπιον, navis exploratoria; a κατασκοπέω, circumspicio. Afferunt locum ex *Cic.* l. 5. *ad Attic.* ep. 11. Sed lectio varia est. Refert hanc vocem inter alia navium nomina *Gell.* l. 10. c. 25.

CATASCOPUS, i, m. *a spy, scout*, κατάσκοπος, explorator, speculator: a σκοπέω, exploro. *Hirt. de B. Afric.* c. 26. Litteris per catascopum missis.

CATASTA, æ, f. *a cage, or stall, in which slaves were exposed to sale*, machina lignea editior, pegma, tabulatum, in quo venales servi exponebantur, ut in eis possent omnia membra inspici: a καθίστημι, statuo, colloco: a quo κατάστασις, inde *catasta.* *Tibull.* l. 2. eleg. 6. v. 41. quem sæpe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes. *Pers.* sat. 6. v. 77. Rigida catasta. *Martial.* l. 6. epigr. 29. avara. *Sueton. de Grammat.* c. 13. Emptus de catasta. Adde *Plin.* l. 35. c. 18. ¶ Apud *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 72. legitur *turbo catastæ*, quia servi in catasta in omnes partes versabantur, ut ab emptoribus undequaque inspicerentur. ¶ *Arcanæ tabulata catastæ* dixit *Martial.* l. 9. epigr. 60. intelligens eas, in quibus pulcriores servi, et majoris pretii collocabantur, quos non in publicum producere, sed secretos, domique inclusos servare solebant. ¶ *Mendacis deliramenta catastæ*, apud *Rutil. in Itiner.* l. 1. v. 393. sunt superstitiosæ Judæorum fabulæ, quos hoc nomine appellat vel quia vilissimi habebantur, ut servi, vel quia, ut placet *Burmanno*, in ligneo pegmate catastæ simili eorum doctores in Synagogis legere S. Scripturam solent. ¶ Dicta est etiam *catasta* genus machinæ ad torquendum, quam quidam compedem, aliudve vinculum fuisse putant, alii lectulum ferreum, in quo igne subjecto ponebant torquendos. *the strappado, or other instrument of torture.* *Prudent. peristeph.* 1. v. 56. Verberum post vim crepantum, post catastas igneas. *Id. peristeph.* 3. v. 399. appellat *catastam* cratem illam ferream ignitam, in qua D. Laurentius ambustus fuit. Adde *peristeph.* 14. v. 467. et *Augustin. in Psalm.* 96.

[* CATASTACTICE, es, f. herba scelerata apud *Apul. de herb.* c. 8.

* CATASTALTICUS, a, um, adject. κατασταλτικὸς, reprimendi aut sistendi vim habens, cohibens, a verbo Græco καταστέλλω, *reprimo.* *Veget. Veter.* l. 4. c. 28. Hæc bene trita et cribrata æquo pondere catastalticum (*subintellig.* medicamentum) faciunt, quod carnem supercrescentem comedendo effovet. *Id.* l. 2. c. 22. Catastaltico quoque medicamento libraturam cutis consumis.

* CATASTEMA, atis, n. κατάστημα, constitutio. *Veget. Veter.* l. 1. c. 17. Nam Austro, et Africo vento flantibus, interpositis annorum spatiis, recursu, ut asserunt, catastematis (*scilic.* recursu cæli et siderum) sicut certo tempore homines pestilentia corrumpuntur, sic animalia ille aer corrumpit, et perimit.]

CATASTOLICUS, a, um, *having the power of restraining or repressing*, καταστολικὸς, cohibendi, et reprimendi, aut supprimendi vim habens, a καταστέλλω, supprimo, reprimo, ut *Catastolicum medicamentum* apud. *Veget.* l. 2. *de re Veterin.* c. 22.

CATASTROPHE, es, et Catastropha, æ, f. καταστροφὴ, subversio, item exitus: a καταστρέφω, subverto, item claudo. Hinc extrema pars fabulæ *catastrophe* dicitur, quod in ea res turbulentæ in lætum exitum convertantur, ut in Comœdiis, aut contra res lætæ sortiantur tristem exitum, ut in Tragœdiis. *the change, or revolution, which produces the conclusion or final event of a dramatic piece; the catastrophe.* *Petron. in fragm. Tragur.* c. 54. *Burman.* Ne his precibus periculo aliquid catastrophæ quæreretur. *h. e.* ne periculum in necopinatum gaudium verteretur.

CATASTUS, i, m. *a slave purchased from the* catasta, exponi solet servus venalis e catasta: afferunturque loca *Vitruv.* l. 8. c. 4. et *Martial.* l. 12. epigr. 75. Sed in *Vitruvio* alii leg. *calastros*, *h. e.* canoræ vocis, a καλιστρέω, clamo, alii *catlastros*, a *catulire*: in *Martiale* aliqui legunt *cataplus*, navigatio, adventus navis, locus quo navigatur. V. *Catlaster.*

CATATECHNOS, V. *Cacizotechnos.*

CATATONUS, V. *Anatonus.*

CATAX, acis, *crippled, lame, halt*, claudus, ut *Festus* exponit. *Non.* c. 1. n. 100. Catax dicitur, quem nunc coxonem vocant. *Lucil. ibid.* hostilibu' contra Pestem, perniciemque catax, quam et Manliu' nobis. ¶ Etymologi docent, esse quasi *cadax*, hoc est qui sæpe cadit: vel a Græco κατάξαι, quasi κατεαγὰς τοὺς πόδας, fractos habens pedes. ¶ Porro *cadax*, et *coxo*, seu *coxus* voces sunt cadentis Latinitatis. Legitur autem utraque in *Gloss. Isid.*

CATE, adverb. *skilfully, ingeniously, neatly*, νουνεχῶς, τεχνικῶς, scite, accurate, acute, prudenter, callide. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 3. Sapienter, docte, cordate, cate. *Id. Mil.* 3. 1. 9. Cate legere locum loquendi. *Id. Men.* 2. 3. 61. Mulier, quæ te novit tam cate. *who knows you so thoroughly.* *Cic. in Arat.* v. 304. Tornare cate aliquid. *h. e.* ingeniose, artificiose.

CATECHESIS, is, f. *an instructing, teaching, catechizing*, κατήχησις, institutio, eruditio, et speciatim ea, qua prima scientiæ alicujus elementa traduntur. Ab Ecclesiasticis Scriptoribus sumitur pro institutione elementorum religionis Christianæ. *Hieronym.* ep. 61. *ad Pammach.* c. 4. Quæ indesinenter in Ecclesia docemus, et in catechesibus.

CATECHISMUS, i, m. κατηχισμὸς, idem quod catechesis: item libellus catechesin continens. *Augustin. lib. de Fide, et operib.* c. 13.

CATECHISTA, æ, m. *an instructor, master, catechist*, κατηχιστὴς, qui catechizat. *Hieronym.* ep. 51. *ad Domnion.* Nasianzenum, et Didymum in Scripturis sanctis habui catechistas.

CATECHIZO, vel Catechiso, as, a. 1. *to instruct, teach, catechize*, κατηχίζω, instituo, erudio, præsertim in elementis Christianæ Religionis. *Augustin. lib. de Fide, et operib.* c. 13. et *Tertull. de cor. mil.* c. 11. Catechizare aliquem. *Id.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 29. Catechizare alicui. *h. e.* in obsequium alicujus, ut sit *dativus commodi*, ut Grammatici loquuntur. *Id. de Idolol.* c. 10. Catechizare de aliqua re.

CATECHUMENA, æ, f. κατηχουμένη. *Augustin.* ep. 169. *ad Euseb.*

CATECHUMENUS, i, m. *a catechumen, one yet a novice in religious instruction*, κατηχούμενος, qui in elementis alicujus scientiæ instruitur. Ab Ecclesiæ Scriptoribus ita appellatur candidatus Christianæ religionis, qui mysteriis Fidei imbuitur, et ad Baptismum se præparat. *Tertull. de præscriptionib. advers. hæret.* c. 41. *Hieronym.* ep. 83. *ad Ocean.* c. 2. et *Augustin.* sæpe.

CATEGORIA, æ, f. *an accusing*, κατηγορία, Græca vox accusationem significans. Latinis litteris scripta legitur in quibusd. Editionib. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 3. Præterea *Hieronym.* ep. 62. *advers. Joann. Hierosolym.* c. 3. Hucusque apologia ejus, immo categoria. ¶ Item apud Logicos prædicamentum. *a category, order of ideas, predicament.* *Sidon.* l. 4. ep. 1. Inter Aristotelicas categorias artifex dialecticus atticissabas.

CATEGORICUS, a, um, *categorical*, κατηγορικὸς, ad categoriam pertinens, quæ prædicamentum significat. *Sidon.* l. 9. ep. 9. *ad fin.* Spuris categoricis lubricas quæstiones innodare. Liber tertius *Apulei de doctr. Plat.* a nonnullis inscribitur *de syllogismo categorico.* Hac tamen voce ipse *Apuleius* in eo libro nunquam utitur.

CATEJA, æ, f. *a sort of missile weapon, used by the Gauls and Germans*, genus teli missilis. *Serv. ad Æn.* 7. v. 741. Catejam quidam asserunt teli genus esse tale, quales aclides sunt, ex materia quam maxime lenta, cubitus longitudine, tota fere clavis ferreis illigata, quam in hostem jaculantes, lineis, quibus eam adnexuerant, reciprocum faciebant. Similia his tradit *Isid.* l. 18. *Orig.* c. 7. Uterque autem Gallorum proprium telum fuisse dicit. *Virg. loc. cit.* Teutonico ritu soliti torquere catejas. *Sil.* l. 3. v. 277. panda manus est armata cateja. Adde *Valer. Flacc.* l. 6. v. 83. et *Gell.* l. 10. c. 25.

CATELLA, æ, f. *a young bitch*, κυνίδιον, parva canis. *Juvenal.* sat. 6. v. 653. Morte viri cupiant animam servare catellæ. *Martial.* l. 3. epigr. 82. Catellæ lambentes. ¶ A cura catellæ. V. *Cura* sub fin. ¶ Item parva catena, *a small chain*, ἁλυσίδιον. *Cæcil.* apud *Non.* c. 3. n. 58. *Fest.* in *Redimiculum*, et *Priscian.* l. 1. pag. 556. *Putsch.* Hinc pro monili, armilla, ἀλύσιον, *a necklace; a bracelet.* *Liv.* l. 39. c. 31. *in fi.* Prætor suos equites catellis, ac fibulis donavit. *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 55. sæpe catellam, Sæpe periscelidem raptam sibi flentis. Adde *Caton.* *R. R.* c. 153. ¶ Adhibetur et in blanditiis, ut *catellus.* *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch.* c. 13. Mi catella, rebus tuis utere: vive, dum vivis.

CATELLŬLUS, li, m. *a young whelp*, parvus catellus. Agnoscitur a *Diomed.* l. 1. pag. 313. *Putsch.*

CATELLUS, li, m. *a little dog, whelp, puppy*, σκυλάκιον, κυνίδιον, parvus catulus canini generis. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 46. Catellus mortuus. *Alii leg.* Catella mortua. Sed et *Valer. Max.* l. 1. c. 5. n. 3. idem narrans, quod *Cicero, catellum* dicit. *Plaut. Stich.* 4. 2. 40. Tantillum loci, ubi catellus cubet, id mihi sat est loci. *Juvenal.* sat. 9. v. 61. Catellus lusor. ¶ Adhibetur in blanditiis amantum. *Plaut. Asin.* 3. 3. 103. Dic me anaticulam, columbam, vel catellum, &c. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 259. Sume, catelle: negat &c. Sunt qui lectionem sollicitant. Ceterum eadem ratione *agnellum, hædillum, vitellum* dicebant. V. et *Catella.* ¶ Est etiam genus vinculi, quo servi alligabantur, V. *Canis.* *Plaut. Curcul.* 5. 3. 13. Delicatum te hodie faciam, cum catello ut accubes: ferreo ego dico.

CATĒNA, æ, f. *a chain*, σειρὰ, ἄλυσις, vinculum ex connexis anulis compositum. Quidam derivant a Græco καθ' ἕνα, qui varios anulos nectit, atque unit; vel a κάθεμα, monile: ex quo fortasse factum est, ut *cathena* a multis scriptum sit: quod certe est contra Latinam consuetudinem. *Plaut. Capt.* 1. 2. 3. His captivis indito catenas singularias: istas majores, quibus sunt vincti, demito. *Cic. Verr.* 7. c. 41. Injicere catenas alicui. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 47. Conjicere aliquem in catenas. *Id. ibid.* l. 5. c. 27. Tenere aliquem in catenis. *Vellei.* l. 2. c. 82. Catenis aureis vincire. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 65. et *Horat.* l. 3. od. 11. *sub fin.* Onerare catenis. *Sueton. de clar. Rhet.* c. 3. In catena esse. *h. e.* vinctum esse. *Plaut. Capt.* 2. 1. 9. Esse cum catenis. *Horat.* l. 1. od. 29. v. 5. Nectere catenas alicui. *Id.* l. 1. ep. 2. v. 63. Compescere aliquem catena. *Id.* l. 1. od. 37. v. 20. Dare aliquem catenis. *Flor.* l. 3. c. 5. *ad fin.* Catenas dare alicui. *Id.* l. 2. c. 18. *in fi.* Ducere aliquem in catenis. *Sallust. in Jug.* c. 68. Habere aliquem in catenis. *Liv.* l. 29. c. 21. *sub fin.* Damnare aliquem, et in catenis Romam mittere. *Plin.* l. 7. c. 28. Custodire in catenis. *Stat.* 12. *Theb.* v. 460. manus insertare catenis. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 31. Catenas alicui exsolvere. *Sueton. de clar. Grammat.* c. 15. Surripere aliquem catenis. *Plaut. Men.* 1. 1. 8. Eximere se ex catenis. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 39. Solutus ex catenis. ¶ *Catenarum colonus* dicitur per convicium servus, qui in catenis diu fuit, apud *Plaut. Asin.* 2. 2. 32. ¶ Sumitur etiam pro quovis nexu, quo aliquid conjungitur, et ligatur. *any tie or band.* *Vitruv.* l. 7. c. 3. Hique asseres catenis dispositis ad contignationes crebriter clavis ferreis fixi religentur. *Pallad.* l. 1. tit. 13. Asseres catenis ligneis ex junipero, aut oliva, aut cupresso factis ad contignationem suspendemus. *pins, or wooden brackets.* ¶ Item pro cingulo, *a girdle, belt, sash.* *Plin.* l. 33. c. 3. Habeant feminæ aurum in armillis digitisque totis, collo, auribus, spiris: discurrant catenæ circa latera, &c. ¶ Translate *Cic. pro Sext.* c. 7. Hanc immanem bestiam vinctam auspiciis, constrictam legum sacratarum catenis, &c. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 63. Animum frenis, et catena compescere. *bondage.* *Lucret.* l. 2. v. 630. inter se forte catenas Ludunt in numerumque exsultant. *h. e.* choreas agunt manibus, quasi catenis invicem nexi. Al. aliter leg. ¶ Pro ordine rerum invicem connexarum *Gell.* l. 6. c. 2. Fatum est sempiterna quædam, et indeclinabilis series rerum, et catena. *chain.* ¶ Quæstio peculatus *plena catenarum* dicitur a *Cicer. pro Mur.* c. 20. hoc est plena vinctorum, atque indicum. ¶ De catena inter meteora V. *Halysis.* ¶ Quidam Paulus Constantii Imp. minister, quia erat in complicandis negotiis artifex dirus, *catena* cognomento dictus est. *Ammian.* l. 14. c. 5. *ad fin. al.* c. 13.

CATENARIUS, a, um, *relating to a chain, catenary*, ἁλυσίδετος, qui catena ligatur, ut canis ad fores domus causa custodiæ. *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 37. Irasceris catenario cani. *chained.* Adde *Petron. in fragment. Tragur.* c. 72. *Burman.*

CATENATĬO, onis, f. *a chaining, tying, or binding*, συζυγία, colligatio, quæ catena, vel alio quovis ligamine fit. *Vitruv.* l. 2. c. 9. Ulmus, et fraxinus aridæ factæ siunt duriores, et in commissuris, et coagmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt catenationes. *Id.* l. 10. c. 1. Machina scansoria catenationibus, et transversariis et plexis colligationibus, et erismatum fulturis continetur. *Petron. in Satyr.* c. 34. Cum larvam argenteam super mensam abjecisset, et catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret. *h. e.* junctura, et commissura partium versatilium. *catenation, link.*

CATENĀTUS, a, um, *bound by a chain, chained*, ἁλυσίδετος, catena vinctus. *Horat.* epod. 7. v. 8. Britannus catenatus. *Flor.* l. 3. c. 19. Frequentia ergastula, catenatique cultores. *Plin.* l. 9. c. 15. Piscis ad mille libras catenato captus hamo, nec nisi boum jugis extractus. *Martial.* l. 7. epigr. 60. Catenatæ lagenæ. Adde *Sueton. in Aug.* c. 13. et *in Tiber.* c. 64. ¶ *Catenatus* equorum linguas vocat *Stat.* 4. *Theb.* v. 731. frenum in ore habentium. *bridled.* ¶ *Catenatas palæstras* dixit *Id.* l. 2. silv. 1. v. 110. quia luctantes se mutuo implicant brachiis, et cruribus, et quasi catena constringunt. *Catenatus lectus* apud *eund.* 7. *Theb.* v. 63. est rete invisibili circumdatus a Vulcano, ut Martem cum Venere cubantem deprehenderet. ¶ *Catenatus janitor* dicitur a *Colum. in præfat.* l. 1. servus ostiarius, quem ditiores habere solebant in catenis ad ostium ædium custodiæ causa. V. *Ovid.* l. 1. *amor.* eleg. 6. *a porter.* ¶ Translate *Quintil.* l. 1. c. 1. (*al.* c. 2.) *in fi.* Versus affectatæ difficultatis, ex pluribus, et asperrime coeuntibus inter se syllabis catenati. *chained, connected.* *Martial.* l. 1. epigr. 16. Exspectant curæque, catenatique labores. *h. e.* se se invicem sequentes, et non intermissi. *continued, unremitting.*

CATĒNO, as, a. 1. *to chain*, σειρεύω, catena vincio. *Venant. Fortunat.* l. 2. carm. 14. Petrus, qui cælum clave catenat. Adde lib. 8. carm. 4. *post med.*

CATENOPLĬUM, ii, n. *a sort of military air, to which they danced in arms*, κατενόπλιον, vox Græca significans genus quoddam carminis, ad quod saltabant arma quatientes, ut *Suidas* docet. *Auson.* ep. 10. *in fi.* Nobiscum invenies catenoplia, si libet uti. Al. scribunt κατενόπλια Græcis litteris: alii etiam aliter leg. [† V. *Pyrrhica.*]

CATENŬLA, æ, f. *a little chain*, ἁλυσίδιον, parva catena. *Paulin. Nolan. in Nat. XI. S. Fel. edit. Murator.* v. 462.

CATERVA, æ, f. *a troop, battalion, body of foot*, στῖφος, præcipua pars exercitus, apud multas Barbaricas gentes, ea ratione, qua *legio* apud Romanos. *Veget.* l. 2. *rei milit.* c. 2. Macedones, Græci, Dardani phalanges habuerunt, et in una phalange armatorum octo millia censuerunt: Galli, atque Celtiberi, pluresque barbaricæ nationes catervis utebantur in prœlio, in quibus erant sena millia armatorum. Romani legiones habent, &c. Ex his apparet, hanc vocem externæ originis esse: quæ tamen a Romanis passim recepta est, atque usu Latina facta. *Horat.* l. 1. od. 8. *extr.* Lyciæ catervæ. *Id.* l. 4. od. 4. v. 23. Vindelicum catervæ late victrices. ¶ Dicitur sæpissime de quacumque militum manu. *a band or company of soldiers.* *Nepos in Chabr.* c. 1. Catervæ conductitiæ fugatæ. *Cic. pro Dom.* c. 42. Forum armatis catervis perditorum hominum possidere. *Petron. in Satyr.* c. 124. *de exercitib. Cæsar. et Pomp.* toto fluitantes orbe catervas. *troops.* ¶ Aliquando ita sumitur, ut peditum multitudinem tantummodo significet, *a battalion of infantry*: quemadmodum *turma* de equitibus dicitur. *a squadron of horse.* *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 190. Dum fugiunt equitum turmæ, peditumque catervæ. *Virg. Æn.* 7. v. 804. et l. 11. v. 433. Agmen agens equitum, et florentes ære catervas. ¶ Item aliquando de peculiari ordine aciei quadrato. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 42. Cominus, eminus, catervis, et cuneis concurrebant. *in battalions.* ¶ Sæpe de quacumque hominum multitudine extra militiam, *a rout, multitude, confused party, concourse of people.* *Cic.* 3. *de Orat.* c. 50. *in fi.* Catervæ, et conventus hominum. *Id. ibid.* l. 1. c. 40. *in fi.* Vagari magna cum caterva toto foro. *with a numerous train of attendants.* *Id. Verr.* 7. c. 43. Catervæ testium. *a host of witnesses.* *Sallust. in Catil.* c. 14. Omnium flagitiosorum, atque facinorosorum circum se, tanquam stipatorum, catervas habebat. *Virg.* 11. *Æn.* v. 478. Subvehitur magna matrum regina caterva. *Martial.* l. 11. epigr. 48. Catervæ feminæ. *crowds of women.* ¶ Item de animalibus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 456. Catervæ avium. *flocks.* *Tibull.* l. 3. eleg. 4. v. 87. anguium. *Apulei.* l. 4. *Metam.* canum. ¶ De rebus inanimis. *Gell.* l. 15. c. 2. Vili, et incondita verborum caterva hortabatur omnes ad bibendum. *a farrago of words.*

CATERVARĬUS, a, um, adject. *Sueton. de Aug.* c. 45. Spectavit studiosissime pugiles, non legitimos, atque ordinarios modo, sed et catervarios oppidanos, inter angustias vicorum pugnantes [illegible] h. [illegible] qui non singulis cum singulis, [illegible] rent, et per catervas, [illegible] *ly.* V. [illegible] l. 2. [illegible] pag. 106. n. 1. [illegible] gies.]

CATERVĀTIM, adverb. *in companies or troops; in crowds*, [illegible] 27. Jam [illegible] currerent, [illegible] 102. [illegible] neque [illegible] uti [illegible] 3. [illegible] l. 10. c. 24. [illegible]

CATHARTICUS, a, [illegible] *opening*, [illegible] *cathartic* [illegible] c. 12. [illegible] omnibus [illegible] tum videtur [illegible] [illegible] *in fi.* [illegible] *med.* [illegible] poribus, [illegible]

CATHEDRA, æ, f. *a seat, chair*, καθέδρα, sedile, sella. *Juvenal.* sat. 7. v. 47. Quæque reportandis posita est orchestra cathedris. *Martial.* l. 12. epigr. 18. [illegible] toga: sed [illegible] Adde *Plin.* [illegible] ¶ Speciatim sumitur pro sella molliore, et delicatiore, qua utebantur mulieres, et delicati etiam homines: eaque non solum domi, sed etiam foris, [illegible] loco. *a [illegible] seat, or chair, appropriated to women, but used also by* [illegible] (quandoquidem inter sellam et cathedram discrimen [illegible], ut [illegible] *elector.* c. 19. [illegible] inter [illegible] cathedram [illegible] l. 4. eleg. 5. v. 37. Supplex [illegible] sedet: [illegible] cathedra Quemlibet. [illegible] Hinc atque [illegible] &c. [illegible] v. 5. [illegible] longeque [illegible] *Martial.* l. 3. epigr. 63. [illegible] qui [illegible] cathedras Deside[illegible] dra. ¶ Quas [illegible] in quibusdam [illegible] *(a sort of litter.)* ¶ [illegible] mulieres [illegible] 90. [illegible] est [illegible] ipse [illegible] *spectac.* c. 4. ¶ Dicitur etiam de sellis magistrorum, et professorum, *a chair, or* [illegible] *out of.* *Juvenal.* sat. 7. v. 2[illegible] sterilisque cathedræ, sicut [illegible] secundi. *Martial.* [illegible] (*v. c. in fin.*) æra sonant: ac circum [illegible] cathedras [illegible] Hinc [illegible] pro ipso munere Professorum. [illegible] *Professor* [illegible] *a Professorship.* *Auson.* [illegible] cathedram temere usurpasse [illegible] nec meruisse putant. ¶ Apud *Sidon.* [illegible] 9. l. 7. [illegible] *cathedra* pro sede, [illegible]

CATHEDRALICIUS, a, um, ad cathedram pertinens. *Martial.* l. 10. epigr. 13. Cum cathedralicios portet tibi rheda ministros. *h. e.* pueros [illegible] quam viris. [illegible] hominum [illegible] voce [illegible]

CATHEDRĀLIS, le, V. *Cathedr*[illegible].

CATHEDRARĬUS, a, um adject. [illegible] cathedram pertinens. *Sidon.* l. 1. *ep.* [illegible] mum reportatus est. *h. e.* qui [illegible] tant. *chairmen*, [illegible] ¶ [illegible] sæ cathedræ. *Paul.* [illegible] 10. [illegible] tis quibus subsellia [illegible] apud *Hanovar.* At [illegible] cathedraria quibus [illegible] quod minime probandum videtur. ¶ [illegible] *philosophi* dicuntur a *Senec. de* [illegible] c. 10. qui [illegible] am profitentur, et [illegible] publice [illegible] *public professors* [illegible] *practical part of* [illegible] Eos autem præstin[illegible] sophiam verbis [illegible] et vita [illegible] *orators* [illegible] artem [illegible]

CATHEDRARIUS [illegible] quotidianorum [illegible] *deatus* [illegible] hymnos [illegible] sol [illegible]

CATHĔTER, eris, m. *a catheter; a hollow and somewhat crooked instrument to draw* [illegible] *when impeded by* [illegible]

ηρος, instrumentum chirurgicum, quod in vesicam immittitur ad ejus vitia curanda, et urinam eliciendam. Vox Græca a *καθίημι*, demitto, immitto, legitur Latine apud *Cœl. Aurelian. Chronic.* l. 2. c. 1. n. 13.

CATHĔTUS, i, f. *a perpendicular line*, *κάθετος*, linea perpendicularis: a *καθίημι*, demitto. *Vitruv.* l. 3. c. 3. Secundum abacum lineæ demittendæ, quæ catheti appellantur.

CATHOLĬCE, adverb. *καθολικῶς*, in universum, universe. *Tertull. de præscriptionib. advers. hæret.* c. 26. Etsi quædam inter domesticos disserebant, non tamen ea fuisse credendum est, quæ aliam regulam fidei superducerent contrariam illi, quam catholice in medium proferebant. *altogether, universally. Id. de fuga in persecut.* c. 3. Hæc catholice fiunt. *h. e.* passim. ¶ Item secundum doctrinam Catholicorum. *Hieronym.* l. 2. *in Ruf.* c. [3. Catholice dictum.

CATHOLICIĀNI, orum, ministri, et officiales Catholicorum. *Impp. Arcad.* et *Honor.* lib. 9. *Cod.* tit. 49. *leg. pænult.* Exceptis dumtaxat Cæsarianis, vel Catholicianis, qui, &c. Al. leg. *Cæsarianis, idest Catholicianis.* Porro *Catholicorum* sequiori ævo dignitas, et magistratus fuit in Africa præsertim; quos eosdem fuisse, ac Procuratores fisci, non uno in loco ostendit *Cujacius*, nempe exigendis tributis præfectos: quod probat etiam *Du Fresne in Glossar.*

CATHOLĬCUS, a, um, *universal, extending to all*, *καθολικὸς*, universalis, ad omnes pertinens. *Plin.* l. 1. *Hist. nat. in elencho* l. 2. n. 15. Catholica siderum errantium. *h. e.* ea, quæ universim pertinent ad sidera errantia. Sic n. 55. Catholica fulgurum. *Apul. in Trismeg.* pag. 100. *Elmenhorst.* Cælestes dii catholicorum dominantur, terreni incolunt singula. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 17. Catholica, et summa bonitas Dei. ¶ *Catholica traditio* dicitur ab eodem *Tertull. de monogam.* c. 2. quæ ubique, et apud omnes disseminata est, et ab omnibus recipi debet: qua ratione *Catholica fides*, est Fides Christiana apud *Prudent. peristeph.* 4. v. 24. et alios Ecclesiasticos Scriptores passim. et *Catholici populi* apud *eund. ibid.* v. 30. sunt Christiani. *Catholic.* ¶ Metrica necessitate, ut in *Italia*, sic in *Catholicus* prima producitur. *Prudent. in Apoth.* v. 70.

CATI FONS dicebatur, ex quo aqua Petronia in Tyberim fluebat, quia in agro erat cujusdam Cati. *Fest.*

CATIĀNUS, a, um, ad Catium pertinens, quod est nomen viri proprium: ut *Catiana spetra*, *Cic. Fam.* 15. ep. 16. et *Cassius ad Cicer. ibid.* ep. 19.

CATICARĬUS VICUS ponitur a *P. Vict.* in quinta regione Urbis Romæ: sed unde dictus sit, ignoratur.

CATILĪNA, æ, m. L. Sergius Catilina Patricius R. qui cum multis aliis ex Nobilitate contra Rempubl. conjuravit, exercitu etiam in Etruria parato adversus Patriam. Detecta conjuratione nonis Decembris prudentia M. T. Ciceronis tum Consulis in exsilium concessit. Inde exercitum Romam versus movit. Victus a C. Antonio altero Consule in prœlio desperatissime pugnans interiit. Hanc historiam scripsit *Sallustius*. *Lucan.* l. 7. v. 63. *de Cicer.* cujus sub jure, togaque Pacificas sævus tremuit Catilina secures.

CATILINĀNUS, a, um, ad Catilinam pertinens. *Plin.* l. 2. c. 51. Catilinana prodigia. *Id.* l. 33. c. 2. Catilinanæ res. *Alii hoc loco aliter leg.*

CATILINARĬUS, a, um, *Catilinarian*, Catilinanus. *Cic. Catil.* 2. c. 10. Seminarium Catilinarium futurum. *Quintil.* l. 3. c. 8. Bellum Catilinarium.

CATILLA, æ, f. *Plaut. Cas.* 3. 2. 21. Operam uxoris polliceor foras, quasi catillæ. *h. e.* quasi feminæ, quæ per alienas ædes cursitat ligurriendi causa: ut *catilla* dicatur ea ratione, qua homo ligurritor *catillo* dicitur. Sunt qui aliter interpretantur: sunt etiam qui aliter legunt. V. *Catillo, as.*

CATILLAMĬNA, et CATILLAMENTA, } V. *Castellamentum.*

CATILLATĬO, onis, f. *a licking*, *λιχνεία*, actus lingendi. *Festus*: Catillatio grave opprobrium objiciebatur hominibus generosis, si qui provincias amicas pop. Rom. expoliassent.

CATILLĀTUS. V. *Catillo, as.*

CATILLI, orum, m. populi Sabinorum ad Catillum montem, et Anienem fluvium. Prima syllaba producitur a *Virg.* 7. *Æn.* v. 672. et *Sil.* l. 4. v. 225. ut legendum ibi monet *Heins.* et l. 8. v. 366. Corripitur a *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 100.

CATILLO, as, a. 1. *to lick the dishes, feed greedily*, est catillos lingere. *Fulgent. de prisco serm.* n. 22. docet *catillare* esse per alienas domos cursitare: ductum a catulis, qui per omnes domos lingendi causa circumeunt. *Plaut. Cas.* 3. 2. 21. Operam uxoris polliceor foras, quasi catillatum. Ita leg. *Fulgent.* Alii aliter. *Id. Fulgent.* affert etiam hæc ex *Catullo* verba: *Catillata geris vadimonia publicum prostibulum:* quæ alii *Petronio* tribuunt, alii *Propertio*, sed frustra.

CATILLO, onis, m. *a glutton, lick-dish*, *λίχνος*, ligurritor, et generatim gulosus: a catillis, idest catinis lingendis. Proprie *catillones* dicti sunt, qui ad sacrificium Herculis ultimi cum venirent, catillos liguriebant. Translate etiam lupi pisces dicti sunt *catillones* a *Lucilio*, qui inter duos Tiberis pontes proxime ripas stercore vescebantur. Hæc omnia habet *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 12. *in fi.*

CATILLUS, i, m. *a little dish, or porringer*, parvus catinus, *λεκάνιον, λεκανίδιον*. *Colum.* l. 12. c. 57. Hanc mixturam cum in catillo composueris, oleum superfundito. *Asin.* apud *Charis.* l. 1. pag. 61. *Putsch.* Volitantque urbe tota catilli. *Valer. Max.* l. 4. c. 3. n. 5. Ligneo catillo cœnans Curius. ¶ Reperitur etiam *catillum, i*, n. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 50. *Burman.* Facere catilla, et paropsides. *Priscian.* quoque l. 1. pag. 556. *Putsch.* genus neutrum agnoscit. ¶ In illo *Plinii* l. 33. c. 12. Cum capuli militum, ebore etiam fastidito, cælentur argento, vaginæ catillis, baltei laminis crepitent: *catillos* intellige lamellas in catillorum figuram efformatas, quibus vaginæ ornabantur, ut est apud *Burman. ad Petron. loc. cit.* ¶ Est etiam *catillus* superior molæ molendariæ pars, sicut *meta* inferior. *the upper mill-stone; the runner.* Ita *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 18. Sed male *catillum* ab eo definiri, vel saltem inverso ordine ejus verba posita esse, putant *Scalig. ad Manil.* et *Salmas. in Exercit. Plin.* V. *Mola.*

CATILLUS filius Amphiarai, qui cum fratribus Corace, et Tiburto in Italiam venit, et urbem condidit, quam a fratre Tibur vocavit. *Sil.* l. 8. v. 366. ¶ Item mons, [† hod.] *Monte di Tivoli*, apud Tibur urb. et Anienem fluvium. *Serv. ad* 7. *Æn.* v. 672. [*CATILLUS filius Amphiarai, &c.* Hæc omnia delenda esse arbitror, et ea, quæ sequuntur, reponenda. CATILLUS filius Amphiarai post patris interitum tres liberos in Italia procreavit, Tiburtum, Coram, et Catillum, qui, depulsis ex oppido veteribus Sicanis, a nomine Tiburti fratris natu maximi urbem vocaverunt. Hæc narrat *Solin.* c. 2. *Sil.* l. 8. v. 366. Et Tibur, Catille, tuum. *Horat.* l. 1. od. 8. v. 2. sublata consonante Catilum media brevi extulit. Circa mite solum Tiburis, et mœnia Catili. Primam vero corripuit *Stat. silv.* l. 1. carm. 3. v. 100. Alciden, dictumque lyra majore Catillum. Ceterum mons Catilli, cujus meminit *Serv. ad Æn.* l. 7. v. 672. est idem Tibur, ac propterea perperam putavit *Forcellinus* Catillum nomen esse montis cujusdam apud Tibur.]

CATĪNA, et Catăna, æ, *et Græca positione* Catane, es, f. [† nunc] *Catania*, *Κατάνη*, urbs Siciliæ in ora Orientali, Ætnæ monti vicina, colonia olim Rom. Græci omnes per *a* scribunt secundam syllabam, Latini fere per *i*, ut in MSS. *Plinii* invenisse se *Harduin.* testatur. *Dausq. in Orthograph.* et *Salmas. in Exercit. Plin.* probant, ut per *i* scribamus: sic etiam *Numidas* dici, qui Græce *Νομάδες* sunt, et *Massilium*, quæ *Μασσαλία*, &c. *Plin.* l. 3. c. 8. Colonia Catina. *Sil.* l. 14. v. 196. Tum Catane nimium ardenti vicina Typhœo. *Silium* hoc loco per *a* Græco more scripsisse, veri simillimum est, quia Græcam quoque positionem adhibuit, inquit *Drakenborch.*

CATINENSIS, et Catanensis, se, ad Catinam pertinens. *Cic. Fam.* ep. 13. L. Manlius Catinensis. ¶ *Catinenses, ium*, *Καταναῖοι*, sunt ejus urbis incolæ. *Cic. Verr.* 4. c. 49. ¶ Hos male olim audisse ob mollitiem, effeminatosque mores, colligunt quidam ex illo *Juvenal.* sat. 8. v. 16. Si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum, &c. Sed ideo *Catinensem* cognominavit, quia Catinensis ager propter incendia vicini Ætnæ, eo lapide abundat. Unde *Sever. in Ætna*, v. 477. Sic velut in fornace lapis, torretur, et omnis Exuitur penitus venis: subit altius humor: Amissis opibus levis, et sine pondere pumex. *Vitruv.* l. 2. c. 6. etiam Vesuvio similem lapidem tribuit: item *Plin.* l. 6. ep. 16. ¶ Apud *Justin.* l. 4. c. 3. ter legitur *Catiniensis* in plerisque ejus Codicib.

CATINIENSIS, V. *Catinensis.*

CATINŬLUS, li, *a little dish*, catillus. Usurpatum est a *Varron. ad Cic.* teste *Charis.* l. 1. pag. 61. *Putsch.*

CATĪNUM, i, n. et Catinus, i, m. *a large dish or platter*, *λεκάνη, τρυβλίον*, vas escarium, et culinarium fictile, vel ligneum, vel ex alia quapiam materia. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 25. *ad fin.* docet a Siculis dictum esse *κάτινον*, vel ut *Scalig.* legi vult, *κάτανον*. *Id.* l. 1. *R. R.* c. 63. In sole ponere oportet aquæ catinos, quod eo conveniunt, ut ipsi se necent, curculiones. *Id.* apud *Non.* c. 15. n. 26. Acetabula, catini, patenæ. *Mæcenas* apud *Charis.* l. 1. pag. 60. *Putsch.* fumans calido cum farre catinus. *Cato R. R.* c. 84. Catinum fictile oleo ungito. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 115. inde domum me Ad porri, et ciceris refero, laganique catinum. *Pers.* sat. 3. v. 111. positum est algente catino Durum olus, et populi cribro decussa farina. ¶ Aliis quoque usibus inservit. *Plin.* l. 33. c. 4. et 6. memorat *catinos ex tasconio*, in quibus metalla coquuntur. *a pot to melt metals in; a melting-pot. Sueton. in Galb.* c. 18. Senex atratus in catino vitreo tus tenens. *a censer. Apul. in Apolog.* Simpulo, et catillo fictili sacrificare. ¶ Per similitudinem *catini saxorum* dicuntur cavitates in saxis naturaliter excavatis, in quas aliquid congeritur. *Plin.* l. 34. cap. 12. Calcantum fit et in saxorum catinis, pluvia aqua corrivato limo gelante.

CATĬUS, ii, m. Deus apud Romanos, qui pueris præerat, ut eos *catos*, hoc est acutos, solertes, et prudentes faceret. *Augustin.* l. 4. *de civit. Dei*, c. 21. ubi aliis placet legi *Cautius* a *cautus, a, um.* ¶ Fuit præterea *Catius* cognomen Rom. de quo multa exstant testimonia in veteribus monumentis apud *Gruter.* A voce *Cato* ductum esse putat *Sigon. de nom. Romanor.*

CATLASTER, tri, m. *a grown boy, stripling*, grandior puer, adolescentulus. *Vitruvio* hanc vocem restituit *Turneb.* l. 24. *Adversar.* c. 7. pro eo quod vulgo legebatur *catastos*, l. 8. c. 4. Catlastri autem forma, quam *Charisius* habet l. 1. pag. 65. *Putsch.* contracta est ex *Catulaster*, quod in diminutivis ex *Catulus* ponit *Priscian.* l. 3. pag. 618. et l. 4. pag. 628. Gloss. Vet. *Catulaster*, *βούπαις*. Et Gloss. Cyril. *Catulaster*. *πάλληξ*. ¶ Hinc est *Catulastra*, *æ*, f. puella jam grandis, et viri patiens. *a marriageable girl. Dragon. in fi.* lib. 2. Non catulastra gerit puerilia; non puer audet Attrectare tener Martia tela manu.

CATLITĬO, V. *Catulitio.*

CATO, onis, m. Catonum familia ex Tusculano municipio ortum traxit, et perillustris Romæ fuit propter celebres viros, qui ex ea prodierunt. Primus M. Porcius Cato se Romam contulit, amicitia, et suasione Val. Flacci. Natus est Q. Fabio Maximo, eo, qui Tarentum recepit, primum Consule. Fuit æqualis Africani Superioris, et Q. Fabii Maximi. Gessit censuram summa severitate. Hinc *Censorius* dictus est. Scripsit historiam, et libros de originibus rerum, item de re Rustica, et alia. Reliquit plurimas orationes, in quibus omnes Oratoriæ virtutes inerant. Ex his solus liber de re Rust. superest: aliorum scriptorum aliquot solummodo fragmenta. Fuit Stoicus, sed summa humanitate. Sapiens etiam nominatus est. Filium præstantissimum genuit, qui ante patrem mortuus est Prætor designatus. Diutissime vixit, et floruit in senectute. Linguam Græcam in senectute didicit. Annos natus 85. mortuus est. L. Marcio, M. Manilio Coss. annis 86. ante Ciceronem Consulem. Præter *Cicer.* qui passim in scriptis suis ejus mentionem facit, et præsertim *de Senect.* et 3. *de Orat.* c. 33. summis laudibus prædicant etiam *Liv.* l. 34. c. 18. et lib. 39. c. 40. et 42. *Plin.* l. 7. c. 27. et lib. 14. c. 4. *Valer. Max.* variis in locis, et alii. ¶ Fuere alii Catones, omnes viri gravissimi, de quibus legendus est *Gell.* l. 13. c. 19. ubi totam ejus familiæ rationem exponit. In iis celeberrimus est M. Cato, cognomento *Uticensis*, Imperator in Africa. Hic, cum ceteri omnes se Cæsari traderent, mortem sibi suis manibus maluit Uticæ consciscere, quam Tyranni vultum aspicere. Hujus elogia exstant apud *Sallust. in Catil.* c. 57. *Vellei.* l. 2. c. 35. *Lucan.* l. 2. v. 380. et alibi, item *Senec.* multis in locis. ¶ Per translationem dicitur de viro gravi, severo, constanti, et integris moribus. *Senec.* ep. 120. Quidam alternis Vatinii, alternis Catones sunt. *Catos. Juvenal.* sat. 2. v. 40. Tertius e cælo cecidit Cato. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 68. Fabius Sabinus alter sui temporis Cato. ¶ Et de moroso, ac difficili. *Phædr.* l. 4. fab. 6. v. 21. Quid possum facere tibi, lector Cato, Si nec fabellæ te juvant, nec fabulæ? *morose, hard to please.* ¶ *Contenti simus hoc Catone*, proverb. Augusti, quoties hortabatur ad ferenda præsentia, quæcumque essent. *Sueton. in ejus vita*, cap. 87.

CATOBLĔPAS, æ, m. *κατωβλέπας*, fera est in Æthiopia ad Nili caput, modica alioquin, ceterisque membris iners, caput tantum prægrave ægre ferens: id dejectum semper in terram (unde et nomen traxit a *κάτω*, deorsum, et *βλέπω*, aspicio) alias internecio humani generis, omnibus, qui oculos ejus videre, confestim expirantibus. Ita eam *Plin.* l. 8. c. 21. describit. Adde *Pompon. Melam.* l. 3. c. 9. *ad fin.*

CATOCHĪTES, æ, m. *κατοχίτης λίθος*, gemma est in Corsica, ceteris major; mirabilis, si vera traduntur, impositam manum, veluti gummi retinens: a *κατέχω*, retineo. *Plin.* l. 37. c. 10.

CATOMIDĬO, as, a. 1. est *κατ' ὤμων τύπτειν*, humeros verberare. *to strike on the shoulders. Petron. in Satyr.* c. 132. Vocat cubicularios, et me jubet catomidiari. *Spartian. in Adrian.* c. 18. Decoctores bonorum suorum catomidiari in amphitheatro, et dimitti jussit. Ita leg. *Salmas.* et *Gruter.* At *Casaubon. ad Spartian.* vult *catamidiari*: et sic *catamidio, as*, significat publice irrisui præbere, ac ludibrio, *καταμειδιᾶν*. Alii alias lectiones, ex varia conjectura, ad utrumque locum commenti sunt.

CATOMITARĬI quid sint apud *Ennium*, non facile dixeris. Verba *Ennii* sunt apud *Serv. ad Æn.* 9. v. 329. Quo tamen temere itis citati, catomitarii? *Merula* habet: quo tam temere iti' citate Catomeraris. Videtur utrobique vox corrupta. Si liceret reponere *catomidiarii*, lux aliqua appareret in voce præced. et esset convicium.

CATŌNES, V. *Cothon.*

CATONIĀNUS, a, um ad Catonem pertinens. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 6. Catoniana familia. *Senec. de Tranquill. anim.* c. 7. Catoniana ætas. *h. e.* qua Cato vixit. *Id.* ep. 94. Catoniana præcepta. *Martial.* l. 9. epigr. 28. Catoniana lingua.

CATONĬUM, ii, n. locus inferorum, inferi: *hell, the shades below*: a *κάτω*, infra, vel deorsum. *Laber.* apud *Gell.* l. 16. c. 7. Tollet bona fide vos Orcus nudas in catonium. *Gell.* enumerat inter ea, quæ obsoleta, et maculantia ex sordidiore vulgi usu *Laberius* adhibuit. Sunt tamen qui *Ciceroni* quoque tribuunt l. 7. *Fam.* ep. 25. sed valde incerta ea lectio est. Præterea apud *Laber.* alii leg. *charonium*, a Græco *χαρώνειον*, seu *χαρωνεῖον*, quo significa-

tur barathrum gravem odorem exhalans; et translate Orcus, Lethum. Huc referri potest, quod docet *Pollux* l. 8. c. 9. χάρωνιον dictam esse portam carceris, qua damnati ducebantur ad supplicium, quasi illac via esset ad Carontem. [¶ Et pro sepulcro apud *Campol. in Latholet*. Catonium fecit Decius.]

[* CATOPYRITIS, itidis, f. gemma quædam apud *Plin.* l. 37. c. 10. sect. 56 Catopyritis e Cappadocia provenit.]

CATORCHITES VINUM, *wine made from figs*, οἶνος κατορχίτης, vinum sycites, hoc est e ficu factum. *Plin.* l. 14. c. 16. ¶ Videtur ita appellatum a κατορχέομαι, demulceo, quia lentum admodum, ac lene est.

CATTA, æ, f. *Martial.* l. 13. epigr. 69. cujus lemma est *Cattæ*: Pannonicas nobis nunquam dedit Umbria cattas: Mavult hæc domino mittere dona Pudens. *Martial.* tum in præcedentibus, tum in sequentibus distichis de variis avibus agit: quare etiam *catta* istæ inter aves censendæ sunt, et quidem Pannoniæ peculiares, ut ipse *Martial.* indicat (quamvis non constet, quodnam avium genus hoc nomine designetur) neque audiendi, qui mustelas silvestres esse putant, multo minus qui *feles* interpretantur. [† Inter quos *Gesnerus* in v. Angli dicunt *a cat*. *Nestoris Novariensis Vocab.* (rarus visu libellus, Venetiis anno 1506. impressus opera et impensa Joannis de Tridino) de pisce intelligit. Verba ejus sunt: *Catta*.... *genus est piscis, de quo Martialis*; *Pannonicas nobis* &c. Sed rectius de ave: et sic vel Domitii Chalderini et Georgii Merulæ in Martialem Commentarii.] ¶ Apud *Gell.* l. 10. c. 25. ubi varia navium nomina recenset, pro *stlatæ* quidam legunt ex MSS. quibusdam *cattæ*, sed hoc valde incertum est. [† In Gellii loco *cattæ* etiam lectio est optimæ notæ, quæ penes me est, editionis, Venetiis A. S. 1494. per Bonetum Locatellum impressæ. Videtur genus esse navigii, quod et Angli nos dicimus *a cat*.]

CATTI, orum, m. populi sunt Germaniæ prope Hercyniam silvam, ubi nunc *Hassia*, eorumque regio Hassia cum parte Turingiæ, &c. *Tacit. de Germ.* c. 30. *Juvenal.* sat. 4. *sub fin. Sueton. in Domit.* c. 6. &c. ¶ Apud *Plin.* l. 4. c. 14. legitur *Chatti* cum aspiratione.

CATŬLA, æ, f. *a little bitch*; *a whelp, puppy*, parva canis, κυνίδιον. *Propert.* l. 4. eleg. 3. v. 55. Glaucidos et catulæ vox est mihi grata querentis. *Aurel. Vict. in Epit.* c. 23. *de Heliogab.* Hujus corpus per Urbis vias, more canini cadaveris, a milite tractum est, militari cavillo appellantium indomitæ, et rabidæ libidinis catulam.

CATULARIUS, a, um, adject. ad catulum pertinens, ut *Catularia porta* Romæ ita dicta, quia non longe ab ea ad placandum Caniculæ sidus frugibus inimicum rufæ canes immolabantur, ut fruges flavescentes ad maturitatem perducerentur. *Festus* hic, et in *Rutilæ*.

CATULASTER, et Catulastra. V. in *Catlaster*.

CATULIĀNUS, a, um, ad Catulum pertinens, ut *Catuliana Minerva*, quam Q. Lutatius Catulus Romæ infra Capitolium dedicavit. *Plin.* l. 34. c. 8.

CATULĪNUS, a, um, *belonging to a whelp*, κυνικὸς, qui est ex catulo, ut *Catulina caro*, *Plaut.* apud *Fest.* et *catulina* absolute apud *Plin.* l. 29. c. 4. eod. sensu.

CATULIO, is, a. 4. *to desire the male*, σκυζάω, dicitur de catulis, cum libidine lasciviunt, et Venerem appetunt. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *de canib.* Principium admittendi faciunt veris principio. Tunc enim dicuntur catulire, id est ostendere se velle maritari. ¶ Translate *Laber.* apud *Non.* c. 2. n. 171. Lupa catuliens. *h. e.* meretrix ἀνδρα ἐφελκομένη.

CATULITIO, onis, f. actus catuliendi, σκύζα. Translate *Plin.* l. 16. c. 25. Catulitionem rustici vocant, gestiente natura semina accipere, eoque (*vento Favonio*) animam inferente omnibus satis. In quibusdam MSS. est *catlitionem* per syncopen testib. *Harduino*, et *Turnebo* l. 24. *Adversar.* c. 7.

CATULLIĀNUS, a, um, adject. a Catullo, ut *basia Catulliana* apud *Martial.* l. 11. epigr. 7.

CATULLUS, i, m. C. Valerius Catullus Poeta Veronensis, natus Syllæ, Mariique temporibus, in poemate cum lascivus, tum mordax, quippe qui Cæsari maximo tunc viro minime pepercit, Iambis eum criminatus. Reconciliatus nihilominus die eodem ab eo cœnæ adhibitus est, ut *Sueton. in Cæs.* c. 73. narrat. Amavit Ipsithillam, et Clodiam, quam Lesbiam vocat. Scripsit de passere suæ Lesbiæ, et alia multa. Mortuus est Romæ. Eum doctum appellant *Tibull.* l. 3. eleg. 6. v. 41. et *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 9. v. 62. et elegantissimum Poetarum *Gell.* l. 7. c. 20. ¶ Alius fuit Catullus urbicarius mimographus, cujus meminit *Juvenal.* sat. 13. v. 111. et sat. 8. v. 185.

[* CATULOTĬCUS, a, um, adject. κατουλωτικὸς, cicatricem obducens. *Veget. Veter.* l. 4. c. 28. Igitur medicamentum, quod supra dixi, catuloticum est.]

CATŬLUS, i, m. *a little dog, whelp, puppy*, κυνίδιον, canum fetus recens editus. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 14. Omnia in perfectis et maturis esse meliora, ut in equo, quam in equulo, in cane, quam in catulo. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 65. venaticus ex quo Tempore cervinam pellem latravit in aula, Militat in silvis catulus. *the hound.* ¶ *Aliter catuli longe olent, aliter sues*, proverb. apud *Plaut. Epid.* 4. 2. 9. de rebus inter se valde dissimilibus. ¶ Sæpe tota significatione accipitur pro recenti partu omnium fere animalium. *the young of other animals. Horat.* l. 1. od. 1. v. 27. Catuli cervæ. *Id.* l. 3. od. 20. v. 2. leænæ. *the whelps of a lioness. Plaut. Trucul.* 2. 2. 18. suum. *Virg. Æn.* 2. v. 357. luporum. *Plin.* l. 8. c. 4. tigrium. *Id.* l. 10. c. 74. vulpium. *Id.* l. 8. c. 54. simiarum. *Id.* l. 10. c. 65. *in fi.* lacertarum. *Id.* l. 29. c. 4. mustelæ. *Phædr.* l. 2. fab. 4. v. 24. felis. *Plin.* l. 9. c. 8. delphinorum. *Id.* l. 10. c. 74. Aspis enixa catulos. *Id.* l. 10. c. 62. Catuli viperæ. *Id.* l. 11. c. 37. et *Virg.* 3. *Georg.* v. 437. serpentium. ¶ Est etiam genus vinculi, quo servi constringebantur, qui et *canis*, et *catellus* dicitur. *a give, or iron collar, worn by slaves as a punishment. Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 162. Cum manicis, catulo, collarique ut fugitivum Deportem. Adde *Festum.*

CATŬLUS, i, m. *Catulorum* familia in Lutatiorum gente nobilis in primis exstitit. In ea fuit C. Lutatius Catulus, qui victis navali prœlio Carthaginiensibus ad Ægates insulas, finem bello Punico primo imposuit. ¶ Q. Catulus orator celebris laudatur a *Cicer.* multis in locis, et præsertim in *lib. de Orat.* et *de clar. Orat.* Hic a Mario bello civili mori jussus, haustis ardentibus carbonibus vitam finivit. ¶ Verisimile est horum appellationem a *catus, a, um*, derivatam esse.

CATUMĔUM, i, n. genus libi in sacris adhibiti, apud *Arnob.* l. 7. pag. 230. Videtur autem significare libum e carne desecta ex cervice animalis: a *catomum*, quod quædam *Glossæ* cervicem interpretantur. κατ' ὦμον. Hæc conjectura ex eo firmari potest, quod non una ex iis libis, quæ eo loco *Arnob.* enumerat, ex variis animalium membris ducta sunt, ut *caro strebula* ex coxendicibus, *ærumnæ* ex gula, *tæniæ* ex intestinis, *offa penita* ex cauda, &c.

CATUS, a, um, *acute, shrill*, proprie acutum significat, estque vox a Sabinis ducta, ut *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. *a med.* docet. *Enn.* apud *Varron. ibid.* Jam cata signa fere sonitum dare voce parabant. ¶ Hinc translate *Id. ibid.* Cata dicta. *h. e.* acute dicta. ¶ Sumitur sæpissime pro solerti, callido, acuto, *cunning, artful, shrewd, knowing, wise, sagacious, wary*, νουνεχὴς, πανοῦργος. Videtur autem significare potius solertiam et prudentiam, quæ a natura est, non quæ ab habitu. *Cic.* l. 1. *de legib.* c. 16. Quis igitur prudentem, et, ut ita dicam, catum non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa judicet? *Horat.* l. 1. od. 10. Mercuri, qui feros cultus hominum recentum voce formasti catus. *Plaut. Pers.* 4. 4. 70. Ita cata est, et callida: habet cor: quam dicit, quod opus est! *Id. Mostell.* 1. 3. 29. Miror tam catam, tam doctam te, et bene eductam. *Id. Epid.* 2. 2. 73. Dare alicui consilium catum. *Auson. in Parentalib.* n. 17. Lingua catus, ore canorus. ¶ Cum infinito *Horat.* l. 3. od. 12. v. 10. Catus jaculari cervos. *Apul. in Florid.* n. 3. (*al.* l. 1.) Catus canere. ¶ Cum genitivo *Auson. in Mosell.* v. 400. legumque catos, fandique potentes. ¶ *Non* c. 2. n. 184. *catum* interpretatur *sapientem*, sed abutitur verbis *Cicer.* l. 2. *Tuscul.* c. 19. in quibus meliores libri habent *cautus*, pro *catus*: quod si *cutus* legere velis, nihil aliud certe quam callidum significat. ¶ Fuit etiam *catus* (sicut et *corculus*) cognomen apud Romanos, datum iis, qui acumine ingenii, ac solertia, et quod hinc sequitur, sapientia et prudentia pollebant, ut *Plin.* l. 7. c. 31. docet. *Enn.* apud *Cicer.* l. 1. *de Orat.* c. 45. Egregie cordatus homo Catus Ælius Sextus.

CATUS, i, m *a cat*, αἴλουρος, feles. *Pallad. in Mart.* tit. 9. Contra talpas prodest catos frequenter habere in mediis carduetis. ¶ Videtur etiam significare canem; et feminino etiam genere efferri posse, si sana sunt hæc verba *Servii ad Æn.* 5. v. 610. Catullus, et alii feminino genere ponunt, referentes ad originem, sicut hæc catus, et hæc gallus legimus imitatione Græcorum, qui ὁ καὶ ἡ κύων, ὁ καὶ ἡ ἀλεκτρυὼν dicunt. ¶ Item machina militaris, eadem quæ vinea, aut pluteus, qua tecti milites ad muros urbis obsessæ subruendos, et fossam implendam accedunt. *a covered way.* Quo loco *Veget.* l. 4. *rei milit.* c. 15. habet: *Vineas dixerunt, quas nunc barbarico usu causias vocant*: fuit qui legendum putaret *catos vocant*. Præterea usurpat *Guil. Brito* scriptor sæculi XII. atque adeo nullius in Lingua Latina auctoritatis. ¶ Scribitur et *cattus*.

CAVÆDĪUM, ii, n. *an open, empty place in a house, to walk in*; *a gallery, portico*; *a piazza, quadrangle, court*, locus cavus, *h. e.* patulus, et vacuus in mediis ædibus. Quomodo ab atrio differat, V. *Atrium.* Dicitur etiam *impluvium*, cum eo tamen discrimine quod *cavædium* latius est, et impluvium domuum, *impluvium* angustiorum. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 33. duo Cavædiorum genera ponit, alterum sub dio positum, quod *impluvium* quoque, et *compluvium* vocatur, alterum tectum, quod a similitudine appellatur testudo. *Vitruv.* l. 6. c. 3. quinque genera ponit, quæ ibi vide. *Plin.* l. 2. ep. 17. Est contra medias porticus cavædium hilare. ¶ *Varr.* et *Vitruv. loc. cit.* item *Plin. alter* l. 19. c. 1. *cavum ædium* dicunt.

CAVĀMEN, inis, n. *a hollow, cavern*, cavum, caverna, κοίλωμα. *Solin.* c. 9. (*al.* 14.) In latebrosis rupium cavaminibus, quæ fluctuum confligiis adesa sunt.

CAVATĬCUS, a, um, adject. *Cavaticæ cochleæ* dicuntur a *Plin.* l. 8. c. 39. et l. 30. c. 6. quæ in cavis terræ, et speluncis nascuntur, neque ex iis prorepunt, neque herba vivunt, sed uvæ modo inter se cohærent. Eæ in Balearibus insulis gignuntur.

CAVATIO, onis, f. *a hollowing, excavating*; *a hollow*, κοιλότης, cavum. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 3. scribit Ennium ad *cavationem* respexisse, cum dixit Cæli ingentes fornices. *the huge vault of heaven.* et cap. 26. Sinum majorem cavationem, quam pocula habebat.

CAVĀTOR, oris, m. *one who hollows*, qui cavat. *Plin.* l. 10. c. 18. Pici arborum cavatores. V. *Cabator.*

CAVATŪRA, æ, f. *a hollow, cavity*, cavamen, cavum, κοιλότης. *Veget.* l. 1. *rei veterin.* c. 25. Sub cavatura temporum vena perquiritur. *Marcell. Empir.* c. 12. *post med.* Cavaturæ dentium.

CAVĀTUS, a, um, *hollowed, made hollow, excavated, scooped*, κοιλωθεὶς, cavus factus. *Cic.* l. 2. *de leg.* c. 18. Lignum cavatum. Plerique al. leg. *dedicatum* rectius. *Virg.* 3. *Æn.* v. 229. Rupes cavata. *Id.* 4. *Georg.* v. 33. Cortices cavati. *Id.* l. 1. *Georg.* v. 136. Alni cavatæ. *Plin.* l. 2. c. 82. Oppida crebris cuniculis cavata. *undermined. Id.* l. 36. c. 17. Vas cavatum ex lapide. *Sil.* l. 7. v. 190. Quercus cavata in cratera. *Apul.* l. 2. *Metam.* Succinum mire cavatum in capides. *Lucret.* l. 6. v. 1192. Cavati oculi. *Tertull. advers. Hermog.* c. 29. Aquæ segregatæ in cavationem sinum. *Ammian.* lib. 16. c. 5. *a med.* (*al.* 7.) Quidam non, ut moris est, expansa chlamyde, sed utraque manu cavata *aurum* suscepit.

CAUCĂLIS, idis, f. *a herb like fennel, with a white flower*; *bastard-parsley, hedge-parsley*, καυκαλὶς, herba est edulis, fœniculo similis, brevi caule, flore candido. Multos habet etiam in medicina usus. *Plin.* l. 22. c. 22.

CAUCASĒUS, V. *Caucasius.*

CAUCASIGĔNA, æ, m. et f. ad Caucasum genitus. *Sidon.* l. 4. ep. 1. Alani Caucasigenæ.

CAUCASIUS, et Caucaseus, a, um, *relating to Mount Caucasus, Caucasian*, ad Caucasum pertinens. *Plin.* l. 6. c. 13. Caucasii jugi. *Virg.* 2. *Georg.* v. 440. Caucasius vertex. *Id. Ecl.* 6. v. 43. Caucasiæ volucres. *Pier.* notat in antiquissimis MSS. et per *e*, et per *i* scriptum legi. *Propert.* l. 2. eleg. 1. v. 71. Caucasea rupes. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 247. Caucasiæ pruinæ. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 381. Nymphæ Caucaseæ. *Id.* l. 7. v. 565. Caucaseæ trabes. *Id.* l. 4. v. 63. Caucaseus senex. *h. e.* Prometheus. ¶ *Caucasiæ portæ*, quæ et *Iberiæ* et *Albanæ* dicuntur, sunt angustiæ inter Caucasum montem, et mare Caspium, seu Hyrcanum, ad Cyrum amnem, ingens inquit *Plin.* l. 6. c. 11. naturæ opus montibus interruptis repente, ubi fores obditæ ferratis trabibus, subter medias amne diri odoris fluente, citraque in rupe castello (quod vocatur Cumania) communito ad arcendas transitu gentes innumeras: ibi loci, terrarum orbe portis discluso, &c. Hæc *Plin.* ¶ *Caucasii, orum*, populi sunt Caucasum incolentes. *Pompon. Mela* l. 1. c. *ult.*

CAUCĂSUS, i, m. *Mount Caucasus*, [† גיב חסן, *Goghasan*, recentioribus *Cocas, Cochias, Albsor, Adazar*,] Καύκασος, mons Asiæ, ad Sept. versus Mengreliam, et Georgiam valde extensus, inter mare Euxinam ad Occ. et Caspium, seu Hyrcanum ad Orientem. Est autem pars Tauri montis, qui cum longissimo terrarum tractu protendatur, varia in variis regionibus nomina habet. *Caucasus* itaque appellatur, ubi in tantam altitudinem extollitur, ut se quoque exsuperare videatur: quod cum duobus maxime locis fiat, altero quem modo diximus, altero vero ad mare Indicum, duplex ideo *Caucasus* est, Indicus, et Scythicus, seu Colchicus, de quibus videndus *Salmas. in Solin.* et Geographi. ¶ *Caucaso abruptior*, proverb. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 1. Marcion hieme frigidior, Istro fallacior, Caucaso abruptior. ¶ In Caucaso Scythico (is enim in fabulis, et apud Poetas celebris est) alligatus fuit Prometheus, immissa aquila, seu vulture, qui jecur ejus exederet. ¶ Qui ad hunc montem accolunt durissimi homines, et crudelissimi perhibentur. Hinc *Horat.* l. 1. od. 22. v. 6. et *Epod.* 1. v. 12. Caucasum inhospitalem appellat. Et *Virg. Æn.* 4. v. 367. duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hyrcanæque admorunt ubera tigres. Et *Senec. in Med.* v. 43. Inhospitalem Caucasum mente indue. *h. e.* feritatem, crudelitatem. ¶ Græca positione *Ovid.* 8. *Metam.* v. 797. rigidique cacumine montis (Caucason appellant) &c. *Stat.* 4. *Theb.* v. 394. Amazoniis ululatum Caucason armis. ¶ Apud *Sil.* l. 16. v. 357. *Caucasus* est nomen equi quadrigas in Circo trahentis.

[† CAUCON, i, n. *the herb called horse-tail*, καῦκον, *Plin.* 26. 7. Caucon, quæ et Ephedra, ab aliis Anabasis vocata, nascitur ventoso fere tractu, scandens arborem, et ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosis, qui sunt junci geniculati, radice pallida. *Harduinus* tamen, auctoritate MSS. voces *Caucon, quæ et*, ut Spurias, omittit.]

CAUCUS, i, m. *a goblet, beaker*, καῦκα, genus vasis potorii. *Spartian. in Pescenn. Nigr.* c. 10. Cum milites quosdam in cauco argenteo bibere vidisset. *Salmas.* pluribus more suo hanc lectionem tuetur, additque locum ex *epist. Valeriani* apud *Trebell. Poll. in Claud.* c. 14. ubi bis legitur *in caucos, et scyphos*. Et *Marcell. Empir.* c. 25. *sub fin.* ubi *ligneus caucus*. Alii tamen ubique reponunt *caveus*. Addi potest *Hieronym.* l. 2. *advers. Jovinian.* c. 9. Habens ad potandum caucum ligneum. Sed alii leg. *cavum*. ¶ *Cau-*

ci, seu *Cauchi* aut *Chauci* sunt Germaniæ populi ostia Rheni accolentes, Frisiis conterminі. *Plin.* l. 4. c. 16. et *Claudian.* [† *Tacit. Germ.* 35. *Ann.* 1. 38. &c.] V. *Caycus.*

CAUDA, æ, f. *the tail of a beast, bird, or fish*, κέρκος, οὐρὰ, posterior pars pendens in animalibus omnibus præter hominem, et simiam. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 5. Cauda pavoni donata a natura ad ornatum. *Horat.* l. 2. od. 19. *in fi.* Cerberus leniter atterens caudam. *Gell.* l. 5. c. 14. Leo caudam more adulantium canum clementer, et blande movens. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 81. Cædere terga cauda. *Plin.* l. 11. c. 50. Sues caudam intorquent, canum degeneres sub alvum reflectunt. *Id.* l. 8. c. 54. Cauda late fusa. *Id.* l. 10. c. 3. prominentior. *Virg.* 8. *Æn.* v. 674. Delphines æquora verrunt caudis. ¶ In illo Auctoris *Moreti*, v. 23. Præverrit cauda silices, gremiumque molarum: *cauda* est peniculus ex cauda, seu caudæ muscarium, quo ad abstergendum utimur. *a brush.* ¶ *Caudam jactare popello* apud *Pers.* sat. 4. v. 15. est venditare se populo speciosis actionibus, ejusque favorem captare: ductum a pavonibus caudam ostentantibus: *to court popular favour by external show*: vel a canibus, qui cum blandiuntur, caudam agitant. *to fawn, flatter.* ¶ *Caudam trahere* apud *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 53. proverbii species est, et significat derisui esse: ducique ex eo posse videtur, quod pueri, quos irridere volunt, quiddam eis caudæ simile appendere a tergo solent. *to have a tail stuck on behind in mockery; to be stupid or silly.* ¶ Festive *Cic. Verr.* 4. *c. ult.* Videtis Verrutium? videtis primas litteras integras? videtis extremam partem nominis, caudam illam Verris, tanquam in luto, demersam esse in litura? ¶ Obsceno sensu *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 45. et lib. 2. sat. 7. v. 49.

CAUDĔA CISTELLA, V. vocem sequent.

CAUDECÆ, *coffers or chests made of wicker, or rushes*, cistellæ e junco, a similitudine equinæ caudæ factæ. *Festus.* Al. leg. *Caudetæ.* Sed *Scalig.* vult legi *caudeæ*, quod etiam apud *Plaut. in Rud.* habeatur 4. 4. 65. et 89. Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto vidulo.

CAUDEX, ĭcis, m. *the stem, stock, or trunk of a tree*, στέλεχος, κορμὸς, στύπος, truncus arboris, hoc est ea pars, quæ a radice supra terram simplex assurgit. Differt a *caule*, qui herbarum est, *caudex* vero arborum, et fruticum. *Virg.* 2. *Georg.* v. 30. Quin et caudicibus sectis (mirabile visu) Truditur e sicco radix oleagina ligno. *Plin.* l. 16. c. 30. Arbores quædam simplices, quibus a radice caudex unus, et rami frequentes, ut olivæ, fico, viti. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 55. *Harduin.* Caudices robusti vetustate putres. ¶ Est aliquando convicium in hominem stupidum, fatuum, stultum. *a stupid fellow, dolt, blockhead.* *Terent. Heaut.* 5. 1. 3. In me quidvis harum rerum convenit, quæ sunt dicta in stultum: caudex, stipes, asinus, plumbeus. ¶ Antiqui *caudicem* appellarunt plurium tabularum contextum. *a raft.* Et quia primæ rates, seu naviculæ piscatoriæ, aut ad trajiciendum aptæ ex pluribus crassioribus tabulis, seu potius caudicibus sine arte connexis Romæ in Tibri factæ fuerunt, *caudicariæ*, vel (quod idem est) *codicariæ* dictæ sunt, ut *Senec. de brevit. vitæ*, c. 13. *Fest.* et *Varr.* apud *Non.* c. 13. n. 12. docent: item *caudicæ*, vel potius *caudiceæ*, ut est apud *Gell.* l. 10. c. 25. *boats made of the hollow trunks of trees, or of thick hollow planks, to carry provisions along the Tiber.* Quod nomen Tiberinis lembis, aliisque quibus ad trajiciendum utimur, hæsit, etiam postquam meliore forma construi cœptæ sunt. Hinc Appius Claudius Cæci frater *Caudex* cognominatus est, quod primus ad explorandos hostes fretum piscatoria navi trajecit, ut est apud *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 37. et *Senec. loc. cit.* ¶ Tiberinas naves caudicarias designat *Plin.* his verbis l. 3. c. 5. Tiberis propter aspera, et confragosa, ne sic quidem, præter quam trabibus verius, quam ratibus, longe meabilis fertur. ¶ *Codex* pro *caudex*, V. suo loco.

CAUDĬCÆ, V. vocem præced.

CAUDICĀLIS, le, adject. *pertaining to blocks or logs of wood*, στελεχώδης, ad caudicem pertinens. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 25. Caudicalem provinciam, jlocalariter dixit, *h. e.* munus caudicum findendorum. ita enim loquitur: Te cum securi caudicali præficio provinciæ. *I set you to grub and stock up trees by the roots.*

CAUDICARĬUS, et Codicarius, a, um, *made of the trunk of a tree*, ad caudicem pertinens. *Caudicariæ naves* quid sint, V. in *Caudex.* *Sallust.* apud *Non.* c. 13. n. 12. Contendit ad flumen Euphratem: et quamquam ad id naves codicariæ occulte per hiemem fabricatæ aderant, &c. ¶ *Caudicarii*, vel *Codicarii* dicuntur ipsi nautæ, qui hujusmodi navigiis utuntur, *bargemen, watermen.* *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 462. n. 1. Nos portuenses, quibus vetus fuit cum caudicariis diuturnumque luctamen. Alia *ibid.* pag. 440. n. 3. Codicarii navicularii. Adde pag. 1086. n. 6. et lib. 14. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 9.

CAUDICĔUS, a, um, *made of the hollow trunk of a tree*, ad caudicem pertinens. *Auson. in Mosell.* v. 197. Navita caudiceo fluitans super æquora lembo, V. *Caudex.*

CAUDĪNUS, a, um, ad Caudium pertinens. Est autem *Caudium* oppidum Hirpinorum, ubi Romanus exercitus quondam a Samnitibus interceptus, et sub jugum missus fuit, ut *Liv.* l. 9. c. 2. *et sequentib.* narrat. Ibi enim angustiæ sunt inter duos saltus, quæ *Furculæ Caudinæ* appellantur, in quas cum se Romani locorum ignari demisissent, exire inde obsessi ab hostibus nequiverunt. *Cic. de Senect.* c. 12. Caudinum prœlium. *Liv.* l. 9. c. 16. Caudina clades. *Id.* l. 25. c. 6. Caudinæ legiones. *Quintil.* l. 3. c. 8. Caudinum jugum. *Flor.* l. 2. c. 18. Caudini fœderis ignominia. *Colum.* l. 10. v. 132. Caudinæ fauces. [*Liv.* l. 9. c. 7. Pax caudina, et saltus caudinus.] ¶ *Caudini, orum*, sunt ejus oppidi incolæ. *Plin.* l. 3. c. 11. *ad fi.* [et *Liv.* l. 23. c. 41.]

CAVĔA, æ, f. *a hollow, hollow place, cavity*, κοίλωμα, locus cavus, et vacuus: a *cavus*, vel *cavo, as*, ut *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 3. *in fi.* docet. *Plin.* l. 11. c. 2. Natura in culice disposuit jejunam caveam, uti alvum. *Prudent. Cathemer.* 3. v. 92. Pulsat et incita quod resonam Lingua, sub ore latens, caveam. *h. e.* cavum oris. ¶ Sæpius accipitur pro loco concluso, aut septo, in quo feræ bestiæ asservantur; item quo aves includuntur, *a cave, or den, for wild beasts; a cage, or coop, for birds.* καλιὰ, καλιός. *Horat. de art. poet. in fi.* velut ursus, Objectos caveæ valuit si frangere clathros. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 35. Avis inclusa in cavea. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 3. Cavea liberati pulli. *Petron. in Satyr.* c. 28. Super limen cavea pendebat aurea, in qua pica varia intrantes salutabat. ¶ De alveari apum. *a beehive.* *Virg.* 4. *Georg.* v. 58. Hic ubi jam emissum caveis ad sidera cæli Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen. ¶ Item de septo ex lignis, aut spinis, quo teneræ arbores a pecudum injuriis muniuntur. *a fence, or treillage, to defend young trees from cattle.* *Colum.* l. 5. c. 6. *a med.* Arbores caveis ab injuria pecoris emunire. et cap. 9. Constitutas plantas circummunire caveis. ¶ Præterea sæpissime dicitur de loco, in quo sedet populus in theatris, quia concavus est, et profundus. *the cavity, or hollow, made by the seats of the theatres; the seats themselves.* *Plaut. Amph. prol.* v. 66. Ut conquisitores singuli in subselliis eant per totam caveam, spectatoribus, si cui fautores delegatos viderint, ut his in cavea pignus capiantur togæ. *Cic. de Amic.* c. 7. Qui clamores tota cavea nuper in M. Pacuvii nova fabula; cum &c. Adde *de Harusp. resp.* c. 12. *in fi.* ¶ Triplex est cavea, *ima, media, summa*: in *ima* erant Orchestra, et Equestria, ubi senatores et Equites sedebant: *media*, et *summa* assignata est populo: sed *media* erat honoratior, in qua sedere aliquem pullatum, vetuit Augustus, ut *Sueton.* *in ejus vita*, c. 44. narrat: *summa* cavea minutæ plebi promiscue concessa est, atque etiam feminis. Hinc *verba ad summam caveam spectantia*, apud *Senec. de Tranquill. anim.* c. 11. hoc est viliora, et ad popelli gustum accommodata. *Cic. de Senect.* c. 14. Turpione Ambivio magis delectatur, qui in prima cavea spectat; delectatur tamen etiam qui in ultima. ¶ De amphitheatris quoque *caveam* dictam fuisse probat *Lips. de Amphith.* c. 2. auctoritatibus petitis ex *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 27. *Prudent.* l. 1. *contra Symmach.* v. 385. *Apul.* l. 10. *Metam.* *Ammian.* l. 29. c. 1. (*al.* 4.) et aliis. Nam antiquiores de theatro et scena tantummodo usurparunt. ¶ Pro ipso theatro. *the theatre.* *Cic.* 2. *de leg.* c. 15. Jam ludi publici, quoniam sunt cavea, circoque divisi, &c. *Plaut. Trucul.* a. 5. v. 39. Venit ne in mentem tibi, quod verbum in cavea dixit histrio, &c.? ¶ Et generatim pro quocumque loco ubi plures sedent ad aliquid spectandum: vel etiam pro ipso populo spectante. *Virg.* 5. *Æn.* v. 340. Hinc totum caveæ consessum ingentis, et ora Prima patrum magnis Salius clamoribus implet. *Id.* 8. *Æn.* v. 635. raptas sine more Sabinas Consessu caveæ. ¶ *Caveai* pro *caveæ* more suo dixit *Lucret.* l. 4. v. 76.

CAVEĀTUS, a, um, in modum caveæ theatri dispositus. *Plin.* l. 4. c. 8. Montes omnes theatrali modo inflexi, caveatis ante eos septuaginta quinque urbibus. Ita ex MSS. et antiq. editionib. leg. Harduin. Quidam leg. *cuneatis.* ¶ *Id.* l. 9. c. 6. Orcæ balænis occurrere laborant, seseque opponere, et caveatas angustiis trucidare. *h. e.* velut cavea, hoc est septo conclusas. Ita *Harduin.* ex conjectura: alii aliter.

CAVEFACIO, is, a. 3. *to avoid, eschew*, idem quod caveo, evito. *Venant. Fortunat.* l. 8. carm. 4. *ante med.* Per stimulos gradiens, spinæ cavefecit acumen, Sentibus in mediis nescia ferre vepres.

CAVĔO, es, cavi, cautum, a. 2. *to beware or take heed of, be aware, be on one's guard, avoid*, εὐλαβέομαι, fugito, declino, evito. *Nepos in Alcib.* c. 5. Erat ea sagacitate, ut decipi non posset, præsertim cum animum attendisset ad cavendum. *when he thought proper to be on his guard.* *Plaut. Mostell.* 5. 2. 21. Mihi tecum cavendum est. *it is necessary that you and I should be on our guard.* *Cic. pro Dom.* c. 11. Metuere, et cavere aliquem. *Id. Attic.* l. 16. ep. 11. Cavere interventum alicujus. *Id.* 11. *Fam.* ep. 21. Neque metuere quidquam, et cavere omnia. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 647. canem. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 28. Vallum cæcum, fossasque. *Petron.* c. 130. paralysim. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 302. frigora. *Sueton. in Cæs.* c. 86. insidias. *Id. in Tiber.* c. 53. exitium. *Gell.* l. 13. c. 27. Cavere, et declinare pericula. *Plin.* l. 10. c. 3. Cavere ruinam. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 14. Sero, atque stulte, prius quod cautum oportuit. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 16. Cetera, quæ quidem consilio provideri poterunt, cavebuntur. ¶ Cum ablat. et præposit. *a*, vel *ab*. *Cic. de Harusp. resp.* c. 12. Cavere a servitio. *to guard against.* *Id. Phil.* 12. c. 10. ab homine impuro, et nefario. *Id.* 5. *de Fin.* c. 22. a veneno. *Sallust. in Jug.* c. 116. ab insidiis. *Plaut. Men.* 2. 2. 29. Navis prædatoria, a qua cavendum nobis sane censeo. ¶ Cum infinito *Sallust. in Jug.* c. 68. Caveret id petere a populo R. quod illi jure negaretur. *Plin.* l. 8. c. 43. Pedes tingere cavent. *Virg. Ecl.* 9. v. 25. capro occursare caveto. Adde *Horat. de ar. poet.* v. 168. et *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 139. [Singulare est illud *inscript. Fratr. Arval.* n. 41. Promagister in codice cavit. *h. e.* nomen suum in codice seu libro scripsit, quo probaret illa die se adfuisse et sacrum fecisse; mox enim *ibid.* legitur: Fratres Arvales caverunt se adfuisse, et sacrum fecisse. Nimirum ut sportulas acciperent. V. *Arvalis* in *Appendice.*] ¶ Cum conjunctivo, et particula *ne*. *Cic.* 3. *Fam. ep. penult. in fi.* Ut caverem, ne cui suspicionem ficte reconciliatæ gratiæ darem. *Id. pro Rosc. Amer. c. ult.* Cavete per deos immortales, judices, ne nova proscriptio instaurata esse videatur. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 177. Tu cave, ne minuas. Adde *Cicer.* 2. *de Divin.* c. 40. Et passive impersonaliter *Cæs.* l. 1. *B. civ. c. penult.* Ne quid eis noceretur, a Cæsare cavetur. ¶ Et frequentius omissa particula: præsertim si in secunda persona imperativi usurpetur. *Cic. pro Ligar.* c. 5. Cave ignoscas. *Id. Fam.* 9. ep. 24. *ad fin.* Sed cave, si me amas, existimes, &c. et *Fam.* 10. ep. 12. Cave enim, putes, &c. *Terent. Andr.* 4. 4. 14. Cave, faxis. *Id. Adelph.* 3. 5. 12. Cave, dixeris. *Id. Heaut.* 5. 4. 8. Cave, unquam istuc verbum ex te audiam. ¶ Et cum particula *ut*: et significat operam dare. *Cic.* 1. *Offic.* c. 39. *sub fin.* Ut caveamus, ut ea, quæ pertinent ad liberalitatem, moderata sint. *Colum.* l. 2. c. 8. Quamvis tempestive sementis confecta erit, cavebitur tamen, ut patentes liras, crebrosque sulcos aquarios faciamus. ¶ *Cavere malo* pro *a malo* dixit *Plaut. Cæs.* 2. 6. 59. et *Bacch.* 1. 2. 39. item *Rud.* 3. 5. 48. et *Petron. in Satyr.* c. 82. Est autem formula, qua utimur, cum aliquem, ut malum vitet, admonemus. Eodem sensu dicimus *vitare infortunio.* V. *Vito.* Porro illud *malo* dativus est, non ablativus. Hanc eandem phrasim quidam legunt etiam apud *Auct. Priap.* carm. 52. ubi alii aliter. ¶ *Cauto opus est*, pro cavendum est, apud *Plaut.* non semel legitur, ut *Capt.* 2. 1. 29. Viso opu' st, cauto est opus, ut hoc accurate agatur. *Cistell.* 2. 1. 54. Amens ne quid faciat, cauto opu' st. Adde *Mostell.* 4. 2. 22. ¶ Inter *cavere*, et *vitare* hoc interest; quod *cavere* est in eo diligentiam ponere, ut quæ vitanda sunt, prospiciamus, *vitare* est re ipsa effugere. *Lucil.* apud *Non.* c. 5. n. 62. Quid tibi cavendum censes, quid vitandum maxime. *Cavere* itaque minus est, quam *vitare*: quamquam non semper hoc discrimen servatur. ¶ Frequenter dativum habet, et exponitur prospicere, providere, consulere, ne mali, aut incommodi aliquid alicui in posterum accidat, atque adeo in tuto eum ponere providentia earum rerum, quæ accidere possunt. *to provide for, look to, see to.* *Terent. Eun.* 4. 7. 12. Ut hosce instruxit, ipsus sibi cavit loco. *Cæcin. ad Cicer.* ep. 7. l. 6. *Fam.* In Oratore tuo caves tibi per Brutum, et ad excusationem socium quæris. *you provide for your own security.* *Cic. in Pison.* c. 12. Caverat sibi ille sororius adulter, ut si tibi provinciam dedisset, &c. *Id. Verr.* 3. c. 35. Semper existimasti, satis cautum tibi ad defensionem fore si vetuisses, &c. *Petron.* cap. 133. Solerti cura cavere deposito suo. *Sueton. in Tito*, c. 6. Cavere securitati. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 8. Hæc ita me orat, sibi qui caveat, aliquem ut hominem reperiam, ab istoc milite: id, amabo te, huic caveas. *Pi.* quid istic caveam? *Bu.* ut revehatur domum. ¶ Porro hæc notio et loquendi ratio in Jure frequentissima est. Nam leges cavere alicui dicuntur, cum ea sanciunt, quæ ad ejus securitatem pertinent: *to provide*: et ipsi juris consulti aliis cavent, cum suis clientibus ea respondent, quibus damnum aliquod futurum amoliri possint: similiter *cavere sibi* dicitur quicumque rem de qua contrahit, aut jus suum per juris formulas in tuto ponit. *Cic.* 2. *de leg.* c. 25. Duæ sunt præterea leges de sepulcris, quarum altera privatorum ædificiis, altera sepulcris cavet. *provides for.* *Id.* 2. *de Invent.* c. 41. Amentiæ fuit, cum heredi vellet cavere, id adscribere, quo non adscripto, nihilominus heredi caveretur. *Id. Fam.* 7. ep. 6. *ad Trebat. JCtum.* Tu qui ceteris cavere didicisti, in Britannia ne ab essedariis decipiaris caveto. *Id.* l. 1. *de leg.* c. 5. Non enim quærimus, quemadmodum caveamus in jure, aut quid de quaque consultatione respondeamus. *Id.* 1. *Agrar.* c. 4. Agri de quibus cautum est fœdere. *Id.* 2. *de Invent.* c. 47. Nam omnia scriptis, sed quædam, quæ perspicua sunt tacitis exceptionibus caventur. *Id. Attic.* l. 5. ep. 8. Alicui cautum esse velle. *Id. Verr.* 3. c. 11. Cum ita caverent: Si post cal. Januar. in consilium iretur. *Ulpian. Dig.* lib. 17. tit. 1. leg. 8. *ad fin.* Cavere, se restituturum. *Sueton. in Aug.* c. 41. Cavere in duplum. *to give double security.* ¶ *Cavere re aliqua* est re aliqua, veluti pignore, securum facere. *to get security by pledge, bond, bail, &c.* *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 2. Civitates jurejurando inter se confirmant, obsidibusque de pecunia cavent. *Cicer. Verr.* 3. c. 54. Prædibus, et prædiis populo cautum est. *Plin.* l. 34. c. 7. Cavere capite pro re aliqua. *to bind on life and death.* *Sueton. in Calig.* c. 12. Jurejurando, et chirographo ca-

vere. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 3. *extrem.* Cavere cautione. *Paul. Dig.* lib. 21. tit. 3. leg. 19. Cavere instrumento se daturum decem. *Ulpian.* lib. 13. tit. 7. leg. 9. Cavere sibi pignore. *to sequester, confiscate.* ¶ *Cavere ab aliquo* est cautionem exigere, satis accipere. *to obtain security.* Cic. *Verr.* 4. c. 25. Rogat, ut id quod ab ipsis abiisset pecuniæ, curet; ab se se caveat, quemadmodum velit. *Id. de clar. Orat.* c. 5. Tibi ego, Brute, non solvam, nisi prius a te cavero, amplius eo nomine neminem, cujus petitio sit, petiturum. ¶ Dicimus etiam *cavere alicui aliquid*, hoc est cautione præstare, satisdare alicui pro re aliqua, *to give security.* *Scævola Dig.* lib. 46 tit. 3. leg. 89. Post rationem propositam ejus pecuniæ, quam mihi Stichus Titii servus caverat. et *ibid.* Cavere chirographum. *Venulei.* l. 46. tit. 8. leg. 6. cautionem. *Scævola* l. 29. tit. 2. leg. 97. Singuli heredes Sempronio caverunt summam, qua quisque condemnatus erat. ¶ Aliquando *cavere* idem est, quod sancire, decernere, jubere, *to enjoin, order, decree.* Cic. *Verr.* 4. c. 50. Cautum est in Scipionis legibus, ne plures essent, &c. *Id.* 2. *de Fin.* c. 31. *in fi.* Cavere testamento, ut dies natalis agatur. *to order in a will; to will.* *Sueton. in Aug.* c. 1. Decretum, quo cavebatur, ut &c. *Plin.* l. 16. c. 5. Cautum est lege XII. Tab. ut &c. *Callistrat. Dig.* lib. 50. tit. 6. leg. 5. Nec omnia ei congruunt, quæ principalibus constitutionibus cauta sunt. ¶ Item arcere, defendere. *to keep or ward off.* *Cato R. R.* c. 5. *ad fin.* Scabiem pecori, et jumentis caveto. ¶ Imperativum *cave* aliquando transit in adverbium, et jungitur cum verbis pluralis numeri, quemadmodum et *age.* *take care.* *Plaut. Pœn. prol.* v. 116. Jam ne hoc tenetis? si tenetis, ducite: cave dirumpatis: quæso sinite transigi. ¶ Huc fortasse pertinet et illud ejusdem *Men.* 5. 7. 5. Cave quisquam, quod illic minitetur, vestrum flocci fecerit. ¶ *Cave sis* (quod aliquando *cavesis* junctim legitur) pro *cave si vis*, majorem vim habet imperandi, ut caveatur. *Terent. Eun.* 4. 7. 29. Cave sis: nescis, cui maledicas nunc viro. *Plaut. Amph.* 2. 2. 215. Cave sis, ne tu te usu perduis. ¶ Hujus imperativi ultima syllaba longa est secundum regulas Grammaticorum. Et sane producitur ab *Horat. Epod.* 6. v. 11. et lib. 1. ep. 6. v. 32. ab *Ovid.* 2. *Metam.* v. 89. et lib. 1. *de ar. am.* v. 753. *Lucret.* l. 2. v. 754. &c. Eadem tamen corripitur ab eodem *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 37. et 177. et sat. 5. v. 75. item ab *Ovid. Propert.* et aliis variis in locis. Itaque censent nonnulli (cum *Serv. ad Æn.* 4. v. 409.) cum corripitur esse a *cavo, is,* a. 3. pro qua conjugatione afferunt illud *Tibulli* l. 1. eleg. 4. v. 67. ut quidem legit *Scalig. ad Fest.* Hæc mihi, quæ caverem Titio, deus edidit ore. Sed *Brouckus.* cum aliis legit *canerem.* ¶ Supinum *cautum* factum est per syncopem a *cavitum*, quod habetur in fragmento Legis Thoriæ agrariæ apud *Goes.* pag. 330. Quod C. Sempronii Tr. pl. rog. exceptum cavitumque est, nei, &c.

CAVERNA, æ, f. *a hollow place, cavity; a cave, cavern,* κρύπτη, κοίλωμα, locus cavus, antrum, spelunca. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 9. *in fin.* Magna vis terræ cavernis continetur caloris. *Id. ibid.* c. 60. E terræ cavernis ferrum elicere. *Scribon. Larg. compos.* 95. Si dens exesus est, medicamentum in cavernam ejus infertur. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 50. Cavernas habere aurium loco. *Id.* l. 12. c. 3. Cavernæ vasorum fictilium. *h. e.* foramina. *Gell.* l. 15. c. 16. Immissis in cavernas arboris digitis, diducere, et rescindere quercum conatus est. *h. e.* rimas. ¶ Dicitur etiam de foramine ani in animalibus. *Plin.* l. 8. c. 55. l. 28. c. 8. *ante med.* et lib. 30. c. 15. ¶ *Cavernas cæli* dixere *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 221. et *Lucret.* l. 4. v. 171. ea ratione, qua *Ennius* apud *Varron.* l. 4. *L. L.* c. 3. *sub fin. cæli fornices* (quam translationem improbat *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 40.) et *cava cæli:* nempe convexum cæli spatium significantes. Eodem modo *cavernam aeris* leges apud *Manil.* l. 1. v. 202. ¶ Docet *Serv. ad Æn.* 2. v. 19. putare nonnullos, *cavernas* dici etiam fustes curvos navium, quibus extrinsecus tabulæ adfiguntur: fortasse quia in cavum efformantur. Sane *Lucan.* l. 9. v. 110. *cavernas puppis* dixit.

CAVERNĀTIM, adverb. *through caverns or subterraneous passages,* per cavernas. *Sidon.* l. 5. ep. 15. Aqua scabris pumicibus cavernatim ructata.

CAVERNO, as, a. 1. *to hollow out, excavate,* cavernam facere, cavare, ut *cavernare fistulam* apud *Cæl. Aurelian.* 4. *Tard.* c. 3.

CAVERNŌSUS, a, um, *full of hollows or caverns,* ἀντρώδης, σπηλαιώδης, cavernis plenus, cavus. *Plin.* l. 26. c. 8. Radix polypodii acetabulis cavernosa. Adde lib. 27. c. 5.

CAVERNŬLA, æ, f. *a little cavern.* *Plin.* l. 27. c. 11. Cavernulas habent, et intus semen.

CAVEUS, V. *Caucus.*

CAVIĀRES hostiæ dicebantur, quod caviæ (al. *cavæ*) idest pars hostiæ cauda tenus diceretur, et ponebatur in sacrificio pro collegio pontificum quinto anno. *Festus.* ubi *Scalig.* locum corruptum esse ait, et legendum: *Caviares hostiæ dicebantur, quod caviar pars hostiæ cauda tenus diceretur:* additque loqui *Festum* de equo Octobri, cujus coda tanta celeritate in Regiam perferebatur, ut sanguis calens inde in focum stillaret, ut idem *Fest.* in *October* docet, et de eo intelligendum esse illud *Propert.* l. 4. eleg. 1. v. 20. Qualia nunc curto lustra novantur equo.

CAVILE. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 3. *sub fin.* Quare ut a cavo cavea et cavile, et convallis, cavata vallis, &c. *Scalig. Voss.* et *Auson. Popma* manifestum errorem hoc loco esse censent, et legendum *caulæ*, vel etiam *caullæ*, ut et *Paullus* pro *Paulus* scribebant.

CAVILLA, æ, f. *a cavil, scoff, taunt, jeer; a joke or jest,* σόφισμα, verba jocosa, et ambigua ad fallendum. *Plaut. Aulul.* 4. 4. 11. Pone hoc, sis: aufer cavillam: non ego nunc nugas ago. Adde *Martian. Capell. in carm. sub fin.* l. 4.

CAVILLABUNDUS, a, um, *apt to cavil,* qui cavillatur, aut qui cavillari paratus est. *Tertull. de anim.* c. 34. *in fi.* Decenni prœlio extorquet, non fallens, non cavillabundus.

CAVILLATIO, onis, f. *a cavilling or jangling; a sophism, quirk, quibble,* σόφισμα, sophisma, subtilis, et inanis quæstio, vel ad rem inaniter ducendam, vel ad fallendum instituta. *Quintil.* l. 7. c. 4. Hinc moventur quidem mille juris cavillationes: quid sit rempubl. lædere, &c. *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. pœnult.* leg. 177. *et tit. ult.* leg. 65. Natura cavillationis, quam Græci σόφισμα appellaverunt, hæc est, ut ab evidenter veris per brevissimas mutationes disputatio ad ea, quæ evidenter falsa sunt, perducatur. *Senec.* ep. 111. docet, Ciceronem quoque (in libris tamen, qui perierunt) τὰ σοφίσματα cavillationes appellasse, nempe quæstiunculas quidem vafras in philosophia, ceterum ad vitam nihil proficientes. *Quintil.* l. 8. c. 6. Nos omissis, quæ nihil ad instruendum accusatorem pertinent, cavillationibus, &c. *h. e.* inutilibus quæstionibus. *Id.* l. 10. c. 7. Infelix verborum cavillatio. *h. e.* curiosa nimis, et inutilis sollicitudo in verbis singulis expendendis. ¶ Sed et aliam huic voci notionem tribuit idem *Cic.* hac antiquiorem. Docet enim l. 2. *de Orat.* c. 54. duo genera esse facetiarum, alterum æquabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum et breve: illud a veteribus *cavillationem*, hoc *dicacitatem* fuisse appellatum. Est itaque *cavillatio* hoc sensu perpetua festivitas sermonis sine aculeis contumeliarum, (ut ex *cit. et sequent. cap. Cicer.* intelligitur) plena tamen jucunditatis, et leporis. *agreeable conversation; pleasing wit or humour.* ¶ Quamquam et ipsa dicacitas, hoc est breve et acutum dictum, dicterium, salsus jocus, et, ut ait *Festus*, jocosa contumelia *cavillatio* dicitur, *a sharp saying, acute remark.* *Plaut. Stich.* 1. 3. 76. Cavillationes, assentatiunculæ, ac perjuratiunculæ parasiticæ. *Sueton. in Tiber.* c. 57. Affirmavit fore, ut ex Pompeio Pompeianus fieret; acerba cavillatione simul hominis nomen incessens, veterumque partium fortunam. *Id. in Vespas.* c. 23. Maxime dicacitatem in deformibus lucris affectabat, ut invidiam aliqua cavillatione dilueret, transferretque ad sales. Adde *de illustr. Grammat.* c. 3. *Gell.* l. 5. c. 5. et *Valer. Max.* lib. 6. cap. 2. n. 7.

CAVILLĀTOR, oris, m. *a caviller, jeerer, sophister, captious person,* σοφιστής, qui cavillationibus, et sophismatis utitur. *Senec.* ep. 102. *a med.* Cavillatoribus istis abunde responderimus. ¶ Item facetus, ridicularius, dicteriis utens, dicax, *a humourous person, boon companion,* σκώπτης. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 13. Cavillator genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur; facie magis, quam facetiis ridiculus. *Plaut. Mil.* 3. 1. 47. Cavillator facetus. *Gell.* l. 4. c. 20. Cavillator, et canalicula, et nimis ridicularius.

[* CAVILLATORĬUS, a, um, adject. sophismatis et cavillationibus plenus. *African. Dig.* l. 35. tit. 2. leg. 88. Qui tractatus apud dialecticos τοῦ ψευδομένου (id est frustratorii, cavillatoriique) dicitur. Attamen hæc postrema verba uncis inclusa desunt in quibusdam editionibus.]

CAVILLĀTRIX, icis, f. quæ sophismatis, et cavillationibus utitur. *Quintil.* l. 7. c. 3. Conclusio subtilis in disputationibus potius per argumenta verborum cavillatrix, quam &c. Adde lib. 2. cap. 15. *a med.*

CAVILLĀTUS, us, m. *a cavilling*, idem quod cavillatio. *Apul.* l. 8. *Metam.* Sed ille cognito cavillatu, similis indignanti, &c. *h. e.* joco, dicterio.

CAVILLĀTUS, a, um, particip. verbi *cavillor.* *Gell.* l. 5. c. 5. Facetissime cavillatus est. *h. e.* jocatus. Sic *Apul.* l. 3. *Metam.* Lepido sermone invicem cavillatus. ¶ Passive *Id.* l. 9. *Metam.* Tali sermonis blanditie cavillatum deducebat. *h. e.* deceptum.

CAVILLOR, aris, atus sum, dep. 1. *to cavil, argue captiously, reason unfairly, quibble,* sophismate, et cavillationibus utor, subtiles ac inanes quæstiones moveo. V. *Cavillatio.* *Liv.* l. 3. c. 20. Cavillari tum tribuni, et populum exsolvere religione velle. *Ulpian. Dig.* lib. 38. *tit. ult.* leg. 2. *ad fin.* Si verba cavillatus, imputaverit matri, cur, &c. *by wresting the words from their intended meaning.* *Tacit. Ann.* 1. c. 46. Tiberium sedere in Senatu, verba patrum cavillantem. *h. e.* calumniantem, et in vanas suspiciones adducentem. *Plin.* l. 35. c. 10. Cavillari circa crus. *Id.* l. 11. c. 51. Stridorem eum dentibus fieri, cavillantur. *Valer. Max.* l. 9. c. 12. n. 8. Cavillari fata. *Id.* l. 1. c. 8. *extern.* n. 8. Animus demens ad deos usque cavillandos. *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 5.) Cavillari artem Grammaticam, ut tenuem, ac jejunam. ¶ Sæpe sumitur pro jocari, dicteria dicere, dictis irridere, *to joke, jest; rally, banter,* σκώπτειν, κερτομεῖν. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 12. Togam sum ejus prætextam magno hominum risu cavillatus. *Id.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 34. In eo etiam cavillatus est, æstate grave esse aureum amiculum, hieme frigidum. *Id. Attic.* l. 2. ep. 1. Familiariter cavillari, et jocari cum aliquo. *Liv.* l. 2. c. 58. *in fi.* Tribunos plebis cavillans interdum, et Volerones vocabat. ¶ In illo *Suetonii in Tito* c. 8. Sæpe cum populo et voce, et gestu, ut fautor, cavillatus est, verum majestate salva. *cavillatus est* significat, Titum, ut faveret iis, quos populo placere cognoscebat, cavillatum esse, hoc est jocose calumniatum, et criminatum et voce et gestu eos, quos populus quoque aspernabatur. ¶ Passive *Tertull. de resurr. carn.* c. 21. *in fi.* Per quæ fere promulgatio majorum cavillatur. ¶ *Scalig. ad Fest.* et *Voss. in Etymol.* docent, proprie idem esse, quod caveo, vel sæpe caveo. Factum enim esse ὑποκοριστικῶς, hoc est diminutive a *caveo*, ea ratione qua *sorbillo* a *sorbeo*, *conscribillo* a *conscribo*, et quemadmodum *caveo* proprium est Jurisconsultorum, cum de jure respondent; ita *cavillor* dici de leguleiis, et rabulis forensibus. Usurpari autem pro simplici *caveo* a *Tertull.* cum ait *de coron. mil.* c. 11. Omnibus modis cavillandum, ne quid adversus Deum committatur. Quæ tamen verba alia ratione alii interpretantur.

CAVILLŌSUS, a, um, *cavillous, captious,* cavillis abundans. *Jul. Firmic.* l. 5. c. 8. Astuti, callidi, cavillosi, et insidiarum pleni.

CAVILLŬLA, æ, f. vel Cavillulum, i, n. *a little quirk or cavil,* parvum cavillum. *Plaut. Trucul.* 3. 2. 15. *Stra.* Dicax sum factus: jam sum cavillator probus. *Astaph.* Quid id est, amabo? istæcce ridicularia cavillationes vis fortasse dicere? *Stra.* Ita: ut pauxillum differat a cavillulis. ubi *cavillula* videntur acrius aliquid continere quam *ridicularia.* Al. leg. *cavillibus*, ut sit *cavillis, is,* 3. declinationis.

CAVILLUM, i, n. *a cavilling, jeering, jesting,* σκῶμμα, irrisio jocosa, cavillatio. *Apul.* l. 2. *Metam.* Jam allubentia proclivis est sermonis, ac joci, et scitum est cavillum. Adde *Fest.*

CAVILLUS, i, m. idem quod cavillum. *Apul.* l. 2. *Metam.* Jam risus affluens, et joci liberales, et cavillus hinc inde.

CAVITIŌNEM olim dicebant, inquit *Fest.* quam modo dicimus *cautionem*, a supino *cavitum* pro *cautum.*

CAVĪTUS, a, um, particip. a *caveo* pro *cautus.* *Plaut. Pseud.* 2. 3. 4. Hæc cavita est mihi opportune epistola. Al. aliter leg.

CAULA, æ, f. *a sheep-cote, fold, pen, coop,* αὐλή, idem quod aula, qua significat septum, quo includuntur oves: a Græca voce allata, addito *c*, ut docet *Serv.* ad illud *Virg.* 9. *Æn.* v. 60. pleno lupus insidiatus ovili, Cum fremit ad caulas. ¶ *Festus* (itemque *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 3. ex emendat. *Scalig.*) docet, *caulam* dictam esse a *cavo*, quia olim ante usum tectorum, oves in antris claudebantur. Favet huic opinioni *Lucret.* qui *caulam* pro loco cavo usurpat non semel, ut l. 3. v. 255. atque animai Diffugiant partes per caulas corporis omnes. et vers. 703. Dispertitur enim per caulas corporis omnes. *h. e.* per cavas partes, foramina, meatus. *passages, channels, vessels.* *Id.* l. 4. v. 621. per caulas omne palati, et raræ per plexa foramina linguæ. *Id.* l. 6. v. 491. per caulas ætheris omnes. ¶ De septo, et cancellis, quibus cingitur signum, aut altare cujuspiam dei. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 191. n. 3. . . . . Cornelia Prima uxor ex indulgentia Colleg. signum Liber. basim caulas D. D. ¶ *Charis.* l. 1. pag. 20. *Putsch.* enumerat inter eas, quæ in plurali tantum usurpantur. ¶ Etiam *caulla* olim scribebatur, ut dictum est in *Cavile.*

CAULĬAS, æ, m. *the juice of the herb* laserpitium *or benzoin,* καυλίας, succus ex caule laserpitii. *Plin.* l. 19. c. 3.

CAULICULĀTUS, a, um, *like stalks*, in cauliculi modum factus. *Apul. de virt. herb.* c. 90. Cauliculati rami.

CAULICŬLUS, i, m. *a little stalk or stem,* καυλίον, parvus caulis. *Cels.* l. 2. c. 18. Imbecillissima materia est omne olus, et quidquid in cauliculo nascitur, qualis est cucurbita, et cucumis. *Scribon. Larg. compos.* 128. Cauliculi rubi. *Plin.* l. 23. c. 7. Ramorum fici teneri cauliculi. ¶ Apud Architectos *Cauliculi* sunt flexuræ illæ in capitulis columnarum, quæ e quadruplici caule prodeuntes ad modum volutarum curvatæ, partim ad angulos abaci, partim vero ad ipsos flores, quibus abacorum frontes mediæ ornantur, cincinnatæ concurrunt, *wreaths or tendrils in the chapiter of a pillar, running, like volutes, to the corners of the plinth.* *Vitruv.* l. 4. c. 1. *ad fin.* Cauliculi eandem habeant altitudinem, ex quibus folia nascuntur projecta, ut abacum excipiant.

CAULĪNUM, i, n. vinum juxta Capuam proveniens, ab agro ita nominatum. *Plin.* l. 14. c. 6.

CAULIS, is, m. *the stalk or stem of a shrub or herb,* καυλός, idem est in herbis, ac fruticibus, quod caudex in arboribus, nempe stipes, seu scapus, unde se produnt folia, et ramusculi. *Cato R. R.* c. 157. Brassica latis foliis, caule magno. *Plin.* l. 12. c. 12. Frutex caule cubitali, geniculato. *Id.* l. 19. c. 3. Laserpitium caule ferulaceo. *Id.* l. 18. c. 12. Caules fabarum. *Id.* l. 12. c. 26. Caulis

panaces. *Id.* l. 16. c. 20. Rhododendron caulibus fruticosum. ¶ Speciatim dicitur de thyrso brassicæ, et per synecdochen de ipsa brassica, quia amplius in ea thyrsus crescit, quam in ceteris oleribus, et est maxime edulis, *a cabbage-stalk; a cabbage. Horat.* l. 2. sat. 4. v. 15. Caule suburbano, qui siccis crevit in agris, Dulcior. *Id. ibid.* sat. 2. v. 61. Cornu bilibri oleum caulibus instillare. *Plin.* l. 17. c. 24. *in fi.* Vitis odit caulem, et olus omne. ¶ Aliquando sumitur pro certo genere brassicæ, et ab ea distinguitur, *cole-wort. Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 47. Vites a caulibus, brassicisque refugere dicuntur. ¶ In vitibus, aliisque arboribus *caulis* dicitur summus ramorum surculus virescens, tener et cauli similis. *the tendril or clasp. Plin.* l. 14. c. 19. Vitis ipsa quoque manditur, decoctis caulibus summis, qui et condiuntur in aceto, ac muria. *Id.* l. 23. c. 7. Cauliculi ramorum fici. [† Sed hoc exemplum V. supra in loco suo, nempe in *Cauliculus.*] Adde *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 31. V. *Colis.* ¶ Translate de aliis quoque rebus usurpatur. *Plin.* l. 11. c. 50. Boum caudis longissimus caulis, atque in ima parte hirtus. στόλος κέρκου. *Id. ibid.* c. 39. Pennarum caules omnium cavi. *h. e.* calami, in quibus pennæ infixæ sunt. *Id. ibid.* c. 29. Locustæ pariunt, in terram demisso spinæ caule, ova condensa. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 434. sibi illico telo Præcidit caulem, testesque una amputat ambo. *h. e.* colem, penem. ¶ Dicitur etiam *caules* in recto singulari. V. *Colis.*

CAULŌDES, is, *having a large stalk*, καυλώδης, hoc est qui caulem magnum habet. Ita appellatur genus quoddam brassicæ lata habentis folia e caule exeuntia. *Plin.* l. 20. c. 9.

CAULON, onis, m. [† nunc] *Castel vetere*, Καυλὼν, oppidum Magnæ Græciæ in monte cognomine, in ora Calabriæ ult. juxta Cocynthum promontorium inter Cryptam auream, et Stylum. *Virg.* 3. *Æn.* v. 553. et *Ovid. Metam.* 15. v. 705. ¶ Apud *Virg. Servius* legit *Aulon*, et eundem esse significat, de quo *Horat.* l. 2. od. 6. v. 18. et apricus Aulon Fertili Baccho minimum Falernis Invidet uvis.

CAUNÆ, arum, V. vocem sequent.

CAUNĔUS, et Caunius, et Caunæus, a, um, Καύνιος, et Καυναῖος, ad Caunum pertinens, quod est Cariæ oppidum. *Caunecæ ficus* dictæ sunt, quæ ex ejus oppidi agro Romam magna copia siccatæ adferebantur, et caricarum optimæ habebantur: erant tamen plebeius cibus, et parvi pretii. *Petron. in fragmen. Tragur.* c. 44. *edition. Burman.* Habemus Ædilem trium caunearum, qui sibi mavult assem, quam vitam nostram. *Cels.* quoque hujus fici meminit l. 5. c. 21. item *Plin.* l. 15. c. 19. ubi cottana, caricas, et cauneas, ut diversa genera enumerat. ¶ Narrat *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 40. cum Brundisii M. Crassus exercitum adversus Parthos in naves imponeret, occurrisse quendam, qui caricas Cauno advectus vendens, *cauneas* clamitabat: qua voce putabatur admonere voluisse, ne iret, quasi diceret. *cave ne eas.* Adde *Plin. loc. cit.* ¶ Dicuntur etiam *Caunæ, arum*, et quemadmodum *caricæ*, pro ficis quibuslibet siccis usurpantur. *Colum.* l. 10. v. 414. Livia Chalcidicis, et caunis æmula Chiis, *h. e.* ficus Livia æque grati saporis, quam Chalcidicæ, et caunæ Chiæ. *h. e.* siccæ ficus ex Chio. *Stat.* l. 1. silv. 6. v. 15. Et quas percoquit Ebosea caunas. Ita leg. *Salmas. ad Solin.* pag. 938. alii aliter. ¶ *Caunei* seu *Caunii, orum*, sunt Cauni oppidi incolæ. *Cic. Fam.* 13. ep. 56. et *ad Q. Fr.* lib. 1. ep. 1. cap. 11.

CAUNUS, i, m. filius Mileti ex Cyanee filia Mæandri, nepos Solis. A sorore Byblide sceleste amatus fugit e Lesbo in Cariam. V. *Byblis.* ¶ Ab eo conditum est, et appellatum *Caunus* oppidum Cariæ in maritima ejus ora, apud ostia Calbis fluvii. *Plin.* l. 5. c. 28. et *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 40. Adde *Pompon. Mel.* l. 1. c. 16. qui ait valetudine habitantium infame esse.

CAVO, as, avi, atum, a. 1. *to hollow, scoop, excavate*, κοιλαίνω, cavum facio. *Liv.* l. 21. c. 26. *in fi.* Cavare naves ex singulis arboribus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 262. cavat arbore lintres. *Id.* 3. *Georg.* v. 87. Equi ungula cavat tellurem. *Id.* 2. *Georg.* v. 450. Tilias, et buxum ferro acuto cavare. *Plin.* l. 7. c. 16. Dentes flammis indomiti, cavantur tabe pituitæ. *Id.* l. 37. c. 7. Carbunculi Indici cavantur in sextarii unius mensuram. *Id.* l. 36. c. 8. Cavare onychen ad vasa unguentaria. *Id.* l. 33. c. 4. fossas. *Id.* l. 8. c. 17. Luna cavans cornua. *h. e.* decrescens. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 130. parmam gladio, galeamque cavare. *h. e.* penetrare, transfodere.

CAVO, is, V. in fine verbi *Caveo.*

CAVOSĬTAS, atis, f. *a hollow place, cavity*, cavatura, locus cavus. *Tertull. de carn.* c. 55. *et de pudicit.* c. 20.

CAUPO, onis, m. *a vintner, innkeeper, huckster, sutler*, ξενοδόκος, κάπηλος, esculentorum, poculentorumque venditor. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 37. Alterum ad cauponem divertisse, ad hospitem alterum. *Martial.* l. 1. epigr. 57. Non potes, ut cupias, vendere, caupo, merum. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 3. Forum Appi Differtum nautis, cauponibus atque malignis. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 9. leg. 1. docet, *caupones* dici tum eos, qui cauponam exercent, tum eorum institores. ¶ Quidam docent, latius aliquando accipi, ut significet quemcumque mercatorem, et institorem, quemadmodum et Græce κάπηλος: afferuntque illud *Plauti Aulul.* 3. 5. 35. Caupones, patagiarii, indusiarii, flammearii, *&c.* Sed alii aliter leg. ¶ Translate *Tertull. de anim.* c. 3. Caupones sapientiæ, atque facundiæ. ¶ *Charis.* l. 1. pag. 47. *Putsch.* docet hoc nomen esse communis generis: et pro *caupo* dictum esse etiam *cupo, onis.*

CAUPŌNA, æ, f. *an inn, tavern, eating-house*, ξενοδοχεῖον, καπηλεῖον, taberna, locus, ubi caupones vinum, et cibos vendunt. *Cic. in Pison.* c. 22. *in fi.* Tibi solitudo erat pro frequentia, caupona pro oppido, *Horat.* l. 1. ep. 11. v. 12. Vivere in caupona. *Gell.* l. 7. c. 11. Delitescere in caupona. ¶ Item ipsa negotiatio cauponum, καπηλική. *Paul. Dig.* l. 33. tit. 7. leg. 13. Caupona negotiationis nomen est. Ita *Torrentin.* at *Haloand.* habet *cauponia. Ulpian. Dig.* lib. 23. tit. 2. leg. 43. Exercere cauponam. ¶ Item mulier, quæ hujusmodi negotiationem facit, ut *Priscian.* l. 6. pag. 684. *Putsch.* docet, *a hostess*, καπηλίς. *Lucil. ibid.* Caupona hic tamen una Syra. *Apul.* l. 1. *Metam.* Stabulum accessi, et de quadam anu caupona illico percontor.

CAUPŌNANS, antis, qui cauponam exercet, *huckstering*, καπηλεύων: et translate lucri causa aliquid faciens. *carrying on for the sake of gain. Enn.* apud *Cicer.* l. 1. *Offic.* c. 12. Nec cauponantes bellum, sed belligerantes. *Guereggin in Asia, e non vi cambio o merco*: eadem sententia dixit *Tassus Can.* 20. *sub fin.*

CAUPONARĬUS, a, um, ad cauponam pertinens, καπηλικός. *Ulpian. Dig.* lib. 23. tit. 2. leg. 43. Sub prætextu instrumenti cauponarii. Ita *Haloand.* sed *cauponii* habet *Torrentin.*

CAUPŌNĬA, æ, f. V. *Caupona*, et *Cauponius.*

CAUPONĬUS, a, um, idem quod cauponarius. *pertaining to taverns or victualling-houses. Paul. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 13. Tabernæ cauponiæ instrumento legato. *Justin.* l. 1. c. 7. Cauponias artes exercere. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 19. Puer cauponius. *h. e.* puer meritorius, cujusmodi in cauponis prostare solebant; ex quo cauponia ars infamis habebatur. ¶ *Cauponium, ii*, est cauponis negotiatio, *the trade of a huckster; the keeping of a tavern or victualling-house*, καπηλική. *Pompon. ibid.* leg. 15. Caballi, qui in pistrinis sunt, et in cauponio institores. *Haloand.* habet *cauponia*, ut sit *cauponia, æ*, eod. sensu.

CAUPŌNOR, V. *Cauponans.*

CAUPONŬLA, æ, f. *a small inn*, parva caupona. *Cic. Phil.* 2. c. 31. Delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans perpotavit ad vesperum.

CAUPŬLUS, vel Caupŏlus, li, m. *a boat*, genus navigii est apud *Gell.* l. 10. c. 25. Docet *Isid.* l. 19. c. 1. *ad fin.* designari hoc nomine idem navigium, quod lembo, et cymba.

CAURĪNUS, a, um, *proceeding from the North-west*, ad Caurum pertinens. *Grat. in Cyneg.* v. 296. Verum ubi Caurino perstrinxit frigore vesper, &c.

CAURĬO, is, n. 4. verbum effictum ad exprimendam pantheræ vocem. *Auctor Carm. de Philom.* (quod *Ovidio* falso tribuitur) v. 50. Panther caurit amans, pardus hiando felit.

CAURUS, i, m. *the North-west wind*, ἀργέστης, ventus est spirans ab occidente solstitiali contra Eurum positus. *Senec.* l. 5. *quæst. nat.* c. 16. *Plin.* l. 2. c. 47. et *Gell.* l. 2. c. 22. V. *Argestes. Virg.* 3. *Georg.* v. 356. spirantes frigora cauri. *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 38. docet, caurum eundem esse ac libonotum, qui est inter meridiem, et occidentem hibernum. Sed aliorum auctoritas, qui allati sunt, potior esse debet. ¶ In libris citatorum scriptorum sæpius legitur *Corus.* Sic apud *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 7. Corus ventus navigationem impediebat.

CAUSA, et Caussa, æ, f. *a cause, reason*, αἰτία, αἴτιον, [id est, ex quo, vel per quod, vel a quo, vel propter quod aliquid fit, vel fieri dicitur, aut simulatur. Ejus vocis etymon ignotum, aut saltem incertum est. Quidam enim ex *cavillor*, alii a *casus* deducunt, nonnulli a *caiso* seu *quaiso. h. e. quæso*, vel ab αἶσα; sed forte derivandum est a *caveo*: certe Jurisconsultorum imprimis est *cavere*, quorum causæ quoque sunt, unde *causidici* appellantur.] ea est, quæ id efficit, cujus est causa, ut *Cic. de Fato*, c. 15. definit. *Id.* 2. *Phil.* cap. 22. Ut in seminibus est causa arborum, et stirpium, sic hujus luctuosissimi belli semen tu fuisti. et *ibid.* Ut Helena Trojanis, sic iste huic Reipublicæ causa belli, causa pestis, atque exitii fuit. *Id. Attic.* l. 15. ep. 7. Epistolæ me delectarunt, in primis Sextii nostri. dices, quia te laudat: puto mehercule, id quoque esse causæ: sed tamen, &c. *Id.* l. 1. *Acad.* c. 3. Quid causæ est, cur poetas Latinos legant? an quia, &c. *Id.* 2. *de Invent.* c. 20. Atrocitas injuriarum satis ne causæ est, quare, &c.? *Teren. Eun.* 1. 2. 65. Multæ sunt causæ, quamobrem cupio abducere. *Cic. Phil.* 6. c. 1. Causa consulibus de republica referendi fuit ex eo, quod &c. *Id.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 20. Ob eam causam, quia &c. *Id.* 5. *Verr.* c. 46. Pensum exigendum est propter hanc causam, quod &c. *Id. Fam.* l. 1. ep. 8. Ob eam causam scribo, ut, &c. *Id. Verr.* 4. c. 40. Ob eam causam, ne, &c. *Sallust. in Jug.* c. 15. Ad impetrandum nihil causæ habeo præter miseram fortunam. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 60. *ad fin.* et *ad Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 2. Facere aliquid cum causa. *Id. Attic.* l. 7. ep. 7. Gravi de causa facere aliquid. *Id.* l. 5. *Fam.* ep. 20. Justis de causis facere aliquid. *Id. de Divin.* l. 1. c. 35. Equus sine causa repente concidit. *Id. Attic.* l. 13. ep. 22. Non sine causa tam diligenter exquiro. *Id.* 1. *Acad.* c. 3. Afferre causam probabilem. *Id. Phil.* 2. c. 22. Causam dare alicui belli contra patriam inferendi. *to give cause. Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 19. *ad fin.* Dare causam, qua inductus quispiam aliquid fecerit. *to assign a reason, why*, &c. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 116. Reddere alicui causas, quid vitatu, aut petitu sit melius. ¶ Sequente infinito. *Tibull.* l. 3. eleg. 2. *extr.* dolo huic et cura Neæræ Conjugis ereptæ causa perire fuit. *Lucan.* l. 5. v. 463. Apso (*fluvio*) gestare carinas Causa palus. ¶ *In causa esse* idem est quod causam esse, *to be the cause. Plin.* l. 9. c. 30. *ad fin.* Humana calamitas in causa est. ¶ Ablativus *causa* idem est quod *propter* sequente genitivo, *on account of, for the sake of. Cic. ad Dolabel. post* ep. 14. l. 15. *ad Attic.* Si hoc honoris mei causa susceperis. *Terent. Eun.* 1. 2. 122. Quidquid hujus feci, causa virginis feci. *Liv.* l. 39. c. 14. Ne quis convenisse, aut coisse causa sacrorum velit. *Sallust. in Catil.* c. 31. Dissimulandi caussa, et quasi sui expurgandi, in Senatum venit. ¶ Sic dicimus *mea, tua causa*, &c. *h. e.* propter me, propter te. *Cic. Fam.* 15. ep. 18. Te abesse, mea causa moleste fero, tua gaudeo. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 97. causaque mea permulta rogatus Fecit. *on my account. Terent. Phorm.* 4. 4. 14. Nostra causa scilicet in nervum potius ibit. ¶ Aliquando *causa* omittitur. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 25. E seditiosis unum vinciri jubet, magis usurpandi juris, quam quia unius culpa foret. ¶ Interdum sumitur pro prætextu, colore, *a pretext, colour*, πρόφασις. *Nepos in Hamilc.* c. 3. Quo facilius causam bellandi reperiret. *Terent. Eun.* 1. 2. 57. Postquam sensit, me tecum quoque rem habere, fingit causas, ne det, sedulo. ¶ Hinc per causam, *under the pretext, or colour of. Cic. pro Dom.* c. 5. *ad fin.* Cum tu in annonæ caritate in Consules, in Senatum, per causam inopum, atque imperitorum, repentinos impetus comparares. *under colour of relieving the poor. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 9. Per causam supplementi, equitatusque cogendi, ab exercitu discedit. (Adde lib. 3. *B. Civ.* c. 76.) *Tibull.* l. 1. eleg. 7. v. 25. Sæpe velut gemmas ejus signumque probarem, Per caussam memini me tetigisse manum. Adde *Ovid. Her.* ep. 20. v. 140. et l. 2. *Trist.* v. 451. et *Liv.* l. 2. c. 32. ¶ Nonnunquam significat excusationem. *excuse. Cic. Fam.* 16. ep. 19. Si ob eam rem moraris, accipio causam. *Id. Verr.* 3. c. 25. *in fin.* Causam alicujus negligere. ¶ Item impedimentum, quo excusatur aliquis, quo minus quidpiam facere possit, *impediment, hindrance, objection. Cic. Phil.* 1. c. 11. *in fi.* Nec erit justior in Senatum non veniendi morbi causa, quam mortis. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 13. Ut major annis LX, et cui morbus causa est, cognitorem det. *Cic. pro Dom.* c. 50. Consuluit, numquid causæ esse videretur, quin id signum dedicaret. *Terent. Andr.* 3. 4. 21. Quid causæ est, quin hinc in pistrinum recta proficiscar via. Adde *Plaut. Rud.* 3. 4. 53. ¶ Item morbum. *ailment, disease. Tibull.* l. 1. eleg. 9. v. 51. Sontica causa. *Plin.* l. 28. c. 15. *in fi*, Femina atteri, adurique equitatu notum est. Utilissimum est ad omnes inde causas spumam equi inguinibus illinire. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 11. *ad fin.* Corpus tenuissimis causis atque offensionibus morbidum. *Cels.* l. 3. c. 3. Atque hæc quidem sanis facienda sunt, tantum causam metuentibus. ¶ Item occasionem, *occasion, motive. Cic.* 2. *de Divin.* c. 2. Mihi causam explicandæ philosophiæ attulit gravis casus civitatis. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 28. Hanc nactus appellationis causam Quintilius, &c. ¶ Sæpissime ponitur pro quæstione, seu controversia, quæ versatur circa certas personas, loca, tempora, actiones, negotia: cujusmodi sunt, quæ in Foro, et judiciis agitantur, *a cause, question, subject of debate. Cic. in Top.* c. 21. Quæstionum duo sunt genera: alterum infinitum, definitum alterum. Definitum est, quod ὑπόθεσιν Græci, nos causam, &c. (Adde *Quintil.* eadem docentem l. 3. c. 5.) *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 6. Causa est res, quæ habet in se controversiam in dicendo positam, cum personarum certarum interpositione. *Id. in Partit.* c. 20. *in fi.* Tria sunt causarum genera, unum quod, a meliori parte, laudationis est appellatum, deliberationis alterum, tertium judiciorum. ¶ Speciatim vero dicitur de causis judicialibus. *a cause, suit, or process at law; judicial process. Id. Verr.* 7. c. 1. Causam constituere. *Id. pro Quint.* c. 24. Causam perorare. *Id. de clar. Orat.* c. 47. Orare causam capitis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 48. Agere causam apud judices. et cap. 49. tractare. *Id. in fragm. pro Cornel.* defendere. *Sueton. in Domit.* c. 9. tenere. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 75. vincere. *Cic.* l. 1. *Fam.* ep. 4. obtinere. *Id. pro Rabir. Post.* c. 4. Causa judicata, et damnata. *Id. pro Rosc. Com.* c. 4. Causam perdere. *Id. ibid.* labefactare. et *ibid.* Confidere, aut diffidere causæ. *Id.* 2. *Phil.* c. 23. Rem, indicta causa, judicare. *without a hearing. Quintil.* l. 4. c. 1. Laborare causa. ¶ *Causam dicere*, absolute, et sine addito, proprie est ejus, qui defenditur, hoc est rei. *to plead for one's self. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 5. Accusant ii, qui in fortunas hujus invaserunt; causam dicit is, cui nihil reliquerunt. *Id. pro Quint.* c. 8. De capite suo priore loco causam dicere. *Id. pro Sest.* c. 8. Causam dicere de ambitu. *Liv.* l. 29. c. 19. Ex vinculis causam dicere. ¶ Causam, vel causas dicere cum aliquo addito est idem quod agere, sive accuses, sive

defendas. *to plead.* Cic. l. 1. *de Orat.* c. 2. Usus, quem ex causis, quas diximus, tot tantisque consecuti sumus. *Id. pro Deiot.* c. 2. Tantam causam dico intra domesticos parietes, &c. et *mox.* Hanc causam si in foro dicerem, &c. ¶ Significat etiam excusationem afferre, utcumque se defendere. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 111. Dixere causam tum nescio quam. *they pleaded an excuse.* et *Phorm.* 2. 1. 42. Non causam dico, quin quod meritus sit, ferat. *h. e.* non deprecor, non recuso. *Cic. pro Quint.* c. 18. Nonas Febr. si Romæ fuit, causæ nil, dicimus, quin tibi vadimonium promiserit. *we concede, grant.* ¶ Aliquando est rationem afferre cur aliquid fiat. *Phædr.* l. 3. fab. 17. v. 5. quare steriles sumerent, interrogavit. Causam dixit Jupiter. *assigned the reason.* ¶ Causa cadere est causam amittere. *to lose one's cause.* et videtur dici proprie de eo, qui contra formulas juris egit, neque eum servavit ordinem, qui in actionibus instituendis servandus est, quod Angli dicunt, *to be nonsuited, to lose the benefit of a legal process, from some failure in the management.* Cic. 2. *de Invent.* c. 19. Ita jus civile habemus constitutum, ut causa cadat is, qui non, quemadmodum oportet, egerit. *Id. Fam.* 7. ep. 14. *ad Trebat. JCtum.* Mimes multi jam, te advocato, causa cadent. Adde *pro Mur.* c. 4. ¶ Aliquando *causa* partes, factiones significat. *a party, faction, cause.* Cic. *pro Deiot.* c. 10. Nemini in illa causa, studio et cupiditate concedebat. *h. e.* in favendo partibus Pompeii. Adde *pro Marcel.* c. 1. et *pro Ligar.* c. 9. *a side.* ¶ Accipitur etiam pro quocumque negotio, *business, employment, office.* *Nepos in Pausan.* c. 4. Quod nemo eorum rediisset, qui super tali causa eodem missi erant. *Cic. Verr.* 5. c. 73. Halesinus Æneas, cui Senatus dederat publice causam, ut mihi fratrique meo gratias ageret. ¶ Item pro conditione, statu, *state, situation, condition.* Cic. 1. *Offic.* c. 31. Nonnunquam mortem sibi consciscere alius debet, alius in eadem causa non debet. Num enim alia in causa M. Cato fuit, alia ceteri, qui se in Africa tradiderunt? et l. 3. c. 27. Regulus cum vigilando necabatur, erat in meliore causa, quam si domi perjurus remansisset. *Id. Agrar.* 3. c. 2. *ad fin.* Soluta meliore in causa sunt, quam obligata. Adde *Fam.* 2. ep. 4. ¶ Item pro conjunctione, vel causa conjunctionis. *connexion.* *Cic. pro Quint.* c. 15. Quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causæ, et necessitudines veteres intercedebant. *Id. de provin. consul.* c. 17. Explicabo breviter, quæ sit mihi ratio et causa cum Cæsare. *Id. Fam.* 13. ep. 19. Cum Lysone est mihi quidem hospitium vetus: sed ea causa etiam cum aliis compluribus: familiaritas tanta nullo cum hospite. ¶ A Jurisconsultis interdum ponitur pro re. *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 14. leg. 7. Cum nulla subest causa præter conventionem, hic constat, non posse constitui obligationem. ¶ Sæpe pro conditione, titulo, jure. *Gell.* l. 4. c. 2. *ad fin.* Mulier non sana est in causa redhibitionis. *Ulpian. Dig.* lib. 40. tit. 7. leg. 2. Usucapere aliquid cum sua causa. *Paul. Dig.* lib. 13. tit. 7. leg. 18. Fundus pignoratus transit cum sua causa. *Pompon. Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 67. Transferre dominium ad alium cum sua causa. *Paul.* lib. 41. tit. 2. leg. 3. Ex pluribus causis eandem rem possidere. *h. e.* ex pluribus titulis. *Id.* lib. 8. tit. 2. leg. 19. Per causam tigni possidere. *h. e.* ex eo titulo, quod tignum immissum sit. ¶ Item pro commodo, utilitate, emolumento, quod ex re aliqua percipitur. *advantage, utility, emolument.* *Caius* lib. 6. tit. 1. leg. 20. Nec sufficit corpus ipsum restitui, sed opus est, ut et causa rei restituatur, idest ut omne habeat petitor, quod, &c. Huc pertinet titulus *de usuris, et fructibus, et causis,* &c. qui est primus lib. 22. *Dig.* ubi per *causas* intelliguntur partus, et partus partuum, et omnes rei extrinsecus accidentes utilitates, ut *Brisson. de verb. significat.* exponit. Huc etiam trahi potest illud *Martial.* lib. 7. epigr. 92. Quid Nomentani causam mihi perdis agelli, Propter vicinum, qui pretiosus erat? *h. e.* utilitatem, et commodum agelli, qui mihi carus erat propter amicum, qui vicinus rusticari solebat. Item illud *Plauti Asin.* 3. 1. 17. Ubi quiesco omnis familiæ causa consistit tibi. V. *Taubman.* ¶ Sæpe etiam ita usurpant, ut vacare videatur, et elegantiæ tantum inserviat: ut cum dicunt *causa bonorum, causa dotis, causa emptionis,* &c. significant enim ipsa bona, dotem, emptionem, &c. Cujus rei exempla multa ex *Dig. libris* congerit *Brisson. loc. cit.* ¶ Ad scriptionem quod attinet, docet *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 15.) Ciceronem et Virgilium duplici *ss* scripsisse: simulque indicat, tum ante, tum post ea tempora simplicem *s* fuisse adhibitam. Exstant præterea monumenta antiqua permulta pro utraque scriptione. Ex Orthographis *Manut.* vult *caussa*, *Dausquius* placet *causa*. Utrumque probat *Cellarius.*

CAUSĀLIS, le, ad causam pertinens, *causal, relating to causes.* ut *Causalis ratio,* *Augustin. de Gen. ad lit.* l. 7. c. 23. ¶ *Causales conjunctiones* dicuntur a Grammaticis, quibus aliquo modo causa redditur rerum. *Charis.* l. 2. pag. 199. *Putsch. Diomed.* l. 1. pag. 410. et *Priscian.* l. 16. pag. 1027. ¶ Quod legitur apud *Arnob.* l. 5. pag. 168. Sicuti suis scribit in Causalibus Butas: *Causalia,* vel *Causales libri* sunt, in quibus de causis rerum disseritur: quales sunt Plutarchi Αἰτίαι φυσικαί. Imo pro *Butas* vult *Herald.* legi *Plutarchus.*

CAUSĀLĬTER, adverb. *causally,* per causas. *Augustin.* l. 5. *de Gen. ad litter.* c. *ult.* Quæ terra producit potentialiter, atque causaliter.

CAUSARIE, adverb. per causariam missionem. *Macer Dig.* lib. 49. tit. 16. leg. 13. Qui causarie missus est. *on good ground, with authority.* Ita leg. quid. At *Torrentin. et Haloand.* habent *causaria,* ut subaudiendum sit *missione.*

CAUSARIUS, a, um, *sick, indisposed, valetudinary,* ad causam pertinens, qua morbum significat, valetudinarius. *Senec.* ep. 68. In animo nostro sunt quasi causariæ partes, quibus adhibenda curatio est. *Id. in præfat.* l. 1. *quæst. nat.* Corpus hoc causarium ac fluidum, periturumque. *Plin.* l. 25. c. 5. *sub fin.* Elleborum vetant dari causariis vel latere, vel faucibus. ¶ *Causarii milites* sunt, qui ob valetudinem ab militia excusantur. *soldiers having leave of absence from ill health.* *Liv.* l. 6. c. 6. Exercitum ex causariis, senioribusque scribere. *Spartian. in Adrian.* c. 10. Omnes causarios liberalitatibus sublevavit. Al. leg. *causarius.* ¶ Hinc *causaria missio* dicitur, cum quis miles vitio animi, vel corporis minus idoneus militiæ renunciatur, ut *Macer* definit *Dig.* lib. 49. tit. 16. leg. 13. ¶ *Causarius oculorum* dicitur a *Marcell. Empir.* c. 8. qui oculis æger est: et *dens causarius, ibid.* cap. 12. qui dolet. *an aching tooth.*

CAUSĀTE, adverb. cum causa. *Plin. in præfat. hist. nat.* causatius defendere. *with good reason.*

CAUSATIO, onis, *f. a pretext, excuse,* prætextus, excusatio. *Gell.* l. 20. c. 1. Ne causatio ista ægri corporis perpetuam vacationem daret. ¶ Significat etiam morbum, quemadmodum et *causa*. *Pallad. de R. R.* l. 1. tit. 4. Si salvo capite, in pulmonibus ac thorace aut nulla, aut rara causatio est. *ailment, disease.* ¶ Apud *Martian. Capell.* l. 5. pag. 151. causatio est ipse status causæ, seu controversiæ forensis. ¶ A *Tertull.* l. 6. *advers. Marcion. c. pænult.* adhibetur pro occasione, vel prætextu, ex *D. Paul. ad Philipp.* 1. 18.

CAUSATĪVUS, a, um, adject. *causative, expressing a cause or reason,* αἰτιολογικὸς, causam præbens, efficiens. Apud *Martian. Capell.* l. 5. pag. 154. *Causativum litis* est res, quæ controversiam facit, et statum causæ constituit. ¶ *Causativus casus* idem est qui accusativus, apud *Priscian.* l. 5. pag. 671. *Putschii. the accusative case.*

[* CAUSATRIX, icis, f. *Dig.* l. 38. tit. 10. leg. 4. sect. 6. Omnis mali causatrix. Sed est tantum ex interpretatione, nescio quam antiqua, Homerici versus, et verbi κακομήχανος.]

CAUSIA, æ, f. *a broad-brimmed hat,* καυσία, genus pilei barbarici ad æstum, solemque arcendum. *Plaut. Mil.* 4. 4. 41. Facito ut venias huc ornatus ornatu nauclerico, causiam habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam, &c. *Id. Pers.* 1. 3. 75. Cape tunicam, atque zonam, et chlamydem afferto, et causiam. *Valer. Max.* l. 5. c. 1. n. 4. *extern.* Causia caput velatum more Macedonum habere. ¶ Videtur Romanis quoque in usu aliquando fuisse. Nam illius distichi *Martialis* l. 14. n. 29. In Pompeiano tectus spectabo theatro: Nam ventus populo vela negare solet: *Lipsius de Amphith.* c. 18. lemma esse ait *causia*: alii leg. *gausapa.* Sed *Lipsii* lectio magis placet. ¶ Legitur et *causea.* ¶ Aliquando *causiæ* dictæ sunt vineæ militares, quibus utebantur in urbium oppugnationibus: *mantlets, covered ways:* quia sicut *causia* solem, ita vineæ saxa, et tela capiti defendunt. *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 15. Vineas dixerunt Veteres, quas nunc militari barbaricoque usu causias vocant.

[* CAUSIDICATIO, onis, f. oratio causidico digna, prolixa, nimis verbosa. *Fronto pro Volumn.* Quod si ultra epistolæ modum videbor progressus, eo eveniet, quod ea res postulat, ut cum epistola conjuncta sit quædam causidicatio.]

CAUSĬDICĪNA, æ, f. *the art of pleading,* ars, et munus causidicorum, αἰτιολογία. *Ammian.* l. 30. c. 4. (*al.* 16.) Id habet causidicina metuendum, quod &c. *Symmach.* l. 5. ep. 75. Causidicinæ nomen dare. *Impp. Theodos.* et *Valentinian.* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 4. *leg. ult.* Causidicinam profiteri. Adde lib. 12. tit. 1. leg. 188.

CAUSĬDĬCUS, i, m. *a pleader, advocate,* δικολόγος, ῥήτωρ, qui causas agit. Apud optimos Scriptores valde distat ab oratore. Nam ita appellatur quicumque patronus dicendi usu aliquo præditus, qui in foro probabilis esse videtur, et causas utcumque agit. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 46. Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus, sed eum virum, qui &c. *Id. in Orat.* c. 9. Nam qui Lysiam sequuntur, causidicum quendam sequuntur, non illum quidem amplum atque grandem, subtilem et elegantem tamen, et qui in forensibus causis possit præclare consistere. Adde *Quintil.* l. 12. c. 1. *circa med.* et *Auct. dial. de Orat.* c. 1. Hinc *Juvenal.* sat. 6. v. 138. causidicum, et præconem conjungit, tamquam utriusque ars æque sit digna contemptus: quod facit et *Petron. in fragm. Tragur.* c. 46. *Burman.*

CAUSĬFĬCOR, aris, dep. 1. idem quod causor, αἰτιολογέομαι. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 25. Non causificor, quin ego illam habeam potissimum. *Apul.* l. 10. *Metam.* Inconciune causificans.

CAUSIMOMANTĪA, V. *Axinomantia.*

CAUSOR, aris, atus sum, dep. 1. *to pretend or plead in the way of excuse, to allege as a reason,* προφασίζω, αἰτιάομαι, afferre tamquam causam. *Virg. Ecl.* 9. v. 56. Causando nostros in longum ducis amores. *Liv.* l. 3. c. 64. Consensum Patrum causabantur. *Quintil.* l. 11. c. 1. Nec causanti pupillo sic tutor irascatur, ut &c. *h. e.* causas afferenti, cur eum tutorem nolit. *Horat.* l. 1. ep. 14. v. 12. Stultus uterque locum immeritum causatur inique: In culpa est animus. *Tibull.* l. 1. eleg. 3. v. 17. Causari aves, aut omina dira. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 9. v. 13. euros tumidos. *Tacit.* l. 3. *Hist.* c. 59. Inhabilem labori valetudinem. *Id.* l. 13. *Ann.* c. 44. adversam voluntatem patris. *Sueton. in Calig.* c. 23. Causari aliquid in aliquo. *Id. in Ner.* c. 49. Duos pugiones arripuit, tentataque utriusque acie, rursus condidit, causatus, nondum adesse fatalem horam. *Ulpian. Dig.* lib. 16. tit. 3. leg. 3. Causatus, quod semel ignarus vendiderit. *Id.* lib. 36. tit. 1. leg. 13. Causari aliquid, ne, &c. *Trebell. Poll. in XXX Tyrann. in fi.* Causari cum aliquo. *h. e.* queri, expostulare: quam significationem etiam αἰτιᾶσθαι apud Græcos habet. ¶ Addunt quidam duo *Ciceronis* loca 2. *de Orat.* c. 89. et *pro Rosc. Com.* c. 14. sed utrobique leg. aliter plerique omnes. ¶ Passiva significatione *Ovid. de nuce,* v. 125. Causabor, quare sit lapidosus ager. *Salmas.* legit *causa habeor,* quod *Heins.* probat. ¶ *Nonn.* c. 2. n. 157. *causari* interpretatur causam dicere, defendere: et affert exempla ex *Accio, Afranio,* et *Pacuvio,* quæ non ita aperta sunt, ut rem plane conficiant.

[* CAUSTĬCE, es, f. καυστική, urens herba, quæ alius scelerata dicitur. *Apul. de herb.* c. 8.]

CAUSTĬCUS, a, um, *apt to burn, caustic, caustical, escharotic,* καυστικὸς, adurendi vim habens: καίω, uro. *Martial.* l. 14. epigr. 26. Caustica Teutonicos accendit spuma capillos. *h. e.* sapo, qui ex cinere et sevo factus capillum rutilat. ¶ Dicitur sæpe de medicamentis, quæ vehementer calida sunt, et carnem arefaciunt, exedunt, adurunt. (*caustics, escharotics.*) *Plin.* l. 27. c. 9. Enneaphyllon est causticæ naturæ. *Id.* l. 32. c. 10. Adarca vim habet causticam. ¶ *Causticum, i,* est medicamentum causticum, *a caustic, escharotic; a burning application which burns the skin and flesh to an eschar.* *Id.* l. 26. c. 8. Tithymalum est tam ferventis naturæ, ut per se extra corpori impositum pusulas ignium modo faciat, et pro caustico in usu sit. Et *ibid.* c. 1. Causticis curare lichenas. *Id. in fi.* l. 34. Arsenicum causticis additur, et psilothris.

CAUSŬLA, æ, f. *a trifling cause; light subject,* parva causa. *Cic. de opt. gen. Orat.* c. 3. *in fi.* Lysias parvarum rerum causulas scripsit. *h. e.* breves, vel leves controversias. *Hirt. de B. Afric.* c. 54. Parvulam modo causulam nactus. *h. e.* occasiunculam. *a little opportunity.*

CAUTE, *cautiously, warily, circumspectly, prudently,* εὐλαβῶς, prudenter, callide. *Cic. pro Cluent.* c. 42. A me omnia caute, pedetentimque dicentur. *Id. pro Deiot.* c. 6. Cautius efficere aliquid. et *Attic.* lib. 15. ep. 26. Cautissime navigare.

CAUTĒLA, læ, f. *caution, wariness, care, diligence,* εὐλάβεια, cautio, diligentia, providentia, qua aliquid cavemus. *Apul.* l. 5. *Metam.* Exitiabile tibi periculum fortuna minatur, quod observandum pressiore cautela censeo. *Id.* l. 2. *Metam.* Tantum a cautela Pamphiles abfui, ut etiam, &c. *h. e.* tantum abfuit, ut a Pamphile mihi caverem, &c. ¶ A Jurisconsultis adhibetur eodem modo quo cautio, *surety, security,* ἀσφάλεια. *Pompon. Dig.* lib. 13. tit. 7. leg. 6. Prius idonea cautela a debitore pro indemnitate ei præstanda. *Ulpian.* lib. 3. tit. 3. leg. 15. Cautelam interponere. *Caius* lib. 16. tit. 3. leg. 14. Cautelam idoneam reddere.

[* CAUTELĬTAS, atis, f. idem ac cautela, cautio. *Ennod.* l. 8. ep. 8. An forte contra me illam tuam cautelitatem æstimas esse servandam?]

CAUTER, ēris, m. *a cautery,* καυτήρ, idem quod cauterium. *Pallad.* l. 1. *tit. ult.* Cauteres, castratoria ferramenta atque tonsoria, vel quæ ad animalium solent pertinere medicinam. *Prudent. Peristeph.* 14. v. 490. cremari stridulis cauteribus. *Pallad.* l. 1. tit. 41. Picem duram, ceram albam . . . . juncturis adline, et cautere cuncta percurre. ¶ Item vulnus, adustio cautere facta. *an eschar.* *Prudent. peristeph.* 2. v. 229. Arvina posthinc igneum Impressa cauterem lavit. ¶ Translate *Tertull. de Pall. c. pænult.* Adigere cauterem ambitioni.

CAUTERIĀTUS, a, um, *cauterized,* cautere adustus. Translate *cauteriatam conscientiam* dixit *Hieronym. in cap.* 1. *Abdiæ* ex *D. Paul.* 1. *ad Timoth.* 4.

CAUTERIUM, ii, n. *a hot iron to mark cattle with, brand malefactors,* &c. καυτήριον, Græca vox a καίω, uro, quæ significat instrumentum, quo ignito notæ et stigmata carni inuruntur: quod *cauter* a *Pallad.* appellatur. *Veget.* l. 1. *de re veterin.* c. 14. Inuri rectis cauteriis convenit; et ut efficacius prosint, cupriniis cauteriis est utendum. ¶ Significat etiam medicamentum carnes exedens, aut humores desiccans, *the method of burning mortified or superfluous flesh with hot irons, or caustic medicaments; cautery.* *Scribon. Larg. compos.* 240. Hoc acre est, et quasi cauterium crustam altam facit. *Plin.* l. 25. c. 8. Plantagini vis mira in siccando, densandoque corpore cauterii vicem ob-

tinens. Adde lib. 22. c. 23. ¶ Item instrumentum, quo utebantur pictores in encaustice ad colores ceris inurendos. *Martian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 17. Pictoris instrumento legato, ceræ, colores legato cedunt: item peniculi, et cauteria. Adde *Tertullian. advers. Hermogen.* c. 1.

CAUTERIZO, as, a. 1. *to cauterize*, cauterium adhibeo. *Veget.* l. 3. *rei veterin. altero* cap. 2. Cauterizare subtiliter.

[* CAUTERŌMA, seu CAUTRŌMA, atis, n. a καυτὴρ, ulcus, seu vulnus a peccante cautere factum. *Plin. Valer.* l. 3. c. 47. Quod remedium et alia hujuscemodi curat, et cautromata.]

CAUTES, is, f. *a ragged rock, crag, cliff*, ῥαχία, πέτρα, saxum magnum, et asperum, rupes. *Tibull.* l. 2. eleg. 4. v. 9. insanis cautes obnoxia ventis. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 13. Naves nihil saxa, et cautes timebant. *Virg.* 4. *Æn.* v. 366. duris genuit te cautibus horrens Caucasus. *Plin.* l. 37. c. 2. Cautes Alpium inviæ. *Id.* l. 34. c. 14. Lapis hic et in Cantabria nascitur, non ille magnes verus caute continua, sed sparsa bullatione. *Impp. Valent. Theodos.* et *Arcad.* lib. 10. *Cod. Theodos.* tit. 19. leg. 14. Nobilitas cautium. *h. e.* lapidum, marmorum. ¶ De quocumque lapide, seu saxo. *Colum.* l. 10. v. 66. nos abruptæ tum montibus altis Deucalioneæ cautes peperere. ¶ *Prudent.* in recto casu *cautis* dixit, ut secundam corriperet, *Peristeph.* 14. v. 701. Quæ cautis illud perpeti spectaculum, &c. ¶ *Cautes*, vel *Cautus*, cujus mentio fit in vet. Inscriptionib. apud *Gruter.* pag. 89. n. 4. et 5. et apud *Reines.* class. 1. n. 152. non absurde creditur ab eodem *Reines.* fuisse *Deus Cautes* Germanorum, ea ratione, qua dicebant *Deum montem, Deum fontem, Deum Nilum*, &c.

CAUTIM, adverb. *cautiously, warily*, caute, εὐλαβῶς. *Terent. Heaut.* 4. 8. 30. Cautim, et paulatim dare. *Acc.* apud *Non.* c. 11. n. 22. Tibi cautim est adeundum ad virum.

CAUTIO, onis, f. *caution, care, precaution, provision*, εὐλάβεια, providentia, qua advertimus, ne quid mali nobis accidat: a supino *cautum* verbi *caveo*. *Cic. Tuscul.* 4. c. 6. A malis natura declinamus: quæ declinatio si cum ratione fiat, cautio appellatur; quæ autem sine ratione, nominatur metus. *Id. de Amic.* c. 21. Horum incommodorum una cautio est, atque provisio, ut ne nimis cito diligere incipiamus. *Id.* 2. *de Orat.* cap. 74. Neque illa mea cautio, et timiditas in causis negligenda est. *Id. pro Font.* cap. 1. Videte, quam longe videar a consuetudine mea, et cautione, ac diligentia discedere. *Id. Attic.* lib. 1. ep. 19. *a med.* Adhibere cautionem, et diligentiam alicui rei. *Id. Fam.* 11. ep. 21. Quæ provideri poterunt, non fallar in iis: quæ cautionem non habebunt, de his non ita valde laboro. *h. e.* quæ caveri non poterunt. *Id.* lib. 1. *Offic.* cap. 14. Beneficentia nihil est naturæ hominum accommodatius: sed habet multas cautiones. *h. e.* multa cavere oportet in ea exercenda. *Id. pro Flacc.* c. 13. *in fi.* Defendendi facilis est cautio. *h. e.* provisio, et ratio defendendi. ¶ *Cautio est*, caveo, provideo, curo. *Terent. Adelph.* 3. 4. 57. Pisces hi mihi ne corrumpantur, cautio est. *I am on the watch; on the look out.* (Adde *Andr.* 2. 3. 26.) *Plaut. Pœn.* 1. 3. 36. Nunc mihi cautio est, ne meamet culpa meo amori obiexim moram. ¶ Est etiam verbum forense, et significat chirographum, syngrapham, fidejussionem, et aliam quamcumque stipulationem, qua quis sibi vel alteri cavet, idest, se, vel alium securum reddit, *security, bail; a bond, bill, or obligation*, συγγραφὴ, ἀσφάλεια. *Cic. Fam.* 7. ep. 18. *ad Trebat. JCtum.* Quando vestræ cautiones infirmæ sunt, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei. *a bond in my own hand-writing. Id. pro Dom.* c. 5. Facere cautiones pecuniarum. *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 7. *ad fin.* Prolatis cautionibus controversiam tollere. *Sueton. in Aug.* c. 98. Exigere cautionem ab aliquo, non alio datam summam, quam in emptionem mercium, absumpturum. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. *extr.* Cavere cautione. *Venulei. Dig.* lib. 46. tit. 8. leg. 6. Cavere cautionem, ratam rem dominum habiturum. *Papinian.* lib. 40. tit. 4. leg. 50. Offerre cautionem idoneam. *Julian.* lib. 44. tit. 1. leg. 11. interponere de solvendo. *Ulpian.* lib. 43. tit. 22. leg. 1. *ad fin.* polliceri damni infecti. *Papinian.* lib. 3. tit. 5. leg. 30. præbere alicui indemnitatis. *Modestin.* lib. 26. tit. 7. leg. 31. Cautiones soluti vectigalis. *Gell.* l. 4. c. 3. rei uxoriæ. *h. e.* de reddenda dote, si divortium sequatur. *Paul.* lib. 16. tit. 3. leg. 27. Conferre dotem in cautionem sub titulo depositi. *h. e.* dare dotem sub cautione: *to make over the dowry under proper security.* Exemplum cautionis habes. lib. 12. tit. 1. leg. 40. ¶ Translate *Cic. pro Sext.* c. 7. Hunc Pompeius omni cautione, fœdere, exsecratione devinxerat, nihil in tribunatu contra me esse facturum.

CAUTIONĀLIS, le, ad cautionem pertinens. *Ulpian. Dig.* lib. 46. tit. 5. leg. 1. Stipulationes cautionales. *h. e.* quibus aliquid cavetur, et securum redditur.

CAUTIUNCŬLA, læ, f. parva cautio. Habetur in notis *Tiron.* et *Senecæ* in calce *Inscription. Gruter.* fol. 8. col. 5. ubi legitur etiam *pactiuncula.*

CAUTOR, ōris, m. *a wary man, one who looks about him*, qui cavet, et providet sibi, vel alteri. *Plaut. Capt.* 2. 2. 5. Qui cavet, ne decipiatur, vix cavet, cum etiam cavet: etiam cum cavisse ratus, sæpe is cautor captus est. *Cic. pro Sext.* c. 7. Ille nefarius, parum se fœdus violaturum est arbitratus, nisi ipsum cautorem alieni periculi suis propriis periculis terruisset.

CAUTUS, us, m. cautio. *Gell.* l. 10. c. 15. Cautus multiplices Flaminis Dialis. Alii plerique leg. *castus* rectius.

CAUTUS, a, um, *legally secured*, ἀσφαλισθεὶς, cautione forensi securus factus: nomen ex particip. a *caveo*. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 105. Cautos nominibus certis expendere nummos. Al. leg. *scriptos*. *Cic. pro Cæcin.* c. 4. Ut mulieri res esset cautior, curavit, ut in eo fundo dos collocaretur. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 13. leg. 1. Si cui cautum est honorarium. *h. e.* sub cautione promissum. ¶ Translate est tutus, munitus, *secure, safe, defended. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 20. In eam partem peccare, quæ est cautior. *Martial.* l. 2. epigr. 1. Esse tibi tanta cautus brevitate videris. *Lucan.* l. 4. v. 409. Cautus ab incursu belli. ¶ Sæpissime activa significatione usurpatur, et significat eum, qui diligenter cavet, et providet, circumspectum, providum, *cautious, careful, wary, provident, circumspect*, εὐλαβὴς. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 40. Cautus, et providus. *Gell.* l. 12. c. 12. Prudens, et cautus paterfamilias. *Cic. Agrar.* 1. *in fi.* Cautus in periculis. *Id. Q. Fr.* l. 3. *ep. ult.* Cautum esse in scribendo. *Liv.* l. 24. c. 32. et *Tibull.* l. 1. eleg. 10. v. 46. et *Quintil.* l. 6. c. 1. Cautiorem esse ad aliquid. *Curt.* l. 10. c. 1. Cautum esse erga bona sua. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 76. Cautissima Tiberii senectus. *Cic. Philip.* 13. c. 3. Cautioribus consiliis uti. *Martial.* l. 12. epigr. 6. Hilaris clementia, cauta potestas. *Id.* l. 6. epigr. 25. Cauta virtus. *Sil.* l. 14. v. 188. Cautis armis invigilare. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 4. v. 65. Timor cautus. *Id.* 2. *Fast.* v. 336. Cautæ manus. ¶ Cum infinito *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 51. Cautus dignos assumere. ¶ Cum genitivo *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 15. Peractis totius mensis feriis dies suos, rei divinæ cautus, inscruit. ¶ Pro callido, vafro. *cunning, artful, sly, crafty. Horat.* l. 1. ep. 1. v. 73. quod vulpes ægroto cauta leoni Respondit. *Martial.* l. 5. epigr. 4. Fœtere multo Myrtale solet vino, Sed fallat ut nos, folia devorat lauri, Merumque cauta fronde, non aqua miscet. ¶ In illo *Corippi* l. 3. v. 389. Debita persolvit genitoris, cauta recepit: *cauta* sunt cautiones, syngraphæ, ut et *Barth.* docet lib. 44. *Adver.* cap. 15.

CAVUM, i, n. et Cavus, i, m. *a hollow, hollow place, cavity, hole*, locus cavus, foramen, κοιλότης, κοίλωμα. *Cato R. R.* c. 128. Neque aspergo nocebit, neque mures cava facient. *Liv.* l. 24. c. 34. Murum cubitalibus fere cave aperuit, per quæ cava sagittis petebant hostem. *Plin.* l. 2. c. 79. Venæ, et cava occulta terræ. *Id.* l. 20. c. 6. Cava dentium. *Colum.* l. 12. c. 8. Cavus terebra factus. *Varr. R. R.* c. 15. l. 3. Facere cavos laxiores. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 33. Macra cavum repetes arctum, quem macra subisti. *Vitruv. sub fin.* l. 3. Norma in cavo strigis circumacta. *Plin.* l. 11. c. 51. Duobus cavis recepto spiritu. [Pro fornace adhibet *Prudent. de S. Vincent.* v. 70. Excisa fabrili manu, Cavis recocta et follibus, Quæ voce, quæ gressu carent, Immota, cæca, elinguia.] ¶ De cavo ædium V. *Cavædium.*

CAVUS, a, um, *hollow, concave, excavated*, κοῖλος, ἀνάκοιλος, cavatus, sinuosus, foramen et spatium habens, vacuus. *Horat.* l. 2. od. 19. v. 12. truncis Lapsa cavis iterare mella. *Flor.* l. 3. c. 20. Cavus mons. *Virg. Æn.* 2. v. 53. Cavæ cavernæ. *pleonasmus. Id. Ecl.* 1. v. 18. Cava ilex. *Id.* 2. *Georg.* v. 186. convallis. *Id. Georg.* 4. v. 464. testudo. *Id.* 3. *Æn.* v. 24. Ære cavo dare signum. *h. e.* tuba. *Id.* 6. *Æn.* v. 171. cava dum personat æquora concha. *Id.* 10. *Æn.* v. 475. vagina. *Id.* 9. *Æn.* v. 666. galea. *Id. ibid.* v. 46. Cavæ turres. et vers. 534. fenestræ. *h. e.* patentes. *Id. Æn.* 2. v. 487. ædes. *h. e.* cameratæ, ut *Serv.* exponit. *vaulted. Id.* 8. *Æn.* v. 69. cavis undam de flumine palmis sustulit. *Sueton. in Aug.* c. 91. Cavam manum assem porrigentibus præbere. *Virg.* 3. *Æn.* v. 191. vastumque cava trabe currimus æquor. *Id.* 9. *Æn.* v. 633. cava tempora ferro trajicit. *Martial.* l. 11. epigr. 32. Cavæ lances. *Plin.* l. 8. c. 54. Luna cava. *h. e.* decrescens, et in cornua diducta. *Id.* l. 12. c. 1. Cava specus. ¶ *Vena cava* in corpore animalis est vena omnium maxima, quæ ex ceteris venis omnibus sanguinem in cor infert. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 55. Ventriculis cordis, in quem sanguis a jecore per venam illam cavam influit. ¶ *Cava flumina* apud *Virgil.* l. 1. *Georg.* v. 326. et l. 4. v. 427. sunt profunda, alta. *deep.* Sic *Lucan.* l. 1. v. 396. Lemannus cavus. et lib. 2. v. 422. Rutubamque cavum. Quo referri possunt et illa *Catulli* carm. 93. *de Smyrna.* cavas Atracis penitus mittetur ad undas. et carm. 17. *ad Colon.* cavaque in palude recumbat. Et *Ennii* apud *Macrob.* lib. 6. *Saturn.* cap. 4. Lumine sic tremulo terra, et cava cærula candent. ¶ Dicitur etiam *cavus* de rebus inanibus, et obscuris, ut *Non.* c. 6. n. 105. observat. *hollow, containing nothing, empty. Virg.* 2. *Æn.* v. 360. nox atra cava circumvolat umbra. ubi *Servius:* bonum epitheton: naturale enim est, ut obscurum sit omne concavum: vel *cava*, inani. *Id.* 1. *Æn.* v. 520. Nube cava amictus. *Id.* 6. *Æn.* v. 293. tenues sine corpore vitas volitare cava sub imagine formæ. ¶ Apud sequioris ævi Scriptores legitur aliquando usurpatum pro vano, inani, *vain, futile, idle. Paulin.* carm. 22. *Epithal. Jul. et Iæ*, v. 139. Dissidet a nostris cava mundi gloria regnis. *Id.* carm. 21. *ad Cyther.* v. 906. Opibus inflati cavis. ¶ *Cavi menses* dicuntur a *Censorino de die nat.* c. 20. qui XXX dies habent, et *pleni*, qui XXXI.

CAYCUS, i, m. V. *Caicus.* ¶ *Cayci, orum*, sunt populi Germaniæ, quorum meminit *Lucan.* l. 1. v. 463. et *crinigeros* appellavit. Hos *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 379. et l. 1. *in I. Cons. Stilich.* v. 225. vocat *Caucos.* V. Geographos.

CAYSTRIUS, a, um, Καΰστριος, ad Caystrum pertinens. *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 1. v. 11. Utque jacens ripa deflere Caystrius ales, &c. *h. e.* cygnus.

CAYSTRUS, et Caystros, i, m. Κάϋστρος, fluvius Lydiæ, seu Mæoniæ in Asia minori, qui oritur in Phrygia combusta, deinde per Lydiam labitur, multos amnes deferens, alluit Philadelphiam, et alias urbes, et prope Ephesum in sinum Ionium influit. A quibusdam *Mæander minor* dictus est. Cygnis abundare traditur. *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 2. *a med.* Nec Rhenus, nec Rhodanus, nec Ister, nec Caystrus. *Ovid. Metam.* 5. v. 386. non illo plura Caystros Carmina cygnorum labentibus audit in undis. Al. leg. *Cayster*, sed *Caystros* est in meliorib. libris, teste *Heins.* V. dicta in *Asius, a, um.*

CE

CE, adjectio syllabica, quæ jungitur fere pronominibus articularibus, et demonstrativis, per omnes eorum casus, ut *hicce, hæcce, hocce*; additque non solum elegantiam, sed etiam vim sermoni. *Cic. Divin. in Verr.* c. 14. *ad fin.* Hujusce rei judicium. *Id. Verr.* 2. c. 12. Per hosce annos. *Id. Fam.* 4. ep. 5. Hisce temporibus. *Cato R. R.* c. 129. Illace dape. et *ibid.* Istace dape. *Plaut. Mostell.* 3. 1. 116. Hæcce ædes ita erant. *Al. leg.* hæce. *Id. Merc. prol.* v. 91. Iisce confectis. *Id. Rud.* 3. 4. 40. Pro istisce ambabus. *Id. Pseud.* 3. 2. 34. Cum hasce herbas hujusmodi in suum alvum congerunt. Ubi nota pleonasmum *hasce hujusmodi. Terent. Eun.* 2. 2. 38. Hice arbitrantur. *Priscian.* l. 12. pag. 948. *Putsch.* vult legi *hisce*, licet sit rectus casus pluralis, et litteram *s* interponi euphoniæ causa. Similiter *hisce* legit *Camerar.* in illo *Plauti Capt. prol.* v. 35. Hisce confinxerunt dolum. Al. tamen *hice* retinent utroque loco. ¶ Jungitur etiam particulæ *sic. Plaut. Rud.* 2. 4. 12. Sicce placide tangere. *h. e.* sic placide. *Lambin.* putat esse adverbium, et interpretatur sobrie: quem ridet *Schoppius* apud *Taubman.* ¶ Quando additur particula *ne*, mutatur *ce* in *ci*, ut *hiccine, hæccine, hoccine*, &c. *Terent. Andr.* 4. 1. 1. Hoccine credibile est? *Id. Heaut.* 4. 5. 3. Illanccine mulierem? *Plaut. Pseud.* 4. 1. 44. Illiccine est? *Arnob.* l. 5. pag. 177. Ad hæccine nos sacra compellitis? hoscine nobis deos importatis? *Terent. Phorm.* 5. 8. 23. Hæccine erant itiones crebræ, &c.? *Al. leg.* hæcine. *Id. Hecyr.* 1. 1. 13. Hiscine tu non contra insidiabere? *Plaut. Curcul.* 4. 4. 33. Siccine mihi esse os oblitum? *Terent. Andr.* 4. 1. *in fine.* Hem, nunccine demum? ¶ *Hiccine?* h. e. hoc ne in loco? *Plaut. Cistell.* 1. 1. 21. hiccine istuc licet? *Le.* jus fasque est: nemo alienus hic est. *Terent. Adelph.* 2. 1. 29. Hiccine libertatem aiunt esse æquam omnibus?

CEA, æ, f. [† nunc] Ζία, Κὴν, vel Κεῖος, item Κέως, et Κία, insula maris Ægæi, una Cycladum, prope Helenam insulam, et regionem Atticam, distans ab Eubœa XX M. P. *Ovid. Her.* ep. 20. v. 221. Insula Coryciis quondam celeberrima Nymphis Cingitur Ægæo, nomine Cea, mari. Adde *Virg.* 1. *Georg.* v. 14. ¶ Dicitur item *Ceos, i*, item *Hydrussa*, ab aquarum copia, ut *Plin.* l. 4. c. 12. docet. Ex ea profectam esse delicatiorem feminis vestem, auctor est *Varro*, teste *Plin. ibid.* qui addit l. 11. c. 22. mulierem quandam nomine Pamphilam Latoi filiam, primam invenisse rationem redordiendi telas bombycum, rursusque texendi, ut molliores essent, et pellucidiores. ¶ Est etiam *Cea* eadem quæ *Coos* prope Cariam, de qua V. suo loco. *Plin.* l. 5. c. 31. Ceterum facile hæc cum priori confunditur ob similitudinem nominum: qua de re docte *Harduin.* in notis, et emendationib. *ad cit.* lib. 11. *Plin.* n. 42. ¶ Sunt qui scribunt *Cæa*, sed contra *Lambin. ad Horat.* l. 2. od. 1. *Heins. ad locum Ovid. cit.* et *Metam.* 7. v. 369. et alios plures. ¶ Legitur et *Cia* a Græco Κία.

CEBĀNUS, a, um, ad Cebam pertinens, quod est oppidum Liguriæ ad Cebanum fluvium. Hinc *Cebanus caseus* apud *Plin.* l. 11. c. 42.

CEBRĒNIS, idis, Κεβρηνίς, adject. femin. a *Cebrene* fluvio Troadis, a quo *Cebrenia* ejusdem Troadis provincia est appellata. In fabulis est hunc fluvium filiam habuisse Hesperien, seu Heperien, quæ morsu anguis icta periit. *Ovid. Metam.* l. 11. v. 769. Aspicit Hesperien patria Cebrenide ripa. Vide ibi reliqua, et supra in *Æsacus.* ¶ Addunt alii, ipsum fluvium Cebrenem ex mœrore ob natæ mortem exaruisse, et factum esse paludem pestilentes exhalationes emittentem. *Stat.* l. 1. silv. 5. v. 21. et viduæ Cebrenidos arida luctu Flumina. ¶ Hujus *Cebrenis* meminit *A. Sabinus in epist.* 3. *Paridis ad Œnon.* v. 89. et Œnones patrem facit. *Heins.*

CEBRĒNUS, i, m. *Auson.* ep. 14. *ad Paul.* v. 19. Sic qui venalis tam longa ætate Cebrenus Non habet empto-

rem, sit tibi pro pretio. Al. leg. *Crebennus.* Utcumque sit, nomen est proprium fundi.

CECAUMENUS, *burnt*, κεκαυμένος, vox Græca, ustum significans, a καίω, uro. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 8. Flamma flagrantior, et ab ipsis cecaumensis exanclata fomitibus.

CECROPIA, æ, f. Κεκροπία, oppidum Athenarum, a Cecrope conditum, et sic appellatum. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 97. Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro. ¶ Speciatim ita dicta est ejus oppidi arx, teste *Plin.* l. 7. c. 56.

CECROPĬDES, æ, m. Κεκροπίδης, idem ac Atheniensis. Nam Athenis Cecrops primus regnavit, quatuor fere seculis ante Trojæ excidium. Quare Athenienses antiquissimam, atque adeo nobilissimam generis originem jactabant. Hinc *Cecropides* pro valde nobili ponitur, ut in illo *Juvenal.* sat. 8. v. 44. Vos humiles, inquis, vulgi pars ultima nostri, Ast ego Cecropides. ¶ In vocativo est *Cecropida*, et *Cecropide*, ὦ Κεκροπίδης. *Ovid. Metam.* 8. v. 550. Inclyte Cecropida. *h. e.* Theseu. Sic *Æacida, Atrida.* Al. leg. *Cecropide.* ¶ In genitivo plurali habet etiam *Cecropidum* pro *Cecropidarum. Ovid. Metam.* 7. v. 502. Cecropidum Cephalus peragit mandata.

CECRŎPIS, idis, f. filia Cecropis Regis Athenarum. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 805. quibus irritata, dolore Cecropis occulto mordetur. ¶ Sumitur etiam pro quacumque Atheniensi. *Juvenal.* sat. 6. v. 186. De Sulmonensi mera Cecropis. ¶ Adjective *Ovid. Her.* ep. 10. v. 100. Impia funeribus, Cecropi terra, tuis. *Lactant.* l. 1. c. 17. *sub fin.* Puerum tribus virginibus Cecropidibus commendavit.

CECROPĬUS, a, um, *Cecropian*, Κεκρόπιος, ad Cecropem pertinens: et ponitur sæpissime pro Atheniensi, Attico, Græco. *Horat.* l. 2. od. 1. v. 12. grande munus Cecropio repetes cothurno. *h. e.* Tragico stylo, quia Tragœdia apud Athenienses primum scripta, atque acta est, auctore Thespi. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 70. Pallas Cecropia. *Id. Her.* ep. 10. v. 125. Cecropii portus. *Stat.* l. 2. silv. 6. v. 55. Cecropia fides. *h. e.* amicitia Thesei, et Pirithoi. *Martial.* l. 9. epigr. 14. Cecropiæ apes. *h. e.* Hymettiæ. V. *Hymettus.* Sic *Id.* l. 13. epigr. 24. Mel Cecropium. *Juvenal.* sat. 2. v. 92. Cotytto Cecropia. *h. e.* ab Atheniensibus culta. *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 110. *de Nilo*: Cur vada desidant, et ripa coerceat undas Cecropio stagnata luto. *h. e.* luto eo, quo hirundines nidum in ripis Nili construunt. Ideo autem *Cecropium* dixit, quia Progne Pandionis Athenarum Regis filia, in hirundinem versa fingitur. Alii *Cecropium lutum* exponunt Ægyptium, quia secundum quosdam Cecrops fuit Ægypto oriundus. *Martial.* l. 1. epigr. 54. Cecropiæ querelæ. V. *Querela.* ¶ *Cecropia voce* (*al.* dote) *madere* apud *Martial.* l. 7. epigr. 68. est Græcis litteris eruditum esse. Similem locum habes apud *eund.* l. 1. epigr. 40. ¶ De *Cecropia insula* apud *Plaut.* V. in *Cercopius.*

CECROPS, ŏpis, m. Κέκροψ, antiquissimus Rex Atheniensium, qui Athenas vel condidit, vel amplificavit jam conditas a Pallade. Regnavit annos 50. vixitque sæculis fere quatuor ante Trojanum excidium. Quidam eum indigenam ejus loci fuisse scribunt: alii Ægyptium origine faciunt. In fabulis est, fuisse filium Terræ, et Vulcani, ut est apud *Hygin.* fab. 48. et 158. Tradunt etiam partim hominem, partim draconem fuisse; ab eoque primo institutum esse, ut matrimonium inter virum et feminam jungeretur, cum antea homines vago concubitu uterentur. Hinc *Ovid. Metam.* 2. v. 555. *geminum* appellat. Cujus tamen appellationis alii alias causas afferunt. *Plin.* l. 7. c. 56. huic condendi oppidi inventum tribuit.

CEDAR, V. in *Cedreus.*

CEDENS, entis, particip. a *cedo, is. Plin.* l. 3. ep. 6. Rari, et cedentes capilli, contracta facies, exile collum. *h. e.* flexiles.

CEDENTER, adverb. cedendo. *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 16. Ita respondentes, ut cedenter, ac sine ulla constantia eum consentiendo coerceant.

CEDIĀNUS, a, um, ad Cedias pertinens, qui est locus Campaniæ prope Sinuessam. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 448. n. 4. Colonis Sinuessanis, et Cedianis.

CEDITĬUS, a, um, ad Cedias pertinens, Cedianus, ut *Ceditius campus* apud *Plin.* l. 11. c. 42. ¶ De *Ceditiis tabernis.* V. *Cæditus.*

CEDO, is, cessi, cessum, a. 3. *to give place, give way, yield, withdraw, retire, leave, depart*, παραχωρέω, εἴκω, χάζω, locum do, me retraho, recedo, abeo. *Cic. pro Mil.* c. 34. Ego cedam, atque abibo. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 33. Aer quacumque imus, videtur quasi locum dare, et cedere. *Gell.* l. 3. c. 6. *de palma.* Ingenium ejusmodi ligni est, ut urgentibus, opprimentibusque non cedat. *Nepos in Hamilc.* c. 1. Nunquam cessit hosti, neque locum nocendi dedit. *Cic. Phil.* 10. c. 4. Cedere e patria. *Id. pro Mil.* c. 25. *ad fin.* Cedere patria. *Id. ibid.* c. 27. *ad fin.* Cedere alicui possessione hortorum. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 40. *in fi.* Cedere a gladiatore. *Al. leg.* recedere. *Virg.* 3. *Æn.* v. 447. ab ordine. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 22. de oppidis. *Horat. de ar. poet.* v. 257. de sede. *Sueton. in Cas.* c. 72. et *Liv.* l. 2. c. 47. loco. *Id. ibid.* ex acie. *Et* l. 3. c. 63. ex loco. *Et cap.* 17. *ad fin.* et *Sil.* l. 5. v. 677. nocti. *Cic.* 4. *Fam.* epist. 8. *a med.* tempori. ¶ Regit etiam casus, et adverbia motus tum de loco, tum ad locum. *Cic. Fam.* 11. ep. 1. Cedere et Italia. *Propert.* l. 3. eleg. 16. *in fi.* Cæsar ab humana cessit in astra via. *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 3. v. 75. ab Hæmonia Pirenida cessit ad undam. *Plaut. Cas.* 2. 8. 7. Recessim cedam ad parietem, imitabor nepam. *I will betake myself. Lucret.* l. 5. v. 841. Cedere quoquam. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 51. Si hinc aliquo cesseris. ¶ Absolute pro accedere, venire, *Plaut. Aulul.* 3. 5. 51. Ubi nugigerulis res soluta est omnibus, ad postremum cedit miles, æs petit. ¶ Et pro incedere, ambulare, *to walk. Horat.* l. 2. sat. 1. v. 65. nitidus qua quisque per ora Cederet. *Plaut. Pseud.* 4. 1. *extr.* Non prorsus, verum ex transverso cedit, quasi cancer solet. ¶ Habet etiam accusativum rei, et significat dare, concedere. *to cede, give up, yield. Justin.* l. 10. c. 2. Cedere alicui pellicem, et regnum. *Id.* l. 32. *c. ult.* victoriam hosti. *Paul. Dig.* lib. 41. tit. 2. leg. 1. *a med.* possessionem. *Cic.* 2. *Offic.* c. 18. multa multis de jure suo. *h. e.* remittere. ¶ Cum infinito *Stat.* 1. *Theb.* v. 704. cui ætherii dono cessere parentes Æternum florere genas. *Paul. Dig.* lib. 8. tit. 2. leg. 19. Si tu mihi per aream tuam in domum meam ire, agere cessisti. Ita *Torrentin.* at *Haloand.* legit *concessisses. Horat.* l. 2. ep. 1. v. 66. Si quædam nimis antique, si pleraque dure Dicere cedit eos. Ita *Bentlei.* ex MS. Alii *credit.* ¶ Cum conjunctivo, et partic. *ut*, *Paul. Dig.* lib. 8. tit. 3. leg. 10. Si, ut quærere liceat, cedere possumus, etiam ut inventa ducatur, cedi potest. ¶ Translate varios habet usus. *Cedere alicui* dicitur, qui primas alicui concedit, et inferiorem se fatetur. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 6. Cedere virtute alicui. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. Nulla re, nisi immortalitate cedens cælestibus. *yielding the palm; inferior to. Id. in Hortens.* apud *Non.* c. 4. n. 367. Cedere alicui in Philosophia. *Plin.* l. 35. c. 10. Apelles cedebat Amphioni de dispositione. *Id.* l. 35. c. 3. *a med.* Cedere alicui per aliquid. *h. e.* in aliqua re. *Scribon. Larg. compos.* 229. Dolores, qui ad nullum medicamentum cedunt. ¶ Passive impersonaliter, *Cic.* l. 1. *Tuscul.* c. 3. Ut nihil omnino Græcis cederetur. ¶ Pro abire, recedere. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 89. dulces cedunt e pectore nati. *escape from the memory. Lucan.* l. 5. v. 760. attonito cesserunt pectore sensus. *Senec. in Herc. Œt.* v. 392. Cesserunt vultus penitus. *h. e.* abiit prior facies. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 26. Cedant curæque, metusque. *Virg.* 9. *Æn.* v. 126. non cessit fiducia Turno. ¶ *Cedere tempori* est in præsenti parere necessitati, et in aliud tempus sua consilia differre, *to yield to circumstances. Cic. Fam.* 4. ep. 8. Sic dicimus *cedere invidiæ, furori, insidiis, periculis*, &c. ut est apud *eund. pro Sext.* c. 29. et 30. *h. e.* retrahere se, recedere, evitare. Sed *cedere invidiæ* apud *Phædr.* l. 3. fab. 9. est subire, et pati invidiam. V. integrum locum. ¶ *Cedere precibus*, est flecti. *to yield to entreaties, Cic. ad Brut.* ep. 12. ¶ *Cedere malis* est succumbere, *to yield to disaster; allow one's bad fortune to get the better of one. Virg. Æn.* 6. v. 95. ¶ *Cedere timori* apud *Valer. Flacc.* l. 8. v. 436. est timore vinci. ¶ *Cedere foro* est æris alieni causa abstinere foro, et solum vertere, *to abscond; flee one's country*: ductum fortasse ab argentariis, qui tabernas in foro habuerunt, unde recedere cogebantur, si creditorum ungentium manus effugere volebant. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 39. *Juvenal.* sat. 11. v. 50. *Ulpian. Dig.* lib. 16. tit. 3. leg. 7. et *Julian.* lib. 42. tit. 8. *leg. ult.* ¶ Cedere bonis, *to renounce one's property*, est bona sua, hoc est facultates dimittere. *Sueton. in Ner.* c. 35. Senecæ commeatum petenti, bonisque cedenti juravit, &c. ¶ In jure *cedere bonis* dicuntur, qui ob vim æris alieni, cui solvendo non sunt, omnia sua bona renuntiant, ut a creditoribus liberentur: *to surrender one's effects in favour of one's creditors*: qua de re V. JCtos, præsertim lib. 42. *Dig.* tit. 3. qui est *de cessione bonorum.* ¶ *Cedere vita*, et e vita est mori, *to give up the ghost; to die. Cic. de clar. Orat.* c. 1. Perpetua usus felicitate cessit e vita. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 55. Cessisse vita Othonem, attulerunt. ¶ Dicimus etiam *cedere* absolute eod. sensu. *Plin. in paneg.* c. 43. Donavit pater tuus multa, et ipse donasti: cesseritoparum gratus: manent tamen ii, qui bonis ejus fruuntur. Al. aliter leg. *Albinovan.* eleg. 1. v. 75. Cedis, et in cassum tua nomina, Druse, levantur. ¶ Sæpe significat evenire, succedere. *to happen, turn out, succeed. Nepos in Datam.* c. 1. Ea, quæ prospere ei cesserunt. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 31. neque si male cesserat, usquam Decurrens alio, neque si bene. Al. leg. *gesserat*, minus recte. *Virg.* 12. *Æn.* v. 148. Cedunt res Latio. *turn out well. Gell.* l. 4. c. 5. Ea res bene, et prospere reipublicæ cessit. *Plin. in paneg.* c. 44. *ad fin.* Prout bene, aut secus cessit. *Curt.* l. 7. c. 4. Utcumque cesserit. *Senec. in Hippol.* v. 181. Cedit in vanum labor. Adde *Ovid. Metam.* 10. v. 80. et *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 33. ¶ Item accedere, vel pertinere. *to pertain; accrue. Cic. Verr.* 4. c. 70. Ea feneratio erat hujusmodi, ut etiam hic quæstus huic cederet. *Horat.* l. 2. sat. 2. *in fi.* ager cedet in usum Nunc mihi, nunc alii. *Virg.* 3. *Æn.* v. 333. Morte Neoptolemi regnorum reddita cessit Pars Heleno. *Caius. Dig.* lib. 41. tit 1. leg. 7. Omne, quod inædificatur, solo cedit. ¶ Item venire, verti, *to come to, turn into, become. Ulpian. Dig.* lib. 24. tit. 3. leg. 7. Si arbores cæduæ fuerint, cedunt in fructum. *Tacit. Ann.* 1. c. 1. Pompeii potentia cessit in Cæsarem. *Id.* l. 1. *Hist.* c. 11. Italia cessit in pretium belli. *Id. de Germ.* c. 14. Epulæ pro stipendio cedunt. *serve for pay.* Sic *Colum.* l. 12. c. 13. Cedit pro pulmentario. *Plin.* l. 35. c. 10. Ipsa injuria cessit in gloriam artifici. *Id.* l. 23. c. 1. Cessit in proverbium, sapientiam vino obumbrari. *Liv.* l. 6. c. 34. Pœna in vicem fidei cesserat. *had taken the place of faith.* ¶ Item abire, præterire, *to pass away. Cic. de Senect.* c. 19. Horæ quidem cedunt, et dies, et menses, et anni, nec præteritum tempus unquam revertitur. *Liv.* l. 2. c. 33. *ad fin.* Memoria cessit. *h. e.* periit. ¶ *Cedere tempora* dicuntur a JCtis, *h. e.* currere, et computari. *to run on. Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 16. leg. 2. et *Marcell. ibid.* leg. 5. et alibi. ¶ *Diem cedere* est accedere tempus, quo incipit deberi pecunia. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 213. Cedere diem significat incipere deberi pecuniam: *the debt is running on*: venire diem, significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Ubi ergo pure quis stipulatus fuit, et cessit, et venit dies: ubi in diem, cessit dies, sed nondum venit: ubi sub conditione, neque cessit, neque venit dies, pendente adhuc conditione. *Id.* lib. 46. tit. 7. leg. 13. Nec fidejussoribus videtur statim dies cedere. *Papinian. Dig.* lib. 36. tit. 1. leg. 58. Usurarum dies post mortem creditoris cessit. ¶ Simili ratione *operæ* alicui indictæ *cedere* dicuntur, cum earum præstandarum tempus incepit. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 1. leg. 13. et *Pompon. ibid.* leg. 34. Huc pertinet illud *Tertull. de fuga in persecut.* c. 12. Sol cessit diem emptionis nostræ. V. ibi Interpr. ¶ *Cesse* pro *cessisse* dixit *Lucret. sub fin.* l. 1. ¶ Particip. *cessus* V. suo loco.

CĔDO, *give me, fetch me, show me*, δός. Verbum est defectivum imperativi modi, secundæ personæ, et significat da, præbe, porrige, exhibe. Quidam ducunt ab ipso *cedo, is*, quia ex eo, quod in familiari sermone dicebant *cedo*, hoc est concedo, permitto, cum alteri quidpiam postulanti annuebant, paulatim traductum sit ad significandum *da, præbe.* Sed obstare videtur, quod *cedo, is*, primam habet longam, hoc vero brevem. (Corripitur enim a *Juvenal.* sat. 13. v. 210. et *Pers.* sat. 2. *in fi.*) Quare suæ potius originis censendum est, et inter defectiva collocandum, ut est apud *Priscian. sub fin.* l. 8. et alios Grammaticos. *Cic. de clar. Orat.* c. 86. Cedo, quæso, orationes, et dic, &c. *Id. Attic.* l. 16. ep. 13. Obviam mihi fit tabellarius: ego statim, cedo, inquam, si quid ab Attico. *Plaut. Mostell.* 2. 1. 26. Cedo, ut bibam. *Id. ibid.* 1. 3. 150. Cedo aquam manibus. *Terent. Hecyr.* 4. 4. 86. Puerum mihi cedo: ego alam. *Id. Adelph.* 3. 5. 38. Postremo non negabit: coram ipsum cedo. *bring him hither.* ¶ Ponitur etiam pro dic, *tell me. Cic. in Partit.* c. 1. C. F. Quot in partes distribuenda est doctrina dicendi? C. P. in tres. C. F. cedo, quas? &c. *Id. Verr.* 4. c. 43. Cedo, cui Siculo civis Romanus cognitor factus unquam sit. *Terent. Andr.* 2. 3. 9. Cedo igitur, quid faciam, Dave? *Id. Andr.* 1. 1. 123. Qui, cedo? *how, tell me? Id. ibid.* 4. 4. 24. Cedo, cujum puerum hic apposuisti? dic mihi. Ubi *Donatus* adscribit, dictum esse cum quadam fiducia et contemptu ejus, cum quo sermo est. ¶ Jungitur etiam nominibus pluralis numeri. *Nævius* apud *Cicer. de Senect.* c. 6. Cedo, qui vestram rempublicam amisistis tam cito? Reperitur tamen et *cette*, per syncopen factum ex *cedite*, hoc est date. *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 122. Cette manus vestras, measque accipite. *Accius ibid.* Cette in conspectum. Adde *Plaut. Merc.* 5. 4. 4. ¶ Pro dicite, *Pacuv.* apud *Non. loc. cit.* Is vestrorum uter sit, cui signum datum est, cette. ¶ Etiam *cedite* pro *cette* ex *Plauti* fragmentis quidam afferunt: sed valde incertum est. Quod enim *Phocam* testem advocant, is *cette* habet apud *Putsch.* pag. 1718.

CEDRĀTUS, V. *Citratus.*

CEDRELÆON, i, n. V. *Pisselæon.*

CEDRELĀTE, es, f. *a large kind of cedar*, κεδρελάτη, species cedri majoris, et frugiferæ: a κέδρος, cedrus, et ἐλάτη, abies: quia abietis proceritatem imitatur. *Plin.* l. 13. c. 5. et lib. 24. c. 5.

CEDRĔUS, a, um, *of cedar*, κέδρινος, cedrinus. *Vitruv.* l. 2. c. 9. Ex cedro oleum, quod cedreum dicitur nascitur. ¶ *Cedrei Arabes* denominati sunt a *Cedar*, quæ est regio in eremo Saracenorum, ita dicta a Cedar filio Ismaelis. *Plin.* l. 5. c. 11.

CEDRĬA, æ, f. *the liquor, pitch, or rosin distilling from the cedar*, κεδρία, pix nascens ex cedro majori, quæ cedrelate appellatur: ex qua fit oleum, quod pisselæon dicitur. *Cels.* l. 5. c. 18. n. 35. [animadvertas velim loco citato in utraque editione *Leonard.* Targam posuisse *cedri* pro *cedriæ*, quod postremum *Lindenius* in textum recepe-rat.] *Colum.* l. 6. c. 32. et *Plin.* l. 29. c. 3.

CEDRĬNUS, a, um, *of cedar*, κέδρινος, qui est ex cedro arbore. *Plin.* l. 13. c. 5. Apollo cedrinus. *Id.* l. 16. c. 40. Tectum e cedrinis trabibus.

CEDRIS, ĭdis, f. *the fruit, or berry of the cedar*, fructus credi, κεδρίς, ἴδος. *Plin.* l. 24. c. 5. Cedrides, hoc est fructus cedri, tussim sanant.

CEDRĬUM, ii, n. *the pitch or rosin which runs out of the cedar-tree*, κεδρία, pix, vel succus e cedro arbore, cedria. *Plin.* l. 16. c. 11. docet, ita vocari picem in Syria, non quod *cedrium* quamcumque picem significet, sed quia

Syri ex cedro tantum, et terebintho picem urunt, ut ex *Theophras.* notat *Harduin.* Hujus cedrii tanta est vis, ut in Ægypto corpora defunctorum eo perfusa serventur, teste *Plin. ibid.*

CEDROSTIS, is, f. *the white-vine; briony,* κέδρωστις, vitis alba, al. ampeloleuce. *Plin.* lib. 23. c. 1.

CEDRUS, i, f. *the cedar-tree,* κέδρος, arbor perpetuo virens, jucundo odore, quæ a tinea immunis est, cujus pice, vel succo res unctæ a tineis, et carie non læduntur. *Plin.* l. 16. c. 39. *ad fin.* et cap. 40. et *Vitruv.* l. 2. c. 9. ¶ Hinc *cedro digna loqui, h. e.* digna immortalitate. *Pers.* sat. 1. v. 42. et *Horat. de ar. poet.* v. 331. Speramus carmina fingi Posse linenda cedro. Ubi *cedrus* pro cedri succo sumitur. Hoc enim illiti Numæ libri ad annos DXXXV. durarunt, teste *Plin.* l. 13. c. 13. Hinc *Martial.* ac librum suum lib. 3. epigr. 2. Cedro nunc licet ambules perunctus, &c.

CEIUS, V. in *Ceus, a, um.*

CELÆNÆ, arum, f. Κελαιναὶ, urbs Phrygiæ magnæ in monte ejusdem nominis, juxta quas Marsya fluvius decurrit. Ibi enim Marsya ausus cum Apolline de tibiarum cantu certare, victus, excoriatus, et tandem in fluvium sui nominis conversus est. *Lucan.* l. 3. v. 205. et quæ tua munera, Pallas, Lugent damnatæ Phœbo victore Celænæ, Qua celer erectis descendens Marsyra ripis, &c. Adde *Stat.* l. 4. *Theb.* v. 186.

CELÆNÆUS, a, um, ad Celænas pertinens. *Martial.* l. 10. epigr. 62. Marsyas Celænæus. *Stat.* 2. *Theb.* v. 666. Celænæa committere prœlia buxo. *h. e.* tibia. V. vocem præced. *Martial.* l. 5. epigr. 42. Concubinus Celænæus. *h. e.* Atys a Cybele adamatus, qui Celænis natus est; de quo *Id.* l. 14. epigr. 204. Æra Celænæos lugentia matris amores. *h. e.* tympana Cybeles.

CELÆNO, us, f. Κελαινὼ, una Harpyiarum. Significat atrum, tenebrosum: a κελαινὸς, niger. *Virg.* 3. *Æn.* v. 211. quas dira Celæno, Harpyiæque colunt aliæ. ¶ Ponitur etiam pro quacumque femina avara, et rapaci. *Juvenal.* sat. 8. v. 129. Nec per conventus, nec cuncta per oppida curvis Unguibus ire parat nummos raptura Celæno. ¶ Fuit etiam una ex septem Atlantis filiis, quæ a Jove inter sidera relatæ sunt, dicunturque Pleiades. *Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 135. Cæloque recepta Celæno.

CELĀMEN, V. *Calamen.*

CELĀTE, *secretly,* celatim. *Ammian.* l. 14. c. 7. (*al.* 24.) Non celate ut antea, turbidum sæviebat ingenium.

CELĀTIM, *secretly, privily,* κρυφῇ, clam, occulte, tecte. *Sisenn.* apud *Gell.* l. 12. c. *ult.* Quam maxime celatim poterat, in insidiis suos disponit.

CELATO, nomen Deæ esse creditur, et legi in illo *Varronis* apud *Gell.* l. 13. c. 22. Ted Anna Perenna, Panda, Celato, Pales, &c. Sed Eruditi reponunt *te Lato,* vel Græce, te Λητῷ, *h. e.* Latona. V. *Turneb.* l. 19. *Advers.* c. 11. [† Pro *Ted Anna* ed. Ven. 1494. *Theanna,* i. e. Θέαινα, et *Pranda.*]

CELĀTOR, oris, m. *a concealer,* qui celat, [† ὁ] κρύπτων. *Lucan.* l. 10. v. 286. undarum celator, Nile, tuarum.

CELĀTUS, a, um. *concealed, secreted, hidden, kept secret,* absconditus, ἀποκεκρυμμένος. *Sueton. in Calig.* c. 11. Celatus capillamento ganeas obibat. *Terent. Andr.* 1. 1. 105. Dissimulatus et celatus amor. *Propert.* l. 3. *eleg. ult.* v. 31. At te celatis ætas gravis urgeat annis. *h. e.* tacite subeuntibus. *Sil.* l. 13. v. 57. Nec celata deam, et minitans Tritonia virgo. *h. e.* celans se esse deam. ἑλληνισμός. ¶ Substantive *Plaut. Trinum.* 2. 1. 15. Celati indagator. *of what is unknown.*

CELĔBER, bris, bre, *frequented, much resorted to, talked of, famous,* qui frequentatur. *Cic. in Partit.* c. 10. Loci plani, an montuosi, celebres, an deserti. *Cato R. R.* c. 1. Via bona, celebrisque. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 19. Oraculum tam celebre, et tam clarum. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 391. Circus celeber. *Liv.* l. 25. c. 12. *extr.* Celeber dies. *Cic. pro leg. Manil.* c. 12. Portus Cajetæ celeberrimus, atque plenissimus navium. *Id. Verr.* 6. c. 48. *in fi.* Festos dies agunt celeberrimo virorum, mulierumque conventu. *with a numerous retinue. Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 5. v. 3. celeberrimus ilice lucus. *h. e.* plenissimus. ¶ Item qui colitur, laudatur, prædicatur, clarus, fama notus, *renowned, glorious, much praised, famous, distinguished, illustrious,* διάφημος, ἔνδοξος. *Horat.* l. 2. od. 12. v. 20. Diana celebris. *Vellei.* l. 2. c. 116. Viri diversis virtutibus celebres. *Id. ibid.* c. 18. Vir opibus, gratia, amicitiis, vigore ingenii, atque animi celeberrimus. *Tibull.* l. 2. eleg. 1. v. 33. celeber Messala triumphis. *Plin.* l. 24. c. 17. Vir celeber arte grammatica. *Id.* l. 36. c. 25. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus. *Gell.* l. 6. c. 7. Nomina celebria in annalibus. *Liv.* l. 4. c. 53. Mænii celebre nomen laudibus fuit. *Cic. pro Sext.* c. 67. Celeberrimum monumentum. *Id. de Amic.* c. 3. Celeberrimus, et lætissimus dies. *Plin.* l. 13. c. 1. Celeberrimum unguentum. *h. e.* usitatissimum; atque adeo ab omnibus laudatum. *Gell.* l. 10. c. 10. Verba celebriora. *h. e.* magis usitata. *Id.* l. 11. c. 3. Habere usum, atque notitiam celebriorem alicujus rei. ¶ Pro celeri, *swift, fleet. Accius* apud *Non.* c. 2. n. 161. Celebri gradu gressum accelerasse decet. Al. aliter leg. V. *Accelebro.* [¶ *Celebrissimus* pro *celeberrimus* archaice scriptum apud *Campol. in Litholex.*]

CELEBERRĬME, adverb. magna frequentia. *Sueton. in Tiber.* c. 52. *sub fin.* Et per noctes celeberrime acclamatum est, Redde Germanicum.

CELEBRABĬLIS, le, celebrandus, celebris. *Ammian.* l. 29. c. 5. (*al.* 34.) Ætatum, ordinumque omnium celebrabili favore susceptus.

CELEBRATĬO, onis, f. *a frequenting, resorting to, concourse,* frequentatio, celebritas. *Cic. pro Syll.* c. 26. Quæ domus? quæ celebratio quotidiana? ¶ Item alicujus rei editio, et administratio, quæ cum celebritate, et frequentia fit, *a celebrating; celebration. Cic. Attic.* l. 15. *ep. ult.* De celebratione ludorum Bruti tibi assentior. *Vellei.* l. 2. c. 56. Elephantorum certaminis spectacula, epulique per multos dies dati celebratio. *Plin.* l. 30. c. 1. Celebratio sacri. *Eumen. pro restaur. Schol.* c. 3. Optimarum artium celebratio. ¶ Item commendatio, prædicatio, laudatio. *a praising, commending, honouring. Cic. pro Planc.* c. 40. Nihil est ex meis temporibus, quod minus mea celebratione commemoratum sit. *Al. plerique leg.* commemoratione celebratum sit. *Plin.* l. 34. c. 5. Equestres statuæ Romanam celebrationem habent. *h. e.* in commendatione et pretio sunt apud Romanos.

CELEBRĀTOR, oris, m. *a celebrator,* qui celebrat, laudator. *Martial.* l. 8. epigr. 78. Hyperborei celebrator Stella triumphi.

CELEBRĀTUS, a, um, *frequented, resorted to; much talked of, acknowledged, known,* frequentatus. *Sallust. in Jug.* c. 51. Forum rerum venalium totius regni maxime celebratum. *Plin.* l. 33. c. 1. *ad fin.* Usus annuli celebratior. *Gell.* l. 17. c. 2. *ad fin.* Verbum celebratius. *Sil.* l. 3. v. 319. Celebratum missile. *h. e.* ab omnibus usurpatum, et cognitum. ¶ Item solemniter, et cum celebritate administratus, et cultus. *celebrated, solemnly performed. Sallust. in Jug.* c. 70. Dies festus, celebratusque per omnem Africam. *solemnized. Plin.* l. 10. c. 43. Funus innumeris exsequiis celebratum. *Liv.* l. 3. c. 63. Supplicatio celebratior. ¶ Item in ore omnium versatus, prædicatus, laudatus. *talked of, praised, commended, exalted, extolled. Cic. Phil.* 2. c. 28. *ad fin.* Scio me in rebus celebratissimis sermone omnium versari. *Id. pro Mur.* c. 7. Vir nulla illustri laude celebratus. *Liv.* l. 29. c. 26. Vir factis fortibus ingentis ad incrementa gloriæ celebratus. *Plin.* l. 31. c. 2. Fontes celebrati carmine Laureæ Tullii. *Id. ibid.* Villa celebrata porticu, ac nemore. *Id.* l. 34. c. 7. Celebrati artifices. *Gell.* l. 19. c. 1. Philosophus in disciplina Stoica celebratus. *Id.* l. 7. c. 2. Celebratissimi commentarii. ¶ In malam partem *Martial.* l. 9. epigr. 16. Inscripsit tumulo septem celebrata virorum, Se fecisse, Chloe: quid pote simplicius? *celebrated to her infamy.*

CELEBRESCO, is, n. 3. *to become famous,* celebris fio. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 158. Et qualis fuerit, fama celebrescat tua.

CELEBRĬTAS, atis, f. *a great resort, crowd, assembly of people,* πολυανθρωπία, frequentia, concursus. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 7. Odi celebritatem, fugio homines: esset mihi ista solitudo non amara. *Id. Attic.* l. 12. ep. 13. Me hæc solitudo minus stimulat, quam ista celebritas. *Id.* l. 5. *Tuscul.* c. 3. Totius Græciæ celebritas. *Id.* 2. *de Legib.* c. 26. Celebritas virorum, ac mulierum. *Id. Attic.* l. 3. ep. 14. Celebritas viæ. *Id. pro Mil.* c. 32. Supremi diei celebritas. *h. e.* solemnitas exsequiarum, quæ concursu hominum fit. *Id. Fam.* 7. ep. 2. Multitudo, et celebritas judiciorum. *Plin.* l. 33. c. 12. Celebritate assectari aliquem. ¶ Item fama, claritas, dignitas, splendor, *fame, glory, renown, celebrity. Id. Offic.* 2. c. 13. Si quis habet causam celebritatis ac nominis. *Id. in somn. Scip.* c. 6. Consequi celebritatem sermonis hominum. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 12. *ad fin.* Celebritas famæ. *Sueton. de Grammat.* c. *pænult.* Celebritas nominis. *Gell.* l. 7. c. 17. Grammaticus quidam primæ in docendo celebritatis. *Plin.* l. 34. c. 1. Celebritas æris in Asia, et quondam in Campania fuit.

CELĔBRO, as, avi, atum, a. 1. *to frequent, resort to,* φοιτάω, frequentare. *Cic. pro Cæl.* c. 14. et *pro Sext.* c. 63. Celebrare viam aliquam. *Id. pro Mur.* c. 34. domum alicujus. *Id. Attic.* l. 1. ep. 19. *ad fin.* conventus. *Id. pro Sext.* c. 55. conciones convicio cantorum. *h. e.* histrionum. *Id. de provinc. consul.* c. 9. Cujus litteris, fama, nuntiis celebrantur aures quotidie meæ novis nominibus gentium, nationum, locorum. *h. e.* replentur. ¶ Est etiam frequentia hominum aliquid solemniter administrare, *to celebrate, perform solemnly, solemnize. Cic. pro Arch.* c. 6. Celebrare festos dies ludorum. *Plin.* l. 35. c. 11. quinquatrus. *Curt.* l. 4. c. 2. Celebrare sacrum anniversarium. *Id.* l. 8. c. 2. *in fi.* funus omni apparatu, atque honore. *Liv.* l. 25. c. 17. exsequias. *Id.* l. 36. c. 11. nuptias. *Cic. Verr.* 3. c. 26. convivium sermone, et lætitia. *Id.* l. 1. c. 4. *extr.* seria, ac jocos. ¶ Celebrari etiam dicitur, quod a multis administratur, factitatur, exercetur. *to take in hand, engage in. Cic. pro Dom.* c. 50. Celebrare vicatim descriptionem servorum. *Id.* 3. *de Orat.* c. 28. cognitionem, exercitationemque causarum. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 1. artes. *Pallad. in Febr.* tit. 17. insitionem. *Id. in Maio,* tit. 8. tonsuram ovium. *Id. in Septemb.* tit. 11. vindemiam. *Manil.* l. 5. v. 682. salinas. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 1. *circa med.* Similis et frequentia, et plausus me usque ad Capitolium celebravit. *h. e.* comitata est. ¶ Eadem ratione ponitur pro peragere, exsequi. *to perform. Plaut. Pseud.* 1. 2. 35. Intro abite, atque hæc cito celebrate, ne mora quæ sit, cocus cum veniat. ¶ Est etiam in consuetudinem trahere, frequenter usurpare. *to bring into use, establish. Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 38. Tertius ille modus transferendi verbi late patet, quem necessitas genuit inopia coacta, post autem delectatio, jucunditasque celebravit. ¶ Sæpe ponitur pro laudare, ornare, celebrem facere. *to praise, extol, celebrate, honour, render famous. Cic. Phil.* 9. c. 5. Semper illius gravitatem, constantiam, fidem omnium mortalium fama celebrabit. *Id.* 2. *de Fin.* c. 31. *sub fin.* Epulis celebrare memoriam nominis alicujus. *Id. pro Planc.* c. 39. laudes alicujus. *Id. pro Flacc.* c. 38. sepulcrum hominum conventu, et epulis. *Id. pro Rabir. Post. cap. pænult.* et *Horat.* l. 1. od. 7. v. 5. aliquid carminibus. et od. 12. v. 1. virum aut heroa lyra, vel tibia. *Cic. Fam.* 5. ep. 12. Illustrare, et celebrare nomen alicujus scriptis. *Sallust. in Catil.* c. 9. facta alicujus pro maxumis. *Id. in Jug.* c. 76. aliquid in majus. *Id. ibid.* c. 89. se, et rempublicam præclare factis. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 656. se, et diem largo mero. *Plin.* l. 4. c. 22. Tagus auriferis arenis celebratur. *Id.* l. 33. c. 2. Ex eo se ordine profectum celebrans. *glorying.* ¶ *Celebrare senectutem, h. e.* hominem in senectute celebrem reddere, ut adeatur a multis, appetatur, colatur. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 45. Senectuti vero celebrandæ et ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quam juris interpretatio? Et generatim vulgare, omnibus notum facere, prædicare. *to make known, proclaim, publish abroad. Cic. pro Mur.* c. *ult.* Quibus in locis paucis ante diebus, factum esse consulem Murenam, nuntii, litteræque celebrassent. *Id. pro Cæl.* c. 3. Quod omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus, maledictisque celebratum est. *Id. pro Flacc.* c. 27. Quid porro in Græco sermone tam tritum, atque celebratum est, quam est. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 17.) In proverbium usque celebratum est. *h. e.* adeo vulgatum, ut in proverbium abierit. *so common as to have grown into a proverb. Q. Cic. de petit. consul.* c. *pænult.* Ad celebrandum rumorem valent dicendi laus, studia publicanorum, hominum nobilium voluntas, &c. *to give publicity to.* Adde *Cicer.* 1. *de Divin.* c. 17.

CELĔBRUS, a, um, idem ac *celebris.* Pro celeri *Gell.* l. 19. c. 4. De urina celebra, ex igni proximo facta. Ita leg. plerique ex quibusdam editis libb. et multis codicib. MSS. Alii *de urina crebra.*

CELER, ris, re, *swift, speedy, fleet, quick,* ταχὺς, ὠκὺς, qui brevi tempore fit, velox. [a Græco κέλης, Dorice et Æolice κέλης, *equus desultorius,* vel a verbo κέλλω *impello,* vel a κέλω *jubeo.*] *Cic. pro Dom.* c. 24. Celer reditus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 47. Elati spe celeris victoriæ. *Horat. de ar. poet.* v. 261. Opera nimium celeris. *Nepos in Milt.* c. 4. Celeri auxilio opus est. *Id. in Attic.* c. 21. Celeria remedia proponere. *Plin.* l. 14. c. 3. Uvæ celeres proventu. *Terent. Phorm.* 1. 4. 1. Reperire consilium celere. *Virg.* 12. *Æn.* v. 507. Fata celerrima. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 11. Celerrimus amnis. *Horat.* l. 3. od. 4. *sub fin.* Celer ignis. *Ovid. Metam.* 8. v. 86. *de Scylla.* prædaque potita nefanda Fert secum spolium celeris. *Horat.* l. 4. od. 8. v. 15. Celeres fugæ. *Vellei.* l. 2. c. 73. Adolescens manu promptus, cogitatione celer. *Valer. Max.* l. 4. c. 7. Celerius est propinquum avertere, quam amicum. *h. e.* brevius tempus opus est, facilius est. ¶ Cum infinito *Horat.* l. 3. od. 12. *extr.* Celer excipere aprum. *Plin.* l. 35. c. 16. Terra celerrima dilui aqua. ¶ Translate *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 89. Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi, Sedatum celeres. *h. e.* qui impetu quodam omnia agunt. *hasty. Quintil.* l. 9. c. 4. Pedes longi graviorem faciunt orationem, breves celerem ac mobilem. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 21. Oratio celeris et concitata. *rapid, hurried. Horat.* l. 1. od. 16. v. 24. Celeres iambi. ¶ Superlativum *celerissimus* antiquum est. *Enn.* apud *Priscian.* l. 7. pag. 760. *Putsch.* Exin' per terras postquam celerissimu' rumor. *Cn. Manlius ibid.* celerissimus advolat Hector. *Charis.* l. 1. pag. 64. barbarismum esse ait. ¶ *Celeris* in recto singulari, fortasse masculini generis, est in illo *Caton.* apud *Priscian. loc. cit.* Satis celeris sis in tempore. *Priscian.* certe ita agnoscere videtur. ¶ Reperitur etiam *celer* in feminino gen. *Liv. in Odyss.* apud *Priscian. ibid.* Celer hasta. ¶ Neutrum *celere* pro adverbio *celeriter. Plaut. Curcul.* 2. 3. 4. Subito, propere, celere objectum est mihi negotium. Adde *Enn.* et *Næv.* apud *Non.* c. 11. n. 8. et *in vet. lege* apud *Frontin. de aquæduct.* artic. 129. ¶ Et etiam *Celer* cognomen Rom. a pernicitate impositum, vel ab equitibus Romuli, qui *Celeres* dicti sunt, ut Q. *Metellus Celer.*

CELERANTER, adverb. *quickly,* celeriter. *Accius* apud *Non.* c. 11. n. 33. Quis est, qui cursum huc celeranter rapit?

CELERĀTIM, adverb. celeriter. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 140. Quo magis celeratim poterant.

CELĒRE, adverb. V. in *Celer.*

CELĒRES, um, m. trecenti equites a Romulo constituti ad custodiam sui corporis, ut *Liv.* l. 1. c. 15. narrat. *Festus* docet, ita nominatos fuisse a *Celere* interfectore Remi, quem Romulus initio iis præposuerat, et Tribunum

Celerum appellaverat. Alii docent, dictos esse a Græco κέλης, ητος, qua voce vel equus significatur, vel eques equo insidens (V. *Celes*) Sunt etiam qui a celeritate dictos putant. *light horse.* Quæ omnia leguntur etiam apud *Serv.* ad illud *Æn.* 11. v. 603. Nec non Messapus contra, celeresque Latini. Nam *celeres Latini* est equitatus Latinorum, quem sic vocavit *Virg.* alludens ad illos *Celeres* Romuli, a quibus olim, hoc est sub Regibus, omnes equites celeres dicebantur, teste *Fest.*, et *Plin.* l. 33. c. 2.

CELERIPES, pedis, m. *swift of foot*, ὠκύπους, qui levis est pedibus. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 7. Venit autem eo ipso die ille celeripes, quem Salvius dixerat. *Auson.* epigr. 141. Nec tibi tam velox manus Celeripedis compendii.

CELERITAS, atis, f. *swiftness, quickness, speed, celerity*, ταχύτης, ὠκύτης, velocitas, pernicitas. *Cic.* l. 4. *Tuscul.* c. 13. *in fi.* Velocitas corporis celeritas appellatur: quæ eadem ingenii etiam laus habetur, propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 20. Mundus versatur circum axem cæli admirabili celeritate. et *ib.* 2. c. 37. Facere aliquid cum maxima celeritate. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 16. Celeritas in capiendis castris. *Nepos in Eumen.* c. 9. Adhibere celeritatem. *Cic. Attic.* 16. ep. 16. Uti celeritate. *Sueton. in Cæs.* c. 57. Longissimas vias incredibili celeritate conficere. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 70. Celeritas equorum. *Id. pro Cæl.* c. 24. *ad fin.* veneni. ¶ In plurali numero *Id.* l. 1. *Offic.* c. 36. Cavendum ne aut tarditatibus utamur ingressu mollioribus, aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. ¶ Translate *Id. de Senect.* c. 21. Celeritas animorum. *Id.* l. 1. *Acad.* c. 5. Celeritas ad discendum. *Id. pro Flacc.* c. 20. Homo quadam præcipiti celeritate dicendi. *Id. in Orat.* c. 57. Brevitate, et celeritate syllabarum labi putat verba proclivius. *Id. in Orat.* c. 16. Flumen aliis verborum volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam. [¶ *Celeritas* fuit etiam Dea Solis filia, quæ a *Martian. Capell.* l. 1. c. 15. in sexta cæli regione collocatur.]

CELERITER, *quickly, speedily, immediately*, ταχέως, ὠκέως, brevi tempore, propediem. *Cic.* l. 15. *ad Attic.* ep. 27. Librum tibi celeriter mittam. *Id. Fam.* 9. ep. 11. Celeriter una futuros nos arbitror. *Id. Verr.* 5. c. 24. Eo celerius de isto transigamus, quo maturius ad Apronium possimus accedere. *Id.* 2. *de Fin.* c. 14. Mens celerrime multa simul agitans. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 3. Cum celerius omnium opinione venisset. ¶ Proverbium est apud *Sueton. in Aug.* c. 25. ab Augusto sæpe usurpatum: Sat celeriter fit, quidquid fiat satis bene.

CELERITŪDO, inis, f. *swiftness*, celeritas. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 12. *ad fin.* L. Ælius putabat, ab eo dictum leporem a celeritudine, quod levipes esset.

CELERIUSCŬLE, *somewhat quickly*, aliquantum celeriter. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 14. Strenue quod volumus ostendere factum, celeriuscule dicemus: at aliud otiose retardabimus.

CELERIUSCŬLUS, a, um, adject. *somewhat quick.* Agnoscitur a *Priscian.* l. 3. pag. 611. *Putsch.*

CELĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to do quickly; to quicken, hasten, accelerate*, celeriter facio, festino, propero, ταχύνω. *Cic. de Univ.* c. 10. Genus motus, quod semper esset in eodem æque, atque uno modo celeraret. *Lucret.* l. 1. v. 387. Auræ celerantes. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 24. Quam maximis itineribus celerare. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 26. Celerare aliquo. *Virg.* 5. *Æn.* v. 609. Celerare viam. *Id. Æn.* 9. v. 378. fugam in silvas. *Id.* 1. *Æn.* v. 641. gradum. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 251. opem. *Id.* l. 4. v. 80. et 385. imperium alicujus. *h. e.* celeriter exsequi. *Lucret.* l. 2. v. 231. casum. *Tacit.* 2. *Annal.* c. 5. Celerandæ victoriæ intentus. *Eutrop.* l. 4. c. 20. Celerare ad Asiam. ¶ Cum infinito *Auson. in Mosell.* v. 353. sed celerant in te consumere nomen. ¶ Particip. *celeratus*, festinatus, properatus. *Apul.* l. 10. *Metam.* Celeratas hereditates excipere. *Ammian.* l. 31. c. 11. (*al.* 31.) Celeratis itineribus.

CELES, etis, m. *a kind of swift-sailing vessel; a fly-boat, pinnace, wherry, brigantine, yacht*, κέλης, ητος, apud Græcos genus est navis, quæ et *celox*, de qua V. infra. *Plin.* l. 7. c. 56. *sub fin.* Cymbam invenere Phœnices, celetem Rhodii. *Gell.* l. 10. c. 25. Hippagines, cercuri, celoces, vel ut Græci dicunt, celetes. ¶ Præterea ab iisdem Græcis dicitur *celes* equus, qui ab uno tantum regitur freno, non jugo, ad differentiam eorum, qui bigis, aut quadrigis junguntur: *a race-horse:* item eques qui in certaminibus publicis hujusmodi equo utitur. *Plin.* l. 34. c. 5. Equestres statuæ Romanam celebrationem habent, orto sine dubio a Græcis exemplo. Sed illi celetas tantum dicabant in sacris victores. *Serv. ad Æn.* 8. v. 635. Celetes Neptuno equestri deo edere. *h. e.* certamina, in quibus singulis equis insidentes decurrerent. *Salmas. ad Lamprid. in Commodo*, c. 2. eos reprehendit, qui hoc loco *celeres* legendum putant. ¶ Denique *celetes* dicti sunt trecenti illi equites a Romulo instituti, qui sæpius Latino vocabulo, hinc fortasse deducto, *Celeres* appellantur. Hinc in notis *Valer. Probi* pag. 1534. *Putsch.* legitur: *Tr. Cel. Tribuni Celetum*, vel ut alii leg. (sed minus placet) *Celetium*.

CELETIZONTES, κελητίζοντες, equum singularem in certamine regentes. V. vocem præced. *Plin.* l. 34. c. 8. *de Canacho sculptore.* Idem et celetizontas pueros fecit. et *paulo post.* Hegiæ Minerva laudatur, et celetizontes pueri.

CELEUS, i, m. dissyllab. Κελεὺς, nomen propr. regis Eleusinæ, a quo Ceres hospitio excepta omnem ei agriculturæ rationem aperuit. *Virg.* 1. *Georg.* v. 165. Virgea præterea Celei, vilisque supellex. Adde *Ovid.* 4. *Fast.* v. 507. et *Hygin.* fab. 147.

CELEUSMA, atis, n. *the word of command or exhortation given to sailors, when they are to ply their oars*, κέλευσμα, vox et clamor, quo portisculus remigibus signum dat, eosque ad remigandum adhortatur: a κελεύω, jubeo. *Ascon. in Divinat. Verr.* c. 17. ubi hanc vocem usurpat, docet, aliquando hoc celeusma cani solitum remigibus per symphoniacos, et per assam vocem, et, ut in Argo navi, per citharam. Quo cantu remiges a tædio laboris non parum levabantur. *Martial.* l. 3. epigr. 67. Lentos figitis ad celeusma remos. *Rutil.* l. 1. v. 370. Dum resonat variis vile celeusma modis. ¶ *Venant. Fortun.* l. 4. *de vita S. Martini*, v. 423. *celeusma, æ*, f. usurpavit: non imitandus. ¶ Reperitur etiam *celeuma* extrito *s* in optimis quibusdam libris, teste *Dausq. in Orthograph.* qui ejusmodi scriptionem non improbat. Nam Græci quoque κέλευμα interdum dicunt.

CELIA, æ, f. *a kind of drink made of wheat*, vox Hispana, qua significatur potio ex tritico facta. Madefaciebant enim Hispani triticum, et macerabant, deinde siccabant, et in farinam redactum molli succo admiscebant, quo fermentato sapor austeritatis, et calor ebrietatis adjiciebatur, ut *Oros.* loquitur lib. 5. c. 7. ubi de Numantinis a Scipione obsessis verba facit: dictamque *celiam* tradit a calefaciendo. Legitur hæc vox etiam apud *Plin. in fi.* l. 22. et *Flor.* l. 2. c. 18.

CELIBARIS HASTA, V. *Cælibaris.*

CELLA, æ, f. *a cellar, or storehouse, for wine, oil, honey, or other provisions; a place to deposit any thing in; a buttery, pantry*, ἀποθήκη, locus secretus in ædibus, in quo aliquid ad usum familiæ pertinens reconditur, et asservatur. Capit autem significationem pro ratione adjectivorum, quæ illi junguntur, ut *cella vinaria*, in qua vinum servatur, *a wine-cellar*, οἰνὼν: *olearia*, in qua oleum; *farinaria, pomaria, lignaria, mellaria, casearia*, &c. *Cic. de Senect.* c. 16. Semper boni assiduique domini referta est cella vinaria, olearia, etiam penaria. *Id. in Pison.* c. 27. *in fi.* Pistor domi nullus, nulla cella: panis et vinum a propola, atque de cupa. *Id.* 4. *Verr.* c. 2. Cato cellam penariam Reipub. nostræ Siciliam nominavit. *the granary.* ¶ Jlocaliter *Plaut. Amph.* 1. 1. 4. *cellam promptuariam* vocat carcerem, in quo vincti custodiuntur, ut inde ad supplicium extrahantur. Festive etiam ludit in illo *Curcul.* a. 3. v. 16. Edepol ne ego hic me intus explevi probe; et quidem reliqui in ventre cellæ uni locum, ubi reliquiarum reliquias reconderem. ¶ *Emere aliquid in cellam* est emere in usum familiæ. Hinc Prætoribus Siciliæ dari solebat frumentum in cellam, quod in usum suum consumerent. *Cic. Verr.* 5. c. 87. Data est tibi pecunia, Verres, qua frumentum tibi emeres in cellam. et *in Divin.* c. 10. Imperare frumentum in cellam. ¶ De *cella vinaria* dictum est etiam in *Apotheca.* ¶ Est præterea *cella* cubiculum secretum in ædibus, servis destinatum, *an apartment set aside for slaves. Cic. Phil.* 2. c. 27. Servorum in cellis stratos lectos peristromatis videres. *Petron. in Satyr.* c. 29. Cella ostiarii. *Colum.* l. 1. c. 6. Cellæ bubulcorum, et pastorum. *Cato R. R.* c. 14. Cellæ familiæ. V. *Familiaricus.* Adde *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 8. et *Senec.* controv. 21. l. 3. ¶ Item casa angustior pauperiorum hominum. *a hut, cot. Martial.* l. 3. epigr. 48. Pauperis exstruxit cellam, sed vendidit Ollus Prædia: nunc cellam pauperis Ollus habet. Adde l. 7. epigr. 19. ¶ Ita quoque appellantur cubicula meretricum. *Petron. in Satyr.* c. 8. Jam pro cella meretrix assem exegerat. Adde *Juvenal.* sat. 6. v. 122. et *Martial.* l. 11. epigr. 46. ¶ In templis *cella* erat pars sacratior, et nobilior, in qua signa deorum stabant; *the shrine;* et uno templo plures cellæ aliquando continebantur, ut in Capitolino tres, quarum media Jovi, dextra Minervæ, læva Junoni dicata fuit. Anglice dici potest *a chapel.* Sciendum tamen, pro varia templorum dispositione variam cellarum magnitudinem fuisse. Aliquando enim cella majus spatium, quam ceteræ partes, occupabat: quod colligimus ex *Vitruv.* l. 3. c. 1. et l. 4. c. 1. Quare tunc *the body of the church* Anglice appellari posset. *Cic. Phil.* 3. c. 12. Armatos in cella Concordiæ inclusit. ¶ De aliis quoque locis *cella* dicitur, ut de membris balinei, quæ sunt frigidarium, tepidarium, caldarium, apud *Plin.* l. 5. ep. 6. *Pallad.* l. 1. tit. 40. et *Vopisc. in Carino*, c. 17. ¶ Item de cubilibus, seu loculamentis columbarum, et anserum altilium, ubi habitant, et pullos fovent, apud *Colum.* l. 8. c. 8. et 14. ¶ Item de cavernulis, quæ sunt in favis apum, fucorum, crabronum. *cells. Plin.* l. 11. c. 11. Apum cellæ sexangulæ. *Virg.* 1. *Æn.* v. 437. dulci distendunt nectare cellas. ¶ Fere sine diphthongo scribitur. est enim a *celando*, hoc est condendo, ut docent *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 33. *a med. Festus, Serv. ad* 1. *Æn.* v. 437. *Voss.* et alii. Quia vero ipsum *celo* etiam hac significatione quidam per diphthongum scribunt, ut *Varr.* et *Fest.* ideo et *cælla* scriptum alicubi invenitur. Rectius tamen erit sine diphthongo scribere, ut placet *Manut. Dausq. Voss.* ex antiquis monumentis, et consuetudine.

CELLARARIUS, ii, m. idem quod cellarius. *Paul. receptar. sentent.* l. 3. tit. 7. *de legatis.* Vestiarii, et cellararii, et cubicularii, et arcarii. *Cujac.* ex antiq. libb. *cellarii* reponit. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. Cellararium ideo præpositum, ut rationes salvæ sint. Ita *Torrentin.* at *Haloand.* habet *cellarium.* Adduntur alia loca ex *Cod. Justinian.* et *Cassiod.* sed ubique lectio variat. Sane *cellararius* minus apte a *cella*, et *cellario* descendit, quam *cellarius.*

CELLARIENSIS, se adject. ad cellarium pertinens. *Impp. Theodos.* et *Valentinian.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 28. *leg. penult.* Species cellarienses. Adde *ibid.* lib. 7. tit. 4. leg. 32. V. *Cellarium.*

CELLARIŎLUM, i, n. parvum cellarium. *Hieronym.* l. 2. *advers. Jovinian.* c. 16. (*al.* sect. 29.) Sunt et culinæ in templo, sunt et cellariola, et torcularia.

CELLĀRIS, e, ad cellam pertinens. *Columbi, et palumbi cellares* apud *Colum.* l. 8. c. 8. sunt qui in columbario aluntur, et in cellis, seu caveis in eo exstructis habitant, et nidificant.

CELLARĬUM, ii, n. *a cellar, storehouse, battery, pantry, larder, safe*, ἀποθήκιον, ταμεῖον, cella, promptuarium, locus in ædibus secretus, et obseratus, in quo reconduntur, et, ubi opus est, promuntur, quæ ad victum necessaria sunt. *Scævola Dig.* lib. 32. leg. 39. Liberto meo diætam, in qua habitabam, item cellarium junctum eidem diætæ ab herede meo concedi volo. *Plin.* l. 36. c. 15. Quorum agri minorem modum obtinuere, quam cellaria istorum. *Harduin.* legit *sellariæ.* ¶ Per metonymiam ponitur pro iis rebus, quæ cellario continentur, quæ sunt sal, vinum, oleum, carnes, laridum, caseus, et his similia, (præter annonam panis, vel frumenti) quæ in *Cod. Theodos. species cellarienses* dicuntur. *Sever. Sulpic.* l. 2. *Hist. sacr.* c. 41. Acciti Episcopi Ariminum convenere: quibus omnibus annonas, et cellaria dari Imperator præceperat. *Impp. Gratian. Valentinian.* et *Theodos. Cod. Theodos.* lib. 1. tit. 10. *leg. ult.* Neque plus aliquid præstabitur, quam nos concessimus in annonis, seu cellariis. ¶ Inter *penum*, et *cellarium* hoc interest, quod *cellarium* est paucorum dierum, *penus* vero temporis longi. Ita *Serv. ad Æn.* 1. v. 707. Quod sane discrimen perpetuum non est.

CELLARĬUS, a, um, ad cellam pertinens. *Plaut. Mil.* 3. 2. 31. Postea sagina ego ejiciar cellaria. ¶ *Cellarius, ii*, (subaudi *servus*) est cellæ præpositus, ut condat, et promat, quæ opus sunt, *a butler, steward, store-keeper*, ταμίας. *Plaut. Capt.* 4. 2. *in fi.* Sume, posce, prome quidvis: te facio cellarium. *Colum.* l. 11. c. 1. Ut cibus, et potio sine fraude a cellariis præbeatur. *Plin.* l. 9. *c. ult.* Cellarii in saccis odorem vino gravem eximunt. ¶ *Cellaria, æ*, (subintellige *ancilla*) mulier cellæ præposita, *a housekeeper*, ταμίη. *Plaut. Mil.* 3. 1. 102. Quia nihil abstulerit, succenset cellaria. Al. leg. *ceraria*, alii *geraria.*

CELLATĬO, onis, f. plurium cellarum series. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 77. *Burman.* Domus habet susum cellationem, cubiculum, in quo ipse dormio, &c. Sunt qui suspicantur, aliter legendum esse.

CELLĬO, onis, m. idem qui cellarius. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 582. n. 10. D. M. Secundi Nundini Primitivi cellionis Pomp. Primitiva Lib. et Coni. Obseq.

CELLŬLA, æ, f. *a small cellar, or cell*, parva cella. *Terent. Eun.* 2. 3. 18. Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum. *h. e.* cubiculum servi. *Petron. in Satyr.* c. 11. Risu, plausuque cellulam implevit. *h. e.* cubiculum meretricis, aut diversorii. Adde cap. 136.

CELLULĀNUS, i, *a monk*, apud *Sidon.* l. 9. ep. 3. est monachus, qui in angusta casa vitam agit.

[* CELMIS, is, sive CELMUS, i, m. unus ex Idæis Dactylis, nutricius Jovis, cui, dum parvus erat, et fidus et admodum carus fuit. Sed cum postea vulgasset, Jovem aliquando fuisse mortalem, in adamantem ab eo conversus est. *Ovid. Met.* l. 4. v. 281. Te quoque, nunc adamas, quondam fidissime parvo, Celmi, Jovi. Quidam legunt *Celme.*]

CELO, as, avi, atum, a. 1. *to hide, conceal, keep secret, cover*, ἀποκρύπτω, occulto, abscondo, clam habeo, ne sciatur curo. *Cic.* 3. *Offic.* c. 13. *sub fin.* Neque enim id est celare, quidquid reticeas; sed cum, quod tu scias, id ignorare emolumenti tui causa velis eos, quorum intersit id scire. *Id.* 4. *Acad.* c. 18. *ad fin.* Cur celatis, quasi turpe aliquid, sententiam vestram? *Nepos in Eumen.* c. 9. Iter, quod habebat, omnes celat. *Terent. Hecyr.* 3. 3. 24. Te, atque alios partum ut celaret suum. *Liv.* l. 5. c. 51. *ad fin.* Sacra celare terræ. *Nepos in Datam.* c. 5. Celans, qua voluntate esset in regem. *Phædr.* l. 2. fab. 2. Mulier annos celans elegantia. *hiding, blinding. Ovid.* 4. *Metam.* v. 681. Celare vultum manibus. *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 17. Celare se ab aliquo. *Virg.* 9. *Æn.* v. 425. Celare se tenebris. *Terent. Hecyr.* 2. 2. 11. Celare iras. *to disguise. Ovid. Her.* ep. 12. v. 37. quis enim bene celat amorem? *Id.* 2. *Metam.* v. 37. Celare culpam sub imagine falsa. *to conceal, cloak.* ¶ *Celare aliquem* est curare, ut alter nesciat. *Cic. pro Deiot.* c. 6. *to escape the observation of.* Si te interemisset, Jovis numen nunquam celare potuisset, ho-

mines fortasse celavisset. *Cic. Fam.* 7. ep. 20. Bassus noster me de hoc libro celavit. *Id. in Orat.* c. 69. O virum simplicem, qui nos nihil celat! ¶ Et passive. *Cic. Agrar.* 2. c. 5. Cum me in eorum sermonem insinuarem, celabar, excludebar. *Terent. Hecyr.* 4. 4. 23. Nosne hoc celatos tamdiu? *Cic. Fam.* 5. ep. 2. Te maximis de rebus a fratre esse celatum. ¶ Significat etiam aliquem tegere, et abscondere, ne videatur, aut sciatur. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 76. Plerosque ii, quos receperant, celant, noctuque per vallum emittunt. *Ulpian. Dig.* lib. 11. tit. 4. leg. 1. Qui fugitivum celavit, fur est. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 11. præcepta canam, celabitur auctor. ¶ *Celare diem* dicitur Sol, cum occidit. *Horat. in carm. sæcul.* v. 9. Alme Sol curru nitido diem qui Promis, et celas. ¶ Cum dativo personæ. *Hirt. de B. Alex.* c. 7. Quod neque celari Alexandrinis possent in apparanda fuga. *Al. leg.* Alexandrinos. *Ovid. Fast.* 4. v. 149. Ut tegat hoc, celetque viris. *Al. leg.* viros. *Paulin. Nolan.* carm. 18. *in natal.* 6. *S. Felic.* v. 295. occulti fures quacumque latebra Non tibi celantur. *Nepos in Alcib.* c. 5. Id Alcibiadi diu celari non potuit. ¶ Reperitur etiam cælo cum diphthongo, *æ*, ut dictum est in fine vocis *Cella*: sed hac ratione fere ponitur pro insculpere.

CELŌNES sunt veloces biremes, *fly-boats, pinnaces,* inquit *Isid.* l. 19. *Orig.* c. 1. sed V. vocem sequent.

CELOX, ōcis, f. *a kind of small bark; a pinnace, cutter, fly-boat, brigantine, wherry,* κέλης, genus navigii parvi, et celeris: a voce Græca allata, quæ sumpta est per metaphoram ab equo *celete*, quia ut hic ab uno tantum regitur, ita hoc navigium, vel uno tantum remo agitur, vel si (quod verius est) pluribus, ita tamen ut a singulis singulos remos tractantibus agatur. Fuit inventum Rhodiorum, ut *Plin.* l. 7. c. 56. docet. *Liv.* l. 21. c. 17. Naves CCXX. quinqueremes, celoces viginti deductæ. *Varr.* apud *Non.* c. 13. n. 1. Nautæ remivagam movent celocem. ¶ Adjective *Plaut. Pœnul.* 3. 1. 40. Obsecro, operam celocem hanc mihi, ne corbitam date. *h. e.* operam celerem, non tardam. Nam sicut celox citato cursu fertur, ita corbita lento, cum navis oneraria sit. ¶ Festive *Id. Pseud.* 5. 2. 12. Dic tamen, unde onustam celocem agere te prædicem. *h. e.* stomachum vino plenum. ¶ Nonnunquam accipitur pro navi prædatoria, *a pirate*, ut apud *Liv.* l. 37. c. 27. et *Plaut. Asin.* 2. 1. 10. ¶ Apud *Ennium* quoque hæc vox legitur illo versu: *Labitur uncta carina per æquora cana celocis.* Ubi male quidam cum *Isid.* l. 19. *Orig.* c. 1. legunt *celonis.*

CELSE, *loftily, highly, nobly,* alte, excelse, ὑψηλῶς. *Colum.* l. 4. c. 19. Lætitia vitium celsius evagatur. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 387. Celsius assurgunt cornua. ¶ Translate *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 145. celse natorum æquavit honori. *h. e.* equestris ordinis. Nam celsus de equitibus sæpe dicitur. *Quidam leg.* celso.

CELSINIĀNUS, a, um, adject. a *Celsinio*, quod est nomen viri proprium. *Celsinianus porcellus* apud *Apic.* l. 8. c. 7. est peculiari quadam ratione conditus porcellus, cujus auctor quidam *Celsinius* fuerit.

CELSĬTAS, atis, f. *loftiness*, celsitudo. Quidam tribuunt *Cicer.* 3. *Offic.* c. 5. sed plerique alii leg. *excelsitas.*

CELSITŪDO, inis, f. *highness, loftiness,* ὕψος, altitudo, excelsitas. *Vellei.* l. 2. c. 94. Juvenis genere, forma, celsitudine corporis, maximoque ingenio instructissimus. ¶ Sequiore ævo titulus fuit, quo appellabantur Comes sacrarum largitionum, et Præfectus Prætorio, ut est in *Cod. Theodos.* lib. 6. tit. 26. *leg. ult.* et lib. 8. tit. 5. leg. 23.

CELSUS. Aurelius Cornelius Celsus variæ eruditionis nomine a *Quintiliano* l. 12. c. 11. commendatur, qui Rhetoricam multo, quam antea, diligentius explicavit, et de re militari accuratissime scripsit, nullumque pæne disciplinæ genus intactum reliquit. Sed ex ejus scriptis ad nostra tempora nihil pervenit, præter octo elegantissimos de re medica libros, qui omnium manibus teruntur. Floruit sub Tiberio Principe. Columella quoque eum sæpissime appellat, et laudat in suis de re rustica libris. Meruit enim propter stili nitorem, et purgatissimam Latinitatem, ut *medicus Cicero*, et propter medicinæ artis peritiam ut *Latinus Hippocrates* ab Eruditis appelletur.

CELSUS, a, um, *lofty, high, upright, erect, stately,* ὑψηλός, altus, sublimis, elatus: et dicitur proprie de iis, quæ alta simul, et erecta sunt. *Festus* docet derivari a Græco κέλης, hoc est eques, de quo V. *Celes*: quasi inde hujus vocis ratio petita sit, quod homines equis insidentes, alti sunt, erectoque corpore sedent. Quo respexisse videntur *Horat. in ar. poet.* v. 342. Celsi prætereunt austera poemata Ramnes. et *Stat.* l. 1. silv. 4. v. 41. Non labente Numa timuit sic Curia felix, Pompeio nec celsus eques, nec femina Bruto. et l. 8. *Theb.* v. 564. Nunc pedes ense vago, prensis nunc celsus habenis. Sic *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 12. Hæc postquam dixit, redit citus, celsu' tolutim. ¶ Latius tamen accipitur. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 56. Deus homines humo excitatos, celsos et erectos constituit. [† Dixit *Ovidius*: Os homini sublime dedit, cælumque tueri jussit.] *Id. in Orat.* c. 18. Status erectus, et celsus. *Senec. in Agamemn.* v. 717. Phœbas graditur celsa. *Horat.* epod. 16. v. 29. Apenninus celsus. *Plin.* l. 11. c. 16. *in fi.* Regi apium pennæ breviores, crura recta, ingressus celsior. *more lofty; more majestic. Id.* l. 10. c. 21. Graditur gallus ardua cervice, cristis celsus. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 547. Taurus celsior artus. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 538. Cervus celsus in cornua. ¶ Translate *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 14. Vir celsus, et erectus, et ea quæ homini accidere possunt, omnia parva ducens. *Quintil.* l. 1. c. 3. *sub fin.* Animus generosior, et celsior. *Liv.* l. 7. c. 16. Celsi, et spe haud dubia feroces in prœlium vadunt. *Sil.* l. 16. v. 188. Celsus mente. *Cic. pro Syll.* c. 2. Celsissima sedes dignitatis, atque honoris. *Impp. Valentinian. Theodos.* et *Arcad.* lib. 1. *Cod.* tit. 44. leg. 2. Celsiores viri. *h. e.* in majori dignitate constituti.

CELTÆ, arum, m. Κέλται, populi Galliæ ita dicti a Celto Herculis, vel ut alii volunt, Polyphemi filio. Tertiam Galliæ partem incoluerunt. Nam alias duas Belgæ, et Aquitani habuere, ut *Cæs. initio B. Gall. Plin.* l. 4. c. 17. et *Pompon. Mela* l. 3. c. 2. docent. Ceterum olim latius patuit hoc nomen. Celtæ enim appellati sunt omnes populi Germaniam, et Galliam incolentes. V. *Cluver.* l. 1. *German. antiq.* et alios. ¶ Celtis se genitum dicens *Martialis* l. 10. epigr. 65. et 78. *Celtiberos* intelligit. V. *Celtiberia.*

CELTĪBER, era, erum, ad Celtiberiam pertinens. *Martial.* l. 12. epigr. 18. Celtiberis hæc sunt nomina crassiora terris. *Id.* l. 10. epigr. 20. Ducit ad auriferas quod me Salo Celtiber oras. *Valer. Max.* l. 5. c. 1. n. 5. Celtiberæ urbes. ¶ *Celtiberi, orum*, sunt Celtiberiæ populi. *Cic.* 2. *Tuscul. c. ult. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 38. et *Plin.* l. 3. c. 3. ¶ In singulari numero *Catull.* carm. 39. *in Egnat.* v. 17. Nunc Celtiber in Celtiberia terra. *Quidam leg.* Celtiberus Celtiberia in terra.

CELTIBERĬA, æ, f. ea pars Hispaniæ, quam Celtæ olim occuparunt, et Iberis populis immixti Celtiberi appellati sunt. *Cic.* 11. *Phil.* c. 5. et *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 61. Hinc *Lucan.* l. 4. v. 9. profugique a gente vetusta Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.

CELTIBERĬCUS, a, um, ad Celtiberiam pertinens. *Plin.* l. 33. c. 3. Viriæ Celtibericæ. *Valer. Max.* l. 3. c. 2. n. 21. Celtibericum bellum.

CELTĬCE, adverb. *Sulpic. Sever. Dial.* 1. *c. ult.* Celtice, vel Gallice loqui.

CELTĬCUS, a, um, *Celtic*, ad Celtas pertinens. *Plin.* l. 4. c. 17. Gallia Celtica. *Id.* l. 8. c. 3. Celtica spolia. *Sil.* l. 1. v. 46. Celtica rura. *h. e.* regio Galliæ cisalpinæ, cis Padum. ¶ *Celtici, orum*, sunt populi Hispaniæ prope Lusitaniam. *Id.* lib. 3. cap. 1. V. Geographos.

CELTIS, is, f. *a kind of lote-tree*, arbor de genere lotorum, magnitudine pyri, in Africa. *Plin.* l. 13. c. 17. ¶ Item genus scalpri, quo lapides inciduntur, *a chisel. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 329. lin. 23. Malleolo, et celte litteratus silex. [¶ *Item genus scalpri* &c. *Delenda hæc et quæ sequuntur omnia, atque ita mutanda.* ¶ Putarunt Lexicographi per hanc vocem significari etiam scalpri genus, quo lapides inciduntur, decepti *Inscriptione*, quæ est apud *Gruterum* pag. 329., in cujus lin. 23. legitur: Malleolo et celte litteratus silex. Sed ea *Inscriptio* recens figmentum est, eumque titulum *Jacobus Baduarius*, patricius Venetus, Sergio Polensi parasito et histrioni sæculo XV. posuit. V. *Maffeium in Art. Crit. Lapid.* lib. 3. c. 2. col. 185. *et seqq.*]

[* CEMUS, seu CEMOS, i, m. a κημός, *canistrum*: planta quædam, quæ eadem videtur esse ac leontopodium. *Plin.* l. 27. c. 8. sect. 35. Eadem ex causa et cemos silebitur a nobis.]

CENA cum derivatis, V. *Cœna.*

[* CENARĬUS, ii, m. auri et argenti expurgatorem esse conjicit *Guther. de offic. domus Aug.* 3. 9. (refutatur tamen a *Reinesio V. L. L.* 3. pag. 616.) quia apud *Hesychium* κήνεον sit καθαρὸν *fundus. Inscript. apud Gruter.* pag. 1054. n. 8. Hic jacet nomine matrona. C. F. in pace, uxor Corneli primiceri Cenariorum, filia Porphori primiceri monetariorum.]

CENÆUS, i, Κηναῖος, epitheton Jovis a Cenæo promontorio Eubœæ, ubi Hercules Jovi aram exstruxit. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 136. Victor ab Œchalia Cenæo sacra parabat Vota Jovi.

CENCRÆUS, a, um, *Corinthian*, idem quod Corinthius. Nam Cenchreæ, Κεγχρεαί, oppidum est in Isthmo positum prope Corinthum. (Hinc *Ovid.* 1. *Trist.* eleg. 9. v. 9. Cenchreas Corinthiacas appellat.) Item portus ipsius Corinthi. *Stat.* 4. *Theb.* v. 60. Cenchrææque manus. ¶ In loco *Ovidii* citato legitur *Cenchreis* in Dativo plurali disyllabum per figuram synæresim: ex quo alii ediderunt *Cenchris.*

CENCHRĒÆ, V. vocem præced.

CENCHREIS, idis, f. uxor Cinyræ mater Myrrhæ, ut *Hygin.* fab. 58. docet. *Ovid. Metam.* 10. v. 435. ¶ Est etiam nomen insulæ in Ægæo mari. *Plin.* l. 4. c. 12.

CENCHRIS, idis, f. *a kind of hawk; a castrel or custeril,* κεγχρίς, genus avis ex genere accipitrum, ita dicta fortasse quia milio maxime delectatur, quod Græce κέγχρος dicitur. *Plin.* l. 10. c. 52. Cenchris supra quaterna edit ova. et *paulo post.* Ova rubris coloris phasianis, cenchridi. Adde lib. 29. c. 6. ¶ Est etiam genus serpentis alvum habens minutissimis maculis ad instar milii variegatam. *a kind of speckled serpent.* Cum incedit, non sinuatur in spiras, sed recto corpore movetur. *Plin.* l. 20. c. 22. Serpyllum adversus serpentes efficax, maxime cenchrin. ¶ *Lucan.* masculini generis facit, fortasse ad Græcum ὄφις respiciens, l. 9. v. 712. Et semper recto lapsurus limite cenchris: Pluribus ille notis variatam pingitur alvum.

CENCHRĪTIS, vel Cenchrites, æ, m. *a precious stone, all speckled as it were with millet-seed,* κεγχρίτης λίθος, gemma maculas habens veluti milii grana sparsa: a κέγχρος, milium. *Plin.* l. 37. c. 11

CENCHROS, i, m. *a sort of adamant,* κέγχρος, genus adamantis milii magnitudine. Κέγχρος enim milium est. *Plin.* l. 37. c. 4.

CENĪNA, æ, f. oppidum Latii olim clarum, deinde excisum: ita dictum a Cenite ejus conditore. *Fest.* et *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ Scribitur et *Cænina*, Græce Καινίνη.

CENINENSIS, et Cæninensis, se, ad Ceninam pertinens. *Ceninenses, ium*, sunt Ceninæ oppidi incolæ. *Liv.* l. 1. c. 9. et. 10. ¶ Legitur et *Ceniensis.*

CENINUS, et Cæninus, a, um, ad Ceninam pertinens. *Liv.* l. 1. c. 10. Ceninus ager. *Propert.* l. 4. eleg. 10. v. 9. Cenina arx.

CENOMĀNI, orum, m. Κενομανοί, populi Galliæ, qui primo in Lugdunensi tractu habitarunt: deinde in Italiam transgressi ea loca trans Padum occuparunt, ubi sunt Cremona, Brixia, Verona, Bergomum, Mantua, &c. *Liv.* l. 5. c. 33. et *Plin.* l. 3. c. 19. Plura V. apud Geographos, et præsertim *Cluver. de Ital. antiq.* lib. 1. ¶ Secundæ et tertiæ syllabæ quantitas incerta est. Produxit tertiam *Bapt. Mantuan. Agelarior.* l. 6. v. 759. *et de B. Venet.* v. 322. 347. et 414. Corripuit *Mirocles Episc. Mediolanens. Mantuano* multo antiquior, apud *Gruter.* pag. 1161. Prior ille duas primas syllabas corripuit: hic secundam et tertiam, prima producta. Antiquiores poetas, qui usurpaverint, inveni adhuc nullos.

CENOTAPHIŌLUM, li, parvum cenotaphium. Vet. lapis apud *Murator.* pag. 1709. n. 10.

CENOTAPHĬUM, ii, n. *a monument erected for one buried elsewhere; a cenotaph,* κενοτάφιον, monumentum vacuum cadavere, tumulus inanis (ut appellat *Virg.* 3. *Æn.* v. 304.) vel honorarius (ut *Sueton. in Claud.* c. 1.) ad memoriam alicujus, qui alibi sepultus sit, colendam: a κενός, vacuus, et τάφος, sepulcrum. *Ulpian. Dig.* lib. 11. tit. 7. leg. 6. Si monumentum purum est, poterit quis hoc et vendere, et donare: si cenotaphium, posse hoc vænire, dicendum est. nec enim hoc esse religiosum, divi Fratres rescripserunt. *Lamprid. in Alexand. Sever.* c. 63. Cenotaphium in Gallia, Romæ sepulcrum amplissimum meruit. ¶ *Cenotaphia Pisana*, quorum non semel in hoc Opere mentio fit, sunt duo insignes lapides Pisis inventi, in quibus perscripta sunt, quæ in honorem Caii, et Lucii Cæsaris Augusti filiorum, immatura morte sublatorum, Pisani eo tempore decreverant. Qui lapides cum ipso Augusti ævo, et Romanis caracteribus elegantissimis exarati sint, multam habent in Lingua Latina auctoritatem, non solum quod ad stylum, sed etiam quod ad orthographiam pertinet. Eos insigni commentario illustravit *Henricus Card. Norisius Veronensis.* [Sed hæc Pisanorum decurionum decreta minus commode a *Norisio* appellata fuisse *Cenotaphia* animadvertit *Morcellus de stil. Inscript. Latin* pag. 376.]

CENSĔO, es, ui, censum, vel censitum, a. 2. *to think, judge, suppose, imagine, presume, apprehend, be of opinion,* νομίζω, οἴομαι, puto, arbitror, existimo. *Terent. Heaut.* 3. 3. 9. Amantes advertunt graviter, quæ non censeas. *what you could not suppose they would. Plaut. Rud.* 1. 2. 78. Non vidisse undas me majores censeo. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 13. Treviros vites, censeo. *Id. Attic.* l. 10. ep. 11. *ad fin.* Quid mihi animi in navigando censes fore? *Id. Verr.* 7. c. 68. Censeo magnopere, desistas. *Nepos in Thrasyb.* c. 2. Cives civibus parcere, æquum censebat. *Liv.* l. 24. c. 37. Claves portarum reddi sibi, æquum censebant. *Gell.* l. 3. c. 3. Comœdiæ, quæ consensu omnium Plauti esse censebantur. *are allowed to be Plautus's. Cassius Hemina* apud *Non.* c. 4. n. 88. Censuit, se regem Porsenam occidere. ¶ In responsionibus est approbantis. *Terent. Eun.* 2. 1. 9. Ego rus ibo, atque ibi manebo. *Par.* censeo. *aye, so I would; I think you are in the right so to do. Plaut. Cas.* 4. 3. 9. Quid si etiam occentem hymenæum? *Sta.* censeo. Adde *Rud.* 4. 8. ubi tota scena pluries festive repetitur. ¶ Eleganter interseritur aliis verbis, ut *opinor, credo. Cic. Catil.* 4. c. 6. *ad fin.* Veremini, censeo, ne in hoc scelere, &c. ¶ Speciatim *censere* dicuntur, qui in Senatu, aut concilio sententiam dicunt de re aliqua. *Sueton. in Aug.* c. 35. *in fi.* Ut perinde quisque animum intenderet, ac si censendum magis, quam assentiendum esset. *Id. in Cæs.* c. 20. Nec quoquam reperto, qui censere aliquid auderet. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 67. Plerique censebant, ut noctu iter faceret. *Id.* l. 2. *B. Civ.* c. 30. Erant sententiæ, quæ castra oppugnanda censerent. *Cicer. Phil.* 3. *c. ult.* De ea re ita censeo: ut Consules dent operam, &c. *Pompei. ad Marcell. et Lentull. Coss. post* ep. 12. l. 8. *ad Attic.* Ita video censeri Marcello, et ceteris nostri ordinis. *Cæsar.* l. 7. *B. Gall.* c. 77. Pars deditionem, pars eruptionem censebant. *subaudi* faciendam esse. *Justin.* l. 13. c. 2. Perdicca censet, Roxanes exspectari partum. *Gell.* l. 5. c. 6. Corona civica Ciceronem donari a republica censuit. *Al. leg.* e republica. ¶ Pro decernere, *to ordain, decree, resolve. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 35. Senatus censuit, uti quicumque Galliam provinciam obtineret, Æduos defende-

ret. *Id.* l. 10. c. 12. Bellum Samnitibus et patres censuerunt, et populus jussit. *Sallust. in Jug.* c. 21. ea *h.* S. P. Q. R. verbis nuntient, velle, et censere, eos ab armis discedere. *Tacit.* 4. *Ann.* c. *penult.* Aram Clementiæ, et Amicitiæ censuere. *Id.* 2. *Ann.* c. 83. Cum censeretur clypeus auro, et magnitudine insignis. ¶ Frequenter ponitur pro æstimare: vel potius rationem, et numerum inire, ac describere alicujus rei. *to rate, assess, tax*: quod munus Censorum fuit, qui non solum omnium civium nomina describebant, sed et eorum bona, ipsis profiteri jussis, æstimabant, et in publicis tabulis, quantum quisque possideret, perscribebant, ut imponere tributa in usum reipublicæ possent. Ideo autem æstimare significat, quia ut ait *Festus*, tanti quisque rem suam æstimabat, quanti illi censuissent. *Cic.* l. 3. *de leg.* c. 3. Censores populi ævitates, soboles, familias, pecuniasque censento. *Id.* 4. *Verr.* c. 56. Quinto quoque anno Sicilia tota censetur. Erat censa Prætore Peducæo: quintus annus cum te Prætore incidisset, censa denuo est. *Id. Attic.* l. 1. ep. 18. *in fi.* Ne absens censeare, curabo edicendum. *Plin.* l. 33. c. 1. Cum capitum liberorum censa essent CLII. millia, &c. *Ascon.* od. 2. *Verrin.* c. 18. Convenerat multitudo ex municipiis, ut censeretur apud Censores, qui tunc erant. *Gell.* l. 7. c. 13. Qui centum et viginti quinque millia æris censi erant: et *mox*. Qui minore summa æris censebantur. *Senec.* l. 7. *de benef.* c. 8. Censeri capite. *h. e.* solo capite in censum venire. V. *Capitecensi.* ¶ *Censui censendo*, V. in *Census.* ¶ Dicuntur etiam *censere*, qui apud magistratum profitentur nomen, familiam, facultates suas, et ea in censum deferunt. *to give in an account to the Censors of the number of one's family, value of one's farms*, &c. *Cic. pro Flacc.* c. 32. In qua tribu denique ista prædia censuisti? et *paulo post.* Si aliena censendo Decianus sua facere posset. *Id. Verr.* 2. c. 18. Hæc frequentia, quæ convenit censendi causa. *Vellei.* l. 2. c. 15. Cives Romanos ad censendum ex provinciis in Italiam revocarunt. ¶ In hac significatione videtur adhiberi etiam deponentis forma. *Cic. pro Flacc.* c. 32. Voluisti magnum agri modum censeri. Census es præterea numeratæ pecuniæ triginta HS. millia. Census es mancipia Amyntæ. Cum te audisset servos suos esse censum. Sic *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 139. Hanc probat, et primo dilectam semper ab ævo Est inter comites Marcia censa suas. *h. e.* numeravit, habuit. Adde *Fast.* 5. v. 25. ¶ Censebantur privatorum agri tributi imponendi causa. V. locum *Spartiani* in *Censitio.* ¶ Adhibetur etiam universim pro æstimare, rationem inire. *to estimate, value. Cic. parad.* 6. c. 2. Si censenda atque æstimanda res sit, utrum pluris æstimemus pecuniam Pyrrhi, an continentiam Fabricii. *Stat.* l. 5. *silv.* ult. v. 60. nimium crudelis, qui dicere legem Fletibus, aut fines audet censere dolendi. *h. e.* statuere, præscribere. ¶ Hinc *censeri aliqua re*, est ob aliquam rem æstimari, in pretio haberi, notum, et clarum esse. *to be valued, prized, accounted famous. Senec.* ep. 76. Id in quoque optimum est, cui nascitur, quo censetur. *Plin.* l. 36. c. 5. Non vitibus tantum censeri Chium, sed et operibus Antermi filiorum. *Sueton. de Grammat.* c. 10. Eratosthenes multiplici, variaque doctrina censebatur. *Valer. Max.* l. 8. c. 7. *extern.* n. 4. Censeri divitiis. *Id.* l. 5. c. 3. *extern.* n. 3. Aristides, quo totius Græciæ justitia censetur. Adde *Martial.* l. 9. epigr. 17. et lib. 1. epigr. 62. et *Plin. in paneg.* c. 15. ¶ *Censere numerum gregis* apud *Colum.* l. 6. c. 23. est inire, *to count.* Al. tamen legunt *constare.* ¶ *Censeri nomine* est appellari, quia qui censebantur, nomen suum apud Censores edebant. *Valer. Max.* l. 8. c. 7. n. 2. *extern.* Quo cognomine censeretur, interrogatus. *Apul.* l. 5. *Metam.* Et nomen quo tu censeris, aiebat. ¶ Pro succensere aliquando usurpatum est. *Varr.* apud *Non.* cap. 4. n. 88. Ne vobis censeam, si ad me referretis. ¶ Particip. *Censitus*, V. infra.

CENSĬO, onis, f. sententia, arbitrium. *judgment, decision. Varr.* l. 4. *L. L.* c. 14. Censor ad cujus censionem, idest arbitrium, populus censetur. ¶ Item æstimatio, quæ fit a Censore. *a rating. Gell.* l. 10. c. 28. Ut discrimina pueritiæ, juventæ, senectutis ex ista censione Servii Tullii prudentissimi Regis noscerentur. *Id.* l. 16. c. 10. Capitis censio. ¶ Item animadversio, *correction, reproof*: quia Censores in eos animadvertere solebant, quos in moribus peccare cognovissent. Hinc *censionem facere* dicebantur, cum equiti multam irrogabant, teste *Festo*. Legitur etiam apud *Plaut. Rud.* 4. 8. 9. sed quo sensu non satis constat. Lege integram illam scenam lepidissimam, et Interpretes. ¶ Item opinio, judicium. *opinion. Symmach.* l. 1. ep. 3. In gravi dono habeo, hanc apud vos esse de nostris epistolis censionem. ¶ *Censio hastaria* erat, cum militi mulctæ nomine ob delictum militare indicebatur, quod hastas daret, ut idem *Fest.* docet. Festive *Plaut. Aulul.* 4. 1. 15. Qui ea curabit, abstinebit censione bubula. *h. e.* loris bubulis non punietur.

CENSĬTĬO, onis, f. censio, in censum relatio, æstimatio. *an assessing, taxing. Frontin. de colon.* pag. 146. *Goesii.* Cetera autem prout quis occupavit, posteriore tempore censita sunt, et possidenti assignata Imp. Vespasiani censitione, et jussu. ¶ Item tributum, vectigal, *a tax, tribute.* Nam ideo censentur agri, ut tributum imponi possit. *Spartian. in Pescen. Nigr.* c. 7. *in fi.* Palæstinis rogantibus, ut eorum censitio levaretur, idcirco quod esset gravata, respondit: Vos terras vestras levari censitione vultis: ego vero etiam aerem vestrum censere vellem.

CENSĪTOR, oris, m. *an assessor*, idem quod Censor. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 15. leg. 4. Illam æquitatem debet admittere Censitor, ut officio ejus congruat, &c. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 417. n. 5. Q. Hed. L. F. Pol. Ruf. Procos. Asiæ, censitori Prov. Lug. Comiti Severi, et Antonini Augg. &c. Alia *ibid.* pag. 439. n. 5. Cn. Munatius M. F. Pal. Aurelius censitor civium Rom. Coloniæ Vitricensis, &c. ¶ Re vera nullum discrimen est inter *Censitor*, et *Censor*, cum eandem originem habeant. Tamen *Censor* usitatior est; et si quando *Censiter* adhibetur, de iis fere dicitur, qui non in urbe, sed in provinciis censent, quod et *Cuperus* adnotavit ad *Lactant.* c. 23. *de mortib. persecut.*

CENSĪTUS, a, um, *assessed, rated*, in censum delatus, in censum acceptus, æstimatus, descriptus. *In monum. Ancyr.* tab. 2. apud *Gruter.* pag. 230. *in quo recensentur gesta Cæsaris Aug.* Quo lustro civium R. censita sunt capita quadragiens centum millia, et sexaginta tria. *In Cod.* quoque *Justin.* non semel legitur. Hinc *recensitus.*

CENSOR, oris, m. *a censor*, τιμητὴς, qui censuram gerit, vel qui censum populi agit. Censorum munus instituit Servius Tullus Rex, et ipse primus exercuit. Exactis Regibus, ipsi Consules primis temporibus administrarunt. Postea bellorum curis impliciti, cum ei negotio vacare non possent, peculiaris ad hoc Magistratus est institutus, in quo penes duos Censoria potestas esset: et aliquando creati, qui nondum Consules fuerant. V. *Liv.* lib. 27. cap. 11. Censores igitur dicti, quod populi opes censerent. Quibus postea morum, disciplinæque Pop. Rom. cura data, immo et jus additum publicorum privatorumque locorum, et vectigalium. Quinto quoque anno creabantur: civesque sic notabant, ut Senatorem, qui in moribus deliquisset, Senatu ejicerent, Equitem equo publico spoliarent, plebeium jure suffragii privarent, et ærarium facerent. Pertinebat etiam ad Censores legere Senatum, tribus addere, tueri Urbis templa, leges condere, aut abrogare, de certis rebus cognoscere, &c. Eorum Magistratus usque ad Imperatores perduravit, qui ad se hoc munus traxere, cum in eo esset magna vis, et amplissima dignitas: nomen quoque ipsum mutarunt, *morum præfectos* appellantes. De origine Censorum, atque officio V. *Liv.* l. 4. c. 8. et lib. 40. c. 46. et *Cic.* l. 3. *de leg.* c. 3. &c. ¶ Hinc *Censores* appellantur quicumque alicujus rei corrigendæ munus suscipiunt, ut qui de aliorum scriptis judicium ferunt, &c. *censurers, critics. Horat.* l. 2. ep. 2. v. 109. At qui legitimum cupiet fecisse poema, Cum tabulis animum Censoris sumet honesti. *Id. de ar. poet.* v. 174. Censor, castigatorque minorum. *Cic. pro Cæl.* c. 11. Pertristis quidam patruus, censor, magister. ¶ Aliquot Censorum insigniora acta incensura refert *Fest.* in *Religionis* ex *Varron. in lib. de vita populi* R. V. et *Gell.* l. 4. c. 12. et 20.

CENSORĪNUS, i, cognomen Rom. (ut *M. Rutilus Censorinus*) vel a censura administrata, vel a severitate morum deductum. ¶ Item nomen Imperatoris, de quo V. *Trebell. Poll. in XXX. Tyrann.* c. 33. ¶ Præterea fuit hoc nomine Grammaticus quidam suæ artis doctissimus, ut eum vocat *Priscian.* l. 1. pag. 544. *Putsch.* qui floruit circa A. Chr. 240. temporibus Alexandri Severi, Maximiani, et Gordiani Impp. Scripsit libellum *de die Natali*, seu de humana origine, stylo, ut Grammatici, et illis temporibus, satis culto, et nitido, selecta etiam eruditione, et doctrina illustri. Eum laudat etiam *Sidon. in epist. ad Polem. præfixa carmini* 14.

CENSORĬUS, a, um, *pertaining to the Censor, Censorian*, ad Censorem pertinens, ut *Censorius vir*, qui scilicet Censor fuit. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 89. Censoria animadversio. *Id. pro Cluent.* c. 42. ¶ Sic quidquid grave, et severum est, *censorium* dicitur. *censorious. Cic. pro Cæl.* c. 15. Censoria gravitas. *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 6.) Censoria virgula notare versus. *to criticize. Martial.* l. 5. epigr. 81. Mordere libellum lima censoria. ¶ *Censorius dies*, pro die extremi judicii, invenitur in quadam Inscript. apud *Gruter.* pag. 1052. n. 8. ¶ Opus censorium facere, *Gell.* dixit l. 14. c. 7. *circa med.* h. e. rem facere Censorum animadversione dignam.

CENSUĀLIS, le, adject. *relating to the cess, or muster-roll, ratable*, ad censum pertinens. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 15. leg. 4. Forma censuali cavetur, ut agri sic in censum deferantur, &c. et *ibid.* Si quis inquilinum, vel colonum non fuerit professus, vinculis censualibus tenetur. *Arcad. ibid.* tit. 4. *leg. ult.* Censuales professiones. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 478. n. 2. Tabularium censuale. ¶ *Censuales*, substantive dicebantur Scribæ publici, qui censuales Tabulas conficiebant. *notaries whose business it was to make out the assess-tables. Capitolin. in Gord.* c. 12. Ut non scribæ, non servi publici, non censuales illis actibus interessent. Hinc tit. 2. *in Cod. Theodos.* lib. 8. de Tabulariis, Logographis, et Censualibus. Adde *Symmach.* l. 10. epist. 43. (*al.* 36.) ¶ Dicuntur etiam *Censuales* ipsi censuales libri, in quibus census perscripti sunt, a *Tertull. in Apolog.* c. 19.

CENSUARĬI, orum, videntur esse, qui censum, hoc est pensionem annuam domino agri, quem colunt, pendunt. Legitur in *Cod. Justin.* lib. 9. tit. 49. leg. 7. At in *Cod. Theodos.* ubi eadem lex habetur, lib. 9. tit. 42. leg. 7. legitur *casarii.*

CENSŪRA, æ, f. *the Censorship or office of Censor*, τιμητικὴ ἀρχὴ, munus Censorum. *Liv.* l. 4. c. 8. M. Geganio Macerino, T. Quintio Capitolino Coss. censuræ initium fuit. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 30. Quod insciente collega in censura nihil egisset, post censuram consulem fecit. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 647. Agere censuram. *Sueton. in Claud.* c. 16. gerere. *Gell.* l. 16. c. 8. Censura fungi. ¶ Ponitur etiam pro quocumque judicio, examine. *censure, criticism. Vellei.* l. 2. c. 36. *in fi.* Vivorum ut magna admiratio, ita censura difficilis est. *Ovid. de remed. amor.* v. 362. Quorum censura musa superba mea est. *Gell.* l. 12. c. 2. Facere censuram de ingenio, et scriptis alicujus. *Plin.* l. 14. c. 6. Facere censuram vini. *to give an opinion.* et lib. 9. c. 54. Peragere censuram culinarum. *h. e.* recensere omnia, quæ ad culinas, et gulam pertinent. *Juvenal.* sat. 2. v. 63. Dat veniam corvis, vexat censura columbas. ¶ Item pro gravitate, severitate, *severity, austereness, Trebell. Poll. in Gallien.* c. 3. Non posse ferre censuram parentis. *Capitolin. in M. Antonin. Philos.* c. 22. Reprimere censura, et auctoritate res turbatas. *Vulcat. Gallican. in Avid. Cass. c. ult.* Mores propensiores ad censuram, et crudelitatem.

CENSUS, us, m. *a valuation of every man's estate; the registering of one's self, one's age, tribe, family, profession, wife, children, servants*, &c. *a cessing, rating, valuing, or mustering of the people; a tribute, tax, or subsidy, to be levied according to mens' estates*, τίμημα, ἀπογραφὴ, descriptio, ac æstimatio bonorum, et personarum, quæ fit a Censoribus. Census personarum ita agebatur, ut quisque civis nomen, genus, annos de se, uxore, liberis, et servis, eorumque officia, et artes, deinde pecunias suas, et prædia coram Censoribus profiteretur. Agri ita deferebantur, ut nomen fundi, tum locus in quo esset, vicini præterea, deinde arva, vineæ, prata, silvæ, pascua deferrentur. V. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 15. *qui* de censib. *inscribitur*, leg. 3. et 4. Atque hæc omnia jurati edebant; et si quis detrectaret, aut falleret, primis temporibus virgis cædebatur, postea vero amissione bonorum, et civitatis multari consuevit. Institutus est census primum Romæ a Servio Tullo sexto Rom. Rege, eo consilio, ut de viribus Reipubl. constare posset. In provinciis etiam census agebatur non solum ut de cujusque facultatibus constaret, sed ut tributa imponi possent. *Sueton. in Aug.* c. 27. Censum populi agere. *Cic.* 4. *Verr.* c. 26. Censum habere. *Gell.* l. 10. c. 28. Facere censum. ¶ Ad censum servi non admittebantur, sed solum ingenui, et cives Rom. Hinc *censu manumitti* apud *Ulpian.* tit. 2. *Regular.* dicebantur servi, qui Romæ permissu dominorum inter cives Rom. apud Censores profitebantur. *Cic. in Top.* c. 2. Si neque censu, neque vindicta, nec testamento liber factus est, non est liber. ¶ *Censere censum* idem est, quod censum agere. *to take an account of the people, their property*, &c. *Liv.* l. 43. c. 14. Legem censui censendo dicturos esse, ut præter commune omnium civium jusjurandum hæc adjurarent, &c. ¶ *Censui censendo agri* vocantur a *Cicer.* qui ea conditione sunt, ut in censum deferri possint, et a censoribus describi, atque æstimari: *lands whereof livery and seizin was made, and which might be registered*: qui proinde et emi, et vendi jure civili poterant, ut *Festus* docet. Hujusmodi erant prædia mancipi, et juris solique Italici. Nam quæ erant in provinciis, nec mancipi erant (ante *Justiniani* constitutionem) et usu tantummodo a Provincialibus habebantur: mancipium vero, et proprietas ad populum Romanum pertinebat. Hæc *censui censendo* dici non poterant. *Cic. pro Flacc.* c. 32. Illud quæro, sint ne ista prædia censui censendo; habeant jus civile; sint necne sint mancipi. ¶ Aliquando *censum habere* significat solummodo inire numerum, *to count, reckon. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 29. Eorum qui domum redierunt, censu habito, repertus est numerus militum centum et decem. ¶ *Census* etiam dicuntur libri, sive tabulæ, in quibus census populi descriptus erat, *a book of rates or assessment. Marcell. Dig.* lib. 22. tit. 3. leg. 10. Census, et monumenta publica potiora testimonia esse Senatus censuit. ¶ Huc illa trahi possunt *Liv.* l. 39. c. 44. Referre in censum. *P. African.* apud *Gell.* l. 7. c. 11. Dedicare in censum omne instrumentum fundi. *Cic. pro Balb.* c. 2. Irrepere in censum. *Ulpian. Dig.* l. 50. tit. 15. leg. 4. Inserere aliquid censui. et *ibid.* Deferre in censum. ¶ Præterea *census* sæpissime significat fortunas, et facultates cujusque, *goods, effects, property. Ovid. Fast.* 1. v. 217. In pretio pretium nunc est, dat census honores, Census amicitias. *Horat.* l. 2. od. 15. v. 13. Privatus illis census erat brevis, Commune magnum. *Ovid.* l. 1. *Amor.* eleg. 10. v. 41. Census augere paternos. *Juvenal.* sat. 6. v. 361. Prodiga non sentit pereuntem femina censum. *Cic. pro Flacc.* c. 22. Homo egens, sordidus, sine honore, sine existimatione, sine censu. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 56. Homo tenui censu. *Plin. in proem.* l. 14. Senator censu legi cœptus, judex fieri censu. *Id.* l. 33. c. 1. Censu opimo onerare digitos. *h. e.* gemmis maximi pretii. ¶ *Census Senatorius* scil. patrimo-

nium Senatorum, (*the qualification of a Senator*) erat octingenta millia H. S. Nomine autem census non annuum reditum intelligendum esse, sed universorum bonorum æstimationem, sentit *Octav. Ferrar. elect.* l. 1. c. 20. Augustus tamen Senatorium censum ampliavit ad duodecies H. S. *Sueton. in ejus vita*, c. 41. ¶ *Census equestris* erat duplo minor, *h. e.* quadringentorum H. S. ut colligitur ex *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 57. Qui vero minus habebant, plebs erant. Sed de hac re tota fusius Eruditi *Ferrar. Lips. Manut. Mazzon. in Duntem* l. 1. c. 41. et alii. ¶ Translate *Manil.* l. 1. v. 12. Ætherios per carmina pandere census. *h. e.* cæli divitias. *Id.* l. 3. v. 71. sua nomina cuique Attribuit, totumque hominis per sidera censum. *h. e.* quidquid est hominis, opes, artes, studia, casus, &c. *Id.* l. 1. v. 792. et censu Tullius oris Emeritus cælum. *h. e.* facultate dicendi. ¶ Reperitur etiam *censum*, *i*, n. *Cic. in fragment.* apud *Non.* c. 3. n. 76. Quorum luxuries fortunata censa peperit.

CENSUS, a, um, *rated, assessed, taxed*, is de cujus persona, et bonis census habitus est. *Liv.* l. 10. c. *ult.* Censa capitum millia ducenta septuaginta duo, trecenta viginti duo. *Cic. pro Arch.* c. 5. Census indicat, eum, qui sit census, ita se jam tum gessisse pro cive. ¶ Cum accusativo more Græcorum. *Horat. de ar. poet.* v. 387. præsertim census equestrem summam nummorum. *h. e.* in censendo repertus habere summam equestrem: nisi malis *census* accipere deponentis forma, ut sit idem quod *professus summam*, &c. V. *Censeo.* ¶ *Ascon. in Verr.* 3. c. 41. docet, *censos* olim a veteribus dictos fuisse, qui centum millia professione detulissent. hujusmodi enim facultates *census* vocabantur. Hanc tamen summam alii aliter tradunt. V. *Classis.*

CENTAURĒUM, i, et Centaurĭon, ii, n. vel Centaurēa, æ, f. *the herb centaury*, κενταυρεῖον, et κενταύριον, *centuria*, herba alio nomine Chironium, foliis latis et oblongis, serrato ambitu, densa ab radice, caule ternum cubitorum geniculato, in quo caput ceu papaveris: radice vasta, rubescenti, tenera, et fragili, madida succo, amara cum quadam dulcedine. Nomen habuit a Chirone Centauro, qui ea pedem vulneratum sagitta Herculis, cum ejus arma pertractaret, sanasse dicitur. *Plin.* l. 25. c. 6. Centaurio sanatus dicitur Chiron, &c. *Virg. Georg.* 4. v. 270. et graveolentia centaurea. ¶ Hæc dicitur centaureum majus. Est enim et centaureum minus origano simile, foliis angustioribus, et longioribus, caule anguloso, fruticante, flore lychnidis, radice tenui. Latino vocabulo *fel terræ* appellatur. *Plin. loc. cit.* ¶ *Apul. de herb.* cap. 34. et 35. feminina voce utitur.

CENTAURĒUS, a, um, ad Centauros pertinens, Κενταύρειος. *Horat.* l. 1. od. 18. v. 8. Centaurea rixa cum Lapithis.

CENTAURĬCUS, a, um, ad Centauros pertinens, Κενταυρικὸς, ut Centaurica lustra, apud *Stat.* 1. *Achill.* v. 266.

CENTAURIS, idis, f. *a kind of centaury called* triorchis, κενταυρὶς, herba cognomine triorchis, succum habens sanguineum, quam *Theophrastus* tradit defendi a triorche accipitrum genere contra colligentes. *Plin.* l. 25. c. 6.

CENTAUROMACHIA, æ, f. Κενταυρομαχία, pugna cum Centauris. A *Plauto Curcul.* a. 3. v. 75. ponitur joculariter pro nomine provinciæ Thessaliæ, in qua Centauri habitarunt.

CENTAURUS, i, m. *a Centaur*, Κένταυρος, monstrum superiori parte homo, inferiori equus. *Centauri* erant centum equites ad instar 300. Celerum Romuli, qui Regibus Lapitharum in Thessalia ad corporis custodiam et in bello, et in pace aderant. Dicuntur filii fuisse Ixionis ex Nube, quia ab illo instituti sunt, ut ab iis corpus suum tegeretur. Dicti sunt Centauri a κεντέω, pugno, et ταῦρος, taurus. Cum enim Ixion bobus œstro exagitatis, satellites suos ad eos revocandos ire jussisset, illique cursu non sufficerent, ascenderunt equos, et eorum velocitate boves assecuti, eos stimulis ad tecta revocarunt. Hæc *Serv. in.* 3. *Georg.* v. 115. Sunt tamen, qui non ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τοὺς ταύρους, sed ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τὴν αὔραν, a fodiendo aere, seu nube deducunt, eo quod Ixion cum nube coisse dicitur, unde Centauri nati sunt. Ideo autem a Poetis parte superiore viri, inferiore equi finguntur, quia a rudibus hominibus conspecti, animalia ex equis et hominibus composita crediti fuere. Sed aliqui dicunt, populos illos Thessaliæ, qui circa Pelium montem habitabant, universim Centauros appellatos esse, quod primi equos domuissent et ex iis pugnare cœpissent. Hinc *Virg.* 1. *Georg.* v. 115. Frena Pelethronii Lapithæ, gyrosque dedere Impositi dorso, &c. *Horat.* epod. 13. v. 11. Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno. *h. e.* Chiron. *Lucret.* l. 5. v. 876. Sed neque Centauri fuerunt, nec tempore in ullo Esse queat, &c. *Virg.* 7. *Æn.* v. 674. Centauri nubigenæ. ¶ De pugna Centaurorum cum Lapithis, V. *Lapithæ.* ¶ Est etiam hoc nomine cæleste sidus, et quidem duplex: alterum idem est, qui *Sagittarius*, de quo V. suo loco, alterum vero in parte cæli Australi, quem dicunt esse Chironem, artis medicæ inventorem, ob id meritum inter sidera esse. Situs est inter Argo navim, quam habet a tergo, et Aram, quam a fronte; habetque in manu hostiam, quasi sacrificaturus. Pedibus innixus est circulo Antartico: supra caput habet extremam Hydræ caudam. Constat stellis secundum *Hygin.* vigintiquatuor: secundum alios triginta sex. Quidam dicunt, non Chironem, sed Pholon Centaurum esse, qui haruspicio præter ceteros plurimum valuerit: ideoque ad Aram cum hostia venire Jovis voluntate figuratum. *Hygin. Poet. Astronom.* l. 2. n. 38. et lib. 3. n. 37. *Cic. in Arat.* v. 207. *Manil.* l. 1. v. 408. ¶ De priori Centauro quidam afferunt locum *Vitruvii* l. 9. c. 7. ubi tamen alii rectius leg. *Taurus.* ¶ Est etiam nomen navis apud *Virg. Æn.* 5. v. 122. Centauro invehitur magna. *sails on board the huge Centaur. centaurus magna* Græce dicitur βουκένταυρος, ex quo nomen inditum navi, qua Venetorum Dux quotannis vehitur, *Bucentoro.* (*the Bucentaur*). Porro ea ratione *Virg.* dixit *Centauro magna*, qua *Terent. Eun. prol.* v. 32. *Eunuchum suam.* Ille enim ad *navim*, hic ad *fabulam* adjectivum retulit. Sic *Plin.* l. 26. c. 14. Dictamnum pota sagittas pellit. *h. e.* herba. Quæ dicitur a Grammaticis figura *synthesis.* ¶ Denique *centaurus* apud *Lucret.* l. 2. v. 400. herba est eadem, quæ *Centaureum.*

CENTENARIUS, a, um, *of a hundred*, qui centum continet, ἑκατοστός. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 16. Centuriæ, quarum justus centenarius numerus. *Id.* l. 3. *R. R.* c. 6. *in fi.* Grex Centenarius facile quadragena millia sestertia ut reddat. *Plin.* l. 7. c. 20. Centenaria pondera. *h. e.* centum librarum. *Hieronym.* ep. 21. *ad Paul. Concord.* Ætas centenaria. *Lucil.* apud *Non.* c. 18. n. 22. Balistæ centenariæ. *h. e.* quæ saxa pondo centum jaciunt. *Lamprid. in Heliogab.* c. 19. Vasa centenaria argentea. *h. e.* e centenis argenti libris conflata. *Tertull. de cor. mil.* c. *pœnult.* Centenariæ rosæ. *h. e.* contifoliæ. *Capitolin. in Gordian.* c. 32. Centenariæ basilicæ. *h. e.* centum pedum. *Frontin. de aquæduct.* artic. 29. et 62. Fistula centenaria. *h. e.* quæ habet centum digitos quadratos areæ, id est luminis, ut *Id.* artic. 29. docet. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 14. leg. 16. Centenarius libertus. *h. e.* qui centum millia H. S. possidet, ut *Justinian. Institut.* l. 3. tit. 8. sect. 2. docet. ¶ *Centenariæ cœnæ* dicebantur, in quas Lege Licinia certis diebus non plus centussibus, præter terra nata, impendebatur. *Festus*, et *Tertull. in Apolog.* c. 7. V. *Licinius.* ¶ *Centenaria auri* in *Cod. Justin.* lib. 12. tit. 51. leg. 12. sunt centenæ libræ auri signati, ut contra *Dion. Gotofr.* et *Cujac.* ostendit *Salmas. ad Lamprid. in Alexand. Sev.* c. 39. ¶ *Centenarii*, *orum*, dicti sunt aliquando ipsi centuriones. *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 13. Centuriones, qui nunc centenarii vocantur. Adde Inscription. apud *Murator.* pag. 1024. n. 4. ¶ Fuerunt etiam *Centenarii*, qui ad *Centenæ* gradum promoti erant. V. *Centenus.*

CENTENIONĀLIS NUMMUS, de quo mentio fit in *Cod. Theodos.* lib. 9. tit. 23. leg. 1. et 2. creditur a quibusdam esse idem, qui centenarius aureus ab Heliogabalo primum conflatus, ut docet *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 39. Alii autem probabilius putant, fuisse nummum minutiorem, et usui publico accommodatum, atque adeo parvi valoris. *In cit.* leg. 2. Centenionalem tantum nummum in conversatione publica tractari præcipimus, majoris pecuniæ figuratione submota.

CENTĒNUS, a, um, *a hundred*, adjectivum distributivum a centum. *Tacit. de Germ.* c. 6. Centeni ex singulis pagis sunt. *a hundred from each district. Hirt. de B. Alex.* c. 48. HS. centenos militibus est pollicitus. ¶ Extra distributionem. *Cic. Parad.* 6. c. 3. Capit ille ex suis prædis sexcenta sestertia, ego centena ex meis. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 13. Omnis insula est in circuitu vicies centena millia passuum. ¶ In genitivo plurali fere habet *centenum*: quod de omnibus distributivis licet observare. *Plin.* l. 7. c. 49. Centenum annorum censi sunt homines LIV. centenum XIV. centenum vicenum quinum II. ¶ In singulari numero. *Virg.* 10. *Æn.* v. 207. centenaque arbore fluctus Verberat. *h. e.* centum remis. *Pers.* sat. 5. v. 6. centeno gutture niti. *Martial.* l. 8. epigr. 45. Centeno consule. *Stat.* l. 4. silv. 4. v. 43. Centeni judicis hasta. *h. e.* Centumvirorum. ¶ *Centena*, *æ*, f. dignitas, quæ dabatur militantibus in sacro palatio, *h. e.* inservientibus in schola *Agentium in rebus*: qui centum ex iis, qui Agentes in rebus dicebantur, præerant; et centurionatui in re militari similis erat. Colliguntur hæc ex *Cod. Justinian.* lib. 12. tit. 20. *leg. ult.* et ex *Cod. Theodos.* leg. 3. tit. 4. lib. 8. et leg. 7. tit. 27. lib. 6. Qui ad hunc gradum erant promoti, *centenarii* dicebantur *cit.* leg. 7. tit. 27. &c. ¶ Erat et *ducena* ejus, qui ducentis hujusmodi præerat, qui *Ducenarius* vocabatur. In *Cod. Justinian. loc. cit.*

CENTESĬMO, as, a. 1. *to punish every hundredth man*, centesimum quemque ducta sorte punire. *Capitolin. in Macrin.* c. 12. Milites sæpius decumavit, aliquando etiam centesimavit: quod verbum proprium ipsius est; cum se clementem diceret, quando eos centesimaret, qui digni essent decumatione, atque vicesimatione.

CENTESĬMUS, a, um, *the hundredth*, ἑκατοστὸς, adjectivum ordinale a *centum*: significat autem ultimum ex centum. *Plaut. Mil.* 3. 1. 168. Haud centesimam partem dixi. *Cic. pro Mil.* c. 35. *ad fin.* Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii. *Martian. Dig.* lib. 27. tit. 1. leg. 21. Ultra centesimum lapidem urbis. *h. e.* ultra centesimum milliarium. ¶ *Centesimæ calendæ* sunt centesimus mensis, qui intra annos octo, et menses quatuor recurrit. *Plaut. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 46. Centesimis calendis dari utiliter stipulamur. ¶ *Centesimæ*, *arum*, erant usuræ, in quibus centesima sortis pars, hoc est unum pro centum, singulis mensibus solvebatur, atque adeo duodecim pro centum quotannis, *twelve per cent.*: qua ratione centesimo mense usura sortem æquabat. Hæc erat usurarum gravissima et veluti as, a qua usuræ minores nominibus partium assis appellabantur, *semisses, trientes, quadrantes*, &c. *Cic. Attic.* l. 5. *ep. ult. ad fin.* Nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatocismo contentus non esset. Nam aut bono nomine centesimis contentus erat, aut non bono quaternas centesimas sperabat. et *ibid.* Centesimas perpetuo fenore ducere. *Senec.* l. 7. *de Benef.* c. 10. Sanguinolentæ centesimæ. ¶ *Centesima*, *æ*, ἑκατοστή, vectigal ab Augusto institutum post bella civilia, ærario militari condendo, quo solvebatur centesima pars cujusque pecuniæ, quæ ex rebus auctione venalibus redigeretur, *a tax, or duty, of one per cent.* Sic *ducentesima* erat tributum, quo ducentesima pars atque adeo dimidio minus pendebatur, *half that sum per cent. Tacit.* 1. *Ann.* c. 78. Indicere centesimam rerum venalium. *Id.* 2. *Annal.* cap. 42. Levare vectigal centesimæ, et ducentesimam statuere. *Sueton. in Calig.* c. 16. Centesimam auctionum remittere. ¶ Antiquius tributi genus fuit illud, cujus meminit *Cic. ad Brut. ep. ult. ad fin.* nempe centesima pars census cujusque, ad alendos exercitus contra M. Antonium. Tributum, inquit *Cic.* ex centesima collatum, impudenti censu locupletum in duarum legionum præmiis omne consumitur. ¶ Aliquando *centesimus* accipitur pro centuplo, ut cum dicimus, ex agro centesimum fructum percipi, hoc est centies tantum, quantum sementis acceperat. *Plin.* l. 5. c. 4. Regio fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fenus reddente terra. *a hundred for one; a hundred fold.*

CENTĬCEPS, cipitis, omn. gen. *having a hundred heads, hundred-headed*, ἑκατογκάρηνος, centum habens capita. *Horat.* l. 2. od. 13. v. 34. Demittit atras bellua centiceps Aures. *h. e.* Cerberus, cujus furiale centum Muniunt angues caput, ut *Id.* ait l. 3. od. 11. v. 17. vel quia revera centum capita habet, ut *Isacius* apud *Natal. Comit. Mythol.* l. 3. c. 5. tradit. *Hesiod.* in Θεογον. quinquaginta ei tribuit: ceteri Poetæ tria tantum.

CENTĬES, adverb. *a hundred times*, ἑκατοντάκις, centum vicibus. *Terent. Heaut.* 5. 1. 8. Ut nihil credas intelligere, nisi idem dictum est centies. *Plaut. Asin.* 2. 4. 16. Centies eadem imperare. *Cic. in Pison.* c. 35. Sestertium centies et octogies ex ærario tibi attributum. *supple* millia. *Martial.* l. 5. epigr. 71. O quanta est gula, centies comesse! *h. e.* centena millia HS. V. *Sestertius.* ¶ Legitur et *centiens.*

CENTIFĬDUS, a, um, *cloven into a hundred parts*, qui in centum, vel in plurimas partes finditur, multifidus. *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 888. Dæmon adest, qui parte sinistra Centifidum confundit iter.

CENTIFOLĬA rosa, *with a hundred leaves, centifolis*, ἑκατοντάφυλλος, rosa centum, vel plurimorum foliorum. *Plin.* l. 21. c. 4. *de rosa.* Paucissima quina folia, ac deinde numerosiora, cum sit genus ejus, quam centifoliam vocant.

CENTIGRANĬUM triticum, *with a hundred grains in each ear*, tritici genus centum grana in culmo habentis. *Plin.* l. 18. c. 10. Fertilissima tritici genera, ramosum, aut quod centigranium vocant. *Isidor.* l. 17. *Orig.* c. 3. hoc genus tritici *centenum* vocat.

CENTĬMĀLIS fistula, instrumentum chirurgicum Mulomedicorum, multis foraminibus, minutisque pertusum, quo immisso in vulnus, humor foras emanat. *Veget.* l. 1. *de re veterin.* c. 43. ubi alii leg. *Centinalis.* [Hæc eadem lib. 3. c. 25. dicitur *Centralis*, at in edit. *Schneideri* itidem *centimalis*: Videtur hujusmodi nomen derivatum fuisse a κέντημα, quod a κεντέω *pungo*; est enim instrumentum ad paracentesin aptum. Hoc Galli vocant *troits-quarts*, Angli *a surgical instrument; a trocar.*]

CENTĬMĂNUS, us, m. (ita enim declinari vult *Priscian.* l. 6. pag. 718. *Putsch.*) *having a hundred hands, hundred-handed*, ἑκατόγχειρ, centum habens manus. *Horat.* l. 2. od. 17. v. 14. Centimanus Gyges. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 303. Centimanum dejecerat igne Typhœa.

CENTĬMĔTER, tri, m. *using a hundred different metres*, qui centum metris utitur, vel qui vario, et multiplici metrorum genere carmina componit, qualis fuit *Terentianus Maurus*, de quo *Sidon.* carm. 9. v. 265. Sed nec centimeter Terentianus, Nec Lucilius hic, Lucretiusque est.

CENTĬMĔTRUM, i, n. *a work treating of a hundred different metres*, opus de centum metris. *Servius in Centimetro* apud *Putsch.* pag. 1817. Licet audacter, non tamen ineleganter, hunc libellum, qui voluerit, Centimetrum nominabit.

CENTĬNODĬA herba, *with a hundred knots*, centum, vel plurimos habens nodos. *Marcell. Empir.* c. 31. Plantaginis folia, et herbam centinodiam, et rubi summitatem, &c. ¶ Videtur esse polygonon, quod ita dicitur a frequentia geniculorum, ut tradit *Plin.* l. 27. c. 12. *the herb knotgrass, swine-grass.*

CENTIPĒDA, æ, f. *a worm with many feet; a palmer-worm, caterpillar, centipede*, πολύπους, animal e vermibus terræ, pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens se, ab aliis *millepeda*, et *multipeda* dictum. Ita

Plin. l. 29. c. ult. a med. et Isid. l. 2. pag. 79. ¶ Isid. l. 12. Orig. c. 4. vocat centipedam.

CENTIPELLIO, onis, m. *the paunch of a cow, the inwards of a deer*, Ita dictum alter e ventriculis cervorum (nam duo habere dicuntur) quod multis constet plicaturis, et sinuosis, quasi pelliculis. *Plin.* l. 28. c. 9. *ad fin.* Item venter, quem centipellionem vocant.

CENTIPES, edis, adject. *having a hundred feet, hundred-footed*, centum, vel multos habens pedes, ἑκατόμπους. *Plin.* l. 9. c. 15. Scolopendræ, quas centipedes vocant.

CENTIPLEX, tiplicis, V. *Centuplus.*

CENTISSUM multifariam pro *centesimum* edidit *Torrentius* ex Pand. Florent. in *Dig.* lib. 27. tit. 1. leg. 42. Sed *Haloand.* et alii *centesimum.* Plane enim *centissum* mendum est.

CENTO, onis, m. *a patched garment made up of several shreds or rags of various colours; a patched cloak worn by rustics and slaves, a sort of quilt, mattress, or rug*, κέντρων, ωνος, vestis stragula crassior, et vilior, ex variis pannis veteribus, ac diversi coloris consuta, qua pauperum lecti sternuntur, ipsique pauperes, ac rustici amiciuntur. *Cato* apud *Fest.* in *Petulcus.* Servi, ancillæ, siquis eorum sub centone crepuit, quod ego non sensi, nullum mihi vitium facit. *Id. de R. R.* c. 59. Quoties cuique tunicam aut sagum dabis, prius veterem accipito, unde centones fiant. *Columel.* l. 1. c. 8. Vestitam familiam magis utiliter, quam delicate habeat, munitamque a vento, frigore, pluvia: quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel sagis cucullis. *Juvenal.* sat. 6. v. 121. Intravit calidum veteri centone lupanar. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 818. Suere centonem. *Cato R. R.* c. 2. sarcire. ¶ Culcitæ quoque loco, in qua cubatur, centonibus utebantur. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 6. *in fi.* Scrophæ cadaver sub centonibus collocat, super quos uxor cubabat. ¶ Centonum usus fuit etiam ad arcendum, vel restinguendum ignem, et in pugna ad telorum ictus excipiendos. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 177. Puppes aceto madefactis centonibus integuntur. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 9. Centones insuper injecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent, &c. *Id. ibid.* l. 3. c. 44. Magnus incesserat timor sagittarum: atque omnes fere milites aut ex coactis, aut ex centonibus tunicas, et tegmenta fecerant. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. Acetum quoque, quod incendii exstinguendi causa paratur, item centones, siphones, &c. ¶ *Centones farcire alicui*, proverbii modo significat mendacia multa gloriosa unum post aliud coacervare, et congerere. *to fill one's head with idle stories. Plaut. Epid.* 3. 4. 18. Proin tu alium quæras, cui centones farcias. *Al. leg.* sarcias. ¶ Translate dicitur genus carminis ex variis alieni operis hinc inde decerptis versibus, et ad alia significanda traductis consarcinatum: qualis est *Cento nuptialis* compositus ab *Ausonio* ex Virgilianis versibus. Alios quoque centonum auctores, *Probam* et *Pomponium* refert *Isid.* l. 1. *orig.* c. 38. *in fi.* Porro *Auson.* in epist. suo Centoni præfixa rationem universam hujusmodi carminis fusius exponit. *a composition formed by joining scraps from different authors, or from the same author; a cento.*

CENTOBRICENSIS, e, ad Centrobicam pertinens, quæ est urbs Hispaniæ in Celtiberia, ut Centobricenses machinæ, *Valer. Max.* l. 5. c. 1. n. 5.

CENTOCŬLUS, i, centum, aut multos habens oculos, πολυόμματος, ut Argo centoculus, *Hieronym. in Ezech.* l. 1. c. 1. *a med.*

CENTONARĬUS, a, um, ad centonem pertinens. *Tertull. de præscript. advers. Hæret.* c. 39. Homerocentonas etiam vocare solent, qui de carminibus Homeri propria opera, more centonario, ex multis hinc inde compositis in unum sarciunt corpus. ¶ *Centonarii, orum*, artifices, qui centones consuunt. *writers of centos.* Horum erant, sicut et ceterorum artificum, instituta collegia, et in oppidis quidem centones suppeditabant ad exstinguendum, si quod oriretur, incendium; in bello autem ad vestes militibus conficiendas, ad tabernacula contegenda, ad muniendа machinamenta contra ignem, et telorum ictus. Quare sæpe cum Dendrophoris, Tignariis, Dolabrariis, Scalariis, et ejusmodi fabris, qui exercitum sequi solebant, junguntur, ut videre est in *Cod. Theodos.* lib. 14. tit. 8. et in variis antiquis Inscriptionib. apud *Gruter.* pag. 36. n. 11. pag. 45. n. 8. pag. 161. n. 4. pag. 322. n. 4. pag. 358. n. 6. et alibi. V. *Burman.* ad *Petron. Satyr.* c. 45. [¶ *Inscriptio*, quæ ann. 1696. *Idib. August.* reperta est Patavii ad D. Petri Templum, ut affirmat *Salomonius in Urb. Patavinæ inscription.* pag. 120. M. Junius Sabinus IVvir ædilitiæ potestat. e lege Julia municipali patronus collegi centonariorum &c. Ex hac *inscriptione* quidam putant hac in urbe istiusmodi opificia viguisse. Re vera fortasse; at argumentum ab uno lapide sumptum sublestæ fidei est. Quid ni enim aliunde deportari potuit, et hic tandem consistere?]

CENTŎRES, um, populi Scythiæ Europeæ, fortasse iidem, qui Essedones, quos *Plin.* l. 6. c. 7. Colchis junctos facit. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 150. Impulit et dubios Phryxei velleris arbor Centoras.

CENTRĀLIS, le, *central, relating to the centre*, ad centrum pertinens. *Plin.* l. 2. c. 23. Terra centralis intervenit h. e. quæ in centro mundi posita est.

CENTRĀTUS, a, um, *central*, centralis, in centro positus. *Fulgent.* l. 1. *Mythol.* c. 11. Sol ardens cum ad umbilicum dici centratum conscenderit circulum.

CENTRIFF. V. *Centuria* in h.

CENTRINÆ, arum, m. *a kind of gnats*, κεντρῖναι, vox Græca est, qua significatur genus quoddam culicum, fucis apum simile ignavia, malitiaque, cum pernicie verorum et utilium culicum, et caprificationi inservientium. Interimunt enim eos, atque ipsi moriuntur. *Plin.* l. 17. c. 27.

CENTRONĬCUS, a, um, ad Centrones pertinens. *Plin.* l. 11. c. 42. Centronicæ Alpes.

CENTRŌNES, um, m. Κέντρωνες, populi incolentes Alpes Graias, quorum urbs Tarantasia, [† hod.] *Tarantaise. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 10. *Plin.* l. 3. c. 20. ¶ Alii fuere Centrones, quos cum Grudiis, Levacis, &c. conjungit *Cæs.* lib. 5. *B. Gall.* c. 38. et sub Nerviorum imperio fuisse dicit.

CENTRŌSUS, a, um, ad centrum pertinens. *Centrosa scobe* deprehendi gemmas factitias, ait *Plin.* l. 37. c. 7. ubi intelligit scobem duriorem, et similem illi, quæ eraditur ex nodis arborum, et marmorum. Nam in gemmis adulterinis fere inest durities quædam, et veluti callum, quod in arboribus et marmoribus *centrum* appellatur.

CENTRUM, i, n. *the centre, or middle point, of a circle or sphere*, κέντρον, Græca vox, qua significatur pars media circuli, vel globi, punctum a quo lineæ ad circumferentiam et superficiem ductæ sunt æquales. *Cic.* l. 1. *Tuscul.* c. 17. Græce utitur. Latine *Plin.* l. 2. c. 15. Terra centrum cæli est. *Id. ibid.* c. 19. Sol in centrum incidens terræ. *Id. ibid.* c. 64. Vergere in centrum. *et* Exire a centro. *Id.* l. 18. c. 29. Solis, terræque centra. *Vitruv.* l. 3. c. 1. centrum circini vocat alterum ejus crus, quod in describendo circulo in centro figitur, et immobile manet, altero circumacto. ¶ Dicitur etiam *centrum* pars durior, veluti nodus, seu clavus in marmoribus, et arboribus, inimica serris: *a hard knot, or knur, in a piece of timber, or marble, which mars or spoils the workman's tools:* et in arboribus quidem sæpe accidit lapide comprehenso, aut recepto in corpus, aut alterius arboris ramo. Ita *Plin.* l. 16. c. 39. *sub fin.* ¶ In gemmis quoque et crystallis centra dicuntur præduræ quædam partes, simulque fragiliores. *a part in crystal, and other precious stones, harder and more brittle than the rest. Id.* l. 37. c. 2. Infestantur crystalli plurimis vitiis: scabro ferrumine, maculosa nube, occulta vomica, præduro fragilique centro. *Id. ibid.* c. 9. Sapphirorum inutiles scalpturæ, intervenientibus crystallinis centris. [¶ Centrum est etiam foramen κεντήσει, *h. e.* punctione factum. *Martian. Capell.* lib. 8. pag. 290. Cito superioris vasis, aqua videlicet pleni, centrum aperi, ut simul cum incipiente luna oriri aqua fluere in vas inferius incipiat, et, donec totum corpus appareat, fluat. Sic nempe legendus hic locus; ex eo enim vitiose edito nescio quod plenicentrum exsculpserant quidam Lexicographi. Centrum itaque est minutulum foramen, ut in clepsydra.]

CENTUM, *a hundred*, ἑκατὸν, nomen numerale indeclinabile, decies denarium numerum continens. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 33. Creta potens centum oppidis. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 29. Eorum qui domum redierunt repertus est numerus centum et decem. *Gell.* l. 16. c. 4. Menandrum alii centum octo, partim centum novem comœdias reliquisse ferunt. *Id.* l. 2. c. 24. Fannius centum æris constituit. *h. e.* centum asses. *Paul. Dig.* lib. 17. tit. 1. leg. 5. Emere domum centum. *h. e.* centum nummis. Sic *ibid.* Vendere fundum centum. et *mox.* Emere servum decem. *Ovid. Metam.* 9. v. 71. *de hydra.* nec ullum De centum numero caput est impune recisum. ¶ Sæpissime accipitur indefinite pro magno aliquo numero, præsertim a Poetis. *any great number. Horat.* l. 2. od. 14. v. 26. Cæcuba servata centum clavibus. et od. 16. v. 33. Centum greges. *Id.* l. 3. od. 8. v. 14. Centum cyathos sumere.

CENTUMCAPĬTA, *a kind of thistle, commonly called eringo, sea-holm, or sea-holly*, nomen est herbæ, quæ Græca appellatione eryngе alba, seu eryngium dicitur. *Plin.* l. 22. c. 8. Ex his candidam nostri centumcapita vocant. *Id.* l. 1. *in indice* l. 22. n. 9. De centumcapite.

CENTUMGEMĬNUS, a, um, adject. *having a hundred arms. Virg.* 6. *Æn.* v. 287. Et centumgeminus Briareus. *h. e.* centum habens brachia. *Serv.* exponit *centies* duplex. Sed vox *geminus* juncta nominibus numeralibus, fere non duplicat, ut *tergeminus* idem est ac triplex, non sextuplex: *septemgeminus* est septemplex: *quadrigeminus* est quadruplex, &c. Sic *Valer. Flacc.* l. 6. v. 118. Centumgemina Thebe. *h. e.* centum habens portas, ἑκατόμπυλος.

CENTUMPĔDA, æ, m. *with a hundred feet*, centum pedes habens: adeoque firmissimus. Cognomen fuit Jovis, quod vim habeat omnia firmandi et stabiliendi, ut est apud *Augustin.* l. 7. *de Civit. Dei* c. 11.

CENTUMPONDĬUM, et Centupondium, ii, n. *a hundred-pound weight*, pondus centum librarum, et accipitur pro lapide pondo centum, quo in appendendo utebantur. *Plaut. Asin.* 2. 2. 37. Ad pedes quando alligatum est æquum centumpondium. ¶ *Cato R. R.* c. 13. inter instrumenta cellæ oleariæ ponit *trutinam unam, centumpondium incertum unum, et pondera certa.* Ideo autem *incertum* appellat, quia una mole centum libras pendet: atque ita *certis ponderibus* opponitur, quæ distincta partitaque sunt, non in unum pondus confusa. Ita *Turneb.* l. 7. c. 21. Vel significat indefinite magnum pondus, et longe excedens minuta illa pondera, quibus in appendendo utebantur. Fieri enim potest, ut ex consuetudine *centumpondium* appellaretur, licet centum pondo vel non æquaret, vel excederet. Itaque hoc dixit *Cato*, præter certa pondera, quibus in trutina utimur, habendum esse etiam unum magnum pondus sed incertum, et ad libitum. Vel denique intelligit majus quoddam pondus, quod in eadem trutina ad res diversi ponderis appendendas aptum sit, prout in trutinæ scapo propius vel longius ab ansa recedit, ut in nostris stateris usuvenit. Quidam et refert *Voss. in Etymol.* in *As* legi volunt *incretum*, hoc est indivisum.

CENTUMVIRĀLIS, le, *pertaining to the* Centumviri *or hundred judges*, ad Centumviros pertinens, ut Centumvirale judicium, *Cic. pro Cæcin.* c. 18. Centumvirales causæ, *Id.* 1. *de Orat.* c. 3. Centumviralis hasta, *Sueton. in Aug.* c. 36. V. vocem sequent.

CENTUMVĬRI, orum, m. *judges, or commissioners, appointed to hear certain civil causes among the people*, fuerunt judices Romæ, qui de rebus privatis judicabant, ut de usucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, alluvionibus, nexis, mancipiis, parietibus, luminibus, stillicidiis, testamentis, hereditatibus, et ejusmodi. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 38. *Scævola Dig.* lib. 5. tit. 2. leg. 13. et *Paul.* l. 5. *sentent.* tit. 16. ¶ Eligebantur terni ex singulis tribubus: quæ cum essent trigintaquinque, judices fuerunt centum, et quinque, nihilominus quo facilius nominarentur, *Centumviri* dicti sunt. *Festus.* ¶ Postea tamen is numerus valde auctus est. Nam *Plin.* de Centumviris loquens l. 6. ep. 33. centum et octoginta sedisse ait, additque in quatuor consilia, seu tribunalia distributos fuisse. Hinc *quadruplex judicium* appellat *ibid.* et l. 1. ep. 18. Adde *Quintil.* l. 12. c. 5. *in fi.* ¶ Judicabant itaque ex quatuor tribunalibus: et in unum interdum conveniebant, si causæ gravitas poposcisset, ut omnes simul sententiam ferrent. *Plin. cit.* ep. 33. ¶ Instituti sunt simul cum Decemviris post institutionem Prætoris inter peregrinos, post A. U. 512. *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *circa med.* ¶ Causæ centumvirales leves habebantur. Cujusmodi potissimum essent, habes apud *Cicer.* 1. *de Orat.* c. 38. Non legimus Ciceronem, vel alium magnum Oratorem causas egisse coram centumviris, præter Asinium Pollionem. Sed Taciti ætate primum locum obtinebant. *Auct. Dial. de Orat.* c. 38. *Plin.* l. 2. ep. 14. ¶ Dicebantur *præesse hastæ*, ut est apud *Pompon. loc. cit.* quia in foro, in aliqua Basilica ponebatur hasta, quotiescumque Centumviri convenirent ad judicandum: qua etiam significabatur, summum et populare esse judicium, et supremam illis judicandi potestatem esse commissam. *Martial.* l. 7. epigr. 62. Hunc miratur adhuc centum gravis hasta virorum. *Sueton. in Aug.* c. 36. Centumvirale hastam cogere. *h. e.* Centumviros cogere ad judicandum. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 38. *ad fin.* Rem aliquam deferre ad Centumviros. *Phadr.* l. 3. fab. 10. Pertrahere aliquem ad Centumviros. ¶ Conveniebant fere in Basilicam Juliam. *Quintil.* l. 12. c. 5. *Plin.* l. 5. ep. 21.

CENTUNCŬLUS, li, m. *a horse-cloth laid under the dorsers; a small mattress*, parvus cento, stragulum, vel vestis, e centunculo facta. *Liv.* l. 7. c. 14. Mulis strata detrahi jubet, binisque tantum centunculis relictis, &c. *Senec.* ep. 80. *ad fin.* Dormire in centunculo. *Quidam leg.* cœnaculo. *Apul.* l. 7. *Metam.* Centunculis disparibus, et male consarcinatis semiamictus. *Id.* l. 1. Sutili centunculo faciem obtegere. V. *Cento.* ¶ Est etiam hoc nomine herba in arvis jacens, foliis ad similitudinem capitis penularum, egregii effectus ad sistendam alvum: Græce clematis, κληματὶς, *the herb cud-weed, chaff-weed, or cotton-weed. Plin.* l. 24. c. 15. *ad fin.*

CENTŬPLEX, uplicis, adject. *a hundred fold*, ἑκατονπλασίων. *Plaut. Pers.* 4. 4. 11. Centuplex murus rebus servandis parum est. *Prudent. Cathemer.* 7. *in fi.* Ditatque fructus fenerantem centuplex. Opt. edit. habent *centiplex.*

CENTUPLICĀTO, *for a hundred times as much*, ἑκατονπλασίως. *Plin.* l. 6. c. 23. India merces remittit, quæ apud nos centuplicato væneant.

CENTUPLICĀTUS, a, um, *a hundred fold, centuple*, ἑκατονπλασίων, centuplex. *Prudent.* l. 2. *contra Symmach.* v. 1050. solertia centuplicato Agrorum redigit fructus. Adde *Fulgent.* l. 1. *Mythol.* n. 9.

CENTUPONDĬUM, V. *Centumpondium.*

CENTURĬA, æ, f. *a century*, ἑκατοντὰς, multitudo centum rerum. In re Agraria *centuria* est ducentorum jugerum modus. Olim ab centum jugeribus vocabatur centuria: sed postea duplicata nomen tamen retinuit, ut *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 4. et *Colum.* l. 5. c. 1. docent. *Siculus Flacc. de condit. agror.* apud *Goes.* pag. 15. tradit, ex eo dictas *centurias*, quod antiqui Romani agrum ex hoste captum victori populo per bina jugera partiti, centenis hominibus ducentena jugera dederunt. Confirmat *Festus* in *Centuriatus. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 18. Si quis habebit centuriam, quæ sit dimidium vineti, dimidium oliveti, &c. ¶ Non in omnibus tamen regionibus idem modus centuriis assignabatur. Nam alibi L. jugerum, alibi CCX, alibi etiam

CCCC. secundum agri amplitudinem, centurias fuisse constat ex *Hygin. de limitib. constit.* pag. 154. *Goes.* ¶ In re militari *centuria* est centum equitum numerus, *a squadron consisting of a hundred horse.* Romulus enim tres equitum turmas conscripsit, quæ centenos homines haberent, quibus in bello uteretur, ut *Liv.* l. 1. c. 13. narrat. Hæ Ramnensium, Tatiensium, et Lucerum nomine appellatæ sunt. Postea crescente Romano populo, numerus quoque harum auctus est, sed appellatio mansit, ut ex eodem *Liv. ibid.* c. 36. et 43. colligitur. ¶ Præter has tres centurias, aliæ plures fuerunt in exercitu, ex centenis, aut etiam pluribus, vel paucioribus militibus pro majore, vel minore legionis numero. Cohortes enim in centurias dividuntur: hæ in contubernia. Fere autem dicuntur de peditibus, sicut *turmæ* de equitibus, *a company of foot consisting of a hundred men. Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 13. et 14. *Cincius* apud *Gell.* l. 16. c. 4. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 22. ¶ Populus quoque Rom. universus quemadmodum in Tribus, et Curias, ita et in Centurias dividebatur. *centuries, hundreds.* Nam Servius Tullius cives omnes in sex classes distribuit, has in centum nonaginta tres centurias, habita ratione census, quem eodem tempore primus egit. In his separavit divites a pauperibus, juvenes a senioribus, ut hi domi urbem custodirent, illi foris bellum gererent, si quando ingrueret; omnibusque sua assignavit arma. Addidit et fabrum centurias, qui, quæ in bello opus essent, fabricarentur. Equitum quoque centurias duodecim descripsit, primisque illis tribus a Romulo institutis sex insuper sub iisdem nominibus adjecit. Unam quoque centuriam ex infima, et inopi plebe fecit, ex proletariis nempe, et capitecensis, immunem a militia. V. *Liv.* l. 1. c. 43. ubi plura hac de re. *Horat. de ar. poet.* v. 341. Centuriæ seniorum agitant expertia frugis. ¶ Secundum hanc divisionem admissus est populus ad suffragium in iis comitiis ferendum, quæ inde *centuriata* dicta sunt, ut scilicet quisque suffragium daret in ea centuria, in qua census esset. V. *Centuriatus, a, um. Cic. pro leg. Manil.* c. 1. Ter prætor primus centuriis cunctis renunciatus sum. *Id.* l. 2. *de Orat.* c. 64. Cum ex centuria sua renuntiaret Acidinum consulem. *Id. post redit. in Sen.* c. 11. Eædem centuriæ, quæ me consulem fecerant. *Id. Fam.* 11. ep. 16. *in fi.* Cum equitum centurias tenes, in queis regnas, mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat. *Liv.* l. 10. c. 13. Populus suffragia inibat; et ut quæque intro vocata erat centuria, consulem haud dubie Fabium dicebat. *Cic. pro Planc.* c. 20. Ferro centuriam prærogativam. *h. e.* ejus suffragium obtinere. V. *Prærogativus. Id. Agrar.* 2. c. 13. Ornare decemviros mulis, tabernaculis, centuriis, supellectili. *h. e.* instruere centuriis fabrum. Ita suspicatur *Grævius.* Nam *Manut.* et *Turneb.* ignorare se fatentur, quid a *Cicerone* significetur. Et ille quidem *canteriis,* hic vero *tentoriis* fortasse legi posse, autumant. *Merouvill.* interpretatur, comitatum eorum, qui Decemviros stipare debebant. ¶ Apud *Veget. de re veterin.* l. 1. c. 25. leguntur *centuriæ hoc est musculi brachiolares* in jumentis, ubi *Sambucus* monet in suis MSS. haberi *centriæ*: quas quidam putant esse ἀπὸ τοῦ κεντεῖν, et significare loca, ubi calcaribus equi stimulantur.

CENTURIĀLIS, le, adject. ad centuriam pertinens: ut *centurialis civis,* qui alicui centuriæ adscriptus est ad suffragium ferendum. *Fest.* in *Ni quis scivit.* Sic *centuriales lapides* apud *Var. Auct. de limitib.* pag. 298. *Goes.* sunt lapides terminales in agrariis centuriis positi.

CENTURIĀTIM, adverb. *by centuries; by hundreds,* per centurias, καθ' ἑκάστην ἑκατοντάδα. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 76. Centuriatim producti milites idem jurant. *Liv.* l. 6. c. 20. *a med.* In campo Martio cum centuriatim populus citaretur. *Cic. pro Flacc.* c. 7. Tributim, et centuriatim descriptis ordinibus. ¶ Translate *Pompon.* apud *Non.* c. 1. n. 63. Continuo ad te centuriatim current, qui panem petent. *h. e.* turmatim, magno numero.

CENTURIĀTIO, onis, f. *a centuriating, dividing into hundreds,* actus centuriandi. *Sicul. Flacc. de condit. agror.* apud *Goes.* pag. 16. Alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem. *h. e.* formam, et divisionem agrorum per centurias. *Hygin. de limit. constit. ibid.* pag. 206. Agri deducebantur per centuriationem.

CENTURIĀTUS, us, m. *a division into centuries,* divisio, et distributio in centurias, καταλοχισμός. *Liv.* l. 22. c. 38. Ubi milites ad decuriatum, aut centuriatum convenissent, sua voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites conjurabant. ¶ Item centurionis dignitas, *the office of centurion,* ἑκατονταρχία. *Cic. pro leg. Manil.* c. 13. Cujus in exercitu væneant centuriatus. Adde *in Pison.* c. 36. et *Sueton. de Grammat. c. ult.*

CENTURIĀTUS, a, um, *divided into centuries,* in centurias divisus. *Liv.* l. 22. c. 38. Equites decuriati, centuriati pedites. ¶ Festive *Plaut. Mil.* 3. 2. 2. Eripiam ego hodie concubinam militi, si centuriati bene sunt manipulares mei. *h. e.* bene dispositi, atque instructi. Ironice *Id. Curc.* 4. 4. 29. Miles pulcre centuriatus expuncto in manipulo. *h. e.* deceptus. Nam si manipulus expunctus erat, nullæ erant centuriæ, in quas manipulus dividebatur, ut *Cincius* apud *Gell.* l. 16. c. 4. docet. ¶ *Mulus centuriatus* dictus est, quo cujusque centuriæ sarcinas transvehebant. Nam soluta veteri disciplina, ceperant muli deputari, qui militum onera ferrent. *Aurelian. in quadam epist.* apud *Vopisc. in ejus vita,* c. 7. Capitum animalis non vendat: mulum centuriatum communiter curet. ¶ *Centuriata comitia* erant, in quibus populus per centurias distributus suffragium ferebat: erantque omnium maxima, quia in his universi cives intererant, non solum qui in Urbe, sed etiam qui in agris, et in urbibus fœderatis, quibus data fuisset civitas cum jure suffragii, iis tantum exceptis, qui a Censoribus notati, ac jure suffragii privati fuissent. Nam in *tributis* comitiis soli plebeii, exclusis patribus, conveniebant: in *curiatis* ii tantummodo, qui Urbem incolebant. Porro in comitiis centuriatis creabantur majores magistratus, et rex sacrorum; confirmabantur leges a majoribus magistratibus latæ, bellum indicebatur, et judicia quædam majoris momenti exercebantur. Fiebant autem extra urbem in campo Martio Consularibus auspiciis consecrato. *Messala* apud *Gell.* l. 13. c. 15. et *Læl. Felix* apud *eund.* l. 15. c. 27. *Fest.* in *Populi,* et alii. *Cic. post redit. in Sen.* c. 11. Quo die nos comitiis centuriatis, quæ maxime majores comitia justa dici haberique voluerunt, arcessivit in patriam. *Id.* 1. *Phil.* c. 8. Ferre aliquid ad populum comitiis centuriatis. *Id. Agrar.* 2. c. 11. Lex centuriata. *h. e.* centuriatis comitiis confirmata. ¶ Jlocaliter *Plaut. Pseud.* 4. 7. 134. Pseudolus mihi centuriata habuit capitis comitia. *h. e.* consilia habuit in caput meum omnibus artibus instructissima, et callidissima. *Cic.* quoque 3. *de legib.* c. 19. *a med.* vocat *comitia capitis,* in quibus de capite civis rogatur: et *privilegii,* in quibus fertur lex in privatos homines. ¶ *Centuriatus ager* est in centurias, hoc est in centena jugera definitus. *Fest.* et *Sicul. Flacc. de condit. agror.* apud *Goes.* pag. 23.

CENTŬRIO, as, a. 1. *to divide into centuries, centuriate,* καταλοχίζω, κατατάττω, milites in centurias distribuo. *Cic. post redit. ad Quirit.* c. 5. Cum homines in tribunali Aurelio palam conscribi, centuriarique vidissem. *Id. Attic.* l. 16. ep. 9. Centuriat Capuæ, dinumerat. *forms into companies.* Al. aliter leg. *Liv.* l. 6. c. 2. et l. 25. c. 15. Centuriare juventutem, et seniores. ¶ *Centuriare milites in cohortes* apud *Aurel. Vict. in Epit.* c. 14. est in cohortes adlegere, cohortibus inserere. *Valer. Max.* l. 3. c. 2. n. 8 Juventus Rom. ne acies nostra jam inclinata propelleretur equis delapsa seipsam centuriavit. *h. e.* tamquam si pedites essent, centuriatim pugnavit. ¶ *Centuriare agrum* est limitibus includere, et in centuriam redigere. *Hygin. de limitib. constit.* pag. 195. *Goesii.*

CENTŪRIO, onis, m. *a captain over a hundred infantry; a centurion,* ἑκατοντάρχης, qui centuriæ præest. In exercitu Romanorum plures fuerunt centuriones, qui singulis ordinibus præerant. Legio enim in decem cohortes divisa erat: hæ in ordines ternos, quorum præfecti Centuriones dicti sunt. Qui Triariorum primus centurio erat, aliis dignitate antestabat, et consilii particeps fiebat, vocabaturque *primipilus,* seu *primipili centurio:* qui secundus, *secundi Triarii centurio;* qui tenius, *tertii Triarii centurio.* Qui primus Hastatorum, dicebatur *primi hastati centurio,* &c. qui primus principum, *primus princeps,* et sic de reliquis. V. *Sigon.* l. 2. *de antiq. jure Provinciar. Manut. de quæst. per epist. Lips. de milit. Rom.* l. 2. *Dial.* 8. *Rosin.* l. 10. c. 7. et alios. *Cic. pro Cornel. Balb.* c. 15. L. Marcius primipili centurio. *Sueton. in Tiber.* c. 60. Primarum cohortium centurio. *Plin.* l. 14. c. 1. *in fi.* Centurionum in manu vitis, et opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 73. pueri magnis e centurionibus orti. *h. e.* parentibus bello claris, nobilibus, et divitibus. [¶ Centurio *nitentium rerum* apud *Ammian. Marcellin.* l. 16. c. 6. dicebatur magistratus ille, cui veterum monumentorum cura et custodia demandata erat. Quamvis autem hujus muneris ac magistratus mentio primum occurrat apud hunc auctorem, qui sæculo IV. scripsit, antea tamen, ac fortasse ipsius Augusti temporibus, institutum fuisse, optime probant qui Artium historiam illustrarunt, ac de signorum usa ætate hac nostra scripserunt. Hic igitur *Centurio* (qui postea *Tribunus* dictus est, ac tandem *Comes*) noctu per urbem cum militibus vagabatur, ut a veteribus monumentis dolus malus abesset, cavebatque præcipue, ne quis signa, quæ in urbe frequentissima erant, frangeret, avelleret, asportaret.] ¶ *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) tradit olim a quibusdam scriptum fuisse *chenturio:* quod est vitium illi simile, quod reprehendit *Catull.* carm. 84. in Arrio, qui *chommoda,* et *hinsidias* dicebat.

CENTURIONĀTUS, us, m. est delectus centurionum, apud *Tacit.* 1. *Annal.* c. 44. V.

CENTURIŌNUS antea, qui nunc *centurio;* et *curionus,* et *decurionus* dicebantur. *Festus.*

CENTURĬPÆ, arum, f. τὰ Κεντόριπα, oppidum Siciliæ ad radices Ætnæ montis, apud Adranum fluvium. *Sil.* l. 14. v. 204. necnon et vertice celso Centuripæ. *Plin.* l. 31. c. 7. Sal Centuripis purpureus est.

CENTURIPĪNUS, a, um, ad Centuripas pertinens. *Cic. Verr.* 4. c. 49. Centuripini legati. *Plin.* lib. 21. cap. 6. Centuripinum crocum. ¶ *Centuripini, orum,* sunt ejus oppidi incolæ. *Cic. Verr.* 6. c. 23. *Plin.* l. 3. c. 8.

CENTUSSIS, is, m. *a hundred* asses; *a rate of Roman money, containing forty sesterces and ten deniers,* summa pecuniæ centum assium. Neque enim fuit nummus signatus, sed usu tantum sermonis usurpatus. Erat hæc summa pecuniæ appellatio ab asse derivata: ultra quam si vellent majorem vim exprimere, ad alia pecuniarum nomina confugiebant, ut ex *Varron.* l. 4. *L. L.* c. 36. colligitur. *Pers.* sat. 5. *in fi.* Et centum Græcos curto centusse licetur. *Varr.* apud *Gell.* l. 15. c. 19. Illum qui norunt, volunt emere millibus centum: te, qui novit, nemo centussis. Al. leg. *centussi,* sed *Grævio,* et *Gronov.* repugnantibus. *Festus* in *Peculatus:* Tarpeia lege cautum est, ut bos centussibus, ovis decussibus æstimaretur. ¶ *Lucilius* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 13. festive *legem centussis* appellat legem Fanniam, qua cavebatur, ne quis ultra centum asses in cœnam impenderet. Adde *Gell.* l. 2. c. 24.

CEOS, insula eadem quæ Coos. *Plin.* l. 11. c. 22. V. *Coa.*

CEPA, &c. V. *Cæpa.*

CEPÆA, æ, f. *sea-purslane,* κηπαία, herba similis portulacæ, nigriore radice, sed inutili, nascens in litoribus arenosis, gustu amara. *Plin.* l. 26. c. 8.

CEPHALÆA, æ, f. *a head-ache; an unremitting pain that seizeth the whole head,* κεφαλαία, dolor capitis inveteratus: a κεφαλή, caput. *Plin.* l. 20. c. 13. *de ruta.* Capitis dolores lenit pota cum vino, aut cum aceto, et rosaceo illita. Si vero sit cephalæa, cum farina hordeacea. Adde *Cæl. Aurelian.* l. 2. *chronic.* c. 1. ¶ Videtur etiam esse adjectivum in illo *Lucilii* apud *Gell.* l. 10. c. 20. abdomina thynni Advenientibu' priva dabo cephalæaque carne. Vel, ut legit *Turneb.* l. 14. c. 18. carnem et cephalæam. Sed alii reponunt *cephalæaque, acarne,* ita ut hæ duæ voces dependeant ab aliquo verbo sequenti, quod *Gell.* non retulerit. Hac porro ratione *cephalæa,* seu *cephalea,* erit vel genus quoddam piscis, fortasse cephali, vel caro ex capite. *the pollard.* Verum hæc omnia incerta sunt, et sola Eruditorum conjectura nituntur.

[* CEPHALÆŌTES, æ, m. κεφαλαιώτης, capitationis exactor. *Cod. Theodos.* l. 11. tit. 24. leg. 6. Nequaquam Cephalæotis, Hirenarchis, Logographis, publicis functionibus denegatis, nisi quid ex his quæ exigenda sunt, vel negligentia, vel contemptus distulerit.]

CEPHALALGĬA, vel Cephalargia, æ, f. *the head-ache, cephalalgy,* κεφαλαλγία, dolor capitis: a κεφαλή, caput, et ἄλγος, dolor. Speciatim a Medicis accipitur pro diuturno dolore capitis, ut est apud *Scribon. Larg. compos.* 99. et 206. qui tamen Græcis litteris vocem ipsam usurpat: sed Latine adhibet *Plin. Valerian.* l. 1. c. 3. item *Æmil. Macer cap. de Acidula,* qui etiam pænultimam corripit. ¶ Putant quidam, mendum esse, si *r* post tertiam syllabam ponatur pro *l:* esse enim ab ἄλγος. Alii contra recte per litteram *r* scribi defendunt, quod Attici λ in ρ libenter mutent (unde et ποδαργία legitur pro ποδαλγία) et quod ita constanter legatur tum Latine in allatis Scriptoribus, et præterea in *Veget. de re veterin.* l. 1. c. 25. tum Græce apud *Scribon. Larg. loc. cit.* Tutius tamen erit *cephalalgia,* adstipulante *Jo. Rhodio* ad *Scribon. Larg. compos.* 99.

CEPHALALGĬCUS, vel Cephalargicus, *sick of the head-ache; cephalalgic,* κεφαλαλγικός, qui cephalalgia laborat. *Veget.* l. 1. *de re Veterin.* c. 25. ¶ De ratione scribendi V. vocem præced.

CEPHALEA, V. *Cephalæa.*

CEPHALĬCUS, a, um, *relating to the head; cephalic,* κεφαλικός, ad caput pertinens: a κεφαλή, caput: et dicitur de iis, quæ ad capitis morbos sanandos faciunt, ut *Cephalicum emplastrum, in titulo* n. 7. cap. 19. lib. 5. *Celsi:* qui tamen in ipso textu Græce scribit.

CEPHALLENES, um, m. Cephalleniæ insulæ homines. *Sil.* l. 15. v. 305. Saxa Cephallenum, et scopulosis Neriton arvis. ¶ Legitur et *Cephalenes.*

CEPHALLENĬA, æ, f. [† nunc] *Cefalonia,* Κεφαλληνία, insula maris Ionii, quondam Melæna dicta, postea sic appellata vel a Cephalo Dionei filio, vel a Cephalo Amphitryonis socio, qui in ea regnarunt. *Plin.* l. 4. c. 12. ¶ Scribunt et *Cephalenia.* Est etiam hoc nomine urbs Thraciæ, quæ et *Same* dicitur. *Serv. ad Æn.* 7. v. 207.

CEPHALLENĪTÆ, arum, Cephalleniæ incolæ, ut *Cephallenitarum oppidum* apud *Serv. ad Eclog.* 8. v. 68.

CEPHĂLO, vel Cephalon, onis, m. *the date-tree,* ἐγκέφαλον, palmæ planta. *Pallad.* l. 5. tit. 5. Planta palmarum, quam cephalonem vocamus.

CEPHALŒDĬAS, adis, f. Κεφαλοιδίας. *Cephalœdias ora* apud *Sil.* l. 14. v. 252. est in Sicilia ad oppidum Cephalœdium, de quo V. *Geograph.*

CEPHALŌTES, æ, m. capitatus: a κεφαλή, caput. *Seren. Sammon.* c. 23. v. 427. Ac thymbræ speciem, quam commemorant cephaloten. *Plin.* l. 32. c. 10. hanc herbam vocat *cunilam capitatam. a kind of savory.*

CEPHĂLUS, i, m. Κέφαλος, filius, vel nepos Æoli, filius Deionei, vel Mercurii, et Creusæ, venator insignis. Procrin Erehcthei, seu Erichthei, Atheniensium Regis, vel Pandionis secundum *Hygin.* vel secundum *Servium,* Iphicli filiam, Orithyiæ sororem in uxorem habuit. Sed non minus etiam diligebatur ab Aurora, a qua, cum vena-

retur, raptus est. Cum ille fœdus conjugale excusaret, Aurora irata vaticinata est, futurum, ut Cephalus Procrim non habuisse vellet. Dubitans Cephalus de uxoris fide, habitu mercatoris sumpto, faciem Aurora mutante, uxorem donis sollicitare statuit. Diu repulsus est. Sed augendis muneribus Procrin dubitare coegit. Illa victa pudore, ubi se Cephalus indicavit, in sylvas fugit, et Dianæ comitem se adjunxit. Sed paulo post Cephalo veniam orante in urbem regressa est, et viro dona dedit Lælapam canem, cui fatis datum fuerat omnes feras currendo superare, et jaculum omnia contingens, quæ vellet. Circa meridiem Cephalus venatum in sylvas ire solebat sine famulis, sine equis, sine canibus, solo armatus jaculo, et cum satiatus cæde ferarum esset, repetere frigus, et umbras, et auram invocare. Audiens nescio quis nomen auræ sæpe vocatum putavit esse Nymphæ, et Procri nuntiavit, Nympham a Cephalo amari. Postero die Procris furtim virum in sylvam secuta est, ut ipsa videret, an alteram amaret, seque venatione peracta inter virgulta abscondit. Cum maritum auram vocantem audisset, movit se paulum. Quod Cephalus sentiens, feram ratus, jaculum immisit, atque ita insciens uxorem interfecit. Aliqui scripsere, Lælapam canem, et duo jacula dono data Cephalo fuisse ab Aurora: aliqui etiam Cephalum ex Aurora, vel ex Aura filium Hesperum suscepisse. De cane Lælapa, et fera quadam, quæ item invincibilis erat, *Ovidius* narrat, eos inter se certavisse apud Thebas, cumque Cephalus jaculum in feram immissurus esset, in lapides a Jove fuisse conversos. Sed alii omnes fabulantur, Lælapam in cælum translatum esse, dicique Canem Sirium, vel majorem. *Ovid. Metam.* 7. v. 665. *et sequent. Hygin.* fab. 160. et 189. et *Poet. Astronom.* l. 2. c. 35. et *Serv. ad Æn.* 6. v. 665.

CEPHĒIS, idis, f. filia Cephei, hoc est Andromeda. *Ovid.* 3. *de ar. aman.* v. 191. Alba decent fuscas: albis, Cephei, placebas. Adde *Manil.* l. 1. v. 426.

CEPHEĬUS, a, um, ad Cepheum pertinens. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 33. et l. 3. *Amor.* eleg. 3. v. 17. et *Propert.* l. 1. eleg. 3. v. 3. Andromede Cepheia. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 668. Æthiopum populos, Cepheia conspicit arva.

CEPHĒNES, um, m. *young drones*, κηφῆνες, fuci, apes imperfectæ, et inutiles operi, nisi quod multitudine, quæ calorem confert, fetum adjuvant. *Plin.* l. 11. c. 16. ¶ Sunt etiam hoc nomine populi Æthiopum, sub Cepheo Rege. *Ovid. Metam.* 7. v. 1. et 97. ¶ Hi dicuntur etiam *Cepheni, orum*, si modo legitimus est versus 763. ejusdem *Ovid.* l. 4. *Metam.* Nam *Heins.* spurium judicat.

CEPHESĬAS. V. *Cephisias.*

CEPHEUS, i, m. dissyallab. Κηφεὺς, Phœnicis, vel Agenoris filius, maritus Cassiopes, pater Andromedæ, Rex Æthiopum. Cum Andromeda a patre desponsa fuisset Perseo, qui eam a Ceto liberaverat, in ipso nuptiali convivio Phineus Cephei frater, cui illa antea promissa fuerat, Perseum cum sociis occidere tentavit: quare cruenta pugna commissa fuit, in qua post multorum cædem, Phineus cum suis in lapidem, objecto Medusæ capite, versus est. Cepheus, qui fratrem omni vi, licet frustra, ab eo facinore impedire conatus fuerat, post mortem in cælum una cum conjuge, filia, et genero translatus est, factumque sidus constans, secundum *Hygin.* stellis XIX. secundum alios XI. vel XVII. Alii dicunt ipsum quoque in necem Persei conspirasse, et ab eo in lapidem mutatum fuisse. Situs est in parte Boreali prope ipsum polum Arcticum, secaturque medius ab Arctico circulo: vertice attingit viam lacteam, pedibus pæne caudam minoris Ursæ. Ante se habet sidus uxoris; figuraturque manibus utrisque projectis. *Ovid. Metam.* 5. fab. 1. *Hygin.* fab. 64. et *Poet. Astron.* l. 2. c. 9. et l. 3. c. 8. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 3. et *Manil.* variis in loc. *Ovid. ibid.* v. 4. Exierat Cepheus, testatus jusque fidemque. et vers. 42. Et sunt qui Cephea dicant Cum genero debere mori. ¶ Alius fuit Cepheus Arcas filius Alei, et Cleobules, unus ex Argonautis. *Hygin.* fab. 14. ¶ Genitivus *Cepheos* pænultima producta, Κηφῆος Ionice pro Κηφέος. *Germanic. in Arat.* v. 189. minor utraque jungit Regula Cepheos vestigia.

CEPHĒUS, a, um, κηφεῖος, ad Cepheum pertinens, Æthiopicus. *Propert.* l. 4. eleg. 6. v. 78. Cepheam hic Meroen, fuscaque regna canat.

CEPHISĬAS, et Cephissias, adis, adject. feminin. ad Cephisum amnem pertinens. *Ovid. Metam.* 7. v. 438. Vidit et immitem Cephisias ora Procusten. *h. e.* ea regio, quam Cephisus alluit. ¶ Est etiam hoc nomine lacus in Africa juxta mare Atlanticum, qui a sole excalfactus, e limo dat electrum fluitans. *Plin.* l. 37. c. 2.

CEPHĪSIS, et Cephissis, idis, adject. feminin. idem quod Cephisias. *Ovid. Metam.* 1. v. 369. adeunt pariter Cephisidas undas.

CEPHISĬUS, et Cephissius, a, um, Κηφίσιος, ad Cephisum pertinens. *Ovid. Metam.* 3. v. 351. Jamque ter ad quinos unum Cephisius annum Addiderat. *h. e.* Narcissus Cephisi filius. ¶ *Cephisia, æ*, Κηφισία, est locus in Attica, ad Cephisum amnem. *Gell.* l. 18. c. 10. ¶ Item fons in eadem regione. *Plin.* l. 4. cap. 7.

CEPHĪSUS, et Cephissus, *et Græca terminatione* Cephisos, i, m. [† nunc] *Cefisso*, Κήφισος, fluvius Græciæ, qui oritur in Doride prope Lilæam urbem, deinde auctus Mela fluvio Elatæam Phocidis urbem rigat, postea per Cheroneam in Bœotiam labitur, et cadit in Copaidem lacum, qui ab eo *Cephissides* aliquando dictus fuit; mox per cuniculum exsiliens in Euripum se exonerat prope Larimam oppidum. Aquæ Cephisi fatidicæ a *Lucano* l. 3. v. 175. dictæ sunt ob Themidis Oraculum vicinum. ¶ In fabulis est, Cephisum cum Liriope Nympha concubuisse, et Narcissum genuisse. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 343. clausæque suis Cephisos in undis Vim tulit. Adde *Stat. Theb.* 7. v. 340. ¶ *Cephissus* alter fluvius Atticæ, qui juxta Athenas fluit ad Occ. et in sinum Saronicum se exonerat prope Pyreæum portum. Ad hunc pertinet locus *Ovidii* in *Cephisias.*

CEPĪNA, V. *Cæpina.*

CEPĪTIS, sive Cepolatitis, f. *a precious stone of the agate kind*, gemma est candida, venarum nodis coeuntibus, candore imaginem regerens. *Plin.* l. 37. c. 10.

CEPONĬDES, um, f. gemmæ in Atarne Ætolidis nascentes, multis coloribus translucentes, alias vitreæ, alias crystallinæ, alias iaspideæ. *Plin.* l. 37. c. 10. [† Legitur et *Cepionides.*]

CEPOS APHRODĪTES, m. *the herb penny-wort*, κῆπος Ἀφροδίτης, hoc est hortus Veneris; nomen est herbæ, quæ usitatiore appellatione cotyledon dicitur. *Apulei. de herb.* c. 43.

[* CEPOTAPHIŎLUM, i, n. diminutivum a *cepotaphio.* Vox hæc extat in *Inscriptionibus apud Fabrett.* c. 2. n. 294. et *Boldett.* pag. 446. Sic etiam legendum pro *Epitaphiolum*, quod perperam dedit *Murator. Inscript.* pag. 162. n. 2. et *Forcellinus* ipse in Lexicon suum admisit, quam propterea vocem expungendam esse probat *Marinius Fratr. Arval.* pag. 184.]

CEPOTAPHĬUM, ii, n. *a tomb erected in a garden, or a garden esteemed sacred by the erection of such a tomb*, κηποτάφιον, sepulcrum in horto, vel hortus sepulcro religiosus factus: a κῆπος, hortus, et τάφος, sepulcrum. Legitur in veteri Inscript. optimæ notæ apud *Donium* class 2. n. 178. et in tribus Inscriptionibus medii ævi apud *Fabrett.* pag. 80. et pag. 115. In alia apud *Gruter.* pag. 809. n. 2. dicitur *hortulus religiosus.*

CEPTO. V. *Cæpto.*

CEPULLA. V. *Cæpulla.*

CEPURĬCUS, a, um, *relating to a garden, hortulan*, κηπουρικὸς, hortensis: a κῆπος, hortus. *Jul. Firmic.* l. 2. *Mathes.* c. 12. Loca cepurica, et hortensia. *Plin.* l. 19. c. 10. Sabinus Tiro in libro Cepuricon. *h. e.* hortorum, vel olerum. τῶν κηπουρικῶν.

CEPŪROS, i, m. *a gardener*, κηπουρὸς, hoc est olitor, hortulanus. Ita inscribitur liber *Apicii* 3. in quo agitur de ratione condiendorum olerum.

CERA, æ, f. *wax*, κηρὸς, id quod præter mel in apum favis invenitur. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 45. Persæ mortuos cera circumlitos condunt. *Id.* 3. *de Orat.* c. 45. Verba sicut mollissimam ceram, ad nostrum arbitrium formare, et fingere. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 198. Ceram pollice mollire. *Colum.* l. 9. c. 15. Apes figurant, et fingunt ceras. et *ibid.* Favi superpositis ceris tamquam operculis obliti. *Plin.* l. 35. c. 2. Expressi cera vultus. et lib. 8. c. 54. Icones ceræ fictæ. et lib. 13. c. 15. Illinere aliquid cera. *Virg. Ecl.* 2. v. 32. Calamos cera conjungere. *Id.* 4. *Georg.* v. 38. Linere spiramenta cera. *Id. ibid.* v. 57. Recentes ceras apes excudunt. *Id. ibid.* v. 162. Tenaces ceræ. ¶ Per synecdochen ponitur pro opere e cera facto. *busts or images of wax, representing the ancestors of great men, and set up by their descendants in the* atrium. *Juvenal.* sat. 8. v. 19. Veteres ceræ exornant atria. *h. e.* avorum cereæ imagines. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 591. dispositæ generosa per atria ceræ. Adde *Sallust. in Jug.* c. 4. ¶ Ceræ usus multus fuit in obsignando. *Plin.* l. 2. c. 51. Aurum, argentum fulmine liquatur intus, sacculis ipsis nullo modo ambustis, ac ne confuso quidem signo ceræ. *the seal.* Adde *Plaut. Bacch.* 4. 4. 96. et *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 15. v. 15. ¶ Plurimus vero in scribendo. Tabellis enim utebantur cera illitis, in qua litteras stilo exarabant. *waxen tablets for writing upon; books, or writing-tables, covered over with wax, and written upon with a style or iron pencil. Quintil.* l. 10. c. 3. *ad fin.* Scribitur optime ceris, in quibus facillima est ratio delendi: nisi forte visus infirmior membranarum potius usum exiget. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 73. Ceræ equidem haud parsit neque stilo. Adde *Asin.* 4. 1. 22. et *Gell.* l. 17. c. 9. ¶ Hinc sæpe dicitur de ipsis tabellis, in quibus aliquid perscribitur. *a register, roll, list; page, paper. Quintil.* l. 11. c. 2. Illud neminem non juvabit, iisdem, quibus scripserit, ceris ediscere. *Id.* l. 10. c. 3. *ad fin.* Mandare aliquid ceris. *to commit to writing. Juvenal.* sat. 1. v. 63. Ceras implere capaces. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 62. Cærite cera digni. V. *Cæres, itis.* ¶ Hinc *prima, secunda cera*, hoc est prima, secunda pagina: *ima, extrema cera*, hoc est ima pars paginæ, &c. *Cic. Verr.* 3. c. 36. Codicis extrema cera. *Sueton. in Ner.* c. 17. Ut in testamentis primæ duæ ceræ vacuæ signaturis ostenderentur. *Id. in Cæs.* c. 83. Novissimo testamento tres instituit heredes, &c. in ima cera C. Octavium etiam adoptavit. Adde *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 53. ¶ Pictores quoque ceris usi sunt, præsertim in illo pingendi genere, quæ *encaustice* dicitur. *Stat.* l. 1. silv. 1. v. 100. Apelleæ cuperent te scribere ceræ. Adde *Varron.* l. 3. *R. R. c. ult.* et *Plin.* l. 35. c. 7. et 11. ¶ Denique cera utebantur colore aliquo infecta, v. gr. miniata, adnotandis iis, quæ in opere aliquo perlegendo aut placerent insigniter, aut minus probarentur. Exempla ex *Cicerone* duo V. in *Miniatus*, et *Miniatulus.* ¶ Ponitur etiam *cera* pro quacumque mixtura tenaci, et ceræ simili. *any clammy substance at all resembling wax. Ovid.* 11. *Metam.* v. 514. *de navi.* spoliataque tegmine ceræ Rima patet, præbetque viam lethalibus undis. *h. e.* pice. *Virgil.* l. 3. *Georg.* v. 450. pingues unguine ceræ. Sic *Plin.* l. 24. c. 10. et lib. 25. c. 8. et alibi *ceram* pro *cerato* ponit. et *Plaut. Trucul.* 2. 2. 39. pro fuco, quo illinuntur feminæ, *paint.* Buccas, *inquit*, rubricæ, cera omne corpus intinxit tibi.

CERACHĀTES, æ, m. *an agate of the colour of wax*, κηραχάτης, gemma ex achatæ generibus, ceræ colore. *Plin.* l. 37. c. 10.

CERAMĪCI, orum, m. Κεραμεικοὶ, loca duo Athenarum fuere, unus in urbe, qui erat certa sedes meretricibus constituta; alter extra urbem, in quo qui in bello cecidissent, publico sumptu sepeliebantur, funebrique oratione ornabantur: a κέραμος, terra figularis. *Cic.* 1. *Fin.* c. 11. et 2. *de leg.* c. 26. et *Plin.* l. 36. c. 5. ¶ Fortasse qui in urbe erat, idem fuit cum illo Ceramico, quem ab officina Chalcosthenis figuli appellatum esse, tradit *Plin.* l. 35. c. 12.

CERAMĪTES, æ, m. *a precious stone of the colour of a tile*, gemma testæ colorem habens: a κέραμος, testa. *Plin.* l. 37. c. 10.

CERARĬA. V. *Geraria.*

CERARĬUM, ii, n. *Cic.* 5. *Verr.* c. 78. Ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primum pro spectatione, et collybo, deinde pro nescio quo cerario. *h. e.* pecunia quam exigebat Verres pro impensis ceræ: et videtur eam ceram intelligere, quæ in scribendo a tabulariis consumebatur.

CERAS, κέρας, Græce cornu significat. Ab aliquibus ita appellatur pastinaca agrestis, quia cornu similis est. *a wild parsnip. Apulei. de herb.* c. 80. ¶ *Ceras chryseon*, Κέρας χρύσεον, apud *Solin.* c. 10. (*al.* 15.) est promontorium illud, quod a *Plin.* l. 9. c. 15. appellatur promontorium *aurei cornus*: de quo verba facit etiam l. 4. c. 11. ubi *Chrysoceras* vocat. ¶ *Hesperion ceras*, Ἑσπέριον κέρας, promontorium Africæ in mari Atlantico, sub Zona torrida. V. Geograph. *Plin.* l. 6. c. 30. *extr.* et cap. 13.

[* CERASARĬUM, ii, n. locus cerasis consitus. *Campol. in Litholex.* Cerasarium Mævius constitui in morem Ponticum magnifice.]

CERASĬNUS, a, um, *of a cherry*, ad cerasum pertinens. *Petron. in Satyr.* c. 28. Ostiarius prasinatus, cerasino succinctus cingulo. *red, of the colour of a cherry. Id. in fragment. Tragur.* c. 67. *Burman.* Tunica cerasina.

CERASTES, æ, m. *a serpent with small horns; a horned serpent; the cerastes*, κεράστης, serpens dictus a κέρας, cornu, quia gemina, et sæpe etiam quadrigemina in capite velut cornicula habet, non tamen illa dura, ut cornutis quadrupedibus, sed *corporea*, ut *Plin.* appellat l. 11. c. 37. hoc est carnea, vel cartilaginosa, quorum motu, occultato sub arenis cetero corpore, illectas aves veluti esca perimit, ut *Plin.* l. 8. c. 23. docet. Est etiam ; ximε flexuosus, ut spinam non habere videatur. *Lucan.* l. 9. v. 716. spinaque vagi torquente cerastæ. ¶ A Poetis finguntur Furiæ cerastas in capite pro capillo habere. *Stat.* l. 11. *Theb.* v. 65. *de Tisiphone.* Crinalem attollit longo stridore cerasten. Adde *Theb.* 1. v. 163. et *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 96. et lib. 2. *de raptu Proserp.* v. 346. ¶ Est etiam vermiculus cornutus in arboribus nascens, qui cum tantum eroserit, ut circumagat se, generat alium, ut *Plin.* l. 16. c. 41. tradit. Adde lib. 17. c. 24. *a sort of worm breeding in fig-trees.* ¶ In fabulis dicti sunt *Cerastæ* populi quidam in Cypro insula, cornutam frontem habere crediti, quibus cum humanas victimas sacrificare mos esset, a Venere in juvencos mutati sunt. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 222. *et sequent.* V. *Cerastis.* ¶ Legitur etiam *cerasta, æ*, positione Latina; et quidem pro quocumque serpente, per synecdochen. *Alcim. Avit.* l. 5. v. 79. Primus adhuc mordax absorbuit ore cerasta.

CERASTIBŎLA. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. *ad fin.* Cerastibola, ut de lumbo obcœnabis. Cerastibola, Opilius scribit, circum coxendices sunt nobis: id Græcum est, ab hujus loci versura. *Scaligero in Conjectan.* legendum videtur: *caro strebola, vitellina est: cœnabis.* Hæc autem verba sunt ex comœdiis *Plauti* deperditis: cetera ipsius *Varronis. Auson. Popma* sic edidit: *Cerastrebula ut de lumbo obcœnabis. Cerastrebula, Opilius scribit, circum coxendices sunt bobus*, &c. In notis vero mavult legere *crea strebula*: quod est τὰ κρέα στρεβλὰ, carnes tortuosæ, vel flexiles: quales nimirum sunt in coxendicibus, quia in ambulando flectuntur, et versantur. Ex quo apte intelliguntur sequentia verba: *id Græcum est, ab hujus loci versura.*

CERASTIS, idis, f. Κεραστὶς, et Κεραστία. Ita dicta est olim insula Cyprus, teste *Plin.* l. 5. c. 31. propter crebra promontoria, quæ Græce κέρατα appellantur: vel fortasse ab incolis cornutis, ut est in fabulis. V. *Cerastes.*

CERĂSUM, si, n. *a cherry*, κεράσιον, fructus cerasi arboris. *Cels.* cap. 24. lib. 2. Stomacho apta sunt ex pomis cerasum, morum, sorbum. *Pallad. in Octobr.* tit. 12. Cerasa ut sine osse nascantur. ¶ Cerasorum plura sunt genera. *Apronian*a maxime rubent: *Lutatia* nigerrima sunt: *Cæciliana* vero etiam rotunda. *Juniana* grati sunt saporis, sed adeo tenera ut gestatum non tolerent. *Pliniana* dicuntur in Campania, quæ *duracina* alibi, principatum facile obtinentia, pulpa, et veluti callo duriore. Hæc a nominibus eorum, qui insitione primi invenerunt, sunt appellata. Alia porro sunt a regionibus dicta, ut *Lusitana*, quæ in Belgica optima omnium censentur. *Macedonica* parvæ arboris, raroque tria cubita excedentis. A qualitate nomen habent *duracina* modo dicta, *laurea* amaritudinis non ingratæ, quæ ex lauro insita proveniunt; et quæ ex brevi frutice verius, quam arbore nascuntur, quæ ob id *chamæcerasus* dicitur. Sunt etiam, quæ mixtum colorem habent ex nigro, rubenti, ac viridi, similia semper maturescentibus. *Plin.* l. 15. c. 25.

CERĂSUS, si, f. *a cherry-tree*, κέρασος, abor nota, a Cerasunte Ponti urbe sic dicta, quam cum L. Lucullus delevisset, inde arborem Romam transtulit, et ab urbe cerasum appellavit. Nam ante Lucullum erant quidem cerasa in Italia, sed dura, et *corna* appellabantur: postea *cornocerasa* dicta sunt. Ita *Serv. ad* 2. *Georg.* v. 18. et *Isid.* l. 17. *Orig.* c. 7. Adde *Ammian.* l. 22. c. 8. (*al.* 13.) Sed *Plin.* l. 15. c. 25. negat ante Lucullum ulla in Italia fuisse: quod *Tertull. in Apolog.* c. 11. confirmat, et *Hieronym.* ep. 19. *ad Eustoch. Ovid. de nuce*, v. 32. Audiat hoc cerasus; stipes inanis erit. *Colum.* l. 11. c. 2. *sub fin.* Possunt etiam his diebus cerasi, et tuberes, ceteræque arbores, quæ primæ florent, inseri commode. ¶ De ipso pomo, *a cherry*, κεράσιον, *Propert.* l. 4. eleg. 2. v. 15. Hic dulces cerasos, hic autumnalia pruna Cernis.

CERĂSUS, untis, f. [† hod.] *Chirissonda*, Κερασοῦς, urbs Cappadociæ in ora litorali Ponti Euxini. *Plin.* l. 6. c. 4. *Pompon. Mela* l. 1. c. 19.

CERATAULES, æ, m. *a corneter, trumpeter*, κερατaύλης, idem qui cornicem. V. *Camptaules.*

CERATHĒUS, a, um, adject. a Ceratho fluvio Cretæ, apud Gnossum. *Virg. in Cyri*, v. 113. Carpathium fugiens, et flumina Cerathea. Alii scribunt *Ceratæa*, alii *Curetea*, Κουρήτεια, Cretensia: a Κουρήτη pro Κρήτη, (sic enim antiquitus dicebant, teste *Strabone*) Creta; ut intelligat generatim omnes ejus insulæ fluvios.

CERATĬA, æ, f. *an herb having but one leaf, and a great root full of knots; capers, or cappers*, herba uno folio, radice nodosa magna, cœliacis, et dysentericis utilis. *Plin.* l. 26. c. 8.

CERATĬAS, æ, m. *a comet resembling a horn*, κερατίας, cometa cornu speciem habens: a κέρας, cornu: qualis visus fuit, cum Græcia apud Salamina depugnavit. *Plin.* l. 2. c. 25.

CERATĪNÆ, et crocodilinæ quæstiones, seu ambiguitates, *sophistical or intricate arguments; sophisms, quirks*, κερατιναὶ, καὶ κροκοδειλιναὶ λόγοι, de quibus mentio fit a *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 16.) sunt captiosæ quæstiones, et sophismata, quæ captandi, et cavillandi causa proponi solent. Duplici autem ratione intelligi possunt, nempe ut sic dictæ sint a modo proponendi, ut *ceratina ambiguitas* idem sit, quod syllogismus cornutus (nam κέρας cornu significat) et *crocodilina*, quæ, crocodili more luctum fingentis, sub veritatis, et honestatis specie ad insidiandum, et fallendum proponatur: vel quod veri similius est, ut ita appellatæ sint a materia: qua ratione *ceratina* erit captio illa apud *Gell.* l. 18. cap. 2. Quod non perdidisti habes: cornua non amisisti: habes igitur cornua. *Crocodilinæ* exemplum erit illud *Luciani* ἐν βίων πράσει, de illa muliere, cui filium crocodilus abstulerat, et se redditurum promiserat, si mulier verum responderet. Illa autem respondit, non redditurum: atque ob id æquum aiebat, reddi. Huc pertinet illud ejusdem *Luciani in dial. Diogen. et Pollucis.* Κέρατα φύουσιν ἀλλήλοις, καὶ κροκοδείλους ποιοῦσι, καὶ τοιαῦτα ἄπορα ἐρωτᾶν διδάσκουσι τὸν νοῦν. Hæc fere ex *Polit. in miscellan.* c. 54. et 55.

CERATĪTIS, is, f. *horned-poppy*, κερατῖτις, genus papaveris silvestris, nigri, cubitali altitudine, folio minore, et tenuiore quam ceteris silvestribus, semine exili, radice crassa, et corticosa, calyculo inflexo, ut cornicula: unde et nomen habet. Nam κέρας est cornu. *Plin.* l. 20. c. 19.

[* CERATĬUM, ii, n. κεράτιον, siliqua Græca, *fenugreek.* In ponderibus ceratium Græcorum idem est ac siliqua Latinorum. *Auctor. de ponder. apud Goes. Agrar.* pag. 322. Ponderum pars minima calculus est, qui constat ex granis ciceris duobus. Duo calculi ceratium faciunt. Quatuor calculi sive duo ceratia obolum reddunt. ¶ Est etiam ejus mentio apud *Colum.* l. 5. c. 10. sed ibi Græce scribitur.]

CERATORĬUM, ii, *a plaster made of wax, rosin, and gum; a cerecloth; cerate*, ceratum. *Cæl. Aurelian.* l. 2. *Acut.* c. 11. *Chronic.* lib. 2. cap. 3. Ceratorium apponere. *Marcell. Empir.* c. 35. Chalasticum olympianum, ceratorium insigne. ¶ Legitur et *ceroturium* a Græco κηρωτὸν, eod. sensu. *Cæl. Aurelian. Chronic.* l. 1. c. 1. Cerotariis, atque malagmatis uti. *Theodor. Priscian.* l. 1. c. 9. Calcis flos cerotario mixtus.

CERĀTUM, ti, n. *a wax-plaster, cerecloth; cerate*, κηρωτὸν, medicamentum ceræ modo tenax, quod impositum adhæret. *Cels.* l. 4. c. 20. Ceratum ex cyprino. et cap. 24. liquidum. *Scribon. Larg. compos.* 250. Sulphur oleo mixtum, atque in cerati spissitudinem redactum. Adde *Columell.* l. 7. c. 7. *extr.* et *Plin.* l. 23. c. 6. et alibi. ¶ Dicitur etiam *cerotum* a Græco κηρωτόν. *Martial.* l. 11. epigr. 99. Nec labra pingui delibuta ceroto. *Pallad.* l. 1. tit. 41. Ceroti instar efficies, et curabis adlinire. Adde *Plin.* l. 22. c. 24. et lib. 26. c. 14.

CERATŪRA, æ, f. *a waxing, cering, laying over or besmearing with wax*, κήρωμα, ceræ inductio. *Colum.* l. 12. c. 50. *a med.* Quemadmodum nova vasa si calefiant, liquidam ceram facile excipiunt, sic vetera non crediderim propter olei succum ceraturam pati.

CERĀTUS, a, um, *waxed, covered or done over with wax, cered*, κηρωτός, cera illitus, obductus. *Cic. in divinat. Verr.* c. 7. Ceratam unicuique tabellam dari cera legitima. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 2. Ceratæ pennæ. Adde *Plaut. Asin.* 4. 1. 18. ¶ Item generatim illitus. *smeared. Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 23. inducto ceratæ sulphure tædæ. et epist. 5. v. 42. Cærula ceratas accipit unda rates.

CERAULA, æ, m. *a corneter*, κεραύλης, idem quod ceratаules, cornicen. *Apulei.* l. 8. *Metam.* Quidam juvenis ceraula doctissimus. *Id. in Florid.* n. 4. (*al.* l. 1.) Monumentarii ceraulæ. ¶ Priore loco al. leg. *choraula.*

CERAUNĬA, æ, f. V. *Ceraunius.*

CERAUNĬA, orum, n. Κεραύνια, montes Epiri, qui et Acroceraunia dicuntur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 506. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 6. V. *Acroceraunia.*

CERAUNĬUM, ii, n. V. *Ceraunius.*

CERAUNĬUS, a, um, *Ceraunian*, Κεραύνιος, ad Ceraunia pertinens. *Plin.* l. 15. c. 29. et *Flor.* l. 2. c. 9. Ceraunii montes. *Colum.* l. 3. c. 2. Ceraunia vites. ¶ *Ceraunia gemma* dicitur, quæ cum fulmine cadere creditur, et *lapis fulminis* dicitur a *Sidon.* carm. 5. v. 50. a κεραυνὸς, fulmen. *the thunder-stone.* Sunt etiam *ceraunia*, quæ ita appellantur a fulgore. *Plin.* l. 37. c. 9. *ad fin.* et cap. 10. ¶ Dicitur etiam *ceraunium, ii*, n. *Claudian. de laudib. Serenæ*, v. 77. Pyrenæisque sub antris Ignea fluminеæ legere ceraunia Nymphæ. Adde *Solin.* c. 23. (*al.* 36.) ¶ Quod addunt quidam, *ceraunium* esse nomen tuberis apud *Plin.* l. 19. c. 3. *a sort of mushroom. Harduinus* monet legendum *geranion.*

CERAUNOBOLĬA, κεραυνοβολία, hoc est fulminum jactus: a κεραυνὸς, fulmen, et βάλλω, jacio. Ita dicta est quædam Apellis tabula, in qua cadentia fulmina pinxerat. *Plin.* l. 35. c. 10.

CERAUNUS, a, um, *Ceraunian*, Ceraunius. *Propert.* l. 2. eleg. 13. v. 3. Non potuit saxo vitam posuisse Cerauno? *h. e.* scopulis Acrocerauniis. ¶ Apud *Prudent.* idem est quod Ceraunia gemma. Sic enim ille *in Psychom.* v. 470. Si fratris galeam fulvis radiare Ceraunis Germanus vidit commilito, &c. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 19. Tres fuerant in fronte gemmæ, lychnis, astrites, et ceraunos.

CERBERASTRUM. V. *Serperastrum.*

CERBERĒUS, a, um, *relating to the dog Cerberus*, ad Cerberum pertinens. *Lucret.* l. 4. v. 734. Cerbereasque canum facies. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 500. Cerbereum os. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 249. Cerberei latratus. *Id.* 8. *Theb.* v. 56. Cerbereæ portæ. *h. e.* janua Ditis, juxta quam Cerberus excubat.

CERBĔRUS, i, m. *the infernal dog, said to have three heads*, Κέρβερος, canis triceps, ex Typhone gigante, et Echidna genitus (ut *Hygin.* fab. 151. docet) serpentes pro setis habens, custos appositus januæ Ditis, ne quis inde mortuorum egredi possit, aut vivorum ingredi. V. *Senec. in. Herc. Furen.* v. 783. ubi eum describit. Quidam tribuunt ei quinquaginta capita: quidam etiam centum, ut dictum est in *Centiceps.* Hunc Hercules domuit, et ad Superos catenis constrictum traxit, tum videlicet, cum ad Inferos descendit, ut Theseum liberaret. Interpretatio hæc est: Cerberum canem fuisse Plutonis, vel Orci Regis Epiri, seu Albaniæ inferioris: Epirum partem esse infernam Regni Saturni secus mare inferum: in Epiro canes ferocissimos esse, qui sint instar trium canum alius generis. Alii terram interpretantur, dictamque volunt *Cerberum*, quasi κρεόβορον, hoc est carnivoram, a κρέας, caro, et βορὸς, vorax, quia terra corpora omnia sibi credita vorat, et consumit. *Serv. ad* 6. *Æn.* v. 395. ubi addit, ideo Herculem dici eum ab Inferis traxisse, quia omnes cupiditates, et terrena vitia contempsit. Adde *ad* 8. *Æn.* v. 397. ¶ Alii serpentem fuisse volunt in Tænaro Laconiæ promontorio, qui populis exitiosissimus esset, et quoniam in Tænaro ad Inferos dicitur esse aditus, Ditis canem esse nominatum, denique hunc serpentem ab Hercule interemptum fuisse. *Virg.* 6. *Æn.* v. 417. Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Personat, adverso recubans immanis in antro. ¶ Græca positione *Ovid.* 7. *Metam.* v. 412. nexis adamante catenis Cerberon abstraxit. Adde *Heroid.* ep. 9. v. 94.

CERCĔRIS, is, f. genus avis amphibiæ, apud *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 13. Aliæ in hoc genere a Græcis, ut querquedula, cerceris; halcedo, quod ea halcyon. Quidam leg. *cercuris*: quod rejicitur a *Scalig. in Conjectan.* qui mallet reponere κερκιθαλλὶς, quomodo placet *Scioppio*, qui ita edidit. *ut querquedula a* κερκιθαλλὶς, &c. Itaque *Varro* dicit, *querquedulam* esse ab ea Græca voce, quemadmodum *halcedo* est ab *halcyon.* V. *Querquedula.*

CERCĪTES, V. *Circites.*

CERCĬUS. V. *Circius.*

CERCO, onis, m. cognomen fuit Romanum in gente Lutatia, ut Q. et Cn. Lutatius, Cerco apud *Patin. in numis familiar. R.* pag. 161. et *Liv.* l. 42. c. 6. Κέρκος Græce est cauda, unde ductum videtur.

CERCŎLIPS, ipis, f. *a kind of ape*, genus simiæ, inquit *Festus*, quæ ultimam partem caudæ villosam habet. Quidam leg. *cercalopex* (hoc est caudata vulpes; a κέρκος, cauda, et ἀλώπηξ, vulpes) alii *cercolopis*: quæ *Scaligero* non probantur. Porro *cercolips* putant nonnulli esse a κέρκος, cauda, et λιπὸς, pinguedo, quod villosa simul, et pinguis sit. Sed *Scalig.* deducit a κέρκος, et λείπω deficio, quod hac voce significetur tantummodo simia sine cauda, quæ Latina appellatione *cluna* dicitur, teste eodem *Festo.* Hinc a quibusdam ita legi apud *Catull.* carm. 96. *ad Vect.* Ista cum lingua, si usus veniat tibi, possis Culos, et trepidas lingere cercolipas. Nam clunibus simiæ non caudatæ nihil est spurcius. Alii tamen plures aliter leg. V. *Carbatina.*

CERCOPĬA INSULA videtur joculariter appellari a *Plauto Trinum.* 4. 2. 84. regio Inferorum, ubi puniuntur homines scelerati, et fraudulenti, qui Græce κέρκωπες per metaphoram appellantur. Alii tamen leg. *Cecropia.*

CERCOPITHĒCUS, i, m. *a marmoset or monkey*, κερκοπίθηκος, simiæ genus caudam habentis: a κέρκος, cauda, et πίθηκος, simia. *Plin.* l. 8. c. 21. tradit, nasci hos in Æthiopia nigris capitibus, et pilo asinino. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 69. Quid dubitatis, utrum nunc sitis cercopitheci, An colubræ, an beluæ? *Martial.* l. 14. epigr. 202. Callidus emissas eludere simius hastas, Si mihi cauda foret, cercopithecus eram. Adde epigr. 128. ¶ Hoc animal in Ægypto tanquam numen colebatur, teste *Juvenal.* sat. 15. v. 4. ¶ Græca positione *Martial.* l. 7. epigr. 86. Si Cronus similem cercopithecon amat.

CERCOPS, ōpis, m. κέρκωψ. Cercopa, inquit *Festus*, Græci appellant lucrari undique cupientem: quasi κέρδωνα: quem nos quoque lucrionem vocamus. [*Festus* hæc scribens humani aliquid passus est: miscet enim κερδὼ, quod significet *vulpem*, et cognatum est nomini κέρδος *lucrum*, cum κέρκωψ, cujus plane aliud est etymon.] ¶ *Cercopes* sunt populi in insula Pithecusa, quos Poetæ fabulantur, ob perjuria et fraudes a Jove in simias fuisse conversos. *Ovid. Metam.* 14. v. 90. deum genitor fraudem et perjuria quondam Cercopum exosus, gentisque admissa dolosæ. ¶ Ita etiam appellantur simiæ quædam monstrosæ, et caudatæ, et turpissimæ omnium. *a kind of ape. Manil.* l. 4. v. 664. sævosque leones In pœnas fecunda suas parit horrida tellus, Et portentosos cercopum ludit in ortus. *Ammian.* l. 22. c. 14. (*al.* 32.) narrat de Juliano Apostata, quod *ridebatur ut cercops*, hoc est tanquam turpis simia.

CERCŪRUS, i, m. *a kind of vessel, so called from having a long poop resembling a tail*, κέρκουρος, genus navis Asianæ prægrandis, ut *Nonius* docet c. 13. n. 4. Inventa fuit a Cypriis, teste *Plin.* l. 7. c. 56. Cyprii autem Asiæ sunt contributi. Aperta erat, et vehendis oneribus comparata. *Liv.* l. 33. c. 19. Cum classe tectarum navium ad hoc levioribus navigiis, cercurisque ac lembis ducentis. Ex his *Livii* verbis satis apparet, inter minora navigia ponendum esse. Vox ipsa est conflata a κέρκος, et οὐρά, quæ utraque dictio caudam significat; fortasse quod prælonga esset, et velut in caudam utrinque desineret. Sunt qui deducant a Κερκύρα, hoc est Corcyra insula; quasi Corcyræorum propria fuerit: quod est contra *Nonii*, et *Plinii* mentem. *Plaut. Merc.* 1. 1. 86. Ædificat navim cercurum, et merces emit. *Id. Stich.* 2. 3. 44. Conspicatus sum cercurum, quo ego me majorem non vidisse censeo. Adde *Lucil.* apud *Non. loc. cit.*

CERCYONĒUS, a, um, ad Cercyonem pertinens. Fuit hic Neptuni filius, latro insignis apud Eleusinem, qui validissimas arbores incurvans, alligatos iis viatores discerpebat, ut *Ovid.* 7. *Metam.* v. 439. narrat. Hic a Theseo occisus fuit. *Id. in Ibin*, v. 412. Quæque Ceres vidit læto pereuntia vultu Corpora Thesea Cercyonea manu. *Stat.* 12. *Theb.* v. 576. trucibus monstris Sinin, infandumque dedisti Cercyona.

CERCȲROS, i, m. *a sea-fish*, κέρκυρος, nomen piscis marini, in scopulorum fine habitantis. *Ovid. in Halieut.* v. 102. et *Plin. sub fin.* l. 32.

CERDO, ōnis, m. *a mean mechanic*, significat vilem, et sordidum artificem, quique omni ratione lucellum sectatur, quales sunt infimæ plebis homines, et nullius census: a κέρδος, lucrum. *Juvenal.* sat. 8. v. 181. At vos Trojugenæ, vobis ignoscitis, et quæ Turpia cerdoni, Volesos Brutosque decebunt. [*dele quæ sequuntur, et hæc repone:* Adde *Pers. in fin.* sat. 4. ¶ Cerdones primis temporibus dicti sunt Christiani, ob majorem eorum multitudinem, quæ ex pauperibus abjectisque hominibus, vilibusque artificibus constabat. *Juvenal. in fin.* sat. 4. *de Domitiano.* Atque utinam his potius nugis tota illa dedisset Tempora

sævitiæ, claras quibus abstulit urbi Illustresque animas impune et vindice nullo! Sed periit, postquam cerdonibus esse timendus Cœperat: hoc nocuit Lamiarum cæde madenti. Ita locum hunc intellexerunt *Baronius ad An. Ch.* 93. sect. 9. *Tillemontius Tom. II. Monum. Eccles. Lamius in lib. de erud. Apostol.* pag. 90. et 1030. atque etiam *Mamachius de origin. et antiquit. Christ.* lib. 1. c. 2. sect. 16. Vide etiam ad hanc vocem *Encyclopedie Méthodique, Antiquités.* Certe *Lactantius* (sive alius æque vetustus auctor) *lib. de mort. persecutor.* hæc habet c. 3. Qui (Domitianus) cum exerceret invisam dominationem, subjectorum tamen cervicibus incubavit quam diutissime, tutusque regnavit, donec impias manus adversus Dominum tenderet. Postquam vero ad persequendum justum populum, instinctu dæmonum, incitatus est, tunc traditus in manus inimicorum luit pœnas. ¶ Jungitur &c.] *Id. in fi.* sat. 4. *de Domitiano.* Sed periit postquam cerdonibus esse timendus Cœperat. Adde *Pers. in fi.* sat. 4. ¶ Jungitur interdum cum aliis artificum nominibus, ut *sutor cerdo* apud *Martial.* l. 3. epigr. 59. *a cobler:* qui veteres calceos resarcit: de quo *Martial.* l. 3. epigr. 16. Et *cerdo faber* in antiqua *Inscript.* apud *Spon. in miscell. erud.* pag. 221. ¶ Apud *Papinian. Dig.* lib. 38. tit. 1. leg. 42. et *in veteri Inscript.* apud *Gruter.* pag. 186. n. 4. Cerdo est nomen proprium servi. Apud *Murator.* in vet. Inscript. pag. 1505. n. 3. est cognomen. C. Pompeius Cerdo.

CEREĀLIS, le, adject. *pertaining to Ceres,* ad Cererem pertinens, Δημητριακὸς, Δημήτριος. *Ovid. Metam.* 8. v. 741. Cereale nemus. *h. e.* Cereri consecratum. *Id.* 3. *Amor.* eleg. 10. v. 1. Cereale sacrum. *Id. Metam.* 11. v. 121. Cerealia munera. *h. e.* fruges, vel panis. *Id.* 3. *Trist.* eleg. 12. v. 11. Cereales sulci. *h. e.* in quibus seruntur segetes. *Id.* 4. *Fast.* v. 911. Cereales herbæ. *h. e.* segetes. *Id. ibid.* v. 507. Cerealis Eleusin. *h. e.* in qua Ceres colebatur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 181. Cerealia arma. *hoc est* instrumenta, quibus panem conficimus. *Id. Æn.* 7. v. 111. Cereale solum. *h. e.* liba adorea, quæ pro mensa subjecta erant, ut in iis ceteræ dapes reponerentur. *Plin.* l. 15. c. 19. Cereales auræ. *h. e.* frugibus maxime utiles. *Auson. in Mosella,* v. 362. fluvius Præcipiti torquens Cerealia saxa rotatu. *h. e.* molas aquarias, quibus frumenta moluntur, *water-mills.* ¶ *Cereale papaver* dicitur a *Virg.* 1. *Georg.* v. 212. quod esui est, sicut frumentum: *eatable:* quale est sativum illud, cujus tria genera facit *Plin.* l. 19. c. 8. *ad fin.* nempe candidum, cujus semina tosta cum melle ab antiquis in secunda mensa apponebantur; ut rustici panum crustis affuso ovo inspergebant: nigrum, cujus scapo inciso lacteus succus excipitur: tertium genus erraticum, quod et sponte nascitur in arvis, cum hordeo maxime. Vel *Cereale* dixit, quia eo usa est Ceres ad oblivionem doloris ob raptum Proserpinæ filiæ: vel quia Meconem Atheniensem dilexit, et transfiguratum in papaver (μήκων Græce papaver significat) tutelæ suæ jusserit reservari. *Serv. ad loc. cit.* Potest etiam addi alia causa, quod narrat *Ovid.* 4. *Fast.* v. 547. de Triptolemo a Cerere pasto papavere, ut eum faceret deum. V. ibi reliqua. ¶ *Cerealis sapor* apud *Plin. loc. cit.* est sapor tritici. Scribit enim, rusticos inferiorem panum suorum crustam *apio et gith, cereali sapore, condire.* Cum enim ex vilioribus, et ingratis frugibus panem conficere soleant, eo condimento saporem ei triticeum, et gratum conciliant. ¶ *Cerealis cœna* est opima, lauta, qualis solebat in festis Cereris parari. *a splendid entertainment. Plaut. Men.* 1. 1. 25. Hinc *Cerealis pompa* dicitur a *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 2. longus ille ferculorum ordo, quæ in hujusmodi epulis inferebantur: ducta loquendi ratione a pompa Circensi. ¶ *Cerealia, um,* dicuntur a *Plin.* initio l. 23. fruges omnes, quibus aluntur homines. ¶ Sunt etiam *Cerealia,* festa in honorem Cereris, in quibus matronæ albis indutæ togis, discurrentes cum facibus celebrabant luctum, et errores Cereris ob amissam filiam. Ludi præterea fiebant in Circo in ejus honorem, quos albatus populus spectabat: vetitumque erat vino, aut Venere uti, atque ante noctem cibum capere. Hinc *Plaut. Aulul.* 2. 6. 5. *Cereri eos nuptias facere* ait, qui nihil temeti in cœnam attulerint. V. alia in hanc rem in *Ceres.* ¶ Celebrabantur pridie Id. April. ut est in veteri Kalendario apud *Gruter.* pag. 133. et *Ovid.* 4. *Fast.* docet. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 12. Emerseram commode ex Antiati ipsis Cerealibus. *Liv.* l. 30. c. 39. *in fi.* Cerealia ludos dictator, et magister equitum ex S. C. fecerunt. Plura de his V. apud *Ovid.* 4. *Fast.* v. 389. *et sequentib.* ¶ *Ædiles Cereales* erant duumviri, qui annonam curabant, et frumentum, cum opus esset, populo publice distribuebant: iidemque Cereris ludos in Circo faciebant. Originem habuerunt a Jul. Cæsare, ut tradit *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *ante med.* Horum mentio fit etiam in *Inscript. antiq.* apud *Gruter.* pag. 492. n. 9. et pag. 272. n. 5. et 6. ubi appellantur *Ædil. Pleb. Cerial.* Ex quo patet etiam *Cerialis* recte scribi, quod et *Servius* confirmat *ad* 1. *Æn.* v. 181. quin ita omnino scribi vult *Manut. in Orthogr.* Alii utramque scriptionem, et merito, probant. ¶ Denique *cereales* dicuntur a *D. Hieronymo* (cujus verba V. in *Anabasius*) qui celeriter huc illuc discurrunt, velut Ceres cum filiam quæreret, vel Triptolemus ab ea per universum Orbem missus ad portanda frumenti semina. ¶ *Charis.* l. 1. pag. 99. *Putsch.* docet hoc adjectivum in *e* terminari in ablativo singulari, si de homine sermo sit; in *i,* si de re et frugibus. Sed hoc discrimen Scriptores non servant.

CEREBELLĀRE, is, n. *a cap, or covering for the head,* tegumentum capitis, et cerebri, apud *Veget.* l. 3. *de re veterin.* c. 33. si modo ea lectio sana est.

CEREBELLUM, i, n. *the cerebel; that portion of the brain which is in the hinder part of the head; brains,* ἐπικρανὶς, parvum cerebrum. *Cels.* l. 2. cap. 18. Ungulæ suis, rostrum, aures, cerebellum. *Plin.* l. 30. c. 13. Gallinacei cerebellum. *Sueton. in Vitell.* c. 13. Phasianorum, et pavonum cerebella.

CERĔBER, bri, qui dicunt (pro *Cerebrum, bri*) sine cerebro vivunt, inquit *Flav. Caper de Orthogr.* pag. 2245. *Putschii.*

CEREBRŌSUS, a, um, *passionate, hasty, choleric, headstrong; hair-brained, brain-sick, wild, mad, crazy,* ὀξύχολος, αὐφάδης, qui cerebro ita laborat, ut facile irascatur, facile sententiam mutet, levis, inconstans, uno verbo ad insaniam proclivis sit. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 82. Te primum cum istis insanum hominem, et cerebrosum. *Plaut. Mostell.* 4. 2. 36. Senex hic cerebrosus est certe. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 21. donec cerebrosus prosilit unus, Ac mulæ, nautæque caput, lumbosque saligno Fuste dolat. ¶ De brutis animalibus. *Colum.* l. 2. c. 11. *ad fin.* Ervum boves cerebrosos reddit.

CERĔBRUM, i, n. *the brain,* ἐγκέφαλος, substantia mollis in capite, nervorum, et sensus omnis principium. *Cic. Tuscul.* 1. c. 9. Alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi esse sedem, et locum. *Plaut. Cas.* 3. 5. 19. Cerebrum alicui dispercutere. *Aurel. Vict. in Epitom.* c. 1. *ante med.* Cerebri valido incussu (al. *incursu*) parietem pulsare. *to strike the head against a wall.* ¶ Translate ponitur interdum pro mente, animo, intelligentia, sapientia. *the mind, intellectual faculty; sense, understanding. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 75. Putidius multo cerebrum est, mihi crede, Perilli Dictantis, quod tu nunquam rescribere possis. *Phædr.* l. 1. fab. 7. O quanta species cerebrum non habet! *to be void of intellect. Plaut. Aulul.* 2. 1. 29. Mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta, soror: lapides loqueris. *you perfectly amaze me. Horat.* l. 1. sat. 9. v. 11. o te, Bolane, cerebri Felicem aiebam tacitus. *h. e.* simplicis, tranquillæ, et sanæ mentis, quæ nulla re perturbatur, et omnes molestias patientia vincit. Alii aliter exponunt. ¶ *Uri cerebrum, findi cerebrum* iis dicitur, qui valde indignantur, et veluti extra se sunt præ iracundia. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 25. Id nunc his cerebrum uritur, me esse hos trecentos philippos facturum lucri. *Id. Bacch.* 2. 3. 17. Cor meum, et cerebrum finditur, istius hominis ubi fit mentio. *I am ready to burst with rage.* Hinc *cerebrosus.* ¶ *Experiri cerebrum alicujus* apud *Petron. in fragment. Tragur.* c. 75. *Burman.* est ejus mentem, animum experiri. ¶ Per similitudinem *cerebrum arboris* apud *Plin.* l. 13. c. 4. est superior medulla arboris. *the pith.* ¶ *Saxo cere comminuit brum* dixit *Ennius* per tmesim, non tamen ullo pacto imitandus. Locum *Ennii* afferunt *Donat. de Tropis* pag. 1777. *Putsch.* et *Serv. ad* 1. *Æn.* v. 416. sed *Ennii* nomine tacito. Simile est illud *Sempronii Gracchi* apud *Calpurn. Pison. MS.* referente *Merula ad fragm. Ennii,* pag. 308. oblatam stultum est medi spernere cinam. Et *Pomponii ibid.* Lamen color tatrici mutat: lacrymis se falsis lavitat. *Et Julii Proculi ibid.* Clausa sagi fera nant. ¶ Et tmesis, et metathesis simul est in illo *Lucret.* l. 6. v. 962. terram sol excoquit, et facit are. ¶ Insolentissima omnium est illa veteris Poetæ apud *Donat. loc. cit.* Massili portant juvenes ad litora tanas.

CEREFOLĬUM. V. *Cærefolium.*

CEREMONĬA. V. *Cærimonia.*

CEREŌ pro *Creo* obsoletum verbum. V. *Cerus.*

CEREŌLUS, a, um, *waxen, of the colour of wax,* diminutivum a *cereus, a, um.* Apud *Colum.* l. 10. v. 404. *cereola* dicuntur pruna, quæ cerei coloris sunt, a *Plin. serina* appellata l. 15. c. 13. Versus *Columellæ* est: Armeniisque, et cereolis, prunisque Damasci. *Plin. loc. cit.* Sunt et nigra, ac laudatiora cerina, nec non Armeniaca, &c. *Ovid.* quoque nigra, et cerina pruna memorat *Metam.* 13. v. 817.

CERES, ĕris, f. *the goddess of corn,* Δημήτηρ, Saturni, et Opis filia, Jovis, et Plutonis soror, mater Proserpinæ, quam ex Jove ipso peperisse dicitur. A Neptuno quoque sub equi specie compressam, teste *Ovid.* 6. *Metam.* v. 118. Arionem equum celeberrimum, et vaticinandi arte præditum genuisse fabulantur. Dicta est vel quasi *geres,* a gerendis frugibus, ut est apud *Cicer.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 26. et *Varron.* l. 4. *L. L.* c. 10. quemadmodum Δημήτηρ a Græcis denominata est quasi γημήτηρ, hoc est terræ mater: [† *Etymol. Mag.* in Ἀλευάδα. Οἱ Δωριεῖς τὴν γῆν, δᾶν λέγουσι.] vel a *creando,* ut putat *Serv. ad* 1. *Georg.* v. 7. quod sit frugum creatrix. Ipsa enim est, quæ fruges monstravit, atque agriculturam, et domandorum boum rationem homines docuit. V. *Triptolemus.* Quare spicea corona caput cincta pingitur, et peculiari epitheto *alma* appellatur, quia homines alit. Quod multo magis ei convenit si dicatur eadem esse ac Terra, quæ non solum homines, sed cuncta animantia nutrit. Cererem autem esse ipsam Tellurem, docent plures Mythologi. Hinc *Ovid.* 4. *Fast.* v. 497. currum ei tribuit, quem juncti angues trahunt, qui maxime sunt terræ animalia. Eo autem curru vecta totam terram peragrasse dicitur, cum Proserpinam a Plutone raptam quæreret. V. *Proserpina.* A Græcis dicta est Θεσμοφόρος, et a *Virg.* 4. *Æn.* v. 58. *legifera,* quia, ut docet *Macrob.* l. 3. *Saturn. c. ult.* ante inventa frumenta homines passim sine lege vagabantur: quæ feritas inde interrupta est, atque ex agrorum divisione nata sunt jura. Adde *Serv. ad Virg. loc. cit.* ¶ Præterea Ceres eadem ac Luna esse existimatur, quia hujus sideris influxus in terrenas fruges maxime possunt. *Macrob.* l. 1. *Saturnal.* c. 18. *sub fin.* ¶ In sacris Cereris porca mactabatur, quæ segetes virides cupidissime depasci, et proterere solet. *Id. ibid.* l. 1. c. 12. *Hygin. fab. ult. Cato R. R.* c. 134. ¶ Mulsum quoque libabant, non vinum. Hinc nuptias Cereri facere, apud *Plaut.* hoc est sine vino epulas parare. V. *Cerealis. Cato* tamen *loc. cit.* et *Virg.* 1. *Georg.* v. 344. vinum in sacrificio Cereris adhiberi jubent: quod de privatis sacrificiis intelligendum est, vel de iis, in quibus aliquid a Cerere petebatur, non de solemni illo, in quo tantummodo celebrabatur memoria luctus et doloris Cereris ob amissam filiam, et abstinebatur a vino, quod lætitiæ causa est. Alia ratione hanc quæstionem solvit *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 11. qui mulsum intelligendum putat: alii *Serv. ad cit.* 1. *Georg.* quem V. ¶ Quidam duas faciunt Cereres: unam, quæ dicta est: alteram filiam Cæli, et Vestæ, sororem Saturni, uxorem Sicani Siculorum Regis, matrem Acherontis; quæ Siculos frumenti usum docuit. *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 10. v. 3. Flava Ceres, tenues spicis redimita capillos. *Manil.* l. 2. v. 442. Spicifera Ceres. ¶ *Ceres inferna,* et *profunda* dicitur a *Stat.* 4. *Theb.* v. 460. et lib. 5. v. 156. Proserpina Cereris filia, quia quod quidam tradunt de Cerere, quod sit eadem ac Luna, ut dictum est, hoc alii dicunt de Proserpina, cui Jupiter ad solandam matrem concessit, ut sex menses apud Inferos, totidem apud Superos esset. Sæpe autem Poetæ alteram cum altera confundunt. ¶ Per metonymiam ponitur pro segetibus, et frumento. *corn. Virg.* 1. *Georg.* v. 397. At rubicunda Ceres medio succiditur æstu. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 7. v. 31. Carmine læsa Ceres sterilem vanescit in herbam. *Virg.* 1. *Æn.* v. 181. Tum Cererem corruptam undis, Cerealiaque arma Expediunt. ¶ Item pro pane *bread. Id. ibid.* v. 705. Cereremque canistris Expediunt. *Næv.* apud *Fest.* in *Coquum.* Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem. *h. e.* pisces, olera, et panem. [† *Cic. de Nat. Deor.* 2. 23. Itaque tum illud, quod erat a deo natum, nomine ipsius dei nuncupabant: ut cum fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum; ex quo illud Terentii, *Sine Cerere et Libero friget Venus.* Locus est, *Eun.* 4. 5. 6. *Serv.* ad *Virg. Georg.* 1. 7. Sabini Cererem panem appellant.]

CERES, itis. V. *Cures.*

CERETĀNI. V. *Cæretanus,* et *Cerretanus.*

CEREVISĬA. V. *Cervisia.*

CERĔUS, a, um, *waxen, of wax,* κήρινος, qui est ex cera. *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 12. Nihil esset cereum, quod commutari non posset. *Horat. epod. ult. sub fin.* Cereæ imagines. *Virg. Æn.* 12. v. 589. Cerea castra. *h. e.* apum favi. ¶ Item ceræ colorem habens. *of the colour of wax. Virg.* 2. *Eclog.* v. 59. Cerea pruna. (V. *Cereolus, a, um*). *Martial.* l. 1. epigr. 93. Cerea, et trita lacerna. *h. e.* quæ candorem amisit, et flava ob vetustatem facta est. Alii exponunt succidam, unctam; quasi ceratam. Sic lib. 4. epigr. 53. Cerea abolla. *Id.* l. 13. epigr. 5. Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo. *h. e.* pinguis. Nam pingue cerei coloris est. Sic *Id.* l. 3. epigr. 58. Cereus turtur. ¶ Translate est tener, flexilis, mutabilis. *ductile, easy, pliant. Horat. de ar. poet.* v. 163. Cereus in vitium flecti. ¶ Quod quidam afferunt ex eodem l. 1. od. 13. v. 2. cerea Telephi laudas brachia. *h. e.* mollia: *Bentlei.* contendit legendum *lactea.*

CERĔUS, i, m. *a taper, wax-light,* λαμπὰς, λαμπάδιον, fax e cera. *Cic.* 3. *Offic.* c. 20. Omnibus vicis statuæ: ad eas tus, et cerei. *Senec. de Tranquill.* c. 11. Toties in vicinia mea conclamatum est: toties præter limen immaturas exsequias fax cereusque præcessit. *Id. de brevit. vitæ, in fi.* Ducere funus ad faces et cereos. *Id.* ep. 122. Quantulum a funere absunt, et quidem acerbo, qui ad faces et cereos vivunt? *h. e.* noctu vigilant, et ad lumen facum et cerei agunt. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 9. Lucere alicui cereum. ¶ Saturnalibus cereos dabant tenuiores clientes ditioribus patronis suis, lege lata a quodam Publicio trib. pleb. ad coercendam avaritiam patronorum, qui majora munera a clientibus eo tempore exigere solebant. Hic autem mos missitandi cereos ex eo ortus est, quod socii Herculis ab eo in Italia relicti Saturni aram pro humanis victimis, quæ prius ad eam mactabantur, plurimis accensis luminibus excolere cœperunt, ita ab Hercule edocti ac jussi. Habebant enim oraculum, in quo erat: Καὶ κεφαλὰς Ἅιδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα. Vox autem φῶτα non solum virum, sed etiam lumen significat. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 7. et 11. *ad fin.* et *Martial.* l. 5. epigr. 18.

CERĬA, æ, f. *a drink made from corn; a sort of ale or beer,* genus potionis ex frugibus, apud Hispanos. V. *Cervisia.*

CERIĀLIS. V. *Cerealis.*

CERIFĪCE. V. *Ærifice.*

CERIFĪCO, as, avi, atum, *to make wax*, κηριάζω, ceram facio. *Plin.* l. 9. c. 38. *de pelagiis, seu purpuris.* Capi eas post Canis ortum, utilissimum : quoniam cum cerificavere, fluxos habent succos. *h. e.* cum lentorem illum suum ceræ similem mutuo attritu salivavere, ut *Id.* loquitur cap. 36. Alii leg. *fetificavere* : sed *Harduin.* priorem lectionem defendit tum ex MSS. quibusdam, tum ex verbis *Aristot.* hac eadem super re : Ὅταν δὲ κηριάζωσιν αἱ πορφύραι, &c.

CERINARĪUS. V. *Calthularius.*

CERINTHA, æ, et Cerinthe, es, f. *a sort of honey-suckle; honey-wort*, κηρίνθη, herba apibus gratissima, folio candido, incurvo, cubitalis, capite concavo, mellis succum habente. *Virg.* 4. *Georg.* v. 63. Trita meliphylla, et cerinthæ ignobile gramen. *Plin.* l. 21. c. 12. Casiam, melilotum, cerinthen.

CERINTHUS, i, m. *a kind of wax or honey; a red juice in the honey-combs of bees*, κήρινθος, idem quod erithace, hoc est medium quid inter mel, et ceram, quo apes vescuntur, cum operantur, amari saporis : gignitur rore verno, et arborum succo, gummium modo : sæpe invenitur in favorum inanitatibus sepositus. Vocatur etiam *sandaraca* a quibusdam. *Plin.* l. 11. c. 7.

CERĪNUS, a, um, *of the colour of wax*, κήρινος, κηροειδής, qui est cerei coloris. *Plin.* l. 15. c. 13. Pruna cerina. V. *Cereolus. Id.* l. 37. c. 5. Berylli cerini. ¶ *Cerinum, i,* n. apud *Plaut. Epid.* 2. 2. 49. est vestimentum ceræ colore, ut interpretatur *Non.* c. 16. n. 6. Quidam leg. *berinum*, et interpretantur burrum, *h. e.* rufum.

CERIOLĀRE, is, n. *a sort of candlestick*, candelabrum cereis sustinendis aptum. *Vetus Inscript.* apud *Gruter.* pag. 175. n. 4. Cum basi marmorea et ceriolarib. duobus æreis habentibus effigiem cupidinis, &c. *Alia* apud *Reines.* class. 1. n. 273. Ceriolare arg. alt. ped. I. semis refecit. Adde aliam in *Museo Veron.* pag. 83. ¶ Scribi potest et *Cereolare.*

CERĪON, et Cerium, ii, n. κηρίον, proprie favum significat. Translate sic appellatur ulceris genus multis foraminibus, favi more præditum, et mellei coloris humore manans. *an ulcer, or botch, like a honey-comb, with yellow matter in it.* Accuratius describitur, et in duo genera dividitur a *Celso* l. 5. c. 28. n. 13. qui tamen Græce usurpat. *Plin.* l. 20. c. 2. Radix peponum sanat ulcera concreta in modum favi, quæ ceria vocant. Adde lib. 23. c. 7.

CERĪTES. V. *Cæres, itis.*

CERĪTIS, vel Cerites, æ, m. *a gem of the colour of wax*, κηρίτης, gemma est a colore ceræ appellata, quæ κηρὸς Græce dicitur. *Plin.* l. 37. c. 10.

CERITŬLUS } V. *Cerritus*, &c.
CERĪTUS }

CERMĀLUS, locus in Urbe sic nominatus. *Festus.* ¶ Rectius tamen scribas *Germalus*, ut est apud *Varron.* l. 4. *L. L.* c. 8. *ad fin.* ubi docet, ita dictum esse a duobus germanis Romulo et Remo, et esse eum locum, in quo hi inventi sunt in alveolo in ripa Tiberis. Hinc etiam format adjectivum *Germalensis.* Meminit hujus vocis *Id. Fest.* etiam in *Septimontio*, ubi licet eum enumeret inter montes, non tamen mons est, sed locus imus ad Tiberim.

CERNENTĪA, æ, f. *the faculty of seeing*, visus. *Martian. Capell.* l. 4. pag. 115. Cernentia opponitur cæcitati.

CERNO, is, crevi, cretum, a. 3. *to sift, separate by a sieve*, διαττάω, σήθω. Proprie significat separare. Est enim a κρίνω, (quod idem significat) ut *Voss.* omnium probabilissime censet. Ponitur itaque pro cribro secernere, purgare. *Cato R. R.* c. 107. Quam minutissime per cribrum cernas. *Ovid. de medicam. fac.* v. 89. Hæc ubi contrieris, per densa foramina cerne. *Plin.* l. 18. c. 11. *ad fin.* Arctiore cribo cernere farinam. Adde lib. 33. c. 5. ¶ Hinc et pro agitare usurpat *Cornel. Sever.* quia quæ cernuntur, agitantur, *to agitate, toss about, in Ætna*, v. 491. Sicut cum curvo rapidum mare cernitur æstu. ¶ Translate est iudicare, decernere, deliberare, quia omnis judicandi vis in eo posita est, ut vera a falsis, justa ab injustis separentur, *to consider, deliberate, discuss, distinguish, judge, determine, decide, decree. Cic.* 3. *de legib.* c. 3. Huic potestate pari quotcumque Senatus creverit, populusve jusserit, tot sunto. *Pacuv.* apud *Non.* c. 4. n. 69. Et æquum est, et rectum quod postulas : jurati cernant. *Tacit. Ann.* 15. c. 14. Locum illis tempusque destinatum, quo de Armenia cernerent. ¶ Item pro certare, dimicare, quia in bello, et prœliis de summa rerum decernitur, *to contend, fight. Auct.* argum. 2. *Amphitr. Plautini.* Pro patria Amphitruo dum cernit cum hostibus. *Virg. Æn.* 12. v. 709. Inter se coisse viros, et cernere ferro. Al. leg. *decernere* contra *Servium. Enn.* apud *Non.* c. 11. n. 16. Severiter fortuna ferri cernunt de victoria. ¶ Festive *Plaut. Trinum.* 2. 4. 77. Verecundari neminem apud mensam decet. Nam ibi de divinis, atque humanis cernitur. ¶ Hoc sensu regit etiam accusativum. *Enn.* apud *Cicer.* l. 1. *Offic.* c. 12. Ferro non auro vitam cernamus utrique. *h. e.* in disceptationem et discrimen adducamus, et de ea armis decernamus. *Plaut. Bacch.* 3. 2. 15. Cernere certamen. *Lucret.* l. 4. v. 965. bellum. κρίνειν πόλεμον. Alii leg. *degerere*, pro gerere, ut sit pæon pro dactylo : alii *degere.* ¶ Significat etiam statuere, constituere, et veluti apud se decernere. *to resolve, be determined. Plaut. Cistell.* 1. 1. 1. Cum ego antehac te amavi, et mihi amicam esse crevi. *h. e.* constitui, inquit *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. *a med. Priscian.* tamen l. 8. pag. 898. *Putsch.* exponit vidi, cognovi : qua de significatione infra dicemus. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 69. Postquam præsidium castris educere crevit. *Cic.* 3. *de leg.* c. 3. *a med.* Imperia, potestates, legationes, cum Senatus creverit, urbe exeunto. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel.* v. 150. potius germanum amittere crevi, quam &c. Apud *Liv.* l. 43. c. 12. dicitur *sors cernere*, cum sorti permittitur, ut dijudicet, quid sortientibus obveniat. ¶ Hinc est celebris illa phrasis Jurisconsultorum, *cernere hereditatem* : quæ legitur apud *Cicer.* 2. *Agrar.* c. 15. *ad fin. ad Attic.* l. 11. ep. 2. et 12. *in fi.* et alibi. Porro is dicitur *hereditatem cernere*, ut exponit *Varr. loc. cit.* qui constituit se heredem esse : et cum id fecit, dicitur *crevisse.* Itaque differunt *cernere*, et *adire.* Nam *cernere* est decernere, se heredem esse, et hereditatem acceptare, *to declare himself the lawful heir* : At *adire* est ipsam occupare, et in possessionem ejus venire. Docet enim *Ulpian. in lib. regular.* tit. 22. *qui hered. instit. poss.* cretionem esse certorum dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum, utrum expediat ei adire hereditatem, nec ne, velut : *Titius heres esto, cernitoque in diebus centum proximis, quibus scieris poterisque : nisi ita creveris, exheres esto.* Hinc intelliges illud *Varron.* l. 5. *L. L.* c. 8. In testamento, cernito, idest facito, videant te esse heredem. Itaque in cretione adhibere jubent testes. Et *Cic.* 1. *de Orat.* c. 22. De his credo rebus, inquit Crassus, ut in cretionibus scribi solet, *Quibus sciam poteroque.* Quamvis autem prius fit *cernere*, quam *adire*, hoc tamen verbum in formula hereditatis agnoscendæ priore loco ponitur. *Plin.* l. 10. ep. 75. Rogavit testamento, ut hereditatem suam adirem, cerneremque. *Ulpian. loc. cit.* Cernere est verba cretionis dicere, ad hunc modum : Cum me Mævius heredem instituerit, eam hereditatem adeo, cernoque. ¶ Translate *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. Is fratris Appii amorem erga me cum reliqua hereditate crevit. ¶ Sæpissime significat videre, quæ notio et ipsa ab illa priore descendit, quam posuimus. Proprie enim *cernere* est oculis res internoscere, unam ab alia separando, *to see, discern, descry.* Quare *cernere* plus est quam *videre. Cic. Tuscul.* 1. c. 20. Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea, quæ videmus. *Gell.* l. 5. c. 16. De videndi ratione, deque cernendi natura diversas esse opiniones Philosophorum. ¶ Usus tamen hæc confundit, et promiscue usurpat. Porro in hac significatione fere semper caret præterito. *Cic.* 4. *Acad.* c. 25. Ego Catuli Cumanam ex hoc loco regionem video, Pompeianum non cerno. *Id. Fam.* 6. ep. 3. Quem ego tam video animo, quam ea, quæ oculis cernimus. *Nepos in Timol.* c. 2. Ut non solum auribus acciperetur, sed etiam oculis cerneretur. ¶ *Cerne* pro vide, aspice, *see, observe. Cic. in somn. Scip.* c. 6. Hic autem alter, quem incolitis, cerne, quam tenui vos parte contingat. ¶ Sæpe transfertur ad animum. *perceive, comprehend, understand. Cic.* 3. *de Orat.* c. 31. Neque tanta tamen est in rebus obscuritas, ut eas non penitus acri vir ingenio cernat, si modo adspexerit. *Id. Fam.* 5. ep. 12. Cerno jam animo, quanto omnia uberiora futura sint. *Terent. Andr.* 1. 1. 108. Ut consuetum facile amorem cerneres. *Enn.* apud *Cicer. de Amic.* c. 17. Amicus certus in re incerta cernitur. *shows himself; declares himself.* ¶ Per catachresim sumitur pro audire. *Titinn.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 898. *Putsch.* Simul ut pueras has nocte suspirare crevi. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 69. Vox illius certe est : idem omnes cernimus. ¶ Præterea eleganter accipitur pro inspicere, dignoscere. *Liv.* l. 35. c. 7. Libero fenore obruebant debitores : cujus cernendi cum ratio quæreretur, diem finiri placuit. Al. leg. *coercendi.* ¶ *Cerni aliqua re* dicitur, quod ea re constat : sic enim unumquodque distinguitur, æstimatur, et cognoscitur. *Cic. in Top.* c. 21. Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiisque cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum. *Id. in Partit.* c. 22. *in fi.* Atque hæ quidem virtutes cernuntur in agendo. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 8. Vires, valetudo, divitiæ, honor, gloria, quæ genere, non numero cernuntur. ¶ In illo *Accii* : Regnum tibi permitti malunt : cernam, tradam exercitum : *cernam* exponit *Non.* c. 4. n. 69. cedam : sed non videtur apte explicare. ¶ De præterito *crevi*, quod commune est duobus verbis *cerno*, et *cresco*, hæc habentur apud *Fest.* Crevi modo significat hereditatem adii (a *cerno*) modo major ætate, vel censu sum (a *cresco*) modo judicavi, modo divisi (a *cerno*) quæ omnia a duobus verbis cresco, et cerno veniunt : cujus unius origo ex Græco trahitur, quod illi κραίνειν dicunt perficere.

CERNUALĪA, um, n. ludi, in quibus super pelles unctas saliebant, et cernuabant. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 76. Etiam pelles bubulas oleo perfusas percurrebant, ibique cernuabant : a quo ille versus vetus est in carminibus : Sibi pastores ludos faciunt coriis Cernualia. Ita legit *Scalig. ad Fest.* in Coinquire. Alii *coriis consualia.*

CERNŬATUS, a, um, *with the face inclined downwards*, cernuus, in terram pronus. *Solin.* c. 45. (*al.* 57.) Equus adeo sprevit lupatos, ut de industria cernuatus, ruina pariter et se, et equitem affligeret.

CERNŬLO, as, idem quod cernuo. *Senec.* ep. 8. Non evertit fortuna, sed cernulat, et allidit. *Id. de Tranquill.* c. 3. *ad fin.* Cernulare se. *Al. hic aliter leg.*

CERNŬLUS, a, um, idem quod cernuus, cernuatus. *Apul.* l. 9. *Metam.* Supra mensam cernulus corruens, &c. Ita leg. in quodam Cod. *Scalig. ad Manil.* at plerique alii *cernuus.*

[* CERNUNNUS, i, m. Numen Gallorum proprium, cujus effigies cornuta Bacchum repræsentabat, hinc etiam illi nomen inditum fuit. Hujus numinis mentionem facit *Inscriptio*, quæ prope Pollentiam Vagennorum reperta est, quamque affert *Durandus Durandi* in opere, cui titulus : *I Cacciatori Pollentini*, quæ talis est : Deo Cernunno servatori Fouscius venat. V. S. L. M. Agit de eadem *Joseph Franchi nell' Antichità di Pollenza.* V. *Mémoir. de l'Acad. de Turin ann.* 1805-1808. pag. 486.]

CERNŬO, as, avi, atum, a. 1. *to make one fall on one's face, throw with one's face on the ground; upset, overturn*, κυβιστάω, in caput vertere, cernuum ad terram dare. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 76. Pelles oleo perfusas percurrebant, ibique cernuabant. (*subaudi se. kept tumbling head over heels.*) a quo ille versus vetus est in carminibus : Sibi pastores ludos faciunt cernui. *Apul.* l. 1. *Metam.* Corpus exanimatum in flumen pæne cernuat. Ita *Pricæus*, et *Elmenhorst.* Alii leg. *corruerat. Prudent.* l. 1. *advers. Symmach.* v. 350. Cernuat ora senex barbatus, et oscula figit Cruribus ænipedum, si fas est credere, equorum. *bends or bows forward.* Passive *Solin.* c. 17. (*al.* 27.) *de tigrib.* In litore irrita rabie cernuantur.

CERNŬUS, a, um, *hanging down the head; stooping with the face downwards, bowing forwards*, λορδὸς, πρηνὴς, in faciem pronus, curvus. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 76. Cernuus extemplo plantas convestit honestas. *Prudent. Cather.* 7. v. 43. pulverem Humi madentis ore pressit cernuo. *Virg.* 10. *Æn.* v. 894. *de equo.* effusum equitem super ipse secutus Implicat, ejectoque incumbit cernuus armo. Ubi *Servius.* Cernuus dicitur equus, qui cadit in faciem, quasi in eam partem, qua cernimus : unde et pueri, quos in ludis videmus ea parte, qua cernunt, κυβιστῶντες (*h. e.* cernuantes se) cernui vocantur, ut etiam *Varr.* in Ludis theatralibus docet. Hæc *Servius*, cui adstipulatur *Non. loc. cit.* quod ad etymologiam attinet. ¶ Hinc *cernuus* idem est, qui petaurista, vel schœnobates κυβιστητὴς, *a rope-dancer, tumbler*, in illo *Lucil.* apud *Non. ibid.* ut putat *Scalig. ad Fest.* Modo sursum, modo deorsum, tanquam collus cernui. *h. e.* velut collus petauristæ se cernuantis. In Gloss. quoque *Philox.* legitur *Cernuli*, πεταυρισταί. ¶ *Festus* docet, *cernuum* esse genus calceamenti. Sed *Voss. in Etymol.* recte notat, deceptum esse ex illo *Lucilii* versu male intellecto, quem hic priore loco attulimus. Idem videtur dicendum de *Isid. qui in fi.* l. 19. *Orig.* docet, *cernuos* dici soccos sine solo.

CERO, as, avi, atum, a. 1. *to cover or lay over with wax*, κηρόω, ceram induco, cera illino. *Colum.* l. 12. c. 50. *a med.* Fere sexta quaque olivitate dolia cerari oportere.

CEROLIENSIS dictus est olim quidam locus in Urbe Roma, qui quod Carinis junctus erat, Carinarum postea nomine est appellatus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 8.

CERŌMA, atis, n. *an oil tempered with wax, with which wrestlers were anointed*, κήρωμα, unguentum ex cera, et oleo, quo illiniebantur corpora eorum, qui in Gymnasiis se exercebant : a κηρὸς, cera. Adhibebant etiam genus terræ albidæ ex agro Albano, vel rubeæ ex Baiano pulvere; eaque oleo mixta ungebantur. *Plin.* l. 35. c. 13. Plura de hac re non sum dicturus, non hercules magis, quam de terræ usu in ceromatis, &c. *Martial.* l. 7. epigr. 31. Vara nec injecto ceromate brachia tendis. *Id.* l. 4. epigr. 19. Lentum ceroma terere. *Id.* l. 14. epigr. 50. Immundum ceroma. Adde *Plin.* l. 28. c. 4. et l. 29. c. 1. *ad fin.* ¶ In illo *Senecæ* epist. 57. A ceromate nos haphe excepit : *ceroma* est lutum, quo in cœnosa via aspersum se dicit : et post illud pulverem excepit in crypta Neapolitana. ¶ Per metonymiam accipitur pro loco gymnasii, seu palæstræ, in quo ungebantur, *the place where the wrestlers were anointed*, ἐλαιοθήσιον. *Senec. de brevit. vitæ*, cap. 12. Qui in ceromate spectator puerorum rixantium sedet. *Plin.* l. 35. c. 2. Palæstras athletarum imaginibus, et ceromata sua exornant. ¶ *Oleum perdit, et impensas, qui bovem mittit ad ceroma.* proverbium apud *Hieronym.* epist. 101. *ad Pammach. sub fin.* quo significatur, eum operam perdere, qui quempiam ad aliquod munus admovet, ad quod plane ineptus est. Bos enim, tametsi magnis viribus pollet, non est tamen certe ad palæstram idoneus. ¶ In illo *Martial.* l. 5. epigr. 66. Et castigatum Libycæ ceroma palæstræ : *ceroma* significat luctæ certamen, quo Hercules in Libya Antæum vicit. ¶ Est etiam genus morbi, fortasse idem quod *cerion* : utrumque enim est a κηρὸς, cera. *Plin. Valerian.* l. 1. c. 25. *ad fin.* Draconteæ succus cum melle infunditur : quæ res etiam ceromata sanat. V. *Cerion.* ¶ Quod *ceromas* apud *Arnobium* l. 5. legimus, pag. 114. tamquam a *ceroma, æ*, f. intelligenda sunt ipsa ceromata palæstritarum : tametsi alii aliter legunt.

CEROMATĬCUS, a, um, *anointed with the* ceroma, *or*

oil which the wrestlers used, κηρωματικὸς, ceromate unctus. *Juvenal.* sat. 3. v. 68. Et ceromatico fert niceteria collo.

CERONIA, æ, f. κερωνία, genus arboris siliquas ferentis, trunco et ramis fertilis. Ita eam appellant Iones. *Plin.* l. 13. c. 8.

CERŌSUS, a, um, *full of wax*, κηρώδης. *Plin.* l. 32. c. 3. Liquor veluti mellis cerosi. *h. e.* non plane defæcati, sed ceram adhuc admixtam habentes.

CEROSTROTUM, i, n. *a sort of inlaid-work*, κερόστρωτον, vox Græca, qua significatur quod cornibus stratum, seu intectum est: a κέρας, cornu, et στρωτὸς, stratus. Sumitur autem pro genere picturæ, quo ramenta, et tessellæ ex cornibus tinguntur variis coloribus, deinde vermiculatim ligno, aut lapidi inseruntur. *a kind of painting, when pieces of horn, ivory, timber, &c. painted with different colours, are inlaid on chests, playing-tables, &c.* *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 45. *Hard.* Cornua nunc tincta, nunc sublita, nunc quæ cerostrota, picturæ genere, appellantur. *Vitruv.* l. 4. c. 6. Ipsaque forium ornamenta non sint cerostrota, neque bifora, sed valvata. *Philandr.* ad *Vitruv.* et al. ¶ *Harduin.* in *Plin.* legit *cestrota* κέστρωτα et intelligi ait illud picturæ genus, pro cestro, idest viriculo in ebore imagines inscribebant. Huic assentitur *Salmas. in Solin.* ¶ Alii in *Vitruv.* leg. *cerostrata*, quod idem sonat ac *cerestrota*: alii ut *Bald. in Lex. Vitruv.* reponunt *clostrata*. et interpretantur portas, quæ unica fore constant, ut sic opponantur *biforis*, et *valvatis*. Sunt etiam qui arbitrantur *cerostrota* esse a κηρὸς, cera, et significare picturas ceris fusis, et stratis inustas, quod genus *encaustice* appellatur: de quo *Auson.* epigr. 26. *in divitem quendam.* Ceris inurens januarum limina. *a kind of painted-work inlaid with wax, and used in ornamenting gates.* V. *Salmas.* et *Bald. loc. cit.* et *Voss. in Etymol.* in *Cestrum.*

CEROTARIUM. V. *Ceratorium.*

CERŌTUM. V. *Ceratum.*

CERRETĀNUS, a, um, adject. Κεῤῥητανοὶ, *Cerretani, orum*, sunt populi Hispaniæ Tarraconensis ad radices Pyrenæi in finibus Vasconum: quorum regio nunc dicitur *la Cerdana.* In duo genera divisi sunt. Nam alii Juliani, alii Augustani cognominantur. *Cerretanas pernas* memorat *Martial.* l. 13. epigr. 54. De Cerretanis verba facit *Plin.* l. 3. c. 3. Meminit etiam *Sil.* l. 3. v. 357. ¶ Alii sunt *Cæretani*, de quibus supra suo loco dictum est, a *Cære* oppido Thusciæ. Sunt qui putant locum *Martialis* allatum ad hos pertinere. ¶ Scribitur et *Ceretani.*

CERRĔUS, a, um, *relating to the* cerrus, ad cerrum pertinens. *Plin.* l. 16. c. 6. *ad fin.* Glans cerrea. *Id. ibid.* c. 43. Manubria cerrea. Adde *Colum.* l. 9. c. 1.

CERRĪNUS, a, um, *of the* cerrus, idem quod cerreus. *Plin.* l. 30. c. 10. *sub fin.* Cerrino calice bibere.

CERRITŬLUS, a, um, diminut. a Cerritus *Martian. Capell.* l. 8. pag. 272.

CERRĪTUS, a, um, adject. Δημητριακὸς, *fanatic, enthusiastic, struck with a superstitious frenzy, mad, frantic, besides one's self, out of one's wits, furious, raving*, furiosus (ut interpretatur *Fest.*) insanus, quasi cereritus, hoc est a Cerere percussus, Cereris ira animo vexatus, et mente alienatus. Quidam dicent, Cererem, idem esse aliquando, ac Erinnym, quæ Furiarum una est: ex quo hujus vocis significationem petendam esse. *Horat.* l. 2. *Sat.* 3. v. 277. Hellade percussa Marius cum præcipitat se, Cerritus fuit, an &c.? *Plaut. Amph.* 2. 2. 143. Quin tu istanc jubes pro cerrita circumferri? *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 1. n. 113. Tu certe aut larvatus, aut cerritus es. Adde *Rud.* 4. 3. 67. ¶ Comparat. *cerritior* quidam putant legi apud *Cicer.* l. 8. *ad Attic.* ep. 7. sed libri omnes habent *certior.* ¶ Scribitur et *Ceritus*: illud tamen est rectius, teste *Dausq.* et *Scalig. in Conjectan. ad Varron.* pag. 94.

CERRŌNES, homines leves, et inepti, a cratibus dicti, quod Siculi adversus Athenienses cratibus pro scutis usi sunt, quas Græci γέῤῥας appellant: quam ob rem inepti, ac stulti sunt habiti. *Festus.* Al. leg, *gerrones*, alii *congerrones.* Idem *Fest.* in *Gerræ*, Athenienses ait contra Siculos in obsidione Syracusarum hujusmodi scutis usos, ac proinde a Siculis irrisos. Sed hoc vocis significationem nihil immutat.

CERRUS, i, f. *a kind of tree bearing mast like chesnuts, which are all prickly about the cup of the acorn; a sort of oak: a holm-tree*, ἄγρια, vel ἄσπρις, arbor est ex genere quercuum, procera, glandem ferens tristem, horridam, echinato calyce, ceu castaneæ. In Italia non omnibus locis nota est: in Gallia nec ortum, nec nomen habet. Est autem in operibus pæne inutilis, quoniam celeriter marcescit. *Vitruv.* l. 2. c. 9. et lib. 7. c. 1. *Plin.* l. 16. c. 5. et 6. et *Colum.* l. 7. c. 9.

CERTABUNDUS, a, um, certans, disceptans. *Apul. in Apolog.* Diogenes Cynicus cum Alexandro M. de veritate Regni certabundus.

CERTĀMEN, minis, n. *a contest, strife, contention, debate*, ἀγὼν, contentio inter duos, aut plures de re aliqua, conatus, quem quis adhibet, ut alium vincat. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 21. Certamen honestum, et disputatio splendida. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 12. Cum altero certamen honoris, et dignitatis est, cum altero capitis, et famæ. *Id. pro Flacc.* c. 26. De urbis possessione inter deos certamen fuit. *Id. in fi.* l. 3. *de nat. Deor.* Est mihi tecum pro aris et focis certamen. *Id. in Pison.* c. 32. Adducere rem in certamen. *Id.* 1. *Acad. c. pænult.* Instituere sibi certamen cum aliquo. *Id. de clar. Orat.* c. 92. *in fi.* Venire in certamen cum aliquo. *Justin.* l. 2. c. 10. Deferre certamen ad judicem. (paulo post *contentionem*, et *litem* appellat.) *Sallust. in Catil.* c. 1. Diu magnum inter mortales certamen fuit, vi ne corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. *a great dispute.* Et *Liv.* l. 2. c. 53. Certamina domi finita. *h. e.* seditiones. Et cap. 28. *ad fin.* Apparebat atrox cum plebe certamen. *Id.* l. 5. c. 16. Nec intra muros quietiora negotia esse certaminibus patrum ac plebis. ¶ Dicitur sæpe de Ludis, in quibus cursu, pugilatu, lucta, equis, quadrigis, &c. certabatur. *a game, or exercise. Just.* l. 7. c. 2. Olympio certamine vario ludicrorum genere contendit. *Sueton. in Ner.* c. 12. Certamen quinquennale triplex, musicum, gymnicum, equestre. *Virg.* 5. *Æn.* v. 144. Certamen bijugum. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 177. Inire certamina disci. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 26. Descendere in certamen. ¶ Metonymice *Virg.* 2. *Georg.* v. 530. pecorisque magistris Velocis jaculi certamina ponit in ulmo. *h. e.* præmia certaminis. Sic apud Græcos ἄεθλος, certamen, et ἄεθλον certaminis præmium significat. ¶ Sæpissime ponitur pro prœlio, *a battle, engagement, fight. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 46. Vario certamine pugnatum est. *Vellei.* l. 2. c. 85. Certamen classicum. *a naval engagement. Id. ibid.* et *Liv.* l. 7. c. 26. Inire certamen. *Sallust. in Jug.* c. 13. Ubi res ad certamen venit. *Curt.* l. 4. c. 15. Tentare certamen. *Liv.* l. 35. c. 4. conserere. *Flor.* l. 1. c. 13. Singulare certamen. *single combat.* ¶ Proprie differt a *prœlio.* Significat enim ardorem, et conatum, quo milites in prœlio utuntur. *Hirt. de B. Gall.* lib. 8. c. 28. Fit prœlium acri certamine. *ardour, spirit, fire. Id. de B. Alexand.* c. 16. Minime autem erat par prœlii certamen. *Cic.* 2. *Catil.* c. 11. *extr.* In hujusmodi certamine ac prœlio. Sic *Ovid. Metam.* 12. v. 180. Qua tibi militia cujus certamine pugnæ Cognitus. ¶ Præterea dicitur de studio, conatu, et alacritate plurium circa eandem rem, *alacrity, competition, zeal. Petron. in Satyr.* c. 124. *ad fin.* Opes suas summo certamine in Eumolpum congesserunt. *Curt.* l. 9. c. 4. Ingenti certamine concitant remos. Adde *Virg.* 5. *Æn.* v. 197. Et absolute *Sil.* l. 10. v. 536. Funereas tum deinde pyras certamine texunt. Adde l. 12. v. 268. ¶ *Certamen vini* apud *Tibull.* l. 3. eleg. 6. v. 11. est compotatio. Adde *Plin.* l. 36. c. 21. *in fi.* ¶ *Certamina divitiarum* apud *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 8. sunt curæ, et labores in divitiis comparandis. ¶ Videtur etiam poni pro periculo, quia in certamine semper aliquid periclitamur. *risk. Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 43. Quo majus erat certamen, et discrimen salutis.

CERTANTER, adverb. certatim. *Paulinus Petrocor.* l. 6. *sub fin.* Aut si certanter rapuissent flumina cœtus.

CERTĀTIM, adverb. *striving to outdo one another; with contention, or emulation; earnestly, eagerly*, ἀγωνιστικῶς, cum certamine et æmulatione. *Cic. pro Sex.* cap. 34. Cum omnes certatim, alius alio gravius, atque ornatius de mea salute dixissent. *Id.* 2. *Phil. in fin.* Certatim currere. *Plin.* l. 2. ep. 9. Omnes me certatim, et tamen æqualiter amant. *Virg. Æn.* 5. v. 778. Certatim socii feriunt mare, et cærula verrunt.

CERTATĬO, onis, f. *a contending, striving, struggling; an emulation, contest*, ἀγωνισμὸς, φιλονεικία, actus certandi, contentio, conatus ad vincendum. *Sisenn.* apud *Non.* c. 1. n. 36. Jaculis celeriter consumptis, ad gladios certationem revocaverunt. *Cic.* l. 2. *de leg.* c. 15. Ludi publici sint corporum certationes, cursu, et pugilatione, &c. *exercise. Id. de Amic.* c. 9. Hæc inter amicos sit honesta certatio. *Id. pro Quint.* c. 22. Hæc est iniqua certatio, non illa, qua tu contra Alphenum velitabaris. *Id.* 2. *de Fin.* c. 14. Relinquitur non mihi cum Torquato, sed virtuti cum voluptate certatio. *Id.* 3. *de leg.* c. 3. Cum magistratus judicassit, irrogassitve, per populum multæ, pœnæ certatio esto. *Certatio multæ* est disceptatio, quæ fit apud populum, vel apud judices de multa alicui statuenda. *Liv.* l. 25. c. 3. Tribuni ducentum millium æris multam Posthumio dixerunt: cujus certandæ cum dies advenisset, &c. et cap. 4. Omissa multæ certatione, rei capitalis diem Posthumio dixerunt. Dicitur *certatio* quia fit cum certamine, et contentione accusatorum, et defensorum.

CERTĀTOR, oris, m. *a combatant*, ἀγωνιστὴς, qui certat. *Gell.* l. 12. c. 10. Agrestes quidam, et indomiti certatores, qui nisi auctoritatibus adhibitis non comprimuntur. Adde *Apul.* l. 1. *de doctr. Plat.*

CERTĀTUS, us, m. *a contending*, idem quod certamen. *Stat.* l. 3. *Silv.* 1. v. 152. ridetque benigna Parthenope gentile sacrum, nudosque virorum Certatus, et parva suæ simulacra coronæ.

CERTĀTUS, a, um, particip. is de quo certatum est. *Sil.* l. 17. v. 338. Certatus nobis hodie dominum accipit orbis. Sic *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 1. Regna decertata odiis. ¶ Ablativus *certato* ponitur pro *cum certatum esset*, sicut *audito, comperto*, &c. *Tacit. Ann.* 11. c. 10. Huic contra itum ad amnem Erindem, in cujus transgressu multum certato, pervicit Bardanes. Adde lib. 4. *Histor.* c. 16. V. similem loquendi rationem *in fi.* verbi *Erro, as.*

CERTE, adverb. *certainly, for certain, assuredly, undoubtedly, in very deed*, νὴ Δία, ἀληθῶς, profecto, sine dubio, certo. *Cic. de clar. Orat.* c. 32. Certe et boni aliquid attulimus juventuti, et nocuimus fortasse, quod &c. *Id. pro Marcell.* c. 2. Et certe in armis militum virtus, locorum opportunitas multum juvant. *Id.* l. 2. *de Divin.* c. 9. Certe igitur ignoratio futurorum malorum utilior est, quam scientia. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 2. *in fi.* Alterum fieri profecto potest, alterum certe non potest. *Terent. Andr.* 3. 2. 15. Certe hercle hic se ipsus fallit. *Id. ibid.* 3. 2. 23. Certe enim scio. *Liv.* l. 3. c. 40. *ad fin.* Speculatores mittendos, qui certius explorata referant. *Tertull. de Pall.* c. 4. *in fin.* Tunc certissime pallium super omnes exuvias deducit, &c. ¶ In responsionibus affirmat, aut concedit. *Plaut. Asin.* 3. 3. 132. Ain vero? *Le.* certe inquam. *most assuredly I do. Cic. in Orat.* c. 42. At dignitatem docere non habet: certe, si quasi in ludo. ¶ Jungitur eleganter particulis *quidem*, et *equidem*: quod si aliis verbis præponatur, fere dicimus *certe quidem*; si subjiciatur, *quidem certe. Plaut. Aulul.* 2. 2. 38. Certe edepol equidem te civem sine malitia sum arbitratus. *Id. Pers.* 2. 2. 27. Certe equidem pejorem te vidi neminem. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 29. Nunc ubi sit animus, certe quidem in te est. *Terent. Eun.* 4. 5. 5. Certe tu quidem pol multo hilarior. *Cic. Fam.* 1. ep. 9. *ad fin.* Me quidem certe tuarum actionum comitem habebis. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 8. *a med.* Aliud hoc tempore de Republica nihil loquebantur: agebatur quidem certe nihil. ¶ Ponitur aliquando pro *saltem. Cic.* l. 1. *Tuscul.* c. *ult.* Ut homines mortem vel optare incipiant, vel certe timere desistant. *at all events.* ¶ Item pro *tamen. Cic. Attic.* l. 16. ep. 7. Quamvis non fueris suasor, et impulsor profectionis meæ, approbator certe fuisti. *yet, notwithstanding.*

CERTIŌRO, as, avi, atum, a. 1. *to inform*, παρεγγυάω, μηνύω, ἐμφανίζω, certiorem facio, denuntio, significo. *Julian.* JCtus apud *Ulpian. Dig.* lib. 13. tit. 6. leg. 5. *circa med.* Neque me certiorasti, chirographum ibi esse scriptum. *Ulpian.* lib. 29. tit. 1. leg. 1. *in fi.* Nec certiorari debuit, qui non ignoravit. *Id.* lib. 19. tit. 4. leg. 1. Nec certioratus dominus est a servo. Adde lib. 16. tit. 3. leg. 1.

CERTISSO, as, n. 1. certior fio. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 162. Atque eccos, unde certissent. *Voss.* putat scribendum esse *certiscent, h. e.* certiores fient: ut sit *certisco, is.*

CERTITŪDO, inis, *certainty.* Apud *Ammian. Marcell.* l. 30. c. 1. (*al.* 3. *in fi.*) quidam leg. In cujus fidei certitudine mansit immobilis. Sed abesse eam vocem ex MSS. atque aliter legendum esse *Valesii* fratres adnotarunt. [Vocem hanc *Forcellinus* inter barbaras adnumerat, et tamen hoc in loco ponit, et passim adhibere solet in vocabulorum enarrationibus. Tu vero cave imiteris; nihili enim est hæc *Ammiani* auctoritas, nam optimæ editiones eam vocem minime admittunt.]

CERTO, adverb. *certainly, of a truth, surely, for certain, for a fact*, ἀληθῶς, σαφῶς, idem quod certe. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 23. Nam id te scire cupere, certo scio. (Sæpissime cum verbo *scio* jungitur apud *Cicer. Terent. Plaut.* et al.) *Id. ibid.* ep. 22. *ad fin.* Sed certo videntur hæc aliquo eruptura. *Al. leg.* certe, *rectius. Id.* 5. *Tuscul.* c. 28. Nihil ita exspectare, quasi certo futurum. *Terent. Eun.* 5. 1. 9. Certo comperi. *Id. Hecyr.* 4. 2. 10. Certo decrevi. *Plaut. Stich.* 2. 1. 86. Certo mecastor id fuit nomen tibi. *Id. Pœn.* 3. 5. 42. Nunc pol ego perii certo, non arbitrario. ¶ In responsionibus. *Plaut. Men.* 5. 9. 50. Es ne tu Syracusanus? *Me.* Certo. *I am. Id. ibid.* 2. 3. 38. Ego ne te jussi coquere? *Er.* certo, tibi, et parasito tuo. ¶ Jungitur et cum *quidem*, ut de *certe* dictum est. *Id. ibid.* 2. 2. 39. Nam tu quidem hercle certo non sanus satis. *Id. Epid.* 3. 2. 42. Me quidem certo servavit consiliis suis.

CERTO, as, avi, atum, a. 1. *to contend, contest, strive, vie, struggle, fight*, ἀγωνίζομαι, est frequentativum a *cerno*, quasi per syncopen factum ex *cernito*, et significat contendere, pugnare, conari vincere. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 5. Pro explorato habebat, Ambiorigem prœlio non esse certaturum. *Sallust. in Jug.* c. 6. Cursu cum æqualibus certare. *Id. ibid.* c. 59. Certare armis. *Id. in Catil.* c. 63. maxima vi. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 18. cum populo R. de imperio. *Liv.* l. 3. c. *pænult.* bello de ambiguo agro. *Horat. de art. Poet.* v. 220. ob hircum. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 46. augendæ dominationi. *h. e.* ad augendam dominationem. *Cic. de clar. Orat.* c. 46. cum aliquo dicacitate. *Horat.* l. 2. od. 12. v. 18. joco. *Id.* l. 4. od. 1. v. 31. mero. *Liv.* l. 5. c. 8. *in fi.* Certatum est maledictis inter collegas. *Cic.* l. 7. *Fam.* ep. 31. Officiis certare inter se. *Liv.* l. 34. c. 18. Parsimonia, et vigiliis, et labore cum ultimis militum. *Plin.* l. 7. ep. 7. Certare cum aliquo honestissimo certamine mutuæ caritatis. *Id. in paneg.* c. 30. Certat Ægyptus cum feracissimis terris. *vies in richness of soil with. Justin.* l. 5. c. 4. Certant secum ipsi, utrum contumeliosius eum expulerint, an, &c. ¶ Certare fructibus prædiorum cum usuris, apud *Cicer.* 2. *Catil.* c. 8. est tot usuris se onerare, ut prædiorum fructus exæquent: qua ratione fructus cum usuris committuntur, et certant; et plerumque superantur, quia usuræ quotannis certæ sunt, fructus autem incerti. ¶ Frequenter usurpatur in re forensi pro disceptare, lites agere. *to go to law. Cic.* 4. *Verr.* c. 16. Cum diceret, jus esse certum Siculis, inter se quo jure certarent. Et c. 13. Siculi hoc jure sunt, ut quod civis cum cive agat, domi

certet suis legibus. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 27. Magna, minorve foro si res certabitur olim. *Ulpian. Dig.* l. 25. tit. 3. leg. 5. Certare præjudicio. ¶ *Certare multam.* V. in *Certatio.* ¶ In illo *Statii* l. 6. *Theb.* v. 6. Hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem : *h. e.* certamen sacrum Olympicum certavit in honorem Pelopis. ¶ *Certare alicui rei* pro *aliqua re. Sisenn.* apud *Non.* c. 9. n. 20. Alii saltui ac velocitati certare. ¶ A Poetis interdum dativo jungitur. *Virg. Ecl.* 5. v. 8. solus tibi certet Amyntas. *Id. Ecl.* 8. v. 55. certent et cycnis ululæ. *Id.* 2. *Georg.* v. 138. Certare laudibus alicujus. *Horat. Epod.* 11. v. 18. Certare imparibus. *Stat.* l. 5. *Silv.* 3. v. 191. Non tibi certasset juvenilia fingere corda Nestor. Adde *Sil.* l. 15. v. 222. ¶ *Certare* etiam dicuntur, qui eandem rem simul, et cum conatu, atque æmulatione agunt, *to strive, contend, try to outdo each other. Virg.* 2. *Æn.* v. 64. certantque illudere capto. *Curt.* l. 9. c. 4. *in fi.* Certat quisque evadere. *Tacit.* 1. *Histor.* c. 47. Certare adulationibus. ¶ Pro conari, studere. *to attempt, aim at. Virg. Ecl.* 5. v. 9. Quid, si idem certet Phœbum superare canendo? *Id.* 5. *Æn.* v. 194. Non jam prima peto Mnestheus, neque vincere certo. *Plin. in Paneg.* c. 81. *in fin.* Nunc cum valentissimo quoque sodalium certat frangere fluctus, &c. ¶ Falso putat *Non.* c 7. n. 42. deponentis forma adhiberi *certor* pro *certo* a *Pacuv.* illis verbis : An quis est, qui te esse dignum, quicum certetur, putet? Est enim passivum impersonale. Legitur tamen apud *Hygin.* fab. 273. Gymnici ludi, in quibus certati sunt cursu Nestor, Helenus, &c. ¶ *Certato* apud *Tacit.* V. in *Certatus, a, um.*

CERTUS, a, um, adject. *determined, resolved.* Est a *cerno,* a quo fit *cretus,* et per metathesim *certus.* Itaque *certus esse* is dicitur, qui jam decrevit, et minime dubius est de re aliqua facienda. *Virg.* 4. *Æn.* v. 563. dirumque nefas in pectore versat Certa mori. *Albinovan.* eleg. 1. v. 291. Certus eras nunquam, nisi victor, Druse, reverti. (Adde v. 170. et 228.) *Valer. Flacc.* l. 5. v. 47. Certa sequi quocumque ferant. *Plaut. Amph.* 1. 1. 183. Certum est confidenter contra colloqui. (ita sæpissime *Plautus* et *Terent.*) *Liv.* l. 2. c. 16. Certum, atque obstinatum est. *Cic. pro Roscio Amer.* c. 11. Certum est, deliberatumque, quæ ad causam pertinere arbitror, omnia dicere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 33. Cum diceret, sibi certum esse, a judiciis, causisque discedere. *Id. Attic.* l. 1. ep. 8. *in fi.* Mihi autem abjurare certius est, quam dependere. *Plaut. Merc.* 2. 4. 3. Cur non morior? quid mihi est in vita boni? Certum est : ibo ad medicum, atque me ibi toxico morti dabo. *Id. Mil.* 2. 6. 91. Ita facere certum est me. *Id. Merc.* 3. 4. 59. Certum est exsulatum hinc ire me. *Terent. Eun.* 3. 3. 30. Si istuc ita certum est tibi. *Sil.* l. 9. v. 480. Nec sat certa diu, patriis an cederet armis, &c. ¶ Regit nonnunquam genitivum. *Tacit. Ann.* 4. c. 34. Certus relinquendæ vitæ. *Id.* 4. *Hist.* c. 14. Certus desciscendi. *Virg. Æn.* 4. v. 554. Certus eundi. ¶ Sæpe significat constitutum, definitum, selectum, peculiarem, *fixed upon, established, expressly appointed. Cic. Verr.* 4. c. 52. Cephaledi mensis est certus, quo mense sacerdotem maximum creari oporteat. *Liv.* l. 1. c. 50. In diem certam ut conveniant, indicit. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 45. Quærere a judicibus, cur in certa verba jurent, certo tempore conveniant, certo discedant. *Id. pro Quint.* c. 10. Totam causæ dictionem certas in partes dividam. *Id.* 1. *de Orat.* c. 40. Certis quibusdam verbis divortium fit. *Id. in Orat.* c. 58. Certa quædam, et definita lex. ¶ Hoc sensu adhibetur loco pronominis *quidam. Cic. de clar. Orat.* c. 16. Habet certos sui studiosos, qui, &c. *Id. pro Marcell.* c. 6. Insolentiam certorum hominum extimescere. ¶ *Certus* etiam dicitur, qui aliquam rem exploratam, compertam, et cognitam habet, *sure, well acquainted. Gell.* lib. 18. c. 13. Fac me, oro, magister, ut sim certus, an, &c. *inform me for a certainty, whether,* &c. *Id. ibid.* c. 10. Certi sumus, non ignorare te, quid, &c. *we know well.* Et *Sueton. in Vespas. in fi.* Tam certus de sua suorumque genitura semper fuit, ut, &c. *Id. in Tiber.* c. 61. Certus damnationis. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 3. spei. *Lucan.* l. 8. v. 120. loci. ¶ Hinc *certiorem facere* est *to inform, acquaint, apprise,* παραγγυᾷν, μηνύειν. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 12. Ubi per exploratores Cæsar certior factus est. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 14. *in fi.* Tu quid agas, ubi sis, cujusmodi res sint, fac me quam diligentissime certiorem. *Id. Attic.* l. 9. ep. 2. Certiorem me sui consilii fecit. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 36. Eum de rebus gestis certiorem faciunt. *Id.* l. 1. *B. Gall.* c. 11. Cæsarem certiorem faciunt, se se non facile vim hostium prohibere. ¶ Dicitur etiam hoc sensu *certum facere,* sed raro, et fere a Poetis. *Virg.* 3. *Æn.* v. 179. Anchisen facio certum, remque ordine pando. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 16. Fac me certum, quid tibi sit. ¶ Is etiam *certus* est, cujus fides explorata, ac tuta est, *tried, faithful, to be relied on. Cic. Fam.* 1. ep. 7. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus recte dem (*litteras*) non prætermittam. (adde l. 6. *Fam.* ep. 12. et *Attic.* l. 5. ep. 17. et 21. lib. 8. ep. 1.) *Plaut. Trinum.* 1. 2. 57. Tu ex amicis certis mihi es certissimus. *Martial.* l. 5. epigr. 62. sane certus, et asper homo. *Nepos in Pausan.* c. 2. Si quid geri volueris, certum hominem mittas, cum quo colloquatur. *Quintil.* l. 6. ep. 3. Parum certus auctor. ¶ Hinc et pro veraci sumitur, et non fallente. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 28. Certus enim promisit Apollo. Adde *Cicer.* l. 6. *Fam.* ep. 12. ¶ Et generatim pro probato, spectato. *tried. Cic. pro Quint.* c. 3. Certus paterfamilias. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 19. Id erat certi accusatoris officium, explicare omnia vitia, &c. Adde *Verr.* 4. c. 64. ¶ Similiter *certus* dicitur, qui in jaciendo non aberrat. *unerring. Senec. in Hippol.* v. 192. *de Cupidine.* Ipsumque Phœbum, tela qui nervo regit, Figit sagitta certior missa puer. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 366. Deucalion certus jaculis. *Id.* l. 1. v. 191. non illo certior alter Pinguia letifera perfringere colla bipenni. *Martial. de Spectac.* epigr. 13. O quam certa fuit librato dextera ferro. *Id. ibid.* epigr. 23. quam certo venabula dirigit ictu! *Virg. Æn.* 11. v. 767. certam quatit improbus hastam. *Horat.* l. 1. od. 12. v. 23. metuende certa, Phœbe, sagitta. ¶ Item *res certa* est tuta, et cui fidere possumus. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 2. *in fi.* Tu, velim, quamprimum bona, et certa tempestate conscendas. *Plin.* l. 36. c. 22. Globosus lapis ad structuram infidelis : nec certior fluvialis. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 81. Certa maris opperiri. ¶ Et quæ constanter, et sine dubio evenit, aut fit. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 38. Qui tam certos cæli motus, tam ratos astrorum ordines viderit. *fixed, determined. Id. pro leg. Manil.* c. 2. Aguntur certissima populi R. vectigalia. ¶ Item *certus* dicitur, qui constans, firmus, ac fortis est. *resolute, bold, undaunted. Cic. pro Quint.* c. 24. Diffidebam mehercule, satis animo certo, et confirmato me posse in hac causa consistere. *Virg. Æn.* 9. v. 249. Cum tales animum juvenum, et tam certa tulistis Pectora. *Serv. ad Æn.* 1. v. 58. affert in eandem sententiam hæc verba *Sallustii* : Apud latera certos locaverat. ¶ Sæpissime ponitur pro aperto, comperto, manifesto, noto, et minime dubio, βέβαιος, δῆλος. *open, clear, well-known, well-ascertained, manifest, evident. Liv.* l. 28. c. 14. Vix dum satis certa luce. *Cic.* 3. *de Nat. Deor.* c. 5. Qui quæ affirmant, certiora esse dicunt, quam illa, &c. *Id. Attic.* l. 1. ep. 9. Certius tibi est, me esse Romæ, quam mihi te Athenis. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 45. Neque, certi quid esset, explorari poterat. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 11. Ad me, obsecro te, ut omnia certa perscribas. *Id. ibid.* l. 16. ep. 13. *in fi.* Tu mihi de his rebus omnia certa, clara. *subaudi,* scribes. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *ad fin.* Mihi non tam de jure certum est (quamquam ne id quidem valde dubium est) quam, &c. *Id. pro Arch.* c. 7. Difficile est hoc de omnibus confirmare, sed tamen certum est, quid respondeam. *I know what to say in reply. Id. de Fato,* c. 6. Quoniam certum in Fabio ponitur, ortum eum esse Canicula oriente. *it is considered as a fact. Id. pro Sext.* c. 22. Certissimum signum amoris. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 2. Certi liberi. *legitimate. Id. pro Rosc. Amer.* c. 16. Patre certo nasci. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. Certissimus matricida. *Id. Attic.* l. 15. ep. 21. Quem tu illo certiorem nebulonem? *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 14. Cleanthes æthera certissimum deum judicat. *Id. in Divin. Verr.* c. 10. Certissimum crimen. *Id. Attic.* l. 1. ep. 1. Competitores certi. *h. e.* qui certo petituri sunt. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 3. Certior candidatus. *h. e.* quem certius est, esse designandum. *Horat. Epod.* 15. v. 16. Certus dolor. *h. e.* verus, et acer. ¶ *Certum scire,* aut *nescire, habere,* est certam, et indubitatam rem scire, aut nescire, *to ascertain for a certainty. Cic.* 9. *Fam.* ep. 23. Cum certum sciam, faciam te paulo ante certiorem. *Id. Attic.* 12. ep. 23. De Oropo, opinor, sed certum nescio. *Terent. Phorm.* 1. 2. 98. Senem quoad exspectatis vestrum? *G.* non certum scio. *I cannot exactly tell. Lucei. ad Cicer. Fam.* 5. ep. 14. Non habeo certum, quæ te res hinc retrahat. *Cic. Fam.* 12. ep. 5. Hiemem credo adhuc prohibuisse, quo minus de te certum haberemus. ¶ *Pro certo habere, putare, dicere,* &c. *to know for a certain, be well assured. Cic. Attic.* l. 10. ep. 6. Pompeium pro certo habemus proficisci in Galliam. *Matius ad Cicer. post* ep. 15. l. 9. *ad Attic.* De adventu Cæsaris pro certo habebamus. et *ibid.* Hoc pro certo putamus. *Cic. Agrar.* 2. *in fin.* Pro certo polliceri. *Id. de clar. Orat.* cap. 3. Dicere aliquid pro certo. *Sallust. in Catil.* c. 15. Pro certo creditur. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 21. Omnia, quæ certa non erunt, pro certo negato. *Liv.* lib. 25. cap. 10. Sed quid rei esset, nemo satis pro certo scire. ¶ *Certum alicui facere* est certum dicere, aperire. *to speak or declare openly. Plaut. Men.* 2. 1. 17. Istuc quæro certum qui faciat mihi, qui se se dicat scire, eum esse mortuum. *Id. Pseud.* 2. 2. 4. Nimis velim, certum qui mihi faciat, leno ubi hic habitat. *Id. Men.* 5. 2. 12. Nec, quid id sit, mihi certius facit. ¶ *Certum* interdum adverbialiter ponitur pro *certo. Horat.* l. 2. sat. 5. v. 100. Et certum vigilans, quartæ sit partis Ulysses, Audieris, heres. *Id. ibid.* sat. 6. v. 27. quod mi obsit clare, certumque locuto. ¶ *Ad certum* idem quod *certo. Censorin. de die nat.* c. 19. Hoc tempus quot dierum esset, ad certum nondum astrologi reperire potuerunt. ¶ *Certo certius esse* dicitur, quod plane certissimum est. *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 9. leg. 10. Et hoc certo certius est, et sæpissime constitutum. [et *Plaut. Capt.* 3. 4. 111. Nihil invenies magis hoc certo certius.] ¶ Adverbialiter *Apul.* l. 9. *Metam. sub fin.* Nos, quos occultaret apud se certo certius, dedere potius, quam, &c. *surer than certainty; beyond all manner of doubt.*

CERVA, æ, f. *a hind, deer,* ἔλαφος, femina in cervino genere. *Plin.* l. 11. c. 37. Cornua nulla ovium, nec cervarum. ¶ Nonnunquam adhibetur a Poetis nullo habito respectu generis, sive marem, sive feminam significet : quemadmodum Græci τὴν ἔλαφον etiam de cervo mare dicunt. *Virg.* 4. *Æn.* v. 69. qualis conjecta cerva sagitta, &c. *Ovid.* 3. *de art. aman.* v. 670. Non docet infestos currere cerva canes. *Id.* 7. *Metam.* v. 545. Non aper irasci meminit; non fidere cursu Cerva. *Horat.* l. 3. od. 5. v. 31. Si pugnat extricata densis Cerva plagis. Ita *canis, bos* feminine libentius dicuntur ab iisdem Poetis ; sic *agna, porca,* &c. Vide quæ congessit *Brouckusius ad Tibull.* l. 4. carm 3. v. 13. ¶ Quin aliquando cervum marem significantes *cervam* tamen appellant. *Virg.* enim 6. *Æn.* v. 803. *Senec. in Agamemn.* v. 831. et *Sil.* l. 3. v. 39. *cervam* appellant, quam Hercules cursu cepit, de qua *Hygin.* fab. 30. *Sil. loc. cit.* et alii Mythologi narrant, cornua et quidem aurea habuisse, atque adeo marem fuisse, cum feminæ cornibus omnino careant. Adde *Valer. Flacc.* l. 6. v. 70. Quare *Plaut. Pers.* 1. 1. 3. *Martial.* l. 9. epigr. 104. et *Auson. Edyll.* 19. non *cervam,* sed *cervum* appellarunt. Quidam tamen, ne quid dissimulem, apud *Sil.* legunt *cervum,* et apud *Martial. cervam.* Præterea etiam cervas aliquando cornutas inventas esse, non desunt, qui affirment, atque in his *Scalig.* qui l. 3. *Poetices,* c. 4. talem in Gallia visam et captam suis temporibus fuisse testatur. *Pindarus* quoque *Olymp. hymn.* 3. cervam hanc Herculis χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν vocat. ¶ Cervæ nomen interdum canibus imponebatur, ut colligitur ex *Colum.* lib. 7. cap. *penult. ad fin.*

CERVĀRĬUS, a, um, adject. cervinus. Est quoddam quadrupedum genus, qui *cervarii lupi* appellantur, tum propter velocitatem, qua cervos æquant, quibus infensissimi sunt, tum propter aviditatem luporum similem, *lynxes.* De his verba facit *Plin.* l. 8. c. 22. et lib. 11. c. 37. sect. 79. *Hard.* ¶ *Cervarium venenum* dicta est quædam herba, a Gallis limeum appellata, qua venatores sagittas tingunt, inquit *Id.* l. 27. c. 11. et *Fest.* in *Toxicum.* ¶ In sacrificiis Dianæ cerva immolabatur : quæ si forte defuisset, ejus loco ovem mactabant, quam proinde *ovem cervariam* dicebant, teste *Festo.*

CERŪCHI, orum, m. *the cords, or ropes, by which the two ends of the sail-yards are managed,* κεροῦχοι, Græca vox a κέρας, cornu, et ἔχω, habeo. *Ceruchi* sunt rudentes, quibus antennæ ex utroque cornu religantur ad malum, et cum opus est, in quamcumque partem vertuntur. Quidam putant, esse ipsas antennarum extremas partes, seu cornua, quæ Græci ἀκροκέραια vocant. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 469. Temperet ut tremulos Zethes, fraterque ceruchos. *Lucan.* l. 8. v. 176. cum mihi semper in altum Surget, et instabit summis magna Ursa ceruchis. (*Jos. Scalig. ad Manil.* l. 1. v. 565. pag. 73. integrum hunc *Lucani* locum diligenter exponit.) *Id.* l. 10. v. 495. Transtraque nautarum, summique arsere ceruchi. ¶ Sunt etiam qui putant significari summam partem proræ, et puppis : quibus favere videtur illud *Venant. Fortun.* l. 4. *de vita Martini,* v. 407. feriunt cava vela rudentes, Nutat pinus iners, rapiuntur signa ceruchis. *Signa* enim appellare videtur deorum icunculas, quas in summa prora, aut puppi collocare solebant.

CERVĪCAL, is, n. *a pillow or bolster,* ὑπαυχένιον, προσκεφάλαιον, pulvinar, quod vel ad mensam, vel in cubiculo, vel in lectica decumbentes cervici, et capiti supponimus. *Petron. in Satyr.* c. 32. Positus inter cervicalia minutissima. *Martial.* l. 14. epigr. 146. Tinge caput nardi folio, cervical olebit : Perdidit unguentum cum coma, pluma tenet. Adde *Plin.* l. 20. c. 20. et *Juvenal.* sat. 6. v. 352. ¶ *Cervicale* in recto casu agnoscit *Cassiodor. de Orthograph.* pag. 2303. *Putschii.*

CERVICOSĪTAS, atis, f. *obstinacy, contumacy,* ἀντικουστία, obstinatus animus, pervicacia. *Sidon.* l. 7. ep. 9. *in conc.* Monasterialibus disciplinis ægre subditur popularium cervicositas.

CERVICŬLA, æ, f. *a little neck,* parva cervix. *Cic.* 5. *Verr.* c. 19. Tamen ne putamus, patronum tuum in hoc crimine cerviculam jactaturum? *Quintil.* l. 11. c. 3. Cervicula contracta. ¶ Metaphorice *Vitruv.* l. 10. c. 13. *in machinæ hydraulicæ descriptione.* Supra cerviculam ejus coagmentata arcula, &c.

CERVĪNUS, a, um, *of a stag or hart,* ἐλάφειος, ad cervum pertinens. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 66. Cervina pellis. *Varr. R. R.* l. 3. c. 9. Cornum cervinum incendere. *Ovid. Metam.* 6. v. 592. Cervina vellera. *Plin.* l. 28. c. 19. Cervinus pilus. *Pallad. in Mart.* tit. 13. Cervinus color. *tawny. Juvenal.* sat. 14. v. 251. Cervina senectus. *h. e.* diuturna, et vivax. Cervi enim ultra centum annos vivere dicuntur, ut est apud *Cicer.* 3. *Tuscul.* c. 28. et *Plin.* l. 8. c. 32.

CERVISCA, genus piri apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 15.

CERVISĬA, æ, f. *a sort of ale or beer,* potus factus ex variis frugibus maceratis, et expressis, præcipue vero ex hordeo, olim apud Gallos usitatissimus. Quare ex illorum lingua vocis origo petenda est. Neque enim verisimile videtur, quod quidam docent, dictam esse per syncopen a *cerevisia,* quasi *Cereris vis,* quia frugum vis in eo liquore dominetur. *Plin. in fi.* l. 22. Ex iisdem (*frugibus*) fiunt et potus, zythum in Ægypto, celia et ceria in Hispania, cervisia, et plura genera in Gallia, aliisque provinciis. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 6. leg. 9. ¶ *Serv. ad* 3. *Georg.* v. 379. docet, *cervisiam* designari a *Virg.* illo versu : et pocula læti Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.

CERVIX, icis, f. *the hinder part of the neck*, αὐχὴν, τράχηλος. Proprie est posterior colli pars ab occipitio ad dorsum, in qua sunt vertebræ, et nervi caput sustinentes, et moventes. Differt a collo, quod hoc posteriorem cum anteriorem partem (quæ *jugulum* dicitur) significat. [Sed interdum etiam anterior colli pars cervix appellatur. *Cels.* l. 7. c. 13. At in cervice inter cutem et asperam arteriam tumor increscit.] *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Vaccæ cervicibus crassis, ac longis, a collo palearibus demissis. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 67. *Hard.* Cervix nulli, nisi quibus utraque hæc (*gula et arteria*); ceteris collum quibus tantum gula. *Quintil.* l. 11. c. 3. *circa med.* Cervicem rectam oportet esse, non rigidam, aut supinam: collum diversa quidem, sed pari deformitate et contrahitur, et tenditur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Boum cervices natæ ad jugum. *Id. pro Sext.* c. 42. Aliquo præsidio caput, et cervices, et jugulum, ac latera tutari. ¶ Sæpe tamen sumitur pro ipso collo. *the neck. Cic. Verr.* 7. c. 42 *ad fin.* Frangere cervices. *to break the neck. Id. Phil.* 11. c. 2. *ad fin.* Abscindere caput cervicibus. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 53. Offerre cervicem percussoribus. *to extend, offer. Juvenal.* sat. 10. v. 345. Præbere cervicem gladio. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 11. Dare cervices alicui. *h. e.* præbere se occidendum. *Id. Phil.* 2. c. 21. Subjicere cervices securi. *Horat.* l. 3. od. 9. v. 3. Dare brachia cervici. *to cast the arms round the neck. Id.* l. 2. od. 12. v. 26. Detorquere cervicem ad oscula. *to bend. Sueton. in Tiber.* c. 68. Cervice rigida, et obstipa incedere. *Id. in Claud.* c. 30. et *in Ner.* c. 51. opima, *aut* obesa esse. *Id. in Aug.* c. 67. Onerare cervices gravi pondere. *Juvenal.* sat. 1. v. 64. Sexta cervice ferri. *h. e.* lectica a sex famulis gestata. *Id.* sat. 9. v. 143. Cervix locata. *h. e.* servus gestandæ lecticæ pretio locatus. *Id.* sat. 6. v. 206. submitte caput cervice parata Ferre jugum. *Id.* sat. 10. v. 88. Cervice astricta trahere aliquem. *to drag by the neck, or collar.* ¶ Translate *Cic. pro Mil.* c. 28. Clodii furores, quos nullis jam legibus frenare poteramus, hac dextera a cervicibus vestris repuli. *Id. Catil.* 3. c. 7. Non facile hanc tantam molem mali a cervicibus vestris depulissem. *Id. Fam.* 12. ep. 23. Cogitabat legiones ad Urbem adducere, et in cervicibus nostris collocare. *Sallust. in epist. Pompeii ad Senat.* Hostes in cervicibus jam Italiæ agentes, ab Alpibus in Hispaniam submovi. *Cic. Phil.* 5. c. 16. Dare cervices crudelitati nefariæ. *Id. Verr.* 7. c. 42. Cum istius avaritiæ pœnam collo, et cervicibus suis sustinerent. *Id. pro Dom.* c. 56. et *pro Sext.* c. 66. Qui suis cervicibus tanta munia, et Rempublicam sustinent. *Id. Verr.* 5. c. 59. Qui erunt tantis cervicibus recuperatores, qui audeant, &c? *h. e.* tanta vi, et audacia. *Liv.* l. 44. c. 39. Quanto facilius abire fuit, cum procul abessemus, quam nunc cum in cervicibus sumus. *are immediately upon them.* Sic *Curt.* l. 7. c. 7. Stare in cervicibus alicujus. *Liv.* l. 22. c. 33. Etsi bellum ingens in cervicibus erat. *h. e.* imminebat. *Justin. in fi.* l. 6. Philippus regnum Macedoniæ cervicibus Græciæ, velut jugum servitutis imposuit. *Pers.* sat. 1. v. 98. Laxa cervice legere aliquid. *h. e.* remissa, et molli, non rigida, et erecta. *Claudian. in Rufin.* l. 1. v. 53. Cumque Fide Pietas alta cervice vagantur. *h. e.* securæ. ¶ Dicitur et de aliis rebus. *Petron. in Satyr.* c. 136. Cervix cucumæ. *Id. ibid.* c. 34. et *Martial.* l. 12. epigr. 32. amphoræ. *Vitruv.* l. 10. c. 13. Fistulæ continenter conjunctæ ligneis cervicibus. *Stat.* 6. *Theb.* v. 855. *de cupresso.* urgentes cervicem inclinat in Austros. *bends or bows the top. Colum.* l. 4. c. 7. Decacuminare pampinum, ut in cervicem potius confirmetur, et sit robustior. *Plin.* l. 4. c. 3. *in fi.* Bœotiæ oppidum Pagæ, unde Peloponnesi prosilit cervix. *h. e.* Isthmus, qui est tanquam collum, quo Græcia jungitur Peloponneso, quæ Græciæ caput videri potest. *Id.* l. 6. c. 29. Urbs sita in cervice longe procurrente. *a neck of land.* et lib. 33. c. 4. Cervices fornicum cædere. *h. e.* fulcra ad perpendiculum utrinque stantia, et fornicem sustinentia. ¶ Quod tradit discrimen *Serv. ad* 2. *Æn.* v. 507. in singulari numero *cervicem* significare collum, in plurali superbiam, falsum omnino est. ¶ *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 4. et lib. 9. c. 4. *extr.* et *Quintil.* l. 8. c. 3. docent, hoc nomen in plurali numero usitatius esse, primumque *Hortensium in poematis*, ut *Varr. cit.* l. 7. testatur, usurpasse in singulari. Sane *Cicero* pluraliter ubique usus est, itemque *Cato*, *Sallust.* et *Plaut.* Ceteri Scriptores promiscue. Ceterum ante *Hortensium* ipsum *Pacuvius* apud *Cicer.* l. 2. *de Divin.* c. 64. et *Enn.* apud *Serv. ad Æn.* 10. v. 396. [et *Lucret.* l. 6. v. 744.] *cervicem* dixerant. ¶ *Charis.* l. 1. pag. 100. *Putschii* docet ex *Plin. Secundo* l. 6. *sermonis dubii*, in genitivo plurali *cervicium* dici: sed *cervicum* legitur apud *Cicer. in Orat.* c. 18. et *Plin.* l. 23. c. 2. *in fi.*

CERŬLA, æ, f. *a small piece of wax*, parva cera, vel parum ceræ. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 11. Nostrum opus tibi probari lætor: ex quo ἄνθη ipsa posuisti, quæ mihi florentiora sunt visa tuo judicio. cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebant. Alludit *Cic.* ad ceram pictam, qua censores librorum utebantur in notandis locis, quæ minus placuissent.

CERUS MANUS, in carmine Saliari apud *Fest.* in *Matrem matutam*, est creator bonus, ut idem *Fest.* interpretatur; et est nomen mysticum Jani. *Cerus* enim videtur esse ab obsoleto *cereo* pro *creo*, quod legitur in quibusdam antiquis editionibus *Varronis* l. 5. *L. L.* c. 8. teste *Voss. in Etymol.* in *Cero*, et *Scalig. in Conjectan.* a quo et *Ceres* dicta esse creditur, quia omnia in terra creat. At idem *Scalig. ad Fest.* in voce *Cerus manus* docet, *cerum* veteri lingua idem esse ac sanctum. Hac ratione erunt duo adjectiva idem sonantia, quod *sanctus, bonus.* Nam *manum* Antiqui bonum dicebant, ut docet *Varr. loc. cit.* c. 2. ¶ In carmine Saliari apud *eund.* l. 6. *L. L.* c. 3. *duonus ceruses*, ut quidem legit *Scalig.* itidem bonum creatorem significat. Sed hæc omnia obsoleta sunt.

CERUSSA, æ, f. *ceruse, white-lead*, ψιμμύθιον, ψίμμυθος, pigmentum metallicum albi coloris, quod fit ex plumbi ramentis tenuissimis super vas aceti asperrimi impositis, atque ita distillantibus. Quod ex eo cecidit in ipsum acetum, arefactum molitur, et cribratur, iterumque aceto mixto in pastillos dividitur, et in sole siccatur. Si rursus coquatur, rufescit. Est autem potus lethalis, sicut spuma argenti. V. *Plin.* l. 34. *c. ult.* a quo hæc sumpsimus, et *Vitruv.* l. 7. c. 12. ¶ Cerussa utuntur pictores, teste eodem *Plin.* l. 35. c. 6. Item mulieres ad candorem cuti inducendum, *a kind of paint used by women to whiten their skin with.* Hinc *Ovid. de medicam. faciei*, v. 73. Nec cerussa tibi, nec nitri spuma rubentis Desit. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 101. Cerussa malas oblinere. ¶ In medicina habet usum (sicut et molybdæna) in emplastris, quæ non alligantur, sed illita ad cicatricem perducunt, in teneris corporibus, mollissimisque partibus, ut ex *Plin. cit.* l. 34. colligitur. Hinc *Martial.* l. 10. epigr. 22. Cur splenìato sæpe prodeam mento, Albave pictus sana labra cerussa, &c.

CERUSSĀTUS, a, um, *painted with ceruse, or white-lead; coloured with white*, ψιμμυθιωθείς, cerussa illitus. *Cic. in Pison.* c. 11. Erant illi compti capilli, et madentes cincinnorum fimbriæ, et fluentes, cerussatæque buccæ. *Martial.* l. 7. epigr. 24. Cerussata cutis. *Imp. Constantin.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 27. leg. 1. Æreis tabulis, vel cerussatis, vel linteis mappis scripta per omnes civitates Italiæ proponatur lex. *h. e.* tabulis cerussa plumbea obductis, ut litteræ magis conspicuæ sint.

CERVŬLA, æ, f. *a small deer*, parva cerva. Legitur inter opera *Augustini*, serm. 215. *de Temp. a med.* sed ille sermo spurius est, et nulla ratione *Augustino* adscribendus.

CERVŬLUS, et Cervŏlus, li, m. *a small stag; a fawn*, parvus cervus, ἐλαφίνης. ¶ Pro ramoso stipite instar cervini cornu, *Frontin.* l. 1. *Strategem.* c. 5. Vallum cervolis, et alio materiæ genere constructum incendit. V. *Cervus.*

CERVUS, i, m. *a stag*, ἔλαφος, animal miræ velocitatis, et vitæ diuturnæ, cornua habens præalta, et ramosa, quæ quotannis mutat. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 28. Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam, hominibus tam exiguam dedisset. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 27. Vincere cervum cursu. *Lucret.* l. 6. v.765. Cervi alipedes. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 11. v. 11. Fugax cervus. *Id.* 5. *Fast.* v. 173. Pavidi formidine cervi. *Virg.* 3. *Georg.* v. 265. Imbelles cervi. *Id. Ecl.* 7. v. 30. Ramosa vivacis cornua cervi. ¶ De cervorum natura pluribus agit more suo *Plin.* l. 8. c. 32. ¶ Eos in tutela Dianæ esse scribit *Fest.* in *Servorum*: ubi et illud docet, servos fugitivos *cervos* dici, a celeritate. Sic enim ibi legendum monent Critici. Hinc Dianæ currum cervi trahere dicuntur. *Claudian. in II. Consul. Stilich.* v. 286. cervi currum subiere jugales, &c. ¶ Proverbii speciem habet illud *Horat. Epod.* 16. v. 31. *tigres subsidere cervis*; cum de re impossibili sermo est. Simile est illud *Virg. Ecl.* 1. v. 60. Ante leves ergo pascentur in æthere cervi. ¶ De fabula cervi, et equi V. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 34. *et sequentib.* ¶ Poetæ sæpissime *cervam* pro *cervo* usurpant. V. *Cerva.* ¶ Per similitudinem *cervi* dicuntur furcæ ex truncis arborum, quibus utuntur rustici ad sua mapalia fulcienda, quia cornuum cervinorum similitudinem referunt, *forked beams, with which cottages were propped; forked props. Virg. Ecl.* 2. v. 29. Atque humiles habitare casas, et figere cervos. Ita *Servius*, qui tamen melius esse ait, si *figere cervos* jaculis cervos venari intelligamus. ¶ Pedamenta etiam furcillata, quibus vites fulciuntur, *cervi* appellantur. *Tertull. de anim.* c. 19. Vitis sine arundine, sine cervo, si quid attigerit, ultro amabit. Alii aliter leg. ¶ In re militari *cervi* dicuntur trunci arborum ramosi, ad instar cervini cornu, quibus utuntur milites in vallo muniendo, aggeribusque firmandis. *pallisades, forked stakes.* Eos enim subinde defodiunt, ne terra alte congesta delabatur, et ut difficilior fiat hostibus irruptio in castra. Sæpe etiam qua transiturus est hostis, humi occulte defigunt, ut incedens miles, et præsertim equitatus, implicetur, et induatur. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 24. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 72. *Liv.* l. 44. c. 11. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 84. et *Sil.* l. 10. v. 414. Apud *Tibull.* quidam leg. *nervos*, sed male. Quod vero addit *Scalig. in conjectan. ad Varron. loc. cit.* hujusmodi *cervos* a *Lucano* vocari *brachia* l. 3. v. 387. et lib. 4. v. 266. non omnibus probatur.

CERYCĬA, orum, n. *emblems of peace carried by heralds*, κηρύκια, insignia pacis, quæ præferuntur a caduceatoribus, nempe caduceus. Græca vox est, a κῆρυξ, legatus: et Latinis litteris scripta legitur *Dig.* lib. 1. tit. 8. leg. 8. in quibusdam Editionib. [¶ Reperitur etiam *ceryceum* in sing. pro *caduceo* Mercurii. *Martian. Capell.* l. 4. pag. 95. *Grot.* Cum Cyllenius ceryceo geminus anguis assurgens allambere feminam crebris linguarum micatibus attentaret.]

CERYX, ycis, m. *a herald*, κῆρυξ, Græca vox præconem, vel caduceatorem, vel legatum significans. *Ceryces* Athenis nobilissimæ familiæ homines fuere, a Ceryce Neptuni, vel, ut alii volunt, Mercurii filio originem, et nomen trahentes, ex quibus fere eligebantur summi sacrorum Cereris antistites. *Senec. de Tranquill.* c. 3. Non vis enim, nisi consul, aut prytanes, aut ceryx, aut sufes administrare rempublicam. ¶ Addunt quidam et locum *Nepotis in Alcib.* c. 4. sed est ibi dubia lectio.

CESPES, V. *Cæspes.*

CESSÆUS, a, um, adject. Cessææ manus *Valer. Flacc.* l. 6. v. 130. sunt milites gentis Iberæ in Asia, qui Græce Κέσσαι.

CESSANS, antis, *ceasing, loitering, staying, lingering, tardy, inactive, idle*, παυόμενος, ἀργὸς, qui cessat, et intermittit, piger, tardus, otiosus. *Plin.* l. 11. c. 10. *de apib.* Cessantium inertiam notant, castigant mox. *Horat.* l. 1. od. 35. v. 15. Concitare cessantes ad arma. *Virg. Æn.* 3. v. 430. Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni Cessantem, longos et circumflectere cursus. *h. e.* morantem in legendis Siciliæ litorib. et longius iter facientem. *Propert.* l. 1. eleg. 11. v. 1. Cessans mediis Baiis. *h. e.* immorans, et otians. *Lucan.* l. 3. v. 451. Solum cessans aratro. *h. e.* coli intermissus. *Id.* l. 3. v. 68. Cessantes Austri. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 2. *in fi.* Cessantia fata. *h. e.* tarda. *Horat.* l. 3. od. 28. v. 8. Diripere horreo cessantem amphoram. *h. e.* ex qua diu vinum defusum non est. *Id.* l. 1. ep. 15. v. 6. Morbus cessans nervis. *h. e.* diu immorans, contumax. *Sueton. in Cæs.* c. 76. Repentina consulis morte cessans honor. *vacant.* ¶ *Sever. in Ætna*, v. 175. terra, Introrsus cessante solo, trahit undique venas. *h. e.* cedente, dehiscente, hiante.

CESSATĬO, onis, f. *a ceasing, loitering; cessation, intermission*, ἀνάπαυσις, actus cessandi, intermissio. *Cic. Fam. ult. ep. pœnult.* Etiamsi quod scribas, non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quæsivisse videaris. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 103. Id negotium institutum est, non datur cessatio. *Colum.* l. 2. c. 1. Seu sponte, seu quolibet casu destituta humus, cum repetita est cultu, magno fenore cessationis colono respondet. *Gell.* l. 1. c. 25. Cessatio pugnæ pactitia. *a truce.* ¶ Item otium, *idleness, inactivity. Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 37. Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat. et *ibid.* Deum sic feriatum volumus cessatione torpere, ut si se commoverit, vereamur, ne beatus esse non possit.

CESSĀTOR, oris, m. *a loiterer, lingerer, idler, trifler*, μελλητής, qui cessat, et intermittit, iners, piger. *Cic. Fam.* 9. ep. 17. Hæc tibi antea non rescripsi, non quod cessator esse solerem, sed &c. *Colum.* l. 11. c. 1. Dici vix potest, quid navus operarius ignavo, et cessatore præstet. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 100. nequam, et cessator Davus.

CESSĀTRIX, icis, f. quæ cessat. *Tertull.* l. 1. *cont. Marcion.* c. 24. Quomodo perfecta defenditur bonitas, ex majore parte cessatrix?

CESSĀTUS, a, um, *interrupted, intermitted*, intermissus. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 669. Illa moram celeri, cessataque tempora cursu Corrigit. (eod. modo locutus est *Silius* l. 5. v. 533.) *Id.* 4. *Fast.* v. 617. Largaque provenit cessatis messis in arvis.

CESSICĬA tutela dicitur, quæ in jure cessa est. *Ulpian. lib. regular.* tit. 11. V. vocem sequent.

CESSĬCUS tutor est is, cui tutela in jure concessa est, quæ ideo *cessicia* appellatur. Is porro tutor, sive mortuus fuerit; sive capite minutus, sive alii tutela processerit, redit ad legitimum tutorem tutela: sed et si legitimus decesserit, aut capite minutus fuerit, cessicia tutela extinguitur. Hæc *Ulpian. in lib. regular.* tit. 11. *de tutelis.*

CESSIM, adverb. *backward, retrogressively*, ὄπισθεν, ἄψ, retro, retrorsum, cedendo. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 42. et 109. Cum domum ab Ilio cessim revertero. *Justin.* l. 2. c. 12. At vos, commisso prœlio, ite cessim, inhibete remis, et a bello discedite. *Alfen. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 52. Plostrum cessim ire cœpit. ¶ *Apulei.* l. 2. *Metam.* Lagena orificio cessim dehiscente patescens. *h. e.* quæ os habet retro diductum, expansum, et patens. Alii exponunt, paulatim. Quidam. leg. *sensim.*

CESSĬO, onis, f. *a ceding or yielding up*, παραχώρησις, cedendi actus. *Cic. in Top.* c. 5. *in fi.* Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio. Adde *Dig.* lib. 42. tit. 3. qui est *de cessione bonorum.* ¶ *Cessio diei* est accessio temporis, quo incipit deberi æs alienum. *Ulpian. Dig.* lib. 36. tit. 2. leg. 7. Heredis aditio moram legati quidem petitioni facit, cessioni diei non facit.

CESSO, as, avi, atum, n. 1. *to cease, give over, leave off, intermit, stop, pause*, παύομαι, ἀναπαύομαι, frequentativum a *cedo, is*, et significat cedere ab opere, illudque intermittere, desistere ab agendo: et fere in malam partem: et dicitur de iis, qui segnitiæ, aut tædii causa agere desinunt, et otium sectantur. *Donat. ad Terent. Eun.* 3. 1.15.

Cessat desidiosus, requiescit defessus. *Cic. de Provinc. Consul.* c. 7. Alterum, si tabellarii non cessarint, necesse est paucis diebus pœniteat audere. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 4. *in fi.* Cicero noster, dum ego absum, non cessavit apud rhetorem. *Id. de Senect.* c. 5. Gorgias centum et septem complevit annos, neque unquam in suo studio, atque opere cessavit. *Liv.* l. 4. c. 27. Nec, ex quo castris castra collata sunt, cessatum a levibus prœliis est. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 11. Ille non cessat de nobis detrahere. *Justin.* l. 16. c. 1. Non cessavit, quoad omnem stirpem deleret. *Senec. in Med.* v. 406. Nunquam meus cessabit in pœnas furor, crescetque semper. *Phæd.* l. 1. fab. 9. Ubi pernicitas nota, inquit, illa est? quid ita cessarunt pedes? *Plin.* l. 34. c. 8. Cessavit deinde ars, ac rursus Olympiade CLV. revixit. *Martial.* l. 12. epigr. 1. Retia dum cessant, latratoresque molossi. ¶ *Cessare* etiam dicuntur agri, cum non seruntur. *to lie fallow. Virg.* 1. *Georg.* v. 71. Alternis idem tonsas cessare novales, &c. *Plin.* l. 18. c. 23. Gracilior terra, et in annum tertium cesset. ¶ Et mulieres, cum non pariunt. *Paulin. Nolan.* carm. 6. *de S. Joanne Bapt.* v. 48. ¶ Item qui in judicio non comparent statuto tempore, aut actiones peragere desistunt. *not to appear. Sueton. in Claud.* c. 15. *Callistrat. Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 2. et *Ulpian.* lib. 47. tit. 10. leg. 17. ¶ Item ea, quæ deficiunt, et locum amplius non habent. *to cease to be of weight; to become null. Ulpian.* lib. 39. tit. 1. leg. 1. Cessat edictum. *Id.* lib. 42. tit. 9. leg. 10. Cessat actio. *Paul.* lib. 13. tit. 4. *leg. ult.* Cessat arbitrium judicis. ¶ Sæpe ponitur pro otiari, vacare, nihil agere, *to loiter, trifle, be idle. Cic.* 3. *de nat. Deor. c. pænult.* Cur tam multos deos nihil agere, et cessare patitur? cur non rebus humanis aliquos otiosos deos præficit? *Id. ibid.* l. 1. c. 9. Isto tam immenso spatio, quæro, cur pronœa vestra cessaverit: laborem ne fugiebat? *Propert.* l. 3. eleg. 22. v. 15. venias hodie: cessabimus una. *h. e.* otio indulgebimus: *enjoy ourselves leisurely. Lucan.* l. 4. v. 24. Prima dies belli cessavit Marte cruento. *h. e.* fuit sine ullo prœlio. *Flor.* l. 1. c. 10. Sic quidem viri: sed ne quis sexus a laude cessaret, ecce et virginum virtus. *h. e.* nihil ageret laude dignum. *Horat.* l. 1. od. 27. v. 13. Cessat voluntas? *h. e.* recusat, renuit? *Liv.* l. 42. c. 6. Cessare officio. *to be wanting in one's duty.* ¶ Est etiam *cessare alicui rei* ita vacuum esse, ut alicui rei operam dare queas: uno verbo, vacare. *Propert.* l. 1. eleg. 6. v. 21. At tua non ætas unquam cessavit amori; Semper at armatæ cura fuit patriæ. ¶ Pro morari, differre, tardum et negligentem esse in agendo. *to be tardy; to delay, procrastinate. Terent. Eun.* 4. 4. 5. Paululum si cessassem, domi non offendissem: ita jam adornabat fugam. *Id. Heaut.* 5. 1, 9. Sed interim quid illic jamdudum gnatus cessat cum Syro? *but what can he be about loitering there? Id. Andr.* 5. 6. 15. Quid stas? quid cessas? *Id. Phorm.* 2. 1. 22. Sed quid cessas hominem adire, et blande alloqui? *why do you not? Id. Adelph.* 4. 5. *in fi.* Sed cesso ire intro, ne moræ meis nuptiis egomet siem? *but why do I not go in?* et *Eun.* 5. 6. 26. Cesso huc intro irrumpere? *Id. Heaut.* 3. 1. 1. Cesso pultare ostium vicini? *Virg. Æn.* 6. v. 51. cessas in vota, precesque, Tros, ait, Ænea? cessas? ¶ *Cessare sibi* est suo sibi incommodo, et damno differre, aut morari. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 12. It dies: ego mihi cesso. Adde *Epid.* 3. 2. 8. ¶ Videtur interdum idem esse, quod omittere, negligere. *to omit, neglect. Plaut. Pers.* 4. 4. 3. Numquid in principio cessavit verbum docte dicere? ¶ Item errare, peccare. *to fall off from, fail of, err.* Hoc enim faciunt, qui ab officio cessant, et quod debent, et possunt, præstare omittunt. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 14. semel hic cessavit, et, ut fit, In scalis latuit metuens pendentis habenæ. *Id. in ar. Poet.* v. 357. Sic mihi qui multum cessat, fit Chœrilus ille. Adde *Quintil.* l. 1. c. 10. ¶ Aliæ quædam huc pertinentia V. in *Cessans.*

CESSUS, a, um, *yielded, ceded,* παραχωρηθεὶς, particip. *a cedo, is. Liv.* l. 7. c. 13. Sicubi loco cessum, si terga data hosti. *Cels. Dig.* lib. 8. tit. 3. leg. 11. Jure cesso uti. *Modestin. Dig.* lib. 46. tit. 1. leg. 39. Cessæ actiones. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. Hereditas me cessa. *h. e.* mihi cessa: singularis constructio. *Aldus* tamen edidit *mi cessa.*

CESTIĀNUS, a, um, ad Cestium pertinens, qui fuit declamator, sæpe a *Senec. in Controvers.* laudatus. *Id. sub fin.* controv. 7. Deinde ad illum calorem redit Cestianum.

CESTICILLUS, i, m. *a wreath of cloth, or other soft substance, worn by persons when they carry burdens on their heads; a roll,* arculus, seu circulus, quem superponit capiti, qui aliquid est laturus in capite. *Festus.* Alii leg. *cestillus,* alii, inter quos *Salmas. in Exercitat. Plin.* malunt *circitellus,* vel *circitillus.* Si *cesticillus* magis placeat, erit a *cestus,* qua cingulum significat. *Voss. in Etymol.*

CESTĬCUS. V. *Cæsticus.*

CESTROS, i, *the herb betony,* κέστρος, Græcis herba eadem est, quæ *vettonica* Latinis, teste *Plin.* l. 25. c. 8.

CESTROSPHENDŌNE, es, f. *a kind of spear which they hurled from a sling,* κεστροσφενδόνη, genus teli habens bipalme spiculum hastili semicubitali crassitudine digiti infixum, et pinnas tres, velut sagitta, ad libramen circumdatas, quo primum usi sunt milites Persei bello Macedonico adversus Romanos. Nomen habet a κέστρα, vel κέστρον, quod telum veru simile significat, et σφενδόνη, funda, quia funda, velut glans, eminus jaciebatur. *Liv.* l. 42. c. 65.

CESTRŌTUS, a, um, adject. *worked with a graving-tool,* κεστρωτὸς, cestro insculptus. V. *Cerostrotus.*

CESTRUM, *vel Græca positione* Cestron, i, n. *a graving-tool to work ivory or horn with; a graver, burine,* κέστρον, viriculum, quo in ebore, aut cornu scalpitur. *Plin.* l. 35. c. 11. *ad fin.* Pingere cestro in ebore. ¶ Quidam putant derivari a *cædo, is,* et *cæstrum* scribunt.

CESTUS, *et Græca positione* Cestos, i, m. *a band, tie, ligament, string,* vinculum, quo aliquid ligatur. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 8. Vindemia facta denique discat pendere aut funiculo, aut vinctu: quod antiqui vocabant cestum. ¶ Item balteus, seu zona picturata, omnibus Gratiarum, et Venerum lenociniis imbuta, quam Juno, et Venus assidue gestare dicuntur, ad conciliandos, et illiciendos animos illa Jovis, hæc Martis: a κεστὸς, acu pictus, *the cestus or girdle of Venus.* Fingunt Poetæ, intextas habere cupiditates, voluptates, delicias, illecebras, suspiria, desideria, risus, jocos, blanda verba, gaudia, jurgia, et hujusmodi, quibus amatorum vita constat. Eum eleganter *Homer. Iliad.* Ξ. 14. v. 214. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 470. et *Torquatus Tassus Hierus.* Lib. XVI. 24. et 25. describunt. *Martial.* l. 6. epigr. 13. Ut Martis revocetur amor, summique Tonantis, A te Juno petat ceston, et ipsa Venus. *Id.* l. 14. epigr. 206. Collo necte, puer, meros amores, Ceston de Veneris sinu calentem. et epigr. 207. Sume Cytheriaco medicatum nectare ceston. Ussit amatorem balteus iste Jovem. *Stat. Theb.* 5. v. 62. Jugalis cestos. *Claudian. in nupt. Honor. et Mar.* alios usus memorat hujus cinguli: blando (inquit de Venere loquens vers. 124) spirantem numine ceston Cingitur, impulsos pluviis quo mitigat amnes, Quo mare, quo ventos, irataque fulmina solvit. ¶ *Vetus Statii Scholiast.* tum *loc. cit.* tum *ad Theb.* 2. v. 283. docet, ita etiam appellari cingulum, quod in honestis nuptiis nova uxor marito tradit, quo significatur tum corporum, tum animorum in matrimonio conjunctio. *the marriage-girdle.* Hinc *incestas* dici nuptias, quæ honestæ, et legitimæ non sunt. ¶ De *cestu* armatura pugilum V. *Castus.*

CESTARĬÆ, arum, f. et Cetaria, um, n. *fish-ponds of salt water near the sea-side,* ἰχθυοτροφεῖον, loca stagnantia in litoribus maris, quo majores pisces statis anni temporibus convenire, et a piscatoribus, qui ea loca de industria nanciscuntur, et parant, ubere præda capi, juxtaque saliri solent. *Plin.* l. 9. c. 15. Scombri Hispaniæ cetarias replent, thynnis non commeantibus. *Id.* l. 31. c. 8. Garum e scombro pisce laudatissimum fit in Carthaginis cetariis. (Adde lib. 37. c. 5.) *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 44. Plures adnabunt thynni, et cetaria crescent. ¶ *Charis.* l. 1. pag. 100. *Putsch.* docet auctoritate *Plinii Secundi,* hanc vocem in neutro genere esse tertiæ declinationis, et *cetaribus* dicendum esse in dat. et abl. plurali, ut *mœnia mœnibus, ilia ilibus:* Nihilominus *cetariis* dictum esse a *Pomponio Secundo ad Thraseam.*

CETARIUS, ii, m. *a vender of large fishes salted; a fishmonger,* genus piscatorum, quod majores pisces capit, et salsamentis condit, ut vendat: dictum ab eo, quod cete in mari majora sunt piscium genera. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 244. Non animadvertis, cetarios, cum videre volunt in mari thynnos, ascendere in malum, &c. *Terent. Eun.* 2. 2. 26. Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores, aucupes. *Colum. sub fin.* l. 8. Salsamentorum omnium purgamenta, quæ cetariorum officinis everruntur. ¶ *Cetarius* inscriptus est liber cujusdam C. Matii, in quo tradebatur ratio saliendorum, et condiendorum piscium, teste *Colum.* l. 12. c. 44.

CETE, on, n. plur. *any large sea-fish; whales,* τὰ κήτη, nomen generale omnium majorum piscium maris, præsertim eorum, qui animal, non ovum, pariunt, ut ex *Plin.* l. 9. c. 24. colligitur: quales sunt balænæ, orcæ, thynni, pristes, delphini, et hujusmodi. *Virg. Æn.* 5. v. 822 Immania cete. *Sil.* l. 7. v. 476. Dum cete ponto innabunt, dum sidera cœlo Lucebunt. *Plin.* l. 9. c. 50. Delphini, et reliqua cete. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 75. *Hard.* Fel in jecore est cetis omnibus. ¶ In singulari numero est *cetus, i,* m. Latino more. *Plaut. Aulul.* 2. 8. 3. Rogito pisces: indicant caros, caram vitulinam, cetum, porcinam. *Cels.* l. 2. c. 18. Omnes belluæ marinæ, ex quibus cetus est. *Manil.* l. 1. v. 612. Et redit in Cetum, squamosaque tergora Ceti, &c. *Vitruv.* l. 9. c. 7. Arieti, et Piscibus Cetus est subjectus. ¶ Porro *Plaut.* et *Cels.* loquuntur de iis piscibus, qui esui sunt, et saliri plerumque solent, quales nunc quoque sunt thynni, et qui salmones dicuntur, &c. ¶ *Manil.* autem, et *Vitruv.* intelligunt cæleste sidus, quod fabulantur Poetæ, esse monstrum illud marinum, cui devoranda Andromeda objecta fuerat, a Perseo occisum, deinde translatum inter astra, ceu virtutis ejus illustre testimonium. *the name of a constellation. Cic. in Arat.* v. 140. *German. in Arat.* v. 353. et *Hygin. Poet. Astronom.* l. 3. c. 30. pistricem appellant, quidam alii balænam. Est autem situm in parte Cœli Australi, cujus caput medio Æquatore secatur, pedes anteriores Tropico Capricorni nituntur, supra caput habet Arietem, cauda tangit effusiones Aquarii. Constat stellis secundum *Hygin.* tredecim, secundum alios 22. aut 27. ¶ Reperitur etiam *cetos* singulari num. et neutro gen. Græca positione, τὸ κῆτος. *Plin.* l. 32. c. 1. *in fi.* Juba tradit, cetos sexcentorum pedum longitudinis in flumen Arabiæ intrasse, pinguique ejus mercatores negotiatos. Ita *Harduin.* ex suis MSS. omnib. et antiquæ Edition. A. 1470. et 1472. Nam illa A. 1469. habet *et hos,* manifesto errore operarum, illud *cetos* non assequentium.

CETĔRA, æ, f. et Ceterum, ri, n. (*in casibus vero obliquis etiam masculin.*) et in plurali numero Ceteri, æ, a, adject. *the rest, residue, remainder; other,* ὁ λοιπὸς, ἄλλος, reliquus, alius. *Cic.* 6. *Attic.* ep. 2. *circa med.* Jam cetera jurisdictio nec imperita, et clemens. *Id.* 2. *de Invent.* c. 29. *in fi.* Id confirmandum ex cetera diligentia. *Id. Verr.* 6. c. 22. Argentum illi ceterum purum apposuerat. *Id.* 2. *de Fin.* c. 1. Et illum, et ceteros sophistas lusos videmus a Socrate. *Id. Fam.* 4. ep. 4. *in fi.* Ceteri, et cetera ejusmodi sunt, ut &c. *Liv.* l. 34. c. 36. Veni, ut ad ceteram fidem, sic ad secreta tegenda. *Scribon. Larg. compos.* 20. Ita ut cum cetero corpore caput quoque immergatur. *Cato R. R.* c. 114. Nec commisceas cum cetero vino. ¶ Absolute *Liv.* l. 22. c. 20. Quod satis in usum fuit, sublato, ceterum omne incensum est. *all the rest. Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 9. leg. 5. Cetera venditionis pupillus potest perficere. *Scævola* lib. 4. tit. 4. leg. 39. Cetera cognitionis differre. ¶ *Et cetera* addi solet, cum aliquid, quod facile intelligatur, subticemus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 32. Cum scriptum ita sit: Si mihi filius genitus, isque prius noritur, et cetera: Tum ut mihi ille sit heres. *et cetera; and so forth,* καὶ τὰ ἑξῆς. et cap. 64. Ut illud Scipionis: agas asellum, et cetera. ¶ Et omissa *et* particula, *Lucret.* l. 2. v. 1083. Terramque, et solem, lunam, mare, cetera. Adde vers. 857. ¶ Accusativus pluralis *cetera* eleganti hellenismo adhibetur pro quantum attinet ad cetera, *in other respects, otherwise. Horat.* l. 1. ep. 10. *in fi.* Excepto, quod non simul esses, cetera lætus. (Adde lib. 4. od. 2. *in fi.*) *Liv.* l. 1. c. 35. Virum cetera egregium secuta ambitio est. *Vellei.* l. 2. c. 119. Legatus Vari, cetera quietus, diri auctor exempli. *Virg.* 3. *Æn.* v. 593. dira illuvies, immissaque barba, Consertum tegmen spinis, at cetera Graius. Adde *Sueton. in Calig.* c. 50. ¶ Hoc sensu dicitur etiam *ad cetera. Horat.* l. 1. ep. 10. v. 2. hac in re scilicet una Multum dissimiles: ad cetera pæne gemelli. ¶ Interdum *cetera* ponitur pro *ceterum, henceforth, furthermore, for the rest. Virg.* 9. *Æn.* v. 654. primam hanc tibi magnus Apollo Concedit laudem, et paribus non invidet armis: Cetera parce puer. *Enn.* apud *Serv. ibid.* Cetera, quos peperisti, ne cures. ¶ *De cetero* idem est ac *ceterum. Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 7. De cetero vellem equidem, aut ipse doctrinis fuisset instructior, aut ne deterruisset alios a studiis. Adde *Plin.* l. 3. c. 4. ¶ Adhibetur etiam cum post res multas ejusdem generis enumeratas transitur ad percensenda alia alterius generis. Hac ratione usurpat *Plin.* l. 3. c. 5. sect. 8. *Harduin.* ubi post enumerata oppida, quæ Romanorum coloniæ sunt, transit ad ea, quæ coloniæ non sunt: quasi dicat *de cetero ordine.* Adde cap. 14. ¶ Interdum significat in posterum, *for the future. Paul. Dig.* lib. 48. tit. 3. leg. 10. Cum scierint, sibi quoque molestiæ futurum magistratum, si facile solverint vinctos, non indifferenter de cetero facient. Adde *Justinian.* lib. 8. *Cod.* tit. 54. *leg. ult.* Sic *Senec.* epist. 78. *a med.* Pax in ceterum parta. ¶ De adverbio *cetero,* et *ceterum* V. infra. ¶ *Ceterus* nominativus singularis rarissimus est. *Cato R. R.* c. 22. Ceterus ornatus domi. Ita apud *Jenson* 1472. et *Aldum* 1514. legitur. Sed aliæ Editiones hæc verba omittunt. ¶ Sunt qui ponunt etiam *ceter:* sed hoc omnino destituitur exemplis. ¶ Scribitur et *cætera* cum diphthongo *æ,* præsertim ab Etymologis, qui derivant a Græco καὶ ἕτερα. Confirmat *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 801. n. 11. et *Dausqu. in Orthogr.* nec damnare se audere, scribit *Cellar.* Sed libri veteres, et lapides non uni, quos affert *Manut.* et quod est instar omnium, Cenotaphium Pisanum L. Cæsaris, in quo non semel legitur, per *e* simplex scriptum exhibent. Quare hæc scribendi ratio omnino est præferenda.

CETĔRO, *as for the rest, with respect to what remains, furthermore,* adverbium *Plinio* familiarissimum, idem ac ceterum. Lib. 3. c. 11. Cetero intus in secunda regione Beneventum. et lib. 6. c. 26. Cetero ad solitudinem rediit. et lib. 8. c. 3. Hoc solum ebur est: cetero et in his vilitas ossea. Adde lib. 10. c. 63. et lib. 20. c. 6. &c.

CETERŌQUI, et Ceteroquin, adverb. *in other respects, otherwise,* ἄλλως τε, eandem vim habet ac ceterum, vel alioquin. *Cic.* 6. *Fam.* ep. 19. Ceteroqui mihi locus non displicet. *Id. Fam.* 9. ep. 10. Ego ceteroqui animo æquo fero. *Id. in Orat.* c. 25. Quem, nisi quod solum, ceteroquin recte quidem vocant Atticum.

CETĔRUM, adverb. *as for the rest, however,* τὸ λοιπὸν, quod reliquum est, quantum ad reliqua. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 14. Ego me in Cumano, præterquam quod sine te ceterum satis commode oblectabam. *Terent. Eun.* 1. 2. 7. Ceterum de exclusione verbum nullum. *Nepos in Eumen.* c. 8. Via brevior per loca deserta, ceterum dierum erat fere decem. *Liv.* l. 1. c. 24. Fœdera alia aliis legibus, ce-

terum eodem modo omnia fiunt. ¶ Elegans est usus in illo *Liv.* l. 38. c. 55. Ceterum ad hunc nimis æquum, aut iniquum prætorem, &c. Lege integrum locum. ¶ Servit sæpe transitionibus, et per *sed*, aut *verum* explicari potest. *Id. Liv.* l. 2. c. 3. Ceterum, id quod non timebant, per proditionem prope libertas amissa est. *Id.* l. 42. c. 50. Ceterum multo major pars ferocioris sententiæ erat. ¶ Sumitur et pro alioquin, hoc est si aliter res sit, *otherwise*. *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 1. leg. 15. Non puto eos ultra procedere: ceterum longe res abibit. *Id.* lib. 37. tit. 10. leg. 5. Desiderandum a prætore, ne instrumenta in possessionem suam redigat: ceterum decipietur pupillus, dum &c. Adde lib. 39. tit. 2. leg. 15. *ad fin.* et *Tertull.* l. 2. *ad Uxor.* c. 2. ¶ Scribitur et *cæterum*. V. *Cetera* in fi.

CETERUS, V. *Cetera*.

CETO, us, Κητὼ, οῦς, f. uxor Phorci, mater Medusæ. *Lucan.* l. 9. v. 645. Hoc monstrum timuit genitor, numenque secundum Phorcus aquis, Cetoque parens, ipsæque sorores Gorgones. Al. leg. *Cetosque*, ut sit a Græco κῆτος: de qua positione V. in *Cete*. ¶ Præterea *ceto* idem est ac *cetus*, marinum monstrum. *Plin.* l. 5. c. 13. In saxo vinculorum Andromedæ vestigia ostendunt. Colitur ibi fabulosa Ceto. Quidam leg. *Derceto*, sed *Harduin.* priorem lectionem jure defendit. Addit autem, hanc *Ceton* pingi solitam Nereidis figura ex pisce, fœminaque composita.

CETOS, V. in *Cete*, et in voce præced.

CETŌSUS, a, um, ad cete pertinens. *Avien. in Arat.* v. 1300. *de Ceto cælesti.* cum primum rursus ab undis Cetosa in superum referuntur viscera cælum.

CETRA, æ, f. *a short square leathern target, or buckler, used by the Spaniards and Moors*, genus scuti brevioris ex loro, quo utuntur Afri, et Hispani, teste *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 7. v. 732. Lævas cetra tegit. *Plin.* l. 11. c. 39. tradit, ex elephantorum tergoribus impenetrabiles cetras fieri. *Tacit. in Agric.* c. 36. scribit, etiam Britannis breves cetras in usu fuisse. Harum meminere *Sueton. in Calig.* c. 19. et *Sil.* l. 3. v. 278. et 348. et l. 10. v. 231. ubi *Heins.* ex quibusdam MSS. *catra* cum diphthongo scribendum putat: sed *Pier. ad loc. Virg. cit.* et *Dausqu. in Orthogr.* rectius *cetra* esse aiunt. *Lips. in Analect.* l. 3. dial. 1. *de milit. Rom.* etiam *citra* invenisse se ait: sed hoc est contra receptum scribendi usum. Addit vero, consuevisse olim hæc scuta cælari, aut pingi. Hinc *Sil. cit.* v. 278. *versicolorem cetram* dixit. ¶ Proverbii speciem habet illud *Varron.* apud *Non.* c. 2. n. 104. Quis rotundam facere cetram queat? De re factu difficillima. Cetræ enim figura ejusmodi fuit, ut rotundari sine corruptione, non posset. V. *Lips. loc. cit.*

CETRĀTUS, a, um, *armed with the* cetra, cetra armatus. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 39. Cetratæ cohortes. *Id. ibid.* c. 70. Neque equitum vim cetrati sustinere potuerunt. *Liv.* l. 31. c. 36. Cetratos, quos peltastas vocant, in insidiis abdiderat.

CETTE, V. *Cedo* pro *da*.

CETUS, i, m. V. *Cete*.

CEU, *as, as it were, like as*, οἷον, ὡς, ὥσπερ, adverb. Poetis familiarissimum, idem significans cum quemadmodum, sicut, velut. *Sueton. in Vitell.* c. 17. Reducto coma capite, ceu noxii solent. *Horat.* l. 4. od. 4. v. 43. Ceu flamma per tædas, vel Eurus Per Siculas equitavit undas. *Virg.* 2. *Æn.* v. 356. lupi ceu Raptores atra in nebula. *Plin.* l. 2. c. 28. Cernuntur et stellæ circa solis orbem, ceu spiceæ coronæ. ¶ Pro tamquam, aut quasi. *as if. Plin.* l. 29. c. 4. *in fi.* Cantharides objectæ Catoni, ceu venenum vendidisset. *Id.* l. 31. c. 1. At illæ, ceu parum sit in tantam pervenire altitudinem, rapiunt eo secum piscium examina, &c. Adde lib. 34. c. 6. et *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 418. ¶ *Ceu vero*, quasi vero. *as if indeed. Plin. in præfat. Hist. natur.* Ceu vero nesciam, scripsisse etiam feminam. *Id.* l. 7. c. 55. Ceu vero ullo modo spirandi ratio homini a ceteris animalibus distet. *Id.* l. 13. c. 22. Ceu vero remedia desint. ¶ *Ceu plerumque*, ut plerumque, *as for the most part. Plin.* l. 11. c. *ult.* Atque ut intelligatur vana, ceu plerumque, vitæ persuasio, &c.

CEVA, æ, f. V. *Altinus, a, um*.

CEVĔO, es, n. 2. est clunes movere, ut in re Venerea, et proprie de maribus dicitur. Mulierum enim est *crissare*. Usi sunt hoc verbo *Juvenal.* sat. 2. v. 21. et sat. 9. v. 40. *Martial.* l. 3. epigr. 95. et *Plaut. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 118. ¶ Translate est adulari, tractum a canibus, qui cum domino blandiuntur, clunes et caudam movent. *to wag the tail as a dog; to fawn. Pers.* sat. 1. v. 87. An, Romule, ceves? Al. aliter interpret. ¶ *Valer. Prob. in Cathol.* pag. 1482. *Putsch.* ponit præteritum *cevi*, sed nullo confirmat exemplo. *Id. ibid.* pag. 1484. ait esse *cevo, cevis, cevi*, tertiæ conjugationis, et in allato *Persii* loco *ceves* futurum esse putat.

CEUS, i, m. V. *Cœus*.

CEUS, a, um, adject. *Cean*, Κῷος, et Κεῖος, ad Ceam insulam Ægæi maris, unam Cycladum pertinens. *Lucret.* l. 4. v. 1124. Interdum in pallas, Melitensia, Ceaque vertunt. *h. e.* vestes delicate textas, de quibus V. *Cea*. ¶ Fuit hæc patria Simonidis poetæ Melici, seu Lyrici, qui teste *Suida*, inter alia scripsit librum, cui titulus erat Θρῆνοι, hoc est lamentationes, et hujusmodi tristia carmina: ad quem respexit *Horat.* l. 2. od. 1. *sub fin.* Ceæ retractes munera næniæ. *Id.* l. 4. od. 9. v. 7. Ceæ Camenæ. ¶ *Cei, orum*, ejus insulæ, homines. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 57. Ceos accepimus ortum Caniculæ diligenter solere servare. ¶ Dicitur et *Cēus, a, um*, et Græce Κεῖος, et Κῷος. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 86. Gratiam habeo Simonidi illi Ceio, &c. Ita enim ibi legendum, non *Chio*, ut est in quibusdam libris. ¶ Quidam scribunt *Cæus*. V. dicta in *Cea*. ¶ Legitur etiam *Cius* in quibusdam lib. apud *Lucret. loc. cit.*

CEYX, ycis, m. Κήυξ, filius Luciferi, maritus Halcyones, Rex Trachiniæ. Ob Dedalionis fratris casum in accipitrem mutati, ad Clarium Oraculum repugnante uxore navigans, in Ægæo mari tempestate submersus est. Halcyone, cum quotidie Diis, ac præsertim Junoni, sacrificia offerret pro viri salute, ab illa per Morpheum noctu in somno monita est, maritum interiisse. Mane igitur experrecta ad litus accessit, et cadaver in mari longius aspexit, quod cum mariti esse cognovisset, ac per undas ad illud proficisci vellet, Deorum miseratione in avem conversa ad os mariti advolavit: qui oscula uxoris sentiens in avem et ipse mutatus est. Hæ aves alcyones dicuntur, et habitant prope maris litora. *Ovid. Metam.* 11. v. 544. Halcyone Ceyca movet, Ceycis in ore Nulla nisi Halcyone est. V. ibi reliqua, et *Serv. ad* 1. *Georg.* v. 399. ¶ Ceyces aves memorat etiam *Plin.* l. 32. c. 8. et cum halcyonibus conjungit. Ex quo intelligimus halcyones in eo genere esse feminas, ceyces vero mares. *the male halcyon.* ¶ Scribitur et *Cæyx*.

CH

CHÆNŎPUS, odis, adjectiv. χαινόπους, οδος, qui pedes habet rimis seu rhagadibus hiscentes. Vox Græca a χαίνω, hisco, et πούς, ποδὸς, pes. *Lucil.* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* c. 4. ubi alii mallent *cœnopus*, κοινόπους. h. e. qui una cum alio pedibus iter facit: a κοινὸς communis.

CHÆREPHYLLON, i, n. *the herb chervil*, χαιρέφυλλον, herba, de qua V. in *Cærefolium*. *Colum.* l. 11. c. 3. *a med.* ¶ Extrito altero *l* pænultimam corripit *Id.* l. 10. v. 110. Jam breve chærephylum, et torpenti grata palato Intyba. συστολή. ¶ Legitur et *chærophyllum*.

CHÆRONÆUS, a, um, ut Plutarchus Chæronæus, qui patriam habuit Chæronæam Bœotiæ urbem, de qua *Plin.* l. 4. c. 7.

[† CHALASSIS. V. in *Calasis*.

CHALASTICĀMEN, n. *a loosening medicine. Theod. Prisc.*]

CHALASTĬCUS, a, um, *laxative, emollient, aperient*, χαλαστικός, relaxandi vim habens: a χαλάω, laxo, remitto. *Theodos. Priscian.* l. 1. c. 7. Ut spongia molli vaporetur ex aquis chalasticis. et cap. 15. Fomenta chalastica.

CHALASTRÆUS, a, um, idem quod Chalastricus, ut *Chalastræum nitrum*, apud *Plin.* l. 31. c. 10. V. vocem sequent.

CHALASTRĬCUS, a, um, adject. ad Chalastram pertinens, quod est oppidum Macedoniæ in ora litorali ad sinum Thermæum. Hinc *Chalastricum nitrum*, quod optimum, copiosumque ibi invenitur. *Plin.* l. 31. c. 10.

CHALATORĬUS, a, um, adject. ad laxandum pertinens: a χαλάω, laxo, remitto. *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. *ult.* Falx chalatorios funes, quibus antenna suspenditur, repente præcidit. Al. leg. *collatorios*, fortasse quia hujusmodi funes in inferiori parte in unum conferuntur.

CHALĀTUS, V. *Chalo*.

CHALAZĪAS, æ, m. *a gem resembling a hail-stone, and said to be very hard*, χαλαζίας, gemma adamantinæ duritiæ, quæ grandinis figuram, et candorem refert: a χάλαζα, grando. *Plin.* l. 37. c. 11.

CHALAZĬUS, a, um, adject. *like a hail-stone*, χαλάζιος, grandini similis candore, ut *chalazius lapis* apud *Plin.* l. 36. c. 22. Nam χάλαζα grandinem significat. ¶ *Chalazia* dicuntur a Medicis tubercula in palpebris nascentia, mobilia, et grandini similia. *pimples or warts in the eye-lids; sties. Cels.* l. 7. c. 7. n. 3. ubi tamen in ipso textu Græce scribitur.

CHALBĂNE, es, f. χαλβάνη, succus ferulæ arboris, idem quod galbanum: quod V. *Martian. Dig.* lib. 39. tit. 4. *leg. ult.*

CHALCANTHUM, i, n. *copperas, vitriol*, χάλκανθον, corpus metallicum, quasi eris flos: a χαλκὸς, æs, et ἄνθος, flos. Latina appellatione dicitur *atramentum*, teste *Celso* l. 5. c. 1. et *Plin.* l. 34. c. 12. V. *Atramentum*.

CHALCĒDON, et Calchedon, onis, f. Χαλκηδὼν, et Καλχηδὼν, urbs Asiæ in Bithynia, in ora litorali, contra Byzantium: dicta etiam cæcorum oppidum, quod locum eligere nescissent, septem stadiis distante Byzantio, tanto feliciore omnibus modis sede, ut apud *Tacit. Annal.* 12. c. 63. et *Plin.* l. 5. c. *ult.* legitur. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 176. Bosphorus adversam patitur Chalcedona cerni. *Lucan.* l. 9. v. 959. *ostriferam* appellat ab ostreorum copia.

CHALCEDONĬUS, a, um, *Chalcedonian*, Χαλκηδόνιος, ad Chalcedonem pertinens. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 32. Thrasymachus Chalcedonius. *Gell.* l. 7. c. 16. Pelamys Chalcedonia. *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 55. Et Chalcedonias contra despectat arenas. ¶ *Chalcedonii, orum*, sunt Chalcedonis incolæ. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 63.

CHALCENTĔRUS, i, *with brazen entrails*, χαλκέντερος, intestina habens ænea: a χαλκὸς, æs, et ἔντερον, intestinum: et metaphorice indefessus, laboris patientissimus. [† Anglice, *with an iron constitution.*] Ita appellatus est Didymus Grammaticus Alexandrinus (qui vixit sub Antonio, et Cicerone usque ad Augustum) ob assiduitatem legendi, et scribendi. Dicitur enim tria millia, et quingenta volumina conscripsisse, ut *Suidas* narrat. Legitur apud *Hieronym.* epist. 51. quod est *Apologet. ad Domnionem*.

[* CHALCĒOS, χαλκεῖος, herba quædam apud *Plin.* l. 21. c. 16. sect. 56. Carduus et folia et caules spinosæ lanuginis habet. Item acorna, leucacanthos, chalceos, cnicos. Hujus herbæ mentionem facit etiam *Theophrast. Hist. Plantar.* l. 6. c. 3.

* CHALCĒTUM, i, n. herbæ genus apud *Plin.* l. 26. c. 7. sect. 25. Item herba chalcetum e vineis contrita imponitur.]

CHALCĔUS, a, um, *of copper or brass*, χάλκεος, idem quod æreus: a χαλκὸς, æs. *Martial.* l. 9. epigr. 96. Chalcea donanti chrysea qui dederas.

CHALCIDENSIS, e, adject. ad Chalcidem pertinens. *Plin.* l. 35. c. 9. Timagoras Chalcidensis. Χαλκιδεύς.

CHALCIDĬCE, es, f. χαλκιδική, genus lacertæ, quam et *sepa* vocant. *Plin.* l. 29. c. 5. [† V. *Seps.*]

CHALCIDICENSIS, e, adject. idem quod Chalcidensis, et a voce *Chalcidicus* deductum, ut *Colonia Chalcidicensis*, apud *Gell.* l. 10. c. 16. *h. e.* Cumæ, quam urbem Chalcidenses condidisse dicuntur.

CHALCIDĬCUS, a, um, Χαλκιδικός, ad Chalcidem pertinens. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 10. Euripus Chalcidicus *Varr. R. R.* c. 9. l. 3. Chalcidici galli. *Plin.* l. 15. c. 18. Chalcidicæ ficus. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 454. Chalcidicæ arenæ. ¶ *Chalcidica arx* apud *Virg.* 6. *Æn.* v. 17. est Cumarum oppidum a Chalcidensibus conditum. Et *Chalcidica litora* apud *Stat.* l. 4. silv. 4. v. 78. sunt ora maritima Cumarum, et Neapolis. Et l. 2. silv. 2. v. 94. Chalcidicæ turres. Sic *Chalcidicam Nolam* dicit *Sil.* l. 12. v. 161. h. e. a Chalcidensibus conditam. ¶ *Chalcidicus versus* apud *Virg. Ecl.* 10. v. 50. est carmen Euphorionis poetæ Chalcidensis, ut *Quintil.* l. 10. c. 1. et *Serv.* tradunt. Alii dicunt, significari carmen a Theocrito compositum, vel quia is Siculus quidem fuit, et Naxum oppidum patriam habuit, sed ejus oppidi conditores Chalcide profecti sunt, ut et *Salmas. ad Solin.* pag. 105. ex Græcis Auctoribus docet: vel quia de Sicilia Chalcidem aliquando migravit. *Servius.* ¶ Sed *carmen Chalcidicum* apud *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 182. sunt versus Sibyllini, quorum auctor fuit Sibylla Cumana: Cumas autem *Chalcidicas* appellari, modo diximus. *Chalcidica corona* apud *eund. ibid.* v. 226. est, qua coronabantur in sacris Cereris, quæ Neapoli celebrabantur: quod significare videtur *Id.* l. 4. silv. 8. v. 50. ¶ *Chalcidicum, ci*, n. genus est ædificii, ab urbe Calcide dictum, ut *Fest.* docet. Vel potius membrum est, seu pars ædificii. Ejus mentio fit a *Vitruv.* l. 5. c. 1. ubi in extremis Basilicarum partibus jubet constitui *Chalcidica*, si locus erit amplior in longitudine. Videtur autem significare amplam veluti porticum, in qua exspatiari homines possunt, *a spacious portico; a hall, court.* Eandem significationem habere videtur in *monum. Ancyrano*, ubi Curia, Calcidicum, et templum conjunguntur, et in illo *Hygin.* fab. 184. Merope credens eum esse filii sui interfectorem, qui dormiebat, in calcidicum cum securi venit, &c. Adde *Inscription.* apud *Reines.* class. 7. n. 15. ¶ Translate *Arnob.* l. 3. pag. 105. Avet animus, atque ardet in calcidicis illis magnis, atque in palatiis cæli deos deasque conspicere intectis corporibus, &c. ¶ Superiores quoque ædium partes, in quibus cœnacula, et solaria, et loca ampla erant vel tecta, vel sub dio posita, *chalcidica* appellantur. Ita enim intelligendum videtur illud *Ausonii in Periocha* lib. 1. *Odyss.* Penelope degressa Chalcidico. Et in *Periocha* lib. 23. Chalcidicum gressu nutrix superabat anili. *Homer.* enim his locis habet ὑπερῷον, et ὑπερωόθεν: ὑπερῷον autem summam ædium partem significat. Huc pertinet illud *Arnobii* l. 4. pag. 149. Describuntur dii vestri in tricliniis cælestibus, atque in chalcidicis aureis cœnitare.

CHALCIŒCUS, ci, m. χαλκίοικος, domus ærea: a χαλκὸς, æs, et οἶκος, domus. Ita appellata est ædes Minervæ a Spartanis exstructa. *Nepos in Pausan.* c. *ult.* In ædem Minervæ, quæ Chalciœcus vocatur, confugit. *Liv.* l. 35. c. 36. Ætoli circa Chalciœcum (Minervæ est templum) congregati cæduntur. ¶ Est etiam epitheton ipsius Minervæ, præsertim apud Græcos, a quibus Χαλκίοικος Ἀθήνη dicitur. ¶ Quidam putant non ab ære, sed a Calcidensibus, qui fabricati fuerint, templo nomen inditum. *Suid.*

CHALCIŎPE, es, f. Χαλκιόπη, uxor Mnesyli, vel ut alii volunt, Thessali, mater Antiphi, qui ad Trojanum bellum cum aliis Græcis profectus est. *Hygin.* fab. 97. ¶ Alia fuit hoc nomine, soror Medeæ, uxor Phryxi, mater Argi, Phrontidæ, Melæ, et Cylindri, ut apud *eund.* fab. 21. legitur. *Ovid. Her.* ep. 17. v. 232. Non Ipsea parens, Cal-

ciopeque soror. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 479. Chalciopen imitata sono, formaque sororem. ¶ Legitur et *Calciope.*

CHALCIS, idis, f. [† hod.] *Negroponte*, Χαλκὶς, urbs primaria Eubœæ insulæ, ex adverso Aulidis Bœotiæ portus, Euripo interfluente: ita dicta, quod æs ibi primum repertum fuerit, quod χαλκὸς Græce dicitur: vel a Chalcide Asopi filia. Aliis quoque nominibus vocitata est, Macris, et Macra, Abantias, et Asopis. *Plin.* l. 4. c. 12. et *Pompon. Mela* l. 2. c. 7. Hinc *Lucan.* l. 2. v. 710. Arctior Euboica, qua Chalcida verberat, unda. et lib. 5. v. 227. Chalcidos Euboicæ regnum. *Chalcidos*, et *Chalcida* casus sunt Græcæ positionis pro *Chalcidis*, et *Chalcidem.* ¶ Alia est *Chalcis* in Arabia, alia in Cœle Syria, de quibus V. *Plin.* l. 6. c. 28. et lib. 5. c. 23. et Geographos. ¶ Est etiam hoc nomine piscis sardiniæ similis, de quo *Plin.* l. 9. c. 47. et 51. et *Colum.* l. 8. *c. ult. a kind of turbot.* ¶ Item genus serpentis venenosi morsus, maculas quasdam in tergo habentis æreï coloris. *Plin.* l. 32. c. 3. et 5. *a venomous serpent; a newt, or evet.*

CHALCĪTES, æ, m. χαλκίτης, lapis idem qui *chalcitis. Plin.* l. 34. c. 2.

CHALCĪTIS, itidis, f. *the stone from which brass is melted; brass-ore*, χαλκῖτις, lapis, ex quo cocto æs fit: a χαλκὸς, æs. Differt a *cadmia*, quod ea super terram ex subdialibus petris cæditur, chalcitis vero ex obrutis. Illa æs solummodo continet; hæc tria genera, æris, misyos, et soryos: præterea magis est friabilis quam cadmia, et mollis natura, ut videatur lanugo concreta. *Plin.* lib. 34. cap. 12. Chalcitin vocant lapidem, ex quo ipsum æs fit. *Cels.* l. 6. c. 6. n. 31. Chalcitidis aliquid, et cadmiæ dimidio plus simul conteruntur. *Id.* l. 7. c. 7. n. 7. Calcitidem imponere. ¶ Est etiam nomen gemmæ, a colore æris sic appellatæ. *Plin.* l. 37. c. 11.

CHALCOPHŎNOS, i, f. *a black stone sounding like brass*, χαλκόφωνος, gemma, quæ illisa æris tinnitum reddit: a χαλκὸς, æs, et φωνὴ, vox, sonus. *Plin.* l. 37. c. 10. ¶ Hæc eadem a *Solin.* c. 37. (*al.* 50.) dicitur *chalcophthongos:* a φθόγγος, vox.

CHALCOPHTHONGOS, V. vocem præced.

CHALCOSMARAGDOS, i, f. *the bastard emerald*, χαλκοσμάραγδος, genus smaragdi æreis venis turbidi: a χαλκὸς, æs. *Plin.* l. 37. c. 5.

CHALCUS, i, m. χαλκὸς, Græce æs significat. Est etiam nomen ponderis, itidem, apud Græcos, sexagesimam partem drachmæ, et oboli decimam pendentis ut *Plin. c. ult.* l. 21. docet. *the tenth part of an* obolus. Quamquam a Græcis Scriptorib. aliter atque aliter definitur. *Diodorus* enim apud *Suid.* sextam oboli partem esse dicit, *Cleopatra* apud *Galen.* octavam, ut *Harduin.* adnotavit.

CHALDÆUS, a, um, adject. *Chaldæan*, Χαλδαῖος. *Chaldæi* sunt populi Asiæ in Babylonia, quorum regio *Chaldæa* nunc *Caldar.* Astrologiæ dediti in primis fuerunt, et præsertim ei parti, quæ ex stellarum positione, quæ in nativitate contigit, de cujusque casibus ac fortuna deque incertis aliarum rerum eventibus, quid futurum sit prædicit: quæ Anglice dicitur *judiciary astrology:* adeoque in ea arte excelluerunt, ut et cum aliarum gentium hominibus, qui eam profiterentur, nomen communicaverint. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 1. Qua in natione (*Assyriorum*) Chaldæi, non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse, ut prædici posset, quid cuique eventurum, et quo quisque fato natus esset. *Id. pro Mur.* c. 9. A quibus etiam dies, tanquam a Chaldæis, petebantur. *Juvenal.* sat. 10. v. 94. Grex Chaldæus. *Lucan.* l. 8. v. 226. Chaldæum regnum. *Lucret.* l. 5. v. 726. Babylonica Chaldæum doctrina. *pro* Chaldæorum. *Favorin.* apud *Gell.* l. 14. c. 1. contra Chaldæos multa disputat, vanamque esse eorum artem ostendit.

CHALDAĪCUS, a, um, *Chaldaic*, idem quod Chaldæus, soluta Græca diphthongo αι, Χαλδαϊκός. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 42. Chaldaicum prædicendi genus. et cap. 47. Chaldaicis rationibus eruditus. *h. e.* genethliaces, et divinandi arte.

CHALO, as, avi, atum, a. 1. *to let down, slacken*, demitto, laxo, remitto: a χαλῶ, vel χαλάζω, quod idem significat. *Vitruv.* l. 10. c. 13. *de hydraulicis machinis.* Delphini ærei in verticulis collocati, pendentia habentes catenis cymbala ex ore, infra foramina modiolorum, chalata intra arcam. *Id. ibid.* Delphini, qui sunt in verticulis inclusi, chalantes in os cymbala replent spatia modiolorum. *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 23. Centones et culcitas funibus chalant, et illis opponunt locis, qua cædit aries. Al. aliter leg.

CHALYBEĬUS, et

CHALYBĒUS, a, um, *of steel*, ad chalybem pertinens. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 405. Æs erat in pretio: chalybeia massa latebat. Al. leg. *chalybeaque massa:* alii *chalybis jam*, &c.

CHALYBS, ybis, f. *steel, hardened iron*, χάλυψ, ferrum, ita dictum a gente *Chalybum*, qui sunt populi Asiæ circa Pontum, apud quos id metallum in magna copia eruitur, et in alias terras mittitur, ut apud *Plin.* l. 6. c. 4. l. 7. c. 5. *Virg.* l. 1. *Georg.* v. 58. et *Avien. in descript. Orbis*, v. 959. legitur. *Virg.* 8. *Æn.* v. 446. Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit. *Id. Æn.* 10. v. 174. Insula inexhaustis chalybum generosa metallis. ¶ Per synecdochen *Senec. in Thyest.* v. 364. Strictus chalybs. *h. e.* ensis. *Lucan.* l. 6. v. 398. *de equo.* primus chalybem, frenosque momordit. et vers. 547. Insertum manibus chalybem. *h. e.* clavum ferreum. et vers. 797. Chalybum nodi. *h. e.* catena ferrea. *Id.* l. 7. v. 518. ponit pro spiculis ferreis sagittarum, et *Valer. Flacc.* l. 6. v. 341. pro acumine hastæ. ¶ Sumitur etiam pro nucleo ferri, hoc est parte ferri puriore, sinceriore, et duriore, certa quadam temperatura, et ad acies faciendas aptissima, quæ Græce dicitur στόμωμα, Anglice *sheer-steel. Justin.* l. 44. c. 3. docet, esse fluvium in Hispania nomine *Chalybem*, [† hod. *Cabe*,] quo tinctum ferrum optimam acquirat temperaturam: unde etiam ejus fluvii accolas Chalybes appellari, et ferro ceteris præstare. *Propert.* l. 1. eleg. 16. v. 29. Sit licet et saxo patientior illa Sicano: Sit licet et ferro durior, et chalybe. *Senec. in Herc. Œt.* v. 152. Ferrum sentit hebes: lentior est chalybs.

CHAMA, atis, n. *a lynx*, lupus cervarius, animal effigie lupi, pardorum maculis, cervis infensus. *Plin.* l. 8. c. 19. ubi al. leg. *chaus* (quod habetur etiam in *indice* lib. 2. *ejusd. Plinii* n. 28.) Galli *rufium* vocant. *Plin. ibid.* ubi al. leg. *raphium.* [† V. *Cervarius.*]

CHAMÆ, arum, f. *a kind of cockles, or other shell-fish*, χῆμαι, concharum genera sunt, in eo a ceteris distantia, quod testas semper apertas habent: a χήμη, hiatus, quod a χαίνω, hio, apertus sum. Earum multæ sunt species, ut *chamæ striatæ, chamæ læves, chamæ pelorides, chamæ glycymerides*, de quibus *Plin.* l. 32. *c. ult.*

CHAMÆACTE, es, f. *the herb wall-wort or Dane-wort, a kind of dwarf-elder*, χαμαιάκτη, genus sambuci silvestris, et humilis, seu brevioris, a χαμαὶ, humi, et ἀκτὴ, sambucus. Latina appellatione *ebulus*, vel *ebulum* dicitur. *Plin.* l. 24. c. 8. et lib. 26. c. 11.

CHAMÆCERĂSUS, i, f. *the dwarf cherry-tree*, χαμαικέρασος, genus cerasi humilioris, et frutici potius quam arbori similis: a χαμαὶ, humi. *Plin.* l. 15. c. 25.

CHAMÆCISSOS, i, f. *ground-ivy*, χαμαικισσος, genus hederæ, nunquam nisi humi repentis: a χαμαι, humi, et κισσὸς, hedera. *Plin.* l. 16. c. 34. et lib. 24. c. 15. ¶ Est etiam species cyclamini, cognomine *chamæcissos*, uno omnino folio, radice ramosa, qua pisces necantur. *Id.* l. 25. c. 9. *a species of the herb sow-bread.* ¶ Primam syllabam produxit *Seren. Sammon.* in illo spondaico versu cap. 44. vers. 799. Necte adipes vetulos, et tritam chamæcisson. *Homer.* primam in χαμαὶ corripit *Odyss.* 7. et *Iliad.* 3. et 16.

CHAMÆCYPARISSUS, i, f. *heath-cypress, or dwarf-cypress*, χαμαικυπάρισσος, genus herbæ cupressi folio: a χαμαὶ, humi, et κυπάρισσος, cupressus. *Plin.* lib. 24. cap. 15.

CHAMÆDAPHNE, es, f. *a sort of laurel growing low, spurge-laurel; also the herb periwinkle*, χαμαιδάφνη, herba Latine *vincapervinca:* a χαμαὶ, humi et δάφνη, laurus: quod sit veluti humilis laurus, ob foliorum similitudinem. *Plin.* l. 15. c. 30. l. 21. c. 11. et 27. et lib. 24. c. 15.

CHAMÆDRĂCON, ontos, m. *a kind of serpent*, χαμαιδράκων, genus draconis in Africa, ita dicti, quod humi tantum serpat, cum quidam sint, qui etiam arbores scandunt: a χαμαὶ, humi. *Solin.* c. 27. (*al.* 40.) Sunt et hammodytæ, elephantiæ, chersydri, chamædracontes.

CHAMÆDROPS, V. *Chamærops.*

CHAMÆDRYS, yos, f. *the herb germander*, χαμαίδρυς, herba Latine *trixago*, foliis mentæ, colore, et divisura quercus: unde et nomen habuit: a χαμαὶ, humi, et δρῦς, quercus, quasi parva quercus. *Plin.* l. 14. c. 16. *in fi.* et lib. 24. c. 15.

CHAMÆLÆA, V. *Chamelæa.*

CHAMÆLĔON, onis, et ontis, m. *a beast of the lizard kind, said to live on air, and to assume the colour of any thing to which it is applied, except red and white; a chameleon*, χαμαιλέων, quasi parvus, et pumilus leo: a χαμαὶ, humi, et λέων, leo: animal est in Africa raro, sæpius in India nascens, figura, et magnitudine lacertæ, nisi quod crura habet recta, et excelsiora. Latera ventri junguntur, ut piscibus, et spina simili modo eminet: rostrum simile suillo, cauda prælonga in tenuitatem desinens, et implicans se viperinis orbibus, ungues adunci, motus tardior, ut testudini, asperum corpus, ut crocodilo: oculi prægrandes, et corpori concolores, quos nunquam totos operit, nec pupillæ motu, sed totius oculi versatione circumspicit. Ipse celsus hianti semper ore; coloris etiam natura mirabili: eum enim subinde mutat, redditque semper quemcumque proxime attingit, præter rubrum, candidumque. Solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio, quam aeris alimento. Hæc et alia *Plin.* l. 8. c. 33. et ex eo *Solin.* c. 40. (*al.* 53.) item *Tertull. de Pall.* c. 3. quorum nonnulla falsa esse a posteris compertum est. *Plin.* l. 10. c. 52. Chamæleones ova gignunt. *Gell.* l. 10. c. 12. De vi, et natura chamæleontis. *Solin. loc. cit.* Per omnem Asiam chamæleon plurimus. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 411. Id quoque quod ventis animal nutritur, et aura, Protinus assimulat tactu quoscumque colores. ¶ Est etiam hoc nomine herba, alio nomine *ixia*, et Anglice *the carline-thistle, sow-thistle.* Ejus duo sunt genera. Chamæleon candidior asperiora folia habet, serpit in terra, echini modo spinas erigens, radice dulci, odore gravissimo. Quibusdam in locis viscum gignit album sub alis foliorum: unde et *ixia* appellatur (ἰξὸς enim viscum significat) Chamæleon autem ideo dicitur, quia mutat cum terra colores, instar chamæleonis animalis. Chamæleon niger alius florem purpureum gignit: hunc marem vocant: alius violaceum: hunc feminam putant. V. *Plin.* l. 22. c. 18. ubi plura hac de re. *Id.* l. 27. c. 13. Chamæleon niger quadraginta annis durat. *Scribon. Larg. compos.* 192. Ixia, quam quidam chamæleonta vocant. ¶ Reperitur etiam in genere feminino: sed *herba* subintelligitur. *Id.* l. 30. c. 4. Vulturinus sanguis cum chamæleonis albæ (quam herbam esse diximus) radice tritus. ¶ De quantitate primæ syllabæ. V. dicta in *Chamæcissos.*

CHAMÆLEUCE, es, f. *the herb colt's-foot; also marsh-marigold*, χαμαιλεύκη, herba, quæ et *bechion*, et *tussilago*, et *farfarus*, sive *farfugium* dicitur. Ideo autem *chamæleuce* appellatur, quia est veluti parva populus, habens cum ea arbore foliorum similitudinem: a χαμαὶ, humi, et λεύκη, populus. *Plin.* l. 24. c. 15. et l. 26. c. 6.

CHAMÆLY̆GOS, i, f. *vervain*, χαμαίλυγος, herba verbenaca, ita dicta a caulis, et ramulorum in terra dejectione, et eorundem ad ligandum aptitudine: a χαμαὶ, humi, et λύγος, vimen. *Apulei. de herb.* c. 3.

CHAMÆMĒLON, i, n. *the herb camomile*, χαμαίμηλον, quasi parva malus: habet enim odorem mali. Herba est humilis, cujus tria genera flore tantum distantia, candido, aut melino, aut purpureo, enumerat *Plin.* l. 22. c. 21.

CHAMÆMYRSĪNE, es, f. *holly, holm, or butcher's broom*, χαμαιμυρσίνη, hoc est parva myrtus: a χαμαὶ, humi, et μυρσίνη, myrtus. Ita appellatur genus myrti silvestris brevioris, quam sativæ, baccis rubentibus. Alio nomine *ruscus* dicitur. *Plin. sub fin.* l. 23.

CHAMÆPEUCE, es, f. *an herb with leaves like the larch-tree*, χαμαιπεύκη, herba larici folio similis: ita dicta quasi parva larix: a χαμαὶ, humi, et πεύκη, larix. *Plin.* l. 24. c. 15.

CHAMÆPĪTYS, yos, f. *the herb ground-pine*, χαμαιπίτυς, Latine abiga, et tus terræ, herba est cubitalibus ramis, flore pinus, et odore, ut *Plin.* l. 24. c. 6. docet, unde et nomen traxit, quasi pinus pumila: a χαμαὶ, humi, et πίτυς, pinus. *Plin.* l. 14. c. 16. Lignum chamæpityos. *Id.* l. 21. c. 29. Herba chamæpityi similis. *Id.* l. 26. c. 8. Hypericon, quam alii chamæpityn appellant. [† V. *Abiga.*]

CHAMÆPLATĂNUS, i, f. *the dwarf-platane*, pumila platanus: a χαμαὶ, humi. *Plin.* l. 12. c. 2. Et chamæplatani vocantur coactæ brevitatis: quoniam arborum etiam abortus invenimus.

CHAMÆRĔPES, um, f. plur. *a kind of date-tree; dwarf-palm*, χαμαιρεπεῖς, sunt humilium palmarum quoddam genus folio latiore, et molliore: a χαμαὶ, humi, et ῥέπω, propendeo, inclino. *Plin.* l. 13. c. 4. [† ubi legitur *Chamærops* et *Chamæriphes*, vel potius *Chamærriphes* ex Græco χαμαιρρίφεῖς φοίνικες.]

CHAMÆROPS, ōpis, f. herba eadem, quæ *chamædrys*, apud *Plin.* l. 24. c. 15. et *Apulei. de herb.* c. 24. Est autem a χαμαὶ, humi, et ῥὼψ, ῥωπὸς, virgultum. Quidam apud *Plin.* legi volunt *chamædrops*, quod χαμαίδρωψ dicatur a *Dioscor.* et *chamædropis* in genitivo legatur apud *Marcell. Empir.* c. 20. *post med.*

CHAMÆSȲCE, es, f. *thyme, spurge*, χαμαισύκη, herba est lentis folia habens, nihil se attollentia: a χαμαὶ, humi, et συκῆ, ficus, quia succum habet lacteum fici similem. *Plin.* l. 24. c. 15. ¶ Perperam confundi cum chamæacte, ab *Apul. de herb.* c. 91. adnotavit *Humelbergius.*

[* CHAMÆTORTUS, a, um, humum versus inflexus. Vox hybrida a χαμαὶ, humus, [† humi] et *tortus. Fronto de oration.* l. 2. fragm. 2. Quin erige te et extolle, et tortores istos, qui te ut abietem, aut alnum proceram incurvant, et ad chamætorta detrahunt, valido cacumine tuo excute. *h. e.* ad ea, quæ humi curvata sunt. Cave tamen usurpes.]

CHAMÆZĒLON, i, n. *the herb cinque-foil*, χαμαίζηλον, herba alio nomine guaphalion, humi tota jacens, a χαμαίζηλος, humilis, humi depressus. *Plin.* l. 27. c. 10.

CHAMEDYOSMOS, i, f. *rosemary*, χαμηδύοσμος, herba eadem, quæ ros marinus: a χαμαὶ, humi, et ἡδύοσμος, jucunde olens, quia per terram folia spargit, et jucundi est odoris. *Apul. de herb.* c. 79.

CHAMELÆA, æ, f. *the dwarf-olive*, χαμελαία, hoc est olea pumila: a χαμαὶ, humi, et ἐλαία, olea. Ita appellatur herba quædam, similitudinem foliorum et baccarum oleæ habens, in petrosis nascens, et palmum altitudine non excedens. *Plin.* l. 24. c. 15. et lib. 15. c. 7. ¶ Alia est chamelæa, ex qua Gnidium granum nascitur. V. *Coccum.* ¶ Quidam scribunt *chamælæa* minus recte, teste *Dausqu.*

CHAMETÆRA, æ, f. *a female reclining on the ground; a female attendant, handmaid*, χαμεταίρα, socia, amica humi jacens, vel sedens: a χαμαὶ, humi, et ἑταίρα, amica, sodalis. *Plin.* l. 36. c. 5. *de Scopa.* Fceit Vestam sedentem, duasque chameteras circa eam. ¶ Quidam scribunt, *Chamætara*, sed perperam. *Dausqu. in Orthogr.*

CHAMEUNIA, æ, f. *a lying on the ground*, χαμευνία, humi cubatio: a χαμαὶ, humi, et εὐνὴ, cubile. *Hieronym.* ep. 2. *ad Nepotian.*

CHAMULCUS, ci, m. *a cart*, χαμοῦλκος, traha, carrus humilis, quo utimur ad magna pondera vehenda: a χαμαὶ, humi, et ἕλκω, traho. *Amman.* lib. 17. cap. 4. (*al.* 8.) Obeliscus chamulcis impositus, tractusque lenius, per Ostiensem portam Circo illatus est Maximo.

CHANANÆUS, a, um, ad Chanaam pertinens, quæ regio est Palæstinæ. *Prudent. in Hamartig.* v. 410. Surgit in auxilium Chananæus, et agmina densat.

CHANIUS dicitur a quibusdam pes Molossus tribus syllabis longis constans, ut est apud *Diomed.* l. 3. pag. 475. *Putsch.* Fortasse est a χαίνω, hisco, quia tot longæ syllabæ hiante ore proferuntur.

CHANNE, et Chane, es, f. *a fish like a perch; a ruff*, χάννη, et χάνη, genus piscis: a χαίνω, hisco: quia semper est ore hiante. Hunc sine mare esse, et ex se concipere, tradit *Plin.* l. 9. c. 16. et *in fi.* l. 32. ex *Ovid. in Halieut.* v. 108. et ex se Concipiens channe, gemino fraudata parente.

CHAON, V. *Chaones.*

CHAŎNES, um, m. Χάονες, populi Epiri, quorum regio Chaonia, a Chaone fratre Heleni Trojani, postea Molossia, a Molosso filio Pyrrhi, nunc *Canina*, a castro cognom. intra montes, extensa ab Onæo sinu Buthrotum usque versus oram maris Ionii. Porro Chaon hic ab aliis dicitur fuisse comes Heleni, qui cum eum imprudens occidisset in ejus honorem provinciam illam nominavit. Alii narrant, ipsum se devovisse ad avertendam sævissimam pestilentiam, quæ in ea regione grassabatur. *Serv. ad Virg. Æn.* 3. v. 334. et 335. et *Plin. in proœm.* l. 4. Hinc *Claudian. de B. Get.* v. 135. non Chaonas, atque Molossos, Quos Epirus alit, &c.

CHAONĬA, æ, f. Χαονία, regio Epiri, in qua sunt Chaones populi. *Virg.* 3. *Æn.* v. 334. qui Chaonios cognomine campos, Chaoniamque omnem Trojano a Chaone dixit. Adde *Plin.* l. 4. *in proœm.* et *Cicer. Attic.* l. 6. ep. 3.

CHAŎNIS, nidis, f. Χαονὶς, quæ est ex Chaonia. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 150. Quasque colat turres, Chaonis ales habet. *h. e.* columba. *Id. Metam.* 10. v. 90. non Chaonis abfuit arbos. *h. e.* quercus. Sic *Senec. in Herc. Œt.* v. 1621. Chaonis quercus quondam loquax. V. *Chaonius.*

CHAONĬUS, a, um, *Chaonian*, Χαόνιος, ad Chaones, vel Chaoniam pertinens. *Virg.* 3. *Æn.* v. 334. Chaonii campi. *Id.* 1. *Georg.* v. 8. Chaonia glans. *h. e.* quæ multa in Epiro colligebatur, propter abundantiam quercuum. Sic 2. *Georg.* v. 67. Chaoniique patris glandes. *h. e.* Jovis Dodonæi, cui quercus illæ sacræ erant. *Id. Ecl.* 9. v. 13. Chaoniæ columbæ. *Chaonias* appellat, alludens ad celebres illas columbas, quæ inter quercus Dodonæas degebant, et fatidicæ fuisse dicuntur. *Stat.* 6. *Theb.* v. 98. cadit ardua fagus, Chaoniumque nemus, brumæque illæsa cupressus. *h. e.* quercus. Sic Chaonius truncus *Valer. Flacc.* l. 8. v. 461. Eadem ratione locuti sunt *Senec. in Œdip.* v. 728. et *Ovid.* V. *Chaonis. Lucan.* l. 3. v. 180. Chaonius vertex. *h. e.* mons Chaoniæ quercubus fatidicis abundans. *Claudian.* l. 3. *de rapt. Proserp.* v. 47. Avertere gentes victu Chaonio. *h. e.* ab esu glandium.

CHAOS, n. *a vast depth, bottomless pit, abyss*, Χάος, εος, τὸ, et in ablativo *Chao*, (neque enim alia præterea positione a Latinis usurpatum legimus) proprie significat baratrum, vastitatem hiantem, patentemque in profundum, ut *Festus* docet. Est enim a χάω, vel χαίνω, hio, patens et vacuus sum. Hinc sæpe ponitur pro Inferis (hoc est pro immensis illis spatiis, ubi degunt tenues sine corpore vitæ) luce et cælo carentibus, quo fingunt Poetæ recasura in fine mundi omnia, quæ nunc Orbem universum componunt: qui locus etiam pro Numine invocatur, et colitur, *the depths of hell. Ovid.* 4. *Fast.* v. 600. Possidet alter aquas (*Neptunus*) alter inane Chaos. (*Pluto.*) *Lucan.* l. 6. v. 696. Et Chaos innumeros avidum confundere mundos. *Senec. in Med.* v. 741. Cæcum chaos. et v. 9. Noctis æternæ Chaos. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 402. profundum Per Chaos occurrunt cæcæ sine vocibus umbræ. *Sil.* l. 13. v. 439. quidquid ab imo Natum hominum exstinctumque chao. *Virg.* 4. *Æn.* v. 510. Tercentum tonat ore deos, Erebumque, Chaosque. Adde 6. *Æn.* v. 264. ¶ Hinc dicitur eleganter de tenebris. *darkness. Prudent. Cathemer.* 5. v. 3. Merso sole, chaos ingruit horridum: Lucem redde tuis, Christe, fidelibus. Adde *Peristeph.* 9. v. 55. Huc referendum videtur *Cimmerium chaos*, quod legitur apud *Stat.* l. 3. *silv.* 2. v. 92. Nam Cimmerii sunt populi Septentrionales, apud quos longissimæ noctes sunt. ¶ Sæpissime accipitur pro materia cæli, et terræ confusa, atque informis qualis initio fuisse non a Poetis modo dicitur, sed e sacris etiam Libris cognoscitur, quæ non fuit ex omni æternitate, ut quidam Philosophi, et Poetæ arbitrati sunt, sed a Deo ex nihilo facta est primo sex illorum dierum, quibus mundum machinatus est: de qua postmodum res omnes hujus universitatis per species varias, formasque proprias prodierunt, *a confused mass, confused and disordered heap of things; the first matter whereof the poets supposed all things were made; chaos*, ὕλη. *Lactant.* l. 1. c. 5. Chaos est rudis inordinatæque materiæ confusa congeries. *Ovid.* 1. *Met.* v. 5. Ante mare, et tellus, et, quod tegit omnia, cælum Unus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixere Chaos, rudis indigestaque moles, &c. *Senec. in Thyest.* v. 831. Deforme Chaos. ¶ *Chaon* in accusativo quidam asserunt ex illo *Ovid. Metam.* 14. v. 404. Et Noctem, noctisque Deos Erebonque, Chaonque, &c. Sed rectius alii leg. *Ereboque, Chaoque.* ¶ Genitivus *Chai* legitur apud *Serv. ad Æn.* 1. v. 668. et apud *Priscian.* l. 6. pag. 720. *Putsch.*

CHARA, herba, vel radix herbæ, de qua V. in *Careum.*

CHARACĀTUS, a, um, adject. *staked or propped up, Characata vinea* dicitur a *Colum.* l. 5. c. 4. et 5. quæ defixis arundinibus circummunita, per statumina calamorum materiis ligatis, in orbiculos gyrosque flectitur, ut *Id. ibid.* exponit: *h. e.* quæ pedamentis arundinum veluti vallata, ramis in gyrum alligatis fulcitur: a χάραξ, vallum, palus, pedamentum.

CHARACĒNUS, a, um, ad Characem pertinens, ut *Characenorum Rex* apud *Plin.* l. 6. c. 28. ¶ Porro *Charax* oppidum est in Susiana extrema ad oram intimam sinus Persici inter confluentes dextra Tigrin, læva Eulæum fluvium: ita dicta a vallo, quo munita aliquando fuerat contra impetum aquarum. Χάραξ enim Græce vallum significat. Condita est ab Alexandro M. a quo et Alexandria, et Pagus Pellæus dicta est: fuitque patria Dionysii illustris Geographi. *Plin.* l. 6. c. 27. *ad fin.* ¶ Regio circa posita, *Characene* appellatur. *Id. ibid.* ¶ Alia est *Charax* in Taurica Chersoneso, cujus incolæ et ipsi *Characeni* vocantur ab *eod.* lib. 4. cap. 12.

CHARACĪAS, æ, m. χαρακίας, vallis, seu pedamentis aptus, a χάραξ, vallum, palus. *Characias calamus* est genus arundinis crassioris, et firmioris, quod in ripis Orchomenii lacus nascens multo olim in pretio habebatur, quia pedandis vineis (quæ inde *characatæ* dicebantur) et vallis faciendis idoneum erat. *a kind of reed, Plin.* l. 16. c. 36. ¶ Est etiam cognomen tithymali, masculi dicti, ramos habentis digitali crassitudine, rubris, succosis, quinque, aut sex cubitali longitudine. *a kind of spurge. Plin.* l. 26. c. 8. Primus cognominatur characias, qui et masculus existimatur, &c. Adde cap. 11.

CHARACTEARĬUS, a, um, ad characterem pertinens. *Artis characteariæ* videtur mentio fieri in quadam *Inscript.* apud *Spon. in miscell. erud. antiq.* sect. 6. pag. 220. Aureli. Leont. qui vixit ann. XVIII. M. VII. D. V. artis characte...... iari Antonia Amanda mater &c. *Spon.* putat, significari eam artem qua lapides litteris inscribuntur.

CHARACTER, ēris, m. *a mark of distinction impressed upon any thing; a sign*, χαρακτὴρ, nota, signum inscriptum, vel insculptum alicui rei ut dignosci possit: a χαράσσω, sculpo, imprimo. *Colum.* l. 11. c. 2. His etiam diebus maturi agni, et reliqui fetus pecudum, nec minus majora quadrupedia charactere signari debent. [† ubi quidam intelligunt de instrumento. *a branding-iron.*] Adde *Pallad. in Januar.* tit. 17. ubi eadem verba repetit. *Augustin.* l. 1. *cont. Crescon. Grammat.* c. 30. Characterem alicui infigere. ¶ Docet *Isidor.* l. 20. *Origin. c. ult.* etiam ipsum instrumentum, quo hujusmodi notæ imprimuntur, *characterem* nominari. ¶ Sic etiam appellantur notæ quædam occulta forma expressæ, et figuræ superstitiosæ, quibus vim miram, et supra naturalium causarum facultatem Veteres tribuebant. *mysterious marks, a sort of hieroglyphics. Augustin.* l. 2. *de doctr. Christ.* c. 20. et 29. et *Serm.* 163. *de Temp.* ¶ Translate est forma et genus dicendi. *a character, or style, of writing or speaking. Gell.* l. 7. c. 14. Et in carmine, et in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας vocant, nominaque eis fecerunt ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον: nos primum uberem vocamus, secundum gracilem, tertium mediocrem. *Cic. in Orat.* c. 39. Sed jam forma ipsa restat, et character ille qui dicitur, qui &c. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. *ad fin.* L. Albutius homo apprime doctus, cujus Luciliano charactere sunt libelli. *in the style of Lucilius.* ¶ Tres poematis characteres enumerat *Servius ad Ecl.* 3. v. 1. quatuor vero *Diomed.* lib. 3. pag. 481. *stiles, sorts. Putsch.* V.

CHARACTERISMUS, i, m. *the delineating of a character*, χαρακτηρισμὸς, figura, qua vita alicujus describitur. *Rutilius Lupus antiquus Rhetor, Quintiliano major* l. 2. *de fig. sentent.* Characterismus: Quemadmodum pictor coloribus figuras describit, sic Orator hoc schemate aut vitia, aut virtutes eorum, de quibus loquitur, deformat.

CHARADROS, i, m. Χάραδρος, fluvius Phocidis in Achaia, magno impetu decurrens, et in Cephissum influens. *Stat.* 4. *Theb.* v. 46. et 712.

CHARADRĬUS, V. *Chartarius.*

CHARAX, V. in *Characenus.*

[* CHARAXĀTUS, a, um, adject. a verbo *charaxo*, exaratus, scriptus. *Augustin. de altercat. Eccles. et Synag.* Moyses in monte Sinai charaxatas decalogo tabulas accepit. 1.]

CHARAXO, as, a. 1. *to scratch, scarify*, χαράσσω, scarifico. *Prudent. in Romano*, v. 557. Charaxat ambas ungulis scribentibus Genas, cruentis et secat faciem notis. Adde *Apic.* lib. 6. cap. 9.

CHARAXUS, i, m. Χάραξος, frater Sapphus, qui captus amore cujusdam meretricis, omnia bona sua absumpsit, et ad summam inopiam redactus piraticam exercuit. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 117. Gaudet, et e nostro crescit mœrore Charaxus.

CHARCHEDONĬUS, a, um. V. *Carchedonius.*

CHARIENTISMUS, i, m. *urbanity or gracefulness in speaking*, χαριεντισμὸς, (vox Græca et Græce scribenda) figura est, qua per ea quæ grata sunt, aliud dicimus, aliud significamus, ut cum interroganti, *quis eum quæsierit*, respondemus, *bona salus*, unde intelligi potest, neminem eum quæsisse. Ita *Charis.* l. 4. pag. 247. *Putsch.* At *Diomed.* l. 2. pag. 458. ita definit: χαριεντισμὸς est tropus, quo dura dictu gratius proferuntur. Deinde eadem subjicit, quæ *Charisius.* Similiter describit *Donat. de Tropis, ibid.* pag. 1778. ¶ Videtur etiam designari a *Cicer.* iis verbis l. 3. *de Orat.* c. 53. *Ad hilaritatem impulsio*: cum scilicet orator ea dicit, quibus judicum animus a contentione attendendi, tædioque actionis grata quadam, festivaque significatione abducatur, et exhilaretur.

CHARISIUS, V. *Carisius.*

CHARISMA, atis, n. *a gift, boon*, χάρισμα, donum. Græca vox est, quam adhibuit *Prudent.* et quidem prima syllaba producta: qua in re non est imitandus. *in proœm. Apotheos.* v. 11. Deus ipse fideles In populos charisma suum diffundere promptus. Adde περὶ στεφ. 5. *de S. Cypr.* v. 61.

CHARISTĬA, orum, n. plur. *a solemn feast or banquet, at which none but kinsfolks met, in order that if there had been any quarrel, or misunderstanding amongst any of them, they might be reconciled and made friends again*, χαρίστια, erat solemne convivium a majoribus institutum, cui præter cognatos, et affines nemo adhibebatur, ut siqua inter necessarios querela esset orta, apud sacra mensæ, et inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur: a χαρίζομαι, gratificor, largior, condono. Ita *Valer. Max.* l. 2. c. 1. n. 8. ¶ Agitabantur VIII. Cal. Mart. qui dies eodem nomine appellatur. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 617. Proxima cognati dixere charistia cari. V. *quæ sequuntur*, et *Martial.* l. 9. epig. 55. et 56. ¶ Dies a Patavinis dictus *la Domenica parentela* hisce Charistiis valde similis est.

CHARISTĪCON, i, n. *a gift, donative, largess, present*, τὸ χαριστικὸν, quod alicui gratificandi, et remunerandi causa donatur: a χαρίζομαι, gratificor, dono. *Callistrat. Dig.* lib. 48. tit. 20. leg. 6. Bona damnatorum debent ad ea servari, quæ jure præsidum solent erogari, ut puta charisticon quibusdam officialibus inde subscribere, vel si quid fortiter fecerint milites, inde donare eis. Ita *Haloander*: at *Torrentin.* edidit *chartiaticum* (nota distinctionis subjecta) quod significat quidquid insumitur in chartis, quibus librarii, aliique magistratuum officiales utuntur, *the expense of paper.* Quo pertinet Senatus consultum allatum a *Frontino de aquæduct.* artic. 100. ubi Scribis, et librariis, qui Curatoribus aquarum attribuebantur, *chartæ, ceteraque, quæ ejus curationis causa opus essent* præberi jubentur.

[* CHARISTOLOCHĬA, æ, f. herba apud *Apul. de herb.* c. 10.]

CHARĬTAS. V. *Caritas.*

CHARĪTES, um, f. *the Graces*, αἱ Χάριτες, Græce eædem sunt, quæ Latinis *Gratiæ*, de quibus plura in ea voce dicemus. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 219. Protinus arripiunt Charites, nectuntque coronas. *Senec.* l. 1. *de benef.* c. 4. Charites Jovis filiæ sunt. Adde *Plin.* l. 36. c. 5. et *Inscript. antiq.* apud *Gruter.* pag. 607. n. 4. ¶ In dativo plurali *Charisin* Græca positione, Χάρισιν, metri causa dixisse videtur *Propert.* l. 4. eleg. 1. v. 75. Aversis Charisin cantas: aversus Apollo, &c. Sunt tamen qui aliter leg. ¶ In singulari numero, sed Græca itidem positione, *Plin.* l. 35. c. 10. Deesse iis unam Venerem dicebat, quam Græci Charita vocant. τὴν Χάριτα. ¶ In illo quoque *Lucretii* l. 4. v. 1155. Parvula, pumilio, Chariton mia, tota merum sal. *chariton mia* voces Græcæ sunt Latinis litteris scriptæ, Χαρίτων μία, *h. e. una Gratiarum.* Al. leg. Χαρίτων ἴα, quod idem sonat.

CHARITOBLEPHĂRON, i, n. *a kind of shrub growing in the sea, used in love-potions*, χαριτοβλέφαρον, frutex marinus circa Troglodytarum insulas nascens: ita dictus a χάρις, gratia, et βλέφαρον, palpebra, quia gratiam addit utentibus, et philtri vim habet. *Plin. in fi.* l. 13.

CHARĪTON MIA. V. in *Charites.*

CHARMIDĀTUS. V. dictionem sequent.

CHARMĪDES, is, m. Χαρμίδης, nomen proprium senis inducti a *Plauto* in Comœdia Trinummi; factum a Græco χάρμη, lætitia, gaudium: ad quam significationem alludens *Id. ibid.* 4. 2. 133. Postquam, inquit, ego me aurum ferre dixi, post tu factus Charmides. Prius tu non eras, quam auri feci mentionem. Nihil agis. Proin tu te itidem, ut charmidatus es, rursum recharmida. *h. e.* postquam aurum me ferre dixi, tu es factus Charmides, quem te esse, antea dissimulabas, et spe auri habendi gavisus es: proinde quam lætitiam concepisti, rursum depone. ¶ In vocativo habet *Charmide* Græca positione, ὦ Χαρμίδη, quemadmodum dicitur ὦ Σωκράτη. *Id. ibid.* 3. 1. 16.

CHARON, tis, m. *the ferryman of the infernal regions*, nepos Demogorgonis, filius Herebi; quem animas mortuorum per tria Inferni flumina, Acherontem, Stygem,

et Cocytum ad aliam ripam cymba transvehere fabulantur. Cum Herculem ad Inferos degressum, ejus minis territu stransvexisset, anno integro in compedibus detentus fuit, ut narrat *Serv.* ad illud *Æn.* 6. v. 392. Nec vero Alciden me sum lætatus, &c. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 17. Tum Charon, tum Cerberus dii putandi. *Virg. in Culice*, v. 215. Præda Charontis agor. *Senec. in Herc. Fur.* v. 771. Dirus Charon. V. *ibid.* elegantem ejus descriptionem a *vers.* 764. et apud *Virg. cit. Æn.* 6. v. 297. ¶ Est etiam convicium in hominem teterrimæ faciei, et sævi animi. *Apul. in Apolog. his.* ¶ Reperitur etiam in genitivo *Charonis. Fulgent.* l. 1. *Mythol.* Quo ferant Charonem citius sopiturum. Adde *Vet. Scholiast. Juvenal. ad* sat. 3. v. 266. ubi quod legitur, *Carinam Porthmeum dicit*, Eruditi emendant *Charonem*, vel *Caronem*. Huc facit adjectivum *Charonēus*, et Græce Χαρώνειος, Nam a *Charontis Charonteus* dicendum fuisset. ¶ Hanc vocem quidam putant Ægyptiam esse, quæ proprie portitorem significet: alii Græcam a Χαίρω, gaudeo, κατ' ἀντίφρασιν. vel proprie quia Charon transferat animas ad sedes beatas: alii alia comminiscuntur. V. *Voss. in Etymol.* in *Charonium*.

CHARONĒUS, a, um, adject. Χαρώνειος, ad Charontem pertinens. *Charoneas scrobes* nonnulli appellant, teste *Plin.* l. 2. c. 93. spiracula quædam terrarum mortiferum spiritum exhalantia, et vitam hominibus, si nimis diu hauriant, eripientia: quæ *Galen.* l. 7. *de usu partium*, c. 8. Χαρώνεια βάραθρα nominat.

CHARONĪUM. V. *Catonium*.

CHAROPEĪUS, a, um, ad Charopum, seu Charopen pertinens, ut *Charopeia coniux*, h. e. *Polyxo*, apud *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 159. ubi alii scribunt *Caropeia*. V. *Caropeius*.

CHARTA, æ, f. *paper*, χάρτης, folia, quibus utimur ad scribendum, quæ nunc fiunt ex linteis contritis, olim ex papyri libro, et philuris conficiebantur; dispositis super tabula aqua madente tenuibus illis papyri tunicis, rectis et transversis, in modum cratis deinde prelo pressis, et sole siccatis. V. *Papyrus.* Hinc orta phrasis *texere chartam* (apud *Plin.*) quia ad modum staminis et subteminis philuras disponebant. Plura V. apud *Plin.* l. 13. c. 11. 12. et 13. in quem locum *Melchior Guillandin.* integrum edidit commentarium, et in eum *Jos. Scaliger* animadversiones, item *Salmas. ad Vopisc. in Firmo*, &c. c. 3. ¶ *M. Varro* apud *Plin. cit.* cap. 11. scriptum reliquit, chartam non fuisse ante conditam in Ægypto Alexandriam. In palmarum foliis primo scriptitatum, deinde quarundam arborum libro, postea plumbeis, et linteis voluminibus, ac ceratis tabulis, denique charta, postremum omnium membranas repertas fuisse. Sed *Id. Plin. cit.* cap. 13. ingentia ait reperiri exempla, quæ contra Varronis sententiam probent, etiam ante Alexandriam conditam chartæ usum fuisse. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 4. Pæne præterii, chartam tibi deesse: siquidem ejus inopia minus multa ad me scribis. *Id. Q. Fr.* l. 2. *ep. pænult.* Charta dentata. *h. e.* lævigata, dente polita. *Sueton. in Cæs.* c. 56. Transversa charta scribere epistolas. *cross-wise. Martial.* l. 8. epigr. 62. Scribere epigrammata in charta aversa. *h. e.* in utraque parte chartæ. Porro veteres in una tantum facie scribere solebant. *Horat.* l. 2. ep. 1. *in fi.* Amicire aliquid chartis ineptis. *to wrap up in foolish writings. Plin.* l. 8. ep. 15. Chartæ bibulæ. *blotting paper; paper that will not bear the ink. Plin. alter cit.* cap. 12. Scapus chartarum. *a quire of paper. Horat.* l. 1. sat. 4. v. 36. Illinere aliquid chartis. *h. e.* scribere. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 50. Chartæ puræ. *h. e.* in quibus nihil scriptum est: quibus opponuntur *scriptæ*, et lib. 37. tit. 11. leg. 4. novæ, et deletitiæ. ¶ Differt a *membranis*, quæ ex pellibus animalium confectis, et lævigatis fiunt, *parchment, vellum.* Hinc *Ulpian. cit.* leg. 50. Librorum appellatione continentur omnia volumina, sive in charta, sive in membrana sint. ¶ Ipsa papyrus aliquando *charta* dicitur per metonymiam. *Plin. cit.* cap. 11. In Sedennytico Ægypti nomo non nisi charta nascitur. *the papyrus.* ¶ Metonymia etiam est, cum, quod sæpe fit, *charta* sumitur pro scriptura, epistola, libro. *a treatise, writing, letter, book. Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 50. *circa med.* Si quis sic reliquerit: Chartas meas universas; nemo dubitabit, libros deberi. nam in usu plerique libros chartas appellant. *Cic. pro Cæl.* c. 17. Chartæ quoque, quæ illam pristinam severitatem continebant, obsoleverunt. *Id. Attic.* l. 2. ep. 20. Charta ipsa ne nos prodat, pertimesco. *Martial.* l. 10. epigr. 19. Chartæ Arpinæ. *h. e.* scripta Ciceronis. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 161. Chartæ Græcæ. *h. e.* scripta Græcorum. *Id.* l. 4. od. 8. v. 21. Si chartæ sileant. *h. e.* si scriptores litteris non consignent aliquid. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 1. v. 4. Nullus in hac charta versus amare docet. *Catull.* carm. 1. Omne ævum tribus explicare chartis. *h. e.* tribus libris historiarum. *Pers.* sat. 5. v. 62. nocturnis juvat impallescere chartis. *h. e.* nocturnæ lectioni librorum. ¶ Per similitudinem *charta plumbea* apud *Sueton. in Ner.* c. 20. est lamina plumbea. *a sheet of lead.* ¶ Olim *chartus, i*, m. usurpatum fuit. *Lucil.* l. 27. Ubi Græci, ubi nunc Socratici charti. Ita *Non.* refert cap. 3. n. 40.

CHARTACĒUS, a, um, *of paper*, qui est ex charta. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 50. Codices membranei, vel chartacei.

CHARTARĪUS, a, um, ad chartam pertinens. *Plin.* l. 1. *in indice* libri 22. n. 60. Farina chartaria. *h. e.* qua utuntur ad chartas glutinandas. *Id.* l. 18. c. 10. Chartariæ officinæ. *paper-mills; stationers' shops. Apul. in Florid.* n. 9. (*al.* l. 2.) Calamus chartarius. *h. e.* quo in charta scribitur. *Id. de herb.* c. 1. Arnoglossa nascitur in chartariis locis. *h. e.* ubi papyrus. Possis tamen, paucis immutatis litteris, legere *charadiis*, a Χαράδρα, quæ significat terræ fissuram, cavernam, sulcum a torrente factum, atque etiam ipsum torrentem. Hæc *Humelbergius.* ¶ *Chartarius, ii*, idem esse videtur qui chartularius, et chartophylax. *Inscript. vetus mutila* apud *Gruter.* pag. 480. n. 1. IIIIII. Vir. Aug. L. Valerio Vol. Philumeno Cartario. *Alia* apud *Reines.* class. 20. n. 409. Locus Valeriani Chartarii. V. *Chartularius.* ¶ Potest etiam significare eum, qui chartas conficit, aut vendit, ut colligitur ex *Diomed.* l. 1. pag. 313. Putsch. *a paper-maker; a stationer.* ¶ Quod vero in priori Inscript. sine adspiratione scribitur, lapicidæ mendum esse potest. Quamquam et in quibusdam editionib. apud *Prudent. Peristeph.* 1. v. 75. *cartula* scriptum legitur. ¶ *Chartarium, ii*, n. est locus, in quo asservantur chartæ, et libri, *places where records and ancient writings are kept; archives; a library. Hieronym.* l. 3. *advers. Rufin.* c. 6. Cur eam (*epistolam*) in Romanæ Ecclesiæ chartario non requiris?

CHARTĒUS, a, um, *of paper*, chartaceus. *Auson.* ep. 10. v. 40. nam tota supellex Vatum piorum chartea est. *Id. in præfat. ad Griphum.* Situs chartei pulveris. ¶ *Charteum stadium* vocat *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 45. chartas et libros, quibus nos scribendo exercemus. *Turneb.* l. 29. *advers.* c. 20.

CHARTIATĪCUM. V. *Charisticon.*

CHARTĪNA. V. *Carthina.*

CHARTOPHȲLAX, ăcis, m. *a librarian*, χαρτοφύλαξ, hoc est chartarum, et archivi custos, chartularius. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 587. n. 11. M. Aurelio M. F. Rom. Veturio. Aug. N. Chartophyla. Aurelia. Procula. uxor. et. Aurelia Proculina. Mat. Fil. Piiss. Fecit. *Verba illa* Aug. N. Chartophyla. *lego* Augusti Numerario Chartophylaci: *ut utrumque munus et numerarii et chartophylacis, hoc est chartularii exercuerit.* V. *Cod. Justin.* lib. 12. tit. 50. *qui est de* numerariis, actuariis, et chartulariis, *&c.*

CHARTOPRĀTES, æ, m. *a seller of paper; a stationer*, qui chartam vendit, χαρτοπράτης. Legitur *in lemmate* tit. 17. lib. 11. *Cod. Justin.*

CHARTŬLA, æ, f. *a small leaf, or sheet of paper*, χαρτίον, parva charta. *Cic. Fam.* 7. ep. 18. Miror quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris. [¶ Usurpatur etiam pro tabulis, vel scriptis publicis, aut privatis. *Cod. Theodos.* leg. 2. *de tabulariis.* Quam fideliter dederint administratarum suo tempore chartularum apud acta rationem. *Id.* leg. 8. *de filiis mil. apparit.* In chartularum ministerio esse. *Prudent.* περὶ στεφ. carm. 1. v. 75. Chartulas blasphemus olim nam satelles abstulit, Ne tenacibus libellis erudita sæcula Ordinem, tempus, modumque passionis proditum Dulcibus linguis per aures posterorum spargerent. Nempe *chartulas* dixit acta et narrationes Martyris.]

CHARTULARĪUS, ii, m. *a keeper of records, library-keeper; a librarian*, χαρτοφύλαξ, vel χαρτογράφος, apud sequioris ævi Scriptores dictus est, qui chartas, et archivum Principis curabat; idem nempe qui commentariensis, vel ab eo non valde dissimilis. Non enim solum chartas, et scrinia custodiebat, sed quædam etiam perscribebat, et in commentarios referebat. Dicebatur qui in eo munere erat, *chartis inservire*, et *chartarum tractatibus occupari*, et *chartas publicas agere*, ut est in *Cod. Justin.* lib. 3. tit. 26. leg. 10. lib. 12. tit. 21. leg. 1. et lib. 10. tit. 69. leg. 3. ¶ Varii fuerunt *chartularii*, nempe divinæ domus, sacri cubiculi, largitionum, numerorum militarium, &c. Horum mentio fit *in Codice Justiniani*, lib. 10. tit. 23. leg. 3. lib. 12. tit. 50. (qui est de numerariis, actuariis, chartulariis, *&c.*) leg. 10. et *alibi*, et *in Cod. Theodos.* lib. 8. tit. 7. leg. 5. ubi memorantur *chartularii magistrorum equitum, et peditum.*

CHARTUS. V. *Charta* in fi.

CHARUS. V. *Carus.*

CHARYBDIS, is, f. [† hod.] *Cariddi, Galofaro*, Χάρυβδις, vasta profunditas in freto Siculo, prope Messanam, ubi vorticosum mare, depressis ad imum fluctibus, et vicissim in miram altitudinem contortis, magnum navigantibus negotium facessit, navigia absorbens, et absorpta longe revomens. Quod tamen non nisi flante vehementius vento, accidere, ex *Senec. de consol. ad Marc.* c. 17. et ep. 79. colligitur. Est χαίνω, dehisco, et ῥύβδην, vehementer. In fabulis est, fuisse hoc nomine meretricem quandam, filiam Neptuni, et Terræ, voracissimam, et rapacissimam, quæ amatores suos bonis spoliabat: et cum aliquando boves Herculis furto abegisset, a Jove fulmine ictam, et in illud mare præcipitatam esse, ubi adhuc priscæ voracitatis signa præfert, naves absorbendo, uti narrat *Servius* ad illud *Virg. Æn.* 3. v. 420. Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis Obsidet, &c. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 73. Charybdis violenta. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 75. avida. *Id.* 7. *Metam.* v. 63. ratibus inimica. *Id.* 13. *Metam.* v. 730. irrequieta. *Id.* 5. *Trist.* eleg. 2. v. 73. Zanclæa Carybdis. *Id.* 4. *ex Pont.* epist. 10. v. 27. Nec potes infestis conferre Charybdin Achæis. *Cic.* 2. *Phil.* c. 27. Quæ Charybdis tam vorax? Charybdim dico? quæ si fuit, fuit animal unum: Oceanus medius Fidius vix videtur tot res tam cito absorbere potuisse. Adde *de Harusp. respon. c. pænult.* ¶ Translate *charybdis bonorum*, de eo, qui bona sua abligurit, *Ciceroni* nimis longe petita metaphora videtur l. 3. *de Orat.* c. 41. magisque probatur *vorago. Prudent. Cathemer.* 6. v. 107. Charybdis sanguinis. *h. e.* cædium insatiabilis cupiditas.

CHASMA, atis, n. *a gaping or yawning of the earth; a chasm*, χάσμα, hiatus, vorago: a χαίνω, hisco, dehisco. *Senec.* l. 6. *quæst. nat.* c. 9. Tunc chasmata, tunc hiatus vasti aperiuntur. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 15. leg. 4. Si agri portio chasmate perierit. Adde lib. 18. tit. 6. leg. 10. ¶ Est etiam genus meteori, cum fit in cælo subita aeris veluti disruptio, et hiatus, ex quo ignis apparere videtur, ut docet *Servius* ad illud *Virg. Æn.* 9. v. 20. medium video discedere cælum. *Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 14. Sunt chasmata, cum aliquod cæli spatium discedit, et flammam dehiscens velut in abdito ostentat. Adde *Plin.* l. 2. c. 26. *extr. an opening of the heavens.*

CHASMATĪAS, æ, m. *an earthquake attended with an opening or yawning of the ground*, χασματίας, species terræmotus, quo tellus hiscit: a χαίνω, dehisco. *Ammian.* l. 17. c. 16. (*al.* c. 7.) Chasmatiæ grandiori motu patefactis subito voratrinis, terrarum partes absorbent. Adde *Apul. de Mundo.* [† V. in *Curtius.*]

CHAUCI. V. *Caucus.*

CHAUS. V. *Chama.*

CHELÆ, arum, f. *the arms of a scorpion; the claws, cleys, or chelies, of a crab-fish*, χηλαί, denticulati cancrorum, et scorpionum forcipes, seu brachia. Sæpissime dicuntur de signo illo cælesti, inter Virginem et Scorpionem posito, quod ab ipsius Scorpii brachiis occupari finxerunt: postea vero is locus Libræ est assignatus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 33. Erigonem inter, chelasque sequentes. *Lucan.* l. 1. v. 659. minacem Scorpion incendis cauda, chelasque peruris. Adde *Manil.* l. 1. v. 609. et *Colum.* l. 10. v. 56. ¶ In singulari numero *Cic. in Arat.* v. 293. Et paucæ Cheles stellæ. *Al. plerique leg.* Et paucæ e Chelis stellæ. ¶ In ballistis *chele* est membrum quoddam ad similitudinem brachiorum cancri efformatum. *Vitruv.* l. 10. c. 17. *a med.* Exstantia cheles. *h. e.* pars cheles, quæ exstat.

CHELE, es, f. V. in voce præced.

CHELĪDON. ŏnis, f. *a swallow*, χελιδών, όνος, ἡ, Græce eadem, quæ hirundo Latine, cujus adventus veris ineuntis indicium est. Hoc nomine appellabatur etiam quædam Verris amica: unde ludit in ambiguo avis, et scorti *Cic. Verr.* 3. c. 40. *ad fin.* Nam ut prætor factus est, qui auspicato a Chelidone surrexisset, sortem nactus est urbanæ provinciæ. ¶ Pænultima longa est. *Colum.* l. 10. v. 415. Purpureæque chelidoniæ, pinguesque mariscæ. *Avien. in Periegesi*, v. 683. Inde Chelidoniæ tres se se gurgite tollunt. Adde vers. 184. *Æmil.* quoque *Macer* produxit *cap. de chelidonia:* sed uno tamen eodemque versu etiam corripuit. Sic enim habet: *Indeque nomen habet chelidonia. namque chelidon*, &c. Qua in re sola metri necessitate defendi potest. ¶ *Ascon. in* 3. *Verr.* c. 46. nomen Verrini scorti in recto casu *Chelido* profert.

CHELIDONĪAS, æ, m. *the west-wind*, χελιδονίας, Favonius ventus dicitur, post diem 23. Febr. per novem dies, a primo aspectu hirundinum. Nonnulli *Ornithian* vocant, ab adventu avium universim. *Plin.* l. 2. c. 47.

CHELIDONĪUS, a, um, *pertaining to a swallow*, χελιδόνιος. ad chelidones, hoc est hirundines pertinens. *Chelidonii lapilli* sunt, qui inveniuntur in ventre hirundinum pullis, magicis narrati artibus. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 79. *Hard.* ¶ *Chelidoniæ ficus* dicuntur quoddam earum genus purpureum, et sub hieme maturescens: *a kind of blue or purple fig:* vel quod iis avide hirundines vescantur: vel quia eo tempore proveniant, quo hirundines migrant. *Plin.* l. 15. c. 18. et *Colum.* l. 10. v. 415. ¶ *Chelidonia, æ*, f. (subaudi *herba*) *the herb celandine, or swallow-wort*, herba est duorum generum: major fruticosa caule, folio pastinacæ erraticæ ampliore, ipsa altitudine duum cubitorum, colore albo, flore luteo: minor folia habet hederæ rotundiora, minus candida. Utraque succi est mordacis, seminis papaveris. Nomen habet ex eo, quod adventu hirundinum floret, discessu marcescit. Tradunt etiam monstratam ab hirundinibus, quæ ad morbos oculorum ea utuntur. *Plin.* l. 25. c. 8. ¶ *Chelidonia collyria* sunt, quæ ex succo chelidoniæ herbæ fiunt. *Plin. ibid.* ¶ *Chelidonia gemma* duplex est: alia hirundinum colore; alia altera parte purpureo nigris interpellantibus maculis. *Id.* l. 37. c. 10. [† ¶ *Aspidis genus* (ait *Gesnerus*) *esse* Chelidoniam *dicunt apud Galenum. Huc forte referas Plin.* 37. 11. s. 72. Taos, *gemma*, pavoni est similis, item aspidi, quam vocari Chelidoniam invenio. *Sed quatuor ultima verba e MSS. quæ Harduinus vidit, exulant.*] ¶ *Chelidoniæ insulæ* nunc *le Correnti*, tres sunt in Lycio mari contra Tauri promontorium, pestiferæ navigantibus. *Id.* l. 5. c. 31. et *Pompon. Mela* l. 2. c. 7. ¶ Ipsum quoque promontorium *Chelidonium* appellatur, nunc *capo Cameroso. Plin. ibid.* cap. 27.

CHELO. *Vitruv.* l. 10. c. 15. Item chelo (sive manucla dicitur) longitudo foraminum, &c. Ex his verbis apparet esse membrum catapultæ, quod nonnulli illud esse dicunt, quo nervus attractus continetur. *Bald. in Lex. Vitruv.* pu-

tat legendum esse *cheles*, vel *cheli*, vel *chelonis* (quam autem ex his præferat, determinare non audet) genitivo casu. Quæ voces videntur esse a χηλὴ, forfex cancrorum, item ungula bisulca.

CHELONE, es, f. *a tortoise*, χελώνη, Græce testudinem significat. In fabulis est fuisse hoc nomine Virginem quandam, quæ cum nuptias Jovis et Junonis, ad quas celebrandas a Mercurio invitata fuerat, derisisset, ab eo in animal sui nominis mutata est, ædibus ejus, quæ ad ripam fluminis sitæ erant, in ipsius caput eversis. *Serv. ad Æn.* 1. v. 509.

CHELONIA, æ, f. *a gem like the eye of an Indian tortoise, used by magicians in divination*, χελωνία, oculus est Indicæ testudinis, inter gemmas connumeratas a *Plin.* l. 37. c. 10. ¶ Apud *Vitruv.* l. 10. c. 18. est idem quod chelonium.

CHELONITIDES, um, f. *precious stones, like tortoises*, gemmæ sunt testudinum similes. Nam χελώνη testudinem significat. *Plin.* l. 37. c. 10.

CHELONIUM, ii, n. χελώνιον. *Vitruv.* l. 10. c. 2. *de machinis tractoriis.* In quadris autem tignorum posterioribus, quo loci sunt divaricata, figuntur chelonia, in quæ conjiciuntur sucularum capita, ut faciliter axes versentur. *Philander* docet, chelonia esse velut umbilicos, aut ansas, quæ affiguntur arrectariis, in quas, ceu in armillas, conjecti sucularum cardines versantur: atque ita dicta esse a similitudine tegumenti testudinis, quæ χελώνη dicitur. *Barbarus* Italice vocat *orecchie*, *o manichi*: alii *anelli*. (*the cheeks, or side-posts, of a crane, to raise great stones or timber with*.) ¶ Horum meminit *Id.* etiam c. 5. *ejusd. lib.* sed aliquantum diversa ratione. Est, inquit, tignum, quod erigitur, et distinetur retinaculis quadrifariam: sub retinaculis chelonia duo figuntur, trochlea funibus supra chelonia religatur, &c. *chelonia* hoc loco sunt ligneæ regulæ summo capiti tigni adpactæ, ne trochlea deligata defluat, et ut a tigno aliquantulum in exteriorem partem promineat. Anglice quidam vocant *stays*. *Barbarus* hic quoque appellat *manichi*. ¶ Item *chelonium* pars est catapultæ supra minorem columnam; et dici potest etiam pulvinus. *Id. ibid.* c. 15. *ad fin.* ¶ Est etiam *chelonium* herba, alio nomine cyclaminos. *the herb sow-bread. Apul. de herb.* c. 17.

CHELONOPHĂGI, orum, m. χελωνοφάγοι, populi in Carmaniæ angulo, qui solis testudinibus vivunt, earumque superficie casas tegunt: a χελώνη testudo, et φάγω, edo. *Plin.* l. 6. c. 24. et lib. 9. c. 10.

CHELYDRUS, i, m. *a sort of water-snake; a water-tortoise*, χέλυδρος. Si originem spectes, testudinem aquaticam, vel marinam significat: a χέλυς, testudo, et ὕδωρ, aqua. Ceterum nomen est serpentis venenosi amphibii, hoc est in terra, et in aqua simul degentis, gravi odore, cute prædura instar testudinis. Quidam docent eundem esse cum τῷ δρυΐνῳ, qui ita est appellatus, quod circa quercuum radices libenter degat: ita ab utraque re scilicet a cute, et a loco, quem incolit, nomen habuisse. Nam χέλυς testudinem, δρῦς quercum significat. *Sil.* l. 8. v. 498. at Marsica pubes Et bellare manu, et chelydris cantare soporem. (Hic ponitur pro quocumque serpente.) *Virg. Georg.* l. 3. v. 415. Galbaneoque agitare graves nidore chelydros. *Serv. ad hunc loc.* scribit, *chelydros* dictos esse quasi *chersydros*, quia in aquis, et in terris morantur: nam χέρσος dicimus terram, aquam vero ὕδωρ. Sed perperam confundit alterum genus cum altero. Vera quidem est etymologia *chersydri*: is tamen a *chelydro* distinguendus est. *Lucan.* l. 9. v. 710. Natus et ambiguæ coleret qui Syrtidos arva Chersydros, tractique via fumante chelydri.

CHELȲON, yi, n. *the shell of a tortoise*, χέλυον, testudinum tegumentum, præsertim earum, quæ cornigeræ a Troglodytis capiuntur: a χέλυς, testudo. *Plin.* l. 6. c. 29. Deferunt plurimum ebur, rhinocerotum cornua, hippopotamorum coria, chelyon testudinum. Adde lib. 9. c. 10.

CHELYS, yis, vel yos, f. *a harp, lute, or cithern, so called from the body of it having been made originally of the shell of a tortoise*, χέλυς, apud Græcos et testudinem animal significat, et musicum instrumentum. Apud Latinos in secunda significatione adhibetur, quia ex testudine, exempta carne, dicitur Mercurius citharam fecisse. Cum enim, ut est apud *Serv. ad* 4. *Georg.* v. 464. regrediens Nilus in suos meatus varia in terris reliquisset animalia, relicta etiam testudo est: quæ cum putrefacta esset, et nervi ejus remansissent extenti intra corium, percussa a Mercurio sonitum dedit. Ex cujus imitatione cithara est composita. ¶ Differt proprie a *lyra* quia hæc chordas habet utrinque, ut ita dicam, nudas, *chelys* vero, seu cithara ventrem habet manubriatum, super quo fides extenduntur, ut pleniorem sonum edant: qui venter primum ex testudinis tegumento factus est, postea ex alia materia, figuram tamen retinuit. Sed hæc a Poetis promiscue usurpantur. Immo *Prudent.* chelyn, et testudinem, tamquam duo diversa, distinxit *in Apotheos.* v. 455. Quidquid casta chelys, quidquid testudo resultat. *Ovid. Her.* ep. 15. v. 181. Inde chelyn Phœbo communia munera ponam. *Auct. paneg. ad Pison.* v. 154. Sive chelyn digitis, et eburno pectine pulsas. *Stat.* l. 1. silv. 5. v. 11. Intendere chelyn. *Id.* l. 4. silv. 4. v. 35. Laxare chelyn. *Senec. in Troad.* v. 123. Levi plectro canoram chelyn verberare. *Stat.* l. 2. silv. 2. v. 60. Jam Methymnæi vatis manus, et chelys una Thebais. *h. e.* cithara Amphionis Thebani. et vers. 120. doctamque trahuntur Ad Chelyn, et blandi scopulis delphines aderrant. ¶ Est etiam signum cæleste, idem quod *Lyra. Avien. in Arat.* v. 617. et 631. V. *Lyra.* ¶ In vocativo est *chely. Stat.* l. 4. silv. 3. v. 119. Cedamus, chely: jam repone cantus.

CHEME, es, f. *a measure of wine containing the twelfth part of a* cyathus, χήμη, mensura liquidorum continens cochlearia bina, seu tertiam partem mystri: mystrum autem est quarta pars cyathi. Quare *cheme* est duodecima pars cyathi. *Rhemn. Fann. de ponderib. et mensur.* v. 77. At mystrum cyathi quarta est, ac tertia mystri, Quam vocitant chemen: capit hæc cochlearia bina.

CHEMŌSIS, is, f. *a disease in the eye by which the cornea contracts a whiteness; the albugo, leucoma*, χήμωσις, Græca vox, qua significatur vitium oculorum, cum album oculi nigro supereminet, adeo ut hiatus veluti quidam appareat: a χήμη, hiatus: item rubra et carnosa corneæ oculi tunicæ inflammatio. *Theodor. Priscian.* l. 1. c. 10.

CHENALOPEX, ĕcis, f. *a bird of the goose kind; a bergander, barnacle*, χηναλώπηξ, εκος, [† *vulpanser*, vertente *Æliani* interprete,] genus avis in genere anserum, quandam habens cum vulpe similitudinem: a χὴν, νὸς, anser, et ἀλώπηξ, vulpes. *Plin.* l. 10. c. 22.

CHENĒROS, ōtis, f. *a kind of goose; a wild goose*, χηνέρως, ωτος, genus anseris minoris, quibus lautiores epulas non novit Britannia, inquit *Plin.* l. 10. c. 22.

CHENISCUS, i, m. *a little goose; a gosling*, χηνίσκος, Græce est anserculus: a χὴν, νὸς, anser. Significat etiam ornamentum navis in summitate puppis, in modum anserculi efformatum. Solebant enim naupegi hujus animalis effigiem deformare boni ominis causa, ut scilicet navigium ita feliciter per undas ferretur, ut solent anseres, quæ nullo periculo natant. *that part of a ship where the anchor hangs, on which was painted the figure of a goose. Apulei. circa med.* l. 11. *Metam.* ubi quidam olim aliter legendum putarunt.

CHENOBOSCĪON, ii, n. *a goose-pen, a place where geese, or other water-fowls, are kept*, χηνοβοσκεῖον, locus ubi anseres, aliæque id genus nantes volucres aluntur: a χὴν, anser, et βόσκω, pasco. Græce legitur apud *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 10. Latine in multis editionib. apud *Colum.* l. 8. c. 14.

CHENOMȲCHON, i, n. *an herb the sight of which affrights geese*, χηνόμυχον, herba coloris hysgini, folio spinæ, nec a terra se attollens: a χὴν, χηνὸς, anser, et μυχὸς, penetrale, quia ea visa dicuntur anseres refugere, et abdere se. Vocatur etiam *nyctegrĕtum*, νυκτήγρετον, a νὺξ, νυκτὸς, nox, et ἐγείρομαι, expergefio, quia cum noctu fulgeat, nocturnas veluti excubias agere videtur. Ob eandem rationem dicitur etiam *nyctălops*, νυκτάλωψ, a νὺξ, nox, et ὄπτομαι, video. *Plin.* l. 21. c. 11.

[* CHENŎPOS, odis, f. χηνόπους, quasi tu *anseripedem* dicas, herba, quæ habet effigiem anserini pedis. *Plin.* l. 8. c. 8. Ceras ex omnium arborum satorumque floribus confingunt, excepta rumice, et chenopode. In edit. *Harduin.* legitur *echinopode*, quod deducitur ex Græco ἐχινόπους, spinæ vel tribuli genus aculeis horrens.]

CHERĂGRA. V. *Chiragra.*

CHERNĪTES, æ, m. χερνίτης, lapis ebori simillimus, servandis mortuorum corporibus, nec absumendis aptus. *Plin.* l. 36. c. 17.

CHERRONENSIS, et Chersonensis, e, adject. ad Cherronesum pertinens. *Cherronenses, ium*, sunt Cherronesi incolæ. *Cic. in Pison.* c. 35. Adde *Justin.* l. 9. c. 1. ubi legitur *Chersonensis*.

CHERRONESĪCE, vel Chersonesice, adverb. Cherronensium more. Usurpat *Varr.* l. 4. *L. L.* cap. 31. si vera est quorundam conjectura. V. *Scalig. in Conjectan.*

CHERRONĒSUS, et Chersonesus, i, f. *a peninsula*, χεῤῥόνησος, et χερσόνησος, pæninsula, terra in insulæ modum mari cincta, uno tantum, coque angusto spatio continenti adjuncta: a χέῤῥος, vel χέρσος, terra, et νῆσος, insula. Per excellentiam hoc nomine pars Thraciæ appellatur juxta Hellespontum. *the Chersonese. Plin.* l. 4. c. 11. et *Liv.* l. 31. c. 16. ¶ Deinde multæ aliæ *Chersonesi* numerantur, nomine proprio addito, ut *Aurea Chersonesus*, *Cimbrica*, *Taurica*, &c. Est item nomen multarum urbium: de quibus omnib. V. Geographos.

CHERSĪNÆ testudines, *land-tortoises*, χερσιναὶ χέλυες, hoc est testudines terrestres: a χέρσος, terra inculta [† non inculta, sed mari opposita.] Ita appellantur, teste *Plin.* l. 9. c. 10. quæ in Africæ desertis inveniuntur, qua parte maxime sitientibus arenis squalent, roscido, ut creditur, humore viventes. Earum testæ in operibus adhibentur: sunt tamen minoris pretii, quam marinæ. *Martial.* appellat *chersos* illo epigr. l. 14. n. 88. Femineam nobis cherson si credis inesse, Deciperis: pelagi mascula præda sumus.

CHERSONĒSUS, i, f. χερσόνησος, V. *Cherronesus.*

CHERSOS, i, f. V. *Chersinæ.*

CHERSYDRUS, i, m. *an amphibious serpent*, χέρσυδρος, genus serpentis amphibii, hoc est in aqua, et in terra degentis: a χέρσος, terra, et ὕδωρ, aqua: quem quidam eundem esse putant cum hydro, et describi a *Virg.* 3. *Georg.* v. 425. Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis, &c. *Lucan.* l. 9. v. 710. Natus et ambiguæ coleret qui Syrtidos arva Chersydrus. V. *Aldrovand. de Serp. et Drac.* l. 1. c. 17.

CHERŬB, m. indeclin. et in plur. num. Cherubim, *Cherubim*, כְּרוּב et כְּרֻבִים Sunt hoc nomine sublimiora agmina Angelorum, qui quod vicinius positi divina scientia ceteris amplius fruuntur, Cherubim, hoc est plenitudo scientiæ, appellantur. Ita *Isidor.* l. 7. *Orig.* c. 5. Hinc *Prudent. Cathemer.* 4. v. 4. Patri qui Cherubim sedile sacrum, Nec non et Seraphim suum supremo Subnixus solio tenet, regitque. ¶ *D. Hieronym. in* cap. 9. et 28. *Ezech.* docet, perperam a nonnullis hanc vocem neutro genere usurpari: additque *Cherub* dici in sing. numero, et *Cherubim* in plur. Videtur tamen in cap. 65. *Isai.* ad illud: *secundum dies ligni vitæ*, &c. dixisse *Cherubim* in singulari, quod et *Augustin.* fecit *enarrat. in Psalm.* 79.

CHERUSCI, orum, m. populi Germaniæ versus Visurgim fluvium, et Meliboccum montem, ubi nunc Ducatus Brunsuicensis, et Luneburgensis, Marchia antiqua, Diœceses Halberstadiensis, et Hildesheimiensis, et pars Magdeburgensis, cum quadam parte Thuringiæ. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 451. et ingentes Albim liquere Cherusci. [† *Tacit. Ann.* 1. 56. 13. 56. 2. 64. *Id. Germ.* 36. &c. *Plin.* 4. 14.]

CHESIPPUS, a χέζω, caco. Zeno convicii causa Chrysippum nunquam nisi Chesippum vocabat, ut narrat *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 34.

CHILIARCHES, æ, et Chiliarchus, i, m. *the commander over a thousand men; a chiliarch*, χιλιάρχης, et χιλίαρχος, mille militum dux: a χίλιοι, mille, et ἀρχὸς, princeps. *Tacit. Ann.* 15. c. 51. Erat Chiliarchus in ea classe Volusius Proculus. *Nepos in Con.* c. 3. Primum ex more Persarum ad Chiliarchum, qui secundum gradum imperii tenebat, accessit. Adde *Curt.* l. 5. c. 2. ¶ Ex loco *Taciti* allato discimus etiam in Romana militia Græcam hanc appellationem, et gradum fuisse.

CHILĬAS, ădis, f. *a chiliad; the number one thousand*, χιλιὰς, numerus millenarius. Vox Græca est: et legitur apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 5.

CHILIASTÆ, arum, m. χιλιασταὶ, millenarii. V. *Milliarius.*

CHILIODYNĂMA, æ, f. *a herb so called from its many virtues; a kind of gentian.* χιλιοδύναμις appellatur a Cappadocibus herba Polemonia, radice crassa, exilibus ramis, quibus in summis corymbi dependent, semine nigro: cetero rutæ similis. Sic autem dicta est ob multiplicem virtutem: a χίλιοι, mille, et δύναμις, virtus. *Plin.* l. 25. c. 6.

CHILIOPHYLLON, i, n. *the herb milfoil or yarrow*, χιλιόφυλλον, nomen herbæ polygoni, a multitudine foliorum. Nam χίλιοι, mille, φύλλον, folium. *Apulei. de herb.* c. 18.

CHILO, onis, *having large or thick lips; blob-lipped, blobber-lipped*, qui magna habet labia: a χεῖλος, labium. *Fest.* et *Charis.* l. 1. pag. 78. *Putsch.* [Fere eadem habent *Velius Long.* pag. 2234, et *Caper.* pag. 2242. ¶ Fuit etiam cognomen apud Romanos. *Cic. Catil.* 2. c. 6. nominat Q. Manlium Chilonem. ¶ *Chilo* est quoque philosophus Lacedæmonius, unus ex septem sapientibus Græciæ, de quo *Plin.* l. 7. c. 32. Adde *Auson. de sept. sapient.* Chilo, cui patria est Lacedæmon: Noscere seipsum.]

CHIMÆRA, æ, f. χίμαιρα, mons Lyciæ (ut est apud *Plin.* l. 2. c. 106. et lib. 5. c. 27. et *Pomp. Melam* l. 1. c. 15.) in cujus cacumine degunt leones; medio ignes noctu erumpunt, instar Ætnæ in Sicilia, regionem eam sæpe infestantes, quos tamen circa capræ habitant, et pascuntur; in radicibus vis ingens serpentum est. Hinc datus est locus fabulæ, Chimæram esse monstrum triplex, vertice nempe leonis, media parte capræ ignem evomentis, extrema in draconem desinens. *the Chimera.* Unde incertus Poeta apud *Pithœum* pag. 119. Ore leo, tergoque caper, postremaque serpens Belua tergemino mittit ab ore faces. Ejus patrem dicunt fuisse Typhonem, matrem Echidnam. Cum ea pugnavit Bellerophon Pegaso vectus, et occidit. *Hygin. in præfat.* et fab. 57. *Serv. ad Æn.* 5. v. 118. et *ad Æn.* 6. v. 288. Hinc *Ovid.* 9. *Metam.* v. 646. Quoque Chimæra jugo mediis in partibus ignem, Pectus et ora leæ, caudam serpentis habebat. *Senec. in Med.* v. 828. Habeo mediæ dona Chimæræ. *h. e.* ignem. ¶ Quidam docent hac fabula significari scortum, quod primum aggreditur saltu leonino, deinde lascivum ignem inducit, postremo venenum et pœnitentiam. Alii accommodant tribus partibus Rhetoricæ. Nam per leones denotari judicialem, qua terrentur, et puniuntur rei: per capras demonstrativam, quod in ea dictio plurimum lasciviat: per dracones deliberativam propter argumentorum varietatem, longioresque circumductus, et quasi spiras, quibus ad persuadendum opus est. *Horat.* l. 1. od. 27. *extr.* Chimæra triformis. *Id.* l. 2. od. 17. v. 13. ignea. *Id.* l. 4. od. 2. v. 15. tremendæ flamma Chimeræ. ¶ Apud *Virg.* 5. *Æn.* v. 118. et 223. est nomen navis propter signum Chimæræ in puppi.

CHIMÆRĒUS, a, um, χιμαίρειος, ad Chimæram per-

tinens. *Virg. in Culice* v. 14. Alma Chimæreo Xanthi perfusa liquore. Xanthus est etiam Lyciæ fluvius, et oppidum. In Lycia Apollo colebatur. *Auct. carm. de laudib. Herc. quod operi Claudiani subtexitur*, v. 76. Chimærea cretum de gente leonem.

CHIMÆRĬFER, a, um, Chimæram ferens, ut *Chimærifera Lycia*, apud *Ovid. Metam.* 6. v. 339. quia Chimæra in Lycia est.

CHIMĬA. V. *Alchimia.*

CHINÆA, vel Chinnæa specula, locus est editior Brixiæ imminens, castro et turri munitus. *Catull.* carm. 65. *ad Januam*, v. 32. Brixia Chinææ supposita speculæ. ¶ Fortasse legendum est *cycneæ.* Vulgo enim nunc dicitur *colle cignèo. (the hill of swans.)*

CHIŎNE, es, f. Χιόνη, filia Dædalionis filii Luciferi. Nupsit Pæonio Epidauriensi, sed ob pulcritudinem a Diis quoque adamata fuit. Itaque et cum Mercurio, et cum Apolline eadem die concubuit, et ex Mercurio quidem Autolycum celebrem furem, ex Apolline vero Philammona cantu, et cithara peritissimum, uno eodemque partu peperit. Qua ex re cum nimium superbia efferretur, et Dianæ ipsi formam suam præferret, ab ea sagittis confixa est. Ob ejus mortem doloris impatiens Dædalion e scopulo se præcipitem dedit, et ab Apolline in accipitrem mutatus est. *Ovid. Metam.* 11. v. 295. *et sequentib.* [et *Hygin.* fab. 200.] ¶ Aliam de Chione fabulam narrat *Serv. ad Æn.* 4. v. 250. Fuisse filiam Nili et Callirhoes Oceani filiæ: rure vitam agentem a Jove per Mercurium fuisse abductam, et inter nubes collocatam: inde factum, ut nives Græce χιόνες appellentur: quæ repræsentantes virginem, et vitam priorem montibus magis inhærent, &c. [¶ Alia fuit Chione Aquilonis et Orithyiæ filia, quæ a Neptuno compressa genuit Eumolpum. Hinc factus

* CHIONĬDES, is, m. Chiones filius, Eumolpus. *Ovid.* 3. *Pont.* el. 3. v. 40. At non Chionides Eumolpus in Orphea talis. Quo in versu animadvertas velim, primam Chionidis syllabam produci, licet in *Chione* brevis sit, quod usuvenit sæpissime, ut in *Prĭamides* a *Prĭamo.*]

CHIOS, et Chius, ii, f. [† nunc] *Scio*, Χίος, insula Asiæ in mari Ægæo, et Icario, Ioniæ adjacens. Tota fere montosa est. Sola mastichen inter insulas gignit. Dividitur in duas partes, superiorem, seu Epanomeream, et inferiorem, seu Catomeream. In ea montes Pellenæus, et Arvisius vino celebres, et marmore. Nomen habet vel ἀπὸ τῆς χιόνος, hoc est a nive, quæ ibi plurima decidit, vel a Chione nympha Aquilonis filia, vel a Chione filia Dædalionis. *Cic. Verr.* 7. c. 48. Athenas, Miletum, Chium, Samnum. *Horat.* l. 1. ep. 11. v. 21. Romæ laudetur Samos, et Chios, et Rhodos absens. Adde *Plin.* l. 5. c. 31.

CHIRĂGRA, æ, f. *the gout in the hand*, χειράγρα, morbus articularis, qui manus infestat: ab ἄγρα, captura, et χεὶρ, manus, quia manus irretit, illaqueat. *Horat.* l. 1. epist. 1. v. 31. Nodosa corpus nolis prohibere chiragra. et lib. 2. sat. 7. v. 15. postquam illi justa chiragra Contudit articulos. ¶ Nota primam syllabam contra naturam corripi, more Græcorum, qui nonnunquam ex diphthongo alteram vocalem abjiciunt. Ob eandem rationem scribitur et *cheragra*, quod rectius esse putant *Voss. in Etymol.* et *Bentlei. in Horat.* corripere volenti. *Dausq. in Orthogr.* mavult semper per *i* scribi.

CHIRAGRĬCUS, a, um, *having the gout in the hand, chiragrical*, χειραγρικὸς, qui chiragra laborat. *Petron. in Satyr.* c. 132. Chiragrici manibus maledicunt, lippi oculis. *Cels. initio* cap. 24. l. 4. Quæ in podagricis chiragricisve esse consuerunt. *Sidon.* l. 3. ep. 13. Chiragricæ manus.

CHIRAMAXĬUM, ii, n. χειραμάξιον, genus modici plaustri, quo unus tantum homo gestari poterat, et a servis, non ab equis, aut bobus, trahebatur, alio nomine *arcuma*, ut videtur: a χεὶρ, manus, et ἅμαξα, currus. *Petron. in Satyr.* c. 28. Hinc lecticæ impositus est, præcedentibus cursoribus, et chiramaxio, in quo deliciæ ejus ferebantur, puer vetulus, lippus.

CHIRIDŌTA TUNICA, *a garment with long sleeves*, χειριδωτὸς χιτὼν, tunica manicata, ut *Cic.* 2. *Catil.* c. 10. vel manuleata, ut *Plaut. Pseud.* 2. 4. 48. appellat, hoc est manicas habens usque ad manum protensas: a χεὶρ, manus: quod olim Romæ, atque omni in Latio indecorum fuit. Romani enim feminis quidem vestem longe lateque diffusam decoram existimaverunt, quæ crura et ulnas pudoris causa protegeret. Viri autem primo sola toga amicti fuerunt: postea substrictas, et breves tunicas citra humerum desinentes habebant, quæ Græce ἐξωμίδες dicuntur. Demum laxas et manicatas tunicas luxus invexit, quas tamen probro viris omnibus, maxime autem militibus datas legimus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 616. Et tunicæ manicas, et habent redimicula mitræ. *Scipio African.* apud *Gell.* l. 7. c. 12. Qui in conviviis adolescentulus cum amatore cum chiridota tunica inferior (*al.* interior) accubuerit. *Gell. ibid.* Eas tunicas Græco vocabulo nostri chiridotas appellaverunt. ¶ Absolute *Capitolin. in Pertin.* c. 8. Lacernas, et chiridotas Dalmatarum. ¶ Quidam scribunt *Chirodota*, quos reprehendit *Salmas. ad Capitolin. loc. cit.*

CHIRĪNUM OLEUM apud *Cæl. Aurelian.* l. 2. *Chronic.* c. 1. est quod conficitur ex leucoio luteo. *Io: Conradus Amman.*

CHIROCMĒTA, ton, n. plur. τὰ χειρόκμητα, hoc est manu facta: a χεὶρ, manus, et κμητὸς, laboratus, factus, a κάμνω, laboro. Titulus est libri a Democrito conscripti, in quo de rebus naturalibus scripsit, signans anulo in cera quæ esset expertus, ut *Vitruv.* l. 9. c. 3. tradit. *Plin.* l. 9. c. 3. V. *Bald. in Lex. Vitruv.* qui, quam varie hic locus apud utrumque scriptorem lectus sit, diligenter exponit.

CHIROGRAPHARĬUS, a, um, *relating to one's own hand-writing*, ad chirographum pertinens, ut *Chirographarius creditor*, qui sibi chirographo cavit: seu qui habet chirographum debitoris, in quo hic perscripsit, se illi pecuniam debere: *that hath a note in one's own hand-writing for money lent: Chirographarius debitor*, qui sua manu se debitorem scripsit: *who gives a note of hand by way of acknowledgment of a debt: Chirographaria pecunia*, quæ ex solo chirographo, non dato pignore debetur. *money due in consequence of such a note.* Quæ omnia habentur *Dig.* lib. 42. tit. 6. *leg. pænult.* et lib. 13. tit. 6. leg. 4. *cir. med.* et lib. 8. *Cod.* tit. 27. leg. 1.

CHIROGRĂPHUM, i, n. et Chirographus, i, m. *a hand-writing, autograph*, χειρόγραφον, quod nostra manu scripsimus: a χεὶρ, manus, et γράφω, scribo. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 21. Laterensis suo chirographo mittit mihi litteras. *a letter written by his own hand. Cic. Attic.* l. 2. ep. 20. *ad fin.* Non utar meo chirographo, neque signo, si modo erunt ejusmodi litteræ, quas in alienum incidere nolim. *Id.* 1. *Phil.* c. 7. An in commentariolis, et chirographis et libellis acta Cæsaris firma erunt. *in his own hand-writing. Id.* 2. *Phil.* c. 4. Convincere aliquem chirographo. *by his own hand-writing. Id. Fam.* 2. ep. 13. Extrema pagella pupugit me tuo chirographo. *with that postscript written with your own hand. Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 30. et *Sueton. in Aug.* c. 64. Imitari chirographum alicujus. *to imitate, or counterfeit. Quintil.* l. 6. c. 3. *ad fin.* Interroganti, an in tabulis chirographus esset, et verus, inquit, domine. ¶ Speciatim sumitur pro scripto, in quo quis sua manu alicui promittit aliquid, aut creditoribus suis cavet, *a note of hand; a bill or bond under one's own hand. Cic. Fam.* 7. ep. 18. *ad Trebat. JCtum.* Quando vestræ cautiones infirmæ sunt, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei. *Sueton. in Calig.* c. 12. Cavere alicui jurejurando, et chirographo de re aliqua. *Id. in Cæs.* c. 17. Chirographum dare alicui. *Callistrat. Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 3. Domestica cautione, et chirographo obligare se ad præstandum. *Modestin.* lib. 20. tit. 1. leg. 26. Chirographum sua manu perscribere. *Gell.* l. 14. c. 2. Exhibitio chirographi. *Juvenal.* sat. 13. v. 135. Vana supervacui dicunt chirographa ligni. *h. e.* perscripta in ligneis tabellis ceratis. *Sidon.* carm. 16. v. 56. chirographon illud, Quo pervasus homo est, hæc compensatio rupit. *chirographon* Græca positio. ¶ Inter *chirographa* et *syngraphas* hoc interesse docet *Ascon. in Verr.* 3. c. 36. quod in iis tantum quæ gesta sunt scribi solent; in syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, et non numerata quoque pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria voluntate hominum scribi solet, more institutoque Græcorum. Præterea chirographa ab una parte servari solent; syngraphæ signatæ utriusque manu utrique parti servandæ traduntur. Hæc *Ascon.*

CHIRON, et Chiro, onis, Χείρων, Centaurus Saturni et Phillyræ, seu Philyræ filius, unde dictus est *Phillyrides*, homo parte superiore, equus inferiore. Fabulantur enim Poetæ, Saturnum, cum Phillyram Oceani filiam adamaret, ejusque frueretur concubitu, Opis uxoris interventu turbatum subito se in equum convertisse, Phillyram autem ex eo gravidam fetum peperisse, cujus anterior pars hominem, posterior equum referret. Sed fingitur hac forma, quia fuit ex genere Centaurorum, qui primi equos domuisse dicuntur, et idcirco omnes forma partim humana, partim equina describuntur: vel quia Medicinam invenit, quæ et hominibus, et jumentis salutaris est. Fortasse etiam Chiron dictus est, quia Chirurgicæ artis inventor fuit. Ubi primum adolevit, in silvas se se contulit, ibique herbarum vires contemplatus, præstantissimus Medicus evasit. Ludum aperuit juventuti Græcæ erudiendæ in antro quodam Pelii montis, ut in fabulis est. Huic Thetis Achillem filium educandum tradidit, quem leonem medullis aluisse fertur, et docuisse citharæ artem, et herbarum usum. Universos suæ ætatis homines bonitate et justitia superavit. Ad extremum, cum Herculem hospitio suscepisset, armaque ejus tractaret, evenit, ut sagitta quædam Hydræ Lernææ veneno imbuta illi in pedes decideret. Hoc malum cum nulla ope sanari posset, optavit se esse mortalem, et a Diis mortem precatus est. Mori enim non poterat, quod utroque parente immortali natus esset. Deorum itaque miseratione in cælum sublatus est, et collocatus inter signa Zodiaci figura Sagittarii. *Hygin. in prefat.* et fab. 274. *et Poet. Astron.* l. 2. c. 38. et *Serv. ad* 3. *Georg.* v. 91. et 550. qui tamen *ad* 4. *Georg.* v. 270. scribit, Chironem sagitta Herculis vulneratum ope Centaureæ herbæ a se inventæ (quæ inde *Chironion* dicta est) sanitatem recuperasse. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 126. Ut Saturnus equo geminum Chirona crearit. *Chirona* Græca positione dixit pro *Chironem.* ¶ De signo cælesti *Lucan.* l. 9. v. 536. Par Geminis Chiron, et idem quod Carcinos ardens, &c. ¶ *Chiro* in recto *Liv.* apud *Fest.* in *Ocrem.* Quem Chiro in Pelio docuit ocri.

CHIRONĪCUS, a, um, ad Chironem pertinens. *Sidon.* l. 2. ep. 12. *ad fin.* Chironica magis institutus arte, quam Machaonica. Ludit *Sidon.* in ambiguo, ad Chironem medicum simul respiciens et ad Græcum χείρων, quæ vox deteriorem, pejorem significat.

CHIRONĪUS, a, um, ad Chironem pertinens, Χειρώνειος. Hinc quædam herbæ Chironiæ sunt cognominatæ, quia a Chirone vel inventæ, vel adhibitæ primum in medicina sunt. *Plin.* l. 24. c. 14. Spina, quam et pyxacanthon Chironiam vocant. *Id.* l. 25. c. 4. Tertium panaces Chironium cognominatur ab inventore. *Et paulo post.* Est Chironis inventum ampelos, quæ vocatur Chironia. Adde lib. 23. c. 1. ¶ *Chironium* vulnus est, quod et magnum est, et habet oras duras, callosas, tumentes: sanie tenui manat, odorem malum emittit, dolorem modicum affert: nihilominus difficile coit, et sanescit. Dictum a Chirone, qui primus ejus sanandi rationem reperisse fertur. *Cels.* l. 5. c. 28. n. 5. et *Apul. de herb.* c. 22. ¶ Scribitur et *Chironēum.* ¶ *Chironius* potest etiam corripi in pænult. si exteratur præpositiva diphthongi.

CHIRONOMĬA, æ, f. *the art of gesture; the art of using the hands properly in delivering a discourse, pleading, dancing, carving*, &c. χειρονομία, ars, et lex gestus in dicendo adhibendi: a χεὶρ, manus, et νόμος, lex. *Quintil.* l. 1. c. 11. (*al.* 19.) *ad fin*

CHIRONŎMOS, i, m. et f. *one who gesticulates correctly; who uses a correct and graceful method of gesticulation*, χειρονόμος, qui certa lege, atque arte manibus gesticulatur: a χεὶρ, manus, et νόμος, lex. *Juvenal.* sat. 6. v. 63. Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo, &c. ¶ *Chironŏmon, ontis*, vel *untis*, Græca declinatione idem omnino significat: χειρονομέων, ῶν, εοντος, οῦντος. *Id.* sat. 5. v. 120. Structorem interea, ne qua indignatio desit, Saltantem spectes, et chironomonta volanti Cultello, donec peragat dictata magistri Omnia. *h. e.* cibos scindentem artificiosa manuum gesticulatione. *Sidon.* l. 4. ep. 7. *ad fin.* Ac si inter Apicios epulones, et Byzantinos chironomuntas hucusque ructaverit. *graceful carvers.* Huc pertinet illud *Petron. in Satyr.* c. 36. Processit statim scissor, et ad symphoniam ita gesticulatus laceravit obsonium, ut &c. ¶ Reperitur etiam *chironomonta* in recto casu. *Inscript.* apud *Reines.* class. 9. n. 96. Dis M. Marcellinæ Floræ M. Marcellius M. L. Hilarus Augg. N. N. Chironomonta parens.

CHIRURGĬA, æ, f. *surgery, chirurgery*, χειρουργία, proprie significat opus manu factum, a χεὶρ, manus, et ἔργον, opus: sed κατ' ἐξοχὴν ita appellatur ea medicinæ pars, quæ manibus medetur, ut secando, urendo, &c. V. *Cels. in præfat.* lib. 7. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 3. ἀλληγορικῶς. Diæta curari incipio: chirurgiæ tædet. Adde *Scribon. Larg. compos.* 200.

CHIRURGĬCUS, a, um, *chirurgical, surgical*, χειρουργικὸς, ad chirurgiam pertinens. *Hygin.* fab. 274. Chiron artem medicinam chirurgicam ex herbis primus instituit.

CHIRURGUMĔNA, n. plur. τὰ χειρουργούμενα, hoc est manu facta: a χεὶρ, manus, et ἔργον, opus. Ita appellantur a *Cæl. Aurel.* l. 2. *Chronic.* c. 12. libri Chirurgorum.

CHIRURGUS, i, m. *a chirurgeon, surgeon*, χειρουργὸς, medicus, qui manu curat. *Cels.* l. 7. *in proœm.* Esse autem chirurgus debet adolescens, aut certe adolescentiæ proximus; manu strenua, stabili, nec unquam intremiscente; acie oculorum acri claraque; animo intrepidus, immisericors, &c. Adde cap. 11. et *Scribon. Larg. compos.* 201. et 209. &c. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 581. n. 1. Celadus Antinous Drusi medicus chirurgus.

CHITŌNA, vel Chitone, *in vet. Inscript. votiva* apud *Gruter.* pag. 40. n. 11. nomen est Deæ cujusdam.

CHIUS, ii, f. Χίος, insula. V. *Chios.*

CHIUS, a, um, *Chian*, Χῖος, ad Chion insulam pertinens. *Varr. in proœm.* l. 2. *R. R.* Chia insula. *Cic. de Senect.* c. 1. Aristo Chius. *Plin.* l. 35. c. 16. Chia terra. *Id.* l. 36. c. 17. Chius lapis. *Id.* l. 5. c. 31. Chium marmor. ¶ *Chii, orum*, sunt ejus insulæ homines. *Cic. pro Arch.* c. 8. et *Liv.* l. 37. c. 27. ¶ *Chium vinum*, et *Chium* absolute, laudatur passim a Latinis Scriptoribus, hodieque summo in pretio est. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 79. Lagena, ubi vinum solet Chium esse. *Tibull.* l. 2. eleg. 1. v. 28. et Chio solvite vincla cado. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 115. Si positis intus Chii, veterisque Falerni Mille cadis, &c. Adde *Plin.* l. 14. c. 7. ¶ *Chia ficus*, et absolute *Chia, æ*, species est fici ex Chio insula grato sapore palatum pungens. *Martial.* l. 7. epigr. 24. Infanti melimela dato, fatuasque mariscas; Nam mihi quæ novit pungere Chia sapit. *Id.* l. 13. epigr. 23. Chia seni similis Baccho. *h. e.* vino veteri. *Id.* l. 7. epigr. 30. Chiæ flavæ. ¶ *Chiam vitam gerere* apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 63. *Burman.* quidam exponunt mollem, delicatam vitam agere: alii idem esse putant, quod servire, quod Chii primi omnium Græcorum servis pecunia emptis usi sint. ¶ *Chium signum* in Cælo est signum Scorpii. Narrat enim *Arat.* ἐν τοῖς φαινομ. v. 637. cum læsisset Orion Dia-

nam, omnes in Chio insula feras occidendo, eique venandi materiam subtrahendo, iratam Deam immisisse venenatum Scorpionem, a quo Orion ictus interiit. Utroque postea in Cœlum translato, Scorpio Chii cognomen hæsit. Hinc factum est, ut Scorpio exoriente, Orion occidat, quasi perterritus, ejusque morsus evitans. *Avien.* quoque *in Arat.* v. 1170. et *Cic. in Arat.* v. 424. hanc eandem plus minus enarrant fabulam. *Avien. ibid.* v. 1135. Curva Chii cælo consurgunt brachia monstri. et vers. 251. Huc falcata Chii repscunt cornua monstri. ¶ Prima syllaba adjectivi ab *Avieno* corripitur tum *loc. cit.* tum v. 1179. et in *Chius* substantivo producitur a *Cicer. loc. cit.* v. 426. (si modo ibi legendum est *Atque dextra in gurgite Chius*, ut vult *H. Grotius*) contra communem aliorum Poetarum usum, qui semper producunt adjectivum, substantivum vero corripiunt. Sic etiam Græci adject. Χῖος per circumflexum, quia longa est, substant. Χίος per acutum scribunt, quia est brevis. Quare non videtur *Avien.* neque *Cic.* ea in re imitandus. ¶ In ludo talorum *Chius jactus* Græcis idem est qui canis, seu *Canicula.* Apud Latinos Scriptores nullum adhuc exemplum hujus rei vidimus.

CHLAMYDA, æ, f. idem quod chlamys. *Apul.* l. 10. *Metam.* Humeris dependebat pretiosa chlamyda. Adde in *Florid.* n. 15. (*al.* l. 2. *ad fin.* ¶ Fortasse etiam *Varr.* apud *Non.* c. 14. n. 12. hac forma usus est: sed locus est valde suspectus.

CHLAMYDĀTUS, a, um, *dressed in a* chlamys, *or military cloak*, chlamyde indutus, χλαμυδώμενος. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 10. L. Sulla imperator chlamydatus. Adde *Plaut. Rud.* 2. 2. 9.

CHLAMYS, ydis, f. *a sort of military cloak*, χλαμὺς, vestis militaris aperta, quæ thoraci superinduitur, posteriora fere corporis tantummodo ambiens; similis paludamento, sed brevior, et minus fusa, ex humeris pendens, et fibula ad cervicem, vel in dextero humero connexa. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 393. Purpureum chlamydis pennæ traxere colorem: Fibula quod fuerat, vestemque momorderat aurum, Pluma fit. *Id.* 2. *Metam.* v. 733. Collocare chlamydem, ut apte pendeat. ¶ Materia chlamydis fuit lana: color, nativus ipsius lanæ. Sed ut in aliis vestibus, ita et in ea pretiosior, vel crassior lana, pro utentium opibus, aut dignitate adhibebatur. Color etiam purpuræ, et auri intexti ornamenta in chlamydibus non raro leguntur. Formam exhibent varii nummi, et icones, quas affert *Ferrar. de re vestiar. par.* 2. l. 3. c. 8. ¶ Qui discrimen aliquod inter chlamydem, sagum, et paludamentum assignare volunt, in re prorsus difficili versantur. Illud tantummodo dici potest, ut apud Græcos Scriptores fere semper *chlamys* (quæ vox Græca est) militibus tribuitur, sic raro admodum apud Latinos, qui *sagum* potius in re militari usurpant. Illud quoque usitatissimum est, ut paludamentum peculiare sit imperatorum, sagum et chlamys militum. Prioris usus exempla sunt apud *Cic. in Pison.* c. 13. et *Attic.* l. 4. ep. 13. &c. posterioris apud *Plaut. Mil.* a. 5. v. et *Pseud.* 2. 4. 45. &c. et *Virg.* 9. *Æn.* v. 582. Tametsi in hoc etiam aliquando contra invenitur. Nam *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 14. n. 10. Metello imperatori sagum tribuit: contra *Livius* l. 1. c. 26. militi paludamentum: præterea chlamydatum imperatorem legimus apud *Cicer. pro Rabir. Post.* c. 10. et *Valer. Max.* l. 3. c. 6. n. 2. et 3. ¶ Ceterum *chlamys* habet etiam alios usus. Ea enim usi inveniuntur etiam pueri. Hinc inter puerilia vestimenta enumeratur ab *Ulpiano Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 24. Adde *Virg.* 3. *Æn.* v. 484. et *Sueton. in Tiber.* c. 6. ¶ Item mulieres. *a mantle. Virg.* 4. *Æn.* v. 137. *de Didone.* Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. Adde *Tacit.* l. 13. *Ann.* c. 56. ubi, chlamyde aurata Agrippinam indutam ad navalis prœlii spectaculum processisse dicit. Quam eandem rem narrans *Plin.* l. 33. c. 3. *ad fin.* vocat *paludamentum.* ¶ Item citharœdi, teste *Apul. in Florid.* n. 15. (*al.* l. 2.) ¶ Mercurius quoque chlamyde indutus fingitur ab *Ovid. Metam.* 2. v. 733. ¶ Chlamys Macedonica a vulgari chlamyde in eo differebat, quod in extrema parte clausa erat, cum vulgaris tota esset aperta, ut *Ferrar. loc. cit.* docet. [At *Winckelmannus* ex opere quodam anaglyptico Villæ Albanorum in *Novis Monumentis* n. 174. Macedonicæ chlamydis peculiarem etiam longitudinem demonstravit. In eo enim opere Alexandri chlamys infra imos talos demittitur, Diogenis vero (uti etiam in signis heroicis) vix ad suram descendit.] *Plin.* l. 5. c. 10. tradit, Alexandriam Ægypti urbem chlamydi Macedonicæ humi extentæ figuram retulisse, orbe gyrato laciniosam, dextra lævaque anguloso procursu. Veteres autem omnem terram habitabilem, quam tunc noverant, extentæ chlamydi assimilarunt, teste *Macrob.* l. 2. *in somn. Scip.* c. 9. *ad fin.* ¶ In illo *Horatii* l. 1. ep. 17. v. 30. Alter Mileti textam cane pejus, et angue Vitabit chlamydem: morietur frigore, si non Rettuleris pannum: *chlamys* sumitur pro quolibet amictu, quod superinduitur. ¶ Scribitur et *chlamis, idis*, minus tamen recte, si *Dausqu.* audias.

CHLOREUS, i, m. χλωρεὺς, vox dissyllaba, avis est perpetuas inimicitias cum corvo gerens, altero alterius ova noctu exquirente, ut *Plin.* l. 10. c. 74. narrat. ¶ Ad aliud genus pertinet (ut censet *Harduin.*) *Chlorion, onis*, χλωρίων, coloris lutei, magnitudine turturis, hieme non apparens, et circa solstitia procedens, ut est apud *eund. ibid.* c. 29. *in fi.*

CHLORIS, idis, f. *the goddess Flora*, Χλωρὶς, Dea eadem cum illa, quæ a Romanis Flora dicta est, et Dea florum habita, quæ cum Zephyro nupsisset, a marito muneris loco impetravit, ut florum omnium haberet potestatem: χλωρὸς, viridis, quia hortis, et herbidis locis gaudet: *Ovid.* 5. *Fast.* v. 195. Chloris eram, quæ Flora vocor: corrupta Latino Nominis est nostri littera Græca sono. V. ibi reliqua. ¶ Alia fuit filia Amphionis, et Niobes, uxor Nelei, ex quo duodecim filios peperit, quorum decem occidit Hercules, undecimum Periclymenum Neptunus in aquilam vertit, ultimum Nestorem cum aliis Græcis ad Trojam profectum absentia morti eripuit: *Hygin.* fab. 10.

CHLORĪTIS, itidis, f. χλωρίτις, gemma est herbacei coloris, a χλωρὸς, viridis; quam dicunt Magi in motacillæ avis ventre inveniri, congenitam ei. *Plin.* l. 37. c. 10.

CHOA, æ, f. et Chus, m. *an Athenian measure holding twelve* cotylæ, χοεὺς, έως, vel χοὴ, ῆς, et χοῦς, χοὸς, mensura liquidorum apud Atticos, continens sextarios sex, hoc est congium. *Fann. de ponderib. et mens.* v. 70. Adde duos, χοῦς fit, vulgo qui est congius idem. ¶ Huc pertinere putant ænigma illud, quod refertur a *Quintil.* l. 8. c. 6. *In triclinio choa, in cubiculo nola:* quod ita exponitur a *Cæl. Rhodig.* l. 29. c. 1. et lib. 19. c. 1. ut significet in triclinio bibacem (quasi congium vini haurientem) in cubiculo loquacem, et garrulam, quasi tintinnabulum, quod *nola* appellatur. [Hoc non admittendum, nam *nola Campana* dicitur inventa tempore *Paulini Nolani* ann. scil. a Chr. nato 400., nec ante sextum sæculum hujus vocis sic intellectæ uspiam extat mentio.] *Turneb.* l. 3. *adversar.* c. 19. scribit *Coa*, et putat esse proverbium de muliere valde lasciva in conviviis ad instar Veneris Coæ, in cubiculo quoque impuram infandæ libidinis obscenitate, qua quondam Nolani notati fuisse dicuntur, ut est apud *Auson.* epigr. 71. *Voss.* denique *in Etym.* in *Campana, Alciat.* l. 2. *Parerg.* c. 12. et *Franc. Robortell. de nominib. Romanor.* ita intelligunt, ut designetur mulier in triclinio quidem, et coram aliis lasciviens, in cubiculo vero, et clam nimia rusticitate nolens, et detrectans. Sed nulla harum interpretationum omnibus satis facit: quod mirum esse non debet, cum nec ipsi *Quintiliano* satis cognitum fuisse videatur. [Illud forte minus ineptum, *Coam. h. e.* vestibus Cois nudam potius quam tectam in triclinio, in cubiculo autem totam *Nolam* esse. *h. e.* omne impudicitiæ genus in se admittere, quo male audiebant Campani, et in iis præsertim Nolani. Sunt etiam qui exponunt, *Coam* in triclinio eam esse quæ coire gestiret, *Nolam* in cubiculo, quæ hoc idem nollet et detrectaret.]

CHOĂCON, *a plaster of quicksilver and resin boiled in oil*, nomen est emplastri nigri, quod cruentis vulneribus imponitur, constans spuma argenti, et resina in oleo cocta. *Cels.* l. 5. c. 19. n. 2. [Alii rectius fortasse legunt *coacon*, MSS. enim Codices id constantissime præseferunt; observandum est etiam inter *Hippocratis* opera haberi librum inscriptum *de Coacis Prænotionibus*, unde nomen deductum videri potest; *Gesnerus* putat *coacon* melius dici cum respectu ad *Coum Hippocratem*,]

CHOASPES, is, m. [† hod.] *Tiritiri*, Χοάσπης, fluvius Asiæ, qui in Media nascitur, et Susam alluit, a Tigri recipitur, et cum eo in sinum Persicum influit. *Plin.* l. 6. c. 27. qui lib. 31. c. 3. tradit Parthorum Reges ex hujus tantummodo, et Eulæi fluvii aquis bibere solitos. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 140. Nec qua vel Nilus, vel regia lympha Choaspes Profluit. ¶ Hic quoque amnis, ut et alii majores fluvii in Deorum numero habitus est. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 584. quid si amnigenam mirere Choaspen?

CHOASPĪTIS, is, f. gemma est coloris viridis, fulgoris aurei, ita dicta a Choaspe fluvio, ubi reperitur. *Plin.* l. 37. c. 10.

CHOĂTRÆ, arum, populus circa Mœotim. *Plin.* l. 6. c. 7. et *Lucan.* l. 3. v. 246. Ubi *Grotius* pro *Coastris*, restituit *Choatras.* ¶ Fuerunt incantatores maximi cum duce suo Choaste. Unde *Valer. Flacc.* l. 6. v. 151. Diros magico terrore Choatras.

CHODAX. V. *Cnodax.*

CHŒNIX, icis, f. *a measure consisting of two* sextarii, χοῖνιξ, ικος, genus mensuræ duos sextarios continentis. *Fann. de ponderib. et mensur.* v. 68. Heminas recipit geminas sextarius unus, Queis, quater assumptis, Graio fit nomine χοῖνιξ. Al. leg. *Qui quater assumptus:* qua ratione *chœnix* quatuor sextarios continere dicenda esset. *Pallad. in Novembri*, tit. 20. In olei metreta chœnicas duas olivarum mittere. ¶ Apud *Paul.* ex *Festo* legitur: Chœnica, mensuræ genus. ut sit *Chœnica, æ, Pallad. in Octobri*, tit. 14. Tribus cadis unam floris mensuram, quam Syri chœnicam vocant, adjicies.

CHŒRĂDES, um, f. *scrofulous*, χοιράδες, Græce idem sunt, quæ *strumæ* Latinis: a χοῖρος, sus, quia sues iis sæpe laborant. *Theodor. Priscian.* l. 1. c. 9. Chœradas, quas frequenter in collo, vel sub mento, vel sub ascellis nasci novimus, hac cura visitamus. Adde *Apul. de herb.* c. 2. n. 10.

CHŒRILĬUM METRUM est Dactylicæ speciei, habens duos dactylos, spondæum, duos dactylos, et syllabam, ut *Nunc age Pierios versus, Dea Calliope.* Est et aliud genus, quod ἀμφιλιπὶς dicitur hoc est utrinque imminutum, ut *Tibi namque decens lucet rosa vertice.* Ita *Servius in Centimetro* pag. 1820. *Putschii*, et *Mar. Victorin.* l. 3. *artis Grammat.* pag. 2558. Sed *Plotius de metr. ibid.* pag. 2633. octo ejus genera enumerat. V. ¶ Dictum est *Chœrilium* a Chœrilo poeta, cujus meminit *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 232. et *de ar. poet.* v. 355. ¶ Legitur et *Chœreum.*

CHOÏCUS, a, um, *made of earth or dust*, χοϊκὸς, terrenus, limaceus, pulvereus: a χόος, χοῦς, pulvis, terra. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 24. Homo choicus, et animalis. Adde *de Anim.* c. 40. et *de resurrect. carnis*, c. 49.

CHOLAS, æ, m. *a kind of emerald*, genus smaragdi in Arabia frequentissimi. *Plin.* lib. 37. c. 5.

CHOLĔRA, æ, f. *bile, choler*, χολέρα, χολὴ, idem quod bilis. *Lamprid. in Alexandr. Sev.* c. 17. Commotione animi, stomachi choleram evomere. ¶ Pro morbo, qui ex bile nascitur. *a bilious complaint, disease of the stomach and intestines by reason of an irruption of the bile. Cels.* l. 2. c. 13. Si acutus est morbus, sicut in cholera. et *ibid.* Cholera laborare. *Id.* l. 4. c. 11. Primo facienda mentio est choleræ, quia commune id stomachi atque intestinorum vitium. *Plin.* l. 24. c. 13. Mora bibuntur in cholera. ¶ In plurali numero. *Id.* l. 20. c. 14. Mentastrum potum orthopnoicis, torminibus, choleris efficacissimum. *Id.* l. 20. c. 12. *ad fin.* Choleræ ocymo inhibentur. *Id. ibid.* c. 14. Menta choleras emendat. ¶ *Facere choleram* est bilem turbare, movere, et ejus vomitum ciere. *Id.* l. 20. c. 22. *in fi.* ¶ *Hieronym.* ep. 51. *ad Dominion. post med.* Adducere aliquem ad choleram. *h. e.* iram alicui movere.

CHOLERĬCUS, a, um, *bilious, afflicted with a bilious complaint*, qui choleræ morbo laborat, χολερικός. *Scribon. Larg. compos.* 256. Malagma intestina soluta habentibus, et cholericis prodest. *Plin.* l. 24. c. 13. Cœliaci, dissenterici, cholerici.

CHOLIAMBUS, m. χωλίαμβος, versus iambicus trimeter, vel senarius acatalecticus, qui quinto loco iambum habet, sexto spondæum, in ceteris consentit cum iambico: ita dictus quasi claudus iambus, a χωλὸς, claudus, quia deturbato a sexta sede iambo, et substituto spondæo, videtur quasi claudicare, ut illi *Martialis* l. 1. epigr. 3. *Cur in theatrum Cato severe venisti? An ideo tantum veneras, ut exires?* Dicitur etiam *scazon*, idest claudicans, a σκάζω, claudico. *Diomed.* l. 3. pag. 503. *Putschii.* [† V. in *Hipponax.*]

CHOMA, atis, n. *a dam, or mound of earth, to stop water with*, χῶμα, agger, sive terræ aggestæ moles, qua aqua coercetur: a χόω, vel χώννυμι, aggerem educo, quod a χοῦς, terra egesta. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 11. *leg. pænult.* In Ægypto qui chomata rumpit, vel dissolvit (hi sunt aggeres, qui quidem solent aquam Niloticam continere) æque plectitur extra ordinem.

CHONDRILLON, i, n. sive Chondrille, es, f. *a herb like succory; wild endive*, χονδρίλλον, et χονδρίλλη, herba est folia habens intubi, circumrosis similia, caulem minus pedali, succo madentem amaro, radicem fabæ similem, aliquando numerosam. *Plin.* l. 22. cap. 22.

CHONDRIS, is, f. *the herb bastard-dittany*, herba eadem, quæ pseudodictamnum. *Plin.* l. 25. c. 8. et l. 26. c. 8.

CHORAGIARĬUS, ii, m. qui choragio præest, vel qui choragium instruit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 475. n. 2. A. Titio A. L. Bellico VI. Vir Augustali Choragiario.

CHORAGĬUM, ii, n. *the furniture, or apparatus of the stage*, χορήγιον, scenicum instrumentum, quo scena instruitur, et apparatur, a χόρος, chorus, et ἡγέομαι, duco. *Fest.* Hinc *Plaut. Capt. Prol.* v. 61. Comico choragio agere tragœdiam. Adde *Apul. in Apolog.* ¶ In plurali numero *Valer. Max.* l. 2. c. 4. n. 6. Scenam argentatis choragiis P. Lentulus Spintheradornavit. ¶ Item ædificium amplum post scenam, unde promebantur omnia ad ludos necessaria. *the place where the dresses and other apparatus of the theatre were kept; the tiring-house or tiring-room. Vitruv.* l. 5. c. 9. ¶ Translate dicitur de cujuslibet rei apparatu. *any apparatus, dress, ornament. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 50. Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur. *Apul.* l. 2. *Metam.* Choragium funebre. *Id.* l. 4. *Metam. sub fin.* nuptiarum. *Ammian.* l. 29. c. 1. *a med.* (*al.* 7.) Mensula imprecationibus carminum secretorum, choragiisque multis ac diuturnis ritualiter consecrata. ¶ In illo *Vitruvii* l. 10. c. 13. *ubi de machinis hydraulicis.* Hæ regulæ habent ferrea choragia fixa, et juncta cum pinnis, &c. *Turneb.* emendat *cnodacia:* cui assentitur *Bald.* in *Lex. Vitruv.*

CHORĂGUS, i, m. *he who had the charge of furnishing the dresses, and other theatrical apparatus, to the actors*, χορηγὸς, est is, qui scenicis histrionibus ornamenta agendæ fabulæ necessaria, vel ab Ædilibus accepta præbet, vel de suo locat. *Plaut. Pers.* 1. 3. 78. Ornatam adduce lepide in peregrinum modum. *Sa.* Sed πόθεν ornamenta? *To.* Abs chorago sumito: dare debet: præbenda Ædiles locaverunt. ¶ Est etiam dux chori, vel cœtus. *the leader of the chorus. Vetus epigramma de Augusto*, apud *Sueton. in ejus vita*, c. 70. Cum primum istorum conduxit mensa Choragum, &c.

CHORALISTRĬA. V. *Crotalistria.*

[* CHORAULE, es, f. χοραυλὶς, *a music-girl*, femina, quæ ad chori cantum tibia sonat. *Inscript. apud Marinium Fratr. Arval.* pag. 612. Licinia M. Crassi lib. Selene choraule.]

CHORAULES, æ, et Choraula, æ, m. *one who plays on the pipe or flute in the chorus; a minstrel*, χοραύλης, qui ad chori cantum tibia sonat: a χορὸς, chorus, et αὐλὴ, tibia. Differt ab aulœdo, vel citharœdo, quia hi soli tibia, vel cithara canunt, choraules vero cum choro, et cantoribus. *Martial.* l. 5. epigr. 57. Fac, discat citharœdus, aut choraules. *Id.* l. 9. epigr. 79. Quod optimum sit, quæritis, convivium? In quod choraules non venit. *h. e.* in quod non confluit turba, et quieta mensa est. Nam choraules turba semper comitatus venit. *Apul.* l. 8. *Met. ad fin.* Erat quidam juvenis, choraula doctissimus. *Beroald.* putat hoc loco esse ablativum, a recto *choraula, æ*, f. quod significet artem ipsam tibicinis. Al. vero leg. *ceraula.* ¶ Addunt *Jos. Scalig. in animadversionib. ad Euseb. ad ann.* 1995. et *Voss. in Etymol. choraulem*, qui ad tibiam saltat, ὁ πρὸς αὐλὸν χορεύων. *In quodam fragm. Petron.* Manu puer loquaci Ægyptius choraules. Ita legit et interpretatur *Salmas. ad Vopisc. in Carino*, c. 19. Nam alii aliter. Addunt hoc sensu usurpasse etiam *Sidon.* cujus locum nondum vidimus.

[* CHORAULĬCUS, a, um, ad choraulem pertinens. V. *Choricus* in *Appendice.*]

CHORDA, æ, f. *the string of a musical instrument*, χορδὴ, funiculus in instrumento musico, qui Latine *fides* dicitur: a χορδὴ, intestinum, quia ex tenuioribus animantium intestinis fissis contortisque fieri solet. *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 57. Voces ut chordæ sunt intentæ, quæ ad quemque tactum respondeant. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 4. Verba loqui socianda chordis. *to be attuned to the lyre. Tibull.* l. 2. eleg. 5. v. 3. vocales impellere pollice chordas. *Ovid. Fast.* 2. v. 108. Reddidit icta suos pollice chorda sonos. *Id.* 5. *Metam.* v. 339. Pollice prætentare chordas. *Id.* 10. *Metam.* v. 145. Pollice tentare chordas impulsas. *Id.* 2. *Amor.* eleg. 4. v. 27. querulas agili percurrere pollice chordas. *Id. de remed. amor.* v. 336. Chordas tangere. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 187. experiri. *h. e.* tentare, an congruenter respondeant. ¶ Aliquando accipitur pro fune. *a cord, rope. Plaut. Mostell.* 3. 2. 55. Nunc tibi chorda tenditur; inde in ferriterium; postea in crucem recta. *h. e.* tibi vincula parantur. *Lambin.* explicat: arcus intento fune in te dirigitur, et periculum tibi creatur. ¶ Est etiam cibi genus, ex intestinis animalium, apud *Athen.* l. 3. c. 14. et l. 9. c. 1. Hinc *Petron. in fragm. Tragur.* c. 66. *Burm.* Habuimus caseum mollem, et cochleas singulas, et chordæ frusta. Al. leg. *cordæ* eod. sensu.

CHORDACISTA, æ, m. *a minstrel*, qui chordis, seu fidibus canit. *Martian. Capell.* l. 9. pag. 313. Psaltas, Chordacistas, Hydraulas ad commodum humanæ utilitatis inveni. Al. leg. *cordacistas*, et eos intelligunt, qui cordacem saltant: quod hoc loco minus aptum est.

CHORDAPSUS, i, m. *a sort of colic*, χόρδαψος, morbus ventris cum inflammatione, et tumore intestini plenioris instar chordæ extenti: a χορδὴ, intestinum, et ἅπτω, accendo: vel ἀπὸ τῆς χορδῆς ἅπτεσθαι, quod qui manu tangit, tensam chordam sibi tangere videatur. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 3. c. 17. et Græce *Cels.* l. 4. c. 14.

[* CHORDŬLA, æ, f. diminutivum a chorda: *Campol. in Litholex.* Chordulam feci.]

CHORDUS, a, um, adject. *coming or springing up late in the year; lateward, late-born*, ὀψίγονος, ὄψιος, serotinus, tarde nascens, aut maturescens. De origine vocis ita *Varr.* 2. *R. R.* c. 1. Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur, ac remanserunt in vulvis ultimis. *lambs yeaned after Lammas; cosset-lambs.* vocant χορίον (*h. e.* membranam, *qua fetus involvitur*) a quo chordi appellati. *Plin.* l. 8. c. 47. Oves gerunt partum diebus CL. Chordos vocabant antiqui post id tempus natos. *Id.* l. 18. cap. 28. et *Cato R. R.* c. 5. Fœnum chordum. *the latter-math. Colum.* l. 12. c. 13. Olus chordum. *Fest.* Chorda frumenta. ¶ Etiam de hominibus sero natis usurpari posse, colligitur ex illo *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 7.) *Nomina ex casu nascentium: hinc Agrippa, et Opiter, et Chordus, et Posthumus.* Hinc Cremutius Chordus, Junius Chordus, &c. ¶ Legitur et *Cordus* sine aspiratione, et quidem sæpissime: ut in numo apud *Patin. de Famil. R.* pag. 180.

CHORĒA, æ, f. *a dancing to the sound of music; a dance*, χορεία, saltatio, tripudium cum cantu: a χόρος, chorus. *Virg. in Cul.* v. 19. celebrate deum plaudente chorea. *Lucret.* l. 2. v. 635. *de Curetib.* Cum pueri circum puerum pernice chorea Armati in numerum pulsarent æribus æra. ¶ Sæpius adhibetur in plur. numero. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 581. festas duxere choreas. *Virg.* 9. *Æn.* v. 615. juvat indulgere choreis. *Martial.* l. 1. epigr. 105. Molles choreas dare. *Manil.* l. 5. v. 239. Disponere choreas. *Claudian. de B. Gild.* v. 448. Cantatrices choreæ. *h. e.* quæ ducuntur ad cantum. ¶ Translate dicitur de cursu siderum. *Varr.* apud *Non.* c. 6. n. 16. Cum pictus aer fervidis late ignibus Cæli choreas astricas ostenderet. *Manil.* l. 1. v. 668. Et quinque adverso luctantia sidera mundo Exercent varias naturæ lege choreas. ¶ Nonnunquam Poetæ, extrita altera syllaba diphthongi, pænultimam corripiunt. *Virg.* 6. *Æn.* v. 644. Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt. *Propert.* l. 2. eleg. 15. v. 15. Protinus et nuda choreas imitabere sura.

CHOREPISCŎPUS, i, m. *one who supplies the place and stead of a bishop; a suffragan*, Χωρεπίσκοπος, qui Episcopi vices gerit in pagis et vicis, ejusque munera minoris momenti in iis locis obit: sive is Episcopali dignitate sit, sive non: qua de re V. apud *Du Fresne in Glossario.* Est autem quasi τοῦ χώρου, idest agri, vel τῆς χώρας, idest regionis Episcopus, vel ἐν χώρᾳ, *h. e.* vice, loco Episcopi. De his mentio fit a *Justiniano* lib. 1. *Cod.* tit. 3. leg. 42.

CHORĒUS, i, m. *a choree, or trochee*, χορεῖος, pes metricus dissyllabus, qui et *trocheus* appellatur, constans longa, et brevi, ut *arma, vincor:* ita dictus, quod ex eo compositi versus choreis saltandis, et choreis ducendis aptissimi sunt. Est autem adjectiva vox, et subintelligitur *pes. Cic. in Orat.* c. 63. *Quintil.* l. 9. c. 4. ¶ *Choreus* quoque dicitur tribrachys, pes trisyllabus tribus brevibus constans, ut *terere, pedibus. a tribrach. Diomed.* l. 2. pag. 261. *Putsch.* et l. 3. pag. 475. ¶ Legitur et *Chorius.*

CHOREUTES, æ, m. *a dancer*, χορευτὴς, saltator quilibet ex choro. Putant quidam legi in fragmento *Petronii* supra allato in *Choraules:* sed valde incerta res est.

CHORIAMBĬCUS, a, um, *choriambic*, ad choriambum pertinens, ut *Choriambicus versus*, apud *Sidon. in carm. priore* epist. 13. l. 9. ¶ *Choriambicum metrum* describitur a *Diomed.* l. 3. pag. 509. *Putsch.* Tale est illud *Horatii* lib. 1. od. 8. v. 2. Te deos oro Sybarim quid properes amando. ¶ Sed alia quatuor sunt ejus genera, quæ V. apud *Serv. in Centim.* pag. 1822.

CHORIAMBUS, i, m. *a choriambic foot*, χορίαμβος, pes metricus quatuor syllabarum, constans choreo, et iambo, hoc est prima et ultima longis, et duabus mediis brevibus, ut *nobilitas, distulerant. Diomed.* l. 3. pag. 478. *Putsch.* ¶ Adjective *Auson.* ep. 10. v. 37. Dactylicos, elegos, choriambum carmen, epodos Carpentis impone tuis.

CHORĬCUS, a, um, *relating to the dance, choric*, χορικὸς, ad chorum pertinens. *Choricum metrum*, ita dictum, quod choris aptum est, est species metri anapæstici, constans monometro hypercatalecto, ut *Animus male fortis. Auson. in præfat. ad Centon. nupt.* et *Servius in Centim.* pag. 1821. *Putsch.* [Choricæ tibiæ. *Diomed.* lib. 3. pag. 489. *Putsch.* Quando enim chorus canebat choricis tibiis, id est choraulicis, artifex concinebat.] ¶ Dicuntur etiam *chorici*, qui choris, seu choreis, et hujusmodi delectantur. *Jul. Firmic.* l. 3. *Mathes.* c. 14. Faciet etiam musicos, choricos, et qui musicos choros faciant.

CHORĬON, ii, n. χορίον. *Vitruv.* l. 2. c. 8. *de structuris parietum.* Ponunt de silice, seu de lapide duro structuram ordinariam, et ita alligant eorum alternis choriis coagmenta. et *paulo post.* Isodomum dicitur, cum omnia choria æqua crassitudine fuerint structa: pseudisodomum, cum impares et inæquales ordines choriorum diriguntur. *Choria* appellat, inquit *Salmas. in Solin.* ordines lapidum, qui æquali crassitudine sunt in structura Isodomo. Addit autem, eadem significatione dictum esse *ab eod. ibid.* c. 3. Lateres ad lineam cum struuntur, alternis choriis parietes alligantur. et *eit.* cap. 8. Sed nostri celeritati studentes, erectos choros locantes, frontibus serviunt, &c. Sic enim utroque loco legit ex veteri MS. *Choros* autem esse ait, quos ibidem dixerat *ordines*, ducta translatione a choris hominum ordine consedentium, aut ludentium, et manibus invicem connexorum. Itaque *chori*, et *choria* sunt, ex ejus sententia, ordines et series laterum, aut lapidum, quibus veluti fasciis omnis parietum structura colligatur, *rows or belts of bricks or stones.* Alii tamen leg. ubique *coria.*

CHORĪUS. V. *Choreus.*

CHOROBĂTES, æ, m. *an instrument whereby to find the level of water, or the slope of an aqueduct*, instrumentum ad perlibrandas aquas, et loca, per quæ perducendæ sunt. Est enim regula longa circiter pedum viginti, habens in capitibus extremis ancones ad normam coagmentatos, et inter regulam et ancones transversaria, in quibus sunt lineæ ad perpendiculum descriptæ, pendentiaque ex regula perpendicula in singulis partibus singula. Ea humi collocata indicat libratam collationem. Hæc *Vitruv.* l. 8. c. 6. ubi *Dan. Barbarus*, et *Rusconius* figuram exhibent. Dicitur a χώρα, regio, et βαίνω, gradior. Aquam enim inquit *Bald. in Lex. Vitruv.* diligenter librare non possumus, nisi regionem, per quam ducenda est, obambulemus, et oculis minute perlustremus.

CHOROCITHARISTA, æ, m. *one who plays upon a musical instrument in the dance*, χοροκιθαριστὴς, qui in choro citharizat. *Sueton. in Domit.* c. 4. Præter citharœdos, chorocitharistæ quoque, et psallocitharistæ. Ubi *Chorocitharistæ*, et *Psallocitharistæ* opponuntur. *Chorocitharistæ* enim dicuntur, qui cum aliis canunt, *Psallocitharistæ* qui vel soli canunt cithara sine melodia vocis, ut *Turnebo* placet, l. 20. c. 16. vel una cum voce citharam pulsant, ut *Casaubon. ex Athen.* et *Platone* interpretatur. Alii leg. *Psilocitharistæ*, ψιλοὶ κιθαρῳδοὶ, sola cithara, sine voce, canentes.

CHOROGRAPHĬA, æ, f. *the describing of any particular country*, χωρογραφία. regionis alicujus particularis descriptio, *v. gr.* Agri Patavini: a χώρα, regio, et γράφω, describo. *Vitruv.* l. 8. c. 2.

[* CHOROS, i, f. herba eadem ac acoros apud *Apul. de herb.* c. 6.]

CHORS, et Cors, ortis, f. *a yard, pen, or coop, where poultry*, &c. *are kept*, locus est in villa, maceriis, aut sepe circumdatus, in quo altiles aves custodiuntur, et alia ad usum villæ servantur. Idem prorsus significat, quod *cohors*, sed *cohors* sæpius adhibetur in re militari. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 112. Ad focum hieme cœnitabant, æstivo tempore in propatulo, rure in corte, in urbe in tabulino. *Colum.* l. 2. c. 15. Filicem permiscere cum purgamentis chortis. *scil.* ad sterquilinium faciendum. *Martial.* l. 13. epigr. 45. Chortis aves. *h. e.* pulli gallinacei. *Id.* l. 3. epigr. 58. Vagatur omnis turba sordidæ chortis, Argutus anser, gemmeique pavones, &c. ¶ *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 13. duas in fundo chortes esse jubet: altera est interior, *h. e.* intra villæ compluvium, in qua est aqua saliens, unde bibunt boves ex arvo æstate reducti, item anseres, sues, porci e pastu redeuntes: altera exterior, in qua aves altiles libere vagari possunt: eoque purgamenta villæ congeruntur, quæ inde postea in sterquilinium conjiciantur: quod etiam ex *Colum.* l. 2. c. 15. colligitur. ¶ *Chors* etiam appellatur septum, in quo includuntur oves, cum longe a villa pascuntur, *a sheep-fold. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 2. ¶ Dicitur etiam de stabulis boum in ipsa villa. *Vitruv.* l. 6. c. 9. *an ox-stall.* ¶ Ad scriptionem quod attinet *Dausqu.* mavult scribi *cors* sine aspiratione: contra *Vossio* magis placet *chors*, quod ita legatur in vett. libb. et quod aptissime derivetur a Græco χόρτος, quo præter alia significatur etiam septum chortem ipsam cingens. [¶ Quoad vocis etymon hæc habet *Gesnerus in Thesaur. Ling. et Erud. Rom.* Cohors, cors, chors ejusdem originis nomen, et significationis primitivæ. Sed posteriores formæ contractæ a rusticis, ut videtur, in re potissimum rustica sedem retinuere. Nempe *cohors* a *cohercendo*, seu *coercendo* dicta, notat locum in prædio rustico tectis villæ circumdatum, et alias conseptum.]

CHORTĬNON OLEUM, *oil extracted from grass*, χόρτινον ἔλαιον, est, quod fit ex gramine herba. Nam gramen Græce χόρτος dicitur. *Plin.* l. 15. c. 7.

CHORUS, i, m. *a chorus, choir; a company of singers or dancers; an assembly or band of persons dancing and singing*, χόρος, multitudo hominum ad saltandum, et canendum congregata, præcipue in sacris. *Cic. Phil.* 5. c. 6. Saltatores, citharistas, totum denique comissationis Antonianæ chorum, &c. *Sueton. in Calig.* c. 37. Discumbere inter choros, et symphonias. *Horat.* l. 1. od. 1. v. 31. Nympharumque leves cum Satyris chori. *Virg. Ecl.* 6. v. 67. Utque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis. *h. e.* Musæ. *Id.* 4. *Georg.* v. 460. Chorus Dryadum. *Id. Æn.* 5. v. 240. Nereidum, Phorcique chorus. *Id. Æn.* 8. v. 718. Omnibus in templis matrum chorus, omnibus aris. *Id. Æn.* 11. v. 737. Indicere choros. *Id.* 4. *Æn.* v. 145. instaurare. *Id.* 1. *Æn.* v. 503. exercere. *Id.* 4. *Georg.* v. 533. agitare. *Horat.* l. 4. od. 7. v. 5. Gratia cum Nymphis, geminisque sororibus audet Ducere nuda choros. *Propert.* l. 2. eleg. 2. v. 28. Agere choros. *Id. ibid.* eleg. 25. v. 42. et ad molles membra resolve choros. *Senec. in Herc. Œt.* v. 367. nectere. *Id. ibid.* v. 593. celebrare. ¶ Speciatim a Poetis dicitur de cœtu siderum. *a group or cluster of stars; a constellation. Horat.* l. 4. od. 14. v. 21. Pleiadum choro scindente nubes. Adde *Propert.* l. 3. eleg. 3. v. 58. et *Tibull.* l. 2. eleg. 1. v. 88. et *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 643. ¶ Item de cœtu eorum, qui in scena simul canunt, et interloquuntur: *the chorus; the persons who are supposed to behold what passes in the acts of a play, and sing their sentiments between the acts:* et de ipso carmine, quod ab iis canitur. *a choral ode. Horat. de art. poet.* v. 193. Actoris partes chorus, officiumque virile Defendat. Adde vers. 204. et 283. et *Gell.* l. 19. c. 10. ¶ Translate sumitur pro quocumque cœtu, et comitatu. *a company, band, or assembly of persons. Cic. pro Mur.* c. 24. Catilina stipatus choro juventutis. *Id. Attic.* l. 14. ep. 8. Baiana negotia, chorumque illum, de quo, &c. *h. e.* turbam hominum, qui Baiis versantur voluptatis causa. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. 8. Epicurum pæne e philosophorum choro sustulisti. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 77. Scriptorum chorus omnis amat nemus, et fugit urbes. *Senec. in Agamemn.* v. 454. Chorus piscium lascivit. *Cic.* l. 3. *Offic.* c. *ult.* Chorus virtutum. ¶ Pro caterva pugnantium ludicro certamine, *Virg.* 5. *Æn.* v. 580. Olli discurrere pares, atque agmina terni Diductis solvere choris. *divisions, troops.* ¶ Accipitur etiam pro chorea, *h. e.* pro ipsa saltatione, et cantu, qui a choro fit. *a dancing or singing. Martial.* l. 4. epigr. 44. Hoc nuper Satyri monte dedere choros. *capered nimbly. Tibull.* l. 2. eleg. 1. v. 88. currumque sequuntur Matris lascivo sidera fulva choro. ¶ Aliam significationem V. in *Chorion.* ¶ Quidam Lexicographi addunt *chorum* esse musicum instrumentum duabus æreis fistulis constans, quarum altera inspiretur, altera sonum emittat: *a kind of bagpipe:* idque auctoritate *D. Hieronymi in quadam epistola ad Dardanum*, ut habetur in Edit. A. 1476. sed jamdiu est, cum, illam esse supposititiam a viris doctis deprehensum est.

CHRESTOLŎGUS, i, m. *one who speaks fairly, but*

whose actions do not accord with his words, χρηστολόγος, qui bene loquitur, sed male facit: vel qui blandus est magis, quam beneficus: a χρηστὸς, bonus, benignus, et λέγω, dico. Hoc convicio notatus est a suis Pertinax Imperator Rom. teste *Capitolin. in ejus vita*. cap. 13. et *Aurel. Vict. in Epitom.* cap. 18.

CHRESTON, n. *the herb succory*, χρηστὸν, appellatur a quibusdam cichorium herba, propter singularem salubritatem: a χρηστὸς, utilis, commodus. *Plin.* l. 20. c. 8.

CHRESTUS, i, m. χρηστὸς, sic olim perperam appellatus est IESUS CHRISTUS Salvator noster a Romanis veri nominis rationem ignorantibus: et Christiani *Chrestiani*, ut *Tertull. in Apolog.* c. 3. in fin. et *Lactant.* l. 4. c. 7. docent. Legitur etiam apud *Sueton. in Claud.* c. 25. Putabant enim esse a χρηστὸς, utilis, cum sit a χριστὸς, unctus.

CHRIA, æ, f. *a short moral sentence for an exercise in rhetoric*, χρεία, est commemoratio, seu explicatio alicujus dicti, vel facti, vel utriusque simul, certis capitibus comprehensa: sic dicta, quod est exercitatio valde utilis ad eloquentiam adipiscendam. Nam χρεία est usus, utilitas, commodum. Triplex est, activa, quæ factum aliquod exponit; verbalis, quæ sententiam ab aliquo prolatam explicat; mixta, quæ factum quodpiam sermone conjunctum complectitur. Partes ejus octo sunt, encomium, paraphrasis, causa, contrarium, simile, exemplum, testimonium veterum, epilogus. ¶ Proprie *Chria* vocatur ipsum dictum, aut factum, quod Chriæ materia est, et Latine *oraculum*, et *scitum* dici potest. *Quintil.* l. 1. c. 9. (*al.* 15.) Sententiæ quoque, et Chriæ, et ethologiæ, subjectis dictorum rationibus, apud Grammaticos scribantur. (V. ibi reliqua, quibus plura Chriarum genera enumerat.) *Senec.* ep. 33. Ideo pueris et sententias ediscendas damus, et has, quas Chrias Græci vocant, quia complecti eas puerilis animus potest. ¶ De ratione declinandi per omnes casus exercitationem Chriarum disserit Grammatico more *Diomed.* l. 1. pag. 289. *Putsch.*

CHRISMA, atis, n. *an anointing; unction*, χρίσμα, unctio: a χρίω, ungo. *Tertull. de Baptism.* c. 7. *et advers. Jud.* c. 13. et *Prudent. Cathemer.* 6. v. 128. *et in Psychom.* v. 361.

CHRISTIĀNE, *Christianly*, Christiano more, atque adeo caste, sancte, religiose. *Augustin.* ep. 89. *sub fin.* Domos suas, et familias Christiane regunt.

CHRISTIANISMUS, i, m. *Christianism, Christianity*, Χριστιανισμὸς, Christianorum religio. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 33. *post med.*

CHRISTIANITAS, atis, f. idem quod Christianismus. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 16. *Cod. Theodos.* tit. 8. leg. 19. ¶ Sumitur etiam pro Clericatu in Religione Christiana, *the clerical profession*. *Impp. Valentinian. Theodos. et Arcad.* lib. 12. *ejusd. Cod.* tit. 1. leg. 123. et *Impp. Valentinian. et Valens ibid.* lib. 14. tit. 3. leg. 11.

CHRISTIANIZO, as, n. 1. *to be a Christian; to profess Christianity*, Χριστιανίζειν, Christianum ago, Christianam religionem profiteor. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 21.

CHRISTIĀNUS, a, um, *Christian, of Christ, relating to Christianity*, Χριστιανὸς, ad CHRISTUM, et Christianam religionem pertinens. *Sueton. in Ner.* c. 16. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 44. *Plin.* l. 10. ep. 97. et præterea *Lactant. Tertull. Arnob. Hieronym.* &c. sæpissime, et Lapides duo apud *Gruter.* pag. 280. n. 2. et 3. ¶ Superlat. *Christianissimus* legitur apud *Hieronym.* ep. 101. *ad Pammach. e. ult.*

CHRISTICŎLA, æ, m. et f. *a Christian; a professor of the religion of Christ*, qui CHRISTUM colit, Christianus, *Prudent. Cathemer.* hym. 3. v. 56. et hym. 8. *in fi.* ¶ In genit. plur. *Christicolum* pro *Christicolarum* dixit *Id.* l. 2. *contra Symmach.* v. 1002. *et peristeph.* 9. *de S. Eulal.* v. 72.

CHRISTIGĔNA, æ, m. et f. *akin to Christ*, qui genere CHRISTUM contingit. *Prudent. Hamartig.* v. 789. *de Ruth:* Christigenam fecunda domum, Davidica regna Edidit.

CHRISTIPŎTENS, entis, *strong in Christ*, qui in CHRISTO potest, qui fide, et pietate in CHRISTUM valet. *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 709. Christipotens juvenis.

CHRISTUS, I, m. *CHRIST*, ΧΡΙΣΤΟ'Σ, unigenitus Dei filius, Deus et homo, humani generis salvator: a χρίω, ungo. Hoc enim nomine designatur ejus potestas, ac dignitas sacerdotalis simul, et regia. Nam apud Judæos mos erat, ut qui ad sacerdotium, vel ad regnum vocabantur, sacro unguento perungerentur, ut est apud *Lactant.* l. 4. c. 7. [V. etiam *Plin.* l. 10. epist. 97. et *Sueton. in Claud.* c. 25.]

CHROMA, atis, n. *a delightful kind of music, performed with quavers and graces, but now unknown; chromatic or enharmonic music*, genus musicæ est, quæ, ut inquit *Vitruv.* l. 5. c. 4. subtili solertia, ac crebritate modulorum suaviorem habet delectationem. ¶ A nostris Musicis *chromata* dicuntur nigræ notulæ minutiores, vel a colore (χρῶμα enim est color) vel quod in chromatico modulationis genere præcipue locum habent. *an ornament in music*. V. *Petr. Gassend. in manuduct. ad theor. Musices.*

CHROMATIARĬUS, ii, m. *having a coloured or tanned skin*, *Vetus Interpr. Persii* sat. 4. v. 18. Chromatiarii dicuntur colorarii, vel qui tota die in arena sunt, vel in sole. Antiqui enim ungebant se, et in sole erant, ut oleum corpus imbiberet.

CHROMATĬCE, es, f. χρωματικὴ, una ex tribus Musicæ partibus quæ et *chroma* dicitur. *Vitruv.* l. 5. c. 5. V. *Chroma*.

CHROMATICUS, a, um, *chromatic, enharmonic*, χρωματικός. *Chromaticum genus* apud *Vitruv.* l. 5. c. 5. et *Macrob.* l. 2. *in somn. Scip.* c. 4. *ad fin.* est idem quod Chroma, et Chromatice.

CHROMIS, is, f. χρομὶς, piscis est marinus in aquis nidificans, et auditus sensu acuto præditus. *Plin.* l. 32. c. 11. et l. 10. c. 70.

[* CHROMIS, is, m. Χρόμις, Herculis filius, quem constat equos habuisse Thracas, quos Hercules occiso Diomede rege abduxerat humanis carnibus vesci consuetos. Hæc habet *Lactant. ad Stat. Theb.* l. 6. v. 346. Sed *Hygin.* fab. 30. narrat, Herculem ipsos etiam equos occidisse.]

CHRONĬCA, orum, n. plur. *chronicles, registers, records, histories of things done from time to time*, τὰ χρονικὰ, historiæ cum descriptione temporum, quibus scilicet res gestæ, servato temporum ordine, digeruntur: a χρόνος, tempus. Differunt ab annalibus, quod hi commemorant, quid quoque anno in gente una contigerit, illa plurium gentium res exponunt. *Plin.* l. 35. c. 9. Chronicorum errore non dubio. *Gell.* l. 17. c. 4. Apollodori liber, qui chronica inscriptus est. *Id.* l. 15. c. 16. In chronicis scriptum est. Adde l. 17. c. 21.

CHRONĬCUS, a, um, adject. *chronical*, χρονικός. *Chronici libri* sunt ipsa Chronica, *Chronicles*. *Gell.* l. 17. c. 21. Excerpebamus ex libris, qui chronici appellantur. ¶ *Chronici morbi* sunt, qui diu durant: *chronic diseases:* quibus opponuntur *acuti*, qui brevi vel sanantur, vel conficiunt. *Cœl. Aurelian.* quinque libros suos *Chronicorum morborum* inscripsit. Dicitur etiam *Chronius, a, um*, eod. sensu. *Id.* l. 2. *Acut.* c. 28. *in fi.* et l. 3. c. 16.

CHRONĬUS. V. vocem præced.

CHRONOGRĂPHUS, i, m. *a chronographer, chronicler, chronologist*, χρονογράφος, qui res gestas per sua quamque tempora digerit, ac describit: a χρόνος, tempus, et γράφω, scribo. *Sidon. in fi.* ep. 6. l. 8. Varronem logistoricum, sicut poposceras, et Eusebium chronographum misi.

CHRYSALLIS, et Chrysălis, idis, f. *the first apparent change of the eruca, or maggot, of any species of insects; the chrysalis, aurelia*, χρυσαλλὶς, et χρυσαλίς. Hoc nomine appellantur insecta, quæ primo sui ortu vermiculi sunt, deinde circa se folliculum, seu telam aranei similem obducunt, eaque se involvunt; ex qua postea se expedientes, emissis alis evolant, ut v. gr. bombyces, ex quibus sericum conficitur. Cum itaque folliculo illo involuta sunt *chrysallides* appellantur: a χρυσὸς, aurum, quia multæ harum bestiolarum aurei coloris inveniuntur. *Plin.* l. 11. c. 32. et 35. quæ loca V.

CHRYSANTHĔMUM, i, n. *crowfoot with yellow flowers, gold-knap; according to some marigold*, χρυσάνθεμον, alio nomine heliochryson, herba est ramulos habens candidos, folia subalbida, abrotono similia, ad solis repercussum aureæ lucis, in orbem veluti corymbis dependentibus, qui nunquam marcescunt: a χρυσὸς, aurum, et ἄνθεμον, flos: heliochrysos vero est ab ἥλιος, sol, et χρυσὸς, aurum. *Plin.* l. 21. c. 25.

CHRYSANTHIĀNUS, a, um, adject. *Certamen Chrysanthianum*, cujus mentio fit *a Marcell. Dig.* lib. 33. tit. 1. *leg. pænult.* dictum est a quodam Chrysanthio Sardis in Lydia sacrorum præfecto, qui solemne certamen, ac ludos instituerat, et suo nomine appellandos reliquerat. Ita *Cujac.* ex *Eunapio Sardiano*, qui scripsit vitas Philosophorum, et Sophistarum sui temporis.

CHRYSĒIS, idos, f. Χρυσηΐς, Astynome filia Chrysæ. *Ovid. de remed. Amor.* v. 469. et l. 2. *Trist.* v. 373. V. *Chryses.*

CHRYSELECTRUM, i, n. *gold-coloured amber*, χρυσήλεκτρον, genus electri coloris aurei: a χρυσὸς, aurum. *Plin.* l. 37. c. 3. *ad fin.* ¶ Item gemma in colorem electri declinans matutino tantum aspectu jucunda. *a gem of a yellow amber colour*. *Id. ibid.* c. 9.

CHRYSENDĔTON, i, n. *a vessel, or platter, tipped with gold*, χρυσένδετον, vas escarium, in quo cibi mensæ inferendi reponuntur, ut ex *Martial.* l. 2. epigr. 43. l. 6. *epigr. ult. et* l. 14. epigr. 97. colligitur. Dicitur *chrysendeton*, hoc est auro vinctum, auro ornatum, aureo emblemate insertum: a χρυσὸς, aurum, et ἐνδέω, illigo, adstringo. Revera adjectivum est, et subintelligitur σκεῦος, aut quid simile. Hinc in citato epigrammate apud *Martial.* l. 14. habetur *Lances chrysendeta*.

CHRYSES, æ, m. Χρύσης, Sminthii Apollinis sacerdos, pater Astynomes, quæ a nomine ejus *Chryseis* cognominata fuit. Cum Græci expugnatis Thebe, Cilla, Chryse, Lyrnesso, et aliis, virginem abduxissent, et Agamemnoni in prædæ divisione tradidissent, Chryses Apollinis insignibus exornatus, ad Græcorum castra accessit, filiamque sibi petiit restitui: quod cum impetrare non potuisset, Apollinis auxilium imploravit, qui tam gravem Græcis pestilentiam immisit, ut Agamemnon patri puellam restituere coactus fuerit. Ejus autem loco Achilli Hippodamiam Briseæ filiam eripuit. Hinc inter Achillem, et Agamemnonem implacabile dissidium ortum est. *Ovid.* l. 2. *de art. am.* v. 401. Audierat, laurumque manu vittasque ferentem Pro nata Chrysen non valuisse sua. Adde *Hygin.* fab. 121. et *Auct. Priap.* carm. 69.

CHRYSĒUS, et Chryseos, a, um, *golden*, χρύσεος, aureus: a χρυσὸς, aurum. *Martial.* l. 9. epigr. 96. Chalcea donanti chrysea qui dederat. ¶ *Chryseos basiliscus* apud *Apul. de herb.* c. 128. est basiliscus coloris aurei. [† V. *Chrysocephalos*.]

CHRYSIPPĒUS, a, um, ad Chrysippum pertinens, Χρυσίππειος. *Cic.* 4. *Acad.* c. 30. Hæc Chrysippea sunt, ne ab ipso quidem dissoluta. *Hieronym.* ep. 83. *ad Ocean.* Chrysippeum sophisma. ¶ *Chrysippea* apud *Plin.* l. 26. c. 9. est herba a Chrysippo inventore sic dicta.

CHRYSIPPUS, i, m. Χρύσιππος, Apollonidæ filius, patria Solensis, sive, ut alii malunt, Tarsensis, Stoicæ sectæ Philosophus, auditor Zenonis, et Cleanthis, post quos etiam scholæ præfuit, et habitus est Princeps Stoicorum. In Dialectica longe omnibus antecelluit. De exitu ejus varia tradunt. Quidam volunt, a discipulis ad sacrificium vocatum, cum vinum dulce affatim hausisset, anhelitus difficultate laborare cœpisse, atque ita quinto demum die fato concessisse, annos jam natum circiter tres et septuaginta. Alii ferunt nimio risu exspirasse. Nam cum ficus rure allatos asinum comedentem videret, ancillæ imperavisse aiunt, ut vinum asino bibendum daret, ejusque dicti urbanitate tantopere sibi placuisse, ut nimio risu suffocaretur. Mortuo Athenienses statuam posuerunt in Ceramico. *Pers. in fi.* sat. 6. Inventor, Chrysippe, tui finitor acervi. *h. e.* soritæ. [¶ Chrysippus alter Pelopis filius nothus, propter formæ dignitatem a patre valde amatus, quod ejus noverca Hippodamia indigne ferens liberos suos Atreum et Thyestem impulit, ut illum interficerent; quam ob rem a Pelope pulsi in exilio vitam degerunt, donec ejus pater vixit. *Hygin.* fab. 85.]

CHRYSĪTES, æ, m. χρυσίτης, lapis aurei coloris, a χρυσὸς, aurum. *Plin.* l. 36. c. 22. ¶ Item gemma, quæ et *phloginos* appellatur, ochræ Atticæ assimilata; et in Ægypto invenitur. Porro *phloginos* dicitur a colore flammeo, qui cum aureo valde convenit. *Id.* l. 37. c. 10.

CHRYSĪTIS, idis, f. adject. *gold foam*, χρυσῖτις, Chrysitis spuma dicitur, quæ in argenti fodinis fit, colore flavo, seu aureo: a χρυσὸς, aurum. *Plin.* l. 33. c. 6. ¶ Est etiam hoc nomine herba palmi altitudine, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra ex austero dulci, in petrosis, opacisque nascens. *the herb milfoil, or yarrow.* Eadem dicitur *chrysocome*, χρυσοκόμη: a χρυσὸς, aurum, et κόμη, coma. *Plin.* l. 21. c. 8. *in fi. et* cap. 20.

CHRYSOASPĬDÆ, arum, m. *soldiers who carried shields ornamented with gold*, χρυσοάσπιδαι, milites, qui clypeos auro cælatos gestant: a χρυσὸς, aurum, et ἀσπὶς, clypeus. Alexander Severus Alexandrum imitaturus, fecerat sibi argyroaspidas, et Chrysoaspidas, ut scribit *Lamprid. in ejus vita*, c. 50. Tale quid priscis etiam Reip. Rom. temporibus factum scribit *Liv.* l. 9. c. 40.

CHRYSOBERYLLUS, i, m. *a crystal stone shining like gold*, χρυσοβήρυλλος, beryllus pallidior, cujus viriditas in aureum colorem resplendet. *Plin.* l. 37. c. 5. *ad fin.*

[* CHRYSOCĂLIS, idis, f. herba eadem ac parthenium. *Apul. de herb.* c. 23.]

CHRYSOCANTHOS, i, *a kind of ivy*, genus hederæ grana ferens coloris aurei. *Apul. de herb.* c. 119. ¶ Eandem *Plin.* l. 16. c. 34. appellari ait *chrysocarpum:* a χρυσὸς, aurum, et καρπὸς, fructus.

CHRYSOCARPUS. V. vocem præced.

CHRYSOCEPHĂLOS, i, m. *a kind of basilisk with a head like gold*, χρυσοκέφαλος, genus est basilisci aureo capite: a χρυσὸς, aurum, et κεφαλὴ, caput. *Apul. de herb.* c. 128. [† V. *Chryseus*.]

[* CHRYSOCOCCUS, a, um, adject. aurea grana habens, a χρυσὸς, *aurum*, et κόκκος, *granum*. *Apul. de herb.* c. 28. Herba regula habens florem chrysococcum.]

CHRYSOCOLLA, æ, f. *borax, or gold-solder*, χρυσόκολλα, humor qui in aurifodinis per venas auri defluit, et crassescens rigoribus hybernis usque in duritiem pumicis congelascit. Invenitur etiam in metallis ærariis, argentariis et plumbariis. Est a χρυσὸς, aurum, et κόλλα, gluten, quia aurum agglutinat. *Plin.* l. 33. c. 5. Addit *ibid.* Neronem in solemni aurigatione Circi arenam chrysocolla stravisse. Adde *Vitruv.* l. 7. c. 5. *sub fin. et* cap. 9. *extr. et cap. ult.* ¶ Etiam pictores ea utuntur in pingendo. *Plin. ibid. qui in proœm. ejusd. l. a med.* vocat eam auri saniem. [¶ Est et herba chrysocolla, eadem ac amphitane. *Plin.* l. 37. c. 10. sect. 54. et *Isidor. Orig.* l. 16. c. 14. V. *Amphitane* apud *Forcellinum*.]

CHRYSOCŌME. V. *Chrysitis.*

CHRYSOCŌMES, æ, m. *golden-haired*, χρυσοκόμης, comam habens coloris aurei, auricomus: a χρυσὸς, aurum, et κόμη, coma: estque epithetum Apollinis, propter fulgorem radiorum. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. *post med.*

CHRYSOGRAPHĀTUS, a, um, *wrought with gold*, auro pictus, et ornatus, χρυσόγραφος: a χρυσὸς, aurum, et

γράφω, pingo. *Valerian. Imper. in epist.* apud *Trebell. Pollion. in Claud.* c. 14. Scuta chrysographata.

CHRYSOLACHĂNUM. V. *Atriplex.*

CHRYSOLAMPIS, idis, f. χρυσόλαμπις, lapillus, qui die pallescit, nocte ignei, sive aurei coloris est: a χρυσὸς, aurum, et λάμπω, splendeo. *Plin.* l. 37. c. 10.

CHRYSOLĬTHUS, i, m. *a kind of jasper of a golden colour; a chrysolite, cat's eye,* χρυσόλιθος, lapis pretiosus, aureo nitore translucens: a χρυσὸς, aurum, et λίθος, lapis. *Propert.* l. 2. eleg. 13. v. 44. Quosque dedit flavo lumine chrysolithos. ¶ *Plin.* l. 37. c. 9. ubi de chrysolithis verba facit, et eorum genera recenset, feminino genere usurpat: nisi malis ubique subintelligere vocem *gemma.* Certe λίθος apud Græcos utroque genere effertur.

CHRYSOMALLUS, i, *having a golden fleece,* χρυσόμαλλος, h. e. aureum vellus habens: a χρυσὸς, aurum, et μαλλὸς, villus, lana. Ita appellatur in fabulis auratus ille aries, qui Cholchos Phryxum vexit. *Hygin.* fab. 188.

[* CHRYSOMELARĬUM, ii, n. locus chrysomelis consitus. *Campol. in Litholex.* Chrysomelarium Lydio more Mævius inserui, atque cercopitheco Lydio dedicavi feliciter.]

CHRYSOMELIĀNUS, V. vocem sequent.

CHRYSOMĒLUM, i, n. *a sort of quince; an orange,* χρυσόμηλον, genus est mali cotonei incisuris distinctum, colore ad aurum inclinato: a χρυσὸς, aurum, et μῆλον, pomum. *Plin.* l. 15. c. 11. ¶ Hoc idem vocatur *chrysomelianum malum* a *Colum.* l. 5. c. 10. *ad fin.*

CHRYSOPASTUS, i, m. *a gem sprinkled as it were with gold sand,* χρυσόπαστος, gemma ex genere chrysolithorum, aurei coloris. *Solin.* c. 30. (*al.* 43.) in fi. ubi V. *Salmas.*

CHRYSŌPIS, idis, f. χρυσωπὶς, gemma, quæ aspectum et speciem auri habet: a χρυσὸς, aurum, et ὤψ, vultus, species. Ita legit apud *Plin.* l. 37. c. 10. *Harduin.* ex MSS. Alii *Chrysophis.*

CHRYSŎPHRYS, yos, f. *a fish called a gilt-head,* χρυσόφρυς, piscis idem, qui aurata: a χρυσὸς, aurum, et ὀφρὺς, supercilium: quia locis illis, ubi cetera animalia supercilia habere solent, aureo colore fulget. *Ovid. in Halieut.* v. 110. et auri Chrysophrys imitata decus. [† V. *Chrysos.*]

CHRYSOPŎLIS, [† hod.] *Scutari,* prom. Asiæ, cum arce, in Bithynia, apud Chalcedonem, contra Byzantium: ita dictum, quod ibi Persæ tributa exigerent, vel a Chryse fil. Agamemnonis, et Chryseidis. [Ejus meminit *Plin.* l. 5. c. 32. sect. 43. et *Ammian.* l. 22. c. 8.]

CHRYSOPRASĬUS LAPIS, *a precious stone of a yellow colour, approaching to green; a chrysoprasus,* χρυσοπράσιος, gemma est ex genere viridantium, porri succum referens, sed paulum declinans a topazio in aurum: a χρυσὸς, aurum, et πράσον, porrum. *Plin.* l. 37. c. 8. ¶ Ejusdem etymologiæ est *Chrysoprasus,* χρυσόπρασος, gemma ex genere beryllorum, sed pallidior. *Id. ibid.* c. 5.

CHRYSOPRĂSUS. V. vocem præced. *Prudent. in Psychomach.* v. 865.

CHRYSOPTĔROS, i, *a kind of topaz,* χρυσόπτερος, gemma ex genere topaziorum, similis chrysopraso. *Plin.* l. 37. c. 8.

CHRYSORRHŎAS, æ, m. χρυσοῤῥόας, auro fluens: a χρυσὸς, aurum, et ῥέω, fluo. Est nomen quorundam fluviorum in agro Damasceno, in Lydia, in Bithynia, et in Ponto, ut est apud *Plin.* l. 5. c. 18. 29. et 32. et l. 6. c. 4. *in fi.* quia crediti sunt auri particulas arenæ immixtas deferre.

CHRYSOS, i, m. *gold,* χρυσὸς, aurum. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 6. Est opus chryso Chrysalo. ¶ Est etiam nomen piscis aurei coloris. *a gilt-head.* *Plin. sub fin.* l. 32. [† V. *Aurata* et *Chrysophrys.*] [¶ Chrysos metos herba, quam etiam hederam nigram vocat *Apul. de herb.* c. 98.]

CHRYSOTHĂLES, is, adject. neut. gen. χρυσοθαλὲς, h. e. aureo flore pullulans: a χρυσὸς, aurum, et θάλλω, pullulo. Est epithetum unius generis aizoi, apud *Plin.* l. 25. *c. ult. the lesser sort of wall-pennywort.*

CHUNI, orum, populi Scythiæ, ultra paludem Mæotidem, circa Tanaim amnem, *Huni* postea, seu *Hunni* appellati. Horum mentio fit a *Claudiano* l. 2. *in Eutrop.* v. 338. et l. 1. *in I. Cons. Stilich.* v. 110. ab *Auson.* epigr. 1. v. 8. *et Edyll.* 8. v. 31. et a *Sidon.* carm. 23. v. 243.

CHUS. V. *Choa.*

CHUTRA. V. *Scutra.*

CHYDÆUS, a, um, *vile, of no worth,* χυδαῖος, vilis, vulgaris: a χύδην, abundanter, copiose, quia quæ copiosa sunt, et passim inveniuntur, vilia esse solent. Hinc *chydæum* vocatur genus quoddam caryotarum, seu palmarum poma ferentium, apud *Plin.* l. 12. c. 4. et l. 14. c. 16.

CHYLISMA, atis, n. *juice,* χύλισμα, succus expressus ex aliqua re, ut *chylisma acaciæ,* apud *Scribon. Larg. compos.* 23. Est enim a χυλίζω, succum elicio, exprimo: quod a χυλὸς, succus.

CHYMUS, i, m. *chyle,* χυμὸς, succus: a χέω, fundo. Et dicitur etiam de succo ventriculi, qui et χυλὸς appellatur. *Seren. Summon.* cap. 48. v. 900. Præterea chymum stomacho desiccat iniquum.

CHYTRA. V. *Scutra.*

C I

CIA, Κία, nomen insulæ. V. *Cea.*

CIĀNUS, a, um, ad Cion pertinens, quod est nomen fluvii, et oppidi in Hellesponto, teste *Plin.* l. 5. c. 32. ¶ Hinc *Ciani, orum,* ejus oppidi cives. *Liv.* l. 32. c. 21.

CIBĀLIS, le, adject. *relating to food; eatable,* ἐδώδιμος, ad cibum pertinens. *Lactant. de opific. Dei,* c. 11. Duas esse per collum fistulas, necesse est, cibalem, et spiritalem. *h. e.* stomachum, et asperam arteriam. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 11. Est enim lac omnium rerum, quas cibali causa cupimus, liquentium maxime alibile. Ita legit. in Edit. princ. A. 1472. apud *Jenson.* Aliæ habent *quas cibi causa capimus.*

CIBARĬA, orum. V. *Cibarius.*

CIBARĬUS, a, um, adject. *relating to food,* ἐδώδιμος, ad cibum pertinens. *Plaut. Capt.* 4. 3. 1. Mihi rem summam credidit cibariam. *Plin.* l. 14. c. 3. Cibaria uva. *for eating; good to eat.* *Id. ibid.* c. 2. *in fi.* Uva vilitatis cibariæ. *h. e.* quæ esui tantum, non vino est apta. *Apul.* l. 2. *Metam.* Cibarium vas. *h. e.* escarium. *Cato* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 13. Cibariæ leges. *h. e.* sumptuariæ, quæ moderantur sumptus, et luxum ciborum. ¶ *Cibarium, ii,* teste *Plin.* l. 18. c. 9. ubi de siligine agit, dicitur farina, quæ post pollinem, seu florem excussum restat, post quam nihil aliud remanet, nisi furfures: *the second sort of flour:* eadem dicitur etiam secundarium. Ex ea qui conficitur: vocatur *panis cibarius,* quia solet esse communis vulgi cibus, cum ditiores polline tantummodo utantur, *household or coarse bread,* πιτυρίτης ἄρτος. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 31. Ptolemæo peragranti Ægyptum cum cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane jucundius. Adde *Cels.* l. 2. c. 18. ¶ *Vinum cibarium* appellatur a *Varron.* apud *Non.* c. 2. n. 188. quod vilis est pretii, et vulgo pauperiorum potui est. *small wine; wine for the table to drink at meals.* Similiter *cibarium oleum* vocat *Colum.* l. 12. c. 50. *ad fin.* quod vilius vænit, et pauperiorum usibus inservit. Eadem ratione *cibarium saporem* inesse in mella scribit *Id.* l. 12. c. 11. hoc est viliorem, minusque gratum, adeoque magis idoneam esse condiendis olivis, quam ad supplendam vicem aquæ mulsæ. V. integrum loc. ¶ Translate est vilis, sordidus, plebeius. *vile, sordid, of no worth; plebeian.* *Varr. loc. cit.* Tuus autem ipse frater cibarius fuit Aristoxenus. Ita *Non.* interpretatur. ¶ Præterea *Cibaria, orum,* sunt alimenta, hoc est ea omnia, quibus in cibo animantes utuntur, *meat, victuals, food, provisions,* τὰ ἐπισίτια. Quomodo differant ab alimentis, V. in *Alimentum.* *Cic.* 5. *Verr.* c. 30. Menstrua cibaria. *Nepos in Eumen.* c. 8. Comparare cibaria cocta dierum decem. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 20. Cibaria alicui præbere. *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 21. Præstare servis cibaria, et vestiarium. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 16. *ad fin.* Dare militi duplicia cibaria. *double allowance.* *Quintil.* l. 5. c. 13. Detrahere de cibariis militum. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 18. Inopia cibariorum. *scarcity of provisions.* *Cic. Verr.* 4. c. 4. Liberaliter ex istius cibariis tractati. *with victuals at this man's expense.* (Dabatur publice Magistratibus in provinciis euntibus pecunia ex ærario cibariorum nomine, ut ex l. 5. *Fam.* ep. 20. et l. 6. *ad Attic.* ep. 3. colligitur.) *Id. pro Rosc. Amer.* c. 20. Anseribus cibaria publice locare. *Cato R. R.* c. 60. Bubus cibaria annua in juga singula lupini modios CXX. &c. *provender.*

CIBATĬO, onis, f. *a victualling, feeding; food; a meal, repast,* cibi præbitio, vel sumptio. *Solin.* c. 27. (*al.* 40.) Alternis cibum capiunt, ac frequenter, si digestio non est insequuta, solitæ cibationi superponunt diem. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 1. Quæ quidem cibatio alternis diebus adhibenda. et l. 4. c. 3. Sicca cibatio.

[* CIBATORĬUM, ii, n. locus cibo sumendo destinatus. *Campol. in Litholex.* Cibatorium ære Cæcilii ædificatum.]

CIBĀTUS, us, m. *food, sustenance, provision,* cibus, vel cibi præbitio, aut sumptio. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Sues cum pepererint, cibatu largiore sustentare. *Id. ibid.* l. 3. c. 5. Turdis cibatui offæ positæ. et cap. 8. Cibatui quod sit, objiciunt triticum siccum. *Plaut. Mil.* 2. 2. 68. Tibi muni viam, qua cibatus, commeatusque ad te, et legiones tuas tuto possit pervenire. *provisions.* *Gell.* l. 9. c. 4. *a med.* Nullo cibatu vesci. *Plin.* l. 10. c. 61. Vespertilioni in cibatu culices gratissimi. et cap. 73. Sues omni cibatu aluntur. et l. 8. c. 55. Leporibus in Alpibus hibernis mensibus pro cibatu nivem credunt esse. et *ibid.* cap. 10. et *Solin.* c. 25. (*al.* 38.) *circa med.* Fetus uberibus ablatos gratissimo in cibatu habent.

CIBICĪDA, æ, m. *one who carves or cuts up meat,* σιτοφάγος, qui cibum cædit. Ita satyrice appellatur a *Lucil.* qui cibum consumit, et patri familias sumptui est: apud *Non.* c. 2. n. 148. Viginti domi, an triginta, vel centum cibicidas alas. *a hundred hungry mouths.* Placet *Turnebo* l. 29. c. 21. legi *tibicidas,* quibus intelligi putat magistros, quod discipulorum peccantium tibias ferula cædere solebant.

CIBILLA, æ, f. *a table,* mensa escaria, in qua cibum capimus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 25. Mensam escariam cibillam appellabant: ea erat quadrata, ut etiam nunc in castris est: a cibo Cibilla dicta. Apud *Fest.* legitur *Cillibæ, mensæ rotundæ,* sed corrupte, ut censet *Voss. in Etymol.* in voce *Cibus.* Nisi dicas loqui *Fest.* de mensis vinariis, non de escariis. Nam *Varr. ibid.* c. 26. *ex emendat. Scalig.* Mensam vinariam rotundam nominabant cilibantum, ut etiamnum in castris. Id videtur declinatum a Græco ἀπὸ τοῦ κύλικος. Hæc *Varro,* ubi al. leg. *cylibanthum,* a κύλιξ, calix, quia calices, et pocula ei imponuntur: alii *cylibathum,* quod nec *Scalig.* nec *Voss.* placet. Porro *cilibantum* est a Græco κιλίβας, seu κιλλίβας, quo *Suid.* utitur, vel κιλιβάντις, seu κιλλιβάντις, quo *Hesych.* eaque vox utraque mensam, vel mensæ basim significat. ¶ Ceterum tam *cibilla,* quam *cilliba,* et *cilibantus* obsoletæ voces sunt, et ne *Varronis* quidem tempore, præterquam in castris usurpatæ, ut *Idem* non obscure utroque loco significat.

CIBO, as, avi, atum, a. 1. *to feed, nourish, fatten,* σιτίζω, cibum præbeo, alo, nutrio. *Colum.* l. 8. c. 10. *in fi.* Atque ea genera, quæ intra septa villæ cibantur, fere persecuti sumus. *Id. ibid.* c. 11. *post med.* Locustæ utiles cibandis pullis pavoninis habentur. *Sueton. in Tiber.* c. 72. Draconem sua manu cibaturus. *Epist. Livii* l. 19. Jussis immergi pullis, qui cibari nolebant. *Lucret.* quoque l. 1. v. 1092. est usus, si sequimur lectionem *Parei, Lambini,* et *Gifanii.* Nam *Creech.* cum aliis aliter leg.

CIBORĬA HERBA appellatur faba Ægyptia ab *Apul. de herb.* c. 67. V. vocem sequent.

CIBORĬUM, ii, n. *the follicle or pod of the Egyptian bean,* κιβώριον, fabæ Ægyptiæ folliculus, qui ima parte latior est, superiore angustior, ex qua faba prominet, quæ madefacto luto condita seritur: a voce Ægyptia, vel quasi κιβώτιον, scrinium, propter similitudinem, quod a κιβωτὸς, arca. Hinc etiam significat poculum ex faba Ægyptia: ac denique sumitur pro poculo capaciore alius materiæ, quod fabæ Ægyptiæ folliculum refert. *a large drinking-cup.* *Horat.* l. 2. od. 7. v. 21. Oblivioso lævia Massico Ciboria exple. ¶ Genus etiam esse dicitur pomorum Alexandrinorum, quæ habent similia fabæ Ægyptiæ folia. *Vet. Interpr. in Horat. loc. cit.*

CIBUS, i, m. *food, nourishment, aliment, victuals, meat,* σῖτος, ἐδωδὴ, omne id, quo homines et animalia vescuntur, esca, pabulum. [*Festus.* Cibus appellatur ex Græco, quod illi peram, in quam cibum recondunt, κιβώτιον (lege κίβον) appellant.] *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Animalia cibum partim oris hiatu et dentibus capessunt, partim unguium tenacitate arripiunt: alia sugunt; alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. *Id.* 1. *de Divin.* c. 29. Onusti cibo, ac vino. *Tacit.* 2. *Hist.* cap. 21. Cibo, vinoque prægravis. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 9. Nullus est cibus tam gravis, quin is die et nocte concoquatur. *Id.* 2. *de Fin.* c. 20. Uti cibo suavissimo, eodemque facillimo ad concoquendum. *Cels.* l. 3. c. 7. Levibus cibis nutrire aliquem. *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 11. Cibo, et potione famem sitimque depellere. *Id. de Senect.* c. 11. Tantum cibi, et potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. *Id.* 2. *de legib. c. ult.* Suppeditare cibos. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 284. Cibum subtrahere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 78. Juvare aliquem cibo. *Nepos in Attic. c. ult.* Abstinere se cibo. et *cap. pænult.* Cibum sumere. *Terent. Eun.* 2. 3. 76. Cibum capere cum aliquo. *to dine with any one.* *Colum.* l. 6. c. 8. Cibum appetere. *to have an appetite.* et cap. 34. Fastidio ciborum languescere. *to loathe, dislike.* *Petron.* c. 96. et 111. Replere se cibo. *Phædr.* l. 3. fab. 7. v. 14. Largo cibo satiari. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 22. Vires cibo recuperare. *Curt.* l. 5. c. 4. Reficere milites cibo. et l. 7. c. 5. Cibo, ac potione firmare. *Sueton. in Galb. c. pænult.* Plurimi cibi esse. *to eat sufficient.* *Id. in Aug.* c. 76. Cibi minimi esse. *to eat but little food.* Alio sensu *Varr.* l. 2. *R. R. c. ult.* Casei maximi, aut minimi cibi. *h. e.* qui valde, aut parum sunt alibiles. *that have much, or little nutriment.* *Sallust. in Jug.* c. 21. Quibus cibus erat caro ferina. *Plin.* l. 18. c. 14. Lupinum maceratum aqua calida homini quoque in cibo est. *serves for food.* *Id.* l. 30. c. 6. Pulmonis vitiis medentur mures in cibo sumpti. *Id.* l. 30. c. 5. Mustela cibo sumpta idem efficit. *Id.* l. 9. c. 57. Pisces gratissimi cibis. *very good to eat.* *Id.* l. 30. c. 7. Conficere cibos. *to digest.* et l. 11. c. 53. perficere. *eod. sensu.* ¶ Proverb. est illud *Terentii Eun.* 3. 2. 38. *E flamma cibum petere.* de iis, qui cibi causa quidvis facere aut pati in animum induxerunt. Similem locum habes apud *Catull.* carm. 59. *de Rufa, et Rufulo.* ¶ Translate *Cic.* 5. *de Fin.* c. 19. *ad fin.* Sed animi cultus ille erat ei quasi quidam humanitatis cibus. *Ovid. Metam.* 6. v. 480. Omnia pro stimulis, facibusque, ciboque furoris Accipit. *Id. de remed. amor.* v. 138. Hæc sunt jucundi causa, cibusque mali. *Plin.* l. 17. c. 2. Cibus arborum imber. ¶ Veteres olim declinasse *cibus, us,* tradit *Priscian.* l. 6. pag. 712. *Putsch.* subjicitque illud *Plauti in Captiv.* 4. 2. 46. *Tantus ventri commeatus meo adest in portu cibus.* Non est tamen necesse hoc loco pro genitivo accipere.

CIBŸRA, et Cybira, æ, f. Κίβυρα, et Κύβιρα, urbs Ciliciæ versus Pamphyliam, ad Tragum montem. *Plin.* l. 5. c. 27. et *Cic. Verr.* 6. c. 13. ¶ Item urbs Phrygiæ magnæ, in confinio Cariæ, vel Lyciæ prope fontes Xanthi fluvii.

Hæc dicitur *Cibyra magna* ad discrimen prioris, quæ minor multo est. *Plin. ibid.* c. 28.

CIBYRĀTÆ, et Cybiratæ, arum, m. et f. Κιβυρᾶται, populi Phrygiæ, ubi Cibyra urbs. *Plin.* l. 5. c. 28. et *Cic. Verr.* 6. c. 13. ¶ *Cibyratæ panthera*, h. e. circa Cibyram Ciliciæ urbem captæ, vel ab ejus urbis incolis, qui venandi peritissimi erant. *Cic. Attic.* l. 5. *ep. ult.*

CIBYRATICUS, et Cybiraticus, a, um, ad Cibyram pertinens. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 33. Ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas. *Plin.* l. 5. c. 28. Cibyratica jurisdictio ¶ *Cibyratæ* *canes* vocat *Cic. Verr.* 6. c. 21. duos fratres Cibyratas pictores, quos secum habebat in Sicilia Verres, eorumque opera in suis furtis utebatur: simulque alludit ad incolas Cibyræ in Cilicia, qui cum montuosa, et aspera loca incolerent, venationi maxime dediti erant.

CICĀDA, æ, f. *a cicada; an insect very common in southern countries, that in the summer months sits on trees, making a shrill noise. The word has, I know not on what authority, been rendered* a cagal. τέττιξ, genus insecti alati et canori, quod rore pasci creditur, et non nisi æstivis mensibus apparet, et interdiu, quo majores sunt æstus, eo intentiore voce, arboribus insidens canit. V. *Plin.* l. 11. c. 26. et 27. ubi plura de his. *Virg.* 3. *Georg.* v. 328. Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. *Id. Ecl.* 2. v. 13. raucis Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. *Id. in Culice.* v. 151. Argutis et cuncta fremunt ardore cicadis. ¶ Proverbii specie *Vere prius volucres taceant, æstate cicadæ* dixit *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 271. de re impossibili. ¶ Per metalepsim ponitur pro æstate. *the summer. Juvenal.* sat. 9. v. 68. Quid dicam scapulis servorum mense decembri, Et pedibus? durate, atque exspectate cicadas? ¶ Fuit insigne regum, et civium Atheniensium. Hi enim cicadas aureas in fronte, aut in vertice capillis innexas, aut in ensis capulo insculptas gestare solebant, ut se autochthones ostenderent. Nam cicadæ e terra oriri dicuntur. Alii dicunt, Athenienses Apollinem tanquam suæ civitatis defensorem coluisse, atque in ejus honorem cicadas gestasse, quæ cum vocalissimæ sint, Apollini Musices præsidi sacræ dicuntur. *Virg. in Ciri*, v. 126. Ergo omnis caro residebat cura capillo; Aurea solemni comptum quem fibula ritu Mopsopio, tereti nectebat dente cicadæ. Adde *Tertull. de virg. veland.* c. 10. [† V. *Autochthones*, et confer *Thucyd.* A. ς'. ibique nott. intt. cum *Scholiasta*. *Eustath.* ad *Iliad.* Γ. 151. οἱ δὲ ὕστερον εὐγενεῖς Ἀθηναῖοι πραγματικῶς τέττιξιν ἐσέμνυνον ἑαυτοὺς, τεττιγοφόροι ὄντες. τέττιγας γὰρ ἐφόρουν χρυσοῦς, ὥς καὶ Θουκυδίδης φησὶν, εἰς σύμβολον τοῦ γηγενεῖς εἶναι.]

CICATRICĀTUS, a, um, *marked with scars*, cicatricosus. *Sidon.* l. 6. ep. 1. *in fi.* Si precatu tuo levare valeamus cicatricatum pectus ad veniam.

CICATRĪCO, as, a. 1. *to cicatrize, heal and induce the skin over a sore*, οὐλόω, cicatricem inducere, ut et *Festus* exponit. *Sidon.* l. 6. ep. 7. Ut conscientiæ hiulca vulnera vestro saltem cicatricentur oratu. *Cœl. Aurelian. Chronic.* l. 4. c. 8. Ulcera cicatricantur.

CICATRICŌSUS, a, um, *full of scars, covered with scars*, οὐλώδης, cicatricibus plenus. *Plaut. Amphit.* 1. 1. 290. Tergum cicatricosum. *Quintil.* l. 4. c. 1. *post med.* Cicatricosa facies. *Colum.* l. 4. c. 27. Vitis cicatricosa. ¶ Quæ materies ex cicatricibus arborum repullulascit, cicatricosa dicitur a *Plin.* l. 17. c. 22.

CICATRICŬLA, æ, f. *a little scar*, parva cicatrix. *Cels.* l. 2. c. 10. *in fi.* Donec valens cicatricula sit. Adde l. 7. c. 7. n. 1.

CICĀTRIX, īcis, f. *a cicatrice, cicatrix, scar, mark remaining after a wound*, οὐλή, signum, quod sanato vulnere, vel ulcere hæret in corpore. *Cic. Phil.* 7. c. 6. Luculentam plagam accepit, ut declarat cicatrix. *Id. Verr.* 7. c. 1. Cicatrices adverso corpore exceptæ. *Id.* 2. *de Orat.* c. 28. Judicibus cicatrices adversas senis imperatoris ostendere. *Gell.* l. 2. c. 11. Cicatricem aversam nullam, adversas XLV. tulit. *Senec.* ep. 2. Vulnus venit ad cicatricem. *Cels.* l. 7. c. 27. *ad fin.* Vulnus ad cicatricem tendit. et cap. 28. Plaga ad cicatricem pervenit. et *ibid.* Cicatricem inducere. *to cicatrize.* Sic *Plin.* l. 12. c. 17. Medicamentum singulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus. *Id.* l. 28. c. 18. Reducere cicatrices ad colorem. *Id.* l. 20. c. 9. Cicatrices ad planum redigere. et cap. 15. emendare. *Id.* l. 24. c. 6. tollere. *Id.* l. 31. c. 10. extenuare. *Id.* l. 26. c. 14. Perducere vulnus ad cicatricem. *Id.* l. 33. c. 6. Glutinare cicatrices. ¶ *Cicatricem ducere* dicitur non solum vulnus, quod coit, sed etiam medicamentum, quod ad sanitatem perducit. *Scribon. Larg. compos.* 205. Vetera ulcera, quæ nullo modo cicatricem ducunt. (Adde *compos.* 206. *ad fin.* et 220.) *Id. compos.* 214. Emplastrum cicatricem ducit diutini ulceris. Adde *compos.* 240. 241. et 242. ¶ Dicitur etiam de cæsuris arborum, quæ sanescunt. *Plin.* l. 16. c. 12. Cicatrix in hac arbore non coit. *Id.* l. 17. c. 24. *ad fin.* Cortex cicatricem trahit. *Virg.* 2. *Georg.* v. 379. Admorso signata in stirpe cicatrix. (Adde *Quintil.* l. 2. c. 4.) Sic *Plin.* l. 34. c. 8. *de statua Lysippi.* Cicatrices operis, atque concisuræ. ¶ Translate *Cic. Agrar.* 3. c. 2. Refricare obductam jam Reipublicæ cicatricem. *Petron. in Satyr.* c. 113. Ne inter initia coeuntis gratiæ recentem cicatricem rescinderet. ¶ Monet *Charis.* l. 1. pag. 100. *Putsch.* in genitivo plurali non *cicatricium*, sed *cicatricum* dicendum esse emendate loquentibus: similiter *ibid.* pag. 99. in ablativo singulari *cicatrici* pro *cicatrice* dici non posse.

CICCUM, i, n. vel Ciccus, i, m. item Cicum, vel Cicus, *a jot*, γρῦ, (neque de genere, neque de scribendi ratione satis constat, utrum melius) significat membranam illam tenuem, qua grana in malis punicis discriminantur, ut *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. *ante med.* et *Fest.* docent. *Plaut. Rud.* 2. 7. 22. Eluas tu, an exungare, ciccum non interduim. *I would not give a straw: I would not give a fig. Id. in fragm.* apud *Varron. loc. cit.* Densum ciccum non interduo. ¶ Eodem sensu dixit *Id. Mil.* 2. 3. 45. Non ego nunc emam vitam tuam vitiosa nuce.

CICER, ĕris, n. *a small pulse; chick-peas, vetches*, ἐρέβινθος, genus leguminis siliquas rotundas ferens: cujus plures sunt species, prout magnitudine, figura, colore, sapore differunt. Est quod dicitur *arietinum*, quia arietini capitis simile est; item columbinum arietino minus; item punicum, &c. V. *Plin.* l. 18. c. 12. *ad fin. Colum.* l. 2. *R. R.* c. 10. et *Pallad. in Mart.* tit. 4. Addit *Plin. ibid.* dulcissimum esse cicer, quod est ervo simillimum; firmiusque quod nigrum et rufum, quam quod album: omne autem non, nisi madefactum pridie, seri debere. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 114. inde domum me Ad porri, et ciceris refero, laganique catinum. *Martial.* l. 1. epigr. 104. Asse cicer tepidum constat. ¶ Apud Romanos frigi consueverat cibi causa. Hinc *frictum cicer* memorat *Horat. de art. poet.* v. 249. et *Plaut. Bacch.* 4. 5. 7. Tam frictum ego illum reddam, quam frictum est cicer. ¶ *Cicera* in plurali numero dici negat *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 25. et l. 8. c. 39. et l. 9. c. 3. *a med.*

CICĔRA, æ, f. *a kind of pulse, resembling little vetches*, legumen cicerculæ simile. Paulum aqua maceratum, dum lentescat, atque ita mixtum paleis subtritis, pecori loco ervi præbetur. Idem hominibus non inutile, neque injucundum est: sapore certe nihil differt a cicercula: colore tantum discernitur. Nam est obsoletius, et nigro proprius. Hæc ex *Colum.* l. 2. c. 11. *sub fin.* et *Pallad. in Mart.* tit. 6.

CICERCŬLA, æ, f. *little vetches, chicheling vetches*, λάθυρος, genus minuti ciceris, inæqualis, angulosi, veluti pisum. *Plin.* l. 18. c. 12. *ad fin.* et *Colum.* l. 2. c. 10. ¶ Aliquando ponitur pro ipso cicere: quod fecisse *Plin.* non uno in loco *Harduin.* adnotavit ad lib. 22. *c. ult. a med.* sect. 72.

CICERCŬLUM appellant colorem sinopidis ejus, quæ ex Africa venit: qui Angl. dicitur. *a kind of sinoper or sinople; a deep red colour. Plin.* l. 35. c. 6.

CICĔRO, onis, m. Κικέρων, ωνος. Marcus Tullius Cicero filius Marci equitis Romani, et Helviæ, natus est Arpini III. Non. Januar. Q. Servilio Cæpione, C. Atilio Serrano Coss. Anno U. C. DCXLVII. ante Christum CIII. Patrem ejus ex regio Volscorum genere fuisse, in *Euseb. Chronic.* et apud *Sil.* l. 8. v. 406. legimus. Certe gens Tullia antiquissima fuit: Ciceronis vero familia in Arpinati municipio admodum honesta, et clara. Qui primus in ea *Cicero* appellatus est, cognomen traxisse dicitur a *ciceribus*, quod ejus leguminis serendi rationem optime calleret, ut *Plin.* l. 18. c. 3. tradit. Alii ut *Plutarch. in ejus vita*, et *Priscian.* l. 2. pag. 578. *Putsch.* ab habitu faciei ita cognominatum putant, vel quod maculis ciceri similibus aspersus esset, vel quod in extrema nasi parte tuberculum figura ciceris habuerit. Veri tamen similior est *Plinii* sententia. Porro noster Cicero Romæ educatus, et liberalibus studiis imbutus, magistros habuit partim ibi, partim in Græcia doctissimos viros, in rhetoricis Molonem Rhodium, Apollonium Alabandensem, Æschylum Gnidium, Dionysium Magnetem, Zenoclem Adramyttenum; in Dialectica et Philosophia Diodotum Stoicum, Philonem principem Academiæ, Antiochum, Posidonium; in jurisprudentia Q. Mucium Scævolam. Attigit etiam Poeticam, et quædam carmine composuit non invitis omnino Musis: sed singularis fuit atque eximia eloquentiæ facultas, qua maxime excelluit, et Romanorum omnium tum ante, tum post se disertissimus evasit. Hujus ope per omnes honorum gradus ad consulatum ascendit, et in Augurum quoque collegium cooptatus fuit. In consulatu Catilinæ conjurationem detexit, et Rempublicam ab exitio servavit, Pater patriæ ob id a Senatu appellatus. Sed cum quosdam Patricios Catilinæ socios, indicta causa, ex Senatus consulto in carcere necandos curasset, ejus rei invidia, P. Clodio Trib. Pleb. legem ferente, in exsilium pulsus exsulavit in Græcia. Sed decimo sexto mense revocatus est decreto Senatus, suffragiis cunctis totius Italiæ. Proconsul Ciliciam provinciam sortitus, arma etiam tractavit, et devictis feliciter hostibus Imperatoris nomen promeruit: triumphi vero spem non dubiam neglexit. V. lib. 15. *Fam.* ep. 4. In bello civili stetit a partibus Pompeii, sed nihilominus a Cæsare victore veniam impetravit. Eo interfecto, in Triumviratu Antonii, Octavii, et Lepidi proscriptus, occisus est ab Herennio centurione, et Popillio trib. mil. quem parricidii reum olim defenderat, annos natus LXIV. C. Vibio Pansa, A. Hirtio Coss. cum a villa sua prope Capuam ad mare fugæ causa, lectica deferretur, jubente Antonio, quem Philippicis suis summopere irritaverat: ad quem caput et manus præcisæ delatæ sunt, et in rostris deinde collocatæ: Fulvia vero uxor Antonii linguam crinali acu repetitis ictibus, multisque exsecrationibus, feminea rabie transfixit. Habuit uxorem Terentiam, ex qua suscepit Marcum filium (qui hebetioris ingenii fuisse dicitur) et filiam Tulliam, quam Dolabellæ collocavit. Habuit etiam Quintum Ciceronem fratrem, non mediocriter in litteris eruditum, cujus exstat ad ipsum libellus de petitione Consulatus. Plurima scripsit, quarum major pars exstat, multos libros de Eloquentia, et de Philosophia, elegantissimas epistolas, et divinas orationes multas, tanta sermonis elegantia, et nitore, tam singulari facundia, *ut non immerito ab hominibus ætatis suæ regnare in judiciis dictus sit; apud posteros vero id sit consecutus, ut Cicero non jam hominis, sed eloquentiæ nomen habeatur*: quæ sunt verba *Quintiliani* l. 10. c. 1. Alia tanti viri illustria testimonia, et laudes V. apud *eund.* l. 11. c. 1. ubi eam a crimine arrogantiæ defendit: *Catull.* carm. 49. *Lucan.* l. 7. v. 62. *Senec. in proœm.* l. 1. *controver.* et *Suasor.* 7. *Plin.* l. 7. c. 30. *Vellei.* l. 1. c. 17. et l. 2. c. 66. *Sil.* l. 8. v. 407. *Hieronym. in prol. lib. de quæst. Hebr.* &c. Ejus vitam habes brevem quidem apud *Aurel. Victor. de Vir. illustr.* c. 81. fusam vero apud *Plutarch.* ex antiquis; ex recentioribus vero diligentissime conscriptam a *Francisco Fabricio Marcodurano*, et a *Conyers Middletonio.* Hunc igitur assidue in manibus habeat, quicumque aliquo litterarum genere delectatur: præsertim vero Latini sermonis, et eloquentiæ studiosus hunc attente perlegat, meditetur, ac imitari contendat, atque tum demum, ut ait *Quintil. loc. cit. se profecisse sciat, cum sibi Cicero valde placuerit.* ¶ In accusativo singulari *Cicerona* Græca positione pro *Ciceronem* dixit *Claudian. in epist.* 3. *ad Olybr.* v. 4. ut legendum putat *Nic. Heins.* Nam alii leg. Carmina seu fundis, seu Cicerone tonas.

CICEROMASTIX, īgis, m. Κικερωμάστιξ, hoc est Ciceronis flagellum. Ita inscriptus fuit quidam libellus Largii Licinii, quem contra Ciceronem conscribere ausus fuerat, homo propterea prodigiosus, et vecors a *Gellio* appellatus l. 17. c. 1.

CICERONIĀNUS, a, um, *Ciceronian*, ad Ciceronem pertinens. *Plin. in præfat. Hist. natur.* Ciceroniana simplicitas. *Id.* l. 13. c. 16. Ciceroniana mensa. *Id.* l. 31. c. 2. Ciceronianæ aquæ. V. *ibid.* de his aquis (quæ fuerunt in Puteolano villa Ciceronis, et oculorum morbis mire proderant) epigramma Laureæ Tullii ejusdem Ciceronis liberti. ¶ De eo, qui Ciceronis est studiosus, *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch.* c. 13. Ciceronianus es, non Christianus.

CICHORĒUM, et Cichorĭum, ii, n. *the herb cichory, succory, or wild endive*, κιχόριον, κιχώριον, et apud *Poll.* l. 6. c. 9. κιχόρειον, olus est duplicis generis, silvestris, et sativi. Utriusque usus in medicina *Plin.* l. 20. c. 8. enumerat. Docet autem tum *ibid.* tum l. 19. c. 8. hanc appellationem esse ei ab Ægyptiis. Romani enim sæpius *intubum erraticum* vocant. *Horat.* l. 1. od. 31. v. 15. me pascunt olivæ, Me cichorea, levesque malvæ. *Plin. locis citat.* semper habet *cichorium.*

CICI, n. τὸ κίκι, *a shrub the same with* ricinus, *because the seeds of it are like the vermin we call ticks, or teeks*, arbor in Ægypto copiosa, alio nomine *croton*, ónis, κρότων, ωνος, ex qua fit oleum, quod *cicinum*, κίκινον ἔλαιον, appellatur. *Plin.* l. 15. c. 7. et l. 16. c. 22. *in fi.* et de oleo cicino l. 23. c. 4. et l. 28. c. 11. et *Cels.* l. 5. c. 24. sect. 3.

CICILENDRUM, et Cicimandrum, nomina sunt condimentorum, ficta jlocaliter a coquo apud *Plaut. Pseud.* 3. 2. 42. et 46. Fortasse allusit ad cici arborem, de qua in voce præced.

CICINDĒLA, æ, f. *a glow-worm*, λαμπυρὶς, genus est muscarum noctu lucens: a *candore* dicta, ut *Festus* ait. [alii legunt et quidem rectius a *candela* dicta.] *Plin.* l. 18. c. 26. *in fi.* Lucentes vesperæ per arva cicindelæ. ¶ Græco nomine dicitur *lampyris, idis*, f. a λάμπω, luceo. *Plin.* l. 11. c. 28. Lucent ignium modo noctu, laterum, et clunium colore lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc vero compressu obumbratæ, non ante matura pabula, aut post desecta conspicuæ.

CICĪNUM OLEUM. V. *Cici.*

CICŎNES, um, Thraciæ populi juxta Hebrum habitantes. Hujus Gentis mulieres Orpheum, quod ab eo spretæ essent, simulatis Liberi Patris Orgiis discerpserunt. *Virg.* 4. *Georg.* v. 520. et *Sil.* l. 11. v. 477.

CICONĬA, æ, f. *a stork*, πελαργὸς, species avis albi coloris, maxime inimica serpentibus, quibus avidissime pascitur. Multa de ea *Plin.* l. 10. c. 23. et *Juvenal.* sat. 14. v. 74. serpente ciconia pullos Nutrit, et inventa per devia rura lacerta. *Plin. loc. cit.* Cornelius Nepos, qui Augusti principatu obiit scribit ciconias magis placere, quam grues: cum hæc nunc ales inter primas expetatur, illam nemo velit attigisse. *Horat.* l. et sat. 2. v. 49. Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido: Donec vos auctor docuit prætorius. Ubi *Porphyr. vet. Scholiast.* Rufus prætorius instituisse creditur, ut ciconiarum pulli manducarentur. Isque cum repulsam in prætura tulisset, tale epigramma meruit: Ciconiarum Rufus iste conditor, Hic est duobus elegantior Plancis. Suffragiorum puncta non tulit septem. Ciconiarum populus ultus est mortem. ¶ Est eti-

am genus irrisionis, quod fit digitis in modum rostri ciconiæ compressis, curvatis, et crebro motis in aliquem, *the bending of the fingers in the form of a stork's bill, and so shaking them by way of ridicule at a person behind one's back.* *Pers.* sat. 1. v. 58. O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinsit. *Hieronym. in prol. in Sophon.* Incurvare manum in ciconiam post tergum alterius. *Id.* epist. 4. *ad Rustic. Monach.* (*al.* 125.) sect. 18. Si subito respexeris aut ciconiarum deprehendes post te colla curvari, aut manu auriculas agitari asini, aut æstuantem canis protendi linguam. ¶ *Ciconia* etiam dicitur instrumentum quoddam, constans regula recta, et virgula in alterutro latere transversa in modum litteræ T, qua rustici metiuntur altitudinem sulci in agris. *an implement of husbandry.* Hæc dicitur ciconia simplex, quæ quia fraudem aliquando recipit, inventa est a *Columella* ciconia composita, adjectis duabus regulis decussatis, &c. V. *eund.* l. 3. c. 13. ¶ Denique si *Isidoro* credimus l. 20. *Orig.* c. 15. vocant Hispani *ciconiam* lignum in transversa pertica mobile, ex quo funis cum situla in puteum demittitur ad hauriendam aquam: quia imitatur eam avem levantem, ac deponentem rostrum, dum bibit. A Latinis dicitur *tolleno*, ab Anglis *a swipe.* ¶ Prænestinis pro *ciconia* dicebatur *conia* teste *Plaut. in Trucul.* 3. 2. 23.

CICONĪNUS, a, um, *of a stork*, πελαργικὸς, ad ciconiam pertinens. *Sidon.* l. 2. *ep. ult.* Usque ad adventum hirundineum, vel ciconinum.

CICUM. V. *Ciccum.*

CICŬMA, æ, f. *an owl*, noctua. *Fest.* ubi alii leg. *cucuma.* *In Gloss. Isidor.* legitur *cecuma*, et *cecua.* *Voss. in Etymol.* putat legendum esse *ciccaba*, vel *ciccuba*, quia Græcis κικκαβὴ noctuam significat, teste *Scholiaste Aristoph.* [† *Av.* 262.] Sed idem *Scholiast.* docet, a *Callimacho* noctuam dici κικυμίδα: ex quo intelligimus, quæ *Festo* est *cicuma* recte deduci a κικυμὶς, addita Latina positione.

CICUR, ŭris, adject. *tame, tamed, domesticated*, ἥμερος, χειροήθης, τιθασσὸς, domitus, mansuetus, non ferus; et dicitur proprie de bestiis, quæ disciplina, et cura hominum feritatem exuerunt. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 13. Bestiæ immanes aliæ, quædam cicures. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 99. Varia genera bestiarum vel cicurum vel ferarum. *Id. de Amic.* c. 21. *ad fin.* In bestiis agrestibus, cicuribus, feris. ¶ Translate *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. Cicur ingenium obtineo. *h. e.* mansuetum. *Pacuv.* apud *Fest.* in Incicorem. Consilium cicur. *h. e.* sapiens, ut idem *Fest.* interpretatur.

CICURĪNI cognominati sunt Veturii, familia Romana, ab ingenio cicure et mansueto. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5.

CICŬRO, as, a. 1. *to tame, make tame, domesticate*, ἡμερόω, τιθασσεύω, cicurem reddo, mansuefacio. *Pacuv.* apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 5. Nulla res neque cicurare, neque mederi potis est, neque reficere.

CICŪTA, æ, f. *hemlock*, κώνειον, herba caule lævi et geniculato, ut calami, nigricante, et altiore sæpe binis cubitis (hinc *longam cicutam* dixit *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 12. v. 9.) atque in cacuminibus ramoso: folia habet coriandri teneriora, gravi odoratu; semen aniso crassius, radicem concavam nullius usus. Semen noxium maxime est, ex quo expressus succus venenum est homini: cui tamen vino poto occurri potest, si non pervenerit ad vitalia: si vero in vino bibatur, irremediabile creditur. Hæc ex *Plin.* l. 25. c. 13. Hanc sumere damnatos cogere, mos fuit Atheniensibus, quod et in Socrate factum est: item Massiliensibus, ut *Valer. Max.* l. 2. c. 6. n. 7. tradit. Habet tamen nonnullos usus in medicina, quos *Plin. loc. cit.* enumerat. *Pers.* sat. 4. v. 1. barbatum hæc crede magistrum Dicere, sorbitio tollit quem dira cicutæ. *h. e.* Socratem. ¶ Cicutæ vis omnis, propter quam venenum est, frigore constat, quo vitalem in nobis calorem exstinguit: quæ ratio est, cur vinum, in quo calor inest, ei medeatur. Hinc *Pers.* sat. 5. v. 144. calido sub pectore mascula bilis Intumuit, quam non exstinxerit urna cicutæ. *h. e.* flamma libidinis, vel bilis atræ fervor adeo accensus est, ut ne urna quidem cicutæ exstinguere eam possit: cum tamen vel minima ejus quantitas occidere hominem queat. Sumpsisse hoc videtur ab *Horat.* qui l. 2. ep. 2. v. 52. sed, quod non desit, habentem Quæ poterunt unquam satis expurgare cicutæ, Ni melius dormire putem, quam scribere versus. *h. e.* stultissimus certe fuero, si tanto ardeam studio scribendi versus, ut hoc putem melius esse, quam dormire: quem quidem ardorem, et cacoethes nullæ cicutæ exstinguere poterunt. Quidam Interpretum putant, cicutam hoc loco significare helleborum nigrum. *black hellebore.* nam κώνειον hoc sensu ab *Avicenna* quoque adhibitum fuisse. Alii dicunt, adhiberi per quandam catachresim pro quocumque medicamento ancipiti, et validissimo, cujusmodi in periculosissimis morbis Medici admovere solent. *Lambin.* lectionem ipsam sollicitat, et ex conjectura reponit *sicuæ*, vel *sicyiæ*, h. e. cucurbitulæ, quibus Medici sanguinem eliciunt. Id enim significat αἱ σικύαι. Sed non est audiendus. ¶ Præterea *cicuta* significat calamum, fistulam ad canendum aptam, *a pipe or flute:* sive ex eo, quod caulem cicutæ imitetur, qui geniculatus est instar calami: sive quod hæc propria sit hujus vocis notio: quæ videtur esse sententia *Servii* ad illud *Virg. Ecl.* 2. v. 36. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula: ubi docet, cicutam esse spatium, quod est inter calamorum nodos. *Id. Ecl.* 5. v. 85. Cicuta fragilis. *Lucret.* l. 5. v. 1382. Inflare cavas cicutas. *Calpur. Ecl.* 7. v. 12. Arguta cicuta. ¶ Pro canna simpliciter *Lactant. de Opific. Dei* c. 8. *ad fin.* Si quis vellet transpicere per cicutam, non plus cerneret, quam cicutæ capacitas comprehendat. ¶ Apud *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 69. et 175. Cicuta est nomen proprium cujusdam feneratoris.

CICUTĬCEN, icinis, *a piper*, qui cicuta seu fistula canit. *Sidon.* carm. 1. v. 15. Alta cicuticines liquerunt Mænala Panes.

CIDĂRIS, is, f. *a Persian tiara or turban*, κίδαρις, εως, pileus regius, regium capitis insigne a Persarum Regibus adhibitum, idem fere quod *tiara* (ut docet *Hesych.*) quæ ab Armeniis κίδαρις appellabatur. [est ab Hebraico נֶתֶר *keter*, corona, quod a verbo כָּתַר cinxit.] *Curt.* l. 3. c. 3. Cidarim Persæ regium capitis vocabant insigne: hoc cærulea fascia albo distincta circumibat. ¶ Fuit etiam in vestitu sacerdotali Hebræorum, ut *Hieronym.* ep. 128. *ad Fabiol.* docet. *Lactant.* l. 4. c. 14. *ex Zachar. Proph.* c. 3. Imponit cidarim mundam super caput ipsius. *a mitre.* ¶ Legitur et *citaris*, κίταρις, teste *Hesych.*

CIĔO, es, civi, citum, a. 2. *to move, stir, rouse, excite*, κινέω, moveo, commoveo. *Cic. de nat. Deor.* l. 3. c. 11. Natura omnia ciens, et agitans motibus et mutationibus suis. *Id.* l. 1. *Tusc.* c. 10. Ex corporis totius natura varios motus cieri. *Id. de Univer.* c. 7. Orbis semper eodem motu cietur, et cap. 8. *ad fin.* Cum eandem partem attingit, qua sensus cieri potest. *h. e.* moveri, affici, ut sentiat. *Scribon. Larg. compos.* 194. Toxicum e vestigio ciet dolorem interaneorum, *stirs up, rouses, occasions.* *Curt.* l. 4. c. 3. Mare ciet fluctus. *Tullius Tiro* apud *Gell.* l. 13. c. 9. Hyades cum oriuntur, et cum occidunt tempestates pluvias, largosque imbres cient. *h. e.* movent, inducunt, ferunt. *Virg.* 3. *Æn.* v. 344. longosque ciebat Incassum fletus. *h. e.* edebat, flebat. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 131 Ciere singultus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 717. gemitus. *h. e.* gemere. *Id. Æn.* 6. v. 468. lacrymas. *h. e.* lacrymari. *Serv.* hic et ad *Æn.* 12. v. 104. adnotavit, *ciere lacrymas* proprie esse alterius lacrymas provocare, inducere alium ad lacrymandum: sed nullo id confirmavit exemplo. ¶ *Ciere mugitus, murmur*, est mugire, murmur edere. *Virg. Æn.* 12. v. 103. et 1. *Georg.* v. 110. Sic *ciere voces varias*, apud *Lucret.* l. 5. v. 1059. ¶ *Ciere alvum, urinam, menses*, est commovere, provocare, solvere, *to provoke, excite.* *Plin.* l. 20. c. 9. l. 26. c. 8. et *cap. ult.* et l. 27. c. 7. et alibi. ¶ *Ciere pugnam, prœlium*, est edere, facere, *to fight, combat:* et dicitur tum de eo, qui pugnat, tum de eo, qui pugnandi auctor est. *Liv.* l. 1. c. 12. l. 2. c. 47. et l. 10. c. 28. et *Tacit.* 3. *Ann.* c. 41. Ita *Sil.* l. 9. v. 335. hi sude pugnas, Hi pinu flagrante cient, hi pondere pili. Eadem ratione *miscere prœlia* dixit *Virg.* 2. *Georg.* v. 282. ¶ Dicimus etiam *ciere terrores, rixam*, hoc est movere, excitare. *Senec. in Œdip.* v. 351. et *Vellei.* l. 1. c. 2. ¶ Similiter ciere bellum, *to kindle.* *Livius.* l. 5. c. 37. *Vellei.* l. 2. c. 54. et *Tacit.* 3. *Hist.* c. 41. *in fi.* Sic *ciere arma* apud *eund. Ann.* 15. c. 59. In illo *Petron. in Satyr.* c. 120. muta pacatum in prœlia vultum, Romanosque cie: *cie* significat, commove, turba, concita ad arma civilia. ¶ *Ciere stragem*, est stragem edere. *Virg.* 6. *Æn.* v. 830. ¶ *Ciere exercitum* apud *Tacit.* 3. *Hist.* c. 62. est facere, cogere, et bellandi causa movere. ¶ In illo *Cicer. in Prognost.* l. 1. *de Divin.* c. 9. *de ranis.* Absurdoque sono fontes, et stagna cietis. *disturb.* *ciere sono* est perstrepere, et quodammodo commovere, concutere. Sic *Virg.* 4. *Æn.* v. 122. tonitru cælum omne ciebo. Simile est illud *Juvenal.* sat. 1. v. 13. assiduo ruptæ lectore columnæ. ¶ Apud *Valer. Flacc.* l. 7. v. 578. *dextra ciere ignem* dictum de Jasone contra ignitos tauros pugnante, et jactando a se amovente, et repellente. ¶ Sæpe ponitur pro vocare, invocare, *to call upon, invoke.* Nam et hoc quodammodo movere est. *Virg.* 4. *Æn.* v. 67. animamque sepulcro Condimus, et magna supremum voce ciemus. *Sil.* l. 4. v. 272. Ciere aliquem in pugnam. *to challenge, summon.* *Tacit.* 2. *Ann.* c. 81. et *Sueton. in Ner.* c. 46. Ciere aliquem nomine. *to call by name.* *Valer. Flacc.* l. 4. v. 549. Numina nota ciens. *invoking.* *Tacit. Ann.* 1. c. 21. et *Ovid.* 4. *Fast.* v. 484. Ciere nomen alicujus. *h. e.* inclamare, nomine ciere. ¶ *Valer. Flacc.* l. 3. v. 155. *ciere verba* dixit *h. e.* proferre, dicere. Sic *Ovid.* 6. *Fast.* v. 622. Movere preces. ¶ *Patrem ciere posse* nota est hominis ingenui, ut docet *Liv.* l. 10. c. 8. *ad fin.* *to be able to mention his father's name with honour.* ¶ Est etiam *ciere* nominare, *to call by name.* *Plaut. Bacch.* 3. 3. 11. Quid hoc negotii est, Pistoclerum Lydus quod herum tam ciet. *Quidam exponunt* accusat. ¶ Item invitare, incitare, *to incite, spur on, stimulate, encourage.* *Vellei.* l. 2. c. 6. Armatos ad pugnam ciens. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 8. Nam tum Helenæ raptu primores Argivorum Cœperat ad se se Troja ciere viros. *h. e.* in se provocare, atque incitare. ¶ Olim ponebatur pro dividere: unde *herctum ciere*, patrimonium dividere apud *Cicer.* V. *Hercisco*, et *Heretum.* ¶ Præteritum *civi* (item *cii*, ut est apud *Charis. sub init.* l. 3. quod tamen locum habet solum in compositis) et supin. *citum* commune est cum *cio, is:* Sed *citus* a *cieo* primam corripit, a *cio* producit, ut videre est in compositis *concitus, excitus*, &c.

[* CIGNUS, i, m. mensuræ genus, retinens scrupulos octo, teste *Papia.* *Plin. Valer.* l. 2. c. 30. Cignum dimidium commiscebis. *Id. ibid.* c. 31. Sic injicies, ut habeat olei cignos tres.]

CILBIĀNUS, a, um, adject. *Cilbiani agri* sunt inter agrum Ephesium, et Caystrum fluvium. In his optimum minium reperiri scribit *Plin.* l. 33. c. 7. ibique primum repertum fuisse, tradit *Vitruv.* l. 7. c. 8. ¶ Dicuntur etiam *Cilbiana juga*, nempe montes, ex quibus Caystrus oritur. *Plin.* l. 5. c. 29.

CILIBANTUS, V. in *Cibilla.*

CILICENSIS, V. *Ciliciensis.*

CILĬCES, V. *Cilix.*

CILICĬA, æ, f. [† hod.] *Caramania*, Κιλικία, regio Asiæ minoris, habens a Septentrione partim Cappadociam, et partim Armeniam minorem, ab Oriente Syriam, ab Occidente Pamphyliam, a Meridie mare, quod inde *Cilicium* cognominatur. Dividitur in asperam, qua tendit ad Occid. et campestrem, qua Orientem spectat. *Plin.* l. 5. c. 27. et *Pompon. Mela*, l. 1. c. 13. ¶ Croco maxime abundat, præsertim in Coryco monte. *Plin.* l. 21. c. 6. ¶ Nomen habet a *Cilice* Agenoris filio. *Serv. ad Æn.* 3. v. 88.

CILICIĀRĬUS, ii, m. *a maker or seller of hair-cloth*, qui cilicia conficit, aut vendit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 648. n. 6. Respecto Gratiano ciliciario Catiola conjux P. C.

CILICIENSIS, e, *Cilician*, ad Ciliciam pertinens, ea ratione qua Hispaniensis ad Hispanias. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 88. Legio Ciliciensis. *Cic. Fam.* 13. ep. 67. Ex provincia mea Ciliciensi. Adde *ad Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. ubi quidam cum *P. Vict.* leg. *Cilicensis.*

CILICĪNUS, a, um, *made of hair-cloth*, ex cilicio factus. *Solin.* c. 33. (*al.* 46.) Ipsa autem tentoria cilicina sunt: ita nuncupant velamenta caprarum pilis texta. *Hieronym. in vita Hilarion. sub fin.* Tunica cilicina.

CILICIŏLUM, li, n. parvum cilicium. *Hieronym.* ep. 27. *in epitaph. Paulæ*, cap. 7. Super durissimam humum stratis ciliciolis quiescebat.

CILICĬUM, ii, n. *a kind of close cloth made of goat's hair*, κιλίκιον, vestis, seu pannus ex pilis caprarum, et hircorum contextus, in varios militum, et castrorum usus, item nautarum et pauperiorum hominum. Nomen habet a Cilicibus, a quibus creditur primum inventus esse, cum ejus regionis caprinum pecus maxime villosum sit, ut *Varr. in fin.* lib. 2. *R. R.* tradit. *Cic. Verr.* 3. c. 38. Cum iste civitatibus coria, cilicia, saccos imperaret. *Colum.* l. 12. c. 46. Radicem inulæ aspero linteolo, vel etiam cilicio detergere. *Liv.* l. 38. c. 7. *ad fin.* Cuniculum intersepientes ciliciis prætentis. *Veget. de re milit.* l. 4. c. 6. Saga, ciliciaque tenduntur, quæ impetum excipiant sagittarum. *Serv.* ad illud *Virg.* 3. *Georg.* v. 313. *Usum in castrorum, et miseris velamina nautis:* De ciliciis poliuntur loricæ, et teguntur tabulata turrium, ne jactis facibus ignis possit adhærere. ¶ Pauperiores homines etiam pro veste stragula ciliciis usos fuisse, colligitur ex *Sulpic. Sever.* ep. 1. *de S. Mart.* et dial. 1. *de virtutib. Monach.* et V. *Ciliciolum.* ¶ Revera adjectiva est, et subintelligitur *textum, stragulum*, aut quid simile. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. *circa med.* Vela autem Cilicia instrumenti esse, Cassius ait, quæ ideo parentur, ne ædificia vento vel pluvia laborent. Adde lib. 19. tit. 1. leg. 17.

CILICĬUS, a, um, *Cilician*, Κιλίκιος, ad Ciliciam pertinens. *Plin.* l. 2. c. 3. Cilicium mare. *Id.* l. 14. c. 9. Passum Cilicium. *Id.* l. 21. c. 6. Cilicium crocum. *Id.* l. 36. c. 22. Cotes Ciliciæ. *Martial. in lemmate* epigr. 140. l. 14. Udones Cilicii. *h. e.* ex pilis hircinis, ut cilicia, confecti. ¶ *Cilicii termini* in re agraria, qui et Tiburtini, dicti sunt a Cilicio Saturnino centurione. *Frontin. de Colon.* pag. 120. *Goesii.*

CILĬCUS, a, um, idem quod Cilicius. *Virg. in Culice*, v. 400. et hic Cilico crocus editus arvo. Ita legit. in veterib. Editionib. teste *Scalig.* Al. habent *Cilici* ablat. pro *Cilice.*

CILISSA, æ, f. *of or belonging to Cilicia; Cilician*, ad Ciliciam pertinens: a *Cilix*, ut *Phœnissa* a *Phœnix.* *Ovid. in Ibin*, v. 200. Quotve ferat, dicam, terra Cilissa crocos. *Id.* 1. *Fast.* v. 76. Et sonet accensis spica Cilissa focis. *h. e.* crocus, cujus feracissima Cilicia est. *Propert.* l. 4. eleg. 6. v. 74. Terque lavet nostras spica Cilissa comas. *h. e.* unguentum crocinum, quod olim diu maxime laudatum fuisse, *Plin.* l. 13. c. 1. tradit. Quidam enim putant, intelligi hoc loco unguentum nardinum: nardi enim quoddam genus in Cilicia nascitur, teste *Dioscor.* l. 1. c. 8. sed omnino crocinum intelligendum esse pluribus contendit *Scalig. in adnotationib. ad Propert.* Quid si de irino unguento sermonem ibi esse dicamus? Spicam enim a Latinis usurpari etiam pro bulbo, et ipse *Scalig. ibid.* docet. Porro iridis radix, ex qua irinum unguentum conficitur bulbosa est. *Plin.* autem unguentum irinum Cilicium ceteris omnibus ejus generis præfert, l. 23. c. 7.

CILĬUM, ii, n. [a *cillendo*, h. e. *movendo* dictum videtur, ut *palpebra* a *palpitando.*] *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 57.

docet, antiquos *cilium* vocasse extremum ambitum genæ superioris oculi, in qua pili nascentur, qui Anglice dicitur *the utmost edge of the eye-lid, from which the eye-lashes grow*, et Græce βλέφαρα. Postea vero significare cœpit ipsam genam seu palpebram, *the eye-lid itself*, βλέφαρον. *Festus*: Cilium est folliculus, quo oculus tegitur: unde fit supercilium. *Plin.* l. 11. c. 39. Cutis ubicumque sine carne est, vulnerata non coit, ut in bucca, cilioque. *Lactant. de Opif. Dei*, c. 10. Ut oculi munitiores essent ab injuria, ciliorum tegminibus occuluit. *Apul.* l. 10. Ciliis alterna connivere. ¶ Videtur etiam poni pro supercilio, *the eye-brow*. *Auct. eleg. ad.* quæ *Corn. Gallo tribui solent*, eleg. 1. v. 139. Et quos (crede) grata prius ciliorum serta tegebant, Desuper incumbens hispida silva premit.

CILIX, icis, *a Cilician*, Κίλιξ, qui est ex Cilicia. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 207. Ardet Athos, Taurusque Cilix, et Tmolus, et Œte. *Martial.* l. 7. epigr. 94. Tonsor Cilix. ¶ *Cilices, cum*, Ciliciæ populi. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 1. Cilicum, et Pisidarum gens. ¶ Cilicum regio croco abundat. V. *Cilicia*. Hinc *Lucret.* l. 2. v. 416. Et cum scena croco Cilici perfusa recens est. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 211. Ver Arabum, Cilicumque fluit, floresque Sabæi. *Id.* l. 2. silv. 1. v. 160. Cilicum flores. *Id.* l. 3. silv. 3. v. 34. Messes Cilicum.

CILLA, æ, f. Κίλλα, urbs Troadis, in qua Apollo præcipue colebatur, ob id Κιλλεὺς, et Κιλλαῖος dictus. *Plin.* l. 5. c. 30. et *Senec. in Troad.* v. 227.

CILLĔO, es, et Cillo, is, a. *to move, stir*, κινέω, moveo: antiquum, et obsoletum verbum. ita *Serv. ad* 2. *Georg.* v. 389. Oscilla dicta sunt ab eo, quod in his cillerentur, hoc est moverentur ora. nam cillere est movere. Unde et furcillæ dictæ sunt, quibus frumenta cillentur. Eadem habet *Isidor.* l. 20. *Orig.* c. 14. Antiquius testimonium haberi videtur apud *Fest.* qui ita scribit in *Oscillam*. Oscillum Santra dici ait, quod os cillent, idest inclinent, præcipitesque in os ferantur. Ita legit *Scalig. ad Fest.* et *Voss. in Etymol.* ad vocem *Oscillum*. Aliter tamen habetur in multis Codicib. ¶ Legitur etiam *cileo*, et *cilo*.

CILLIBÆ, V. in *Cibilla*.

CILLO, V. *Cilleo*.

CILLUS, i, m. *an ass*, κιλλὸς, Dorica lingua asinum significat. *In fragment. carm. Petron.* pag. 685. *Burman.* Judæus licet et porcinum numen adoret, Et cilli summas advocet auriculas. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 3. et 4. tradit, Judæos asinum pro numine coluisse, quod eo monstrante invenissent in deserto aquam. (quam fabulam refellit *Tertull. in Apolog.* c. 16.) Eo igitur referenda hujus carminis sententia est: ubi tamen alii leg. *cæli*. Nam et *cælicolæ* Judæi dicti sunt. V. *Cælicolæ*.

CILO, onis, m. [† ὀξυκέφαλος,] προκέφαλος, φοξὸς, [† *Hom. Il.* B. 219.] *cone-headed*, dicitur is, cui frons est eminentior, ac dextra sinistraque velut recisa videtur. Ita *Festus*: nec dissimiliter *Charis.* l. 1. pag. 78. *Putsch.* Cilones dicuntur, quorum capita oblonga, et compressa sunt. Et *Flav. Caper de Orthogr. ibid.* pag. 242. Cilo est angusto capite: cui hoc contingit in partu. ¶ Fuit cognomen familiæ Flaminiæ, ut in ejus numo apud *Patin. de Fam. Rom.* legitur. *L. Flaminius Cilo.* Sed in altero *ibid.* habetur *Chilo*: ex quo apparet, hac etiam ratione scriptum fuisse. Tametsi *Cilo*, et *Chilo* significatione differunt. Cujusdam Cilonis meminit et *Cic. Fam.* 6. ep. 20. ubi quoque *Manut.* mavult legi *Chilo*. ¶ Magiorum quoque alterius familiæ Rom. cognomen fuit, ut *P. Magius Cilo* apud *Sever. Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 12. Sed hic quoque alii leg. *Chilo*. ¶ Est etiam vox convicii. *Auct. declam. in Sallust.* (*quæ olim Ciceroni tribuebatur*) cap. 6. Quidquid impudicorum, cilonum, parricidarum, sacrilegorum fuit in Urbe. *Cæl. Rhodig.* l. 21. c. 22. legit *cillones*, et interpretatur ceventes, cinædos, a *cillere*, motitare. Alii scribunt *cyllones*. Græce autem κυλλὸς est mutilus, curvus, claudus, mancus. Nonnulli apud Martinium *in Lex. Etym.* putant, sic dici eum, qui bene peculiatus est, atque adeo impurus, lascivus. Sed hæc notio unde sit, non apparet. Quid si retineas *cilones*, vel *celones*, a κηλέω, uro, hoc est libidine ardentes? Hinc enim fit κηλωτὸν, lupanar. *Martin. ibid.*

CILUNCŬLUS, i, diminut. a *cilo*, qui est capite, et fronte angusta et compressa. V. *Cilo*. *Arnob.* l. 3. pag. 108. Esse quosdam capitones, cilunculos, frontones, labeones. Al. leg. *silunculos*, a *silo, onis*, vel *silus, i*.

CIMBER, bri. m. *Festus* docet, lingua Gallica latronem significare. Ubi *Scalig.* non ex vi vocis, sed ex more gentis hanc notionem natam esse ait. Sunt enim *Cimbri, orum*, populi Germaniæ, qui eam regionem tenuere, quæ nunc est pars regni Daniæ, et *Cimbrica Chersonesus* dicta est. Hi cum aliquando in Italiam venissent sedes quæsitum, a Q. Catulo et C. Mario Coss. devicti sunt. *Epitom. Liv.* l. 68. *Flor.* l. 3. c. 3. et *Eutrop.* l. 5. c. 1. et 2. ¶ In singulari numero *Quintil.* l. 8. c. 3. Germanum Cimber occidit. Adde *Valer. Max.* l. 2. c. 10. n. 6. ¶ Adjective *Ovid.* 4. *ex Ponto* ep. 3. v. 45. Ille Jugurthino clarus, Cimbroque triumpho.

CIMBRĬCE, adverb. Cimbrorum more. *Quintil. Declam.* 3. c. 13. Cimbrice loqui.

CIMBRĬCUS, a, um, ad Cimbros pertinens. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 66. Scutum Cimbricum. *Id. pro Dom.* c. 38. Cimbricæ manubiæ. *Flor.* l. 3. c. 3. Cimbrica victoria. *Plin.* l. 36. c. 25. Cimbricum bellum.

CIMELIARCHA, æ, m. *a treasurer*, κειμηλιάρχης, qui pretiosæ supellectili præest: a κειμήλιον, supellex pretiosa, et quæ magna cura reponitur, et asservatur, et ἄρχω, prior sum. Habetur *in Cod.* lib. 7. tit. 72. *leg. ult.* ubi sermo est de Ecclesiastica dignitate ejus, qui res pretiosas, atque etiam pecuniam Ecclesiæ custodit.

CIMELIARCHIUM, ii. n. *a treasury, place where valuables are deposited*, κειμηλιάρχιον, locus, in quo pretiosa supellex, atque etiam pecunia servatur. *Justinian. in Cod.* lib. 7. tit. 72. *leg. ult.* In cimeliarchio sanctæ Ecclesiæ illius civitatis. *Id. ibid.* lib. 11. tit. 47. leg. 19. Iidem reditus deponantur in æde sacra, vel in cimeliarchio civitatis.

CIMEX, icis, m. *a bug; also a kind of worm breeding in trees, herbs, &c.* κόρις, vermiculus gravissimi odoris, in lectis nascens fusco colore, item in herbis quibusdam, et arboribus colore viridi. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *ad fin.* Cimices nulli accedent. *Petron. in Satyr.* c. 98. Ipsos cimices ore tangebat. *Plin.* l. 30. c. 14. Cum cimice trito illinere. Adde lib. 29. c. 4. ubi cimicum utilitates in medicina recenset. *Martial.* l. 11. epigr. 33. Nec toga, nec focus est, nec tritus cimice lectus. ¶ Videtur esse aliquando nomen convicii, nempe in illo *Horatii* l. 1. sat. 10. v. 78. Men' moveat cimex Pantilius? *a paltry fellow*. ¶ In genere femin. *Plin.* l. 32. c. 10. *ad fin.* Suffitus sanguisugarum necat cimices invectas. Ita Edit. A. 1470. et 1472. Aldina 1535. *Harduini*, et aliæ. Omnium harum antiquissima A. 1469. *per Joan. Spira* habet *innecta*, mendose quidem, sed ut inde facile appareat, *invectas* legi oportere. In Elzeviriana Edit. legitur *invectus*: In Hackiana adjectum est oræ pro varia lectione *invectos*: quod et *Harduin.* mallet, quia alibi *Plin.* masculine semper usurpaverat.

CIMINĬUS, a, um, V. vocem sequent.

CIMĬNUS, i, m. [† nunc] *montagna di Viterbo*, mons Hetruriæ usque ad Faliscos in Orientem extensus, ad cujus radices Viterbium urbs sita est. Ibi est silva Ciminia (de qua *Plin.* l. 2. c. 96.) quam *Flor.* l. 1. c. 17. *Ciminium saltum* appellat: et lacus Ciminius, (de quo *Virg. Æn.* 7. v. 697. Et Cimini cum monte lacum.) [† hod.] *lago di Vico*, vel *di Ronciglione*. *Colum.* l. 8. c. 16. Ciminus lacus. ¶ De hujus lacus origine hæc habet *Serv. ad Virg. loc. cit.* Aliquando Hercules ad ejus loci populos venit, et ad suam virtutem ostendendam provocatus, vectem ferreum quo exercebatur in terram tam alte defixit, ut a nemine evelli posset. Ipse autem postea rogatus extraxit, unde immensa vis aquæ secuta est, quæ Ciminium lacum effecit. ¶ Scribitur et *Cyminus*.

CIMMERII, orum, Κιμμέριοι. *Festus* docet, esse nomen generale eorum populorum, qui frigoribus occupatas terras incolunt: quales fuerunt inter Baias et Cumas, in ea regione, in qua convallis satis eminenti jugo circumdata est: quæ neque matutino, neque vespertino tempore sole contingitur. Hæc *Festus*. Hos tradit *Plin.* l. 3. c. 5. oppidum olim habuisse juxta Avernum lacum. Adde *Sil.* l. 12. v. 132. ¶ Celebriores sunt in extrema Asia ad dexteram Ponti partem, ad Bosphorum Cimmerium: quæ regio aliquando Cimmeria dicta est, postea Scythia parva, nunc *Tartary*. Horum quoque oppidum *Cimmerium* ponit *Plin.* l. 6. c. 6. Hi aerem crassum habere dicuntur, et densis exhalationibus nebulosum. Hinc *Cimmeriæ tenebræ* de densissima caligine, et translate de crassa rerum ignoratione. *Lactant.* l. 5. c. 3. *ad fin.* O cæcum pectus, et mentem Cimmeriis, ut aiunt, tenebris atriorem! ¶ *Ovid.* 11. *Metam.* v. 592. apud hos Cimmerios Somni domum constituit, quod longas ibi noctes Sol absens efficiat. ¶ Alii sunt Cimerii in Scytharum regione, inter Colchos, et Iberes, juxta mare Caspium. *Plin.* l. 6. c. 13. ¶ *Cimmerium* pro *Cimmeriorum* habet *Valer. Flacc.* l. 3. v. 399.

CIMMERĬUS, a, um, Κιμμέριος, ad Cimmerios populos pertinens. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 10. v. 1. Cimmerium litus. *Plin.* l. 4. c. 12. Bosphorus Cimmerius. *Ammian.* l. 29. c. 2. (*al.* 11.) Omnes velut in Cimmeriis tenebris reptabamus. V. *Cimmerii*. ¶ *Cimmerii lacus* dicuntur a *Tibull.* l. 3. eleg. 5. v. 24. de lacu Inferorum, propter tenebras et noctem Ditis opacæ.

CIMOLĬUS, a, um, Κιμώλιος, ad Cimolum insulam pertinens. Cimolia terra, Κιμωλία γῆ, quam *Cels.* l. 2. c. *ult.* et *Scribon. compos.* 245. *cretam Cimoliam* vocant, genus est terræ cretosæ, quæ in Cimolo insula effoditur, candida, vel ad purpurissum inclinans: habetque varios in medicina usus, de quibus *Plin.* l. 35. c. 17.

CIMŌLUS, i, m. [† hod.] *Argentiera*, Κίμωλος, insula maris Cretici, antea Echinussa dicta, creta illa abundans, quæ Cimolia appellatur. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 463. cretosaque rura Cimoli. Adde *Plin.* l. 4. c. 12.

CINÆDĬAS, æ, m. *a gem said to be found in the brain of the fish* cinædus, κιναιδίας, gemma candida, et oblonga, quæ invenitur in cerebro piscis cinædi. *Plin.* l. 37. c. 10.

CINÆDĬCUS, a, um, *wanton, libidinous, effeminate*, ad cinædum pertinens. *Plaut. Stich.* 5. 5. *in fin.* Suavem cantationem aliquam occipito cinædicam. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 822. Comici, cinædici, scenatici. *h. e.* molles, enervesque saltatores. Sic *Plaut. Stich.* 5. 7. 1. Qui Ionicus, aut cinædicus, qui hoc tale facere possiet? V. *Cinædus*.

CINÆDOLŎGUS, i, *of immodest conversation*, κιναιδολόγος, impudens in loquendo. *Turneb.* l. 29. c. 19. putat haberi in quodam *Varronis* fragmento apud *Non.* c. 1. n. 277. Sed ea lectio valde incerta est.

CINÆDŬLUS, li, m. diminut. a cinædus. *P. Scip. Afric. Æmilian.* apud *Macrob.* l. 2. c. 10. Docentur præstigias inhonestas cum cinædulis, et sambuca, psalterioque eunt in ludum histrionum. *Pontan.* mallet *cinædicis* ex conjectura.

CINÆDUS, a, um, adject. *debauched, immodest, wanton, effeminate*, κίναιδος, impudicus, mollis, effeminatus, et qui inter viros mulier est: a κενὸς, vacuus, et αἰδὼς, verecundia, pudor: vel ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὰ αἰδοῖα. *Catull.* carm. 16. *ad Aurel. et Fur.* Aureli pathice, et cinæde Furi. *Martial.* l. 6. epigr. 39. Homo cinæda fronte. Adde *Petron.* cap. 21. 23. et 24. ¶ Sumitur etiam pro impudenti, petulanti, procaci, *impudent, bare-faced, petulant*. Tales enim impuri omnes esse solent. *Catull.* carm. 10. *de Vari scorto*, v. 24. Hic illa, ut decuit cinædiorem, Quæso, inquit mihi, &c. ¶ Cinædi etiam dicti sunt saltatores, vel pantomimi, ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὸ σῶμα, ut etiam *Non.* c. 1. n. 15. docet, *dancers*. *Plaut. Mil.* 3. 1. 74. Ad saltandum non cinædus malacus est, atque ego. *Lucil.* apud *Non. loc. cit.* Stulte saltatum te inter venisse cinædos. *Scipio African.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 10. Eunt in ludum saltatorium inter cinædos virgines, puerique ingenui. ¶ Hinc *cantio cinædica* apud *Plaut.* h. e. quæ ad saltandum provocat, ut *Non. ibid.* interpretatur. ¶ Est etiam nomen piscis coloris lutei. *Plin.* l. 32. c. *ult.*

CINĀRA, et Cynara, æ, f. *an artichoke*, κινάρα, et κυνάρα, herba eadem, quæ carduus sativus. *Colum.* l. 10. v. 235. Hispida ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho Potanti veniat, nec Phœbo grata canenti. Adde l. 11. c. 3. ¶ Ad scriptionem quod attinet, quamvis utroque modo tum Græce, tum Latine scriptum reperiatur, placet tamen *Salmas. in Solin.* per i scribi in utraque lingua: quod nos amplectimur.

CINĀRIS, is, f. nomen herbæ apud *Plin.* l. 8. c. 27. ubi narrat, cervum herba cinare venenatis pabulis resistere. Quidam putant eandem esse cum *cinara*: sed negat *Harduin.*

CINCINNĀLIS, le, cincinnos habens. *Herba cincinnalis* eadem est, quæ polytrichon. *Apul. de herb.* c. 51. *the herb maiden-hair.*

CINCINNATŬLUS, a, um, *somewhat curled*, diminut. a cincinnatus. *Hieronym*, ep. 8. *ad Demetriad. ad fin.* Cincinnatuli pueri, et calamistrati.

CINCINNĀTUS, a, um, *having curled or crisped hair*, βεβοστρυχωμένος, πλοκαμώδης, cincinnos habens, cirratus. *Cic. post redit. in Senat.* c. 5. Cincinnatus ganeo. *Id. pro Sext.* c. 11. Cincinnatus consul. ¶ *Cincinnatæ Stellæ* sunt crinitæ. *haired*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 5. Stellæ, quas Græci cometas, nostri cincinnatus vocant. *Al. leg.* crinitas. ¶ *Cincinnatus* cognomen fuit L. Quinctii, qui ab aratro ad dictaturam arcessitus, strenuissimam Reipublicæ navavit operam: de quo *Liv.* l. 3. c. 26. et *Cic.* 2. *de Fin.* c. 4.

CINCINNŬLUS, li, m. *a little lock or curl of hair*, βοστρύχιον, parvus cincinnus. *Varr.* apud *Non.* c. 6. n. 43. Ante aures modo ex subolibus parvuli Intorti demittuntur sex cincinnuli. Al. aliter leg.

CINCINNUS, i, m. *a curled lock of hair; a curl*, κίκιννος, βόστρυχος, πλόκαμος, cirrus, capilli intorti. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 31. Coliculus viteus intortus, ut cincinnus. *Cic. in Pison.* c. 11. Erant illi compti capilli, et madentes cincinnorum simbriæ. *Juvenal.* sat. 6. v. 491. Altior hic quare cincinnus? ¶ Translate dicitur de flosculis orationis, et lasciviore verborum ornatu. *a too great floridness of expression*. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 25. *ad fin.* Atque eo citius in oratoris, aut in poetæ cincinnis ac fuco offenditur, quod sensus in nimia voluptate, natura, non mente satiantur. Adde *Sueton. in Aug.* cap. 86.

CINCĬUS, a, um, adject. ad Cincium pertinens, quod est nomen gentis Romanæ. *Cincia, orum*, locus fuit Romæ, ubi erat Cinciorum monumentum. *Fest.* ¶ *Cincia lex de donis, et muneribus* lata fuit a M. Cincio Alimento Trib. pleb. M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano Coss. circa A. U. 549. adversus eos, qui pretio causas orabant. Prohibebat enim, ne quis ob causam orandam donum munusve caperet. Ejus meminere *Cic.* 2. *de Orat.* c. 71. *Liv.* l. 34. c. 4. *Tacit. Ann.* 13. c. 42. &c. ¶ Hæc dicta est etiam *lex muneralis*, ut ex *Plauti* fragmento docet *Festus*.

CINCTICŬLUS, i, m. *a sort of apron; a short coat girded about the navel, and reaching down to the mid-leg*, περιζωμάτιον, parvus cinctus, genus amiculi puerilis (quemadmodum *cinctus* virorum est) quod circa umbilicum præcingitur, et ad media crura pertinet. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 28. Cincticulo præcinctus in sella apud magistrum assideres.

CINCTORĬUM, ii, n. *a girth, girdle, belt*, παραζώνιον, balteus, hoc est cinctus, ex quo ensis dependet. *Pompon. Mela* l. 2. c. 1. *in fi.* Marti pro simulacris enses et cinctoria dedicant. Quidam putant, utrumque simul significari, nempe ensem cum suo balteo, quo lateri appenditur.

Hoc enim sensu accipiendum videtur ipsum *parazonium*, quod habetur in lemmate epigr. 32. l. 14. apud *Martial.* Ipsum epigramma tale est: Militiæ decus hoc, et grati nomen honoris: Arma Tribunitium cingere digna latus. ¶ *Salmas. in Solin.* ait, se legisse apud *Pompon. Mel.* in libb. *enses, et tentoria*: emendari autem posse *tinctoria*, hoc est gladios, quod ii sanguine tingantur. Hinc *in Isid. Gloss.* haberi: *tinctorium, gladius.* Nihilominus magis placere *cinctorium.* Quod et in ipsis *Isid. Gloss.* alii reposuerunt. Huc quidam trahunt illud *Plin.* l. 7. c. 7. Tu cujus semper in cinctorio mens est. *h. e.* in balteis, et gladiis, atque adeo cruenta, crudelis es. Alii leg. *cinctoria mens est.* Sed *Harduin.* cum aliis *tinctoria*, eodem sensu: ut sit idem *tinctoria mens*, quod *gladiatorius animus* apud *Terent. Phorm.* 5. 7. 71. Alii denique, *in victoria mens est.*

CINCTORĬUS, a, um, V. in voce præced.

CINCTUM, i, n. V. *Cinctus, us.*

CINCTŪRA, æ, f. *Quintil.* l. 11. c. 3. Pars togæ prior mediis cruribus optime terminatur: posterior eadem portione altius, quam cinctura. *Ferrar. de re vestiar.* l. 1. c. 24. duplicem hujus loci interpretationem affert, *utramque* tamen *trepide, et hæsitanter,* donec alius meliora promat. Magis placet ea, qua *cincturam* putat significare tunicam cinctam. ut ima togæ posterioris ora paulo altior, quam extrema tunicæ cinctæ fimbria, a *Quintiliano* esse jubeatur. ¶ Videtur etiam sumi pro ipsa cingendi ratione. *a girding on. Sueton. in Cæs.* c. 45. Usus est lato clavo ad manus fimbriato, nec ut unquam aliter, quam super eum cingeretur, et quidem fluxiore cinctura.

CĬNCTUS, us, m. διάζωμα, περίζωμα, vestis infra pectus corpus ambiens, et ad pedes pertingens, ut campestre, et subligaculum: quæ Anglice dici posset *an apron; a garment tied round the waist, and reaching down to the feet.* Erat propria virorum, et mulierum: sed in viris *cinctus*, in feminis *cingulum* dicebatur, ut *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 25. docet: et gestabatur ab his supra tunicam; ab illis autem loco tunicæ, ut expeditiores essent ad agendum. Habebant enim soluta brachia, et ad exercendum habiliora. ¶ *Cinctum, i,* n. hoc sensu dicitur a *Porphyr. in Horat. de art. poet.* v. 50. ¶ *Cinctus Gabinus* fuit ipsius togæ quædam conformatio in hunc modum. Lacinia ejus extrema lævo brachio subducta in tergum rejiciebatur, ac retrahebatur ad pectus, atque ita in nodum colligabatur, ut togam contraheret, et breviorem, et adstrictiorem redderet. Hujus autem cinctus origo est hujusmodi. Cum toga laxum vestimenti genus esset, et ad pugnandum inepta, repentina apud Gabios incursione, cum non esset spatium deponendi togas, et sumendi saga, aut chlamides (quæ fortasse tunc temporis nondum invecta fuerant.) subductam, et retro rejectam circa corpus complicaverunt et ad pugnandum processerunt. Ejus mentio fit a *Virg. Æn.* 7. v. 612. et *Servio ibid.* item *Liv.* l. 5. c. 46. et l. 8. c. 9. &c. quique eo modo induti essent, *incincti cinctu*, aut *ritu Gabino* dicebantur, et *in procinctu* esse. Hoc habitu utebatur postea consul bella indicturus. *Virg.* et *Serv. ibid.* ¶ Est etiam *cinctus* idem quod zona, *a girdle, belt, cincture,* ζώνη. *Plin.* l. 23. c. 6. Soluto vinculo omni cinctus, et calceatus, atque etiam anuli. *Id.* l. 28. c. 4. Si cinctu suo soluto feminam cinxerit. *Sueton. in Ner.* c. 51. Synthesinam indutus, sine cinctu, et discalceatus. ¶ *Cinctum, i,* n. vel *cinctus, i,* m. *Scribon. Larg. compos.* 163. Has venatores diligenter colligunt, et habent in cincto. *h. e.* in zona. ¶ Pro ipsa cingendi ratione. *a girding. Plin.* l. 27. c. 6. Vulnera nodo Herculis præligare, mirum quantum ocyor medicina est: atque etiam quotidiani cinctus tali nodo, vim quandam utilem habere dicuntur. [¶ Significat etiam mediam partem corporis, qua cinguntur milites, quemadmodum et interdum ζώνη apud Græcos. *Fulgent. Mythol.* l. 3. c. 7. Omnes Deos Jupiter ad nuptias dicitur convocasse, illa de causa, quod putarent pagani singulas partes in homine Deos singulos obtinere; ut Jovem caput, Minervam oculos, Junonem brachia, pectus Neptunum, cinctum Martem, renes et inguina Venerem, pedes Mercurium.]

CINCTUS, a, um, *girded, begirt, surrounded, encompassed, environed, beset,* περιβεβλημένος, circumdatus. *Plaut. Curcul.* 2. 1. 5. Zona cinctus. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 10. Puer alte cinctus. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 59. Mulier cincta vestem ad pectus. *Id.* l. 1. *Trist.* eleg. 4. v. 30. Agminibus comitum qui modo cinctus erat. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 392. navali cinctus honore caput. *h. e.* coronatus navali corona. *Id.* 3. *Amor.* eleg. 8. v. 10. Ense latus cinctum. *Liv.* l. 38. c. 21. *ad fin.* Miles Hispaniensis gladio cinctus. *Cic. pro Mil.* c. 1. Consessus cinctus corona. *Id. pro Flacc.* c. 12. Provincia cincta mari. *Id. pro leg. Manil.* c. 11. Sicilia multis undique cincta periculis. ¶ Speciatim *cincta* dicebatur Flaminica veste velata. *Fest.* ¶ Est etiam *cinctus,* qui militiæ nomen dedit, et arma sumpsit, *enlisted, enrolled. Plin. in fin.* ep. 25. l. 7. Sunt plures cultu pagano, quos cinctos, et armatos diligenter scrutatus invenies. *Marcell. Dig.* l. 39. tit. 1. leg. 25. Titius priusquam tribunus legionis factus esset, testamentum fecit: et postea cinctus, manente eodem, defunctus est. *Paul. ibid.* leg. 38. Miles non ignominiæ causa missus, cinctus est in alia militia.

CINCTŪTUS, a, um, *girt,* cinctu indutus. *Cinctuti Cethegi,* apud *Horat. de ar. poet.* v. 50. *girt after the fashion of the ancients.* et *cincturi Luperci* apud *Ovid.* 5. *Fast.* v. 101. sunt cinctu illo præcincti, qui supra in *Cinctus, us,* descriptus est. eo enim indumenti genere loco tunicæ utebantur antiqui illi, et operosi homines, ut ad agendum expeditiores essent. Ad Lupercos quod attinet, satis constat, nudos eos, et solo cinctu velatos, per Urbem Lupercalibus decucurisse.

CINEFACTUS, a, um, *reduced to ashes,* in cinerem redactus. *Lucret.* l. 3. v. 920. At nos horrifico cinefactum te prope busto Insatiabiliter deflebimus.

CINERACĔUS, a, um, *like ashes, cineritious,* τεφρώδης, cineri similis. *Plin.* l. 17. c. 5. Cineracea terra. *Id.* l. 17. c. 7. Folia cineracei coloris.

CINERARĬUM, ii, n. sepulcrum, vel locus in sepulcro, ubi mortuorum cineres reconduntur. *Inscript.* apud *Grut.* pag. 850. n. 10. Fratri optimo, et piissimo cinerarium fecit. Adde pag. 418. n. 11. et pag. 663. n. 3.

CINERARĬUS, ii, m. *a slave who made hot the iron for women to frizzle, crisp, or curl their hair; a frizzler, hairdresser,* κοσμοπλόκος, idem qui cinifio. Porro utraque hæc appellatio a cinere calefaciendo orta est. Docet enim *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 29. dictos esse *cinerarios,* quod calamistros fervente cinere calefactos, quibus capillus ornatur, ministrarent. *Ciniflones* a cinere flando, et calefaciendo sunt appellati. Uterque ab *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 98. et a *Tertull.* l. 2. *ad Uxor. c. pænult.* inter delicatiores mulierum servos enumeratur. Latius tamen eorum opera patuisse videtur. Nam et tonsoriam exercuisse, colligitur ex illo *Catulli* carm. 60. *quod est Epithal. Jul. et Manl.* v. 138. Nunc tuum cinerarius tondet os. ¶ *Cinerariorum* meminit etiam *Senec. de constant. sapient.* c. 14. ¶ Olim *cinerarii* per convicium dicti sunt a *Vigilantio,* qui Sanctorum martyrum cineres, et ossa venerabantur, ut est apud *Hieronym.* ep. 53. *ad Ripar. advers. Vigilant.*

CINERARĬUS, a, um, adject. *Cinerarii fines* in agris sunt, qui ad sepulcrum aliquod terminantur. Veterum enim sepulcra in agris fuere. *Var. Auct. de limitib.* pag. 296. *Goesii.* V. *Cineritius.*

CINERESCO, is, n. 3. *to go to ashes,* τεφροῦμαι, in cinerem abeo. *Tertull. in Apolog.* c. 40. *de regione Sodomæ.* Poma contacta cinerescunt. [¶ Particip. *cinerescens* apud *Fulgent. Mythol.* l. 2. c. 18. Poma quoque fugitivis cinerescentia tactibus desuper facie tenus apparent pendula.]

CINERĔUS, a, um, *of ashes, like ashes, cineritious,* τεφρός, cineri similis, cineraceus. *Plin.* l. 14. c. 3. Cinerea uva. *Id.* l. 35. c. 16. Cinerea terra. *Id.* l. 37. c. 10. et *Colum.* l. 2. c. 2. Cinereus color.

CINERITĬUS, vel Cinericius, a, um, *cineritious,* cinereus, cineraceus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 9. *ad fin.* Si terra non sit cineritia, neve vehementer densa. Al. leg. *cineraria.*

CINERŌSUS, a, um, cinereus. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Pulverei, et jam cinerosi mortui, *reduced to ashes. Id. ibid.* l. 7. Cinerosa canities. [*h. e.* cinere perfusa, quod in luctu facere solebant veteres.]

CINGILLUM, i, n. vel Cingillus, i, m. ζωνάριον, στρόφιον, parva vestis, quæ *cinctus* dicitur. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 67. *Burman.* Venit ergo galbino succincta cingillo, ita ut infra cerasina appareret tunica.

CINGO, is, cinxi, cinctum, a. 3. *to gird, tie about, surround, encompass, embrace,* ζώννυμι, περιβάλλω, circum complector, circumdo. *Plaut. Amph.* 1. 1. 152. Cingitur: certe expedit se. *Sueton. in Cæs.* c. 45. Fluxiore cinctura cingi. *Plin.* l. 28. c. 4. Cingere aliquem cinctu. *Horat.* l. 3. *od. ult. extr.* Cingere comam lauro. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 254. de tenero cingere flore caput. *Liv.* l. 7. c. 10. Cingi gladio. *to gird on one's sword. Virg.* 2. *Æn.* v. 511. Cingi ferrum. *eod. sensu, pro* cingi ferro. (hellenismus). *Ovid.* 2. *Fast.* v. 784. Cingere latus ense. *Martial.* l. 14. epigr. 31. Arma Tribunicium cingere digna latus. *Id.* l. 11. epigr. 101. Cingere brachia anulo. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c. ult.* urbem mœnibus. *Liv.* l. 7. c. 39. castra vallo. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 34. hostem stationibus in modum obsidii. *Id.* 12. *Ann.* c. 17. multitudinem custodia. *Virg.* 3. *Æn.* v. 52. urbem obsidione. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 8. v. 69. Cingi ab armis hostium. ¶ *Cingere aliquem* aliquando est stipare, comitari. *to crowd or throng about, attend. Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 77. Ne egredientes in publicum pantomimos equites Romani cingerent. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 17. Dumque latus sancti cingit tibi turba Senatus. ¶ *Cingi venenis* apud *Valer. Flacc.* l. 6. v. 477. est instrui, armari, ea ratione, qua dicimus *cingi gladio. to be equipped with.* ¶ Dicuntur etiam cingere locum aliquem, qui circa eum incolunt, *to dwell nigh or about. Id. ibid.* v. 68. Quique lacum cinxere Bicen. ¶ Item qui itinere locum aliquem circumeunt. *Lucan.* l. 9. v. 372. Audet in ignotas agmen committere gentes, Armorum fidens, et terra cingere Syrtim. *h. e.* terrestri itinere circuire. *to make a circuit round.* Adde lib. 1. v. 594. ¶ De fluminibus, quæ locum aliquem circumfluunt. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 38. Flumen, ut circino circumductum, pæne totum oppidum cingit. *winds round. Curt.* l. 3. c. 1. Terra magna ex parte cingitur fluctibus. ¶ In illo *Plinii.* l. 6. c. 12. Cingitur insula tribus millibus passuum. *h. e.* circumitur, seu tria mill. pass. in circuitu habet. *is three miles in circumference.* ¶ Poetice significat aliquando occupare, vel tegere. *Virg.* 5. *Æn.* v. 13. cinxerunt æthera nimbi. *have invested. Senec. in Herc. Fur.* v. 939. Medium diem cinxere tenebræ. ¶ Hæc translatio ex eo descendit, quod *cingere* significat etiam vestire, tegere: *to cover, clothe:* ut in illo *Silii* l. 3. v. 235. at vestigia nuda, sinusque Cingere inassuetum. Hinc etiam *cinctus, us,* et *cincticulus* vestis genus quoddam sunt. ¶ *Cingere aliquem insignibus fortunæ Principalis* apud *Tacit.* 2. *Hist.* c. 59. *ad fin.* est, honoribus, et vestibus Principum ornare, decorare. *to adorn, decorate, invest.* ¶ Aliquando est militare verbum. Nam *cingi* milites dicuntur, cum militiæ adscribuntur, et arma sumunt. *to be enlisted. Papinian. Dig.* lib. 29. tit. 1. *leg. pænult.* Filiusfamilias equestri militia exornatus, cingi confestim jussus, &c. V. *Cinctus, a, um.* ¶ Denique *cingere arbores* est eas circum deglabrare, uti docet *Paul. Dig.* lib. 47. tit. 7. leg. 5. *to bark trees.* Græci quoque τὸ ζωννύειν exponunt περιελεῖν τὸν φλοιόν. Arbores autem fere omnes, cortice in orbem detracto, necantur, teste *Plin.* l. 17. c. 24. *post med.* V. *Declavo,* et *Coinquire.*

CINGŬLA, læ, *a band or girth to tie beasts with,* ζῶμα, qua cinguntur jumenta. *Ovid. de rem. amor.* v. 236. Ut nova velocem cingula lædat equum. Adde *Calpurn.* ecl. 6. v. 41. ¶ Pro cingulo, seu zona hominis. *a girdle, belt, Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 443. Nec coma vos fallat liquida nitidissima nardo, Nec brevis in rugas cingula pressa suas. Adde *Titin.* apud *Non.* c. 14. n. 1.

CINGULĀNUS. V. *Cingulum.*

CINGŬLI, homines satis tenues in iis locis, ubi cingi solemus. *slender-waisted. Fest.*

CINGŬLUM, i, n. et Cingŭlus, i, m. genus vestis, de quo V. *Cinctus, us.* ¶ Item zona, *a girdle, cincture, zone,* ζώνη. *Petron. in Satyr.* c. 21. Myrtea subornatus gausapila, cinguloque succinctus. *Virg.* 12. *Æn. sub fin.* et notis fulserunt cingula bullis. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 470. fecundaque monstris cingula. *h. e.* cestus Veneris. *Cic. in somn. Scip.* c. 6. Cernis eandem terram quasi quibusdam redimitam, et circumdatam cingulis; e quibus duos maxime inter se diversos, &c. ¶ Cingulo nova nupta præcingebatur, quod vir in lecto solvebat. Id factum erat ex lana ovis, ut sicut illa in glomos sublata conjuncta inter se sit, ita vir suus secum cinctus, vinctusque esset. Hunc Herculaneo nodo vinctum vir solvit ominis gratia, ut sic ipse sit felix in suscipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui LXX liberos reliquit. Hæc *Festus.* ¶ Speciatim *cingulum* adhibetur in re militari. *a belt, girth.* Est enim militiæ insigne: et metonymice pro ipsa militia ponitur. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 6. *Cod. Theodos.* tit. 30. leg. 18. Cingulum militiæ sumere. *Impp. Valens, et Valentinian.* lib. 7. *Cod. Justin.* tit. 38. leg. 1. Cingulo aliquem exuere. *h. e.* exauctorare. *Iidem ibid.* lib. 12. tit. 17. leg. 3. Cingulo spoliare. Adde *Prudent. Peristeph.* 1. v. 32. ¶ Est etiam nomen oppidi in Piceno, nunc *Cingoli. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 15. Cingulum, quod oppidum Labienus constituerat, suaque pecunia exædificaverat. *Silius* l. 10. v. 34. Cingula saxa appellat. Adde *Cicer. Attic.* l. 7. epist. 11. et 13. ¶ Ejus incolæ *Cingulani* dicuntur a *Plin.* l. 3. c. 13. Inscript. apud *Murator.* pag. 383. n. 1. Fl. Fortunio ... Ordo Cingulanorum, &c. Sic *Cingulanus ager,* apud *Frontin. de Colon.* pag. 121. *Goesii.* ¶ In cingulo Florentino, in centuriis singulis sunt jugera CC. *Jul. Frontin. de colon.* pag. 133. *Goes.* h. e. in agro, in territorio. *district, territory.* q. d. in agro, qui Florentiam cingit. ¶ Cum *cingulum, cingulus,* et *cingula* usurpata a Scriptoribus reperiantur, manifestum videtur, vocem adjectivam esse. Notat autem *Servius* ad illud *Æn.* 9. v. 359. *aurea bullis cingula,* neutro genere de hominum, feminino de animalium zonis dici: quod confirmat *Isid. c. ult. l. ult.* Sed V. *Cingula.*

CINĬFES, vel Ciniphes, Cyniphes, Cinyphes, Cinypes, et Scyniphes aut Scinifes (tot enim modis scriptum legitur) um, f. *small flies, or gnats,* musculæ sunt minutissimæ, sed aculeis permolestæ, ut *Augustin.* l. 3. *de Trinit.* c. 7. et *Isid.* l. 12. *Orig. c. ult.* docent. Græce dicuntur ab aliis σκνῖπες, ab aliis κνῖπες vel κνίφες. *Hieron. in Joel.* c. 2. pag. 98. *edit. Veron.* Cyniphes tam parvi sunt culices, ut vix cernantur oculis. *Sulpic. Sever.* l. 1. *sacræ hist.* c. 14. Superductis ciniphibus terra oppleta est. *Alcim. Avit.* l. 5. v. 151. Illic quas scinifes vocitant, quantosque volatus, &c.

CINĬFLO, onis, m. Ciniflones, qui et Cinerarii. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 98. Custodes, lectica, ciniflones, parasiti. V. *Cinerarius, ii.*

CĬNIS, ĕris, m. et f. *ashes, embers, cinders,* τέφρα, pulvis, in quem res combustæ rediguntur. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 8. *ad fin.* Nisi patriæ miserandum viderint cinerem. *Horat.* l. 2. od. 1. v. 7. incedis per ignes Suppositos cineri doloso. *Lucret.* l. 4. v. 924. cinere ut multa latet obrutus ignis. *Colum.* l. 12. c. 22. Infundito cineris lixiviæ congios duos. *Horat.* l. 1. ep. 15. v. 39. Vertere omnia in fumum, et cinerem. *Id.* l. 4. od. 13. *in fi.* Dilabi in cineres. *Plin.* l. 34. c. 10. Redire in cinerem. *Stat.* 12. *Theb.* v. 82. impulsas cineri miscere Mycenas. *h. e.*

incendio absumere. *Senec. in Thebaide*, v. 113. et *Virg. in Cir.* v. 512. Date aliquid in cinerem. *eod. sensu.* ¶ Translate *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 90. Troja virum, et virtutum omnium acerba cinis. *h. e.* immaturum exitium. ¶ Sæpissime dicitur de funerum reliquiis, quæ crematis cadaveribus, in sepulcra condebantur. *the ashes of the dead*: item de ipsis defunctorum manibus. *the shades of the departed. Horat. de ar. poet.* v. 471. Minxerit in patrios cineres. *Cic. pro Quint.* c. 31. Obsecravit per fratris sui mortui cinerem. *Id. Verr.* 3. c. 44. Cur hunc dolorem cineri ejus, atque ossibus inussisti? (Adde *C. Anton. in epist.* apud *eund. Phil.* 13. c. 10.) *Phædr.* l. 3. fab. 9. v. 4. Et cedo invidiæ, dummodo absolvar cinis. *h. e.* jam mortuus. Sic *Martial.* l. 1. epigr. 1. Rari post cineres habent poetæ. *after death.* et l. 5. epigr. 13. Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit. ¶ *Cineri medicinam dare*, proverbialiter significat nimis serum alicui afferre remedium, mortuo mederi. Legitur apud *Propert.* l. 2. eleg. 11. v. 16. ubi alii pro *cineri* reponunt cum *Scalig. emeritis*, sed *Brouckhus.* alteram lectionem tuetur ex octo MSS. Simile est illud apud *Quintil.* declam. 12. c. 23. Aquas infundere in cinerem: *scilicet* cum incendium jam exstinctum est. ¶ *Cinerem quæritare* aliud proverb. apud *Plaut. Mil.* 4. 2. 10. *h. e.* rem vilem ac sordidam. ¶ Feminine (præter eos, quos adduximus) extulerunt etiam *Cæsar*, *Catulus*, et *Calvus*, quorum auctoritatem frustra *Nonius* vacillare dicit cap. 3. n. 51. ¶ In recto casu singulari *ciner* pro *cinis* agnoscitur a *Prisciano* l. 5. pag. 658. et l. 6. pag. 707. *Putsch.* sed nullo probatur exemplo. ¶ Ultima in *cinis* producitur in illo *Albinov. ad Liviam*, eleg. 1. v. 163. Miscebor cinerique cinis, atque ossibus ossa. V. *Sanguis* in fi.

CINISCŬLUS, li, m. *a small quantity of ashes*, parvus, seu paucus cinis. *Prudent. Cathemer.* 10. v. 149. Nec si cariosa vetustas Dissolverit ossa favillis, Fueritque cinisculus arens Minimi mensura pugilli.

CINNABĂRIS, is, f. *cinnabar, the ore out of which quicksilver is drawn; vermilion, a combination of quicksilver and sulphur*, κιννάβαρι, εως, τὸ, genus coloris rubri, et minio similis, diversi tamen, quo pictores utuntur. Duplex est, nativum, et factitium. *Plin.* l. 33. c. 7. Cinnabaris adulteratur sanguine caprino, aut sorbis tritis. Pretium sinceræ nummi quinquaginta. et lib. 29. c. 1. *ad fin.* Cinnabaris Indica. ¶ Dicitur etiam *cinnabari, is*, n. more Græcorum. *Plin. cit.* lib. 33. Minium quidam vocant cinnabari. Ita cum *Harduino* pleræque Editiones tum antiquæ, tum recentes. At omnium antiquissima A. 1469. habet *cinnabarim*, quod vel ex eo præferendum videtur, quia *Plin.* tum *in eod. cap.* tum alibi semper feminine usurpat. ¶ Cinnabaris Indica erat sanies draconis elisi elephantorum morientium pondere, permixto utriusque animalis sanguine, ut *Plin. eod.* l. 33. docet. V. etiam lib. 8. c. 12. Hoc tamen plerique fabulosum putant, quamvis *Solin.* confirmat c. 25. (*al.* 38.) *sub fin.*

CINNAMĔUS, a, um, *of cinnamon*, qui est ex cinnamo. *Auson. in Gripho*, seu *Edyll.* 11. v. 17. Cinnameus nidus. *Apul.* l. 5. *Metam.* Cinnamei crines. *h. e.* cinnama redolentes. et lib. 10. Cinnamei odores.

CINNAMĬNUS. V. *Cinnamominus.*

CINNAMOLŎGUS, i, κινναμολόγος, *h. e.* cinnamum colligens: a κίνναμον, cinnamum, et λέγω, colligo. Ita vocatur avis quædam in Arabia, quia cinnami surculis collectis nidificat. Eos autem nidos sagittis decutiunt indigenæ, mercis gratia. *Plin.* l. 10. c. 33. ¶ De eadem verba faciens *Solin.* c. 33. (*al.* 46.) appellat *cinnamolgon*, extrita per syncopen quarta vocali.

CINNAMOMĬNUS, a, um, κινναμώμινος, qui est ex cinnamomo. *Plin.* l. 13. c. 1. *ad fin.* Unguento cinnamomino prodigiosa pretia. Al. leg. *cinnamino.*

CINNAMŎMUM, i, n. *the cinnamon-tree; cinnamon*, κιννάμωμον, frutex Æthiopiæ Troglodytis connubio permixtæ duum cubitorum altitudine amplissimus, folio origani, cujus cortex gratissimi odoris est: lignum vero (quod *xylocinnamomum* vocant) acerbum gustui propter origani acrimoniam, quam imitatur. Quidam putant esse aroma illud, quod Anglice dicitur *canella*. [† V. *Casia.*] Plura de eo *Plin.* l. 12. c. 19. [¶ Vox etiam blandientis est; nam vetula apud *Plaut. Curcul.* 1. 2. 6. ad vinum orationem convertens, ait: Tu mihi stacte, tu cinnamomum, tu rosa.]

CINNĂMUM, *et Græca terminatione* Cinnamon, i, n. *cinnamon*, idem quod *cinnamomum*. Est enim veluti per syncopen ab eo deducta vox, et a Latinis usurpata, cum Græci κιννάμωμον tantum dicant. Plurimus ejus usus fuit in unguentis, quæ cinnamomina dicta sunt, et prodigiosa pretia habuere. *Plin.* l. 12. c. 19. Cinnamomum, idemque cinnamum, nascitur in Æthiopia. *Senec. in Œdip.* v. 117. Cinnamis silvas Arabum beatas Vidit. *Stat.* l. 4. silv. 5. v. 31. odoratisque rara Cinnama præripiet Sabæis. *Claudian. de nupt. Honor. et Mar.* v. 94. Panchaia turgent cinnama. *Lucan.* l. 10. v. 165. multumque madenti Infudere comæ, quod nondum evanuit aura, Cinnamon, externa nec perdidit aera terra. *Martial.* l. 4. epigr. 13. Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo. ¶ Dicitur avis Phœnix ex ejus surculis nidum sibi, seu rogum struere. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 399. *Stat.* l. 2. silv. 6. v. 87. et *Claudian. in I. Consul. Stilich.* l. 2. v. 420. ¶ Est et aliud, cognomento *comacum*, seu *camacum*, multum quidem a priore differens, vicina tamen gratia. *Plin. in fi.* l. 12. et lib. 13. c. 2. ¶ Sunt qui scribunt *cinamum*, et *cinamomum* unico *n*, sed minus recte. *Dausq. in Orthogr.*

CINNĂMUS, i, m. idem quod cinnamum, vel cinnami surculus. *Solin.* c. 33. (*al.* 46.) *de Phœnice.* Rogos suos struit cinnamis, quos prope Panchaiam concinnat.

CINNĀNUS, a, um, ad Cinnam pertinens. *Cinna* est nomen propr. R. L. Cornelius Cinna bello civili contra Syllam pugnavit, et a suis tandem interfectus est. V. *Florum*, *Vellei. Epitom. Liv.* l. 77. *et sequentib.* et alios. *Nepos in Attic.* c. 2. Cinnanus tumultus. et *ibid.* et *Vellei.* l. 2. c. 24. Cinnanæ partes.

[† CINNARIS. V. in *Cinaris.*]

CINNUS, i, m. *a gallimaufry or hodge-podge; a medley, or strange mixture of things*, plurium rerium commixtio, inquit *Non.* c. 1. n. 295. Hinc ita appellatum est genus quoddam potionis ex pluribus liquoribus temperatum, (ut *idem ibid.* n. 207. tradit) quod a Græcis κυκεὼν dicitur, a κυκάω, misceo. *Arnob.* l. 5. pag. 174. Sitienti adoris oggerit potionem cinnum, cyceonem quam nuncupat Græcia. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 6. Est autem quidam interjectus (*dicendi modus*) inter hos medius, et quasi temperatus; nec acumine posteriorum, nec fulmine utens superiorum, ut cinnus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps, vel utriusque, si verum quærimus, potius expers. Ita legit *Non. cit.* n. 295. *P. Victor.* et *Gruter.* Alii cum *Aldo* A. 1514. ediderunt *vicinus amborum*: sed fortasse locum *Nonii* non viderant. ¶ Præterea *cinnum* idem esse ac cincinnum, *a lock of hair, curl*, probant quidam tum ex *Gloss. Philox.* ubi *cinnus* exponitur κρώβυλος; tum ex *Plaut. Trucul.* 2. 2. 32. et *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 25. *sub fin.* ut quidem legit *Non.* c. 6. n. 13. Sed apud *Plaut.* et *Cicer. cincinnus* cum plerisque omnibus legendum est. ¶ In iisdem *Gloss.* exponitur νεῦμα, hoc est nutus: in aliis cilium, aut palpebra, ut est apud *Scalig. ad Fest.* in *Sugillatum.* Sed harum significationum desiderantur adhuc Latini Scriptoris exempla.

CINUS, i, f. arbor quædam silvestris, amica apibus. *Pallad.* l. 1. tit. 37.

CINYPHĬUS, a, um, Κινύφιος, ad Cinyphum, seu Cinypem regionem, et fluvium pertinens. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 273. Cinyphius chelydrus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 312. barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirci. *Cinyphios* appellat hircos, quia circa Cinyphum fluvium magna eorum copia, et ingentibus villis nascuntur. Sic *Martial.* l. 7. epigr. 94. Cinyphius maritus. *h. e.* hircus. *Id.* l. 8. epigr. 51. Cinyphius tonsor. *h. e.* qui tondet hircos. et lib. 14. epigr. 140. cujus lemma est *Udones Cilicii.* Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti: Cinyphio poterit planta latere sinu. ¶ *Cinyphii* etiam dicuntur *Macæ* populi Libyæ, ab eadem regione Cinyphi amnis. *Sil.* l. 3. v. 275. Cinyphii didicere Macæ: squalentia barba Ora viris, humerosque tegunt velamine capri Setigero. ¶ Circa hunc fluvium uberrima arva sunt, teste *Pomp. Mela* l. 1. c. 7. Hinc *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 25. Cinyphiæ segetis citius numerabis aristas. ¶ Ponitur etiam generatim pro Libyco, Africano. *Libyan, African. Id.* 15. *Metam.* v. 754. Numidasque rebelles, Cinyphiumque Jubam. *Claudian. de B. Gild.* v. 9. Cinyphias exercitus attigit oras. *Lucan.* l. 9. v. 787. Cinyphiæ pestes. *h. e.* serpentes Afri. *Sidon.* carm. 14. v. 5. Cinyphio Tritone truces hilaraverat artus. V. *Triton. Id.* carm. 9. v. 203. Cinyphius Ammon. ¶ Monet *Pier. ad loc. Virg. cit.* in MSS. reperiri *Cyniphius*, Κινύφιος.

CINȲPHUS, i, et Cinyps, ypis, m. Κίνυφος, et Κίνυψ, fluvius Africæ, qui oritur in desertis Libyæ, et in Mediterraneum mare inter duas Syrtes, prope Leptim, influit. A *Plinio* l. 5. c. 4. et *Pomp. Mela* l. 1. c. 7. Cinyps appellatur. Sic *Claudian.* l. 1. *in I. Consul. Stilich.* v. 251. Quos vagus humectat Cinips. ¶ *Cinyphus* vero ab aliis dicitur ex *Ptolemæo*, apud quem Κίνυφος est.

CINȲRAS, æ, m. Κινύρας, Paphi filius, Rex Assyriorum, omnium suæ ætatis formosissimus, qui quod imprudens cum Smyrna filia concubuisset, præ mœrore se ipse interfecit. Ex eo concubitu filium habuit Adonim a Venere dilectum, qui ab apro occisus est. *Hygin.* fab. 58. 242. 270. &c. ¶ Alia quoque de eo narratur fabula, quod plures filias habuerit, quæ cum Junone de pulcritudine contendere ausæ, ab ipsa in gradus templi conversæ sunt: quod innuit *Ovid. Metam.* 6. v. 98. ¶ Diversus ab hoc creditur Cinyras Rex Cypri, pater Myrrhæ, de quo *Ovid.* 10. *Metam.* v. 300. Plerique tamen cum priore confundunt.

CINYREĬUS, a, um, Κινυρήϊος, ad Cinyram pertinens. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 369. (et *Colum.* l. 10. v. 173.) Cinyreia virgo. *h. e.* Myrrha filia Cinyræ. *Id. ibid.* v. 712. Cinyreius juvenis. *h. e.* Adonis Cinyræ nepos simul et filius. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 214. Cinyreia germina. V. vocem sequent.

CINȲRĔUS, a, um, Κινύρειος, Cinyreius. *Lucan.* l. 8. v. 716. ab Idalio Cinyreæ litore Cypri. *h. e.* Cypri a Cinyra regnatæ. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 214. Coryciæque comæ, Cinyreaque germina. *h. e.* myrrha. Al. leg. *Cinyreiaque.*

CINXIA, Juno dicebatur, quod nuptiis præesset. Inito enim conjugio solvebatur cingulum, quo nova nupta erat cincta. *Festus*, et *Arnob.* l. 3. pag. 115.

CIO, is, ivi, itum, a. 4. *to move, stir, excite*, κινέω, idem quod *cieo*, hoc est moveo. *Virg. in Culice*, v. 201. bijuges oriens Erebo cit equos nox. *Colum.* l. 6. c. 5. Ea res aut cit alvum, aut movet febrem. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 86. Prius disperibit, faxo, quam unam calcem civerit. *Martial.* l. 4. *epigr. pænult.* Inde lego, Phœbumque cio, Musasque lacesso. *Lucret.* l. 1. v. 212. Terraique solum subigentes, cimus ad ortus. *h. e.* excitamus, promovemus. *Lactant. in Epit.* c. 4. Tres affectus tres furiæ sunt, quæ in animis hominum tantas perturbationes ciunt. *Al. leg.* cieunt. *Tacit. Ann.* 15. c. 33. Quos e proximis coloniis ejus rei fama civerat. *h. e.* exciverat. *Apul. in Florid.* n. 17. (*al.* l. 3. *sub fin.*) Cire voces. *h. e.* elicere, vel edere.

CIOS, et Cius, i, m. Κίος, et Κῖος, fluvius, et oppidum Bithyniæ ad Propontidem, opportunissimum olim emporium non procul accolentis Phrygiæ. *Priscian. in Perieg.* v. 775. Qua Cius egregia decurrens murmurat unda. Adde *Plin.* l. 5. c. 32. et *Pomp. Melam* l. 1. c. 19.

[* CIPPŬLUS, i, m. parvus cippus, *h. e.* columella quadrata in sepulcris cum memoria et titulo aliquo posita. *Campol. in Litholex.* Corilla cippulum curavit.]

CIPPUS, i, m. *a sharp stake, or pallisade*, valli genus ex trunco arboris: unde et *Vet. Glossar.* κορμὸν, truncum exponit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. Truncis arborum, haud admodum firmis ramis accisis, atque horum dolabratis, atque præacutis cacuminibus, perpetuæ fossæ ducebantur. Huc illi stipites demissi, et ab infimo revincti, ne revelli possent, ab ramis eminebant; quo qui intraverant, se ipsi acutissimis vallis induebant: hos cippos appellabant. ¶ Est etiam columella quadrata in sepulcris cum memoria et titulo aliquo posita. *a little square pillar placed over graves, with the name, &c. of the deceased engraved thereon; a grave-stone, tomb-stone. Horat.* l. 1. sat. 8. v. 12. Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat, heredes monumentum ne sequerentur. *Pers.* sat. 1. v. 37. non levior cippus nunc imprimit ossa? *Prudent. in Apoth.* v. 301. Decalionum devotus cippo. ¶ In re agraria est terminus ad discernendos agrorum fines constitutus. *Simplic.* apud *Goes.* pag. 88. ¶ *In Gloss. Vet.* exponitur etiam ligneum vinculum pedum: ex quo orta est Itala vox *ceppo. stocks, fetters. Aldhelmus in carm. de laudib. Virgin.* c. 25. Et suras iterum cipporum vincula claudunt. ¶ Præterea *cippum* quidam leg. apud *Tertull. de Pall.* c. 5. et putant esse ligneum anulum, quo continetur umbo togæ, ne defluat: qua de re multa ibi *Salmas.* Alii interpretantur palum jugo transverso instructum, cui vestes appenduntur. Sed hæc incerta prorsus, et sola quorundam conjectura fulta sunt.

CIPRĬUS. V. *Cyprius.*

CIRCA, *about, around*, περὶ, circum: præpositio accusativum regens, quæ dicitur tum de loco, tum de tempore. *Nepos in Alcib.* c. 10. Ligna contulerunt circa casam eam, in qua quiescebat. *Liv.* l. 28. c. 26. Custodes circa omnes portas missi. *Id.* l. 26. c. 13. Circa domos eorum ituros se, minabantur. *Cic. Verr.* 3. c. 48. Aiebat multa opus esse canibus suis, quos circa se habebat. *Sueton. in Domit.* c. 9. Omnes circa se largissime prosequutus. *h. e.* qui ei inserviebant, vel quorum familiaritate utebatur. Eadem ratione locutus est *in Cæs.* c. 27. Sic Græci dicunt οἱ περί τινος. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 4. leg. 9. Circa Principem occupatum esse. *h. e.* Principi in aliquo ministerio inservire. ¶ Dicitur etiam de tempore, et significat circiter, hoc est paulo ante, vel paulo post illud tempus, de quo sermo est, *about, somewhere about. Vellei.* l. 2. c. 92. Circa ea tempora. *Horat.* l. 4. od. 1. v. 6. Circa lustra decem. *Cels.* l. 2. c. 6. Circa septimum diem. *Liv.* l. 42. c. 57. Postero die circa eandem horam copias admovit. *Colum.* l. 5. *c. ult.* Circa lucem expergefactus. *Sueton. in Othon.* c. 11. Circa Idus Octobr. *Sueton. in Othon.* c. 11. Circa lucem expergefactus. ¶ Item de numero. *Cels.* l. 7. c. 15. Per insequentes dies circa singulas heminas aquæ emittendum. *Liv.* l. 45. c. 34. Ea fuere oppida circa septuaginta. Addunt et lib. 27. c. 42. sed hic locus varie legitur. ¶ Translate ponitur pro *de, in*, aut *super. Tacit.* l. 11. *Ann.* c. 2. Publica circa bonas artes socordia. *Id.* l. 1. *Hist.* c. 13. Circa consilium eligendi successoris in duas factiones scindebantur. *Quintil. in proœm.* l. 6. Illum alienatæ mentis errorem circa solas litteras habuit. *Sueton. in Claud.* c. 22. Circa cærimonias correxit quædam. ¶ Item pro erga, *towards. Justin.* l. 14. c. 1. Ut, quomodo circa se animati essent, cognosceret. *Scævola Dig.* lib. 31. leg. 90. *a med.* Si docerent eo animo circa patronum, cum testamentum faceret, esse cœpisse, ut, &c. ¶ Sæpe est adverbium, seu potius adhibetur sine casu more adverbii. De loco, *Liv.* l. 1. c. 4. Ex montibus, qui circa sunt. *that are in the neighbourhood. Curt.* l. 4. c. 12. Caligo, quam circa humidi effuderant montes. *Cels.* l. 5. c. 28. n. 3. Circa, qua tumor ex inflammatione est, imponenda cataplasmata. *Quintil.* l. 10. c. 7. Omnia, quæ sunt in ea, circaque, intuemur. *Nepos in Eumen.* c. 10. *in fi.* Sed non passi sunt, qui circa erant *h. e.* ejus amici, ac ministri, οἱ περὶ αὐτοῦ.

CIRCÆA, f. *the herb called night-shade*, κιρκαία, herba

strychno sativo similis, flore nigro, parvo semine, ut milii, nascente in quibusdam corniculis, radice semipedali triplici ferme, aut quadruplici, alba, odorata, gustus calidi: nascitur in apricis saxis. *Plin.* l. 27. c. 8.

CIRCÆI. V. *Circeii.*

CIRCÆUM, i, n. *the mandrake*, κίρκαιον, herba eadem, quæ mandragora. *Plin.* l. 25. *c. ult.*

CIRCÆUS, a, um, *relating to Circe; Circæan*, Κιρκαῖος, ad Circen pertinens. *Cic. in Divin. Verr.* c. 17. *ad fin.* Sed repente ex homine, tanquam aliquo Circæo poculo, factus est Verres. *Propert.* l. 2. eleg. 1. v. 53. Sed mihi Circæo pereundum gramine. *h. e.* herbis veneficis. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 328. et l. 6. v. 426. Circæi campi. *h. e.* qui sunt prope Phasim fluvium, et oppidum Circæum in Colchis, ubi Circe nata est. *Plin.* l. 6. c. 4. ¶ Circæum dorsum *Silio* lib. 7. v. 692. est collis, in quo situm est Tusculum a Telegono filio Circes conditum. ¶ Item ad oppidum Circeios pertinens. *Horat. Epod.* 1. v. 30. Circæa mœnia. *Virg.* 7. *Æn.* v. 10. Circæa terra. *Ovid. Metam.* 14 v. 248. Circæum litus. *Lucan.* l. 6. v. 287. Circæa procella. *h. e.* quæ ad Circeios promontorium fit.

CIRCANEA dicitur avis, quæ volando circuitum facit. *Fest.* ubi alii leg. *circanda.*

CIRCATOR. V. *Circitor.*

CIRCE, es, *et Latina positione* Circa, æ, f. Κίρκη, filia Solis, et Perses, seu Perseidis Nymphæ, soror Æetæ. Veneficii peritissima suis poculis exteriora hominis fertur in bestias transformasse. Sarmatarum Rege, cui nupserat, veneno sublato, Regnoque per scelus parto, cum crudelius imperaret, ab incolis pulsa in Italiam profugit, et in monte Latii in Volscis, herbarum feracissimo, qui ab illa *Circæii* est appellatus, sedem sibi delegit. Ibi Glauci amore capta est, qui a Scylla, quam deperibat, repulsus, ad Magicam Circes artem confugerat. Sed ab illo Scyllæ posthabita Rhegium se contulit, fontem, in quo se Scylla lavare consueverat, venenis infecit, et virginem in monstrum marinum commutavit. Socios item Ulyssis, quos ille duos, et viginti præmiserat, inter quos Eurylochus, Macareus, Polytes, Elpenor numerantur, in sues vertit, Eurylocho excepto, qui a Mercurio de Circes veneficiis præmonitus, et moly herba munitus fuerat. Sed illis deinde Eurylochi amore humanam speciem reddidit. Ulyssem mox hospitio suscepit, quem una cum sociis anni spatio, et ampliore apud se detinuit, eique duos filios peperit. Cum in silva quadam herbas legeret, amore Pici filii Saturni Regis Laurentium exarsit, qui uxorem habebat Canentem, seu Pomonam filiam Jani, et Veniliæ. A Pico rejecta, illum in avem immutavit, socios in varia genera ferarum. Ipsa autem inter Deas relata est, et culta. *Plin.* l. 25. c. 2. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 19. *Hygin.* fab. 125. 156. 199. *Ovid. initio* 14. *Metam.* et vers. 320. *et sequentib.* &c. *Id. ibid.* v. 390. Certior ad Circen ultor venisset Ulysses. ¶ Pro Latina positione *Circa, æ*, sint hæc loca. *Horat.* epod. 17. v. 17. Volente Circa. et *Propert.* l. 3. eleg. 10. v. 27. Et Circæ fraudes. et *Plaut. Epid.* 4. 2. 34. Hanc asserva Circam, Solis filiam. *Pier.* quoque, *Circæ* pro *Circes* legi testatur in aliquot MSS. *Virg.* 3. *Æn.* v. 386. et ad *Horatii* locum quod attinet, *Circa* ibi legitur a *Valer. Prob. in Cathol.* pag. 1446. *Putsch.* Plura hac de re *Bentlei. ad cit. loc. Horatii*, et *Brouckhus.* ad *Propert.* l. 2. eleg. 7. v. 83. ubi *Antigonæ*, non *Antigones* legi oportere contendit.

CIRCEIENSIS, se, ad Circeios pertinens. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 19. Circen quoque coloni nostri Circeienses religiose colunt. *Plin.* l. 32. c. 6. Circeiensia ostrea.

CIRCEII, iorum, m. nomen est montis, promontorii, et oppidi in Latio, juxta Pomptinas paludes, in mare Tyrrhenum excurrens: a Circe, quæ ibi habitasse dicitur. *Plin.* l. 3. c. 5. *Pompon. Mela* l. 1. c. 4. ¶ Hoc loco optima ostrea nascebantur. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 33. Ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini. Adde *Juvenal.* sat. 4. v. 140. et *Plin.* l. 32. c. 6. ¶ Reperitur etiam *Circæi, orum.* *Cic. Attic.* l. 15. ep. 10. Statim igitur mittam vel Antium, vel Circæos.

CIRCELLUS, li, m. *a small circle*, parvus circulus. *Circelli isiciati* apud *Apic.* l. 2. c. 5. sunt farcimina in circuli formam et rotunditatem efficta: cujusmodi fuisse videntur *Lucanicæ*, quibus pultes coronabant, ut est apud *Martial.* l. 23. epigr. 35. ¶ Quidam leg. *circillus.*

[* CIRCEN, inis, m. circulus, idem ac circes. *Vet. epigr. in Anthol. Latin. Burmann. Tom. II.* pag. 212. Ille ego, qui vixi bis deno circine solis.]

CIRCENSIS, se, *relating to the* Circus, ad Circum pertinens. *Circenses ludi*, et absolute *Circenses, ium, the Circensian games*, sunt omnes ludi solemnes, qui Romæ in Circo edebantur, ut quadrigarum, equorum, itemque hominum cursus, ferarum venatus, vel pugna cum damnatis reis, lucta, pugilatus, &c. *Cic. Verr.* 6. c. 15. Ludis Circensibus. *h. e.* die ludorum Circensium. *Liv.* l. 44. c. 9. Circense ludicrum. *Juvenal.* sat. 10. v. 80. duas tantum res anxius (*populus R.*) optat, Panem, et Circenses. *Sueton. in Cæs.* c. 76 Circensis pompa. *h. e.* transvectio imaginum deorum, quæ initio Circensium ludorum fiebat. *Id. in Calig.* c. 18. Edere Circenses. *Id. in Claud.* c. 21. Committere Circenses. ¶ Aliquando hi ludi extra Circum facti sunt, Circenses nihilominus appellati. Colligitur id ex *Sueton. in Aug.* c. 45. et *in Claud.* c. 21. ¶ Quidam tradiderunt, *Circenses* dictos esse non a *Circo*, sed a *circum*, et *ensis*, quia olim ederentur in ripa fluminis, ab altero latere positis gladiis, ita ut ab utraque parte præsens esset ignaviæ periculum. Ita *Serv. ad* 3. *Georg.* v. 18. *Isid.* l. 18. *Orig.* c. 27. et alii. Sed hoc vanum esse, merito censet *Voss. in Etymol.* in voce *Circus:* quemadmodum et illud, quod ab eod. *Isid. ibid.* c. 28. et *Tertull. de spectac.* c. 8. traditur *Circum*, et *Circenses* a *Circe* dictos esse, quod ea primum hujusmodi ludos Soli patri instituerit. ¶ Quod *Circenses plebeios* memorat *Plin.* l. 8. c. 42. *a med.* apparet, fuisse et patricios, scilicet hos ab Consulibus, Ædilibus curulibus, et Imperatoribus celebrari solitos in Circo maximo variis de causis, et variis anni temporibus: illos ab Ædilibus pleb. in Circo Flaminio stato die, *h. e.* a. d. XIII. cal. Novemb. institutos pro libertate plebis, exactis Regibus; aut pro ejus reconciliatione cum Patribus post secessionem in Aventinum, ut docet *Ascon. in Verr.* 2. c. 10. *ad fin.* Meminit horum *Cic. ibid.* et *Liv.* l. 23. c. 30. l. 27. c. 6. 21. et 36. l. 28. c. 10. l. 29. *in fi.* et alibi. ¶ *Circense tomentum* fiebat ex palustrium arundinum paniculis concisis, et fartis, quibus pauperiores pro culcita utebantur. *coarse flocks, or stuffing, made of chaff, or the tops of reeds chopped small, and sold in the* Circus *to the poorer sort of people to make beds of.* Ita *Martial.* l. 14. epigr. 160. Fortasse autem ideo *Circense* dictum est, inquit *Turneb.* l. 9. c. 24. quia initio Circensibus spectaculis sibi substernere solerent. *Domitius* putat ita denominatum esse a paludibus, quæ circa Circeios erant, quod ibi ingens arundinum vis, tomenti hujus ferax inveniretur. Meminit etiam *Senec. de vita beata*, c. 25.

CIRCES, circitis, m. circulus apud veteres. *Fest.* Circites, circuli ex ære facti. *hoops, or rings.* ¶ Nec tantum ex ære, sed e qualibet materia. *Sidon.* carm. 22. v. 222. Umbrat multicavus spatioso circite fornix. *Id.* carm. 15. v. 15. tegit extima limbi Circite palla pedes. *Al. leg.* limo circite, *h. e.* obliquo circuitu. ¶ Quidam tribuunt etiam *Varroni* l. 5. *L. L.* c. 2. sed invitis *Scalig. Popma*, et *Scioppio.*

CIRCILLUS. V. *Circellus.*

CIRCINATIO, onis, f. *the describing of a circle; the circumference of a circle*, κύκλωσις, actus circinandi, descriptio circuli circino facta: item ipse circulus sic descriptus. *Vitruv.* l. 9. c. 8. Circinationem circuli describere. et *ibid.* Circinationis totius sumenda est pars quintadecima. et lib. 3. c. 3. Ducere rotundam circinationem. Adde lib. 9. c. 4. ubi non semel *circinationem* appellat circulum, seu orbem, quem Planetæ cursu suo dimetiuntur: *the orbit of a planet:* et l. 10. c. 10. ubi circinatio molarum est earum circuitus et gyrus, cum in molendo versantur.

CIRCINATUS, a, um, *circular, round, orbicular*, in orbem circino deformatus. *Plin.* l. 16. c. 23. Folia circinatæ rotunditatis. *Id.* l. 18. c. 34. Circinatum tympanum.

CIRCINO, as, avi, atum, a. 1. *to make a circle, make round*, περικυκλόω, περιάγω, in orbem duco, in rotunditatem deformo, circino describo. *Plin.* l. 16. c. 38. Cetera mensarum genera, fissis arboribus, circinantur in pulpam. *Id.* l. 17. c. 12. Arbores, quæ in orbem ramos circinant. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 721. *de Mercurio volante.* et easdem circinat auras. *h. e.* in gyrum fertur, velut si circulum in aere circino describat. *flies in a circle.* Sic *Manil.* l. 1. v. 710. Utque suos arcus per nubila circinat Iris.

CIRCINUS, i, m. *an instrument with which circles are described; a pair of compasses*, διαβήτης, instrumentum, quo circuli designantur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 38. Flumen Dubis, ut circino circumductum, pæne totum oppidum cingit. *Vitruv.* l. 9. c. 8. Circino spatia dimetiri. et *ibid.* Diducere circinum. Adde *Plin.* l. 2. c. 15.

CIRCITELLUS, vel Circitillus. V. *Cesticillus.*

CIRCITER, præposit. *about, near, somewhere about*, ἐγγύς, ὡς, περί, circa, prope, ferme. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 17. A. d. VI. circiter idus Mai. *Id. Fam.* 3. ep. 5. Circiter idus Sextil. puto, me ad Iconium fore. *Liv.* l. 28. c. 1. Cum decem circiter millia ab hoste abessent. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 8. Loca hæc circiter mihi excidit. *Id. Mil.* 2. 3. 79. Fortasse circiter triennium. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 15. Dies circiter quindecim iter fecerunt. et cap. 50. Circiter meridiem exercitum reduxit. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 47. octavam circiter horam. *C. Hemina* apud *Plin.* l. 13. c. 13. Circiter in medio. [*CIRCITER*, lin. 2. *post verba Cic. Att.* l. 2. *usque ad finem dele omnia, nam rectius sic sunt digerenda.* Hæc præpositio alteri *Circa* cognata, unde producta est, quæ accusativo casui jungitur; et ad tempus, numerum, et interdum ad locum pertinet. Ad tempus, nempe *Cic. Fam.* 3. ep. 5. Circiter Idus Sextil. puto, me ad Iconium fore. *Id. Attic.* l. 2. ep. 4. Nos circiter Calendas aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 50. Circiter meridiem exercitum reduxit. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 47. Octavam circiter horam. *Varr. R. R.* l. 2. c. 11. Circiter messem hordeaceam. Ad numerum *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 15. Dies circiter quindecim iter fecerunt. *Plaut. Mil.* 2. 3. 79. Nam illic noster est fortasse circiter triennium. Ad locum *Plaut. Cistell.* 4. 2. 8. Loca hæc circiter mihi excidit. ¶ Sæpe est adverbium, seu potius adhibetur sine casu more adverbii. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 32. Circiter parte tertia celata. *Sallust. Cat.* c. 56. Circiter pars quarta. *Varr. R. R.* l. 3. c. 10. Pulli circiter duobus mensibus fiunt pingues.]

CIRCITES, vel Circitis olea enumeratur a *Colum.* l. 5. c. 8. inter varia ejus arboris genera. Est autem illa ipsa, quæ et *ibid. paulo post*, et a *Plin.* l. 15. c. 1. et *Virg.* 2. *Georg.* v. 86. appellatur *radius:* a Græco κερκίς, quod tum radium textorium, tum cacumen significat pinus, seu alni, vel potius speciem quandam alni stipite oblongo, terete, et in acutum radii instar desinente. Ob eandem enim causam olea quoque *radius* dicta est. Quare rectius fortasse *cercites* scriberetur: tametsi *circites* passim habetur etiam in antiquis libris. ¶ *Paul.* ex *Festo* docet, circites esse circulos ex ære factos.

CIRCITOR, oris, m. *one who goes round to see that all is right; a watchman*, ἀμφίπολος, περιοδευτής, qui circumit. *Auct. Priapeor.* carm. 16. Quid mecum tibi, circitor moleste? Ad me quid prohibes venire furem? *h. e.* qui hortum circuit, et custodit. ¶ Speciatim ita dicti sunt servi in familia Magistratuum aquæductibus præpositorum, quorum officium erat circuire aquæductus, et si quid vitii, aut fraudis accidisset, renuntiare, ut remedium afferri posset. *overseers of the aqueducts. Frontin. de aquæduct.* artic. 117. Utraque familia in aliquot ministeriorum species deducitur, villicos, castellarios, circitores, silicarios, &c. ¶ In militia *circitores* fuerunt, qui vigilias circuibant, *soldiers on guard*, ἔφοδοι, περίπολοι. *Veget.* l. 3. *de re milit.* c. 8. *a med.* Idoneos tribuni, et probatissimos eligunt, qui vigilias circumeant, et renuntient, si qua emerserit culpa: quos circuitores appellabant. Nunc militiæ factus est gradus, et circitores vocantur. (*Stewech.* monet, in quodam exemplari legi *circatores.*) Adde *Imp. Leon.* lib. 12. *Cod.* tit. 20. leg. 3. et *Hieronym.* ep. 61. *ad Pammach.* c. 7. item veterem Inscript. militarem in *To.* 2. *dissertat. Certonens.* ubi pænultima producitur illo versu tanquam synæresis fiat a *circuitor:* Circitor morior, præmia parva, senex. ¶ Præterea sic appellantur, qui circumferunt merces vendibiles, *venders, retailers. Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. 3. leg. 5. Sed etiam eos institores dicendos placuit, quibus vestiarii, vel lintearii dant vestem circumferendam, et distrahendam, quos vulgo circitores appellamus. Al. leg. *circuitores.* ¶ Legitur etiam *circitor* in *Inscript.* apud *Reines.* class. 20. n. 424. sed utrum ad militares, an institorios pertineat, incertum. Apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 53. *Burm.* habetur etiam *circumitor.*

CIRCITORIUS, a, um, ad circitorem pertinens, ut *Circitoria dignitas* in militia. *Imp. Constantin.* lib. 7. *Cod. Theodos.* tit. 22. leg. 2.

CIRCIUS, ii, m. ventus peculiaris Galliæ Narbonensis ceterorum clarissimus, nec ullo violentia inferior, Ostiam plerumque recta Ligustico mari perferens: idem non modo in reliquis partibus cæli ignotus, sed ne Viennam quidem, ejusdem provinciæ urbem attingens, paucis ante limitibus jugi modici occursu tantus ille ventorum coercetur. Hæc *Plin.* l. 2. c. 47. cui similia habent *Senec.* l. 5. *quæst. nat.* c. 17. et *Phavorin.* apud *Gell.* l. 2. c. 22. qui addit ita dictum sibi videri a turbine, et vertigine, qua fertur: nempe a *circum:* quod et *Non.* docet cap. 1. n. 251. Alii tamen Gallicam vocem putant. Neutrum probat *Salmas. in Exercitat. Plin.* quod *Cercius* a *Catone* dictus sit, teste *Gell. loc. cit.* et a Græcis Κερκίας: itaque esse Siculam vocem, auctore *Theophrasto de ventis:* ex quo etiam fieri, ut non sit Galliæ Narbonensis proprius, sed unus ex principalibus, et toti terræ communis. V. ibi plura pag. 1258. et *Isid. Vossium ad Pompon. Melam.* l. 2. c. 5. *Salmusii* opiniones refutantem. ¶ Tanto impetu spirare solet, ut ædificia quasset, et tecta aliquando auferat. *Senec. loc. cit.* et *Plin.* l. 17. c. 2. *in fi.* ¶ Spirat inter Argesten, et Thrasciam, ut est apud *Vitruv.* l. 1. c. 6. hoc est inter Occidentem æstivum, et Septentrionem, diciturque a Gallis *nord-ouest*, vel *nord-ouest-nord*, ab Anglis *the North-west wind.* [V. *Thrascias* in *Appendice.*]

CIRCO, as, avi, atum, a. 1. *to go round*, περιοδεύω, circumeo. Legitur in *Veteribus Glossis*, et apud *Propert.* l. 4. eleg. 9. v. 35. Fontis egens erro, circoque sonantia lymphis. Et *Tibull.* l. 1. eleg. 3. v. 77. Tantalus est illic, et circat stagna. Ita enim *Scalig.* et ex eo *Brouckhusius*, qui eam usum confirmat auctoritate *Servii ad Æn.* 10. v. 885. In lævam partem ideo circabat, ut &c. et *Ammiani* qui lib. 31. c. 2. (*al.* 7.) verbo *circumcirco, as*, usus est. Apud *Propert.* alii *circaque*, apud *Tibull. circum*, apud *Serv.* alii *circumibat* legunt: nec *Ammiani* locus suspicione caret.

CIRCOS, i, κίρκος, gemma est colore similis accipitri. *Plin.* l. 37. c. 10. Ceritis ceræ similis est, circos accipitri. Ita *Harduin.* Alii leg. *circos pyris.* ¶ Item genus accipitris apud *eund.* l. 10. c. 8. ubi tamen *Harduin.* contendit, *ægithum* non *circon* legendum esse.

CIRCUEO. V. *Circumeo.*

CIRCUITIO, onis, f. *the act of going round; circuition; a circuit*, περίοδος, actus circumeundi, circuitus. *Liv.* l. 3. c. 6. *in fi.* Munus vigiliarum Senatores per se ipsi obibant: circuitio, ac cura Ædilium plebis erat. ¶ Item locus per quem circuiri potest. *Vitruv.* l. 6. c. 6. Duo triclinia cum circuitionibus. *Id.* l. 10. c. 19. Cum haberent singula tabu-

Ita circuitionem cubitorum ternum. ¶ Translate *circuitio* *eloquium* est, cum pluribus verbis aliquid explicatur, quod paucioribus poterat, *a circumlocution, circuitous mode of expression*, περίφρασις. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 32. Circuitio est oratio rem simplicem assumptam circumscribens elocutione. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 17. Epicurus circuitione quadam deos tolit. et cap. 61. *ad fin.* Quid opus est circuitione et anfractu *Terent. Andr.* 1. 2. 31. Ita aperte ipsam rem modo locutus, nihil circuitione usus es. ¶ Legitur et *circumitio*. *Ammian.* l. 24. c. 2. (*al.* 4.) Munimentum fluminis circumitione vallatum.

CIRCUITOR, oris, m. qui circuit. Legitur *in fragment. Tragur. Petronii*, cap. 53. *Burm.* pro eo, qui fundum circuit, et custodit. Alii autem legunt *circumitor*, alii *circitor*, V. *Circitor.*

CIRCUITUS, us, m. *a going round; a circuit, revolution*, περίοδος, circuitio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 19. Circuitus solis conversionem conficiunt annuam. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 41. Millium amplius quadraginta circuitu, locis apertis exercitum ducere. *h. e.* circumeundo millia passuum quadraginta. *Cels.* l. 3. c. 5. Tertianarum febrium certus est circuitus. *a definite period. Seren. Sammon. comp.* 95. Circuitibus febrium vexari. ¶ Dicitur etiam de loco, qui circumitur, *a circuit, circular piece of ground. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 83. Collis, quem, propter magnitudinem circuitus, opere complecti non poterant. *Id.* 3. *B. Civ.* c. 44. Illi operibus vincebant, quod interiore spatio minorem circuitum habebant. *Id.* l. 2. *B. Gall.* c. 29. Oppidum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes habens. *round about.* et cap. 30. Vallum pedum duodecim, in circuitu XV millium. *fifteen miles in circumference. Plin.* l. 4. c. 12. Circuitu patet insula CXII. M. D. passus. *In lib. de auspic.* apud *Gell.* l. 13. c. 14. Pomœrium est locus per totius Urbis circuitum pone muros, &c. *Sueton. in vita Horatii.* Circuitus voluminis. *the compass.* ¶ Translate *Quintil.* l. 5. c. 7. Nec statim debet de eo, quod in judicium venit, rogare, sed aliquo circuitu ad id pervenire. *in a circuitous way. Petron. in Satyr.* c. 13. Negavi circuitu agendum, sed plane jure civili dimicandum. *Martial.* l. 11. epigr. 16. Loqui aliquid per circuitus. *Cic. in Orat.* c. 23. Circuitus, conglutinatioque verborum. et cap. 61. Circuitus ille orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus. *a period. Id.* 3. *de Orat.* cap. 51. Circuitum, et quasi orbem verborum conficere. ¶ Circuitum mundi *Plin.* l. 9. c. 35. vocat suam terrarum descriptionem, quam prioribus Historiæ naturalis libris exsequitur. ¶ In quibusdam libb. legitur *circumitus*. V. *Circumeo.*

CIRCUĬTUS, a, um, *gone round, encompassed round, surrounded*, particip. a circumeo, vel circueo, περιαχθείς. *Cic. in fragment. pro C. Cornel.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 830. *Putsch.* Circuitis rostris ejicerentur lapidibus homines. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 25. Circuitis hostium castris. *Liv.* l. 36. c. 16. Lacedæmonios quondam ita a Persis circuitos fama erat. et lib. 37. c. 42. Subsidia circuita a tergo cædebantur. Adde *Sueton. in Aug.* c. 98. et *Senec. in Med.* v. 98. ¶ In quibusdam libb. legitur et *circumitus*, præsertim apud *Liv.* V. *Circumeo.*

CIRCŬLANS. V. *Circulor.*

CIRCULĀRIS, re, adject. *circular, orbicular*, κυκλικὸς, κύκλιος, circulo similis, rotundus. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 190. Lineares ductus, circulares flexus. Adde lib. 8. pag. 274.

CIRCULĀTIM, *circularly*, κύκλῳ, κυκλόσε, circulando. *Sueton. in Cæs.* c. 84. *in fi.* In summo publico luctu exterarum gentium multitudo circulatim suo quæque more lamentata est. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 29. Pectori circulatim cerotaria apponere.

CIRCULATĬO, onis, f. *the act of going round; a planet's orbit*, circulandi actus, ambitus, κύκλωμα. *Vitruv.* l. 9. c. 4. Mercurii stella ita pervolitat, ut trecentesimo, et sexagesimo die per signorum spatia currens perveniat ad id signum, ex quo priore circulatione cœpit facere cursum.

CIRCULĀTOR, oris, m. *a hawker, stroller, mountebank, quack*, ἀγύρτης, περιοδευτής, homo circumforaneus, qui congregata multitudine in foro, et per vicos varia medicamenta proponit, et præstigiis, saltationibus, cantu, aliisque hujusmodi ludicris plebem detinet, et oblectat, lucri causa. *Cels.* l. 5. c. 27. n. 3. Si colubra stupente (quod per quædam medicamenta circulatores faciunt) in os digitum quis indidit. *Paul. Dig.* lib. 47. tit. 11. *leg. ult.* Circulatores, qui serpentes circumferunt, et proponunt. Adde *Senec.* l. 6. *de Benefic.* c. 11. et epist. 29. ubi circulatores appellat circumforaneos, et vagos philosophos, qui philosophiam honestius neglexissent, quam vendunt. ¶ *Circulator auctionum* dici videtur ab *Asin. Poll. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 32. qui omnes auctiones obit, qui in omnibus auctionibus præsto est. Al. tamen leg. *actionum*, alii aliter.

CIRCULATORĬUS, a, um, ἀγυρτικός, ad circulatorem spectans. *Quintil.* l. 2. c. 4. Extemporalis garrulitas circulatoriæ vere jactationis est. *Tertull. in Apolog.* c. 23. Circulatoriæ præstigiæ.

CIRCULĀTRIX, icis, fem. a circulator. *Martial.* l. 10. epigr. 3. Fœda linguæ probra circulatricis. Adde *Auct. Priap.* carm. 18.

CIRCULATUS, a, um, *moving circularly*, in gyrum actus. *Cæl. Aurelian. Chronic.* l. 1. c. 1. Circulatus gressus vertiginem ingerit ægrotanti. et *paulo post.* Circulatus ductus. Adde *Petron. in fragm. Tragur.* c. 67. *Burman.* ubi al. leg. *circumlatus*, alii *circulatim.*

CIRCŬLO, as, avi, atum, *to make circular, or round*, κυκλόω, in circulum efformo. *Apul. in Apolog.* Posses videri pro computationis gestu errasse; quos circulare debueris digitos, aperuisse. *Id. in Florid.* n. 9. (*al.* l. 2.) Ipse ejus anuli et orbiculum circulaverat, et palam clauserat.

CIRCŬLOR, aris, dep. 1. circulos facere, in circulum cogi homines colloquendi gratia. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 64. Totis vero castris milites circulari, et dolere, hostem ex manibus dimitti. *met in companies; ran to and fro. Cic. in Bruto*, c. 54. Videt oscitantem judicem, loquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem; mittentem ad horas, &c. ¶ De circulatoribus, qui turbam circa se colligunt, quam adloquantur. *to hawk about, or stroll, as pedlars, mountebanks*, &c. *do.* Huc respicit *Senec.* ep. 52. Eligamus non eos, qui verba magna celeritate præcipitant, et communes locos volvunt, et in privato circulantur. et ep. 40. Sic itaque habe, istam vim dicendi rapidam atque abundantem aptiorem esse circulanti, quam agenti rem magnam, ac seriam. ¶ Pro circumire, vagari. *to go round, wander about. Id.* ep. 88. Appion Grammaticus, qui sub C. Cæsare tota circulatus est Græcia. Ita *Lips.* in optimo suo libro: alii *circumlatus.* h. e. quasi manibus gestatus, et ut publica quædam pompa, ut *Idem Lips.* exponit.

CIRCŬLUS, i, m. *a circle; any thing circular*, κύκλος, figura plana ex linea in orbem ducta, rotundus ambitus, gyrus, orbis: a *Circus* diminutive. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 18. Cum duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus, ex planis circulus, aut orbis. *Plin.* l. 14. c. 21. Vinum ligneis vasis condere, circulisque cingere. *to fasten with hoops. Id.* l. 16. c. 18. Arbor circulis flexilis. *pliant, and good to make hoops of. Id.* lib. 37. cap. 10. Gemma pallida, ambiente circulo aurei coloris. *Cels.* l. 7. c. 25. appellat circulum glandis, quem Anatomici nunc *glandis coronam* vocant. *Tertull. de habitu muliebri*, c. 2. Circuli ex auro, quibus brachia artantur, *bracelets.* ¶ Est etiam genus edulii ex farina mixta caseo (vel alia conditura) et aqua macerata, atque in modum circuli efformata, *a sort of round cake; a simnel, cracknel*, κύκλος. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 22. Hinc *Vopisc. in Tacit.* c. 6. Quos ad consulatus dandos dulcia, et circuli, et quæcumque voluptas puerilis invitet. ¶ In Cælo circuli dicuntur zonæ, seu orbes, quos Astrologi constituunt ad certos cælorum fines describendos, et siderum motus explicandos. *circular lines, or belts. Varr.* l. 8. *L. L.* c. 18. Circulus æquinoctialis, solstitialis, et septentrionalis. *Cic. in somn. Scip.* c. 3. Stellæ circulos suos, orbesque conficiunt celeritate mirabili. *Plin.* l. 18. c. 29. Circulus lacteus. *the milky way.* ¶ In illo *Martial.* l. 14. epigr. 138. Nobilius villosa tegant tibi lintea citrum: Orbibus in nostris circulus esse potest: *Turneb.* l. 9. *adversar.* c. 24. circulum exponit rotundam maculam, quam nonnunquam in mensa relinquunt repositoria, paropsides, et alia vasa, quæ in ea reponi solent. ¶ Translate significat cœtum hominum in orbem collectorum colloquendi gratia. *an assembly or company of men met together in a circle. Cic. Attic.* l. 2. ep. 18. Sermo in circulis, et conviviis est liberior. *Nepos in Epamin.* c. 3. Cum in circulum venisset, in quo aut de Republica disputaretur, aut de philosophia sermo haberetur. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 34. *in fin.* Quemcumque patremfamilias eripuissetis ex aliquo circulo. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 4. Subducere se de circulo. *Plin.* l. 36. c. 5. Proponere imaginem circulis ridentium. *Martial.* l. 2. epigr. 86. Scribere carmina circulis. *h. e.* otiosæ plebeiorum hominum coronæ. *Id.* l. 10. epigr. 62. Coronari circulo majore. *h. e.* cingi majore cœtu auditorum, aut spectatorum. *Caius* lib. 2. *Instit.* tit. 2. *a med.* Si ita in testamento servorum manumissio adscripta fuerit, id est in circulo, ut qui primus, qui posterior nominatus sit, non possit agnosci, &c. ¶ *Circlus* per syncopen. *Virg.* 3. *Georg.* v. 166. laxos tenui de vimine circlos.

CIRCUM, *around, about, round about*, περὶ, ἀμφὶ, præpositio idem significans quod circa, et eodem modo usurpanda. Fere refertur ad locum. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. Ubi ex ea turri, quæ circum essent, opera tueri se posse confisi sunt. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 14. Idoneus sumendus locus cochleariis, quem totum circum aqua claudas. *Id.* l. 6. *L. L.* c. 3. Ambiegna bos, quam circum aliæ hostiæ constituuntur. *Virg.* 4. *Æn.* v. 416. Anna, vides, toto properari litore circum. *Gell.* l. 14. c. 2. Causæ circum undique distrahentes. *Cic.* 4. *Acad.* c. 39. Terra circum axem se summa celeritate convertit. *Id. Attic.* l. 8. ep. 9. Volo circum villulas nostras errare. *Id. pro Quint.* c. 6. Pueros circum amicos dimittit. *h. e.* ad amicos qui circa sunt. *Id. Verr.* 4. c. 70. Prætorem circum omnia fora sectari. *Id.* 3. *Attic.* ep. 17. Circum hæc loca commorari. ¶ Aliquando etiam ad personas. *Id.* l. 9. *Attic.* ep. 9. *ad fin.* Et eos, qui circum illum sunt, omnia postulantes, et bellum nefarium times. οἱ περὶ αὐτόν. *those about his person; his attendants.* V. *Circa.* Sic *Terent. Eun.* 3. 5. 33. Paucæ, quæ circum illam essent, manent. *h. e.* quæ ei præsto essent ad ministeria. ¶ *Charis.* l. 2. pag. 207. *Putsch.* tale statuit discrimen inter *circum*, et *circa*, quod illud referatur ad locum, hoc ad tempus: et si aliter inveniatur, licentia dictum videri. Hoc tamen non usquequaque verum est. Nam *circa* refertur non raro etiam ad locum. V. [*CIRCUM*, lin. 3. *a verbo Cæs. usque ad fin. omnia delenda, et sic melius disponenda:* *Cic. Attic.* l. 8. ep. 9. Volo circum villulas nostras errare. *Id. Verr.* 4. c. 7. Prætorem circum omnia fora sectari. *Id.* 3. *Attic.* ep. 17. Circum hæc loca commorari. *Id.* 4. *Acad.* c. 39. Terra circum axem se summa celeritate convertit. *Virgil.* 1. *Æn.* v. 60. Illi indignantes magno cum murmure montis Circum claustra fremunt. *Id.* 1. *Æn.* v. 36. Maria omnia circum errare. ¶ Aliquando etiam ad personas. *Cic.* l. 9. *Attic.* ep. 9. *ad fin.* Et eos qui circum illum sunt, omnia postulantes, et bellum nefarium times, οἱ περὶ αὐτόν. V. *Circa.* Sic *Terent. Eun.* 3. 5. 33. Paucæ, quæ circum illam sunt, manent. *h. e.* quæ ei præsto sunt ad ministeria. ¶ Significat etiam quoquoversus. *Varr. R. R.* l. 3. c. 10. Singulis anseribus, ubi pariant, faciundum haras quadratas circum binos pedes et semipedem. ¶ *Charis.* l. 2. pag. 207. *Putsch.* tale statuit discrimen inter *circum* et *circa*, quod illud referatur ad locum, hoc ad tempus; et si aliter inveniatur, licentia dictum videri. Hoc tamen non usquequaque verum est. Nam *circa* refertur non raro etiam ad locum. ¶ Nonnumquam adhibetur sine casu more adverbii. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. Ubi ex ea turri, quæ circum essent, opera tueri se posse confisi sunt. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 14. Idoneus sumendus locus cochleariis, quem totum circum aqua claudas. *Virg.* 4. *Æn.* v. 416. Anna, vides toto properari litore circum. *Gell.* l. 14. c. 2. Causæ circum undique distrahentes. *Tacit. annal.* l. 4. c. 74. Aram Amicitiæ, effigiesque circum Cæsaris ac Sejani censuerunt.]

CIRCUMACTĬO, onis, f. *a driving or turning round*, περιαγωγή, actus circumagendi, conversio. *Vitruv. in fi.* l. 9. Sol rediens circumactione ad Capricornum. ¶ Translate *Gell.* l. 17. c. 20. Enthymema brevibus, et rotundis numeris cum quadam æquabili circumactione devinctum. *h. e.* circuitu verborum.

CIRCUMACTUS, us, m. περιαγωγή, idem quod circumactio. *Senec.* l. 7. *quæst. natur.* c. 2. Assiduus cæli circumactus. *Plin.* l. 28. c. 9. Axibus vehiculorum perungendis ad faciliorem circumactum rotarum. *Id.* l. 8. c. 50. Cum circumactum (*corporis*) angustiæ non caperent. *the turning round of the body.* V. *Reciprocatio. Id. ibid.* c. 31. Hyæna flecti, nisi circumactu totius corporis, nequit. *Censorin. de die nat.* c. 23. Dies civilis est tempus, quod fit uno cæli circumactu. *circuit, revolution.*

CIRCUMACTUS, a, um, *turned or driven round*, περιαχθείς, circum versus, conversus. *Plin.* l. 9. c. 33. Longus, lunatus, in orbem circumactus. *Id.* l. 15. c. 14. Orbis circumactus in rotunditatem. *Id.* l. 11. cap. 37. sect. 55. *Hard.* Non obliquis oculis, sed circumacto capite cernere. *Plin. alter* lib. 6. ep. 16. Circumactis, curvatisque litoribus mare infunditur. ¶ Item transactus, *past, gone by. Liv.* l. 6. c. 1. Anno circumacto. *Plin.* l. 7. c. 16. Circumacto triennio.

CIRCUMADNITENS, entis, particip. *Sallust. in fragm.* l. 4. *histor. in epist. Mithrid. ad Arsac.* Apud Cizycum magno cum exercitu in obsidione moranti frumentum defuit, nullo circumadnitente. *h. e.* nullo eorum, qui circa erant, simul mecum adnitente, et opem conferente. *none of those, who were about, lending me their aid.*

CIRCUMADDO, is, a. 3. Quidam leg. apud *Caton. de R. R.* c. 114. Duas partes terræ circumaddito: sed pleræque Edition. hab. *circumdato.*

CIRCUMAGGERĀTUS, a, um, terra circum aggesta opertus. *Plin.* l. 19. c. 5. Terra minuta, fimoque circumaggeratæ radices.

CIRCUMAGGĔRO, as, a. 1. *to heap up all round about*, περιχωννύω, aggerare in circuitu. *Colum.* l. 5. c. 12. Stercoratam terram circumaggerato.

CIRCUMAGO, is, egi, actum, *to drive or turn round*, περιάγω, περιστρέφω, circum verto, converto. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. Junctis bubus tauro, et vacca, interiore aratro circumagebant fulcum. *Liv.* l. 1. c. 14. *ad fin.* Circumagere frenis equos. *to wheel about. Tacit.* 4. *Hist.* c. 29. Unde clamor acciderat, circumagere corpora, tendere arcus. *Id.* 3. *Hist.* c. 73. Huc illuc clamoribus hostium circumagi. *Sueton. in Ner.* c. 31. Perpetuo diebus, ac noctibus, vice mundi circumagi. *Gell.* l. 17. c. 8. Circumagere manum per omnem partem. *Id.* l. 3. c. 3. Circumagere molas. *Plin.* l. 11. c. 47. Circumagere collum in aversum. *h. e.* retro, et in tergum vertere. *Id.* l. 16. c. 34. Circumagere in orbem. *Id. ibid.* c. 41. Circumagere se. *to turn round. Id.* l. 6. c. 31. Inde primum circumagente se terrarum fronte in occasum, ac mare Atlanticum. *h. e.* flectente se, et vertente in occasum. ¶ *Circumagi* aliquando est circumire, obire locum aliquem. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 16. nil opus est, te Circumagi: quendam volo visere non tibi notum. ¶ *Circumagere legiones* apud *Flor.* l. 3. c. 21. est revocare, reducere. *to recall.* ¶ Aliquando significat cingere, circumdare, *to encompass, surround. Lactant.* l. 1. c. 14. Fratrem Saturnum, atque Opem comprehendit, eosque muro circumegit, et custodiam his apposuit.

¶ Translate *Juvenal.* sat. 9. v. 81. Quo te circumagas? quæ prima aut ultima ponas? *h. e.* quo te vertas, quo confugias. *Flor.* l. 2. c. 2. Hic paululum circumacta fortuna est. *h. e.* mutavit, *hath altered her aspect.* *Plin.* l. 4. ep. 24. Cum videamus, tot varietates tam volubili orbe circumagi. *so many changes revolving.* *Id.* l. 26. c. 3. Universum prope humanum genus circumegit in se. *h. e.* convertit, et in sui admirationem traxit. *Sueton. in Cæs.* c. 70. Decumanos cum ingentibus minis, summoque etiam Urbis periculo missionem et præmia flagitantes, una voce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit, et flexit, ut &c. *h. e.* vertit, et consilium mutare coegit. *succeeded in altering their opinion.* *Senec.* ep. 8. Philosophiæ servias oportet, ut tibi contingat vera libertas: non differtur in diem, qui se illi subjecit: statim circumagitur. *h. e.* in libertatem asseritur, manumittitur: ducta translatione a Romanorum ritu, quo quos manumittebant, manu capiti imposita, in orbem vertebant: V. *Pers.* sat. 5. v. 76. et 78. ¶ Eleganter *circumagi* dicitur *annus, tempus,* quia siderum conversione fluit, et præterit. *Liv.* l. 24. c. 8. Nobis in apparatu ipso, ac tantum inchoantibus res, annus circumagitur. *a whole year is passing away.* *Id.* l. 9. c. 18. *ad fin.* In ipso conatu rerum circumegit se annus. et cap. 33. Circumactis decem et octo mensibus. Adde cap. 22. ¶ Apud *Plin.* l. 23. c. 5. *Circumagere stomachum, vesicam,* est turbare, miscere, *to derange, disorder.*

CIRCUMAMBŬLO, as, n. 1. *to walk round,* περιέρχομαι, in circuitu ambulo. *Paul. Dig.* lib. 41. tit. 2. leg. 3. Omnes glebas circumambulare.

CIRCUMAMICTUS, a, um, *invested on all sides,* circum vestitus, circumdatus. Translate *Petron. in Satyr.* c. 100. Quasi somnio quodam turbulento circumamictus. Ubi *Georg. Erhardus:* Scioppius hoc verbum, ut minus Latinum, Critico notavit obelo: satis pro imperio barbarus Potitius. *Cuper.* suspicatur *circumactus* legi oportere.

CIRCUMAPERĬO, is, a. 4. *to open around.* *Cels. in fi.* l. 6. Ubi scabri ungues sunt, circumaperiri debent. Al. leg. divisim *circum aperiri.*

CIRCUMĀRENS, entis, *dry all around.* *Ammian.* l. 20. c. 6. (*al.* 14.) Cunctis circumarentibus locis. Al. leg. *circum arentibus* divisim.

CIRCUMĂRO, as, a. 1. *to plough round,* περιαρόω, arando circumdo. *Liv.* l. 2. c. 10. Agri, quantum uno die circumaravit, datum. Adde *Plin.* l. 18. cap. 3.

CIRCUMASPICĬO, is, a. 3. *to look around,* περιβλέπω, circumspicio. *Plin.* l. 8. c. 33. Nec pupillæ motu, sed totius oculi versatione circumaspicit. Ita Edition. Veteres A. 1469. 1470. et 1472. item Aldina 1536. Aliæ cum *Harduino* circumspicit.

CIRCUMCÆSŪRA, æ, f. *the edge or border of any thing,* περικοπή, περιγραφή, extremitas cujuscumque rei, extima superficies, qua res ambiuntur. *Lucret.* Græcam περικοπὴν exprimere volens, hac voce usus est l. 3. v. 220. Extima membrorum circumcæsura tamen se Incolumem præstat. Adde l. 4. v. 651. ubi tamen quidam leg. *circumtextura* eodem sensu. Sic *Arnob.* l. 3. pag. 107. Deos filo adterminatis humano, et terrenorum corporum circumcæsura finitis.

CIRCUMCÆSUS, a, um, *cut all round,* ἀμφίτομος, circum sectus. *Lucret.* l. 3. v. 404. Quamvis est circumcæsis lacer undique membris.

CIRCUMCALCO, et Circumculco, as, a. 1. *to tread or trample all around,* περικαταπατέω. *Colum.* l. 5. c. 6. Radices oblitas fimo bubulo scrobiculis deponi ac diligenter circumculcari. *h. e.* terra calcata obrui. et *post.* Circumculcemus ipsum seminis codicem. Vetus Editio A. 1472. apud *Jenson* habet utroque loco *circumcalco.*

CIRCUMCELLĬO, onis, m. *a vagrant, vagabond.* *Circumcelliones* dicti sunt homines monachorum habitu, qui circum cellas vagabantur non habentes stabilem sedem. Item hæretici quidam, insano amore martyrii se ipsos perimentes. *Augustin. in Psalm.* 132. et epist. 169. et 255. c. 14. *Hieronym.* ep. 22. c. 15. et *Isidor.* l. 8. *Orig.* c. 5. ¶ Dicti sunt etiam *Circelliones,* teste eodem *August. cit. Psalm.* 132.

CIRCUMCIDANĔUS, a, um, adject. *Mustum tortivum circumcidaneum* appellat *Cato R. R.* c. 23. quod alii *tortivum* solummodo vocant, nempe illud, quod circumcisis vinaceis profluxerit, ut est apud *Plin.* l. 14. c. 19. hoc est quod post primam pressuram vinaceorum circumciso pede exprimitur, ut loquitur *Colum.* l. 12. c. 36. uno verbo mustum novissime expressum, ut ait *Plin.* l. 14. c. 20. *sub fin.* ¶ Apud *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 54. dicitur mustum *circumcisitium* ab eadem circumcidendi causa. Cum desiit sub prelo fluere, inquit *Varr. ibid.* quidam circumcidunt extrema, et rursus premunt; et rursus cum expressum, circumcisitium appellant. Al. leg. *circumcisivum.*

CIRCUMCĪDO, is, idi, isum, a. 3. *to cut or pare about; to cut around,* περικόπτω, περιτέμνω, circum, seu per circulum incido. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 41. Gladiis cæspitem circumcidere. *Cels.* l. 7. c. 26. n. 2. ungues. *Plin.* l. 25. c. 5. *in fi.* vulnus. [† *Cic. de Fin.* 5. 39. Ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet. *to prune.*] *Tacit.* l. 5. *Hist.* c. 5. *de Judæis.* genitalia. *Petron. in Satyr.* c. 102. Circumcide nos, ut Judæi videamur. *to circumcise.* ¶ Translate est demere, resecare, superfluum removere. *to take away, cut short, abridge, withdraw.* *Cic.* 4. *Acad.* c. 45. Testatur Chrysippus tres solas esse sententias, quæ defendi possint: circumcidit, et amputat multitudinem. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. 13. Sapiens solum, amputata circumcisaque inanitate omni, et errore, naturæ finibus contentus. *Quintil.* l. 10. c. 2. *in fi.* Qui vero suppleat quæ deerant, circumcidat si quid redundabit, is erit perfectus orator. *Liv.* l. 32. c. 27. Sumptus, quos in cultum prætorum socii facere soliti erant, circumcisi, aut sublati. *Phædr.* l. 4. fab. 19. v. 25. Circumcidere omnem impensam funeris. *Senec. de tranquill. anim.* c. 12. Circumcidenda est concursatio, qualis est magnæ parti hominum, domos, et theatra, et fora pererrantium. *Cels.* l. 4. *c. ult.* Delectationis causa ambulare, circumcisa omni negotiosa actione. *Id. ibid.* c. 20. Ubi ad se rediit, circumcidendum vinum est in totum annum. *h. e.* usus vini toto anno removendus. Sic l. 6. c. 9. In dentium dolore vinum ex toto circumcidendum est.

CIRCUMCINGENS, entis, *surrounding,* circumdans. *Cels.* l. 7. c. 15. Circumcingente quadam remora. *Sil.* l. 10. v. 2. Ceu fera, quæ telis circumcingentibus, ultro Adsilit in ferrum.

CIRCUMCIRCA, *all round-about, in every direction,* ἀμφὶ, περὶ, idem quod *circa,* vel aliquid etiam amplius significans. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 5. Cœpi regiones circumcirca prospicere. *Plaut. Aulul.* 3. 4. 8. Occœpit ibi scalpturire ungulis circumcirca. *Auct. B. Hispan.* c. 41. Nam circumcirca rivus nusquam reperiebatur.

CIRCUMCIRCO, as, a. 1. *to go round,* circumeo. *Ammian.* l. 31. c. 2. (*al.* 7.) Eumque ut Martem, regionum, quas circumcircant, præsulem colunt.

CIRCUMCĪSE, *concisely, briefly, in a few words,* ἀποτόμως, συντόμως, breviter, paucis verbis, circumcidendo superflua. *Quintil.* l. 8. c. 3. *sub fin.* Huic subjacet virtus non solum aperte ponendi rem ante oculos, sed circumcise atque velociter. *Sueton. de clar. Rhetorib.* c. *ult.* Declamabat modo splendide, atque adornate, tum circumcise, ac sordide, et tantummodo trivialibus verbis.

CIRCUMCISĬO, onis, f. *a cutting round; circumcision,* περικοπή, περιτομή, actus circumcidendi. *Lactant.* l. 4. c. 17. Secundam circumcisionem futuram esse dixit non carnis, sicut fuit prima, qua etiam nunc Judæi utuntur; sed cordis, ac spiritus. Adde *Tertull. advers. Jud.* c. 2. et 3.

CIRCUMCISITĬUS. V. in *Circumcidaneus.*

CIRCUMCISORĬUM, ii, n. *a sort of lancet,* instrumentum chirurgicum ad circum secandum. *Veget.* l. 1. *rei Veterin.* c. 26. Circumcisorium inferre inter unguem, et solum.

CIRCUMCISŪRA, æ, f. *a cutting round; a circular incision,* περιτομή, περικοπή, incisio in orbem facta. *Plin.* l. 16. c. 40. *ad fin.* Arbores stantes a circumcisura siccatæ, fideliores.

CIRCUMCĪSUS, a, um, adject. *cut round,* circumsectus, περικοφθεὶς, ἀμφίτομος. *Plin.* lib. 16. c. 39. Circumcisas ad medullam arbores aliqui non inutiliter relinquunt, ut omnis humor stantibus effluat. *Cels.* l. 7. c. 25. In eo, qui circumcisus est, sub circulo glandis scalpello diducenda cutis ab interiore cole est. *circumcised.* περιτετμημένος. ¶ Item abscissus, præruptus, *cut off as it were from being accessible; difficult of access, craggy, steep.* *Cic. Verr.* 6. c. 48. Enna est loco præcelso, atque edito: quo in summo est æquata agri planities: tota vero ab omni aditu circumcisa, atque dirempta est. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 36. Collis ex omni parte circumcisus. ¶ Translate est concisus, brevis, amputatis superfluis. *concise, brief, abridged.* *Plin.* l. 2. ep. 12. Λειτούργιον illud nescio an satis circumcisum, tamen et abrasum est. *Id.* l. 1. ep. 20. Orationes circumcisæ et breves. *Id.* l. 3. ep. 7. Quid enim tam circumcisum, tam breve, quam hominis vita longissima? ¶ *Circumcisus militibus* apud *Auct. Paneg. ad Constantin. Aug.* c. 3. idem est, ac militibus adverso prœlio spoliatus.

CIRCUMCLAMĀTUS, a, um, adject. *filled on all sides with noise,* *Sidon.* carm. 2. v. 506. Abydenique sinus, et Sestias ora Hellespontiacis circumclamata procellis. *h. e.* clamoribus circum completa.

CIRCUMCLAUDO, et Circumcludo, is, usi, usum, a. 3. *to shut up on every side; to surround, invest,* περικλείω, circum concludo, cingo. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 30. Ne duobus circumclauderetur exercitibus. *Id.* l. 6. *B. Gall.* c. 27. Urorum cornua studiose conquisita ab labris argento circumcludunt, et pro poculis utuntur. *Plin.* l. 18. c. 35. Si nubes solem circumcludent.

CIRCUMCLŪSUS, a, um, *shut up on all sides,* περικλεισθεὶς, circa conclusus. *Cic. Catil.* 1. c. 3. Te meis præsidiis, mea diligentia circumclusum, commovere te contra rempublicam non potuisse. Adde *Catil.* 2. c. 7. Sic *Sueton. in Tiber.* c. 20. Cum exercitu iniquitate loci circumclusus.

CIRCUMCŎLA, æ, *dwelling in the neighbourhood, neighbouring,* qui circumcolit, περίοικος. *Tertull. advers. Gnost.* c. 3. *in fi.* Reservatis gentium circumcolarum viribus.

CIRCUMCŎLO, is, a. 3. *to dwell round,* περιοικέω, circum habito. *Liv.* l. 5. cap. 33. *ad fin.* Qui sinum circumcolunt maris. Adde lib. 31. c. 41. ¶ *Circumcolens, entis,* circumcola. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 11. leg. 1. Flumen a rivo magnitudine discernendum est, aut existimatione circumcolentium.

CIRCUMCORDIĀLIS, le, adject. *immediately about the heart,* περικάρδιος, qui circa cor est, ut circumcordialis calor, *Tertull. de Anim.* c. 43. Et circumcordialis sensus *ibid.* c. 15. *ad fin.*

CIRCUMCULCO. V. *Circumcalco.*

CIRCUMCURRENS, entis, *running round,* qui circum currit, περιτρέχων. *Quintil.* l. 2. c. *ult.* Rhetoricæ artem circumcurrentem vocaverunt, quod in omni materia diceret. *is connected with every subject.* *Id.* l. 1. c. 10. *a med.* (*al.* 18.) Illa circumcurrens linea si efficiat orbem, amplius spatium complectetur, quam si quadratum paribus oris efficiat. περιφέρεια. *the periphery.*

CIRCUMCURRO, is, n. 3. circumeo. *Vitruv.* l. 4. c. 6. Eæque corsæ cum astragalis circumcurrant. Al. leg. *circum concurrant.* [*Martian. Capell.* l. 18. pag. 299. *Grot.* Saturni sidus modico minus annis triginta circulum suum per longitudinem circumcurrit.]

CIRCUMCURSĬO, onis, *a running round,* περιδρομή, actus circum currendi. *Apul.* l. 9. *Metam.* Cantherii debiles, ungulas multijuga circumcursione in enorme vestigium porrecti. Al. leg. *circumcisione* contra *Elmenhorst. Pricæum, Colvium,* et *Floridum.*

CIRCUMCURSO, as, n. 1. *to run to and fro; to run about in all directions,* περιτρέχομαι, περιφέρομαι, circum, vel huc illuc cursito. *Plaut. Rud.* 1. 4. 4. Omnia circumcursavi, atque omnibus in latebris perreptavi. *Terent. Heaut.* 3. 2. 1. Hac illac circumcursa. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 133. Circumcursare aliquem hinc, et illinc. *Lucret.* l. 4. v. 401. Atria versari, et circumcursare columnæ Usqueadeo fit uti pueris videantur, ubi ipsi Desierunt verti. [*Cic.* l. 7. *ad Fam.* ep. 1. Ut nostras villulas obire, et simul mecum lectica circumcursare posses.] *Lactant.* l. 6. c. 12. Circumcursare per omnes portas.

CIRCUMDĀTUS, et Circundatus, a, um, *placed round,* circumjectus, circum positus, περιτεθεὶς, περίθετος. *Cic.* 2. *Catil.* c. 1. Tectis ac mœnibus subjectos prope ignes, circumdatosque restinximus. *Id.* 3. *Verr.* c. 31. Ignis allatus, sarmenta circumdata. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 38. Hunc montem murus circumdatus arcem efficit. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 98. Ad talos stola demissa, et circumdata palla. *Cels.* l. 6. c. 9. *ad fin.* Resina denti circumdata. *Lucret.* l. 1. v. 87. insula virgineos circumdata comptus. ¶ Item cinctus, circum septus, *surrounded, encompassed, environed, invested,* περιβεβλημένος. *Cic. in somn. Scip.* c. 6. Terra quibusdam quasi redimita et circumdata circulis. *Id. pro Flacc.* c. 12. Regio cincta mari, circumdata insulis. *Curt.* l. 4. c. 7. Nemus muro circumdatum. *Nepos in Datam.* c. 3. Agresti amiculo circumdatus. *Virg.* 4. *Æn.* v. 137. Dido circumdata chlamydem. *Id.* 12. *Æn.* v. 416. Venus obscuro faciem circumdata nimbo. *Id.* 9. *Æn.* v. 462. Turnus armis circumdatus. *armed, equipped.* *Vellei.* l. 1. c. 17. Ævum octoginta annis circumdatum. *h. e.* tempus octoginta annis conclusum, tempus, quod intra annos octoginta continetur.

CIRCUMDENSĀTUS, a, um, *thick all around.* *Juvenc.* l. 3. *histor. Evang.* v. 713. Cui jugera multa nitentis Vineti sepes circumdensata coercet.

CIRCUMDO, et Circundo, as, dedi, datum, a. 1. *to put or set round,* περιτίθημι, περιβάλλω, circum pono, circumjicio. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 20. Cum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset. *Id. Verr.* 3. c. 27. Cædere januam saxis, ligna et sarmenta circumdare, ignemque subjicere cœperunt. *Id.* 4. *Catil.* c. 4. Circumdare custodias. *Liv.* l. 3. c. 28. Exercitum circumdare hostium castris. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 26. Circumdare sibi milites. *Id.* 2. *Hist.* c. 59. Circumdare alicui ministeria. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 458. Circumdare brachia collo. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 34. Toto oppido munitiones circumdare. *Colum.* l. 9. c. 1. Circumdare murum. *Cels.* l. 4. c. 21. Cataplasmata imo ventri circumdare. *Plin.* l. 9. c. 8. Circumdare retia. *Id. ibid.* c. 42. urbem tumulo. ¶ Translate *Cic. pro Quint.* c. 10. *in fi.* Si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipse circumdedi. *Tacit. in Agric.* c. 20. Egregiam famam paci circumdedit. *imposed upon; invested with.* Sic *Auct. Dial. de Oratorib.* (qui a multis eidem tribuitur) c. 37. Nec Ciceronem magnum oratorem P. Quintius defensus, aut Archias faciunt: Catilina, et Milo, et Verres, et Antonius hanc illi famam circumdederunt. *Tacit. Ann.* 14. c. 15. Circumdare libidinem moribus. *h. e.* infundere: mores libidine obsidere, et corrumpere. *Id. ibid.* c. 53. Circumdare alicui gratiam immensam, et pecuniam innumeram. *h. e.* cumulatissime largiri. *Quintil. Declam.* 18. c. 6. Circumdare alicui auctoritatem de re aliqua. *h. e.* conciliare, addere ex re aliqua. ¶ Sæpe significat cingere, circum sepire, complecti, ambire, *to surround, encompass, environ, invest,* περιέχω, περικυκλόω. *Cic.* 15. *Fam.* ep. 4. Oppidum vallo, et fossa circumdare. *Liv.* l. 4. c. 47. oppidum corona. *Petron. in Satyr.* c. 92. aliquem veste. *to cover.* *Plaut. Asin.* 3. 3. 106. aliquem brachiis. *to embrace.* *Tacit.* 3. *Hist.* c. 69. aliquem custodia. ¶ Translate *Cic. in fi.* l. 1. *de Orat.* Exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circumdare. *to confine, limit, restrict,* concludere.

CIRCUMDOLĀTUS, a, um, *planed, or made smooth,*

all round, παραπεπιλευκασμένος. *Plin.* l. 16. c. 32. Platanus etiam circumdolatis lateribus, testibulis sponte facta.

[* CIRCUMDOLENS, entis, particip. ab inusit. *circumdoleo*, circum, seu undique, vel ab omni parte angens. *Cæl. Aurel. acut.* l. 2. c. 14. Spiratio etiam circumdolens atque frequens.]

CIRCUMDŪCO, is, uxi, ctum, a. 3. *to lead or draw round*, περιάγω, circum traho. *Cic.* 2. *Phil.* c. 40. Circumducere aratrum. *Liv.* l. 8. c. 15. Ab unius expugnatione urbis ad perdomandum Latium circumducere exercitum. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 26. Cohortes longiore itinere circumducere. *Sueton. in Calig.* c. 55. Circumducere aliquem vicatim. *Petron. in fi. Satyrici.* aliquem per totam civitatem. *Frontin. de aquaduct.* artic. 75. aquam. *Auct. de B. Hisp.* c. 6. Cæsar munitionibus Ateguam oppugnare, et brachia circumducere cœpit. *h. e.* opera circumdare. Eadem ratione locutus est *Sueton. in Claud.* c. 20. ¶ Cum altero accusativo sine præposit. quæ inest in ipso verbo, *Plaut. Mostell.* 3. 2. 157. Eho istum puer circumduce hasce ædis, et conclavia. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 61. Quos omnia sua præsidia circumduxit. ¶ *Circumducere litteras* est linea ducta circumscribere. *Sueton. in Aug.* c. 87. *de peculiari ejus more scribendi.* Nec ab extrema parte versuum abundantes litteras in alterum transfert, sed ibidem statim subjicit, circumducitque. *draws round; hooks in.* ¶ Translate *Id. in Ner.* c. 41. Transacta raptim consultatione, reliquam diei partem per organa hydraulica novi et ignoti generis circumduxit. *h. e.* consumpsit. *Casaubon.* legit: *reliqua diei parte eos* (scil. *primores viros*, quos ante dixerat) &c. ¶ Sæpe est decipere, fallere, præsertim si per dolum aliquid alicui intercipiatur, *to lead out of the way, cheat, deceive, impose upon. Plaut. Pseud.* 1. 5. 16. Circumducere filium amantem argento. *Id. Bacch.* 5. 2. 64. Quadringentis Philippis filius me et Chrysalus circumduxerunt. *Id. Pœn.* 5. 2. 16. Circumducere aliquem pallio. ¶ Cum duobus accusativis, *Id. Pseud.* 1. 5. 113. Ab hoc lenone vicino tuo, per sycophantiam, atque doctos dolos, tibicinam illam, quam tuus gnatus deperit, eam circumducam lepide lenonem. *modus loquendi non facile imitandus.* Al. leg. *eu circumducam.* ¶ Item delere, abrogare, tollere, *to cancel, annul, nullify, abrōgate, render void, abolish. Ulpian. Dig.* l. 5. tit. 1. leg. 73. Circumducere edictum. *Id. Dig.* lib. 40. tit. 12. leg. 27. et *Papin.* l. 49. tit. 1. leg. 22. cognitionem. *Ascon.* quoque *in Verr.* 3. c. 16. *circumducere* ponit pro circumscribere, hoc est tollere, aut prætermittere. ¶ *Circumducere syllabam* quid sit V. in *Circumflexus, a, um.* ¶ *Circumducere orationem* est ambitu verborum, circuituque elaborare. *to use a circuitous method of expression. Quintil.* l. 10. c. 2. *a med.* Otiosi, et supini, si quid modo longius circumduxerunt, jurant, ita Ciceronem locuturum fuisse.

CIRCUMDUCTĬO, onis, f. *a leading or conducting round*, περιαγωγὴ, actus circumducendi. *Vitruv.* l. 8. c. 7. Circumductiones aquarum. ¶ Ab *Hygin.* l. 1. *Astron.* c. 2. et 3. appellatur *circumductio* ipse ambitus spheræ, *the circumference.* ¶ Translate est deceptio, fraudatio, *a cheating, defrauding; deceit, imposition. Plaut. Capt. in Grege,* v. 3. Neque pueri suppositio, neque argenti circumductio. ¶ In oratione et ipse ambitus verborum, quo periodus constat. *a period. Quintil.* lib. 9. c. 4. *post med.* Cur in circumductionibus, etiam cum sensus finitus est, aliquid tamen loci vacare videtur? &c. Adde lib. 11. c. 3. *ante med.* Hoc idem appellatur *circumductum* ab *eod. ibid. non longe a princip.*

CIRCUMDUCTOR, oris, m. qui circumducit. Ita vertitur Latine a *Tertull. advers. Valentinian.* c. 10. Horos Valentini, qui Græce dicitur μεταγωγεύς.

CIRCUMDUCTUS, us, m. *a leading round*, circumductio. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 18.) *ad fin.* Quartam lineam deducent eodem circumductu. *Macrob.* l. 2. *in somn. Scipion.* c. 1. Ex ipso circumductu orbium sonum nasci necesse est. *the revolution of the spheres,* circumactus.

CIRCUMDUCTUS, a, um, *led or drawn round*, περιαχθείς. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 38. Flumen Dubis, ut circino circumductum, pæne totum oppidum cingit. *Senec.* ep. 12. Tota ætas partibus constat, et orbes habet circumductos majores minoribus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. Oppida, quæ prius erant circumducta aratro. *h. e.* designata aratro circumducto: *hypallage.* Sic *Plin.* l. 35. c. 3. Umbra hominis lineis circumducta. *h. e.* descripta. ¶ Translate *Quintil.* l. 11. c. 3. *sub fin.* Infinito magis illa flexa, et circumducta sunt: Me miserum, me infelicem! et Quid respondebo liberis meis? &c. *h. e.* longo, et flexo vocis sono prolata, ut in auribus sedeant altius, et vim habeant majorem ad movendam misericordiam. V. *Circumflexus, a, um.* [† ¶ Involutus, cinctus, circumdatus. *Curt.* 4. 6. 26. Circumductus undique telis. Sed variat (ait *Gesnerus*) nimis lectio.] ¶ Fraudatus, *bilked, defrauded, tricked. Plaut. Pœn.* 5. 2. 16. Numnam it a balneis circumductus pallio? V. *Circumduco.* ¶ *Circumductum* in oratione V. *Circumductio.*

CIRCUMĔO, et Circuĕo, is, ivi, et ii, itum, *to go round, or about; to surround, encompass, invest, environ,* περίειμι, circum vado, ambio. *Plaut. Asin.* 3. 3. 152. Angiporto illac per hortum circuit clam, ne quis se videret. *Id. Men.* 2. 1. 6. Quasi mare omnes circumimus insulas. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 6. Ab hac civitate discede, omnes urbes circumi. *Cic. pro Cæcin.* c. 32. Ipse Cæcina cum circuiret prædia, venit in istum fundum. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 28. Circuire aciem Curionis, atque obsecrare milites cœpit. *Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 71. Circuire saucios. *to visit the wounded. Plaut. Trucul.* 2. 4. 55. Circum ire per familias. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 93. Cohortes sinistrum cornu circumierunt, eosque a tergo sunt adorti. *Liv.* l. 41. c. 26. Ut pandere aciem, et exæquari cornibus hostibus, quibus circumibantur, possent. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 16. Totam urbem ab terra, muro turribusque circumiri posse. *h. e.* circumdari, cingi, concludi. *Nep. in Themist.* c. 3. Circumiri multitudine. *Id. in Datam.* c. 7. Circumiri ab hostibus. *Plaut. Curcul.* a. 3. v. 81. Non potuere uno anno circumirier. *paragoge pro* circumiri. *Ovid.* 3. *de art. amand.* vers. 396. Metaque ferventi circueunda rota. *Propert.* l. 2. eleg. 4. v. 26. Cujus non hederæ circumiere caput. ¶ De iis, qui prensant petendi causa. *to go round, try, solicit, canvass. Cœl. ad Cic. Fam.* 8. ep. 11. Furnius, et Lentulus, ut debuerunt, quasi eorum res esset, una nobiscum circumierunt, et laborarunt. *Plin.* l. 6. ep. 6. Permultum interest mea, te ostentare, et mecum circumire. *Sueton. in Aug.* c. 59. Circumire Tribus. Adde *Plin.* l. 2. ep. 9. et *Tacit.* 2. *Ann.* c. 29. Sic apud *eund. Plin. in Paneg.* c. 69. Circumire consulatum. *h. e.* ambire, petere. ¶ Item de iis, qui decipiendi causa circumcursant, et insidiantur: *to circumvent, cheat, bilk, trick, impose upon:* quod et *Servius ad* 11. *Æn.* v. 761. adnotavit. *Martial.* lib. 8. epigr. 59. puerum tunc arte dolosa Circuit, et soleas surripit ipse suas. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 119. Nam eum circumire in hunc diem, ut me, si posset, muliere intervorteret. *Terent. Phorm.* 4. 3. 8. Facinus indignum, Chreme, sic circumiri! *to be so choused!* ¶ Allegorice *Cic. Phil.* 13. c. 9. Totius belli fluctibus circumiri. ¶ Metaphorice *Stat.* l. 4. *Silv.* 4. v. 26. inde sonus geminas mihi circuit aures. *Quintil.* l. 12. c. 10. Plurimæ res carent appellationibus, ut eas necesse sit transferre, aut circumire. *h. e.* per circumlocutionem exprimere. Sic *Tacit.* 3. *Hist.* c. 37. Vespasiani nomen suspensi et vitabundi circumibant. ¶ Ad scriptionem quod attinet, alii volunt, *m* semper interseri, ut *Dausq. in Orthogr.* alii nunquam, ut *Beda*, et *Brouckhus. ad loc. cit. Propertii.* At *Papirian.* apud *Cassiod. de Orthogr.* pag. 2294. *Putsch.* docet *circum* præpositionem sequente vocali in enuntiatione amitti, in scriptura servari. Certum est tamen, utroque modo recte scribi: quamquam rectius puto si *m* adhibeatur, tum quia plenius, et sonantius est; tum quia servatur etiam in *circumaro, circumequito, circumvolvo*, et aliis; tum demum quia usitatius fuit Veteribus præpositionum consonantes litteras in compositione servare. Consuetudo tamen in *circuitus*, et *circuitio* contrarium obtinuit.

CIRCUMEQUĬTO, as, n. 1. *to ride round*, περιϊππεύω, obequito, equo circumeo. *Liv.* l. 10. c. 34. Duas turmas sociorum circumequitare mœnia jubet.

CIRCUMERRO, as, avi, atum, n. 1. *to wander or stroll about; to go about*, περιπλανάομαι, circumeo, circum vagor. *Senec.* l. 2. controv. 9. Neque turba lateri circumerrat, nec multus intra limen heres. *Apul. de Mundo.* Tempora, quæ Saturnus sublimior triginta spatiis annorum circumerrat.

CIRCUMFARTUS, a, um, *filled up all round about,* circum impletus. *Plin.* l. 17. c. 13. Trajectis per vasa fictilia, vel qualos ramis, terraque circumfartis. Ita *Harduin.* ex suis MSS. omnibus. Al. leg. *circumpactis.*

CIRCUMFERENTĬA, æ, f. *the circumference or periphery of a circle*, κύκλος, περιφέρεια, ambitus, circulus. *Apul. in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4.) Nec culminum eminentia, nec lacunarum refulgentia, nec sedilium circumferentia. *the circular form. Martian. Capell.* l. 8. pag. 276. Linea usque in circumferentias ducta. *Frontin. in exposit. formar.* pag. 33. *Goes.* Cludere aliquid intra circumferentiam.

CIRCUMFĔRO, ers, tuli, latum, anom. *to carry round or about*, περιφέρω, circum gesto, circum porto. *Cic.* 4. *Verr.* c. 42. Quæso, codicem circumfer, ostende. *Plaut. Pers.* 5. 2. 40. Age, circumfer mulsum: bibere da usque plenis cantharis. *Sueton. in Calig.* c. 25. Infantem Juliam per omnia Dearum templa circumferens. *Quintil.* l. 2. c. 15. Circumferre puerum manibus. *Tacit. Ann.* 13. c. 37. Exemplo hostium circumferre bellum coactus. *Id.* 2. *Ann.* c. 52. Incendia cædes, et terrorem circumferre. *Vellei.* l. 2. c. 92. Circumferre terrarum orbi pacis bona. *Flor.* l. 3. c. 12. Populus R. toto orbe arma circumtulit. *h. e.* bellum longe, lateque sparsit, et gessit. *Plin.* l. 34. c. 8. Circumferre secum signa Corinthia. *Id.* l. 37. c. 3. Circumferre capite uniones, gemmas digitis. *Curt.* l. 5. c. 12. Hominem sine lare, terrarum orbis exsulem, ancipitem hostem ad nutum licentium circumferri. *h. e.* huc, et illuc ferri. ¶ Est etiam circumagere, circumvolvere, *to turn or roll round. Liv.* l. 2. c. 10. Circumferens minaciter oculos ad proceres Etruscorum. *Virg.* 12. *Æn.* v. 558. Huc, atque huc acies circumtulit. *Valer. Max.* l. 7. c. 2. *extern. n.* 2. Circumferre oculos per omnes partes. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 241. Circumferre vultus. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 46. Sol circumfertur, ut accedat ad brumale signum. ¶ *Linea circumferens* apud mensores est, quæ circumferentiam, seu circulum facit, περιφέρεια. *the circumference of a circle. Frontin. in exposit. formar.* pag. 33. *Goes.* Quæcumque linea in dimensione medium secans circulum, punctum transferet ad circumferentem lineam, &c. ¶ Pertinet aliquando ad lustrationes, et expiationes, quæ fiebant circumlatione vel tædæ, vel aquæ, vel victimæ, vel sulphuris, circa eum, qui expiabatur. *to lustrate, purify by lustration. Virg.* 6. *Æn.* v. 229. Idem ter socios pura circumtulit unda, Spargens rore levi, et ramo felicis olivæ. *Plaut. Amphit.* 2. 2. 143. Quæso, quin isthanc jubes pro cerrita circumferri? *Id. in fragment.* apud *Serv. ad Virg. loc. cit.* Pro larvato te circumferam. ¶ Præterea *circumferri* dicuntur, quæ publici juris, et usus fiunt, ut ab omnibus usurpari possint. *Quintil.* 2. cap. 15. (*al.* 16.) Hæc opinio originem ab Isocrate (si tamen revera ars, quæ circumfertur ejus est) duxit. ¶ Translate est vulgare, publicare, disseminare. *to publish, proclaim, report. Plin.* l. 3. ep. 11. Inde etiam meum meritum, ut vera, ita supra meritum prædicatione circumfert. *Id. ibid.* ep. 16. *in fi.* Illud quidem ingens fama, hæc nulla circumfert. *Colum.* lib. 8. c. 16. Et jam cum avorum memoria circumfertur M. Philippi factum, atque dictum. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 17. v. 29. Novi aliquam, quæ se circumferat esse Corinnam. *passes herself off for Corinna.* ¶ Apud *Valer. Flacc.* l. 7. v. 123. *circumferre oscula dextræ* est dextram circum osculari.

CIRCUMFĬGO, is, ixi, ixum, a. 3. *to fix round, or about*, περιπήγνυμι, circum figo. *Cato R. R.* c. 20. Columellam ferream cuneis salignis circumfigi oportet bene. Adde *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 42. ubi de Latronibus Iesu Christo circumfixis loquitur.

CIRCUMFINGO, is, inxi, ictum, a. 3. *Tertull. de anim.* c. 23. Qui exinde illis peccatricem circumfinxerit carnem.

CIRCUMFIRMO, as, a. 1. *to fortify round about*, circumsepio, circum munio. *Colum.* l. 4. c. 17. Vitis quasi quadrato circumfirmanda est agmine.

CIRCUMFLECTO, is, a. 3. *to bend, or wind about*, περικάμπτω. *Virg.* 5. *Æn.* v. 130. Constituit signum natis pater, unde reverti Scirent, et longos ubi circumflectere cursus. ¶ Apud Grammaticos est accentu circumflexo syllabam notare, et pronuntiare. *to mark or pronounce with the circumflex. Gell.* l. 4. c. 7. Valerius Probus Hannibalem, et Hasdrubalem, et Hamilcarem ita pronuntiabant, ut pænultimam circumflecteret.

CIRCUMFLEXĬO, onis, f. *a winding round*, περίκαμψις. *Macrob.* l. 1. *in somn. Scip.* c. 12. Zodiacum ita lacteus circulus obliquæ circumflexionis occursu ambiendo complectitur, ut &c.

CIRCUMFLEXUS, us, m. circumflexio, ambitus. *Plin. initio* l. 2. Mundus, cujus circumflexu teguntur cuncta. *Id.* l. 6. c. 34. In hoc cæli circumflexu.

CIRCUMFLEXUS, a, um, *turned or winding round*, περικαμφθείς. *Prudent. in Apotheosi*, v. 71. Hos omnes quamvis anceps labyrinthus, et error Circumflexus agat. ¶ Translate *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 391. Circumflexa rapit centenus sæcula consul. *h. e.* circum se flectentia, et in se redeuntia. *Nazar. in paneg. Constant. Aug.* c. 16. Adesse tibi in omnibus summam illam majestatem, quæ te circumflexa tueatur. *h. e.* circumdata, circumposita, circumfusa. ¶ Accentus circumflexus dicitur a Grammaticis (Græce περισπωμένη προσῳδία) qui ex acuto, et gravi compositus, pænultimam, vel ultimam syllabam solum occupat, et vocales tantummodo natura longas afficit. *the circumflex. Diomed.* l. 2. pag. 425. *Putsch.* et *Priscian. de accentib.* pag. 1287. ¶ Hinc circumflexæ dicuntur syllabæ, et dictiones quæ talem accentum habent. *circumflexed. Gell.* l. 4. c. 7. Syllaba circumflexa. ¶ Munus hujusce accentus est syllabam attollere simul, et protrahere, atque adeo ejus sonum augere, et quodammodo circumducere, ut *Quintil.* l. 12. c. 10. *ante med.* loquitur: ut si in voce *Romanus* pænultima ita proferatur, quasi duplex *a a* sit: quorum prior attollatur, alter protrahatur, deprimaturque. V. *Flexus.*

[* CIRCUMFLO, as, n. 1. undique, ex omni parte flo, vel adflo. *Stat. Theb.* lib. 11. v. 42. Circumflantibus Austris. ¶ Translate et passive. *Cic.* 3. *Verr.* c. 41. Ut hic ordo (judicum) ab omnibus ventis invidiæ circumflari posse videatur.]

CIRCUMFLŬENS, entis, *flowing round, circumfluent,* qui circumfluit. Translate *Cic. pro Mur.* c. 24. Circumfluente colonorum Arretinorum, et Fesulanorum exercitu. *flocking together from all quarters. Id. Attic.* l. 2. ep. 21. Ille amicus noster semper in laude versatus circumfluens gloria. *covered with glory. Quintil.* l. 12. c. 10. *sub fin.* Circumfluentes undique eloquentiæ copiæ. *Justin.* l. 18. *c. ult.* Circumfluentia quietæ felicitatis insignia. ¶ *Circumfluens oratio* est nimis copiosa, et redundans. *copious, florid, flowery. Cic. de clar. Orat.* c. 55. Incitata, et volubilis, nec ea redundans tamen, nec circumfluens oratio. ¶ *Terminus circumfluens* apud *Apul.* l. 9. *Metam.* est in circuitu ductus.

CIRCUMFLŬO, is, uxi, n. 3. *to flow round or about*, περιῤῥέω, circum fluo, circum alluo. Dicitur proprie de

aquis. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 779. utrumque latus circumfluit æquoris unda. *Plin.* l. 5. c. 29. Cariam circumfluunt Mæander, et Orsinus. *Gell.* l. 12. c. 13. Oceanus terras omnifariam, et undique versus circumfluit. ¶ Passive *Lactant.* l. 2. c. 9. Terram voluit humore circumflui, et contineri. *washed round.* Adde *Macrob. l.* 2. *in Somn. Scip.* c. 9. ¶ Significat etiam circum effluere, *to flow forth on all sides. Ovid.* 3. *Metam.* v. 74. Spumaque pestiferos circumfluit horrida rictus. *Plin.* l. 2. c. 65. In poculis repletis, addito humore minimo, circumfluit, quod superest. *runs over.* ¶ Allegorice *Curt.* l. 8. c. 8. Insatiabilis avaritiæ est, adhuc implere velle, quod jam circumfluit. *h. e.* redundat. ¶ Ponitur aliquando pro circumlabi, vel circum applicari. *Lucan.* lib. 3. v. 421. Roboraque amplexos circumfluxisse dracones. ¶ Item sæpe pro convenire, circum accurrere. *to flock together. Petron.* in *Satyr.* cap. 5. Hinc Romana manus circumfluat. *Varr.* lib. 2. *R. R.* cap. 9. Cum sciam mulorum gregem, cum pasceretur, eoque venisset lupus, ultro mulos circumfluxisse, et ungulis cædendo eum occidisse. *Id.* lib. 3. c. 13. Tanta circumfluxit nos cervorum, aprorum, et ceterarum quadrupedum multitudo, ut &c. *Curt.* l. 10. c. 2. Secundis rebus, quæ circumfluunt vos insanire cœpistis. *h. e.* quæ large, et copiose ad vos perveniunt. ¶ *Circumfluere re aliqua* est ea abundare, *to abound. Cic. Verr.* 5. c. 4. Istum rebus omnibus undique ereptis circumfluere, atque abundare. *Id. de Amic.* c. 15. Circumfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia vivere. *Id. Attic.* l. 2. epist. 21. circumfluens gloria. [† V. in *Circumfluens*, in suo loco.] ¶ Catachresis est in illo *Claudiani in I. Consul. Stilich.* v. 328. solitus frontem circumfluit ignis. *h. e.* rubor frontem occupat.

CIRCUMFLŬUS, a, um, *flowing round, circumfluent,* περίρροος, περιῤῥυτος, qui circum fluit. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 739. Scinditur in geminas partes circumfluus amnis. *Plin.* lib. 2. c. 66. Tellus medio ambitu præcincta circumfluo mari. ¶ Passive de eo, qui circumfluitur. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 624. Insula circumflua Tibridis alveo. *washed round. Tacit. Ann.* 6. c. 37. Campi circumflui Euphrate, et Tigre. *Lucan.* l. 4. v. 407. Adriaco tellus circumflua Ponto. Adde *Valer. Flacc.* lib. 5. v. 442. *Sil.* l. 8. v. 597. et l. 15. v. 221. et *Claudian. non semel.* ¶ Translate *Stat.* 6. *Theb.* v. 540. Chlamys circumflua limbo Mæonio. *h. e.* circumdata. *hemmed, bordered. Claud. de IV. Consul. Honor.* v. 138. Femina circumflua gemmis. *surrounded on all sides; covered all over. Id. in Consul. Prob. et Olybr.* v. 40. Mens circumflua luxu.

CIRCUMFODĬO, ŏdis, odi, ossum, *to dig round or about,* περιορύσσω, περισκάπτω. *Cato R. R. c. penult.* Sic circumfodito, ut facile evellere possis. *Senec.* ep. 12. Platanos circumfodere, et irrigare. *Plin.* l. 17. c. 19. Circumfodiendi arbores ratio in circuitu pedes in orbem ternos. Adde *Colum.* l. 5. c. 6. ¶ Legitur etiam *circumfodiri* in infinito. *Colum.* l. 5. c. 9. *a med.* Olivetum bis anno arari debet, et bidentibus alte circumfodiri.

CIRCUMFORANĔUS, a, um, adject. a *circum,* et *forum. Circumforaneus homo* est, qui circa fora vagatur venditans aliquid, aut aliud quippiam agens. *Cic. pro Cluent.* c. 14. Pharmacopola circumforaneus. *a quack-doctor, quack-salver, saltinbanco, charlatan. Sueton.* in *Vitell.* c. 12. Vendidit puerum circumforaneo lanistæ. *Apul.* l. 9. *Metam.* Circumforaneum mendicabulum. *Hieronym.* ep. 51. *ad Domnion.* Monachus nescio quis de trivio, de compitis, de plateis circumforaneus. ¶ *Æs circumforaneum,* feneratitium, seu fenore sumptum. *money borrowed at interest.* Nam circa forum tabernæ erant argentariorum, qui artem feneratoriam exercebant. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. *ad fin.* Nisi quod me, illum ipsum vindicem æris alieni, ære non Corinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt. ¶ *Circumforanea domus* dicitur ab *Apul.* l. 4. *Metam.* quæ mobilis et ambulatoria est, et hic illic facile figi potest. Veneti dicunt *un casotto. (a moveable house.)* ¶ *Circumforaneas hostias* idem appellat *sub init.* l. 3. *Metam.* quæ lustrandi causa circumferuntur.

CIRCUMFORĀTUS, a, um *bored, or pierced, round,* περιτιτραινόμενος. *Plin.* l. 17. c. 27. Circumfosso stipite, et ab ima parte circumforato.

CIRCUMFOSSOR, oris, m. qui circumfodit. *Plin.* l. 17. c. 24. Cum circumfossor vites injurioso ictu verberavit.

CIRCUMFOSSŪRA, ræ, f. *a digging round. Plin.* l. 17. c. 26. Cupressus aspernatur circumfossuram.

CIRCUMFOSSUS, a, um, περισκαφθεὶς, *dug or loosened with the spade all round. Plin.* l. 17. c. 27. Amygdalæ ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite, et ab ima parte circumforato, defluens pituita abstergeatur.

CIRCUMFRACTUS, a, um. *Ammian.* l. 29. c. 4. (*al.* 21.) Carpento veloci impositum Regem angusto aditu circumfractis collibus abdiderunt. Et lib. 22. c. 8. (*al.* 13.) Circumfractus turbo.

CIRCUMFRĔMO, is, ui, itum, n. 3. *to make a noise on every side,* περιβρέμω. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 7. Aves cum stridore magno inanes nidos circumfremunt. *Prudent. Cathemer.* 4. v. 79. Quæ (*fera*) circumfremit, et vorare tentat.

CIRCUMFRĬCO, as, a. 1. *to rub round. Cato R. R.* c. 26. Privas scopulas in dolia facito habeas illi rei, qui labia doliorum circumfrices.

CIRCUMFULCĬO, is, a. 3. *Tertull. de Pall.* c. 5. Pallium, qua in humerum adhæret, nihil circumfulcit, nihil circumstringit.

CIRCUMFULGĔO, es, n. 2. *to shine all round,* περιλάμπω. *Plin.* l. 2. c. 37. Hominum capita vespertinis horis magno præsagio circumfulgent.

CIRCUMFUNDO, is, udi, usum, a. 3. *to pour around, sprinkle about; to circumfuse,* περιχέω, circum aspergo. *Nepos in Agesil. in fi.* Cera circumfundere cadaver. *Cato R. R.* c. 93. Amurcam cum aqua commisceto, æquas partes: deinde ad oleam circumfundito. *Plin.* l. 6. c. 27. Tigris urbi circumfunditur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 6. Terram crassissimus circumfundit aer. *Plin.* l. 2. c. 65. Circumfundi terræ undique homines, conversisque inter se pedibus stare. ¶ Significat etiam circumeffundere. *to pour out on all sides. Plin.* l. 28. c. 9. Cum fervet, ne circumfundatur, præstat cyathus argenteus cum frigida aqua demissus. ¶ *Circumfundi* sæpe ponitur pro convenire circa aliquem locum, circumfluere, circumcurrere: *to flock or meet together; to collect:* et dicitur de multitudine. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 63. Magna multitudo sagittariorum ab utraque parte circumfundebatur. *Id.* l. 6. *B. Gall.* c. 36. Circumfunduntur hostes ex reliquis partibus, si quem aditum reperire possent. *Id.* l. 7. *B. Gall.* c. 28. Toto undique muro milites circumfundi. *Liv.* l. 22. c. 14. *ad fin.* Concionanti Minucio circumfundebatur Romanorum multitudo. Adde cap. 7. ¶ Cum accusativo. *Id. ibid.* c. 74. Ut hostes, ne magna quidem multitudine, munitionum præsidia circumfundi possent. ¶ *Circumfundi* de uno tantum dictum pro applicare se, et adhærere. *Ovid. Metam.* 4. v. 360. *de Salmacide.* Et nunc hac juveni, nunc circumfunditur illac. ¶ Accipitur etiam pro circumdare, cingere, *to surround, encompass, environ. Plin.* l. 5. c. 12. Qui subtilius dividunt, circumfundi Syria Phœnicem volunt. *Tacit.* 2. *Histor.* c. 19. Si cum exercitu Cæcina tam paucas cohortes circumfudisset. (Adde lib. 12. *Ann.* c. 38.) *Hirt. de B. Afric.* c. 78. Ut haberet facultatem turmas Julianas circumfundere. *Sil.* l. 7. v. 308. Cernis, ut armata circumfundare corona. *Id. ibid.* v. 723. quas circumfuderat atra tempestas. *h. e.* cinxerat, circumsteterat, obruerat. ¶ Dividitur per tmesim. *Virg. Æn.* 1. v. 414. Et multo nebulæ circum dea fudit amictu.

CIRCUMFUSĬO, onis, f. *the act of pouring round; circumfusion,* περίχυσις, actus circumfundendi. *Firmic.* l. 1. c. 4. Cælum omnia igneі spiritus circumfusione complectitur. *Id. ibid. in præfat. circa med.* et *Orosius* l. 1. c. 2. *post med.* Hispania circumfusione Oceani, Tyrrhenique pelagi pæne insula efficitur.

CIRCUMFŪSUS, a, um, *poured round,* περίρροος, περιϊστάμενος. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 582. Gens circumfusis invia fluminibus. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 151. Nam circumfuso considit in aere tellus. *Liv.* l. 4. c. 46. Circumfusi magna ex parte hostes. *Quintil.* l. 2. c. 20. (*al.* 21.) Nonnunquam inter circumfusa militum arma dicendum est. *Curt.* l. 4. c. 15. Circumfusos regi barbaros adoriri. *Lucan.* l. 5. v. 680. Turba circumfusa duci. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 384. punices cui circumfusa cothurno Palla imos tegit alba pedes. *Cic. in fi.* 5. *Tuscul.* Variæ, et undique circumfusæ molestiæ. ¶ Significat etiam cinctum, circumdatum, *surrounded, encompassed. Cic. in Somn. Scip.* c. 6. Terra circumfusa illo mari, quod oceanum appellatis. *Id.* 4. *Acad.* c. 15. Res circumfusæ luce. *Id. ibid.* c. 39. Latent ista omnia crassis occultata et circumfusa tenebris. *Id. pro Mil.* c. 26. Quod vero in illo loco, atque illis publicorum consiliorum copiis circumfusus sedet, &c. *Nepos in Chabr. c. ult.* Circumfusus hostium concursu. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 2. Sedens in bibliotheca multis circumfusus Stoicorum libris. *Vellei.* l. 2. c. 123. Augustus circumfusus amplexibus Tiberii sui.

CIRCUMGARRĬENS, entis. *Claud. Mamerc. de statu anim.* l. 2. c. 9. Falsiloquiis circumgarrientibus respondere.

CIRCUMGELĀTUS, a, um, adject. *frozen on every side. Plin.* l. 13. c. 22. Cortex circumgelatus videri possit.

CIRCUMGĔLO, as, a. 1. *to freeze all over. Tertull. de anim.* c. 23. Quod germina mortale ei circumgelaverint corpus. *h. e.* concrescere fecerint.

CIRCUMGĔMO, is, n. 3. *to groan or roar around. Horat. Epod.* 16. v. 51. Circumgemit ursus ovile. V. *Gemo* in fine.

CIRCUMGESTO, as, a. 1. *to carry around. Cic. ad Q. Fr.* l. 1. ep. 2. Eam quoque epistolam T. Catienus circumgestat.

CIRCUMGLOBĀTUS, a, um, conglomeratus. *Plin.* l. 9. c. 47. Circumglobata escæ sæpe extrahuntur.

CIRCUMGREDĬOR, eris, essus sum, dep. 3. *to march round for the purpose of attacking,* circum aggredior. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 28. Illi metu, ne hinc Romanus, inde Cherusci, cum quis æternum discordant, circumgrederentur, &c. Adde lib. 1. *Ann.* c. 64. ¶ Item circumire, *to go round. Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 21. Cum Syriam circumgrederetur. *Ammian.* l. 16. c. 12. *a med.* (*al.* c. 34.) Lacunam palustribus aquis interfusam circumgrediens.

CIRCUMGRESSUS, us, m. *a going round; a compass, circuit,* circuitus. *Ammian.* l. 22. c. 2. Triptolemus, quem ob rapidos circumgressus aeriis serpentibus, et pinnigeris fabulosa vetustas imposuit. et cap. 8. (*al.* 16.) Palus Mæotis amplissimi circumgressus.

CIRCUMHISCO, is, n. 3. *Arnob.* l. 5. pag. 176. Jamdudum me fateor hæsitare, circumhiscere, tergiversari, &c. *h. e.* caput circumagendo oscitari: quod est hominis in re difficili versantis, et unde incipiat nescientis.

CIRCUMHUMĀTUS, a, um. *Ammian.* l. 22. c. 12. (*al.* 30.) *in fi.* Circumhumata corpora statuit exinde transferri. *buried thereabouts.*

CIRCUMJACĔO, es, ui, n. 2. *to lie about, border upon,* περίκειμαι, circa jaceo, vel positus sum. *Liv.* l. 37. c. 54. Lycaonia, et Phrygia utraque, quæque circumjacent Europæ, in vestra sunt potestate. *Apul. de Deo Socrat.* Si plena artis ornamenta capiti, et collo circumjacent.

CIRCUMJACĬO, is, a. 3. *to cast from all sides,* circumjicio. *Liv.* l. 33. c. 18. Circumjacere hastas in venientem ex transverso conati sunt hostem.

CIRCUMJECTĬO, onis, f. *a casting round,* περιβολὴ, actus circumjiciendi. *Arnob.* l. 2. pag. 73. Animæ habitare jussæ sunt has partes, et humani corporis circumjectione vestiri. *h. e.* amictu. *by being embodied in. Cæl. Aurelian. Acut.* l. 1. c. 2. Circumjectio mannum. *h. e.* huc illuc agitatio.

CIRCUMJECTUS, us, m. circumjectio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 25. *vertens e Græco carmen Euripidis.* Æther, qui tenero terram circumjectu amplectitur. *h. e.* ambitu, complexu. Quidam leg. *circumvectu* minus recte. *Plin.* l. 11. c. 51. Rudi parietum circumjectu vox devoratur. *h. e.* parietum circumpositorum rudi superficie. ¶ Item amictus. *clothing. Varr.* l. 4. *L. L.* c. 30. Amictus est dictum amjectum, id est circumjectum: a quo etiam quod vestes se involvunt, circumjectum appellant. *Tertull. de Pall.* c. 5. Tota molitio pallii est operire solutim, idest uno circumjectu.

CIRCUMJECTUS, a, um, *cast, thrown, or placed round,* περιβαλλόμενος, circum jactus, vel circumpositus, circumfusus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 6. Circumjecta multitudo hominum totis mœnibus. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 45. Sagittariis, funditoribusque circumjectis. *Liv.* lib. 9. c. 28. Ædificia circumjecta muris incendit. *Curt.* l. 3. c. 10. Circumjecta nemora. *Id.* l. 4. c. 12. *sub fin.* Circumjectæ valles. *Frontin. de aquæduct.* artic. 13. Signinum circumjectum continendarum scaturiginum causa. [*Cic. de Divin.* l. 2. c. 28. Retulit quasi ostentum, quod anguis domi vectem circumjectus fuisset. *h. e.* vectem circumplicavisset.] ¶ Item cinctus, circumdatus. *Tacit. Ann.* 2. c. 11. Planities circumjecta saltibus.

CIRCUMJICĬO, ĭcis, jeci, jectum, a. 3. *to cast or throw around,* περιβάλλω, circum jacio. *Liv.* l. 35. c. 4. *ad fin.* Consul triarios vallum circumjicere jussit. *to make a trench round.* Adde lib. 38. c. 19. ¶ Pro circumplecti, circumdare, *to compass, comprise, Cic. de Universal.* cap. 8. Animus a medio profectus extremitatem cæli, a suprema regione, rotundo ambitu circumjecit.

CIRCUMINJICĬO, is, a. 3. circumjicio. *Liv.* l. 25. c. 36. Si quo modo posset vallum circuminjicere.

CIRCUMINVOLVO, is, lvi, utum, a. 1. *to involve all around. Vitruv.* l. 10. c. 11. Singula puncta prætereundo, et circuminvolvendo.

CIRCUMĬTOR. V. *Circuitor.*

CIRCUMĬTUS. V. *Circuitus.*

CIRCUMLĀBENS, entis, *gliding round,* qui in orbem labitur. *Lucan.* l. 6. v. 484. Prospectumque dedit circumlabentis Olympi.

CIRCUMLAMBO, is, a. 3. *to look about,* περιλείχω. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 65. *Hard.* Lingua prælonga ad circumlambenda ora.

CIRCUMLAQUĔO, as, a. 1. laqueis cingo, *to encompass with snares. Gratius in Cyneget.* v. 29. *per tmesim;* Per senos circum usque sinus laqueabis.

CIRCUMLATĬO, onis, f. *the act of carrying about,* actus circumferendi. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 12. *a med.* Arcæ circumlatio apud Hiericuntem. *Serv. ad Æn.* 6. v. 229. Circumlatio victimæ.

CIRCUMLATITĬUS, a, um, *that may be carried from place to place; portable,* περιφόρητος, qui circumferri potest. *Sidon.* l. 2. ep. 2. *ad fin.* Piscibus quendam vivum, et circumlatitium carcerem corpulentia facit.

CIRCULĀTOR, oris, m. qui circumfert, περιφορεύς. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 19. et cap. 21. *in fi.*

CIRCUMLATRĀTUS, us, m. Allegorice *Juvenc.* l. 4. *histor. Evang.* v. 537. nec talia quisquam Insonuit, tantis circumlatratibus audax. Alii divisim scribunt.

CIRCUMLĀTRO, as, a. 1. *to bark around,* ἀμφυλάω. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 22. Acerrimi canes hominem circumlatrant. ¶ Translate *Avien. in Perieg.* v. 48. totum hoc circumlatrat æstus. *h. e.* circumsonat, perstrepit. ¶ Passive *Symmach.* l. 8. ep. 17. Domum nostram, quæ multis circumlatratur injuriis, forensis industriæ tuearis officio.

CIRCUMLĀTUS, a, um, *carried or borne round,* περιφορηθείς. *Plin.* l. 29. c. 5. Vermiculus igni circumlatus. *Martial.* l. 3. epigr. 17. Scriblita circumlata. ¶ Item lustratus. *purified by lustration. Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 70.

Tum farto sunt omnia circumlata. ¶ Translate *Quintil.* l. 4. c. 1. *post med.* Nec argumentis autem, nec locis, nec narrationi similis esse in proœmio debet oratio, neque tamen deducta semper, atque circumlata, sed sæpe simplici, atque illaboratæ similis. *h. e.* periodorum ambitu circumducta. *periodical; proceeding by periods.*

CIRCUMLAVO, is, *et* as, a. *to wash all around,* περιλούω, circa lavo, vel alluo. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 10. n. 2. Dubium an insula sit, quod Euri, atque Austri superjactis fluctibus circumlavit. *h. e.* alluitur, et subintelligitur accusativus *se*: quæ loquendi ratio in verbo *lavo* est usitatissima. Porro *circumlavit* pro *circumlavat* positum esse, tradit *ibid. Non.* ¶ Active *Hygin.* fab. 275. Ægyptus, quam Nilus circumlavat.

CIRCUMLĔVO, as, a. 1. *to raise all round,* circum attollo. *Cæl. Aurelian. Acutor.* l. 2. c. 37. Utrinque orarum circumlevat tegmina.

CIRCUMLIGĀTUS, a, um, *tied around. Plin.* l. 28. c. 2. *ad fin.* Chartam inscriptam, circumligatam lino subnectebat collo. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 31. Circumligatus angui Roscius.

CIRCUMLĬGO, as, avi, atum, a. 1. *to tie round or about,* περιδέω. *Cato R. R.* c. 40. Salice scissa stirpem circumligato. *Liv.* l. 21. c. 8. *ad fin.* Hastile stuppa circumligare. *Plin.* l. 31. *c. ult.* Spongiæ siccæ hydropicis circumligantur. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 172. Circumligare aliquem ulnis. *to embrace, hug. Id.* l. 8. *Theb.* v. 675. nec segnius ardens Accurrit, niveo quam flammiger ales olori Imminet, et magna trepidum circumligat umbra. *h. e.* circumdat, complectitur.

CIRCUMLINĪO, is, ivi, itum, a. 4. et

CIRCUMLĬNO, is, livi, vel levi, litum, a. 3. *to anoint or besmear all over,* περιχρίω, περιπλάσσω, oblino. *Colum.* l. 6. c. 17. *in fi.* Circumliniendus erit oculus pice liquida. *Plin.* l. 6. ep. 2. Sinistrum oculum circumlinebant. *Plin. alter* l. 21. c. 14. Circumlini alvos fimo bubulo utilissimum. ¶ Translate *Quintil.* l. 1. c. 11. (*al.* 19.) Simplicem vocis naturam pleniore quodam sono circumlinire: quod Græci καταπεπλασμένον dicunt. Sic appellantur cantus tibiarum, quæ præclusis, quibus clarescunt, foraminibus, recto modo exitu graviorem spiritum reddunt. Hæc *Quintil.* cui *circumlinire vocem* est pleniorem eam, et magis fuscam, quam natura sit, emittere. *Id.* l. 12. c. 9. Quidam, etiam si forte susceperunt negotia paulo ad dicendum tenuiora, extrinsecus adductis ea rebus circumliniunt. *h. e.* exornant. Ductæ sunt hæ translationes a circumlinendis picturis: qua de re V. in voce sequenti.

CIRCUMLITĬO, onis, f. *a daubing or besmearing all over,* περίχρισις, actus circumlinendi. *Plin.* l. 24. c. 7. Pix ad circumlitiones oris, suspiriosos, vulvas, &c. *supple* facit. ¶ In pictura est circumductio colorum in extremitatibus figurarum, qua ipsæ figuræ aptius finiuntur, et eminentius exstant, *a rounding of the figures by painting on the edges; a shading. Quintil.* l. 8. c. 5. *ad fin.* Nec in pictura, in qua nihil circumlitum est, eminet: ideoque artifices, etiam cum plura in unam tabulam contulerunt, spatiis distinguunt, ne umbræ in corpora cadant. *Senec.* ep. 86. Nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt; nisi illis undique operosa, et in picturæ modum variata circumlitio prætexitur. *Plin.* l. 35. c. 11. Hic est Nicias, de quo dicebat Praxiteles, interrogatus, quæ maxime opera sua probaret in marmoribus: Quibus Nicias manum admovisset: tantum circumlitioni ejus tribuebat.

CIRCUMLĪTUS, a, um, *anointed or besmeared all round,* περιχρισθείς, circum unctus, et obductus. *Lucret.* l. 2. v. 744. nullo circumlita fuco corpora. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 45. Persæ mortuos cera circumlitos condunt. *Plin.* l. 24. c. 5. *ad fin.* Galbanum ramis ellebori circumlitum. *Id.* l. 33. c. 9. Fictile circumlitum argilla. *Id.* l. 34. c. 10. *ad fin.* Spiramentum circumlitum. *h. e.* obductum, et clausum. *closed, darkened.* ¶ Item circumjectus, circumpositus. *Id.* l. 17. c. 10. Sic et spinas sepis causa serunt, tomice moris spinarum circumlita. ¶ Item circumdatus. *surrounded, beset. Horat.* l. 1. ep. 10. v. 7. Musco circumlita saxa. *Ovid. Metam.* 11. v. 136. *de Mida.* Neve male optato maneas circumlitus auro. ¶ Translate *Lactant.* l. 3. c. 1. Mendacium specie placet aliena, quia per se corruptum vanescit ac diffluit, nisi aliunde ornatu quæsito circumlitum fuerit. ¶ Refertur etiam ad picturam. V. *Circumlino,* et *Circumlitio.*

CIRCUMLOCUTĬO, onis, f. *a circumlocution, periphrasis; a circuit or compass of words,* περίφρασις, circuitus loquendi, quo pluribus verbis id, quod uno, aut paucioribus certe dici potest, explicatur. *Quintil.* l. 8. *c. ult. post med.* Quidquid significari brevius potest, et cum ornatu latius ostenditur, περίφρασις est: cui nomen Latine datum, non sane orationis aptum virtuti, circumlocutio. Verum hæc ut, cum decorum habet, periphrasis; ita cum in vitium incidit, περισσολογία dicitur. *Gell.* l. 3. c. 1. Circumlocutione quadam poetica uti. *Arnob. in fi.* l. 6. Dicere aliquid sine ullis circumlocutionibus.

CIRCUMLŎQUOR, eris, utus sum, dep. 3. *to use a too great compass of words; to express in more words than is necessary,* κυκλολογέω, περιφράζω, circumlocutione utor in loquendo. *Auson.* ep. 16. v. 7. Possem absolute dicere: Sed dulcius circumloquar, Diuque fando perfruar. *Id.* epigr. 146. *ad notarium.* proloqui circumloquentis ambitu.

CIRCUMLŪCENS, entis, *shining round,* περιλαμπής. Translate *Senec. de consol. ad Marc.* c. 2. *ad fin.* Ipsam magnitudinis fraternæ nimis circumlucentem fortunam exosa.

CIRCUMLŬO, is, a. 3. *to wash all round,* circum alluo, περικλύζω. *Tacit.* l. 4. *Hist.* c. 12. Rhenus amnis tergum et latera circumluit. *flows round. Liv.* l. 25. c. 11. Mari in pæninsulæ modum major pars circumluitur.

CIRCUMLUVĬO, onis, f. *the act of washing or flowing round,* actus circumluendi, περικλυσμός. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 38. Jura alluvionum, et circumluvionum. *Festus* appellat *circumluvium.* V. *Alluvio.*

CIRCUMLUVIUM. V. vocem præced.

[* CIRCUMLUVIUM, ii, n. est locus, quem aqua circumluit. Hæc *Isidor. Orig.* l. 14. c. 8. *ad fin.*]

CIRCUMMĔO, as, n. 1. *to go round,* circumeo, circum vagor. *Tertull. de Pall.* c. 1. Proh quantum circummeavit! a Pelasgis ad Lydos, a Lydis ad Romanos. *Pomp. Mela* l. 3. c. 7. Insula habitatur, nec quisquam circummeasse traditur.

CIRCUMMETĬOR, iris, com. 4. Passiva significatione *Vitruv.* l. 4. c. 4. Si duæ columnæ æque crassæ lineis circummetientur.

CIRCUMMINGO, is, n. 3. *to make water all round,* διουρέω. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 57. *Burm.* Si circumminxero illum, nesciet, qua fugiat. et cap. 62. Circumminxit vestimenta sua, et subito lupus factus est.

CIRCUMMISSUS, a, um, *sent round. Liv.* l. 36. c. 14. *ad fin.* Tribunus cum duorum signorum militibus circummissus. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 49. Præeonibus circummissis, pronuntiari jubent, &c. *Liv.* l. 2. c. 50. *ad fin.* Jugo circummissus Veiens in verticem collis evasit.

CIRCUMMITTO, is, isi, issum, a. 3. *to send round,* περιπέμπω. *Liv.* l. 4. c. 18. Qui inter dimicationem castra Romana aggrederentur, post montes circummisit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 63. Legationes in omnes partes circummittere.

CIRCUMMŒNĬO. V. *Circummunio.*

CIRCUMMULCENS, entis, particip. *Plin.* l. 28. c. 3. In dolium serpentium conjectus experimenti causa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

CIRCUMMUNĪO, is, ivi, itum, a. 4. *to fortify all around,* περιφράττω. *Colum.* l. 5. c. 10. Locum pomarii circummunire maceriis oportet. ¶ Item operibus et munitionibus includere obsidendi causa, *to surround, invest. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 18. *in fi.* Oppidum vallo castellisque circummunire. Adde *Hirt. de B. Afric.* c. 79. et 80. et *Auctor. B. Hispan.* c. 38. ¶ Dicitur etiam *circummœnio,* quasi mœnibus includo. *Plaut. Capt.* 2. 2. 4. Ita vinclis, custodiisque circummœniti sumus. *circummured.*

CIRCUMMUNITĬO, onis, f. *a fortifying or fencing round,* περίφραγμα, septum, munitio alicui rei circumdata includendi, atque obsidendi causa. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 19. *in fi.* Id ne fieri posset, obsidione, atque oppidi circummunitione fiebat. *circumvallation. Auct. de B. Hispan.* c. 38. *in fi.* Circummunitiones in jugo dirigere.

CIRCUMMUNĪTUS, a, um, *fortified or fenced round,* munitione septus, περίφρακτος. *Colum.* l. 5. c. 4. Vites defixis arundinibus circummunitæ. ¶ Item operibus, et munitionibus circumdatus, et inclusus, *surrounded, invested. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 30. Vallo, crebrisque castellis circummuniti, oppido se se continebant. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 84. Nunc vero pæne ut feminas circummunitos prohiberi aqua, prohiberi ingressu. Adde *Auctor. de B. Hispan.* c. 34.

CIRCUMMURĀNUS, a, um, qui circum muros est. *Ammian.* l. 14. c. 6. (*al.* 14.) Populus R. annis ferme trecentis circummurana pertulit bella. Adde lib. 21. c. 13. (*al.* 25.)

CIRCUMNASCENS, entis, *growing round or about,* περιφυόμενος. *Plin.* l. 2. c. 103. *a med.* Lacus Sinnaus in Asia circumnascente absynthio inficitur.

CIRCUMNAVĬGO, as, a. 1. *to sail round, circumnavigate. Vellei. Paterc.* l. 2. c. 106. Classis, quæ Oceani circumnavigaverat sinus.

CIRCUMNECTO, is, ere, *to tie or bind round, connect,* περιπλέκω. *Senec.* l. 1. *Quæst. nat.* c. 2. Fulgor, qui sidera circumnectit. *surrounds. Lactant. de Opif. Dei,* c. 14. Tenuis membrana, qua circumnectitur alvus, ac tegitur.

CIRCUMNEXUS, a, um, *surrounded,* circumdatus. *Ammian.* l. 19. c. 7. (*al.* 15.) Elephanti flammis conjectis undique circumnexi.

CIRCUMNOTĀTUS, a, um. *painted or marked round. Apul.* l. 11. *Metam.* Humeris dependebat pone tergum pretiosa chlamyda: quaqua tamen viseres, colore vario circumnotatis insignibar animalibus. *h. e.* circum pictis.

CIRCUMOBRŬO, is, a. 3. *to cover on all sides,* περικαλύπτω, circumtego. *Plin.* l. 19. c. 5. *de raphano.* Incipiente incremento, confert alterna folia circumobruere.

CIRCUMOFFĪGO, is, a. 3. *to fix all round,* περιπήγνυμι. *Cato R. R.* c. 48. Eam terram complanato, furcas circumoffigito. ¶ Legitur et divisim *circum offigo.*

CIRCUMPACTUS. V. *Circumfartus.*

CIRCUMPADĀNUS, a, um, *on the banks of the Po,* qui est circum Padum. *Liv.* l. 21. c. 35. Circumpadani campi. *Plin.* l. 8. c. 48. Circumpadanæ lanæ.

CIRCUMPAVĪTUS, a, um, *beaten or trodden all round. Plin.* l. 12. c. 14. Ubi loci natura poscat, tegete palmea excipiente, aliubi area circumpavita.

CIRCUMPĔDES, um, m. *pages, lackies, footmen,* servi, qui circa pedes, hoc est circa dominum adstant, eumque sectantur. *Cic. Verr.* 3. c. 36. Servos artifices pupilli cum haberet domi, circumpedes autem homines formosos, et litteratos, suos esse dicebat. Ita *Aldus,* et alii. At *Nauger. Gruter.* et alii *circum pedes* divisim edidere, quod sane rectius est.

CIRCUMPENDENS, entis, *hanging round about. Curt.* l. 8. c. 9. Aurea lectica, circumpendentibus margaritis recubare.

CIRCUMPLAUDO, is, usi, usum, a. 3. *to applaud on every side. Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 2. v. 49. Quaque ibis, manibus circumplaudere tuorum.

CIRCUMPLECTO, is, a. 3. *to embrace,* idem quod circumplector. *Cato R. R.* c. 21. Foramina ubi feceris, laminis circumplectito. *Plaut. Asin.* 3. 3. 106. Meum collum circumplecte.

CIRCUMPLECTOR, eris, exus sum, dep. 3. *to embrace or clasp around,* περιβάλλω, ἀμπέχω, circum complector. *Plin.* l. 19. c. 4. *in fi.* Arbor crassitudinis, quam circumplecti nemo possit. ¶ Item cingere, circumdare. *to surround, compass. Cic. de Univers.* c. 7. *ad fin.* Eoque motu undique est eas circumplexus. *Id. Phil.* 13. c. 5. Domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 83. Collem opere circumplecti. *Virg. Æn.* 5. v. 312. *de pharetra.* lato quam circumplectitur auro Balteus. *goes round.* ¶ Translate *Gell.* l. 10. c. 3. Animum hercle meum, cum illa M. Ciceronis lego, imago quædam, et sonus verborum, et vocum, et ejulationum circumplectitur.

CIRCUMPLEXUS, a, um, particip. V. *Circumplector,* et adde *Auctor. de B. Hispan.* c. 32. et *Gell.* l. 13. c. 14. ¶ Passive *Gell.* l. 15. c. 1. *ad fin.* Turris lignea ex omni latere circumplexa igni. Adde *Apul.* l. 1. *de doctr. Platon.*

CIRCUMPLEXUS, us, m. *an embracing or folding round,* περιπλοκή. *Plin.* l. 8. c. 11. Dracones circumplexu facili ambiunt elephantos. *Id.* l. 10. c. 63. Lacertæ circumplexu Venerem novere.

CIRCUMPLICĀTUS, a, um, *folded on every side,* circumnexus, circumdatus. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 24. Belua vasta, et immanis, circumplicata serpentibus. *Id. ibid.* c. 36. Puer circumplicatus serpentibus.

CIRCUMPLĬCO, as, a. 1. *to fold round,* περιπλέκω, περιειλέω, circumvolvo. *Gell.* l. 17. c. 9. Circumplicare lorum surculo. *Prudent. Peristeph.* 14. v. 272. Barbam rigentem dum Jovis circumplicat. *Lactant. de Opif. Dei,* c. 12. Circumplicantur sicut arietis cornua. [*Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 28. Tum esset ostentum, si anguem vectis circumplicavisset.]

CIRCUMPLUMBO, as, a. 1. *to cover all over with lead. Cato R. R.* c. 20. Modiolos oleaginos facito: eos circumplumbato. *h. e.* offigito, firmato.

CIRCUMPŌNO, is, ui, itum, a. 3. *to place round,* περιτίθημι. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 75. Piper catillis circumponere. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 15. Nemus, quod navali stagno circumposuit Augustus. *Id.* 2. *Hist.* c. 59. Valentem, et Cæcinam pro concione laudatos curuli suæ circumposuit.

CIRCUMPOSITĬO, onis, f. περίθεσις. *Augustin.* ep. 199. *ex* 1. *Timoth.* 2. 9. Auri circumpositio.

CIRCUMPOSĪTUS, a, um, *placed round,* περιτεθείς. *Cels.* l. 8. c. 10. n. 1. *ad fin.* Ferulæ fissæ, circumpositæque ossa in sua sede continent. *Sueton. in Cæs.* c. 30. Circumpositis armatis causam dicere.

CIRCUMPOTATĬO, onis, f. *a drinking round in succession,* συμποσία, συμπόσιον. *Cic.* 2. *de legib.* c. 24. Omnisque circumpotatio tollitur.

CIRCUMPROJICĬO, is, a. 3. *to throw or scatter round,* circumspergo. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 37.

CIRCUMPULSO, as, a. 1. *to knock or beat all round. Stat.* l. 8. *Theb.* v. 228. Et lituis aures circumpulsantur acutis. ¶ Legitur et *circum pulsantur* divisim.

CIRCUMPURGO, as, a. 1. *to cleanse round about,* περικαθαίρω. *Cels.* l. 5. c. 28. n. 14. Clavus pedis tollitur, si quis eum circumpurgat, deinde imponit resinam.

CIRCUMQUĀQUE, *all around, every way, on every side,* πέριξ, idem quod circa, vel circum undique. *Aurel. Vict.* (*seu quicumque alius auctor est*) *de orig. Gentis R.* c. 17. *in fi.* Coloniæ deductæ sunt Præneste, Tibur, Gabii, ceteraque oppida circumquaque.

CIRCUMRĀDO, is, si, sum, a. 3. *to scrape, or shave, pare round,* περιξύω. *Cels.* l. 7. c. 12. n. 2. Tonsillas circumradere, et evellere.

CIRCUMRAPTUS, a, um, *dragged round,* circum raptatus. *Plin.* l. 29. c. 4. *a med.* Vespertilio ovilibus circumraptus toties, &c.

CIRCUMRASĬO, onis, f. actus circumradendi. *Plin.* l. 17. c. 26. Circumrasio corticis.

CIRCUMRĀSUS, a, um, *scraped or pared round.* Co-

lum. l. 4. c. 29. *a med.* Sarmentum quam recentissimum, et leviter circumrasum.

CIRCUMRETĬO, is, a. 3. *to entangle or ensnare,* circum irretio, rete implico, involvo, περιπλέκω, ἐνδεσμέω. Translate *Lucret.* l. 5. v. 1151. Circumretit enim vis, atque injuria quemque. *Sidon.* l. 5. ep. 13. Flexuosa calumniarum fraude circumretire aliquem.

CIRCUMRETĪTUS, a, um, *entangled in a net, ensnared,* περισπλακείς. *Arnob.* l. 5. pag. 186. Martem et Venerem Vulcani esse circumretitos arte. Adde lib. 4. pag. 151. ¶ Translate *Cic. Verr.* 7. c. 58. Cum te implicatum severitate judicum, circumretitum frequentia populi R. esse videam.

CIRCUMRIGŬUS, a, um, qui circum irrigatur. *Propert.* l. 1. eleg. 20. v. 37. Et circumriguo surgebant lilia prato. ¶ Possis etiam divisim scribere *circum riguo.*

CIRCUMRŌDO, is, osi, osum, a. 3. *to knaw all round, eat away on every side,* περιβρώσκω. *Plin.* l. 32. c. 2. Polypus hamum brachiis complectitur, nec prius dimittit, quam escam circumroserit. ¶ Allegorice *Cic. Attic.* l. 4. ep. 5. Quid? etiam (dudum enim circumrodo, quod devorandum est) subturpicula mihi videbatur esse παλινῳδία. ¶ Metaphorice *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 82. Dente Theonino cum circumroditur. *h. e.* laceratur, maledico dente carpitur.

CIRCUMRŌRANS, antis, *sprinkling slightly all around,* leviter circum aspergens. *Apul.* l. 11. *Metam.* Sueto lavacro purissime circumrorans abluit.

CIRCUMRŎTO, as, a. 1. *to turn or wheel round,* in gyrum moveo. *Apul.* l. 9. *Metam.* Circumrotare machinas, *h. e.* versare molas. *Cæs. German.* fragm. 3. cæli circumrotat orbem.

CIRCUMROTUNDATĬO, onis, f. circumductio. *Vitruv. sub fin.* lib. 3. Ut acumen normæ circumrotundatione tangendo pervagari possit.

CIRCUMSALTANS, antis, particip. qui circum saltat, περιορχούμενος. *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 135. Hoc circumsaltante choro.

CIRCUMSARRĬO, is, a. 4. *Cato R. R.* c. 114. Earum radices circumsarrito, et purgato. Ita *Aldus* 1514. Alii *circumsecato.*

CIRCUMSCALPTUS, a, um, *scraped all round,* περικνιζόμενος. *Plin.* l. 20. c. 5. Radice pastinacæ circumscalpti dentes dolore liberantur.

CIRCUMSCARIFICĀTUS, a, um, *scarified round,* περιαμυξόμενος. *Plin.* l. 22. c. 23. Pedum clavi circumscarificati ferro. *Id.* l. 30. c. 3. Circumscarificatus dens. Al. leg. *circumscarifatus.* V. *Scarifico.*

CIRCUMSCĬNDO, is, a. 3. *to cut round,* καταῤῥήγνυμι. *Liv.* l. 2. c. 55. Quo ferocius clamitabat, eo infestius circumscindere, et spoliare lictor.

CIRCUMSCRĪBO, is, ipsi, iptum, a. 3. *to draw or write round; draw a mark round,* περιγράφω. *Cic. Phil.* 8. c. 8. Virgula stantem circumscripsit. *h. e.* circulum circa illum descripsit. *Id.* 5. *de Fin.* c. 8. Circumscribere orbem. *Quintil.* l. 10. c. 2. Circumscribere lineas. *Colum.* l. 6. c. 5. Ænea subula pars auriculæ circumscribitur, ita ut manante sanguine, tanquam O litteræ ductus appareat orbiculus. *Plin.* l. 25. c. 5. Elleborum primum gladio circumscribitur: deinde qui succisurus est, ortum spectat. ¶ Translate varios habet usus. Aliquando enim significat definire, describere. *to describe, define. Cic. pro Sext.* c. 45. Sed genus universum, ut tollatur error, brevi circumscribi et definiri potest. *Gell.* l. 4. c. 1. Si ego te nunc rogem, uti mihi dicas, et quasi circumscribas verbis, quid homo sit. *Justin.* l. 39. c. 2. Templo Jovis solidum ex auro Victoriæ signum tolli jubet, facetis jocis sacrilegium circumscribens. Nam Victoriam commodatam sibi ab Jove esse dicebat. ¶ Item terminare, præfinire, *to circumscribe, limit, bound, confine. Cic. pro Rabir. perduell. sub fin.* Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 16. Orator nullis terminis circumscribit, aut definit jus suum. *Id. Parad.* 2. *a med.* Circumscribere alicui locum habitandi. *Plin.* l. 22. c. 2. Circumscribere luxuriam vilitate. *h. e.* terminos luxuriæ constituere. ¶ Item in angustum redigere, angustis terminis concludere. *Senec.* ep. 15. Circumscribe corpus tuum, et animo locum laxa. et *de consolat. ad Helv. c. ult.* Ejus laudes tam parce transcurrere, circumscribere est. *to abridge, detract or derogate from. Colum.* l. 1. c. 1. Diophanes Bithynius Dionysium per multa diffusum volumina, sex epitomis circumscripsit. *h. e.* ad sex libros redegit, ut est apud *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 1. *sub fin.* ¶ Et cingere, complecti. *to surround, go round. Gell.* l. 12. c. 13. Oceanus undique circumscribit omnes terras, atque ambit. ¶ Et comprehendere, concipere, *to conceive, comprehend. Cic. in Orat.* c. 59. Ante circumscribitur mente sententia, confestimque verba concurrunt. ¶ Et coercere, cohibere, *to restrain, check, bridle. Senec.* ep. 108. *ante med.* circumscribere gulam, et ventrem. ¶ Item in ordinem cogere, impedire, ac veluti illigare, ne potestate sua uti quis possit. *to restrain, or restrict, in the exercise of one's power. Cic. Attic.* l. 7. ep. 9. Si tribunus plebis notatus, aut Senatusconsulto circumscriptus, aut sublatus, aut expulsus sit. *Id. pro Mil.* c. 33. Senatus, credo, prætorem eum circumscripsisset. *Id. Phil.* 13. c. 9. Parata de circumscribendo adolescente sententia consularis. *h. e.* impediendo, prohibendo, ne rempubl. administret. Adde *Cæsar.* l. 1. *B. Civ.* c. 32. ¶ Illud quoque huc pertinet *Cicer.* 4. *Verr.* c. 61. Itaque uno genere, opinor, circumscribere habetis in animo genus hoc aratorum, quod eos infenso animo venisse dicatis. *h. e.* prohibere, impedire, ne testimonium dicant. ¶ *Plin.* l. 33. c. 3. Parricidio suo etiam rempublicam circumscripsit. *hath disgraced. h. e.* damnavit, et infamem reddidit: ducta loquendi ratione a circumscribendis magistratibus: ii enim infamia quadam notantur, cum rempublicam gerere impediuntur. ¶ Hinc interdum accipitur pro removere, abjicere, tollere. *to remove, set aside, withdraw.* Nam magistratus cum circumscribitur, a republica removetur. *Cic. Verr.* 3. c. 16. Quamobrem, hoc omni tempore Syllano ex accusatione circumscripto, legationem ejus præclaram cognoscite. Ubi *Ascon.* sublato, circumducto, ac prætermisso. *Id.* 3. *de Fin.* c. 9. Circumscriptis igitur iis sententiis, quas posui, relinquitur, ut, &c. ¶ Eleganter adhibetur pro decipere, fallere, captare, *to beset, ensnare, entrap, cheat, trick, deceive. Cic.* 4. *Acad.* c. 15. Fallacibus et captiosis interrogationibus circumscribere, atque decipere aliquem. *Plin.* l. 7. c. 40. Vana mortalitas, et ad circumscribendum se ipsam ingeniosa. Adde *Senec.* l. 5. *quæstion. natur.* c. 1. et epist. 82. *ad fin.* ¶ Speciatim dicitur de iis, qui dolo aliquem defraudant per fallacias forenses. V. *Circumscriptio. Cic. Phil.* 14. c. 3. Testamenta subjiciunt, aut ejiciunt vicinos, aut adolescentulos circumscribunt. *Id. pro Rosc. Com.* c. 8. Dic nunc, te ab Roscio HS IϽϽϽ circumscriptum esse. *Juvenal.* sat. 10. v. 222. Quot Basilus socios, quot circumscripserit Hirrus Pupillos. Adde sat. 14. v. 237. ¶ *Circumscribere vectigalia* apud *Quintil.* declam. 340. et 341. est fraudare, imminuere. ¶ *Circumscribere testamentum,* aut *legem* est dolose interpretari, vel eludere: ut si serves quidem verba testamenti, aut legis, voluntati autem legislatoris, aut testatoris vel adverseris, vel non attendas. *Plin.* l. 8. ep. 18. Atque ita circumscripto testamento, emancipatam filiam adoptionis fraude revocaverat. *Paul. Dig.* lib. 4. tit. 3. leg. 18. *ad fin.* Ne aliter observantibus lex circumscribatur. *Frontin. de Aquæduct.* artic. 112. Circumscribere saluberrimas constitutiones. *Lactant. de ira Dei,* c. 8. Leges publicas circumscribere. ¶ *Circumscribi* pro minui, aut cessare usurpatur aliquoties a *Cœl. Aurelian.* ut *Acut.* l. 2. c. 10. *ad fin.* Hæc cito circumscribuntur, et is qui patitur, facile resurgit. Et *Chronic.* l. 5. c. 10. Rigor corporis atque tremor circumscribitur. et *ibid.* Febres illico solvuntur, et gravedo circumscribitur.

CIRCUMSCRIPTE, adverb. circumscribendo, διωρισμένως. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 59. Singulas res definire, circumscripteque complecti. *h. e.* suis quasque finibus concludendo, et unam ab altera distinguendo. *Id. in Orat.* c. 66. Circumscripte, numeroseque dicere. *in measured periods,* per periodos, quæ sunt certæ, et distinctæ comprehensiones verborum, suis quæque clausulis terminatæ. Nam periodus appellatur etiam *circumscriptio* ab *eodem ibid.* c. 61. et *circumscriptus verborum ambitus,* c. 12. ¶ Item summatim, contracte, *shortly, briefly, in a short compass. Lactant.* l. 5. c. 14. Volo prius circumscripte, et breviter, quid sit, ostendere. Adde cap. 9.

CIRCUMSCRIPTĬO, onis, f. *a writing or marking round,* περιγραφή, actus circumscribendi, scriptura, aut signum in circuitu factum. *Cic. Phil.* 8. c. 8. Virgula stantem circumscripsit, dixitque, se non ante renuntiaturum Senatui, nisi prius respondisset, quam ex illa circumscriptione excederet. ¶ Item limitatio, finis in circuitu positus. *Id.* l. 1. *Tuscul.* c. 20. Cum totam terram contueri licebit, ejusque situm, formam, circumscriptionem. *circumference; limitation, boundary. Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 9. Æternitas, quam nulla temporum circumscriptio metitur. *no limitation of time. Arnob.* l. 2. pag. 93. In utero matris corporeæ formam circumscriptionis accepit. ¶ Dicitur etiam de certa, ac finita comprehensione verborum, quæ Græco nomine periodus appellatur. *a period. Id. de clar. Orat.* c. 8. *ad fi.* Ipsa enim natura circumscriptione quadam verborum comprehendit, concluditque sententiam. *Id. in Orat.* c. 61. Circuitus ille orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus. ¶ Est etiam *circumscriptio,* quam quidam inter figuras rhetoricas posuerunt, negat autem *Quintil.* figuram esse; sive (inquit l. 9. c. 3.) hoc nomine significetur comprehensa breviter sententia, sive finitio. Al. leg. *circumitio* pro *circumscriptio.* ¶ Præterea sæpe ponitur pro deceptione, ac fraude, *a cheating, defrauding:* et proprie dicitur de dolo, quo quis alterum per forenses insidias scripto callidiore capit, ut *Quintil.* (*seu quicumque alius auctor est*) declam. 301. loquitur. De ea ita *Senec. in Excerpt.* l. 6. controv. 3. Circumscriptio semper crimen sub specie legis involvit: quod apparet in illa, legitimum est: quod latet insidiosum. *Cic. pro Cluent.* c. 16. Cum omnis ab his fraus, omnes insidiæ, circumscriptionesque adolescentium nascerentur. *Id. pro Flacc.* c. 30. Prædiorum proscriptiones cum mulierculis aperta circumscriptione facere. *Senec.* l. 2. *de ira,* c. 9. Circumscriptiones, furta, fraudes, inficiationes, quibus trina non sufficiunt fora. Adde *ibid.* l. 3. c. 2. et *Cicer.* 3. *Offic.* c. 15. ¶ Universim pro captione, et deceptione quacumque. *Senec.* ep. 82. *ad fin.* Quem mortalium circumscriptiones vestræ fortiorem facere, quem erectiorem possunt? *h. e.* sophismata, et cavillationes dialecticæ. *Tertull. de patient.* c. 5. Diaboli circumscriptio.

CIRCUMSCRIPTOR, oris, m. περιγραφεύς, qui circumscribit: et speciatim qui decipit, et fraudat: ea ratione, qua dictum est in voce præced. *Cic.* 2. *Catil.* c. 4. Quis testamentorum subjector, quis circumscriptor, &c. *Juvenal.* sat. 15. v. 135. pupillum ad jura vocantem Circumscriptorem. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 7. diabolum vocat *circumscriptorem colubrum.* ¶ Item qui removet, tollit, abrogat. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 27. Sententiæ suæ circumscriptor.

CIRCUMSCRIPTUS, a, um, *written or marked all round,* περίγραπτος, circum inscriptus, aut notatus. *Plin.* l. 21. c. 7. Radix circumscripta mucrone gladii, orbe triplici. *Id.* l. 23. c. 6. Radix eorum, circumscripta terra, manu sinistra capitur. ¶ Translate est terminatus, limitatus, finibus conclusus, *circumscribed, confined, limited. Cic.* 2. *de Orat.* c. 16. Assumamus eam quoque partem, sed ita ut sit circumscripta modicis regionibus *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 12. Certarum rerum forensibus cancellis circumscripta scientia. *Id. Phil.* 6. c. 3. Ille se fluvio Rubicone CC mill. circumscriptum esse patiatur? *Gell.* l. 7. c. 3. Hominum vita iniquis, et indomitis necessitatibus circumscripta. *h. e.* cincta, circumdata, obsessa. *Petron. in Satir.* c. 119. ut fuga mobilis ævi Circumscripta mora properantes differat annos. *h. e.* constricta, ligata, impedita. ¶ Circumscripti verborum ambitus apud *Cicer. in Orat.* c. 12. sunt periodi. *periods.* V. *Circumscripte,* et *Circumscriptio.* ¶ Item pressus, in angustum redactus, brevis, *brief, compressed, concise. Plin.* l. 1. ep. 16. In concionibus eadem, quæ in orationibus vis est; pressior tamen, et circumscriptior, et adductior. ¶ Item deceptus, fraudatus, *cheated, defrauded. Petron.* c. 112. Miles circumscriptus, dum residet. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 3. leg. 7. Minor annis vigintiquinque consilio servi circumscriptus. ¶ Item sublatus, prætermissus. *withdrawn, passed over. Cic. Verr.* 3. c. 16. Quamobrem, hoc omni tempore Sullano ex accusatione circumscripto, legationem ejus præclaram cognoscite. ¶ Alia huc pertinentia V. in *Circumscribo.*

CIRCUMSĔCO, as, a. 1. *to cut round,* περικόπτω, circumcido. *Cic. pro Cluent.* c. 64. Serrula circumsecare aliquid. *Colum. l. et c.* 6. Circumsecare ungulas. *Id.* l. 7. c. 5. *circumsecare* primum, deinde *circumcidere* de eadem re dixit.

CIRCUMSECTUS, a, um, *cut all round,* περικοφθείς. *Scribon. Larg. compos.* 229. Circumsecta aluta. *clipped round, rounded. Sueton. in Domit.* c. 12. Cum a procuratore inspiceretur nonagenarius senex, an circumsectus esset. *circumcised.* De Judæis loquitur.

CIRCUMSĔCUS, *on every side,* ἀμφὶ, περὶ, circumcirca, circum undique. Adverbium est ea ratione conflatum, qua *altrinsecus, forinsecus,* &c. *Apul.* l. 2. *Metam.* Nos omnes circumsecus adstantes. et lib. 5. Circumsecus venari. et lib. 11. Navis picturis miris circumsecus variegata.

CIRCUMSEDĔO, es, edi, essum, n. 2. *to sit, or take one's stand round,* περικάθημαι, circa aliquem sedeo. *Senec.* ep. 9. Florentes amicorum turba circumsedet: circa eversos ingens solitudo est. ¶ Frequenter est obsidere, *to besiege. Cic. Phil.* 7. c. 8. Qui Mutinam circumsedent. *Id. Attic.* l. 15. ep. 10. Circumsedemur omnibus copiis. *Id. Phil.* 10. c. 4. *in fi.* Vallo circumsedere aliquem. *Valer. Max.* l. 3. c. 8. n. 5. Circumsedere Curiam militibus. Adde *Liv.* l. 9. c. 2. ¶ Scribitur et *circumsideo.* ¶ *Circumsīdo, is,* eandem habet significationem. *Liv.* l. 36. c. 13. Inde Pallinæum circumsidunt, et priusquam oppugnarent, &c. *to invest; lay siege to.* Adde lib. 9. c. 21. *in fi.* et *Tacit.* 1. *Ann.* c. 70. et lib. 3. c. 38. *in fi.* et lib. 15. c. 5.

CIRCUMSEPĬO, is, a. 4. *to fence round, surround,* περικλείω. *Liv.* l. 1. c. 49. Armatis corpus circumsepsit. *Prudent. in Psychom.* v. 753. Barbaries circumsepserat urbis indigenas.

CIRCUMSEPTUS, a, um, *enclosed in on every side,* circum clausus, περικλεισθείς. *Paul. Dig.* lib. 41. tit. 2. leg. 3. *a med.* Feræ, quæ in silvis circumseptis evagantur. *Auct. epist. ad Octavium.* Cohortibus armatis circumseptus Senatus. *Sueton. in Ner.* c. 31. Stagnum maris instar, circumseptum ædificiis ad urbium speciem.

CIRCUMSĔQUENS, entis, qui circumsequitur, περιεπόμενος. *Apul. sub initio* l. 3. *Metam.* Inter tot millia populi circumsequentis. Ita *Scioppius:* plerique alii aliter.

CIRCUMSĔRO, is, a. 3. *to plant or sow all round,* περιφυτεύω. *Plin.* l. 21. c. 12. Genistas circumseri alveariis gratissimum.

CIRCUMSESSĬO, onis, f. *a besieging, siege,* περιέδρευσις, obsessio. *Cic.* 3. *Verr.* c. 33. Quid si planum facio, te hujus circumsessionis tuæ causam in alios transtulisse?

CIRCUMSESSUS, a, um, *surrounded, invested on all sides,* a circumsedentibus, vel circumstantibus circumdatus. *Cic. Catil.* 4. c. 2. Nec ego sum ille ferreus, qui non movear horum omnium lacrymis, a quibus me circumsessum videtis. ¶ Item cinctus, obsessus, *besieged. Id. Phil.* 12.

c. 10. Circumsessus lectis valentissimorum hominum viribus. Liv. l. 3. c. 4. Castra circumsessa, atque oppugnata.

CIRCUMSIDEO } V. *Circumsedeo.*
CIRCUMSIDO }

CIRCUMSIGNO, as, a. 1. *to mark all round*, κύκλῳ σημειόω. *Colum.* l. 5. c. 11. Gemmam duobus digitis quadratis circumsignato. Adde *Pallad. in Jun.* tit. 5.

CIRCUMSILIO, is, n. 4. *to leap round*, περισκιρτάω. *Catull.* carm. 3. v. 9. *de passere.* Sed circumsiliens modo huc, modo illuc, Ad solam dominam usque pipilabat. ¶ Translate *Juvenal.* sat. 10. v. 218. circumsilit agmine facto Morborum omne genus.

CIRCUMSISTO, is, n. 3. *to stand round*, περιΐστημι, circumsto. *Plaut. Asin.* 3. 3. 28. Circumsistamus: alter hinc, hinc alter appellemus. *Id. Men.* 5. 7. 9. Quid me circumsistitis? quid rapitis me? quo fertis me? *Cic. Verr.* 7. c. 54. *a med.* Hæc cum maxime loqueretur, sex lictores cum valentissimi circumsistunt. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 8. Quem perterriti omnes Arverni circumsistunt, atque obsecrant, ut, &c. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 20. Domitium productum in publicum circumsistunt, et custodiunt. *Id.* l. 3. *B. Gall.* c. 15. Cum singulas binæ, aut ternæ naves circumsisterent. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 41. *sub fin.* Circumsistere signa. ¶ Passive *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 43. Ne ab omnibus civitatibus circumsisteretur. *h. e.* obsideretur. *Apul.* l. 2. *de Dogmat. Plat.* Fortitudo circumsistitur hinc audacia, inde timiditate. ¶ *Valla* l. 5. *elegantiar.* c. 49. hoc statuit discrimen inter *circumsto*, et *circumsisto*, quod illud pro circumdare simpliciter ponatur, hoc pro invadere, irruere, et quasi terrificatione aggredi. Sed ipse quoque fatetur non esse perpetuum.

CIRCUMSĬTUS, a, um, adject. circumjacens. *Ammian.* l. 23. c. 6. (*al.* 26.) Ante quam circumsitos populos ad ditionem traherent.

CIRCUMSŎNANS, antis, *resounding on all sides*, περιηχῶν, qui circumsonat. *Liv.* l. 27. c. 18. *a med.* Circumsonans undique clamor. *Vitruv.* l. 5. c. 8. *ad fin.* Circumsonantes loci sunt, in quibus circumvagando coacta vox, se solvens in medio, sine extremis casibus sonans, ibi exstinguitur, incerta verborum significatione.

CIRCUMSŎNO, as, n. 1. *to resound on every side*, περιηχέω. *Cic.* 3. *Offic.* c. 2. Talibus aures tuas vocibus undique circumsonare. *Liv.* l. 39. c. 10. Locus, qui circumsonat ululatibus, cantuque symphoniæ, et cymbalorum, et tympanorum pulsu. Adde *Manil.* l. 5. v. 582. ¶ Cum accusativo. *Virg.* 8. *Æn.* v. 474. Hinc Rutulus premit, et murum circumsonat armis. *h. e.* sonat armis, ac strepit circa murum. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 507. et remos plausis circumsonat alis. *Liv.* l. 3. c. 28. Jussa miles exsequitur, clamor hostes circumsonat. Adde *Claudian.* l. 2. *de rap. Pros.* v. 268. ¶ Passive *Ovid.* 3. *Trist. in fi.* Threicio, Scythicoque fere circumsonor ore. *h. e.* qui circa me sunt, Thracia, et Scythica lingua loquuntur. et lib. 4. *sub fin.* finitimis quamvis circumsoner armis. *h. e.* obtundar strepitu armorum. Adde lib. 5. eleg. 3. v. 11.

CIRCUMSŎNUS, a, um, circumsonans. *Ovid. Metam.* 4. v. 722. quem turba canum circumsona terret. ¶ Passive *Stat.* 7. *Theb.* v. 261. Dionæisque avibus circumsona Thisbe.

CIRCUMSPARGO. V. *Circumspergo.*

CIRCUMSPECTĀTRIX, icis, f. quæ circumspectat. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 1. Exeundum hercle tibi hinc est foras, circumspectatrix cum oculis emissitiis. *Apul. in Apolog.* Improba juvenum circumspectatrix.

CIRCUMSPECTE, *circumspectly, cautiously, warily, advisedly*, περιεσκεμμένως, ἀκριβῶς, cum circumspectione, caute, accurate. *Quintil.* l. 9. c. 2. *a med.* Hoc parcius, et circumspectius faciendum. *Gell.* l. 9. c. 10. Satis circumspecte facti versus. *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 14. Circumspectius donare, circumspectius eligere eos, in quos merita conferantur. ¶ *Circumspecte indutus* dicitur, qui multam adhibet curam, ut apte, ornateque vestitus sit. *particularly; finically.* *Gell.* l. 1. c. 5. Multa munditia, et circumspecte compositeque indutus. *Ammian.* l. 27. c. 3. (*al.* 6.) Procedantque vehiculis insidentes, circumspecte vestiti, epulas curantes profusas, &c. *Vales. ad ejusd. Ammiani* lib. 14. c. 6. (*al.* 14.) exponit *circumspecte*, cum admiratione circumspicientium: qua ratione *circumspectus* ab *Ammiano* sumitur, ut suo loco dicetur.

CIRCUMSPECTĬO, onis, f. *circumspection, accurate consideration, extreme caution*, περισκόπευσις, accurata consideratio. *Cic.* 4. *Acad.* c. 11. Sin ex circumspectione aliqua, et accurata consideratione id se dicent sequi, &c. ¶ Proprie *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scipion.* c. 15. *a med.* Sibi horizontem facit circumspectio singulorum. *the beholding on all sides.*

CIRCUMSPECTO, as, a. 1. *to look about*, περισκέπτομαι. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 49. *in fi.* Bestiæ in pastu circumspectant. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 8. Hem te hercle ego circumspectabam: nimis metuebam, ne abiisses. *Id. Trinum.* 4. 2. 21. Circumspectare se se. *to look about sharply*, circa se circumspicere. *Liv.* l. 2. c. 10. Cunctati aliquandiu sunt, dum alius alium, ut prœlium ineant, circumspectant. *Terent. Eun.* 3. 5. 54. Simul alia circumspecto, satin' explorata sint. ¶ Diligenter advertere, considerare, *to heed, take heed, think, consider.* *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 30. Dubitans, circumspectans, hæsitans. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 74. At Vespasianus bellum, armaque, et procul, vel juxta sitas vires circumspectare. *Sil.* l. 15. v. 7. Anxia turba Patrum quasso medicamina mœsti Imperio circumspectant. *h. e.* quæritant, circumspiciunt, si forte videant, qui Imperio medeatur. ¶ De iis, qui suspiciosi sunt. *to look around with an eye of suspicion.* *Cic. in Pison. in fi.* Circumspectans omnia: quidquid increpuerit pertimescens. *Sallust. in Jug.* c. 75. Circumspectare omnia, et omni strepitu pavescere. Adde *Plin.* l. 8. c. 4.

CIRCUMSPECTUS, us, m. *a looking round*, περισκόπευσις, circumspectio. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 67. *Hard.* Cervix flexilis ad circumspectum. *Cic.* 12. *Phil.* c. 26. Hæc ego in urbe prævideo: facilis est circumspectus, unde exeam, quo progrediar, quid ad dexteram, quid ad sinistram sit. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 6. v. 43. Corpore sed mens est ægro magis ægra, malique In circumspectu stat sine fine sui. *h. e.* in sui mali consideratione. *Senec. de otio Sap.* c. 32. Natura in media nos sui parte constituit, et circumspectum omnium nobis dedit.

CIRCUMSPECTUS, a, um, *looked at on every side*, περισκεπτόμενος. *Tacit. Ann.* 12. c. 35. Circumspectis, quæ impenetrabilia, quæque pervia. *Id. Ann.* 13. c. 39. Circumspectis munimentis, et quæ expugnationi idonea, provisis. ¶ Item consideratus, animadversus, *weighed, considered.* *Cic. Fam.* 1. ep. 9. *ante med.* Circumspectis rebus meis omnibus, rationibusque subductis, summam feci cogitationum mearum omnium. *Sueton. in Aug.* c. 63. Multis ac diu circumspectis conditionibus. ¶ Active de eo qui circumspicit, et sagax, ac prudens est, *circumspect, cautious, careful, thoughtful, prudent, considerate, wary, wise*, περιεσκεμμένος. *Colum.* l. 1. c. 8. *a med.* Nam illa solemnia sunt omnibus circumspectis, ut ergastuli mancipia recognoscant, ut explorent, &c. *Cels.* l. 3. c. 9. *in fi.* Est circumspecti hominis et novare interdum, et augere morbum. *Senec.* l. 5. *quæst. nat.* c. 1. *in fi.* Sive aliquis circumspectior est, &c. *Sueton. in Tib.* c. 21. Circumspectissimus et prudentissimus princeps. *Id. in Claud.* c. 15. Modo circumspectus, et sagax, modo inconsultus, ac præceps. *Colum.* l. 7. c. 12. Canes debent esse assidui, et circumspecti magis, quam temerarii. ¶ De rebus, quæ circumspecte, ac prudenter fiunt. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 539. Verba movent iras non circumspecta deorum. *inconsiderate language.* *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 20. Decreti circumspectissima sanctio. *Id.* l. 2. c. 1. n. 9. *extern.* Senectuti juventus cumulatum, et circumspectum honorem reddebat. *h. e.* cumulate, et accurate senes honorabat, ita ut nihil omnino omitteret, quod ad senes colendos pertinebat. ¶ Est etiam conspicuus, spectabilis, quique circumspicientium ora, et admirationem in se convertit, *looked up to with admiration, awe, respect*, &c. *conspicuous*, περίβλεπτος. *Ammian.* l. 14. c. 6. (*al.* 14.) Ubique Patrum reverenda cum auctoritate canities, populique R. nomen circumspectum, et verecundum. *Id.* l. 18. c. 10. (*al.* 23.) In municipali ordine, genere, fama, potentiaque circumspectus. *Id.* l. 28. c. 4. (*al.* 21.) Parietes lapidum circumspectis coloribus nitidi. ¶ Huc fortasse pertinet illud *Valer. Max.* l. 4. c. 3. n. 4. Qua tam circumspecta animi moderatione, &c. *h. e.* tam insigni, et mirabili.

CIRCUMSPERGO, is, a. 3. *to sprinkle all around*, περιπάσσω. *Plin.* l. 8. c. 1. Ibi se purificantes solemniter circumspergi aqua. *Colum.* l. 11. c. 2. *post med.* Magnis arboribus quaternos modios stercoris caprini circumspergere. ¶ Reperitur etiam *circumspargo.* *Apic.* l. 8. c. 8. Impensam talem circumsparges.

CIRCUMSPICIENTĬA, æ, f. *consideration, circumspection*, actus circumspiciendi, consideratio. *Gell.* l. 14. c. 2. Multa, et anxia cura, et circumspicientia indigens.

CIRCUMSPICĬO, is, exi, ectum, a. 3. *to look round*, περισκέπτομαι, περισκοπέω, circum aspicio. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 34. Nec suspicit, nec circumspicit. *Plaut. Mostell.* 2. 2. 41. Circumspice dum, numquis est, sermonem nostrum qui aucupet. *Id. Trinum.* 1. 2. 109. Circumspice dum te, ne quis assit arbiter. ¶ Translate significat advertere, providere, accurate considerare, perpendere. *to take heed, weigh, consider carefully, ponder over.* *Cic. pro Quint.* c. 31. Omnia circumspexit Quintius, omnia periclitatus est. *Id. Agrar.* 1. c. 8. Ut circumspiciamus omnia, quæ populo grata sunt, nihil tam populare, quam pacem reperiemus. *Id. pro Syll.* c. 25. Circumspicite paulisper mentibus vestris hosce ipsos homines, qui &c. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 5. Reliqua ejus consilia animo circumspiciebat. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 74. Permulta sunt in causis circumspicienda, ne quid offendas. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 3. Circumspiciendum est diligenter, ut, &c. *Justin.* l. 31. c. 1. Semper tædio quietis urbanæ, novas belli causas circumspicere. *to look round for.* *Id.* l. 2. c. 12. *in fi.* Circumspicere fugam. *think of providing for.* *Sallust. in Orat. Phil. contra Lepid.* Mithridates diem bello circumspicit. *h. e.* exspectat idoneum tempus belli gerendi. *Id. in Orat. Cottæ ad Populum.* Republicam cui mandetis circumspicite. ¶ *Circumspicere aliquid* interdum est undique desiderare, expetere, conquirere. *to desire, seek after.* *Liv.* l. 1. c. 30. Sabini circumspicere et ipsi externa auxilia. *Plin.* l. 3. ep. 3. Circumspiciendus est rhetor Latinus, cujus, &c. *we must look for a master*, &c. Adde *Justin.* l. 22. c. 5. ¶ Absolute, interdum est sollititi, anxii, opemque aliunde quærentis. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 14. *ad fin.* Circumspicit, æstuat. ¶ *Circumspicere se* est suas res, et se ipsum considerare, et expendere, *to take a view of himself.* *Cic. Parad.* 4. *ad fin.* Numquamne, homo amentissime, te circumspicies? numquam nec quid facias, considerabis, nec quid loquare? ¶ Significat etiam se magni æstimare, sibi placere: ductum fortasse a pavonibus, *be proud of one's self.* *Cic. pro Rosc. Com.* c. 2. Usque eo ne te diligis, et magnifice circumspicis, ut, &c? ¶ Catachresis videtur esse in illo *Stat.* 8. *Theb.* v. 14. Illum securi circumspexere fragorem Elysii. ¶ *Circumspexti* per syncop. pro *circumspexisti* legitur apud *Terent. Adelph.* 4. 5. 55. et *circumspexe*, pro *circumspexisse*, *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 292. ex lectione *Scaligeri.*

CIRCUMSPIRACŬLUM, i, n. *Lucret.* l. 6. v. 492. Et quasi per magni circumspiracula mundi Exitus, introitusque elementis redditus exstat. ¶ Alii divisim scribunt *circum spiracula.*

CIRCUMSTAGNO, as, n. 1. *to stagnate all around.* *Tertull. de Pudic.* c. 22. Lacrymæ circumstagnant.

CIRCUMSTANS, antis, *standing round*, περιϊστάμενος, qui circumstat. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 55. Si a rebus consequentibus, aut circumstantibus non recedemus. *Quintil.* l. 10. c. 3. Cum in medio foro, tot circumstantibus judiciis, jurgiis, clamoribus, &c. *Curt.* l. 6. c. 10. *in fi.* Unus e turba circumstantium exclamavit. *Gell.* l. 1. c. 11. *ad fin.* Stetisse in circumstantibus dicunt occultius, qui fistula sonum inspiraret. *amongst those standing around.*

CIRCUMSTANTĬA, æ, f. *the act of standing round*, περίστασις, actus circumstandi. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 7. Aquæ sic corpora accipiunt, ut semper in contrarium acceptis refluant. Hanc nostri circumstantiam, Græci autem περίστασιν appellant, quæ in aere quoque, sicut in aqua fit. *Gell.* l. 3. c. 7. Ostendit exitium de loci importunitate, et hostium circumstantia. *Id.* l. 14. c. 1. Fortuna ejus, et mores, et ingenium, et circumstantia rerum, negotiorumque. et cap. 2. In his negotiorum ambagibus, et in ancipiti rationum diversarum circumstantia. *Tertull. de Orat.* c. 3. Cui illa Angelorum circumstantia non cessat dicere Sanctus, Sanctus, Sanctus. ¶ Item attributio, qualitas, quæ rem circumstat, *a circumstance.* *Quintil.* l. 5. c. 10. *post med.* Hoc genus argumentorum sane dicamus ex circumstantia, quia περίστασιν dicere aliter non possumus.

CIRCUMSTATĬO, onis, f. actus circumstandi, περίστασις, *the act of standing round.* *Gell.* l. 7. c. 4. Circumstatio militum corona appellata.

CIRCUMSTIPĀTUS, a, um, *crowded on all sides, surrounded*, circumdatus. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 595. et ducibus circumstipata togatis.

CIRCUMSTĪPO, as, a. 1. *to crowd or press round; to surround*, cingo, circumdo, cum turba comitor. *Sil.* l. 10. v. 453. magna circumstipante caterva. *Claudian.* l. 2. *in I. Consul. Stilich.* v. 356. Pennatique nurum circumstipantur Amores.

CIRCUMSTO, as, steti, statum, a. 1. *to stand or place one's self round; to beset*, περιΐστημι, circa aliquem sto, circumsisto. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *ante med.* Quæ consurrectio judicum facta sit; ut me circumsteterint, ut aperte jugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. *Id. Catil.* 1. c. 8. *ad fin.* Equites R. honestissimi, ceterique cives, qui circumstant Senatum. *Id. ibid. c. ult.* Desinant insidiari domi suæ consuli, circumstare tribunal prætoris urbani, obsidere cum gladiis curiam. *Tacit. Ann.* 15. c. 15. Circumstare vias. *Cæs.* l. 4. *B. Gall. c. penult.* Morini spe prædæ adducti circumsteterunt, ac arma ponere jusserunt. *Sueton. in Cæs.* c. 82. Specie officii circumstare aliquem. ¶ Translate *Cic. Phil.* 10. c. 10. Dies, et noctes omnia nos undique fata circumstant. *Id.* 2. *Verr.* c. 17. Circumstant te summæ auctoritates, quæ te oblivisci laudis domesticæ non sinant. *Plin. in Paneg.* c. 3. Hæc me cura, hæc me difficultas sola circumstat. *Sil.* l. 8. v. 171. nec, quæ circumstent discrimina cernis?

CIRCUMSTRĔPO, is, n. 3. *to make a noise all round*, περικτυπέω, in circuitu strepitum facio. *Senec. de vita beata*, c. 11. Tot humanam vitam circumstrepentibus minis. *Tacit.* l. 11. *Ann.* c. 31. Certatim ceteri circumstrepunt. Et passive *Id.* l. 2. *Hist.* c. 44. Legatus clamore seditiosorum, ac fugacium circumstrepitur.

CIRCUMSTREPĪTUS, a, um, adject. strepitu impulsus. *Apul. in Apol.* Fenestræ canticis circumstrepitæ. *Sidon.* l. 7. ep. 9. *in conc.* Aures incondito tumultu circumstrepitæ.

CIRCUMSTRĪDENS, entis, qui circum stridet. *Ammian.* l. 14. c. 11. (*al.* 37.) Circumstridentium terror larvarum.

CIRCUMSTRINGO, is, a. 3. *to bind, or draw close all round.* *Tertull. de Pall.* c. 5. Pallium nihil circumstringit. *Id. de cor. Mil.* c. 8. Linteo circumstringi.

CIRCUMSTRUCTUS, a, um, structura, et pariete circumdatus. *Colum.* l. 9. c. 15. *a med.* Si forte alvearia circumstructa, et immobilia fuerint.

CIRCUMSTRŬO, uis, uxi, ctum, a. 3. *to build, or for*

rify round about, περιοικοδομέω, structura cingo, aut munio. *Sueton. in Domit.* c. 4. Effosso, et circumstructo juxta Tiberim lacu. *Plin.* l. 9. c. 8. *post med.* Circumstructis lapide ripis. *Colum.* l. 9. c. 6. Opere lateritio circumstructis alvis. *Plin.* l. 11. c. 6. *in fi.* Apes lacrymis arborum fores alveorum latiores circumstruunt.

CIRCUMSTUPĔO, es, n. 2. Translate *Sever. in Ætna*, v. 333. Illic obscura semper caligine nubes, Pigraque defuso circumstupet humida vultu. *h. e.* circum quiescit, immota manet. Al. *aliter leg.*

CIRCUMSŪDANS, antis, *sweating on all sides. Plin.* l. 14. c. 1. Vinaceis circumsudantibus.

CIRCUMSURGENS, entis, *rising on every side. Tacit.* 1. *Ann.* c. 64. Quantum aquarum circumsurgentibus jugis oritur.

CIRCUMSŪTUS, a, um, *sown together all round*, circum consutus. *Cels.* l. 8. c. 5. Linamenta molli pellicula cincta, circumsutaque. *Plin.* l. 4. c. 16. et lib. 34. c. 16. Vitilibus navigiis corio circumsutis navigare.

CIRCUMTĔGO, is, a. 3. *to cover round*, περικαλύπτω, circumcirca operio. *Lucret.* l. 1. v. 1094. Supra circumtegere omnia cælum. (In quibusdam Editionib. hic versus deest.) *Dictys Creten. de B. Trojano* l. 3. c. 11. Patrocli corpus veste circumtegitur.

CIRCUMTECTUS. V. vocem sequent.

CIRCUMTENTUS, a, um, circum extentus. *Plaut. Mil.* 2. 2. 80. Herus meus elephanti corio circumtentus est, non suo. *h. e.* circum extento corio circumdatus. Al. leg. *circumtectus*, alii *circumjectus*, alii *circumtextus. Cœl. Aurel. Acut.* l. 3. c. 17. *ad fin.* Circumtento linteolis vasculo.

CIRCUMTERGĔO, es, a. 2. *to wipe round. Cato R. R.* c. 76. Panno oleo uncto tangito, et circumtergeto.

CIRCUMTĔRO, is, a. 3. *Tibull.* l. 1. eleg. 5. v. 53. Hunc puer, hunc juvenis turba circumterit arta. *h. e.* frequenti agmine circumstans premit, et prope elidit. Ita legit *Brouckhus.* cum aliis ex multis MSS. et editis antiquis: alii *circumstrepit*, alii *circumstetit.*

CIRCUMTEXTŪRA. V. *Circumcæsura.*

CIRCUMTEXTUS, a, um, *woven all round. Virg.* 1. *Æn.* v. 653. Et circumtextum croceo velamen acantho. (*Serv.* et *Isid.* l. 19. *Orig.* c. 24. docent intelligi hic a *Virgilio* eam vestem, quæ Græco nomine *cyclas* dicitur.) *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 30. Quod amictui habent purpuram circum, vocant circumtextum.

CIRCUMTINNĬO, is, ivi, itum, n. 4. circumsono, de cavis metallis dictum. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. Apes perterritas, quo voluerit, perducet, circumtinniendo ære.

CIRCUMTOLLO, is, a. 3. *to remove or take away on every side. Cœl. Aurel.* l. 3. *Acut.* c. 4. Cepulis circumtollere exteriorem corticem.

CIRCUMTŎNO, as, avi, atum, n. 1. *to thunder, or make a loud noise on all sides*, circum tono, circumstrepo. *Ovid.* l. 1. *Metam.* v. 187. qua totum Nereus circumtonat orbem. *Sil.* l. 6. v. 216. ubi feralem strepitu circumtonat aulam Cornea gramineum persultans ungula campum. Adde lib. 4. v. 254. ¶ Translate *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 222. quem cepit vitrea fama, Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis. *h. e.* tonitru veluti perculit, attonitum, ac dementem reddidit.

CIRCUMTONSUS, a, um, *shaven or shorn all round*, περίκουρος. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 847. Alii sunt circumtonsi, et terti, atque unctuli, ut mangonis esse videantur servi. *Petron. in Satyr.* c. 131. Et circumtonsæ trepidanti vertice pinus. ¶ Translate *Senec.* ep. 115. Oratio vultus animi est: si circumtonsa est, et fucata et manufacta, ostendit, illum quoque non esse sincerum. *h. e.* curiose nimis elaborata, et veluti rotundata.

CIRCUMTORQUĔO, es, orsi, ortum, a. 2. *to turn or twist round. Apul.* l. 6. *Metam. sub fin.* Prenso loro retrorsum me circumtorquet.

CIRCUMTRĂHO, is, a. 3. *to drag round*, circum duco. *Dictys Cret. de B. Trojano* l. 3. c. 15. *in fi. de Achille Hectorem raptante.* Hostem mirandum in modum circumtrahens. *Cœl. Aurel.* l. 2. *Chronic.* c. 1. Cucurbitis circumtractis.

CIRCUMTRĔMO, is, n. 3. *to tremble on all sides*, περιτρέμω. *Lucret.* l. 1. v. 1087. Totum circumtremere æthera signis.

CIRCUMTUĔOR, eris, itus sum, circumspicio, *to look round on every side*, περιβλέπω. *Apul. circ. princip. Florid.* Aquila eodem loco pendula circumtuetur.

CIRCUMTUMULĀTUS, a, um, *Petron. in Satyr.* c. 120. nigro squalentia pumice saxa Gaudent ferali circumtumulata cupressu. Scrib. alii divisim *circum tumulata:* alii mallent *circum cumulata.*

CIRCUMVĀDO, is, a. 3. *to assail on every side*, περιέρχομαι. *Liv.* l. 34. c. 38. Repente anceps terror barbaros circumvasit. Adde *Plin.* l. 9. c. 30. ¶ Passive *Ammian.* l. 20. c. 6. (*al.* 13.) Circumvaditur civitas a quibusdam vehentibus scalas.

CIRCUMVĂGOR, aris, dep. 1. *to wander about*, περιπλανάομαι. *Vitruv.* l. 5. c. 8. V. *Circumsonans.*

CIRCUMVĂGUS, a, um, *wandering about*, qui circumvagatur, περιπλανώμενος. *Horat. Epod.* 16. v. 41. Nos manet Oceanus circumvagus arva beata. *h. e.* vagans circum arva beata. *Auct. Paneg. ad Pison.* (qui a quibusd. *Lucan.* creditur) v. 19. *de Sole.* Ætheriæ moles circumvaga flammæ.

CIRCUMVALLĀTUS, a, um, *surrounded on all sides with a rampart, circumvallated; besieged, invested*, vallo circumdatus, obsessus, περιβεβλημένος. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 12. Circumvallatum esse Pompeium. *Liv.* l. 3. c. 28. Luce prima jam circumvallati ab dictatore erant. Adde *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 44. ¶ Item stipatus, circumdatus. *surrounded, beset. Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 11. Ipsa Palatino circumvallata Senatu, Jam trabeam Bellona gerit.

CIRCUMVALLO, as, a. 1. *to surround with a rampart, circumvallate, besiege*, περιβάλλω, προσπεριβάλλω, vallo circum munio, circumdo, obsidendi causa. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 17. Duas turres constituere cœpit: nam circumvallare loci natura prohibebat. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 43. Ex castello in castellum perducta munitione, circumvallare Pompeium instituit. ¶ Et pro cingere simpliciter. *Colum.* l. 11. *sub init.* cap. 3. Locus, quem sepire destinaveris, circumvallandus est duobus sulcis. ¶ Translate *Terent. Adelph.* 3. 2. 4. Tot res repente circumvallant, unde emergi non potest: vis, egestas, &c.

CIRCUMVECTĬO, onis, f. *a bearing or carrying round about*, περιφορὰ, circumlatio. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 16. *ad fin.* Portorium circumvectionis. *h. e.* quod solvitur publicanis pro mercibus, quæ circumferuntur. ¶ Item circuitus, *a circuit, revolution. Cic. de Universal.* c. 9. Ut terram lunæ cursus proxime ambiret; eique supra terram proxima solis circumvectio esset.

CIRCUMVECTO, as, a. 1. frequentativum a circumveho. Fere passiva voce usurpatur, et significat circumire; diciturque proprie de iis, qui navi, aut equo locum aliquem circum adeunt. *Plaut. Rud.* 4. 2. 27. Mihi navem faciam; oppida circumvectabor. *Liv.* l. 41. c. 17. Duumviros navales cum classe Pisas ire, qui Ligurum oram, maritimum quoque terrorem admoventes, circumvectarentur. ¶ Translate *Virg.* l. 3. *Georg.* v. 284. Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus, Singula dum capti circumvectamur amore. *h. e.* circa singula describendo vagamur.

CIRCUMVECTUS, a, um, particip. qui nave, aut equo locum aliquem circumiit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 63. Navibus circumvecti milites in anteriorem vallum tela jaciebant. *fetching a compass by their ships. Liv.* l. 3. c. 28. Dictator equo circumvectus, contemplatusque, qui tractus castrorum, &c. *Hirt. de B. Alex.* c. 28. Circumvectus eo mari, quod Africæ esse dicitur. et *de B. Afric.* c. 59. Ut paulo longius ejus equitatus circumvectus, ex improviso clauderet exercitum Cæsaris. *Liv.* l. 37. c. 27. Circumvecti ab urbe ad aversa insulæ. *Plaut. Mostell.* 4. 3. 4. Non in Ægyptum modo vectus fui, sed etiam in terras solas, orasque ultimas sum circumvectus.

CIRCUMVĔHO, is, exi, ectum, a. 3. *to carry round about*, περιφέρω. *Nep. in Timoth.* c. 1. Præfectus classis circumvehens Peloponnesum, Laconicam populatus, classem eorum fugavit. *h. e.* vehens se circum Peloponnesum. ¶ Adhibetur fere passive ea ratione, qua circumvecto. *Liv.* l. 8. c. 26. Classe circumvehi ad Romanum agrum. *to go round to. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 45. Muliones cum cassidibus, equitum specie ac simulatione, collibus circumvehi jubet. *to go round by the hills. Hirt. de B. Alex.* c. 14. Cæsar Pharon classe circumvehitur. ¶ Translate *Virg. in Ciri*, v. 271. frustra circumvehor omnia verbis. *h. e.* circa omnia dicendo vagor, et longa sermonis ambage utor. *Solin.* c. 3. (*al.* 9.) Plurimi in dicendo latius circumvecti.

CIRCUMVĒLO, as, a. 1. *to cover, veil round*, circum operio, amicio, tego. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 262. pallamque induta nitentem, Insuper aurato circumvelatur amictu.

CIRCUMVENĬENS, entis, particip. *Petron. in Satyr.* c. 114. Zona circumvenienti præcingere aliquem. *h. e.* circum ambienti.

CIRCUMVENĬO, is, eni, entum, a. 4. *to come or stand round; to surround*, περιέρχομαι, circa aliquem venio, circumdo. *Petron. in Satyr.* c. 92. Illum autem frequentia ingens circumvenit. *Valer. Flacc.* lib. 1. v. 400. Ter quater ardenti tergo circumvenit anguis. ¶ Refertur etiam ad locum. *Tacit. Ann.* 2. c. 9. Rhenus modicas insulas circumveniens. *Sallust. in Jug.* c. 71. Planities locis paulo superioribus circumventa. *surrounded.* ¶ Translate *Horat. de ar. poet.* v. 169. Multa senem circumveniunt incommoda. ¶ Pro circumdare, circumligare, complecti. *Colum.* l. 4. c. 29. *a med.* Mollia vincula magis probamus, quæ cum circumvenere truncum, adactis cuneolis arctantur. *Id.* l. 5. c. 9. Ramos novellos, quos comprehensos manus possit circumvenire, arbori adimito. *h. e.* manubrii crassitudine. ¶ Sæpe est militare verbum, pro circumire, circumdare, obsidere, *to surround, invest, blockade, cut off communication with on every side. Sallust. in Jug.* c. 42. Jugurtha de improviso multitudine Numidarum Auli castra circumvenit. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 8. Ne hostes (quod tantum multitudine poterant) a lateribus suos pugnantes circumvenire possent. *Id.* lib. 3. *B. Civ.* cap. 44. Circumvenire hostes a tergo. *Id. ibid.* lib. 1. cap. 81. et lib. 3. cap. 36. Hostes vallo, fossaque circumvenire. et lib. 3. cap. 97. Montem opere circumvenire. *Sallust. in Jugurt.* cap. 61. et 79. Cuncta mœnia oppidi exercitu circumvenire. ¶ Passive *Cæs.* lib. 3. *B. Civ.* cap. 34. Deserti ab iis, qui una procurrerant, circumveniebantur, atque interficiebantur a nostris. *Id.* l. 1. *B. Gall.* c. 42. Circumveniri ab hoste per insidias. *Sallust. in Jug.* c. 11. Circumveniri in itinere a latronibus. Adde *Nepot. in Datam.* c. 6. ¶ Eleganter ad alia transfertur, et significat opprimere, capere; diciturque de iis, qui cum re aliqua potentiores sint, per injuriam obruunt infirmiores: quemadmodum in bello, qui multitudine superant, circumveniunt pauciores. *Cic.* 6. *Verr.* c. 8. Quid te a Centuripina civitate, a Catinensi, ab Halesina circumveniri, atque opprimi dicis? tua te Messana circumvenit. *Id.* 2. *Offic.* c. 14. *in fi.* Ut ei subveniatur, qui potentis alicujus opibus circumveniri, atque urgeri videatur. *Id. pro. Rosc. Com.* c. 9. Quem per arbitrum circumvenire non posses, hunc per judicem condemnabis? *Id. in Bruto*, c. 12. *in fi.* Circumvenire aliquem judicio. *Id. pro Cluent.* c. 29. innocentem pecunia. *Sallust. in Catil.* c. 35. Circumveniri falsis criminibus. *Justin.* l. 27. c. 1. Dolo circumvenire. *Sueton. in Tiber.* c. 55. Sejani ministerio, et fraudibus circumvenire liberos Germanici. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 29. Odio accolarum, simul domesticis discordiis circumveniri. *Id.* 4. *Hist.* c. 10. et *Callistrat. Dig.* lib. 42. tit. 1. leg. 33. Circumvenire aliquem falso testimonio. ¶ Item decipere, fallere. *to circumvent, defraud, deceive. Ulpian.* lib. 17. tit. 1. leg. 29. Circumvenire ignorantiam alicujus. ¶ Item eludere, dolose interpretari, atque adeo violare. *to misconstrue, misinterpret. Marcell.* lib. 30. leg. 120. *in fi.* Circumvenire leges. *Ulpian.* lib. 29. tit. 4. leg. 4. voluntatem defuncti. *Id.* lib. 2. tit. 15. leg. 8. *post med.* orationem. V. *ejusdem legis initium.*

CIRCUMVENTĬO, onis, f. *an oppressing, deceiving*, μεθοδεία, actus circumveniendi, oppressio, deceptio. *Hermogenian. Dig.* lib. 4. tit. 4. leg. 17. In integrum restitutio erroris proprii veniæ petitionem, vel adversarii circumventionem continet. *Augustin.* l. 22. *de Civit. Dei*, c. 22. Oppressiones innocentium, calumniæ, circumventiones.

CIRCUMVENTOR, oris, m. *an impostor, deceiver*, qui circumvenit. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 66. Libidinosi, crudeles, circumventores.

CIRCUMVENTŌRIUS, a, um, *treacherous, deceitful*, ad circumveniendum aptus. *Augustin.* l. 3. *Confess.* c. 3. Infida, et circumventoria obsequia dæmoniorum.

CIRCUMVENTUS, a, um, *surrounded, hemmed in on all sides, cut off*, circumdatus. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 165. Cerva cruentis circumventa lupis. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* 39. *in fi.* Pars a barbaris circumventa periit. *Vellei.* l. 2. c. 119. Exercitus marcore ducis, perfidia hostis, iniquitate fortunæ circumventus. *Nepos in Hannib.* c. 4. Circumventus insidiis. *Senec.* epist. 9. Circumventus hostili custodia. ¶ Translate *Cic. Tuscul.* 1. c. 41. Judicio iniquorum circumventus. *Enn.* apud *Cicer.* l. 4. *de Fin.* c. 25. Circumventus morbo, exsilio, atque inopia. *Scribon. Larg. compos.* 186. Adjuvari debent hoc malo circumventi lacte muliebri. *afflicted. Sallust. in Catil.* c. 22. Homo omnibus necessitudinibus circumventus. *h. e.* omnibus necessitatibus oppressus. *beset. Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 28. leg. 3. Non sine calliditate circumventus. *h. e.* deceptus. Adde lib. 23. tit. 3. leg. 12. et V. plura in *Circumvenio.*

CIRCUMVERSĬO, onis, *a turning round. Quintil.* l. 11. c. 3. *de gestu manuum.* Circumversio manus.

CIRCUMVERSO, as, a. 1. *to turn round*, frequentativum a circumverto. *Lucret.* l. 6. v. 198. Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubilia mittunt, Quærentesque viam circumversantur. *Avien. in Arat.* v. 1528. si simplex circumversabitur orbis.

CIRCUMVERSUS, a, um. *Cato R. R.* c. 143. *de officiis villicæ.* Focum purum circumversum quotidie, priusquam cubitum eat, habeat. *h. e.* scopis mundatum: a *circum*, et verro, *is.*

CIRCUMVERTO, *et antique* Circumvorto, is, a. 3. *to turn round*, περιστρέφω, in orbem verto. *Plaut. Pers.* 3. 3. 37. Citius a foro argentarii abeunt, quam in cursu rotula circumvortitur. *Id. Pseud.* 5. 1. 32. Ubi circumvortor, cado. *Quintil.* (*seu quicumque alius auctor est*) decl. 342. Circumvertere mancipium. *h. e.* liberum facere, manumitterre. V. similem locum *Senecæ* in *Circumago.* ¶ Translate est decipere, fraudare, circumducere, *to defraud, deceive, impose upon, circumvent. Plaut. Pseud.* 1. 5. 126. De compacto faciunt consutis dolis, qui me argento circumvertant.

CIRCUMVESTĬO, is, a. 4. *to clothe round*, περιστέλλω. *Plin.* l. 17. c. 23. Dejectis per ramos vitium crinibus circumvestit arborem. ¶ Translate *Vetus Poeta* apud *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 39. Quandoquidem iste circumvestit dictis, sepit sedulo. *h. e.* obscuro sermone sententiam involvit, atque occultat.

CIRCUMVINCĬO, is, a. 4. *to bind or tie round*, περιδέω. *Plaut. Rud.* 3. 4. 27. Quasi murteta juncis, item ego vos virgis circumvinciam.

CIRCUMVINCTUS, a, um, *bound round*, circumligatus. *Avien. in Perieg.* v. 331. Et circumvincti nervis exstantibus artus.

CIRCUMVISO, is, n. 3. *to look round*, περιβλέπω. *Plaut. Amph.* 5. 1. 56. Sed angues oculis omnes circumvisere: postquam pueros conspicati, pergunt ad cunas citi.

CIRCUMUNDIQUE. (*sic enim quibusdam scribere placet adverbium circum undique*) *on all sides*, circum ex omni parte, πάντῃ. Legitur apud *Gell.* l. 4. c. 5. l. 13. c. 24. l. 14. c. 2. et l. 19. c. 10.

CIRCUMVOLATUS, a, um, particip. *Plin.* l. 10. c. 32. Halcyonem, nave aliquando circumvolata, statim in latebras abeuntem. *h. e.* nave volatu circuita.

CIRCUMVOLITABILIS, le, circumvolitans. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 191. *in carm.* Hanc (*terram*) tener, et vitreis circumvolitabilis auris Aer complectens imbriticabat aquis.

CIRCUMVOLITO, as, n. 1. *to keep flying round*, frequentativum a *circumvolo*. *Virg.* 1. *Georg.* v. 377. Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo. *Horat.* l. 1. ep. 3. v. 21. Quæ circumvolitans agilis thyma? Adde *Tacit.* 2. *Histor.* c. 50. ¶ Translate est circumvagari, circumire, *to wander to and fro, run this and that; to beset.* *Senec.* 2. *de Ira*, c. 8. Agmina infestorum equitum ad conquirendas proscriptorum latebras circumvolitantia. *Colum. in præfat.* l. 1. Mercenarius salutator circumvolitans limina potentiorum. Adde *Sil.* l. 9. v. 420.

CIRCUMVŏLO, as, n. 1. *to fly or hover round*, περιπέτομαι, volando circumeo. *Justin.* l. 11. c. 7. Aves eum omnis generis circumvolare cœperunt. *Virg.* 6. *Æn.* v. 867. Sed nox atra caput tristi circumvolat umbra. *Horat.* l. 1. od. 2. v. 33. Erycina ridens, Quam Jocus circumvolat, et Cupido. *Id.* l. 2. sat. 1. v. 58. seu me mors atris circumvolat alis. ¶ Translate est circum cursare, velociter circumire. *to run, or move quickly about.* *Vellei.* l. 2. c. 27. Circumvolans ordines exercitus sui Telesinus. *Sil.* l. 17. v. 416. jaculo circumvolat alite campum.

CIRCUMVOLVO, is, a. 3. *to roll round*, περιειλέω, in orbem volvo. *Virg.* 3. *Æn.* v. 284. Interea magnum sol circumvolvitur annum. *Plin.* l. 16. c. 44. Herba non tantum spinis, sed etiam arboribus circumvolvens se.

CIRCUMVOLŭTOR, aris, pass. 1. *to roll round or about*, circum volvor. *Plin.* l. 8. c. 17. Pantheram repente apparuisse patri cujusdam Philini: illum pavore cœpisse regredi, feram vero circumvolutari non dubie blandientem. *began to roll about fawningly.*

CIRCUMVOLŪTUS, a, um, *rolled or folded round*, περιπτυχὴς, circum involutus. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 88. *Hard.* Nervi cordi bubulo circumvoluti. *Id.* l. 10. c. 62. Serpentes circumvolutæ sibi ipsæ. *Gell.* l. 11. c. 9. Demosthenes lana multa collum cervicesque circumvolutus.

CIRCUMUSTUS, a, um, ambustus, περικεκαυμένος. *Paul.* ex *Festo* in *Ambustus*.

CIRCUS, i, m. *any thing of a circular form; a circle*, κίρκος, κύκλος, omnis in gyrum ambitus. Fit ab hoc diminutive *circulus*, qui in hac significatione usitatior est. *Cic. in Arat.* v. 248. Vidisti magnum candentem serpere circum. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 191. *in carm.* Nam globus, et circi, zonæque, ac fulgida signa. Adde *Cicer.* 2. *de nat.* c. 18. ubi *Non.* c. 5. n. 38. legit *circus*, alii *circulus*: et in *Somn. Scip.* c. 3. *a med.* ubi similiter *Macrob.* l. 1. c. 14. *ad fin.* et cap. 15. legit *circus*, et ipse quoque usurpat: alii *circulus*. ¶ In circum, *in a circle; around.* *Macer. Dig.* lib. 11. tit. 7. leg. 37. Si amplum quid ædificari testator jusserit; velut in circum porticationes. Ita *Torrentin.* et *Gothofred.* Al. leg. *in circuitu.* ¶ Hæsit hoc nomen Romano Circo, qui locus erat muris septus, in quo equi, pugilesque exercebantur, sic dictus, quia orbicularis erat, longior tamen, quam latior, idest, figura elliptica. *the Circus.* Factus est a Tarquinio Prisco inter Palatinum, et Aventinum, ut *Liv.* l. 1. c. 35. narrat. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. Circus maximus dictus, quod circum spectaculis ædificatus, ubi ludi fiunt, et quod ibi circum metas fertur pompa, et equi currunt. ¶ Plures erant Romæ Circi, quorum qui Maximus dicebatur, Apollinaris etiam dictus est, quod esset Soli sacer; alter Circus Flaminius appellatus illo minor; alius Circus Vaticanus, &c. Novem postremis temporibus enumerat *P. Victor.* V. *Rosin. Antiq. Rom.* l. 5. c. 4. et *Panvin. de ludis Circensib.* ¶ Cum *Circus* absolute dicitur, Maximum intellige, qui magna semper populi frequentia celebrabatur, cum eo convenire solerent, extra ludorum tempora, ludicrarum artium professores, Circitores, Physiognomi, somniorum conjectores, &c. *the* Circus Maximus. *Tertull. de spectac.* c. 8. scribit Romanos putare dictum esse a Circe Solis filia, ob id Soli sacrum. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 15. Ludi publici sunt cavea, Circoque divisi. *Enn.* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin. in fi.* Non vicanos haruspices, non de Circo astrologos. *Sueton.* in *Aug.* c. 74. Triviales ex Circo ludii. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 113. Fallax Circus. *Martial.* l. 10. epigr. 53. Circus clamosus. *Plin.* l. 36. c. 9. *Circum magnum* vocat, quem tum is alibi, tum alii Scriptores fere maximum appellant. ¶ Ad Circum etiam prostibula fuisse, colligitur ex *Juvenal.* sat. 3. v. 65. ¶ Per similitudinem *Circus* dictus est a *Virg.* 5. *Æn.* v. 109. 287. et 551. locus spatiosus, in quo Æneas in Sicilia ludos edidit: et in Hispania, ubi Scipio, *Sil.* l. 16. v. 313. et 323. ¶ *Circus* pro hominibus in Circo spectantibus, *Sil. ibid.* v. 535. *the spectators in the* Circus. ¶ *Circus maritimus* locus fuit, in quo Anagninos concilium habuisse omnium circa populorum, narrat *Liv.* l. 9. c. 42. *in fi.* ¶ De *Circo* ave, et gemma, V. in *Circos*.

CIRIS, is, f. *a sort of lark*, κεῖρις, nomen avis, in quam Poetæ fabulantur conversam fuisse Scyllam Nisi filiam: quæ ideo *ciris* dicta est, quod capillum patris, in quo regni ejus fatum positum erat, furtim secuerat: a κείρω, tondeo. *Ovid. Metam.* 8. v. 150. plumis in avem mutata vocatur Ciris, et a tonso est hoc nomen adepta capillo. ¶ Exstat de hac fabula poemation, quod vulgo tribuitur *Virgilio*, ubi ipsa avis describitur pennas habens varii coloris, et cristam purpuream in vertice. *Scalig. ibid. ad* vers. 527. putat, designari eam avem, quam *aigrette* Galli vocant: eorumque opinionem respuit, qui alaudam esse arbitrantur. ¶ Proverbii speciem habet illud *Plauti Capt.* 1. 2. 81. *I modo, venare leporem: nunc cirim tenes.* h. e. quære tibi lautiorem cœnam: nunc meam habes, quæ admodum parca est, tantoque minoris impensæ, quanto minor est ciris, minusque apta conviviis, quam lepus, ex quo delicatissima fiunt pulpamenta. Eadem ratione explicant *Turneb.* l. 14. c. 7. et *Lambin.* sed magis placet iis legere *nunc irim tenes.* Est autem *iris* herba, qua utebantur in vinis condiendis, ut est apud *Caton. R. R.* c. 107. et *Colum.* l. 12. c. 27. Denique alii legunt *nunc i, rem tenes.* ¶ *Hygin.* fab. 198. *in piscem, quem Cirim vocant*, Scyllam mutatam fuisse dicit.

CIRNEA, V. *Hirnea*.

CIRRĀTUS, a, um, *having curled or long hair*, βεβοστρυχωμένος, πλοκαμώδης, cirros habens. Cirrati dicti sunt pueri capillati, quia capillum nutriebant usque ad tempus pubertatis. *Pers.* sat 1. v. 29. Ten' cirratorum centum dictata fuisse, Pro nihilo pendes? *Martial.* l. 9. epigr. 30. et matutini cirrata caterva magistri. ¶ *Cirratæ vestes*, villosæ, et hirtæ; vel quæ simbrias habent per extimam oram dependentes, κεκροσσωταὶ ἐσθῆτες. *fringed, shagged.* Posterior hæc expositio magis placet *Salmasio* ad illud *Capitolin. in Pertin.* 8. Lacernas, et chiridotas Dalmatarum, et cirratas militares, &c.

CIRRHA, æ, f. [† hod.] *Aspropiti*, Κίρρα, urbs Græciæ in Phocide, maritima prope Parnassum montem, Apollini sacra. *Lucan.* l. 3. v. 172. scopulosaque Cirrha. *Martial.* l. 1. epigr. 77. Quid tibi cum Cirrha? quid cum Permessidos unda? *h. e.* cum Poesi, et Poetis. *Avien. in descrip. Orbis* v. 6. Cirrha fatidica. (V. *Cirrhæus.*) Adde *Plin.* l. 4. c. 3. ¶ *Acron ad Horat.* l. 2. od. 1. *extr.* docet esse nomen alterius ex jugis Parnassi montis Apollini sacrum, cum alterum Nysa, Bacchi sit. ¶ Scribitur et Cyrrha, Κύῤῥα.

CIRRHÆUS, a, um, *Cirrhæan*, Κιῤῥαῖος, ad Cirrham pertinens. *Plin.* l. 4. c. 3. Cirrhæi campi. *Senec. in Herc. Œt.* v. 92. Cirrhæa Pæan templa, serpente cæso, meruit. (Adde vers. 1473) *Id. in Œdip.* v. 269 et *Lucan.* l. 5. v. 115. Cirrhæa vates. *h. e.* quæ Delphici Apollinis oracula reddebat. Dicitur autem *Cirrhæa*, quia Apollo ipse *Cirrhæus* dicebatur, a Cirrha urbe sibi sacra; vel quia Cirrha in eadem est regione Phocidis, ubi et Oraculum Delphicum. *Lucan.* l. 5. v. 95. et *Sil.* l. 3. v. 9. Cirrhæa antra. *h. e.* locus Oraculi Delphici. *Stat.* l. 8. v. 331. Cirrhæus hiatus. *Claudian. in præfat.* l. 2. *de rap. Proserp.* v. 16. Cirrhææ artes. *h. e.* Apollineæ, Phœbeæ. ¶ Scribitur et *Cyrrhæus*.

CIRRĪTUM PIRUM inter varia pirorum genera enumerat *Cloatius* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 15.

CIRRUS, i, m. *a lock or curl of hair; hair in curls; the hair of boys*, βόστρυχος, πλόκαμος, capillus natura crispus seu contortus. Differt a *cincinno*, qui est capillus arte crispatus. Dicitur proprie de capillis puerorum, qui comam ante annos pubertatis non tondebant, sed alebant, et componebant. In pubertate vero desecabant, et alicui deo consecrabant. Quidam ita distinguunt, ut *coma* dicatur de pueris usque ad annum septimum, quo tempore semel detondebantur; *cirri* usque ad decimumquintum; deinceps vero *cæsaries*. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 196. Itaque Ambraciæ primum capillum puerilem demptum, item cirros ad Apollinem ponere solent. ¶ Sed hæc discrimina ut vera sint, certe non sunt perpetua. *Martial.* l. 10. epigr. 83. *de calvo.* caputque nudum Cirris grandibus hinc, et inde cingunt. ¶ *Salmas. in exercitat. Plin.* pag. 762. contendit cirros non esse capillos crispatos, sed in nodum religatos. Hinc a *Juvenale* tribui Germanis, quorum comæ non sunt crispæ, sed rectæ, et prolixæ, sat. 13. v. 164. Cærula quis stupuit Germani lumina? flavam Cæsariem, et madido torquentem cornua cirro? [*Madidum* appellat *Juvenalis* cirrum Germanorum, quod illi capillos crebro lavare et sapone rutilare consueverant. Idem fere mos apud eam gentem adhuc exstat, ii enim capillos oleo et præsertim multo sebo saturant ad nauseam usque.] *Martial.* quoque *de spectac.* epigr. 3. et lib. 5. epigr. 38. et alii crinem in nodos collectum Germanis tribuunt. V. apud *Salmas.* plura. [¶ Cirri sunt etiam pili in fronte, in articulis pedum, et in tibiis equorum. *Veget. Veter.* l. 4. c. 2. A cirro frontis ad nares habet pedem. *Id. ibid.* l. 2. c. 28. Cirri in articulis pedum, naturale ornamentum, non resecandi. et l. 4. c. 1. A gamba ad cirros tibiales ossa duo.] ¶ *Cirri* etiam dicuntur in quibusdam avibus apices capitis prætenui pluma instar capillorum conflati. *the tuft of feathers, or crest, on the heads of certain birds.* *Plin. initio* cap. 37. l. 11. In capite paucis animalibus, nec nisi volucribus, apices, diversi quidem generis: phœnici, plumarum serie; pavonibus, crinitis arbusculis; stymphalidi, cirro; phasianæ, corniculis. ¶ Præterea tribuuntur quibusdam herbis, quæ tenuia veluti capillamenta habent. *Plin.* l. 26. c. 7. Ephedra folio nullo, cirris numerosa. et lib. 27. c. 4. Herba sine foliis, folliculos in cirris habens. ¶ Item polypis, quorum brachia in tenues veluti crines dissecta *cirri* appellantur ab *eod. Plin.* l. 26. c. 8. *ante med. the hairy parts about the legs.* ¶ Item Ostreis. V. *Ostrea.* ¶ Denique *cirri* sunt fimbriæ tenues, in quibusdam vestibus, in extremitatibus earum dependentes, *fringes, rough borders.* *Phædr.* l. 2. fab. 5. 11. Ex alticinctis unus atriensibus, cui tunica ab humeris linteo Pelusio Erat destricta, cirris dependentibus. *Salmas. loc. cit.* distinguit cirros a fimbriis, ut illi sint fila in nodum stricta, villis exstantibus; hæ villi recti, et discriminati, nulloque nodo constricti. In loco *Phædri* sunt qui *cirros dependentes* ad ipsam atriensis comam, non ad ejus tunicam referunt.

CIRSION, ii, n. κίρσιον, cauliculus est tener duum cubitorum, triangulo similis, foliis spinosis circumdatus. Spinæ molles sunt: folia bovis linguæ similia, minora, subcandida, et in cacumine capitula purpurea, quæ solvuntur in lanugines. *Plin.* l. 27. c. 8.

CIS, *on this side*, ἐντὸς, præpositio accusativum regens, cui opponitur *ultra*, et *trans*. Fere jungitur cum locorum nominibus: in quo differt a *citra*, quæ et aliis sæpe apponitur. Dicimus enim *citra cruorem*, *citra bellum*, *citra commoda*, &c. quibus locis *cis* locum non habet. *Cic. Fam.* 3. ep. 8. Diœceses, quæ cis Taurum sunt. *Liv.* l. 5. c. 33. Prius cis Apenninum, postea trans Apenninum. Et cap. 35. Cis Padum, ultraque. ¶ Interdum refertur ad tempus, et pro *intra* ponitur. *Plaut. Trucul.* 2. 3. 27. Cis dies paucos. *within a few days.* *Id. Merc.* 1. 2. 42. Paucos cis menses. *Id. Mostell.* 1. 1. 17. Cis paucas tempestates. *within a short time.* Adde *Mamertin. in gratiar. act. ad Julian.* c. 15. et *Aurel. Victor. de Cæsarib.* c. 42. Hunc usum agnoscit etiam *Priscian.* l. 14. pag. 987. *Putsch.* additque, dici etiam posse *cis naturæ leges*, hoc est intra, vel secundum naturæ leges. Sed hoc nullo Latini Scriptoris exemplo confirmat. ¶ Pro *intra* etiam adhibita est a *Tacito Annal.* 11. c. 30. Veniam in præteritum petens, quod ei cis Vectium, cis Plautium dissimulavisset. *h. e.* quod tacuisset, donec res constitit intra Vectium, et Plautium. V. integrum loc. ¶ *Non.* cap. 2. n. 180. docet, *cis* poni etiam pro *ultra*. Sed exempla, quæ affert ex *fragmentis Sallust.* et *Varron.* contrarium probant.

CISALPĪCUS, et Transalpicus, a, um, Cisalpinus, et Transalpinus, leguntur in Notis Tironis, et Senecæ, apud *Gruter.* fol. 15. *extr.* et fol. 16. col. 1. *initio.*

CISALPINUS, a, um, qui cis Alpes est. *on this side the Alps; Cisalpine*, ut Galli Cisalpini, et Gallia Cisalpina. *Cic. pro leg. Manil.* c. 12. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 1. et *Liv.* l. 27. c. 58.

CISIARĪUS, ii, m. *the driver of a car or calash; a charioteer*, qui cisium regit, carrucarius. *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 13. Si cisiarius dum ceteros transire contendit, cisium evertit, et servum quassavit, vel occidit. ¶ Item cisiorum faber. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 979. n. 6. L. Tampius L. F. Peccius cisiar. &c. [¶ *Cisiarium*, ii, n. est locus, ubi cicii servabantur. *Fabrett. Inscript.* el. 2. n. 179. Collegium jumentariorum, qui est in cisiaris (cisiariis) Tiburtinis Herculis.]

CISĪUM, ii, n. *a sort of two-wheeled car; a calash, caroche*, genus vehiculi duarum rotarum, ut describit *Non.* c. 2. n. 139. quo Romani utebantur, cum iter volebant celeriter conficere. *Cic. Phil.* 2. c. 31. Inde cisio celeriter ad urbem advectus, domum venit. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 7. Decem horis nocturnis sex et quinquaginta millia passuum cisiis pervolavit. [*Auson.* epist. 8. v. 6. Vel cisio trijugi, si placet, insilias. *Virgil. in catalect. carm.* 8. v. 3. Neque ullius volantis impetum cisi Nequisse præterire. ¶ *Vitruvius* l. 10. c. 1. *extr.* inter machinas notissimas refert cisia. Cisii figuram exhibet *Oliver. in Marm. Pisaurens.* pag. 155.]

CISMĀRE, hoc est citra mare, *on this side the sea*, tanquam unam compositam vocem affert *Diomed.* l. 2. pag. 431. *Putschii.*

CISMONTĀNUS, a, um, *on this side the mountains*, qui cis montes habitat. Hinc *Aufinates cismontani* dicuntur a *Plin.* l. 3. c. 12. ubi nunc *Ofena*, quoniam ultra eos editissima Vestinorum juga attolluntur.

CISORĪUM, ii, n. *the edge or point of a weapon*, acies, mucro, quo cædimus. *Veget.* l. 2. *de re Veter.* c. 22.

CISPADĀNUS, a, um, *on this side the Po*, qui cis Padum est, ut *Cisalpinus*, *Cismontanus*, *Cisrhenanus*; adhuc tamen caret Latino Auctore.

CISPELLO, is, a. 3. *to keep one out that he enter not, or that he pass no further*, in citeriorem partem pello. *Plaut. Amph.* 3. 4. 17. Atque illuc sursum ascendero: inde optime sic cispellam virum.

CISPĪUS mons Romæ fuit in Exquiliis, eratque alter vertex ipsarum Exquiliarum: ita dictus a quodam Cispio.

Hoc nomen antiquum erat, et fere solummodo in sacris adhibebatur: extra illa, Exquiliæ. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 8. *Gell.* l. 15. c. 1. et *Festus.* qui in Septimontio addit dictum esse a Lævo Cispio Anagnino, qui cum præsidio missus ad Romam tuendam, eam partem Exquiliarum, quæ jacet ad vicum Patricium versus, in qua regione est Ædes Mephitis, tuitus est.

CISRHENĀNUS, a, um, *on this side the Rhine.* *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 2. Germani cisrhenani.

CISSANTHĔMOS, i, f. *a kind of sow-bread; briony,* κισσάνθεμος, species est cyclaminis geniculatis caulibus, circa arbores se volvens, acinis hederæ, sed mollibus, flore candido, specioso, radice nullius usus. *Plin.* l. 25. c. 9.

[* CISSĂROS, i, f. vel CISSĂRON, i, n. herba eadem ac chrysanthemos. *Apul. de herb.* c. 17.]

CISSĒIS, idis, f. Κισσηΐς, Hecuba filia Cissei, uxor Priami. *Virg.* 7. *Æn.* v. 320. Cisseis prægnans ignes enixa jugales.

CISSEUS, i, m. Κισσεὺς, disyllab. Rex Thraciæ, secundum quosdam pater Hecubæ uxoris Priami. Nam alii Dymantem faciunt. *Serv. ad* 7. *Æn.* v. 320. et *Hygin.* fab. 91. et 111. [† *Porson.* ad *Eurip. Hecub.* 3.]

[* CISSĬON, i, n. herba, quam *Apul. de herb.* c. 98. vocat etiam hederam nigram.]

CISSĪTIS, is, f. κισσῖτις, gemma hederæ folia colore referens: a κισσὸς, hedera. *Plin.* l. 37. c. 11.

[* CISSONĪUS, a, um, adject. a Græco κισσος, *hedera. Inscript. apud Murator.* pag. 144. n. 3. Deo Mercurio Cissonio Dubitatia Castula templum et porticus vetustate collapsum denuo de suo restituit.]

CISSOS, i, f. κισσὸς, Græca vox hederam significans: præcipue vero ita appellatur ea, quæ sola stat sine adminiculo, teste *Plin.* l. 16. c. 34. *a kind of ivy growing without a support.* ¶ Cissos erythranos alia est hederæ species rubros acinos ferentis, ab ἐρυθρὸς, ruber. *Id.* l. 16. c. 34. et lib. 24. c. 10. ¶ Fuit etiam hoc nomine puer Baccho dilectus, et in plantam sui nominis conversus: quæ causa fuit, ut Bacchus hederaceam coronam gestare consueverit. V. *Hedera.*

CISSYBĬUM, ii, n. *a cup, or bowl, made of the cissos,* κισσύβιον, poculum ex hedera factum: a κισσὸς, hedera. *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 21. ¶ Alii scribunt *cissymbium,* alii *cissibium.*

CISTA, æ, f. *a basket commonly made of osiers; a chest, cist,* κίστη, capsa, arca, in qua aliquid reponitur. *Cic. Verr.* 5. c. 85. Quaternos H. S. quos mihi Senatus ex ærario dedit, ego habebo, et in cistam transferam ex fisco. *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 54. Aut cistam effractam et subducta viatica plorat. *Juvenal.* sat 3. v. 206. Jamque vetus Græcos servabat cista libellos. ¶ De sitella, in qua ponebantur tabellæ suffragiorum. *the box into which the citizens threw their votes, as also the judges, when they passed sentence on criminals. Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 12. Pontes disturbat, cistas dejicit, impedimento est, quo secius feratur lex. Adde *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 176. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 7. et *Plin.* l. 33. c. 2. ¶ In sacris Cereris, et Bacchi mos fuit, præcipue apud Græcos, cistas clausas circumferre, in quibus continebantur arcana instrumenta ad id sacrum pertinentia, ne illa mysteria, quæ vulgare nefas erat, a populo cernerentur. Harum mentio fit ab *Ovid.* 2. *de art. am.* v. 609. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 259. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 267. et *Tibull.* l. 1. eleg. 8. v. 48. ¶ Alii præterea sunt cistarum usus. *Poeta quidam* apud *Quintil.* l. 8. c. 3. Prætextam in cista mures rosere Camilli. *Colum.* l. 12. c. 54. In quadratam cistam vimineam, quæ neque spisse, solide tamen, et crassis viminibus contexta sit, rapa componito. *Plin.* l. 15. c. 17. Mala cistis vitilibus condere. ¶ *Id. Plin.* l. 16. c. 40. lentissimas quasque arbores, et levissimas, ut sunt ficus, salix, tilia, betulla, populus, ad cistas faciendas aptissime adhiberi, docet. Ex quo apparet, quænam earum materies plerumque fuerit.

CISTELLA, æ, f. *a small basket or box,* κιστὶς, parva cista. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 12. Saturninus legem ferre cœpit, collegæ intercedere: ille nihilominus cistellam detulit. *Quidam leg.* sitellam. *Plaut. Cistellar.* 4. 1. 3. Cistella cum crepundiis. Adde *Terent. Eun.* 4. 6. 15.

CISTELLARĬUS, a, um, ad cistellam pertinens. *Cistellaria* inscripta est una ex Plauti comœdiis, in qua solutio Fabulæ oritur reperta et agnita cistella cum crepundiis, ex quibus filia parentes, hi filiam agnoscunt.

CISTELLĀTRIX, icis, f. *a maid-servant, who had the charge of her mistress's cabinet; a lady's maid, Plaut. Trinum.* 2. 1. 22. Flabelliferæ, sandaligerulæ, cantrices, cistellatrices. *h. e.* ancillæ, quæ dominarum cistellas, seu arculas servant.

CISTELLŬLA, æ, f. *a small box or basket,* κιστὶς, parva cistella. *Plaut. Rud.* 2. 3. 60. Ubinam ea fuit cistellula? Adde *Amph.* 2. 2. 141.

CISTERNA, æ, f. *a hollow place under the ground for holding rain-water; a cistern,* ἐκδοχεῖον, εὔριπος, λάκκος, receptaculum subterraneum aquæ pluviæ ex stillicidiis collectæ. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 11. Si omnino aqua non est viva, cisternæ faciundæ sub tectis, et lacus sub dio: ex altero loco ut homines, ex altero ut pecus uti possit. Adde *Colum.* l. 1. c. 5. et *Pallad.* l. 1. tit. 17. ubi ejus faciendæ rationem tradit. ¶ Apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 73. *Burman.* mentio fit *cisternæ frigidariæ,* quæ videtur esse locus subterraneus, in quo reponuntur æstate cibi, ne corrumpantur. ¶ Derivat *Fest.* ex eo, quod *cis inest infra terram:* At minus inepte *Voss. a cista.*

CISTERNĪNUS, a, um, *belonging to a cistern,* λακκαῖος, ad cisternam pertinens. *Colum.* l. 12. c. 43. Vasa in aqua fontana, vel cisternina mergere. [¶ *Senec.* epist. 86. *extr.* Ait arbores aqua adjuvandas cisternina.]

CISTHOS, i, m. *the wild eglantine,* κίσθος, frutex, quem et cittaron vocant, seu cissarom, major thymo, foliis ocymi. Ejus duo sunt genera floris colore distincta: masculus florem habet rosaceum, femina album. *Plin.* l. 24. c. 10.

CISTIBĔRIS, e, adject. qui est cis Tiberim. Affertur locus *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. n. 33. ¶ Hi, quos cistiberes diximus. Ita in celebri Editione *Torrentini:* at *Haloander* habet *cis Tiberim.*

CISTĬFER, a, um, *bearing a basket or box,* cistam ferens, κιστοφόρος. *Martial.* l. 5. epigr. 17. Dum te posse negas nisi lato, Gellia, clavo Nubere, nupsisti, Gellia, cistifero. *h. e.* vilis ministerii homini. Alii intelligunt cistas ferentem in sacris Bacchi, vel Cereris: *the priest who carried the* sacra arcana: alii Judæum, cujus cophinus, fœnumque supellex, ut ait *Juvenal.* sat. 3. v. 14. ¶ *Turneb.* l. 3. c. 21. in libris suis legebat *cistigero.*

CISTOPHŎRUS, i, m. κιστοφόρος, hoc est cistam ferens, cistifer. Vox Græca. Vetus lapis apud *Donium* pag. 62. et 135. L. Lartio Antho cistophoro ædis Bellonæ *h. e.* mysteria in cista ferenti in Sacris ejus Deæ. ¶ Fuit nomen numi Asiatici, in quo sculpta erat imago cistæ arcana Cereris, vel Bacchi continentis: cujusmodi visuntur adhuc in numis quibusdam M. Antonii, apud *Vaillant.* et alios. *an ancient Asiatic coin, stamped with the image of the* cistifer. Ejus meminit *Cic. pro Dom.* c. 20. et l. 2. *ad Attic.* ep. 6. et 16. *ad fin.* et l. 11. ep. 1. Ejus valor erat octo circiter assium, ut Eruditi observarunt. Porro quod ait *Cic. citat.* l. 11. ep. 1. se habere in Asia *ad* H-S *bis et vicies in cistophoro,* idem est ac si diceret *in pecunia Asiatica.* ¶ Apud *Liv.* l. 37. c. 46. legitur *cistophorum,* in genitivo plur. pro *cistophororum.* Adde *Fest.* in *Euboicum.*

CISTŬLA, æ, f. *a small basket, or box,* cistella, κιστὶς, *Plaut. Amph.* 1. 1. 264. Ubi patera nunc est? *Me.* In cistula Amphitruonis obsignata signo est. Adde *Rud.* 2. 3. 58. &c.

CITÆIS. V. *Cytæis.*

CITĀTIM, *quickly, speedily, hastily,* ταχέως, celeriter. [*Cic.* l. 14. *ad Attic.* ep. 20. Citatim scribere.] *Hirt. de B. Afric.* c. 80. Ipse cum expedita copia in eum locum citatim contendit. *Quintil.* l. 11. c. 3. Matronarum gravior ingressus est; ancillæ citatius moventur. *Id.* l. 1. c. 1. *in fi.* (*al.* c. 2.) Nomina quædam affectatæ difficultatis quam citatissime volvere.

CITATORĬUS, a, um, ad citandum pertinens, hoc est ad vocandum in jus. Hinc *citatorium, ii,* vocatio in jus, *a citation. Imp. Anastas* lib. 12. *Cod. Justinian.* tit. 22. leg. 2.

CITĀTUS, a, um, *stirred up, moved, roused,* vehementer motus, permotus, κινηθεὶς. *Stat.* 6. *Theb.* v. 771. interdum nutu, capitisque citati Integer obsequio. *Claudian. in II. Consul. Stilich.* v. 335. *de leonib.* ventoque citatis Terrificant Atlanta jubis. *Plin.* l. 7. c. 15. Alvus citatior. *h. e.* fluxior, cita, soluta. *Senec. in Med.* v. 852. Vultus citatus ira. *h. e.* permotus, turbatus. ¶ Item ad judicium, vel in jus vocatus, *cited, summoned to appear,* κληθεὶς. *Cic. pro Dom.* c. 18. Qui neque adesse sit jussus, neque citatus, neque accusatus. *Id. Verr.* 3. c. 7. Quo die primum judices citati in hunc reum consedistis. ¶ Item ad cursum incitatus, citus, celer, *hurried, swift, speedy, quick, rapid,* ἐξορμηθεὶς, ταχὺς. *Cæs.* l. 4. *B. Gal.* c. 10. Rhenus per fines Trevirorum citatus fertur. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 96. Equo citato Larissam contendit. *Liv.* l. 27. c. 50. Citatiore, quam venerat, agmine ad stativa sua pervenit. *Id.* l. 28. c. 14. *ad fin.* Citato gradu in hostem ducebant. *at full gallop; at full speed. Id.* l. 22. c. 6. *ad fin.* Quam citatissimo poterant agmine se abripuerunt. *Sil.* l. 4. v. 6. volucrique citatior Euro. *Juvenal.* sat. 1. v. 60. dum pervolat axe citato Flaminiam. *Lucan.* l. 8. v. 456. Cyproque citatas Immisere rates. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1900. Vosque mundi turba citati. *h. e.* cæli, quod perpetuo, celerique motu fertur. ¶ Translate *Quintil.* l. 11. c. 3. Aliis locis citata, aliis pressa conveniet pronuntiatio. *Gell.* l. 1. c. 11. *a med.* Soni tum placidi, tum citati.

CITE, adverb. pro *cito* legit *Rhodius* apud *Scribon. Larg. compos.* 198.

CITER, citerior, citimus, *antique* citumus, *on this side, this way, nearer,* qui cis, seu prope nos est. *Cato* apud *Priscian.* l. 3. pag. 599. *Putsch.* et l. 14. pag. 989. Citer ager alligatus ad sacra erit. *Cic. de Provin. Consul.* c. 15. Alter ulteriorem Galliam decernit, alter citeriorem. *Flor.* l. 4. c. *ult.* Oceanus citerior. *Cic. in Somn. Scip.* c. 3. *in fi.* Luna, quæ ultima a cœlo, citima terris, luce lucebat aliena. (Adde *de Univers.* c. 7.) *Id.* l. 1. *de republ.* apud *Non.* c. 2. n. 126. Deduc orationem tuam de cælo ad hæc cituma. *Plin.* l. 6. c. 34. Citima Persidis. *subaudi* loca. (*Paul.* ex *Festo citimum* exponit extremum: intellige proximum nobis.) *Valer. Max.* l. 9. c. 12. n. 6. Cum in carcerem duceretur, in ejus postem eliso capite, in ipso ignominiæ aditu concidit, ac spiritum posuit, uno gradu a publico supplicio manuque carnificis citerior. *h. e.* remotus, absens. unus enim gradus deerat, ut ad publicum supplicium perveniret. ¶ Positivum *citer* perantiquum est, et pæne obsoletum: *citerior* vero usitatissimum, et refertur etiam ad tempus. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 2. Atque ut ad hæc citeriora veniam, et notiora nobis. *nearer. Id. Fam.* 2. ep. 12. Ita molestæ Quinquatrus afferebantur. nam citeriora nondum audiebamus. *Caius Dig.* lib. 23. tit. 4. leg. 15. Citeriore die reddere aliquid. *Valer. Max.* l. 8. c. 15. n. 1. Africano consulatus citerior legitimo tempore datus est. *Id. ibid.* c. 7. n. 10. *extern.* Citerioris ætatis meta. *h. e.* brevioris. *Id.* l. 6. c. 3. n. 11. Citeriorem delicto præbuit ultionem. *h. e.* priorem delicto: delictum puniit, priusquam admitteretur. ¶ *Citerior* pro minor, *Quintil.* (*seu quicumque alius auctor est*) *Declam.* 299. In parricidæ cruciatus cum omnia commenta sit antiquitas, citerior tamen est pœna, quam scelus.

CITERĪA, f. effigies quædam arguta et loquax ridiculi gratia, quæ in pompa vehi Romæ solebat: quasi pica loquax, ex κίττα, pica, et ἐρεῖν, dicere, ut *Martinius* conjectat. *Cato* apud *Fest.* Quid ego cum illo dissertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum iri in ludis pro citeria?

CITERĬOR. V. *Citer.*

CITERĬUS, adverb. V. *Citra* in fi.

CITHÆRON, onis, m. [† *hod. M. di Stives,*] Κιθαιρὼν, mons Bœotiæ prope Thebas Baccho sacer. Illæ enim Thebæ Bacchi patria esse dicuntur. *Plin.* l. 4. c. 7. et *Pompon. Mela* l. 2. c. 3. ¶ Celebris est tum propter copiam ferarum ad venandum, ut colligitur ex *Virg.* 3. *Georg.* v. 43. tum propter Orgia ibi celebrata, et discerptum a Bacchantibus Penthea, ut est apud *Ovid. sub fin.* l. 3. *Metam.* Hinc *Virg.* 4. *Æn.* v. 303. ubi audito stimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron. ¶ *Serv. ad Virg.* 3. *Georg.* v. 43. et *Æn.* 7. v. 641. tradit, Cithæronem esse alterum Parnassi jugum: sed fallitur, cum Parnassus longe dissitus, et in alia regione sit, nempe in Phocide. ¶ *Lactant.* l. 1. *c. pænult.* tradit, ideo *Cithæronem* dictum esse, quod frequenter Orphei citharæ cantu personaret. Alii docent ita nomen habuisse a Cithærone Bœotorum Rege: quod colligitur etiam ex *Propert.* l. 3. eleg. 1. v. 43. ¶ Reperitur etiam *Cithĕron* sine diphthongo, et pænultima correpta. *Auson.* ex *Gripho,* seu *Edyll.* 11. v. 32. Sed Citheron toties ternas ex ære sacravit. *Aldus* edidit *A.* 1517. Sacravit toties ternas ex ære Cithæron.

CITHĂRA, æ, f. *a harp, viol, lute, cittern; also a lyre,* κιθάρα, instrumentum musicum, de cujus forma, et origine V. *Chelys. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 47. Citharam tenens exornatissimam, auro, et ebore distinctam. *Quintil.* l. 12. c. 10. *a med.* In cithara quinque constituerunt sonos: plurima deinde varietate complent spatia illa nervorum, atque iis, quos interposuerunt, inserunt alios, ut pauci illi transitus multos gradus habeant. *Virg.* 6. *Æn.* v. 120. Orpheus Threiicia fretus cithara, fidibusque canoris. *Id.* 9. *Æn.* v. 776. cui carmina semper, Et citharæ cordi, numerosque intendere nervis. *Horat.* l. 1. *od.* et vers. 15. Imbelli cithara dividere carmina. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 332. Movere ora vocalia ad citharam. *Plin.* l. 9. c. 8. Cithara canere. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 17.) Canere laudes Deorum ad citharam. *Plin. alter* l. 5. ep. 19. Cithara perite uti. ¶ Idem est quod *Chelys,* atque adeo a lyra differt, ut ibidem diximus. Nam citharæ Apollo inventor dicitur, lyræ Mercurius. *Sidon.* carm. 1. v. 7. Arcas, et Arcitenens fidibus strepuere sonoris: Doctior hic citharæ pulsibus, ille lyræ. Apud *Plin.* l. 7. c. 56. inventio citharæ ab aliis Amphioni, ab aliis Orpheo, ab aliis Lino tribuitur. ¶ Promiscue tamen non raro a Poetis adhibetur: cujus rei exemplum habes apud *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 200. et 202. et l. 2. *Fast.* v. 104. et 115. ¶ Molles citharæ modi, apud *Horat.* l. 2. od. 12. v. 3. sunt versus lyrici.

[* CITHARĪCEN fictum nomen docendi causa a *Varr. L. L.* l. 7. c. 33. Cum a tibiis et canendo tibicen dicitur, quærunt, cur non a cithara citharicen.]

CITHARISTA, æ, m. *a player on the harp; a harper, minstrel,* κιθαριστὴς, qui citharam pulsat sine cantu; ut *citharœdus* est, qui cum sono citharæ vocem conjungit. Hoc enim discrimen tradunt *J. Scalig.* et *Voss.* Et sane id poscit Græca appellatio. Nam κιθαριστὴς, est a simplici κιθάρα; at κιθαρῳδὸς ex κιθάρα, et ἀείδω, cano. *Cic. Phil.* 5. c. 6. Saltatores citharistas, totum denique comissationis Antonianæ chorum. Adde *Verr.* 3. c. 20. ¶ Illud tamen discrimen non est perpetuum. Nam *Id.* l. 2. *de Divin.* c. 64. *in fi.* citharistam dixit de eo etiam, qui voce canit.

CITHARISTRĬA, æ, f. *a music-girl, female harper,* quæ citharam pulsat, κιθαρίστρια. *Terent. Phorm.* 1. 2. 31. Quandam nactus est puellulam citharistriam: hanc amare cœpit perdite. *Id. ibid.* v. 59. hanc eandem *fidicinam* appellat.

CITHARĪZO, as, n. 1. *to play on the harp,* κιθαρίζω,

citharam pulso. *Nepos in Epamin.* c. 2. Nam et citharizare, et cantare ad chordarum sonum doctus est a Dionysio.

CITHARŒDA, æ, f. citharistria. *Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 654. n. 2. Claudiæ citharœdæ conjugi optimæ, &c. Adde apud *Donium* class. 8. n. 2.

CITHARŒDICUS, a, um, κιθαρῳδικὸς, ad citharœdum pertinens, ut *ars citharœdica* apud *Sueton. in Ner.* c. 40. et citharœdicus habitus *ibid.* c. 25. et citharœdica carmina *Plin.* l. 7. c. 56.

CITHARŒDUS, i, m. *one who plays on the harp; a harper, minstrel,* κιθαρῳδὸς, qui citharam pulsat. *Cic. pro Mur.* c. 13. Aulœdus sit, qui citharœdus esse non possit. *Quintil.* l. 1. *c. ult.* Citharœdi simul et memoriæ, et sono vocis, et pluribus flexibus serviunt, cum interim alios nervos dextra percutiunt, alios læva trahunt, continent, probant: ne pes quidem otiosus certam legem temporum servat: et hæc pariter omnia. V. *Citharista.* ¶ Non omnes, qui habent citharam sunt citharœdi. proverb. apud *Varron.* l. 2. *R. R.* c. 1. *h. e.* non ideo quis peritus est in ea arte, cujus artis instrumenta abunde possidet.

CITHARUS, i, m. *a kind of turbot,* κίθαρος, piscis marinus e rhomborum genere, pessimi succi. *Plin.* l. 32. *c. ult.*

CITIÆUS, a, um, Citiensis. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 20. ubi alii leg. *Citieas, atis* eod. sensu.

[* CITICŬLA, æ, f. instrumentum quoddam medicorum, seu chirurgorum. *Isidor.* l. 4. *Orig.* c. 11. Citicula est, in qua circumducta collyria resolvuntur. Erit enim lenis; nam aspera frangi potius, quam resolvi collyrium facit.]

CITIENSIS, e, ad Citium pertinens. (Est autem *Citium,* Κίτιον, oppidum Cypri maritimum in ora Australi, nunc *Chiti.* [pro *nunc Chiti* lege *nunc Larnica* seu *Arnaca.*] *Plin.* l. 5. c. 31.) *Gell.* l. 17. c. 21. *a med.* Epicurus Atheniensis, et Zeno Citiensis, philosophi celebres. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 12. leg. 1. *sub fin.* [*Vetus Inscript. nuper reperta.* Imp. Cæsari Nervæ Aug. PP. Cos. II. Civitas Citiensium. Eam vide in *Ephemerid. Florent.* ann. 1787. col. 604. ubi quædam de situ urbis Citii, et quidam etiam Græci lapides ibi eruti, ubi quondam ea urbs fuit.]

CITĪEUS, i, Κιτιεὺς, disyllab. idem quod Citiensis. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 11. *in fi.* Zeno Citieus. Al. leg. *Cittieus.* nam et *Cittium* pro *Citium* invenitur.

CITIME. V. *Citra* in fi.

CITIMUS. V. *Citer.*

CITĬPES, edis, celeripes. *Diomed. Grammat.* l. 3. pag. 472. *Putsch.* Citipedem cursum reperire.

CITIRĒMIS, e, adject. *Argo citiremem* dixit *Varro* apud *Charis.* lib. 1. pag. 94. *Putsch. h. e.* quæ remis cita fertur.

CITO, adverb. *soon, shortly, quickly, speedily, without delay,* ταχέως, εὐθέως, παραχρῆμα, brevi tempore, sine mora, celeriter. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 3. Quid potissimum scribam? quod velle te puto, cito me ad te esse venturum. et l. 16. ep. 20. Confido, si diligentiam adhibueris, cito te firmum fore. *Id.* 3. *de Orat.* c. 36. Negasti, qui non cito quid didicisset, umquam omnino posse perdiscere. *Id. de amic.* c. 21. Nimis cito. *too soon. Terent. Andr.* 1. 5. 20. Abi cito, et suspende te. *Id. Eun.* 1. 2. 98. Labascit, victus uno verbo quam cito! *Id. Hecyr.* 3. 1. 8. Sic citius, qui te expedias his ærumnis, reperias. *Phæd.* l. 3. fab. 6. Quam tarda es! inquit: non vis citius progredi? *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 33. Per temonem percurrere, et inde se in currus citissime recipere consueverunt. *Plaut. Mil.* 2. 6. 45. Cito transcurrito rursum curriculo domum. *Id. ibid.* 2. 1. 36. Quantum citius possum, mihi navem paro. (pro *quam cito.* non imitandus) *Horat.* l. 1. od. 13. *in fi.* Citius suprema die. *h. e.* prius: antequam suprema dies veniat. *Id.* l. 2. sat. 2. v. 80. et *Petron. in Satyr.* c. 131. Dicto citius. *sooner than the words could be uttered; in a moment,* ἐμματέως. [† *Virg. Æn.* 1. 146. Dicto citius tumida æquora placat.] ¶ *Citius quam* est prius quam. *before. Cic.* 6. *Verr.* c. 26. Vox me citius defecerit, quam nomina. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 18. Vicinum citius adjuveris, quam aut fratrem, aut familiarem. Adde *Plaut. Pers.* 3. 3. 30. *Liv.* l. 8. c. 32. et *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 35. ¶ Ponitur etiam pro potius quam, *rather than. Id. in Bruto* c. 67. *in fi.* Eam citius veteratoriam, quam oratoriam diceres. Adde 2. *Phil.* c. 11. ¶ *Cito* pro facile, *Terent. Adelph.* 3. 4. 78. Homo antiqua virtute, ac fide: haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice. *Cic. in Bruto,* c. 76. Sed neque aptiorem cito alium dixerim, neque sententiis crebriorem. ¶ *Sat cito, si sat bene,* scitum dictum *Catonis* apud *Hieronym.* epist. 26. *ad Pammach.* c. 4.

CITO, as, avi atum, a. 1. *to excite, stir up, rouse,* ἀνακινέω, διακινέω, valde moveo, permoveo: frequentativum a *cieo. Stat.* 8. *Theb.* v. 124. Ut leo, Massyli cum lux stetit obvia ferri, Tunc iras, tunc arma citat. *summons.* (Sic *Virg.* 12. *Æn.* v. 6. Tum demum movet arma leo) *Cels.* l. 6. c. 9. *ad fin.* Alumen scissile in foramen conjectum, dentem citat. *Id.* l. 4. c. 6. Imponitur medicamentum, quod humorem illuc citet. *may draw. Id.* l. 2. c. 19. Aliæ citant urinam, aliæ tardant. *provoke. Id.* l. 5. c. 28. n. 13. Medicamenta, quæ pus citent; deinde quæ purgent. *Lactant.* l. 7. c. 6. Ventorum spiritus citant nubes. ¶ De arboribus, cum radices aut ramos promovent, emittunt, producunt. *to put or shoot forth. Colum.* l. 5. c. 5. *ante med.* Recidere radices, si quas in summo solo citaverint. *Id.* l. 3. c. 6. Si vitis virgam cum aliquibus racemis citat. *Id.* l. 4. c. 15. Citare materiam. Adde *Pallad. in Februar.* tit. 9. ¶ *Citare canticum* est canticum canere; ea ratione qua dicimus *ciere vocem. Cic.* 1. *de Orat.* c. 59. Citare Pæanem, aut Nomionem. ¶ Est etiam incitare, impellere, *to incite, impel, stimulate. Stat.* 6. *Theb.* v. 834. Ergo ubi luctandi juvenes animosa citavit Gloria, &c. *Liv.* l. 1. c. 57. Omnes citatis equis advolant Romam. *at full gallop; at full speed. Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 510. Citare gradum. *h. e.* celerius movere. ¶ Item vocare, *to call, summon. Liv.* l. 1. c. 47. Patres in Curiam per præconem ad Regem Tarquinium citari jussit. *Colum.* l. 11. c. 1. *a med.* Mancipia vincta, quæ sunt ergastuli, per nomina quotidie citare debebit. *Ovid. Her.* ep. 7. v. 101. Hic ego me sensi noto quater ore citari. *Catull. in Epithal. Jul. et Manl.* carm. 60. v. 42. Ad munus suum citarier. ¶ Et speciatim vocare ad judicium, adesse jubere, *to summon or cite before a court of justice. Cic. Verr.* 4. c. 40. Citat reum, non respondet. ¶ Jlocaliter *Plaut. Curcul.* l. 3. 6. Ubi tu es, qui me libello Venerio citavisti? ¶ Et ad nomina danda. *Liv.* l. 2. c. 29. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 67. *Valer. Max.* l. 6. c. 3. n. 4. et *in epit. Livii,* lib. 14. ¶ Et pro accusare, *to accuse. Cic. pro Rabir. perduel. in fi.* Omnes ii abs te rei capitis; C. Rabirii nomine citantur. *Id. pro Sext.* c. 15. *a med.* Cum equester ordo reus a consulibus citaretur. ¶ *Citare testem* est aliquem ad testificandum advocare, alicujus testimonium allegare. *to call to witness, appeal to the testimony of. Cic.* 4. *Verr.* c. 59. *ad fin.* In hanc rem testem totam Siciliam citabo. *Liv.* l. 4. c. 20. Veteres annales, et magistratuum libri, quos linteos in Æde repositos Monetæ Macer Licinius citat identidem auctores. *Petron. in Satyr.* c. 2. Citare Poetas ad testimonium. *to cite, quote.* ¶ Aliquando ponitur pro recitare, nominare. *to name, mention by name. Cic.* 2. *de Fin.* c. 6. *Omnes Danai, aut Mycenenses, Attica pubes:* reliquique Græci, qui hoc anapæsto citantur. *Nepos in præfat.* Magnis in laudibus tota fuit Græcia, victorem Olympiæ citari. *h. e.* publicari, prædicari. *to be proclaimed.* Sic *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 922. Thebarumque ingenti voce citari Victorem. Adde *Liv.* l. 29. c. 37. ¶ In illo *Horatii* l. 1. sat. 3. v. 6. si collibuisset, ab ovo Usque ad mala citaret, Io Bacche: *Bentlei.* contendit legendum esse *iteraret.*

[* CITOCACĬUM, i, n. herba eadem ac chamelæa. *Apul. de herb.* c. 111.]

CITRA, *on this side,* ἐντὸς, idem quod cis, quantum ad significationem, ut *Gell.* l. 12. c. 13. docet: sed differt quantum ad usum, ut in *cis* dictum est. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 7. Erat cum navibus apud Heletem fluvium, citra Veliam. *Id. Phil.* 6. c. 3. Ut exercitum citra Rubiconem educeret. *Id. in Orat.* c. 18. Natura in omni verbo posuit acutam vocem, nec una plus, nec a postrema syllaba citra tertiam. *h. e.* ante tertiam syllabam a postrema. ¶ *Citra quam* est intra, vel propius quam. *Plin.* l. 2. c. 13. Coitus Lunæ defectus fit semper citra, quam proxime fuerit. ¶ Refertur etiam ad tempus, et ponitur pro ante. *before. Ovid.* 8. *Metam.* v. 365. Citra Trojana tempora. *Colum.* l. 2. c. 8. Citra Calendas Octobr. seminare convenit. *Sueton. in Aug.* c. 43. Citra spectaculorum dies. ¶ Absolute, more adverbii. *Liv.* l. 10. c. 25. Paucis citra millibus lignatores ei occurrunt. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 23. Tela hostium citra cadebant. Adde *Plin.* l. 2. c. 17. ¶ Eleganter ponitur pro intra, vel sine, habet enim eam vim, ut *citra aliquid esse* dicatur, quod ad illud non pervenit, sed intra remanet. *Cels.* l. 1. c. 2. *a med.* Exercitationis finis esse debet lassitudo, quæ citra fatigationem sit. *falls short of. Colum.* l. 7. c. 6. Dare glandem capris citra satietatem. *Plin.* l. 7. c. 37. Citra deformitatem oris curata orbitas luminis. *Id.* l. 12. c. 17. Odor aggravans capita, citra dolorem tamen. *Id.* l. 12. c. 9. Bdellium gustu amarum citra acorem. *Id.* l. 32. c. 10. Ita condire carnem, ut citra fastidium sumi possit. *Id.* l. 26. c. 12. Morbus regius fit etiam citra febres. *even without fever. Sueton. in Aug.* c. 66. Citra honorem verborum. *Id. ibid.* c. 24. Citra commoda præmiorum. *Id. in Claud.* c. 35. Citra bellum terrere hostes. *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 8. v. 23. Peccavi citra scelus. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 17. *in fi.*) Si nec dici citra scientiam musices potest. *Id.* l. 12. c. 10. Phidias in ebore citra æmulum fuit. ¶ *Citra spem* apud *Flor.* est præter spem. Sic enim ille l. 3. c. 1. *de Jugurtha:* Citra spem omnium fortuna cessit, ut Rex fraude præcipuus, fraude caperetur. *contrary to expectation.* ¶ *Citra morem* est contra morem. *Gell.* l. 2. c. 3. Citra morem ceterarum civitatum. ¶ *Citra quam* est etiam minus quam, aliter quam. *not so well as; otherwise than. Ovid.* l. 1. *ex Ponto,* ep. 7. v. 55. Culta quidem (fateor) citra, quam debuit, illa. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 757. Neve domi præsume dapes: et desine citra, Quam capies, paulo, quam potes esse, minus. ¶ Comparativum *citerius. Senec.* l. 1. *de Ira,* c. 16. *ante med.* Modo ultra quam oportet excurrit, modo citerius debito resistit. ¶ Superlativum *citime* affertur quidem a *Prisciano,* l. 15. pag. 1016. *Putsch.* sed sine exemplis.

CITREĀGO, inis, f. *balm, balm-gentle,* herba apibus gratissima, eadem quæ apiastrum [†, et melissophyllum]; ita dicta quod citrei mali odorem redolet. *Pallad. in Aprili,* tit. 8. Adde etiam lib. 1. tit. 37. ubi pleræque Editiones habent *citrago,* Jensoniana A. 1472. *citriago.*

CITRĀTUS, a, um, *inlaid with citron-wood,* κεδρωτὸς, citro illitus. *Plin.* l. 13. c. 13. Et libros citratos fuisse: propterea arbitrarier tineas non tetigisse. Ita *Harduin.* ex MSS. Alii leg. *cedratos,* eodem sensu. ¶ *Citratus* adject. a *citra,* hoc est citra positus: legitur apud *incert. auct. de limitib.* pag. 298. et 299. *Goes.* sed vox est lapsæ Latinitatis, quemadmodum et *ultratus,* quod ibidem habetur.

CITRĒTUM, i, n. *a grove of citron-trees,* locus citris consitus. *Pallad.* l. 3. tit. 24. *ad fin.* Citreta tegumentis defenduntur a frigore.

CITRĔUS, a, um, *made of the citron-tree,* qui ex citro est. *Cic.* 6. *Verr.* cap. 17. Tu maximam, et pulcherrimam mensam citream a Q. Lutatio Diodoro abstulisti. *Pers.* sat. 1. v. 53. Lecti citrei. *Plin.* l. 23. c. 4. Citreum oleum. *Martial. in lemmate* epigr. 37. l. 13. Mala citrea. ¶ *Citrea, æ,* est ipsa citri arbor. *the citron-tree. Plin.* l. 16. c. 26. Citreæ, et juniperus, et ilex anniferæ habentur. ¶ *Citreum, i,* est fructus citri. *the fruit of the citron-tree. Pallad. in Mart.* tit. 10. Citreum et in arbore potest per totum annum propemodum custodiri. *Plin.* l. 23. c. 6. Citrea contra venenum in vino bibuntur vel ipsa, vel semen. ¶ Legitur et *citrius, a, um.*

[* CITRĬA, æ, f. arbor apud *Isidor. Orig.* l. 17. c. 7. Hanc (Medicam arborem) Græci κεδρόμηλον, Latini citriam vocant, quod pomum ejus ac folia cedri odorem referant. Hæc arbor omni pæne tempore plena est pomis, quæ in ea partim acerba, partim matura, partim adhuc in flore sunt posita. Ex hac descriptione videtur esse eadem ac *citrus,* quam V.]

CITRĪNUS, a, um, *citrine,* citreus, ut *citrinus cucumis,* h. e. citri colorem habens, apud *Plin.* l. 19. c. 5. ubi tamen *Harduin.* rectius *cerinus* legi ex quodam MS. contendit.

CITRĬUS, ii, f. idem ac citrus. *Pallad. in Jul.* tit. 3. Hoc tempore inoculari ficus, et inseri citrius potest. Ita *Aldina* A. 1514. *Gryphiana,* et *Commeliniana:* at *Jensoniana* editio A. 1472. habet *citreum.*

CITRO, adverb. idem quod *citra,* sed adhibetur tantum cum *ultro* junctum. Itaque *ultro, et citro* significat huc et illuc, et hinc et illinc, *up and down, this way and that, to and fro, backward and forward. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 22. Postea homines cursare ultro et citro non destiterunt. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. *ad fin.* Pisciculi ultro ac citro commeant. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 42. Cum sæpe ultro citroque legati inter eos mitterentur. *Auct. de B. Hisp.* c. 22. Responsis ultro citroque acceptis, et redditis. ¶ Et omissa conjunctione, *Plin.* l. 2. c. 38. Ultro, citro commeante natura. Ita Edition. multæ, Aldina, Elzeviriana, et antiquæ A. 1470. 1472. at harum antiquissima A. 1469. et *Harduin.* habent *ultro citroque.* Adde *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 133. leg. 6. et *Sueton. in Calig.* c. 19. quamquam et in his locis lectio varia est. Nihilominus *ultro citro* qui usurpaverit, damnare non ausim, cum pari ratione *præsente absente* legatur apud *Terent. Eun.* 5. 9. 29. Sic *velit, nolit, justa injusta, digna indigna* optimi quique Scriptores dicunt, ut *Donat. ad Terent. loc. cit.* adnotavit. ¶ Significat etiam mutuo, invicem, *mutually, reciprocally. Cic.* l. 1. *Offic.* c. 17. Beneficia ultro, citro data, accepta. Ita *Gulielm. Gruter.* &c. Alii *ultro citroque. Id. in Somn. Scip.* c. 1. Multis verbis ultro citroque habitis. *Liv.* l. 29. c. 23. Data ultro citroque fide.

CITRŌSUS, a, um, ad citrum pertinens. *Nævius* apud *Macrob.* l. 2. *Satur.* c. 15. Citrosa vestis. *h. e.* odore mali citrei fragrans. *smelling of the fruit of the citron-tree.* Solebant enim citrea vestibus interponere quia tineas necant, ut *Oppius* tradit apud *Macrob. ibid.* ¶ Quod vero *Fest.* ait *citrosam vestem* dictam esse a similitudine citri, *Scalig.* putat, hoc eum ideo dicere, quod sit undatim crispa ad similitudinem ligni citrei. Quod quam verum sit, *Festus* ipse viderit.

CITRUM, i, n. *citron-wood,* citri lignum. *Plin.* l. 16. c. 43. Citrum secatur in laminas. *Martial.* l. 10. epigr. 98. Et citrum vetus, Indicosque dentes. *h. e.* mensam aut lectum discubitorium, aut aliud quidpiam ex citro factum. Adde *ibid.* epigr. 80. et l. 14. epigr. 138.

CITRUS, i, f. *the citron-tree.* Duæ sunt arbores apud Latinos hoc nomine, ambæ a cedro diversæ: ne quis putet, quod idem utrique generi Anglicum nomen damus eandem arborem esse. Una est in Maurorum finibus plurima nascens, et laudatissima, ex qua nobiles mensæ, ingentis pretii fiebant, ut quæ latifundii taxatione al quando vænierint. Est autem cupresso feminæ similis fo lio, odore, caudice; radice valde crispa, et quæ præcipu in operis æstimatur. Totum vero lignum contra omnia v tia validissimum est, et immortalitate materiæ præstan simum. Hæc et alia multa *Plin.* l. 13. c. 15. ubi in vu gatis libris, inquit *Harduin.* legitur *arbor cedri,* reclama

tibus MSS. tum hoc loco, tum in *Indice* libri 1. sect. 29. ubi habetur, *de citri arbore, et de citreis mensis.* Et lib. 5. c. 1. *a med.* scribit in Mauritania *ebori citroque* Silvas exquiri. Non desunt tamen, qui *citrum* et *cedrum* unam arborem esse putant. Viderint φυτολόγοι. ¶ Arboris hujus et mensarum ex ea meminere etiam *Lucan.* l. 9. v. 426. et l. 10. v. 144. *Petron. in Satyr.* c. 119. *Martial.* l. 9. epigr. 60. et l. 14. epigr. 89. et 90. *itemque iis locis, quos in voce præced. attulimus*; et *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 94. &c. ¶ Hæc ab Homero θύον appellata est, ab aliis θύα. *Plin. ibid.* c. 16. ¶ Ejus usus in mensis ante Ciceronis tempora Romæ ignorabatur. *Id. citat.* cap. 15. ¶ Provenit etiam circa Hammonis delubrum, et in inferiore Cyrenaicæ parte. *Theophrast.* apud *Plin. citat.* cap. 16. ¶ Altera *citrus* arbor est toto anno pomifera, folia habens lauri, fructum aureo colore, odore gratissimo, quæ etiam malus *Assyria, Medica, Persica* appellatur, cujus fructus citreum malum dicitur. Nascitur in Media, Assyria, Perside, Italia, &c. Triplex est, alia profert poma aurantia, alia citrea, alia *limones*, ut vocant: quæ genera rursus in varia genera tribuuntur, de quibus Hortorum studiosi consulendi sunt. ¶ Pomo citreo veteres non vescebantur, sed usi ad odorem conciliandum. Præterea in vestibus condebatur, quia et gratissimum odorem iis conciliat, et eas a tineis servat. (V. *Citrosus*) Vim etiam habet adversus venena. *Plin. cit.* c. 16. *in fi. Cloatius*, et *Oppius* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 15. et *Pallad. in Mart.* tit. 10. V. *Assyrius.*

CITTĬUM. V. *Citieus*, et *Citiensis.*

CITŬLE, adverb. diminutivum a *cito*, quidam leg. apud *Apul.* l. 10. *Metam.* Protinus gradus citule referens. Ita *Aldus* cum aliis: sed *Elmenhorst.* pag. 253. et *Pricæus* pag. 233. et *Floridus* pag. 346. habent *scitule.*

CĬTUS, a, um, *excited, moved*, particip. a *cieo*, κινηθεὶς, citatus, motus, permotus. *Cels.* l. 2. c. 3. *ad fin.* Cita alvus. *Horat.* epod. 9. v. 20. Hostiliumque navium portu latent Puppes sinistrorsum citæ. ¶ Item incitatus, celer, velox, *swift, quick, nimble, speedy, rapid*, ταχύς. *Sallust. in Catil.* c. 15. Citus modo, modo tardus incessus. *Liv.* l. 33. c. *pænult.* Nocte via cita regionem quandam transgressus. *Horat.* l. 1. od. 37. v. 24. nec latentes Classe cita reparavit oras. *Id. in fi.* sat. 10. l. 1. I puer, atque meo citus hæc subscribe libello. *Id.* l. 2. od. 16. v. 29. Cita mors. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 86. Hercle est ad perdundum magis, quam ad scribendum citus. *Id. in fragm.* apud *Fest.* in *Citior.* Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quam famam reor. *Valer. Max.* l. 3. c. 8. n. 1. *extern.* Dum aliud forte citioris curæ negotium tractatur. *h. e.* quod minorem patitur moram: quod magis urget. *Quintil.* l. 6. c. 4. *ad fin.* Citissimum factum. *Plaut. Aulul.* 4. 1. 14. et *Virg. Æn.* 8. v. 642. Citæ quadrigæ. *Ovid.* 2. *ex Ponto*, ep. 4. v. 11. Horæ citæ. et l. 4. ep. 7. *in fi.* Equi citi. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 65. cito pede labitur ætas. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 40. Citus equo Numida. *Id.* l. 1. *Hist.* c. 53. Homo cito sermone. *h. e.* prompto. *quick, ready. Horat. de ar. poet.* v. 252. Iambus pes citus. *h. e.* qui brevis est temporis, et cito profertur. Sic *celeres Iambos. Id.* l. 1. od. 16. v. 24. dixit. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 57. Vox acuta, gravis; cita, tarda; magna, parva. ¶ Est etiam divisus: unde *herctum citum*: de quo V. in *Herctum.* In hac significatione primam habet longam, ut *Serv.* docet *ad* 8. *Æn.* v. 642.

CIVĬCUS, a, um, *relating to a citizen; civil*, ad cives pertinens. *Plaut. in fragment.* apud *Charis.* l. 2. pag. 181. *Putsch.* Errare intra muros civicos. *h. e.* intra muros patriæ urbis, et civitatis. *Hor.* l. 1. ep. 3. v. 23. Civica jura, *civil law. Id.* l. 2. od. 1. v. 1. Motus civicus. *intestine broils; civil war. Id.* l. 3. od. 24. v. 26. Civica rabies. *Ovid.* 1. *ex Ponto*, ep. 2. v. 126. Civica bella. *Sil.* l. 8. v. 21. Civica invidia. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 22. Ferre arma civica pro reis. *h. e.* dicendi facultatem adhibere in reis defendendis. *Quintil.* declam. 9. c. 16. Concupiscere quandam humanitatis civicam gloriam. *h. e.* quæ ex cive servato nascitur. ¶ *Corona civica, a civic crown*, inter militares nobilissima, dabatur ei, qui civem in pugna, occiso hoste, servasset. Eam dabat ipse civis servatus servatori suo, testem vitæ salutisque perceptæ, ut *Gell.* l. 5. c. 6. loquitur. Fuit primo ex fronde iligna: postea magis placuit ex esculo Jovi sacri: demum ex quercu. V. *Quercus.* Leges ad merendam eam fuere: civem servare, hostem occidere; utque eum locum, in quo civem servavit, eo die obtinuerit: ut servatus fateatur; alias testes nihil prosunt: ut civis fuerit tam qui servavit, quam qui servatus est. auxilia enim, quamvis rege servato, decus id non dant. Sub Imperatoribus eæ leges non semper servatæ sunt. Ipsis enim aliquando is honos habitus ob id solum, quod cives non occidissent, postquam assiduis bellis civilibus, meritum videri cœperat, civium sanguini pepercisse. Iidem jus eam tribuendi ad se traxere, minui aliquid rati de sua potestate, si privato civi tantum decus alteri conferre licuisset. Honores ejus qui civicam obtinuerit, hi sunt: accepta corona licet uti perpetuo: ludos ineunti semper assurgi, etiam ab Senatu in more est: sedendi locus in proximo Senatui: vacatio munerum omnium ipsi, patrique, et avo paterno conceditur. Hæc ex *Plin.* l. 16. c. 4. et *Gell.* l. 5. c. 6, ubi plura de hac re. *Cic. pro Planc.* c. 30. At id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam, et se ab aliquo servatos esse fateantur. ¶ *Civica* absolute, eod sensu *Senec. in fi.* l. 1. *de Clem.* Multis salutem dare, et ad vitam ab ipsa morte revocare, et mereri clementia civicam. *Quintil.* l. 6. c. 3. (*al.* 4.) Civica donare aliquem.

CIVĪLIS, le, *of or belonging to a citizen; civil*, ἀστεῖος, πολιτικὸς, ad cives pertinens. *Liv.* lib. 3. cap. 28. Romani, civilem esse clamorem, atque auxilium adesse inter se gratulantes, &c. *h. e.* civium suorum non hostium. *Justin. in fi.* l. 12. Victus est non virtute hostili, sed fraude civili. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 41. Mos, et consuetudo civilis. *Id. pro Font.* c. 8. Civilia studia. *contention and strife amongst the citizens. Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 31. Dii inter se quasi civili conciliatione et societate conjuncti. *Id. Attic.* l. 7. ep. 13. Præclarum civile facinus. *Id. Fam.* 15. ep. 15. Civilis sanguis. *Id. Attic.* l. 7. ep. 13. Civile bellum. *Liv.* l. 28. c. 12. Civilis exercitus. *h. e.* conflatus ex civibus. *Matius ad Cic. Fam.* 11. *ep. pænult.* At debeo pro civili parte rempublicam velle salvam. *as a member of the commonwealth. Cic.* 1. *de Invent.* c. 5. Civilis ratio. *politics, civil government. Id. in Orat.* c. 9. Civilis oratio. *h. e.* quæ habetur apud cives: popularis. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 43. Jus civile. *the civil law. Quintil.* l. 2. c. 15. *ad fin.* Civilis scientia. *political economy. h. e.* quæ docet rationem reipublicæ gerendæ, et inter cives vivendi. *Cic. Divin. in Verr.* c. 5. Civilis actio. *a civil action. h. e.* qua cives jus suum forensi ratione persequuntur. *Quintil.* l. 2. c. 15. *ad fin.* Civilia officia. *civil duties; the duties of a citizen. h. e.* munera, quæ a civibus tum publice tum in administranda republica, tum privatim inter se geruntur. *Papinian. Dig.* l. 28. tit. 6. leg. 7. Verba civilia. *h. e.* quibus in civilibus, et forensibus actionibus, ac formulis uti mos est. ¶ *Civilis vestitus* apud *Sueton. in Calig.* c. 52. est, quo cives communiter utuntur. *the national costume.* Similiter *civilis sermo* apud *eund. de Grammat.* c. 10. *in fi.* est communis, et vernaculus omnium civium. ¶ *Civilis quercus* apud *Virg. Æn.* 6. v. 772. est corona civica. *a civic crown.* ¶ *Vir civilis* apud *Quintil. in proœmio* l. 1. et l. 11. c. 1. et l. 12. c. 2. est, qui scit rempublicam administrare, et cives regere: et ab Anglis dicitur *a statesman.* ¶ Aliquando *civilis* opponitur *naturali*, ut *civiles dies* apud *Plin.* lib. 2. cap. 77. *Varr.* 1. *R. R.* cap. 28. et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 3. qui uno solis circumactu constat, et noctem etiam comprehendit, qualis apud Romanos fuit a media nocte ad mediam noctem; apud Athenienses inter duos occasus; apud Umbros a meridie in meridiem; apud Babylonios a sole exorto ad exortum sequentem: cum *dies naturalis* dicatur, qui est ab exortu ad occasum solis, ut est apud *Censorin. de die natal.* cap. 23. Sic *obligatio civilis*, quæ a jure civili exoritur, apud JCtos passim opponitur naturali: et *civilis cognatio*, quæ itidem a civili jure inducta est, a *Modestino, Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 4. opponitur ei, quæ est a natura. Denique *civilis amor*, qui oritur ex civium conjunctione inter se, opponitur *naturali*, qui oritur ex sanguine. *Gell.* lib. 12. cap. 1. *in fi.* ¶ Apud JCtos opponitur etiam *criminali*, ut est apud *Scævolam, Dig.* lib. 49. tit. 5. leg. 2. ¶ Eleganter *civilis* dicitur, qui moderatus est, et eadem cum aliis civibus ratione vivendi et agendi utens, atque adeo humanus, comis, facilis, *affable, courteous, polite, condescending, civil, humane, gentle*: et dicitur sæpe de viris principibus, qui civiliter, et comiter cum inferioribus se gerunt, tanquam si æquo jure cum iis sint. *Sueton. in Claud.* c. 12. In semet augendo parcus, atque civilis, prænomine Imperatoris abstinuit. *Id. in Vespas.* c. 11. Vespasianus civilis, et clemens. *Id. in Tiber.* c. 11. Genus vitæ civile admodum instituit, sine lictore aut viatore gymnasia obambulans, mutuaque cum Græculis officia usurpans. *Id. ibid.* c. 26. Civilem admodum inter initia, ac paulo minus quam privatum egit. *Id. in Cæs.* c. 75. *in fi.* Civili animo ferre aliquid. *Id. in Claud.* c. 1. *et in Domit.* c. 12. Civilis animi esse. *Tacit. Ann.* 1. c. 33. Germanico civile ingenium, mira comitas. *Id.* 4. *Hist.* c. 3. Ut Princeps loquebatur, civilia de se, de republica egregia. *Sueton. in Vespas.* c. 9. Non oportere maledici Senatoribus: remaledici civile, fasque esse. *h. e.* a civibus passim usurpatum, atque adeo inter cives ferendum. ¶ Habet in hac significatione suos gradus. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 4. v. 13. Ipse pater patriæ (quid enim civilius illo) Sustinet in nostro carmine sæpe legi. *Spartian. in Adrian.* c. 20. In colloquiis, etiam humillimorum, civilissimus fuit. Adde *Eutrop.* l. 8. c. 1.

CIVILĬTAS, atis, f. *the art of governing; policy, politics*, πολιτική, ars, seu prudentia tuendæ, ac conservandæ civilis societatis. Ita hac voce usus *Quintil.* l. 2. c. 15. Quam enim πολιτικὴν appellat *Plato in Gorgia*, ipse *civilitatem* vertit. *Id. ibid.* c. 17. *ante med.* Aristoteles rhetoricæ particulam civilitatis assignat. *h. e.* ait esse partem illius facultatis, qua civilis societas administratur. ¶ Dicitur etiam *civilitas* ea virtus, quæ ad actus, et vitam publicam pertinet, et in comitate quadam et modestia constituta est, superbiæ, et crudelitati contraria. *politeness, affability.* V. dicta in *Civilis.* Hanc *Sueton.* Augusto tribuit, *in ejus vita*, c. 51. et cum clementia conjungit. *Id. in Claud.* c. 35. Primis imperii diebus quamquam jactator civilitatis, neque convivia inire ausus est, &c. Adde *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 20. et *Eutrop.* l. 7. c. 21. et alibi.

CIVILĬTER, *like a citizen, after the manner of a citizen*, πολιτικῶς, more civium, ut civem decet. *Cic.* apud *Lactant.* l. 3. c. 14. Philosophiæ quidem præcepta, noscenda, vivendum autem civiliter. (sed fortasse *Lactant.* non *Ciceronis* verba retulit, sed sententiam) *Liv.* l. 38. c. 56. Repulisse a corpore ejus viatorem, et tribunis retinentibus magis pie, quam civiliter vim fecisse. *Gell. in præfat.* Vir civiliter eruditus. *Juvenal.* sat. 5. v. 112. Poscimus, ut cœnes civiliter. *h. e.* communi cum aliis convivis mensa, non ut alia tibi fercula vilia et minuta ponantur, aliis exquisitiora. V. *Plin.* lib. 2. epist. 6. et *Martial.* lib. 3. epigr. 60. et 82. ¶ Item secundum leges, et jura civium. *agreeably with the rights of citizens. Paul. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 134. Annum civiliter non ad momenta temporum, sed ad dies numerare. *Martian.* lib. 47. tit. 10. leg. 37. Injuriarum actio civiliter moveri potest. *Ulpian.* lib. 11. tit. 6. leg. 1. Qui civiliter obligatus non est. ¶ Apud *eund.* l. 47. tit. 2. *leg. ult. civiliter agere*, et *criminaliter agere* opponuntur. V. *Criminaliter.* ¶ Est etiam *civiliter*, moderate, facile, comiter, eo modo, quo in *Civilis* dictum est. *civilly, courteously, kindly, moderately. Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 8. *in fi.* At quoniam semel est odio civiliter usus. *Tacit. Ann.* 3. *c. ult.* Civiliter accipere aliquid. *Senec. in præfat.* l. 4. *excerptar. controvers. de Augusto.* Non civiliter tantum, sed etiam familiariter questus est. *Eutrop.* lib. 7. c. 8. *de eodem.* Civilissime vixit. ¶ Comparativum *civilius* legitur apud *Plin. in Paneg.* c. 29.

CĪVIS, is, m. et f. *a citizen, a free man or woman*, πολίτης, homo liber, urbis, aut oppidi incola, et eodem cum ceteris jure utens. *Cic.* 1. *Offic.* c. 25. Gravis et fortis civis. *Id. pro Flacc.* c. 3. *in fin.* Amantissimus reipublicæ civis. *Id. Attic.* l. 9. *ep. ult.* Boni cives. *Id. Catil.* 1. c. 12. clarissimi. *Id. Catil.* 2. c. 6. Perditus civis. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 19. improbus. *Id. pro Balbo*, c. 24. *in fi.* Ad populum de Calliphana Veliense, ut ea civis Romana esset, tulisse. *Terent. Eun.* 4. 7. 35. Eam esse dico liberam, civem Atticam, meam sororem. *Cic.* 3. *Offic.* c. 11. Esse pro cive, qui civis non sit, rectum est non licere. *Id. pro Balbo*, c. 13. Adsciscere aliquem civem. ¶ Qui sequiori ævo Latinitatis *concives* dicti sunt, *fellow citizens, Cicero* dicit *cives meos, suos*, &c. *Catil.* 1. c. 7. Te metuunt omnes cives tui. *Id.* 2. *de Divin.* c. 2. Dabunt mihi veniam mei cives. ¶ In ablativo habet *cive*, et *civi*. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 282. Et cum cive pudet conseruisse manus. Adde *Juvenal.* sat. 10. v. 278. Pro altera positione *Plaut. Pers.* 4. 3. 6. Atticam civitatem auxi civi femina. Adde *Cic. Attic.* 7. ep. 3. et 14. ep. 11. itemque in aliis quinque locis, quæ affert *Priscian.* l. 7. pag. 766. *Putsch.* in quibus omnibus *civi* haberi in veterib. codicibus, tum ipse, tum *Voss.* l. 4. *de Grammat.* c. 12. testantur. Accedit analogiæ ratio. Recte enim dicimus *vecte* et *vecti, igne* et *igni, nave* et *navi*, et alia hujusmodi plurima, quæ *Voss. ibid.* congerit.

CIVĪTAS, atis, f. *an assemblage of citizens; a number of people living in the same place and under the same laws; a city, state*, πόλις, συνοικία, civium multitudo in eodem loco habitans, eodemque jure vivens. *Cic. in Somn. Scip.* c. 3. Concilia, cœtusque hominum jure sociati, quæ civitates appellantur. *Id.* l. 1. *de legib.* c. 7. *in fi.* Universus hic mundus una civitas communis deorum, atque hominum existimanda est. *Id.* 2. *de legib.* cap. 2. Cato ortu Tusculanus, civitate Romanus. *Id. pro Arch.* c. 4. Heraclea, quæ est civitas æquissimo jure, ac fœdere. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 25. Administrare civitatem. *Id.* 1. *de Orat.* c. 19. Instituere civitates, scribere leges. *Id.* 3. *de legib.* c. 14. Mutare statum civitatis. *Id.* 6. *Verr.* c. 34. *ad fin.* Civitatem funditus evertere. *Liv.* l. 34. c. 41. Læta civitas, celeberrimum ludicrum in adventum R. exercitus indixerunt. *Plin.* l. 7. c. 56. Regiam civitatem Ægyptii, popularem Attici invenere. *h. e.* communitatem populi, cui Rex imperat, *a monarchy*: et communitatem, in qua populus dominatur, *a democracy, republic.* ¶ Etiam integra natio, varia per oppida, aut pagos dispersa, iisdem legibus utens, et unum reipublicæ corpus efficiens, *civitas* appellatur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 12. Omnis civitas Helvetiæ in quatuor pagos divisa est. *Tacit. de German.* c. 41. Hermondurorum civitas fida Romanis. *Id. in Agric.* c. 17. Brigantum civitas, quæ numerosissima provinciæ totius perhibetur. ¶ Aliquando sumitur pro administratione civitatis. *the administration of public affairs; government. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 18. Qui privatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum et sui cognoscentem videre in civitate quis speret? *h. e.* in magistratu. Al. leg. *in potestate. Cic. pro dom.* c. 27. Voluisti me ita esse in republica, magis ut arcessitus imperio populi R. viderer, quam ad administrandam civitatem restitutus. ¶ Sæpe ponitur pro ipso jure civium. *the privileges or rights of citizens; the freedom of the city; citizenship. Cic. pro Arch.* c. 4. Dare alicui civitatem. et *ibid.* c. 5. Impertiri alicui civitatem. et *pro Balbo*, cap. 13. Donare aliquem civitate. et cap. 2. Furari civitatem, genus suum ementiri. et *pro Cæcin.* c. 34. Civitatem amittere. et *ibid.* Adimere alicui

civitatem, et libertatem. *Sueton. in Claud.* c. 25. Usurpare civitatem R. *h. e.* falso gerere se pro cive R. ¶ In illo *Cic. pro Mur.* c. 23. Homines in suis civitatibus et municipiis gratiosi: *civitates* sunt coloniæ, et præfecturæ, quæ, præter municipia, suffragii jus habebant, ut adnotavit *Manut.* ¶ Celebre est discrimen inter *civitatem*, et *urbem*, quod hæc proprie mœnia et ædificia significet; illa cives, qui ibi incolunt. *Cic. pro Sext.* c. 42. Tum conventicula hominum, quæ postea civitates nominatæ sunt; tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus. *Id.* 4. *Acad.* c. 45. Non dubitavisset, quin et Roma urbs esset, et eam civitas incoleret. Adde *pro Sulla*, c. 9. *ad fin.* et *Cæsar. de B. Gall.* l. 7. c. 15.. ¶ Nihilominus, per quandam metonymiam contenti pro continente, ponitur aliquando *civitas* pro urbe. Hinc *Valer. Flacc.* apud *Gell.* l. 18. c. 7. recensens omnes hujus vocis usus, etiam pro loco, et oppido poni ait. *Petron. in Satyr.* c. 8. Errare per totam civitatem. *Enn.* apud *Non.* c. 5. n. 27. Et civitatem video Argivum incendier. *Senec.* l. 6. *de benef.* c. 32. pererratam nocturnis comissationibus civitatem. *Quintil.* l. 12. c. 9. Expugnandæ civitates quamlibet præcisis impositæ rupibus, aut operum mole difficiles. *Sueton. in Vespas.* c. 4. Secessit in parvam ac deviam civitatem. *Aurel. Vict. de vir. Illustr.* c. 1. Civitatem condiderunt, quam Romulus Romam vocavit. *Lactant.* l. 4. c. 21. Expugnare Judæos, et civitates eorum solo adæquare. ¶ Et per propriam metonymiam continentis pro contento, urbs adhibetur pro civitate. *Quintil. in proœm.* l. 1. Regere consiliis urbes, fundare legibus, emendare judiciis. *Id.* l. 8. c. 6. *ante med.* Bene moratæ urbes. *Virg.* 2. *Æn.* v. 265. Urbs somno, vinoque sepulta. *Juvenal.* sat. 11. v. 197. Mœsta et attonita urbs. ¶ In genitivo plurali habet *civitatum*, et *civitatium*. Ac prior quidem positio passim legitur: altera vero habetur apud *Varron.* l. 7. *L. L.* c. 38. ubi ait: In patrio casu hoc genus dispariliter dicitur, civitatum, parentum, civitatium, parentum. *Liv.* l. 42. c. 30. Optimam conditionem civitatium fore. Adde cap. 44. et l. 45. c. 34. *Quintil.* l. 2. c. 16. et lib. 1. c. 2. *Vellei.* l. 2. c. 42. et *Annæum Cornutum* apud *Charis.* l. 1. pag. 100. *Putsch.* Quamvis autem non ubique editiones *Livii*, *Quintil.* et *Velleii* constantes fortasse sint, tamen vel una *Varronis* auctoritas dubitare non patitur.

CIVITATŬLA, æ, parva civitas. *Senec. in Apocolocynt.* Hic quæstu se sustinebat: vendere civitatulas solebat *h. e.* jura civitatis, *citizenship for a low price.* ¶ Item parva urbs, *a small city. Apul. initio* l. 10. *Metam.* Ad quandam civitatulam pervenimus.

CIUS, a, um. V. *Ceus, a, um.*

CIUS, ii, V. *Cios.*

C L

CLABŬLA. V. *Clavola.*

CLABULĀRIS CURSUS, ὀχηματικὸς δρόμος, est species evectionis, quæ concedebatur militibus, quoties ex aliis in alia loca transferri eos oporteret. Erat autem permissio utendi publicis vehiculis, quæ magni ponderis capacia ad hoc destinabantur: et distincta erat a biroto, rheda, et veredo, ut constat ex *lege* 2. tit. 29. lib. 6. *Cod. Theodos.* quæ est *Constantii, et Juliani Impp.* Adde *Ammian.* l. 20. c. 4. (*al.* 4.) ubi alii leg. *clavularis.* Sunt etiam, qui *caballaris* reponendum putant: sed *clabularis* ex MSS. fide retinet *Brisson.* de V. S. Docet autem *Cujac. ad* lib. 12. *Cod. Justinian.* tit. 51. *leg. pænult.* (ubi pro *cursum ambularem* legi vult *clabularem*) ductam esse appellationem a *clabula*, quæ vehiculi quoddam genus sit. Sed de *clabula* adhuc quærendum: nec videtur inter Latinas voces hac notione admittenda.

CLACENDIX, vel Claxendix, ĭcis, m. *Festus* habet *clacendix* (al. *calcendix*) et docet, esse genus conchæ. *Priscian.* autem l. 5. pag. 655. *Putsch. claxendix*, et interpretatur concham, qua signum tegitur: affertque hoc *Plauti* fragmentum. Opposita est claxendix? at ego signi dicam quid sit. *Voss. in Etymol.* ex hoc *Plauti* loco colligi posse putat, claxendice tegi solere signum, quo res clauderentur, atque obsignarentur: et duci posse ἀπὸ τοῦ κλᾶξαι, quod *Hesych.* exponit κλεῖσαι, claudere.

CLADES, is, f. ἧττα, proprie est, cum rami arborum franguntur sive tempestate, sive nimio fructuum pondere, sive etiam cum cæli, sive soli vitio inutiles facti amputari debent: a κλάδος, ramus, vel a κλαδάω, ramos amputo, vel a κλάω, frango. Quo videtur respexisse *Plaut. Capt.* 4. 4. 3. Clades, calamitasque, intemperies modo in nostram advenit domum. V. *calamitas.* ¶ Translate dicitur de quavis jactura, damno, calamitate, *loss, injury, misfortune, disaster. Liv.* l. 2. c. 13. Mucius, cui postea Scævolæ, a clade dextræ manus, cognomen inditum. *Plin.* l. 2. c. 79. Urbs tota terræ motu corruit, et Taygeti montis magna pars abrupta cladem insuper eam ruina pressit. *Sueton. in Ner.* cap. 38. *de incendio Urbis.* Per sex dies ea clade sævitum est. *Albinov. ad Liv.* eleg. 1. v. 12. Fortior ut possis cladibus esse tuis. *h. e.* amissione filii. *Flor.* l. 1. c. 9. Clades domus. *the extinction of the family. Sallust. in Jug.* c. 16. Affines, amicos, propinquos ceteros meos, alium alia clades oppressit. *Lucret.* l. 6. v. 1089. Mortifera clades. *pestilence. Id.* l. 5. v. 370. cladem importare pericli. et vers. 348. Cladem late dare, magnasque ruinas. *Id. ibid.* v. 48. superbia, ac petulantia quantas Efficiunt clades? ¶ Sæpissime dicitur de jactura, et calamitate, quæ in bello capitur. *overthrow, discomfiture, slaughter, destruction. Liv.* l. 25. c. 19. *ad fin.* Superesse cladi sua temeritate contractæ. *Id.* l. 29. c. 3. Magnam cladem inferre hosti. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 3. Cladem afferre. *Sallust. in Jug.* c. 63. Pedites cum equitibus permixti magnam cladem in congressus fecerunt. *Curt.* l. 4. c. 1. Omni clade vastare provinciam. *Id. ibid.* c. 12. Accipere cladem. *Id.* l. 7. c. 9. Ut omnes qui defecerant, pariter belli clade premerentur. *Id.* l. 4. c. 3. Terrestri simul, navalique clade obrui. ¶ Metonymice *clades* dicitur, qui alteri cladem infert. *Virg.* 6. *Æn.* v. 844. Scipiadæ, clades Libyæ. ¶ In genitivo plurali reperitur etiam *cladum* pro *cladium. Sil.* l. 7. v. 505. liceat si vincere, finem Promittit cladum. *Id.* l. 9. v. 353. Ut sola cladum tuearis nomina fama. Adde lib. 16. v. 672.

CLAM, *without the knowledge of, privately, privily, secretly*, λάθρα, latenter, occulte. *Priscian.* l. 14. pag. 983. *Putsch.* putat adverbium esse. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 8. *in fi.* Multa palam domum suam auferebat: plura clam de medio removebat. *Plin.* l. 36. c. 2. Clam occulteque facere aliquid. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 49. Hic clam furtimque esse vult, ne qui sciant. *Id. ibid.* 5. 2. 62. Clam furtive accipere aliquid. *Id. Trucul.* 4. 3. 21. Mea nunc facinora aperiuntur, clam quæ speravi fore. *Id. Bacch.* 5. 2. 27. Canis clam mordax. *Terent. Hecyr.* 3. 3. 36. Clam patrem. *Plaut. Merc.* 1. 1. 43. Clam patris. *Id. ibid.* 3. 2. 2. Clam uxore mea, et filio. ¶ *Clam habere, ferre aliquid* est celare, tacere. *to keep secret, conceal. Liv.* lib. 31. c. 47. Haud clam tulit iram adversus prætorem, quod &c. *Terent. Hecyr.* 4. 1. 4. Id qua causa, clam me habuisse, dicam? Adde *ibid.* 4. 4. 35. ¶ *Clam me est, clam te est*, me latet, nescio; te latet, nescis. *Plaut. Mil.* 3. 3. 8. Quam sane magni referat, mihi clam est. *I know not. Terent. Hecyr.* 2. 1. 19. Neque adeo clam me est, quam esse eum graviter laturum credam. *Id. ibid.* 4. 1. 52. Ut hic laturus hoc sit, non edepol clam me est. et 4. 2. 1. Non clam me est, tibi me esse suspectam. ¶ Videtur per syncopen factum esse ex *calim*, quod ab antiquis eadem significatione usurpatum fuit. V. [Videtur ex Græco κλέμμα descendere, et *furtim* significare. Certe magis hoc probabile, quam illud *Festi.* Clam a clavibus dictum, quod his, quæ celare volumus, claudimus.]

CLAMĀTĬO. V. *Clamitatio.*

CLAMĀTOR, oris, m. *one who makes a loud noise; a bawler*, κράκτης, κραύγαζος, qui clamat. Sæpe dicitur de rabulis, qui clamoribus ineptis, et verbosa contentione ac strepitu forum rumpunt. *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 21. *ad fin.* Clamatores odiosi, ac molesti. *Id. de clar. Orat.* c. 49. Ut intelligi possit, quem existimem clamatorem, quem oratorem fuisse. Adde *Gell.* l. 19. c. 9. ¶ In illo *Martial.* l. 12. epigr. 26. Nec venit ablatis clamator verna lacernis, &c. Quidam intelligunt nomenclatorem, qui hunc et illum nomine vocat.

CLAMATORĬUS, a, um, adject. *clamorous, bawling, noisy*, qui clamat, ut *clamatoria avis* apud *Plin.* l. 10. c. 14. quæ scilicet inconditum, et mali augurii clamorem edit: atque ob id etiam *prohibitoria* dicitur. V. *Clivia.*

CLAMĀTUS, a, um, cum clamore dictus. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 189. clamataque palma theatris. ¶ Item clamando vocatus. *called. Ovid.* 2. *Metam.* v. 443. Aspicit hanc, visamque vocat: clamata refugit. *Martial.* l. 1. epigr. 50. Conviva clamatus. *Propert.* l. 2. eleg. 15. v. 6. Nec tibi clamatæ somnus amarus erit. Adde *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 199. ¶ Item supremum clamatus, conclamatus. *Stat.* l. 2. silv. 6. v. 82. durumque Acheronta videbas; Quo domini clamate sono! ¶ Item prædicatus, publicatus. *proclaimed, declared, published. Id.* 6. *Theb.* v. 557. Et bis in Isthmiaca victor clamatus arena Phædimus. ¶ Item clamoribus impletus. *filled with clamour. Stat.* l. 4. silv. 8. v. 15. dulci tremit ecce tumultu Tot dominis clamata domus. *h. e.* tot vagientium puerorum vocibus impleta.

[* CLAMĀTUS, us, m. idem fere ac clamitatio. *Paulin. Nol. de S. Felic. Natal.* carm. 4. v. 279. Sed neque clamatu est, neque pulsu mobile corpus, Sed simile exanimo.]

CLAMITATĬO, onis, *repeated clamour; a frequent bawling, loud crying*, repetitus clamor, κραυγή. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 6. Quid tibi, malum, hic ante ædes clamitatio est? *Lambin.* habet *clamatio.*

CLAMĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to cry aloud, vociferate*, κραυγάζω, sæpe, vel valde clamo, vociferor. *Cic. de Divin.* l. 2. c. 40. Quidam caricas Cauno advectas vendens, Cauneas clamitabat. *Id. pro Rosc. Com.* c. 7. Nonne ipsum caput, et supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, et clamitare calliditatem videntur? *h. e.* præ se ferre, ostentare. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 7. Suorum fidem implorare cœpit, sæpe clamitans, liberum se, liberæque civitatis esse. *Terent. Adelph.* 1. 1. 35. Venit ad me sæpe clamitans, quid agis, Micio, cur perdis adolescentem? *Plin.* l. 9. ep. 6. Clamitare nomen alicujus. *h. e.* alta voce dicere. *Macrob.* 1. *Saturn.* c. 10. *a med.* Saturnalia. *Tacit. Ann.* 3. c. 23. Sæva, et detestanda clamitare alicui. *h. e.* clamando imprecari. *to cry out against.* [¶ Usurpatur passive impersonaliter a *Liv.* l. 1. c. 9. Thalassio eam ferri clamitatum.] ¶ Pro vocitare, *to call after. Plaut. Pseud.* 5. 1. 30. Clamitant me, ut revertar. ¶ Tribuitur etiam animalibus. *Phædr.* fab. 9. l. 1. v. 7. Accipiter passerem questu vano clamitantem interficit.

CLAMO, as, avi, atum, a. 1. *to cry, shout, cry aloud, exclaim*, [a κλάω, vel κλάζω dictum, quibus etiam cognatum est,] κράζω, vociferari, elata voce dicere. *Cic. pro Mur.* c. 37. Ego, quod facio, judices, salutis omnium causa facere clamo, atque testor. *Id. Verr.* 7. cap. 7. *in fin.* Cum maxime hoc de pecunia clamaret, in vincula conjectus est. *Id. pro Cluent.* cap. 11. Cum et de suo, et de uxoris interitu clamaret. *h. e.* elata voce quereretur. *Senec.* ep. 27. Clamo mihi ipse: numera annos tuos. *Terent. Andr.* 3. 2. 11. Illis, quæ sunt intus, clamat de via. *Catull.* carm. 66. *ad januam*, v. 14. Ad me omnes clamant: janua, culpa tua est. *Ovid. de remed. amor.* v. 597. Perfide Demophoon, surdas clamabat ad undas. ¶ Regit etiam accusativum. *Petron. in Satyr.* c. 107. Invidiam facis nobis, ingenuos honestosque clamando. *h. e.* appellando, nominando. *Lucil.* apud *Diomed.* l. 1. pag. 372. *Putsch.* E somno pueros cum mane expergitu' clamo. *Virg.* 4. *Æn.* v. 674. morientem nomine clamat. *h. e.* vocat. Sic *Plaut. Asin.* 2. 3. 10. Clamare janitorem. *Id. Aulul.* 2. 4. 20. Divum, atque hominum fidem clamare. *to invoke. Ovid.* 1. *amor.* eleg. 2. v. 25. triumphum. *Liv.* l. 22. *in fi.* cap. 1. Saturnalia. *Propert.* l. 4. eleg. 8. v. 58. Territa vicinas Teia clamat aquas. *h. e.* clamore poscit. *Id.* l. 1. eleg. 17. v. 23. Illa meum extremo clamasset pulvere nomen. *h. e.* conclamasset, ut fieret in exsequiis. *Apul.* l. 3. *Metam.* Præcone publico silentium clamante. *proclaiming aloud. h. e.* elata voce indicente. ¶ Passive *Cic.* apud *Augustin.* l. 3. *contra Acad.* c. 7. Ab eis, quos deserit, insanus, temerariusque clamabitur. Al. leg. *clamitabitur. Stat.* 5. *Theb.* v. 462. Et non speratis Lemnos clamatur alumnis. *h. e.* clamoribus vagientium puerorum oppletur. Al. leg. *celebratur.* V. similem locum in *Clamatus.* ¶ Translate *Cic.* 4. *de Fin.* c. 19. *in fi.* Sensus enim cujusque, et natura rerum, atque ipsa veritas clamat quodammodo, non posse, &c. *Id.* 2. *de Fin.* c. 20. Clamat virtus, beatiorem fuisse, &c. *Catull.* carm. 6. Nam te non viduas jacere noctes Nequicquam tacitum cubile clamat. ¶ De rabulis forensibus. *Cic. in Divin. Verr.* c. 15. Quid in dicendo posset, nunquam satis attendi: in clamando quidem video eum esse bene robustum. *in vociferating.* Hinc *clamator*, quod V. ¶ Tribuitur etiam animalibus. *Phædr.* l. 3. fab. 16. v. 5. Cicada multo validius clamare cœpit. *to chirp.* ¶ Et rebus inanimis. *Sil.* lib. 4. v. 526. Spumea saxosis clamat convallibus unda. *h. e.* strepit, resonat. *resounds. Id.* l. 9. v. 516. clamante procella. *Stat.* l. 11. *Theb.* v. 116. clamant amnes, freta, nubila, silvæ. et lib. 10. v. 94. non hinc pelagi, licet omnia clament Litora, non illic cæli fragor. ¶ Apud *Plaut. Mil.* 3. 2. 10. Naso magnum clamat. *id est* valde stertit.

CLAMOR, oris, m. *a loud voice, cry, shout*, κραυγή, vociferatio. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 23. Clamorem edere. *Id. pro Flacc.* c. 6. *in fi.* profundere. *Id.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 1. *ad fi.* tollere. *Sueton. in Aug.* c. 71. Magnis clamoribus rem gerere. *h. e.* clamitando, contendendo. ¶ Pro acclamatione, et plausu. *loud applause. Cic.* 1. *de Orat.* c. 33. *a med.* Hæc sunt, quæ clamores, et admirationes in bonis oratoribus efficiunt. *Id. Fam.* 12. ep. 7. Dixi de te, quæ potui, tanto clamore, consensuque populi, ut &c. *Id. de clar. Orat.* c. 95. Hortensius utroque genere florens, clamores faciebat adolescens. *h. e.* clamores de se excitabat. *Phædr.* l. 5. fab. 5. v. 28. Movere plausus, suscitare clamores. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 14. Si unquam mihi περίοδοι, ἢ καμπαί, ἢ ἐνθυμήματα suppeditaverunt, illo tempore. Quid multa? clamores. ¶ Item pro convicio. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 18. Clamoribus, et conviciis, et sibilis consectari aliquem. ¶ De voce animalium. *Virg.* 1. *Georg.* v. 362. celeres revolant ex æquore mergi, Clamoremque ferunt ad sidera. ¶ Item de quocumque strepitu. *any noise or sound. Id.* 3. *Æn.* v. 566. Ter scopuli clamorem inter cava saxa dedere. *Horat.* l. 3. od. 29. v. 38. non sine montium Clamore, vicinæque silvæ. *Lucret.* l. 6. v. 146. nubes ignem magno clamore trucidat. *h. e.* stridore, sonitu. ¶ Olim *clamos* dictum est: sed sua quoque ætate obsoletum fuisse, indicat *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 6.) Legitur a multis in *Ennio* apud *Fest.* in *Vagorem*, et apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 5. *ad fin.*

CLAMŌSE, *loudly, with a great noise*, κραυγαστικῶς, cum clamore. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Ne dicamus omnia clamose, quod insanum est.

CLAMŌSUS, a, um, *full of noise or clamour, noisy*, κρακτικὸς, κραυγαστικὸς, clamore plenus. *Stat.* l. 4. silv. 4. v. 18. Urbs clamosa. *Id.* l. 3. silv. 5. v. 16. clamosi turba theatri. *Martial.* l. 10. epigr. 53. Circus clamosus. *Stat.* 4. *Theb.* v. 448. clamosæ valles. *Sil.* l. 14. v. 269. unda clamosus Heborus. ¶ Item qui cum clamore fit. *accompanied with noise or clamour. Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 1[illegible] Continuatio est orationis enunciandæ acceleratio clamosa *Quintil.* l. 5. c. 13. Clamosa actio. *Juvenal.* sat. 8. v[illegible]

186. clamosum ageres ut phasma Catulli. ¶ Item qui assidue clamat, *clamorous, obstreperous. Quintil.* l. 6. c. 4. (*al.* 5.) Clamosus altercator. *Martial.* l. 5. *epigr. ult.* Magister clamosus.

CLANCULARIUS, a, um, *secret, unknown, anonymous, nameless,* κρυπτὸς, occultus, clandestinus. *Martial.* l. 10. epigr. 3. Poeta quidam clancularius.

CLANCŬLO, *privately, secretly, in private, clandestinely,* λάθρα, κρύβδην, clanculum. *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 8. Virgilius fuit ut scrupulose, et anxie, ita dissimulanter et clanculo doctus. *Apul.* l. 3. *Metam.* Puer clanculo profugit. *Id.* l. 9. Clanculo furari. Adde lib. 10. et *in Apolog. Augustin.* epist. 54. *sub fin.* et *Ammian.* l. 21. c. 12. (*al.* 22.)

CLANCŬLUM, *privately, secretly, privily,* λάθρα, diminutivum a *clam,* et ejusdem significationis. *Terent. Adelph.* 1. 1. 27. Alii clanculum patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia, ea, &c. *Id. Eun.* 3. 5. 41. Venit clanculum per impluvium. *Id. ibid.* v. 53. Spectare sic per flabellum clanculum. *Plaut. Cas.* 2. 8. 8. Captare clanculum sermonem alicujus. *Id. Men.* 3. 3. 8. Clanculum surripere quidpiam. *Id. Pœn.* 4. 2. 91. Clanculum dicere aliquid.

CLANCŬLUS, a, um, adject. legitur a *Salmas. in* cap. 4. *Tertull. de Pall.* Jam virum alicui clanculus functus. Sed *alii aliter.*

CLANDESTĪNO, adverb. *secretly, clandestinely,* κρύβδα, λάθρα, clam, occulte. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 176. Clandestino committere alicui aliquid. *Plaut. Mil.* 4. 1. 13. Agere negotium clandestino.

CLANDESTĪNUS, a, um, *secret, hidden, unknown, private, clandestine,* qui clam fit, occultus, secretus, λαθραῖος, κρυπτός. *Cic. de Senect.* c. 12. Clandestina consilia cum hostibus. *Crassus* apud *Cicer. in Orat.* c. 66. Clandestinis consiliis oppugnare aliquem. *Cic. pro Syll.* c. 11. Clandestinum scelus. *Plaut. Cas.* 5. 3. 6. Clandestinæ nuptiæ. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 64. Clandestinis nuntiis sollicitare aliquem. *Liv.* l. 3. c. 36. *in fi.* Clandestinum fœdus. *Lucret.* l. 2. v. 127. Clandestini et cæci motus. ¶ Est qui velit scribi *clamdestinus,* quod sit a *clam:* sed contra est consuetudo, et auctoritas *Velii Longi,* pag. 2237. *Putsch.* et *Dausquii.*

CLANGO, is, n. 3. *to sound as a trumpet,* Græcum verbum a Latinis usurpatum ad exprimendum tubæ sonum. Ipsi enim quoque κλάγγω, et κλαγγάζω dicunt, tametsi latiore significatione. Est autem fictum a similitudine soni: quare non tubæ solum, sed et aliis similibus vocibus tribui potest, ut ex usu vocis *clangor* apparet. *Stat.* 4. *Theb.* v. 342. et jam horrida clangunt Signa tubæ. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 349. Luctificum clangente tuba. *Auct. carm. de Philom.* v. 27. tribuit aquilis. *Accius* apud *Non.* c. 6. n. 86. de maris strepitu usurpavit. V. locum in *Cachinno.* ¶ Præteritum alii tribuunt *clanxi,* alii *clangui:* prius videtur magis accedere ad Latinam analogiam. nam et *ango,* et *pango* habent *xi.* Neutrius tamen ullum adhuc exemplum vidimus.

CLANGOR, oris, m. *the sound of a trumpet,* κλαγγὴ, vox exprimens sonum tubæ. *Virg.* 2. *Æn.* v. 313. Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum. Adde *Æn.* 8. v. 526. et l. 11. v. 192. *Lucan.* l. 1. v. 237. *Stat.* 3. *Theb.* v. 650. et *Sil.* l. 2. v. 19. ¶ De sono litui usurpat *Pacat. in Paneg. Theodosii,* c. 33. de latratu canum *Grat. in Cyneg.* v. 186. ¶ Dicitur præterea de variis variarum avium vocibus. Nam aquilæ tribuit *Liv.* l. 1. c. 34. [et *Cic. Tuscul.* l. 2. c. 10. et *Sueton. in Domitian.* c. 6.] fulicæ *Plin.* l. 18. *c. ult.* accipitri *Id.* l. 10. c. 8. anseribus *Id.* l. 18. *c. ult. Liv.* l. 5. c. 47. et *Colum.* l. 8. c. 13. gruibus *Stat.* l. 12. *Theb.* v. 517. passeri *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 30. *vertens locum Homeri Iliad.* 2. phœnici *Claudian. in carm. de Phœnic.* v. 45. gallinis *Apul.* l. 9. *Metam.* &c.

CLANIS, is, m. fluvius Etruriæ in Tiberim influens. *Sil.* l. 8. v. 455. Et Clanis, et Rubico, et Senonum de nomine Sena. [Quidam hic legere malunt *Clasis* cum *Cluverio.*]

CLANIUS, ii, m. [† hod.] *l'Agno,* fluvius Campaniæ, qui oritur ex Tiphata monte, ex juxta Acerras, Atellam, sive Aversam, et Linternum urb. fluit, et palud. Linternam efficit in ora litorali. *Virg.* 2. *Georg.* v. 225. et vacuis Clanius non æquus Acerris. Adde *Sil.* l. 8. v. 537.

CLARE, *clearly, splendidly, brightly, distinctly,* λαμπρῶς, lucide, splendide. *Vitruv.* l. 9. c. 4. *ante med.* Veneris stella clarissime lucens. *Petron. in Satyr.* c. 111. et *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 9. Clare fulgens. *Stat.* l. 4. silv. 1. v. 4. Nitens clarius astris. *Plin.* l. 10. c. 20. In opaco clarius micant. *Plaut. Mil.* 3. 1. 36. Clare oculis videre. *Colum.* l. 11. c. 2. *circa med.* Octavo cal. Aug. Aquarius incipit occidere clare. *h. e.* cum luce, *in the morning.* ¶ Translate est aperte, manifeste, plane. *openly, plainly, manifestly. Cœl. ad Cicer.* l. 8. *Fam.* ep. 14. Quo propius ea contentio accedit, eo clarius id periculum apparet. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 20. Cum omnes aperte loquantur, et jam clare gemant. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 94. Clare, ut milites exaudirent, Tueamini, inquit, castra, &c. *Terent. Andr.* 4. 4. 15. Unde est? dic clare. *My.* a nobis. *tell me openly. Plaut. in fi. Amphitr.* et *Bacch.* Clare plaudere. *Id. Pers.* 4. 3. 30. recitare. *Plin.* l. 16. c. 4. *in fi.* profiteri aliquid. *Id.* l. 37. c. 2. intelligere. *Id.* l. 10. c. 70. Pisces clarissime audiunt. *Gell.* l. 4. c. 20. Clare ac sonore oscitare. *Martial.* l. 7. epigr. 91. Clare et palam petere aliquid.

CLARĔO, es, ui, n. 2. *to be clear or bright, to shine,* ἐκλάμπω, φαίνω, splendeo, luceo. *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 127. Hoc lumen candidum claret mihi. *Cic. in Arat.* v. 107. rutilo cum lumine claret Fervidus ille Canis. *Claudian.* l. 1. *de rap. Pros.* v. 229. divino semita gressu claruit. ¶ Translate est apparere, manifestum esse. *to appear manifest, be evident. Lucret.* l. 6. v. 937. quod in primo quoque carmine claret. *h. e.* manifestum est ex primo libro. *Tacit.* l. 4. *Hist.* c. 73. Quo eventu Germanica bella tractaverimus, satis claret. Al. leg. *clarum est. Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 191. ventura potestas Claruit Ascanio, &c. ¶ Item illustrem esse, nobilem, celebrem. *to be illustrious, noble, famous. Enn.* apud *Cicer. de Senect.* c. 4. Ergo postque, magisque viri nunc gloria claret. *Sueton. in Ner.* c. 1. Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Calvinorum, et Ænobarborum. *Justin.* l. 2. c. 1. Clarere virtutibus. *Turpil.* apud *Non. loc. cit.* Cujus adventu insula hodie claret Cypros.

CLARESCO, is, n. 3. *to grow bright or clear, to shine,* περιλάμπομαι, ἐκφαίνομαι, clarus fio, splendesco. *Tacit. Ann.* 15. c. 37. Circumjecta tecta luminibus clarescere. *Senec. in Herc. Fur.* v. 124. Clarescit dies, ortuque Titan lucidus croceo subit. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 30. oblatis clarescant atria villis. *h. e.* aureo vellere splendescant. ¶ Translate apertum fieri, manifestum fieri. *to be open, manifest, evident. Quintil.* l. 6. c. 4. (*al.* 5.) Neque tamen hoc ipsis monitoribus clarescit. *Al.* aliter leg. *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 12. *ante med.* Et hæc sit præsentis operis consummatio, ut, animam esse immortalem, clarescat. *Lucret. in fi.* l. 1. Aliud ex alio clarescit. *Lactant.* l. 3. c. 2. Veritas patefacta clarescit. *Virg.* 2. *Æn.* v. 301. Clarescunt sonitus. *grow more and more distinct. Gabius Bassus* apud *Gell.* l. 5. c. 7. Vox clarescit, et resonat. *Quintil.* l. 1. c. 11. (*al.* 19.) Tibiæ præclusis, quibus clarescunt, foraminibus, recto modo exitu graviorem spiritum reddunt. ¶ Item celebrem, illustrem fieri. *to grow famous, or illustrious. Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 3. plausuque petit clarescere vulgi. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 52. Clarescere facinore. *Id.* 2. *Histor.* c. 53. magnis inimicitiis. *Id. de German.* c. 14. Facilius inter ancipitia clarescunt. ¶ Legitur et *clarisco* in quibusdam libb. apud *Apul. de Mundo:* ubi quidam habent etiam *clariscantes,* ut sit a *clarisco, as,* alii *claricantes,* alii *coruscantes,* teste *Elmenhorst. ibid. ad* pag. 63.

CLARICĬTO, as, a. 1. voco, quasi clara voce cito. *Lucret.* l. 5. v. 945. Claricitat ad se sitientia sæcla ferarum. Ita *Lambin.* cum aliis. Al. leg. *clare citat.*

CLARIFICATĬO, onis, f. actus clarificandi. *Augustin. in* lib. 83. *quæst.* c. 62. Post clarificationem Domini, idest resurrectionem a mortuis.

CLARIFĬCO, as, a. 1. *to make clear; to clear, clarify,* clarum facio. *Plin.* l. 20. c. 13. Nasturtium visum clarificat. Ita Edition. vett. A. 1469. 1470. et 1472. et *Aldus.* At *Harduin.* quod in MSS. suis invenit *compurgat,* hoc in textum recepit. ¶ Translate *Lactant.* l. 3. c. 18. Ut nomen suum grandi aliquo facinore clarificaret. *render illustrious.* Adde *Sedul.* l. 4. v. 173. et l. 5. v. 8. et 9. et *Paulin. Nolan. in Nat. XI. S. Fel. edit. Murator.* v. 304.

CLARIFĬCUS, V. *Clarisonus.*

CLARIGATĬO, onis, f. *a demanding peremptorily from an enemy the restitution of effects, reparation of injuries sustained,* &c. *on pain of a declaration of war in case of refusal,* actus clarigandi, *h. e.* repetendi ab hostibus res suas. V. *Clarigo.* Hoc sensu legitur apud *Plin.* l. 2. *in indice* l. 22. n. 3. *Quintil.* l. 7. c. 3. (*al.* 4.) esse dicit ex iis vocibus, quæ obscuriores, et ignotiores sunt, et finitione indigent, si ab oratore usurpentur. ¶ Sumitur etiam pro jure capiendi hominis, vel rei cujuspiam hostilis, injuriarum, aut violati foederis causa; *a retaliation, reprise,* ἐνεχυρασία. *Liv.* l. 8. c. 14. Veliterni jussi trans Tiberim habitare, ut ejus, qui cis Tiberim deprehensus esset, usque ad mille pondo clarigatio esset; nec prius, quam ære persoluto, is qui cepisset, extra vincula captum haberet.

CLARĬGO, as, a. 1. *to demand with a loud voice, of an enemy, amends for injuries done,* antiquum verbum, quod significat res injuste ablatas ab hostibus repetere, vel damni illati compensationem postulare. Institutum enim fuit ab Anco Marcio, ex disciplina Æquicolarum, ut priusquam alicui populo bellum inferretur, Legati ad eorum fines mitterentur, qui res ablatas repeterent, aliaque postulata exponerent, propter quæ bellum indici necesse erat. Hostibus deinde imperata non facientibus bellum indicebatur, et inferebatur. Omnem hunc ritum *Liv.* l. 1. c. 32. diligenter exsequitur. *Clarigare* igitur dicebatur Legatus, cum postulata exponebat, et res repetebat, quia nimirum *clara* voce utebatur, ut exaudiri longe posset. *Plin.* l. 22. c. 2. *in fi.* Semper e legatis, cum ad hostes, clarigatumque mitterentur, id est res raptas clare repetitum, unus utique Verbenarius vocabatur. Adde *Serv. ad Æn.* 9. v. 53. item *ad* 10. *Æn.* v. 14. ubi aliud etymon hujus vocis proponit, quod nempe sit ἀπὸ τοῦ κλήρου, hoc est sorte. Nam per bellicam, inquit, sortem agros hostium invadebant: unde et κληρονόμοι dicuntur, qui jure sortiuntur bona defuncti. Sed profecto major est auctoritas *Plinii.*

CLARISCO. V. *Claresco.*

CLARISŎNUS, a, um, *sounding clear, loud, or shrill,* clare sonans, ὀξύφωνος, λαμπρόφωνος. *Cic. in Arat.* v. 280. Clarisonæ auræ. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 320. Hæc tum clarisona pellentes vellera voce. *Id. ibid.* v. 125. Clarisonas imo fudisse e pectore voces. *Scaligero* placet hic, quod in suo Codice legit, *clarificas,* hoc est *claras* simpliciter; eo modo, quo *ibid.* v. 407. *justificam mentem* dixit, hoc est justam.

CLARISSIMĀTUS, us, m. status, seu dignitas eorum, qui *Clarissimi* appellabantur. *Ammian. Marcel.* l. 21. c. 16. (*al.* 31.) Nec sub eo dux quisquam cum clarissimatu provectus est. V. *Clarus.*

CLARĬTAS, atis, f. *clearness, brightness, splendour, light,* σαφήνεια, λαμπρότης, splendor, lux. *Plin.* l. 9. c. 35. Claritas matutina. *Id.* l. 2. c. 8. Sidus Veneris claritatis est tantæ, ut unius hujus stellæ radiis umbræ reddantur. *Id.* l. 23. c. 4. Ellychnia claritatis præcipuæ. *Id.* l. 20. c. 10. Asparagi oculis claritatem afferunt. *Id.* l. 31. c. 10. Claritatem visus adjuvat nitrum. ¶ De voce *Cic.* 1. *Acad.* c. 5. In pedibus celeritas, vis in manibus, claritas in voce. *distinctness, clearness.* ¶ Translate sumitur pro fama, excellentia, nobilitate, dignitate, amplitudine, quibus fit, ut aliquid clarum, ac notum omnibus reddatur, et magni æstimetur, *fame, character, reputation,* εὐδοξία. Inter *claritatem* et *gloriam* hoc interesse docet *Senec.* ep. 102. quod hæc multorum judiciis constet, illa bonorum. V. ibi multa de claritate. *Cic.* 1. *Phil.* c. 13. Num hujusce, cum pro salute reipublicæ tanta gessisses, fortunæ te, num amplitudinis, num claritatis, num gloriæ pœnitebat? ¶ Frequenter tamen latiori significatione adhibetur. *Cic. Fam.* 13. ep. 68. Quæ quamquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen. &c. *Plin.* l. et c. 14. Esse in claritate. *to be accounted famous. Quintil.* l. 5. c. 11. Excellere claritate nascendi. *Id.* l. 8. c. 6. Claritas generis. *Nepos in Eumen.* c. 3. Viri claritate præstantes. *Hirt. de B. Afric.* c. 22. Claritas nominis. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 49. natalium. *Flor.* l. 3. c. 12. rerum bellicarum. *Plin.* l. 4. c. 7. Nec cedentes Athenis claritate Thebæ. *Id.* l. 14. c. 4. Vino Maroneo antiquissima claritas. *Id. ibid.* Cato insignis claritate litterarum. *distinguished for his extensive learning. Id.* l. 13. c. 22. *ad fin.* Claritatem dare alicui rei. *Id. in fi.* l. 24. Nunc ipsa claritas herbarum dicetur. *h. e.* clariores, et nobiliores herbæ recensebuntur. ¶ In plurali numero *Plin.* l. 35. c. 8. Claritates operum. *Id.* l. 37. *c. ult.* ingeniorum. ¶ Accipitur etiam pro perspicuitate, et evidentia sermonis, qua res ita exponuntur, ut manifestæ, et claræ fiant. *perspicuity of style. Quintil.* l. 8. c. 3. Contingit eadem claritas etiam ex accidentibus, &c.

CLARITŪDO, inis, f. *clearness, distinctness,* claritas. De voce *Gell.* l. 7. c. 5. Histrio, qui gestus, et vocis claritudine et venustate ceteris antestabat. εὐφωνία. ¶ Translate est fama, diguitas, nobilitas, amplitudo. *fame, character, reputation, renown, nobility. Sallust. in Jug.* c. 2. *in fi.* Artes animi, quibus summa claritudo paratur. et cap. 7. In tantam claritudinem brevi pervenerat, ut &c. *Vellei.* l. 2. c. 130. Eminere claritudine. *Tacit. Ann.* 4. c. 6. Claritudo militiæ. *Id.* 15. *Ann.* c. 71. nominis. *Id. ibid.* c. 35. familiæ. *Id. ibid.* c. 65. virtutum. *Id. Ann.* 12. c. 8. studiorum. *Sisen.* apud *Non.* c. 2. n. 101. Celeriter conficere aliquid cum summa claritudine. *with a great reputation; with great renown.*

CLARĬTUS, adverb. pro clare, ut *publicitus* pro *publice,* olim dictum fuisse, docet ex *Celso Charisius* l. 1. pag. 190. *Putsch.*

CLARĬUS, ii, m. Κλάριος, epitheton Apollinis a Claro oppido, ubi colebatur. *Virg. Æn.* 3. v. 360. Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 80. Clario Delos amata Deo. *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 199. Clariæ fores. ¶ *Clarius* appellatur ab eodem *Ovid.* l. 1. *Trist.* eleg. 6. v. 1. Antimachus poeta Græcus, qui Claron oppidum patriam habuit, vel ut alii volunt, Colophonem, quæ non longe a Claro sita est, ut ex *Plin.* l. 5. c. 29. constat. Maluit autem *Ovid.* a loco Apollini sacro denominare, quod Poetæ sub Apollinis tutela sunt. *Cic. in Bruto,* c. 51. Antimachus Clarius poeta.

CLARO, as, a. 1. *to make clear, illuminate,* clarum facio, illustro, λαμπρύνω. *Cic. in Arat.* v. 39. æstatis primordia clarat. *Stat.* 5. *Theb.* v. 284. ita fatus in aera rursus Solvitur, et nostrum visus arcentibus umbris, Mitis iter longæ claravit limite flammæ. ¶ Translate est ostendere, declarare, *to show, declare, bring to light, publish. Cic. in carm. de suo consul.* l. 1. *de Divin.* c. 12. Jupiter excelsa clarabat sceptra columna. *Lucret.* l. 4. v. 778. multaque nobis Clarandum est, plane si res exponere avemus. *Id.* l. 3. v. 35. Hasce secundum res animi natura videtur, Atque animæ claranda meis jam versibus esse. *Apul. de deo Socrat.* Clarare obscura. ¶ Item illustrem ac famosum reddere. *to render famous; to celebrate. Horat.* l. 4. od. 3. v. 3. Illum non labor Isthmius Clarabit pugilem.

CLAROR, oris, m. *clearness, brightness, splendour,* claritas, splendor, λαμπρότης. *Plaut. Mostell.* 3. 1. 111.

Ædes filius tuus emit: sed scin' cujusmodi? speculo claras, clarorem merum.

CLAROS, i, f. Κλάρος, oppidum Ioniæ cum fonte, luco, et templo Apollini sacro, qui propterea *Clarius* cognominatus est, apud Colophonem urbem, conditum a Manto Tiresiæ filia. *Nearchus* dicit, id nomen loco datum a κλῆρος, sors, quod Apollini per sortem obtigerit. Epota aqua fontis mira oracula reddebantur, breviore tamen vita bibentium, ut *Plin.* l. 2. c. 103. *ad fin.* narrat. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 515. mihi Delphica tellus, et Claros, et Tenedos, Pataræaque regia servit.

CLARUS, a, um, *clear, bright, shining, sheeny, splendid*, λαμπρός, lucidus, splendens. *Cic. in Somn. Scip.* c. 2. Illustris et clarus locus. *Id. pro Sull.* c. 14. Clarissimum lumen. *Quintil.* l. 5. c. 12. Clarissimus Sol. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 42. Sidere clarior. *Plaut. Mostell.* 3. 1. 11. Ædes claræ. *Horat. in carm. secul.* v. 23. Clarus dies. *Virg.* 1. *Georg.* v. 460. Clarus aquilo. *h. e.* serenum inducens, ut *Serv.* exponit. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 48. Clara lucerna. *Lucret.* l. 5. v. 1257. Claro colore splendere. *Id.* l. 5. v. 282. Clarus candor. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 355. Clarum vitrum. *h. e.* pellucidum. *Lucret.* l. 1. v. 1001. Clara flumina. *Cic.* 6. *Verr.* c. 27. Clarissimæ gemmæ. ¶ De voce, ac sono. *loud, distinct. Cic. pro Cluent.* c. 48. Clara voce, ut omnes audire possent, dixit. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 30. Clariore voce dicere. *Lucret.* l. 4. v. 569. Clarus sonor. *Plaut. Pan.* 5. 3. 27. clamor. *Id. in fi. Asin.* Dare plausum clarum. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 138. Clarus plangor. *Id.* 13. *Metam.* v. 806. Clari latratus. *Id.* 2. *Metam.* v. 625. clarus ictus. *loud, sounding, resounding.* ¶ Translate ponitur pro manifesto, aperto, patenti, *manifest, clear, open, evident, well-known. Cic.* 5. *Verr.* c. 25. Clara res est, quam dicturus sum, tota Sicilia celeberrima atque notissima. *Id. pro Rosc. Com.* c. 3. Ego, quæ clara sunt consuetudine, diutius dicere non debeo. *Id. Catil.* 1. c. 3. Luce sunt clariora nobis tua consilia. *Id. Attic.* l. 6. *ep. ult.* Admiratus sum σύγχυσιν litterularum, quæ solent tuæ compositissimæ et clarissimæ esse. *Plin.* l. 7. c. 14. Massinissam post LXXXVI. annum generasse filium, clarum est. ¶ Sæpissime pro nobili, insigni, excellenti, celebri, *famous, illustrious, noble, renowned, distinguished, celebrated. Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 37. Vir gloria clarus, auctoritate gravis. *Id. pro Rabir. Posth.* c. 9. Ex doctrina nobilis et clarus. *Plin.* l. 36. c. 5. Clarissimi in ea scientia. *Liv.* l. 9. c. 7. Clarus genere, et factis. *Cic. de Senect.* c. 7. Viri clari, et honorati. *Id. Verr.* 2. c. 15. Vir fortissimus, et clarissimus. *Id.* 7. *Verr.* c. 58. *ad fin.* Vir clarissimus, et fortissimus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 45. Amplissimus, et clarissimus vir. *Id. de Amic. c. ult.* Virtus clara, et insignis. *Id.* 1. *Tuscul. c. pænult.* Claræ mortes pro patria oppetitæ. *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 52. Domus clara nobilitate. *Vellei.* l. 2. c. 127. Clarissimæ, veteresque familiæ. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 111. Clara, et memorabilis pugna. *Vellei.* l. 2. c. 9. Clara ingenia. *Nepos in Thrasyb.* c. 2. Clarissima civitas. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 338. Clarum opus. *Plin.* l. 6. c. 27. Clara flumina. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 2. Cato quasi heluari libris, si hoc verbo in tam clara re utendum est, videbatur. *Sil.* l. 1. v. 564. Jam patribus, clarisque senum sua munia curæ. ¶ Cum genitivo. *Plin.* l. 37. c. 1. Clarissimus artis ejus. *Vellei.* l. 2. c. 5. Clarissimus disciplinæ. ¶ Aliquando *clarissimus* vox fuit, qua Senatores, et Consules honoris causa appellabantur, ut est apud *Plin.* l. 7. epist. 33. *Lamprid. in Heliogab.* c. 4. *et in Alex. Sever.* c. 21. et *Martian. JCtum Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 18. Postea etiam proconsules, item consulares, correctores provinciarum, et alii, de quibus in *Cod. Justinian.* variis locis mentio fit. Sed præcipue Senatores ita dicti sunt, eorumque uxores *clarissimæ*, ut apud *Lamprid. in Heliogab.* c. 4. legitur. Hinc *clarissimus ordo* est Senatorius, apud *Vopisc. in Aurelian.* c. 18. *in fi.* V. *Illustris.*

CLASSIAM UNIMAMMIAM, vel unomammiam cum dixit *Plaut. Curcul.* a. 3. v. 75. jlocaliter intelligi voluit regionem Amazonum, quæ dexteram mammam ferro secabant, quo expeditius arma tractarent.

CLASSIARIUS, a, um, *belonging to a fleet*, ad classem pertinens. *Classiarii* sunt milites, qui in classe, hoc est instructis bello navibus pugnant, ἐπιβάται. *they who fight in a fleet; marines. Nepos in Themist.* c. 3. Classis Græciæ cum classiariis Regis conflixit. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 56. Reliqua lacus classiarii tectis navibus obtinebant. *Id.* 14. *Ann.* c. 8. Oloaritus centurio classiarius. ¶ Hoc genus militiæ parum honestum apud Romanos fuit. Itaque justis militibus classiarii opponuntur apud *Sueton. in Galba*, c. 12. Nam hoc nomine veniunt etiam ipsi nautæ, qui in classe sunt, et remigio inserviunt, τὸ ναυτικὸν, *the crews of a fleet. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 100. Per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit. *Hirt. de B. Alexand.* c. 12. Cum non jam virtute propugnatorum, sed scientia classiariorum se victos viderent. *Tacit. Ann.* 14. c. 4. Triremi, et classiariorum remigio vehi. [¶ Quamvis nihil de fabris navalibus apud rerum antiquarum scriptores occurrat, ii tamen *Classiariorum* nomine significari etiam videntur ex *Inscript. Mus. Veronens.* pag. 477. n. 10. Conleg. Dendrophor. Et Classiar. Miscnatium Aurelio Canusio Prænestino patrono optimo aer. comm. fieri cens. Cum enim in hoc Titulo Classiarii Dendrophoris copulentur, iis scilicet, qui materiem ad classem reficiendam, ornandam, ædificandam comportabant (V. *Dendrophori*), videntur illi nec milites, nec remiges, neque nautæ fuisse, sed fabri, qui in Miseni navali laborarent. Sic *Gladiatores* dicti sunt et qui gladios facerent, et qui gladio pugnarent; sic *Ballistarii*, qui ballistas facerent, et qui ballistis missilia jacerent. V. *Morcell. de stil. Inscript. Latin.* pag. 97.]

CLASSĬCEN, inis, m. V. *Classicus.*

CLASSICŬLA, æ, f. *a small squadron of ships of war*, parva classis. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 2. Cassius cum classicula sua venerat.

CLASSĬCUM, i, n. quasi *calassicum*, a *calo*, voco, est sonus tubæ, aut cornu, quo populus per suas classes ad comitia, vel concionem convocabatur, ut colligitur ex *Varron. sub fin.* l. 5. *de L. L.* ¶ Sed præcipue dicitur de signo, quod tuba datur in castris, et classe ad milites convocandos, pugnam indicendam, aliarumque militarium actionum tempora significanda. *the sound of a trumpet, chiefly before an engagement. Liv.* l. 7. c. 36. Consul classico ad concionem convocat. *Sueton. in Cæs.* c. 32. Ingenti spiritu classicum exorsus. *Id. in Vitell.* c. 11. Urbem ad classicum introiit paludatus. *to the sound of the trumpet. Lucan.* l. 2. v. 528. Jubere classica. *Id.* l. 4. v. 186. Dare classica bello. *Id.* l. 7. v. 476. Concipere classica cornu. ¶ Classici signum erat præcipuum Imperatoriæ dignitatis. Eo enim jubente solummodo, atque etiam præsente canebatur, et cum in militem capitaliter animadvertebatur. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 82. *de Pompeio.* Suum cum Scipione honorem partitur, classicumque apud eum cani, et alterum illi jubet prætorium tendi. Hinc *prætoria classica* dixit *Propert.* l. 3. eleg. 2. v. 41. Adde *Liv.* l. 28. c. 27. *ad fin.* et *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 22. ¶ Ipsum quoque instrumentum, quo signum datur, *classicum* dicitur, uti docet *Ascon. in Divin. Verr.* c. 17. itemque *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 7. v. 637. Classica jamque sonant: it bello tessera signum. *Id.* 2. *Georg.* v. 539. Inflare classica. *Tibull.* l. et eleg. 1. v. 46. Classica pulsa. *h. e.* inflata. κατάχρησις. *a trumpet.*

CLASSĬCUS, a, um, *relating to the* Classici, *or those of the first and highest class of the Roman citizens*, ad classem pertinens, qua ordinem, seu partem populi significat. *Gell.* l. 7. c. 13. docet, *classicos* appellatos esse a *Catone* non omnes, qui in classibus erant, sed primæ tantum classis homines, qui centum et viginti quinque millia æris, ampliusve censi erant: *infra classem* vero, qui in secunda classe, et in aliis inferioribus describebantur: quod confirmat *Fest. in voce Infra.* ¶ Præterea *classici* dicti sunt cornicines, qui populum per classes ad comitia vocabant. *trumpeters who called the classes of the Roman people to an assembly. Varr.* l. 5. *L. L. sub fin.* Qui de censoribus classicum ad comitia centuriata redemptum habent, uti curent eo die, quo die comitia erunt, in arce classicus canat. *Id.* l. 4. c. 16. *extr.* Tubicines a tuba, et canendo, similiter liticines, et classicos a classe: qui item cornu canunt, ut tum, cum classes comitiis ad comitatum vocant. *Leg. hic quidam* classicines. ¶ *Classici scriptores* translate vocantur, qui in prima veluti classe sunt, qui vulgo probantur, et auctoritatem legitimam ex communi consensu obtinent. *classic writers; writers of classic authority. Gell.* l. 19. c. 8. *ad fin.* Classicus assiduusque aliquis scriptor, non proletarius. ¶ Similiter *classici* testes, qui censu aliquo sunt, et fide digni: cujusmodi signandis testamentis adhibebantur. *Festus.* ¶ Refertur etiam ad classem, qua naves bello instructas significat. *relating to a fleet. Propert.* l. 2. eleg. 1. v. 28. Aut canerem Siculæ classica bella fugæ. *Vellei.* l. 2. c. 85. Classicum certamen. *a naval engagement. Id. ibid.* c. 81. Coronæ classicæ insigne. *h. e.* navalis. ¶ *Classici, orum*, sunt iidem qui classiarii, *h. e.* in classe remigantes. *sailors. Curt.* l. 4. c. 3. Tandem remis pertinacius everberatum mare, velut eripientibus navigia classicis, cessit. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 31. Legio classica. *h. e.* conflata e classiariis ad justam militiam evectis, de quibus ex *Sueton. in Classiarius* dictum est. *Id.* 2. *Hist.* c. 17. Intercepti centum equites, ac mille classici.

CLASSIS, is, f. *a class, company, order, or rank of citizens; one of the five divisions of the Roman people made by Servius Tullius*, σύνταξις, cœtus, ordo, seu pars civium distributorum ratione census. Servius enim Tullius, (ut narrat *Liv.* l. 1. c. 43. populum in quinque classes divisit, habita ratione census, ut qui centum millium æris (*Plin.* l. 33. c. 3. centum et decem millia æris ponit: *Fest. in Infra* centum viginti millia: *Gell.* l. 7. c. 13. centum viginti quinque millia) aut majorem censum haberent, primæ classis essent: secundæ, usque ad quinque et septuaginta millia: tertiæ quinquaginta millium censum esse voluit: quartæ quinque et viginti millium: quintæ demum undecim millium. Qui vero minus hoc censu habuissent proletarii, et capitecensi dicti sunt, nec ullam propriam classem constituerunt. *Cic.* 4. *Acad.* c. 23. Quis hunc philosophum non anteponat Cleanthi, Chrysippo, reliquisque inferioris ætatis? qui mihi cum illo collati, quintæ classis videntur. *Id.* 2. *Phil.* c. 33. Prima classis vocatur: renuntiatur: deinde ut assolet, suffragia. tum secunda classis, &c. ¶ Transfertur ad alios ordines. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Cum præceptores pueros in classes distribuunt. *Colum. sub fin.* l. 1. Classes non majores, quam denum hominum faciundæ. *scil.* operarum. *Sueton. in Tiber.* c. 46. Tres classes comitum facere. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 74. *Burm.* Abite, ut alii veniant ad officium. Subiit ergo alia classis. *scil.* servorum. *Quintil. ibid.* Ducere classem. *to be at the head of his class.* ¶ Sæpissime vero dicitur de multitudine navium ad militarem usum instructarum, *a fleet of ships of war: an armament. Cic. pro Leg. Manil.* c. 4. Maximas ædificare et ornare classes. *Id. Verr.* 7. c. 51. Instruere atque ornare classem. *Id. pro Flacc.* c. 14. comparare. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 21. et l. 3. *B. Civ.* c. 42. facere. *Curt.* l. 3. c. 5. præparare. et lib. 10. c. 2. parare. *Nepos in Conon.* c. 4. contrahere. *Virg.* 4. *Æn.* v. 289. aptare. et vers. 299. armare. et vers. 309. moliri. *Cic. pro Flacc.* c. 14. Classis navigat. *Id. ibid.* Navigare classe. *Id.* 3. *Verr.* c. 18. Mille numero navium classem ad Delum appellere. *Nepos in Milt.* c. 1. Classe proficisci. *Cic.* 7. *Verr.* c. 31. Classi præesse. *Cic. in Orat.* c. 45. Pœnos classe devincere. *Id.* 7. *Verr.* c. 52. Capere, et incendere classem. *Sallust. in Jug.* c. 81. Fundere, et fugare classes. *Plin.* l. 7. c. 56. *sub fin.* Classe depugnare. *Cic.* 3. *Offic.* c. 11. Valere classe. *to be powerful at sea. Nepos in Themist.* c. 3. Classis Græciæ cum classiariis regis conflixit. ¶ Aliquando est multitudo navium onerariarum ad comportanda frumenta. *a fleet of merchantmen. Lamprid. in Commod.* c. 17. Classem Africanam instituit, quæ subsidio esset, si forte Alexandrina frumenta cessassent. ¶ *Classis* dicta de una navi tantum, legitur apud *Virg.* 6. *Æn.* v. 334. Lyciæ ductorem classis Orontem. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 31. mihi classis funesta minatur. Adde *Paulin. Nolan.* poem. 21. *ad Cyther.* v. 79. Quidam huc referunt etiam illud *Horatii* l. 3. od. 11. v. 47. Me vel extremos Numidarum in agros Classe relegat. ¶ *Pingere classes* apud *Plin.* l. 35. c. 7. et cap. 11. *sub fin.* est naves pingere. ¶ Olim dicebatur etiam de exercitu terrestri. Nam quas *classes* Ser. Tullius primus instituit, atque in varias divisit centurias, non pacis solum, sed belli etiam, et militis deligendi causa instituit, ut docet *Liv. cit.* l. 1. c. 42. et 43. Hinc *Classis procincta* idem est, quod exercitus instructus, ut *Fest.* docet. *Fabius Pict.* apud *Gell.* l. 10. c. 15. Equo Dialem Flaminem vehi, religio est: classem procinctam extra pomœrium videre, &c. Ipse *Gell.* l. 1. c. 11. Cum procinctæ classes erant, et instructæ acies, cœptumque in hostem progredi. *Virg.* 7. *Æn.* v. 715. quos frigida misit Nursia, et Hortinæ classes. *h. e.* Hortinorum equitatus, ut *Serv.* exponit. *Servius* huc trahit etiam illud *ejusd. Æn.* 2. v. 30. Classibus hic locus: hic acie certare solebant. *Festus:* Classes clypeatas antiqui dixerunt, quos nunc exercitus vocamus. ¶ In ablativo habet *classe*, et *classi*. *Virg.* 1. *Æn.* v. 382. raptos ex hoste Penates Classe veho mecum. *Id. Æn.* 8. v. 11. Advectum Æneam classi, victosque Penates. ¶ Ad etymologiam quod attinet, qui primam statuunt notionem eam, qua multitudinem navium significat, deducunt a *calo* lignum, vel a κάλως, funis nauticus: qui vero partem populi primo significare volunt, a *calando*, *h. e.* vocando derivant, ut sit quasi *calassis*, vel simpliciter a Græco κλῆσις, vocatio: a καλέω. Duplicis hujus etymi si alterutrum verum est, secundum certe. Nam, ut ait *Paulus* ex *Festo* in *Procincta*, vetustius fuit, multitudinem hominum, quam navium classem appellari: *Et in Lege Numæ* apud *Fest.* in *Opima*, ponitur *procincta classis* pro exercitu instructo, ut dictum est. Tunc autem classem navalem Romani nondum fecerant, neque fortasse unquam viderant.

CLATHRĀTUS, a, um, *latticed, barred, cross-barred, grated*, κλειθρούμενος, clathris clausus. *Cato R. R.* c. 4. Faliscas clathratas. V. *Faliscus. Plaut. Milit.* 2. 4. 25. Neque solarium apud nos est, neque fenestra, nisi clathrata.

CLATHRO, as, a. 1. *to inclose with bars; to surround with a rail or balustrade*, κλείθρῳ ἐργείδω, est clathris claudere. *Colum.* l. 9. c. 1. Satis est seris transversis ita clathrare, ne spatiorum laxitas pecudi præbeat fugam.

CLATHRI, orum, m. *balusters; a balustrade, railing*, κλῇθρα, κανόνες, virgæ ligneæ, vel ferreæ, in cratis modum dispositæ, quibus fenestræ, vel januæ muniuntur. *Horat. de art. Poet.* v. 473. velut ursus Objectos caveæ valuit si frangere clathros. *Colum.* l. 8. *c. ult.* Spissos clathros infigere. *Plin.* l. 8. c. 7. Clathris ferreis circumdare aliquid. Adde *Caton. R. R.* c. 4. Quod addunt quidam Lexicographi, *clathros* poni etiam pro instrumento rustico ad terram eradicandam, *a harrow or rake to break clods with*, ex illo *Colum.* l. 10. v. 72. Tu penitus clathris eradere viscera matris Ne dubita. *Jenson* A. 1472. edidit: Tu penitus marris eradere viscera matris, &c. *Aldus* vero A. 1514. et *al.* Tu penitus latis eradere viscera marris, &c. Quod procul dubio rectius est. ¶ *Clathra, orum*, n. recte Latine dici negat *Caper de verb. dub.* pag. 2248. *Putsch.* Attamen *Nicol. Heins.* in melioribus *Propertii* libris invenisse se ait l. 4. eleg. 5. v. 72. Cum fallenda meo pollice clathra forent. Al. leg. *claustra.* ¶ Reperitur etiam *clatri* sine aspiratione, sed rarius.

CLAVA, æ, f. *a club, batoon, cudgel*, κορύνη, κορδύλη, ramus ex arbore recisus cum nodis: unde *irrasam clavam* dixit *Sil.* l. 8. v. 586. et *clavam trinodem Ovid.* 1. *Fast.* v. 575. Alii describunt baculum cum nodo in capite instar clavi. *Cicer.* 6. *Verr.* c. 43. Cum obsistere, ac defendere conarentur, male mulcati clavis et fustibus repelluntur. *Plin.* l. 19. c. 1. Linum clavis tundere. ¶ Fuit insigne Philosophorum. Idem enim est dicere de iis *pallium et baculus*, quod *pallium et clava*. Exempla habes apud *Sidon.* l. 4. ep. 11. l. 9. ep. 9. *ad fin.* et carm. 15. v. 197. ¶ Fuit etiam exercitatio, et ludus adolescentium, et militum tironum, sicut hasta, pila, equus, cursus, &c. *Cic. de Senect.* c. 16. *ad fin.* Sibi igitur habeant arma, sibi equos, sibi hastam, sibi clavam: nobis senibus talos relinquant, et tesseras. *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 11. Clavas ligneas, pro gladiis, tironibus dabant: eoque modo exercebantur ad palos. *et infra.* Contra illum palum tanquam contra adversarium, tiro cum crate illa, et clava, velut cum gladio se exercebat, et scuto. ¶ Clava assidue Hercules usus est, eoque telo plurima domuit monstra. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 117. Instruxitque manum clava domitrice ferarum. *Propert.* l. 4. eleg. 9. v. 39. Quis facta Herculeæ non audit fortia clavæ? ¶ Hinc *clavam Herculi extorquere* proverbium apud *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 3. et *Donat. in vita Virgilii* de re factu impossibili. ¶ Quod *Cato R. R.* c. 13. inter torcularii instrumenta clavam enumerat, videtur intelligere vectem, quo torcularium versatur. *the lever or cross-bar by which the screw of the wine-press is turned about.* ¶ Denique *clava* dicitur ramus ex arbore recisus serendi causa, *a slip or branch of a tree.* V. *Talea. Pallad. in Mart.* tit. 10. *de citreo.* Citri arbor quatuor modis seritur, semine, ramo, talea, clava. *et infra.* Clava seri commodius potest, quæ sit manubrii crassitudine, longitudine cubitali, ex utraque parte lævigata, nodis, et aculeis recisis, sed integra summitate gemmarum, per quas spes futuri germinis intumescat.

CLAVARĬUM, ii, n. dicebatur munus, seu donativum, quod parandis clavis caligaribus dabatur militibus. *Tacit. Hist.* l. 3. c. 50. Seditiosæ militum voces terrebant, Clavarium (donativi nomen est) flagitantium.

CLAVARĬUS, ii, m. qui clavos facit. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 944. n. 1. L. Cervius L. L. Zetus clavar. materiar. sibi, &c.

CLAVĀTOR, oris, m. qui clavas fert, κορυνηφόρος. Sic appellati sunt, qui militibus ligneas clavas ferebant, iidem fortasse cum calonibus. *Plaut. Rud.* 3. 5. 25. Eccum clavator venit. ¶ Ita etiam appellari potest miles tiro, qui clavis ligneis utitur, eo modo quo in *Clava* dictum est. *Fest.* in *Calones.*

CLAVĀTUS, a, um, adject. *Festus:* Clavata dicuntur aut vestimenta clavis intertexta, aut calceamenta clavis confixa. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 37. Mantilia cocco clavata. *h. e.* clavi cocci colore distincta. Sic *tunicæ auro clavatæ* apud *Vopisc. in Bonoso* c. 15. V. *Clavus.* ¶ Est etiam *clavatus* clavis abundans. *Plin.* l. 9. c. 36. Concha clavata ad turbinem usque, aculeis in orbem septenis fere. *h. e.* aculeis instar clavorum munita.

CLAUDĔO, es, n. 2. idem quod claudico. *Cæcil.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 889. *Putsch.* An ubi vos sitis, ibi consilium claudeat? *Paulin. Nolan. in Nat. XII. S. Fel. edit. Murator.* v. 241. claudens matris ab alvo. V. alia huc pertinentia in *Claudo, is,* n.

CLAUDĬA TRIBUS, Claudia Familia, &c. V. in *Claudius, a, um.*

CLAUDĬĀLIS, le, ad Claudium pertinens. *Claudiale flaminium* apud *Tacit. Ann.* 13. c. 2. est sacerdotium institutum in honorem Claudii Imperatoris, inter deos relati. Inscrip. vetus *in Antiquitatib. Benevent.* class. 2. n. 14. A. Vibbio Januario Claudiali Augustali, &c. Adde aliam in *Mus. Veron.* pag. 213. n. 6.

CLAUDĬĀNUS, i, *Claudian*, Κλαυδιανός. Cl. Claudianus, Alexandriæ in Ægypto natus, Poeta Latinus, floruit temporibus Theodosii, et Arcadii atque Honorii Imperatorum in fine Sæculi Christi IV. scripsitque multa, quæ adhuc supersunt, poetico plane spiritu, fecunditate, et amœnitate: dignus, qui inter antiquiores Latini carminis artifices enumeretur; et si pauca quædam excipias, quæ illam, qua vixit, ætatem redolent ad sequiora vertentem, cum eorum multis procul dubio comparandus. Statuam æneam in Foro Trajani meruit ob laudem Poeticæ facultatis. Quibusdam religioni Christianæ addictus creditus est: sed negat, inter alios, *Augustin.* l. 5. *de Civ. Dei,* c. 26. ¶ Claudianus Mamertus seu Mamercus, Gallus, Christianus, Episcopus Viennensis vixit sub Zenone, circa medium Sæculi Christi V. scripsitque pauca quædam tum soluta, tum ligata oratione. Eum laudat impense *Sidon.* l. 4. ep. 3. et alibi. Sed puræ Latinitatis studiosus nihil in eo imitatione dignum inveniet.

CLAUDĬĀNUS, a, um, adject. ad Claudium, vel Claudiam gentem pertinens, ut *cometa Claudianus,* qui scil. temporibus Claudii Imperat. visus est. *Senec. quæst. nat.* l. 7. c. 21. et 29. Claudiana castra, *Liv.* l. 23. c. 30. ¶ *Claudiana tonitrua,* quæ Claudius Pulcher instituit, ut in ludis post scenam conjectus lapidum ita fieret, ut tonitru sonitum imitaretur. Nam antea leves admodum, et parvi sonitus fiebant, cum clavi, et lapides in labrum æneum conjicerentur. *Festus.*

CLAUDICĀTĬO, onis, f. *a halting or limping; lameness.* χωλότης, *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 30. In quo stante, atque vestito leviter apparet claudicatio non deformis. *Colum.* l. 6. c. 12. Sanguis dimissus in pedes claudicationem affert.

CLAUDĬCO, as, n. 1. *to halt, limp, be lame,* χωλαίνω, est altero tantum pede incedere, vel alterum pedem infirmum, et instabilem, aut curtum habere: ab antiq. *claudo,* vel *claudeo. Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 61. Graviter claudicans ex vulnere ob Rempubl. accepto. *Justin.* l. 6. c. 2. Claudicare incessu. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 358. Genu percusso claudicare. ¶ De alis avium *Lucret.* l. 6. v. 834. Claudicat extemplo pennarum nisus inanis. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *de Fin. c. pænult.* Verentur, ne si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur. *h. e.* non æquo jure utrinque coli. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 33. Ut constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in ullo officio claudicare. *h. e.* deficere, peccare. *to fail, be wanting. Id.* 3. *de Orat.* c. 51. Ut in versu vulgus, si est peccatum, videt; sic si quid in nostra oratione claudicat, sentit. *Id. de clar. Orat.* c. 63. Actio paulum cum vitio vocis, tum etiam ineptiis claudicabat. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 8. Si beata vita ex aliqua parte claudicaret. *Liv.* l. 22. c. 39. Respublica altera parte claudicat. *Quintil.* l. 10. c. 1. In comœdia maxime claudicamus. *we are very deficient. h. e.* nos Latini Græcis inferiores sumus. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 38. Tota res vacillat, et claudicat. *h. e.* casum minatur. *Lucret.* l. 3. v. 454. *de senib.* Claudicat ingenium, delirat linguaque, mensque. *Id.* l. 4. v. 518. Si libella ex aliqua parte claudicat. *h. e.* pendet. *Colum.* l. 4. c. 2. In pluribus pedamentis fructus claudicat, *h. e.* non æque provenit.

CLAUDĪGO, iginis, f. idem quod clauditas. Est *Vegetii* l. 1. *de re Veterin.* c. 26.

CLAUDĬTAS, atis, f. *lameness*, χωλότης, vitium claudicandi. *Plin.* l. 28. c. 4. Et fascinationes repercutimus, dextræque clauditatis occursum. *h. e.* occursum ejus, qui dextro pede claudus sit. Adde *Apul. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) ¶ In plurali num. *Plin. ibid.* Clauditates, oculive orbitatem, &c.

CLAUDĬUS, ii, m. nomen propr. Multi celebres viri in R. civitate hoc nomine exstiterunt in ea Gente, quæ Claudia inde appellata fuit: de qua multa *Sueton. in Tiber.* c. 1. et 2. cujus princeps Atta, seu Attius, seu Actius Clausus, cum ex Sabinis Romam migrasset, postea Appius Claudius est appellatus. *Liv.* l. 2. c. 16. et *Virg. Æn.* 7. v. 706. ¶ Tiberius Claudius Nero tertius Romanorum Imperator insigni fuit crudelitate, et flagitiis. Tiberius Claudius Drusus, Imperator quintus nobilis et ipse fuit stoliditate, et crudelitate. Eorum vitam scripsit *Sueton.* ¶ Q. Claudius Quadrigarius historicus Latinus vixit temporibus Syllæ Dictatoris circa A. U. 680. æqualis Sisennæ, et Valerii Antiatis, ut est apud *Vellei.* l. 2. c. 9. Scriptorum ejus nihil superest præter quædam fragmenta.

CLAUDĬUS, a, um, adject. ad Claudium pertinens. Claudia gens ortum habuit ab Appio Claudio, de quo in voce præced. Duplex fuit; Patricia, et Plebeia; in Patricia tres fuere familiæ, Pulcrorum, Neronum, et Centronum: in Plebeia fuere Marcelli. In utraque autem celeberrimi viri exstiterunt, de quibus V. *Liv.* et ceteros Historicos. ¶ *Claudia via,* quæ et *Clodia,* ab aliquo Claudiæ gentis strata, erat ramus viæ Flaminiæ, cui non longe a ponte Milvio jungebatur: transibat per Sutrium, Clusium, et Florentiam. *Ovid.* l. 1. *ex Pon.* ep. 8. v. 44. et *Frontin. de aquæduct.* artic. 11. ¶ *Claudia aqua* perducta est ab Appio Claudio Cæco: sed hæc sæpius *Appia* appellatur. V. *Appia.* ¶ Alia fuit *aqua Claudia,* cujus ductum inchoavit quidem Caius Cæsar, M. Aquilio Juliano, P. Nonio Asprenate Coss. circa A. U. 788. sed magnificentissime consummavit nomenque dedit Claudius, qui ei successit. Perducebatur ex fontibus Cærulo, et Curtio, et concipiebatur ad milliarium XXXVIII. Hæc *Frontin. de aquæduct.* artic. 13. et 14. Adde *Sueton. in Claud.* c. 20. ¶ *Claudia Tribus* una ex rusticis nomen habuit a gente Claudia. Cum enim Appius Claudius gentis princeps Romam Regillis, Sabinorum oppido, cum magna clientum manu (quinque millia fuisse scribit *Serv. ad Virg. Æn.* 7. v. 706.) profugisset, receptus est in civitatem cum suis, assignatusque ei ager publicus trans Anienem, quem iisdem divideret: unde Tribui (quæ tamen antea eo loci instituta erat) tanta accessione Tribulium addita, Claudiæ, nomen factum est. *Liv.* l. 2. c. 16. et *Virg. loc. cit.* ¶ *Claudia charta* cognominata a Claudio Imperatore, successit Augustæ, quæ nimia tenuitate litteras transmittebat. *Plin.* l. 13. c. 12. ¶ *Claudia porticus,* de qua *Martial. de spectac.* epigr. 2. a quo dicta sit, non constat. Quidam putant a Nerone, qui et ipse Claudius dictus est: alii suspicantur eandem esse cum Livia. ¶ *Leges Claudiæ* multæ fuerunt. Una de Sociis lata a C. Claudio Pulcro, cum Consul esset una cum Tito Sempronio Graccho, circa A. U. 576. ut qui socii et Latini nominis M. Claudio, et T. Quintio censoribus, et postea, apud socios nominis Latini censi essent, omnes in suas civitates ante Cal. Novembr. redirent, ut est apud *Liv.* l. 41. c. 9. ¶ Alia de fenore. Tulit Claudius Cæsar circa A. U. 400. ne creditores in mortem parentum pecunias filiis familiarum fenori darent, uti narrat *Tacit. Ann.* 11. c. 13. ¶ Alia ante has lata, P. Cornelio Scipione Ti. Sempronio Longo Coss. a Q. Claudio Trib. pleb. circa A. U. 535. interdicebat Senatoribus maritimam navem, quæ plus quam trecentarum amphorarum esset, habere. Id enim satis habitum ad fructus ex agris vectandos: quæstus omnis Patribus indecorus visus est. Ita *Liv.* l. 21. c. 63. Hanc tacite tangit *Cic.* 7. *Verr.* c. 18. Quidam putant eandem legem designari a *Suet. in Domit.* c. 9. ubi narrat, Scribas quæstorios negotiantes ex consuetudine, sed contra Claudiam legem, venia in præteritum a Domitiano fuisse donatos: quod nempe eadem lege et de Senatoribus, et de Scribis etiam aliquid cautum fuerit. ¶ Aliam Claudiam legem de tutelis feminarum memorat *Imp. Leo.* lib. 5. *Cod. Justinian.* tit. 30. leg. 3. sed nihil amplius de ea compertum est. Sunt aliæ præterea ad gentem Claudiam pertinentes, de quibus V. in *Clodius, a, um.* Nam et harum, quæ modo explicatæ sunt, aliqua *Clodia* pro *Claudia* dicitur. [¶ *Claudium* absolute fuit Claudii Imperatoris templum in secunda urbis regione, quemadmodum habent optimi Codices Vatic. in *Descriptione Urb. Romæ,* quæ *Rufo* vel *Victori* tribuitur.]

CLAUDO, is, si, sum, a. 3. *to shut, close,* κλείω, obsero. *Cic. pro. Flacc.* c. 25. Cum L. Flacco portas tota Asia claudebat. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 20. Fores cubiculi claudere. *Id. Phil.* 1. c. 10. omnes aditus. *to bar up. Tibull.* l. 1. eleg. 2. v. 7. januam sera. *to bolt. Virg.* 3. *Æn.* v. 642. pecudes lanigeras in antro. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Claudere, et aperire pupulas. *Liv.* l. 27. c. 18. fugam hostibus. *to cut off the possibility of retreating. Justin.* l. 27. c. 1. se in loco aliquo. *Tubero* apud *Gell.* l. 6. c. 4. aliquem in atras, et profundas tenebras. *Ovid. Metam.* 7. v. 604. animam laqueo. *to strangle. Id.* 13. *Metam.* v. 407. Longus in angustum qua clauditur Hellespontus. *is confined. Martial.* l. 10. epigr. 63. Claudere alicui lumina. *Virg.* 10. *Æn.* v. 746. in æternam clauduntur lumina noctem. *Id.* 2. *Georg.* v. 317. Rura gelu tum claudit hiems. ¶ Apud *Stat.* l. 4. *Theb.* v. 350. humeros clypeo claudere, est onerare, vel tegere. ¶ Ponitur etiam pro cingere, circumdare. *to gird round, surround, encompass. Cic.* 4. *Verr.* c. 2. Urbs, quæ cum manu munitissima est, tum loci natura, terra ac mari clauditur. *Curt.* l. 5. c. 4. Persis ab altero latere perpetuis montium jugis clauditur. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 14. Locum totum circum aqua claudere. *Nepos in Mil.* c. 7. urbem operibus. *Id. in Datam.* c. 8. adversarios angustiis locorum. *Id. in Epumin.* c. 8. urbem obsidione. *to invest. Lucan.* l. 6. v. 42. et silvas, vastasque feras indagine. ¶ Item pro cohibere, sistere. *to stop. Plin.* l. 26. c. 13. Sideritis sanguinem claudit. *staunches.* Adde *Justin.* l. 15. c. 3. *ad fin.* ¶ Translate *Cic. Fam.* 4. ep. 13. *ad fin.* Et in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, me insinuabo. *Terent. Andr.* 3. 3. 41. Nolo tibi ullum commodum in me claudier. *h. e.* nolo, quidquam in me esse clausum, et obseratum, quod in tuum commodum cedere possit. (Similem alium *Terentii* locum, V. in voce sequenti.) *Cic. Tuscul.* 4. c. 1. Claudere aures ad voces doctissimas. *to turn a deaf ear to. Senec.* epist. 123. aures malis vocibus. *Cic. in Orat.* c. 68. *in fi.* sententias numeris. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 28. verba pedibus. *h. e.* versus facere. *Id.* l. 1. sat. 10. v. 59. aliquid pedibus senis. *h. e.* hexametro versu complecti. ¶ In illo *Virg. Ecl.* 3. *v. ult.* Claudite jam rivos pueri: sat prata biberunt: ἀλληγορικῶς subest jussio silentium indicentis. ¶ Sæpe est finire, concludere, *to close, conclude, finish. Ovid. Heroid.* ep. 13. *in fi.* Ultima mandato claudetur epistola parvo. *Id.* 3. *Fast.* vers. 384. Claudere opus aliquod. *h. e.* perficere, absolvere. *Stat.* 11. *Theb.* v. 58. Claudere bella. *Al. leg.* cludere. *Horat.* l. 2. od. 4. *in fi.* Ætas clausit lustrum octavum. *hath completed the fortieth year. Lucan.* l. 5. v. 44. nostrum exhausto jus clauditur anno. *Martial.* l. 13. epigr. 14. Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum, Dic mihi, cur nostras inchoat illa dapes? ¶ *Claudere agmen* dicuntur qui postremo agminis loco sunt, *to bring up the rear. Curt.* l. 3. c. 3. et l. 4. c. 12. ¶ Claudere spatham capulo, quid sit, V in fine vocis *Clausula.* ¶ Neutrorum more *Apul. in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4.) Si non hic maxime oratio clauderet. *h. e.* desineret. Al. aliter leg. et exponunt.

CLAUDO, is, n. 3. *to halt, limp, be lame,* claudus sum, claudeo, claudico. Translate *Sallust. in fragm.* l. 3. *Hist.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 889. *Putsch.* Conjuratione claudit. Ita *Priscian.* interpretatur. *id in orat. Macri Trib. pl.* Neque enim ignorantia res claudit. *Id. in alio fragm.* Nihil socordia claudebat. Duo hæc loca affert *Donat.* ad *Terentii Eun.* 2. 3. 39. item ad illud *ibid.* 1. 2. 83. Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier? [† V. in voce priori.] ubi *Scalig.* quoque l. 2. *lection. Auson.* c. 21. pro claudicare exponit. Similiter *Auson. in prol. sept. Sap.* v. 31. sed si memoria Rebus vetustis claudit. (*Al.* cludit) *h. e.* labat, deficit. *Symmach.* l. 1. ep. 27. (*al.* 33.) Ne forte in nos parentis claudat affectio. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 8. Beata vita etiam si ex aliqua parte clauderet, &c. *Id. in Orat.* c. 51. Quid est cur claudere, aut insistere orationem malint, &c. Adde *Gell.* l. 1. c. 7. et l. 13. c. 20. et *Apul.*

de deo Socrat. pag. 51. *Elmenhorst.* et *in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4. pag. 350. ¶ Quædam sunt ex his locis, quæ si certa est lectio, ad *Claudeo, es,* pertinere possunt. Verum magna horum pars aliter ab aliis legitur, vel exponitur. Fortasse ex secundo *Sallustii* loco, et altero *Ausonii* certi aliquid conjici posse videtur, ad hunc verbi usum, et significationem adstruendam.

CLAUDUS, a, um, *lame, halting, limping,* altero pede læsus, χωλός. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 30. Claudum igitur habebimus deum, quoniam de Vulcano sic accepimus. *Nepos in Agesil.* c. 8. Claudus altero pede. *Horat.* l. 3. od. 2. *in fi.* Pes claudus. ¶ *Claudi more tenere pilam,* proverb. in *Pisonem* dixit *Cic.* c. 28. pro nullo delectu, nulloque judicio tenere, ac sequi quicquid doctum, indoctumque sit: quia claudi cum pedibus diffidant, quoquo modo possunt, pilam arripiunt, arcteque tenent: vel quia pilæ tantum retinendæ apti sunt, non remittendæ, aut cursitando excipiendæ: vel demum quia tunc solum pilam excipere, et tenere solent, si commode illis mittatur. ¶ Proverbii speciem habet et illud *Plaut. Aulul.* 1. 1. 34. Quasi claudus sutor domi sedet totos dies. ¶ Translate *Sil.* l. 15. v. 33. Clauda fides. *h. e.* vacillans, inconstans. *wavering, unsound.* *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 1. v. 11. Carmina clauda alterno versu. *h. e.* alterno breviore, ut est in elegiis. *elegiac verses; poetry consisting of hexameter and pentameter verses alternately.* *Id.* 3. *ex Pon.* ep. 1. v. 86. Clauda nec officii pars erit ulla tui. *h. e.* manca erit, deficiet. *Gell.* l. 4. c. 7. Nisi tertia syllaba circumflexa ponatur, numerus claudus est. *h. e.* mutilus, mancus. *Quint.* l. 9. c. 4. *post med.* Clauda oratio, *seu* periodus. *h. e.* cui aliquid deest: cui opponitur redundans, et nimia. ¶ *Claudæ naves* dicuntur a *Liv.* l. 37. c. 24. quæ remos fractos habent, qui veluti illarum pedes sunt. *having their oars shattered; disabled.* Adde *Tacit.* 2. *Ann.* c. 24. et *Lucret.* l. 4. v. 438.

CLAVICARĬUS, ii, m. *a lock-smith,* qui claves facit. *Impp. Theodos.* et *Valentinian.* l. 10. *Cod.* tit. 64. leg. 1. Lecticarii, clavicarii, quadrigarii.

CLAVICŬLA, æ, f. *a small key,* κλειδίον, parva clavis. *Cæs. German. in Arat.* v. 195. *in Cassiep.* Qualis ferratos obici clavicula dentes Succutit, et foribus prædicit vincula claustri. ¶ Item capreolus vitis, *the tendril or clasp of a vine:* ita dicta fortasse a clavi, qua vectem, seu claustrum significat: quia sicut hac valvæ limini adhærent, et firmantur; ita illa vitis adhæret arbori, ac se ipsam sustinet. *Cic. de Senect.* c. 15. Vitis ut se erigat claviculis suis, quasi manibus, quidquid est nacta, complectitur. *Plin. in proœm.* l. 23. Claviculæ ipsæ, quibus vites repunt. Adde *Colum.* l. 4. c. 6.

CLAVICULARĬUS, ii, m. *a turnkey,* κλειδοῦχος, qui claves gerit. *Firmic.* l. 3. c. 6. n. 6. Erunt clavicularii, vel carceris custodes.

CLAVICULĀTIM, adverb. in modum claviculæ, vitis intortæ, et crispatæ. Affertur a quibusdam exemplum *Plin.* l. 9. c. 33. sed ibi leg. *canaliculatim,* vel *cuniculatim.*

CLAVĬGER, a, um, *carrying a key,* κλειδοῦχος, qui claves gerit. *Ovid.* l. 1. *Fast.* v. 228. Clavigerum verbis alloquor ipse deum. *h. e.* Janum, qui fingebatur dextra baculum, sinistra clavem habens, ut *Id. ibid.* v. 99. tradit, quia est omnium januarum custos ac præses, ut docet *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 9. V. ibi alia in hanc rem, et apud *Ovid. loc. cit.* ¶ Item qui clavam gerit; estque epithetum Herculis. *carrying a club.* *Ovid. in Ibin,* v. 253. et l. 15. *Metam.* v. 22. et 284. et 4. *Fast.* v. 68. ¶ Eadem ratione *clavigeram prolem* Vulcani appellat *Metam.* 7. v. 437. Feriphetam Vulcani filium, insignem latronem a Theseo occisum; qui Corynetes, Κορυνήτης, dictus est, hoc est clava pugnans, a κορύνη, clava, ut est apud *Hygin.* fab. 158. qui tamen fab. 38. Neptuni filium facit.

CLAVIS, is, f. *a key,* κλεῖς, instrumentum ferreum, quo ostia, arcæ, et id genus multa clauduntur, et aperiuntur: a *claudo.* *Cic. pro Domo,* c. 10. Tu heluoni spurcissimo omnes horreorum claves lege tua tradidisti. *Liv.* l. 27. c. 24. *in fi.* Claves imponere portis. *Martial.* l. 9. epigr. 47. Aptare claves foribus. *Apulei.* l. 1. *Metam.* Subdita clavi pessulos reduco. *h. e.* retraho, eximo aperiendi causa. *Petron. in Satyr.* c. 94. Clavem eximere. *Ovid.* l. 3. *de ar. am.* v. 643. Clavis adultera. *Sallust. in Jug.* c. 12. Claves adulterinæ. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 22. *in fi.* Esse sub clavi. *h. e.* clausum esse, *to be under lock and key.* *Horat.* l. 2. od. 14. v. 26. Cæcuba servata centum clavibus. ¶ De Laconica clavi, V. *Laconicus.* ¶ Clavem, inquit *Festus,* consuetudo erat mulieribus donare ad significandam partus facilitatem. ¶ Dabatur etiam clavis domus novæ nuptæ primum ingredienti; quo significabatur, eam matremfamilias institui: eadem adimebatur, cum divortii causa uxor domo exigebatur. *Cic. Phil.* 2. c. 28. [pro ¶ *Clavem, inquit Festus &c. lege:* ¶ Clavim, inquit *Festus,* consuetudo erat mulieribus donare ob significandam partus felicitatem. Sed potius ad traditam uxori rei familiaris curam pertinuit. Quas enim initio matrimonii dabant claves, eas divortio facto adimere solebant, quod significat *Cic. Phil.* 2. c. 28. Mimam illam &c.] Mimam illam suas res habere jussit, ex XII. Tabulis, claves ademit, exegit. Ita *Non.* c. 4. 152. *P. Victor.* et *Manut.* &c. Alii leg. Ex XII. Tabulis causam addidit, exegit. ¶ *Clavem dare* est rei familiaris dominium, aut custodiam tradere. *Papinian. Digest.* lib. 31. leg. 79. *a med.* et lib. 18. tit. 1. leg. 74. item Vetus Lap. apud *Donium* class. 2. n. 180. Adde *Cicer. loc. cit. pro Domo.* ¶ *Clavis adunca trochi* apud *Propert.* l. 3 eleg. 12. v. 6. est instrumentum, quo trochus agitatur. Sumitur etiam pro vecti, seu claustro, aut sera, qua intus fores clauduntur. *a bar or bolt to fasten a door with on the inside.* *Tibull.* l. 1. eleg. 7. v. 32. tua si bona nescis Servare, ah frustra clavis inest foribus. *Plaut. Cas.* 5. 2. 7. Ubi intus hanc novam nuptam deduxi, clavem obduxi. *Scalig.* eodem sensu adhibitum ait ab *Auct. Moreti* v. 15. sed hic locus varie ab aliis legitur; et apud *Plaut.* alii leg. *abduxi.* ¶ In accusativo habet etiam *clavim.* *Plaut. Mostell.* 2. 1. 78. *Tibull.* l. 2. eleg. 4. v. 31. et *Charis.* l. 1. pag. 101. *Putsch.* ¶ In ablativo quoque et in *e,* et in i desinit. Pro altera positione stat locus *Varronis* supra allatus: pro altera *Juvenal.* sat. 15. v. 158. Turribus, atque una portarum clave teneri. ¶ De clavibus Veterum, earumque generibus, necnon de ratione claudendi, multa *Salmas. in exercitat. Plin.* pag. 926. *et sequent.* ¶ Inventa est clavis a Theodoro Samio, teste *Plin.* l. 7. c. 56.

CLAVO, as, a, 1. *to fasten with nails; to nail,* clavis vincio, συγγομφόω, ἡλόω. *Paulin. Nolan.* carm. 21. v. 103. Clavante ferro firma ligni robora.

CLAVŎLA, æ, f. tener ramus ex utraque parte æquabiliter præcisus (quem alii taleam appellant) plantandi causa. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 40. ubi alii leg. *clavula.* Adde *Non.* c. 4. n. 473. ubi *clabula* scriptum est. ¶ Dicta est quasi parva clava. *Clavam* autem appellat hoc idem *Pallad.* V. *Clava.*

CLAUSTRARĬUS, a, um, ad claustrum pertinens, ut *Claustrarius artifex* apud *Lamprid. in Heliogab.* c. 12. *h. e.* qui claustra, et seras facit, *a lock-smith.*

CLAUSTĪMUS, i, m. ea forma, qua *æditimus,* significat eum, qui claustris januæ præest, ut *Gell.* l. 12. c. 10. docet, ubi Lævium antiquum scriptorem hac voce usum tradit Al. leg. *claustritumus,* a claustris tuendis.

CLAUSTRUM, i, n. *a bar, bolt, barrier,* κλεῖθρον, κλεῖστρον, vectis, sera, repagulum, quo janua clauditur. Adhibetur fere in plurali numero. *Cic. Verr.* 6. c. 23. *ad fin.* Effringi multorum fores, revelli claustra. *Id. Agrar.* 1. c. 7. Sub signo, et claustris ponere aliquid. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 195. arcæ claustra remoliri. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 50. *in fi.* Armariis et loculis claustra et claves cedunt. *Virg.* 2. *Æn.* v. 259. Laxare claustra. *Id.* 9. *Æn.* v. 758. Rumpere claustra manu, sociosque immittere portis. *Petron. in Satyr.* c. 11. Discutere claustra. ¶ Dicitur etiam de ipsis portarum valvis. *the leaves of a door.* *Martial.* l. 10. epigr. 28. Ferrea perpetua claustra tuere sera. ¶ Item de quovis loco concluso. *Stat.* l. 2. silv. 5. v. 4. *de leone mansueto.* Quid quod abire domo, rursusque in claustra reverti, &c. *h. e.* in caveam. *Senec. in Hippol.* v. 1166. Dædalea claustra. *h. e.* labyrinthus. *Tacit. Ann.* 4. c. 49. Ut aquam, pabulumque eriperet, contrahere claustra. *he narrows the line of circumvallation.* ¶ Translate *Cic. Agrar.* 2. c. 32. Corinthus erat posita in angustiis, atque in faucibus Græciæ, sic ut terra claustra locorum teneret, &c. *Id. pro Mur.* c. 8. Cum ego claustra ista nobilitatis refregissem, ut aditus ad consulatum non magis nobilitati, quam virtuti pateret. *Liv.* l. 9. c. 32. Sutrium, quæ urbs velut claustra Etruriæ erat. *the key to Tuscany.* *Cic. pro Flacc.* c. 13. Omnes insulas, urbes maritimas claustris imperii nostri contineri. *Sueton. in Vespas.* c. 7. Alexandriam transiit, ut claustra Ægypti obtineret. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 43. Claustra maris præsidio tueri. *Id. ibid.* c. 2. Claustra montium. *narrow passages, defiles.* *Id. ibid.* c. 8. Ægyptus claustra annonæ. *the chief point from whence to derive a supply of provisions.* ¶ *Naturæ claustra confingere,* apud *Lucret.* l. 1. v. 71. est naturæ arcana aperire, et revelare. *to unveil the hidden things of nature.* ¶ *Claustra vitai resolvere,* apud *eund.* l. 1. v. 415. est vitalia corporis receptacula, et munimenta diffringere. ¶ Eleganter *Plin.* l. 2. ep. 14. Nunc, refractis pudoris et reverentiæ claustris, omnia patent omnibus, et *Quintil. Declam.* 13. c. 10. Obluctantia diu legum veluti claustris scelera, libera porta prorumpunt. et *Vellei.* l. 1. c. 17. Eminentia cujusque operis arctissimis temporum claustris circumdata. *h. e.* arctati temporis spatio, ut *Id. ibid.* loquitur c. 16. ¶ In singulari numero *Cæs. German. in Arat.* v. 196. foribus prædicit vincula claustri. *Curt.* l. 4. c. 5. Objicere claustrum. *to bolt, fasten.* Adde lib. 7. c. 6. et *Gell.* l. 14. c. 6. et *Petron. in Satyr.* c. 89. sed hic alii aliter leg.

CLAUSŬLA, æ, f. *a short sentence in conclusion, the end of a sentence, a finishing clause; a close, conclusion,* κατάληξις, παῦλα, τὸ ἔσχατον, extrema pars alicujus rei: a *claudo,* qua finire significat. *Cic. pro Cœl.* c. 27. *in fi.* Mimi ergo est jam exitus, non fabulæ: in quo cum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus, deinde scabilla concrepant, aulæum tollitur. *Id. Attic.* 6. ep. 3. Clausula est difficilis in tradenda provincia. *Senec.* ep. 66. *ad fin.* Bonum, quod beatæ vitæ clausulam imposuit. *Colum.* l. 3. c. 19. Clausulam imponere disputationi. *Plin.* l. 11. c. 45. Ungues clausulæ nervorum summæ existimantur. *Cic. Phil.* 13. *c. ult.* et *Fam.* 2. ep. 4. Clausula epistolæ. *Id.* 5. *Verr.* c. 14. edicti. *Colum. in fi. libb. R. R.* operis. ¶ De conclusione, ac fine periodi, *the end of a period,* *Cic.* 3. *de Orat.* c. 46. Clausulas, atque interpuncta verborum, animæ interclusio, atque angustia spiritus attulerunt. *h. e.* verborum conclusiones, ut supra c. 44. dixerat. *Id. in Orat.* c. 64. Clausulæ, quæ numerose, et jucunde cadunt, *Id.* 2. *de Orat.* c. 59. Addere clausulam. ¶ *Apul. in Florid.* n. 9. (*al.* l. 2.) clausulam strigilis pro capulo strigilis posuit. Quo pertinet illud *Spartiani* in *Adriano,* c. 10. Capulo eburneo spatham claudere. κατακλείειν, Græci dicunt hoc eodem sensu. Est autem capulus tum ensis, tum strigilis extrema pars; et *claudere* pro finire adhiberi, supra suo loco diximus: Hæc ex *Salmas. in commentar. ad Spartian. loc. cit.* ¶ A JCtis *clausula* sæpe sumitur pro parte qualibet, seu capite edicti, legis, scripturæ, licet extrema non sit. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 8. leg. 25. Hæc autem clausula, *diem compromissi proferre* nullam dat arbitro facultatem. Adde *ibid.* tit. 6. leg. 23. *a med.* et leg. 26. *ad fin.* et alibi sæpe. ¶ Apud Rhetores dicta est etiam *clausula* brevis et acuta in fine sermonis cujusque sententia. Tempore enim *Quintiliani,* ut *Id.* l. 8. c. 5. docet, turpe, ac prope nefas ducebant respirare ullo loco, qui acclamationem non peteret: unde minuti, corruptique sensiculi, et extra rem petiti tota oratione spargebantur. ¶ Denique et ipsa periodus *clausula* dicitur, quæ definitur a *Charis.* l. 1. pag. 275. *Putsch.* compositio verborum plausibilis structuræ, exitu terminata.

CLAUSŪRA, æ, f. vel Clusura, æ, castrum, burgus, præsertim apud medii ævi scriptores, *an inclosure; a fort on the borders of a province.* *Imp. Justinian.* lib. 1. *Cod.* tit. 27. leg. 2. Ubi antea fines, et clausuræ provinciarum erant. *Cassiodor.* l. 2. ep. 5. In Augustanis clausuris. Al. hic leg. *clusuris.*

CLAUSUS, i, princeps Claudiæ gentis. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 305. et *Sil.* l. 15. v. 550. V. *Claudius, ii.*

CLAUSUS, a, um, *shut or closed up, inclosed, kept close, environed, surrounded,* obseratus, conclusus. *Cic. Verr.* 6. c. 20. Statuerunt se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum, promptissimumque esset. *Id. pro lege Manil.* c. 8. Patefactum nostris legionibus esse Pontum, qui ante ex omni aditu clausus esset. *Id. pro Quint.* c. 30. Habere domum clausam pudori, et sanctimoniæ, patentem, atque adeo expositam cupiditati, et voluptatibus. *Id.* 7. *Verr.* c. 27. Nihil tam clausum ad exitus, nihil tam septum undique, nihil tam tutum ad custodias, &c. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 1. *ad fin.* Aures clausæ ad doctissimas voces philosophorum. *Catull.* carm. 55. *ad Camer.* v. 18. Si linguam clauso tenes in ore. *Virg. Æn.* 6. v. 734. Clausus tenebris, et carcere cæco. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 49. *sub fin.* Clausus intra domum. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 59. Clausus in arca. *Sallust. in Catil.* c. 10. Aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua habere. *Cic.* 5. *Verr.* c. 25. *in fi.* Clausa habere sua consilia. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 64. Clausus corpus adversum vim veneni. *h. e.* obstructum. *Lucan.* l. 5. v. 245. Ensis clausus. *h. e.* vagina conditus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 23. Tenere aliquem locum clausum. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 40. Oppidum clausum operibus. *h. e.* circumdatum. *Id. de B. Alex.* c. 61. Clausus obsidione. ¶ Pro finito, *Cic. in Orat.* c. 58. *in fi.* Universa comprehensio, et species orationis clausa et terminata est. ¶ Substantive *Lucret.* l. 4. v. 613. Clausa viarum. et vers. 354. domorum. *Virg.* 4. *Georg.* v. 303. Linquere aliquid in clauso. *Colum.* l. 12. c. 1. *ex Cicer. in Œcon.* Custodire aliquid in clauso. *Id.* l. 7. c. 6. Numerum majorem quam centum capitum, sub uno clauso non Expedit habere.

CLAVULĀRIS, V. *Clabularis.*

CLAVŬLA, V. *Clavola.*

CLAVŬLUS, i, m. *a small nail; a tack,* parvus clavus, ἡλίσκος. *Cato R. R.* c. 21. Imbrices medias clavulis figere. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *ad fin.* Imponere canibus cingulum circum collum ex corio firmo cum clavulis capitatis. ¶ De morbo, *Marcell. Empir.* c. 33. *a med.* Clavuli, et ulcera.

CLAVUS, i, m. *a nail,* ἧλος, γόμφος, id quo aliquid figitur, et alteri rei jungitur. A *claudendo* quidam dictum putant. *Horat.* l. 3. od. 24. v. 5. Figere clavos. *Liv.* l. 7. c. 3. pangere *Plin.* l. 10. c. 18. adigere arbori. *Id.* l. 16. c. 10. æreum adigere in arborem. *Id. ibid.* c. 40. adactum avellere: *Plaut. Men.* 1. 1. 10. excutere *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 13. Configere transtra clavis ferreis. *Id.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. Tigna laminis clavisque religare. *Vitruv.* l. 7. c. 3. Asseres clavis ferreis fixi. *Cato R. R.* c. 20. Figere aliquid clavis duplicibus. *Id. ibid.* c. 18. *in fi.* Clavis corneis occludere. *with pegs or pins made of horn.* *Horat.* l. 1. od. 35. v. 18. Clavus trabalis. *a large nail, such as is used in fixing beams.* *Petron. in fragm. Tragur.* c. 75. *Burman.* Tabularis clavus. *a nail to fasten planks with; a brad.* *Plin.* l. 9. c. 18. Clavi caligares. *h. e.* ferrea acumina militarium caligarum soleis suffixa: de quibus *Juvenal.* sat. 3. v. 247. planta mox undique magna Calcor, et in digito clavus mihi militis hæret. et sat. 16. v. 24. offendere tot caligas, tot millia clavorum. ¶ Translate *Plaut. Asin.* 1. 3. 4. Fixus hic apud nos est animus tuus clavo Cupidinis *h. e.* vinculo. *Cic. Tuscul.* 4. c. 35. Novo quodam amore

veterem amorem, tanquam clavo clavum ejicere. *even as one nail driveth another.* proverbii species. *Id. Verr.* 7. c. 21. Ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret. *h. e.* firmum, proprium, perpetuumque redderet. et hoc proverbii genus est. ¶ *Clavum figere*, aut *pangere* in pariete alicujus Templi pestilentiæ sedandæ causa, aut ob secessionem plebis, et discordiam, mos solemnis, ac religio Romanis fuit: inque eam rem Dictatorem aliquando creare consueverunt, ut est apud *Liv.* lib. 7. c. 3. l. 8. c. 18. *in fi.* et l. 9. c. 28. [Clavum autem istum in clypeorum numero habendum esse opinatur *Morcellus de stil. Inscript. Latin.* pag. 25. et 26. novamque opinionem veteris cujusdam Kalendarii auctoritate confirmat: clypeumque ideo *clavum* appellatum esse, ait, quod capita trabalium clavorum parvi clypei figuram imitentur.] ¶ Mos fuit etiam primis temporibus, quando raræ admodum litteræ erant, clavum eodem modo figendi ad designandum annorum numerum: qui ideo *clavus annalis* dictus est, teste *Festo.* Hac de re *Liv.* quoque *cit.* lib. 7. c. 3. verba facit. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 15. Laodiceam veni pridie cal. Sext. Ex hoc die clavum anni movebis. *h. e.* numerabis initium anni mei in provinciæ administratione. [Sed *clavos annales*, seu potius clypeos, litteratos fuisse veri simillimum putat idem *Morcellus loc. cit.* Nam, nisi hoc statuimus, quid aliud tandem, clavis enumeratis, posteri didicissent, præter annorum, qui elapsi jam essent, numerum? Qua in re nihil compendii esse poterat, quod, quibus illi rebus, et quibus magistratibus responderent, minime proderent. Nota igitur aliqua temporis, nominis, muneris in iis esse debuit; ac si ex clavis, sive clypeis annalibus annorum numerus colligendus erat, ex aliqua nota constare debebat, a quo potissimum numerus esset ineundus.] ¶ Poetæ clavos Necessitati tribuunt, quod rata, fixa, et firma ea esse oportet, quæ Necessitate et Fato fiunt. *Horat.* l. 1. od. 35. v. 18. et l. 3. od. 24. v. 5. ¶ Est præterea *clavus* navis gubernaculum, *the rudder of a ship; the helm,* οἴαξ, πηδάλιον: seu potius fustis, manubrium, quo gubernaculum torquetur, ut recte docet *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 5. v. 176. Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister: Hortaturque viros, clavumque ad litora torquet. *Id.* 10. *Æn.* v. 218. Regere clavum. *Cic. pro Sext.* c. 9. Clavum tanti imperii tenere, et gubernacula reipublicæ tractare. ¶ *Dum clavum rectum teneam*, proverbialis locutio est apud *Quintil.* l. 2. c. 17. (*al.* 18.) et videtur significare, non timere aliquem, si arguatur, quod res non ex sententia cesserit, dummodo recte officio suo functus sit. ¶ *Abjicere clavum* metaphorice est curam alicujus rei deponere apud *Arnob.* l. 3. pag. 106. ¶ Numeratur etiam *clavus* inter morbos hominum, pecudum, et olearum. Est verrucula, seu tuberculum callosum in plantis humani pedis ex contusu plerumque nascens, clavique caput referens, ex quo magni aliquando dolores exsistunt, præsertim ingredienti, *a hard tubercle, or callous excrescence on the feet; a corn.* Differt a *callo* quia hic sine dolore est. *Plin.* l. 28. c. 16. Clavos, et rimas, callique vitia fimum apri sanat. *Cels.* l. 5. c. 28. n. 14. Excidere clavum. et *ibid.* tollere. et *ibid.* radere, et circumpurgare. *Plin.* l. 22. c. 23. pedum circumscarificare. *Id.* l. 26. c. 11. pedum extrahit ladanum. *Id.* l. 22. c. 23. Clavi, qui vulgo morticini appellantur. ¶ In aliis quoque corporis partibus clavi nascuntur, ut *Cels. loc. cit.* docet. *hard flesh. Plin.* l. 24. c. 14. Lycium clavos in naribus sanat. *Id.* l. 26. c. 14. Aristolochia clavos in ulcere natos extrahit. ¶ In oculo *clavus* dicitur callosum in ejus albo tuberculum, cui nomen a figuræ similitudine est, inquit *Cels.* l. 6. c. 7. n. 12. ¶ In cervicibus boum ex attritu jugi clavi fiunt, teste *Colum.* l. 6. c. 14. *sub fin.* ubi eorum sanandorum rationem tradit. Similiter oves dupliciter clavis infestantur, sive cum subluvies, atque intertrigo in ipso discrimine ungulæ nascitur, seu cum idem locus turberculum habet, &c. *Id.* lib. 7. cap. 5. *a med.* ¶ Apum quoque abortus, *clavus* dicitur, cum folliculus ille, in quo fetus est vitio aliquo ceræ instar induruit. *Plin.* l. 11. c. 16. Ita enim legit ibi *Harduin.* ex MSS. alii *clerus.* ¶ De olearum vitio *Plin.* l. 17. c. 24. Olea, præter vermiculationem, clavum etiam patitur, sive fungum placet dici, vel patellam: hæc est solis exustio. *a sort of knur in the stem.* ¶ In tunicis Romanorum *clavi* erant segmenta, fere e purpura, ipsi tunicæ assuta ornatus gratia, Græce σημεῖα. *a stripe or stud of purple, with which the robes of the Senators and* Equites *were adorned.* Sed qua figura ii fuerint, utrum ex lato in acutum desinenti instar clavi, an rotundi solumque clavi caput referentes; an virgularum, seu linearum modo medium vestem intersecantes; an denique partes ipsius tunicæ anteriores hinc inde pendentes, et ex adstricto in latum desinentes, res est admodum incerta, et multis ambagibus involuta, quæque miras lites inter Eruditos excitavit. *Ferrar.* præsertim, et *Ruben. de re vestiar.* quæ fusius persequi, non est nostri instituti. V. *Pitisc. in Lex. antiquitat.* et *Grævii præfat. ad To. VI. antiquitat. R.* ubi *Rubenius* contra *Ferrar.* defenditur, et clavum fuisse virgam, seu lineam affirmatur. ¶ Hinc *clavus* aliquando pro ipsa tunica ponitur. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 10. Vixit inæqualis, clavum ut mutaret in horas. ¶ Hujusmodi ornatus in tunica a solis Senatoribus, et Equitibus gestabatur. Nam cetera plebs simplices tunicas habuit. Sed Senatores latum clavum adhibebant, Equites angustum. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 10. v. 29. Induiturque humeris cum lato purpura clavo. *Vellei.* l. 2. c. 88. Mæcenas vixit angusto clavo pæne contentus. *h. e.* equestri dignitate. *Plin.* l. 2. ep. 9. Ego Sexto latum clavum a Cæsare nostro impetravi. *h. e.* jus dignitatis Senatoriæ. *Sueton. in Claud.* c. 24. Latum clavum alicui tribuere. ¶ Hinc *angusticlavii* dicti sunt, qui angusto clavo utebantur, *laticlavii*, qui lato, ipsæque tunicæ, *laticlaviæ.* ¶ Nonnunquam clavorum ornatus aliis etiam pannis additus est. *Martial.* l. 4. epigr. 46. Et lato variata mappa clavo. *Petron. in Satyr.* c. 32. hujusmodi mappam appellat *laticlaviam.*

CLAXENDIX. V. *Clacendix.*

CLAZOMĔNÆ, arum, f. Κλαζομεναί, urbs Ioniæ, de qua V. in voce sequenti. ¶ In illo *Ausonii* epigr. 131. *Et teris incusas pumice Clazomenas*, alluditur ad Græcum κλαζόμενος, perruptus, fractus, a κλάζω pro κλάω, frango, latetque obscenus sensus.

CLAZOMENĬUS, a, um, Κλαζομένιος, et Κλαζομένειος, ad Clazomenas pertinens: quæ est urbs Ioniæ in Asia minori, in ora maris Ægæi, non procul a Smyrna, ut *Plin.* l. 5. c. 29. et *Pomp. Mela*, l. 1. c. 17. *extrem.* docent. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 34. Anaxagoras Clazomenius. *Plin.* l. 14. c. 7. Clazomenium vinum. *Sulpicia in Sat.* v. 5. Nec trimetro Iambo, nec qui pede fractus eodem Fortiter irasci didicit duce Clazomenio. *h. e.* carmine Iambico scazonte, quo maxime usus Hipponax, cum Clazomenis esset, in derisores suos: qua de re V. *Hipponax.*

CLEANTHES, is, m. Κλεάνθης, philosophus Stoicus, ex Asso urbe Troadis, Cratetis primum, deinde Zenonis discipulus, cujus locum in schola postea tenuit, præceptor Chrysippi. Pauperrimus fuisse dicitur, adeo ut mercenario hauriendæ aquæ labore quæstum facere cogeretur ad vitam tolerandam, ut innuit *Senec.* ep. 44. quod noctu præstabat, somno parcissime utens, ut interdiu vacare posset studiis sapientiæ: vixit tamen usque ad undecentesimum annum, ut *Valer. Max.* l. 8. c. 7. n. 11. *extern.* testatur. Sæpe ejus mentionem facit *Cic.* in libris philosophiæ, et varia ejus dogmata refert. *Juvenal.* sat. 2. v. 7. Et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas. *Valer. Max. loc. cit.* Te quoque, Cleanthe, tam laboriose haurientem, &c. Quod autem *Id. ibid.* eum facit Chrysippi discipulum, est contra auctoritatem *Cicer. de Fato*, c. 7. *Diog. Laert. in Chrysippo*, et aliorum.

CLEANTHĒUS, a, um, Κλεάνθειος, ad Cleanthem pertinens. *Pers.* sat. 5. v. 63. purgatas inseris aures Fruge Cleanthea. *h. e.* præceptis morum a Cleanthe petitis. *Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 88. Cleanthea turba. *h. e.* discipuli et sectatores Cleanthis.

CLEMA, atis, n. *the herb polygonon, or knot-grass*, κλῆμα, herba ex genere sanguinariæ, seu polygoni. Græce κλῆμα palmitem, aut flagellum vitis significat. *Plin.* l. 27. c. 12.

CLEMĂTIS, idis, f. *the herb periwinkle, or cotton-weed,* κληματίς, herba smilaci similis, geniculata, repens per arbores. *Plin.* l. 24. c. 10. *in fi.* ¶ Alia est *clematis* Latine centunculus dicta, V. *Centunculus.* ¶ Aliæ sunt hoc nomine herbæ apud Græcos: de quibus *Plin.* l. 24. c. 15. *ad fin.*

CLEMATĪTIS, idis, f. *a species of the herb hart-wort,* κληματῖτις, herba, species aristolochiæ, longissimæ tenuitatis. *Plin.* l. 25. c. 8. [† V. *Aristolochia* et *Plistolochia.*]

CLEMENS, entis, *quiet, placid, calm, gentle, tranquil, peaceable, still,* ἥσυχος, ἤπιος, quietus, placidus: cui opponitur incitatus, præceps. *Cic.* l. 2. *de Fin.* c. 4. Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. *Terent. Adelph.* 1. 1. 17. Clementem vitam urbanam, atque otium sequi. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 116. nec, qua sit clementissimus amnis, quærit. *Curt.* l. 5. c. 3. *de Tigri fluvio.* Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore alveo præterit. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 272. Undæ clementi flamine pulsæ tarde procedunt: Post vento crescente, magis magis increbrescunt. *Claudian. de III. consul. Honor.* v. 165. clementes auræ. *Gell.* l. 2. c. 21. Clemens mare. *Id.* l. 1. c. 11. Gradu clementi, et silentio est opus. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 747. Clementi turbine erigi. *h. e.* paulatim, et placido cursu extolli. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 468. Detumuere animi maris, et clementior Auster Vela vocat. *h. e.* minus furens, ac violentus. *Colum. sub init.* cap. 2. l. 11. Intepescit annus, permittitque clementior dies opera moliri. ¶ De cicuribus, et domesticis animalibus. *tame, domesticated. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 7. Alterum genus illud columbarum est clementius, quod cibo domestico contentum intra limina januæ solet pasci. ¶ Item de locis leniter acclivibus, et quæ facile ascendi possunt: cui opponitur arduus, præceps. *Apul.* l. 4. *Metam.* Clementi denique transmisso clivulo, pervenimus ad locum destinatum. *a hill gradually sloping.* V. *Clementer.* ¶ Sæpe refertur ad animum, et significat lenem, mitem, mansuetum, humanum, *mild, meek, gentle, good-natured, tender, compassionate, merciful, clement. Terent. Adelph.* 5. 4. 9. Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. *Donat.* hic distinguit, ut *clemens* ad animum referatur, *placidus* ad vultus tranquillitatem. *Cic. pro Planc.* c. 13. Clementes, judices, et misericordes. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 30. Præest huic quæstioni vir et contra audaciam fortissimus, et ab innocentia clementissimus. *h. e.* erga innocentiam. Est enim *clemens* circa recte agentes; *placidus* etiam circa delinquentes, ut *Donat. loc. cit.* distinguit. Quod licet non semper verum sit (*clemens* enim dicitur etiam qui in reos parce, ac leniter animadvertit, ut in illo *Cicer.* de Catilina puniendo *Catil.* 1. c. 2. Cupio P. C. me esse clementem, &c. V. *Senec. de Clement.* l. 1. c. 20.) tamen ad hunc *Ciceron.* locum optime facit. Porro singularis est in his verbis usus præpositionis *a* vel *ab*, quæ alias significat *prpter*, vel *quod attinet ad*, ut *imparatus a pecunia, copiosus a frumento*: quæ sunt *Ciceronis.* et *a secundis rebus incauti*: quod est *Livii. Nepos in Epamin.* c. 3. Continens, clemens, patiensque admirandum in modum. *Cic.* 1. *Offic.* c. 38. Clementi castigatione uti. *Terent. Hecyr.* 3. 5. 22. Benigno et clementi animo esse in aliquem. *Plaut. Mil.* 4. 6. 37. Clementi animo ignoscere. *Valer. Max.* l. 5. c. 9. n. 4. Acta clementia magnorum virorum. *Id.* l. 7. c. 3. n. 6. *extern.* In discrimine vitæ clementissima suffragia populi experiri. *Terent. Andr.* 1. 1. 9. Justa, et clemens servitus. *light, easy. Plin.* l. 6. c. 13. Arimphæis ritus clementes. *humane.* ¶ Clemens rumor a *Sallust. in Jug.* c. 25. dicitur, qui infra verum est, et minus atrocia vulgat, quam sunt. *Priscian.* l. 18. pag. 1202. *Putsch.* exponit, non nimius: quod eodem recidit. ¶ Insula clemens ratibus, apud *Claudian. de B. Gild.* v. 511. est commoda, et apta navigiis appellendis: cui opponitur *ibid.* v. 512. scopulosa.

CLEMENTER, *gently, mildly, quietly, placidly,* ἡσύχως, ἠρέμα, paullatim, quiete, placide. *Plaut. Epid.* 2. 2. 20. Animo male est: recipiam anhelitum. *Pe.* clementer acquiesce. *Id. Stich.* 4. 1. 26. Hodie ne exoneramus navem, frater? *Pa.* clementer volo. *Id. Merc.* 5. 2. 111. *Eu.* Sequere sis. *Ch.* sequor. *Eu.* clementer, quæso, calces deteris. *Senec.* l. 6. *quæst. nat.* c. 30. Non desiit assidue tremere Campania: clementius quidem, sed &c. *Stat.* l. 2. silv. 2. v. 27. insani spirant clementius Austri. *Gell.* l. 5. c. 14. Leo caudam clementer et blande movens. *Plin.* l. 5. ep. 16. *in fi.* Recens dolor consolationes rejicit: mox desiderat, et clementer admotis acquiescit. ¶ De locis paulatim surgentibus, et ascensu facilibus *Tacit. Ann.* 13. c. 38. et *Colum.* l. 2. c. 2. Collis clementer et molliter assurgens. *with a gentle ascent. Tacit. de German.* c. 1. Molle, et clementer editum montis jugum. cui opponitur inaccessus ac præceps. *Senec. in Œdip.* v. 280. cælum petens Clementer acto colle Parnassus biceps. *Sil.* l. 1. v. 274. Clementer crescente jugo. Sic *Tacit. Histor.* l. 3. c. 52. Explorare, si qua Apennini juga clementius adirentur. *by a less laborious ascent. Id. Ann.* 12. c. 33. Si qua clementer accedi poterant. Sic *Lactant. de Opif. Dei*, c. 13. *circa med.* Teretes suræ clementer exstantes. *moderately, just enough.* ¶ Sæpe accipitur pro leniter, moderate, remisse, benigne, *mildly, kindly, moderately, benignantly, mercifully. Cic. Verr.* 7. c. 8. Si quid factum est clementer, ut dissolute factum criminari. *Id. Verr.* 6. c. 40. Leniter et clementer accipere aliquem. *Id. Attic.* l. 6. ep. 1. Clementer ferre aliquid. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 20. Clementer et moderate jus discere. *Plin.* l. 8. *ep. ult.* Molliter clementerque tractare aliquem. *Gell.* l. 1. c. 18. Clementissime scribere de aliquo. *Plaut. Mil.* 4. 3. 5. Facere aliquid clementissime. *Phædr.* l. 4. fab. 19. v. 8. Clementer respondere. *Liv.* l. 29. c. 2. Hostico tanquam pacato clementer ductis militibus. *h. e.* sine populatione et injuria.

CLEMENTĬA, æ, f. *mildness, gentleness, calmness, stillness,* γαλήνη, ἠρεμία, quietus status alicujus rei, tranquillitas, lenitas, placiditas. *Colum.* l. 2. c. 9. *ad fin.* Clementia hiemis. *clemency. Lucan.* l. 8. v. 366. emollit gentes clementia cæli. *Plin.* l. 5. ep. 6. Æstatis mira clementia: semper aer spiritu aliquo movetur. *Apulei. de Deo Socrat.* Tranquillitas maris, et clementia ventorum. *Prudent.* 2. *in Symmach.* v. 1012. tempestatis clementia læta serenæ. *Claudian. in consul. Mall. Theod.* v. 235. clementia gurgitis. *h. e.* placidus cursus. ¶ Sæpe refertur ad animum, et significat lenitatem, et moderationem animi, benignitatem, humanitatem, misericordiam, *kindness, gentleness, benignity, humanity, clemency*: et est pars temperantiæ, ut *Cic.* 2. *de Invent.* c. 54. docet. *Id. Verr.* 7. c. 44. Illam clementiam, mansuetudinemque nostri imperii in tantam crudelitatem, inhumanitatemque esse conversam. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 8. *in fi.* Tuo toto denique imperio nihil acerbum esse, nihil crudele, atque omnia plena clementiæ, mansuetudinis, humanitatis. *Id. Attic.* l. 14. ep. 19. Lenitas, et clementia. *Terent. Adelph.* 5. 4. 7. Facilitas, et clementia. *Gell.* 7. c. 3. Clementia, et misericordia. *Quintil.* l. 7. c. 4. Ubicumque juris clementia est, habet locum deprecatio. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 22. Uti clementia. *Id. pro Ligar.* c. 10. Confugere ad clementiam alicujus. *Plin.* l. et cap. 11. Punire aliquem sine clementia. *unmercifully. Id.* l. 8. c. 7. Elephanti clementia contra minus validos. *Id. ibid.* c. 16. Leonis clementia in supplices. *Stat.* 3. *Theb.* v. 527. Fecunda placidi clementia Nili. *h. e.* benignitas, qua ubertatem Ægypto præstat. ¶ Clementia præcipua est Principum virtus, et dos prima, ut *Vopisc.* loquitur in *Aurelian.* c. 44. Hi enim maxime eam exercere possunt in subditos peccantes, lenius in eos animadvertendo, et mite imperium exercendo. Hinc inter ceteros Imperatorum titulos

hic quoque fuit, ut *clementissimi* dicerentur. In appellando etiam *clementiæ* nomen adhibebatur, ut est apud *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 65. et alibi in historia Augusta. ¶ Olim Clementia dea habita est, ut Pax, Fides, Victoria, Concordia, &c. *Plin.* l. 2. c. 7. et *Claudian.* l. 2. *de laudib. Stilich.* v. 6. et *Stat.* l. 12. *Theb.* v. 181. ubi ejus aram, et colendi rationem describit. ¶ De *Clementia* duos libros scripsit *Seneca*, in quorum altero, cap. 3. plures ejus definitiones proponit.

[*CLEŎBIS, is, m. Κλέοβις. *Cic. Tuscul.* l. 1. c. 47. Primum Argiæ (Cydippen vocat *Stobæus* serm. 149.) sacerdotis, Cleobis et Biton, filii prædicantur: nota fabula est; [†*Herod.* 1. 31.] cum enim illam ad solemne et statum sacrificium curru vehi jus esset, satis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta: tunc juvenes ii, quos modo nominavi, veste posita, corpora oleo perunxerunt, ad [†*Lac.*] jugum accesserunt ita sacerdos advecta in fanum, cum currus esset ductus a filiis, precata a Dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a Deo: post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse, mane inventos esse mortuos.] [† Hæc verbum verbo fere ex *C. Steph. Dict. Histor.* &c.]

[*CLEOMBRŎTUS, i, m. Κλεόμβροτος. Adolescens, Ambraciota, de quo ita *Cic. Tuscul.* lib. 1. c. 34. Callimachi quidem epigramma in Ambraciotum Cleombrotum est (adhuc extat hujusmodi epigramma, quod inter *Callimachi* carmina legitur n. 24.); quem ait, cum nihil ei accidisset adversi, e muro se in mare abjecisse, lecto Platonis libro. *Augustin. de civit. Dei* l. 1. c. 22. Ille potius Cleombrotus in hac animi magnitudine reperitur, quem ferunt lecto Platonis libro, ubi de immortalitate animi disputavit, se præcipitem dedisse de muro. Hinc *Ovid.* de eodem *in Ibin*, v. 495. Vel de præcipiti venias in Tartara saxo, Ut qui Socraticum de nece legit opus. ¶ Alius fuit Cleombrotus Lacedæmoniorum dux, qui suorum civium invidiam et ignaviæ notam timens, pugnam commisit in campis Leuctricis cum Thebano Epaminonda, victusque est. *Cic. Offic.* l. 1. c. 24. *a med.*]

CLEŌNÆ, arum, f. Κλεωναὶ, oppidum Peloponnesi, in Achaiæ, et Argiæ finibus prope Phliuntem, et Nemeæam silvam. *Plin.* l. 4. c. 5. et 6. Hinc *Ovid.* 6. *Metam.* v. 417. Messeneque ferax, Patræque, humilesque Cleonæ.

CLEONÆUS, a, um, Κλεωναῖος, ad Cleonas pertinens. *Plin.* l. 35. c. 8. Cimom Cleonæus. *Id.* l. 19. c. 5. Cleonæus napus. *Lucan.* l. 4. v. 612. et *Sil.* l. 3. v. 34. Cleonæus leo. *h. e.* idem qui Nemeæus ab Hercule occisus. quia Cleonæ prope Nemeæam silvam sunt. *Serv.* tamen *ad Æn.* 8. v. 295. Nemeæam a Cleonæo distinguit, ut duos leones Hercules interfecerit. Sic *Cleonæus hiatus* apud *Valer. Flacc.* l. 1. v. 34. Et *Cleonæum sidus* apud *Stat.* l. 4. silv. 4. v. 28. et *Martial.* l. 4. epigr. 60. *h. e.* sidus cæleste Leonis. Nam leonem ab Hercule occisum Jupiter in cælum transtulit. ¶ *Stat.* 6. *Theb.* v. 836. Cleonææ stirpis jactator Agylleus. *h. e.* qui jactabat, se esse ex stirpe Herculis.

CLEONICĬON, ii, n. *horse-thyme*, κλεωνίκιον, herba eadem quæ clinopodion. *Plin.* l. 24. c. 15.

CLEOPATRA, æ, Κλεόπατρα, Ægypti Regina, filia Ptolemæi Auletæ, soror, et uxor Ptolemæi ultimi. Mulier impudicissima fuit. A Cæsare primum adamata est, cui filium Cæsarionem peperit, deinde ab Antonio justæ uxoris loco habita. Ad extremum, victo apud Actium Antonio, admotis corpori aspidibus se se interemit. *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 120. Actias Ausonias fugit Cleopatra catenas. ¶ Tanta ejus luxuria fuit, ut una cœna cum Antonio celebrata centies HS. sola absumpserit, resoluta in aceto, atque epota margarita id pretium æquante, ut *Plin.* l. 9. c. 35. narrat. [† Commune reginarum Ægyptiarum nomen fuisse Cleopatræ, docet *Prideaux*, (*Connect.* 4. 553.) V. *Berenice* et *Ptolemæus*.]

CLEOPATRĀNUS, a, um, ad Cleopatram pertinens, ut Cleopatrana stirps. *Trebell. Poll. in Claud.* c. 1. et Cleopatrani uniones. *Id. in XXX. Tyran.* c. 32. *ad fin.* *h. e.* qui Cleopatræ fuerunt.

CLEOPATRĬCUS, a, um, Cleopatranus. *Sidon.* l. 8. ep. 12. *in fi.* Cleopatricæ dapes. *h. e.* sumptuosissimæ. V. *Cleopatra* in fi.

CLEPO, is, psi, ptum, a. 3. *to thieve, steal, purloin, pilfer*, clam furor: a Græco κλέπτω, quod idem est. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 6. Ubi data occasio est, rape, clepe, tene, harpaga. *Vetus Poeta* (quibusdam est *Accius in Atreo*) apud *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* c. 27. Agnum inter pecudes aurea clarum coma Quondam Thyesten clepere ausum e regia. *Id. in fragmen.* apud *Non.* c. 1. n. 72. Non modo ut Spartæ, rapere ubi pueri, et clepere discunt. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 10. clepere dolo aliquid. [† Locus est *Accii*, vel *Attii* poetæ, non *Ciceronis*. V. *Bentl. Epist. ad Cl. V. Joann. Mill.* p. 24. unde est quod mireris, in *ed. Ciceronis Ernest.* anapæsticos versus in textu adhuc latere. Unicus locus *Ciceronis*, (mitto *De Legib.* 2. 9.) est *fragm. De Repub.* 4. Non modo ut Spartæ, rapere ubi pueri, et clepere discunt. V. *Non.* in *Clepere*. Sed sublestæ, nisi et hic loquitur archaice, fidei videtur esse: nam *Clepo*, hoc saltem in sensu, vetustioris tantum Latinitatis vox est.] *Manil.* l. 1. v. 27. Clepsisset furto mundum, quo cuncta reguntur. *Prudent. in Psychom.* v. 562. Quod rapere et clepere est, avideque abscondere parta. ¶ *Clepsit* pro *clepserit* per syncopen. *Liv.* l. 22. c. 10. *ex vetere rogatione secundo bello Punico facta.* Si quis clepsit, ne populo scelus esto, neve cui cleptum fuerit. ¶ Translate *Pacuv.* apud *Non. loc. cit.* Sermonem hic nostrum ex occulto clepit, quantum intelligo. *h. e.* aucupatur, clam audit. *Accius ibid.* Ut nequis nostra auribus verba cleperet. ¶ Est etiam occultare, tegere, *to hide, cover, conceal. Senec. in Med.* v. 155. Levis est dolor, qui capere consilium potest, et clepere se. *Id. in Herc. Fur.* v. 799. Ac se tegmine ingenti clepit. ¶ Reperitur etiam præteritum *clepi:* ut in illo *Cicer.* stilo XII. Tabular. loquentis, l. 2. *de Legib.* c. 9. Sacrum, sacrove commendatum, qui cleperit, rapsitque, parricida esto. Al. leg. *clepserit*, vel *clepsit.*

CLEPO, onis, m. fur, qui clepit. Legit apud *Petron. in fragment. Tragur.* c. 58. *Burman.* ex mera conjectura *Reinesius*. Alii aliter.

CLEPSO, is, a. 3. idem quod clepo. *Lucil.* apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 5. et *ibi Scalig. in Conjectan.*

CLEPSȲDRA, æ, f. *a water-glass, or vessel for measuring time by water, similar to our sand-glasses*, κλεψύδρα, horologium, aquarium, horas aqua dimetiens, idest vas vitreum, in cujus fundo foramen est guttatim aquam destillans, ex cujus deminutione labentis temporis mensura cognoscitur: a κλέπτω, furor, et ὕδωρ, aqua, quia paulatim, et quasi furtim aqua detrahitur. *Senec.* ep. 24. Quemadmodum clepsydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quidquid ante defluxit. ¶ Est inventum Græcorum: a quibus ad Romanos transiit, tunc præcipue cum lege a Cn. Pompeio M. lata in tertio suo Consulatu, ut est apud *Auct. Dial. de oratorib.* c. 38. cœptum est definiri oratoribus tempus dicendi. ¶ Eam ita describit *Apul.* l. 3. *Metam.* Citatus accusator quidam senior exsurgit, et ad dicendi spatium vasculo quodam in vicem coli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim infusa aqua, populum sic adorat, &c. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 34. Hunc non clamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat, sed &c. ¶ Non omnes clepsydræ ejusdem erant capacitatis, ut colligitur ex *Plin. ubi ait* l. 2. ep. 11. Dixi horis pæne quinque. Nam duodecim clepsydris, quas spatiosissimas acceperam, sunt additæ quatuor. Al. leg. *decem clepsydris*, alii *viginti.* ¶ Dare clepsydras, hoc est spatium ad dicendum, judicum erat: petere actoris, et rei. *Martial.* l. 6. epigram. 35. Septem clepsydras magna tibi voce petenti Arbiter invitus, Cæciliane, dedit. Hinc *dare alicui aquam* apud *Plin.* l. 6. ep. 2. ¶ Earum numero finito, indicebatur dicenti silentium, ut *Id.* loquitur l. 1. ep. 23. nisi alias insuper impetrasset. *Apul. in Apolog.* Quoniam mihi pro accusationis longitudine largiter aquæ superest, cedo, si videtur, singula consideremus. ¶ In castris quoque usus clepsydræ fuit. *Veget.* enim l. 3. *de re milit.* c. 8. *a med.* docet, vigilias nocturnas in quatuor partes ad clepsydram divisas esse, ut non amplius, quam tribus horis nocturnis necesse sit vigilare. Quo pertinet, ut adnotavit *Stewech. ad loc. Veget. cit.* locus ille *Cæsaris* l. 5. *B. Gall.* c. 13. Nos nihil de eo percunctationibus reperiebamus, nisi certis ex aqua mensuris, breviores esse noctes, quam in continenti videbamus.

CLEPSYDRARĬUS, ii, m. qui clepsydras facit, aut vendit. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 935. n. 8. P. Ælio Zenoni automatario clepsydrario, &c.

CLEPTA, æ, m. *a thief, plunderer*, κλέπτης, qui clepit. Legitur apud *Plaut. Trucul.* 1. 2. 9. si modo sanus is locus est.

CLERICĀLIS, le, *clerical*, ad Clericum pertinens. *Sidon.* l. 6. ep. 7. Clericale tirocinium. et lib. 7. ep. 2. Clericalis comitatus.

CLERICĀTUS, us, m. *the clerical profession; clerkship*, dignitas, et officium Clerici. *Hieronym.* ep. 3. *ad Heliodor. ante med.* Clericatum non honorem intelligens, sed onus. Adde ep. 4. *ad Rusticum ante med.* et ep. 60. c. 1. et ep. 101. *ad Pammach. c. ult.* et *Sidon. in concione* ep. 9. l. 7.

CLERĬCUS, ci, m. *a clerk or clergyman*, qui cultui divino in Ecclesia Catholica per sacros Ordines addictus est, in sortem scilicet Domini vocatus: a κλῆρος, sors. *Hieronym.* ep. 3. *ad Heliodor. ante med.* et *Sulpic. Sever.* l. 2. *Hist. sacræ*, c. 32.

CLERUMĔNŒ, κληρούμενοι; Græca vox Latinis litteris scripta. *Plaut. Cas. prol.* v. 31. Clerumenœ vocatur hæc Comœdia Græce, Latini Sortientes.

CLERUS, i, m. abortus apum. V. *Clavus.* ¶ Apud Ecclesiasticos Scriptores est ordo Clericorum, *the clergy*: a κλῆρος, sors, quod hi in sortem Domini vocati sunt. *Tertull. de Monogam.* c. 12. Ut solos qui sunt in clero, monogamiæ jugo adstrinxerit. Adde *Prudent.* περὶ στεφ. 7. v. 78.

CLIBANARĬUS, ii, m. *a cuirassier, cataphract*, miles cataphractus, hoc est lorica munitus, non ea quidem ex squamis confecta, sed ex solido ferro in formam clibani quodammodo reflexo. Ita speciatim dicti sunt milites cataphracti Persarum, ut est apud *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 56. et *Ammian.* l. 16. c. 10. (*al.* 16.) ¶ Quamquam et in aliis nationibus clibanarii fuere. *Nazar. in Paneg. ad Constantin.* c. 22. de Alpinis quibusd. populis. Operimento ferri equi, atque homines pariter obsepti: clibanariis in exercitu nomen est. V. *Salmas. ad Lamprid. loc. cit.*

[* CLIBANICIUS, vel CLIBANITIUS, a, um, adject. ad clibanum pertinens. *Isidor.* l. 20. *Orig.* c. 2. Clibanitius panis est in testa coctus. Est itaque is qui κλιβανίτης a Græcis dicitur.]

CLIBĂNUS, i, m. *a portable oven, a stove*; κλίβανος, vas amplum e testa, ferro, vel ære, in quo panes et alia coquuntur, aut torrentur. *Plin.* l. 18. c. 11. Panes furnacei, vel artopticii, vel in clibanis cocti. *Id.* l. 33. c. 6. Stibium uritur, offis fimi bibuli circumlitum, in clibanis. *Id.* l. 27. c. 10. Granum glaucii in olla fictili luto circumlitum, in clibanis calefaciunt. ¶ Clibani argentei mentio fit a *Petron. in Satyr.* c. 35. sed ibi ditissimi hominis, et deliciarum plus æquo studiosi supellectilem describit. ¶ Ejus figura erat ejusmodi, ut in inferiori parte latior esset, in superiori angustior: quod colligitur ex *Colum.* l. 5. c. 10. *et de arborib.* c. 19. ubi docet, scrobes clibano similes esse faciendas, imo, quam summo patentiores, ut radices arborum latius evagentur. Ejus amplitudinem colligere licet tum ex allatis *Plinii* locis, tum ex eo, quod tradit l. 19. c. 1. *a med.* clibanum calefieri instar furnorum, corticibus lini decussis; et *Cels.* l. 2. c. 17. et l. 3. c. 21. ad eliciendum sudorem aptum esse, ea ratione, qua laconicum: ut propterea multis idem ac furnus esse creditus sit: a quo tamen differt tum magnitudine: nam furnus capacior esse solet; tum quia furnus structilis, atque immobilis est, hic mobilis, et ex alia materia. ¶ Invenitur tamen et pro furno. *Sulpic. Sever. Dial.* 1. c. 18. [et *Tertullian. advers. Marcion.* l. 4. c. 30.]

CLIDĬON, ii, n. *the throat of the tunny-fish*, κλειδίον, jugulus thynni præcipuam in cibis gratiam habens. *Plin.* l. 9. c. 15. Thynni membratim cæsi cervice, et abdomine commendantur, atque clidio, recenti dumtaxat.

CLIDŪCHUS, i, m. *holding keys*, claviger, κλειδοῦχος, a κλεὶς, clavis, et ἔχω, habeo. *Plinio* l. 34. c. 8. est nomen duarum statuarum, quarum altera a Phidia, altera ab Euphranore facta fuit. Putant quidam, iis expressum fuisse Plutonem claves tenentem, quia is Inferorum portas clausas servat.

CLIENS, entis, m. et f. (ut *Charis.* docet l. 1. pag. 77. *Putsch.* et *Caper, de verb. dub.* pag. 2248.) *a client, one under the protection of a patron*, πελάτης, qui se ad potentiorem aliquem applicat, ut ejus patrocinio defendatur, et protegatur: item qui causam, quam in judicio habet, alicui tuendam committit, cui respondet patronus. V. *Patronus. Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 88. Qui modo patronus, nunc cupit esse cliens. *Cic. in Divin. Verr.* c. 21. Clarissimi viri nostræ civitatis, hoc sibi amplissimum, pulcherrimumque ducebant, ab hospitibus clientibusque suis injurias propulsare, eorumque fortunas defendere. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 7. Glaucia cliens, et familiaris istius T. Roscii. *Id. Phil.* 2. c. 41. *in fi.* Quos clientes nemo habere velit, non modo illorum esse cliens. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 4. Orgetorix omnem suam familiam, omnes clientes, obæratosque suos eodem conduxit. *Id.* l. 4. *B. Gall.* c. 6. Eburones, qui sunt Trevirorum clientes. *Id. in fragm.* apud *Gell.* l. 5. c. 13. Deserere clientes. *M. Cato ibid.* Fallere clientem. *Gell.* l. 20. c. 1. *a med.* in fidem accipere. *Tacit. in Agric.* c. 12. propugnare. *Sueton. in Aug.* c. 56. Adesse clientibus. *Id. in Cæs.* c. 71. Studium et fides erga clientes. *Juvenal.* sat. 9. v. 72. Deditus, devotusque cliens. *Martial.* l. 9. epigr. 3. addictus. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 532. Facundus causam sæpe clientis agat. ¶ In genitivo plurali habet *clientium* et *clientum.* *Horat.* l. 3. od. 1. v. 13. illi turba clientium. et od. 5. *sub fin.* Quam si clientum longa negotia.

CLIENTA, æ, f. *a female client*, πελάτις, mulier quæ sub alterius patrocinio est. *Plaut. Mil.* 3. 1. 193. Habeo eccillam clientam meam. *Horat.* l. 2. od. 18. v. 8. Honestæ clientæ. Adde *Afran.* apud *Charis.* l. 1. pag. 77. *Putsch.*

CLIENTĒLA, æ, f. *the state or relation of clients to their patrons, or of tenants to their lords; the condition of a client, clientship; patronage, protection*, πελατεία, patrocinium, quod patronus clienti præstat. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 12. Scis, quam diligam Siculos, et quam illam clientelam honestam judicem. *h. e.* quam honestum putem eorum patronum esse. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 33. Esse in fide, et clientela alicujus. et cap. 37. Conferre se in fidem, et clientelam alterius. *Terent. Eun.* 5. 9. 9. Commendare se alicui in clientelam, et fidem. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 11. Dicare se alicui in clientelam. *Sueton. de Illustrib. Grammat.* c. 6. Scriptores, ac Poetæ sub clientela Musarum sunt. *Plin.* l. 34. c. 6. Recipere gentes in clientelas. ¶ Item multitudo clientum, ut *servitium* est multitudo servorum. *a train of clients or dependants. Cic. Catil.* 4. *c. ult.* Pro clientelis, hospitiisque provincialibus, quæ tamen urbanis opibus non minore labore tueor, quam comparo. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 18. Magna esse Pompeii beneficia, et magnas clientelas in citeriore provincia, sciebat. *Sallust. in Jugurth.* c. 87. Alii si deliquere, vetus nobilitas, majorum facta fortia, cognatorum et affinium opes, multæ clientelæ, omnia hæc præsidio adsunt. *Vellei.* l. 2. c. 29. Ager Picenus, qui totus paternis ejus clientelis refertus erat. *Sueton. in Tiber.* c. 2. Italiam per clientelas occupare tentavit. *Id. in Calig.* c. 3. Clientelas alicujus vexare. ¶ In singulari numero hoc sensu raro in-

venitur. *Justin.* l. 8. c. 4. Adulari ultro sordidam paulo ante clientelæ suæ partem. ¶ Formulam ineundæ ac suscipiendæ clientelæ habes in duob. veter. lapidib. apud *Murator.* pag. 302. n. 1. et 2.

CLIENTŬLA, æ, f. diminut. a clienta. *Ascon. in* 3. *Verr.* c. 46. Plebeia quædam clientula.

CLIENTŬLUS, i, m. diminut. a cliens. *Auct. Dial. de Orat.* (quem alii *Tacito*, alii *Quintiliano* tribuunt) c. 36. Ne clientulorum loco numerarentur.

CLIMA, atis, n. *a plot of land sixty feet square*, genus mensuræ agrorum. *Colum.* l. 5. c. 1. Pes multiplicatus in passus, et actus, et climata, et jugera procedit. *et mox.* Clima quoquoversus pedum est sexaginta. ¶ Apud Astrologos est inclinatio cæli, hoc est tantum spatium, quantum satis est ad inducendam differentiam dimidiatæ horæ in dierum longitudine, *a portion of the world, between North and South, varying in the longest day half an hour's space ; a clime, climate*, κλίμα : a κλίνω, inclino. quia certo spatio inclinat ad Polum, vel declinat ab Æquatore. *Apul. in Trismeg. ad Asclep.* pag. 98. *Elmenhorst.* Horarum et climatum distantibus punctis. *Serv. ad* l. 1. *Georg.* v. 246. Secundum clima nostri cæli, Arctous circulus infra horizontem non venit. Adde *Martian. Capell.* l. 8. pag. 296. et *Tertull. de Anim.* c. 49. Habet et *Vitruv.* l. 1. c. 1. sed Græce.

CLIMĂCIS, idis, f. *a little ladder*, κλιμακὶς, parva scala. *Vitruv.* l. 10. c. 17. Climacidos scapi longitudo foraminum XIII. *Climacidos* dixit pro *Climacidis*, græca inflexione. *Turneb.* l. 2. *adversar.* c. 5. putat significari canalem eum, qui in catapulta vocatur σύριγξ. nam in ballistis (de quibus hic *Vitruv.* loquitur) propter amplitudinem nomen mutare, et climacidem, hoc est scalulam vocari.

CLIMACTER, ēris, m. *a certain number of years, at the close of which some great change is supposed to befal the body ; a climacter*, κλιμακτὴρ, a κλίμαξ, scala, est annus scansilis, vel scalaris, qui et gradarius, et decretorius a Medicis dicitur, senibus fatalis plerumque, aut periculosus, ad quem per septenarium, vel novenarium numerum pervenitur : et sic præcipue vocatur annus LXIII. quia ex pluribus multiplicatis clamacteribus conficitur, quales sunt 14. 21. 28. 35. &c. Nam per omnem vitam septimus quisque annus periculosus est, ut putarunt Veteres, et ex historiis observatum est. Habent hanc vocem *Plin.* l. 7. c. 49. *Gell.* l. 3. c. 10. et *Jul. Firmic.* l. 4. *Mathes.* c. 14. V. etiam *Gell.* l. 15. c. 7. et *Censorin. de die Natal.* c. 14.

CLIMACTERĬCUS, a, um, adject. *climacteric, climacterical, critical, dangerous, perilous, fatal*, κλιμακτηρικὸς, quasi dicas scalaris, ut annus climactericus, *Censorin. de die Nat.* c. 14. V. *Climacter.* Sic *Plin.* l. 2. ep. 20. Habes climactericum tempus, sed evades. Adde *Tertull. de Idolol.* c. 9.

CLIMACŬLÆ, arum, f. telorum genus. *Gell.* l. 10. c. 25. ubi plerique alii aliter leg.

CLIMATIÆ, arum, m. κλιματίαι, a κλίνω, inclino, sterno, sunt terræ motus, qui limes ruentes, et obliqui, urbes, ædificia, montesque complanant. *Ammian.* l. 17. c. 7. (*al.* 16.) Epiclintas *Apulei.* vocat *de Mundo*, ab ἐπικλίνω, inclino. Utraque enim vox Græca est.

CLIMAX, ācis, f. κλίμαξ, apud Græcos scalam significat. *a ladder.* Apud Grammaticos, et Rhetores est Figura, Latine *Gradatio*, qua ab una re ad aliam gradatim ascendimus, ut *Ovid.* 3. *Fast.* v. 21. Viderat hanc, visamque cupit, potiturque cupita. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 176. Climax est ascensus, ut est Ciceronis pro Mil. (cap. 23.) Neque vero se populo solum ; sed etiam Senatui commisit ; neque Senatui modo, sed, &c. *a figure in rhetoric, when one member of a sentence rises above another, until it has attained its height ; a climax.*

CLINĀMEN, inis, n. *a bending, stooping*, κλίσις, inclinatio, declinatio. *Lucret.* l. 2. v. 292. Id facit exiguum clinamen principiorum.

CLINĀTUS, a, um, *inclined, bent*, *Cic. in Arat.* v. 53. *de Pegaso.* Clinata est ungula. et *de aquila*, v. 86. Clinata est Aquilonis ad auras.

CLINGO, is, a. 3. idem quod cingo, a κλείειν, claudere : ita *Fest.* interpretatur. Sic *in Gloss. Isid.* Clingit, cludit. *Voss.* tamen *in Etymol.* magis placet, ut clingere sit crebro corporis motu imitari motacillam, quæ κίγκλος dicitur, quia in uno MS. *Festi* pro κλείειν invenit κίκλειν, et in aliis κιγκλίζειν.

CLINĪCE, es, f. *that part of physic which prescribes medicine and regimen to bed-rid persons*, κλινικὴ, ars medendi ægros lecto affixos : a κλίνη, lectus. Ita appellari cœpta est medicina, cum primum ad artis regulas redacta est, inventique sunt, qui eam palam profitentes, ægros lecto affixos circum invisere cœperunt, variisque remediis (præter ea, quæ natura instituit) ex artis præceptis curare. *Plin.* l. 29. c. 1. Hippocrates traditur instituisse medicinam hanc, quæ Clinice vocatur. *Id.* l. 30. c. 11. In quartanis medicina clinice propemodum nihil pollet. ¶ Item femina medendi perita. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 635. n. 10. D. M. Juliæ Quintianæ clinicæ, fil. Karissimæ mater posuit, et sibi.

CLINĬCUS, ci, *a physician attending bed-rid patients*, κλινικὸς, medicus, qui medendi artem profitetur, et ægros lectulo decumbentes invisit, et curat : a κλίνη, lectus. *Martial.* l. 9. epig. 98. Herodes clinicus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 400. n. 7. P. Decimius P. L. Eros Merula, medicus clinicus, chirurgus ocularius. *Prudent. in Apotheos.* v. 273. clinicus ut se Dignetur præstare deus morientibus æquum. *h. e.* Æsculapius. ¶ *Clinicus* aliquando dicitur etiam ipse æger lecto affixus. *a bed-rid person. Hieronym.* ep. 27. *ad Eustoch.* c. 2. Quis clinicorum non ejus facultatibus sustentatus est ? Addunt quidam *Plinii* locum l. 25. c. 5. *ad fin.* sed recte *Harduin.* pro *clinicis* reposuit *cynicis* ex MSS. ¶ Denique etiam vespillo *clinicus* appellatur, nam lectulis mortuos efferebant, *a grave-digger, sexton. Martial.* l. 3. epigr. 93. Quod si cadaver exigis tuum scalpi, Sternatur a Coricle clinico lectus. *Id.* l. 1. epigr. 31. Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus : Cœpit quo poterat clinicus esse modo. [¶ *Clinici* dicebantur *Cypriani* ætate, qui dilato baptismo in infirmitate et languore, aqua salutari non loti sint, sed perfusi tantum. *h. e.* adspersi. *Cyprian.* epist. 69. *ad fin.* Et tantus honos habeatur hæreticis, ut inde venientes non interrogent utrumne loti sint an perfusi, utrumne Clinici an Peripatetici.]

CLINO, as, a. 1. *to bend, stoop, incline*, κλίνω, inclino, reclino : a Græco verbo allato. *Lucret.* l. 2. v. 243. Quare etiam, atque etiam paulum clinare necesse est corpora. Adde *Petron. in Satyr.* c. 127. et V. *Clinatus.*

CLINOPĂLE, f. κλινοπάλη, lecti palæstra, lucta : a κλίνη, lectus, et πάλη, lucta. *Sueton. in Domit.* c. 22. Assiduitatem concubitus, velut exercitationis genus, clinopalem vocabat.

CLINOPODĬON, ii, n. *the herb horse-thyme, or wild-basil*, κλινοπόδιον, herba, quæ et cleonicion, et ocymoides appellatur, serpyllo similis, surculosa, palmi altitudine : nascitur in petrosis, orbiculato foliorum ambitu speciem lecti pedum præbens : unde et nomen. Nam κλίνη lectum, ποῦς, ποδὸς pedem significat. *Plin.* l. 24. c. 15. *a med.*

CLINŎPUS, odis, m. *the foot of a bed*, κλινόπους, pes lecti. Vox Græca a κλίνη lectus, et ποῦς ποδὸς pes. *Lucil.* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* c. 4.

CLIO, us, o, on, f. Κλειὼ, οῦς, prima Musarum, quæ Historiæ præesse dicitur. V. *Musa.* Dicta est a κλείω, celebro, memoro, quia per historiam facta virorum fortium memorantur, et celebrantur. Pingitur dextra tubam, sinistra librum tenens. Dicitur a quibusdam duos habuisse filios, Ialemum, et Hymenæum. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 27. Nec mihi sunt visæ Clio, Cliusque sorores. ¶ Est etiam Nympha filia Oceani comes Cyrenes, apud *Virg.* 4. *Georg.* v. 341.

CLIPĔUS. V. *Clypeus.*

CLITELLÆ, arum, f. *dorsers, or dorsels, set on the backs of beasts of burden, that they may carry their loads with greater ease ; a kind of pannier or pack-saddle*, κανθήλια, ἐπίσαγμα, ephippia, quæ imponuntur dossuariis jumentis, ad onera commodius gestanda : a κλιτὺς, locus declivis, aut devexus, ut *Scalig. ad Fest.* et *Voss.* censent. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 47. Hic muli Capuæ clitellas tempore ponunt. *Phædr.* l. 1. fab. 15. Clitellas asino imponere. et *ibid.* Portare clitellas. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 91. Vehere clitellas. *Cic. in fragment.* apud *Quintil.* lib. 5. cap. 13. Clitellis apportare aliquid. ¶ *Bovi clitellas imponere* proverb. de quo V. in *Bos.* ¶ Est etiam locus Romæ ita dictus a similitudine : et in via Flaminia loca quædam devexa subinde, et acclivia. *Festus.* ¶ Item genus tormenti. *Idem.*

CLITELLARĬUS, a, um, *bearing dorsers, or dorsels*, ad clitellas pertinens. *Clitellaria jumenta* quæ clitellis sarcinas portant. *Cato R. R.* c. 10. Asini clitellarii. *Colum.* l. 2. c. *ult.* Mulo clitellario afferre aliquid. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 94. Ego homines habeo clitellarios : magni sunt oneris : quidquid imponas vehunt. ¶ *Clitellaria* inscribitur una ex amissis *Plauti* Comœdiis, et Græco nomine *Astraba.* Ex ea aliquot fragmenta supersunt, quorum unum, et alterum affertur a *Varr. Festo, Nonio, Prisciano*, &c. apud quos *Cistellaria* alicubi legitur invitis *Scalig. in Conjectan. ad Varr.* et aliis. Quid vero sibi velit hæc vox V. in *Astraba.*

CLITERNĪNUS, a, um, adject. *Cliternini* sunt populi in quarta Italiæ regione, a Cliterno eorum oppido in Æquicolis, quod Κλείτερνον a *Ptolem.* dicitur, denominati. *Plin.* l. 3. c. 12. ¶ In illo *Cicer.* l. 9. *Fam.* ep. 22. *At honesti Colei Lanuvini, Cliternini non honesti* : latet αἰσχρόλογον, quia Coleorum Lanuvii familia erat. Cliterni non erat, inquit *Manut.* vel quia Lanuvii Coleorum familia nobilis fuit, Cliterni non item. Putant autem simul respici ad τὴν κλειτορίδα, qui est ὁ σάθανδρος.

CLITOR, is, m. et Clitorium, ii, n. Arcadiæ urbs, juxta quam lacus, seu fons aquam fundit, quæ pota abstemios facit. *Plin.* l. 4. c. 6. et *Liv.* l. 39. c. 35. *in fi.* ¶ Adjective *Ovid.* 15. *Metam.* v. 322. Clitorio quicumque sitim de fonte levavit, Vina fugit. *Plin.* l. 31. c. 2. Clitorius lacus.

CLITORĬUS, a, um. V. vocem præced.

CLITUMNUS, i, m. [† hod. *Le Vene,*] fluvius Umbriæ Mevaniam alluens, cujus aquæ a pecudibus pota albos fetus creat. *Virg.* 2. *Georg.* v. 146. Hic albi, Clitumne, greges. *Sil.* l. 4. v. 547. et patulis Clitumnus in arvis Candentes gelido perfundit flumine tauros. Adde *Propert.* l. 2. eleg. 15. v. 25. ¶ Idem fluvius est etiam Deus, ut docet *Philargyr. ad loc. Virg. cit.* vel potius cognomentum Dei. Adjective enim *Jupiter Clitumnus* dictus est, quia ibi templum habuit. *Vib. Sequest. de fluminib.* Sic Clitumna novalia. *Stat. in fi.* silv. 4. l. 1. ¶ Hinc ejus fluminis aquæ *sacræ* dicuntur a *Virg. ibid. Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 506. et *Sil.* l. 8. v. 452. ¶ Describitur eleganter a *Plin. l.* et ep. 8.

CLIVĬA AVIS dicta est ab auguribus, quæ aliquid fieri prohibebat, ideo a *Labeone* prohibitoria dicta, ab aliis clamatoria. *a bird that in soothsaying gives a sign against any thing being done. Plin.* l. 10. c. 14. ubi al. leg. *clivina*, male ut censet *Harduinus.* ¶ Huc pertinet quod tradit *Festus*, clivia auspicia dicta esse, quæ aliquid fieri prohibebant : omnia enim, inquit, difficilia, clivia vocabant : unde et clivi loca ardua. Hæc *Fest.*

CLIVĪNA, et } V. vocem præced.
CLIVĬUS, a, um. }

CLIVŌSUS, a, um, *full of cliffs, steep, hilly*, βουνώδης, in clivum assurgens : cui opponitur *planus. Virg.* 1. *Georg.* v. 108. Clivosus trames. *Id.* 2. *Georg.* v. 212. Clivosum rus. *Plin.* l. 18. c. 24. Clivosum sōlum. *Colum. de arboribus*, c. 4. Locis aridis, et clivosis altius vites deponuntur, quam humidis, et planis. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 415. Olympus clivosus. *h. e.* arduus. ¶ Allegorice. *Sil.* l. 6. v. 120. Talis lege Deum clivoso tramite vitæ Per varios præceps casus rota volvitur ævi. *h. e.* difficili, laborioso, et molestiarum pleno.

CLIVŬLUS, i, m. *a small cliff or steep*, parvus clivus. *Colum.* l. 6. c. *pænult. a med.* Locus est ad hos usus exstructus, qui duos parietes adverso clivulo inædificatos habet. *on a rising ground. Apulei.* l. 4. *Metam.* Clementi transmisso clivulo.

CLIVUS, i, m. *any devexity, declivity, slanting, or sloping ; the ascent or summit of a hill ; a hill, cliff, steep, ascent*, βουνὸς, acclivitas, ascensus ; itemque ipse locus acclivis, et arduus. *Virg. Ecl.* 9. v. 7. qua se subducere colles Incipiunt, mollique jugum demittere clivo. *Id.* 3. *Georg.* v. 292. juvat ire jugis, qua nulla priorum Castaliam molli devertitur orbita clivo. *Terent. Adelph.* 4. 2. 35. Clivus deorsum versus est : hac te præcipitato. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 263. Descendere per clivum. *Horat.* l. 1. ep. 13. v. 10. Viribus uteris per clivos. *Plaut. Asin.* 3. 3. 118. Agitare quadrupedem advorsum clivum. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 46. Milites ex inferiore loco adversus clivum cursu incitati. *Id.* l. 7. *B. Gall.* c. 46. Mollire clivum. *to soften the ascent, render it less steep.* Sic *Senec. de vita beata*, c. 15. *a med.* clivum frangere. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 264. Clivus arduus in valles. *Paul. Dig.* lib. 8. tit. 2. leg. 19. Gradus, vel clivos propius januam meam jure facere possum. *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 13. v. 6. Via difficilis clivis. *Id. in eleg. de nuce*, v. 77. Per tabulæ clivum labi. *h. e.* per tabulam devexam. Sic *Id. Metam.* 8. v. 662. Clivus mensæ. *h. e.* inæqualitas mensæ in aliquam partem deflexæ. ¶ *Clivus sacer* apud *Horat.* l. 4. od. 2. v. 35. est clivus Capitolinus, hoc est locus acclivis Romæ, per quem in Capitolium ascendebatur. *Liv.* l. 3. c. 18. In clivum Capitolinum erigunt aciem. ¶ Translate *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 41. Mille doli restant : clivo sudamus in imo. *h. e.* in initio laboris sumus. (Adde similem locum *de remed. Amor.* v. 394.) *Petron. in fragm. Tragur.* c. 47. *Burm.* Nec adhuc sciebamus, nos in medio lautiarum, quod aiunt, clivo laborare. *Senec.* ep. 31. Surge, et respira, et clivum istum uno, si potes, spiritu exsupera. *h. e.* istam difficultatem vince. *Sil.* l. 4. v. 605. perque aspera duro Nititur ad laudem virtus interrita clivo. ¶ Olim *clivum, i, n.* usurpatum fuit. *Cato* apud *Non.* c. 3. n. 28. Loca ardua, et cliva depressa. *Frontin. de limitib.* pag. 43. *Goes.* Per cliva, et confragosa loca eunt, qua iter fieri non potest.

CLOĀCA, æ, f. *a common-sewer, sink*, ἀφεδρὼν, locus cavus, sive is publicus, sive privatus sit, fossa, via subterranea parietibus in modum aquæductus munita, per quam aqua pluvia extra urbem, vel in fluvium dilabens urbis sordes secum rapit. *Cic. pro Cæcin.* c. 13. Qui de fossis, et cloacis interdicit. *Id. pro Sext.* c. 35. *in fi.* Corporibus civium Tiberim compleri, cloacas referciri. *Liv.* l. 1. c. 38. Aquas, cloacis e fastigio in Tiberim ductis, siccare. *Id.* l. 39. c. 44. Detergere cloacas. *In Edicto Principis* apud *Frontin. de aquæduct.* artic. 111. Abluere cloacas. *Plin.* l. 36. c. 2. Cloacarum redemptor. *Colum.* l. 2. c. 15. Cœnum cloacarum. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 22. *qui est de* cloacis, *leg.* 1. Purgare, et reficere cloacas. et *ibid.* Cloacam immittere. *Venulei. ibid. leg.* 2. Cloacam facere in publicum. ¶ De admirandis cloacarum substructionibus Romæ a Tarquinio Prisco factis, multa *Plin.* l. 36. c. 15. et *Cassiod.* l. 3. *Variar. Epistol.* 30. Meminit etiam *Liv.* l. 1. c. 38. et 56. et l. 5. c. 55. ¶ *Arcem ex cloaca facere*, proverbium, *to make a mountain of a mole-hill*, V. in *Arx.* ¶ Per contemptum de bibosæ anus stomacho, et ventre usurpat *Plaut. Curcul.* 1. 2. 29. Proluc cloacam. ¶ A *colluendo* dictam esse docent *Festus*, et

Mar. Victorin. l. 1. *artis Grammat.* pag. 2469. *Putsch.* alii ab antiquo *cluo*, purgo: quare et *cluaca* scribendum putant: qua in sententia est *Mar. Victorin. ibid.* Sed usus antiquissimus contra est.

CLOACĀLIS, le, ad cloacam pertinens. *Cato* apud *Fest. cloacale flumen* dixit pro cloacarum omnium colluvie. *Sidon.* l. 8. ep. 15. Cloacalis faeculentia.

CLOACARIUM, ii, n. *a tax or assessment for cleansing the sinks, or common-sewers; the scavengers' rates*, tributum quod solvitur pro cloacis reficiendis, aut purgandis. *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 1. leg. 27. Si quid cloacarii nomine debeatur. Adde *Paul. Dig.* lib. 30. leg. 39.

CLOACĀRE, inquinare *Fest.*

CLOACINA. V. *Cluacina.*

CLOACŬLA, æ, f. *a small sink*, parva cloaca. *Lamprid. in Heliogab.* c. 17.

CLODIĀNUS, a, um, ad Clodium pertinens. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 1. Clodiana incendia. *h. e.* a P. Clodio facta. *Id. ibid.* ep. 3. Clodianæ operæ clamorem sustulerunt. *Id. pro Mil.* c. 27. Clodianum crimen. *h. e.* homicidium Clodii a Milone perpetratum. ¶ *Clodiana vasa* apud *Plin.* l. 33. c. 11. denominata videntur ab artifice, qui Clodius appellatus sit.

CLODĬCO, as, n. *to halt, limp*, idem quod claudico. Legitur apud *Cicer.* l. 2. *de Orat.* c. 61. ubi refert jocum cujusdam Glauciæ in Calvinum claudicantem: *Ubi est vetus illud, Num claudicat? at hic clodicat.*

CLODIUS, ii, nomen propr. R. in gente Claudia: ea ratione qua *cauder coder, cauda coda, claudo clodo*, &c. P. Clodius Pulcher Appii F. homo seditiosus, celebris est in scriptis *Ciceronis*, ab eo sæpissime exagitatus, et omnibus probris impetitus, quod in Tribunatu plebis eum urbe expulerat: qui tamen non multo post pœnas dedit a T. Annio Milone occisus. V. *Vellei.* l. 2. c. 45.

CLODĬUS, a, um, adject. ad Clodium pertinens. *Cic. pro Dom.* c. 13. Sacra Clodiæ gentis. ¶ *Clodia gens* eadem est, quæ *Claudia*: de qua V. suo loco. ¶ *Clodia via* V. *Claudius, a, um.* ¶ *Clodia Lex* lata fuit a P. Clodio Trib. pl. ut qui civem R. indemnatum interemisset, ei aqua et igni interdiceretur. Ea lege Cicero in exsilium pulsus est. *Vellei.* l. 2. c. 45. ¶ Alia fuit ab eodem lata de Ptolemæo Cypri regno spoliando. *Vellei. ibid.* ¶ Alia de victoriatis Romæ cudendis, cum ea pecunia peregrina esset, et mercis loco haberetur. Tulit Idem P. Clodius. *Plin.* l. 33. c. 3. ¶ Alia de obnuntiatione, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo servaret, eundem auctorem et latorem habuit. *Ascon. in orat. Pisonian.* c. 4. ¶ Alia ejusdem P. Clodii fuit *Annoniana* dicta, de qua V. in *Annonianus.* V. etiam *Claudius, a, um*, ubi aliæ leges huc pertinentes referuntur.

CLODO, is, a. 3. idem quod claudo. *Plin.* l. 18. c. 33. *in fi.* Clodunt ita (*oculos*) lippiuntque ab afflatu.

CLODUS, claudus. *Arator in Act. Apost.* v. 266. Israel clodus habet, &c.

CLŒLIA, æ, f. nobilis virgo Romana, quæ cum aliis virginibus Porsenæ Hetruscorum Regi obses data, deceptis custodibus, una cum reliquis virginibus incolumis ad suos Tiberim tranavit. Quare Romani novam in femina virtutem novo honoris genere ornandam rati, statuam ei equestrem in summa sacra via posuerunt. *Liv.* l. 2. c. 13. et *Virg.* 8. *Æn.* v. 651.

[* CLŒLIUS, i, m. C. Clœlius qui Albanis imperitans bellum contra Tullum Hostilium paravit. *Liv.* lib. 1. c. 23. Albani priores ingenti exercitu in agrum Romanum impetum fecere: castra ab urbe haud plus quinque millia passuum locant, fossa circumdant: fossa Clœlia ab nomine ducis per aliquot sæcula appellata est, donec cum re nomen quoque vetustate abolevit. In his castris Clœlius Albanus rex moritur. *Alii* legunt *Cluilius*, et Fossa *Cluilia.*

* CLONOS, i, f. herbæ nomen apud *Apul. de herb.* c. 8. quam sceleratam, batrachion, et multis aliis nominibus appellat.

* CLOSTER, ēris, m. Κλωστὴρ, filius Arachnes, qui fusos in lanificio primus invenit, ut refert *Plin.* l. 7. c. 36. Nomen fictum a κλώθω, *neo*, unde et uni Parcarum Clotho nomen est.]

CLOSTELLUM, i, n. parvum clostrum. *Petron. in Satyr.* c. 140. Rimari per clostellum. *through the key-hole.*

CLOSTRUM, i, n. idem quod claustrum. *Cato R. R.* c. 135. Nolæ emas claves, clostra Romæ. *Senec.* l. 7. *de benef.* c. 21. Per clostrum, qua se commissura laxaverat, quatuor denarios in tabernam inseruit. Adde *Petron.* c. 89. et 121. ubi tamen alii aliter leg.

CLOTHO, us, o, on, f. Κλωθὼ, una Parcarum: a κλώθω, neo, glomero, quia fila vitæ hominum nere dicitur. *Ovid. in Ibin*, v. 243. Dixerat: at Clotho jussit promissa valere: Nevit et infausta stamina pulla manu. *Stat.* l. 3. *Theb.* v. 556. ferrea Clotho. *Sil.* l. 5. v. 404. Ille sibi longam Clotho, turbamque nepotum Crediderat. *h. e.* longam vitam.

CLUACĪNA, seu Cloacina, æ, f. cognomen est Veneris, quasi purgatricis et expiatricis. Cum Sabini jam jam dimicaturi adversus Romanos propter raptas virgines, in ipsa acie, raptis conciliantibus, pacem fecissent, depositis armis myrtea verbena in eodem loco purgati sunt: ibique postea signum Veneris positum fuit, quæ inde Cluacina dicta est: *cluere* enim (al. *cluare*, ut apud *Serv. mox citand.*) antiqui purgare dicebant. Ita *Plin.* l. 15. c. 29. ubi quidam *pugnare* pro *purgare leg.* (eademque lectionis varietas est apud *Serv. ad Æn.* 1. v. 724.) ideoque de Venere armata *Cluacinam* intelligi volunt: sed *pugnare* eo loco minus apte convenit, ut et *Voss.* adnotavit in *Etymol. in voce Clueo.* ¶ Alii (inter quos est *Lactant.* l. 1. c. 20.) ita dictam censent a *cloaca*, quod ejus simulacrum in cloaca repertum fuerit, et a T. Tatio consecratum. Addit *Lactant.* cum ignoraretur, cujus Dei imaginem signum illud repræsentaret, ideo Veneri dicatum fuisse, quod circa eum locum, ubi repertum fuerat, ludi omnis impudicitiæ pleni Floræ meretrici celebrabantur. *Prudent. in Apotheosi*, v. 265. Nemo Cloacinæ, aut Eponæ super astra Deabus Dat solium. *Plaut. Curcul.* 4. 1. 9. Qui perjurum convenire vult hominem, mitto in Comitium; qui mendacem, et gloriosum, apud Cloacinæ sacrum. ¶ Ex hoc *Plauti* loco quidam putant derivandam esse a *cluēre*, celebrari, illustrem, gloriosum esse: sed hoc non est tanti, ut a *Plinio* recedendum sit. ¶ Quod *Tertull. de Pall.* c. 4. *a med. adyta Cloacinarum* dixit, duas fuisse Cloacinas colligi videtur, nempe alteram in foro prope Novas tabernas, ut est apud *Liv.* l. 3. c. 48. alteram eo loco, ubi Sabini pugnaturi steterant, ad lacum Curtium. Alii dicunt, putasse *Tertull.* Cloacinam esse cloacæ præsidem, atque adeo tot fuisse Cloacinas, quot cloacas. Sed is locus varie a variis exponitur. V. in primis *Salmas.* ¶ Ad scriptionem quod attinet, *Cluacinam* malunt et qui a *cluendo* derivant, et qui a *cloaca*, quam *cluacam* quoque scribi, supra monuimus: *Cloacinam* vero, qui a *cloaca* secundum meliorem consuetudinem: quibus adstipulatur numus L. Mussinii Longi, apud *Patin. de famil. Rom.*

CLUCIDĀTUM dulce et suave dicebatur, inquit *Festus*: qui in littera G scribit *glucidatum*, et a γλυκὺς, dulcis, derivari docet. V. *Candacus.*

CLUDEN, inis, m. *a sword or dagger used on the stage, and so contrived, that, in seeming to penetrate the body, the blade did in reality but slide back into the hilt*, gladius scenicus, sic dictus a *cludendo*, quod ejus acies in manubrium prælongum refugeret, atque includeretur, cum histrio, in tragœdia agenda, ipse se confodere simulabat. *Apulei. in Apolog.* Quas tamen (*tragœdias*) cum saltas (tanta mollitia animi, tanta formido ferri est) sine cludine saltas. Ita *Elmenhorst.* pag. 324. cum aliis. *Lips.* quoque *Elector.* l. 1. c. 28. sed subdubitans. Alii leg. *clunaculo*, quod V.

CLUDO, is, si, sum, a. 3. *to shut or close*, κλείω, idem quod claudo tum significatione, tum usu. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 3. Quæ maceriæ ad villam venationis causa cluduntur. *Scribon. Larg. compos.* 42. Cum cicatrix est cludenda. *Plin.* l. 2. c. 47. Sævitia tempestatum cludit mare. *Quintil.* l. 9. c. 4. Cludere, et inchoare sententias (Sic sæpe *eod. cap.*) *Gell.* l. 12. c. 14. Tot verba in paucissimas litteras cludere. *In æreo numo Neronis* apud *Patin.* Pace P. R. terra marique parta Janum clusit. ¶ Pro finire *Stat.* 11. *Theb.* v. 59. Cludere bella. *Sil.* l. 15. v. 655. labores. *to conclude, finish.* ¶ Pro claudicare. V. *Claudo, is*, neutr. ¶ Addi possent, ne quis putet verbum esse obsoletum, loca *Ovid. Martial. Valer. Flacci, Senecæ* utriusque, *Sueton. Justini, Celsi, Taciti, Juvenal.* quorum omnium editiones etsi modo *claudo* habeant, modo *cludo* (quod et de modo allatis exemplis fatendum est) tamen usum verbi frequentissimum extra dubium ponunt. ¶ Apud *Cicer.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 39. pro *cludit* plerique leg. *eludit.*

CLUDUS, a, um, *lame, halt*, idem quod claudus. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 64. Apud anum illam diobolarem, cludam, crassam.

CLUENTĬA GENS Romæ perantiqua fuit, credita originem trahere a Cloantho Æneæ socio, ut est apud *Virg. Æn.* 5. v. 123. ¶ Ab ea fortasse nomen habuit Cluentia, vel Cluentina Tribus, una ex iis octo, quas ad veteres illas XXXV. bello Sociali additas fuisse, *Vellei.* l. 2. c. 20. tradit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 548. n. 9. Sex. Junius Sex. F. Cluent. Frontinus, &c.

CLUĔO, es, n. 2. *to be named or called; to be accounted, reputed, reckoned, or esteemed; to be famous.* Proprie idem est quod audio: a κλύω, ut *Voss.* docet *in Etym.* Metaleptice autem ponitur pro dicor, nominor, perhibeor. *Lucret.* l. 1. v. 118. Detulit ex Helicone perenni fronde coronam, Per gentes Italas omnium quæ clara clueret. *Plaut. Epid.* 2. 2. 5. Senati qui columen cluent. *Id. Trinum.* 2. 2. 31. Qui animum vincunt, quam quos animus, semper probiores cluent. *Id. Men.* 4. 2. 6. Res magis quæritur, quam clientium fides cujusmodi clueat. *Id. Pseud.* 2. 1. 16. Magna facinora, quæ clara et diu clueant. *Id. Capt.* 3. 5. 31. Cluere gloria. *Id. Pœn.* 5. 4. 20. victoria. ¶ Addunt quidam locum *Cicer. de clar. Orat.* c. 25. Duo Cœpiones multum cluentes consilio et lingua. Sed *clientes* ibi legendum. Sequitur enim: Plus auctoritate tamen, et gratia sublevabant. ¶ Cum infinito *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 147. Per gentes esse cluebat omnium miserrumus. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 1. Atridæ duo fratres cluent fecisse facinus maximum. ¶ Et passive eadem significatione. *Id. Pseud.* 4. 1. 12. Quippe ego te ni contemnam, stratioticus homo qui cluear? *Pacuv.* apud *Non. loc. cit.* Sed hi cluentur hospitum infidelissimi. ¶ *Ut nomen cluet*, ut nomen sonat. *Plaut. Trinum.* 3. 1. 19. Nimium difficile est reperiri amicum, ita ut nomen cluet. *Id. ibid.* 2. 4. 95. Ita sis, ut nomen cluet. ¶ Ponitur etiam simpliciter pro esse, exsistere. *to be, exist.* Nam ex eo quod est aliquid, dicitur, et nominatur. *Lucret.* l. 1. v. 450. Nam quæcumque cluent, aut his conjuncta duabus Rebus ea invenies, aut horum eventa videbis. *Id.* l. 2. v. 351. Nec minus atque homines, inter se nota cluere. *Id.* l. 3. v. 207. Quæ tibi cognita res in multis, o bone, rebus Utilis invenietur, atque opportuna cluebit. ¶ Pro purgare V. in *Cluacina.*

CLUIS, e, adject. nobilis, illustris. *Martian. Capell.* l. 4. pag. 97. Neque ipsam Grammaticam, neque alteram opimioris iræ cluem. *Gloss. Isid.* Cluior, nobilior. Apud *Martian.* al. rectius leg. *opimi oris præcluem.*

CLUMÆ, folliculi hordei. *Fest.*

CLUNA, æ, f. *an ape, baboon*, simia ita dicta, ut videtur, a clunibus tritis. *Fest.*

CLUNACŬLUM, li, n. *a knife with which victims were sacrificed; a sort of cleaver*, cultrum sanguinarium, (*Scalig.* vult legi *saginarium*, vel *victimarium*) inquit *Festus*, ita dictum, vel quia clunes hostiarum dividit, vel quia ad clunes dependet. *Gell.* varia enumerans gladiorum nomina l. 10. c. 25. Machæræ, spathæ, pugiones, clunacula.

CLUNĀLIS, le, ad clunes pertinens. *Clunales pedes* apud *Avien. in Arat.* v. 361. sunt posteriores pedes feræ Helices. Sic *Cæsar German. in Arat.* v. 42. *de eod.* Quique priora tenet vestigia, quique secunda Clunibus hirsutis.

CLUNICŬLA, æ, f. vel Cluniculus, i, m. parva clunis. *Favorin. Gellii* æqualis scriptor apud *eund.* l. 15. c. 8. Ceterarum avium atque altilium tantum apponatur, ut a cluniculis inferiori parte saturi fiant.

CLUNIENSIS, e, ad Cluniam pertinens, ut Cluniensis conventus apud *Plin.* l. 3. c. 3. ¶ Est autem *Clunia* oppidum Hispaniæ in Celtiberiæ finibus, ad Durium amnem. *Plin. ibid.*

CLUNĬFER, a, um, adject. *In jocoso epitaph. mulæ P. Crassi* apud *Ferret. in Mus. Lapid.* l. 5. 28. *quod tamen supposititium creditur.* Dis Pedibus saxum. Cinciæ dorsiferæ, et cluniferæ, ut insultare, et desultare commodetur, P. Crassus mulæ suæ Crassæ beneferenti suppedaneum hoc cum risu pos. Vixit annos XI. *h. e.* dorso, et clunibus ferenti. *on back and buttock.*

CLUNINSTARIDYSARCHĬDES, m. vox jlocalariter ficta a *Plauto Mil.* 1. 1. 14. ad significandum terribilem quendam imperatorem hostium, quem Pyrgopolinices, jactator et arrogans miles, vicisse se gloriatur in campis Gurgustidoniis. Conflata est ex duabus Latinis vocibus *clunis*, et *instar*, et totidem Græcis ἡδὺς, dulcis, vel δὺς, ægre, et ἄρχομαι, impero: qua in compositione præter ridiculum, obsceni quoque aliquid subest.

CLUNĪNUS. V. *Clurinus.*

CLUNIS, is, f. frequentius quam m. *the buttock, haunch*, γλουτὸς, πυγὴ, nates, prominentia carnosa circa anum: et dicitur tum de hominibus, tum de bestiis. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 89. *de equo.* Quod pulcræ clunes, breve quod caput, ardua cervix. *Id. ibid. sat. ult.* v. 91. Vidimus et merulas poni, et sine clune palumbes. *h. e.* macras. *Juvenal.* sat. 5. v. 167. aut aliquid de clunibus apri. *Id.* sat. 11. v. 164. Ad terram tremulo descendunt clune puellæ. *Plaut.* apud *Non.* c. 3. n. 43. et *Fest.* Clunes infractos fero. *Plin.* l. 8. c. 37. Residere in clunes. *Id. ibid.* c. 32. Cervi nantes capita imponunt præcedentium clunibus. *on the haunches.* ¶ Rectus casus singularis est *clunis*, teste *Priscian.* l. 5. pag. 652. *Putsch.* V. *Nates.*

CLUO, is, a. 3. antiquum verbum, idem quod purgo, teste *Plin.* V. *Cloacina.* ¶ Est etiam neutrum, idem quod *clueo. Auson. in Professorib. de Crispo et Urb.* 22. *in fi.* sed quos meruisse deceret Nancisci, ut cluerent patribus ingenuis. *Prudent.* l. 2. *contr. Symmach.* v. 584. gloria aucta cluit. Adde *Symmach.* l. 1. epist. 1.

CLUPĔA, æ, f. *a very small fish found in the Po; a shad*, piscis minimus Padi, qui attilum ejusdem fluminis piscem persequitur, et venam quandam ejus in faucibus morsu appetens exanimat. *Plin.* l. 9. c. 15. ¶ Item oppidum Africæ in promontorio Mercurii, a Siculis conditum, et ita dictum a forma clypei: quod et *Clypea* appellatur. *Plin.* l. 5. c. 4. et *Flor.* l. 2. c. 2. ¶ Græce dicitur Κλυπέα, et Ἀσπὶς, hinc Latine *Aspis* a *Solino* c. 27. (*al.* 41.) et *Sil.* l. 3. v. 244. ¶ Dicitur etiam *Clupeæ, arum*, quia similitudo clypei erat in ipsis ejus turribus, ut *Sil. loc. cit.* habet. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 23. et *Hirt. de B. Afric.* c. 3.

CLUPĔUS. V. *Clypeus.*

CLURĪNUS, a, um, adject. Clurinum pecus apud *Plaut. Trucul.* 2. 2. 14. et *Arnob.* l. 3. pag. 110. sunt simiæ: nam *clura* simiam significat, ut in Veteri Glossario legitur. Apud *Plautum* alii leg. *cluninum*, eodem tamen sensu, a *cluna*: [† q. v.] alii *clusinum*, alii *elurinum*, h. e. felinum: alii *grunninum*, alii *lurinum*: h. e. coriaceum alii *larinum*, h. e. suillum, alii alia. V. *Taubman.*

CLUSĀRIS, re, adject. qui claudit, clusarius. *Hygin* apud *Goes.* pag. 181. Anguli clusares. et pag. 156. Portio quadrata clusaris. ¶ Est a *cludo* pro *claudo*, ut et

CLUSARĬUS, a, um, ad claudendum aptus, ut angulus clusarius, *Hygin.* apud *Goes.* pag. 156. Latus clusarium *ibid.* pag. 183.

CLUSĬLIS, le, adject. *easily shut*, qui facile clauditur. *Plin.* l. 9. c. 37. Conchæ clusiles, et mordaces.

CLUSĪNUS, a, um, ad Clusium oppidum pertinens. *Sil.* l. 8. v. 480. Clusinum vulgus. *Horat.* l. 1. ep. 15. v. 9. invidus ægris, Qui caput et stomachum supponere fontibus audent Clusinis. V. *Clusium.* ¶ Clusinum far celebre erat tum pondere, quia modius vicenas senas libras pendebat, teste *Plin.* l. 18. c. 7. *a med.* tum nitido candore, ut ait *Colum.* l. 2. c. 6. Hinc Clusinæ pultes apud *Martial.* l. 13. epigr. 8. ¶ *Clusinum pecus*, quod quidam leg. apud *Plaut. Trucul.* 2. 2. 14. putat *Turneb.* l. 10. c. 25. dictum esse a Clusio, ubi non admodum egregia essent fortasse pecora: et ex ambiguitate, a *cludendo*. Clauduntur enim meretrices, quæ clam habentur, et pecora morbida. *Lambin.* interpretatur *candidum*, seu *lutei coloris.* Sed alii rectius leg. *clurinum*.

CLUSIVĬUS. V. *Clusius.*

CLUSĬUM, ii, n. [† hod.] *Chiusi*, oppidum Etruriæ, olim sedes Porsenæ Regis, conditum a Clusio Tyrrheni filio, vel a Telemacho Ulyssis filio, ut docet *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 10. v. 167. qui mœnia Clusi, Quique urbem liquere Cosas. Prope id oppidum fons est variis morbis sanandis saluberrimus, nunc *bagni di S. Cassiano*, cujus meminit *Horat.* V. *Clusinus.*

CLUSĬUS, ii, n. cognomen Jani pacis tempore, a *cludendo*, quod tunc ejus templi fores clausæ erant: quemadmodum *Patuleius* dictus est tempore belli, quo eædem fores patebant. *Ovid.* l. 1. *Fast.* v. 129. modo namque Paturcius idem, Et modo sacrifico Clusius ore vocor. Adde *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 9. *ad fin.* ubi alii leg. *Clusivius*, ea ratione, qua *Consivius* dictus est a *conserendo*, id est a propagine generis humani, quæ Jano auctore conseritur, ut ait *Macrob. ibid.* Sic et Ops *Consivia* dicta est, nempe terra, ex qua cuncta generantur: a *conserendo.* *Fest.* in *Opima.*

CLUSOR, oris, m. qui cludit. *Sidon.* l. 8. ep. 6. *a med.* Clusor statarius nemora retibus circumvenis. *h. e.* claudis indagine saltus.

CLUSŪRA. V. *Clausura.*

CLUSUS, a, um, *shut, closed*, clausus, a *cludo* pro *claudo*. *Senec. in Troad.* v. 317. clusus, atque hostem tremens. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 63. *Burm.* Cluso ostio redimus ad officium. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 239. clusos invenit in ignibus Argos. Adde *Martial.* l. 12. epigr. 31. et 55. et Inscript. apud *Donium* class. 6. n. 62.

CLUTUS, a, um, celebris, gloriosus: a κλυτὸς, Græca *υ* in *u* Latinum versa. Hinc fit inclutus. *Fest.*

CLUVIA TRIBUS; una fuit ex iis, quæ bello sociali veteribus R. Tribubus adjectæ sunt, ut in *Camilia* dictum est. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 521. n. 2. D. Antistius D. F. Cluvia Æterius, &c. Unde dicta sit incompertum est.

CLUVIĀNUS, a, um, ad Cluviam pertinens, oppidum Samnii, ut Cluviana oppugnatio, *Liv.* l. 9. c. 31.

[* CLYBĂTIS, idis, f. κλύβατις, sic appellatur herba quædam perdicalis apud *Apul. de herb.* c. 81.]

CLYMĔNE, es, f. Κλυμένη, filia Oceani, et Tethyos, vel Minii, et Eurynaxæ, uxor Iapeti, vel Meropis Regis extremorum Æthiopum Ægypti. Cum forma excelleret, fertur Soli placuisse, et ex eo filium Phaethontem, vel Eridanum, et tres filias, Phætusam, Lampetien, Lampetusam peperisse. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 37. Nec falsa Clymene culpam sub imagine celat. *Id.* 1. *Metam.* v. 756. Et tulit ad Clymenen Epaphi convicia matrem.

CLYMENĒIS, idis, patronym. femin. Clymenes filia. *Albinovan. ad Liviam, Ecl.* 1. v. 111. Sic flevit Clymene, sic et Clymeneides, alte Cum juvenis patriis excidit ictus equis.

CLYMENEIUS, a, um, ad Clymenen pertinens, ut Clymeneia proles, apud *Ovid.* 2. *Metam.* v. 19. h. e. Phaethon. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 123. jam Seras avaros Augustum spoliare nemus, Clymeneiaque deesse Germina. *h. e.* succina, electri guttas. Nam filiæ Clymenes in arbores conversæ sunt guttis in succina rigescentibus manantes. Al. leg. *Clymeneaque.*

CLYMĔNUS, i, *the herb water-betony*, κλύμενος, herba est a Clymeno Cænei filio, Arcadiæ Rege, ejus inventore appellata, hederæ folio et semine, ramosa, caule inani, articulis præcincta, odore gravi, in silvestribus et montuosis locis nascens. *Plin.* l. 25. c. 7. ¶ Pluto quoque hoc nomine vocatur, vel quia πάντα καλῶν πρὸς ἑαυτὸν, omnia ad se vocat, vel quia auditur ab omnibus: a κλύω, audio. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 757. At Clymenus, Clothoque dolent: hæc fila reneri: Hic fieri regni jura minora sui.

CLYPĔA. V. *Clupea.*

CLYPEĀTUS, a, um, *armed with a buckler or shield; one who bears a target; a targeteer*, clypeo munitus, ἀσπιδιώτης, ὑπασπίδιος. *Virg.* 7. *Æn.* v. 793. Agmina clypeata. *Ovid. Metam.* 3. v. 110. seges clypeata virorum. *Curt.* l. 7. c. 9. In proris clypeatos locaverat. ¶ *Clypeata imago* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 3. est imago in clypeo depicta, vel sculpta. V. *Clypeus.*

CLYPĔO, as, a. 1. *to arm or equip with a shield*, clypeo munio, ἀσπίζω. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 145. Chlamyde contra astu clypeat brachium. *h. e.* chlamydem circum brachium involvit in modum clypei.

CLYPEŎLUM, i, n. *a small shield or target*, ἀσπίδιον, ἀσπιδίσκος, parvus clypeus. *Hygin.* fab. 139. Eisque clypeola ænea, et hastas dedit.

CLYPEUS, i, m. et Clypeum, i, n. *a shield, buckler, target*, ἀσπὶς, scutum, quod milites sinistra gerunt tegendo ab ictibus corpori: vel a καλύπτω, tego, vel a κλέπτω, furor, aut occulo, quia abscondit, et furatur quodammodo lævam partem hominis, vel a κύκλιος, rotundus, per metathesin, quia rotunda, aut ovata figura est; vel denique a γλύφω, sculpo, quia clypei imagines cælatas habere solent. Postrema hæc etymologia est *Plinii* l. 35. c. 3. ubi damnat perversam Grammaticorum subtilitatem, a *cluendo* ducentium. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 30. Epaminondas quæsivit, salvus ne esset clypeus. *Virg. Æn.* 2. v. 444. clypeosque ad tela sinistris Protecti objiciunt. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 375. Excipere ictus clypeo. *Id. Metam.* 13. v. 75. Opponere clypeum. et vers. 79. Latere sub clypeo. *Stat.* 4. *Theb.* v. 350. humeros clypeo claudere. *to fit on.* *Virg.* 2. *Æn.* v. 227. tegi sub orbe clypei. ¶ Neutro genere *Id.* 9. *Æn.* v. 709. Dat tellus gemitum, et clypeum superintonat ingens. *Liv.* l. 1. c. 43. Arma his imperata, galea, clypeum, ocreæ, lorica. Adde *Licin.* et *Laber.* apud *Non.* c. 3. n. 41. et *Vitruv.* lib. 5. c. 10. *sub fin.* ¶ Differt a *parma* materia, quia hæc fere e loro, seu corio, clypeus plerumque ex ære. Differt a *scuto* materia, et figura, quia scutum fuit ligneum, teste, præter ceteros, *Plin.* l. 16. c. 40. figura vero quadrata oblonga, et curvata: clypeus rotundus, ut dictum est, et æreus. *Liv.* l. et cap. 8. Clypeis antea Romani usi sunt: postquam deinde stipendiarii facti sunt, scuta pro clypeis fecere. Adde l. 1. c. 43. Aliquando tamen Scriptores, et præsertim Poetæ, promiscue unum pro altero usurpant. ¶ A similitudine rotundæ figuræ *clypeus* dicitur Solis orbis. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 192. Ipse dei clypeus, terra cum tollitur ima, Mane rubet, terraque rubet cum conditur ima. ¶ Item meteori genus forma clypei igniti in cælo apparens. *a kind of meteor.* *Senec. in fi.* c. 1. l. 1. *quæst. nat.* Quandoque fiunt trabes, quandoque clypei, et vastorum imagines ignium. ¶ Translate ponitur pro præsidio, et munimine. *Claudian. de IV. Consul. Honor* v. 432. Subnixus Stilichone tuo, quem fratribus ipse Discedens clypeum, defensoremque dedisti. *a shield, defence.* ¶ Dicitur etiam *clypeus* discus ex ære, aut alia quapiam materia, in qua sculpebantur, vel pingebantur deorum, et magnorum virorum imagines usque ad pectus repræsentatæ: ea ratione, qua hodieque fit præsertim in stemmatis familiarum, quæ etiam Angli vocant *escutcheons, shields; the field or ground on which are represented the figures that make a coat of arms.* Mos hic a Trojanis usque temporibus initium habuit, origine plena virtutis (inquit *Plin. loc. supra cit.*) faciem reddi in scuto cujusque, qui fuerit usus illo. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 3. leg. 5. *ad fin.* Quo pertinet illud *Horatii* l. 1. od. 28. v. 11. quamvis clypeo Trojana refixo Tempora testatus, &c. Quidam Grammatici (ut est apud *Charis.* l. 1. pag. 59. *Putsch.*) voluerunt, hac significatione usurpari tantum neutro genere: quo modo usurpat *Liv.* l. 35. c. 10. *in fi.* et alibi. Hinc *Trebell. Poll. in Claud.* c. 3. Illi clypeus aureus, vel ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum Senatus totius judicio in Romana Curia collocatum est. ¶ Sed hoc discrimen alii Scriptores optimi non servant. *Tacit. Ann.* 2. c. 83. Cum censeretur clypeus auro, et magnitudine insignis. *Sueton. in Calig.* c. 16. *in fi.* Decretus est ei clypeus aureus, quem quotannis certo die collegia sacerdotum in Capitolium ferrent. ¶ Hujusmodi *clypea* ornatus causa in templis, aliisque locis publicis affigi solebant. Exemplum habes apud *Livium loc. cit.* et *in vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 374. n. 1. et pag. 441. n. 7. ¶ *Clypeum* Antiqui ob rotunditatem etiam corium bovis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat descriptum. *Festus.* ¶ Denique *clypeum* vocat *Vitruv.* l. 5. c. 10. *ad fin.* instrumentum æneum catenis pendens ex orbiculari fenestra Laconici fornicis, per cujus reductiones, ac demissiones perficitur sudationis temperatura. ¶ *Clypeum sumere post vulnera* proverb. apud *Ovid.* 1. *Trist.* eleg. 3. v. 35. serum remedium adhibere. ¶ Scribitur et *clupeus*, Græca *υ* in Latinum *u* mutata; et *clipeus* per *i* Latinum. *Plin. Secundus de dub. Serm.* apud *Charis.* l. 1. pag. 59. *Putsch.* et *Caper de Orthograph.* pag. 2242. ita distinguunt, ut *clipeum* dicamus, quo in pugna utimur, *clupeum* vero imaginem. Contra *Cornel. Fronto de differ. verbor. ibid.* pag. 2197. *clypeum* imaginis esse ait, *clupeum* armorum. Sed *Plinium* satis refutat *Charis. ibid.* et consuetudo. *Enn.* apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 4. In altisono cæli clupeo temo superat stellas. Ubi *clupeus* est cava pars cœli, quæ oculis patet.

CLYSMUS, i, m. *a clyster*, κλυσμὸς, idem quod clyster, et ab eadem radice. *Scribon. Larg. compos.* 155. Alvum acri clysmo trahere. et *compos.* 194. Alvum acri clysmo ducere. Adde *compos.* 197. ¶ Item ipsæ fæces, quæ clystere ejiciuntur. *Fest.* in *Eudiæon.*

CLYSTER, eris, m. *a clyster, injection into the anus*, κλυστὴρ, medicamentum liquidum, quod per inferna in alvum injicitur abluendi, et purgandi gratia: a κλύζω, abluo. A *Celso* l. 2. c. 12. Latina voce *lotio* appellatur. *Id.* l. 7. c. 27. Humorem clystere intus adigere. *Scribon. Larg. compos.* 154. Mane per clysterem alvus ducenda, ovorum albis temperatum. *Id. compos.* 179. Acri clystere alvum ducere. *Id. compos.* 200. Clystere injicere chameleæam. *Id. compos.* 112. et *Sueton. in Claud.* c. 44. Immittere aliquid per clysterem. *Plin.* l. 25. c. 5. *ad fin.* Elleborum extrahere medicamentis, aut clysteribus. *Id.* l. 31. c. 6. *a med.* Clysteribus marinam aquam infundere tepefactam. *Sueton. in Ner.* c. 20. Purgari clystere, et vomitu. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 9. Medicamentum alicui infundere vel ore, vel clystere. ¶ Pro ipso instrumento, quo clyster infunditur: ac fortasse huc pertinet unus aut alter ex allatis locis. Hinc *oricularius clyster*, hoc est auricularis, apud *Cels.* l. 7. c. 27. et *Cœl. Aurelian. Chronic.* l. 2. c. 1. est instrumentum, quo in aures aliquid infunditur, *a syringe.* ¶ Pænultimam corripuit *Æmil. Macer de herb. c. de anetho.* Appositus digitis, aut intus clystere fusus. Sed non est imitandus. ¶ Legitur et *cluster* apud *Scribon. Larg. compos.* 179. mutata Græca *υ* in *u* Latinum: quod in quamplurimis aliis vocibus a Latinis factitatum est.

CLYSTERĬO, as. V. *Clysterizo.*

CLYSTERĬUM, ii, n. κλυστήριον, idem quod clyster. *Scribon. Larg. compos.* 114. Pastillus, qui clysterio immittitur torminosis per anum. et *compos.* 118. Per clysteria caldam immittere. Adde *Fest.* in *Eudiæon.*

CLYSTERĬZO, as, a. 1. clystere purgare. *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 4. Synanchicos clysterizare. *Veget. de re Veterin.* l. 1. c. 42. Clysterizabis etiam ex aqua calida, et oleo. Al. leg. *clysteriabis.*

CLYTÆMNESTRA, æ, f. Κλυταιμνήστρα, filia Jovis, et Ledæ, soror Helenæ, Castoris, et Pollucis, uxor Agamemnonis, cui Orestem, et Electram peperit. Regressum ex bello Trojano virum in convivio ope Ægysthi adulteri filii Thyestis interfecit, deinde Cassandram interfici jussit Priami filiam, quæ Agamemnoni in rerum divisione sorte obtigerat. Postremo et ipsa occisa est ab Oreste filio in patris ultionem. *Hygin.* fab. 117. et 240. et *Serv.* variis in locis. *Ovid. in eleg. de nuce*, v. 26. Ista Clytemnæstra digna querela fuit. ¶ Scribitur etiam et sæpissime *Clytemnestra*, quamvis Græce in secunda syllaba sit diphthongus *αι*. Hinc eadem syllaba corripitur ab *Auson. in Heroib.* 1. Vindicem adulterii cum Clytemnestra necet. *Scalig. ad Fest. in voce Crustumina* putat *Auson.* scripsisse *Clytemestra.* [† Similiter scribunt *Polymnestor* et *Polymestor.*]

CLYTĬE, es, f. Oceani Nympha, aliquando ab Apolline adamata, donec illa ejus cum Leucothoe concubitum Orchamo patri puellæ indicavit. Iratus enim Apollo Clytien gravissimo odio prosecutus est. Illa amoris impatientia, cibo et potu abstinens, mane orientem, et vespere occidentem spectabat Apollinem, et quacumque Apollo iter faciebat, oculis sequebatur. Tandem fame, et dolore consumpta mutata est in heliotropium. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 192. *et sequentib.*

C N

CNÆUS, et Cneus, i, m. prænomen R. a *nævo* ductum, ut docet *Auct. de nominib. et prænom. R.* quem quidam *Valer. Maxim.* putarunt. Scribitur fere duabus tantum prioribus litteris, ut *Cn. Pompeius Magnus.* Pronuntiatur autem tanquam si per *g* litteram scriberetur, *gneus* (quemadmodum et *Caius*, *gaius*) ut *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) docet. Imo ita etiam scriptum reperitur. *Inscript.* apud *Noris in Cenotaph. Pis.* dissertat. 4. c. 5. V. F. Gneus Peccatius VI. Vir sibi, et Q. Pec. Vixit an. LXI. ¶ Hinc *Gnea* femininum. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 274. n. 2. Gnææ Sejæ Herenniæ Sallustiæ, &c. Adde *Festum* in littera G. ¶ Ex duabus scribendi rationibus illam præfert *Manut.* quæ cum diphthongo est, ex Græca consuetudine: quamquam *Diomed.* et *Priscian.* aliter sentiant.

CNASONAS, acus, quibus mulieres scalpunt caput. *Fest.* Est a κνάω, scindo, rado. *Scalig. hic, et ad vocem acus* idem putat esse cum discerniculo. *a bodkin, crisping-pin.*

CNECĪNUS. V. vocem sequent.

CNEDĬNUS, a, um, ad urticam pertinens, ut *cnedinum oleum* apud *Plin.* l. 15. c. 7. *ad fin.* Nam κνίδη, seu κνήδη Græce urtica est. Al. leg. *cnecinum*, sed male inquit *Harduin.*

CNEŌRON, i, n. *an herb or flower used in garlands*, κνέωρον, nomen fruticis, qui et cnestron, κνῆστρον, et thymelæa dicitur, similis oleastro, foliis angustioribus, gummosis, si mordeantur, myrti magnitudine; semine, colore, et specie farris: granum fert lini simile, quod aliqui linum vocant. *Plin.* l. 13. c. 21. V. *Coccum.*

CNEPHŌSUS. V. *Gnephosus.*

CNESTRON. V. *Cneoron.*

CNICOS, seu Cnicus, i, m. *the herb bastard-saffron; also blessed thistle*, κνίκος, et κνῆκος, herba Ægypto peculiaris, Italiæ ignota, duplicis generis, silvestris, et sativa. Silvestris duæ sunt species, una caule rigido, semine can-

dido, grandi, et amaro: alio nomine *atractylis*: altera hirsutior, torosiore caule, et qui pæne humi serpat, minuto semine. *Plin.* l. 21. c. 15. [† 16.] et 32. et *Scribon. Larg. compos.* 155. [† *Colum.* 7. 8. 1.]

CNIDE, es, f. *a kind of shell-fish of the zoophyte kind*, κνίδη, genus zoophyti, Latine *urtica*, quod tamen noctu vagatur, et sedem mutat. Natura huic est carnosæ frondis; et carne vescitur. Vis pruritu mordax, eademque quæ terrestris urticæ. Contrahit ergo se quam maxime rigens, ac prænatante pisciculo frondem suam spargit, complectensque devorat. Alias marcenti simile, jactari se fluctu patitur algæ vice, et contactos pisces, attrituque petræ scalpentes pruritum invadit, &c. *Plin.* l. 32. c. 11. *ante med.* et lib. 9. c. 45. et *Plaut. Rud.* 2. 1. 9.

CNIDIUS. V. *Gnidius.*

CNISSA, æ, f. *the smoke or steam arising from meat while roasting*, κνίσσα, fumus, et nidor pinguedinis incensæ, aut carnis assæ. *Arnob. sub init.* l. 7. pag. 212. Nisi forte hostiarum deus animas devorat, aut ex aris ardentibus nidorem consectatur, et fumos, pasciturque de cnissis, quas evomunt ardentia viscera, adhuc suda de sanguine, et prioribus humecta de succis.

CNODAX, acis, m. *the gudgeon in the spindle of a wheel*, κνώδαξ, instrumentum, quod infigitur in extremis scaporum capitibus, et in armillam immissus versatur. *Vitruv.* l. 10. c. 6. Ferreos cnodaces, uti subscudes in capitibus scaporum implumbavit, et armillas in materia ad cnodaces circumdandos infixit, &c. Alii scribunt *chodax*, sed minus recte, inquit *Philander.* ¶ Simile est huic ferreum instrumentum uncinatum, quod infigitur in magnum aliquod pondus, et immissa fune, ope trochleæ attollitur. Angli vocant *an iron spike or pin.* Scribit *Turneb.* l. 26. c. 2. cnodaces proprie esse stilos ferreos in tornis, qui utrinque materiam, quæ tornatur atque versatur, distinent.

COA VESTIS V. in *Cous, a, um.* ¶ De proverbio *in triclinio Coa.* V. *Choa.*

COACCĒDO, is, n. 3. *to approach together, be added*, idem quod accedo, vel simul accedo, συμπαραγίνομαι. *Plaut. Circul.* 2. 3. 65. Pro iis decem coaccedunt minæ.

COACERVATIM, adverb. *by heaps*, σωρηδὸν, ἀθρόως, acervatim. *Apul. in Florid.* n. 9. (*al.* l. 2.) Non sigillatim ac discretim, sed cunctim, et coacervatim offerre.

COACERVATĬO, onis, *a heaping together, or gathering together in heaps; a collecting, amassing*, συμφόρησις, ἄθροισμα, acervus, cumulus, copia. Translate *Cic. in Partit.* c. 35. *in fi.* Frequentatione argumentorum, et coacervatione universa. *Quintil. Declam.* 5. c. 13. *in fi.* Explicare aliquid coacervatione. cui opponitur per partes.

COACERVATUS, a, um, *heaped together, collected in a heap, piled up, amassed*, σωρευθεὶς, in acervum collectus, acervatus. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 27. Coacervata cadavera. *Cic.* 1. *Agrar.* c. 5. Constructa, et coacervata pecunia. *Id. Verr.* 7. c. 57. Cives R. conjectos in lautumias; indignissimo in loco coacervatam multitudinem civium. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 359. Bustum coacervatum aggere excelso. ¶ Translate *Cic. in Partit.* c. 11. *ad fin.* Verisimilia, etiam si videntur esse exigua per se, multum tamen cum sunt coacervata, proficiunt. *Ovid. Metam.* 8. v. 485. Per coacervatos pereat domus impia luctus.

COACERVO, as, a. 1. *to heap together, heap up, collect into one mass, accumulate, amass*, σωρεύω, ἀθροίζω, in acervum congero, acervo. *Cic. Agrar.* 2. c. 27. Cogere et coacervare pecunias. *Id. Verr.* 6. c. 24. Magnam vim emblematum coacervare. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 46. Coacervare aliquid ex multis familiis in una domo. *Liv.* l. 5. c. 39. Coacervare cumulos armorum. *Hirt. de B. Afric.* c. 91. Omnibus rebus eo coacervatis. ¶ Duriuscula locutio videtur quibusdam in illo *Cicer. Agrar.* 2. c. 25. Habes tantam pecuniam, qua hosce omnes agros, et ceteros horum similes non modo emere, verum etiam coacervare possis. [*h. e.* acervis pecuniæ implere.]

COACESCO, is, cui, n. 3. *to grow sour, tart, harsh, or stale*, ὀξύνομαι, acesco, vel simul acesco. *Cic. de Senect.* c. 18. *ad fin.* Ut non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit. *Cels.* l. 4. c. 5. *ad fin.* Si coacuit intus cibus, aut computruit. *Id.* l. 1. c. 2. *sub fin.* Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit. Adde *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 65. [¶ Translate *Cic. in fragm. orat. pro Scauro edit. ab Angelo Maio ann.* 1814. pag. 13. Quam valde eam gentem (Sardos) putamus tot transfusionibus coacuisse? *h. e.* improbiorem, scelestioremque factam fuisse.]

COACTE, adverb. *in a short time, quickly*, brevi tempore, cite. *Gell.* l. 10. c. 11. *ad fin.* Cum significandum est, coactius quid factum, et festinatius, tum rectius *prœmature factum* id dicitur, quam *mature.* ¶ Item presse, et alicui rei inhærendo. *Id.* l. 19. c. 2. Eos Græci appellant vel ἀκολάστους, vel ἀκρατεῖς: nos eos vel incontinentes dicimus, vel intemperantes. ἀκολάστους enim si interpretari coactius velis, nimis id verbum insolens erit. *strictly, close to the original meaning, properly. h. e.* si velis ad verbum vim Græcæ vocis exprimere. Quidam leg. *coarctius*, hoc est angustius. Eadem lectionis varietas est apud *Hieronym.* l. 1. *in Matth.* c. 5. ¶ Item per vim. *Tertull. de baptism.* c. 12. Alii plane satis coacte injiciunt, tunc Apostolos, &c. *captiously.* Adde *de anim.* cap. 42.

COACTILIA, um, n. πιλήματα, sunt crassiores panni ex lana non textu, sed coacta, quales sunt, quos Angli vocant *felts.* De his *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 26. Coactilia vesti cedunt. ¶ Horum usus erat in castris, et apud pauperiores *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 44. *in fi.* Milites aut ex coactis, aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas, aut tegmenta fecerant, quibus tela vitarent. Al. leg. *ex subcoactis:* sed hæc lectio a paucis recepta est.

COACTILIARIUS, a, um, adject. *Coactiliaria taberna* apud *Capitolin. in Pertin.* c. 3. est in qua coactilia fiunt, et venduntur. Al. tamen leg. *coctilicia*, et intelligunt eam, in qua coctilia ligna venduntur. ¶ *Coactiliarius, ii* est, qui coactilia conficit, πιλωτάριος, πιλοποιός. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 648. n. 4. M. Ballonius M. L. Lariscus lanarius coactiliarius conjugi carissimæ B. M. fec. V. *Coactilia.*

COACTIM, adverb. coacte. *Sidon.* l. 9. ep. 16. Si quod schedium temere jacens chartulis putribus continebatur, raptim coactimque translator festinus exscripsi. *h. e.* colligendo, et simul conjungendo.

COACTĬO, onis, f. *an assembling or collecting together*, σύλλεξις, actus cogendi, hoc est colligendi. *Coactio argentaria* est munus colligendi pecunias, ἀργυρολογία. *Sueton. in Vespas.* c. 1. Coactiones argentarias factitavit. V. *Coator.* ¶ Quidam huc addunt locum *Plauti Asin.* 1. 3. 51. Vetus est, Nihili coactio est. Sed alii aliter leg. V. *Cocio.* ¶ Item actus redigendi in compendium. *a reducing or contracting into a smaller compass. Ascon. in Verr.* 3. c. 9. Quasi per indicem rem exponebant: quod ipsum dicebatur causæ conjectio, quasi causæ suæ in breve coactio. ¶ Item actus cogendi, *h. e.* impellendi, *a forcing, compelling.* In veteri quodam lapide, in quo enumerantur decora cujusdam Dioclis agitatoris in Ludis Circensibus, dicitur is vicisse semel sexaginta millia nummum *novis coactionibus:* quod explicat *Panvin. de Lud. Circens.* l. 1. c. 14. novis modis illum populo inusitatos cursus suscipere cogente, v. g. ut sine flagellis curreret, ut non clamaret, ut alienis equis uteretur, &c. [¶ Coactio est, ait *Veget. Veter.* l. 1. c. 37. in animalibus passionis nomen, ex qua ægritudinum diversa genera nascuntur, ideo sic appellata, quod ab injuria, vel labore, vel ex coactione contingat. *Id. ibid.* c. 38. et 43.]

COACTO, as, a. 1. *to force:* frequentativum *a cogo*, vehementer, vel sæpe cogo. *Lucret.* l. 6. v. 1120. Qua graditur, conturbat, et immutare coactat. Adde vers. 1159.

COACTOR, oris, m. *a collector*, ἀθροιστής, συλλογεὺς, qui cogit, hoc est colligit. *Cato R. R.* c. 150. Menses decem ab coactore releget porcos sectarios. *h. e. a* subulco, *a swine-herd.* Vet. Inscript. apud *Donium* class. 8. n. 11. P. Cæcilius P. L. Eros coactor vinarius de Foro vinario, &c. ¶ *Tacit.* 2. *Hist.* c. 68. Conclamatum repente, quartamdecimam legionem ad prœlium venire: sed erant agminis coactores. *h. e.* qui postremo cogunt, et claudunt agmen. *they composed the rear-guard.* ¶ *Coactor* etiam dicitur minister publicani mercede conductus, qui vectigalium ac tributorum pecunias exigit, et colligit, *a servant of the farmers of the public revenues; an under-collector*, ἀργυρολόγος, ἀποδέκτης, πράκτήρ. Hic aliquando ipsa nomina propria pecunia ab ipsis publicanis redimebat, deminuto pretio, ut postea eadem exigens lucraretur. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 11. Utrum accessionem decumæ, ut nostri facere coactores solent, &c. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 347. n. 4. Auri lustralis coactor. ¶ Item qui argentariis inservit in eorum pecuniis colligendis, et in auctionibus pecunias colligit, et res auctione venditas emptoribus addicit. *one who collected the money for things sold by auction, or at the tables of the money-changers.* Exemplum habes apud *Cicer. pro Cluent.* c. 64. Huc pertinet illud *Horatii* de patre suo l. 1. sat. 6. v. 86. Si præco parvas, aut (ut fuit ipse) coactor Mercedes sequerer. *Acron* enim et *Porphyr.* patrem *Horatii* coactorem argentarium fuisse testantur. *Auct. vitæ. Horat.* (*quem quidam Sueton. putant*) scribit fuisse *coactorem exactionum.* ¶ Ipsi quoque argentarii pecunias a variis exigentes, *coactores* vocantur. *bankers, money-changers. Scævola Dig.* lib. 4. tit. 7. leg. 40. *ad fin.* Argentarius coactor, cum pæne totam fortunam in nominibus haberet, servis actoribus ita libertatem dedit. ¶ Denique coactor est, qui cogit, *h. e.* compellit ad aliquid faciendum. *Senec.* ep. 52. Invenies aliud genus hominum, qui cogi ad rectum compellique possunt: quibus non duce tantum opus sit, sed adjutore, et ut ita dicam, coactore. Ex his *Senecæ* verbis satis colligitur, hac notione hoc verbum in usu non fuisse.

COACTŪRA, æ, f. *the gathering or laying up of any thing; a collection*, σύλλεξις, quod ex aliqua re collectum est *Colum.* l. 12. c. 50. *de olicitate facienda.* Ut seorsum reponatur uniuscujusque diei coactura.

COACTUS, us, m. *a forcing, constraining*, impulsus. *Lucret.* l. 2. v. 272. ut cum impulsi procedimus ictu, Viribus alterius magnis magnoque coactu. *Cic. ad Attic. inter epist. ad Brut.* 17. Quoniam efflagitas, coactu tuo scribam. *Id. Verr.* 7. c. 29. Coactu atque efflagitatu meo. Adde *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 27. sed extra ablativum casum singularis numeri exempla nondum vidimus.

COACTUS, a, um, *brought or gathered together; collected, assembled*, συλλεχθεὶς, συνηγμένος, collectus, congregatus. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 125. Vinum priusquam coactum est, pendet putridum. *Cic. pro Cæcin.* c. 21. Coacti homines, et armati. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 15. Equitatus coactus ex omni provincia. *Pompei. ad Domit. post.* ep. 12. l. 8. *ad Attic.* Copiæ in unum locum coactæ. *Virg.* 7. *Æn.* v. 43. totamque sub arma coactam Hesperiam. *Lucret.* l. 1. v. 761. ut tempestate coacta Fulmina diffugere, atque imbres, ventosque videmus. *h. e.* collectis et glomeratis nubibus procellosis. ¶ Item in unum compactus, redactus, conjunctus, colligatus, *constrained, reduced, joined together, connected. Gell.* l. 6. c. 2. Ratione quadam principali necessario coacta, atque connexa sunt fato omnia. *Gab. Bassus* apud *eund.* l. 5. c. 7. In unum tantummodo exitum collecta, et coacta vox. *Plin.* l. 2. c. 65. Aquarum figura coacta in verticem. *Id. ibid.* c. 39. Liquor coactus in nivem. *congealed, frozen.* et cap. 42. Aer coactus in liquorem. *Id.* l. 29. c. 6. Fel sole coactum ad crassitudinem mellis. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 666. Lactis massa coacti. *curdled. Plin.* l. 8. c. 48. Lanæ et per se coactam vestem faciunt. *Al. leg.* Lanæ et per se coactæ vestem faciunt, *manufactured*, confectæ. [† *Cic. Nat. Deor.* 2. 55. Cibus confectus coactusque.] V. *Coactilia*, ubi habes etiam exemplum ex *Cæs.* huc pertinens. *Cels.* l. 2. c. 8. Alvus in hac valetudine ea tuta est, quæ quotidie coacta, eaque convenientia his, quæ assumuntur, reddit. *h. e.* excrementa figurata, duriora, ac spissata, συνεστηκότα. *bound. Id. ibid.* c. 3. *sub fin.* Coacta alvus. *h. e.* quæ hujusmodi excrementa reddit. *Plin. init.* l. 37. Coacta in arctum rerum naturæ majestas. *restrained, reduced.* de gemmis loquitur. ¶ Item impulsus, adactus, *forced, driven. Virg.* 7. *Æn.* v. 509. quercum cuneis coactis scindere. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 32. Vi et necessario coactus in portum. ¶ Item compulsus, *constrained, forced, compelled, obliged, necessitated. Cic. pro Dom.* c. 35. Quis unquam audivit, cum ego de me, nisi coactus, ac necessario dicerem? *Sallust. in Jug.* c. 109. Tutius imperitare volentibus, quam coactis. *Nepos in Themist.* c. 8. Necessitate coactus. *Terent. Adelph.* 1. 1. 44. Malo coactus qui suum officium facit, &c. *Id. Andr.* 1. 1. 45. Inopia coactus. *Id. ibid.* 4. 4. 41. Coactus legibus. *Id. Phorm.* 1. 4. 37. Scio vi coactum te esse invitum. *Sueton. in Tiber.* c. 54. Ad voluntariam mortem coactus. *Nepos in Alcib.* c. 4. Coacti, ut se devoverent. *Sallust. in epist. Mithrid.* Coactus regredi. *Senec. in Troad.* v. 573. Coacta dices, sponte quod fari abnuis. ¶ De ipsis rebus, quæ vi, vel ab invitis fiunt. *Plin.* l. 7. c. 25. Injuria coacta. *done by force. Virg.* 2. *Æn.* v. 196. Coactæ lacrymæ. *forced, feigned, counterfeit. Cic.* 2. *de Divin.* c. 35. Auspicium coactum et expressum. *Plin.* l. 12. c. 2. Chamæplatani arbores coactæ brevitatis: quoniam arborum etiam abortus invenimus. *forced, artificial, not natural.* ¶ In illo *Lucani* l. 7. v. 395. Rus vacuum, quod non habitet, nisi nocte coacta Invitus, questusque Numam jussisse, Senator: *nox coacta* est, in qua Senator cogitur ex veteribus cæremoniarum institutis vigilare, et sacra facere. ¶ Præterea *coactum* aliquid dicitur, quod minus apte congruit cum re, de qua agitur. *Gell.* l. 1. c. 4. *ad fin.* Quod absurdum, et nimis coactum foret, si nondum redditam gratiam eo ipso redditam diceret, quia debetur. *too much out of the way.* Adde lib. 16. c. 14. [¶ Speciatim *coacta* dicuntur cilicia. quorum usus in bello ad tegendas turres. *Cæs. de Bell. Gall.* l. 3. c. 44. Atque omnes fere milites aut ex coactis, aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas, aut tegmenta fecerant. Hæc habentur in V. *Coctilia*, ubi male cohærent cum antecedentibus, nam licet *Coctilia* idem significent ac *Coacta*, tamen vox hæc suo loco ponenda fuisset.]

COADDO, is, a. 3. *to add together*, addo, vel simul addo, προσδίδωμι. *Cato R. R.* c. 40. Salicem Græcam discindito, argillam, vel cretam coaddito. Adde *Plaut. Casin.* 3. 1. 4.

COADJICĬO, is, jeci, ectum, a. 3. simul adjicio, *to add together. Colum.* l. 12. c. 21. Coadjicitur in binas urnas ligula cumulata salis.

COADJŪTOR, oris, m. qui simul adjuvat. Habetur de hac voce exemplum in *Inscript.* apud *Gruter.* sed spuria, et nullius adeo auctoritatis.

COADOLESCO, is, n. *to grow up along with*, simul adolesco, συναυξάνομαι. *Tertull. de anim.* c. 16. Ut irrationale inoleverit, et coadoleverit in anima. et cap. 19. Vis animæ arborum coalescens, et coadolescens robori suo. ¶ Legitur et *coadulesco.* V. *Adolesco.*

COADŌRO, as, a. 1. simul adoro. *Ambros.* l. 3. *de Sp. S.* c. 12. *a med.* Coadoratur in Patre Christus. *Justinian.* lib. 1. *Cod.* tit. 1. leg. 4. Christus coadorandus, et conglorificandus.

COADUNATĬO, onis, f. *an uniting into one*, ἕνωσις, actus adunandi. *Imp. Justinian.* l. 5. *Cod.* tit. 12. *leg. ult. ad fin.* Et non esse exspectandam post singulas æstimationes unam coadunationem totius calculi.

COADUNĀTUS, a, um, *united*, adunatus. *Paul. Dig.* lib. 2. tit. 14. leg. 9. *in fi.* Spectabimus summas plures, quia illæ excedunt in unam summam coadunatæ. Adde

Aurel. Vict. de vir. Illustr. c. 1. ubi tamen plerique aliter legunt.

COADŪNO, as, a. 1. *to collect or join into one*, idem quod aduno, συνάγω, ἑνόω. *Ulpian. Dig.* l. 10. tit. 4. leg. 7. Si ansam scypho injunxeris, aut brachium statuæ coadunaveris. *Dictys Cretens. de B. Trojan.* l. 4. c. 13. Haud prius abire destitit, quam reliquiæ coadunarentur.

COÆDIFICĀTUS, a, um, inædificatus. *Cic. in Partit.* c. 10. *in fi.* Loci culti, an inculti, celebres an deserti, coædificati an vasti. *built upon, inhabited.*

COÆDIFĬCO, as, a. 1. *to build together*, inædifico. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 33. Campum Martium coædificari. *Manut.* quod in suo libro legerat *cum*, vel *tum ædificari*, putabat emendandum *totum ædificari*. [Immo recte se habet *coædificari*, nam hic *Cicero* significat Cæsarem habuisse in animo veterem Campum Martium urbi adjungere, et novum veteri contiguum, æquata inter Tiberim et montem Vaticanum planitie, ædificare, ubi populus centuriata comitia habere posset; hæc enim extra pomœrium fieri debebant.]

COÆGRESCO, is, n. 3. simul ægresco. *Tertull. de anim.* c. 5. Corpus compatitur animæ, cui afflictæ cura, angore, amore coægrescit. Al. leg. *cohærescit.*

COÆGRŌTO, as, n. 1. simul cum alio ægroto. *Hieronym.* vertens locum *Theophrasti*, l. 1. *advers. Jovinian.* sect. 47. *edition. Veronens.* Si ipsa (*uxor*) languerit, coægrotandum est.

COÆQUĀLIS, le, *equal, coequal*, idem quod æqualis. *Petron. in Satyr.* c. 136. Sinciput coæquale natalium suorum. *h. e.* ejusdem ætatis. *coetaneous. Justin.* l. 23. *c. ult.* In ludo inter coæquales discens. *among those of his own age. Colum.* l. 8. c. 14. *ad fin.* Anser ubi se paulum confirmavit, in gregem coæqualium compellitur.

COÆQUALĬTAS, atis, f. *equality, coequality*, æqualitas. *Modestin. Dig.* lib. 27. tit. 1. leg. 8. Coæqualitas honorum militiæ fortior videtur privilegio, quod, &c.

COÆQUĀTUS, a, um, *made equal*, æquatus. *Sallust. orat.* 2. *ad Cæsar. de republ. ordinan.* Ita coæquati dignitate, pecunia, virtute anteire alius alium properabit.

COÆQUO, as, a. 1. *to make equal or even; to level, equalize*, æquum, æqualem facere. *Sallust. in Catil.* c. 21. Exstruere mare, coæquare montes. *Cato R. R.* c. 129. Cylindro, aut pavicula coæquare aream. *Colum.* l. 3. *R. R.* c. 16. *ad fin.* Coæquare pastinatum. *Cic. Verr.* 5. c. 41. Tu sic ordinem Senatorium despexisti: sic ad injurias, libidinesque tuas omnia coæquasti. *Sallust.* orat. 2. *ad Cæsar. de republ. ordinan.* Coæquari gratiam omnium difficile est. *Lactant. de ira Dei*, c. 7. Coæquare aliquem cum aliquo.

COÆQUUS, a, um, *equal*, idem quod æquus. *Plin.* l. 6. c. 28. *ad fin.* Mirum dictu ex innumeris populis pars coæqua in commerciis, aut latrociniis degit. *h. e.* altera pars commerciis, altera latrociniis dedita est. Ita antiquæ Edition. A. 1470. et 1472. Aliæ habent *pars æqua.*

COÆSTĬMO, as, a. 1. idem quod æstimo, vel simul æstimo. *Cels. Dig.* lib. 47. tit. 2. leg. 67. Furti actione hoc quoque coæstimabitur. Ita *Torrentin.* At *Haloander*, apud quem est, leg. 69. habet *æstimabitur.*

COÆTANĔO, as, n. 1. coætaneus sum. *Tertull. de resurr. carn.* c. 45. Contemporant fœtu, coætaneant natu.

COÆTANĔUS, a, um, *of the same age, coetaneous*, ἡλικιώτης, ἧλιξ, qui ejusdem est ætatis, æqualis, coævus. *Porc. Latro declam. in Catil.* c. 2. Scipioni coætaneo suo. *Apul.* l. 8. *Metam.* Amicus, coætaneus, contubernalis. *Tertull. advers. Hermogen.* c. 6. Cui materia coætanea est.

COÆTERNUS, a, um, *coeternal*, simul, et æque æternus. *Tertull. advers. Hermogen.* c. 11. *Hieronym. ad Damas.* epist. 57. *a med. Augustin.* serm. 38. *de verb. Dom.* c. 7. et *Boeth. de consol. Philos. prosa* 6.

COÆVUS, a, um, *coeval, coetaneous*, ἧλιξ, qui est ejusdem ævi, coætaneus, æqualis, *Augustin.* serm. 38. *de verb. Dom.* c. 7. et *Prudent. Cathemer.* 12. *de Epiph.* v. 137. Addebant quidam locum *Cicer. in Vatin.* c. 13. sed ibi pro *coævos* legendum esse *coquos*, aut aliud quidpiam, jampridem Viri docti adnotarunt.

COAGGERĀTUS, a, um, in aggerem collectus. *Serv. ad* 5. *Æn.* v. 273. Agger est media viæ eminentia coaggeratis lapidibus strata.

COAGGĔRO, as, a. 1. aggerando obruo, tego. *Colum.* lib. 8. cap. 6. Ova quidam paleis, aut furfuribus obruunt, nonnulli faba fresa coaggerant.

COAGITATĬO, onis, f. actus cogitandi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. Anima calescit coagitatione pulmonum. *Victor. Gruter.* et alii leg. *contagione.*

COAGITĀTUS, a, um, simul agitatus. *Marcell. Empir.* c. 8. *ante med.* Fel melle optimo mixtum, et diu coagitatum.

COAGĬTO, as, a. 1. *to agitate or toss about; to confuse, mix together*, agito, vel simul agito. *Apic.* l. 2. c. 1. et l. 4. c. 3.

COAGMENTATĬO, onis, f. *a joining or fastening together; a connexion, conjunction*, συνάφεια, συναφή, connexio, conjunctio. *Cic.* lib. 2. *de nat. Deor.* c. 46. *in fi.* Copulatio rerum, et quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ. *Id. de Univ.* c. 5. Omnis coagmentatio corporis vel calore, vel frigore labefactatur, et frangitur. *Id.* lib. 1. *de nat. Deor.* c. 8. Coagmentatio dissolubilis. *Vitruv.* l. 2. c. 9. Ulmus, et fraxinus in commissuris, et coagmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt catenationes. *Plin.* l. 36. c. 22. *ad fin.* In construendis parietibus alternas coagmentationes facere.

COAGMENTĀTUS, a, um, *joined or fastened together, patched together, connected, cemented*, συναφθείς, compactus, connexus, conjunctus, compositus. *Cic.* 3. *de Fin. c. ult.* Quid in operibus manu factis tam compositum, tamque compactum et coagmentatum inveniri potest? *Id.* 1. *Tuscul.* c. 29. Nihil est in animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. *Curt.* l. 4. c. 7. *a med. de Signo Jovis.* Umbilico maxime similis est habitus, smaragdo et gemmis coagmentatus. *h. e.* compactus, compositus. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 43. Collocationis est componere et struere verba sic, ut neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus, et lævis.

COAGMENTO, as, a. 1. *to join or glue together; to patch up, cement, fasten together, connect*, πήγνυμι, συναρμόζω, conjungo, compono. *Cic. de Senect.* c. 20. Opus ipsa suum eadem, quæ coagmentavit, natura dissolvit. *Plin.* l. 19. c. 6. Allium pluribus coagmentatur nucleis. *Colum.* l. 4. c. 29. Coagmentare fissuras. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 17. *ad fin.* Verba compone, et quasi coagmenta. *Id. in Orat.* c. 23. Verba verbis quasi coagmentare. *Id. Phil.* 7. c. 8. Coagmentare pacem. *to conclude a peace.*

COAGMENTUM, i, n. *a fastening or joining of things together; a gluing or patching together; a cementing, connecting*, compositio, colligatio, constructio, connexio. Coagmenta, inquit *Non.* c. 1. n. 202. sunt conjunctiones arctæ, et compares, a cogendo, idest stringendo. *Cato R. R.* c. 18. *sub fin.* Orbem olearium punicanis coagmentis facito. *Vitruv.* l. 8. c. 7. Coagmenta tubulorum calce viva ex oleo subacta sunt illinenda. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 105. Palma inter coagmenta lapidum ex pavimento exstitit. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 144. Viden' coagmenta in foribus? specta, quam arcte dormiunt! ¶ Translate *Gell.* l. 17. c. 9. Litteræ singulariæ sine coagmentis syllabarum.

COAGULATĬO, onis, f. *a curdling, or turning to a curd*, πῆξις, actus coagulandi. *Plin.* l. 23. c. 1. et l. 28. c. 10. Coagulatio lactis.

COAGULĀTUS, a, um, *curdled, congealed, coagulated, condensed*, coactus, spissatus. *Plin.* l. 20. c. 14. Lac coagulatum. *Id.* l. 35. c. 15. *a med.* Sudor quidam coagulatus in spumam. *Id.* l. 16. c. 11. Coagulata pix. [*Tertullian. de carne Christi* c. 4. Homo in utero coagulatus.]

COAGŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to curdle, congeal, coagulate, thicken*, πήσσω, cogo, constringo, denso, spisso: et dicitur de liquidis, quæ coeundo solidantur. *Plin.* l. 12. c. 25. Summa probatio balsami est, ut lac coagulet, in veste maculas non faciat. *Id.* l. 20. c. 23. cannabis aquæ infusa coagulare eam dicitur.

COAGŬLUM, i, n. *what is used in curdling milk; runnet or rennet; the concreted milk found in the stomachs of sucking quadrupeds, but particularly in that of the calf; a liquor made by steeping the stomach of a calf in hot water, and used to coagulate milk for curds and cheese; a calf's maw or ruen; cheese-lope, earning*, πυτία, id quod adhibetur ad lac densandum, ut ventriculus lactentis hædi, agni, &c. a *coagendo*, seu cogendo, hoc est constringendo, ut *Non.* c. 1. n. 115. et 202. docet *Varr.* lib. 2. *R. R.* c. 11. In lactis duos congios addunt coagulum magnitudine oleæ, ut coeat: quod melius leporinum, et hædinum, quam agninum. Alii pro coagulo addunt de fici ramo lac, et acetum. *Plin.* lib. 23. c. 7. Fici succus coaguli modo lac contrahit. *Id.* l. 11. c. 41. Lacte asinæ coaguli vice utuntur. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 545. Mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte. *Id.* 13. *Metam.* v. 829. Lac mihi semper adest niveum: pars inde bibenda Servatur: partem liquefacta coagula durant. ¶ Dicitur et de aliis rebus, præter lac. *Gell.* l. 17. c. 8. *ad fin.* Causa oleo coaguli celerioris in levitate est. *Id.* l. 3. c. 16. *ad fin.* Dies quibus conceptum in utero coagulum conformatur. ¶ *Coagulum* quoque appellatur ipsum lac coagulatum. *Plin.* l. 28. c. 10. Si coagulum alicui nocuerit. ¶ Translate *coagulum* dicitur quidquid conjungit, et colligat. *Varr.* apud *Non. loc. cit. de vino.* Hoc hilaritatis dulce seminarium, hoc continet coagulum convivia. *Gell.* l. 12. c. 1. *ad fin.* Vinculum illud, coagulumque animi, atque amoris. *Ammian.* l. 29. c. 2. (*al.* 11.) Palladius ille, coagulum omnium ærumnarum. *h. e.* qui omnes ærumnas secum quodammodo trahit, omnium malorum causa.

COALESCO, is, lui, n. 3. *to grow together, coalesce, unite, grow to, attach itself to*, συμφύομαι, jungor, et simul alesco, concresco: et dicitur proprie de plantis. *Sallust. in Jug.* c. 98. Grandis ilex coaluerat inter saxa. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 649. Dum novus in viridi coalescit cortice ramus. *Colum. de arborib.* c. 27. *ad fin.* Sic interposito triennio coalescit ficus olivæ. *Id.* l. 2. c. 18. *a med.* Impetus aquarum proluit terram, nudatisque radicibus gramina non patitur coalescere. *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 9. Nec arbor potest vindicari a te ea, quæ translata in agrum meum cum terra mea coaluerit. *Caius* lib. 41. tit. 1. leg. 9. Plantæ, quæ terra coalescunt, solo cedunt. ¶ Dicitur et de aliis rebus. *Lucret.* l. 6. v. 1066. Saxa calce coalescunt. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 57. *Hard.* Cilium vulnere aliquo diductum non coalescit. *h. e.* non coit, *will not grow together again. Id.* l. 9. c. 51. Vulnus non coalescit. *Ulpian. loc. cit.* Si crusta non coaluerit, nec unitatem cum terra mea fecerit. ¶ Pro coire, congelari, *to curdle, turn sour, Gell.* l. 17. c. 8. Vinum idcirco minus cito coalescit, quod semina quædam caldoris in se habet. ¶ Translate est uniri, jungi, convenire. *to be united; to agree. Liv.* l. 23. c. 35. Tanta concordia coaluerant animi. *Id.* l. 1. c. 8. Multitudo coalescit in populi unius corpus. *Sallust. in orat.* 2. *ad Cæsar. de republ. ordin.* Concordia inter veteres et novos coalescit. *Id. in Catil.* c. 6. Incredibile memoratu est, quam facile Romani et Aborigines coaluerint. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 37. Neque exercitus linguis moribusque dissonos in hunc consensum potuisse coalescere. *Id.* 3. *Ann.* c. 38. Coalescere in atrox bellum. *Id.* 6. *Ann.* c. 44. Coalescere animo ad obsequium. *Liv.* l. 2. c. 48. Ut cum patribus coalescerent animi plebis. *might agree, be reconciled. Vellei.* l. 2. c. 90. Coalescentibus reipublicæ membris, quæ longa annorum series laceraverat. *Id. ibid.* c. 48. Coalescentis pacis conditiones. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *sub fin.* Duæ voces e duobus quasi corporibus coalescunt, ut *maleficus.* et cap. 7. (*al.* 13.) Vocales, quæ in unum sonum coalescunt, et confunduntur. ¶ Item roborari, et crescere. *to become strong, be confirmed in strength. Tacit.* 1. *Hist.* c. 21. Dum Galbæ auctoritas fluxa, Pisonis nondum coaluisset. *Id.* 3. *Hist.* c. 53. Culpam in Mucianum conferre, cujus criminationibus coaluissent pericula sua. *Al. leg.* eviluissent. *Quintil.* declam. 18. c. 9. Infantia coalescit, pueritia consurgit. ¶ In allato *Lucretii* versu quidam putant legendum *coolescere*, ut sit ab *olesco*, quod significat crescere.

COALĬTUS, a, um, *united, increased, strengthened, confirmed*, compactus, concretus, et confirmatus. *Gell.* l. 12. c. 1. Nihil interesse putat, cujus in corpore cujusque ex sanguine concretus homo et coalitus sit. *Apul. de dogm. Plat.* l. 1. Sphœrarum ingenium ex igne coalitum et fabricatum. ¶ Translate *Tacit.* 4. *Hist.* c. 55. Coalita libertas. *Id.* 14. *Ann.* c. 1. Vetustate imperii coalita audacia. *Id.* 13. *Ann.* c. 26. Coalitam libertate irreverentiam eo prorupisse, &c.

COALĬTUS, us, m. *Arnob.* l. 4. pag. 150. Quod penitus oportebat ex humani generis coalitu tolli. *h. e.* consortio, commercio, societate.

COALLŬO, is, a. 3. idem quod alluo, vel simul alluo. Affertur locus *Pomponii Dig.* lib. 41. tit. 1. leg. 30. ubi *Torrentin.* et *Haloander* pro *coalluendo* habent *colluendo.*

COAMĀTOR, oris, m. qui simul cum alio amat. *Cæcil.* apud *Non.* c. 2. n. 447. Libera essem jamdiu, si habuissem ingenio istoc coamatores mihi.

COAMBŬLO, as, n. 1. simul ambulo. Est, *Claud. Mamert. de statu Anim.* l. 1. c. 3.

COAMĪCUS idem quod amicus, legitur a quibusdam in carm. *Veteris Poetæ* apud *Cicer. de Amic.* c. 26. ex aliquot MSS. sed alii plerique cum emendatis libb. *comicus.*

COANGUSTĀTUS, a, um, *straitened*, in angustum redactus. *Auct. B. Hispan.* c. 5. Milites ripis appropinquantes, coangustati præcipitabantur. *Aurel. Vict. in Epit.* c. 42. Nec multo post apud Lugdunum coangustatus, gladio transfosso latere exspiravit. ¶ Veteres dixerunt etiam *conangustatus*, teste *Festo* in *Conauditum.*

COANGUSTO, as, a. 1. *to straiten, narrow, contract, confine*, in angustum redigo, coarcto, στενοχωρέω. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. Coangustare alvos, ne apes in vasto loco despondeant animum. *Cels.* l. 7. c. 27. *in fi.* Quo facilius fistula claudatur, vel certe coangustetur. *Auct. de B. Hispan.* c. 5. Dum cupidius locum student tenere, propter pontem coangustabantur. *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 19. *a med.* Coangustare aditum ædium. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Legib.* c. 14. Hæc lex dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest.

COAPTATĬO, onis, *a fitting together*, f. apta conjunctio. *Augustin.* l. 4. *de Trinit.* c. 2. In omni compaginatione, vel, si melius dicitur, coaptatione creaturæ. Hanc enim coaptationem (sic mihi nunc occurrit) dicere volui, quam Græci ἁρμονίαν vocant. Adde lib. 22. *de civit. Dei*, c. 24. *a med.*

COAPTĀTUS, a, um, apte conjunctus. *Augustin.* l. 22. *de civitat. Dei*, c. 24. *a med.* Mensuræ, quibus inter se cuncta connexa sunt, et coaptata.

COAPTO, as, a. 1. *to fit, adapt*, aptum reddo. *Augustin.* ep. 23. *sub fin.* Coaptabitur veritati. *Id.* l. 1. *de Doctr. Christ.* c. 14. Ligaturam similem membris similibus coaptare. Adde *Prudent. in Psychom.* v. 557.

COAPTUS, a, um, aptus, accommodatus. *Martian. Capell.* l. 2. pag. 35. Nisi hæc, quibus plenum pectus geris coaptissima egestione vomueris. Alii leg. *coactissima.*

COARCTATĬO, et Coartatio, onis, f. *a straitening or crowding together*, actus coarctandi, στενοχωρία. *Liv.* l. 27. c. 46. Coarctatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat. *Vitruv.* lib. 9. *c. ult.* Laxatio earum, aut coarctatio efficit aut vehementem, aut lenem aquæ cursum.

COARCTATUS, et Coartatus, a, um, *straitened, confined*, coangustatus. *Cic. Att.* l. 7. ep. 10. Cn. noster quid consilii capiat, nescio, adhuc in oppidis coarctatus. *Colum.* l. 8. c. 7. Gallinæ in caveis ita coarctatæ, ne versari possint. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 8. leg. 2. *a med.* Via coarctata. ¶ Translate *Tacit.* 2. *Hist.* c. 71. Coarctati consulatus. *h. e.* ad brevius tempus redacti.

COARCTE. V. *Coacte.*

COARCTO, et Coarto, as, a. 1. *to straiten, press together into a small compass, compress*, στενοχωρέω, in arctum redigo, coangusto. *Petron. in Satyr.* c. 98. Araneis oleo madentibus vulnus coarctare. *Colum.* l. 2. c. 19. Coarctare frumentum in struem. *Frontin. de aquæduct.* artic. 35. Coarctare, vel laxare foramina modulorum. *Valer. Max.* l. 9. c. 7. Sudario os, et fauces coarctare. [† *Cels.* 4. 1. Ima ventriculi pars in summum intestinum coarctatur.] ¶ Item brevius facere. *Id.* l. 4. c. 1. n. 3. Coarctare tempus censuræ. *h. e.* tempus brevius assignare. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 546. noxque coarctat iter. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 35. Ut hæc, quæ coarctavit, et peranguste refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet. ¶ Aliquando significat cogere, *to constrain. Paul. Dig.* l. 18. tit. 1. leg. 57. Coarctandus est emptor venditionem adimplere.

COAREO, es, vel Coaresco, is, ui, *to become dry along with*, aresco, vel simul aresco. *Vitruv.* l. 7. c. 11. Æs, et arena ab ignis vehementia confervescendo cum coaruerint.

COARGŬO, is, a. 3. *to prove, show, demonstrate; to convince, convict, prove guilty*, idem quod arguo, vel simul arguo, ostendo, demonstro, ἐλέγχω. *Cic. Fam.* 3. ep. 8. *a med.* Non nostram is perfidiam coarguit, sed indicat suam. *Id. pro Mur.* cap. 4. Fuga laboris desidiam, repudiatio supplicum superbiam, amicorum neglectio improbitatem coarguit. *Id.* 6. *Verr.* cap. 47. Omnibus in rebus coarguitur a me, convincitur a testibus. *h. e.* ostenditur, probatur esse reus. *Id.* 1. *Acad.* c. 4. Coarguere errorem alicujus. *to convict.* et *pro Ligar.* cap. 5. *ad fin.* Refellere, et coarguere mendacium alicujus. *to disprove, confute. Id. pro Rosc. Amer.* c. 30. Certum crimen multis suspicionibus coarguitur. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 5. Coarguere rem aliquam certioribus argumentis. *Cic. pro Syll.* c. 15. *in fi.* Coarguere aliquem commutati judicii. *Id.* 7. *Verr.* c. 59. aliquem avaritiæ. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 193. Obruta verba refert, dominique coarguit aures. *betrays, convicts. Senec. de tranquill.* c. 12. *a med.* Cujus vanitatem capta mens non coarguit. *does not discover. Plin.* l. 16. c. 31. *ad fin.* Quidam brevitate radicum celerius senescere arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices longissimæ, et senectus ocyssima. *h. e.* falsum esse ostendunt. *Id.* l. 12. c. 25. Balsami fructus adulteratur Petræo hyperico: quod coarguitur magnitudine, inanitate, &c. *h. e.* deprehenditur. ¶ Cum infinito. *Hirt. de B. Alex.* c. 68. Cum, defensionem ejus nullam posse excusationem ejus imprudentiæ recipere, coarguisset.

[* COARMĬO, onis, m. iisdem armis utens, commilito. *Inscript. apud Reines.* epist. 44. *ad Daum.* Delicatus coarmio merenti fecit.]

COARTICŬLO, as, a. 1. *Arnob.* l. 1. pag. 31. Ora coarticulare mutorum. *h. e.* solvere, et facere, ut articulate loquantur.

COASPERNANS, antis, aspernans, rejiciens, recusans. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 5. Coaspernantes veterem disciplinam. Al. leg. *aspernantes.*

COASSATĬO, vel Coaxatio, onis, *a covering with boards or planks*, σανίδωσις, coassandi actus. Si fiat ex asseribus seu tigillis, est eorum contextus supra trabium contignationem, ad excipiendas tabulas: si fiat ex tabulis, est contabulatio. *Plin.* lib. 36. c. 25. Necessarium binas per diversum coassationes substerni. *Vitruv.* l. 6. c. 5. Imponere contignationem, supra eam coaxationem, et pavimentum.

COASSO, vel Coaxo, as, a. 1. *to cover or lay over with boards; to plank, floor*, σανιδόω, contabulo: ab assis. *Vitruv.* l. 7. c. 1. Cum coassatum fuerit, supra altera coassatio transversa sternatur. ¶ De duplici, quam ponimus scribendi ratione sic habe, alteram ab *assis*, alteram ab *axis* esse. Porro *assis*, et *axis* idem significant, ut in *Assis* dictum est.

COASSŎLET, idem quod assolet, legitur a quibusdam in *Plauti Epid.* 1. 1. 5.

COĀTRÆ, seu Coastræ, populi inter Assyriam, et Mediam, qui Coatram montem incolunt, apud quos arbores sunt maxima proceritate. *Lucan.* l. 3. v. 246.

COAUCTĬO, onis, f. *an increasing; increase, addition*, ἐπαύξησις, augmentum. *Cic. Verr.* 5. c. 81. *in fi.* Non ex æstimatione, neque ex ternis denariis pendere crimen, sed ex coauctione annonæ, atque existimationis. *h. e.* ex adjectione, et auctario addito a Verre annonæ, atque æstimationi frumenti.

COAUGMENTĀTUS, a, um, auctus, ut Coaugmentata constructio, apud *Martian. Capell.* l. 5. pag. 167. ubi al. leg. *coagmentata.*

COAX, κοάξ, vox est ranarum, teste *Servio, ad* 7. *Æn.* v. 16. ducta a Græcis. Sic enim *Aristophanes* earum clamores expressit. ¶ Hinc est verbum.

COAXO, as, n. 1. *to croak like a frog*, verbum exprimens ranarum vocem. *Auct. carm. de Philom.* (*quod olim Ovidio tribuebatur*) *sub fin.* Garrula limosis rana coaxat aquis. *Sueton. in Aug.* c. 94. Negantur ibi ranæ coaxare. Adde *Spartian. in Geta*, c. 5. ¶ Aliam significationem. V. in *Coasso.*

COBIO. V. *Gobio.*

COBION, *a kind of spurge. Plin.* l. 26. c. 8. tradit esse speciem tithymali, etiam dendroidem dictam, et leptophyllon, in petris nascentem, comosissimam ex omnibus maxime, cauliculis rubentibus, et semine copiossimam.

COCALĬDES, um, f. filiæ Cocali. Fuit autem Cocalus Rex Siciliæ, qui Dædalum ab Creta Minois iram fugientem recepit, ipsumque Minoem, qui fugitivum Siciliam usque persequutus fuerat, hospitio exceptum, per insidias, filiarum ope interfecit. Hujus meminit *Ovid.* 8. *Metam.* v. 261. Hinc *Sil.* l. 14. v. 42. *de Minoe.* Postquam perpetuas judex concessit ad umbras Cocalidum insidiis, &c. Porro hæ dicuntur per causam lavandi pedes hospiti, ut mos erat, ferventi aqua caput ejus perfudisse, et sic occidisse. *Ovid. in Ibin.* v. 291. Vel tua maturet, sicut Minoia fata, Per caput infusæ fervidus humor aquæ.

COCANĪCUS, i, m. [† nunc] *Cocanico*, lacus Siciliæ, in ora australi, apud Ostium Drilli fluvii, inter Camarinam, et Heracleam, cujus aquæ circa ripas æstate in salem convertuntur. *Plin.* l. 31. c. 7.

COCCĒTUM. V. *Cocetum.*

COCCĔUS, a, um. *of the colour of scarlet*, κόκκινος, cocci colorem habens. *Lamprid. in Alex.* c. 42. Hoc solum imperatorium habens, quod lacernam cocceam accipiebat. Al. leg. *coccineam.*

COCCĬNĀTUS, a, um, *clothed in scarlet or crimson*, κοκκοβαφής, coccineis vestibus indutus. *Sueton. in Domit.* c. 4. Puerulus coccinatus. *Martial.* l. 1. epigr. 97. Qui coccinatos non putat viros esse. Adde l. 5. epigr. 36.

COCCĬNĔUS, a, um, *of a scarlet or crimson colour*, κόκκινος, cocci colorem habens. *Plin.* l. 21. c. 31. Trychnus, cui acini coccinei, granosi folliculi. *Petron. in Satyr.* c. 32. Coccineum pallium. *Martial. in lemmate*, epigr. 131. l. 14. Lacernæ coccineæ.

COCCĬNUS, a, um, idem quod coccineus, κόκκινος. *Petron. in Satyr.* c. 28. Coccina gausapa. *Juvenal.* sat. 3. v. 283. læna. *Martial.* l. 2. epigr. 29. aluta. ¶ *Coccina, orum* sunt vestes coccineæ. *Martial.* l. 2. epigr. 39. Coccina famosæ donas, et ianthina mœchæ. Adde epigr. 43. et l. 14. epigr. 131.

COCCUM, i, n, *the grain with which cloth is dyed of a scarlet or crimson colour; crimson dyed in grain; scarlet dye; cochineal*, κόκκος. granum est arboris parvæ aquifoliæ ex genere ilicis (quod et *cusculium* vocant, κοσκύλιον) illius cortici veluti scabies quædam adhærens, innumerisque scatens vermiculis ex quibus contusis color fit aptus lanis tingendis præstantissimus, et magni pretii. Nascitur in Galatia Africa, Pisidia, Cilicia, Lusitania; pessimum in Sardinia, ut apud *Plin.* l. 16. c. 8. legitur. Color ejus est rubens, sed qualis in rosa, et cum amabili nitore conjunctus. Non ubique idem est, cum pro varia locorum, in quibus provenit, natura, vel roseo dilutior, vel magis satur et nigricans sit. Differt a *purpura*, quæ intensiorem, ac nigriorem habet ruborem; coccum vero est dilutius. Quare aliquando purpura cocco superaddebatur, ut gratior esset, et mirabilior cocci color, qui ita mixtus *hysginus*, dicebatur, teste *Plin.* l. 9. c. 41. Ob eandem rationem, et propter utriusque affinitatem, coccineum cum purpureo aliquando confunditur. Optimum fuit *Galaticum*: ex qua voce quidam putant derivatum esse quod Angli dicunt *scarlet*, et Galli *l' ecarlate*: quamvis fortasse hoc ab illo aliquantum differat. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 102. rubro ubi cocco Tincta super lectos canderet vestis eburnos. *Martial.* l. 5. epigr. 24. Vestis madida cocco. *Id.* l. 10. epigr. 76. Fulgere cocco. *Id.* l. 3. epigr. 2. Rubere cocco. ¶ Est aliquis cocci usus etiam in medicina. *Plin.* l. 24. c. 4. Coccum ilicis vulneribus recentibus ex aceto imponitur, &c. ¶ Coccum etiam dicitur pannus, seu vestis, aut filum cocco tinctum. *Sil.* l. 17. v. 396. ardenti radiabat Scipio cocco. *h. e.* paludamento coccineo. Nam præcipue Imperatorum paludamenta cocco tingebantur, ut *Plin.* l. 22. c. 2. docet. *Sueton. in Ner.* c. 30. Funes nexi purpura, et cocco. ¶ *Coccum Gnidium*, quod et *Granum Gnidium* appellatur, granum est cujusdam fruticis, qui thymelæa, et chamelæa dicitur, oleastro similis, foliis angustioribus, gummosis, si mordeantur, myrti magnitudine, semine, colore, et specie farris: ad medicinæ tantum usum. *alkermes. Plin.* l. 13. c. 21. et l. 27. c. 9. *Cels.* l. 5. c. 5. et 8. et *Scribon. Larg. compos.* 134.

COCCYMĒLUM, κοκκύμηλον, inter genera malorum enumerat ex *Cloatio Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 15. Quidam exponunt genus pruni præcocis.

COCCYX, ygis, m. *a cuckoo*, κόκκυξ, genus avis, de quo multa *Plin.* l. 10. c. 9. V. *Cuculus.*

COCĒTUM, seu Coccetum, i, n. genus edulii ex melle, et papavere factum. *Festus.* Hinc *Tertull. advers. Valentinian.* c. 12. Accii patinam, Nestoris cocetum. *Voss. in Etymol.* scribit respicere *Tertullian.* ad κυκεῶνα Nestoris, quam *Homer.* laudat *Iliad.* lib. 11. quæ et *cinnus* dicitur. Sed κυκεὼν Homeri ex vino constat, cui caseus supra rasus fuit.

COCHLĂCÆ, dicuntur lapides ex flumine rotundi ad cochlearum similitudinem. *Fest.* ubi *Scalig.* adnotat, detortum esse a Græco κόχλακες, *h. e.* calculi, lapilli: quare videtur scribendum *cochlacæ.* Al. leg. *cochalacæ.*

COCHLĔA, æ, f. *a snail*, κοχλίας, limax, animal notum, testa inclusum tortili, et turbinata. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 64. Si quis medicus ægroto imperet, ut sumat *terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam*, potius quam hominum more, cochleam, dicere. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 49. *a med.* Iste, qui tanquam cochlea, abscondens retentat se se tacitus. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 29. Vincere cochleam tarditudine. ¶ Varia sunt cochlearum genera, albæ in Reatino agro: Illyricæ, quibus magnitudo præcipua; Africanæ, quibus fœcunditas; [† Marinæ—quæ Aceratæ (Ἀκέρατοι, *integræ, sinceræ*) vocantur, latæ, multifariam nascentes *etc. cockles, periwinkles*; (*V. Gesner.*)] Solitanæ, quibus nobilitas: item Astypalæicæ, et Siculæ, et Balearicæ, quas cavaticas vocant, quoniam in speluncis nascuntur. Laudatissimæ fuere Africanæ; ex his Solitanæ. [† Cf. *Sall. B. Jugurth.* 93. ibique notas intt.] V. *Plin.* l. 9. c. 56. et l. 30. c. 6. item *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 14. ubi earum alendarum rationem docet. ¶ *Cochleæ nudæ* dicuntur, quæ sunt sine testa, *the large black snail. Plin.* l. 29. c. 6. et l. 30. c. 7. ¶ In cochleam est in modum tortilis testæ cochlearum, *spirally. Cels.* l. 8. c. 10. n. 1. Fascia brevissima adhibenda est, quæ circa fracturam (*ossis*) ter voluta sursum versum feratur, et quasi in cochleam serpat. *Colum.* l. 8. *c. ult.* Specus alii simplices et recti, alii in cochleam retorti. ¶ Ab hujus similitudine *cochlea* dicitur lignum in torculari erectum, canaliculis circum oblique cavatis striatum, quod in similiter cavatum lignum immissus, dum vertitur, prelum vel attollit, vel deprimit, *the screw of a wine-press.* Apud Anglos lignum hoc erectum, et versatile dicitur *the spindle*: quod vero immobile manet, *the worm*, Græce περικόχλιον: apud Latinos non habet, quod sciam, proprium nomen. *Vitruv.* l. 6. c. 9. Torcular cochleis torquere. ¶ Item machina haustoria, ad aquam hauriendam, et attollendam, cujus faciendæ rationem *Vitruv.* l. 10. c. 11. perscribit. *a pump to draw up water.* Est autem machina, cujus in medio rota est, quæ dum a calcantibus versatur, machina intus cochlæ instar detornata, aquas exsorbet ex aquario septo et retrorsus emittit. ¶ Item genus ostii tortuosi, et oblique flexi. *a kind of door. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. *de ornithone.* Ostium habere debet humile, et angustum, et potissimum ejus generis, quod cochleam appellant, ut solet esse in cavea, in qua tauri pugnare solent. Interdum *cochlea* dicitur de sola testa cochleæ. *a snail-shell. Martial.* l. 11. epigr. 19. *ad fin.* Vix implet cochleam peracta messis, Et mustum nuce condimus picata. ¶ Item de testudine. *Stat.* l. 4. silv. 9. v. 32. Nusquam Cyniphiis vagata campis Curvarum domus uda cochlearum. V. *Chersinæ.* ¶ Scribitur et *coclea* sine aspiratione: quod damnare non ausim, cum admittat *Velius Long. de orthogr.* pag. 2230. *Putsch.*

COCHLĔAR, et Cochleare, is, n. *a spoon*, κοχλιάριον, δοῖδυξ, ἐτνήρυσις, ligula ex altera parte acuta, ex altera latior, et cavata: illa extrahuntur ex sua testa cochleæ, hac ova, et alii ejusmodi liquidiores cibi. *Martial.* l. 14. epigr. 121. *cui lemma est Cochlearia.* Sum cochleis habilis, sed nec minus utilis ovis: Numquid scis, potius cur cochleare vocer? *Petron. in Satyr.* c. 33. Accipimus cochlearia, ovaque ex farina pingui figurata pertundimus. *Plin.* l. 28. c. 2. Ovorum calyces, cochlearumque cochlearibus perforare. *Cels.* l. 6. c. 14. Chelidoniæ succus, per cochlear illita uva, maxime prodest. Et *paulo post.* Aquam cochleari exceptam uvæ subjicere. ¶ Est etiam mensura liquidorum, quarta pars cyathi. *a measure of liquids. Colum.* l. 12. c. 21. Musti cochlear cumulatum, vel simile genus poculi ejus, qui est quarta pars cyathi, adjicitur in binas urnas. *Plin.* l. 27. c. 4. Bibitur aloe in duobus cyathis aquæ cochlearis mensura. *Id.* l. 23. c. 4. Folia decoquuntur ex melle, et dantur cochlearibus contra sanguinis excretiones. *in spoonfuls.*

COCHLEĀRIS, e, adject. *Plin.* l. 21. c. 27. Vincapervinca hydropicis datur in aqua cochleari mensura. *h. e.* quantum capit cochlear. Ita pleræque Edition. cum antiquis A. 1469. 1470. 1472. et *Harduino.* Nam Elseviriana 1538. habet *cochlearis.*

COCHLEARĬUM, ii, n. *a place where snails were kept and fed for eating*, locus in quo servantur, et aluntur cochleæ. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 14. Idoneus sub dio sumendus locus cochleariis. Adde cap. 12. ¶ Item *cochlear, a spoon, spoonful*, κοχλιάριον. *Plin.* l. 20. c. 22. Si cochlearii mensura in die sorbeatur in aquæ cyatho. *Scribon. Larg. compos.* 122. *a med.* Sumuntur cochlearia tria cumulata. et *mox* Movente aliquo cochleario liquorem, ne quid subsidat. *Id. compos.* 96. Cochleario dare aliquid.

COCHLEĀTIM, *in a spiral form*, in modum cochleæ. *Sidon.* l. 4. ep. 15. *ad fin.* Agger cochleatim fractus.

COCHLEĀTUS, a, um, in modum cochleæ contortus. *Pompon.* apud *Non.* V. *Torto, as.*

COCHLEĀTUS, a, um, adject. *Pompon.* apud *Non.* c. 2. n. 284. et 872. Ubi insilui in cochleatum equuleum.

ibi tolutim tortor. *cochleatus equuleus* dici videtur (si modo sana est lectio) qui oblique, et veluti in cochleam graditur. Sequitur enim, *ibi tolutim tortor.* h. e. torqueor, in gyrum feror. Veteres Editiones A. 1476. et 1480. priore *Nonii* loco habent *inculeratum*, posteriore altera *in cochleatum*, altera *concleatum*. *Turneb.* putat legendum esse *coleatum*.

COCHLEŎLA, læ, f. parva cochlea. *Hieronym.* ep. 128. *ad Fabiol. a med.* Purpura ex maris cochleolis tingitur.

COCHLIS, idis, f. κοχλίς, parva cochlea. Nomen est gemmæ cujusdam, cochleæ similitudinem habentis. [ejus meminit *Plin.* l. 37. c. 12. sect. 74.] ¶ Adjective *columna cochlis* est in modum cochleæ intus cavata, ascendendi causa, *made in a spiral form; a winding staircase.* Hujusmodi fuit Romæ in regione octava in Foro Trajani, et in nona ad templum Divi Antonini, ut est apud *P. Vict. de Regionib. Urb. Rom.* [c. 8. et 9.]

[* COCINATORĬUM, ii, n. cœnatio, *a refectory.* V. *Culina* in *Appendice*, et *Coquinatorius* apud *Forcellinum*.]

COCINATORĬUS. V. *Coquinatorius.*

COCĬO, vel Coctio, onis, m. *Cociones*, inquit *Festus*, dicti videntur a cunctatione, quod in emendis, vendendisque mercibus tarde perveniant ad justi pretii finem. *one that is tardy in barguining; a haggler.* Itaque apud antiquos prima syllaba per *u* litteram scribebatur. Hæc *Fest.* qui alibi docet, *coctionem* dici etiam arilatorem: quod confirmat *Gell.* l. 16. c. 7. ubi docet, *Laberium* pervulgate *cocionem* dicere, quem Veteres arilatorem dixerunt: qua in re ipsum reprehendit, ut qui obsoletum verbum, et ex sordidiore vulgi usu petitum adhibuerit. *Scalig. ad Fest.* et *Voss. in Etymol. in Arilator Laberium* defendunt, et hanc vocem non esse inter pervulgata, et proculcata reponendam, exemplo *Plauti* ostendere conantur. Sed *Plauti* locus qui est *Asin.* 1. 3. 51. item *Mil.* 3. 2. 29. varie a variis legitur, nec certi quidquam conficere posse videtur. Nam alii *coactio*, alii *cotio* pro *cautio* legunt: alii *cocio* quidem retinent, sed cocum interpretantur. V. *Taubman.* Etiam *Salmas.* apud *Petron.* hanc vocem legi vult. V. in fine verbi *Concio.*

COCĬŌNOR, aris, dep. 1. *to haggle*, cocionis more ago, hoc est in emendo, aut vendendo difficilis sum. *Quintil.* declam. 12. c. 21. Vendidit quanti voluit; et ut hoc ad nostras accederet moras, fortasse diu cocionatus est. Al. aliter leg.

COCLES, ĭtis, m. *a person blind of one eye*, μονόφθαλμος, *h. e.* luscus, qui unum tantum habet oculum, ut *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. *extr.* et *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 55. *Hard.* docent. Et *Varro* quidem ita dictum esse ait, quasi *ocles*; quod videri potest per syncopen dictum ab *oculus*: sed *Voss.* et *Scalig.* derivari censent a *cyclops.* Cyclopes enim unoculi fuerunt. *Lucil.* apud *Non.* c. 13. n. 2. Ducentos Cyclopes coclites. De his fortasse locutus est *Plautus Curcul.* a. 3. v. 23. De Coclitum prosapia te esse arbitror. nam ii sunt unoculi. Sed *Turneb.* quem plerique sequuntur, Arimaspos hic significari docet, qui unoculi putati sunt. *Enn.* apud *Varron. loc. cit.* decem coclites, qui montibu' summis Ripæis fodere. ¶ Hujus cognominis fuit Horatius ille vir Romanus, qui Porsenæ Regis exercitu per Sublicium pontem transire conante, solus hostium impetum sustinuit, donec a tergo pons a sociis frangeretur, quo fracto armatus in Tiberim desiluit, multisque super incidentibus telis incolumis ad suos tranavit. *Liv.* l. 2. c. 10. *Senec.* ep. 120.

COCOLŎBIS, is, f. Ita Hispani vocant uvam eam, quam Dyrrachini *basilicam* appellant. *Plin.* l. 14. c. 2. *ad fi.* ¶ Apud *Colum.* l. 3. c. 2. est *cocolubis.*

COCTA, æ. V. *Coctus.*

COCTĂNA. V. *Cottana.*

COCTIBĬLIS. V. *Coquibilis.*

COCTILICĬUS, a, um, coctilis, ut *Coctilicia taberna.* V. *Coactiliarius.* [Quamvis *Forcellinus* non putet jure Latii donandam esse vocem hanc, eam tamen retinendam esse probat pluribus argumentis *Auct. Mémoir. de littérat. et beaux arts de l'Acad. de Turin ann.* 1805-1808. pag. 410. *et seq.* Etenim cum Pertinacis Imperatoris patria fuerit villa Martis prope Pollentiam in Liguria, Pollentia autem celebraretur ob opera figulina, probabilius ipsi auctori videtur, Pertinacis patrem exercuisse tabernam coctiliciam, in qua amphoræ, dolia, et alia hujusmodi vasa, quam coactiliciam, in qua cilicia, vel ligna venderentur. Sed cum *Capitolin. in eod. Pertin.* c. 1. narret Pertinacis patrem filio nomen imposuisse, ex continuatione lignariæ negotiationis, quod pertinaciter eam rem gereret; *cap.* vero 3. hæc habeat: Pater ejus tabernam coctiliciam in Liguria exercuerat; patet *coctilicius* idem esse ac *coctilis*, et pertinere ad ligna cocta, quibus utebantur Romani, ne fumum facerent.]

COCTĬLIS, le, adject. ἑφθός. *Lateres coctiles* sunt, qui e terra fiunt, et in fornacibus coquuntur, *bricks; tiles:* et *murus coctilis* qui ex hujusmodi lateribus fit. *Ovid. Metam.* 4. v. 57. ubi dicitur altam Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem. *Plin.* l. 7. c. 56. Laterculi coctiles. ¶ *Coctilia, um* sunt ligna cocta, (ut ea appellat *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 55. *ad fin.*) et arida, ne fumum faciant, ἄκαπνα ξύλα: *charcoal:* non tamen sunt carbones, qui in totum combusti sunt, et nigri, atque adeo ligna dici non possunt. *Valerian. in quadam epist.* apud *Trebell. Poll. in Claud.* c. 14. Dabis coctilium batilla quatuor.

COCTĬO, onis, f. *a boiling or seething*, πέψις, ipse coquendi actus. Unde *coctionem facere*, pro concoquere, et cibum in ventriculo conficere, *to digest. Plin.* l. 20. c. 9. *a med.* Coquitur et in melle cibi gratia, maxime ut coctionem facias.

COCTITĀRE pro frequenter coquere, agnoscitur tanquam Latinum a *Festo* in *Coquinare.*

COCTĪVUS, a, um, *soon boiled or roasted*, qui facile vel coquitur, vel maturatur, vel concoquitur ἑψανός. *Plin.* l. 15. c. 23. Coctivæ castaneæ. ¶ Apud *Apic.* l. 9. c. 4. *coctiva condimenta* videntur esse, quæ cito, et facile coquuntur: vel quæ coqui necesse est, ut edulia sint. *easy of digestion.*

COCTŎNA. V. *Cottana.*

COCTOR, oris, qui coquit. Legitur apud *Petron. in Satyr.* c. 95. ubi *coctores* a multis exponuntur coqui. Quidam leg. *lictores.* ¶ Translate est decoctor. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 26. Coctori credere pecuniam. Al. leg. *decoctori*, rectius. ¶ *Coctores juris* jculariter et ambigue dixisse *Plaut. Pœn.* 3. 2. 9. putat *Pareus:* sed alii leg. *coctiores.* V. *Coctus.*

COCTŪRA, æ, f. *a boiling or seething; a baking, roasting; a style of cooking*, ratio, seu modus coquendi. *Plin.* l. 19. c. 8. *circa med.* Apiciana coctura coquere aliquid. *Id.* l. 34. c. 8. *in fi.* Exurente coctura æs fragile conficitur. *Apic.* l. 6. c. 2. Dimidia coctura decoques, dum obduretur. et *ibid.* Modica coctura coquere. ¶ Item id, quod coquitur. *Colum.* l. 12. c. 18. *in fi.* Si quinta pars picis Bruttiæ in universam cocturam adjiciatur. ¶ Item moderata cæli temperies, qua fructus optime coquuntur et maturescunt. *Plin.* l. 14. c. 4. *a med.* Ea cæli temperies fulsit, quam cocturam vocant.

COCTUS, a, um, *cooked, dressed, roasted, boiled, baked*, ἑψηθεὶς, particip. a coquo, is. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 15. Quid curas, utrum crudum, an coctum edim? *Id. Cas.* 4. 2. 2. Vos cœnabitis, cœna ubi erit cocta. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 28. Coctus pavo. *Nepos in Eumen.* c. 8. Imperat comparari cibaria cocta dierum decem. *Sueton. in Claud.* c. 38. Cocta vendere. *h. e.* cibaria cocta. *Pers.* sat. 3. v. 22. Cocta fidelia. *h. e.* fictilis. *Martial.* l. 9. epigr. 77. Later coctus. *a brick. Propert.* l. 3. eleg. 9. v. 22. Agger coctus. *h. e.* ex coctis lateribus factus. *Id.* l. 4. el. 5. v. 60. Rosaria cocta. *h. e.* humore, et virore defecta, *dried roses.* ¶ De lignis coctis, V. in *Coctilis.* ¶ Ad illud *Virg.* 11. *Æn.* v. 553. Telum solidum nodis, et robore cocto: *Servius* hæc habet: Aut antiquam hastam fuisse significat: nam multi temporis aliquid *recoctum* vocatur: aut vere coctam. Hastæ enim igni plerumque durari consueverunt, ut facilius corticem demittant. ¶ *Cocta, æ*, apud *Martial.* est aqua decocta: ea ratione qua dicitur absolute *decocta*, et *calda.* Est qui caseum secundarium intelligit, quem Angli *a new-milk cheese.* dicunt. Locus est l. 2. epigr. 85. Vimine clausa levi niveæ custodia coctæ. ¶ Est etiam *coctus* idem quod maturus, cum de fructibus loquimur, *mature, ripe. Cic. de Senect.* c. 19. *ad fin.* Poma matura et cocta. *Plin.* l. 12. c. 5. Coctus solibus fructus. ¶ Translate *Cic. Attic.* l. 13. *ep. ult. ex Lucilio, ut videtur.* Bene coctus et conditus sermo. *Plaut. Mil.* 2. 2. 52. Non placet, quod reperit. Quidquid est, incoctum non expromit: bene coctum dabit: *h. e.* consilium bene meditatum, et deliberatum. ¶ Comparativum *coctior* habetur apud *Plaut. Pœn.* 3. 2. 9. Hodie juris coctiores non sunt qui lites creant. *Turneb.* l. 15. c. 7. *Adversarior.* ridiculum, inquit, dictu, *juris coctiores* pro *juris doctiores* dicere; quod urbanitate Comica conditum protulit, ambigui occasione usus. Nam et jus culinarium coquitur, et coctus, ac recoctus dicitur, qui in re aliqua tiro non est.

COCŬLA, n. plur. *boilers*, vasa ænea coctionibus apta. Alii cocula dicunt ligna minuta, quibus facile decoquantur obsonia. *Fest.* ¶ Ad priorem significationem firmandam affert *Isid.* l. 20. *Orig.* c. 8. hoc framentum *Plauti:* Ex æneis coculis mihi excocta est omnis misericordia. ¶ Feminino genere *Varr.* apud *Non.* c. 12. n. 52. Cocula, quæ coquebat panem primum sub cinere, postea in furno. Sed *cocula* hic potest etiam idem esse quod *coqua.* Sane alii scribunt *coqula.* Adde illud *Caton. R. R.* c. 11. Ahenum coculum, quod capiat culleum, urceos aquarios duos, &c. Quidam afferunt et illud *Plauti Capt.* 4. 2. 67. Laridum, atque epulas foveri coculis ardentibus. Sed plerique alii leg. *foculis ferventibus.*

COCUS. V. *Coquus.*

COCYTĬUS, a, um, Κωκύτιος, ad Cocytum pertinens. *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 471. Cocytia æquora.

COCȲTUS, et *Græca positione* Cocytos, i, m. *a river in the infernal regions*, Κωκυτὸς, fluvius Inferorum, qui e Stygia palude nascitur a κωκύω, fleo, ploro. V. dicta in *Acheron. Horat.* l. 2. od. 14. v. 17. Visendus ater flumine languido Cocytos errans. *Senec. in Herc. Fur.* v. 685. Palus inertis fœda Cocyti. ¶ Adjective *Petron. in Satyr.* c. 120. Cocyta perfusus aqua. Al. leg. *Cocyti.* ¶ Est hoc nomine fluvius exiguus Campaniæ, in Lucrinum lacum influens. *Sil.* l. 12. v. 116.

CODA, æ, f. *a tail*, idem quod cauda, ut *plaustrum plostrum, caudex coder*, &c. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 135. Canis sine coda. *Id.* l. 2. *R. R.* c. 7. Equus coda ampla, subcrispa. Adde *Petron. in fragm. Tragur.* c. 44. *Burm.*

CODĀNUS SINUS, [† nunc *der Sundt*, Anglice *the Sound*,] sinus Oceani Septentrionalis inter Scandinaviæ partem meridionalem, et Chersonesum Cimbricam, quo in mare Balticum abitus est: sed accipitur etiam pro ipso mari Baltico. *the Baltic. Plin.* l. 4. c. 13. *Pompon. Mela* l. 3. c. 3.

CODĒTA, ager trans Tiberim, in quo frutices exsistunt in modum codarum equinarum. *Festus.* ¶ Minorem Codetam memorat *Sueton. in Cæs.* c. 39. Ex quo intelligimus, etiam majorem fuisse, atque adeo duo loca hoc nomine fuisse appellata.

CODEX, codicis, m. *the body, trunk, stump, or stock of a tree*, στέλεχος, idem quod *caudex*, eo modo quo *claustrum clostrum, cauda coda* dicimus. *Ovid. Metam.* 12. v. 432. Codice qui misso, quem vix juga bina moverent, &c. *Colum.* l. 5. c. 6. *a med.* Radices terra subacta operiamus, et circumcalcemus ipsum codicem. ¶ *Codex robustus* erat ligneus stipes e robore, magni ponderis, quem alligati servi, qui deliquissent, trahere cogebantur, eique insidere, in eo cubare, secumque semper habere, donec a domino absolverentur. *a wooden log to which slaves were fastened by way of punishment.* Sunt qui intelligunt carcerem in privatis ædibus, quo includerentur noxii servi, cinctum roboreis axibus, quale erat in publicis carceribus *robur*, de quo V. suo loco. *a place of confinement.* Sed magis placet sententia *Turnebi* l. 23. *Adversar.* c. 21. quam posuimus. *Plaut. Pœn.* 5. 3. 33. Quos ego jam detrudam ad molas; inde porro ad puteum, atque ad robustum codicem. *Propert.* l. 4. eleg. 7. v. 49. Codicis immundi vincula sentit anus. *Juvenal.* sat. 2. v. 57. Horrida residens in codice pellex. ¶ Frequentissime accipitur pro libro, *a book:* quod Veteres olim codicem appellarunt plurium tabularum contextum, ut in *Caudex* dictum est. Itaque primo sic appellarunt plures scriptorias tabellas simul connexas, deinde plures quoque membranas, et chartas simul compactas, ut sunt hodieque nostri libri. Nam volumina erant membranæ, seu chartæ in orbem convolutæ. Hinc publicæ tabulæ *codices* appellantur, ut *Senec. de brevit. vitæ*, c. 13. docet. Sed et de quacumque scripta tabula, et libro dicitur. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 50. Codices membranei, vel chartacei, vel eborei, vel alterius materiæ. *Cic.* 3. *Verr.* c. 46. L. Piso multos codices implevit earum rerum in quibus, &c. *Id. ibid.* c. 61. Proferre falsum codicem. *Paulo ante dixerat* proferre tabulas. *Id. pro Syl.* c. 15. Referre in codicem. *Id. pro Rosc. Com.* c. 2. Instituere, conscribere codicem. et *ibid.* Codex accepti, et expensi. *a book of accounts, memorandum-book. Sueton. in Aug.* c. 101. Testamentum factum ab eo, ac duobus codicibus scriptum. *of which two copies were made out.* Quidam ita interpretantur, ut duobus tabulis scriptum fuerit, quod una non contineretur. *Juvenal.* sat. 10. v. 236. nam codice sævo Heredes vetat esse suos. *h. e.* tabulis testamenti. *a will.* ¶ Speciatim, et κατ' ἐξοχὴν sic appellatur, in quo collectæ sunt constitutiones Principum Romanorum, *the Code*, ut *Codex Justinianeus, Codex Theodosianus.*

CODICARĬUS. V. *Caudicarius.*

CODICILLĀRIS, re, adject. ad codicillos pertinens. *Lamprid. de Alex. Sev.* c. 49. Pontificatus, et Quindecimviratus, et Auguratus codicillares fecit. *h. e.* ut missis codicillis deferret, cui placuisset. Nam eas dignitates olim populus, postea Senatus distribuerat.

CODICILLUS, li, m. *a small trunk or stump of a tree*, parvus codex. *Cato R. R.* c. 55. et 130. Codicilli oleaginei. ¶ In plurali num. *codicilli* (qui et *pugillares:* unde *Catull.* carm. 42. in *Mœcham*, quæ vers. 5. *pugillaria* dixerat, mox vers. 11. &c. *codicillos* appellat) sunt parvæ tabellæ scriptoriæ, cera illitæ, in quibus stylo perscribitur, πινακίδιον, σχεδάριον. *small tablets of wax to write upon.* His usi sunt Veteres ante chartæ inventionem, cum per litteras aliquid alicui significandum erat, ut colligitur ex illo *Plinii* loco l. 13. c. 13. *in fi.* Homerus Bellerophonti codicillos datos, non epistolas, prodidit. et lib. 33. c. 1. Cum codicillis missitatos epistolarum gratia indicet. ¶ Sed et post inventam chartam eorum usus mansit, cum vel propere aliquid scribendum erat, vel cum chartam in promptu non habebant, ut in itinere, in cœna, in Senatu, &c. *Cic. Phil.* 8. c. *pænult.* Hic hesterno die sententias nostras in codicillos, et omnia verba referebat. *a memorandum-book.* ¶ Perscriptos codicillos aliquando in chartam transcribebant; mittendi causa, cum primum commode poterant, ut est in illo *Cicer.* (teste *Manut.*) l. 9. *Fam. ep. ult.* Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in codicillis exaravi. ¶ Sed et ipsos codicillos mittebant loco epistolæ, præsertim cum vicinus, et familiaris admodum erat, cui scribebatur, et fidissimus, qui perferebat. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 11. Epistolam hanc convicio efflagitarunt codicilli tui. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* l. 4. ep. 13. Cum non longe a Piræeo abessem, puer Acidini obviam mihi venit cum codicillis, in quibus erat scriptum, &c. *Cic. Fam.* 6. ep. 18. Simul accepi a Seleuco tuas litteras,

statim quæsivi a Balbo per codicillos, quid esset in lege. *Senec.* ep. 55. *in fi.* Adeo tecum sum, ut dubitem, an incipiam non epistolas, sed codicillos tibi scribere. *Lips. in epistol. institut.* c. 2 docet ex hoc *Seneca* loco, proprie codicillos esse, quos ad præsentes mittimus, Anglice *billets, notes*, epistolas vero, quas ad absentes. Hoc tamen discrimen non semper verum est. Nam codicilli ponuntur etiam universim pro epistola, *a letter, epistle. Sueton. in Calig.* c. 55. Perferre ad aliquem codicillos in Mauritaniam. *Id. in Othon.* c. 10. Exarare codicillos consolatorios ad aliquem. ¶ Item pro libello cujusvis generis, *a book, writing, treatise. Senec. de clement.* c. 15. Petiit, ut sententiam suam quisque scriberet: deinde priusquam aperirentur codicilli, &c. *Tacit. Ann.* 11. c. 34. Simul codicillos libidinum indices tradidit. ¶ Pro libello supplici, *a memorial, petition. Tacit. Ann.* 4. c. 39. Componit ad Cæsarem codicillos, &c. *Id. Ann.* 6. c. 9. Precari aliquid per codicillos. ¶ Item pro scripto, quo Princeps officium, ac munus publicum alicui tradit, *a letter or writing conferring some privileges, a diploma. Sueton. in Claud.* c. 29. Suppositi, aut etiam palam immutati datorum officiorum codicilli. *Id. in Calig.* c. 18. Senatori codicillos misit, quibus prætorem eum extra ordinem designabat. *Impp. Valentin. Valens, et Gratian.* lib. 6. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 28. Consulares, ac Prætorios Codicillos consequi. *h. e.* consulatum, ac præturam per codicillos. ¶ Denique pro scriptura, qua quis ultimam suam voluntatem significat, minus tamen solemni, quam testamentum: qua de re V. JCtos, *an addition to a testament; a codicil to a will. Tacit. Ann.* 15. c. 64. *in fi.* Sine ullo funeris solemni crematur. Ita codicillis præscripserat. *Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. 7. *qui est* de jure codicillorum, leg. 1. Codicillos facere. *Paul. ibid.* leg. 8. conficere. *Martian. ibid. leg. pænult.* scribere ad aliquem. *Julian. ibid.* leg. 2. Dare alicui aliquid per codicillos. *Martian. ibid.* leg. 6. Legare alicui aliquid codicillis. ¶ In sing. numero. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 18. leg. 7. Aliquid alicui conferre testamento, legato, codicillo. Adde *ibid.* lib. 16. tit. 5. leg. 40.

CODICŬLA, læ, f. parva cauda. *Apic.* l. 7. c. 1. ubi alii *cuticula*.

CODRUS, i, m. ultimus Rex Atheniensium, Melanthi filius, qui cum cives sui gravi bello a Lacedæmoniis premerentur, respondissetque Oraculum, *Quorum dux ab hoste esset occisus, eos fore superiores*, deposita veste regia, in castra hostium perrupit, ibique interemptus est. *Horat.* l. 3. od. 19. v. 2. et *Justin.* l. 2. c. 6. ¶ Fuit etiam Romæ tempore Domitiani Codrus poeta malus, et pauperrimus, de quo *Juvenal.* sat. 3. v. 203. et 208.

CŒBUS. V. *Cubus.*

CŒLE, es, nomen Syriæ: a κοίλη, *h. e.* cava. *Plin.* l. 5. c. 12. ¶ Item ejusdem Syriæ pars, quæ et *Cœlesyria* dicitur, a cavitate locorum, quoniam inter altissimos montes Libanum et Antilibanum depressa jacet. *Id. ibid.* c. 20. et *Liv.* l. 42. c. 29. et l. 45. c. 11. ubi habetur *in Cœlen Syriam processit.* Adde Inscript. apud *Fabrett.* c. 10. n. 215. ubi præsidi Syriæ Cœlæ. ¶ Latina positione est *Cœla, æ.* Hinc *Eubœæ Cœla* apud *Valer. Max.* l. 1. c. 8. n. 10. est sinus Eubœæ insulæ.

CŒLEBS cum derivatis, V. *Cœlebs.*

COELEMENTĀTUS, a, um, ex elementis compositus. Est *Tertulliani advers. Valentin.* cap. 23.

CŒLIĂCUS, a, um, κοιλιακός. *Cœliacus morbus* dicitur, qui in ipsius ventriculi porta, qua intestinis jungitur, consistit. *the cœliac passion: a diarrhœa or flux arising from the indigestion or putrefaction of food in the stomach and bowels.* Sub hoc venter indurescit, dolorque ejus est: alvus nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit: extremæ partes frigescunt: difficulter spiritus redditur. Ita *Cels.* l. 4. c. 12. describit, sed ipsam vocem Græce usurpat. Sunt tamen aliæ hujus morbi species, de quibus Medicos consule. Est a κοιλία, alvus. *Cato R. R.* c. 125. Cœliacus dolor. ¶ Hinc *Cœliaca medicamenta*, quæ contra hunc morbum dantur. *Plin.* l. 20. c. 18. Medicinæ pepticæ, et cœliacæ. ¶ *Cœliacus* etiam dicitur, qui tali morbo laborat. *Scribon. Larg. compos.* 95. Facit hoc medicamentum ad Cœliacos, qui subito universa dejiciunt. *Plin.* l. 28. c. 14. Cœliacis, et dysentericis medetur jecur vaccinum. *Id.* l. 30. c. 7. Cœliacorum dolores mulcere. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *a med.* Apes cœliacas fieri.

CŒLIĀNUS, a, um, ad Cœlium pertinens. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 12. Fortuna velim meliore, animo Cœliano. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 8. Cœlianos vocat socios Cœlii Vibenni, de quo V. in *Cœlius.*

CŒLICŬLUS. V. *Cœliolus.*

CŒLIMONTĀNUS, a, um, ad Cœlimontium pertinens, ut *Cœlimontana porta*, quæ Romæ fuit prope Cœlimontium. *Cic. in Pison.* c. 23.

CŒLIMONTĬUM, ii, n. secunda regio urbis Romæ, quæ tota fere Cœlio monte continebatur. *P. Vict. de regionib. Urb. R.*

CŒLIŎLUS, li, m. locus Romæ prope Cœlium montem, quo traducti fuerunt quidam ex sociis Cœlii Vibennæ, ut ibi habitarent. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 8. ¶ Apud *Cicer. de Harusp. resp.* c. 15. legitur *Cœliculus.*

CŒLIOTICA MEDICAMENTA, *purgative medicines*, κοιλιωτικά, dicuntur, quæ ventrem purgant, a κοιλία, alvus. *Cæl. Aurelian. Chronic.* l. 1. c. 5.

CŒLIUS, ii, m. nomen propr. R. ut *M. Cœlius Rufus*, pro quo exstat *Ciceronis* oratio. ¶ *Cœlius mons* Romæ in regione urbis secunda, dictus est primo *Querquetulanus*, quod multa quercu esset consitus: postea Cœlius a Cœle Vibenna, seu Cœlio Vibenno, qui dux gentis Etruscæ, cum in auxilium Romuli venisset contra Sabinos, sedem eam acceperat. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 8. *Tacit. Ann.* 4. c. 65. et *Fest.* ¶ Additus fuit Urbi a Tullo Hostilio, qui in eo quoque habitavit. *Liv.* l. 1. c. 30. ¶ Cœlius Aurelianus medicus Afer, e Sicca Numidiæ oppido vixisse creditur a quibusdam circa Galeni tempora, hoc est sæculo Christi II. ab aliis post sæculum IV. Scripta ejus, ut Afri hominis, a nitore, ac puritate Romani sermonis longe absunt, sordidioribus passim aspersa vocibus, et Græcis sæpissime immixtis referta, ut non modo nihil ex ejus lectione proficere possit Latine sciendi studiosus, verum et labem contrahere, si nimis diu immorari voluerit. ¶ *L. Cœlius Antipater*, historicus Latinus, idemque jurisperitus, vixit temporibus Gracchorum, ut est apud *Valer. Max.* l. 1. c. 7. n. 6. scripsitque historiam belli Punici, teste *Cicer. in Orat.* c. 69. Ejus fragmenta nobis servarunt *Gell. Charis. Fest. Non.* et alii. ¶ Scribitur et *Cœlius* per *æ*: sed pro *œ* stant *Manut. Dausqu.* et *Cellar.* ex numis, marmorib. et antiquis libb. Quamquam et *æ* in quibusdam lapidibus reperiatur, ut proinde damnari omnino non possit.

CŒLO, as. V. *Cælo.*

CŒLUM cum derivatis V. *Cælum.*

COEMENDĀTUS, a, um, emendatus, correctus. *Arnob.* l. 2. pag. 56. Parvulus concinnavit scientiolas, et ad unum exitum temporibus plurimis coemendata perduxit.

CŒMETERĬUM, ii, n. *a cemetery, place where the dead are reposited*, κοιμητήριον, Græce significat locum ad dormiendum destinatum: a κοιμάω, dormio: item in quo sepulta jacent mortuorum corpora. In posteriori hac significatione adhibetur a *Tertull. de Anim.* c. 51. et *Hieronymo de Scriptorib. Eccles. de S. Ignatio.*

COĔMO, is, a. 3. *to buy up commodities; to purchase*, συνωνέομαι, συναγοράζω, simul emo. Dicitur enim fere, cum res plures simul emuntur. *Cic.* 6. *Verr.* c. 59. *ad fin.* Quæ tum non modo venditabant, verum etiam coemebant. *Id. Fam.* 15. ep. 18. Sylla omnia bona coemit. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 3. Jumentorum, et carrorum quam maximum numerum coemere. Adde *Terent. Adelph.* 2. 2. 17. *Petron. in Satyr.* c. 112. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 9. et *Sueton. in Vespas.* c. 16. ¶ Pro conducere quidam leg. apud *Sueton. ibid.* c. 18. *Coemere poetas, et artifices.* Sed varia ibi, et incerta admodum lectio est.

COEMPTĬO, onis, f. *a purchasing; coemption*, συνωνή, actus coemendi. *Cic. pro Mur.* c. 12. Horum ingenio senes ad coemptiones faciendas, interimendorum sacrorum causa, reperti sunt. V. vocem sequent. ¶ Est et ratio quædam matrimonii ineundi, quæ *coemptio* appellabatur. *a form of marriage amongst the Romans.* Ea se uxor, et maritus invicem coemebant per formulas illas: *Vis ne mihi esse materfamilias? Vis ne mihi esse paterfamilias?* Differt ab *usu* et *confarreatione*, quæ duo præterea matrimonii genera fuere. Coemptionis faciendæ ratio hæc erat, *Varrone* auctore apud *Non.* c. 12. n. 50. Mulier nubens tres ad virum asses ferre solebat, atque unum quidem, quem manu tenebat, tanquam emendi causa marito dabat; alium, quem in pede habebat, ponebat in foco Larium familiarium, tertium in sacciperio cum condidisset, compito vicinali solebat resignare; atque hoc pacto dicebatur in potestatem mariti venire. Addit *Serv. ad Æn.* 4. v. 103. adhibitum fuisse ignem et aquam, duo nempe maxime necessaria elementa. *Cic. pro Flacc.* c. 34. In manum, inquit, convenerat. Nunc audio: sed quæro, usu, an coemptione: usu non potuit, &c. coemptione? omnibus ergo auctoribus. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 56. Neque illud est mirandum, qui, quibus verbis coemptio fiat, nesciat, eundem ejus mulieris, quæ coemptionem fecerit, causam posse defendere. Adde *pro Mur.* c. 12. ¶ Apud *Boeth. de consol. Philos.* pros. 4. dicitur *coemptio*, quod Græce μονοπώλιον, *a monopoly.*

COEMPTIONĀLIS, le, adject. Coemptionalis senex, apud *Plaut. Bacch.* 4. 9. 52. et *Curium ad Cicer. Fam.* 7. ep. 29. dicitur senex nullius pretii, nulliusque usus, nisi ad coemptiones faciendas. Est enim ille *Coemptionalis senex* apud JCtos, qui ex veteri more condendi testamenti per æs, et libram, ementi hereditatem accedebat, et familiæ sacra in se transferebat, ut secum commorerentur, et sic heres ab hoc onere liber esset. Sacra enim privata, ex lege XII. Tabular. perpetua esse debebant, et ad heredes transire. Itaque fictitia quadam venditione in pauperrimos senes transferebantur, quibus nulli essent heredes. Hi porro *coemptionem facere* dicebantur, *h. e.* simul emere hereditatis jura. Nisi malis dicere, non a testatore, sed ab herede ipso post aditam hereditatem comparatum esse senem, cui fictitia mancipatione hereditatem traderet, et a quo rursus nova stipulatione illam redimeret. Quo fiebat, ut a sacrorum onere liber esset, quippe qui non hereditatis, sed emptionis titulo possidebat. *Cic. pro Mur.* c. 12. Sacra interire illi noluerunt: horum ingenio senes ad coemptiones faciendas, interimendorum sacrorum causa, reperti sunt. *J. F. Gronovius de pec. vet.* l. 4. c. 8. contendit, *senem coemptionalem* apud *Plautum*, et *Curium* esse illum, qui solus vendi nequit, sed inter rejicula mancipia confertur, ut gregatim vendatur.

COEMPTIONĀTOR, V. *Coemptor.*

COEMPTOR, et Coemtor, oris, m. *one who buys things up; a purchaser. Apul. in Apolog.* Testium coemptor. *Juvenal.* sat. 14. v. 293. Frumenti dominus, piperisque coemptor. Al. leg. *coempti.* ¶ Item qui coemptionem facit. *Ulpian. lib. regular.* tit. 11. *de tutelis.* Qui liberum caput mancipatum sibi vel a parente, vel a coemptore manumisit. Al. leg. *coemptionatore.*

COEMPTUS, et Coemtus, a, um, *bought up, purchased*, συνωνηθείς, emptus, vel simul emptus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 55. Magnus numerus equorum in Italia coemptorum. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 245. Luscinias prandere coemptas. *Id.* l. 1. od. 29. v. 13. Libri undique coempti.

CŒNA, et Cena, æ, f. *a supper, the principal meal of the Romans; a sort of late dinner*, δεῖπνον, epulum, convivium, cibus: a θοίνη, epulum, convivium, vel a κοινός, communis, ut proprie significet epulationem multorum simul vescentium. Fuit apud Latinos ordinaria, et, ut ita dicam, legitima post elapsum diei dimidium, aut ad vesperam. Prandium vero iis fuit (saltem primis temporibus) cibus matutinus. V. *Prandium*, et *Tempestivus. Cic.* 5. *Tuscul.* c. 34 Negavit, se illo jure nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. *the first dish. Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 6. Venit ad nos Cicero tuus ad cœnam. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 35. Redire a cœna. *to go home after supper. Id. Fam.* 9. ep. 24. Itare ad cœnas. *to go out to supper frequently. Id. Attic.* 9. ep. 13. *ad fin.* Obire cœnas. *to frequent suppers. Plaut. Aulul.* 2. 7. 3. et *Nepos in Cim.* c. 4. Cœnam coquere. *to get ready a supper. Terent. Heaut.* 1. 1. 74. apparare. *Plaut. Pœn.* 5. 3. 32. curare. *Gell.* l. 2. c. 24. instruere pomis, et oleribus. *Terent. Andr.* 2. 2. 32. Ferre alicui pisciculos in cœnam. *Sueton. in Aug.* c. 74. Præbere cœnam ternis ferculis. *a supper consisting of three courses. Cic. Attic.* l. 6. ep. 3. *ad fin.* Vocare aliquem ad cœnam. *Id.* l. 7. *Fam.* ep. 9. invitare. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 21. *in fi.* Imperare cœnam puero. *to order a supper. Id. Attic.* l. 9. ep. 13. et *Fam.* 9. ep. 24. Facere cœnas. *h. e.* celebrare, inire. *Plin.* l. 7. ep. 3. Facere cœnam alicui. *h. e.* parare, curare, dare. *Sueton. in Tiber.* c. 42. Condicere alicui cœnam. (V. *Condico.*) *Id. in Galba*, c. 12. et *Plin.* l. 3. ep. 1. Apponere cœnam lautiorem. *Cic. Fam.* 9. ep. 20. et *Plaut. Capt.* 4. 4. 2. dare alicui. *Sueton. in Claud.* c. 32. et *Plin.* l. 6. ep. 31. Adhibere aliquem cœnæ. *Sueton. in Tiber.* c. 56. Super cœnam proponere quæstiones. *h. e.* inter cœnandum. Eod. sensu *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 6. Hæc inter cœnam Tironi dictavi. *Plin.* l. 1. ep. 15. Promittere alicui ad cœnam. *h. e.* se iturum ad cœnam. ¶ *Facere aliquid in cœnam*, h. e. coquere, et condire cœnæ causa. *Petron. in fragment. Tragur.* c. 47. *Burm.* Quem ex eis, (*porcis*) vultis in cœnam fieri? *Valer. Max.* l. 8. c. 1. n. 8. Rogatus, ut omasum in cœnam fieri juberet. ¶ Fercula *ante cœnam* sunt, quæ principio cœnæ inferuntur, *antepasts; the first course.* quæ vero deinde apponuntur, in cœna appellantur. *commons. Metellus* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 9. Cœna hæc fuit: Ante cœnam echinos, ostreas, peloridas, turdum, asparagos, &c. In cœna sumen, sinciput aprugnum, patinam piscium, &c. V. *Horat.* l. 2. *sat. ult. Plin.* l. 1. *Epist.* 15. *Martial.* l. 11. epigr. 53. et *Juvenal.* sat. 5. et 11. qui cœnarum Romanarum apparatum, et fercula describunt. ¶ Prima, altera, tertia cœna, apud *Martial.* l. 11. epigr. 32. sunt prima, secunda, tertia cœnæ fercula. *the first, second, third course.* ¶ De cœna *adventicia, recta, tempestiva*, &c. V. *Adventicius*, &c. ¶ *Fest.* docet, ab antiquis *cœnam* dictam esse, quod nunc est prandium; et *vespernam*, quam nunc cœnam appellamus. Et in littera *V* tradit, *vespernæ* vocem a *Plauto* usurpatam fuisse. ¶ In illo *Plinii* l. 12. c. 1. Quam cœnam appellavit ille nidum: cœna ponitur pro loco, in quo cœnatur. V. integrum loc. ¶ *Cœna comesa venisse*, proverbio dicitur qui sero, et re confecta advenit. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. ¶ *Cœna* scribitur, *cena*, et *cæna*. Pro prima scriptione stant etymologia, quam adduximus, *Dausq. Cellar.* et vetus lapis apud *Dausq.* in quo *cœnarent* habetur. Pro secunda *Manut.* allegans octo lapides, et aliquot veteres libros. Tertiam habet *Fest.* et *Inscript.* apud *Spon. in Miscell.* pag. 292. in qua *cænaculum* scriptum est. *Festus* in *Poesnis.* docet, antiquos *cæsnas* dixisse pro *cænas.*

CŒNACULARĬUS, et Cenacularĭus, a, um, ad cœnaculum pertinens. *Cœnaculariam exercere* apud *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 3. leg. 5. dicitur is, qui cœnacula conducit, ut aliis cum lucro locet, *lets out garrets to hire.* ¶ *Cœnacularius, ii*, est, qui cœnaculum conduxit. [Non qui conduxit, sed qui pretium locationis exigebat, quique ideo Græce ἐνοικολόγος vocabatur, nempe *the rent-collector.*] *Id. Dig.* lib. 13. tit. 7. leg. 11.

CŒNACŬLUM, et Cenaculum, i, n. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 33. *sub fin.* Ubi cubabant, cubiculum, ubi cœnabant, cœnaculum vocitabant. *a room to sup in.* Posteaquam in

superiore parte cœnitare cœperunt, superioris domus universa, cœnacula dicta. Hæc *Varro*. Itaque in hac posteriori significatione fere adhibetur, *the upper part of a house; the garret, attic*, ὑπερῷον. Hinc *Fest.* Cœnacula dicuntur, ad quæ scalis ascenditur. *Liv.* l. 39. c. 14. Hispalæ cœnaculum super ædes datum est, scalis ferentibus in publicum obseratis, aditu in ædes verso. ¶ Creberrimæ erant Romæ ædes cum cœnaculis. Nam cum crevisset in immensum populi multitudo, omnesque jam areæ ædificiis occupatæ essent, id unum reliquum fuit, ut ipsæ ædes in magnas altitudines additis contignationibus extollerentur, ut narrat *Vitruv.* l. 2. c. 8. *ad fin. apartments in the upper stories.* Hinc *Cic.* 2. *Agrar.* c. 35. Roma in montibus posita, et convallibus, cœnaculis sublata atque suspensa. ¶ Hujusmodi cœnacula in diversa cubicula distincta solebant locari pauperibus. Nam ditiores in planis ædium habitabant, ut commodioribus. Hinc *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 91. Quid pauper! viden', ut mutat cœnacula, lectos, &c? *Juvenal.* sat. 10. v. 17. egregias Lateranorum obsidet ædes Tota cohors: rarus venit in cœnacula miles. *Sueton. in Vitell.* c. 7. Meritorium cœnaculum. *furnished apartments.* ¶ Translate *Enn.* apud *Tertullian. advers. Valentinian.* c. 7. Cœnacula maxima cæli. *h. e.* superioris cæli partes. ¶ Quod in quibusdam Inscriptionibus monumentorum legitur cœnaculum sepulcro adjunctum, putat *Spon. in Miscellan.* pag. 292. esse locum, in quo daretur cœna, seu epulum ex testamento defuncti.

CŒNĀTĬCUS, et Cenaticus, a, um, ad cœnam pertinens. *Plaut. Capt.* 3. 1. 36. Est illic mihi una spes cœnatica. *idest* cœnandi. ¶ *Cœnatica, orum,* in *Codic. Justinian.* lib. 12. tit. 38. leg. 3. erant genus exactionis, quod milites solebant a provincialibus exigere quasi pro cœna.

CŒNĀTĬO, et Cenatio, onis, f. *an apartment for supping in,* locus, in quo cœnatur. Differt a triclinio, ut patet ex *Plin.* l. 2. ep. 17. et l. 5. ep. 6. Utrobique enim cœnationem, et triclinium diversis in locis nominat. Item ex *Serv. ad Æn.* 1. v. 702. ubi negat hæc duo idem esse. Unum autem discrimen in eo videtur esse, quod triclinium est tantummodo is locus, in quo lecti tricliniares sternuntur: cœnatio vero latius patet, et eum quoque locum significat, in quo stibadium, seu sigma ad accumbendum adhibebatur. Aliud, quod cœnatio in summa parte ædium fuit, triclinium non item: item cœnatio angustior, et domesticorum, triclinium amplius et excipiendis hospitibus. Aliæ fortasse differentiæ erui poterunt ex locis Scriptorum, quos subteximus, in quibus cœnationum mentio fit. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 77. *Burm. Senec. de Provid.* c. 4. *de consol. ad Helv.* c. 9. epist. 90. et 95. et l. 4. *quæst. nat. c. ult. Plin.* l. 36. c. 7. *in fi. Sueton. in Ner.* c. 31. *Colum.* l. 1. c. 6. *Juvenal.* sat. 7. v. 181. *et Martial.* l. 2. epigr. 59.

CŒNĀTIUNCŬLA, æ, f. *a small supping-room,* parva cœnatio. *Plin.* l. 4. *ep. ult.* Fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manufacta.

CŒNĀTŌRĬUS, et Cenatorius, a, um, ad cœnandum pertinens. *Capitolin. in Maxim. jun.* c. 4. Vestis cœnatoria. *Sidon.* l. 2. ep. 9. *ad fin.* Cœnatoria fames. ¶ *Cœnatoria, orum,* sunt cœnatoriæ vestes. *Petron. in Satyr.* c. 21. Lassitudine abjecta cœnatoria repetimus. *Martial.* l. 10. epigr. 87. Cœnatoria mittat advocato. Adde *in lemmate* epigr. 135. lib. 14. et *Pompon. Dig.* lib. 32. tit. 2. leg. 34. [¶ *Cœnatorium* absolute est etiam locus cœnando factus, cœnatio. *Inscript. in Ephemer. Florent.* ann. 1768. col. 442. I. O. M. Dol. Q. Publicius Modestinus et Claudius Cenatorium P. S. F. L. D. D. D. Cœnaculum significatur Jovi Dolicheno præparatum. *h. e.* locus datus decreto Decurionum, ubi Jovi cœna apponeretur. *Jul. Capitol. in Pertin.* c. 11. Ingressi, inquit, porticus Palatii usque ad locum, qui appellatur Sicilia et Jovis cœnatio.]

CŒNĀTŪRĬO, et Cenaturio, is, a. 4. *to have an appetite for supper,* δειπνησείω, cupio cœnare. *Martial.* l. 11. epigr. 78. Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

CŒNĀTUS, et Cenatus, a, um, *having supped,* nomen ex particip. vocis passivæ, significationis activæ, qui cœnavit. *Cic. pro Deiot.* c. 7. Cur te lotum voluerit occidere, cœnatum noluerit. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 27. Qui ut cœnati quiescerent, concubia nocte, &c. *Id. Attic.* l. 2. ep. 16. Cœnato mihi, et jam dormitanti epistola est illa reddita. *Sallust. in Jug.* c. 114. Statim milites cœnatos esse jubet. Adde *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 61. et *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 195. ¶ Cœnatæ noctes apud *Plaut. Trucul.* 2. 2. 24. sunt, quæ laute cœnando traducuntur.

CŒNĬTO, et Cenito, as, a. 1. *to sup frequently, be in the habit of supping,* frequentativum a cœno, *as. Cic. Fam.* 7. ep. 16. Ego si foris cœnitarem, Cn. Octavio non defuissem. *Id. Fam.* 9. ep. 7. et ep. 16. *ad fin.* Cœnitare apud aliquem. *Apul. initio* l. 9. *Metam.* Sacrificales epulas cum sacerdotibus cœnitabat. ¶ Passive impersonaliter. *Macrob.* l. 2. *Saturnal.* c. 13. Ut patentibus januis pransitaretur, et cœnitaretur.

CŒNO, et Ceno, as, avi, atum, a. 1. *to sup,* δειπνέω, cœnam sumo. *Cels.* l. 1. c. 3. *post med.* Qui vomuit, si mane id fecit, ambulare debet, tum ungi, deinde cœnare. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 6. Cum Pomponia foris cœnaret. *Id.* l. 1. *Fam.* ep. 2. Eo die casu apud Pompeium cœnavi. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 70. Cœnare cum aliquo. *Lucil.* apud *Cicer.* 2. *de Fin.* c. 8. Cœnasti in vita nunquam bene. *Cic. ibid.* Cœnare libenter. *Plaut. Casin.* 3. 6. 19. Cœnare lepide, nitideque. *Gell.* l. 19. c. 7. Cœnare ad aliquem. *h. e.* apud aliquem. ¶ Passive impersonaliter. *Nepos in Attic.* c. 14. Neque unquam sine aliqua lectione apud eum cœnatum est. *Sueton. in Tiber.* c. 42. Ut multis ministrantibus cœnaretur. *Liv.* l. 2. c. 4. Cum cœnatum apud Vitellios esset. Quædam Editiones cum antiquis A. 1470. et 1480. habent: *Cum cœnati apud Vitellios essent*: ex qua lectione docent nonnulli, æque recte dici *cœnatus sum* in præterito, ac *cœnavi*: quod et *Varro* admittit apud *Gell.* l. 2. c. 25. ¶ De particip. *cœnatus* V. supra suo loco. ¶ Sæpe habet post se accusativum, et significat in cœna comedere. *to sup upon. Horat.* l. 1. ep. 18. v. 48. Cœnare pulmenta laboribus empta. *Id.* l. 2. sat. 3. v. 134. aprum. *Id.* l. 1. ep. 5. v. 2. olus. *Plaut. Rud.* 2. 6. 24. Scelestiorem cœnam cœnavi tuam, quam quæ Thyestæ quondam posita est. *Apulei.* l. 4. *Metam.* Saliares se cœnasse cœnas crederet. *Plin.* l. 10. c. 51. Cœnare summas rerum naturæ opes. *h. e.* in cœna absumere. *Id.* l. 24. c. 1. *ad fin.* Cum remedia vera quotidie pauperrimus quisque cœnet. *scil.* herbas comedendo. [¶ Translate *Plaut. Asin.* 5. 2. 86. Ecastor cœnabis hodie, ut dignum est, magnum malum. *Sueton. in Aug.* c. 70. Cœnat adulteria.] ¶ Hinc particip. *cœnandus. Pers.* sat. 5. v. 9. olla sæpe insulso cœnanda Glyconi. ¶ De ratione scribendi, V. in *Cœna.*

CŒNŌBĪTA, æ, m. *living in community.* Cœnobitæ dicuntur, qui in eodem simul loco sub iisdem legibus vivunt, quales sunt quos hodie *Fratres* appellamus: de quibus multa *Augustin.* l. 1. *de morib. Eccles. Cathol.* c. 31. Est autem Græca vox a κοινὸς, communis, et βίος, vita. *Hieronym.* l. 2. *commentar. in* cap. 3. *Lamentat. Hierem.* et epist. 22. *ad Eustoch.* c. 15.

CŒNŌBĬUM, ii, n. *a convent, monastery,* κοινόβιον. Græca vox est, et proprie significat vitæ societatem, et communitatem: a κοινὸς, communis, et βίος, vitæ. Sed accipitur etiam pro loco, in quo simul vivunt, qui *Cœnobitæ* dicuntur. *Hieronym.* l. 2. *commentar. in* cap. 3. *Lamentat. Hierem.*

CŒNŎPUS, V. *Chænopus.*

CŒNŌSĬTAS, atis, f. *a place full of mud,* locus cœnosus. *Fulgent. in Contin. Virgil.* pag. 156. *Munk.* In temporales gurgitis cœnositates, morumque fœculentias transit.

CŒNŌSUS, a, um, *full of mud, muddy, boggy, swampy, marshy,* βορβορώδης, plenus cœno. *Juvenal.* sat. 3. v. 266. Cœnosus gurges. *Colum.* l. 7. c. 10. Cœnosus lacus. *Solin.* c. 49. (*al.* 62.) *ad fin.* Cœnosior liquor.

CŒNŬLA, et Cenula, æ, f. *a little supper,* δειπνάριον, diminu. a cœna. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 32. Hesterna cœnula non intellexistis, me pecunia non egere? Adde lib. 9. *Fam.* ep. 24. et *Varron.* apud *Non.* cap. 1. n. 6.

CŒNULENTUS, a, um, cœno conspersus, *bespattered with mud. Tertull. de Pall.* c. 4. *a med.* Cœnulenti pedes.

CŒNUM, i, n. *dirt, mire, mud, filth,* βόρβορος, lutum, sordes: a κοινὸν, sordidum. Est enim proprie variarum sordium collectio. In quo differt a *luto,* quod sola aqua et terra constat. Unde *Paul. Dig.* lib. 47. tit. 11. leg. 1. Si quis cœno, luto oblinierit. ¶ Sed et promiscue usurpatur. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 24. Male olere omne cœnum. *Id. Verr.* 7. c. 68. Oblitus cœno. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 4. Cœno collitus. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 27. cœno cupiens evellere plantam. *Plaut. Bacch.* 3. 1. 17. Ex lutulento cœno elicere aliquem. *Tacit.* 1.° *Ann.* c. 63. Loca tenacia gravi cœno. *Curt.* l. 3. c. 13. Demergi in cœnum. *Lucret.* l. 6. v. 978. Volvi in cœno. *Lactant.* l. 6. c. 23. Immergere se cœno. *Cic. in fragm.* apud *eund.* l. 3. c. 19. Jacere in cœno. *Plin.* lib. 31. cap. 3. Damnantur fontes, qui cœnum faciunt. ¶ Allegorice *Lucret.* l. 3. v. 77. Ipsi se in tenebris volvi, cœnoque queruntur. *h. e.* humilem, ac sordidam vitam ducere. ¶ Est etiam convicium in sordidum, ac vitiosum hominem. *a mean dirty fellow. Cic. pro Dom.* c. 18. O cœnum, o portentum, o scelus! *Id. pro Sext.* c. 8. *ad fin.* Habeo quem opponam labi illi atque cœno. Adde *Plaut. Pseud.* 1. 3. 132. et *Pers.* 3. 3. 3. ¶ Proverb. est illud *Lucilii* apud *Non.* c. 2. n. 539. Mordicus petere aurum e flamma expediat, e cœno cibum. V. *Flamma.* ¶ Scribitur et *cænum* per *æ.* Sic enim legi in veterib. libris, et Virgilio Carpensi, testatur *Manut. in Orthogr.* Sed *Dausq.* alteram magis probat. frequentior certe est.

COĔO, is, ivi, et ii, itum, n. 4. *to go or come together, assemble, meet, collect, resort,* σύνειμι, συνήκω, simul eo, convenio, conjungor. *Lucret.* l. 3. v. 396. Concursare, coire, et dissultare vicissim. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 753. Millia crabronum coeunt, et vertice nudo Spicula defigunt. *Tacit. Ann.* 4. c. 69. Coire in aliquem locum. *Horat. de art. Poet.* v. 207. Coire aliquo. *Plin.* l. 1. ep. 5. Coimus in porticum Liviæ, cum alter ad alterum tenderemus. *when we wish to meet each other. Liv.* l. 6. c. 3. Neque se conglobandi coeundique in unum, aut arma capiendi datur spatium. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 75. Reliqui coeunt inter se, et repentino periculo exterriti, sinistras sagis involvunt, gladiosque distringunt. *Id.* l. 6. *B. Gall.* c. 21. Gentes quæ simul coierunt. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 123. Mille procis placui, qui me coiere querentes, Nescio quem thalamis præposuisse suis. *h. e.* me convenerunt. *Horat. de art. Poet.* v. 12. ut placidis coeant immitia. *Plin.* l. 11. c. 28. Cornua bisulcis dentata forcipibus, cum libuit, ad morsum coeuntibus. *Cels.* l. 2. c. 8. Palpebræ dormientis non coeunt, sed album oculorum apparet. *do not close.* (Sic *Valer. Flacc.* l. 3. v. 253. porta coit.) et *ibid.* si in magno abscessu multum puris coit. *collects. Id. ibid.* c. 10. Arteria incisa neque coit, neque sanescit. *will not grow together.* Sic *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 4. v. 40. Rumpere vulnera coeuntia. Et l. 5. *Trist.* eleg. 2. v. 9. spatioque suo coitura putavi Vulnera. *Plin.* l. 35. c. 15. Bitumen spissatur, et in densitatem coit. *thickens.* Sic *Virg.* 3. *Æn.* v. 30. gelidusque coit formidine sanguis. *the blood grows chill in my veins.* ¶ *Coire societatem, collegium,* est inire, facere. *Martian. Dig.* lib. 47. tit. 22. leg. 1. Ne sub prætextu hujus illicitum collegium coeant. ¶ Translate *Horat.* l. 1. ep. 3. v. 32. male sarta Gratia nequicquam coit, et rescinditur. *endeavours fruitlessly to close. Propert.* l. 3. el. 13. v. 8. Vix memini nobis verba coisse decem. *h. e.* decem verba nos inter nos fecisse. *I scarcely recollect that we ever exchanged ten words together. Senec. in Hippol.* v. 1043. Ultima facies in monstrum coit. *h. e.* in monstri speciem componitur. ¶ Sæpe significat convenire, societatem inire, *to meet together. Terent. Eun.* 3. 4. 1. Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræeo, in hunc diem ut de symbolis essemus: locus, tempus constitutum est. *Cic. post redit. in Senat.* c. 7. Cum hoc coire ausus es, ut &c? *paulo ante dixerat* consociare consilia. *Virg.* 11. *Æn.* v. 292. Coire in fœdera. *Sueton. in Aug.* c. 32. Plurimæ factiones titulo collegii novi, ad nullius non facinoris societatem coibant. ¶ Hoc sensu sæpe dicimus *coire societatem* activo more. *Cic. Phil.* 2. c. 10. Utinam, Cn. Pompeii, cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 34. Si nullam societatem neque sceleris, neque præmii cum homine ullo coieras. *Id. ibid.* c. 31. Coire societatem cum aliquo de aliqua re. *Paul. Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 65. Coire societatem in rem aliquam faciendam. ¶ Et passive *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 7. *in fi.* Societas coitur. Adde *Gell.* l. 1. c. 9. *in fi.* ¶ De congressu animalium generationis causa, frequentissimum est. *Ovid. Plin. Colum.* &c. [immo et de Venereo hominum congressu, ut ex sequentibus patet. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 129. Nec quia privigno videar coitura noverca. *Curt.* l. 5. c. 1. Liberos conjugesque cum hospitibus stupro coire.] ¶ Hoc sensu habet etiam dativum. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 129. idque non solum de mare, sed etiam de femina, ut apud *Ov. ibid.* ¶ De congressu pugnantium. *Virg.* 12. *Æn.* v. 708. genitos diversis partibus Orbis Inter se coiisse viros, et cernere ferro. *to join battle, charge.* ¶ Hinc *cœtus* apud *Plaut.*

CŒPI, isti, it, *I begin, have begun, or taken in hand,* ἄρχομαι, verb. def. ab antiquo *cœpio,* pro incipio. Usurpatur solum in præteritis perfectis, et plusquam perfectis, et in futuris conjunctivi, et infinitivi, et in participiis in *rus,* et in *tus*: vel absolute. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 13. Cœpisti melius, quam desinis. *Quintil.* l. 10. c. 1. Nos rite cœpturi ab Homero videmur. *Plaut. Casin.* 3. 5. 57. Cur ego non id perpetrem, quod cœpi? *Lucret.* l. 5. v. 1415. Sic odium cœpit glandis. *Enn.* apud *Auct. ad Herenn.* l. 2 c. 22. Inde navis inchoandæ exordium cœpit. *Plin.* l. 16. c. 25. Vere cœpturo germinant. *Virg.* 1. *Æn.* v. 525. Ilioneus placido sic pectore cœpit. *h. e.* cœpit loqui. ¶ Vel cum infinito: quod est frequentissimum. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 4. Si quando abundare cœpero. *Propert.* l. 4. eleg. 4. v. 72. Hic primus cœpit mœnibus esse dies. *Virg.* 3. *Georg.* v. 237. Fluctus ut, in medio cœpit cum albescere ponto. ¶ Cum infinitis passivis sæpius adhibemus particip. *cœptus,* quam *cœpi. Nepos in Epamin.* c. 10. Postquam apud Cadmeam pugnari cum Lacedæmoniis cœptum. Adde *Liv.* l. 26. c. 46. et *Plin.* l. 36. c. 2. V. *Cœptus.* ¶ Regit etiam accusativum, sicut *cœpio,* a quo deducitur. *Sil.* l. 15. v. 420. dies, quo primum orsi Carthaginis altæ Fundamenta, novam cœpere mapalibus urbem. ¶ Aliquando ita ponitur, ut redundare videatur. *Phædr.* lib. 1. fab. 3. vers. 10. Male mulcatus graculus Redire cœpit mœrens ad proprium genus. *h. e.* rediit. *Justin.* l. 14. c. 5. *ad fin.* Cum prohiberi finibus cœpisset. *h. e.* cum prohiberetur. *Id.* l. 4. *c. ult.* Tum Demosthenes censere cœpit. *h. e.* censuit. ¶ Infinitivum *cœpere* perrarum est. *Plaut. Pers.* 1. 3. 41. Lubido extemplo cœpere est convivium. ¶ *Cœptus* particip. V. infra suo loco. ¶ De orthographia, non est dubium, quin per diphthongum *œ* scribendum sit. Ita enim fere in veterib. lapidib. et libris, testibus *Manut.* et *Cellar.* Accedit auctoritas Grammaticorum, qui *cœpi* a *cœpio* hoc est incipio, deduci aiunt, et *cepi* a *capio.* Quod enim apud *Plaut.* legitur in *Merc.* 5. 2. 9. *Lora in manus cœpi meas.* et in *Pœn.* 5. 5. 5. *Pignus cœpi*: id inconstantiæ Editionum, et MSS. tribuendum est. In *Monum. Ancyr.* habetur *opera cæpta.* Sed hoc exemplum fortasse unicum est.

CŒPĬO, is, a. 3. *to begin, commence,* ἄρχομαι, incipio. Verbum est antiquum, minusque usitatum, quam *cœpi,* isti. Reperitur tamen apud *Plaut.* non semel, ut *Men.* 5. 5. 57. Neque ego pugnas, neque lites cœpio. et *Trucul.* 2. 1. 23. Ubi nihil habeat, alium quæstum cœpiat. et *Pers.*

l. 3. 41. Lubido extemplo cœpere est convivium. et *Cato* apud *Fest.* Cœpiam seditiosa verba loqui. Et *Terent. Adelph.* 3. 4. 33. Prius olfecissem, quam ille quidquam cœperet. Ita hic legit *Priscian* l. 10. pag. 879. *Putsch.* Alii *caperit.* Adde *Cæcil.* apud *Non.* c. 2. n. 159.

COEPISCŎPUS, i, m. qui simul cum alio ejusdem loci, aut provinciæ Episcopus est. *Hieronym. advers. Luciferian. cap. ult. Augustin.* ep. 3. *extr. Sidon.* l. 4. *ep. ult.* et *Justinian. sub fin.* tit. 1. l. 1. *Cod.* Adde *Paulin. Nolan.* ep. 7. (*al.* 46.) c. 2. ubi sumitur pro coadjutore Episcopi.

CŒPTĀTUS, a, um, *begun, entered upon,* inchoatus. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 41. Patres cœptatam libertatem, postquam obviam itum, omisere.

CŒPTO, as, a. 1. *to commence, begin,* incipio. Frequentativum est a *cœpi,* sed idem fere significat. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 9. Animal cœptat ea, quæ naturæ apta sentit, appetere. *Lucret.* l. 1. v. 267. ne cœptes diffidere dictis *Tacit.* 2. *Hist.* c. 29. Valens coercere seditionem cœptabat. *Solin.* c. 1. (*al.* 2.) Roma condita est Olympiade septima cœptante. *Ammian.* l. 20. c. 4. (*al.* 8.) Cœptante nocte. ¶ Cum accusativo. *Terent. Phorm.* 4. 3. 21. Quid hic cœptat? *Tacit.* 2. *Ann.* c. 81. Cœptare seditionem. *Id.* 3. *Hist.* c. 70. hostilia. et cap. 73. fugam.

CŒPTUM, i, n. *a beginning, commencement, enterprise, undertaking, attempt,* ἀρχὴ, principium. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 2. Dii cœptis aspirate meis. *Id.* 8. *Metam.* v. 67. Cœpta placent. *Id.* 2. *Trist.* v. 555. Manus ultima cœpto defuit. *Liv.* l. 23. c. 35. *ad fin.* Cœpta enuntiare. Et cap. 41. impedire. *Senec. in Theb.* v. 103. Desistere cœpto. *Sil.* l. 16. v. 224. vanique absistere cœpti Spe jubet. *Sueton. in Ner.* c. 34. Cœptorum exitum opperiri.

CŒPTUS, us, ui, m. *a beginning, an undertaking,* idem quod cœptum. *Cic.* 4. *Fin.* c. 15. Primos suos quasi cœptus appetendi fuisse, ut se conservaret, &c. *Stat.* 12. *Theb.* v. 643. dignas insumite mentes Cœptibus.

CŒPTUS, a, um, particip. a verbo *Cœpi. having begun.* Ponitur pro ipso activo præterito *cœpi,* et jungitur cum infinitis passivis. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 2. *ad fin.* Quoniam de republica consuli cœpti sumus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 37. Ante petita est pecunia, quam esset cœpta deberi. *Plaut. Men.* 5. 1. 18. Cœpta est appellari canis. *Nepos in Annib.* c. 21. Vasa fictilia in naves conjici cœpta sunt. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 6. Undique in murum lapides conjici cœpti sunt. et lib. 4. c. 18. Materia cœpta erat comportari. et *ibid.* Pons institui cœptus est. *Auct. de B. Hispan.* c. 15. Insequenti tempore pro muro pugnari cœptum est. ¶ Adjective, *begun, commenced, undertaken. Sallust. in Jug.* c. 24. Bellum cœptum, et patratum. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 16. Opus cœptum perficere. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 65. Cœpta luce. et l. 12. c. 31. Cœpta hieme. *Id.* l. 1. c. 50. Romanus propero agmine limitem a Tiberio cœptum scindit. *h. e.* institutum, factum.

COEPULŌNUS, i, m. qui simul epulatur. *Plaut. Pers.* 1. 3. 20. Te coepulonus compellat tuus.

COEQUĬTO, as, simul equito. Adstruunt quidam ex *Livio* l. 37. c. 18. *in fi.* Coequitaverant autem sex millia equitum, &c. sed plerique leg. *cum equitatu: erant autem* &c.

CŒRĀRE pro *curare,* in edicto Ædilium apud *Gell.* l. 4. c. 2. et in veteri Senatusconsulto apud *eund.* l. 15. c. 11. antiqua scriptura est, nec facile in usum traducenda.

CŒRĀTOR pro curator est antique dictum a *Cicer.* 3. *de legib.* c. 4.

COERCĔO, es, ui, citum, a. 2. *to surround, embrace, encompass,* συνείργω, περιβάλλω, complector, cingo, ambio: a *con,* et *arceo. Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 40. Restat ultimus, omnia cingens et coercens cæli complexus. *Id. ibid.* c. 22. Mundus omnia complexu suo coercet et continet. *Virg.* 6. *Æn.* v. 439. et novies Styx interfusa coercet. ¶ Significat etiam continere, includere, et veluti constringere aliquid, ne ultra crescat, aut evagetur, *to keep in, confine, restrain, check. Cic. de clar. Orat.* c. 91. *ad fin.* Fluvium extra ripas diffluentem coercere. *Liv.* l. 21. c. 31. *ad fin.* Coercere amnem ripis. *Cic. de Senect.* c. 15. Vitem serpentem multiplici lapsu amputans coercet ars agricolarum. *Cels.* l. 5. c. 19. n. 19. Emplastrum, quod supercrescentem carnem coercet. *Id.* l. 7. c. 7. n. 14. Ovi album imponendum, quod inflammationem coerceat. *Horat. Epod.* 9. v. 35. Cæcubum coercet nauseam. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 477. Vitta coercebat positos sine lege capillos. *Id.* 2. *Trist.* v. 531. Coercere aliquem arcto spatio. *Id.* 5. *Metam.* v. 643. ora equorum frenis. *Tacit. Ann.* 1. c. 11. aliquid intra fines. *Plin.* l. 10. c. 50. carcere animalia. *Virg. Æn.* 9. v. 27. Messapus primas acies, postrema coercent Tyrrhidæ juvenes. ¶ Translate *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 8. v. 73. Coercere verba numeris. *h. e.* metro ligare. ¶ Sæpe est reprimere, refrenare, cohibere, *to repress, bridle, curb, keep in, stop. Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 1. Coercere, et reprimere aliquid. *Id.* 2. *de Fin.* c. 22. Pœnæ, aut infamiæ metu coerceri. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 67. Coercere milites, et in officio continere. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 21. Ut ratio coerceat temeritatem. *Id.* 1. *de Orat.* c. 43. Coercere cupiditates. *Id. Verr.* 5. c. 89. Unius improbi supplicio multorum improbitatem coercere. *Id. Attic.* l. 1. ep. 18. Resecare libidinem, coercere juventutem. *Liv.* l. 2. c. 23. iras. *Curt.* l. 7. c. 6. defectionem. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 13. spes alicujus. *Sueton. in Ner.* c. 4. aliquem edicto. *Id. in Aug.* c. 42. severissima voce aliquem. *Senec. in Hippol.* v. 213. Coercere se. ¶ Item punire, castigare, *to chastise, punish. Cic.* 3. *Offic.* c. 5. Morte, exsilio, vinculis, damno coercere aliquem. *Id. Catil.* 1. c. 1. *ad fin.* acrioribus suppliciis civem perniciosum, quam acerbissimum hostem. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 34. aliquem fuste. ¶ Addunt quidam poni etiam pro cogere, compellere: sed ad id confirmandum minus idoneis utuntur exemplis. Nam quod afferri potest ex *Messala Corvino de progen. Aug.* c. 23. *ad fin. Superatos hostes Romæ cohabitare coercuit:* libellus ille incertæ admodum est auctoritatis, et si *Vossium* audis, omnino nullius.

COERCIO. V. vocem sequent.

COERCĬTIO, onis, f. *a restraining, repressing, checking,* κάθειρξις, actus coercendi, cohibitio, refrenatio: a supino *coercitum* verbi coerceo. *Senec.* 2. *de Ira,* c. 27. *ad fin.* Indignamur, aliqua admonitione, aut coercitione nos castigatos. *Quintil.* l. 9. c. 2. *sub init.* Interpellatio, interpellantis coercito, contentio, purgatio. *Cels.* l. 3. c. 18. Onerare aliquem asperioribus coercitionibus. ¶ Item restrictio, in angustum compressio. *Arnob.* l. 6. pag. 203. concludi se patiuntur, et in sedis obscuræ coercitione latitare. ¶ Item facultas coercendi, imperium, quo magistratus aliquem coercere, et punire potest. *coercion, penal restraint. Sueton. in Claud.* c. 38. Coercitionem popinarum Ædilibus ademit. *Id. in Aug.* c. 45. Coercitionem in histriones magistratibus ademit. *Paul. Dig.* lib. 1. tit. 20. *leg. ult.* Jurisdictio sine modica coercitione nulla est. *Vetus lex* apud *Hygin. de limitib.* pag. 207. *Goes.* Quos agros dedero, assignavero, in eis agris jurisdictio, coercitioque esto coloniæ illius, cujus civibus agri assignabuntur. ¶ Item punitio, castigatio, pœna. *punishment. Liv.* l. 4. c. 53. Ferre damnum, aliamque coercitionem adversus aliquem. *Julian. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 200. Coercitio capitalis. *Paul. Dig.* lib. 48. tit. 1. leg. 2. pecuniaria. ¶ In plerisque horum, quos adduximus, locis (et apud *Lactant. in Epit.* c. 2. *ad fin.* et *Augustin.* ep. 48. c. 2.) alii legunt *coercio,* vel *coertio,* aut *coerctio:* quod videtur per syncopen factum, quemadmodum a *pueritia* fit *puertia,* &c.

COERCĬTOR, oris, m. *one who restrains or enforces,* qui coercet, et continet, ac servat. *Eutrop.* l. 7. c. 20. Diligens coercitor disciplinæ militaris.

COERCĬTUS, a, um, *confined, kept in, restrained,* particip. a coerceo. *Plin.* l. 12. c. 1. Galliæ Alpibus coercitæ. *bounded. Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 3. Clausa domi teneor, gravibusque coercita vinclis. ¶ Item punitus, *punished, chastised, corrected. Sueton. in Aug.* c. 40. Ambitus multiplici pœna coercitus. *Tacit.* 2. *Ann.* cap. 85. Libido feminarum coercita. *bridled.*

CŒRO, V. *Cœrare.*

COERRO, as, *to wander about,* oberro, simul cum aliis obambulo. *Paul. Dig.* lib. 1. tit. 15. leg. 3. Sciendum præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, et coerrare calceatum.

CŒRULĔUS, &c. V. *Cæruleus.*

CŒTUS, us, m. *an assembly, meeting,* συνουσία, idem quod *coitus,* et ab eodem *coeundi* verbo descendens. Significat enim connexionem, conjunctionem, congressum plurium rerum simul coeuntium. *Gell.* l. 14. c. 1. Stellarum cœtus, et discessiones. *constellations. Lucret.* l. 2. v. 1001. Mors dissipat cœtum rerum. ¶ Hinc alii *cœtus,* alii *coitus* legunt in locis, quæ subjicio. *Curt.* l. 9. c. 4. Amnium cœtus maritimis similes fluctus movent. *Lucret.* l. 3. v. 858. Nil tamen hoc ad nos, qui cœtu conjugioque Corporis, atque animæ consistimus uniter apti. *Poeta Gellii æqualis* apud *eund.* l. 19. c. 11. et *Macrob.* 2. *Saturn.* c. 2. *in fi.* si moræ quid plusculæ Fuisset in cœtu osculi. *Auson.* epigr. 108. ubi cassa lidido Femineos cœtus, et non sua bella lacessit. In loco *Lucretii* (cui adde similem l. 2. v. 918.) qui *coitu* legunt, dissyllabum faciunt per synæresim. ¶ Pro congressu pugnantium. *Plaut. Amph.* 2. 2. 25. Eos auspicio meo atque ductu, primo cœtu vicimus. ¶ Sæpissime ponitur pro congregatione, et conventu hominum, *a multitude or crowd of people.* Et proprie quidem nomen est multitudinis magnæ coeuntis ex consensu, ut *Senec. in except.* l. 3. controv. 8. docet. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 24. Opiniones, quæ in Senatu, quæ apud populum, quæ in omni cœtu concilioque proferendæ sint. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 8. Posse dicendo tenere hominum cœtus. *Id.* 2. *de Fin.* c. 4. Cœtus matronarum. *Id. Verr.* 7. c. *ult.* Omnes dii, qui vehiculis tensarum solemnes cœtus ludorum initis. *Id. de Senect.* c. *ult.* Cum ad illud divinum animorum concilium cœtumque proficiscar. *Sueton. in Calig.* c. 32. Cœtus epulantium. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 45. Cœtus multitudinis. *an assembly of the people. Id.* 3. *Ann.* c. 40. Per conciliabula et cœtus seditiosa disserere. *Cic. Catil.* 1. c. 3. Cœtus nefarii. et cap. 4. *ad fin.* Dimittere cœtum. *to dismiss the assembly. Ovid. Metam.* 13. v. 897. Cœtu soluto discedere. *Tacit. Ann.* 13. c. 18. Frequentari cœtu salutantium. *Id.* l. 1. *Ann.* c. 16. Miscere cœtus. *h. e.* congregare, cogere. *Sueton. in Cæs.* c. 41. Movere novos cœtus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 43. Advocare socios in cœtum. *Tacit.* l. 2. *Ann.* c. 40. Celebrare cœtus clandestinos. *to hold secret meetings. Id. Ann.* 16. c. 34. Agere cœtus frequentes illustrium virorum. *Senec. in controv. loc. cit.* Qui cœtum, et concursum fecerit, capitale sit. ὀχλαγωγήσει, ὀχλοποιήσει. ¶ De cycnis *Virg.* 1. *Æn.* v. 401. ludunt stridentibus alis, Et cœtu cinxere polum. ¶ Translate *Auct. Declam. in Sallust.* c. 6. Cœtus omnium vitiorum. ¶ *Cœtu* pro *cœtui* habet *Catul.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 37. cœlesti reddita cœtu. et carm. 63. *de nupt. Pel.* v. 385. se se mortali ostendere cœtu.

CŒUS, i, m. disyllab. Κοῖος, unus ex Gigantibus, Terræ filius, et secundum quosdam Latonæ pater. *Virg. Georg.* lib. 1. v. 278. tum partu Terra nefando Cœumque, Iapetumque creat, sævumque Tiphœa. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 185. Nescio quoque audete satam Titanida Cœo Latonam præferre mihi. Adde *Propert.* l. 3. eleg. 7. v. 48. et *Tacit.* 12. *Ann.* c. 61. ¶ Quidam scribunt *Cæus,* et *Ceus.*

COEXERCITĀTUS, a, um, simul exercitatus, συγγεγυμνασμένος. *Quintil.* l. 2. c. 17. (*al.* 18.) *sub fin.* Ars constat ex præceptionibus consentientibus, et coexercitatis ad finem vitæ utilem. *put in practice.*

COGITABĬLIS, le, *that may be thought upon; an object of thought,* διανοητικός, sub cogitationem cadens. *Senec.* ep. 58. *ante med.* Quod est, nec visu, nec tactu, nec ullo sensu comprehenditur, cogitabile est. *Apul. in Apolog.* Deus paucis cogitabilis, nemini effabilis.

COGITABUNDUS, a, um, qui multum cogitat, *pensive, musing, wrapped in thought,* σύννους. *Gell.* l. 2. c. 1. Stare solitus Socrates dicitur ore, atque oculis eundem in locum directis cogitabundus.

[* COGITĀMEN, inis, n. idem ac cogitatio. *Tertullian. de Trinit.* c. 6. Necessaria hæc membra hominibus fuerunt, non Deo, quia inefficax hominis consilium fuisset, nisi cogitamen corpus implesset.]

COGITĀTE, adverb. *after one has thought upon it, designedly, advisedly, considerately,* ἐκ προνοίας, consulto, accurate. *Cic. pro Arch.* c. 8. Quæ vero accurate cogitateque scripsisset. *Plaut. Mil.* 3. 3. 68. Abeamus ergo intro, hæc uti meditemur cogitate. *Id. Pœn.* 5. 4. 51. Verba facere cogitate, commode. *Id. Trinum.* 2. 2. 46. Minus caute, et cogitate rem suam tractare.

COGITĀTIM, adverbialiter pre cogitate. *Festus.*

COGITATĬO, onis, f. *a thinking, considering; a thought; care, consideration, deliberation,* ἔννοια, quasi coagitatio, idest longa, in mora consilii explicandi, rerum agitatio, vel ut *Plato* definit *in Theæteto,* et *in Sophista,* interior collocutio, qua se se animus noster alloquitur. *Cic. pro Mil.* c. 29. Fingite animis: liberæ enim sunt cogitationes, et quæ volunt, sic intuentur, ut ea cernimus quæ videmus. Fingite igitur cogitatione imaginem, &c. *Id.* 3. *de Orat.* c. 5. Omne illud tempus Crassus posuit in acerrima et attentissima cogitatione. et *ibid.* Defixum esse in cogitatione aliqua. et l. 1. c. 50. Multa animo, et cogitatione percurrere. *Id.* 3. *Fam.* ep. 11. Complecti aliquid cogitatione. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 37. *ad fin.* Cogitatione percipere aliquid. *Id. pro Flacc.* c. 27. *in fi.* Animo et cogitatione aliquid comprehendere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 30. Cogitatione conquirere aliquid. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 22. Intelligere et cogitatione comprehendere, qualis sit animus. *Id.* 2. *Agrar.* c. 2. *ad fin.* Versantur in animo meo multæ et graves cogitationes. *Id. post redit. in Sen.* c. 7. Hoc me adducit in eam cogitationem, ut, &c. *Id.* 2. *de Orat.* c. 44. Omni mente in ea cogitatione curaque versor, ut, &c. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 2. Convertere se aliquo, animo et cogitatione. *Senec.* l. 6. *de benef.* c. 7. Convertere aliquo cogitationem. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 5. Venire in cogitationem aliquam. et *ibid.* Incidere in cogitationem. *Tacit.* 4. *Hist.* c. *ult.* Agitare aliquid cogitatione. *Cæs. ad Opp. post* epist. 8. l. 9. *ad Attic.* Suscipere cogitationem de re aliqua. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 20. Suscipere cogitationem, quidnam agendum sit. *Id. Parad.* 1. c. 3. Habere cogitationem alicujus rei. *h. e.* de re quapiam cogitare, ejusque curam habere. *Quintil. sub fin.* l. 12. Eam cogitationem habuit, ut, &c. *h. e.* ita putavit, eam habuit opinionem. *Cic. de Amic.* c. 9. Abjicere cogitationes suas in rem humilem atque contemptam. *Id. Attic.* l. 7. ep. 3. Injicere alicui cogitationem de re aliqua. *to suggest a thought,* &c. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 9. Hoc ne in cogitationem quidem cadit. *does not even admit of consideration. Hirt. de B. Alex.* c. 12. Deponere cogitationem alicujus rei. *Curt.* l. 7. c. 1. Horum cogitatio subibat exercitum. *h. e.* cogitabat hæc exercitus. *Id.* l. 6. c. 6. Versare se ad omnes cogitationes. *Id.* l. 10. c. 8. Volvere secretas cogitationes inter se. *Id.* l. 8. c. 5. Vertere cogitationes in bellum. *Nepos in Alcib.* c. 9. Omni cogitatione ferri ad patriam liberandam. ¶ Speciatim dicitur de meditatione, qua Oratores, et Poetæ opera sua moliuntur, et mente præparant, antequam scribant: de qua *Quintil. toto* cap. 6. l. 10. ¶ *Cogitationis pœnam nemo patitur* dictum est *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 18. quod in proverbium abiit, cum significamus, non esse puniendum aliquem, quod male cogitaverit. ¶ Accipitur aliquando pro deliberatione, et proposito. *purpose. Sueton. in Calig.* c. 48. Vix a tam præcipiti cogitatione revocatus, inhiberi

nullo potuit modo, quin, &c. ¶ Item pro ipsa re solerter excogitata, invento, *device, contrivance, invention. Vitruv. in præfat.* lib. 2. Ad te cogitationes et formas affero dignas tua claritate. ¶ A *Cicerone* sumitur non semel pro ipsa cogitandi facultate, hoc est mente, ratione, ingenio, solertia, ut l. 1. *de Legib.* c. 7. Homo solus ex tot animantium generibus particeps rationis et cogitationis. et lib. 3. *de nat. Deor.* c. 9. Nihil est mundo melius in rerum natura: ne in terris quidem urbe nostra. Num igitur idcirco in urbe esse rationem, cogitationem, mentem putas? *Id. ibid.* l. 2. c. 7. Illud autem, quod vincit omnia, rationem dico, et, si placet pluribus verbis, mentem, consilium, cogitationem, prudentiam, &c. *Id. Verr.* 4. c. 54. Verres ingenio, et cogitatione nulla. *h. e.* hebes, stupidus, stultus. *the faculty of thinking; mind, talents, ability.*

COGITĀTO, adverb. *designedly,* cogitate. *Cic.* 1. *Offic.* c. 8. *ad fin.* Permultum interest, utrum perturbatione aliqua animi, an consulto, et cogitato fiat injuria. Ita *Manut.* et *Victor.* Alii cum *Græviо* leg. *cogitata.*

COGITATORĬUM, ii, n. receptaculum cogitationum. *Tertull. de resurr. carn.* c. 15. Caro erit omne animæ cogitatorium.

COGITĀTUS, us, m. *a thinking; thought,* idem quod cogitatio, vel cogitatum. *Senec.* ep. 11. *sub fin.* O felicem illum, quem non aspectus tantum, sed etiam cogitatus emendat. *Apul.* l. 4. *Metam.* Divinato et antecapto meo cogitatu. Adde *Tertull. de Idolol. cap. pænult.*

COGITĀTUS, a, um, *meditated, deliberated upon, intended,* διανοηθεὶς, meditatus, animadversus. *Cic.* 2. *Phil.* c. 34. Attuleras domo meditatum et cogitatum scelus. *Nepos in Datam.* c. 6. *in fi.* Quod ad suam perniciem fuerat cogitatum, id ad salutem convertit. ¶ *Cogitatum, i,* est cogitatio, vel res cogitata, *a thought, reflection. Cic. de clar. Orat.* c. 72. *ad fin.* Cogitata præclare eloqui. *Id. pro Deiot.* c. 7. Cogitata perficere. *Nepos in Pausan.* c. 3. Patefacere cogitata.

COGĪTO, as, avi, atum, a. 1. *to revolve in the mind, think, ponder, consider, meditate,* ἐννοέω, est plura mente cogere, seu colligere ad aliquid inveniendum, eaque agitare cum aliqua mora consilii explicandi: a *coagito* per syncopen, vel a *cogo,* quia mens plura in unum cogit, unde quæ sibi videantur optima, vel utilissima eligere possit, ut ait *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 6. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 6. *extr.* Ad hæc igitur cogita, mi Attice, vel potius excogita. *Id.* 1. *de Orat.* c. 51. *ad fin.* Velle, cogitare, sentire, opinari. *Id.* l. 4. *Acad.* c. 12. Nihil agens ne cogitari quidem potest, quale sit. *Plaut. Merc.* 2. 3. 10. Neque, quid loquar, cogitatum est. *Terent. Eun.* 1. 1. 11. Dum tempus est, etiam atque etiam cogita. *turn this over in your mind again and again. Sulpic. ad Cic.* l. 4. *Fam.* ep. 5. Cœpi egomet mecum sic cogitare: Hem, nos homunculi, &c. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 24. Toto pectore, ut dicitur, cogitare, quam honestum sit, &c. *Id. pro Rabir. perduell.* c. *pænult.* Spe, atque animo de se, et gloria sua cogitare. et 5. *de Fin.* c. 2. Acrius et attentius cogitare. *Id. Fam.* 1. ep. 7. toto animo de re aliqua. *Id. Agrar.* 2. c. 24. et *Cato* apud *Gell.* l. 16. c. 1. aliquid cum animo suo. *Terent. Adelph.* 1. 1. 5. in animo. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 1. Nihil his in locis, nisi saxa, et montes cogito. *Id.* 2. *Catil.* c. 9. *ad fin.* Desinant furere, ac proscriptiones, et dictaturas cogitare. *Terent. Phorm.* 2. 1. 13. Pericla, damna, exsilia peregre rediens semper cogites, aut filii peccatum, aut uxoris mortem. *Id. Eun.* 4. 2. 3. Aliam rem ex alia cogitare. *Petron. in Satyr.* c. 82. cædem, et sanguinem. *Martial.* l. 1. epigr. 116. suspendium. *Plaut. Mil.* 2. 2. 46. curas. *Anton. ad Cicer. post* ep. 13. l. 14. *ad Attic.* Humaniter, et sapienter, et amabiliter cogitare in aliquem. ¶ Cum infinito, *Cic. Attic.* l. 2. ep. 9. *in fi.* Antium me ex Formiano recipere cogito. *Terent. Heaut.* 3. 3. 46. Quid facere cogitas? *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 5. Si comportatis bene rebus cogitat uti. *Cato R. R.* c. 3. Ædificare, diu cogitare oportet; conserere, cogitare non oportet, sed facere oportet. ¶ Ellipsis est in his, quæ sequuntur. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 2. *a med.* In Pompeianum cogitabam. *scil.* ire. *Id. ibid.* l. 9. ep. 1. Lepidus cras cogitabat. *scil.* proficisci. ¶ *Bene,* vel *male cogitare de aliquo* est alicui beneficium, vel malum parare. *Cic. de Senect.* c. 6. Carthagini male jamdiu cogitanti, bellum multo ante denuntio. ¶ Translate *Virg.* 1. *Georg.* v. 462. quid cogitet humidus Auster, Sol tibi signa dabit.

COGNATĬO, onis, f. *relation by blood, kindred,* συγγένεια, conjunctio naturæ, et sanguinis. *Cic.* 4. *Verr.* c. 10. Ut quisque te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat. *Id. ibid.* c. 43. Amplissima cognatione, et plurimis amicitiis vir. *of high parentage. Id. ibid.* c. 26. Est mihi tecum cognatio. *Id. Verr.* 6. c. 33. Cognatione esse conjunctum cum aliquo. *Id. initio* l. 5. *de Fin.* Cognatione patruelis, amore germanus. *by blood a cousin, in affection a brother.* ¶ De brutis animalibus. *Plin.* l. 8. c. 50. Cognatio caprarum. *Id. ibid.* c. 42. equorum. ¶ Et de plantis. *Id.* l. 16. c. 12. *sub fin.* Cognatio arborum. *Id.* l. 19. c. 6. cæparum. ¶ Sumitur aliquando pro ipsis cognatis. *Cic. in fragment.* apud *Quintil.* l. 8. c. 3. Cum tibi tota cognatio in sarraco advehatur. Adde *Plin.* l. 35. c. 10. et 11. ubi duas celebrium pictorum tabulas *cognationis* nomine appellat; quod in iis cognatorum multitudo depicta fuit. ¶ Translate accipitur pro quacumque conjunctione, similitudine, et convenientia unius rei ad aliam. *relation, connexion, likeness, resemblance. Cic.* 6. *Verr.* c. 37. *in fin.* Cognatio studiorum et artium propemodum non minus est conjuncta, quam ista generis et nominis. *Id.* 1. *de Divin.* c. 30. *ad fin.* Animus tenetur cognatione deorum. *Id. in Orat.* c. 56. Numerus non habet aliquam necessitudinem aut cognationem cum oratione. *Id.* 2. *de Divin.* c. 14. *in fi.* Distantium rerum cognatio naturalis. *Plin.* l. 6. c. 33. *ad fin.* Regioni alicui societas est, sive cognatio dierum, ac noctium cum alia. *h. e.* habet dies ac noctes ejusdem longitudinis. *Id.* l. 2. c. 105. Bitumini magna cognatio ignium. *strongly sympathizes with fire. Id.* l. 16. c. 36. Cognatio papyri cum calamis.

COGNĀTUS, a, um, *generated along with, connate,* συμφυὴς, συγγενὴς, ὁμοφυὴς, simul natus. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 80. recens tellus, seductaque nuper ab alto Æthere cognati retinebat semina cæli. *Juvenal.* sat. 5. v. 103. Anguilla longe cognata colubræ. ¶ Sæpissime dicitur de hominibus, qui sanguine invicem conjuncti sunt, et ab uno eodemque progenitore nati, *related by blood, nearly akin, closely allied, of the same race.* Quomodo differant ab *agnatis,* V. *Agnatio. Plaut. Pœn. Prol.* v. 96. Alteram efflictim perit, suam sibi cognatam, imprudens. *Id. ibid.* 5. 4. 86. Vos estis ambæ meæ filiæ: et hic est cognatus vester. *h. e.* filius fratris mei. *your cousin.* et *Cic. ad Quirit. post redit.* Pro Popillii reditu adolescentes filii, multi præterea cognati atque affines deprecati sunt. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 34. Tot propinqui cognatique optime convenientes. ¶ Latius aliquando accipitur. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 412. Cognatumque latus Phegeius hauserit ensis. *h. e.* hominis affinitate conjuncti. Sic *Lucan.* l. 1. v. 4. Cognatæ acies. *kindred armies. h. e.* Cæsaris ac Pompeii, generi et soceri. *Sil.* l. 11. v. 179. Capys magno cognatus Iulo. *Virg.* 3. *Æn.* v. 502. Cognatæ urbes, populique propinqui. *h. e.* a populis ejusdem gentis conditæ. Sic *Stat.* 1. *Theb.* v. 11. cognataque mœnia Baccho. *h. e.* Thebæ. nam Semele Bacchi mater Thebana fuit. *Id. ibid.* v. 102. Tartara dicit cognata Tisiphones, quæ in fabulis est soror Tartari, ut est apud *Hygin. in præfat. Sidon.* carm. 15. v. 27. Plurimus hic Briareus populoso corpore pugnat, Cognatam portans aciem. ¶ Dicitur etiam de brutis animalibus. *Plin.* l. 10. c. 3. *de aquilis.* Cognatum genus excipiunt, et educant cum suis. *of their own species.* ¶ *Cognatas terras* dixit *Claudian.* l. 1. *de rap. Proserp.* v. 144. Siciliam et Italiam, quia olim conjunctæ fuerunt: et *cognatos nubibus amnes, Stat.* 1. *Theb.* v. 200. quia ex nubibus fiunt imbres, unde amnes crescunt. ¶ Translate est similis, conveniens, *like, fitting, agreeable, suitable. Cic. de Univers.* c. 6. Deus mundo formam maxime sibi cognatam et decoram dedit. *Id.* 3. *de Orat.* c. 51. Nihil est tam cognatum mentibus nostris, quam numeri, atque voces. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 280. Vocabula cognata rebus. *Plin.* l. 36. c. 24. Cognata calci res gypsum est. *Id.* l. 16. c. 10. Sex genera cognatarum arborum picem ferunt. ¶ Sequiori ævo Latinitatis *cognatus* dici cœptus est maritus sororis meæ: et *cognata* uxor fratris mei: ex quo venit Italica vox *cognato.* Sunt in hanc rem Inscriptiones tres apud *Fabrett.* c. 3. n. 184. 588. et 589. et alia in *Antiquitatib. Benevent.* class. 9. n. 80. ¶ *Cognatum* pro *Cognatorum* est apud *Plaut. Amph.* 2. 2. 211.

COGNITĬO, onis, f. *knowledge, acquaintance with, skill in,* γνῶσις, actus cognoscendi, intelligentia, notio, scientia. *Cic. in Top.* c. 18. Causarum cognitio cognitionem eventorum facit. *Id.* 5. *de Fin.* c. 12. Quæ corporis sunt, cognitionem habent faciliorem. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 56. Capere cognitionem alicujus rei. *Id.* 3. *de Orat.* c. 29. Perquirere cognitionem et scientiam rei alicujus. *Id. in Orat.* c. 35. Res, quæ in perfacili cognitione versantur. *Gell.* l. 16. c. 8. *ad fin.* Dialecticæ studium, atque cognitio in principiis insuavis videri solet. *Terent. Hecyr.* 5. 3. 33. Narro omnia hæc: inde est cognitio facta, Philumenam compressam esse ab eo, &c. *from this it has been ascertained, that,* &c. ¶ Aliquando sumitur pro ipsa re, quæ cognoscitur, aut quæ cognitionem ac scientiam parit, ut sunt præcepta, regulæ, ac principia scientiarum, atque artium. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 19. Jurisconsulti sæpe quod positum est in una cognitione, id in infinita dispertiuntur. *Id.* 3. *de Fin.* c. 5. Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus, cum quia sit in his aliquid dignum assumptione, tum quod constent ex cognitionibus, et contineant quiddam in se ratione constitutum, ac via. ¶ Sæpe est forense verbum, et significat inquisitionem causæ, ut reperta rei veritate sententia judicialis feratur, *legal inquiry, judicial process, examination in a court of justice, cognizance.* Opponitur autem sæpe juri ordinario, quia cognitio est juris extraordinarii, et pertinet ad summos magistratus, scilicet consules, prætores, præfectos provinciarum, Senatum, Principem (aut eos quibus Princeps id negotii dederit) qui cum reum apud se causam agere cogunt, neque eum ad jus ordinarium, dato judice, remittunt, extra ordinem cognoscere dicuntur: et hæc est proprie cognitio. V. *Digestor.* lib. 50. tit. 13. *qui est* de extraordinar. cognitionib. ubi multæ enumerantur causæ, quæ per cognitionem finiuntur. *Sueton. in Claud.* c. 15. Alium interpellatum ad adversariis de propria lite, negantemque cognitionis rem, sed ordinarii juris esse, &c. *Id. in Tiber.* c. 62. Deditum et intentum esse cognitioni. *Id. ibid.* c. 28. Flagitare cognitionem de criminibus. *Plin.* l. 6. ep. 31. Suscipere cognitionem. *Sueton. in Claud.* c. 9. Recipere cognitionem falsi testamenti. *Id. ibid.* c. 43. Cognitione damnare aliquem. *Cic. ad Capiton. post* ep. 16. l. 16. *ad Attic.* Quæ lex earum rerum, quæ Cæsar egisset, consulibus cognitionem dedit. *Id. ibid.* Decretum consulum, quorum et lege, et Senatusconsulto cognitio et judicium fuit. *Quintil.* l. 7. c. 2. Hoc venit in cognitionem Principis. *Plin.* l. 10. ep. 64. Hæc quoque species incidit in cognitionem meam. ¶ Inter officia domus Augustæ fuerunt etiam officiales *a cognitionibus,* nempe quibus Principes cognoscendarum causarum curam demandabant. *Senec. in fi. Apocolocynt.* Mænandro liberto suo tradidit, ut a cognitionibus ei esset. Huc pertinent Inscriptiones apud *Gruter.* pag. 271. n. 4. pag. 285. n. 6. &c. in quibus *Judices sacrarum cognitionum* commemorantur.

COGNITIONĀLIS, le, adject. ad cognitionem judicialem pertinens. *Impp. Diocletian. et Maximian.* lib. 7. *Cod.* tit. 42. Cognitionales sententiæ. Adde *Justinian. ibid.* tit. 45. leg. 13. ¶ Apud *Symmach.* l. 10. ep. 62. (*Jureti* 55.) *in fi.* Cognitionalis nomen est officii cujuspiam, puta ejus, qui cognitiones forenses in acta refert, aut quid simile.

COGNITIONALĬTER, adverb. per cognitionem judiciariam. *Justinian.* lib. 7. *Cod.* tit. 63. *leg. ult. ad fin.* Si quis ad appellationis judicem introductus, sive ex una parte, sive cognitionaliter, &c.

COGNĬTOR, oris, m. qui cognoscit, γνωστής. Speciatim ita appellatur, qui de conditione ac statu alicujus, quem probe novit, testimonium dicere potest apud eos, qui minime noverunt. *a voucher, witness. Cic.* 7. *Verr.* c. 65. Homines tenues obscuro loco nati navigant, adeunt ad ea loca, quæ nunquam antea viderunt: ubi neque noti esse iis, quo venerunt, neque semper cum cognitoribus esse possunt. *et mox.* Qui tibi neque notus esset, neque cognitorem locupletem daret, quamvis civis R. esset, in crucem tolleretur. Adde *Verr.* 3. c. 5. ¶ Item qui alterum in jure defendit, *a defender, advocate, agent, or manager of one's affairs in a court of law.* Causam enim ejus, et rationes defensionis diligenter perdiscit, et apud judices vel per se, vel per alium prius a se edoctum exponit. Differt a procuratore; quia cognitor præsentis causam tuetur; procurator absentis quæcunque negotia tractat, ut *Fest.* docet. *Cic. in Divin. Verr.* c. 4. Me Siculi defensorem calamitatum suarum, me ultorem injuriarum, me cognitorem juris sui, me actorem causæ totius esse voluerunt. (V. *Asconii* verba huc pertinentia in *Advocatus.*) *Id. pro Rosc. Com.* c. 18. Tu in eam litem cognitor Roscii factus es. *et mox.* Nisi te in suam litem dedisset cognitorem. *Id.* 4. *Verr.* c. 43. Cognitorem alicui adscribere. et *ibid.* Cognitorem fieri pro aliquo. et *ibid.* Cognitorem fieri alicui. *Liv.* l. 39. c. 5. Alienarum simultatum tribunum pl. cognitorem fieri, turpe est. Adde *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 12. v. 24. et *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 38. ¶ Est præterea *cognitor,* qui causam, vel crimen alterius judicii causa cognoscit, quæsitor, judex, *a judge. Impp. Gratian. Valentin.* et *Theodos.* lib. 9. *Cod. Theodos.* tit. 27. leg. 5. Omnes cognitores et judices a pecuniis manus abstineant. *Prudent. peristeph.* 14. *de S. Romano,* v. 205. Te cognitore dignus ire in carcerem. Adde vers. 793. V. *Cognitio.* ¶ Demum *cognitor* est sectoris valde similis, nempe is qui ærarii, aut fisci debitores vel veteres, vel latentes detegit, et accusat; atque ejus operæ pretium partem bonorum, quæ proscribuntur consequitur. *the procurator fiscal or public prosecutor.* Hoc genus officii *cognitura* appellatur. Dicitur autem *cognitor* honesto vocabulo (cum *delator* potius, aut *sector* appellari possit) quia causam fisci, aut ærarii ultro tuendam suscipit, et tamquam legum custodem se præbet; revera autem bonorum alterius proscriptionem, ac proprium lucrum spectat. Hoc sensu adhiberi creditur a *Manil.* l. 5. v. 316. Sed varia est ejus loci interpretatio. De *cognitura* vero *Sueton. in Vitell.* c. 2. Cujus filius sectionibus et cognituris uberius compendium nactus, &c. V. *Consutura.*

COGNITŪRA, æ. V. in fine vocis præced.

COGNĬTUS, a, um, *known, ascertained,* γνωστὸς, γνώριμος, notus. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 6. Incognita pro cognitis habere. *Id. pro Mur.* c. 11. *in fi.* Ratio pervulgata et cognita. *Id. Fam.* 1. ep. 7. Res perspecta et cognita. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 23. Res penitus perspectæ, planeque cognitæ. *Id.* 5. *de Fin.* c. 26. Habere aliquid perceptum, comprehensum, cognitum. *Id. pro Cluent.* c. 47. Nihil ipsos habuisse cogniti, nihil comperti. *Id. pro Cæc. c. ult.* Homo virtute cognita, et spectata fide. *Sueton. in Aug.* c. 21. Scythæ auditu modo cogniti. *Plin.* l. 12. c. 21. Res nostro orbi tantum nominibus cognitæ. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 6. v. 28. Sed magis hoc, quo sunt cognitiora, gravant. *Catull.* carm. 4. v. 14. Tibi hæc fuisse, et esse cognitissima. *Cæs. ad Cicer. post* ep. 16. l. 9. *ad Attic.* Bene cognitum esse alicui. *Propert. l. et* eleg. 2. v. 16. Cognitus Iphicli

surripuisse boves. *Liv.* l. 37. c. 13. Ex agrestibus cognito, hostium naves ad Æthaliam stare, consilium habitum est, &c. *on its being ascertained.* (Adde lib. 44. c. 28.) *Tacit.* 1. *Ann.* c. 46. Nondum cognito, qui fuisset exitus in Illyrico. *Plin.* lib. 2. *cap. penult. ad fin.* Nam et a Germania immensas insulas non pridem repertas, cognitum habeo. *I know, that,* &c. *Sallust. in Jug.* c. 5. Experimento mihi cognitum est. *I find by experience.* *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 295. Ut cessisse ducem, propius venisse cohortes, Cognita Rufino. *h. e.* ut hæc cognita fuerunt Rufino. Sic *Virg.* 1. *Æn.* v. 671. Frater ut Æneas pelago tuus omnia circum Litora jactetur, odiis Junonis iniquæ, Nota tibi. ¶ Item cognitione judiciaria examinatus. *Cic. Verr.* 4. c. 48. Ut aliquando de rebus ab isto cognitis judicatisque, et de judiciis datis dicere desistamus. ¶ Refertur etiam ad consuetudinem concubitus. *Stat.* 2. *Achill.* v. 223. tacito jam cognita furto Deidamia mihi. *Tacit. Histor.* 4. c. 44. Pontia stupro cognita. ¶ Inter *notum*, et *cognitum*, si subtilius philosophari velimus, illud interest, quod *notus* dicitur, qui quocumque modo scitur; *cognitus* qui bene perspectus, et compertus. *Cic. in fragm. contra C. Antoni.* apud *Ascon.* Quidam homo nobilis, et valde in hoc largitionis quæstu notus et cognitus.

[* COGNĬTUS, us, m. *knowledge,* idem ac cognitio. *Apul.* 9. *Met.* pag. 619. Multarum civitatum obitu, et variorum populorum cognitu summas adeptum virtutes cecinit. *h. e.* quod multas civitates obierit, et varios populos cognoverit.]

COGNOBĬLIS, le, *that can be known, intelligible,* συνετὸς, qui cognosci, aut intelligi potest. *Gell.* l. 20. c. 5. *a med.* Libri acroatici his solis, qui nos audiunt, cognobiles erunt. *Cato* apud *Gell. ibid.* Cognobilior cognitio.

COGNŌMEN, inis, n. *a surname,* ἐπωνυμία, ἐπίκλησις, appellatio ab ingenio, fortuna, habitu corporis, rebus gestis, aliisque causis fere sumpta, et alicui addita præter prænomen ac nomen proprium, ut M. Tullius *Cicero*, C. Julius *Cæsar*, T. Manlius *Torquatus*, &c. in hominibus: in ceteris autem rebus quod proprio nomini additur distinguendi causa, ut leones *Africani*, Bosphorus *Cimmerius*, vinum *Cæcubum*, &c. Quomodo differat ab *agnomine*, ibi diximus. *Cic.* 3. *Offic.* c. 31. *ad fin.* T. Manlius, qui Galli torque detracto, cognomen invenit. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 6. Duo isti T. Roscii, quorum alteri Capitoni cognomen est. *Liv.* l. 32. c. 2. *sub fin.* Creati Publ. et Sex. Ælii: Pætis fuit ambobus cognomen. (Adde l. 2. c. 33.) *Nepos in Arist.* c. 1. Aristides cognomine justus est appellatus. *Cic.* 2. *Offic.* c. 16. P. Crassus cum cognomine dives, tum copiis. *Id. Phil.* 3. c. 6. Trahere cognomen ex re aliqua. *Id. Phil.* 6. c. 4. Sumere cognomen. *Id. in Somn. Scip.* c. 2. Parere sibi cognomen. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 56. Ducere cognomen ex re aliqua. et sat. 3. v. 26. Imponere alicui cognomen. *Id.* l. 1. sat. 3. v. 58. Dare alicui cognomen tardo, ac pingui. *Plin.* l. 22. c. 6. Addere alicui cognomen Felicem. *Id.* l. 12. c. 13. Dare Arabiæ cognomen felicis. *Virg.* 3. *Æn.* v. 163. Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt. *Cic. de Amic.* c. 2. Cato quasi cognomen jam habebat in senectute sapientis. Adde *Liv.* l. 30. c. 42. ¶ Pro agnomine. V. *Agnomen.* ¶ Videtur etiam poni aliquando pro ipso nomine. *Gell.* l. 10. c. 12. His præstigiis a Plinio Secundo scriptis non dignum esse cognomen Democriti puto. Adde *Claudian. de B. Get.* v. 555.

COGNOMENTUM, ti, n. *a surname,* ἐπωνυμία, cognomen. *Cic. pro Mil.* c. 17. C. Cassinius cognomento Schola. *Id.* 2. *de Fin.* c. 5. Heraclitus, cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur. *Sallust. in fragm.* apud *Gell.* l. 13. c. 4. Cn. Lentulus collega ejus, cui cognomentum Clodiano fuit. *Gell. ibid.* c. 7. Cui cognomentum Insano factum est. *Senec. suasor.* 2. *a med.* Omnia grandia probabat. ei impositum est cognomen, vel ut Messala ait, cognomentum, et vocari cœpit Senecio Grandio. (*scil.* quia *cognomentum* grandior vox est, quam *cognomen.* V. *Grandio.*) *Tacit. Ann.* 12. c. 55. Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum. Adde *Plaut. Pseud.* 4. 2. 20. et *Pers.* 1. 2. 8.

COGNOMINATIO, onis, f. cognomen. *Afran.* apud *Non.* c. 2. n. 144.

COGNOMINĀTUS, a, um, *surnamed,* cognomine dictus, ἐπονόμαστος. *Sueton. in Aug.* c. 7. Augustus Thurinus cognominatus. *Flor.* l. 3. c. 5. Ponticæ gentes a Pontico cognominatæ mari. Adde *Plin.* l. 37. c. 5. ¶ *Verba cognominata* sunt quæ eandem habent, vel pæne eandem significationem, et amplificationis causa in oratione conglobantur. *Cic. in Partit.* c. 15. Verba ponenda sunt juncta, facta, cognominata, &c.

COGNOMĬNIS, e, adject. *having the same name,* ὁμώνυμος, qui ejusdem nominis cum alio est. *Plaut. in fragm.* apud *Serv. ad Æn.* 6. v. 383. Illa mea cognominis fuit. *Alii leg.* mei. *Virg. ibid.* gaudet cognomine terra. *Al. leg.* terræ. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 5. Duæ germanæ meretrices cognomines. *Vellei. initio* l. 1. Cognominem patriæ suæ Salamina constituit. *Plin.* l. 6. c. 6. Veneti Henetorum cognomines. *Id.* l. 4. c. 12. *post med.* Axiacæ cognomines flumini. Adde lib. 35. c. 4.

COGNOMĬNO, as, a. 1. *to surname,* ἐπικαλέω, cognomen impono, cognomine appello. *Plin.* l. 21. c. 11. Amaracus, quem Phrygium cognominant. *Id. ibid.* c. 3. Scipio, Serapio cognominabatur, propter similitudinem suarii cujusdam negotiatoris. ¶ Reperitur etiam pro simplici nomino, appello, dico. *to call, name.* *Justin.* l. 7. c. 1. Macedonia antea Emathia cognominata est. *Id.* l. 15. c. 2. Ptolemæus, ne minoris apud suos auctoritatis haberetur, rex ab exercitu cognominatur. Adde *Gell.* l. 2. c. 22.

COGNOSCENS, entis, qui cognoscit. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 18. Cognoscens sui. ¶ Item qui disquirit, et judicat. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 459. n. 8. T. Fl. Postumio Titiano V. Cos. Procos. Prov. Africæ, Cognoscenti vice sacra &c. Alia *ibid.* pag. 1101. n. 8. L. Valerio L. F. Cl. Poplicio Balbino Maximo Cos. ord. Cognoscenti ad sacras appellationes, &c.

COGNOSCENTER, adverb. *knowingly.* *Tertull.* l. 4. *cont. Marcion.* c. 22. Manifesta te mihi, ut cognoscenter te videam.

COGNOSCO, is, ovi, gnitum, a. 3. *to know, be acquainted with,* γινώσκω, γνωρίζω, nosco, vel bene nosco. Quomodo ab *agnosco* differat, V. ibi. *Cic. sub fin.* ep. 12. l. 5. *Fam.* Ut ceteri viventibus nobis, ex litteris tuis nos cognoscant. *Petron. in Satyr.* c. 7. Cum ego negarem, me cognoscere domum. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 7. Cognoscere regiones. *Virg.* 9. *Æn.* v. 245. Venatu assiduo totum cognovimus amnem. *Sallust. in Jug.* c. 7. naturam alicujus, et mores. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 22. Id se a Gallicis armis, atque insignibus cognovisse. *Phædr.* l. 4. fab. 21. v. 22. Cognoscere aliquem ab sermone. Quidam leg. *ex.* ¶ Ponitur etiam pro intelligere, audire, scire, *to learn, find out, ascertain, discover, understand, be informed or apprised.* *Cic. Attic.* 5. *ep. ult. circa med.* Habes consilia nostra; nunc cognosce de Bruto. *Id. Fam.* 1. ep. 5. Quæ hic agantur, quæque acta sint, ea te ex litteris multorum, et nuntiis cognoscere arbitror. *Id. Fam.* 4. ep. 4. De Marcelli salute paulo ante, quam tu, cognovimus. *Sallust. in Catil.* c. 59. Iter hostium ex perfugis cognoscere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 16. Per certos exploratores, quæ ad Avaricum agerentur, cognoscebat. et lib. 5. c. 20. Ab his cognoscit, non longe ex loco oppidum abesse, silvis paludibusque munitum. *Valer. Max.* l. 5. c. 7. n. 1. *extern.* Ut ad jucundiora cognitu veniamus. ¶ Item perdiscere, perquirere, perpendere. *to study, investigate, explore.* *Cic. de clar. Orat.* c. 26. Crassus domi jus civile cognoverat. *Id.* 2. *de Orat.* c. 24. Hoc ei primum præcipiemus, quascumque causas erit acturus, ut eas diligenter, penitusque cognoscat. *Curt.* l. 6. c. 11. Diligentius cuncta cognoscere. *Nepos in Lysand. in fi.* et *Sueton. de Grammat. c. ult.* Cognoscere librum. *h. e.* perlegere, et addiscere. *to read, learn.* ¶ Item pro videre. *Sallust. in Catil.* c. 12. Operæ pretium est, cum domos, atque villas cognoveris in urbium modum exædificatas, visere templa deorum. ¶ Item pro experiri, sentire. *to find by experience.* *Cic. Fam.* 13. ep. 21. Hominem summa probitate, humanitate, observantiaque cognosces. *Virg. Ecl.* 1. v. 42. Nec tam præsentes alibi cognoscere divos. ¶ Item pro recognoscere, *to recognise.* *Plaut. Pseud.* 4. 2. 30. Cedo mihi epistolam. *Sy.* accipe, cognosce signum. *Ba.* Ebo, Polymachæroplacides purus putus est ipsus: novi. *Cic. in Pison.* c. 37. *extr.* Numerum militum reliquiasque cognoscere. ¶ Item pro agnoscere, *to acknowledge, own, agnise.* *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 109. Vereor, ne me quoque, cum domum ab Ilio cessim revertero, præter canem cognoscat nemo. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 105. mores, Quos Volesus patrii cognoscat nominis auctor. *h. e.* similes suis agnoscat. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 508. Cognoscat faciem vix satis illa suam. ¶ De consuetudine concubitus. *Ovid. Her.* ep. 6. v. 133. Turpiter illa virum cognovit adultera virgo. *Justin.* l. 5. c. 2. Uxorem alicujus adulterio cognoscere. *to know.* Adde lib. 22. c. 1. ¶ Sæpe est forense verbum, et significat inquirere in causam, aut crimen aliquod judicii ferendi causa, ea ratione, quæ in *Cognitio* explicata est, *to try or examine a cause, to determine judicially, take cognizance of.* *Cic. Verr.* 4. c. 10. Verres cognoscebat, Verres judicabat. *Id. ad Capiton. post* ep. 16. l. 16. *ad Attic.* Cum consules oporteret ex Senatus consulto de actis Cæsaris cognoscere. *Callistrat. Dig.* lib. 1. tit. 18. leg. 9. Proconsul existimare debet, utrum ipse cognoscat, an judicem dare debeat. *Quintil.* l. 11. c. 1. Accidit nonnumquam, ut judex eandem causam, de qua pronunciavit, cognoscat iterum. *Plin.* l. 10. ep. 85. Cognoscere pro tribunali. *Ulpian. Dig.* lib. 13. tit. 4. leg. 4. Cognoscere ex actione aliqua. *Id.* lib. 28. tit. 5. leg. 35. Cognoscere familiæ erciscundæ. *h. e.* ex actione familiæ erciscundæ. Sic *Id.* lib. 27. tit. 2. leg. 2. Judex, qui tutelæ cognoscit. et lib. 23. tit. 2. leg. 13. Judex cognoscens super re aliqua. ¶ Variis in temporibus syncopen patitur. Legimus enim *cognossem* pro *cognovissem*, et *cognoram* pro *cognoveram* apud *Cicer. pro Flacc.* c. 21. *Nepot. in Lysand. in fi.* et *Cicer.* l. 1. *de Orat.* c. 31. Sic *cognoro* pro *cognovero* l. 7. *ad Attic.* ep. 20. item l. 2. *Fam.* ep. 11. *in fi.* in plerisque Editionib. tametsi *Aldus* habet *cognovero*; et l. 5. *ad Attic.* ep. 4. *a med.* Præterea *cognorat* pro *cognoverat*, *Nepos in Attic.* c. 10. et *cognosti* pro *cognovisti*, dixit *Ter. Andr.* 3. 4. 7. et *cognoris* pro *cognoveris*, *Id. Phorm.* 2. 1. 35. et *Lucret.* l. 6. v. 533. et *cognosse* pro *cognovisse*, *Catull.* carm. 90. in *Gell.* v. 3. ¶ *Cognoscendum* pro *cognoscendorum* habet *Plaut. Rud.* 4. 4. 101.

COGO, is, coegi, actum, a. 3. *to drive, impel,* impellere, agere, εἰσάγω, ἰσάγω: *a con,* et *ago, is.* *Cic.* 2. *de Invent.* c. 32. Vis ventorum, invitis nautis, Rhodiorum in portum navim coegit. *Plin.* l. 8. c. 43. Cogere asinum in cursum verberibus. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 15. oves intro. *Lucret.* l. 6. v. 734. nubes ad montes. *Terent. Heaut.* 4. 2. 2. aliquem in angustum. *Plaut. Pers.* 5. 2. 9. in cruciatum, et compedes. *Virg.* 7. *Æn.* v. 509. cuneos. *to drive in.* ¶ Compellere ad aliquid faciendum, vim, aut necessitatem afferre, *to constrain, compel, force, urge, necessitate,* βιάζομαι, ἀναγκάζω. *Cic.* 3. *Offic.* c. 13. Num te emere coegit, qui ne hortatus quidem est? *Id.* l. 1. *Fam.* ep. 5. Quorum utrum minus velim, non facile possum existimare: sed si res coget, est quiddam tertium, &c. *Id.* 2. *de Legib.* c. 7. Hoc quoque legis putavit esse, persuadere aliquid, non omnia vi, ac minis cogere. *Id.* 3. *de Orat.* c. 3. Coactus est, ut vita se ipse privaret. *Terent. Hecyr.* 2. 2. 26. Vi cœpi cogere, ut rediret. *Id. Andr.* 4. 1. 30. Nec te quivit hodie cogere, ut illam duceres. *Nepos in Eumen.* c. 8. Militum id cogebat voluntas. *Id. in Themist.* c. 4. *ad fin.* Cogere omnes ingratiis ad depugnandum. *Horat.* l. 1. ep. 9. v. 2. Prece cogere aliquem. *Sueton. in Cæs.* c. 20. Collegam in eam desperationem coegit, ut, &c. *reduced to that pass,* &c. *Stat.* 12. *Theb.* v. 165. Cogere aliquem in mores, et hominem. *to constrain him to humanity.* *Virg.* 2. *Georg.* v. 62. Arbores cogere in sulcum. *h. e.* in sulcum circumarando componere, et veluti culturæ assuefacere. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 2. Aliquem ex constituto spatio defensionis in semihoræ curriculum cogere. *to restrict, confine.* ¶ *Cogere in ordinem* quid sit, V. in *Ordo.* ¶ Cum de medicamentis sermo est, significat vim habere, efficere. *to cause.* *Scribon. Larg. compos.* 121. Cito supprimit sanguinem, et vulnus cogit coire. *Id. compos.* 206. *ad fin.* Vetera ulcera cicatricem ducere cogit. Adde *compos.* 217. et 227. ¶ Sæpissime significat in unum colligere, congregare, *to collect or assemble together.* *Cato R. R.* c. 65. et 66. Cogere oleam. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 9. naves quam plurimas. *Id.* l. 5. c. 3. equitatum, peditatumque. *Id.* l. 1. *B. Gall.* c. 15. Cohortes ex Marsis, et finitimis ab regionibus. *Pompei. ad Coss. post* ep. 12. l. 8. *ad Attic.* omnes copias Brundisium. *Cic. Fam.* 15. ep. 4. exercitum in unum locum. *Id. Verr.* 4. c. 57. Pecuniam a civitatibus statuarum nomine. *Id.* 2. *de Legib.* c. 9. stipem. *to beg.* et *pro Rabir. Post.* c. 11. pecuniam alicui ex re aliqua. *Id. Fam.* 5. ep. 2. Senatum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 33. Jus civile diffusum, et dissipatum, in certa genera cogere. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 13. Buccina cogebat priscos ad verba Quirites. *h. e.* convocabat ad concionem. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Ex duabus syllabis in unam cogere. *Senec. in Hippol.* v. 401. Cogere comas nodo. *Cels.* l. 5. c. 22. sect. 2. aloes, aluminis, turis . . . . mellis quantum satis sit ad ea cogenda. (*Mox*: picis liquidæ quantum satis est ad jungendum.) Et sect. 4. quæ urina impuberis pueri coguntur. ¶ Item condensare, spissare, *to thicken, condense, collect.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. *ad fin.* Aer concretus in nubes cogitur. *Virgil.* 4. *Georg.* v. 35. frigore mella cogit hyems. *Plin.* l. 23. c. 7. cogere lac in duritiam. ¶ *Cogere agmen* est agmen claudere, vel posteriori parti exercitus præesse. *Liv.* l. 34. c. 28. Primæ legionariæ cohortes ibant; levis armatura, et equites agmen cogebant. *brought up the rear.* Adde *Curt.* l. 3. c. 3. *sub fin.* Allegorice *Cic. Attic.* l. 15. ep. 13. Assentior tibi, ut nec duces simus, nec agmen cogamus: faveamus tamen. et *Senec.* ep. 12. *ad fin.* Sic ordinandus est dies omnis, tanquam cogat agmen, et consummet atque expleat vitam. ¶ *Cogere verba in pedes alternos*, apud *Ovid.* 3. *Trist.* el. 7. v. 10. est colligere et constringere elegiaco metro. Sic *adstrictas in nodum cogere voces*, apud *Auct. Paneg. ad Pison.* v. 59. est in syllogismos, aut enthymemata orationem componere. ¶ Interdum *cogere* est dicendo concludere, *to conclude, infer.* *Cic. ad Brut.* ep. 7. ex recentiorib. *a med.* Hoc cogere volebat, falsas litteras esse. *Id.* 2. *de Legib.* c. 13. Sunt autem ea, quæ posui, ex quibus id, quod volumus, efficitur et cogitur.

COHÆRARĬUS, ii, m. pro eo, qui alicui in aliquo munere adjungitur, et auxilii causa cohæret, legitur a quibusdam apud *Cic.* 3. *de Legib.* c. 4. ubi alii rectius *coerator.*

COHABITATĬO, onis, f. συνοίκησις. Legitur apud *Augustin.* ep. 137. *sub fin.*

COHABITĀTOR, oris, m. συνοικέτης, qui simul habitat. *Augustin.* serm. 1. *in Fer. II. Pentec.* *Cassiod.* l. 3. ep. 48.

COHABĬTO, as, a. 1. *to cohabit,* συνοικέω, simul habito. *Messala Corvin. de progen. Aug.* c. 23. *a med.* et 26. *Hieronym.* ep. 90. et *Augustin.* ep. 12.

COHÆRENS, entis, *agreeing or hanging together, connected, joined, coherent,* qui cohæret, connexus, conjunctus. *Cic.* 1. *Acad.* c. 7. *ad fin.* Natura cohærens, et continuata cum omnibus suis partibus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 80. Membrum cohærens cum omni corpore. *Tacit. de Germ.* c. 16. Connexa, et cohærentia ædificia. ¶ Translate *Cic.* 2. *Phil.* c. 8. Dicere cohærentia inter se. *to speak consistently.* *Gell.* l. 1. c. 18. *in fi.* Aptius, et cohærentius putavit, furem a furvo, id est nigro appellari. *Cic.* 3. *de*

nat. Deor. c. 1. Multa dicta sunt, etiam si minus vera, tamen apta inter se, et cohærentia. *Id.* 3. *Offic.* c. 3. Hæc natura cohærentia, opinione distraxerunt. *Vellei.* l. 2. c. 47. Concordia male cohærens inter Pompeium, et Cæsarem.

COHÆRENTER, adverb. *together, without interruption, continuedly,* junctim, sine intervallo. *Flor.* l. 2. c. 17. Dimicatum est non continue, nec cohærenter, sed prout causæ lacessierant.

COHÆRENTĬA, æ, f. *connexion, coherency, dependency,* συνάφεια, σύστασις, compositio, connexio, conjunctio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 62. Jam vero circuitus solis, et lunæ, reliquorumque siderum, quamquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent, tamen et spectaculum hominibus præbent. *the subsisting. Gell.* l. 6. c. 13. Cohærentia mortis, et vitæ. *Id.* l. 15. c. 3. Cum quibus verbis præpositio ista neque cohærentia vocis, neque significatione sententiæ convenit. [*Macrob. Saturn.* l. 5. c. 15. regionum cohærentiam vocat, quam paulo post continentiam dicit.]

COHÆRĔO, es, hæsi, hæsum, n. 2. *to stick or adhere together; to adhere to, be united or attached to,* συνάπτομαι, adhærere, connexum, unitum esse alicui rei. *Cic. de Univers.* c. 5. Mundus ita apte cohæret, ut dissolvi nullo modo queat, nisi ab eodem, a quo est colligatus. *Id. in Top.* c. 12. *ad fin.* Quidquid antecedit quamque rem, id cohæret cum re necessario. *Plin.* l. 9. c. 35. Margaritæ cohærentes in conchis. *Id.* l. 5. c. 24. *ad fin.* Qui cohærent Mesopotamiæ, Rhoali vocantur. *who dwell on the confines of.* et lib. 36. c. 23. Exemplum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohæreat. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 552. scopuloque affixa cohæsit. *African. Dig.* lib. 47. tit. 2. leg. 63. *a med.* Fructus quamdiu solo cohærent, fundi sunt. *Papinian.* lib. 49. tit. 17. leg. 16. Dos cohæret matrimonio. *Quintil.* l. 8. c. 3. *ad fin.* Cohærere in complexu alicujus. *to adhere to any one's embrace.* ¶ Ponitur etiam pro constare, compositum esse. *Cic.* l. 1. *de Legib.* c. 8. Cum alia quibus cohærent homines, e mortali genere sumpserint; animus tamen est ingeneratus a Deo. ¶ Translate *Cic. pro Cæcin.* c. 18. Sermo mehercule, et familiaris, et quotidianus, non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur. *Quintil.* l. 11. c. 1. *ad fin.* Legibus cohæret status civitatis. *subsists, is kept together. Cic. pro Cæl.* c. 7. In quo non modo crimen non hærebat, sed vix diserti adolescentis cohærebat oratio. *scarcely holds together; is hardly consistent. Id. in Orat.* c. 44. Collocabuntur igitur verba, ut inter se quam aptissime cohæreant extrema cum primis. *Id.* 5. *de Fin.* c. 27. Ea, quæ dicit, præclare inter se cohærent. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 14. Illa, quæ dicuntur, congruunt et cohærent cum causa. *Quintil. in proœm.* l. 6. Oratio carens dispositione, tumultuetur necesse est, et sine rectore fluitet, nec cohæreat sibi. *Terent. Andr.* 2. 2. 23. Hem, paulum obsonii; ipsus tristis; de improviso nuptiæ: non cohærent. *things are not consistent. Plin.* l. 7. ep. 7. Est mihi perjucundum, quod viri optimi, mihique amicissimi, adeo cohæsistis, ut invicem vos obligari putetis. *h. e.* eam societatem, atque amicitiam iniistis, ut &c. ¶ *Cohærere alicui sanguine* apud *Quintil.* l. 8. c. 3. *ad fin.* est sanguine conjunctum esse.

COHÆRESCO, is, n. 3. *to cohere, be connected, hold fast together,* συμπλέκομαι, συμφύομαι, adhæresco, cohæreo. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 20. Atomi cohærescunt inter se. *Plin.* l. 24. c. 15. Pituita in gula cohærescens. *Id.* l. 20 c. 16. Digiti tactu cunilæ cohærescentes.

COHÆSUS, a, um, adject. idem quod cohærens, *sticking or growing together. Gell.* l. 15. c. 16. *de fissa quercu:* In naturam rediit, stricta denuo et cohæsa.

COHĒRES, edis, m. et f. *a coheir,* συγκληρονόμος, qui simul heres institutus est. *Cic.* 3. *Verr.* c. 48. *ad fin.* Omnibus, quibus hæreditas venerit, coheredem Prætorem esse oportere. *Id. Fam.* 13. ep. 46. L. Zoilus est coheres meus. *Papinian. Dig.* lib. 34. tit. 9. leg. 16. Filiam nepti coheredem dare. *Petron. in fragment. Tragur.* c. 76. *Burm.* Facere aliquem coheredem alteri. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 107. Forte coheredum senior male tussiet.

COHIBENTĬA. V. in fine *vocis sequent.*

COHIBĔO, es, ui, ibitum, a. 2. *to hold or contain,* συνέχω, intus habeo, contineo, comprehendo. a *con,* et *habeo. Cic. de Senect.* c. 15. Terra semen sparsum cohibet, deinde tepefactum compressu suo diffundit. *Id. de Fato,* c. 9. *ad fin.* Causæ cohibentes in se efficientiam naturalem. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 14. Ova marem cohibent callosa vitellum. *Lucret.* l. 2. v. 1029. Sidera in se cohibent clarum, purumque colorem. ¶ Item sistere, *to check, stop, arrest. Stat.* 10. *Theb.* v. 393. Cohibere gradum. *Horat.* l. 4. od. 6. v. 34. Feras arcu cohibere. *Sil.* l. 15. v. 745. fugam. *Plin.* l. 29. c. 3. alvum. *Id.* l. 27. c. 11. Idæa herba spissandi, cohibendique naturam habet. *Id.* l. 28. c. 6. spiritum. *to hold one's breath. Id.* l. 24. c. 2. capillum. *to keep the hair from falling off. Id.* l. 36. c. 5. ploratum infantis. ¶ Item includere, coercere, concludere, cingere aliquid, ne exeat, *to keep, confine, inclose. Cic. pro Cœl.* c. 5. Cohibere brachium toga. *Curt.* l. 10. c. 3. milites intra castra. *Id.* l. 6. c. 2. aliquem in vinculis. *Ovid. Metam.* 14. v. 224. Æolus cohibens ventos carcere. *Hirt. de B. Afric. in fi.* Tempestatibus in portubus cohibebatur. *Horat.* l. 3. od. 14. v. 23. Cohibere crinem nodo. *h. e.* colligare. *to collect, tie. Tacit. de Germ.* c. 9. Cohibere parietibus deos. *h. e.* in ædibus, seu templis simulacra deorum collocare. *Plaut. Mil.* 3. 1. 1. Cohibere se intra locum aliquem. *to stay, abide.* ¶ Translate elegantes habet usus. *Cic.* 2. *Offic.* c. 5. *ad fin.* Cohibere motus animi turbatos. *to check, repress, restrain, arrest. Id. pro Mil.* c. 28. effrenatas libidines a conjugibus aliorum. *Id. pro Marcell.* c. 3. Animum vincere, cohibere iracundiam. *to bridle. Propert.* l. 2. eleg. 19. v. 70. Cohibere gaudia clausa in sinu tacito. *to conceal, disguise. Cic. pro leg. Manil.* c. 23. Ab auro, gazaque regia manus, oculos, animum cohibere. *Plin. in Paneg.* c. 14. Parthorum ferociam, et superbiam magno terrore. *Cic. Phil.* 3. c. 2. *ad fin.* impetus, et crudelissimos conatus alicujus. *Id. Phil.* 5. c. 13. *ad fin.* Ejus furorem ne Alpium quidem muro cohibere possemus. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 1. A rebus incertis assensionem cohibere. *Id.* 1. *Acad.* c. *ult.* semper et ab omni lapsu continere temeritatem. et lib. 4. c. 21. et 29. Cohibere assensum ab aliqua re. *Gell.* l. 1. c. 11. orationem ferocientem. *Id.* l. 13. c. 28. atque includere aliquid infra modicum numerum. *Id.* l. 12. c. 5. et coercere intra se violentias effrenati doloris. *Tacit. Ann.* 15. c. 21. *in fi.* ambitionem. ¶ Cum infinito. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 23. Quem timor cohibebat, cujusquam fidei suam committere salutem. ¶ Cum conjunctivo et particula *quominus, Tacit.* l. 2. *Ann.* c. 24. Vix cohibuere amici, quominus eodem mari oppeteret. Adde cap. 10. ¶ *Cohibere se* est refrenare, animum regere. *Terent. Heaut.* 5. 1. 46. Non tu te cohibes? non te respicis? *Gell.* l. 4. c. 9. Cohibere se certis legibus, et finibus. *to confine himself within certain limits,* &c. *Sulpic. ad Cicer.* 4. *Fam.* ep. 5. Vis ne tu te cohibere, et meminisse hominem te esse natum? V. hic *Manut.* ¶ Pro moderari, regere. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 11. Rhetia, Noricum, Thracia, et quæ aliæ Procuratoribus cohibentur. ¶ *Cohibessit* pro *cohibuerit* dictum putant nonnulli a *Lucret.* l. 3. v. 445. Corpore qui nostro rarus magis am cohibessit. Sed V. *Incohibesco.* [† V. *Am.*] ¶ In illo *Calpurnii Eclog.* 4. v. 19. Jam puerum calamos, et odoræ vincula ceræ Jungere nunc cohibes, levibus quem sæpe cicutis Ludere conantem vetuisti fronte paterna. *cohibere* scriptum est pro *connivere,* et significat permittere, indulgere. Ita *Salmas. ad Lamprid. in Alex. Sev.* c. 54. ubi plura hac de re. Favent Veteres Glossæ, in quibus legitur: *Cohibet,* καμμύει, καταμύει. Sic *cohibentia* pro *conniventia* legitur ab eodem in *Cod. Theodos.* lib. 9. tit. 40. leg. 15. et lib. 10. tit. 20. leg. 10. Verum apud *Calpurn.* al. leg. *Jungere non cohibes:* in Codice vero *conhibentia.*

COHIBĬLIS, le. *Gell.* l. 13. c. 19. Herodotus celeri, et cohibili oratione fabulam scripsit. Ubi *cohibili* est *cohærente* et *brevi:* nisi forte legendum est *coibili.* ¶ Gloss. lat. gr. Cohibilis, facilis, εὐχερής.

COHIBILĬTER, adverb. breviter. *Apul. in Apolog.* Ordinatius, et cohibilius eadem Græce et Latine adnitar describere. *Id. in Florid. sub fin.* Fabulam in pauca cogamus, quantum potest fieri cohibiliter. Priore loco al. leg. *cohibitius,* al. *coibilius:* quæ idem fere significant.

COHIBITĬO, onis, f. cohibendi actus. *Cic.* 5. *Verr.* c. 14. *in fi.* Cohibitio tollendi, nisi pactus esset, vim adhibebat pactioni, non voluntatem. Al. leg. *prohibitio. Lactant. de Ira Dei,* c. 18. *a med.* Hæc sui cohibitio gloriosa est, qua compescitur aliquod imminens magnum malum. *restraint,* ἐποχή. *Et ibid. ante* med. Cohibitio iræ.

COHIBĬTUS, a, um, *restrained, confined, repressed,* inclusus, pressus, coercitus. *Plin.* l. 2. c. 43. Spiritus nube cohibitus tonat. ¶ Translate *Plaut. Merc. Prol.* v. 64. Arcte cohibitus a patre filius. *Gell.* l. 7. c. 14. Genus dicendi magnificum in Ulyxe, et ubertum; subtile in Menelao, et cohibitum. *Auson. in gratiar. act.* c. 27. Cujus umquam egressus auspicatior fuit, aut incessus modestior, aut habitudo cohibitior? *or deportment more unassuming.*

COHIRCINATĬO. V. *Collurcinatio.*

COHONESTĀTUS, a, um, ornatus, instructus. *Arnob.* l. 5. pag. 172. Vellem videre patrem illum deorum bubulis esse cohonestatum cornibus, &c. εἰρωνικῶς.

COHONESTO, as, a, 1. *to commend, grace, set off, honour, amplify, do honour to,* τιμάω, ἐπικοσμέω, honesto, honore afficio. *Cic. pro Quint.* c. 15. *in fi.* Funus, quo amici conveniunt ad exsequias cohonestandas. *Id. Verr.* 4. c. 69. *ad fin.* Quorum auctoritate tu statuas cohonestare tuas conatus es. *Liv.* l. 38. c. 47. Cohonestare victoriam. *Tacit. Ann.* 3. c. *ult.* funus laudatione pro rostris, et ceteris solemnibus. Apud *Plin.* cohonestare defluvia capitis, l. 22. c. 13. est corrigere, et cohibere capillorum defluvium, quo caput deturpatur. *Cohonestare res turpes* apud *Arnob.* l. 5. pag. 187. est honestis verbis rerum turpitudinem contegere, ut honestæ esse videantur. *to gloss over.*

COHONŌRO, as, a. 1. cohonesto, honoro. *Paul.* ex *Festo in Corona.* Coronæ dicuntur, quod cohonorent eos, quibus imponuntur.

COHORRESCO, is, rui, n. 3. *to shudder, shake from fear or cold; to quake, tremble, shiver,* φρίττω, horrore corripior ob frigus, aut metum. *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 2. Tum latus ei dicenti condoluisse, sudoremque multum consequutum esse audiebamus: ex quo cum cohorruisset, cum febri domum rediit. *Id. in Somn. Scip.* c. 1. Quem ut agnovi, equidem cohorrui. *August. in epist. ad Tiber.* apud *Sueton. in Tiber.* c. 21. Attenuatum te esse continuatione laborum cum audio, Dii me perdant, nisi cohorrescit corpus meum.

COHORS, hortis, f. *a fen, coop, small inclosure for containing sheep, poultry,* &c. idem quod *chors,* (ut ibi dictum est) quæ ab ea per syncopen facta est. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 3. In plano cohors, in qua pascuntur gallinæ. *Colum.* l. 8. c. 3. *ad fin.* Cohors ipsa, per quam vagantur gallinæ, non tam stercore, quam uligine careat. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 704. *de vulpe.* Abstulerat multas illa cohortis aves. ¶ Est etiam militum manus, *a cohort; a band of soldiers consisting of three manipuli or six centuries; the tenth part of a legion,* τάγμα, σπεῖρα. Ducta est appellatio vel ex eo quod, (ut ait *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 16.) sicut in villa ex pluribus tectis conjungitur, et quiddam fit unum, sic ex manipulis copulatur cohors: vel ex eo, quod quemadmodum villatica cohors, ita et militaris rotunda esse solet: unde et *globus militum* dicitur. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 1. Constituit cohortes duas in Nantuatibus collocare: ipse cum reliquis ejus legionis cohortibus in vico Veragrorum hiemare. *Id. ibid.* l. 1. c. 40. Cohors prætoria. *h. e.* quæ circa Prætorem, seu Imperatorem est custodiæ causa. *the Prætorian cohort; a number of men selected by the general as his body-guard. Hirt. de B. Alex.* c. 62. Auxiliariæ cohortes. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 73. Cohortes alariæ, et legionariæ. ¶ Differt a *turma,* quæ proprie est equitum, *cohors* peditum. *Cic. pro Marcell.* c. 2. Nihil sibi ex ista laude cohors, nihil turma decerpit. Adde *Fam.* 15. ep. 2. *a med.* Quod vero apud *Plin.* l. 10. ep. 107. et 108. legitur *cohors equestris,* putant nonnulli genus cohortium fuisse, in quibus certus esset equitum numerus pediti admixtus: idque colligi etiam ex ep. 32. *ejusdem lib.* ubi *ex cohortibus equites duo. centurio unus* nominatur. Quo pertinere videntur *cohortes equitatæ,* quarum mentio fit in *Inscriptionib.* apud *Gruter.* pag. 550. n. 5. et pag. 1108. n. 5. item alia A. 1749. Arimini reperta, in qua C. Nonius C. F. An. Cæpian. præf. Coh. III. Britt. equitatæ, &c. legitur: cui persimilis est alia inter *Donianas,* class. 6. n. 19. et apud *Reines.* class. 6. n. 128. Sic *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 6. singulis cohortibus, ex quibus legio constituitur, suos adscribit equites, ita ut primæ, quæ majorem militum numerum habuit, equites 132. reliquis autem omnibus 66. tribuat. *Tacit.* quoque 4. *Hist.* c. 19. equites in cohortibus agnoscit. Hi tamen revera non tanquam pars cohortis consendi sunt, sed turmæ cohortibus adjunctæ. ¶ In legione Romana decem fuere cohortes, quarum prima reliquas et numero militum et dignitate præcedebat. Olim cum legio sex millibus militum constabat, sexcenti in cohorte fuerunt in tres manipulos divisi, ut ex *Cincio* docet *Gell.* l. 16. c. 4. Deinde aucto legionis numero, cohortium quoque ratio mutata est. Quare *Veget. loc. cit.* suo tempore in singulis cohortibus, præter Primam, milites fuisse ait 555, equites 66. *h. e.* turmas duas: primæ vero 1105, equites 132, *h. e.* turmas quatuor. ¶ Aliquando per cohortes auxiliaris miles designatur. *Flor.* l. 3. c. 21. Cum hinc octo legiones, inde quingentæ cohortes starent in armis. ¶ Speciatim *cohors* dicta est de comitatu, seu satellitio Magistratuum in provincias euntium: quæ partim erat officialium iis inservientium, partim voluntariorum sine officio. *the retinue of the governor of a province.* Hi erant adolescentes nobiles, qui sua sponte cum Proconsulibus exibant, ut usu rerum peritiores domum redirent. *Cic. Verr.* 4. c. 27. Quidquid ab eo peteretur, judicem de sua cohorte daturum. *Id.* 3. *Verr.* c. 14. Cohors Prætoria. Adde *Horat.* l. 1. ep. 8. v. 14. ¶ Per synecdochen dicitur de toto exercitu. *Stat. Theb.* 5. v. 672. anne ducem, servatricemque cohortis Inachiæ ingratis coram tot millibus audes Mactare? ¶ Sumitur etiam pro quacumque congregatione, aut turba. *Sueton. in Calig.* c. 19. et *Curt.* l. 6. c. 2. Cohors amicorum. *Gell.* l. 2. c. 18. Phædon ex cohorte illa Socratica fuit. *Stat.* 11. *Theb.* v. 292. Famulæ cohortes. *h. e.* servorum. *Plin.* l. 8. c. 40. Cohortes canum. *Horat.* l. 1. od. 3. v. 31. febrium. *Gell.* l. 1. c. 9. *in fi.* disciplinarum. *Claudian. in carm. de phœnice,* v. 77. alituum. ¶ *Cohortum* pro *cohortium* est *in vet. Inscript.* apud *Murator.* pag. 832. n. 9.

COHORTĀLIS, le, adject. *belonging to a coop or pen,* ad cohortem villaticam pertinens. *Colum.* l. 8. c. 2. Cohortalis est avis, quæ vulgo per omnes fere villas conspicitur. et *ibid.* Exercetur cohortalis ratio, quam Græci vocant ὀρνιθοτροφίαν. *Cels.* l. 2. c. 18. *a med.* Pullus cohortalis. ¶ Item ad cohortem militarem, et speciatim ad prætoriam pertinens. *of a cohort.* Hinc *Imp. Zeno* lib. 12. *Cod.* tit. 58. *qui est de Cohortalib. et principib. cornicularиis, ac primipilariis,* leg. 13. Cohortale officium. *Imp. Constant.* lib. 6. *Cod. tit. ult.* leg. 3. Cohortali conditione gravatus. *Imp. Leo ibid.* lib. 1. tit. 39. leg. 13. Cohortalibus obsequiis obligatus. *Impp. Valentin. et Valens ibid.* tit. 51. leg. 2. Cohortalium corpus.

COHORTALĪNUS, a, um, cohortalis miles, et speciatim palatinæ militiæ adscriptus. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 16. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 48. Cohortalina militia. *Iidem ibid.* lib. 6. tit. 35. leg. 11. Cohortalinorum militia.

¶ Apud sequioris ævi Scriptores legitur *curtalinus*, quia *cors* ab iis pro *chors*, seu *cohors* dictum est. Habetur apud *Paulin. Nolan.* ep. 22. (*al.* 7.) *ad Sever.* c. 2.

COHORTATIO, onis, f. *an exhorting, encouraging*, παράκλησις, hortatio *Cic. Attic.* l. 16. ep. 13. *ad fin.* Incredibiliter me commovet tua cohortatio. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 47. Concitare aliquem cohortatione sua ad studium cognoscendæ virtutis. *Nepos in Annib.* c. 11. Facere cohortationem militum. *Cic. pro Cluent.* c. 50. Cohortatio judicum ad honeste judicandum.

COHORTATIUNCULA, æ, f. *a brief exhortation*, brevis cohortatio. *Ambros.* lib. 4. ep. 33. *ad Demetriad.* Adhibere cohortatiunculas.

COHORTATUS, a, um, *having exhorted or encouraged*, particip. significationis activæ. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 25. Cohortatus suos, prælium commisit. ¶ Passive, *exhorted*. *Cato* apud *Gell.* l. 15. c. 13. Exercitum suum pransum, paratum, cohortatum eduxit foras, atque instruxit.

COHORTICULA, æ, diminut. a Cohors, *a small division of troops; a small cohort*. *Cælius ad Cicer. Fam.* l. 8. ep. 6. Bibulus in Amano nescio quid cohorticularum amisit.

COHORTO, as, a. 1. *to exhort*, cohortor. *Claud. Quadrigar.* apud *Non.* c. 7. n. 35. Et dicerent, castra facta esse, atque hos cohortarent, uti maturarent.

COHORTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to exhort, encourage*, παραινέω, ἐπικελεύω, idem quod *hortor*, vel simul, aut valde hortor. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 9. Quis cohortari ad virtutem ardentius, quis a vitiis acrius revocare? *Id. Fam.* 2. ep. 4. Teque ad studium summæ laudis cohortabor. *Id.* 4. *Phil.* c. 5. Sic ego vos ardentes, et erectos ad libertatem recuperandam cohortabor. ¶ Cum infinito. *Hirt. de B. Alex.* c. 21. Cohortando suos ad pontem, et munitiones contendere. Adde *Tacit.* 12. *Ann.* c. 49. ¶ Cum conjunctivo, et particula *ut*. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 82. Scipio milites cohortatur, ut prædæ participes esse velint. Adde *Tacit. in Agric.* c. 36. ¶ Et cum particula *ne*. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 86. Cohortatur, ne labori succumbant. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 43. Cohortatur suos, ne animo deficiant. ¶ Particip. *cohortandus* passiva significatione. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 20. Acies instruenda, milites cohortandi, signum dandum. ¶ Particip. *cohortatus* V. supra suo loco.

COHOSPES, itis, qui simul cum alio hospes est. *Paulin. Nolan.* carm. 21. v. 385. et carm. 24. *Nat.* 9. *S. Fel.* v. 438. qui epist. 32. sect. 6. cohospitans, antis usurpavit.

COHUM, lorum, quo temo buris cum jugo colligatur: a cohibendo dictum. *Fest.* ¶ Item cælum apud Poetas: a *chaos*, ex quo putabant cælum esse formatum. *Idem.* Alii scribunt *covum*. *Scalig.* autem *ad Fest.* affert ex *Enn.* hujusmodi fragmentum: *complere cohum* (al. *covum*) *terroribu' cæli*. Ubi videtur significare cavum cæli, et, ut est apud *Virgil.* 4. *Æn.* v. 451. cæli convexa.

COHUMĬDO, as, a. 1. *to moisten*. *Apul.* l. 8. *Metam.* Cohumidare genas lacrymis.

COIBĬLIS, le, adject. qui facile coit, et cohæret. V. exemplum in *Cohibilis*, ex *Gell.*

COIENS, euntis, particip. a *coeo*, quod in recto casu non est, quod sciam, in usu. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 4. v. 41. Rumpere vulnera nondum coeuntia. *closing, growing together*. *Sil.* l. 1. v. 52. Coeuntes ripæ.

COIMBĪBO, is, a. 3. simul imbibo, *to imbibe along with*. *Arnob.* l. 5. pag. 178. Si aperte hoc facere confessis maledictionibus coimbibissetis.

[* COINQUENDA, æ, f. Deæ nomen apud Romanos, eadem ac Commolenda, quæ coinquendis seu commolendis. *h. e.* minutatim cædendis arboribus, quæ in aliquo luco Diis sacro essent, præerat. *Inscript. Fratr. Arval.* n. 43. Vestæ Matri oves duas, item Adolendæ, Coinquendæ oves duas immolavere. V. *Marinium ibid.* pag. 309. et 380. de hac Dea multis verbis disputantem.]

COINQUINĀTUS, a, um, *polluted, defiled*, inquinatus, conspurcatus. *Colum.* l. 8. c. 5. *post med.* Coinquinatus stercore. ¶ Translate *Prudent. Cathemer.* 6. v. 53. Qui coinquinatum vitiis cor impiavit. *Arnob.* l. 7. pag. 222. Quid his esse potest coinquinatius?

COINQUĬNO, as, a. 1. *to defile, pollute, contaminate*, συμμιαίνω, μολύνω, commaculo, conspurco, inquino. *Colum.* l. 8. c. 7. Coinquinari stercore. ¶ Item contagione labefactare. *Colum.* l. 7. c. 5. *ante med. de morbo ovium.* Cui primo quoque tempore occurrendum est, ne totam progeniem coinquinet. *for fear of infecting*. *Senec.* ep. 2. Fastidientis stomachi est, multa degustare; quæ ubi varia sunt, et diversa, coinquinant, non alunt. *deprave the system*. ¶ Translate *Vetus Poeta* apud *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* c. 27. Matres coinquinari regias, contaminari stirpem, admisceri genus. *Valer. Max.* l. 6. c. 1. n. 6. Coinquinare se crimine stupri. *Id. in fi.* cap. 7. lib. 9. se maximo scelere. *Arnob.* l. 4. pag. 151. alicujus famam, et vitam. ¶ Apud *Arnob. sub fin.* l. 5. et alibi legitur *conquino*, non tamen certa ubique lectione.

COINQUĪRE, et Coinquĕre est deputare, inquit *Festus*: hoc est desecare, abscindere. *to cut or lop off, prune, dress*. Hinc *coinquire arbores*, inutiles ramos cædendo purgare, conlucare, in quadam *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 121. lin. 12. et 16. et apud *Fabrett.* cap. 6. n. 53. pag. 445. Sic *Alfen. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 29. In lege locationis scriptum erat: Redemptor silvam ne cædito, ne coinquito, ne deurito, neve quem coinquere, urere, cædere sinito. Al. leg. *cingito*, et *cingere*. Addunt nonnulli locum *Pauli* lib. 47. tit. 7. leg. 5. sed cum eadem varietate lectionis. Apud *Fest.* suspicatur *Scalig.* legendum esse *coinquire, decubare*: et ab eo fieri *conquiniscere*. Alium locum *Festi* V. in *Scribonianus*. [¶ Particip. *coinquendus* in *Inscript. Fratr. Arval.* n. 43. Arbores coinquendæ.]

COINTUS pro *quintus* Græcorum more, qui κόϊντος scribunt, legitur in antiqua *Inscript.* apud *Pier. ad Æn.* 7. v. 648.

COITIO, onis, f. *an assembling or collecting together; an assembly, meeting*, σύνοδος, συνουσία, actus coeundi. Dicitur fere de conventu, et cœtu hominum occulte inito ad conspirandum contra aliquem; et significat etiam ipsam conventionem, seu pactum, quod in coitione fit. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 5. Quod scribis te audisse, in candidatorum consularium coitione me interfuisse, id falsum est. Ejusmodi enim pactiones in ea coitione factæ sunt, quas, &c. *Id. pro Planc.* c. 22. Coitionem facere. *Id. Attic.* l. 4. *ep. ult.* dirimere. Adde *pro Cluent.* c. 54. ¶ Pro simplici congressu, et colloquio, *interview, address*, *Terent. Phorm.* 2. 2. 32. Senex adest: vide, quid agas: prima coitio est acerrima. *the first onset*. Si eam sustinueris, post illa jam, ut lubet, ludas licet. ¶ Pro coitu Venereo, *Solin.* c. 49. (*al.* 62.) *in fi. de camelis.* Inventum est, ut desiderium in eis coitionis quadam castratione exsecaretur. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 16. In omni genere animantium, quæ ex coitione nascuntur. Adde *Lactant.* l. 1. c. 8.

COĬTUS, us, m. *a joining or uniting together; an assembling, gathering together; a collection, crowd, assemblage*, συνουσία, conjunctio, unio, coitio. *Cels.* l. 2. c. 10. *in fi.* Digito vena fricanda, ut recens coitus ejus resolvatur, iterumque sanguinem fundat. *Id.* l. 5. c. 18. n. 31. Prodest ea compositio etiam ad omnem coitum humoris emolliendum. *Id.* l. 6. c. 7. n. 7. Sordium coitus in auribus. *Quintil.* l. 9. c. 4. Coitus syllabarum. (ut fit per synæresim) *Gell.* l. 1. c. 25. *ad fin.* Coitus, et copula vocum. *Plin.* l. 2. c. 9. Luna morata in coitu solis biduo. *h. e.* in conjunctione solis, cum renovatur. ¶ Pro congressu Venereo animalium, *coition*. *Cels.* l. 2. c. 1. *ad fin.* Si neque pubertate, neque primis coitibus finita sunt. *Stat.* 10. *Theb.* v. 796. Monstrifer coitus. Adde *Gell.* l. 19. c. 2. *in fi.* et *Plin.* sæpe. ¶ Est etiam arborum coitus, cum aliqua ratione mas arbor feminæ adjungitur. De coitu palmarum *Plin.* l. 13. c. 4. ¶ Etiam insitio hoc nomine appellatur, ut est apud *eund.* l. 17. c. 14. *ante med.* Item prima arborum germinatio. *Id. l. eod.* c. 2.

COĬTUS, a, um, *entered up, contracted*, initus. *Nerat. Dig.* lib. 12. tit. 4. leg. 8. Quod dotis causa nondum coito matrimonio datur. *Ulpian.* lib. 17. tit. 2. leg. 52. Si plures sint inter eosdem societates coitæ. *Id. ibid.* leg. 3. Societate sine pupilli auctoritate coita, pupillus non tenetur. Adde *Ammian.* l. 26. c. 6. (*al.* 16.)

COJUX. V. *Conjux.*

COIX, icis, f. κόϊξ, κόϊκος. Coices appellantur palmæ cujusdam generis in Æthiopia, de quibus *Plin.* l. 13. c. 4. *a med.*

COLÆPIUM. V. *Coliphium.*

COLAPHĪZO, as, a. 1. *to strike or buffet with the fist*, κολαφίζω, colapho percutio. *Tertull.* l. 5. *advers. Marcion.* c. 12. *de fuga in persecut.* c. 2. ex 2. *ad Corinth.* 12. 7.

COLĂPHUS, i, m. *a blow or buffet with the fist*, κόλαφος, ictus manu in pugnum compressa inflictus: a κολάπτω, tundo. *Plin.* l. 8. c. 36. Ursi sæpe in arena colapho infracto (*capite*) exanimantur. *Terent. Adelph.* 2. 2. 37. Colaphis tuber est totum caput. *Id. ibid.* 2. 1. 46 Infringere alicui colaphos plus quingentos. *Juvenal.* sat. 9. v. 5. Colaphum alicui incutere. *Quintil.* l. 6. c. 3. Colaphum alicui ducere. *Plaut. Pers.* 5. 2. 65. Icere colaphum. *Id. ibid.* 2. 4. 22. Defigere aliquem in terram colaphis. *Id. Rud.* 4. 3. 68. Verbum adde etiam unum: jam in cerebro colaphos abstrudam tuo. *Id. Capt.* 1. 1. 20. Perpeti colaphos. ¶ *Tertull. de spectac.* c. 18. pro alapa sumere videtur ubi ait: Pugnos, et calces, et colaphos, et omnem petulantiam manus, &c. *a blow or slap with the open hand.*

COLATORĬI, equi dicuntur a *Veget. de re Veterin.* l. 4. c. 5. *ad fin.* (si modo ea verba *Vegetii* sunt, et non ab aliena manu inserta) quos *tolutarios* antiquiores Latini appellant. Imo apud *Senec.* ep. 87. ubi habetur *toluturiis*, in omnibus MSS. legisse se *colutariis*, aut *colatariis* testatur *Salmas. ad Capitolin. in Maximin.* c. 3. ex quibus libenter, inquit, emendarem *colatoriis*. Nam ita dicti sunt equi minutim ambulantes, Græce σακκισταί, vel σακκιστοί, a sacco, vel colo, quod minutim vacuefieri consuevit. Hæc et plura ibi *Salmas.*

COLATŬRA, æ, f. *what remains after straining*, quod colando remanet. *Cœl. Aurelian. Chronic.* l. 5. c. 3. Urina ita subalbida, ut colaturæ liquidæ colorem fingat.

COLĀTUS, a, um, *strained, refined, purified*, purgatus, percolatus, ἠθείς, [† ἠθημένος]. *Plin.* l. 31. c. 8. Colata fæx. *Id.* l. 25. c. *ult.* Succus linteo colatus. *Id.* l. 21. c. 14. Favi sporta colati. ¶ Translate *Tertull. de anim.* c. 48. Certiora, et colatiora somniari affirmant sub extimis noctibus. *Id. ibid.* c. 9. Berylli fluctuant colato nitore.

COLAX, acis, m. κόλαξ, assentator: a κολακεύω, adulor. Est Parasiti nomen in *prol. Eunuc. Terentii* v. 30.

[* COLAXES, is, m. rex Bisaltarum, filius Jovis, et nymphæ Horæ, hujus mentionem facit *Valer. Flacc.* l. 6. v. 48.]

COLCHI, orum, populi Asiæ inter orientale litus Euxini, Ponti, et Iberiam, veneficio infames, et Medeæ ac Jasonis memoria, fabularumque involucris apud Poetas nobilitati. *Horat.* l. 4. od. 4. v. 63. *Plin.* l. 6. c. 4.

COLCHIĂCUS, a, um, adject. idem quod Colchicus, vel Colchus. *Propert.* l. 2. eleg. 1. v. 56. Colchis Colchiacis urat arena focis. Al. le. *Iolchiacis*, rectius.

COLCHĬCUS, a, um, qui est ex Colchide. *Horat. Epod.* 17. v. 35. Calet venenis officina Colchicis. ¶ *Colchicum, i*, herba est venenata, ut cicuta. *Plin.* l. 28. cap. 9.

COLCHIS, idis, f. [† hod.] *Mengrelia*, Κολχίς, regio Asiæ, pars Georgiæ, inter Pontum Euxinum ad Occ. et Iberiam ad Or. Caucaso monte separante, Armeniam ad Austr. Sarmatiam ad Bor. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 505. Vix tandem longis quæsitam Colchida votis Contigimus. ¶ Est etiam gentile femin. et speciatim Medeæ nomen apud Poetas. *Horat.* epod. 16. v. 58. Neque impudica Colchis intulit pedem. Adde *Juvenal.* sat. 6. ver. 642. ¶ Et *Gens Colchis* pro gente Colchorum. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 418.

COLCHUS, a, um, qui est ex Colcho, Colchicus. *Horat. in art. poet.* v. 118. Colchus, an Assyrius, Thebis nutritus, an Argis. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 876. Domus Colcha. *Id.* 7. *Metam.* v. 394. Sed postquam Colchis arsit nova nupta venenis. *Martial.* lib. 12. epigr. 57. v. 17. Cum secta Colcho Luna vapulat rhombo. *h. e.* magicis artibus.

COLEĀTUS, a, um, coleos habens. *Pompon.* apud *Non.* c. 2. n. 872. Ubi insilui in coleatum equuleum, ibi tolutim tortor. Ita *Turneb.* l. 17. *Adversar.* c. 21. V. *Cochleatus*. *Id. Pompon.* apud *Non.* c. 7. n. 20. Incœpi contui, conspicio coleatam cuspidem. τὸ αἰδοῖον ἀρσενικόν, ut *Id. Turneb.* l. 6. c. 9. interpretatur.

COLES. V. *Colis.*

COLĔUS, i, m. *a testicle*, ὄρχις, testiculus. *Cic. Fam.* 9. ep. 22. *Martial.* l. 12. epigr. 85. et *Auct. Priap.* carm. 13. ¶ *Si coleos haberemus*, *h. e.* si viri essemus, vel ut *Pers.* loquitur sat. 1. v. 103. si testiculi vena ulla paterni Viveret in nobis: *if we were men*. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 44. *Burm.* Sed si nos coleos haberemus, non tantum sibi placeret. ¶ *Coleos*, κολεὸς Græce est vagina. V. *Psolois.*

COLĬAS, æ, m. *a sort of mackerel*, ὁ κολίας, genus piscis e genere lacertorum. *Plin.* l. 32. *c. ult.*

COLĪCE, es, f. V. in *Colicus.*

COLICŬLUS, li, m. *a small stalk*, καυλίον, parvus colis, cauliculus. *Cato R. R.* c. 158. Coliculus brassicæ. *Id. ibid.* betæ. *Colum.* l. 12. c. 7. apii. ¶ Dicitur etiam de tenellis, ac viridibus ramusculis arborum. *a young shoot*. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 31. Coliculus viteus intortus, ut cincinnus. *Colum.* l. 5. c. 9. *a med.* Arbor coliculum agit.

COLĬCUS, a, um, *colic, affecting the bowels*, κωλικός, ad colon intestinum pertinens. Hinc *colicus* dicitur, qui coli doloribus laborat. *Plin.* l. 20. c. 12. *ad fin.* Ergo etiam cœliacis Philistion dedit; et coctum dysentericis, et colicis Plistonicus. Ita *Harduin.* ex MSS. [† *Plin.* 20. 4. Colicus dolor. *the colic*.] ¶ *Colicum medicamentum*, quod datur ad coli dolores. *a medicine for the colic*. *Cels.* Græce habet l. 4. c. 14. Medicamentum, quod κωλικὸν nominatur. ¶ Hoc idem dicitur *colice, es*, κωλικὴ ἀντίδοτος. *Cels.* l. 5. c. 25. n. 12. Colice Cassii ex his constat: croci, anisi, castorei, &c. Adde *Scribon. Larg. compos.* 120. et 121.

COLIGO, iginis, f. *a house*, domus, quæ incolitur. *Arnob.* l. 2. pag. 91. In penetralibus coliginis perpetuos fovetis focos. Al. leg. *in penetralibus Vestæ ignes perpetuos*, &c. Priorem lectionem tuetur *Salmas.* tum ad *Tertull. de pall.* tum *in exercitat. Plin.* non semel: additque, etiam *colium* hac significatione usurpari apud *Tertull. de Spectac.* c. 5. ubi hujusmodi affert inscriptionem Aræ cuidam insculptam: *Census consilio, Mars duello, Lares colio potentes.* ubi alii leg. *comitio*. V. *Salmas. in exercitat. Plin.* pag. m. 913.

COLIPHĬUM, ii, n. *a kind of dry diet which wrestlers used, to make themselves strong and firm-fleshed*, cibus, quo utebantur athletæ ad vires firmandas. Olim vescebantur siccis ficubus, quia magnam vim habent ad augendum robur corporis: sed Pythagoras quidam athleta carnium primus usum invexit, ut *Plin.* l. 23. c. 7. docet. Videri itaque possint coliphia esse pultes ex assis, et concisis carnibus confectæ, suillis maxime, et bubulis, quas luctaturi comederent, ut essent validiores. *Plaut. Pers.* 1. 3. 12. Collyræ facite ut madeant, et coliphia: ne mihi incocta detis. *Martial.* l. 7. epig. 66. Cum coliphia sexdecim comedit. *Juvenal.* sat. 2. v. 53. Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ. ¶ Juvat hanc interpretationem Græca vox κωλήπια (a qua *Salmas.* originem ducere ait) quæ significat summitates membrorum animalium, a κώλην, talus, perna, vel a κωλῆν, petiolus. Utebantur enim carnibus, quæ minimum succi, et pinguedinis haberent, quæque maxime aridæ essent, et siccæ. Quod

autem sæpe ex carne suilla coliphia fierent, confirmatur ex illo *Petronii in fragm. Tragur.* c. 70. *Burm. de coquo ingenioso.* Volueris, de bulba (h. e. *vulva*) faciet piscem, de lardo palumbum, de perna turturem, de colæpio (lege *coliphio*) gallinam. ¶ Nihilominus *Vetus Scholiast. Juvenal.* eumque secuta tota fere interpretum natio, quibus contra ire non ausim, *coliphia* fuisse dicunt panes azymos recenti caseo commixtos: deducuntque a κῶλον, membrum, et ἶφι, valide, fortiter, quod membris vires adderent. Docent etiam in formam veretri fuisse confectos: ut de iis intelligi possit illud *Martial.* lib. 14. epigr. 69. cujus lemma est *Priapus siligineus.* Si vis esse satur, nostrum potes esse Priapum. ¶ Quidam scribunt *colliphia.*

COLIS, et Coles, is, m. *the stalk or stem of an herb,* καυλὸς, idem quod *caulis;* quemadmodum dicitur *plaustrum plostrum, cauda coda,* &c. *Cato R. R.* c. 35. Coles rapicii. ¶ De tenello ramusculo vitium, *the tendril of a vine. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 31. Pampinare ex sarmento coles, qui nati sunt. et *mox.* Ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare succum. *Colum.* l. 5. *R. R.* c. 6. *sub fin.* Coles vinearii. Adde *de arborib.* c. 9. ¶ Translate sumitur pro virili membro. *Cels.* l. 6. c. 18. n. 2. Si ex inflammatione coles intumuit. *Id. ibid.* Coles sub cute exesus. Adde lib. 7. c. 25. ¶ Rectus casus *colis* firmatur τῷ *caulis.* V.

COLĬUM. V. *Coligo.*

COLLABASCO, is, n. 3. *to begin to fall, be ready to fall, totter, waver,* συνολισθαίνω, collabi incipio, nuto, casum minitor. *Lucret.* l. 3. v. 600. Conquassatur enim tum mens, animæque potestas Omnis: et hæc ipso cum corpore collabascunt. Al. leg. *collabefiunt,* quia prima syllaba in *labo, as,* brevis est. ¶ Translate *Plaut. Stich.* 4. 1. 16. Ut cuique homini res parata est, firmi amici sunt: si res lassa labat, itidem amici collabascunt. ¶ Scribitur et *conlabasco.*

COLLABEFACTĀTUS. a, um, adject. collabefactus. *Lucret.* l. 1. v. 492. Collabefactatus rigor auri solvitur æstu. *loosened, dissolved.* ¶ Scribitur et *conlabefactatus.*

COLLABEFACTO, et Conlabefacto, as, a, 1. *to throw down, weaken, enfeeble,* labefacto, corrumpo, λυμαίνω. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 566. Et vastum motu collabefactat onus.

COLLABEFACTUS, a, um, *loosened, impaired, destroyed,* labefactus, corruptus, λυμανθείς. *Lucret.* lib. 4. v. 698. quod fracta magis redolere videntur Omnia, quod contrita, quod igni collabefacta. Al. leg. *concalefacta.* ¶ Translate *Nepos in Arist.* c. 1. A Themistocle collabefactus testula illa, exsilio decem annorum mulctatus est. *h. e.* dejectus, oppressus. *overthrown, supplanted.*

COLLABEFĬO, is, n. *to go to ruin, be dashed to pieces,* solvor, corrumpor. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 6. Naves adeo graviter inter se concitatæ conflixerunt, ut vehementissime utræque ex concursu laborarent; altera vero, præfracto rostro, tota collabefieret.

COLLABELLO, as, a. 1. *to join lips to lips,* labra labris adjungo. *Laberius* apud *Non.* c. 2. n. 168. Collabella osculum. ¶ Scribitur et *conlabello.*

COLLĀBOR, et Conlabor, eris, apsus sum, dep. 3. *to fall entirely or together; to sink, fail, give way,* συνολισθαίνω, πίπτω, labor, vel simul cum alio labor, concido, corruo. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 295. Hæc frustra fugiens collabitur. *Petron. in Satyr.* c. 94. Collabi ante pedes alicujus. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 152. et in miseræ collabitur ora sororis. *Sueton. in Cæs.* c. 81. Fastigium domus collabitur. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 31. Ad gemitum collabentis adcurrere liberti. *Stat.* 1. *Achill.* v. 195. Collabi saxo. *to recline upon.* ¶ Translate *Plaut. Trucul.* 3. 2. 3. Hic clanculum collapsus est in corruptelam suam. ¶ Particip. *collapsus* V. infra suo loco.

COLLABŌRO, et Conlaboro, as, n. 1. simul laboro, simul curam ago. *Tertull. de pœnit.* cap. 10. Non potest corpus de unius membri vexatione lætum agere: condoleat universum, et ad remedium collaboret, necesse est.

COLLACERĀTUS, a, um, adject. idem quod laceratus. *Tacit. Hist.* l. 3. c. 74. Confossum, collaceratumque corpus.

COLLACRYMATĬO, onis, f. idem quod lacrymatio. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 45. Signa doloris voce, vultu, collacrymatione denique ostendere.

COLLACRȲMO, et Conlacrymo, as, a. 1. *to join with in lamenting; to weep, wail, lament,* δακρύω, idem quod lacrymo, vel simul lacrymo, fleo. *Cic. in somn. Scip.* c. 1. Complexus me senex collacrymavit. *Id. pro Sext.* cap. 58. Histrio casum meum collacrymavit. *Plaut.* apud *Gell.* lib. 1. cap. 24. simul omnes collacrymarunt. Adde *Terent. Andr.* 1. 1. 82.

COLLACTANĔUS, et Conlactaneus, a, um, *one nursed with the same milk; a foster-brother,* ὁμογάλακτος, σύντροφος, qui simul cum alio eodem est lacte nutritus. *Paul. Dig.* lib. 40. tit. 2. leg. 13. Si collactaneus, vel educator, &c. *Scævola* lib. 34. tit. 4. leg. 30. Titia testamento Sejam libertam, eandemque collactaneam heredem instituerat.

COLLACTĔUS, et Conlacteus, a, um, idem quod collactaneus: quamvis *Charis.* l. 1. pag. 62. *Putsch.* dici negat. *Inscript.* apud *Reines.* class. 9. n. 16. Verna collacteus Drusi. Adde aliam apud *Gruter.* pag. 585. n. 8. et *Martian. Capell.* l. 1. pag. 3. et lib. 2. pag. 27. ¶ Quidam tribuunt etiam *Juvenal.* sat. 6. v. 306. sed incerta est lectio.

COLLACTĬUS, a, um, collacteus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 632. n. 8. et 661. n. 2. et 3. et alibi. ¶ Scribitur et *conlactius. Hygin.* fab. 224. Croton conlactius Musarum.

COLLÆTOR, et Conlætor, aris, dep. 1. *to rejoice with,* simul lætor, congaudeo, συγχαίρω. *Tertull. de Idolol.* c. 14. Collætemur ex communione naturæ.

COLLÆVO, vel Collevo, et Conlævo, as, a. 1. *to make smooth,* lævem reddo, lævigo, ἐπιλεαίνω. *Senec.* ep. 64. *a med.* Hoc medicamento asperitas oculorum collævatur. *Plin.* l. 17. c. 22. *a med.* Collævare plagam arboris falce. *Id.* l. 23. c. 1. *ante med.* Mustum prodest interaneis vesicæ: collævat enim ea.

COLLAPSĬO, onis, f. *a falling, fall,* casus, ruina. *Jul. Firmic. de err. proph. relig.* c. 21. Cadentium fulminum funesta collapsio.

COLLAPSUS, et Conlapsus, a, um, *fallen into ruins, fallen down,* delapsus, συμπεπτωκώς. *Liv.* l. 35. c. 9. Circa portam Flumentanam collapsa quædam ruinis sunt. *Sueton. in Aug.* c. 30. Ædes sacræ vetustate collapsæ. *Tacit. Ann.* 2. c. 47. Duodecim celebres urbes collapsæ. nocturno motu terræ. *Curt.* l. 8. c. 2. *in fi.* Inter manus Regis collapsus exstinguitur. *Virg.* 4. *Æn.* v. 664. Collapsus [†-sa] ferro. *having fallen upon the point of her sword. Cels.* l. 7. c. 26. Iter urinæ senectute collapsum. *Virg.* 4. *Æn.* v. 391. suscipiunt famulæ, collapsaque membra Marmoreo referunt thalamo. *swooning, fainting. Ovid.* 7. *Metam.* v. 826. subito collapsa dolore cecidit. *having fainted away. Id.* 10. *Metam.* v. 186. Collapsos alicujus artus excipere. *Cels.* l. 2. c. 6. Ad ultima jam ventum esse testantur nares acutæ, collapsa tempora, oculi concavi. *meagre visage.* ¶ Translate *Valer. Mar.* l. 6. c. 2. n. 10. Ira in se ipsa collapsa est. *h. e.* concidit, sedata est. *Pacat. in. Paneg. ad Theodos.* c. 11. Collapsam rempublicam excipere.

COLLĀRE, is, n. *a collar; a kind of band for the neck,* περιτραχήλιον, περιδέραιον, vinculi genus, quo noxiorum collum adstringitur. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 162. Cum manicis, catulo, collarique ut fugitivum Deportem. ¶ Item cingulum e corio cum clavulis capitatis, quo canum colla protegunt contra morsus ferarum. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *ad fin.* Ne vulnerentur a bestiis, imponuntur his collaria, &c. ¶ Ab *Apic.* l. 7. c. 5. et 6. *collare* dicitur caro cervicis, et circa collum animalium.

COLLARĬA, æ, f. *a collar,* vinculum colli, collare. *Plaut. Capt.* 2. 2. 107. Hoc quidem haud molestum est, quod collus collaria caret. ¶ Quidam putant hoc loco esse adjectivum, et subintelligendum esse *catena.* Quid si *collaria* esset accusativus pluralis? Nam et eum casum *careo* admittit. [Certe *Priscian.* pag. 590. *Putsch.* collarium nominat, et id esse dicit, quod in collo est.]

COLLĀRIS, re, *relating to the neck,* ad collum pertinens. *Infula collaris* legitur a *Burman.* in *Petron. fragm. Tragur.* c. 56. et exponitur focale: sed alii alia.

COLLATĀTUS, a, um, *enlarged, amplified,* dilatatus, ampliatus. *Cic. in Orat.* c. 56. Quod si angusta quædam, atque concisa, et alia est collatata, et diffusa oratio, &c. Ita habent præter alios *Aldus* 1514. *Petr. Victor.* &c.

COLLATĔRO, as, a. 1. latus claudo, ad latus sto. *Capell.* l. 3. pag. 56. C vocales utrinque collaterat.

COLLATĬA, æ, f. oppidum excisum Latii ad Anienem fluvium, in via Tiburtina, in confin. Sabinorum: condita ab Albanis, dicta, quod ibi opes aliarum civitatum fuerint collatæ, ut docet *Festus.* ¶ Scribitur et *Conlatia.*

COLLATĪNUS, a, um, adject. a Collatia oppido. *Virg.* 6. *Æn.* v. 774. Hi Collatinas imponent montibus arces. *Liv.* lib. 1. c. 38. Collatinus populus. ¶ Hinc *Collatina porta* Romæ, quæ Collatiam ferebat. *Fest. in Conlatia.* ¶ *Conlatinus* cognominatus est L. Tarquinius Egerii filius, qui primus consul Romæ fuit cum L. Junio Bruto, ut est apud *Liv. in fi.* lib. 1. quod ejus pater diu Collatiæ a Tarquinio Prisco captæ præfectus fuerat. *Id. ibid.* c. 38. et *Ovid.* 2. *Fast.* v. 733. ¶ Apud *eund. Ovid. ibid.* v. 787. *penetralia Collatina* sunt ædes ejusdem L. Tarquinii. ¶ *Collatini, orum* sunt Collatiæ cives. *Liv. loc. cit.* ¶ Sunt etiam populi Apuliæ, apud *Plin.* l. 3. c. 11. *ad fin.* ¶ Dea *Collatina* ab Romanis, ut collium præses culta est, teste *Augustin. de Civ. Dei,* c. 8. l. 4. ¶ Scribitur et *Conlatinus.*

COLLATĬO, et Conlatio, onis, f. *a contribution, collection,* εἰσφορὰ, σύμβολον, actus conferendi: item quod in unum confertur: et speciatim indictio, tributum, quo ab omnibus conferuntur pecuniæ in usum reipublicæ. *Liv.* l. 4. *c. ult.* Æs grave plaustris quidam ad ærarium convehentes, speciosam etiam collationem faciebant. ¶ Differt tamen a tributo, quia hoc a principe in certa quantitate indicitur: collatio libera est quo ad summam pecuniæ, licet et ipsa imponatur. *Sueton. in Calig.* c. 42. Filia nata, patria conquerens onera, collationem in alimoniam atque dotem puellæ recepit. *Plin. in Paneg.* c. 41. Collationes remittere. *Tacit. de Germ.* c. 29. Collationibus et oneribus exemptum esse. *Liv.* l. 5. c. 25. Collatio stipis, aut decimæ. ¶ Est etiam contributio alicujus rei in commune, dividundi gratia. Unde tituli 6. et 7. lib. 37. *Digest.* de collatione bonorum, et dotis: cum scil. filii emancipati, vel filia matrimonio juncta bona sua, et dotem conferunt simul cum ceteris bonis paternis, ut ad eorum possessionem una cum fratribus, qui in potestate patris fuerunt, contra testamenti tabulas admittantur. ¶ Item comparatio, *a comparing, likening; comparison, similitude. Cic.* l. 2. *de Divin.* cap. 17. Tu quidem non hostiarum casum confirmas sortium similitudine, sed infirmas sortes collatione hostiarum. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 28. Quæ est in collatione ista similitudo? *Id.* 4. *Tuscul. in fi.* Philosophia constat collatione rationum. *Plin.* l. 37. c. 9. Optimæ hyacinthi, quæ in collatione aurum albicare cogunt. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 8. Legio, quæ collatione reliquarum, nondum eandem virtutis ceperat opinionem. ¶ Apud Grammaticos est gradus adjectivorum comparativus, aut superlativus. *Festus:* Ocius secundæ collationis, et deinde tertiæ ocissime, frequentata sunt. ¶ Apud Rhetores *collatio* est oratio rem cum re ex similitudine conferens, ut definit *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 30. ¶ Præterea est illatio unius rei contra aliam, congressus, concursus. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 48. Qui cum esset constitutus administrator quidam belli gerendi, tum adjungeremus de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collationibus, &c. *engagements, joining in close fight.* ¶ In illo *Plauti Mil.* 3. 3. 66. Ubi facta erit collatio nostrarum malitiarum, haud vereor, ne nos subdola perfidia pervincamur. *collatio malitiarum* est conjunctio malitiarum in unum collatarum. ¶ Denique significat disputationem, *a disputing, debating. Augustin.* l. 2. *Retractat.* c. 39. et alibi. ¶ *Conlatio* scriptum est in *vet. Lapid.* apud *Grut.* pag. 428. n. 6.

COLLATĬTĬUS, et Collaticius, a, um, *raised by contribution,* συγκομιστὸς, ex plurium collatione factus. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 10. Collatitiis, et ad dominos rediturіs instrumentis scena adornatur. *Quintil.* declam. 6. c. 11. Collatitia sepultura. *Apul.* l. 8. *Metam.* Collatitia stipe. ¶ *Collatitia myrrha* dicitur a *Plin.* l. 12. c. 16. quæ non est unius generis, sed ex variis in unum collatis permixta. ¶ *Ex ære collatitio* quippiam facere apud *Tertull. advers. Valentinian.* c. 12. proverbio dicitur, qui alienis opibus, et auxilio, non solo Marte suo aliquid facit.

COLLATĪVUS, a, um, adject. *Festus:* Collativum sacrificium dicitur, quod ex collatione offertur. *h. e.* collata a pluribus impensa. ¶ *Idem:* Collativum ventrem, magnum, turgidum dixit Plautus, quia in eum omnia edulia congeruntur. *a great haunch or wem, which receives great quantities of all kinds of food.* Plauti verba sunt *Curcul.* 2. 1. 15. Qui hic est homo cum collativo ventre, atque oculis herbeis? ¶ Universim *collativus* dicitur, qui a pluribus confertur. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. *circa med.* Nec solum explicandis corporibus hi duo numeri collativum præstant favorem, sed, &c. *Nazar. in Paneg. ad Constantin.* c. 18. *in fi.* Innumeræ simul gentes ad bellum coactæ, dum collativam vim conferunt, compendiosam victoriam præstiterunt. ¶ *Collativum, i,* n. (ut *donativum*) est idem quod collatio, tributum. *Impp. Grutian. Valentinian. et Theodos.* lib. 6. *Cod. Theodos.* tit. 26. leg. 3. ¶ Scribitur et *conlativus.*

COLLĀTOR, oris, m. *one who contributes; a contributor,* qui confert. *Plaut. Curcul.* 4. 1. 13. Symbolarum collatores. ¶ Et speciatim qui collationem seu tributum pendit. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 7. *Cod. Theodos.* tit. 6. *leg. ult.* ¶ Item qui unum aliquid cum alio confert, *a comparer. August.* ep. 147. Collatorem enim, et disputatorem, non assentatorem se esse cupiebat. ¶ Scribitur et *Conlator.*

COLLATORĬUS. V. *Chalatorius.*

COLLĀTRO, as, a. 1. *to bark at,* ὑλακτέω, latro, adlatro. Translate *Senec. de vita beata,* c. 17. Si quis ex istis, qui philosophiam collatrant. *h. e.* conviciis insectantur. ¶ Scribitur et *Conlatro.*

COLLĀTUS, a, um, *contributed,* συμφορηθεὶς, simul datus, a pluribus contributus in eundem aliquem usum. *Cic. pro Flacc.* c. 25. Pecuniam ad patris honores collatam filius abstulit. *Sueton. in Aug.* c. 59. Antonio Musæ statuam, ære collato, juxta signum Æsculapii statuerunt. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 372. n. 7. L. Aurelio L. L. Victori Pleb. Seniensium ære collato, &c. Alia *ibid.* pag. 373. n. 5. C. Bebio C. F. Gal. Lupulo Plebs Urbana ex ære collato. L. D. D. D. Adde pag. 322. n. 5. pag. 417. n. 4. et alibi sæpe. Alia apud *Donium* class. 9. n. 4. Coll. Cent. Helvius Leo ob merita erga se collata. Alia apud *Gruter.* pag. 1022. Ob beneficia ab optimo Principe in se collata Colonia Aelia, &c. ¶ Item comportatus. *Petron. in Satyr.* c. 115. *in fi.* Et Lycam quidem rogus inimicis collatus manibus adolebat. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 19. Collata myrtus. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 25. Signa in unum locum collata. ¶ Item delatus, perlatus, *brought. Cic. Attic.* l. 13. ep. 12. Ait, sine controversia rem ad me esse collatam. ¶ Item comparatus, *compared together. Cic.* 4. *Acad.* c. 23. Qui mihi cum illo collati, quintæ classis videntur.

Varr. l. 8. L. L. c. 22. Bos ad bovem collatus, similis. Propert. l. 2. eleg. 21. v. 11. Num sibi collatam doluit Venus? Plin. lib. 7. c. 48. in fi. Collatis censibus, quos ante detulerat. compared. V. Locum. ¶ Item oppositus, objectus, contra alterum illatus, congrediendi, et pugnandi causa. Cic. pro leg. Manil. c. pa ult. Qui collatis signis, exercitus regios superare posse videatur. Liv. lib. 2. c. 30. Aliquoties æquo campo, collatisque signis certatum est. Plaut. Cas. 2. 5. in fi. Collatis signis depugnare. (Collatis signis significat congredientibus æquo campo integris aciebus sub signis, et justo prælio decertantibus, in a general engagement, in a pitched battle. Sic Liv. l. 37. c. 21. Regii signis collatis abire agmine, ad iter magis, quam ad pugnam composito, capere. Id. l. 38. c. 41. Prælio justo, acie aperta, collatis signis dimicandum erat.) Cæsar l. 3. B. Civ. c. 79. Habere castra collata castris hostium. to pitch his camp in front of the enemy. Valer. Flacc. l. 6. v. 270. adversas collatis cursibus hastas Conjiciunt. *running each against the other.* *Liv.* l. 26. c. 39. Collato pede rem gerere. *Curt.* l. 3. c. 11. Collato pede, quasi singuli inter se dimicarent, in eodem vestigio stabant, donec vincendo locum sibi facerent. *h. e.* junctis pedibus alius contra alium conferti pugnabant. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 569. Collata dextra movere prœlia. *hand to hand; by coming to close quarters.* *Id. Metam.* 12. v. 379. Collato Marte. *h. e.* cominus. ¶ Item junctus, conjunctus, *joined together, united.* *Plin.* l. 8. ep. 14. *a med.* Collatis viribus. *Curt.* l. 7. c. 11. Fontes, e quibus collatæ aquæ flumen emittunt. *Plin. in Paneg.* c. 23. Collata omnium vota in unius salutem. ¶ Item simul tractatus, disputatus, *treated, discussed, debated.* *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 4. v. 13. Seria multa mihi tecum collata recordor. ¶ Scribitur et *conlatus.* *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 426. n. 7. pag. 447. n. 6. et pag. 457. n. 8. ære conlato. Alia apud *Gud.* pag. 89. n. 8. pecunia conlata.

COLLĀTUS, us, m. collatio. *Auct. de B. Hispan.* c. 31. Congressus et clamor, quibus rebus maxime hostes conterrentur, in collatu pari erant conditione. *in the affray: in the encounter:* in conferendis, et conserendis manibus. Alio sensu *Censorin. de die nat.* c. 1. Cum tuo collatu scirem me plura didicisse. *h. e.* te conferente, et docente. ¶ Extra ablativum casum exempla nondum mihi reperta sunt.

COLLAUDABĬLIS, le, *laudable, commendable,* laudabilis. *Prudent. in Hamartig.* v. 694. Nec bonus est, nec collaudabilis ille.

COLLAUDATIO, onis, f. *commendation, praise,* laudatio, ἐγκώμιον. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 43. Qui scriptum defendit, his locis poterit uti: primum scriptoris collaudatione, &c. Adde *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 9.

COLLAUDĀTOR, oris, m. *one who praises,* qui collaudat. *Augustin.* l. 4. *Confession.* c. 14. *in fi.* Nullo collaudatore mirabar.

COLLAUDATUS, a, um, *praised, commended,* laudatus. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 2. Collaudati milites. *Hirt. de B. Afric.* c. 35. Collaudati a Cæsare, stipendioque donati.

COLLAUDO, as, a. 1. *to praise with others, extol, commend,* συνεπαινέω, idem quod laudo, vel valde laudo. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 16. Cum ejus clementiam per litteras collaudavissem. *Id. Phil.* 5. c. 11. Collaudare factum alicujus. *Plaut. Trucul.* 2. 6. 15. Præfica alios collaudare absentes, se se vero non potest. *h. e.* aliorum laudes dicere. ¶ Scribitur et *conlaudo.*

COLLAXO, as, l. *to loosen, slacken,* idem quod laxo, χαυνόω. *Lucret.* l. 6. v. 231. quia nimirum facile omnia circum Collaxat, rareque facit lateramina vasi. ¶ Scribitur et *conlaxo.*

COLLĒCTA, æ, f. *a shot, scot, or reckoning at a club; a club, contribution, collection,* συμβολον, quod confertur a multis in convivium, collatio, symbola. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 57. Collectam a conviva exigere. ¶ Pro multorum in unum locum coitione orandi causa sumitur a *D. Hieronym.* ep. 27. *ad Eustoch.* c. 10.

COLLECTACŬLUM, i, n. locus, ubi aliquid colligitur, receptaculum, ut Collectacula aquæ apud *Innocent. de casis litter.* pag. 230. *Goesii.*

COLLECTANĔUS, a, um, *gathered or scraped together, collected here and there, collectaneous, collectitious,* collecticius. *Collectaneum æs* dicitur quod est ex usu coemptum, inquit *Plin.* l. 34. c. 9. *h. e.* æs jam usu detritum, et variis emptionibus hinc inde collectum. *Sueton. in Cæs.* c. 56. narrat, Cæsarem, inter alia, scripsisse librum, qui *Dicta collectanea* inscribebatur. *Collectanea, orum* sunt scripta, quæ ex pluribus excerpta locis in unum collecta sunt. *apophthegms, or remarkable sayings.* *Gell.* l. 4. c. 14. Cum librum nonum Ateii Capitonis Collectaneorum legeremus, qui inscriptus est *de judiciis publicis.* Ita legitur in quibusdam libb. sed alii rectius *Conjectaneorum.* ¶ Scribitur et *conlectaneus.*

COLLECTARĬUS, ii, m. qui colligit pecuniam, et cum alia pecunia, accepto pretio, poscentibus commutat, ἀργυραμοιβός: *a money-changer:* item qui argentariorum pecunias exigit, et cogit, coactor. *an usurer's collector.* *Imp. Honor. et Theodos.* lib. 4. *Cod.* tit. 2. leg. 16. Si quis collectarius honoris pretium dederit ambienti. *Symmach.* l. 10. ep. 49. (*Juret.* 42.) Vendendis solidis, quos plerumque publicus usus exposcit, collectariorum corpus obnoxium est. Adde *Augustin.* l. 22. *de Civ. Dei,* c. 8. *a med.*

COLLECTE, adverb. Est *Nonii* cap. 2. n. 727.

COLLECTIM, adverb. *briefly, compendiously,* breviter, paucis, summatim. *Claud. Mamert.* l. 3. *de statu Anim.* c. 14. Collectim strictimque sub mentis oculos redegi.

COLLECTĬO, onis, f. *a gathering or collecting together; a collection,* συλλογη, congregatio. *Cic. pro Leg. Manil.* c. 9. Ut eorum collectio dispersa celeritatem persequendi retardaret. *Id. de clar. Orat.* c. 88. Attulerat minime vulgare dicendi genus: duas quidem res, quas nemo alius: partitiones, quibus de rebus dicturus esset, et collectiones. [† ἀνακεφαλαίωσις.] *a summary, compendium, abstract.* *Petron. in Satyr.* c. 98. Collectio spiritus. *a stoppage of breath.* ¶ A Medicis collectiones dicuntur tumores præter naturam ex humoribus in partem aliquam corporis defluentibus, *a gathering, swelling, imposthume, collection of humours.* Est autem generale nomen abscessuum, vomicarum, aliorumque tumorum. *Scribon. Larg. compos.* 206. Si quis emissarium collectionis apto loco, id est infra sinum, ubi collectio est, fecerit. *Senec.* ep. 68. In pectore collectio et vomica est. *Plin.* l. 24. c. 9. Extrahere collectiones. *Id. ibid.* inhibere. *Id.* l. 22. c. 25. discutere. *Id.* l. 23. c. 4. *a med.* lenire. *Id.* l. 22. c. 25. mollire. *Id.* l. 24. c. 11. minuere. et l. 26. c. 12. sanare. et l. 27. c. 12. sedare. et l. 24. c. 4. siccare. et l. 26. c. 4. sistere. et l. 20. c. 8. solvere. ¶ Præterea *collectio* dicitur argumentatio, quia quibusdam positis aliud quidpiam colligitur, et concluditur. *a conclusion, inferencc.* *Senec.* ep. 45. Persuadere alicui aliquid subtilissima collectione. *Id.* ep. 85. Respondere collectioni Peripateticorum. *Plin.* l. 2. c. 23 Ratio Geometricæ collectionis numquam fallacis. Adde *Arnob.* l. 1. pag. 35. et *Ascon. in Verr.* 4. c. 10. ¶ *Rutil.* apud *Quintil.* l. 9. c. 2. collectionem, quæ apud illum est συλλογισμὸς, inter figuras sententiarum enumerat. *a syllogism.* [† Adde *Senec. Epist.* 48.] ¶ Scribitur et *conlectio.*

COLLECTĬCĬUS, et Collectitius, a, um, *gathered together, collected here and there, collectitious,* συλλογιμαῖος, συστηματικός. *Senec.* l. 7. *quæst. nat.* c. 23. Ignis collecticius. *h. e.* collecto hinc inde pabulo factus. ¶ *Collecticius exercitus* dicitur, qui ex undique collectis, et sine delectu, raptimque conscriptis militibus cogitur. *Cic. Fam.* 7. ep. 3. Signa tyrone et collecticio exercitu cum legionibus robustissimis contulit. ¶ Scribitur et *conlecticius.*

COLLECTĪVUS, et Conlectivus, a, um, *collectitious, collectaneous,* συλλογιμαῖος, collecticius. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 7. Ut scias, illic non cælestem esse, nec collectivum humorem, sed, quod dici solet, vivam aquam. ¶ Item qui arguendo colligit, συλλέγων. *Quintil.* l. 7. c. 1. Ratiocinativa, atque collectiva quæstio orietur. *gathered here and there, collective, argumentative.* ¶ *Collectivum nomen* dicitur a Grammaticis, quod in singulari numero plura colligit, ac significat, ut *populus, exercitus, concio,* &c. *Priscian.* l. 2. pag. 581. *Putschii.* *a collective noun.*

COLLECTOR, et Conlector, oris, m. qui simul legit, vel simul eosdem versat scriptores, aut eadem studia tractat, συμμαθητής, συναναγινώσκων. *Augustin.* l. 1. *Confess.* c. 17. Mihi recitanti acclamabatur præ multis coætaneis, et conlectoribus meis. *fellow-disciples, fellow-students.*

COLLECTRIX, icis, f. quæ colligit. *Plaut. Mil.* 3. 1. 99. Præcantatrici, collectrici, hariolæ, atque haruspici. Ita legit *Turneb. in comment. ad jocos Cicer.* et collectricem exponit, quæ religionis causa stipem colligit. Alii tamen leg. *Conjectrici.*

COLLECTUS, us, m. *a collection,* συλλογὴ, collectio. *Lucret.* l. 4. v. 415. At collectus aquæ digitum non altior unum. *Frontin. de limitib.* pag. 43. *Goes.* Collectus aquæ pluvialis finem alterius fundi influit.

COLLECTUS, a, um, *collected, made up, composed,* συλλεγεὶς, comparatus, congregatus, coactus. *Cic.* 2. *Catil.* c. 3. Exercitus collectus ex senibus desperatis. *Id.* 3. *de Orat.* c. 24. Res exquisitæ undique, et collectæ. ¶ Item contractus, in angustum coactus. *Virg. Æn.* 12. v. 862. Alitis in parvæ subitam collecta figuram. *contracted.* *Id.* 1. *Æn.* v. 324. Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes. *girt.* *Tacit.* 2. *Ann.* c. 11. Milites collecti in orbem. *formed in a thick body.* ¶ *Vivere collecto* dicuntur animalia, quæ cibum colligunt, vel ab aliis collectum depascuntur: cui opponitur *vivere rapto.* *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 60. *Hard.* Rostra rapto viventibus adunca, collecto recta. ¶ Translate *Cic. in Divin. Verr. c. ult.* Conservare famam ante collectam. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 11. Nova, et repente collecta auctoritas. *Virg.* 9. *Æn.* v. 63. Rabies edendi collecta ex longo. *a ravenous appetitc.* ¶ Ponitur etiam pro adstricto, contracto, brevi, *brief, short, compendious, abridged, contracted.* *Plin.* l. 8. c. 16. Quinquaginta ferme volumina, quæ a me collecta in arctum, quæso, ut legentes boni consulant. *Tertull. de monog.* c. 14. Infirmitatem carnis tempore jam collectiore discutere. *Calpurn. Flacc.* declam. 2. (*post declam. Quintil.* apud *Burman.*) Illic effusiora corpora, illic collectiora nascuntur. *Apul. in Apolog.* Tanto beatior futurus, quanto collectior. *h. e.* pauperior, angustiores habens possessiones. *Stat.* l. 2. *Silv.* 1. v. 42. Et castigata collecta modestia frontis. *backward, unassuming.* ¶ Ratiocinando deductus. *Gell.* l. 11. c. 13. Qui ita dicit: si hoc feceris, cupide fecisse diceris; rem dicit sensus alicujus ratione collectam et confectam.

COLLĒGA, æ, m. *a colleague, copartner in office,* &c. συνάρχων, in dignitate, et honore socius. Dicuntur autem collegæ, ut *Varro* censuit l. 5. *de L. L.* c. 7. a legendo, quia una lecti sint. Hinc Consules inter se, et Prætores inter se, itemque ipsorum Consulum Collegæ erant, quia iisdem Comitiis creabantur. *Cic.* 1. *Offic.* c. 40. Pericles, cum haberet collegam in Prætura Sophoclem. *M. Messala* apud *Gell.* c. 15. l. 13. Collegæ non sunt Censores Consulum, aut Prætorum: Prætores Consulum sunt. *Cic. Phil.* 2. c. 34. Tu unus inventus es, qui eum, quem collegam regni habebas, dominum habere velles. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 66. Esse collegam alicui. *Id.* 2. *Ann.* c. 42. Destinare se collegam consulatui alicujus. *Id.* 6. *Ann.* c. 8. Collegam esse alicujus regendis cohortibus prætoriis. *Nepos in Alcib.* c. 3. et 7. Dare alicui collegam. ¶ Dicuntur etiam *collegæ* contutores. *Paul. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 13. et 45. *ad fin.* ¶ Item coheredes. *Id. Dig.* lib. 46. tit. 3. leg. 101. ¶ Item conservi. *Plaut. Asin.* 3. 2. 10. et 30. ¶ Item qui sunt ejusdem collegii. *Hermogenian. Dig.* lib. 27. tit. 1. leg. 41. et *Paul. ibid.* leg. 42. et *Papinian. ibid. leg. ult.* ¶ Item qui eandem artem exercent, ut histriones apud *Juvenal.* sat. 8. v. 197. *persons exercising the same profession.* ¶ De quocumque sodali, *a companion, associate.* *Petron. in Satyr.* c. 29. Et collegæ quidem mei riserunt. ¶ Scribitur et *Conlega.*

COLLEGATARĬUS, ii, *a collegatary,* cui conjunctim cum alio legatum est. *Ulpian.* lib. 7. *Dig.* tit. 2. leg. 10. et lib. 30. leg. 34.

COLLEGIĀLIS, le, et.

COLLEGIARĬUS, a, um, *collegial,* ad collegium pertinens. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 322. n. 4. Fideique vestræ collegiali committo, ut, &c. *Tertullian. de Spectac.* c. 11. Collegiarii ministri.

COLLEGIĀTUS, a, um, *collegial; relating to a society or college,* qui in aliquo collegio est. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 449. n. 6. C. Petron. C. F. Pop. Marcellino inter primos Collegiato in Collegio Naviculariorum, &c. Adde aliam pag. 860. n. 13. et in *Cod.* lib. 11. tit. 17. *qui est de Collegiatis,* &c.

COLLEGĬUM, ii, n. *a college, corporation, society, community; a number of persons joined in one office or employment, or living by some common rules,* συναρχία, ἑταιρία, σύλλογος, societas, corpus hominum, ut minimum trium (ut colligitur ex *Nerat. Prisco lib. ult. Dig. tit. pænult.* leg. 85.) ejusdem dignitatis, muneris, vel artis. Differt ab *Ordine,* qui plures complectitur, ut Ordo Senatorius, Equestris, publicanorum, &c. et significat certum hominum statum, sive ii societate conjuncti sint, sive non. Plura fuere Romæ Collegia: horum amplissima et vetustissima Pontificum, Augurum, Septemvirum, vel Quindecimvirum, et Haruspicum: deinde Collegia Quæstorum, Tribunorum, artificum Capitolinorum, et alia, quæ in antiquis maxime Inscriptionibus reperiuntur. Hæc si publica auctoritate essent instituta, facultatem habebant decernendi, ac judicandi de certis rebus ad se pertinentibus. *Cic. pro Sext.* c. 14. Nulla Romæ societas, nullum collegium, aut concilium, aut omnino aliquod commune consilium, &c. *Id.* 3. *Offic.* c. 20. Cum collegium Prætorum Tribuni pl. adhibuissent, ut res nummaria de communi sententia constitueretur. *Id. Verr.* 4. c. 41. Agere causam apud collegium Tribunorum pl. *Id.* 6. *Verr.* c. 49. Amplissimum collegium decemvirale. *Id. initio de Clar. Orat.* Cooptare aliquem in collegium. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 72. Venire per aliquem in collegium pontificum. *Martian. Dig.* l. 47. tit. 22. (*qui est de collegiis, et corporib.*) leg. 3. Recipere aliquem in collegium. *Cic. pro Dom.* c. 18. Collegium coit. *meets together.* et *pro C. Cornel.* apud *Ascon.* Constituere collegium. *Tacit. Ann.* 14. c. 17. *in fi.* Collegia contra leges instituta dissolvere. *Martian. loc. cit.* leg. 1. Illicitum collegium coire. *Ulpian. ibid.* leg. 2. Illicitum collegium usurpare. *to meet for unlawful purposes.* *Martian. ibid.* leg. 3. Celebrare collegium. *Liv.* l. 4. c. 26. Tribuni secedunt, et pro collegio pronuntiant, placere, &c. *as a body.* [† V. *Ernest. Clav. Cic.* in v.] ¶ Dicitur aliquando de duorum collegarum societate, et convictu. *Liv.* l. 10. c. 22. *de duobus Consulibus.* Nil concordi collegio firmius ad rempublicam tuendam esse. (Adde cap. 13. *ad fin.*) *Tacit.* 3. *Ann.* c. 31. Sequitur Tiberii Quartus, Drusi secundus consulatus, patris atque filii collegio insignis. Adde lib. 1. *Hist.* c. 52. *extr.* et *Plin.* l. 7. c. 12. *a med.* Simile quippiam habes apud *Manil.* l. 2. v. 160. ¶ Item de quacumque societate. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 1. Ambubaiarum collegia. *meetings, tribes.* ¶ Translate *Plin.* l. 10. c. 17. Noctuæ resupinæ pedibus repugnant: auxiliatur accipiter collegio quodam naturæ. *h. e.* communione, societate. ¶ Legitur et *Conlegium.*

COLLĒMA, atis, n. *glue, cement, solder,* gluten, ferruminatio, κόλλημα. *Martian. Capell. sub init.* l. 3. Niloticæ fruticis collemata.

COLLEPRŌSUS, a, um, adject. qui simul leprosus est. *Sidon.* l. 6. ep. 1. Colleprosi mei conditio.

[* COLLETĬCUS, a, um, adject. κολλητικὸς, id quod tanquam colla agglutinat. *Veget. veter.* lib. 1. c. 46. Et curabis clysteriis colleticis, ut foramina illa sanentur. Vulgo *colleticiis*, sed *Gesnerus* conjecerat legendum *colleticis*, quam vocem *Schneiderus* probavit, et in textum recepit.

* COLLĒTIS, is, f. herba verbenacea apud *Apul. de herb.* c. 3.]

COLLĒVO. V. *Collavo.*

COLLIBERTA. V. *Collibertus.*

COLLIBERTUS, i, m. *one made free by the same master*, συναπελεύθερος, qui simul cum altero ejusdem patroni libertus est. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 88. Collibertus meus eris. ¶ *Colliberta, æ*, in femin. est in *Vet. Inscript.* apud *Reines.* class. 18. n. 13. Patronæ benemerenti fecerunt, et collibertis, collibertabus, posterisque. ¶ Scribitur et *Conlibertus*, ut apud *Gruter.* sæpenumero legere est.

COLLĬBET, et Collŭbet, ebat, ibuit, et ibitum est, impers. 2. *it pleases; it is agreeable*, ἀρέσκει, δοκεῖ, idem quod libet, seu lubet. *Cic. Fam.* 15. ep. 16. Doceas tu me oportebit, in mea ne potestate ut sit spectrum tuum, ut simulac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat. *Terent. Eun.* 5. 9. 26. Si quid collibuit. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 6. Si collibuisset. *Sallust. in Catil.* c. 50. Matresfamiliarum pati, quæ victoribus collibuissent. ¶ Scribitur et *conlibet.*

COLLĬBRO, as, a. 1. idem quod libro. *Cato R. R.* c. 19. Inter arbores medium quod erit, id ad medium collibrato.

[* COLLICELLUS, i, m. idem ac colliculus. *Auct. rei agrar.* pag. 245. *Goes.* Arca in collicello circa viam. Adde pag. 272.]

COLLICĬÆ, tegulæ sunt, per quas aqua in vas defluere potest. Ita *Fest. in Inlicium.* Intelligit autem canalem, qui colligit aquam ex stillicidiis ædium, *gutter-tiles.* Adde *Vitruv.* l. 6. c. 3. ubi habetur *colliquiæ* eod. sensu. ¶ Sunt etiam ampliores sulci in agris, per quos aqua extra sata deducitur, *gutters or drains in the fields*; ab antiquo *lacio*, traho, duco. *Plin.* l. 18. c. 19. *in fi.* In usu est et collicias interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco quæ in fossas aquam educant. ¶ Similes sunt quæ dicuntur *colliquiæ*: *a liquo, as*: nempe receptacula aquarum ex sulcis defluentium, ut inde extra agrum deferantur. *Colum.* l. 2. c. 8. Crebros sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, et omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes derivemus. ¶ Scribitur et *Conliciæ.*

COLLICIĀRIS, e, adject. ad collicias pertinens, ut *Colliciares tegulæ* apud *Caton. R. R.* c. 14. *h. e.* ipsæ colliciæ. V. *Delicia.* ¶ Scribitur et *Conliciaris.*

COLLICŬLUS, li, m. *a little hill, rising ground, hillock*, parvus collis, ὀροπέδιον. *Martial.* l. 12. epig. 25. Credis colliculis, arboribusque meis. Adde *Apul. initio Floridor.*

COLLĪDO, is, isi, isum, a. 3. *to strike or dash one thing against another; to dash or beat together, clash together, break, bruise*, συγκρούω, συμβάλλω, simul cum alia re percutio, contundo: a *con*, et *lædo. Lucret.* l. 1. v. 532. Nam neque collidi sine inani posse videtur Quidquam, nec frangi, nec findi in bina secando. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 221. Anulus ut fiat primo colliditur aurum. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 12. Humor ita mollis est, ut facile comprimi, collidique possit. *Curt.* l. 8. c. 9. Magno motu amnis uterque colliditur. *Senec.* ep. 11. Dentes colliduntur, lingua titubat, labra concurrunt. *Quintil.* l. 2. c. 12. (*al.* 13.) Collidere manus, terræ pedem incutere. *Curt.* l. 4. c. 3. Mare fluctus ciet, et inter se navigia collidit. ¶ Translate *Quintil.* l. 7. c. 7. *in fi.* Duæ leges colliduntur. *h. e.* inter se pugnant. *are at variance with each other. Id.* l. 9. c. 4. Consonantes si binæ collidantur, stridor est, ut Ars studiorum. *h. e.* concurrant. *come in contact; clash together. Id.* declam. 14. c. 7. Potes efficere, ut propinquitas, ut amicitia se collidat. et *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 435. Ambitiosa pios collidit gloria fratres. *h. e.* committit, et inimicos facit. Eadem translatione Angli dicimus, *to break with any one.* Similem habes locum apud *Petron. in Satyr.* c. 10. et *Senec. de provid.* c. 3. *sub fin.* ¶ Scribitur et *Conlido.*

COLLIGĀTE, *closely, strictly*, conjuncte, constricte. *Augustin.* l. 1. *de Doctr. Christ.* c. 28. Prout quisque tibi temporaliter colligatius adhærere potuerit.

COLLIGATĬO, onis, f. *a binding or tying together; connexion, conjunction*, συνδεσμὸς, σύνδεσις, conjunctio, vinculum. *Vitruv.* l. 10. c. 1. Scansoria machina catenationibus, et transversariis, et plexis colligationibus continetur. ¶ Translate *Cic. de Fato*, c. 14. Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione conserte, contexteque fiunt. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 56. Colligatio causarum omnium. *Id.* 1. *Offic.* c. 17. Arctior est colligatio societatis propinquorum. *Valer. Max.* l. 8. c. 14. n. 6. Phidias clipeo Minervæ effigiem suam inclusit: qua convulsa, tota operis colligatio solveretur. *the whole contexture; the harmony of the whole.*

COLLIGĀTUS, a, um, *tied or bound together, connected*, συνδεθεὶς, simul ligatus, connexus, conjunctus. *Cic. de Univers.* c. 11. Omne colligatum solvi potest. *Id. ibid.* Colligatus vinculis. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 4. *in fi.* Res omnes inter se aptæ et colligatæ. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 5. Res inter se colligatæ et implicitæ.

COLLĬGO, as, avi, atum, a. 1. *to bind or tie together; to join together, connect*, συνδέω, simul ligo, constringo, connecto. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 4. I lictor, colliga manus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 29. Colligare capillum in capite. *Terent. Eun.* 5. 5. 13. aliquem miseris modis. *Plin.* l. 19. c. 1. linum in fasciculos manuales. *Id.* l. 35. c. 15. Bitumen vulnera colligat, glutinat nervos. *h. e.* adstringit, et claudit. *closes.* ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 34. Annorum septingentorum memoriam uno libro colligavit. *h. e.* complexus est. *comprised, took in, comprehended. Id. in Orat.* c. 50. Colligare sententias verbis. *Id. Phil.* 11. c. 2. Brutus impetum Antonii furentis colligavit, progressu arcuit. *h. e.* impedivit, cohibuit. *checked, repressed. Id. ibid.* c. 11. Ni Brutum colligassemus in Græcia. *h. e.* decrevissemus senatusconsulto (de quo *in fi. Phil.* 10.) ut in Græcia se teneret præsidii causa. Al. leg. *in Græciam. Id. Fam.* 9. ep. 17. Quid faciat tamen, non habet: ita se cum multis colligavit. *h. e.* irretivit, ut quod vult facere, non possit, *hath entangled himself.* ¶ Scribitur et *Conligo.*

COLLĬGO, is, egi, ectum, a. 3. *to gather together, collect, assemble*, συλλέγω, ἀγείρω, simul lego, congrego, cogo, in unum redigo. *Cic.* 2. *Catil.* c. 4. Ex agris ingentem numerum hominum colligere. *Id.* 2. *de Fin.* c. 4. De Pelasgis colligere bonos viros. *Plaut. Trin.* 3. 3. 62. Trecentæ ad eam rem causæ possunt colligi. *Liv.* l. 38. c. 45. *ad fin.* Colligere stipem a Tyrannis. *Q. Cic. de petit. Consul. in fi.* multa in unum locum. *Hirt. de B. Afric.* c. 70. Rursus ad aciem passim, conversis equis, se colligebant. *Cic.* 4. *Verr.* c. 19. Castra movere, et vasa colligere. V. *Vas. Varr. sub fin.* c. 16. l. 3. *R. R.* apes in vas aliquod. *Sueton. de Grammat.* c. 10. aliquid alicui. *h. e.* in usum alicujus. ¶ Apud *Lucan.* l. 4. v. 442. colligere vestigia presso rostro dicitur canis, qui naso vestigia feræ rimatur. ¶ Significat etiam sublevare, tollere, *to raise or lift up. Plin.* l. 2. ep. 1. Liber seni elapsus est: quem dum consequitur colligitque, cecidit, coxamque fregit. *Martial.* l. 7. epigr. 32. Colligere togam. *to take up, collect, adjust. Id.* l. 12. epigr. 84. follem de pulvere. ¶ Item supputando summam facere. *to reckon up, enumerate. Plin.* l. 13. c. 13. Libros repertos P. Cornelio, M. Bæbio Coss. ad quos a regno Numæ colliguntur anni DXXV. Adde *Tacit. de Germ.* c. 37. ¶ Apud *Plaut. in Supposit. Amphit. scena, quæ incipit* Dii vostram fidem, *colligere rationes* est inire, *to cast up, compute.* ¶ *Colligere summam aliquam* est continere. *Plin.* l. 36. c. 12. Ambitus per frontem centum duos pedes colligit. Adde lib. 12. c. 5. ¶ Colligere spiritum, *to take breath, respire*, spiritum ducere, respirare. *Quintil.* l. 11. c. 3. Longiorem dicturis periodum colligendus est spiritus. ¶ Colligere gradum, *to stay one's pace*, gradum sistere. *Sil.* l. 7. v. 694. tardatos turbata fonte Latinos Collegisse gradum videt. Adde lib. 6. v. 400. ¶ Significat etiam contrahere, in arctum cogere. *Virg.* 2. *Georg.* v. 154. Squameus in spiram tractu se colligit anguis. *collects itself. Id.* 12. *Æn.* v. 491. Substitit Æneas, et se collegit in arma. *collected himself for the fight. Ovid.* 3. *Metam.* v. 169. sparsos per colla capillos Colligere in nodum. ¶ Dicitur etiam *colligere* in compositionibus medicamentorum, illud, quod postremo loco adjicitur, et cetera in unum conjecta cogit, et congregat. *Scribon. Larg. compos.* 138. Aloes victoriati pondus, colophoniæ victoriati pondus: una teruntur: adjicitur mellis quod satis est ad colligenda ea. *to mix or form into a medicine.* et *compos.* 138. Hæc trita succo lactucæ colliguntur, et finguntur pilulæ. Adde *compos.* 95. 129. et 169. et *Plin.* l. 34. c. 11. *ad fin.* ¶ Sæpe ponitur pro deducere, concludere, et quibusdam positis aliud quidpiam inferre, *to conclude. Cic.* 2. *Offic.* c. 16. Bene etiam colligit, hæc pueris et mulierculis esse grata. *Id. Attic.* l. 2. ep. 23. Ex eo colligere poteris, quanta occupatione distinear. *Pers.* sat. 5. v. 85. Mendose colligis, inquit Stoicus. *Petron. in Satyr.* c. 126. Ex vultibus mores hominum colligere. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Colligere aliquid conjectura. ¶ *Colligor* pro judicor, habeor. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 6. *in fi.* (*si modo is versus Ovidii est, quod* Heinsio *non videtur*) Colligor ex ipso, dominæ placuisse, sepulcro. ¶ Est etiam conquirere, comparare, acquirere. *to get, procure, acquire, obtain. Cic. de Amic.* c. 17. Benevolentiam civium blanditiis et assentationibus colligere, turpe est. *Id. Q. Fr.* l. 2. *ep. ult.* Ex hoc labore magnam gratiam, magnamque dignitatem sum collecturus. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 5. Colligere benevolentiam a persona auditorum. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 8. v. 75. Colligere usum patiendi. *to acquire the habit of enduring patiently. Id.* l. 2. *de ar. am.* v. 339. Usu vires colligere. ¶ In malam partem, *Cic. Verr.* 7. c. 8. Colligere invidiam crudelitatis ex re aliqua. *to draw on one's self, incur.* ¶ Eleganter *colligere se* adhibetur pro vires animumque recipere, atque, ut explicat *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 36. dissipatas animi partes rursum in suum locum cogere. *Id. ibid.* l. 1. c. 24. Neque ea plane videt animus, cum tam repente in insolitum, tamque perturbatum domicilium immigravit: sed cum se collegit atque recreavit, tum agnoscit illa reminiscendo. *Id. Fam.* 5. ep. 18. Rogo, atque oro, te colligas, virumque præbeas. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 65. Colligere se ex maximo timore. *to recover one's self. Liv.* l. 3. c. 60. *in fi.* Colligere animum. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 7. Quasi colligendi sui causa, in Tusculanum se contulit. *Id. pro Quint.* c. 16. Si hæc duo tecum verba fecisses: quid ago? aliquid loci rationi et consilio dedisses; tu te collegisses. *might have collected yourself.* [† Adde c. 53. Tu te collige, aliquid loci rationi et consilio da.] ¶ Legitur et *Conligo.*

COLLIMITANĔUS, a, um, *bordering upon, contiguous to*, qui limite jungitur, conterminus. *Solin.* c. 40. (*al.* 53.) Collimitanea Galatiæ Phrygia. Alii leg. *Collimitata* a Collimito.

COLLIMITĬUM, ii, n. *the confines or bounds where territories meet*, περιορισμὸς, coitio, vel conjunctio limitum. *Solin.* c. 49. (*al.* 62.) de amne Iaxarte: Hoc est collimitium, in quo limes Persicus Scythis jungitur. *Ammian.* l. 15. c. 4. (*al.* 6.) Alemannicis pagis collimitia Romana latius irrumpentibus.

COLLIMĬTO, as, n. 1. *to join upon, border upon*, συνορίζω, limitibus conjungo. *Ammian.* l. 31. c. 2. (*al.* 5.) Gelonis Agathyrsi collimitant. ¶ Deponentis more vel passive, *Solin.* c. 15. (*al.* 25.) Gelonis Agathyrsi collimitantur. ¶ Scribitur et *Conlimito.*

COLLĪMO. V. *Collineo.*

COLLINEĀTUS, a, um, adject. ad lineam directus. *Apulei. in Florid.* n. 23. seu *sub fin.* l. 4. Collineato pro fronte situ, et conniventibus ad regulam lineis. *Id. Metam.* 9. Collineatis oculis ad umbram. V. *Collineo.*

COLLINĔO, as, a. 1. *to hit a mark*, recta veluti linea dirigendo, scopum attingere, στοχάζομαι. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 59. Quis est enim, qui totum diem jaculans, non aliquando collineet? *Id.* 3. *de Fin.* c. 6. *ad fin.* Si cui sit propositum collineare hastam aliquo, aut sagittam. *h. e.* hasta, aut sagitta aliquem scopum ferire. ¶ Significat etiam recta linea ad scopum dirigere, *to level or aim in a right line, aim or direct to a mark. Gell.* l. 9. c. 1. Si in editiora mittas, et, ad percutiendum superne aliquid, manum et oculos collinees. ¶ Scribitur et *Conlineo.* ¶ In multis editionib. *Cicer. Gellii*, et *Apul.* pro *collineo* habetur *collimo, as*: quod qui Latinum putarunt, deducebant a *limus, a, um*, quia qui aliquo ictum dirigit, limis ac semiapertis oculis id facere soleat: atque ob eam rationem alii *connives* in loco *Gellii* reponebant. Verum recepta jam est omnium Eruditorum calculo ea lectio, quam posuimus; et verbum *collimo* e Latinorum albo expunctum. ¶ Sunt etiam qui cum in variis MSS. *collinio*, seu *conlinio* invenerint, hoc quoque rectum putent, cum et *delinio* pro *delineo*, a linea non semel reperiatur.

COLLINIĀTUS pro *collineatus* legitur apud *Martian. Capell. sub init.* l. 7. pag. 237. V. *Collineo.*

COLLINĪTUS, a, um, *besmeared*, collitus: a *con*, et *linio, is. Colum. in fi.* c. 17. l. 6. Pastinacæ semina, et succus armoraceæ cum melle collinita, oculorum sedant dolorem. ¶ Scribitur et *Conlinitus.*

COLLĪNO, is, levi, itum, a. 3. *to anoint, daub, besmear*, συναλείφω, ungo, inungo. *Ovid. de remed. amor.* v. 351. cum positis sua collinet ora venenis. *embellish, adorn. Gell.* l. 17. c. 9. *a med.* Tabulas cera collevisse. ¶ *Collinere cœno*, aut *pulvere* est conspurcare, *to defile, pollute. Horat.* l. 1. od. 15. v. 20. Crines pulvere collines. ¶ Translate *Plaut. Mostell.* 1. 3. 133. Pulchrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt. ¶ Scribitur et *Conlino.*

COLLĪNUS, a, um, *relating to a hill*, ad collem pertinens. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 6. Tria genera sunt agrorum, campestre, collinum, et montanum. *Cels.* l. 2. c. 18. Frumentum valentius est collinum, quam campestre. *growing on hilly ground. Colum.* l. 12. c. 21. Mustum ex vineis collinis. *Id.* l. 1. c. 5. Collina aqua. ¶ *Collinas herbas* apud *Propert.* l. 4. eleg. 5. v. 11. intellige circa portam Collinam enascentes. Fuit autem *Collina porta* Romæ prope colles Quirinalem, Viminalem, et Esquilinum: unde et nomen traxit. V. *Agonensis. Ovid.* 4. *Fast.* v. 871. Templa frequentari Collinæ proxima portæ. *h. e.* Ædes Veneris Erycinæ, de qua *Liv.* l. 40. c. 34. verba facit. *Juvenal.* sat. 6. v. 290. proximus Urbi Annibal, et stantes Collina in turre mariti. *h. e.* in turri ad portam Collinam. V. *Liv.* l. 26. c. 10. ¶ *Collina Tribus* una ex Urbanis, dicta est a collibus Quirinali, et Viminali, ubi constituta fuit. Ejus meminere *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 8. et *Plin.* l. 18. c. 3. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 365. n. 1. L. Annio L. F. Col. Modesto Hon. Equo Publ. &c. Adde pag. 96. n. 5. et pag. 454. n. 9. ¶ De *Collinis Saliis* V. in *Agonensis.* ¶ *Collinam Deam*, quæ collibus præesset, adstruunt quidam ex *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei*, c. 8. idque analogia poscere videtur: sed apud *Augustin.* habetur *Collatina.*

COLLIPHĬUM. V. *Coliphium.*

COLLIQUEFACTUS, a, um, *melted, dissolved, liquified*, liquefactus, συντηκόμενος. *Cic. pro Cluent.* c. 62. Venenum colliquefactum in potione. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Glacies colliquefacta.

COLLIQUESCO, is, n. 3. *to melt together, melt, dissolve*, συντήκομαι, liquesco. *Colum.* l. 12. c. 22. Dum ea, quæ addideris, in pice colliquescant. *Apul. in Apolog.* Cum caro in humorem crassum, et spumidum inimico igni colliquescit. ¶ Scribitur et *Conliquesco.*

COLLIQUIÆ, V. *Colliciæ.*

COLLIQUO, et Conliquo, is, qui, n. 3. idem quod liquesco, as, liquefacio: tamquam a *liquo*, is, unde *liquor*, oris a Virgilio usurpatum. *Varr.* in *fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 270. Fulmine ita est ictus, ut cista esset integra, aurum colliquisset. *Alii leg.* colliquuisset, ut *deliquui* a *deliquesco*. Sic *Id. ibid.* Quin æs, stannum, aut quid aliud ejus generis fervefactum colliquisset. Utrobique accusativus *se* subintelligitur. Sunt tamen hæc omnia variis conjecturis, et lectionibus obnoxia.

COLLIS, is, m. *a hill, hillock, easy ascent, rising ground,* parvus mons. A *celando* dictum putat *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 4. *a med.* Alii deducunt a κολωνός, seu κολώνη, quæ idem significant. *Cic.* 5. *Verr.* c. 18. Colles nitidissimi, et viridissimi. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 8. Collis paulum ex planitie editus. *Id. ibid.* c. 18. ab summo æqualiter declivis. *Colum.* l. 2. c. 2. clementer et molliter assurgens. *Virg.* 3. *Georg.* v. 555. Colles supini. *Id. Ecl.* 9. v. 49. aprici. *Tacit. Ann.* 2. c. 80. Arduus et deruptus collis. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 9. Colles herbiferi. *Plin.* l. 27. c. 13. saxosi. et *ibid.* terreni. *Virg. Ecl.* 9. v. 7. qua se subducere colles Incipiunt, mollique jugum demittere clivo. *h. e.* ex alto in campos dissolvi. V. tamen *Servium.* ¶ *Colles montani* apud *Pall.* l. 6. c. 20. sunt juga ex ipsis montibus assurgentia. ¶ Quem *Martial.* l. 12. epigr. 18. appellat *collem Dianæ dominæ*, est collis Aventinus, ubi Dianæ templum fuit. ¶ Pro monte *Sil.* l. 3. v. 420. *de Pyrenæis montibus.* Nomen Bebrycia duxere a virgine colles. ¶ In ablativo casu *colli* pro *colle* rarum est et Poeticum. *Lucret.* l. 2. v. 317. Nam sæpe in colli tondentes pabula læta. Adde vers. 322.

COLLISIO, onis, f. *a dashing, beating, or striking together,* σύρραξις, σύγκρουσις, duorum, aut plurium corporum mutua percussio, *collision. Justin.* l. 11. c. 12. Nuntiatur, uxorem ex collisione abjecti partus decessisse.

COLLĪSUS, us, m. idem ac collisio. *Plin.* l. 9. c. 35. Sono quodam et collisu ipso margaritarum. *Cæl. Aurelian.* 2. *Acut.* c. 12. Collisus dentium.

COLLĪSUS, a, um, *struck or dashed together,* particip. a collido. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 23. Solet etiam, colliso corpore exigua parte findi cutis! *Plin.* l. 5. c. 27. *a med.* Mons collisus mari. *Sil.* l. 3. v. 698. alta sonoro, Collisis trabibus, volvuntur murmura luco. *Manil.* l. 1. v. 855. cum silva sibi collisa crematur. *h. e.* lignum ligno affrictum accenditur. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 28. Cui aurum vel argentum factum legatum est, si fractum vel collisum sit, non continetur. *h. e.* ita collisione corruptum, ut formam amiserit. Sic *collisi scyphi* apud *Paul. Dig. lib. ult. tit. pænultim.* leg. 14. ¶ *Collisus* absolute dicitur, qui casu, aut ictu aliquo læsus est. *Plin.* l. 29. c. 2. Succidam lanam imponunt desquamatis, percussis, collisis. *bruised.* ¶ Collisus nasus, *a flat nose.* apud *Senec.* l. 3. *de Ira* c. 22. ¶ Translate *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 7. Græcia Barbariæ lento collisa duello. *h. e.* longo bello conflictata, et commissa. *Vellei.* l. 2. c. 52. Collisa inter se duo reipublicæ capita. *Quintil.* declam. 5. c. 7. Collisa pignora. *h. e.* parentes, et liberi inter se mutuo infesti. ¶ Scribitur et *Conlisus.*

COLLĪTUS, a, um, *besmeared, daubed,* oblitus. *Prudent. Cathemer.* 5. v. 15. Fila favis scirpea floreis, Presso melle prius collita fingimus. ¶ Item conspurcatus, *polluted. Plaut. Pœn.* 4. 2. 4. Luteus, et cœno collitus. ¶ Scribitur et *Conlitus.*

COLLOBATARII. V. *Calobatarii.*

COLLOCATĬO, onis, f. *a placing, settling, disposing, laying out, bestowing,* σύνθεσις, συνθήκη, actus collocandi, compositio, dispositio. *Cic. de Univ.* c. 9. Collocatio siderum. *Vitruv.* l. 5. c. 3. Collocationes mœnium. *Cic. pro Cluent.* c. 66. *in fi.* Collocatio filiæ. *scil.* in matrimonium. ¶ Collocatio verborum in oratione est, qua ita componuntur verba, atque struuntur, ut neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus et lævis. *collocation.* Ita *Cic.* 3. *de Orat.* c. 43. definit. *Id. in Orat.* c. 70. Compositi oratoris bene structam collocationem dissolvere permutatione verborum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 13. Perpolire opus aliquod verborum collocatione, et tractu orationis leni et æquabili

COLLOCĀTUS, a, um, *placed, settled, disposed, collocated,* apte locatus, positus, dispositus. *Plin.* l. 2. ep. 1. Cecidit, coxamque fregit: quæ parum apte collocata, male coiit. *set. Cic. Catil.* 3. c. 9. Signum Jovis collocatum. *Id. in partit.* c. 4. Hasta in manu collocata, *brandished. Sueton. in Galb.* c. 18. *ad fin.* Curulis perverse collocata. *Id. in Tito,* c. 9. Collocatis circa se ornamenta pugnantium inspicienda porrexit. *stationed around him. Id. in Calig.* c. 24. Drusilla collocata L. Cassio. *betrothed. Plaut. Mostell.* 3. 3. 12. Bene res nostra collocata est istoc mercimonio. *our money has been well laid out. Cic. in Pison.* c. 12. *in fi.* Quem ad Cn. Pompeium interimendum collocatum fuisse constabat. *appointed. Id. Verr.* 7. c. 14. *in fi.* Ædilitas recte collocata, et in loco posita. *Id. post redit. in Sen.* c. 1. In altissimo dignitatis gradu collocatus. *Quintil.* l. 8. c. 1. In conjunctis intuendum est, ut sint emendata, ut collocata, ut figurata. *arranged, disposed.* et *Cic. in Orat.* c. 24. Ornatus verborum duplex, unus simplicium, alter collocatorum. V. integrum locum.

COLLŎCO, as, avi, atum, a. 1. *to place, settle, dispose, arrange,* συντίθημι, καθίζω, loco, pono, statuo, dispono. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 722. *de oculis Argi.* Excipit hos, volucrisque suæ Saturnia pennis Collocat. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 35. Suo quidque loco collocare. *Sueton. in Ner.* c. 13. Collocare aliquem juxta se. *to place by one's side. Plaut. Asin.* 3. 3. 67. crumenam in collo. *Id. Aulul.* 4. 8. 6. se in arborem. *Id. Men.* 5. 6. 28. vasa et servos in tabernam. *Cæs. in fi.* l. 4. *B. Gall.* milites in hibernis. *Sallust. in Jug.* c. 65. exercitum in provinciam hiemandi gratia. *Id. ibid.* c. 55. cohortes adversus pedites hostium. *to post. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 38. *in fi.* præsidium in oppido. *to station a garrison.* et lib. 3. c. 19. copias in convalle in insidiis. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 733. chlamydem, ut apte pendeat. *Quintil. in proœm.* l. 6. statuam. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. columnas rectas, et e regione. *Id. de Harusp. resp.* c. 25. aliquem in tuto. *Id. Verr.* 4. c. 3. sedem ac domicilium. *to establish.* ¶ Cum dativo communi. *Cic. pro Mil.* c. 10. Collocare insidias alicui. ¶ *Collocare homines in agris* apud *Nepot. in Milt.* c. 2. est colonia deducta, homines in agris ponere, ut ibi domicilium figant, eosque colant. Omissa præposit. *Sueton. in Aug.* c. 13. *in fi.* Cum veteranos reducendos, et municipalibus agris collocandos recepisset. ¶ *Collocare aliquem in lecto* est in lecto ponere. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 17. Adde *Terent. Eun.* 3. 5. 45. ubi alii leg. *in lectum.* Notat hic *Donat.* hoc sensu *collocare* verbum esse proprium pronubarum. Eodem sensu *collocare* absolute dixit *Catull.* carm. 61. *in Epithal. Jul. et Manl.* v. 188. ¶ Jlocaliter *Plaut. Amph.* 1. 1. 146. Agite pugni: heri homines quatuor in soporem collocastis. *h. e.* sopitos stravistis. ¶ Hinc adhibetur etiam pro sternere, *to overthrow, lay prostrate. Martial.* l. 5. epigr. 66. Quot tua Mænalios collocat hasta sues. ¶ Sæpe ponitur pro nuptui dare, *to give in marriage. Cic. de clar. Orat.* c. 26. Collocare filiam suam alicui. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 46. aliquam in matrimonium. *Scævola Dig.* lib. 36. tit. 1. leg. 77. filiam in matrimonio. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 18. propinquas suas nuptum in alias civitates. *Colum.* l. 4. c. 3. *in fi.* filiam nuptui in parte agri. *h. e.* dotem in parte agri assignando. *Plaut. Trinum.* 1. 2. 122. filiam in conditionem se dignam. *to find a match for his daughter suitable to her rank. Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 2. leg. 11. se nuptiis. Ita *Torrentin.* Alii *nuptum.* Absolute *Nepos in Epamin.* c. 3. Cum virgo nubilis propter paupertatem collocari non posset. ¶ Collocare dotem in fundo, *to give his daughter a dowry in land,* assignare fundum, ut ex eo dos percipi possit. *Cic. pro Cæc.* c. 4. Quo mulieri esset res cautior, curavit, ut in eo fundo dos collocaretur. ¶ *Sueton. in Tiber.* c. 48. Collocare duas patrimonii partes in solo. *to invest.* Similiter *collocare rem familiarem* est occupare, eo loco ponere, ut fructus uberes reddat. *Plaut. Men.* 5. 6. 1. Bonus servus, qui rem herilem procurat, videt, collocat. *Cic. Phil.* 3. c. 2. Non enim patrimonium effudit, sed in salute reipubl. collocavit. *hath laid out; hath expended.* Al. leg. *in salutem.* ¶ *Collocare pecuniam* est occupare, impendere, *to invest; to lay out, expend. Cic. pro Cæcin.* c. 5. Collocare pecuniam in fundo. *Caius Dig.* lib. 17. tit. 1. leg. 2. pecunias in emptiones prædiorum. *Tacit. Ann.* 6. c. 45. Millies sestertium ea munificentia collocatum. *Sueton. in Aug.* c. 39. *in fi.* Collocare pecunias fenore. *to lay out at interest. Martian. Dig.* lib. 35. tit. 2. leg. 88. pecuniam idoneis nominibus. ¶ Translate *Cic.* 3. *Offic.* c. 5. Collocare aliquem in concilio cælestium. *Id. post redit. in Sen.* c. 1. aliquem in altissimo gradu dignitatis. *Id. Offic.* l. 2. c. 20. bene beneficium apud aliquem. *Id. in Orat.* c. 51. *in fi.* Natura collocavit judicium sonorum in auribus. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 10. Omne suum studium in doctrina ac sapientia collocare. *Id. pro Quint.* c. 26. *ad fin.* spem in incerto temporis. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 17. Omnes bene vivendi rationes in virtute. *Quintil.* l. et *cap. ult.* famam in tuto. *Cic. pro Cæl.* c. 20. se in meretricia vita. *to give himself up to the pleasures of.* &c. *Id.* 1. *Offic.* c. 44. *ad fin.* se totum in cognitione et scientia. *Plaut. Merc.* 3. 2. 10. se in otium. *Martial.* l. 1. epigr. 114. male bonas horas. *to spend unprofitably.* ¶ Pro ordinare, componere. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 13. *in fi.* Mihi erat in animo, cum prima æstiva attigissem, militaremque rem collocassem, decedere. *Gell.* l. 18. c. 8. Collocare verba. V. *Collocatio.* ¶ Ponitur etiam pro simplici *loco,* qua significat aliquid alicui faciendum dare, constituta mercede, *to let out to hire. Jabolen. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 51. Non enim interest, utrum uno pretio, an in singulas operas collocetur, si modo universitas consummationis ad conductorem pertinuit. ¶ *Collocare judicem* apud *Fest.* in *Procum,* est constituere, eligere. ¶ Scribitur et *Conloco.*

COLLOCUPLĒTO, as, a. 1. *to enrich,* καταπλουτίζω, locupleto, ditem facio. *Terent. Heaut.* 2. 3. 17. Tu interea loci conlocupletasti te, Antiphila. ¶ Translate *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 18. Exornatio est, qua utimur rei honestandæ et collocupletandæ causa. ¶ Scribitur et *Conlocupleto.*

COLLOCUTĬO, Conlocutio, et Colloquutio, onis, f. *a conference, discourse, speaking or conferring together, conversing,* συνομιλία, actus colloquendi, colloquium, sermo. *Cic. Phil.* 11. c. 2. Secutæ sunt collocutiones familiarissimæ cum Trebonio. *Auct. ad Herenn.* c. 15. lib. 1. Venire in collocutionem cum hostium ducibus. *Cic. Fam.* l. 1. ep. 9. Hac me mente fuisse, et Senatus ex me audivit, et tu in nostris sermonibus collocutionibusque vidisti. *Collocutio* est colloquium, quod fit remotis arbitris, et de arcanis rebus sermo latius patet, et publicum quoque colloquium significat. *Manut.*

COLLOCŪTOR, oris, m. qui simul cum aliquo loquitur. *Tertull. advers. Praxeam,* c. 5. Dum loqueris, collocutorem pateris sermonem. *Augustin.* l. 9. *Confess.* c. 6. Quæ inseruntur ibi ex persona collocutoris mei.

COLLOQUĬUM, ii, n. *conversation, converse, discourse,* συνομιλία, sermo inter duos, collocutio. *Nepos in Datam. c. ult.* Cum aliquandiu in colloquio fuisset. *Cic. Phil.* 12. c. 11. Venire in congressum et colloquium alicujus. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 9. *in fi.* Componere omnes controversias per colloquia. *by conferences. Id.* l. 1. *B. Gall.* c. 35. Venire in colloquium. et lib. 3. *B. Civ.* c. 18. *in fi.* Per colloquia de pace agere. *Virg.* 7. *Æn.* v. 91. Frui colloquio alicujus. *Turpil.* apud *Non.* c. 4. n. 328. Conferre se in colloquium alicujus. *Propert.* l. 4. *el. pænult.* v. 32. dare. *Petron. in Satyr.* c. 9. *in fi.* Subducere se a colloquio præceptoris. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 23. *ad fin.* Facere colloquium. *Liv.* l. 34. c. 61. Serere colloquia cum aliquo. *Cic. Phil.* 2. c. 4. Colloquia amicorum absentium. *h. e.* commercia litterarum. *correspondence. Plin.* l. 10. c. 49. et *Gell.* l. 10. c. 12. Interpretari linguas et colloquia avium. ¶ Scribitur et *Conloquium.*

COLLŎQUOR, eris, utus sum, dep. 3. *to speak together, converse, confer,* συνομιλέω, simul loquor. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 8. Hoc uno præstamus feris, quod colloquimur inter nos. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 7. Colloqui inter se de re aliqua. *Id.* l. 1. *Fam.* ep. 7. sæpissime cum aliquo per litteras. *Nepos in Alcib.* c. 5. per internuntios. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 8. clam cum aliquo. ¶ Cum accusativo personæ pro alloqui. *Plaut. Capt.* 4. 2. 53. Perlubet hunc hominem colloqui. Adde *Asin.* 1. 2. 24. *Men.* 2. 3. 77. *Pseud.* 1. 3. 16. et *Trinum.* 5. 2. 11. et 26. ¶ Cum dativo. *In Suppositis Merc. Plautini, scena, quæ incipit: Syra non redit.* Nulli colloquor libentius. ¶ Scribitur et *Conloquor.*

COLLUCĔO, es, uxi, n. 2. *to shine together, shine with a powerful light,* συλλάμπω, ἀμφιφάω, idem quod luceo, vel valde luceo. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 15. Sol immenso mundo longe lateque collucens. *Id. Verr.* 6. c. 32. Cujus fulgore collucere, atque illustrari Jovis templum oportebat. *Id.* 4. *Acad.* c. 33. Mare a sole collucet. *Virg.* 10. *Æn.* v. 539. Totus collucens veste, atque insignibus armis. *Id.* 4. *Æn.* v. 567. Sævæ faces collucent. *Id.* 9. *Æn.* v. 166. Collucent ignes. *Plin.* l. 10. c. 47. Plumæ ignium modo collucent noctibus. ¶ In 3. conjugat. *Prudent. Peristeph.* 2. v. 10. Collucis insigni stola. Ita *Heins.* ex veteri MS. alii *colluces.* ¶ Scribitur et *Conluceo.*

COLLUCERNATĬO. V. *Collurcinatio.*

COLLŪCO, et Conluco, as, a. 1. *to lop or cut off the branches of trees which obstruct the light,* κλαδάω, διακαθαίρω δένδρον. *Festus:* Conlucare dicebant, cum profanæ silvæ rami deciderentur officientes lumini. *Id.* in *sublucare.* Conlucare arbores est succisis arboribus, locum implere luce. Priore loco ait esse *ramos decidere:* posteriore ipsas *arbores succidere.* Hæc posterior explicatio verior videtur, tum quia *Festi* verba sunt, cum illa videantur esse *Pauli Diac.* ejus Epitomatoris: tum quia pro *decidendis ramis* est aliud verbum, *sublucare. Cato R. R.* c. 139. Lucum conlucare Romano more sic oportet. *Colum.* l. 2. *c. ult.* Feriis non permittitur serere, neque terram aperire, neque arborem collucare. *Plin.* quoque posteriorem probat *in fi.* l. 17. Cato arbores religiosas lucosque succidi permisit, sacrificio prius facto: cujus rei rationem precationemque eodem volumine tradidit. Respicit *Plin.* ad caput *Catonis* citatum, in quo rationem tum sacrificii, tum precum in eo habendarum perscribit. Cum autem *Plin.* dicat *lucos succidi* satis aperte significat, quid sit *lucum conlucare* apud *Catonem.* Ideo autem sacrificium fieri jubet *Cato,* ut placentur dii, quibus luci sacri esse putabantur.

COLLUCTATĬO, onis, f. *a struggling or contending together, a wrestling,* διαπάλη, actus colluctandi, lucta, conatus adversus aliquem. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 7. Si in colluctatione, vel pancratio alius alium occiderit. *Colum.* l. 6. c. 2. *de juvencis.* Ne in colluctatione alter alteri noceat. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 18. *de mullo exspirante.* Ipsa colluctatione animam agenti rubor primum, deinde pallor suffunditur. [¶ Pro amantium complexibus usurpat *Apul. Met.* l. 9. pag. 600. *Oudend.* Dum Veneris colluctationibus securius operantur. *Id.* lib. 2. pag. 132. *Oudend.* His et hujuscemodi colluctationibus ad confinia lucis usque pervigiles egimus. ¶ Translate de vitiis oratorum *Quintil.* l. 11. c. 3. Est aliis concursus oris, et cum verbis suis colluctatio. *h. e.* difficultas quædam ea apte exprimendi.]

COLLUCTĀTOR, oris, m. *one who struggles with, a wrestler,* qui cum aliquo luctatur, ἀντίπαλος. *Lactant. de opific. Dei,* c. 1. Ille colluctator et adversarius noster, scis quam sit astutus.

COLLUCTOR, aris, dep. 1. *to contend or struggle to-*

gether; to wrestle, συμπαλαίω, simul luctor. *Plin.* l. 27. c. 2. *de veneno.* Cum eo solo colluctatur. *Apul. in fi.* l. 2. *Metam.* Medios latrones invado, ac singulis, ut quemque colluctantem offenderam, gladium altissime demergo. *Gell.* l. 12. c. 5. *a med.* Philosophus cum petulantia morbi colluctans. *Prudent. in Hamart.* v. 523. colluctari prædonibus. ¶ Scribitur et *conluctor.*

COLLUDĬUM, ii, n. *a playing together*, συμπαιγνία, ludus cum aliquo. *Solin.* c. 12. (*al.* 22.) *de delphinis.* Post assueta colludia. Adde *Symmach.* l. 3. ep. 5. ¶ Item deceptio, fraus, *fraud, deception, deceit, collusion. Ammian.* l. 19. c. 5. (*al.* 9.) Confessus debitum, per colludia in nomen fisci translatum. Adde *Symmach.* l. 4. ep. 20. et V. *Colludo.*

COLLŪDO, et Conludo, is, usi, usum, n. 3. *to play or sport together, play with*, συμπαίζω, simul cum alio ludo. *Horat. de ar. poet.* v. 159. Puer gestit paribus colludere. *Virg.* 1. *Georg.* v. 369. Aut summa nantes in aqua colludere plumas. *h. e.* ludentium more volitare. ¶ *Colludere* apud JCtos dicuntur inter se litigantes, cum ficte, et veluti per ludum litigant, alterque patitur se superari, ut tertio cuipiam præjudicium afferatur, *to act collusively. Cic. Verr.* 4. c. 24. Inimicus hostis esset, tanta contumelia accepta, nisi tecum collusisset, et tuæ potius existimationi servisset, quam suæ. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 5. leg. 3. Colludere magis cum uxore, quam ex animo accusare. ¶ Similiter procurator colludere cum emptore dicitur, cum ab eo corrumpitur pretio, ut vilius aliquid vendat, ut est apud *Julian. Dig.* lib. 41. tit. 5. leg. 7. *a med.* &c.

COLLUGĔO, es, n. 2. idem quod lugeo, vel simul lugeo. *Cœl. Aurelian. Chronic.* l. 2. c. 5. Lacessiti collugent, ingemunt.

COLLUM, i, n, *the neck*, τράχηλος, pars corporis, quæ caput sustentat. Quid a cervice differat, V. in *Cervix. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. *in fi.* Anseres adjuvantur proceritate collorum. *Id. de clar. Orat.* c. 91. Procerum et tenue collum. *Id.* 5 *Verr.* c. 33. Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. *h. e.* in ornamenta colli. *Id. Verr.* 7. c. 42. Sustinere aliquid collo ac cervicibus suis. *Id.* 6. *Verr.* c. 17. Inserere collum in laqueum. *Id.* 2. *Phil.* c. 31. Invadere alicui in collum. *to throw one's arms round the neck.* Sic *Cœl.* apud *Quintil.* l. 4. c. 2. *sub fin.* Amplexu collum alicujus petere. *Q. Cic. de petit. Consul.* c. 3. Secare alicui collum gladio. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 42. Tollere aliquem in collum. *to carry on the shoulders. Id. Epid.* 2. 2. 10. Pallium in collum conjicere. ¶ *Dare collum* est cedere, victum se fateri. Victis enim tum collum pedibus calcatur, tum jugum collo imponitur. *Propert.* l. 2. eleg. 8. v. 19. India quin, Auguste, tuo dat colla triumpho. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 648. Colla triumphati proculcat Honorius Istri. *Sil.* l. 10. v. 216. Subdere colla fortunæ. Hinc *eripere colla jugo* apud *Horat.* l. 1. sat. 7. v. 91. est servitutem evadere, in libertatem se vindicare. ¶ Reis in jus, vel in carcerem trahendis colla prehendi, et torqueri solebant, et fauces obstringi arrepta circa collum tunica, ut vel inviti prompte sequerentur. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 45. Priusquam obtorto collo ad Prætorem trahor. *Id. Curcul.* 5. 3. 15. Collum obstringe, abduce istum in malam crucem. *Cic.* 6. *Verr.* c. 10. *in fi.* Obtorta gula de convivio in vincula abripere. ¶ Aliquando etiam, ut notat *Turneb.* l. 28. c. 34. Magistratus ipsi, castigandi gratia, minus obedientibus collum torquebant. *Liv.* l. 4. c. 53. Consul cum paucis appellantibus Tribunum, collum torsisset, metu ceteri sacramento dixere. ¶ Per similitudinem *collum* dicitur de aliis rebus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 436. lasso papavera collo Demisere caput. *neck, stalk. Plin.* l. 17. c. 21. Colla fictilia. *h. e.* tubuli fictiles. *Id.* l. 28. c. 11. et *Phædr.* l. 1. fab. 26. v. 10. Collum lagenæ. *Stat.* 9. *Theb.* v. 643. Frondea colla Parnassi. *h. e.* juga subjecta vertici. ¶ Reperitur etiam *collus*, i, m. *Plaut. Capt.* 2. 2. 108. Collus collaria caret. *Id. ibid.* 4. 3. 2. Prætruncare collos. Adde *Accium, Lucil. Cæcil. Caton. Næv.* et *Varron.* apud *Non.* c. 3. n. 64. quorum tamen omnium auctoritas non persuadet *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 11.) ut in ornata oratione usurpari permittat.

COLLUMĬNO, as, a. 1. *to illuminate*, illumino, vel simul illumino. *Apul. de Deo Socrat.* Serv. Tullus flamma colluminetur a capite. *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 830. Solis radius colluminat omnes.

COLLŬO, is, ui, utum, a. 3. *to rinse, wash*, διακλύζω, idem quod lavo, vel simul lavo. *Cato R. R.* c. 100. Metretam amurca colluere. *Pers.* sat. 1. v. 18. Liquido plasmate guttur colluere. *Plin.* l. 20. c. 6. Colluere dentes aqua. *Id.* l. 23. c. 4. De oleo colluere os ad dentium firmitatem. ¶ *Colluere* etiam dicitur flumen, cum locum aliquem circumfluit. *Pompon. Dig.* lib. 41. tit. 1. leg. 30. Cum amnis paulatim colluendo, locum eminentem supra alveum fecit. ¶ Scribitur et *Conluo.*

COLLURCINATĬO, onis, f. *gluttony, voracity*, aviditas, voracitas; a *lurcor. Apul. in Apolog.* Quæ omnia in paucis annis hic degulator studiose in ventrem condidit, et omnimodis collurcinationibus dilapidavit. *Claud. Mamert. de statu Anim.* l. 2. c. 9. *ad fin.* Qui stipem suam variis collurcinationibus dilapidavit parasitico more. ¶ Quidam apud *Apul.* leg. *cohircinationibus*, et exponunt, hircinis lasciviis: apud *Mamert.* vero *collucernationibus*: sed utrumque minus recte.

COLLUS, genus tormenti e corio. *Fest.* ubi al. leg. *culeus*, seu *culleus.* ¶ *Collus*, cervix, V. *Collum.*

COLLUSĬO, onis, f. *covine or collusion* (*amongst lawyers*); *deceit, fraud*, συμπαιγνία, actus colludendi; et translate dolus, fraus ex composito facta, eo modo, quo in *colludo* explicatum est. *Cic. Verr.* 5. c. 13. Cum verbo judicium sit in edicto, re quidem vera tuorum comitum collusio cum decumanis sociis tuis. *Senec.* l. 5. controv. 31. *ad fin.* Noluit videri, per collusionem patri titulum fortissimi viri contigisse. *Ulpian. Dig.* lib. 40. *tit. ult. qui est De collusione detegenda, leg. pænult.* Si libertinus per collusionem fuerit pronuntiatus ingenuus. *Martian. Dig.* lib. 8. tit. 5. leg. 19. Cedere litem adversario per collusionem.

COLLUSĬUM, ii, n. idem quod collusio. *Ulpian. Dig.* lib. 17. tit. 1. leg. 8. Si per collusium procuratoris absolutus sit adversarius. Ita *Torrentin.* ubi in margine adscriptum est pro varia lectione *collusionem*, quod alii plerique receperunt.

COLLŪSOR, oris, m. *a play-fellow, fellow-gamester*, συμπαίστης, qui cum altero ludit. *Cic.* 2. *Phil.* c. 39. Hunc tu compransoribus tuis et collusoribus dividebas. *Plin.* l. 9. ep. 33. Delphinus collusor puerorum. ¶ Item qui in judicio colludit. *Impp. Diocletian. et Maxim.* lib. 7. *Cod. Theodos.* tit. 20. leg. 2. Contra cullusorem pœna statuta.

COLLUSORĬE, adverb. *collusively*, per collusionem. *Ulpian. Dig.* lib. 30. leg. 50. Qui collusorie de hereditate litigavit.

COLLUSTRĀTUS, a, um, *enlightened, brightened*, illustratus. *Cic. in Orat.* c. 11. In picturis alios horrida, et opaca; contra alios nitida, læta, collustrata delectant.

COLLUSTRO, as, a. 1. *to illustrate, enlighten, brighten, illumine*, illustro, collumino, διαυγάζω. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 36. *ad fin.* Sol omnia clarissima luce collustrans. *Id.* 2. *de Divin.* c. 43. Luna lumine solis collustrari putatur. ¶ Item circumspicio, *to look around, survey*, περισκοπέω. *Cic. Tuscul.* 5. c. 23. Cum omnia collustrarem oculis. Adde *Virg.* 3. *Æn.* v. 651. et *Tacit.* 2. *Ann.* c. 45. ¶ Scribitur et *Conlustro.*

COLLUTĬO, onis, f. *a washing, rinsing*, actus colluendi, ablutio, διακλυσμός. *Scribon. Larg. compos.* 53. Cum dolor dentium urgebit, varie sedandus est, partim collutione quorumdam, partim commanducatione.

COLLUTŬLO, as, a. 1. *to dirty, defile, pollute, bedraggle*, luto inquino, polluo. Translate est dedecus afferre, *to disgrace, render infamous. Plaut. Trinum.* 3. 2. 66. Hæc famigeratio te honestet, me autem collutulet, si sine dote duxeris.

COLLŪTUS, et Conlutus, a, um, *rinsed, washed*, lotus, ablutus, διακλυζόμενος. *Plin.* l. 28. c. 19. Lacte equino juvantur vulvæ collutæ. *Id.* l. 23. c. 7. *a med.* Os collutum decocto. *Id.* l. 25. c. 13. Succus verbenacæ aceto collutus. *Id.* l. 37. c. 10. Gemma melle colluta.

COLLUVIĀRIS porcus dicitur, qui cibo permixto, et colluvione nutritur. *Fest.* Alii leg. *colluvialis.*

COLLUVIARĬUM, ii, n. *a sink or sewer; a common-shore*, ὀχετός, canalis, per quem colluvies et immunditiæ ejectantur. Est qui affert in hanc rem locum *Sueton. in Aug.* c. 40. sed frustra. ¶ *Vitruv.* usurpat de spiraculis, quæ cavantur in canalibus aquæductuum ad emittendum aerem, *air-holes, vent-holes.* Verba ejus sunt l. 8. c. 7. Etiam in ventre colluviaria sunt facienda, per quæ vis spiritus relaxetur. Alii leg. *columnaria.*

COLLUVĬES, ei, et Colluvio, onis, f. *filth or dirt occasioned by a conflux of different impurities; a sink, sewer*, συῤῥοὴ, φορυτὸς, συρφετὸς, sordes varii generis simul confluentes, concursus immunditiarum. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 22. leg. 1. Cloaca est locus cavus, per quem colluvies quædam fluit. *Colum.* l. 2. c. 15. *ad fin.* Colluvies cortis, et ædificii. *Plin.* l. 24. c. 19. Medetur et suibus effossa sine ferro, et addita in colluviem poturis. *h. e.* in aquam sordidam, in qua furfures, et olera mixta sunt. *hog-wash, draff, swill.* ¶ Translate sumitur pro mixtione et turba viliorum hominum, aut aliarum rerum omnis generis: item pro ea, quæ inde nascitur, confusione ac perturbatione, *a mixture, medley, hodge-podge, confusion; a tumult, rabble, tumultuous crowd of people. Liv.* l. 4. c. 2. Colluvionem gentium, perturbationem auspiciorum afferre. *Sueton. in Aug.* c. 40. Sincerum atque ab omni colluvione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum. *Liv.* l. 3. c. 6. Colluvio mixtorum omnis generis animantium. *Cic. pro Sext.* c. 7. Ille nefarius ex omnium scelerum colluvione natus. *Gell.* l. 1. c. 15. Colluvio verborum teterrima. *Atticus* apud *Cic.* l. 9. *Attic.* ep. 10. *a med.* Et te in certamine vinci cum illo facilius patiaris, quam cum hoc in ea, quæ perspicitur futura, colluvie regnare. *Cic. in Vatin.* c. 9. *ad fin.* Ferocitas Gracchorum, audacia Saturnini, colluvio Drusi, et cruor Cinnanus. *Id. de Senect. sub fin.* O præclarum diem, cum ex hac turba et colluvione discedam! *Tacit.* 2. *Hist.* c. 16. In multa colluvie rerum, majoribus flagitiis permixti. Adde *Liv.* l. 3. c. 9. ¶ In plurali numero legitur apud *Arnob.* l. 5. pag. 172. ¶ Scribitur et *Conluvies.*

COLLYBISCUS, i, diminut. a Collybistes, quod *Plaut. in Pœn.* 1. 1. 42. &c. proprium villici nomen fecit.

COLLYBISTES, seu Collybista, æ, m. *a banker, money-changer*, κολλυβιστής, mensarius, vel nummularius, qui ex pecuniæ permutatione quæstum facit. *Hieronym. in commentar.* cap. 21. *Matth.* docet, apud Judæos distingui *collybistas* a nummulariis. Hos enim esse, qui pro pecunia mutuanda usuras pecuniæ exigunt; *collybistas* vero, qui non quidem pecunias, sed alterius generis munuscula usuræ loco accipiunt, ut frictum cicer, uvas passas, poma, et hujusmodi species, quæ Græce τραγήματα, *h. e.* bellaria, et ab ipsis *collyba* appellantur: quam significationem etiam *Hesych.* apud Græcos agnoscit.

COLLȲBUS, i, m. *the exchange of coins of different kinds, or of different countries*, κόλλυβος, permutatio pecuniæ cum pecunia alterius generis. Id enim significat præter cetera, Græca vox, teste *Poll.* l. 3. c. 9. et lib. 7. c. 33. Hoc sensu *Cic.* l. 12. *ad Attic.* ep. 6. Vide ne qua lacuna sit in auro. Ego ista novi: sed certe in collybo est detrimenti satis. Et *Sueton. in Aug.* c. 4. Non tantum ut pistoris, sed etiam ut nummularii nepotem, sic taxat Augustum: Materna tibi farina est ex crudissimo Ariciæ pistrino: hanc finxit manibus collybo decoloratis Nerulonensis mensarius. *h. e.* ex contrectatione pecuniæ permutandæ. ¶ Ponitur etiam pro pretio, quod accipit nummularius pro opera impensa in pecuniis permutandis, *the profit or loss in such exchange. Cic. Verr.* 5. c. 78. Ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones, fieri solebant, primum pro spectatione et collybo, deinde pro nescio quo cerario. et *mox.* Nam collybus quinam esse potest, cum utantur omnes uno genere nummorum? ¶ Legitur etiam *Collubus.* ¶ *Collybum* neutr. gen. habes apud *Hieronym. loc. cit.* in voce præced.

COLLȲRA, æ, f. *a little loaf of bread; a bun, cracknel, sippet*, κολλύρα, genus panis, rotunda fere figura, lata, et compressa, quod vel in sartagine frigitur ex jure, vel sub cinere coquitur. *Plaut. Pers.* 1. 3. 12. Collyræ facite ut madeant, et colliphia.

COLLYRĬCUS, a, um, ad collyras pertinens. *Plaut. Pers.* 1. 3. 15. et 17. Jus collyricum. *h. e.* ex quo collyræ coquuntur, et eduntur. *the sauce in which buns were made.*

COLLYRIŎLUM, i, n. parvum collyrium. *Macer* (*exiguæ admodum auctoritatis scriptor*) l. 4. 12. vel collyriolum si supponatur in anum.

COLLȲRIS, idis, f. parva collyra, κολλυρίς. *Augustin. de Gen. ad litter.* l. 8. c. 5. *ad fin.* Profecto licet usitatus panis, aliquid tamen amplius habuit, cujus una collyride hominem Deus ab indigentia famis dierum quadraginta spatio vindicavit. ¶ *A Tertull. de cultu Femin.* c. 7. ponitur pro ornamento in capitibus feminarum figura collyridem referente. De qua V. in *Collyra.* [¶ Collyris est etiam herba, alias malva erratica. *Apul. de herb.* c. 40.]

COLLYRĬUM, ii, n. κολλούριον, et extrita priore diphthongi vocali, κολλύριον, medicamentum ex solidis rebus confectum, ad varios usus, tereti fere figura, in modum caudæ muris truncatæ (a κόλος, mutilus, et οὐρὰ, cauda, ut placet *Voss.*) quod fistulosis corporis partibus immitti solet, veluti meatui naris affectæ, vel aurium, ano, &c. *Cels.* l. 5. c. 28. n. 12. Collyrium fieri debet altera parte tenuius, altera paulo plenius: idque ex parte, qua tenuius est, antecedente, demitti oportet in fistulam. *Scribon. Larg. compos.* 142. Injicere collyrium in anum. *Id. ibid.* Fiunt collyria magnitudinis nucleorum pineorum. *Colum.* l. 6. c. 30. *de equorum morbis.* Collyrium tenue inditur foramini, quo meat urina. *Id. ibid.* Subjicere collyria, quæ ventrem movent. *a suppository. Plin.* l. 28. c. 9. Axungia collyrii modo subdita. *Id.* l. 26. c. 12. Verbasci radicis medulla collyrii tenuitate in fistulam additur. ¶ Est præterea medicamentum sive liquidum, sive solidum ad oculorum morbos, *a collyrium, medicine for the eyes, eye-salve.* Hac notione derivant a *collyra*; quod omnia collyria solida, et sicca, in panes redigi soleant collyris similes. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 30. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere. *Cels.* l. 7. c. 7. n. 4. et 8. Inungere oculum collyrio. ¶ Reperitur etiam *colyrium* et *colurium* unico *l*, et υ in *u* Latinum versa.

COLMINIĀNA OLEA inter varia ejus arboris genera enumeratur a *Catone de R. R.* c. 6. Eadem a *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 24. vocatur *colminia*, vel ut alii leg. *culminia*, aut *cominia*: quod postremum habetur etiam apud *Pallad. in Februar.* tit. 18.

CŌLO, as, a. 1. *to strain liquor through a cloth or sieve; to cleanse, purify*, ἠθέω, est paullatim liquorem aliquem, stillatimque emittere, vel rem aliquam per colum purgare: a *colum. Colum.* l. 12. c. 11. Mel expressa aqua coletur. *Scribon. Larg. compos.* 271. Colare aliquid per linteum. *Plin.* l. 31. c. 3. Terra colans. *h. e.* stillatim emittens aquam. *Manil.* l. 5. v. 193. colare amnes. *h. e.* rete piscari. V. *Colum.* in fi.

CŎLO, is, ui, cultum, a. 3. *to exercise, practise, pursue, study, labour upon, cultivate*, ἀσκέω, ἐργάζομαι, studium, operam, laborem pono in re aliqua perficienda, assiduus

sum circa rem aliquam, exerceo, excolo, curo. *Colum.* l. 2. c. 2. Neque enim aliud est colere, quam resolvere et fermentare terram. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 18. Suos agros studiose colere. *Id.* 4. *de Fin.* c. 14. Colere vitem. ¶ Dicitur et de aliis rebus, in quibus cura aliqua impenditur. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 107. Corpora si veteres non sic coluere puellæ. *Tibull.* l. 1. eleg. 9. v. 9. Colere capillos. *Id. ibid.* v. 67. Ah pereant artes, et mollia jura colendi. *h. e.* comendi. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 137. Colere quæstum suum. ¶ Colere domicilium stramentis, apud *Varron.* apud *Non.* c. 4. n. 50. est casam stramentis tegere, sarcire, instruere. ¶ Translate *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 121. ingenuas pectus coluisse per artes, Cura sit. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 2. In officio colendo sita est vitæ honestas omnis, in negligendo turpitudo. *Id.* 1. *de Legib.* c. 5. Colere, et efficere munus aliquod. *Id. pro Arch.* c. 7. Percipere, et colere virtutem. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 1. *ad fin.* Colere genus orationis æquabile et temperatum. *Id. Fam.* 3. *ep. ult.* artes et studia. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 2. amicitiam, justitiam, liberalitatem. *Id. de clar. Orat.* c. 91. studium Philosophiæ. *Id.* 2. *de Orat.* c. 35. diligentiam. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 503. militiam. *Terent. Hecyr.* 3. 4. 33. pietatem. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 28. vitam aliquam. *to pursue some particular course of life. Id. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 280. Lautum victum et elegantem. *to fare sumptuously. Id. de clar. Orat.* c. 31. disciplinam aliquam. *Plaut. Cas.* 5. 4. 1. mores alicujus populi. *to follow, copy, imitate.* ¶ *Colere ævum* apud *Lucret.* l. 5. v. 1144. est ætatem agere. ¶ *Colere vitam* absolute pro vivere. *Plaut. Rud.* 1. 5. 25. Egomet vix vitam colo. Adde *Trinum.* 3. 2. 74. Sic colere vitam inopem, *to keep up a wretched existence. Terent. Heaut.* 1. 1. 84. ¶ In illo *Plauti Pœn. prol.* v. 13. Exerce vocem, per quam vivis, et colis: *viris* est victum tibi paras; *colis*, cultum ac vestitum. ¶ Colere servitutem apud aliquem. *to serve, be in service*, est apud *eund. Pœn.* 4. 2. 7. ¶ Cum accusativo personæ significat cura, studio, observantia, obsequio, veneratione prosequi, *to look up to with respect or veneration; to respect, honour, regard, love, favour, esteem. Martial.* l. 2. epigr. 55. Vis te, Sexte, coli. volebam amare. Parendum est tibi: quod jubes coleris. Sed si te colo, Sexte, non amabo. *Cic. de Amic.* c. 22. *ad fin.* Amicos deligere, et colere. *Id. ibid.* Colere inter se, ac diligere. *Gell.* l. 3. c. 1. *ad fin.* In se se colendo parcum esse. *Cic. Fam.* 5. ep. 8. Neque umquam mihi tui colendi, aut ornandi voluntas defuit. *Nepos in Attic.* c. 20. Colere aliquem litteris. *h. e.* sæpe ei scribendo. *Liv.* l. 31. c. 43. aliquem donis. *Cic.* l. 4. *Fam.* ep. 4. *ad fin.* aliquem summa observantia. *Id. Attic.* l. 2. ep. 19. *in fi.* diligenter, et observare aliquem. *Id. pro Flacc.* c. 22. aliquem in primis, ac diligere. *Id. ad Cupienn. post ep. ult.* l. 16. *ad Attic.* Mirifice colere, et amare. *Id. Phil.* 2. c. 38. aliquem loco patris. *Id. de clar. Orat.* c. 1. In loco parentis colere aliquem. ¶ Huc et illa pertinent *Cic. post redit. ad Quirit.* c. *ult.* Colere memoriam beneficii benevolentia sempiterna. *Id.* l. 2. *de Fin.* c. 31. memoriam defuncti. et *ibid.* alicujus diem natalem. ¶ *Colere* etiam dicuntur, qui inferiorum curam habent, eis prospiciunt, fovent, amant. *Virg.* 3. *Ecl.* v. 69. Jovis omnia plena: ille colit terras. (*Servius* huc trahit et illud *Æn.* 1. v. 19. Quam Juno fertur terris magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo.) *Plaut. Pœn.* 5. 4. 14. Jupiter, qui genus colis, alisque hominum. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 8. *ad fin.* Nihil mihi unquam gratius accidit, quam quod meam Tulliam suavissime diligentissimeque coluisti. ¶ Sæpe refertur ad religionem. *to worship, venerate. Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 42. Colere, precari, et venerari deos. *Id.* 2. *Agrar.* c. 35. Majores in deorum numero venerari et colere. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 20. *ad fin.* Pie saucteque colere. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 3. religiose, caste. *Cic. de Harusp. resp.* c. 13. summa religione. *Id. pro Flacc.* c. 4. testimoniorum religionem et fidem. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 12. magna cura cæremonias sepulcrorum. *Plin. in Paneg.* c. 11. deum aris, pulvinaribus, flamine. *Senec. in Herc. Œt.* v. 580. deum precibus. ¶ Ponitur etiam pro frequentem, et assiduum esse in loco aliquo, *to frequent. Cic. Fam.* 2. ep. 12. Urbem, urbem, mi Rufe, cole, et in ista luce vive. *Id.* 6. *Verr.* c. 53. Colitur ea pars urbis, et habitatur frequentissime. ¶ Et simpliciter pro habitare, incolere, *to dwell in, inhabit. Cic.* 2. *de nat. Deor. c. pænult.* Homines, qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt. *Plaut. Aulul. prol.* v. 1. Hanc domum multos annos est cum possideo, et colo. *Liv.* l. 24. c. 49. Maurusii prope Oceanum adversus Gades colunt.

COLOBATHRARĬUS. V. *Calobatarius.*

COLOBĪCUS, a, um, adject. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 14. n. 8. Morientur aut spastici, aut colobici, aut apoplectici. *h. e.* membro aliquo truncati et debilitari: a κολοβὸς, mutilus, truncatus.

COLOBĬUM, ii, n. *a short coat without sleeves*, κολόβιον, tunica sine manicis, qua antiqui Romani utebantur: a κολοβὸς, mutilus. *Serv. ad Æn.* 9. v. 616. Tunicæ vestræ habent manicas, quod etiam Cicero vituperat dicens: manicatis et talaribus tunicis: nam colobiis utebantur antiqui quæ dicta sunt ἀπὸ τοῦ κολοβοῦ. ¶ Dicitur etiam *Colobus*, i. *Impp. Gratian. Valentin. et Theodos.* lib. 14. *Cod. Theodos.* tit. 10. leg. 1. Coloborum, ac pænularum induat vestimenta.

[* COLOBUS, a, um, adject. a Græco κολοβὸς, mutilus; ita vocatur mĕtrum, cui syllaba deest, quod etiam catalectum dicitur. *Mall. Theodor. de metr.* c. 5. Metrum Iambicum senarium colobon constat ex pedibus superius comprehensis, et pro sexto pede una tantum syllaba ponitur, ut est apud Horatium: Trahuntque siccas machinæ carinas. *Id.* c. 7. Versus pentameter anapæsticus colobos fit ita: Tuba terribilis procul ære sonoro. *Mar. Victor.* pag. 2501. *Putsch.* Hoc metrum quidam colobon vocant.]

COLOCASĬA, æ, f. et Colocasium, ii, n. *the Egyptian bean*, κολοκασία, herba Ægyptia, alio nomine cyamus. *Plin.* l. 21. c. 15. In Ægypto nobilissima est colocasia. *Virg. Ecl.* 4. v. 20. Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho. Ubi colocasiæ flores intelligit. *Martial.* l. 8. epigr. 33. Lenta minus gracili crescunt colocasia filo. *h. e.* colocasia cocta instar filorum tenduntur, ut scribit *idem Plin. loc. cit.* ¶ Ejus foliis varie implexis Ægyptii pocula conficiunt, in iisque potare gratissimum habent. *Plin. loc. cit.*

COLOCYNTHIS, idis, f. *coloquintida, the fruit of the wild gourd*, κολοκυνθὶς, cucurbitæ silvestris genus, sativa minus. *Plin.* l. 20. c. 3.

COLON, *et Latina positione* Colum, i, n. *the colon; the longest and widest of all the intestines*, κόλον, crassum intestinum, quintum in ordine intestinorum, medium inter cæcum et rectum, quod a sinistro rene ad destrum super ventriculi fundum fertur; et ex quo excrementa, diu ibi morata, eum accipiunt colorem, quo egeruntur. *Cels.* l. 1. c. 7. vocat *intestinum laxius*: et lib. 4. c. 14. *intestinum plenius.* Græce alii scribunt κόλον, et a κοῖλος, cavus, deducunt, quia plures habet cavitates, seu cellulas: alii κῶλον. In hoc intestino acerbissimi illi dolores fiunt, qui *colici* appellantur. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 79. A Græcis appellatur colon, ubi dolorum magna causa est. *Scribon. Larg. compos.* 122. Coli dolor. ¶ Ipse quoque coli dolor ac morbus, *colum* dicitur, *the colic. Plin.* l. 20. c. 15. Cuminum bibitur propter colum. *Id.* l. 31. c. 9. Sal colum levat. *Scribon. Larg. loc. cit. ad fin.* Colo infestari. ¶ Est etiam *colum* membrum, a κῶλον: et translate membrum periodi in oratione, ex incisis, seu commatibus constans. *a colon. Ascon. in Divin. Verr.* c. 13. Vitiose ambo cola. ¶ Item pars, v. g. carminis, aut orationis. *Augustus* apud *Donat. in vita Virg. ante med.* Ut sibi de Æneide vel prima carminis hypographa, vel quodlibet colon mitteret. *a piece, passage.*

COLŌNA, æ, f. *a country-woman; a husbandman's wife*, rustica mulier, quæ agros colit. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 692. habebat Rus breve cum duro parca colona viro. Adde 2. *Fast.* v. 646. et *Paul. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 54. *extr.* nisi quis put quis putant, *colonam* positum esse pro colonia. *h. e.* rure, prædio. Al. leg. *coloniæ.*

COLONARĬUM, V. *Columnarium.*

COLONARĬUS, a, um, *rustic, clownish*, colonicus. *Sidon.* lib. 5. ep. 19. Plebeiam potius incipiat habere personam, quam colonariam.

COLONĀTUS, us, m. conditio coloni, hoc est ejus, qui ad agrum colendum destinatus est. *Impp. Gratian. Valentin. et Theodos.* l. 14. *Cod. Theodos.* tit. 18. et *Impp. Constant. et Constans ibid.* tit. 1. leg. 33. l. 12.

COLONĒUS, a, um, adject. *Œdipus Coloneus*, Οἰδίπους ἐπὶ Κολωνῷ, nomen est Tragœdiæ Sophoclis ductum a Colono, seu Colona, qui locus fuit in Attica, non longe ab Athenis, ubi Sophocles natus est, et hanc Tragœdiam senex admodum conscripsit: ipse quoque Œdipus Thebis exsulans, eo commigrasse dicitur. *Cic. de Senect.* c. 7. Œdipum Coloneum recitavit judicibus. *Id.* l. 5. *de Fin.* c. 1. *ad fin.* Coloneus ille locus, cujus incola Sophocles, &c.

CŎLŌNĬA, æ, f. *a colony, or plantation, to which people are sent to dwell; a number of people transplanted from one place to another, with an allowance of land for tillage*, ἀποικία, est pars civitatis, aut sociorum deducta in aliquem locum, colendi et inhabitandi gratia: itemque ipse locus. Igitur Colonia est oppidum, quo olim Rex, vel Senatus, vel Populus partem civium, vel sociorum misit ad habitandum. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 27. Colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, ut esse non oppida Italiæ, sed propugnacula imperii viderentur. *Id. ibid.* Coloniam deducere in locum aliquem. *Id. ibid.* c. 28. Deducere colonos in coloniam. *Id. Agrar.* 1. c. 5. Constituere coloniam in Janicolo. *Id. pro Cæcin.* c. 33. *in fi.* Cives proficiscuntur in colonias Latinas. *are going to settle. Liv.* l. 8. c. 23. Imponere coloniam in agro Samnitium. *Id.* l. 4. c. 49. Mittere aliquos in coloniam. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 1. Mittere coloniam in locum aliquem. *Vellei.* l. 1. c. 14. Post septem annos Sutrium deducta colonia est, et post annum Setina, novemque interjectis annis Nepe. et cap. 15. Colonias condere. ¶ Differt a municipio: municipes enim sunt cives alicujus municipii, legibus suis et suo jure utentes: coloni sunt cives unius civitatis in aliam deducti, et ejus jure utentes, a qua sunt propagati. V. *Gell.* lib. 16. cap. 13. ¶ Coloniæ aliæ erant civiles, aliæ militares: civiles constabant ex civibus pauperibus, qui in aliquem locum agri colendi causa deducebantur: militares constabant ex militibus veteranis, qui in aliquem locum, tanquam in laboris requiem deducebantur, simul ut adversus hostium excursiones præsidio essent. Præterea aliæ erant Romanæ, aliæ Latinæ. Romanæ civium Rom. jure utebantur, Latinæ jure Latii. *Ascon. in argumento Pisonianæ, Panvin.* l. 3. *de Rep. Rom.* et *Sigon. de jure Provinc.* c. 10. et l. 2. *de antiquo jure Italiæ*, c. 2. ¶ Multæ sunt Urbes, quibus Coloniæ nomen hæsit, quod in eas olim Romani colonias deduxerant, ut Colonia Agrippinensis, Colonia Allobrogum, Colonia Trajana, &c. de quibus V. *Geographos.* ¶ Interdum *colonia* est quivis agricolationis locus. *a farm. Colum.* l. 11. c. 1. *a med.* Villicus coloniæ suæ terminos egredi non debet. Adde *Paul. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 24. *a med.* et *Scævol.* lib. 33. tit. 7. leg. 20. item *Tabulam æneam Placentin.* erutam anno 1747. et a *Muratorio* editam: ubi sæpius *colonia* hoc sensu accipitur, ut *Id.* monet sect. 7. ¶ *Plaut.* jocularitcr sic appellat quodlibet domicilium. *Aulul.* 3. 6. 39. Eam affectat viam, ut commutet coloniam. *Id. Pseud.* 4. 6. 38. Quid ego cesso facere, ut det nomen ad molarum coloniam? *h. e.* ut ad molam damnetur.

COLONĬCUS, a, um, *pertaining to husbandry*, ad colonos pertinens. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *a med.* Leges colonicæ, in quibus scribimus: Colonus in agro surculario ne capra natum pascat. *Plin.* l. 8. c. 47. Ovium summa genera duo: tectum, et colonicum: illud mollius, hoc in pascuo delicatius. *Id.* l. 26. c. 10. Ovis colonica. *Colonicæ oves* sunt, quas omnes norunt, et pascunt; ita dictæ quod passim in omnibus fere coloniis, *h. e.* in prædiis, et fundis alantur; cum tectæ rariores essent, et in quibusdam tantummodo Italiæ regionibus; et non nisi intentissima cura, magnaque impensa alerentur, ut apud *Colum.* l. 7. c. 4. videre est. ¶ *Colonica, æ*, f. est casa coloni, hoc est aratoris, rustici, *a farm-house. Auson.* epist. 4. *ad Theon.* v. 4. Vilis arundineis cohibet quem pergula tectis, Et tingit piceo lacrymosa colonica fumo. ¶ *Cohortes colonicæ* apud *Cæsar.* l. 2. *B. Civ.* c. 19. sunt collectæ ex delectu in Romanorum Coloniis habito. *Sueton. in Aug.* c. 46. Decuriones Colonici. *h. e.* Coloniarum.

COLONŎMON MELOS, κολόνομον, est cantus dissonans, imperfectus, mutilus, a Musicis legibus deficiens: a κόλος, mutilus, et νόμος, lex. Legitur apud *Auson.* epist. 11. *ad Paul.* ubi V. *Scaliger.*

COLŌNUS, i, m. *a husbandman, tenant, farmer, tiller of the ground; a country fellow, labourer, clown, hind, rustic*, γεωργὸς, qui agris colendis laborat: item qui aliorum agros conducit, et per se, vel per familiam colit, atque inde pensionem domino persolvit. *Cato R. R.* c. 1. Virum bonum cum laudabant, ita laudabant: bonum agricolam, bonumque colonum. *Varr.* l. 2. *R. R. in proœm.* Ratio ac scientia coloni est, ut ea, quæ in agricultura nascantur e terra, fructum faciant. *Colum.* l. 1. *R. R.* c. 7. Paterfamilias comiter agat cum colonis, et avarius opus exigat, quam pensiones. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 71. Optimus colonus, parcissimus, frugalissimus. *Scævola Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 20. Coloni, qui finita conductione de colonia discesserant. *Colum. loc. cit.* Urbanus colonus, qui per familiam mavult agrum, quam per se colere. *Caius* lib. 19. tit. 2. leg. 25. *a med.* Colonus partiarius. *a partner in affairs of husbandry. Ulpian. ibid.* leg. 15. Dare colono remissionem ob sterilitatem. ¶ Jlocaliter *Plaut. Asin.* 2. 2. 32. Catenarum colone. ¶ Item qui in aliqua Colonia publice deducta habitat. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 19. Circen Coloni nostri Circeienses religiose colunt. *Justin.* l. 16. c. 3. Conscripta colonorum manu, urbem Heracleam condiderunt. Adde *Nepot. Cæs. Liv. Plin.* &c. ¶ Poetice accipitur universim pro incola, *an inhabitant. Virg.* 1. *Æn.* v. 16. et lib. 7. v. 63. et 409. *Propert.* l. 2. eleg. 24. v. 29. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 139. *Senec. in Hippol.* v. 288. *Ovid. Lucan.* &c.

COLŌNUS, a, um, *fit for tilling*, γεωργικὸς, ad coloniam spectans, culturæ idoneus. *Cic.* 5. *Phil. in fi.* Utique C. Pansa, A. Hirtius Consules, alter, ambove cognoscerent, qui ager colonus esset, quo milites veterani deducti essent. Al. leg. *qui ager iis coloniis esset, quo*, &c. *Sedul.* l. 3. v. 9. *de Christo.* Quippe ferax qui vitis erat, virtute colona Omnia fructificans.

COLŎPHON, ōnis, m. [†nunc] *Altobosco*, al. *Belvedere*, Κολοφὼν, Urbs Ioniæ maritima inter Smyrnam, et Ephesum, inter illas septem, quæ de Homeri patria certarunt. *Cic. pro Arch.* c. 8. ¶ Colophon dictum est etiam a Latinis, teste *Festo*, cum aliquid finitum significaretur. Hinc proverbium, *Colophonem addere*, κολοφῶνα ἐπιτιθέναι, cum summa operi manus imponitur. *to finish, put a finishing hand upon.* Ejus originem inde Strabo deducit lib. 14. *ante med.* quod Colophonii in bellis adeo equitatu præstabant ceteris nationibus, ut quocumque accessissent in auxilium, victoriam parerent, et bello finem imponerent.

COLOPHONIĂCUS, a, um, qui est ex Colophone. *Virg. in Ciri*, v. 65. Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.

COLOPHONĬUS, a, um, Κολοφώνιος, ad Colophonem pertinens. *Plin.* l. 14. c. 20. Colophonia resina. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 8. pater huic Colophonius Idmon. ¶ *Colophonii, orum*, sunt Colophonis incolæ. *Cic. pro Arch.* c. 8.

Homerum Colophonii civem esse dicunt suum. ¶ *Colophonia* absolute est Colophonia resina apud *Scribon. Larg. compos.* 137. 138. et 139.

COLOR, oris, m. *a colour, complexion, tint, hue, die,* χρῶμα, qualitas, quæ ad visum spectat. *Cic.* l. 2. *de Legib.* c. 18. Color albus præcipue decorus Deo est, tum in ceteris, tum maxime in textili. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 16. Candiduli dentes, venusti oculi, color suavis. *Id.* 1. *Offic.* c. 36. Formæ dignitas coloris bonitate tuenda est. *Lucr.* l. 5. v. 1257. Colore claro splendere. *Virg.* 4. *Æn.* v. 701. *de Iri.* Mille trahens varios adverso sole colores. *Tacit. de German.* c. 6. Distinguere scuta lectissimis coloribus. *Plin.* l. 8. c. 48. Lanarum nigræ nullum colorem bibunt. *Id.* l. 11. c. 38. *in fi.* Colorem accipere. *Id.* l. 35. c. 10. *a med.* inducere picturæ. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 55. *Hard.* Transire in mille colores. *Id.* l. 35. c. 10. Colores terere. *Paul.* lib. 3. *Sentent.* tit. 7. temperare. ¶ *Mutare colorem* est eorum, qui vel ira, vel metu, aliave magna perturbatione expallescunt. *to change colour. Horat.* l. 1. ep. 16. v. 38. Mordear opprobriis falsis, mutemque colores. Adde *Cic. pro Cluent.* c. 19. Sic *colorem amittere. Ovid.* 2. *Metam.* v. 601. Excidit illi color. Et *Metam.* 3. v. 99. pariter cum mente colorem perdiderat. ¶ Huc pertinet illud *Cicer. de Harusp. resp.* c. 1. Repente sine vultu, sine colore, sine voce constitit. et *Petron. in fragm. Tragur.* c. 63. *in fi. Burman.* Post hoc factum nunquam coloris sui fuit: immo post paucos dies freneticus periit. ¶ Aliquot colorum genere, quibus in veste mulieres utebantur, enumerat *Ovid.* l. 3. *de ar. amand.* a vers. 173. et qui in pictura locum habent, *Plin.* l. 35. c. 6. ¶ *Colorem ducere* est trahere, infici. *to draw, contract, derive. Virg. Ecl.* 9. v. 49. Duceret apricis in collibus uva colorem. ¶ Allegorice *Senec.* ep. 108. Novimus quosdam, qui multis apud philosophum annis persederint, et ne colorem quidem duxerint. *h. e.* ne hilum quidem profecerint. *Quintil.* l. 10. c. 1. Multa magis, quam multorum lectione formanda mens, et ducendus est color. *h. e.* dicendi genus comparandum, *to form a style.* ¶ Metaphorice *color* ponitur pro specie, facie, ornatu extrinseco. *appearance, cast, complexion, manner, form; colouring, embellishment, ornament, dress. Cic.* 3. *de Orat.* c. 25. Ornatur oratio genere primum, et quasi colore quodam, et succo suo. *Id. de clar. Orat.* c. 46. Color urbanitatis in oratione. *Quintil.* l. 6. c. 3. Urbanitas non tam sit in singulis dictis, quam in toto colore dicendi. *Id.* l. 12. c. 10. Non unus color procemii, narrationis, argumentorum, perorationis servabitur. *Gell.* l. 14. c. 4. Justitiæ vultum severis, atque venerandis verborum coloribus depingere. *Petron. in Satyr.* c. 2. Carmen sani coloris. *Cic. Attic.* 2. ep. 21. Omnibus pictus, et politus artis coloribus, *Id. Attic.* lib. 4. epist. 16. *circa med.* Amisimus non omnem modo succum ac sanguinem, sed etiam colorem et speciem pristinam civitatis. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 60. Quisquis erit, scribam, vitæ color. *h. e.* ratio, seu conditio vitæ. *tenour, state, condition. Id.* l. 1. ep 17. v. 23. Omnis Aristippum decuit color, et status, et res. ¶ Item pro subtiliter exquisita defensione, prætextu, excusatione, *pretext, pretence, excuse, colour; a cloak or plea. Quintil.* l. 11. c. 1. Quod si nulla contingit excusatio, sola colorem habet pœnitentia. *Juvenal.* sat. 6. v. 279. Dic aliquem, sodes, dic, Quintiliane, colorem. *Quintil.* declam. 12. c. 21. Color patrocinii. *Marcell. Dig.* lib. 5. tit. 2. leg. 5. Res illo colore defenditur apud judicem, ut videatur ille non sanæ mentis fuisse, cum testamentum inique ordinaret. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 3. *Cod.* tit. 6. leg. 3. Sub colore adipiscendæ possessionis. *Quintil.* declam. 16. c. 1. Excogitare colorem aliquem. *Id.* l. 3. c. 8. *a med.* (*al.* 10.) Dare colorem rebus deformibus. ¶ Speciatim *color* dicitur pars controversiæ, seu potius controversiarum quoddam genus, in quo tota ratio accusationis, aut defensionis in eo sita est, ut factum minus probabile exquisitis conjecturis, suspicionibus, et causis subtiliter inventis tegatur, et coloretur. Hujus rei exempla passim habentur in controversiis *Senecæ.* Huc pertinet illud *Quintil.* l. 4. c. 2. *a med.* Sunt quædam et falsæ expositiones, quarum in foro duplex est genus: alterum, quod instrumentis adjuvatur (puta testibus, tabulis seu veris, seu falsis, &c.) alterum, quod est tuendum dicentis ingenio. Id interim ad solam verecundiam pertinet: unde etiam mihi videtur dici color. *Senec.* l. 1. *controv. ult.* Colorem a parte patris quidam duriorem fecerunt. V. si plura cupis, *N. Fabri adnotation. ad Senec.* l. 1. controv. 1. *Color.* ¶ *Nullius coloris homo* apud *Plaut. Pseud.* 4. 7. 99. est homo prorsus ignotus, et quem, albus, an ater sit, nescias. [† *Albus, an ater sis, nescio:* proverb. V. in *Albus.*]

COLORĀTE, adverb. cum coloribus. Translate *Quintil.* (*seu quicumque alius auctor est*) declam. 285. Colorate affert quidem iste tale patrocinium. *with some pretext; apparently with reason.*

COLORĀTOR, oris, m. *one who colours,* qui colorem inducit. *Gloss. lat. gr.* Colorator, στιλβωτής, et ἰνδικοπλάστης. *Salmas. ad Vopisc. in Firmo,* c. 3. Coloratores, ait, dici eos, qui parietes colorant, et colores tectoriis illinunt. Fuit inter officia domus Augustæ, nempe vel infector, *a dyer,* vel pictor, *a painter, colourist. Inscript.* apud *Murator.* pag. 887. n. 3. Anteros Liviæ colorator. ¶ *Colorator* inscripta fuit una ex *Laberii* Comœdiis, ex qua fragmentum refert *Gell.* l. 7. c. 9.

COLORĀTUS, a, um, *coloured, painted, imbued, tinctured, graced, trimmed,* ἐπιχρωματισμένος, colorem habens. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 20. Arcus ipse ex nubibus efficitur quodammodo coloratus. *Plin.* l. 15. c. 15. Colorata pira. *h. e.* quæ *Venerea* alio nomine appellantur: fortasse Anglorum *the red muscadelle pear. Colum.* l. 11. c. 2. *circa med.* Coloratæ uvæ. *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 10. v. 12. Comæ Cereris coloratæ. *h. e.* segetes flavæ, et maturæ. ¶ Speciatim dicitur de iis, qui ex solis radiis fuscum colorem contraxerunt, *tanned, sun-burnt, swarthy, tawny,* ἡλιόκαυστος. *Virg.* 4. *Georg.* v. 293. Colorati Indi. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 14. v. 6. Seres. *Martial.* l. 10. epigr. 68. Etrusci. *Senec. de vita beata,* c. 7. Virtutem in templo invenies, in foro, in curia, pro muris stantem, pulverulentam, coloratam, callosas habentem manus: voluptatem mollem, enervem, pallidam, aut fucatam, &c. ¶ Qui sani coloris est. *Cels.* l. 2. c. 2. Si plenior aliquis, et speciosior, et coloratior factus est. *Senec. de constant. Sapient.* c. 13. Scit sapiens, omnes hos, qui togati, purpuratique incedunt, valentes coloratosque, male sanos esse. Adde *Quintil. in proœm.* l. 8. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 46. Urbanitate quadam quasi colorata oratio. *Senec.* ep. 16. Quæ scribis, unde veniant, scio: non sunt ficta et colorata. *h. e.* fucata. *feigned, disguised.* ¶ *Coloratæ declamationes* quæ vocantur, videntur esse, quarum tota ratio colore constat. (V. *Color*) In declamationibus minoribus *Quintiliani post* declam. 307. legitur: *Finiunt tractatæ, incipiunt coloratæ:* et præterea *colorata* inscribitur declamatio 384. *P. Pithœus in epist. ad P. Neveletum Dosch.* varias exponit conjecturas ad explicandum, quid sit declamatio *colorata,* et *tractata:* sed nusquam sibi satisfacit. *N. Faber in Adnotationib. ad Senec.* lib. 1. controv. 1. *ubi Color,* scribit, vereri se, ne qui primus sic illas distinxit, illudere, aut crucem figere ingeniis voluerit.

COLORĔUS, et Colorius, a, um, *of various colours, variegated, particoloured,* ποικίλος, variis coloribus pictus. *Augustus in suo testam.* apud *Charis.* lib. 1. pag. 80. *Putsch.* Gausapes purpureas, et coloreas meas. *Vopisc. in Aurel.* c. 46. Concessit, ut blatteas matronæ tunicas haberent, cum antea coloreas habuissent. *Paul. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 33. *ad fin.* Vestis tam coloria, quam versicoloria. *Versicoloria vestis* hoc loco (ut et sæpe alibi apud JCtos) est ea, quæ nativum mutavit, et artificiali quopiam colore tincta est: qua ratione *coloriæ* opponitur, quæ varios artificiales colores aut inductos, aut intextos habet. V. *Salmas. ad Vopisc. loc. cit.* ubi plura hac de re.

COLORIFĬCUS, a, um, colorem inducens. *In quodam epigr. de Iri,* quod quidam *Virgilio,* alii aliis tribuunt. Cumque colorifico nimbos fulgore replevit. *Al. leg.* Cum sol horrifico, &c.

COLŌRO, as, avi, atum, *to colour, paint, stain, dye, give a complexion to, to set a gloss on,* χρώζω, χρωματίζω, colorem induco, pingo. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 39. *in fin.* Individua corpora formare, figurare, colorare, animare non possunt. *Plin.* l. 35. c. 3. Colorare lineas testa trita. et cap. 6. lignum sinopide. *Id.* l. 15. c. 15. Pira colorantur sole. Speciatim significat fuscum colorem inducere. *to infuscate, make tawny. Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 14. Cum in sole ambulem, natura fit ut colorer. *Propert.* l. 3. eleg. 11. v. 16. Quos Aurora suis rubra colorat equis. *Catull.* carm. 11. *ad Fur. et Aurel.* v. 7. qua septemgeminus colorat æquora Nilus. *h. e.* viridem Ægyptum nigra fecundat arena, ut apud *Virg.* 4. *Georg.* v. 291. legitur. ¶ Translate *Cic. loc. cit.* Ut, cum in sole ambulem, etiamsi aliam ob causam ambulem, fieri natura tamen, ut colorer; sic cum istos libros studiosius legerim, sentio orationem meam quasi colorari. *Id. de Orat.* cap. 13. *ad fin.* Eloquentia hujus nutrimentis educata, ipsa se postea colorat, et roborat. *Senec.* ep. 71. *ad fin.* Sapientia nisi alte descendit, et diu sedit, animum non coloravit, sed infecit. ¶ Significat etiam prætextum inducere. *Valer. Max.* l. 8. c. 2. n. 2. Libidinosam liberalitatem debiti nomine colorare. *to disguise, cloak, cover or gloss over, conceal.* Sic *Prudent. Cathemer.* 2. v. 35. Inepta nunc omnes sua Vultu colorant serio.

COLOS pro *color* adhibetur non solum a Poetis, ut *Lucret.* l. 6. v. 207. Flammeus est plerumque colos, et splendidus ollis: et *Plaut. Mil.* 4. 4. 43. Is colos thalassicus est: Verum etiam a prosæ Scriptoribus, ut *Sallust. in Catil.* c. 15. Colos ei exsanguis, fœdi oculi, &c. Ita enim ibi legit *Valer. Prob. in Cathol.* pag. 1456. et 1467. *Putsch.* Adde *Plin.* l. 35. c. 11. *ad fin.* Sic dicimus *labos, arbos, odos,* &c. V. *Non.* c. 8. n. 27. Rectius tamen *color* dicitur, eodem *Probo* judice, immo ipso *Quintil.* qui dum l. 1. c. 4. (*al.* 5.) docet, *arbos, labos, vapos, clamos,* et *lases* pro *laser* ætatis fuisse; satis indicat, antiquam esse hujusmodi positionem, et pæne obsoletam.

COLOSSĔROS, ob egregiam corporis amplitudinem, et speciem appellatus est Esius Proculus apud *Sueton. in Calig.* c. 35. Græce est κολόσσερως, a κολοσσός, colossus, et ἔρως, amor: prima vox pertinet ad significandam amplitudinem corporis, secunda ad speciem.

COLOSSĒUS, a, um, *in form of a colossus, of the height and bigness of such a statue, giant-like, colossean,* κολοσσαῖος, altus, et amplus instar colossi. *Plin.* l. 34. c. 7. Moles excogitatas videmus statuarum, quas colosseas vocant, turribus pares. *Id.* l. 35. c. 7. Nero jusserat colosseum se pingi centum viginti pedum in linteo. *Id.* l. 36. c. 5. Mars sedens colosseus. Adde *Sueton. in Vespas.* c. 23.

COLOSSĬCOS, a, um, κολοσσικός, idem quod colosseus. *Vitruv.* l. 10. c. 6. Apollo colossicus. *Plin.* l. 34. c. 8. Signum colossicon nudum. ¶ *Colossicoteros,* h. e. altior, et amplior, comparativum est Græcæ positionis, κολοσσικώτερος, et legitur apud *Vitruv.* l. 3. c. 3. *a med.* et l. 10. c. 4.

COLOSSĪNUS, a, um, adject. a Colossis urbe Phrygiæ, ut est apud *Plin.* l. 5. c. 32. Colossinus color apud *eund.* l. 21. c. 9. in flore cyclamini est purpureus: *purple:* itaque appellari videtur ab ea urbe, ubi color seu pigmentum ei simile optime conficiebatur. Ita *Harduin.*

COLOSSUS, i, m. *a statue of enormous magnitude; an image greatly beyond the life; a colosse or colossus,* κολοσσός, statua immodicæ proceritatis, qualis Rhodi fuit statua solis facta a Charete, vel Lachete Lydio Lysippi discipulo, ex ære, altitudine 70. cubitorum: quæ inter septem orbis miracula numeratur. De eo *Plin.* l. 34. c. 7. verba facit. *Id.* l. 35. c. 11. Euphranor fecit et colossos. *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 51. Lusit, et enormes manus est experta colossos. ¶ Adjective pro *colosseus, colossean. Lamprid. in Alex. Sev.* c. 25. Statuas colossas in urbe multas locavit. Adde cap. 28. *Casaubon.* tamen utrobique vult legi *colosseas.* ¶ Originem hujus vocis Græci Etymologi ducunt ἀπὸ τοῦ κολούειν τὰ ὄσσε, hoc est minuenda oculorum acie. nam in spectanda altitudine oculi caligant.

COLOSTRA, æ, f. et Colostra, orum, n. *the first milk after the birth; the first milk given by a cow after calving, which is very thick; biestings,* πρωτόγαλα, primum lac, quod statim post partum feminæ edunt, densum, et facile coalescens, atque adeo fetui noxium, si sugat. *Plin.* l. 28. c. 9. Est autem colostra prima a partu spongiosa densitas lactis. *Id.* l. 11. c. 41. Ex primo lacte a partu colostra fiunt. Adde *Colum.* l. 7. c. 3. *a med.* et *Pallad. in Novembri,* tit. 13. qui ambo feminine usurpant. ¶ Fuit quondam in ciborum deliciis. *Martial.* l. 13. epigr. 38. *cujus lemma est Colostrum.* Surripuit pastor quæ nondum stantibus hædis, De primo matrum lacte colostra damus. ¶ Usurpatur etiam in blanditiis amantium. *a term of endearment. Plaut. Pœn.* 1. 2. 174. Meum mel, meum cor, mea colostra, meus molliculus caseus. Adde vers. 177. et *Laber.* apud *Non.* c. 2. n. 117. ¶ *Collostrum* in singulari num. habetur apud *Serv. ad Virg. Ecl.* 2. v. 22. et *in lemmate citati epigram. Martial.* ¶ *Serv. loc. cit.* frustra negat, feminino genere usurpari. ¶ Legitur et *Colustra.*

COLOSTRATĬO, onis, f. *a disease incident to young ones, by sucking the dam's milk, two days after the birth,* morbus, quo pulli, et infantes corripiuntur, colostram sugentes. ea enim in stomacho coagulata lethalis est. *Plin.* l. 11. c. 41. Pullis asinarum biduo a partu maternum lac gustasse, lethale est. Genus mali vocatur colostratio.

COLOSTRĀTUS, a, um, colostratione laborans. *Plin.* l. 28. c. 9. Concipere nutrices exitiosum est. hi enim sunt infantes, qui colostrati appellantur, densato lacte in casei speciem.

COLŌTES, æ, m. *a kind of lizard,* κωλώτης, idem quod stellio. *Plin.* l. 29. c. 4. et lib. 9. c. 29.

COLPA pro *culpa* dixere olim Veteres, teste *Priscian.* l. 1. pag. 554. *Putschii.*

COLŬBER, bri, m. *a snake, serpent,* anguis, serpens, ὄφις. Quidam putant proprie dici de iis, quæ nemorum umbras incolunt: quasi *colens umbras.* Alii esse vocem corruptam a χέλυδρος. Sed colubrum a chelydro aperte distinguit *Virg.* 3. *Georg.* v. 415. *et sequentib.* Alii denique derivant a κολυμβᾶν, quia cavernas subeat. Quidquid sit de etymo, passim usurpatur de quocumque serpente. *Virg.* 2. *Æn.* v. 471. Qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus, &c. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 775. Latens herba coluber. ¶ Sæpe dicitur de serpentibus, quas crinium vice habere Medusa et Furiæ, Inferorum monstra finguntur, ut apud *Lucret.* l. 5. v. 27. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 175. et *Lucan.* l. 6. v. 664. ¶ Accipitur etiam pro peculiari serpentum genere, quod in ædibus libenter habitat, atque in stabulis boum, et pecorum, quibus maxime noxium est. *Virg.* cit. 3. *Georg.* v. 418. Aut tecto assuetus coluber succedere, et umbræ, Pestis acerba boum, &c. Hic in quibusdam Italiæ locis vocatur *anza* (*an adder*).

COLŬBRA, æ, f. *a female snake or adder,* femina colubri: et generatim quæcumque serpens. *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 69. Marsus colubras disrumpit cantu. *Cels.* l. 5. c. 27. n. 3. Colubra ipsa tuto estur: ictus ejus occidit. *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 42. Utque lupi barbam variæ cum dente colubræ, &c. *Juvenal.* sat. 5. v. 104. Anguilla longæ cognata colubræ. ¶ Sæpe dicitur de anguibus, quæ crinium loco caput Furiarum, et Medusæ cingunt. *Ovid. Metam.* 4. v. 474. 491. et 783. et *Lucan.* l. 9. v. 634. Hinc apud *Plaut. Stich.* 2. 2. 50. *Quas tu vides colubras?* videtur esse interrogatio cuipiam facta, qui furiosus videatur, velut si Furias videat. Ita enim *Muret.* l. 14. *variar. lect.* c. 19. ubi simul ridet eorum opinionem (inter quos est *Lambin.*)

qui verbum *excolubrare* ex isto loco confictum in linguam Latinam intrudere voluerunt. ¶ In illo *Colum.* l. 10. v. 231. Spargantur cæcis nasturtia dira colubris, Indomito male sana cibo quas educat alvus: *cæcæ colubræ* sunt lumbrici, qui in hominum intestinis gignuntur. ¶ *Colubra restem non parit*, hoc est: non est dissimilis proles parentibus. *Proverb.* apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 45. *Burman.*

COLUBRARIA INSULA est in mari Mediterraneo prope Majoricam, contra ostia Sucronis fluvii: ita dicta a noxio quodam serpentum genere, a quibus infestatur. *Pompon. Mela in fin.* cap. 7. l. 2. et *Plin.* l. 3. c. 5. *sub fin.*

COLUBRIFER, a, um, *with snaky tresses*, qui colubros fert. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 241. Colubriferi lumina monstri. *h. e.* Medusæ, cujus est apud *Lucan.* l. 9. v. 677. colubriferum collum.

COLUBRIMŎDUS, a, um, in modum colubrorum. *Corip. in fragm.* vers. 4. Illa colubrimodis Avarum gens dura capillis.

COLUBRĪNUS, a, um, adject. *colubrine, relating to a serpent*, ad colubrum pertinens. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 6. Colubrino ingenio esse. *wily.*

COLŬBROR. V. *Columbor.*

COLUBRŌSUS, a, um, adject. a coluber. *Tertull. advers. Valentin.* c. 4. Actu colubroso viam delineavit. *h. e.* detorto, flexo.

COLUM, i, n. *a colander, strainer*, ἠθμὸς, vas vimineum, aut setaceum, per quod vinum, lac, et alii liquores in aliud vas transmittuntur. *Virg.* 2. *Georg.* v. 242. Colaque prelorum fumosis deripe tectis. *Colum.* l. 12. c. 19. Cola juncea, vel spartea, ex crudo, idest non malleato sparto, præparata habeat. *Cato R. R.* c. 11. Cola vitilia. *Colum.* l. 12. c. 38. *ad fin.* Per colum junceum liquatus succus. *Scribon. Larg. compos.* 156. Oleum transmissum per colum. et *compos. ult.* Colare aliquid per colum. *Plin.* l. 36. c. 23. Aqua per colum transiens. *Colum* hic appellat arenam, per quam aqua in cisternis purgatur. ¶ *Colum nivarium*, quod legitur apud *Martial. in lemmate* epigr. 103. l. 14. vas erat, in quod nives injiciebantur, deinde vinum infundebatur, et colabatur, ut per eas transeundo ejus austerior vis frangeretur. *a sort of wine-strainer or wine-cooler.* ¶ Apud *Auson.* epist. 4. v. 57. *cola* sunt nassæ vimineæ, in quas si pisces inciderint, exitum non habent: ita dictæ, quia transmittunt aquam, et piscem in sicco destituunt. Hac ratione dixit *Manil.* Et colare vagos inductis retibus amnes, lib. 5. v. 193. quia rete transfundit aquas, et piscem retinet. ¶ *Colum* alio sensu V. in *Colon.*

COLUMBA, æ, f. *a dove, pigeon, culver*, περιστερὰ, femina columbi. *Horat.* epod. 16. v. 32. Adulteretur et columba milvio. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 6. v. 56. Oscula dat cupido blanda columba mari. V. *Plin.* l. 10. c. 34. ubi multa de hac ave, more suo. ¶ Usurpatur etiam de maribus, seu potius universim de toto genere. V. *Columbus. Cic.* 4. *Acad.* cap. 25. In columba plures videntur colores. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 506. Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 7. In villam ultro involant columbæ. V. ibi plura de earum nutriendarum ratione. ¶ Hæ aves Veneri sacræ sunt, tum ob concubitus frequentiam ac fecunditatem, tum ob pennarum nitorem et pulcritudinem: tum denique quod ovum illud exclusisse dicuntur, ex quo Venerem natam fuisse in ripa Euphratis, tradit *Hygin.* fab. 197. ideoque ejus currum trahere dicuntur. Hinc *Ovid. Metam.* 15. v. 386. *Cythereidas* vocat. Hinc etiam adhibetur *columba* in blanditiis. *Plaut. Cas.* a. 1. v. 50. Meus pullus passer, mea columba, mi lepus. Adde *Asin.* 3. 3. 103. ¶ Apud Syros sanctæ fuere et inviolabiles. V. *Palæstinus.*

COLUMBAR, aris, n. *a sort of collar put round the necks of slaves as a punishment; a sort of pillory*, genus vinculi, cui collum inseritur, quia simile est foraminibus, in peristerotrophiis, ubi columbæ nidificant. *Plaut. Rud.* 3. 6. 50. Nam in columbari collum haud multo post erit. *Id. in Fragm.* apud *Fest. in Navalis scriba.* Non ego te novi, navalis scriba, columbar impudens: ubi *columbar* vocat scelestum hominem columbari dignum, quemadmodum *Lucilius* carcerem vocat eum, qui meruit in vincula conjici. *Scalig. ad Fest.*

COLUMBĀRIS, re, *of a dove*, περιστερικὸς, qui est columbi. *Colum.* l. 8. c. 8. Partes hæ columbari carent stercore. Ita *Jenson* A. 1472. Aliæ edition. habent *columbarii.*

COLUMBARIUM, rii, n. *a pigeon-hole, pigeon-house, dove-cote, columbary*, περιστερεὼν, περιστεροτροφεῖον, locus ubi habitant columbæ. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 7. Itaque pastorem columbarium quotquot mensibus crebro oportet everrere. Adde *Plin.* l. 17. c. 9. et *Pallad.* l. 1. tit. 24. ¶ Item loculamentum in ipso columbario singulis columborum paribus destinatum: *a place for holding a pair of pigeons:* quanquam hoc sensu rectius a recto *columbar*, quam *columbarium* deduxeris. *Varr. loc. cit.* Singulis paribus columbaria fiunt rotunda, in ordinem crebra. *Colum.* lib. 8. c. 8. Tabulæ superponantur, quæ vel loculamenta, vel fictilia columbaria recipiant. ¶ A similitudine sic appellatur etiam cubile tigni, et trabis in ædium parietibus. *the mortise-holes, wherein the ends of rafters are fastened in buildings. Vitruv.* l. 4. c. 2. *a med.* Ὀπαὶ Græci tignorum cubilia, uti nostri ea cava, columbaria. ¶ Item foramen rotundum in machina haustoria, per quod aqua in tympano concepta egreditur. *holes, or spaces, out of which the water runs, after it is taken by the water-mill wheel. Id.* l. 10. c. 9. ¶ Item loculus in sepulcris, in quo olla cinerum reponebatur. Asserit hanc metaphoricam significationem variis antiquis Inscriptionibus *Fabrett.* pag. 9. *et sequentib.* et figuris exhibitis confirmat. [Vox *columbarium* non modo, ut asserit *Forcellinus*, loculum in sepulcris significat, in quo olla reponebatur, sed totum etiam sepulcri ædificium, quod plurimos loculos, et arcuatis cellulis peristerotrophiorum seu columbariorum omnino similes; nam ollarum prominentes cupæ et opercula columbas in suis latibulis nidificantes quodammodo referunt. Oh maximam igitur inter se similitudinem hæc ædificia columbaria sunt appellata, cujus exemplum habemus luculentissimum in *Columbario Liviæ Aug.* detectum in Via Appia ann. 1726. et a *Gorio* illustratum, quem V. *ibid.* pag. 52. *et seqq.* hac de re disserentem. Ceterum dissimulandum non est, *P. Lupi* apud *Marinium Fratr. Arval.* pag. 674. supra allatam *Gorii* opinionem labefactare conatum fuisse.] ¶ Denique foramen in navi, per quod remus in aquam emittitur, *columbarium* appellatur. *Fest. in Navalis scriba*, et *Isid.* l. 19. *Orig.* cap. 2. *holes in the sides of vessels, through which the oars appear, so called from their resembling pigeon-holes.*

COLUMBARIUS, ii, m. *he that keeps a dove-house or pigeon-cote*, περιστεροτρόφος, qui columbas curat. *Varr.* 3. *de R. R.* c. 7. *circa med.* Quos (*accipitres*) columbarii solent interficere. ¶ Adjective *Id. ibid.* Columbarius pastor. [¶ *Adjective. Id. ibid. Columbarius pastor.* Perperam hæc posuit *Forcellinus*, ut et alii Lexicographi; nam si attentius legas *Varronis* locum, qui primus supra ad V. *Columbarium* adducitur, certo certius tibi constabit, vocem *columbarium* ibidem esse nomen substantivum, minime vero adjectivum.]

COLUMBĀTIM, περιστερηδὸν, more columbarum. *Cn. Mattius* apud *Gell.* l. 20. c. 9. Columbatim labra conserens labris. *billing, as doves do. Voss. Salmas. Scalig. Gronov. Sciopp.* legendum censent *columbulatim.* Auctor Lyrici, quod *Cornel. Galli* nomine circumfertur: Da columbatim mitia basia. V. *Columbor.*

COLUMBINACĔUS, a, um, columbinus. *Cœl. Aurel.* l. 2. *Acut.* c. 18. *ad fin.* Pullus gallinaceus, aut columbinaceus.

COLUMBĪNUS, a, um, *belonging to a dove or pigeon*, περιστεροειδὴς, qui est ex columbis. *Cic. Fam.* 9. ep. 18. Pulli columbini. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 56. Columbinum ovum. *Plin.* l. 17. c. 27. Columbinum fimum. ¶ Item qui columbarum colorem habet, *of a changeable dove colour. Plin.* l. 17. c. 7. Terra alba, rufa, columbina, argillacea, tofacea, &c. ¶ *Columbina vitis* inter varia ejus arboris genera recensetur. *Plin.* l. 14. c. 3. Columbinæ vites sunt acinosissimæ. *Harduin.* ex MSS. *e racemosissimis* legit. ¶ *Columbinum cicer* (apud *Plin.* l. 18. c. 12.) quod alii Venerium vocant, genus est ciceris candidi, rotundi, levis, arietino minoris, quod religio in pervigiliis adhibet. Ita dictum videtur a colore columbino. *columbine; vervain.* ¶ *Columbinum saxum*, quod *Palladius* recenset inter genera lapidum, ex quibus calx excoqui potest, videtur et ipsum a colore columbino denominatum esse. Ejus verba sunt l. 1. tit. 10. Calcem quoque ex albo saxo duro, vel Tiburtino, aut columbino fluviali coquemus, aut rubro, aut spongia, &c. [¶ *Columbinum venenum* quidnam fuerit disces ex *Sueton. in Calig.* c. 55. Columbo victori, leviter tamen saucio, venenum in plagam addidit, quod ex eo *Columbinum* appellavit. Sic certe inter alia venena scriptum ab eo repertum est.]

COLUMBOR, aris, *to bill or kiss like doves*, pro columbarum more oscula figere, usus *Mæcenas* apud *Senec.* ep. 114. Verba sunt: Quid si quis feminæ cirro crispatæ, et labris columbatur? Ubi *Lipsius* adnotavit, in suo Codice legi *colubrator:* quod non abhorret, inquit, a Mæcenatis sermone: et scimus bestias illas arcte jungi. Quin et duplex lingua colubrorum; et idem *Plaut.* alibi (*Asin.* 3. 3. 105.) Fac me proserpentem bestiam, duplicem ut habeam linguam. Hæc *Lipsius.*

COLUMBŬLUS, li, m. *a little dove; a young pigeon*, περιστέριον, parvus columbus. *Catull.* carm. 29. *in Cæs.* v. 9. Ut albulus columbulus Dionæus. Al. aliter leg. *Plin.* l. 9. ep. 25. Passerculis, et columbulis nostris. [*h. e.* versibus nostris amatoriis, alludit enim ad Passerem *Catulli*, et ad Columbam *Stellæ.*]

COLUMBUS, i, m. *a dove, pigeon*, περίστερος, avis domestica nota. Proprie est mas columbæ. *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 38. Quædam aliter olim, et nunc. tum omnes mares et feminæ dicebantur columbæ, quod non erant in eo usu domestico, quo nunc: contra propter domesticos usus, quod internovimus, appellatur mas columbus, femina columba. ¶ Usurpatur et universim de utroque genere. *Colum.* l. 8. c. 8. Palumbos, columbosque cellares pinguissimos facere. *Plin.* l. 10. c. 9. Rictus columbi. Adde *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 5. ¶ Differunt a *palumbis*, qui sunt aves silvestres columbis majores, et in arboribus, aut sepibus nidificant. ¶ Alia huc pertinentia V. in *Columba.*

COLUMELLA, æ, f. *a small pillar or column; a tomb-stone in the form of a pillar*, στηλίδιον, στυλὶς, parva columna: dimin. a *columa*, ut veteres dicebant exempto *n*, pro *columna. Cic.* 2. *de legib. c. penult.* Super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus digitis altam. *Cato R. R.* c. 20. Columella ferrea. ¶ Translate *columellæ* dicti sunt majores servi in familia, quos heri negotiis suis præficiebant, quod his niteretur domus tanquam columellis. *Lucil.* apud *Donat. ad Terent. Phorm.* 2. 1. 57. Servu' neque infidus domino, neque inutili' quoiquam Lucili columella hic situ' Metrophanes. *Martial.* quoque posteriorem hunc versum refert lib. 11. epigr. 91. Quidam vero putant *Columnellam* hic esse nomen proprium Metrophanis servi. *Salmasius* legere malebat, *columella hac*, ut sententia sit: Metrophanem Lucilii servum situm esse sub hac columella. Legitur et *columnella* apud *Caton. R. R.* c. 20. et 21. in editione Jensoniana A. 1472. et Aldina A. 1514. Nam in aliis est *columella.* ¶ *L. Junius Moderatus Columella* patria Gaditanus, sub Claudio Imperat. floruit, scripsitque de re rustica libros duodecim, quorum decimus de cultu hortorum heroico carmine constat; item librum de arboribus: omnia Latine, nitide, et eleganter, quam qui maxime.

COLUMELLĀRES dentes [† ad modum sc. *columellarum* informati,] in equis dicuntur, quos quarto ætatis anno, ejectis binis utrinque veteribus, emittunt, uti docent *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. et *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 64. *Hard. the dog-teeth, or eye-teeth.*

COLŬMEN, inis, n. *the top, summit, or roof of a house*, κορυφὴ, στέγος, proprie significat extremum tectum casæ rusticæ, seu villæ; quemadmodum et *culmen*, quod vel ab eo per syncopen fit, vel inserta per epenthesim vocali, ipsum creat. *Varr. R. R.* l. 3. c. 7. In turribus et columinibus villæ. ¶ Dicitur etiam de summo tecto quarumcumque ædium. *Cic. in carm. de suo Consul.* l. 1. *de Divin.* c. 12. Ni post excisum ad columen formata decore Sancta Jovis species claros spectaret in ortus. *h. e.* fastigium Capitolii. *Senec. in Herc. Fur.* v. 999. Huc eat, et illuc aula disjecto objice, Rumpatque postes: columen impulsum labet. Adde in *Thyest.* v. 54. ¶ Et speciatim de summa trabe, quæ tectum sustinet. *the principal beam extending along the roof of a house, and on which all the parts of the roof depend; the wind-beam. Vitruv.* l. 4. c. 2. Columen in summo fastigio culminis: unde et columnæ dicuntur. *Id. ibid.* c. 7. Columen canterii. ¶ Et generatim de quacumque summitate. *the top or summit of any thing. Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 71. Sub altis Phrygiæ columinibus. *h. e.* montibus Idæ Phrygiæ. *Nigid.* apud *Serv. ad* 1. *Georg.* v. 218. Oritur Canicula cum Cancro: in columen venit cum Geminis: occidit cum Tauro. ¶ Translate ponitur pro sustentaculo, *a prop, stay, support. Terent. Phorm.* 2. 1. 57. Bone custos, salve: columen vero familiæ. *Cic. pro Sext.* c. 8. Columen reipublicæ. *Horat.* l. 2. od. 17. v. 4. Mæcenas columen rerum mearum. *Sil.* l. 15. v. 385. Ausonii columen regni. Adde *Senec. in Troad.* v. 6. ¶ Item pro eo, qui summum locum tenet in re aliqua. *the chief, head, principal. Plaut.* 1. 1. 211. Advenisti audaciæ columen. *Cic. Phil.* 13. c. 12. Columen amicorum Antonii Cotyla Varius. *Gell.* l. 19. *c. ult.* Ætas Ciceronis, et Cæsaris doctrinarum multiformium, variarumque artium columina habuit M. Varronem, et P. Nigidium. *Colum.* l. 3. c. 4. Cum vitem seruerit, summa sedulitate culturæ serviat; id enim quasi caput et columen est impensarum.

COLŬMIS, e, adject. idem quod incolumis, *Plaut. Trinum.* 3. 3. 15. ubi alii leg. *incolumis.* Agnoscit tamen etiam *Isidor.* tum l. 10. *Orig.* tum *in Glossis*, ubi legitur: *Colume, sanum*, et *Columes, salvos.* Verum hæc omnia non satis efficiunt, ut cuivis sine scrupulo usurpare liceat.

COLUMNA, æ, f. *a pillar, column*, κίων, στῦλος, fulcimentum, sustentaculum oblongo, rotundo, et erecto lapide, vel ligno constans, quo aliquid nititur et sustinetur. Dicta est a *columen*, seu *culmen*, ut docent *Vitruv.* l. 4. c. 2. et *Festus*, quia primo ita sunt appellata fulcimenta illa, quæ summam tecti trabem fulciunt. Olim autem *columa* scribebatur, licet *columna* pronuntiarent, uti docet *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) unde *columellæ* appellatio facta est. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. Columnas neque rectas, neque e regione Diphilus collocarat. *Id.* 3. *Verr.* c. 51. Exigere columnas ad perpendiculum. *Plaut. Mil.* 2. 2. 54. Suffulcire columnam alicui rei. *Martial.* l. 5. epigr. 13. centenis incumbunt tecta columnis. *Sueton. in Cæs.* c. 85. Solidam columnam, prope 20. pedum, lapidis Numidici, in foro statuere. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 49. Templa vastis innixa columnis. *Id.* 2. *Metam.* v. 1. Regia solis erat sublimibus alta columnis. *Plin.* l. 14. c. 1. Metaponti templum Junonis columnis vitigineis stetit. *Id.* l. 33. c. 4. Tellurem ligneis columnis suspendere. *Virg.* 1. *Æn.* v. 432. Columnæ immanes excisæ rupibus. *Horat.* l. 2. od. 18. v. 4. Columnæ recisæ Africa ultima. ¶ De variis columnarum generibus in architectura, deque earum rationibus V. *Plin.* l. 36. c. 23. *ad fin.* et *Vitruv.* l. 3. c. 3. et l. 4. c. 1. et 2. ¶ *Columna Mænia* Romæ fuit in foro, ad quam tresviri capitales crimina cognoscebant nequam servorum, furum, et hujusmodi infirmorum hominum

(ut ex *Cic. in Divin. Verr.* c. 16. et *Ascon. ibid.* colligitur) qui ibidem rei damnati alligabantur, et puniebantur. Eodem vocari solitos a creditoribus eos, qui gravi ære alieno premerentur, significare videtur *Cic. pro Sext.* c. 8. ut *Manut. ad Divin. Verr.* adnotavit. Sed V. etiam quæ addidit *ad loc. cit. pro Sext.* Hujus columnæ *Cic.* meminit etiam pro *Cluent.* c. 13. *ad fin.* Porro sic appellata est a quodam Mænio, seu Menio, qui cum Censoribus Catoni, et Flacco domum suam vendidisset, ut eo loco basilica ædificaretur, excepit sibi jus columnæ, supra quam tectum projecit ex provolantibus tabulatis, unde ipse, et posteri ejus spectare munus gladiatorum possent, quod etiam tum in foro dabatur. Hæc *Ascon. loc. cit.* Alia fuit columna C. Mænii, qui consul fuit una cum L. Furio Camillo, eamque in victoriæ signum devictis hostibus posuerat. *Plin.* l. 34. c. 5. ¶ De *columna bellica* V. *in Bellona.* ¶ *Columnæ Herculis* sunt duo montes ad fretum Gaditanum Calpe in Europa, et Abyla in Mauritania regione Africæ, qui procul spectantibus columnarum speciem præbent. *the pillars of Hercules.* Porro Herculi sacrati sunt, quia eo usque laboribus suis Orbem peragravit. Additur etiam fabula, Herculem ipsum junctos olim perpetuo jugo diremisse colles, atque ita exclusum antea mole montium Oceanum in nostrum mare admisisse. *Pompon. Mela* l. 1. c. 5. et *Plin. in fi. proœm.* l. 3. ¶ Quas memorat *Protei columnas, Virg.* 11. *Æn.* v. 262. intelligit fines Ægypti, ubi Proteus regnavit. Mos enim fuit in regionum finibus columnas ponere ad terminos discernendos. V. ibi *Serv.* ¶ Allegorice *Horat.* l. 1. od. 35. v. 14. Injurioso ne pede proruas stantem columnam. *h. e.* statum et incolumitatum rei alicujus. ¶ Apud *Martial.* l. 6. epigr. 49. et l. 11. epigr. 52. habet obscenum sensum. ¶ Est etiam hoc nomine genus procellæ, seu turbinis, cum tanquam demissa columna In mare de cælo descendit: quam freta circum Fervescunt graviter spirantibus incita flabris: Et quæcumque in eo tum sunt deprensa tumultu Navigia, in summum veniunt vexata periclum, &c. Ita *Lucret.* l. 6. v. 425. *Plin.* vero l. 2. c. 49. ita vocari ait, cum spissatus humor, rigensque ipse se sustinet. *water falling from the clouds in a body; a spout, water-spout.* ¶ Item species ignis cælestis, columnæ figura apparentis. *a kind of fiery pillar appearing in the heavens. Senec.* l. 7. *quæst. nat.* c. 20.

COLUMNĀRIS, e, ad columnam pertinens. *Prudent. in Hamartigen.* v. 476. mediasque tenebras Luce columnari scindens exercitus olim. *h. e.* splendore igneæ columnæ, quæ noctu Hebræis in Deserti itinere præibat.

COLUMNARĬUM, ii, n. *a tribute that was imposed upon every pillar that supported the house,* genus tributi, quod pro singulis domorum columnis exigebatur. Eo autem consilio impositum videtur, ut hac pœna ab insanis ædificiorum sumptibus Romani ditiores, et luxui dediti deterrerentur. Et fortasse pertinuit ad legem Juliam sumptuariam (cujus meminit *Sueton. in Cæs.* c. 43.) qua omnium impensarum numerus et modus definiebatur. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 6. De aquæductu probe fecisti. columnarium vide ne ullum debeamus: quamquam mihi videor audisse a Camillo, commutatam esse legem. [† V. et *Ostiarium.*] ¶ Res eadem, sed non eadem origo fuit *columnarii*, quod inter alias acerbissimas exactiones pecuniarum a Pompeio civitatibus Asiæ imperatum narrat *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 32. Neque enim hoc ad eam legem pertinuit, de qua *Cic. loc. cit.* meminit, sed extra ordinem, atque ex arbitrio, et avaritia Pompeii impositum est, ut unde unde pecunias ad bellum cogeret. ¶ In allato *Ciceronis* loco MS. quoddam habet *colonarium*, teste *Ursino.* [¶ *Columnarium* videtur etiam fuisse locus extra urbem, in quo columnæ, vel porticus columnis suffulta publico sumptu constituta fuisset. *Fabrett. Inscript.* c. 6. n. 95. Censeo locum, qui est extra portam medianam long. P. XLVII. .. in quo antea columnarium publicum fuit. Adde *Murator. Inscript.* pag. 571. n. 2.]

COLUMNARĬUS, ii, m. *mean persons, bankrupts, spendthrifts,* &c. *that were prosecuted at the* columna Mænia, *where slaves and thieves were punished, were so called. Cæl. ad Cicer.* l. 8. *Fam.* ep. 9. *a med.* Nolo, te putare, Favonium a columnariis præteritum esse: optimus quisque eum non fecit. *h. e.* ab improbis hominibus, et infimæ plebis, cujusmodi erant, qui ad columnam Meniam in judicium sæpe vocabantur. Ita censet interpretandum *Manut.* rejicitque eorum opinionem, qui contra veteres omnes libros *colonariis* legi volunt.

COLUMNATĬO, onis, f. *a colonnade, series or range of pillars,* στύλωσις, columnarum exstructio, seu ædificatio per columnas. *Apul. in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4.) Nec proscenii contabulatio, nec scenæ columnatio.

COLUMNĀTUS, a, um, columna sustentatus. *Varr.* 3. *R. R.* c. 5. *a med.* Tholus rotundus columnatus. ¶ *Columnatum os* dicitur a *Plauto Mil.* 2. 2. 56. quod est brachio tamquam columna suffultum, ut faciunt ii, qui cogitabundi brachium mento supponunt.

COLUMNELLA. V. *Columella.*

COLUMNĬFER, a, um, adject. *Prudent. Cathemer.* 9. *de B. Eulalia,* v. 51. Sic habuit generosa patrum Turba columniferum radium. *h. e.* columnam ignis, quæ Hebræis in Deserto præibat.

COLŪRI, orum, m. *the Colures,* Κόλουροι, duo circuli sunt in cælesti sphæra, transeuntes per polos Mundi, seque mutuo ibi rectis angulis secantes: quorum alter transit per puncta æquinoctialia Arietis et Libræ, et dicitur Colurus æquinoctiorum: alter solstitialia tangit Cancri et Capricorni, et vocatur Colurus solstitiorum. Dicti sunt, quasi κόλοι τὴν οὐρὰν, h. e. cauda mutili, quia eorum pars in Antarcticum vergens, nobis inconspicua est et quasi trunca. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 15. Præter hos alii duo sunt coluri, quibus nomen dedit imperfecta conversio, &c. *et mox.* sed ad Australem verticem non pervenire creduntur.

COLURĬA, orum, n. *pilasters. Coluria rotundata* sunt pilæ structiles e saxis in orbem excisis: a κόλουρος, cauda mutilus, quia carent in vertice ornamentis columnarum propriis. Differunt a columnis, quæ ex uno tantum lapide fiunt. *Sidon.* l. 2. ep. 2. *a med.* Porticus magis rotundatis fulta coluriis, quam columnis invidiosa monubilibus. A. leg. *colyriis*, vel *collyriis* eod. sensu: quemadmodum et *colluria* pro *collyria* aliis scribere placet. Sæpe enim Græca υ in *u* Latinum mutatur: et *collyriorum* figura ad columnæ, seu pilæ figuram proxime accedit.

COLURNUS, a, um, *of the hazel-tree,* qui est ex corylo arbore (quæ et *corulus* scripta reperitur) per metathesim factus ex *corulnus*, quod insuavem atque impeditam pronuntiationem haberet. Hanc originem voci assignant *Priscian. sub fin.* l. 2. et *Serv.* ad illud *Virg.* 2. *Georg.* v. 396. Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis. *Festus* tamen deducit a *corno* arbore, *of the cornel-tree.* Alii dictum putant quasi κόλον ἔρνος, h. e. ramum mutilum: sed hoc nihil juvat ad genus arboris indicandum, ex qua *colurnus* fiat.

COLŪRUS, a, um, κόλουρος, cauda mutilus, truncatus: a κόλος, mutilus, et οὐρὰ, cauda. *Colurum metrum* dicitur a *Plotio de Metris* pag. 2649. *Putsch.* quod pede brevius est. ¶ De *circulis coluris.* V. *Coluri.*

COLUS, i, et Colus, us, f. *a distaff, rock,* ἠλακάτη, instrumentum, in quo lanæ pensum ponitur, et fuso fila deducuntur. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 68. *in fi.* Quando ad me venis cum tua colu, et lana? *Ovid. Metam.* 4. v. 229. Et colus, et fusus digitis cecidere remissis. *Propert.* l. 4. eleg. 9. v. 48. Colu Lyda pensa diurna facere. *Virg.* 8. *Æn.* v. 409. Tolerare colo vitam. *Plin.* l. 8. c. 48. Lana in colo et fuso Tanaquilis. *Id. ibid.* Colus compta, et fusus cum stamine. *Catull. de nupt. Pel. et Thet.* carm. 63. v. 311. Colum lana amictam. *Sidon.* carm. 22. v. 197. vacuare colus. *to spin.* ¶ De ipsa lana in colo. *Senec. in Herc. Œt.* v. 668. colos, quas indoctæ nevere manus. ¶ *Colus* tribuitur Parcis, quæ fila nere dicuntur vitæ nostræ tamdiu duraturæ, donec pensum in colo duraverit. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 6. v. 45. Septima lux aderat, non exhibitura sequentem: Et stabat vacua jam tibi Parca colo. *Stat.* 6. *Theb.* v. 380. sed hujus Extrema jam fila colo. *h. e.* extremi vitæ dies. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 444. *de Medea.* recoquit fessos ætate parentes, Datque alias sine lege colus. *h. e.* annos vitæ addit. *Id. ibid.* v. 645. diva (*Atropos*) supremas Rumpit iniqua colus. *h. e.* vitam adimit. *Senec. in Herc. Fur.* v. 559. Parcarumque colos irrevocabiles. *Stat.* l. 3. *Theb.* v. 241. sic fata mihi, nigræque Sororum Juravere colus. ¶ In allatis locis *Propertii*, et *Catulli* alii leg. *Lydo*, et *amictum*, ut *colus, i* sit etiam masculini generis. Afferunt etiam locum *Prisciani* l. 6. pag. 719. *Putsch.* qui tamen, si attente legatur, femininum tantummodo genus admittit. ¶ In recto casu plurali *hæ coli* non ausim dicere, ait *Voss.* l. 4. *de Grammat.* c. 20. [¶ Colus pro morbo colico dixit *Seren. Sammon.* c. 31. v. 1. Cum colus, invisum morbi genus, intima carpit. *Serenus* corrupta terminatione et genere et modulo prioris syllabæ *colus* pro *colon* dixit.]

COLUSTRA. V. *Colostra.*

COLUTHĔA, orum, n. *junkets, sweet-meats, Plaut. Pers.* 1. 3. 7. Commisce mulsum, struthea colutheaque appara, bene ut in scutris concaleant. *h. e.* tragemata, bellaria, ut passim Interpretes exponunt: sed quæ tandem sint hæc, et unde vocis origo, altum ubique silentium. Est quidem apud *Theophrast.* l. 3. *de hist. plant.* c. 17. arbor *colutea*, κολουτέα [† κολυτέα]: sed ex ejus descriptione nihil huc trahi posse videtur. Ceterum si vera est, quæ huic voci notio tribuitur, aptius legi videtur *Plauti* locus hoc modo: *Commisce mulsum, struthea, coluthea: aquam appara, Bene ut in scutris concaleat*, &c. Quidam olim varias lectiones non unas commenti sunt, *collutea* a *colluendo*, condimenta intelligentes: *collubia, colutra*, &c.

COLYMBĂDES OLIVÆ, *pickled olives,* κολυμβάδες, olivæ conditiæ: a κολυμβάω, innato, quod ob suam levitatem muriæ innatant, ut *Plin.* l. 15. c. 3. *ad fin.* docet Earum condiendarum rationem tradunt *Colum.* l. 12. c. 47. *a med.* et *Pallad. in Novembri* tit. 22.

COLYMBUS, i, m. *a place to swim in; a fish-pond,* κόλυμβος, piscina, natatio. Græca vox. *Lamprid. in Heliogab.* c. 23. Marinæ aquæ colymbos exhibuit, in mediterraneis locis maxime, eosdem et singulis amicis natantibus dimisit, et iterum piscibus implevit. Adde Prudent. περὶ στεφ. 6. de S. Petr. et Paul. v. 36. ubi male quidam leg. *corymbus.*

COMA, æ, f. *the hair of the head, particularly when long, flowing, or dressed,* κόμη, capillus aliqua cum cura compositus, ut *Festus* definit in *Comptus*, ubi a Græco κοσμέω, orno deducit: alii derivant a κομέω, curam gero, nutrio. *Serv. ad Æn.* 5. v. 556. docet, proprie sic dici capillos non cæsos. Late tamen sumitur pro capillis, cuicuimodi sint. *Cic. pro Sext.* c. 8. Alter unguentis affluens, calamistrata coma. *Id. post redit. in Sen.* c. 6. Vini, somni plenus, madenti coma, composito capillo. *Accius* apud *Cicer.* 3. *Tuscul.* c. 26. Scindens dolore identidem intonsam comam. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 12.) *ad fin.* Comam in gradus frangere. *Senec. de brevit. vitæ,* c. 11. Disjectam comam restituere, aut deficientem hinc atque illinc in frontem compellere. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 304. torquere igne. *Id. Heroid.* ep. 13. v. 39. pectere. *to comb. Sueton. in Ner.* c. 51. summittere pone verticem. *Horat.* l. 2. od. 11. v. 24. religare nodo. *Id.* epod. 11. *in fi.* Longam renodare. *tie in a knot. Petron. in Satyr.* c. 126. flectere pectine. *Senec. in Hippol.* v. 371. Solvere comas, et rursus fingere. *to form, fashion, adjust. Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 7. *in fi.* Pone recompositas in statione comas. *Id. de remed. Amor.* v. 679. componere. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 709. nutrire flore Sabæo. *Propert.* l. 2. eleg. 19. v. 36. Demissis comis plangere pectora. *with dishevelled hair. Martial.* l. 2. epigr. 11. Vellere comam. *to tear. Plin.* l. 31. c. 2. Porrecta coma esse. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 7. v. 36. Cingere comam lauro. *Id. Heroid.* ep. 16. v. 67. gelidusque comas erexerat horror. ¶ De arborum frondibus. *the leaves of trees. Horat.* l. 1. od. 21. v. 5. Coma nemorum. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 16. v. 36. arboreas mulceat aura comas. *Id.* 1. *Amor.* eleg. 7. v. 54. populeas ventilat aura comas. Adde *Plin.* l. 5. ep. 6. *ante med. Tibull.* l. 1. eleg. 4. v. 28. *Virg.* 7. *Æn.* v. 60. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1575. et *al.* ¶ Speciatim *coma* dicitur quidquid hilari venustate crinium modo summa ramorum, vel caulicorum exornat. *Plin.* l. 13. c. 4. Coma palmæ in cacumine. *Id.* l. 18. c. 7. Milii comæ granum complexæ fimbriato capillo curvantur. *Id.* l. 19. c. 6. Coma cæpe. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 438. Ille papavereas subsecat ungue comas. *h. e.* capita in modum comarum expansa. ¶ *Comæ telluris* sunt herbæ, flores, et segetes, quibus tellus ornatur, quemadmodum coma caput hominis. *flowers, herbage,* &c. *Colum.* l. 10. v. 277. Tellurisque comas sacris aptate canistris. *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 10. v. 12. *de Cerere.* Falce coloratas, subsecuitque comas. ¶ In galea sunt cristæ. *plumes, crests. Stat.* 8. *Theb.* v. 389. galeæque tremunt horrore comarum. ¶ *Coma ignis* apud *Senec. in Œdip.* v. 311. est radiorum ejus expansio in morem comæ. *flakes of fire. Catull.* carm. 60. nuptiali, v. 77. viden,' ut faces splendidas quatiunt comas? *Albinov. ad Liv.* v. 256. flamma Æthera subjectis lambit et astra comis. Sic *coma Phœbi* apud *Senec. in Herc. Œt.* v. 727. sunt radii solis. *Id. ibid.* v. 735. comam appellat ipsa lanæ fila, vel floccos. Pro lana etiam adhibetur in illo veteris Poetæ apud *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* c. 27. Agnum inter pecudes aurea clarum coma. *wool, fleece.* et *Colum.* l. 7. c. 3. Mercaberis comas intonsas: variam, et canam comam improbabis, quod sit incerti coloris. ¶ Et pro lanugine membranarum, et chartarum, ex quibus volumina conficiuntur: quæ pumice, aut dente lævigari solebant. *Tibull.* l. 3. eleg. 1. v. 10. Lutea sed niveum involvat membrana libellum, Pumex et canas tondeat ante comas. ¶ Pro juba, *a mane, Pallad. in Mart.* tit. 13. Aures breves, patulæ nares, coma, et cauda profusior. *Gell.* l. 5. c. 14. Leo toris, comisque cervicum fluctuantibus.

COMĂCUM. V. *Camacum.*

COMAGĒNE, et Commagene, es, f. Κομαγηνὴ, et Κομμαγηνὴ, Syriæ regio juxta Euphratem fluvium inter Ciliciam ad Occ. et Mesopotamiam ad Or. Armeniæ minori ad Boream finitima. *Plin.* l. 15. c. 12. et 24. ¶ Est etiam hoc nomine herba (fortasse nardus Syriaca, inquit *Harduin.*) in Comagene proveniens, a qua Comagenum medicamentum denominatur. *Plin.* l. 29. c. 3. *ad fin.* V. vocem sequent. ¶ *Commagene* magis *Dausquio* probatur.

COMAGĒNUS, et Commagenus, a, um, ad Comagenem pertinens. *Juvenal.* sat. 6. v. 549. Armenius, vel Commagenus haruspex. *Plin.* l. 16. c. 7. Comagena galla. ¶ *Comageni, orum,* Comagenes populi. *Id.* l. 29. c. 3. *ad fin.* ¶ *Commagenum medicamentum*, a Comagenis inventum, constat adipe anserum, cinnamo, casia, pipere albo, et Comagene herba, obrutis nive vasis, odore jucundo; utilissimum ad perfrictiones, convulsiones, cœcos et subitos dolores, omniaque quæ acopis curantur: unguentum pariter et medicamentum. *Id. ibid.* et lib. 10. c. 22. et *Pompon. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 22.

COMĀNA, orum, τὰ Κόμανα, Cappadociæ urbs, in Antitauri valle sita, Ciliciam versus, opulento fano, atque sacerdotio Bellonæ deæ nobilis. *Arminacha. Plin.* l. 6. c. 3. et *Hirt. de B. Alexan.* c. 66.

COMĀNI, orum, sacri servi sunt Bellonæ, dicti ab ejus Deæ fano, vel ab ejusdem nominis urbe, in qua fanum illud fuit. Sanguinem cultris se ferientes ultro in honorem Deæ fundebant. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 636. Exsectos lacerat Bellona Comanos. Al. leg. *Comatos.* V. *Capillatus.* ¶ Sunt etiam Comani ejus urbis incolæ. *Hirt. de B. Alexandr.* c. 35.

COMANS, antis, *having long or bushy hair, with flow-*

ing hair, comam habens, comatus, κομήτης. Usurpatur de iis omnibus, de quibus *coma*. *Stat.* apud *Serv.* *ad Æn.* 2. v. 391. Abantiades comans. *Sil.* l. 16. v. 59. Crines comantes. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 136. ruit ille comanti Ore faciem supra. *h. e.* ore comis ex inclinatione antependulis contecto. *Virg. Æn.* 12. v. 6. Tum demum movet arma leo, gaudetque comantes Excutiens cervice toros. *Id. ibid.* v. 86. Colla comantia equorum. *Gell.* l. 5. c. 9. Comans juba equi. *flowing mane.* *Plin.* l. 10. c. 63. *ad fin.* Equæ comantes. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 429. Silvæ comantes. *leafy.* *Stat.* 5. *Theb.* v. 502. Comans humus. *h. e.* herbosa. *grassy.* *Virg.* 4. *Georg.* v. 122. Sera comans narcissus. *flowering late.* *Id.* 12. *Æn.* v. 413. Dictamnus flore purpureo comans. *Plin.* l. 13. c. 8. Herba foliis semper comantibus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 391. Galea comans. *h. e.* cristata. *plumed.* Sic *Æn.* 3. v. 468. Et conum insignis galeæ, cristasque comantes. *waving plumes.* *Ovid.* 15. *Metam.* v. 749. Stella comans. *haired.* *h. e.* crinita, cometes. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 266. Astro comantes Tyndaridæ. *h. e.* fulgenti et stellato apice in vertice insignes. *Sil.* l. 10. v. 530. manu celsam pinum flammaque comantem attollens. ¶ Ponitur et pro piloso, *hairy.* *Valer. Flacc.* l. 5. v. 595. viden' alti comantem pectora? *h. e.* comam seu pilos habentem in pectore: ut sit hellenismus. ¶ Item pro villoso, *shaggy.* *Virg.* 3. *Georg.* v. 312. Setæ comantes hircorum. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 122. Pellis comans villis.

COMARCHUS, i, m. *a prefect of a village, burgomaster*, κωμάρχης, et κωμάρχης, vici magister: a κώμη, pagus, vicus, et ἄρχω, princeps, præses. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 7. Nec demarchus, nec comarchus.

COMĂRON, i, n. *the fruit of the arbute-tree*, κόμαρον. Ita appellatur a Græcis unedo, qui est fructus arbuti. *Plin.* l. 15. c. 24. ¶ Item herba, quæ fraga gignit, ob id etiam *fragum* dicta. *the strawberry.* *Apul. de herb.* c. 37.

COMATŌRĬUS, a, um, adject. ut *comatoria acus*, quæ ad comam tingendam inservit. *Petron. in Satyr.* c. 21. Acu comatoria malas alicui pungere. *a crisping-pin.*

COMATŬLUS, a, um, diminut. a *comatus. with hair flowing delicately.* *Hieronym.* ep. 11. *ad Furiam, a med.* Comatulos, comptos, atque lascivos domus tuæ tecta non videant.

COMĀTUS, a, um, *with long or bushy hair*, κομήτης, comam habens longiorem, aut densiorem, comans. *Sueton. in Calig.* c. 35. Pulcros et comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat. *Martial.* l. 1. epigr. 73. Calvus cum fueris, eris comatus. *Id.* l. 10. epigr. 83. Comata tempora. ¶ *Comati* sunt pueri intonsa et integra coma. *Id.* l. 12. epigr. 71. O quantum diatheca valent, et quinque comati. ¶ De Comatis Bellonæ V. in *Capillatus*. ¶ *Comata Gallia* est omnis Gallia transalpina, quæ in Belgicam, Celticam, et Aquitanicam dividebatur; excepta tamen Narbonensi, quæ *Bracata* dicta fuit. Ratio appellationis est, quia ejus populi comam non tondebant, sed omni ætate nutriebant. *Lucan.* l. 1. v. 442. Et nunc tonse Ligur, quondam per colla decora Crinibus effusis toti prælate Comatæ. *Plin.* l. 4. c. 17. *Pompon. Mela* l. 3. c. 2. ¶ Translate *Catull.* carm. 4. *de phaselo*, v. 11. Comata silva. *h. e.* frondosa.

COMBENNŌNES. V. *Benna.*

COMBĬBO, is, ibi, itum, a. 3. *to drink*, ἐκπίνω, συμπίνω, idem quod bibo, vel penitus bibo. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 326. Et sicco lacrymas combibat ore tuas. *Id. Her.* ep. 11. v. 53. Et cogor lacrymas combibere ipse meas. ¶ Simul cum aliis bibo, compotor sum. *to drink together.* *Senec.* epist. 123. *ad fin.* Ad artem æque combibendi et convivandi peritissimus. ¶ Significat etiam penitus haurire, excipere, imbibere. *to drink up, drink or suck in, imbibe, absorb.* *Horat.* l. 1. od. 37. v. 26. fortis et asperas Tractare serpentes, ut atrum Corpore combiberet venenum. *Ovid. Met.* 15. v. 275. Sic modo combibitur, tacito modo gurgite lapsus Redditur Argolicis ingens Erasinus in arvis. *h. e.* absorbetur terris. *Plin.* l. 17. c. 11. Ut scrobes solem pluviasque combibant. *Colum.* l. 12. c. 47. *ad fin.* Dum aliquatenus bacca salem combibat. et cap. 50. *a med.* Quæ semel oleum testa combibit. *Stat.* 10. *Theb.* v. 675. Cupressus flammas combibit. *Martial.* l. 10. epigr. 12. I precor, et totos avida cute combibe soles. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Fin.* c. 2. *in fi.* Puer jam infici debet iis artibus, quas si, dum tener est, combiberit, ad majora veniet paratior. *if he shall have imbibed, or taken in.* *Sil.* l. 11. v. 402. Combibat illapsos ductor per viscera luxus.

COMBĬBO, onis, m. *a pot-companion*, συμπότης, qui simul bibit, compotor. *Cic. Fam.* 9. ep. 25. Controversiæ, quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis. Adde *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 174.

COMBINĀTI, æ, a, bini conjuncti. *Augustin.* l. 8. *Confess.* c. 6. Se, et tres alios contubernales exisse deambulatum in hortos, atque illic ut forte combinati spatiabantur, &c. *two and two.*

COMBĪNO, as, a. 1. *to join together, combine*, ζεύγνυμι, συνάπτω, bina jungo, conjungo. *Sidon.* l. 9. ep. 8. Obsequia combinans numeris æquata non meritis.

COMBITĔRE pro coire, simul ire, a *bito*, is citat *Voss.* l. 4. *Institut. Orator.* c. 1. n. 7. ex *Varron.* l. 4. *L. L.* quem loc. nondum vidimus.

COMBRETUM, i, n. *an herb like lady's glove*, herba bacchari similis, procerior tamen, et foliorum exilitate usque in fila attenuata. Trita cum axungia, vulnera mire sanat. *Plin.* l. 21. c. 6. et 19. *ad fin.*

COMBULLIO, is, ivi, itum, n. 4. *to boil together*, simul bullio. *Apic.* l. 8. c. 8. Diu combulliat, donec spisset.

COMBŪRO, is, ussi, ustum, a. 3. *to burn together, burn or consume utterly; to scorch, parch, or dry up*, συμφλέγω, ἐμπρήθω, idem quod uro, accendo: a *con* et *uro*, addito *b* euphoniæ causa. *Plaut. Mil.* 2. 6. 12. Comburere ædes. *Id. Curcul.* 1. 1. 54. Fumo comburi nihil potest, flamma potest. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 17. *ad fin.* Comburere libros. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. aliquem vivum. ¶ Translate *Q. Frater* apud *Cicer. ibid.* Comburere aliquem judicio. ¶ *Comburere diem* apud *Plaut. Men.* 1. 2. 43. est totum diem hilare et congræcando transigere, usque dum in noctem transeat. *to pass away jovially.* Tunc enim dies quodammodo moritur. Mortuorum autem corpora in rogis comburuntur. Eadem ratione *diem componere* dixit *Virg.* 1. *Æn.* v. 378. et *condere diem* *Horat.* l. 4. od. 5. v. 29. [¶ Translate *Plaut. Mil.* 3. 2. 22. Nam mihi nimius calor comburebat gutturem. *h. e.* vehementer exsiccabat.]

COMBUSTĬO, onis, f. combustura. *Firmic.* lib. 4. *Math.* c. 12. *circa med.* Vitia vero faciet ex igne, idest præcisiones, et combustiones.

COMBUSTŪRA, æ, f. *a burning, scorching, parching; combustion*, adustio, ἀπόκαυμα. *Apic.* lib. 4. c. 4. Transferes in alterum cacabum ptisanam, sic ne fundum tangat, propter combusturam. *Æmil. Macer de Rosa*, v. 21. Et combusturis præclare subvenit ignis. Legitur etiam in lemmate *Q. Sereni Summonici, sub fin.* Combusturis igne, vel frigore.

COMBUSTUS, a, um, *burnt, burnt up*, αἰθαλωτός. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 23. Libri Protagoræ in concione combusti. *Cels.* lib. 5. c. 8. Charta combusta. *Plin.* lib. 20. c. 3. Succus impositus mire combusta sanat. *a scald or burn.* *Id.* l. 22. c. 25. Faba livoribus et combustis medetur. *Scribon. Larg. compos.* 221. Emplastrum ad combustum mirifice facit. ¶ Translate *Propert.* l. 2. eleg. 23. v. 19. *de Jove.* Ut Semela est combustus, ut est deperditus Io. *h. e.* amore accensus.

COME, es, f. *the herb goat's beard*, κόμη, herba eadem quæ tragopogon, seu barba hircina. *Plin.* l. 27. *sub fin.* ¶ Est etiam Græce pagus, vicus, κώμη. *Liv.* lib. 38. c. 12. *in fi.* Transgressi Mæandrum ad Hieran comen pervenerunt. et cap. 15. Postero die ad Xylinem, quam vocant, comen posuit castra.

COMĔDO, is, edi, esum, a. 3. *to eat, eat up*, φάγω, ἐσθίω, idem quod edo. *Cic. de clar. Orat.* c. 60. Nisi se suo more jactavisset, hodie te istic muscæ comedissent. *Terent. Heaut.* 2. 3. 14. Quid comedent? quid ebibent? ¶ Sæpe ponitur pro dilapidare, absumere, dissipare. *to consume, waste, squander, spend.* *Cic. Fam.* 11. ep. 21. Comedere rem familiarem. καταφαγεῖν τὴν οὐσίαν. *Id. pro Sext.* c. 52. patrimonium. et cap. 51. bona sua. *Id. Attic.* l. 6. ep. 1. *ad fin.* nummos. *Id. Fam.* 9. ep. 18. *in fi.* Potes mulo isto, quem tibi reliquum dicis esse, cum cantherium comedisti, Romam pervehi. *Id.* 11. *Phil.* lib. 14. *ad fin.* Comedere beneficia alicujus. *h. e.* rem beneficio alicujus acquisitam absumere. Simile est illud *Phil.* 13. c. 2. Veterani suis rebus exhaustis, beneficiis Cæsaris devoratis, fortunas nostras concupierunt. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 6. Luxuriantur, lustrantur, comedunt quod habent. Adde *Trinum.* 2. 2. 79. ¶ *Comedere aliquem* est ejus rem consumere. *Terent. Eun.* 5. 9. 57. Hunc comedendum, et deridendum vobis propino. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 11. Comedere aliquem absentem. *Id. Pseud.* 4. 7. 25. Jamne illum comesurus es? Adde *Trinum.* 1. 2. 65. In loco allato *Terentii* alii exponunt *comedendum* dictis mordendum, lacerandum, ut *P. Victor.* l. 15. *Var. lect.* c. 10. Nam et pro mordere usurpari posse, exemplum habemus apud *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 59. in joco Crassi. ¶ Comedere aliquid oculis est avide et cupide aspicere. *to gaze upon earnestly, devour with the eyes.* *Martial.* lib. 9. epigr. 60. Inspexit molles pueros, oculisque comedit. Sic *Justin.* l. 21. c. 5. devorare oculis. ¶ *Comedim, is, it* pro *comedam, as, at* legitur apud *Plaut. Curcul.* 4. 4. 4. *Bacch.* 4. 4. 91. *Trinum.* 1. 2. 65. et *Trucul.* 2. 6. 53. Tribuitur etiam *Cicer. Fam.* 9. ep. 20. *in fi.* a *Nonio* cap. 2. n. 114. *P. Victore, Lambin. Manut.* Alii tamen leg. *comedam.* ¶ Habet varia tempora, et personas alia ratione declinatas. Dicimus enim *comes, est*, pro *comedis, it*, et *comestis* pro *comeditis*: item *comesto* pro *comedito*, et *comessem, es*, et pro *comederem*, et pro *comedissem*: item *comesse* pro *comedere*, et *comedisse*. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 11. Sine, venire salvum, quem absentem comes. *Cic. in Hortens.* apud *Non.* c. 2. n. 98. Qui se ipse comest. *Varr. ibid.* Qui pote plus, urget: pisces ut sæpe minutos Magnu' comest, ut aves enecat accipiter. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 54. Vos ebibitis, et comestis. *Cato R. R.* c. 156. Ubi cœnaveris, comesto aliqua folia. *Cic. pro Sext.* c. 51. Usque eo non fuit popularis, ut bona solus comesset. *Martial.* lib. 5. epigr. 40. Crœso divitior licet fuissem, Iro pauperior forem, Charine, Si conchen toties meam comesses. (Adde *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 12.) *Cic. pro Flacc.* c. 36. *in fi.* Quasi bona comesse Romæ non liceret. V. *Edo.* ¶ *Comesse se* pro curis macerari, tristem esse, *Plaut. Trucul.* 2. 7. 36. Quisnam illic homo est, qui ipsus se comest, oculis malis, tristis? Animo hercle homo suo est miser, quisquis est. ¶ In illo *Lucil.* apud *Non. loc. cit.* Commanducatur, totum complexa, comestque: videtur obscenus sensus latere, simili ratione, ac *vorare* legitur in *Priap.* carm. 82. v. 30.

COMĔDO, onis, m. *a prodigal, spendthrift*, καταφαγᾶς, qui bona sua comedit, teste *Festo.* *Varro* apud *Non.* cap. 2. n. 189. Quod comedonibus convenit usu, quibus nota voluptate cum edunt, dumtaxat gula gaudet. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 34. Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.

COMĔDUM, bona sua consumentem antiqui dixerunt. *Festus.*

COMENSIS, se, ad Comum pertinens: quæ est urbs Insubriæ ad Larium lacum, condita a Gallis una cum Mediolano, Brixia, et aliis, teste *Justin.* l. 20. c. 5. instaurata a Pompeio Strabone, aucta colonis primum a C. Scipione, deinde a C. Cæsare. ut *Strabo* docet lib. 5. unde Novum Comum est appellata. Græce Κῶμον, Italice *Como.* *Liv.* l. 33. c. 36. et *Plin.* l. 2. c. 103. Comensis ager. ¶ *Comenses, ium* sunt ejus urbis incolæ. *Liv. loc. cit.*

COMES, itis, m. et f. *a companion, associate, attendant, assistant*, ἀκόλουθος, proprie est is, qui cum alio iter facit: a *cum*, et *eo, is.* Itaque differt a *sodali*, et *socio*, quia socius est, qui una cum alio aliquid possidet, aut curat: sodalis qui cum alio versatur in rebus lætioribus, ut in conviviis, in ludis, &c. et maxime pertinet ad adolescentes: item qui est ejusdem collegii. *Comes* igitur minus est, quam *socius.* Nam euntem tantummodo sequitur: *socius* adjuvat. Quamquam hæc discrimina non semper servantur. *Cic. Fam.* 13. ep. 71. Et comes meus fuit illo miserrimo tempore, et omnium itinerum, navigationum, laborum, periculorum meorum socius. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 80. Cum se victoriæ Pompeii comitem esse mallet, quam socium Cæsaris in rebus adversis. *Cic. pro Font. in fi.* Vitæ socia virtus, mortis comes gloria fuisset. *Id.* 1. *de Orat.* c. 17. Ars, et doctrina comites ac ministræ sunt oratoris. *Id. pro Mur.* c. 6. Tempestivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema, saltatio. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *ad fin.* Me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium socium comitemque habebis. *Id. ibid. post init.* Præbere se alicui comitem in ulciscendis inimicis. *Id. de Amic.* c. 11. Non enim paruit Ti. Gracchi temeritati, sed præfuit: nec se comitem illius furoris, sed ducem præbuit. *Virg.* 6. *Æn.* v. 778. Addere se comitem alicui. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 10. Adjungere se comitem fugæ alicujus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 158. Ire comitem alicui. *Id.* 2. *Æn.* v. 86. Mittere aliquem comitem alteri. *Ovid. Her.* ep. 3. v. 10. Dare aliquem alicui comitem. et epist. 13. v. 163. Venire comitem alicui. et epist. 14. v. 54. Esse alicui comitem. *Cic. Verr.* 3. c. 25. Comitem esse alicujus. *Vellei.* l. 2. c. 53. Habere aliquem comitem fugæ. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 15. Habere aliquem comitem consiliis suis. *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 5.) Grammatice necessaria pueris, jucunda senibus, dulcis secretorum comes. *Plin. in Præfat. Histor. natur.* Profiteri se comitem Platonis. *h. e.* sectatorem. *a follower, disciple.* ¶ *Comes* cognominatur Hercules in duab. Inscriptionib. apud *Gruter.* pag. 45. n. 7. et 8. et in quindecim apud *Gud.* pag. 32. et 33. cui additur sæpe *custos*, aut *conservator.* ¶ *Comites magistratuum* apud *Sueton. in Cæs.* c. 42. sunt ii, qui magistratus in provincias euntes sequebantur, de quibus in *Cohors* dictum est. *persons attending on the magistrates.* Quo pertinet et illud *Cicer.* l. 8. *Attic.* ep. 1. Hominem certum misi de comitibus meis. Adde *Verr.* 4. c. 10. et alibi. Hi duplicis erant generis; alii sine certo officio, qui et amici appellabantur; alii alicui muneri addicti. *Horat.* l. 1. epod. 8. Celso gaudere, et bene rem gerere Albinovano Musa rogata refer, comiti, scribæque Neronis. *the friend, companion.* ¶ Ab his videtur initium habuisse, quæ procedente tempore orta est, sub Imperatoribus, Comitum dignitas, nempe honestiores amici, qui Imperatorem assidue comitabantur, præsertim in expeditionibus, *Counts*: de quibus passim mentio fit *in Cod. Justin.* et *Theodos.* et apud *Sulpic. Sever.* dial. 1. c. 20. et in Vita *Martini* cap. 20. aliosque medii ævi Scriptores. A Græcis quoque eorum temporum Κόμητες appellantur. Sæpe hi ad varia Palatina, et Provincialia officia, ut munera admoti sunt: quæ enumerat *Brisson. de verb. signif.* *Du Fresne in Glossar.* *Pitisc. in Lex. Antiquit. Rom.* et alii. V. etiam cap. 5. *Indicis Inscriptionum Gruteri.* ¶ Olim pædagogi honestiore vocabulo *comites* dicti sunt. *tutors.* pueros enim re vera per urbem comitantur. *Sueton. in Claud.* c. 35. Ne cujus comiti, aut librario calamariæ, aut graphiariæ thecæ adimerentur. *Id. in Aug.* c. 98. Thrasyllus Tiberii comes. Adde *in Tiber.* c. 12. ¶ Translate *Plin.* l. 33. c. 11. Drusillanus quingenariam lancem habuit, et comites ejus octo octingentarum quinquaginta librarum. *the eight persons of his retinue.*

COMĔSOR, oris, m. qui comedit, comedo. *Tertull.* lib. 1. *advers. Marcion.* c. 1. Quis tam comesor mus Ponticus,

quam qui Evangelia corrosit? *Caius Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 18. Servus somniculosus, piger, tardus, comesor. Al. leg. *comessator.*

COMESSATĬO } V. *Comissatio*, &c.
COMESSOR, &c. }

COMESTŪRA, æ, f. actus comedendi. *Cato R. R.* cap. 157. Brassica, quæ vocatur σελινοειδὴς, hæc septem habet bona in comestura. Ita Aldus A. 1514. At aliæ editiones cum Jensoniana: *Quæ vocatur septembona in commixturam.* Ex quibus verbis *Catone* indignis quidam Lexicogr. vocem *commixtura* h. e. commixtionem in Latinitatem invehere conati sunt.

COMESTUS, a, um, *eaten, eaten up*, particip. a *comedo, is. Cato R. R.* c. 50. Ubi daps profanata, comestaque erat. *Didius*, vel *Didymus* apud *Diomed.* l. 1. pag. 382. *Putsch.* Comesto patrimonio. *Cic. pro Cluent.* c. 62. Venenum celerius potuit comestum, quam epotum in venas permanare. Ita *Priscian.* legit l. 10. pag. 894. *Putsch.* alii vulgo *comesum. Valer. Max.* l. 9. c. 12. n. 6. *extern.* Qui cum comestis omnibus supervenisset.

COMĒSUS, a, um, *eaten, eaten up, devoured*, adject. a *comedo, is*, de cujus participio scribit *Diomed.* l. 1. pag. 382. *Putsch.* ambigi apud Veteres, rectius ne sit *comestus*, an *comesus*; sed *comesus* melius esse statuit. Certe frequentius est. *Cato R. R.* c. 58. Oleæ comesæ. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *circa med.* Num cœna comesa venimus. (proverb. de iis, qui nimis sero, et re peracta præsto sunt.) *Plaut. Trinum.* 2. 4. 5. Comesum, epotum, elotum in balneis. ¶ Translate *Juvenal.* sat. 1. v. 34. Et cito rapturus de nobilitate comesa. Quod superest. *h. e.* expilata, bonis multata. *Auct. declamat. in Sallust. sub fin.* Patrimonio non comeso, sed devorato.

[* COMĒSUS, us, m. actus comedendi. *Isidor. Orig.* l. 20. c. 1. Ab esu et comesu mensæ factum dicitur vocabulum.]

COMĒTES, æ, m. *a comet*, κομήτης, stella crinita. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 5. Stellis his, quas Græci cometas, nostri cincinnatas vocant. *Virg. Georg.* 1. *sub fin.* Non diri toties arsere cometæ. *Plin.* l. 2. c. 25. Cometes admodum faustus Augusto. *Id. ibid.* c. 58. Comete illis noctibus flagrante. *Sil.* l. 8. v. 638. crine corusco Regnorum eversor rubuit lethale cometes. *Lucan.* l. 1. v. 529. et terris mutantem regna cometen. ¶ Dictus est *cometes* a κόμη, hoc est coma, quia late splendorem velut comam fundit. Ideo autem est masculini generis, quia κομήτης vel adjectivum est masculini generis, vel adjective usurpatur, et ἀστὴρ, stella, subintelligitur. Idem dicendum de *planeta.* ¶ De variis Cometarum generibus multa *Servius ad Æn.* 10. v. 272. et *Senec.* l. 1. *quæst. natur.* c. 15. et lib. 7. c. 6. ¶ Dicitur etiam *sidus cometes, stella cometes.* V. dicta in *Abrotonites. Tacit. Ann.* 14. c. 22. Inter quæ et sidus cometes effulsit. *Id.* 15. *Ann.* c. 47. Sidus cometes sanguine illustri semper Neroni expiatum. *Justin.* l. 37. c. 2. Stella cometes septuaginta diebus ita luxit, ut, &c. ¶ Latina positione in singulari, *Prudent. Cathemer.* 12. v. 21. Tristis cometa intercidat. *Manil.* l. 1. v. 824. fulgente cometa. *Senec. in Octav.* v. 232. Cometam pandere infestam facem. [¶ Cometes, is, m. fuit etiam pater Asterionis, unus ex Argonautis. *Val. Flacc.* l. 1. v. 356. Celer Asterion, quem matre cadentem Cristatus gemino fovit pater amne Cometes.]

COMĬCE, adverb. *comically, in a manner befitting comedy*, Comicorum more. *Cic.* lib. 3. *de Orat.* c. 8. Res tragicas comice, tristes remisse tractare. Adde *Senec.* ep. 100. *ad fin.*

COMĬCUS, a, um, *relating to comedy, befitting comedy, comical*, κωμωδικὸς, ad Comœdiam pertinens. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 10. Nemo illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. *Horat. de art. poet.* v. 89. Versibus exponi tragicis res comica non vult. ¶ Sæpe comici dicuntur qui in Comœdiis inducuntur. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 16. Adolescens comicus. *the young man in the comedy. Horat.* lib. 2. sat. 5. v. 91. Davus comicus. *Cæcil.* apud *Cicer. de Senect.* c. 11. et *de Amic. c. pænult.* Comici stulti senes. ¶ *Comici poetæ*, qui et *Comici* absolute, sunt Comœdiarum scriptores. *writers of comedy, comic poets. Cic. in Orat.* c. 20. Apud Comicos poetas, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. *Id. ibid.* c. 55. Comicorum senarii propter similitudinem sermonis: sic sæpe sunt abjecti, ut, &c. ¶ *Comicæ scenæ* ædificiorum privatorum et mœnianorum habent speciem, perfectusque fenestris dispositos imitatione communium ædificiorum rationibus. *Vitruv.* lib. 5. cap. 8. ¶ *Aurum comicum* sunt lupini, quibus pro pecunia in Comœdiis utuntur. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 20. Agite, inspicite: aurum est. *Co.* profecto, spectatores, comicum: macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boves. ¶ *Comici actores*, qui et *Comici* absolute, sunt comœdi, seu histriones, qui Comœdias agunt, *comic actors, comedians. Quintil.* l. 2. c. 10. (*al.* 11.) Quod faciunt auctores comici, qui &c. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 4. Condoctior sum, quam Tragœdi, aut Comici. *Inscript.* apud *Grut.* pag. 1089. n. 6. L. Acilio L. F. Pompt. Eutychæ Comico primo sui temporis, &c. ¶ *Comicæ personæ* apud *Plin.* l. 25. c. 11. sunt quibus Comici in scena utuntur. *the masks which the comedians used.* [¶ Comicum balneum pro ficticio. *Tertullian. de anim.* c. 50. Quod hoc Menandri (hæretici) balneum (baptismo substitutum) comicum credo. *h. e.* ficticium, et Menandro poeta comico dignum.]

COMINĬA. V. *Colminiana.*

COMĪNUS, *nigh at hand, hand to hand, in close combat*, ἐγγύθεν, prope, ex propinquo loco. Videtur esse a *cum*, et *manus* (unde et *comminus* multi scribunt cum *Dausqu.* quod non est improbandum: invenitur enim in multis optimis libris) quia *cominus ferire aliquem* est gladio, vel alio quopiam telo manu stricto ferire: sicut *ferire eminus*, emisso *e manu* telo percutere. *Cic. de Senect.* c. 6. Nec enim excursione, nec saltu, nec eminus hastis, aut cominus gladiis uteretur. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 118. de fratribus unum Cominus ense ferit: jaculo cadit eminus ipse. *Liv.* l. 44. c. 35. Missilibus procul regia auxilia melius pugnabant: cominus stabilior, et tutior parma, aut scuto Romanus erat. *Cic.* 2. *de Divin.* cap. 10. *in fi.* Sed hæc fuerit nobis, tamquam levis armaturæ, prima orationis excursio: nunc cominus agamus. *let us come to close combat. Id. pro Balbo*, c. 9. Pugnare cominus in acie cum hoste. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 482. Cominus aggredi aliquem. *Id.* 5. *Fast.* v. 175. Ire cominus in aliquem. *to attack.* Et *Liv. loc. cit.* Gladio cominus rem gerere. *Cic.* 4. *Tuscul.* cap. 42. Video utrumque cominus ictu cecidisse contrario. *Id. Attic.* l. 2. ep. 2. Qui me epistola petivit, ad te, ut video, cominus accessit. *Plin.* l. 34. c. 8. Cominus insidiari alicui. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 108. Quercus radicibus exturbata Prona cadit, lateque, et cominus obvia frangit. *h. e.* prope, et longe. *Plin.* lib. 5. c. 9. Sole cominus facto. *h. e.* propius accedente. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 12. Cominus petere Mesopotamiam. *Plin.* l. 11. c. 42. Cominus judicare aliquid. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 5. v. 74. Cominus aspicere aliquem. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 41. Cominus videre aliquid. *Pompon. Dig.* lib. 13. tit. 7. leg. 3. Recipere cominus pecuniam a debitore. *in person. Gell.* l. 13. c. 8. Exerceri in rebus cominus noscendis, periclitandisque. ¶ Videtur regere aliquando accusativum, vel dativum. *Propert.* l. 2. eleg. 15. v. 22. Aut celer agrestes cominus ire sues. *Id.* l. 3. eleg. 1. v. 26. Fluminaque Æmonio cominus isse viro. ¶ Inter *cominus*, et *prope* hoc interest, quod *cominus* semper refertur ad motum, aut actionem aliquam; *prope* non semper. Quare dicimus *prope esse, prope sedere*, non *cominus esse*, aut *sedere.* Hoc tamen discrimen perpetuum non est. *Lucret.* lib. 4. v. 1043. illam Emicat in partem sanguis, unde icimur ictu; Et si cominus est, hostem ruber occupat humor. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 583. comminus arma semper habere. *in hand.* ¶ Aliquando refertur ad tempus, et significat statim, sine intermissione. *forthwith, presently, instantly.* Ita enim exponit *Serv.* in illo *Virg.* 1. *Georg.* v. 104. jacto qui semine cominus arva Insequitur. Addit *Serv.* hunc significatum in Gallia Cisalpina frequentissimum esse, atque ibi vulgo dici: *vade ad eum, sed cominus:* unde videri *Virgilium* hoc in loco patriam consuetudinem sequutum esse. Huc pertinere videtur et illud *Venuleii Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 137. Continuus actus stipulantis, et promittentis esse debet, ut tamen aliquod momentum naturæ intervenire possit: et cominus responderi stipulanti oportet. Alii exponunt, coram, in præsentia. ¶ *Cominius* comparativum usurpavit *Tertull. de carne Christi.* c. 21. Accedant adhuc cominius ad congressum.

COMIS, e, *courteous, kind, humane, gentle, mild, affable, complaisant, good-humoured, gracious, obliging, condescending, indulgent, accessible*, εὐπροσήγορος, χρηστὸς, qui in omni actione, et sermone facilem se præbet, benignus, humanus, civilis, commodus. *Cic. pro Balbo*, c. 16. Comes, benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur, *qui erranti comiter monstrant viam* (quæ verba sunt *Ennii*, teste *eod.* l. 1. *Offic.* c. 16.) benigne, non gravate. *Id. de Senect.* c. 17. Comem atque humanum esse erga aliquem in omnibus rebus. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 133. Comem esse in aliquem. *Tacit. in Agric.* c. 22. Comem esse alicui. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 25. Bonum virum, comem, et humanum esse. *Id. pro Mur.* c. 31. Quemquam ne existimas Catone commodiorem, comiorem, moderatiorem fuisse? *Sueton. in Vespas.* c. 22. Super cœnam autem, et semper alias comissimus. *Al. leg.* communissimus. *Apul.* l. 11. *Metam.* Senex comissimus. *Nepos in Dione*, c. 1. Ingenium docile, come, aptum ad artes optimas. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 48. Comis sermo, et congressus. *Terent. Heaut.* 5. 1. 39. Comi et leni animo esse. *Liv.* l. 9. c. 36. Comi hospitio accipere aliquem. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 510. Comibus est oculis alliciendus amor. ¶ Speciatim dicitur de eo, qui facile dat. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 24. Fit ipse, dum illis comis est, inops amator. ¶ Item de eo, qui munditiarum, et elegantiæ studiosus est. *finical, too studious of elegance. Plin.* l. 35. c. 4. *in fi.* Tiberius Cæsar, minime comis Imperator. ¶ *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. deducit originem a Græco κῶμος, quod significat commissationem, hilaritatem, lasciviam: ut *comis* proprie sit hilaris, lascivus, facetus. Quo nonnulli trahunt illud *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 41. comis garrire libellos Unus vivorum, Fundani. *h. e.* Festive, hilariter, ac lascive libellos conscribere. Alii tamen aliter aut legunt, aut interpretantur.

COMISSABUNDUS, a, um, *revelling, like one revelling*, κωμαστὴς, qui comissationibus indulget. *Liv.* l. 9. c. 17. *in fi.* Temulento agmine comissabundus per Indiam incessit. *Plin.* l. 21. c. 3. Juvenes comissabundi. ¶ De ratione scribendi V. in *Comissor.*

COMISSALĪTER, adverb. hilare, per comissationem. *Sidon.* l. 1. ep. 5. Cantatas sæpe comissaliter nobis Phaetontiadas risi.

COMISSATĬO, onis, f. *a revelling, carousing, or making merry after supper*, κῶμος, proprie est epulum, quod post cœnam fit: in quo differt a *convivio*, quod justa cœna est, et idoneo tempore initur. *Liv.* lib. 40. c. 13. Lusus, convivium, comissatio. *Id.* lib. 1. c. 57. Conviviis, comissationibusque otium terere. *Cic. pro Cœl.* c. 15. Convivia, comissationes cantus, symphoniæ. *Sueton. in Vitell.* c. 13. Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat: in jentacula, et prandia, et cœnas, comissationesque. *Id. in Tito*, c. 7. Ad mediam noctem comissationes extendere. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 10. Ingens vectigal singulis commissationibus exsorbere. *Id.* lib. 6. *de benef.* c. 32. Pererrare civitatem nocturnis comissationibus. *Martial.* l. 12. epigr. 48. Non Albana tibi sit commissatio tanti. ¶ *Comissatio tempestatis*, et *tempestas comissationis* duæ sunt translationes, quarum primam, ut minus significantem, alteram ut nimis, improbat *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 41. ¶ De ratione scribendi. V. in *Comissor.*

COMISSĀTOR, oris, m. *a feasting companion, boon companion, reveller*, κωμαστὴς, qui comissationibus, atque intempestivis conviviis interest. Differt a *conviva*, qui justæ cœnæ tempus non prægreditur. *Liv.* lib. 40. c. 9. *ad fin.* Convivam me tibi committere non sum ausus; comissatorem te cum armatis venientem recipiam? *Cic. pro Cœl.* c. 28. Alia fori vis est, alia triclinii: non idem judicum commissatorumque conspectus. *Terent. Adelph.* 5. 2. 8. Commodus commissator. ¶ Translate *Martial.* l. 5. epigr. 16. At nunc conviva est, comissatorque libellus. *h. e.* interest, et legitur in conviviis, et comissationibus. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. Nostri isti comissatores conjurationis barbatuli juvenes. *h. e.* consortes et socii conjurationis Catilinariæ, quæ per comissationes inita fuit. *riotous or revelling conspirators.* ¶ De orthographia V. vocem sequent.

COMISSOR, aris, atus sum, *to drink or make merry after supper, make good cheer, feast luxuriously, revel, riot, banquet*, κωμάζω, proprie significat post cœnam rursus comedere: sed ponitur etiam universim pro intempestiva convivia celebrare, epulis ultra modum indulgere. *Sueton. in Domit.* c. 21. Convivabatur frequenter, ac large, sed pæne raptim: certe non ultra solis occasum, nec ut postea comissaretur. *Liv.* lib. 40. c. 7. Quin commissatum ad fratrem imus? *Horat.* l. 4. od. 1. v. 10. Tempestivius comissari. *Terent. Eun.* 3. 1. 52. Introducere aliquem comissatum. ¶ Varia est in hac voce tum de origine, tum de orthographia opinio. Alii derivant a verbo Græco allato, vel a κῶμος, a quo illud deducitur: alii a *comesum:* alii usque ab Hebræa lingua etymologiam ducendam putant. Scribi volunt alii *comessor*, alii *commissor:* sunt etiam quibus placet *comassor.* Sed comissor, comissatio, &c. et pluribus arridet (Manutio, Voss. Dausq. Cellario, et aliis) et plures habet veteres libros, ac lapides, quibus confirmatur.

COMITABĪLIS, le, adject. qui comitatur. *Paulin. Nolan. Ausonio.* carm. 10. v. 291. Ipse obit, atque illi suus est comitabilis error.

COMĬTAS, atis, f. *courtesy, affability, complaisance, gentleness, address, civility, humanity, good-breeding, mildness, kindness*, εὐπροσηγορία, benignitas, facilitas, lenitas, affabilitas. *Cic. de Senect.* c. 4. Erat in illo viro comitate condita gravitas. *Id. de clar. Orat.* c. 40. Crassus in summa comitate habebat etiam severitatis satis: *while he was affable in the extreme, had still sufficient reserve:* Scævolæ multa in severitate non deerat tamen comitas. *reserved as he was in his manner, had still something of courtesy about him. Id. pro Mur.* c. 31. *in fi.* Si illius comitatem et facilitatem tuæ gravitati severitatique asperseris. *Id.* 2. *de Invent.* c. 54. Animos temere concitatos comitate retinere. *Id.* 2. *Offic.* c. 14. Comitas, affabilitasque sermonis maxime conciliat animos Cominum. *Id. Q. Fr.* lib. 1. ep. 2. c. 2. Ego nugas maximas omni mea comitate sum complexus. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 72. Tanta illi comitas in socios, mansuetudo in hostes. *Id.* 1. *Ann.* c. 29. Comitate permulcere milites. *Id. ibid.* c. 71. Lenire comitate memoriam cladis. *Id.* 1. *Hist.* c. 63. Omni comitate excipere aliquem. *Id. in Agric.* c. 16. Comitate curandi provinciam tenuit. *by a disposition to govern with lenity. Plaut. Mil.* 2. 1. 1. Mihi ad enarrandum hoc argumentum est comitas. *h. e.* facilis, et paratus sum ad enarrandum. ¶ Speciatim sumitur pro facilitate largiendi. *ill-judged liberality. Plaut. Trinum.* 2. 2. 49. *Ph.* Habuit ne rem? *Ly.* habuit. *Ph.* qui eam perdidit? *Ly.* per comitatem ædepol, pater. *Id. ibid.* v. 75. Comitati esse alicui. *h. e.* liberalitatem exercere in aliquem. *Id. Rud. Prol.* v. 38. Rem bene partam comitate perdere. *Sueton. de Othon.* c. 3. Die, quem Nero necandæ matri destinarat, ad avertendas suspiciones cœnam utrique exquisitissimæ comitatis dedit. *h. e.* summa impensa omnibus lautitiis, et luxu afluentem.

COMITATENSIS, se, ad comitatum pertinens, hoc est ad dignitatem et munus Comitum. *Impp. Constantius, et Constans*, l. 12. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 38. Comitatense munus subire. *Ammian.* l. 18. c. 4. (*al.* 8.) Comitatensis fabrica. *h. e.* machinatio, calumniosa delatio Comitum aulicorum. *Impp. Theodos. et Honor.* lib. 12. *Cod.* tit. 38. leg. 14. Comitatensis legio. *Imp. Constantin.* lib. 7. *Cod. Theodos.* tit. 20. leg. 4 Comitatenses milites. Hos *Salmas. ad Vopisc. in Probo*, c. 14. docet esse milites legionarios, qui castra habebant ad limites Imperii custodiæ causa: et differre a *ripensibus*, et *limitaneis*, qui extra castra in ipsis limitibus, et ripis fluminum degebant.

COMITĀTUS, a, um, *having accompanied or attended*, παραπέμπων, qui se comitem præbuit: participium verbi *comitor*. *Cæs.* lib. 6. *B. Gall.* c. 7. Qui defectionis auctores fuerant, comitati eos, ex civitate excessere. *Gell.* lib. 4. c. 18. Concio Scipionem in Capitolium comitata. ¶ Passive significat eum, qui comitem habet, *accompanied, attended*, παραπεμφθεὶς, παρηκολουθημένος. *Cic. pro Cæl.* c. 14. Mulier alienis viris comitata. *Id. pro Dom.* c. 28. *ad fin.* Quo die me populus Rom. a porta in Capitolium, atque inde domum sua celebritate lætitiaque comitatum honestavit. *Id.* 2. *Catil.* cap. 2. *ad fin.* Parum comitatus ex Urbe exivit. *with few attendants.* *Id. Phil.* 12. c. 10. *in fi.* Aggredi aliquem bene comitatum. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 39. Cum quidam quæreret, quid ei cæcitas attulisset, respondit, puero ut uno esset comitatior. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 6. v. 33. Militibus et armis comitatus. *Tibull.* l. 3. eleg. 2. v. 13. Comitatus dolore. *Plin.* lib. 21. c. 11. Gladiolus comitatus hyacinthis.

COMITĀTUS, us, m. *a number of followers, train or company of attendants: a train, retinue, suit, equipage*, ἀκολουθία, comitum multitudo. *Cic. Catil.* 3. c. 2. *ad fin.* Cum jam pontem Milvium cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent. *Id. Fam.* 6. ep. 19. Si modo tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 96. Nocturno itinere non intermisso, comitatu equitum triginta ad mare pervenit. *Quintil.* declam. 5. c. 13. *ad fin.* Convictibus, et comitatibus lætari. *in conversation and society.* ¶ Dicitur etiam de turba hominum simul iter facientium, quo tutiores sint ad latrones et alia viarum pericula. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 51. Nuntiatur Afranio, magnos comitatus, qui iter habebant ad Cæsarem, ad flumen constitisse. V. ibi reliqua. Adde cap. 48. et 54. Anglice dici potest *a caravan, troop or body of travellers.* *Plin.* l. 6. c. 13. Comitatus rerum Alexandri Magni. *h. e.* comites expeditionum, et rerum gestarum Alexandri. *Id.* l. 30. c. 1. Osthanes exornatus comitatu Alexandri. *h. e.* eo honore decoratus, ut allegeretur inter comites et amicos Alexandri in ejus expeditionibus. ¶ Apud inferioris ævi scriptores *Comitatus* accipitur pro Comitibus aulæ Principis, et pro ipsa aula, *the Court.* *Macer, Dig.* lib. 49. tit. 16. leg. 13. *Auson.* ep. 17. *ad Symmach. Symmach.* l. 9. epist. 8. *Augustin.* epist. 129. et *Sulpic. Sever. Dial.* 2. c. 5. ¶ Translate *Cic. Parad.* 2. c. 1. Animus tot virtutum præsidio, tantoque comitatu, cum corpus ejus caperetur, capi certe ipse non potuit. *Plin.* l. 17. c. 23. *a med.* Traduces virgultorum comitatu obiter rigorati, qua deficiunt. *Id.* l. 15. c. 13. Pruna hordearia appellata, a comitatu frugis ejus. *h. e.* quia simul cum hordeo maturescunt. *Id.* l. 18. c. 29. Comitatus utriusque causæ. ¶ *Comitatus* alio sensu V. in *Comitiatus.*

COMĬTER, *courteously, kindly, affably, complaisantly, gently, civilly, obligingly, politely*, φιλοφρόνως, εὐμενῶς, benigne, hilare, lubenter, facile, libenti animo. *Cic. pro Balbo*, c. 16. Comiter, benigne, non gravate. *Id. Phil.* 13. c. 2. *in fi.* Salutare benigne, comiter appellare unumquemque. *Enn.* apud *eund.* l. 1. *Offic.* c. 16. Erranti comiter viam monstrare. *Id.* apud *Gell.* l. 12. c. 4. impertiri aliquid. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 15. *ad fin.* consolari aliquem. *Terent. Phorm.* 3. 3. 4. aliquem adjuvare. *Gell.* l. 13. c. 4. Sensim, et comiter admonere aliquem. *Plaut. Mil.* 3. 3. 64. Datne ab se *mulier* operam? *Pa.* lepidissime, et comissime. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 13. *ad fin.* Comiter administrare provinciam. *Liv.* l. 1. c. 22. celebrare convivium. *h. e.* libenter, jucunde, hilare. Sic *Cic. pro Deiot.* c. 7. Comiter et jucunde esse in convivio. ¶ *Comiter servare majestatem populi R.* quod legitur in quodam fœdere apud *Cicer. pro Balbo*, c. 16. est libenter, non gravate. *Cicero* ibi reprehendit eos, qui illud *comiter* dicebant esse *communiter.* Formula erat: *majestatem populi R. comiter conservanto*: et adjiciebatur tantummodo in iis fœderibus, in quibus alter populus inferior erat, et non æquo jure in amicitiam veniebat, uti docet *Proculus Dig.* lib. 49. tit. 15. leg. 7. ubi *Haloander* quidem habet *communiter*: at *Torrentin. comiter*, quod rectius profecto est, ut ex hoc *Ciceronis* loco apparet. Eadem illa formula legitur etiam apud *Liv.* l. 38. c. 11. sed pro *comiter* habetur *sine dolo malo*. Ex quo etiam intelligitur, *communiter* hic locum non habere. ¶ Eandem significationem τοῦ libenter, prompte, non gravate, habet in carmine illo apud *Liv.* l. 25. c. 12. et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. Apollini vovendos censeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant. *Al. tamen hic* quoque *leg.* communiter. ¶ *Comiter habitare* apud *Plin.* l. 17. c. 1. est eleganter, splendide. *genteelly, elegantly, splendidly.* Hæc notio inde oritur, quod *comis* dicitur etiam, qui sumptus non extimescit; et *comitas* liberalitatem quoque et prodigendi facilitatem adsignificat, ut suis locis dictum est.

COMĬTIA, orum, n. *a public meeting or assembly of the people for the purpose of giving their votes about any thing; a public election*, ἀρχαιρέσια, populi universi conventus ferendorum suffragiorum causa: ab antiquo *comeo*, pro *coeo*. ¶ Comitiorum tria erant genera, Curiata, Centuriata, Tributa: *when the people voted by* Curiæ; *by centuries; by tribes*: de quibus V. suis loc. ¶ Ex Comitiis rursus alia erant Consularia, alia Prætoria, alia Ædilitia, alia Quæstoria, alia Tribunitia, &c. quibus scilicet Consules, Prætores, Ædiles, Quæstores, Tribuni creabantur. Apud *Liv.* l. 1. c. 35. *Comitia creando Regi*, etiam legas. ¶ Locus Comitiorum Curiatorum non erat nisi intra pomœrium, *scil.* in comitio. Centuriata Comitia habebantur in loco quidem inaugurato, sed extra pomœrium, *scil.* in Campo Martio. Tributis Comitiis non erat unus destinatus locus, sed modo intra, modo extra Urbem convocabantur, interdum in Campo Martio, nonnunquam in Capitolio, aliquando in Circo Flaminio. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 4. Qui in Campo Martio comitiis centuriatis, auspicato in loco, crucem ad civium supplicium defigi jubes. *Id. Attic.* l. 4. ep. 1. Legem ferre comitiis centuriatis. *to propose.* *Id.* 7. *Fam.* ep. 30. Comitiis Quæstoriis institutis. *Liv.* l. 40. *c. ult.* Edicere comitia. *to proclaim.* *Varr.* l. 5. *L. L. sub fin.* Vocare populum ad Comitia. *to summon.* *Liv.* l. 3. c. 19. Comitia consulis subrogandi. *Id.* l. 1. c. 35. Comitia regi creando. *Id. ibid.* c. 34. *ad fin.* Indicere comitia creandis decemviris. *for the election of.* *Cic. Verr.* 2. c. 6. Facere comitia consularia. *Id.* 3. *de Legib.* c. *pænult.* Comitia illa gesta sunt armis civilibus. *Id.* 4. *Verr.* c. 52. Venire ad comitia. *Id. Attic.* l. 1. ep. 4. Obire comitia alicujus. *h. e.* comitiis interesse, quibus aliquis magistratum petit. *Id. ibid.* ep. 10. Comitiis alicujus adesse. *Capitolin. in Anton. Philos.* c. 10. Interesse comitiis. ¶ *Habere comitia* dicitur is, qui comitia indicit, iisque præst, ut Dictator, vel Consules alter ambove, vel Pontifex Max. &c. *to hold an election.* Ejus id erat jus, ut haberet et accipiendi, et rejiciendi petentium nomina facultatem. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 2 *ad fin.* Si comitia Censorum proximi Consules haberent. *L. Piso* apud *Gell.* l. 6. c. 9. Eum Ædilem Curulem renuntiaverunt: at Ædilis, qui comitia habebat, negat accipere, &c. ¶ *Comitia flagrantia* dixit *Plin. in præfat. hist. natur.* *h. e.* in quibus magna est candidatorum contentio, et ardet ambitus, ut *Cic.* loquitur *Attic.* l. 4. ep. 15. *a med.* *a strongly contested election.* ¶ Translate, et joculariter *Plaut. Aulul.* 4. 7. 20. Ibo intus, ubi de meo capite sunt comitia. *h. e.* ubi de fama, et salute mea agitur. *Id. Pseud.* 4. 7. 134. Pseudolus mihi centuriata habuit capitis comitia. *Id. Trucul.* 4. 3. 45. Meo illic nunc fiunt capiti comitia. ¶ Ponuntur etiam a *Livio* comitia pro multitudine hominum quacumque de causa collecta, l. 3. c. 17. Tantum hostium est in arce supra forum curiamque: comitia interim in foro sunt, Senatus in curia est.

COMITIĀLIS, le, *of or belonging to the* comitia, ad comitia pertinens, ἀρχαιρεσιακός. *Dies comitiales* sunt, quibus comitia habentur, vel haberi possunt. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 2. Consecuti sunt dies comitiales, per quos Senatus haberi non poterat. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 5. Comitiale biduum. *Vopisc. in Tacit.* c. 7. Comitiale tribunal. *h. e.* in Comitiis positum. ¶ *Comitiales dies* erant in numero dierum fastorum: ab iis tamen differebant. Non enim quicumque comitiales, iidem et fasti; sed tunc solummodo, quando agi cum populo, et comitiorum conventus haberi non poterat, et licebat; tunc, inquam, dies comitialis etiam fastus dies erat, et Prætorem adire quivis permittebatur. Quod si die comitiali comitia haberentur, eo die neque adiri Prætor, neque Senatus haberi poterat. Itaque dies comitiales casu tantummodo fasti erant, non natura. Hac ratione intelligendum est illud *Macrobii* l. 1. *Saturn.* c. 16. Comitiales sunt, quibus cum populo agi licet: et fastis quidem lege agi potest, cum populo non potest: comitialibus utrumque potest. ¶ Hujusmodi dies signantur in Calendario littera C, fueruntque toto anno CLXXXIV. *Manut. de veter. dier. rat.* ¶ *Comitialis mensis*, in quo comitia habentur. *Cic. Verr.* 4. c. 52. ¶ In illo *Plauti Pœn.* 3. 2. 6. Non potuisti adducere homines magis ad hanc rem idoneos. Nam istorum nullus nefastus est, comitiales sunt meri: *comitiales homines* dici videntur homines litigiosi, atque adeo facile perjuri ac mendaces, qui assidue in Comitio versantur, parati semper ad alterum circumveniendum perjuriis, dolis, fallaciis, nulla habita fastorum, aut nefastorum dierum ratione. *litigious people, who made it their business to be in constant attendance at the* comitia. Hujusmodi autem hominum magnam semper copiam in Comitio fuisse, ostendit et illud *ejusdem in Curcul.* 4. 1. 9. Qui perjurum convenire vult hominem, mitto in Comitium: qui mendacem et gloriosum, apud Cloacinæ sacrum, &c. ¶ *Comitialis morbus*, qui et major, et sacer morbus dicitur, ἐπιληψία, *the epilepsy, falling sickness*, est, quo homo subito concidit, ex ore spumæ moventur: deinde interposito tempore ad se redit, et per se ipsum consurgit. Modo cum distentione membrorum, aut nervorum prolabitur aliquis, modo sine illa. Ita *Cels.* l. 3. c. 23. describit. Ratio appellationis est, quia si quis forte ipso comitiorum tempore illo corriperetur, comitia dissolvi, ac in alium diem differri necesse erat, ut ex *Festo* in *Prohibere* et ex *Seren. Samm.* discimus. *Cels.* l. 2. c. 8. Comitialis morbus ante pubertatem ortus, non ægre finitur. *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 7. Comitiali vitio corripi. ¶ Hinc *comitiales* dicuntur, qui eo morbo laborant. *epileptics.* *Plin.* l. 20. c. 11. Comitiales fiunt, qui ubera hauriunt ab apii cibo. *Id.* l. 32. c. 4. Fel testudinum naribus illitum comitiales erigit, attollitque. Adde l. 28. c. 7. *ad fin.* et l. 32. c. 9. *ad fin.*

COMITIĀLITER, adverb, *from the falling sickness*, ἐπιληπτικῶς, ex morbo comitiali. *Plin.* l. 22. c. 21. Folia heliotropii contractionibus medentur, etiamsi id comitialiter accidat.

COMITIĀRIUS, a, um, qui est in modum Comitiorum. *Liv.* l. 23. c. 16. In hac comitiaria duorum exercituum statione. Sed meliores libri hab. *quotidiana.* [† *al.* continua.]

COMITIĀTUS, us, m. *an assembly of the people at the* comitia, populi ad comitia habenda congregatio. *Cic.* 3. *de Legib.* c. *pænult.* Altera de capite civis rogari, nisi maximo comitiatu, vetat. *Id. ibid.* c. 12. Omnibus magistratibus auspicia dantur, ut multos inutiles comitiatus probabiles impedirent moræ. *Messala* apud *Gell.* l. 13. c. 15. Consul ab omnibus magistratibus et comitiatum, et concionem avocare potest. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 16. *extr.* Classicines, qui cornu canunt, cum classes comitiis ad comitiatum vocant. Al. leg. *ad comitatum*, h. e. ad coitionem, seu conventum, ut sit a *comito, as*, frequentativo a *comeo* pro *coeo*.

COMITIĀTUS, a, um, adject. *Ascon. in Verr.* 2. c. 10: Tribunorum militarium duo sunt genera. Primum eorum qui *rufuli* dicuntur: hi in exercitu creari solent: alii sunt *comitiati*, qui Romæ comitiis designantur. *military tribunes appointed at the* comitia. ¶ Addunt quidam et *Cicer.* locum *Attic.* l. 4. ep. 15. sed is locus dubius est.

COMITĬO, as, n. 1. est sacrificium in Comitio facere. *Festus* in *Quando*: Quando Rex comitiavit, fas. Sic notatum esse diem in Fastis in honorem Regis sacrorum aiunt qui de feriis menstruis scripserunt, quæ nonis *Februar.* in Curia a Rege (*sacrorum*) dicuntur. Eæ vero a multis scriptoribus traditæ sunt. Nam quo die Rex in comitium venit, ejus pars anterior nefas habetur: contra autem posterior fas: quia sacris peractis inde abit. Quod si quis alius pro Rege eo die in comitio fecerit, puta pontifex, tunc hic dies totus est nefastus. Hæc *Festus*: cujus verba perperam intellexisse videtur *Paulus Diac.* ita eum locum more suo in pauca redigens: Quando Rex comitiavit, fas, in Fastis notari solet: et hoc videtur significare: quando Rex sacrificulus, divinis rebus perfectis, in comitium venit. Refellit hanc *Pauli* explicationem etiam locus *Varronis* l. 5. de L. L. c. 4. ex emendatione *Scaligeri*: Dies, qui vocatur, Quando Rex comitiavit, fas: dictus ab eo, quod eo die Rex sacrificulus itat ad comitium: ad quod tempus est nefas: ab eo fas. Itaque post id tempus lege actum sæpe. Hæc *Varro*: ubi pro *itat* alii legebant *dicat*, nulla sententia. Porro is dies, *Quando Rex comitiavit*, notabatur in Fastis, *Q. Rex. C. F.* vel *Q. R. C. F.*

COMITĬUM, ii, n. *a place in the Roman forum where causes were tried and the* comitia *were held*, locus Romæ in Foro juxta Curiam, ubi causæ disceptabantur, et comitia curiata habebantur: a *comeundo*, hoc est coeundo, et conveniendo: quod ibi populus coiret. Multis annis tecto caruit: unde ob tempestatem sæpe comitia dissolvebantur: deinde circa Annibalis in Italiam adventum, tecto munitum fuit, ut *Liv.* l. 27. c. 36. narrat. *Ascon. in Verr.* 3. c. 22. Comitium locus propter Senatum, quo coire equitibus, et populo R. licet. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. *a med.* Comitium ab eo, quod coibant eo comitiis curiatis, et litium causa. *Plaut. Curcul.* 4. 1. 9. Qui perjurum convenire vult hominem, mitto in comitium. *Cic. de clar. Orat.* c. 84. In comitium veniant, ad stantem judicem dicant. ¶ Per metonymiam sumitur pro ipsis hominibus in Comitio congregatis. *Festus* in *Incomitiare*: Incomitiare significat tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est in conventum venire. ¶ In Comitio sumebantur etiam supplicia de sontibus. *Plin.* l. 4. ep. 11. Celer eques R. cum in Comitio virgis cæderetur. Et *mox.* Si Comitium et virgas pati nollet, ad confessionem confugeret. ¶ Extra Romam *Nep. in Agesil.* c. 4. Si privatus in comitio esset Spartæ. ¶ Duræ sunt illæ translationes *Apuleii in Apolog.* Impensius cetero corpore os colendum, quod est animi vestibulum, et orationis janua, et cogitationum comitium. et *Mamertini in gratiar. action. ad Julian.* c. 15. Sacra mens ad honorum, et magistratuum ornamenta respexit: versari cœpit in sacri pectoris comitio consulatus.

COMITĪVUS, a, um, ad aulæ Comites pertinens, ut *Comitiva dignitas* apud *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 9. Et *comitiva* absolute eodem sensu lib. 1. *Cod.* tit. 33. leg. 3. et alibi.

COMĬTO, as, a. 1. *to accompany*, idem quod *comitor*, sed usu rarius. [† Præcipue, ut videtur, apud poetas usurpatur.] *Propert.* l. 2. eleg. 6. v. 15. mea si teneræ comitarent castra puellæ. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 3. v. 43. Piri-

thoum Theseus Stygias comitavit ad undas. *Id. Metam.* 14. v. 259. Nostraque adulantes comitant vestigia. *Id.* l. 1. *ex Pont.* ep. 9. v. 47. Comitare funera. *Id.* 8. *Metam.* v. 692. gradus alicujus. ¶ Passive *Plin.* l. 9. c. 35. Conchæ in alto comitantur marinis canibus. *Justin.* l. 30. c. 2. Visuntur, salutantur, comitantur. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 7. v. 47. Ingenio tamen ipse meo comitorque, fruorque.

COMĬTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to accompany, attend, wait upon, go along with, follow,* παρακολουθέω, comitem me præbeo, assector. *Curt.* l. 3. c. 19. Virgines cum parvo filio comitabantur patrem. *Virg.* 8. *Æn.* v. 462. gressumque canes comitantur herilem. *Sueton. de Gramm.* c. 23. Comitari herilem filium in scholas. *Virg.* 6. *Æn.* v. 112. Comitari iter alicujus. *Id.* 4. *Æn.* v. 543. Comitari aliquem fuga. ¶ Sæpe dicitur de iis, qui alicujus funus prosequuntur, *to attend to the grave. Virg. Æn.* 11. v. 51. Nos juvenem exanimum vano comitamur honore. Adde *Nepot. in fi. vitarum Eumenis, et Attici.* ¶ Translate est una esse, conjunctum esse. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 35. Cetera, quæ comitantur huic vitæ. *Curt.* l. 8. c. 19. Hominem consequitur aliquando, nunquam comitatur divinitas. *Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 243. Superbia comitatur honores. ¶ *Comitari cum aliquo* minus Latine dicitur. Legitur enim in Inscriptione inferioris ævi apud *Reines.* class. 14. n. 171. quod et ipse *Reines.* admonuit.

COMMA, ătis, n. *a part of a period, short clause of a sentence,* κόμμα, vox Græca idem significans, quod incisum Latine, hoc est partem periodi minorem: a κόπτω, cædo. Græce scribitur a *Cicer. in Orat.* c. 62. et *Quintil.* l. 9. c. 4. Latine autem aliquoties a *Diomed.* l. 2. *Valer. Probo, Donato,* et aliis Grammaticis. ¶ Præterea *commata* vocantur signa, quibus in scribendo utimur ad incisa distinguenda. *commas. Donat.* pag. 1742. *Putsch.* ¶ Sunt etiam in versu *commata,* et fere sunt, quas alii vocant *cæsuras,* cum scilicet post pedem, aut pedes dimetiendo syllaba superest, nec sententia absoluta est. Nam si sit absoluta, *colon* dicitur. (quamquam aliquando promiscue unum pro altero sumitur.) *Valer. Prob.* l. 1 pag. 1390. *Putsch. Beda de metris ibid.* pag. 2369. *Mar. Victorin.* l. 1. *Grammat. ibid.* 2498. &c. ¶ Quod nonnulli hic addunt de Nili aggeribus, V. in *Choma.*

COMMACĔRO, as, avi, atum, a. 1. idem ac macero, *to soften by steeping, macerate, Marcell. Empir.* c. 36. *ad fin.* Commacerare aliquid in aqua pluviali. ¶ Item terere, *to pound, bruise. Strabo Gall. de Lilio,* c. 14. Pistillo lilia præstat Commacerare gravi. [Secunda syllaba in *Commacerare* perperam corripitur.]

COMMACESCO, is, n. 3. *to grow lean, pine or waste away,* idem quod macesco. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 525. Noster Atticus iturus in curiam commacescebat. Al. leg. *cum macore accedebat.* quod magis est vero simile: quia *Non.* ibi de *macore* agit.

COMMACULĀTUS, a, um, maculatus. *Paulin. Nolan.* carm. 6. v. 164. Commaculatus sanguine. *stained, imbrued.*

COMMACŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to spot, stain, pollute all over,* idem quod maculo, aut valde maculo. *Virg.* ecl. 8. v. 47. Commaculare manus sanguine. *Tacit. Ann.* 1. c. 39. Sanguine suo altaria deum commaculare. ¶ Translate *Cic. pro Cæl.* c. 7. Commaculare se ambitu. *Sallust. in Jug.* c. 109. Commaculare se miscendo cum pessimis. *Id.* orat. 1. *ad Cæs. de repub. ordin. cir. med.* Commaculare laudes flagitiis. *Stat.* 11. *Theb.* v. 751. occursu dum non pia templa, domosque Commacules.

COMMADĔO, idem quod madeo, vel prorsus madeo. *Cato R. R.* c. 156. Coquito, usque dum ea commadebit bene.

COMMAGĒNE, &c. V. *Comagene.*

COMMALAXO, as, a. 1. subigere, exercere, maturare. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 103. Philosophia commalaxat eam partem.

COMMALLEŎLO, as, a. 1. *Hygin. de limitib. constit.* pag. 196. *Goes.* Quicumque modus limitem excedet, commalleolari debebit. *h. e.* præcidi, secari, ut videtur. Sed alii leg. *commallari,* alii *convallari.* Quidquid illud sit barbariem sapit.

COMMANDO, is, ansi, ansum, a. 3. *to chew, champ, masticate,* commanduco. *Seren. Sammon.* c. 36. v. 684. myrti frondes commandere prodest.

COMMANDUCATĬO, onis, f. *a chewing, champing; mastication,* διαμάσησις, actus commanducandi. *Scribon. Larg. compos.* 53. Dolor dentium sedandus commanducatione, et *compos.* 104. Commanducatio olivarum contusarum.

COMMANDUCĀTUS, a, um, *chewed, champed, masticated,* manducatus. *Plin.* l. 24. c. 4. Ulcera visco commanducato, et imposito sanari. *Scribon. Larg. compos.* 53. Portulaca commanducata.

COMMANDŪCO, as, avi, atum, a. 1. *to masticate, chew,* διαμασσάομαι, idem quod manduco, mando. *Plin.* l. 25. c. *ult.* Commanducantur et plantaginis radices. *Scribon. Larg. compos.* 9. Pyrethri radiculam commanducare. ¶ *Commanducor, aris,* deponentis forma. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 98. et cap. 7. n. 89. ipsum Commanducatur totum complexa, comestque. *Id. ibid. et* cap. 2. n. 422. mediastinum atque bubulcum Commanducatus corrupit. [¶ Particip. *commanducandus* apud *Scribon. compos.* 165. Commanducandus pastillus.]

COMMANĔO, es, n. 2. *to remain, abide,* idem quod maneo. *Macrob. Saturn.* 6. c. 8. *ad fin.* Qui in domo commanent. Adde *Augustin.* l. 22. *de Civ. Dei,* c. 8.

COMMANIPULĀRIS, is, m. *a soldier belonging to the same manipulus or company; a fellow-soldier, comrade,* commilito, qui est ex eodem manipulo. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 46. Prensare commanipularium pectora. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 521. n. 9. item aliam apud *Murator.* pag. 2034. n. 6. ubi est *commaniplaris.*

COMMANIPULARĬUS, ii, m. commanipularis. Legitur in *vet. Inscript.* (non tamen optimæ notæ) apud *Reines.* class. 8. n. 74. et apud *Gud.* pag. 146. n. 1.

COMMANIPULATĬO, onis, f. societas commanipulariuum. *Spartian. in Nigro,* cap. 10. Ut tota in expeditione in commanipulatione nemo focum faceret.

COMMANIPŬLO, onis, et

COMMANIPŬLUS, i, m. socius manipularis, miles in eodem manipulo. *Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 517. n. 9. et 532. n. 1. Aurelius Sextianus commanipulus et heres ejus, &c. Alia *ibid.* pag. 46. n. 10. Regressi cum commanipulis libentes votum solverunt. *Spartian. in Nigro,* cap. 10. Decem commanipulones securi percuti jussit. ¶ Contracte *Commaniplus* pag. 551. n. 4. apud eund. *Gruter.* Florus commaniplus ejus.

COMMANSUS, a, um, *masticated,* commanducatus: a *commando. Marcell. Empir.* c. 8. Radix rutæ commansa.

COMMARCĔO, es, ui, n. 2. *to wither, shrink, grow dull, languish,* marceo, vel langueo, segnis fio. *Ammian.* l. 17. c. 10. (*al.* 19.) Bellicosus ante hæc, et industrius repente commarcuit. *Id.* l. 31. c. 12. (*al.* 34.) Ut miles fervore calefactus æstivo, siccis faucibus commarceret.

COMMARGĬNO, as, a. 1. idem quod margino, margine munio. *Ammian. Marcell.* l. 31. c. 2. Commarginare pontes.

COMMARĪTUS, i, m. qui simul maritus est. *Plaut. Casin.* 4. 2. 18. Compar, commaritus, villicus.

COMMARTYR, yris, m. *a fellow-martyr,* συμμάρτυρ, socius in Martyrio. *Tertull. de anim.* c. 55. Solos illic commartyres suos vidit.

COMMASCŬLO, as, *to strengthen, fortify, brace, invigorate,* ἐπισχυρίζω, quasi dicas masculum ac virilem facere, corroborare. *Apul.* l. 2. *Metam.* His cognitis animum meum commasculo. et *Macrob. Saturn.* l. 7. c. 11. Commasculare frontem.

COMMASTĬCO, as, a. 1. *to masticate,* idem quod mastico. *Æmil. Macer. de Camomilla,* v. 36. Ægilopas curat, si quis commasticet illam.

COMMATĬCUS, a, um, *consisting of short sentences, sententious,* κομματικός, brevis, per commata, hoc est incise membratimque conscriptus. *Sidon.* l. 4. ep. 3. Hymnus commaticus, copiosus, dulcis, elatus. *Id.* carm. 23. v. 450. At si dicat epos, metrumque rhythmis Flectat commaticis, tonante plectro, Mordacem faciat silere Flaccum. *Hieronym. de Scriptor. Eccles.* in *Theotimo.* Veteris eloquentiæ breves commaticosque tractatus edidit.

COMMATRŌNA, æ, f. *Tertull. ad uxor.* l. 2. c. 8. Dives commatrona nomine inflata. *Al. aliter leg.*

[* COMMATURESCO, is, rui, escere, n. 3. *to ripen, come to maturity,* idem ac maturesco. *Colum.* l. 12. c. 49. Est et illa probata compositio, ut cum muria dura pausea alba ubi commaturuerit, omne jus defundatur. Ita legit *Schneiderus* ex Codice *Sangermanensi* pro *maturuerit,* quod dederat *Gesnerus.*]

COMMEABĬLIS, le, adject. qui ultro citroque commeat, vel qui facile pertransiri potest. *Arnob.* l. 2. pag. 84. Venæ fistulatæ, et commeabiles. *Id.* l. 7. pag. 233. Quidquid reciprocos halitus auris commeabilibus ducit.

COMMEATĀLIS, le, ad commeatum pertinens. *Commeatalis miles,* teste *Gothofredo,* dicitur is, cui in stipendii partem dantur alimenta ex commeatu, ac alimento publico. Legitur apud *Justinian.* lib. 1. *Cod.* tit. 27. leg. 2. ubi est qui putat legendum *commeatilis.*

COMMEĀTOR, oris, m. qui hac illac commeat. *Apul.* l. 11. *Metam.* et *in Apolog. de Mercurio:* Ille superum commeator, et inferum.

COMMEĀTUS, us, m. *a passage, right of passage; liberty of going and coming through any place,* στόλος πορευτικός, διάβημα, actus commeandi, transitus. *Plaut. Mil.* 2. 1. 64. In eo conclavi ego perfodi parietem, qua commeatus esset hinc huic mulieri. (Adde *Stich.* 3. 1. 44.) *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 23. Duobus commeatibus exercitum reportare constituit. *at twice. Pallad.* l. 1. tit. 3. Fauces commeatum liquidæ vocis exercent. ¶ Item ipsæ res, quæ commeant, v. g. classis. *Sueton. in Ner.* c. 20. Qui de novo commeatu Neapolim confluxerant. *Hirt. de B. Afric.* c. 34. Allienus secundum commeatum mittit ad Cæsarem. *the second convoy.* Adde *ibid.* c. 36. [† ¶ Etiam de alia (ait *Gesnerus*) multitudine una proficiscentium Commeatus dicitur. *Sall. Jug.* 47. 2. Frequentiam negotiatorum et commeatuum. *Tacit. Ann.* 14. 23. Londinum . . . copia negotiatorum et commeatuum maxime celebre. *Sed notandum est in utroque loco mentionem fieri de* negotiatoribus. *Apul. Met.* 8. 18. *de canibus in iter facientium multitudinem concitatis.* Per omnem nostrum commeatum morsibus ambulare.] ¶ Sæpe sumitur pro facultate et venia, quæ datur militibus discedendi ab signis ad certum tempus, *a furlow; leave of absence from the army for a certain time,* ἐξουσία. *Liv.* l. 3. c. 46. Dare commeatum alicui. *Vellei.* l. 2. c. 11. Cum commeatu petito, Romam venisset. *Tacit. Ann.* 15. c. 10. Quintam legionem procul habebat, reliquas promiscuis militum commeatibus infirmaverat. *Liv.* l. 33. c. 29. Esse in commeatu. *h. e.* abesse ab exercitu. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 1. leg. 22. Qui liberum commeatum impetraverunt. *h. e.* ubi velint morandi arbitrium, ut ibi exponitur. ¶ Extra rem militarem. *Vellei.* l. 2. c. 99. Commeatum acquiescendi a continuatione laborum petiit. *leave. Senec.* ep. 54. Longum mihi commeatum dederat mala valetudo: repente me invasit. *a respite. Id. in præfat.* l. 3. *quæst. nat. ad fin.* Assidua servitus sine intervallo, sine commeatu. *without intermission.* ¶ Pro tempore ipso, quo miles ire, et redire potest, ut et *Festus* in *Remeare* exponit. *the time allowed for a soldier's absence. Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 14. Qui ad diem commeatus non venit, quod eum aquæ interclusissent. *Paul. Dig.* lib. 49. tit. 16. leg. 14. Commeatus spatium excedere. ¶ Sæpissime ponitur pro annona exercitus, vel urbis, vel etiam privatorum, quæ aliunde commeando comportatur, *provisions, supplies, victuals,* ἐπισιτισμός. *Cic. pro leg. Manil.* c. 17. Cum ex omnibus provinciis commeatu et privato, et publico prohibebamur. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 23. Commeatibus nostros intercludere instituunt. *Id. ibid.* l. 2. c. 9. Sustinere commeatus. *to keep up an ample supply of provisions.* et lib. 3. c. 2. Petere commeatum. *to go in search of provisions; to forage. Nepos in Phoc.* c. 2. Privare civitatem commeatibus. *Curt.* l. 4. c. 2. Commeatum large et hospitaliter adducere. *Plaut. Epid.* 3. 2. 7. Importare commeatum in coloniam. *Curt.* l. 4. c. 9. Subvehere commeatus. *Id. ibid.* c. 10. Commeatuum copia. ¶ In hac significatione sæpe ita sumitur pro alimentis, ut frumentum non comprehendat: significat autem cibos et alia usui necessaria, quæ secum milites humeris vel jumentis comportant. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 23. Supportare frumentum, et commeatum. *Id. ibid.* c. 6. Frumenti, commeatusque inopia. *Id.* l. 1. c. 39. Rei frumentariæ, commeatusque causa. *Sallust. in Jug.* c. 50. Parati frumentum dare, commeatum portare. Sic *Plaut. Mil.* 2. 2. 69. Cibatus, et commeatus. ¶ Translate dicitur de aliis rebus. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 9. Commeatus argentarius. *a supply of money.*

COMMEDĬTOR, idem ac meditor. *to consider, take into consideration. Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 18. Locos egregie commeditari oportebit. *al. aliter leg.* ¶ Est item exercere, imitari, reddere. *Lucret.* l. 6. v. 111. Fragiles sonitus chartarum commeditatur. Sed hic quoque alii aliter.

COMMELETANDO, *h. e.* meditando, exercendo, τῷ μελετᾶν, usurpatum est ab *Hygino* fab. 165. ubi de Marsya: Tibiis assidue commeletando, sonum suaviorem faciebat. *Cave imiteris.*

COMMEMBRĀTUS, a, um, compactus, conjunctus. *Paulin. Nolan.* ep. 44. (*al.* 31.) c. 4. Commembrata in Domini corpore fidei compago.

COMMEMĬNI, isti, anom. *to remember, recollect, have in remembrance,* διαμέμνημαι, simul memini, vel idem, quod simplex memini. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 53. Quem hominem probe nosse, et commeminisse se, aiebat. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 25. Ecquid commeministi punice? *Ter. Phorm.* 3. 2. 28. Si satis commemini.

COMMEMORABĬLIS, e, adject. *worthy of being remembered, memorable,* dignus commemoratione, memorabilis. *Cic. pro Marcell.* c. 4. Vir optimus, et commemorabili pietate, ac virtute præditus. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 111. Pugna clara, et commemorabilis.

COMMEMORAMENTUM, i, n. *a remembrance. Cæcilius* apud *Non.* c. 2. n. 115. Pudebat, credo, commemoramentum stupri.

COMMEMORANDUS, a, um, *memorable, worthy of memory,* commemorabilis, memoria dignus. *Cic. Verr.* 1. c. 14. O commemoranda judicia, &c. *Id. Fam.* 1. ep. 9. Divina quædam, et commemoranda liberalitas.

COMMEMORATĬO, onis, f. *a reminding, putting in mind, calling to recollection; a detail, recounting,* ὑπόμνησις. *Cic. pro Arch.* c. *pænult.* Non cum vitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri. *Terent. Andr.* 1. 1. 16. Isthæc commemoratio quasi exprobratio benefici est. [pro *benefici* lege *beneficii.*] [† Immo potius lege *benefici,* metro jubente, quam lectionem præbere video vel *Edit. Plantin. Westerhovius,* cum recentiorum multis aliis, *beneficii;* satis insulse.] *Cic. Verr.* 3. c. 39. Verres in assidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuit.

COMMEMORĀTOR, oris, m. qui commemorat. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 26. Commemorator, non oblitterator vetustatum.

COMMEMORĀTUS, us, m. commemoratio. *Apul. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) Quibus verbis gratias habiturus sum commemoratu meo? *h. e.* ego commemorando? In aliis casibus exempla nondum vidimus.

COMMEMORĀTUS, a, um, *mentioned, called to mind,*

memoratus. *Nazar. in paneg. Constantini*, c. 8. Incrementum felicitatis est malorum commemorata depulsio.

COMMEMŌRO, as, avi, atum, a. 1. *to mention, make mention of, call to mind, detail, recount, relate*, ὑπομιμνήσκω, mentionem facio, dico, narro. *Cic. de Senect.* c. 11. Quid quaque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi. *Id. de Offic.* l. 3. c. 6. *a med.* Consulens ei, quam sæpe commemoro, humanæ societati. *Id. de Amic.* c. 20. Beneficia non debet commemorare, qui contulit. *Id.* 3. *de Orat.* c. 20. Metrodorus, de cujus memoria commemoravit Antonius. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 13. Omnes de tua virtute commemorant. *Id. pro Quint.* c. 2. Quid hoc iniquius dici, aut commemorari potest? *Terent. Phorm.* 4. 5. 3. Cui dem, quamobrem dem, commemorabo. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 66. Quibusdam de causis, quas commemorari non est necesse. *Terent. Phorm.* 5. 8. 42. Quid ego commemorem singillatim, qualis, &c? ¶ Deponentis forma. *Augustin. enarrat. in Psalm.* 54. Homines malos, quos patitur, commemoratus est. Al. leg. *commemoraturus.*

COMMENDABĬLIS, le, *commendable, laudable, praiseworthy*, qui commendari potest, ἐπαινετός. *Liv.* l. 42. c. 5. Perseus multis cædibus infamis, nec ullo commendabilis merito. *Colum.* l. 5. c. 6. *sub fin.* Densum arbustum commendabile est fructu, et decore. *Trebell. Poll. in XXX. Tyran.* c. 16. Facere aliquem commendabiliorem alicui.

COMMENDATIO, onis, f. *commendation, recommendation*, σύστασις, actus commendandi. *Cic. Fam.* 1. ep. 3. Ut intelligat, meam commendationem non vulgarem fuisse. *Id. ibid.* l. 12. ep. 26. Caput est meæ commendationis, ne patiare, &c. et l. 13. ep. 32. Ne exæquare videar ambitione quadam commendationes meas. *Sueton. in Cæs.* c. 75. Dare aliquid alicui ex commendatione alicujus. *Cic. Fam.* 13. ep. 28. Facere aliquid commendatione alicujus. Adde *ibid.* ep. 15. 16. 26. 30. 33. 34. &c. *Nepos in Alcib.* c. 1. Tanta erat commendatio oris, atque orationis, ut &c. *Cic. in Pison.* c. 1. Commendatio fumosarum imaginum. *Id. pro Flacc.* c. 11. famæ. *Id. pro Planc.* c. 13. naturæ. *Id.* 2. *de Orat.* c. 87. oculorum. *Plin.* l. 15. c. 3. *ad fin.* Oliva oleo suo condiuntur sine arcessita commendatione. ¶ Est item laus, *praise*, αἴνεσις. Sed hæ duæ notiones eodem fere recidunt. *Cic. Fam.* 1. ep. 7. *a med.* Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui. *Id. de Fin.* l. 2. c. 12. Ponere aliquid in prima commendatione. *h. e.* primam laudem ei tribuere. *Plin.* l. 36. c. 22. Candor est in commendatione. *is in repute. Id.* l. 37. c. 5. *ad fin.* Beryllis summa commendatio in longitudine.

COMMENDATĪTIUS, a, um, συστατικός, id, quo quis, vel quid commendatur, ut commendatitiæ litteræ, *letters of recommendation, commendatory letters*, συστατικαὶ ἐπιστολαί. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 5. Statueram nullas ad te litteras mittere, nisi commendatitias. ¶ Dicuntur etiam *Commendatitiæ* absolute. *Augustus* apud *Macrob.* l. 2. c. 4. Accipe commendatitias, quia illic neminem nosti. ¶ Scribitur et *commendaticius*: atque ita edidit *Torrentin.* ex *Pandect. Florentinis Dig.* lib. 41. tit. 1. *leg. pænult.*

COMMENDATĪVUS CASUS dictus est a quibusdam casus dandi, quia verbis commendatoriis aptus est. *Priscian.* l. 5. pag. 670. *Putsch.*

COMMENDĀTOR, oris, m. *a commender, praiser*, qui commendat. *Plin.* l. 6. ep. 23. *in fi.* Fautor, et commendator. Adde *Vopisc. in Probo*, c. 2. *Nazar. in Paneg. Constant.* c. 4. et *Symmach.* l. 1. ep. 40.

COMMENDATORĬUS, a, um, adject. *commendatory*, idem quod commendatitius. *Sidon.* l. 9. ep. 10. Quem litteris non commendatoriis minus, quam refusoriis jam placatus insinuo.

COMMENDĀTRIX, icis, f. quæ commendat. *Cic.* 1. *de Leg.* c. 22. Lex commendatrix virtutum. *Plin.* l. 8. ep. 20. Terra miraculorum ferax, et commendatrix.

COMMENDĀTUS, a, um, *commended, entrusted*, σύστατος, commissus, concreditus, depositus. *Cic. Phil.* 11. c. 9. Commendatus, et commissus. *Id. pro Dom.* c. 56. Non modo commissus, verum etiam commendatus. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 39. Commendatus, et concreditus. *Id.* 2. *de Legib.* c. 9. Sacrum, sacrove commendatum qui clepserit, parricida esto. *Trebon. ad Cicer.* l. 11. *Fam.* ep. 16. *in fi.* Matrem, meosque tibi commendatos habe. *Cic. ibid.* ep. 26. Ceteris rebus habeas eos commendatissimos. *Id.* 2. *Phil.* c. 13. Quæ res gloriosior? quæ commendatior erit memoriæ hominum sempiternæ? ¶ Item laudatus, in pretio habitus, *praised, commended*, ἐπαινετός. *Petron. in Satyr.* c. 110. Vultus commendatior. *Plin.* l. 16. c. 36. Calami commendatiores. *Id.* l. 35. c. 18. Commendati honore aliquo litterarum.

COMMENDO, as, avi, atum, a. 1. *to commit to any one's charge, consign to any one's care, entrust with*, [diligenter et totum mando, ac velut in manum do.] tradere, committere, deponere, συνίστημι. *Ulpian. Dig.* lib. 50. *tit. pænult.* leg. 186. Commendare nihil aliud est, quam deponere. *Justin.* l. 35. c. 2. Demetrius duos filios apud hospitem cum magno auri pondere commendaverat. *Spartian. in Pescen. Nigr.* c. 10. Jussit, ne in zonis milites ad bellum aureos, vel argenteos nummos portarent, sed publice commendarent. *Papinian. Dig.* lib. 16. tit. 3. leg. 24. Centum nummi, quos hac die commendasti mihi. *Paul. Sentent.* lib 1. *tit. ult.* Qui corpus ad tempus alicui loco commendatum nudaverit. V. *Commendatus.* ¶ Translate *Cic. Fam.* 11. ep. 10. Commendare aliquid litteris. *to commit. Id.* 2. *de Orat.* c. 9. aliquid immortalitati. *to consign Id.* 5. *Fam.* ep. 12. aliquem sempiternæ gloriæ. *Id. de Harusp. resp.* c. 7. aliquid auctoritati, fidei, prudentiæ alicujus. *Hirt. de B. Afric.* c. 34. Commendare se fugæ. ¶ Est etiam alicui tradere, ut faveat, opituletur, curam habeat, *to commend, recommend*: quæ significatio vel parum, vel nihil a priori differt. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 6. *ad fin.* Nunc tibi omnem rem atque causam, meque totum commendo, atque trado. *Id. ad Brut.* ep. 6. Diligentissime commendare aliquem. *Id.* l. 7. ep. 29. aliquem de meliore nota. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. Intime commendare aliquem. *Terent. Eun.* 5. 9. 9. se alicui in clientelam, et fidem. Al. aliter leg. ¶ *Commendare ad aliquem* pro *alicui*, quod nos dicimus, *to commend to any one*, dixit *Hygin.* fab. 3. *extrem.* et 96. Significat autem mittere ad aliquem, ut sub ejus custodia, et tutela sit. ¶ *Commendare* etiam dicuntur ea, quæ augent pretium, aut pulcritudinem rei, *to set off, grace, credit, procure favour or esteem. Cic. in Bruto*, cap. 59. *in fi.* Nulla re magis commendatur orator, quam verborum splendore et copia. *Plin.* l. 9. ep. 5. Commendare justitiam suam provincialibus humanitate. *Plin. alter.* l. 36. c. 6. Marmora commendantur maculis, aut coloribus. *derive value from. Id.* l. 23. c. 9. Myrti semen commanducatum oris odorem commendat. *improves, corrects, sweetens. Gell.* l. 7. c. 3. *sub fin.* Nunc commendat, nunc objurgat, nunc &c. *praises.* ¶ In malam partem pro notare. *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 6. leg. 15. (*al.* tit. 5. leg. 30.) Tutorem fraudulenta conversatio suspectum commendat. *renders him an object of suspicion.* [¶ Particip. *commendandus* apud *Cic. Offic.* l. 3. c. 10. Cum is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset.]

COMMENSUS, us, m. *the measure or size of a thing in proportion to another; symmetry*, congruentia mensurarum, συμμετρία. Negat *Plin.* l. 34. c. 8. Græcam vocem *συμμετρία* habere Latinum nomen: *commensum* tamen jam appellaverat *Vitruv.* qui scribit l. 3. c. 1. Reliqua membra suos habent commensus proportionis. *et mox.* Similiter ædium membra convenientissimum debent habere commensuum responsum.

COMMENTACŬLA (alii *Commotacula* a *motando*, hoc est movendo) virgæ, quas Flamines portant pergentes ad sacrificium, ut a se homines amoveant. *Festus.* ¶ *Commentaculum* (alii *commotaculum*) genus virgulæ, qua in sacrificiis utebantur. *Idem.* Utraque interpretatio ejusdem rei est, idemque significat.

COMMENTARIENSIS, is, m. qui commentariis præest, hoc est libris, in quibus publice aliquid scribitur, ὑπομνηματογράφος. Speciatim Commentarienses dicti sunt, qui acta perscribebant, quoties apud Fiscum agebatur, *notaries, clerks*, ut apparet ex *Paulo Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 45. ¶ Item qui præerant carceri, et vinctorum nomina in commentarium referebant, *jailors, keepers of prisons, whose duty it was to make out a list of the prisoners committed to their care, with an account of their several offences, and to deliver the same to the judge monthly*, ut patet ex *Leg.* 4. tit. 4. qui est de custodia reorum lib. 9. *Cod. Justinian.* Horum meminit etiam *Callistrat. Dig.* lib. 48. tit. 20. qui est de bonis damnatorum, leg. 6. Sic *Jul. Firmic.* l. 3. c. 6. *a med.* Commentarienses, quibus damnatorum cura committitur. ¶ Præterea enumerantur inter officiales Præfecti Prætorio Africæ a *Justinian.* lib. 1. *Cod.* tit. 27. in notitia quæ subjicitur legi primæ ejus tituli: et multiplex Commentariensium gradus ibi innuitur. ¶ Fuere etiam in militia. *Ascon. in Verrin.* 3. c. 28. Accensus est nomen ordinis, et promotionis in militia: ut nunc dicitur princeps, vel commentariensis, aut cornicularius. Hæc enim nomina de legionaria militia sumpta sunt.

COMMENTARIŎLUM, i, n. *a short commentary*, ὑπομνημάτιον, parvum commentarium. *Q. Cic. de petit. consul. in fi.* Volo enim hoc commentariolum petitionis haberi omni ratione perfectum. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 4. Neque a commentariolis suis discedere. Adde lib. 1. *de orat.* c. 2. ¶ Masculino gen. *Hieronym. sub init.* ep. 152. (*al.* 119.) *ad Minerv.* Qui in sacram Scripturam commentariolos reliquerunt.

COMMENTARĬUS, ii, m. et Commentarium, ii, n. *a book of memoirs, memorandum-book, brief register or journal; a short commentary, short narration*, ὑπόμνημα, liber, in quo res continuate et diligenter, simpliciter tamen, et sine ornamentis, breviter, et quasi per capita describuntur, memoriæ gratia: a *commentor, aris.* Hinc Cæsar libros de bellis a se gestis *commentarios* inscripsit, quod nudi essent, omni ornatu orationis, tamquam veste, detracto, ut *Cic. in Bruto.* c. 75. scribit. *Id. ibid.* c. 44. Ipsa illa non est oratio, sed quasi capita rerum, et orationis commentarium paulo plenius. *Id. Fam.* 5. ep. 12. *sub fin.* Conficere commentarios rerum omnium. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 9. Ut commentarium indicat vetus anquisitionis M. Sergii. *Sueton. in Aug.* c. 64. Referre in commentarios diurnos. *Gell.* l. 1. c. 23. Indere aliquid commentario. *Vellei.* l. 2. c. 60. Corrumpere commentarios actorum. *Senec.* ep. 33. Turpe est seni ex commentario sapere. *Liv.* l. 39. c. 47. Senatus quæri jussit ab eo, ecquem de his rebus commentarium a patre accepisset. *what instruction.* Loquitur de Demetrio filio Philippi Regis Macedonum, misso legato a patre ad Romanum Senatum. ¶ In judiciis *commentarius* est libellus, in quo causæ agendæ summa capita perscripta sunt, *a brief. Senec. in proœm.* l. 3. *excerpt. contror.* Sine commentario nunquam dixit: nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. *Cic. Verr.* 7. c. 21. Recita commentarium. ¶ Est etiam expositio, et interpretatio Scriptorum, *a comment, annotation, commentary, short interpretation, brief explanation*: cum scilicet breviter, et nude adnotantur ea, quæ expositione indigent. *Gell.* l. 2. c. 6. Grammatici, qui commentaria in Virgilium composuerunt. *Id.* l. 1. c. 12. In commentariis Labeonis, quæ ad duodecim tabulas composuit. Adde cap. 21. &c. ¶ Etiam adjective usurpari videtur. *Id.* l. 14. c. 3. Xenophon in libris, quos dictorum atque factorum Socratis commentarios reliquit. ¶ *A commentariis* dicitur, qui commentariis præest. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 307. n. 1. pag. 578. n. 1. pag. 587. n. 6. pag. 592. n. 4. et 5. et alibi: et est inter officia domus Augustæ. [*Commentarium custodiarum* est (ut ait *Cic.* 6. *Verr.* c. 57.) ratio carceris, quæ diligentissime conficitur, quo quisque die datus in custodiam, quo mortuus, quo necatus sit. *Vet. Inscript. in Museo Olivieri.* Et in *Monument. ad Class. Ravenn. erut.* pag. XII. et XXVIII.]

COMMENTATIO, onis, *a meditating, contemplating, thinking upon, considering*, διανόημα, actus commentandi, meditatio. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 27. Quos locos multa commentatione, atque meditatione paratos habere debetis. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 30. *extr.* Tota philosophorum vita commentatio mortis est. ¶ Item ipsa lucubratio commentando confecta. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 33. Subitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit. *Plin.* l. 6. c. 17. Seneca, tentata Indiæ commentatione, &c. *a description. Id.* l. 28. c. 1. Exstant Democriti commentationes. *dissertations, essays. Id.* l. 8. c. 16. Commentatio Aristotelis de natura animalium.

COMMENTĀTOR, oris, m. *an inventor, contriver*, εὑρετής, qui commentatur et excogitat aliquid. *Apul. in Apolog.* Omnium falsorum commentator, omnium simulationum architectus. *Tertull. de resurr. carn.* c. 33. Nullam parabolam non aut ab ipso invenias edissertatam, aut a commentatore Evangelii præluminatam. *h. e.* ab eo, qui Evangelium conscripsit. V. *Luc.* cap. 18.

COMMENTĀTUS, a, um, *considered, meditated, thought upon, deliberated upon*, διανοηθείς, μεμελετημένος, meditatus, passive. *Cic. de clar. Orat.* c. 88. Sua et commentata et scripta meminisse. *Q. Cic. ad Tiron. Fam.* 16. *ep. pænult.* Commentata oratio.

COMMENTĬOR, iris, dep. 4. *to feign, pretend, assert falsely*, ψεύδομαι. *Divi fratres in quadam epist.* apud *Ulpian.* lib. 48. *Dig.* tit. 18. leg. 1. *ad fin.* Quos habere se, commentitus fuerat. Ita *Torrentin.* et *Gothofr.* Al. leg. *commentus. Apul. de Deo Socrat.* Si qua commentiatur, redarguere. *Id. sub init.* l. 7. *Metam.* Virum commentitus bonum.

COMMENTITIUS, et Commenticius, a, um, *invented, discovered by thinking; fictitious, imaginary, commentitious*, ἐπίπλαστος, commentando inventus, excogitatus: tum in bonam, tum in malam partem. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 28. Commentitii et ficti Dii. *Id.* 5. *de Fin.* c. 30. Nomina nova et commentitia. *Id.* 1. *de Orat.* c. 53. Commentitia civitas Platonis. *Paul. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 20. Jure commentitio receptum est. *h. e.* novo, recenter constituto. *Sueton. in Claud.* c. 21. Commentitia spectacula. *newly invented*: et usitatis opponuntur. *Gell.* l. 3. c. *ult.* Si licet res commentitias dicere. *matters of one's own fancy. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 8. Futiles et commentitiæ sententiæ. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 15. Crimen commentitium. *an accusation without grounds; a false accusation. Gell.* l. 12. c. 1. Commentitiæ fraudes.

COMMENTŌ, as. V. in fine vocis sequent.

COMMENTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to meditate, think, muse upon, consider attentively*, μελετάω, διανοέω, mente verso, meditor, excogito vel solus, vel cum aliis: a particip. *commentus* verbi *comminiscor. Cic. de Amic.* c. 2. His proximis Nonis cum in hortos Bruti auguris commentandi causa, ut assolet, venissemus (loquitur *Cic.* de Auguribus, qui statis diebus conveniebant de auguriis aut captis, aut capiendis meditaturi) *Id.* 3. *Tuscul.* c. 14. Commentari secum futuras miserias. *Id. Fam.* 4. ep. 6. *sub fin.* Te exopto quamprimum videre, ut commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus. *Id.* 3. *Phil.* c. *pænult.* Commentari atque meditari de aliqua re. ¶ Est etiam scribendo componere. *to plan, contrive, compose. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 29. Commentari orationem in aliquem. *Id. Phil.* 11. c. 6. Commentari mimos. *Plin. in præfat. hist. natur. ad fin.* Cato commentans de militari disciplina. *Plaut. Pœn. prol.* v. 1. Achillem Aristarchi mihi commentari lubet. *h. e.* scribendo imitari Achillis comœdiam ab Aristarcho conscriptam. ¶ Item

disputare, *h. e.* quæ commentatus fueris, disserere. *Gell.* l. 1. c. 9. Neque percontari, neque commentari quæ audierat, fas erat. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 25. Satis ne videor pro meo jure in vestris auribus commentatus? ¶ Item disputando exponere, *to comment or remark upon. Sueton. de Illustr. Grammat.* c. 2. Carmina diligentius retractare, ac legendo commentandoque etiam ceteris nota facere. ¶ Item cogitando invenire, *to invent, devise, contrive. Plaut. Cas.* 2. 3. 25. Ut cito commentatus est! *scil.* fallaciam. ¶ Olim dictum est etiam *commento, as,* teste *Priscian.* l. 8. pag. 797. *Putsch. Plaut. Men.* 5. 7. 30. Nimis bene ora commentavi, atque ex mea sententia. Al. aliter leg. Atque ipsum *commentavi* mirum est, quam varie a variis exponatur. V. *Taubman.*

COMMENTOR, oris, m. *a deviser, inventor,* εὑρετής, qui aliquid excogitat, inventor. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 785. Luce sua ludos uvæ commentor habebat. *h. e.* Bacchus.

COMMENTUM, i, n. *a thought, contrivance, invention; a fiction, feigned story,* διανόημα, πλάσμα, μηχάνημα, res meditando inventa: a supino verbi *comminiscor. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 2. Opinionum commenta delet dies, naturæ judicia confirmat. *Terent. Andr.* 1. 3. 20. At ipsis commentum placet. *Liv.* l. 1. c. 19. Metus deorum descendere ad animos sine aliquo commento miraculi non posset. *Plin.* l. 22. c. 24. *ad fin.* Officinarum hæc, immo verius avaritiæ commenta sunt. *Id.* l. 35. c. 13. *commenta terræ* appellat quasdam terræ miras proprietates, et veluti miracula: quasi hæc illa cogitando invenerit. Ita enim legit *Harduin.* ex MSS. Alii *segmenta.* ¶ In illo *Justini* l. 21. c. 4. Ut religione votorum nefanda commenta tegerentur: *commenta* sunt meditata consilia dominationis occupandæ.

COMMENTUS, a, um, particip. verbi comminiscor. *having devised or contrived. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 23. Monogrammos Deos, et nihil agentes commentus est Epicurus. *Plaut. Amph.* 3. 3. 23. Fac, Amphitruonem advenientem ab ædibus ut abigas quovis pacto: fac, commentus sies. *h. e.* fallacias excogites. Male *Non.* c. 2. n. 152. exponit, communitus. ¶ Passive *Ovid.* 6. *Metam.* v. 565. Dat gemitus fictos, commentaque funera narrat. *h. e.* ficta, excogitata. *feigned, fictitious. Id.* 1. *de ar. am.* v. 319. Sacra commenta. *eod. sensu. Paul.* lib. 5. *sentent.* tit. 4. Commenta fraus. *h. e.* excogitata.

COMMĔO, as, avi, atum, n. 1. *to go to and fro, go and come, pass,* ultro citro ire, ut *Fest.* exponit in *Remeare,* διαπορεύομαι. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 33. Sursum deorsum, ultro citroque commeare. et l. 3. c. 12. Commeare retro. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 19. Sidera ab ortu ad occasum commeantia. *Id. Attic.* l. 8. ep. 9. Crebro illius litteræ ab aliis ad nos commeant. *Id. pro leg. Manil.* c. 18. Insula Delos, quo omnes undique cum mercibus commeabant. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 1. Mercatores ad eos sæpe commeant. *Plin.* l. 2. ep. 7. Commeare præter statuam. *Nepos in Eumen.* c. 8 Commeare via aliqua. *Gell.* l. 6. c. 10. E domo sua Megaris Athenas ad Socratem commeabat. *Id.* l. 17. c. 11. Spiritus a summo ore in pulmonem, atque inde rursus in os commeat. *Curt.* l. 4. c. 4. *ad fin.* Commeantes mari libero. *Cels. Dig.* l. 43. tit. 18. *leg. ult.* Commeare per fundum. ¶ Translate *Cic. pro Cœl.* c. 16. Cujus in hortos, domum, Baias jure suo libidines omnium commearent. ¶ Cum accusativo. *Plaut. Capt.* 1. 2. 82. Nam meus scruposam victus commeat viam. (V. *Commeto.*) *Modestin. Dig.* lib. 48. tit. 10. leg. 27. Qui usus falso diplomate vias commeavit. ¶ Passive impersonaliter. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 18. *leg. ult. extr.* Si sine ponte commeari non possit. *Id. Dig.* lib. 9. tit. 3. leg. 1. Sine periculo per itinera commeari.

COMMERCĀTUS, a, um, particip. activæ significationis V. *commercor.* ¶ Passive *bought, purchased. Afran.* apud *Non.* c. 1. n. 117. Jucunditatis plus inest in te mihi, quam commercatis conquisite eduliis.

COMMERCĬUM, ii, n. *commerce, commercial intercourse, exchange of one thing for another, interchange of any thing, trade, traffic, bartering of wares,* συνάλλαγμα, emendi merces, et vendendi invicem jus, ut *Ulpian. regular.* tit. 19. definit: item facultas comportandi merces ex uno in alium locum. *Sallust. in Jug.* c. 21. Mare magnum, et ignara lingua commercia prohibebant. *Cic. Verr.* 5. c. 4. In agro Segestano Panormitanis commercium est. *Plin. in Paneg.* c. 29. Diversas gentes ita commercio miscuit, ut quod genitum esset usquam, id apud omnes natum esse videretur. ¶ *Commercium alicujus rei* habere dicitur is, qui eam vel alienare, vel acquirere potest. *Cic. Verr.* 6. c. 59. *extr.* L. Crasso, Q. Scævolæ commercium signorum et tabularum pictarum cum Græcis hominibus non fuit. *could not treat with. Liv.* l. 43. c. 5. *ad fin.* Ut denorum equorum iis commercium esset. *h. e.* ut denos equos emere possent. Adde *Paul. Dig.* lib. 41. tit. 1. leg. 62. et lib. 30. tit. 1. leg. 39. *in fi.* et *Ulpian.* lib. 45. tit. 1. leg. 34. Hinc *Impp. Dioclet. et Maxim.* lib. 8. *Cod.* tit. 51. leg. 10. 11. 12. &c. Res commercio redimere. *h. e.* jure recuperandi. ¶ Pro ipsis rebus, quæ commercio distrahuntur. *wares, commodities, merchandise. Plin.* l. 35. c. 13. Sabulum portare cum reliquis commerciis militaribus. ¶ Item pro locis, in quibus exercetur. *Id.* l. 37. c. 3. Qui commercia hæc et litora peragravit. Adde *Claudian.* lib. 1. *in Eutrop.* v. 58. ¶ Translate pro usu, et consuetudine. *communication, intercourse, fellowship, converse. Cic. Tuscul.* 5. c. 23. Habere commercium cum Musis. *Id. de Senect.* c. 12. Voluptas nullum habet cum virtute commercium. *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 10. v. 35. Exercent illi sociæ commercia linguæ. *Vellei.* l. 2. c. 65. Commercia epistolarum. *correspondence. Sil.* l. 2. v. 506. culpæ. *Curt.* l. 8. c. 9. vitiorum. *Liv.* l. 5. c. 15. studiorum. *Sueton. in Claud.* c. 42. sermonis. *Virg.* 10. *Æn.* v. 532. Commercia belli. *h. e.* facultas vicissim redimendi captivos, et vicissim ignoscendi. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 81. Commercia belli dirimere. *Id. in Agric.* c. 2. Commercium loquendi, et audiendi. *Plaut. Aulul.* 4. 4. 4. Quid tibi mecum est commercii, senex? *what hast thou to do with me?* ¶ De consuetudine stupri *Id. Trucul.* 1. 1. 77. et *Sueton. in Calig.* c. 36. et *Valer. Max.* l. 8. c. 2. n. 2. *criminal intercourse.* ¶ Exercere commercium strenarum, apud *Sueton. in Tiber.* c. 34. est strenas, ac munuscula vicissim dare, et accipere. [¶ Videtur usurpari etiam pro annona, seu commeatu. *Plin.* l. 26. c. 4. Romani duces primam semper in bellis commerciorum habuere curam. *Frontin. strateg.* l. 2. c. 5. Certior factus hostem inopem commercio laborare. ¶ Ponitur etiam pro pretio. *Juvenc.* lib. 3. v. 310. Vel quæ digna queunt animæ commercia poni?] ¶ Antiqui *commircium* scripserunt: sed ea scriptura iis est relinquenda. *Vel. Long. de Orthogr.* pag. 2236. *Putsch.*

COMMERCOR, aris, atus sum, dep. 1. *to buy together, purchase, buy up,* simul mercor, coemo, συμπρίαμαι. *Plaut. Pers.* 4. 9. 12. Qui hic commercaris cives homines liberos. *Sallust. in Jug.* c. 70. Commercari arma.

COMMERĔO, ēres, rui, eritum, a. 2. *to merit, deserve,* ἀξιοῦμαι, idem quod mereo: et fere in malam partem. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 5. Interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse confiteretur. *Terent. Hecyr.* 4. 2. 4. Numquam sciens commerui, merito ut caperet odium illam mei. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 4. An semel est pœnam commeruisse parum? ¶ Aliquando est committere, admittere, *to commit. Plaut. Mostell.* 5. 2. 56. Commerere noxiam. *Id. Merc.* 4. 6. 12. et *Terent. Phorm.* 1. 4. 28. culpam in se. *Plaut. Epid.* 1. 1. 59. aliquid mali in se. ¶ Absolute. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 362. Quid bos, quid placidæ commeruistis oves? *what harm have ye done? Terent. And.* 1. 1. 112. Quid commerui, aut peccavi pater? *what punishment do I deserve, or wherein have I offended?* ¶ Est etiam *Commereor, eris, eritus sum* dep. eodem prorsus usu, et significatione. *Terent. Hecyr.* 3. 5. 36. Numquam quicquam erga me commerita est, quod nollem. *h. e.* admisit. *Arnob.* l. 2. pag. 93. Cœpit Jupiter certo tempore cultus et sacrificia commereri, *to merit, claim.* ¶ Particip. commeritus activa significatione, *Plaut. Aulul.* 4. 10. 8. Me hanc culpam commeritum scio. *Gell.* l. 1. c. 6. Commeritus est fidem sedulitatis et veritatis. *he hath justly acquired a character for diligence and veracity.* ¶ Passive *Plaut. Trinum.* 1. 1. 4. Amicum concastigabo pro commerita noxia. *h. e.* pro culpa admissa.

COMMERĔOR. V. vocem præced.

COMMETĬOR, iris, ensus sum, dep. 4. *to measure, measure accurately, adjust, proportion,* συμμετρέω, idem quod metior, vel simul metior. *Colum.* l. 5. c. 1. Reperire rationem de commetiendis agris. *Plaut. Mostell.* 3. 3. 8. Omnes porticus sumus commensi. *Cic. de Iuvent.* l. 1. c. 26. Commetiri oportet cum tempore negotium.

COMMĒTO, as, n. 1. *to go frequently, be in the habit of going,* frequentat. a commeo. *Nævius* apud *Non.* c. 2. n. 163. Cum ad lupam nostram tam multi crebro commetant lupi. *Afran. ibid.* Quo tu commetas? *Bentlei. ad Horat.* l. 2. sat. 5. v. 79. restituendum putat *Terentio Heaut.* 3. 1. 35. Commetare ad mulierculam. et *Plauto Capt.* 1. 2. 82. Commetare viam scruposam. quod et *Taubman.* viderat. Alii utroque loco *commeare.*

COMMICTĪLIS, le, adject. a *cum,* et *mingo,* vilis, contemptibilis, quasi qui commingi possit. *Pompon.* apud *Non.* c. 2. n. 109. Servus comicus commictilis. *wretched, contemptible.*

COMMICTUS, a, um, mingendo conspurcatus. *Commictum cœnum* apud *Plaut. Pers.* 3. 3. 3. est convicium in hominem vilem ac spurcum. *a paltry, dirty, sorry wretch; a slubberdegullion.* Apud *Catull.* carm. 97. v. 10. *ad Juvent.* Commicta lupa. *h. e.* scortum vulgatissimum. *a dirty drab.* Alii leg. *Comminctа,* ab eodem verbo *commingo*: alii *commixta.*

COMMIGRATĬO, onis, f. *a removing, migrating. Senec. Consol. ad Helv.* c. 6. *de stellis.* Aliunde alio commigratio est.

COMMĬGRO, as, avi, atum, n. 1. *to remove from one place to another; to migrate, flit, change one's place of abode,* idem quod migro, vel simul migro, μετοικέω. *Cic. ad Q. Fr.* l. 2. ep. 3. *ad fin.* In domum tuam commigrabis. *Terent. Adelph.* 4. 5. 15. Neque diu huc commigrarunt.

COMMĪLES, litis, m. *a fellow-soldier, comrade, companion in war,* socius, vel auxiliarius in militia, commilito. *Plin.* l. 37. c. 2. Commilitibus singulis H-S quinquaginta data. *Harduin.* ex MSS. leg. militibus. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 29. Commilitesque nonnulli graviores sermones, &c. Ita quædam Editiones, atque in his Aldina 1513. nec improbat *D. Vossius*: sed alii *commilitones*: et *Davis.* suspicatur legendum *comminitantesque. Inscript.* apud *Murator.* pag. 819. n. 4. L. Heterio Q. F. Cent. leg. Galbianæ Jul. Roscius commiles.

COMMILITĬUM, ii, n. *fellowship in war, joint warfare; a company of fellow-soldiers,* συστρατεία, societas militiæ. *Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 60. Chauci, cum auxilia pollicerentur, in commilitium asciti. *Plin.* l. 10. ep. 18. Instructus commilitio tuo. *h. e.* doctus militarem disciplinam, quia tecum militavit. *Quintil.* l. 5. c. 10. *sub fin.* Uti commilitio alicujus. *h. e.* militare simul cum aliquo. *Vellei.* l. 2. c. 29. Assuetus commilitio prudentissimi ducis. ¶ Translate *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 5. v. 72. Et commilitii sacra tuenda putas. *h. e.* communionem studiorum. Sic *Apul. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) Jura amicitiæ a commilitio studiorum inchoata.

COMMILĪTO, as, n. 1. simul milito. *Flor.* l. 3. c. 5. Luna quasi commilitans, cum a tergo se hostibus præbuisset, umbras suas quasi hostium corpora petebant. *as if joining in the fight.*

COMMILĪTO, onis, m. *a fellow-soldier, comrade,* socius militiæ, συστρατιώτης. *Cic. pro Deiot.* c. 10. Qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit. *Vellei.* l. 2. c. 59. Habere aliquem commilitonem belli. *Sueton. in Cæs.* c. 67. Nec milites eos pro concione, sed blandiori nomine commilitones appellabat. Adde *in Aug.* c. 25. *Quintil.* l. 6. c. 3. *post med.* et *Aurel. Vict. in Epit.* c. 1.

COMMINABUNDUS, a, um, adject. comminativus, *threatening, menacing. Tertull.* l. 4. *adv. Marc.* c. 15. Comminabundus nobilibus, et superbis.

COMMĬNANS, antis, *threatening greatly,* qui comminatur. *Apul.* l. 10. *Metam.* Pupillæ acre comminantes. Adde lib. 6. ¶ Item agens, ducens, a *mino, as, driving together. Id. ibid.* l. 7. Gregatim pecua comminantes.

COMMINATĬO, onis, f. *a threatening, menacing,* ἀπειλή. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 54. Orationis est vel ad usum comminatio, et quasi petitio &c. *Sueton. in Tiber.* c. 37. Reges comminationibus magis, quam vi repressit. *Liv.* l. 26. c. 8. Fabius terreri, et circumagi ad nutus, comminationesque Annibalis flagitiosum ducebat.

COMMINATĪVUS, a, um, comminandi vim habens. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 25. Non dubitativum, sed comminativum exprimens sensum.

COMMINĀTOR, oris, m. *a threatener, menacer. Tertull. advers. Gnost.* c. 9. Ignium comminator.

COMMINĀTUS, a, um, nom. ex particip. signif. passivæ, *having threatened. Apul.* l. 6. *Metam.* Scrupulus comminatæ mihi mortis. Adde lib. 10.

COMMINGO, is, inxi, ictum, vel inctum, a. 3. mictu aspergo. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 90. Comminxit lectum potus. ¶ Translate *Catull.* carm. 77. *ad Gall.* puræ impura puellæ Suavia comminxit spurca saliva tua. Al. leg. *conjunxit.* ¶ De particip. V. *Commictus.*

COMMINISCOR, ĕris, mentus sum, dep. 3. *to devise, imagine, invent, contrive, design, feign,* excogito, συμπλάττω, διανοέομαι: a *con,* et *mens,* cum finguntur in mente quæ non sunt, ut *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 6. docet. Fere in malam partem accipitur. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 23. Epicurus monogrammos Deos, et nihil agentes commentus est. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 8. Confingere, et comminisci aliquid. *Plaut. Asin.* 1. 1. 89. Fabricari et comminisci. *Id. Mil.* 2. 2. 71. Reperire et comminisci. *Id. Pseud.* 4. 7. 64. Docte comminisci dolum. *Id. ibid.* 2. 3. 23. mendacium. *Id. Bacch.* 4. 9. 58. maledicta. *Id. Aulul.* 1. 1. 30. Nec queo comminisci, quid hero dicam meo. et vers. 35. Neque queo comminisci quo pacto celem probrum. *Scribon. Larg. in epist. ad C. Jul. Callist.* Cum tam impudenter comminiscantur de eo. *h. e.* perverse fingant, mentiantur. ¶ In bonam partem, *to find out, discover, invent. Sueton. in Claud.* c. 21. Comminisci novas litteras. *Pompon. Mela* l. 1. c. 12. Phœnices litteras, aliasque etiam artes, maria navibus adire, classe confligere, imperitare gentibus commenti sunt. ¶ *Comminisco* activa positione *Apul.* l. 4. *Metam.* pag. 147. *Elmenhorst.* Medium e re nata validum, eo volente, comminiscimus. Ita *Pric. Elmenh.* et *Florid.* Est qui legit *comminiscimur.*

COMMINISTRO, as, a. 1. idem quod ministro. *Plin.* l. 28. c. 8. Extremam fistulam intestini contra ducum, ac potestatum iniquitates comministrant. *Harduin.* legit, *commonstrant.*

COMMĪNO, as, V. *Comminans.*

COMMĬNOR, aris, atus sum, dep. 1. idem ac minor, vel valde minor, *to threaten loudly,* ἀπειλέω. *Liv.* l. 10. c. 39. Comminando magis, quam inferendo pugnam, dies absumebatur. *Sueton. in Cæs.* c. 62. Ut aquilifero moranti cuspide sit comminatus. *Id. ibid.* c. 14. Comminari necem alicui. *Hirt. de B. Afric.* c. 71. Comminari impetum. *to threaten an attack.*

COMMINŬO, is, ui, ūtum, *to crush or break to pieces, bruise or crumble into small parts, break into small pieces or fragments, comminute, fritter,* minutatim frango, συντρίβω. *Cic. in Pison.* c. 38. Illi statuam deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. *Ovid. de medic. fac.* v. 72. Fabas molis comminuere. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 64. *Bur-*

mum. vasa crystallina. *Plin* l. 11. c. 37. sect. 63. *Harduin.* Testudo rostri acie comminuit omnia. *Id.* l. 20. c. 4. Raphani cortices decocti mane poti comminuunt, et ejiciunt calculos. *resolve. Plaut. Rud.* 4. 4. 74. Ego tibi comminuam caput. *will break your pate. Id. Bacch.* 5. 1. 31. Comminuere postes securibus. ¶ Translate *Id. in Bœotia* apud *Gell.* l. 3. c. 3. diem articulatim. *h. e.* in exiguas partes dividere, et distribuere. *Cic.* 2. *Offic.* c. 11. *ad fin.* Viriatum Lusitanum C. Lælius fregit et comminuit. *Id. pro Quint.* c. 6. Nullum est officium tam sanctum, quod non avaritia comminuere atque violare soleat. *impair. Id. Attic.* l. 4. ep. 3. *sub fin.* Animo duntaxat vigemus: re familiari comminuti sumus. *Ovid. Heroid.* ep. 3. v. 134. Comminuere aliquem lacrymis. *h. e.* frangere, vincere. *to move, touch. Id. Metam.* 12. v. 471. nec te natalis origo Comminuit? *are you not ashamed of?* [† al. *Commonuit?*] *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 34. Comminuere vires ingenii. *to weaken. Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) Concidere et comminuere ingenia. *Plin.* l. 9. ep. 2. Frigida negotia, quæ simul et avocant animum, et comminuunt. ¶ Si vocis originem spectes, significat idem quod *minuo*, aut valde minuo, *to lessen, diminish.* Quo sensu *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 43. immensum argenti pondus et auri Furtim defossa timidum deponere terra? Quod, si comminuas, vilem redigatur ad assem. [¶ Particip. *comminuendus* apud *Ovid. de medicam. fac.* v. 72. Utraque da nigris comminuenda molis.]

COMMĬNUS. V. *Cominus.*

COMMINŪTIM, adverb. minutatim, *into small pieces. Apic.* l. 4. c. 4. Comminutim concisa. Al. leg. *minutatim.*

COMMINŪTUS, a, um, *broken to pieces, frittered, bruised small,* minutatim fractus, συντετριμμένος. *Cic.* 6. *Verr.* c. 25. Dum armis exercetur, annulus aureus, quem habebat, fractus est et comminutus. *Stat.* l. 1. *silv. ult.* v. 73. Vitrea comminuta. *Sallust. in Jug.* c. 64. Scalæ comminutæ. *Plin.* l. 2. c. 103. *ad fin.* Lapis comminutus. ¶ Translate *Cic. Verr.* 7. c. 37. Opes civitatis victæ, comminutæ, et depressæ. *impaired, weakened. Id. Attic.* l. 4. ep. 3. *sub fin.* Re familiari comminuti sumus.

COMMIS, is, f. *gum,* idem ac gummi, κόμμι. *Plin.* 13. c. 11. Fit et ex sarcocolla commis utilissima pictoribus, &c. Sic enim ibi legendum esse, docet *Harduin.* ex MSS. omnib. *Scribon. Larg. compos.* 72. Commis Alexandrina. Adde *compos.* 23. 27. 28. 29. &c. ¶ Est etiam mascul. gen. *Id. Compos.* 24. Commis Alexandrini p. XX. ¶ Reperitur et *commi* indeclin. neutr. gen. *Id. compos.* 251. Commi quod vocant, &c. aceto dilutum bene facit. ¶ Dicitur etiam *cummis,* et *cummi. Cinna* apud *Non.* c. 3. n. 78. Alpinaque cummi. *Cato R. R.* c. 69. Cummin pridie in aquam infundito. *Plin.* l. 24. c. 9. Arbor exsudat cummium modo. *Rhodius in Lex. Scribon.* ita legi vult etiam apud *Cels.* l. 5. c. 23. n. 3. ubi in editis habetur *cumini.*

COMMISCĔO, es, iscui, ixtum, et istum, *to mix or mingle together; to mix up; to blend, confuse,* συμμίγνυμι, idem quod misceo, vel simul misceo. *Plaut. Pers.* 1. 3. 7. Commiscere mulsum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 51. In bestiis commiscendorum corporum miræ libidines. *Scribon. Larg. compos.* 56. Commiscere multa in unum. *Id. Compos.* 32. Crocum, psimmithium, commis aqua pluviali commiscentur. et *compos.* 265. Cera et oleum commiscetur ceteris. *Cato R. R.* c. 93. Commiscere amurcam cum aqua. ¶ Translate *Cic. pro Marcel.* c. 2. Numquam temeritas cum sapientia commiscetur. *is never found united with. Plaut. Rud.* 2. 6. 3. Si quis quid cum Neptuno rei commiscuit. *h. e.* navigationi se dedit. *Id. Mil.* 5. 2. 68. Commiscere aliquid consilii cum aliquo. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 35. Jus accusatoris cum jure testimonii. *Senec.* ep. 7. Quo major est populus, cui commiscemur, hoc periculi plus est.

COMMISCIBĬLIS, le, adject. qui misceri potest. *Tertull. de anim.* c. 12. Commiscibilis animus.

COMMISERATĬO, onis, f. κατοίκτισις, *the faculty of exciting pity; commiseration, compassion. Auct. ad Herenn.* l. 2. c. *ult.* Commiserationem brevem esse oportet: nihil enim lacryma citius arescit. Adde *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 58. *that part of an oration which is intended to excite compassion.*

COMMISĔRO, onis, m. qui commiseratur, vel qui commiseratione dignus est. *Tertull. advers. Marcion.* l. 4. c. 9. Apud illum suum nescio quem συνταλαίπωρον, idest commiseronem. et cap. 36. Commiserones, et coodibiles hæretici.

COMMISERĔOR, eris, eritus sum, dep. 2. *to commiserate, pity,* κατοικτίζω, ἐποικτίζομαι, idem quod commiseror. *Gell.* l. 7. c. 5. Ut Electra comploret, commisereaturque interitum ejus. Alii leg. *commiseretur que*: quod est a *commiseror.* ¶ Passive impersonaliter *Id.* l. 16. c. 19. Navitas precum ejus commiseritum esse illactenus, ut &c.

COMMISERESCO, is, n. 3. *to have compassion, pity, commiserate,* idem quod miseresco, commiseror, ἐποικτίζομαι. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 53. Ita ægre tulit, ut ipsam Bacchidem, si adesset, credo ibi commiseresceret. *Enn.* apud *Non.* c. 7. n. 37. Servos, et nostrum imperium, et fidem Myrmidonum commiserescite.

COMMISĔROR, aris, atus sum, dep. 1. *to commiserate, have compassion,* κατοικτίζω, idem quod miseror, vel valde miseror, miseratione afficior, conqueror. *Cic. Divin. in Verr.* c. 14. Cum commiserari, conqueri cœperit. *Acc.* apud *Non.* c. 5. n. 96. Te commiserabar magis, quam miserabar mei. *Nepos in Agesil.* c. 5. Ut commiseratus sit fortunam Græciæ. ¶ Particip. *commiserans,* et *commiserandus. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 55. *extr.* Hæc exornatio plurium prodest in amplificanda, et commiseranda re. *in calculating it to move compassion. Gell.* l. 5. c. 14. Leo gemitus edens, et murmura dolorem cruciatumque vulneris commiserantia.

COMMISSATĬO. } V. *Comissatio,* &c.
COMMISSOR. }

COMMISSĬO, onis, f. verbal. a Committo, *a setting of two or more together for the purpose of contention, strife, action,* &c. συμβολὴ, σύστασις, ut commissio pugnæ, commissio ludorum, *Cic. Attic.* l. 15. ep. 26. idest initium pugnæ, vel ludi. *the commencement.* Sic commissio poetarum: quam *Sueton. in Calig.* c. 20. vocat certamen. *a trial of skill, contest. Plin.* l. 7. ep. 24. Ludis pantomimi producti in commissione. *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 7. Laberius sequenti statim commissione mimo novo interjecit hos versus. ¶ Pro scriptis ipsis, quæ in commissionibus edebantur, Græce ἀγωνίσματα, Caligula posuit, cum, Senecam commissiones meras componere, argueret. Notabat enim in eo dicendi genus, quod magis ad pompam, et ostentationem (quod faciunt ii, qui committunt sua opera) quam ad gravitatem comparatum esset. *Sueton. in Calig.* c. 53. Adde *eund. in Aug.* c. 89. *showy declamations; compositions exhibited as mere exercises of literary skill.* ¶ Est etiam commissum, peccatum. *Arnob.* l. 4. pag. 148. Piaculi dicitur contracta esse commissio.

COMMISSORĬUS, a, um, ut *Lex commissoria,* idest exceptio adjecta contractui, contra quam si alteruter contrahentium commiserit, in multam incurrit, de qua conventum est. *an exception or condition in contracts, through the non-fulfilment of which the bargain becomes void. Ulpian. Dig.* lib. 18. tit. 3. leg. 4. Si fundus lege commissoria venierit, ut nisi intra certum diem pretium exsolutum sit, inemptus fiat. ¶ Dicitur etiam *commissoria* absolute. *Papinian.* apud *Ulpian. ibid.* Exercere commissoriam. Et ipse *Ulpian.* lib. 43. tit. 23. leg. 11. *sub fin.* Si forte prædium commissoria venierit.

COMMISSUM, i, n. *a fault committed, crime, offence,* πλημμέλεια, ἁμάρτημα, facinus admissum, peccatum. Revera adjectivum est, et subauditur *scelus, facinus. Ascon. in Verr.* 4. c. 9. *ad fin.* videtur innuere *commissum* proprie dici id, quod contra testatoris voluntatem factum aut non factum ab herede, multa aliqua, pœnaque plectitur. Verum sæpius latiori significatione usurpatur pro quocunque scelere. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 9. Sacrum commissum. *an execrable crime.* et *pro Sull.* c. 26. Commissum audax. *Virg. Æn.* 1. v. 140. Post mihi non simili pœna commissa luetis. [† hoc exempl. V. etiam in *Commissus.*] *Stat.* l. 5. silv. 5. v. 5. post pœnam liceat commissa fateri. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 38. Plorare turpe commissum. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Pros.* v. 304. Commissa improba. Adde *Plaut. Men.* 5. 2. 21. ¶ Pro re, quæ alicujus fidei, aut silentio committitur, *a secret, thing trusted to one, trust. Cic.* 2. *Tuscul.* c. 13. Homo propter vim doloris enuncians commissa, prodens conscios. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 38. Commissumque teges et vino tortus, et ira. *Id.* sat. 3. v. 95. Prodere commissa. *to betray.* et sat. 4. v. 84. tacere. *to keep. Claudian. in I. Consul. Stilich.* l. 2. v. 56. negare. ¶ *Commissum* apud JCtos est id, quod ob vectigal non solutum, vel omissam apud publicanos professionem, fisco vindicatur, *a transfer of goods to the public as forfeit.* Item ipsa adjudicatio fisci, *the adjudging of such a forfeiture. Sueton. in Calig.* c. 4. Vectigalibus indictis, cum per ignorantiam scripturæ multa commissa fierant. *Quintil.* declam. 341. Quod quis professus non est apud publicanos, pro commisso tenetur. *Id. ibid.* Venire in commissum. *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 4. *qui est* de publicanis, et commissis, leg. 16. In commissum cadere. et *ibid.* Incidere in causam commissi. et *infra.* Pœna commissi. *Paul. ibid.* leg. 11. *ad fin.* Res, quæ commisso vindicanda est, *h. e.* fisco adjudicanda. *Scævola Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 61. *ad fin.* Tollere onus navis commisso. *as a forfeit to the public chest.*

COMMISSŪRA, æ, f. *a joining together, joint, juncture, commissure; a knuckle, knot, seam,* &c. ἐφαρμογὴ, junctura, compages. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. Ossa mirabiles commissuras habent. et cap. 60. Digitorum molles commissuræ. *Id. de Univ.* c. 7. Ut et ipsæ secum, et inter se ex commissura jungerentur. *Senec.* l. 5. *de benef.* c. 12. Commissuræ nodorum, et moræ. et lib. 7. c. 21. *extr.* Per clostrum, qua se commissura laxaverat, denarios inseruit. *Id.* l. 2. *quæst. nat.* c. 6. Commissura lapidum. *Scribon. Larg. compos.* 196. dentium. *Lucil.* apud *Non.* c. 11. n. 46. rimarum. *Plin.* l. 16. c. 36. navium. *Id.* l. 17. c. 10. nucum. *Id.* l. 35. c. 5. et *Senec.* l. 1. *quæst. natur.* c. 3. *ante med.* colorum. *h. e.* ubi unus color in pictura alteri committitur. V. *Harmoge. Cato R. R.* c. 135. funis. *h. e.* nodus ad capita funis, ne dissolvatur. *Colum. de arborib.* c. 26. *ad fin.* insitionis. *the engrafting, inoculating.* ¶ Commissura Piscium, apud *Plin.* l. 18. c. 31. est nodus, quo Pisces signum cœleste invicem nectuntur. V. *Nodus.* ¶ Translate *Quintil.* l. 9. c. 4. Consonantes, quæ sunt asperiores, in commissura verborum rixantur. *Id.* l. 7. c. *ult. ad fin.* Sensus inter se juncti atque ita cohærentes, ne commissura pelluceat. (*Pers.* eadem translatione eandem sententiam expressit sat. 1. v. 64. V. *Junctura.*) *Id.* l. 12. c. 9. Commissuræ orationis hiantes.

COMMISSURĀLIS, le, adject. ad commissuram pertinens, *Veget.* l. 2. *de re Veterin.* c. 13. Loci ossuosi, et commissurales.

COMMISSUS, a, um, *joined together, united,* συντεθεὶς, conjunctus. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 31. Commissa dextera dextræ. *Virg. Æn.* 3. v. 428. pistrix Delphinum caudas utero commissa luporum. *Cels.* l. 8. c. 1. Medulla spinæ commissa cerebro. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1697. Nox commissa. *h. e.* gemina, conjuncta alteri nocti. *Quintil. in præfat.* l. 7. Dispositio res in ordinem digestas, atque inter se commissas devincit. *Virg.* 9. *Æn.* v. 675. Porta commissa. *closed, shut. Frontin. de Strategem.* l. 1. c. 5. Relicto buccinatore, qui vigilias divideret, et quarta vigilia commissa, eum sequeretur. *commenced, begun.* ¶ Item in contentionem, aut certamen deductus, *engaged.* (V. *Committo.*) *Propert.* l. 4. eleg. 4. v. 57. Commissas acies ego possum solvere. *Cic. Catil.* 3. c. 3. Pugna commissa. *battle joined, or begun. Sueton. in Cæs.* c. 39. Commissi pedites, elephanti, equites. *Virg. Æn.* 5. v. 113. Et tuba commissos medio canit aggere ludos. *Juvenal.* sat. 7. v. 10. Et vendas potius, commissa quod auctio vendit. *h. e.* quæ est veluti certamen inter præconem, et licitatores, quin et inter licitatores ipsos. ¶ Item factus, patratus, *done, performed, achieved, committed. Cic. Fam.* 3. ep. 10. Commissum facinus confiteri. *Virg.* 6. *Æn.* v. 569. Piacula commissa. *Sueton. in Aug.* c. 69. Adulteria commissa. ¶ Absolute *Virg. Æn.* 1. v. 140. Post mihi non simili pœna commissa luetis. [† sed V. in *Commissum.*] ¶ Item concreditus, *committed to one's charge, entrusted, confided, consigned, recommended. Cic. pro Dom.* c. 1. Salus, vita, libertas, aræ, foci vestræ sapientiæ, fidei, potestati commissa et credita. *Id. Verr.* 7. c. 14. Honor non solum datus, sed etiam creditus ac commissus. V. *Commissum.* ¶ Item fisco vel cuicumque alteri vindicatus propter aliquam conditionem violatam, *forfeited, confiscated. Cic. Verr.* 3. c. 10. Hereditas Veneri Erycinæ commissa. *Id. Fam.* 13. ep. 56. Hypothecæ commissæ. *h. e.* quæ in potestatem creditoris veniunt ob omissionem solutionis ad diem dictam. *Id. pro Flacc.* c. 21. Fiducia commissa. V. *Fiducia. Paul. Dig.* lib. 39. tit. 4. leg. 11. Merces commissæ. *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 14. leg. 6. Mancipium commissum. V. *Commissum.* ¶ Hinc pœna commissa apud *Cicer. Verr.* 5. c. 12. *h. e.* quæ debetur, *penalty incurred.* Sic *devotio capitis convicta et commissa* apud *eund. pro Dom.* c. *pænult. h. e.* quæ, impleta conditione, perfecta est. ¶ *Lex commissa* apud *Ulpian.* lib. 18. *Dig.* tit. 3. leg. 4. est, quæ robur suum habere cœpit. Sic *edictum commissum* apud *eund.* lib. 37. tit. 4. leg. 8. et 10.

COMMISTUS. V. *Commixtus.*

COMMITĬGO, as, avi, atum, a. 1. *Terent. Eun.* 5. 8. 4. Utinam tibi commitigari videam sandalio caput. *Donatus* interpretatur *tundendo deprimi, atque deponi.* Alii exponunt *comminui, frangi,* præfertim si *Voss.* audias, qui in *Etymol.* vocem *mitis* a Græco μειοῦν, *minuere* derivari censet. Sed V. *Mitigo.*

COMMITTO, is, isi, issum, a. 3. *to join together, unite,* συντίθημι, συμβάλλω, συνάπτω, simul mitto, jungo. *Cels.* l. 7. c. 19. Suturis oras vulneris inter se committere. *Id.* l. 8. c. 1. Suturæ calvariæ in unguem committuntur. *Id. ibid.* Costæ committuntur cum osse pectoris. *Curt.* l. 4. c. 2. Moles, qua urbem continenti committeret. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 13. v. 46. *de Jove.* Commisit noctes in sua vota duas. ¶ Translate *Virg.* 12. *Æn.* v. 60. manum committere Teucris. *to come to close quarters with the Trojans. African. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 63. Utra prius conditio exstiterit, stipulatio committitur. *h. e.* contrahitur, firmatur, concluditur. ¶ Est etiam mittere, conjicere. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 23. Committere se in conclave. *to retire to his closet. Id. Verr.* 6. c. 11. Committere se in conspectum populi Romani ¶ Item facere, *to do, act.* [† ducto tropo (ait *Ernesti*) a pugna, quæ *committi* dicitur.] *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 5. Judicium inter sicarios hoc primum committitur. *Curt.* l. 9. c. 4. Committere, aut differre obsidionem. ¶ In hac significatione sæpius in malam partem sumitur. *Cic.* 2. *Offic.* c. 14. Committere, ut accusator nominere. *to act so as, that,* &c. *to cause, that,* &c. *Id. Fam.* 3. ep. 9. *ad fin.* Non est meum committere, ut negligens videar. *Liv.* l. 5. c. 46. Cædicius negare, se commissurum, cur, &c. *to give cause, why,* &c. ¶ Cum infinito *Colum.* l. 4. c. 2. Hoc cum sæpius bubulci fieri vident, non committunt scamna facere. *Ovid. Metam.* 9. v. 630. Cum pigeat tentasse, libet tentare: modumque Exit, et infelix committit sæpe repelli. *act so as to deserve to be repelled.* ¶ Sæpissime est patrare, *to commit. Cic. in Divin. Verr.* c. 11. Quæ tu commisisti, Verri crimini daturus sum. *Id. Verr.* 3. c. 2. Multa in deos impie nefarieque commiserè. *Id. in Bruto,* c. 61. Committere flagitium. *Sallust.* orat. 2 *ad Cæsar.* facinus. *Quintil.* l. 7. c. 3. adulterium. et cap. 4.

extrem. cædem. *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 15. *in fi.* damnum. *Id. Dig.* lib. 44. tit. 7. leg. 24. furtum vel injuriam. ¶ *Committere in*, vel *contra legem*, aut *committere lege* dicuntur ii, qui aliquid contra legem faciunt, ex quo obnoxii fiunt pœnæ lege statutæ, *to transgress, infringe, violate. Cic. de clar. Orat.* c. 12. *extr.* Isocrates, quasi committeret contra legem, sæpe in judicium vocatus est. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *post med.* Greges ad publicanum profitentur: ne si inscriptum pecus paverint, lege Censoria committant. *Marcell. Dig.* lib. 48. tit. 10. leg. 10. et *Papinian. ibid.* tit. 5. leg. 39. Committere in legem. Sic *Pompon. Dig.* lib. 34. tit. 3. leg. 8. adversus testamentum. *Paul. Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 65. in Pro socio actionem. ¶ *Committere pœnam*, vel *in pœnam* est legem violando pœnæ lege statutæ obnoxium fieri, *to incur a penalty, render one's self liable to a fine. Cic. pro Cluent.* c. 37. Committere multam. *Quintil.* l. 7. c. 4. pœnam. *Caius Dig.* lib. 2. tit. 2. *leg. ult.* in pœnam edicti. *Quintil.* simili ratione *committere discrimen* dixit: *h. e.* quidpiam facere, ex quo in discrimen adducaris. ¶ Apud JCtos *committere edictum, stipulationem* dicitur is, qui facit aliquid, ex quo edictum, aut stipulatio vim habet, atque obligat. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 4. leg. 3. 8. et 10. et *Paul. ibid.* leg. 11. et lib. 24. tit. 3. leg. 56. et alibi sæpe. ¶ Aliquando idem est ac fisco vindicari. *Paul. Dig.* lib. 3. tit. 5. leg. 12. Periculum erat, ne prædia in publicum committerentur. *there was danger of their being forfeited.* V. *Commissus.* ¶ Frequenter ponitur pro dare, tradere, concredere, *to give, impart, commit, risk, throw, consign, entrust, commend:* et dicitur de iis rebus, quæ dubium eventum habere possunt. *Colum.* l. 2. c. 8. Committere semen solo. *Plin.* l. 36. c. 22. *ad fin.* aliquid cælo. *to expose to the air. Cels.* l. 6. c. 18. n. 2. ulcus frigori. *Id.* l. 1. c. 2. *extr.* se labori. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 11. Auctor non sum, ut te urbi committas. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 42. *extr.* Quæ posita sunt in suspicionibus, ea vestris ingeniis, conjecturæque committo. *Id. pro Dom.* c. 19. Committere se populo. *Id. Attic.* l. 4. ep. 1. *ad fin.* aliquid epistolæ. *Id. Fam.* 16. ep. 4. et *Phil.* 12. c. 10. se navigationi aut viæ. *Id. Attic.* l. 1. ep. 13. et *pro leg. Manil.* c. 11. se periculo. *Id. Attic.* l. 9. ep. 6. timidius se fortunæ. *Id. Acad.* 4. c. 21. se in præcipitem locum. *Liv.* l. 4. c. 27. rem in casum ancipitis eventus. *to hazard, risk. Id.* l. 28. c. 18. *ad fin.* se in hostilem terram, in potestatem regiam, in fidem inexpertam. *Id.* l. 7. c. 26. *ad fin.* se in aciem. *Id.* l. 8. c. 32. rempubl. in discrimen. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 9. et credere aliquem fidei et potestati alicujus. *Terent. Eun.* 5. 2. 47. Commendare, et committere se fidei alicujus. *Id. Andr.* 1. 5. 6. gnatam suam in uxorem alicui. *to give in marriage. Justin.* l. 2. c. 12. salutem navibus. *Apul.* l. 7. *Metam.* divitias publica custodela. *h. e.* publice custodiendas. ubi notandus ablativus pro dativo. ¶ Est item *committere*, duos pluresve in certamen conjicere, ut cum exercitus congrediuntur, vel cum in ludis exercitationes, et ludicra spectacula eduntur. *to set together.* Et primo quidem significat certamen incipere, *to attack*, ut apud *Nepot. in Milt.* c. 6. *Flor.* l. 2. c. 15. et *Justin.* l. 2. c. 12. Deinde simpliciter ponitur pro pugnare, &c. Hinc committere pugnam, prœlium, ludos, rixam, naumachiam, quadrigas, &c. apud *Cæs. Cic. Liv. Nepot. Tacit. Sueton.* et alios passim. *to join battle*, &c. Quin *Eutrop.* absolute *committere* dixit pro *committere pugnam*: ut l. 5. c. 6. Contra quem Sulla iterum commisit. et lib. 9. c. 24. Parva manu cum copiosissimo hoste commisit. Sic *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 1. leg. 1. Cum arietes vel boves commisissent, et alter alterum occidisset. *to engage.* ¶ *Committere proscriptionem*, h. e. incipere. *Vellei.* l. 2. c. 64. *in fi.* Tribuni sanguine commissa proscriptio; Ciceronis, vel satiato Antonio, pœna finita. ¶ Committere bellum, *to begin, commence, open. Liv.* l. 31. c. 28. Hac satis felici expeditione bello commisso, &c. Sic obsidionem committere, *Curt.* l. 9. c. 4. *to commence the siege.* ¶ Poetæ quoque et oratores *committi* dicuntur, cum ad ingenii certamen descendunt, vel eorum scripta invicem comparantur. *to be matched or paired; to enter the lists. Juvenal.* sat. 6. v. 435. Committit vates, et comparat inde Maronem, &c. *Sueton. de Gramm.* c. 17. Ad exercitanda discentium ingenia, æquales inter se committere solebat. Adde *Martial.* l. 7. epigr. 23. ¶ Ipsi quoque auctores *committere* dicuntur opera sua, cum ea recitant: quia nimirum in discrimen famæ veniunt. *Sueton. in Claud.* c. 41. Historiam in adolescentia scribere aggressus est: et cum primum frequenti auditorio commisisset, ægre perlegit. ¶ Generatim quicumque aliquos invicem provocat, eleganter *committere* dicitur. *Sueton. in Calig.* c. 56. Nec cessavit criminari alterum alteri, atque inter se omnes committere. Adde *Martial.* l. 8. epigr. 43. ¶ *Commissit* pro *commiserit* quidam leg. apud *Phædr.* l. 1. fab. 14. v. 16.

[* COMMIXTIM et COMMISTIM, idem ac mixtim, *mixtly.* Translate *Modestin. Dig.* l. 27. tit. 1. leg. 2. n. 9. Qui habet commixtim tres curatorias et tres tutelas.]

COMMIXTĬO, et Commistio, onis, f. *a mixing together*, σύμμιξις, idem ac mixtio. *Apul. in Apolog.* Quorum moderatus usus salutaris, sed commixtio, vel quantitas noxia est. Adde *Marcell. Empir.* c. 8.

COMMIXTŪRA. V *Comestura.*

COMMIXTUS, et Commistus, a, um, *mixed or mingled together*, idem ac mixtus, συμμιχθείς. *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 24. Chio nota commixta Falerni. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 40. Canes capro commixta. *Lucret.* l. 6. v. 1157. Querela commixta gemitu. *Virg.* 3. *Æn.* v. 633. Frusta commixta mero cruento. *Id. Georg.* 4. v. 499. Fumus commixtus in auras. *Id. Æn.* 12. v. 835. Teucri commixti corpore tanto. *h. e.* mixti in unum cum tanto populo. ¶ Commixtum, i, *a mixture*, res mixtæ. *Cato R. R.* c. 93. Amurcam cum aqua commisceto æquas partes: deinde ad oleam circumfundito. Ad arborem maximam, urnam commixti sat est.

COMMOBĬLIS, le, facile movens. Est *Cœlii Aurel. Acut.* cap. 9. lib. 2.

COMMODĀTĬO, onis, f. *a lending*, χρῆσις, actus commodandi. *Apulei. in Asclep.* pag. 81. *Elmenhorst.* Communicationes, commodationes alternæ: qui est humanitatis inter se firmissimus nexus.

COMMODĀTOR, oris, m. *a lender*, qui commodat, χρήστης. *Paul. Dig.* lib. 47. tit. 2. leg. 55. Si servus commodatoris rem surripuerit. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 13. tit. 6. leg. 7. et lib. 47. tit. 2. leg. 14.

COMMODĀTUS, a, um, *lent*, utendus concessus. *Ulpian. Dig.* lib. 13. tit. 6. *qui inscribitur* Commodati, leg. 3. Si reddita quidem sit res commodata, sed deterior reddita. ¶ Translate *Cic. pro Marcell.* c. 6. Ut hæc a virtute donata, cetera a fortuna commodata esse videantur. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 13. *a med.* Commodati filii. *h. e.* in adoptionem dati. V. *Liv.* l. 45. c. 40. *sub fin.* ¶ *Commodatum*, i, n. dicitur res ipsa commodata. *a loan. Ulpian. loc. cit.* leg. 5. Si, ut certo loco reddatur commodatum, convenit. *Id. ibid.* Commodatum accipere. et *ibid.* Rogare commodatum. ¶ Item contractus, quo quid alicui utendum conceditur. *a contract for a loan. Ulpian. ibid.* leg. 1. Teneri actione commodati. *Paul. ibid.* leg. 2. Dare actionem commodati in aliquem. *Ulpian. cit.* leg. 5. Teneri commodati. et *ibid.* Agere commodati.

COMMŎDE, *fitly, aptly, to the purpose, conveniently, advantageously, commodiously*, εὐαφῶς, cum modo, apte, ad rem. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 4. Neque satis me commode dicere posse intelligo. Nam commoditati ingenium est impedimento. *Id.* 1. *de Orat.* c. 54. Oratio commode scripta. *Id.* 6. *Verr.* c. 43. *in fin.* Facete, et commode dicere. *Id. Fam.* 11. ep. 16. Si satis scite, et commode tempus ad te cepit adeundi. *Plaut. in fragm.* apud *Gell.* l. 18. c. 12. Quid est hoc? rugat pallium: amictus non sum commode. ¶ Item opportune, *in time, in due season, opportunely*, commodum, εὐκαίρως. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 6. Magis commode, quam strenue navigavi. *Plaut. Trinum.* 2. 3. 9. Commode ipse exit Lesbonicus. Adde *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 91. ¶ *Commode cum* idem est, quod *commodum cum. Cic. Attic.* l. 8. ep. 12. Emerseram commode ex Antiati, cum in me incurrit, &c. *I had just departed, when*, &c. Adde 5. *Verr.* c. 25. ¶ Item generatim bene, recte, *well, suitably*, καλῶς. *Plin.* l. 3. ep. 20. *sub fin.* Ecquid commode vales? *are you well? Cic. Acad.* 1. c. 4. Videre satis ne ea commode dici possint Latine. *Id. Agrar.* 3. *initio.* Commodius fecissent tribuni pleb. si, &c. *would have done better, if*, &c. *Id. Attic.* l. 11. ep. 7. *ad fin.* Quod litteras, quibus putas opus esse, curas dandas, facis commode. *Id. Fam.* 14. ep. 7. Commodissime esse in aliquo loco, *Plaut. Cas.* 5. 1. 1. Accipere aliquem bene et commode. *Nepos in præfat.* Commode saltare. *Plin.* l. 5. ep. 29. et l. 9. ep. 34. Commode legere. *Cels.* l. 4. c. 12. Commode facit cyatho lactis cyathus aquæ mixtus, et sic datus. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 19. Commodius administrare rempubl. *Gell.* l. 19. c. 5. Bibliotheca satis commode instructa libris. *Cic.* 5. *Verr.* c. 58. Minus commode audire. *h. e.* minus bene, *to be but indifferently spoken of.* ¶ Item moderate, humaniter, comiter, *with good humour, obligingly. Plaut. Pœn.* 1. 2. 189. Aliquid huic responde, amabo, commode, ne incommodus nobis sit. Adde *Terent. Heaut.* 3. 2. 48. ¶ Item convenienter, *aptly, properly. Gell.* l. 9. c. 9. Nausicaa recte et commode confertur cum Diana venante, *&c.* nequaquam autem conveniens Virgilius fecit, &c.

COMMODIĀNUS, Afer, ut nonnulli putant, vel ut alii, Romanus, fuit poeta Christianus, floruitque sæculo Christi IV. sub initium: quamquam non desunt, qui antiquiorem ei ætatem tribuunt. Scripsit *adversus Gentium deos pro Christiana disciplina Instructiones*, versibus quidem, sed nulla ratione habita quantitatis syllabarum; Latinitate vero semibarbara, et vel illo sæculo indigna.

COMMODIĀNUS, a, um, adject. ad Commodum Imp. R. pertinens, ut Commodiana colonia, *Lamprid. in Comm.* c. 8. Commodiani horti, *Spartian. in Nigro*, cap. 6. Thermæ Commodianæ, *Inscript. vet. in antiquit. Benevent.* class. 5. n. 7. Hercules Commodianus, *in Mus. Theup.* pag. 542. quia Commodus Herculem se credi, et coli passus est. *Lamprid. in Comm.* c. 8.

COMMODĬTAS, atis, f. *aptness, just proportion, symmetry*, concinnitas, convenientia. *Sueton. in Aug.* c. 79. *ad fin.* Staturam habuit brevem, sed quæ commoditate et æquitate membrorum occuleretur. ¶ Translate *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 1. Non parum habet in se fructus copia dicendi, et commoditas orationis. Adde locum *Cicer. pro Rosc. Amer.* in voce præced. ¶ Item opportunitas, facilitas, *convenience, opportunity. Plaut. Men.* 1. 2. 36. Commoditatis omnes articulos scio. *Cic. de Invent.* l. 2. c. 12. In loco opportunitas, in tempore longinquitas, in occasione commoditas ad faciendum idonea consideranda est. ¶ Item utilitas, commodum, *advantage, benefit*, ὠφέλεια. *Cic. de Amic.* c. 7. Plurimas et maximas commoditates amicitia continet. *Id.* 2. *Offic.* c. 4. Percipere fructum aut commoditatem ex aliqua re. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 36. Commoditas et prosperitas vitæ. ¶ Item moderatio, liberalitas, indulgentia, facilitas, *indulgence, kindness, willingness to oblige, complaisance. Terent. Adelph.* 4. 5. 77. Magnam mihi injecit sua commoditate curam, ne, &c. V. integer. loc. Sic *Stat. Cæcil.* apud *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 29. Omnes meos dolos, fallacias, præstigias præstrinxit commoditas patris. ¶ *Mea commoditas* apud *Plaut. Epid.* 5. 1. 8. *Men.* 1. 2. 28. et *Pœn.* 1. 3. 12. est appellatio hominis commodum aliquod alteri afferentis.

COMMODĬUS, a, um, adject. ad Commodum Rom. Imp. pertinens, ut Nonæ Commodiæ apud *Lamprid. in Comm.* c. 12. *h. e.* mensis Augusti, quem *Commodum* appellari a nomine suo is jusserat, ut *Id. ibid.* c. 11. narrat.

COMMŎDO, adverb. *in season, opportunely*, εὐκαίρως, idem quod commodum, vel commode. *Plaut. Mil.* 4. 4. 61. Ecce autem commodo aperitur foris. *Id. in Frivol.* apud *Charis.* l. 2. pag. 174. *Putsch.* Commodo dictitemus. *Charis.* ibi loquitur de adverbiis in e, et o simul desinentibus.

COMMŎDO, as, avi, atum, a. 1. *to give, afford, allow, lend, tender service to any one*, συνωφελέω, κιχράω, do, præbeo, benigne facio concedendo alicui aliquid. *Plaut. Rud.* 2. 4. 21. *Ampel.* Cur tu aquam gravare, amabo, quam hostis hosti commodat? *Sceparn.* Cur tu operam gravare mihi, quam civis civi commodat? *Id. Pers.* 2. 3. 2. Commodare alicui opes, spes, bonas copias. *Cic.* 13. *Fam.* ep. 48. Quibus tu quæcumque commodaris, erunt mihi gratissima. *Plin.* l. 2. ep. 11. Commodare operam suam alicui ad aliquid. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 40. Commodare aurem patientem culturæ. *Tacit. in Agric.* c. 19. Parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare. *Cic.* 1. *Offic.* c. 16. *a med.* Ut quidquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur vel ignoto. ¶ Et cum solo dativo eleganter. *Cic.* 13. *Fam.* ep. 32. Peto a te, ut his, omnibus in rebus, quantum tua fides, dignitasque patietur, commodes. *accommodate them to the best of your ability; do them all the service in your power.* et ep. 35. Peto a te, ut omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis, ei commodes. et ep. 37. Peto a te, ut tantum ei commodes in hac re, quantum, &c. Adde epist. 54. et 2. *de Fin.* c. *ult.* ¶ Speciatim significat dare aliquid utendum ad tempus sine mercede, *to lend*: et dicitur fere de iis rebus, quæ eadem redduntur, ut JCti ex *Caio Dig.* lib. 44. tit. 7. leg. 1. definiunt. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 51. Commodare alicui ædes ad nuptias. ¶ Hanc tamen regulam Latini Scriptores non servare creduntur. *Phædr.* l. 1. fab. 17. Calumniator ab ove cum peteret canis, Quem commodasse panem se contenderet. *Al. leg.* commendasse *h. e.* deposuisse. V. *Commendo.* Addunt quidam locum *Cicer. pro Cœl.* c. 13. Quæ si se aurum Cœlio commodasse non dicit, &c. sed ibi de auro facto sermo est, ut cap. 21. plane colligitur; non de pecunia. Item *Verr.* 6. c. 9. Tritici modium LX. millia publice commodasti. Ita enim quidam Lexicographi referunt. Sed *Cic.* solum dicit, *At publice commodasti. h. e.* commodo civitatis Messanæ consuluisti, remittendo tritici modium LX. millia, quæ empta populo R. Mamertini dare debebant. Addunt etiam verba *Plauti Asin.* 3. 3. 135. sed in his non *commodo, as*, sed *commodus* adject. habetur. V. *Commodus.* ¶ Translate *Petron. in Satyr.* c. 111. Commodare lacrymas lugenti. *Tacit. in Agric.* c. 32. Britanni dominationi alienæ sanguinem commodantes. *Liv.* l. 34. c. 12. Commodare aliis vires suas. *Jabolen. Dig.* lib. 38. tit. 5. *leg. pænult.* alicui fidem suam. *Vellei.* l. 2. c. 70. *ad fin.* manum morituro. *to lend a hand to. Senec.* ep. 8. candidato vocem et manum. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 4. Advocatus commodat præsentiam suam amico. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 8. v. 86. Commodat illusis numina surda Venus. *Stat.* 4. *Theb.* v. 75. Commodare alicui iras. *Senec. in Med.* v. 907. alicui scelera. *h. e.* admittere in gratiam alicujus. ¶ Ponitur et pro accommodare, *to adjust, adapt. Cato R. R.* c. 135. *in fi.* Trapetum ubi arvectum erit, ubi statues, ibi et commodato, concinnatoque. *Quintil.* l. 11. c. 3. Commodare manum ad verba. *de gestu loquitur.* Vetus quidam Codex habet *accommodare. Cœl. Aurel. Chronic.* l. 4. c. 3. Spongiæ commodandæ podici.

COMMODULATĬO, onis, f. *symmetry, proportion. Vitruv.* l. 3. c. 1. Proportio est ratæ partis membrorum in omni opere, totiusque commodulatio.

COMMODŬLE, adverb. diminut. a *Commode*, et

COMMODŬLUM, diminut. a Commodum, *somewhat fitly. Plaut. Stich.* 5. 4. 8. Pro opibus nostris satis commodule. et *Mil.* 3. 1. 155. Commodulum obsona, ne magno sumptu. *Arnob.* l. 2. pag. 55. Fortuita quædam commodule provenire.

COMMODŬLUM, i, n. parvum commodum. *Arnob.* l. 1. pag. 7. Eventa hæc non commodulis nostris, sed ipsius pendenda sunt rationibus naturæ.

COMMŎDUM, adverb. *conveniently, in due season, opportunely*, εὐκαίρως, opportune. *Plaut. Amph.* 2. 2. 37. Ad aquam præbendam commodum adveni domum. ¶ Item eodem ipso tempore. *Id. Cas.* 3. 4. 3. Sed eccum ante ædes: ad te hercle ibam commodum. *I was just coming to you. Terent. Phorm.* 4. 3. 9. Id cum hoc agebam commodum. ¶ *Commodum, cum* est vix dum, tantum quod. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 9. Commodum discesseras heri, cum Trebatius venit. *you had but just gone when*, &c. Adde ep. 30. et lib. 10. ep. 16.

COMMŎDUM, i, n. *advantage, profit, utility, convenience*, εὐχρήστημα, ὠφέλεια, [quod fit cum modo, qui nobis placeat, ipsaque adeo] utilitas, emolumentum, fructus. *Senec.* ep. 87. *ad fin.* Alia est commodorum conditio, alia bonorum: commodum est, quod plus usus habet, quam molestiæ: bonum sincerum debet esse, et ab omni parte innoxium. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 82. Qui utilitatem defendit, enumerabit commoda pacis, opum, potentiæ, &c. *Id. pro Leg. Manil. in fi.* Dignitatem reipublicæ suis commodis et rationibus præferre. *Id. Q. Fratr.* l. 1. ep. 1. c. 8. Servire commodis et utilitati alicujus. *Terent. Eun.* 3. 5. 26. Capere commodum ex aliqua re. ¶ Speciatim accipitur pro præmio, quod datur militibus præter stipendium, ut præda, vestis, ager, captivus, et similia his. *a reward given to soldiers over and above their pay. Cic. Fam.* 7. ep. 8. Sum admiratus, cur tribunatus commoda, dempto præsertim labore militiæ, contempseris. *Sueton. in Aug.* c. 49. Commoda missionum. *Id. in Calig.* c. 44. emeritæ militiæ. *Id. in Ner.* c. 32. veteranorum. Adde *Ovid.* 1. *de ar. aman.* v. 130. ¶ Item pro mercede, annona, *a pension, stipend, provision*, quæ datur familiis publicis reipubl. inservientibus. *Frontin. de aquæduct.* artic. 118. Cæsaris familia ex Fisco accipit commoda. ¶ Item pro re commodata. *Cic. Verr.* 6. cap. 3. *ad fin.* Forum ac basilicas non spoliis provinciarum, sed ornamentis amicorum, commodis hospitum, non furtis nocentium ornare. ¶ Sunt elegantes illæ locutiones, quæ maxime accedunt ad Italicas loquendi formulas. *Cic.* 12. *Attic.* ep. 28. *in fi.* Velim aliquando, cum erit tuum commodum, Lentulum puerum visas. *Id. Verr.* 2. *in fi.* Etiam si spatium ad dicendum nostro commodo, vacuosque dies habuissemus. *Id. Fam.* 4. ep. 2. *in fi.* Tu, quod commodo tuo fiat, velim venias. *Id. Attic.* l. 13. ep. 48. Quod utinam! iterum utinam! tuo tamen commodo. *Id. ad Brut.* ep. 5. Si minus id commodo reipubl. facere posses. *Liv.* l. 22. c. 57. Ut primo quoque tempore, quantum per commodum reipubl. fieri posset, Romam veniret. ¶ *Ex commodo*, cum commodum est. *Senec.* ep. 46. Librum tuum accepi, et tanquam lecturus ex commodo, adaperui, ac tantum degustare volui. *Colum.* l. 6. c. 2. *sub fin.* Ex commodo mandere, aut festinanter. *Id.* l. 12. c. 19. Levi igne, et tenuibus lignis fornacem incendemus, ut ex commodo mustum ferveat. *slowly, gradually.*

COMMŎDUS, a, um, *convenient, apt, fit, suitable*, modum servans, aptus, accommodatus, conveniens. *Plaut. Asin.* 2. 3. 21. Homo tristi fronte, commoda statura. *Id. Mostell.* 1. 3. 98. Capillus commodus. *hair adjusted. Ovid.* 2. *Fast.* v. 288. Vestis commoda ad cursum. *Virg.* 4. *Georg.* v. 129. Terra commoda Baccho. *h. e.* apta vitibus. ¶ Item integer, plenus. *Plaut. Asin.* 3. 3. 134. Quid ego aliud exoptem amplius, nisi illud, cujus inopia est, Viginti argenti commodas minas, hujus quas dem matri. *of the just weight.* infra vers. 144. minas bonas vocat. *Id. Rud.* 5. 2. 31. Talentum argenti commodum magnum inerat in crumena. *Horat.* l. 3. od. 19. v. 13. tribus, aut novem Miscentor cyathis pocula commodis. *full.* ¶ *Commoda valetudo*, bona, integra, *health. Cels.* l. 8. c. 1. Quo suturæ pauciores sunt, eo capitis valetudo commodior. Adde *Quintil.* l. 6. c. 3. Hinc *Plin.* l. 3. ep. 16. Vivere filium, atque etiam commodiorem esse simulabat. *pretended that he was better.* ¶ Item opportunus, utilis, facilis, *useful, suitable, fit, convenient, opportune. Cic. Attic.* l. 9. ep. 3. Si commodius anni tempus esset. *Cels.* l. 4. c. 4. Commodum est hyssopum cum mulsa decoquere. *Et* cap. 22. Imponere noctu malagmata commodius est. *it is better. Liv.* l. 22. c. 2. Cum longius, ceterum commodius iter ostenderetur. *Cic. pro Cæcin.* c. 3. Faciliore et commodiore judicio ad jus suum pervenire. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 2. Quo ex portu commodissimum in Britanniam transjectum esse cognoverat. et cap. 11. Commodissimum esse statuit, omnes naves subduci. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 18. Commodum est auditu propter brevem conclusionem. *Cic. Fam.* 9. ep. 2. Putabam, qui obviam mihi venisset, ut cuique commodum esset, suspicaturum, &c. *Id. Attic.* l. 13. ep. 48. Id si tibi erit commodum, cures velim. ¶ *Commodum est* sæpe significat libet, placet: nempe quia quæ libenter facimus, facilia et commoda sunt. *Cic. Verr.* 4. c. 13. Aut eum judicem, quem commodum erat, præconem, haruspicem, medicum suum dabat. Ubi *Ascon.* Veteste posuit pro eo, *quem volebat.* Sic Terent. (*Adelph.* 1. 2. 38.) *Amat? dabitur a me argentum, dum erit commodum.* Nam meretrici dare quando est commodum? sed est positum pro eo, *quam diu libuerit.* Hactenus Ascon. Rursus *Cic.* 1. *de Divin.* c. 49. Ut ostenderet, etiam Philosophum, si commodum esset, pecuniam facere posse. Adde *Verr.* 4. c. 16. *Verr.* 3. c. 26. lib. 3. *de Orat.* c. 23. et *post redit. in Sen.* c. 5. et *Terent. Phorm.* 5. 8. 37. ¶ Est etiam *commodus* moderatus, humanus, facilis, comis, modum servans, et facile aliis se accommodans, *easy, affable, polite, civil, obliging*, εὐάρμοστος. *Cic.* 5. *Verr.* c. 9. Apronius, qui aliis inhumanus et barbarus, isti uni commodus ac disertus videretur. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 13. Multo te esse jam commodiorem, mitioremque nunciant. *Id. de Amic.* c. 15. Commodis moribus esse. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 1. Commodi convivæ. *Terent. Heaut.* 3. 2. 10. Mulier commoda et faceta. Adde *Horat.* l. 4. od. 8. v. 1. et l. 2. ep. 1. v. 227. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 18. et *Cic. Verr.* 4. *sub fin.*

COMMŒNĪTUS, a, um, idem quod communitus, ab antiquo *mœnio* pro munio. *Gell.* l. 17. c. 11. Ore ipso arteriæ commœnito. *h. e.* aditu arteriæ clauso.

[*COMMOLENDA, vel CONMOLENDA, æ, f. Deæ nomen apud Romanos, quæ et *Coinquenda* vocabatur. Hæc commolendis, seu minutatim cædendis arboribus, quæ in lucis sacris fulmine attactæ fuerint, præerat, eique sacrificium piaculare fiebat, ut venia eas cædendi impetraretur. *Inscript. Fratr. Arval.* n. 32. Adolendæ, Commolandæ (*lege* Conmolendæ), Deferundæ oves duas immolavit. V. *Marinium ibid.* pag. 380. *et seqq.* de hac Dea disserentem.]

COMMOLĬOR, iris, itus, sum, dep. 4. idem quod molior, ἐκτεχνάομαι. *Stat. Cæcil.* apud *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* c. 29. Quem dolum ad eum, aut machinam commoliar. *h. e.* comminiscar, *I shall devise. Gell.* l. 3. *c. ult.* Confabricatus, commolitusque est originem vocabuli. *hath after much study discovered.*

COMMOLĪTUS, a, um, particip. a *commolior* V. ¶ Commolitus, a, um, *ground small*, particip. activ. a *commolo is:* molæ suppositus et pressus. *Colum.* l. 12. c. 50. Bacca commolita et expressa.

COMMOLLĬO, is, a. 4. *to soften*, idem quod mollio. *Marcell. Empir.* c. 8. *sub fin.* Duritias palpebrarum commollit, ac discutit.

COMMŎLO, is, ui, itum, *to grind, bruise or break small*, idem ac molo, mola premo, καταλέω. *Colum.* l. 12. c. 50. *ad fin.* Olivam primo quoque tempore commolere, preloque subjicere. *Id. ibid.* cap. 28. Minutissime commolere. [¶ Significat etiam cædere, et de arboribus usurpatur, quæ ictu fulminis attactæ fuerunt; etenim rami a fulmine tacti decidebantur, deinde adolebantur. *Inscript. Fratr. Arval.* n. 43. Earumque arborum eruendarum, ferro perdendarum, adolendarum, commolendarum, item aliarum restituendarum causa.]

COMMONEFACĬO, is, eci, actum, a. 3. *to put in mind, remind, warn, advise*, ἀναμιμνήσκω, mentionem facio, commemoro, commoneo. *Cic.* 6. *Verr.* c. 64. Laudatio, quæ commonefaceret istius turpem, calamitosamque præturam. *Id. Verr.* 4. c. 17. Illi eum commonefaciunt, ut, &c. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 19. Commonefacit, quæ ipso præsente sint dicta. *Sallust. in Jug.* c. 53. Commonefacere milites beneficii sui. *Tacit. Ann.* 6. c. 12. Simul commonefacit, sanxisse Augustum, &c. *Metell. ad Cicer. Fam.* 5. ep. 3. Docere, et commonefacere aliquem. ¶ Festive *Plaut. Stich.* 1. 2. 6. Vos monumentis commonefaciam bubulis. ¶ Cum ablat. et præposit. *de Impp. Theodos. et Valentin.* lib. 1. tit. 1. *Cod.* leg. 3. Commonefacere subditos de religione. ¶ Passivum est *Commonefio, is, actus sum. Cic. Verr.* 7. c. 43. Nemo est, qui legat, quin tui sceleris et crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

COMMONĔO, ōnes, ui, itum, a. 2. *to call to mind, remind, put in mind, advise, warn, suggest*, ὑποβάλλω, ὑπομιμνήσκω, moneo, admoneo. *Plaut. Pseud.* 3. 4. 17. Commonerier officium suum. *paragoge pro* commoneri. *Cic. Verr.* 3. c. 59. Quis venit in Circum maximum, quin de avaritia tua commoneretur? *Id. in Partit.* c. 27. Commonere aliquem de periculo. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 33. Te nuptiales tibiæ ejus matrimonii commonebant. *Plaut. Rud.* 3. 4. 38. Commonere aliquem suarum miseriarum. *Terent. Andr.* 1. 5. 45. Commonere aliquem, ut servet fidem. *Cels.* l. 1. c. 3. *a med.* Commoneo tamen, ne quis hoc quotidianum habeat. ¶ Translate *Cic. Verr.* 6. c. 26. Pisonis annulus me commonuit. *Terent. loc. cit.* Consuetudo me commonet. *Id. ibid.* 4. 5. 17. Aliorum exempla me commonent. ¶ Quid ab *Admoneo* differat, V. in fine ejus verbi.

COMMONITĬO, onis, f. monitio, *Quintil.* l. 4. c. 2. pag. 331. *Burm.* Non inutilis erat in extrema parte commonitio. *h. e.* repetitio, quæ in memoriam revocet quæ dicta sunt. *Id.* l. 4. c. 4. *extr.* Sit hæc commonitio judicis, quo se ad quæstionem acrius intendat.

COMMONĪTOR, oris, m. qui commonet. *Symmach.* l. 7. ep. 105. Adjeci commonitorem. *Al. aliter leg.*

COMMONITORĬUM, ii, n. ὑπομνηστικόν, scriptum vel epistolam denotat, qua quis officii admonetur, ut sunt mandata, quæ scriptis dantur Legatis proficiscentibus, Angl. *a letter mandatory, instruction, diploma. Ammian.* l. 28. c. 1. (*al.* 5.) Commonitorium repertum est, manu scriptum Hymetii. Adde *Symmach.* l. 5. ep. 21. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 6. *Cod. Theodos.* tit. 29. leg. 10. et *Augustin.* ep. 129. *in fi.* ¶ Figurate *Sidon.* lib. 8. epist. 11. *in Carm.* Phœbus commonitorium Thaliæ. ¶ Adjective *suffragium commonitorium*, est tacitus assensus concedendi rem aliquam, et conventio absque scriptura facta. *Impp. Theodos. Arcad. et Honor.* lib. 4. *Cod.* tit. 3.

COMMONĪTUS, a, um, adject. *advised, admonished, warned. Liv.* l. 34. c. 51. Commonitosque in quo statu rerum accepisset eos, dimisit. *Al. leg.* admonitos. *Sueton. in Tiber.* c. 22. Commonito pro Rostris populo. [*Plaut. Trin.* 4. 3. 43. Hoc qui in mentem venerit mihi, reipsa modo commonitus sum.]

COMMONSTRĀTUS, a, um, *shown*, ostensus. *Cic.* 4. *de Orat.* c. 55. Si non sunt omnes patefacti, at certe commonstrati loci.

COMMONSTRO, as, avi, atum, a. 1. *to show, point out*, δείκνυμι, idem quod monstro, ostendo. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 83. Commonstra, si novisti Agorastoclem. *Id. Curcul.* 4. 1. 6. Commonstrabo, quo inveniatis loco. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 46. *in fi.* Commonstrare viam. ¶ *Commonstrasso* pro *commonstravero* habet *Plaut. Epid.* 3. 4. 5.

COMMORATĬO, onis, f. *a dwelling, abiding, sojourning*, actus commorandi. *Cic. Fam.* 6. ep. 19. Et villa et amœnitas illa commorationis, non diversorii. ¶ Item mora, cunctatio, *a delay, lingering. Id. Q. Fr.* lib. 3. ep. 1. *c. ult.* Multos dies epistolam in manibus habui propter commorationem tabellariorum. ¶ Est etiam figura Rhetorica, cum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, et eodem sæpius reditur, ut *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 45. definit. Adde *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 53. *a rhetorical figure, when an orator dwells long on some particular point.*

COMMORDĔO, es, ordi, orsum, a. 2. idem quod mordeo, *to bite, gnaw. Senec.* lib. 4. controv. 29. Quædam feræ tela ipsa commordent. ¶ Translate *Senec. de vita beata*, c. 21. Infelicem linguam bonorum exercete convicio: instate, commordete.

COMMORĬOR, reris, dep. 3. συναποθνήσκω, simul morior, *to die along with, die together. Plin.* l. 27. c. 2. Exitialia per se ambo cum fuerint duo venena, in homine commoriuntur. *In Epit. Livii* l. 2. In acie cum Arunte commortuus est. *Sen.* ep. 77. *a med.* Fortior esses, si multa hominum millia tibi commorerentur. *h. e.* tecum una. *Sallust. in fragm.* l. 2. *histor.* apud *Arusian. Mess.* Obviam ire, et commori hostibus. *Valer. Max.* l. 6. c. 8. n. 2. Commori cum aliquo. ¶ Particip. *commoriens, entis. Plin.* l. 10. c. 21. *de gallis dimicantibus.* Nec finis sæpe commorientibus. ¶ *Commorientes* Græce συναποθνήσκοντες, titulus fuit Comœdiæ Plautinæ, teste *Terent. in Adelph. prol.* v. 7. Ex ea fragmentum affert *Priscian. sub fin.* l. 6.

COMMŎRO, as, n. 1. pro *commoror, aris*, tanquam Latinum, atque in usu apud vetustissimos, enumerat *Priscian.* l. 8. pag. 797. *Putsch.* inter verba, quæ duplicem positionem, activam, et passivam habent. Quidam confirmant etiam auctoritate *Plinii* l. 19. c. 6. *in fi.* sed eo loco incerta admodum lectio est.

COMMŎROR, aris, atus sum, dep. 1. *to stop, pause, stay, abide, remain, tarry, sojourn with*, ἐγχρονίζω, διατρίβω, idem quod moror, vel simul moror. *Cic. pro Quint.* c. 6. Romæ dies triginta fere Quintius commoratur. *Id. Fam.* 3. ep. 5. *ad fin.* Ephesi triduum sum commoratus. *Id. pro Cluent.* cap. 13. Cum ibi diem posterum commoraretur. *Id. de Senect. c. ult.* Commorandi natura diversorium nobis, non habitandi dedit. *Id.* 6. *Fam.* ep. 19. *in fi.* Ego me Asturæ diutius arbitror commoraturum. *Pompei. ad Domit. post* ep. 12. l. 8. *ad Attic.* Commorari circum istæc loca. *Cic. pro leg. Manil.* c. 5. *in fi.* Commorari diutissime apud aliquem. *Id. Verr.* 7. c. 36. Prædones unam solam noctem ad Pelorum commorati. *Plin.* l. 22. *c. ult.* Elelisphacos cum vino commorantes menses trahit, abundantes sistit, &c. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 40. Versare multis modis eandem rem, et hærere in eadem, commorarique sententia. *to insist upon, dwell upon. Id. pro Cluent.* c. 19. Cum pluribus verbis in eo commoratus essem, Scamandro factas insidias esse. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. *post med.* Diutius in tam misera, tamque turpi vita commorari. *Id. pro Rosc. Com.* c. 16. Veritas paulisper consistere et commorari cogit. *Id. Fam.* 6. ep. 10. Commorari in armis civilibus. ¶ Active cum accusativo est retardare, detinere, *to detain, retard. Plaut. Pseud.* 4. 7. 31. Me nunc commoror, cum has fores non ferio. *Id. Amph.* 2. 2. 58. An te auspicium commoratum est? ¶ Antiqui usurparunt etiam activa forma *commoro, as*, teste *Prisciano* lib. 3. pag. 797. *Putschii.*

COMMORSĬCO, as, a. 1. frequent. a commordeo, *to bite. Apul.* l. 7. *Metam.* Dentium candentium renudatis bastis totum me commorsicat.

COMMORSUS, a, um, adject. *bitten. Plin.* l. 24. c. 11. cujus verba V. in *Alysson.*

COMMORTĀLIS, le, mortalis. *Colum.* l. 3. c. 20. Quæ propter infirmitatem commortalis naturæ consequi nequeamus.

COMMORTŬUS, V. in *Commorior.*

COMMŌSIS, is, f. *the first ground-work of bees in the making of honey, of a gummy substance*, κόμμωσις, primum mellificii fundamentum, ex tenaci et viscosa constans materia, a κόμμι, quod nos gummi dicimus. *Plin.* l. 11. c. 7.

COMMOTACŬLA, V. *Commentacula.*

COMMOTĬÆ Nymphæ fuerunt ad lacum Cutiliensem (nunc *lago di Contigliano* in agro Reatino) a commotu, quod ibi insula in aqua commovetur. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 10.

COMMOTĬO, onis, f. *commotion, violent affection, agitation, trouble, disquiet, disturbance,* συγκίνησις, πάθος, actus commovendi, motus. *Pallad. in Octobr.* tit. 14. *ante med.* addunt (*vino*) glycyrrhizæ aliquantulum, et utuntur, cum diu vasorum commotione miscuerint. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 9. Gravior gestationis commotio. et l. 1. c. 13. Ventris commotio. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Fin.* c. 4. Voluptati duas res subjiciunt, lætitiam in animo, commotionem suavem jucunditatis in corpore. *a pleasurable emotion. Id.* 4. *Tuscul.* c. 28. Commotiones animorum a recta ratione aversæ sunt vitiosæ. et lib. 5. c. 14. Temperantia est moderatrix omnium commotionum. *of all the affections. Quintil.* l. 5. c. 10. Commotionem accipi volunt temporarium animi motum, sicut iram, pavorem.

COMMOTIUNCŬLA, æ, f. *a slight affection,* exigua commotio. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 11. Atticæ hilaritatem libenter audio, commotiunculis συμπάσχω. *h. e.* levibus morbi tentationibus afficior. [*corrige h. e. levibus Atticæ febriculis ipse summopere afficior.*]

COMMŌTO, as, a. 1. frequentat. a commoveo. *Octav. Horatian.* seu potius *Theod. Priscian.* l. 1. Assidue commotare.

COMMŌTUS, a, um, *moved, stirred, agitated, put in motion,* idem quod motus, et valde, aut simul motus, διακινηθείς. *Cic. Verr.* 3. c. 55. Columnæ commotæ. *Sil.* l. 4. v. 93. Pulvis commotus. *Senec. in Agamemn.* v. 633. Parmæ commotæ sonuere. *Virg.* 4. *Æn.* v. 301. Commota sacra. V. in *Commoveo. Tacit. Ann.* 12. c. 55. Cilicum nationes commotæ. *up in arms.* Sic *Ann.* 14. c. 31. Commoti ad rebellationem Trinobantes. *excited to insurrection. Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 6. Huic convivio Quintus tuus, quod perleviter commotus fuerat, defuit. *had been slightly indisposed.* ¶ Sæpissime transfertur ad animum, et dicitur de eo, qui aliqua affectione commovetur. *Cic.* 1. *Offic.* c. 29. Qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt. *Terent. Andr.* 5. 4. 33. Animus commotus metu, spe, gaudio. *moved, affected. Virg.* 4. *Georg.* v. 471. Umbræ Erebi commotæ cantu. *moved, allured, enticed, charmed. Stat.* 9. *Theb.* v. 831. Commotus justis querelis. *Sallust. in Catil.* c. 32. Commotus ira. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 12. Hostes turris repentina ruina commoti. ¶ Absolute *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 37. Actio non potest esse vehemens, nisi est animus ipse commotior. *animated. Tacit. Ann.* 11. c. 2. Commotus majorem in modum Claudius. *moved to compassion. Terent. Eun.* 3. 5. 19. In hac commotus sum. *h. e.* amore arsi. *Id. Andr.* 5. 2. 23. Ego te jam commotum reddam. *h. e.* turbatum, sollicitum, anxium. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 182. Commoti pectoris ignis. *h. e.* irati. *Virg.* 1. *Æn.* v. 126. Graviter commotus. *angry, enraged, indignant.* Sic apud *Sueton. in Aug.* c. 51. et *in Tiber.* c. 51. *commotus* pro irato ponitur. *Tacit. Ann.* 4. c. 3. Drusus commotior animo. *hot, warm, passionate. Quintil.* l. 6. c. 1. (*al.* 2.) Commotus vultu. *disturbed, discomposed. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 208. Qui species alias, veri scelerisque tumultu Permixtas capiet, commotus habebitur. *h. e.* insanus. et, eodem sensu, vers. 278. Commota mens. *Plin.* l. 23. c. 1. Commotus mente. *h. e.* mente perculsus ex morbo, ἀπόπληκτος. Sic lib. 36. cap. 21. Commota mens. *eod. sensu. Tacit. Ann.* 6. c. 45. Caius commotus ingenio. *h. e.* captus, *without discretion; devoid of understanding;* [† Interpretatur *Ernesti*, vehemens, iracundus, ferox, citans *Cic. Brut.* 34. Est qui legit *commodus.*] *Liv.* l. 6. c. 14. Consilium commotum ad omnia turbanda. *rash, headstrong.* Al. leg. *commodius. Senec.* epist. 116. *a med.* vocat amorem, rem commotam impotentem, alteri emancipatam, vilem sibi. *h. e.* turbatam, seu turbulentam, turbidam, vel insanam, præcipitem. ¶ *Æs alienum commotum*, apud *Tacit. Ann.* 6. cap. 17. est pecuniæ fenebris ratio perturbata, seu periculum amissionis pecuniæ creditæ.

COMMŌTUS, us, m. idem quod commotio, sed in solo ablativo casu apud *Varron.* l. 4. *L. L.* c. 10.

COMMOVĔO, es, ōvi, ōtum, a. 2. *to move together or wholly, move, stir, remove,* κινέω, συγκινέω, idem quod moveo, vel simul aut valde moveo. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 57. [...]orum, qui agunt in Scena, spectante Roscio, quis se commovere potest, cujus ille vitia non videat? *Valer. Flacc.* [...] 2. v. 33. Commovere molem. *Lucret.* l. 6. v. 1118. Cæ[...]um commovet se. *Petron. in Satyr.* cap. 113. Commovere caput. *Cic. Verr.* 7. cap. 37. Commovere castra ex aliquo loco. *Id.* 5. *Fin.* c. 15. Commovere se ex loco aliquo. et *Fam.* 6. ep. 20. Te istinc ne commoveas. *do not stir from* [...]ence. *Id. ibid.* l. 9. ep. 5. Qui se domo non commoverunt. *stirred not from home. Sisen.* apud *Non.* c. 1. 267. Agmen perturbatum pedites insinuant, ac loco commovent. *Plin.* [...]. c. 41. Commoveri alvo, nervis, capite. mente. *to be afflicted in the bowels,* &c. ¶ Translate *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. [...] Porticus, palæstra, et sessiones commovent memoriam disputationum Græcarum. *Id. Verr.* 7. c. 8. Commovere bellum, aut tumultum. *to excite. Id. Attic.* 2. ep. 7. bilem. *provoke. Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 4. multorum studia scribendi. *h. e.* excitare. *Id. Verr.* 6. c. 21. *in fi.* dolorem acerbum. *Id.* 1. *de Invent.* c. 54. odium summum in aliquem. *Id. Attic.* l. 1. ep. 4. crebras expectationes sui. *to raise. Id.* 3. *Phil.* c. 7. invidiam in aliquem. *Id.* 2. *de Orat.* c. 47. misericordiam alicui. *to move. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 40. aliquem ad aliquid. *h. e.* excitare, incitare. ¶ *Commovere aliquid*, h. e. promovere, excitare. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 25. *de animo, et ingenio.* Præclare se res habet, si hæc accendi, et commoveri arte possint: inseri quidem, et donari ab arte non possunt. ¶ *Et loco movere: et* eleganter in re militari usurpatur. *Liv.* l. 9. c. 40. Ingens fuit certamen inter dictatorem, et magistrum equitum, ab utra parte victoria inciperet: prior Junius commovit hostem. *made the enemy give way.* Et translate *Cic.* 2. *de Divin.* c. 10. *extr.* Experiamur, si possimus cornua commovere disputationis tuæ. [† *h. e.* evertere, refellere, confutare.] ¶ *Commoveri sacra* dicebantur, cum solemnibus diebus aperiebantur templa deorum instaurandi sacrificii causa. Tunc enim deorum simulacra manu commovebantur. Hoc vulgo *apertiones* appellabant. Ita *Serv. ad* 4. *Æn.* v. 301. Quia vero, qui hæc faciebant, ea occasione solebant miras voces edere; hinc jocculariter *Plaut. Pseud.* 1. 1. 107. Scis tu quidem, mea si commovi sacra, quo pacto, et quantas soleam turbellas dare. *h. e.* si artes et fallacias meas instauravi. *Horatii* quoque illud huc pertinet l. 2. sat. 1. v. 45. at ille, Qui me commorit (melius non tangere clamo) Flebit, et insignis tota cantabitur Urbe. *whoever shall rouse me.* Nisi forte respexit *Plaut.* (quod et *Taubman.* observat) ad illa *Catonis R. R.* c. 134. Priusquam porcum immolabis, Jano struem commoveto, sic: Jane pater, te hac strue commovenda bonas preces precor, &c. V. *Moveo.* ¶ Sæpissime usurpatur de affectionibus animi, et significat afficere. *to move, touch, affect. Cic. pro Ligar.* c. 3. *extr.* Nimis urgeo: commoveri videtur adolescens. *seems to be affected.* et *pro Rabir. perduell.* c. 6. Nihil me clamor iste commovet, sed consolatur. *does not alarm me. Id. Divin. in Verr.* c. 13. et *Q. Fr.* l. 3. ep. 5. Commoveri animo. *Id. Verr.* 4. c. 34. Commovere animum aut oculos alicujus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 45. Commovere judices. *Id. pro Leg. Manil.* c. 9. Commoveri desiderio suorum. *Id. pro Font.* c. 16. miseriis et periculis alicujus. *to be moved to compassion. Id. pro Mil.* c. 31. Religiones mehercule ipsæ, quæ illam belluam cadere viderunt, commovisse se videntur, et jus in illo suum retinuisse. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 5. Commovit me. *hath persuaded me. Terent. Phorm.* 1. 2. 51. Commorat omnes nos. pro *commoverat*: Sic *commorit* pro *commoverit* apud *Horat. loc. cit.* et *commorunt* pro *commoverunt* apud *Lucret.* l. 2. v. 765. et *commossem* pro *commovissem*, et *commosse* pro *commovisse* apud *Cicer.* pro *Planc.* c. 37. et *Fam.* 7. ep. 18. [¶ *Commoveri* est etiam levi febricula tentari. *Cic. ad Q. Fratr.* lib. 2. ep. 6. Huic convivio puer optimus Quintus tuus meusque, quod perleviter commotus fuerat, defuit: a. d. VII. Id. April. veni ad Quintum, eumque vidi plane integrum.]

COMMUGENTO, convocanto. *Festus.*

COMMULCĔO, es, ulsi, ulsum, a. 2. *to stroke gently, soothe, caress, appease,* καταχηλέω, idem quod mulceo, delinio, mitigo. *Apul.* l. 9. *Metam.* Trepidantem puerum commulcens. *Arnob.* l. 7. pag. 233. Thus narium commulcet sensus. ¶ Translate *Tiro Tull. Cic. libert.* apud *Gell.* l. 7. c. 3. Commulcere sensus judicum honorificis, verecundisque sententiis. *Arnob.* l. 1. pag. 35. Commulcere aures. *to please.*

[* COMMULCO, as, avi, are, a. 1. *to beat, strike,* idem fere ac mulco. *Apul. Met.* l. 8. pag. 584. *Oudendorp.* Indidem se se multinodis commulcat ictibus.

* COMMULGĔO, es, lxi, ere, a. 2. *to milk,* totum mulgeo. Translate *Lucret.* l. 4. v. 1203. Et commiscendo cum semen forte virile Femina commulxit subita vi, corripuitque.]

COMMUNALĬA, V. *Communis* in fine.

COMMUNDĀTUS, a, um, idem quod mundatus. *Ulpian.* lib. 34. *Dig.* tit. 2. leg. 26. (*al.* 25.) Mulier ex somno statim ornata, non tamen commundata. Ita *Torrentin.* Al. leg. *emundata. Jul. Obsequ. de prodig.* c. 115. Commundatum templum.

COMMUNDO, as, avi, atum, a. 1. *to clean, cleanse, make clean,* idem quod mundo, καθαίρω. *Colum.* l. 12. c. 18. Vasa aqua dulci eluenda sunt, et commundanda. *Ulpian. loc. cit. in voc præced.* Mulieres, quæ se commundaverint lotæ in balneo.

COMMUNICARĬUS DIES, qui et pandicularis, dicebatur, in quo omnibus diis communiter sacrificabatur. *Festus* in Pandicularis.

COMMUNICATĬO, onis, f. *an imparting, sharing, communicating, making of a thing common,* κοινωνία, communicandi actus, participatio. *Cic. pro Balb.* c. 13. Largitio et communicatio civitatis. *Id.* 5. *de Fin.* c. 23. Societas et communicatio utilitatum. *Id. Attic.* l. 1. epist. 17. suavissima sermonis. *Id. Fam.* 5. ep. 19. consilii. *Plin.* l. 24. c. 14. *in fi.* nominum. *Cato* apud *Gell.* l. 7. c. 3. criminis cum pluribus. ¶ Est hoc nomine figura Rhetorica, ἀνακοίνωσις, cum quasi cum iis ipsis, apud quos dicimus, deliberamus, aut adversarios ipsos consulimus: ut *Cato*: Cedo, si vos in eo loco essetis, quid aliud fecissetis? *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 53. *Quintil.* l. 9. c. 2. *a figure of rhetoric, whereby the orator puts it to the audience what they would do in such and such a case.*

COMMUNICĀTOR, oris, m. *one who communicates or imparts,* qui communicat, et participem facit. *Arnob.* l. 4. *sub fin.* Familiaris communicatores rei. ¶ *Tertulliano de Pudic.* c. 22. est particeps ecclesiasticæ communionis, excommunicato oppositus. Alii, inquit, ad metalla confugiunt, et inde communicatores revertuntur.

COMMUNICĀTUS, us, m. idem quod communicatio. *Apul. de Deo Socrat.* pag. 44. *Elmenhorst.* Nullo inter se propinquo communicatu.

COMMUNICĀTUS, a, um, nom. ex particip. *communicated, imparted, shared with,* κοινωθείς. *Liv.* l. 8. c. 25. Communicato inter se consilio. et l. 22. c. 27. Communicatum imperium. *Gell.* l. 9. c. 12. Communicata significatio. *h. e.* ab uno sensu ad alium traducta.

COMMUNĬCEPS, icipis, m. et f. *a fellow-citizen,* idem quod municeps, ejusdem municipii civis. *Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 68. n. 3. C. Oppius C. L. adscensus patronis sanctissimis communicipibus suis.

COMMUNĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to communicate, impart, share with any one, make partaker of, hold communication with, commune, confer,* κοινωνέω, communem facio cum altero, participem facio, impertio. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 18. Nihil mihi nunc scito tam deesse, quam hominem eum, quocum omnia una communicem. *Id. pro Quint.* c. 4. Cum de societate inter se multa communicarent. *Id. Fam.* 1. ep. 7. Pompeius mecum sæpissime de te communicare solet. *Id. Fam.* 15. ep. 21. Communicare inimicitias cum altero. *h. e.* profiteri se inimicum inimicorum alterius. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 2. et *Liv.* l. 38. c. 28. consilia cum aliquo. *Sueton. in Aug.* cap. 75. jacturam et lucrum. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 48. causam suam cum altero. *Id. in Pison.* c. 2. provinciam. *Id. Fam.* 5. ep. 16. curam doloris. ¶ Singularis est illa loquendi ratio apud *Plaut. Mil.* 1. 1. 50. Communicabo te semper mensa mea. *you will ever be welcome at my table.* ¶ Reperitur etiam cum dativo. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 18. Quibus communicare de maximis rebus Pompeius consueverat. *Ascon. in Pisonian.* c. 39. Lege judiciaria communicata sunt judicia Senatui, et Equitibus Romanis. *Mamertin. in Paneg. Maxim.* c. 10. Exiguam sibi communicasse regionem. Sic *Liv.* l. 22. c. 27. Sibi communicatum imperium. ¶ Rem cum re communicare, est permiscere, conjungere. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 18. Communicare pecunias cum dotibus. *to join, unite. Cic. Fam.* 12. ep. 2. *ad Cass.* Quod ego periculum non extimesco, modo vestri facti gloriam cum mea laude communicet. *Id.* 4. *Acad.* c. 1. *extr.* Privabo illum potius debito testimonio, quam id cum mea laude communicem. ¶ *Communicare cum aliquo*, vel *alicui*, κοινωνεῖν τινι, pro conversari, *to have communication with, treat, practise. Justin.* l. 36. c. 2. *ad fin.* Caverunt, ne cum peregrinis communicarent. *Quidam MS. habet* conviverent. *Sulpic. Sev. Dial.* 3. c. 11. Quotidie communicantes Ithacio. Adde cap. 13. Sic *Augustin.* epist. 162. Communicare malis. *to practise with ill-disposed persons.* ¶ *Communicare aliquam rem*, vel *alicui rei* est participem esse, *to be a party to, share, partake. Quintil.* declam. 8. c. 6. *ad fin.* Solos ergo communicabit misera planctus? *Augustin. loc. cit.* Communicare altari Christi. et lib. 3. *contra Crescon. Grammat.* c. 36. Communicare peccatis alienis. ¶ Pro inquinare, *to stain, pollute,* adhibuit *Tertullian.* nempe quia quod cum aliis communicatur, polluitur quodammodo: et ipsa vox *communis* aliquando in Scripturis immundum significat. *De spectac.* c. 17. Quæ ore prolata communicant hominem. Adde *de patient.* c. 8. ¶ *Communicor, aris,* deponentis forma. *Liv.* l. 4. c. 24. Cum quibus spem integram communicati non sint.

COMMUNĬO, īnis, ivi, itum, a. 4. *to fortify all round, secure,* περιφράττω, idem quod munio, vel valde munio. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 43. Quem tumulum si occupasset Cæsar, et communisset, &c. *Id.* l. 5. *B. Gall.* c. 47. Communire castra. et lib. 1. c. 8. castella. ¶ Translate *Cic. Fam.* 15. ep. 4. Communire auctoritatem aulæ. ¶ Est etiam ædificare. V. *Communitus.*

COMMUNĬO, onis, f. *communion, mutual participation; an equal privilege or enjoyment of the same thing,* κοινωνία, μέθεξις, communitas, societas. *Cic.* 1. *de legib.* c. 7. Inter quos est communio legis, inter eos communio juris est. *Id. pro Mil. c. penult.* Bona, fortunas meas in communionem tuorum temporum contuli. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 2. Communio litterarum. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 22. Multum valet communio sanguinis. *Sueton. in Aug.* c. 74. Provocare ad communionem sermonis. *to discussion. Ulpian. Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 52. Inire communionem sagariam. ¶ Apud Ecclesiæ Scriptores *communio* est consuetudo et conversatio mutua Christianorum inter se. *Sulpic. Sever.* l. 2. *histor. sacr.* c. 45. Inire communionem cum aliquo. et *ibid.* Secernere se a communione alicujus. et cap. 37. Suspendere aliquem a communione. *to excommunicate. Augustin. in Psalm.* 57. n. 15. Imperatores nostræ communionis. *h. e.* Ecclesiæ Catholicæ. *Id.* ep. 54. c. 6. Privare aliquem communione sancti Altaris. *h. e.* Eucharistiæ.

COMMŪNIS, ne, adject. *common, the same, general,*

universal, all alike, κοινὸς, qui est multorum, vulgaris. Videtur esse a *munus*, quia commune est, quod ad multorum munia, seu munus pertinet, ut *Voss. in Etym.* in *Munus* docet. Quid a publico differat. V. in *Publicus*. Cic. 1. *de Orat.* c. 36. Res communes et pervagatæ. *Id.* l. 3. *de Fin.* c. 1. Usus vulgaris et communis. *Id. de provinc. consul.* c. 9. Ut commune officium censuræ communi animo defenderent. *Liv.* l. 12. c. 14. Martem esse communem, et eventum incertum belli. *alike to all. Cic. pro Balb.* c. 11. Quod commune est liberorum populorum, non proprium fœderatorum. *Id. de Senect.* c. 11. Non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis. *Id. ibid.* c. 19. Omni ætati mors est communis. *Id. de provinc. consul.* c. 1. *in fi.* Quem dolorem vos communem semper vobis mecum esse duxistis. *Id. pro Rosc. Com.* c. 10. Is fuit et cum Roscio communis. *Id.* 1. *de Legib.* c. 7. Inter eos ratio communis est. *Id. Fam.* 7. epist. 12. Commune nihil potest esse apud eos, qui &c. ¶ *Sensus communis* est cognitio eorum, quæ ab omnibus cognosci solent: *common sense, acquaintance with common matters*: quo qui carent stupidi vocantur. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 66. Communi sensu plane caret, inquimus. *he wants common sense.* Adde *Cicer.* 1. *de Orat.* c. 3. *in fi.* et *Phædr.* l. 1. fab. 7. ¶ *Genus commune* apud Grammaticos est eorum nominum, quæ simul masculina sunt et feminina, vel masculina, feminina simul, et neutra. *Charis. sub init.* l. 2. pag. 126. *Putsch. the common gender.* [† Differt ab epicœno, quod unum tantum habet articulum; commune minimum duos.] ¶ *Verbum commune* apud eosdem est, quod *or.* positione desinens activam simul et passivam significationem habet. *Gell.* l. 15. c. 13. *Priscian.* l. 8. pag. 787. *Putsch. a verb common.* ¶ *Communis Syllaba*, quæ tum brevis est, tum longa. *Charis. sub init.* l. 1. ¶ Mors communis ab *Eutrop.* l. 7. c. 8. dicitur, quam Angli vocant *a natural death.* ¶ *Communis sermo*, est usitatus, et vulgaris. *Petron. in Satyr.* c. 113. *Quint.* l. 2. c. 10. *common, vulgar, vernacular.* ¶ *Communis locus*, κατ' εὐφημισμὸν est Orcus, vel terra ipsa, quæ ut ait *Lucret.* l. 5. v. 260. est rerum commune sepulcrum. *Plaut. Cas. prol.* vers. 19. [Ponitur etiam pro lupanari. *Senec.* l. 1. controvers. 2. Meretrix vocata es, in communi loco stetisti; superpositus est cellæ tuæ titulus, venientes recepisti.] ¶ *Loca communia* apud *Cicer.* 4. *Verr.* c. 46. et *Fam.* l. 13. epist. 11. sunt ædes publicæ, ut porticus, basilicæ, fora, &c. *public buildings, structures, edifices.* ¶ At *loci communes* sunt sedes argumentorum artis Rhetoricæ, et Dialecticæ. *Cic. in Orat.* c. 36. et alibi. ¶ *Commune* dicitur caput, et summa rei, de qua societas inita est, *the common object of the establishment. Ulpian. Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 52. *in fi.* Non debet de communi id consequi. et *ibid.* De communi sarcire. ¶ Item *commune*, et *communia* dicitur de rebus publicis. *Horat.* l. 2. od. 15. v. 13. Privatus illis census erat brevis, commune magnum. *h. e.* census reipubl. *Id.* l. 1. ep. 20. v. 4. Paucis ostendi gemis, et communia laudas. *the public. Cic.* 3. *Verr.* c. 38. Quomodo iste commune Milyadum vexarit. *h. e.* rempubl. ut et *Ascon.* interpretatur, *the community.* Hinc *judicium communi dividundo*, h. e. re, quæ ad plures pertinet, apud JCtos: de quo titulus tertius libri 10. *Digest.* agit. *Cic. Fam.* 7. ep. 12. Quod jus statues communi dividundo, cum, &c.? ¶ *Res communis*, res publica. *Sisenna* apud *Non.* c. 12. n. 18. Quondam Sabini feruntur vovisse, si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos. ¶ *In commune* est in rem communem, *in common. Cic.* 2. *de Invent.* c. 3. Ex nostro quoque nonnihil in commune contulimus. *Liv.* l. 6. c. 40. Vocare honores in commune. *h. e.* promiscuos patribus et plebi. *Tacit. Ann.* 12. c. 5. Consulere in commune. *Ulpian. Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 52. Redigere in commune. et *ibid.* Emere in commune. *Phædr.* l. 5. fab. 6. Eja, inquit, in commune quodcumque est lucri. ¶ Significat etiam in universum, *in general, generally, universally. Plin.* l. 17. c. 1. *in fi.* Quæ ad cuncta arborum genera pertinent in commune, dicemus. *Tacit. de Germ.* c. 27. Hæc in commune de Germanorum origine, nunc singularum gentium, &c. *Id. Ann.* 15. c. 12. *ad fin.* His atque talibus in commune alacres iter properabant. ¶ *Communis homo* dicitur, qui se communem quodammodo facit, cum omnibus versari non dedignatur, comis, facilis, affabilis, κοινὸς, ἐπιεικὴς, *easy, affable, accessible, free, polite, complaisant. Cic. Fam.* 4. ep. 9. Eum magis communem censemus in victoria futurum fuisse? *h. e.* magis usurum consilio ceterorum. *Sueton. in Claud.* c. 21. Nec ullo spectaculi genere communior, aut remissior erat. *Id. in Vespas.* c. 22. Super cœnam et super aleam communissimus. Adde *Terent. Heaut.* 5. 1. 39. ubi tamen plerique leg. *comis*, quod et in locis *Suetonii* allatis restituendum putant nonnulli Critici. Ad hanc notionem quidam apud *Servium* trahebant et illud *Virg. Æn.* 8. v. 275. Communemque vocate Deum. ¶ *Communia* absolute, apud *Frontin. de limitib. Agror.* pag. 41. *Goes.* dicuntur compascua loca, in commune aliquibus assignata: quæ *Aggen. Urbic. ibid.* pag. 66. in Etruria scribit *communalia* appellari. *commons.*

COMMŪNĬTAS, atis, f. *community, a having all things in common, common right, fellowship, society*, κοινότης, κοινωνία, communio, societas. *Cic.* 6. *Phil.* c. 2. Quæ vobis potest cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis esse communitas? *Id. Fam.* 9. ep. 24. Communitas vitæ atque victus. *Id.* 1. *Offic.* c. *penult.* Junctum esse alicui communitate. *Id. ibid.* Communitas, et conjunctio humana. et *ibid.* Consociatio hominum atque communitas. *Id. ibid.* c. 14. *ad fin.* Communitas et societas vitæ. *Id.* 4. *de Fin.* c. 4. Societas et communitas generis humani. ¶ Ponitur etiam pro justitia civili, *h. e.* quæ pertinet ad communem hominum utilitatem, ut *Cic.* lib. 1. *Offic.* c. 43. *in fi.* loquitur. *Id. ibid. circa init.* Omnis honestas manat a partibus quatuor, quarum una est cognitionis, altera communitatis, &c. V. ibi reliqua.

COMMŪNĬTER, adverb. *in common with others, commonly, conjointly, promiscuously, alike, together*, κοινῶς, una cum aliis, vel una cum omnibus, non divisim. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 5. Ex tuis litteris intellexi, et iis, quas communiter cum aliis scripsisti, et iis, quas tuo nomine. *Id. Fam.* 13. ep. 12. Alia epistola communiter commendavi legatos Arpinatium: hac separatim. *altogether, generally*, omnes simul. *Id.* 3. *Offic.* c. 20. Conscripserunt communiter edictum: idque quod communiter compositum fuerat, solus edixit. *by all in common*, de communi sententia. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 37. *in fi.* Roscius omnia cum Chrysogono communiter possidet. *in common. Id. pro Font.* c. 6. Aurium judicium promiscue et communiter stultis ac sapientibus a natura datum. *generally, indiscriminately. Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 48. Sic dissimillimis bestiolis communiter cibus quæritur. *herding together. Id. pro Arch. in fi.* Quæ communiter de ipsius studio locutus sum. *generally. Liv.* l. 1. c. 45. Dianæ Ephesiæ fanum communiter a civitatibus Asiæ factum. *at the common expense. Apul. de dogm. Platon.* l. 3. Quæ communiter appellatur propositio. *commonly.*

COMMŪNĪTĬO, onis, f. *a fortifying; a fortification*, actus communiendi, et ipsa munitio. *Vitruv.* lib. 10. c. 19. Murum continenter pulsantes, totam communitionem dissipaverunt. ¶ Addunt locum *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 79. ubi plerique leg. *munitio.*

COMMŪNĪTUS, adverb. communiter. *Varro apud Non.* c. 11. n. 6. Ut deos colere debet communitus civitas, sic singulæ familiæ debemus.

COMMŪNĪTUS, a, um, *fortified all round, strongly guarded, secured, defended*, περιφραττόμενος, munitus. *Flor.* l. 3. c. 19. *ad fin.* Communitas armis copias fame delevit. *h. e.* munitionibus inclusas. ¶ Item ædificatus. *Liv.* l. 22. c. 32. Hibernacula mature communita. ¶ Translate *Cic. pro Rosc. Com.* cap. 15. Causa Roscii testimoniis communita. et *pro Cæcin.* c. 26. Jus parum communitum. et *Fam.* 15. ep. 4. Auctoritas Aulæ communita.

COMMURMŬRĀTĬO, onis, f. *a busy murmur; a murmuring, grumbling, muttering*, submissus clamor multorum simul mussantium. *Gell.* lib. 11. c. 7. *ad fin.* Commurmuratio fieri cœpta est a plerisque, quasi monstrum verbi admirantibus.

COMMURMŬRO, as, a. 1. et Commurmuror, aris, dep. 1. *to whisper, murmur together, grumble, mutter*, idem quod murmuro, vel simul murmuro, musso. *Cic. in Pison.* c. 25. Ut scriba secum ipse commurmuratus sit: ratio quidem &c. *Sil.* l. 15. *in fi.* inferias in tempore dignas Missurum fratri, clauso commurmurat ore. *Plin.* l. 10. c. 23. *de ciconiis.* Congregatæ inter se commurmurant. ¶ Pro obtrectare, obloqui. *Varr.* apud *Non.* c. 7. n. 85. Hoc Græcis rununciato, ut facile intelligeres, nos ab his amari, commurmurant. *they speak ill, detract.*

COMMŪTĀBĬLIS, le, adject. idem ac mutabilis, *changeable, commutable, easy to be changed*, μεταβλητικός. *Cic. pro Mil.* c. 26. Quam sit varia vitæ, commutabilisque ratio. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 18. Exordium commutabile est, quod ab adversario potest leviter mutatum ex contraria parte dici. *Id. Attic.* lib. 1. ep. 17. *a med.* Nos hic in republica infirma, misera, commutabilique versamur.

COMMŪTĀTE, adverb. mutando. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 42. Eamdem rem dicemus non eodem modo, sed commutate. Al. aliter leg.

COMMŪTĀTĬO, onis, f. idem ac mutatio, *a changing, change, alteration, Cic.* 1. *de Invent.* cap. 34. Annuæ commutationes semper eodem modo fiunt. ¶ Est etiam Figura Rhetorica, cum duæ sententiæ inter se discrepantes ex transjectione ita efferuntur, ut a priore posterior contraria priori proficiscatur, ut Esse oportet, ut vivas, non vivere, ut edas. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 28. ¶ Facere inter se commutationes et consilia, *h. e.* collationes, communicationesque, *to converse, confer*, non usitate dixit *Claudius Quadrigar.* sed non hercle inscite, nec ineleganter inquit *Gell.* l. 17. c. 2. *in fi.*

COMMŪTĀTUS, us, m. idem ac mutatio. *Lucret.* lib. 1. v. 794. quoniam quæ diximus ante In commutatum veniunt.

COMMŪTĀTUS, a, um, nom. adject. ex particip. *changed, altered. Nepos in Dion.* c. 4. Vitæ statum commutatum ferre non potuit.

COMMŪTO, as, avi, atum, a. 1. *to change, alter, exchange*, μεταβάλλω, διαλλάττω, idem quod muto, vel simul muto, permuto. Inter hoc et *permuto* illud interest, quod *permutari* proprie id dici videtur, quod ex alio loco in alium transfertur, at *commutari*, cum aliud pro alio substituitur. Sed ea jam confuse in usu sunt. *Fest.* in *Permutatur. Cic.* 5. *de Fin.* c. 25. Fures rerum, quas ceperunt, signa commutant. *Q. Cic. de petit. consul.* c. 11. Commutare vultum et sermonem ad sensum et voluntatem aliorum. *Cic. de Harusp. resp.* c. 27. Commutare statum reipubl. *Id. de Fato*, c. 9. Commutare aliquid ex vero in falsum. *Plaut. Capt. prol.* v. 37. Commutant vestem, et nomina inter se. *Cæs.* lib. 2. *B. Civ.* cap. 38. Commutare consilium. ¶ Translate *Cic.* 4. *de Fin.* c. 3. *in fi.* Quibus etiam qui assentiuntur, nihil commutant animo, et iidem abeunt, qui venerant. *do not alter their opinion. Id.* 2. *de Orat.* c. 52. Commutare animos, atque omni ratione flectere. ¶ Sæpe dicitur de permutationibus rerum, *to exchange, traffic, barter. Cic.* 1. *Offic.* c. 13. Cum Regulus de captivis commutandis Romam missus esset. *Colum.* l. 12. c. 26. Mustum primo quoque tempore absumito, aut ære commutato. *Plaut. Trinum.* 1. 2. 21. Vin' commutemus? tuam ego ducam, et tu meam. *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 15. leg. 8. *ad fin.* Commutare vinum pro oleo, vel oleum pro vino. ¶ Translate *Cic. pro Sext.* c. 16. Commutare gloriam constantiæ cum charitate patriæ. *Id. pro Cluent.* c. 46. fidem suam et religionem pecunia. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 21. studium belli gerendi agricultura. *Sulpic. ad Cic.* l. 4. *Fam.* ep. 5. mortem cum vita. (εὐφημίας ἕνεκα hoc dicebant pro *mori.*) *Sallust.* orat. 2. *de republ. ordin.* contumeliam alicujus vita sua. *h. e.* vitæ suæ periculo alicui contumeliam inferre. ¶ *Commutare verba* est verba multa ultro citroque habere, altercari, *to exchange words, converse, confer, dispute. Terent. Phorm.* 4. 3. 33. Ut est ille bonus vir, tria non commutabitis hodie verba inter vos. Adde *Andr.* 2. 4. 7.

CŌMO, as, avi, atum, a. 1. in morem comæ effundo, coma vestio. *Tertull. de Pall.* c. 3. Vellera, quæ muscosæ lanositatis lautiores conchæ comant. *Paulin. Nolan. in Nat. XIII. S. Fel. edition. Murator.* v. 246. *de pinu.* Semper amans celsis alta comare jugis. V. *Comans.*

CŌMO, is, mpsi, vel omsi, omptum, vel omtum, a. 3. *to comb, dress, or adorn the hair*, κοσμέω, κομάω, comam orno. Est enim, ut ait *Fest. in Comtus*, a Græco κοσμεῖν, et maxime ad cultum capitis pertinet. *Plaut. Stich.* 5. 4. 19. Amica mea dum comit, dumque se exornat. *Tibull.* lib. 1. eleg. 9. v. 16. Nec nitidum tarda comserit arte caput. *Quintil.* l. 12. c. 10. Comere caput in gradus atque anulos. *Id.* lib. 2. c. 5. Inustas comas acu comentes. *Martial.* l. 12. epigr. 84. capillos dente secto. *to comb. Ovid.* 2. *Fast.* v. 560. Comat virgineas hasta recurva comas. *Stat.* lib. 1. *Silv.* 2. v. 110. Colla genasque comere. *Id.* 3. *Theb.* v. 424. Comere cristas. *Id.* l. 4. v. 43. Auriga comit equos. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 525. vestesque et cingula comit Sæpe manu. ¶ Translate *Quintil.* l. 8. c. 3. Comere, et expolire orationem. *to trim, polish. Auson. in protrept. Edyll.* 4. v. 58. Tu quoque, qui Latium lecto sermone, Terenti, Comis. &c. *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 71. Comere divitias, opibusque immittere lucem. *h. e.* ornare, et liberalitate illustres reddere.

COMŒDĬA, æ, f. *a comedy*, κωμῳδία, poema dramaticum, civium et vulgi actiones stilo populari imitans, non sine salibus ac jocis, exitu læto. Ejus finis est vitæ privatæ exemplum proponere, ut inde mores suos quisque corrigat. Differt a Tragœdia, quæ illustres personas inducit, terrorem ac misericordiam commovet, exitus habet horribiles, et stilo utitur gravi, tumido, et a communi consuetudine remoto. ¶ Dicta est a κώμη, vicus et ᾠδή, cantus, quod initio per vicos discurrentes hujusmodi lusus actitabant, teste *Festo.* ¶ Vetus comœdia mordacibus dictis abundabat, magna in quemque invehendi licentia, ut est apud *Horat. de ar. Poet.* v. 281. Nova minus habuit acerbitatis, plus artis atque elegantiæ. *Cic.* apud *Donat. in fragm. de Tragœd. et Com.* Comœdia est imitatio vitæ, speculum consuetudinis, imago veritatis. *Id. de clar. Orat.* c. 62. Atheniensis Hyperboli improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notaverunt. *Horat. loc. cit.* v. 93. Interdum tamen et vocem Comœdia tollit. *Terent. Eun. prol.* v. 22. Agere comœdiam. *to act, represent. Id. Andr. prol.* v. 26. Facere comœdias. *to write, compose.* et *ibid.* v. 27. Spectare comœdias. et *ibid.* et *Hecyr. prol.* v. 4. et 7. Comœdias exigere. *h. e.* rejicere, improbare. ¶ Plura de Comœdiæ origine, partibus, &c. V. apud *Scalig. de Poet.* lib. 1. et *Voss.* lib. 2. *Institut. Poet.* c. 22. 23. &c. ¶ *Comœdiai* antiquus genitiv. est *Plauti Pœn. prol.* v. 50. [¶ Villam quamdam suam humiliore loco positam Comœdiam appellat *Plin.* l. 9. epist. 7. Hujus in littore (ad Larium lacum) plures villæ meæ; sed duæ, ut maxime delectant, ita exercent. Altera imposita saxis, more Baiano, lacum prospicit; altera æque more Baiano, lacum tangit. Itaque illam tragœdiam, hanc appellare comœdiam soleo; illam quod quasi cothurnis, hanc quod quasi socculis sustinetur.]

COMŒDĬCE, adverb. *like a comedian*, comœdorum more, comice, κωμῳδικῶς. *Plaut. Mil.* 2. 2. 58. Euge euge, euscheme hercle adstitit, dulce, et comœdice.

COMŒDĬCUS, a, um, adject. *comic*, κωμῳδικός, comœdus. *Apul. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) Diu in arte comœdica nobilis.

COMŒDIOGRĂPHUS, i, m. *a writer of comedy*, κωμῳδιογράφος, qui comedias scribit. Quidam aiunt, usurpatam fuisse a *Cicerone*, cujus verba sint apud *Victorin.* et *Probum Grammatic.* sed falluntur. Vox certe Græca est a κωμῳδία, et γράφω.

COMŒDUS, a, um, adject. *relating to comedy, comic*, ad comœdiam pertinens, κωμῳδός. *Juvenal.* sat. 3. v. 100. Natio comœda est. ¶ *Comœdus, i*, est actor comœdiarum, *a comedian. Cic. pro Rosc. Com.* c. 11. Qui in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit comœdos. Adde *Quintil.* l. 1. c. 11. (*al.* 19.) ¶ Inter *histrionem*, et *comœdum* hoc interest, quod *comœdus* solas agit comœdias, et in scena: *histrio* quascumque fabulas, atque etiam extra scenam, ut in conviviis, in funeribus, &c. *Quintil.* l. 6. c. 2. Vidi ego sæpe histriones, atque comœdos, cum, &c.

COMŌSUS, a, um, *hairy, with long hair*, comatus, πολύκομος. *Phædr.* l. 5. fab. 8. *de Occasione*. Calvus, comosa fronte, nudo corpore. [*Auct. Priap.* carm. 36. Phœbus comosus, Hercules lacertosus.] ¶ Translate [† de herbis, arboribus, &c.] *Plin.* l. 26. c. 8. *post med.* Tithymalum comosissimum ex omnibus. [† *Id.* 16. 4. Hemeris in orbem comosa.]

COMOTRĬA, æ, f. *a female hair-dresser*, κομμώτρια, mulier ornandorum capillorum artifex. Sex Romæ fuisse comotrias Vestæ ministras, docent ex *Festo* multi Lexicographi. Nos *Festi* locum nondum invenire potuimus.

COMPACISCOR, vel Compeciscor, eris. Negat *Charis.* l. 2. pag. 177. *Putsch.* esse in usu Linguæ Latinæ. De ejus præterito *Compectus*, seu *Compactus*. V. infra suo loco.

COMPACTĬLIS, le, adject. *compact, joined or set together firmly*, σύμπηκτος, compactus, colligatus, coagmentatus. *Vitruv.* l. 4. c. 7. Supra columnas trabes compactiles imponantur. *h. e.* tignis conjunctis compositæ, ut *Philander* exponit. *Id.* lib. 10. c. 20. Postes compactiles. *Plin.* l. 15. c. 22. *de nucibus.* Solum hoc pomum natura compactili operimento clausit. *h. e.* putamine bifido, sed probe connexo. ¶ De animalibus, quæ corpore sunt breviore, sed bene constituto, et veluti quadrato, aut rotundo, στρογγύλους Græci vocant, *of a form somewhat short, but well-set. Plin.* l. 8. c. 16. Leonum genera duo: compactile et breve, crispioribus jubis: Hos pavidiores esse, quam longos, &c. *Id.* l. 11. c. 18. *de apibus.* Optimæ breves, et in rotunditatem compactiles. ¶ *Compactiles fines* in re agraria, apud *Innocent. de casis litter.* pag. 230. *Goes.* quinam dicantur, multis explicat idem *Goes. de antiqu. Agrar.* cap. 8. pag. 77. V.

COMPACTĬO, onis, f. *a putting or setting together; compactness*, σύμπηξις, actus compingendi, colligatio, connexio. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 11. Compactio membrorum. ¶ Item ipsæ res simul colligatæ, et compactæ. *Vitruv.* l. 10. c. 20. Insuper hanc compactionem erigantur postes compactiles. *this structure.* Adde lib. 2. c. 7.

COMPACTITĬUS, et Campacticius, a, um, adject. Legitur apud *Tertull. advers. Valentinian.* c. 31. ubi alii aliter.

COMPACTŪRA, æ, f. idem quod compactio, a compingo. *Vitruv.* l. 4. c. 7. Compactura habet laxationem.

COMPACTUS, a, um, adject. *joined or set together, firm, compact*, συμπαγής, coagmentatus, colligatus, conjunctus: a *compingo. Cic.* 3. *de Fin. c. ult.* Quid tam compositum, tamque compactum, et coagmentatum inveniri potest? *Virg. Ecl.* 2. v. 36. Fistula disparibus septem compacta cicutis. *Id. Æn.* 12. v. 674. Turris compactis trabibus. *Martial.* l. 12. epigr. 73. Casa male compacta. *Senec. in Med.* v. 365. Argo compacta manu Palladia. ¶ Dicitur translate de corpore, cujus statura brevior quidem est, sed membra bene sunt composita, et inter se optime colligata quodammodo, et connexa. *Sueton. in Vespas.* cap. 20. Statura fuit quadrata, compactis, firmisque membris. *compact, well-set. Plin.* l. 7. ep. 24. Compactum corpus et robustum. *Colum.* l. 6. c. 1. Hetruria boves progenerat compactos, sed ad opera fortes. *short, thick, and well-set.* et *ibid.* c. 37. Asinus feminibus lacertosis, cruribus compactis. *Pallad. in Mart.* tit. 11. Boum cervix torosa atque compacta. ¶ Est etiam idem ac conjectus, *thrown. Plaut. Men.* 5. 5. 39. Compactus in carcerem. *Id. Rud.* 2. 6. 61. Vidulum, aurum atque argentum ubi omne compactum fuit. ¶ Item conventus, constitutus, *agreed, appointed*, συντεθείς: sive sit a *pango* per translationem, sive a *paciscor.* Hinc *compacto, ex* vel *de compacto* idem est quod ex composito, *by contrivance or previous agreement*, κατὰ συνθήκην: et fere in malam partem accipitur. *Cic. Att.* l. 10. ep. 12. *Liv.* lib. 5. c. 11. *Plaut. Capt.* 3. 1. 29. et *Afran.* apud *Charis.* l. 2. pag. 177. *Putsch.* Compacto aliquid agere. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 126. De compacto faciunt consutis dolis. *Sueton. in Cæs.* c. 20. Auctores ex compacto nominare.

COMPÆDAGOGĪTA, æ, m. servus, qui simul cum aliis pædagogus est, συμπαιδαγωγίτης. Vox hybrida a Latino *con*, et Græco παιδαγωγός, quæ legitur in trib. Inscriptionib. apud *Fabrett.* c. 5. pag. 361. et *Spon. in Miscell.* sect. 6. pag. 228.

COMPÆDAGOGĪUS, ii, m. qui una cum aliis sub pædagogo est. Vox hybrida, ut dictum est in voce præced. legiturque in Vet. Inscript. apud *Fabrett.* c. 5. pag. 361. et *Spon.* pag. 228. et *Gud.* pag. 220. n. 7.

COMPAGĀNUS, a, um, qui est ejusdem pagi. Inscriptio tempore secundi consulatus Pertinacis Imp. R. exarata apud *Gruter.* pag. 209. n. 1. Sententiam, quam tulit inter compaganos, &c.

COMPĀGES, is, f. *a joining or setting together; a joint, commissure*, ἀλληλουχία, connexio et colligatio rerum simul compactarum, compactio. *Curt.* l. 4. c. 18. Saxorum compage laxata. *Lucan.* lib. 3. v. 491. Compagem solvere muri. *Id.* l. 10. v. 248. magnosque cavæ compagis hiatus. *Lucret.* l. 6. v. 1069. Laxare compages. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 30. Efficiens humilem lapidum compagibus arcum. *Lucan.* l. 2. v. 487. Compages pontis. *Plin.* l. 25. c. 3. Compages in genibus. *the juncture, knuckle. Id.* l. 16. c. 40. Compages glutinis. *the sticking together, adhesion. Virg.* 2. *Æn.* v. 297. compagibus arctis Claudentur belli portæ. *with strong bars. Gell.* l. 6. c. 1. Natura, quæ compagem hanc mundi fecit. *who hath contrived.* ¶ Translate *Cic. de Senect.* c. 21. Dum sumus in his inclusi compagibus corporis. *Lucan.* l. 5. v. 119. Compages humana. *h. e.* conjunctio animæ cum corpore. *Lucret.* l. 4. v. 1106. Hærere compagibus. *h. e.* hærere in amplexibus. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. *ante med.* Singularum compagum membra tractemus. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 74. *ad fin.* Octingentorum annorum fortuna disciplinaque compages hæc coaluit, quæ convelli sine exitio convellentium non potest. *h. e.* societas, imperium, respublica.

[* COMPAGĬNA, æ, f. conjunctio. *M. Baro de casis litter. apud Goes. Agrar.* pag. 239. Colligo ab omni compagina litterarum. et *Innocent. ibid.* pag. 245. et 246. Omnis compagina litterarum.]

COMPAGĬNĀTUS, a, um, *fastened or joined together*, compage vinctus, colligatus. *Ammian.* l. 21. c. 2. (*al.* 4.) Orbis scuti axiculis compaginatus. Adde *Augustin.* serm. 1. *Fer.* 3. *Pentec.*

COMPAGĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to join or fasten together, connect*, ἀλληλουχέω, compingo, copulo, connecto. *Prudent. Peristeph.* 14. *in Rom.* v. 889 revulsis qui medetur ossibus, Aut fracta nodis sarciens compaginat. Adde *Augustin.* l. 13. *Confession.* c. 30. et *Paulin. Nolan.* ep. 32. (*al.* 12.) n. 10. [¶ Particip. *compaginans* apud *Auct. rei agrar.* pag. 346. *Goes.* Compaginantes agri, limitesve.]

COMPĀGO, ginis, f. idem quod compages. *Serv. ad Æn.* 2. v. 297. observat, antiquos dixisse tantum *compages*, et *ambages*, posteritatem vero admisisse, ut etiam *compago* diceretur: non ideo tamen mutandam esse declinationem obliquorum: neque dicendum *compaginis*: quamvis fateatur ab *Ovidio* id usurpatum. Locus *Ovidii* est *Metam.* 1. v. 711. disparibus calamis compagine ceræ Inter se junctis, &c. Sed et *Cels.* usurpat. l. 4. c. 7. A compagine corporis ad viscera transeundum est. *Et Senec.* epist. 91. Sive flammarum violentia compaginem soli ruperit. *Et Plin.* l. 2. c. 2. Mundus nullarum egens compaginum. Adde *Manil.* l. 1. v. 717. 725. et 838.

COMPĀGUS. V. *Campugus.* ¶ *Compāgus* pœnult. producta est pagus majori alii pago contributus. Habetur in vet. Inscript. apud *Mazoch. in commentar. ad Tabul. Heracleens.* pag. 399.

COMPALPO, as, a. 1. idem quod palpo, contrecto, tango. *Augustin.* serm. 214. *de Temp.*

COMPAR, ăris, adject. *equal, even, like, suitable, agreeable, well-matched*, ἴσος, πάρισος, idem quod par, æqualis. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 64. Compressiones arctæ amantum comparum. *Liv.* l. 1. c. 9. Id demum compar connubium fore. *Id.* l. 28. c. 42. *ad fin.* Consilium tuum parentis tui consilio compar. *Id.* lib. 36. c. 44. Compari marte concurrere. *Al. leg.* pari. *Gell.* l. 6. c. 11. Quia tantisper similis, et compar eorum fias. *Valer. Max.* l. 9. c. 14. n. 2. *exter.* Lineamentis oris, et omnium membrorum compares erant. ¶ Ponitur et pro socio, sodali, conjuge, *a companion, compeer, partner; a husband, wife, consort. Plaut. Pseud.* 4. 3. 9. Hunc comparem metuo meum. *Horat.* l. 2. od. 5. v. 2. Munia comparis æquare. *to be equal to the duties of a consort. Ovid. de ar. aman.* l. 3. v. 358. Bellatorque sua prensus sine compare bellat. *h. e.* rex sine regina in ludo latrunculorum. *Id.* 3. *Amor.* el. 5. v. 38. Taurus cum vacca compare. Adde *Inscription. vet.* apud *Gruter.* pag. 760. n. 5. et 793. n. 9. et apud *Reines.* class. 20. n. 36. 129. et 322. in quibus *compar* pro marito, aut pro uxore ponitur. ¶ *Compar*, ἰσόκωλον, [† πάρισον,] figura Rhetorum, qua membra plura orationis ponuntur pari fere numero syllabarum, ut in prœlio mortem pater oppetebat, domi filius nuptias comparabat, &c. *Auct. ad Herenn.* lib. 4. c. 20.

COMPARABĬLIS, le, adject. *that may be compared, admitting of comparison, comparable*, παραβλητός, παραβλητικός, qui comparari et conferri potest. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 30. Comparabile est, quod in rebus diversis similem aliquam rationem continet. *Liv.* lib. 39. c. 52. Trium clarissimorum virorum mors comparabilis.

COMPARĀTE, adverb. συγκριτικῶς, alterius comparatione, *in comparison, relation, or respect. Cic. in Top.* c. 22. Cum quæritur quale quid sit, aut simpliciter quæritur, aut comparate: simpliciter, expetenda ne sit gloria; comparate, præponenda ne sit divitiis gloria.

COMPARATĬO, onis, f. *a preparing or providing for; provision, preparation*, παρασκευή, apparatus, præparatio. *Cic. pro leg. Manil.* c. 4. Reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. *sub fin.* Pompeius omnia pollicetur, et Cæsar: quibus ita credo, ut nihil de mea comparatione deminuam. *Id. in Bruto* c. 76. Comparatio et disciplina dicendi. ¶ *Comparatio criminis* est apparatus rerum ad crimen inferendum idonearum, *matter on which to ground an accusation. Cic. pro Cluent.* c. 67. Totius hujus ab illa inventa et adornata est criminis comparatio. ¶ Item acquisitio, inquisitio, *an acquiring, procuring, gaining; the acquisition of any thing. Cic.* 2. *de Fin.* c. 28. Sit tam facilis, quam vultis, voluptatis comparatio. *Id. pro Mur.* c. 21. Comparatio suffragatorum. *Liv.* lib. 42. cap. 17. Comparatio veneni. *Valer. Max.* l. 4. c. 4. n. 5. Nimis anxia divitiarum comparatio. ¶ Hinc et pro emptione adhibetur, *a buying, purchasing. Trajan. ad Plin.* l. 10. epist. 37. Proficiscens ad comparationem frumentorum. *Ulpian. Dig.* lib. 5. tit. 1. leg. 52. Cum appareat, id legislatorem sensisse ex genere comparationis. *Papinian. ibid.* l. 41. tit. 3. leg. 44. Comparatio servorum. ¶ Comparationes horologiorum ex aqua apud *Vitruv.* l. 9. c. 9. sunt ipsæ constructiones. ¶ Item sæpissime est collatio, *a comparing or likening; comparison*, cum duo vel plura inter se conferuntur, ἀναλογία, παράθεσις, παραβολή. *Cic. in Top.* c. 18. Parium comparatio nec elationem habet, nec submissionem. *Id.* 1. *Offic.* c. 43. Eorum, quæ honesta sunt, potest incidere sæpe contentio et comparatio, utrum sit honestius. *Id.* 1. *de Orat.* cap. 60. *ad fin.* Orationis suæ cum scriptis alienis comparatio. *Id. Fam.* 10. ep. 5. Res in comparatione difficilis ad judicandum. *Sueton. in Aug.* cap. 79. Ut non nisi ex comparatione procerioris intelligi posset. *Curt.* lib. 3. c. 11. Strata erant itinera vilioribus sarcinis, quas in comparatione meliorum avaritia contempserat. *Vellei.* lib. 2. c. 9. Usque in comparationem Græcorum ingeniorum evecti. *so far as to be placed in comparison with*, &c. *Sueton. de illustr. Rhet. c. ult.* Demittere se in comparationem. *to submit to a comparison with. Plin.* l. 10. c. 9. Suos comparatione ejus damnat ut alienos. *in comparison. Id.* l. 34. c. 7. Victus comparatione. *in the comparison.* ¶ *Comparatio criminis* est, cum reus aliud aliquod factum rectum aut utile profert, quod ut fieret, illud de quo arguitur, se commisisse fatetur, ut *Cic* docet lib. 1. *de Invent.* c. 11. nempe quia fit comparatio facti honesti cum crimine, quod ejus facti causa admissum est. ¶ Denique *comparatio* est constitutio et conventio. *appointment, agreement. Liv.* l. 6. c. 30. Manliis Volsci provincia sine sorte, sine comparatione extra ordinem data. *without the matter being settled by private agreement amongst themselves.* ¶ Hæc vox videtur nova fuisse Ciceronis tempore, et fortasse ab illo ipso novata, præsertim in sensu τῆς ἀναλογίας et collationis. Ita enim loquitur de *Univers.* c. 4. *extr.* Id optime assequitur quæ Græce ἀναλογία, Latine (audendum est enim, quoniam hæc primum a nobis novantur) comparatio, proportiove dici potest.

COMPARATITĬUS, a, um, adject. idem quod comparabilis. *Tertull. advers. Valentinian.* cap. 13. Angelorum comparatitius antistatus. ¶ *Aurum comparatitium*, apud *Impp. Valent. Gratian. et Valentin.* l. 12. *Cod.* tit. 40. leg. 2. est quod per singulorum collationem, ac tributum confertur.

COMPARATĪVE, adverb. *comparatively*, per comparationem. *Gell.* l. 5. c. 21. *Compluries* cum dicimus, non comparative dicimus.

COMPARATĪVUS, a, um, *comparative, estimated by comparison*, comparationem continens. *Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 25. *ad fin.* Comparativa judicatio. *Quintil.* l. 7. c. 4. Hoc genus ἀντίστασις Græce nominatur: comparativum nostri vocant. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 12. In omni qualitate comparativa. *h. e.* in omni comparatione. *Gell.* l. 5. c. 21. Vocabulum comparativum. et *mox absolute.* Contra formam perpetuam in comparativo. ¶ A Grammaticis passim dicitur *comparativus* absolute, et *comparativum, i*: ibi subauditur *gradus*, hic *nomen*, vel *genus. Charis.* l. 2. pag. 131. *Putsch.* &c. *the comparative degree.* ¶ Comparativus casus apud eosdem est ablativus, quia utimur eo in comparationibus, ut fortior Hectore. *Priscian.* l. 5. pag. 671. *Putsch.*

COMPARĀTOR, oris, m. *one who buys or procures*, emptor, ὠνητής. *Paul.* lib. 2. *sentent.* tit. 17. *ad fin.* Fundus ejus esse videtur, cujus nomine comparatus est, non a quo pecunia comparata est, si tamen fundus comparatori sit traditus. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 959. n. 4. C. Julio Alcimo Ravennati comparatori mercis sutoriæ. Adde *Impp. Valent. Theodos. et Arcad.* lib. 10. *Cod.* tit. 33. leg. 1.

COMPARĀTUS, us, m. apparatus. *Vitruv. in præfat.* l. 7. *ad fin.* Amplo modulorum comparatu architectari. *with a large apparatus of models.*

COMPARĀTUS, a, um, *procured, furnished, gotten*

together, paratus, collectus, παρασκευασθείς. *Curt.* l. 6. c. 2. Insidiæ comparatæ in caput alicujus. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 7. Re frumentaria comparata. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 4. Dardanos, Bessos, partim mercenarios, partim imperio aut gratia comparatos adjecerat. ¶ Item acquisitus, *acquired. Quintil.* l. 1. c. 2. (al. 3.) Vim ingenii tantis comparatam laboribus ad unum auditorem demittere. *Curt.* l. 3. c. 6. Supellex non ad usum modo, sed ad ostentationem luxus comparata. ¶ Item emptus, *bought, purchased. Paul.* l. 2. *sentent.* tit. 17. Servus comparatus si fugerit, pretium dominus reddere cogetur. Adde *Impp. Valent. Theodos. et Arcad.* lib. 10. *Cod.* tit. 35. leg. 1. ¶ Item constitutus, institutus, *appointed, instituted. Cic. pro Corn. Balb.* c. 13. O jura præclara, atque divinitus a majoribus nostris comparata! *laws framed, provided, established, introduced. Terent. Heaut.* 3. 1. 97. Ita comparatam esse hominum naturam omnium, ut, &c. *that such should be the nature of all mankind, that*, &c. ¶ Item commissus, in contentionem deductus. *Terent. Adelph.* 2. 2. 4. Numquam vidi iniquius concertationem comparatam. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 4. Cum Æsernino Samnite Pacidianus comparatus videretur. Adde *Liv.* l. 30. c. 28. et *Justin.* l. 6. c. 2. ¶ Item collatus, *brought into comparison, compared. Plin.* l. 9. c. 35. Antonius comparatus histrioni. *Pan. alter in Paneg.* c. 89. Comparatus filio tuo vinceris.

COMPARCO, is, arsi, arsum, n. 3. *to scrape together, hoard up, save by parsimony*, φείδομαι, parcendo colligo, parsimonia utor. *Terent. Phorm.* 1. 1. 9. Quod ille unciatim vix de demenso suo, Suum defrudans genium, comparsit miser, Id illa universum abripiet. *Festus:* Comparsit Terentius pro *compersit*, posuit. Ita *Salmas.* et alii. Al. leg. *pro compescuit:* quæ sane lectio, et interpretatio vel alium *Terentii* locum designat, vel si hunc, est parum ad rem. *Pacat. in Paneg. Theodos.* cap. 32. *ad fin.* Comparcendo laxare annonam.

COMPARĔO, āres, arui, n. 2. *to appear, be extant*, φαίνομαι, pareo, appareo, in conspectu sum, adsum. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 2. Pompeius non comparet, nec in Balearibus omnino fuit. *Id. pro Cluent.* c. 61. Suspicio in servos, qui non comparebant, commovebatur. *Id. de clar. Orat.* c. 32. Hæc oratio pueris nobis omnium optima putabatur, quæ vix jam comparet in hac turba novorum voluminum. *Liv.* l. 32. c. 10. Iis, quorum agros urbesque populatus esset, redderet res, quæ comparerent: ceterorum æstimatio fieret. (Adde *lib.* 34. c. 35. et *Cicer. Verr.* 3. c. 50.) *h. e.* exstarent. *Nepos in Cat. c. ult.* In his libris multa diligentia comparet. *is evident, displays itself. Plaut. Amph.* 2. 1. 83. Et memor sum, et diligens ut quæ imperes, compareant. *Id. Mil.* 3. 1. 68. Apud omnes comparebo tibi res benefactis frequens. *h. e.* videbor tibi. *Paul. Dig.* lib. 29. tit. 5. leg. 6. Si unus ex dominis non compareat. *shall not appear. Senec. in præfat.* l. 1. *controv.* Sæpe quod quærenti non comparuit, aliud agenti præsto est. *did not suggest itself; did not occur. Sueton. de illustr. Rhetor.* c. 4. Ferunt olim præcipitatum in flumen, paulo post cum cornibus exstitisse, ac statim non comparuisse. *was seen no more; disappeared.*

COMPARĬLIS, le, adject. idem quod compar, *equal, like, similar. Auson. in Eclogar.* 2. v. 38. Nescit comparilis laterum formare figuras.

COMPĂRO, as, avi, atum, a. 1. *to procure, get, furnish, prepare*, παρασκευάζομαι, idem quod paro, apparo, præparo. *Cic. pro Mil.* c. 10. Paulisper dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est. *Id. Verr.* 3. c. 26. Magnifice comparare convivium. *Tibull.* l. 1. eleg. 11. v. 42. Et calidam fesso comparat uxor aquam. *Liv.* l. 42. c. 43. Legati in Bœotiam comparati sunt. *Cic. pro Cluent.* c. 16. Comparare insidias alicui per aliquem. *Id. ibid.* c. 67. accusatorem alicui. *Id.* 2. *ad Attic.* ep. 17. sibi aditum ad res pestiferas. *Id. Verr.* 7. c. 10. sibi remedium ad magnitudinem frigorum. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 8. se ad respondendum. *Liv.* l. 28. c. 33. se ad iter. *Nepos in Alcib.* c. 10. iter ad aliquem. *Quintil.* l. 2. c. 10. *ad fin.* aliquid in ostentationem. ¶ Absolute *Nepos in Thrasyb.* c. 2. Hos, tempore ad comparandum dato, robustiores fecit. ¶ Cum infinito *Ovid.* 2. *Trist.* v. 267. si quis tamen urere tecta Comparat, &c. Adde *Virg. in Cul.* v. 204. ¶ Est etiam colligere, congerere, *to assemble, collect, unite. Cic. in Orat.* c. 66. Comparare copias contra aliquem. *Horat. Epod.* 2. v. 30. Annus hibernus Jovis imbres, nivesque comparat. ¶ Item conformare, componere, *to form, fashion. Plaut. Amph.* 3. 3. 5. Comparare vultum e vultu. ¶ Item conficere, efficere, *to make, cause, occasion. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 25. Tumultus C. Gracchi tumultus domesticos et intestinos comparat. ¶ Item inquirere, acquirere, *to seek for, acquire, provide. Cic. in fragm. Œcon.* apud *Colum.* l. 12. c. 1. Comparare victum et cultum humanum labore et industria. *Id. Fam.* 2. ep. 4. Comparare sibi laudem artibus. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 53. sibi auctoritatem aliqua re. *Terent. Heaut.* 2. 4. 17. commodum suum ex incommodo alterius. *Plaut. Cas.* 2. 8. 72. alicui magnum malum. ¶ Item emere, coemere, *to buy, purchase. Terent. Heaut.* 4. 8. 15. Comparare aurum, ac vestem. Ita quidem *Non.* c. 4. n. 64 exponit. *Plin.* l. 10. epist. 37. Cum ad frumentum comparandum iret in Paphlagoniam. *Sueton. in Calig.* c. 27 pecudes carius. *Ulpian. Dig.* lib. 13. tit. 4. leg. 2. *in fi.* merces. *Pompon. ibid.* lib. 6. tit. 1. leg. 70. Comparare injusto pretio. ¶ Item decernere, instituere, *to establish, order, provide, institute. Cic. pro Quint.* c. 16. Majores nostri raro id accidere voluerunt, Prætores, ut considerate fieret, comparaverunt. *Auct. ad Herenn.* l. 4 c. 16. Bene majores nostri hoc comparaverunt, ut, &c. *Cic. pro Rosc. Amer. c. ult.* Ne quid acrius, quam more majorum comparatum est, factum videretur. *Id. ad Brut.* ep. 12. Hoc præclare legibus comparatum est, ut, &c. *Id. pro Cluent.* c. 21. Hoc iniquissime comparatum est, quod &c. *it has been very unwisely provided, that*, &c. *Liv.* l. 39. c. 29. Ita comparatum more majorum erat, ne, &c. *Id.* l. 3. c. 68. Natura hoc ita comparatum est, ut &c. *it is a matter of necessity; it is a thing in the ordinary course of nature; the nature of the thing is such*, &c. ¶ Item confirmare, constituere, ut *Non.* c. 4. n. 64. interpretatur. *Terent. Eun.* 1. 1. 2. An potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias? *so order myself* ¶ Item æstimare. *Accius* apud *Non. ibid.* Proin tu, id cui fiat, non qui facias, compara. ¶ Præterea significat conferre, *to compare, liken:* a voce *par. Liv.* l. 28. c. 28. Exercitum exercitui, duces ducibus comparare. *Cic. pro Dom.* c. 51. Hominem cum homine, et tempus cum tempore, et rem cum re. *Id.* 1. *Offic.* c. 43. partes honestatis inter se. *Terent. Eun.* 4. 4. 14. Ne comparandus hic quidem ad illum est. ¶ Item æquare, parem facere, *to count equal. Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 64. Neminem tibi profecto hominem ex omnibus aut antepossuissem, aut etiam comparassem. ¶ Est etiam arenæ verbum. nam cum producti gladiatores in patria ordinabantur, ut inter se pugnarent, non solum *committi* et *componi* sed et *comparari* dicebantur. *Sueton. in Calig.* c. 35. Hunc in arenam deductum Threci, et mox hoplomacho comparavit. *to pair, match.* ¶ Ponitur et pro conjungere, committere. *to join, unite. Cic. de Univers.* c. 5. Ita contigit, ut inter ignem et terram, aquam Deus animamque poneret, eaque inter se compararet, et proportione conjungeret. *Plaut. Asin.* 3. 3. 78. Prehende auriculis, compara labella cum labellis. ¶ *Comparare* absolute, vel *comparare inter se* dicuntur etiam qui de re aliqua communi voluntate inter se statuunt, *to agree, consent. Liv.* l. 4. c. 46. Tandem ita comparatum est, ut alternis diebus summam imperii haberent. *Id.* l. 24. c. 10. Decretum ut Coss. sortirentur, compararentve inter se, uter comitia haberet. ¶ Præcipue vero hoc locum habet in distributione provinciarum. *Id.* l. 42. c. 31. Ut Coss. inter se provincias Italiam, et Macedoniam compararent, sortirenturve. *to part, divide.* Adde lib. 28. c. 45. et lib. 38. c. 35. ¶ *Comparassit* pro *comparaverit* est apud *Plaut. Epid.* 1. 2. 19.

COMPARTĬOR, iris, dep. 4. idem quod impertior, communico. In veteri decreto sub Anton. Pio apud *Gruter.* pag. 408. lin. 39. Cum quibus munera decurionatus compartiamur.

COMPASCO, is, a. 3. *to feed together*, συννέμομαι, simul pasco, pabulum præbeo. *Cic. in Top.* c. 3. Si compascuus est ager, jus est compascere. *Scævola Dig.* lib. 8. tit. 5. *leg. pænult.* Habere jus compascendi. ¶ Item simpliciter pasco, *to feed. Varro* l. 1. *R. R.* c. 2. Colonus in agro surculario ne capra natum compascat. *Plin.* l. 9. c. 54. *de ostreis.* Nuper excogitatum, famem longæ advectionis a Brundusio compascere in Lucrino. ¶ Item depasco, *to graze, consume by feeding cattle upon. Varr. R. R.* l. 2. *proœm.* Pabulum in fundo compascere, quam vendere, plerumque magis expedit. ¶ Passive *Id.* l. 1. *R. R.* c. 53. Messe facta, spicilegium venire oportet, aut, si sunt spicæ raræ, et operæ caræ, compasci.

COMPASCUUS, a, um, ad compascendum pertinens, σύμβοτος. *Festus:* Compascuus ager relictus ad pascendum communiter vicinis. *a common pasture. Cic. in Top.* c. 3. Si compascuus est ager, jus est compascere. *Scævola Dig.* lib. 8. tit. 5. *leg. pænult.* Jus compascuum. *h. e.* jus compascendi.

COMPASSIBILIS, le, adject. qui compatitur. *Tertullian. advers. Prax.* c. 29. Pater si compassibilis, utique passibilis.

COMPASSĬO, onis, f. συμπάθεια, communis dolor. *Tertullian. de resurr. carn.* c. 40. Quod pro compassione promittitur. *Id. ibid.* c. 3. *ad fin.* Compassio sententiarum. *h. e.* consensus, συμπάθεια τῶν γνώμων. *Hieronym.* ep. 87. Compassio misericordiæ. *compassion.*

COMPASTOR, oris, m. qui simul pascit, συννομεύς. *Hygin.* fab. 187. Alter compastor.

COMPASTUS, a, um, *fed*, idem quod pastus, vel simul pastus, βοσκόμενος. *Plin.* l. 32. c. 6. Ostrea Brundusiana in Averno compasta.

COMPATĬOR, eris, assus sum, dep. 3. *to suffer along with*, simul patior, συμπαθέω. *Tertull. advers. Prax.* c. 29. Quid est compati, quam cum alio pati? *Id. de Anim.* c. 5. Anima compatitur corpori. *Cœl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 16. Tussicula fit compatientibus vicinis partibus. ¶ Item misericordia moveri, *to have compassion. Augustin. ad Hieronym. inter hujus epist.* n. 87. *a med.* Non mentientis æstu, sed compatientis affectu. *Id.* l. 3. *Confess.* c. 2. Cum ipse patitur, miseria: cum aliis compatitur, misericordia dici solet. Adde *Sulpic. Sever. sub fin.* dial. 3. ¶ *Compassus, a, um. Alcim. Avit. in fi.* l. 3. Ceu tibi compasso miserans succurre latroni.

COMPATRŌNUS, i, m. simul patronus. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 5. leg. 1. Adversus compatronum Faviana non competit. Adde lib. 26. tit. 4. leg. 3. et 5.

COMPAVESCO, is, n. 3. idem quod expavesco, *to be afraid, be sore afraid*, συμφοβέω. *Gell.* l. 1. c. 23. Hoc illa ut audivit, animo compavescit. [et *Macrob.* l. 1. *saturn.* c. 6. Hoc illa ubi audivit, animo compavescit.]

COMPAVĪTUS, a, um, adject. pavitus, tusus, *beaten, bruised, maltreated. Apul.* l. 7. *Metam.* Misera illa compavita, atque dirupta. Al. leg. *compavida.*

COMPAUPER, ris, socius in paupertate. *Augustin. serm.* 25. ex 50. *homil.* c. 3. Pascendos habemus compauperes nostros.

COMPECCO, as, n. 1. idem quod pecco, vel simul pecco, συναμαρτάνω. Legitur apud *Cœl. Aurelian.* l. 2. *Acut.* c. 12. et lib. 3. *Chronic.* c. 1. *ad fin.*

[* COMPECTORĀTUS, a, um, adject. qui pectore alterius pectori adhæret, vel cujus partes alterius partibus ita adhæreant, ut partes pectoris inter se. *Apulei. in erron. vener. Poetar.* Quin et cum tenera membra molli lectulo Compectorata adhærent Veneris glutino. Alii tamen aliter legunt, et *Scriverius* hoc *Apuleii* poemation suppositititum, aut saltem infimæ vetustatis censet.]

COMPECTUS, se Compactus, a, um, particip. a *con*, et *paciscor*, a quo *Compeciscor*, de quo V. supra suo loco. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 128. Si sumus compecti, sive consilium unquam inivimus. *h. e.* si simul pactum aliquod fecimus. Al. aliter leg. [*Plaut. in novis fragm. Cistellariæ* v. 12. Quæ esset ætatem mecum exactura, mecum in matrimonio compecta sit, capere oportet.]

COMPĔDA, æ, V. in *Compes.*

COMPEDĪO, is, ivi, itum, *to shackle, fetter*, πεδάω, compedibus vincio. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 113. Domo exeo, intro, et pedes corrigiis compedio. ¶ Translate *Augustin.* epist. 39. Timeo, te rebus mortalibus perniciosissime compediri.

COMPEDĪTUS, a, um, compedibus vinctus, *fettered, shackled. Plaut. Capt.* 5. 1. 24. In lapicidinas compeditum condidi. *Cato de R. R.* c. 56. Servi compediti. *Senec. de Tranquil.* c. 10. Compediti ægre ferunt onera, et impedimenta crurum.

COMPELLATĬO, onis, f. *an accosting, addressing, calling by name*, προσαγόρευσις, ἔντευξις, actus compellandi, appellatio. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 15. Exclamatio est, quæ conficit significationem doloris aut indignationis alicujus, per hominis, aut urbis, aut loci, aut rei cujuspiam compellationem hoc modo: Te nunc alloquor, Africane, &c. ¶ Significat etiam appellationem cum reprehensione et objurgatione conjunctam, *a chiding, reproving. Cic. Fam.* 12. ep. 25. Nec destiti labefactare eum, qui &c. Itaque crebras compellationes meas non tulit. *Id. Phil.* 3. c. 7. Nec sentit amens, commendationem esse compellationem suam. *Gell.* l. 1. c. 5. Maledictis, compellationibusque probrosis jactatus est.

COMPELLO, as, avi, atum, a. 1. *to accost, address, call by name*, προσαγορεύω, alloquor, appello, nomino: a *con*, et antiquo et inusit. *pello, as*, loquor, inquit *Voss. in Etymol. Plaut. Rud.* 4. 7. 1. Quam mox licet te compellare, Dæmones? *Id. Pœn.* 2. 3. 72. Blande compellabo hominem: hospes hospitem salutat: salvum te advenire gaudeo. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 14. Compellare aliquem nominatim. *Virg.* 3. *Æn.* v. 398. incensum pectus amore Compellare virum, et casus cognoscere tantos. *Horat.* l. 1. sat. 7. v. 31. magna compellans voce cuculum. ¶ Significat etiam appellare accusandi causa, vel reprehendendi, objurgandi, conviciandi. *to summon, sue, raise an action against; to chide, reprove.* [† Proprie videtur idem esse, quod interrogare. *Ern. Clav. Cicer.* in v.] *Cic. post redit. in Sen.* c. 13. Nominatim alii compellabantur, alii citabantur, alii relegabantur. *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 12. Compellari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant. *Nepos in Timol.* c. 1. *ad fin.* Quin eum fratricidam, impiumque detestans compellaret. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 296. Hæc mihi Stertinius, sapientum octavus, amico Arma dedit, posthac ne compellarer inultus. ¶ *Compellare de stupro*, apud *Valer. Max.* l. 6. c. 1. n. 12. est verbis ad stuprum sollicitare: quod *compellare* absolute dixit *Hyginus* fab. 57.

COMPELLO, is, puli, ulsum, a. 3. *to drive or bring together, assemble, collect*, συνωθέω, συνελαύνω, simul pello, cogo. Proprie est in unum locum vel diversa, vel diversorum animalia cogere, inquit *Servius* ad illud *Virg. Ecl.* 7. v. 2. Compulerantque greges Corydon, et Thyrsis in unum. *Cic. in Pison.* c. 36. Omni totius provinciæ pecore compulso pellium nomine, &c. *Virg. Ecl.* 2. v. 3. Hædorumque gregem viridi compellere hibisco. *h. e.* ad hibiscum, ut idem *Servius* exponit. ¶ Cum dativo *Horat.* l. 1. od. 24. v. 16. quam virga semel horrida Nigro compulerit Mercurius gregi. ¶ Dicitur et de aliis rebus. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 2. Qui dispersos homines in agris ratione quadam compulit in unum locum. *Liv.* l. 25. c. 34. Compellere hostes intra vallum. *Cels.* l. 8. c. 11. Compellere ossa in suas sedes. *h. e.* reponere. ¶ Accipitur etiam universim pro adigere, impellere, cogere, *to drive, compel,*

constrain, force. Cels. l. 6. c. 7. *ad fin.* Si pulex in aure est, compellendum eo lanæ paululum est. *Cic. in Pison.* c. 7. Me domo mea expulistis, Cn. Pompeium domum suam compulistis. *have compelled to retire to. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 58. *ad fin.* Compellere naves hostium in portum. *Id.* l. 7. *B. Gall.* c. 65. Compellere hostes intra muros. ¶ Translate *Liv.* l. 25. c. 29. Compellere aliquos in eundem metum. *Colum.* l. 11. c. 1. Compelli in socordiam. *Cicer. Fam.* 1. ep. 9. In hunc sensum et allicior beneficiis hominum, et compellor injuriis. *Id.* 4. *Acad.* c. 35. Compellere orationem in angustias et in dumeta Stoicorum. *Plaut. Bacch.* 4. 10. 10. Compellere aliquem ad virtutem, aut ad frugem. *Plin.* l. 36. c. 5. aliquem ad laqueum. *to drive to desperation, cause to hang himself. Quintil.* l. 7. c. 3. *post init.* tyrannum in mortem. *Sueton. in Aug.* c. 14. aliquem fame ad deditionem. *Id. in Cæs.* c. 24. aliquem, ut consulatum petat. ¶ Cum infinito. *Curt.* l. 5. c. 1. Quæ virum compulit amœnitatem naturæ genere hujus operis imitari. *Justin.* l. 16. c. 5. Filias nubere servis suis compellit. *Id.* l. 30. c. 3. Pacem petere compellitur. *Lucan.* l. 3. v. 144. Compulit desistere cœpto. ¶ Pro simplici pello, *Justin.* l. 4. c. 4. Hostes in fugam compulit, et socios obsidione liberavit. *put to flight.*

COMPENDIARĬO. V. vocem sequent.

COMPENDIARĬUS, a, um, *brief, short, compendious, succinct,* σύντομος, brevis, et veluti ad certam metam per compendium ducens. *Cic.* 2. *Offic.* c. 12. Hanc viam ad gloriam proximam, et quasi compendiariam dicebat esse. *Plin.* l. 35. c. 10. *post med.* Breviores picturæ vias, et quasi compendiarias invenit. ¶ Absolute *compendiaria* pro compendiaria via, seu ratione, *a short way or method. Petron. in Sat.* c. 2. Ægyptiorum audacia tam magnæ artis compendiariam invenit. *Senec.* ep. 119. Ad maximas tedivitias compendiaria ducam. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 3. n. 71. ¶ Rursus *Senec.* ep. 73. Te in cælum compendiario ducam. *scil.* itinere.

COMPENDIĀTUS, a, um, adject. in compendium redactus, *reduced within a small compass, abridged, short, compendious. Tertull.* l. 4. *advers. Marc.* c. 9. Facturus sermonem compendiatum. Adde cap. 1.

COMPENDIFACĬO, is, a. 3. *to gain, save,* συντέμνω, κερδαίνω, ad compendium duco, lucror parsimonia. *Plaut. Pers.* 4. 3. 2. Ego hodie compendifeci duos panes. *Id. Mostell.* 1. 1. 57. Orationis operam compendifacito. ¶ Revera duæ voces sunt: et non solum divisim recte adhibentur *compendi facio,* vel absque synæresi *compendii;* sed etiam inverso ordine, aut interjecto verbo. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 41. Operam fac compendi quærere. *h. e.* parce quærere. *Id. Bacch.* 2. 2. 6. Compendi multa verba faciam tibi. Adde *Pacuv.* apud *Non.* c. 1. n. 493. ¶ Et passive *Plaut. Asin.* 2. 2. 41. Verbis velitationem fieri compendi volo.

COMPENDĬO, as. *Compendiare alicui* apud *Augustin. extr.* l. 7. *quæstion. in Heptateuch.* est occidere, ut ipsemet interpretatur: quasi compendiaria via ad mortem perducere.

COMPENDIŌSE, *compendiously,* compendio. *Sidon.* habet comparativ. *compendiosius,* l. 7. ep. 10. Quiquid negotii ferat, præsentaneo compendiosius potest intimare commeatu.

COMPENDIŌSUS, a, um, *profitable, useful,* χρηστὸς, utilis, fructuosus. *Colum.* l. 1. c. 4. Quod etsi per partes nonnunquam damnosum est, in summa tamen fit compendiosum. ¶ Item in compendium redactus, brevis, *compendious, brief, succinct,* σύντομος. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Concepti sermonis compendiosa verba suggerentes. et lib. 6. Monstrare iter compendiosum. *Prudent. in Laurent.* v. 334. mortis citæ Compendiosus exitus. *Nazar. in Paneg. Constant.* c. 18. Compendiosa victoria. *h. e.* de pluribus gentibus uno prœlio reportata.

COMPENDĬUM, ii, n. *a gaining, saving; gain got by saving, profit, advantage,* ὠφέλεια, lucrum ex parsimonia: hoc est quidquid lucramur rem nostram servando, non rem de novo acquirendo: qui *quæstus* dicitur. *Compendio* opponitur dispendium (ut est apud *Paul. Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 65.) quod est damnum seu jactura ex prodigentia aut incuria. Quamquam illud discrimen non est perpetuum. *Cic. Verr.* 4. c. 3. Quos provincia mercibus suppeditandis cum quæstu compendioque dimittit. *Id.* 3. *Offic.* c. 15. Facere aliquid compendii sui causa, quod non liceat. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 32. Servire privato compendio suo. *Callistrat. Dig.* lib. 48. tit. 20. leg. 6. Vertere aliquid in compendium suum. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 40. Turpe compendium. *Plin.* l. 21. c. 12. Apes, res præcipui quæstus et compendii. *Id.* l. 23. c. 7. Magno ligni compendio percoquere aliquid. *with a great saving of wood. Id.* l. 17. c. 3. et lib. 18. c. 20. Compendium operæ. *a saving of labour.* ¶ Translate *Gell.* l. 2. c. 27. Quæstus atque compendium gloriarum. *the gaining of glory at any rate. Stat.* l. 2. *Theb.* v. 658. Compendia vitæ. *the gaining and prolonging life.* ¶ Facere compendium, *to save.* Translate *Plaut. Capt.* 5. 2. 12. Satis facundus: sed fieri dictis compendium volo. *a saving of words. Id. Rud.* 1. 2. 89. Errationis fecerit compendium. ¶ Dicimus etiam *facere aliquid compendi,* vel *compendii* eod. sensu, eo modo quo *facere lucri, facere dispendii. Plaut. Pœn.* 1. 2. 138. Curam hanc facere compendii potes. V. *Compendifacio.* ¶ *Compendia alimentaria* apud *Capitolin. in Pertin.* c. 9. sunt sumptus et erogationes in alimenta pauperum impensæ. ¶ Eleganter translate dicitur de iis rebus, in quibus laboris, aut temporis aliquid deminuitur. *Quintil.* l. 1. c. 1. Brevia docendi monstrare compendia. *a short way. Id. ibid.* (*al.* c. 2.) Syllabis nullum compendium est: perdiscendæ omnes. *Gell. in præfat.* Ducere ingenia celeri facilique compendio ad utilium artium contemplationem. *by a short method. Censorin. de die nat.* c. 5. Quam potero, compendio dicam. *briefly. Plaut. Mil.* 3. 1. 186. Quam potes, tam verba confer maxime ad compendium. *be as concise as you can. Ulpian. Dig.* lib. 5. tit. 1. leg. 72. Compendium edictorum. *h. e.* cum pro multis edictis unum tantum promulgatur, quod pro omnibus sit. ¶ *Compendium viæ,* quod et *compendium* absolute dicitur, *a short cut, the nearest way. Plin.* l. 5. c. 5. Compendium viæ quatridui deprehensum est. *Justin.* l. 2. c. 10. *extr.* Ducere aliquid per compendium. *in the shortest way.* et *Flor.* l. 3. c. 3. Marius mira velocitate occupatis compendiis, prævenit hostem. *Tacit. Ann.* 2. c. 55. Per Cycladas, et compendia maris adsequitur Germanicum. *Id. Ann.* 12. c. 28. Propioribus compendiis ire. ¶ Donare alicui compendia lethi, apud *Sil.* l. 10. v. 476. est mortem accelerare.

COMPENDO, is, a. 3. idem quod pendo, vel simul pendo. *Varr.* l. 4. *L. L. sub fin.* Compendium dicitur, quod cum compenditur, una sit.

COMPENSATĬO, onis, f. *a recompense, requital, satisfaction, compensation, making amends,* ἀμοιβὴ, proprie est actus ille, quo addendo aliquid æquales redduntur lances: *a balancing:* a *pendo.* Sed generatim sumitur pro collatione rei cum re, ut debiti cum credito, damni cum emolumento: item imputatio duarum summarum, ita ut qui debet centum, tantundem minus debeat, quantum ex alio capite creditor erat. *Modestin. Dig.* lib. 16. tit. 2. leg. 1. Compensatio est debiti et crediti inter se distributio. *Paul.* lib. 24. tit. 3. leg. 15. Compensationes proderunt ob res amotas, donatas, et impensas. *a deduction will be made. Justin.* l. 3. c. 2. Emere non pecunia, sed compensatione mercium. *in exchange for merchandise; by barter.* ¶ Translate *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 9. *extr.* Incommoda vitæ compensatione commodorum lenire. *by throwing the advantages into the opposite scale. Id.* 5. *Tuscul.* c. 33. Hac utitur compensatione sapiens, ut voluptatem fugiat, si ea majorem dolorem effectura sit. *after weighing the matter in his mind arrives at this conclusion, that it is better to shun,* &c.

[* COMPENSATĪVUS, a, um, adject. *Marius Victorin. Rhet.* l. 1. pag. 137. *Capperon.* Primo debet dicere *feci, sed profui;* et probare plus se profuisse, quam obfuisse, quæ est qualitas compensativa, quam ideo Cicero comparationem vocat. *Id. Rhet.* l. 2. pag. 217. Est in hoc themate etiam alia constitutio vel relativa, vel compensativa, vel absoluta.]

COMPENSĀTO, adverb. cum compensatione. *Tertull. de Pall.* c. 3. Alias versura compensato redit. Al. leg. *compensati.*

COMPENSĀTUS, a, um, *rewarded, requited, compensated,* repensus, ἀνταλλαγεὶς. *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 4. Labores magna compensati gloria mitigantur. *Id. Verr.* 7. c. 13. Damna compensata.

COMPENSO, as, avi, atum, a. 1. *to weigh together, weigh one against the other, balance,* ἀνταμοίβομαι, ἀνισάζω, frequentat. a *compendo,* proprie significat simul pensare res, ut pondera æquentur. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 69. amicus dulcis, ut æquum est, Cum mea compenset vitiis bona. ¶ Et generatim æquare, sarcire, rependere. *to compensate, requite, recompense, make amends. Cic. in Pison.* c. 30. *ad fin.* Nonne compensabit cum uno versiculo tot mea volumina laudum suarum? *will he not repay,* &c. *Id.* l. 2. *de Fin.* c. 30. Compensabatur cum summis doloribus lætitia. *h. e.* conferebatur. *was matched, counterbalanced. Ovid. Her.* ep. 3. v. 51. Tot tamen amissis te compensavimus unum. *h. e.* tanti te æstimavimus, quanti tot amissos. *Cic.* l. 2. *Offic.* c. 19. *extr.* Ceterisque operis et officiis erit, quod violatum est, compensandum. *h. e.* sarciendum. *Id. pro Font.* c. 1. *extr.* Massilienses Gallicorum bellorum pericula populo R. coriis remisque compensarunt. *h. e.* exæquarunt pericula intentata populo R. coriis et remis eidem prompte suppeditandis. *Id. pro Flacc.* c. 29. *ad fin.* Catonis est dictum: pedibus compensari pecuniam. *h. e.* vilitatem pretii, quod solvitur in emptione agri longinqui, compensari et quodammodo augeri labore pedum, et incommodis longorum itinerum. ¶ Apud JCtos significat aliquando imputare, *to discount, deduct, defalcate. Ulpian. Dig.* lib. 12. tit. 6. leg. 23. Potest tamen retineri, et compensari quod solutum est. V. *Dig.* lib. 16. tit. 2. qui est *de compensationibus.* ¶ Ponitur etiam pro compendium viæ facere, *to shorten the way. Lucan.* l. 8. v. 248. magnosque sinus Telmessidos undæ Compensat medio pelagi. *h. e.* alto navigans recto itinere, facit compendium sinus Telmessici. V. *Præcido* sub fin. *Senec. in Hippol.* v. 83. Hac pergam, qua via longum compensat iter.

COMPERCO, is, n. 3. idem quod parco, abstineo. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 137. Comperce, quæso, me attrectare. *Solin.* c. 22. *ad fin.* (*al.* 35.) In hiemem compercunt arborum fructus. ¶ *Fest.* Comperce pro compesce dixerunt antiqui. *Apul.* l. 9. *Metam.* Nec fugientibus saltem compercunt, sed eo magis irritatiores sequuntur. *Al. leg.* compescunt.

COMPEREGRĪNUS, i, qui simul cum alio peregrinus est. *Sidon.* l. 7. ep. 17. *in fi. carm.* Abraham jam te comperegrinus habet.

COMPERENDINATĬO, onis, f. *the adjournment or putting off of a trial until the third day,* ἀναβολὴ, τριήμερος ὑπέρθεσις, dilatio judicii in diem tertium: a *con,* et *perendie.* Comperendinatio erat dilatio sententiæ ferendæ, postquam utraque pars, actor et reus totam causam recitaverat. Olim enim, in rebus capitalibus, causa recitata, aut statim sententia dicebatur, aut si quid non liquere videretur, ampliabatur. C. Servil. Glaucia legem tulit, ut post primam actionem, secunda in tertium diem constitueretur, in qua iterum acta causa, demum sententia ferretur. In aliis autem causis *comperendinatio* erat ab utrisque litigatoribus invicem sibi denunciatio in perendinum diem. Nam cum in rem aliquam agerent litigatores, poscebant judicem, qui dabatur post trigesimum diem: quo dato, deinde inter se diem perendinum, ut ad judicium venirent, denunciabant. Denique *comperendinatio* dicitur etiam ipsa causæ recitatio post dilationem perendini diei. Hæc ex *Ascon. in Verr.* 3. c. 9. V. *Ampliatio.* Præter *Ascon.* utuntur hac voce *Senec.* ep. 97. *Plin.* l. 6. ep. 2. et *Gell.* l. 14. c. 2. Porro quamvis ipsa vox diei tertii dilationem significet, tamen ex *Cicer. Verr.* 3. c. 7. *extr.* et *Verr.* 6. c. 15. satis colligitur, etiam plurium dierum dilationem hoc nomine appellari potuisse. Olim enim liberæ comperendinationes erant, ut ait *Auct. Dial. de Oratorib.* c. 28. postea restrictæ sunt legibus, ut *Plin.* significat l. 6. ep. 2. tum quoad numerum, tum quoad spatium temporis.

COMPERENDINĀTUS, us, m. idem quod comperendinatio. *Cic.* 3. *Verr.* c. 9. Adimo comperendinatum. *Id. de clar. Orat.* c. 22. Unum, quasi comperendinatus, medium diem fuisse, &c.

COMPERENDINĀTUS, a, um, adject. dilatus in tertium diem, vel amplius, *adjourned, put off, prorogued. Cic. Verr.* 1. c. 7. Nemo istum comperendinatum, sed condemnatum judicaret. *Festus:* Rex comperendinata significat judicium in diem tertium constitutum.

COMPERENDĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to delay, prolong, defer, prorogue, put off, adjourn until the third day, or the day after tomorrow,* ἀναβάλλομαι, judicium differre. V. *Comperendinatio. Cic.* 2. *Verr.* c. 11. *extr.* Tua ratio est, ut secundum binos ludos mihi respondere incipias; mea, ut ante primos ludos comperendinem. *h. e.* me, et te dixisse profitens, comperendinationis judicibus faciam potestatem. *Ascon.* ¶ *Comprendinare reum* est ejus judicium in diem tertium differre. *Cic. Verr.* 3. c. 9. Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus.

COMPERENDĪNUS, a, um, a *con,* et *perendie.* Apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 15. comperendini dies sunt, quibus vadimonium licet dicere. *h. e.* in quos transferri licet causæ actionem.

COMPERĔO, is, n. 4. simul pereo. Agnoscitur a *Diomede* tanquam Latinum et usitatum. Docet enim l. 1. pag. 369. *Putsch.* hoc differre a *comperio,* quod illud in præterito habeat *comperi* accentu acuto; hoc *comperi* (per syncopen pro *comperii*) accentu circumflexo, et *comperieram.* Alia hujus verbi exempla nondum vidimus.

COMPERĬO, is, comperi, ertum, a. 4. *to discover, find out, ascertain for a certainty, get intelligence of, detect, learn, be informed,* ἐξευρίσκω, καταλαμβάνω, intelligo, rescio, invenio, deprehendo cum quadam certitudine: a *con,* et *pario,* quasi sit in lucem edo: quia quæ in luce sunt plane cognoscuntur. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 5. Ex multis audivi: nam comperisse me, non audeo dicere. *Id. Attic.* l. 14. ep. 8. Scribit, se id certis auctoribus comperisse. *Id. de clar. Orat.* c. 80. Cum indicia mortis se comperisse manifesto, et manu tenere diceret. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 12. Posteaquam comperit, eum posse vivere. *Id. pro Sull.* c. 31. Nihil de hoc consul comperi, nihil suspicatus sum, nihil audivi. *Terent. Heaut.* 1. 1. 69. Comperi ex iis, qui ei fuere conscii. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 19. Postquam per exploratores, pontem fieri, comperissent. *after receiving information.* ¶ Passive *Terent. Andr.* 5. 3. 31. Quodvis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar. *I had rather any thing should happen, than that it should turn out, that,* &c. ¶ Deponentis forma *Sallust. in Jug.* c. 49. Metellum sapientem virum fuisse comperior. et cap. 116. Sed ego comperior, Bocchum, &c. Adde *Gell.* l. 3. c. 3. Porro *Diomed.* l. 1. pag. 373. *Putsch.* discrimen non absurdum assignat inter *comperio,* et *comperior* depon. quod illud significat ab alio cognosco; hoc ex mea opinione colligo, compertum habeo, pro explorato didici. Addit etiam, *comperior* deficere in futuro et imperativo: adde etiam in præter. ex *Voss. de Grammat.* l. 5. c. 33. tametsi *compertus est* pro *comperit* dictum est a *Tertull. advers. Hermog.* c. 28.

COMPERNIS, e, adject. *having his knees bending or bowed inwards, bow-legged,* γονύκροτος, σύμμηρος, qui genua habet plus justo conjuncta, ut *Festus* interpretatur: a *con,*

et perna. Lucil. apud *Non.* c. 1. n. 103. Compernem, aut varam fuisse Amphitruonis ἄκοιτιν Alcumenam. Adde *Varron.* l. 8. *L. L.* c. 5. et *Plaut. in fragm.* apud *Fest.* in *Valgus.* ¶ *Nonius loc. cit.* compernes dici ait, qui sunt longis pedibus: sed *Vossio* et *Voss. n.* et *Salmas. in exercit. Plin.* pag. 941. audiendus non videtur. Quod si *compernes* intelligeremus, non qui genua, sed qui calcanea nimis juncta habent (nam et calcanea *pernæ* nomine significantur, Græce πτέρναι: unde *peronea*) facilius *Nonii* explicatio admitti posset: quia qui calcanea sic juncta habent, pedes quidem certe vel habent, vel videntur habere longiores.

COMPERPETŬUS, a, um, coæternus. *Prudent. in Apoth.* v. 339. Et comperpetuum retro Patris, et Patre natum.

COMPERTE, adverb. *accurately, correctly,* certe, explorate. *Gell.* l. 1. c. 22. Exquisite et comperte Julius Paulus dicebat. *Id.* l. 1. c. 11. Qui hoc compertius memoriæ tradiderunt.

COMPERTUS, a, um, *found out, fully ascertained, known for certain, discovered, detected,* certo cognitus, exploratus, deprehensus, πεπληροφορημένος. *Cic. pro Cluent.* c. 14. *extr.* Facinus manifesto compertum atque deprehensum. *Liv.* l. 7. c. 39. Quidam compertum attulerunt, T. Quintium in Tusculano agrum colere. *report it as a fact, that,* &c. *Id.* l. 29. c. 21. *extr.* Comperta oculis perferre Romam. *seen with her own eyes. Sallust. in Catil.* c. 14. *extr.* Compertum est mihi. *I have ascertained*: et eod. sensu cap. 60. Compertum habeo, milites, verba viris virtutem non addere. et *Scribon. Larg. compos.* 106. Auxilia, quæ ex usu prodesse eis, comperta habemus. et *Cic. pro Cluent.* c. 45. *extr.* Habere compertum de aliqua re. *Liv.* l. 39. c. 49. *a med.* habere rem aliquam pro comperta. *Sueton. in Ner.* c. 31. *extr.* Polliceri pro comperto. *Curt.* l. 7. c. 1. Pro comperto fuit. *it was known for a fact.* ¶ Absolute *Apul.* l. 9. *Metam.* Pro comperto novam rabiem pertinaciter durare. *for certain. Sueton. in Tiber.* c. 35. Uxor comperta in stupro generi. *h. e.* deprehensa. *caught, surprised.* ¶ Cum infinito, *Id. in Aug.* c. 67. Compertus adulterare. ¶ Cum genitivo *compertus alicujus criminis* est manifesto reus. *convicted. Liv.* l. 7. c. 4. Juvenis nullius probri compertus. *Id* l. 32. c. 1. Compertos sacrilegii in vinculis Romam mittere. *Id.* l. 22. c. 57. Vestales compertæ stupri. Adde *Justin.* l. 11. c. 11. ¶ *Comperto* absolute, cum compertum esse. *Liv.* l. 33. c. 5. Nondum comperto, quam in regionem venisset. *Sallust. in fragm.* apud *Priscian.* l. 18. pag. 1150. *Putsch.* Comperto, Bithyniam consuli datam. Adde *Tacit. Ann.* 2. c. 60. et alibi.

COMPES, ĕdis, f. *a fetter, chain for the feet,* πέδη, vinculum, quo servorum, vel captorum pedes vinciuntur: plerumque e ligno: item ex ferro, &c. *Cato* apud *Gell.* l. 11. *c. ult.* In nervo, atque in compedibus ætatem agere. *Terent. Phorm.* 2. 1. 18. Herus si redierit, molendum usque in pistrino, vapulandum, habendæ compedes. *Tibull.* l. 2. eleg. 7. v. 7. Spes etiam valida solatur compede vinctum. *Plaut. Capt.* 3. 5. 76. Impingere alicui crassas compedes. et *Men.* 1. 1. 4. Indere alicui compedes. *Id. Pers.* 2. 3. 17. imponere. et 3. 3. 15. Compedium tritor, pistrinorum civitas. *Claudian. in prol.* l. 2. *in Eutrop.* v. 3. Et solitos tardæ passurus compedis orbes. ¶ Per catachresim dicitur de vinculo manuum, *manicles or manacles, chains for the hands. Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 113. Nequicquam sæpe æratas manus (al. *manu*) compedes conor revellere. ¶ Translate *Horat.* l. 4. od. 11. v. 23. Telephum puella tenet grata compede vinctum. *a pleasing chain. Id.* l. 1. ep. 3. v. 3. Hebrus nivali compede vinctus. *icy bonds. Cic. Attic.* l. 8. ep. 3. *a med.* Age jam, has compedes: fasces inquam hos laureatos, &c. ¶ Sunt etiam compedes inter mulierum ornamenta. *Plin.* l. 33. c. 12. Luxu feminarum compedes sibi ex argento facientium, quas induere aureas mos tritior vetat. ¶ In singulari numero recti et dativi casus exempla nondum vidimus. ¶ Masculino genere *Lactant. de mort. Persecut.* c. 21. Compedes parati. ¶ In illo *Varron.* apud *Non. loc. cit.* et cap. 6. n. 20. Viscum, sagenam, lineamque compedem: *Scalig.* legit *compedam,* ut sit a recto compeda, æ. ¶ *Compes* pro *compos* dixerunt Antiqui, teste *Prisciano* l. 1. pag. 553. *Putsch.* Cui rei confirmandæ illud facit, quod etiam verbum *Competo* usurpatur pro *compos sum.* ¶ Ex illo *Plauti Pseud.* 4. 7. 80. *Ubi suram aspicias, suas, posse eum gerere crassas compedes:* possit quis fortasse putare, compedes non solum pedibus, sed etiam cruribus indi consuevisse. ¶ *Auson. Edyll.* 7. *in fi. epist. dedic.* si vetus verbum jubet: Compedes, quas ipse fecit, ipsus ut gestet faber. *proverb.* in eum, qui sibi ipsi auctor mali est.

COMPESCO, is, escui, a. 3. proprie significat una pascere, et in eodem pascuo continere, ut *Festus* exponit. *to feed or pasture together.* ¶ *Compescere lucum,* eodem *Festo* interprete, est lucum suis finibus cohibere: hoc est, ut opinor, ramos et arbores, qui extra fines luco assignatos evagantur, amputare: qua ratione dixit *Colum.* l. 4. c. 17. Compescere vitem. et *Virg.* 2. *Georg.* v. 370. ramos compesce fluentes. *lop off the superfluous branches.* ¶ Pertinet etiam ad artem fulloniam. Unde *compescere cretam* dixit *Titinn.* apud *Non.* c. 4. n. 34. *h. e.* pedibus subigere, et cogere cretam in vestimenta penetrare, dealbandi causa: qua de re et in *Argutor* dictum est, et in *Concilio* dicetur. ¶ Generatim vero significat cohibere, coercere, refrenare, *to restrain, check, curb, stop, confine, keep in, repress,* συνείργω, καταστέλλω, συστέλλω. *Plin.* l. 14. c. 20. Resina compescere nimiam vini feritatem. *Sil.* l. 3. v. 617. Sarmaticis victor compescet sedibus Histrum. *h. e.* continebit intra fines Sarmaticos. *Tibull.* l. 4. eleg. 1. v. 91. equum celerem arctato compescere freno. *Id.* l. 1. eleg. 2. v. 1. vinoque novos compesce dolores. *Lucret.* l. 3. v. 968. Compescere querelas. *Plin.* l. 10. ep. 42. Nullus sipho, nulla hama ad incendia compescenda. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 102. sitim multa compescuit unda. *slakes. Senec. in Hippol.* v. 515. Poma compescunt famem. *Id. in Herc. Œt.* v. 1374. Compescere lacrymas. et *in Herc. Fur.* v. 975. dementem impetum. et vers. 518. dextram. *Sil.* l. 7. v. 330. iras. *Phædr.* l. 1. fab. 2. v. 12. mores dissolutos. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 63. risum mappa. *Id.* l. 2. ep. 2. v. 122. luxuriantia. (*de stylo loquitur.*) *Id.* l. 1. sat. 8. v. 31. aliquem pœnis. *Ovid.* l. 3. *Trist.* eleg. 4. v. 65. Timor compescit officium. *h. e.* cohibet, impedit, ne officio fungar. *Plin. in Paneg.* c. 80. Compescere populos tumentes. *Vellei.* l. 2. c. 12. armis furorem alicujus. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 75. linguam. *Quintil.* l. 12. c. 1. scelera improborum. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 6. Quin compescitis istam vocem indicem stultitiæ? *continetis* habent libri: *Quintil.* l. 11. c. 3. *compescitis*: cui magis credendum puto. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 41. Compescere damna alicujus cantu. *h. e.* carmine solari. ¶ Pro abstinere, parcere. *to cease, spare. Plaut. Bacch.* 3. 3. 59. Compesce in illum dicere injuste. *Apul.* l. 9. *Metam.* Nec fugientibus saltem compescunt. Alii leg. *compercunt.* ¶ Putat *Priscian.* l. 18. pag. 1198. *Putsch.* Latine dici *compesco illum insanire,* et *ne insaniat,* quemadmodum Græci dicunt παύω τόνδε λυσσῆσθαι, et μὴ ποιεῖν τόδε: sed nullo id confirmat exemplo. *Id.* l. 10. pag. 887. agnoscit supinum *compescitum,* sicut *dispescitum a dispesco*: at hoc etiam sine auctoritate Latini Scriptoris. [Immo habetur auctoritas, qualiscumque ea tamen sit, veteris *Inscriptionis* apud *Campol. in Litholex.* Saxo compescita.]

COMPĔTENS, entis, *competent, convenient, suitable,* congruus, conveniens, legitimus, προσήκων. *Apul. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) Personæ rebus competentes. *Gell.* l. 19. c. 13. Ratio etymologiæ cum sententia vocabuli competens. *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 1. leg. 19. Apud competentem judicem litem suscipere. *Id. ibid.* l. 3. tit. 3. leg. 35. Competens tribunal. *Papinian.* l. 39. tit. 5. leg. 32. Competens sententia. *Auct. Paneg. Maxim.* et *Constant.* c. 7. Quid enim competentius, quid providentia tua dignius facere potuisti? ¶ Proprie est *simul petens, aiming at the same object.* Hinc apud *Augustin.* serm. 216. (*al.* 8. *de Divers.*) et serm. 228. *Competentes* sunt infantes et Catechumeni, quia Sacramentum Baptismi simul petunt, et sunt quodammodo competitores et candidati Christianæ Religionis.

COMPETENTER, *competently, conveniently, suitably,* habita ratione, convenienter, προσηκόντως. *Ulpian. Dig.* lib. 24. tit. 3. leg. 22. Quatenus filiæ et patri competenter consulatur. *Paul.* lib. 22. tit. 5. leg. 16. Competenter punire. *Prudent. in Rom.* v. 118. Persona quæque competenter plectitur. *h. e.* pro ratione dignitatis, aut culpæ. *Hieronym. advers. Helvid.* c. 2. In alio loco competentius disseram. *Apul. in Apolog.* Competentissime videor usus Platone. *h. e.* valde apposite.

COMPETENTĬA, æ, f. proprie est actus simul petendi, concursus. *Gell.* l. 14. c. 1. Nasci ad eandem competentiam. *h. e.* sub eodem stellarum concursu, et situ. *under the same constellation.* ¶ Item *proportion, symmetry, fitness, conveniency,* ἀναλογία. *Gell.* l. 1. c. 1. Secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 19. Certi sunt numeri, per quos inter omnia, quæ sibi conveniunt, junguntur, aptantur, fit jugabilis competentia.

COMPETITĬO, onis, f. *an aiming at the same object, competition,* actio aliquid simul petendi. *Sidon.* l. 2. ep. 9. Inter aleatoriarum vocum competitiones. ¶ Legitur etiam sæpe in *Cod. Theodosiano.*

COMPETĪTOR, oris, m. *a competitor, candidate,* ἀντιπαραγγέλλων, qui aliquid simul cum alio petit, præsertim honores. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 12. Dum civi aliter contendimus, si est inimicus; aliter si competitor: cum altero certamen honoris et dignitatis est; cum altero capitis et famæ. Adde *Attic.* l. 1. ep. 1. et *pro Planc.* c. 4. et *Liv.* l. 37. c. 57. *extr.*

COMPETĪTRIX, icis, f. quæ simul petit. *Cic. pro Mur.* c. 19. Nos quoque habuimus scenam competitricem. [† Antonius scenam argentatam in ludis dederat, collega Ciceronis in ædilitate, hinc metuebat Cicero, ne scena illa plus apud populum in petitione valeret, quam ipse, et scena petere consulatum pro Antonio videbatur. *Ernest.*]

COMPĔTO, is, ivi, vel tii, itum, a. 3. *to seek together, or in company with,* ἀντιπαραγγέλλω, ἀντιποιοῦμαι, simul cum alio, seu adversus alium peto. *Justin.* l. 13. c. 2. Occiso Alexandro, non, ut læti, ita et securi fuere, omnibus unum locum competentibus. *Aurel. Vict. de Vir. Illustr.* c. 59. Unam duobus speciosam competentibus. ¶ Habet etiam neutram significationem, et ponitur pro constanter valere compotem esse, ut *Non.* c. 4. n. 110. exponit. *Sallust. in fragm. ibid.* Quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua competere. *to be sound, have the use of. Liv.* lib. 22. cap. 5. Ut vix ad arma capienda, aptandaque pugnæ competeret animus. ¶ Item pro par esse, vel simile: unde in æstimatione rerum, *hoc illi competit,* dicimus. Hæc *Non. ibid.* Sic *Sueton. in Oth. c. ult.* Tanto Othonis animo nequaquam corpus aut habitus competiit. *was by no means suitable.* Item eodem petere, hoc est ire, convenire, congruere, *to meet, join or meet one with another. Varr.* l. 5. *L. L.* c. 3. Ubi viæ competunt, tum in compitis sacrificatur. *Colum.* l. 2. c. 2. *ante med.* Fossæ aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obcæcantur, ita ut in patentes ora hiantia cæcarum competant. *Id.* l. 4. c. 17. Si cacumina arundinum in unum competunt. ¶ Item simul evenire, contingere, *to fall out about the same time as, coincide with the period of, happen, occur. Tacit.* 2. *Hist.* c. 50. *extr.* Tempora reputantibus, initium finemque miraculi cum Othonis exitu competisse. *Sueton. in Cæs.* cap. 40. Fasti adeo turbati, ut neque messium feriæ æstati, neque vindemiarum autumno competerent. *Plin.* l. 16. c. 39. Si competant coitus Lunæ in novissimum diem brumæ. Adde lib. 18. c. 26. et *Colum.* l. 2. c. 8. Huc pertinet et illud *Senecæ* epist. 75. Non quærit æger medicum eloquentem, sed sanantem; sed si ita competit, ut qui sanare potest, compte disserat, &c. et *Scævola Dig.* lib. 2. tit. 14. leg. 47. Remanserunt apud me trecenta et octoginta sex, et usuræ quæ competierunt. *and the rents that correspond to that time.* ¶ Item aptum esse, quadrare. *to be fit, suitable, or convenient. Colum.* l. 9. c. 5. Si villæ situs ita competit, non est dubitandum, quin, &c. Verum si positio repugnabit, &c. *Sueton. in Aug.* c. 31. Si cujuspiam neptium suarum competeret ætas. *Scævola Dig.* lib. 8. tit. 2. *leg. ult.* Titius aperto pariete domus suæ, quatenus stillicidii rigor, et tignorum protectus competebat. *would allow of, permitted. Apul. in Apolog.* Quid enim piscis competit ad amoris ardorem accendendum? ¶ Item convenire, pertinere. *Eumen. in Paneg. Constant.* c. 4. Ei competit hæreditas. *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 1. leg. 25. *circa med.* Ex empto mihi adversus te actio competit. *Quintil.* lib. 3. c. 6. Actio competit in aliquem. *Papinian. Dig.* lib. 1. tit. 20. leg. 1. Hoc mihi competit jure magistratus. Hujusmodi sexcenta leguntur in libris *Digestorum. Apul.* l. 10. *Metam.* Extrema pœna competit in latronem. *Scævola Dig.* lib. 40. tit. 4. leg. 54. Respondi: si testator fraudandi consilium non habuisset, competere libertates. *h. e.* libertates datas testamento convenientes esse, et valere. ¶ Pro impetere, aggredi. *Paulin. Nolan.* carm. 15. v. 134. solus competitur Felix. V. vers. 154. et 157.

COMPILATĬO, onis, f. *a pillaging, plundering, robbing,* σύλησις, furtum, spoliatio. *Cic. Fam.* 2. ep. 8. Ut vadimonia dilata, et Chresti compilationem mitteres.

COMPILĀTOR, oris, m. *a pillager, plunderer, spoiler,* συλητής, spoliator, fur. *Hieronym. in præfat. Hebraicar. quæst. in Gen.* Hoc idem passus est ab æmulis et Mantuanus vates, ut cum quosdam versus Homeri transtulisset ad verbum, compilator veterum diceretur.

COMPILĀTUS, a, um, *plundered, pillaged, robbed, spoiled,* furto ablatus, spoliatus. *Papin. Dig.* lib. 3. tit. 5. leg. 33. Compilatæ hereditatis postulare aliquem. Apud *Haloand.* est leg. 32. et legitur *expilatæ*. *Petron. in fragm. Tragur.* cap. 62. *Burm. ad fin.* Domum fugi tanquam copo compilatus.

COMPĪLO, as, avi, atum, a. 1. *to rob, spoil, plunder, pillage,* συλεύειν: a pilo, as. Proprie significat cogere, et in unum condere, ut ait *Festus.* et dicitur speciatim de iis, qui res alienas multas simul undique surripiunt, colligunt, et asportant. *Cic. Verr.* 3. c. 13. Quasi non apertissime consulem, exercitum, provinciamque compilarit. *Ascon.* hoc loco ita interpretatur: Pilos evellerit; sic fraudaverit furto, ut ne pilos quidem in corpore spoliatis reliquerit. Rursus *Cic. Verr.* 6. c. 24. Qui uno imperio ostiatim totum oppidum compilarit. *Id.* 2. *de Orat.* c. 66. Malui compilari, quam venire. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 77. Formidare servos, ne te compilent fugientes. *Paul. Dig.* lib. 48. tit. 13. leg. 9. Sunt autem sacrilegi, qui publica sacra compilaverunt. *Plaut. Asin.* 2. 2. 6. Compilare ædes. *Cic. Phil.* 3. cap. 12. hortos. ¶ Translate *Cic. pro Mur.* c. 11. Cn. Flavius ab ipsis cautis jurisconsultis eorum sapientiam compilavit. *Horat. loc. cit. in fi.* ne me Crispini scrinia lippi Compilasse putes. [¶ Significat etiam ita fuste cedere et pervellere, ut ne pilus quidem in toto corpore relinquatur. *Apul.* 7. *Met.* pag. 482. *Oudendorp* Totum me puer compilabat, cædens fusti grandissimo Loquitur hic asinus ab agasone suo male habitus. *Id.* l. 9. pag. 596. Nec dubio me lanceis, vel venabulis, imo vero et bipennibus membratim compilassent.]

COMPINGO, is, egi, actum, a. 3. *to drive, thrust force,* συνωθέω, impello, detrudo, vi ago. *Plaut. Amph.* 1. 1. 3. Quid faciam nunc, si tresviri me in carcerem compegerint? *Id. Men.* 4. 3. 16. Tibi habe (*pallam*) aufer

utere vel tu, vel tua uxor, vel etiam in oculos compingite. *thrust it into your very eyes.* [† *Gesnerus* ex interpretatione *Gronovii*: Accurate asservate, ubi nemo quærit.] *Cic. Attic.* l. 8. ep. 8. Picenum amiserat culpa: in Apuliam se compegerat. *h. e.* in Apuliæ angustias se conjecerat. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Orat.* c. 11. Oratorem excludi a gubernaculis civitatum, ac tantum in judicia et conciunculas, tamquam in aliquod pistrinum, detrudi et compingi videbam. *Plaut. Rud.* 4. 4. 103. Quæ parentes in tam angustum tuos locum compegeris. ¶ Significat etiam componere, conjungere, coagmentare, *to fasten or put together*, συμπήγνυμι. *Senec.* l. 6. *quæst. natur.* c. 3. Quædam ædificia a fabris negligentius solutiusque composita, terræmotus sæpius agitata compegit. *Colum.* l. 6. c. 19. Roboreis axibus compingitur solum. *Gell.* l. 6. c. 1. Ut natura tenuissimis ossiculis caput compingeret. *Apul. in Florid.* n. 9. (*al.* l. 2.) Etiam crepidas sibi compegerat. *Paul. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 83. Si navem dominus dissolvisset, et iisdem tabulis compegisset. *Arnob.* l. 2. pag. 55. Compingere vestem, sellas, aratra. ¶ Translate *Gell.* l. 11. c. 16. Absurdum esset, si ex *multitudine* et *negotio* verbum unum compingerem. *Lactant.* l. 7. c. 7. Ut summam illam, quæ continet universa, et compingerent, et implerent. ¶ Significat etiam componere, confingere, comminisci. *to fashion, devise, contrive. Arnob.* l. 1. pag. 34. Falsa de Christo compingimus? et vos de diis vestris falsa et inania jactatis. *Id.* lib. 4. pag. 148. Ignominiosas de diis compingitis fabulas.

[* COMPINGUESCO, is, ere, n. 3. simul pinguesco, coagulor. *Tertullian. de anim.* c. 25. Præsumunt, semen ex concubitu muliebribus locis sequestratum, motuque naturali vegetatum, compinguescere in solam (*alit.* solidam) substantiam carnis.]

COMPITALĀRIS, e, adject. ad Compitales deos pertinens. Compitalares Augustales in *Vet. Inscript.* apud *Grut.* pag. 179. n. 3. fuisse puto sacerdotes ab Augusto institutos sacris Compitalibus faciendis. Nam is ea sacra bis anno coli jussit, teste *Sueton. in ejus vita* c. 31.

COMPITĀLIS, le adject. ad compita pertinens. *Sueton. in Aug.* c. 31. Compitales Lares ornare bis anno instituit vernis floribus, et æstivis. *h. e.* qui ut ait *Ovid.* 2. *Fast.* v. 615. compita servant, et vigilant nostra semper in urbe, Lares. *deities that presided over the public ways, and were worshipped were cross-roads met. Ovid. ibid.* fabulatur fuisse Nympham, Laram nomine, quæ quod Jovis amores Junoni detexerat, ab illo lingua multata fuit, et Mercurio tradita, ut ad Inferos duceretur. In itinere Mercurius illam compressit, et geminos procreavit, qui *Lares compitales* habiti sunt. ¶ *Compitales ludi*, et absolute *Compitalia, orum*, sacra erant, et ludi, qui fiebant in compitis in honorem Larium. *festivals in honour of the* Compitales Lares. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 3. Eos tacito nomine describsit *Virg.* teste *Servio*, lib. 8. *Æn.* v. 717. ludisque viæ, plausuque fremebant. ¶ Uno tantum die celebrabantur, ut *Festus* docet in *Quinquatrus.* Nam quod apud *Cicer. in Pison.* c. 4. habetur: Cum tert. Cal. Jan. Compitaliorum dies incidissent; *Manut.* et *Lambin.* legunt *incidisset.* ¶ In fabulis est, Ocrisiam ancillam Tanaquilis reginæ uxoris Tarquinii Prisci, dum foco adsideret, exstitisse subito e mediis cineribus Larem familiarem, qui eam compressit, et Servium Tullium procreavit, qui sextus fuit Romanorum rex, et in honorem crediti patris compitales ludos instituit, ut *Plin. in fi.* l. 36. narrat: Nam lignea sacella in compitis exstruxit, jussitque singulas domos liba conferre, et sacra facientibus non ingenuos, sed servos adesse et ministrare, ut est apud *Dionys. Halicarn.* lib. 4. Celebrabantur hiemis tempore non multo post Saturnalia: non tamen habebant diem certum, sed concipiebantur quotannis a Prætore. *Auson. in Eclogar. de Feriis Rom.* Et nunquam certis redeuntia festa diebus, Compita per vicos cum sua quisque colit. Adde *Fest.* in voce *Conceptivæ.* Porro ejus indictionis formula legitur apud *Gell.* l. 10. c. 24. his verbis: *Die noni popolo Romano Quiritibus Compitalia erunt. Quando concepta fuerint, nefas.* h. e. dies nefactus esto. *Cic.* 2. *ad Attic.* ep. 3. *ad fin.* Tu pridie Compitalia memento. *Id. in Pison.* c. 4. Compitaliorum dies. Al. leg. *Compitalitiorum* male. *Cato R. R.* c. 5. Rem divinam, nisi Compitalibus, in compito aut in foco ne faciat. ¶ Augustus instituit, ut bis in anno hieme et æstate Compitales Lares ornarentur, teste *Sueton. in ejus vita* c. 31. ¶ Locus *Charisii* l. 1. pag. 20. *Putsch.* ex quo quidam docent, Compitalia celebrata fuisse in honorem eorum, qui peregre mortui essent, corruptæ lectionis esse videtur: tametsi in Gloss. Philox. quiddam simile habetur. ¶ *Compitalia* inscripsit unum e suis Mimis Laberius poeta. *Gell.* l. 16. c. 7. et 9. ¶ In genit. plur. habet *Compitalium*, et *Compitaliorum*, teste *Charis.* l. 1. pag. 37. *Putsch.* V. *Saturnalia.*

COMPITALITĬUS, et Compitalicius, a, um, ad Compitalia pertinens. *Cic. in Pison.* c. 4. Ludi Compitalitii. *Id. Attic.* l. 7. ep. 7. Compitalitius dies. et lib. 2. ep. 3. *ad fin.* Compitalitiæ deambulationes. ¶ *Compitalitia* absolute pro Compitalibus quidam adstruunt ex *Cicer. in Pison.* c. 4. ubi alii aliter rectius leg.

COMPĬTUM, i, n. *a cross-way, cross-road, place where two or more ways meet*, συστροφή, ἄμφοδος, locus, ubi plures viæ competunt, hoc est confluunt, sive bivium illud sit, sivi trivium, sive quadrivium, &c. Unde *compita semitarum* dixit *Solin.* c. 17. (*al.* 27.) *ad fin.* Effertur fere in plur. num. rarius in singulari. *Virg.* 2. *Georg.* v. 382. Præmiaque ingeniis pagos et compita circum Thesidæ posuere. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 142. Servet ut in ternas compita secta vias. *Propert.* l. 4. eleg. 1. v. 23. Parva saginati lustrabant compita porci. *Id.* lib. 4. eleg. 3. v. 57. Flore sacella tego, verbenis compita velo. *Gell.* l. 1. c. 22. Id dicitur non in compitis tantum, neque in plebe vulgaria, sed in foro, in comitio, apud tribunalia. *Cic. Agrar.* 1. c. 3. In triviis aut in compitis auctionari. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 25. unde frequentia Mercuriale Imposuere mihi cognomen compita. *h. e.* homines in compitis vagantes, et otiosi. ¶ In hujusmodi locis aræ constitui solebant, vel Jani bifrontes, vel sacella totidem lateribus aperta, quot erant viæ concurrentes, cujusmodi sunt, quos Itali vocant *capitelli*: ubi sacra et ludi fiebant in honorem Larium. (V. *Compitalis.*) In pagis eo conveniebant agrestes vel ludi causa, vel sacrificii, vel ut concilia sua agitarent, buccina convocati. *Philargyr. ad Virg. loc. cit.* ¶ Ipsæ quoque aræ, vel sacella *compita* dicta sunt. *Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 107. n. 1. Compitum refecerunt, tectum, parietes allevarunt, &c. *Scalig.* minus recte leg. Convitium. *Grat. in Cyneg.* v. 483. Idcirco aeriis molimur compita lucis. *h. e.* erigimus aras in lucis, ad quas sacra fiant. *Pers.* sat. 4. v. 28. Qui quandoque jugum pertusa ad compita figit. *h. e.* ut exponit *Salmas. ad Solin.* pag. 212. ex Vet. Scholiaste, ad sacella in compitis, in omnes viarum partes patentia. Tangit autem ritum et morem rusticorum affigendi ad compita rustica instrumenta fracta emeriti et elaborati operis indicium. Possis tamen *pertusa compita* intelligere ipsa loca pluribus viis pervia, in quibus palo erecto agrestes donaria sua suspenderent. ¶ Translate *Id.* sat. 5. v. 35. et vitæ nescius error Diducit trepidas ramosa in compita mentes. *h. e.* in ambiguum vitæ instituendæ: quemadmodum qui ad compitum pervenit ignarus locorum, nescit, quo itinere viam pergat. *Tertull. de resurr. carn.* c. 60. Spelunca oris, et gulæ lapsus, et compitum stomachi. ¶ In singul. num. præter *vet. Inscript.* et *Tertull.* allatos, legitur etiam apud *Varron.* l. 5. *L. L.* c. 6. *Tertull. de testim. anim.* c. 1. *ad fin.* et *Fest.* in voce *Novæ Curiæ.* ¶ Quin et *compitus* masc. gen. olim dictum fuit. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 38. Ubi compitus erat aliquis. *Cæcil. ibid.* Adjacentem compitum.

COMPLACĔO, es, cui, et complacitus sum, *to please greatly*, ἀρέσκω, συναρέσκω: Proprie dicitur de eo, quod pluribus simul placet. *Colum. in fi.* l. 9. Ut et tibi, et Gallioni nostro complacuerat. *Gell.* l. 17. c. 9. Ante iis, sicuti dixi, complacebat. *they were first agreed on it*: ante dixerat: *erat conventum inter eos. Terent. Andr.* 4. 1. 21. Postquam amare me dixi, complacita est tibi. ¶ Pro simplici placeo. *Plaut. Rud.* 3. 4. 22. Hæ autem Veneri complacuerunt. *Id. ibid.* 1. 3. 3. Hoc deo complacitum est! *such was the will of heaven*: Adde *Terent. Heaut.* 4. 5. 25. ¶ Passive (nisi malis esse figuram zeugma) *Gell.* l. 18. c. 3. Consilium acceptum ab universis, et complacitum est. Adde *Apul.* l. 4. *Metam.*

COMPLACĬTUS, a, um, *pleasing*, qui placet, vel placuit. *Martian. Capell.* l. 2. pag. 29. *in carm.* Semper complacitis amica Musis, cui, &c.

COMPLĀCO, as, a. 1. *to appease, pacify*, idem quod placo, placidum reddo. *Tiro Cicer. libert.* apud *Gell.* l. 7. c. 3. In principiis patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi, et complacare judices debent.

COMPLANATĬO, onis, f. *a levelling*, ὁμαλισμός, actus complanandi. *Senec. quæst. nat.* l. 6. c. 1. *a med.* Sub exiguo terræ tumulo ac complanatione expirare.

COMPLANĀTOR, oris, m. *that makes level or plain*, qui complanat. *Apul. in Apolog. in carm.* Pulvisculus complanator tumidulæ gingivulæ.

COMPLANĀTUS, a, um, *made plain or smooth, levelled, flattened*, planus factus, ὁμαλισθείς. *Sueton. in Cæs.* c. 44. Completus et complanatus lacus. *Apul. in Florid.* n. 23. (*al.* l. 4.) Lapis omnifariam complanatus. ¶ Item destructus, solo æquatus, *levelled with the ground, overthrown, subverted, razed. Cic. pro Dom.* c. 38. Domus Sp. Mælii complanata. *Sueton. in Calig.* c. 37. Complanata fossuris montium juga.

COMPLĀNO, as, avi, atum, a. 1. *to level, flatten, make plain or smooth*, ὁμαλίζω, planum facio, æquo. *Cato R. R.* c. 151. Terram bene tabula, aut manibus, aut pedibus complanato. Hunc locum refert etiam *Gell.* lib. 3. c. 14. ¶ Item solo æquare, deruere, *to level with the ground, subvert, pull down. Cic. pro Dom.* c. 38. Complanare domum alicujus. *Hirt. de B. Alex.* c. 63. Complanare opera constituta. *h. e.* deruere, et disjicere munitiones castrorum. V. integrum locum. ¶ Translate *Senec. de Provid.* c. 5. *ad fin.* Multa accident dura, aspera, sed quæ molliat et complanet ipse. *h. e.* faciliora reddat.

[* COMPLATONĬCUS, i, m. qui una cum Platone est, Platonis sectator. *Sidon.* l. 4. epist. 11. A collegio tamen complatonicorum solo habitu ac fide dissociabatur.]

COMPLAUDO, is, a. 3. simul plaudo. *Paulin. Nolan.* carm. 18. (*al.* 21.) *Nat.* 6. *S. Fel.* v. 8. Concordate meis, precor, et complaudite, fratres, Carminibus.

COMPLECTO, is, a. 3. idem quod *complector*, sed antiqui usus, ut *Priscian.* l. 8. pag. 798. *Putsch.* docet. *Pompon.* apud *Non.* c. 7. n. 39. Quin ergo, quando convenit, complectite. *Vitruv.* l. 10. c. 6. Scapos duos transversarios complectit et compegit. *h. e.* conexuit. Al. leg. *complexus est.* ¶ Passive *Cic.* apud *Priscian.* lib. 8. pag. 793. *Putsch.* Cupio, eum tam invidiosa fortuna complecti. Addunt et locum *Scævolæ Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 133. sed ibi valde dubia est lectio. V. *Complexus, a, um.*

COMPLECTOR, eris, exus sum, dep. 3. *to comprise, go round, encircle, compass, surround, comprehend, contain*, περιπλέκομαι, περιέχω, a *con*, et *plecto*, hoc est necto: significat cingere, concludere, comprehendere, continere, circumdare: et est verbum latissimi usus. *Cic. de Somn. Scip.* cap. 4. Orbis cælestis extimus, qui reliquos omnes complectitur. *Id. ibid.* c. 1. Arctior me somnus complexus est. *hath taken hold of me. Id. de Senect.* c. 15. vitis claviculis suis quasi manibus, quidquid est nacta, complectitur. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 6. v. 7. Effigiem fulvo auro complecti. *to set in gold. Id.* 8. *Metam.* v. 731. Mare terram complexum. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 72. et 74. Complecti spatium munitionibus. *Vellei.* l. 2. c. 51. Obsidione complecti aliquem. *Plin.* l. 18. c. 29. Complecti intra se aliquid. ¶ Item brachiis cingere, amplecti, *to throw the arms round, embrace. Cic.* 1. *de Divin.* c. 28. et *Liv.* l. 7. *c. ult.* Complecti inter se. *to embrace each other. Cic. ibid.* c. 46. Arcte complecti aliquem. *Id. Attic.* l. 16. ep. 5. Complecti, et osculari aliquem. ¶ Item manu apprendere, *to take hold of. Virg.* 8. *Æn.* v. 558. et *Ovid.* 6. *Metam.* v. 494. dextram complexus euntis. *Curt.* l. 5. c. 3. Complecti eminentia saxa. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 727. Avulsum caput digitis complexa cruentis. ¶ Translate est amare, favere, tueri. *to love, favour, protect, patronise. Cic.* 16. *Attic.* ep. 15. Ut adolescentem, totamque causam veteranorum complecterer. *Id. Fam.* 2. ep. 8. Da te homini: complectetur, mihi crede. *he will look up to you with regard. Id. de provinc. consul.* c. 16. Complecti aliquem honoribus, et beneficiis. *Id. pro Marcell.* c. 3. *ad fin.* aliquem benevolentia. *Id. Fam.* 7. ep. 5. aliquem omni comitate. *Id. in Pison.* c. 32. aliquem omnibus studiis, laboribus, vitæ periculis. *Liv.* l. 7. c. 40. omnes cives caritate. *Plin.* l. 3. ep. 11. aliquem arcta familiaritate. ¶ Item colere, tractare, discere. *to cultivate, follow up, study. Cic. in Brut.* c. 93. Complecti philosophiam. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 6. v. 9. artes ingenuas. ¶ Item assequi, comprehendere. *to reach, attain to, grasp, comprehend. Cic. de Orat.* c. 15. Definire, et complecti universam vim oratoris. *Id. post redit. ad Quirit.* c. 2. *extr.* In vestro beneficio tanta magnitudo est, ut eam complecti oratione non possim. *I cannot display it fully.* Sic *Quintil.* l. 3. c. 6. (*al.* 7.) Complecti sententiam aliquam verbis. *Cic.* 4. *Verr.* c. 12. *in fi.* Ut totum hoc genus complectamini judiciorum. *h. e.* intelligatis. *Id.* 5. *Fam.* ep. 17. *ad fin. de Senect.* c. 5. et lib. 1. *de Orat.* c. 5. *ad fin.* Complecti animo aliquid. *Id. in Orat.* c. 2. Quod nullo sensu percipi potest: cogitatione tantum et mente complectimur. *Senec. in Octav.* v. 478. Augustus complexus est astra. *h. e.* adeptus. *Quintil.* l. 2. c. 7. et lib. 11. c. 2. Complecti aliquid memoria. *Id.* l. 3. c. 1. Complecti carmine præcepta philosophiæ. *to set forth in verse.* ¶ Item colligere, concludere. *Cic. de clar. Orat.* c. 3. *extr.* Omnem rerum memoriam breviter, et perdiligenter complecti. *Id. in Pison.* c. 31. Complecteris amplissimos viros ad tuum scelus. *h. e.* colligis, adjungis. *Id.* 5. *de Fin.* c. 9. *ad fin.* Ut jam liceat una comprehensione omnia complecti. *to take in.* Adde 1. *de Invent.* c. 40. ¶ *Complecti aliquid* absolute pro mente, aut cogitatione complecti, considerare, *Tacit. in Agric. c. ult.* Famamque, ac figuram animi, magis quam corporis, complectantur. ¶ Particip. *Complectens*, *Cic.* 5. *de Fin.* c. 23. &c. *Complexus*, V. suo loco. ¶ *Complecti* passiva significatione, V. *Complecto.*

COMPLEMENTUM, ti, n. *what is added to complete or perfect a thing; a complement*, πλήρωμα, quod additur ad complendum, et perficiendum aliquid, supplementum. *Cic. in Orat.* c. 69. Apud alios numero servientes inculcata reperias inania quædam verba, quasi complementa numerorum. *superfluous words inserted to render a period more harmonious. Tacit.* 3. *Ann.* c. 38. Addito majestatis crimine, quod tum omnium accusationum complementum erat.

COMPLĔO, es, evi, etum, a. 2. *to fill, fill up*, συμπληρόω, ad summum usque impleo. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 18. Sarmentis, et virgultis fossas complere. *Id. ibid.* l. 7. c. 27. Milites murum celeriter complerunt. *syncope pro* compleverunt. (Sic *Cic. pro Cluent.* c. 34. complerat *pro* compleverat. et *Verr.* 6. c. 35. complesse *pro* complevisse. et *Virg.* 6. *Æn.* v. 712. complerint *pro* compleverint.) *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 56. et *Virg.* 11. *Æn.* v. 327. Complere naves colonis et pastoribus. *Servius* adnotat, hanc esse proprie phrasim nauticam. Nam et Græce πληρώματα dicuntur remiges, et milites, qui navibus imponuntur. *the ship's complement or crew. Lucret.* l. 5. v. 1161. Complere urbes ararum. *Cic. de Senect.* c. 14. Convivium vicinorum quo-

tidie compleo. *Colum. de arborib.* c. 4. *ad fin.* Complere scrobem ad medium, deinde usque in summum. *Cic. in Somn. Scip.* c. 4. Sol cuncta sua luce complet. *Id. ibid.* c. 5. Quis est, qui complet aures meas tam dulcis sonus? *Sallust. in Catil.* c. 50. Armis, cadaveribus, cruore, atque luctu omnia compleri. *Liv.* l. 9. c. 24. Cuncta complentur fuga. *Cic. Attic.* 15. ep. 34. Complere paginam volui. *Id. in Orat.* c. 38. Plangore, et lamentatione complere forum. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 25. *extr.* Complere exercitum omni copia. *Horat. Epod.* 6. v. 9. Cum timenda voce complesti nemus. *pro* complevisti *syncope*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 49. Complere se cibo. *to satiate. Plaut. Cistel.* 1. 2. 8. Complere se flore Liberi. *Id. Amph.* 1. 1. 95. Vertentibus Telebois telis complebantur corpora. *Id. ibid.* 4. 1. 8. Corpus suum stupri complevit. *h. e.* adulterio gravida facta est. (Adde *Arnob.* l. 4. pag. 171.) *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 25. Complere legiones. *to recruit, fill up, complete.* ¶ Complere aliquem coronis, et floribus, apud *Cic. Verr.* 6. c. 55. est operire, ornare. ¶ *Complere annos* est tempus transisse, vixisse. *Cic. de Senect.* c. 5. Gorgias centum et septem complevit annos. *lived. Ovid.* 4. *Trist.* el. 7. v. 77. Et jam complerat genitor sua fata. *h. e.* ad finem vitæ pervenerat. Sic *Metam.* 15. v. 816. Hic sua complevit tempora. *Id.* 3. *Metam.* v. 312. Infans materna tempora complet. *h. e.* menses partus. ¶ *Compleri*, gravidam fieri. *Lucret.* l. 4. v. 1263. ¶ Translate *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 21. Complere milites bona spe. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 24. Compleri gaudio. *Lucan.* l. 5. v. 412. Complere animos robore. *Plaut. Amph.* 1. 2. 9. Erroris illos et dementiæ complebo. *Id. Men.* 5. 5. 3. Complere aliquem flagitii et formidinis. *Cic. Verr.* 5. c. 49. summam promissi. *Senec. in Œdip.* v. 1211. Sidera, et manes, et undas scelere complevi meo. *Quintil.* l. 9. c. 4. Complere judicem indignatione. et lib. 8. c. 6. tædio. *Curt.* l. 3. c. 13. cuncta pavore. ¶ Significat etiam perficere, absolvere. *to perform, finish, complete, perfect. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 1. Solis lustrationem annuam menstruo spatio luna complet. *Id.* 5. *de Fin.* c. 24. Complent ea quidem vitam beatissimam. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 46. His rebus completis, legiones reduci jussit. *Gell.* l. 13. c. 5. Complere studia. *Id.* l. 18. c. 1. omnes numeros vitæ beatæ. *Claudian. de B. Get.* v. 143. Stilicho tres potuit complere duces. *h. e.* trium ducum vices præstare. Al. leg. *superare*.

COMPLĒTĬO, onis, f. complementum. *Augustin.* ep. 161. Evidentissima completione sanctæ prophetiæ. *completion, fulfilment. Justinian.* lib. 3. *Institut.* tit. 23. Nisi scripta completiones acceperint. *Festus* in *Igitur*. Igitur nunc quidem pro completionis significatione valet, quæ est ergo. Fortasse legendum *complexionis*, quia *igitur* complexionem quandam orationis significat.

COMPLĒTOR, oris, m. qui complet. *Juvenc.* l. 2. *in Matth.* c. 12. v. 572. legum completor Iesus.

COMPLĒTUS, a, um, *filled*, πληρωθεὶς, impletus. *Cic.* 4. *Acad.* c. 40. Inane quidquam esse putes, cum ita completa et conferta sint omnia? *Id. pro Flacc.* c. 14. Summa completa. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 12. *extr.* Cælum humano genere completum. et lib. 5. c. 35. Multo cibo et potione completi. *Nepos in Milt.* c. 5. Horum adventu decem millia armatorum sunt completa. ¶ *Scævola Dig.* lib. 33. tit. 2. leg. 35. Post completum quinquennium. *completed, ended.* ¶ Translate perfectus, absolutus. *finished, perfected, completed. Cic. in Orat.* c. 50. Perfectus et completus verborum ambitus. *Gell.* l. 1. c. 7. Illud sic compositum jucundius ad aurem, completiusque est: insuavius hoc imperfectiusque. Al. leg. *complexius*. ¶ Completus, *well fed, fattened, in good keep*, compactus. *Jul. Firmic.* l. 5. *Astron.* c. 9. Erunt formosi, venusti, membrisque ac toto corpore completi.

COMPLEX, icis, com. gen. *an accomplice, partner in crime*, socius sceleris, conscius, eodem scelere una cum aliis implicitus. *Prudent. in Hamartig.* v. 614. de semine complicis hydri. *Sidon.* lib. 8. ep. 11. *ad fin.* Ceterisque complicibus oppressis. ¶ Apud *Arnob.* l. 3. pag. 123. dii *complices*. iidem qui *consentes*, ita dicti videntur, quod sint una voluntatum quodam fœdere, et vinculo concordiæ conjuncti, et quasi invicem connexi atque implicati. V. *Consentes*.

COMPLEXĀTUS, V. *Complexo*.

COMPLEXIM, adverb. *in close embrace*, complectendo. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 84. Complexim contrectare mulierem. Al. leg. *complexum*, et fortasse rectius.

COMPLEXĬO, onis, f. συμπλοκή, connexio, conjunctio. *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 6. Ita effici complexiones, et copulationes, et adhæsiones atomorum inter se. *close connexion. Id.* 5. *Tuscul.* cap. 6. Neque alia huic verbo, cum beatum dicimus, subjecta notio est, nisi, secretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio. *assemblage, conjunction, group. Id.* 1. *de Invent.* c. 26. Brevis complexio ipsius negotii. *a summary. h. e.* brevis narratio, quæ totum negotium complectatur. *Id. Phil.* 2. c. 37. At quibus verbis modo æquum sibi videri, modo iniquum. mira verborum complexio. [† *h. e.* copia.] *a strange combination of words, strange manner of speaking.* ¶ Apud *Apul. de Mundo* ponitur pro ambitu obliquo Zodiaci. *the track, circle.* ¶ Sæpe dicitur de periodo in qua ut ait *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 44. orator sic illigat sententiam verbis, ut eam numero quodam complectatur. *a period. Id. ibid.* c. 47. Longissima est complexio verborum, quæ volvi uno spiritu potest. Adde *in Orat.* c. 25. ¶ Item de conclusione argumenti, quæ propositionem, et assumptionem complectitur, *the conclusion of a syllogism or argument. Cic.* 1. *de Invent.* c. 37. 40. et 47. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 18. *extr.* et *Quintil.* l. 5. c. 14. [† Complexio dicitur, quia propositionis et assumtionis conceptus non communes *complectitur. Ernest.*] ¶ Etiam *synalæphen*, et *synæresim* figuras Grammaticæ, *complexiones* dici Latine, testatur *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *a grammatical figure, when two syllables are contracted into one.* ¶ Est etiam idem quod dilemma, quod utrinque adversarium complectitur, atque implicat. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 29. et *Ascon. in Divin. Verr.* c. 14. *a rhetorical figure called* dilemma. ¶ Item figura Rhetorum, quæ Repetitionem, et Conversionem complectitur. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 14. ¶ Denique ponitur pro habitudine corporis, *complexion, habit. Jul. Firmic.* l. 5. *Astron.* c. 9. Tranquilli, quieti, alacres, bonæ complexionis.

COMPLEXĪVUS, a, um, *copulative*, συμπλεκτικὸς, qui complectitur, connexivus. *In tit. cap. ult.* l. 10. *Gellii.* Quod particula *atque* non complexiva tantum sit, sed &c.

COMPLEXO, as, a. 1. idem quod complector. *Coripp.* l. 1. v. 104. Portum, quem geminæ complexant brachia ripæ. ¶ Hinc complexatus, a, um, *embraced*, passiv. particip. *Apul.* l. 10. *Metam.* Arctissime complexatum me totum recepit.

COMPLEXUS, a, um, *having embraced, or surrounded*, particip. signif. activæ, a *complector. Cic. pro Font. c. ult.* Vestalis germanum fratrem complexa tenet. *Stat.* l. 1. silv. 1. v. 1. Moles Latium complexa forum. ¶ Passiva significatione a *complecto*, simul implicatus, implexus, connexus, conjunctus. *connected, interwoven, enfolded. Lucret.* l. 2. v. 153. Corpuscula complexa meant inter se, comque globata. *Plaut. Amph.* 1. 1. 134. Qui complexus cum Alcumena cubat. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 13. Quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur. *comprised, comprehended.*

COMPLEXUS, us, m. actus complectendi, circulus, ambitus, περιβολὴ, συμπλοκή. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 40. Ultimus, omnia cingens, et coercens cæli complexus. et cap. 22. Mundus, qui omnia complexu suo coercet et continet. *circumference, compass.* ¶ Item complexio, seu conjunctio multarum rerum. *Plin.* l. 36. c. 22. Lapides speculares alligati complexu silicis. *bedded in flint. Quintil.* l. 3. c. 6. *circa med.* Negotialis quæstio, quam πραγματικὴν vocat, in qua de rebus ipsis quæritur, remoto personarum complexu. *h. e.* adjunctis, *circumstances, particulars. Id.* l. 1. c. 4. (*al.* 6.) Complexus verborum et nominum. *h. e.* conjunctiones, seu particulæ copulativæ. *Id. ibid.* c. 5. (*al.* 9.) Complexus et series loquendi. ¶ Item *an embracing; an embrace. Cic. pro Cæl.* c. 20. Complexus et osculatio. *Id. Attic.* 12. ep. 1. Utinam continuo ad complexum meæ Tulliæ possim currere. *Id. Phil.* 2. c. 25. Venire in sinum et complexum alicujus. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 43. O qui complexus, et gaudia quanta fuere! *Petron. in Satyr.* c. 11. Arctissimis complexibus illigare aliquem. *Cic. pro Font. c. ult.* Avellere atque abstrahere aliquem de complexu matris. *from the bosom. Liv.* l. 2. c. 40. Accipere complexum. *to be open to. Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 4. v. 80. Dare complexus alicui. *Virg.* 8. *Æn.* v. 583. Tenere aliquem complexu. *Senec. in Phœnis.* v. 464. Jungere complexus. *Id. in Octav.* v. 730. Petere complexus alicujus. *Plin.* l. 16. c. 40. Cedrus crassitudinis ad trium hominum complexum. *as thick round as three men together.* Adde *Propert.* l. 4. eleg. 7. *extr.* ¶ Pro συνουσία. *Scribon. Larg. compos.* 18. ¶ Translate *Cic. in Pison.* c. 9. Me ipsa suo complexu patria tenuisset. *Id. Catil.* 2. c. 10. Postremum genus, quod proprium est Catilinæ, de ejus delectu, imo vero de complexu ejus ac sinu. *of his intimate and bosom friends.*

COMPLĬCATĬO, onis, f. *a folding together*, actus complicandi. *Cœl. Aurelian. Chron.* l. 4. c. 3. n. 26. Cum omnis fuerit folliculus complicatione vacuatus.

COMPLĬCĀTUS, et Complicitus, a, um, *folded together. Apul.* l. 9. *Metam.* Asino per scalas complicitis pedibus in cœnaculum attracto. *Id.* l. 1. Complicitus in genua. et lib. 5. Articulari morbo complicatus et curvatus. *bent double, cramped.* ¶ Translate *complicated, intricate*, συμπεπλεγμένος, cui contrarium est explicatus. *Cic.* 3. *Offic.* c. 19. Animi sui complicatam notionem evolvere.

COMPLĬCO, as, avi, atum, et plicui, icitum, a. 1. *to fold together*, συμπλέκω, simul plico. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 5. Cum complicarem epistolam. *Plaut. Rud.* 4. 3. 1. Complicare rudentem. *Senec.* ep. 90. *ante med.* Diogenes se complicuit in dolio, et in eo cubitavit. *cowered down.*

COMPLŌDO, i, osi, osum, a. 3. συγκροτέω, collido: a *con*, et *plaudo*, ut *complodere manus*, quod in gestu oratorio scenicum esse, *Quintil.* l. 11. c. 3. affirmat, *to clap hands together from joy, surprise, or grief. Petron. in Satyr.* c. 24. Complosit illa tenerius manus. Sic cap. 18. *extr.* Complosis manibus in risum effusa est. et *Senec. de Ira*, l. 1. c. 1. Complosæ sæpius manus. ¶ Alium præterea hujus verbi usum non reperio.

COMPLŌRĀTĬO, onis, f. *a lamenting, weeping, or wailing together*, ὀλοφυρμὸς, ploratus, et lamentatio multorum simul: et fere dicitur de ploratu in re desperata. *Liv.* l. 3. c. 47. Lamentabilis mulierum comploratio. *lamentation. Id.* l. 2. c. 40. Mulierum comploratio sui patriæque. Adde lib. 1. cap. 41. Sic *Justin.* l. 11. c. 9. Edere complorationem. et *Gell.* l. 10. c. 3. Facere complorationem rei acerbæ.

COMPLŌRĀTUS, a, um, *bewailed, lamented, deplored, given up for lost*, a multis ploratus, defletus, ut in re desperata. *Liv.* l. 5. c. 39. Romani complorati omnes pariter, vivi mortuique. *Petron. in Satyr.* c. 111. Complorata femina ab omnibus quintum jam diem sine alimento trahebat.

COMPLŌRĀTUS, us, m. idem quod comploratio. *Liv.* l. 22. c. 55. Coercere comploratus familiarum. et lib. 25. c. 26. Lacrymis et justo comploratu prosequi mortuos.

COMPLŌRO, as, avi, atum, a. 1. *to bewail or weep together, deplore, lament, make lamentation*, ὀλοφύρομαι, simul cum aliis ploro, defleo: et usurpatur plerumque in re desperata. *Cic. pro Dom.* c. 37. Videre inimicos, nondum morte complorata, arbitria funeris petentes. *Liv.* l. 22. c. 55. Cum vivi mortuique promiscue complorarentur. *Flor.* l. 2. c. 15. Comploratum publice statim, et pari voce clamatum est. *Gell.* l. 7. c. 5. Complorare, et commisereri. Adde *Ovid.* 1. *Trist.* el. 3. v. 95.

COMPLŌSUS. V. in *Complodo*.

COMPLŬO, is, a. 3. *to rain*, καθύω, idem quod pluo. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 33. Deorsum, quo impluebat, impluvium dictum: et sursum, qua compluebat, compluvium. ¶ *Complui* est aqua pluvia conspergi, καθύεσθαι. *Augustin.* l. 1. *de Genes. cont. Manich.* c. 23. Firmamentum erat inter aquas inferiores, in quibus Noe natabat, et superiores, quibus compluebatur.

COMPLŪRES, et ura, urium, uribus, *many, a great many, very many, several, a good many, a considerable number*, πλείους, πλείω, adject. plur. num. a *con*, et *plures*: videtur plus aliquid significare, quam *plures*, aut *multi*. Non est tamen comparativum, sed positivum, ut *Gell.* l. 5. c. 21. monet. *Cic.* 10. *Fam.* ep. 6. Complures in perturbatione Reipubl. consules dicti, quorum nemo, &c. *Id.* 2. *Fam.* ep. 8. Cum Pompeio complures dies versatus sum. *Terent. Adelph.* 2. 2. 22. Complures mulieres. *Nepos in Epamin.* c. 4. *extr.* Vitam excellentium virorum complurium uno volumine concludere. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 26. Ambiguorum complura sunt genera. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 12. Hæc atque ejusdem generis complura. *Id.* l. 1. *B. Gall.* c. 8. Ratibus compluribus factis. *Sallust. in Catil.* c. 24. Compluribus narrare. ¶ Comparative *Terent. Heaut.* 1. 1. 11. Agrum in his regionibus meliorem, neque pretii majoris, nemo habet, servos complures. *more than you.* ¶ Pro *complura* invenitur etiam compluria, nempe quia Veteres dixerunt *hoc complure*, in sing. num. ut *Donat.* adnotat ad illud *Terentii Phorm.* 4. 3. 6. Quid agitur? *Chr.* Multa advenienti, ut fit, nova hic: compluria. *a great deal new—a great deal indeed. Cic. in fragm.* apud *Donat. ibid.* Confirmandi genera compluria. *Cato* 2. *Orig. ibid.* Fana compluria. ¶ Apud Veteres Grammaticos magnæ lites exstiterunt, utrum rectius esset *complura*, an *compluria*, et *complurium*, an *complurum*: de quibus *Gell.* l. 5. c. 21. *Charis.* l. 1. pag. 56. et 100. *Putsch.* Usus quidem certe habet *ura*, et *urium*. ¶ Superlativum est *complurimi*, orum. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 14. Complurimis diebus iisdem in castris consumptis. *Gell.* l. 11. c. 1. Bucera in ea terra gigni complurima. Al. leg. *compluria*.

COMPLŪRĬES, *oftentimes, many times, full often, many a time, several times, a good many times*, sæpius, sæpe. *Plaut. Pers.* 4. 3. 65. Sensi ego jam compluries. *Cato* apud *Gell.* l. 5. c. 21. Compluries eorum milites multi alteri alteros occidere: compluries transfugere: compluries in imperatorem impetum facere. Adde lib. 17. c. 2. ¶ Legitur et *compluriens*, ut *quotiens* pro *quoties*, &c. *Festus*: Compluriens a compluribus significat sæpe: *Cato*: Contumelias mihi dixisti compluriens.

COMPLŪRĬMUS. V. in *Complures*.

COMPLUSCŬLE, adverb. *oftentimes*, sæpius. *Gell.* l. 17. c. 2. Veteres compluscule ita dixerunt.

COMPLUSCŬLI, orum, m. *several, some, many, a small number of*, diminut. a complures. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 102. Dies compluscules bene conveniebat sane inter eas. *Gell.* l. 7. c. 11. Ex eo loco Tullii verba compluscula libuit ponere. *Id.* l. 18. c. 2. Conveniebamus ad eandem cœnam compluscult. Adde *Plaut. Rud.* 1. 2. 43.

COMPLUTENSIS, se, adject. ad Complutum pertinens, quæ est urbs Hispaniæ Tarraconensis in Castella nova, ad Caraccam fluvium, cum celebri Academia, nunc *Alcala de Henarez. Paulin. Nolan.* carm. 32. (*al.* 15.) v. 605. Complutensis urbs. ¶ *Complutenses, ium* sunt ejus urbis incolæ. *Plin.* l. 3. c. 3.

COMPLŪTOR, oris, m. qui compluit. *Augustin.* serm. 8. *de divers.* c. 3. Seminatori et complutori vestro multiplicatam reddetis ubertatem.

COMPLŪTUS, a, um, *rained upon. Solin.* c. 10. (*al.* 15.) Nautæ compluti sæpe ex illio casu imbre saxatili.

COMPLUVĬĀTUS, a, um, *fashioned like a gutter*,

ad compluvii modum factus. *Plin.* l. 17. c. 21. Quinque generum vites: sparsis per terram palmitibus; aut per se vite subrecta; vel cum adminiculo sine jugo; aut pedatæ simplici jugo; aut compluviatæ quadruplici. Et *paulo post.* Compluviata copiosior vino est, dicta a cavis ædium compluviis. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 8. Jugationis species duæ: una directa, altera compluviata, in longitudinem et latitudinem jugata. *a vine borne up by four props in the form of a* compluvium, *or inner court of a Roman house.* [† V. *Compluvium.*]

COMPLUVĬUM, ii, n. *the place where the rain-water met, which fell from the different roofs that surrounded the inner court of a great Roman house,* σύῤῥοια. Unus idemque locus, qui *cavum ædium* et *cavædium* atque *impluvium* appellatur, secundum diversas rationes. Nam cum sit locus cavus in mediis ædibus, *cavædium* dicitur: cumque eodem decidat, et recipiatur aqua pluvia e stillicidiis in interiorem ædium partem propendentibus, *compluvium* et *impluvium:* cum hoc tamen discrimine, quod si consideretur superiore sui parte, qua pluviæ confluentes e tecto decidunt, *compluvium* est, *the roof:* si vero inferiore, quo influunt, *impluvium, the court.* Ita enim vim vocum spectantes, distinguunt *Varro* l. 4. *L. L.* c. 3. et *Festus* in *Impluvium.* Hinc *Terent. Eun.* 3. 5. 41. et *Phorm.* 4. 4. 27. *impluvium* pro *compluvio* posuit. Ceterum vox *compluvium* legitur etiam semel apud *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 13. *et Sueton. in Aug.* c. 92. ac ter apud *Vitruv.* l. 6. c. 3. ubi uno in loco videtur *compluvia* appellare ipsas collicias, quæ e tegulis tectorum aquam in compluvium, seu impluvium deferunt. Verba *Varronis loc. cit.* sunt: Chortes in fundo magno duæ aptiores: una ut interius compluvium habeat lacum, ubi &c. In chorte exteriore lacum esse oportet, &c. Ubi *compluvium* potest esse adjectivum, et τὸ *lacum* afficere. [† V. *Impluvium.*] ¶ Compluvia in ædibus erant fere quadrata figura: ex quo factum est, ut *compluvia* ob similitudinem dicerentur jugationes vitium adminiculis in quadrum erectarum, et colligatarum. *Colum.* l. 4. c. 24. *post med.* Si vitis brachiis in aliena jugorum compluvia perrepserit. V. *Compluviatus.*

COMPLUVĬUS, a, um. V. in voce præced.

COMPONDĔRANS, antis, simul ponderans. *Apul. in Trismeg.* pag. 89. *Elmenhorst.* Pari lance componderans.

COMPŌNO, is, osui, ositum, a. 3. *to put or place together, place in order, arrange,* συντίθημι, συντάττω, simul pono, apte pono, colloco, construo. *Terent. Hecyr.* 4. 3. 5. I ergo intro, et compone quæ tecum simul ferantur. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 43. Collocationis est componere et struere verba sic, ut neve asper concursus, &c. *Virg.* 8. *Æn.* v. 486. Componens manibusque manus, atque oribus ora. et vers. 321. genus indocile et dispersum montibus altis Composuit. *united. Sil.* l. 3. v. 375. filum componere lino. *to spin. Et Horat.* l. 3. od. 17. v. 14. Dum potis, aridum compone lignum. *h. e.* repone ligna super foco, ut *Id.* l. 1. od. 9. v. 5. loquitur. *Gell.* l. 5. c. 3. Componere lignum. *h. e.* caudices ligni apte in fascem colligare. *Cels.* l. 8. c. 10. sect. 2. Componere ossa. *h. e.* fracta, vel luxata reponere. *to set.* Sic cap. 8. *a med.* Jugulum compositum. ¶ Item aptare. *Lucan.* l. 3. v. 717. Me quoque mittendis rectum componite telis. et vers. 596. Componere carbasa ventis. ¶ Item disponere, *to dispose, order, arrange. Cic. Attic.* l. 15. ep. 25. Ego itinera sic composueram, ut Nonis Quint. Puteolis essem. *Tacit. Ann.* 12. c. 29. Componere legionem et auxilia pro ripa. *Id.* 2. *Ann.* c. 78. milites per manipulos. *Ovid. de remed. Amor.* v. 679. comas. *Id. Metam.* 13. v. 767. Componere vultum. *to form, fashion. Sueton. in Calig.* c. 50. vultum ad speculum in omnem terrorem. *to set.* ¶ Item condere, ædificare, *to fabricate, construct, build. Virg.* 3. *Æn.* v. 387. Quam tuta possis urbem componere terra. *Ovid.* l. *Fast.* v. 706. templa deis Ledæis. Adde *Propert.* l. 2. el. 5. v. 5. ¶ Item sedare. *to still, compose, settle. Virg.* 1. *Æn.* v. 135. motos præstat componere fluctus. *Lucan.* l. 5. v. 702. Pelagus composuit fluctus tumentes. *Id.* l. 1. v. 297. Componere tumultum. *to appease.* ¶ Item reponere, condere servandi gratia: quia quæ ita conduntur, apte et cum cura poni solent. *to preserve. Colum.* l. 12. c. 54. Rapa componere. et cap. 47. Eadem conditura posset etiam regia componi, vel orchita. Adde cap. 13. ¶ Componere se est decumbere, jacere, *to lie down, repose, recline. Virg.* 1. *Æn.* v. 698. aulæis jam se regina superbis Aurea composuit sponda. *Id.* 4. *Georg.* v. 189. *de apibus.* Post ubi jam thalamis se composuere, siletur In noctem. Sic *Id. ibid.* v. 438. Vix defessa senem passus componere membra. ¶ Ponitur etiam pro admovere, jungere, *to join, press, unite. Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 62. Componere labra labellis. et *ibid.* Componere latus lateri. et *Propert.* l. 2. el. 2. v. 64. Mercurio et sanctis fertur Bœbeidos undis Virgineum Brimo composuisse latus. *h. e.* concubuisse. *Componere se alicui* aliquando est congredi, *to engage. Sil.* l. 17. v. 549. quisnam se lumine cæco Composuit nobis? *Id.* l. 6. v. 246. ibo alacer, solusque manus componere monstro Sufficiam. Adde lib. 10. v. 70. et l. 11. v. 212. ¶ Hinc etiam *componi* dicuntur gladiatorum paria, cum committuntur, ut inter se pugnent. *to be paired, matched. Lucil.* apud *Non. loc. cit.* Cum Placideiano hic componitur, optumu' longe Post homines natos gladiator qui fuit unus. *Sil.* l. 16. v. 615. composuit propioribus ausis Dignum te fortuna parem. Adde *Quintil.* l. 2. c. 17. *post med.* [† *Cicer. Opt. gen. d.* 6.] ¶ Significat etiam comparare, conferre, *to liken, compare:* quia simul poni, quæ conferre volumus necesse est. *Virg.* 4. *Georg.* v. 176. si parva licet componere magnis. *Quintil.* l. 7. c. 2. Componere causam nostram cum causa adversarii. ¶ Item colligere, *to collect, lay up. Virg. Æn.* 8. v. 317. nec jungere tauros, Aut componere opes norant. Adde *Senec. in Herc. Furen.* v. 167. ¶ Item ex multis rebus unam conflare, quod faciunt qui medicinas et unguenta conficiunt. *to make up, compose. Scribon. Larg. compos.* 10. Medicamentum quod ex his rebus componitur. *Colum.* l. 6. c. 4. Vires custodiuntur medicamento, quod componitur, &c. V. *Compositio.* ¶ Item sepelire, *to bury:* quia nimirum cum cura cadavera, vel cineres mortuorum conduntur et colliguntur. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 27. Est tibi mater, cognati? Omnes composui. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 203. Cinerem et ossa componam, sedemque dabo. *Tibull.* l. 3. eleg. 2. v. 26. Sic ego componi versus in ossa velim. ¶ Hinc *Virg. Æn.* 1. v. 374. Ante diem clauso componet vesper Olympo. *h. e.* condet, finiet. nam eadem ratione dixit *Ecl.* 9. v. 52. condere soles cantando. et *Horat.* l. 4. od. 5. v. 29. Condere diem. ¶ Sæpissime ponitur pro scribere, facere, cum de litteris sermo est, *to compose, write, draw up. Cic.* 3. *Q. Fr.* ep. 1. c. 4. Poema ad Cæsarem, quod composueram incidi. *Id.* 1. *de Legib.* c. 4. *extr.* Componere formulas stipulationum, et judiciorum. *Plin. in præfat. Hist. natur. ad fin.* Immortalitate donari a se scripsit, ad quos aliqua componebat. *Cic. in Orat.* c. 44. Stilus exercitatus efficiet facile hanc viam componendi. *Plin.* l. 3. ep. 10. Composuisse me quædam de filio vestro, non dixi vobis, &c. Sic componere laudes, amores, casus alicujus: libros, carmina, orationem, historiam, res gestas, &c. *Cic. Horat. Quintil. Justin. Tibull. Ovid. Colum. Sueton.* &c. ¶ Item universim pro facere, *to do, perform. Cic. de Univ.* c. 13. Atque is quidem, qui cuncta composuit, constanter in suo manebat statu: qui autem erant ab eo creati, &c. ¶ Translate est machinari, struere, parare, *to frame, contrive, plot. Tibull.* l. 1. eleg. 7. v. 4. Componere insidias alicui. *Propert.* l. 2. eleg. 7. v. 69. fraudes. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 29. fallaciam. *Sallust. in Jug.* c. 119. *extr.* dolum. ¶ Et pro constituere, condicere, *to agree. Liv.* l. 2. c. 37. Tullus, ut domi compositum cum Marcio fuerat, ad consules venit. *Id.* l. 40. c. 40. *in fi.* Cum summa concordia, quos dimitterent, quosque retinerent milites, composuerunt. *Cels.* l. 3. c. 18. Componere mentem insanientis. *to tranquillize.* ¶ Et pro demittere. *Senec. in Herc. Fur.* v. 809. Custos opaci pervigil regni canis Aures componit. *lets fall, hangs down.* ¶ Et pro pacare, dirimere, *to compose, settle, adjust. Virg. Ecl.* 3. v. 108. Componere lites. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 9. *extr.* controversias. *Sallust. in Jug.* c. 120. et *Nepos in Annib.* c. 6. bellum. *Senec. in Thyest.* v. 338. minas fratrum. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 29. aversos amicos. *to reconcile.* ¶ Et absolute *Plin.* l. 5. ep. 1. Coheredes mei componere, et transigere cupiebant. ¶ Passive impers. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 16. Pompeii summam voluntatem esse, ut componeretur, atque ab armis discederetur. Adde *Cicer. pro Rosc. Amer.* c. 47. ¶ Huc et illa pertinent *Terent. Hecyr.* 3. 5. 29. Neque alio pacto componi potest inter eas gratia. *Id. Phorm.* 4. 3. 16. Inter vos sic hæc potius cum bona componantur gratia, quam cum mala. *Plaut. Merc.* 5. 2. 112. Componere pacem alicui cum altero. *to reconcile. Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 62. Lenones, et vinarii, laniique pretio compositi. *h. e.* conventione facta pretii, redempti. ¶ Præterea idem valet quod ordinare, constituere. *to order, manage, govern, direct. Cic.* 3. *de Legib.* c. 18. Componere et constituere rempubl. *Id. de clar. Orat.* c. 22. Considerare et componere causam. *to arrange, digest. Liv.* l. 45. c. 17. res Macedoniæ. *Justin.* l. 17. c. 3. leges, et Senatum, annuosque magistratus, et reipubl. formam. ¶ Item præparare, conformare. *to prepare. Quintil.* l. 12. c. 9. *sub fin.* Componere animum ad omnes casus. *et paulo supra.* Componi non ad animum judicis, sed ad stomachum accusatoris. *Plin.* l. 7. ep. 1. *ad fin.* Componere animum vultumque ad abstinentiam. Adde *Valer. Flacc.* l. 1. v. 321. ¶ Item simulare, confingere. *to feign, pretend. Propert.* l. 2. eleg. 2. v. 6. At me composita pace fefellit amor. *Cic. Verr.* 4. c. 22. Ita causa componitur, ut palæstritæ peterent hereditatem. ¶ Præterit. *composivi* antiquum est. Inscript. antiquior *Cicerone* apud *Gruter.* pag. 204. n. 2. Coram inter eos controversias composiverunt. ¶ *Componier* pro *componi* per paragogen, est *Catulli* carm. 67. *ad Manl.* v. 141.

COMPORTATĬO, onis, f. *a carrying or fetching,* actus comportandi, seu advehendi. *Vitruv.* l. 1. c. 5. Cum per portus marinæ subvectiones habuerint ad mœnia comportationes expeditas.

COMPORTĀTUS, a, um, *carried or brought together, collected, imported,* advectus, collectus. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 24. Apparatu nobis opus est, et rebus exquisitis undique, et collectis, arcessitis, comportatis. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 42. valeat possessor, oportet, Si comportatis rebus bene cogitat uti.

COMPORTIONĀLIS, le, adject. *Aggen. Urbic.* pag. 51. *Goes.* Terminos, qui intra possessionum fines inveniuntur, comportionales appellavit antiquitas. *Anonym. pag. ibid.* 254. Comportionalium signa.

COMPORTO, as, avi, atum, a. 1. συμφέρω, idem ac porto, vel simul porto, vel porto in unum locum, *to carry or bring together. Cic. in Pison.* c. 10. Arma in templum Castoris luce et palam comportarentur. *Id. Attic.* l. 5. ep. 18. Frumentum ex agris in loca tuta comportatur. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 42. Frumentum ab Asia comportari imperat. *to be got together; to be imported. Sallust. in Jug.* c. 79. Aurum, argentumque domum regiam comportant. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 25. Ad aggerem cæspitibus comportandis. *Virgil.* 9. *Æn.* v. 613. Comportare juvat prædas, et vivere rapto.

COMPOS, otis, com. gen. *that hath obtained his desire or purpose, master of, having in one's power,* ἐγκρατὴς, qui obtinuit, et assecutus est aliquid. Derivari solet a *potis,* h. e. potens, dominus: ut *compos* dicatur, qui quod vult facit: cui contrarium est *impos.* Ita *Serv. ad Ecl.* 9. v. 5. et *Voss. in Etym. Cic. pro Sext. c. ult.* An ego in hac urbe esse possim, his pulsis, qui me hujus urbis compotem fecerunt? *Id.* 5. *Tuscul.* c. 13. *ad fin.* Omnes virtutis compotes sunt beati. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 13. Compos rationis et consilii. *Sil.* l. 11. v. 366. Compos memorabilis ausi. *Id.* l. 8. v. 72. regni. *Liv.* l. 30. c. 1. consulatus. *Vellei.* l. 1. c. 10. L. Paulo magnæ victoriæ compoti, quatuor filii fuere. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 48. Quarum rerum qui essent animo et scientia compotes, eos esse imperatores dicerem. *h. e.* qui eas res ingenio et scientia possiderent. *Plaut. Amph.* 2. 2. 13. Perduelles vicit, et domum compos laudis revenit. *Id. Capt. prol.* v. 41. Facere aliquem compotem libertatis. *Liv.* l. 3. c. 70. Prædaque ingenti compotem exercitum reducunt. *Quintil.* l. 12. c. 1. Mens compos sceleris. *h. e.* quæ meditatum scelus jam perfecit. *Plin.* l. 10. ep. 3. *in fi.* Facere aliquem compotem gratulationis. *h. e.* efficere, ut gratulari possit. ¶ *Compos animi,* vel *animo,* et *compos mentis* dicitur, qui sanus est, qui apud se est. *in one's senses. Terent. Adelph.* 3. 2. 12. Vix sum compos animi: ita ardeo iracundia. *Sallust. in fragm.* apud *Donat. ad Terent. loc. cit.* Neque animo, neque lingua satis compos. *Cic.* 2. *Phil.* c. 38. Tu es mentis compos? Tu non constringendus? *Id. in Pison.* c. 20. *extr.* Si tuæ mentis compos fuisses. *Liv.* l. 27. c. 5. Vix ut compotes mentium præ gaudio essent. *scarcely able to contain themselves. Virg. in Culice,* v. 189. vix compos mente refugit. Et *compos* absolute eodem sensu. *Sil.* l. 4. v. 808. trepidare metu vix compos Imilce. *Liv.* l. 4. c. 40. Matres, ac conjuges, in suos quæque, simul corpore atque animo, vix præ gaudio compotes, effusæ. *Alii ita distinguunt,* corpore atque animo vix præ gaudio compotes. *Alii leg.* compote. qua ratione *compos animus* dicetur ead. sententia. ¶ *Compos sui* idem est qui compos animi. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 13. Quædam mente labuntur: quædam sui compotes dolore urgeri se confitentur. *Liv.* l. 8. c. 18. *sub fin.* Alienatas mentes compotes sui facere. Adde *Curt.* l. 4. c. 12. ¶ *Compos voti* est, qui quod optarat, est consequutus. *having obtained his wish. Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 486. Insequere, et voti postmodo compos eris. *Sueton. in Aug.* c. 58. Compos factus votorum meorum. *Senec. in Hippol.* v. 710. Nunc me voti compotem facis. Adde *Curt.* l. 9. c. 9. *extr.* Sic *spei compos* qui sperata obtinuit, apud *Sueton. in Tito,* c. 5. *having succeeded to the utmost of his expectation.* ¶ *Compos votum* est ejus, qui voti compos factus est. *Senec. in Agamemn.* v. 364. Tibi grandævi lassique senes Compote voto reddunt grates. ¶ In malam quoque partem dicitur de eo, qui in aliquam calamitatem incidit: quod et *Non.* adnotavit cap. 6. n. 46. et cap. 12. n. 14. Hinc *Nævius ibid.* Eam nunc esse inventam opprobriis compotem scis. *Acc. ibid.* Magnis compos et multis malis. *Plaut. Epid.* 4. 1. 32. Ærumnosa, et miseriarum compos. *Id. Trucul.* 4. 3. 60. Culpæ compos. *h. e.* reus.

[* COMPOSCENS, entis, particip. ab inusitat. *composco, h. e.* simul posco, apud *Martian. Capell.* l. 5. *init.* Bellaque composcens, arcus, atque Herculis arma. *Alii* legunt *compescens,* nullo tamen sensu.]

COMPOSĬTE, adverb. sedate, placide. *Colum.* l. 6. c. 2. Docere boves composite, ac sine pavore ambulare. *quietly, in order. Tacit. Ann.* 15. c. 3. Compositius cuncta, quam festinantius agerent. *slowly.* ¶ Item ornate, apte. *Gell.* l. 1. c. 5. Multa munditia, et circumspecte, compositeque indutus. *neatly, finely.* ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 71. Composite et apte, sine sententiis dicere, insania est: sententiose autem, sine verborum et ordine, et modo, infantia. *Sallust. in Catil.* c. 55. Bene et composite disserere. et cap. 50. Composite, atque magnifice miserati sunt casum reipubl.

COMPOSITĬO, onis, f. *a putting together, forming, framing, compounding,* διάταξις, confectio, structura, compages, coagmentatio. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 18. Quæ compositio membrorum, quæ conformatio lineamentorum, quæ figura, quæ species humana potest esse pulchrior? *Id.* 1. *Tuscul.* c. 18. Sonorum varia compositio harmonias efficit plures. ¶ Item dispositio. *a disposing, arranging. Cic.* 1. *Offic.* c. 40. Ordo est compositio rerum aptis,

atque accommodatis locis. ¶ Item pactum, conventio, *a composition, compact, agreement*. *Cic. Phil.* 2. c. 10. Pacis, concordiæ, compositionis auctor esse non destiti. Sic de compositione agere, *to negociate, to treat about terms*, *Cæs. B. Civ.* l. 1. c. 17. Et servare aliquem per compositionem, *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 20. ¶ In usu medicinali idem est ac præparatio, vel mixtura. *a preparation, mixture*. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 53. Compositiones unguentorum. Adde *Cels.* l. 5. c. 26. *extr.* et lib. 6. c. 6. n. 16. *Colum.* l. 12. c. 2. *Plin.* l. 23. c. 8. et *Scribon. Larg.* qui librum suum *Compositiones medicas* inscripsit. Hinc translate *Senec.* ep. 8. Salutares admonitiones, velut medicamentorum utilium compositiones, litteris mando. ¶ Præterea *compositio* dicitur repositio, et conditura earum rerum, quæ servandi causa condiuntur, ut oleæ, uvarum, raporum, et hujusmodi, *a conserve*. *Colum.* l. 12. c. 44. et 47. ¶ Item constitutio, institutio, ordinatio. *an appointment*. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 5. Compositio magistratuum. ¶ Item commissio, comparatio, *a pairing or matching together*. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 8. Compositiones gladiatorum. ¶ Item collocatio verborum. *collocation, composition, arrangement*. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 12. Compositio est verborum constructio, quæ facit omnes partes orationis æquabiliter perpolitas. *Cic. in Brut.* c. 88. *ad fin.* Erat Hortensius compositione aptus, facultate copiosus. ¶ Apud *Vitruv.* l. 1. c. 2. *compositiones* sunt ipsæ fabricæ, quarum partes apte inter se compositæ symmetriam habent. ¶ Apud *Cicer.* 2. *de Legib.* c. 22. *compositio juris pontificalis* est quod alii dicunt, *corpus Juris*.

COMPOSITĪTIUS, et Compositicius, a, um, adject. idem quod compositus, aut qui potest componi. *Tertull. de Anim.* c. 9. Dissolubile omne compositītium, et structile.

COMPOSITĪVUS, a, um, componens, vel compositus. *Martian. Capell.* l. 9. pag. 320. Trium sonorum compositiva qualitas.

COMPOSĪTO. V. *Compositus*.

COMPOSĪTOR, oris, m. *one who puts or places together; a contriver, disposer*, [† ὁ] συντάξας, [συνθέτης,] qui simul ponit, et disponit. *Cic. in Orat.* c. 19. Non enim inventor, aut compositor, aut actor hæc complexus est omnia. *Id.* 2. *de Legib.* c. 12. Compositor anni. *the maker of the calendar*. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 356. Compositor operum. *the author*. et *Festus* in *Romum*. Historiæ Cumanæ compositor. *Coripp.* l. 1. v. 17. Compositor morum. *the former, corrector*. et *Imp. Justinian.* lib. 6. *Cod.* tit. 28. leg. 4. *circa med.* Tribonianus, et ceteri compositores juris.

COMPOSITŪRA, et per syncop. Compostura, æ, f. *a putting together; composition*, idem quod compositio. *Sinnius Capito* apud *Gell.* l. 5. c. 20. Solœcismus est impar et inconveniens compositura partium orationis. ¶ Item commissura, compages. *Lucret.* l. 4. v. 327. simulacra feruntur, Et feriunt oculos turbantia composituras. ¶ *Compostura* legitur apud *Caton. R. R.* c. 22.

COMPOSĪTUS, a, um, *put or placed together, united, arranged*, συντεθειμένος, συντεταγμένος, simul positus, apte positus, conjunctus, constructus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 47. Quo modo cælo affecto, compositisque sideribus, animal oriatur. *Id. pro Deiot.* c. 6. Locus in quo erant ea composita, quibus rex te munerare constituerat. *Plin.* l. 13. c. 4. Bina juxta composita semina. ¶ Item dispositus, ornatus. *adjusted*. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 46. Compositus et delibutus capillus. ¶ Item conflatus, constans, *made up, composed*. *Cic. Divin. in Verr.* c. 14. Liber ex alienis orationibus compositus. *Sallust. in Jug.* c. 2. Homo compositus ex corpore et anima. ¶ Item ordinatus, dispositus. *Liv.* l. 28. c. 22. Acrior impetu atque animis, quam compositior ordine ullo pugna fuit. ¶ Item elegans, artificiose factus, *elegant, well put together*. *Cic. Attic.* l. 6. *ep. ult.* Admiratus sum σύγχυσιν litterularum, quæ solent tuæ compositissimæ, et clarissimæ esse. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 46. Equus bene compositus. *well-made, well-proportioned*. ¶ Item scribendo confectus, *composed, written*. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 19. *a med.* Commentarium consulatus mei Græce compositum tibi misi. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 76. Poema illepide compositum. ¶ Item sepultus, *buried*. *Ovid. Fast.* 3. v. 547. Compositusque cinis, tumulique in marmore carmen. *Id. Fast.* 5. v. 426. Busta avi composita. Et *compostus* per syncop. *Virg.* 1. *Æn.* v. 249. placida compostus pace quiescit. ¶ Item sedatus, tranquillus. *still, quiet, calm, placid*. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 259. Cum mare compositum est, securus navita cessat. *Varr.* apud *Senec.* l. 3. controvers. 16. et epist. 56. Omnia noctis erant placida composta quiete. ¶ Item moderatus, *regular*. *Virg. Georg.* 3. v. 191. *de equo*. Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque sonare Compositis. ¶ Item decumbens, jacens, *lying down, reclining*. *Ovid. Metam.* 14. v. 753. Iphis lecto compositus. *Id.* 1. *Amor.* eleg. 4. v. 53. Compositus somno, et vino. Adde lib. 2. eleg. 5. v. 22. ¶ Item commissus. *paired, matched*, ut compositi gladiatores, *Horat.* l. 1. sat. 7. v. 20. Hinc translate *Senec. de provid.* c. 2. Ecce par deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compositus. ¶ Item conditus, constitutus, *regular, appointed, fixed*. *Horat.* l. 1. od. 9. v. 18. Nunc et campus, et areæ composita repetantur hora. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 14. Compositi seditionis auctores. *appointed, pitched upon*. ¶ Hinc *composito, de* vel *ex composito*, est ex constituto, [† consulto, cogitato,] *on purpose, designedly*. *Nepos in Datam.* c. 6. Perfugas mala fide, compositoque fecisse. (Adde *Virg.* 2. *Æn.* v. 129.) *Liv.* l. 5. c. 14. Clarissimi viri ex composito præparati ad petendum. (Adde lib. 36. c. 25.) *Apul. init. Apolog.* De composito nec opinantem incessere maledictis. ¶ Translate est sedatus, diremptus, pacatus, *quieted, stilled, put down, allayed, appeased*. *Sueton. in Cæs.* c. 4. Seditio civilis composita. *Horat.* l. 4. od. 14. *extr.* Arma composita. *laid aside*. Sic *Liv.* l. 2. c. 13. Pax composita. *concluded*. ¶ Transfertur et ad genus dicendi. *Quintil.* l. 10. c. 2. Fiunt pro grandibus tumidi, pressis exiles, lætis corrupti, compositis exsultantes. ¶ Ponitur et pro maturo, gravi, bene ordinato, cohibitis affectibus. *Senec.* ep. 2. Composita mens. *Quintil.* l. 6. c. 2. Mites et compositi affectus. *Tacit. Ann.* 13. c. 1. Vir ætate composita. *of a mature age*. ¶ *Compositus alicui rei*, aut *in* vel *ad aliquam rem* est de industria conformatus. *Liv.* l. 26. c. 19. Arte quadam ab juventa in ostentationem virtutum compositus. *Flor.* l. 3. c. 10. Nomen quasi terrori compositum. Al. aliter leg. *Quintil.* l. 10. c. 1. Omnia ad voluptatem multitudinis imperitæ composita. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 82. *extr.* Compositus in obsequium. et lib. 2. c. 9. in mœstitiam. ¶ Item idoneus, aptus. *apt, fit*. *Quintil.* l. 6. c. 3. Attici maxime ad risum compositi. *Id.* l. 2. c. 8. Alius historiæ magis idoneus, alius compositus ad carmen. *Cic. Verr.* 2. c. 11. Ut nemo unquam paratior, vigilantior, compositior ad judicium venisse videatur. ¶ Item confictus, simulatus. *Auct. Dial. de Orat.* c. 12. Si hæc fabulosa nimis, et composita videntur. *feigned, invented*. *Tacit. Ann.* 1. c. 7. Falsi, ac festinantes, vultuque composito. *Id. Ann.* 15. c. 16. Quæ augendæ infamiæ composita.

COMPOSSESSOR, oris, qui simul cum alio possidet. Est *Tertulliani de Idololatr.* cap. 14.

COMPOTATĪO, onis, f. *a drinking together*, συμπόσιον, convivium. *Cic. de Senect.* c. 13. *extr.* Bene enim majores nostri accubationem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt: melius, quam Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant.

COMPŎTENS, entis, qui simul cum alio potest. In vet. Inscript. apud *Gruter.* pag. 41. n. 2. est epitheton Dianæ.

COMPOTĪO, is, ivi, itum, a. 4. compotem facio. *Plaut. Rud.* 4. 2. 6. Piscatu novo me uberi compotivit. *Apul. in Florid. sub fin.* Compotire aliquem prædæ. et lib. 11. *Metam.* Compotire aliquem voti. *to put any one in complete possession of*. ¶ *Compotior, iris*, depon. *Plaut. Rud.* 1. 3. 22. Ita hic solis locis compotita sum. *h. e.* hæc loca sola nacta sum. [et *Tertullian. advers. Valentin.* c. 11. Non visu, nec auditu ejus compotiri fas est.]

COMPŌTOR, oris, m. *a pot-companion*, συμπότης, combibo. *Cic.* 2. *Phil.* c. 17. Tum adhibes joci causa magistrum suffragio tuo, et compotorum tuorum rhetorem. Adde *Phil.* 5. c. 8.

COMPŌTRIX, icis, f. quæ simul potat. *Terent. Andr.* 1. 4. 4. Importunitatem spectate aniculæ: quia compotrix ejus est. *Sidon.* l. 2. ep. 9. *a med.* Cum bibere desiisset asseclarum meorum turba compotrix.

COMPRÆCĪDO, is, a. 3. idem ac præcido, seco. *Hygin. de limitib.* pag. 177. *Goes.* Hæ duæ lineæ altera alteram compræcident. Al. leg. *comprehendent*.

COMPRÆDES sunt ejusdem rei populo sponsores. *Festus*.

COMPRANSOR, oris, m. *he who dines with another, a boon-companion*, qui simul prandet, sodalis, compotor, συναριστῶν. *Cic. Phil.* 2. c. 39. Hunc agrum tu compransoribus tuis, et collusoribus dividebas.

COMPRECATĪO, onis, f. *a supplication, solemn prayer*, κατευχὴ, supplicatio, genus precationis, quæ solemni quodam ritu fiebat apud Romanos ab universo populo. *Liv.* l. 39. c. 15. Nulli unquam concioni tam non solum apta, sed etiam necessaria hæc solemnis Deorum comprecatio fuit. Adde *Gell.* l. 13. c. 22. ubi quædam prisca verba ex antiquis Romanorum comprecationibus affert.

COMPRĔCOR, aris, atus sum, dep. 1. *to pray to, beseech, supplicate*, εὔχομαι, idem quod precor, vel valde precor. *Terent. Adelph.* 4. 5. 65. et 70. Comprecari deos, ut &c. *Plaut. Amph.* 2. 2. 108. Jovi prodigiali aut mola falsa, aut ture comprecatam oportuit. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 191. Comprecari fidem cælestum. *Ovid. Metam.* 14. v. 379. Me tenet, et teneat per longum, comprecor, ævum.

COMPREHENDIBĪLIS, V. *Comprehensibilis*.

COMPREHENDO, is, endi, ensum, a. 3. *to take or seize hold of, lay hold of, catch, apprehend*, λαμβάνω, συλλαμβάνω, idem quod prehendo, vel simul prehendo, capio, arripio, teneo. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 33. Quid opus est manibus, si nihil comprehendendum? *Plin.* l. 9. c. 15. Comprehendere aliquid mordicus. *with the teeth*. Sic *Lucan.* l. 4. v. 727. Comprehendere morsu. *Cels.* l. 7. c. 12. Forfex dentem comprehendit. et cap. 4. sect. 3. Oras vulneris suturæ comprehendunt. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. Hominem comprehendit, et in custodiam Ephesi tradidit. *Liv.* l. 26. c. 14. Præsidium Punicum comprehendit. *takes prisoners*. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 42. Casæ celeriter ignem comprehenderunt. *Virg.* 2. *Georg.* v. 305. Ignis comprehendit robora. ¶ De feminis, quæ ex concubitu concipiunt, *to conceive*, συλλαμβάνεσθαι. *Cels.* l. 5. c. 21. *extr.* Si mulier non comprehendit, adeps leonina, &c. ¶ Item de plantis, quæ satæ, vel insitæ proveniunt, *to take root*. *Varr. R. R.* l. 1. c. 40. *extr.* Cum ramulus comprehendit. *Colum.* l. 3. c. 11. *extr.* Rubrica ad comprehendendum radicibus iniqua. Adde *ibid.* c. 5. et lib. 4. c. 29. et *Pallad. in Mart.* tit. 10. &c. Hinc translate *Cic. pro Cluent.* c. 2. *a med.* Siquam opinionem jam vestris mentibus comprehendistis, si eam ratio convellet, si labefactabit, ne repugnetis. ¶ Item de iis rebus, quæ uniunt, et conglutinant. *Scribon. Larg. compos.* 88. Ubi omnium unitas mortario facta est, melle despumato medicamentum comprehenditur. Adde compos. 70. et 227. &c. *Celsus* hoc sensu *excipio* utitur. ¶ Ovis, quæ hieme non comprehenditur, apud *Colum.* l. 7. c. 3. *circa med.* est, quæ frigore non corripitur, sed sine valetudinis detrimento per hiemem durat. ¶ Apud *Sueton.* comprehendere vehicula meritoria est, quod nos dicimus, *to put all the public carriages in commission*, vehicula evectionum jubere inservire nemini, et præsto esse in usum unius alicujus: quod aliquando factum fuisse a Tiberio, et Caligula, narrat ille *in Tib.* c. 38. et *in Calig.* c. 39. ¶ Significat etiam colligare, *to tie or fasten together*. *Liv.* l. 30. c. 10. Naves malis antennisque, ac validis funibus comprehendit. ¶ Translate est complecti, continere, concludere. *to contain, embrace, include, take in, comprehend*. *Curt.* l. 6. c. 6. Circuitus ejus triginta et duo stadia comprehendit. *Sil.* l. 4. v. 101. tantum campi dirimebat ab ictu, Quantum impulsa valet comprendere lancea nodo. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 22. Quæ ab adolescentia a sapientissimis viris tradita, memoria et scientia comprehendisti. *have learnt, committed to memory*. *Pallad. in Januar.* c. 13. *sub fin.* Illud experimentis assiduis comprehendi, vites melius provenire, &c. *I have learned, discovered, ascertained*. ¶ Item dicendo complecti, explicare. *to go through, explain*. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 21. Cato verbis luculentioribus et pluribus rem eandem comprehenderat. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 2. v. 27. Tot premor adversis, quæ si comprendere coner, Icariæ numerum dicere coner aquæ. *to enumerate*. *Cels.* l. 6. c. 18. Ut omnia, quæ salutaria accepi, comprehenderem. *Id.* l. 5. c. 27. n. 3. Emplastra quoque, quæ supra comprehensa sunt. *h. e.* supra dicta sunt. *spoken of*. ¶ Item amplecti, favere. *to go about, beset, receive, entertain, seek favour with*. *Cic. pro Cæl.* c. 6. Comprehendere multos amicitia, tueri obsequio. *Id. Fam.* 13. ep. 15. Comprehendere aliquem humanitate. *Id. pro Planc.* c. 19. Omnibus officiis Atinatem præfecturam comprehendit. ¶ Item intelligere, assequi, *to comprehend, understand, reach by an effort of the understanding*. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 25. Hoc non modo comprehendere animo, sed ne suspicione quidem possum attingere. *Id.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 8. Eo minus id possum mente comprehendere. *Id. pro Flacc.* c. 27. *extr.* Animo, et cogitatione comprehendere aliquid. *Colum.* l. 6. c. 24. Certis signis comprehendere licet, quem sexum generaverit. ¶ Item assumere, imbui. *Quintil.* l. 10. c. 2. Proxima virtutibus vitia comprehendunt, fiuntque pro grandibus tumidi, pressis exiles, fortibus temerarii, &c. *contract*. ¶ Item deprehendere, *to find out, discover, detect*. *Cic. pro Cluent.* c. 16. Comprehendere rem aliquam indicio alicujus. *Id. pro Mil.* c. 27. Comprehendere adulterium alicujus. *Id.* apud *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 3. *ante med.* Veniebam, sed non me comprehendit. *surprised me*. ¶ *Comprehendere aliquid numero, to enumerate*. *Virg.* 2. *Georg.* v. 104. et *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 447. ¶ Comprendere visu, *to see, behold*, apud *Sil.* l. 3. v. 408. quod *comprendere* absolute dixit *Gell.* l. 13. *c. ult.* Vix ipsos litterarum apices potui comprendere. *descry*. ¶ *Comprehendere* epistolas est intercipere. *Justin.* l. 20. *c. ult.* Comprehensis epistolis, proditionis damnatur. *intercepted*. ¶ *Comprendo* per syncop. non Poetas modo metri causa, sed et prosæ Scriptores aliquando usurpasse, viri docti adnotarunt. ¶ Scribitur et *comprændo*, et *deprændo*, quod ex Pandect. Florent. repræsentavit *Haloander* in libris Digestorum (quamquam *Torrentin.* non item) placetque non unis Criticis.

COMPREHENSE. V. *Compresse*.

COMPREHENSIBĪLIS, le, adject. qui comprehendi, seu intelligi potest, *comprehensible, intelligible, perceptible*, *Cic.* l. 1. *Acad.* c. 11. hac voce usus est pæne invitus, cum quo pacto græcam vocem κατάληπτος verteret, vix haberet. Inquit enim: Id autem visum cum ipsum per se cerneretur, comprehensibile. feretis hæc? nos vero, inquam, quonam enim modo κατάληπτος diceres? *Paræus in Lex. Crit.* contendit *Comprehendibile* legendum esse. Sed et *Senec.* l. 6. *quæst. natur.* c. 24. Tenuia foramina, nec oculis comprehensibilia. *Arnob.* l. 1. pag. 37. Vix ullis comprehensibiles causæ. *Lactant.* l. 7. c. 12. Solidum, et comprehensibile corpus est.

COMPREHENSĪO, onis, f. *a taking or laying hold of*, κατάληψις, actus comprehendendi. *Cic.* 1. *de nat. Deor* c. 34. Ingressus, cursus, accubitio, inclinatio, sessio, comprehensio. ¶ Item conjectio in vincula, *an imprisoning throwing into prison*. *Id. Phil.* 2. c. 8. Nam comprehens

sontium mea, animadversio Senatus fuit. *seizing, arresting, apprehending.* ¶ Item ambitus, et colligatio verborum, *a period. Cic. de clar. Orat.* c. 44. Comprehensio, et ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) contractus, et brevis. *Id. in Orat.* c. 44. Ut comprehensio numerose, et apte cadat. *Id. de clar. Orat.* c. 37. Verba collocare, et comprehensione devincire. ¶ Item conclusio, continentia. *Quintil.* l. 5. c. 10. Epicherema est certa quædam sententiæ comprehensio, quæ ex tribus minimum partibus constat. ¶ Item perfecta cognitio, perceptio. *comprehension, knowledge, perception. Cic.* 4. *Acad.* c. 10. Mens amplectitur maxime cognitionem: et istam κατάληψιν, quam verbum e verbo exprimentes, comprehensionem dicemus, amat. *Id.* 3. *de Fin.* c. 15. Cognitiones comprehensionesque rerum appetitionem movent. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 33. certissima rerum comprehensio. V. *Cic.* lib. 1. *Acad. cap. pœnult.* ubi pluribus exponit, quid *comprehensione* significetur. ¶ Denique apud *Charis.* l. 1. *initio* idem est quod syllaba.

COMPREHENSO, as, a. 1. frequentat. a comprehendo. *Claud. Quadrig.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 797. *Putsch.* Comprehensare suos quisque, servare, amplexare.

COMPREHENSUS, et per syncop. Comprensus, a, um, *caught at, laid hold of, seized,* καταληπτός, captus. *Virg. Æn.* 2. v. 793. Ter frustra comprensa manus effugit imago. *Cic.* 3. *Catil.* c. 7. Nefarios duces captos jam, et comprehensos tenetis. *Justin.* l. 23. c. 2. Comprehensus morbo toto corpore. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 43. Opera flamma comprehensa. ¶ Item expressus, explicatus. *expressed, laid down, explained. Cic.* 2. *de Fin.* c. 7. In alio libro breviter comprehensis gravissimis sententiis, quasi oracula edidisse sapientiæ dicitur. *Cels.* l. 3. c. 23. *cir. med. et in fi.* Eo genere victus habito, qui supra comprehensus est. ¶ Item conclusus, inclusus, *included, contained, comprehended. Id. pro Rosc. Com.* c. 5. In hanc formulam omnia judicia, omnia officia conclusa et comprehensa sunt. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. In terra et lapis, et arena, et cetera ejus generis sunt in nominando comprehensa. ¶ Item perceptus, probe intellectus. *perceived, understood, comprehended. Cic.* 1. *de Orat.* c. 23. Ars ita definitur, ex rebus penitus perspectis, planeque cognitis, scientiaque comprehensis. *Id.* 2. *de Fin.* c. 2. Videor mihi habere bene cognitam voluptatem, et satis firme conceptam animo atque comprehensam. V. lib. 1. *Acad. cap. pœnult.*

COMPRESBYTER, ĕri, m. qui sodalis est in dignitate presbyteri. *Augustin. de cura gerenda pro mort. in fi.* et *ad Hieronym. inter hujus epistolas* n. 95.

COMPRESSĀTUS, a, um, velut a compresso, as, idem quod oppressus, vox est *Tertull. advers. Gnostic.* c. 3.

COMPRESSE, adverb. comprimendo, urgendo. *Gell.* l. 1. c. 23. Quærit compressius violentiusque. *more earnestly.* ¶ Item *briefly, concisely, succinctly,* συντόμως, presse, præcise, breviter. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 6. Quod latius loquerentur rhetores, dialectici compressius. *comprehensius* est qui legit: sed perperam.

COMPRESSĬO, onis, f. *a pressing or squeezing together; compression,* actus comprimendi, καταπίεσις, θλίψις. *Vitruv.* l. 7. c. 8. *extr.* Cum manibus premitur, aurum compressione coactum intra, purum invenitur. *Gell.* l. 16. c. 3. Ventrem strictissime circumligare: ea compressione esuritionem depelli. *Scribon. Larg. compos.* 84. Musculorum compressio. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 64. Compressiones arctæ. *close embraces.* ¶ De concubitu. *Arnob.* l. 2. pag. 93. *Hygin.* fab. 187. et *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 34. ¶ Translate *Cic. in Bruto,* c. 7. Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves.

COMPRESSIUNCŬLA, æ, f. Plures Lexicographi huic voci auctoritatem adstruunt ex his *Plauti* verbis: *dulces amantium compressiunculæ*: quæ nos in *Plauto* nondum vidimus. *Scalig. in conjectan. ad Varr.* refert hæc *Plauti* verba ex *Pseud.* 1. 1. 66. Papillarum horridularum compressiunculæ. Sed ibi passim legitur *oppressiunculæ.*

COMPRESSOR oris, m. pro stupratore legitur in 2. *Argum. Aulularia Plauti,* cujus Auctor a nonnullis ipse *Plautus,* ab aliis scriptor alius ejus æqualis, ab aliis *Priscianus* creditur.

COMPRESSUS, us, m. *a pressing together; a compressing,* compressio. *Cic. de Senect.* c. 15. Terra semen tepefactum vapore, et compressu suo diffundit. *Plin.* l. 11. c. 28. *de lampyridibus.* Nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc compressu obumbratæ. ¶ Pro concubitu. *Terent. Adelph.* 3. 5. 29. Virgo ex eo compressu gravida facta est. *that intercourse, Plaut. Epid.* 4. 1. 15. Meo compressu peperit filiam. Adde *Amph. prol.* v. 109. et *Trucul.* 2. 6. 17. ubique autem in solo sexto casu.

COMPRESSUS, a, um, *pressed close or together, compressed, held hard, squeezed tight, grasped, crushed,* pressus, συντεθλιμμένος. *Cic. de Harusp. resp.* c. 25. *extr.* Ista serpens compressa atque illisa morietur. *Senec.* l. 6. *de benef.* c. 34. Commeantium in utramque partem catervis itinera compressa. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 138. hæc ego mecum Compressis agito labris. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 556. Compressa forcipe lingua. *Plaut. Cas.* 2. 6. 53. Compressan' palma, an porrecta ferio? *shall I inflict a blow with the fist, or a slap with the open hand? Quintil.* l. 11. c. 3. *ant. med.* et *Colum.* l. 6. c. 9. Oculi compressi in dicendo. *closed, shut. Cels.* l. 2. c. 11. Caliculus oris compressioris. *Id.* l. 1. c. 3. *post med.* Compressus venter. *h. e.* adstrictus, contractus, *costive, bound.* et *in præfat. post med.* Compressum corpus, *eod. sensu* et *paulo post.* Compressi, aut fluentes morbi. *h. e.* adstringentes alvum, vel solventes. ¶ Item tectus, absconditus, *hidden, concealed, hoarded. Liv.* l. 38. c. 35. Frumentarios ob annonam compressam damnarunt. *Cic. pro Dom.* c. 6. Tenere aliquod frumentum compressum. ¶ *Compressa,* vitiata, stuprata. *Plaut. Aulul. prol.* v. 30. *Liv.* l. 1. c. 4. ¶ Translate *Valer. Max.* l. 4. c. 7. n. 1. Compressus perseveranti interrogatione. *constrained, pressed, urged. Cic. pro Dom.* c. 24. Odium compressum atque tacitum. *secret. Id. pro Cœl. c. pœnult.* Voluptates prima ætate compressæ et constrictæ. *bridled, restrained.* Sic *Id. de Fato,* c. 5. Vitiosa natura edomita et compressa est doctrina. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 11. Rebellio compressa. *Virg.* 4. *Georg.* v. 87. Certamina compressa. *contentions quieted. Id.* 5. *Æn.* v. 802. Compressi furores. *Id. Æn.* 8. v. 184. Amor compressus edendi. *appetite satiated.* ¶ *Compressis manibus sedere,* h. e. cessare, otiosum esse, *to sit at one's ease,* proverb. apud *Liv.* l. 7. c. 13. cui simile est illud *Lucani* l. 2. v. 292. Compressas tenuisse manus. ubi alii leg. *complosas.*

COMPRĪMO, imis, essi, essum, a. 3. *to press, press or squeeze together, keep close, hold fast, compress,* idem quod premo, vel simul premo, contraho, stringo, συνέχω, συστέλλω. *Cic.* 4. *Acad. c. pœnult.* Cum digitos compresserat, pugnumque fecerat. *Senec.* l. 2. *de Ira,* c. 4. Ne oculi ad intentationem subitam digitorum comprimantur. *should close or wink,* conniveant. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 48. Comprimere aliquid morsu. *Plaut. Pseud.* 3. 1. 21. dentes. *Terent. Phorm.* 5. 6. 29. animam. *to hold the breath. Cels.* l. 1. c. *ult.* alvum. *h. e.* adstringere. *to bind, render costive.* Et absolute eodem sensu. *Id. in præfat. post med.* Si morbus aliquem compresserit. *seize, attack, Id.* l. 4. c. 5. *extr.* Comprimere stomachum. *h. e.* adstringere, ut cibum contineat. *Liv.* l. 8. c. 8. ordines aciei. *to draw close the ranks. Ovid.* 1. *Amor.* el. 11. v. 21. versus ordinibus. *to write in close lines.* ¶ Significat etiam vitiare. *to deflour, violate. Plaut. Epid.* 4. 1. 3. *Liv.* l. 1. c. 4. et *Terent. Phorm.* 5. 8. 29. ¶ Item tegere, abscondere, *to suppress, keep back. Cic.* 4. *Attic.* ep. 12. Orationem ita compresseram, ut numquam manaturam putarem. *Id. Attic.* l. 5. *ep. ult. circa med.* Comprimere frumentum. *Liv.* l. 38. c. 35. annonam. *Id. sub fin.* l. 26. famam alicujus rei. ¶ Translate est frenare, cohibere, coercere, *to bridle, check, restrain, curb, repress. Cic. in Pison.* c. 25. Incensam alicujus cupiditatem comprimere atque restinguere. *Id. Phil.* 10. c. 5. Comprimere conatum atque audaciam hominis furentis. *Id. pro Mur.* c. 11. dicendo furores tribunitios. *Liv.* l. 26. c. 10. tumultum. et lib. 5. c. 2. *ad fin.* seditiones. *Sueton. in Aug.* c. 19. conjurationes. *Plaut. Mil.* 2. 6. 88. linguam. *Id. Pseud.* 1. 4. 16. vocem et orationem. *Cic. pro Deiot.* c. 12. *extr.* plausum. *Id. in Top.* c. 22. *extr.* lætitiam exsultantem. *Ovid. ad Liviam, sub fin.* fletûs. *Sil.* l. 8. v. 32. insanos curarum fluctus. *Justin.* l. 5. c. 10. bellum. ¶ *Comprimere se* est se continere, cohibere. *to contain one's self. Plaut. Cas.* 2. 3. 32. Ohe, jam satis, uxor, est: comprime te: nimium tinnis. *Id. Mostell.* 1. 3. 46. Vix comprimor, quin involem illi in oculos. ¶ Comprimere consilium alicujus, apud *Plaut. Merc.* 2. 3. 6. est impedire. *to thwart.* ¶ Comprimere aliquem, *to silence, Id. Rud.* 4. 4. 81. et 5. 3. 46. ¶ Comprimere hostes, apud *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 65. est eorum impetum retardare. *to check.* ¶ Comprimere manus, *to keep in,* apud *Terent. Heaut.* 3. 3. 29.

COMPROBATĬO, onis, f. δοκιμασία, approbatio, *approbation. Cic.* 5. *Fin.* c. 22. Et offensione turpitudinis, et comprobatione honestatis.

COMPROBĀTOR, oris, m. δοκιμαστής, approbator, *an approver. Cic.* 1. *de Invent.* c. 28. Auctoritatis ejus et inventionis comprobatores atque æmuli.

COMPROBĀTUS, a, um, *proved, approved,* probatus, pro vero cognitus, deprehensus. *Cic. pro Cœl.* c. 24. Comprobatum venenum. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 30. Judicatum est res assensione, aut auctoritate, aut judicio alicujus comprobata. *Sallust. de B. Catil.* c. 49. Indicium comprobatum.

COMPRŎBO, as, avi, atum, a. 1. *to approve, prove, confirm,* δοκιμάζω, idem quod probo, vel valde probo, probum esse judico, confirmo. *Cic. pro leg. Manil. c. ult.* Istam tuam et legem, et voluntatem, et sententiam laudo, vehementissimeque comprobo. *Id. de Fin.* l. 1. c. 20. Oratione, vita, et factis, et moribus comprobare aliquid. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 187. n. 4. Consules ex S. C. faciundum curavere, iidemque comprobavere. ¶ Item pro vero, aut legitimo cognoscere. *Cic. pro Cæcin.* c. 25. Has comproba tabulas. ¶ Pro confirmare, *to confirm, make good, verify. Cæs. in fi.* l. 5. *B. Gall.* Comprobat hominis consilium fortuna. *Cic. in Orat.* c. 63. Patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit. *Id. pro Dom.* c. 6. Deos numine suo reditum meum comprobasse.

COMPROMISSARĬUS, a, um, adject. ut *compromissarius judex,* qui ex compromisso ab utraque litigantium parte eligitur ad litem componendam, *an arbitrator, arbiter, umpire. Callistrat. Dig.* lib. 4. tit. 8. leg. 41. Nemini licere minorem 20. annis compromissarium judicem eligere.

COMPROMISSUM, i, n. *a compromise,* promissum invicem factum, et speciatim potestas decidendi controversiam data arbitro a litigatoribus promittentibus, se ejus judicio obtemperaturos. *Cic.* 12. *Fam.* ep. 30. Se se, quo minus id facerent, et compromisso, et jurejurando impediri. Et *pro Rosc. Com.* c. 4. Compromissum facere. *Proculus Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 76. Ex compromisso ad arbitrum itum est.

COMPROMITTO, is, isi, issum, a. 3. *to compromise, make a compromise,* ἐπιτρέπω, est mutuo promisso fidem suam obligare. *Cic.* l. 2. *ad Q. Fr.* ep. 15. *extr.* Tribunitii Candidati compromiserunt petere ejus arbitratu. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 8. leg. 13. Compromittere de aliqua re. *Id. ibid.* leg. 9. Compromittere in pupillum, in furiosum, aut surdum, aut mutum. *to submit, refer.* et lib. 44. tit 4. leg. 4. in arbitrum.

COMPROVINCIĀLIS, is, qui est ejudem provinciæ. *Sidon.* l. et ep. 7. Non primi comprovincialium cœpistis esse, sed ultimi.

COMPSĀNUS, a, um, ad Compsam pertinens. *Liv.* l. 23. c. 1. Trebius Compsanus nobilis inter suos. ¶ Est autem Compsa urbs Hirpinorum ad radices Apennini, prope fontes Aufidi fluminis, nunc *Conza* in finibus Principatus ulterioris regni Neapolitani. *Liv. loc. cit.* ¶ *Compsani, orum,* ejus urbis incolæ. *Plin.* l. 3. c. 12.

COMPTE, vel Comte, adverb. *neatly, elegantly,* κοσμίως, ornate, composite. Translate *Senec.* ep. 75. Compte disserere de re aliqua. *Gell.* l. 7. c. 3. *post med.* Distincte, compte, atque modulate res acta est. et *paulo post.* Distinctius, numerosiusque, ac comptius dicere.

COMPTŬLUS, et Comtulus, a, um, *spruce, trim,* diminut. a *comptus. Hieronym.* ep. 12. *ad Gaudent. a med.* Lascivi, et comptuli juvenes.

COMPTUS, et Comtus, a, um, *ornamented, trimmed, decked, neat, elegant,* κόσμιος, ornatus, compositus. *Cic. in Pison.* c. 11. Compti capilli. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 1. v. 20. longas compta puella comas. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 70. Pueri præcincti et compti. *Quintil.* l. 12. c. 10. Caput comptum in gradus atque annulos. ¶ Colus compta, apud *Plin.* l. 8. c. 48. est colus cum sua lana. ¶ Translate *Cic. de Senect.* cap. 9. Compta oratio. *polished. Tacit.* 1. *Hist.* c. 19. Comptior sermo. *Augustin. de quantit. anim.* c. 33. Anima mundissima et comptissima. *Quintil.* l. 10. c. 1. Isocrates in dicendo comptus et nitidus. *elegant. Lucan.* l. 10. v. 83. quem Cleopatra sine ullis Tristis adit lacrymis simulatum compta dolorem. *h. e.* in ornatu præferens dolorem simulatum: vel ornata, seu instructa dolore simulato. ¶ In illo *Lucretii* l. 4. v. 31. animi docui natura quid esset, Et quibus e rebus cum corpore compta vigeret; compta videtur idem esse quod conjuncta, composita. Nam comere, *h. e.* ornare, dicitur qui res apte jungit, et ordine componit.

COMPTUS, us, m. *ornament, dress,* ornatus, κόσμος. *Lucret.* l. 1. v. 87. infula virgineos circumdata comptus. *h. e.* comptam comam. Adde *Fest.* et V. *Coniptum.*

COMPUGNO, as, a. 1. simul pugno, συμμάχομαι. *Hieronym. in prol. Paralipon. ante med.* Totus orbis hac inter se trifaria varietate compugnat. *Gell.* l. 14. c. 5. *extr.* Clamantes, compugnantesque illos reliqui. Adde lib. 12. c. 5. et *Sulpic. Sever. de vita S. Martini,* c. 14.

COMPULSAMENTUM, ti, n. pulsatio: et translate hortamentum, instigatio. *Fulgent. Planc.* l. 3. *Mythol.* n. 6. Sororum compulsamento percita.

COMPULSATĬO, onis, f. pulsatio, et translate contentio, pugna. *Tertull. in Apolog.* c. 21. Nec alia magis inter nos et Judæos compulsatio est, quam quod jam Christum venisse non credunt. *point at issue.* Adde cap. 38.

COMPULSĬO, onis, f. *a compelling, constraining; compulsion,* actus compellendi. *Hermogenianus Dig.* lib. 36. tit. 1. leg. 14. *extr.* Cessat compulsio, tametsi indemnitatis cautio offeratur. ¶ Apud *Cassiod.* l. 12. ep. 10. dicitur de iis, qui debitores ad tributa solvenda compellunt. V. *Compulsor.*

COMPULSO, as, avi, atum, a. 1. idem quod pulso. *Apul.* l. 7. *Metam.* Imaginem suavii mentiendo, ore improbo compulsat, et morsicat. ¶ Translate est contendere, sicut *compulsatio* est contentio. *Tertull. in Apolog.* c. 20. Regnis regna compulsant.

COMPULSOR, oris, m. qui compellit. *Pallad. in Jun.* tit. 2. *ad fin.* Bos mansuetus, qui non modum compulsoris excedat. ¶ Apud *Ammian.* l. 22. c. 6. (*al.* 8.) et *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 7. *qui est de exactionib.* leg. 15. compulsores sunt, qui ad tributa solvenda compellunt. V. *Compulsio.* Item qui alium compellit, ut sibi quippiam præstet, quod non debet. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 10. leg. 3. et 4.

COMPULSUS, us, m. conflictus. *Apul.* l. 8. *Metam. de apro.* Fera dentium compulsu, quem primum insiliat, contabunda rimatur.

COMPULSUS, a, um, *driven, forced, compelled, constrained,* simul pulsus, actus, impulsus: a *compello. Virg.* 1. *Æn.* v. 575. utinam rex ipse noto compulsus eodem Adforet Æneas. *Curt.* l. 8. c. 11. Compulsi hostes intra muni-

menta. *Sueton. in Cæs.* c. 64. Compulsus in scapham. *Cic. in Pison.* c. 36. Omni totius provinciæ pecore compulso, pellium nomine quæstum renovasti. *h. e.* in unum locum coacto. ¶ Translate *Cic. pro Marcell.* c. 5. Ad illa arma fato nescio quo compulsi. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 63. Hac ego compulsus, non est mirabile, forma Si pignus volui, &c. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 41. Angustiis rei frumentariæ compulsum discessisse. *straitened. Curt.* l. 8. c. 8. Compulsus rabie, ut, &c. *Sueton. in Vespas.* c. 16. Necessitate compulsus ad rapinas. *Id. in Domit.* c. 14. Compulsus gratiam facere edicti. *Justin.* l. 9. c. 7. Precibus amicorum redire compulsus.

COMPUNCTIO, onis, f. *a pricking; a stitch, pricking pain*, κατάνυξις. *Plin.* l. 21. c. 19. Laterum compunctiones tollit. Ita Edition. ann. 1469. 1470. 1472. At Aldina, Elzevir. et Harduini habent *punctiones*.

[* COMPUNCTORIUS, a, um, adject. *exhortative, encouraging*, qui pungit, excitat, et hortatur. *Sidon.* l. 6. ep. 6. Restat, ut vestra beatitudo compunctorii salubritate sermonis avidam nostræ ignorantiæ pascat esuriem.]

COMPUNCTUS, a, um. *punctured, marked, branded, stigmatized*, στικτὸς, signatus, inustus puncturis. *Cic.* 2. *Offic.* c. 7. Barbarum, et eum quidem, ut scriptum est compunctum notis Threiciis, districto gladio jubebat anteire. *Plin.* l. 30. c. 4. Vitiligines acu compunctæ.

COMPUNGO, is, unxi, unctum, a. 3. *to prick, puncture, mark all over with spots*, στίζω, κατανύττω, idem quod pungo, puncturis signo. *Phædr.* l. 3. fab. 6. Vis ne dolone collum compungam tibi? *Colum.* l. 8. c. 14. Aculeis urticæ compungi. *Cels.* l. 6. c. 18. sect. 9. *sub fin.* Acu quippiam compungere. ¶ Pro lædere, *to offend, hurt, dazzle. Lucret.* l. 2. v. 420. colores compungunt aciem, lacrymareque cogunt. et vers. 432. Compungere sensus corporis. ¶ Translate, *Cic.* 2. *de Orat.* c. 38. Dialectici ipsi se suis acuminibus compungunt. *Senec.* epist. 88. *a med.* Aristarchi notas, quibus aliena carmina compunxit, recognoscam. ¶ *Compungi* pro pænitere, *to feel compunction*, est apud *Sulpic. Sever. Dial.* 3. c. 13.

COMPURGO, as, V. dicta in *Clarifico*.

COMPUTABILIS, le, adject. *computable, that may be counted or numbered*, qui computari potest, vel debet. *Plin.* l. 19. c. 8. Bis computabili impendio, tædioque.

COMPUTATIO, onis, f. *a computing, calculating, reckoning; a calculation, computation*, λογισμὸς, actus computandi, exacta ratio impensæ, vel reditus. *Senec.* epist. 84. *circa med.* Unus numerus fit ex singulis, cum minores summas, et dissidentes computatio una comprehendit. *one sum.* Et l. 7. *de Benef.* c. 10. Quid sunt istæ tabulæ, quid computationes, et venale tempus, et sanguinolentæ centesimæ? *Plin.* l. 2. c. *penult.* Quæ mensura Romana computatione efficit trecenties quindecies centena millia passuum. *Frontin. de aquæduct.* arctic. 78. Venire in computationem. *Maxim. Dig.* lib. 35. tit. 2. leg. 68. Facere computationem. et *ibid.* Computationem inire. ¶ Metonymice ponitur pro parsimonia, *a calculating closely. Senec.* l. 4. *de Benef.* c. 11. Si utilitas me, et sordida computatio liberalem facit. *Plin.* l. 17. c. 22. *post med.* Operarum ista computatio est in latifundiis, non legitima naturæ festinatio.

COMPUTATOR, oris, m. *a computist*, qui computat, et rationes confert. *Senec.* ep. 87. Diligentissimi computatores.

[*COMPUTATUS, a, um, adject. *computed, calculated*, supputatus. *Sueton. in Domitian.* c. 4. Fecit ludos sæculares computata ratione temporum ab anno, quo Augustus ediderat. *Auct. rei agrar.* pag. 246. *Goes.* In litteris computatum colligo.]

COMPŬTO, as, avi, atum, a. 1. *to compute, count, reckon, calculate*, λογίζομαι, idem quod puto, vel simul puto, considero, cogito: et speciatim dicitur de iis, qui rationes putant, et quantitatis alicujus modum considerant. *Cic. Phil.* 2. c. 37. Compellarat hospitem, computarat, pecuniam imperarat. *Plaut. Merc.* 2. 2. 49. Digitis rationem computat. *Sueton. in Domit.* c. 4. Computare rationem temporum ab anno, quo, &c. *Plin.* l. 6. c. 33. Computetur latitudo Asiæ ab Æthiopico mari, &c. *Ulpian. Dig.* lib. 49. tit. 4. leg. 1. Biduum appellationis ex die sententiæ latæ computandum erit. ¶ Ex illo *Juvenal.* sat. 10. v. 245. *de Nestore.* atque suos jam dextra computat annos; colligitur mos Antiquorum computandi digitis sinistræ manus usque ad centum, inde dextræ: qua de re plura ex *Beda Cœlius Rhodiginus*, l. 23. c. 12. ¶ Significat etiam summæ addere, adnumerare, *to reckon up, throw into one sum. Plin.* lib. 2. cap. 68. Computetur mensura tot fluminum. *Ulpian. Dig.* lib. 23. tit. 3. leg. 10. Fetus dotalium pecorum ad maritum pertinent, quia fructibus computantur. *Id. ibid.* lib. 24. tit. 3. leg. 7. Computare aliquid in fructu. *Torrent.* habet *in fructum.* ¶ Translate *Juvenal.* sat. 6. v. 198. Facies tua computat annos. *h. e.* numerat quodammodo, atque ostendit. *Plin. in præfat. hist. nat.* Cum somno valetudinem computamus. *Senec.* ep. 14. Plures computant, quam oderunt. *h. e.* lucrum cogitant, vel quærunt. (Adde lib. 5. *de Benefic.* c. 17.) *Quintil.* lib. 11. c. 3. Computare litteras. *h. e.* lente pronuntiare, *to count one's words, speak slowly.*

COMPUTRESCO, escis, utrui, n. 3. *to grow putrid, putrify*, σήπομαι, idem quod putresco, vel simul putresco. *Colum.* lib. 5. c. 10. Arbusculæ mutuo contactu computrescent. *Plin.* l. 32. c. 7. Sanguisugæ, quæ in vino computruere. ¶ Per tmesim divisit *Lucret.* l. 3. v. 344. Sed penitus pereunt convulsi, conque putrescunt.

COMPŬTUS, i, m. et Computum, i, n. *a computation, calculation*, λογισμὸς, ratio, computatio. *Jul. Firmic.* l. 1. *Math.* c. 12. *ad fin.* Primos discentes computos, digitos tarda agitatione deflectunt. *Auct. de Casis litter.* pag. 236. *Goes.* Quod computum colligo, si &c.

COMŬLA, æ, f. diminut. parva coma, *a little head-dress or head of hair*, apud *Petron. in Fragm. Tragur.* cap. 58. *Burm.*

COMUM. V. *Comensis.*

CON, præposit. idem quod *cum*, nisi quod illa solum in compositione locum habet, ut *Priscian. extr.* l. 14. docet. Amittit autem aliquando *n*, ut in *coeo*, ut adnotavit *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9. *extr.*) et c. 6. (*al.* 10.) aliquando in aliam litteram mutat, ut in *communis, colligo, corrado:* tametsi his locis quidam malunt semper *con* retineri. ¶ Fere significat *simul*, ut in *conjungo:* aliquando *contra*, ut in *contendo:* aliquando *valde* ut in *concrepo.*

CONABĬLIS, le, qui cum conatu fit. *Cœl. Aurel. Acut.* lib. 3. c. 1. Conabiles atque laboriosi vomitus.

CONĀMEN, inis, n. *an attempt, effort*, πεῖρα, conatus, nisus: vox est fere poetica. *Ovid.* 4. *Fastor.* v. 325. Exiguo funem conamine traxit. *Lucret.* l. 6. v. 325. magnum conamen sumit eundi. Adde *Sil.* lib. 7. v. 142. et *Lucan.* l. 4. v. 287.

CONAMENTUM, i, n. *Plin.* l. 19. c. 2. *de sparto.* Ad reliquos usus laboriose evellitur, ocreatis cruribus, manu, textisque manicis, convolutum osseis iligneisve conamentis. *h. e.* osseis, vel iligneis fustibus, aut bacillis, quibus juvetur conatus evellentium spartum. *Harduin.*

CONANGUSTĀTUS. V. *Coangustatus.*

CONATĬO, onis, f. *an endeavouring, attempting; an effort, essay, exertion*, ἐπιχείρησις, conatus, conamen. *Senec.* l. 2. *quæst. natur.* c. 12. Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit: illa comminatio est, et conatio sine ictu. Est qui leg. *tonatio*, sed minus recte. *Cœl. Aurelian. Chronic.* l. 2. c. 9. Conatio ponderis perferendi. Apud *Plin. Valerian.* l. 2. c. 28. dicitur *conatio* nisus cacaturientis.

CONĀTUM, i, n. *an endeavour, effort*, πεῖρα, ἐπιχείρησις, conatus, vis, impetus. Usurpatur solum in plur. num. *Liv.* l. 42. c. 11. Ut Persei conatis obviam iret. *Cæs.* lib. 1. *B. Gall.* c. 3. et *Nepos in Dione*, c. 8. Conata perficere. *to succeed in one's endeavours.* Sic *Lucret.* l. 5. v. 386. Conata patrare. et *Accius* apud *Non.* c. 3. n. 73. exequi. *Juvenal.* sat. 13. v. 210. peragere. *Plaut. Merc.* 1. 1. 39. eloqui. *to communicate one's design. Vellei.* l. 2. c. 42. alicujus destituere. Adde *Sil.* l. 12. v. 434.

CONĀTUS, us, m. *an attempt, endeavour, effort, exertion*, ἐπιχείρησις, animi, vel corporis impetus, nisus, conamen. *Cic. in Orat.* c. 29. Alicujus rei si non perfectio, at conatus tamen, atque adumbratio. *Id. pro Quint.* c. 14. Magno conatu studioque agere aliquid. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Appetitu belluæ habent conatum ad naturales pastus capessendos. *Id. Phil.* 10. *c. ult.* Princeps fuit ad conatum exercitus comparandi. *Id. Fam.* 5. ep. 2. Parare conatum omnem in perniciem alicujus *Id. Catil.* 1. c. 5. Comprimere nefarios conatus. *to check. Id. de Harusp. resp.* c. 4. Refutare conatum alicujus. *to thwart. Id.* 1. *Offic.* c. 30. Vindicare alicujus perditos conatus. *Id. in Bruto*, c. 10. Sedare conatum iracundiæ. *Nepos in Datam.* c. 4. Deterreri a conatu resistendi. *Hirt. de B. Alex.* c. 9. Occurrere conatibus alicujus. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 249. Obstare conatibus. *Cic. Fam.* 12. ep. 10. Conatus optimi et præclarissimi. *Quintil.* l. 2. c. 4. Generosi conatus.

CONAUDĪTUM, coauditum, sicut conangustatum dicitur. *Festus.*

CONCĂCO, as, a. 1. *to defile with ordure*, cacando conspurco. *Senec. in Apocoloc. ante med.* Væ me, puto, concacavi me. Quid autem fecerit, nescio: omnia certe concacavit. *Phædr.* l. 4. fab. 17. v. 11. *de canib.* Totam timentes concacarunt regiam.

CONCĂDENS pro *concidens* legitur a nonnullis apud *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 10. *ad fin.* Ne usurpaveris.

CONCÆDES, dium, plur. num. f. fragmenta ex rebus excisis simul posita, vel acervus arborum simul cæsarum ad impediendas vias, *barricadoes made of the loppings of trees. Veget.* l. 3. *de re milit.* c. 22. Rursus post se præcisis arboribus vias claudunt, quas concædes vocant, ut adversariis facultatem adimant persequendi. Al. leg. *concides*, quod idem est: al. *compedes*, quod *Stevvech.* improbat. *Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 50. Castra in limite locat, latera concædibus munitus. Adde *Ammian.* l. 16. c. 11. (*al.* 20.) et c. 12. (*al.* 25.) et l. 17. c. 10. (*al.* 20.) Rem quoque ipsam memorat *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 17. et l. 3. *c. ult.* tametsi vocem non usurpat.

CONCALEFACĬO, et Concalfacio, is, eci, actum, a. 3. *to warm, make warm*, calefacio, vel valde calefacio, θερμαίνω. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 78. Et ait idem, cum brachium concalefecerit, tunc se solere puguare. ¶ Translate *Id. in Fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 182. Nos Ventidianis rumoribus concalfecimus. ¶ *Vitruv.* passive usurpat l. 4. c. 7. Trabes concalefaciuntur, et celeriter putrescunt.

CONCALEFACTORIUS, vel Concalfactorius, a, um, θερμαντικὸς, *making warm, causing warmth, apt to excite heat, heating*, idem ac calefaciens, vel aptus ad calorem excitandum, *Plin.* l. 21. c. 20. Vis ei concalfactoria.

CONCALEFACTUS, a, um, *heated, warmed*, simul calefactus. *Cic.* 1. *Tuscul.* cap. 18. Concalefactam et spirabilem, idest animalem esse voluit. *Lucret.* lib. 4. v. 698. Omnia quod contrita, quod igni concalefacta.

CONCALEFĪO, n. passiv. anom. *to grow warm together*, θερμαίνομαι, simul calefio. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. Vertere ova, ut æquabiliter concalefiant.

CONCALĔO, ales, lui, n. 2. *to be hot or warm all over*, θέρομαι, calidus sum. *Plaut. Pers.* 1. 3. 7. Struthea, coluteaque appara bene, ut in scutris concaleant. *Id. Amph.* 1. 3. 15. Prius abis, quam lectus, ubi cubuisti, concaluit locus. Adde *Varron.* l. 3. *R. R.* c. 16. *extr.* ¶ Translate *Terent. Heaut.* 2. 3. 108. Concaluit. *h. e.* amore ardet.

CONCALESCO, is, n. 3. *to grow hot or warm*, θέρομαι, calorem concipio, calidus fio. *Vitruv.* l. 6. c. 9. Frumenta non poterunt cito concalescere. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 18. *extr.* Corpora nostra ardore animi concalescunt. *to be warmed, heated, nettled, ruffled. Colum.* l. 12. cap. 50. *a med.* Olea reposita in tabulatum celeriter concalescet.

CONCALLĔO, es, ui, n. 2. *to grow hard or callous by labour*, idem ac calleo, callum obduco. *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 10. Callidos appello, quorum, tanquam manus opere, sic animus usu concalluit. *to be beaten and well practised in a thing.* ¶ Translate *Id. Attic.* l. 4. ep. 16. *post med.* Locus ille animi nostri, stomachus ubi habitabat olim, concalluit. *h. e.* stupidus, obtusus, hebes factus est.

CONCAMERATĬO, onis, f. *an arch, arched-cieling, vault, concameration*, καμάρωσις, ædis membrum arcuato opere. *Vitruv.* lib. 6. c. 11. Si hypogæa concamerationesque instituentur. Adde *Plin.* lib. 11. c. 10. et *Labeon. Dig.* lib. 32. leg. 30. ¶ In quadam Inscript. apud *Reines.* class. 1. n. 105. legitur *concamaratio ferrea*, et ab ipso *Reinesio* exponitur loculamentum, seu armarium ad reponendas imagines. *a niche.*

CONCAMERĀTUS, a, um, arcuatus, *arched, vaulted, concamerated. Sueton. in Aug.* c. 90. In abditum et concameratum locum se recipere. [*Plin.* l. 14. c. 1. sect. 3. Durant per hyemem uvæ pensili concameratæ nodo. *h. e.* e camera suspensæ.]

CONCAMĔRO, as, a. 1. καμαρόω, idem ac camero, idest ad fornicis formam, et arcuato opere ædifico, *to vault, ciel, arch over, concamerate. Plin.* l. 34. c. 14. *ad fin.* Eodem lapide Dinocrates architectus Alexandriæ Arsinoes templum concamerare inchoaverat.

CONCANDĔO, es, ui, n. 2. *to whiten with heat*, αἴθω, idem quod candeo, ignesco. *Manil.* l. 1. v. 874. Nunquam futilibus concanduit ignibus æther.

CONCĂNI, orum, Κωνκανοὶ, sunt populi Cantabriæ in Hispania, quos *Horat.* l. 3. *Od.* 4. v. 34. et *Sil.* l. 3. v. 361. equinum sanguinem in potu adhibuisse memorant. *Claud. Ptolem.* urbem *Concanam* ponit in Orientali parte Asturiæ: eamque nonnulli esse putant, quæ nunc *Santillana* dicitur.

COMCĂPES. Lex XII. Tab. apud *Festum* in *Tignum.* Tignum junctum ædibus, vineæque concapes ne solvito: ast qui junxit, duplione damnator. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 3. *qui est* de tigno injuncto, leg. 1. Lex duodecim tabularum neque solvere permittit tignum furtivum ædibus, vel vineis junctum, neque vindicare. Quod providenter lex effecit, ne vel ædificia sub hoc prætextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur. Sed in eum, qui convictus est junxisse, in duplum dat actionem. Hactenus *Ulpian.* ex quo facile colligi videtur, *concapes tignum* dici furtivum, a *con*, et *capio* aufero. Hinc *furtum conceptum.* V. *Conceptus. Scalig.* ad *Fest.* interpretatur *tignum vineæ concapes*, lignum depactum ac defixum terræ, et caput habens cum capite vitis commissum, ejus sustinendæ causa: a *caput*, ut *procapis, præcipes*, &c. quæ itidem a *caput* ducuntur. Al. aliter leg.

CONCAPTĪVUS, a, um, *a fellow-captive, companion in slavery*, socius in servitute, συναιχμάλωτος. *Hieronym.* ep. 119. Exorsus est ad concaptivos loqui.

CONCARNATĬO, onis, f. *Tertull. de Monogam.* c. 9 *sub fin.* Occasio tertiæ concarnationis.

CONCARNO, as, a. 1. *to incarnate, clothe with flesh Tertull. de carne Christi*, c. 20. Cum quid extraneum extraneo agglutinatur, ita concarnatur, et convisceratur, &c *Veget. de re Veterin.* lib. 2. c. 22. Si os concarnari non potuerit. *h. e.* carne tegi.

CONCASTĪGO, as, a. 1. idem quod castigo. *Plaut. Trinum.* 1. 1. 4. Nam ego amicum hodie meum concastigabo pro commerita noxia. Adde *Bacch.* 3. 3. 94. et 5. 2. 56

CONCATENATĬO, onis, f. *a concatenation, uninterrupted invariable succession*, continuus ordo alicujus rei *Tertull. in Apolog.* c. 19. Concatenationes temporum. *Augustin.* lib. 3. *de Civ. Dei*, cap. 30. Sceleratarum concatenatio causarum. ¶ Item constrictio, *Cœl. Aurelian. Chronic.* l. 3. c. 2. Concatenatio mentis.

CONCATENĀTUS, a, um, cohærens, connexus, *co*

nected, concatenated, linked together. Minuc. Felix c. 17. Cohærentia, connexa, concatenata. *Gruter.* ex conjectura tribuit etiam *Plauto Capt.* 2. 1. 9. Quia concatenati sumus. Al. tamen *cum catenis*, vel *cum catenatis*.

CONCATĒNO, as, a. 1. simul astringo, connecto, *to connect, concatenate, link or chain together. Lactant.* l. 3. c. 17. *de atomis Epicur.* Hamata esse oportet, ut possint invicem concatenari.

CONCATERVĀTUS, a, um, adject. coacervatus, *crowded together. Ammian.* l. 31. c. 13. (*al.* 36.) Concatervatis manipulis, ut nec mucronem exserere, aut manus reducere quisquam posset.

CONCAVĀTUS, a, um, *made hollow, bent or bowed*, concavus factus. *Colum.* l. 8. c. 5. Ita factis concavatis nidis, ne decidant ova.

CONCAVĪTAS, atis, f. *a cavity, hollow*, cavum. *Cœl. Aurelian. Chronic.* l. 2. c. 1. n. 14. Concavitas atque distantia loco motos articulos sequitur. Adde *Cassiod. in præfat. in Psalm.* c. 4.

CONCĂVO, as, avi, atum, a. 1. *to hollow out, make hollow, bow, bend*, κοιλόω, in cavum conformo: et translate curvo, inflecto. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 195. Est locus, in geminos ubi brachia concavat arcus Scorpios; *Nemesian. Eclog.* 3. v. 49. Concavat ille manus, palmasque in pocula vertit.

CONCĂVUS, a, um, *hollow, concave*, κοῖλος, sinuosus, cavus. *Cic. de Fato*, c. 5. Stupidum esse Socratem dixit, quod jugula concava non haberet. *Virg.* 4. *Georg.* v. 49. Concava pulsu saxa sonant. *Lucret.* l. 2. v. 619. Concava cymbala. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 276. Concava puppis. *h. e.* capax. *Id.* 4. *Metam.* v. 30. Concava æra. *h. e.* tintinnabula. *Id.* 1. *Trist.* el. 11. v. 20. Inque modum tumuli concava surgit aqua. *h. e.* unda inflata, et tumens. *Senec.* ep. 56. Manus plana aut concava. ¶ *Concava, orum*, sunt loci concavi, ut fossæ, &c. *Claudian. de III. Consul. Honor.* v. 46. ascensu vincere montes, Planitiem cursu, valles et concava saltu. *Lactant.* l. 7. c. 26. Sub concavis terræ occultari.

CONCĒDO, is, essi, essum, n. 3. *to retire, yield, depart, withdraw, give place*, παραχωρέω, ἀναχωρέω, ἀπέρχομαι, idem quod cedo, recedo, abeo: a *con*, et *cedo. Terent. Hecyr.* 4. 2. 22. Tempus est concedere. Sic omnes causas præcidam omnibus. *Id. Eun.* 1. 2. 102. Impetrare nequeo hoc abs te, biduum saltem ut concedas solum? *allow, grant. Cic.* 2. *de Divin.* c. 19. *extr.* Docet, unde fulmen venerit, quo concesserit. *went. Id.* 1. *Catil.* c. 7. Si te parentes odissent tui, ab eorum oculis aliquo concederes. *Nepos in Themistocl.* c. 8. Argos habitatum concessit. *Curt.* l. 3. c. 4. Concedere retro. *Terent. Eun.* 1. 2. 126. Concedam hinc intro. *Id. Andr.* 4. 4. 12. Concede ad dexteram. *Id. Phorm.* 5. 1. 14. Concede hinc a foribus paululum istorsum. *Id. Hecyr.* 4. 4. 57. Concedere ex ædibus. et vers. 7. Concedere rus. *Virg.* 10. *Æn.* v. 820. vita per auras Concessit mœsta ad manes. *Liv.* l. 21. c. 15. Concedere in hiberna. *Horat.* l. 1. sat. 4. *in fi.* Concedere in turbam. *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 49. *sub fin.* Concedere in exsilium voluntarium. ¶ Cum ablativo *Plaut. Epid.* 5. 2. 16. Num te fugi? num ab domo absum? num oculis concessi tuis? *h. e.* num discessi ab oculis tuis? ¶ Cum dativo *Apul.* l. 6. *Metam.* Cœnæ nuptiali concessit. *h. e.* ad cœnam iit nuptialem. ¶ *Concedere vita*, et *concedere* absolute, est mori. *Tacit. Ann.* 14. c. 51. Concessit vita Burrus, incertum valetudine, an veneno. *Id.* 4. *Ann.* c. 38. Ut quandocumque concessero, cum laude famam nominis mei prosequantur. ¶ Sumitur etiam pro ire, aut venire. nam et *cedo* hunc usum habet. *Plaut. Men.* 5. 9. 27. *Mess.* Te volo igitur: concede huc. *come this way. Men. So.* concessi. *I am here.* (Adde *Bacch.* 4. 2. 28.) *Sil.* l. 11. v. 326. At tu securis concede penatibus. *retire to.* Hinc concedere in ditionem alterius apud *Liv.* l. 29. c. 31. et in deditionem, l. 39. c. 2. et in sententiam alicujus, *to come over into any one's way of thinking*, l. 32. c. 23. *extr.* et concedere in matrimonium alicujus, *Justin.* l. 24. c. 2. *extr.* ¶ Passive impers. *Liv.* l. 2. c. 23. Agi de concordia cœptum: concessumque in conditiones, ut, &c. ¶ *Concedere in illos*, aut *in istos*, h. e. ad illorum, aut istorum sententiam accedere, dixit *Cic. in fragm. Acad.* apud *Augustin.* l. 3. *contr. Acad.* c. 7. ¶ Item pro cedere, *to yield, give up, concede*: qua significatione est etiam activum. *Cic. de prov. consul.* c. 18. *ad fin.* Dolorem atque inimicitias meas reipubl. concessi. *Id. pro Mur.* c. 23. Concessit Senatus postulationi tuæ. *Nepos in Timoth.* c. 2. Sua sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 40. *extr.* Num iste discipulus magistro videtur tantulum de arte concedere? *Id.* 14. *Attic.* ep. 18. Neque ei quidquam in desperatione concedo. *Id. Fam.* 13. ep. 3. Nemini concedens, qui tibi vetustate necessitudinis potior possit esse. *Id. initio* l. 3. *de Fin.* Voluptas concedit dignitati. ¶ *Concedere fato*, aut *in fatum*, et *concedere naturæ* est mori. Primum est *Plinii in Paneg.* c. 11. et *Valer. Flacc.* l. 1. v. 554. alterum *Modestini Dig.* lib. 34. tit. 3. leg. 20. tertium *Sallust. in Jug.* c. 16. ¶ Sæpe significat dare, permittere, largiri, *to grant, give, allow, permit, concede. Cic. de Amic.* c. 11. Concedere amicis quidquid velint. *Id.* 3. *Verr.* c. 12. Vos quæso, date hoc et concedite pudori meo, ut, &c. *Cæs.* 4. *B. Gall.* c. 15. Iis Cæsar libertatem concessit. *Id.* lib. 3. *B. Civ.* c. 8. Concedere oppidum militibus ad diripiendum. *Hirt. de B. Gall.* c. 44. Concedere alicui vitam. *Id. ibid.* c. 48. Orat, ut timori suo concedatur, ne, &c. *Liv.* l. 10. c. 24. Concedere honores et præmia alicui. *to award, adjudge. Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 19. De republ. nisi per concilium loqui non conceditur. *Curt.* l. 8. c. 8. Concedimus servis verberare pueros. *Stat.* 6. *Theb.* v. 134. concedunt plangere matri. *Sueton. in Aug.* c. 32. Judicandi munus detrectantibus vix concessit, ut, &c. ¶ Est etiam frequentis usus in disputando, cum damus adversario aliquid eorum, quæ contra nos dicuntur. *Cic. de Amic.* c. 14. Concedetur profecto verum esse, ut, &c. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 32. Beatos esse deos sumpsisti: concedimus. *granted; agreed. Quintil.* l. 1. c. 1. Præstat ingenio alius alium: concedo. *Catull.* carm. 112. *in Formian.* v. 5. Quare, concedo, sit dives, dum omnia desint. *Cic. Fam.* 13. ep. 18. Non concedam, ut Attico nostro jucundiores tuæ litteræ fuerint, quam mihi. ¶ Ponitur et pro condonare, remittere, *to remit, pardon, forgive. Cic. pro Cluent.* c. 69. Peccata liberum concedere misericordiæ parentum. *Terent. Adelph.* 2. 2. 9. Concedere paululum de jure suo. *Sueton. in Ner.* c. 29. *extr.* Concedere multis delicta. *Plin.* l. 8. ep. 2. Concedere partem octavam pretii. ¶ Item pro credere, vel consentire, ut *Non.* c. 4. n. 94. exponit. *Terent. Phorm.* 5. 3. 22. Nunquam ne hodie concedes mihi, neque intelliges? ¶ *Priscian.* lib. 18. pag. 1198. *Putsch.* affirmat Latinam esse hanc loquendi rationem *concedo tibi illius rei*, quemadmodum Attici dicunt παραχωρῶ σοι τοῦδε: sed exemplum quod rem conficiat, nullum affert. ¶ *Concedor*, h. e. mihi conceditur, V. in *Concessus, a, um.*

CONCELEBRĀTUS, a, um, *cultivated*, frequentatus, excultus. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 3. Studia recta atque honesta, per otium concelebrata ab optimis, enituerunt. *Porc. Latro declam. in Catil.* c. 29. Concelebrata divinatio. *h. e.* prædicata, jactata. *talked of.*

CONCELĔBRO, as, avi, atum, a. 1. *to frequent, resort to; to celebrate together, solemnize*, συμπανηγυρίζω, idem quod celebro, frequento. *Q. Cic. de petit. consul.* c. 11. Convivia concelebrentur et passim, et tributim. *Liv.* l. 8. c. 7. *ad fin.* Concelebrare funus. *Tibull.* l. 1. el. 8. v. 50. Genium ludis et choreis. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 32. diem natalem. *Plin.* l. 34. c. 2. *ad fin.* mercatus in Delo. *Lucret.* l. 1. v. 4. Alma Venus, cæli subterlabentia signa, Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras. *h. e.* animantum frequentia comples. *to people, fill with inhabitants. Non.* c. 4. n. 105. exponit, *commoves.* Alii explicant, quæ cælo, terra, marique vagaris. *Plaut. Cas.* 4. 3. 1. Age tibicen suavi cantu concelebra omnem hanc plateam hymenæo. *h. e.* fac personet platea hymenæi vocibus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 72. Concelebrare victoriam fama et litteris. *to proclaim abroad, make public. h. e.* vulgare, et notam omnibus reddere. *Lucil.* apud *Non. loc. cit.* Multis indoctis sermonibu' concelebrarunt.

CONCELLĪTA, æ, m. qui in una simul cella cum alio Monachum agit. *Sidon.* l. 8. ep. 14. Concellita Luporum, Maximorumque.

CONCĒLO, as, a. 1. *to conceal*, ἀποκρύπτω, idem quod celo. *Gell.* lib. 11. cap. 9. Non id postea concelavit, quin gloriæ quoque hoc sibi assignavit. Adde lib. 15. c. 2.

CONCENTĬO, onis, f. *a concert of voices, joining together in one sound, symphony*, concentus, multorum simul canentium vox, συμφώνησις. *Cic. pro Sext.* cap. 55. Cum ageretur Togata, Simulans, caterva tota, clarissima concentione, in ore impuri hominis imminens, concionata est: Huic vitæ tuæ, &c. *Apul. de Mundo.* Mundanæ varietates, ad instar unius concentionis.

CONCENTURĬO, as, avi, atum, a. 1. per centurias colligo, et dispono. Jlocaliter *Plaut. Pseud.* 1. 5. 159. Dum concenturio in corde sycophantias. *Id. Trinum.* 4. 2. 160. Epistola illa mihi concenturiat metum in corde. *h. e.* auget.

CONCENTUS, us, m. *a concert of music, singing in tune, symphony; music, melody, harmony*, συμφωνία, συμφώνησις, vox et cantus multorum simul, consensus et harmonia plurium una canentium. *Cic. in Somn. Scip.* c. 5. Sonus, qui acuta cum gravibus temperans, varios æquabiliter concentus efficit. *Id.* 1. *de Legib.* c. 7. et *Virg.* 1. *Georg.* v. 422. Concentus avium. *Ovid. vers. et* lib. 11. *Metam.* Concentus lyræ, et vocis. *Id.* 1. *Fast.* v. 155. Volucres concentibus aera mulcent. *Stat.* 6. *Theb.* v. 227. Multa gemunt contra raucis concentibus agri. ¶ Dicitur etiam de multis vocibus consonis, *several words having the same sound. Gell.* l. 7. c. 20. *ad fin.* Ebriosa dixit propter consequentis litteræ concentum. Loquitur *Gell.* de illo *Catulli* carm. 25. v. 4. Ebriosa acina ebriosioris. ¶ Translate est concordia, consensio. *concord, agreement. Cic.* 1. *Offic.* c. 40. *extr.* Melior actionum, quam sonorum concentus est. *Id.* 3. *de Orat.* c. 6. Omnium doctrinarum quasi consensus, concentusque. *Horat.* lib. 1. ep. 14. v. 31. Nunc age, quid nostrum concentum dividat, audi. ¶ Dicitur etiam de coloribus. *Plin.* lib. 37. c. 6. Omnium in transitu colore inenarrabili, et in unum redeunte concentum. ¶ Apud *Tertull. advers. Jud.* c. 1. *concentus disputationis* est ipse disputantium clamor et concertatio.

CONCEPTACŬLUM, i, n. *a receptacle, receiver*, ὑποδοχή, ἐκδοχεῖον, quod aliquid continet. *Gell.* l. 18. c. 10. Vena est conceptaculum sanguinis: arteria est conceptaculum spiritus. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 51. *Hard.* Superbia alibi conceptaculum, sed in superciliis sedem habet.

CONCEPTĒLA, æ, f. *a receptacle*, conceptaculum. *Frontin. de aquæduct.* artic. 22. Nec Virgo, nec Appia conceptelas, id est piscinas habent. *Poleni* Editio ex MSS. habet *conceptacula*: quod certe est magis Latinum.

CONCĔPTIO, onis, f. actus concipiendi, complexio, comprehensio, σύλληψις. *Vitruv.* l. 9. c. 4. Mundus est omnium naturæ rerum conceptio summa. *Id. in præfat.* l. 8. Terra ex cælestium imbrium conceptionibus inseminata, fetus procreat. ¶ *Conceptio aquæ* dicitur collectio ejus ex fonte, lacu, vel flumine, ut per aquæductum in urbem perducatur. *Frontin. de aquæduct.* artic. 66. 67. 71. 73. et alibi: et *modus conceptionis* (*ibid.*) est quantitas aquæ collectæ, et in aquæductum derivatæ. ¶ Præterea *conceptio* dicitur comprehensio seminis, *the act of conceiving; conception. Cic. de Divin.* c. 22. Conceptio mulæ contra naturam fortasse: sed partus prope necessarius. *Plin.* l. 22. c. 22. Caucalis conceptionibus multum confert. ¶ Conceptio judicii, verborum, jurisjurandi, &c. est ratio, institutio, ordo, formula, *the form, wording, expressing, writing, or drawing up of bills*, &c. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 19. Omnis conceptio privatorum judiciorum in jure constituitur. *Paul. Dig.* l. 3. tit. 5. l. 46. In extraordinariis judiciis, ubi conceptio formularum non observatur. *Ulpian. Dig.* lib. 12. tit. 2. leg. 34. Si de qualitate juramenti fuerit dubitatum, conceptio ejus in arbitrio judicantis est. *Paul. Dig.* lib. 24. tit. 3. leg. 56. Conceptio stipulationis. *Id. ibid.* lib. 48. tit. 2. leg. 3. libellorum. *Pompon. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 5. verborum. ¶ *Conceptio rei* apud *Gell.* l. 11. c. 13. est expressio, seu explicatio rei verbis facta. Adde *Arnob.* l. 5. pag. 183. ¶ Apud Grammaticos idem est, quod syllaba. *Charis. initio* lib. 1.

CONCEPTĪVUS, a, um, adject. qui concipitur, *h. e.* exprimitur, declaratur. Hinc *conceptivæ feriæ* apud *Varron.* l. 5. *L. L.* c. 3. *extr.* quæ non habebant certos et constitutos dies, sed a magistratibus, vel sacerdotibus concipiebantur in dies certos, vel etiam incertos, ut Latinæ, Sementivæ, Paganalia, Compitalia, *moveable festivals.* Ita *Macrob.* lib. 1. *Saturn.* c. 16. et *Festus.* Eas *Varro loc. cit.* c. 4. vocat etiam *conceptas.* Quod vero cit. cap. 3. scribit *conceptivas esse, quæ non sunt annales*, non hoc dicit, non fuisse quotannis observatas, sed non recurrisse intra ipsum anni spatium, at modo antea, modo postea, quotannis tamen. ¶ Apud *Tertull. de resurr. carn.* c. 40. Fides et dilectio non substantiva animæ, sed conceptiva. *h. e.* quæ in anima concipiuntur.

CONCEPTO, as, a. 1. *to conceive*, frequentat. a concipio. *Arnob.* l. 4. pag. 141. His in lucem prodeunt generationibus dii vestri, quibus asini, porci, canes, quibus immunda hæc omnis conceptatur, et gignitur terrenarum proluvies bestiarum. ¶ Translate *Ammian.* l. 31. c. 10. (*al.* 26.) Germani exarsere flagrantius, majoraque conceptantes, nostra confidentius irruperunt. *h. e.* cogitantes, parantes.

CONCEPTOR, oris, m. qui concipit. *Arat.* l. 2. *in Act. Apost.* c. 16. v. 437. Peccati conceptor erat.

CONCEPTUM, i, n. V. in *Conceptus, us.*

CONCEPTUS, a, um, *conceived, received*, συνειλημμένος, συλληφθείς, receptus, comprehensus. *Lucret.* l. 6. v. 627. docui multum quoque tollere nubes Humorem magno conceptum ex æquore ponti. *h. e.* haustum, collectum. et vers. 880. Stuppa jacit flammas concepto protinus igni. *Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 3. *ad fin.* Arcus est imago solis, roscida et cava nube concepta. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 17. Excute virgineo conceptas pectore flammas. *Curt.* l. 6. c. 4. Amnis ex fonte conceptus. *Colum.* l. 7. c. 5. Ex calore et æstu concepta pestis. ¶ *Furtum conceptum* est deprehensum, cum apud aliquem coram testibus res furtiva invenitur, ut *Paul.* l. 2. *sentent.* tit. 32. docet. Hinc *furti concepti*, immo absolute *concepti agere* dicitur is, qui rem furtivam concepit, et invenit. et *concepti actione* is tenetur, apud quem furtum quæsitum, et inventum est, quamvis ipse fortasse fur non sit. *Id. ibid.* Adde *Justinian.* l. 4. *Institution.* tit. 1. et *Gell.* l. 11. *c. ult.* ¶ Sæpissime *conceptus* dicitur de fetu in utero matris progenito. *conceived, engendered, born. Cic. pro Cluent.* c. 11. Conceptus ex fratre. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 183. Puer furto conceptus. *Id.* 6. *Fast.* v. 635. Servius conceptus a captiva. *Id.* 3. *Metam.* v. 214. De lupo concepta Nape. *Plin.* l. 8. c. 16. Conceptus leone. *Petron. in Satyr.* c. 33. Pavonis ova gallinæ jussi supponi, et timeo, ne jam concepta sint. *h. e.* ne pullos habeant conceptos, et formatos. *Al. aliter leg.* ¶ Translate est occultatus, clam nutritus. *conceived, hatched. Cic. post redit. ad Quirit.* c. 1. Quod odium scelerati homines in rempubl. conceptum jamdiu continerent. *Id. pro Sull.* c. 24. Furor conceptus erupit. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 9. Discordia est ira acerbior, intimo odio et corde concepta. *Id.* 2. *de Fin.* c. 2. Voluptas firme concepta animo atque comprehensa. *strongly conceived and comprehended. Id. Verr.* 6. c. 32. *extrem.* Nefarium scelus con-

ceptum. h. e. excogitatum, et patratum. Sueton. in Calig. c. 40. Lites, et judicia concepta. h. e. instituta, suscepta. Cic. 2. Verr. c. 16. Delere potestis maculam conceptam aliquot per annos huic ordini. contracted, incurred. Id. pro Mur. c. 39. Hoc quod conceptum respublica periculum parturit, consilio discutiam et comprimam. h. e. intestinum, et veluti intra viscera. Virg. Æn. 12. v. 158. Fœdus conceptum. a treaty entered upon. Cæs. l. 3. B. Civ. c. 10. Habere inimicitias cum aliquo, conceptas ex ædilitate. Sueton. in Aug. c. 6. Concepta opinio. an opinion conceived, notion entertained. Curt. l. 10. c. 7. Spes concepta de aliquo. Quintil. l. 10. c. 7. Affectus bene concepti. strongly impressed. ¶ Valet etiam idem, quod comprehensus, expressus, pronuntiatus. expressed, worded, couched, drawn up. Hinc Varr. l. 6. L. L. c. 3. extr. Mysteria pristina sacris concepta verbis. ¶ Hinc concepta verba sunt quæ certa formula comprehenduntur, ratio et formula certa verborum. a set form of words. Varro loc. cit. Et, conceptis verbis jurare est jurare certa formula ab eo præscripta et dictata, qui juramentum defert. Plaut. Cistell. 1. 1. 100. Ille conceptis juravit verbis apud matrem meam. Cic. pro Cluent. c. 4. Conceptis verbis pejerare. Petron. in Satyr. c. 113. extr. Jurat Eumolpus verbis conceptissimis. ¶ Huc pertinent etiam illa Pauli Dig. lib. 24. tit. 3. leg. 45. Concepta stipulatio. et Papiniani lib. 20. tit. 1. leg. 1. Concepta conventio. et ejusdem lib. 1. tit. 5. leg. 8. Tenor instrumenti male concepti. ¶ Concepta feriæ apud Varron. l. 5. L. L. c. 4. eædem quæ conceptivæ. V. ¶ Concepta classica cornu apud Lucan. l. 7. v. 476. est signum pugnæ datum sono cornus.

CONCEPTUS, us, m. idem quod conceptio. Sueton. in Vitell. c. 8. Flagrante triclinio ex conceptu camini. ¶ Item conceptaculum, a receptacle, reservoir. Senec. l. 5. quæst. natur. c. 15. Vidisse flumina ingentia, et conceptus aquarum inertium vastos. Plin. l. 3. c. 5. de Tiberi. Novenorum conceptu dierum navigabilis. h. e. postquam cohibitæ fuerint aquæ, ut emissæ largius fluant. after having been stopped nine days. ¶ Item conceptio fetus, conception. Cic. l. 1. de Divin. c. 42. Quædam oriebantur ex hominum, pecudumve conceptu. Plin. l. 30. c. 12. Cochleæ in cibo sumptæ accelerant partum: item conceptum. ¶ Dicitur etiam de plantis. a budding, sprouting. Id. l. 17. c. 2. Ut absumpto partu arborum sequatur protinus conceptus, idest germinatio. Id. ibid. c. 18. Conceptus satorum. ¶ Ponitur et pro ipso fetu, the fœtus: et reperitur aliquando in neutro genere. Sueton. in Domit. c. 22. Coacta conceptum a se abigere. to miscarry. Scribon. Larg. in epist. ad C. Jul. Medicamentum, quo conceptum excutitur. Plin. l. 28. c. 19. Conceptus leporis utero exemptus. ¶ Pro consilio, cogitatione, deliberatione, Jul. Firmic. l. 5. Astron. c. 12. Qui omnes animi sui conceptus studeant ad finem usque deducere. their designs.

CONCERNO, is, a. 3. simul cerno. Augustin. l. 5. Confess. c. 10. extr. Talem naturam ejus nasci non posse de Maria virgine arbitrabar, nisi carni concerneretur. Concerni autem, et non inquinari, non videbam. h. e. misceri, velut ea, quæ simul cernuntur, h. e. cribrantur.

CONCERPO, is, psi, ptum, a. 3. to pull, tear, or rend in pieces, idem ac discerpo, lacero: a con, et carpo. Cic. Attic. l. 10. ep. 12. Tuas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito. ¶ Translate Cæl. ad Cic. Fam. 8. ep. 6. ad fin. Quod scripsi, Curionem valde frigere, jam calet. nam ferventissime concerpitur. h. e. dictis laceratur.

CONCERPTUS, a, um, pulled in pieces, discerptus. Plin. l. 21. c. 3. sub fin. Folia coronæ concerpta in scyphum. Id. l. 28. c. 15. et l. 31. c. 9. Linteolum concerptum. a tent to put into wounds.

CONCERRÆ. V. Cangerræ.

CONCERTATĬO, onis, f. a contention, strife, conflict, debate, dispute, ἀγώνισις, certamen, contentio. Cic. 2. de Orat. c. 16. Sine ulla serie disputationum, et sine jejuna concertatione verborum. Id. l. 1. de Divin. c. 30. Carneades concertationis studio modo ait hoc, modo illud. Adde in Partit. c. 23. ubi Turneb. l. 3. Adversar. c. 2. notat designari a Cicer. hac voce τὴν ἐριστικήν.

CONCERTATĪVUS, a, um, pertinens ad simul certandum. Quintil. l. 7. c. 2. Mutua accusatio, quam Græci ἀντικατηγορίαν vocant, nostri quidam concertativam.

CONCERTĀTOR, oris, m. a rival, qui simul certat, æmulus. Tacit. 14. Ann. c. 29. Paulinus scientia militiæ, et rumore populi, Corbulonis concertator.

CONCERTATORĬUS, a, um, controversial, ἀγωνιστικός, contentiosus. Cic. in Brut. c. 83. Hoc forense, concertatorium, judiciale non tractavit genus.

CONCERTĀTUS, a, um, adject. discussed, simul certatus. Cic. in Partit. c. 28. Quæ ante, quam res in judicium venit, aut concertata, aut dijudicata, aut confecta non sint. h. e. certando disputata.

CONCERTO, as, avi, atum, n. 1. to contend, strive together, contest, dispute, debate, συναγωνίζομαι, idem quod certo, vel simul certo: et usurpatur fere in disputationibus, et altercationibus. Cic. Attic. l. 3. ep. 12. Nunquam accidit, ut cum eo verbo uno concertarem. Id. 3. de nat. Deor. c. 16. Concertare cum aliquo de re quapiam. ¶ Item to strive for the mastery, contend. Colum. l. 8. c. 15. Concertare velocitate nandi. ¶ Cum dativo translate Manil. l. 5. v. 507. triclinia templis Concertant, tectique auro jam vescimur auro.

CONCESSATĬO, onis, f. a ceasing, stopping, cessation, respite, cessatio, παῦσις. Colum. l. 11. c. 1. ante med. In itinere conficiendo sæpe dimidio maturius pervenit is, qui naviter, et sine ullis concessationibus permeabit.

CONCESSĬO, onis, f. an allowing, permitting, suffering, actus concedendi, συγχώρησις. Cic. Attic. l. 3. ep. 24. Et nostra concessione omnem vim sui juris amiserint. Planc. ad Coss. &c. Fam. 10. ep. 8. Conçessiones præmiorum. the awarding. Varr. l. 1. R. R. c. 17. sub fin. Concessio, ut peculiare aliquid in fundo pascere liceat. ¶ Est item Figura Rhetorica, cum aliquid etiam iniquum videtur Orator pati, atque concedere, ut quæ deinde dicturus est, graviora videantur. Quintil. l. 9. c. 2. ¶ Item pars constitutionis juridicialis, cum reus postulat sibi ignosci: et dividitur in purgationem, et deprecationem. Auct. ad Herenn. l. 1. c. 14. Cic. l. 2. de Invent. c. 31.

CONCESSĪVUS, a, um, adject. qui concedit. Vox est Servii ad illud Virg. Æn. 10. v. 33. neque illos Juveris auxilio. Concessivus est, inquit, modus iste secundum Probum. Adde Diomed. l. 1. pag. 390. Putsch.

CONCESSO, as, n. 1. cesso. Plaut. Pœn. 1. 2. 9. Nunquam concessavimus lavari, aut fricari, aut ornari. Id. Asin. 2. 2. 24. Concessare pedibus.

CONCESSUM, i, n. permission, [† τὸ] συγχωρηθὲν, permissio, concessio. Cic. pro Cæl. c. 20. Sed abhorret non modo ab hujus sæculi licentia, verum etiam a majorum consuetudine, atque concessis.

CONCESSUS, us, m. a permitting, allowing; permission, leave, συγχώρησις, permissio. Cic. pro Cæl. c. 12. Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus ætati. Id. Fam. 4. ep. 6. extr. Quiescere concessu, et beneficio alicujus. Id. de Univ. in fi. Philosophia data est mortalium generi deorum concessu, atque munere. ¶ Eodem uno ablativo casu usurpant Cic. aliis in locis, Cæs. et sæpe Tacit.

CONCESSUS, a, um, granted, allowed, given, permitted, datus, permissus, δεδομένος. Cæs. l. 1. B. Gall. c. 44. Habere sedes in Gallia ab ipsis Gallis concessas. Virg. 5. Æn. v. 798. Si concessa peto, si dant ea mœnia Parcæ. Ovid. 3. Amor. el. 4. v. 15. de equo. ut primum concessas sensit habenas. Id. 9. Metam. v. 453. Amare concessa. Lucan. l. 2. v. 446. Concessa pudet ire via, civemque videri. ¶ In disputationibus Cic. 2. de Divin. c. 51. Vides ne, quæ dubia sint, ea sumi pro certis atque concessis? ¶ Concessus, cui concessum est. Virg. Æn. 3. v. 700. et fatis nunquam concessa moveri Apparet Camarina procul. Manil. l. 4. v. 357. Quæ fastidito concessa est jure potiri.

CONCHA, æ, f. a shell-fish; a shell, sea-shell, κόγχη, testa durior piscium (de testarum varietate omnino videndus Plin. l. 9. c. 33.) a voce Græca allata. Cic. 2. de nat. Deor. c. 48. Pinna duabus grandibus patula conchis, &c. admonita a squilla, morsu comprimit conchas. Id. 2. de Orat. c. 6. Conchas et umbilicos ad Cajetam legere. Ovid. 6. Fast. v. 174. Ostreaque in conchis tuta fuere suis. ¶ Speciatim dicitur de illis, in quibus margaritæ nascuntur. a pearl oyster: mother of pearl: de quibus multa Plin. l. 9. c. 35. et alibi: et metonymice ponitur pro margarita, a pearl. Propert. l. 3. el. 11. v. 6. ¶ Item de illis, quibus integuntur purpuræ, ex quarum sanie nobilissimus ille purpureus color olim fiebat. Lucret. l. 2. v. 500. Melibœaque fulgens Purpura Thessalico concharum tincta colore. [† V. Conchylium et Murex.] ¶ Item de testa cochlearum. a snail-shell, snail-horn. Colum. l. 10. v. 323. teneras audent erodere frondes Implicitus conchæ limax, hirsutaque campe. ¶ Conchæ minutæ sunt, quas nos escalops, scallops appellamus, frequentes in cibis. Plin. l. 35. c. 5. ¶ Est etiam genus vasis concavum ad conchæ similitudinem ad varios usus. Horat. l. 1. sat. 3. v. 13. sit mihi mensa tripes, et Concha salis puri. a salt-cellar. Id. l. 2. od. 7. v. 22. Funde capacibus unguenta de conchis. bottles. (Conchas hasce unguentarias fuisse plerumque ex conchis margaritarum, colligi potest ex Plin. l. 9. c. 35. ante med.) Cato R. R. c. 66. Capulator concha oleum tollat. a ladle. Sic Colum. l. 12. c. 5. Conchæ, quibus oleum depletur. Plin. l. 33. c. 5. Chrysocolla tunditur, dein lavatur in conchis. in pans. Martian. Dig. lib. 33. tit. 7. leg. 17. Peniculi, cauteria, conchæ. the shells in which painters put their colours. Juvenal. sat. 6. v. 303. Cum bibitur concha. h. e. cum in vase unguentario vinum bibitur unguento mixtum: quod in luxu et ebrietate aliquando fiebat. Adde Paul. lib. 3. sentent. tit. 7. sub fin. item Caton. de R. R. ubi pro certo genere mensuræ ponitur. cap. 56. Sumito farinæ minutæ conchas duas. ¶ Est etiam genus tubæ, quæ a Poetis tribuitur Tritonibus, qui sunt Neptuni tubicines, a trumpet made of a hollow shell. Plin. l. 9. c. 4. Visum, auditumque in quodam specu concha canentem Tritonem. Lucan. l. 9. v. 349. ventosa perflantem murmura concha. Virg. Æn. 6. v. 171. tribuit Miseno tubicini Æneæ. ¶ Obscenum sensum videtur habere apud Plaut. Rud. 3. 3. v. pænult. et τὸν χοῖρον significare.

CONCHĀTUS, a, um, adject. in modum conchæ curvatus. Plin. l. 10. c. 20. Conchata cauda pavo quærit, &c.

CONCHĔUS, a, um, adject. ad concham pertinens. Bacca conchea est margarita, a pearl. Virg. in Cul. v. 66. nec Indi Conchea bacca maris pretio est.

CONCHICLA FABA, apud Apic. l. 5. c. 4. eadem est ac Conchis, scil. faba integra, et solida, cum cortice suo decocta. Hinc Conchiclatus, apud eund. ibid.

CONCHIS, chis, f. a bean boiled in the shells or pods, κόγχος, faba integra, et cum cortice suo, a conchæ similitudine, quod fracto cortice velut implicita conchis suis caruncula videatur, cui opponitur faba fresa: vel edulium ex faba peculiari ratione condita, de qua Apic. loc. cit. in voce præced. verba facit. a dish made of beans, leeks, oil, &c. Ab Athen. l. 4. c. 16. inter viliores cibos numeratur, et κόγχος appellatur. Martial. l. 13. epigr. 7. cujus lemma est Conchis faba. Si spumet rubra conchis tibi pallida testa, Lautorum cœnis sæpe negare potes. Juvenal. sat. 3. v. 293. Cujus aceto, cujus conche tumes? Adde sat. 14. v. 131.

CONCHISŎNUS, a, um, qui concha sonat. Stat. 1. Achill. v. 55. cantuque quieto Conchisoni Tritones eunt, scopulosaque Cete. Ita legit in suo Codice Ricciolius auctor Prosodiæ Bononiensis. Ceteri omnes habent armigeri. Ad quem locum ita notat Vet. Scholiast. anonym. in Bibliotheca Florentina Medicea: Tritones sunt pisces, qui dicuntur magna buccina ferre arma Neptuni.

CONCHĪTA. V. Conchyta.

CONCHŬLA, æ, f. diminut. parva concha. Cels. l. 2. c. 29. Omnes fere conchulæ, maximeque jus earum. Valer. Max. l. 8. c. 8. n. 1. Constat, vagas litoribus conchulas, et umbilicos lectitasse.

CONCHYLIĀTUS, a, um, dyed with purple, of a purple or violet colour, κογχυλιώδης, conchylii colore tinctus, purpureus. Cic. 2. Phil. c. 27. Conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres. Plin. l. 9. c. 39. Conchyliata vestis. ¶ Item purpura amictus, clothed in purple. Senec. ep. 62. Relictis conchyliatis, cum illo seminudo loquor.

CONCHYLILEGŬLUS, i, m. one who goes in quest of the shell-fish from which purple is made, [† idem quod Conchyta,] qui conchylia in mari quæritat, κογχυλιευτής. Impp. Theod. et Valent. lib. 11. Cod. tit. 7. leg. pænult. Qui patre conchylilegulo geniti probabuntur. ¶ Legitur et Conchyliolegulus.

CONCHȲLIS, idos, f. patronym. quasi conchyliata. Catull. carm. 63. de nupt. Pel. et Thet. v. 49. Tincta tegit roseo conchylis purpura fuco. Ita vulgo legitur, et ita habent Lexicographi multi: sed veteres Codices exhibent conchyli; estque constructio: fuco roseo conchyli, pro conchylii. Sic Lucret. l. 6. v. 1072. Purpureusque color conchyli mergitur una Corpore cum lanæ. et Serenus Sammon. capit. 43. v. 805. Purpura torretur conchyli perlita fuco. et infra cap. 64. v. 1109. Quod fuerit vero conchyli sanguine tinctum. ¶ Non videtur igitur hæc vox conchylis temere in Latium inducenda: tametsi in utroque Sammonii loco sunt qui legunt conchylis.

CONCHYLĪUM, ii, n. a kind of shell-fish from which purple dye was made, κογχύλιον, piscis ex genere concharum, ex cujus sanie purpureus color fiebat. Colum. l. 8. c. 16. a med. Limosa regio idonea est conchyliis, muricibus, et ostreis. Adde Vitruv. l. 7. c. 13. et V. Ostrum. ¶ Item color austerus in glauco, et irascenti similis mari, ut Plin. l. 9. c. 36. loquitur, qui olim ex eo pisce contrito extrahebatur ad tingendas vestes, maximoque in pretio habebatur, a purple colour, deep violet colour. Alius erat a colore purpuræ, vel quia purpura e pelagio et murice (ejusdem generis conchis, diversæ tamen speciei) admixtis fiebat: vel potius ex minori, vel majori tincturæ saturitate (quod et Senec. monet l. 1. quæst. nat. c. 3. ad fin.) quia purpura fuit colore rubeo nigricanti, conchylium non quidem rubebat, sed ad purpuram tamen accedebat. Nam conchylii tres fuere gradus: unus in heliotropio, et in aliquo ex his, plerumque saturatior: alius in malva, ad purpuram inclinans: alius in viola serotina, conchyliorum vegetissimus, ut Plin. l. 21. c. 8. docet. V. Ostrum. ¶ Tincturæ hujus originem tradit Cassiod. l. 1. ep. 2. extr. Cum fame canis avida in Tyrio litore projecta conchylia impressis mandibulis contudisset, illa naturaliter humorem sanguineum defluentia, ora ejus mirabili colore tinxerunt. Et ut est mos hominum occasiones repentinas ad artes ducere, talia exempla meditantes, fecerunt Principibus decus nobile, &c. Hæc Cassiod. Verum ea omnis tingendi ratio jampridem omnino desiit: et hujus purpuræ loco successit fucus, quo omnes illos colores non infeliciter, et minori impendio imitamur. Plin. cit. l. 9. c. 36. Concharum ad purpuras et conchylia eadem est materia, sed distat temperamento. Cic. Verr. 6. c. 26. Per triennium isti stragulam vestem confecit: nil nisi conchylio tinctum. ¶ Advertendum tamen est illud discrimen inter purpuram et conchylium non omnino semper servari a Scriptoribus. Nam, ut alios omittam, ipse Cic. modo allatus, paulo post purpuram nominat, cum conchylicum dixisset. ¶ Aliquando conchylium ponitur ad significandas ipsas vestes conchylio tinctas. purple garments.

Juvenal. sat. 8. v. 101. Spartana chlamys, conchylia Coa. Adde *Sat.* 3. v. 81. ¶ Interdum ad significandas quascumque marinas conchas. *Plin.* l. 9. c. 36. Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur perforando reliqua conchylia. *Cic. in Pison.* c. 27. *ad fin.* Exstructa mensa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida. *Horat. Epod.* 2. v. 49. Conchylia Lucrina. *oysters.* Adde lib. 2. sat. 8. v. 27. et *Cels.* l. 2. c. 18.

CONCHȲTA, æ, m. κογχυλιευτής, qui conchylia quærit in mari. *Plaut. Rud.* 2. 2. 5. Salvete fures maritimi, conchytæ, atque hamiotæ. Legitur et *Conchita.* [† V. *Conchylilegulus.*]

CONCĪDES. V. *Concædes.*

CONCĪDO, is, idi, isum, a. 3. *to cut, cut in pieces,* συγκόπτω, περικόπτω, idem quod cædo, item simul, aut minutatim cædo: a *con,* et *cædo. Varr.* l. 4. *L. L.* c. 27. Succidia ab suibus concidendis. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 34. Quidquid aridum est, usque ad sanum corpus concidere. *Plin.* l. 18. c. 6. *extr.* Humidiorem agrum fossis concidi, atque siccari, utilissimum est. *Petron. in Sat.* c. 141. Concidere corpus in partes. *Colum.* l. 12. c. 22. Hæc minute concidito, et admisceto pici. *cut or chop small.* ¶ Significat etiam verberare, præsertim si ex verbere cutis laceratio sequatur, *to beat, scourge severely. Cic. Verr.* 3. c. 47. Virgis plebem Romanam concidere. *Juvenal.* sat. 6. v. 413. Concidere aliquem loris. ¶ Item conficere, occidere, *to cut to pieces, cut down, kill, slay. Nepos in Dione, c. ult.* Nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 11. Hi novissimos adorti, magnam multitudinem eorum conciderunt. ¶ Item destruere, *to break in pieces, disable, destroy. Liv.* l. 38. c. 39. Quinquaginta tectas naves aut concidit, aut incendit. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 69. minutos numeros sequens, concidit delumbatque sententias. *to break into small pieces. Id.* 4. *Acad.* c. 13. *ad fin.* Hæc autem universa concidunt etiam minutius. *h. e.* disputando dividunt. Adde *Quintil.* l. 5. c. 10. *post med.* et lib. 3. c. 11. quibus locis *concidere* pro nimis minute dividere adhibetur. Quo pertinet etiam locus *Plinii* l. 18. c. 25. sect. 59. *extr.* Nec deinde parvorum siderum mentione concidenda ratio est. *h. e.* rerum dicendarum series dividenda, atque interrumpenda. *Harduin.* aliter explicat. ¶ Eleganter ponitur pro labefactare, evertere, *to loosen, weaken, subvert, ruin, destroy. Cic.* 3. *de Orat.* c. 1. Cum omnem auctoritatem universi ordinis in conspectu populi R. concideris. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 33. *extr.* Timocratem, quia nescio quid in philosophia dissentiret, totis voluminibus concidit. *Id. Phil.* 5. c. 11. Concidere aliquem decretis Senatus. *to condemn. Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 4. Vatinium arbitratu nostro concidimus. et epist. 6. *ad fin.* Servius allisus est, ceteri conciduntur. *h. e.* judicio perduntur, damnantur, ut *Manut.* exponit. *Quintil.* l. 1. c. 7. *ad fin.* (*al.* c. 13.) Concidere, et comminuere ingenia. ¶ *Concidere aliquem articulatim* dixit *Plaut. Epid.* 3. 4. 52. pro ludificare, fallere, magna aliqua re fraudare. Mox enim sequitur: *tibi os est sublitum plane, et probe.* ¶ Concidere testamentum, apud *Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 4. leg. 1. est abrogare, *to annul.* ¶ Habet etiam obscenum sensum, ut *percido.* V. *Cicer. Verr.* 5. c. 66. ubi examinat verba illa Timarchidis, *cæde, concide.* et *Lamprid. in Heliogab.* c. 10.

CONCĬDO, ĭdis, ĭdi, n. 3. *to fall down, fall to the ground,* καταπίπτω, idem quod cado, ruo, vel simul cado: a *con,* et *cado. Cic. in Somn. Scipion.* c. *pænult.* Vel concidat omne cælum. *to fall in. Id.* l. 1. *de Divin.* c. 35. Equus repente concidit. *broke down. Id.* 2. *de Orat.* c. 86. Conclave concidit. *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 7. Concidere casu gravi. *Virg.* 5. *Æn.* v. 447. Graviter ad terram concidere. *Id. ibid.* v. 333. Concidere in fimo immundo. *to slip down. Liv.* l. 24. c. 8. Concidere sub pondere. *Plaut. Epid.* 2. 2. 16. Concidere in cursu. *Horat.* l. 1. od. 12. v. 30. Concidunt venti. *h. e.* ponunt flatus. *settle, subside.* ¶ Sæpe sumitur pro mori, *to fall, die. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 37. Brutus in prœlio concidit. *Sueton. in Claud.* c. 34. Cum par gladiatorum mutuis ictibus concidisset. *Ovid. Heroid.* ep. 7. *extr.* Ipsa sua Dido concidit usa manu. *Sil.* l. 1. v. 307. Concidit exacti medius per viscera teli. ¶ Eleganter *Id. ibid.* ep. 21. v. 215. Concidimus macie. *I am wasted away with hunger.* ¶ Translate est ruere, perire, deficere. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 8. Urbs incendio conflagrata concidit. *Virg.* 11. *Æn.* v. 245. Contigimusque manum, qua concidit Ilia tellus. *Cic.* 1. *Attic.* ep. 16. *circa med.* Senatus auctoritas concidit. *is weakened. Id. in Orat.* c. 43. Meæ forenses artes, et actiones publicæ conciderunt. *have fallen into disuse. Id. Verr.* 6. c. 6. Ista præclara nomina artificum [illegible]ris æstimatione conciderunt. *have fallen into disrepute.* [illegible]d. *pro leg. Manil.* c. 7. Romæ, solutione impedita, fides concidit. *credit is sunk. Id. Attic.* 7. ep. 25. Malas causas semper obtinuit: in optima concidit. *fails.* Sic *Attic.* l. 1. ep. 16. Fractus reus, et una patroni omnes conciderunt. [illegible] lib. 3. ep. 10. Concidere ex amplo statu. *to fall away.* [illegible] 2. *de Divin.* c. 58. Contrahitur animus, et quasi labitur [illegible]que concidit. *droops, loses courage. Liv.* l. 28. c. 26. Tum [illegible]nis ferocia concidit. *Hirt.* l. 3. *B. Gall.* c. 19. Hostes [illegible]ncidunt animis. *are disheartened. Ovid.* 4. *ex Ponto,* ep. 6. v. 14. Ipsum morte tua concidit auxilium. *Horat.* l. 3. od. 16. v. 11. Concidit auguris Argivi domus. *has become extinct. Tacit.* 2. *Hist.* c. 57. Concidit bellum. *the war is over. Id. Ann.* 12. c. 13. Persarum opes conciderant. *had fallen to the ground.*

CONCĬĔO, es, a. 2. et Concio, is, ivi, a. 4. *to move, stir up, rouse, excite,* συγκινέω, idem quod cieo, et cio, moveo, commoveo; et fere in malam partem. Est enim cum perturbatione commovere, ut *Non.* c. 2. n. 165. docet. *Liv.* l. 1. c. 59. Lucretiæ corpus in forum deferunt, concientque miraculo rei novæ homines. *Id.* l. 3. c. 53. Ne cui fraudi sit concisse milites ad repetendam libertatem. *Sil.* l. 12. v. 611. *de Jove.* Fulminaque, et tonitrus, et nimbos conciet atros. *summons. Lucret.* l. 6. v. 409. Jupiter et tenebras, et fremitus, et murmura conciet. *Id. ibid.* v. 826. quasi quendam conciet æstum. *Terent. Heaut.* 5. 2. 17. Quantas turbas concivi insciens! *have I raised! Id. Hecyr.* 3. 1. 33. Fortasse unum aliquod verbum inter eas iram conciverit. *Plaut. Amph.* 1. 2. 14. Amphitruo uxori turbas conciet, atque insimulabit probri. *will spread a dishonourable report about; will kick up a dust with his wife. Id. Men.* 5. 5. 4. Qui suo regi tantum concivit mali. *Accius* apud *Non. loc. cit.* Pontus strages conciet. ¶ Ponitur et pro convocare, congregare. *to call together, assemble, collect. Valer. Flacc.* l. 6. v. 34. quanto Scythiam molimine Perses Concierit. *h. e.* quanto apparatu Scythas ad se convocaverit ad bellum. *Liv.* l. 1. c. 8. Obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem. *Id.* l. 25. c. 27. Cum exercitum ex tota insula conciri videret. *Vellei.* l. 2. c. 74. Conciens eos ad arma. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 19. Donis auxilia concibant. Adde *Plin.* l. 9. c. 8. *a med.* ¶ *Tacit. Ann.* 16. c. 17. Mella accusatorem concivit Fabium Romanum. *h. e.* contra se excitavit. Sic *Ann.* 11. c. 19. Concire hostem. *to provoke, anger, rouse, draw upon one's self.* ¶ De supino *concitum* V. dicta in *Cieo.*

CONCILIABŬLUM, li, n. *a place of assembly, place to meet in,* σύλλογος, λέσχη, locus, ubi in concilium convenitur, inquit *Festus:* h. e. ubi congregantur homines colloquendi, et agendi causa, qualia in vicis sunt, et in agris, ubi rustici coeunt certis diebus vel ad emendum et vendendum, vel ad agendum de rebus publicis ad se pertinentibus. In Provinciis erant minora quædam oppida, aut vici, qui constituebantur a Prætoribus tum nundinis habendis, tum juri inter provinciales dicundo: atque adeo cum municipiis, coloniis, oppidis, præfecturis, foris, vicis, et castellis numerantur a *Paulo* lib. 4. *sentent.* tit. 6. *Tertull. in Apolog.* c. 37. et in fragmento veteris legis Mamiliæ, apud *Goes.* pag. 339. Eorum aliqua interdum relata esse in jus municipii, testantur *Frontin. de limitib.* et *Aggen. Urbic. ibid.* pag. 41. et 60. Quin putat *Turneb. Adversar.* l. 1. c. 11. quotiescumque *Livius* conciliabula nominat, intelligere omnia oppida, et castella extra urbem, ubi aliqui essent conventus juridici: ut lib. 40. cap. 37. Supplicationem in biduum in urbe, et per omnia fora, conciliabulaque edixerunt. et lib. 7. c. 15. *extr.* Nundinas, et conciliabula obire. et lib. 34. c. 1. Etiam ex oppidis, conciliabulisque convenerant. et cap. 56. Conjuratione per omnia conciliabula universæ gentis facta. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 40. Per conciliabula et cœtus seditiosa disserebant. ¶ Inter *forum,* et *conciliabulum* hoc est discrimen, quod quamvis utrobique jus diceretur, et negotiationes fierent; tamen *fora* majora, et frequentiora, et majoris erant juris, quam *conciliabula.* Ita *Turneb. loc. cit.* At *Popma* ita distinguit, ut *fora* in oppidis essent, aut vicis, *conciliabula* in agris: illa juri dicundo præsertim destinata, hæc nundinis et negotiationibus rusticorum prima institutione assignata. ¶ *Plaut. Bacch.* 1. 1. 47. appellat *conciliabula,* et *Trin.* 2. 2. 33. *conciliabula damni* domos meretricum. ¶ Quidam tribuunt etiam *Ciceroni in fragment. de Divin.* sed quæ afferunt, non sunt *Ciceronis,* sed *Gracchi* apud *Diomed.* l. 1. pag. 371. *Putsch.* ¶ Apud *Hieronym.* epist. 3. *ad Heliodor. post med. conciliabula Martyrum* sunt loca, in quæ conveniunt ad eorum memoriam celebrandam, ut fana, sacella, &c. ¶ Apud *Tertull. de Spectacul.* c. 8. *conciliabula spectaculorum* sunt loca, in quæ conveniunt homines spectandi causa, ut circus, Theatra, &c.

CONCILĬANS, antis, qui conciliat. *Ovid. de remed. Amor.* v. 524. En etiam partes conciliantis ago. *Id.* 1. *Amor.* el. 13. v. 42. Num me nupsisti conciliante seni?

CONCILIATĬO, onis, f. *a joining together, uniting, associating,* actus conciliandi, consociatio, conjunctio, communitas. *Cic.* 1. *Offic.* c. 41. *extr.* Communem totius generis hominum conciliationem et consociationem colere, tueri, servare debemus. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 31. Dii inter se quasi civili conciliatione et societate conjuncti. *bond, union.* ¶ Item commendatio, qua aliquid conveniens alicui redditur, et secundum naturam. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 6. Non inest in primis naturæ conciliationibus honesta actio. ¶ Item propensio, proclivitas ad eas res, quæ secundum naturam, aut jucunda et utilia sunt. *bent, inclination. Id. ibid.* Prima est enim conciliatio hominis ad ea, quæ sunt secundum naturam. ¶ Item comparatio, acquisitio, captatio. *Id. pro Cluent.* c. 31. Pecuniam Staleno dedit Oppianicus, non ad corrumpendum judicium, sed ad conciliationem gratiæ. *for the sake of procuring,* &c. ¶ Pertinet etiam ad conventiones, et contractus. Nam omnis conventio *conciliatio* nominatur, inquit *Donatus ad Terent. Eun.* 4. 4. 2. cujus verba V. in *Conciliatus, a, um.*

CONCILIĀTOR, oris, m. *one who reconciles, procures, manages between parties, brings about,* διαλλακτής, προξενητής, qui conciliat, pararius. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Lanius conciliator suillæ canis datus populo. *h. e.* qui parat, condit, commendat, et facit, ut populo sapiat. *Plin.* l. 9. c. 59. Piscis conciliator capturæ. *h. e.* qui in causa est, cur ceteri capiantur. *Ascon. in Verr.* 4. c. 8. ubi *Cicero* habet: *quidam istius excursor, et emissarius:* Sic vocantur conciliatores furtorum. *h. e.* qui aliis indicant res auferendas, *accessary to, instrumental in. Liv.* l. 27. c. 15. *ad fin.* Conciliator proditionis. *the abettor of. Nepos in Attic.* c. 12. Conciliator nuptiarum. *Sueton. in Aug.* c. 48. Promptissimus affinitatis cujusque, atque amicitiæ conciliator et fautor. *reconciler, conciliator. Apulei. in Apolog.* Quietis, et concordiæ, pietatis auctor, conciliator, favitor. Adde *Tacit.* 1. *Ann.* c. 58. ¶ Speciatim sumitur pro lenone, *a pimp, procurer. Vopisc. in Carino,* cap. 16. Matronianum, veterem conciliatorem, præfectum prætorii fecit.

CONCILIATRICŬLA, læ, f. diminut. a *conciliatrix. Cic. pro Sext.* c. 9. Erat enim hominum opinioni, nobilitate ipsa, blanda conciliatricula, commendatus.

CONCILIĀTRIX, icis, f. *she who reconciles,* προξενήτρια, quæ conciliat. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 27. *ad fin.* Blanda conciliatrix, et quasi sui lena, natura. *Id. de Amic.* c. 11. Virtutis opinio conciliatrix amicitiæ. *Id.* 1. *de Legib.* c. 9. Vis orationis conciliatrix est humanæ maxime societatis. *Plaut. Mil.* a. 5. v. 17. Itaque ancilla, conciliatrix quæ erat, dicebat mihi. *a procuress.* quo sensu usurpavit etiam *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 86. ¶ Sed est etiam *conciliatrix* honesta. *Festus:* Conciliatrix dicitur, quæ viris conciliat uxores, et uxoribus viros. *a match-maker.* ¶ Inscripta fuit *Conciliatrix* una ex Comœdiis T. Quinctii Attæ veteris poetæ. V. *Atta.*

CONCILIATŪRA, æ, f. *the trade of a procurer,* lenocinium, προαγωγεία. *Senec.* epist. 97. Exercere conciliaturas.

CONCILIĀTUS, a, um, densatus, spissatus, coactus, bene subactus. Hinc *conciliata tapetia* ex conjectura quidam legunt apud *Plaut. Pseud.* 1. 2. 14. et *Stich.* 2. 3. 54. ubi alii *conchyliata,* et *consuta:* alii etiam *consiliata.* V. *Concilio.* ¶ Item congregatus, conjunctus, copulatus. *connected, united, associated. Plin.* l. 17. c. 23. *ad fin.* Traduces bini inter se obvii miscentur, alliganturque una conciliati. *Lucret.* l. 1. v. 603. Quæ minimis stipata cohærent partibus arcte, Non ex ullorum conventu conciliata. ¶ Item emptus, *bought, purchased. Terent. Eun.* 4. 4. 2. Prodi, male conciliate. *h. e.* magno empte, atque adeo male. Adde *Plaut. Pseud.* 1. 2. 1. ¶ Item translate benevolus factus, amore conjunctus, *reconciled, conciliated, gained over. Cic. ad Anton. post* epist. 13. l. 14. *ad Attic.* Puero quoque hoc a me dabis, ut animum ejus conciliatum reddas. Al. aliter leg. *Curt.* l. 7. c. 9. *sub fin.* Ætatis flore conciliatus sibi. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 130. Ut simul est flavo conciliata viro. *h. e.* matrimonio juncta. *Quintil.* l. 4. c. 2. Procemium idcirco comparatum est, ut judex ad rem accipiendam fiat conciliatior, docilior, et intentior. *better affected or inclined. Symmach.* l. 9. ep. 37. Est nobis conciliatissimus ob vitæ integritatem. *Gell.* l. 12. c. 5. Homo voluptati quidem natura conciliatus, a dolore autem abjunctus, alienatusque est. *is inclined to what is pleasing.*

CONCILIĀTUS, us, m. *a joining together, uniting,* conjunctio, copulatio. *Lucret.* l. 1. v. 575. Quorum condenso magis omnia conciliatu Arctari possunt. *Id.* l. 2. v. 133. Corpora, quæ sunt parvo conciliatu. *h. e.* parva mole, ex paucitate rerum simul concretarum. *of small bulk.* Adde vers. 99. semper tamen in solo sexto casu.

CONCILICIĀTUS, a, um, cilicio amictus. *Tertull. de Pudic.* cap. 13.

CONCILĬO, as, avi, atum, a. 1. *to full, condense, beat into a small compass,* verbum est fullonum, et significat premere, subigere, cogere, συμπιλοῦν. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 6. Vestimentum apud fullonem cum cogitur, conciliari dicitur. *Scalig. in conjectan.* deducit a *ciliis,* h. e. pilis: et κιλίκια Græce dicuntur quæcumque e pilis confecta. Alii a *salio* derivant, et *consiliari* legunt: atque aiunt significari illam subsultationem, qua fullones pedibus vestimenta subigebant, quam *Senec.* ep. 15. appellat *saltum fullonium:* quod et nostrates vestium infectores facere videmus. Quo allusisse volunt *Plaut. Pœn.* 1. 1. 60. Placet consilium. *Mi.* Imo etiam ubi expolivero, magis hoc tum demum dices: nunc etiam rude est. Hæc ex *Vossii Etymol.* ¶ Sæpe adhibetur a *Lucretio* pro conjungere, copulare, *to unite, join together, compose:* ut l. 2. v. 900. corpora materiai Conciliantur ita, ut, &c. et lib. 5. v. 466. Omnia quæ sursum cum conciliantur in alto, Corpore concreto subtexunt nubila Cælum. ¶ Translate significat benevolum, amicum facere, *to conciliate, procure, gain over, reconcile,* συναλλάττω. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 2. Conciliare voluntatem alicujus. *Id.* l. 2. *Offic.* c. 5. animos hominum, et ad usus suos adjungere. *Id. Fam.* 12. ep. 23. sibi legiones pecunia. Adde *Liv.* l. 21. c. 20. *ad fin.* Sic *Calpurn. Eclog.* 4. v. 60. truces hæc fistula tauros conciliat. *tames, moves,*

softens. ¶ Pro commendare, *to recommend.* *Id.* 4. *Acad.* c. 42. *extr.* Frui iis rebus, quas primas homini natura conciliavit. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 11. v. 41. Quique bovem Siculo fertur donasse Tyranno, Et dictis artes conciliasse suas. ¶ Pro conjungere, *to draw close, attach, unite.* *Cic. pro Deiot. c. penult.* Deiotarus quocum mihi amicitiam Respublica conciliavit. *Id. Fam.* 10. ep. 27. Conciliare pacem inter cives. *Id. Fam.* 5. ep. 7. Non dubito, quin Respubl. nos inter nos conciliatura conjuncturaque sit. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 22. *extr.* Feras inter se partus, atque educatio, et natura ipsa conciliat. ¶ Speciatim hoc sensu est verbum nuptiarum, et amoris. Nam *conciliare* dicuntur, qui nuptias inter aliquos, vel lenocinii opera amores jungunt. *to bring about,* &c. *Plaut. Trin.* 2. 2. 104. Tute ad eum adeas, tute concilies, tute poscas. *Sueton. in Cæs.* c. 50. Existimabatur etiam filiam suam Tertiam Cæsari conciliare. *Justin.* l. 7. *c. ult.* Uxorem duxit, conciliante nuptias fratre. *Stat.* l. 3. silv. 5. v. 69. Conciliare toros jugales. *Plaut. Mil.* 3. 1. 206. Conciliare aliquam ad aliquem. *h. e.* adducere. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 203. Te magis, ah demens, veterem si respicis artem, Conciliare decet. *to act the procurer.* ¶ Pro comparare, acquirere. *to get, procure, acquire.* *Cic. Verr.* 4. c. 58. Inventa est ratio, quare iste HS CXX millia uno genere conciliarit et ceperit. *Id. pro Cluent.* c. 3. Si quis mihi deus vestram ad me audiendum benevolentiam conciliarit. *Id. pro Arch.* c. 8. Conciliare sibi amorem ab omnibus. ¶ Pro parere, afferre. *Id. pro Mur.* c. 20. Gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam æquitatis largitio. *Liv.* l. 29. c. 22. Ipsa deformitas Pleminii favorem ad vulgum conciliabat. *Plin.* l. 14. c. 18. Duo genera vini: unum, quo somnus concilietur, alterum, quo fugetur. *Id.* l. 33. c. 1. Conciliare auctoritatem alicui. *Cic. in Partit.* c. 15. fidem. *Auct. Dial. de Orat.* c. 9. Carmina et versus dignitatem nullam auctoribus suis conciliant. *Nepos in Timol.* c. 3. Tantum otium toti insulæ conciliavit, ut, &c. *Stat. Theb.* 9. v. 449. Conciliare vires alicui. *h. e.* augere, addere. *Quintil.* l. 6. c. 3. risum. *to cause laughter.* ¶ In malam partem. *Lucret.* l. 3. v. 877. Conciliare alicui incommoda. *Plin.* l. 28. c. 8. *post med.* inimicis odium omnium hominum. ¶ Interdum significat aggregare, adsciscere. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 51. Spem dedit posse impelli, et plures conciliare. ¶ Ponitur non raro pro emere, *to purchase:* item pro medium se præbere in contractibus emptionis, et venditionis, *to act the part of a broker.* *Plaut. Pœn.* 3. 5. 24. Qui illum dudum conciliaverunt mihi peregrinum Spartanum. *Id. Epid.* 3. 4. 35. *Mi.* Est ne empta mihi hæc? *Pe.* Istis legibus habeas, licet. *Mi.* Conciliavisti pulchre. *h. e.* vili emisti. *you know how to make a good bargain.* Sic *Pers.* 4. 3. 69. Recte conciliare. Contrarium est *male conciliare.* V. *Conciliatus.* ¶ Conciliare captivum in aliquem locum, *Id. Capt.* 1. 2. 28. dixit, *h. e.* redimendo adducere. ¶ Apud *eund. Trinum.* 4. 2. 14. *conciliare nugas* est comparare, conficere, perficere. ¶ Apud *Tacit. Ann.* 16. c. 23. *conciliare provinciam ad spes novas* est sibi adjungere, secum trahere ad spes novas. ¶ Denique pro miscere, commiscere usurpavit *Seren. Samm.* c. 40. v. 754. Gramen hyoscyami ceræ, sevoque vetusto Concilia, mixtisque locos perduce dolentes.

CONCILIUM, ii, n. Primo creditur esse vox artis fullonicæ, qua significetur coactio, coagmentatio. V. vocem præced. ¶ Deinde ponitur pro quavis conjunctione, seu coagmentatione. *Lucret.* l. 1. v. 483. Corpora sunt porro partim primordia rerum, Partim concilio quæ constant principiorum. *by the union.* Adde vers. 185. et lib. 2. v. 109. et 119. ¶ Translate (quamquam *Fest.* putat dictum esse quasi *concalium*, a *con*, et *calando*, h. e. convocando) est conventus hominum in unum locum deliberandi causa convocatorum, *an assembly of persons; a meeting, council, place of meeting,* συνέδριον. Quidam *Lælius* vetus scriptor apud *Gell.* l. 15. v. 27. docuit, *concilium* et *comitia* in hoc differre, quod in his universus populus, in illo pars aliqua tantummodo convocetur. *Cic. pro Dom.* c. 28. Plebi quoque urbanæ majores nostri conventicula, et quasi concilia quædam esse voluerunt. *Al. leg.* consilia. *Id.* 2. *de Fin.* c. 24. Opiniones, quæ in Senatu, quæ apud populum, quæ in omni cœtu concilioque proferendæ. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 8. Tanquam modo ex deorum concilio, et ex Epicuri intermundiis descendisset. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 24. Vocari in concilium. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 40. Convocare: et *Virg.* 10. *Æn.* v. 2. Vocare concilium. *Al. leg.* consilium. *Liv.* l. 1. c. 50. Indicere concilium. *Cic.* 2. *de Legib.* cap. 12. Concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere. *Id.* 2. *de Invent.* c. 12. Habere concilium populi. *Id.* 2. *de Fin.* c. 4. Tanquam meretricem in matronarum cœtum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere. *Liv.* l. 1. c. 54. Adhibere aliquem in concilium: et *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 40. ad concilium. *consilium* alii utroque loco leg. quod sæpissime in libb. accidit, ut duo hæc nomina confundantur. [¶ Sub hac significatione adjunctum etiam habet patrium casum *conventus.* *Tabula ænea Romæ in Aventino reperta ann.* 1776. Concilium conventus Cluniensis legitur apud *Morcell. de stil. Inscript. Latin.* pag. 178.] ¶ Sumitur et pro comitiis populi R. *Liv.* l. 3. *c. penult.* Concilio populi a magistratibus dato. V. ibi reliqua, et Adde lib. 7. c. 5. ¶ Item pro concione. *Liv.* l. 24. c. 37. *extr.* Sibi darent populi concilium, ut sciretur, utrum, &c. *Nepos in Timol.* c. 4. Habere concilium populi. ¶ Item pro paucorum conventu. *a meeting.* *Id. in Epam.* c. 5. Habere concilium amicorum. Al. leg. *consilium.* ¶ Item pro quacunque copulatione, et conjunctione. *an uniting together, union, connexion.* *Ovid.* 1. *Metam.* v. 710. Hoc mihi concilium tecum manebit. *h. e.* hoc pacto tibi ero conjunctus. *Al. leg.* consilium. *Lucret.* l. 2. v. 108. Multaque præterea magnum per inane vagantur, Conciliis rerum, quæ sunt rejecta. *h. e.* quæ cum aliis ab aliarum rerum coagmentatione, et compositione semota sunt. et vers. 119. Conciliis, et discidiis exercita crebris. *h. e.* crebro simul hærentia, et invicem discreta. *Arnob.* l. 2. pag. 54. Corporalibus conciliis fetus feræ procreant. *h. e.* concubitu maris et feminæ. ¶ *Concilium nominis* apud *Tertull. de Pall.* c. 4. est compositio nominis ex duabus vocibus conflati, ut *Salmas.* adnotavit. Al. tamen leg. *consilium.* ¶ Denique *concilium* est flos jasiones herbæ, quæ uno folio constat, sed ita implicato, ut plura videantur: unde fortasse nomen, nempe a folio conciliato, et coagmentato. [vel potius a *concilio* pro coitu, quemadmodum supra adhibet *Arnobius;* nam ipse *Plin.* adjungit: Et hujus commendatio ad stimulandos coitus.] *Plin.* l. 21. c. 17. et lib. 22. c. 22. *the white flower of the herb* jasione.

CONCĬNENS, entis, una canens, et metaphorice concors, consentaneus, cohærens. *concordant.* *Arnob.* l. 3. pag. 123. Ut videtis, hic quoque nihil concinens dicitur, nihil una pronunciatione finitur.

CONCĬNENTĬA, æ, f. *harmony, melody, music, symphony, concord,* idem quod concentus: a *concino, is.* *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 2. *extr.* Musicæ concinentiæ necessitas. et *init.* cap. 3. Octo musicos cantus, et unam maxime concinentiam, quæ confit ex omnibus. ¶ Translate est recta proportio partium, *right proportion, symmetry.* *Sidon.* l. 8. ep. 4. Parietes ad concinentiam architectoricam fabre locati. *concinnantiam* hic quidam reponunt a *concinnus:* sed hoc a Latina consuetudine longius abest.

CONCĬNERĀTUS, a, um, cinere conspersus. Est *Tertulliani de Pudic.* c. 13.

CONCINNANTĬA. V. *Concinentia.*

CONCINNATĬO, onis, f. *a fitting, preparing, adjusting,* σκευή, actus concinnandi. Legitur in lemmate cap. 106. *Caton. de R. R.* ubi agitur de ratione aquæ marinæ concinnandæ, *h. e.* condiendæ. ¶ Apud *Auson.* ep. 17. *concinnatio epistolæ* est ipsa epistolæ compositio, seu ipsa ratio epistolæ conscribendæ. Adde epist. 7. et 15.

CONCINNATĬTĬUS, et Concinnaticius, a, um, adject. *Apul.* l. 2. *Metam.* Nam Milonis boni concinnatitiam mensulam rogatus accubueram. *h. e.* concinne instructam.

CONCINNĀTOR, oris, m. *one who disposes or adjusts,* qui concinnat. *Colum. in præfat.* l. 1. Capitum et capillorum concinnatores. *hair-dressers.* ¶ Item qui comminiscitur, et arte, dolo, fallaciis conficit aliquid. *an artful contriver or inventor.* *Arnob.* l. 4. pag. 149. Concedamus, deformitatum tantarum concinnatores esse, atque inventores poetas. *Sidon.* l. 3. ep. 13. Sutores fabularum, concinnatores criminum. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 16. leg. 9. Circa advocatos patientem esse proconsulem oportet: nec ideo dissimulare, si quos causarum concinnatores, vel redemptores deprehendat. *forgers or protracters of causes.*

CONCINNATORĬUS, a, um. *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 9. leg. 6. Instrumentum pistrini, item universa vasa concinnatoria in penu non continentur. *h. e.* vasa condiendis cibis apta. nam *concinnare* etiam condire significat. Sed rectius leges *coquinaria* cum *Haloand.* Nam quod alii *cociatoria*, alii *cocinatoria*, vel *coquinatoria* legendum putant, minus Latinum videtur: tametsi eæ voces a *coquendo* possunt aliquo modo derivari.

CONCINNĀTUS, a, um, *fitted, trimmed, adjusted, prepared, got ready,* adornatus, instauratus, refectus. *Plaut. Men.* 3. 2. 1. Ego tibi hanc (*pallam*) hodie probe lepideque concinnatam referam temperi. ¶ Item compositus, *got together.* *Apul.* l. 7. *Metam.* Cadaver, disjectis partibus tandem totum repertum, ægreque concinnatum, terræ dedere.

CONCINNE, *neatly, fitly, elegantly, finely,* κομψῶς, composite, apte, convenienter, eleganter. *Plaut. Epid.* 2. 2. 38. Vestita, aurata, ornata ut lepide! ut concinne! ut nove! ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 19. Hæc sunt concinne distributa, sed non perite. *Id. pro Rosc. Com.* c. 16. *ad fin.* Rogare aliquem blande et concinne. *Auson. in grat. act. ad Gratian.* c. 8. Concinnius eloqui. ¶ Significat etiam facete. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. Concinne, ut multa, Timæus, qui cum dixisset, &c.

CONCINNIS, e, adject. idem quod concinnus, aptus. *Apul.* l. 5. *Metam.* Lucernam concinnem, completam oleo subde aliquo tegmine.

CONCINNĬTAS, atis, f. *neatness, elegance, exactness, concinnity,* ἁρμονία, aptitudo, convenientia, elegantia plurium rerum inter se apte compositarum: et aliquando in malam partem sumitur pro ornatu nimis exquisito. *Senec.* ep. 115. Non est ornamentum virile, concinnitas. *Gell.* l. 2. c. 26. Concinnitates colorum. *Cic. in Bruto, c. antepenult.* Ornata concinnitas sententiarum. ¶ Speciatim in oratione est quædam aptitudo, et suavitas dictionis, quæ non ex coagmentatione verborum, neque ex quæsito numero nascitur, sed ex usurpatione quarundam figurarum, quæ sunt compar, contrapositum, similiter cadens, et similiter desinens. His enim quatuor fit oratio per se numerosa, et concinna: periodus apte concluditur, auresque auditorum mira suavitate delectat. Exemplum esto in illo *Cic. pro Mil.* c. 4. Est igitur hæc, judices, non scripta, sed nata lex, &c. quod ipse *Cic.* affert in *Orat.* c. 49. item in illo *Verr.* 6. c. 52. Conferte hanc pacem cum illo bello, &c. quod item ipse affert in *Orat.* c. 50. qui *ibid.* c. 44. de hac ipsa concinnitate sic habet: Collocabuntur igitur verba, aut ut inter se quam aptissime cohæreant extrema cum primis: aut ut forma ipsa, concinnitasque verborum conficiat orbem suum: aut ut comprehensio numerose et apte cadat. V. si lubet *Jac. Ludoic. Strebæum de elect. et colloc. verb.* lib. 2. c. 2.

CONCINNĬTER, *aptly, neatly,* concinne. *Gell.* l. 18. c. 2. Versus uno multifariam verbo concinniter implicati.

CONCINNĬTŪDO, dinis, f. *neatness, concinnity,* concinnitas. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 18. Exordium splendoris, et festivitatis, et concinnitudinis minimum debet habere, propterea quod ex his suspicio quædam apparationis, atque artificiosæ diligentiæ nascitur.

CONCINNO, as, avi, atum, a. 1. *to make fit or neat, adjust, trim,* εὐθετίω, συσκευάζω. *Festus* interpretatur *apte componere:* et a *concinere* deducit, quod significat *convenire.* *Nonius* cap. 1. n. 207. exponit *facere:* ac derivat a *cinnus*, quod est potionis genus e multis liquoribus confectum: quod etymon *Vossio in Etymol.* magis placet. Primo valet apte, et convenienter res multas inter se componere, adornare, polire, ut *concinnare capillum.* V. *Concinnator.* *Concinnare vultum* apud *Petron. in Satyr.* c. 113. *to adorn, deck, set out,* ornare, comere. Et translate *concinnare ingenium* apud *Senec.* ep. 7. h. e. ornare, bonis artibus instruere. *to cultivate.* *Concinnare aream* apud *Plaut. Asin.* 1. 3. 64. h. e. purgare, ut offundendo cibo alliciantur aves, et capiantur. *Concinnare struices patinarias* apud *eund. Men.* 1. 1. 28. h. e. adornare varios cibos ad convivium. *Concinnare vinum* apud *Caton.* c. 114. 115. et 122. h. e. variarum rerum compositione admixtum condire ad varios usos medicinæ. *to mix up with various ingredients; to season, temper.* Ubi est animadvertendum, mirari quodammodo *Plinium*, quod in hoc sensu *Cato* hunc verbum adhibuerit. Ait enim lib. 14. c. 20. *ad fin.* Cato jubet vina concinnari (hoc enim utitur verbo) cineris lixivii cum defruto, &c. *Concinnare cadaver* apud *Apul.* h. e. cadaver membratim discerptum componere sepeliendi causa. V. *Concinnatus.* ¶ Hinc et pro colligere, *to collect,* positum vult *Non.* c. 1. n. 170. in illo *Nævii:* Transit Melitam Rom. exercitus, insulam urit, populatur, vastat, rem hostium concinnat. Fortasse εἰρωνικῶς locutus est *Nævius*, atque illud voluit dicere, quod Angli, *gives them a severe dressing.* ¶ Sumitur etiam simpliciter pro facere, conficere, *to make, do.* *Trebon. ad Cicer. Fam.* 12. ep. 16. Nactus in navigatione nostra pusillum laxamenti, concinnavi tibi munusculum ex instituto meo. *I have composed for you.* *h. e.* versiculos conscripsi. *Plaut. Capt.* 3. 4. 7. Me insanum concinnat verbis suis. *drives me mad.* *Id. Amph.* 1. 3. 32. Concinnare uxorem lacrymantem. *to occasion her to shed tears.* *Id. in fragm.* apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 3. Concinnare annonam caram. *to raise the price of provisions.* *Id. Capt.* 4. 2. 38. Lanii concinnant liberis orbas oves. *h. e.* orbas faciunt agnos occidendo. *Senec.* ep. 117. Concinnare alicui multum negotii. *h. e.* facessere, molestiam creare. *Phædr.* l. 2. fab. 4. v. 25. malum. *h. e.* struere, moliri, facere. ¶ Item parare, *to get ready, prepare.* *Plaut. Rud.* 1. 2. 8. Concinnare lutum. *Id. Stich.* 2. 1. 13. Concinnare viam tranquillam. *to clear the road:* munire viam. *Id. Trucul.* 4. 3. 19. Livorem tu te scapulis concinnas tuis. ¶ Item reficere, *to refit, repair.* *Colum.* l. 12. c. 3. *ad fin.* Cetera si refectionem desiderant, fabris concinnanda tradantur. *Plaut. Men.* 5. 1. 33. Concinnare pallam. ¶ *Concinnare se levem suis* apud *eund. Trin.* 3. 2. 58. est præbere se facilem suis. ¶ Si *Nonio* credimus *loc. cit.* significat etiam consentire. Sed profecto *concinnare* confundit cum *concinere:* et loca *Cicer.* quæ affert ex lib. 4. *de Fin.* c. 22. et ex *fragm.* l. 2. *Acad.* in correctioribus libb. *concinere* habent: idem dicito de alio loco 5. *de Fin.* c. 28. qui affertur ab nonnullis *Lexicogr.* ad confirmandam *Nonii* sententiam.

CONCINNUS, a, um, *nicely fitted, well adjusted, neat, elegant, fine, trim, spruce,* εὐσύνθετος, apte compositus, conveniens, elegans. Etymologiam V. in voce præced. *Cic. ad Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. Totum in eo est, tectorium ut concinnum sit. Al. aliter leg. *Plaut. Pers.* 4. 3. 77. Virgo concinna facie. *well-formed features.* *Horat.* l. 1. ep. 11. v. 2. Concinna Samos. [† *h. e.* bella.] *neat.* *Plin.* l. 16. c. 34. Helicis folia angulosa et concinniora. εὐρυθμότερα habet *Theophr.* l. 3. c. 18. de eadem re verba faciens. *Plin.* l. 35. c. 10. *sub fin.* Pictor elegans et concinnus. ¶ Sæpe transfertur ad orationis elegantiam, ornatum, nu

merum significandum. *Cic. de clar. Orat.* c. 95. Sententiæ non tam graves et severæ, quam venustæ et concinnæ. *neat. Id.* 3. *de Orat.* c. 27. Oratio concinna, distincta, ornata, festiva. *fine, elegant. Id. ibid.* c. 53. Reditus ad rem aptus et concinnus. *nicely fitted. Id.* 5. *de Fin.* c. 5. Aristo concinnus et elegans. *Id. in Pison.* c. 25. Ut es homo facetus, ad persuadendum concinnus, perfectus, politus e schola. *Id. in Orat.* c. 6. Alii in eadem jejunitate (*dicendi*) concinniores, idest faceti, florentes etiam, et leviter ornati. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 74. Versus paulo concinnior. *Nepos in Epamin.* c. 15. Concinnus in brevitate respondendi. *h. e.* apposite, et paucis respondens. *to the purpose.* ¶ *Concinnus helluo* festive dicitur a *Cicer.* qui quandam in ipsa helluatione elegantiam, munditiam, et artificium sectatur: *in Pison.* c. 10. Cum ipse nudus in convivio saltaret: hic autem non tam concinnus helluo, nec tam musicus, jacebat in suo Græcorum fœtore atque vino. ¶ *Concinnum est*, commodum est, conveniens, utile est. *Plaut. Mil.* 4. 2. 33. Age, age, ut tibi concinnum est. *agreeable, convenient.* ¶ *Concinnus amicis* est, cui cum amicis bene convenit, *agreeable, pleasant, entertaining. Horat.* l. 1. sat. 3. v. 50. ineptus, Et jactantior hic paulo est: concinnus amicis Postulat, ut videatur.

CONCĬNO, is, inui, entum, a. 3. *to sing, sing together, sing in concert, accord in one song or tune, συνᾴδω, συμφωνέω*, idem quod cano, vel simul cano: a *con*, et *cano. Cic.* l. 1. *Tuscul.* c. 44. Hæc cum pressis et flebilibus modis concinuntur, difficile est, &c. *Sueton. in Calig.* c. 54. Concinere tragœdo pronuntianti. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 88. *de Phœbo.* Qualem te memorant Saturno rege fugato, Victori laudes concinuisse Jovi. *to chant. Ovid.* 3. *Amor.* el. 9. v. 23. *de eod.* Ælinon in silvis idem pater, Ælinon, altis Dicitur invita concinuisse lyra. et eleg. 12. v. 1. tristia semper amanti Omina non albæ concinuistis aves. *to sing prophetically. Liv.* l. 9. c. 32. Concinunt tubæ, et signa inferuntur. *sound. Horat.* l. 4. od. 2. v. 33. Concines majore poeta plectro Cæsarem. et vers. 41. Concines lætosque dies, &c. *Liv.* l. 6. c. 35. *ad fin.* Faxo, ne juvet vox ista, Veto, qua nunc concinentes collegas nostros tam læti auditis. ¶ Translate est convenire, concordare, *to accord, agree. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 7. Mundi partes inter se concinentes. et lib. 1. c. 7. Re concinere cum aliquo, verbis discrepare. *Plin.* l. 3. c. 1. *extr.* Ita fit, ut nulli duo concinant. V. *Concinno* in fine.

CONCĬO, is, V. *Concieo.*

CONCĬO, onis, f. *a meeting or assembly of people, a number of people collected together to hear an orator, ἐκκλησία*, conventus et cœtus populi ad oratorem audiendum: non tamen quilibet, inquit *Fest.* sed is, qui a magistratu, vel a sacerdote publico per præconem convocatur: quamquam de subitaria etiam coitione dici potest: a *con*, et *cieo*, vel *cio* convoco: neque enim placet, a coactione derivari, ut *Varr.* l. 5. c. 6. velle videtur. *Cic. de Amic.* c. 25. Concio, quæ ex imperitissimis constat, tamen &c. *Id.* l. 2. *de Orat.* c. 59. Quid aliud fuit, in quo concio rideret, nisi, &c. *Id.* 4. *Verr.* c. 50. Concio conventusque civium. *Id. pro Sext.* c. 12. Advocare concionem. *Id.* 4. *Acad.* c. 47. Vocare: et *Agrar.* 3. *extr.* Convocare aliquem in concionem. *Id. post redit. in Sen.* c. 6. Producere aliquem in concionem. *Id. Agrar.* 3. c. 1. Prodire: et *Curt.* l. 6. c. 9. Procedere in concionem. *Sallust. in Jug.* c. 8. Laudare aliquem pro concione. *in public; before a public assembly.* Sic *Curt.* l. 10. c. 16. Recitare litteras pro concione. *Id.* l. 7. c. 2. Dimittere concionem. ¶ Dividitur *concio* contra Senatum. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 40. Dato tempore, vel in Senatu, vel in concione non reticebo. ¶ Pro loco, ubi concio convocata est. *the place where an oration or harangue is delivered. Cic. post redit. in Sen.* c. 5. et 2. *de Fin.* c. 22. Ascendere in concionem. *h. e.* in suggestum, vel in rostra, unde ad concionem verba fiunt. Adde *Verr. Flacc.* apud *Gell.* l. 18. c. 7. ¶ Item pro ipsa oratione, quæ ad concionem habetur, *an oration, harangue, public speech, δημηγορία. Cic.* 2. *Agrar.* c. 1. Habent concionem, in qua gratiam beneficii vestri cum suorum laude conjungunt. *Id. Fam.* 9. ep. 14. Legi concionem tuam: nihil illa sapientius. *Id.* 4. *Attic.* ep. 3. Conciones turbulentæ Metelli, temerariæ Appii, furiosissimæ Publii. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 73. Habere concionem apud milites. *to harangue. Id. ibid.* l. 2. c. 18. Habere conciones graves in aliquem. *Liv.* l. 21. c. 45. et *Curt.* l. 6. c. 2. Vocare exercitum ad concionem. Adde *Gell. loc. cit.* ¶ Pro oratiunculis, quas historici inserunt historiæ suæ, ut *Liv. Curt. Sallust.* &c. habes exemplum *Plin.* l. 1. ep. 16. ¶ *In concione* adverb. quodammodo est, et significat palam, *in public, before the public, publicly. Cic. Attic.* l. 15. ep. 15. Quæ quidem erunt φιλόλογα, et dignitatis meæ: ut vel in concione dicere auderem. *Id. Fam.* 8. ep. 7. *extr.* Epistolam tuam conscidi innocentem: nihil enim habebat, quod non vel in concione recte legi posset. ¶ *Conciones* pro iis, qui concionem faciunt. *Petron. in Sat.* c. 14. Conciones, quæ ad clamorem confluxerant. et cap. 15. Nescio quis ex concionibus, calvus, &c. et *ibid. paulo post.* Ridere acumen non minus concionum, quam, &c. *Salmas.* in his *Petronii* locis reponi vult *cociones*: quam recte, viderint alii. ¶ *Festus* docet, antiquos masculino genere posuisse. ¶ In inscriptionib. apud *Gruter.* pag. 506. et 507. scriptum est *contio*: sed non sunt ejusmodi, ut movere quemquam debeant.

CONCIONABUNDUS, a, um, *haranguing openly or loudly*, concionem habens: et aliquando in malam partem adhibetur de iis, qui sine legitima auctoritate publice in foro, vel per vicos seditiosum aliquid vociferantur. *Liv.* l. 3. c. 47. Hæc prope concionabundus circumibat homines. *Id.* l. 5. c. 30. Hæc propalam concionabundus, in dies magis augebat iras hominum. *Tacit. Ann.* 1. c. 16. *extr.* Promptis jam et aliis seditionis ministris, velut concionabundus interrogabat, &c. ¶ In bonam partem *Liv.* l. 40. c. 27. Omnes portas concionabundus ipse imperator circumiit. &c. Adde lib. 21. c. 53.

CONCIONĀLIS, le, adject. ad concionem pertinens. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 5. Vehementer actum est, clamore Senatus prope concionali. *Id. Attic.* l. 1. ep. 16. *post med.* Concionalis hirudo ærarii, misera ac jejuna plebecula. *Quintil.* l. 9. c. 4. Genus dicendi concionale. *h. e.* deliberativum. *Liv.* l. 3. c. *ult.* Concionalis senex. *h. e.* assuetus concionibus: peritus concionum.

CONCIONARĬUS, a, um, qui solet congregari ad concionem. *Cic. ad Q. Fr.* l. 2. ep. 3. Concionario illo populo a se prope alienato. *constantly attending public meetings. Al. leg.* concionatorio, *al.* concionali. *Ammian.* l. 27. c. 6. (*al.* 13. *extr.*) Oratio concionaria.

CONCIONĀTOR, oris, m. *an haranguer, demagogue, inciter of the people against the more respectable part of the community, ἐκκλησιαστής*, qui concionem habet. *Cic. Catil.* 4. c. 5. Quid intersit inter levitatem concionatorum, et animum vere popularem. Ubi videtur *Cic.* intelligere eos, qui multitudinem concitant, et seditionem movent.

CONCIONATORĬUS, a, um, δημηγορικός, ad concionem pertinens. *Gell.* l. 1. c. 11. Tibia quoque illa concionatoria in mentem venit, quam C. Graccho cum populo agenti præisse ac præmonstrasse modulos ferunt. V. *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 60.

CONCĬŌNOR, aris, atus sum, dep. 1. *to make a speech, harangue, address the people, δημηγορέω*, concionem habeo, ad populum verba facio. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 49. Ita, velut e superiore loco concionandum est, ut &c. *Id. de Harusp. resp.* c. 5. De religionibus sacris concionatus est Clodius. *Id.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 6. *ad fin.* C. Cato concionatus est, comitia haberi non siturum. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 20. Concionari ex turri alta. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 7. apud milites. *Id.* l. 7. *B. Gall.* c. 47. Legio decima, qua cum erat concionatus. Al. aliter leg. *Sueton. in Aug.* c. 84. Concionari ad populum. ¶ Particip. *concionans. Plin.* l. 37. c. 9. Iaspis utilis concionantibus. *Sueton. de illustr. Rhet.* c. 6. More concionantis. ¶ Pro publice dicere, prodere, *Lactant.* l. 4. c. 18. *post med.* Idem hoc futurum, etiam Sibylla concionata est.

CONCIPĬLO, as, a. 1. videtur factum a *compilo*, epenthesi τοῦ *ci* (V. *Incitega*) ejusdem enim est significationis. Nam quemadmodum *Non.* cap. 1. n. 42. *suppilare* interpretatur *involare*, vel *rapere*, ita *Festus*: Concipilavisti, inquit, dictum a Nævio pro corripuisti, et involasti. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 61. Etiam scelus viri, minitare? quem ego Offatim jam jam jam concipilabo. *h. e.* corripiam, lacerabo, discerpam. Superius vers. 52. et infra vers. 65. offatim te, *inquit*, machæra conficiam. *I will cut you to pieces.*

CONCIPĬO, is, cepi, ceptum, a. 3. *to conceive, receive, contract, συλλαμβάνω*, idem quod capio, vel simul, aut intus capio, comprehendo, contraho, recipio. *Lucret.* l. 6. v. 502. Nubes concipiunt marinum humorem. *drawn up. Varr.* l. 4. *L. L.* c. 25. Trulleum latius concipit aquam. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 14. Ut uno tempore turris tormentaque flammam conciperent. *catch. Plin.* l. 24. c. 17. Concipere ignem e longinquo. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 55. Pars animæ redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam, quam, &c. *Colum.* l. 7. c. 5. *post med.* Concipere morbum. *Plin.* l. 21. c. 13. Flores noxium virus concipiunt, aquoso vere marcescentes. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 7. leg. 3. Arbor, quæ radicem non conceperit. *Plin.* l. 16. c. 31. *extr.* Platani plurimum ventorum concipiunt propter densitatem ramorum. ¶ *Concipere aquam* est e flumine, aut lacu in aquæductum derivare, quo in Urbem perducatur, *to draw, let off into. Frontin. de aquæduct.* artic. 11. Concipitur Augusta ex lacu Alsietino, via Claudia, milliario decimoquarto. ¶ *Concipere nuces sesquimodio*, apud *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 7. *to cause to hold.* Verba sunt: Nuces integras, quas uno modio comprehendere possis, si fregeris, vix sesquimodio concipere possis. ¶ Sæpe dicitur de feminis, quæ semen ad fetum comprehendunt, *to conceive. Cic. pro Cluent.* c. 12. Ut id quod conceperat, servaret, ut salvum parere posset. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. Quædam e vento concipiunt certo tempore equæ. *Plin.* l. 9. c. 51. *ad fin.* Pisces ova concipiunt. ¶ Item de inanimis, quæ aliquid producunt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Semina, quæ terra concipit. *Plin.* l. 16. c. 25. *concipere arbores* dicit, cum primum germinant. *Id.* l. 18. c. 7. Frumenta quædam in tertio genu spicam incipiunt concipere. ¶ Translate ponitur pro efformare, comprehendere, intelligere, *to imagine, conceive, comprehend, understand. Plin.* l. 36. c. 15. *ad fin.* Quæ neque concipi animo, nisi ab iis, qui videre, neque humano sermone enarrari possunt. *Id.* l. 33. c. 4. Fragor, qui concipi humana mente non potest. *Cic.* 3. *Offic.* c. 29. Quod ita juratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id servandum est. *Id.* 1. *de Leg.* c. 22. Rerum omnium quasi adumbratas intelligentias animo et mente concipere. *Plin.* l. 3. c. 5. *post med.* Concipere æstimationem dignam alicujus rei. *to form a just estimation. Quintil.* l. 9. c. 1. cogitationem. *to form an idea or opinion.* et eod. sensu, lib. 8. c. 3. et lib. 12. c. 10. visionem. ¶ Cum infinito *Cels. in præfat.* l. 7. *sub fin.* Ego eundem quidem hominem posse omnia ista præstare concipio. *h. e.* intelligo, video, admitto. (Adde l. 4. c. 1. *post med.*) *Vellei.* l. 2. c. 117. Concepit, esse homines, qui nihil, &c. *h. e.* putavit, in animum induxit. *Tacit. Ann.* 2. c. 39. Agrippam ferre ad exercitus, non servili animo concepit. *he formed the idea of.* Adde *Cels.* l. 4. c. 1. *a med.* et *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 9. ¶ Item pro suscipere, admittere. *Cic.* 1. *Offic.* c. 34. Concipere dedecus. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 30. fraudes. *Id.* 3. *Verr.* c. 4. scelus in se. *Id. Verr.* 6. c. 45. *ad fin.* cupiditatem. *to desire, be desirous. Id.* 3. *de Legib.* c. 14. vitia. *Ovid. Metam.* 10. v. 582. laudando concipit ignem. *becomes enamoured. Id. Metam.* 1. v. 166. Concipere animo iras ingentes. et lib. 2. v. 640. furores fatidicos mente. et lib. 15. v. 335. vires. *to recruit. Virg.* 11. *Æn.* v. 368. robur pectore. *Id. ibid.* v. 519. curam ducis. *Petron. in Satyr.* c. 97. spem. *Curt.* l. 10. c. 2. spem ex aliquo. *Vellei.* l. 2. c. 106. spe aliquid. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 6. inimicitias. *Cic. post redit. ad Quirit.* c. 1. odium in aliquem. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 485. metum. ¶ Item cogitare, meditari. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 76. Forsitan et lucos illic, urbesque, domosque Concipias animo, delubraque ditia donis Esse. *Id.* 2. *ex Pont.* el. 7. v. 16. Pectore concipio nil nisi triste meo. *Id.* 7. *Metam.* v. 22. Concipere thalamos. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 3. Concipere solatia alicui. *h. e.* solatia in aliquem meditari. *Quintil.* l. 6. *in procem.* Concipere summa de aliquo. *to hope great things. Martial.* l. 8. epigr. 56. *de Virgilio.* Protinus Italiam concepit, et Arma virumque, Qui modo vix Culicem fleverat ore rudi. ¶ Item exprimere, pronuntiare, proferre: et dicitur de iis, quæ certa verborum ratione, et formula comprehensa dicuntur. *Liv.* l. 3. c. 5. Difficile est, quot ceciderint, exacto affirmare numero. audet tamen Antias Valerius concipere summas. *specify the exact number. Ovid.* 7. *Metam.* v. 594. Concipere vota. *Senec. in Herc. Fur.* v. 926. preces. ¶ *Concipere verba* est verborum formulam exprimere, quam alius totidem verbis referat, *to dictate according to the form prescribed.* Ex gr. *concipere verba juramenti*, vel *juramentum*, præire juraturo verba juramenti: *concipere vadimonium*, proferre formulam vadimonii, &c. *to prescribe the usual form of giving bail. Liv.* l. 7. c. 5. Stans ferro intento, nisi in quæ concepisset verba, juraret, se patris ejus accusandi causa concilium plebis nunquam habiturum, se eum extemplo transfixurum minatur. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 41. Senatus jusjurandum concepit, quo, &c. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 15. Negat, in tanta multitudine quemquam fuisse, qui vadimonium concipere posset. ¶ Aliquando *concipere verba, preces* dicitur is, qui dictata ab aliis verba pronuntiat. *Senec. in Troad.* v. 1100. Dum verba fatidici, et preces Concipit Ulysses vatis. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 31. Cum cetera jurisjurandi verba conciperent, Vespasiani nomen hæsitantes aut etiam silentio transmittebant. ¶ *Concipere aliquid verbis* est aliquid certa verborum formula exprimere. *Cic.* 3. *Offic.* c. 29. *ad fin.* Quod ex animi tui sententia juraris, sicut verbis concipitur jure nostro. ¶ *Concipere libellum, edictum*, &c. apud JCtos est certis verbis comprehendere, ac describere, *to draw up, express, prescribe. Ulpian. Dig.* lib. 13. tit. 6. leg. 1. Qui edictum concepit, commodati fecit mentionem. *Id. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 9. Ne tabelliones instrumenta forment, neve libellos concipiant. Sic *Id.* lib. 41. tit. 1. leg. 38. *circa med.* Concipere stipulationem. *Jabolen.* lib. 5. tit. 1. leg. 35. Concipere obligationem in futurum. *Caius* lib. 4. tit. 5. leg. 8. Concipere actiones in bonum, et æquum. ¶ *Concipere fœdus* apud *Virg.* 12. *Æn.* v. 13. est verborum fœderis exprimere formulam, et fœdus facere. ¶ *Concipere diem, ferias, sacra, bellum*, est certis verbis dies, ferias, aut bellum indicere. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 3. Ubi viæ competunt, tum in compitis sacrificatur: quotannis is dies concipitur. *Liv.* l. 5. c. 17. Magistratus vitio creatos, Latinas sacrumque in Albano monte non rite concepisse. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 15. Per feciales fiebat, ut justum conciperetur bellum. ¶ *Concipere bellum alicui* singulari constructione dixit *Silius* pro conceptis verbis jurare, se bellum alicui illaturum. Locus est lib. 13. ubi Hamilcar de Annibale loquens, ait vers. 744. decimum modo cœperat annum Excessisse puer, nostro cum bella Latinis Concepit jussu. V. lib. 1. v. 77. *et sequentib.* et *Liv.* l. 21. c. 1. ¶ *Concipere furtum* V. in *Conceptus*, et in *Lanx.* ¶ In re augurali *concipere templum* est locum in cælo conceptis certisque verbis definire, intra quem auguria capienda sint. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 2. ¶ Denique *Serv. ad supra cit.* 12. *Æn.* docet *concipere vestimenta* dici sarcinatores, cum e diverso conjungunt, et adsuunt. Quam recte et vere, ipse viderit.

CONCĪSE, adverb. *concisely, συντόμως*, stricte, concisa

ratione. *Quintil.* l. 12. c. 2. *ante med.* Quamquam ea (*dialectica*) non tam est minute atque concise in actionibus utendum, quam in disputationibus.

CONCISIO, onis, f. *a cutting*, actus concidendi, ἐντομὴ, ἔντομον. *Cic. in Partit.* c. 6. Dilucidum fit usitatis verbis, propriis, dispositis aut circumscriptione conclusa, aut intermissione, aut concisione verborum. *h. e.* aut comprehensione continua, aut membratim intermissa, aut cæsim abrupta. *the dividing of a sentence into short clauses.* V. *in Orat.* cap. 63. triplicis hujus modi exemplum.

CONCĪSOR, oris, m. qui concidit. *Corippus* l. 4. v. 22. gemit undique fessus Concisor nemorum, crebrisque securibus ictus Congeminant.

CONCISORIUS, a, um, ad concidendum pertinens. *Veget. de re Veterin.* l. 1. c. 56. Ferramento concisorio animalium soleas purgare.

CONCISŪRA, æ, f. *a cutting*, ἐντομὴ, actus concidendi, concisio. *Plin.* l. 34. c. 8. Quam statuam inaurari jussit Nero: dein cum pretio periisset gratia artis, detractum est aurum: pretiosiorque talis existimatur, etiam cicatricibus operis atque concisuris, in quibus aurum hæserat, remanentibus. *Al. leg.* conscissuris. *Senec.* ep. 100. *ante med.* Desit sane varietas marmorum, et concisura aquarum cubiculis interfluentium. *h. e.* minuta divisio aquarum, quæ tubulis concipiuntur, ut in varias ædium partes influant. Nos quoque *cuts* appellamus, quos alveos a flumine ducimus ad aquas derivandas.

CONCĪSUS, um, *cut*, συγκεκομμένος, cæsus: a *concido*. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 647. Ligna senex minuit, concisaque construit alte. *Plin.* l. 26. c. 8. Radix minute concisa. ¶ Item percussus, *struck, beaten.* *Juvenal.* sat. 3. v. 300. Pulsatus rogat, et pugnis concisus adorat. ¶ Item divisus, distinctus, *cut down, divided.* *Juvenal.* sat. 14. v. 291. Concisum argentum in titulos, faciesque minutas. *h. e.* in pecuniam redactum. *Plin.* l. 16. c. 28. *ad fin.* Materies concisa nodis. *h. e.* arboris truncus, vel trabs nodis distincta. *distinguished, marked.* *Id.* l. 10. c. 29. *de cantu lusciniæ.* Nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso. *h. e.* respiratione distincta, atque ut ita dicam, interrupta. ¶ De exercitu adverso prœlio cæso, *Cic. Attic.* l. 5. ep. 16. *ad fin.* Concisos exercitus nostros a Barbaris nuntiabant. *cut to pieces.* ¶ Est etiam intercisus, interruptus, *intersected, interrupted.* *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 9. Pedestria itinera concisa æstuariis. ¶ Translate *Cic. Phil.* 12. c. 5. Nondum erat vestris tam gravissimis, tamque multis judiciis, ignominiisque concisus. ¶ Sæpissime refertur ad genus dicendi, et ponitur pro adstricto, brevi: *brief, short, concise:* quod quæ necessaria omnino non sunt, conciduntur atque omittuntur. *Cic. in Bruto.* c. 17. Concisæ sententiæ. *Id.* 3. *de Orat.* c. 53. Distincte concisa brevitas. et lib. 2. c. 14. *ad fin.* Angustæ et concisæ disputationes. *Quintil.* l. 6. c. 4. Brevis et concisa actio. *Plin.* l. 2. c. 47. Nimis subtilis, et concisa ratio. *too flimsy and imperfect.* ¶ *Concisa oratio* dicitur, quæ brevioribus incisis constans, non continua, sed veluti membratim concisa est. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 80. Quamquam hoc ipsum *effertur, imus*, concisum est. *Id. in Orat.* c. 13. Thrasymachus concisus minutis numeris. *Quintil.* l. 9. c. 4. Compositio multis clausulis concisa subsultat. *Id.* declam. 17. c. 15. *extr.* Multum palloris attoniti, concisa verba, trepida suspiria. *broken words.*

CONCITAMENTUM, i, n. *an incentive, excitement*, incitamentum, ὁρμητήριον. *Senec.* 3. *de Ira*, c. 9. Quis ignorat, lituos et tubas concitamenta esse?

CONCITĀTE, adverb. *rapidly, quickly, speedily, swiftly, impetuously*, παρορμητικῶς, ἀκρατῶς, citatim. *Quintil.* l. 11. c. 3. Concitate ire. *Colum.* l. 6. c. 6. *sub fin.* Tum concitate agitur pecus eousque dum anhelet. *Lactant.* l. 6. c. 1. *sub fin.* Ad mortem concitatissime properant. ¶ Translate *Quintil.* l. 9. c. 2. *sub fin.* Alia concitate, alia remisse dicenda sunt. *Id.* l. 12. c. 10. Concitatius movere affectus. *more powerfully.*

CONCITATĬO, onis, f. *a stirring up, rousing, exciting; an emotion*, vehemens commotio, impetus, παρόρμησις. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 16. *ad fin.* Sapiens ab omni concitatione animi, quam perturbationem voco, semper vacat. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 13. *ad fin.* Nullæ tuæ vehementiores animi concitationes. *violent emotions.* *Id. in Bruto*, c. 14. Plebis contra Patres concitatio et seditio. *a tumult, sedition.* Sic *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 106. Crebræ continuis diebus ex concursu multitudinis concitationes fiebant. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 36. Atque etiam illa concitatio declarat, vim in animis esse divinam. *scilicet* cum vocum gravitate et cantibus pelluntur animi vehementius, ut statim supra dixerat. *Id. ibid.* l. 2. c. 11. Concitatione mentis edi, et quasi fundi naturale genus divinandi.

CONCITĀTOR, oris, m. *one who rouses or stirs up; an exciter*, qui concitat, et tumultus ac turbæ auctor est. *Cic. pro Dom.* c. 5. Seditionis instimulator et concitator tu fuisti. et *paulo post.* Sergius signifer seditionis, concitator tabernariorum. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 38. Concitatorem belli ad supplicium deposcere.

CONCITĀTRIX, icis, f. quæ concitat. *Plin.* l. 26. c. 10. Concitatricem vim habet satyrion. Adde lib. 19. c. 8. *post med.*

CONCITĀTUS, a, um, *stirred, excited, provoked, moved, agitated, encouraged, abetted or set on, pushed on, incited, eager, impetuous, vehement*, παρωρμημένος, citatus, incitatus, commotus. *Cic. in Somn. Scipion.* c. 5. Conversio cœli concitatior. *Quintil.* l. 2. c. 11. (*al.* 12.) Concitatissimus motus corporis. *Nepos in Datam.* c. 4. Equo concitato ad hostem vehitur. *at full speed.* *Liv.* l. 35. c. 5. Equos quam concitatissimos immittere. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* v. 70. Magno cursu concitati. *Curt.* l. 4. c. 3. Mare vento concitatum. *tossed, troubled.* ¶ Translate *Cic. pro Mur.* c. 31. Animi quodam impetu concitatus. *Id. in Bruto*, c. 89. Admirabili quodam ad philosophandum studio concitatus. *Quintil.* l. 6. c. 3. Concitata ira. *Nepos in Aristid.* c. 1. Concitata multitudo reprimi non potest. *Cic. in fragm. pro Scauro*, apud *Priscian.* l. 6. pag. 689. *Putsch.* Pellicatus dolore concitata. *Auct. de B. Hispan.* c. 37. Seditio concitata *Sueton. in Othon.* c. 10. Concitatus exemplo. *roused, stimulated.* *Quintil.* l. 12. c. 9. Vibrantibus concitatisque sententiis velut missilibus uti. *fiery.* *Id.* l. 11. c. 3. Erecta et concitata vox. *loud.*

[* CONCITĀTUS, us, m. idem ac concitatio. *Sidon.* carm. 23. v. 365. Curæ est id mediis, ut ille primus Pressus dexteriore concitatu, Partem si patefecerit sinistram, Totas ad podium ferens habenas, Curru prætereatur intus acto.]

CONCĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to stir up, put violently in motion, rouse to action, excite, push forward, stimulate, incite*, παρορμάω, cito, incito, celeriter moveo, commoveo, agito. *Cels.* l. 6. c. 6. n. 15. Medicamenta, quæ pituitam concitant. *Id.* l. 2. c. 13. Bilis concitat morbos. *Liv.* l. 2. c. 6. Concitare equum calcaribus. *to spur.* *Id.* l. 35. c. 12. *extr.* Ætoli concitabant bellum Romanis. *h. e.* adversus Romanos. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 77. Omnem Galliam ad auxilium nostrum concitavimus. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 14. v. 41. Concitare iram populi alicui. *h. e.* contra aliquem. *to rouse, provoke.* et *Heroid.* ep. 7. v. 42. Eurus concitat aquas. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 583. Concitare se fuga in locum aliquem. *Id.* l. 6. v. 264. Avis concitat alas. *flaps its wings.* et vers. 340. Concitare missile. *to hurl with force.* *Ovid.* 2. *Fast.* v. 286. Concitare feras. *to chase.* *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 42. multitudinem ad arma. et l. 3. *B. Civ.* c. 18. tumultum. *Plin.* l. 5. c. 30. *sub fin.* Concitat se Hellespontus. *moves with a strong current.* ¶ Absolute pro movere ad seditionem, *to stir up a rebellion; raise an insurrection.* *Ovid.* 2. *Fast.* v. 849. Brutus clamore Quirites Concitat, et regis facta nefanda refert. *Pollio ad Cicer. Fam.* 10. ep. 33. Concitare non modo nationes, sed etiam servitia. *Cic.* 4. *Acad.* c. 47. Quo spectat illud, cum artificia tolli quereris a nobis, nisi ut opifices concitentur? ¶ Translate *Cic.* 1. *de Orat.* c. 53. Concitare misericordiam populi. *to excite.* *Id. Verr.* 7. c. 8. invidiam in quempiam ex aliqua re. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 53. gravem offensionem in aliquem. et cap. 54. odium in superbiam. *Id.* 2. *de Orat.* c. 58. risum. *Id. Catil.* 4. c. 3. Miscere et concitare nova mala. *Id. pro Mur.* c. 39. Concitare discordiam et seditionem. *Id. Verr.* 5. c. 3. Concitari in aliquem. *h. e.* irasci. *Id. Fam.* 2. ep. 1. Concitare magnam exspectationem sui. *to raise.* *Id.* 2. *de Orat.* c. 46. Concitari omni motu animi. *Id.* 1. *de Divin.* c. 31. Cum a corpore animus abstractus divino instinctu concitatur. *Quintil.* l. 9. c. 4. Compositione, velut amentis quibusdam, nervisve, intendi et concitari sententiæ videntur. *Id. ibid. sub fin.* Concitare judicem. *h. e.* ad iram, odiumve movere. *Id.* l. 6. c. 2. Concitare aliquem in iram. *Phædr.* l. 1. fab. 29. sibi periculum. *h. e.* creare. *Plin.* l. 20. c. 17. somnum. *to occasion sleep.*

CONCĬTOR, oris, m. concitator. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 28. et 4. *Hist.* c. 56. Concitores belli. Adde *Liv.* l. 23. c. 41. et lib. 29. c. 3. et lib. 37. c. 45. et alibi, et *Justin.* l. 2. c. 9. quibus locis al. leg. *concitator.*

CONCĬTUS, a, um, *stirred up, roused, excited, provoked, rapid, swift, impetuous*, concitatus, commotus, velox: a *con*, et *cieo*. *Cic. pro Cæs.* c. 5. Defensor nimium litigiosus, concitus ad rixam. *Curt.* l. 7. c. 4. *ad fin.* Equus calcaribus concitus. *Plin.* l. 9. c. 8. Concitus fame. *Id.* l. 25. c. 5. Mors concita ob cruciatus. *h. e.* properata. *Ovid. Metam.* 3. v. 79. Concitus imbribus amnis. *Virg. Æn.* 12. v. 921. Saxa concita tormento murali. *hurled, discharged, shot forth.* *Id. ibid.* v. 694. Immani concitus ira. et vers. 902. Cursu concitus. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 690. Concitus a numine. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 312. Aonio concita Baccha Deo. *Id.* 2. *Trist.* v. 383. Dolor concitus a læso amore. *Id.* 6. *Fast.* v. 521. Ad vocem concitus urget iter. ¶ Est etiam *concitus a cio, is, penult.* producta. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 460. ruit e sparso concita mapali Agrestum manus. *h. e.* convocata. *Lucan.* l. 5. v. 597. Inde ruunt toto concita pericula mundo. *h. e.* commota, provocata.

CONCĬTUS, us, m. concitatio, impetus. In sexto casu singulari *Claud. Mamert. in genethl. Maxim.* c. 8. Quis simili concitu eques, aut velivola navis?

CONCĪVIS, is, comm. gen. *a fellow-citizen*, qui ejusdem civitatis jure gaudet. Latini veteres dixere *civis*, aut *municeps*: posteriorum quidam *concivis*, ut *Tertull.* l. 5. contra *Marcion.* c. 17. vertens συμπολίτης *ex D. Paulo ad Ephes.* 2. 19. *Hieronym. in epist.* &c. *Scipio Maffeius Veronæ illustratæ* par. 2. l. 1. pag. 13. habere se ait veterem Lapidem, in quo *concivium* litteris pæne cubitalibus scriptum sit. Eum inter suas veteres Inscriptiones primum retulit *Muratorius* pag. 875. n. 11. curtum lapidem sine capite et cauda. Deinde ipse *Maffeius in Museo Veron.* pag. 87. n. 5. his verbis: . . . . *Dic Q.* . . . . *Rom. et Aug.* . . . . *Concivium Rom.* . . . . *tannia. ann.* VII. . . . . *Equit. Cyren. ann.* VI. . . . . . Est militaris, et videtur continere dedicationem alicujus operis, Romæ et Augusto factam. Est etiam locus *in fragm. Agrar. de Limitib.* pag. 216. *Goes.* Exactum concivium locum primum appellatum, deinde dictum fundum. Sed locus obscurus est, et incertæ lectionis, ut et ejus Auctor incertæ auctoritatis. Quare *concivis* vox est minus Latina, ut συμπολίτης minus probata Græcis, teste *Polluce init.* cap. 4. lib. 3.

CONCIUNCŬLA, æ, f. *a short harangue*, diminut. a concio. *Cic. ad Attic.* l. 2. ep. 16. Quæ mihi videtur una conciuncula clamore pedissequorum nostrorum esse peritura.

CONCLAMATĬO, onis, f. *a noise of many together; a joint cry or shout; a shout, hubbub, conclamation*, ἀναβόησις, multorum clamor. *Senec.* l. 1. *de Clem.* c. 12. Exaudire conclamationem tot millium sub gladio gementium. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 2. Lacrymis et conclamationibus dolorem testari. *wailing, lamentation.* ¶ Item acclamatio, *a shout in approbation.* *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 26. Curio universi exercitus conclamatione imperator appellatur. *the acclamations of the whole army.*

CONCLAMĀTUS, a, um, adject. *Saxa conclamata* h. e. clamoribus completa, vel clamando vocata. *Martial.* l. 9. epigr. 46. *de Prometheo.* Videris immensis cum conclamata querelis Saxa senis, &c. *Apul.* l. 7. *Metam.* Nisi ploratu femineo conclamatum viatorum præsidium accurrisset. ¶ *Conclamata suprema* apud *Quintil.* declam. 8. c. 10. et *Ammian.* l. 30. *c. ult.* sunt voces, quibus recens mortui sæpe nomine vocabantur: (V. *Conclamo*) et *conclamata corpora* dicuntur a *Lucano*, in quibus nulla spes vitæ restat: *given over for lost:* lib. 2. v. 22. cum corpora nondum Conclamata jacent. Sic *Apul.* l. 2. *Metam.* Defletus et conclamatus mortuus. et lib. 2. *de dogm. Platon.* Conclamata et desperata corpora. ¶ Hinc *conclamatæ res*, desperatæ et perditæ. *Serv. ad* 2. *Æn.* v. 233. *desperate, hopeless.* ¶ *Conclamatum frigus* est maximum, veluti quo corpora conficiuntur, et pereunt. *intense.* *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 5. Mandragoram, aliasque herbas conclamati frigoris pipere temperatis. ¶ Pro celebri, ac famoso. *famous, celebrated.* *Sidon.* l. 6. ep. 1. Conclamatissimus primipilaris. *Id.* l. 8. ep. 3. Conclamatissimæ declamationes.

CONCLAMĪTO, as, avi, atum, a. 1. *to cry out often, or together*, idem quod clamito, vel simul clamito. *Plaut. Merc.* 1. 1. 51. Conclamitare tota urbe.

CONCLĀMO, as, a. 1. *to cry together, cry aloud*, συμβοάω, simul clamo. *Cic.* 6. *Phil.* c. 1. Cum vos universi una mente atque voce, iterum a me conservatam esse Rempubl. conclamastis. *Liv.* l. 6. c. 28. Conclamatum ad arma, concursumque in muros est. *Virg.* 2. *Æn.* v. 232. Ducendum ad sedes simulacrum, orandaque divæ Numina, conclamant. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 36. Conclamare victoriam. *cry out with a loud voice, shout, to raise the shout of victory.* et cap. 26. Conclamaverunt, uti aliqui ex nostris ad colloquium prodirent. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 7. Conclamant, se paratos esse. *Curt.* l. 4. c. 12. Conclamant, duceret, quo videretur. ¶ *Conclamare vasa*, ἀναζυγὴν σημαίνειν, militaris est locutio, pro denuntiare inter milites, ut vasa colligant, quod fiebat, cum exercitus moturus erat castra. *to call to the soldiers to pack up their baggage previous to their marching.* *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 66. Signum dari jubet, et vasa militari more conclamari. ¶ Et absolute eod, sensu, *Id. ibid.* c. 75. Ut militare institutum servaretur, conclamari jussit. ¶ Conclamatum est, *there is no hope; all is over; 'tis finished, the case is hopeless*, πέπρακται, proprium eorum, qui morientibus assistunt, et translate pro finitum est, desperatum est. Solebant enim cadaverum faciem pluries frigida abluere, nomenque eorum clara voce inclamare, ne forte syncope correptos pro mortuis funerarent. *Donatus* ad illud *Terent. Eun.* 2. 3. 56. Desine, jam conclamatum est. ¶ Ponitur et pro simplici clamo, vel valde clamo. *to cry, exclaim.* *Plaut. Mil.* 2. 2. 22. Ubi abiit, conclamo. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 690. Conclamat virgo. Adde *Virg.* 3. *Æn.* v. 523. et *Petron. in Satyr.* c. 102. ¶ Item pro voco, invoco, *to call to, call upon, invoke.* *Virg.* 7. *Æn.* v. 504. Auxilium vocat, et duros conclamat agrestes. *Ovid. Metam.* 13. v. 73. Conclamare socios. *Senec. in Œdip.* v. 974. Conclamare deos omnes. ¶ Singulare est illud *Statii Theb.* 6. v. 13. planctu conclamat uterque Isthmos, Echioniæ responsant flebile Thebæ. *h. e.* resonat, personat.

CONCLAVĀTÆ dicebantur, quæ sub eadem erant clave. *Festus:* ubi *ædes* subintelligendum videtur: ut hoc voluerit significare, *conclavatas ædes* dicta fuisse plura cubicula, quæ porta una, unaque clavi clauderentur. *Scalig.* putat legendum esse *conclavia.*

CONCLĀVE, is, n. μυχὸς, οἴκημα, [† συνοίκιον,] pars ædium, cubiculum, membrum, quod clave claudi potest. *any apartment under lock and key.* Si simplex est, dicitur

Anglice *a chamber, room, closet*; si alia habet cubicula adhærentia (ut est apud *Fest.* et *Donat.* ad *Terent.*) quæ una clave claudantur, *a suit of apartments. Terent. Eun.* 3. 5. 35. Dum apparatur virgo in conclavi sedet. *Id. Heaut.* 5. 1. 29. Est mihi ultimis conclave in ædibus quoddam, retro. *a bed-chamber.* Sic *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 23. Cum cœnatus cubitum in idem conclave cum duobus filiis isset. *Id.* 2. *de Orat.* c. 86. Conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidisse. *a hall, room to dine or sup in. Quintil.* l. 11. c. 2. et *Valer. Max.* l. 1. c. 8. *extern.* n. 7. eandem hanc rem narrantes, *triclinium* appellant. [† *Conclave* de *triclinio* dixit etiam *Hor. Sat.* 2. 6. 113.] *Liv.* l. 39. c. 14. Ut sacerdotes ejus sacri omnes conquirerent, comprehensosque libero conclavi ad quæstionem servarent. *h. e.* libera custodia, extra publicum carcerem. V. *Custodia. Colum.* l. 12. c. 2. Excelsissimum conclave, pretiosissima vasa, et vestem desiderat. *Id.* l. 8. c. 1. *ad fin.* Aves, quæ conclavibus septæ saginantur. . *in inclosed places. Imp. Constant.* lib. 9. *Cod. Theodos.* tit. 3. leg. 3. Unum carceris conclave. *h. e.* unus carcer. ¶ Ex allatis exemplis satis apparet *conclave* dici quamcumque ædium partem, dummodo claudi clave possit. ¶ In genit. plurali reperitur et *conclaviorum*, et *conclavium. Vitruv.* l. 6. c. 5. Altitudines conclaviorum, quæ oblonga fuerint, sic habere debent rationem, &c. *Id.* l. 7. c. 9. In expolitionibus conclavium.

CONCLAUSUS, a, um, adject. velut a conclaudo, conclusus, *shut or closed up. Colum.* l. 3. *R. R.* c. 12. Eadem veluti conclausa, et coarctata semina comprimere. ¶ Conclusus magis est in usu.

CONCLINISCO. V. *Conquinisco.*

CONCLŪDO, is, usi, usum, a. 3. *to shut up, fasten up, inclose, confine, circumscribe*, συγκατακλείω, idem quod claudo, vel simul claudo. *Cic. de Univ.* c. 3. Deus intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. *Curt.* l. 5. c. 1. Tigris, et Euphrates Mesopotamiam ab utroque latere concludunt. *Virg. Æn.* 1. v. 425. optare locum tecto, et concludere sulco. *Senec. in Hippol.* v. 122. Concludere monstra domo cæca. *Plaut. Cas.* a. 1. v. 44. Concludere aliquem in fenestram. *Terent. Adelph.* 4. 2. 13. se in cellam aliquam. *Id. Eun.* 4. 3. 25. quempiam aliquo. *Cic.* 5. *Fin.* c. 20. Bestiæ, quas delectationis causa concludimus. ¶ Significat etiam obturare. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 479. fissaque fluctu, Vel pice, vel molli concludere vulnera cera. *to close the wound.* ¶ Translate *Terent. Hecyr.* 4. 4. 8. Tot me nunc rebus miserum concludit pater. *straitens, hems in. Id. Eun.* 5. 9. 17. Fortuna tot res, tantas, tam opportune in unum conclusit diem. *hath caused to happen all at once on the same day. Cic.* 1. *de Leg.* c. 5. Jus civile in parvum et angustum locum concluditur. *Id.* 1. *de Orat.* c. 61. Orator concludatur in ea, quæ sunt in usu civitatum vulgari et forensi. *confine himself to those things, that,* &c. *Nepos in Epamin.* c. 4. *sub fin.* Uno hoc volumine vitas excellentium virorum concludere constituimus. *h. e.* complecti. ¶ Sæpe est verbum disputantium, et ponitur pro colligere argumentatione, *to conclude. Gell.* l. 14. c. 1. *sub fin.* Genethliacos nullo pacto consulendos esse, hujusmodi argumentis concludebat. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 19. *extr.* Deinde concludebas summum malum esse dolorem. *Id.* 2. *de Orat.* c. 53. Demonstrando, id quod concludere illi velint, non effici ex propositis, nec esse consequens. *to infer, gather. Id. in Orat.* c. 35. Concludere argumentationes. *Id.* 4. *Acad.* c. 14. argumentum. ¶ Item pro finire. *Cic. Fam.* 5. ep. 12. Ancipites variique casus exitu notabili concluduntur. *Id. Verr.* 5. c. 69. *extrem.* Qua epistola recitata, conclusurum me esse crimen decumarum dixeram. *Id. in Orat.* c. 59. *ad fin.* Verborum descriptus ordo alias alia terminatione concluditur. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Vocem acuto tenore concludere. ¶ Concludere verba, aut sententias est eas numeris claudere. *h. e.* numerose explicare. *to round, conclude, complete. Cic. in Orat.* c. 69. Utitur ea trajectione verborum, et nihilo tamen aptius explet concluditque sententias. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 40. neque enim concludere versum, Dixeris esse satis.

CONCLŪSE, adverb. *in harmonious periods*, συγκεκλεισμένως, numerose, concinne. *Cic. in Orat.* c. 53. Cum, ut fit, fortuito sæpe aliquid concluse apteque dicerent.

CONCLUSĬO, onis, f. *a shutting, closing*, actus concludendi, σύγκλεισις. *Vitruv.* l. 5. *c. ult.* Ita conformandæ portuum conclusiones. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 3. et 10. Palpebrarum conclusio. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 22. Gravi pestilentia conflictati ex diutina conclusione. *from the great length of the siege.* Hoc sensu usus est etiam *Nepos in Eumen.* c. 5. et *Vitruv.* l. 5. c. 9. *ad fin.* ¶ Translate est finis, *an end, conclusion. Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. *c. ult.* In extrema parte et conclusione muneris ac negotii tui. ¶ In oratione *conclusio* est exitus et determinatio totius orationis, ut *Cic.* 1. *de Invent.* c. 52. definit, *the end of a speech; the peroration.* Adde cap. 14. *extr.* et lib. 2. *de Orat.* c. 19. *a med.* et *Quintil.* l. 6. c. 1. ¶ Item epilogus, *an epilogue. Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 30. Conclusiones, quæ apud Græcos ἐπίλογοι nominantur, tripartitæ sunt, &c. In quatuor locis uti possumus conclusionibus, in principio, secundum narrationem, secundum firmissimam argumentationem, in conclusione. *h. e.* in peroratione. Adde *Quintil. initio* cap. 1. l. 6. ¶ *Conclusio verborum* est eorum apta collocatio et compositio, qua numerus et periodus efficitur. *an harmonious period. Cic.* 3. *de Orat.* c. 44. Hæc duo, vocis dico moderationem, et verborum conclusionem a poetica ad eloquentiam traducenda duxerunt. *Id. in Bruto*, c. 8. Verborum quasi structura, et quædam ad numerum conclusio. Adde *in Orat.* cap. 49. *extr. et* cap. 50. et *Quintil.* l. 9. c. 4. *post init.* ¶ In argumentatione *conclusio* est complexio syllogismi, qua totius argumenti vis et ratio concluditur, *the consequence. Gell.* l. 2. c. 8. Conclusionem syllogismi non in fine posuit, sed in principio. Adde cap. 7. ¶ Item ipsa argumentatio, *an argument*, quoniam certis propositionibus, et certo ordine collocatis concluditur. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 7. *ad fin.* Zenonis breves, et acutulæ conclusiones. *Id.* 4. *Acad.* c. 4. Ex quo illa conclusio nascitur: si, sol quantus sit, &c.

CONCLUSIUNCŬLA, læ, f. dimin. a *conclusio. a silly captious inference; a sophism.* Pro brevi argumentatione *Cic.* 4. *Acad.* c. 24. Quorum sunt contorta, et aculeata quædam sophismata: sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 18. Stoici contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis effici volunt, non esse malum, dolorem.

CONCLUSŪRA, æ, f. *Vitruv.* l. 6. c. 11. Administrandum est, uti levent onus parietum fornicationes cuneorum divisionibus, et ad centrum respondentes earum conclusuræ. *h. e.* colligationes, nexus.

CONCLŪSUS, us, m. *a shutting up.* In sexto casu singul. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 1. c. 4. Conclusu corporis corrigere.

CONCLŪSUS, a, um, *shut up, inclosed, confined*, συγκεκλεισμένος, clausus. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 7. Conclusa aqua facile corrumpitur. *Lucret.* l. 4. v. 460. Conclusus locus. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 9. Longe aliam esse navigationem concluso mari, atque in vastissimo Oceano. *Sueton. in Ner.* c. 31. Piscina conclusa porticibus. *Hygin. Poet. Astron.* l. 4. c. 14. Locum conclusiorem lumine implere. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 42. Omnia fere quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt. *comprised, comprehended. Id. pro Rosc. Com.* c. 5. In hanc formulam omnia judicia legitima, omnia arbitria honoraria conclusa et comprehensa sunt. *Id. in Orat.* c. 5. *extr.* Oratio neque perfecta, neque conclusa. *rounded into periods. h. e.* numerosa, periodica. *Id.* 2. *de Fin.* c. 27. Perfecto et concluso, neque virtutibus, neque amicitiis usquam locum esse, &c. *proved, and concluded, that,* &c. *Id. Verr.* 4. c. 34. Facinus natum a cupiditate, auctum per stuprum, crudelitate perfectum atque conclusum. *completed and terminated.*

CONCOCTĬO, onis, f. *digestion*, digestio cibi in stomacho, πέψις. *Cels.* l. 1. c. 8. Prodest adversus tardam concoctionem clare legere, deinde ambulare. et lib. 3. c. 22. Ne stomachus gravetur, et concoctionem impediat. *Plin.* l. 27. c. 7. Absinthium adjuvat concoctiones. *promotes. Id.* l. 23. c. 8. Fructus difficilis concoctioni. *hard to digest.* ¶ Differunt concoctio, et digestio. V. *Digestio.*

CONCOCTUS, a, um, *boiled together, boiled with*, una coctus, συμπεπτόμενος. *Lucret.* l. 2. v. 852. Concocti odores. *Senec.* ep. 95. *ante med.* Ostrea echinis, spondyli perturbati mullis, concoctique. *Plin.* l. 21. c. 10. Sal nitrum sulphuri concoctum in lapidem vertitur. ¶ *Pani concocti*, h. e. maturi, seu qui ad suppurationem pervenere. *Plin.* l. 32. c. 9. *a med.* Sive discutere panos opus sit incipientes, sive concoctos emittere. ¶ Translate *Liv.* l. 40. c. 11. Concocta consilia. *well digested; well laid.*

CONCŒNA, æ, m. σύνδειπνος, qui simul cœnat, compransor, conviva. *Gloss.* V. *Congerro.*

CONCŒNATIO, onis, f. cœna, convivium, *a supping together*, σύνδειπνον. *Cic. de Senect.* c. 13. Accubitionem epularem Græci tum compotationem, tum concœnationem vocant.

CONCOLŌNA, æ, f. *Augustin.* ep. 169. *ad Euseb.* Duas sanctimoniales concolonas suas de fundo catholicorum Christianorum transtulit.

CONCŎLOR, oris, omn. gen. *of the same colour*, ὁμόχροος, ejusdem coloris. *Virg.* 8. *Æn.* v. 82. sus Candida per silvam cum fetu concolor albo. *Plin.* l. 8. c. 33. Oculi concolores corpori. *Colum.* l. 7. c. 3. Lingua concolor lanæ. *Ovid.* l. 1. *Fast.* v. 80. Et populus festo concolor ipse suo est. *h. e.* candidis togis indutus refert quodammodo candorem et lætitiam diei festi. *Stat.* l. 4. silv. 7. v. 14. ubi Dite viso Pallidus fossor redit, erutoque Concolor auro.

CONCOLŌRANS, antis, eundem colorem referens. *Tertull. de Pudic.* c. 8. Concolorantes figuræ.

CONCOLŌRUS, a, um, adject. concolor. *Capel.* l. *de nupt. Philol.* 6. pag. 213. Carystos marmoreis fluctibus concolora.

CONCOMITĀTUS, a, um, adject. signif. pasivæ *accompanied, attended, Plaut. Mil.* 4. 3. 10. Quibus concomitata recte deveniat domum.

CONCOPŬLO, as, avi, atum, a. 1. idem quod copulo, *to join or unite together: Lucret.* l. 6. v. 1075. Denique res auro argentum concopulat una. Al. leg. *copulat:* et adhuc constat versus, si synalœphe abstineas: quod non est *Lucretio* inusitatum.

CONCŎQUO, is, oxi, octum, a. 3. *to boil, seethe*, συμπέπτω, idem quod coquo, vel bene coquo. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 10. Vel ad focum afferre ligna, ac cibum concoquere. *In edit. Jenson.* an. 1472. est *conquærere*: ex quo Aldus 1514. edidit *concoquere*: alii habent *coquere*, ¶ Item cibum in stomacho conficere, *to digest, concoct. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 49. Stomachi colore concoquere. *Id.* 2. *de Fin.* c. 20. Cibus facillimus ad concoquendum. *Cels.* l. 3. c. 22. Cibi, qui facile concoquuntur. *Plin.* l. 11. c. 53. *extr.* Concoquere somno. *to digest by sleeping.* Absolute *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 39. Surgam, quamvis non concoxerim. ¶ Dicitur et de aliis rebus. *Plin.* l. 22. c. 22. *sub fin. de boleto.* Si caligaris clavus affuerit nascenti, omnem illico succum in venenum concoquit. *Id. ibid.* c. 24. Propolis alvorum tubera discutit, dura concoquit. *h. e.* emollit, et ad suppurationem perducit. *Id.* l. 24. c. 8. *extr.* Juniperus tusses concoquit, et duritias, *resolves, softens*, et cap. 9. Vomicæ, et pani difficile concoquentes. *h. e.* difficile collectum pus maturantes. *Id.* l. 21. c. 19. Concoquere suppurationes. *Id.* l. 18. c. 11. Terra acceptum humorem concoquens intra se vice succi continet. ¶ Translate est cogitare, perpendere, *to think upon, weigh over, consider, deliberate. Cic. pro Rosc. Com.* c. 15. Tibi diu deliberandum et concoquendum est, utrum Chæreæ injurato, an Manilio, et Luscio juratis credas: *Senec.* ep. 84. In his, quibus aluntur ingenia, quæcumque hausimus, non patiamur esse integra, ne aliena sint: concoquamus illa. ¶ Item æquo animo pati, strenue ferre, *to bear, tolerate, put up with, support, brook, suffer, endure, abide. Liv.* l. 4. c. 15. Ut quem senatorem concoquere civitas vix posset, regem ferret. *Cic.* 3. *ad Q. Fr. ep. ult.* Ut ejus ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam. *Petron. in Satyr.* c. 105. Ego quidem tres plagas Spartana nobilitate concoxi. et cap. 82. Sicco ore famem concoquit. *h. e.* jejunus tolerat famem. ¶ Item admittere, probare, more ventriculi cibos admittentis, et concoquentis. *to admit of, approve. Cic. Fam.* 9. ep. 4. Vide, utra te κρίσις magis delectet, an hæc, quam noster Diodotus non concoquebat. ¶ Item consumere, absumere. *to worry, harass. Plaut. Trin.* 2. 1. 2. Egomet me concoquo, et macero, et defatigo.

CONCORDABĬLIS, le adject. qui concordari facile potest. *Censorin. de die natali*, c. 10. Non promiscue voces omnes cum aliis junctæ concordabiles in cantu reddunt effectus.

CONCORDĀTUS, a, um, adject. *agreed upon, settled, Papinian.* leg. 11. *Dig.* tit. 5. lib. 48. Matrimonium bene concordatum dirimere.

CONCORDĬA, æ, f. *concord, agreement, union, harmony, unanimity*, ὁμόνοια, unanimitas, et consensus: a *corde*, ut ait *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 10. quasi congruentia cordium. *Cic. ad Pompei. post* ep. 11. l. 8. *ad Attic.* Fore, ut in Italia possemus concordiam constituere. *Id. pro Cluent.* c. 55. Esse conjunctum alicui concordia. *Balb. ad Cicer. post* ep. 15. l. 8. *ad Attic.* Reducere aliquos ad pristinam concordiam. *Plaut. Amph.* 1. 2. 12. Redigere uxorem in concordiam viri. et *ibid.* 3. 3. 7. Redire in concordiam. *Cic.* l. 7. *Attic.* ep. 3. Adducere rem ad concordiam. *Id. ibid.* l. 1. ep. 18. Disjungere concordiam: *to sever, disturb: Curt.* l. 10. c. 8. *extr.* Concordiam et pacem firmare. *Sallust.* orat. 1. *ad Cæs. de republ. ordin. ad fin.* Pacem concordiamque stabilire. *Gell.* l. 2. c. 12. Restituere et conciliare concordiam. ¶ Concordia res parvæ crescunt: discordia maxumæ dilabuntur, quod habetur apud *Sallust. in Jug.* c. 10. trita et celebris sententia est. ¶ Translate *Cic. in Fragm. Œcon.* apud *Colum.* l. 12. c. 2. Ex concordia vocum amicum quiddam et dulce resonat. *Quintil. sub fin.* c. 10. l. 5. Sociata nervorum concordia cantus vocis plurimum juvat. *Plin.* l. 34. c. 14. *ad fin.* Concordia, quam magnes cum ferro habet. *Id.* l. 29. c. 4. Concordia rerum ac repugnantia. ¶ *Discors concordia* est earum rerum, quæ cum inter se diversæ sint, tamen commixtæ unum quoddam corpus conficiunt, dum una alterius vires temperat et coercet, ut fit in mixtis elementorum. *Ovid. Metam.* 1. v. 433. et discors concordia fetibus apta est. Adde *Horat.* l. 1. ep. 12. v. 19. ¶ Et translate ita dicitur amicitia simulata. *Lucan.* l. 1. v. 98. Temporis angusti mansit concordia discors, Paxque fuit non sponte ducum. ¶ Reperitur etiam *concordia* pro societate. *Vellei.* l. 2. c. 65. Se cum Bruto Cassioque juncturum vires suas, si Cæsar ejus aspernaretur concordiam. ¶ *Concordia* Dea fuit apud Romanos teste *Varr. loc. sup. cit. Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 23. et l. 3. c. 18. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 91. et *Augustin.* l. 3. *de Civ. Dei*, c. 25. et veterib. aliquot *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 100. Huic non una Ædes Romæ fuit, alia nempe a Furio Camillo Dictatore vota in seditione populari, quam Livia Augusta restituit, et Tiberius dedicavit: alia vota a L. Manlio Prætore, et a M. et C. Atiliis dedicata: alia dedicata a C. Flavio Cn. F. Scriba. Prima fuit ad ipsum Capitolii ascensum, et respiciebat forum et comitium: altera in arce Tarpeia. tertia in area Vulcani. In prima, frequenter Senatus habebatur, ominis causa. ¶ Denique Concordia

urbs est Carnorum excisa, apud Romatinum portum (qui nunc a multis putatur esse porto Gruaro) inter Altinum, et Aquileiam, olim Romanorum colonia. Plin. l. 3. c. 18. ¶ Alia est Concordia cognomento Julia in Hispania Bætica. Id. ibid. cap. 1.

CONCORDIALIS, le, ad concordiam pertinens. Jul. Firmic. lib. 6. Mathes. c. 32. Uxores, quæ semper concordialibus vinculis copulentur. ¶ Sacerdos Deæ Concordiæ, ut Augustalis Augusti. Inscript. apud Gruter. pag. 877. n. 2. T. Livius Liviæ L. Halis Concordialis. V. Ursat. marm. erud. epist. 8.

CONCORDIENSIS, se, ad Concordiam urbem pertinens. Concordienses, ium, ejus urbis incolæ. Plin. l. 4. c. 22.

CONCORDIS, de, adject. pro concors, antiquum est obsoletum. Cæcil. apud Priscian. in fi. l. 6. Modo fit obsequens, hilaris, comis, communis, concordis, dum id, quod petit, potitur. Adde eund. Priscian. l. 7. pag. 764. Putsch.

CONCORDITAS, atis, f. idem ac concordia. Pacuv. apud Non. c. 2. n. 151. Concorditatem hospitio adjunctam, et perpetuam probitatem conservetis.

CONCORDITER, *by one consent, amicably, harmoniously, agreeably*, ὁμονοητικῶς, unanimiter, concordi voluntate. Plaut. Curcul. 2. 2. 14. Sane illi inter se congruunt concorditer. Ovid. 7. Metam. v. 752. et duces concorditer exigit annos. Liv. l. 4. c. 15. extr. Bellum gerere concordius. Cic. pro Rabir. perduell. c. 5. Mors fratris, quicum concordissime vixerat. Adde Enn. apud Charis. l. 2. pag. 177. Putsch.

CONCORDĬUM, ii, n. idem quod concordia. Papinian. Dig. lib. 23. tit. 4. leg. 27. Reversa post jurgium, per dissimulationem mulier, veluti venali concordio. Ita Torrentin. at Haloander habet concordia.

CONCORDO, as, avi, atum, n. 1. *to agree, accord*, ὁμονοέω, concordem esse, convenire. Cic. 4. Tuscul. c. 13. Sic animi sanitas dicitur, cum ejus judicia opinionesque concordant. Justin. l. 27. cap. 3. Ne tunc quidem fratres concordare potuerunt. Terent. Phorm. 2. 3. 86. Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam senectutem oblectet. Ovid. Metam. 1. vers. 518. concordant carmina nervis.

CONCORPORĀLES, lium, m. contubernales, commanipulones, idest qui in eodem sunt contubernio. Ammian. l. 28. c. 5. (al. 28.) Ne uno quidem cædibus concorporalium superesse permisso. Adde lib. 21. c. 12. (al. 22.)

CONCORPORATĬO, onis, f. *an incorporation*. Tertull. lib. 4. advers. Marcion. c. 4. Concorporatio Legis et Prophetarum. Adde de Baptism. c. 8.

CONCORPORĀTUS, a, um, adject. *incorporated*. Ammian. l. 22. c. 8. (al. 13.) Hi scopuli stetere concorporati. Tertull. de Pudic. c. 15. Concorporatus Ecclesiæ. [et Marcell. Empir. c. 36. Cum bene permixtum et concorporatum videris medicamen.]

CONCORPORIFICĀTUS, a, um, adject. in unum corpus redactus. Tertull. advers. Valentin. c. 23. In mundo coelementato et concorporificato.

CONCORPŎRO, as, avi, atum, a. 1. *to incorporate*, συσσωματόω, in unum corpus redigo. Plin. l. 22. cap. 24. Facillimeque cum melle concorporatur. Id. l. 27. c. 12. Polyanthemum vitiligines concorporat. h. e. delet vitiliginem, et reliquo corpori cutem reddit parem.

CONCORS, ordis, *of one mind or will, agreeing, concordant, unanimous, agreeable, amicable, harmonious*, ὁμόνους, qui est unius cordis, idest unius animi: a con, et cor. Cic. 1. Tuscul. c. 9. Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur. Plaut. Aulul. 3. 5. 7. Multo fiat civitas concordior. Cic. pro Ligar. c. 2. Concordissimi fratres. Id. 3. de Legib. c. 12. Moderatus et concors civitatis status. Id. de Univ. c. 5. Concors amicitia. Liv. l. 6. c. 6. extr. Concordibus animis juncti. Sueton. in Cæs. c. 19. Nihil non ausurum eum, concordi et consentiente collega. ¶ Translate Senec. in Agamemn. v. 781. Concordi gradu ire. Plin. l. 5. c. 9. Nilus se totum aquis concordibus rursus junxit. Virg. 3. Æn. v. 542. Equi sueti frena jugo concordia ferre. h. e. concordes ferre frena jugo juncti. Ovid. 8. Metam. v. 708. concordes egimus annos. Lucan. l. 4. v. 197. Instituere mensas concordes. Propert. l. 4. el. 5. v. 6. Torus concors. Pers. sat. 5. v. 49. Concordia fata. ¶ In sexto casu habet etiam concordi, teste Priscian. l. 7. pag. 764. Putsch.

CONCRASSO, as, a. 1. *to thicken*, crassum reddo. Cæl. Aurel. lib. 4. Chronic. c. 3. Lac liquida concrassat.

CONCRATITIUS, et Concraticius, a, um, *made of hurdles*, qui ex consertis cratibus fit. Ulpian. Dig. lib. 17. tit. 2. leg. 52. ad fin. Ut ibi concratitium parietem inter se ædificarent. In emendatissimis libr. legitur Cratitius.

CONCREBRESCO, is, ebui, n. 3. idem quod crebresco, densus fio, augesco. Virg. in Ciri, v. 25. Cum levis alterno Zephyrus concrebuit Euro. V. Crebresco.

CONCREDĬTUS, a, um, *consigned, committed, entrusted*, commissus. Cic. pro Rosc. Amer. c. 39. Fortunæ commendatæ atque concreditæ. Plaut. Aulul. 3. 6. 45. Aurum concreditum.

CONCRĒDO, is, edidi, editum, a. 3. *to consign, commit, confide, entrust*, ἐπιτρέπω, idem quod credo, hoc est committo, servandum do, fidei trado alicujus. Cic. pro Quint. c. 20. Cui tu rem et famam tuam commendare proficiscens, et concredere solebas. Plaut. Bacch. 4. 9. 141. Concredere alicui aurum. Id. Trin. 1. 2. 104. aliquid clam taciturnitati, fidei, et fiduciæ alicujus. Id. Merc. 2. 1. 9. quippiam alicui in custodiam. Id. Pers. 3. 3. 36. aliquid alicui in manum. ¶ Translate Colum. l. 3. c. 1. ad fin. Concredere vites teneriores calido cælo. Id. in præfat. navigia mari. Catull. carm. 63. de nupt. Pel. et Thet. v. 213. cum gnatum ventis concrederet Ægeus. ¶ Pro assignare, attribuere: *to assign, attribute, refer*: translate Sever. in Ætna, v. 157. summis si forte putas concredere causis Tantum opus, &c.

CONCREDŬO, is, ui, pro concredo, Plautinum est: Aulul. 3. 6. 48. Ne tu in me mutassis nomen, si hoc concreduo. Id. Cas. 2. 8. 45. Ei ego amorem meum omnem concredui.

CONCREMATĬO, onis, f. actus concremandi, incendium. Fulgent. l. 1. Mythol. n. 15. de Phaeth. Sibi atque mundo concremationis detrimenta conflavit.

CONCREMĀTUS, a, um, una crematus, *burnt, consumed by fire*, ut Concrematæ urbes Senec. epist. 9. ad fin.

CONCREMENTUM, i, n. *a collection, concretion*, concretio, collectio. Apul. in Apolog. In corpore concrementa varii fellis, et turbidi spiritus, et pinguis humoris ægritudinum incitamenta sunt.

CONCRĔMO, as, avi, atum, a. 1. *to burn, consume by fire*, idem quod cremo, vel simul cremo, συγκαίω. Liv. l. 3. c. 53. Vivos igni concrematuros minabantur. Senec. l. 6. de Benef. c. 22. Repentino concrementur incendio. Plin. l. 12. c. 18. Quantum (cinnamomi) Nero Princeps novissimo Poppææ suæ die concremaverit.

CONCRĔO, as, avi, atum, a. 1. *to create, make*, idem quod creo, vel simul creo. In titulo capitis 5. lib. 19. Gellii. ex nive crystallus concreatur.

CONCREPARĬUS, a, um, adject. a concrepando. In Supposit. Bacchidis Plautinæ, prol. v. 3. Ore concrepario frequenter fremunt, atque male mussitant. ¶ Vel una hæc vox satis ostendere potest, quam levi sint auctoritate illa Plauto Supposita.

CONCREPATĬO, onis, f. *a noise, sound*. Arnob. l. 2. pag. 73. Concrepationes scabillorum.

CONCREPĬTO, as, frequentat. a concrepo, *to make a frequent noise; to rustle*. Prudent. Peristeph. 11. v. 56. Virgarum concrepitat fragor.

CONCRĔPO, as, pui, pitum, are, n. 1. *to make a noise, rustle, rattle, ring, creak as a door does in opening, snap with the fingers*, διαλακέω, ληκέω, idem quod crepo, resono, strepo. Cic. 3. Offic. c. 19. Si digitis concrepuerit. Plaut. Mil. 2. 1. 76. Foris concrepuit hinc a vicino sene. Cic. pro Cæl. c. 27. extr. Scabilla concrepant, aulæum tollitur. Ovid. 3. Fast. v. 740. Æriferæ comitum concrepuere manus. Liv. lib. 28. cap. 29. Exercitus gladiis ad scuta concrepuit. Id. l. 6. c. 24. Simul primo concursu concrepuere arma, hostis dolo, non metu pedem retulit. Cic. Agrar. 2. cap. 30. Qui simulac decemviri concrepuerint, armati in cives, et expediti ad cædem esse possint. h. e. digitis concrepuerint, signum dederint. ¶ Active cum accusativo, quemadmodum et crepo, et resono, et personо, &c. Ovid. 5. Fast. v. 441. Temesæaque concrepat æra. Petron. in Satyr. c. 22. extr. Æra concrepans omnes excitavit. [Id. c. 27. Concrepare digitos.] Adde Martial. l. 11. epigr. 17.

CONCRESCENTĬA, æ, f. *an increase or abounding*, concretio. Vitruv. l. 8. c. 3. post med. Ex aquarum subsidentia in corporibus, et concrescentia.

CONCRESCO, is, evi, etum, n. 3. *to grow or be joined together*, συγκρίνομαι, καταπήγνυμαι, coalesco, conglutinor, coeo, conglacio. Lucret. l. 6. v. 494. Pluvius humor concrescit in altis nubibus. *collects, thickens, gathers*. Cic. 2. de nat. Deor. c. 10. Aqua neque conglaciaret frigoribus, neque nive pruinaque concresceret, nisi, &c. *to freeze*. Colum. l. 7. c. 8. Cum lac concrevit. *to curdle*. Virg. 12. Æn. v. 905. gelidas concrevit frigore sanguis. *hath curdled*. Plin. l. 36. c. 22. Concrescere in lapidem. Propert. l. 4. el. 5. v. 65. Vidi ego rugoso tussim concrescere collo. h. e. pituitam ex tussi spissescere et densari. ¶ Translate Virg. Ecl. 6. v. 33. ut his exordia primis Omnia, et ipse tener mundi concreverit orbis. *grown out of; been composed or formed of*. h. e. collectus, et informatus sit, ut Serv. exponit. ¶ Concresse pro concrevisse est apud Ovid. 7. Metam. v. 416. ¶ Pro simplici cresco, *to grow, increase*, Colum. l. 7. c. 3. ante med. Lana quanto prolixior in pecore concrescit, tanto magis obnoxia est rubis. Id. l. 3. c. 11. ad fin. Valles, quæ fluminum alluvie, et inundationibus concreverint, aptas esse vineis. h. e. in altitudinem creverint, congesto limo.

CONCRETĬO, onis, f. *a growing together; a concretion*, σύγκρισις, actus concrescendi, coagmentatio, coagulatio. Cic. de Univers. sub fin. Causæ, quæ vim habeant frigoris et caloris, concretionis et liquoris. *a congealing*. Id. 1. de nat. Deor. c. 25. extr. Corporum concretio. et 1. Tuscul. c. 27. Mens segregata ab omni concretione mortali. h. e. ab omni materia, seu ab omni corpore.

CONCRĒTUS, a, um, *joined or grown together, condensed, thick*, συγκριματικὸς, πηγματώδης, coagmentatus, coagulatus, densus: cui opponitur liquidus, fusus. Virg. 3. Georg. v. 463. Et lac concretum cum sanguine potet equino. *curdled*. Plin. l. 11. c. 41. extr. Butyrum est spuma lactis concretior. Id. l. 29. c. 2. Sordes caudarum concretæ in pilulas. Id. l. 4. c. 16. extr. Mare concretum. *frozen*. Virg. 2. Æn. v. 277. Concreti sanguine crines. *clotted*. Id. 1. Georg. v. 236. Zonæ cærulea glacie concretæ. *congealed*. Liv. l. 21. c. 36. extr. Alte concreta glacies. Lucret. l. 3. v. 20. Nix acri concreta pruina. Id. l. 4. v. 1237. Semen concretius æquo. Cic. 1. Tuscul. c. 18. ad fin. Crassus hic et concretus aer, qui est terræ proximus. Id. 1. de Divin. c. 57. Pingue et concretum cælum. *a gross atmosphere*. Id. 1. Tusc. c. 27. et 29. Nihil est animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum. ¶ Concreta ossa, apud Plin. l. 7. c. 18. et 19. sunt sine medulla. ¶ Item conflatus, compositus: *made or composed of, consisting of*: cui opponitur simplex. Cic. 3. de nat. Deor. c. 12. Omne corpus aut aqua, aut aer, aut ignis, aut terra est, aut id quod est concretum ex his. et cap. 14. Aliquid concretum ex pluribus naturis. *made or mixed up, compounded*. Et translate Id. in Pison. c. 9. extr. Illud funestum animal ex nefariis stupris, ex civili cruore, ex omnium scelerum importunitate concretum. ¶ Item affixus, inhærens. *fixed, inherent, habitual*. Virg. 6. Æn. v. 746. Concretam exemit labem, purumque reliquit, &c. ¶ Concretus dolor dicitur ab Ovid. 2. ex Pont. ep. 11. v. 10. qui non funditur in lacrymas. ¶ Facies concreta squalore diutino apud Quintil. declam. 8. c. 8. h. e. contracta, pallescens, et lacrymas quodammodo ex longo fletu concretas habens. ¶ Concretus color est subobscurus, pallidus, hebes. *pale, indistinct*. Cic. in carm. de suo Consul. l. 1. de Divin. c. 11. Cum claram speciem concreto lumine luna Abdidit, et subito stellanti nocte perempta est. ¶ Nanus suos breviter concretus in artus, apud Propert. l. 4. el. 8. v. 41. h. e. compactus, contractus, *contracted*. Al. leg. curvatus.

CONCRETUS, us, m. concretio. In sexto casu singulari. Plin. l. 12. c. 16. de myrrha. In concretu albicantis succi, et tabescentis.

CONCRIMĬNOR, aris, dep. 1. *to blame, accuse, inform or rail against*, idem ac criminor. Plaut. Mil. 2. 2. 87. Ut si illic concriminatus siet adversus militem meus conservus.

CONCRISPANS, antis, idem quod crispans. *crispy*. Vitruv. l. 8. c. 1. In quibus locis videbuntur humores se concrispantes, et in aera surgentes. *rising in an undulatory manner*. h. e. vapores humidi undatim e terra surgentes, et crispi. Ammian. l. 16. c. 12. (al. 29.) Tela concrispans, h. e. vibrans. telis micans. *vibrating, brandishing*.

CONCRISPĀTUS, a, um, adject. crispatus, crispus, *curled, crisped*. Vitruv. l. 4. c. 1. Capillamento concrispati cincinni.

[* CONCRUCIFĪGO, is, xi, xum, ere, a. 3. simul cum aliis crucifigo. Translate Sidon. l. 6. ep. 1. Sed si tu inter et illum, cui concrucifigeris, Iesum Christum Dominum nostrum, intercessor assistas, non ulterius descendemus in infernum viventes.]

CONCRUCĬOR, aris, pass. 1. *to be afflicted or distressed*, συμπάσχω, patior, crucior, doleo. Lucret. l. 3. v. 148. cum caput, aut oculus tentante dolore Læditur in nobis, non omni concruciamur Corpore.

CONCRUSTĀTUS, a, um, adject. crusta obductus, *incrusted*. Ammian. l. 17. c. 7. (al. 15.) Soliditates concrustatæ. et lib. 30. c. 6. (al. 23.) Meatus gelidis frigoribus concrustati.

CONCŬBANS, antis, cubans, jacens. Sulpicia poetria, apud Scholiast. Juvenal. cujus verba V. in Cadurcum.

CONCUBATĬO, onis, f. *a lying down or reclining upon*, actus recumbendi. Cæl. Aurel. Acut. l. 2. c. 37. Ipsa lecti concubatio neque dura, neque plus satis mollis erit procuranda.

CONCUBĀTUS, us, m. pro concubinatus legitur in Edit. Torrentini apud Martian. Dig. lib. 25. tit. 7. leg. 3. ubi alii concubinatus.

CONCUBĪNA, æ, f. *a concubine, paramour*, παράκοιτος, παλλακή, mulier, quam quis non mariti animo, sed concubitus [tantum causa] domi suæ habet. Masurius apud Paul. Dig. lib. ult. tit. pænult. leg. 144. scribit, pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat: eamque nunc vero nomine amicam, paulo honestiore concubinam vocari. Cic. 1. de Orat. c. 40. In concubinæ locum aliquam ducere. V. Digestor. lib. 25. tit. 7. qui de concubinis inscribitur.

CONCUBINĀLIS, le, adject. ad concubinam pertinens, ut concubinales illecebræ, Sidon. l. 9. ep. 6. extr.

CONCUBINĀTUS, us, m. *concubinage, the act of living with a woman not married*, consuetudo concubinarum. Sueton. in Ner. c. 28. Super nuptarum concubinatus Vestali virgini Rubriæ vim intulit. Plaut. Pœn. prol. v. 102. Emere aliquam sibi in concubinatum. Ulpian. Dig. lib. 25. tit. 7. leg. 1. Habere aliquam in concubinatu. et ibid. esse in concubinatu alicujus. Id. Dig. lib. 48. tit. 5. leg. 13. Dare se in concubinatum.

CONCUBĪNUS, i, m. *a favourite, catamite*, impurus

lecti socius, meritorius, mollis, effeminatus, παράκοιτος. *Catull.* carm. 60. *in Epithal. Jul. et Manl.* v. 130. 132. &c. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) et *Plin.* l. 8. c. 45. ¶ Ponitur et pro mœcho, adultero. *a fornicator, adulterer. Martial.* lib. 6. epigr. 22. et 39. [¶ Est etiam, et primario quidem sensu, qui non nefandæ Veneris, sed quacumque de causa simul cum alio cubat. *Tertullian. de resurr. carn.* c. 16. Gladium latrociniis ebrium quis non a domo tota, nedum a cubiculo, nedum a capitis sui officio relegabit, præsumens scilicet, nihil aliud se quam illudia animarum somniaturum urgentium et inquietantium sanguinis sui concubinum? *h. e.* illum, qui dormiens secum habet gladium, quo earum corpora confossa sunt.]

CONCUBITĀLIS, le, adject. ad concubitum pertinens. *Tertull. ad Nation.* lib. 2. cap. 11.

CONCUBITĬO, onis, f. idem quod concubitus. *Hygin. Astron.* 2. c. 12. Perseus inusitato genere concubitionis natus.

CONCUBĪTOR, oris, m. συγκοιμητής, concubinus. Legitur in quadam declamatione, quæ inscribitur *Tribunus Marianus* cap. 5. et præterea dicitur esse *Tertull. Salviani*, et *Justin. in novellis constitutionib.*

CONCUBĪTUS, us, m. *a lying together; copulation,* συνουσία, coitus. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 16. Concubitus deorum cum humano genere. *Virg.* 4. *Georg.* v. 198. *de apib.* Quod nec concubitu indulgent. pro *concubitui.* Sic *sup.* v. 158. victu invigilant, pro *victui.* Plura hac de re habet *Gell.* l. 4. c. 16. V. *Aspectus.* ¶ *Concubitus dentium* apud *Cæl. Aurel. Acut.* 2. c. 10. est eorum vehemens confixio, ut ipsemet exponit, h. e. constrictio. Adde lib. 3. c. 6.

CONCUBĬUM, ii, n. idem quod concubitus. *Gell.* l. 9. c. 10. Puris honestisque verbis venerandum illud concubii pudici secretum dicere. Adde *Enn.* apud *Non.* c. 4. n. 292. ¶ Item concubiæ noctis tempus: a concubitu dormiendi causa dictum, quod fere omnes tunc cubant, ut *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 2. et lib. 6. c. 4. docet. *Plaut. Trin.* 4. 2. 44. Concubium sit noctis, priusquam, &c. Adde *Varr. loc. cit.* V. vocem sequent.

CONCUBĬUS, a, um. *Concubia nox* (nam extra hanc formulam non occurrit) a *concubitu dormiendi causa* dicta, ut est apud *Varron.* l. 5. *L. L.* c. 2. est primi somni tempus, ut *Non.* definit c. 2. n. 175. *bed-time.* Partes enim noctis, ut docet *Censorin. de die nat.* c. 24. ubi hæc ex professo tradit, apud Latinos hæ sunt: prima *crepusculum:* secunda id tempus quod dicebant *luminibus accensis,* antiqui *prima face:* tertia *concubium,* cum itum est cubitum: quarta *nox intempesta,* qua nihil agi tempestivum est: quinta *ad mediam noctem:* sexta *media nox:* septima *de media nocte:* octava *gallicinium:* *conticinium* nona: decima *ante lucem:* undecima *diluculum.* Confirmat *Servius* hæc eadem proponens, et quidem ex Varronis sententia, ad illud *Virg. Æn.* 2. v. 268. Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris Incipit. Confirmat etiam ad 3. *Æn.* v. 587. et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 3. *extr.* et *Non.* c. 2. n. 175. Sisennæ locum afferens, et *Petr. Victor.* 8. *variar. lect.* c. 3. ubi locum illum *Liv.* l. 25. c. 9. Annibal concubia nocte movit, &c. non alia ratione intelligendum esse contendit, quam ut *concubia nox* primum noctis tempus significet. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 27. Concubia nocte visum esse in somnis ei, &c. Adde *Tacit.* 1. *Ann.* c. 39. item *Plin.* qui l. 29. c. 6. addita præpositione, *nocte in concubia* dixit. ¶ Quod vero apud *Varron. loc. cit. concubia nox* cum *nocte intempesta,* et cum *silentio noctis,* et *conticinio* confundi videtur; primo id *Varro* refert non ex sua, sed ex aliorum sententia: deinde minutam illam Censorini divisionem non semper servavere Scriptores: ex quibus *Apulei.* quoque lib. 2. *Metam. post med.* videtur *concubiam noctem* non pro primo somni tempore, sed pro nocte jam provecta posuisse. Ejus verba sunt: Ecce crepusculum, et nox provecta, et nox altior, et deinde concubia altior, et jam nox intempesta.

CONCULCATĬO, onis, f. actus conculcandi, *a trampling under foot. Plin.* l. 8. c. 18. *bibunt Cameli,* obturbata conculcatione prius aqua: aliter potu non gaudent.

CONCULCĀTUS, us, m. idem quod conculcatio. Translate *Tertull. de Resurr.* c. 22. Tunc erit Hierusalem conculcatui nationibus.

CONCULCO, as, avi, atum, a. 1. *to tread or trample under foot, tread down,* καταπατέω, idem quod calco, procalco. *Cic. in Pison.* c. 25. Ut ad portam Esquilinam, Macedonicam lauream conculcarim. ¶ Translate *Id. pro Flacc.* c. 22. *ad fin.* Istum semper illi ipsi domi proterendum esse, et conculcandum putaverunt. *Id. Attic.* l. 8. ep. 11. Conculcari miseram Italiam, videbis proxima æstate, et quati, &c. *laid waste, ravaged. Senec.* ep. 23. Disjice et conculca ista, quæ extrinsecus splendent: ad verum bonum specta. Adde *Lucret.* l. 5. v. 1139.

CONCUMBO, is, ubui, ubitum, n. 3. *lie together, lie with,* συγκοιμάομαι, una cubo, dormio. Ex usu autem accipitur pro rem Veneream habere. *Cic. de Fato,* c. 13. Concubiturum cum uxore Laium, et ex ea Œdipum procreaturum. *Propert.* l. 2. el. 12. v. 15. Endymion Phœbi cepisse sororem Dicitur, et nudæ concubuisse Deæ. *Juvenal.* sat. 6. v. 190. Concumbunt Græce.

CONCUMULĀTUS, a, um, adject. accumulatus. *Tertull. de velan. Virgin.* c. 7. *extr.* Coma concumulata in verticem.

CONCUPĬO, is, ivi, et ii, itum, a. 3. *to desire earnestly, long for, covet,* ἐπιθυμέω, idem quod cupio, vel valde cupio. Adhibetur fere in præteritis. Nam in præsenti, et imperf. usitatius est *Concupisco. Cic. Attic.* l. 8. ep. 13. Omnia omnium concupivit. *Id. in Orat.* c. 1. Qui res magnas, et magno opere expetendas concupiverunt. *Id. pro Quint.* c. 21. Sicut tu semper summe concupisti. *Petron. in Satyr.* c. 111. Concupiit scire, quid faceret. ¶ Particip. *concupiens. Enn.* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 48. Curantes magna cum cura, concupientes Regni, dant operam simul auspicio augurioque. Adde *Capitolin. in Maximin.* c. 13.

CONCUPISCENTĬA, æ, f. *earnest desire, concupiscence,* ἐπιθυμία, appetitus. *Curt.* l. 8. c. 6. Adeo pertinax spes est, quam humanæ mentes, quam ingentes concupiscentiæ devoraverunt. Hæc tamen lectio suspecta est Eruditis: et sane nimis aperte ineptam scioli cujuspiam interpretationem sapit. Ceterum hanc vocem habent *Tertull. de resurr. carn.* c. 45. et *de anim.* c. 16. *Hieronym.* ep. 128. *sub. init.* et *Paulin. Nolan.* ep. 30. c. 3.

CONCUPISCENTĪVUS, a, um, adject. *Tertull. de anim.* c. 16. Concupiscentivum, quod vocant ἐπιθυμητικόν.

[* CONCUPISCIBĪLIS, le, adject. qui potest concupisci, concupiscendus, apud *Hieronym. Quæst. Hebr. in* 1. *Paralipom.*]

CONCUPISCO, is, a. 3. *to desire greatly, thirst after,* ἐπιθυμέω, cupio, vel valde cupio, appeto. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 24. *extr.* Cujus mors ita gloriosa fuit, ut eam concupisceret filius. *Id. Parad.* 6. c. 3. Signa, tabulas, vestem infinite concupiscere. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 9. Quid erat, quod concupisceret deus mundum signis et luminibus ornare? *Nepos in Attic.* c. 13. Intemperanter concupiscere aliquid. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 9. Concupisco nihil mihi. ¶ Translate *Plin.* l. 18. c. 12. *de faba.* Aquas in flore maxime concupiscit. [¶ Particip. *concupiscens,* et *concupiscendus* apud *Cic. Paradox.* 6. c. 3. Signa, tabulas, supellectilem, et vestem infinite concupiscenti. et *ad Fam.* lib. 15. epist. 6. Honor non nimis concupiscendus.]

CONCUPĪTOR, oris, m. qui concupiscit. *Jul. Firmic.* l. 8. *Astron.* c. 22. *extr.* Rerum alienarum concupitores.

CONCUPĪTUS, a, um, nom. ex particip. *desired, coveted. Cic.* 4. *Tuscul.* c. 6. Concupitum adipisci. et cap. 11. Pecunia concupita. *Sallust.* orat. 1. *ad Cæs. de republ. ordin. ad fin.* Non assentando, neque concupita præbendo.

CONCURĀTOR, oris, m. qui una cum alio curator est. *Ulpian. Dig.* lib. 26. tit. 10. leg. 2. (*al.* 3.) Cum possit tutelæ a concuratoribus conveniri, consequens erit, &c. *Justinian.* lib. 1. *Institut.* tit. 24. Potest unus offerre satisdationem, et contutori suo, vel concuratori præferri.

CONCŪRO, as, a. 1. *to take care of along with others; to look to several things together,* idem quod curo, ἐπιμέλομαι. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 22. Unum in mente est mihi nunc, satis ut commode pro dignitate opsonii hæc concuret coquus.

CONCURRO, is, concurri, et concucurri, ursum, n. 3. *to run together, run along with, meet, flock, or rush together, concur,* ὁμοδρομέω, συντρέχω, simul curro, convolo, convenio in unum locum. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 7. Si vobis nuntiaretur, in Senatu sententias dici, ut his legibus teneremini; concurrendum ad curiam putaretis. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. *ult.* Tota Italia concurret. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 12. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinæ causa concurrit. *Lucan.* l. 3. v. 663. Puppis ad auxilium sociæ concurrit. *Terent. Eun.* 2. 2. 25. Concurrunt læti mihi obviam cupedinarii omnes. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 22. Cum ad arma milites concurrissent. *Cic. Phil.* 10. c. 10. Concurritur undique ad commune incendium restinguendum. *they rush together. Id.* 1. *Tuscul.* c. 37. Concurrere ad non dubiam mortem. *Sueton. in Calig.* c. 6. In Capitolium concursum est. *Id. in Cæs.* c. 32. Concurrere ad audiendum. *Valer. Max.* l. 4. c. 1. n. 12. Concurrite, concurrite, cives: mœnia urbis nostræ eversa sunt. *help! help!* ¶ Pro confluere, *Cels.* l. 3. c. 10. Superimponenda sunt cataplasmata reprimentia, ne plus eo materiæ concurrat. Adde lib. 7. c. 2. ¶ Sæpe ponitur pro pugnam inire, congredi, *to fight, engage in the fight, charge. Liv.* l. 6. c. 7. *extr.* Simul concurreritis, quod quisque consuevit, faciet. *Sallust. in Catil.* c. 63. Maximo clamore infestis signis concurrunt. *they rush to the fight, join battle. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 25. Concurrunt equites inter se. *Liv.* l. 26. c. *ult.* Rudibus inter se in modum justæ pugnæ concurrerunt. *Hirt. de B. Afric.* c. 6. Equites contra tantam multitudinem audacissime concurrunt. *Vellei.* l. 2. c. 70. Cæsar et Antonius cum Bruto et Cassio acie concurrerunt. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 811. Concurrere ferro. *Justin.* l. 30. c. *ult.* Concurrere prœlio. *Virg.* 1. *Georg.* v. 489. Acies inter se paribus concurrere telis. *to engage, contend.* ¶ Dicitur et de duobus tantum singulare certamen ineuntibus. *to engage in single combat. Nepos in Eumen.* c. 4. Cum hoc concurrit ipse Eumenes. *Vellei.* l. 2. c. 27. Concurrens mutuis ictibus cum fratre, occubuit. Adde *Virg. Æn.* 10. v. 436. et *Stat. Theb.* 11. vers. 185. ¶ Cum dativo, præsertim apud Poetas. *Virg. Æn.* 1. v. 493. audetque viris concurrere virgo. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 155. isti frustra quisquam concurrere monstro Audeat. *Virg.* 10. *Æn.* v. 10. Abnueram, bello Italiam concurrere Teucris. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 89. et lib. 12. v. 595. Concurrere cominus hosti. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 5. Nudos concurrere armatis. ¶ Translate *Senec. de consol. ad Helv.* c. 2. Concurrere cum dolore: pugnare, atque eum vincere conari. *Alter Senec.* in *Œdip.* v. 850. Concurrit illinc publica, hinc regis salus. *h. e.* pugnant inter se quodammodo, ut una alteram impediat. Contra *Propert.* l. 3. eleg. 7. v. 17. Est, quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ. *h. e.* convenit, et placet. ¶ De aliis rebus inter se incurrentibus, *to run or rush against, come violently in contact with, run foul of, strike or dash against. Hirt. de B. Alex.* c. 46. Naves adversæ rostris concurrunt. *Lucret.* l. 6. v. 115. Nubes frontibus adversis concurrunt. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 59. et *Ovid.* 2. *Amor.* el. 11. v. 3. Concurrunt ponto Cyaneæ. *Plin.* l. 2. c. 83. Montes duo inter se concurrerunt. *Virg.* 1. *Georg.* v. 318. Omnia ventorum concurrere prœlia vidi. *Cic. in Orat.* c. 45. *ad fin. Cum* autem *nobis* non dicitur, quia si ita diceretur, obscenius concurrerent litteræ. *Id.* 3. *de Orat.* c. 43. *extr.* Aspere concurrunt litteræ. *meet harshly or discordantly.* ¶ Aliquando ponitur pro confugere, *to flee to, have recourse to for succour. Cic. Attic.* l. 8. ep. 3. Nulla sedes, quo concurrant, qui rempubl. defensam velint. *Justin.* l. 19. c. 1. Siciliæ populis propter assiduas Carthaginiensium injurias, ad Leonidam concurrentibus. ¶ Item pro simplici curro, *to run. Cic. pro Quint.* c. 16. Ad eorum aliquem, qui consuluntur, concurrisses. *Est qui legit* cucurrisses. *Id. ibid.* c. 24. *sub fin.* Ut statim de jure aliquis concurrerit. *cucurrerit* plerique al. rectius. ¶ Translate est simul accidere, convenire, conjungi. *to happen together, concur, agree, occur simultaneously. Cic. pro Planc.* c. 32. *ad fin.* Sæpe concurrit, ut eodem tempore in omnes verear, ne possim gratus videri. *Id.* 2. *de Divin.* c. 68. Nisi ista casu nonnunquam, forte temere concurrerent. *Id.* 5. *de Fin.* c. 10. Res contrariæ concurrunt. *Id.* 1. *Offic.* c. 14. *extr.* Quæ ut concurrant omnia, optabile est: sin minus, &c. *Id. Attic.* l. 1. *ep. ult.* Raptim in eam sententiam pedarii concurrerunt. *Al. leg.* cucurrerunt. *Terent. Andr.* 3. 2. 31. Multa concurrunt simul, qui conjecturam hanc nunc facio. *Id. Heaut.* 2. 2. 3. Concurrunt multæ opiniones, quæ, &c. *Id. Adelph.* 4. 4. 17. Tot concurrunt verisimilia. ¶ *Os concurrere* dicitur, cum contrahitur, et ægre diducitur: et dicitur de iis, qui verecundia, vel timore impediuntur, quo minus libere loquantur. *to be so affected through shame, confusion,* &c. *as not to be able to speak. Senec.* 2. *de Benef.* c. 1. Homini probe ad rogandum os concurrit, et suffunditur rubor. *Quintil.* l. 11. c. 3. *post med.* His accedunt vitia non naturæ, sed trepidationis, cum ore concurrente rixari, &c. Antea dixerat *eod. cap.* Est aliis concursus oris, et cum verbis suis colluctatio. *Senec.* ep. 11. Quibusdam tremunt genua dicturis: quorumdam dentes colliduntur, lingua titubat, labra concurrunt. Adde lib. 3. *de Ira,* cap. 15. et V. *Lips. ad cit.* l. 2. *de Benef.* ¶ *Concurrere nomina* dicuntur, quæ eodem tempore solvenda sunt, ut si v. g. debitoribus meis eadem sit dies præstituta ad solvendum, quæ dies mihi a creditoribus meis constituta est. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 3. Scripsi, ut si quid tale accidisset, ut non concurrerent nomina, subveniret. *that the notes and bills should not agree in their dates or time of payment.* ¶ Frequens est usus apud JCtos. *Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. 2. leg. 30. Toties ei sua præsumptio proficit, quoties concurrit cum veritate. *h. e.* convenit, concordat. *Id. Dig.* lib. 30. leg. 53. Concurrit cum summa. *h. e.* summam æquat. *Id.* lib. 3. tit. 2. leg. 13. Sponsalia in idem tempus concurrunt. *h. e.* conveniunt, incidunt. *Id.* lib. 9. tit. 2. leg. 5. Interdum concurrit actio legis Aquiliæ, et injuriarum. *h. e.* eodem tempore, vel in eadem causa, seu petitione locum habet. *Id.* lib. 37. tit. 11. leg. 2. Si non sit, qui ei concurrat, habeat solus bonorum possessionem. *h. e.* qui cum eo ad partem possessionis veniat. Sic *Papinian.* lib. 5. tit. 2. leg. 16. Filia in hereditatem legitimam fratri non concurrit. *Ulpian. Dig.* lib. 20. tit. 4. leg. 7. Concurrere in pignus. *Et mox.* Concurrere in pignore. *h. e.* simul cum alio habere jus, aut dominium in pignus. ¶ De altero præterito *concucurri* testimonium affert *Priscian.* lib. 10. pag. 901. *Putsch.* ex *Caton. contra C. Pison.* Video, hac tempestate concucurrisse omnes adversarios. Adde *Flor.* l. 4. c. 2. *ante med.* Mutuis ictibus in se concucurrit. et *Hirt. de B. Afric.* c. 59. Cum acies inter se concucurrissent. Ita enim utrobique hab. meliores libri.

CONCURSATĬO, onis, f. *a running up and down,* discursio, περιδρόμησις. *Cic. pro Dom.* c. 6. Quid puerorum illa concursatio nocturna? *Plin.* l. 11. c. 30. Concursatio formicarum. *Curt.* l. 8. c. 14. Milds melior concursatione, quam cominus. *h. e.* pugna instabili, non stataria. *skirmishing. Cic. de clar. Orat.* c. 69. Qui nullo acumine, eam tamen verborum copiam, si quam habebat, præbebat populo cum multa concursatione, magnoque clamore. *h. e.* discursu per suggestum. *Id. Fam.* 1. ep. 1. Libonis et Hypsæi non obscura concursatio et contentio. *h. e.* huc et illuc discursio petendi causa. ¶ Item concursus. *Id.* 2. *de Divin.* c. 71. Cedo tandem, qui sit ordo, aut quæ concursatio somniorum. *combination.*

CONCURSĀTOR, oris, m. one who runs up and down, στ[illegible]. Liv. l. 31. c. 35. Nec pedes concursator et vagus. h. e. peditatus in pugna huc illuc discurrens. a skirmisher, light armed foot soldier. Id. l. 27. c. 18. Levis et concursator hostis, atque intervallo tutus, cum procul missilibus pugna eluditur: instabilis idem ad cominus conserendas manus.

CONCURSATORIUS, a, um, adject. ut concursatoria pugna, quæ scil. concursando fit. Ammian. l. 16. c. 9. (al. 14.)

CONCURSIO, onis, f. a running or meeting together, concurrence, concourse, concursus, cum res plures eodem tempore accidunt, vel simul in eundem locum concurrunt, σύνδρομ[illegible]. Cic. in Top. c. 19. Concursio rerum fortuitarum. Id. 1. de Fin. c. 6. Atomos per infinitum inane ita ferri, ut concursionibus inter se cohærescant. Gell. l. 14. c. 1. Stellarum concursiones. constellations. Cic. in Orat. c. 44. extr. Crebra ista vocum concursio, quam, ut vitiosam fugit Demosthenes. a combination of words. Auct. ad Herenn. l. 4. c. 12. Crebræ vocalium concursiones vastam et hiantem orationem reddunt. ¶ Est etiam figura verborum per adjectionem, qua verba in principio et fine repetuntur, et concurrunt: alio nomine complexio dicta. Cic. 3. de Orat. c. 54.

CONCURSO, as, avi, atum, a. 1. to run to and fro, run up and down, περιτρέχω, frequentat. a concurro, simul huc illuc curro, discurro. Lucret. lib. 2. v. 214. Nunc hinc nunc illinc abrupti nubibus ignes Concursant. Cic. 2. de nat. Deor. c. 44. sub fin. Corpora huc et illuc casu et temere concursantia. Id. 7. Fam. ep. 1. sub fin. Ut nostras villas obire, et mecum simul lecticula concursare possis. Id. pro Mur. cap. 21. Concursare omnes fere domos omnium. to go round, canvass or solicit votes. Id. 2. de Divin. c. 63. Deos concursare omnium mortalium non modo lectos, verum etiam grabatos, et cum stertentes aliquos viderint, &c.

CONCURSUS, us, m. a running or meeting together; a concourse, meeting, συνδρομὴ, actus concurrendi. Plin. l. 6. cap. 20. a med. Concursus quinque amnium in unum confluens. ¶ Sæpe dicitur de conventu hominum. an assembly, concourse or conflux of people. Cic. Attic. l. 5. ep. 16. Incredibilem in modum concursus fiunt ex agris, ex vicis, ex domibus omnibus. Id. ad Brut. ep. 3. Tantæ multitudinis concursus est ad me factus. Cæs. l. 1. B. Civ. c. 76. Fit celeriter concursus in prætorium. Plaut. Epid. 2. 2. 27. Fit concursus per vias. ¶ Facere concursum dicitur, qui multitudinem circa se trahit. Cic. pro Deiot. c. 10. Cum equitaret cum suis delectis equitibus, quos concursus facere solebat! what a concourse of people he drew after him! et Liv. l. 27. c. 7. Lælius cum agmine captivorum ingressus Urbem, magnum concursum hominum fecit. ¶ De cœtu seditioso. a seditious meeting, meeting for treasonable purposes. Senec. l. 3. excerpt. controv. n. 8. Non quotiens convenerunt in aliquem locum plures, cœtus et concursus est: sed quotiens convocati, quotiens parati quasi ad ducem suum concurrerunt. et ibid. in lemmate. Accusatur pater quod cœtum concursumque fecerit. ¶ De aliis rebus. Cic. Fam. 5. ep. 13. Quæ cogitatio vi tempestatum, et concursu calamitatum erat aliquantum labefactata. Id. 2. de Fin. c. 34. Tantus concursus honestissimorum studiorum, tantus virtutum comitatus. Id. 1. de nat. Deor. c. 24. Concursu fortuito atomorum effectum esse cælum et terram. a fortuitous concourse of atoms. Cels. l. 1. c. 4. Concursus lunæ et solis. h. e. coitus. Cic. 3. de Orat. c. 43. Asper verborum concursus. a clashing or harsh combination of words. Id. Fam. 7. ep. ult. Maximarum quasi concursus occupationum. a press of business. ¶ Significat etiam conflictionem, qua una res in alteram incurrit, a clashing or striking together. Liv. l. 29. c. 27. A meridie nebula occepit, ita ut vix concursus navium inter se vitarent. a running foul of one another. Cæs. l. 2. B. Civ. c. 6. Ut utræque naves ex concursu laborarent. ¶ Item congressionem pugnantium, conflictum, a conflict, charge, engagement. Cæs. l. 3. B. Civ. c. 92. Inter duas acies tantum erat relictum spatii, ut satis esset ad concursum utriusque exercitus. Nepos in Cim. c. 2. Barbarorum uno concursu maximam vim prostravit. Id. in Thrasyb. c. 1. Concursus prœlii. ¶ Translate Cic. in partit. c. 30. Ex rationis et firmamenti conflictione, et quasi concursu quæstio exoritur. ¶ Concursus oris est oris contractio, cum quis difficulter loquitur. an inability to speak from shame, confusion, &c. Quintil. l. 11. c. 3. V. in Concurro. ¶ Apud JCtos concursus est quando duo, vel plures concurrunt, h. e. conveniunt super re aliqua, quæ ad ipsos in solidum pertinet, dividenda, consensus, consent, agreement. Cels. lib. 32. Dig. leg. 78. Totam hereditatem esse singulis datam, partes autem concursu fieri. Ulpian. lib. 39. tit. 2. leg. 15. Cum plures mittuntur in possessionem, æqualiter omnes quasi in totum missi, concursu partes habebunt. Id. lib. 7. tit. 2. leg. 1. extr. Ususfructus per concursum divisus. ¶ Concursus, i, secundæ declin. Lucret. l. 1. v. 384. Postremo duo de concurso corpora lata Si cito dissiliant, &c. Non est tamen in omnibus codicib. eadem lectio.

CONCURVO, as, a. 1. idem quod curvo, to curve, bend, bow. Laber. apud Macrob. lib. 2. Saturn. c. 7. Non flexibilem me concurvasti, ut carperes.

CONCUSSIBILIS, le, adject. qui concuti potest, apud Tertull. l. 1. advers. Marcion. cap. 25.

CONCUSSĬO, onis, f. a shaking, διασεισμὸς, actus concutiendi. Plin. l. 4. ep. 9. Ut faces ignem assidua concussione custodiunt. Colum. l. 9. c. 14. extr. Vasa sine concussione portare. Senec. l. 6. quæst. nat. c. 25. sub fin. Illa vasta concussio, quæ duas suppressit urbes. an earthquake. ¶ Translate dicitur a JCtis crimen, quo quis alterum illicite terret intentanda accusatione gravioris criminis, vel simulando jussa, aut minas magistratuum, ut ab eo pecuniam extorqueat periculi vitandi causa, an extorting of money, by threats or pretence of authority. Ulp. Dig. lib. 47. tit. 13. qui est de concussione, leg. 1. Si simulato præsidis jussu concussio intervenit. Adde leg. 2. et lib. 3. tit. 6. leg. 1. in fi. et Tertull. ad Scapul. c. 4. et 5. Dicitur autem concussio, quia terror est metus concutiens, teste Cicer. 4. Tuscul. c. 19.

CONCUSSOR, oris, m. qui concutit: et speciatim qui alterum injuste terret pecuniæ extorquendæ causa. an extortioner. V. vocem præced. Tertull. de fuga in persecut. c. 12. Quid enim dicit ille concussor? da mihi pecuniam. Adde cap. 13.

CONCUSSŪRA, æ, f. concussio, terror illatus ad extorquendam pecuniam. V. Concussio. Tertull. ad Scapul. c. 13. Omni petenti me dabo in causa eleemosynæ, non in concussuræ.

CONCUSSUS, us, m. a shaking, concussio. Lucret. l. 6. v. 289. Quo de concussu sequitur gravis imber. concussion. Plin. lib. 35. c. 16. Coquitur in calicibus, crebro concussu. ¶ Extra ablat. casum exempla nondum vidimus: nisi velis admittere quod quidam afferunt ex Ovid. Metam. 6. v. 695. et 15. v. 810. ubi pro concussum, et concussibus plerique reponunt concursum, &c.

CONCUSSUS, a, um, shaken, agitated, moved violently, quassatus, σεσεισμένος. Liv. l. 3. cap. 10. Terra ingenti concussa motu est. Virg. 1. Georg. v. 159. Concussa quercus. Ovid. 1. Amor. el. 6. v. 50. Raueaque concussæ signa dedere fores. Id. 2. Fast. v. 846. Concussa coma. Id. 7. Metam. v. 200. Concussa freta. agitated by a tempest. Plin. l. 35. c. 3. sub fin. Picturæ ne ruinis quidem templi concussæ. not in the least injured by the falling of the temple. ¶ Translate est perturbatus, commotus, labefactatus. troubled, agitated, disquieted, disturbed. Horat. l. 2. sat. 3. v. 293. mater delira necabit. Quone malo mentem concussa? timore deorum. Virg. 4. Æn. v. 666. Urbs concussa. Id. 5. Æn. v. 700. casuque animum concussus acerbo. et vers. 869. casuque animum concussus amici. Id. 11. Æn. v. 451. turbati animi, concussaque vulgi Pectora. Lucan. l. 1. v. 182. Concussa fides. credit shaken or impaired. Alio sensu Tacit. 5. Hist. c. 25. Concussa Transrhenanorum fides. h. e. quæ a constantia deflexit. Id. Ann. 14. c. 43. Concussum Senatusconsultum. h. e. abrogatum. Cic. pro Mil. c. 28. sub fin. Hominum licentia concussa. h. e. metu turbata, coercita. Sed. al. leg. compressa. Vellei. l. 2. c. 121. Hostium vires concussæ. broken. Aurel. Vict. de Cæsarib. c. 13. Concussæ bello gentes. ¶ Comparat. Martian. Capell. l. 4. post init. pag. 96. Pallas aliquanto concussior. h. e. turbatior.

CONCUSTODĬO, is, a. 4. συμφυλάττω, simul custodio. In epitaph. Jucundi servi Liviæ Drusi Cæsaris uxoris, apud Maffei. in Mus. Veron. pag. 170. n. 1. Vos vestros natos concustodite parentes.

CONCŪSUS. V. Contusus.

CONCUTĬO, utis, ussi, ussum, a. 3. to shake, move violently, agitate, cause to quake or tremble, ἀνασείω, commoveo, agito: a con, et quatio. Vetus Poeta, et fortasse Ennius apud Terent. Eun. 3. 5. 42. Qui templa cæli summa sonitu concutit. Enn. apud Macrob. lib. 6. Saturn. c. 1. plausu cava concutit ungula terram. h. e. ungula equorum. quod Virg. dixit Æn. 8. v. 596. Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. Plin. l. 2. c. 43. Ictu stellarum cadentium concuti aera. Cels. l. 3. c. 21. a med. Concutiendum corpus est multa gestatione. Juvenal. sat. 3. v. 100. Concuti cachinno. Ovid. 2. Metam. v. 50. Concutiens illustre caput. shaking. Propert. l. 1. el. 7. v. 15. Concutere aliquem arcu. to hit, strike. Ovid. Metam. 11. v. 509. Aries concutit arces. Id. l. 7. Metam. v. 201. Concutere freta. to trouble, agitate. Id. 12. Metam. v. 79. Concutere tela vibrantia. h. e. micare hasta, vel hastam jacere. to vibrate, brandish, hurl. et lib. 3. Amor. el. 9. v. 12. Oraque singultu concutiente sonant. Lucret. lib. 3. v. 250. Concutitur sanguis. h. e. agitatur. ¶ Significat etiam duas res simul collidere, to strike or dash together. Senec. l. 2. quæst. nat. c. 28. Utrum cavæ manus concutiantur, an planæ, et extentæ. ¶ Sæpe tribuitur terrori, quo tremor et concussio inducitur. Hinc terror definitur concutiens metus a Cicer. 4. Tuscul. c. 19. Sic Vellei. lib. 2. c. 90. Concutere aliquem terrore. et Virg. 12. Æn. v. 468. Concussa mentem metu Juturna. appalled. Et absolute Curt. l. 4. c. 1. Strepitus armorum, qui totam Asiam concusserat. had made all Asia tremble. Adde Senec. in Thyest. v. 358. ¶ Universim pro quovis animi affectu turbari. Senec. de tranquill. c. 2. Quod desideras autem, magnum et summum est, deoque vicinum, non concuti. Hanc stabilem animi sedem Græci εὐθυμίαν vocant, &c. ¶ Apud JCtos concutere dicuntur, qui alios timore injecto inducunt ad dandam sibi pecuniam. to extort under pretence of authority. Ulpian. Dig. l. 1. tit. 18. leg. 6. Illicita ministeria ad concutiendos homines. Adde Jul. Paul. rec. sent. lib. 5. tit. 25. sub fin. et V. Concussio. ¶ Translate est turbare, labefactare, de statu movere. to trouble, disquiet, alarm, strike a blow against. Cic. 2. Phil. c. 42. Is leges Cæsaris, ut rempubl. concutere posset, evertit. Valer. Flacc. l. 6. v. 476. Concutere mentes. Nepos in Epamin. c. 6. Concutere opes Lacedæmoniorum. Vellei. l. 2. c. 78. Concutere provinciam. et cap. 79. Concussit eum graviter fortuna. h. e. multavit. to handle roughly. Quintil. declam. 9. c. 10. extr. Hoc divitias tuas concutit? ruin your fortune? ¶ Alio sensu Petron. in Satyr. c. 124. Tu concute plebem, Curio. h. e. concita. ¶ Horat. l. 1. sat. 3. v. 35. Concute te, num &c. h. e. excute, expende, sift, search, examine. ¶ Concutere se est etiam se excitare. to rouse. Juvenal. sat. 10. v. 327. Nec Sthenobœa minus, quam Cressa excanduit, et se Concussere ambæ. h. e. ad vindictam excitarunt. Flor. l. 3. c. 1. Non leviter se Numidia concussit. h. e. se ad bellandum concitavit.

CONDALIUM, ii, n. genus esse anuli, docet Fest. in Condulus: estque a κόνδυλος, digiti articulus. Quod vero fuerit servorum proprium, colligitur ex Plauto in Trin ubi servus, se ipsum alloquens, hæc dicit a. 4. sc. 3. v. 7. Satin' in thermopolio Condalium es oblitus, postquam thermopotasti gutturem? ¶ Fuit etiam Latina fabula Condalium inscripta (quæ jam intercidit) ex qua versum affert Varr. l. 6. de L. L. c. 4. quæ ita appellata fuit, quia in ea Plautus (seu quicumque alius auctor fuit, nam Plauti fuisse, Accius, seu Attius negat apud Gell. l. 3. c. 3.) Menandri fabulam, Δακτύλιον dictam, in Latinum verterat. Porro δακτύλιον, anulum significat.

CONDĔCENS, entis, becoming, fit, convenient, suitable, decens, conveniens, πρέπων, πρoσήκων. Ammian. l. 16. c. 10. (al. 17. extr.) Cujus originem loco condecenti monstrabo. Al. leg. competenti. Auson. in gratiar. act. c. 27. Cujus familiaris habitus condecentior, aut militaris accinctior?

CONDECENTER, adverb. becomingly. Gell. l. 16. c. 12. ut Mosell. et Aldus edidere. Alii leg. conducenter.

CONDECENTĬA, æ, f. idem ac decentia, decency, becomingness. Cic. 3. de Orat. c. 52. Sic verbis quidem ad aptam compositionem et condecentiam, sententiis vero ad gravitatem orationis utatur.

CONDĔCET, idem ac decet, it is becoming. Plaut. Amph. 2. 2. 90. Capies quod te condecet. Id. Cas. 3. 5. 24. Quod haud Atticam condecet disciplinam. Id. Pœn. 1. 2. 92. Magis pudorem, quam aurum gerere condecet.

CONDECORĀTUS, a, um, adorned, ornamented, decorated, equipped, ornatus, instructus. Enn. apud Varr. l. 4. L. L. c. 10. Ova parire solet genu' pennis condecoratum, Non animas. Vitruv. l. 1. c. 1. circa med. Disciplina condecorata, et abundans eruditionibus.

CONDECŌRE, adverb. becomingly, properly, idem ac decore, pulcre, apte. Gell. l. 14. c. 4. Condigne mehercule, et condecore Chrysippus depinxit.

CONDECŌRO, as, a. 1. idem ac decoro, to adorn, decorate, ornament. Terent. in prol. Hecyr. v. 37. Vobis datur potestas condecorandi ludos scenicos. Vetus epigr. apud Plin. l. 35. c. 10. Dignis digna loca picturis condecoravit.

CONDECURĬO, onis, m. qui simul cum alio decurio est. Vet. Lapis in Mus. Veron. pag. 465. n. 1. Civi et Condecurioni D. D. P. P.

CONDELIQUESCO, is, n. 3. to melt, dissolve, liquesco, τήκομαι. Cato R. R. c. 23. Eam quassato crebro, uti resina condeliquescat.

CONDEMNABĬLIS, le, adject. deserving of condemnation, damnandus. Pallad. de insitione, v. 11. Et nostræ studium non condemnabile Musæ.

CONDEMNATĬO, onis, f. a condemning; condemnation, κατάκρισις. Ascon. in Divin. Verr. cap. 7. A absolutionis, C condemnationis littera. Ulpian. lib. 2. tit. 10. leg. 5. Dig. Condemnatio pecuniaria. Id. lib. 42. tit. 1. leg. 59. Condemnationem facere. h. e. condemnare. Id. lib. 4. tit. 2. leg. 14. Condemnationem pati. ¶ Condemnationem facere apud Gordian. Imp. lib. 8. Cod. tit. 14. leg. 8. et tit. 27. est obtinere, ut adversarius condemnetur.

CONDEMNĀTOR, oris, m. an accuser, one who causes another to be condemned, qui reum peragit. Tacit. 4. Ann. c. 66. [vocat Domitium Atrum condemnatorem Claudiæ, quam paulo ante narrat fuisse ab eo accusatam.] Claudiæ condemnator. ¶ Item judex qui condemnat. Tertull. adv. Marcion. l. 2. c. 9. Delicti interdictor et condemnator.

CONDEMNĀTUS, a, um, nom. ex particip. condemned, κατάκριτος. Cic. 6. Fam. ep. 6. Nefariorum scelerum condemnati. Titinn. et Turpil. apud Non. c. 4. n. 111. Nunc ejus voti condemnatus, immolavit hostiam. h. e. obnoxius ad præstandum, quod voto promiserat, quia quod optabat obtinuit. Cic. 2. Phil. c. 23. Condemnatus de alea. Id pro Flacc. c. 18. extr. Condemnatus pecuniæ publicæ. Papinian. Dig. l. 27. tit. 3. leg. 21. Condemnatus in so-

lidum. *Id. ibid.* leg. 20. Condemnatus in minori pecunia. *Torrentin.* omittit *in*: quod est multo rectius. *Ulp.* lib. 42. tit. 1. leg. 4. Condemnatus, ut pecuniam solvat. *Papinian.* lib. 26. tit. 9. leg. 5. Condemnatus ad pecuniam. *Scævola* lib. 46. tit. 1. leg. 45. Condemnatus in certam quantitatem. ¶ Extra forum *Cic. in Pison.* c. 17. Tuum factum condemnatum judicio amicorum.

CONDEMNO, as, avi, atum, a. 1. *to condemn*, κατακρίνω, καταγινώσκω, damno. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 29. Condemnare aliquem indicta causa. *to condemn without a hearing. Id. pro Rosc. Amer.* c. 39. Condemnari judicio turpissimo. *Id.* 1. *de Orat.* c. 54. Condemnare aliquem capitis. *to condemn capitally. Id.* 14. *Fam.* ep. 14. Condemnare aliquem sceleris. *Id.* 2. *Fam.* ep. 1. Condemnabo eodem ego te crimine. *Id. Phil.* 2. c. 23. Condemnari de alea. *to be condemned for gaming. Sueton. in Calig.* c. 38. Super quadraginta reos ex diversis criminibus condemnavit. *Id. ibid.* c. 27. Condemnare ad metalla, aut ad bestias. *Serv. Sulpic.* apud *Gell.* lib. 4. c. 4. Condemnare aliquem, quanti interfuit eam uxorem accipi, aut dari. *Caius Dig.* lib. 10. tit. 1. leg. 3. Condemnare aliquem certa pecunia. *Alfen.* lib. 15. tit. 3. leg. 16. Condemnari amplioris pecuniæ. *Caius* lib. 22. tit. 1. leg. 19. Condemnare possessorem in fructus. *Paul.* lib. 6. tit. 1. leg. 35. Debet etiam de fructibus possessor condemnari. *Papinian. Dig.* lib. 27. tit. 3. leg. 21. Condemnare aliquem in solidum. ¶ *Condemnare aliquem alicui* est condemnando obligare, ut aliquid alicui præstet. *Cic. Verr.* 4. cap. 8. Hunc hominem Veneri absolvit, sibi condemnat. *frees him from the obligation of paying any thing to Venus, but sentences him to pay to himself for his acquittal. Scævola* lib. 20. tit. 4. *leg. ult.* Ob summam, qua ex tutela ei condemnatus erat. ¶ *Condemnare* dicitur etiam accusator, qui reum peragit, atque obtinet, ut condemnetur. *Cic. Verr.* 1. cap. 10. Ego hoc uno crimine illum condemnem, necesse est. *Sueton. in Tiber.* cap. 8. Reum apud judices fecit, et condemnavit. ¶ Extra rem forensem. *Cic. de prov. consul.* c. 10. Qui Gabinii litteras insigni quadam nota, atque ignominia nova condemnastis. *Id.* 1. *de Orat.* c. 38. Condemnare aliquem inertiæ, impudentiæ. *Id. Fam.* 3. ep. 1. Condemnare arrogantiæ officium alicujus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 19. Condemnari summæ iniquitatis. *Id. ad Cicer. post* ep. 8. l. 10. *ad Attic.* Condemnare factum alicujus. *to disprove, reprehend.*

CONDENSATĬO, onis, f. *a condensing*, densatio. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 3. c. 18. *extr.* Constrictio, et condensatio.

CONDENSĔO, es, a. 2. denseo, *to become dense. Lucret.* lib. 1. v. 392. Quod se condenseat aer. Al. leg. *condenserat*, ut sit præterit. pro *condensuerat.*

CONDENSĬTAS, atis, f. *density*, densitas. *Apulei. de Mundo.* Aeris condensitas. *Al. leg.* densitas.

CONDENSO, as, avi, atum, a. 1. *to thicken, make thick, condense*, πυκνόω, densum facio. *Varr. R. R.* l. 2. c. 3. *post med.* Oves se congregant ac condensant in locum unum. *crowd themselves. Hirt. de B. Afric.* c. 13. Condensare aciem. *Colum.* l. 7. c. 8. Caseus ponderibus condensatur.

CONDENSUS, a, um, *thick, crowded, close, dense*, πυκνός, spissus, densus. *Lucret.* l. 6. v. 465. Condensus atque arctus. *Id.* l. 4. v. 55. Contextus et condensus. *Id.* l. 1. v. 599. Condensum agmen. *Liv.* l. 26. c. 5. *a med.* Irrumpere condensam aciem. *through the thickest of the fight. Hirt. de B. Afric.* c. 50. Olivetum crebris arboribus condensum. *Virg.* 2. *Æn.* v. 516. Condensæ columbæ. *Plin.* l. 10. c. 73. Insidunt pardi condensa arbore. Ita *Harduin.* ex MSS. alii *condensa arborum. Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 561. Condensiores manipulatim resistere hostibus instituissent. *Al. leg.* Cum densi in orbes manipulatim, &c.

CONDEPSO, is, ui, a. 3. *to mingle or knead together*, commisceo, manibus subigo, mollio. *Cato de R. R.* c. 40. Hæc bene una condepsito. (Adde cap. 76.) *Non.* cap. 1. n. 181. docet esse a Græco δέψω, seu δεψέω, subigo, mollio. *Pompon. ibid.* Partem insipui, conclusi, condepsui.

CONDĪCO, is, ixi, ictum, a. 3. *to agree together upon a thing, appoint, declare, signify, intimate*, παραγγέλλω, συγκροτέω, a *con*, et *dico*: est dicendo denunciare, ut *Festus* exponit: sed dicitur de iis rebus, quas denuncianus alteri, prius mutuo consensu constitutas. Hinc *condicere alicui cœnam*, et *ad cœnam*, vel *condicere* absolute, est denunciare alicui, se apud eum cœnaturum, ipso volente. *to appoint to sup with him on such an occasion, if convenient.* Nam si recusaret, non *condicere* diceremus, sed *indicere*, &c. *Sueton. in Tiber.* c. 42. Seni cœnam ea lege condixit, ne &c. *Plaut. Men.* 1. 2. 15. et *Stich.* 3. 1. 38. Ad cœnam aliquo condicam foras. *Cic. Fam.* 1. ep. 9. *post med.* Nam cum mihi condixisset, cœnavit apud me in ei generi Crassipedis hortis. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus. *Phædr.* lib. 4. fab. 24. Simonides, victoris laudem pretio pictæ ut scriberet, Certo condixit pretio. *h. e.* convenit. Al. leg. *conduxit* minus recte. *Justin.* l. 15. c. 2. *ad* f. Per epistolas se invicem confirmantes, tempus et locum coeundi condicunt. *Gell.* l. 10. c. 24. *ad fin.* Condicere aliquid in diem tertium. *Pompon. Dig.* lib. 18. tit. 1. l. 66. In vendendo fundo quædam, etiam si non condicantur, præstanda sunt: veluti ne fundus evincatur: quædam ita demum, si condicta sunt, veluti viam, iter, actum, &c. *if expressed in the agreement.* ¶ *Condicere inducias* apud *Justin.* lib. 3. *cap. ult. sub fin.* est mutuo consensu facere, *to agree to, or conclude a truce.* qua in re cur *Justinum Schopius* reprehendat, quasi minus Latina loquendi ratione usus sit, non se videre ait *Gronov.* lib. 1. *Observat.* c. 1. ¶ *Condicere operam* apud *Plin.* est denunciare, publicare, edere, *to enter upon, agree to undertake, in præfat. Hist. nat.* Cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. ¶ Quod vero *Scalig. ad Cirim Virg.* v. 187. adnotavit, *condicere* proprium esse proditorum, qui condicunt et constituunt iis, quibus arcem aut urbem proditurі sunt: velim, idonea solidaque auctoritate confirmasset. V. *Gronov. loc. cit.* ¶ Singularis est ejus usus in veteri formula apud *Liv.* lib. 1. c. 42. Quarum rerum, litium, causarum condixit pater patratus populi Romani Quiritium patri patrato priscorum Latinorum, &c. *condixit*, h. e. pactus est, constituit, convenit cum patre patrato Latinorum. Sed multæ sunt super hunc locum lites Eruditorum. ¶ Apud JCtos *condicere aliquid* est actione repetere, seu denunciare alicujus rei restitutionem. *to recover or claim by law.* V. *Condictio. Julian. Dig.* lib. 39. tit. 6. leg. 13. Si alienam rem mortis causa donavero, eaque usucapta fuerit; verus dominus eam condicere non potest, sed ego, si convaluero. *Ulpian.* lib. 12. tit. 1. leg. 11. Condicere pecuniam alicui. *h. e.* ab aliquo repetere. ¶ Proprie significat idem dicere, vel simul dicere. *Tertull. de Anim.* c. 8. Et ipsi Philosophi ex contrariis universa constare condicunt. *give it out universally.* Adde *advers. Gnost.* c. 14. ¶ Hinc et pro convenire, consentire, simul vivere usurpavit *Id. advers. Hermog.* c. 11. *sub fin.*

CONDICTĬO, onis, f. *an appointing, declaring*, παραγγελία, actus condicendi. A *Festo* definitur: in diem certum ejus rei, quæ agitur, denunciatio. ¶ Fuit etiam verbum augurale. Nam *Serv. ad Æn.* 3. v. 117. docet, condictionem esse, cum denunciatur, ut ante diem tertium quis ad inaugurandum adsit. ¶ Frequenter legitur apud JCtos, a quib. definitur actio in personam, qua denunciatur alicui, ut rem ad nos pertinentem restituat. *a personal action, whereby one legally demands from another money, or any thing which that other had pactioned or agreed to give or perform.* Est autem multiplex, ut videre est *Digestor.* lib. 12. tit. 1. 4. 5. 6. 7. et lib. 13. tit. 1. 2. 3. in quibus de variis condictionum generibus agitur. Hinc illæ loquendi rationes *condictione petere*, aut *repetere*, *per condictionem agere*, *condictione teneri*, &c. locis cit. ¶ Dicitur autem *condictio* ex vetere forensi more, quo postquam actor reum coram Prætore citaverat, condicebant mutuo consensu, et constituebant certum diem, quo causam in judicio disceptarent. Quare, licet aliquando illa constitutio et condictio locum in aliqua actione non habeat, usus tamen obtinuit, ut *condictio* nominetur. ¶ Fortasse etiam *Cicero* hac voce est usus *in Top.* c. 21. Ut si quæratur, a natura ne jus profectum sit, an ab aliqua quasi condictione hominum, et pactione. *conditione* tamen habent libri omnes.

CONDICTITĬUS, vel Condicticius, adject. ad condictionem pertinens, ut *actio condictitia*, qua aliquid condicimus, et repetimus, quæ eadem est ac condictio. *Ulpian.* l. 12. tit. 2. leg. 13. Atque ideo neque furti, neque condictitia tenetur.

CONDICTUS, a, um, *agreed upon mutually, appointed, declared*, constitutus, et denunciatus, παραγγελθείς. *Cincius* apud *Gell.* l. 16. c. 4. et *Plaut. Curcul.* 1. 1. 5. Status condictusve dies cum hoste. *Ammian.* l. 20. c. 1. Cum Scotorum excursus rupta quiete condicta, loca limitibus vicina vastaret. ¶ *Condictum, i*, n. est *quod in communi est dictum*, inquit *Festus*: sive idem est ac condictio. *Gell.* l. 20. c. 1. *sub fin.* Metius Suffetius pactum atque condictum cum rege populi R. perfide ruperat. *the agreement.* et *Apul. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) Interim dies ire, neque Philemon ad condictum venire.

CONDIDĬSIT. V. in Condo, *is.*

CONDIGNE, adverb. *worthily, suitably, with propriety*, ἀξίως, digne, convenienter, merito. *Plaut. Cas.* a. 1. v. 42. Post id cum lassus fueris, et famelicus, Noctu ut condigne te cubes, curabitur. *Id. Men.* 5. 5. 8. Condigne hæc meretrix fecit, ut mos est meretricius. *Gell.* l. 1. c. 6. Condigne et recte loqui. et lib. 14. c. 4. Condigne et condecore depingere. ¶ Pro opportune, vel ut res postulat, *Plaut. Bacch.* 3. 2. 8. Condigne is quam, technam de auro adversum meum fecit patrem! Adde *Aulul.* 3. 4. 6. et *Pœn.* a. 2. v. 17. ut videtur.

CONDIGNUS, a, um, *worthy, deserving*, ἄξιος, dignus, conveniens. *Plaut. Amph.* 1. 3. 39. Ecastor condignum donum, qualis est qui donum dedit. *Gell.* l. 3. c. 7. Pulcrum facinus, Græcarumque facundiarum magniloquentia condignum.

CONDIMENTARĬUS, ii, m. *a seasoner*, ταριχοπώλης, qui condimenta conficit, aut vendit. Metaphorice *Tertull. de Anim.* c. 23. Doleo Platonem omnium hæreticorum condimentarium factum.

CONDIMENTARĬUS, a, um, adject. *belonging to sauce or seasoning*, ad condimenta pertinens. *Plin.* l. 19. c. 6. Cæpæ condimentariæ. et cap. 8. Satureia dicta in condimentario genere.

CONDIMENTUM, i, n. *a seasoning, sauce, pickle; any thing used for seasoning or pickling*, ἄρτυμα, quod ad aliquid condiendum aptum est, vel quo aliquid conditur. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 28. Socratem audio dicentem, cibi condimentum esse famem, potionis sitim. ¶ *Condimenta viridia* appellat *Colum.* l. 12. c. 8. olera recentia, quibus utimur in cibis condiendis. ¶ Sæpe translate sumitur. *Cic. de Amic.* c. 18. Accedat huc suavitas, oportet, sermonum atque morum, haudquaquam mediocre condimentum amicitiæ. *Id.* 2. *de Orat.* c. 67. Facetiæ sunt condimenta omnium sermonum. *Plaut. Pœn. in fi.* Plausus est postremum condimentum Fabulæ. ¶ Significat etiam lenimentum, mitigationem. *Plaut. Rud.* 2. 3. 71. Animus æquus optimum est ærumnæ condimentum. *patience is the best allayer of grief. Cic. Q. Fratr.* l. 1. ep. 1. c. 7. Severitas multis condimentis humanitatis mitigatur.

CONDĬO, is, ivi, et ii, itum, a. 4. *to season, salt, pickle, or powder meat*, ζωμεύω, ἡδύνω, ταριχεύω, sapidum reddo, cibis saporem addo. Etymologorum alii a *con*, et antiquo *duo* pro *do* derivant: alii e Græco γανδύω, unde γανδύσματα, condimenta. Fides sit penes ipsos. *Cic. Fam.* l. 7. ep. 26. Fungos, heluelas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 21. Condire cœnam. *Colum. in præfat.* Gulosius condire cibos. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 66. Oleas albas, quas condideris novas, nisi condieris, propter amaritudinem illas respuit palatum. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 41. Meas qui esitabunt escas, quas condivero. ¶ Condiri etiam dicuntur, quæ servandi causa, admixtis condimentis componuntur. *to preserve by seasoning or pickling. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 45. Condiunt Ægyptii mortuos, et eos domi servant. *embalm. Plin.* l. 14. c. 19. Caules summi vitium condiuntur in aceto et muria. *Id.* l. 16. c. 10. Condire vina. *Colum.* l. 12. c. 46. *in fi.* Cum condiverunt inulam. Adde cap. 7. et 13. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 55. Duo sunt, quæ condiant orationem, verborum numerorumque jucunditas. *give a relish to, set off, commend. Id. pro Cluent.* c. 26. *ad fin.* Qui ea vitia, quæ a natura habebat, etiam studio atque artificio quodam malitiæ condivisset. ¶ Pro mitigare, lenire, *to soften, temper, allay*, *Cic.* 12. *Attic.* ep. 40. *a med.* Hilaritas illa, qua hanc tristitiam temporum condiebamus.

CONDISCĬPŬLA, æ, f. *a female school-fellow*, συμμαθήτρια. *Martial.* l. 10. epigr. 35. Hac condiscipula, vel hac magistra Esses doctior, et pudica Sappho. [*Apul.* 9. *Met.* pag. 624. *Oudendorp.* Arcten meam condiscipulam memoras.]

CONDISCIPULĀTUS, us, m. *fellowship in learning*, societas discipulorum sub uno magistro, συμμαθητεία. *Nepos in Attico*, c. 5. Cum quo a condiscipulatu vivebat conjunctissime. Adde *Justin.* l. 12. c. 6.

CONDISCĬPŬLUS, li, m. *a school-fellow, companion in learning*, συμμαθητής, qui simul cum aliquo discipulus est. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 18. Dicæarchum vero cum Aristoxeno æquali et condiscipulo suo, doctos sane homines omittamus. Adde *Nepot. in Attic.* c. 1. *Senec.* epist. 66. et *Quintil.* l. 2. c. 3.

CONDISCO, is, idici, a. 3. [proprie una disco, condiscipulus sum. *Apul. Florid.* pag. 362. *Elmenh.* Quemdam ex his, qui mihi Athenis condidicere, percontari facio.] *to learn, learn along with others*, idem quod disco, assuesco, μανθάνω, ἐθίζω. *Cic. pro Planc.* c. 5. *extr.* Condiscas, censeo, mihi paulo diligentius supplicare. *Plaut. Curcul.* 4. 3. 2. Eapse iracundia, qua excidionem facere condidici oppidis. *I am used or accustomed. Horat.* l. 3. od. 2. v. 3. Pauperiem pati puer condiscat. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 25. Ars fit, ubi a teneris crimen condiscitur annis. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 4. Merum condidicit bibere. *Sueton. in Ner.* c. 20. Condiscere genera plausuum. ¶ Translate *Plin.* l. 21. c. 5. Naturæ rudimentum, lilia facere condiscentis. *Colum.* l. 4. c. 15. Ut flagellum paulatim condiscat suis radicibus ali. Adde lib. 3. c. 10. *post med.*

CONDITANĔUS, a, um, *fit for seasoning or pickling*, qui conditur. *Olea conditanea* apud *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 24. est quæ, esui apta cum sit, condi et condiri solet. Eadem a *Caton. R. R.* c. 6. *conditiva* appellatur.

CONDITARĬUS, a, um, adject. ad condiendum pertinens. *Augustin.* l. 22. *de Civ. Dei*, c. 8. *post med.* Coquina conditaria. *h. e.* taberna, ubi cibi cocti et conditi prostant.

CONDĪTĬO, onis, f. *a seasoning, salting, pickling*, ἄρτυσις, actus condiendi, conditura. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 58. Quo compositiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia processerint. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 22. Jus, quod jucundum magis conditione est. *Colum.* l. 12. c. 51. Conditiones vini.

CONDĬTĬO, vel Condicio, onis, f. *a making, constructing, framing, creating; a work, thing made*, actus condendi, factio, opus, ποίημα. *Prudent. in Hamartig.* v. 19. Simulacrum structile flatu concaluisse Dei: Dominum quoque conditioni Impositum. *Tertull. de habitu mulier.* c 8. Dei conditio est et tus, et merum, et ignis, qui vescitur, et animalia, &c. Adde *de Spectacul.* c. 2. et alibi. ¶ Item actus condendi, *h. e.* reponendi, ac servandi, repositio. *a laying up, preserving.* Ita quidam exponunt in illo *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 51. Nec fruges terræ, bac-

casve arborum cum utilitate ulla generi humano dedisset, nisi earum cultus, et conditiones tradidisset. ¶ Fere sumitur pro qualitate, ratione, natura, indole, ingenio, statu, sorte, *a state, situation, condition, nature, quality*, κατάστασις. *Cic. Attic.* 15. ep. 1. Ea conditione nati sumus, ut nihil quod homini accidere possit, recusare debeamus. *Id. Fam.* 5. ep. 13. Ea videtur conditio impendere legum, judiciorum, temporum, ut &c. *Id. pro Marcell.* c. 3. Ea vicisti, quæ et naturam et conditionem, ut vinci possent, habebant. et cap. 4. *extr.* Conditio, et vis victoriæ. *Id. pro Rabir. Post.* c. 7. Sequi conditionem aliquam vitæ. *some course of life. Id. de Univ.* c. 11. et *Phil.* 14. c. 12. Mortalis conditio. *the being liable to death : this mortal state* : (quæ *conditio mortis* dicitur a *Virg.* 12. *Æn.* v. 880.) *Id.* 1. *Offic.* c. 13. *ad fin.* Conditio et fortuna servorum. *Id. Fam.* 12. ep. 23. Conditio imperii, et status provinciæ. *Id. Agrar.* 2. c. 21. Conditio agri. *Paul. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 48. personæ. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 5. v. 16. loci. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) metri. *Plin.* l. 18. c. 21. ruris. *Id.* l. 24. c. 17. frumenti. *Cic. de Senec.* c. 19. Esse meliore conditione, quam, &c. *Id. Fam.* 6. ep. 1: Afflictiore conditione esse, quam, &c. *Id.* 3. *Agrar.* c. 2. *extr.* Immunia commodiore conditione sunt, quam illa, quæ pensitant. *Id. pro Cluent.* c. 34. Æqua conditione disceptare. et *ibid.* Iniqua conditione causam dicere. *Plin.* l. 4. c. 10. Civitas liberæ conditionis. *h. e.* libera. *Id.* l. 3. c. 8. Populi conditionis Latinæ. *h. e.* jure Latii gaudentes. ¶ Est præterea pactio certam legem in se continens, ut *Donat. ad Terent. Andr.* 1. 1. 52. definit, pactum, lex, *a law, rule, contract, stipulation, pact, condition ; terms of agreement. Cic. pro Cæcin.* c. 14. Videte, per deos immortales, quod jus nobis, quam conditionem vobismetipsis, quam denique civitati legem constituere velitis. *Id. Parad.* 5. c. 2. *ad fin.* Cupiditate peculii nullam conditionem recusant durissimæ servitutis. *Id. pro Rab. Post.* c. 6. *extr.* Statuere conditionem duriorem alicui, quam ferre possit. *Id.* 4. *Catil.* c. 1. Dare alicui conditionem eam, ut &c. *Id. pro Cæl.* c. 6. respuere. *Terent. loc. cit.* accipere. *Cæcin. ad Cicer. Fam.* 6. ep. 7. Librum ea conditione daret, si reciperes, &c. *Cic. Phil.* 7. c. 1. Ferre conditiones, leges imponere. *h. e.* proponere. *Liv.* l. 29. c. 12. Dicere conditiones pacis. eod. sensu. (*ferre*, et *dicere conditiones* est ejus, qui superior sit.) *Vellei.* l. 2. c. 25. Conditionibus æquis bellum componere. *Id. ibid.* c. 48. Conditiones pacis postulare, recipere, discutere, rumpere. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 65. subire, aut aspernari. *Cic. Fam.* 16. ep. 12. Stare conditionibus. *to abide by. Id. ibid.* Fugere a conditionibus. *to run off from. Liv.* l. 29. c. 12. In eas conditiones pax convenit. *Nepos in Thrasyb.* c. 3. Inter eos pacem fecit his conditionibus, et *Vellei.* l. 2. c. 108. Finitimos omnes aut bello domuit, aut conditionibus juris sui fecit. *or managed them to his own purposes.* ¶ Sub conditione, *on condition, this being understood. Cic. pro Arch.* c. 10. *ad fin.* Jubere, ei præmium tribui sub ea conditione, ne quid postea scriberet. *Phædr.* l. 4. fab. 10. v. 7. Matrem fecit heredem senex sub conditione, ut &c. Adde *Ovid.* 4. *Fast.* v. 320. et *Liv.* l. 6. c. 40. ¶ Item optio, *choice, liberty. Plin.* l. 36. c. 5. *ante med.* Quam prætulerunt, quorum conditio erat, Coi. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 5. leg. 1. *circa med.* Deferre conditionem emptori, utrum malit, &c. *Scævola* lib. 31. leg. 49. Facere conditionem alicui, utrum malit, &c. ¶ Pertinet etiam ad rem nuptialem, et significat occasionem, quæ offertur nubendi, aut uxorem ducendi, *opportunity of marrying. Cic. pro Cæl.* c. 15. *extr.* Habes hortos ad Tiberim : ac diligenter eo loco præparasti, quo omnis juventus natandi causa venit : hinc licet conditiones quotidie legas. *you may choose what young men you like. Liv.* l. 3. c. 45. *extr.* Conditionem filiæ quærere. *Sueton. in Galb.* c. 5. Amissa uxore Lepida remansit in cælibatu, neque sollicitari ulla conditione amplius potuit, ne Agrippinæ quidem, &c. Adde *Nepot. in Attic.* c. 12. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 2. et *Stich.* 1. 2. 81. ¶ Translate *Martial.* l. 11. epigr. 53. Cœnabis belle, Juli Cerealis, apud me : Conditio est melior si tibi nulla, veni. *if you have no better invitation.* ¶ Obsceno sensu *Lamprid. in Heliogab.* c. 5. Emissarios habebat, qui ei bene vasatos perquirerent, ut eorum conditionibus frui posset. ¶ *Conditione tua non utor*, formula est dissolvendi sponsalia. *Caius. Dig.* lib. 24. tit. 2. leg. 2. ¶ Interdum est idem ac ratio, via, modus. *a way, method, manner, course. Asin. Poll. ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 31. *a med.* Perferri litteræ nulla conditione potuerunt. *upon no account whatever.* Sexcentis enim locis excutiuntur tabellarii. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 20. Appetit animus aliquid agere semper : neque ulla conditione quietem sempiternam potest pati. *Lucret.* l. 2. v. 300. Et quæ consuerunt gigni, gignentur eadem Conditione. *h. e.* simili ratione, ut paulo ante dixerat. ¶ Magna lis est, utrum per *c*, an per *t* scribi oporteat. *Dausq.* *t* præfert (quo inclinare videtur etiam *Cellar.*) quia est propius origini, *perditio* a *perditus*, &c. *conditio* a *conditus*. Vetera monumenta apud *Manut.* plerumque *condicio* exhibent.

CONDITIONABILIS, le, adject. conditionalis. *Tertull. advers. Gnost.* c. 9.

CONDITIONĀLIS, le, *conditional*, conditionem habens adjunctam. *Tertull. advers. Jud.* c. 13. *sub fin.* Conditionalis comminatio. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 4. leg. 9. Datio conditionalis. *Serv. ad Æn.* 4. v. 696. Conditionalia fata. *h. e.* quæ sub aliqua conditione eventura sunt. *Ulpian. lib. ult. tit. pænult.* leg. 54. Conditionales creditores dicuntur, quibus nondum competit actio, est autem competitura : vel qui spem habent, ut competat. ¶ *Conditionales servi*, et *conditionales* absolute, dicti sunt ministrorum quoddam genus, qui ea conditione erant, ut illi muneri essent addicti, et mancipati, neque ab eo liberari, aut ad majora aspirare possent. Horum fit mentio apud *Imper. Constant.* lib. 10. *Cod. Justin.* tit. 1. leg. 7. et *Imper. Leon. ibid.* lib. 8. tit. 18. leg. 11. et *in Cod. Theodos.* non semel. *Gothofred.* De his etiam intelligendum est et illud *Tertull. de Idolol.* c. 12. Opera, et conditionalis eram. *h. e.* conditione servus.

CONDITIONALITER, adverb. ὑποθετικῶς, sub conditione, *conditionally. Caius Dig.* lib. 35. tit. 1. leg. 17. At si conditionaliter concepta sit causa, veluti hoc modo : Titio, si negotia mea curaverit, fundum do, &c. Adde *Paul.* lib. 46. tit. 3. leg. 98.

CONDITĪTIUS, et Conditicius, a, um, *laid up, preserved, seasoned*, ἀπόθετος, qui conditur, seu reponitur, conditaneus. *Colum.* l. 8. c. 8. *de columbis.* Duobus, aut tribus mensibus acceptant condititia cibaria : ceteris seipsas pascunt seminibus agrestibus.

CONDITĪVUS, a, um, adject. idem quod condititius : a *condo. Cato R. R.* c. 6. et *Macrob. Saturn.* 2. c. 16. Conditiva olea. *Cato ibid.* c. 7. et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 59. Conditiva mala. *Colum.* l. 7. c. 9. *cir. med.* Viridia pabula suibus plerumque nocent : itaque mane, priusquam procedant in pascua, conditivis cibis sustinendæ sunt. ¶ *Conditivum, i*, n. locus est, ubi aliquid conditur, ac reponitur. Pro sepulcro (quod alii *conditorium* appellant) accipi videtur a *Senec.* ep. 60. *extr.* Qui latitant et torpent, sic in domo sunt, tanquam in conditivo. Adde ep. 82.

CONDĬTOR, oris, m. *a maker, builder, founder, inventor, author, contriver, composer, writer, compiler*, κτίστης, ἀρχηγός, qui condit, *h. e.* facit, auctor. *Virg. Æn.* 8. v. 313. Evandrus Romanæ conditor arcis. *Sueton. in Aug.* c. 7. Romulus conditor urbis. *Justin.* l. 2. c. 10. Cyrus conditor tanti regni. *Vet. lap.* apud *Gruter.* pag. 265. n. 5. Conditor coloniæ. *Plin.* l. 26. c. 2. et *Colum.* l. 9. c. 3. sectæ. *h. e.* auctor, et princeps. *Curt.* l. 8. c. 5. carminum. *Plaut. Epid.* 3. 4. 85. Legum atque jurium fictor, conditor cluet. *Ovid. in Ibin*, v. 522. Conditor historiæ. *Id.* 6. *Fast.* v. 21. anni. *h. e.* scriptor fastorum. *Senec.* ep. 95. *ante med.* Maximus ille medicorum, et hujus scientiæ conditor. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 11. v. 2. Conditor artis. *Claudian. in carm. Pasch.* Christus redeuntis conditor ævi. *Senec. in Phœniss.* v. 655. Conditor mundi Deus. *founder, creator.* ¶ Pro scriptore, absolute, *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 4. humilis tantis sim conditor actis. *Plin.* l. 7. c. 30. et l. 36. c. 15. Conditor rerum. *an historian.* ¶ *Conditor factionis Russatæ* in Inscript. apud *Gruter.* pag. 338. n. 4. *Prasinæ*, ibid. pag. 1089. n. 3. *Albatæ*, apud *Reines.* class. 5. n. 56. inter ministros Circenses numerantur. *Scalig. ad Catalect. Virg.* putat ita dictos eos, qui factionem ederent, et missus suppeditarent. *Turneb.* l. 18. *Adversar.* c. 33. scribit, esse eosdem, qui in *Gloss. Philox.* dicuntur ἀλεῖπται ἵππων, *h. e.* qui equos oleo ungebant, et curabant. Sed quoniam Factionibus sui quoque Medici erant, ut apparet ex *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 339. n. 1. aliptas autem medicos intelligit *Salmas. ad. Vopisc. in Saturn.* c. 7. et 8. nempe eos, qui veneficiis, et incantationum medicamentis aurigatores ad victoriam præparabant ; ideo *conditores* hujusmodi fuisse Idem putat. Alii, quia ἀλείφειν significat etiam cohortari, instigare, et ἀλείπτης est cohortator, excitator, censent, in *Glossa* significari eos, qui equos incitarent ad cursum. In alia Inscript. *Gruter.* pag. 338. n. 5. habetur *Conditor gregum Russatæ*, h. e. qui equorum greges ad jugum adsuesceret et exerceret, ut quidem legit, et interpretatur *Græuius.* Ceterum an de conditoribus Circensium *Glossa* allata loquatur, incertum est : et præterea pro ἵππων, ibi *Scalig. loc. cit.* legendum putat πίθων, vel πίττων, ut intelligantur ii, qui cados pice illinebant, ut postea terræ infoderent ad vina condenda. ¶ De femina quoque dicitur, ut *auctor, sponsor*, &c. *Tacit. de morib. German.* c. 28. Ubii quamquam libentius Agrippinenses conditoris sui nomine vocentur, &c. V. tamen loc. et Interpr. ¶ Præterea *conditor* per amplificationem vocatur etiam is, qui restaurat insigniter aliquid pæne collapsum. *Vellei.* l. 2. c. 60. Octavius conditor, et conservator Romani nominis. *Plin.* l. 10. ep. 38. *ad Trajan.* Conditor militaris disciplinæ, firmatorque. ¶ *Ciceronis* locum, quo ipse quoque hanc vocem usurpavit, V. in verbo sequenti. ¶ Est etiam *conditor*, qui condit, et reponit. V. *Convector.*

CONDĪTOR, oris, m. *a seasoner*, ἀρτυτὸς, ὀψαρτυτής, qui cibos condit, et instruit. *Cic. post redit. in Sen.* c. 6. *ad fin.* Hi voluptates omnes vestigant, hi sunt conditores, instructoresque convivii. *Vetus epigr.* apud *Porphyr. ad Horat.* l. 2. sat. 2. v. 50. Ciconiarum Rufus iste conditor. ¶ Urbanum et lepidum est illud *Cicer. pro Cluent.* c. 26. Atque etiam ipse conditor totius negotii, Guttam aspergit huic Bulbo. *conditor* enim negotii est auctor et administrator, a *condo* : sed simul alluditur ad condientem cibos in nominibus *Gutta*, et *Bulbo.* ¶ De conditoribus factionum, *h. e.* ἀλείπταις ἵππων, V. in voce præced.

CONDITORIUM, ii. n. ἀποθήκη, *a repository, place where any thing is laid up or preserved*, locus, in quo aliquid reponitur, ut Conditorium muralium tormentorum, idest, repositorium machinarum. *Marcellin.* l. 18. c. 9. (*al.* 22.) ¶ Speciatim sumitur pro loculo, seu arca, in qua cineres, aut cadavera in sepulcris conduntur, *a coffin*, θήκη, λάρναξ. *Sueton. in Aug.* c. 18. Per idem tempus conditorium et corpus Alexandri M. cum prolatum e penetrali subjecisset oculis, &c. Adde *Plin.* l. 37. c. 2. ¶ Sumitur et pro ipso sepulcro, *a sepulchre, tomb, vault. Petron. in Satyr.* c. 112. Præclusis conditorii foribus. *Plin.* l. 6. ep. 10. Ipsi nobis debemus etiam conditoria exstruere. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1134. n. 6.

CONDĪTRIX, icis, f. quæ condit, et facit. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 11. Luna mortalium corporum et auctor, et conditrix. *Apul. in Apol.* Paupertas prisca apud sæcula omnium civitatum conditrix. *Marianus Lupercaliorum Poeta* apud *Serv.* et *Philargyr. ad Eclog.* 1. *Virg.* v. 20. Quod conditricis nomine ab ipso omnes Romani vocant. Adde *Tertull. de Spectac.* c. 7. et l. 1. *advers. Marcion.* c. 7.

CONDĪTUM, V. in *Condĭtus.* ¶ Conditum, V. in *Condītus.*

CONDITŪRA, æ, f. a *condio*, idem quod condimentum, *a sauce, seasoning, pickle, preserve. Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 15. Liberos illi epulandos apposuit, subinde interrogans, an placeret conditura. *Colum.* l. 12. c. 11. Hac mella pro aqua mulsa utuntur nonnulli pro defruto in condituras olivarum. *Id. ibid.* c. 19. Condituris adjuvare mustum. ¶ Conditura vitreorum, apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 51. *Burman.* est ratio temperandi et conficiendi vitrea, *the making or tempering of glass.* Hoc sensu videtur nonnullis esse a *condo*. Tiberium quoque Cæsarem hac voce usum, narrat *Isid.* l. 16. *Orig.* c. 15. *extr.*

CONDĬTUS, us, m. condendi, idest fabricandi actus, *a making, forming, founding, building. Apul. in Apol.* Veteranorum militum novo conditu splendidissima colonia sumus. *Censorin. de die Natal.* c. 4. *sub fin.* Qui in conditu Thebarum Cadmo fuerint adjumento. *Colum.* l. 2. c. *ult.* Uvas, itemque olivas conditui legere licet. Quidam volunt hoc loco esse *condītus* a *condio* : sed etiam a *condo* commode deducitur. Nam *condere* reponere est, et *servare.* Hinc *Auson. in Professorib.* n. 15. v. 16. Consilia nullus mente tam pura dedit, Aut altiore conditu texit data. *h. e.* diligentius memoriæ mandavit, servavitque.

CONDĪTUS, a, um, *seasoned*, ἠρτυμένος, particip. passiv. a *condior. Cic.* 3. *de Orat.* c. 25. Unguentis minus diu nos delectari summa et acerrima suavitate conditis, quam his moderatis. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 69. Male conditum jus. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 6. leg. 9. Vinum conditum. ¶ *Conditum* absolute est vinum aromatis conditum, et præcipue melle et pipere. *Plin.* l. 14. c. 16. *a med.* Qualia (*vina*) nunc quoque fiunt, pipere et melle addito, quæ alii condita, alii piperata appellant. *Lamprid. in Heliogab.* c. 21. Condito piscinas et solia temperavit. Adde *Pallad. in Octobr.* tit. 19. *Cæl. Aurelian. Chronic.* l. 3. c. 5. *a med.* et lib. 5. c. 1. *ad fin.* et *Apic.* l. 1. c. 1. et 2. ¶ Translate *Cic. Attic.* l. 13. *ep. ult. ex vet. poeta.* Nec id solum, sed bene cocto, et condito sermone bono. *Id.* 2. *de Orat.* c. 56. Nec apud populum gravior oratio, neque lepore et festivitate conditior. *Id. de clar. Orat.* c. 29. Nisi id, quod dicitur, sit voce, vultu, motuque conditus. *Id. de Senect.* c. 4. Erat enim in illo viro comitate condita gravitas. *seasoned or tempered with affability. Id. pro Mur.* c. 31. *extr.* Si illius comitatem et facilitatem tuæ gravitati, severitatique asperseris, non ista quidem erunt meliora, sed certe condita jucundius.

CONDĬTUS, a, um, *laid or treasured up, hidden, concealed*, ἀποκείμενος, ἀπόθετος, repositus, absconditus. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 140. Frumenta condita. *Id.* l. 1. sat. 4. v. 89. Liber aperit præcordia condita. *h. e.* arcana pectoris. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 56. In causis conditæ sunt res futuræ. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 30. Teneo omnia : in pectore condita sunt. *Martial.* l. 13. epigr. 91. Vina condita consule, &c. *Ovid. Metam.* 3. v. 31. Anguis conditus antro. *Liv.* l. 29. c. 22. Conditus in carcerem. *committed to prison. Propert.* l. 2. el. 5. v. 24. Jurgia sub tacita condita lætitia. *disguised, concealed. Id.* l. 3. eleg. 17. v. 16. Arboris in frondes condita Myrrha novæ. *Virg.* 1. *Georg.* v. 442. Sol conditus in nubem. *hid behind a cloud. Propert.* l. 4. el. 11. v. 64. Lumina condita. *h. e.* oculi clausi. *Senec. in Œdip.* v. 1037. Telum conditum jugulo. *plunged or buried. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 53. *Hard.* Oculi conditi. *closed, shut. Cels. in fi.* cap. 20. l. 8. Potest tamen conditus articulus medius aut summus canaliculo aliquo contineri. *put, laid, placed.* ¶ *Conditum, i*, absolute est locus, in quo conditur, et servatur frumentum, et aliæ species ad annonam pertinentes. *a store-house, granary. Spartian. in Adrian.* c. 11. Laborabat præterea, ut condita militaria diligenter agnosceret. *magazines.* et *Capitolin. in Gordian.* c. 28. Ut nulla esset civitas limitanea potior, quæ totius anni in aceto, frumento, et larido, atque hordeo, et paleis cond[...]

non haberet. *Symmach.* l. 10. ep. 55. Patefacere angustias conditorum. *Eumen. in gratiar. act. ad Constantin.* c. 10. Fructus meritorum tuorum statim nos metere, et in conditis referre jussisti. Adde *Paul. Dig.* lib. 32. leg. 95. ¶ Est etiam *conditus* idem ac sepultus, *buried, entombed. Phædr.* l. 4. fab. 4. v. 30. O si maneret condito sensus patri. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 22. Conditus in sepulcro. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 198. Conditus tumulo. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 442. Æneia nutrix condita urna marmorea. ¶ Item factus, ædificatus, *made, fabricated, founded, built,* κτισθείς. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 1. Homerus fuit ante Romam conditam. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 92. Qui locus a forti Diomede conditus olim. (Negat *Bentleius* hunc versum *Horatii* esse.) *Plin.* l. 7. c. 37. Nova secta condita. *h. e.* instituta. *instituted, established. Id.* l. 11. c. 37. sect. 55. *Hard.* Ita mos conditus, ut &c. *h. e.* ita in more positum. *Plaut. Rud.* 5. 3. 18. Juramentum rei servandæ, non perdendæ conditum est. *h. e.* comparatum, institutum. *appointed, provided, intended.* ¶ Item compositus, scriptus, *composed, written. Virg. Ecl.* 10. v. 50. Chalcidico condita versu carmina. *Plin.* l. 19. c. 1. Res conditæ Latino sermone. *Id.* l. 8. c. 42. Liber conditus de jaculatione equestri. ¶ Item constitutus, institutus. *instituted, ordained, appointed. Stat.* l. 1. silv. 2. v. 24. Ergo dies aderat Parcarum conditus albo vellere. *Manil.* l. 1. v. 119. Et venit in terras fatorum conditus ordo. Adde *Valer. Flacc.* l. 1. v. 531. ¶ *Conditum est,* constitutum est, comparatum est. *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 5. leg. 4. Natura rerum conditum est, ut plura sint negotia, quam vocabula.

CONDO, is, didi, ditum, a. 3. *to lay or treasure up, hide, conceal,* ἀποτίθημι, abscondo, repono servandi causa: a *con*, et *do*, ut *Festus* innuit. *Cic. pro Cluent.* c. 26. *ad fin.* Qui illi pecuniæ, quam condiderat, spe jam, atque animo incubaret. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Neque enim homines murium aut formicarum causa frumentum condunt, sed conjugum et liberorum. *hoard.* et *cap. præced.* Condere, et reponere fructus. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 12. Condo, et compono, quæ mox depromere possim. *Id.* l. 1. od. 10. v. 8. Condere aliquid furto. *Phædr.* l. 5. fab. 2. Condere ferrum. *to put up into its scabbard, sheathe. Cels.* l. 8. c. 23. Plantarum ossa iisdem modis, quibus in manibus, prodeunt, iisdemque conduntur. *are set. Plaut. Trucul.* 3. 1. 9. pecuniam in crumenam. *Virg.* 2. *Æn.* v. 401. nota conduntur in alvo. *Id.* 5. *Æn.* v. 243. Condere se portu. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 41. Condere sortes arca. *Lucan.* l. 1. v. 607. fulmen terræ (quid sit *fulmen condere,* quod legitur etiam apud *Juvenal.* sat. 6. v. 586. V. in *Bidental.*) *Prudent. in Psychomach.* v. 105. Condere gladium vaginæ. Al. leg. *vagina,* sed *vaginæ* est in MSS. *Heinsio* teste. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 362. aliquid sub cortice. *Virg.* 4. *Georg.* v. 473. Aves condunt se in foliis. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 22. Condere se in tenebras. *Virg. Æn.* 6. v. 211. Jupiter cælum condidit umbra. *hath obscured. Id.* 4. *Æn.* v. 177. Condere caput inter nubila, *Ovid.* 3. *Trist.* el. 3. v. 44. *de morientibus.* alicui oculos. *to shut:* quod etiam *Propert.* l. 4. *eleg. ult.* v. 64. dixit. ¶ Translate *Tacit. Ann.* 2. c. 28. Condere iram. *to conceal. Senec.* ep. 7. *extr.* aliquid in animum. *to commit to memory. Ovid.* 1. *Metam.* v. 726. stimulosque in pectora cæcos Condidit. *Al. leg.* in pectore. *Claudian. in Consul. Probi, et Olybr.* v. 166. Oblivia condunt mentem. *h. e.* memoriam obscurant. ¶ Ponitur et pro sepelire, *to bury. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 45. Persæ mortuos cera circumlitos condunt. *Plin.* l. 7. c. 54. et *Virg.* 5. *Æn.* v. 48. Condere mortuos terra. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 22. in sepulcro. *Lucan.* l. 9. v. 151. inhumatos condere manes. ¶ *Condere fulgur.* V. *Fulgur.* ¶ Item translate pro finire, explere, conficere. *Senec.* ep. 83. *ad fin.* Alexandrum intemperantia bibendi, et ille Herculaneus scyphus condidit. *destroyed. Virg. Ecl.* 9. v. 51. sæpe ego longos Cantando puerum memini me condere soles. *I remember that I spent the summer days. Horat.* l. 4. od. 5. v. 29. et *Plin.* l. 9. ep. 36. Condere diem. *Lucret.* l. 3. v. 1104. Condere sæcla vivendo. *Stat.* 10. *Theb.* v. 54. Condiderant jam vota diem. *h. e.* aliquis vota faciendo diem consumpserat. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 20. *ad fin.* Conversio cælestis hemisphærii, peractis horis duodecim, diem condit. *finishes, closes.* ¶ *Condere lustrum.* V. *Lustrum.* ¶ Significat etiam indere, immittere, ita tamen ut et abscondendi ratio subsit. *Petron. in Satyr.* c. 94. Suspendio vitam finire constitui, et jam cervices nodo condebam. *was submitting to the noose. Cels.* l. 7. c. 5. sect. 2. Nihil tam facile in corpus, quam sagitta, conditur, eademque altissime insidit. *Martial. de Spectac.* ep. 15. præcipiti venabula condidit urso. *plunged. Ovid.* 13. *Met.* v. 392. Condere alicui ensem in pectus. *to plunge, bury. Virg. Æn.* 9. v. 347. alicui ensem in pectore. *Id. in fi.* l. 12. adverso sub pectore. *Liv.* l. 26. c. 34. aliquem in vincula. *Cic. Verr.* 7. c. 29. *extr.* et *Liv.* c. 16. l. 26. in carcerem. *to throw into prison. Id.* l. 31. c. 23. captivos in custodiam. *Stat.* 2. *Achill.* v. 439. discos in nubila. ¶ Item facere, ædificare, fundare. *to make, build, construct, fabricate, found. Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. Condere oppida. *Cic.* 3. *Catil.* c. 1. Romulus, qui hanc urbem condidit. *Virg.* 1. *Æn.* v. 33. Romanam condere gentem. *Vellei.* l. 1. c. 15. Condere colonias. *to establish. Justin.* l. 19. c. 1. imperium Pœnorum. et lib. 2. c. 1. regna. et cap. 6. Genus hominum. et cap. 12. mœnia. Huc pertinet, quod ad illud *Virg. Æn.* 7. v. 303. optato conduntur Tibridis alveo: *Servius* adscribit: condi proprie dicuntur, qui sibi statuunt civitatem. *conduntur* ergo, sedem stabilem locant. ¶ Translate *Phædr. in prol.* l. 3. v. 53. Condere æternam famam ingenio suo. *h. e.* facere, comparare. et *Sil.* l. 4. v. 37. dextra memorandum condere nomen. *Virg.* 10. *Æn.* v. 35. nova condere fata. *Id.* 6. *Æn.* v. 793. aurea condet sæcula qui rursus Latio. *h. e.* inducet, afferet. ¶ Item scribere, componere, *to write, compose, compile. Liv.* l. 31. c. 12. *extr.* Condere carmen. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *ad fin.* Græcum poema. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 24. Condere aliquid numeris. *Id. de remed. Amor.* v. 465. Condere jura. *Id.* 2. *Trist.* v. 336. acta Cæsaris. *Virg. Ecl.* 6. v. 7. bella. *Plin.* l. 5. c. 29. Condere prosam orationem Cadmus primus instituit. *Id.* l. 26. c. 2. Hippocrates primus medendi præcepta clarissime condidit. *Id.* l. 22. c. 25. Condere laudes alicujus. *to celebrate. Id.* l. 12. c. 4. historiam. *Id.* l. 2. c. 9. aliquid annalibus. *Id. l. et* cap. 13. Si, Homero condente, Ægyptus non erat. *Lex* XII. *tab.* apud *Augustin.* (V. *Occento*) ex lectione *Scaligeri.* Si quis malum carmen occentassit, sive condisit, &c. *condidisit,* sive *condidissit* antique est pro *condiderit,* sicut *occentassit* pro *occentaverit.* ¶ Item invenire, instituere, *to discover, invent, institute. Justin.* l. 36. c. 2. Prodigiorum sagacissimus erat, et somniorum primus intelligentiam condidit. *Flor.* l. 1. c. 3. Condere militarem disciplinam omnem, artemque bellandi. ¶ Item constituere, instituere. *Virg. Æn.* 10. v. 34. cur nunc tua quisquam Vertere jussa potest, aut cur nova condere fata? *Lucan.* l. 7. v. 131. Advenisse diem, qui fatum rebus in ævum Conderet humanis. ¶ Item firmare. *Sil.* l. 16. v. 125. Sic sic, cælicolæ, portentaque vestra secundi Condite. ¶ *Condere* etiam dicuntur, qui ita restituunt aliquid et restaurant, ut fecisse ipsi videri possint. *Flor. l. et cap. ult. extr.* Augustus imperium condidit. V. *Conditor.* Etiam quod modo ex lib. 1. attulimus, huc a multis refertur. *Cic. pro Dom.* c. 36. Rempublicam condere meo discessu, quam omnium interitu occidere malui. *Al. aliter leg.* ¶ Quod *Nonius* tradit c. 4. n. 49. *condere* dici pro consecrare, confirmatque illo *Virg. Æn.* 5. v. 67. *animamque sepulcro condimus;* non satis probat.

CONDOCEFACIO, is, eci, actum, a. 3. *to instruct, teach, train, accustom,* συμπαιδεύω, instruo, assuefacio. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 31. Eumque condocefaciat, ut ea, quæ bona malave videantur, possit contemnere. *Hirt. de B. Afric.* c. 71. Ut lanista tirones gladiatores condocefacere. Et cap. 27. elephantes.

CONDOCEFACTUS, a, um, nom. ex particip. *taught, tamed. Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 64. Belluæ domitæ, et condocefactæ.

CONDOCĔO, es, a. 2. doceo, *to teach, instruct. Hirt. de B. Afric.* c. 19. Frenato equo uti condocuerat.

CONDOCTOR, oris, m. qui simul cum alio docet. *Augustin.* l. 1. *Confess.* c. 9. *extr.* Si in aliqua quæstiuncula a condoctore suo victus esset.

CONDOCTUS, a, um, doctus, instructus, meditatus, paratus. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 3. Fac modo, ut condocta tibi sint dicta ad hanc fallaciam. *Co.* quin edepol condoctior sum, quam tragœdi, aut comici. Respicit *Plaut.* ad morem loquendi, quo histriones dicuntur *discere Fabulam,* Poetæ autem *docere.* Oportet enim histrionem probe suas partes didicisse, si vult bene agere.

CONDOLĀTUS, a, um, dolatus. Legitur a nonnullis lib. 3. *Arnob.* pag. 110. ubi alii *conglobatus,* alii *dolatus.*

CONDOLĔO, es, n. 2. *to ache, be in great pain, grieve along with, condole,* simul cum alio doleo, condolesco. *Tertull. de pœnit.* c. 10. Non potest corpus de unius membri vexatione lætum agere: condoleat universum necesse est. *Hieronym. ad Augustin.* ep. 89. *a med.* Animo condolentis cogitat. ¶ Præterit. *condolui.* V. in voce sequent.

CONDOLESCO, is, olui, n. 3. *to grieve greatly, be in great pain or distress, be pained or distressed, ache,* ἀλγέω, idem quod doleo, simul, vel valde doleo. *Cic.* 1. *Acad.* c. 10. Cum perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaque et condolescere, et concupiscere, et extimescere, dicerent. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 22. Si pes condoluit, si dens, ferre non possumus. *Plaut. Trucul.* 2. 8. 2. Nunc mihi de vento miseræ condoluit caput. *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 3. v. 32. Ut tamen audisti percussum fulmine vatem Admonitu matris condoluisse potes. ¶ Cum dativo tertiæ personæ pro συμπάσχειν, *to sympathize. Tertull. de Anim.* c. 5. Animam compati corpori, cui læso ictibus, vulneribus, ulceribus condolescit.

CONDŎMO, as, ui, itum, a. 1. idem quod domo, *to tame. Prudent. hymn. Jejunant. Cathemer.* 7. v. 98. Veteresque nugas condomare ac frangere.

CONDONATĬO, onis, f. donatio, *a giving away. Cic.* 2. *Verr.* c. 4. Bonorum, possessionumque contra omnium instituta adjectio et condonatio.

CONDONĀTUS, a, um, adject. idem quod donatus, *given up, granted; pardoned. Cic. pro Planc.* c. 31. Datus est tibi ille, condonatus ille. *Id.* 5. *Fam.* ep. 18. Potentiæ alicujus condonatus. *Aurel. Vict. de Vir. illust.* c. 4. Patriis lacrymis condonatus.

CONDŌNO, as, avi, atum, a. 1. *to give freely, grant, give away, present, bestow,* δωρέομαι, χαρίζομαι, idem quod dono. *Cic.* 2. *Offic.* c. 22. Cum aliis adimuntur pecuniæ, aliis condonantur. *Plaut. Amph.* 1. 3. 32. Hanc pateram, Alcumena, tibi condono. *Id. Men.* 4. 2. 94. Ego illam non condonavi, sed sic utendam dedi. *Sallust. in Jug.* c. 81. Condonare se, et vitam suam reipublicæ. *to give up, devote, sacrifice.* ¶ Est etiam remittere, *to remit, excuse, not to demand, pardon, forgive. Cic.* 2. *Offic.* c. 22. Qui pecunias creditas debitoribus condonandas putant. *Id. pro Mil.* c. 2. *ad fin.* Nec deprecaturi sumus, ut crimen hoc nobis condonetis. *Vatin. ad Cicer.* 5. *Fam.* ep. 10. Meam animadversionem et supplicium, quo usurus eram in eum, quem cepissem, remitto tibi et condono. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 21. Dumnorigem Divitiaco fratri condonare se, dicit. *h. e.* ignoscere Dumnorigi propter fratrem. et *paulo ante.* Condonare injuriam et dolorem suum precibus et voluntati alicujus. ¶ Condonare aliquem cruci, apud *Plaut. Rud.* 4. 4. 26. est cruci tradere. ¶ Videtur etiam usurpari cum accus. personæ. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 24. Si quam malam rem debes, te condono: tibi habe: nunquam abs te petam. *I forgive it you. Terent. Phorm.* 5. 7. 54. Argentum, quod habes, condonamus te. *Donatus* ita distinguit integrum locum *Quid vis tibi? argentum quod habes? condonamus te.* Eodem modo una cum *Servio* legit illud *Virg. Æn.* 1. v. 576. *Vultis et his mecum pariter considere regnis? Urbem, quam statuo? vestra est.* Porro illud *te* vult esse ablativum: tametsi hoc loco ejus verba corrupta videntur. *Afran. Vopisc.* apud *Non.* c. 9. n. 5. Id aurum me condonat litteris. τὸ *id aurum* accusat. esse a *condono* pendentem negat *Voss.* l. 7. *de Grammat.* c. 21. quod dictum sit pro *quod ad id aurum attinet:* affirmant alii. ¶ Passive impersonaliter, *Terent. Eun. prol.* v. 17. Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur, Quæ proferentur post, &c. Hic quoque alii ita distinguendum putant: *habeo alia multa, quæ: nunc condonabitur:* ut sit quædam interruptio sermonis, suspensioque: atque illud *quæ* criminose quidem dicatur: sed subito taceantur crimina, quæ dicturus videbatur.

CONDORMĬO, is, ivi, itum, n. 4. *to sleep along with, sleep, go to sleep,* καθεύδω, idem quod dormio, vel simul dormio. *Plaut. Mostell.* 2. 2. 55. Abimus omnes cubitum, condormivimus. *Sueton. in Aug.* c. 78. Deposita lectica, inter aliquas moras condormiebat. Adde *Capitolin. in Vero,* c. 4. *sub fin.*

CONDORMISCO, is, n. 3. *to sleep in company with, sleep,* idem quod condormio. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 81. Propino magnum poculum: ille ebibit: caput deponit, condormiscit: ei subduco anulum. (Est qui legit *cum dormiscit.*) *Id. Rud.* 2. 7. 13. Hospes da mihi aliquid ubi condormiscam, loci. *Scep.* Istic, ubi vis, condormisce.

CONDRILLA, æ, et Condrille, es, f. et Condrillon, i, n. *a kind of wild endive,* (tot enim modis legitur apud *Plin.* l. 21. c. 15. et 17. et lib. 22. c. 22.) κονδρίλλη, intybi agrestis genus, amaro gustu, et acris in radice succi.

CONDUCENTER. V. *Condecenter.*

CONDUCĬBĬLIS, le, adject. *profitable, expedient, advantageous,* qui conducit, *h. e.* prodest, utilis. *Plaut. Epid.* 2. 2. 75. Consilium ad eam rem conducibile. *Id. Bacch.* 1. 1. 18. Istuc facinus mihi conducibile esse arbitror. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 14. Utrum venustius, facilius, conducibilius, &c.

CONDŪCO, is, uxi, uctum, a. 3. *to bring or lead together, conduct, assemble, collect,* συνάγω, idem quod duco, vel simul duco, congrego, cogo. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 104. Populum in forum conducere. *Cic. Phil.* 8. c. 6. Res geritur: conductæ sunt vineæ: pugnatur acerrime. *Id.* 2. *de Invent.* c. 1. Crotoniatæ virgines unum in locum conduxerunt. *Sisenn.* apud *Non.* c. 11. n. 37. Prætor festinatim de castellis ad castra maxuma milites conduxit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 13. *extr.* Eo copias omnes conduxit. *Sallust. in Jug.* c. 55. Conducere milites in unum. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 4. Ita complectemur, ut in unum conducamus propositionem et assumptionem. *Pallad.* l. 1. tit. 16. Cisternas construere, quibus omnium conduci possit aqua tectorum. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 572. Peneus ab imo Effusus Pindo tenues agitantia fumos Nubila conducit. *h. e.* vapores collectos emittit. *Id. Metam.* 4. v. 375. Conducere corticem. *h. e.* conjungere, *to unite. Vitruv.* l. 8. c. 1. *ad fin.* Plures puteos fodere, et per specus in unum conducere. *to draw to the same point by means of subterraneous passages. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 88. *Hard.* Ubi sunt nervi, interiores conducunt membra, superiores revocant. *h. e.* ducunt, trahunt. ¶ Translate *Gell.* l. 4. c. 17. Hæc, quæ diximus, eo etiam conducunt, ut sciamus, &c. *Id.* l. 20. c. 5. *de scriptis Aristot.* Ἐξωτερικὰ dicebantur, quæ ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, civiliumque rerum notitiam conducebant. *Arnob.* l. 4. pag. 146. Omnia probra, quæ in deorum maledicta conducitis. *h. e.* congeritis. ¶ *Conducere lac* est coagulare, *to coagulate, curdle. Colum.* l. 7. c. 8. Lac potest et agrestis cardui flore conduci. ¶ *Conducere vulnera,* claudere, *to close,* obducere. *Valer. Flacc.* l.

1. v. 479. fissaque fluctu Vel pice vel molli conducere vulnera cera. *Solin.* c. 32. (*al.* 45.) *e med.* Cœno plagam oblinunt, usque dum conducatur in cicatricem. *Cal. Aurel. Tard* l. 2. c. 1. sect. 8. Masculus conducitur, aut laxatur. *h. e.* contrahitur. ¶ Sæpissime est emere ad tempus, rem aliquam utendam pretio accipere, operam alicujus hominis mercede comparare, *to hire, bargain for:* cui respondet *loco, as,* μισθοῦμαι. *Cic. pro Cal.* c. 7. *extr.* Conduxit in Palatio, non magno, domum. *Senec.* l. 7. *de benef.* c. 5. Conduxi domum a te in hac aliquid tuum, aliquid meum. *Cic. de prov. consul.* c. 4. Conducere aliquem ad cædem faciendam. *Plin.* l. 4. ep. 13. Præceptores publice conducere. *Curt.* l. 3. c. 1. Conducere militem. *h. e.* mercede ad militandum ducere. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 1. coquos. *Id. Rud. prol.* v. 57. navem. *Gell.* l. 18. c. 5. *sub fin.* librum studio pretioque multo. *Cic. Fam.* 16. ep. 18. hortum. *Senec.* l. 7. *de benef.* c. 5. domum, rhedam ab aliquo. *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 19. *post med.* habitationem in annum. et *paulo post.* operas. *Id.* lib. 43. tit. 9. leg. 1. aliquid ad fruendum. ¶ Hinc translate *conduci aliqua re* est adduci, induci. *Cato* apud *Gell.* l. 1. c. 15. Frusto panis conduci potest, vel uti taceat, vel uti loquatur. *Plaut. Cas.* 2. 8. 70. Tribus conduci non possim libertatibus, quin illis comparem magnum malum. ¶ Conducere etiam dicuntur, qui pretio aliquid faciendum suscipiunt. *Liv.* l. 46. c. 16. Redimere, et conducere vectigalia. *to farm. Cic.* 1. *de Invent.* c. 30. portorium. *to farm the customs. Id.* l. 2. *de Divin.* c. 21. Qui columnam illam de Cotta, et de Torquato conduxerat faciendam. *Ulpian. loc. cit.* Conducere mulierem vehendam nave. *Caius ibid.* leg. 25. columnam, dolium, tignum transportandum. *Ulpian. ibid.* leg. 13. aliquem docendum. ¶ Præterea significat prodesse, conferre, utile esse, *to conduce, be profitable or advantageous:* quo sensu fere in tertiis personis usurpatur. *Cic. Fam.* 5. ep. 19. *ad fin.* Ea maxime conducunt, quæ sunt rectissima. *Id.* 1. *Offic.* c. 3. Consultant, conducat id, nec ne ad vitæ commoditatem. *Id. de prov. consul.* c. 1. Hoc maxime reipublicæ conducit, Syriam, Macedoniamque decerni. *Sisenn.* apud *Non.* c. 4. n. 104. Quod maxime in rempublicam conducere videretur. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 38. Quod conducit in commune. *Plaut. Cist.* a. 3. v. 4. Ut illud, quod in rem tuam bene conducat, consulam. *Tacit. Ann.* 15. c. 43. Conducere salubritati. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 22. Huic ætati non conducit tenebrosus locus. *Plin.* l. 23. c. 1. *post med.* Corpus augere volentibus conducit inter cibos bibere. et *paulo sup.* Vinum conducit alvo citæ. *befits, suits. Id.* l. 17. c. 12. Ventosis locis arbores crebriores seri conducit. et cap. 2. Imbres non conducunt vitibus. ¶ Non facile intelliges, quid sibi velit *Non.* c. 4. n. 104. ubi docet, *conducere* poni etiam pro convertere, affertque hæc verba *Lucilii:* Et virtute tua, et claris conducere chartis. ¶ *Conducier* pro *conduci* habetur apud *Plaut. Merc.* 3. 4. 78.

CONDUCTIO, onis, f. actus conducendi, seu in unum locum ducendi, collectio, complexio, συναγωγή. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 40. Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet. *h. e.* conducendo in unum propositionem et assumptionem, ut *Id. ibid.* paulo supra explicat: ubi etiam hujus conductionis exemplum affert. *a method of arguing, by which the assumption is joined with the conclusion.* ¶ Item emptio, aut redemptio ad tempus, *a hiring, farming,* μίσθωσις. *Id. pro Cæc.* c. 32. Conductio fundi. *Liv.* l. 43. c. 16. vectigalium. ¶ Est etiam contractio, morbus, quo membrum aliquod contrahitur, *a spasm, violent contraction. Cæl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 10. Conductio musculorum. et l. 3. c. 18. nervorum, quam Græci σπασμὸν vocaverunt. Adde lib. 2. *Tard.* c. 1.

CONDUCTITIUS, et Conducticius, a, um, *that is or may be hired, or taken to hire,* μισθωτὸς, qui pretio ad tempus emitur, vel redimitur. *Plaut. Epid.* 2. 3. 8. et 5. 2. 41. Fidicina conductitia. *Nepos in Iphicrat.* c. 2. Conductitius exercitus. *Porcius in carm. de Terent. in hujus vita, quæ* Suetonii *esse creditur.* Habere domum conductitiam. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 17. Conductitiæ liberorum operæ.

CONDUCTOR, oris, m. *he who hires; a tenant who rents a house, land, &c.* μισθωτὴς, qui conducit, seu emit aliquid ad tempus, cui *locator* respondet. *Plaut. Asin. prol.* v. 3. Conductores histrionum. *Plin.* l. 7. ep. 30. agrorum. ¶ Speciatim ita appellatur, qui conducto diversorio alios hospitio excipit, *a host, landlord. Rutil.* l. 2. v. 381. Sed male pensavit requiem stationis amœnæ Hospite conductor durior Antiphate. ¶ Item qui aliquid faciendum pretio suscipit. *one who undertakes work for hire. Cic.* 3. *Q. Fr.* ep. 1. c. 2. Conductor operis. *Valer. Max.* l. 8. c. 12. n. 1. *extern.* Conductores sacræ aræ. Adde *Caton. R. R.* cap. 14.

CONDUCTRIX, icis, f. *she who hires,* quæ conducit, *h. e.* emit, seu redimit aliquid ad tempus. Habent *Impp. Dioclet. et Maxim.* lib. 4. tit. 65. leg. 24. et lib. 5. tit. 12. leg. 18. *Cod. Justin.*

CONDUCTUS, us, m. *a contraction,* contractio. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 15. Conductu superciliorum.

CONDUCTUS, a, um, *brought together, collected, assembled,* συναχθεὶς, ductus, vel simul ductus, collectus. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 26. Auxilia regum in unum conducta. *Lucret.* l. 1. v. 650. Conductæ partes aut disjectæ. ¶ Item *hired,* μεμισθωμένος, emptus, ad tempus redemptus. *Cic. pro Sext.* c. 17. Erat contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis. *Horat. de art. Poet.* v. 431. Qui conducti plorant in funere. *hired for the purpose. Cic. pro Cæcin.* c. 32. Fundus conductus. *farmed. Id.* 2. *de Invent.* c. 1. Zeuxis magno pretio conductus. *Terent. Adelph.* 2. 2. 17. Conducta navis. *Plin.* l. 2. ep. 14. Conducti et redempti mancipes. *Martial.* l. 11. epigr. 83. Conductum repetens nocte jubente larem. *Curt.* l. 3. c. 9. Milites mercede conducti. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 9. Nummi conducti. *put out to interest.* Sic *Juvenal.* sat. 11. v. 46. conducta pecunia. ¶ *Conductum,* i, n. absolute est domus conducta, *a hired house:* et dicitur fere de domibus pauperiorum. *Senec. de benef.* l. 7. c. 5. Nec conductum meum, quamvis sis dominus, intrabis. *Petron. in Satyr.* c. 9. In conductum adcucurrit. *Cic. pro Cluent.* c. 62. *ad fin.* Habere aliquid conducti. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 3. leg. 1. *sub fin.* Habitare in conducto. ¶ Item ipsa conductio. *Id. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 15. Actio ex conducto. ¶ *Conducta bella* apud *Sil.* l. 5. v. 196. sunt quæ milite mercede conducto geruntur. ¶ Est item *conductus* redemptus, pretio faciendus susceptus, ut *telæ conductæ,* apud *Tibull.* l. 1. el. 7. v. 85. Firmaque conductis adnectit licia telis. V. ibi *Brouckhus. undertaken for a certain price.* ¶ Item contractus, *contracted. Cæl. Aurel. Chronic. l. et* c. 3. Conducta cutis. et l. 5. c. 1. Contractus et conductus. *Solin.* c. 22. (*al.* 35.) Brumalis solstitio dies adeo conductus, et ortus junctus sit occasui. *h. e.* brevis.

CONDŬLUS, et Condylus, i, m. *a ring,* κόνδυλος, annulus, teste *Fest.*

CONDUPLICATĬO, onis, f. *a doubling, redoubling,* ἀναδιπλασιασμὸς, duplicatio. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 18. Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio? *h. e.* amplexus. ¶ Item figura verborum. *a figure of speech, in which one or more words are repeated. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 28. Conduplicatio est, cum ratione amplificationis, aut commiserationis, ejusdem unius, aut plurium verborum iteratio, hoc modo: Tumultus C. Gracchi tumultus domesticos et intestinos comparat. Item: Nunc etiam audes in horum conspectum venire, proditor patriæ: proditor inquam patriæ, venire audes in horum conspectum? A *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 54. dicitur *revocatio verbi:* apud *Quintil.* l. 9. c. 3. *regressio* quædam est: Græce ἐπάνοδος dici potest. *Cic. in Partit.* c. 6. hoc modo repetita verba *duplicata* appellat.

CONDUPLĬCO, as, a. 1. idem quod duplico, *to double, redouble. Terent. Phorm.* 3. 2. 31. Hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit. *Lucret.* l. 3. v. 71. Conduplicant divitias. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. *post med.* Conduplicare cibum.

CONDURDUM, i, n. herba solstitialis, flore rubro, quæ e collo suspensa strumas comprimit. *Plin.* l. 26. c. 6.

CONDŪRO, a, a. 1. durum facio, *to harden. Lucret.* l. 6. v. 968. Humor aquæ porro ferrum condurat ab igni.

CONDUS, i, m. *a steward, butler,* ταμίας, qui condendis cibis præpositus est, quemadmodum *promus,* qui cibum promit. Ceterum quia ejusdem fere officium esse solet cibos promere et recondere, factum est, ut, qui ei muneri præesset *condus promus,* vel *promus condus* diceretur. *Plaut. Pseud.* act. 2. sc. 2. v. 14. Condus promus procurator peni.

CONDYLIĀTUS. V. *Conquiliatus.*

CONDYLŌMA, atis, n. *a swelling about the* anus, κονδύλωμα, tuberculum, quod ex quadam inflammatione nasci solet (ut docet *Cels.* l. 6. c. 18. n. 8.) præsertim circa coronam podicis: ita dictum a similitudine condylorum, hoc est nodorum, qui in digitis, constricta in pugnum manu, eminent. Adde *Scribon. Larg. compos.* 224. et 225.

CONDȲLUS, li, m. *the knuckle of the finger,* κόνδυλος, junctura et nodus in digitorum articulis eminens. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 21. Ictibus crebris verticem, complicatis in condylos digitis, vulnerabat. ¶ Item annulus. V. *Condulus.* ¶ In illo *Martial.* l. 5. epigr. 79. *sub fin.* Parvi tibia condyli sonabit, *condylus* est nodus canæ, ex qua tibia constat.

CONFABRĬCOR, aris, dep. 1. *to fabricate, fashion.* Translate *Gell.* l. 3. *c. ult.* Confabricatus commolitusque magis est originem vocabuli C. iste Bassus, quam enarravit.

CONFABULATĬO, onis, f. διαλογισμὸς, sermo, colloquium, *a conversing or discoursing together. Symmach.* l. 9. ep. 84. (*al.* 89.) Epistolæ confabulationem præsentis imitentur. *Tertull.* l. 2. *ad Uxor.* c. 3. Bonos corrumpunt mores confabulationes malæ. ὁμιλίαι κακαί. *evil communications.* Adde *Hieronym.* ep. 27. *ad Eustoch. epitaph. Paulæ a med.*

CONFABULĀTUS, us, m. idem quod confabulatio. *Sidon.* l. 9. ep. 11. *ad fin.* Hos eloquii tui claritas, artifice confabulatu dum compellit, &c.

CONFABŬLOR, aris, dep. 1. *to talk together, converse, discourse,* συνομιλέω, simul fabulor, colloquor, narro. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 106. Accedere ad aliquam confabulatum. *Varr.* apud *Gell.* l. 13. c. 11. Si de rebus ad vitæ usum pertinentibus confabulemur. *Plaut. Cist.* 4. 2. 77. Ego rem meam magnam confabulari tecum volo. ¶ Quod quidam addunt ex eodem *Plauto Mostell.* 2. 2. 78. Illisce hodie hanc confabulabunt fabulam: ut sit etiam *confabulo, as; conturbabunt* procul dubio legendum est.

CONFACĬO, is, a. 3. una facio. *Lucret.* l. 2. v. 903. Mollia confaciunt. Al. leg. *cum faciunt.* Addunt hoc illud *Festi: Confecerunt, una fecerunt.* Sed hoc ad *conficio* pertinere potest.

CONFAMŬLANS, antis, particip. una famulans. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. *sub fin.* Signa duo hylen, naturamque significant confamulantes.

CONFARREATĬO, onis, f. *a form of marriage, instituted by Romulus, in which the man and woman eat together a sort of bride-cake made of the grain called* far, sacrorum communicatio, farre adhibito. Cum triplex fuerit matrimonii contrahendi ratio apud Romanos, coemptione, usu, confarreatione, ut est apud *Arnob.* l. 4. pag. 140. hoc postremum fiebat, cum certis verbis, et decem testibus præsentibus, solemnique sacrificio facto, in quo libum, seu panis ex farre confectus, a nova nupta prælatus, adhibebatur, mulier in manum viri conveniebat. Hac enim ratione communicatis inter virum et uxorem sacris, communicatio quoque totius vitæ significabatur. Hoc sacrificium, et nuptiarum conjunctio fiebat per Pontificem maximum, et Flaminem Dialem, teste *Servio ad* 1. *Georg.* v. 31. eratque conjunctio maxime religiosa, ut ait *Plin.* l. 18. c. 3. sed paulatim in desuetudinem cum abiisset, et in solis tandem sacerdotum conjugiis servaretur, denique omnino adhiberi desita est, ut colligitur ex *Tacit.* 4. *Ann.* c. 16. ¶ Contraria est *diffarreatio,* et dissolutionem matrimonii significat, quæ farreo libo adhibito fiebat. *Fest.* Curtus Lapis apud *Murator.* pag. 1024. n. 4. Sacerdoti confarreationum, et diffarreationum.

CONFARREĀTUS, a, um, *married by eating a cake of* far, *or bride-cake, together,* consociatus, sacris nuptiis junctus, per confarreationem. *Tacit. Ann.* 4. c. 16. Patricios confarreatis parentibus genitos, &c.

CONFARRĔO, as, *to marry by eating a cake of* far *together,* verbum habens usum in ritu confarreationis, et significat, libato farre matrimonio jungi. *Tacit. Ann.* 4. c. 16. Assuetudinem confarreandi. *Apul.* l. 10. *Metam.* Mulieris matrimonium confarreaturus.

CONFATĀLIS, le, *bound by the same fate or destiny,* συνειμαρμένος, qui eadem fati necessitate tenetur. *Cic. de Fato,* c. 13. Copulata enim res est, et confatalis.

CONFECTĬO, onis, f. *a making, composing, arranging, digesting,* actus conficiendi, effectio, διάπραξις. *Cic. de Senect.* c. 1. Mihi jucunda hujus libri confectio fuit. *Id.* 2. *de Orat.* c. 12. Erat historia nihil aliud, nisi annalium confectio. *Cels.* l. 4. c. 14. *sub fin.* Confectio medicamenti, quod κωλικὸν nominatur, ex his constat: costi, anisi, castorei, &c. Et *Pallad. in Novembr.* tit. 5. Confectio olei laurini. *a confection, sweetmeat, preserve.* Sic *Arnob.* l. 7. pag. 231. Farta confectionis jure multiplici, atque impensarum varietate condita. ¶ Item res ipsa, quæ conficitur. *Pallad. in Octobr.* tit. 17. Mundo linteo tegas, per quod facile confectio æstuabunda suspiret. *h. e.* mel musto admixtum, ex quo fit œnomeli. ¶ Item commanducatio, *a chewing. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. Intimi dentes conficiunt escas: quæ confectio etiam a lingua adjuvari videtur. ¶ Item perfectio, complementum, *a finishing, completing, close, end. Cic.* 14. *Phil.* c. 1. Confectio hujus belli est D. Bruti salus. ¶ Item collectio, *a collecting. Cic. pro Flacc.* c. 9. Tributi confectio. ¶ Item consumptio, aut corruptio. *Cic. in Hortens.* apud *Non.* c. 4. n. 93. Confectio valetudinis, deformatio corporis.

CONFECTOR, oris, m. *one who makes, fashions, or fabricates,* qui conficit, h. e. facit, effector. *Inscript.* apud *Spon. Miscell.* sect. 6. pag. 221. Confectores æris. *h. e.* qui æri e metallis eruendo et elaborando operam dant. [Ita *Spon.* alii tamen confectores æris eos fuisse putant, qui æs ipsum flavo orichalci colore tingebant et ornabant.] In alia apud *Bertol. in Antiq. Aquileiens.* pag. 2. Con Fer Nor ipse legit, *confectoris ferri Norici.* ¶ Item qui conficit, et absolvit. *Cic. Verr.* 4. c. 44. Confector negotiorum. *Id. Fam.* 10. ep. 20. Totius belli confector. ¶ Item consumptor. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 15. Ignis confector est, et consumptor omnium. Item fractor. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 93. Confectores cardinum. ¶ Item qui cum bestiis pugnat, easque occidit, ἀναιρέτης. *Sueton. in Aug.* c. 43. Confectores ferarum. Adde *Quintil. declam.* 9. c. 7. V. *Bestiarius.* ¶ Item qui tingit, infector, *a dyer. Vopisc. in Aurel.* c. 29. Missis diligentissimis confectoribus requisiverunt tale genus purpuræ. ¶ Confectores coriorum sunt *tanners,* apud *Jul. Firmic.* l. 3. c. 9. sect. 7.

CONFECTRIX, icis, f. quæ conficit. *Lactant.* l. 7. c. 11. *ex incerto Ciceronis loco:* [ex probabili *Bunemanni* conjectura certus *Ciceronis* locus, ex quo hæc hausit *Lactantius,* est *pro Marcell.* c. 4. Nihil est opere et manu factum, quod non conficiat et consumat vetustas. Animad-

vertendum porro est, *Lactantium loc. cit.* non ipsissima *Ciceronis* verba, sed sententiam tantum retulisse; ea tamen attulit ipse *Lactant.* l. 6. c. 11.] Confectrix omnium rerum vetustas. *h. e.* quæ conficit et consumit.

CONFECTŪRA, æ, f. confectio. *Plin.* l. 33. c. 13. Reliqua confectura eadem, quæ et chrysocollæ. *Colum.* l. 9. c. 14. Confectura mellis.

CONFECTURARĬUS, ii, m. qui bestias occidit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 361. n. 1. Corpus Suariorum et Confecturariorum statuam patrono digno ponendam censuit. *Confecturarii* cum Suariis conjuncti videntur esse ii, qui carnes animalium saliebant, et condiebant, vel fumo indurabant. Nam et *conficere* hoc sensu usurpatur. Al. leg. *Confectuarii.* In alia apud *Murator.* pag. 954. n. 5. legitur *confectorarius*: et videri potest idem esse cum confectore, h. e. infectore.

CONFECTUS, a, um, *made, fashioned, composed,* effectus, ποιηθείς. *Cic. in Hortens.* apud *Non.* c. 4. n. 93. Senatusconsulta confecta. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 149. Confectum carmine munus. *Nepos in Annib.* c. *ult.* Confecti Græco sermone libri. *Sueton. in Aug.* c. 73. Vestis a filia neptibusque confecta. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 7. Rationes confectæ. *Id.* 1. *de Leg.* c. 6. Ratio summa, insita in natura, cum est in hominis mente confirmata, et confecta, lex est. *h. e.* firmata, et definita, facta, aptata rebus particularibus. ¶ Item elaboratus, *laboured, wrought, manufactured. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Villis ovium confectis, atque contextis homines vestiuntur. *Colum.* l. 1. c. 8. Centones confecti. *crowded or put together.* ¶ Item collectus, *collected. Cic. in Hortens.* apud *Non.* c. 3. n. 18. Summa confecta ex singulis æribus. ¶ Item finitus, completus, perfectus, *finished, completed, at an end. Cic. pro Quint.* c. 12. Biennium confectum. *Id. Attic.* l. 16. ep. 4. *sub fin.* Nuntios ludorum confectorum exspectare. *Sueton. in Claud.* c. 17. Iter confectum. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 254. Confecta duella. *Cic. de prov. consul.* c. 8. *ad fin.* Bellum affectum videmus, et ut vere dicam, pæne confectum. *Id.* 3. *Fam.* ep. 11. *ad fin.* Orationes confectæ. et lib. 2. ep. 15. Mehercule confecta res ex mea sententia est. Alio sensu *Id. Attic.* l. 8. ep. 4. *extr.* Confecta res est. *h. e.* actum est de Italia. *Manut. it is all over with.* ¶ Item consumptus, *consumed, destroyed. Valer. Flacc.* l. 6. v. 384. Machina confecta flammis. ¶ Item maceratus, digestus, *digested. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. *extr.* et cap. 55. Cibus coctus et confectus. Adde *de Univ.* c. 6. Hinc translate *Quintil.* l. 10. c. 1. Lectio, non cruda, sed multa iteratione mollita, et velut confecta. ¶ Item debilitatus, fractus, consumptus, *weakened, debilitated, impaired, worn out, wasted, spent. Lucret.* l. 3. v. 961. Confecti artus languent. *Cic.* 14. *Fam.* ep. 4. Mulier ægra, et corpore et animo confecta. *Id. Catil.* 2. c. 11. Gladiator confectus, et saucius. *Id. pro Dom.* c. 23. Parvus filius lacrymans et confectus. *Id.* 7. *Verr.* c. 51. Nautæ fame atque inopia rerum omnium confecti ac perditi. *Id. pro Mur.* c. 40. Homo miser, et cum corporis morbo, tum animi dolore confectus. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 7. Confectus senectute. ¶ Et translate *Id. pro Mil.* c. 8. Tota civitas confecta senio est. *decrepid with old age. Id. pro Sext.* c. 9. Homo vino, ganeis, lenociniis, adulteriisque confectus. *Virg.* 3. *Æn.* v. 590. Macie suprema confectus. *reduced, worn down, exhausted.* Apud *Plin.* l. 26. c. 12. Corpora confecta, *Harduin.* exponit, senilia. ¶ Apud *eund. Plin.* l. 16. c. 23. et l. 18. c. 25. et 28. *Confectum sidus* est, cum vel in cælo apparere desiit, vel ejus vis atque influentia peracta est, et cessavit. Sic *bruma confecta* apud *eund.* l. 18. c. 26. est brumæ tempus finitum.

CONFERCĬO, cis, ersi, ertum, a. 4. *to stuff or cram together,* ἐμφορέω, βύζω, implendo farcio, infercio: a *con,* et *farcio. Plin.* l. 12. c. 15. *extr.* Myrrham passim a vulgo coemptam in folles conferciunt. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *sub fin.* Non modo desistunt pugna, sed etiam conferciunt se. *h. e.* copulantur, et in examen coeunt, *swarm together.* de apib. loquitur.

CONFERMENTO, as, a. 1. *to ferment,* ἀναζυμόω. Est *Tertul. advers. Valentin.* c. 31.

CONFĔRO, ers, contuli, collatum, et conlatum, a. anom. *to bring, carry, put, or lay together; to collect, gather,* συμφορέω, comporto, congero. *Nepos in Alcib.* c. 10. Illi noctu ligna contulerunt circa casam eam. *Vellei.* l. 2. c. 14. Ferox juventus conferens arma, et prosternens se Senibus imperatoris. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 24. Sarcinas in unum locum conferre. *Colum.* l. 1. c. 6. Sit proximum horreum, quo conferatur omne rusticum instrumentum. *Lucan.* l. 1. v. 101. Mare separat Isthmos, Nec patitur conferre fretum. *h. e.* miscere. ¶ Sæpe dicitur de pecuniis, aliisve rebus, quæ a pluribus in usum unum aliquem contribuuntur, et solvuntur, *to contribute, pay, club,* εἰσφέρω, συνεισφέρω. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 16. Diem ex die ducere Ædui, frumentum conferri, comportari, adesse, dicere. *Nepos in Aristid.* c. 3. Ejus arbitrio quadringenta talenta quotannis Delum sunt collata. *Justin.* l. 3. c. 6. Conferre pecuniam in stipendium belli. *Cic.* 4. *Verr.* c. 53. Tributa quotannis ex censu. *Id. ibid.* c. 59. et *pro Quint.* c. 3. in commune. *Liv.* l. 2. c. 33. *extr.* sextantes in capita. *Id.* l. 3. c. 8. *extr.* vires belli in unum. *to unite on one point, concentrate. Id.* l. 5. c. 47. aliquid ad honorem alicujus. *Paul. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 22. Non est fructuario permittendum uti, nisi contulerit. *if he shall not contribute his part: if he shall not join in the expense. Caius* lib. 41. tit. 1. leg. 7. *a med.* Si vinum alius contulerit, alius mel. *Ulpian.* lib. 43. tit. 7. leg. 3. Conferre agros ad viam vicinalem faciendam. *Scævola* lib. 50. tit. 4. leg. 5. magnam partem patrimonii alicui rei. ¶ Translate est præstare, tribuere, largiri, *to give, bestow, tender, award. Cic.* 1. *Offic.* c. 16. Plurimum benignitatis conferre in aliquem. et cap. 14. *extr.* Conferre beneficium in aliquem. *Sueton. in Calig.* c. 20. præmia victoribus. *Propert. l. et el.* 2. v. 35. Hæc tibi contulerunt cælestia munera divi. ¶ Item communicare consilia, colloqui consultandi causa. *to confer, consult. Cic. Attic.* l. 1. *ep. ult.* Cum erimus congressi, tum si quid res feret, coram inter nos conferemus. *Id.* 2. *Offic.* c. 11. Ut habeas, quibuscum possis familiares conferre sermones. *Id. Fam.* 6. *ep. pænult.* Utinam liceat conferre inter nos sollicitudines nostras. *discourse together of,* &c. *Terent. Heaut.* 3. 1. 64. Conferre consilia. ¶ *Conferre capita* dicuntur, *to lay their heads together,* qui consultaturi conveniunt. *Cic. Verr.* 5. c. 12. Conferrent viri boni capita: de comissatione loquerentur inter se. *Liv.* l. 2. c. 45. Consules, velut deliberabundi, capita conferunt: diu colloquuntur. ¶ *Conferre se* est ire, proficisci, *to betake one's self, go. Cic.* 3. *de Orat.* c. 56. Cum Æschines se Rhodum contulisset. *Id. pro Cæc.* c. 8. Conferre se in fugam. Et *Enn.* apud *Non.* c. 12. n. 2. Derepente contulit se se in pedes. *took to his heels.* ¶ Translate est se applicare, *to be addicted to, give one's self up to, apply one's self to. Cic. de clar. Orat.* c. 81. Conferre se ad amicitiam alicujus. *Id. pro Arch.* c. 3. se ad studium scribendi. et cap. 7. ad studia litterarum. ¶ Aliquando ponitur pro transferre, *to remove, transfer. Liv.* l. 7. c. 15. Dictator signa in lævum cornu confert. *Cic.* 13. *Attic.* ep. 13. Totam Academiam ex duobus libris contuli in quatuor. *Id. in Pison.* c. 27. Conferre in infamiam plebis ea, quæ per latrones gesta sunt. ¶ *Conferre* pro simul ferre interdum ad leges transfertur. *Liv.* l. 4. c. 4. *a med.* Cur enim non confertis, ne sit connubium divitibus ac pauperibus? *why do you not set up a law, that there be,* &c. ¶ Interdum adhibetur pro differre, reservare, *to defer, put off, reserve. Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 3. Diem scito esse nullum, quo die non dicam pro reo: ita quidquid conficio aut cogito, in ambulationis fere tempus confero. *Id.* 3. *Offic.* c. 24. *extr.* Nisi forte eam pecuniam in reipubl. magnum aliquod tempus contulerit. *Id. Attic.* l. 6. ep. 1. *ad fin.* Omnia in mensem Martium collata sunt. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 13. In posterum diem iter suum contulit. ¶ *Conferre causam, culpam,* &c. *in aliquem* est in eum rejicere, transferre culpam, præsertim falsam, *to attribute the fault to, lay the blame upon. Liv.* l. 5. c. 11. Qui noxii ambo, alter in alterum causam conferant. *Cic.* 3. *de Orat.* c. *ult.* Scitum est, causam conferre in tempus, cum afferre plura, si cupias, non queas. *Terent. Eun.* 2. 3. 95. Si certum est facere, facias: verum ne post conferas culpam in me. *do not blame me afterwards. Cic. pro Flacc.* c. 17. Conferre invidiam mortis alicujus in aliquem. *to draw upon. Id.* 2. *de Orat.* c. 43. vitia in adversarios. *Id. pro Planc.* c. 14. permulta in aliquem, quæ ab eo nunquam dicta sunt. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 35. suspicionem in aliquem. ¶ Item pro mutare, convertere, *to change, transform. Cic.* 3. *Offic.* c. 20. *extr.* Utrum ex homine se quis conferat in bellum. *Al. leg.* convertat. *Ovid. Metam.* 12. v. 145. corpus deus æquoris albam Contulit in volucrem. *Id. Metam.* 4. v. 277. quem Nymphæ pellicis ira Contulit in saxum. ¶ Est etiam redigere, *to reduce. Ovid.* 1. *Fast.* v. 161. non multis ille moratus, Contulit in versus sic sua verba duos. *Plaut. Men. prol.* v. 6. Quam potero in verba conferam paucissima. *Id. Amph.* 1. 2. 16. Conferre seditionem in tranquillum. ¶ Item sæpissime comparare; *to compare, bring into comparison. Cicero.* Quæ conferri et comparari cum eorum studiis potest? (refert hæc verba *Nonius* cap. 4. n. 91. ex lib. 2. *de Offic.* quæ in toto illo Opere nondum vidi.) *Id. Verr.* 6. c. 52. Conferte hanc pacem cum illo bello, hujus adventum cum illius victoria, hujus libidines cum illius continentia. *Id. pro Rosc. Com.* c. 7. Vitam inter se utriusque conferte. *Id. in Orat.* c. 4. Parva magnis sæpe rectissime conferuntur. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 44. Nil ego contulerim jucundo sanus amico. *Phædr.* l. 4. fab. 23. Conferre se laudibus alicujus. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 15. Nec quas Priamides in aquosæ vallibus Idæ Contulit. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 22. Conferre quippiam ad aliud. V. *Collatus.* ¶ Item afferre, *to bring, bring on, induce. Colum.* l. 1. c. 5. Quæ nisi submoventur, pecudibus hominibusque conferunt pestem. *Plin.* l. 35. c. 15. Sulphur confert candorem. ¶ Sæpe hoc sensu in bonam partem accipitur pro afferre aliquid, quod juvet. *Cic.* (ut videtur) *in fragm. Œcon.* apud *Colum.* l. 12. c. 1. Metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi. *contributes very much. Quintil.* l. 11. c. 2. *prope fin.* Quod et oratori, et ipsi causæ plurimum confert. *Id.* l. 10. c. 1. Alcæus plurimum moribus confert. *Id.* l. 7. c. 1. Loca nihil ad probationem conferentia. *Plin.* l. 20. c. 23. *ad fin.* Succus radicis confert multum claritati oculorum. *Id.* l. 29. c. 1. M. Cato cujus auctoritati triumphus atque censura minimum conferunt. *Id.* l. 20. c. 6. Allium voci confert. *is good for, benefits.* ¶ Item admovere, conjungere, *to join, unite, apply. Plaut. Merc.* 5. 2. 41. Contra pariter fer pedem, et confer gradum. *Virg.* 6. *Æn.* v. 488. juvat usque morari, Et conferre gradum, et veniendi discere causas. ¶ Item conjicere, *to throw together. Ovid.* 3. *Metam.* v. 236. *de Actæone.* Turba canum confert in corpore dentes. *unite in forcing their teeth into his flesh.* ¶ Item admovere pugnandi causa, objicere, conserere, *to place front to front, oppose. Cic.* 2. *de Divin.* c. 55. Castra castris conferre. *Id. pro Fontei.* c. 1. Ferrum et manus conferre cum aliquo. *Id. in Pison.* c. 21. Signa contulit cum Alexandrinis. *Liv.* l. 7. c. 33. Consul invadit hostem, et cum quo forte contulit gradum, obtruncat. Sic *conferre pedem,* (V. *Collatus.*) quod etiam metaphorice ponitur. *Cic. pro Planc.* c. 19. *ad fin.* Non possum magis pedem conferre, ut aiunt, aut propius accedere. *come nearer to the point, press the matter closer.* et *Quintil.* l. 5. c. 13. Plura argumenta simul invadimus, si aut tam infirma sunt, ut pariter impelli possint; aut tam molesta, ut pedem conferre cum singulis non expediat. ¶ Absolute *Ovid.* 10. *Metam.* v. 602. Quid facilem titulum superando quæris inertes? Mecum confer, ait. ¶ Conferre lites, *to engage in a quarrel,* apud *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 54. ¶ Frequenter sumitur pro adhibere, ponere, *to use, adopt, employ. Cic.* 2. *Agrar.* c. 23. Æquum est prædas ac manubias suas Imperatores in monumenta deorum immortalium, atque in urbis ornamenta conferre. *Id. Fam.* 16. ep. 4. Ut quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, &c. *Id. Fam.* 10. ep. 1. Conferre officia in aliquem. *Id.* 2. *Offic.* c. 1. Omnes curas cogitationesque in rempublicam conferre. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 5. v. 29. Quæque tibi linguæ est facundia, confer in illud, ut &c. ¶ Et pro convertere, et in aliqua re occupare, *to turn, employ, direct. Cic. Fam.* 10. ep. 1. Omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem alicujus conferre. et ep. 12. *extr.* curas ad dignitatem alicujus. *Id.* 4. *Attic.* ep. 1. plurimum operæ, studii, diligentiæ, laboris ad aliquid conficiendum. *Id. pro leg. Manil.* c. 4. Omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit. *Id. Fam.* 4. ep. 3. *ad fi.* Conferre omnem curam atque operam ad philosophiam. *Id. Fam.* 10. ep. 5. benevolentiam erga aliquem. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 18. animum aliquo. *to turn the mind, or the affections.* ¶ Et pro convertere simpliciter, *to turn, guide. Cic.* 3. *Attic.* ep. 4. Statim iter Brundisium versus contuli. *shaped my course.* Adde *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 13. ¶ Conferre verba ad rem, *to turn from words to deeds. Terent. Eun.* 4. 6. 4. ¶ Conferre verba cum aliquo, apud *Petron. in Satyr.* c. 132. est verba facere, *to speak, confer.*

CONFERRUMĬNO, as, a. 1. idem ac ferrumino, conglutino, *to glue together, cement, solder,* συγκολλάω. *Plin.* l. 27. c. 8. *ad fin.* Conferva appellata a conferruminando.

CONFERTE, idem quod confertim. *Ammian.* l. 31. c. 15. (*al.* 43.) Conferte in cuneum desciverunt ad Barbaros. Al. leg. *conferti,* rectius. *Id.* l. 24. c. 7. (*al.* 25.) Nunc de industria se diffundebant, aliquoties confertius resistentes.

CONFERTIM, *closely, in a heap or crowd, in a compact body,* dense, densis ordinibus, ἀθρόως. *Sallust. in Jug.* c. 54. non confertim neque in unum se recipiebant, sed alius alio, &c. *Liv.* l. 31. c. 43. Confertim et pugnant, et cedunt.

CONFERTUS, a, um, adject. *crammed full or close, stuffed,* ἀθρόος, conferciendo repletus, plenus. *Cic.* 4. *Acad.* c. 40. Inane quidquam putes esse, cum ita completa et conferta sint omnia? *Id. Catil.* 2. c. 5. Vino languidi, conferti cibo. *Al. leg.* confecti. *Tacit. Ann.* 4. c. 62. Conferta moles. *Plin.* l. 16. c. 6. *de carbone faciendo.* Acervi confertis taleis luto caminantur. ¶ Item densus, *thick, close, crowded. Tacit. Ann.* 12. c. 36. Conferto gradu. *h. e.* collato gradu. *Al. leg.* conserto. *Stat.* 7. *Theb.* v. 260. et confertissima lucis Nysa. *h. e.* multos habens lucos. *Plin.* l. 14. c. 3. Vitis conferta acino. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 24. Confertissima acies. *in close array. Liv.* l. 9. c. 27. Samnites dextera parte raris ordinibus, sinistra confertiores steterant. *Id.* l. 3. c. 6. Agrestis confertus in arcta tecta. *the rustics being thronged or crowded. Enn.* apud *Priscian.* l. 5. pag. 659. *Putsch.* Cæruleum spumat sale conferta rate pulsum. *h. e.* multis densisque navibus. ¶ Translate *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 19. Liber confertus voluptatibus. *full of, treating of nothing but,* &c. *Id. pro Sext.* c. 10. Otiosa vita et plena et conferta voluptatibus.

CONFERVA, æ, f. muscus, vel potius spongia aquarum dulcium, seu herba villosæ densitatis, ac fistulosæ: a confervendo quia ossa confracta sanat. *the herb called sponge of the river.* Peculiaris est Alpinis fluminibus. *Plin.* l. 27. c. 8. ¶ Hoc nomine *Apulei. de herb.* c. 59. appellari ait etiam consolidam. Et sane in nominis significatione satis conveniunt.

CONFERVEFACĬO, is, a. 3, *to heat,* fervere facio. *Lucret.* l. 6. v. 352. aurumque repente Confervefacit.

CONFERVĔO, es, erbui, n. 3. *to boil together, ferment,* ζέω, simul ferveo. *Pallad. R. R.* l. 1. tit. 35 *ad fin.* Urina bubula, et amurca æqualiter mixta conferveant. ¶ Dicitur

et de ossibus fractis, quæ ferruminantur, et coeunt. *to grow together.* Cels. l. 8. c. 10. sect. 1. Donec duæ partes ejus temporis, quo os quodque confervet, compleantur. *Id. ibid.* sect. 7. Si quando ossa non conferbuerunt. Et *paulo post.* Inter se ossa confervere. *Al. leg.* cohærere. ¶ Translate *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 71. Mea cum conferbuit ira. *hath boiled.*

CONFERVESCO, is, n. 3. *to begin to grow hot*, confervere incipio, vel conferveo. *Plin.* l. 18. c. 30. Granum, si tegulis subjaceat, confervescere. *Colum.* l. 12. c. 25. Nec postea tangitur vinum, dum confervescat. ¶ Item incalescere. *Vitruv.* l. 5. c. 3. Aer conclusus versando confervescit. Adde lib. 7. c. 11.

CONFESSIO, onis, f. *a confession, acknowledgment*, ἐξομολόγησις, actus confitendi. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 17. *sub fin.* Confessio errati. *Id.* 1. *Acad. c. ult.* ignorationis. *Id. pro Cluent.* c. 55. *extr.* captæ pecuniæ. *Id. pro Sext. c. ult.* Deferre ad aliquem indicia, litteras, confessiones alicujus rei. *Id. Verr.* 7. c. 64. Indui, et jugulari sua confessione. *Id.* 6. *Verr.* c. 47. Urgeri confessione sua. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 12. Arguere aliquem confessione sua. *Sueton. in Galb.* c. 10. *extr.* Exprimere confessionem cruciatu. *to extort.* *Vellei.* l. 2. c. 43. Omnium confessione Senatus princeps. *Id. ibid.* c. 90. Dalmatia ducentos annos rebellis, ad certam confessionem pacata est imperii. *h. e.* ita ut certo fateretur se esse sub R. imperio. *Plin.* l. 22. c. 23. Laser ad extera corporum indubitata confessiones habet. *h. e.* testimonia eorum qui confitentur se eo sanatos. *is universally allowed*, &c. *Id.* l. 9. c. 7. Confessio de somno piscium. *h. e.* testimonium, quod pisces dormiant. *Cato* apud *Gell.* l. 7. c. 3. Ea faciunt confessionem, non defensionem. *h. e.* rem manifestant. [*Liv.* l. 2. c. 4. Gratum id multitudini spectaculum fuit: submissa sibi esse imperii insignia; confessionemque factam, populi, quam consulis, majestatem, vimque majorem esse.] ¶ Exornatio Oratoria, species Prolepseos, ut apud *Cicer. pro Rab. Post.* c. 1. ubi Rabirium sua quoque sententia reprehendendum fatetur, quod pecuniam regi crediderit. Ita *Quintil.* l. 9. c. 2.

CONFESSOR, oris, m. *a confessor*, qui confitetur: et præsertim qui illustri aliquo testimonio confitetur et prædicat Catholicam fidem: præcipue vero qui pro ea in tormentis fuit, licet in his vitam non exuerit. *Sidon. in carm.* ep. 17. l. 7. Sed Confessorem virtutum signa sequuntur. Adde *Lactant. de mortib. persecut.* c. 35. *Hieronym.* ep. 62. c. 2. *Paulin. Nolan. in Nat.* XIII. *S. Fel. edit. Murator.* a vers. 101. *et in Nat.* VI. (quod est carm. 18.) v. 151. et *Prudent.* περὶ στεφ. 12. v. 55.

CONFESSORĬUS, a, um. *Confessoria actio* (cui opponitur *negatoria*) apud JCtos est, quâ petimus ab alio, qui jus nobis competens auferre conatur, ut confiteatur tale jus ad nos pertinere, nosque in ea possessione relinquat. *Ulpian. Dig.* lib. 8. tit. 5. leg. 2. et 4. ¶ Item quæ datur alicui adversus confitentem de damno dato. *Id. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 23. et 25.

CONFESSUS, a, um, *having confessed or acknowledged*, ὁμολογήσας, particip. a *confiteor* active sumptum. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 56. Non est confessi causa tuenda rei. *Id.* 5. *Metam.* v. 215. atque ita supplex Confessasque manus, obliquaque brachia tendens, &c. *Virg.* 2. *Æn.* v. 591. pura per noctem in luce refulsit Alma parens, confessa deam. *h. e.* manifestans se deam. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 41. *Burman.* Puer vitibus redimitus, confessus Lyæum. *h. e.* referens speciem Lyæi. *Claudian. de consul. Mall. Theod.* v. 232. *de Nilo.* Lene fluit, nullas confessus murmure vires. *h. e.* non ostentans. ¶ Passive pro claro, manifesto, de quo nulla est controversia, *manifest, undoubted, evident, apparent, confest.* *Cic. Verr.* 5. c. 56. Manifesta res et confessa. *Quintil.* l. 5. *c. ult.* Propositio aut confessa est, aut probanda. *Id.* l. 8. c. 3. Ornatus pressior, et severior, et minus confessus. *h. e.* minus patens. *Id.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *ad fin.* Verba Græca cónfessa. *h. e.* quæ manifesto Græca sunt. *Id.* l. 12. c. 1. De confesso loqui. *h. e.* de crimine confesso et manifesto. *Plin.* l. 10. c. 49. De confessis disseruisse præstiterit. *Id.* l. 7. c. 49. Ne pluribus moremur in re confessa. *Id.* l. 18. c. 28. Sidus confessum inter omnes. *Id.* l. 20. c. 11. Apiastrum in confessa damnatione est. *h. e.* ab omnibus damnatur. *Lactant.* l. 2. c. 8. *post med.* Pro confesso et indubitato habitum est. ¶ *Æs confessum* in legibus XII Tab. apud *Gell.* l. 15. c. 13. et l. 20. c. 1. est pecunia, quam quis se alteri debere confessus est, *an acknowleged debt.* ¶ *In confessum venire*, omnium confessione comprobari. *Plin.* l. 10. ep. 85. *extr.* Res, quæ et in confessum venit, et exemplis defenditur. ¶ *Ex confesso* sine controversia. *Senec.* epist. 76. *ante med.* Si quis omnia alia habeat, sed malus ex confesso sit. *Quintil.* l. 3. c. 5. Laudare quæ constat esse honesta, et vituperare quæ ex confesso sunt turpia. ¶ *In confesso esse* dicuntur, quæ manifesta sunt et certa. *Senec.* 3. *de Benef.* c. 11. Parentum in confesso sunt merita. *Plin.* l. 35. c. 8. Cum in confesso sit, fuisse, &c. Adde *Auct. Dial. de Orat.* c. 25. ¶ *Ad liquidum confessumque perducere aliquid.* h. e. ad manifestum, et concessum ab omnibus. *Quintil.* l. 5. c. 14. *a med.*

CONFESTIM, *forthwith, immediately, without a moment's delay; continually, incessantly*, παραυτίκα, εὐθέως, continuo, protinus, sine intermissione, sed jugi festinationis studio: ut Veteres Grammatici apud *Charis.* l. 2. pag. 176. *Putsch.* exponunt. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 12. Quæ gestum negotium confestim, aut ex intervallo consequuntur. *Id. Phil.* 2. c. 31. Janitor, quis tu? a Marco tabellarius. confestim ad eam, cujus causa venerat, deducitur. et *Phil.* 5. c. 12. Rem administrandam arbitror sine ulla mora, et confestim gerendam. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 32. Cohortes armari, et confestim se subsequi jussit. *Lucret.* l. 4. v. 189. Suppeditatur enim confestim lumine lumen. *Virg.* 9. *Æn.* v. 231. confestim alacres admittier orant.

CONFĒTA sus dicebatur, quæ cum omni fetu adhibebatur ad sacrificium. *Festus.*

CONFIBŬLA, æ, f. idem ac fibula. Apud *Caton. R. R.* c. 12. est ligneum vinculum, quo arbor seu trabs comprimitur, ne findatur. *a wooden pin.*

[† CONFICA. Vide in *Abiga* et *Chamæpitys.*]

CONFICĬENS, entis, *that causes, makes, procures; efficient, effective*, efficiens. *Cic. in Partit.* c. 26. Causæ sunt aliæ, quæ ipsæ conficiunt, aliæ quæ vim aliquam ad conficiendum afferunt. Itaque illæ superiores, conficientes vocentur, &c. *et mox.* Conficiens causa alia est absoluta, alia aliquid adjuvans. *Id.* 5. *de Fin.* c. 27. Hæc, cum corporis bona sint, eorum conficientia certe in bonis numerabis. *Id. pro Flacc.* c. 19. Cum civitate mihi res est acerrima, et conficientissima litterarum. *h. e.* quæ diligentissime omnia acta perscribit. *Al. aliter leg.*

CONFICĬO, ĭcis, eci, ectum, a. 3. ποιέω, ἐργάζομαι, proprie est cum alio aliquid facere, simul operari: a *con*, et *facio*. *Festus:* Confecerunt, una fecerunt. ¶ Sed sumitur fere generatim pro facere, efficere, *to make, cause, effect.* *Cic.* 3. *de Orat.* c. 32. Annulum, quem haberet, pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, se sua manu confecisse. *Id. Attic.* l. 5. ep. 14. Iter conficiebamus æstuosa et pulverulenta via. *Plin.* l. 35. c. 15. Conficere ellychnia. *Id.* l. 34. c. 11. medicamina. *Id.* lib. 31. cap. 7. *post med.* sacra. *Terent. Heaut.* 5. 2. 45. pacem, et 5. 1. 22. nuptias. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 28. facinus. *Colum.* l. 12. c. 3. cibum familiæ. *to get, procure. h. e.* parare. *Plin.* l. 16. c. 36. Calamis Orientis populi bella conficiunt. *Nepos in Cat.* c. 3. orationes. *to compose.* ¶ Item pro elaborare, *to labour, fashion by working.* *Plin.* lib. 35. c. 11. Prisci aurum et argentum ne diis quidem conficiebant. *Id.* l. 7. c. 56. Ceres invenit frumenta molere, et conficere. *to make bread of.* ¶ Item metaphorice pro movere, excitare, *to move, stir up, excite.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 79. *ad fin.* Ex iis locis trahitur, qui ad motus animorum conficiendos inerunt in causa. ¶ Item pro efficere, reddere. *to make, render.* *Cic.* 1. *de Invent.* c. 55. Animum auditoris mitem et misericordem conficere oportet, quo facilius conquestione commoveri possit. ¶ Item pro colligere, comparare, *to get together, collect, acquire.* *Nep. in Annib.* c. 10. Conficere magnam multitudinem serpentum. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 7. bibliothecam. *Id. ibid.* l. 8. ep. 1. et *pro leg. Manil.* c. 21. et *Liv.* l. 2. c. 40. *sub fin.* exercitum. *Cic. Verr.* 3. c. 52. *extr.* permagnam pecuniam ex aliqua re. Et translate *Id. de clar. Orat.* c. 74. *ad fin.* famam bene loquendi. ποιεῖν ὄνομα. Conficere centurias apud *Cicer. Fam.* 11. ep. 16. et *Q. Fr. de petit. Consul.* c. 5. est parare sibi suffragia centuriarum in petitione honorum. [*Id. pro Planc.* c. 18. Neque hoc liberis nostris interdicendum est, ne observent tribules suos, ne diligant, ne conficere necessariis suis suam tribum possint. *h. e.* conciliare suam tribum amicis suis et cognatis, quemadmodum apud *Terent.* conficere alicui virginem, nuptias, argentum. Quidam hic legunt *reficere*, sed male.] ¶ Item pro delere, consumere, *to waste, wear away, consume, destroy.* *Cic. pro Marc.* c. 4. Nihil est opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat et consumat vetustas. *Plin.* l. 32. c. 10. Cachectici, quorum corpus macie conficitur. *Lucret.* l. 1. v. 904. Ignes conficiunt silvas. *Cic. pro Flacc.* c. 36. *ad fin.* Patrimonium conficere. *to run through, squander.* *Id. post redit. in Sen.* c. 5. Rem suam et publicam. ¶ Et translate *Cic. Attic.* l. 3. ep. 8. Meus me mœror quotidianus lacerat, et conficit. *Id. in Orat.* c. 10. Confici desiderio. *Id.* 4. *Fam.* ep. 13. curis. *Id.* 3. *Offic.* c. 6. frigore. *Id.* 3. *Attic.* ep. 5. dolore. *Id.* 14. *Fam.* ep. 4. lacrymis. ¶ Et absolute *Id.* 10. *Attic. ep. ult. extr.* Ipse conficior venisse tempus, cum, &c. ¶ Significat etiam afferre, *to bring upon, occasion.* *Terent. Heaut.* 5. 3. 1. Nisi caves aliquid gnato conficies mali. *Id. Andr.* 4. 1. 26. Quantas hic suis consiliis mihi confecit solicitudines. ¶ Item finire, peragere, *to finish, terminate, accomplish, complete.* *Cic. Fam.* 2. ep. 12. Cum tu hæc leges, ego jam annuum munus confecero. *Colum.* l. 11. c. 2. *ad fin.* Optimum est intra cal. decembr. sementem confecisse. *Plin.* l. 18. c. 26. Donec conficiatur bruma. *Cic. in Orat.* c. 52. Isocrates prope centum confecit annos. *h. e.* vivendo peregit, explevit. *Sil.* l. 4. v. 89. Lux aderat, somnusque suas confecerat horas. *Plaut. Trinum.* 3. 3. 77. Nimis longo sermone utimur: diem conficimus. (*Confici sidus* apud *Plin.* l. 2. c. 41. quid sit, V. in *Confectus.*) ¶ Item transigere, perficere, expedire, *to manage, transact, bring to a close, conclude.* *Cic. Attic.* l. 12. ep. 19. Tu cum Apella Chio confice de columnis. *Id. pro Balb.* c. 20. Si Marius tanta bella legisset, quanta gessit, et confecit. *Id. Fam.* 5. ep. 20. Conferre cum aliquo, et conficere rationes. *to make out, adjust.* et lib. 9. ep. 13. *ad fin.* Conficere reditum alicui. *h. e.* perficere, ut redire in patriam possit. *to effect, obtain, bring about.* *Id. pro leg. Manil.* c. 10. Pompeius plures provincias confecit, quam alii concupiverunt. *h. e.* administravit, *hath governed more provinces than*, &c. *Id.* 2. *de Orat.* c. 28. Perpolire, atque conficere aliquid. ¶ Item exsequi, *to execute, perform.* *Cic. Attic.* l. 1. ep. 5. De Acutiliano negotio, quod mihi mandaras, ut primum Romam veni, confeceram. *Id.* 9. *Phil.* c. 3. Conficere mandata. ¶ Item occidere, *to kill, slay, destroy.* *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 36. Ibes magnam vim serpentium conficiunt. *Sueton. in Calig.* c. 58. Conficere aliquem triginta vulneribus. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 52. Ego te hic hac offatim conficiam. *will make mince-meat of you.* ¶ De venatoribus, qui feras excipiunt, et occidunt. *Sueton. in Claud.* c. 21. et *in Domit.* l. 19. *Lamprid. in Comm.* c. 13. et alii: unde *Confector*, quod V. Hinc translate *Cic. Verr.* 7. c. 58. Si ex his laqueis te exueris, in illas tibi majores plagas incidendum est, in quibus te ab eodem me, superiore ex loco confici et concidi necesse est. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 49. Conficiet jam te hic verbis. *he will overpower you.* *Terent. Eun.* 5. 4. 6. Virginem quam amabat, eam confeci sine molestia. *h. e.* devici, expugnavi. V. ibi *Donat.* *Lucan.* l. 7. v. 734. Terror conficit omnia. *Nepos in Lysand.* c. 1. Athenienses sexto et vicesimo anno bellum gerentes confecit. *h. e.* debellavit. *Senec.* 3. *de benef.* c. 26. Rabies accusandi, omni bello gravius togatam civitatem confecit. ¶ Est etiam verbum disputantium, et ponitur pro colligere, concludere, argumentatione inferre. *to infer, conclude.* *Cic.* 1. *de Invent.* c. 40. Cum id perspicuum sit, quod conficiatur ex ratiocinatione. ¶ Pro mandere, *to chew, masticate.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 59. Dentes acuti morsu dividunt escas, intimi autem conficiunt. Adde *Liv.* l. 2. c. 32. et *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 61. *Hard.* ¶ Item digerere, *to concoct, digest.* *Plin.* l. 26. c. 8. Alvus cibos non conficit. Adde *Scribon. Larg. compos.* 122. *ad fin.* ¶ Apud *Colum.* l. 5. c. 6. *justa cibariorum conficere* dicuntur pecudes, quæ justam pabuli quantitatem consumunt. ¶ Apud *Plin.* l. 13. c. 6. *conficere pelles albas* est inficere, *to dye.* V. *Confector.* Sic *Arnob.* l. 2. pag. 52. Conficiendis quærere corporibus fucos. Apud *Pallad. in Decembr.* tit. 6. Pernas et lardum conficere. *h. e.* salire, et condire servandi causa. ¶ *Confexim* pro *confecerim*, vel *confecero* quidam leg. apud *Plaut. Trucul.* 4. 4. *vers. ult.* quemadmodum *effexis* pro *effeceris* dixit. *Id. Cas.* 3. 5. 63.

CONFICTĬO, onis, f. *a feigning, forging, fabricating, counterfeiting*, actus confingendi, commentum, λογοποιΐα. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 13. Criminis confictionem accusator Erucius suscepit.

CONFICTĬTO, as, n. 1. frequentat. a confingo. Usus est *Nævius*, teste *Varr.* l. 6. *L. L. c. pænult.*

CONFICTOR, oris, m. *one who feigns or counterfeits*, qui fingit. *Paulin. Nolan.* ep. 21. (*al.* 24.) n. 4. *ad Amand.* Manichæus veri Creatoris negator, falsique confictor.

CONFICTUS, a, um, *feigned, counterfeited, forged*, fictus, simulatus. *Terent. Andr.* 3. 3. 26. Lacrymæ confictæ dolis. *Quintil.* l. 12. c. 3. *extr.* Conficta frons. *Plin.* l. 37. c. 12. Nomina ex Græca vanitate conficta. *Apul.* l. 8. *Metam.* Confictum mendacium. ¶ Est etiam idem quod *confixus* a *configo*. *Scaurus* apud *Diomed.* l. 1. pag. 373. *Putsch.* Sagittis confictus.

CONFIDEJUSSOR, oris, m. *a joint surety*, qui simul cum alio fidejussit. *Ulpian. Dig.* lib. 46. tit. 1. leg. 10. *Modestin. ibid.* leg. 39. *Papinian. ibid.* leg. 48. et *Paul.* l. 2. tit. 14. leg. 23.

CONFĪDENS, tis, omn. gen. θαρσαλέος, *having assurance, confident, bold, dauntless*, qui sibi confidit. *Plaut. Capt.* 3. 5. 8. Decet innocentem servum, atque innoxium confidentem esse. *Id. Amph.* 1. 1. 1. Qui me alter est audacior homo, aut qui me confidentior? ¶ Sæpe in malam partem accipitur pro temerario, impudenti, improbo, *audacious, impudent, daring, headstrong, rash, presumptuous.* *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 7. Qui fortis est, idem est fidens, quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis est. *Pacuv.* c. 4. n. 71. *Nonii.* Improbus, confidens, nequam, malus videatur. *Terent. Phorm.* 1. 2. 73. Est parasitus quidam Phormio, homo confidens, qui, illum dii omnes perduint, &c. *Sueton. in Domit.* c. 12. *ad fin.* Ab juventa minime civilis animi, confidens etiam &c. *Quintil.* l. 9. c. 3. *circa med.* Pro astuto sapiens, pro confidente fortis, pro illiberali diligens. *Virg.* 4. *Georg.* v. 445. Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras Jussit adire domus? *Horat.* lib. 1. sat. 7. v. 7. Confidens et tumidus. ¶ In illo *Terent. Andr.* 5. 2. 14. Nescio qui senex modo venit, ellum, confidens, catus: *Donat.* interpretatur *constans.*

CONFIDENTER, *boldly, confidently, fearlessly, with assurance*, θαρσαλέως, fidenter, animose. *Plaut. Amph.* 1. 1. 183. Certum est confidenter hominem contra colloqui. *Cic. pro Cæl.* c. 19. Dicam jam confidentius de studiis ejus honestis, quoniam audeo quædam, fretus vestra sapientia, libere confiteri. *Plin.* l. 10. c. 75. Confidentius a

firmatur. *with greater certainty.* ¶ Item impudenter, nimis audacter, *audaciously, daringly, impudently, presumptuously. Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 5. Superbe, perfidiose, crudeliter, confidenter factum. et l. 2. c. 5. *ad fin.* Ut confidentissime resistens responderet.

CONFIDENTĬA, æ, f. *confidence, boldness, assurance, courage*, θάρσος, fiducia, fidentia, confisio. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 71. Duas sibi res, quo minus in vulgus et in foro diceret, confidentiam et vocem defuisse. *Nævius ibid.* Excidit orationis omnis confidentia. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 8. *ad fin.* Afferre confidentiam alicui. *Plaut. Amph.* 5. 1. 2. Amittere confidentiam. ¶ Item temeritas, audacia, impudentia, *rashness, presumption, impudence, audacity. Cic. pro Flacc.* c. 4. Videte quo vultu, qua confidentia dicant. *Id. Phil.* 2. c. 40. *extr.* Confidentia et temeritas tua. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 5. *ad fin.* Quæ signa confidentiæ, non innocentiæ sunt. *Pacuv.* apud *Non. loc. cit.* Coercere atrocem confidentiam. *Accius ibid.* reprimere. ¶ Joculare est illud *Plauti Asin.* 3. 2. 3. Scapularum confidentia, virtute ulmorum freti. Ubi *Non. loc. cit.* nescio an recte, *confidentiam* poni scribit pro duritia, patientia.

CONFIDENTILŎQUUS, a, um, θρασύγλωττος, confidenter loquens. *Plaut. Trin.* 1. 2. 164. Neque argutum magis, neque confidentiloquius.

CONFĪDO, is, isus, sum, *et aliquando* idi, n. 3. *to trust, feel confident or well assured, confide or put confidence in, depend or rely upon*, θαῤῥέω, credo, spero, fidem in aliquo repositam habeo: jungiturque verbis tam præsentis, quam præteriti, et futuri temporis. *Nepos in Milt.* c. 1. Ut non solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives possent. *Cic. Verr.* 7. c. 69. Ego mei jam rationem officii confido esse omnibus persolutam. *Id.* 6. *Attic. ep. ult.* Spero, et hercule, ut me jubet Acastus, confido, te jam, ut volumus, valere. et ep. 7. Confido, rem, ut volumus, esse. *Id.* 13. *Fam.* ep. 6. *ad fin.* Tibique, ut confido, gratias agam. *Liv.* l. 4. c. 32. Satis confidere, non diuturnum gaudium fore. *Cic. Attic.* 1. ep. 10. Confido illum fore in officio. ¶ Habet etiam dativum, aut ablat. *Cic. Phil.* 5. c. 1. Nisi vestræ virtuti constantiæque confiderem. *Id. Attic.* l. 1. ep. 9. Quidquid ejusdem generis habebis, ne dubitaris mittere: et arcæ nostræ confidito. *h. e.* confide, me habere pecuniam præsentem, qua solvam. *Id. Tuscul.* 5. c. 14. Corporis firmitate, aut fortunæ stabilitate confidere. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 83. Cum Scipio affinitate Pompeii confideret. *Id.* 3. *B. Gall.* c. 9. Confidere natura loci. *Liv.* l. 2. c. 45. Consules magis non confidere, quam non credere suis militibus. *non confidere* pertinet ad virtutem militum, *non credere* ad voluntatem et benevolentiam. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 5. *extr.* Ne vel domesticis opibus, vel externis auxiliis de salute urbis confiderent. ¶ Cum ablat. et præposit. *in*, aut *de. Hirt. de B. Afric.* c. 19. Quippe qui in illorum sibi confideret multitudine. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 3. leg. 34. Cum de consuetudine civitatis, vel provinciæ confidere quis videtur. ¶ Cum *ut* particip. et conjunct. rarum est. *Plin.* l. 2. ep. 5. Videmur posse confidere, ut universitatem omnibus varietas ipsa commendet. Et illud *Cicer.* huc pertinere, cuipiam videbitur, *Q. Fr.* l. 1. ep. 2. *c. ult.* Spero, superiores fore nos: confido animo, ut in hac republica ne casum quidem ullum pertimescam. Ceterum *confidere animo* idem est ac *confidere* absolute. ¶ Pro certo habeo, *Plin.* l. 10. ep. 26. Quia confido, domine, ad curam tuam pertinere, nuntio tibi, me Ephesum navigasse. ¶ Præterit. *confisus sum*, agnoscitur a *Charis.* l. 1. pag. 222. *Putsch. Diomed.* l. 1. pag. 352. &c. estque usu frequentius (V. *Confisus.*) nihilominus *confiderunt* legitur apud *Liv.* l. 44. c. 13. Agros etiam confiderunt se a populationibus tueri posse. Ubi frustra *Sciopp.* lectionem sollicitat.

CONFĪGO, is, ixi, ixum, a. 3. *to fix or fasten together*, καθηλόω. *Cato de R. R.* c. 21. Configere tabulas inter se. *to nail together. Colum.* l. 7. c. 3. Configere tabulam aculeis. *h. e.* aculeos tabulæ infigere. ¶ Interdum est ferire, transverberare, *to pierce, transfix. Cic.* 4. *Acad.* cap. 28. Hercules filios suos configebat sagittis. *Plin.* l. 32. c. 7. Configere ranas juncis. ¶ *Configere cornicum oculos*, est callidos homines et versutos astutia et calliditate superare: estque proverbialis locutio. *Cic. pro Mur.* c. 11. Inventus est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit. V. *Cornix.* ¶ Translate *Cic.* 7. *Phil.* cap. 2. Omnes vigilias, curas, cogitationes in reipub. salute configere. *Al. leg.* defigere. *Id. Phil.* 12. c. 7. Diffidebant Servilio: meminerant, ejus sententiis confixum Antonium. *Id. de Harusp. resp.* c. 5. Ducentis confixus Senatus consultis. ¶ De altero particip. *confictus*, V. suo loco.

CONFIGŪRATĬO, onis, f. conformatio, similitudo. *Tertull. de pudic.* c. 8.

CONFIGŪRĀTUS, a, um, conformatus, ad similitudinem alterius effictus. *Lactant.* l. 7. c. 4. Homo ex rebus diversis ac repugnantibus configuratus est. et lib. 1. c. 17. Simulacra configurata.

CONFIGŪRO, as, a. 1. *to form, fashion*, figuro, conformo. *Colum.* l. 4. c. 20. Ne pravitas statuminum ad similitudinem sui vitem configuret. ¶ Translate *Gell.* l. 12. c. 1. *ad fin.* Ex matris etiam corpore et animo recentem indolem configurat.

CONFĪNĀLIS, le, ad confine pertinens, ut confinales lineæ. *Var. Auct. de limitib.* pag. 310. *Goes.*

CONFINDO, is, idi, issum, a. 3. *to cleave*, idem quod findo, κεάζω, σχίζω. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 173. Et ferro tellus, pontus confinditur ære.

CONFĪNE, is. V. *Confinis.*

CONFINGO, is, inxi, ictum, a. 3. *to make, form, fashion, construct*, ποιέω, fingo, facio. *Plin.* l. 10. c. 32. Halcyonum nidi ferro intercidi non queunt, nec unde confingantur invenitur. *Id.* l. 11. c. 5. Apes favos confingunt et ceras. *Varr.* l. 4. *L. L. sub init.* Ostendit, quemadmodum quodque poeta verbum confinxerit. ¶ Item simulo, comminiscor, *to feign, pretend, counterfeit. Petron. in Satyr.* c. 132. Quod solum salvo pudore poteram confingere, languorem simulare cœpi. *Cic. Verr.* 4. c. 37. Confingere aliquid criminis. *Plaut. Capt. prol.* v. 35. et 47. dolum. *Terent. Hecyr.* 4. 4. 71. falsas causas ad discordiam. *Cic. pro Deiot.* c. 6. Id vos a viro optimo cogitatum esse confingitis. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 18. leg. 1. *ad fin.* Confingere homicidium in se. *h. e.* contra se: simulare se fecisse homicidium.

CONFĪNIS, e, adject. *next to, adjoining, bordering upon, contiguous*, συνόμορος, conterminus, finitimus. *Liv.* l. 4. c. 49. Excursiones in confinem agrum Lavicanum factæ erant. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 16. Si quid ita est in confinibus fundis, ut &c. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 3. Confines hi erant Senonibus. *Plin.* l. 13. c. 15. Mauri confines Atlanti. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 718. Collo confine caput. ¶ Docet *Paul. Dig.* lib. 10. tit. 1. leg. 4. in prædiis urbanis proprie *confines* non dici, quia plerumque communibus parietibus disterminantur; sed *vicinos*: ideoque in iis non habere locum judicium finium regundorum. ¶ Translate est similis vel proximus. *similar, allied to. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 11. Perveniunt ad confine genus ejus generis, quod appellamus fluctuans. Al. omitt. τὸ *genus*, et leg. *confinium. Quintil.* l. 9. c. 2. Confinia sunt his celebrata apud Græcos schemata. *Senec.* ep. 120. *ante med.* Sunt virtutibus vitia confinia. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 5. v. 71. studio confinia carmina vestro. *Symmach.* l. 10. ep. 1. Cui proverbio ne videar esse confinis, &c. ¶ *Confinis, is*, m. substant. *a neighbour. Lactant.* l. 5. c. 2. Confines suos sedibus agrisque pellebat. *Caius Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 35. *sub fin.* Si quis in vendendo prædio confinem celaverit. ¶ *Confine, is*, n. substant. *a confine, place adjoining or nigh to*, res confinis. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 374. inde Lycen ferit ad confine papillæ. [† *Lucan.* 6. 649. Tænarus . . . mæstum mundi confine latentis Ac nostri. *Senec. de Ira*, 1. 8. In confinibus hostis arcendus est.]

CONFĪNITĬMUS, a, um, adject. *next to, like*, idem quod confinis, vel similis. *Gell.* l. 1. c. 2. Officia virtutum confinitima.

CONFĪNĬUM, ii, n. *a confine, common boundary, bound, limit, frontier*, μεθόριον, συνορία, finis, seu terminus plurium agrorum communis. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 10. *extr.* Arbores in confinio natæ, in utroque agro serpunt. *Cic.* 2. *Offic.* c. 18. Conveniet vicinitatibus et confiniis æquum esse et facilem. (*vicinitates* in urbanis, *confinia* in rusticis prædiis proprie dici, in *Confinis* adnotavimus) *h. e.* vicinis, et confinibus. ¶ Translate dicitur de quacunque vicinitate. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 201. Supercilii confinia. *Id.* 7. *Metam.* v. 706. Aurora tenet confinia lucis, et noctis. *Id.* 5. *Fast.* v. 187. Confinia mensum. *h. e.* mensium. *Tacit. Ann.* 4. c. 58. Confinium artis, et falsi. *Vellei.* l. 2. c. 124. In arcto salutis, exitiique confinio esse. *Colum.* l. 3. c. 5. Mediocritas in confinio boni et mali posita est. *Quintil. Declam.* 8. c. 19. Animam in confinio mortis ac vitæ librato dolore suspendere.

CONFĪO, is, passiv. anom. a *con*, et *fio*, conficior, perficior: sed in quibusdam tantum personis ac temporibus usitatum. *to be made or done, be effected or brought about. Terent. Adelph.* 5. 8. 23. Hoc confit, quod volo. *Balbus et Oppius ad Cicer. post* ep. 8. l. 9. *ad Attic.* Quo facilius per te res tota confieret. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 58. Postquam, id difficilius confieri, animadvertit. *Virg.* 4. *Æn.* v. 117. nunc qua ratione quod instat Confieri possit, paucis, adverte, docebo. *Plin.* l. 31. c. 7. Quicumque ligno confit sal, niger. *Colum.* l. 1. c. 8. *circa med.* Curabit, ut panis diligenter confiat. *Lucret.* l. 3. v. 413. sine pernicie confiet eorum. *Al. leg.* non fiet. *Imp. Leo.* lib. 2. *Cod.* tit. 7. leg. 11. Nisi prius in examine gesta confiant. *Arnob.* l. 2. pag. 73. Maleficia cuncta confierent. *Id.* l. 7. pag. 219. Ineluctabili omnia necessitate confiunt. ¶ Item consumi, absumi, confici. *Plaut. Trin.* 2. 4. 7. Hoc confit cito, quam si tu objicias formicis papaverem. ¶ Item colligi. *Liv.* l. 5. c. 50. Cum deesset aurum, ex quo summa pactæ mercedis Gallis confieret. *Est qui legit* conferretur.

CONFIRMĀTE, adverb *firmly, steadily*, firme, firmiter. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 11. Hoc genus orationis sine nervis et articulis fluctuat huc et illuc, nec potest confirmate, neque viriliter se expedire. *Al. aliter leg.*

CONFIRMĀTĬO, onis, f. *a confirming, establishing, securing*, actus confirmandi, et stabiliendi, βεβαίωσις. *Cic.* 12. *Fam.* ep. 8. Non solum ad præsens perfugium, sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis. *establishment.* ¶ Item *encouragement, consolation*, παρηγόρημα, actus confirmandi, et consolandi. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 13. Quod sentio valde esse utile ad confirmationem Ciceronis. *Id.* 6. *Fam.* ep. 3. Neque enim confirmatione nostra egebat virtus tua. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 21. Confirmatio animi. ¶ Item actus confirmandi, seu probandi, *confirmation, proof. Cic.* 1. *de Invent.* c. 30. Signum quiddam significat, quod indiget testimonii, et gravioris confirmationis. *Quintil.* l. 10. c. 5. Destructio et confirmatio sententiarum. ¶ Item affirmatio, *an assertion, information, declaration. Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 18. Multæ res Gallos hortabantur: Sabini cunctatio, perfugæ confirmatio, &c. ¶ Apud Rhetores *confirmatio* duplex est. Altera enim est tertia pars orationis, qua fidem facimus, Græce πίστις, et ab *Tullio* quoque *fides orationis* dicta, *in Partit.* c. 12. *a med.* quæ dividitur in duas, unam, qua probamus nostra, alteram, qua confutamus adversariorum argumenta. *Cic. loc. cit.* c. 8. Quatuor sunt partes orationis: quarum prima et postrema ad motum animi valet, is enim initiis est, et perorationibus concitandus: secunda narratio: et tertia confirmatio. Hæc *Cic.* Altera *confirmatio* est hujus, quæ modo dicta est, prima pars, qua argumentando nostræ causæ fidem, et auctoritatem, et firmamentum adjungit oratio. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 14. *sub fin.* et cap. 24. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 3. et cap. 10. *sub fin.*

CONFIRMATĪVE, adverb. confirmando, affirmando. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 41. *sub fin.* Confirmative pronunciare, et respondere.

CONFIRMATĪVUS, a, um, ad confirmandum, seu ad firmandum aptus, ut Confirmativa adverbia, *Priscian.* l. 15. pag. 1020. *Putsch.* et lib. 17. pag. 1056.

CONFIRMĀTOR, oris, m. βεβαιωτής. *Cic. pro Cluent.* c. 26. Sequester, et confirmator pecuniæ desiderabatur. *a surety or security, one who becomes bound for it.* ¶ Item affirmator, et defensor. *a defender, abettor. Lactant.* l. 1. c. 2. *Institut. sub init.* Cujus sententiæ auctor est Democritus, confirmator Epicurus.

CONFIRMĀTRIX, icis, f. quæ confirmat. *Tertull. de cor. Mil.* c. 4. Harum disciplinarum traditio tibi prætendetur auctrix, consuetudo confirmatrix.

CONFIRMĀTUS, a, um, *confirmed, made strong, established*, βεβαιωθείς, firmatus. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 17. Valetudo confirmata et a vetere morbo, et a novis tentationibus. *Id.* 5. *de Fin.* c. 22. Ætates confirmatæ. *confirmed manhood.* ¶ Translate *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 72. Cujus oratione confirmatus Lentulus, &c. *encouraged, heartened, consoled. Id. ibid.* l. 3. c. 84. Quæ res in dies confirmatiorem ejus efficiebat exercitum. *more strong or resolute. Cic. pro Quint.* c. 24. Animo certo et confirmato facere aliquid. *constant, steady, resolute, firm. Id. Fam.* 1. ep. 8. Difficile est sensum in republ. præsertim rectum et confirmatum deponere. *rooted in the heart.* et lib. 10. *ad Attic.* ep. 15. Funisulanus a te attulit litteras, in quibus erat confirmatius illud idem. *better ascertained.*

CONFIRMĬTAS, atis, f. *firmness, assurance*, firmitas animi imperturbati, constantia, sed in malam partem in illo *Plauti Mil.* 2. 2. 33. Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam, confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.

CONFIRMO, as, avi, atum, a. 1. *to confirm, strengthen, establish*, βεβαιόω, firmum facio, stabilem, solidum reddo. *Vitruv.* l. 2. c. 8. *ante med.* Confirmare soliditatem parietum. *Plin.* l. 28. c. 11. Dentes mobiles confirmat cervini cornus cinis. *Id.* l. 25. c. 11. Polythrix defluentem capillum confirmat, et densat. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 20. Hoc ali vires, nervosque confirmari putant. ¶ Sæpe dicitur de corpore, quod a morbo firmatur, et sanitatem ac vires resumit. *Cels.* l. 2. c. 10. *extr.* Cicatricula celerrime in vena confirmatur. *Id.* l. 4. c. 19. Neque ulla res magis intestina confirmat. *Sueton. in Vespas.* cap. 7. Confirmare crus debile. ¶ Hinc *se confirmare* dicuntur, qui convalescunt, *to recover strength, recover from a disease. Cic.* l. 16. *Fam.* ep. 1. 3. 4. et 5. ad Tironem ægrotantem scribens. ¶ Sæpe transfertur ad animum, et significat firmum et fortem reddere, solari, *to encourage, animate, hearten, enliven, console, support. Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *circa med.* Confirmare et excitare animos afflictos bonorum. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. *circa med.* Erige te, et confirma, si qua dimicatio subeunda est. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 47. Cæsar suos ad dimicandum animo confirmat. et cap. 49. Consolari et confirmare milites. et l. 1. c. 33. Confirmare verbis animos Gallorum. et l. 7. c. 7. Confirmare timentes. ¶ Et ad alia *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 3. Confirmare pacem et amicitiam cum aliquo. *Vellei.* lib. 2. cap. 44. Invidia alienæ potentiæ confirmare vires suas. *Sallust. in Catil.* c. 33. opes factionis. *Nepos in Phoc.* c. 3. decreta populi. *to ratify, confirm*, rata habere, approbare. (Adde *Cicer. ad Cupienn. post* ep. 16. lib. 16. *ad Attic.*) *Id. in Annib.* c. 1. odium erga Romanos. *Id. in Milt.* c. 3. regnum. *Id. in Dion.* c. 8. conjurationem. *Sueton. in Calig.* c. 12. spem successionis. *Id. in Tib.* c. 52. suspicionem. *Nepos in Cim.* c. 2. Insulas bene animatas. *h. e.* in fide firmare. Sic *Vellei.* l. 2. c. 120. Gallias. et *paulo post.* animos gentium vacillantium. *to keep firm together. Sallust. in Jug.* c. 25. *ad fin.* eos multa pollicendo, confirmat, uti Romam pergerent. *h. e.* persuadet, dat animum, ut &c. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 14. Gladiatores in forum productos libertati confirmat.

h. e. liberos esse in perpetuum jubet. Al. leg. *libertatis*, ut subintelligatur *munere*. alii *libertate*. ¶ Frequenter significat, rationibus, argumentis, testibus comprobare aliquid, *to confirm, prove*. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 19. Nostra confirmare argumentis, ac rationibus, deinde contraria refutare. *Id.* 2. *de Divin.* c. 17. Tu non hostiarum casum confirmas sortium similitudine, sed infirmas sortes collatione hostiarum. *Nepos in Lysand.* c. 1. *extr.* Confirmare fide, se fore, &c. *to prove by his fidelity, that*, &c. *Cic. Fam.* 12. ep. 7. Promisi, et prope confirmavi, te non exspectasse, nec exspectaturum, &c. *and have as it were made them see, that*, &c. ¶ Item affirmare, *to affirm, assert, assure*. *Cic. Fam.* 6. ep. 3. *ad fin.* Ego tibi hoc confirmo, nihilo te nunc majore in discrimine esse. et l. 3. ep. 10. De me tibi sic, contestans omnes deos, promitto, atque confirmo, me, &c. et l. 6. ep. 6. Memini me ex multis audire, te de celeri reditu meo confirmare. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* cap. 27. et lib. 7. cap. 66. Confirmare jurejurando se facturum, &c.

CONFISCĀTĬO, onis, f. *a forfeiting or confiscation*, actus confiscandi, δήμευσις, *Flor.* lib. 3. c. 9. Divitiarum tanta erat fama, ut victor gentium populus, P. Clodio Tribuno duce, socii vivique regis confiscationem mandaverit.

CONFISCĀTUS, a, um, adject. *forfeited, confiscated, reduced into the Emperor's privy purse*, in fisco repositus. *Sueton. in Aug.* c. 101. Quam summam repræsentari jussit: nam et confiscatam semper, depositamque habuerat. V. alia in *Confisco*.

CONFISCO, as, avi, atum, a. 1. *to confiscate, seize upon as forfeited to the Emperor's privy purse*, est in fiscum, seu saccum reponere, præsertim vero in saccum Principis. *Sueton. in Aug.* c. 101. cujus verba V. in *Confiscatus*. *Id. in Calig.* c. 16. Antiocho Comageno H. S. millies confiscatum. *Id. in Domit.* c. 12. Confiscabantur alienissimæ hereditates. ¶ Dicuntur et personæ confiscari, quarum bona in fiscum rediguntur. *Id. in Tiber.* c. 49. Constat præterea Galliarum, et Hispaniarum principes confiscatos. Adde *in Calig.* c. 41. ¶ Translate *Tertull. de fuga*, c. 12. Felices pauperes, qui totam animam in confiscato habent. *h. e.* in promptu, seu in numerato.

CONFISĬO, onis, f. confidentia, *confidence, assurance*. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 37. Fidentia, id est firma animi confisio, scientia quædam est.

CONFISSUS, a, um, a *confindo*. Confissus podagra, apud *Macrob.* 2. *Saturn.* c. 4. est *sectus*. h. e. concisus, vexatus: quemadmodum a *Martiale* l. 9. epigr. 94. *podagra, cheragraque secatur Caius*, dictum est. Al. tamen leg. *contusus*, alii *confusus*.

CONFĪSUS, a, um, *trusting to, relying or depending upon*, θαῤῥήσας, particip. a *confido*. *Cicer. Fam.* 12. ep. 14. Nulla alia confisus urbe, Laodiceam se contulit. *Id. pro Rosc. Com.* c. 1. Copia et facultate causæ confisus, vide, quo progrediar. *Curt.* l. 4. c. 10. Satis confisus Græcorum erga se benevolentiæ, et fidei. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. Opera tueri se posse confisi sunt. *Id. ibid.* l. 3. c. 7. Neque ii sibi confisi, ex portu prodire sunt ausi. *Tibull.* l. 1. el. 10. v. 45. Stulte confisus amari. ¶ Cum accusat. *Stat.* 2. *Theb.* v. 573. Martisque e semine Theron Terrigenas confisus avos. Al. leg. *confessus*, sed *Priscian.* l. 18. pag. 1185. *Putsch.* legit *confisus*, dictumque docet more Græcorum, qui θαῤῥῶ τοῦτο, et τούτῳ dicunt. ¶ Translate *Propert.* l. 1. el. 11. v. 9. Atque utinam mage te remis confisa minutis Parvula Lucrina cymba moretur aqua.

CONFIT. V. *Confio*.

CONFITEOR, eris, essus sum, dep. 2. *to confess, acknowledge, own*, ὁμολογέομαι, idem fere quod *fateor*, h. e. manifesto, et dico, quod a me quæsitum est, ut ait *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 7. Fere autem de his dicitur, quæ sciri nollemus, et dicere pudet, ut *Fateor*. *Cic.* 6. *Phil.* c. *pænult.* Quo etiam, ut confitear vobis, Quirites, minus hodierna die contendi. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 84. Confiteri se victum. *Plaut. Capt.* 2. 3. 52. Apud hunc confessus es et genus, et divitias meas. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 4. Confiteri peccatum suum. *Id. pro Dom.* c. 35. De objectis non confiteri. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 41. de maleficio. *Id. Fam.* 5. ep. 2. Me abs te cupisse laudari, aperte atque ingenue confitebar. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 18. leg. 1. *ad fin.* Confiteri in se. *h. e.* fateri contra se crimen aliquod. ¶ *Confiterier* pro *confiteri* legitur apud *Plaut. Cistell.* 1. 3. 22. ¶ *Nonius* c. 5. n. 48. assignat hanc differentiam inter *confiteri*, et *profiteri*, quod illud necessitatis, hoc voluntatis sit. Sed verum discrimen est, *confiteor* multo minus esse, quam *profiteor*. *Confiteor* enim simpliciter fateri est, *profiteor* vero non solum fateri, sed etiam præ se ferre, et jactare aliquid. Præterea *profiteri* honestius est, quam *confiteri*, quod semper dicitur de manifestatione rei, ex qua pudore aliquo modo suffundimur. *Non. ibid.* Hinc *Cic. in fragm. ibid.* Hoc ego non solum confiteor, verum etiam profiteor. *Id. pro Cæc.* c. 9. Ita libenter confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur. ¶ Apud Christianos scriptores *confiteri* est prædicare, et palam affirmare ea, quæ ad Catholicam religionem pertinent. *Prudent. Peristeph. de S. Vincent.* v. 37. Nos lucis auctorem Patrem, Ejusque Christum filium, Datiane, confitebimur. ¶ Pro indicare, prodere, ostendere, *to show, manifest, indicate, give signs of*: quo sensu et *fateor* aliquando usurpatur. *Plin.* lib. 3. ep. 14. Sublatis oculis, agitatoque corpore, vivere se confitetur. *Pallad. in Jun.* tit. 7. *a med. de apib.* tot reges esse quot velut ubera videris, confitentur. Adde lib. 1. tit. 3. ¶ Passive *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 1. leg. 15. *ad fin.* Nomen, quod confitetur. *h. e.* quod in confesso est. V. *Confessus*. ¶ Particip. *Confitendus*. *Cic.* 4. *Verr.* c. 60. *extr.* Intelliges, hoc tibi de statuis confitendum esse. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 17. Esse igitur deos confitendum est.

CONFIXĬLIS, le, adject. contignatus, coagmentatus, ut confixilis machina, apud *Apul.* l. 4. *Metam.*

CONFIXUS, a, um, particip. a configo, *pierced, transfixed*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 50. Capræ confixæ sagittis. *Nepos in Datam.* c. 9. Confixi ceciderunt. ¶ Translate *Cic. de Harusp. resp.* c. 5. Confixus Senatusconsultis. *condemned, cast*. *Apul. de Mundo.* Cælum confixum stellis. *h. e.* stellas habens infixas. ¶ Infixus, compactus, *fixed or fastened together*. *Vitruv.* l. 10. c. 11. *ad fin.* Tigna in capitibus habentia transversaria confixa. Et cap. 21. *sub fin.* Arca compacta et confixa rudentibus extentis. ¶ Apud *Cic.* 2. *de Orat.* c. 62. legitur hic versus *Lucilii*: Quid? *Decius, Nuculam an confixum vis facere? inquit.* unde quidam eruere sibi visi sunt *confixus, us*, aut *confixum, i*: alii *confixum facere* idem esse aiunt, quod *configere*. Sed enim omnia ibi incerta sunt, lectio, interpunctio, sententia: quamquam *Janus Parrhas. de quæst. per epist.* interpretatum se putat.

CONFLABELLO, as, a. 1. flabellis ignem concito. Translate *Tertull. de spectac.* c. 25. Conflabellare scintillas libidinum. *to kindle.*

CONFLACCESCO, is, idem ac flaccesco, languidus fio, *to grow languid*. *Gell.* lib. 2. *cap. ult.* Fluctus, simul ac ventus posuit, sternuntur ac conflaccescunt. *grow calm, are allayed, subside.*

CONFLĀGES, loca dicuntur, in quæ undique confluunt venti. *Festus.* ubi al. leg. *conflant*. Apud *Isidor.* l. 14. *Orig.* c. 8. appellantur *confrages*. ¶ Alia porro res sunt *confluges*, de quibus *Non.* c. 1. n. 311. nempe loca, in quæ rivi diversi confluunt. *Livius*, seu *Læv. ibid.* Confluges ubi conventu campum totum inhumigant.

CONFLAGĬTO, as, a. 1. simul flagito. *Plin.* l. 34. c. 8. Ut magnis theatri clamoribus reponi apoxyomenon conflagitaverit. Ita Edition. a. 1470. et 1472. Alii cum *Harduin.* legunt *flagitaverit*.

CONFLAGRATĬO, onis, f. incendium, *a burning, conflagration*, κατάφλεξις. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 29. Id affirmat, ut conflagrationi, atque diluvio tempus assignet. *Sueton. in Tito*, c. 8. Conflagratio Vesevi montis. *Lactant.* l. 2. c. 9. *circa med.* Conflagratione interire.

CONFLAGRĀTUS, a, um, nom. ex particip. combustus, *burnt up, consumed by fire*, καταπρησθείς. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 8. Urbs incendio conflagrata. *Apul. de Mundo.* Regiones Phaetontis ruina conflagratæ perierunt.

CONFLĀGRO, as, avi, atum, n. 1. *to burn, be on fire, be set on fire, be in flames*, καταπίμπραμαι, ardeo, incendio absumor. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 36. Ut conflagrare terras necesse sit a tantis ardoribus. *Liv.* l. 30. c. 7. Castra flammis conflagrassent. ¶ Translate *Cic.* 3. *Verr.* c. 15. *extr.* Ille istius furtorum, ac flagitiorum invidia conflagravit. *Id.* 7. *Verr.* c. 35. Conflagrare flamma amoris turpissimi. ¶ Active *Hygin.* fab. 179. Jovis cum fulmine, et tonitribus venit, et Semelen conflagravit. *Ne imiteris.* [¶ Particip. *conflagraturus* apud *Cic. Catil.* 1. c. 11. An te non existimas invidiæ incendio conflagraturum?]

CONFLAMMO, as, a. 1. inflammo. *Cæl. Aurel. Chronic.* l. 4. c. 7. Sæpe conflammat, atque inflat.

CONFLATĬLIS, le, χωνευτὸς, qui conflando factus est, *cast, molten*. *Prudent. in Rom.* v. 295. Non esset ullus Juppiter conflatilis.

CONFLATĬO, onis, f. χώνευσις, actus conflandi. *Senec.* lib. 3. *quæst. nat.* c. 29. Et illa, quæ in conflatione nostris placent, huc transferenda puto. Ita quidam Lexicographi. Verum ibi legendum, *conflagratione*. *Tertull. de fuga in persecut.* c. 3. Fidei ustio et conflatio administratur ex Dei voluntate. *h. e.* incendium, ardor. ¶ Apud *Cæl. Aurelian. Chronic.* l. 5. c. 2. videtur poni pro inflatione.

CONFLATŪRA, æ, f. χωνεία, conflandi ratio, *the method of melting or casting metal*. *Plin.* l. 7. c. 56. Invenit auri metalla, et conflaturam Cadmus Phœnix ad Pangæum montem.

CONFLĀTUS, a, um, *liquefied, fused*, fusus. *Plin.* lib. 34. c. 16. Calculi conflati in album plumbum resolvuntur. ¶ Item *molten, cast*, conflando et liquando factus, χωνευτός. *Plin.* l. 34. c. 6. *ad fin.* Statuam conflatam a Censoribus. ¶ Item metaphorice coagmentatus, compositus, collectus, comparatus, *forged, contrived, made up, composed, compounded*. *Cic. pro Cæl.* c. 5. *extr.* Monstrum ex contrariis naturæ studiis cupiditatibusque conflatum. *Id. pro Ligar. c. ult.* Consensus fratrum conspirans, et pæne conflatus. *concordant, and as it were moulded into one*. *Id. Catil.* 1. c. 10. Ex perditis conflata improborum manus. *Id. pro Sull.* c. 5. Conflatus gladiatorum ac fugitivorum tumultus. *Id. in Partit.* c. 35. Conflatum crimen. *h. e.* accusatio comparata. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 1. Injuria novo scelere conflata. *Terent. Eun.* 5. 2. 36. Malo ex principio magna familiaritas conflata. *formed, produced, taking its rise*. *Quintil.* lib. 5. c. 7. Testes sive odio, sive invidia, sive gratia, sive pecunia conflati. *appointed, packed*. *Vellei.* l. 2. c. 4. *sub fin.* Mortem conflatam insidiis obire. *h. e.* per insidias illatam. ¶ Videtur etiam idem esse, ac sufflatus, afflatus, in illo *Stat.* 9. *Theb.* v. 523. ceu ventis alte conflata resedit Tempestas. *raised*. Al. tamen leg. *cum elata*. Sed *conflata* habet etiam optimus MS. apud nos. Huc pertinere videtur et illud *Lucret.* l. 1. v. 473. Nunquam Tyndaridis formæ conflatus amore Ignis Alexandri Phrygio sub pectore gliscens Clara accendisset sævi certamina belli. *h. e.* ignis afflatus et accensus amore formæ Tyndaridis. ¶ Apud *Cæl. Aurel. Chronic.* l. 3. c. 2. Intestina conflata. *h. e.* inflata. *inflated*.

CONFLĔO, es, a. 2. simul cum alio fleo. Est qui legat apud *Senec. de consol. ad Marc.* c. 6. Si fletibus fata vincuntur, confleamus. *Plerique alii* conferamus.

CONFLEXUS, a, um, adject. *bowed, bent*, flexus, inflexus. *Plin.* l. 2. c. 44. Conflexa cubito juga.

CONFLICTATĬO, onis, f. *a striking of one thing against another; a conflict, engagement*, σύγκρουσις, est collisio, et translate sumitur pro pugna. *Gell.* l. 6. c. 3. Totius exercitus conflictatione oppugnatus serpens inusitatæ immanitatis. *Al. leg.* conflictione. *Id.* l. 15. c. 18. Exercituum duorum conflictatio. ¶ De pugna forensi *Quintil.* l. 7. c. 1. Juris quæstiones solent esse nonnunquam ex aliis atque aliis conflictationibus. Al. hic quoque leg. *conflictionibus*. *disputes, quarrels*. ¶ Proprie est allisio, collisio, concussio. *Apul. in Apolog.* Est enim miser comitiali morbo ita confectus, ut ter aut quater die corruat, omniaque membra conflictationibus debilitet.

CONFLICTĀTRIX, icis, f. quæ conflictat et vexat. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 14. Ægyptus hospitii populi conflictatrix.

CONFLICTĀTUS, a, um, *afflicted, visited, vexed, troubled*, particip. a *conflicto*, agitatus, vexatus. *Plin.* l. 23. c. 1. *in fi.* M. Agrippa supremis suis annis conflictatus gravi morbo pedum. *Cæs.* 2. *B. Civ.* c. 22. Massilienses gravi pestilentia conflictati. *Tacit. in Agric.* c. 22. Exercitus conflictatus sæva tempestatibus. *Id. Ann.* 6. *c. ult.* Multis æmulis conflictatus est. ¶ Cum ablat. et præposit. *cum* (a *conflictor*) quandam pugnandi notionem includit: eodem tamen recidit quoad sensum. *Nepos in Pelop.* c. 5. Conflictatus autem est cum adversa fortuna. *had to struggle with*.

CONFLICTĬO, onis, f. *a striking, dashing, or clashing of one thing against another*, σύγκρουσις, συμβολὴ, collisio. *Quintil.* l. 3. c. 6. Si dicat quis: Sonus est duorum inter se corporum conflictio: erret, ut opinor: non enim sonus est conflictio, sed ex conflictione. ¶ Translate est contentio, pugna, *a conflict, fight, engagement*. *Cic. in Partit.* c. 30. Ex rationis, et firmamenti conflictione, et quasi concursu quæstio exoritur. *Id. ibid.* c. 29. Conflictio cum adversario.

CONFLICTO, as, avi, atum, a. 1. *to vex, trouble*, frequentat. a *confligo*, συναράσσω, συγκρούω. Proprie significat collidere, rem unam ad alteram allidere: translate vexare, affligere. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 48. Qui plura per scelera rempublicam conflictavisset. ¶ Passive *Lucret.* l. 3. v. 336. Sed communibus inter eos conflictatur utrinque Motibus accensus nobis per viscera sensus. *h. e.* concutitur, agitatur. Sed al. leg. *conflatur*, ut constet versus. *Gell.* lib. 10. c. 6. Quanto arctius, pressiusque conflictata essem, si frater meus classem cum ingenti civium numero non perdidisset. *I should have been squeezed and crushed*. ¶ Translate *conflictari aliqua re* est vexari, affligi. *Cic.* 10. *Attic.* ep. 4. Conflictari fortuna duriore. *Id.* l. 1. *de leg.* c. 11. superstitione. *Id. Fam.* 10. ep. 25. judiciis turpibus. *Id.* 6. *Fam.* ep. 13. ab aliquo diuturnioribus molestiis. *Cels.* l. 3. c. 7. *ad fin.* Si quis tussit, non debet vehementi siti conflictari. *Nepos in Dion.* c. 2. Graviter conflictari morbo. *to be afflicted*. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 52. magna inopia rerum necessariarum. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 24. Magnis et multis incommodis. *Tacit. Ann.* 6. *c. ult.* multis æmulis. *Id. Ann.* 2. c. 20. gravibus superne ictibus. *to suffer harm, sustain injury*. *Id.* 3. *Histor.* c. 59. sæva hieme per transitum Apennini. *Gell.* l. 12. c. 8. odio inter se gravi, et simultate diutina. ¶ *Conflictare cum aliqua re* est pugnare, contendere: atque inde agitari, vexari. *to have to struggle with*. *Terent. Phorm.* 3. 2. 20. Nec cum hujusmodi, unquam usus venit, ut conflictares malo. ¶ Passive *Cic. de Harusp. resp.* c. 19. *extr.* Cum his conflictari, et pro salute patriæ quotidie dimicare, erat omnino illis molestum. *Nepos in Pelop.* c. 5. Conflictari cum adversa fortuna. *Terent. Andr.* 1. 1. 66. Qui cum ingeniis conflictatur hujusmodi. *who has to deal with; who is troubled with*. In hisce tribus exemplis quidam putant, *conflictari* deponentis forma adhiberi: quod mihi necessarium non videtur.

CONFLICTUS, us, m. *a striking of one thing against another; a clashing or dashing together*, σύγκρουσις, conflictio, collisio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 9. Lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus. *by the collision*. *Id.* 2. *de Divin.* c. 19. Si nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. *Id. pro Cæcin.* c. 15. Im-

pulsu scutorum et conflictu corporum. ¶ Item pugna, *a conflict. Pacat. in Paneg. ad Theodos.* c. 34. Testis pulcherrimi Savæ conflictus, si conflictus ille dicendus est, in quo ita miles invasit, &c. ¶ Translate *Gell.* lib. 6. c. 2. Nullo fatalis incommodi conflictu urgeri. *a blow.*

[* CONFLIGĀTUS, a, um, particip. ab inusitat. *confligo, as,* idem ac profligatus, *put to flight, routed. Frontin. strateg.* l. 2. c. 3. n. 5. Ipse mediam suorum aciem reduxit, ne ea parte ante cum hoste confligeret, quam cornibus confligatis medios undique circumvenisset. Sic MSS. et edition. omnes; *Modius* ne novæ voci locum daret, *profligatis* legere mavult.]

CONFLĪGĬUM, ii, n. idem ac conflictus, collisio. *Solin.* c. 9. (*al.* 14.) In latebrosis rupium cavaminibus, quæ fluctuum confligiis adesa sunt. *Salmas.* legit *Confluqium,* h. e. Confluentiam, tanquam a *Confluo.*

CONFLĪGO, is, ixi, ictum, a. 3. *to strike or dash one thing against another,* συγκρούω, συμβάλλω: a *con,* et *fligo,* collido, allido, unam rem in aliam percutiendo incutio. *Lucret.* l. 4. v. 1308. Semina cum veneris stimulis excita per artus Obvia conflixit conspirans mutuus ardor. *h. e.* collisit inter se, et commiscuit. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Invent.* c. 43. In hoc commorari conveniet, sæpe id quod scriptum est recitando, sæpe cum scripto factum adversarii confligendo. *h. e.* comparando, et committendo. ¶ Sæpissime absolute usurpatur pro adversari, depugnare, contendere. *Virg. Æn.* 2. v. 416. Adversi rupto ceu quondam turbine venti Confligunt. *cross winds engage or blow against each other. Apul. de Mundo.* Tempestates inter se serenæ hibernæque confligunt. *war.* ¶ Speciatim adhibetur pro pugnare, prœlium committere, *to fight, contend, engage. Cic. pro Dom.* c. 25. Speravit, iisdem se copiis cum illo posse confligere, quibuscum ego noluissem dimicare. *Id. in Pison.* c. 9. Confligere armis. *Id.* 1. *Offic.* c. 23. In acie versari, et manu cum hoste confligere. *Nepos in Annib.* c. 8. Paucis navibus adversus Rhodiorum classem in Pamphylio mari conflixit. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 13. *sub fin.* Ut pro vestra salute contra sceleratissimam conspirationem confligamus. ¶ Translate *Cic. pro Cæc.* c. 3. Potuisti leviore actione confligere. *h. e.* judicio contendere. *Id.* 2. *Catil.* c. 11. Causæ, quæ inter se confligunt. *are repugnant or at variance with each other. Quintil.* l. et cap. 7. Diversæ quoque leges confligunt, aut similes. *Auct. ad Herenn.* c. 9. l. 1. De iis rebus caute confligendum est, quibus in rebus tabulæ, aut alicujus firma auctoritas videbitur interfuisse. ¶ Passive impersonaliter *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 358. magna confligitur ira, Quis melius vibrata puer vertigine molli Membra rotet.

CONFLO, as, avi, atum, a. 1. *to blow together,* συμπνέω, simul flare, vel flare in aliquam rem. *Plaut. Rud.* 3. 4. 59. Ego dabo ignem, siquidem in capite tuo conflandi est copia. *Plin.* lib. 37. c. 11. *bis.* Puer ignem conflans. *blowing up.* ¶ Et quia conflando excitatur ignis hinc *conflare* ponitur pro accendere, *to kindle, light up. Lucret.* l. 1. v. 473. Ignis conflatus amore. V. *Conflatus.* ¶ Translate *Cic. Catil.* 1. c. 9. Conflare alicui inimico invidiam. *h. e.* excitare invidiam in aliquem. *to raise, excite.* (Adde *pro Cœl.* c. 12.) *Flor.* l. 3. c. 17. Drusus tantum conflavit incendium, ut &c. *Id.* l. 1. c. 24. discordiam. *Vellei.* l. 2. c. 55. ingens ac terribile bellum. ¶ Quia vero ignem follibus conflando metalla liquantur, ideo *conflare* etiam solvere et liquare significat, *to melt, melt down, fuse, cast,* τήκω. *Plin.* l. 33. c. 9. Argentum, æs Cyprium, et sulphur conflantur in fictili circumlito argilla. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 31. *de miris fulminis effectis.* Loculis integris ac illesis, conflatur argentum. *Sueton. in Aug.* c. 52. Argenteas statuas olim sibi positas conflavit omnes. *Senec. in Phœniss.* v. 344. Templis deos obruite: maculatos lares conflate. *h. e.* incendio absumite. ¶ Item aliquando facere, *to forge, make. Virg. Georg.* 1. v. 508. Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem. *to beat. Cic. pro Sext.* c. 30. Conflare pecuniam. *to raise, collect.* Allegorice *Flor.* l. 2. c. 6. Ubi semel se in Hispania movit gravis illa et luctuosa Punici belli vis, destinatumque Romanis jamdiu fulmen Saguntino igne conflavit. ¶ Translate ponitur pro componere, efficere, creare: et præsertim de iis rebus dicitur, quæ ex pluribus quasi in unum componuntur. *to make up, compose, compound. Cic.* 1. *Offic.* c. 4. *ad fin.* Quibus ex rebus conflatur et efficitur id, quod quærimus, honestum. *Lucret.* l. 3. v. 70. Sanguine civili rem conflant. *h. e.* divitias acquirunt. *Cic.* 4. *Phil.* c. *ult.* et *Vellei.* l. 2. c. 74. Conflare magnum exercitum. *to raise. Sallust. in Catil.* c. 14. et 25. æs alienum grande. *to contract. Cic. de Harusp. resp.* c. 20. Conflare cum multis nefarias scelerum pactiones et societates. *to make, enter into. Id. Verr.* 4. c. 47. accusationem et judicium. et cap. 54. alicui negotium. *h. e.* molestiam creare. *to cause, occasion. Id.* 2. *Phil.* c. 28. *extr.* bellum. *Id. pro Sull.* c. 4. alicui periculum. V. alia in *Conflatus.*

CONFLŌRENS, entis, simul florens. Translate *Augustin.* l. 4. *Confess.* c. 4. Coævus mihi, et conflorens flore adolescentiæ.

CONFLUCTŬO, as, avi, atum, n. 1. vel Confluctuor, aris, dep. 1. idem quod fluctuo, vel fluctuor. Quidam afferunt illud *Senecæ in Medea,* v. 941. Haud aliter metu confluctuatur. Verum meliores Cod. habent *fluctuatur. Apul.* lib. 11. *Metam.* Palla ad ultimas oras nodulis fimbriarum decoriter confluctuabat.

CONFLŬENS, entis, *flowing together, confluent,* qui confluit. *Lepid. ad Cicer. Fam.* 10. *ep. pænult.* A confluente Rhodano castra movi. *h. e.* ubi Rhodanus cum Arari fluit. *from the confluence of the Rhone and the Arar. Plin.* l. 6. c. 20. *ad fin.* Quinque amnium in unum confluente concursu. ¶ *Confluens, entis,* et *Confluentes, entium,* est locus, in quem duo vel plura flumina conveniunt, *the place where two or more rivers meet; the confluence of two or more streams,* ὁμόῤῥοια, σύῤῥοια. *Liv.* l. 1. c. 27. et l. 4. c. 17. *extr.* Ubi Anienem transiit, ad confluentes collocat castra. *h. e.* ubi Anio in Tiberim influit. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 15. Cum ad confluentem Mosæ et Rheni pervenissent. *Sueton. in Calig.* c. 8. In Treveris, vico Ambiatino supra confluentes. *h. e.* ubi Mosella in Rhenum influit, nunc *Coblentz. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 13. n. 15. Ad confluentes Araris et Rhodani. Adde *Plin.* l. 6. c. 48. et lib. 3. *c. ult.* et *Justin.* l. 32. c. 3. ¶ Translate *Vellei.* l. 2. c. 55. Ex toto orbe terrarum auxiliis confluentibus. *flocking together,* &c.

CONFLUENTĬA, æ, f. actus confluendi, *a flowing together, confluence. Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 4. *a med.* Hæc est triplex causa vel podagræ, vel cujuslibet ex confluentia morbi, multitudo humoris, &c. Ita hunc locum restituit *Pontanus.*

CONFLŪGES. V. *Conflages.*

CONFLUGĬUM. V. *Confligium.*

CONFLŬO, is, uxi, n. 3. *to flow or run together, meet,* συῤῥέω, una fluo, concurro, convenio. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 3. Fibrenus divisus æqualiter in duas partes latera hæc alluit, rapideque dilapsus, cito in unum confluit. *Id.* 6. *Verr.* c. 52. *ad fin.* Portus cum diversos inter se aditus habeant, in exitu conjunguntur et confluunt. *Plin.* l. 4. c. 12. *post med.* Hipanis infra Olbiam cum Borysthene confluit. et cap. 4. Vasti amnes e diverso in Phasim confluunt. *Id.* l. 16. c. 12. Humor omnis e tota arbore in ulcis confluit. ¶ Translate *Cæsar* l. 7. *B. Gall.* c. 44. Perfugarum magnus ad eum quotidie numerus confluebat. *flocked together. Cic. de clar. Orat.* c. 74. Confluxerunt et Athenas et in hanc urbem multi inquinate loquentes. *flocked, crowded. Id. pro Planc.* c. 34. Causæ ad nos pleræque confluunt, qui miseris nihil negare possumus. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 2. *extr.* Si ad hæc studia plures confluxerint. *should devote themselves. h. e.* se dederint. *Id.* 1. *de Invent.* c. 4. *ad fin.* Ad ipsos qui eloquentiam adepti sunt, laus, honos, dignitas confluit. *accrue. Ovid. Metam.* 9. v. 740. Huc licet e toto solertia confluat Orbe. *Plaut. Asin.* 2. 2. 48. Ut dicamur omnium dignissimi esse, quo cruciatus confluant. *Id. Epid.* 4. 1. 2. Cui multa in unum locum confluunt, quæ meum pectus pulsant. *Paul. Dig.* lib. 46. tit. 3. *leg. ult. extr.* Utriusque obligatio in unius personam confluit. ¶ Pro colliquari, fluidum reddi, adhibetur a *Cœl. Aurel. Acut.* l. 1. c. 17. ¶ *Confluxet* syncop. pro *confluxisset. Lucret.* l. 1. v. 985. copia materiai Undique ponderibus solidis confluxet ad imum.

CONFLUVĬUM, ii, n. locus ubi plura confluunt. *Varr.* apud *Non.* c. 15. n. 10. Ad quam rem nobis est confluvium? ad quam rem urnarium? ¶ Item collectio ipsa aquarum. *a conflux of water. Corn. Sever. in Ætna,* v. 119. Non ille ex tenui, vacuoque agat aucta necesse est Confluvia. *Id. ibid.* v. 326. Donec confluvio resolutis æstibus, omnis Exsilit. Al. leg. *confluviis devolvens æstibus,* ut sit adjectiv. *confluvii æstus.* h. e. confluentes ignes.

CONFLŬUS, a, um, *confluent,* qui simul fluit, *Prudent. Cathemer.* 5. v. 76. Unda revolvitur In semet revolans gurgite confluo. Adde *Paulin. Nolan.* carm. 18. *Nat. VI. S. Fel.* v. 114.

CONFODĬO, is, odi, ossum, a. 3. *to dig,* idem quod fodio, ὀρύττω. *Cato R. R.* c. 129. Confodiatur minute terra. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 66. Confodere hortum. *Colum.* l. 4. c. 5. Trigesimo quoque die novella vineta confodere. *Plin.* l. 17. c. 20. Salices confodi jubent mense Aprili. Quidam leg. *configi,* sed male, *Harduino* teste. ¶ Item vulnerare, transfigere, *to wound, pierce, stab, transfix. Liv.* l. 24. c. 7. Ut confoderetur aliquot vulneribus. *Sallust. in Catil.* c. 29. De improviso domi suæ imparatum confodere. et *cap. pænult.* Catilina pugnans confoditur. *falls fighting. Lucan.* l. 3. v. 743. Confodere jugulum. *to cut. Curt. sub fin.* l. 4. Eodem telo plures confodere. ¶ Translate *Senec. de vita beata,* c. 27. *sub fin.* Quin circumspicitis mala vestra, quæ vos ab omni parte confodiunt? *harass, annoy. Plin.* l. 9. ep. 26. *sub fin.* Exspecto, ut quædam ex hac epistola iisdem notis, quibus ea, de quibus scribo, confodias. *condemn. h. e.* damnes, et delenda esse censeas: ductum ab obelo, quem appingebant locis, quæ culpanda videbantur.

CONFŒDERATĬO, onis, f. *a confederation, agreement,* σπονδὴ, fœdus. *Hieronym.* ep. 22. *de custod. virginit.* c. 15. Prima apud eos confœderatio est, obedire majoribus.

CONFŒDERĀTUS, a, um, *confederated, associated,* ἔνσπονδος, fœdere conjunctus. *Oros.* l. 2. c. 4. Sabinæ impiis nuptiis confœderatæ.

CONFŒDĔRO, as, a. 1. *to confederate, league,* σπένδω, fœdere jungo. Translate *Prudent. Peristeph. de D. Laurent.* v. 437. Confœderentur omnia Hinc inde membra in symbolum. [*Hieronym. in Chron. Euseb. ad an.* 110. Ad confœderandam disciplinam vetari ab his (Christianis) homicidia, furta, adulteria, latrocinia et his similia.]

CONFŒDO, as, a. 1. *to pollute, defile,* αἰσχύνω, fœdum reddo, conspurco, inquino. *Apul. in fi.* lib. 7. *Metam.* Liquido stercore strictim egesto faciem atque oculos ejus confœdassem.

CONFŒDUSTI, fœdere conjuncti. *Festus.* Nempe ut ab *onus* fit *onustus,* a *vetus vetustus;* sic a *fœdus fœdustus* ex lege analogiæ duci potest, ut *Voss.* monet *in Etym.*

CONFŒTĔO, es, ui, n. 2. fœtere. Adstruitur verbis *Jul. Obseq. de Prodig.* c. 115. Sub simulacro deæ cubile canis confœtuerat. Sed multo rectius leges *confœte* seu *confetæ erat.* vel *cum fetu erat.*

CONFŎMO, as, ab antiquo *Fomo,* dedolo, fomite arbores spolio. *Catullo* carm. 19. v. 3. restitutum cupit *Salmas. in Solin.*

CONFŎRE, idem ac fore. *Terent. Andr.* 1. 1. 140. Qui mihi exorandus est, et spero confore. *and I trust that I shall succeed.*

CONFORĬO, is, a. 4. polluo, inquino: a *forio,* misceo, fœdo. *Pompon.* apud *Non.* c. 2. n. 352. Conforisti me, Diomedes. *Salmas. in exercit. Plin.* censet legendum *Conforiasti.*

CONFORMĀLIS, le, *conformable, like,* idem quod conformis. *Tertull. de resurr. carn.* c. 47. ex *epist. ad Philippens.* 3. 21. Transfigurabit corpus nostræ humilitatis conformale corpori gloriæ suæ. Adde lib. 5. *advers. Marcion.* c. 20. ubi eadem verba repetit. Vulgata hab. *configuratum.*

CONFORMATĬO, onis, f. *a forming, framing, fashioning, disposing; a form, shape,* διαμόρφωσις, alicujus rei forma, figura, compositio, seu dispositio, quæ ex pluribus partibus apte inter se accommodatis fit. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 18. Quæ compositio membrorum, quæ conformatio lineamentorum, quæ figura, quæ species, humana potest esse pulcrior? *Id.* 1. *Tuscul.* c. 22. Quasi vero intelligant, qualis sit animus in ipso corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus. *Vitruv.* l. 5. c. 6. Ipsius theatri conformatio sic est facienda, ut &c. ¶ Translate *Cic. in Top.* c. 5. Si usucapionem, si tutelam definias, quarum rerum nullum subest quasi corpus; est tamen quædam conformatio insignita et impressa intelligentia, quam notionem voco. *notion, imagination, idea. Id.* 1. *de Orat.* c. 33. Ipsa collocatio, conformatioque verborum perficitur in scribendo. *h. e.* dispositio, accommodatio, et forma stili oratorii. *arrangement, manner, style. Id. ibid.* c. 5. Actio vocis conformatione, ac varietate moderanda est. *tone. Id. de clar. Orat.* c. 37. Sententiarum ornamenta et conformationes. *h. e.* figuræ: *embellishments:* qua ratione etiam *Quintil.* locutus est *initio* cap. 2. lib. 9. et ipse *Cic.* 3. *de Orat.* c. 54. *extr.* Porro *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 53. speciatim figuram prosopopœiam *conformationem* vocat: cui adstipulatur *Priscian. de præexercit. Rhet.* pag. 1340. *Putsch. a figure of rhetoric.*

CONFORMĀTOR, oris, m. *one who forms or disposes,* qui conformat, et apte componit. *Apul. in Trismegisto,* pag. 80. *Elmenhorst.* Dominus, et omnium conformator, quem recte Deum dicimus.

CONFORMĀTUS, a, um, *formed, fashioned, made,* ἐκμορφωθεὶς, formatus, compositus. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 10. *extr.* Si mundum ædificatum, non a natura conformatum putarem. *Gell.* l. 13. c. 9. *extr.* Imago tauri conformata, et quasi depicta est locis earum stellarum, quas vergilias vocamus. ¶ Translate *Cic. pro Arch.* c. 1. Hæc vox hujus hortatu, præceptisque conformata nonnullis aliquando saluti fuit. *h. e.* perpolita, atque instructa.

CONFORMIS, e, adject. *conformable, agreeable, like, similar,* alicujus rei forma similis, σύμμορφος. *Sidon.* l. 4. ep. 12. Dii boni! Quantum naufragioso pelago conformis est motus animorum!

CONFORMO, as, avi, atum, a. 1. *to form, fashion, dispose, make, create,* διαμορφόω, συμμορφόω, formam alicui rei ex multis partibus apte compositis tribuo, efficio. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 7. Ad majora quædam nos natura genuit et conformavit. *Gell.* l. 17. c. 10. Ursa fetum edit informem, lambendoque id postea conformat et fingit. *Colum.* l. 8. c. 5. *ante med.* Diebus quibus animantur ova, et in speciem volucrum conformantur. ¶ Translate est perficere, erudire, perpolire, absolvere, quasi perfectam formam et ornatum rei rudi tribuendo. *to finish, complete, shape, polish. Cic. pro Arch.* c. 6. *extr.* Animum et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam. *Id. pro Mur.* c. 29. Tuum consilium, Cato, vituperare non audeo: nonnulla in re forsitan conformare et leviter emendare possim. *Id.* 4. *de Fin.* c. 2. Pars Philosophiæ, qua mores conformari putantur. *Tacit. Ann.* 4. c. 8. Hos orbatos parente tradidi patruo ipsorum, ut foveret ac tolleret, sibique et posteris conformaret. ¶ *Conformare orationem* est ei formam eloquentiæ dare, exornare oratoriis figuris (V. *Conformatio.*) *Cic.* 1. *de Orat.* c. 5. Ipsa oratio conformanda non solum electione, sed etiam constructione verborum. ¶ Est item simpliciter formare, fa-

cere. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 20. In primo loco rei totius imaginem conformabimus. *to l form, imagine.* ¶ Conformare se ad voluntatem alicujus, apud *Cicer. Fam.* 1. ep. 8. *to conform, accommodate or adapt one's self.*

CONFORNICO, as, a. 1. idem quod fornico, *to make in the form of an arch. Vitruv.* l. 5. c. 5. Cellæ confornicentur.

CONFORTO, as, a. 1. fortem facio, consolor, *to strengthen, comfort. Lactant.* l. 4. c. 15. *ant. med. Esaiæ verba referens.* Confortamini manus resolutæ. *Macer* carm. 71. *de ᷊ deorsa* · Confortat stomachum.

CONFOSSUS, a, um, *stabbed, pierced, transfixed*, διαπεπαρμένος, vulnere perfossus. *Nepos in Pelop. c. ult.* Conjectu telorum confossus cecidit. *Cic. pro Sull.* c. 11. Quinque hominibus comprehensis atque confossis. *Virg.* 9. *Æn.* v. 445. super exanimem sese projecit amicum Confossus. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 9. v. 8. Juvare confossum ope medica. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 48. Veruina te faciam, si tu me irritaveris, confossiorem soricina nænia. ¶ Translate *Liv.* c. 11. l. 5. *post med.* Eos tot judiciis confossos venire ad populi judicium. *convicted by previous sentences.* ¶ Item infossus, *excavated, dug. Sisen.* apud *Non.* c. 2. n. 562. Loca palustria alte multifariam confossa.

CONFOVEO, oves, ovi, otum, a. 2. idem quod foveo. *Afran.* apud *Non.* c. 12. n. 21. Jubeo hominem tolli, et collocari, et confoveri: solvo operam Dianæ. *Apulei.* l. 8. *Metam.* Lurore et illuvie pæne collapsa membra lavacro, cibo denique confoveret. *Hieronym.* l. 3. *advers. Rufin.* c. 8. Terra non debet gremio suo semina confovere. ¶ Addunt et locum *Catonis R. R.* c. 5. *extr.* sed ea lectio admodum incerta est.

CONFRACEO, es, acui, *to rot*, idem quod fracesco, putrefio. *Varr. R. R.* l. 1. c. 13. Quam recens, quod confracuit, melius. Ita *Scalig.* alii aliter.

CONFRACTUS, us. m. fractura. Affingunt quidam *Celso in præfat.* l. 1. ubi alii *contuctum*, alii *contractum*. quæ postrema vox probabilior videtur *Morgagno* epist. 8. *in Cels.* pag. 251. ad significandam alternam intestinorum contractionem.

CONFRACTUS, a, um, *broken, bruised, shattered*, idem quod fractus, συνεῤῥηγμένος. *Plaut. Rud. prol.* v. 73. Navis confracta est ibus. *Lucan.* l. 7. v. 573. Confractique ensibus enses. *Petron. in Satyr.* c. 123. ac tumida confractum grandine cælum. *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 24. *post med.* Arbores vi tempestatis confractæ. *Plin.* l. 2. c. 44. Juga montium confracta in humeros. *h. e.* instar humeri inflexa. *Id.* l. 35. c. 11. In æquo exstantia ostendens, et in confracto solida omnia. *Id.* l. 28. c. 10. Ossa confracta.

CONFRAGES. V. *Conflages.*

CONFRAGŌSUS, a, um, *rough, rugged, craggy, stony, uneven*, ἀνώμαλος, τραχύς, asper, salebrosus, incultus, horridus: ab obsoleto *frago* pro *frango*. Dicitur de locis, in quibus nihil planum, et continuatum, sed omnia sunt prærupta, et confracta. *Varr. R. R.* l. 1. c. 18. et 20. Confragosus ager. *Liv.* l. 28. c. 2. et lib. 32. c. 4. *ad fin.* Confragosa loca, implicatasque flexibus vallium vias. *Colum.* l. 2. c. 2. Locus lapidibus confragosus. ¶ Translate *Plaut. Men.* 4. 2. 25. Conditiones tortæ, confragosæ. *Id. Cistell.* 2. 3. 70. Teneo istuc satis: sed ego illud quæro confragosum: quo modo prior posterior sit, posterior sit prior. *Quintil.* l. 1. c. 1. (*al. c.* 2.) *in fi.* Versus ex asperrime coeuntibus inter se syllabis catenatos, et velut confragosos. *jarring, harsh, discordant, inharmonious. Id.* l. 5. c. 8. Qui argumenta, velut horrida et confragosa, vitantes, amœnioribus locis desident. *Id.* l. 6. c. 1. *ad fin.* Confragosis atque asperis evecti, tota pandere possumus vela. [¶ Comparativo utitur *Mall. Theodor. de metr.* c. 7. Dactylo pede adhibito confragosius quiddam resonat, et durius metrum anapæsticum.]

CONFRĀGUS, a, um, idem quod confragosus, sed magis poeticum. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 581. volucri ceu pectora tactus asylo Emicuit Calabris taurus per confraga septis, Obvia quæque ruens. *Lucan.* l. 6. v. 126. Confraga densis arboribus dumeta. *Stat.* 4. *Theb.* v. 494. Stabulans ad confraga silvæ.

CONFRĔMO, is, ui, n. 3. *to make a noise together, make a loud noise, roar, murmur*, idem quod fremo, vel simul aut valde fremo. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 199. Confremuere omnes. *Stat.* l. 1. silv. 6. v. 73. Illic agmina confremunt Syrorum. et silv. 4. v. 14. urbes ubicumque togatæ Certent lætitia, nosterque ex ordine collis Confremat. *Sil.* l. 16. v. 398. Confremit et cælum, et percussus vocibus altis Spectantum Circus. *resounds on all sides.*

[CONFREQUENTATUS, a, um, idem fere ac frequentatus, *augmented, increased. Colum.* lib. 9. c. 13. ad fin. Nec ullis juventutis supplementis confrequentatæ (apes) novissime reliquæ intereunt. Ita legit *Schneiderus*; aliæ editiones *frequentatæ*.]

CONFREQUENTO, as, a. 1. *to frequent*, idem quod frequento. *Prudent. Peristeph.* 1. v. 7. Illitas cruore sancto nunc arenas incolæ Confrequentant, obsecrantes voce, votis, munere. *Inscript.* apud *Fabrett.* cap. 3. n. 587. Ut natale filiæ meæ epulantes confrequentetis.

CONFRICAMENTUM, i, n. idem quod confricatio. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 2. c. 4. Dentium confricamentis uti.

CONFRICATIO, onis, f. *a rubbing, grating*, fricatio. Translate *Augustin.* l. 4. *Confess.* c. 8. Ingens fabula, et longum mendacium, cujus adulterina confricatione corrumpebatur mens nostra pruriens in auribus.

CONFRICĀTUS, a, um, adject. *rubbed, Plin.* l. 29. c. 2. Confricatis dentibus, et gingivis. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 60. Orchites sale confricatæ.

CONFRICO, as, a. 1. *to rub strongly, rub*, ἀνατρίβω, idem quod frico. *Sueton. in Claud.* c. 8. Faciem sibi confricare. *Plin.* l. 29. c. 2. Confricare aliquid manu. *Colum.* l. 2. c. 3. Confricare boves. *Id.* l. 7. c. 10. totum os sale trito. ¶ *Confricare alicui genua* dicuntur, qui aliquid enixe petunt, quod mos erat supplicum genua attingere atque ad ea manus tendere, ut *Plin.* l. 11. c. 45. docet. *Plaut. Asin.* 3. 3. 8. Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur. *A.* Quidvis egestas imperat: fricentur. ¶ Translate *Tiro Tullius* apud *Gell.* l. 7. c. 3. Sensus judicum injuriis atque imperiosis minationibus confricare. *h. e.* irritare, perstringere. *to grate, annoy. Cato ibid.* Ne quid in consulendo adversi eveniat, quod nostras secundas res confricet. *h. e.* atterat, imminuat. *impair.* Utroque loco plerique al. leg. *confuto.*

CONFRINGO, ingis, egi, actum, a. 3. *to break entirely, break to pieces, shatter*, διαῤῥήγνυμι, idem quod frango, perfringo. *Cic. pro Flacc.* c. 30. Membra, quæ debilitavit, manus, quas contudit; digitos, quos confregit, &c. *Plaut. Mostell.* 2. 2. 23. Pultando pedibus pæne confregi fores. *Id. Mil.* 2. 6. 24. Confringere imbrices, et tegulas. *Id. Capt.* 4. 4. 8. aulas et calices. *Lucan.* l. 6. v. 123. impulsu turres valli. ¶ *Confregisti tesseram*, allegorice, et proverbii cujusdam ratione, *h. e.* amicitiam dissolvisti. *Plaut. Cistell.* 2. 1. 27. ¶ *Rem confringere* apud *eund. Stich.* 4. 2. 49. et *Trin.* 1. 2. 71. est patrimonium absumere, *to waste, run through, dissipate*, ducta, ut opinor, metaphora ab iis, qui naufragium faciunt. ¶ Translate *Cic. Verr.* 3. c. 5. Confringere vi consilia Senatoria. *to infringe. Claudian. in I. Consul. Stilich.* v. 69. animum alicujus. *Titinn.* apud *Non.* c. 4. n. 219. alicujus superbiam. *Senec.* l. 1. controv. 2. Docetur blanditias, et in omnem motum corporis confringitur. *h. e.* enodatur membris ad molles saltationes. *Lucret.* l. 1. v. 70. Confringere claustra portarum naturæ. *h. e.* arcana naturæ adire, et cognoscere. *Valer. Max.* l. 4. c. 5. n. 2. Confregit rempubl. Terentius Varro Cannensis pugnæ temerario ingressu. *Id.* l. 7. c. 2. *sub fin.* Confringere vires hostium. *to impair, weaken, cripple.*

[* CONFRUMENTĀLIS, is, m. qui ex eodem Collegio est eorum qui frumentum vendunt. *Caius Dig.* l. 47. tit. 22. leg. 4. Si autem plebs, vel fratres, vel sacrorum sacramentales, vel nautæ, vel confrumentales in eodem sepulcro sepeliuntur. Sic ille interpretatur Græcam vocem σύσσιτος.]

CONFUĔRIT, simul adfuerit. Est *Cœlii Aurel. Chronic.* l. 4. c. 8.

CONFŬGA, æ, m. et f. *one who takes sanctuary anywhere, or flees to a place of refuge*, qui confugit in aliquem locum, salutis ergo. *Imp. Leo*, lib. 1. *Cod.* tit. 12. leg. 6. et *Impp. Theodos. et Valent. ibid.* tit. 3. leg. 22. appellant *confugas*, qui ad asylum Ecclesiæ confugerunt.

CONFUGĔLAM antiqui confugium dicebant, *Festus.*

CONFUGĬO, is, ugi, n. 3. *to flee to for succour, take refuge with, flee, have recourse to*, καταφεύγω, idem quod fugio, vel simul fugio ad aliquem auxilii, aut salutis causa. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 9. Magno numero interfecto, reliquos in naves confugere coegerunt. *Cic. Tuscul.* 5. c. 2. Ad te confugimus: a te opem petimus. *Id. ibid.* l. 1. c. 35. Priamum, cum in aram confugisset, hostilis manus interemit. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 2. v. 43. Confugere ad aram. *Cic. pro Font.* c. 11. et *Liv.* l. 1. c. 2. ad opem alicujus. *Id.* 4. *Fam.* ep. 6. *ad fin.* ad rempublicam. *Id.* 2. *Offic.* c. 12. ad unum aliquem virtute præstantem. *Id. pro Quint.* c. 2. *a med.* in fidem, veritatem, misericordiam alicujus. *Id. pro Lig.* c. 10. ad clementiam alicujus. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 571. ad artes patrias. *Plin.* l. 8. ep. 19. Ad unicum doloris levamentum, studia confugio. *Plin. alter* l. 11. c. 29. ad remedia. ¶ Translate *Terent. Heaut.* 4. 5. 45. Neque tu scilicet eo confugies, quid mea? num mihi datum est? &c. *h. e.* neque ad eam excusationem confugies, ut dicas, *quid mea?* &c. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 9. *ad fin.* Epicurus, ubi erubuit, confugit illuc, ut neget, &c. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 3. Primum demonstrabit vitam integram, si poterit: id si non poterit, confugiet ad imprudentiam, stultitiam, adolescentiam, &c. *Plin.* l. 10. ep. 13. Cui referre gratiam parem ne audeo quidem: itaque ad vota confugio. *Lucret.* l. 3. v. 768. Scilicet in tenero tenerascere corpore mentem, Confugient. *Al. leg.* confingent. ¶ Passive impersonaliter. *Lactant.* l. 2. c. 1. Ad deum confugitur. *Al. leg.* confugiunt.

CONFUGIUM, ii, n. *a refuge; a place of succour or refuge, shelter, retreat, harbour*, καταφυγή, perfugium, locus, quo fugimus salutis causa. *Stat.* 12. *Theb.* v. 504. Commune confugium ægris animantibus. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 6. v. 2. Qui mihi confugium, qui mihi portus eras. Adde lib. 4. *Trist.* el. 5. v. 6.

CONFULGĔO, es, ulsi, n. 2. *to shine all over, glitter, glister*, στιλβόω, idem ac fulgeo, vel valde fulgeo. *Plaut. Amph.* 5. 1. 15. Ardere censui ædes: ita tum confulgebant. *Cinna* apud *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 2. *a med.* Lucida confulgent alti carchesia mali.

CONFULTUS, a, um, fultus. *Lucret.* l. 2. v. 97. Corpora intervallis magnis confulta resultant. Al. leg. *consulta*, a consilio, is: alii *contusa*, alii *conflicta.*

CONFUNDO, is, udi, usum, a. 3. *to pour out together, pour several things into one place, mingle, mix, or blend together*, συγχέω, simul res plures fundo. *Virg.* 3. *Æn.* v. 696. Alpheus Siculis confunditur undis. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 120. Itidem olent, quasi cum una multa jura confundit coquus. *Plin.* l. 29. c. 3. Mel, acetum, oleum confundere crebroque permiscere. *Sil.* l. 14. v. 333. angusta foramina murus Arte cavata dabat, per quæ confundere tela Tutum erat. ¶ Pro simplici fundo. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. Lapsus cibus in eam venam, quæ cava appellatur, confunditur. *Colum.* l. 12. c. 28. *ad fin.* In cado duarum urnarum quam optimi vini sextarium, aut si vasa recentia habebis, in ea confundito. ¶ Translate *Ovid. Metam.* 4. v. 471. Imperium, promissa, preces confundit in unum. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 79. Est id quidem in totam orationem confundendum. *Id.* l. 1. *Tuscul.* c. 11. Cuperem equidem utrunque: sed est difficile confundere. Al. aliter leg. *Id.* 4. *Acad.* c. 19. Confundere vera cum falsis. *to confound. Claudian. de IV. Cons. Honor.* v. 239. sacra prophanis. *Id. in nupt. Honor. et Mar.* v. 200. Confundere proceres turbæ. *Horat.* l. 1. od. 17. *ad fin.* nec Semeleius Cum Marte confundet Thyoneus Prœlia. *Liv.* l. 7. c. 12. *ad fin.* Confundere sermones in unum. *scil.* cum plures simul loquuntur. ¶ Apud JCtos ea *confundi* dicuntur, quæ ita miscentur, ut vel nullo modo, vel difficile separari possint. *Ulpian. Dig.* lib. 6. tit. 1. leg. 3. *Paul. ibid.* leg. 4. &c. ¶ Item illæ obligationes, quæ ita in unam eandemque personam cadunt, ut vim suam amittant. *Ulpian. Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 29. *ad fin.* Obligationes, quas adeundo hereditatem confundit, non restituunt. Adde *African. ibid.* 46. 1. 21. et *Paul.* 36. 1. 59. et 80. ¶ Præterea *confundere* significat etiam turbare, *to confuse, jumble together, disorder. Cic. pro Dom.* c. 49. An tu hæc ita confundis, et perturbas, ut &c? *Lucret.* l. 4. v. 559. Aera per multum confundi verba, necesse est, Et conturbari vocem. *Id.* l. 2. v. 439. et 944. Confundere sensus. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 580. positas confundere mensas. *Virg.* 5. *Æn.* v. 496. Confundere fœdus. *Plin.* l. 20. c. 54. Confundit plerosque similitudo nominum. *Id.* l. 21. c. 16. Hoc confundit intellectum. *Petron. in Satyr.* c. 132. Confundere hilaritatem alicujus. *Quintil.* declam. 2. c. 16. quietem. ¶ *Confundere aliquem* est ejus animum aliquo affectu turbare. *to move, disturb, discompose. Stat.* 2. *Theb.* v. 232. tacite subit ille supremus Virginitatis amor, primæque modestia culpæ Confundit vultus. *Senec. de clem.* l. 2. c. 5. Metus et mœror confundit animum. *Liv.* l. 45. c. 42. Hæc tanto dicta animo magis confundere audientium animos, quam si miserabiliter deflendo, &c. *will sooner affect. Plin.* l. 3. ep. 10. Veritus sum, ne vos festis diebus confunderem, si in memoriam gravissimi luctus reduxissem. *I was afraid lest I should afflict you. Id.* l. 5. ep. 5. Qui nuntius gravi me dolore confudit. *Quintil.* declam. 2. c. 20. Neminem fuisse in domo, quem non fragor ille confuderit. *Id.* l. 8. c. 3. *sub fin.* Fulmina non tam nos confunderent, si vis eorum tantum, non etiam ipse fulgor timeretur. Adde *Liv.* l. 34. c. 50. *Tacit.* l. 1. *Histor.* c. 44. *Stat.* 8. *Theb.* v. 283. et *Ovid. Metam.* 15. v. 770. et V. *Confusus.* ¶ *Confundi* absolute pro pudore affici, est apud *Sulpic. Sever. de vita D. Mart.* c. 9. V. *Confusus.* ¶ *Confundere jus dominii* apud *Paul. Dig.* lib. 10. tit. 3. leg. 19. est commune pluribus facere. [¶ Particip. *confusurus* apud *Ovid. Met.* l. 6. v. 585. Sed fasque nefasque Confusura ruit.]

CONFUNĔRO, as, a. 1. idem quod funero, sepelio. *Juvenc.* l. 4. v. 96. Ejus ut adventus terræ confuneret orbem. Ita *Barth. adversar.* l. 13. c. 19. ex quodam MS. Alii *consumeret.*

CONFUSANĔUS, a, um, *various, miscellaneous*, varius, multiplex, confusus. *Gell. in præfat.* Variam, et miscellam, et quasi confusaneam doctrinam conquisierant.

CONFŪSE, adverb. *confusedly, without order or method, perplexedly*, συγκεχυμένως, varias res confundendo, permixte, perturbate, sine ordine. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 30. Modos et partes argumentandi confuse et permixte dispersimus, post discrete et electe digeremus. *Id.* 2. *de Fin.* c. 9. Contemnit disserendi elegantiam: confuse loquitur. *Id. Phil.* 8. *initio.* Confusius hesterno die est acta res, quam &c. *Gell.* l. 14. c. 2. Confuse varieque sententias dicere. *Pompon. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 36. Si confuse universis mancipiis constitutum pretium fuerit. *cui opponitur ibid.* singulorum mancipiorum constituto pretio.

CONFŪSIM, *confusedly*, idem quod confuse. *Varr. sub init.* l. 8. *de L. L.* Nam confusim ex utraque parte pleraque dicuntur, quorum alia ad aliam referri debent

summam. Addunt et locum *Plin.* l. 18. c. 16. sed ibi plerique libri *confusum* habent.

CONFUSĬO, onis, f. *a mixing or jumbling together, confusion*, σύγχυσις, actus confundendi, permixtio. *Cic. pro Mur.* c. 23. Confusionem suffragiorum flagitasti. *h. e.* ut suffragia ferrentur non servato ordine classium, et centuriarum. *Id.* 2. *de Legib.* c. 10. Suos deos, aut novos, aut alienigenas coli, confusionem habet religionum. *Id.* 2. *Offic.* c. 19. Ante hanc confusionem temporum. *Id.* 5. *de Fin.* c. 23. Atque hæc conjunctio confusioque virtutum, tamen a philosophis ratione quadam distinguitur. *conspiratio consensusque virtutum* paulo ante dixerat. *Apul. de Mundo.* Coloribus atris, albis, luteis, et puniceis confusione modica temperatis. *Plin.* l. 3. ep. 20. Procurrebant omnes cum suis candidatis: multa agmina in medio, et indecora confusio. *a mixture of people.* ¶ Apud JCtos *confusio* dicitur, cum res plures ita miscentur, ut separari non possint. *Paul. Dig.* lib. 6. tit. 1. leg. 23. Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem: plumbatura vero non idem efficit. ¶ Item cum plures actiones, seu obligationes in una eademque persona ita uniuntur, ut vel omnes, vel earum aliqua suam vim amittat. *Ulpian. Dig.* lib. 18. tit. 4. leg. 2. *ad fin.* et *Modestin.* lib. 46. tit. 3. leg. 75. Cum quis debitori suo heres exstiterit, confusione debitor esse desinit. *Nerat. Dig.* lib. 34. tit. 3. leg. 21. Confusione perinde exstinguitur obligatio, ac solutione. *Paul. Dig.* lib. 46. tit. 1. leg. 71. Mandator allegabat, se liberatum jure confusionis. ¶ Translate sumitur pro perturbatione animi. *perturbation of mind, disquiet, trouble, confusion, disturbance. Vellei.* l. 2. c. 124. Quæ Senatus trepidatio, quæ populi confusio, quis orbis metus. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 38. Causam confusionis quærenti, non se proprio metu, sed pro fratre *&c.* respondit. *Plin. in Paneg.* c. 86. Quam ego audio confusionem tuam fuisse, cum digredientem prosequereris? *h. e.* tristitiam. *Id.* l. 1. ep. 22. *extr.* Erit confusioni meæ non mediocre solatium, si &c. *h. e.* sollicitudini. *Sulpic. Sever.* ep. 3. *sub fin.* Tam erat sancta de ejus gloria exsultatio, quam pia de morte confusio. *h. e.* mœror, dolor. *Petron. in Satyr.* c. 101. Simulationem lacrymis et vultus confusione obumbrare. ¶ In illo *Tacit.* 4. *Hist.* c. 40. Crebra oris confusio pro modestia accipiebatur. *confusio* est rubor vultu suffusus. *shamefacedness, bashfulness, blushing.* Fuit enim Domitianus (de quo hic sermo est) vultu pleno ruboris, ut *Sueton. in ejus vita*, cap. 18. et *Plin. in Paneg.* c. 48. testantur. Quod idem *Tacit. in Agric.* c. 45. confirmat.

CONFŪSUS, a, um, *mingled together, mixed, confused*, συγκεχυμένος, fundendo permixtus. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 67. Jus confusum sectis herbis. *Id.* l. 2. ep. 1. v. 195. Diversum confusa genus panthera camelo. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 42. Olympus confusus. *h. e.* cælum dubia luce fulgens initio diei: vel caliginosum, aut nubilum. *Plin.* l. 34. c. 2. Quondam æs confusum auro argentoque miscebatur. *Liv.* l. 1. c. 23. Duo populi confusi in unum. *Ovid. de Medicam. fac.* v. 61. Cornua cervi contrita confusa farinæ. ¶ Translate *Cic. pro Sext.* c. 2. *extr.* Confusa atque universa defensio. [† Confusa atque universa defensio, est cum omnes simul defendimus, non singulos sigillatim. *Ernest.* Paullo inferius repetito hoc exemplo, *confusa* defensio, ait *Forcellinus*, est *coacervata.*] ¶ Item simpliciter fusus, *spread, sprinkled. Horat.* l. 1. sat. 8. v. 28. Cruor in fossam confusus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 15. Vis quædam sentiens et divina, quæ toto confusa sit mundo. *Colum.* l. 10. v. 260. Rosa ingenuo confusa rubore. ¶ Item simul fusus a pluribus. Translate *Cic. in Bruto*, c. 26. Sed nec ejusmodi est oratio, ut a pluribus confusa videatur. ¶ Item coacervatus. *Cic. pro Sext.* c. 2. Quoniam singulis criminibus ceteri responderunt, dicam ego de omni statu P. Sextii, de genere vitæ, de natura, de moribus: contendamque, ut in hac confusa atque universa defensione nihil a me prætermissum esse videatur. ¶ In malam partem, *disordered, confused, jumbled together. Cic.* 3. *de Orat.* c. 13. *ad fin.* Ita confusa est oratio, ita perturbata, nihil ut sit primum, nihil ut secundum. *Sueton. in Aug.* c. 44. Spectandi confusissimum et solutissimum morem correxit, ordinavitque. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 93. Confusus ordo militiæ. ¶ Sæpe transfertur ad animum, et dicitur de iis, qui affectu quopiam perturbati sunt. *discomposed, disordered, troubled, alarmed, terrified, overpowered. Liv. l. et c.* 6. Confusus animo. *Id.* l. 35. c. 15. *sub fin.* Confusus mœrore, et cap. 35. *sub fin.* Animus confusus cogitatione tantæ rei. *Id.* l. 6. c. 34. Confusa mulier ex recenti morsu animi. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 18.) *sub fin.* Confusus metu. *Sueton. in Cæs.* c. 7. somnio. *h. e.* perterritus. *Curt.* l. 7. c. 7. Non solum ira, sed pudore confusus. *Id.* l. 6. c. 7. Ore confuso magnæ perturbationis notas præ se ferens. *Justin.* l. 32. c. 2. Turba querelarum confusus. ¶ Absolute *Valer. Flacc.* l. 1. v. 79. confusaque pectora firmat. *h. e.* dubitantia. *appalled, wavering. Liv.* l. 30. c. 15. Masinissa ex prætorio in tabernaculum suum confusus concessit. *h. e.* amore, metu, et pudore simul turbatus. *confused. Sulpic. Sever. de vita D. Mart.* c. 16. Qua ille voce confusus obstupuit. *h. e.* pudore confusus. *overwhelmed with shame. Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 5. v. 11. Confusi vultus. *h. e.* tristes. *Petron. in Satyr.* c. 101. Confusus et consilii egens. *confounded, confused. Liv.* l. 1. c. 7. Confusus atque incertus animi. [¶ Comparativo usi sunt *Plin. in proœm.* l. 7. Nulli datus est pavor confusior, quam homini. et *Tacit. Ann.* l. 4. c. 63. Facies confusior.]

CONFUTATĬO, onis, f. *a confuting or disproving, an answer to objections; a confutation, disproof*, ἀνασκευή, oratio, vel pars orationis, qua adversariorum argumenta refelluntur. *Auctor ad Herenn.* l. 1. c. 3. Confutatio est contrariorum locorum dissolutio.

CONFUTATOR, oris, m. *one who confutes*, qui confutat. *Hieronym. de Scriptor. Eccles. in Bardes.* Qui primum Valentini sectator, postea confutator, &c.

CONFUTĀTUS, a, um, *confuted, disproved*, repulsus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 17. Cujus opinionis levitas confutata a Cotta, non desiderat orationem meam. ¶ Item convictus, *convicted. Ammian.* l. 17. c. 9. (*al.* 18.) *extr.* Contra rempubl. tot suscepisse labores et pericula, confutati. et lib. 26. c. 3. (*al.* 7.) Venefici, post agitatas quæstiones, nocuisse quibusdam, apertissime confutati.

CONFŪTO, as, avi, atum, a. 1. prima significatione videtur esse idem quod *confundo*, misceo, vel ejus frequentativum. Nam a *fundo* est *futo, futilis*, et *futum*, genus vasis aquarii. Igitur a *futo* fit *confuto*: quod *Non.* c. 4. n. 47. exponit, commovere: *h. e.* permiscendo commovere: quod est confundere. *Titinn. ibid. et* cap. 2. n. 142. Cocus magnum ahenum, quando fervit, paula confutat trua. *h. e.* ne humor fervens exundet, miscet, confunditque leviter, ejusque fervorem compescit. ¶ Hinc factum est, ut ponatur etiam pro compescere, reprimere, quia (inquit *Voss.*) sicut *futo* fervens aqua, ita oratione compescuntur adversarii: *to confute, reprove, repress, restrain, check, mitigate, allay*, refellere, compescere, reprimere, ἀνασκευάζω, ἀντιλέγω. *Plaut. Trucul.* 2. 3. 28. Ego istos, qui nunc me culpant, confutaverim. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 5. Confutare argumenta Stoicorum. *Gell.* l. 5. c. 10. *extr.* Aliquem suo sibi argumento confutare. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 31. Epicurus maximis doloribus affectus, eos ipsos inventorum suorum memoria et recordatione confutat. *Terent. Heaut.* 5. 1. 76. Hic, ita ut liberos est æquum, dictis confutabitur: sed Syrum, si vivo, ita exornatum dabo, ut &c. *Id. Phorm.* 3. 1. 13. Confutavit verbis admodum iratum patrem. *Cic. in Partit.* c. 38. Confutare audaciam alicujus. *Tiro Tullius* apud *Gell.* l. 7. c. 3. Injuriis atque imperiosis minationibus aliquem confutare. *Cato ibid.* Ne quid adversi eveniat, quod nostras secundas res confutet. *Al. leg.* confricet. *In lemmate* cap. 16. lib. 7. *Gellii.* Confutare versibus delicatorum hominum luxuriantem gulam. *Apul. sub init* l. 11. *Metam.* Palla nigerrima splendescens atro nitore meum confutabat obtutum. *h. e.* perstringebat, et retundebat aciem oculi mei. ¶ Idem *Nonius* c. 2. n. 142. interpretatur confundere vel committere (quæ interpretatio cum illa altera valde congruit.) *Varr. ibid.* Harum ædium summa atria confutabant architectones. ¶ Inter *confutare*, et *refutare* hoc statuit discrimen *Donat. ad loc. cit. Terent. Phorm.* quod illud ad personas referatur, hoc ad res: sed ex allatis exemplis satis apparet non esse perpetuum.

CONFUTŬO, is, idem quod futuo. *Catull.* carm. 38. *ad Contubern.* v. 3.

CONFUTŪRUS, a, um, a *con*, et *futurus*. *Plaut. Mil.* 3. 3. 66. Confido confuturum. *h. e.* confore.

[* CONGARRIO, is, ire, n. 3. sæpius blatero, obloquor. *Antonin. Imperat. apud Fronton.* ep. 12. Fronto iste nullum verbum prius, neque frequentius congarrit, quam hoc *da.*]

CONGAUDĔO, es, n. 2. idem quod gaudeo, vel simul gaudeo, συγχαίρω. *Tertull. advers. Gnost.* c. 13. *ex D. Paulo.* Gaudeo, et congaudeo omnibus vobis: perinde et vos gaudete, et congaudete mihi. *Paulin. Petrocor.* l. 2. v. 665. Pressit in absentem congaudens oscula dextram.

CONGELASCO, is, n. 3. *to congeal, freeze*, ἐκπήγνυμαι, idem quod gelasco. *Gell.* l. 17. c. 8. Solere oleum congelascere. *et mox.* Vina rarenter congelascant.

CONGELATĬO, onis, f. *a congealing, freezing*, ἔκπηξις, actus congelandi, gelatio. *Plin.* l. 31. c. 3. Minui certe liquorem omnem congelatione deprehenditur. *Colum.* l. 4. c. 8. Brumæ congelationes.

CONGELĀTUS, a, um, *frozen, congealed*, πηκτός, gelu adstrictus. *Varr. R. R.* l. 1. c. 2. Mare congelatum. *Vitruvius* l. 8. c. 3. Lacus ita salsi, ut habeant insuper se salem congelatum. *Colum.* l. 3. c. 12. Congelatæ radices. *Martial.* l. 11. epigr. 99. Nec congelati gutta proderit nasi.

CONGELĬDUS, a, um, adject. Congelida aqua legitur a quibusdam apud *Cels.* l. 4. c. 24. ubi plerique libri habent *egelida*, quidam etiam *calida*.

CONGĔLO, as, avi, atum, a. 1. *to congeal, freeze*, ἐκπήγνυμι, frigore adstringo, induro, concrescere facio. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 577. pectora nautis Congelat hiberni vultus Jovis. *Plin.* l. 18. c. 28. *sub fin.* Luna cadentes pruinas congelat. *Colum.* l. 7. c. 8. Congelare lac. *to curdle.* ¶ Et passive *Id.* l. 1. c. 6. Oleum si congelatur, frascescet. ¶ Urbane et jlocaliter *Martial.* l. 14. epigr. 147. Stragula purpureis lucent villosa tapetis: Quid prodest si te congelat uxor anus? ¶ Ponitur et generatim pro indurare, *to grow thick or hard. Scribon. Larg. compos. ult.* Ubi se congelaverit adeps. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 61. in lapidem rictus serpentis apertos Congelat. ¶ Neutrorum more pro concrescere, *to be frozen or congealed; to grow hard. Id. ibid.* l. 15. v. 414. quidquid vesica remisit, Vertitur in lapides, et congelat aere tacto. *Id.* 3. *Trist.* eleg. 10. v. 29. Cæruleos ventis latices durantibus, Ister Congelat. ¶ Translate *Cic.* l. 2. *Fam.* ep. 13. *ad fin.* Congelasse amicum nostrum lætabar otio. *to grow torpid or stiff with having nothing to do.*

CONGEMINATĬO, onis, f. idem ac geminatio, duplicatio. Pro amplexu poni videtur in illo *Plaut. Pœn.* 5. 5. 18. Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio?

CONGEMINĀTUS, a, um, *doubled*, geminatus. *Apul. de dogm. Plat.* Numeri, et modi congeminati.

CONGEMĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to double, redouble*, διπλόω, idem ac gemino, duplico, itero. *Plaut. Amph.* 2. 2. 153. Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperi Sosiam: Nunc si pateram patera peperit, omnes congeminavimus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 696. Tum validam perque arma viro, perque ossa securim, Altior assurgens, oranti et multa precanti Congeminat. *h. e.* securis ictus iterat. *repeats his blows. Id.* 12. *Æn.* v. 714. crebros ensibus ictus Congeminant. *lay on, deal repeatedly. Sil.* l. 16. v. 267. fremitu suspiria rauco Congeminat. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 512. Victores contra patrium pæana Geloni Congeminant.

CONGEMISCO, is, n. 3. *to groan or sigh together, lament, bewail*, idem quod congemo. *Augustin.* l. 6. *Confess.* c. 7. Congemiscebamus in iis, qui &c. *Tertull. de Spectac.* c. *ult.* In imis tenebris congemiscentes. Adde *Prudent.* περὶ στεφ. 3. v. 411. *de S. Laurent.*

CONGĔMO, is, ui, n. 3. *to groan, groan loudly or together*, συστενάζω, idem quod gemo, vel simul, aut valde gemo. *Cic. pro Mur.* c. 25. *ad fin.* Congemuit Senatus frequens. *Sueton. in Tiber.* c. 23. Inchoata allocutione, de repente, velut impar dolori, congemuit. ¶ Cum accus. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 12. positumque feretro congemuere. *Lucret.* l. 3. v. 948. Quid mortem congemis ac fles? *to wail, lament, bewail.* ¶ Translate *Virg.* 2. *Æn.* v. 630. *de arbore excisa.* Vulneribus donec paulatim evicta, supremum Congemuit.

CONGĔNER, ris, adject. ejusdem, vel similis generis, *of one stock or kindred, of the same kind, homogeneous*, συγγενής, ὁμογενής. *Plin.* l. 15. c. 24. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni.

CONGĔNER, i, m. σύγγαμβρος, generi in affinitate socius. Congeneri dicuntur duo, pluresve generi respectu unius soceri. *Symmach.* l. 8. ep. 40. Supremis congeneri interesse. *Al. leg.* generi.

CONGENERĀTUS, a, um, *generated at the same time, produced at the same birth*, simul generatus. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. *post med.* Porci congenerati. *h. e.* eodem partu editi. *Id.* l. 9. *L. L.* c. 3. Verba congenerata. *h. e.* quæ habent eandem originem. *kindred, from the same stock.* Adde *Colum.* l. 7. c. 3. *circa med.*

CONGENĔRO, as, a. 1. simul genero. Translate ponitur pro adjungere, associare, ut *Non.* c. 2. n. 121. interpretatur locum *Accii in Fidicinis.*

CONGENĬTUS, a, um, *begotten together, congenial*, συμ[†-πε-]φυτευμένος, [† ὁμογενής,] simul genitus. *Plin.* l. 11. c. 39. Pili congeniti maturius defluunt, agnati celerius crescunt. *Id.* l. 16. c. 2. Roborum vastitas intacta ævis, et congenita mundo.

CONGENŬCLO, as, n. 1. *to fall on the knees*, genua flecto, vel in genua procido: a *con*, et *geniculo* per syncopen. *Cœlius* apud *Non.* c. 2. n. 156. Ipse regis eminus equo ferit pectus advorsum: congenuclat percussus: dejecit dominum.

CONGENULĀTUS, a, um, *fallen down on his knees*, qui genu replicato cecidit. *Sisenn.* apud *Non.* c. 1. n. 283. Multis plagis adversis icti, et congenulati, Romanis præcipitatis, ipsi supra voluti in caput. ¶ Fortasse legendum est *congenuclatus* a *congenuclo.*

CONGENŬO, as, a. 1. genua conjungo. *Novius* apud *Non.* c. 7. n. 49. Mammas teneas, pedes extollas, congenules, suavies.

CONGER, gri, m. *a conger, conger-eel, sea-eel*, κόγγρος, piscis marinus longi corporis, anguillæ similis. *Plaut. Mil.* 3. 1. 165. Probus hic conger frigidus. et *Pers.* 1. 3. 29. Ut muræna et conger ne calefierent. Adde *Terent. Adelph.* 3. 4. 13. ¶ Negat *Charis.* l. 1. pag. 12. *Putsch.* in recto casu *conger* dici, et solummodo *congrus* agnoscit. Docet enim Græca nomina in γρος, τρος, δρος, κρος Latine in *er* desinere, exceptis *Codrus*, et *congrus*. Atqui præter *Plautum*, *Ovid.* quoque *in Halieut.* v. 115. et *Plin.* l. 9. c. 16. et 20. *et postrem.* in recto *conger* usurparunt. Habeat ergo sibi *Charis.* placitum suum.

CONGERĬA, æ, f. idem quod congeries. Usurpatur a *Jul. Frontin. de Colon.* pag. 11. 119. et 125. *Goesii*, et ab *Innocent. de casis litt. ibid.* pag. 224. sed iis etiam relinquenda.

CONGERĬES, iei, f. *a mass, heap, pile, hoard*, συμφόρημα, συναθροισμός, res multæ in unum congestæ. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 235. Congeries silvæ. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 511. cadaverum. *a heap of slain. Plin.* l. 16. c. 11. struis. *h. e.*

lignorum, *a bundle, pile. Id.* l. 18. c. 31. Construere congeriem lapidum. *a heap.* et l. 8. c. 36. ramorum et fruticum. *Id.* l. 13. c. 15. Densa grani congeries. *Lucan.* l. 8. v. 868. pulveris. *Gell.* l. 2. c. 6. *extr.* Alta congeries sordium squalor appellatur. ¶ Absolute de cumulo lignorum. *Quintil.* l. 5. c. 13. Flamma, quæ magna congerie convaluerat. ¶ Dicitur eleganter de massa confusa rerum omnium durante Chao. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 32. et *Claudian.* l. 2. *in I. Consul. Stilich.* v. 10. ¶ Translate *Lucan.* l. 5. v. 177. venit ætas omnis in unam congeriem. ¶ Est etiam schema oratorium, quod fit, cum multæ sententiæ, aut rationes in unum congeruntur: et pertinet ad amplificationem. *Quintil.* l. 8. c. 4. *ad fin.* ubi docet *συναθροισμὸν* vocari. Hujus exemplum esto illud *Terent. Heaut.* 2. 1. 15. Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis.

CONGERMANESCO, is, n. 3. *to bud together, grow up or be associated together,* coalescere, conjungi, consociari, germanorum fratrum more. *Claud. Quadrig.* apud *Non.* c. 2. n. 167. Ut vos cum illis congermanescere, sciatur. *Al. leg. congerminascere* eod. sensu. *Apul.* l. 2. *Metam.* In parilitatem amoris congermanescens mecum.

CONGERMINĀLIS, le, ejusdem germinis. *Augustin. de Civit. Dei,* l. 5. c. 7. Spicas ceteris coævas, atque, ut ita dixerim, congerminales.

CONGERMINĀTUS, a, um, qui simul crevit: et translate conjunctus, consociatus. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 167. Postea cum his una rempubl. conjuncti et congerminati tenuere. *Al. leg.* congermani.

CONGERMĬNO, as, n. 1. *to bud, διαβλαστάνω,* idem quod germino, vel simul germino. *Gell.* l. 20. c. 8. Cæpe revirescit, et congerminat decedente luna.

CONGĔRO, is, essi, estum, a. 3. *to carry or bring together, heap or pile up, amass, hoard, accumulate, collect, συναθροίζω, συμφορέω,* comporto, coacervo, accumulo, congrego: a *con,* et *gero. Nepos in Themist.* c. 6. Undique quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. *Lucret.* l. 3. v. 1023. Congerere laticem in vas pertusum. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 34. cibos in alvum. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 15. aggerem ex materia. *Cic.* 1. *de Div.* c. 36. Midæ dormienti formicæ in os tritici grana congesserunt. *Id. pro Planc.* c. 10. *ad fin.* Congerere viaticum. *Terent. Eun.* 2. 3. 18. ad aliquem penum in cellulam. *Plin.* l. 33. c. 1. *post med.* Tres anulos uni minimo digito congerere. *to crowd. Id. ibid.* c. 10. Congerere opes. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 307. Congerere ictus alicui. *to heap or lay. Phædr. in fi.* l. 3. plagas mortuo. *Plin.* l. 9. c. 6. Congerere lanceas. *h. e.* simul jacere. *to hurl.* Sic *Senec. in Œdip,* v. 871. Congerere saxa in caput alicujus. *to throw. Virg.* 6. *Æn.* v. 177. aramque sepulcri Congerere arboribus, cæloque educere certant. *h. e.* pyram construere. *to rear the funeral pile.* ¶ Absolute *Martial.* l. 8. epigr. 44. Rape, congere, aufer, posside: relinquendum est. *h. e.* opes accumula. *Virg. Ecl.* 3. v. 69. notavi Ipse locum, aeriæ quo congessere palumbes. *h. e.* nidificavere. *have made their nests.* ¶ Translate *Cic. in Bruto, c. ult.* Ut te eripias ex ea, quam ego congessi in hunc sermonem, turba patronorum. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 40. Congerantur in unum omnia, ut idem oculis et auribus captus sit. *Id. pro Mil.* c. 24. Congerere crimina in aliquem. *Id. Phil.* 3. c. 6. maledicta. *Id. pro Deiot.* c. 12. Pompeius, in quem cum dii, atque homines omnia ornamenta congessissent, &c. *Sueton. in Aug.* c. 98. Puteolanum sinum prætervehenti vectores fausta omina et eximias laudes congesserant. *Senec. de clem.* l. 1. c. 14. Ambitiosæ majestati, quidquid potuimus titulorum, congessimus. *Liv.* l. 3. c. 38. Congerere in aliquem causas vastati agri, et periculorum imminentium. *h. e.* conferre, *to lay the blame on. Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 113. Congerere oscula. *Martial.* l. 10. epigr. 68. *ζωὴ, καὶ ψυχὴ* congerere. *h. e.* iterare, repetere, sæpe dicere. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 10. Apicius sestertium millies in culinam congessit. *h. e.* impendit, absumpsit.

CONGĔRO, onis, m. qui congerit. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 6. Ut simitu adveniunt ad scorta congerones, &c. *h. e.* fures, nempe qui ad se congregant, et asportant, ut *Fulgent. Planc. de prisco serm.* n. 51. interpretatur. Simili ratione *foras-gerones* dixit *Id. Plaut. ibid.* 2. 7. 1. ¶ Sunt qui legunt *congerrones.* V.

CONGERRO, onis, et Congerra, æ, m. *a pleasing or merry companion; a droll,* ineptus, levis: a *γέῤῥα,* quod significat cratem, seu scutum vimineum. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. *a med.* Congerro a gerra, et Græcum est: et in Latina cratis. V. *Cerrones.* Sunt itaque *congerrones* sodales familiariter conviventes, et nugis ineptiisque tempus simul terentes, collusores. *Plaut. Pers.* 1. 3. 9. Jam pol ille hic aderit, credo, congerro meus. *Id. Mostell.* 3. 3. 27. Nunc ego me illa per posticum ad congerrones conferam. *Lucil.* apud *Fest. in Tapullam.* Tapullam rident legem congerræ opimi. Al. leg. *congeræ* ex consuetudine Veterum non geminandi consonantes: alii *concerræ,* vel *conceræ:* alii *concænæ, σύνδειπνοι.* Ceterum etiam in *Sodalis* idem *Fest.* hac positione *congerra* agnoscit.

CONGESTE, et Congestim, adverb. *in heaps,* coacervatim, per congeriem, *h. e.* multis rebus in unum congestis, *σωρηδόν. Apul. in Apolog.* Pleraque in litoribus omnibus congestim, et acervatim jacent. ¶ Translate *Capitolin. in Anton. Philos.* c. 19. *extr.* Et quidem hæc breviter et congeste. *summarily, briefly, succinctly.*

CONGESTIO, onis, f. *a heaping together,* actus congerendi, comportatio, *συμφόρησις. Vitruv.* l. 6. c. 11. Infinita vitia solet facere terræ congestio. *Pallad. in Mart.* tit. 1. *ad fin.* Infra terram effossæ viti surculos inserunt, et beneficio congestionis accumulant. et lib. 1. tit. 33. Stercorum congestio. ¶ Item ipsæ res, quæ congeruntur, congeries, *a heap, pile. Jabolen. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 57. Non ipsa congestio, sed humor ex ea congestione postea damno fuit. ¶ Translate *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 15. *ad fin.* Illam vero enumerationis congestionem apud Homerum Maro admiratus ita expressit, &c. *Mamert. in gratiar. act. ad Julian.* c. 22. Honorum congestio.

CONGESTITIUS, et Congesticius, a, um, *cast up in heaps, raised, heaped or piled up,* congerendo acervatus, *συμφορητός. Colum.* l. 2. c. 10. *et Pallad. in Septembr.* tit. 7. *et in Octobr.* tit. 11. Sesama pinguibus arenis, vel congestitia humo proveniunt. *h. e.* comportata et soluta, non pressa et solida. *Vitruv.* l. et cap. 3. Si solidum non invenietur, sed locus erit congestitius, aut paluster, &c. *ground laid on heaps, loose or broken ground.*

CONGESTUS, us, m. *a heaping or gathering together,* idem quod congestio, comportatio. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 32. Herbam autem asperam exstitisse credo, avium congestu, non humano satu. *Tacit.* 2. *Histor.* c. 87. Nec coloniæ modo congestu copiarum, sed ipsi cultores arvaque vastantur. ¶ Item cumulus, congeries rerum acervatarum, *a heap, συμφόρημα. Lucret.* l. 6. v. 724. Uti possit magnus congestus arenæ Fluctibus adversis oppilare ostia contra. *a shelf or bank of sand. Tacit.* 1. *Hist.* c. 84. Congestu lapidum non stat urbs. *Colum.* l. 9. c. 14. *post med.* Congestu culmorum et frondium supertegere. ¶ Translate *Quintil. in præfat.* l. 6. Sic in dicendo quamlibet abundans rerum copia cumulum tantum habeat atque congestum, nisi &c. *Senec. de consol. ad Polyb.* c. 26. Tantus rerum ex orbe toto coeuntium congestus. *such a multitude of business.*

CONGESTUS, a, um, *carried together, heaped or piled together, heaped up, cast in a heap, amassed, accumulated, συναθροιζόμενος,* comportatus, coacervatus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 31. Tritici grana in os pueri Midæ congesta. *Virg.* 6. *Æn.* v. 224. congesta cremantur Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo. *Id.* 2. *Georg.* v. 156. Congesta oppida. *h. e.* ædificata, constructa. *Serv. Id.* 4. *Georg.* v. 243. lucifugis congesta cubilia blattis. *h. e.* plena. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 70. congestis undique saccis Indormis inhians. *Plin.* l. 11. c. 10. *extr.* Excrementa congesta in unum locum. *Id.* l. 2. c. 85. Echinades insulæ ab Acheloo amne congestæ, majorque pars Ægyptia Nilo. *Sueton. in Ner.* c. 19. Rastello humum effodit, et corbulæ congestam humeris extulit. ¶ Translate *Quintil.* l. 12. c. 6. *sub fin.* Laboratam congestamque dierum ac noctium studio actionem aqua deficit. *h. e.* orationem ex variis rebus, argumentis sententiisque confectam, et quasi exaggeratam. *Claudian. initio* l. 1. *de raptu Proserp.* Inferni raptoris equos, &c. audaci prodere cantu Mens congesta jubet. *h. e.* in se collecta, et in hoc argumentum intenta tantummodo, omni alia cogitatione deposita: vel plena, conferta, et quasi gravida rebus ad hoc argumentum pertinentibus. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 112. spes omnis in unum Te mea congesta est. *Al. leg.* conjecta. ¶ Comparativum est apud *Auson. in Mosell.* v. 132. Gobio non major geminis sine pollice palmis, Præpinguis, teres, ovipara, congestior alvo. *h. e.* crassior, plenior.

CONGIĀLIS, et le, *holding a* congius *or gallon,* qui congium capit. *Plaut. Aulul.* 4. 2. 15. Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. *Vitruv.* l. 10. c. 9. Situli ærei congiales.

CONGIARĬUM, ii, n. *a vessel holding a* congius, vas, quod congium capit. Unde *Paulus JCtus* in cauponariæ tabernæ instrumento *congiaria* enumerat, *Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 13. ¶ Est etiam liberalitatis nomen, ut *Quintil.* l. 6. c. 3. docet. Quare *congiarii* nomine dictum est quod antiquitus in Romana republica distribuebatur in populum, v. g. tot congii vini, aut olei, &c. *δόσις. a largess or dole given by the Emperors to the Roman people, in wine, oil,* &c. *a congiary. Liv.* l. 25. c. 2. Ludi Romani magnifice facti, et congii olei in vicos singulos dati. *Plin.* l. et cap. 14. Lucullus millia cadum in congiarium divisit amplius centum. *Id.* l. 31. c. 7. Ancus Marcius rex salis modios sex mille in congiario dedit populo. ¶ Deinde translatum est etiam ad distributiones pecuniæ populo factas. *a gratuity of money given to the people. Sueton. in Aug.* c. 41. Congiaria populo frequenter dedit, sed diversæ fere summæ, modo quadringenos, modo tricenos, nonnunquam ducenos quinquagenosque numos. *Id. in Tib.* c. 20. Populo congiarium trecenos numos viritim dedit. ¶ Fere dicitur de donis populi, cum *donativum* ad milites pertineat. *Sueton. in Ner.* c. 7. Populo congiarium, militi donativum proposuit. *Plin. in Paneg.* c. 25. Datum congiarium populo, et datum totum, cum donativi partem milites accepissent. Adde cap. 41. et *Tacit.* l. 12. *Ann.* c. 41. et lib. 14. c. 11. ¶ Nihilominus hoc discrimen non est perpetuum [† nam et dona *militibus* data congiaria dicta sunt]. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 8. Legiones Macedonicæ congiarium ab Antonio accipere noluerunt. *Curt.* l. 6. c. 2. Duodecim millia talentum in congiarium absumpta sunt. ¶ Multa habuisse congiaria, apud *Liv.* l. 37. c. 57. *a med.* dicitur is, qui multoties congiarium populo dedit. ¶ Dicitur etiam *congiarium,* quod privatim amicis datur a Principe. *Quintil. loc. sup. cit.* Fab. Maximus incusans Augusti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem, heminaria esse, dixit. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 1. *extrem.* Plancus magno congiario donatus a Cæsare. *Senec. de brevit. vitæ,* cap. 8. Annua congiaria homines clarissimi accipiunt. *pensions. Id.* 2. *de Benef.* c. 16. *de Alexandro M.* Et te in tantum fortuna sustulerit, ut congiaria tua urbes sint. *Sueton. in Vespas.* c. 18. Colossi refectorem insigni congiario, magnaque mercede donavit. *with a rich present, and a large sum of money.* ¶ Translate *Id. de consol. ad Marc.* c. 22. Sejanus patrem tuum clienti suo Satrio Secundo congiarium dedit. *h. e.* vitam, et res patris tui condonavit, quasi congiarii loco.

CONGIARĬUS, a, um, adject. ad congium pertinens. *Congiarius cadus,* congium capiens, *holding a* congius, *χοαῖος. Plin.* l. et cap. 14. Millia cadorum congiariorum divisit amplius centum. Al. leg. *cadum in congiarium.*

CONGILIS. V. *Gongylis.*

CONGĬUS, ii, m. *a measure of liquids containing six* sextarii (*a little more than an English gallon*); *a* congius, *χοεὺς, έως, χοῦς, οός,* mensura liquidorum continens sextarios sex, uti *Rhemn. Fann. de ponderib. et mens.* v. 70. docet: heminas autem duodecim, ut ex *Catone de R. R.* c. 57. colligi videtur. Erat autem pars octava amphoræ: et vino, aut aqua plenus pendebat libras decem, ut ex *Festo in Publica pondera* colligitur. Ejus figuram habes apud *Fabrett.* c. 7. pag. 526. *Liv.* l. 25. c. 2. Congii olei in vicos singulos dati. *Plin.* l. 14. c. 9. Quinque congiis austeri musti, congio mellis, et salis cyatho suffervefactis. *Id.* l. 17. c. 28. Amurcæ congios duos decoquere. *Id.* l. 16. c. 11. Resinæ albæ congius. *Id.* l. 14. c. *ult.* Novellius Torquatus pervenit ad proconsulatum, tribus congiis epotis uno impetu, spectante miraculi gratia Tiberio. ¶ Tum in *Gloss. vet.* tum apud *Isid.* l. 16. *Orig.* c. 25. legitur *congium* neutro genere, sed nullo præterea Latino idoneo Scriptore confirmatur.

CONGLACIĀTUS, a, um, *frozen, turned to ice, congealed, ἐκπηχθεὶς,* glacie concretus. *Plin.* l. 2. c. 60. Grandinem conglaciato imbre gigni.

CONGLACĬO, as, avi, atum, n. 1. *to freeze, turn to ice, conglaciate, ἐκπήγνυμαι,* glacie adstringor. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Aqua neque conglaciaret frigoribus, neque nive, pruinave concresceret. ¶ Translate *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 6. Curioni nostro tribunatus conglaciat. *h. e.* iners, otiosus est. *Cellar. to grow torpid or inactive; to do nothing, or nothing considerable.* ¶ Passive *Albinovan.* eleg. 2. v. 101. Conglaciantur aquæ: scopulis se condit hirundo.

CONGLISCO, is, n. 3. *to be kindled or lighted up, to brighten, become illustrious,* idem quod glisco, cresco. *Plaut. Trinum.* 2. 52. Genus qui congliscat tuum.

CONGLOBĀTIM, adverb. per globos. Adstruunt Lexicographi plerique ex *Liv.* l. 25. sed ibi certe non habetur.

CONGLOBATĬO, onis, f. *a gathering round, or coming together, like a ball, σύστημα,* adunatio in modum globi, vel plurium globorum conjunctio. *Senec.* l. 1. *quæst. natur.* c. 15. Multa conglobatione ignium se conjungens illorum orbis, aliquanto matutini amplitudinem solis exsuperat. *Tacit. de German.* c. 7. Non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiæ et propinquitates.

CONGLOBĀTUS, a, um, *gathered round together, gathered into a round form, conglobate, συγκεκαμμένος,* in modum globi convolutus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. Terra solida, et globosa, et undique ipsa in se se nutibus suis conglobata. *Id.* 4. *Acad.* c. 37. Conglobata figura. *Plin.* l. 23. c. 2. Conglobatus sanguis. *Id.* l. 10. c. 64. Homo in semet conglobatus. *cowering down, cringing close.* ¶ Divisum per tmesim *Lucret.* l. 2. v. 153. Sed complexa meant inter se, conque globata. ¶ Translate *Liv.* l. 25. c. 15. Ibi proditores conglobati, ubi Romanos fusos viderunt, conclamant, instare Pœnum. *h. e.* catervatim conjuncti. *collected or crowded together. Tacit. Ann.* 13. c. 39. Milites in testudinem conglobati. *Sallust.* orat. 1. *ad Cæs. de republ. ordin. post med.* Neque cunctæ gentes conglobatæ movere, aut contundere queunt hoc imperium. *Cic. in Partit.* c. 16. Maximeque definitiones valent conglobatæ. *h. e.* coacervatæ. *accumulated.*

CONGLŎBO, as, a. 1. *to gather into a round body or lump, conglobate, collect, crowd together, conglobe, συγκαμπτω, συναθροίζω,* in modum globi conjungo, conglomero, colligo. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 45. Mare, cum supra terram sit, conglobatur undique æquabiliter, neque redundat unquam, neque effunditur. *Plin.* l. 2. c. 49. Prester late funditur flatu, fulmen conglobatur impetu. *Apul. de Mundo.* Venti in crassam nubium speciem conglobantur. ¶ Translate *Liv.* l. 8. c. 11. Milites multis itineribus dissipati, cum se in unum conglobassent, &c. *had rallied into companies,* &c. *Sallust. in Jug.* c. 102. Catervatim, ut quosque fors conglobaverat, in nostros incurrunt. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 32. Miles se in templo conglobaverat.

CONGLOMERATĬO, onis, f. *conglomeration*, actus conglomerandi, globus, caterva, turba. *Justinian. Cod.* lib. 12. tit. 19. leg. 13. Donec exeuntibus singulis ac recedentibus, recedere possit vetita conglomeratio.

CONGLOMERĀTUS, a, um, *conglobate, conglomerate*, conglobatus. *Cels. l.* 7. c. 18. *ad fin.* Venæ intortæ et conglomeratæ.

CONGLOMĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to wind up, form into a clue or ball, conglomerate*, in modum glomeris involvo, *σφαιρόω, τολυπεύω*. *Lucret. l.* 3. v. 210. Quam tenui constet textura, quamque loco se Contineat parvo, si posset conglomerari. ¶ Translate est cumulare, superaddere. *to heap, accumulate. Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 166. Heu mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala.

CONGLORIFĬCO, as, a. 1. *to glorify*, gloriosum reddo. *Tertull. de resurr. carn. ex epist. ad Rom.* c. 8. Compatimur, uti et conglorificemur. *Imp. Justinian.* lib. 1. *Cod.* tit. 1. leg. 4. Christus coadorandus, et conglorificandus.

CONGLUTINATĬO, onis, f. *a gluing together, soldering, cementing, συγκόλλησις*, actus conglutinandi, glutinatio. *Cic. de Senect.* c. 20. Omnis conglutinatio recens, ægre; inveterata facile dissolvitur. ¶ Translate *Id. in Orat.* c. 23. Circuitus conglutinatioque verborum. *a joining or closing together.*

CONGLUTINĀTUS, a, um, adject. *glued together, cemented, soldered, συγκολληθεὶς, κολλήεις*, glutine compactus. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 50. *a med.* Perscripti libri nondum malleati, vel ornati continebuntur: proinde et nondum conglutinati. ¶ Translate conjunctus, copulatus. *joined together. Cic. Attic. l.* 1. ep. 17. *ad fin.* Concordia conglutinata. *Id. Phil.* 3. c. 11. Quid est in Antonio præter libidinem, crudelitatem, petulantiam, audaciam? Ex his totus conglutinatus est. *made up, moulded, composed. Apul. l.* 9. *Metam.* Servus affixus atque conglutinatus dominæ. *always at his mistress's side.*

CONGLUTĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to glue together, solder, cement, συγκολλάω*, glutine conjungo. *Vitruv. l.* 7. c. 4. *circa med.* Calx utrasque res inter se conglutinat. ¶ Dicitur et de contrahendis, inducendisque cicatricibus. *Plin. l.* 27. c. 6. *extr.* Vulneribus sanandis tanta præstantia est, ut carnes quoque, dum coquuntur, conglutinet. *Id. l.* 30. c. 12. Vermes terreni vulnera recentia conglutinant. *to conglutinate, reunite, heal.* ¶ Conglutinare libros, V. in voce præced. ¶ Translate *Cic. de Senect.* c. 20. Hominem eadem optime, quæ conglutinavit, natura dissolvit. *Id. Fam.* 11. ep. 27. Vitæ dissimilitudo non est passa, voluntates nostras consuetudine conglutinari. *Id.* 7. *Attic.* ep. 8. et *de Amic.* c. 9. Conglutinare amicitias. *Terent. Andr.* 5. 4. 10. Meretricios amores nuptiis conglutinare. *to cement, confirm. Plaut. Bacch.* 4. 4. 42. Compara, fabricare, finge quod lubet, conglutina, Ut senem hodie doctum docte fallas. *h. e.* compone, confinge.

CONGLUTINŌSUS, a, um, *glutinous, gluy, viscous, tenacious, κολλώδης*, glutinis instar viscosus ac tenax. *Veget. l.* 1. *Rei Veterin.* c. 40. Pars humoris fit conglutinosa in præcordiis.

CONGRĂDUS, a, um, *keeping pace with*, qui in eodem est gradu, vel qui pari passu procedit. *Avien. in Arat.* v. 1239. Sidera labenti congrada soli.

CONGRÆCO, as, n. 1. *to make merry, make good cheer, drink together like the Greeks, carouse, κωμάζω*, idem quod græcor, aris, luxui me dedo Græcorum more. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 91. Pollicetur se daturum aurum mihi, quod dem scortis, quodque in lustris comedim, et congræcem, pater.

CONGRATULATĬO, onis, f. *a congratulating, greeting, wishing joy to; congratulation*, idem ac gratulatio. *Cic. ad Brut.* ep. 3. Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatioque me commovit. *Al. leg.* gratulatio. *Valer. Max. l.* 9. c. 3. n. 5. Congratulationem ejus in Torquato spernendam credidit.

CONGRATŬLOR, aris, atus sum, dep. 1. *to congratulate, rejoice with, wish joy to*, idem quod gratulor: sed rarioris usus. *Cic. pro Marcell.* c. 6. Plerumque felicitati tuæ congratulabere. *Al. leg.* gratulabere. *Id. pro Sext.* c. 8. *extr.* Mihi homines præcipue congratulabantur. *Al. leg.* gratulabantur. *Id. pro Planc.* c. 27. Si mihi tum essent omnes congratulati. *Plaut. Men.* 1. 2. 20. Congratulantes, quia pugnavi fortiter. *Gell. l.* 12. c. 1. Complexus hominem, congratulatusque assedit.

CONGREDĬO, is, n. 3. pro congredior. *Plaut. Epid.* 4. 1. 16. Quid si adeam? *Pe.* haud scio an congredias, si hæc ea est. Ita *Nonius* legit c. 7. n. 42. sed libri habent *congrediar*

CONGREDĬOR, eris, essus sum, dep. 3. *to move or go together, συμβαίνω, συνέρχομαι*, una gradior, simul incedo. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 40. Luna tum congrediens cum sole, tum digrediens. ¶ Item convenio, coeo, accedo ad aliquem visendi, aut colloquendi causa, *to go up to, meet, accost, address, speak to, converse with. Cic. in Pison.* c. 25. Si ipse coram congredi poteris, meditare, &c. *Id. Attic. l.* 15. ep. 27. Te consolata est spes, brevi tempore congrediendi. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 96. Nunc haud scio an colloquar: congrediar. Heus Theuropides. *I'll go up to him. Cic. Attic. l.* 8. ep. 15. Nec illos congressuros, nec, si congressi essent, Pompeium ad ullam conditionem accessurum putabam. *Brut. ad Cicer.* ep. 6. Filius tuus a me abest: in Macedonia congrediemur. *Plaut. Epid.* 4. 1. 19. Sin ea est, quam incerto autumo, hanc congrediar astu. *Cic.* 2. *Attic. ep. pænult.* Insinuatus in familiaritatem adolescentis, et cum eo sæpe congressus. *having frequently an interview with.* ¶ Sæpe significat accedere ad aliquem pugnandi causa, *to join battle, fight, encounter, engage. Nepos in Annib.* c. 1. Quotiescumque cum eo congressus, semper discessit superior. *Cæs. l.* 7. *B. Gall.* c. 65. Congredi prœlio cum finitimis. *Cic. pro Ligar.* c. 3. *sub fin.* Contra ipsum Cæsarem est congressus armatus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 465. Nec pede congressos æquo, nec tela ferentes Insequitur. *Aurel. Vict. in Epit.* c. 40. Maxentius adversus Constantinum congreditur. *marches to attack. Id. de Cæsarib.* c. 42. Ipsi inter se acrioribus prœliis per triennium congressi. *Curt. l.* 6. c. 1. Congredi totis viribus. *to bring all his troops into action.* ¶ Cum dativo antiquorum more, ut ait *Servius* ad illud *Virg.* 1. *Æn.* v. 475. Infelix puer, atque impar congressus Achilli. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 75. perque acies aut Cygnum, aut Hectora quærens, Congreditur Cygno. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 39. *ante med.* Margum juxta Carinus Diocletiano congreditur. *Senec. in Agamemn.* v. 748. Te sequor nimium cito Congresso Achilli, Troade. ¶ Translate *Cic. in Top.* c. 29. Appelletur status, in quo primum insistit, quasi ad repugnandum congressa defensio. *Id. pro Mur.* c. 32. Remove, ac prætermitte auctoritatem: congredere mecum criminibus ipsi. ¶ Habet etiam locum in re forensi. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 9. leg. 1. Creditores scire, utrum habeant, cum quo congrediantur. ¶ Particip. *congrediendus* passivorum more, *Gell. l.* 1. c. 11. In congrediendis hostibus, atque in principiis prœliorum.

CONGREGABĬLIS, le, *sociable, easily brought together, apt or inclined to meet together, συναγελαστικὸς*, qui facile congregari potest, sociabilis. *Cic.* 1. *Offic. c. pænult.* Apum examina, cum congregabilia natura sint, fingunt favos.

[*CONGREGĀLIS, le, adject. idem ac congregabilis. *Terentian.* v. 1314. *de syllaba loquens.* Vinculum nam signat ista congregale dictio. *h. e.* fraternum; ita et apud *Charisium* pag. 2. *Putsch.* syllaba dicitur congregatio litterarum. Luzacius mallet legere *conjugale.*]

CONGREGĀTIM, adverb. *in crowds*, idem quod gregatim, conjunctim, simul. *Prudent. hymn. Jujunant.* v. 143. Cursant per ampla congregatim mœnia.

CONGREGATĬO, onis, f. *an assembling or gathering together; a congregation, assembly, society, company, crowd, συναγελασμὸς*, adunatio, conjunctio. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 20. Nos ad conjunctionem congregationemque hominum, et ad naturalem communitatem esse natos. ¶ Translate *Quintil. l.* 7. c. 1. Congregatio criminum accusantem adjuvat, separatio defendentem. *Id. l.* 6. c. 1. Peroratio est rerum repetitio et congregatio. *an uniting or putting together; a recapitulating.* Adde lib. 5. c. 7.

CONGREGATĪVUS, a, um, congregandi vim habens. *Priscian. l.* 15. pag. 1021. *Putsch.* Congregativa adverbia, ut simul, una, pariter.

CONGREGĀTOR, oris, m. *one who assembles or collects together*, qui congregat, *συναγωγεύς. Arnob. l.* 6. pag. 199. Cum sciret se horum omnium congregatorem atque vinctorem.

CONGREGĀTUS, a, um, *gathered or collected together, assembled, συναθροισθεὶς*, adunatus, collectus. *Cic. pro dom.* c. 33. Multitudo hominum ex servis conductis, ex facinorosis, ex egentibus congregata. et cap. 25. *extr.* Judicare potestis quanta vis illa fuerit oriens et congregata, cum hæc Pompeium terruerit jam distracta, et exstincta. *Id. parad.* 4. Fugitivorum ac latronum congregata unum in locum multitudo.

CONGRĔGO, as, avi, atum, a. 1. *to gather or collect together, assemble, συναγελάζω, συναθροίζω*, proprie significat in gregem cogere. *Plin. l.* 7. *in proœm. sub fin.* Cetera animantia congregari videmus, et stare contra dissimilia. *Id. l.* 6. c. 47. Congregare oves, ut cœtu juventur. *Id. l.* 10. c. 23. Ciconiæ abituræ congregantur in loco certo. *Id. l.* 8. c. 22. Lupum congregari cum ceteris. ¶ Universim pro colligere, cogere, conjungere. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 33. Dispersos homines unum in locum congregare. *Id. Phil.* 14. c. 6. Cives unum se in locum ad curiam congregabant. *Id.* 5. *de Fin.* c. 15. Homines libenter se cum æqualibus congregant. *Id. in Vatin.* c. 10. *extr.* Hominem ad conservandam rempubl. natum, in idem Verrii indicium, atque in eundem hunc numerum congregasti. *Senec.* epist. 62. Nec cum illis moror, quibus me tempus aliquod congregavit. *Plin. l.* 5. c. 8. Gamphasantes nudi, prœliorumque expertes, nulli externo congregantur. *Id. l.* 6. c. 26. Mesopotamiam vicatim dispersam Macedones in urbes congregavere. *reduced or collected into cities.* ¶ Translate *Quintil. l.* 10. c. 1. Congregare turbam vocabulorum. *Id. l.* 5. c. 12. Firmissimis argumentis singulis instandum, infirmiora congreganda sunt. *h. e.* simul congerenda, et coacervanda. ¶ Tmesi divisit *Lucret. l.* 6. v. 455. Inde ea comprendunt inter se, conque gregantur.

CONGRESSĬO, onis, f. *a coming together, meeting, σύνοδος, πρόσοδος*, actus congrediendi, congressus. *Cic. Q. Fr. l.* 1. ep. 3. Hoc malum minus acerbum fuit, quam fuisset cum congressio, tum vero digressio nostra. *Id. pro Cluent.* c. 14. Nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone, nemo convivio dignum judicabat. *Id. Phil.* 2. c. 18. *extr.* Prohibere aliquem non modo familiaritate, sed etiam congressione. *Id. in Top.* c. 15. Amori congressio causam attulit; amor flagitio. *Id.* 1. *Offic.* c. 37. Sermo versetur in congressionibus familiarium. *Lactant. l.* 6. c. 20. *a med.* ab uxoris congressione abstinere. *συνουσία.* ¶ Item collocutio, *an interview, conference. Id. Fam.* 7. ep. 10. *sub fin.* Una mehercule nostra vel severa, vel jocosa congressio pluris erit, quam &c. *Id. ep. seq.* Una mehercule collocutio nostra pluris erit, quam, &c. ¶ Item actus congrediendi pugnæ causa, conflictus, *a conflict, encounter, engagement, battle. Claud. Quadrig.* apud *Gell. l.* 9. c. 13. Ea congressio in ipso ponte, utroque exercitu spectante facta est. *Justin. l.* 31. c. 6. Prima belli congressione, cum cedentes suos rex cerneret, &c. *Id. l.* 22. c. 3. Prima illi cum Amilcare prœlii congressio fuit. *Id. l.* 4. c. *ult.* Prima congressione navalis certaminis Athenienses vincuntur.

CONGRESSUS, us, m. *a coming together, meeting, interview, opportunity of conversing with*, idem quod congressio, conventus. *Cic. pro Sext.* c. 52. Omnes aditum, sermonem, congressum tuum fugiunt. *Id. Phil.* 12. c. 11. Venire in congressum colloquiumque alicujus. *Id. in Orat.* c. 10. Congressus nostros, consuetudinem victus, doctissimos sermones requirens tuos. *Id. Attic. l.* 1. ep. 17. Sperabam fore, ut omnia placarentur inter vos, non modo sermone ac disputatione, sed conspectu ipso congressuque vestro. *Id. Attic. l.* 11. ep. 12. Si quis congressus fuerit mihi cum Cæsare. *Liv. l.* 7. c. 4. Urbe, domo, penatibus, foro, luce, congressu æqualium prohibitus. *from all intercourse with. Virg.* 5. *Æn.* v. 733. Petere congressus alicujus. ¶ De bestiis *Cic. l.* 2. *de nat. Deor.* c. 48. In quo admirandum est, congressu ne aliquo inter se, an jam inde ab ortu naturæ ipsæ congregatæ sint. Adde *Quintil. l.* 1. c. 2. (*al.* 3.) ¶ Pro conflictu, prœlio, *a conflict, encounter, contest, battle: Cic.* 2. *de Orat.* c. 78. In gladiatorio certamine ante congressum multa fiunt, quæ, &c. *Cæs. l.* 1. *B. Civ.* c. 46. Nostri in primo congressu circiter septuaginta ceciderunt. *in the first onset. Virg.* 12. *Æn.* v. 513. Tres uno congressu mittere neci. *in one attack. Valer. Flacc. l.* 6. v. 322. Congressu iniquo subire. ¶ Translate *Lucret. l.* 1. v. 1063. Esse alios alibi congressus materiai. *h. e.* conjunctiones, coagmentationes. Adde lib. 5. v. 68. ¶ Congressus feminarum, *συνουσία. Plin. l.* 12. cap. 14.

CONGRESSUS, a, um, particip. a congredior. *Lucret. l.* 1. v. 760. quare aut congressa peribunt, Aut ita diffugient, &c. *h. e.* accumulata, connexa. Adde lib. 2. v. 549. &c. ¶ Cum de pugna sermo est, *congressus* dicitur, qui cominus rem gerit, *engaging hand to hand, in close fight. Virg.* 12. *Æn.* v. 341. Jamque neci Sthenelumque dedit, Thamyrimque, Pholumque: Hunc congressus et hunc, illum eminus. *Tacit. Ann.* 2. c. 11. Pars congressi, quidam eminus proturbant.

CONGREX, egis, adject. *of the same flock*, qui est ejusdem gregis. *Apul. l.* 7. *Metam.* Equinis armentis me congregem pastor aliquando permisit. *Solin.* c. 2. (*al.* 8.) Diomedeæ aves congreges volitant. ¶ Translate *Vetus Glossa:* Ὁμόφυλος, tribulis, congrex, gentilis. *Auctor Pervig. Ven.* v. 42. Congreges inter catervas ire per saltus tuos. *Auson.* ep. 10. *ad Paul.* v. 20. cernimus Angustas fervere vias et congrege vulgo Nomen plateas perdere. *h. e.* multitudine congregata. *Prudent.* 2. *contra Symmach.* v. 634. quem congrege nexu Pax et Roma tenent. *h. e.* juncto, concordi. *Tertull. de pœnit. c. pænult.* Nullis comissationibus congreges. *h. e.* qui non intersunt, seu qui non congregantur comissandi causa.

CONGRĬO, onis, apud *Plaut. Aulul.* 2. 5. 2. et 9. 5. est nomen coqui a *congris* deductum.

CONGRŬE, adverb. *aptly, agreeably, congruously*, congruenter. *Martian. Capell. l.* 6. *ubi de posit. Terræ*, pag. 195. Quod utique, si congrue videtur assertum, &c. *Paul. sentent. l.* 2. tit. 3. Stipulatio est verborum conceptio, ad quam quis congrue interrogatus respondit.

CONGRŬENS, entis, *agreeing, correspondent, answerable, congruous, agreeable, suitable, fit, apt, proper, consistent, εὐαρμόζων*, qui congruit, conveniens, consentiens. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 59. Actio menti congruens esse debet. *Id. in Partit.* c. 15. Actio congruens et apta ad animos permovendos. *Id. de clar. Orat.* c. 31. Tubero vita severus, et congruens cum ea disciplina, quam colebat. *Id. Fam.* 9. ep. 24. Quibus litteris congruentes fuerunt aliæ postea multorum. *Id.* 1. *de Legib.* c. 13. Re congruentes, genere docendi differentes. et cap. 10. *extr.* Oratio verbis discrepans, sententiis congruens. *Sallust. Orat.* 2. *ad Cæs. de republ. ordin.* Multitudo nullo modo inter se congruens. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 4. Læta et congruentia exta. *Lactant. l.* 4. c. 26. Mortuorum corpora a morte revocavit. Quid congruentius Deo? *Plin. l.* 2. c. 79. Sidera meantia cum sole, aut congruentia. *h. e.* convenientia cum eo in aspectu. *Apul. in Apolog.* Congruentissima voce

acclamare. *h. e.* maxime concordi. Sic *Liv.* l. 30. c. 34. Congruens clamor a Romanis, eoque major et terribilior dissonæ illis voces. ¶ *Congruens est*, conveniens est. *Plin.* in *Paneg.* c. 38. *ad fin.* Cum Nerva sanxisset, ut &c. congruens erat, eandem immunitatem parentes obtinere. *Tertull. de Anim.* c. *ult.* Congruentissimum est, animam puniri. Adde *Gell.* l. 17. c. 8.

CONGRUENTER, *aptly, fitly, agreeably, suitably*, προσηκόντως, ἀναλόγως, ἁρμοζόντως, convenienter, accommodate. *Cic.* 3. *de Orat.* cap. 10. Ut ad id, quodcumque agetur, apte congruenterque dicamus. *Id.* 3. *de Fin.* c. 7. Congruenter naturæ convenienterque vivere. *Minuc. Felix in Octav.* c. *penult. extr.* De toto congruentius promptiusque requiremus. *Tertull. de pudic.* c. 8. *ad fin.* Congruentissime exprimere. Adde *Augustin. de doctr. Christ.* l. 1. c. 12.

CONGRUENTIA, æ, f. *agreeableness, suitableness, conformity, likeness, congruity*, εὐαρμοστία, ἐφαρμογή, convenientia, congruitas. *Sueton. in Othon.* c. 2. Per hanc insinuatus Neroni, facile summum inter amicos locum tenuit, congruentia morum. *agreeableness. Plin.* l. 2. ep. 5. Si avulsum statuæ caput inspiceres, non tu quidem ex illo posses congruentiam, æqualitatemque deprehendere. *symmetry, proportion. Apul. in Apol.* Demosthenes pronunciandi congruentiam ab speculo petivit.

CONGRUITAS, atis, f. congruentia. Legitur a quibusdam apud *Symmach.* l. 9. ep. 46. (*al.* 49.) ubi alii *congruens*, alii *congruitis*.

CONGRŬO, is, grui, n. 3. *to come together, meet*, convenio, concurro, συνέρχομαι. *Festus* deducit a gruibus, quæ se non segregant, sed conjunctim semper volant. Quare videtur *Solin.* proprie locutus esse (ut adnotavit *Voss. de Grammat.* l. 5. c. 32.) cum ait cap. 10. (*al.* 15.) *de gruib.* Ut si quæ defecerint, congruant universæ, lassatasque sustollant. Idem tamen *Voss. in Etymol.* magis probat, si ducatur a *con*, et *ruo*, littera *g* inserta. *Senec.* l. 7. *quæst. nat.* c. 19. Zenon congruere judicat stellas, et radios inter se committere. *Vitruv.* l. 7. c. 8. Guttæ in vas aquæ converruntur, et ibi inter se congruunt, et confunduntur. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 306. Arcem nata petit, quo jam manus horrida matrum Congruerat. *Id.* l. 6. v. 58. linguisque adversus utrinque Congruit, et tereti serpens dat vulnera gemmæ. *h. e.* adverso ore concurrit. ¶ Translate est simul contingere, accidere, *to happen, occur. Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 7. Forte congruerat, ut Clodii Macri, et Fonteii Capitonis cædes nuntiarentur. ¶ Sæpissime sumitur pro convenire, concordare, consentire, *to agree, accord, suit, match, fit, square, answer, correspond*, συναρμόζω, συμφωνέω. *Terent. Phorm.* 2. 1. 34. Ecce autem similia omnia: omnes congruunt. Unum cognoris, omnes noris. *Id. ibid.* 4. 5. 14. Mulier mulieri magis congruit. *Plaut. Curcul.* 2. 2. 14. Sane illi congruunt inter se concorditer. *Plin.* l. 6. c. 20. Mensuræ nullæ inter se congruunt. *Id.* l. 21. c. 6. *sub fin.* Crocum vino mire congruit. *suits well. Liv.* l. 8. c. 6. Ubi responsa haruspicum insidenti animo religioni congruerunt. *Id.* l. 1. c. 5. Sciebat, tempus, quo ipse eos sustulisset, ad id ipsum congruere. *Cic. Verr.* 4. c. 52. Siculi suos dies mensesque congruere volunt cum solis lunæque ratione. *Id. Attic.* l. 7. ep. 13. *post med.* Reliqua patebant, et cum Terentiæ summa congruebant. *Id.* 3. *de Orat.* c. 55. Non omni causæ, nec auditori, neque personæ congruit orationis unum genus. *Id.* 2. *Attic.* ep. 8. Ejus sermo cum tuis litteris valde congruit. *Id.* 1. *de Legib.* c. 20. De re una solum dissident, de ceteris mirifice congruunt. *Id. de Amic.* c. 8. *a med.* Congruere cum moribus et natura alicujus. *Id. pro Marcell.* c. 6. Sensus nostri ut in pace semper, sic tum in bello congruebant. *Gell.* l. 1. c. 15. *sub fin. Loquentia* novatori verborum Sallustio maxime congruit. *comes well from the mouth of*, &c. *is much after the manner of*, &c. ¶ *Congruere* absolute dicitur de illis, qui concorditer vivunt. *to live together amicably. Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 41. Ob diversos mores, tamen anxie triennium congruere quivere. Adde *Terent.* mox afferendum. ¶ Item convenire, decere. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 16. leg. 13. Congruet bono et gravi Præsidi curare, ut quieta provincia sit. *it will be the duty of*, &c. ¶ *Congruit*, conveniens, consentaneum est. *Plin.* l. 17. c. 22. Pluvio et caliginoso tractu vites rariores poni, sicco densiores, congruit. *it is best; it is advisable.* ¶ In illo *Terentii Heaut.* 3. 1. 92. Ne nos inter nos congruere, sentiant; τὸ *congruere* pænult. prod. efferendum monent Eruditi, ut versus constet, tamquam sit a *congrueo*, vel potius tamquam in infinito sit etiam secundæ conjugationis. *Bentleius* præterquam quod hunc versum alio transfert, *consentire* reponit ex conjectura.

CONGRUS. V. *Conger.*

CONGRŬUS, a, um, *apt, fit, convenient, agreeable, suitable, proper, congruous*, idem quod congruens, aptus. *Plaut. Mil.* 4. 3. 23. Te cum illa verba facere de ista re volo. Nam cum illa sane congruus sermo tibi. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 478. Ora vacent epulis, alimentaque congrua carpant. *Al. leg.* mitia. *Rutil.* l. 1. v. 304. Tristibus excepit congrua fata reis. *Papinian. Dig.* 39. tit. 5. leg. 32. Verecundiæ maternæ congruam ferre sententiam. Adde *Claudian. de B. Get.* v. 402. *Pallad.* l. 1. tit. 12. et *Apul. de Dogm. Plat.* ¶ Item concors, consentiens, *concordant, unanimous. Apul.* initio l. 7. *Metam.* Congruo cunctæ multitudinis consensu.

CONGYLIS, idis, f. V. *Gongylis.*

CONIA, æ, f. apud Prænestinos fuit ciconia. V. *Rabo, onis.*

CONJECTANEA, orum, n. *memorandum-books, books of memoirs*, dicuntur miscellanea, et adversaria, libri in quos conjectationes nostras referimus. *Gell.* l. 6. c. 5. Alfenus in Conjectaneorum libro secundo. Adde lib. 14. c. 7. &c.

CONJECTARIUS, a, um, efficax, perfectus. *Cic. de Fin.* l. 4. Illud vero minime conjectarium, sed in primis hebes. Ita *Nonius* c. 2. n. 175. sed vel fallitur, vel textus est corruptus. Nam neque locum habet illa interpretatio (debuit enim potius cum quibusdam Lexicographis exponere, *quod scitur per conjecturam*) et verba *Ciceronis*, quæ habentur *lib. cit.* c. 18. *a med.* non *conjectarium*, sed *consectarium* exhibent: quod longe est aptius illi sententiæ.

CONJECTATIO, onis, f. *a guessing, conjecturing; a conjecture, surmise*, στοχασμός, actus conjectandi, conjectura. *Plin.* l. 2. c. 7. Quo minus plana de Deo conjectatio esset. *Id.* l. 6. c. 19. Unde conjectatio ingens opum est. *Id.* l. 10. c. *ult.* Somni quæstio non obscura conjectationem habet. *Gell.* l. 14. c. 1. *ad fin.* Lubrica atque ambagiosa conjectatione niti.

CONJECTATORIUS, a, um, *relating to conjecture, conjectural*, ad conjectationem pertinens, στοχαστικός. *Gell.* l. 14. c. 3. Ejus rei argumenta quædam conjectatoria protulerunt. Est qui legit *conjectatorie*, h. e. conjectando.

CONJECTĀTUS, a, um, *conjectured, augured*, conjectatione perceptus. *Apul. de Deo. Socrat.* Potentiæ Deorum animis conjectatæ.

CONJECTĬO, onis, f. *a throwing, hurling*, συμβολή, actus conjiciendi, jactus. *Cic. pro Cæcin.* c. 15. Neque ictu comminus, neque conjectione telorum. ¶ Translate est idem quod conjectatio, seu explicatio per conjecturam. *a guessing, divination, interpretation. Cic.* 2. *de Divin.* c. 63. *ad fin.* Somniorum conjectionem ex Chrysippo definit hoc modo: Esse vim cernentem et explanantem, quæ a Diis hominibus significentur in somnis. *Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 1. leg. 21. Conjectionem facere alicujus rei ex consuetudine, &c. ¶ *Conjectio causæ* apud *Ascon. in Verr.* 3. c. 9. et *Sabin.* apud *Paul. Dig.* lib. et *tit. ult.* leg. 1. est brevis narratio, seu expositio causæ per summa capita, quæ fit, antequam illa plene agatur. *a breviat, or summary account of the case.* Dicitur *conjectio*, vel quasi *in breve coactio*, ut *Ascon. ibid.* explicat, vel quia ex illa judex conjectionem de tota disputatione et causa facere potest. ¶ Pro causa ipsa, seu quæstione adhibetur in illo *Plin.* l. 28. c. 2. De tota conjectione prisci quidem nostri perpetuo talia tradiderunt. Ita enim *Harduin.* et legit, et interpretatur.

CONJECTO, as, avi, atum, a. 1. *to throw, cast*, συμβάλλω, frequentat. a *conjicio*, et ejusdem significationis. *Vetus decretum ex Annalib. desumptum* apud *Gell.* l. 7. c. 19. Cum L. Cornelius Scipio Asiaticus triumphans, hostium duces in carcerem conjectaverit, &c. ¶ Item conferre, *to carry, contribute. Gell.* l. 6. c. 13. Ne omnino, ut dicitur, immunes et asymboli veniremus, conjectabamus ad cœnulam non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum. ¶ Sæpius ponitur pro conjecturam facere, conjectando quærere, ex indiciis rem occultam ignotamque judicare, *to conjecture, guess, augur, divine, imagine. Terent. Eun.* 3. 4. 5. Neque scio quid dicam, aut quid conjectem. *Liv.* l. 29. c. 14. *a med.* Meas opiniones, conjectando rem vetustate obrutam, non interponam. *Id.* l. 5. c. 21. *sub fin.* Eventu rem conjectantes. *Quintil.* l. 7. c. 3. *post init.* Nomine uterque uno utitur: utrum sit in re, conjectat. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 97. Perinde socii de imperio utrinque conjectabant: sed experimentum contra fuit. *Id.* 1. *Ann.* c. 12. Vultu offensionem conjectaverat. *Id.* 15. *Ann.* c. 55. Conjectare aliquid ex aliqua re. *Id.* 3. *Hist.* c. 15. Conjectare, aliquem acceleraturum. *Prudent.* 2. *in Symmach.* v. 97. conjectare animo.

CONJECTOR, oris, m. *an interpreter of dreams*, ὀνειροπόλος, ὀνειροκρίτης, qui per conjecturas, somnia, atque omina interpretatur, ut *Quintil.* l. 3. c. 6. definit. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 28. Conjector et interpres somniorum. *Id. ibid.* c. 65. Defert ad conjectorem quidam, somniasse se, &c. *Plaut. Amph.* 5. 1. 76. Tiresiam conjectorem advocabo, et consulam, quid faciendum censeat. ¶ Item interpres cujuscumque occultæ rei. *Plaut. Pœn.* 1. 3. 34. Isti orationi Œdipo opus conjectore est, qui Sphyngi interpres fuit. *to develope the meaning of.*

CONJECTRIX, icis, f. quæ somnia per conjecturam interpretatur. Nam sicut conjectoribus viri, ita conjectricibus feminæ utebantur. *Plaut. Mil.* 3. 1. 99. Da quod dem Quinquatribus præcantatrici, conjectrici, hariolæ, atque haruspicæ.

CONJECTŪRA, æ, f. *a conjecture, guess*, στοχασμός, opinio, aut judicium rei occultæ ex indiciis apparentibus: a *conjecta* dicta, idest a directione quadam rationis ad veritatem, ut *Quintil.* l. 3. c. 6. docet. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 35. Etiam ne in tam perspicuis rebus argumentatio quærenda, aut conjectura capienda fit? *Id. Verr.* 4. c. 74. De ceteris ex hoc conjecturam facere debebitis. et *Verr.* 7. c. 9. Ipsis judicibus conjecturam facere permittam, quod genus hoc prædandi, quam improbum, quam indignum videatur. *Id. pro Mur.* c. 21. Ex vultu candidatorum conjecturam faciunt, quantum quisque animi habere videatur. *Id.* 1. *de Divin.* c. 33. Facere conjecturam in aliquo. *Id.* 2. *de Orat.* c. 74. Facere conjecturam de se. *h. e.* ex se ipso facere conjecturam de re aliqua. *Varr. R. R.* c. 16. *ad fin.* Conjecturam capere ex aliqua re. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 33. Conjectura aliquid explicare. *Id. in Bruto*, c. 14. Conjectura duci ad suspicandum. *Id.* 14. *Attic.* ep. 22. Vereor ne conjectura aberrem. *Id.* 1. *Agrar.* c. 6. Coarguere aliquid suspicionibus et conjectura. *Id. pro Flacc.* c. 3. Conjectura judicare aliquid. *Id. in Orat.* c. 36. Quærere aliquid conjectura. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 12. Quantum conjectura consequebar. *Id.* 7. *Verr.* c. 25. *extr.* Conjectura assequi. *Hirt. de B. Alex.* c. 58. Conjectura aliquid scire. *Cels. in præfat.* l. 1. *post med.* Non scientia comprehendere, sed conjectura prosequi. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 22. Levi conjectura rem pendere. *Id. de Harusp. resp.* c. 25. Sensu suo et conjectura rapi. *Id. Attic.* l. 1. ep. 1. Conjectura providere aliquid. et lib. 8. ep. 11. et *pro Dom.* c. 5. Conjectura prospicere. *Id.* 1. *de Orat.* c. 21. Quantum auguror conjectura. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 76. Reperire aliquid conjectura. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 15. Deos ita ignotos congregat, ut eos ne conjectura quidem informare possimus. *Id.* 1. *de Divin.* c. 14. Artes, quæ conjectura continentur, et sunt opinabiles. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) *sub fin.* Quantum animi mei conjectura colligere possum. *Id.* l. 7. c. 2. Quærere aliquid per conjecturam. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 7. Si quam conjecturam affert hominibus tacita corporis figura. *h. e.* indicium. *Sueton. in Galb.* c. 7. Veritatis conjectura difficilis. *h. e.* cognitio. ¶ Speciatim dicitur interpretatio somniorum. *a divination, interpretation of dreams. Cic.* 2. *de Divin.* c. 63. et *Plaut. Curcul.* 2. 1. 31. et *Rud.* 3. 1. 20. ¶ Apud *Triphonin. Dig.* lib. 23. tit. 4. leg. 30. sumitur pro argumento conjecturali, seu pro ratione ex conjectura petita. ¶ Apud Rhetores *conjectura* est quoddam genus causæ, in quo controversia facti est, aut animi: de qua fuse *Quintil.* l. 7. c. 2. V. vocem sequent.

CONJECTURĀLIS, le, *conjectural, relating to conjecture*, στοχαστικός, ad conjecturam pertinens. *Cels. in præfat.* l. 1. *post med.* et l. 2. c. 6. *ad fin.* Medicina est ars conjecturalis. ¶ *Constitutio*, seu *causa, quæstio, controversia, status conjecturalis* apud Rhetores dicitur, cum facti controversia est, *h. e.* cum quæritur, factum ne sit aliquid, an non: quia conjecturis utimur in hujusmodi causis tractandis. *when the controversy is about matter of fact, and to be made out by circumstances. Cic.* 2. *de Invent.* c. 4. ubi ponit exemplum, et cap. 5. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 11. et l. 2. c. 2. *Quintil.* l. 7. c. 2. &c. ¶ Hinc *conjecturalia* vocat *Id. ibid.* c. 1. argumenta, quæ conjectura nituntur.

CONJECTURALITER, *by conjecture, conjecturally*, στοχαστικῶς, per conjecturas. *Sidon.* l. 8. ep. 11. *ad fin.* Ad præsens nil conjecturaliter gestum, nil per ambages.

CONJECTŪRO, as, a. 1. conjecturam facio, conjicio. Affertur locus *Senecæ* l. 7. *quæst. nat.* c. 29. Nobis rimari illa, et conjecturare in occulto tantum licet. *Sed rectius leges* conjectura ire in occulta, *cum optim. codicib.*

CONJECTUS, a, um, *thrown, cast*, συμβεβλημένος, jactus, injectus. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 26. *sub fin.* Conjectus in plaustrum, et supra stercus injectum. *Id. Catil.* 1. c. 6. Tuas petitiones ita conjectas, ut vitari posse non viderentur, parva declinatione effugi. *Virg.* 9. *Æn.* v. 698. Antiphaten conjecto sternit jaculo. *aimed, directed, hurled. Senec.* ep. 9. *ante med.* Conjectus in vincula. *Id.* epist. 88. *a med.* Animus ad alias animalium formas, aliasque conjectus. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 1. v. 83. conjectaque vincula collo Accipit. *Id. Metam.* 3. v. 9. Conjectum in gutture ferrum. *thrust. Al. leg.* in guttura. et l. 8. v. 412. Jaculum conjectum inter ilia. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 85. Agger conjectus in munitiones. *thrown up. Plin.* l. 9. c. 53. Piscis conjectus in piscinis Cæsaris. *Id.* l. 18. c. 14. Lupinum conjectum frutectoso solo. *sown. Id.* l. 30. c. 3. Cinis conjectus exesis dentibus. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 55. Conjectis oculis, gestu omni imminenti, &c. *with the eye fixed upon*, &c. *Id. pro Sext.* c. 40. Inimici oratio tam improbe in clarissimos viros conjecta. *Id.* 4. *Verr.* c. 5. O præclare conjectum a vulgo in illam provinciam omen communis famæ atque sermonis. *Terent. Andr.* 4. 1. 44. Conjectus in nuptias. *h. e.* impulsus, coactus. *Curt.* l. 5. c. 3. *sub fin.* Exercitus conjectus in angustias. *driven. Sallust. in fragm.* apud *Fest.* in *Tabem.* Mos, uti tabes, in urbem conjectus. ¶ Conjectura perceptus, *conjectured, guessed, conceived. Cic.* 1. *de Divin.* c. 52. Male conjecta, maleque interpretata, falsa sunt. Adde l. 2. c. 31. ¶ Item collectus, congregatus, *collected, assembled*, apud *Lucret.* l. 2. v. 1060.

CONJECTUS, us, m. *a throwing, casting*, συμβολή, idem quod conjectio. *Lucret.* l. 6. v. 433. Conjectu brachii trudere aliquid. *Petron. in Satyr.* c. 90. Ut primum extra teli conjectum licuit consistere. *reach. Liv.* l. 28. c. 14. *ad fin.* Venire ad teli conjectum. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 3. Q. Fratris domus fracta conjectu lapidum. *Id. pro Sext.*

34. Vester in me animorum, oculorumque conjectus. *cast, glance, motion.* ¶ Est etiam idem quod acervus, collectio. *a heap, pile. Lucret.* l. 3. v. 199. Conjectus lapidum, spiclorumque. *Id.* l. 5. v. 417. Conjectus materiai.

CONĪFER, et Conīger, a, um, adject. *bearing pine-apples,* κωνοφόρος, qui conos fert, *h. e.* nuces pineis similes. *Virg.* 3. *Æn.* v. 680. Aeriæ quercus, aut coniferæ cyparissi. *Catull. Carm.* 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 106. Quercum aut conigeram sudanti cortice pinum.

CONJICĬO, is, jeci, jectum, a. 3. *to throw together, throw, cast, fling, hurl, discharge, aim, drive, force, thrust, impel,* συμβάλλω, καταβάλλω: a *con,* et *jacio,* proprie significat res plures in unum jacere, agere, impellere: sed adhibetur etiam pro simplici jacio, ago, impello. *Lucret.* l. 1. v. 283. Montibus ex altis magnus decursus aquai Fragmina conjiciens silvarum, arbustaque tota. *Id.* l. 6. v. 730. Etesia flabra aquilonum Nubila conjiciunt in eas tunc omnia partes. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 26. E loco superiore in nostros tela conjiciebant. et l. 5. c. 55. Conjicere tela intra vallum. *Hirt. de B. Afric.* c. 87. Incolas vivos, constrictosque in flammam conjicere. *Cic.* 7. *Verr.* c. 7. *ad fin.* aliquem in carcerem, in vincula. *Id. Tuscul.* 5. c. 5. in equuleum. *Id. pro Dom.* c. 25. *sub fin.* Aliquem foro curiaque privare, domumque conjicere. *Plaut. Epid.* 2. 2. 10. Conjicere palliolum in collum. *h. e.* colligere, et in humerum rejicere, ut expeditior sis, vel etiam vitandi solis causa. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 12. hostes in fugam. *to put to flight. Id.* l. 1. c. 16. mulieres in eum locum, quo exercitui aditus non sit. *Senec.* epist. 88. *a med.* Conjicere animum ad alias aliasque animalium formas. *Scribon. Larg. compos.* 57. in vino radices lapathi, ut una decoquantur. *Colum.* l. 12. c. 21. salem in urceo fictili. *Scribon. Larg. compos.* 73. capita papaveris vase fictili. *Plin.* l. 18. c. 14. lupinum solo frutectoso. *h. e.* serere. ¶ *Conjicere se* est impetu et celeriter se proripere. *Cic. pro Cæl.* c. 26. *sub fin.* Conjicere se in fugam. *Terent. Phorm.* 1. 4. 13. se in pedes. *to take to his heels, fly. Id. Heaut.* 2. 3. 35. Hæc ubi aperuit ostium, continuo hic se conjecit intro. *betook himself. Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 39. Calones se in signa et manipulos conjiciunt. *retire, throw themselves amidst,* &c. *Cic. Phil.* 2. c. 9. Conjicere se sub scalas tabernæ librariæ. ¶ Translate elegantissimos habet usus. *Cic. pro Mur.* c. 35. Conjicere crimina in aliquem. *Id. pro Planc.* c. 12. *extr.* maledicta in vitam alicujus. *Tibull.* l. 1. el. 9. v. 53. querelas absenti. Al. leg. *concinere:* sed Brouckhus. *conjicere* defendit. *Cæl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 4. *ad fin.* In disputando conjecit illam vocem, oportere, &c. *he threw in or uttered words to this effect,* &c. *Liv.* l. 3. c. 24. Conjicere crimen in ea tempora, quibus, &c. *h. e.* affirmare crimen esse commissum iis temporibus, &c. *Cic. pro Mil.* c. 19. Conjicere se in noctem. *to oblige himself to travel by night. Id. in proœm. Parad.* Illa ipsa, quæ Stoici probant, ludens conjeci in communes locos. *have reduced them to topics of discourse.* Sic *Id. Attic.* l. 16. ep. 6. *ad fin.* Id proœmium conjeci in eum librum, quem, &c. *with this proem I have prefaced that book,* &c. *Id.* 2. *Offic.* c. 17. Periclem vituperat, quod tantam pecuniam in præclara illa propylæa conjecerit. *for having consumed, wasted, spent, laid out so much money,* &c. *Id. Fam.* 12. ep. 1. Conjicere aliquem in perturbationes. *to alarm, trouble. Plaut. Pers.* 5. 2. 18. in tricas. *to perplex, embarrass. Id. Pœn. prol.* v. 69. Conjici in morbum ex ægritudine. *to contract a disease. Liv.* l. 39. c. 25. Conjicere in metum. *to put in fear, terrify, alarm. Id.* l. 34. c. 28. hostes in terrorem ac tumultum. *to rout, put to confusion, discomfit. Terent. Heaut.* 2. 3. 51. aliquem in lætitiam. *to cause to rejoice. Id. Andr.* 3. 4. 23. et 5. 14. aliquem in nuptias. *to entangle, involve, engage. Cic.* 3. *de Orat.* c. 50. Mente et voluntate conjicere se in versum. *to apply himself to the composition of poetry.* ¶ Conjicere oculos in aliquem, *to cast, glance, fix. Cic ad Brut.* ep. 9. et *Tacit. Hist.* 1. c. 17. ¶ Conjicere culpam in aliquem, *to lay the blame. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 27. In petenda pace ejus rei culpam in multitudinem conjecerunt. *Al. leg.* contulerunt. *Hirt. de B. Alexand.* c. 49. In gregem locupletium simultatum causæ tenues conjiciebantur. *were attached to, imputed, alleged.* ¶ Significat etiam conjectura assequi, *to guess, conjecture, divine:* quia multa in mentem conjiciuntur, et perpenduntur; tum pluribus consideratis, unum aliquid colligitur. [vel desumitur a scopo feriendo, quemadmodum in *Conjectus, us,* ubi videre est sæpe adhibitum fuisse teli conjectum.] *Cic.* 2. *de Divin.* c. 5. Num igitur, quæ tempestas impendeat, vates melius conjiciet, quam gubernator? *Id.* 14. *Attic. ep. pænult.* Cito conjeci, Lanuvii te fuisse. *Id. de clar. Orat.* c. 14. Qui de matre suavianda, ex oraculo Apollinis tam acute arguteque conjecit. *Nepos in Themist.* c. 1. De futuris callidissime conjicere. *Terent. Heaut.* 1. 1. 11. Annos sexaginta natus es, aut plus eo, ut conjicio. ¶ Conjicere somnium, *to explain, interpret,* conjectura interpretari. *Plaut. Curcul.* 2. 2. 3. Mane sis, dum huic conjicio somnium. ¶ Conjicere causam ad aliquem, apud *Afran.* est agere causam, teste *Nonio* c. 4. n. 89. Sic *Gell.* l. 5. c. 10. Cum ad judices, conjiciendæ, consistendæque causæ gratia venissent. *to lay open or state briefly.* [† Conjicere causam forense verbum est, ut scribit Duarenus lib. 1. c. 46. nec aliud significat, quam causæ argumentum judici, apud quem agenda est, summatim exponere. Prat. *Lex. Jurid. Calv.*] ¶ Conjicere verba inter se, est commutare verba, certare, contendere. *to exchange words. Afran.* apud *Non. ibid.* Vellem, intervenissem ante: nam ut signa indicant, hi conjecere verba inter se acrius. ¶ Et absolute eod. sensu, *Id. ibid.* Nolim, mater, me præsente cum patre conjicere: non si me vivum vis, vel meum. ¶ Addit *Id. Non. ibid.* usurpari etiam pro furari, auferre: confirmatque verbis ejusdem *Afranii,* et *Lucilii:* quæ tamen non videntur satis aperte rem conficere. ¶ Veteres scripsere *conicio* simplici *i,* testibus Criticis. Quin et *coicio* legi in antiquis quibusdam *Varronis, Justini, Ulpiani,* et aliorum codicibus testatur *Pareus in Lex. Plaut.* quod a *Laberio* usurpatum, *coicior in fullonicam,* reprehendit *Gell.* l. 16. c. 7. tanquam obsoletum, aut ex sordidiore usu vulgi depromptum. [Particip. *conjiciendus* apud *Ovid.* 3. *Trist.* el. 11. v. 46. Hac tibi, quem perdis, conjiciendus erit.]

CONĪLA, læ, f. *savory,* κονίλη, herba eadem, quæ cunila, aliis origanum. *Apul. de herb.* c. 122.

CONIPTUM, genus libaminis, quod farina conspersa faciebant, *Festo* teste. Græca vox a κονίπτω, pulvere aspergo. Apud *Festum* alii leg. *conitum.* Quod vero ibidem *Festus* addit *conitum* ab *Afranio* positum fuisse pro ornatu, et excultu; placet Criticis *comptum,* seu *comtum* reponi: atque totam hanc additionem ad vocem *Comptus, us* pertinere.

CONĪRE, quam *coire* malebant quidam analogiæ causa, tempore *Quintiliani,* quos ipse reprehendit l. 1. c. 6. (*al.* 10.)

CONISCO, as, n. 1. *to butt with the head and horns as lambs and kids do in sport; to frisk up and down and raise the dust; to make ready as it were for fighting,* dicitur de pecudibus colludentibus, aut concertantibus, cum capite demisso invicem incurrunt, aut saltib. impetunt lascivientes: a κόνις, pulvis, et κονίζω, pulverem moveo, vel pulvere aspergo: quia hæc facientes pulverem excitant. *Lucret.* l. 2. v. 320. Et satiati agni ludunt, blandeque coniscant. *Est qui legit* conissant, *eod. sensu: item qui* coruscant, *aut* corussant, ἀπὸ τοῦ κορύσσειν, incitare, irritare. ¶ Translate *Cicero in fragm.* apud *Quintil.* l. 8. c. 3. Caput opponis, cum eo coniscans.

CONISTERĬUM, ii, n. *a place in the* palæstra *where the* athletæ, *after being anointed with oil, were besprinkled with dust, that they might take the surer hold of one another,* κονιστήριον, locus in palæstris Veterum, ubi luctaturi pulvere post unctionem aspergebantur, quo prehensiones essent firmiores, et non lubricæ. Ita *Philander,* et *Baldus* ad illud *Vitruvii* l. 5. c. 11. In duplici porticu collocentur hæc membra: ephebeum in medio, sub dextro coriceum, deinde proxime conisterium.

CONITĪ, V. *Aconiti.*

CONĪTUM. V. *Coniptum.*

CONJUGĀLIS, le, adject. *conjugal, relating to marriage,* γαμήλιος, ad conjugium pertinens, connubialis, jugalis, conjugialis. *Tacit. Ann.* 11. c. 4. *extr.* Conjugalis amor. et cap. 27. Conjugalis licentia. et *de Germ.* c. 18. et *Senec. in Thyest. sub fin.* Dii conjugales. *h. e.* Jupiter, Juno, Lucina, Venus, Genius, Hymenæus. *Quintil.* declam. 18. c. 7. Conjugalis societas. *Colum.* l. 8. c. 2. *post med.* Galli protegere debent conjugalem gregem. *h. e.* gallinas quodam veluti conjugio sibi attributas. [¶ Plures recenset Deos conjugales *Augustin. de civit. Dei,* l. 6. c. 9. quem videsis.]

CONJUGALĬTER, adverb. conjugum more. *Augustin.* ep. 89. (*al.* 157.) c. 39. Conjugaliter vivere.

CONJUGATĬO, onis, f. *a tying or fastening of several vines to one* jugum *or cross-pole,* in jugum colligatio, conjunctio, συζυγία. *Cic. de Senect.* c. 15. Adminiculorum ordines, capitum conjugatio, religatio, et propagatio vitium. *the making of a vine-arbour.* Alii plerique leg. *jugatio.* ¶ *Conjugatio corporum* apud *Arnob.* l. 2. *pag.* 54. est συνουσία. ¶ Apud Grammaticos *conjugatio* est inflexio verborum per tempora et personas. *a conjugating. Comminian.* apud *Charis.* l. 2. pag. 153. *Putsch. Diomed.* l. 1. pag. 337. *Martian. Capell.* l. 3. *pag.* 83. (ubi tres tantum statuunt esse, quartam scilicet cum tertia conjungentes) et *Priscian.* l. 8. pag. 836. ubi cum plerisque omnibus et *Charis. ipso loc. cit.* quatuor esse definit. Porro dicta est *conjugatio* ut *ibid. Priscian.* docet, vel propter conjugatas consonantes, hoc est cognatas, ex quibus pleræque apud Græcos conjugationes regulam sumunt: vel quod una eademque ratione declinationis plurima conjugantur verba: quod ad Latinorum nominationem aptius est. Hæc *Priscian.* ¶ Apud Rhetoras *conjugata* dicuntur, quæ sunt ex verbis generis ejusdem. Ejusdem autem generis verba sunt, quæ orta ab uno varie commutantur, ut *sapiens, sapienter, sapientia. the forming of several derivatives from one primitive.* Hæc verborum conjugatio συζυγία, dicitur: ex qua hujusmodi est argumentum: Si compascuus est ager, jus est compascere. Hæc *Cic. in Top.* c. 3. Adde cap. 9. ubi *locum ex conjugatione* appellat. *Quintil.* l. 5. c. 10. hunc locum quasi ridiculum, se omissurum fuisse ait, nisi *Cicero* ipse posuisset. ¶ Apud Logicos *conjugatio propositionum* dicitur ipsa connexio earum per aliam communem particulam (*h. e.* per medium terminum, ut vocant) qua inter se copulantur. Ita *Apul.* lib. 3. *de dogm. Plat.* seu *de syllog. categor.* ¶ Pro commixtione *Id. in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4.) Ut etiam in amplissima lætitia subsit quædam vel parva querimonia, conjugatione quadam mellis et fellis. *a mixture.*

CONJUGĀTOR, oris, m. *one who joins, couples, or unites together,* qui conjugat, seu conjungit. *Catull.* carm. 60. *epithal. Jul. et Manl.* v. 44. *de Hymenæo.* huc aditum ferat Dux bonæ Veneris, boni Conjugator amoris.

CONJUGĀTUS, a, um, conjunctus. Apud *Augustin.* l. 6. *Confession.* c. 13. Sic dicitur matrimonio junctus, *married.* ¶ De loco *a conjugatis* V. in *Conjugatio.*

CONJUGIĀLIS, le, *relating to marriage, conjugal, connubial,* γαμήλιος, ad conjugium pertinens, connubialis. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 536. Conjugialia jura. *Id. ibid.* l. 5. v. 3. Conjugialia festa. *a marriage feast.* et l. 11. v. 743. Conjugiale fœdus.

CONJŬGIS, e, adject. conjugus, conjunctus, quasi eodem jugo copulatus. *Apul. de Mundo* pag. 59. *Elmenhorst.* Elementorum mutui nexus arctis affinitatibus implicantur, et quinque conjuges copulæ his ordinatæ vicibus attinentur, ut &c. Olim legebatur *quinque juges. Id.* l. 7. *Metam.* pag. 189. Me cum meo vectore illo equo factum conservum atque conjugem. Adde *Solin.* c. 12. (*al.* 22.) V. in *Conjux.*

CONJUGĬUM, ii, n. *a joining together, conjunction,* συζυγία, conjunctio. *Lucret.* l. 3. v. 858. qui coitu conjugioque Corporis atque animæ consistimus uniter apti. ¶ Speciatim est conjunctio vitæ maris et feminæ, liberum causa, connubium, *marriage, matrimony, wedlock,* diciturque tum de hominibus tum de bestiis. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 17. Cum sit hoc natura commune animantium, ut habeant lubidinem procreandi, prima societas in ipso conjugio est, proxima in liberis. *Plin.* l. 10. c. 34. Columbæ conjugii fidem non violant. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 336. Juvenca rudis conjugii. *Nepos in Cim.* c. 1. Hujus conjugii cupidus Callias. *h. e.* hanc ducendi in uxorem. Sic *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 171. Optare conjugium alicujus. et ep. 21. v. 139. Promittere alicui conjugium cujuspiam. et *Senec. in Troad.* v. 59. Despondere sibi conjugia alterius. *Id. in Med.* v. 144. Solvere conjugia. ¶ Sumitur et pro ipsis conjugibus. *Plin.* l. 8. c. 23. *de aspidib.* et l. 9. c. 8. *de delphinis.* Conjugia ferme vagantur. *h. e.* par ipsum maris et feminæ. *by pairs. conjuga* qui legunt optimis MSS. adversantur, teste *Harduino. Id.* l. 10. c. 12. *de corvis.* Parvis in vicis non plus bina conjugia sunt. ¶ Item pro coitu. *Virg. Georg.* 3. v. 275. *de equabus.* et sæpe sine ullis Conjugiis, vento gravidæ. *intercourse with the male.* ¶ Item pro altero conjuge, ut videtur in illo *Propert.* l. 3. el. 11. v. 18. Uxorum positis stat pia turba comis, Et certamen habent leti, quæ viva sequatur Conjugium. *h. e.* virum modo vita defunctum. Sic *Tacit.* 12. *Ann.* c. 65. Quod conjugium Principis devotionibus petivisset. *h. e.* uxorem. ¶ De societate vitæ amantium *Tibull.* l. 3. eleg. 4. v. 73. Nescis, quid sit Amor, juvenis, si ferre recusas Immitem dominum, conjugiumque ferum.

CONJŬGO, as, a. 1. idem ac conjungo: a *jugum,* quasi in unum jugum jungo, συζεύγνυμι. *Cic.* 1. *Offic.* c. 17. Estque ea jucundissima amicitia, quam similitudo morum conjugavit. *Apul.* lib. 5. *Metam.* Conjugare sibi aliquam arra et nuptiis. *Trebell. Poll. in Gallien.* c. 11. Cum fratrum suorum filios conjugaret. *united in marriage.*

CONJUGŬLUS, a, um, adject. *Conjugula myrtus,* est quædam myrti species: de qua ita *Plin.* l. 15. c. 29. Cato tria genera myrti prodidit, nigram, candidam, et conjugulam, fortassis a conjugiis, et illo Cluacinæ genere. *et mox.* Conjugulam existimo nunc nostratem dici. *Cato* autem ejus meminit cap. 8. et 133. quibus locis myrtum conjugulum dicit. Videtur autem appellari ex mente *Plinii* a conjugiis, quibus præest Venus, cui myrtus sacra est; et ab expiationibus, et purgationibus, in quibus myrtus adhibebatur, in eo loco, qui postea Veneri Cluacinæ sacer factus fuit. Sunt tamen, qui putant, ideo appellari, quod in opere topiario apte cum pergulis et parietibus conjugetur. *Harduin.*

CONJŬGUS, a, um, *joined together,* conjugatus, conjunctus. *Apul. Metam.* 6. Juno magni Jovis germana et conjuga. Adde lib. 9. ubi alii aliter leg. Quod vero quidam addunt ex *Plin.* l. 8. c. 23. et l. 9. c. 8. Conjuga ferme vagantur. V. in *Conjugium.*

CONJUNCTE, *conjointly, jointly,* συνημμένως, simul. *Cicer. Fam.* 5. ep. 12. Conjuncte ne malles cum reliquis rebus nostra contexere, an civilem conjurationem ab externis bellis sejungeres. *Id. de Orat.* l. 2. c. 61. Si quando risus conjuncte, re verboque moveatur. *Id. ibid.* c. 38. et l. 3. c. 37. Simpliciter aliquid dicere, vel conjuncte efferre. ¶ Sæpe refertur ad amicitiam. *Nepos in Attic.* c. 10. Cum eo adeo conjuncte vixit, ut ad extremam ætatem amicitia eorum creverit. *on such close terms of intimacy. Plin.* l. 7. ep. 8. Maximus noster, quem et ipse amo, sed conjunctius tu. *Cic.* 6. *Fam.* ep. 9. Hunc sic semper dilexi, ut non ullo cum homine conjunctius viverem. *Id. ibid.* et *de Amic.* cap. 1. Conjunctissime atque amantissime vivere cum aliquo.

CONJUNCTIM, adverb. idem quod conjuncte. *Nepos in Attic.* c. 10. Neque suæ solum auxilium petiit salutis, sed conjunctim. *Cæs. de B. Gall.* l. 6. c. 18. Hujus omnis pecuniæ conjunctim ratio habetur. Adde verba cujusdam S. C. apud *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 8. et *Liv.* l. 6. c. 39. *sub fin.* ¶ Conjunctim legare aliquid apud JCtos est rem aliquam simul legare pluribus, ita ut ejus singuli partem accipiant. *Pompon. Dig.* lib. 30. leg. 16. *Paul. ibid.* leg. 33. &c.

CONJUNCTIO, onis, f. *a joining or uniting together, union, agreement, connection, conjunction*, σύζευξις, συνδυασμὸς, unio, copulatio. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 10. Nata e spumis Venus conjunctione ignis et humoris. *Cic.* 1. *Offic.* c. 4. Commune animantium omnium est conjunctionis appetitus, procreandi causa. *Id.* 2. *de Divin.* c. 58. Conjunctio mentis cum externis mentibus. *Id. ibid.* c. 60. et 69. Convenientia et conjunctio naturæ, quam vocant συμπάθειαν. *Id. pro Planc.* c. 8. *extr.* Conjunctio vicinitatis. *Quintil.* l. 1. c. 1. Conjunctio litterarum inter se. ¶ Speciatim est conjugium. *marriage. Plin.* l. 15. c. 29. Conjunctioni Venus præest. ¶ Apud Grammaticos est pars orationis, quæ verba et sententias conjungit, ut *et, atque, aut, an, quin, quum*, et aliæ quamplurimæ, quas *Charis.* l. 2. *Diomed.* l. 1. *Priscian.* l. 16. *Valer. Prob.* l. 1. et alii enumerant. *a conjunction. Cic. in Orat.* c. 39. Cum, demptis conjunctionibus, dissolute plura dicuntur. ¶ Apud Rhetores est figura, cum interpositione verbi et superiores orationis partes comprehenduntur, et inferiores, ut Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 27. ¶ Apud Dialecticos est genus enunciationis, in qua duæ propositiones per particulam copulantur: quæ et conjunctum et copulatum dicitur, συμπεπλεγμένον. *Cic. de Fato*, c. 6. 7. et 8. et *in Top.* c. 14. et *Gell.* l. 16. c. 8. ¶ Translate est cognatio, affinitas, amicitia, *acquaintance, close attachment, intimacy, amity, mutual love and concord, affinity, alliance. Cic.* 1. *Offic.* c. 17. Conjunctiones fratrum. *Et mox.* Conjunctio sanguinis. *Id.* 1. *Fam.* ep. 7. *sub fin.* Quod mihi de filia, et de Crassipede gratularis, spero nobis hanc conjunctionem voluptati fore. *Id.* 4. *Fam.* ep. 8. *extr.* Satisfacere conjunctioni et amori. *Id. Phil.* 13. c. 5. Pro paterna necessitudine et conjunctione. *Id. ad Planc. post* ep. 16. l. 16. *ad. Attic.* Pro conjunctione et benevolentia nostra. *Id. pro Cæl.* c. 15. Familiaritas, consuetudo, conjunctio. *Id. de Amic.* c. 20. Amicitiæ conjunctionisque necessitudo. *Id.* 8. *Phil.* c. 7. Habere conjunctionem gratiæ cum aliquo. *Id.* 3. *Fam.* ep. 10. *circa med.* Veterem conjunctionem dirimere, aut novam conciliare.

CONJUNCTĪVUS, a, um, *conjunctive*, conjungendi vim habens. *Tertull. advers. Hermogen.* c. 26. Nam et *autem* ipsum, velut fibula conjunctivæ particulæ, ad connexum narrationi appositum est. ¶ *Conjunctivus* modus in verbis apud Grammaticos est, qui cum solus locutionem, seu sententiam implere non possit, alium modum sibi conjungit, ut *Cum scripsero, faciam*: qui et subjunctivus dicitur. *Servius in* art. 2. *Donati*, pag. 1787. *Putsch.* et *Martian. Capell.* l. 3. pag. 83. *the conjunctive or subjunctive mood.*

CONJUNCTO, as, a. 1. frequentat. a *conjungo. Prudent. in Psychom.* v. 764. Quod sapimus, conjunctet amor. *Al. leg.* conjungat.

CONJUNCTRIX, icis, f. quæ conjungit. *Augustin.* l. 11. *de Trinit.* c. *pænult.* Voluntas conjunctrix et separatrix hujuscemodi rerum.

CONJUNCTUS, a, um, *joined together, united, connected, conjoined*, συνεζευγμένος, junctus, copulatus, connexus. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. Sublicæ cum omni opere conjunctæ. *Id.* 2. *B. Civ.* c. 25. Castra muro oppidoque conjuncta. *Virg.* 10. *Æn.* v. 653. Ratis celsi conjuncta crepidine saxi. *Cic. Catil.* 1. *extrema.* Latrones scelerum fœdere ac nefaria societate conjunctos. *Id. de clar. Orat.* c. 92. Dicendi ardore eram propior, et ætate conjunctior. *Id.* l. 1. *de Leg.* c. 2. Fannii ætate conjunctus Antipater. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 14. Talis simulatio vanitati est conjunctior, quam liberalitati. *Id.* 1. *de Orat.* c. 5. Celeritas respondendi venustate atque urbanitate conjuncta. et cap. 57. Dicendi vis egregia, summa festivitate et venustate conjuncta. *Id.* 1. *Offic.* c. 2. Præcepta officii conjuncta naturæ. *h. e.* consentanea. *conformable, agreeable. Id.* 2. *de Divin.* c. 39. Quæ est inter augures conveniens et conjuncta constantia? *h. e.* non dissidens. *Id. Verr.* 6. c. 65. Decernitur non varie, sed prope conjunctis sententiis, ut &c. *as it were in one voice; unanimously. Id.* 3. *de Orat.* c. 37. et *Quintil.* l. 8. c. 1. Verba continuata et conjuncta. *h. e.* in ipso sermone collocata, et contexta. Sic *Quintil. ibid.* c. 3. Conjunctus sermo. *connected, continued. Id.* l. 5. c. 10. *a med.* Temporis tres sunt partes, præcedens, conjunctum, insequens. *h. e.* præsens, seu conjunctum cum re, de qua agitur. Adde cap. 8. et 9. ¶ Sæpissime refertur ad cognationem, affinitatem, amicitiam. *connected by the ties of relationship, friendship*, &c. *attached, friendly, intimate, akin. Vellei.* l. 2. c. 41. C. Mario sanguine conjunctissimus. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 4. Propinquitatibus affinitatibusque conjuncti. *Cicer. Attic.* l. 1. ep. 16. *post med.* Multa consuetudine conjuncti inter nos sumus. *Id. pro Syll.* c. 20. Homo amantissimus, familiarissimus, conjunctissimus officiis, usu, consuetudine. *Id. Fam.* 3. ep. 20. *ad fin.* Amicitia conjunctior. *closer, more intimate.* ¶ Et absolute *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 33. Tanta et tam conjuncta populo R. civitas. *Cic. ad Anton. post* ep. 13. l. 14. *ad Attic. sub fin.* Ut nosmet ipsi inter nos conjunctiores simus. *Id. de prov. consul.* c. 16. Ut quam conjunctissimus huic ordini esset. *Quintil.* l. 7. c. 4. Multum interest, tyrannum juvenis occiderit, an senex; alienus an conjunctus. *a relation. Curt.* l. 6. c. 11. Conjuncti sontium. ¶ Interdum refertur etiam ad nuptias. *married, wedded. Virg. Ecl.* 8. v. 32. O digno conjuncta viro! *Varr.* lib. 1. *R. R.* c. 17. Ut habeant conjunctas conservas, e quibus habeant filios. *Taubman. ad Plaut. Cas. prol.* v. 68. ex hoc *Varronis* loco docet, servorum mulieres non uxores, sed *conjunctas* dici. ¶ *Conjunctum, i*, n. apud Dialecticos est idem quod *conjunctio. Gell.* l. 16. c. 8. In omni conjuncto si unum est mendacium, etiamsi cetera vera sunt, totum esse mendacium dicitur. V. *Conjunctio.* ¶ *Conjuncta* apud Rhetores sunt *conjugata*: quæ V. suo loco. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 40. Ex conjunctis sic argumenta ducuntur: Si pietati summa tribuenda laus est, debetis moveri, cum Q. Metellum tam pie lugere videatis. ¶ *Conjuncti* apud JCtos qui sint, V. in *Disjunctus.* ¶ *Conjuncta* apud Physicos, quæ dicantur, docet *Lucr.* l. 1. v. 451. cujus verba V. in *Eventum.*

CONJUNCTUS, us, m. conjunctio. In sexto casu *Varr.* l. 9. *L. L.* c. 1. Sic bigæ, sic quadrigæ a conjunctu dictæ.

CONJUNGO, is, unxi, unctum, a. 3. *to join or unite together, connect, associate, couple, conjoin*, συζεύγνυμι, συνάπτω, simul jungo, copulo, connecto, adjungo. *Virg. Ecl.* 2. v. 32. Calamos conjungere cera. *Cels.* l. 7. c. 4. sect. 3. Oras vulneris sutura conjungere. *to sew up. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 18. Cæsar eas cohortes cum exercitu suo conjunxit. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 421. dextræ conjungere dextram. *Sueton. in Calig.* c. 19. Intervallum Baiarum ponte conjungere. *Petron. in Satyr.* c. 86. Conjungere omnia vota in unum. *Cic. in Bruto*, c. 31. Disserendi rationem cum dicendi copia conjungere. *Id. pro leg. Manil.* c. 9. *extr.* Quantum bellum futurum putatis, quod conjungant reges potentissimi. *h. e.* junctis viribus simul gerant. *wage conjointly. Tacit. Ann.* 6. c. 26. Conjungere abstinentiam cibi. *h. e.* continuare. (Sic *Sueton. in Calig.* c. 17. Conjungere consulatus.) *Id.* 13. *Ann.* c. 17. Nox eadem necem Britannici et rogum conjunxit. *h. e.* eadem nocte et exstinctus et crematus fuit. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 331. Conjungere somnos cum aliquo. *h. e.* una cum aliquo dormire. ¶ Conjungere boves apud *Caton. R. R.* c. 138. est sub carrum jungere, *to yoke.* ¶ Sæpe refertur ad vinculum conjugii. *Tacit. Ann.* 14. c. 60. Exin Poppææ conjungitur. *Curt.* l. 6. c. 9. *ad fin.* Conjungere aliquam secum matrimonio. *Sueton. in Ner.* c. 28. Conjungere aliquam sibi justo matrimonio. *Ovid. Heroid. ep. ult. in fi. Cydippe loquitur*: cupio me jam conjungere tecum. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 9. Conjungere connubia. ¶ Sæpius ad cognationem, affinitatem, benevolentiam, amicitiam. *Cic. Fam.* 5. ep. 7. Respublica nos inter nos conciliabit et conjunget. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 5. Conjungere optimum quemque hospitio et amicitia. *Id. pro Cluent.* c. 16. et 6. *Verr.* c. 65. Conjungere amicitias, necessitudines. *Id. Fam.* 15. ep. 11. Cui me studia communia, beneficia paterna tuaque conjunxerant. *Virg. Æn.* 10. v. 105. Conjungi fœdere alicui. *Nepos in Pausan.* c. 2. Conjungere se cum aliquo affinitate. *Propert.* l. 1. el. 10. v. 15. diversos iterum conjungere amantes. *to reconcile.* V. alia in *Conjunctus.*

CONIVŎLA, occulta. Ita *Festus.* A Criticis varie locus hic legitur, et expenditur. ¶ *Conivoli.* V. *Contuoli.*

CONJURĀTIM, adverb. per conjurationem. Legunt quidam apud *Plaut. Asin.* 2. 2. 52. Siquidem omnes conjuratim cruciamenta conferant. *Al.* conjurati.

CONJURATĬO, onis, f. *a confederacy, combination*, συνωμοσία, actus conjurandi, consensio juramento firmata: et fere adhibetur in malam partem pro conspiratione, quæ fit contra patriam, legitimos dominos, &c. *a plot, conspiracy*, σύστασις. *Cic.* 2. *Catil.* c. 4. Ut vos omnes factam esse aperte conjurationem contra rempubl. videretis. et *Catil.* 4. c. 3. Habere conjurationem. *h. e.* facere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 2. Facere conjurationem nobilitatis. *h. e.* conjuratione nobilitatem sibi adjungere. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 2. Bellum parare, conjurationesque facere. *Sallust. in Catil.* c. 48. Esse in conjuratione. *Liv.* l. 6. c. 2. Conjurationem de bello facere. *Id.* l. 39. c. 18. Nefanda conjuratio in omne facinus et libidinem. *Cic. Catil.* 3. c. 17. Invenire, et deprehendere conjurationem in rempubl. *Tacit. Ann.* 16. c. 17. *extr.* prodere. *Sueton. in Claud.* c. 9. detegere. *Sallust. in Catil.* cap. 37. patefacere. *Sueton. in Tiber.* c. 65. opprimere. *to quell. Liv.* l. 39. c. 17. Capita conjurationis. *the heads or leaders of the conspiracy.* et *Cic. Catil.* 1. c. 11. Conjurationis princeps. ¶ Sumitur et pro cœtu ipso conjuratorum. *a seditious meeting. Cic. Catil.* 1. c. 6. Nemo est extra istam conjurationem perditorum hominum, qui, &c. ¶ In triplici Romanæ militiæ genere, præter *legitimam militiam*, seu *sacramentum*, et *evocationem*, erat et *conjuratio*, qua propter imminens periculum ac tumultum (præsertim Italicum aut Gallicum) cum singulos milites sacramentum dicentes exspectare non vacaret, omnes simul a duce, prolato vexillo, jurare jubebantur: qui proinde conjurati dicti sunt. *Servius ad Æn.* 7. v. 614. et l. 8. v. 1. ¶ *Urbana conjuratio*, apud *Plin. in Paneg.* c. 70. translate est consensio multorum ad aliquid obtinendum.

CONJURĀTOR, oris, m. qui simul cum alio jurat. Putant quidam haberi apud *Plaut. Trin.* 4. 2. 30. ubi alii reponunt *cum jurator.*

CONJURĀTUS, a, um, *combined, leagued together, sworn into a conspiracy*, συνωμότης, qui simul cum alio juravit de re aliqua facienda sive in bonam, sive in malam partem. *Cic. pro Font.* c. 6. Testes cupidi, irati, conjurati, ab religione remoti. *Horat.* l. 1. od. 15. v. 5. Mala ducis avi domum, Quam multo repetet Græcia milite, Conjurata tuas rumpere nuptias. *Virg.* 1. *Georg.* v. 280. Et conjuratos cælum rescindere fratres. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 763. Conjurata arma. et lib. 12. v. 6. Conjuratæ rates. *h. e.* classis sociorum. *Virg.* 2. *Georg.* v. 496. Conjuratus Hister. *h. e.* populi Histrum accolentes conjurati. *Prudent.* l. 1. *in Symmach.* v. 537. conjuratas insidias moliri ad aliquem. ¶ Translate *Claudian. de III. Consul. Honor.* v. 98. cui militat æther, Et conjurati veniunt ad classica venti. et *de B. Get.* v. 49. Aut conjuratum querimur splendere serenum. ¶ *Conjurati, orum*, absolute, *conspirators. Cic. Catil.* 4. c. 20. Manus conjuratorum. ¶ *Conjurati* in militia Romana, teste *Turnebo* l. 11. c. 18. dicebantur, qui non singuli, ut justi milites, sed universi simul sacramento dixerant, quod ita præsens esset periculum, ut singulos juramento adigere non vacaret, uti in *Conjuratio* dictum est. *Liv.* l. 45. c. 2. Ut consul quos, præter milites sociosque navales, conjuratos haberet, dimitteret.

CONJŪRO, as, avi, atum, n. 1 *to swear together, combine, league together*, συνόμνυμι, simul cum alio juro, consentio, conspiro. *Plaut. Merc.* 3. 1. 38. Et inter nos conjuravimus, ego cum illo, et ille mecum. *Liv.* l. 22. c. 38. Conjurabant milites, se fugæ atque formidinis ergo non abituros. *Lactant.* l. 5. c. 8. *a med.* Non essent in terris mala, si ab hominibus in legem Dei conjuraretur. *Virg. Æn.* 8. v. 5. simul omne tumultu Conjurat trepido Latium. *h. e.* propter vicinitatem belli omnes simul milites Latii sacramentum militiæ dicunt. Sic *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 1. Ut omnes Italiæ juniores conjurarent. V. *Conjuratio*, et *Conjuratus.* ¶ Translate *Horat. de art. Poet.* v. 411. alterius sic Altera poscit opem res, et conjurat amice. ¶ Sæpe in malam partem sumitur pro consentire in rem pravam, jurando simul cum aliis de bello injusto inferendo, de defectione, de nece alicujus, &c. *to plot mischief, to conspire, enter into a conspiracy. Cic. Fam.* 5. ep. 6. Me scito tantum habere æris alieni, ut cupiam conjurare, si quis me recipiat. *Id. pro Syll.* c. 25. Catilina contra rempubl. conjuravit. *Id. pro Mil.* c. 24. Servos conjurasse de Pompeio interficiendo. *Quintil.* l. 4. c. 2. *a med.* Conjurare in mortem alicujus. *Flor.* l. 1. c. 17. in excidium Romani nominis. *Liv.* l. 39. c. 16. cum aliquo in omne flagitium et facinus. *Lucan.* l. 2. v. 48. in arma. *Sallust. in Catil.* c. 56. Conjuravere cives patriam incendere. *Auct. B. Hispan.* c. 26. et 37. Conjurant inter se, ut &c. *Senec.* ep. 14. Nunquam sic contra virtutes conjurabitur, ut &c. ¶ Pro simplici *juro* positum, *to swear. Ovid. Heroid.* ep. 21. v. 135. Quæ jurat mens est: nil conjuravimus illa. *P. Afric. in vet. orat.* apud *Gell.* l. 7. c. 11. *sub fin.* Conceptis verbis conjuravisti sciens, sciente animo tuo.

CONJUX, et Conjunx, ugis, sust. com. gen. *a husband, wife, consort, spouse*, ὁμόζυγος, σύζυγος, σύμβιος, lecti maritalis socius, maritus, aut uxor: sæpius tamen hæc, quam ille, præsertim apud oratores: a *con*, et *jugum*, vel *jungo. Cic.* 4. *Catil.* c. 9. De vita vestra, de conjugum vestrarum, ac liberorum anima, de fortunis omnium vobis judicandum est. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. Fidelissima conjux. *Horat.* l. 3. od. 5. v. 41. pudica. *Id.* l. 2. sat. 5. v. 31. fecunda. *Virg.* 2. *Æn.* v. 777. dulcis. *Id.* 6. *Æn.* v. 473. Conjux pristinus. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 461. perjurus. *Id.* 5. *Trist.* el. 5. v. 21. carus. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 20. orbatus. *widowed.* ¶ Pro sponsa, vel sperata. *an intended bride. Virg.* 9. *Æn.* v. 138. Conjuge prærepta. *h. e.* Lavinia. Turnus autem est qui loquitur. Adde *Ovid. Heroid.* ep. 8. v. 86. ¶ Item pro amica. *a mistress. Valer. Flacc.* l. 2. v. 208. Mavortia conjux. *h. e.* Venus, quæ non Martis, sed Vulcani est uxor. *Virg.* 7. *Æn.* v. 189. Circem vocat conjugem Pici, quæ tamen non erat, sed esse cupiebat, ut ibi *Servius* ait. *Propert.* l. 2. eleg. 7. v. 17. abrepta desertus conjuge Achilles. ¶ Item pro contubernali. Inscriptiones plurimæ apud *Fabrett.* c. 4. a num. 309. deinceps. ¶ De brutis animalibus. *Plin.* l. 10. c. 59. *de pavonib.* Mares singuli quinis sufficiunt conjugibus. *mates. Ovid.* 1. *Fastor.* vers. 451. suo conjux abducta marito. ¶ De ulmis. *Colum.* l. 5. c. 6. *circa med.* Si vetustam vitem applicueris, conjugem necabit. *its compeer, consort.* ¶ Adjective *Solin.* cap. 12. (*al.* 21.) *de delphinis.* Quoquo eant, conjuges evagantur. *h. e.* mas et femina simul. Al. leg. *conjugi* a *Conjugus.* Al. *conjugia*, ut apud *Plin.* ¶ Ad scriptionem quod attinet, non solum *Conjux*, et *Conjunx*, sed etiam *Cojux, Cojunx*, et *Conjunxs* reperitur in veterib. monumentis, quæ collegit *Manut. in Orthogr.* Verum iis abdicatis scribendi

rationibus, quæ minores patronos habent, usumque minimum; priores duæ ambæ sunt optimæ: tametsi prima *Mannitio*, *Vossio in Etymol.* et *Dausquio* magis placet.

CONLÆTOR,
CONLĀTUS,
CONLAXO,
CONLŪCO, et cetera hujusmodi quære in *Collætor, Collatus, Colluco*, &c.

CONNĀTUS, a, um, *innate, connate*, innatus, simul natus, σύμφυτος. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 2. Vitia in corpore connata.

CONNĀTO, et Connatatio a *con*, et *nato* afferunt multi ex *Plauto*. Sed nos invenire non potuimus, ne in Suppositis quidem.

CONNECTO, is, exui, exum, a. 3. *to fasten, tie or join together; to link together, join, unite, connect*, idem quod necto, vel simul necto, conjungo. *Quintil.* l. 5. *c. ult. ad fin.* Inexplicabili serie aliquid connectere. *Tacit. Ann.* 13. c. 53. Mosellam atque Ararim, facta inter utrumque fossa, connectere. *Plin.* l. 6. c. 15. Adjabenis connectuntur Carduchi. *border upon. Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 118. cæruleo vestes connexuit angue. *girded.* Sic *Valer. Flacc.* l. 4. v. 334. Connectere tempora lauro. *to bind. Tacit.* 6. *Ann.* c. 47. Albucilla defertur impietatis in principem: connectebantur, ut conscii, Domitius, Vibius, &c. *h. e.* adjiciebantur. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 20. Amicitia cum voluptate connectitur. *Id. de Fato*, c. 6. Si verum est, quod ita connectitur, Si quis oriente canicula natus est, in mari non morietur, illud quoque verum est, &c. V. *Connexus, a, um. Gell.* l. 10. *c. ult.* Particula *atque* conjungit verba et connectit. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 86. Connectere verba. *to put or join together, compose. Colum.* l. 10. v. 227. gracili connectere carmina filo. ¶ *Connectere* pro continuare orationem, *Quintil.* l. 2. c. 11. Nonnulli certa sibi initia, priusquam sensum invenerint, destinant: eaque diu secum ipsi meditati, desperata connectendi facultate, deserunt. *to continue a discourse.* ¶ Et pro continuare narrationem, narrare, perscribere, *to relate, subjoin. Plin.* l. 36. c. 15. Connectere aliam majorem insaniam. *Trebell. Poll. in Gallien.* c. 11. *extr.* Longum est, ejus versus orationesque connectere.

CONNECTUS, a, um, *connected*, idem quod connexus. *Lucret.* l. 2. v. 100. Exiguis intervallis connecta resultant. *Id.* l. 3. v. 557. Sive aliud quidvis potis es connectius eii Fingere. *connexa* al. leg. priore loco, posteriore *conjunctius*, et *connexius.*

CONNEXE, *connectively*, conjuncte. *Martian. Capell.* l. 4. pag. 117. Connexe dicere aliquid.

CONNEXĬO, onis, f. *a connecting together, connexion*, actus connectendi, conjunctio, συναφή. Pro complexione, seu conclusione syllogismi adhibetur multoties a *Quintil.* l. 5. *c. ult. conclusion.* ¶ Apud *Charis. initio* l. 1. est idem quod syllaba.

CONNEXĪVUS, a, um, *connexive, conjunctive, copulative*, συμπλεκτικός, copulativus. *Gell.* l. 10. *c. ult. Atque* particula a Grammaticis conjunctio esse dicitur connexiva.

CONNEXUS, us, m. *a connexion*, connexio. *Lucret.* l. 1. v. 626. varios connexus, pondera, plagas, Concursus, motus, &c.

CONNEXUS, a, um, *connected, tied or linked together, joined, united, fastened*, συμπεπλεγμένος, συνημμένος, conjunctus, copulatus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 38. Omnia inter se connexa et apta. *Virg.* 4. *Georg.* v. 257. Apes pedibus connexa ad limina pendent. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 430. Connexi nodi. *Propert.* l. 2. el. 4. v. 32. crines. *tied in a knot, entwined. Lucan.* lib. 3. v. 400. Lucus ramis connexis. *intertwined, inwoven, interwoven.* Rursus *Cic. in Pison.* c. 5. Persequere connexos his funeribus dies. *h. e.* consequentes hæc funera. *Stat.* 1. *Achill.* v. 174. magno jam tunc connexus amore. ¶ *Connexum, i*, apud Dialecticos est propositio, in qua duo membra connexione particulæ si conjunguntur. *Gell.* l. 16. c. 8. Quod Græci συνημμένον ἀξίωμα dicunt, id alii nostrorum adjunctum, alii connexum dixerunt. Id connexum tale est: Si Plato ambulat, Plato movetur: Si dies est, sol super terras est. *Cic.* 4. *Acad.* c. 30. Ipsa ratio connexi, cum concesseris superius, cogit inferius concedere. Adde *de Fato*, c. 7. *the nature of consequential reasoning.* ¶ De comparativo *connexius.* V. *Connectus.*

CONNĪSUS, V. in *Connitor.*

CONNĪTOR, eris, isus, et ixus sum. (*Servius ad Æn.* 1. v. 144. *connixus* antiquorum, *connisus* recentiorum esse, ait.) dep. 3. *to strive together, strive greatly, try to the utmost, exert one's self greatly, endeavour, struggle*, πειράομαι, conor, adnitor, operam do, simul et vehementer nitor. *Cicer.* 5. *de Fin.* cap. 15. *de infantib.* Cum autem paulum firmitatis accesserit, conniuntur, ut se se erigant. *Id.* 3. *Offic.* c. 2. Quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, tantum fac ut afficias. *Accius* apud *eund.* 1. *de Divin.* c. 22. Cornibus connitier in me arietare. pro *conniti* paragoge. *Curt.* l. 7. c. 3. Conniti ad surgendum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 46. Equitatus in summum jugum virtute connititur. *h. e.* nisu ascendit. *Liv.* l. 1. c. 33. Omnibus copiis connixus Ancus, acie vincit. *Virg.* 10. *Æn.* v. 127. Fert ingens toto connixus corpore saxum. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 193. Torserat hic totis connisus viribus hastam. *Tacit. Ann.* 15. c. 66. Conniti ad convincendum aliquem. et cap. 51. Primores classiariorum labefacere connixa est. *tried to corrupt.* [† ¶ Item innitor, ἐρείδομαι, στηρίζομαι. *Sil. Ital.* 10. 252. In hastam connixus. ubi forsan legendum *Innixus.* Sic, ratione non multum diversa, *annumerare* recte legitur apud *Ovid. Trist.* 5. 4. 20. pro sequioris ævi verbo *connumerare.*] ¶ Pro eniti, et parere, *to bring forth, yean. Virg. Ecl.* 1. v. 15. Capella gemellos silice in nuda connixa reliquit. ubi *Servius:* pro eo quod est *enixa* id est partu soluta. nam hiatus causa mutavit præpositionem, sicut (*Æn.* 1. v. 566.) *secludite curas* pro *excludite.* ¶ Sunt qui scribant *conitor, conixus* unica *n*, quasi non a *con*, sed a *co*, et *nitor* componantur. Ne placeat.

CONNIVENTĬA, æ, f. *a sufferance, winking at, pretending not to see or know, connivance*, ἐπίμυσις, actus connivendi: et translate dissimulatio peccati. *Ascon. in fi. Verr.* 2. seu *action.* 1. *in Verr.* Ad gratiam ne Hortensii, an suam, an etiam conniventia Ciceronis ipsius, parum comperimus. *Lamprid. in Alex. Sev.* cap. 54. Tribunos capitali supplicio affecit, quod per conniventiam seditionem fecissent exercitus. Al. leg. *cohibentiam.* V. *Cohibeo* in fin.

CONNIVĔO, ives, ivi, vel ixi, n. 2. *to wink or twinkle with the eyes*, ἴλλω, μύω, καταμύω, oculos claudo: ab obsoleto *niveo* (quod idem valet) inquit *Voss. in Etymol.* vel a νεύω, oculis innuo, ut aliis placet: vel a συννεφέω, obscuror, ut *Martinio* videtur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 57. Munitæ sunt palpebræ tanquam vallo pilorum, quibus et apertis oculis, si quid incideret, repelleretur, et somno conniventibus, &c. (Pro *connivere somno*, etiam *connivere* absolute dixit *Apul.* l. 4. et 8. *Metam.*) *Id. de Harusp. resp.* c. 18. Conniventes oculos Appii Claudii Cæci optare. *shut, closed. Sueton. in Calig.* c. 51. Ad tonitrua et fulgura connivere, et caput obnubere solebat. *wink or shut his eyes for fear. Sil.* l. 7. v. 729. Connivent, solemque pavent agnoscere visu. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 57. *Hard.* Graviores alitum inferiore gena connivent: columbæ, et similia, utraque. *Id. ibid.* sect. 54. Duo omnino gladiatores, qui contra comminationem aliquam non conniverent: et ob id invicti. *Turpil.* apud *Priscian.* l. 9. pag. 866. *Putsch.* Dum ego connixi somno, hic sibi prospexit, &c. ¶ Cum accus. *Cassius ibid.* Nam non connivi oculos ego deinde sopore. *nisi mulis esse accus. Græcum, ut subintelligatur* κατά. ¶ Translate *Plaut. Mostell.* 3. 2. 144. *Tr.* Viden' coagmenta in foribus? *Th.* video. *Tr.* specta, quam arcte dormiunt? *Th.* dormiunt? *Tr.* illud quidem, ut connivent, volui dicere. *is glued fast. Lucret.* l. 5. v. 776. *de sole, et luna deficientib.* Cum quasi connivent, et aperto lumine rursum Omnia convisunt. *Gell.* l. 16. c. 3. Cava ventris ac stomachi inanitate diutina contrahuntur et connivent. *are drawn together and closed. Cic. pro Cœl.* c. 17. Multa nobis blandimenta natura genuit, quibus sopita virtus conniveret. *Gell.* l. 13. c. 27. *sub fin.* Mens debet esse erecta, ardua, nunquam connivens, nunquam aciem suam flectens. ¶ Sæpe ponitur pro dissimulare, *to wink or connive at, dissemble, take no notice of, overlook*, quasi claudendo oculos, ne perperam facta videantur: Itali dicunt etiam familiari locutione, *far la gatta di Masino, che chiudeva gli occhi per non veder passare i topi.* (*to make as though one did not see.*) *Cic. pro Cœl.* c. 24. Pro dii immortales! cur interdum in hominum sceleribus aut connivetis, aut præsentis fraudis pœnas in diem reservatis? *Id. Phil.* 1. c. 7. *extr.* Ea ipsa concedo: quibusdam in rebus etiam conniveo. (Adde *Agrar.* 2. c. 28. *post med.*) *Pers.* sat. 6. v. 50. Væ, nisi connives! *Gell.* l. et cap. 2. In publicis locis atque muneribus patrum jura cum filiorum, qui in magistratu sunt, potestatibus collata, interquiescere paululum, et connivere. ¶ Quod quidam ex *Silio* afferunt l. 7. v. 462. pacemque serenis Connivens oculis; *condiscens* alii reponunt, multo rectius. ¶ Dicimur etiam *connivere*, cum oculos non omnino, sed pæne claudimus, ut acrius aciem intendamus, aut nimium fulgorem evitemus, *to twinkle. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 54. *Hard.* Neroni fuerunt oculi, nisi cum conniveret, ad prope admota hebetes. ¶ Olim fuit etiam *connivo, is*, tertiæ conjugat. teste *Priscian. loc. sup. cit.* Hinc *Calvus ibid.* Cum gravis ingenti connivere pupula somno. ¶ Sunt qui scribunt *Coniveo* unico *n*, sed paucissimos admodum habent fautores.

CONNIXUS. V. *Connitor.*

CONNUBIALIS, le, *conjugal, connubial*, γαμήλιος, ad connubium pertinens, conjugialis. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 41. Heu! ubi pacta fides? ubi connubialia jura? *Stat.* 5. *Theb.* v. 112. Connubialia vincla. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 649. Carmen connubiale. *h. e.* epithalamium. Sic *Id. in ep. ad Seren.* v. 18. Vectigal connubiale lyræ. *a tribute in honour of marriage; an epithalamium or marriage-song.*

CONNUBIALĬTER, connubiali more. *Mart. Capell. sub init.* l. 6. Cum ad Philologiæ conciliandа consortia procum affatim connubialiter allegaret.

CONNUBĬUM, ii, n. *a lawful marriage between citizens*, γάμος, ἐπιγαμία, jus conjugii legitimi, ut *Servius ad Æn.* 1. v. 73. tradit, seu ut *Ulpian. Regular.* tit. 6. definit, uxoris jure ducendæ facultas: a *con* et *nubo.* Addit *Ulpian. ibid.* Connubium habent cives R. cum civibus R. cum Latinis autem et peregrinis ita, si concessum sit: cum servis nullum est connubium. [† *Connubium*, est matrimonium inter cives: inter civem autem et peregrinæ conditionis hominem, aut servilis, non est *connubium*, sed contubernium. *Ernest.*] Hinc in veterib. æneis tabulis sub Vespasiano, Domitiano, et Hadriano, apud *Gruter.* pag. 573. n. 1. 2. et 3. et pag. 574. n. 6. et pag. 575. n. 1. militibus benemeritis *civitatem dedit, et connubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data: aut si cælibes essent, cum iis, quas postea duxissent.* Ex quibus patet uxorem non esse legitimam jure civili Romanorum illam, quæ ex eo populo ducatur, quocum connubium non sit: neque communicari cum illa civium R. commoda, neque natos inde liberos cives R. esse, (quamvis ingenui et liberi futuri sint) nisi jus connubii concedatur, ut cum benemeritis his militibus Imperatorum liberalitate factum est. *Liv.* l. 1. c. 9. Connubia non erant Romanis cum finitimis. et lib. 4. cap. 4. Ut connubium patribus cum plebe esset. et cap. 3. Dare connubium finitimis externisque. ¶ Item ipsum conjugium, *wedlock, marriage. Cic.* 1. *de Orat.* c. 9. Romulus Sabinorum connubia conjunxit. *Sallust. in Jug.* c. 21. Persæ paulatim per connubia Getulos secum miscuere. *Curt.* lib. 8. c. 4. *ad fin.* Persas et Macedones connubio jungere. *Virg.* 1. *Æn.* v. 73. Jungere aliquam alicui connubio stabili. *Sallust. in Jug.* c. 80. Ejus civitatis lingua modo conversa connubio Numidarum. *h. e.* junctis affinitatibus cum Numidis. *Virg.* 4. *Æn.* v. 214. Repellere connubia alicujus. *Ovid. Metam.* 6. v. 428. Jungere sibi aliquem connubio filiæ. *Virg. Æn.* 3. v. 319. et *Valer. Flacc.* l. 8. v. 421. Servare connubia. *h. e.* tenere, tueri fidem matrimonii. ¶ Apud *Ovid.* 2. *Amor.* el. 7. v. 21. Inire connubia alicujus est, cum ea concumbere. Adde *Lucret.* l. 3. v. 778. ¶ Translate *Plin. initio* lib. 16. Pomiferæ arbores ab homine didicere blandos sapores adoptione et connubio. *h. e.* insitione. ¶ Secunda syllaba longa est natura, produciturque a *Virg.* cit. 3. et 4. *Æn.* et alibi, et ab *Ovid. Valer. Flacc.* et aliis: at corripitur per systolen tum *Æn.* l. 1. *cit.* tum alibi non semel, ab *Ovid.* quoque *cit.* l. 6. *Metam.* et alibi, a *Lucret. loc. cit.* et aliis. ¶ Scribi etiam potest *conubium* simplici *n*, ut est in antiquis monumentis, et Pandectis Florentin.

CONNUBĬUS, a, um, adject. ad connubium pertinens, *matrimonial. Apul. Metam.* l. 9. Connubia lege sociatus.

CONNŪBO, is, n. 3. idem quod nubo. *Apul.* Nescientibus parentibus puellari ætate connupseramus. Ita *Faber, Juncker.* et alii. Ego nondum ea verba in *Apuleio* reperi.

CONNUDĀTUS, a, um, adject. idem ac nudatus. *Plin.* l. 28. c. 7. Mulier in mense connudata.

CONNUMĔRO, as, avi, atum, a. 1. idem ac numero, vel annumero, *to enumerate, reckon, rank*, συναριθμῶ. *Paul. Dig.* lib. 1. tit. 5. leg. 14. Inter liberos connumerabitur. *Ammian.* l. 25. c. 4. (*al.* 11.) Vir profecto heroicis connumerandus ingeniis. *Arnob.* l. 5. *sub fin.* seu pag. 187. Quemadmodum connumeratis, et dicitis. ¶ *Ovidio* etiam tribuitur l. 5. *Trist.* el. 4. v. 20. Se quoque in exemplis connumerare solet. sed *annumerare* plerique omnes legunt.

CONON, onis, m. Κόνων, Atheniensium dux fuit, qui prœlio victus a Lysandro Lacedæmoniorum duce, sponte abiit in exsilium ad Artaxersem Persarum Regem, cujus auxilio patriam, cui servitutem attulerat, in libertatem restituit. *Justin.* l. 5. et 6. Fuit præstantissimus Imperator, et filium Timotheum, et ipsum summum Imperatorem, hominemque doctissimum reliquit. V. *Nepotem*, qui utriusque vitam conscripsit. ¶ Fuit et alius Conon Samius Astrologus, qui septem libros de Astrologia edidit.

CONOPĒUM, i, n. *a canopy, curtain, or veil of network, hung round a couch to keep off flies or gnats*, velum circa lectum ad arcendos culices, quos Græci κώνωπας vocant. Apud Ægyptios in usu maxime erat, cum propter paludes Nili magna culicum copia infestarentur. Græce scribitur κωνωπεῖον. et in quodam epigr. etiam κωνώπιον: qua ratione *Horat. Epod.* 9. v. 16. Sol aspicit conopeum. pænult. *correpta.* et *Propert.* l. 3. el. 9. v. 45. Fœdaque Tarpeio conopea tendere saxo. At *Juvenal.* sat. 6. v. 80. Ut testudineo tibi Lentule conopeo, &c. ubi Spondaicus est versus. ¶ Scribitur et *conopium:* atque hoc modo scribi malunt *Bentlei.* et *Heins.* cum pœnult. correpta usurpatur: quia Græce et κωνώπιον legitur, extrita, ut mos est illis, præpositiva diphthongi. ¶ Voce hac usus est etiam *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 10. *ad fin.* ne forte putes esse solum poeticam.

CONŌPON DIABASIS, κωνώπων διάβασις, locus est in insula contra quartum Nili ostium, in quem statis anni temporibus culices transire solent. Κώνωπες enim sunt culices, et διάβασις, transitio. *Plin.* l. 4. c. 12. *a med.*

CONOR, aris, atus sum, dep. 1. *to strive, endeavour, attempt, try*, πειράομαι, ἐπιχειρέω, nitor, tento, do operam, aggredior, molior, cogito, mihi propono. *Terent. Andr.* 4. 1. 53. Conari manibus pedibus, noctesque et dies, dum prosim tibi. *Nepos in Datam.* c. 7. Qui prius cogitare, quam conari consuesset. *Cic. in Orat.* c. 30. Vides, Demosthenem multa perficere, nos multa conari: illum posse, nos velle. *Id. ibid.* c. 10. Conari opus magnum et arduum. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 19. Quod planum facere non modo non possis, verum ne coneris quidem. *Id.* 2.

Catil. c. 9. Desperant, se id, quod conantur, consequi posse. *Id.* 2. *de Orat.* c. 14. *sub fin.* Poetas omnino, quasi alia quadam lingua locutos, non conor attingere. *I do not attempt to read them.* *Id. pro Quint.* c. 20. Conaris hoc dicere, neminem exstitisse, qui, &c? *do you presume to say?* *Id. in Divin. Verr.* c. 14. Nunquam ille me opprimet consilio: nunquam ullo artificio pervertet: nunquam ingenio me suo labefactare, atque infirmare conabitur. *h. e.* audebit, poterit. *Nepos in Annib.* c. 8. Conari multa stulte. *to take in hand, attempt, undertake.* *Lucret.* l. 6. v. 768. ipsa de re nunc dicere conor. *I prepare.* *Terent. Phorm.* 1. 2. 2. Conari obviam alicui. *subaudi* ire, *to endeavour to fall in with.* ¶ Proverbium, seu potius sententia est illud *Manilii* l. 1. v. 95. Omnia, conando, docilis solertia vincit. ¶ Participia sunt *conans, conandus, conatus.* *Cic. Fam.* 5. ep. 12. Coram me tecum hæc agere conantem deterruit pudor quidam. *Virg.* 9. *Æn.* v. 398. Oppressum rapit, et conantem plurima frustra. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 31. Nactus aditus ad ea conanda, quod &c. et cap. 65. Quod fuit illis conandum, atque omni ratione efficiendum. *Id.* l. 1. *B. Gall.* c. 12. Id oppidum oppugnare conatus, expugnare non potuit. *having proceeded to storm the town, he was not able to carry it.* ¶ *Conarem* pro *conarer* legi apud *Priscian.* ex *Ennio,* referunt quidam, quod ego nondum vidi.

CONQUADRĀTUS, a, um, adject. in quadri formam redactus, *made square,* τετραγωνισθείς. *Colum.* l. 8. c. 3. *ad fin.* Perticæ conquadratæ.

CONQUĂDRO, as, avi, atum, a. 1. *to make square, bring into a square form,* in quadram formare, τετραγωνίζω. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 481. et c. 12. n. 9. Aureum later, quod conquadravit religio. ¶ Item aptus sum, par fio, convenio. *Sidon.* l. 2. ep. 2. Hinc aquarum surgit cella coctilium, quæ consequenti unguentariæ, spatii parilitate conquadrat. et ep. 4. Illi familiæ splendor, probitas morum, patrimonii facultas in omne decus pari lance conquadrant. et lib. 3. ep. 7. *ad fin.* Vero dicta conquadrant.

CONQUÆSTOR, oris, m. idem ac conquisitor, vel simul quæstor. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 8. ubi tamen lectio nonnihil dubia est.

CONQUASSATĬO, onis, f. *a shaking or harassing,* συσσεισμὸς, concussio, commotio. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 13. Morbus, et ægrotatio ex totius valetudinis corporis conquassatione et perturbatione gignuntur. *a shock, shattered state, debility.*

CONQUASSĀTUS, a, um, adject. concussus, *shaken, shattered, debilitated, harassed.* *Lucret.* l. 3. v. 442. Conquassatum corpus. *Cic. pro Sext.* c. 26. Exteras nationes illius anni furore conquassatas videbamus.

CONQUASSO, as, avi, atum, *to shake, shatter, dash to pieces, harass, disturb,* συσσείω, concutio. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 43. Apulia maximis terræ motibus conquassata est. ¶ Item contero, confringo. *Cato R. R.* c. 52. Si calix erit, conquassato. ¶ Translate *Lucret.* l. 3. v. 600. Conquassatur enim tum mens animique potestas Omnis. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 5. *a med.* Omnes provinciæ conquassatæ sunt. *have sustained a shock in consequence of the war.* et *Jul. Firmic.* lib. 3. cap. 13. sect. 4. Maximis periculis conquassari.

CONQUĔROR, ereris, estus sum, dep. 3. *to complain, urge by way of complaint, expostulate, bewail, lament,* μέμφομαι, ἀγανακτέω, idem quod queror, aut valde queror, doleo, deploro. *Cic. pro Sext.* c. 2. Nihil ab eo prætermissum est, quod aut pro republica conquerendum fuit, aut pro reo disputandum. *Id. Fam.* 5. ep. 2. *circa med.* Nihil tecum de tui fratris injuria conqueror. *Id.* 6. *Verr.* c. 50. Non illi decumarum imperia, non bonorum direptiones, non iniqua judicia, non vim, non contumelias conquerebantur. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 74. Et quod non ab initio fecerint, conqueruntur. *Sueton. in Tiber.* c. 34. Corinthiorum vasorum pretia in immensum exarasse, graviter conquestus. *Sil.* l. 8. v. 94. Conqueriturque tibi. *h. e.* tecum. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 164. ignaris nequidquam conqueror auris. *Liv.* l. 1. c. 53. Patris in se sævitiam intolerabilem conquerens. ¶ Inter *conqueri,* et *lamentari* hoc interest, quod illud est graviter dolere justa accusatione admixta, et ut virum decet: hoc muliebri ejulatu et fletibus, feminarum more. *Pacuv.* apud *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 21. Conqueri fortunam adversam, non lamentari decet: Id viri est officium: fletus muliebri ingenio additus.

CONQUESTĬO, onis, f. *a complaining, complaint, expostulation, bewailing, lamenting,* μέμψις, actus conquerendi. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 7. Ubi nullum auxilium est, nulla conquestio, nullus senatus, nulla concio. *h. e.* nullus locus conquerendi, et accusandi eos, qui injurias fecerunt. *Sueton. in Tiber.* c. 70. Composuit et carmen lyricum, cujus est titulus, Conquestio de L. Cæsaris morte. *Senec.* ep. 78. Conquestiones dolorum præteritorum. ¶ Apud Rhetores *conquestio* est una ex tribus conclusionis, seu perorationis partibus, in qua auditorum misericordiam captamus. In hac primum auditoris animum mitem et misericordem conficere oportet, quo facilius conquestione commoveri possit. Hæc ex *Cic.* lib. 1. *de Invent.* cap. 52. et 55. ¶ Translate *Plin.* lib. 10. c. 23. Coturnicum volantium conquestio labore expressa.

CONQUESTUS, us, m. idem quod conquestio. In sexto casu *Liv.* l. 8. c. 7. *ad fin.* Tum libero conquestu exortæ voces sunt. Adde *Sil.* l. 10. v. 291. et *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 399.

CONQUIESCO, is, evi, etum, n. 3. *to rest, be at rest, take rest, repose,* ἡσυχάζω, idem quod quiesco, cesso, consisto. *Cic.* l. 5. *de Fin.* c. 20. Videmus igitur, ut conquiescere ne infantes quidem possint. *Id. Attic.* l. 1. ep. 5. *sub fin.* Nos ex omnibus molestiis et laboribus uno illo in loco (*Tusculano*) conquiescimus. *Id. Fam. l. et* ep. 1. Tu nisi perfecta re, de me non conquiesti. *Syncope pro* conquievisti. *Cæs.* lib. 3. *B. Civ.* c. 75. Impedimenta præmisit, ac conquiescere ante iter confectum vetuit. *to halt.* *Id.* lib. 7. *B. Gall.* c. 46. Ut meridie conquieverat. *h. e.* in lecto jacuerat dormiendi causa. Translate *Cic. pro Mil.* c. 14. Quando illius postea sica conquievit? *Id. Agrar.* 1. c. 7. Vectigal conquiescit. *Id. pro leg. Manil.* c. 6. Navigatio conquiescit. *is stopped, shut up.* *Id. pro Rabir. Post.* c. 15. *ad fin.* Hieme omnia bella conquiescunt. *all military operations are suspended.* *Id. pro Dom.* c. 38. Nunquam conquiescit fletus bonorum. *Id. pro Mil.* c. 25. *extr.* Conquiescere ab armis. *Id. Attic.* lib. 12. ep. 39. *extr.* Conquiescent litteræ, nisi quid novi exstiterit. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 26. Ita postremo ejiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant. ¶ Illa sunt medicorum. *Cels.* l. 6. c. 6. n. 34. Antequam sudor et calor domi conquierint. *pro* conquieverint. *Id.* l. 2. c. 8. Febris conquievit. *hath subsided.* *Id.* l. 7. c. 19. *sub fin.* Si inflammatio non conquierit. *Id.* l. 5. c. 26. n. 21. Sanguis conquiescit. *stagnates.* ¶ Illa quoque translata, atque elegantissima sunt, in quibus non cessatio ab opere, sed quies animi, securitas, et voluptas in re aliqua significatur. *Cic. Fam.* 9. ep. 6. *ad fin.* In nostris studiis libentissime conquiescimus. *acquiesce; am pleased or delighted.* et *pro Arch.* c. 6. Hic homo suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, et aures convicio defessæ conquiescant. *Id.* 2. *Fam.* ep. 1. *extr.* Ut ætas nostra ingravescens, in amore atque in adolescentia tua conquiescat. *Id. de Amic.* c. 6. Conquiescere in amici mutua benevolentia. *to repose in.* ¶ Proverbii genus est illud *Plauti Pseud.* 1. 1. 121. De istac re in oculum utrumvis conquiescito. V. huic simile in *Auris.* ¶ *Conquiesse* pro *conquievisse* est apud *Liv.* l. 30. c. 13. *ad fin.* et *conquierit* pro *conquieverit* apud *Cels.* l. 7. c. 19. *ad fin.*

CONQUILIĀTUS, a, um. *Conquiliata lana* apud *Plin. Valer.* l. 1. c. 9. videtur quibusdam dicta esse quasi *quisquiliata,* h. e. decerpta leviter, et minuta quisquiliarum modo: aliis non lota, et immunda. Alii vero leg. *condyliata. h. e.* nodo constricta: alii *conculcata.*

CONQUINISCO, iscis, conquexi, n. 3. *to stoop, bend or bow the head towards the ground,* ὑποκύπτω. Conquiniscere, et ocquiniscere, inclinari significat, inquit *Non.* c. 2. n. 118. *Priscian.* quoque l. 10. pag. 885. *Putsch.* exponit caput inclinare. Alii interpretantur, eo modo se inflectere, ut faciunt exoneraturi ventrem, *to cower down, sit squat.* Derivant autem alii a *conquinere* (sic enim legunt apud *Fest.* pro *coinquire*) decubare: alii a *cunire:* alii a genu, quasi *congeniscere:* alii ab ipso *inclinare,* quasi *conclinisccre,* &c. *Plaut. Cist.* 4. 1. 5. Faciundum est puerile officium: conquiniscam ad cistulam. *Id. Pseud.* 3. 2. 75. Si conquiniscet istic, conquiniscito simul. [pro *conquiniscito* lege *ceveto.*] [† et sic dudum emendavit *Mercerus ex Nonio,* metro plane flagitante.] *Pompon.* apud *Priscian. loc. cit.* Accessi ad patrem: prendo manum, in terra ut cubabat nuda: ad eum ut conquexi, interim mulieres conspiciunt.

CONQUĪNO, as, V. *Coinquino.*

CONQUĪRO, is, isivi, isitum, a. 3. *to seek after, seek or search for diligently, get or rake together, try to procure, collect,* ἀναζητέω, συμπορίζομαι, diligenter quæro, investigo, comparo: a *con,* et *quæro.* *Cic.* 3. *Offic.* c. *ult.* Conquirere undique suavitates. *Id.* 4. *Acad.* c. 27. Studiose omnia conquirere. *Id.* 6. *Verr.* c. 19. Conquiri Diodorum tota provincia jubet. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 61. Toto flumine Ibero naves conquirere. *Sallust. in Jug.* c. 78. Conquirere ex agris quam plurimum pecoris. *Vatin. ad Cicer.* 5. *Fam.* ep. 9. Terra marique conquirere aliquem. *Vellei.* l. 2. c. 22. Conquirere aliquem ad mortem. *Nepos in Dion.* c. 8. Conquirere socios ad aliquem interficiendum. *Plin.* l. 36. c. 12. Conquirere opes meretricio quæstu. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 76. Dona ac pecunias acerbe per municipia conquirere. *to exact.* *Id.* 15. *Ann.* c. 21. *extr.* Conquirere suffragia. *to solicit, canvass.* ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 8. Sed quid ego vetera conquiram, cum mihi liceat uti præsentibus exemplis, atque vivis? *Auct. Dial. de Orat.* c. 15. Mecum ipse conquiro causas hujus differentiæ. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 56. Conquirere omnes artes ad aliquem opprimendum. *Id. Ann.* 12. cap. 68. Conquirere solatia. et *Ann.* 14. cap. 44. argumenta. ¶ Quod apud *Festum* legitur *Conquirere, coercere;* Critici monent legendum esse *Coinquire,* vel *Coinquere,* (de quo V. suo loco.) ut sermo sit de arboribus deputandis, et coercendis.

CONQUISĪTE, adverb. *exquisitely, exactly, curiously, accurately,* studiose, cum cura, ζητητικῶς. *Auct. ad Herenn. in fin.* lib. 2. Hæc si ut conquisite conscripsimus, ita tu diligenter fueris consecutus, &c. *Gell.* l. 3. c. 10. *sub fin.* Hæc Varro conquisite admodum scripsit. *Afran.* apud *Non.* c. 1. n. 117. Commercata conquisite edulia.

CONQUISITĬO, onis, f. *a diligent search or inquiry,* ζήτησις, actus conquirendi, investigatio. *Cic. de Univ.* c. 2. *extr.* Difficillimum est in omni conquisitione rationis exordium. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 84. Conquisitio pecuniarum. ¶ *Conquisitio militum* est militum delectus, cum Imperator sua auctoritate, quos ei visum fuerit, etiam invitos ad militiam conscribit. *a pressing of soldiers, impress, conscription; a forcing of soldiers to military service.* Id in majoribus plerumque Reipubl. periculis fieri consuevit. Alioqui enim ultro nomina dabant. *Cic. de Prov. Cons.* c. 2. Exercitus ille noster, superbissimo delectu, et durissima conquisitione collectus, omnis interiit. *Liv.* l. 23. c. 32. *sub fin.* Ut in Piceno agro conquisitionem militum haberet. *Id.* lib. 25. cap. 6. *ad fin.* Conquisitionem ingenuorum per agros facere. Al. leg. *habere.* Adde lib. 29. c. 34. et 35.

CONQUISĪTOR, oris, m. *one who inquires or searches,* qui conquirit, ζητητής. Speciatim conquisitores dicti sunt, qui a Magistratibus mittebantur ad conquirendos, qui nomina militiæ darent, ut in voce præced. dictum est: *persons employed to raise soldiers, impress-masters.* A nostris *recruiting officers* appellantur. *Cic. pro Mil.* c. 25. Si Italiæ delectus, ut nonnulli conquisitores tui dictitant, si hæc arma, si delecta juventus contra Milonis impetum armata est. *Liv.* l. 21. c. 11. *extr.* Qui duo populi, delectus acerbitate consternati, retentis conquisitoribus, &c. *Hirt. de Bell. Alex.* c. 2. In omnes partes legatos conquisitoresque delectus habendi causa miserant. ¶ Huc adlusisse videtur *Plaut. Merc.* 3. 4. 80. Certum est, præconum jubere jam quantum est conducier, qui illam investigent. Post ad Prætorem illico ibo, orabo ut conquisitores det mihi in vicis omnibus, &c. ¶ Item exploratores, qui aliorum facta clam arbitrantur, ὠτακουσταὶ, *spies, scouts.* *Plaut. Amph. prol.* v. 65. Ut conquisitores singuli in subsellia eant per totam caveam, &c.

CONQUISĪTUS, a, um, *searched out diligently, studiously sought after,* ζητηθεὶς, diligenter quæsitus, studiose comparatus. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 35. *ad fin.* Conquisiti atque electi coloni. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 23. Peregrina et conquisita medicamenta. *in great request.* *Lucret.* l. 3. v. 420. Conquisita diu dulcique reperta labore Carmina. *Cæs.* lib. 6. *B. Gall.* c. 27. Urorum cornua studiose conquisita ab labris argento circumcludunt. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 21. Mensas conquisitissimis epulis exstruere. *the choicest, most exquisite, most delicious.* ¶ Dicitur et de re mala. *Cic. de Harusp.* c. 26. *extr.* Si unum hominem poeta aliquis, fictis conquisitisque vitiis deformatum, vellet inducere.

CONRECTOR. V. *Corrector.*

CONRECUMBENS, et Correcumbens, entis, συγκατακλινόμενος, simul recumbens. *Tertull. de testim. anim.* c. 4. In convivio eorum, quasi præsentibus, et conrecumbentibus, &c.

CONREGIŌNE, aut veteri scribendi more, *Conrecione,* significat e regione, *Festo* teste, *opposite, over-against:* legiturque etiam in antiqua augurali formula templi effandi apud *Varron.* lib. 6. *L. L.* c. 2. Scaligero ita emendante: *Interea conregione, conspicione, cortumione, utique ea rectissime sensi.* Conregione, *h. e.* intra eas regiones, qua oculi conspicient, ut ipsemet *Varro* mox interpretatur.

CONREGNO, as, n. 1. simul regno, παραδυναστεύω. *Paulin. Nolan.* carm. 25. *Nat. X. S. Fel.* c. 227. *Sulpic. Sever.* l. 2. *Histor.* c. 33. et *Tertull. advers. Gnost.* c. 13. *ex D. Paul. ad Timoth.* 2.

CONRESUPINĀTUS, et Corresupinatus, a, um, simul resupinatus. *Tertull. de anim.* c. 48. Neque corresupinatis internis, &c.

CONRESUSCITĀTUS, et Corresuscitatus, a, um, simul resuscitatus. *Tertull. de resurr. carn.* c. 23. *ex D. Paul. ad Coloss.* 2. vers. 12.

CONRĔUS, et Corrĕus, i, m. qui ob eandem causam reus est, συνένοχος. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 3. leg. 3. Dum a conreo meo petitur, ego inquietor.

CONRIDĔO,
CONRŌDO,
CONRŪGO,
CONRŬO, atque ejus generis reliqua quære in *Corrideo, Corrodo,* &c.

CONRUSPARI, vel Corruspari, est conquirere, scrutari. *Plautus:* Conruspare tua consilia in pectore. Hæc *Festus.*

CONSACERDOS, otis, m. et f. συμμύστης, qui simul cum alio in eodem sacerdotio est. Est *Symmachi* l. 10. ep. 74. et *Paulini Nol.* ep. 20. (*al.* 16.) cap. 2. et habetur etiam in veteri Inscript. *Antiquit. Benevent.* class. 1. n. 10. tradente simul Cosinia Celsina consacerdote sua.

CONSĂCRO, &c. V. *Consecro.*

CONSALUTATĬO, onis, f. *a saluting or greeting one another,* ἀσπασμὸς, actus invicem salutandi, vel multorum salutatio. *Cic.* 2. *Attic.* ep. 18. Huic plausus maximi, con-

salutatio forensis perhonorifica. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 72. Nulla inter coeuntes exercitus consalutatio.

CONSALUTĀTUS, a, um, *saluted or greeted with loud acclamations,* a pluribus salutatus. *Tacit.* l. 3. *Hist. in fin.* Domitianum Cæsarem consalutatum miles frequens in patrios penates deduxit.

CONSALŪTO, as, avi, atum, a. 1. *to salute together, or with a loud voice,* ἀσπάζομαι, invicem, vel simul saluto. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 3. Cum inter se amicissime consalutassent. *to salute one another. Id.* 2. *Phil.* c. 24. Quam ex oppidis municipales, obviam necessario prodeuntes, non noto illo et mimico nomine, sed Voconiam consalutabant. *Liv.* l. 3. c. 26. Dictatorem eum legati gratulantes consalutant. *Plin.* l. 28. c. 2. Consalutare aliquem nomine. *Senec. de Vita beata,* c. 25. Cum deus undique consalutabor. ¶ Pro simplici saluto, *to salute, Petron. in Satyr.* c. 7. Ridens eum consalutavi. et cap. 131. Ut me consalutavit, quid est, inquit, &c.

CONSANESCO, is, anui, n. 3. *to grow sound or whole,* ὑγιάζομαι, sanus fio. *Cels.* l. 7. c. 12. n. 4. *de lingua.* Et plerique quidem, ubi consanuerunt, loquuntur. *Colum.* l. 8. c. 2. Facta ulcera dum consanescunt, figulari creta linuntur. *while they are healing. Id.* l. 4. c. 27. Vitis celeriter consanescit. *Cic.* lib. 4. *Fam.* ep. 6. *a med.* Hoc tam gravi vulnere, etiam illa quæ consanuisse videbantur, recrudescunt. Al. leg. *consenuisse* minus recte.

CONSANGUINĔUS, a, um, adject. *related by blood, especially by the father's side; of the same blood or kindred,* συγγενὴς, ὁμογενὴς, ὁμοπάτριος, sanguine, hoc est generis vinculo junctus. Stricte *consanguinei* dicuntur a JCtis, *Caio* lib. 2. *Institut.* tit. 8. et aliis, fratres et sorores, eodem patre geniti, quamvis fortasse non eadem matre. Hinc sæpe præsertim a Poetis *consanguineus* ponitur pro fraterno, *fraternal. Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 121. Et consanguineæ quondam centesima turbæ, Infelix, uno fratre manente, cadam. *Id. Metam.* 8. v. 476. Consanguineæ umbræ. *Stat.* 11. *Theb.* v. 407. Stat consanguineum campo scelus. *h. e.* fratres ad singularem pugnam parati. *Id. ibid.* v. 60. *de Tisiphone.* Et consanguineos in prœlia suscitet angues. *h. e.* angues suis capillis immixtos, secumque uno partu genitos. *her kindred snakes.* (Similem locum habemus apud *Tibull.* l. 3. eleg. 4. v. 87. *de Cerbero,* et apud *Sidon.* carm. 15. v. 28. *de Briareo.*) *Claudian. in Consul. Prob. et Olybr. fratrum,* v. 267. O consanguineis felix auctoribus anne. *Id. de B. Gild.* v. 286. Ne consanguineis certetur cominus armis. Adde *Valer. Max.* l. et cap. 5. n. 3. et *Acc.* apud *Cicer. de Divin.* lib. 1. c. 22. Absolute de sorore. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel.* v. 117. ut linquens genitoris filia vultum, Ut consanguineæ complexum, &c. ¶ Late autem *consanguinei* vocantur quicumque sanguine inter se connexi sunt, ut *Cassius JCtus* apud *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 16. leg. 1. *ad fin.* definit. Latissime vero omnes conjuncti, sive sint cognati, sive affines, *relations, relatives, kindred. Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 24. Hominum genus consideratur natione, Grajus, an Barbarus; cognatione, quibus majoribus, quibus consanguineis. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 11. Ambarri necessarii, et consanguinei Æduorum. et cap. 33. Ædui fratres consanguineique sæpenumero ab Senatu appellati. *Sil.* l. 1. v. 608. et 655. Roma consanguinea Sagunti. (V. dicta in *Ædui*) *Id.* l. 7. *B. Gall.* c. 77. Propinqui et consanguinei nostri. *Virg.* 7. *Æn.* v. 366. Et consanguineo toties data dextera Turno. Ubi *Servius:* Filius est enim Veniliæ sororis Amatæ. *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 237. Quid consanguineas acies, quid dividis olim Concordes Aquilas. *h. e.* exercitus amicos, et affines etiam. ¶ Translate *Virg. Æn.* 6. v. 278. Et consanguineus Leti Sopor. (κασίγνητος θανάτοιο. *Homer. Iliad.* 14. v. 231.) et *Colum. in proœm.* l. 1. *sub initio.* Res rustica, quæ sine dubitatione proxima et quasi consanguinea sapientiæ est. *the sister as it were.* ¶ *Consanguineum* pro *consanguineorum* est apud *Lucret.* l. 3. v. 73.

CONSANGUINĬTAS, atis, f. *kindred by blood, consanguinity,* συγγένεια, sanguinis conjunctio, ut in voce præced. dictum est. Stricte pro fraternitate, *brotherhood, Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 8. leg. 4. Consanguinitatis jura a patre oriuntur: proximitatis autem nomine mater, &c. Adde *Procul. Dig.* lib. 1. tit. 7. leg. 44. ¶ Late pro quacumque sanguinis conjunctione, *relationship, Virg. Æn.* 2. v. 87. Consanguinitate propinquus. *Liv.* l. 7. c. 9. Cæritem populum, misericordia consanguinitatis, Tarquiniensibus adjunctum fama ferebat. Adde cap. 5. l. 8. ¶ Translate *Tertull. advers. Hæretic.* c. 32. *ad fin.* Consanguinitas doctrinæ. *h. e.* consensus, concordia, similitudo.

CONSĀNO, as, a. 1. *to heal, make whole,* ἀκέομαι, ἐξυγιαίνω, idem quod sano. *Colum.* l. 4. c. 29. Nec propter gelicidia corticem movet, ut cicatricem consanet. et cap. 24. *sub fin.* Vitis laniata putrescit humoribus, ne plagæ consanentur. ¶ Neutra significatione, consanescere, *to heal, become whole. Ulpian. Dig.* l. 21. tit. 1. leg. 10. Si homini digitus abscissus sit, membrive quid laceratum; quamvis consanaverit, &c. Ita *Torrentin.* at *Haloander* habet *consolidaverit.* Suspicatur *Hotoman.* legendum *consanuerit.*

CONSARCINĀTUS, a, um, *patched or sewn together,* συῤῥαφθεὶς, consutus, adsutus. *Ammian.* l. 31. c. 2. Indumenta ex pellibus silvestrium murium consarcinata. *Apul.* l. 7. *Metam.* Centunculi male consarcinati. ¶ Translate *Gell.* l. 13. c. 24. Verbum supplendi numeri causa extrinsecus additum et consarcinatum. *Ammian.* l. 16. c. 8. (*al.* 12.) Suasitque consarcinatis mendaciis, læsæ majestatis arcessere maritum. *Consutis dolis* eod. sensu dixit *Plautus Amph.* 1. 2. 211.

CONSARCĬNO, as, a. 1. *to sew or stitch together; to patch,* consuo, simul sarcio, συσκευάζω, συῤῥάπτω. Translate *Gell.* l. 2. c. 23. *sub fin.* Versus sunt hi Cæcilii consarcinantis verba tragici tumoris. *Ammian.* l. 14. c. 5. (*al.* 12.) Crimina multa consarcinando. et cap. 9. (*al.* 28.) Æmulis consarcinantibus insidias apud Constantium. *h. e.* comminiscentibus.

CONSARRĬO, is, a. 4. *to rake together; to sarcle, weed carefully,* idem quod sarrio, aut simul sarrio. *Cato R. R.* c. 48. Eo stercus minutum addito, consarrito, glebasque comminuito. *Colum.* l. 11. *c. ult. post med.* Sulci omnes consarriendi.

CONSATĬO, onis, f. V. in *Consitio.*

CONSĀTUS, a, um, *sewn, impregnated,* satus, consitus, seminatus. *Solin.* c. 9. (*al.* 14.) *ad fin.* Olympias Alexandri mater nobiliorem ei patrem acquirere affectavit, cum se coitu draconis consatam affirmaret. *h. e.* gravidam factam, ea ratione qua *conserere arva muliebria Lucret.* l. 4. v. 1100. dixit. *Tertull. de resurr. carn.* c. 16. Caro ab exordio uteri consata, conformata, congenita animæ. *Id. de anim.* c. 43. Somnus est segregatio consati spiritus.

CONSAUCIĀTUS, a, um, *severely wounded,* sauciatus, vulneratus, τραυματιζόμενος. *Sueton. in Aug.* c. 20. Et crus, et utrumque brachium ruina pontis consauciatus.

CONSAUCĬO, as, a. 1. *to wound or hurt severely,* τραυματίζω, τιτρώσκω, idem quod saucio, vulnero. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 19. Crebro et celeri vulnere corpus consauciari. *Sueton. in Ner.* c. 26. *extr.* Prætoris caput consauciavit.

CONSAVĬOR, aris, dep. 1. et Consavio, as, a. 1. *to kiss,* κύομαι, φιλέω, suavior, osculor. *Apul.* l. 2. *Metam.* Ubi primum consaviatus eum, &c. *Id.* l. 6. Jupiter prehensa Cupidinis buccula, consaviat. ¶ Legitur et *consuaviatus,* et *consuaviat:* quia et *savium,* et *suavium* dicitur.

CONSCELERĀTUS, a, um, *wicked, depraved, villainous, polluted with guilt, covered with crime, damnable, detestable,* μιαρὸς, scelere pollutus, scelestus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 24. Furiæ parentum pœnas a consceleratissimis filiis repetunt. *Id.* 3. *Verr.* c. 35. *extr.* Pirata consceleratus. *Id. in Pison.* c. 20. Deorum immortalium has esse in impios et consceleratos pœnas certissimas constitutas. *Id. pro Dom.* c. 28. *ad fin.* Propulsare vim consceleratam. *Id. pro Cluent.* c. 67. Illa conscelerata exsectio linguæ. *Id. ibid.* c. 10. Nefarius et consceleratus vultus. *Id. pro Sull.* c. 10. Consceleratus furor. *Id. Catil.* 2. c. 9. Mens conscelerata et nefaria. *Id. pro Sull.* c. 9. Voluntates consceleratæ et nefariæ. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 55. Intestabilis et consceleratus. *Liv.* l. 2. c. 37. *extr.* Conscelerati contaminatique homines.

CONSCELĔRO, as, a. 1. *to violate, profane, pollute wickedly,* μιαίνω, καταμιαίνω, scelere polluo, contamino. *Liv.* l. 40. c. 8. *sub fin.* Agite, conscelerate aures paternas. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 34. Cur non et specto pereuntem, oculosque videndo Conscelero? *Catull.* carm. 66. *ad Jan.* v. 23. pater ipsius nati violasse cubile Dicitur, et miseram conscelerasse domum. *to have stained with guilt.*

CONSCENDO, is, endi, ensum, a. 3. *to climb or go up to, mount, get up, ascend,* ἐπιβαίνω, ἀναβαίνω: a *con,* et *scando,* idem est quod ascendo. *Liv.* l. 29. c. 2. *ad fin.* Quia equos conscendendi equitibus spatium non fuerat. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 222. Conscendere in equos. *Id.* 3. *Metam.* v. 299. æthera. *Id.* 3. *Trist.* el. 8. v. 1. et *Propert.* l. 2. el. 14. v. 15. currum. *Petron. in Satyr.* c. 116. in montem. *Propert.* l. 1. el. 6. v. 3. Riphæos montes. *Tibull.* l. 4. el. 1. v. 171. excelsos vitis conscendere ramos. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 444. Et sol ætherias medius conscenderat arces. *Virg.* 4. *Æn.* v. 646. rogum. *Id.* 1. *Æn.* v. 180. scopulum. *Claudian. in I. Cons. Stilich.* v. 267. et *Sueton. in Tiber.* c. 17. tribunal. ¶ Sæpe est nauticum verbum, et significat navim ingredi, *to embark. Cic. Fam.* 14. ep. 7. Navem spero nos valde bonam habere: in eam simulatque conscendi, hæc scripsi. *Id.* 14. *Attic.* ep. 16. Conscendere in phaselum. *Nepos in Datam.* c. 4. et *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 96. navem. *Virg.* 10. *Æn.* v. 155. classem. *to go on board the fleet. Id.* 1. *Æn.* v. 381. Bis denis Phrygium conscendi navibus æquor. ¶ Et absolute *Cic.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 2. *extr.* Velim, quamprimum bona et certa tempestate conscendas. *Id. Attic.* l. 9. ep. 2. Si Cnæus bene comitatus conscendisset. Adde *Q. Fr.* l. 2. ep. 6. et *Ovid.* 1. *Trist.* el. 2. v. 41. ¶ Translate *Quintil.* (*seu quicumque alius auctor est*) declam. 377. *initio.* Per hominum deorumque contemptum ad ultimum nefas conscendere. *h. e.* ad parricidium.

CONSCENSĬO, onis, f. *a going up,* ascensio, ἀνάβασις. Speciatim est actus conscendendi in navem, *an embarkation. Cic.* 1. *de Divin.* c. 32. Conscensio in naves cum fuga.

CONSCENSUS, a, um, particip. a conscendo. *Justin.* l. 12. c. 10. Navibus conscensis Oceani litora peragrat. *Id.* l. 31. c. 4. Conscensa nave ad Annibalem revertitur.

CONSCĬENS, entis, συνειδὼς, conscius. *Tertull. de carn. Christi,* c. 3. Consciens Christus, quid esset.

CONSCIENTĬA, æ, f. *joint knowledge, the being privy to along with others, conscience, consciousness,* συνείδησις, communis plurium scientia, seu notitia alicujus rei, præsertim malæ. *Cic. Catil.* 1. c. 1. Constrictam jam omnium horum conscientia teneri conjurationem tuam non vides? (Adde 2. *de Fin.* c. 9. *a med.* et cap. 22.) *Tacit. Ann.* 6. c. 21. Quoties super negotio consultaret, liberti unius conscientia utebatur. *Id. in Agric.* c. 2. Illo igne conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur. *h. e.* comburendo cujusdam Historici scripta. *Id.* 13. *Ann.* c. 12. Assumere aliquem in conscientiam. *h. e.* adsciscere, ut simul sciat. Sic *Id. Ann.* 12. c. 67. Adhibere conscientiam alicujus. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 5. leg. 29. Quicumque ob conscientiam stupri accepit aliquid, pœna erit plectendus. *for being privy to it. Curt.* l. 6. c. 8. Exonerare conscientiam suam. *h. e.* manifestare quæ novimus. *Justin.* l. 31. c. 4. Purgare publicam conscientiam. *Liv.* l. 3. c. 60. Illi conscientia, quid abesset virium, detrectavere pugnam. *well aware how large a portion of their force was absent.* ¶ Ponitur et pro simplici scientia, seu notitia et cognitione, quam quisque habet privatim alicujus rei, *knowledge, skill. Plin.* l. 7. c. 30. Regiæ fortunæ prælata litterarum conscientia. *Id.* l. 33. c. 3. Inserta margaritarum pondera e collo dominarum auro pendeant, ut in somno quoque unionum conscientia adsit. *h. e.* animus sciat, et cogitet se habere margaritas. *Flor.* l. 2. c. 12. Nemo regum diutius amissæ fortunæ conscientiam retinuit. *h. e.* notitiam, ac memoriam. ¶ Hinc sæpe dicitur de scientia ac judicio animi circa recte aut prave facta, *conscience:* ex qua oritur voluptas animi ex honestis actionibus, *a good conscience:* et timor, solicitudo, anxietas ex turpibus, *remorse.* Hæc *conscientia animi* ab *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 60. et *Cic. Attic.* l. 13. ep. 49. 2. *de Fin.* c. 16. et 17. et *Phædro in prol.* l. 3. v. 47. appellatur: nempe quia opponitur illi, de qua modo dictum est, notitiæ communi cum aliis, et est propria solum animi cujusque. *Cic. pro Mil.* c. 23. Magna vis est conscientiæ in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil commiserint, et pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccarint. *Id.* 2. *Phil.* c. 44. Satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus est. *Id. de clar. Orat.* c. 71. Consolari se conscientia optimæ mentis. *Id.* 3. *Fam.* ep. 7. *extr.* Hæc ad te scripsi liberius, fretus conscientia officii mei. *Id. Attic.* l. 10. ep. 4. Sustentari præclara conscientia. *Liv.* l. 5. c. 25. Illud se tacere, suam conscientiam non pati. *Cic. in Pison.* c. 17. Oppressus conscientia scelerum tuorum. *Id. Parad.* 5. c. 3. Ex conscientia peccatorum timor exoritur. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 39. Cum haberent conscientiam conditionis suæ. *h. e.* scirent se esse servos. ¶ In plur. num. *Cic. Parad.* 2. Te conscientiæ stimulant maleficiorum tuorum. *the consciousness of your own guilt. Id. pro Rosc. Amer.* c. 24. Malæ cogitationes conscientiæque animi. *Id. pro Cluent.* c. 20. Consilia conscientiasque facinorum supplicio dignas judicare. *the being privy to,* &c. ¶ Cum ablat. et præpos. *de, Sallust. in Catil.* c. 36. *in ep. Catil. ad Catul.* Satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere decrevi. ¶ In hac significatione sæpe absolute ponitur. *Cic.* 12. *Attic.* ep. 27. Mea mihi conscientia pluris est, quam omnium sermo. ¶ Plerumque tamen in malam partem. *Id.* 2. *Catil.* c. 6. Homo audacissimus, conscientia convictus reticuit. *Id.* l. 1. *de Legib.* c. 14. Angor conscientiæ. *Sallust. in Catil.* c. 15. Conscientia mentem vexat. *Id. in Jug.* c. 37. Ex conscientia diffidens rebus suis. *Senec.* ep. 97. *sub fin.* Conscientia flagellantur facinora mala. *Curt.* l. 5. c. 11. Stimulante conscientia. *Id.* l. 3. c. 6. Aliquas conscientiæ notas in ipso ore deprehendere. ¶ Item metonymice pro ipsa culpa, seu reatu, unde oritur conscientiæ angor, *guilt, guiltiness. Sallust. in Jug.* c. 89. Non placuit reticere, ne quis modestiam in conscientiam duceret. ¶ *Recta conscientia,* item metonymice, pro honestate, seu vita cum virtute acta. *an upright conscience; honesty, virtuous life. Cic. Attic.* l. 13. ep. 20. In omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unguem non oportet discedere. *Plin.* l. 1. ep. 12. Plurimas vivendi causas habens, optimam conscientiam, optimam famam, maximam auctoritatem. ¶ Dicitur etiam *bona,* aut *mala* conscientia. *Quintil.* l. 6. c. 1. (*al.* c. 2.) Deorum invocatio velut ex bona conscientia profecta videri solet. *Sallust. in Jug.* c. 66. Ex mala conscientia digna timere. *Adde Senec.* ep. 12. *ad fin.* et l. 1. *de clem.* c. 15. et *Tacit. in Agric.* c. 1. ¶ Salva conscientia. V. *Salvus.* ¶ *Conscientia mille testes* proverb. apud *Quintil. sub fin.* c. 11. l. 5. quo significatur, conscientiam nunquam mentiri, sed rem prodere, et certam facere, non secus ac si mille testibus confirmaretur.

CONSCINDO, is, ĭdi, issum, a. 3. *to cut or tear in pieces,* συντέμνω, διαῤῥήγνυμι, idem quod scindo, discindo, discerpo, lacero. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 18. *sub fin.* Epistolam tuam conscidi innocentem. nihil enim habebat, quod non vel in concione recte legi posset. *Terent. Eun.* 4. 3. 4. Vestem omnem miseræ discidit: tum ipsam capillo con-

scidit. Cic. 5. Verr. c. 23. Pugnis et calcibus aliquem conscindere. ¶ Translate Cic. 2. Attic. ep. 19. Conscindere aliquem sibilis. Lucret. l. 5. v. 46. Quantæ conscindunt hominem cuppedinis acres Sollicitum curæ? h. e. vexant, cruciant. goad, torment. ¶ Absolute Cic. Attic. l. 8. ep. ult. Is me ab optimatibus ait conscindi. h. e. maledictis lacerari. censured severely, blamed, abused.

CONSCIO, is, a. 4. a con, et scio, conscius sum, scio, cognosco. Lex XII. Tab. apud Auct. ad Herenn. l. 2. c. 13. et Gell. l. 17. c. 2. Ante meridiem causam conscito. h. e. cognoscito. Sed mira est hoc loco lectionis varietas. ¶ Conscire sibi aliquid est alicujus pravi facinoris conscium esse, to be conscious of some fault, or the commission of some crime. Horat. l. 1. ep. 1. v. 61. hic murus aheneus esto, Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. ¶ Alium hujus verbi usum non facile invenies.

CONSCIŎLUS, i, diminut. a Conscius. Catull. carm. 66. ad Januam, v. 41. Sæpe illam audivi furtiva voce loquentem Solam consciolis hæc sua flagitia. Al. leg. cum ancillis: alii aliter.

CONSCISCO, is, ivi, itum, a. 4. to vote together or by common consent; to determine, resolve, decree, συμψηφίζομαι, idem quod scisco, vel simul scisco, delibero, decerno, statuo. Liv. l. 1. c. 32. ex veteri formula bellum indicendi: Quas res nec dederunt, nec fecerunt, nec solverunt, pio puroque duello quærendas censeo; itaque consentio, consciscoque. Id. l. 10. c. 18. Tusci fere omnes consciverant bellum. Al. leg. conciverant: alii concitaverant. (Adde l. 33. c. ult.) Id. l. 28. c. 22. Facinus in se ac suos fœdum ac ferum consciscunt. Cic. 3. de Leg. c. 3. extr. Creatio magistratuum, judicia, populi jussa, vetita, cum suffragio consciscentur, optimatibus nota, plebi libera sunto. ¶ In usu frequentiore habet significationem exsequendi, to execute, put in execution, ut, consciscere sibi mortem, to lay violent hands on himself, nempe exsequi id quod deliberaveris et decreveris. Cic. pro Cluent. c. 61. Qui si quid animi, ac virtutis habuisset, mortem sibi ipse conscisset. syncope pro conscivisset. Id. in Bruto, c. 11. Veneno sibi mortem consciscere. Id. 7. Fam. ep. 3. Consciscenda mors voluntaria. Plin. l. 36. c. 15. Labor, incertum, longior, an periculosior, passim conscita nece. the practice of self-destruction being so prevalent. [† sed hoc exemplum pertinet ad Conscitus. V.] Brut. ad Cicer. ep. 16. circa med. Neque incolumis fui Cæsare vivo, nisi postquam illud conscivi facinus. put in execution. Liv. l. 5. c. 53. et l. 10. c. 34. sub fin. [† V. Gronov. ad Liv. 21. 8.] Ut exsilium ac fugam nobis ex eo loco conscisceremus, quem, &c. h. e. nos ultro exsilium et fugam caperemus. Eodem modo l. 29. c. 36. et l. 10. c. 17. et Tacit. 3. Hist. c. 9. locutus est. Gell. l. 10. c. 17. Modum, quo Democritus cæcitatem conscivit, Laberius poeta descripsit. ¶ Consciscere bellum, bellum facere, to make war, dixit Liv. l. 41. c. 8. Vide ibid. c. 6.

CONSCISSĬO, onis, f. a cutting or tearing in pieces, συντομή, actus conscindendi. Augustin. de morib. Eccles. Cath. c. 34. Quid inter unitatem et conscissionem intersit.

CONSCISSŪRA, æ, f. idem ac scissura. Plin. l. 34. c. 8. Etiam cicatricibus operis, atque conscissuris remanentibus. Harduin. legit Concisuris ex MSS. Editiones vet. 1469. 1470. et 1472. habent conscissuris.

CONSCISSUS, a, um, adject. scissus, dilaceratus, cut or torn in pieces, rent, Plaut. Trucul. 1. 1. 32. Pallula conscissa. Terent. Eun. 5. 1. 4. Conscissa vestis. Cic. Fam. 7. ep. 25. Epistola conscissa. Sallust. orat. 1. ad Cæs. de repub. ordin. Plebs R. in villa publica pecoris modo conscissa. cut to pieces, cut down. Cic. Verr. 5. c. 23. Conscissus pugnis et calcibus. beaten, bruised. ¶ Translate Cic. Attic. 2. ep. 19. Qua domiuus, qua advocati sibilis conscissi. hissed. Justin. l. 2. c. 1. sub fin. Ægyptus adversum vim incurrentium aquarum tantis structa molibus, tot fossis conscissa. h. e. intercisa. intersected.

CONSCĪTUS, a, um, particip. a conscisco. Liv. l. 9. c. 26. Calavios mors haud dubie ab ipsis conscita judicio subtraxit. a voluntary death withdrew them, rescued them, &c. Plin. l. 36. c. 15. Conscita nex.

CONSCĬUS, a, um, conscious, privy to, witness of, partaking of, in the secret of, συνειδὼς, συνεπιστάμενος, qui cum aliis scit aliquid sive bonum, sive malum, particeps, socius, testis. Cic. 1. Attic. ep. 18. Qui mihi et in publica re socius, et in privatis omnibus conscius, et omnium meorum sermonum particeps esse soles. Id. 5. Fam. ep. 5. Homo omnium meorum in te studiorum et officiorum maxime conscius. Id. Attic. l. 2. ep. 24. post med. His de rebus conscium esse Pisonem generum meum. Id. 2. de Fin. c. 16. Ut excogitet, quo modo occulte, sine teste, sine ullo conscio fallat. Id. pro Cæl. c. 21. ad fin. Huic facinori tanto mens tua liberalis conscia esse non debuit. Id. 6. Verr. c. 56. Tot viros primarios esse temeritati et mendacio meo conscios. Plaut. Mostell. 2. 3. 46. et Trucul. 1. 1. 40. Facere aliquem conscium. Propert. l. 1. el. 10. v. 2. Affueram vestris conscius in lacrymis. Sallust. in Catil. c. 26. Sæpe antehac fidem prodiderat, creditum abjuraverat, cædis conscia fuerat. h. e. particeps, had been privy to murders committed. ¶ Item qui solus scit rem aliquam. Cum enim scius aut nihil, aut parum admodum sit in usu; pro eo conscius, quæ sonantior est vox, usurpari cœpta: quod et Non. c. 5. n. 29. advertit. Cic. 2. Tuscul. c. 4. Mihi conscius sum, nunquam me nimis cupidum fuisse vitæ. I feel conscious within myself. Cæs. l. 1. B. Gall. c. 14. Si alicujus injuriæ sibi conscius fuisset. h. e. injuriæ illatæ scisset se reum esse. Hirt. l. 8. B. Gall c. 44. Cum sibi conscius esset, quam inimicum deberet Cæsarem habere. Virg. 1. Æn. v. 604. Mens sibi conscia recti. conscious to itself of rectitude; a pure conscience. ¶ Conscius sum mihi benefacienti, vel benefaciens: σύνοιδα ἐμαυτῷ εὖ πεποιηκότι, vel πεποιηκὼς, formula Græcæ locutionis, qua testatur Priscian. l. 18. pag. 1205. Putsch. etiam Latinos aliquando usos fuisse. ¶ Absolute idem est ac reus. Plaut. Mostell. 3. 1. 13. Nihil est miserius, quam animus hominis conscius. Senec. in Herc. Fur. v. 692. Pudor serus conscios vultus tegit. Id. in Hippol. v. 495. Omnes conscius strepitus pavet. ¶ Tribuitur et aliis rebus. Virg. 4. Æn. v. 167. fulsere ignes, et conscius æther connubii. h. e. præsens testis. Id. 2. Æn. v. 141. Numina conscia veri. Martial. l. 4. epigr. 25. Et Phaetontei conscia silva rogi. Ovid. Heroid. ep. 17. v. 265. furtivæ conscia mentis littera. Id. 8. Met. v. 530. diri manus sibi conscia facti. Id. Heroid. ep. 15. v. 138. Antra conscia deliciis. Tibull. l. 1. el. 9. v. 3. Nec mihi sunt sortes, nec conscia fibra deorum. h. e. exta, quæ norunt quodammodo, ac manifestant deorum voluntatem. Ovid. 2. Amor. el. 1. v. 7. Atque aliquis juvenum, quo nunc ego, saucius arcu, Agnoscat flammæ conscia signa suæ. h. e. quæ flammam suam repræsentent, et significent. Id. 3. Metam. v. 290. Quoque magis credas, Stygii quoque conscia sunto Numina torrentis. h. e. testes. Senec. in Herc. Œt. v. 1207. Virtus conscia laudis. h. e. quæ scit laudem sibi deberi. Lucan. l. 1. v. 20. Gens nascenti conscia Nilo. h. e. quæ accolit Nili fontes. Virg. Æn. 12. v. 668. Conscia virtus. conscious worth. h. e. quæ sua vires cognoscit.

CONSCREOR, aris, pass. 1. to hawk or spit, pituitam, aut salivam exscreando purgor, συναναχρέμπτομαι. Plaut. Pers. 2. 5. 7. Magnifice conscreabor. Apud Non. c. 7. n. 92. hæc eadem Plauti verba referentem legitur consecrabor: sed vel corrupta est lectio, vel Nonius erravit turpiter, ut et Lips. adnotavit l. 2. quæst. epistolic. ep. 4.

CONSCRIBILLO, as, a. 1. to scribble, scrawl, diminut. a conscribo, sed ejusdem significationis, ut Non. c. 2. n. 108. docet. Videtur tamen continere aliquem contemptum. Varro ibid. Itaque eas in ceram conscribillavit. Id. ibid. Astrologi non sunt, qui conscribillarunt pigmentis cælum. Catull. carm. 25. ad Thall. v. 10. Ne laneum latusculum, natesque mollicellas Inusta turpiter tibi flagella conscribillent. h. e. vibicibus notent, aut scarificent, lacerent, ἐγγράφωσι, ἐπιγράφωσι. should imprint marks upon, mark all over with weals. Antepænultima hoc loco a Catullo corripitur.

CONSCRĪBO, is, ipsi, iptum, a. 3. to write, συγγράφω, idem quod scribo, vel simul scribo. Cic. 12. ad Attic. ep. 19. De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conscripsit. ¶ Est etiam militare verbum. Nam conscribere milites est cogere, et eorum nomina scribendo milites facere, to raise, levy, enlist. Cic. post redit. ad Quir. c. 5. Cum homines in tribunali Aurelio palam conscribi, centuriarique vidissem. Lentul. ad Coss. l. 12. Fam. ep. 15. sub fin. Milites, quos Dolabella ex Asia conscripserat. Cæs. l. 1. B. Gall. c. 10. Duas legiones conscribere. Plaut. Mil. 1. 1. 76. Cogere et conscribere latrones. ¶ Item generatim describere etiam extra rem militarem, to enroll. Cic. pro Planc. c. 18. et 19. Conscripsisse, sequestrem fuisse, tribules decuriasse. ¶ Sæpe significat scribendo componere, rem aliquam scribendo tractare. to write, compose. Cic. 7. Fam. ep. 19. Institui Topica Aristotelea conscribere. Id. pro Rosc. Amer. c. 35. Conscribere volumen. Id. Attic. l. 4. ep. 1. ad fin. legem. to make, frame, draw up: componere legem populo proponendam. Id. de Harusp. resp. c. 20. testamenta. Id. Attic. 13. ep. 50. epistolam de aliqua re alicui. Nepos in Lysand. c. ult. librum multis verbis. Ovid. 2. ex Pont. el. 9. v. 73. stultam conscripsimus artem. Auct. ad Herenn. initio l. 1. De ratione dicendi conscribere. ¶ Aliquando lacerare, scarificare, concidere. to mark, imprint marks upon. Plaut. Pseud. 1. 5. 132. Stilis me totum usque ulmeis conscribito.

CONSCRIPTĬO, onis, f. a writing, composing, συγγραφή, actus conscribendi. Cic. pro Cluent. c. 67. Falsæ conscriptiones quæstionum. h. e. tabulæ. Vitruv. initio proœm. l. 7. Omnium generum sensus conscriptionibus memoriæ tradendos curaverunt. h. e. libris conscriptis. Sidon. l. 7. ep. 18. De libelli conscriptione meditari. Arnob. l. 7. pag. 242. Quid historiæ sibi volunt, quid annales, quorum in conscriptionibus legimus, &c? Adde pag. 253.

CONSCRIPTOR, oris, m. a writer, composer, συγγραφεὺς, qui conscribit. Quintil. (seu quicumque alius auctor est) declam. 277. Conditor conscriptorque legis. Arnob. l. 1. pag. 53. et 34. Conscriptores nostri mendaciter ista prompserunt. Adde Augustin. ep. 18. a med.

CONSCRIPTUS, a, um, written, composed, συγγεγραμμένος, idem quod scriptus, scribendo compositus. Cic. pro Cluent. c. 66. Fortunas alterius litteris conscriptas in judicium afferre. Id. de clar. Orat. c. 35. Liber conscriptus de consulatu, de rebus gestis. Cæs. l. 5. B. Gall. c. 46. Epistola Græcis litteris conscripta. Ovid. 2. Amor. el. 5. v. 17. Conscripta vino mensa. ¶ Id. 5. Trist. el. 3. v. 55. veterum digne veneror conscripta virorum. the writings. Al. leg. cum scripta. ¶ Item inter milites descriptus, enrolled, enlisted. Cæs. l. 1. B. Civ. c. 85. Legio conscripta. Tacit. 3. Ann. c. 42. Ala equitum conscripta Treveris. ¶ Patres conscripti, ἔγγραφοι, προσκαταγραφέντες, the senators, conscript fathers, in Senatu R. primum dicti sunt, inquit Festus, qui ex equestri ordine patribus adscribebantur, ut numerus Senatorum expleretur. Id. sub litera Q. explicatius hæc addit: Qui patres, qui conscripti vocati sunt in Curiam, quo tempore Regibus urbe expulsis, P. Valerius Cons. (Liv. l. 2. c. 1. et Tacit. 11. Ann. c. 25. hoc L. Junio Bruto ejus collegæ attribuunt. Dion. Halic. l. 5. utrique consuli) propter inopiam Patriciorum, ex plebe (Liv. ibid. ex primoribus equestris gradus) adlegit in numerum Senatorum centum et sexaginta et quatuor, ut expleret numerum trecentorum: et duo genera appellata sunt. Tangit hic Fest. morem eorum temporum, quo post Senatores hosce conscriptos, additosque Senatui, accensus ita eos vocare in Senatum solebat: qui patres, quique conscripti, &c. V. Liv. loc. cit. Hosce conscriptos patres Tacit. loc. cit. appellat patricios minorum gentium, ut eos, quos Romulus instituerat majorum. Liv. vero l. 1. c. 35. et 47. minorum gentium appellat illos centum, quos Tarquinius Priscus adlegerat. Qui vero post eos in Senatum adsciti sunt (quod sæpius est factitatum) allecti sunt appellati: de quib. V. suo loco. Verum non desunt ex recentioribus, qui conscriptos putant appellatos eos, quos Romulus ipse post Sabinum bellum in Senatum adscivit, et primis centum patribus adjunxit. V. plura apud Eruditos, Sigon. Panvin. Manut. &c. ¶ Procedente tempore omnes patres conscripti vocati sunt: quæ appellatio in Orationibus Ciceronis passim occurrit. ¶ Absolute Horat. in ar. Poet. v. 314. Discere, quod sit conscripti, quod judicis officium. ¶ Denique conscriptus interdum est idem quod subscriptus, underwritten, subscribed, quia qui subscribit, simul cum alio scribit. Ulpian. Dig. lib. 38. tit. ult. leg. 2. ad fin. Finge autem plenius conditionem conscriptam: nonne erit matri ignoscendum? ¶ Delineatus, descriptus. Stat. l. 3. silv. 1. v. 117. conscripta formatur imagine tela.

CONSĔCO, as, ecui, ectum, a. 1. to cut, cut in pieces, συγκόπτω, διατέμνω, idem quod seco, concido. Ovid. 3. Trist. eleg. 9. extr. Inde Tomos dictus locus est, quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse sui. Ascon. in argum. Milonianæ a med. Articulatim consecare aliquem. Plin. l. 12. c. 19. Consecare surculos. V. alia in Consectus. ¶ Id. l. 36. c. 26. de massa vitri ferventis. Consecat usque ad ossa quidquid afflaverit corporis. burns its way, or penetrates to the very bone. Petron. in Satyr. c. 137. tremulo deduxit vertice canos, Consecuitque genas, oculis nec defuit imber. tore the cheeks.

CONSECRANĔUS, a, um, adject. devoted to the same service, engaged in the same cause, qui eorundem sacrorum particeps est, συμμύστης: item commilito, eodem sacramento obstrictus. Capitolin. in Gord. c. 14. Sacrati commilitones, imo etiam mei consecranei. Tertull. in Apol c. 16. Sed et qui crucis nos religiosos putat consecraneus erit noster.

CONSECRATĬO, onis, f. idem ac sacratio, ἀφιέρωσις, a consecration, dedication. Cic. pro Dom. c. 48. An consecratio nullum habet jus, dedicatio est religiosa? [† De discrimine inter consecratio et dedicatio V. omnino Ernest. Clav. Cic. in Consecratio.] V. Consecro. ¶ Consecratio etiam dicebatur Imperatorum defunctorum in Deos relatio, ἀποθέωσις. a deifying, deification. quod primum in Augusto factum est. Fiebat autem exstructo rogo aromatibus farto, immissoque igne; quo accenso aquila emittebatur, quam dicebant animam demortui ad Deos evolantis. In Augustarum consecrationibus adhibebatur Pavo, qui Junoni est sacer. Omnem hunc ritum V. apud Herodian. l. 4. c. 2. Ipsa autem vox consecratio hoc sensu occurrit apud Tacit. Ann. 13. c. 2. et in nummis Augusti, Vespasiani, Titi, &c. item Liviæ, Flaviæ Domitillæ, Marcianæ, Matidiæ, &c. apud Mediobarb. Patin. et alios. nec semper pavo in nummis mulierum, sed aliquando etiam aquila visitur, ut in nummo Matidiæ, et alibi. ¶ Item institutio alicujus in sacerdotem, a consecrating, τελείωσις. Inscript. apud Gruter. pag. 303. n. 2. D D. N N. Valente et Valentiniano Augg. VI. Id. Apr. tradidit Hierocoraica Aur. Victor Augentius filio suo Æmiliano anno trigesimo consecrationis suæ. ¶ Mira hujus vocis significatio est pro magica precatione seu sacrificio. Lamprid. in Heliogab. c. 9. Dictum est a quibusdam, per Chaldæos et Magos Antoninum id egisse, ut Marcomanni populo R. semper devoti essent, atque amici, idque factis carminibus et consecratione. Cum quæreret quæ illa essent, vel ubi essent, suppressum est: constabat enim, illum ob hoc consecrationem quærere, ut eam dissiparet.

CONSECRĀTOR, oris, m. one who consecrates or dedicates, τελειωτής, qui consecrat. Tertull. de Pudic. c. 21. sub fin. Auctor et consecrator Ecclesiæ. Hieronym. ep 83. ad Ocean. c. 4. Consecrator virginum. Firmic. l. 4. c. 7. sub fin. Consecratores simulacrorum.

CONSECRĀTRIX, icis, f. quæ consecrat. *Tertull. advers. Gnost.* c. 3. Ægyptus, inter cetera animalia, bovis etiam consecratrix. *h. e.* quæ bovem quoque deum facit.

CONSECRĀTUS, a, um, *consecrated, dedicated*, ἀφιερωθεὶς, ἀφιερώμενος, Deo dicatus, sacer. *Cic.* 6. *Verr.* c. 2. *extr.* Hunc marmoreum Cupidinem, quod erat consecratus, non attigit. et cap. 57. *extr.* Aristeus una cum Libero patre eodem in templo consecratus. ¶ Item Deus factus. *deified. Cic.* 2. *de Legib.* c. 11. Ex hominum genere consecratos, ut Herculem, coli lex jubet. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 35. *extr.* Beluæ a Barbaris propter beneficium consecratæ. et l. 3. c. 20. Tempestates, quæ populi R. ritibus consecratæ sunt. *Tacit. Ann.* 13. c. 14. *extr.* Claudius consecratus. V. *Consecratio.* Rursus *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 10. In istis urbibus tuas virtutes consecratas, et in deorum numero collocatas vides. (Adde l. 3. *de nat. Deor.* cap. 19. *ad fin.*) ubi eodem modo locutus est. Intelligit autem statuas positas virtutibus Q. Fratris, eo modo quo *Providentiæ Tiberii, Pietati Augusti, Clementiæ*, &c. quæ leguntur in antiquis Impp. Rom. monumentis. *Lips.* l. 1. *Elect.* c. 14. ¶ Translate *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 4. Socratis multiplex ratio disputandi Platonis memoria et litteris consecrata. *Id. pro Sext.* c. 68. *extr.* Opinio in illo sanctissimo Hercule consecrata. *Id. de Harusp. resp.* c. 4. *de Clodio.* Cogitet, si contentus sit iis sceleribus, quæ commisit, esse jam consecratum Miloni. *h. e.* devotum: velut sacrum, et detestabilem, destinatum esse Miloni, a quo per accusationem, legibus ac judicio conficiatur. *devoted. Id.* 2. *Tuscul.* c. 2. Qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati sunt. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 1. Ars corporis curandi deorum immortalium inventioni consecrata. *h. e.* diis inventoribus attributa, et sacra habita.

CONSĔCRO, as, avi, atum, a. 1. *to consecrate, dedicate*, ἀφιερόω, καθιερόω, τελειόω, ex profano sacrum ac religiosum facio, Diis dico: a *con*, et *sacro*, et ejusdem cum eo significationis. *Cic. pro Arch.* c. 11. Martis manubias Musis consecrare. *Id. Verr.* 6. c. 29. *extr.* Dare, donare, dicare, consecrare candelabrum Jovi Opt. Max. *formula aliquid Diis addicendi. Id. pro Dom.* c. 55. Consecrare aram in litore. et cap. 47. C. Atinius bona Q. Metelli consecravit, foculo posito in Rostris, adhibitoque tibicine. et *ibid. paulo post.* Tu capite velato, concione advocata, foculo posito, bona Gabinii consecrasti. (*Habes hic ritum bona alicujus consecrandi.*) *Sueton. in Cæs.* c. 81. Equos quos in trajiciendo Rubiconi flumini consecrarat, ac vagos, et sine custode dimiserat. ¶ Inter consecrare, et dedicare multiplex est discrimen. Consecrantur quæcumque res diis addicuntur, etiam agri, animalia, &c. dedicantur ea tantum, quæ ad deorum cultum proxime pertinent, ut signa, tabulæ, ædes, aræ, templa. Quæcumque dedicantur, consecrata sunt; non contra. Nam dedicatio supponit consecrationem, non contra. Dedicare interdum est uti incipere, encæniare: consecrare hoc sensu proprie non dicitur. Quædam consecrare quivis potest privatus: dedicare est Magistratus, aut illius, quem populus jusserit. Consecratio non habet certam formulam: at in dedicatione pontifex verba præibat, quibus illa perageretur. Denique alii consecrandi solemniter, alii dedicandi ritus fuere. Aliquando tamen hæc duo confunduntur. *Martial.* l. 4. epigr. 30. Et pisces venerare dedicatos. *h. e.* consecratos, Domitiano sacros in sinu Baiano. ¶ Quia quæ diis consecrantur, perpetuo sacra esse debent; hinc aliquando consecrare ponitur pro perpetuum facere, immortalitate donare. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 15. Cum amplissimis monumentis consecrare voluisses memoriam nominis tui. *Id. Attic.* l. 12. ep. 18. Consecrare aliquid omni genere monumentorum. *Id. pro Mil.* c. 29. *ad fin.* Qui tyrannos necaverunt, prope ad immortalitatis et religionem et memoriam consecrantur. ¶ *Consecrare aliquem* est inter deos referre, et deum facere, ἀποθεόω. *to deify.* V. *Consecratio. Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 24. Liber, quem nostri majores auguste sancteque cum Cerere, et Libera consecraverunt. et l. 3. c. 15. Omne fere genus bestiarum Ægyptii consecraverunt. *deified, worshipped as deities. Id.* l. 2. *de Leg.* c. 11. Bene vero, quod Mens, Pietas, Virtus, Fides consecratur manu. *h. e.* manu et arte factis et consecratis earum signis, in deorum numero habentur. *Curt.* l. 9. c. 6. *extr.* Olympiadem matrem immortalitati consecrare. *Vopisc. in Probo*, c. 23. Probi dignitas consecranda vultibus, et ornanda templis. *h. e.* iconibus factis, deorum more colenda. Translate *Cic.* 2. *de Leg.* c. 2. Patria, pro qua mori, et cui nos totos dedere, et in qua nostra omnia ponere, et quasi consecrare debemus. *h. e.* perpetuo addicere. *Id. in fragm. de consolat.* apud *Lactant.* l. 1. c. 15. Consecrare aliquem ad opinionem omnium mortalium. ¶ Ponitur et pro devovere, et tanquam exsecrabile occidendum destinare. *to devote, doom to destruction. Liv.* l. 3. c. 48. Te, Appi, tuumque caput sanguine hoc consecro. *Plin. in Paneg.* c. 64. Expressit verba, quibus caput suum, domum suam, si sciens fefellisset, deorum iræ consecraret. ¶ Reperitur et *consacro* per *a*: quamquam rarius. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 18. n. 6. Ex voto suscepto aram consacravit. Alia pag. 867. n. 5. Ollarum quæ in his ædificiis insunt, et consacratæ sunt. Al. hic leg. *consecratæ.*

CONSECTANĔUS, a, um, *of the same sect, following the same persuasion*, qui aliorum opinionem, aut doctrinam sequitur, qui est ejusdem sectæ, ὁμογνώμων. *Sidon.* l. 3. ep. 6. Vos consectanei vestri Plotini dogmatibus inhærentes. *Id.* l. 7. ep. 9. *init. concionis.* Et sic incipientes quosque, inter disputantium consectaneorum cathedras, mutum sustinuisse quinquennium. Adde l. 1. ep. 1. ¶ Item consequens. *Arnob.* l. 7. pag. 214. Si teneamus, universos animorum affectus ignotos diis esse, consectaneum est credere, nunquam deos irasci.

CONSECTARĬUS, a, um, ἐπακολουθητικὸς, qui ex aliqua re consequitur, consequens, connexus. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 18. Illud vero minime consectarium, sed in primis hebes, &c. ¶ *Consectarium* absolute est argumenti brevis et adstricta conclusio, aperte ac statim ex præmissis consequens. *an acute or clear conclusion. Cic.* 3. *de Fin.* c. 8. Consectaria me Stoicorum brevia et acuta delectant. Concluduntur eorum argumenta sic: Quod est bonum, omne laudabile est: quod autem laudabile est, omne honestum est. Bonum igitur quod est, honestum est. Adde 4. *de Fin.* c. 18.

CONSECTATĬO, onis, f. *a following or hunting after*, παρακολούθησις, sectatio. *Cic. in Orat.* c. 49. In hujus concinnitatis consectatione Gorgiam fuisse principem accepimus. *affectation. Plin.* l. 14. c. 6. *sub fin.* Manifestum est, supervacuam esse, generum (*vini*) consectationem in numerum, cum eadem vitis aliud aliis in locis polleat. *h. e.* enumeratio.

CONSECTĀTRIX, icis, f. παρακόλουθος, quæ sectatur. *Cic.* 3. *Offic.* c. 33. Est enim temperantia libidinum inimica, libidines autem consectatrices voluptatis. *the handmaids of pleasure.*

CONSECTĬO, onis, f. sectio, *a cutting*, διατομή. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. Arborum autem consectione, omnique materia et culta et silvestri, &c.

CONSECTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to go after, follow after, pursue*, ἀκολουθέω, frequentat. a *consequor*, sector, vel sæpe, aut omnino, aut diligenter sector. *Terent. Eun.* 2. 2. 18. Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt, nec sunt: hos consector, his ultro arrideo, &c. *these are the men I seek after. Plaut. Trinum.* 2. 1. 12. Eos cupit, eos consectatur, subdole blanditur. *Id. Pseud.* 4. 7. 137. Angiporta hæc certum est consectarier. (pro *consectari* paragoge) *h. e.* percurrendo sequi. *Plin.* l. 8. c. 47. Arieti naturale agnas fastidire, senectam ovium consectari. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Fin.* c. 10. Amare, consectari, velle adipisci aliquid. *to seek, to obtain. Id.* 2. *de Offic.* c. 15. Alexander largitione benevolentiam Macedonum consectatur. *Id.* 1. *de Offic.* c. 2. Sisenna in historia puerile quiddam consectatur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 27. Tardi ingenii est rivulos consectari, fontes rerum non videre. *Id. in Pison.* c. 24. Inanem aucupari rumorem, et omnes umbras etiam falsæ gloriæ consectari. *Id.* 1. *de Orat.* c. 8 *ad fin.* Ac ne plura, quæ sunt pæne innumerabilia, consecter, comprehendam brevi. *h. e.* ne plura dicendo persequar. *Plin. in Paneg.* c. 75. Sed quid singula consector, et colligo? quasi vero aut oratione complecti, aut memoria consequi possim. *Plin. alter.* l. 2. c. 52. Consectari aliquid subtilius. ¶ Pro imitari, *to imitate. Cic.* 3. *de Orat.* c. 11. Vitium, quod nonnulli de industria consectantur. *affect. Id.* 5. *Tuscul.* c. 4. Consectari rationem disputandi Socratis. *Gell.* l. 12. c. 1. Scite et perite noster Maro, cum versus illos Homeri consectaretur, &c. ¶ Significat etiam insectari, persequi, urgere, *to pursue, press upon*, διώκω. *Cic.* 2. *Attic.* ep. 18. Consectari aliquem clamoribus, et conviciis, et sibilis. *to follow or load with hootings*, &c. *Nepos in Themist.* c. 2. Maritimos prædones consectando, mare tutum reddidit. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 15. Singulas naves nostri consectati expugnaverunt. *having chased.* et *in fine* l. 5. Recedentes equites consectantur, atque occidunt. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 7. Omnia me mala consectantur, omnibus exitiis interii. Adde *Hirt. de B. Afric.* c. 44. *a med.* ¶ Cum infinito *Apul.* l. 8. *Metam.* Dum forte passerem incantantem sepiculæ consectatur arripere. ¶ Passiva significatione *Laber.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 793. *Putsch.* Uxorem tuam a populo lapidibus consectari video.

CONSECTUS, a, um, *cut*, τετμημένος, concisus, sectus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 59. *ad fin.* Servare rapa consecta in sinape. et l. 3. c. 10. *ad fin.* Nasturtium consectum minutatim. *Plin.* l. 17. c. 10. Truncus arboris consectus. *Id.* l. 30. c. 4. Consectus in tenues membranas.

CONSECUTĬO, et Consequutio, onis, f. *a consequence*, actus consequendi, consequentia, συνέπεια, ἀκολούθημα, ἐπακολούθησις. *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 11. Ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis. *produces a succession of pleasure. Id.* l. 1. *de Invent.* c. 29. Simplex conclusio ex necessaria consecutione conficitur. ¶ Significat etiam rectam verborum constructionem, qua nimirum secundum leges Grammaticæ unum post aliud apte consequitur, σύνθεσιν, συνέπειαν. *a right construction of words by which they are connected together by the laws of grammar. Cic. in partit.* c. 6. Consecutio servanda est, ne generibus, numeris, temporibus, personis, casibus perturbetur oratio. Nam ut in simplicibus verbis quod non est Latinum, sic in conjunctis quod non est consequens, vituperandum est. ¶ Item genus argumenti, quod ex iis, quæ factum aliquod consequuntur, desumitur. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 2. enumerat inter sex partes, in quas distribuit narrationem defensoris. et cap. 5. definit his verbis: Consecutio est cum quæritur, quæ signa nocentis, et innocentis consequi soleant. ¶ Item genus complexionis, hoc est conclusionis argumenti, qua inferimus non id, quod ex ipsa argumentatione directo conficitur, sed aliud, quod ex illo sequi necesse est: ut, Si peperit, cum viro concubuit: peperit autem: fecit igitur incestum. Ita *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 40. ubi addit paulo post: In iis argumentationibus, in quibus exitus perspicuus est, oportet consecutione uti. ¶ Item unus ex tribus modis cognitionis, hoc est earum quæstionum rhetoricarum, quæ ad solam cognitionem referuntur. Hic autem modus tractatur, cum, quid quamque rem sequatur, inquiritur: ut illud: Sit ne aliquando mentiri boni viri. *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 29. V. ¶ Denique idem est quod adeptio, *an obtaining*, τεῦξις, ἐπιτυχία. *Tertull. de Baptism.* c. 18. *extr.* Si qui pondus intelligant baptismi, magis timebunt consecutionem, quam dilationem. *Id. de resurr. carn.* c. 52. *post med.* Consecutio resurrectionis.

CONSECŪTUS, et Consequutus, a, um, *having followed, gone in quest of*, qui sequitur, particip. *Cic. Phil.* 1. c. 13. Proximo, altero, tertio, reliquis consecutis diebus non intermittebas, &c. *Id. in frag.* apud *Non.* c. 1. n. 142. In quo tua me provocavit oratio, mea consecuta est segnis. *Plaut. Cist.* 1. 1. 93. Consecutus est clanculum me usque ad fores. ¶ Item qui obtinuit, et adeptus est, *having obtained. Cic. in Fam.* apud *Non.* c. 4. n. 231. Ea, quæ es ab Senatu summo cum honore tuo consecutus. ¶ Passive *obtained, gained possession of. Varro* apud *Priscian.* l. 8. pag. 792. *Putsch.* Consecuta negliguntur.

CONSĒDO, onis, m. πάρεδρος, assessor, qui una sedet. *C. Hemina* apud *Non.* c. 1. n. 312. Nemo vicinus consedo.

CONSĒDO, as, avi, atum, a. 1. *to still, allay, quiet*, idem quod sedo. *Cato* apud *Charis.* l. 2. pag. 184. *Putsch.* Maximos tumultus maturissime disjeci atque consedavi.

CONSELLÆ, arum, f. videntur esse idem quod sellæ, vel sellæ duplices. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 3. Consellas quoque prævalidis in funibus aptas. Sed alii leg. *tonsillas.*

CONSEMINĀLIS, le, idem ac consemineus. *Colum.* l. 12. c. 45. Propter quod etiam conseminalium vinearum non est tam firmum vinum.

CONSEMINĔUS, a, um, *sown with several sorts of seeds, planted with several kinds of plants*, πολύσπορος, id, in quo varia semina commixta sunt, ut *Silva conseminea*, quæ ex variis arborum generibus consita est: *Vinea conseminea*, in qua diversa vitium semina acervatim confusa sunt. *Colum.* l. 11. c. 2. Silvam siquis barbaricam hoc est consemineam velit facere. *Id.* l. 3. c. 21. Idque in vineis non consemineis observari difficile est.

CONSENESCO, escis, enui, *to grow old*, συγγηράσκω, senesco. *Horat.* l. 3. od. 5. v. 5. Miles Crassi conjuge barbara Turpis maritus vixit, et hostium Consenuit socerorum in arvis. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 632. Illa sunt annis juncti juvenilibus, illa Consenuere casa. ¶ Translate *Quintil.* l. 9. c. 4. *post med.* Totus vero hic locus non ideo tractatur a nobis, ut oratio, quæ ferri debet ac fluere, dimetiendis pedibus, ac perpendendis syllabis consenescat. *Id.* l. 3. c. 8. *sub fin.* (*al.* c. 10.) Consenescere in commentariis rhetorum. *Id.* l. 12. c. 11. Non est in una exercitationis specie consenescendum. *Propert.* l. 3. el. 5. v. 50. haud ulla carina consenuit. *h. e.* periit aliqua tempestate, antequam corrumpi vetustate inciperet. *Plaut. Rud.* 5. 2. 15. Veru in manibus consenescit. *h. e.* rubigine deteritur. *Plin.* l. 35. c. 10. Consenuit tabula carie. ¶ Sæpe ponitur pro deficere, languere, *to grow into disuse, lose its force, grow out of date, grow weak or languid, fade, decay. Plaut. Capt.* 1. 2. 30. Qui tuo mœrore maceror, macesco, consenesco, et tabesco miser. *Liv.* l. 9. c. 3. Animum quoque patris consenuisse in affecto corpore rebatur. *Cic. Attic.* 2. ep. 13. Noster amicus Magnus, cujus cognomen una cum Crassi Divitis cognomine consenescit. *h. e.* usurpari desiit. Eadem ratione et *Plin. initio proœm. Hist. nat.* locutus est. *Flor.* l. et c. 3. Donec invicta illa rabies, et impetus consenesceret. *Cic* 1. *de Orat.* c. 58. Veteres leges aut ipsas sua vetustate consenuisse, aut novis legibus esse sublatas. *Id. pro Cluent.* c. 2. Invidia consenescit. ¶ A *Varron.* l. 3. *R. R.* c. 9. *consenescere* dicuntur pulli gallinarum, cum pedibus infestantur, quia propter eos langueut, laborant, et macie corrumpuntur: item ova ipsa, quæ inveterascunt, et inutilia ad incubandum fiunt.

CONSENSĬO, onis, f. *consent, agreement, unanimity*, ὁμόνοια, actus consentiendi, consensus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 13. Omni in re consensio omnium gentium, lex naturæ putanda est. *Id. de Amic.* c. 4. Id, in quo est omnis vis amicitiæ, voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio. *Id. ad Brut.* ep. 7. Res omnium consensione laudata. *Id. post redit. in Sen. sub fin.* Nulla de illis ma-

gistratuum consensio. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 76. Tanta Galliæ consensio fuit libertatis vindicandæ, ut &c. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 5. *sub fin.* Omnia hæc, quæ supra, et subter, unum esse, et una vi atque una consensione naturæ constricta esse. ¶ In malam partem pro conspiratione prava, *a plot, conspiracy.* *Id.* l. 10. *ad Attic.* ep. 4. Quorum societatis et sceleratæ consensionis fides quo eruperit, vides. *Id.* 7. *Verr.* c. 4. Nulli ne motus in Sicilia servorum, nullæ consensiones factæ esse dicuntur?

CONSENSUS, us, m. *consent, agreement, unanimity,* ὁμόνοια, idem quod consensio. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 15. Omnium consensus naturæ vox est. *Id.* 4. *Phil.* c. 5. Nunquam vester consensus major in ulla causa fuit. *Id. pro Ligar.* c. 12. Quis est, qui horum consensum conspirantem, et pæne conflatum non noverit? *Id. de Harusp. respon.* c. *ult.* Consensus ordinum est divulsus. *Id. in fragm. epist.* apud Non. c. 4. n. 93. Ex consensu civitatis. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 30. Se se habere quasdam res, quas e communi consensu ab eo petere vellent. *by common consent.* *Id. ibid.* l. 2. c. 29. *extr.* Omnium consensu pax facta. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 54. *extr.* Facilior inter malos consensus ad bellum, quam in pace ad concordiam. *Plin.* l. 14. c. 6. *extr.* Vina, de quibus consensus ævi judicaverint, hæc sunt. *h. e.* homines consentientes. *Id.* l. 17. c. 5. Quæ consensu laudatur. *h. e.* communi consensu. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 6. Mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum concentusque reperitur. *Id.* 2. *de Divin.* c. 15. Conjunctio naturæ, et quasi concentus atque consensus, quam συμπάθειαν Græci appellant. *Id.* 5. *de Fin.* c. 23. Conspiratio consensusque virtutum. ¶ *Consensu* pro *consensui.* *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 29. Cujus consensu ne orbis quidem terrarum possit obsistere. V. *Concubitus.*

CONSENSUS, a, um, adject. *Gell.* l. 15. c. 26. Syllogismus est oratio, in qua consensis quibusdam et concessis aliud quid conficitur. ὁμολογουμένων, *granted, agreed.*

CONSENTANĔE, adverb. *agreeably, conveniently,* συμφώνως. *Lactant.* l. 3. c. 8. Summum est bonum, cum natura consentanee vivere. *Hieron.* l. 3. *in Rufin.* c. 1. *extr.* Narrare aliquid memoriter, et consentanee. *h. e.* cum convenientia ad veritatem, *with a regard for the truth.*

CONSENTANĔUS, a, um, *agreeable, suitable, consonant, meet, convenient, fit, answerable, consentaneous, consistent,* σύμφωνος, conveniens, consentiens, aptus, congruus: a *consentio.* *Cic. in Orat.* c. 22. Decere, quasi aptum esse, consentaneumque tempori et personæ. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 2. Hæ disciplinæ, si sibi consentaneæ esse velint, de officio nihil queant dicere. *h. e.* si sibi ipsæ consentiant, ut *Idem* ait paulo supra. *Vellei.* l. 2. c. 63. Vir vita et morte consentaneus. *h. e.* constans, et sibi conveniens. *Cic. Phil.* 9. c. *ult.* Ejus mors consentanea vitæ fuit. *correspondent, conformable.* Eod. sensu *Id.* 3. *Fam.* ep. 6. Quod erat consentaneum cum iis litteris, quas &c. *accorded with.* ¶ *Consentaneum est,* conveniens est, *it follows of course, it is agreeable to reason.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 15. *extr.* Consentaneum est, in iis sensum inesse et intelligentiam. *Id.* 1. *Offic.* c. 20. Non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate. ¶ *Consentanea* a *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 39. *sub fin.* dicuntur antecedentia: quia quidquid antecedit quamque rem, id cohæret cum re necessario, ut *Id.* ait *in Top.* c. 12. *extr.*

CONSENTES dicti sunt Dii duodecim, quos in consilium accire dicitur Jupiter, uti docet *Arnob.* mox citandus, et *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei,* c. 23. Hi duplicis generis esse videntur Rustici, et Urbani. Rusticos enumerat *Varro* l. 1. *R. R.* c. 1. Jovem et Tellurem, Solem et Lunam, Cererem et Liberum, Robigum et Floram, Minervam et Venerem, Lympham ac Bonum Eventum, qui maxime agricolarum duces sunt. Urbanos vero, sex mares ac totidem feminas, nonnulli arbitrantur esse, quos *Ennius* duobus hisce versiculis comprehendit, apud *Apul. de Deo Socrat.* et *Martian. Capell.* l. 1. pag. 15. Juno, Vesta, Ceres, Diana, Menerva, Venus, Mars, Mercurius, Jovi', Neptunus, Volcanus, Apollo. ¶ Hi vocantur etiam Dii Penates et *majorum gentium:* item *Dii complices:* quæ appellatio, ut et *consentum,* ab Etruscis sumpta est, teste *Arnob.* l. 3. pag. 123. ¶ Idem tamen ipse *Varro* apud *Arnob. ibid.* deum Consentum nomina et numerum nesciri ait: et *Seneca* l. 2. *quæst. nat.* c. 41. scribit, *Superiores,* atque *Involutos* communi vocabulo dici: quod etiam *Apul. loc. cit.* innuere videtur. *Arnobii* verba adscribam. Varro, *inquit,* qui sunt introrsus atque in intimis penetralibus cæli, deos esse censet, quos loquimur (*scil.* Penates *de quibus hic sermo*) nec eorum numerum, nec nomina sciri. Hos Consentes et Complices Etrusci aiunt, et nominant, quod una oriantur, et occidant una: sex mares, et totidem feminas, nominibus ignotis, et miserationis parcissimæ: sed eos summi Jovis consiliarios, ac principes existimari. ¶ Dicti sunt *Consentes* vel a *consentiendo,* quasi in eo, quod gerendum est, consentiant. (unde vetus *Inscript.* in Museo Imperiali Vienn. apud *Maffei.* pag. 238. n. 4. *Mercurio Consentienti*) vel quasi *consulentes,* vel denique ab obsoleto *Conso, is,* quod συμβουλεύειν, consulere significat, uti apud *Voss. in Etym.* legitur. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 3. n. 2. J. O. M. ceterisque diis Consentibus M. Oppellius adjutor II. Vir. Col. Adde n. 3. ¶ In singulari numero *Inscript.* apud *Reines.* class. 1. n. 232. Cereri Pistiæ Consen. Ti. Claudius Aug. lib. Amaranthus. ¶ Ubicumque in veteribus monumentis legitur *consessus,* aut *concilium deorum,* ut apud *Gruter.* pag. 2. n. 11. et 12. dii Consentes intelligendi sunt. ¶ Docet *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 38. in recto plur. dici *dii Consentes* non *dei,* et in patrio *deum Consentium* non *deorum Consentium,* ita usu postulante.

CONSENTĬA SACRA, quæ ex multorum consensu sunt statuta. *Festus.* ubi notant Eruditi, fuisse gentilium inter se, ut Corneliorum, Valeriorum, &c. et pro tota gente facta fuisse, consentiente gentilitate.

CONSENTĬA, æ. V. *Consentinus.*

CONSENTĬENS, entis, *agreeing, consenting, concordant, of the same opinion, unanimous,* unum et idem sentiens, conveniens, conspirans, concors, ὁμονοῶν. *Cic.* 4. *Acad.* c. 42. Epicurus cum Cyrenaicis de voluptate non consentiens. *Id. ad Brut.* ep. 15. Civitas in retinenda civitate consentiens. *Id.* 1. *de Fin.* c. *pænult.* Amici multa amoris conspiratione consentientes. *Id. de Senect.* c. 17. Cujus de laudibus omnium est fama consentiens. *Id.* 1. *de Divin.* c. 39. Hominum consentiens auctoritas. *Liv.* l. 10. c. 40. Milites spei pleni, clamore consentienti pugnam poscunt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 7. Tanta rerum consentiens, conspirans, continuata cognatio. *Id. in Bruto,* c. 38. Status, incessus, omnisque motus cum verbis, sententiisque consentiens. ¶ Fautor benevolus. Vet. Lap. apud *Maffei. in Mus. Vindobon.* pag. 237. Marti amico et consentienti sacrum Hermias dedicav. *Alius ibid.* pag. 238. Mercurio Consentienti sacrum, &c. ¶ Proprie est simul sentiens. *Scribon. Larg. compos.* 104. Qui stomachum solutum habent, consentiente capite.

CONSENTĪNUS, a, um, ad Consentiam pertinens, quæ urbs est Brutiorum (nunc Calabriæ citerioris) [† hod.] *Cosenza,* ut Consentinus ager apud *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 7. et *Plin.* l. 16. c. 27. ¶ *Consentini, orum,* sunt ejus urbis incolæ. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 3. ¶ Ipsa autem Consentia nominatur ab eod. *Plin.* l. 3. c. 5. *ad fin.*

CONSENTĬO, entis, ensi, ensum, n. 4. *to consent, agree, accord, be of the same opinion,* ὁμονοέω, ὁμοδοξέω, idem sentio, convenio, concordo: a *con,* et *sentio.* Sicut enim (inquit *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 14. leg. 1.) convenire dicuntur, qui ex diversis locis in unum colliguntur, et veniunt; ita qui ex diversis animi motibus in unum consentiunt, idest in unam sententiam decurrunt. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 3. Ratio nostra consentit, oratio pugnat. *Id.* 4. *Phil.* c. 3. Omnes mortales una mente consentiunt, arma contra illam pestem esse capienda. *Id. Agrar.* 1. c. 5. Si consenserint possessores non vendere, quid futurum est? *Id.* 1. *Phil.* c. 1. Atque his principiis reliqua consentiebant. *Id.* 1. *Offic.* c. 2. Sibi ipsi consentire. *h. e.* a se ipso non desciscere. *Colum.* l. 12. c. 2. Ubi chorus canentium non ad certos modos, neque numeris præeuntis magistri consensit, dissonum quiddam ac tumultuosum canere videtur. *Cic.* 1. *Offic.* c. 28. Inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt. *agree together.* *Id. de Univ.* c. 3. Oratio sibi constat, et ex omni parte secum ipsa consentit. *Cæs.* lib. 1. *B. Civ.* c. 19. Cum vultus Domitii cum oratione non consentiret. *Cic.* 4. *Phil.* c. 4. Deos immortales ad rempubl. conservandam arbitror consensisse. *Liv.* l. 36. c. 40. Consentire ad decernendum triumphum. *Sueton. in Calig.* c. 5. ad inducias. *Quintil.* l. 4. c. 2. Quædam partibus blandiuntur, sed in summam non consentiunt. *Justin.* l. 13. c. 4. Equites in Aridæum regem consentiunt. *agree to make him king.* *Sueton. in Aug.* c. 12. Ceteros duces, et exercitus consentire pro partibus. *Cic.* 1. *Phil.* c. 9. Omnes jam cives de reipubl. salute, una et mente et voce consentiunt. *Nepos in Alcib.* c. 11. Nescio quo modo in illo laudando consenserunt. *Cic. de Amic.* c. 23. De utilitate omnes uno ore consentiunt. ¶ Cum solo accus. *Cic. de Senect.* c. 17. In quem illud elogium unicum plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. *Al. rectius ita disting.* In quem illud elogium unicum: Plurimæ consentiunt gentes, &c. *Liv.* l. 8. c. 6. Consensit et Senatus bellum. *Cic.* 2. *de Fin.* c. *ult.* Id ne consensisse de Calatino gentes arbitramur? *id* est accusativus communis. ¶ Passive impersonaliter. *Tacit. Ann.* 1. c. 13. De prioribus consentitur. *Quintil.* l. 9. c. 1. Inter plurimos consensum est, duas esse partes, &c. *Gell.* l. 3. c. 11. Super ætate Homeri atque Hesiodi non consentitur. *men are not agreed.* *Liv.* l. 30. c. 24. *ad fin.* Permixto pæne Senatus populique concilio, consensum est, ut Asdrubal Ægimurum trajiceret. *it was agreed, or determined, that,* &c. ¶ Et in malam partem pro conjurare, conspirare, *to plot together, conspire.* *Cic.* 2. *Phil.* c. 7. Cum homines nefarii confiterentur, se urbem inflammare consensisse. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 3. Neque se cum ceteris Belgis consensisse. *Cic.* 7. *Verr.* c. 8. Servos, quos ipse, belli faciendi causa consensisse judicavit, &c.

CONSENTĬUS, vel Consentium. Vetus quædam Inscript. apud *Gruter.* pag. 3. n. 1. non optimæ notæ, ita incipit: *Consentio Deorum:* ubi intelligitur concilium deorum, hoc est Dii Consentes.

CONSEPĬO, ēpis, a. 4. *to hedge in, inclose,* περιφράττω, idem quod sepio. *Sueton. in Ner.* c. 33. Denique bustum ejus consepiri nisi humili levique materia, neglexit.

CONSEPTO, as, avi, atum, frequent. *to shut up, inclose,* uno septo includere. *Solin.* c. 32. (*al.* 45.) *de Ægypto.* Eligitur sacer lucus, in quo conseptant animalia diversissimi generis.

CONSEPTUM, ti, n. *an inclosure, close, place inclosed or fenced in,* περίβολος, περίφραγμα, locus conseptus, hoc est circum undique clausus. *Liv.* l. 10. c. 38. Ab integumento consepti, quo, &c. Significat locum in mediis Samnitium castris conseptum cratibus, pluteisque, &c. *Colum.* l. 1. c. 4. Alter majores, alter minus amplas quam postulavit modus agri villas exstruxit: cum utrumque sit contra rem familiarem. Diffusiora enim consepta pluris ædificamus, &c. *inclosures.* *Id.* l. 6. c. 23. Laxo spatio consepta facienda sunt, ne &c. *pinfolds, places where cattle are confined.* *Id.* l. 8. c. 17. *de piscinis.* Hos meatus fieri censemus per imam consepti partem. *Apul. sub init.* l. 3. *Metam.* Populus caveæ conseptum mira celeritate complevit. *Id.* l. 11. Ædibusque conductis, intra conseptum templi larem temporarium mihi constituo. ¶ Translate *Quintil.* l. 12. c. 2. *de Cicer.* Neque se tanta in eo unquam fudisset ubertas, si ingenium suum consepto fori, non ipsius rerum naturæ finibus terminasset. *within the limits of the forum.* h. e. si tantummodo res forenses tractasset, non etiam philosophiam attigisset. *Apul.* l. 3. *Metam.* Quæcumque commisero pectoris tui penetralibus, semper hæc intra conseptum clausa custodias. *h. e.* taceas. ¶ In vet. Inscript. apud *Gruter.* pag. 1159. n. 6. legitur *consæptum,* quod non est imitandum. ¶ Apud *Ennium* reperitur *consiptum,* teste *Festo.* sed hoc quoque est obsoletum.

CONSEPTUS, a, um, *fenced or hedged round,* περίφρακτος, circum septus, et clausus. *Cic. de Senect.* c. 17. Ager conseptus, et diligenter consitus. *Liv.* l. 10. c. 38. Locus conseptus cratibus pluteisque. *Apul.* l. 2. *Metam.* Frequentis populi circulo conseptus. *surrounded, beset, encompassed.*

CONSEPTUS, us, m. conseptum. In sexto casu *Strabo Gallus in fi.* Ut cum conseptu viridis consederis horti.

CONSEPULTUS, a, um, simul sepultus, συνθαπτόμενος. *Tertull. de resurr. carn.* c. 23. et *Hieron.* ep. 1. *ad Heliod. ex D. Paulo ad Rom.* 6. 4. Consepulti Christo in Baptismate.

CONSĔQUENS, entis, *following, succeeding, coming after, ensuing,* συνακολουθῶν, qui deinceps sequitur. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 20. Spe eriguntur consequentis ac posteri temporis. *Id. de Senect.* c. 6. Memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes. *all future years; all futurity.* *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 5. Tempora tria, præteritum, instans, consequens. ¶ Item qui recte, atque ordine sequitur, qui apte cohæret. *meet, agreeable, fit.* *Cic. in Partit.* c. 6. Ut in simplicibus verbis, quod non est Latinum, sic in conjunctis quod non est consequens, vituperandum est. V. *Consecutio.* *Id.* 3. *de Fin.* c. 15. Consentaneum et consequens alicui. ¶ Item quod ex alio sequitur, seu nascitur: quo sensu etiam substantivi more usurpatur, pertinetque plurimum ad Dialecticos. *an inference, conclusion, consequence.* *Cic.* 2. *de Orat.* c. 53. Demonstrando, id, quod concludere velint, non effici ex propositis, nec esse consequens. *Id. in Orat.* c. 35. Ut efficiatur quod sit consequens iis, quæ sumentur ad quamque rem confirmandam. *Id.* 4. *de Fin.* c. 24. *extr.* Teneamus illud necesse est, cum consequens aliquod falsum sit, illud, cujus id consequens sit, non posse esse verum. et cap. 19. Consequentibus veteris sublatis, &c. ¶ *Consequentia,* ἀκόλουθα, sunt ea, quæ rem aliquam natura, et necessario consequuntur: et differunt ab *Adjunctis,* quod hæc non semper eveniunt, illa semper, uti docet *Cic. in Topicis* c. 12. Præterea *adjuncta* sunt, quæ vel antecedunt rem ipsam, aut sunt in ipsa re, aut post, et spectantur in tempore: *consequentia* sunt post tantummodo, et spectantur in natura. Itaque hæc ad Dialecticos proprie pertinent, illa ad Oratores. Nihilominus *Quintil.* l. 5. c. 10. cum illis hæc confundit, ut a viris doctis jam est observatum. tametsi l. 6. c. 3. aperte distinxit. ¶ Præterea *consequens* dictum est a nonnullis genus quoddam ridiculi, quod petitur ab iis, quæ natura sequuntur, et cohærent. *Quintil.* l. 6. c. 3. ¶ *Consequens est,* sequitur, consentaneum est, *it is reasonable; it follows of course.* *Cic.* 1. *de Leg.* c. 5. Quoniam scriptum est a te de optimo Reipub. statu, consequens esse videtur, ut scribas tu idem de legibus. *Gell.* l. 1. c. 4. Consequens quidem fuerat sic dicere. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 23. leg. 15. *extr.* Consequens erit dicere, nihil eum consequi oportere. ¶ Comparativum *Augustin.* l. 15. *de Trin.* c. 19. *sub fin.* Quid consequentius, quam ut ipse sit caritas, qui &c.

CONSEQUENTER, *consequently,* ἀκολούθως, sequendo, ex consequenti. *Apul. sub init.* l. 10. Juvenis probe litteratus, atque ob id consequenter pietate modestiaque præcipuus. *Id. initio* l. 11. Corpora lunæ incrementis consequenter augeri. *h. e.* sequendo lunæ incrementa. ¶ Item congruenter, convenienter. *agreeably, fitly, conveniently, suitably.* *Ulpian.* lib. 10. *Dig.* tit. 2. leg. 18. His consequenter, si ex pluribus heredibus, &c. *Papinian.* lib. 35. *Dig.* tit. 2. leg. 11. Facile quis dixerit consequenter pr-

oribus, non esse, &c. *Hieron.* ep. 22. *ad Eustoch. de custod. Virgin.* c. 5. Quam viderint pallentem atque tristem, miseram et Manichæam vocant: et consequenter. tali enim proposito jejunium hæresis est. *and with reason.*

CONSEQUENTĬA, æ, f. *a consequence, succession,* ἀκολουθία, actus post rem aliam sequendi, successio, consecutio. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 56. Qui cursum rerum, eventorumque consequentiam diuturnitate pertractata notaverunt. *Gell.* l. 12. c. 5. *post med.* Per obscuram quandam, et necessariam naturæ consequentiam. *h. e.* per connexionem, qua sequitur ut natura ad dolorem gemat. *Auct. ad Herenn.* c. 54. l. 4. Per consequentiam significatio fit, cum res quæ sequuntur aliquam rem, dicuntur, ex quibus tota res relinquitur in suspicione: ut si salsamentarii filio dicas: Quiesce tu, cujus pater cubito se emungere solebat. *Papinian. Dig.* lib. 4. tit. 3. leg. 19. Debitore liberato, per consequentiam ipse quoque fidejussor dimittitur. *by consequence,* κατὰ παρακολούθησιν. Adde *Paul. ibid.* lib. 19. tit. 1. leg. 5. ¶ In plur. num. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 51. Quod quisque caput pertenderit, sequi debet ejus consequentias casus in declinando: ac non facere, cum dixerit recto casu Alcæus, in obliquis dicere Alcæoni. ¶ *Per consequentias* eodem sensu dicitur, quo *per consequentiam. Ulpian. Dig.* lib. 26. tit. 8. leg. 1. Prima ratio est, ut heres fiat: per consequentias contingit, ut debitum subeat. Adde *ibid.* leg. 7. et *Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 1. et lib. 48. tit. 19. leg. 9. et tit. 22. leg. 7. et alibi. Quin et in locis modo allatis *Papiniani*, et *Pauli* in editione *Torrentini* legitur *consequentias.*

CONSEQUĬUM, ii, n. vel Consequia, æ, f. res, quæ consequitur, appendix, comitatus, *an appendage, addition, attendance. Apul.* l. 5. *Metam.* Psyche sublimis evectionis appendix miseranda, et penduli comitatus extrema consequia. *Id.* l. 10. Novissimis trahebantur consequiis.

CONSĔQUOR, ĕris, ecutus, vel equutus sum, dep. 3. *to follow, go after,* ἀκολουθέω, idem quod sequor, pone sequor, subsequor. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 34. Ptolemæo peragranti Ægyptum, comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus est. *Terent. Heaut.* 2. 3. 36. Continuo hic se conjecit intro: ego consequor. ¶ Significat etiam post sequi, seu venire postea, *to come on or after, follow, ensue. Cic. pro Mur.* c. 39. Si hæc elapsa de manibus nostris, in eum annum, qui consequitur, redundarint. *Id. in Bruto,* c. 15. Hunc consecutus est ætate Cato. *Id.* 3. *de Orat.* c. 2. Tum latus ei dicenti condoluisse, sudoremque multum consecutum esse, audiebamus. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 8. *sub fin.* Pudorem rubor, terrorem pallor et tremor consequitur. *Id.* 1. *de Orat.* c. 35. Hæc cum Crassus dixisset, silentium est consecutum. *Vellei.* l. 2. c. 23. Cujus facti merita eum pœna consecuta est. et cap. 36. Consecutus Sallustium Livius. *h. e.* qui post eum vixit, floruitque. ¶ Item imitando sequi. *to take for a pattern, imitate. Cic.* 2. *de Leg.* c. 9. Eum morem cum brevitate, si potero, consequar. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 15. *ad fin.* Quem Diogenes consequens in eo libro, qui &c. ¶ Item æquare. *to come up with, equal. Id. de clar. Orat.* c. 64. Nec majorem consequi poterat, et minori necesse erat cedere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 15. Ita creber est rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero consequatur. Adde *Vellei.* l. 1. c. 17. ¶ Item consectari. *to follow after. Cic. pro Leg. Manil.* c. 12. Quis unquam aut obeundi negotii, aut consequendi quæstus studio, tot loca adire potuit? ¶ Item auscultare, parere, obsequi. *to attend to, comply with, obey. Sallust.* orat. 2. *ad Cæs. post med.* Ubi plebes Senatui obedit, ejusque consilia consequitur. *Plaut. Asin.* 2. 1. 13. Certum hercle est vestram consequi sententiam. *Cic.* 3. *Catil.* c. 6. Dictæ sunt a principibus acerrimæ ac fortissimæ sententiæ, quas Senatus sine ulla varietate est consecutus. ¶ Item ex alia re nasci, fieri. *to grow out of, follow as a consequence. Id. de Fato,* c. 7. Si quod primum in connexo est, necessarium est, fit etiam quod consequitur necessarium. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 18. Quoniam satis ostendere videmur, quibus argumentationibus, *&c.* consequi videtur, ut doceamus, &c. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 19. Ex quo illud natura consequitur, ut &c. *follows by consequence.* ¶ Item assequi, pervenire ad aliquem, *to come up with, reach, overtake. Cic.* 2. *Catil.* c. 4. Aurelia via profectus est: si accelerare volent, ad vesperam consequentur. *Id.* 16. *Fam.* ep. 1. Si statim navigas, nos Leucade consequere. *Virg.* 11. *Æn.* v. 741. Facile accipiter consequitur pennis columbam. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 126. Vulnere non pedibus te consequar. *Pompeius ad Marcell. et Lentul. post* ep. 12. l. 8. *ad Atticum.* Consequi aliquem in itinere. *Terent. Phorm.* 5. 1. 23. Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors consecuta est. ¶ Item persequi, urgere, *to pursue,* διώκειν. *Curt.* l. 5. c. 4. Per mediam aciem erupit: sed consecutis strenue hostibus, renovato prœlio, cecidit. *Cæs.* l. 1. *B. Gall. c. pænult.* Reliquos equites consecuti nostri, interfecerunt. ¶ Item persequi, exsequi, *to perform, complete. Colum.* l. 1. c. 2. *ad fin.* His diebus, quæ præterita erunt superioribus, opera consequi oportet. ¶ Item sæpe, obtinere, assequi, *to procure, gain possession of, obtain, get, gain, acquire,* εὑρίσκομαι, ἐπισπάομαι. *Cic. pro Cœl.* c. 7. *sub fin.* Ex reipub. causa gloriosam victoriam consequi. *Id. Fam.* 1. ep. 5. *extr.* Ut tuam pristinam dignitatem et gloriam consequare. *Id. ibid.* ep. 7. *sub fin.* Consequi aliquid per Senatum. *Id. pro Planc.* c. 25. magistratum. *Id. pro Dom.* c. 45. scientiam. *Id.* 2. *Fam.* ep. 11. famam. *Id.* 2. *Offic.* c. 13. magnam laudem ab aliquo. *Id. Fam.* 1. ep. 2. *ad fin.* Hoc videmur esse consecuti, ut ne &c. *Id.* 1. *de Fin.* c. 10. Quid ex eo consecutus est? laudem et caritatem. *Id.* 1. *de Offic.* c. 19. Consequi opes. ¶ In malam partem pro incurrere, incidere. *to run foul of, incur. Plin.* l. 9. ep. 5. Malignitatis famam consequi. *Quintil.* l. 8. c. 2. Consequi vitium. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 33. Perverse dicere homines perverse dicendo facillime consequi. ¶ Ponitur etiam pro addiscere, intelligere, percipere, assequi, complecti. *to understand, comprehend, find out, perceive, learn. Auct. ad Herenn. in fin.* l. 2. Hæc si ut conquisite conscripsimus, ita tu diligenter fueris consecutus, &c. *Lucret.* l. 1. v. 460. rebus ab ipsis Consequitur sensus, transactum quid sit in ævo. *Cic. post redit. ad Quirit.* c. 2. Neminem unquam tanta eloquentia fuisse, qui vestrorum magnitudinem beneficiorum non modo augere, aut ornare oratione, sed enumerare, aut consequi possit. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 95. Nec quanta, nec qualia sint, verbis consequi possum. *express. Id.* 6. *Verr.* c. 26. Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti. *trace in my recollection, record, relate. Id. de Univ.* c. 3. Consequi similitudinem veri. *et mox.* aliquid animo. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 12. Quantum conjectura consequor. *as far as I can conjecture. Id. Fam.* 1. ep. 8. *ad fin.* Nullam partem meritorum tuorum, non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum. *equal.* ¶ Olim passiva significatione usurpatum fuit. *Orbilius vetus Scriptor* apud *Priscian.* l. 8. pag. 791. *Putsch.* Quæ vix ab hominibus consequi possunt. ἀνύεσθαι.

CONSĔQUUS, a, um, adject. idem quod consequens. *Lucret.* l. 5. v. 679. Consequa natura est jam rerum, et ordine certo.

CONSERĒNO, as, V. *Disserenat.*

CONSERMOCĬNOR, aris, dep. 1. *to converse, discourse,* colloquor, sermonem habeo cum aliquo, ὁμιλέω. *Nigid.* apud *Gell.* l. 10. c. 4. Spiritum atque animum porro versum, et ad eos, quibus consermocinamur, intendimus. *Al. leg.* quibuscum sermocinamur.

CONSERMŌNOR, aris, dep. 1. idem quod superius. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 17. c. 2. Cum his consermonabatur. *Gell. ibid. Sermonari* rusticius videtur, sed rectius: *sermocinari* crebrius est, sed corruptius.

CONSĒRO, ris, evi, sĭtum, a. 3. *to sow, set, plant, sow together,* φυτεύω, σπείρω, idem quod sero, semino, planto. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 52. *extr.* Indus non aqua solum agros lætificat, sed eos etiam conserit. magnam enim vim seminum secum, frumenti similium, dicitur deportare. *Virg. Ecl.* 1. v. 73. en queis consevimus agros! *Id.* 2. *Georg.* v. 38. juvat Ismara Baccho conserere. *Colum.* l. 7. *R. R.* c. 5. *ante med.* Alii malleolo conseri vineam, melius existimant, alii viviradice. *Curt.* l. 7. c. 4. Conserere arva frumento. *Lucret.* lib. 4. v. 1100. Muliebria arva conserere. ¶ Cum translate sumitur, *erui, ertum* habet in præteritis: nisi malis ad sequens verbum pertinere. *Quintil.* declam. 9. c. 3. Ergo conseruit casus duratura longius a parvis initiis odia. *Arnob.* l. 1. pag. 39. Conserere simultates cum aliquo. *Lucret.* l. 2. v. 211. Sol lumine conserit arva. *h. e.* sparso lumine illustrat. ¶ Putant quidam inveniri præteritum *conserui* etiam in propria significatione. *Liv.* l. 10. c. 24. Quam arborem conseruisset, sub ea legere alium fructum, indignum esse. *Al. leg.* seruisset, *al. ex conjectura* consevisset. ¶ De Diis *conserentibus*, qui sunt humanæ generationis præsides, nempe a muliebribus arvis conserendis, V. *Arnob.* l. 5. pag. 169.

CONSĔRO, is, erui, ertum, a. 3. *to join or knit together,* συμπλέκω, connecto, conjungo, commisceo. (Docent Etymologi, differre a superiore non solum positione præteriti, sed etiam origine ipsa, cum illud sit a σπείρω, semino, hoc ab εἴρω, necto. V. *Voss.*) *Curt.* l. 6. c. 5. Ramos arborum alium alii, quasi nexu, conserere. *Lucan.* l. 4. v. 136. Conseritur bibula Memphitis cymba papyro. (Adde lib. 3. v. 513.) *Ovid.* lib. 3. *Amor.* eleg. 6. v. 10. Quid juvat nocti conseruisse diem? *Id. Heroid.* ep. 2. v. 58. Pœnitet et lateri conseruisse latus. *to join side to side.* ¶ *Conserere sermonem, verba,* est colloqui cum aliquo. *to converse. Curt.* l. 8. c. 12. et *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 5. ¶ *Conserere manum,* vel *manus, pugnam, prœlium,* est pugnare, *to join battle, fight hand to hand, come to close quarters, engage in close combat,* μιγνύναι τὰς χεῖρας. *Cic. pro Mur.* c. 9. Duxit exercitum, signa contulit, manum conseruit, magnas copias hostium fudit. *Liv.* l. 6. c. 12. *ad fin.* Ut decet spei plenos, et cum imparibus conserturos manus. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 43. Conserere pugnam alicui. *h. e.* contra aliquem. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 100. manus strictas inter se. *Liv.* l. 5. c. 36. et *Curt.* l. 8. c. 13. prœlia. *Liv.* l. 35. c. 4. certamen. et *Valer. Flacc.* l. 3. v. 123. tela manu. *h. e.* invicem conjicere. et vers. 31. bella. *h. e.* prœlium committere: qua ratione, *conserere bellum,* etiam *Lucan.* l. 3. v. 560. eod. sensu dixit. Et pro *conserere manus, Stat.* l. 1. *silv. ult.* v. 60. Edunt vulnera, conseruntque dextras. ¶ *Conserere manum* in jure quid sit, V. in *Consertus.* ¶ *Conserere manu* qui putant recte dici, nituntur præcipue celebri illa phrasi, *ex jure manu consertum* (de qua V. *ibid.*) Nam locus *Cicer. ad Attic.* l. 7. ep. 20. in optimis quibusque exemplaribus habet *manum.* ¶ Conserere sola crustis Phrygiis, apud *Auson. in Mosell.* v. 48. est marmore Phrygio solum sternere. ¶ Translate *Id. in fine* ep. 20. Vive, vale, et totidem venturos consere (al. leg. *congere*) Janos, Quot tuus, aut noster conseruere patres. *h. e.* vivendo continuavere.

CONSERPO, is, n. 3. idem quod serpo. *Liv.* l. 39. c. 16. Crescit, et conserpit quotidie malum. *Plerique al. leg.* serpit.

CONSERRĀTUS, a, um, in modum serræ factus. *Plin.* l. 11. c. 37. Sed spectatissimum insigne gallinaceis corpore conserratum. Sed melius alii leg. *corporeum serratum.*

CONSERTE, adverb. *closely, as if linked or fastened together,* conjuncte. *Cic. de Fato,* c. 14. Omnia naturali colligatione conserte contexteque fiunt.

CONSERTĬO, onis, f. conjunctio, connexio, implicatio. *Arnob.* l. 3. pag. 107. Ad cervicum necessarias flexiones consertionibus verticum, atque ossea substructione fulciri.

CONSERTUS, a, um, *knitted or joined together, interwoven,* συμπεπλεγμένος, connexus, contextus. *Virg.* 3. *Æn.* vers. 467. Loricam consertam hamis, auroque trilicem. *Id. ibid.* v. 594. Consertum tegmen spinis. *tagged with thorns.* Ubi *Servius* illigatum interpretatur. *Senec.* epist. 90. Comitatus virtutum consertarum, et inter se cohærentium. *Quintil.* l. 5. c. 10. Ut sunt tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis consertus est. *h. e.* contextus initio, incremento, summa, ut *ibid.* subditur. *Liv.* l. 21. c. 50. Sicubi conserta navis esset, haudquaquam par numerus armatorum ex ea pugnabat. *had come into close engagement with another.* Al. leg. *conserta manus. Id.* l. 7. c. 2. *ad fin.* Quæ exodia appellata, consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 182. consertis junxere frementia telis Agmina. *h. e.* invicem conjectis. *Id.* l. 2. v. 617. conserta gentibus arva. *h. e.* frequentata, culta. *Lucan.* l. 2. v. 442. Bella conserta bellis. *h. e.* quorum uno confecto aliud insurgit. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 20. Vita conserta voluptatum omnium varietate. *Senec.* epist. 90. *sub init.* Virtutes consertæ, et inter se cohærentes. ¶ *Ex jure manum consertum vocare,* formula judicialis Veterum. *to call from court to the field, or any other thing which was the subject of dispute, where certain formalities were observed, in allusion to the violence which anciently took place among the Romans in their personal disputes. Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 10. Multis præessem, qui te ex jure manum consertum vocarent. Est autem, *ex jure manum consertum vocare,* ducere aliquem ex jure ad conserendam manum in rem, de qua lis sit. Quo in loco cum erant litigatores, ex eo glebam prehendebant, deferebantque ad Prætorem, ut in ea tanquam in toto agro jus suum persequerentur. V. *Gell.* l. 20. c. 10. ¶ Aliquæ editiones et quidem optimæ habent: *Ex jure manu consertum,* h. e. manu apprehensum: quam explicationem confirmare videntur verba ipsa hujus formulæ, quæ a *Cicerone* referuntur *pro Mur.* c. 12. *Fundus Sabinus meus est. Eum ego ex jure Quiritium meum esse aio. Inde ego te ex jure manu consertum voco.* h. e. traho te inde manu prehensum. Porro hæc dicendi ratio sumpta est ex veteribus actionibus, atque ab *Ennio* usurpata, ut est apud *Gell. loc. cit.* deinde a *Cicerone,* ut dictum est.

CONSERVA, æ, f. *a fellow-slave,* σύνδουλη. *Terent. Eun.* 2. 3. 74. Summa forma semper conservam domi videbis. *Plaut. Cas.* a. 1. v 20. Ut uxorem ducam Casinam conservam tuam. ¶ In dat. plur. facit *conservabus,* quando distinctione opus est, ut in *Asina* admonuimus. *Scævola Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 28. Relictis conservabus, et filiis suis.

CONSERVABĬLIS, le, adject. qui conservari potest. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 13. Bonum conservabile.

CONSERVANS, antis, particip. *preserving, preservative,* qui conservat. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 5. Simul atque natum sit animal, commendari ad se conservandum, et ad suum statum, et ad ea, quæ conservantia sunt ejus status diligenda.

CONSERVATĬO, onis, f. *a keeping, preserving, maintaining, preservation,* συντήρησις, actus conservandi, custodia. *Cic.* 2. *Offic.* c. 3. Frugum perceptio et conservatio. et lib. 1. c. 28. Conservatio naturæ. *the practising of those things that are agreeable to nature.* et 1. *de Orat.* c. 42. Conservatio legitimæ æquabilitatis. et 1. *Offic.* c. 36. Tenere attentos animos ad conservationem decoris. In numo Gallieni: Ob conservationem salutis.

CONSERVĀTOR, oris, m. *a preserver, protector, defender,* servator, custos, σωτήρ. *Cic.* 8. *Attic.* ep. 9. *post med.* Alterum existimari conservatorem inimicorum, alterum desertorem amicorum. *Id. pro Sext.* c. 24. Dii immortales custodes et conservatores hujus urbis. *the saviours. Id. Attic.* l. 9. ep. 10. *ante med.* Me, quem nonnulli conservatorem istius urbis, quem parentem esse dixerunt, &c. ¶ In veteri. Inscriptionib. sæpe est epitheton Jovis, ut pag. 18. n. 5. 7. 8. 9. 10. et pag. 19. n. 1. et 3. apud *Gruter.* Jovi conservatori. Quin *eadem* pag. 18. n. 6. habetur: Jovi Opt. Max. servatori, conservatori. et pag. 19. n. 6. Custodi, conservatori. Adde alias apud *Gud.* pag. 5. n. 2. 4. 5. 6. &c.

CONSERVĀTRIX, icis, f. *she that preserves*, quæ conservat. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 9. Ut non dubitem dicere, omnem naturam esse conservatricem sui. ¶ Est etiam epitheton Junonis. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 25. n. 2. et 4. Junoni conservatrici. *to Juno the preserver.* V. *vocem præced.* ¶ Item Fortunæ. *Ibid.* pag. 74. n. 6. et pag. 75. n. 2. ¶ Item matrum familias diligentiorum. *Inscript.* apud *Reines.* class. 14. n. 18. Anniæ conjugi conservatrici ben. fecit. Adde apud *Gruter.* pag. 815. n. 5. et 1142. n. 2.

CONSERVĀTUS, a, um. *preserved, kept, maintained, taken care of*, τηρηθείς, servatus, custoditus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 35. *extr.* Jus augurum reipubl. causa conservatum ac retentum. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 41. Ædui Cæsaris beneficio conservati. *Nepos in Annib.* c. 10. Conservatis rebus suis. *Id. in Attic.* c. 6. Conservatæ leges. *observed.*

CONSERVITIUM, ii, n. *fellowship in servitude or service*, servitium commune plurium. *Plaut. Capt.* 2. 1. 45. Quoniam dii me tibi esse nunc conservum volunt, te oro per conservitium commune, ne &c.

CONSERVO, as, avi, atum, n. 1. *to preserve, take care of, keep, defend, protect, watch over carefully, save*, διασώζω, φυλάττω, servo, custodio, tueor, retineo. *Cic.* 2. *Offic.* c. 24. Res familiaris conservari debet diligentia, et parsimonia. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 12. Obtinere, et conservare necessitudinem cum publicanis. *Id. pro leg. Manil.* c. 5. Tueri, et conservare aliquid. *Id. Fam.* 11. ep. 7. Conservare libertatem, et salutem populi R. *Id.* 3. *Catil.* c. 10. *sub fin.* Conservare omnes salvos. *Id.* 4. *Fam.* ep. 13. *extr.* memoriam alicujus rei. *Sueton. in Ner.* c. 20. et 25. vocem. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. et *pro Rosc. Com.* c. 2. ordinem. *to observe, keep, regard. Id.* 3. *Offic.* c. 28. *sub fin.* et *Nep. in Annib.* c. 2. jusjurandum. *to observe, heed. Nepos in Agesil.* c. 2. inducias. et *paulo post.* fidem. *to keep one's word. Id. in Eumen.* c. 10. Conservare aliquem. *to rescue from destruction.* (Adde *Sueton. in Aug.* c. 17. et *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 98.) *Id. in Datam.* c. 2. exercitum. *to save. Id. in Agesil.* c. 4. Etiam apud Barbaros summa religione omnia simulacra arasque conservavit. *respected, left untouched, did not molest. Id. in Attic.* c. 6. Honores non petiit, quod capi non possent, conservatis legibus. *by an observance of the laws. Liv.* l. 38. c. 11. Imperium majestatemque populi R. gens Ætolorum conservato sine dolo malo. *Terent. Heaut.* 4. 1. 40. Istuc recte: conservasti te, et illam.

CONSERVŬLA, æ, f. diminut. a conserva. *Senec.* controv. 21. Ut domina nuberet, conservula de cellula exacta est.

CONSERVUS, i, m. *a fellow-slave, one who serves the same master*, σύνδουλος, qui cum aliis servus est, eundemque dominum habet. *Cic. Fam.* 12. ep. 3. *ad fin.* Dominum ferre non potuimus, conservo servimus. *Plaut. Mil.* 4. 8. 30. Conservi, conservæque omnes bene valete, et vivite. Adde *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 2. ¶ *Conservum* pro *conservorum* habet *Titinn.* apud *Fest.* in *Redivia.* ¶ Adjective *Ovid.* 1. *Amor.* el. 6. *extr.* Duraque conservæ ligna valete fores. *h. e.* servæ una cum janitore. Sic *Plaut. Asin.* 2. 3. 6. Nolo ego, fores conservas meas a te verberarier.

CONSESSOR, oris, m. σύνεδρος, qui una cum alio sedet. *Cic.* 2. *Attic.* ep. 15. Præclarum spectaculum mihi propono, modo te consessore spectare liceat. *one that sits with another at the public spectacles; a fellow-spectator. Liv.* l. 34. c. 54. Dives pauperem consessorem fastidit. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 19. A. Varius judex dicere consessori solebat, &c. *Id. pro Flacc.* cap. 11. Consessores, convivæ, contubernales. [† Consessores accusatoris, sunt ejus advocati, et qui in ejus subselliis in judicio sedent. *Ernest.*]

CONSESSUS, us, m. *a place where several persons sit together*, locus ubi multi sedent: item ipsi homines uno in loco sedentes, *an assembly of persons sitting together*, συνεδρία, συνέδριον. *Virg.* 5. *Æn.* v. 577. Postquam omnem læti consessum, oculosque suorum Lustravere in equis. et vers. 341. Implere totum consessum caveæ clamoribus. (ubi *Servius* notat, intelligi plebem, quia cavea consessus est populi. Eod. sensu *consessum caveæ* dixit *Tacit. Ann.* 13. c. 54.) *Sueton. in Aug.* c. 44. Motus injuria Senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos consessu frequenti nemo receperat. *Valer. Max.* l. 2. c. 4. n. 6. Spectantium consessum velorum umbraculis texit. *Cic. Verr.* 3. c. 7. Quis tam inimicus huic ordini fuit, qui non conspectu consessuque vestro commoveretur. *Id. pro Flacc.* c. 17. Dorylensis cum efferretur magna frequentia consessuque vestro. *a numerous retinue or train of attendants.* et *Attic.* l. 1. ep. 16. Non enim unquam turpior in ludo talario consessus fuit. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 4. Cum amicis tam familiariter vixit, ut communis esset ei sæpe consessus, iret ad convivia eorum. *Et* cap. 18. Salutatus, consessum obtulit omnibus senatoribus.

CONSĒVI. V. in *Consero.* 1.

[* **CONSEVĪUS**, ii, m. Deus quidam apud Romanos, qui, ut loquitur *Tertullian. ad nation.* l. 2. c. 11. consationibus concubitalibus præerat. Hic tamen idem videtur esse ac *Janus Consivius*, cujus mentionem facit *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 9. Vide *Forcellinum* in V. *Consivius.*]

CONSIDĚO. V. in *Consido.*

CONSIDERANTER, adverb. considerate, *considerately, deliberately. Valer. Max.* l. 8. c. 1. *ad fin.* Consideranter et mansuete Populi R. Magistratus agebat. *Pallad.* l. 3. tit. 17. Cuneum inter corticem et lignum consideranter deponimus. ¶ Comparat. *considerantius* agnoscit *Corn. Fronto de different. vocab.* ubi ait pag. 2194. *Putschii.* Consideratius præverbium ex cognomine, considerantius ex participio.

CONSIDERANTĬA, æ, f. *consideration, thought, regard*, σκέψις, consideratio. *Vitruv.* l. 6. c. 1. *ad fin.* Tarditate animi sine considerantia irruentes, sine solertia, suis consiliis refringuntur. *Cic. Q. Fr.* l. 3. *ep. ult.* de Milone loquens. Ὁ δὲ μαίνεται οὐκ᾽ ἔτ᾽ ἀνεκτῶς, qui ludos HS. CCC. comparet: cujus in hoc uno considerantiam et ego sustinebo, ut potero, et tu ut possis, est tuorum nervorum. Ita vulgo: lege *inconsiderantiam.*

CONSIDERĀTE, adverb. *considerately*, περιεσκεμμένως, cogitate, consulto, prudenter. *Cic.* 1. *Offic.* c. 38. Sed tamen ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest. *Id. Attic.* l. 9. ep. 10. *ante med.* Quid feci non consideratissime? *Atticus ibid. sub fin.* Valde videro, et consideratius utilitati nostræ consuluero. *Quintil.* declam. 1. cap. 2. Crimina considerate ficta. *h. e.* accurate, studiose.

CONSIDERATĬO, onis, f. *consideration, regard, advertency, circumspection*, σκέψις, cogitatio, animadversio. *Cic. Acad.* l. 4. c. 41. Est enim animorum, ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum consideratio contemplatioque naturæ. *Id. ibid.* c. 11. Circumspectio et accurata consideratio. *Gell.* l. 13. c. 28. Subtilior verborum consideratio. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 33. *extr.* Intendere considerationem in rem aliquam.

CONSIDERĀTOR, oris, m. qui considerat. *Gell.* l. 11. c. 5. Quos Pyrrhonios philosophos vocamus, ii Græco cognomento σκεπτικοὶ appellantur. Id ferme significat quasi quæsitores et consideratores. Adde *Augustin. Tract.* 20. *in Joann. ad fin.*

CONSIDERĀTUS, a, um, *weighed, considered*, cogitatus, perpensus. *Cic. de Harusp. resp.* c. 2. Nihil feci iratus, nihil non diu consideratum, ac multo ante meditatum. *Id.* 2. *de Invent.* c. 5. Ratiocinatio est diligens et considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. ¶ Item cautus, circumspectus, *wary, attentive, considerate, cautious, circumspect*, περιεσκεμμένος. *Cic. pro Font.* c. 9. Qui illud verbum consideratissimum consuetudinis, *arbitror*, quo nos etiam tunc utimur, cum ea dicimus jurati, quæ comperta habemus, quæ ipsi vidimus; ex toto testimonio suo sustulit. *Id. pro Cæc.* c. 1. Illud considerati hominis esse putavit, &c. *Hirt. de B. Afric.* c. 73. Cæsar tardior et consideratior erat factus. *Plin. in Paneg.* c. 44. Homo consideratus ac sapiens.

CONSĪDĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to consider, meditate, think of, weigh, deliberate*, σκέπτομαι, κατανοέω, cogito, perpendo, expendo, meditor. *Festo* placet dici a contemplatione siderum. *Cic. Verr.* 7. c. 68. Videas etiam atque etiam et consideres, quid agas. et *Verr.* 5. c. 12. Considerate cum vestris animis vosmetipsi, ecquem putetis, &c. *Curt.* l. 7. c. 8. *extr.* Finitimos, hostes an amicos velis esse, considera. *Sallust. in ep. Mithrid. ad Arsac.* Considera, utrum putes, &c. *Gell.* l. 17. c. 8. Consideremus, cur oleum sæpe stet. *Cic.* 1. *Offic.* c. 21. *extr.* Considerandum est, ne temere desperet. (Adde *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 27.) *Terent. Heaut.* 2. 4. 5. Considerare secum in animo aliquid. *Cic.* 3. *Offic.* c. 4. lib. 12. *Attic.* ep. 24. et *Fam.* l. et ep. 14. Considerare de aliqua re cum aliquo. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 37. Considerare factum alicujus ex judicio alterius. *Colum.* l. et c. 2. Considerandum erit, ut solum pingue sit. et l. 8. c. 5. Considerari debet, ut luna crescente id fiat. *h. e.* observari. ¶ Pro inspicere, attente intueri. *to inspect, study, examine, look into. Gell.* l. 2. c. 21. Considerare sidera. *Cic.* 1. *Offic.* c. 41. Pictores et ii qui signa faciunt, suum quisque opus a vulgo considerari vult. *Sueton. in Cæs.* c. 31. Considerare formam ludi gladiatorii. ¶ *Consideravisse* pro *considerasse*, magis est litterati hominis, quam ex consuetudine loquentis. V. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) ¶ Qui *consydero* per *y* scribunt, vix patronum invenient.

CONSĪDO, is, ēdi, (vix unquam *idi*) essum, *to sit down together or along with*, συγκαθέζομαι: a *con*, et *sido*, et in præteritis a *sedeo*, simul sedeo, vel ad sedendum me compono. *Cic. in Bruto*, c. 6. In pratulo propter Platonis statuam consedimus. *Id.* 3. *de Orat.* c. 5. In silvam venitur, et ibi considitur. *Id. pro Flacc.* c. 7. Cum in theatro homines consederant. *Virg.* 4. *Æn.* v. 573. Considite transtris. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 305. Ante focos olim longis considere scamnis. ¶ Eleganter dicitur de judicibus semel sedentibus judicandi causa. *to sit in judgment. Cic.* 3. *Verr.* c. 7. Quo die primum judices citati in hunc reum consedistis. *Sueton. in Calig.* c. 38. Cognoscebat de talibus causis, taxato prius modo summæ, ad quem conficiendum consideret. *Quintil.* 9. *Declam.* c. 10. De hac re consedistis: hoc concitavit istam judicii scenam. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 1. Consedere duces, &c. ¶ In loco *Suetonii* modo allato *considere* dicitur de uno tantum, ut et in illo *Virg. Ecl.* 7. v. 1. sub arguta consederat ilice Daphnis. *to sit.* ¶ Sumitur etiam generatim pro ponere se in aliquo loco, *to light, settle, pitch. Cic.* 1. *de Divin.* c. 36. Cum Platoni in cunis dormienti apes in labellis consedissent. *Plin.* l. 18. *c. ult.* Cum in cacuminibus montium nubes consident, hiemabit. ¶ Sæpe hoc sensu ad rem militarem pertinet. *Cic.* 11. *Fam.* ep. 4. Cum quinque cohortes, sine centurione ullo, apud Philomelum consedissent. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 48. Eodem die castra promovit, et millibus passuum sex a Cæsaris castris sub monte consedit. *pitched his camp. Curt.* l. et c. 7. Qua venturum sciebat, consedit occultus. *to lie in wait.* ¶ Est etiam commorari, consistere, *to stop, delay, settle. Cic. Attic.* l. 2. ep. 6. Dubito, an Antii considam, et hoc tempus omne consumam. *Id. Attic.* l. 5. ep. 14. Aliquo loco considere. *Nepos in Pausan.* c. 4. Eo index confugit: in ara consedit. *Virg.* 1. *Æn.* v. 572. Vultis et his mecum pariter considere regnis? *Curt.* l. 7. c. 3. Permissum senioribus in novam urbem considere. *to settle in.* ¶ Translate *Cic.* 2. *ad Attic.* ep. 4. Considere in otio. *Id. in Orat.* c. 27. *extr.* Hoc genus orationis spretum a subtilibus, repulsum a gravibus, in ea, de qua loquor, mediocritate consedit. *Id.* 1. *de Fin.* c. 16. Vitium consedit in mente alicujus. *Id. de Harusp. resp.* 12. Religio ludorum, ex ultimis terris arcessita, in hac urbe consedit. *hath taken up its abode in. Id. de Univ.* c. 2. Sensus moventia eadem in opinione considunt, quæ ortum habere, gignique diximus. ¶ Allegorice *Senec.* ep. 17. Antequam incipio secedere, et in alia parte considere. *h. e.* mutare sententiam. Sumptum a Senatoribus, qui in hanc, aut illam partem sessum ibant, cum pedibus ibant in sententiam. ¶ Præterea sæpe significat desidere, descendere, dehiscere, *to fall, fall in, give way, sink. Liv.* l. 30. c. 38. In Veliterno agro terra ingentibus cavernis consedit, arboresque in profundum haustæ. *Cic. de Prov. Consul.* c. 14. Licet jam Alpes considant. *Virg.* 2. *Æn.* v. 625. omne mihi visum considere in ignes Ilium. *h. e.* conflagrare, et ruere. *to sink into the flames.* Sic quæcumque ima petunt, *considere* dicuntur. *Colum.* l. 12. c. 24. Patiemur picem considere: cum siderit, aquam eliquabimus. *Curt.* l. 5. c. 13. Inhibuit cursum, donec consideret pulvis. *until the dust should settle.* ¶ Apud *Plin.* l. 3. c. 25. *considere* Alpium *juga* dicuntur, ubi humiliora sunt, et clivi clementioris. ¶ Translate *Cic. pro Mur.* c. 8. Consedit utriusque nomen in Quæstura. nullum enim vobis sors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoscique posset. *h. e.* jacuit, non exstitit. *Id. de clar. Orat.* c. 24. *ad fin.* Ardor animi non semper adest: isque cum consedit, omnis illa vis et quasi flamma oratoris exstinguitur. *h. e.* cum minuitur, et defervescit. *hath subsided. Liv.* l. 33. c. 7. Ubi terror consedit. et l. 42. c. 62. Cum jam consedisset ferocia. *had abated.* et l. 38. c. 17. Ubi ira consedit. *was allayed. Cic. de clar. Orat.* c. 3. Eorum aspectu omnis, quæ me angebat, de republ. cura consedit. *h. e.* cessavit, sedata est. *Id.* 4. *Acad.* c. 27. Furor consedit. *Virg. Æn.* 11. v. 349. totamque videmus Consedisse urbem luctu. *h. e.* afflictam esse. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 49. Junctio verborum nascatur a proceris numeris, ac liberis, maxime heroo, et pæone; sed varie distincteque considat. *h. e.* terminetur, claudatur, *finish, close.* ¶ Caret præterito, teste *Priscian.* l. 10. pag. 889. et 893. *Putsch.* sed mutuatur a *sedeo*: neque tamen *consideo* temere in Latium invehere licet, cum nullum ejus exemplum in personis præsentis, aut futuri temporis invenire adhuc licuerit. ¶ Apud *Cicer. Attic.* l. 2. ep. 4. ubi vulgo legitur *in otio consederit*, est qui legit *considerit*, ut sit præteritum verbi *Consido.* Sic *Tacit.* 1. *Ann.* c. 30. *extr.* Drusus, quia præsentia satis considerant, in Urbem rediit. *h. e.* sedata erant. *Al.* leg. *consederant.*

CONSIGNANTER, adverb. *distinctly, emphatically*, unde comparat. consignantius. *Gell.* l. 1. c. 25. Græci significantius, consignantiusque dixerunt. *h. e.* expressius, ἐμφατικωτέρως.

CONSĬGNĀTE, adverb. cujus superlativum est apud *Gell.* l. 1. c. 15. Eupolidis quoque versus de id genus hominibus consignatissime factus est. *plainly, evidently, expressly. h. e.* id genus homines omnino significando.

CONSĬGNATĬO, onis, f. *a document, proof, handwriting, Quintil.* l. 12. c. 8. *ad fin.* Promittit litigator omnia, testem populum, paratissimas consignationes, &c. *h. e.* tabulas a pluribus obsignatas. *signatures.* Adde *Martian. Dig.* lib. 48. tit. 10. leg. 1. et *Paul. ibid.* leg. 16.

CONSIGNĀTUS, a, um, adject. *sealed, signed*, obsignatus, signo notatus. *Liv.* l. 23. c. 38. Litteris perlectis, consignata omnia ad Senatum misit. *Plaut. Bacch.* 4. 8. *extr.* Æquum est tabellis consignatis credere. *Hermogen. Dig.* lib. 46. tit. 1. leg. 64. Pecuniam consignatam in publico loco deponere. *h. e.* in sacculo signato positam, ut *Ulpian. Dig.* lib. 16. tit. 3. leg. 1. *post med.* loquitur. Eodem modo intellige illud *Sueton. in Claud.* c. 26. Dote inter auspices consignata. *the writing concerning her dowry being sealed.* ¶ Translate *Cic. pro Cluent.* c. 50. Errat vehementer, si quis in orationibus nostris auctoritates nostras consignatas se habere arbitratur. *h. e.* scriptis commendatas, atque adeo ratas firmasque. *my real sentiments. Id.* 2. *de Orat.* c. 55. Ubi sunt ii fundi, quos tibi pater publicis

commentariis consignatos reliquit? *registered in the public records.* *Id.* 3. *de Leg. c. ult.* Publicis litteris consignatam memoriam publicam nullam habemus. *no public record.* *Id.* 1. *Tuscul.* c. 24. Nec fieri posse, ut a pueris tot rerum insitas et quasi consignatas in animis notiones haberemus. *engraved or impressed on our minds.* *Id.* 1. *de Divin.* c. 40. Quis est, quem non moveat clarissimis monumentis testata consignataque antiquitas? ¶ Quod dixit *Plaut. Bacch.* 4. 9. 11. *tabellas obsignatas, consignatas*, duobus verbis unum atque idem significare voluisse videtur: nisi malis ita distinguere, ut *obsignatas* ad signum anuli referatur, *consignatas* ad scriptionem.

CONSIGNO, as, avi, atum, a. 1. *to seal, affix a seal to*, σφραγίζω, noto, signo, sigillum imprimo. *Cic. pro Quint.* c. 6. Tabulæ signis hominum nobilium consignantur. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 90. Tute tabellas consignato. *Liv.* l. 39. c. 48. Placuit scribi id decretum, et consignari a Lacedæmoniis. *Ulpian. Dig.* tit. 1. lib. 19. leg. 13. *ante med.* Consignare legem. *Florentin.* lib. 28. tit. 1. leg. 24. testamentum. *In argum. Pseudoli Plautini.* Consignare symbolum. *h. e.* signis notare tesseram. ¶ Apud *eund. Pers.* 4. 2. 12. Consignare tabellas alicui. *h. e.* consignatas, seu obsignatas alicui tradere. ¶ *Consignare litteris* est litteris notare, perscribere, *to write, commit to writing, record, register.* ἐν γράμμασι κατατίθεσθαι. *Cic.* 4. *Acad.* c. 1. Ut litteris consignamus, quæ monumentis mandare volumus; sic ille in animo res insculptas habebat. ¶ Significat etiam notare, signare, animadvertere. *to mark, note, observe.* *Cic. de Univ.* c. 9. Eorum siderum cursus, e quibus erat motus temporis consignandus. *Porc. Latro in Catil.* c. 17. Nulli non oculi te Senatorum statim consignarunt. ¶ Item declarare, ostendere, et quasi signo aliquo demonstrare. *to hint, signify by some sign.* *Gell.* l. 14. c. 2. *a med.* An ex officio sit judicis causam, de qua cognoscit, interlocutionibus suis ita exprimere, consignareque, ut ante sententiæ tempus signa et indicia faciat sensus sui.

CONSILĔO, ĭles, ui, a. 2. *to be silent*, ἀποσιωπάω, idem quod sileo, conticesco. *Gell.* l. 5. c. 1. *extr.* Consiluisse universos dicit, quasi attonitos, et obstupidos. *Ennius* quoque, *Festo* teste, *consiluere* posuit pro *conticuere.*

CONSILESCO, is, n. 3. *to be still or silent, stop, cease*, conticesco, conquiesco. *Plaut. Mil.* 2. 6. 100. Me occultabo aliquot dies, dum hæ consilescunt turbæ, atque iræ leniunt. *Gell.* l. 12. c. 1. *ad fin.* Omnis impatientissimæ sollicitudinis strepitus consilescit.

[CONSILĔO et

CONSILESCO. Duas admittit ejusdem verbi formas *Forcellinus*, cum una tantum sit, nempe *Consilesco*; præteritum enim *consilui*, non tam ad *Consileo*, quam ad *Consilesco* pertinet; et hactenus nulla alia innotescit verbi *Consileo* persona, qua probetur hujusmodi verbum in secunda conjugatione usurpatum fuisse.]

CONSILĬANS, V. *in Consilior.*

CONSILIĀRIS, re, adject. idem quod *consiliarius* adject. Absolute *Paul. Dig.* lib. 1. *tit. ult. leg. pænult.* Consiliari eo tempore, quo adsidet, negotia tractare in suum quidem auditorium nullo modo concessum est. Ita in Edit. *Torrentini*: at *Haloander* habet *Consiliariis eo tempore, quo adsident*, &c.

CONSILIARĬUS, ii, m. *a counsellor, adviser*, βουλευτής, qui in consilium adhibetur. *Cic. sub init.* ep. 9. l. 1. *Fam.* Et ego te auctore amicissimo et sapientissimo, et tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem, et benivolo certe, usus esses. *Id.* 3. *de Leg.* c. 19. Est boni auguris meminisse, Jovi opt. max. se consiliarium atque administrum datum. *Id.* 14. *Att.* ep. 9. Ratio ædificandi initur, consiliario et auctore Vestorio. *Vellei.* l. 2. c. 56. Consiliarii cædis. *accomplices.* *Sueton. in Tiber.* c. 55. Consiliarii in negotiis publicis. *Id. ibid.* c. 33. Offerre se consiliarium alicui. ¶ Adjective *Plaut. Epid.* 1. 2. 56. Jam Senatum convocabo in corde consiliarium. *Gell.* l. 18. c. 3. Homines consiliarii. *Apul. de Dogm. Plat.* l. 2. Illam consiliariam, et illam alteram iratiorem animam presserunt. *h. e.* rationem, et appetitum, ut loquuntur Philosophi. ¶ *Consiliarium fulmen* apud haruspices dicebatur, quod ante rem fiebat. sed post cogitationem, cum aliquid in animo versantibus, aut suadebatur fulminis ictu, aut dissuadebatur. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 39.

CONSILIĀTOR, oris, m. *a counsellor*, βουλευτής, consiliarius. *Phædr.* l. 2. fab. 6. v. 2. Consiliator maleficus. *Plin.* l. 4. ep. 17. Ille meus in gerendis honoribus consiliator, et rector. Adde *Apul.* l. 1. *Metam.* In vet. Inscript. optimæ notæ apud *Gud.* pag. 7. n. 6. est epitheton Jovis.

CONSILIĀTRIX, icis, f. *she who advises*, quæ consilium dat. *Apul.* l. 5. *Metam.* Illæ consiliatrices egregiæ tuæ.

CONSILIĀTUS. V. *Conciliatus*, et *Concilio, as.*

CONSILĪGO, iliginis, f. *the herb bear's-foot, or setterwort, mungwort or lungwort*, herba, quæ a Botanicis dicitur *pulmonaria*, ab aliis *leonispata*, &c. cujus radix pulmonum vitiis, et phthisicis remedio est, præsertim pecoribus, trajecta per auriculam. *Plin.* l. 25. et 26. *utrobique* cap. 7. et *Colum.* lib. 6. et 7. *utrobique* cap. 5. ¶ Dicta est *consiligo*, quod inter siliginem et triticum frequentissime nascitur.

CONSILĬO, is, a. 4. a *con* et *salio.* Afferri solet locus *Livii* l. 24. c. 28. item *Taciti* 3. *Ann.* c. 46. et l. 6. c. 36. quibus tamen locis verbum *consilio* neque locum recte habet, et patronos perpaucos. ¶ *Consiliare* in re fullonica quid sit, V. in *Concilio, as.*

CONSILĬOR, aris, atus sum, dep. 1. *to counsel, give counsel, advise, deliberate, devise*, βουλεύω, συμβουλεύω, consilium do. *Horat. de ar. poet.* v. 196. Ille bonis faveatque, et consilietur amice. ¶ Item consilium habere, consultare, *to take counsel, ask advice, consult, advise with.* *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 19. Cum Domitius multum cum suis, consiliandi causa, secreto colloqueretur. ¶ Hinc participia *consilians, consiliaturus, consiliandus.* *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 73. Hæc consiliantibus eis, nuntiatur, &c. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 53. Et rediere omnes Bononiam, rursus consiliaturi. *Horat.* l. 3. od. 3. v. 17. Gratum elocuta consiliantibus Junone Divis. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 9. Tu quid egeris tua cum tristi, tum etiam difficili ad consiliandum legatione, vehementer exspecto. ¶ Omnia hæc loca ab aliis aliter leguntur. Nam *concilietur*, et *consilia habentibus* quidam reponunt apud *Horat.* et *consultandi*, et *consultantibus* apud *Cæs.* et *consulturi* apud *Tacit.* denique *conciliandum* apud *Cicer.* adeo ut non defuerint, qui ipsum verbum toto Latio exsulare jusserint. Verum ut de aliis taceam, exemplum *Horatii ex* l. 3. *Odar.* sumptum, non nisi vi adhibita mutari potest. Quare, ut de reliquis dubitetur, de participio *consilians* dubitari quidem certe non debet.

CONSILIŌSUS, a, um, *wise, considerate, apt to advise for the best*, consilio valens. Vox est *M. Catonis*, teste *Gell.* l. 4. c. 9. ex qua gradus inflexit. *Sidon.* l. 7. ep. 9. *in conc. post med.* Si personam tractatu consiliosiore pensemus. *h. e.* consideratiore. et l. 1. ep. 1. Sicuti es in iis, quæ deliberabuntur, consiliosissimus. [hac voce etiam utitur *Fronto ad L. Verum* l. 1. ep. 4. Cum multa hujusmodi consiliosa exempla in historiis et in orationibus lectitares. *h. e.* quæ recte vivendi consilium præbent.]

CONSILĬUM, ii, n. Volunt quidam, proprie esse vocem artis fullonicæ: a *con*, et *salio*: et significare illam subsultationem, qua fullones pedibus vestimenta subigunt, ut in *Concilio, as*, dictum est: ubi et locum *Plauti* in hanc rem adduximus. Alii a *consulo* derivant, quasi *consulium.* V. Etymologos. [Probabilius esse videtur *consilium* a consulendo, quemadmodum etiam ab *exulando* exilium, deductum fuisse.] ¶ In usu est ratio excogitata faciendi aliquid, aut non faciendi, ut *Cic.* definit l. 1. *de Invent.* c. 25. et l. 2. c. 9. vel ut plenius *Quintil.* l. 6. *c. ult.* ratio quædam alte petita, et plerumque plura perpendens et comparans, habensque in se et inventionem, et judicationem, *counsel, advice, deliberation; a notion, idea, design, measure, plan, scheme, intent, purpose, drift, means; determination, judgment*, βουλή, βούλευμα. *Terent. Andr.* 2. 1. 9. Facile omnes, cum valemus, recta consilia ægrotis damus. *Liv.* l. 35. c. 32. Ne temere eam societatem celeritate nimia consiliorum everterent: consilia calida et audacia prima specie læta, tractatu dura, eventu tristia esse. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 71. Homines rationem bono consilio a diis datam, in fraudem malitiamque convertunt. *for a good purpose.* *Id.* 14. *Attic.* ep. 13. Consilium cepi, legari a Cæsare. *Id. pro Quint.* c. 16. *extr.* et *Cæs.* 7. *B. Gall.* c. 71. Consilium cepisse hominis fortunas funditus evertere. *Nep. in Lysand.* c. 3. Consilia iniit reges Lacedæmoniorum tollere. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 11. *ad fin.* Abjicere consilium ædificandi. *Id. Phil.* 1. *initio.* Consilium profectionis et reversionis meæ. *Terent. Eun.* 4. 7. 14. Consilium illud rectum est de occludendis ædibus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 9. Dare consilium de maximis rebus. *Id.* 7. *Attic.* ep. 10. Subito consilium cepi, ut antequam luceret, exirem. *Terent. Phorm.* 1. 4. 1. Reperire aliquod consilium celere. *some ready way.* ¶ *Sibi consilium capere* est sibi consulere neglectis aliis. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 76. Postulat, ut jurent omnes, se exercitum ducemque non deserturos, neque sibi separatim a reliquis consilium capturos. ¶ Dicimus *consilium petere, quærere, conferre, repudiare, sequi, mutare, exsequi, agitare, inire*, &c. *Cic. Liv. Cæs. Nep. Terent. Plaut.* &c. ¶ Facere aliquid de consilio alicujus, *agreeably with any one's advice.* h. e. aliquo nobis consilium dante. *Cic. Att.* l. 6. ep. 3. *ad fin.* et l. 13. ep. 31. Et sine præposit. *Terent. Andr.* 3. 2. 22. Quasi tu dicas, id factum consilio meo. ¶ *Mei, tui consilii est*, h. e. ad me, ad te deliberatio pertinet, *it is my business to determine; it is your concern.* *Cic.* 3. *Fam.* ep. 2. Quid in eo genere efficere possis, tui consilii est. Adde *Nepot. in Conon.* c. 4. ¶ *Meum, tuum consilium est*, eod. sensu. *Cic. Fam.* l. et ep. 14. Vestrum jam consilium est non solum meum, quid sit vobis faciendum. Adde ep. 18. ¶ *Res est consilii*, in deliberationem cadit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 38. Quasi vero consilii sit res, et non necesse sit nobis cum Arvernis nosmet conjungere. *as though it were a matter of consideration, and not a thing of course.* ¶ Sic *res est magni consilii*, h. e. in qua magno consilio est opus, *it is a matter requiring much consideration.* *Cic. Attic.* l. 15. ep. 12. Quid ætati credendum sit, quid nomini, quid hereditati, magni consilii est. et l. 10. ep. 1. Nihil mihi adhuc accidit, quod majoris consilii esset. ¶ Pro deliberata voluntate. *Liv.* l. 1. c. 58. *sub fin.* Unde consilium abfuerit, culpam abesse. ¶ Hinc *consilium est*, decrevi, statui, *I have determined; I am resolved; I have made up my mind*; &c. *Sallust. in Jug.* c. 87. Quæ gratuito faciebam, ea uti, accepta mercede, deseram, non est consilium, Quirites. *it is not my intention.* et *Plaut. Mil.* 2. 3. 73. Consilium est ita facere. *Cic. Attic. l.* et *epist.* 5. Ibi Pomptinium exspectare consilium est. *Terent. Hecyr.* 3. 5. 44. Jube illam redire. *P.* non est consilium, pater. ¶ *Quo consilio huc imus?* apud *Terent. Eun.* 5. 8. 1. *with what intent? to what purpose? with what end in view?* *Hoc eo consilio, ut* &c. ea ratione, eo fine, *with the intention of; to the end that*, &c. *Cic. in fi.* l. 1. *de Fin.* Explicavi sententiam meam, et eo quidem consilio, tuum judicium ut cognoscerem. *Nepos in Milt.* c. 5. Hoc consilio, ut et montium tegerentur altitudine, &c. ¶ *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 20. Sine consilio hæc acciderunt. *without any good result.* ¶ Consilio privato, aut publico aliquid facere est privata, aut publica auctoritate. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 14. Una navis, quæ privato consilio administrabatur, &c. *Nepos in Pelop.* c. 1. Idque suo privato, non publico fecit consilio. ¶ Ablativus *consilio* eleganter ponitur pro de industria, data opera, *designedly, on purpose.* *Liv.* l. 35. c. 14. Secutum tamen sua sponte est, velut consilio petitum esset, ut suspectior Annibal regi fieret. *Virg.* 7. *Æn.* v. 216. Consilio hanc omnes, animisque volentibus urbem Afferimur. ¶ Aliquando *consilium* est vafra et subtilis ratio, subdolum inventum, quo alii decipiuntur, *an artifice, stratagem.* *Nepos in Datam.* c. 6. Tali consilio, uno tempore et proditores perculit, et hostes profligavit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 22. Singulari militum nostrorum virtuti consilia cujusquemodi Gallorum occurrebant. *to the marked valour of our soldiers the Gauls opposed every species of stratagem.* ¶ Metonymice dicitur de ipso homine, qui dat consilium. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 2. v. 32. Hortator pugnæ, consiliumque fuit. *the director.* ¶ Est etiam ipsa facultas consilii capiendi, scilicet ratio, prudentia, solertia, celeritas animi in rebus pervidendis, ac deliberandis. *prudence, reason.* *Horat.* l. 3. od. 4. v. 65. Vis consili expers mole ruit sua. *Nep. in Datam.* c. 1. Vir fortissimus maximique consilii omnium Barbarorum. *Id. in Alcib.* c. 1. Ad omnes res aptus, consiliique plenus. *Vellei.* l. 2. c. 120. Varus magis imperatoris defectus consilio, quam virtute militum destitutus. *Quintil.* l. 7. c. 2. *a med.* Scelera non habent consilium. γνώμη. Adde *eund. cap. ult.* l. 6. ¶ Item intelligentia. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 38. Quis enim hunc hominem dixerit, qui cum tam omnia inter se connexa et apta viderit, neget in his ullam inesse rationem, eaque casu fieri dicat, quæ quanto consilio gerantur, nullo consilio assequi possumus? *Nepos in Themist.* c. 2. *ad fin.* responsum oraculi Apollinis, quem Athenienses consuluerant, *consilium* appellat. ¶ Sæpe sumitur pro cœtu hominum consultantium: *a council, assembly of men in council*: qua notione frequenter in *concilium* mutatur in libris, et unum pro altero promiscue legitur. *Cic. Verr.* 7. c. 21. Cum consilio causam Mamertinorum cognoscit, et de consilii sententia, Mamertinis se frumentum non imperare, pronuntiat. (*Nepos in Phoc.* c. 3. *extr.* dixit, ex consilii sententia.) *Id. Att.* 10. ep. 1. Veniendum ne sit in consilium tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. *Cic. in Vatin.* c. 6. Advocare consilium. *Id. Att.* l. 1. ep. 16. Referre ad consilium. *Id. pro Cluent.* c. 30. Ire in consilium. et *ibid.* Mittere in consilium. V. *Mitto. Id.* 1. *de Orat.* c. 26. Dimittere consilium. ¶ Dicitur tam de consiliariis, quam de judicibus. *Id. ibid.* c. 82. Hæc in Senatu minore apparatu dicenda sunt. sapiens est enim consilium. *Liv. in fi.* l. 38. Verterat invidia in prætorem, et consilium ejus, et accusatores. *the prætor and his counsel.* *Plin.* l. 6. ep. 33. Duobus consiliis vicimus, totidem victi sumus. *h. e.* duabus judicum sessionibus. ¶ Addunt quidam Lexicographi alias significationes, ut ponatur pro animo et mente, pro voluntate, proposito, instinctu, electione, &c. sed hæ commode ad unam aliquam earum, quas posuimus, referri possunt.

CONSIMĬLIS, le, *like, similar*, ὅμοιος, idem quod *similis*, sed vox est sonantior. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 33. Causa aliqua consimilis causarum earum, quæ &c. *Id.* 2. *Phil.* c. 12. Cum rem gessisset consimilem rebus iis, quas, &c. *Terent. Heaut.* 2. 4. 2. Formæ isti mores consimiles forent. *Lucret.* l. 3. v. 7. quidnam tremulis facere artubus hædi Consimile in cursu possint, ac fortis equi vis? *Plaut. Bacch.* 3. 3. 50. Haud consimili ingenio, atque ille, est. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 11. Ut consimilis fugæ profectio videretur.

CONSIMILĬTER, *in like manner*, ὁμοίως, idem quod similiter. *Gell.* l. 6. c. 16. *ad fin.* Item pro A. Licinio consimiliter Cicero verbo isto utitur. *Id.* l. 11. c. 5. Hæc autem consimiliter tam Pyrrhonii dicunt, quam Academici.

CONSIPĬO, is, ipui, a. 3. *to be perfectly in one's senses, have all one's wits about one*, συμφρονέω, a *con*, et *sapio*, significat sapere, compotem mentis esse. *Liv.* l. 5. c. 42. Romani ex arce plenam hostium urbem cernentes, non mentibus solum consipere, sed ne auribus quidem atque oculis satis constare poterant. *Est qui legit* concidere: *est qui* concipere. *Gell.* l. 7. c. 3. referens, ut videtur, verba *Tironis Tullii liberti*, Vereri se se, ostendit, ne patres, gaudio atque lætitia rerum gestarum prospere, de statu mentis suæ deturbati, non satis consiperent. ¶ *Consipiens, in one's senses, of sound mind*, mentis compos. *Senec. de constant. Sap.* c. 16. Ad injurias despiciendas non sapien-

ti opus est viro, sed tantum consipiente, qui sibi possit dicere, &c.

CONSIPTUM. V. *Conseptum.*

CONSISTIO. V. *Constitio.*

CONSISTO, istis, constiti, n. 3. *to stand firmly or steadily, stand fast, make a stand, stand, stop,* ἐφίσταμαι, subsisto, commoror, sto. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 5. Viatores etiam invitos consistere cogunt. *Cic.* 1. *de Orat. c. pænult.* Neque is consistens in loco, sed inambulans. *Id.* 5. *Attic.* ep. 12. *extr.* Plura scribam ad te, cum constitero : nunc eram plane in medio mari. *Id. Tuscul.* 5. c. 21. Tum ad mensam pueros delectos jussit consistere, et diligenter ministrare. *Id. post redit. in Sen.* c. 6. et 2. *Verr.* c. 7. Consistere cum aliquo. *h. e.* subsistere alloquendi et colloquendi causa. (Adde *Plaut. Curcul.* 4. 2. 16.) *Id. de Harusp. resp.* c. 11. Si ludius constitit, aut tibicen repente conticuit. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 10. v. 1. ter frigore constitit Ister. *hath stopped in its course. Id.* 7. *Met.* v. 72. Consistere ante oculos alicujus. *Cels.* l. 3. c. 2. Videndum, morbus an increscat, an consistat, an minuatur. *continues the same ; remains unaltered.* Et *lib. et cap.* 6. n. 8. Cursus pituitæ constitit. *Cato R. R.* c. 126. Si alvus non consistet. *h. e.* fluxu laborabit. Sic *Cic. Fam.* 7. ep. 26. Tanta me διάῤῥοια arripuit, ut hodie primum videatur posse consistere. *Al. leg.* videar : et tunc significat, recuperatis viribus firmior esse, stare posse. Sic *Cels.* lib. 8. cap. 15. Scala ita alta, ut consistere homo non possit. *h. e.* pedibus humi innixus stare. Et *Sil.* l. 7. v. 505. Ac jam constiterat. *had now stood up.* Et *Ovid.* 7. *Met.* v. 573. si prohibent consistere vires, Corpora devolvunt in humum. *Senec.* ep. 121. Consistere in pedes. *to stand on one's feet, stand upright or erect.* ¶ Cum infinito. *Auct. Priap. carm.* 68. dominum toties audire legentem constiti. *stood up to hear.* ¶ Sæpe ad rem bellicam refertur. *Liv.* l. 10. c. 36. Templum Jovi vovet, si constitisset a fuga Romana acies. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 39. Censent, ut in jugo consistant. *they are of opinion that a stand ought to be made on the hill. Id. ibid.* l. 7. c. 48. Consistere sub muro. *Quintil.* l. 4. c. 1. *circa med.* Consistere ex diverso. *to take their stand opposite. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* cap. 93. Tanta vi in equites impetum fecerunt, ut eorum nemo consisteret. *could withstand the shock. Id. B. Gall.* l. 2. c. 17. Reliquæ legiones contra consistere non auderent. *stand firm.* et l. 6. c. 22. Audere consistere prope hostem. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 102. Ipse ad ancoram una nocte constitit. *stood or rode at anchor.* ¶ Cum ablat. sine præposit. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 24. Consistere fluctibus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 541. primaque vetant consistere terra. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 123. Consistere limine. ¶ Cum accus. et *in* præposit. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 101. Seu sit opus, quadratum acies consistat in agmen. *h. e.* sistat se agmine quadrato disposita. *Virg.* 5. *Æn.* v. 426. Constitit in digitos extemplo arrectus uterque. ¶ Passive impersonaliter. *Senec. de vita beata,* c. 3. Ista quæ spectantur, ad quæ consistitur. *h. e.* inspiciendi causa moramur. ¶ Translate *Consistere cum aliquo* apud *Cicer.* est concordare *lib.* 4. *de Fin.* c. 26. Zenonem cum Aristone verbis consistere, re dissidere. *Al. leg.* consentire. ¶ Præterea significat sistere se in judicio contra aliquem. *to go to law with. Papinian. Dig.* lib. 5. tit. 3. leg. 49. Si bonæ fidei possessor velit cum debitoribus hereditariis consistere, audietur. *Senec.* 2. *de Ira,* c. 7. Alius judicia patris accusat : alius cum matre consistit. *Hermogenian.* lib. 5. tit. 1. leg. 53. In certis causis adversus dominos servis consistere permissum est. ¶ Huc pertinet illud *Cicer. pro Cæcin.* c. 21. Verbo quidem superabis, me ipso judice ; re autem ne consistes quidem ullo judice. *Tertull. in Apol.* c. 4. Jam de causa innocentiæ consistam. *h. e.* causam dicam. Adde *de Idololatr.* c. 13. ¶ Eleganter ponitur pro firmum, stabilem, constantem esse, *to stand firm. Cic. pro Dom.* c. 54. Egit illam rem ita raptim et turbulente, ut neque mens, neque vox, neque lingua consisteret. *was hardly master of itself ; failed him. Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 3. Ei tantus clamor a nostris, *factus est,* ut neque mente, neque lingua, neque ore consisteret. *be composed. Id. in Orat.* c. 9. Qui Lysiam sequuntur, causidicum quendam sequuntur, non illum quidem amplum atque grandem, subtilem et elegantem tamen, et qui in forensibus causis possit præclare consistere. *plead.* ¶ Item pro exstare. *Lepid. ad Cicer. Fam.* 10. *ep. pænult.* Etsi omni tempore summa studia officii mutuo inter nos certatim constiterunt. ¶ Item pro niti, continere, stare, *to rest, lean, depend. Cic. Phil.* 3. c. 8. Cum in eo salus et vita optimi cujusque, et libertas populi R. dignitasque consisteret. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 14. Omne bonum in una honestate consistit. *consists. Id. pro Rosc. Amer. c. pænult.* In quo non modo culpa nulla, sed ne suspicio quidem potuit consistere. *have any ground. Nepos in Datam.* c. 8. Has adversus copias spes omnis consistebat Datami in se, locique natura. *all [hope rested upon. Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 21. Major pars victus eorum lacte et caseo et carne consistit. *consists of milk,* &c. ¶ Item pro finem habere, desinere. *to stop, cease. Cic. initio* l. 1. *de Orat.* Si infinitus forensium rerum labor, decursu honorum, etiam ætatis flexu constitisset. *Id. Attic.* l. 8. ep. 11. Levatur enim omnis cura, cum aut constitit consilium, aut cogitando nihil explicatur. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 12. Omnis administrato belli consistit. *all hostilities have ceased. Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. Consistere usura debuit. *Plaut. Asin.* 3. 1. 17. Ubi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi. *is at a stand too.* ¶ Item pro exsistere. *Cic. in fin. de clar. Orat.* Vix singulis ætatibus binos oratores laudabiles constitisse. *Lambin. leg.* exstitisse. ¶ Item pro validum, firmum, ratum esse. *Ulpian. Dig.* lib. 30. leg. 44. Legatum in omnibus consistit. ¶ Item pro stare, vel esse, manere. *to stand, exist, consist. Horat.* l. 1. sat. 1. v. 107. sunt certi denique fines, Quos ultra citraque nequit consistere rectum. *Plin.* l. 14. c. 6. Vino Bæterrarum intra Gallias consistit auctoritas. *is esteemed in Gaul. Tacit.* 4. *Hist.* c. 23. Batavi, Transrhenanique, quo discreta virtus manifestius spectaretur, sibi quæque gens consistunt. *h. e.* seorsim in acie stant. Inscript. non inelegans apud *Maffei. in Mus. Veron.* pag. 241. n. 5...... cives Romani ex Italia, et aliis provinciis in Rætia consistentes. ¶ Illa quoque huc quodammodo pertinent *Scribon. Larg. compos.* 90. Vesicæ dolor, qui cum fluore consistit. et compos. 160. Podagra, quæ sine tumore consistit. et compos. 27. Epiphoræ, quæ cum lacryma consistunt. ¶ Reperitur etiam activa significatione pro efficere, constituere. *Lucret.* l. 6. v. 10. Et per quæ possent vitam consistere tutam. *render secure. Gell.* l. 5. c. 10. Cum ad judices, conjiciendæ consistendæque causæ gratia, venissent. *to stand in judgment, litigate, go to law.* ¶ Et pro sistere, *to stop. Sallust. in Jug.* c. 53. et *Sil.* l. 15. v. 637. sed dubia utrobique lectio.

CONSISTORIĀNUS, a, um, ad consistorium pertinens. *Consistoriani* sunt qui in consistorio adsident Principi vel consiliaturi, vel cognituri. *Ammian.* l. 15. c. 5. (*al.* 10.) Statuit Imperator, dispicientibus Consistorianis et Militaribus, in negotium præterinquiri. *both the civil and military authorities.* Adde lib. 31. c. 12. (*al.* 34.) et *Codicis Justinian.* lib. 12. tit. 10. qui est *de Comitib. Consistorianis.*

CONSISTORĬUM, ii, n. *a council, consistory,* συνέδριον, sub Imperatoribus Romanis ita appellatum est consilium Principis, hoc est viri illustres selecti, quibuscum Princeps consilia communicabat: qui ideo *Consistoriani* sunt appellati : a *consistendo,* quia cum eo ad consultandum consistebant. Item locus, quo illi conveniebant. *Auson. in gratiar. act.* c. 29. In illa vero sede, ut ex more loquimur, consistorii, ut ego sentio, sacrarii tui, nullus unquam superiorum aut dicenda pensius cogitavit, aut consultius cogitata disposuit. *Ammian.* l. 14. c. 7. (*al.* 22.) Admissus in consistorium. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 12. *Cod.* tit. 10. leg. 1. Qui tranquillitatis nostræ consistorii dici comites meruerunt. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 28. n. 2. et 438. n. 1. et *Cod. Theodos.* multis in locis. ¶ *Tertull. de resurr. carn.* c. 26. vocat *consistorium* ipsam terram, in qua homines habitant, atque consistunt. Item l. 2. *ad Uxor.* c. 6. lupanar appellat consistorium libidinum publicarum. ¶ Denique apud *Sidon.* l. 2. ep. 2. *post med.* sic dicitur locus in ædibus, in quo consistunt servi dominorum jussa exspectantes.

CONSITĬO, onis, f. *a planting, setting, sowing,* φύτευσις, idem quod satio : a *consero. Cic. de Senect.* c. 15. *extr.* Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones. ¶ Apud *Tertull.* l. 2. *ad Nation.* c. 11. legitur *consatio.* Nam et *consatus* pro *consitus* idem usurpat.

CONSĪTOR, oris, m. σπορεύς, *one who plants or sows ; a planter,* qui conserit. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 14. *de Baccho,* et *Tibull.* l. 2. eleg. 3. v. 35. genialis consitor uvæ. [pro v. 35. *genialis* lege v. 63. *jucundæ.*] [† non error linearum est, cum varie in varr. edd. illic loci ordinentur Elegiæ ; ita ut qui in una v. est 35. in alia non nisi pro v. 63. sumendus sit. V. An varia sit lectio *genialis,* necne, nondum equidem scio.]

CONSITŪRA, æ, f. idem quod consitio. *Cic. in frag.* apud *Non.* c. 3. n. 30. Quæ videlicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinæ indiciis interpretabatur.

CONSĬTUS, a, um, *set, planted, sown,* satus, plantatus, πεφυτευμένος. *Cic. de Senect.* c. 17. Ager diligenter consitus. *Propert.* l. 4. el. 4. v. 3. Lucus erat felix hederoso consitus antrō. *al. leg.* conditus. *Lucan.* l. 9. v. 690. Libye nullo consita cultu. *Sallust. de B. Jug.* c. 57. Ager arbustis consitus. *planted with brushwood.* ¶ Item consertus. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 48. Æraque vestitis numerosa puppe columnis Consita. *h. e.* rostra navium conserta et infixa columnis, quas Augustus post Antonium devictum, ex rostris æratis navium Ægyptiacarum ornaverat. ¶ Translate *Virg. Æn.* 3. v. 127. crebris legimus freta consita terris. *h. e.* Ægæum mare, insulis frequens. *Plaut. Men.* 5. 2. 4. Consitus sum senectute. *old, aged. Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 207. Ipse autem cæca mentem caligine Theseus Consitus, oblito dimisit pectore cuncta.

CONSIVĬUS. V. in *Clusius.*

CONSOBRĪNA, æ, f. *a cousin-german, a mother's sister's daughter,* ἀνεψιά, materteræ meæ filia, hoc est filia sororis matris meæ. *Cic. pro Quint.* c. 4. Quintii consobrinam habet in matrimonio Nævius. Adde *Nepot. in Attic.* c. 2.

CONSOBRĪNUS, i, m. *a cousin-german, the son of a mother's sister,* ἀνεψιός, filius sororis matris meæ. *Caius Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 1. Consobrini, consobrinæ, idest qui, quæve ex duabus sororibus nascuntur, quasi *consororini.* Item amitini, amitinæ, idest qui, quæve ex fratre, et sorore propagantur : sed vulgus fere omnes istos communi appellatione consobrinos vocat. *Cic. pro Ligar.* c. 4. Ne sit cum hoc T. Broccho avunculo suo, ne cum ejus filio consobrino suo. *Id.* 2. *de Orat.* c. 1. Cum consobrinis nostris Aculeonis filiis, quo cum erat nostra matertera. ¶ Latiore significatione *consobrini* dicuntur etiam qui in ulterioribus gradibus cognationis conjuncti sunt, ut ex *Caio loc. cit.* leg. 10. liquet. *Sueton. in Calig.* c. 26. Ptolemæum regis Jubæ filium, consobrinum suum quo pacto tractaverit, &c. ¶ *Consobrini* inscripta fuit quædam comœdia *Afranii* amissa, teste *Gell.* l. 15. c. 13.

CONSŎCER, eri, m. *the father of either a husband or wife considered with reference to the father of the other.* Consoceri dicuntur, quorum alter filiam suam alterius filio uxorem dedit. *Sueton. in Claud.* c. 29. App. Silanum consocerum suum crimine incerto occidit. *Ulpian. Dig.* lib. 24. tit. 1. leg. 32. *post med.* Si consocer consocero donaverit. Adde *Auson. in fi. Parental.*

[* CONSOCIABĬLIS, le, adject. qui consociari potest. Translate *Ambros.* ep. 1. (*alit.* 7.) Quid enim tam consociabile, quam de divinis rebus sermonem contexere. *h. e.* congruum et conveniens.]

CONSOCIĀTIM, adverb. *together,* simul, una. *Ammian.* l. 15. c. 11. (*al.* 27.) Matrona et Sequana consociatim meantes protinus funduntur in mare.

CONSOCIATĬO, onis, f. *society, association,* κοινωνία, societas, communio, conjunctio. *Cic.* 1. *Offic. c. pænult.* Ita fit, ut vincat cognitionis studium consociatio hominum atque communitas. *Liv.* l. 40. c. 5. Consociatio gentis animum regis erexerat.

CONSOCIĀTUS, a, um, *associated together, consociated, joined in fellowship,* sociatus, συναγελασθείς. *Cic. Parad.* 6. c. 2. Qui videt domi tuæ pariter accusatorum atque judicum consociatos greges. *Id.* 3. *de Fin.* c. 20. Sic inter nos natura ad civilem communitatem conjuncti et consociati sumus. *Id.* 1. *de Leg.* c. 7. Homines cum diis consociati. *Id.* 3. *Fam.* ep. 3. Pro nostra consociatissima voluntate. Al. leg. *constantissima,* sed minus recte. *Liv.* l. 25. c. 18. Nihil sibi cum eo consociatum, nihil fœderatum hosti cum hoste. *Albinovan.* eleg. 1. v. 380. magno consociata Jovi. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 246. Tria sidera consociata loco.

CONSOCĬO, as, avi, atum, *to associate, join in fellowship, unite together,* συναγελάζω, socium facio, societate conjungo. *Cic. post redit. in Sen.* c. 7. Tu ne ausus es cum A. Gabinio consociare consilia pestis meæ ? *to plot, form joint designs with. Id.* 3. *de Fin.* c. 21. Cum amicis consociare, aut conjungere injuriam. *Horat.* l. 2. od. 3. v. 10. Pinus et populus umbram hospitalem consociare amant. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 119. Ubi se se sudor cum unguentis consociavit. *Id. Rud.* 2. 6. 67. Consociare mihi quidem tecum licet. *we can communicate together. Phædr.* l. 4. fab. 10. *extrem.* Consociare usum alicujus rei cum aliquo. *Liv.* l. 8. c. 4. Consociare imperium. *to share the sovereignty.* et l. 1. c. 17. Patres rem inter se consociant.

CONSOCĬUS, a, um, *united, associated, leagued together,* idem quod socius. *Impp. Dioclet. et Maximian.* lib. 10. *Cod.* tit. 2. leg. 3. Consortes atque consocii ad exigenda reliqua. *Fulgent.* l. 1. *Mythol.* n. 2. Elementa sibi valde consocia. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 13. sect. 4. Consocii in quibusdam malis comprehensi.

CONSŎCRUS, us, f. quæ una cum alia socrus est. V. *Consocer.* Legitur in lemmate carminis ultimi Parentalium *Ausonii :* Pomponia Urbica consocrus, uxor Juliani Censoris.

CONSOLABĬLIS, le, *admitting of consolation, consolable, that may be comforted or appeased,* qui consolationem admittit, εὐπαραμύθητος. *Cic.* 4. *Fam.* ep. 3. Est omnino vix consolabilis dolor. ¶ Item qui consolationem affert. *Gell.* l. 16. c. 19. Canere carmen casus illius sui consolabile. [¶ Comparativo *consolabilior* utitur *Ambros.* ep. 8. (*alit.* 61.) tot funera non te admonent unius feminæ decessionem consolabiliorem habendam ?]

CONSŌLANS, antis, *consoling,* παραμυθῶν, qui consolatur. *Cic. Tuscul.* 3. c. 31. Hæc igitur officia sunt consolantium, tollere ægritudinem, &c. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 491. Dicere verba consolantia.

CONSOLATĬO, onis, f. *consolation, comfort,* παραμυθία, levatio doloris, solamen, confirmatio. *Cic. Tuscul.* 3. c. 32. Erit in consolationibus prima medicina, docere, aut nullum malum esse, aut admodum parvum. *et mox.* Sapiens consolatione non indiget. et cap. 30. Consolatione nihil levari. *Id. de clar. Orator. c. pænult.* Ea consolatione sustentor, quam tu mihi adhibuisti tuis suavissimis litteris. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 5. *ad fin.* Nihil est hujusmodi, ut ego me non multa consolatione quotidie leniam : sed erit illa consolatio maxima, si una erimus. *Id. de Senect.* c. 2. Præterita ætas nulla consolatione permulcere potest stultam senectutem. *Id. Attic.* l. 12. ep. 14. Omnem consolationem vincit dolor. *Id. Fam.* 6. ep. 4. Invenire consolationem malorum. *a solace. Id. de provin. consul.* c. 7. Uti consolatione. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 31. Ut fere nos omnia in consolationem unam conjecimus. *h. e.* in libro, in quo consolati

nos sumus in morte filiæ: de quo *Id. Attic.* l. 12. ep. 14. ¶ Est etiam levatio timoris. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 17. *ante med.* Fuit mihi et laudis nostræ gratulatio tua jucunda, et timoris consolatio grata. *alleviation. Hirt. de B. Alexan.* c. 8. Cæsar suorum timorem consolatione et ratione minuebat. *Id.* l. 8. *B. Gall.* c. 38. Timentes animos consolatione sanat.

CONSOLĀTOR, oris, m. *one who consoles or comforts; a comforter*, παράκλητος, παραμυθητής, qui consolatur. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 30. Consolatores ipsos confiteri se miseros, cum ad eos impetum suum fortuna converterit.

CONSOLATORĬE, adverb. consolatoris more, consolando. *Sidon.* l. 6. ep. 9. Quem non increpative, sed consolatorie compellare curavimus.

CONSOLATŌRĬUS, a, um, *consolatory*, παραμυθητικός, ad consolandum aptus. *Cic. Attic.* 13. ep. 20. A Cæsare litteras accepi consolatorias. *Sueton. in Othon.* c. 10. Codicillos exaravit ad sororem consolatorios.

CONSOLĀTUS, a, um, particip. *having consoled*, qui consolationem adhibuit. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 4. Consolatus Indutiomarum, hortatusque est, ut in officio permaneret. ¶ Item passive qui consolationem accepit, *consoled, comforted. Justin.* l. 22. c. 6. Sic consolatis militibus, universas naves, consentiente exercitu, incendi jubet. *encouraged.* ¶ Quod quidam afferunt ex *Cicer. Fam.* 5. ep. 20. Rationes confectas et consolatas deponere. *consolidatas* multo rectius plerique omnes reponunt.

CONSOLĪDA, æ, f. *the herb comfrey*, herbæ genus alio nomine conferva, et inula rustica, et alum, σύμφυτον, lignosa, jucundi odoris, atque salivam provocans. Ejus plura genera herbarii faciunt. Dicta est a virtute quam habet solidandi, et confirmandi. *Apul. de herb.* c. 59.

CONSOLIDATĬO, onis, f. solidatio. Translate *Ulpian. Dig.* l. 7. tit. 2. leg. 3. Jus adcrescendi non perit ei, apud quem consolidatio est, neque ab eo: et ipse quibus modis amitteret ante consolidationem, iisdem et nunc amittit. *h. e.* antequam usufructuarius proprietatem rei acquirat. hoc enim est *consolidatio*, uti docet *Justinian. Institut.* lib. 2. tit. 4. *sub fin.*

CONSOLIDĀTOR, oris, m. qui firmat, et solidum reddit. *Venant. Fortun.* l. 1. carm. 20. v. 22. Nam quod pulcra domus, quod grata lavacra nitescunt, Consolidatorem te cecinere suum.

CONSOLIDĀTUS, a, um, *consolidated*, solidatus. Translate *Cic. Fam.* l. 5. ep. 20. Ut apud duas civitates rationes confectas et consolidatas deponeremus. *h. e.* liquidas, cum expensis respondent accepta. Quidam *consolatas* perperam leg. ¶ *Ususfructus consolidatus* est confirmatus, idest conjunctus cum proprietate, cum scilicet usufructuarius proprietatem quoque fundi acquisivit. *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 2. leg. 3. *sub fin.*

CONSOLĪDO, as, avi, atum, a. 1. *to consolidate, make firm, strengthen, cement*, στερεόω, solidum reddo. *Vitruv.* l. 2. c. 8. *ante med.* Græci non media farciunt, sed e suis frontatis perpetuum, et in unam crassitudinem parietem consolidant. ¶ Translate *consolidari usus fructus* apud JCtos dicitur, cum ad eum proprietatis jure revertitur, a quo abscesserat: vel cum usufructuarius acquirit proprietatem ejus rei, ex qua usumfructum percipiebat. *Triphonin. Dig.* l. 23. tit. 3. leg. 78. *circa med.* et *Ulpian. Dig.* l. 7. tit. 2. leg. 3. et 6.

CONSOLĪDUS, a, um, adject. *solid, firm*, solidus, stabilis, firmus. *Arnob.* l. 4. *sub fin.* Cum omnibus consolidæ germanitatis necessitudine copulatus.

CONSŌLOR, aris, atus sum, dep. 1. *to console, comfort, solace*, παρακαλέω, παραμυθέω, idem quod solor, dolorem levo, confirmo, recreo. *Cic. Attic.* 12. ep. 14. Feci quod ante me nemo, ut ipse me per litteras consolarer. *Id. de provin. consul.* c. 7. Dummodo, cujus exemplo se consolatur, ejus exitum exspectet. *Id. pro Sull.* c. 10. Consolare te, quod, &c. *Id. pro Rosc. Com.* c. 14. *extr.* Inani et tenui spe te consolaris. *Id. Attic.* l. 15. ep. 27. Te consolata est spes brevi tempore congrediendi. *Id.* 4. *Catil.* c. 4. Spes hominem in miseriis consolari solet. *Id. Fam.* 6. ep. 4. Consolari aliquem de miseriis communibus. *Id. Fam.* 4. ep. 8. Consolari dolorem alicujus. *Quintil.* l. 2. c. 12. *extr.* Inquirendo scribendoque talia consolemur otium nostrum. ¶ Significatione consimili verbi compenso, vel levo. *to extenuate, alleviate, relieve, make amends for. Cic. pro Mil.* c. 35. Gloria brevitatem vitæ posteritatis memoria consolatur. *Id. Q. Fr.* lib. 2. ep. 6. *ad fin.* Sed hoc incommodum consolantur quotidianæ damnationes inimicorum. *Id. Fam.* 7. ep. 11. Ego desiderium tui spe tuorum commodorum consolabor. *Id. Attic.* l. 4. ep. 16. *post med.* Dicendi laborem delectatione oratoria consolor. *Id.* 1. *de Fin.* c. 12. Doloris magnitudinem celeritas, diuturnitatem allevatio consolatur. ¶ Consolari semetipsum, *to flatter himself. Cic.* 2. *Agrar.* c. 28. Quæso nolite vosmetipsos consolari: vere et diligenter considerare. num vobis, aut vestri similibus, integris, quietis, otiosis hominibus, in hoc numero locum ore putatis? ¶ Significat etiam timorem alicui levare, animos addere, *to hearten, encourage. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 98. Consolatus consurgere jussit: et pauca apud eos de lenitate sua locutus, quo minore essent timore, omnes conservavit. V. *Consolatio.* ¶ Reperitur etiam *Consolo, as*, teste etiam *Priscian.* l. 8. p. 797. *Putsch. Varr.* apud *Non.* c. 7. n. 50. Œdipus Athenas venire dicebatur, qui consolaret. ¶ Et *consolor* passiva significatione. *Q. Metell.* apud *Gell.* l. 15. c. 13. Cum animum vestrum erga me video, vehementer consolor. Ipse *Gell. ibid.* docet, in usu esse *consolor te*, et *consolor abs te. Asin. Poll.* apud *Priscian. loc. cit.* p. 792. Cum ob ea, quæ speraveram, dolebam, consolabar ob ea, quæ timui. V. *Consolatus.* ¶ Hinc particip. *consolandus* passivæ signif. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 18. Etsi egomet, qui te consolari cupio, consolandus ipse sum, &c.

CONSOMNĬO, as, n. 1. *to dream*, idem quod somnio, ὀνειροπολέω, ὀνειρώττω. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 68. *Tr.* Senex volt ædificare gynæceum, et balneas, et porticum. *Si.* Quid ille consomniat? *Tr.* Ego dicam tibi: dare volt uxorem filio.

CONSŎNANS, antis, *sounding together, consonant*, σύμφωνος, συνηχῶν, simul sonans. *Liv.* lib. 36. c. 34. Consonante clamore nominatim Quintium orare, ut &c. *with one accord.* ¶ Apud *Vitruv.* l. 5. c. 8. *a med.* Consonantes loci sunt, in quibus ab imis auxiliata vox cum incremento scandens, ingreditur ad aures discreta verborum claritate. V. integr. loc. ¶ Consonantes litteræ dicuntur a Grammaticis, quæ per se nihil sonant, sed solum junctæ vocalibus. *consonants. Quintil.* l. 1. c. 4. et 5. *Gell.* l. 4. c. 17. &c. ¶ Translate *Senec.* ep. 31. *a med.* Perfecta virtus est æqualitas ac tenor vitæ, per omnia consonans sibi. *h. e.* sibi conveniens, sibi constans, et concordans. *consistent, agreeing with itself.* ¶ *Consonans est*, conveniens est. *Ulpian. Dig.* l. 12. tit. 2. leg. 34. *ad fin.* Non semper consonans est, per omnia referri jusjurandum, quale defertur. *Scævola* lib. 19. tit. 1. leg. 48. Hoc etenim contractui bonæ fidei consonans est. ¶ Item valde sonans, sonum pleniorem habens. *Cic. in Partitionib.* c. 5. Verba consonantiora, graviora, &c.

CONSONANTER, adverb. *consonantly, agreeably*, convenienter, concorditer. *Vitruv.* l. 6. c. 1. Consonantissime ad harmoniam composita.

CONSONANTĬA, æ, f. *a sounding together, the agreement of voices, concord, harmony, accord of sound, consonance*, συμφωνία, vocum concordantia, concentus. *Vitruv.* l. et c. 5. *ad fin.* Citharœdi convertunt se ad scenæ valvas, et ita recipiunt ab earum auxilio consonantiam vocis. *Gell.* l. 13. c. 20. Tanta juncturæ differentia est in consonantia vocum proximarum. *Tertull. advers. Jud.* c. 11. *sub fin.* et c. 14. Consonantia scripturarum. *h. e.* consensus.

CONSŎNE, adverb. *with one voice*, συμφώνως, una voce. *Apul.* l. 1. *Metam.* Quoad mutua cohortatione consone clamitarent.

CONSŎNO, as, onui, n. 1. *to sound together, resound, make a loud noise, ring, echo*, συμφωνέω, συνηχέω, simul sono, eadem voce sono. *Petron. in frag. Tragur.* c. 78. *Burm.* Consonuere cornicines funebri strepitu. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *post med.* Apes cum jam evolaturæ sunt, consonant vehementer. *Senec.* ep. 84. *a med.* Cum omne tibiarum genus, organorumque consonuit, fit concentus ex dissonis. *Plaut. Amph.* 1. 1. 72. Tubæ utrinque canunt: contra consonat terra. *to resound, re-echo. Virg.* 8. *Æn.* v. 305. Consonat omne nemus strepitu, collesque resultant. *Tacit. Ann.* 15. c. 37. Circumjecta tecta consonare cantu. ¶ *Consonare verba* dicuntur quæ similiter desinunt. *Quintil.* l. 9. c. 3. Initia quoque, et clausulæ sententiarum, aliis, sed non alio tendentibus verbis, inter se consonant. Initia hoc modo: *Dederim periculis omnibus, obtulerim insidiis, objecerim invidiæ.* Rursus clausulæ: *Vos enim statuistis, vos sententiam dixistis*, &c. ¶ Item quæ per paronomasiam efferuntur, ut *immoriaris, immorare. Id. ibid.* In verbis tantum distantibus jucunde consonat vox, &c. ¶ Translate est concordare, convenire, *to agree, accord, correspond, be consistent with, be agreeable to. Auct. Declam. in Sallust.* c. 1. Ut omnis oratio moribus consonet. *Manil.* l. 2. v. 281. Virginis et Tauri Capricorno consonat astrum. et v. 622. veri per totum consonat ordo. *Quintil.* l. 2. c. 12. *pænult.* Consonare sibi in faciendis, ac non faciendis, virtutis est. *Senec. de vita beata*, c. 23. Optime dives, si opus ad hanc vocem consonet.

CONSŎNUS, a, um, *agreeing in sound*, συνηχῶν, σύμφωνος, idem, vel simul sonans, consonans. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 610. et consonus exit in auras Ter clangor. *the concordant sound. Id.* 1. *Amor.* el. 8. v. 59. Ipse deus vatum, palla spectabilis aurea, Tractat inauratæ consona fila lyræ. *attuned, in tune.* ¶ Translate est conveniens, concordans, *agreeable, fit, suitable, proper, becoming. Cic. Attic.* l. 4. ep. 16. Credo, Platonem vix putasse, satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset. *Claudian. in I. Consul. Stilich.* v. 69. Docere juvenem consona regno. *h. e.* utilia. *Apul.* l. 2. *Metam.* Totius orbis consono ore celebrari. ¶ *Consona, æ* (subaudi *littera*) est littera consonans, *a consonant*: et sæpissime legitur apud *Terentian. Maur.*

CONSŎPĬO, pis, ivi, itum, a. 4. *to lay or lull asleep*, κατακοιμάω, idem quod sopio. *Lucret.* l. 6. v. 791. Nocturnumque recens extinctum lumen, ubi acri Nidore offendit nares, consopit ibidem. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. *ult.* Quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiscere, atque ita conniventem somno consopiri sempiterno?

CONSOPĪTUS, a, um, *lulled asleep*, καταδαρθείς, sopitus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 38. Endymion a Luna consopitus putatur. *Sueton. in Claud.* c. 44. Inter initia (*veneni*) consopitus. ¶ Translate *Gell.* lib. 16. c. 10. Cum omnis illa duodecim tabularum antiquitas lege Æbutia lata consopita sit. *h. e.* abrogata, abolita. *annulled, abolished, made void.*

CONSORS, ortis, adject. *a partner, partaker, sharer, colleague*, σύγκληρος, ἔγκληρος, κοινόβιος. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 7. *circa med.* Consortes, ad quos eadem sors. *h. e.* idem patrimonium, vel idem cumulus hereditatis, *coheirs, joint-heirs.* Sunt enim *consortes*, quorum hereditas nondum divisa est: et dicitur plerumque de fratribus. *brothers that dwell under the same roof; that enjoy the same estate without its being parted between them. Festus* in *Sors.* Sors et patrimonium significat: unde consortes dicimus. et in *Disertiones.* Disertiones, divisiones patrimoniorum inter consortes. *Cic. Verr.* 5. c. 23. Cum ex agris tres fratres consortes profugissent, quod iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exararant. *Vellei.* l. 1. c. 10. *extr.* et *Liv.* l. 41. c. 27. Censoris frater et quidem consors. *the joint-heir, coheir. Virg. in Ciri*, v. 15. Quatuor antiquis quæ heredibus est data consors. Adde *Plin.* l. 8. ep. 18. ¶ *In Cod. Justinian.* tit. 40. l. 3. est *de consortibus ejusdem litis*, nempe qui cum communiter aliquid possideant, litem simul omnes contestantur. ¶ Translate *Lucan.* l. 1. v. 93. omnisque potestas Impatiens consortis erit. *Tibull.* l. 2. eleg. 5. v. 24. Mœnia consorti non habitanda Remo. ¶ Sæpe est idem quod particeps, socius, *a partaker, companion, compeer. Cic. pro Mil.* c. *pænult.* Quid respondebo tibi, Q. frater, consorti mecum temporum illorum? *Id. de clar. Orat.* c. 1. Socius et consors gloriosi laboris. *Id.* 5. *Verr.* c. 66. *extr.* in lucris atque furtis. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 3. Collega imperii, consors tribunitiæ potestatis. *Vellei.* l. 2. c. 74. Consors vitiorum. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 492. culpæ. et v. 873. pericli. *Id. Heroid.* ep. 3. v. 47. Consortes generis et necis. *h. e.* fratres, et simul eadem nece interempti *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 82. urbis. *h. e.* populares, cives ejusdem urbis. *Virg.* 4. *Georg.* v. 158. *de apib.* Solæ communes natos, consortia tecta Urbis habent. *Valer. Max.* l. 1. c. 8. n. 5. Consortes pavoris. *Lucan.* l. 4. v. 178. Ætas consors studiis puerilibus. ¶ *Consors casus* est similis, ejusdem sortis. *similar, like. Propert.* l. 1. *eleg. pænult.* v. 1. Tu, qui consortem properas evadere casum Miles, &c. ¶ *Consors thalami* apud *Ovid.* 1. *Metam.* v. 319. et l. 10. v. 246. est uxor, *a consort.* Adde l. 6. v. 93. ¶ Frequenter dicitur de fratribus, et sororibus, *a brother or sister. Ovid. Metam.* 11. v. 346. Quæ dum Lucifero genitus miracula narrat De consorte suo. *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 47. Dea consors Phœbi. *h. e.* Diana. *Id. Heroid.* ep. 13. v. 61. consors Ledæa gemellis. *h. e.* Castorum soror. *Tibull.* l. 2. eleg. 5. v. 23. Romulus æternæ nondum formaverat Urbis Mœnia, consorti non habitanda Remo. Sic *Ovid. pectora consortia* dixit *Metam.* 13. v. 663. sorores intelligens. et l. 8. v. 443. calidumque priori Cæde recalfecit consortem sanguine telum. *h. e.* fraterno. Sic *Albinovan. ad Liviam* v. 437. consortes deas videtur significare Nereides, quas uno patre Nereo genitas fabulantur, ut est apud *Hygin. in præfat.*

CONSORTĀLIS, le, adject. ad consortium pertinens. *Frontin. de Coloniis*, p. 111. *Goes.* Consortales lineæ.

CONSORTĬO, onis, f. *partnership, fellowship, society*, consortium, κοινωνία. *Cic.* 3. *Offic.* c. 6. Dissolvetur omnis humana consortio. Ita *Nonius* cum aliis plerisque, c. 3. n. 39. *Alii* consociato. *Liv.* l. 40. c. 8. Sociabilem consortionem inter binos Lacedæmoniorum reges. *Vellei.* l. 2. c. 99. et 103. Consortio tribunitiæ potestatis. *Valer. Max.* l. 4. c. 6. n. 3. Consortio fati. *h. e.* similitudo mortis. Adde *Liv.* l. 6. c. 40. *circa med.* et *Lucil.* apud *Non. loc. cit.* ¶ Translate *Plin. initio* l. 9. ait animalia terrestria degere *consortione quadam hominum*, quia terram incolunt quasi patrimonium cum hominibus commune. V. *Consors.*

CONSORTĬUM, ii, n. *fellowship, community, intercourse, society, partnership*, κοινωνία, συγκλήρωσις, communia bonorum, societas. *Ulpian. Dig.* l. 17. tit. 2. leg. 52. *circa med.* Si inter fratres voluntarium consortium initum fuerit. V. *Consors.* ¶ Translate *Cels.* l. 7. c. 27. Stomacho cum vesica quoddam consortium est. *sympathy. Petron. in Satyr.* c. 101. Consortium studiorum. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 3. regni. *Hermogen. Dig.* l. 14. tit. 2. leg. 5. Consortium collationis. *a society instituted for the purpose of raising certain sums of money. Imp. Zeno* l. 5. *Cod.* tit. 27. leg. 5. Concubinarum consortium.

CONSPARGO. V. *Conspergo.*

CONSPARSĬO. V. *Conspersio.*

CONSPATĬANS, antis, *walking up and down*, συμπεριπατῶν, idem quod spatians, vel simul spatians. *Petron. in Satyr.* c. 7. Video quosdam inter titulos furtim conspatiantes.

CONSPECTOR, oris, m. inspector, ἐπόπτης. *Tertull. de orat.* c. 13. Deus cordis conspector.

CONSPECTUS, a, um, *beheld, looked at, gazed upon*, particip. a conspicio, συνοραθείς. *Sueton. in Domit.* c. 11. Conspecto delatore ejus, vis, inquit &c.? *Valer. Flacc.* l. 8. v. 210. *de Medea.* Hyperboreas movit conspecta pruinas. *Juvenal.* sat. 2. v. 81. Uvaque conspecta livorem ducit ab

nus. ¶ Absolute in sexto casu, *Suet. in Aug.* c. 15. Conspecto eum ad arma isse. *it being observed, that,* &c. *having seen, that,* &c. ¶ Est etiam adject. et significat conspicuum, insignem, conspicabilem, tum in bonam, tum in malam partem, *conspicuous, remarkable, worthy of notice,* ut exponit etiam *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 8. v. 587. ipse agmine Pallas In medio, chlamyde et pictis conspectus in armis. Sic 3. *Georg.* v. 17. et *Horat. de ar. poet.* v. 228. Tyrio conspectus in ostro. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 794. Nobilior pomis, platano conspectior alta. *Liv.* l. 2. c. 5. Damnati proditores, sumptumque supplicium, conspectius eo, quod pœnæ capiendæ ministerium patri de liberis consulatus imposuit. *Juvenal.* sat. 8. v. 140. Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur. *Liv.* l. 45. c. 7. Patris avique fama conspectum eum efficiebat. *Id.* l. 4. c. 13. *de Sp. Melio.* Quacumque incederet, conspectus elatusque supra modum hominis privati. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 11. Ne in urbe conspectior mors foret, via Appia extinguitur. *to keep the matter more from the public eye. Justin.* l. 11. c. 5. Reges stipendiarios conspectioris ingenii secum trahit, segniores ad tutelam regni relinquit.

CONSPECTUS, us, ui, m. *a sight, view,* ὄψις, actus conspiciendi, aspectus. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 10. Subito consilium cepi, ut ante, quam luceret, exirem: ne qui conspectus fieret, aut sermo. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 2. Templum faciunt augures conspicione, qua oculorum conspectum finiant. *Liv.* l. 1. c. 18. Quo longissime conspectum oculi ferebant. *as far as the eye could carry. Cic. pro Sull.* c. 9. Frui conspectu urbis. *Id.* 2. *Agrar.* c. 6. Fugere conspectum alicujus. *Id. Verr.* 7. c. 33. Dare se alicui in conspectum. *to appear openly. Id.* 1. *Tuscul.* c. 22. Cadere in conspectum. *to be visible. Id.* 5. *de Fin.* c. 1. Ponere aliquem in conspectu alicujus. *to place right before the face. Id. pro Deiot.* c. 5. In conspectu deorum Penatium necare hospitem. *under the very eyes. Id. Fam.* 1. ep. 7. Non tam facile est nobis, quam tibi, cui prope in conspectu Ægyptus est. *Gell.* l. 1. c. 11. Hostis in conspectu longinquo procul distans. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 55. *sub fin. ex Crasso.* Audes in civium esse conspectu? *make your appearance. Terent. Eun.* 2. 3. 2. Amittere aliquem e conspectu. *to lose sight of.* et *Spartian. in Adrian.* c. 21. Cum servum inter duos Senatores e conspectu ambulare videret. *at a distance.* et *Cic. Verr.* 7. c. 34. et *Terent. Hecyr.* 1. 2. 107. Evolare, *et* Fugere e conspectu. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 7. Quercus, quæ est in oppidi conspectu. *within sight of the town. Liv.* l. 1. c. 16. Nimbus conspectum ejus concioni abstulit. *carried him out of sight. Nepos in Chabr.* c. 3. Recedere a conspectu suorum. *to fly from, avoid, keep out of the way. Colum.* l. 1. c. 6. Villico juxta januam fiat habitatio, ut intrantium, exeuntiumque conspectum habeat. ¶ Item præsentia, *presence:* quæ tamen significatio cum superiori fere convenit. *Liv.* l. 6. c. 8. Imperator conspectu suo prœlium restituit. *Cic.* 1. *Agrar.* c. 3. Censoribus vectigalia locare, nisi in conspectu populi R. non licet. *Id.* 1. *de Fin.* c. 7. Eum in conspectum suum venire vetuit. *Terent. Hecyr.* 5. 2. 22. Scio his fore meum conspectum invisum. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 9. Illicere populum ad conspectum magistratus. ¶ Dicimus *vereri, vitare, fugere conspectum alicujus: venire, prodire, ingredi in conspectum: esse, stare, adstare in conspectu,* &c. *Cic. Nepos, Vellei. Terent. Ovid. Curt.* et alii. ¶ *In conspectu* est coram. *Liv.* l. 1. c. 31. Missis ad id visendum prodigium, in conspectu crebri cecidere cælo lapides. *Virg. Æn.* 1. v. 188. Navim in conspectu nullam prospicit. *Petron. in Satyr.* c. 107. In conspectu vestro supplices jacent. ¶ Translate *Cic.* 7. *Verr.* c. 66. Mori in conspectu legum, et libertatis. *Id.* 5. *de Fin.* c. *pænult.* Quamvis minimam animi præstantiam omnibus corporis bonis anteire dicimus, ut ea ne in conspectu quidem relinquantur. *that they are hardly perceptible.* et 1. *de Leg.* c. *pænult.* Conspectus et cognitio naturæ. *h. e.* contemplatio. *Id. Fam.* 2. ep. 5. Illustri loco sita est laus tua, in plurimorum et sociorum, et civium conspectu. *h. e.* conspecta, et cognita sociis, et civibus. *Id. Agrar.* 2. c. 32. Carthago, et Corinthus procul erant a conspectu imperii. *at a distance from the empire. Id. de clar. Orat.* c. 4. Ut explicatis ordinibus temporum, uno in conspectu omnia viderem. *in one field of view; at once. Id.* 3. *de Leg.* c. 5. Quam brevi, frater, in conspectu posita est a te omnium magistratuum descriptio. *displayed before the eye. Gell.* l. 17. c. 21. Conspectus quidam ætatum antiquissimarum, item virorum, qui in his ætatibus fuerunt. *a brief view. Id.* l. 19. c. 10. Interrogavit, quantus esset pecuniæ conspectus, ad id totum opus absolvendum. *h. e.* tota summa ex singularibus variarum expensarum summis confecta, et uno intuitu videnda.

CONSPERGO, is, ersi, ersum, a. 3. *to sprinkle, besprinkle, scatter, strew,* διαπάσσω, συμπάσσω, idem quod spargo, aspergo. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 80. Conspergere fores vino. *Lucret.* lib. 2. v. 33. anni Tempora conspergunt viridantes floribus herbas. *Cic. pro Planc.* c. 41. Me complexus est, conspersitque lacrymis. *Plin.* l. 2. c. 8. Lucifer terram rore conspergit. *Id.* l. 1. c. 1. Conspergere cinere. *Colum.* lib. 12. c. 39. Uvas in dolium conjicito, pedibus calcato: ubi unum tabulatum feceris, vinum vetus conspergito. ¶ *Conspergere* absolute est aqua conspergere, *to water, sprinkle with water. Plaut. Stich.* 2. 2. 30. Pinge humum, consperge ante ædes. *Sueton. in Calig.* cap. 43. Verri sibi vias, et conspergi propter pulverem, exigebat. Adde *Phædr.* lib. 2. fab. 5. v. 15. ¶ Translate *Cic.* 1. *Acad.* cap. 2. *ad fin.* In illis veteribus nostris, quæ Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conspersimus. *Quintil.* l. 8. c. 5. Color dicendi multis ac variis veluti maculis conspergitur. ¶ *Dausqu. in Orthogr.* testatur, in nonnullis exemplaribus *Catonis* et *Varronis* legi *conspargo.* Cujus rei rationem etiam reddi posse, quod Veteres in compositionibus vocales non immutabant. Nos *conspargo* legimus etiam *in Marcell. Empir.* c. 16. *ante med.* Sed potior est meliorum usus.

CONSPERSĬO, onis, f. *a sprinkling, scattering,* actus conspergendi. *Pallad. in Novembr.* tit. 13. Salis crebra conspersio debet pecoris levare fastidium. ¶ Item farinæ massa conspersa, et subacta, panis faciendi causa, *paste, dough,* φύραμα. *Tertull.* lib. 4. *advers. Marcion.* cap. 24. ubi alii leg. *consparsio.* item *advers. Valentinian.* c. 31. et *de Pudic.* c. 13. et 18. ex D. *Paulo* 1. *Cor.* 5.

CONSPERSUS, a, um, *sprinkled, besprinkled,* παστός, sparsus, aspersus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 43. Caput Tauri stellis conspersum est frequentibus. *bespangled. Colum.* l. 12. c. 53. Caro sale conspersa. *Plin.* l. 23. *proœm.* Conspersus aceto. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 25. Oratio conspersa quasi verborum sententiarumque floribus.

CONSPICABĬLIS, le, *evident, conspicuous, notable, remarkable,* περιφανής, conspiciendus, conspicuus. *Sidon.* l. 8. ep. 4. Domicilium sacrario, porticibus, ac thermis conspicabilibus coruscans. Adde *Sulpic. Sever. in vita S. Martini,* c. 21. ¶ Item simpliciter qui conspici potest, visibilis, *visible. Prudent. in Romano,* v. 631. *de Christo.* Tandem retectis vocibus propheticis, Ætate nostra comprobata antiquitas, Coram refulsit ore conspicabili.

CONSPICABUNDUS, a, um, sæpe, et attente conspicans, mirabundus. *Martian. Capell. init.* lib. 8. Nupturam virginem conspicabunda Pallas, quid super dotalis eruditione feminæ comprobaret, exquirit.

CONSPICĀTUS, V. *Conspicor.*

CONSPICIENDUS, a, um, *remarkable, conspicuous, distinguished, worthy of admiration,* conspici dignus, conspicuus. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 552. Templaque in Augusto conspicienda foro. et vers. 170. Cum satus est forma conspiciendus Hyas. et vers. 118. hædorum mater formosa duorum, Inter Dictæos conspicienda greges. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 261. Signa veteri conspicienda metallo. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 113. *de domo sua.* Et neque divitiis, nec paupertate notanda, Unde fit in neutrum conspiciendus eques. Adde *Tibull.* l. 2. el. 6. v. 34. et *Martial.* l. 9. epigr. 50.

CONSPICILĬUM, ii, n. *a place to look from,* locus unde aliquid conspici solet. Ita exponit *Non.* c. 2. n. 116. atque affert hæc *Plauti* verba *in fragm.* In conspicilio adservabam, pallium observabam. *Id. Plaut. Cistell.* 1. 1. 92. Mater pompam me spectatum duxit: dum redeo domum, Conspicilio consecutus est clanculum me usque ad fores. Utroque loco al. leg. *conspicillum:* at posteriore alii reponunt ex MSS. *dum redeo domum, conspicit: illo eo secutus est,* &c. Porro frustra sunt, qui putant hac voce significari vitra ocularia, *eye-glasses,* quorum usus ne cognitus quidem illorum temporum hominibus fuit. Nam quod afferunt ex eodem *Plauto* quidam Lexicographi, *Vitrum cedo: necesse est conspicilio uti;* nusquam hæc verba apud *Plaut.* exstant, quod sciam. Nego, inquit. *Voss.* lib. 3. *de nat. art.* c. 24. *sub. fin.* hæc esse Plauti: nego etiam, legi apud Veterum quempiam.

CONSPICĬO, is, exi, ectum, a. 3. *to see, behold, look at or towards, observe, discern,* βλέπω, προσοράω, aspicio, video: a *con,* et *spicio. Plaut. Amph.* 2. 2. 122. Quid me interrogas? qui ipsus equidem nunc primum istanc tecum conspicio simul. *Id. Capt.* 1. 1. 29. Ædes quotiescumque conspicio, fleo. *Cic. pro Mur. c. ult.* Imaginem parentis sui, quam paucis diebus lauream conspexit, &c. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 21. Quæ quisque prima signa conspexit, ad hæc constitit. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 385. Conspexit, terra centum procurrere currus. ¶ Item intueri, aspicere, *to look at with admiration, look upon, mark. Nepos in Datam. c. ult. extr.* Cum locum digito monstraret, et ille conspiceret, aversum ferro transfixit. *Plaut. Cist.* 2. 3. 78. Conspicere susum in cælum. *Petron. in Satyr.* c. 140. Conspicere in tabernam. *Cic. Catil.* 1. c. 7. Carere me aspectu civium, quam infestis oculis omnium conspici mallem. ¶ Translatum ad inanima significat vergere. *to be turned towards. Cic.* 3. *Catil.* c. 8. Si signum illud solis ortum, et forum, curiamque conspiceret. ¶ Translate est considerare. *to take into the account, consider. Cic. pro Mur.* c. 6. Non debes temere consulem saltatorem vocare, sed conspicere, quibus præterea vitiis affectus sit. ¶ Item prospicere, providere. *to look to, provide. Plaut. Trinum.* 3. 2. 10. Sat sapio, satis, in rem quæ sint meam, ego conspicio mihi. ¶ Item intelligere, animo et cogitatione assequi. *Id. Pseud.* 3. 1. 3. Næ illi, quantum ego nunc corde conspicio meo, multas ærumnas danunt. *as far as I can see with my mind's eye.* ¶ Eleganter *conspici* dicuntur, qui re aliqua excellunt sive bona, sive mala; ita ut notari et velut digito prætereuntium monstrari possint. *to be admired or looked up to. Nepos in Attic.* c. 13. Supellex modica, non multa: ut in neutram partem conspici posset. (Adde locum *Ovid.* 2. *Trist.* in *Conspiciendus*) *Ovid.* 1. *Trist.* el. 6. v. 34. Prima bonis animi conspicerere tui. *Liv.* l. 21. c. 8. *de Annib.* Vestitus nihil inter æquales excellens: arma, et equi conspiciebantur. Adde *Vellei.* l. 2. c. 91. *ad fin.*

CONSPICĬO, onis, f. *a view or prospect taken by the augurs,* actus conspiciendi: vox augurum, qua significatur inspectio cæli ad templum determinandum, intra quod auguria capiantur. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 2. Templum faciunt augures conspicione, qua oculorum conspectum finiant: et *paulo supra.* Interea conregione, conspicione, cortumione, utique ea rectissime sensi. V. *Conregione.*

CONSPICO, as, a. 1. idem quod conspicor, conspicio, sed vix ullius usus. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 2. Contemplare et conspicare, idem esse apparet. ¶ Hinc *conspicor* passivum. *Varr.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 792. *Putsch.* Paupertas enim hæc tunc non ita nutricata, ut nunc conspicatur: θεωρεῖται. *Sallust. in Jug.* c. 53. *a med.* Cum interim Metellus monte degrediens conspicatur. *Al. leg.* conspicitur. *Plaut. Epid.* 1. 1. 67. Prius se convenire non vult, neque conspicari.

CONSPĬCOR, aris, atus sum, dep. 1. *to see, behold, descry,* θεωρέω, βλέπω, idem quod conspicio, video. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 47. Trans vallem magnam hostium multitudinem conspicatur. *Terent. Eun.* 5. 9. 32. Cur te ergo in his ego conspicor regionibus? *Id. Heaut.* 1. 1. 15. Neque tam vesperi domum revertor, quin te in fundo conspicer fodere, aut arare. ¶ Particip. *conspicatus* frequentissimi est usus. *Plaut. Curcul.* 5. 1. 5. Ubi me hunc habere conspicata est annulum, rogat, unde habeam. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 26. Ex loco superiore, quæ res in nostris castris gererentur, conspicatus. *having observed.* Sic alibi sæpissime, et *Liv.* l. 2. c. 20. &c. ¶ Passiva significatione V. in voce præced.

CONSPICŬUS, a, um, *conspicuous, clear, visible, in sight,* περιφανής, qui conspicitur ab omnibus, visibilis, omnium oculis expositus. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 4. v. 21. Scilicet affectus similes, aut impetus idem Rebus ab auditis, conspicuisque venit? *from things heard and seen. Phædr.* l. 4. fab. 5. v. 5. qui capitibus cornua Suis ligarant, ut conspicuum in prœlio Haberent signum, quod sequerentur milites. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 29. Ipsorum tela per tenebras vana: Romani conspicuam Barbarorum aciem, &c. *Lucan.* l. 4. v. 169. postquam spatio languentia nullo Mutua conspicuos habuerunt lumina vultus. *Senec. in Thyest.* v. 126. Nives conspicuæ. *Curt.* l. 9. c. 6. Tabernaculum undique conspicuum. *Augustus* apud *Plin.* l. 2. c. 25. Sidus omnibus e terris conspicuum. *Senec. de brevit. vitæ in fi.* Habere mortem in conspicuo. *h. e.* tanquam præsentem intueri. *in view.* ¶ Translate est conspici dignus, insignis, illustris, *conspicuous, illustrious, distinguished, remarkable, worthy of admiration or regard. Horat.* l. 3. od. 16. v. 18. Late conspicuum tollere verticem. *Tibull.* l. et eleg. 3. v. 4. Insignis clara conspicuusque domo. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 139. Fide conspicuus Trojæ munitor. *h. e.* Apollo lyra in signis. *Plin.* l. et ep. 3. Viri illustri laude conspicui. *Tacit. Hist.* 4. c. 42. Illustres senes, conspicuæ feminæ. *Id.* 3. *Hist.* c. 17. Consilio, manu, voce insignis hosti, conspicuus suis. *Martial. de Spectac.* epigr. 2. Conspicui venerabilis amphitheatri moles. *Quintil.* declam. 18. c. 3. *extr.* Omni frequentia cœtuque conspicuus. ¶ Comparativum *conspicuiores* est qui legi putat *in Cod. Justin.* tit. 63. lib. 4. leg. 3. ubi plerique leg. *conspicuos.*

CONSPĪRĀTE, adverb. *with one accord, with one consent, unanimously,* conspiratione, consensu. *Justin.* l. 3. c. 5. Lacedæmonii eo conspiratius ad arma concurrunt. *Concitatius,* et *confirmatius* sunt qui ex conjectura reponunt.

CONSPĪRĀTĬO, onis, f. *an agreement, league, combination, association, confederacy, meeting together, consent, union, unanimity, harmony, concord,* ὁμόνοια, metaphorice significat concordiam, consensum. *Cic. pro Dom.* c. 11. Conjunctionem et conspirationem in republ. bene gerenda fictis sermonibus et falsis criminibus dirimere. *Lentul. ad proquæst. et propræt.* l. 12. *Fam.* ep. 15. *ante med.* Facere concordiam et conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 20. Amici magna amoris conspiratione consentientes. et l. 5. c. 23. Conspiratio consensusque virtutum. ¶ Accipitur et in malam partem pro conjuratione, et consensu in rem malam, *plot, conspiracy,* σύστασις. *Cic. pro Deiot.* c. 4. Nihil de conspiratione audiebat certorum hominum contra dignitatem tuam. *Brutus Fam.* 11. ep. 13. *extr.* Pro vestra salute contra sceleratissimam conspirationem hostium confligamus. ¶ Translate *Cic. in fragm. Œconom.* apud *Colum.* l. 12. c. 2. Ubi chorus canentium certis numeris ac pedibus veluti facta conspiratione, consensit atque concinuit.

CONSPĪRĀTUS, us, m. idem quod conspiratio, consensus. In sexto casu singulari *Gell.* l. 1. c. 11. Achæ Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum tibiarum

que concentu, sed mentium animorumque conspiratu tacito nitibundos.

CONSPIRĀTUS, a, um, colligatus, collectus, conglobatus, quasi simul spiratus, et conflatus. Nam *conflatus* et *conspiratus* idem sunt. *Senec.* ep. 84. *a med.* Multa præcepta sint, multarum ætatum exempla, sed in unum conspirata. (hæc ad verbum descripsit *Macrob. in præfat.* l. 1. *Saturn.*) *Phædr.* fab. 2. l. 1. v. 4. Hinc conspiratis factionum partibus, Arcem Tyrannus occupat Pisistratus. *h. e.* cum multæ factiones in civitate coaluissent, et quasi simul spiratæ, et conflatæ essent, &c. *after various factions had been formed amongst the citizens; while the state was rent with different factions.* Nisi malis τὸ *conspiratis* derivare a *spiris*, h. e. quasi in modum spiræ, more anguium, in se collectis et constrictis. V. *Marquardi Gudii* adnotationes in hunc locum: ubi præter cetera, quod alii leg. apud *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 46. Milites legionis nonæ subito constipati pila conjecerunt; *conspirati* reponit ex MSS. *h. e.* quasi in modum spiræ convoluti, conglobati. V. *Conspiro* in fine. ¶ *Conspirati, orum, conspirators,* consensu inter se colligati. *Sueton. in Domit.* c. 17. Cunctantibus conspiratis, quando et quomodo aggrederentur. [¶ Conspiratus sanguis apud *Veget. veter.* l. 2. c. 30. videtur esse ex arteria cum spiritu emissus, nam veteres putabant, arterias esse etiam spiritus receptaculum; sic enim *Cic. de nat. Deor.* l. 2. c. 55. *sub fin.* Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, et spiritus per arterias.]

CONSPĪRO, as, avi, atum, a. 1. *to blow together,* συμπνέω, proprie idem est quod conflare, hoc est simul spirare: a *con,* et *spiro.* *Virg.* 7. *Æn.* v. 616. Æreaque assensu conspirant cornua rauco. Ubi *Servius:* nam et tubæ simul inflabantur. Hinc particip. passiv. *Conspiratus.* V. ¶ Fere translate adhibetur, et neutrorum more; et dicitur de iis, qui concordi animo simul in rem aliquam tendunt, eamque collatis consiliis et viribus aggrediuntur, *to agree, unite or conspire together.* *Cic.* 1. *Agrar. c. ult.* Colligite vos, tribuni plebis, conspirate nobiscum, consentite cum bonis. *Id.* 10. *Fam.* ep. 12. *ad fin.* Mirabiliter populus R. et omnium ordinum consensus ad liberandam rempubl. conspiravit. *Colum.* l. 12. *in præfat. a med.* (*ex Cicer. ut videtur*) *de conjugib.* In commune conspirabatur ab utroque. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Lucret.* l. 4. v. 1209. Conspirans mutuus ardor. *Colum.* l. 3. c. 13. Ut mota æqualiter humus suis omnibus partibus ad educandam prolem novam conspiret. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 11. Illa mihi placebat oratio de convenientia consensuque naturæ, quam quasi cognatione continuatam conspirare dicebas. et l. 2. c. 7. Tanta rerum consentiens, conspirans, continuata cognatio. ¶ Sumitur et in malam partem pro coire, et conjurare in rem pravam, *to plot, conspire,* συνίστημι. *Sueton. in Cæs.* c. 80. Conspiratum est in eum a sexaginta amplius. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 68. Conspirare in cædem alicujus. *Sueton. in Claud.* c. 13. Conspirare ad res novas. ¶ Cum infinito, *Id. ibid.* c. 37. Pari modo oppressum ferunt Silanum, quem cum Messalina et Narcissus conspirassent perdere, &c. ¶ Est etiam *conspiro* a *spira* ductum, et dicitur de serpentibus in spiras suas se colligentibus. *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 22. Anguis ad navem Romanorum perrexit, et se in Ogulnii tabernaculo conspiravit. *to wind round.* V. *Conspiratus, a, um.*

[* CONSPISSATĬO, onis, f. condensatio, constipatio. *Theodor. Priscian.* l. 1. c. 18. Conspissatio sordium.]

CONSPISSĀTUS, a, um, adject. *thickened, made thick,* condensatus. *Colum.* l. 2. c. 18. Conspissatum et herbis colligatum solum. *Plin.* l. 35. c. 6. Creta decocta conspissataque.

CONSPOLĬUM, ii, n. genus libi in sacris adhibiti, apud *Arnob.* l. 7. pag. 230. fortasse ex corio seu pelle animalium confectum.

CONSPONDĔO, es, ndi, a. 2. simul cum aliis spondeo. *In vet. Senatus cons.* apud *Fabrett.* c. 6. pag. 427. Ne posthac inter se conjuravisse velint, neque conspondisse, neque compromisisse.

CONSPONSI, orum, m. *Festus:* Consponsos antiqui dicebant fide mutua colligatos. Adde *Nævium* apud *Varron.* l. 5. *L. L.* c. 7. ¶ Adjective *Apul.* l. 5. *Metam.* Jugum sororium consponsæ factionis. *h. e.* par sororum, quæ conjuraverant. *Auson.* ep. 10. *ad Paul.* v. 11. Te quoque ne pigeat consponsi fœderis. *h. e.* mutuo promissi.

CONSPONSOR, oris, m. qui de eadem re cum altero spondet pro alio, *a joint surety,* συνεγγυητής. *Cic. Fam.* 6. ep. 19. De negotio tuo, quod sponsor es pro Pompeio: si Galba consponsor tuus redierit, non desinam cum illo communicare. *Id. Attic.* 12. ep. 17. Velim, des operam, ut investiges ex consponsorum tabulis, sit ne ita. ¶ *Festo* consponsor est conjurator, *h. e.* qui simul cum alio de eadem re jurat. Intelligit autem eos, inquit *Scalig.* qui pœna sacramenti mutuo se provocant, cum in rem aliquam agunt, puta in litem vindiciarum. alter enim ab altero exigit juramentum.

CONSPŬO, is, ui, utum, a. 3. *to spit upon,* προσπτύω, sputo aliquem fœdo. *Petron. in Satyr.* c. 23. Consumptis versibus suis, immundissimo me basio conspuit. ¶ Conspuere aliquem maxima omnium contumelia semper habita est. *Id. ibid.* c. 132. Convocat omnes quasillarias, familiæque sordidissimam partem, ac me conspui jubet. *Apul. in Apol.* Faciem tuam spumabundus conspuisset. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 16. Nec vobiscum quisquam in foro frugi consistere audet: Qui constitit, culpant eum: conspuitur, vituperatur. ¶ *Jupiter hibernas cana nive conspuit Alpes. h. e.* conspergit. *spews upon; besprinkles.* Versiculus est *M. Furii Bibaculi,* quem refert, ac deridet *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 41. item *Quintil.* qui l. 8. c. 6. illud *conspuit* tanquam duram metaphoram, hoc est a longinqua similitudine ductam, reprehendit. Poterat et illud adjicere, nimis sordidam esse vocem *conspuit,* et Jove indignam; et præterea nimis exilem, ut immensam vim nivium, quibus Alpes hieme conteguntur, significare possit. ¶ Speciem proverbii habet illud *Petronii in fragm. Tragur.* c. 74. *Burmanni,* ubi Trimalchio de femina arroganti, et alios præ se contemnenti, *Inflat se,* inquit, *tanquam rana, et in sinum suum conspuit.* Ubi hoc dicere videtur: adeo celso capite, erecta ac tumens fastu incedit, ut sinum suum conspuat, quoties salivam purgare opus est. Vel alludit ad morem Veterum conspuendi sinus, quoties veniam a diis peterent spei alicujus, quam audacius concepissent, ut *Plin.* l. 28. c. 4. docet. Itaque illa femina adeo multa et magna de se concipiebat, et sibi pollicebatur, ut avertendæ invidiæ causa sinum conspueret. ¶ Quod vero apud *Juvenal.* legimus de causidicis, sat. 7. v. 111. Tunc immensa cavi spirant mendacia folles, Conspuiturque sinus; simpliciter puto intelligendum esse de iis, qui inter dicendum diu fatigati, una cum immensa verborum copia salivam exspuunt etiam inviti, ac sinum conspurcant. Vetus Scholiastes *Juvenalis,* et alii allusum volunt ad morem avertendarum fascinationum, ter in sinum spuendo: de quo *Id. Plin. loc. cit.*

CONSPURCĀTUS, a, um, *defiled, polluted,* inquinatus. *Tertull. de Idololatr.* c. 1. Quas enim immundis spiritibus operatus, non conspurcatus et constupratus incedit?

CONSPURCO, as, avi, atum, a. 2. *to defile, pollute, befoul,* καταῤῥυπαίνω, fœdo, inquino. *Colum.* l. 8. c. 3. *extr.* Supersiliens avis proluvie ventris cibos, et aquam conspurcat. ¶ *Conspurcare sapore tetro* translate est corrumpere. *Lucret.* l. 6. v. 21. Partim quod tetro quasi conspurcare sapore Omnia cernebat quæcumque receperat intus.

CONSPUTĀTUS, a, um, *spit upon,* consputus. *Tertull. advers. Jud. c. ult.* Maledictus, et consputatus, et convulsus, et compunctus.

CONSPŪTO, as, avi, atum, a. 1. *to spit frequently upon, bespawl,* frequentat. a *conspuo.* *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 3. Quasi signo dato, Clodiani nostros consputare cœperunt.

CONSPŪTUS, a, um, *spit upon,* consputatus. *Hieronym.* ep. 51. *ad Domnion. post med.* Quoties conspuit, et consputus abscessit? Adde *in dial. advers. Luciferian. sub init.*

CONSTABILĬO, īlis, ivi, itum, a. 4. *to establish, make firm or sure, settle, right, secure,* διαστηρίζω, idem quod stabilio, firmo. *Plaut. Capt.* 2. 3. 93. et *Terent. Adelph.* 5. 1. 9. Dis quidem esses, Demea, ac tuam rem constabilisses.

CONSTABILĪTUS, a, um, *established, strengthened,* firmatus. *Lucret.* l. 2. v. 42. Subsidiis magni Epicuri constabilitas. Ita quidam *Lexicographi.* Sed pleræque omnes editiones hunc versum tanquam spurium expungunt.

[* CONSTAGNO, as, n. 1. congelo. *Corn. Fronto* pag. 2198. *Putsch.* Glacies est, quæ ex coitu aquæ constagnat.]

CONSTANS, antis, *standing together, firm,* εὐσταθής, proprie est stans, gravis, tardus. *Lucret.* l. 3. v. 190. Namque movetur aqua, et tantillo momine fluctuat: At contra mellis constantior est natura, Et pigri latices magis, et cunctantior actus. ¶ Fere transfertur ad animum, et significat stabilem ac tenacem propositi. *firm, steady, resolved, constant, always the same, even, uniform, consistent, fixed, determined, immutable.* *Cic. pro Rosc. Com.* c. 16. Quem hominem? levem? immo gravissimum. mobilem? immo constantissimum. et *paulo supra.* Castissimus et constantissimus testis. *Id. de Amic.* c. 17. Firmi, et stabiles, et constantes amici. *constant, to be relied on.* *Id.* 1. *Offic.* c. 23. Fortis et constantis est, non perturbari in rebus asperis. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 10. Stellæ, quæ cursus certos et constantes habent. *Id. Q. Fr.* l. et ep. 1. c. 8. Constante fama, atque omnium sermone celebratum est. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 238. Constanti mente tenere aliquid. *Cic. post redit. in Sen.* c. 12. Constans, perpetua, fortis, invicta defensio salutis meæ. *Id. Acad.* l. 1. *c. pænult.* Firma et constans assensio. *Id. de Harusp. resp.* c. 9. Una et constans haruspicum vox. *Id. Phil.* 13. c. 6. Perpetua et constans voluntas in rempubl. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 4. *extr.* Constanti voce negare. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 4. *extr.* Constantique fide veterem tutare sodalem. *Id.* 5. *Trist.* el. 8. v. 18. *de Fortuna.* Et tantum constans in levitate sua est. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 5. *extr.* Vir recti pervicax, constans adversus metus. *Aurel. Vict. in Epit.* c. 1. Rarus ad recipiendas amicitias, ad retinendas constantissimus. *Plin.* l. 14. c. 2. Uva impatiens variantis cæli, sed contra tenorem unum algoris æstusve constans. *Tacit. in fi.* l. 16. *Ann.* Firmare animum constantibus exemplis. ¶ Cum genit. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 57. Apollinaris neque fidei constans, neque strenuus in perfidia. ¶ *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 14. *ad fin.* constantem hominem amenti opponit. amens enim facile studiis, et cupiditatibus huc illuc fertur, et mutatur. ¶ Sumitur et in malam partem pro pertinaci, *obstinate, perverse.* *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 18. Constantior in vitiis. *Nepos in Lysand.* c. 2. Inimici constantes. *implacable.* *Propert.* l. et el. 1. v. 3. Constans fastus. ¶ Est item *constans* pretium habens. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 47. Exerces pretiosa odia, et constantia magno, Si, dum me careas, est tibi vile mori. ¶ Notat *Charis.* l. 1. pag. 100. *Putsch.* quando hoc nomen est proprium, in sexto casu in *e* desinere, quando est adject. in *i.* Nihilominus adject. utramque positionem habet, ut et ipse fatetur.

CONSTANTER, *firmly, steadily, consistently, uniformly, evenly, constantly,* εὐσταθῶς, firme, æquabiliter, graviter, fortiter. *Cic. de Univ.* c. 13. Constanter manere in suo statu. *Id. in Orat.* c. 58. Oratio æqualiter constanterque ingrediens. *Id.* l. 1. *de Offic.* c. 2. Constanter honesteque vivere. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 9. Sibi constanter convenienterque dicere. *h. e.* sibi ipsi constando, et concordando. *Id.* 1. *Offic.* c. 15. *sub fin.* Beneficia quæ judicio, considerate, constanterque delata sunt. *deliberately, considerately.* *Id.* 4. *Attic.* ep. 16. *circa med.* Quæris, ego me ut gesserim? constanter et libere. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 20. Constanter et sedate ferre dolorem. *Brutus ad Cicer.* ep. 16. *ad fin.* Si modo constanter ac perpetuo placebit hoc consilium. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 38. Cælum constantissime conficit vicissitudines anniversarias. *regularly, immutably.* *Petron. in Satyr.* c. 82. Constantissime ementiri. *Sueton. in Aug.* c. 66. Amicitias constantissime retinere. et cap. 10. Constantius exsequi aliquid. *Curt.* l. 4. c. 6. Acrius, quam constantius prœlium inire. *Sallust. in Catil.* c. 2. Si imperatorum animi virtus in pace ita, ut in bello valeret, æquabilius atque constantius se se res humanæ haberent. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 21. Æqualius et constantius regere provincias. *Cæs. B. Gall.* l. et cap. 2. Hi constanter omnes nuntiaverunt. *told the same story to a man.* *Id. ibid.* l. 3. c. 25. Constanter ac non timide pugnare. *h. e.* stataria pugna. *valiantly, courageously.* ¶ In malam partem *Ovid.* 3. *Trist.* el. 2. v. 27. Di, quos experior nimium constanter iniquos.

CONSTANTĬA, æ, f. *steadiness, firmness, uniformity of conduct, constancy, consistency, perseverance,* εὐστάθεια, firmitudo, gravitas, æquabilitas, habitus ille, quo præditus animus, neque metu, neque spe dejici de statu, aut a proposito deterreri potest. *Cic.* 1. *Offic.* c. 31. Catoni cum incredibilem tribuisset natura gravitatem, eamque ipsam perpetua constantia roboravisset, semperque in proposito susceptoque consilio permansisset, &c. *Id. ibid.* c. 34. *extr.* In omni re servare constantiam. *Id.* 4. *Attic.* ep. 17. Constantia promissi. *Id.* 1. *Offic.* c. 15. Stabilitas et constantia benevolentiæ. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. *ad fin.* Fortis animus sine constantia et æquabilitate nullus est. *Nepos in Attic. c. ult.* Constantia vocis atque vultus. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 10. *extr.* Non ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia. *Id. Phil.* 7. c. 4. Retinere constantiam, gravitatem, perseverantiam. *Id.* 2. *de Divin.* c. 39. Quæ est autem inter augures conveniens et conjuncta constantia? *h. e.* ut eadem semper dicant, et sibi ipsis constent. *Hirt. de B. Alex.* c. 26. Perseverantia et constantia oppugnandi. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 9. *extr.* Cursus stellarum sunt admirabili incredibilique constantia. *uniformity.* ¶ Pro robore, *strength.* *Quintil.* declam. 5. c. 3. Traxerat ex firmitate mentis magnam protinus et in membra constantiam. ¶ Pro fiducia, audacia, *boldness, confidence, ardour.* *Tertull. de patient.* c. 1. Constantiam admonendi propriæ conversationis auctoritate dirigere. ¶ Pro substantia, seu pro ea ratione, qua aliquid constat, et subsistit, σύστασις. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 11. *circa med.* Hic enim exstinguitur ipsa constantia debiti. Al. leg. *substantia.* ¶ In illo *ejusd.* lib. 3. tit. 3. leg. 27. *in edit. Torrentini:* Si velit quædam transferre, quædam relinquere, juste procurator hanc constantiam recusabit: illud *constantiam,* error esse videtur pro *inconstantiam,* ut edidit *Haloand.* inconstantiam quidem certe significat. [¶ In num. plurali usurpat *Cic. Tuscul.* l. 4. c. 6. *sub fin.* Sic quatuor perturbationes sunt, tres constantiæ.] ¶ Sunt etiam hoc nomine quædam urbes, ut *Constantia Julia* in Hispania ulteriori, [† aliis *Nicephorium,*] ad Bætim fluv. nunc *Alcalà de Guadaira,* ut videtur. *Plin.* l. 3. c. 1. ¶ Item *Constantia Zilis* in Africa ad Oceanum, nunc *Arzilla in the kingdom of Fez.* *Plin.* l. 5. c. 1. [† Est et civitas ad Rhenum, quod et *Gannodurum* audiebat, hod. *Constance.* ¶ Item urbs Cypri, prius *Salamis* dicta. ¶ Alia item in Britannia, a *Constante* nominata. ¶ *Constantia* castra apud *Amm. Marcell. Constance en Normandie* quibusdam.]

CONSTANTIĀCUS, a, um, et

CONSTANTIĀNUS, a, um, et

CONSTANTIENSIS, se, ad Constantium pertinens, quod est nomen Imp. Rom. *Ammian.* l. 21. c. 11. (*al.* 19.) Duas legiones Constantiacas misit in Gallias. *Id.* l. 22. c. 3. *sub fin.* (*al.* 4.) Constantianus thalamus. *Sext. Ruf. in*

Paneg. c. 27. Constantiense bellum. *h. e.* a Constantio gestum.

CONSTANTINIĀNUS, a, um, ad Constantinum pertinens: quod est nomen Imp. Rom. *Ammian.* l. 27. c. 3. (*al.* 9.) Constantinianum lavacrum. et cap. 5. (*al.* 10.) Constantinianum genus. In num. Constant. M. apud *Mediobarb.* pag. 467. Constantiniana Daphne.

CONSTANTINOPŎLIS, is, f. *Constantinople,* incolis nunc *Stambul,* [* vel *Stambolı* vel *Stampolin,*] Κωνσταντίνου πόλις, urbs Thraciæ ad Bosphorum. Eadem est quæ Byzantium, sed a Constantino M. instaurata atque amplificata, ab eo nomen accepit. *Ammian.* l. 21. c. 12. (*al.* 20.) &c. *Eutrop.* l. et c. 6. *Aurel. Vict. in Epit.* c. 35. et *Auson. de Urb.* n. 2. ubi (quemadmodum et *in Parentalib.* n. 3. v. 11.) quartam hujus vocis syllabam *no* corripit. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 370. n. 3.

CONSTANTINOPOLITĀNUS, a, um, *of Constantinople,* ad Constantinopolim pertinens, ut Constantinopolitana Urbs apud *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 1. *Cod.* tit. 2. leg. 6.

[* CONSTANTINUS Magnus, Constantii Cæsaris et Helenæ filius, primus Romanorum Impp. Christi cultum sectatus; aliquot annis cum Licinio Christianorum hoste acerrimo imperavit, quem postea non ulla magis de causa sæpius victum interfici jussit. Multa alia præclara fecit, sed nihil memorabilius quam quod Romani Imperii sedem Byzantium transtulit, quam urbem a suo nomine *Constantinopolin,* secundum alios *Novam Romam* appellavit. Vitam ejus ac res gestas fuse tradit *Eusebius.* V. C. *Steph. Dict. Hist.* &c. ed. *N. Lloyd.* Justam hujus Imperatoris (a Christianis scriptoribus tantopere laudati) censuram propter crudelitatem ejus V. in *Memoirs de Litterature,* tom. 2. p. 605.]

CONSTAT, abat, stitit, *it is manifest or evident; it is clear, certain, well-known, or agreed on,* φανερόν ἐστι, manifestum est, liquet. *Cic. Verr.* 5. c. 21. Nympho antequam plane constitit, condemnatur. *Id. pro Mil.* c. 6. Quid quærendum est? factum ne sit? at constat. a quo? at patet. *Id. Fam.* 7. ep. 1. Modo ut tibi constiterit fructus otii tui. *provided you have reaped the fruits,* &c. dummodo fructum perceperis ex otio tuo. *Plin.* l. 3. ep. 3. Circumspiciendus rhetor, cujus scholæ severitas, pudor in primis, castitas constet. *the strictness of whose system of discipline may be well known.* &c. *Cic. pro Quint.* c. 19. Hic quoque summe constat procuratoris diligentis officium. *is manifested clearly. Id. ibid.* c. 29. In quo edicto constitit, Nævium ex edicto non possedisse. *it was evident, that,* &c. *Id. Fam.* 13. ep. 1. Etsi non satis mihi constiterat, cum aliqua ne animi mei molestia, an potius libenter te visurus essem. *Id. Attic.* 13. ep. 10. Cum de Magio constet. *Quintil.* l. 7. c. 2. Si prius de innocentia nostra constiterit. *Liv.* l. 30. c. 28. Nec satis certum constare apud animum poterat, utrum, &c. *Cic. Fam.* 3. ep. 4. Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 14. Neque satis Bruto, neque tribunis constabat, quid agerent. *they were not determined,* &c. *Sallust.* orat. 2. *ad Cæs. sub fin.* Mihi pro vero constat. ¶ *Constat inter omnes,* h. e. est firma opinio omnium, omnes consentiunt, omnibus notum atque exploratum est, prædicatur ab omnibus, *all say so; all are agreed on it; it is the common opinion, or doctrine. Liv.* l. 10. c. 6. Cum inter augures constet, imparem numerum esse debere. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 36. Hæc propositio indiget approbationis: non enim perspicua est, neque constat inter omnes. *Id.* 3. *de Orat.* c. 1. Ut sæpe inter homines sapientissimos constare vidi. *Id.* 2. *Phil.* c. 41. Tamen inter omnes constabat, neminem esse resalutatum. ¶ *Constat mihi* interdum idem est, ac certum et deliberatum est mihi, *I am resolved.* Anton. apud *Cicer. Phil.* 13. c. 19. Mihi quidem constat, nec meam contumeliam, nec meorum ferre. ¶ *Ratio constare* dicitur, cum legitima est, et patens causa aliquid faciendi, ita ut facile probare possis, cur hoc aut illud egeris. Videtur autem ducta a supputationibus, in quibus constat ratio, cum accepta et expensa conveniunt, et paria sunt. *Tacit. Ann.* 1. c. 6. *extr.* Eam conditionem esse imperandi, ut non aliter ratio constet, quam si uni reddatur. *that such was the condition of sovereignty, that a proper account could not be made out, unless it were rendered to the prince alone.* Sic *Plin.* l. 7. ep. 6. Scietis, nobis constare silentii nostri rationem, cum &c. *you shall be convinced that it is with good reason that I am silent, when,* &c. *Plin. alter* l. 1. ep. 9. Mirum est quam singulis diebus in urbe ratio aut constet, aut constare videatur: pluribus junctisque non constet. *h. e. are able, and yet are not able, to give a rational account of the manner in which they pass their time. Id.* l. 9. ep. 2. *extr.* Est summi amoris, negare veniam brevibus epistolis amicorum, quamvis scias, illis constare rationem. *although you may be convinced that it is not without reason that they are so.* Adde lib. 1. ep. 5. lib. 10. ep. 20. *extr.* et *in Paneg.* c. 38. Eleganter etiam *Just. in præfat. in fi.* Ut otii mei apud te ratio constaret. *that you may know in what way I spend my leisure.* Huc pertinet illud *Suetonii in Ner.* c. 30. Divitiarum et pecuniæ fructum non alium putabat, quam profusionem: sordidos ac deparcos esse, quibus ratio impensarum constaret: prælautos vereque magnificos, qui abuterentur ac perderent. *those who kept a regular account of their expenses.* ¶ Apud *Cic. pro Flacc.* c. 28. Auri ratio constat. *h. e.* apparet, ut *Id. in Pison.* c. 25. *extr.* loquitur. *the account of the gold is exactly stated; the sum is right; the counts agree.*

CONSTELLATĬO, onis, f. *a constellation,* compositio siderum, atque ex ea affectio cœli ad res quasdam, ἀστροθεσία. Vox est *Ammiani in fi.* l. 20. et l. 29. c. 2. *sub fin.* (*al.* 17.) *Capitolini in Gordian.* c. 20. *Spartiani in Ælio Vero,* c. 4. *Augustini* l. 5. *de Civit. Dei,* c. 7. et l. 7. *Confess.* c. 6. *Firmici* l. et cap. 1. et *Sidonii* l. 8. ep. 11. *a med.*

CONSTELLĀTUS, a, um, *studded with stars, starred,* stellatus, stellis ornatus. *Trebell. Poll. in Salonino Gallieno,* c. 2. Auratos constellatosque balteos rapuisse perhibetur.

CONSTERNATĬO, onis, f. *a great fear, alarm, or astonishment; consternation, dismay,* πτόησις, πτυρμός, ἔκπληξις, pavor, perturbatio, confusio: a *consterno, as. Liv.* l. 37. c. 42. Auxilia subsidiaria, pavore et consternatione quadrigarum territa, et ipsa in fugam versa. *Tacit. Ann.* 13. c. 16. Pavor et consternatio mentis. *Sueton. in Calig.* c. 51. Non mediocrem fore consternationem, sicunde hostis appareat. ¶ Speciatim dicitur de tumultu seditioso, *a mutiny, sedition. Curt.* l. 8. c. 1. Illum, seditione orta inter Macedones et Græcos, debilitatum vulnere, quod in ea consternatione acceperat, &c. *Sueton. in Cæs.* c. 20. Nec quoquam reperto, qui super tali consternatione referre auderet. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 49. Nuntiata consternatione ac licentia militum. *Liv.* l. 34. c. 2. Consternatio muliebris. ¶ *Festus* scribit, *consternationem* deductam esse a sternutamento, quod eo totum corpus concutitur. Al. tamen leg. *a sternata mente, quod ea* &c. Ceterum si notationem quæras, rectius a *sternere* derivabis.

CONSTERNĀTUS, a, um, *alarmed, terrified, dismayed, thrown into confusion or disorder,* metu perturbatus, confusus. *Liv.* l. 37. c. 41. *sub fin.* Tumultum ac pavorem equis camelisque, et ipsis simul consternatis augebat. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 19. Consternati, quo sors tulerat confugiunt. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 30. *extr.* Consternati animo. *Suetonius in Aug.* c. 90. Consternatus olim per nocturnum iter transcursu fulguris. ¶ Dicitur et de iis, qui seditiose concitati sunt. *tumultuous. Liv.* l. 34. c. 3. Volo audire quid sit, propter quod matronæ consternatæ procurraut in publicum. *Id.* l. 7. c. *ult.* Multitudo virorum ad arma consternata. et l. 21. c. 24. Galli metu servitutis ad arma consternati, Ruscinonem conveniunt.

CONSTERNO, as, stravi, atum, a. 1. *to alarm, terrify, affright, dismay, throw into confusion, rout or put into disorder,* ἐκπλήττω, πτοέω, πτύρω, perturbo, perterrefacio: videturque esse a *sterno, is,* quod qui ictu aliquo sternuntur, confunduntur animo, ac turbantur: ut inter *consterno, as,* et *is,* hoc differat, quod hoc corporis, illud mentis proprium sit. *Liv.* l. 37. c. 41. *ad fin.* Partim vulneribus missilium, partim clamoribus dissonis ita consternavit equos, ut &c. *Id.* l. 10. c. 43. Incerti quam in partem intenderent iter, repente in fugam consternantur. *Stat.* 7. *Theb.* v. 130. turmasque metu consternat inani. ¶ Significat etiam seditiose concitare, *to excite to revolt or mutiny. Liv.* l. 7. c. *ult.* Eam multitudinem conjuratorum ad arma consternatam esse. *Id.* l. 8. c. 27. Tumultuque etiam sanos consternante, decernitur, ut societas, &c. *Pacuv.* apud *Non.* c. 4. n. 72. Unde exoritur? quo præsidio fretus? auxiliis quibus? quo consilio consternatur? qua vi? cujus copiis? *Nonius* exponit *erigitur,* sed hoc videtur dicere, erigitur, et concitatur ad seditionem, seu ad rebellandum. Eodem modo intelligendum videtur quod ibidem dicit, *consternari, proterve loqui.* Nam proterve loquuntur, qui seditiose moventur. Cetera ea loca admodum corrupta sunt.

CONSTERNO, ernis, stravi, atum, a. 3. *to strew or cover all over,* στορέω, καταστρώννυμι, sternendo operio, humi spargendo contego. Cic. 1. *de Divin.* c. 32. Ex horreis direptum effusumque frumentum vias omnes angiportusque constraverat. *Virg.* 4. *Æn.* v. 444. alte Consternunt terram, concusso stipite, frondes. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 4. Qui triclinium constrarunt, si quem lectum imparem posuerunt, &c. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 9. Consternere contabulationem lateribus et luto. *to floor. Tacit.* 2. *Hist.* c. 70. Viam lauru et rosis. *Plin.* l. 10. c. 33. Nidum Halcyones mollibus plumis, floccisque consternunt. *Id.* l. 17. c. 11. Consternere lapide. *to pave. Colum.* l. 7. c. 3. stabula culmis aut filicibus. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 163. Purpurea consternens veste cubile. ¶ Hyperbolice *Liv.* l. 35. c. 49. et *Curt.* l. 9. c. 6. Impleat armis virisque totum orbem, classibus maria consternat. *Lucret.* l. 5. v. 1332. Concidere atque gravi terram consternere casu. *Virg.* 12. *Æn.* v. 543. late terram consternere tergo. ¶ Item prosterno, *to throw to the ground. Liv.* l. 40. c. 45. Eadem tempestas in Capitolio aliquot signa constravit.

CONSTIPATĬO, onis, f. *a pressing or crowding together,* actus constipandi, coactio. *Vopisc. in Aurelian.* c. 21. Cum vellet omnibus simul, facta exercitus sui constipatione, concurrere. *having concentrated his troops.* σύλλεξις.

CONSTIPĀTUS, a, um, *crammed or crowded together,* condensatus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 46. Milites subito constipati pila conjecerunt. *crammed or pressed close. Prudent. peristeph.* 4. (*al.* 11.) *de S. Hippol.* v. 49. Inter carnifices et constipata sedebat Officia, exstructo celsior insolio. *h. e.* ministros circa se stipatos ad obsequium.

CONSTĪPO, as, avi, atum, a. 1. *to cram closely, crowd together, thicken,* ἐπισάττω, συλλέγω, idem quod stipo, colligo, condenso. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 29. Ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum, intelligetis. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 12. Hostes se sub ipso vallo constipaverant.

CONSTITĬO, onis, f. locus ubi consistitur, consistendi actio, statio. *Gell.* l. 16. c. 5. Ab illa grandis loci constitione et quasi quadam stabulatione vestibula appellata sunt. *Al. leg.* consistione. *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 8. hunc locum a *Gellio* descripsit: sed est utrobique eadem dubia lectio.

CONSTITŬO, is, ui, utum, a. 3. *to set up, place, erect,* καθίστημι, statuo, erigo: a *con,* et *statuo. Virg.* 4. *Georg.* v. 542. Quatuor his aras alta ad delubra deorum Constitue. et l. 11. *Æn.* v. 185. Constituere pyras. et l. 6. v. 217. cupressos. *Plin.* l. 34. c. 7. colossum. ¶ Item fundare, condere, *to found, establish. Vellei.* l. et cap. 1. Cognominem patriæ suæ Salamina constituit. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 15. Constituere oppidum. *Virg.* 12. *Æn.* v. 194. nova mœnia. ¶ Item ponere, locare, *to place, put, dispose, station. Vellei.* l. 2. c. 32. *ad fin.* Reliquias prædonum in urbibus, remotoque a mari loco, in certa sede constituit. *settled, stationed, planted. Lucret.* l. 4. v. 132. Sunt etiam, quæ sponte sua gignuntur, et ipsa Constituuntur in hoc cælo, qui dicitur aer. *Virg.* 5. *Æn.* v. 237. Constituere taurum ante aras in litore. ¶ Pertinet sæpe hoc sensu ad rem militarem. *to station, range. Liv.* l. 28. c. 33. Constituere pedites in colle. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 7. præsidia in oppidis. *Sallust. in Catil.* c. 62. cohortes in fronte. *to post. Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 9. c. 13. Dum se Gallus iterum eodem pacto constituere studet. *to post himself, take up his position as soon as possible.* ¶ Item sistere, *to stop, halt. Sallust. in Jug.* c. 53. *ad fin.* Dein, brevi cognitis insidiis, paulisper agmen constituit. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 24. Naves, propter magnitudinem, nisi in alto constitui non poterant. *Liv.* l. 38. c. 25. *a med.* Constituit agmen, et expedire tela animosque equitibus jussis, constanter initium pugnæ accepit. *Cic. pro Cluent.* c. 13. Constituere hominem ante pedes alicujus. *to present or bring before a magistrate.* Adde *Sil.* l. 15. v. 637. et *Liv.* l. 27. c. 16. Sed tum his, tum *Sallustii* loco al. aliter leg. ¶ Item fabricari, *to fabricate, build. Justin.* l. 43. c. 1. In radicibus Palatii templum Lyceo constituit. *Sueton. in Tib.* c. 37. Romæ castra constituit, quibus prætorianæ cohortes continerentur. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 569. Constituitote sepulcrum inane. ¶ Item generatim facere, ponere. *Sueton. in Calig.* c. 41. Lupanar in palatio constituit. ¶ Translate Q. *Cic. de petit. consul.* c. 9. Constituere quempiam in aliquo munere. *Cic. Verr.* 3. c. 30. *ad fin.* aliquem in locum alterius. *to appoint. Id.* l. 1. *de Orat.* c. 48. Si quæreretur, quæ esset ars imperatoris, constituendum putarem principio, quis esset imperator. *it must be determined. Id. pro Quint.* c. 29. Omnino autem bona possessa non esse, constitui. *h. e.* probavi, ostendi, argumentis firmavi. *Id. pro Cœl.* c. *ult.* Constuitote vobis ante oculos etiam hujus miseri senectutem. ¶ Sæpissime significat deliberare, statuere, *to intend, think, deliberate, determine, resolve. Cic. Attic.* l. 13. ep. 20. Itaque ut constitui, adero. et l. 16. ep. 10. Constitueram, ut in Arpino manerem. *Id.* l. 1. *de Orat. extr.* Scævola in Tusculanum ire constituit. *Id. Fam.* 11. ep. 27. Nondum satis constitui, molestiæ ne plus, an voluptatis attulerit mihi Trebatius. *Id. Attic.* l. 14. ep. 19. *sub fin.* Nihil ante de profectione constituam, quam, &c. *Id. Fam.* 12. ep. 19. Sed hæc melius ex re, et ex tempore constitues. et l. 2. ep. 8. *extr.* Quod quando, et quomodo, et per quos agendum sit, tu optime constitues. *Id. pro Cæcin.* c. 7. Constituere aliquid de sententia amicorum. *Quintil.* l. 3. c. 6. et l. 7. c. 3. in animo quid velimus, &c. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. et leg. 5. apud se, utrum, &c. *Id.* lib. 50. tit. 16. leg. 60. Non enim magnitudo locum a fundo separat, sed nostra affectio: et quælibet portio fundi poterit fundus dici, si jam hoc constituerimus. *if we could but make up our minds to call it so.* ¶ Item præfinire, definire, *to appoint, constitute, fix, determine, pitch upon. Plaut. Trinum.* 2. 4. 180. Constituere diem nuptiis. *Terent. Andr.* 1. 5. 34. Olim in hunc diem sunt constitutæ nuptiæ. *Cic. Phil.* 5. c. 17. Legibus annalibus grandiorem ætatem ad consulatum constituere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 8. diem cum legatis. et l. 3. *B. Civ.* c. 19. certum tempus alicui rei. ¶ Item imponere. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 3. Constituere modum alicujus rei. *Id. Verr.* 7. c. 51. mercedem funeris ac sepulturæ. *to impose a tax upon,* &c. ¶ *Constituere cum aliquo* est convenire, simul consensu cum aliquo determinare, *to agree, be agreed. Cic.* 4. *Verr.* c. 27. Constitui cum hominibus, quo die mihi Messanæ præsto essent. *Brut.* ad *Cicer.* ep. 6. Communiter constituemus de reditu ejus. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 120. Constitui cum quodam hospite me esse illum conventuram. *I have appointed.* Et cum dativo. *Cic. in fi.* l. 1. *de Orat.* Sane vellem, non constituissem, in Tusculanum me hodie venturum esse, Lælio

Juvenal. sat. 3. v. 12. ubi nocturnæ Numa constituebat amicæ. *h. e.* tempus præfiniebat, quo convenirent. ¶ Est etiam decernere, sancire, præscribere. *to decree, ordain, prescribe, lay down. Cic. pro Quint.* c. 9. Cum majores ita constituerint, ut qui pro capite diceret, is posteriore loco diceret. *Id.* 4. *Verr.* c. 56. Censoribus, si quid commisissent pœnæ legibus erant constitutæ. et *Verr.* 7. c. 45. Constituere supplicium in aliquem. et *pro Rosc. Amer.* c. 26. alicui. et *Verr.* 7. c. 65. Constitue, nihil opis esse in hac voce Civis R. sum. et *pro Dom.* cap. 1. Vobis constituendum est, utrum &c. *Justin.* l. 42. c. 3. Jasoni ut conditori, divinos honores templaque constituit. *Sueton. in Aug.* c. 18. Constituere ludos quinquennales. *Cic. pro Balb. c. ult.* De certo, de perspicuo, de utili, de probato vobis jure est constituendum. ¶ Item assignare, attribuere, *to assign, appoint. Sueton. in Vespas.* c. 18. Rhetoribus e fisco annua centena constituit. *Id. in Ner.* c. 10. Annua salaria alicui constituere. *Id. in Claud.* c. 18. magna commoda fabricantibus naves. *Sallust. in Jug.* c. 12. singulis fines imperii. *Curt.* l. 9. c. 10. et *Cic. Attic.* l. 12. ep. 31. pretium alicui rei. *to set a price upon.* ¶ Item creare, facere, *to create, constitute, appoint, make. Cic. pro Deiot.* c. 9. Constituere aliquem regem. *Id. pro Mur.* c. 2. patronum alicui causæ. *Id.* 1. *de Orat.* c. 24. Te mearum ineptiarum testem et spectatorem fortuna constituit. *Id. Divin. Verr.* c. 3. Constituere accusatorem. *Sueton. in Tiber.* c. 65. aliquem ducem. *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 1. leg. 1. tutores pupillis. ¶ Item firmare, ut *Non.* c. 4. n. 67. exponit. *Sallust. in Jug.* c. 35. Constituere majestatem populi Romani. *Cic.* 1. *Offic.* c. 34. Ineuntis ætatis inscientia senum constituenda et regenda prudentia est. ¶ Item ordinare. *to govern, manage, order. Nepos. in Attic.* c. 12. Triumvir reipubl. constituendæ. *Cic.* 3. *Offic.* c. 20. Constituere rem nummariam de communi sententia. *to regulate the value of money. Id. Phil.* 11. c. 2. rem familiarem. *to make or realize property.* ¶ Item præparare, disponere. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 3. Per exordium animus auditoris constituitur, vel apparatur ad audiendum. Illud *vel apparatur* putant Critici esse apertissimum glossema. ¶ Item componere, jungere. *Cic. ad Pompei. post* ep. 11. l. 8. *ad Attic.* Constituere concordiam. *Q. Cic. de petit. consul.* c. 7. amicitiam cum aliquo. ¶ *Constituere jura, leges* est facere, condere. *to enact. Cic. pro Cæcin.* c. 14. et *pro Dom.* c. 48. ¶ Illa ad forum pertinent, *constituere actionem, judicium, controversiam, quæstionem,* h. e. instituere, conficere, *to set on foot, institute. Cic. in Partit.* c. 28. *pro Cæcin.* c. 14. *pro Cluent.* c. 64. et l. 1. *de Orat.* c. 31. *sub fin.* et JCti sæpe. ¶ *Constituere pecuniam* apud eosdem JCtos est pacisci, et convenire cum aliquo de pecunia alias debita certo tempore ei solvenda. Unde, si non solvatur, oritur actio *de constituta pecunia,* quæ et *constitutoria* dicitur. *Ulpian. Paul.* et *al. Dig.* lib. 13. *toto* tit. 5. ¶ Similiter a JCtis sunt illa *constituere sponsalia,* h. e. inire, *Ulpian. Dig.* lib. 23. tit. 1. leg. 6. et *obligationem constitui,* h. e. contrahi, *Paul.* lib. 44. tit. 7. leg. 3. et similia his multa.

CONSTITUTĬO, onis, f. *a constitution, state, condition, appointment, disposition,* κατάστημα, κατάστασις, status, ratio consistendi, naturalis habitudo alicujus rei. *Senec.* ep. 121. Omnibus animalibus constitutionis suæ sensus est, et inde membrorum tam expedita tractatio. et *paulo post.* Omne animal primum constitutioni suæ conciliari: hominis autem constitutionem naturalem esse. et *mox.* Herba aliam constitutionem habet tenera, et vix eminens sulco; aliam, cum convaluit; aliam, cum flavescit, et ad aream spectat. V. *integr. epist. Cic.* 3. *Offic. c. ult.* Corporis firma constitutio, ejusque constitutionis spes explorata. *a good constitution, good habit of body.* ¶ Translate *Cic. ad Brut.* ep. 7. Scribere quid sentirem de tota constitutione hujus belli. ¶ Est etiam dispositio, ordinatio. *Colum.* l. 1. c. 9. *a med.* Diligens dominus a mancipiis quærat, an ex sua constitutione justa percipiant. *according to his method. Curt.* l. 5. c. 11. *sub fin.* Æterna constitutione nexuque causarum latentium, suum quemque ordinem immutabili lege percurrere. *Apul. de Dogm. Plat.* l. 2. *post med.* Constitutio civitatum. *the appointment, establishment, government.* ¶ Item lex, statutum, jus, *any human institution; a law, statute, rule, Quintil.* l. 7. c. 4. Justum omne continetur natura vel constitutione. et *paulo post.* Constitutio est in lege, more, judicato, pacto. *Plin.* l. 34. c. 9. In tabulis æreis publicæ constitutiones inciduntur. *Cic.* 2. *de leg.* c. 10. Non multum discrepat ista constitutio religionum a legibus Numæ, nostrisque moribus. *the system.* ¶ Apud Rhetores est, ut definit *Cic.* 1. *de Invent.* c. 8. prima conflictio causarum, ex depulsione intentionis profecta, hoc modo: Fecisti: non feci, aut jure feci. V. ibi plura et l. 2. c. 4. et 21. &c. et *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 11. et *Quintil.* l. 3. c. 6. ubi varias Rhetorum hac de re sententias affert: et definitionem ex *Cicer.* allatam aut corrigit, aut explicat. Dicitur autem *constitutio,* quia in ea omnis causa constituitur, et fundatur: qua ratione etiam *status* appellari solet. *the stating of a cause.* ¶ *Prima constitutio* dicitur a Stoicis genus quoddam probationis per impossibile, uti docet *Apul. de syllog. categor.* ¶ Denique est *constitutio* opinio, positio, existimatio, qua quis aliquid apud se verum ac certum esse constituit. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 60. Ceterum adeo opinio nostra et constitutio locum a fundo separat, ut et modicus locus possit fundus dici, si fundi animo eum habuerimus.

CONSTITŪTOR, oris, m. *one who constitutes, appoints,* &c. qui constituit, disponit, decernit, ut constitutor legum, *Quintil.* l. 3. c. 6. *circa med.* Constitutor moderatorque cunctorum, *Arnob. initio* l. 3. et *in veteri Inscript.* apud *Gruter.* pag. 254. n. 4. T. Ælio Hadriano Antonino Aug. pio, constitutori sacri certaminis. *Lactant.* l. 3. c. 9. et l. 4. c. 6. Rerum omnium constitutor Deus.

CONSTITUTORĬUS, a, um, adject. *Constitutoria actio* apud JCtos est, quæ datur in eum, cui pecunia, alias debita, ad diem certam constituta, hoc est promissa fuit, nec tamen soluta est, ut dictum jam in fine verbi *Constituo. Paul. Dig.* lib. 13. tit. 5. *qui est* de constituta pecunia, leg. 20. Nec enim quod crescit, aut decrescit peculium, pertinet ad constitutoriam actionem.

CONSTITŪTUS, a, um, *placed, appointed, etablished,* καθιστάμενος, καθεστηκώς, positus, collocatus. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 80. Castra posita, tabernacula constituta. *Cic. Verr.* 6. c. 11. In Mamertinorum solo monumentum istius crudelitatis constitutum est. ¶ Item fabricatus, *built. Nepos in Attic.* c. 13. Ipsum tectum antiquitus constitutum plus salis, quam sumptus habebat. *Sueton. in Cæs.* c. 10. Ædes in foro constituta geminis fratribus. ¶ Item fundatus, conditus. *founded. Id. Catil.* 1. *extr.* Urbs auspiciis a Romulo constituta. *Id. de Harusp. resp.* c. 7. Post sacra constituta. *established, introduced. Id.* 2. *Offic.* c. 21. Respubl. et civitates constitutæ. ¶ Item stabilitus, firmatus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 6. Victoria constituta. *Id. pro Sext.* c. 45. Bene de rebus domesticis constituti. *well circumstanced or situated. Id.* l. 1. *Fam.* ep. 9. *ad fin.* Ut frater meus vere existimet, adjuncto isto fundo, patrimonium fore suum per te constitutum. *that his property will be placed on a sure basis. Id. pro Flacc.* c. 11. Libertas in republ. constituta *established. Id. Fam.* 10. ep. 3. Necessitudinem habui constitutam cum domo vestra, ante aliquanto, quam tu natus es. *Id. de Senect.* c. 18. Senectus fundamentis adolescentiæ constituta. ¶ Item assignatus, attributus, decretus. *assigned, attributed, decreed. Sueton. in Cæs.* c. 17. Præmia alicui constituta. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 9. leg. 4. Constitutum salarium. ¶ Item positus, adductus, *placed, constituted. Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 9. leg. 5. Constitutus in dignitate Senatoria. *Id.* lib. 32. leg. 37. (*al.* 39.) Constitutus in discrimine vitæ. ¶ Item ordinatus, dispositus. *ordered, regulated, disposed, governed. Cic. de clar. Orat.* c. 2. Bene morata et bene constituta civitas. *well governed. Id.* 2. *de Invent.* c. 19. Jus civile habemus ita constitutum, ut causa cadat is, qui &c. ¶ Item sancitus, præscriptus, legibus statutus, *ordered or appointed by law, ordained, decreed. Cic. pro Sext.* c. 65. Descriptio civitatis a majoribus sapientissime constituta. *Id. Attic.* l. 6. ep. 1. *sub initio.* Cogitabam ejus multa inique constituta et acta tollere. ¶ Item habitus, compactus, compositus. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 6. Corpus bene constitutum. *a good habit of body; a good constitution. Id. pro Sext.* c. 65. Boni viri, sapientes, et bene natura constituti. *well disposed.* ¶ Item institutus, inductus, *instituted, brought on. Cic. pro Cæcin.* c. 14. Actio per hoc interdictum constituta. et *pro Rosc. Amer.* c. 8. *extr.* Bona alicujus, auctione constituta vendere. ¶ Item instructus, consitus, in illo *Gellii* l. 19. c. 12. Fundum mercatus est oleo atque vino constitutum. ¶ Item pactus, condictus, *appointed, fixed, agreed on. Cic.* 1. *Catil.* c. 9. *ad fin.* Pacta et constituta dies cum aliquo. *Id. pro Cæcin.* c. 11. Cum Cæcina ad constitutam diem tempusque venisset. ¶ Hinc *constitutum* absolute est idem quod conventio, consilium captum inter multos, *an appointment, private agreement. Cic. Attic.* l. 11. ep. 16. Horum et timor idem fuit primo, qui meus et constitutum. *Id. pro Cœl.* c. 8. *extr.* Nunquam se ne congressu quidem, et constituto cœpisse de tantis injuriis experiri. et cap. 25. Constitutum factum esse cum servis, ut venirent, &c. *Vellei.* l. 2. c. 110. Universa Pannonia, omnibus tractus ejus gentibus in societatem adductis, ex constituto arma corripuit. *according to appointment.* ¶ Hinc habere aliquid constitutum cum aliquo, *to make an appointment, have an engagement.* Festive *Cic.* 7. *Fam.* ep. 4. Si quid constitutum cum podagra habes, fac, ut in alium diem differas. ¶ *Ad constitutum* idem est quod ad constitutam diem. *at the time appointed. Cic. pro Cæcin.* c. 12. Qui ad constitutum experiundi juris gratia venissent. *Varr. R. R.* l. 2. c. 5. Qui tam sero venisset ad constitutum. *Flor.* l. 2. c. 6. Eurus ab Oriente quasi ad constitutum. ¶ *Constituta pecunia* dicitur, quæ cum debita sit, insuper ad certam diem solvenda promissa est. Quod si debitor fallat, datur creditori in eum actio, quæ *de constituta pecunia* appellatur. Cujus rei passim exempla habes *lib. Dig. toto titulo* 5. qui *de constituta pecunia* inscriptus est: ubi etiam leg. 1. *Ulpian.* absolute dixit *de constituta teneri,* et mox, *de constituta experiri,* &c. [† V. *Constitutorius.*] ¶ Est etiam *constitutum* idem quod constitutio, lex, decretum, *any human institution; a law, statute, decree, ordinance,* &c. *Impp. Valens, Theodos. et Arcad.* lib. 12. *Cod.* tit. 41. lege 1. Constituti hujus auctoritate teneatur. *Impp. Honorius, et Theodos. ibid.* l. 1. tit. 11. leg. 5. Quæ multiplicibus constitutis ad Ecclesiam volumus pertinere. ¶ Translate *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 16. Cum videas ordinem rerum et naturam per constituta procedere. *h. e.* per certas leges, quas sibi ipsa quodammodo imposuit.

CONSTITŪTUS, us, m. *a meeting of persons,* cœtus. *Festus*: Constitutus hominum a consistentium multitudine appellatus. ¶ Quod vero quidam addunt testimonium *Varronis* his verbis: *Comitiales dicti, quod tum esset populi constitutus ad suffragium ferendum;* legendum est, *quod tum esset populus constitutus,* &c.

CONSTO, as, stiti, atum, n. 1. *to stand together, stand, exist,* συνίσταμαι, idem quod sto, vel simul sto, consisto: a *con,* et *sto, as.* Præteritum cum *consisto* commune habet. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 11. Constant, conferunt sermonem inter se drapetæ. *Sisenn.* apud *Non.* c. 4. n. 99. Multitudinem procul hostium constare viderunt. *Colum.* l. 5. c. 9. Si constet in scrobibus aqua, ea omnis haurienda est. ¶ Est etiam perstare, permanere, perdurare, constantem esse, *to be consistent, persist, remain, continue. Cic. Fam.* 1. ep. 9. *circa med.* Qua in sententia si constare voluissent, suam auctoritatem simul cum salute mea recuperassent. *Id.* 2. *de Orat.* c. 22. Antiquissimi fere sunt, quorum quidem scripta constent, Pericles, atque Alcibiades. [† pro exstare. sed opinor simul intelligenda certa γνησιότης scriptorum. *Ernest.*] ¶ Hinc *constare aliquid alicui* dicitur, quod in eo perseverat, et constans est. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 96. Unius legionis eam seditionem esse: ceteris exercitibus constare fidem. *Sueton. in Tiber.* c. 2. Precata propalam, ut ita demum se sequeretur, si sibi constaret pudicitia. *Id. in Calig.* c. 50. Valetudo ei neque animi, neque corporis constitit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 35. Uti numerus legionum constare videretur. *to remain the same. Liv.* l. 39. c. 34. Adeo perturbavit regem, ut non color, non vultus ei constaret. *to come and go. Petron. in Satyr.* c. 140. Ut constaret mendacio fides. *Phædr.* l. 4. *fab. ult.* Dum sanitas constabit, pulcre meminero. ¶ Ponitur et pro simul stare, hoc est convenire, cohærere, congruere, *to agree, be of a piece, be consistent, correspond. Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 10. Dicemus, contrariam sententiam non constare cum superioribus, et inferioribus sententiis. *Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 14. Constet ne oratio aut cum re, aut ipsa secum. ¶ *Constare sibi* est sui compotem esse, apud se esse, *to be in one's senses.* Vetus Poeta apud *Cic.* 2. *de Fin.* c. 4. Tanta lætitia auctus sum, ut mihi non constem. ¶ Item secum ipsum congruere, eadem semper dicendo et faciendo. *to be consistent with himself. Cic. pro Cluent.* c. 22. Judices in Oppianico sibi constare, et superioribus consentire judiciis debuerunt. *Id.* 1. *Offic.* c. 33. Ut constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in ullo officio claudicare. *Id.* 2. *de Fin.* c. 11. *sub fin.* Reliqui sibi constiterunt, ut extrema cum initiis convenirent. *Id. Attic.* l. 1. ep. 11. Si humanitati tuæ constare voles. ¶ *Constare mente* similiter est apud se esse, *to be in his senses. Cic.* 4. *Tuscul.* c. 17. Nec porro malum, quo aut oppressus jaceas, aut, ne opprimare, mente vix constes. Sic *Liv.* l. 5. c. 42. Cum alia atque alia parte nova aliqua clades oriretur, non mentibus solum consipere, sed ne auribus quidem, atque oculis satis constare poterant. *h. e.* neque auribus, neque oculis satis valebant, ut exaudire omnia, et spectare possent. ¶ Dicitur etiam *mens constat,* h. e. sana est. *Cels.* l. 3. c. 19. Mens in illis laborat, in hoc vero constat. ¶ Simili ratione *Senec.* ep. 83. *extr.* In ebrietate tentantur pedes, lingua non constat. ¶ Sumitur aliquando pro simplici esse, exsistere, stare. *to be, exist. Lucret.* l. 1. v. 507. Nam quacumque vacat spatium, quod inane vocamus, Corpus ea non est: qua porro cumque tenet se Corpus, ea vacuum nequaquam constat inane. *Plin.* l. 3. ep. 13. Nostræ cœnæ ut apparatus et impendii, sic temporis modus constet. *be regulated as to time as well. Virg.* 5. *Æn.* v. 748. et quæ nunc animo sententia constet. *what intention or design he may have.* ¶ In illo 3. *Æn.* v. 518. Postquam cuncta videt cælo constare sereno; *Serv.* exponit suppetere, ut *Juvenal.* (sat. 6. v. 166.) Quis feret uxorem, cui constant omnia? Itaque ex interpretatione *Servii* apud *Virg.* sensus est: ubi videt, adesse omnia, quæ significant serenitatem: et apud *Juvenal.* quis feret uxorem cui suppetunt, seu adsunt omnia? scil. pulcritudo, divitiæ, nobilitas &c. quæ vers. 161. enumeravit. ¶ Sæpe significat ex pluribus rebus exsistere, conflari, compositum esse, *to be composed, made up, or compounded; to consist. Plaut. Amph.* 1. 1. 79. Ex spiritu, atque anhelitu nebula constat. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 35. Homo constat ex animo et corpore caduco et infirmo. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 15. Prudentia constat ex scientia rerum bonarum et malarum. et *paulo post.* Temperantia constat ex prætermittendis voluptatibus corporis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 24. *ad fin.* Sive ex crimine causa constet, ut facinoris; sive ex controversia, ut hereditatis, &c. *Id. pro Rosc. Com.* c. 7. Nonne ab imis unguibus usque ad verticem summum ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur? *to be made up altogether.* ¶ Cum ablat. sine præposit. *Nepos in Attic.* c. 13. Domus amœnitas non ædificio, sed silva constabat. *Lucret.* l. 3. v.

1. quod mobile est, constare rotundis Perquam seminibus debet, perquamque minutis. Sueton. in Aug. c. 25. Quidquid auro argentoque constaret. ¶ Item consistere, contineri, *to rest, depend, be caused.* Nepos in Attic. c. 14. Omnis ejus pecuniæ reditus constabat in Epiroticis, et urbanis possessionibus. Cæs. l. 3. *B. Civ.* c. 89. Ejus diei victoriam in earum cohortium virtute constare. *Quintil.* l. 11. c. 3. *sub fin.* Oratio actione constat, non imitatione. *Curt.* l. 8. cap. 8. Fama bella constant: et sæpe etiam quod falso creditum est, veri vicem obtinuit. ¶ Frequenter refertur ad pretium, et significat valere, *to cost, be valued at.* *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 99. Trado aliis minimo, quod mihi constat carius. *Varr.* 2. *R. R.* c. 1. Ut una quadrigæ Romæ constiterint quadringentis millibus. *Cic. Verr.* 7. c. 19. Navis tibi constat gratis. *Stat.* l. 4. silv. 9. v. 9. liber mihi constitit decussi. *Senec. in Troad.* v. 358. Constare ingenti mercede. *Plaut. Truncul.* 2. 6. 57. Jam mihi auro contra constat filius. *I have paid a high price for him.* et *Colum.* l. 9. c. 1. *a med.* Feris pecudibus, quidquid vilissime constiterit, dare. ¶ Translate *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 19. Quot virorum fortium morte necesse esset constare victoriam. *Senec. in Phæniss. in fi.* Imperia pretio quolibet constant bene. *are well bought at any price.* ¶ *Constare* pro manifestum esse, V. in *Constat.* ¶ Particip. *constaturus* certi et non rari est usus. *Senec.* l. 1. *de Clem.* c. 19. Ultionem magno constaturam petere. *that will stand him in great cost; that will cost him dear.* *Plin.* l. 18. c. 5. Constaturus minimo impendio fructus. *Lucan.* l. 2. v. 17. quantis sit cladibus orbi Constatura fides superum. Adde *Martial.* l. 10. epigr. 41.

CONSTRĀTOR, oris, m. qui consternit. *Auson. in Technopægn. de Deis,* v. 12. Velivolique maris constrator Leuconotos Libs. *h. e.* qui mare fluctibus tumidum et inæquale sternit et complanat. Sic *Virg.* 5. *Æn.* v. 763. placidi straverunt æquora venti. et *Eclog.* 9. v. 57. Et nunc omne tibi stratum silet æquor.

CONSTRĀTUM, i, n. *a floor, pavement,* tabulæ, aut aliud quidpiam constratum. *Petron. in Satyr.* c. 100. Super constratum puppis. *the deck.* et *mox.* Ut super constratum navis occuparemus secretissimum locum. *Liv.* l. 30. c. 10. Levia navigia sub constratis pontium per intervalla excurrebant. *the planks or platform.*

CONSTRĀTUS, a, um, *strewed, covered, floored, paved,* κατεστρωμένος, contectus, et dicitur fere de locis, quæ pedibus calcantur. In vet. lege apud *Murator.* pag. 582. *a med.* Semita lapidibus perpetuis integris constrata. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 96. Recentibus cæspitibus tabernacula constrata. *Colum.* l. 8. c. 5. Cubilia gallinarum constrata paleis. *Plin.* l. 8. c. 36. Specus molli fronde constrati. *Id.* l. 4. c. 12. *circa med.* Pons constratus in navibus. *thrown over.* *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 14. Palus constrata pontibus. *Apul.* l. 9. *Metam.* Lectus constratus. *Sallust. in Jug.* c. 108. Omnia constrata telis, armis, cadaveribus. *Id. in Catilin.* c. 13. A privatis compluribus subversos montes, constrata maria. *h. e.* jactis molibus inædificata, *filled up with mounds of earth and occupied with buildings.* Al. leg. *constructa,* alii *contracta.* ¶ *Constratæ naves,* κατάφρακτα πλοῖα, quæ et tectæ dicuntur, sunt quæ in superiori parte tabulatum habent, ubi consistere, et unde pugnare milites possint: quo si careant, apertæ vocantur. *ships with decks.* Olim enim in puppi solum, et prora consistentes pugnabant. ut *Plin.* l. 7. c. 56. *in fi.* docet. *Cic. Verr.* 7. c. 40. Potero ne in eos esse vehemens, qui naves inanes non modo habuerunt, sed etiam apertas: in eum dissolutus, qui solus habuerit constratam navem, et minus exinanitam? ¶ *Stat.* l. 2. silv. 5. v. 1. Constrata ira. *h. e.* placata. V. *Sterno* sub fin.

CONSTRĔPENS, entis, perstrepens, concrepans. *Apul.* l. 6. *Metam.* Currum deæ prosequentes, gannitu constrepenti lasciviunt passeres.

CONSTRĔPO, is, ui, itum, a. 3. *to make a noise together,* περιψοφέω, strepo, perstrepo, concrepo. *Gell.* l. 4. c. 1. Horum omnium et testimoniis et exemplis constrepebat. *h. e.* recitando strepebat. *Apul.* l. 4. *Metam.* Domus tota constrepebat Hymenæum. *h. e.* canendo strepebat. et lib. 8. Absonis ululatibus constrepentes. et lib. 11. Sistris argutum tinnitum constrepentes.

CONSTRICTE, *closely,* stricte, arcte. *Augustin.* l. 1. *de Doctr. Christ.* c. 28. Constrictius jungi alicui.

CONSTRICTIO, onis, f. *a drawing tight or close, a binding or tying fast,* στέγνωσις, actus constringendi. *Pallad. in Mart.* tit. 1. Ubi germen solidius processerit, vincula oportet abscindi, ne adolescentia mollissimi germinis nodo duræ constrictionis angatur. *Scribon. Larg. compos.* 84. Omnis constrictio in utramque partem exiget æque subjectam materiam. ¶ In re medica, *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 6. Stomacho in lassitudinem degeneranti, ad instaurandas constrictione vires, offerunt ægrescenti vinum.

CONSTRICTĪVUS, a, um, *having the faculty of binding or drawing tight, astringent,* στεγνωτικός, constringendi, seu adstringendi vim habens. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 18. Constrictivæ virtutis esse. et *Chronic.* l. 2. c. 3. *ad fin.* Cibi constrictivi.

CONSTRICTO, as, a. 1. *to bind,* σφίγγω, frequentat. a constringo. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 16. Si medici ferramenta accuses, quod secent, et inurant, et amputent, et constrictent.

CONSTRICTUS, a, um, *drawn tight or close, bound hard, strained, tied or bound fast,* strictus, colligatus. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 52. *ad fin.* Virtus semper libera est, etiamsi corpora sint capta armis, aut constricta vinculis. *Id Phil.* 7. *extr.* Bellua inclusa et constricta. *Hirt. de B. Afric.* c. 87. Vivum aliquem, constrictumque in flammam conjicere. *Martial.* l. 4. epigr. 37. cujus lemma est *Scrinium.* Constrictos nisi des mihi libellos, Admittam tineas, trucesque blattas. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 65. *Hard.* Lingua homini ita sæpe constricta venis, ut intercidi eas necesse sit. *Id.* l. 17. c. 12. Arbor constricta. *growing closely together:* cui opponitur *ibid.* quæ in ramos emittitur. *Id.* l. 21. c. 10. Conyzæ folium tenuius et constrictius et angustius. *Curt.* l. 7. c. 3. Nives perpetuo rigore constrictæ. *frozen, congealed.* *Cæl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 18. Pulticula constrictior. *h. e.* spissior. ¶ Pertinet etiam ad rem medicam. Hinc constrictæ febres, *that astringe or bind up the system, thereby preventing the natural secretion of the humours,* apud *eund.* l. 23. c. 7. sunt quæ cutem adstringunt, quæque sudorem, urinam, aliosque humores cohibent. ¶ Translate *Cic. Catil.* 1. c. 1. Constrictam jam omnium horum conscientia teneri conjurationem tuam, non vides? *known and fathomed to the very bottom.* *Id. pro Flacc.* c. 6. *extr.* Psephismata jurejurando constricta. *decrees ratified by an oath.* *Id. pro Balb.* c. 5. Græci homines, spectati viri noluerunt, religione videri potius, quam veritate fidem esse constrictam. *Id. de clar. Orat.* c. 8. Sententia, cum aptis constricta est verbis, cadit etiam plerumque numerose. *h. e.* comprehensa, et colligata. *Quintil.* l. 2. c. 13 Constricta narratio. *short, brief, concise.* *Tacit.* 3. *Ann.* c. 33. *extr.* Constrictus legibus. *bound, obliged.* *Cic.* 1. *Acad.* c. 3. Multis officiis implicatus et constrictus. *involved and engaged in.* *Id.* 2. *Tuscul.* c. 2. Necessitate constrictus. *constrained, bound, obliged, forced.* *Lactant.* l. 1. c. 22. Homines ad parendum non modo imperio, sed etiam religione constringere. *Petron. in Satyr.* c. 132. Quid me spectatis constricta fronte, Catones? *h. e.* contracta, ut fit, cum ad severitatem vultus componitur. *with contracted brow; with severe looks.* *Valer. Flacc.* l. 6. v. 423. Cervi cæca ira constricti. *h. e.* qui ira perciti se ipsos cornibus implicarunt. Sed forte legendum est *umbra,* inquit *Heins.*

CONSTRINGO, is inxi, ictum, a. 3. *to bind together, tie fast, strain,* σφίγγω, idem quod stringo, vel simul, aut valde stringo, vincio, colligo, arcto. *Cato R. R.* c. 33. Vineam alligato recte, dum ne nimium constringas. *Terent. Eun.* 5. 6. 22. Hunc pro mœcho postea comprehendere intus, et constrinxere. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 1. Constringe tute illi actutum manus. *Id. Trinum.* 3. 2. 93. Constringere sarcinam. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 80. princeps galeam constringit Iason. *ties on his helmet.* *Martial.* l. 11. epigr. 57. Constringatque tuos purpura texta toros. *h. e.* convestiat, contineat, operiat. ¶ *Constringendus* dicitur, qui præ insania vinculis coerceri debet. *that ought to be confined.* *Cic. in Pison.* c. 20. *sub fin.* Si familiam tuam dimisisses, amici te tui constringendum putarent. *Id.* 2. *Phil.* c. 38. Tu mentis es compos? Tu non constringendus? *are you not raving mad?* ¶ In re medica constringere dicuntur, quæ fluxum alicujus humoris, ut alvi, urinæ, pituitæ, sudoris, &c. cohibent. *Plin.* l. 23. c. 5. Cotonea decocta amittunt constringentem vim succi. *Id. ibid.* c. 1. *a med.* Vinum rubrum, nigrumve magis constringit, magisque calfacit. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Fin.* c. 14. Tradunt se libidinibus constringendos. *give themselves over as slaves to their appetites.* *Id.* 2. *Agrar.* c. 10. *ad fin.* Constringere orbem novis legibus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 46. Scelus et fraudem supplicio. *to check, curb, restrain.* et cap. 42. Rem dissolutam divulsamque conglutinare, et ratione quadam constringere. *Curt.* l. 6. c. 7. Constringi religione. *Lucan.* l. 7. v. 466. Torpor constringit pectora.

CONSTRUCTIO, onis, f. *a building, framing, making, construction,* στοίβη, structura, compositio. *Cic.* 4. *Acad.* c. 27. Quanto artificio esset sensus nostros mentemque et totam constructionem hominis fabricata natura. *Senec. de consol. ad Polyb. c. ult.* Constructio lapidum. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 49. Constructio theatri. *Pallad. in Novembr.* tit. 22. Sternes olivas supra surculos fœniculi, et has constructiones usque ad vasculi plenitudinem patieris insurgere. ¶ *Constructio verborum* est eorum apta collocatio, et compositio. *arrangement, construction.* *Cic.* 1. *de Orat.* c. 5. Oratio conformanda non solum electione, sed etiam constructione verborum. *by an artful arrangement or management.* *Id. in Bruto,* c. 78. Verborum apta, et quasi rotunda constructio. *Plin.* l. 1. ep. 16. Gravis et decora constructio. ¶ Apud Grammaticos *constructio verborum* est compositio eorum ad regulas usumque Latinitatis, *syntax,* σύνταξις. *Priscian.* l. 17. et 18. &c.

CONSTRUCTUS, a, um, *arranged, constructed, built, fabricated, framed, fashioned,* συντεταγμένος, exstructus, ordine compositus, ædificatus. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 8. Delubra a patribus constructa. *Id. de Univ.* c. 5. Mundi corpus constructum ea proportione, &c. *Plin.* l. 10. c. 43. Constructus rogus. *piled up.* *Virg.* 9. *Æn.* v. 712. Saxea pila constructa. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. Dentibus in ore constructis manditur. *Id. Agrar.* 1. c. 5. Omnibus rebus et modis constructa pecunia et coacervata. *h. e.* collecta. nam qui construit, multas simul res colligit, et ordine struit. *Id.* 1. *de Orat.* c. 35. Multæ et magnificæ res constructæ ac reconditæ. *h. e.* alia super aliam repositæ, *piled up one upon another.* et *mox eod. sensu.* Copia ornamentorum constructa uno in loco. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 44. Quid habet pulcri constructus acervus? Sic *Virg.* 4. *Georg.* v. 213. Constructa mella. ¶ *Constructa mensa* est instructa, *furnished, set out.* *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 304. Large multiplici constructæ sunt dape mensæ.

CONSTRŬO, is, uxi, uctum, a. 3. *to construct, put together, compose, fashion, form, fabricate, build,* στοιβάζω, struendo conjungo, compono, ædifico. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 8. Quibus oculis intueri potuit Plato fabricam illam tanti operis, qua construi a Deo, atque ædificari mundum facit? *construi* significat partes simul ordine componi: *ædificari* configurari, conformari. et lib. 2. c. 52. Aves cubilia sibi nidosque construunt. *Id. de Senect.* c. 20. Navem, ædificium construere. *Sueton. in Domit.* c. 8. monumentum e lapide. *Id. in Ner.* c. 38. horrea muro saxeo. ¶ Item coacervare, *to heap or pile up.* *Cic.* 2. *Phil.* c. 38. Tanti acervi nummorum apud istum construuntur, ut jam appendantur, non numerentur pecuniæ. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 96. Construere divitias. *to hoard.* *Plin.* l. 18. c. 31. *ad fin.* congeriem. *to throw up a heap of stones.* *Sisenn.* apud *Non.* c. 3. n. 35. carros. *h. e.* carraginem facere. *to barricade with carriages.* ¶ Item reponere aliud super aliud componendo. *Plin.* l. 16. c. 28. Fœnum sectum verti ad solem, nec nisi siccum construi oportet. *h. e.* in metas exstrui, ut *Colum.* l. 2. c. 19. loquitur. ¶ Construere mensam dape, *to furnish, garnish, get ready.* *Catull.* V. *Constructus.* ¶ Apud Grammaticos *construere* est unam partem orationis cum altera ita conjungere, ut Latini sermonis consuetudo servetur. *to construe.* *Priscian.* l. 17. et 18. sæpe. ¶ Particip. *construiturus* pro *constructurus* barbarum est. Legitur autem apud *Venant. Fortun.* l. 2. carm. 10. *sub fin.* Horrea quandoquidem construitura Dei.

CONSTŬPĔO, es, ui, n. 2. *to be astonished,* ἐκπλήττομαι, idem quod stupeo. *Juvenc.* l. 1. in cap. 2. *Lucæ,* v. 179. Mirantes laudant, lætantes constupuerunt.

CONSTUPRĀTOR, oris, m. *one who ravishes,* καταπορνεύων, stuprator. *Liv.* l. 39. c. 15.

CONSTUPRĀTUS, a, um, stupratus. *Curt.* l. 10. c. 1. et *Lamprid. in Commodo,* c. 5. Translate *Cic. Attic.* l. 1. ep. 18. ubi tamen al. leg. *stupratus,* et *Tertull. de Idol.* c. 1.

CONSTŬPRO, as, a. 1. *to ravish, violate, debauch,* idem quod stupro, διακορεύω. *Liv.* l. 29. c. 17. *Auct. ad Herenn.* lib. 4. cap. 8. et *Q. Cicer. de petit consul.* cap. 3. [¶ Translate *Hieronym.* l. 2. *advers. Jovinian.* Multi philosophorum reliquerunt frequentias urbium, ne animæ pudicitia constupraretur.]

CONSUADĔO, es, asi, asum, a. 2. *to advise strongly, persuade,* πείθω, ἀναπείθω, idem quod suadeo, vel valde suadeo. *Plaut. Asin.* 2. 1. 13. Cornix est ab læva, corvus porro ab dextera: consuadent. *Id. Merc.* 1. 2. 32. Saluti quod tibi esse censeo, id consuadeo. *Id. Trinum.* 2. 4. 126. Consuadet homini, etsi scelestus est.

CONSUALĬA, ium, vel liorum, n. ludi, inquit *Festus,* quos in honorem Consi faciebant, quem deum consilii putabant. Romulus, fundata Urbe, cum connubiis egeret ad civium propagationem, eaque sibi a finitimis negarentur; arcanum iniit consilium rapiendarum per vim mulierum: et Conso deo, qui arcani consilii præses habebatur, ludos vovit, fecitque, per quorum occasionem Sabinas abduxit, ut est apud *Liv.* l. 1. c. 9. qui Neptuno equestri sacros illos fuisse scribit: sed hic cum deo Conso idem fuit. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 3. *Dion. Halicarn.* l. 1. et. 2. ¶ Porro hi ludi celebrabantur quotannis in Circo ad aram subterraneam ejus dei, conjectis in ignem libaminibus, et commissionibus equorum junctorum, et injugum, quod arcanum Romuli consilium de Sabinis rapiendis Consus fortunavisset: quotannis, inquam, XII. Cal. Septembr. ut est in veteri Calendario apud *Gruter.* pag. 133. et fortasse etiam XVIII. Cal. Jan. quia eo die in illo Calendario eædem prorsus notæ leguntur, quæ in Septembri: perque eos ludos equi ac muli immunes erant ab opere, et floribus coronabantur. *Dionys. Halicarn. loc. cit.*

CONSUĀSOR, oris, m. *a counsellor, adviser,* ἀναπείθων, suasor. *Cic. pro Quint.* c. 5. Hæc omnia Quintius agebat, auctore et consuasore Nævio.

CONSUAVĬOR, V. *Consavior.*

CONSUBSĪDO, is, n. 3. subsido. Translate *Minuc. Fel. in Octav. c. ult.* Etiam nunc tamen aliqua consubsidunt non obstrepentia veritati, sed perfectæ institutioni necessaria, de quibus crastino, &c. *h. e.* remanent, reliqua sunt.

CONSUBSTANTIĀLIS, le, *having the same essence or substance, consubstantial,* ὁμοούσιος, ejusdem substantiæ, seu naturæ. *Tertull. advers. Hermog. c. pænult.* et *Augustin.* 6. *de Music.* c. 17.

CONSUBSTANTĪVUS, a, um, consubstantialis. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 12. *extr.* et cap. 18.

CONSUDASCO, is, n. 3. *to sweat together,* simul sudo,

vel humorem emitto. *Colum.* l. 12. c. 48. *de conditura olivæ.* Superposito copioso sale, ita uti olivas contegat, sicque triginta dies pati consudascere.

CONSŪDO, as, n. 1. *to sweat together, sweat,* ἱδρόω, idem quod sudo, vel humorem emitto. *Cato R. R.* c. 96. Oves unguito totas, sinito, biduum aut triduum consudent. *Plaut. Pseud.* 2. 2. *extr.* Jube sis, te operiri: beatus eris, si consudaveris. *Colum.* l. 12. c. 7. Herbæ sale conspersæ reponuntur, dum consudent.

CONSUEFACĬO, ăcis, eci, actum, a. 3. *to accustom, train by use or practice, inure, habituate,* συνεθίζω, assuetum reddo, doceo, assuefacio. *Terent. Adelph.* 1. 1. 29. Ea ne me celet, consuefeci filium. *Sallust. in Jug.* c. 82. Paulatim consuefacit eam multitudinem ordines habere, signa sequi, imperium observare. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *a med. de canib.* Consue quoque faciunt, ut alligari possint. *Tmesis. Id. ibid.* l. 3. c. 9. *a med.* Cum pulli pinnas habebunt, consuefaciendum est, ut unam, aut duas sectentur gallinas.

CONSUĔO, V. in voce sequenti.

CONSUESCO, is, evi, etum, *to be accustomed or used to a thing, learn or acquire a habit by practice, be in the habit of,* ἐθίζομαι, assuesco. *Virg.* 2. *Georg.* v. 272. Adeo in teneris consuescere multum est. *Al. leg.* a teneris. *Cic.* 1. *de Orat. c. pænult.* Demosthenes multos versus uno spiritu pronuntiare consuescebat. *Id. ibid.* c. 34. Cum minus idoneis verbis uti consuescerem. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 31. Consuescamus mori. *Plin.* l. 8. ep. 23. *ad fin.* Ne gravissimo dolori timore consuescerem. ¶ In præteritis exponitur verbo præsentis temporis, ut *novi, memini,* et significat solitum esse, *to be accustomed, be wont. Cic.* 1. *de Orat.* c. 22. Immo rogemus Antonium, qui et potest facere quod requiris, et consuevit, ut te audio dicere. *and is in the habit of doing so. Cæs. ad Cicer. post* ep. 16. l. 9. *ad Attic.* Ut tuis consiliis, ut consuevi, in omnibus rebus utar. *as I am wont to do. Colum.* l. 8. c. 15. *extr.* Modo captæ aves, quæ consuevere libero victu. ¶ Hellenismus est in illo *Lucceii ad Cicer.* 5. *Fam.* ep. 14. Cum scribas, aut aliquid agas eorum, quorum consuesti. ὧν εἴωθας. ¶ *Consuescere* virum *cum aliqua,* vel mulierem *cum aliquo* turpem cum aliqua consuetudinem habere, συνεῖναί τινι, ὁμιλεῖν. *to have commerce or illicit connexion with. Cæcil.* apud *Gell.* l. 2. c. 23. *Nepos in Alcib.* c. 10. *Cic.* 7. *Verr.* c. 12. *Terent. Hecyr.* 4. 1. 40. et *Adelph.* 4. 5. 32. quo posteriore loco pro *cum illa consuevit* alii leg. *illi consuevit.* Immo *Donatus* adscribit, legi etiam *illam: Veteres enim dixisse hanc rem consuevit.* ¶ In præteritis sæpe syncopen patitur, ut *consueris* apud *Cicer.* 1. *de Orat.* c. 34. et *consuerint* apud *Cels.* l. 5. c. 28. sect. 13. et *consueras* apud *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 132. et *consueramus* apud *Balb. ad Cic. post* epist. 15. l. 8. *ad Attic.* et *consuerunt* in veteri SC. apud *Gell.* l. 15. c. 11. et *consuerat* apud *Cæs. B. Gall.* l. 1. c. 22. et *consuesset, consuessent, ibid.* l. 5. c. 27. et l. 7. c. 32. et *Nepot. in Datam.* c. 7. et *in Pelop.* c. *ult.* et *consuesse* apud *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 14. et *consuesti* apud *Cicer. Fam.* 5. ep. 12. &c. pro *consueveris, consueveramus, consueverunt, consuevisset,* &c. tametsi in aliquo ex his locis lectio variat. Ex quo patet, nihil certi afferre illos qui verbum *consueo* induci posse putant, et confirmari illo versu *Propertii* l. 1. el. 7. 2. 5. Nos, ut consuemus, nostros agitamus amores. *consuemus* enim potest esse syncope pro *consuevimus.* Quamquam et *Charis.* l. 3. pag. 224. *Putschii* agnoscit *consueo;* sed nullo firmat exemplo. *Priscian.* quoque l. 10. pag. 885. fidem *Charisii* appellat. ¶ Aliquando active ponitur pro consuefacere, *to accustom, habituate, inure. Lucret.* l. 6. v. 396. brachia consuescunt, firmantque lacertos. *Colum.* l. 6. c. 2. *circa med.* Plostro, aut aratro juvencum consuescere. *Id.* l. 11. c. 1. *a med.* Consuescat rusticos circa larem domini epulari. Adde *Plaut. Asin.* 1. 3. 69. et *Plin.* l. 17. c. 10. *a med.* ¶ Sunt qui alterum assignant præteritum, *consuetus sum,* ut *Priscian.* l. 10. pag. 885. *Putsch.* V. *Consuetus.*

CONSUĒTE, *according to custom,* εἰωθότως, de more. *Ammian.* l. 27. c. 2. (*al.* 4.) Cum calonum multitudo ad suscipiendum consuete pabulum prope acervum palearum stetisset.

CONSUETĬO, onis, f. consuetudo. *Festus:* Consuetionem Plautus pro consuetudine dixit. ¶ Hinc eam vocem Critici restitutum eunt *Amph.* 1. 2. 28. (quem scil. locum designasse videtur *Festus*) Et clandestina ut celetur consuetio. Al. tamen leg. *suspicio.* Nam quod quidam legunt *consuetudo* (inter quos est *Donat. ad Terent. Adelph.* 4. 5. 32.) ferri non posse aiunt, cum contra clamet ratio senarii carminis.

CONSUETUDINARĬUS, a, um, solitus. *Sidon.* l. 7. ep. 11. Invideo felicitati consuetudinarii portitoris, a quo contingit sæpius vos videri. *of the ordinary letter-carrier.*

CONSUETŪDO, dinis, f. *custom, usage, use, habit,* ἔθος, ἐθημοσύνη, mos, habitus, usus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 87. *ad fin.* Exercitatio, ex qua consuetudo gignitur. *Id. Divin. in Verr.* cap. 2. Adductus sum veteri consuetudine institutoque majorum. *Id. Attic.* l. 12. ep. 26. Consuetudo victus. *rules of living, diet. Id.* 1. *de Orat.* c. 33. *ad fin.* scribendi. *Id. pro Mur.* c. 13. dicendi. *Id. pro Mil.* c. 1. fori. *Id. pro Font.* c. 10. Immanis et barbara consuetudo hominum immolandorum. *a savage and barbarous practice. Id.* 2. *de Orat.* c. 3. *ad fin.* Disputare ad consuetudinem Græcorum. *after the manner. Id. pro Cæcin.* c. 8. *sub fin.* Prætor interdixit, ut est consuetudo, de vi. *as is customary. Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 26. *extr.* Huc cum se ex consuetudine reclinaverint. *Cic. pro Arch. in fi.* Pro mea consuetudine. *as I am accustomed. Id. pro Rabir. perduell. initio.* Non est meæ consuetudinis, rationem reddere, &c. *it is not my way. Id.* 4. *Verr.* c. 52. Est consuetudo Siculorum, quod suos dies volunt cum lunæ ratione congruere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 43. Populi Rom. hanc esse consuetudinem, ut &c. et lib. 4. c. 7. Consuetudo Germanorum est resistere, neque deprecari. *Cic. pro Cæcin.* c. 29. *ad fin.* Si vobis versutius quam mea consuetudo defendendi fert, videbitur. *than my way of,* &c. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 19. Consuetudine sua Cæsar legiones expeditas ducebat. *according to his usual custom.* et l. 7. c. 24. Cum Cæsar ad opus consuetudine excubaret. *as was his practice. Cic. pro Cæcin.* c. 2. *a med.* Hoc jam venit in consuetudinem. *hath passed into a habit. Id.* 2. *Offic.* c. 15. *extr.* Quod jam in proverbii consuetudinem venit. *hath passed into a proverb. Id. in Pison.* c. 19. *extr.* Senatus in eam jam benignitatis consuetudinem venit, ut &c. *hath adopted such a habit,* &c. *Id. Fam.* 16. ep. 21. Introducere consuetudinem. *Vatin. ad Cicer. Fam.* 5. ep. 9. Servare consuetudinem suam in patrociniis tuendis. *Lepid. ad Cicer.* 10. *Fam. ep. ult.* retinere in aliqua re. *Cic.* 1. *Phil.* c. 11. Consuetudinem meam, quam in Republ. semper habui, tenebo. *Id.* 2. *de Divin. extr.* Uti consuetudine. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 17. A consuetudine oculorum aciem mentis abducere. *from that which the eyes are accustomed to see. Quintil.* l. 1. c. 6. *extr.* (*al.* 12.) Facere aliquid ex consuetudine. *agreeably with custom.* et *Plaut. Trin.* 2. 2. 83. Consuetudine aliquid facere. *Plin.* l. 1. ep. 2. Hunc, rogo, ex consuetudine tua et legas, et emendes. *as you are in the habit of doing. Sallust. in Jug.* c. 36. Quæ quamquam gravia sunt, tamen consuetudine jam pro nihilo habentur. *from habit. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 1. *ad fin.* Adducere aliquem in eam consuetudinem, ut &c. *to bring into that way, that,* &c. *Cic.* 3. *ad Q. Fr.* ep. 14. Nancisci nonnullam consuetudinem alicujus rei. *to be somewhat accustomed to.* ¶ Aliquando dicitur de communi opinione ac judicio. *Plin.* l. 10. c. 3. *extr.* Aquilam negant unquam solam fulmine exanimatam: ideo armigeram Jovis consuetudo judicavit. ¶ Sæpius de communi ac recepto usu loquendi. *Cic. in Orat.* c. 47. Consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. et *mox.* Impetratum est a consuetudine, ut peccare suavitatis causa liceat. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) Consuetudo fecit analogiam. ¶ Hinc *consuetudo Latina* est ipse Latinus sermo, seu ratio Latine loquendi communis. *the practice of the Latins. Colum. in proœm.* l. 12. Hæc in œconomico Xenophon, et deinde Cicero, qui eum Latinæ consuetudini tradidit. *hath translated him into Latin. Id.* l. 6. c. 17. *ad fin.* Græci σίλφιον vocant; vulgus autem nostra consuetudine laserpitium. ¶ Item sæpe de convictu et vita communi, *intercourse, acquaintance, familiarity, intimacy, conversation. Cic. pro Mil.* c. 8. Familiaritates late patere non possunt, propterea quod consuetudines victus non possunt esse cum multis. *Id. pro Deiot.* c. 9. *ad fin.* Jungere consuetudinem, amicitiam cum aliquo. *Id. pro Arch.* c. 6. Tenebat totam Hortensiorum domum devinctam consuetudine. *Id. pro Quint.* c. 12. Inductus consuetudine et familiaritate, fecit societatem, &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 6. Est mihi domesticus usus, et consuetudo cum aliquo. *Id.* 2. *Fam.* ep. 1. Carere fructu dulcissimæ consuetudinis alicujus. *Id. Attic.* l. 1. ep. 15. *ad fin.* Multa et jucunda consuetudine conjuncti inter nos sumus. *Id. in Pison.* c. 28. Dare se alicui in consuetudinem. *Id.* 4. *Fam.* ep. 13. *ad fin.* Insinuare se in consuetudinem alicujus. *Id. pro Cluent.* c. 13. Immergere se penitus in consuetudinem alicujus. *Id. Fam.* 13. ep. 23. Facere alicui consuetudinem cum aliquo. *to introduce to the society of. Id.* 2. *Phil.* c. 15. Permanere in eadem amicitiæ consuetudine. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 1. *ad fin.* Ad aliquam consuetudinem quempiam adducere. *to introduce to an acquaintance with. Cic. Fam.* 4. ep. 13. Consuetudo epistolarum. *epistolary intercourse, correspondence by letter. Id. in Orat.* c. 10. Consuetudo victus. *h. e.* convictus. ¶ Adhibetur et in re turpi. *Terent. Andr.* 2. 6. 8. *Liv.* l. 39. c. 9. *Justin.* l. 8. c. 6. *Curt.* l. 4. c. 10. *ad fin.* &c. *illicit intercourse.* ¶ Item ad significandum honestum convictum conjugalem. *Sueton. in Ner.* c. 35. Octaviæ consuetudinem cito aspernatus, corripientibus amicis, sufficere illi debere dixit uxoria ornamenta. *the company of Octavia.* ¶ Differunt *mos,* et *consuetudo,* ut ex *Varr.* et *Festo* docet *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 8. Nam *mos* est institutum patrium (sive ad sacra pertineat, ut ait *Fest.* sive ad alia quælibet) cujus usus seu cultus perseverans consuetudinem facit. Quare mos præcedit, ut causa, consuetudo sequitur. Hinc apud JCtos consuetudo est jus moribus constitutum, *Julian. Dig.* lib. 1. tit. 3. leg. 32. quæ proinde vim legis obtinere debet, *Callistrat. ibid.* leg. 38. Hoc sensu aliquando conjunguntur, ut in veteri edicto Censorum apud *Sueton. de clar. Rhetorib.* c. 1. Quæ præter consuetudinem, ac morem majorum fiunt. et *Cic.* 1. *Offic.* c. 41. Contra morem consuetudinemque civilem facere. et *pro Cluent.* c. 35. Non mos consuetudoque servata. *Id.* 1. *Offic.* c. 32. *ad fin.* Plerumque parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moremque deducimur. ¶ Alii ita distinguunt, ut *mos* spectetur præcipue in vitæ institutis, *consuetudo* tum in vita, tum in ceteris rebus omnibus. Sed ne hoc quidem perpetuum est.

CONSUETUS, a, um, particip. *accustomed, wont, in the habit of, habituated, inured,* qui consuevit aliquid facere. *Pacuv.* apud *Cicer.* 2. *Tusc.* c. 21. Qui consuetus in armis ætatem agere. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 1. Populus si perperam est consuetus, corrigere se ipse debet. *Colum.* l. 1. c. 8. Genus mancipiorum consuetum campo, circo, theatris, aleæ. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 3. Capellæ una consuetæ. ¶ Obsceno sensu de eo qui turpem consuetudinem habuit, adhibetur a *Plauto Amph.* 5. 1. 70. Is se dixit cum Alcumena clam consuetum cubilibus. *had illicit intercourse with.* Adde *Asin.* 3. 3. 113. et *Capt.* 4. 2. 87. ¶ Est etiam adjectivum, et dicitur de re, cui quis consuevit, solitus, usitatus, *usual, accustomed, ordinary, to which one is used or accustomed,* εἰθὰς, ἐθημος. *Virg. Georg.* 4. v. 429. Proteus consueta petens e fluctibus antra. *Sallust. in Jug.* c. 19. Animum a consueta lubidine continuit. *Ovid. Heroid.* ep. 20. *extr.* Epistola clausa sit fine consueto sibi. *Id.* 11. *Metam.* v. 637. Verba cuique consuetissima. *Terent. Andr.* 1. 1. 108. Consuetus amor. *Juvenal.* sat. 5. v. 74. Vin' tu consuetis audax conviva canistris Impleri? *Sallust. in Jug.* c. 87. Omnes labores, pericula consueta habere. *to be inured to every species of fatigue.*

CONSUL, ŭlis, m. *a Consul, one of the supreme magistrates amongst the Romans,* ὕπατος, summus apud Romanos, post exactos Reges, magistratus, a Junio Bruto introductus A. U. 245. Duo viri fuere æquali potestate, quos penes omnis reipublicæ tum belli tum pacis administratio ac jus fuit. Creati sunt primo e Patriciis, qui soli auspicia habere credebantur: sed post bellum Gallicum, reclamante Plebe, alter eorum Plebeius creari cœptus est. Eorum imperium annuum fuit. Creabantur autem priusquam veteres Consules suum annum finirent, Comitiis centuriatis, per eosdem Consules veteres, alterum, ambosve, vel per Interregem, aut Dictatorem: et dicebantur *designati* donec magistratum inirent, quod fere cal. Jan. fiebat. Insignia Consulatus fuere eadem, quæ Regum, trabea, prætexta, scipio eburneus, sella curulis, et duodecim lictores cuique, qui totidem fasces virgarum cum securibus præferebant. Ætas petendi honorem eum erat annus quadragesimus secundus, lege Annali: quo anno qui obtinuisset, dicebatur Consul factus *anno suo:* sed inibat anno sequenti. Ab eorum nomine numerus annorum signabatur: ita ut seriem consulum scire opus esset, si quo anno quippiam gestum fuisse intelligi vellet. *Cic. in Bruto,* c. 43. *ad fin.* Cum ipse esset Q. Cæpione consule natus, et C. Lælio. *in the consulship of,* &c. *Id. pro Arch.* c. 3. Romam venit Mario consule et Catulo. *Id.* 5. *Attic. ep. ult.* Profert senatus consultum Lentulo Philippoque consulibus. et l. 1. ep. 2. L. Julio Cæsare C. Marcio Figulo consulibus filiolo me auctum scito. *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 13. leg. 1. Editiones sine die et consule fieri debent. *h. e.* non adscripto die et anno. *no day or year being specified. Martial.* l. 8. epigr. 45. Amphora centeno consule facta minor. *h. e.* quæ habet centum annos. ¶ Dicti sunt *consules,* a *consulo, is,* vel qua significat consultare, deliberare, vel qua significat providere, vel qua significat judicare, statuere. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 14. et apud *Non.* cap. 1. n. 91. *C. Carbo* apud *Cic.* 2. *de Orat.* c. 39. et *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) Sed prior etymologia propior vero est. Cum enim regiam omnino potestatem primi consules haberent, populari vocabulo se nominari placuit, ut non suo arbitrio rempublicam administrare, sed de Senatus populique consilio ac voluntate regere viderentur. ¶ *Majorem consulem* (inquit *Fest. in litt. M.*) L. Cæsar putat dici vel eum, penes quem fasces sint, vel eum, qui prior factus sit. Porro fasces duodecim, licet amborum consulum essent, alternis tamen mensibus alterutri præferebantur, uti colligitur ex *Liv.* l. 2. c. 1. et lib. 8. c. 12. *ad fin. Sueton. in Cæs.* c. 15. et *Gell.* l. 2. c. 15. scilicet ne terror plebi duplicaretur. Ceterum *major consul* etiam censebatur, qui plures, quam collega, liberos haberet, aut qui maritus, collega cælibe, aut, qui major natu esset. *Gell. ibid.* ¶ *Consul ordinarius* dicebatur, qui principio anni magistratum occipiebat: *a consul who, after the suppression of liberty, entered on his office on the first of January, but continued in it longer or shorter according to the pleasure of the Emperor.* nam qui medio anni cursu in mortui loco succedebant, dicebantur *suffecti: substituted consuls:* et pares quidem potestate erant, non tamen dignitate. Nam ab ordinarii nomine anni designabantur, non a suffecti. *Senec.* 3. *de Ira,* c. 21. *Sueton. in Cæs.* c. 76. et 80. et *in Domit.* cap. 2. *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *ad fin.* et *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 43. ¶ Inter suffectos consules fuit *Plinius Secundus,* qui ob id panegyricum Trajano scripsit. ¶ Aliquando hoc nomen aliis etiam magistratibus tributum est. *Plin.* l. 7. c. 43. L. Fulvius consul Tusculanorum. *Auson. in Urbib. epigr. ult.* v. 39. Diligo Burdigalam, Romam colo: civis in hac sum, Consul in ambabus. *Al. aliter leg.* In veteri Inscript. apud *Gruter.* pag. 429. n. 9. memoratur Consul Barcinonensis. et pag. 351. n. 5. Consul Coloniæ Astigitanæ. ¶ Cum com-

pendiario scribitur fere COS. in singulari num. scribitur COSS. in plurali. Veteres enim *n* litteram sæpe omittebant, ut in *foresia, tago, pago, resurges, tosus, Hortesia,* &c. Eadem ratione Mess. *h. e.* menses et in veteri Lapide apud *eund.* pag. 556. n. 1.

CONSULĀRIS, re, adject. *of or belonging to a consul, consular,* ὑπατικὸς, ὑπατεύσας, ad Consulem, vel Consulatum pertinens. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 1. Consulare officium. *Id.* 5. *Phil.* c. 17. *extr.* Consularis ætas. *h. e.* qua licet consulatum petere. V. *Consul. Id. pro Dom.* c. 9. *ad fin.* Consulares provinciæ. *h. e.* quæ dantur administrandæ Consulibus, vel tempore Consulatus, vel postquam magistratu abierint. (De his exstat integra *Ciceronis* oratio) *Sallust. in Catil.* c. 58. Consulare imperium. *Plin.* l. 30. c. 7. *ad fin.* Consularis domus. *h. e.* in qua aliquis Consul fuit. *Id.* l. 18. c. 11. Via Consularis. *h. e.* publica, quæ etiam *Prætoria* dicitur, ut *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 8. leg. 2. docet. *Martial.* l. 7. epigr. 78. Consulare vinum. *h. e.* quod habet nomen Consulis, quo conditum est. *Vellei.* l. 2. c. 68. Consularibus armis oppressus. *h. e.* exercitu, cui Consul præfuit. et cap. 92. Consularis vindicta. *h. e.* quæ sumitur a Consule. *Horat.* l. 2. od. 16. v. 9. Consularis lictor. ¶ *Consulares fasti* sunt in quibus nomina consulum per ordinem describuntur. *Spartian. in Ælio Vero,* c. 5. *extr.* ¶ *Consularis vir,* et *Consularis* absolute est, qui aliquando consul fuit. *a man of consular dignity, who has been consul.* [Id locum habuit primo et secundo Christi sæculo, non tamen tertio et quarto, nam, ut probat *Marinius Fratr. Arval.* pag. 794. et 800. et apud Scriptores Latinos, et in Inscriptionibus plures consulares legere est, qui vel ex familia, in qua honor consulatus fuerit, vel inter consulares adlecti, ex Imperatorum privilegio, fuerunt. ¶ *Consulares aquarum* dicebantur illarum curatores, ut ex pluribus Inscription. arguit *id. Marinius ibid.* pag. 806.] *Nepos in Annib.* c. 12. Ut legati Prusiæ apud L. Quintium Flamininum consularem cœnarent. *Cic. Fam.* 12. ep. 4. Egregios consules habemus, sed turpissimos consulares. *Sallust. in Catil.* c. 57. Consulares omnes itemque Senatus magna pars. ¶ *Consulares feminas* dicimus consularium uxores. Adjicit *Saturninus* et matres: quod nec unquam relatum est, nec unquam receptum. Ita *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 9. lege 1. ¶ *Consularia ornamenta,* aut *insignia,* et *consularia* absolute erant insignia consularis dignitatis, quæ Imperatores interdum nonnullis concedebant, licet consules nunquam fuissent. *the insignia worn or carried by the consuls. Sueton. in Cæs.* c. 76. Decem prætoriis viris Consularia ornamenta tribuit. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 4. Adduntur Primo Antonio Consularia, Cornelio Fusco Prætoria insignia. ¶ *Consulares legati,* aut *judices* dicuntur, qui consularem potestatem ab Imperatoribus accipiunt (sive fuerint consules, sive non) qua legati *h. e.* rectoris alicujus provinciæ, aut judicis munere funguntur. De his *Spartian. in Adrian.* c. 22. Hujus generis sunt, qui in plurimis Inscriptionib. leguntur apud *Gruter.* et *Reines.* Consularis Æmiliæ, Consularis Campaniæ, Siciliæ, Tusciæ, &c. nempe earum provinciarum rectores cum potestate, et ornamentis consularibus.

CONSULARĬTAS, atis, f. dignitas Consularis viri. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 6. *Cod. Theodos.* tit. 19. Qui Consularitatis functi sunt dignitate. *h. e.* qui Consulares alicujus provinciæ fuerunt.

CONSULARĬTER, *like a consul,* ὑπατικῶς, more Consulis, vel ut Consulem decet. *Liv.* l. 4. c. 10. *extr.* Quinque Consulatus eodem tenore gesti, vitaque omnis consulariter acta, verendum pæne ipsum magis, quam honorem faciebant.

CONSULĀTUS, us, m. *the office of consul, consulship or consulate; also the time of his office,* ὑπατεία, Consulis munus ac dignitas: itemque tempus, quo quis Consul est. *Cic. pro Planc.* c. 25. Honorum populi finis est consulatus: quem magistratum jam octingenti fere consecuti sunt. *Id.* 7. *Fam.* ep. 3. Qui toto suo consulatu somnum non viderit. ¶ Consulatum sperare, cogitare, petere, adipisci, obtinere, inire, gerere, suscipere: consulatu perfungi, abdicare se, abire, &c. *Ciceronis* sunt, *Livii, Cæsaris, Nepotis,* &c.

CONSULCO, as, a. 1. *Consulcare frontem* est corrugare. In suppositis *Plauti Bacch.* scena, quæ incipit: *Mirum hodie,* v. 2. Ronchos cient, consulcant frontem, et ore concrepario frequenter fremunt.

CONSŬLO, lis, ului, ultum, a. 3. *to consult, deliberate,* βουλεύομαι, consulto, delibero: a *con,* et *salio,* ut proprie dicatur, cum plures eadem de re, quasi consilientes, sententias et consilia sua conjungunt. *Liv.* l. 21. c. 16. Ut tot uno tempore motibus animi turbati trepidarent magis, quam consulerent. *Sallust. in Catil.* c. 50. Ira, aut misericordia impulsum, male consulere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 83. Bis repulsi Galli, quid agant, consulunt. ¶ *Consulto opus est* apud *Sallust. in Catil.* c. 1. et *Curt.* l. 10. c. 6. significat rem egere consilii, ac deliberationis: *the matter requires consideration.* ¶ Cum ablat. et *de* præposit. *Cic. pro Sull.* c. 22. Neque ego tantum fraterno amori dandum arbitror, ut quisquam de salute suorum consulat, communem relinquat. ¶ Consulere in medium, *Virg. Æn.* 11. v. 335. et *Liv.* l. 26. c. 12. Et, in commune, *Terent. Andr.* 3. 3. 16. Et, in publicum, *Plin.* l. 9. ep. 13. *ad fin.* Et, in unum, *Tacit.* 1. *Hist.* c. 68. significant in commune bonum sententiam proferre, et quod omnibus utile sit, deliberare. *to provide for the common good.* ¶ Consulere aliquid est in consultationem adducere, examinare, cognoscere consilii capiendi causa, *to deliberate upon, handle, discuss, treat, sift, search, examine. Liv.* l. 2. c. 28. Eam rem ad Patres deferunt: sed delatam consulere ordine non licuit. adeo tumultuose excepta est clamoribus, &c. *Virg.* 11. *Æn.* v. 343. Rem nulli obscuram, nostræ nec vocis egentem Consulis, o bone Rex. *Plaut. Mostell.* 5. 1. 43. Est consulere quiddam quod tecum volo. *Id. Pers.* 5. 2. 63. Certo illi homines mihi nescio quid mali consulunt, quod faciant. *are scheming, contriving.* ¶ Quia vero postquam consultaveris, judicare opus est, ac statuere, etiam hunc sensum *consulo* habet, *to form an opinion, judge, decide,* uti diserte *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) et *Festus* docent. Hinc est illud *boni consulere,* hoc est bonum judicare, bonum esse putare, atque adeo in bonam partem accipere, *to take in good part. Quintil. loc. cit.* Sit ne consul a consulendo, an a judicando: nam et hoc consulere veteres appellaverunt: unde adhuc remanet illud: *Rogat, boni consulas,* idest bonum judices. *Ovid. ex Pont.* ep. 8. *extr.* l. 3. Quæ quamquam misisse pudet, quia parva videntur: Tu tamen hæc, quæso, consule missa boni. *Plin. sub init.* l. 33. Quærebat argentum avaritia: boni consuluit interim invenisse minium. *took in good part. Cato* apud *Gell.* l. 10. c. 3. Ea ne fieri bonis bono genere gnatis, boni consulitis? *do you approve? do you esteem it right? Apul.* l. 8. *Metam.* boni, et optimi consulere *dixit.* ¶ Hinc etiam est *male de aliquo,* vel *in aliquem consulere,* addito interdum accusat. communi, hoc est statuere, decernere aliquid, quod ei incommodum sit: et metonymice animadvertere, punire, male tractare. *Liv.* l. 30. c. 43. *extr.* De perfugis gravius, quam de fugitivis consultum: nominis Latini qui erant, securi percussi: Romani in crucem sublati. *severer measures were taken with. Id.* l. 45. c. 8. In secundis rebus nihil in quemquam superbe ac violenter consulere decet. *Tacit. in Agric.* c. 16. Consulere arroganter in deditos. *Terent. Heaut.* 3. 1. 28. Pessime istuc in te, atque in illum consulis, si, &c. *Cœl. ad Cicer. post* ep. 9. l. 10. *ad Attic.* Per liberos te oro, ne quid gravius de salute tua consulas. *do not take any desperate measures. Justin.* l. 1. c. 7. et l. 5. c. 3. Consulere crudeliter in aliquem. *Sallust. in Fragm.* l. 1. *Histor.* apud *Augustin.* l. 2. *de Civ. Dei,* c. 18. Servili imperio Patres plebem exercere, de vita atque tergo regio more consulere. *h. e.* necare, aut virgis cædere, tanquam si reges essent. ¶ Cum dativo significat habere rationem, et curam alicujus rei, tueri, providere, prospicere, *to provide for, take care of, look to, consult, regard, respect. Cic.* 1. *Offic.* c. 25. Qui parti civium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem. *Id. Fam.* 11. *ep. ult.* Consulere dignitati suæ. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 9. commodis et utilitati alicujus, salutique servire. *Id.* 2. *Phil.* c. 2. famæ. *Id.* 4. *Fam.* ep. 9. *extr.* temporibus, incolumitati, et vitæ et fortunis suis. *Nepos in Epamin.* c. 10. Male in aliqua re patriæ consulere. *Cic.* 3. *Verr.* c. 58. *ad fin.* Consulere ac prospicere, ut &c. *Id.* 2. *Fam.* ep. 18. *extr.* Consulere otio posteritatis. *h. e.* providere ut posteritas otio fruatur. *Cæs.* 3. *B. Civ.* c. 69. receptui. *to provide for a retreat. Id. ibid.* l. 1. c. 69. timori magis, quam religioni perterritus miles consuluit. *paid more regard to fear than the oath by which they were bound. Id.* l. 7. *B. Gall.* c. 12. Legati venerunt oratum, ut sibi ignosceret, suæque vitæ consuleret. *that he would spare their lives. Colum.* l. 4. c. 24. Vinitor tria præcipue custodiat: primum, ut quam maxime fructui consulat, &c. *have regard or attention. Id.* l. 3. c. 2. At ubi vino consulitur, vitis eligitur, quæ et in fructu valet, et in materia. *Justin.* l. 6. c. 6. Consulere laboribus Græciæ et internecivis odiis. *h. e.* efficere, ut Græcia laboribus, et calamitatibus levetur, et odia bellorum tollantur. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 22. Consulere quieti urbis. *Id.* 2. *Ann.* c. 26. Romanæ ultioni consultum est. *h. e.* effectum, ut ulcisci posset. ¶ *Consulere saluti suæ,* et *consulere sibi,* et *consulere rebus suis,* sæpe dicitur in extremis periculis, et re desperata, cum quis omnia facit sui unius tuendi causa, relicta aliorum cura, *to provide for one's own safety.* Exempla habes apud *Cæsar.* l. 7. *B. Gall.* c. 66. et l. 6. c. 30. et alibi, et apud *Nepot. in Attic. c. pænult.* et in *Lysand.* c. 2. et *Liv.* l. 29. c. 7. &c. Simile est *sibi consilium capere* apud *Cæs.* V. *Consilium.* ¶ *Tibi consultum optime esse volo,* apud *Terent. Phorm.* 1. 3. 1. est omnia cupio tua causa. Adde *Trajan. ad Plin.* lib. 10. epist. 106. ¶ Quod *Plaut.* dixit *Bacch.* 3. 6. 36. Occiperes tute amare, et me ires consultum male; τὸ *me* pro *mihi* positum est, quemadmodum antiquos consuevisse, monet *Festus.* ¶ Illa quoque ad prospiciendum et providendum pertinent *Liv.* l. 22. c. 29. Eum primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit. *Justin.* l. 2. *c. ult.* Sapienter in rem consulere. *Terent. Heaut.* 5. 2. 10. Vidi, te, suavia in præsentia quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem. *provide for the future. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 51. Legatus agere ad præscriptum, imperator ad summam rerum consulere debet. ¶ Cum accusativo personæ est consilium petere, *to ask the opinion or advice of any one; to consult,* συμβουλεύομαι. *Cic.* 9. *Fam. ep. ult.* Quid ergo faciam? te consulo, qui philosophum audis. *Id. ad Brut.* ep. 4. Quod me de Antonio consulis; puto &c. *Id.* 2. *de Divin.* c. 4. Num quis haruspicem consuluit, quemadmodum sit cum amicis vivendum? *Id.* 2. *de Leg.* c. 16. De quo cum consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas religiones, &c. *Id.* 1. *de Divin.* c. 17. Id posset ne fieri, consuluit. *Sueton. in Aug.* c. 94. Consulere Mathematicos. *to consult, question on subjects of futurity.* et *in Tiber.* c. 63. haruspices. *Ovid. Metam.* 11. v. 412. sortes. *to cast lots in order to ascertain,* &c. quod *Cæs.* dixit l. 1. *B. Gall. cap. pænult.* Consulere sortibus de aliquo. *Virg. Æn.* 4. v. 64. spirantia consulit exta. *h. e.* inquirit in extis, quid dii portendant. *examines, searches to see what they portend.* ¶ Et addito altero accusativo, *Plaut. Men.* 4. 3. 26. Ibo, et consulam hanc rem amicos. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 20. Nec te id consulo. ¶ Pertinet sæpe hoc sensu ad JCtos, quos consulere dicimur, cum ex iis juris rationem sciscitamur, *to consult, advise with. Cic. Fam.* 7. ep. 11. *ad Trebat. JCtum.* Consuli quidem te a Cæsare scribis: sed ego tibi ab illo consuli mallem. (ubi utramque sciscitandi juris, et prospiciendi significationem festive conjunxit) *Id.* 3. *Verr.* c. 46. Quam inanes domus eorum, qui de jure civili consuli solent. *Liv.* l. 39. c. 40. *de Catone.* In pace, si jus consuleres, peritissimus. *h. e.* si eum de jure consuleres. ¶ Hinc *qui consuluntur* sunt ipsi JCti. *Cic.* 1. *de Leg.* c. 4. *ad fin.* Quid autem tam exiguum, quam est munus hoc eorum, qui consuluntur? Adde *pro Quint.* c. 16. ¶ *Licet consulere?* formula erat adeuntium Jurisconsultos juris consulendi causa, vel petentium, ut jus suum persequi liceret, judicioque experiri. *Cic. pro Mur.* c. 13. Itaque non modo beneficii collocandi spem, sed etiam illud, quod aliquandiu fuit, *licet consulere?* jam perdidistis. *Horat.* huc spectasse videtur sat. 3. l. 2. v. 192. Ergo consulere, et mox respondere, licebit? Consule. ¶ Aliquando ponitur pro simplici interrogare, quærere sola sciendi causa. *to ask, interrogate. Sueton. in Aug.* c. 99. Versum compositum ex tempore pronuntiavit, conversusque ad Thrasyllum, interrogavit, cujusnam putaret esse, quo hæsitante, subjecit alium: de hoc quoque consuluit. *Petron. in Satyr.* c. 88. Consulere prudentiorem cœpi ætates tabularum. *to ask of one more competent to determine.* ¶ *Consuli* populus dicebatur, cum solemni illa formula, *Velitis, jubeatis,* rogabatur, utrum vellet, juberet aliquid fieri. *Festus in Rogatio.* Rogatio est, cum populus consulitur de uno pluribusve hominibus, &c. *Cic. pro Mil.* c. 7. Nihil de ejus morte populus consultus, nulla quæstio decreta a Senatu est. *no opinion was asked of the people.* ¶ Translate *Martial.* l. 9. epigr. 60. Consuluit nares, an olerent æra Corinthum. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 136. quod quamque decebit, Eligat et speculum consulat ante suum. et lib. 1. v. 251. Consule de gemmis, de tincta murice lana, Consule de facie, corporibusque diem. *h. e.* lucem exspecta, ut de gemmis, &c. judices. *Quintil.* l. 10. c. 2. In suscipiendo onere vires suas consulere. *h. e.* videre num satis virium habeas. ¶ *Consuliturus* barbarismus est apud *Venant. Fortun.* l. 8. carm. 4. *post med.* [¶ Cum dativo personæ et accusativo rei. *Fronto ad Amic.* l. 2. ep. 6. Nec melius aut mihi posteritatem, aut meæ filiæ in omnem vitam consulere potui, quam cum talem mihi generum illis moribus, tantaque eloquentia elegi.]

CONSULTĀTĬO, onis, f. *a consultation, deliberation; an asking of advice,* συμβουλὴ, συμβούλευσις, actus consultandi, hoc est consilii petendi. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 4. *ad fin.* Ego navem paravi: tuas litteras tamen exspecto, ut sciam, quid respondeant consultationi meæ. *Terent. Hecyr.* 4. 4. 28. Nulla tibi, Pamphile, hic jam consultatio est. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 25. *extr.* Res venit in aliquam consultationem. ¶ Apud Rhetores est quæstio infinita, *a general and indefinite question or argument; a position,* θέσις. *Cic. in Partit.* c. 2. Quæstio quasnam habet partes? C. P. Infinitam, quam consultationem appello, et definitam, quam causam nomino. Adde 3. *de Orat.* c. 28. ubi idem docet. ¶ Apud JCtos est quæstio, seu facti species, quæ juris perito proponitur decidenda, *a case. Cic. in Top.* c. 17. *extr.* Jurisperiti copiose de consultationibus suis disputant. *Modestin. Dig.* lib. 31. leg. 35. Respondit, ex verbis consultationi insertis, Mævium, &c. ¶ Similiter consultationes dicuntur, quæ a Magistratibus aliquid de jure dubitantibus referuntur ad Imperatores. *Ulpian. Dig. lib. et* tit. 4. leg. 11. Prætor quia dubitabat, ad Imperatorem Severum retulit: ad quam consultationem rescripsit, &c.

CONSULTĀTOR, oris, m. qui consultat, hoc est petit consilium ab aliquo. *Pompon.* lib. 1. *Dig.* tit. 2. leg. 2. *post med.* Ceteri adhuc in latenti jus civile retinere cogitabant, solumque consultatoribus, potius quam discere volentibus se præstabant.

CONSULTATORĬUS, a, um, adject. ad consultandum pertinens. *Hostia consultatoria,* apud *Macrob.* l. 3. *Saturnal.* c. 5. est, qua voluntas deorum per exta disquiritur. Est qui legit *consultoria* eodem sensu.

CONSULTĀTUS, a, um, *discussed, deliberated upon,* consultando deliberatus. *Sil.* l. 6. v. 455. Consultata S

natus. Gell. l. 1. c. 23. Cum in Senatu res major quæpiam consultata est.

CONSULTE, adverb. *wisely, prudently, considerately, advisedly*, ἐκ προνοίας, consulto, provide. Plaut. Rud. 4. 7. 14. Qui consulte, docte, atque astute cavet. Tacit. Hist. l. 2. c. 24. Avidius, quam consultius properare. Liv. l. 22. c. 24. Ferocius, quam consultius rem gerere. Capitolin. in Pertin. c. 7. Annonæ consultissime providit. Spartian. in Adriano, c. 2. Diu detentus, fractoque consulte vehiculo tardatus. *on purpose.*

CONSULTO, adverb. *wisely, considerately, prudently, designedly, on purpose*, ἐκ προνοίας sapienter, considerate, cogitato, quasi petito consilio, et re consulta. Cic. 1. de nat. Deor. cap. 31. Sunt qui existiment, quod ille inscitia plane loquendi fecerit, fecisse consulto. Id. 1. Offic. c. 8. extr. Utrum perturbatione aliqua animi, an consulto et cogitato fiat injuria. Cæs. l. 5. B. Gall. c. 36. Longior consulto ab Ambiorige instituitur sermo.

CONSULTO, as, avi, atum, a. 1. *to ask advice, consult*, συμβουλεύομαι, frequentativum a consulo, consilium peto, quæro. Plaut. Mil. 4. 3. 4. Quid me consultas, quid agas? Plin. in Paneg. c. 76. ad fin. Consultare aves, revererique numinum monitus. Tibull. l. 1. el. 4. v. 77. me, qui spernentur amantes, Consultent. cunctis janua nostra patet. ¶ Item consulo, provideo, prospicio, *to take care, provide, look to.* Sallust. in Catil. c. 6. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum, reipublicæ consultabant. Aurel. Vict. de Cæsarib. c. 15. extr. Maribus frustratus, filiæ viro reipublicæ consultavit. ¶ Item consilia confero, delibero, *to advise, consult, deliberate*, quod est mutuo consilium petere. Cæs. l. 5. B. Gall. c. 51. Incommodo illo de Sabini morte perlato, omnes fere Galliæ civitates de bello consultabant. Cic. 1. Offic. c. 3. Tum autem aut anquirunt, aut consultant, conducat id, nec ne, &c. Id. 16. Attic. ep. 8. Consultabat, utrum Roma proficisceretur, an, &c. Id. 3. Offic. c. 2. Deliberare, et consultare de officio. Tacit. 2. Hist. c. 37. Consultare in medium. Plin. lib. 6. epist. 16. in commune. ¶ *Consultare aliquid* est consultando examinare, perpendere. Gell. l. 1. c. 3. Multa cum animo meo ad casum tam ancipitem consultans. ¶ *Consultatus est* deponentis forma pro consultavit, h. e. consilium petiit, est Tertull. advers. Hermog. c. 18. ex Isaiæ 40. 14.

CONSULTOR, oris, m. *one who asks counsel or advice; a client*, συμβουλευόμενος, qui consultat, hoc est consilium petit: et fere dicitur de iis, qui JCtos consulunt. Cic. pro Balbo, c. 20. Scævola juris peritissimus, cum de jure prædiatorio consuleretur, consultores suos nonnunquam ad prædiatores rejiciebat. Id. pro Mur. c. 9. sub fin. Respondere consultoribus. Horat. l. 1. sat. 1. v. 9. Agricolam laudat juris legumque peritus, Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat. Lucan. l. 5. v. 187. Consultor dei. h. e. qui oraculum consulit. ¶ Item qui consulit, hoc est consilium dat, *a counsellor, adviser, counsel*, σύμβουλος. Hinc proverb. apud Varr. l. 3. R. R. c. 2. Malum consilium consultori est pessimum. et Tacit. 6. Ann. c. 10. Sua exempla in consultores recidunt. et Sallust in fragm. in Orat. Philippi contra Lepid. Prava incepta consultoribus noxæ sunt. Gell. l. 4. c. 5. tradit, originem hujus proverbii ex eo ductam esse, quod cum in quodam prodigio Romæ expiando acciti Etrusci, contrariis religionibus data opera procurassent, proditi et delati ad populum, necati fuere. ¶ Translate Sallust in Jug. cap. 68. Cupido et ira pessimi consultores.

CONSULTORIUS, V. Consultatorius.

CONSULTRIX, icis, f. *she that provides*, quæ consulit, hoc est prospicit. Cic. 2. de nat. Deor. c. 22. ad fin. Natura non artificiosa solum, sed plane artifex a Zenone dicitur, consultrix, et provida utilitatum, opportunitatumque omnium.

CONSULTUM, i, n. *a decree, statute, ordinance*, γνώμη, decretum, constitutio consultando statuta. Cic. Phil. 14. c. 13. Atque utinam hi omnibus abstergere fletum sententiis nostris consultisque possemus. h. e. Senatusconsultis, de quib. V. suo loco. Horat. l. 1. ep. 16. v. 40. vir bonus est quis? Qui consulta Patrum, qui leges, juraque servat. Gell. l. 1. c. 23. extr. Senatus consultum facit, uti posthac, &c. ¶ Sunt etiam *consulta* ipsa consilia, *counsel, advice.* Tacit. 1. Ann. c. 40. Satis superque mollibus consultis peccatum. Id. 6. Ann. c. 6. Sævitia, libidine, malis consultis animus dilaceratur. Sil. l. 7. v. 560. Consulta pacata. ¶ Item consultationes, h. e. consilii petitiones. Tacit. 2. Hist. c. 4. Titus Veneris oraculum de se, et per ambages interrogat. Sostratus sacerdos, ubi læta et congruentia exta, magnisque consultis annuere deam videt, &c. ¶ Inter *consulta*, et *decreta* hoc videtur esse discrimen (tametsi non perpetuum) quod illa sint, quæ de plurium sententia statuuntur; hæc quæ quis solus sine aliorum consilio. Sallust. in Jug. c. 11. Oportere quinquennii consulta, et decreta omnia rescindi.

CONSULTUS, a, um, *decreed*, συμβουλευόμενος, consultando constitutus, consulto decretus. Stat. l. 1. Achill. v. 81. ratus ordo deis, miscere cruentas Europæque, Asiæque manus, consultaque bella Jupiter, et tristes edixit cædibus annos. ¶ Item consultando examinatus, perpensus, consilio discussus, *debated, discussed, considered, weighed.* Cic. l. 2. ad Attic. ep. 16. ad fin. Nondum meas litteras legerat, quibus ad eum, re consulta et explorata, perscripseram. Id. l. 1. de Orat. c. 58. ad fin. Quamquam ipsi omnia, quorum negotium est, consulta ad nos et exquisita deferunt. Id. 2. de Fin. c. 32. a med. Si prima quæque ab eo consulta atque facta, ipsius oblivione obruerentur. Ovid. 1. de ar. am. v. 461. Verba consulta. *set speech.* Al. rectius leg. *consueta.* Sallust. in Jug. c. 97. Omnia non bene consulta in virtutem trahebantur. Plaut. Mil. 3. 1. 6. Bene consultum inconsultum est, si inimicis sit usui. γνώμη. ¶ Item interrogatus, vel consilium rogatus, *asked, interrogated, consulted.* Sallust. in Jug. c. 66. Senatus de provinciis consultus Numidiam Metello decreverat. Curt. l. 10. c. 6. Alexander consultus cui regnum relinqueret. Sueton. in Aug. c. 18. Consultus, num et Ptolemeum inspicere vellet. Id. ibid. c. 65. Neque adiri a quopiam, nisi se consulto, permisit. *without his permission; without his knowledge.* Id. in Ner. c. 40. Consulto Delphis Apolline. Id. in Domit. c. 16. Consultus haruspex de fulgure. ¶ Quia vero Juris professores sunt, qui præ ceteris adiri et consuli solent, consilii petendi causa, hinc *consultus juris*, et *consultus* absolute significat peritum in scientia juris, *one learned or practised in the law, a lawyer*, δικανικός, νομικός. Horat. de ar. poet. v. 369. Consultus juris, et actor causarum. Cic. pro Cæcin. c. 27. Ita justus et bonus vir est, ut natura, non disciplina consultus esse videatur. Id. in Bruto, c. 40. Consultorum alterum (Scævolam) disertissimum, disertorum alterum (Crassum) consultissimum fuisse. Horat. l. 1. sat. 1. v. 16. eris tu, qui modo miles, Mercator: tu consultus modo, rusticus. Adde Ovid. 1. de ar. am. v. 83. ¶ Item doctus, peritus in aliis facultatibus. *knowing, skilled, skilful.* Horat. l. 1. od. 34. v. 2. Insanientis sapientiæ consultus. *skilled in the mad philosophy, &c.* Liv. l. 10. c. 22. Juris atque eloquentiæ consultus. Tertull. advers. Marcion. l. et cap. 2. Consultiores sibimet videntur Deo. *they imagine themselves wiser than the Deity.* ¶ Item omnium consilio probatus. Petron. in Satyr. c. 88. Ubi sapientiæ consultissima via? ¶ *Consultum est mihi*, h. e. ego scio, compertum est mihi. Plaut. Rud. 1. 4. 6. Neque eam usquam invenio; neque quo eam, neque qua quæram, consultum est. ¶ *Consultius est*, melius est. Paul. Dig. lib. 2. tit. et leg. 15. Consultius est huic pœnalem quoque stipulationem subjungere. ¶ *Consulto consilio, consulta opera*, idem est quod certo consilio, dedita opera. Prius est Pauli lib. 1. Sent. tit. 10. alterum Gellii extremo lib. 6. ¶ In illo Lucretii l. 2. v. 97. Partim intervallis magnis consulta resultant; τὸ *consulta* quidam exponunt coacta, quasi consiliendo calcata. Alii vero aliter legunt.

CONSUMMABILIS, le, adject. *that may be perfected*, qui consummari potest. Seneca ep. 92. a med. Ratio in diis consummata est, in nobis consummabilis. Prudent. Psychom. v. 846. seu consummabilis ævi Perficiat lux plena viros.

CONSUMMATIO, onis, f. *a taking or collecting into one sum; the sum total*, ἀνακεφαλαίωσις, in unam summam collectio. Colum. l. 2. R. R. c. 13. Hac consummatione operarum colligitur, posse agrum ducentorum jugerum subigi duobus jugis boum, totidemque bubulcis, et sex mediastinis. Adde Pompon. Dig. lig. 21. tit. 1. leg. 36. et Plin. l. 4. c. ult. Eleganter Celsus. l. 1. c. 3. sub fin. Itaque non hæc, sed consummatio omnium nocet. h. e. complexus omnium simul. ¶ Item perfectio, absolutio, *a finishing, perfecting, completing, accomplishing, consummation.* συντέλεσμα. Senec. de brevit. vitæ, c. 1. Vita in maximarum rerum consummationem large data est, si tota bene collocaretur. Plin. l. 5. ep. 12. Ut initium novæ liberalitatis esset consummatio prioris. Quintil. l. 6. c. 1. extr. Epilogi, et perorationis nomina ipsa aperte satis ostendunt, hanc esse consummationem orationis. ¶ *Consummatio gladiatorum* apud Plin. l. 8. c. 7. ad fin. est, cum singulare virtutis specimen edunt, propter quod rude donari merentur. Harduin. ¶ *Consummatio primipili* finis ac terminus ejus temporis, quo quis primum pilum ducens militare debuit. Inscript. apud Murator. pag. 799. n. 6. Et prope diem consummationis primipili sui debitum naturæ persolvit. ¶ *Consummatio alvi* apud Plin. l. 26. c. 8. est ejus ciborum confectio, et in excrementa transmutatio. ¶ Præterea apud Rhetores *consummatio* (quæ διαλλαγὴ a quodam Gorgia rhetore appellatur) est, cum plura argumenta ad unum effectum deducuntur: quam Rutilius et Celsus inter schemata posuerunt. Quintil. l. 9. c. 2. sub fin.

CONSUMMATOR, oris, m. perfector. Tertull. l. 4. advers. Marcion. c. 22. Alter initiator veteris Testamenti, alter consummator novi.

CONSUMMATUS, a, um, adject. in unam summam redactus. Colum. l. 5. c. 2. Hoc sexies ducendum est. quoniam sex latera sunt, quæ consummata efficiunt duo millia trecentem, et quadraginta. *summed up.* ¶ Item perfectus, absolutus, *completed, perfected, finished, accomplished*, τέλειος, τετελεσμένος. Colum. l. 3. c. 9. post med. Duo jugera vinearum intra tempus bienni, ex una præcoque vite, insitione facta, consummata. *completely planted.* Id. l. 11. c. 1. ante med. et Senec. ep. 72. Vir consummatæ sapientiæ. Martial. l. 1. epigr. 9. Consummatus Cato. Quintil. in proœm. l. 1. Consummata eloquentia. et l. 10. c. 1. Consummati patroni. l. 1. c. 9. (al. 15.) Opus etiam consummatis professoribus difficile. Plin. l. 2. ep. 7. Consummatissimus juvenis. Plin. alter l. 14. c. 3. Consummatæ artis exempla. Id. l. 10. c. 63. Consummatum virium robur. Lucan. l. 1. v. 336. et lassi Pontica regis Prœlia, barbarico vix consummata veneno. h. e. finita morte Mithridatis, qui se ipsum veneno sustulit. Ulpian. Dig. lig. 2. tit. 15. leg. 8. Consummato anno. *at the close of the year.*

CONSUMMO, as, avi, atum, a. 1. *to add together, collect into one sum, sum up*, ἀνακεφαλαιόω, in summam redigo, summam colligo: a summa. Colum. l. 3. c. 5. ad fin. Is numerus consummat per totum jugerum seminum millia quatuor et viginti. Vitruv. l. et cap. 1. Per arithmeticen sumptus ædificiorum consummantur. ¶ Translate est perficere, absolvere, *to complete, perfect, finish, accomplish, consummate*, ἀποτελέω. Plin. l. 10. ep. 48. sub fin. Quoquo modo consummare opera, ut inchoata sunt. Colum. l. 8. c. 5. Cum primum partum consummaverint, gallinæ incubare cupiunt. et ibid. circa med. Pulli semiformes interimuntur, antequam toti partibus suis consummentur. et cap. 1. Quæ consummant ruris exercendi scientiam. Plin. l. 19. c. 3. ad fin. Annuo spatio radix et caulis consummant se. Senec. in Herc Fur. v. 1039. Consummare sacrum. Senec. alter 3. de Ira, c. 31. dignitatem alicujus. h. e. ad summum apicem evehere. Id. ep. 32. vitam ante mortem. h. e. virtute vitam, moresque perficere. Quintil. l. 10. c. 2. extr. Consummare oratorem. *to make the perfect orator.* Plin. l. 7. c. 43. ad fin. Consummare res maximas. Inscript. apud Donium classe 6. n. 62. D. Ælius D. F. Pal. Januarius monumentum..... Vivus inchoavit ..... heredes cum maceria clusum consummaver.

CONSUMO, is, umpsi, et umsi, umptum, et umtum, a. 3. *to cut up, devour, consume*, ἀναλίσκω, δαπανάω, a con, et sumo, quasi totum simul sumo, absumo, exhaurio: et primo de iis dicitur, quæ ore sumuntur, comeduntur, vorantur. Cic. l. 2. de nat. Deor. c. 60. Agri multa ferunt, quæ vel statim consumantur, vel mandentur condita vetustati. Horat. l. 1. ep. 2. v. 27. et Cæs. l. 6. B. Gall. c. pænult. Consumere fruges, frumenta. Virg. 7. Æn. v. 125. accisis dapibus consumere mensas. Cic. pro Rosc. Amer. c. 2. ad fin. Sperat, se posse, quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundere atque consumere. Id. 1. de nat Deor. c. 36. ad fin. Ibes interficiunt, atque consumunt angues. Scribon. Larg. compos. 140. Filicis Macedonicæ contusæ cum melle, quantum ipse voluerit, consumat. *take, eat.* Terent. Heaut. 3. 1. 56. Sumat, consumat, perdat, decretum est pati. ¶ Hinc translate Valer. Flacc. l. 1. v. 831. Ingenti jacet ore chaos, quod pondere fessam Materiem, lapsumque queat consumere Mundum. *devour, ingulph, gorge, swallow up.* ¶ Est etiam universim conficere, destruere, absumere, *to destroy, consume.* Cic. pro Marcell. c. 4. Nihil est opere, aut manu factum, quod aliquando non conficiat, et consumat vetustas. Ovid. 4. ex Pont. ep. 10. v. 5. consumitur anulus usu. *is worn.* Petron. in Satyr. c. 102. Vestes diutius vinctas ruga consumit. Horat. l. 2. ep. 2. v. 97. plagis hostem consumere. h. e. conficere, interficere. Cæs. l. 2. B. Civ. c. 14. Omnia consumuntur flamma. Justin. l. 5. c. 8. Urbem incendio consumere. Curt. l. 7. c. 8. Ferrum rubigo consumit. *eats.* Id. l. 8. c. 4. Mille militum pestis consumpsit. *cut off.* Vellei. l. 2. c. 90. Hispaniæ Scipiones consumpserunt. h. e. confecerunt, sustulerunt. *proved fatal to.* Tacit. 1. Hist. c. 42. Instans metus vocem consumpsit. h. e. interclusit, ademit. Sil. l. 3. v. 157. Donec iter liquidum, volucri rapiente carina Consumpsit visus. *took away the sight of it.* Plin l. 2. c. 10. Umbræ spatio consumuntur. *become indistinct, die away.* Ovid. Her. ep. 6. v. 163. Cum mare, cum terras consumpserit, aera tentet. *when he shall have traversed the earth and the sea.* Tacit. 3. Hist. c. 24. Ignominiam consumpsistis. h. e. ignominiæ pudorem, metumve abjecistis: nihil de ignominia laboratis. Curt. l. 6. c. 8. Qui misericordiam consumpserunt, amplius sperare non possunt. h. e. qui id consecuti sunt repetitis sceleribus, ut eorum misereri quis amplius non possit. Sallust. in fragm. in epist. Pompeii ad Senat. Spes meas consumpsi. *I am disappointed in my expectations; I have lost all my hopes.* et ibid. Consumpsi fidem. *I have lost my credit.* ¶ *Consumi* morbo, siti, senio, mœrore, inedia, &c. apud Nepot. in Regib. c. 2. Hirt. de B. Gall. l. 8. c. 41. extr. Liv. l. 40. c. 54. et Cic. Fam. 16. ep. 10. est vel omnino perire, vel valde confici, debilitari. ¶ *Consumi ævo*, apud Virg. Eclog. 10. v. 43. est ætatem peragere, vitam transigere. ¶ *Consumere* absolute pro interficere, *to kill, slay, destroy, put to the sword*, non est inusitatum. Justin. l. 12. c. 5. Aut consumpturus milites eos, aut in ultimis terris in colonias distributurus. Paul. sentent. l. 5. tit. 17. Sane qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt. Ulpian. Dig. lib. 48. tit. 9. leg. 3. Prægnantis mulieris consumendæ damnatæ pœna differtur. Hirt. de B. Afric. c. 94. Ferro inter se depugnant: atque firmior imbecilliorem facile ferro consumpsit. ¶ Sæpe significat insumere, impendere, collocare, ponere, *to waste, consume, spend, employ, lay out, expend.* Jabolen. Dig. lib. 35. tit. 1. leg. 39. extr. Consumere pecuniam in monumentum. Nepos in Timoth. c. 1.

In Samo oppugnanda Athenienses mille et ducenta talenta consumpserant. *Id. in Epamin.* c. 2. Plurimum studii consumere in aliqua re. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 1. Consumere operam in Græcis legendis. *Id.* 1. *de Orat.* c. 55. Multum operæ et laboris consumere in re aliqua. *Id. Attic.* l. 16. ep. 2. Populus R. manus suas non in defendenda republ. sed in plaudendo consumit. *Id. pro Planc.* c. 30. Omne suum studium in alicujus honorem consumere. *Id. Phil.* 13. c. 11. In lustris, popinis, alea, vino tempus ætatis omne consumere. *Id. de Univ.* c. 1. Primum tempus salutationibus, reliquum percunctatione consumere. *Id.* 1. *de Orat.* c. 15. Disserere de re aliqua consumendi otii causa. *to pass time. Id. Attic.* l. 1. ep. 18. Tantum requietis habeo, quantum cum uxore, et filiola, et mellito Cicerone consumitur. *is passed. Virg.* 3. *Georg.* v. 178. tota in dulces consumunt ubera natos. *Propert.* l. 4. el. 6. v. 55. Consumit pondus pharetræ in arcus. *h. e.* sagittas arcui imponit, et jacit omnes. *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 577. Leo tenera famem consumit in agna. *gluts himself, gorges his appetite.* et l. 1. v. 323. longo consumit gaudia voto. *h. e.* corrumpit, amittit gaudia spe dilata regnandi. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 3. Inventio in sex partes orationis consumitur, in exordium, narrationem, &c. *h. e.* dividitur, et distribuitur omnis in sex omnino partes. *Id.* l. 3. c. 2. Dolus consumitur in pecunia, pollicitatione, dissimulatione, maturatione, mentione, &c. *Terent. Andr.* 1. 1. 133. Simul sceleratus Davus si quid consili Habet, ut consumat nunc, cum nihil obsint doli. *that he may play it off now. h. e.* omnia consilia, et fraudes exserat, et adhibeat, nihilque intentatum relinquat. *Sallust. in Jug.* c. 27. *extr.* Multum orationem consumere. *h. e.* habere, multa verba facere. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 26. Actionem consumere et exhaurire. *to waste away, exhaust, expend.* Hyperbolice *Stat.* 1. *Achil.* v. 446. ipsum jam puppibus æquor Deficit, et totos consumunt carbasa ventos. *h. e.* tot sunt vela navium, ut omnes ventos excipiant, et velut consumant. ¶ *Consumere supplicia in aliquo* est adhibere, sumere de aliquo supplicia. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 8. In iis, qui ingenuum violassent, matremfamilias constuprassent, maxima supplicia majores nostri consumpserunt. *in cases where, &c. used, adopted the severest punishment.* ¶ Apud JCtos *consumere optionem* dicitur is, qui cum facultatem eligendi haberet, ea plene usus est, ita ut amplius optionem non habeat. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 5. leg. 2. et 3. Similiter *consumi actio* dicitur, cum amplius locum non habet. *Id. Dig. lib. et tit. ult.* leg. 172. Concurrentes actiones alia aliam consumit. Adde lib. 47. tit. 1. leg. 2. ¶ Videtur etiam aliquando poni pro simplici sumo, assumo, capio, *to take, assume. Triphonin. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 53. Hic sibi non consumpsit (*pecuniam mutuam*) nec quasi sua pecunia licenter abutitur. *Ulpian. Dig.* lib. 41. tit. 1. leg. 33. *extr.* Ex persona defuncti vires consumit. Al. hic leg. *assumit.* ¶ In illo *Statii* de Achille fictæ virginis personam abjiciente. l. 2. *Achill.* v. 204. Jam clypeus, breviorque manu consumitur hasta (Mira fides !) Itaehumque humeris excedere visus, &c. latet valde Poetica sententia. Significat enim, Achillem depositis subito puellaribus vestibus, adeo exstitisse majorem seipso, ut hasta sumpta quasi brevior fieri visa sit, et velut in ejus manu consumi. Simile est illud ejusdem lib. 10. *Theb.* v. 813. viden' ut jugulo consumpserit ensem ? *h. e.* totum receperit, texeritque. Adde lib. 12. v. 745. Sic *Manil.* l. 5. de ingenti marina belua, vers. 584. vastis urgent immensi torquibus orbes, Tergaque consumunt pelagus. *h. e.* sub se tenent, et abscondunt. *Stat.* l. 4. *silv.* 2. v. 4. *de Homero.* Æquore qui multo reducem consumpsit Ulyssem. *h. e.* omnes res gestas Ulyssis, erroresque, usque dum perveniret in patriam, versibus persecutus est. ¶ *Consumpsti* pro *consumpsisti* est *Propert.* l. 1. eleg. 3. v. 37. et *consumpse* pro *consumpsisse Lucret.* l. 1. v. 233.

[* CONSUMPTĬLIS, le, adject. qui consumi potest. *Scævola Dig.* 32. leg. 101. Prædia cum omnibus servis, fructibus, et usu consumptilibus.]

CONSUMPTĬO, et Consumtio, onis, f. *a spending, wasting, consumption,* ἀνάλωσις, κατανάλωσις, actus consumendi. *Cic. de Univ.* c. 6. *de Mundo.* Ita se ipse consumptione et senio alebat sui : cum ipse per se, et a se et pateretur, et faceret omnia. ¶ Item perfectio, *completion. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 22. *extr.* Hæc non videntur reperiri posse sine elaboratione, et consumptione operæ.

CONSUMPTOR, vel Consumtor, oris, m. *a waster, consumer,* ἀναλωτὸς, qui consumit, confector. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 15. Hic noster ignis confector est et consumptor omnium. *Senec. in excerpt. controvers.* l. 3. controv. 1. Veterani consumptores. *scilicet* patrimonii.

[* CONSUMPTRIX, icis, f. quæ consumit. *Strabo Gallus* c. 2. v. 1. Bruma senectutis vernacula, totius anni Venter, et amplifliui consumptrix sæva laboris.]

CONSUMPTUS, vel Consumtus, a, um, *consumed, wasted, expended,* καταναλωθεὶς, absumptus, confectus. *Propert.* l. 2. el. 13. v. 9. ubi consumpto restabit munere pauper. *Cic.* 2. *Offic.* c. 5. Beluarum impetu quædam hominum genera consumpta. *h. e.* interfecta, deleta. *Vellei.* l. 2. c. 52. *extr.* Consumptus acie. *slain in the field of battle. Tibull.* l. 1. el. 3. v. 55. immiti consumptus morte Tibullus. *Petron. in Satyr.* c. 23. Consumptis versibus suis. *h. e.* finitis, peractis. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 21. Tantus exercitus fame pæne consumptus. et lib. 5. c. 9. *extr.* Magna pars diei consumpta. et l. 7. c. 77. Frumentum omne consumptum. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 2. Consumpta incendio delubra. *Cic.* 1. *Agrar.* c. 4. Aurum in monumento consumptum. *laid out, expended. Id. de Univ.* c. 6. Detractio confecti et consumpti cibi. *digested. Virg.* 2. *Æn.* v. 795. Consumpta nox. *finished. Martial.* l. 10. epigr. 59. Pagina consumpta uno lemmate. *taken up, filled. Senec. in Herc. Œt.* v. 1083. Consumptas iterum deæ Supplent Eurydices colos. *finished, expended.* [† *h. e.* Parcæ restituunt Eurydices vitæ stamina. *Farnab.*] *Cic. Fam.* 16. ep. 10. Inedia, et purgationibus, et vi ipsius morbi consumptus es. *h. e.* valde imbecillis factus, fractus, confectus, *worn out, debilitated, broken.*

CONSŬO, is, ui, utum, a. 3. *to sew together, stitch up,* συῤῥάπτω, idem quod suo, vel simul suo. *Apic.* l. 7. c. 8. Lumbuli aperiuntur in duas partes, deinde revolvuntur assi, et consuuntur. Adde cap. 2. et lib. 8. c. 7. ¶ Consuere alicui os, *to stop the mouth, prevent from speaking,* vetare ne loquatur, silentium indicere. *Senec.* ep. 47. At illi (*servi*) quibus non tantum coram dominis, sed cum ipsis erat sermo, quorum os non consuebatur ; parati erant pro domino porrigere cervicem. ¶ Particip. *consutus* est *Plauti.* [† V. *Consutus.*] ¶ Catachresis est quædam in illo *Plinii* l. 35. c. 2. Pinacothecas veteribus tabulis consuunt. *h. e.* complent, exornantque.

CONSUPPLICĀTRIX, icis, f. quæ supplicat una cum alio. *Inscript.* apud *Fabrett.* c. 4. n. 527. Paul. Toutia M. F. et consupplicatrices, &c. Verum neque constanter ab omnibus ita legitur : neque vox ipsa est ejusmodi, quæ sine scrupulo adhiberi Latine possit.

CONSURGO, is, urrexi, urrectum, n. 3. *to rise, rise together, rise up to out of respect,* συνανίστημι, idem quod surgo, vel simul surgo, assurgo, erigor. *Cic. de Senect.* c. 18. Consurrexisse omnes, et senem illum sessum recepisse. *Virg.* 10. *Æn.* v. 299. socii consurgere tonsis, Spumantesque rates arvis inferre Latinis. *Id.* 7. *Æn.* v. 530. Mare imo consurgit ad æthera fundo. et *Æn.* 9. v. 749. sublatum alte consurgit in ensem. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 344. Consurgere toro. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 37. Subito illi ex insidiis consurrexerunt. *Plin. in Paneg.* c. 54. Consurgere in venerationem alicujus. ¶ Universim dicuntur *consurgere,* quæ attolluntur. *Virg.* 9. *Æn.* v. 681. Consurgunt geminæ quercus, intonsaque cælo Attollunt capita. *grow up. Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 151. presso tellus consurgit aratro. *Colum.* l. 7. c. 9. *ad fin.* Haras ita fabricare, ut limen earum in tantam altitudinem consurgat, quantum, &c. *Plin.* l. 5. ep. 6. Villa leniter, et sensim clivo fallente consurgit. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 499. tantamque operis consurgere molem. et l. 5. v. 155. In gelidas consurgens Caucasus Arctos. *Virg.* 5. *Æn.* v. 120. terno consurgunt ordine remi. *h. e.* alius super alium dispositi sunt: non tamen ad perpendiculum, sed oblique. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 625. et *Virg.* 5. *Æn.* v. 19. vespere ab atro Consurgunt venti. *rise. Plin.* l. 2. c. 43. Venti e terra consurgunt. ¶ Translate *Liv.* l. 33. c. 19. *a med.* Hispania quoque magno tumultu ad bellum consurrexit. *rose up in arms. Sueton in Cæs.* c. 9. Consurgere ad res novas. *h. e.* seditionem movere. *Virg.* 10. *Æn.* v. 90. Consurgere in arma. *Id.* 8. *Æn.* v. 637. subitoque novum consurgere bellum Romulidis. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 673. Consurgere in iras truces. et vers. 75. Fama consurgit. *Plin.* l. 8. c. 16. Leo tota vi consurgit in pœnam. *Justin.* l. 12. c. 15. Consurgere in æmulationem. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 3. v. 71. in curam tuendi alicujus. *h. e.* excitari, accingi ad tuendum. *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 31. Consurgere carmine Mæonio. *h. e.* stilo gravi, et Homerici simili carmina facere. ¶ *Consurgere* absolute, pro consurgere ad bellum, *Lucan.* l. 1. v. 692. Consurgunt iterum partes. *h. e.* factiones civiles. ¶ Passive impersonaliter, *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 30. Consurgitur ex concilio. *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 28. In plausus consurrectum est.

CONSURRECTĬO, onis, f. *a rising together, rising up to out of respect,* actus consurgendi. *Cic. de Harusp. resp.* c. 1. Quem cum egredientem insequi cœpissem, cepi equidem fructum maximum et ex consurrectione omnium vestrum, et ex comitatu publicanorum. *Id. Attic.* l. 1. ep. 16. Credo te ex acclamatione Clodii advocatorum audisse, quæ consurrectio judicum facta sit, ut me circumsteterint, &c. Utroque loco significatur, cum plures in Senatu, vel in consilio in unius sententiam ibant, aut se ad ei favendum paratos ostendebant.

CONSUS, i, m. *the god of secrets,* Κόνσος, vel Κῶνσος, Deus consiliorum secretorum, ut *Ascon.* docet *in Verr.* 2. c. 10. hoc est qui salutaria et fida consilia suggerit cogitationibus hominum, ut explicat *Arnob.* l. 3. pag. 113. Dictus est vel ab obsoleto *conso, is,* pro *consulo,* vel quasi *cossus,* seu *coassus,* a *con,* et *sum,* quod simul adsit, et faveat hominibus cogitantibus, vel a *consum* pro *conditum,* quia fuit idem cum Neptuno equestri (uti docent *Ascon. ibid. Tertull. de Spectac.* c. 5. et *Serv. mox citand.* et colligitur ex *Liv.* l. 1. c. 9.) Neptunus autem, ut ait *Ascon. ibid.* est laticum rex, et rerum conditarum : ideoque ei Deo ara in Circo sub terra dedicata erat, quæ non detegebatur, nisi Consualibus, quando sacra illi fiebant. Quo significabatur, consilia, præsertim majoris momenti, tecta esse oportere, uti *Servius* docet *ad Virg. Æn.* 8. v. 635. et 636. Eam aram scribit *Tertull. loc. cit.* se vivo defossam fuisse in Circo ad primas metas cum inscriptione hujusmodi : *Consus consilio, Mars duello, Lares Comitio potentes.* Alia *Inscript.* apud *Reines.* class. 1. n. 154. Conso Neptuno, atque Hecatæ. Adde *Auson.* epigr. 69. ¶ Huic deo ludos fecit Romulus, quando consilium iniit rapiendarum Sabinarum, ut tegeretur illa deliberatio, et succederet, ut est apud *Serv. loc. cit.* ¶ Quidam putarunt, non sola Consualia, sed omnes Circenses ludos, et spectacula ei sacra fuisse. ¶ Alia huc pertinentia V. in *Consualia.*

CONSUSURRO, as, a. 1. idem quod susurro, vel simul cum alio susurro, συμψιθυρίζω. *Terent. Heaut.* 3. 1. 64. Syrus cum illo vestro consusurrat : conferunt consilia, &c. *is in the habit of whispering with.*

CONSUTĬLIS, le, *sewn or stitched together,* ῥαπτὸς, κατάῤῥαφος, suendo conjunctus, compactus. *Cassiod.* l. 5. ep. 42. Consutili crate præcinctus, munitior redditur fragilitate cannarum.

CONSUTŪRA, æ, f. *the trade of a shoemaker,* sutoria ars. *Sueton. in Vitell.* c. 2. Prodiderunt eundem sutorem veteramentarium : cujus filius sectionibus, et consuturis uberius compendium nactus, &c. Al. rectius leg. *cognituris,* quod hæ cum sectionibus magis cohærent.

CONSŪTUS, a, um, *sewn or stitched together,* κατάῤῥαφος, sutura conjunctus. *Plaut. Stich.* 2. 3. 54. Babylonica peristromata, consutaque tapetia. *Est qui aliter legit.* Translate *Id. Amph.* 1. 1. 211. *Mer.* Advenisti, audaciæ columen, consutis dolis. *matched, contrived. So.* Immo equidem tunicis consutis huc advenio, non dolis. *Consuti doli* in quodam Græco epigr. dicuntur δολοῤῥαφία : et *sutelæ* apud *Fest.* sunt dolosæ astutiæ. At *consutæ tunicæ* Sosiæ sunt resarciendo refectæ, *mended, patched.*

CONTABEFACĬO, acis, eci, actum, a. 3. *to waste, consume, fret,* μαραίνω, tabe corrumpo, labefacio. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 19. Me miseria, et cura contabefacit.

CONTABESCO, is, tabui, n. 3. *to pine, droop, or waste away,* μαραίνομαι, idem quod tabesco, tabe liquesco, consumor, corrumpor. *Plaut. Merc.* 1. 2. 91. Edepol cor miserum meum ! quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 31. Artemisia, quamdiu vixit, vixit in luctu, eodemque etiam confecta contabuit. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 15. O perfidiosæ Fregellæ ! quam facile scelere vestro contabuistis ! *have been your own ruin and destruction.*

CONTABULATĬO, onis, f. *a covering over with boards or planks, joining of boards together, flooring, planking ; a timber-frame,* γόμφωμα, σανίδωσις, [† contignatio,] tabulatio, tabulatum. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 9. Altitudo turris perducta ad contabulationem. et *paulo post.* Contabulationem lateribus consternere. ¶ Apud *Apul. in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4.) *Contabulatio proscenii* est ipsum proscenium tabulis coagmentatis compositum. ¶ *Id.* l. 11. *Metam. post init.* ad vestium rugas, et plexus significandos *contabulatione* usus est. Nam sicut contabulationibus ædes attollitur, ita sinuosis plexibus vestis eminet, et intumescit. Ita quidam Interpretes. Alii leg. *contubulatione,* ut easdem rugas oblongas, et teretes in modum tubuli significet. Ad priorem lectionem facit, quod *Tertull. de Pall.* c. 1. et 5. has easdem rugas *tabulatum,* et *tabulas* appellare videtur.

CONTABULĀTUS, a, um, *covered with planks or boards, boarded, planked, floored,* σανιδωθεὶς, tabulato constratus. *Liv.* l. 24. c. 34. Turres contabulatæ. *moveable towers with several floors or stories. Ammian.* l. 27. c. 5. (*al.* 10.) Ponte contabulato supra navium foros, flumen est transgressus. *having made a bridge of boats. Curt.* l. 5. c. 7. Contabulatum mare molibus. *h. e.* contectum navibus et ponte. Significat trajectionem Xersis per Hellespontum, strato navibus ponte.

CONTABŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to cover over with boards or planks, plank or floor with boards, frame a building of timber,* σανιδόω, compactis tabulis consterno, tabulatum facio. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 39. Turres contabulantur : pinnæ, loricæque ex cratibus attexuntur. *Plin.* l. 36. c. 25. *ad fin.* Pavimentum quernis axibus contabulare. *Id.* l. 15. c. 16. Contabulare pomaria. *h. e.* coagmentatis tabulis munire. *Sueton. in Calig.* c. 19. Xerses Hellespontum contabulavit. *h. e.* ponte navibus juncto contexit. *made a bridge of boats over, yoked by means of a bridge of boats. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 22. Totum murum ex omni parte turribus contabulaverant, atque has coriis intexerant. *h. e.* murum turribus contabulatis instruxerant. *had covered with towers.*

CONTABUNDUS, a, um, *delaying greatly, moving slowly,* cunctabundus, tarde incedens. *Apul.* l. 11. *Metam.* Nec tamen inclementi me cursu proripui, sed placido ac prorsus humano gradu contabundus sensim irrepo. et in *Florid.* n, 2. (*al.* l. 1.) Paulisper contabundo volatu. ¶ Videtur etiam idem significare, quod rimabundus, studiose perscrutans, tamquam sit a *contor, uris,* et *contus. Id.* l. *Metam.* Bellua, quem primum insiliat, contabunda rimatur

CONTACTUS, us, m. *the act of touching; a touch; contact*, ἁφὴ, ψηλαφία, ἅψις, actus contingendi, tactus. *Virg.* 3. *Æn.* v. 227. *de harpyiis.* Diripiuntque dapes, contactuque omnia fœdant. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 239. refugitque viriles contactus. *all intercourse with. Colum.* l. 11. c. 3. *post med.* Contactu mulieris languescunt incrementa virentium. *Plin.* l. 8. c. 15. *sub fin.* Contactus fimi sequentes, ut ignis aliquis, amburit. *Id.* l. 7. c. 15. Bitumen ad omnem contactum adhærens. *Id.* l. 33. c. 7. Solis atque Lunæ contactus minio inimicus. ¶ Item contagio, *contagion, infection, the catching of a disease. Liv.* l. 4. c. 30. Vulgati contactu in homines morbi. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 7. Plures infecti quasi valetudine et contactu. ¶ Translate *Id.* 1. *Histor.* c. 11. *ad fin.* Provinciæ in favorem aut odium contactu valentiorum agebantur. *by the example of.* et lib. 2. c. 60. Ceteræ legiones contactu bellum meditabantur. *from the contagion of example.* et lib. 1. *Ann.* c. 43. *extr.* Discedere a contactu. *from the infection.*

CONTACTUS, a, um, *touched*, ἁφθεὶς, tactus. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 75. *Hard.* Ahena contacta felle nigrescunt. *Id.* l. 36. c. 7. Contactus radiis solis. *Id.* l. 34. c. 14. *ad fin.* Ferrum contactum sanguine rubiginem trahit. *tinged. Id.* l. 11. c. 53. Contacta alitu ursi nulla fera attingit. *tainted. Cels.* l. 2. c. 24. Cibi contacti sale modico. *a little salted or corned.* ¶ Translate *Propert.* l. eleg. et v. 1. Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis Contactum nullis ante cupidinibus. *Liv.* l. 29. c. 8. *extr.* Eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione templi furorem objecit. *h. e.* omnibus, qui ejus violationis participes fuerant, et sceleris contagione infecti. *infected as it were by contagion. Id.* l. 21. c. 48. Contactos eo scelere, velut injecta rabie, ad arma ituros. *Id.* l. 4. c. 9. Velut contacta civitas rabie duorum juvenum. *seized with the same madness as. Id.* l. 31. c. 8. *extr.* Multæ in Italia contactæ gentes Punici belli societate. et lib. 6. c. 28. Dies contactus religione. *h. e.* dies Alliensis pugnæ. *inauspicious, ominous, unlucky. Petron. in Satyr.* c. 128. veneficio. *Senec. in Herc. Œt.* v. 737. tabe. *infected, polluted.* ¶ *Contactus fulmine* est afflatus, ictus. Translate *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 49. Aut quas semideæ Dryades, Faunique bicornes Numine contactas attonuere suo. *Id.* 3. *Trist.* el. 4. *extr.* Contactus sorte adversa. ¶ Absolute pro contaminato, *Senec. in Hippol.* v. 714. Ne contactus ensis deserat castum latus.

CONTĀGES, is, f. *contact, connexion; contagion, infection*, contactus, contagio. *Lucret.* l. 4. v. 335. *de arquatis.* Multaque sunt oculis in eorum denique mixta, Quæ contage sua palloribus omnia pingant. *Id.* l. 3. v. 735. Et mala multa animus contage fungitur ejus. *scilicet* corporis. *h. e.* vitia multa contrahit animus ex conjunctione et contagione corporis. *by its connexion with.* Quidam leg. *contagi*, ut versui consulant: quemadmodum *parti* dictum est ab eodem l. 5. v. 512. pro *parte*, et *colli* pro *colle* l. 2. v. 317. &c. *Id.* l. 6. v. 279. ipse sua nam Mobilitate calescit, et e contagibus ignis. *h. e.* ex contactibus particularum ignearum. *by coming in contact with.*

CONTĀGĬO, onis, f. *contact, connexion*, ἐπαφὴ, ἀνάχρωσις, conjunctio, cohærentia plurium rerum se se invicem tangentium: a *con*, et obsoleto *tago* pro *tango*: tum in bonam, tum in malam partem. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 43. *extr.* Quæ potest igitur contagio ex infinito pæne intervallo pertinere ad lunam? *Id. de Fato*, c. 3. Naturæ contagio valet. *the connexion of natural causes and effects, whereby one thing, according to the doctrine of the Stoics, contained the cause of another. Cato R. R.* c. 132. Urna vini Jovi caste. Profanato sine contagione. *h. e.* non tangendo vinum, quod offers, seu profanas. ¶ Sæpe dicitur de iis rebus, quarum contactus aliis nocet, *pollution by the touch; the catching of a disease; contagion, infection. Colum.* l. 7. c. 6. *post med.* Pusula nisi compescitur intra primam pecudem, universum gregem contagione prosternit. *Plin.* l. 14. c. 21. Doliis etiam intervalla dari, ne inter se se vitia serpant, contagione vini semper ocyssima. *Id.* l. 26. c. 1. Quidam ex Asia lichenarum contagionem importavit. ¶ Translate in malam partem accipitur pro communicatione, et societate rei malæ. *Plaut. Amph. prol.* v. 31. Contagione mei patris metuo malum. *h. e.* ob communionem sanguinis. *Cic.* 1. *de Divin.* cap. 30. Cum est somno sevocatus animus a societate et a contagione corporis. *influence. Id. pro Mur.* c. 37. Latius patet illius sceleris contagio, quam quisquam putat: ad plures pertinet. *a participation of guilt. Id. pro Cluent.* c. 68. Fugere contagionem aspectus alicujus rei. *to avoid being polluted by the sight of. Id. pro Dom.* c. 41. Contaminare se aliqua contagione prædæ, societatis, emptionis. *Id. Attic.* l. 1. ep. 16. Contagio turpitudinis. *Id. Verr.* 7. *c. pænult.* Illi, ad quos conscientiæ contagio pertinebit. *who shall be conscious of the fault, and therefore somehow infected with it. Id. ibid.* c. 3. servilis belli. *Liv.* absolute eod. sensu, l. 10. c. 18. Tusci fere omnes conciverant bellum: traxerat contagio proximos Umbriæ populos. et *Sallust. in Catil.* c. 10. *extr.* Post ubi contagio, quasi pestilentia, invasit. *h. e.* prava morum mutatio ex mutua imitatione malorum civium. ¶ In plur. num. *Cic.* 2. *Offic.* c. 23. Non solum ipsa respubl. cecidit, sed etiam reliquam Græciam evertit contagionibus malorum. *by the contagion or communication of mischief.*

[* CONTAGĬŌSUS, a, um, adject. *contagious*, quod contagium affert, vel tactu acquiritur. *Veget. veter.* l. 1. c. 14. Hæc passio licet contagiosa sit. *Id.* l. 3. c. 71. Scabies contagiosa est, et transit in plures.]

CONTĀGĬUM, ii, n. idem quod *contagio*: nisi quod magis apta vox carmini, et frequentius a Poetis usurpata. A *Gell.* l. 12. c. 9. enumeratur inter vocabula ancipitia, seu media, ut sunt *valetudo, venenum*, &c. Pro contactu, conjunctione, vicinitate, *Plin.* l. 2. c. 20. Contagium nimii humoris ex superiori circulo, atque ardoris ex subjecto per hunc modum, egerit. *Lucret.* l. 3. v. 345. corporis atque animai Mutua vitales discunt contagia motus. *Martial.* l. 11. epigr. 48. Vitare contagia feminei generis. Adde *Arnob.* lib. 7. pag. 234. ¶ Pro contactu inficiente, et nocente, seu pro morbo, qui ex contactu contrahitur, *Plin.* l. 23. c. 8. *ad fin.* Folia laurus pestilentiæ contagia prohibent. *Virg. Ecl.* 1. v. 51. Nec male vicini pecoris contagia lædent. *Curt.* lib. 9. c. 10. Contagium morbi etiam in alios vulgatum est. ¶ Translate *Horat.* lib. 1. ep. 12. v. 14. Contagia lucri. *Flor.* lib. 1. c. 15. Sabini quodam contagio belli se Latinis adjunxerant. *Id.* l. 3. c. 14. Mancinianæ deditionis contagium timens. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 8. v. 25. vitiant artus ægræ contagia mentis. *Lucan.* l. 3. v. 322. Contagia scelerum. ¶ *Festus* docet *contagionem* dicendum esse non *contagium. Marius* quoque *Victorin.* lib. 1. pag. 2469. *Putsch.* tradit, *contagio* scriptum esse apud omnes fere Veteres, et poetarum licentiam primo fecisse *contagia*, postea dici cœpisse etiam in singulari *contagium.* Contra *Charis.* l. 1. pag. 54. scribit *contagium.* Veteres magis usurpasse, quam *contagionem*: si modo hoc in loco mendum aliquod non latet. Ego Scriptorum probatorum usum sequens, Grammaticos homines nihil moror.

CONTĀMEN, inis, n. idem quod contaminatio. *Tertull.* (seu quicumque alius auctor est) *in carm.* 1. *advers. Marcion.* c. 1. Femineos usus vulgi contamine mixtos Illicitos. Adde carm. 4. c. 4. et carm. 5. c. 1.

CONTAMINABĪLIS, le, qui contaminari potest. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 20. *ad fin.* Prophetam, quem contaminabilem pro humana substantia sciret.

CONTAMINATĪO, onis, f. *a contaminating, polluting, contamination*, actus contaminandi, pollutio, ἀλίσγημα, μολυσμὸς, μίασμα. Translate *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 5. l. 2. Qui patitur uxorem suam delinquere, quique contaminatione non indignatur, &c. *Arnob.* lib. 5. pag. 168. expositionis contaminatione pollui. ¶ Item vitium, morbus, corruptio. *Jul. Obsequ. de prodig.* c. 89. Quod (*pisces*) Liparenses avidius epulis appetentes, contaminatione ventris consumpti. Δυσεντερίαν fortasse intelligit.

CONTAMINĀTOR, oris, m. *one who contaminates or defiles, a polluter*, μιαίνων, qui contaminat. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 6. *de Heliogab.* Contaminator honorum jure punitus est. *Tertull. de Pudic.* c. 13. Paterni tori contaminator.

CONTAMINĀTUS, a, um, *contaminated, polluted, stained, defiled*, μιανθεὶς, μιαρὸς, pollutus, fœdatus. *Cic. in Top.* c. 18. Ut anteponantur integra contaminatis, jucunda minus jucundis, &c. *Id. in Pison.* c. 9. Collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem. *stinking or poisonous breath.* ¶ Translate *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 43. Contaminati facinore. *tainted or polluted with crime. Cic.* 12. *Phil.* c. 7. Quos nondum tot parricidiis contaminatos vix ferebamus. *Id. Divin. Verr.* c. *ult.* Judicia corrupta et contaminata vitio paucorum. Ubi *Ascon.* Corrupta judicia sunt in iis, qui acceperunt pecuniam: contaminata in iis, qui offensione ordinis infamantur. *Sueton. in Vitell.* cap. 4. Probris omnibus contaminatus, *Cic. pro dom.* c. 9. Homo post homines natos turpissimus, sceleratissimus, contaminatissimus. *most vile, most abominable. Liv.* lib. 4. c. 4. Partem civitatis, velut contaminatam, indignam connubio haberi. *Gell.* l. 2. c. 6. *sub fin.* Verbum contaminatum multo assiduoque usu.

CONTAMĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to pollute, stain, contaminate, defile*, μιαίνω, μολύνω, ἀλισγέω, fœdo, commaculo, polluo, corrumpo: ex *con*, et obsoleto *tamino*, inquit *Voss. in Etymol.* ipsum autem *tamino* ab Hebræa origine deducit. *Donat. ad Terent. Andr. prol.* v. 16. docet, proprie significare, manibus luto plenis aliquid attingere. Hinc alii deducunt ab obsoleto *tago* pro *tango*. Ab eo fiat *tagimen*, per syncopen *tamen*, h. e. tactus: inde *tamino* &c. *Cic. Catil.* 1. c. *pænult.* Contaminare se sanguine. *Sueton. in Ner.* c. 56. Deam Syriam urina contaminavit. *Martial.* l. 1. epigr. 54. Sic interpositus vitio contaminat uncto Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus. *Paul. Dig.* lib. 47. tit. 11. leg. 1. Aquas spurcare, fistulas, lacus contaminare. ¶ Translate *Terent. loc. cit.* Contaminare fabulas. *h. e.* ex multis unam facere, ut *Donat.* explicat: quod est omnes corrumpere. *to spoil by confounding or jumbling together several Greek plays to make one Latin one. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 40. Fingi maleficium nullum potest, quo iste se non contaminarit. *Senec. in Œdip.* v. 389. Contaminare manus cæde. *Id. in Hippol.* v. 690. se stupro. *Auct. B. Hisp.* c. 16. hospitium scelere. *Cic. pro Sull.* c. 16. veritatem patefactam aliquo mendacio. *Id. pro Dom.* c. 41. se aliqua contagione prædæ, societatis, &c. *Id. de Harusp. resp.* c. 16. *sub fin.* scelere tanto nomen populi R. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 3. Quamplurimis vitiis personam rei. *h. e.* ostendere contaminatam esse. *Liv. init.* l. 4. Connubio plebis contaminari sanguinem suum, Patres rebantur. *Petron. in Satyr.* c. 108. Contaminare ingenuos. *scilicet* servilibus notis facies eorum corrumpere. *Suet. in Domit.* c. 8. religionem deorum. *Terent. Eun.* 3. 5. 4. Contaminare gaudium ægritudine aliqua.

CONTARĬI, orum, m. *In duab. Inscription.* apud *Gruter.* pag. 40. n. 2. et 3. videntur esse milites conto armati, quos κοντοφόρους Græci, *Veget.* vero lib. 3. *de re milit.* c. 6. *ad fin.* appellat *contatos*: qui speciale militum genus constituebant, ut hastati, sagittarii, &c. *Turneb.* l. 15. *adversar.* c. 21. legit etiam apud *Capitolin. in Maximin.* c. 10. ubi alii leg. *contrarii.*

CONTATĬO, onis, f. *delay, doubt, hesitation, fearfulness*, idem quod cunctatio, timiditas, dubietas. *Apul.* l. 3. *Metam.* Omnis contatio, ignavia omnis facessat e pectore. et lib. 7. Nec mora, nec contatio, sed calculis omnibus ducatum ei deferunt. *Plin.* lib. 28. c. 13. *sub fin.* Emi lienem vituli, quanti indicatus sit, jubent Magi, nulla pretii contatione. *with no scruple.*

CONTĀTUS, a, um, conto armatus. V. *Contarii.* ¶ Item cunctatus, tardus, *slow, tardy, scrupulous. Apul. in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4.) Quanto videor plura apud vos habere ad commendationem suffragia, tanto sum ad dicendum, nimia reverentia vestri contatior.

[* CONTAX, acis, n. κόνταξ, ludi genus, in quo palus eminus ita jaculabatur, ut summo capite rectus in terra humectata ac mollita sisteret, isque sic depactus alio subinde misso everteretur. In quo certamine vincebat, qui palum suum rectius defixerat, et citius defixum everterat paucioribus missis paxillis. Hujus ludi mentio est in *Cod.* lib. 3. tit. 43.]

CONTECHNOR, aris, dep. 1. *to contrive, devise, plot*, μηχανάομαι, technam et fraudem aliquam struo. *Plaut. Pseud.* 4. 6. 34. Vide modo, ne illic sit contechnatus quippiam.

CONTECTUS, a, um, *covered all over*, ἐσκεπασμένος, σκεπαστὸς, idem quod tectus. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 177. spelunca apparuit ingens, Arboribus super, et dorso contecta minanti. et lib. 1. v. 279. Contectus nubibus. *covered, hidden, concealed. Plin. in Paneg.* c. 12. Contecti cædibus campi. *Plin. alter* l. 18. *c. ult.* Ignis contectus. *Curt.* l. 5. c. 12. *ad fin.* Vehiculum pellibus contectum. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 77. Vulnera contecta. *kept secret, concealed. Id.* 3. *Hist.* c. 73. *ad fin.* Quidam servili habitu, alii clientium fide contecti. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 14. Arma reposita et contecta.

CONTĔGO, is, exi, ectum, a. 3. *to cover all around*, συσκεπάζω, σκέπω, idem quod tego. *Cic. pro Sext.* c. 38. Messoria se corbe contexit. *Id.* 1. *Offic.* c. 35. Contegere atque abdere aliquid. *to hide, conceal. Id. pro Arch.* c. 10. Tumulus, qui corpus ejus contexerat. *which covered his body; where he was buried. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 10. Coria, ne igni corrumpantur, centonibus conteguntur. *Hirt. de B. Afric.* c. 47. *extr.* Scutis capita contegere. *to protect. Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 274. Contegi humo. *h. e.* tumulari. *to be buried. Tacit.* 1. *Hist.* c. 49. Corpus humili sepultura contexere. ¶ Est etiam celare, *to hide, secrete, conceal. Cic. de provinc. consul.* c. 4. Contegere vitia fronte et supercilio. *Terent. Hecyr.* 3. 3. 41. Contegere injuriam.

CONTEMĔRO, as, a. 1. *to defile, contaminate, pollute, violate, stain, soil*, καταμιαίνω, temero, contamino, violo. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 7. v. 18. Contemerare torum alicujus. *Martial. de Spectac.* epigr. 10. Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum, Ausus tam notas contemerare manus.

CONTEMNENDUS, a, um, *worthy of contempt, contemptible, despicable, sorry, paltry*, εὐκαταφρόνητος, contemni dignus, contemptibilis. *Plin.* l. 8. c. 29. Nec minus clara exitii documenta sunt etiam ex contemnendis animalibus. ¶ Sæpissime adhibetur præcedente particula negativa. *Cic. in Bruto*, c. 79. Orationes non contemnendæ, saneque tolerabiles. et cap. 77. *ad fin.* Ne T. quidem Postumius contemnendus in dicendo. Adde *Cæs.* 3. *B. Civ.* c. 110.

CONTEMNENTER, contemptim. Agnoscere videtur *Nonius* dum scribit cap. 11. n. 53. Contemptim pro contemnenter, Nævius, &c.

CONTEMNIFĬCUS, a, um, *contemptuous, apt to despise, scornful*, qui contemnit. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 154. Contemnificum fieri, et fastidire.

CONTEMNO, is, empsi, vel emsi, emptum, vel emtum, a. 3. *to undervalue, make no account of, contemn, despise, slight*, ὀλιγωρέω, καταφρονέω, idem quod temno, nihili facio, negligo, despicio, sperno. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 14. Quare omnes istos deridete atque contemnite. *Id. pro Mur.* c. 7. Contempsisti L. Murenæ genus: extulisti tuum. *Id.* 3. *de Fin.* c. 8. Non curare, et contemnere aliquid. *Id.* 1. *Offic.* c. 9. Contemnere aliquid, et pro nihilo ducere. et cap. 30. Contemnere, et rejicere voluptatem. *to hold in contempt. Id.* 2. *Agrar.* c. 35. Irridere, atque contemnere Romam præ Capua. *Plaut. Asin.* 2. 4. 10. Contemnere imperium alicujus. *to disdain, not to brook. Nepos in Attic.* c. 25. Nactus est morbum, quem initio et ipse, et medici contempserunt. *looked slightly upon. Cic. Fam.*

5. ep. 18. Præclare res humanas contemnere. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 85. honores. *Sueton. in Calig.* c. 51. deos. *Senec. in Phœniss.* v. 197. *Nemo contempsit mori, qui concupivit.* Qui enim mori cupit, mortem ipsam curat, et amat: quod non est contemnere, sed quærere. Alias *contemnere mortem* dicitur, qui eam non timet. *Senec. de Provid.* c. ult. Contemnere paupertatem, dolorem, mortem. *Martial.* l. 11. epigr. 57. Contemnere vitam. ¶ *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 5. n. 57. Contemnere, despicere, ac pro nihilo habere. *Nonius*, hoc loco statuit discrimen inter *contemno*, et *despicio*, quod hoc sit illo gravius: additque alia duo similia *Ciceronis* loca *Verr.* 3. c. 47. (Adde *Verr.* 2. c. 15.) et *de Senect.* c. 18. sed nihil conficit. Nam contra *Id. Cic.* 2. *Offic.* c. 10. Despiciunt autem eos, et contemnunt, in quibus, &c. *Id. pro Mur.* c. 37. Catilina rempubl. despexit atque contempsit. *to treat contemptuously. Id. Verr.* 2. c. 8. Despicere, et contemnere ordinem Senatorium. ¶ *Contemnere se* est se ipsum parvi facere, modestiam præ se ferre, *to carry himself without arrogance; to be unassuming in his behaviour. Plaut. Trin.* 2. 2. 42. Qui ipsus se contemnit, in eo est indoles industriæ. *Supra dixerat:* Qui ipsus sibi satis placet, nec probus est, nec frugi bonæ. Adde *Mil.* 4. 6. 21. ¶ *Se non contemnere* est se aliquid esse putare, non se abjicere, *to have a high opinion of himself; not to hold himself cheap. Cic. Phil.* 13. c. 7. Quamquam est tanta in te, M. Lepide, auctoritas, quanta debet in homine nobilissimo; tamen Senatus se ipse non contemnit: nec vero fuit unquam gravior, constantior, fortior. *does not lose sight of its own dignity. Id. Attic.* l. 12. ep. 21. *ad fin.* Ne me quidem contemno: meoque judicio multo stare malo, quam omnium reliquorum: neque tamen, &c. ¶ Translate *Tibull.* l. 1. eleg. 3. v. 37. Nondum cæruleas pinus contempserat undas. *Virg.* 2. *Georg.* v. 360. Vites assuescant contemnere ventos. *to brave. Id.* 4. *Georg.* v. 104. Apes contemnunt favos. *h. e.* fastidiunt, negligunt, deserunt. *loathe, neglect, forsake.* ¶ *Plaut. Stich.* 2. 2. 38. Contundam facta Talthybii, contemnamque omnes nuntios. *h. e.* contemni præ me faciam. Est enim Mercurius, qui loquitur. Al. aliter legitur.

CONTEMPERĀTUS, a, um, *temperate, of moderate heat*, σύγκρατος, εὔκρατος, idem quod temperatus. *Vitruv.* l. 9. c. 4. *post med.* Euripides ait, quæ longius a sole essent, hæc vehementius ardere: propiora vero contemperata habere. Itaque scribit in fabula Phaetonte sic: Καίει τὰ πόῤῥω, τὰ δ' ἐγγὺς εὔκρατ' ἔχει.

CONTEMPĔRO, as, a. 1. *to temper, mingle*, idem quod tempero, misceo, συγκεράννυμι. *Apul.* l. 10. *Metam.* Illum aureum cantharum mulso contempera, et offer. *Apic.* l. 4. c. 2. *ad fin.* Suffundes liquamen, adjicies sorba: in se contemperabis. Adde *Marcell. Empir.* c. 16. *a med.*

CONTEMPLĀBĬLIS, le, adject. *Ammian.* l. 30. c. 5. *ad fin.* (*al.* c. 21.) Bubo nulla jacientium sagittas et lapides contemplabili dextera cadere potuit. *h. e.* contemplante, et certum ictum mittere adnitente.

CONTEMPLABĬLĬTER, adverb. contemplando. *Ammian.* l. 20. c. 7. (*al.* 16.) Intuta loca, carieque nutantia contemplabiliter machinæ feriebant hostiles. *h. e.* certum ictum destinando. *taking aim.*

CONTEMPLABUNDUS, a, um, attente, et diu contemplans. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 40. *ad fin.* Spiritus propheticus, velut jam contemplabundus Dominum ad passionem venientem, cruentum habitum carnis designat.

CONTEMPLANDUS, a, um, particip. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 27. Quis tam cæcus in contemplandis rebus unquam fuit, ut non videret, &c.?

CONTEMPLANS, antis, particip. *viewing, beholding, contemplating*, θεωρῶν, qui contemplatur. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 20. Deus terras et maria contemplans. *Id.* 1. *de Orat.* c. 33. Anquirentibus nobis, omnique acie ingenii contemplantibus.

CONTEMPLĀTIM, adverb. contemplando. Legitur in notis Tironis et Senecæ, pag. 133. fol. 14. *Gruteri.*

CONTEMPLATĬO, onis, f. *a viewing, beholding, gazing upon, surveying; contemplation, consideration*, θεωρία, θεώρησις, inspectio, consideratio, actus contemplandi, qui fit aut oculis, aut mente. Oculis *Cic.* 1. *de Divin.* c. 42. Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes, cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cæli officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. *Petron. in Satyr.* c. 12. Injecit contemplationem super humeros rustici. ¶ Dicitur speciatim de inspectione eorum, qui dirigunt oculis ictum sagittæ, *aim. Plin.* l. 6. c. 30. *a med.* Regio supra Sirbitum dicitur habere Nisicastes, Nisitas, quod significat ternum, et quaternum oculorum viros: non quia sic sint, sed quia sagittis præcipua contemplatione utantur. *Solin.* c. 30. (*al.* 43.) hunc eundem locum exscribens, quod, *inquit*, et vident plurimum, et manifestissime destinant jactus sagittarum. Quæ lucem afferunt duobus *Ammiani* locis in *Contemplabilis*, et *Contemplabiliter* allatis. ¶ De contemplatione, quæ fit animo. *meditation, study. Cic.* 4. *Acad.* c. 41. Est enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum, consideratio contemplatioque naturæ. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 19. Res magna et diligenti contemplatione dignissima. *Plin.* l. 2. ep. 1. *sub fin.* Totus animus in hac una contemplatione defixus est. *Gell.* l. 20. c. 5. Contemplationes naturæ. ¶ Est etiam idem quod respectus, cum scilicet in agendo habetur ratio alicujus rei, et quasi eam spectamus et contemplamur. *Justin.* l. 7. c. 5. Quam scelerum suorum suppliciis liberorum contemplatio vindicaverat. *regard for his children. Id.* l. 8. c. 3. Reges Thraciæ, non contemplatione justitiæ ejus, sed invicem metuentes, disceptationum suarum judicem elegerunt. *from no regard for his impartiality, or justice. Papinian. Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 58. Contemplatione arborum fundum comparare. *Ulpian.* lib. 3. tit. et leg. 5. Si procuratori tuo mutuam pecuniam dedero tui contemplatione. *out of respect for you.* et *paulo post.* Si quis negotia mea gesserit, non mei contemplatione, sed sui lucri causa. *Paul.* lib. 2. *sentent.* tit. 24. Contemplatione mortis facta donatio. *h. e.* mortis causa. *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 15. leg. 8. *circa med.* Sed et personarum contemplatio habenda est. *h. e.* ratio habenda, discrimen faciendum.

CONTEMPLATĪVUS, a, um, *contemplative, devoted to study*, θεωρητικός, qui contemplatur. *Senec.* ep. 95. *ante med.* Philosophia et contemplativa est et activa: spectat, simulque agit.

CONTEMPLĀTOR, oris, m. *a beholder, contemplator*, θεωρός, qui contemplatur. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 28. *extr.* Homo contemplator cæli ac Deorum. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 8. *sub fin.* Animus contemplator admiratorque mundi. *Apul. in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4.) Astrorum peritissimus contemplator.

CONTEMPLĀTRIX, icis, f. *she that contemplates*, quæ contemplatur. *Cels. in præfat. post med.* Medicina contemplatrix eorum, quæ in morbis communia sunt. *Apul. de dogm. Plat.* l. 2. Disciplina contemplatrix bonorum.

CONTEMPLĀTUS, us, m. contemplatio. In sexto casu sing. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 7. *sub fin.* meque ipse reduco, A contemplatu submoveoque mali. [¶ Translate *Macrob. Somn. Scipion.* l. 1. c. 1. Pro contemplatu probi, improbive meriti. *h. e.* respectu.]

CONTEMPLĀTUS, a, um, particip. deponens, qui intuetur, atque inspicit, θεωρήσας. *Petron. in Satyr.* c. 95. Contemplatus fœdissimam volutationem. *Curt.* l. 3. c. 4. Contemplatus locorum situs. *having surveyed, reconnoitred.* ¶ Passive inspectus, consideratus, *viewed, considered, contemplated*, θεωρούμενος. *Ammian.* l. 31. c. 15. (*al.* 43.) Scriptis recitatis, utque decebat, contemplatis. et cap. 5. (*al.* 14.) Barbari, hoc contemplato, globos irrupere nostrorum.

CONTEMPLO, as, avi, atum, a. 1. *to view, behold attentively, contemplate*, θεάομαι, θεωρέω, idem quod contemplor. Antiquioribus in usu fuit. *Enn.* apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 2. Contempla, et templum Cereris ad lævam aspice. *Plaut. Epid.* 3. 3. 2. Habere speculum, ubi os contemplarent suum. *Id. Merc.* 2. 3. 72. Contemplent, conspiciant omnes. *Id. Trinum.* 4. 2. 21. Loca contemplat, circumspectat se se. Adde *Asin.* 3. 1. 35. et *Amph.* 1. 1. 285. &c. item *Accium, Titinn. Nævium* apud *Non.* c. 7. n. 11. et *Apul. in Florid.* n. 7. (*al.* l. 1.) [et *Nemesian. fragm. de aucup.* v. 3. Cum pedicas necti sibi contemplaverit adstans.]

CONTEMPLOR, aris, atus sum, dep. 1. *to view, survey, behold steadfastly, gaze upon, contemplate, explore*, θεωρέω, θεάομαι, diligenter intueor, inspicio. Est a *con*, et *templum*, qua Auguralis vox est, et significat locum capiendis auspiciis ab Augure lituo designatum, unde in omnes partes est liber aspectus, ut *Varro* docet l. 6. *L. L.* c. 2. Itaque *contemplari* proprie significat undique circumspicere, ex omni parte attente intueri. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 35. Contemplabor: hinc huc iit: hinc nusquam abiit. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 35. Ea cum contemplari cuperem, vix aspiciendi potestas fuit. *Id.* 6. *Verr.* c. 15. Accessit ad argentum: contemplari unumquodque otiose, et considerare cœpit. *Id.* 5. *Verr.* c. 16. Codicis lituras tui contemplare in Sthenii nomine. *Id. pro Planc.* c. 1. Cum intueor et contemplor unumquemque vestrum. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 38. *extr.* Contemplari oculis pulchritudinem rerum. *Id.* 1. *Offic.* c. 43. Secum ipsum considerare et contemplari aliquid. *Terent. Phorm.* 1. 4. 33. vultum alicujus. *Curt.* l. 7. c. 6. situs locorum. *Virg.* 4. *Georg.* v. 187. Contemplator item, cum se nux, &c. *observe also. Plaut. Pœn.* 5. 3. 10. Mirari noli, neque me contemplarier. *paragoge.* ¶ Translate est animo, mente versare, considerare, perpendere. *to meditate, weigh, consider, contemplate. Cic. pro Deiot. c. pænult.* Propone tibi duos reges: id animo contemplare, quod oculis non potes. *Id. pro Flacc.* c. 11. *sub fin.* Ut totam causam quam maxime intentis oculis, ut aiunt, acerrime contemplemini. ¶ Participia *contemplans, contemplatus, contemplandus* V. suis loc.

CONTEMPORĀLIS, le, et

CONTEMPORANĔUS, a, um, *contemporary, cotemporary, coetaneous*, σύγχρονος, qui est ejusdem temporis, æqualis. *Gell. in lemmate* c. 14. l. 19. Contemporaneos fuisse Cæsari et Ciceroni M. Varronem et P. Nigidium. *Tertull. advers. Hermog.* c. 6. Inter coætaneos et contemporales ordo non est. Adde cap. 7.

CONTEMPŎRO, as, a. 1. ejusdem temporis esse facio. *Tertull. de resurrect. carn.* c. 45. Contemporant fetu, coætaneant natu.

CONTEMPTIBILIS, et Contemtibilis, le, *contemptible, vile, sorry, paltry, wretched*, εὐκαταφρόνητος, vilis, contemni dignus. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 16. leg. 9. Patientem esse oportet, sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur. *Id.* l. 21. tit. 2. leg. 37. Si margarita, vel quid aliud non contemptibile venierit. *Arnob.* l. 4. pag. 155. Dii inhonorati, contemptibiles, viles. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 20. Mollior et contemptibilior potestas imperii. *Porc. Latro in Catil.* c. 33. Nihil temeritate contemptibilius.

CONTEMPTIBILITAS, atis, f. *contempt*, contemptus, vilitas. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 1. c. 5. Continuatio contemptibilitatem parit.

CONTEMPTIM, et Contemtim, adverb. *contemptuously, with contempt, scornfully*, καταφρονητικῶς, ὀλιγώρως, per contemptum. *Liv.* l. 7. c. 7. Morte Consulis contemptim ad castra Romana succedentes. *Id.* l. 37. c. 10. Superbe quædam et contemptim in aliquem concionari. *Id.* l. 2. c. 35. Contemptim audire minas. *Id.* l. 9. c. 41. Magnifice de se, contemptim de aliis loqui. *Senec. de brevit. vitæ*, c. 11. Quos in sua vides turba speciosius elidi, aut in aliena contemptius. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 47. Barbari contemptius vagabantur. Adde *Nær.* apud *Non.* c. 11. n. 53.

CONTEMPTĬO, et Contemtio, onis, f. *a despising, contemning; contempt, scorn, disdain*, καταφρόνησις, contemptus, despicientia. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 40. Totam vim bene vivendi in omnium rerum humanarum contemptione ac despicientia ponamus. *Id.* 3. *Offic. c. ult.* Fortitudo est dolorum laborumque contemptio. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 3. n. 70. Contemptio mortis. *Id.* 3. *Phil.* c. 6. *ad fin.* pecuniæ. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 17. et lib. 5. c. 47. Venire in contemptionem alicui. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 60. Magnam hæc res illis offensionem, et contemptionem ad omnes attulit. *brought down hatred upon them, and universal contempt. Cic.* 1. *de Invent.* c. 16. Adducere adversarios in contemptionem.

CONTEMPTOR, et Contemtor, oris, m. *one who contemns or despises; a despiser, contemner*, καταφρονητής, ὀλίγωρος, qui contemnit. *Virg.* 7. *Æn.* v. 648. Contemptor divum Mezentius. *Id.* 9. *Æn.* v. 205. Animus contemptor lucis. *h. e.* vitæ. *Liv.* l. 39. c. 40. *post med.* Cato contemptor gratiæ et divitiarum. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 38. infamiæ. *Id.* 4. *Hist.* c. 5. opum. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 49. Contemptor Amulius æqui. *Id. Metam.* 12. v. 17. Contemptor ferri, nulloque forabilis ictu Cygnus. *Plin.* l. 8. c. 16. Leones contemptores vulnerum. *Sallust. in Jug.* c. 68. Inerat Metello contemptor animus, et superbia, commune nobilitatis malum.

CONTEMPTRIX, et Contemtrix, icis, f. *she that despises*, quæ contemnit. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 161. Propago contemptrix superum. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 2. Illa contemptrix mea. ¶ Translate *Plin.* l. 19. c. 8. *a med.* Eruca contemptrix frigorum. *Id.* l. 37. c. 4. Vis invicta adamantis, ferri ignisque contemptrix.

CONTEMPTUS, et Contemtus, us, m. *contempt, scorn, disdain, derision*, καταφρόνησις, ὀλιγωρία, contemptio, despicientia. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 30. Hominibus Gallis, præ magnitudine corporum suorum, brevitas nostra contemptui est. *Liv.* l. 6. c. 2. Non odio solum apud hostes, sed contemptu etiam inter socios nomen Romanum laborare. *Sueton. in Aug.* c. 93. Contemptui habere aliquid. *to despise, hold in contempt. Id. in Claud.* c. 15. Passim, ac propalam contemptui esse. *to be despised. Quintil.* l. 3. c. 7. Corporis ac fortunæ quibusdam mala contemptum attulerunt. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 54. Leges contemptu abolitæ. *Id.* 4. *Ann.* c. 38. *extr.* Contemptu famæ contemnuntur virtutes. *Id. Hist.* l. et cap. 5. Contemptus moriendi. *Quintil.* l. 7. c. 2. *circa med.* pecuniæ. ¶ Apud *Lucret.* l. 5. v. 831. *Exire e contemptibus* dicuntur ea, quæ adolescunt, et incremento proficiunt, atque ex humili abjectoque loco evadunt: quo fit ut contemni ac negligi desinant. Sic vers. 1276. Quod fuit in pretio, fit nullo denique honore: Porro aliud succedit, et e contemptibus exit. ¶ Utram *Cicero* quoque hac voce usus fuerit, incertum est. Nam quod *Seneca* ex eo affert *de Tranquill.* c. 11. non satis constat, verba ne, an sententiam ejus retulerit. (V. *pro Mil.* c. 34.) Quod vero quidam putant referri a *Quintil.* l. 8. c. 3. *ante med.* hæc verba ex Pisoniana, *non eo contemptum hominis mcisse:* illa certe *Quintiliani* sunt non *Tullii*, ut cuique locum legenti patebit.

CONTEMPTUS, et Contemtus, a, um, *despised, contemned, slighted, contemptible, abject, vile, despicable*, καταφρονηθεὶς, ὀλιγωρηθεὶς, despectus, spretus, neglectus abjectus, vilis. *Cic. Agrar.* 2. c. 34. *ad fin.* Homo Romæ contemptus et abjectus. *Id. pro Planc.* c. 5. Homo vita contempta ac sordida. *Id. de clar. Orat.* c. 26. Q. Pompeius non contemptus orator. *no contemptible orator. Id. pro Sext.* c. 16. Contemptissimorum consulum levitas. *Id. de Senect.* c. 9. Quæ vox potest esse contemptior, quam Milonis Crotoniatæ? *Sueton. in Tiber.* c. 73. Pro contempto se habitum fremens. *Id. in Domit.* c. 15. Homo contemptissim

inertiæ. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 60. Per avaritiam et sordes contemptus exercitui, invisusque.

CONTENDO, is, endi, entum, a. 3. *to stretch, strain,* συντείνω, ἐκτείνω, idem quod tendo, aut valde tendo, intendo, extendo. *Virg.* 12. *Æn.* v. 815. Contendere arcum. *Id.* 4. *Georg.* v. 412. contende tenacia vincla. *straiten, tighten, draw close. Sisenn.* apud *Non.* c. 4. n. 68. Simul et tormenta contenduntur. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 285. Contendere ilia risu. *Lucret.* l. 4. v. 807. Oculi contendunt se, cum tenuia quæ sint, cernere cœperunt. *look steadfastly. Cic. in Orat.* c. 17. Contendere vocem. *to raise.* ¶ Est etiam jacere, torquere, *to throw, hurl, shoot, discharge. Virg. Æn.* 10. v. 521. infensam contenderat hastam. et lib. 5. v. 520. aerias telum contendit in auras. ¶ Item extendere, ducere. *Enn.* apud *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 2. *ad fin.* Isque Hellesponto pontem contendit in alto. *threw a bridge across.* ¶ Translate est adhibere, intendere. *Cic. de Fato,* c. 10. Contendit omnes nervos Chrysippus, ut persuadeat, &c *strained every nerve. Id.* 2. *Verr.* c. 12. Onus dignum, in quo omnes nervos ætatis, industriæque meæ contenderem. *Lucret.* l. 4. v. 986. Contendere summas vires de palma. *h. e.* intendere ad victoriam obtinendam. *to put forth, exert. Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 5. v. 11. Contendere animum in curas. *Cic.* 4. *Verr.* c. 21. Jam in tanta istius impudentia remittendum est aliquid, ne omnia contendamus. *to adduce every ground of accusation, omit nothing. Gell.* l. 20. c. 10. Cum lege agitur, et vindictæ contenduntur. *h. e.* intenditur actio de possessione. ¶ Item laborare, conari, curare, niti, *to strive, struggle, attempt, endeavour, labour. Id.* 3. *Offic.* c. 10. Qui stadium currit, eniti, et contendere debet, ut vincat. *Id. pro Ligar.* c. 3. Quantum potero voce contendam, ut hoc populus R. exaudiat. *Id.* 3. *Offic.* c. 2. Quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, tantum fac ut efficias. *Id. pro Mur.* c. 31. et *in Orat.* c. 62. Contendere animo. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 15. Contende quæso, atque elabora, ut &c. *Suet. in Domit.* c. 2. Omni ope contendere, ut &c. *Id. in Vitell.* c. 3. Magnopere contendere, ne &c. *Id. in Cæs.* c. 1. Pertinaciter contendere. ¶ Et cum accus. communi, *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 13. Neque ego nunc hoc contendo, mutare animum. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. Id sibi contendendum existimabat. et lib. 1. c. 31. Se id contendere et laborare, ne &c. ¶ Et cum infinito, *Id.* l. 3. *B. Gall.* c. 15. Summa vi descendere in hostium naves contendebant. et *ibid.* fuga salutem petere contenderunt. ¶ *Contendere aliquid ab aliquo* est eniti, ut ab aliquo obtineas, *to request or seek for earnestly, urge, press, solicit, beg, entreat. Cic. Fam.* 13. ep. 7. Non erat causa, cur a te hoc tempore aliquid contenderem. *Id. Attic.* l. 9. ep. 17. Nec dubito, quin a me contendat, ad urbem veniam. *Est qui legit,* ut veniam. *Id. pro Quint.* c. 24. Cum a me peteret, et summe contenderet, ut suum propinquum defenderem. *Id.* 1. *de Orat.* c. 36. Maxima voce, plurimis verbis contendere ab aliquo, ut &c. *Id.* 2. *Fam.* ep. 6. Verecundius contendere ab aliquo. *Id. Fam.* 12. *ep. ult.* A magistris cum contenderem de proferendo die. *Id. ad Brut.* ep. 14. Omni studio a te contendo, ut ne, &c. ¶ Cum accusativo, *Varro* apud *Non.* c. 4. n. 68. Et petere imperium populi, et contendere honores. *Cic.* 2. *Offic.* c. 20. *extr.* Ne quid contra æquitatem contendas. ¶ Hinc passive *Id.* 4. *Verr.* c. 53. Hic magistratus a populo summa ambitione contenditur. ¶ Sæpissime ponitur pro certare, confligere, in contentionem venire, *to contend, contest, strive to emulate. Cic. Fam.* 5. ep. 8. *a med.* In quo etiam si multi mecum contendent, tamen omnes facile superabo. *Id.* 7. *Attic.* ep. 9. Armis contendere cum aliquo. et *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 67. *extr.* Contendere bello cum aliquo. et lib. 2. c. 9. Contendere prœlio equestri. *to fight, engage. Nepos in Miltiad.* c. 4. *ad fin.* Contendere acie. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 20. Tauri pro vitulis contra leones summa vi impetuque contendunt. *Anton. ad Cicer. post* ep. 13. l. 14. *ad Attic.* Si duriorem te præbes, non contendam ego adversus te. *Nepos in Aristid.* c. 1. Cum aliquo de principatu contendere. *Sueton. in Vitell.* c. 4. Contendere inter citharœdos. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 570. pedibus cum aliquo. *h. e.* quod *Virg.* dixit 5. *Æn.* v. 291. Contendere cursu. *to contend in the race. Id.* l. 6. v. 643. Contendere ludo. *Cic. de clar. Orat.* c. 70. jurgio cum judice. *Id. pro Quint.* c. 31. jure. *to go to law. Id.* l. 1. *de Orat.* c. 10. interdicto. *Id. Fam.* 7. ep. 33. sacramento. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 52. in judicio cum aliquo. *Quintil.* l. 3. c. 4. lite de re quapiam. *Martial.* l. 7. epigr. 41. muneribus cum aliquo. et *ibid.* Contendere carminibus. *Cic. pro Planc.* c. 19. In hac causa desinamus aliquando vulgari et pervagata declamatione contendere. *Id. pro Quint.* c. 21. Inimicissime, atque infestissime contendere. *Senec.* l. 1. controv. 1. Inter duos contendentes medius elidar. ¶ Cum dativo *Propert.* l. 1. eleg. 14. v. 7. Non tamen ista meo valeant contendere amori. *Lucret.* l. 3. v. 6. quid enim contendat hirundo cygnis? *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 101. Seu tibi Pindaricis animus contendere plectris. ¶ Et cum accus. communi, *Cic. pro Quint.* c. 25. Tamen ne vereris, ut possis hæc contra Hortensium contendere? *h. e.* defendere. ¶ Item pro affirmare, tueri, tenere, *to maintain, assert, insist upon. Cic. pro Planc.* c. 19. *extr.* Ego hoc contendo, me tibi, cujuscumque tribus rationem poposceris, redditurum. *Cels. in præfat. ante med.* Si manantia corpuscula iter claudunt, ut Asclepiades contendit. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 8. v. 10. Illum ego contendi mente carere bona. *Nepos in Themist.* c. 7. Ad Ephoros accessit, atque apud eos contendit, falsa his esse delata. ¶ Præterea frequenter significat proficisci, ire, *to go to,* cum casibus motus ad locum. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 2. Tarsum veni: inde ad Amanum contendi. *I next shaped my course. Id.* 3. *Verr.* c. 26. *ad fin.* Contendere ad ædes. *Nepos in Cim.* c. 3. Lacedæmonem. *Id. in Eumen.* c. 8. per loca sola. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 10. in Italiam magnis itineribus. *to march.* et cap. 37. *extr.* ad hostem. et lib. 2. *B. Civ.* c. 42. in castra. et lib. 3. *B. Gall.* c. 3. Iisdem itineribus ad salutem contendere. *to retreat in safety. Cic. in Orat.* c. 30. Si quidem potuissemus, quo contendimus, pervenire. ¶ Cum solo accusat. omissa præposit. *Apul.* l. 2. *Metam.* Cum dicto facesso, et cubiculum meum contendo. ¶ Translate *Cic. ult. Phil.* c. 12. Maximis laboribus et periculis ad summam laudem gloriamque contendere. *Plin.* l. 6. c. 8. Cappadocum gens usque ad ejus regionem contendit. *extends, stretches, reaches.* ¶ Est in hac locutione ellipsis, qua subintelligitur *ire, proficisci,* aut quidpiam simile: quæ verba aliquando exprimuntur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 10. Qua iter in Galliam erat, cum legionibus ire contendit. *Sallust.* 4. *Hist.* apud *Non.* c. 4. n. 68. Ad oppidum ire contendit. ¶ *Contendere se aliquo* est se conferre. *Licinius* apud *Non. loc. cit.* Quo die magistratum obiit, repente celeri gradu per forum se in Capitolium contendit. ¶ *Contendere cursum ad aliquem* est dirigere, *to direct one's course. Virg.* 5. *Æn.* v. 824. et *Plaut. Cistell.* 2. 1. 58. ¶ *Contendere causam contra aliquem* apud *Lucret.* l. 4. v. 472. est litem intendere, causam agere, quæstionem instituere. ¶ Valet etiam idem quod comparo, confero, oppono, *to compare, contrast, set or match together. Cic.* 2. *Catil.* c. 11. Si ipsas causas, quæ inter se confligunt, contendere velimus. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 33. Quidquid contra dixeris, id cum defensione nostra contendito. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 26. qui Sidonio contendere callidus ostro Nescit Aquinatem potantia vellera succum. *Nævius* apud *Non. loc. cit.* Cave, tuam contendas iram contra cum ira Liberi. *Accius ibid.* Video te, mulier, ut vim tuam contendas ad majestatem viri. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 3. Vetera, et præsentia contendere. *Gell.* l. 2. c. 23. Græca comparare et contendere. ¶ Cum dativo *Auson. in gratiar. act.* c. 14. Non ego vehementer me contendo Frontoni.

CONTENEBRĀTUS, a, um, *darkened, overcast with darkness,* tenebris obductus, ἀπεσκοτωμένος. *Tertull. de Jejun.* c. 10. *circa med.* A sexta contenebratus orbis defuncto Domino lugubre fecit officium.

CONTENĔBRO, as, avi, atum, a. 1. *to darken,* tenebris operio, ζοφόω. *Tertull. advers. Hæret.* c. 12. Nemo ab eo illuminatur, a quo contenebratur. ¶ *Contenebrat, abat,* impersonaliter, *it grows dark or late; night is coming on.* συσκοτάζει. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 2. *a med.* Rursus pascunt, quoad contenebravit.

CONTENSUS pro contentus, vel intensus, legitur a nonnullis apud *Lucret.* l. 2. v. 99. ubi alii *condensus.*

CONTENTE, *earnestly, vehemently, with great exertion or force,* συντεταμένως, συντόνως, intente, extente, adducte: a *contendo, is. Cic.* 2. *Tuscul.* c. 24. Plaga hoc gravior, quo est missa contentius. et lib. 5. c. 34. Cum usque ad vesperam contentius ambularet. *Apul. in Florid.* n. 8. (*al.* l. 1.) Contentissime clamitare. ¶ Translate *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 24. Genu M. Antonium vidi, cum contente pro se ipse diceret, terram tangere. *Id.* 3. *de Orat.* c. 55. *extr.* Iisdem ornamentis uti licebit, alias contentius, alias remissius. *Gell.* l. 18. c. 1. Acriter atque contente pro suis decretis propugnare. *Id.* l. 3. c. 3. Curiose atque contente Plauti comœdias lectitare. *with close attention, attentively.* ¶ Est etiam parce, continenter, ut *Non.* c. 2. n. 110. exponit, et videtur esse a *contineo, es, strictly. Plaut. Asin.* 1. 1. 63. Illum mater arcte contenteque habet. *holds him with a tight rein. Pacat. in Paneg. Theodos.* c. 13. Parce contenteque vivere.

CONTENTĬO, onis, f. *a straining or stretching; an effort, exertion, endeavour; force, vehemence, earnestness, zeal,* συντονία, διάτασις, actus contendendi, intentio, conatus. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 41. Contentio et submissio vocis (binæ contentiones vocis, et remissiones, apud *eund.* 1. *de Orat.* c. 61. sunt binæ protases, et apodoses periodi, quod in illis vox aliquantum contenditur, in his remittitur.) *Plin.* l. 26. c. 13. Vocis, aut lateris contentiones. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 33. Equus submersus voraginibus non exstitit: quem cum maxima contentione non potuisset extrahere, &c. *Id. pro Sext.* c. 27. Antiochus magna belli contentione superatus. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 45. Omnibus terræ partibus in medium vergentibus, nihil interrumpit, quo labefactari possit tanta contentio gravitatis et ponderum. *Plin.* l. 10. c. 72. Contentione plumam revomere. *Cic.* 1. *Offic.* c. 25. Honorum contentio. *h. e.* studium, et conatus honorum adipiscendorum. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) *a med.* Contentio palmæ. *h. e.* pro palma. ¶ Sæpe transfertur ad animum. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 5. *extr.* Otii fructus est, non contentio animi, sed remissio. *exertion.* et *extremo* lib. 3. Aliquando ab hac contentione disputationis animos nostros, curamque laxemus. *Id. in Hortens.* apud *Non.* c. 4. n. 68. *extr.* Magna animi contentio adhibenda est in explicando Aristotele. ¶ *Contentio orationis* est cum incitata fervensque fertur oratio: cui opponitur lenitas, et remissio, *Cic.* 1. *de Orat.* c. 60. Tu jamdiu multo dicis remissius et lenius, quam solebas: neque minus hæc tamen tua gravissimi sermonis lenitas, quam illa summa vis et contentio probatur. ¶ Hinc *contentio* in re oratoria, ut definit *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 13. ubi de mollitudine, seu inflexione vocis verba facit, *est oratio acris, et ad confirmandum, et confutandum accommodata.* Hæc dividitur in *continuationem,* et *distributionem.* Illa est orationis enunciandæ acceleratio clamosa: hæc fit, cum raris et brevibus intervallis orator acriter vociferatur. ¶ Quatenus sermoni opponitur, est oratio, quæ adhibetur in disceptationibus judiciorum, concionum, senatus, ut ait *Cic.* 1. *Offic.* c. 37. ¶ Frequentissime ponitur pro certamine, controversia, pugna, *a contention, contest, dispute, debate, controversy, strife. Cic.* 2. *Phil.* c. 3. *extr.* Tanquam mihi cum M. Crasso contentio esset, cum quo multæ et magnæ fuerunt. et cap. 1. Decertare cum aliquo contentione dicendi. *Id.* 1. *Offic.* c. 38. *ad fin.* et 3. *de Legib.* c. 10. *ad fin.* Facere contentionem cum aliquo de re aliqua. *Id.* 4. *Acad.* c. 43. Est inter eos de tota possessione contentio. *Id. pro Sext.* c. 21. Inter sapientissimos homines hæc contentio fuit, ut alii dicerent, &c. alii autem &c. *Id. pro Balb.* c. 8. Magna contentio Heracliensium fuit, cum magna pars, &c. *Id. pro Cœl.* c. 22. *extr.* Ponere aliquid in contentione, utrum, &c. *Id. Divin. in Verr.* c. 19. Neque fere unquam venit in contentionem de accusando, &c. quin, &c. *Id.* 3. *de Leg.* c. 11. Habere aliquid contentionis cum aliquo. *Id. pro Mur.* c. 4. Contentio honoris. *a struggle about preferment.* et cap. 16. Pugna summa contentione pugnata. *hardly contested. Plin.* l. 7. c. 45. Contentio Perusina. *h. e.* bellum circa Perusiam gestum. ¶ Speciatim apud Rhetores *contentio* dicitur disputatio, quatenus distinguitur a quæstione seu controversia, quæ oritur ex scripto, aut aliis locis judicialibus. *Cic. in Orat.* c. 14. Quoniam quidquid est, quod in controversia aut in contentione versetur, &c. Cui *Ciceronis* loco lucem affert quod est l. 2. *de Orat.* c. 24. *sub fin.* Adde *Quintil.* l. 3. c. 6. *circa med.* (*al.* c. 8.) ¶ Item pro collatione, et comparatione, *a comparison, contrast. Cic. pro Planc.* c. 2. In ea causa contra dicendum est, in qua quædam hominum ipsorum videtur facienda esse contentio. *Id. in Pison.* c. 22. Facere contentionem fortunarum. Adde lib. 1. *Offic.* c. 17. *ad fin.* ubi conjungitur *contentio* et *comparatio*: et *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 14. ¶ Hinc apud Rhetores *contentio* est figura tum verborum, tum sententiarum, in qua et verba cum verbis, et sententiæ cum sententiis conferuntur et comparantur: eadem nimirum, quæ antithesis, contrarium, et contrapositum. *Quintil.* l. 9. c. 3. *ad fin.* et *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 15. 18. et 45. Differt ea, quæ est verborum, ab ea quæ sententiarum, quod illa, inquit *Auct. ad Herenn.* cit. c. 45. ex verbis celeriter relatis constat, hic sententiæ contrariæ ex comparatione referantur oportet. ¶ Hanc ipsam intellexisse videtur *Cic.* 3. *de Orat.* c. 53. *ad fin.* et qui eum locum descripsit ad verbum, *Quintil. cit.* l. 9. c. 1. *ad fin.* Nam quod ait *Turneb. ad hunc loc.* non posse hic accipi pro oppositione vocum contrariarum, quæ est figura verborum: *Cicero* autem et *Quintil.* hic enumerant figuras sententiarum: itaque intelligi vehementem et acrem orationem, quæ interdum habet δείνωσιν; primo quidem hæc *acris oratio* (de qua supra diximus) non est figura: deinde manifesto convincitur *Turneb.* ex *Auct. ad Herenn.* qui contentionem etiam inter figuras sententiarum ponit, uti modo est dictum. ¶ *Contentio gregum* apud *Censorin. de die nat.* c. 5. est eorum admissura.

CONTENTĬŌSE, *positively, strenuously,* φιλονείκως, cum contentione, et affirmandi pertinacia. *Hieronym.* l. 2. *advers. Jovinian.* c. 10. Quod si contentiose dixerint, &c. *Quintil.* decl. 18. c. 6. Necesse est contentiosius loquaris, quod probare non possis. *Augustin.* l. 20. *de Civ. Dei,* c. 1. Contentiosissime defendere id quod falsum est.

CONTENTĬŌSUS, a, um, *contentious,* ἐριστικός, qui cum contentione fit. *Plin.* l. 2. ep. 19. Oratio, de qua loquor, pugnax et contentiosa est. *full of keen debate. Martian. Dig.* lib. 1. tit. 16. leg. 2. Omnes proconsules, statim quam urbem egressi fuerint, habent jurisdictionem, non tamen contentiosam, sed voluntariam. *h. e.* quæ exercetur in re, quæ in contentionem venit, vel in eos, qui de re aliqua jure contendunt. *Quintil.* declam. 5. c. 1. Avidissimam moriendi cupiditatem contentiosa mendicitate fallebam. *h. e.* pertinaci. *Apul.* l. 8. *Metam.* Et tamen ad hoc ipsum, quod non potest, contentiosa pernicie, quasi posset impellitur. *h. e.* obstinatione perniciosa. *Augustin.* ep. 174. Quid est contentiosius, quam ubi de re constat, certare de nomine?

CONTENTŪRUS, particip. a contineo. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 149. Tu Lucilium credis contenturum, cum me ruperim, summa omnia fecerim? *h. e.* contenturum se, fore ut se contineat, et contentus sit. *would rest contented.*

CONTENTUS, a, um, *strained, stretched, drawn tight,* συντεταμένος, adductus, intentus, extentus: cui opponitur remissus, laxatus: a *contendo, is. Lucil.* apud *Non.* c. 2.

n. 868. Muscipula contenta, scorpius cauda sublata. Cic. 2. Tuscul. c. 24. Balistæ et reliqua tormenta eo graviores emissiones habent, quo sunt contentæ et adductæ vehementius. Id. 4. de Fin. c. penult. Contentæ fides. Horat. l. 2. sat. 7. v. 20. Contentus funis. Ovid. de remed. Amor. v. 435. Arcus contenti. Cic. pro Sext. c. 6. Contento studio, cursuque venire. Id. in Orat. c. 17. sub fin. Contenta voce atrociter dicere, summissa leniter. with a loud voice. Id. 2. Tuscul. c. 23. Onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt. on the stretch. Virg. 3. Georg. v. 536. Boves contenta cervice trahunt plaustra. Apul. l. 4. Metam. Contentissima voce clamitans. Sueton. in Tib. c. 7. Contentis oculis prosequi aliquem. with steadfast eye. Sic Lucret. l. 1. v. 324. Contenta acies oculorum. strained. Horat. l. 2. sat. 7. v. 97. Contento poplite. with the sinews of the back part of the knee strongly stretched. ¶ Item concitatus. Valer. Flacc. l. 3. v. 135. et pectus harundo Per medium contenta fugit. Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 169. illa per auras Tot freta, tot montes uno contenta volatu Transilit. ¶ Est etiam contentus a contineo, qui continet se in eo, quod habet: qui facile patitur: cui satisfactum est, content, satisfied, well-pleased. Cic. de clar. Orat. c. 35. Cum ipsum audires sine comparatione, non modo contentus esses, sed melius non quæreres. Id. 1. Offic. c. 42. ad fin. Mercatura satiata quæstu, vel contenta potius. Id. 5. Tuscul. c. 34. Bestiæ eo contentæ non quærunt amplius. Id. 3. Fam. ep. ult. Quibus ego a tali viro contentus eram. Id. Parad. 6. c. 1. Cui tanta possessio, ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit. Lucil. apud Non. c. 4. n. 78. His te versibus interea contentu' teneto. Plaut. Pœn. a. 2. v. 14. Dii deæque contentiores mage erunt, atque avidi minus. Apul. l. 8. Metam. Non contentus, quod mihi nec solatium præbuit, &c. ¶ Cum infinito, Vellei. l. 2. c. 49. ad fin. Contentus titulum retinere provinciæ. Curt. l. 8. c. 11. Barbari hostem depulisse contenti, non institere cedentibus. Adde Petron. Ovid. Valer. Flacc. Sil. Quintil. Justin. Plin. utrumque, &c. ¶ Cum genit. Scævola Dig. lib. 32. leg. 35. (al. 37.) ad fin. Ut contentus esset partis dimidiæ dotis. Ita Torrentin. at Haloand. edidit dimidia parte. Addit Pareus in Lex. Crit. alium locum ex Curt. l. 6. c. 2. sed in quo ipse quoque fatetur, dubiam lectionem esse. Dubia item sunt, quæ ex Velleio l. 2. c. 88. et Justin. l. 42. c. 2. congerit Heins. ad Ovid. Metam. 15. v. 515. et l. 5. v. 169. certum autem illud Dictys Cretens. l. 2. c. 17. Achilles haud contentus eorum, quæ gesserat, Cilicas aggreditur. ¶ Contentus pro detentus, kept, detained, Apul. l. 9. Metam. Ego mulier, et intra hospitium contenta. et ibid. Asinus intra terminos pistrini contentus. ¶ In illo Cic. pro Planc. c. 5. Manlius vita contempta et sordida: Al. leg. contenta, h. e. parca, frugal, parsimonious.

CONTERĔBRO, as, a. 1. terebrare. Cœl. Aurelian. Tard. l. 2. c. 3. Humoris fluor ita jugis, ut ossa conterebret. hoc est carie exedat.

CONTEREBROMĪA, æ, f. significat omnem illam terram, quam Bromius, seu Bacchus exercitu lustravit: vel regionem quamcumque vini feracem, [vel in qua multum vini conteritur, seu consumitur.] Vox jocularitor a Plauto novata Curcul. a. 3. v. 76.

CONTERMĪNO, as, avi, atum, n. 1. confinio jungor, conterminus sum, to border upon. Ammian. l. 14. c. 2. (al. 6.) Per municipia, quæ iisdem conterminant. et l. 23. c. 6. (al. 24.) Quibus Arabes beati conterminant.

CONTERMĪNUS, a, um, nigh to, neighbouring, bordering upon, touching at the boundaries, conterminous, ὅμορος, finitimus, vicinus. Ovid. 4. Metam. v. 90. Ardua morus erat, gelido contermina fonti. Tacit. 6. Ann. c. 36. In longinqua et contermina Scythiæ fugam maturavit. Plin. l. 13. c. 14. Æthiopia Ægypto contermina. Id. l. 18. c. 6. Cn. Pompeius nunquam agrum mercatus est conterminum. ¶ Cum genitivo Apul. l. 6. Metam. Prædicti jugi conterminos locos appulit. et paulo post. Hujus conterminam quære Tænarum. Addunt et Silii locum l. 5. v. 511. sed dubiæ lectionis. ¶ Et cum ablat. propter cum præposit. inhærentem, Id. l. 4. Metam. Locum lacu aliquo conterminum. ¶ Translate Stat. 7. Theb. v. 702. Morti contermina virtus. h. e. vicina. ¶ Conterminum, i, absolute est confine, a boundary, confine, border. Plin. l. 37. c. 9. Eadem (gemma) et Pharanitis, in contermino Arabiæ, gentis nomine.

CONSTERNATĪO, onis, f. ternorum comparatio, ut Conternationes factæ, Conternationum sortitio, apud Hygin. loco mox citando.

CONSTERNO, as, avi, atum, a. 1. ternum numerum comparo, ut combino binum. Hygin. de limit. pag. 191. Goes. Si permissum fuerit, ut inter convenientes conternentur, conternati sortiri debebunt. Hieronym. ep. 27. epitaph. Paulæ sect. 11. sub fin. Vitula conternans. h. e. trima.

CONTĔRO, is, trivi, raro trii, tritum, a. 3. to break or bruise small, pound in a mortar, συντρίβω, κατατρίβω, idem quod tero, vel simul, aut valde tero, comminuo, contundo. Ovid. de medic. fac. v. 60. vivacis cornua cervi Contere. Plin. l. 30. c. 7. Conterere aliquid in cinerem. to reduce to ashes. Varr. l. 2. R. R. c. 7. circa med. Scyllæ modicum conterunt cum aqua ad mellis crassitudinem. Plin. l. 26. c. 7. ad fin. Cauliculus conteritur ex vino vetere. Plaut. Asin. 2. 4. 13. Conterere alicui latera stimulo. Petron. in Satyr. c. 17. Retexit superbum pallio caput, et manibus inter se usque ad articulorum strepitum contritis, quænam est, inquit, &c. h. e. constringendo et torquendo veluti fractis. Est qui leg. constrictis, minus recte. Simile est illud Senecæ l. 3. de Ira, c. 4. Adjice articulorum crepitum, cum se ipsæ manus frangunt, &c. ¶ Item consumo, absumo, to consume, waste, wear. Ovid. 3. de ar. am. v. 91. Conteritur ferrum, silices tenuantur ab usu. Quintil. l. 2. c. 4. post med. Supellex conteritur. Cic. Fam. 9. ep. 25. Παιδείαν Κύρου, quam contrieram legendo, totam in hoc imperio explicavi. Al. leg. contriveram. Lucret. l. 2. v. 1160. Conterimusque boves, et vires agricolarum Conficimus. fatigue, tire, wear out with labour. ¶ Translate Plaut. Cistell. 2. 3. 66. Conteris tu tua me oratione, mulier. h. e. enecas. you weary me, tire me out, stun me. Id. Pœn. 3. 1. 33. Quanquam sumus pauperculi, est domi, quod edimus, ne nos tam contemptim conteras. that you may not treat us contemptuously. Cic. de Provinc. cons. c. 13. Ceteras nationes contrivit, domuit. h. e. armis contudit, protrivit, calcavit, ut Justin. extr. l. 12. loquitur. reduced, subdued, vanquished. Id. 5. Tuscul. c. 30. sub fin. Cum virtutem ad Cælum extulerint, reliqua ex collatione facile est conterere atque contemnere. h. e. deprimere, calcare. to vilify, despise. Id. Attic. l. 9. ep. 3. Egeo argumento epistolarum. Quæ enim sunt horum temporum, ea jam contrivimus. h. e. scribendo consumpsimus. have exhausted the subject. Plaut. Mostell. 4. 2. 68. Is vel Herculis conterere quæstum possit. proverbialis locutio de valde prodigo. Cic. Fam. 1. ep. 9. a med. Ejus gravissimas injurias voluntaria quadam oblivione contriveram. h. e. ex animo omnino deleveram. had blotted out, erased. Id. 1. de Fin. extr. Conterere se in musicis, geometria, &c. to spend one's time. Sic dicimus conterere diem, tempus, ætatem, curam, &c. to pass, consume, spend. Cic. 1. de Leg. c. 20. Conterere ætatem in litibus. Id. de Amic. extr. tempus in studiis litterarum. Plaut. Bacch. 4. 6. 11. ætatem in pistrino. Cic. 1. de Orat. c. 58. ad fin. Conteri in causis, in negotiis, in foro. to be versed. Id. Verr. 7. c. 10. ad fin. Diei brevitas conviviis, noctis longitudo flagitiis conterebatur. Terent. Phorm. 1. 4. 32. Frustra operam conterere. to spend his time to no purpose. Plaut. Mostell. 3. 1. 54. Conterere curam. ¶ Simplex vetero tero habuit olim in præterito terui. Hinc Tibull. l. 1. el. 7. v. 70. proprios ego tecum, Sit modo fas, annos conteruisse velim. Apul. l. 8. Metam. Manum mordicus arreptam penissime conterui. Ita utroque loco Heins. ad Ovid. Heroid. ep. 19. v. 17. et Brouckhus. Alii aliter. ¶ In illo Ovidii de Medic. fac. v. 89. Hæc ubi contriveris, quod secundæ syllabæ ratio obstat (quamquam ita constanter reperitur in MSS. ut Critici monent) quidam ediderunt contereris. Alii mallent contrieris. Est etiam qui velit contriris. ¶ Dividitur per tmesim in illo Propertii l. 3. el. 11. v. 10. Conque terunt fastus, &c. nisi quod alii rectius leg. Quæque terunt.

CONTERRANĔUS, a, um, of the same country, or territory, conterraneous, ὁμόχωρος, qui est ejusdem terræ, seu regionis. Plin. in præfat. Hist. nat. (quam tamen Harduin. Plinio abjudicat) Ut objicere moliar Catullum conterraneum meum. (Agnoscis et hoc castrense verbum) Ille enim &c. castrense verbum vocat, quia utebantur eo in castris milites ex variis locis convenientes, ad regiones illas lato quodam modo significandas, unde nomina dederant.

CONTERRĔO, erres, errui, erritum, a. 2. to terrify, frighten greatly, καταφοβέω, ἐκπλήττω, idem quod terreo, aut valde terreo. Colum. l. 7. c. 12. de cane villatico. Ut prius auditu maleficum, deinde etiam conspectu conterreat. Al. leg. terreat. Cic. 1. de Orat. c. 49. Hanc loquacitatem nostram vultu ipso aspectuque conterreat. Lucret. l. 2. v. 623. pectora vulgi Conterrere metu. Liv. l. 3. c. 11. Atrox ingenium accenderat eo facto magis, quam conterruerat. Adde Tibull. l. 4. carm. 1. v. 71. et Senec. l. 2. quæst. nat. c. 42. extr.

CONTERRĬTUS, a, um, greatly alarmed, terrified, καταφοβηθεὶς, exterritus. Phædr. l. 1. fab. 12. v. 7. Cervus venantum subito vocibus conterritus. Virg. Æn. 12. v. 54. nova pugnæ conterrita sorte. Id. 3. Æn. v. 507. aspectu conterritus hæsit. Curt. l. 10. c. 7. Cesserat ex concione Aridæus, principum auctoritate conterritus. Sueton. in Domit. c. 11. Conterritus atrocitate pœnæ.

CONTESSERATĬO, onis, f. a league between strangers, quasi dicas, communicatio tesserarum hospitalitatis; communicatio, amicitia. Tertull. advers. Hæretic. c. 20.

CONTESSĔRO, as, avi, atum, a. 1. hospitium mutuum colo: a tesseris hospitalibus, quibus prolatis hospites agnoscebantur, et excipiebantur. V. Tessera. Tertull. advers. Hæret. c. 36.

CONTESTATĬO, onis, f. actus contestandi, a calling to witness, bearing witness, testimony, διαμαρτυρία. Ulpian. Dig. lib. 28. tit. 1. lege 20. ad fin. Veteres putaverunt, eos, qui propter solemnia testamenti adhibeantur, durare debere, donec suprema contestatio peragatur. Gell. l. 6. c. 12. Sulpicius testamentum compositum esse dixit a mentis contestatione. Id. l. 10. c. 3. In tam atroci re, ac tam misera atque mœsta injuriæ publicæ contestatione. h. e. enarratione, et affirmatione. ¶ Item obtestatio, obsecratio, nempe preces interposita alicujus numinis invocatione adhibitæ, a conjuring, entreating earnestly. Cic. in fragm. pro C. Cornel. apud Ascon. Petivit a me Prætore maxima contestatione, ut causam Manilii defenderem. ¶ Contestatio litis, the debate or trial of a cause, by putting in the plaintiff's declaration and the defendants answer, quid sit, V. in Contestor. Ulpian. Dig. lib. et tit. 3. leg. 40. Ratihabitionis satisdatio ante litis contestationem a procuratore exigitur.

CONTESTATIUNCŬLA, læ, f. brevis oratio, seu obsecratio. Sidon. l. 7. ep. 3. Diu multumque deliberavi, an destinarem sicut injungis, contestatiunculas, quas ipse dictavi.

CONTESTĀTO, adverb. in the presence of witnesses, testibus adhibitis, διὰ μαρτύρων: vel simpliciter declaratorily, contestando et affirmando. Ulpian. Dig. lib. 25. tit. 3. leg. 1. post med. Si neque contestato dixerit, eam ex se prægnantem non esse. Adde lib. 15. tit. 4. leg. 1.

CONTESTĀTUS, a, um, particip. deponens verbi contestor, activa significatione. Ulpian. Dig. lib. 5. tit. 1. leg. 1. Qui mecum erat litem contestatus. ¶ Passive Cic. pro Flacc. c. 11. Ab hac perenni contestataque virtute majorum Flaccus non degeneravit. h. e. perspecta, et quasi testibus probata. known, tried, proved, attested. Id. pro Rosc. Com. c. 12. Iste cum eo litem contestatam habet. V. Contestor. Ulpian. Dig. lib. 5. tit. 3. leg. 7. Judicium contestatum de inofficioso testamento.

CONTESTIFĬCANS, antis, simul testificans. Tertull. de testim. anim. c. 1. post init. Commemorantes, et contestificantes, &c.

CONTESTOR, aris, atus sum, dep. 1. to call to witness, invoke, conjure, διαμαρτύρομαι, testem invoco, obtestor, obsecro. Cic. pro Flacc. c. 40. Cum ego te, Flacce, cælum noctemque contestans, flens flentem obtestabar. Id. 6. Verr. c. 29. Flens, ac deos hominesque contestans, clamare cœpit. Cæs. l. 4. B. Gall. c. 25. Contestatus deos, ut ea res legioni feliciter eveniret, desilite, inquit, milites, &c. ¶ Item testato dicere, affirmare. Ulpian. Dig. lib. 15. tit. 4. leg. 1. Si sic contestatus sit: Quod voles cum servo meo negotium gerere periculo meo. Paul. lib. 27. tit. 1. leg. 38. Quinquaginta dierum spatium tantummodo ad contestandas excusationum causas pertinet. to demonstrate, state plainly. ¶ Contestari litem, inquit Festus, dicuntur duo, aut plures adversarii, quod ordinato judicio, utraque pars dicere solet, testes estote. to put in the plaintiff's declaration, and the defendant's answer. Paulo aliter in Cod. Justin. lib. 3. tit. 9. qui est de litis contestatione, ubi Impp. Sever. et Antonin. leg. 1. statuunt, litem tunc contestatam videri, cum judex per narrationem negotii causam audire cœperit. Gloss. Lites contestatæ, αἱ ἄρχην λαβοῦσαι ἐν δικαστηρίῳ δίκαι ἐξ ἀντικαθεστώτων. Ex quibus fit contestari litem esse, ita rem in judicium adducere, testibus præsentibus, coram prætore, aut judice, ut neutri parti recedere, salva lite non liceat, to bring an action against any one, commence a law suit, go to law. Cic. Attic. l. ult. ep. 15. Neque enim procuratores litem contestabuntur. stand a trial; join issue. Gell. l. 5. c. 10. Petere instituit ex pacto mercedem: litem cum Euathlo contestatur. ¶ Olim passiva significatione usurpatum fuit, teste Prisciano l. 8. pag. 793. Putsch. ubi id confirmat auctoritate P. Aufidii. Sed præterea sæpe apud JCtos lis contestari dicitur, ut Julian. Dig. lib. 30. leg. 88. extr. Ulpian. lib. 24. tit. 3. leg. 22. et lib. 33. tit. 9. leg. 1. &c.

CONTEXO, is, exui, extum, a. 3. to weave, weave together, interweave, entwine, put together, unite, connect, συμπλέκω, συνυφαίνω, simul texo, connecto. Tibull. l. 3. el. 4. v. 33. Ut cum contexunt amaranthis alba puellæ Lilia. Lucan. l. 4. v. 419. firma gerendis Molibus insolito contexunt robora ductu. Tacit. 4. Ann. c. 49. Fossam loricamque contexere. Aurel. Vict. in Epitom. c. 3. Duplici ordine naves contexens. h. e. simul colligans. Valer. Flacc. l. 2. v. 108. tenui puppes contexere canna. Plin. l. 5. ep. 6. Per latus omne vineæ porriguntur, unamque faciem longe lateque contexunt. h. e. contextæ præbent. ¶ Translate sumitur pro componere, conjungere. to join together, compose, devise, contrive, forge. Cic. 1. de Leg. c. 3. Neque tam facile interrupta contexo, quam absolvo instituta. Id. in Orat. c. 34. Memoria rerum veterum cum superiorum ætate contexitur. Id. Fam. 5. ep. 12. ad Lucei. historic. Ut cogitares, conjuncte ne malles cum reliquis rebus nostra contexere, &c. Id. pro Deiot. c. 6. extr. Quam festive crimen contexitur! h. e. describitur, et confingitur. Id. pro Cæl. c. 8. Longius mihi contexere hoc carmen liceret. h. e. subjungere, attexere, recitare. Quintil. l. 10. c. 6. Cogitatio non rerum ordinem modo intra se ipsa disponit, sed verba etiam copulat, totamque ita contexit orationem, ut ei nihil præter manum desit. weaves the thread throughout in such a way, that, &c. so connects, that, &c. Senec. ep. 114. Contexere librum. Plin. l. 21. c. 20. Contexemus et Gallici nardi remedia, in hunc locum dilata. we will add, subjoin. Id. ibid. c. 5. Contexímus et de sili. h. e. dicimus, tractamus. Id. l. 35. c. 12. De pic-

tura satis superque: contexuisse his et plasticem conveniat. *h. e.* subjunxisse tractatum de plastice. ¶ Apud *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 5. *sub fin.* contexere numerum, est componere, conficere.

CONTEXTE, adverb. *closely, without interruption, of one piece, in a manner connected throughout,* contexendo, conjungendo, συμπεπλεγμένως. Translate *Cic. de Fato,* c. 14. Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione conserte contexteque fiunt.

CONTEXTIM, adverb. contexte. *Plin. l.* 10. *c.* 53. Turdi luto nidificantes pæne contextim. *closely, as if woven or linked together.*

CONTEXTĬO, onis, f. *a weaving or joining together, arranging closely or connectedly, composing,* contextus, compositio. *Macrob. sub fin. c.* 5. *l.* 1. *in Somn. Scip.* Contextio et resolutio numeri octonarii. et cap. 2. Contextio narrationis per turpia et indigna componitur. Adde *lib. et cap. ult. Saturnal.* et *Augustin. l.* 3. *de Musica, c.* 7. Sic *Auson. in procem. perioch. Iliad. a med.* Contextio classis, qua Paris in Europam navigavit. *Augustin. l.* 7. *de Civit. Dei, c.* 2. Contextio libri.

CONTEXTUS, us, m. *a weaving or platting together, interweaving, connecting closely,* συμπλοκή, συνυφή, textura, contextio. *Accius* apud *Cic.* 5. *de Fin. c.* 11. *de Philocteta.* Pinnarumque contextu corpori tegumenta faciebat. *Lucret. l.* 1. *v.* 243. Contextum corporum vis quæque dissolvit. *h. e.* coagmentationem. *texture, contexture, union of the parts. Auson. in Periocha* 5. *Odyss.* Contextu ratis temere properatæ navigationem aggredi. *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 15. *ante med.* Domus juncta contextu ædificiorum. *in the same line with.* ¶ Translate est complexio, continuatio, series. *a connexion, consistency, series, continuation, construction, order, arrangement, tenour, train. Cic.* 5. *de Fin. c.* 28. Mirabilis est apud illos contextus rerum: respondent extrema primis, media utrisque, omnia omnibus. *Id. in partition. c.* 23. *ad fin.* In toto quasi contextu orationis hæc erunt illustranda maxime. *in the whole thread,* &c. *Petron. in Satyr. c.* 20. Contextus fabularum. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 8. *n.* 7. exemplorum. *Quintil. l.* et cap. 1. (*al. c.* 2.) litterarum. *h. e.* series, et ordo, quo in alphabeto dispositæ sunt. *Id. l.* 9. *c.* 4. *post med.* Lenis et fluens contextus. *h. e.* compositio verborum. *Tacit.* 2. *Hist. c.* 8. Ceterorum casus in contextu operis dicemus. *in a subsequent part of the history. Quintil. l.* 5. *c.* 13. *circa med.* Per partes dissolvitur, quod contextu nocet. *Plin. l.* 10. *c.* 42. *extr.* Lusciniæ assidue nova loquentes, longiore etiam contextu. *h. e.* continuatione verborum. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 73. Contextus testamenti. *h. e.* tota contextio. *Id.* lib. 28. tit. 1. leg. 21. *extr.* Uno contextu actionis testari oportet. *h. e.* nullum alienum actum testamento intermiscendo, ut *Id. ibid.* exponit. *Senec. l.* 6. *quæst. natur. c.* 29. *ad fin.* Hispanias a contextu Africæ mare eripuit. *from joining with.*

CONTEXTUS, a, um, *woven, woven together, interwoven, joined or linked together, connected,* συνυφής, συμπλεκής, intextus, connexus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 63. Villis ovium confectis, atque contextis homines vestiuntur. *Virg.* 1. *Æn. v.* 112. Equus trabibus contectus acernis. *made, constructed. Tibull. l.* et el. 1. *v.* 71. Totus et argento contextus, totus et auro. *h. e.* indutus veste contexta auro, et argento. *Al. leg.* contectus. *Valer. Flacc. l.* 3. *v.* 90. contextis umbonibus urgent. *h. e.* scutis connexis. *Tibull. l.* 4. carm. 1. *v.* 22. contextis passim fluit ignibus æther. *h. e.* serie continuata ignium: vel æther constans perpetuis ignibus. *with flakes of fire.* ¶ Apud JCtos *contextum* est stamen, et subtegmen, quod in tela est, nondum detextum. Ita *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 23. ¶ Translate *Cic.* 5. *Tuscul. c.* 33. *ad fin.* Perpetuæ et contextæ voluptates. *h. e.* non interruptæ, ut una aliam pariat. *an uninterrupted series of pleasures. Quintil. l.* 11. *c.* 1. Circuitus contexto nitore decurrentes. *h. e.* periodi apte æquabiliterque fluentes. *Id. l.* 9. *c.* 4. Oratio vincta atque contexta. et *mox.* Verba singula et contexta. *Id. sub fin.* cap. 9. lib. 12. Ita nec liber est impetus, nec cura contexta. *h. e.* cohærens, congruens, sibi constans.

CONTICĔO, V. in fine vocis sequentis.

CONTICESCO, escis, ticui, n. 3. *to be silent, keep silence, hold one's peace, be hush or still,* κατασιγάω, σιωπάω, idem quod taceo, loqui, aut strepere desino. Apud *Plaut.* in multis exemplaribus legitur *conticisco,* ut *Bacch.* 4. 6. *extr.* Sed conticiscam: nam audio aperiri fores. *Cic. pro Marcell. c.* 3. Neque ulla unquam ætas de tuis laudibus conticescet. *Id.* 3. *Catil. c.* 5. Conscientia convictus repente conticuit. *Martial. l.* 7. *epigr.* 79. tetricæ conticuere tubæ. *Ovid. Metam.* 5. *v.* 574. Conticuere undæ. *h. e.* murmuris desivere. *the waters are hushed. Cic. post redit. in Sen. c.* 7. Dum conticesceret illa lamentatio, et gemitus urbis. *Liv. l.* 25. *c.* 10. et lib. 2. *c.* 55. Conticescebat paulatim tumultus. *was allayed, ceased.* ¶ Translate *Cic. in Pison. c.* 12. Cum obmutuisset Senatus, judicia conticuissent. *h. e.* cessassent. *Id. de clar. Orat. c.* 94. Hoc studium nostrum conticuit subito, et obmutuit. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 348. vacuæ conticuere molæ. *Liv. l.* 2. *c.* 29. *extr.* Hic, quo nunc omnia ardent, conticescet furor. ¶ Lexicographi ponunt etiam *Conticeo,* sed non habent, quibus confirment, nisi exempla præteriti temporis. Nam quod quidam leg. apud *Varron. l.* 6. *L. L. c.* 4. *extr. Conticinium puto a conticendo dictum;* optimi libri habent *conticescendo.* In Gloss. veterib. habetur *Conticeo,* σιωπῶ, et *Conticet,* σιωπᾷ: *Priscian.* quoque l. 8. pag. 829. *Putsch. conticeo* agnoscit; sed hæc ad verbi usum firmandum non sunt satis.

CONTICINĬUM, ii, *that part of the night which is between cock-crowing and the dawn,* pars illa noctis, quæ est inter gallicinium et diluculum, ut dictum est in *Concubius.* Glossæ: *Conticinium,* ὁ μεταξὺ ἀλεκτρυοφωνίας χρόνος. Est a *conticescendo,* ut putat *Varr. l.* 6. *L. L. c.* 4. *extr.* ¶ Sumitur etiam pro prima parte noctis, seu pro ipsa nocte concubia, utibidem observavimus. *the first part of the night when all is still.* Qua ratione accipi videtur a *Plauto Asin.* 3. 3. 95. Redito huc conticinio. ¶ Apud *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 3. pro *conticinium* quidam leg. *conticuum.* quod sane non abhorret ab analogia.

CONTICISCO pro Conticesco legitur apud *Arnob. post init. l.* 5. *Plaut. Bacch.* 4. 6. 28. et *Mil.* 2. 4. 56.

CONTICŬUM, V. *Conticinium.*

CONTIFICĬUM, ii, (vel Contifigium, ut *Casaubonus* putat) ex *Vopisco in Probo* c. 19. affertur, ut contum, seu venabulum significet, vel actum transfixionis ferarum. Verba *Vopisci* sunt: Addidit centum jubatos leones, qui omnes contificiis interempti sunt. *Salmas.* ex MS. *Palatino* legit *posticis.*

CONTĬGER, a, um, κοντοφόρος, contum gerens. *Paulin. Nolan.* carm. 20. *Nat.* VII. *S. Fel. v.* 188. Contigero similis juveni spectabat in altum. *h. e.* supina fronte erectum contum ferenti, ut solent θαυματοποιοὶ mira ludicra edentes. Huc pertinet illud *Martial. l.* 5. *epigr.* 12. Quod nutantia fronte pertinaci Gestat pondera Maschlion superbus. Ubi *Scriverius* pro *pertinaci* malebat *perticata.*

CONTIGNATĬO, onis, f. *a joisting, raftering, flooring, floor, story,* δόκωσις, ὀροφή, ξύλωσις, tignorum, seu trabium series, et contextus ut in ædibus, quæ membra superiora domus sustinet, aut tectum. *Cæs. l.* 2. *B. Civ. c.* 9. Turris contignatio. *Liv. l.* 21. *c.* 62. In tertiam contignationem sua sponte ascendisse. *into the third story. Hirt. de B. Alex. c.* 1. Incendio tuta est Alexandria, quod sine contignatione sunt ædificia. *without a flooring. Vitruv. l.* 6. *c.* 5. Imponere contignationem, supra eam coaxationem, et pavimentum. *the rafters, joists. Pallad. l.* 1. tit. 9. Facere contignationem æqualem et solidam, ne gradus ambulantium tremor fabricæ titubantis excutiat.

CONTIGNĀTUS, a, um, adject. *laid with beams, raftered, joisted, floored,* trabibus, seu tignis conjunctus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 5. Itinera sint interioribus partibus turrium contignata. *Cæs. l.* 2. *B. Civ. c.* 15. Quidquid est contignatum, cratibus consternitur.

CONTĬGNO, as, avi, atum, a. 1. *to rafter, joist, floor,* σανιδόω, tignis tectum jungo. *Plin. l.* 9. *c.* 3. In domibus fores maxillis balænarum facere, ossibus tecta contignare.

CONTIGNUM, frustum carnis cum septem costis demptum. *Festus.* Al. leg. *Contiguum.*

CONTIGŬE, adverb. *closely, immediately,* ἐχομένως, σχεδὸν, statim, et quasi contingendo. *Martian. Capell. l.* 9. post 3. carm. pag. 308. Eam contigue sequebatur.

CONTIGŬUS, a, um, *contiguous, adjoining, near, neighbouring, adjacent,* qui ita proximus est alteri, ut contingat: et generatim vicinus: ab obsoleto *tago* pro *tango,* συναφής. *Ovid. Metam.* 4. *v.* 57. Pyramus, et Thisbe contiguas tenuere domos. *Id.* 3. *de ar. am. v.* 409. Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus, Contiguus poni, Scipio magne, tibi. *Plin. l.* 2. *c.* 9. Luna alias admota cælo, alias contigua montibus. *appearing to touch. Tacit.* 2. *Ann. c.* 60. Syri, Armeniique, et contigui Cappadoces. *bordering upon. Virg. Æn.* 10. *v.* 457. Hunc ubi contiguum missæ fore credidit hastæ. *within the reach or aim of.* et *Ammian. l.* 31. *c.* 14. (*al.* 40.) Periit hoc exitu Valens, quinquagesimo anno contiguus. *h. e.* tangens annum quinquagesimum.

CONTINCTUS, a, um, idem ac tinctus, *dyed, tinged. Lucret. l.* 2. *v.* 742. Ex ineunte ævo nullo contincta colore. Al. leg. *contacta.*

CONTĬNENS, entis, *holding, containing,* συνέχων, qui continet. *Gell. l.* 13. *c.* 9. Libri, quos πανδέκτας inscripsit, tanquam omne doctrinarum genus continentes. *Plin. l.* 17. *c.* 14. Vinculum continens libertatem dehiscendi. *Aurel. Vict. de Vir. Illustr. c.* 77. Non continens lacrymas. *not able to refrain from.* ¶ Item qui contiguus est alteri, nulla alia re interposita, conjunctus, proximus, vicinus, *contiguous, adjoining, adjacent, next to, hanging or dependent upon,* συνεχής. *Cic. de Fato, c. pœnult.* Proxima, et continens causa. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 45. *ad fin.* Mari aer continens est. *Id.* 4. *Acad. c.* 33. Mare, quod nunc quia a sole collucet, albescit, dissimileque est proximo et continenti. *to the sea immediately adjoining. Id. pro Cæcin. c.* 4. Huic fundo continentia prædia, atque adjuncta mercatur. *Id.* 1. *de nat. Deor. c.* 11. Motus sensui junctus, et continens. *Id. Fam.* 15. *ep.* 2. Cappadociæ pars ea, quæ cum Cilicia continens est. *which touches upon.* Et l. 1. *de Invent. c.* 26. Partim sunt continentia cum ipso negotio, &c. *Plin. l.* 18. *c.* 25. Cherronesum, et continentia usque Atho. *Cæs. l.* 3. *B. Gall. c. pœnult.* Morini continentes silvas, ac paludes habebant: eo se contulerunt. ¶ Cum de aliqua insula sermo est, *continens terra,* et frequentius *continens* absolute, dicitur ea regio, quæ est illi proxima, et insula non est, ἤπειρος, *the continent, main land. Varr.* apud *Charis. l.* 1. pag. 100. *Putsch.* In terra continenti. *Cic. in Hortens.* apud *Non. c.* 4. *n.* 102. In continentibus terris. *Nepos in Themist. c.* 3. Inter Eubœam, continentemque terram cum classiariis regis conflixit. *Horat. l.* 2. *od.* 18. *v.* 20. Marisque Baiis obstrepentis urges Submovere litora, Parum locuples continente ripa. *Nepos in Milt. c.* 7. Procul in continenti lucus, qui ex insula conspiciebatur, incensus est. *Cæs. l.* 5. *B. Gall. c.* 8. Labieno in continente relicto, ipse ad solis occasum naves solvit. (Adde cap. 31. et lib. 4. *c.* 28. et 36. et alibi sæpe.) *Plin. l.* 5. *c.* 31. *sub fin.* Insula a proxima continente abest VII. M. D. pass. ¶ Absolute *Liv. l.* 28. *c.* 12. Hispania prima a Romanis inita provinciarum, quæ quidem continentis sint. ¶ *Continentia urbis* sunt ædificia extra muros urbis posita, sed ipsis contigua. *Terent. Dig. lib. ult. tit. pœnult.* leg. 147. Qui in continentibus urbis nati sunt, Romæ nati intelliguntur. *in the suburbs. Paul. Dig.* lib. 33. tit. 9. leg. 4. *a med.* Urbes fere omnes muro tenus finiri, Romam continentibus. Adde *Ulpian. lib. ult. tit. pœnult.* leg. 173. et 199. Huc pertinet illud *in vet. Tab. æn.* apud *Murator.* pag. 582. *ad fin.* Quæ viæ in urbe Roma erunt intra ea loca, ubi continenti habitabitur. *h. e.* ubi continentia ædificia erunt. *Alfen. Digest. lib. ult. tit. pœnult.* leg. 87. Urbem esse Romam, qua muro cingeretur: Romam etiam qua continenti ædificia essent. Ita *Torrentin. et Gothofr.* at *Haloand.* in continenti. ¶ *Continentia* apud Rhetores, quæ sint, docet *Cic.* 1. *de Invent. c.* 26. Negotiis, *inquit,* quæ sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim *&c.* Continentia cum ipso negotio sunt ea, quæ semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari. ¶ Apud eosdem *continens causæ* (sive quod conjunctum maxime sit cum ipsa causa, sive quod in se causam totam contineat) τὸ συνέχον, est id, quod potissimum agitur in causa, quo sublato lis esse non potest. *the principal part of a cause; that on which a cause hangs or turns.* Ita *Quintil. c.* 11. *l.* 3. ubi plura hac de re. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 14. vocat firmamentum, aitque esse firmissimam argumentationem defensoris, et aptissimam ad judicationem: et subdit ipse quoque exemplum. et *in Topicis cap. pœnult.* ea, *inquit,* continentia vocentur, quasi firmamenta defensionis: quibus sublatis, defensio nulla sit. *In partitionib.* quoque cap. 29. *ad fin.* clarius idem istud exponit. V. ¶ Est præterea *continens* non interruptus, continuatus, sine intermissione factus, *continued, continual, without intermission, successive, uninterrupted. Cæs. l.* 3. *B. Civ. c.* 63. Continens omnium dierum labor. *incessant, unremitting. Id. l.* 5. *B. Gall. c.* 11. Continentia bella. et lib. 7. *c.* 28. Continens impetus. *Liv. l.* 37. *c.* 25. Continens incendium. et lib. 2. *c.* 29. Continens agmen. *unconnected, straggling.* et lib. 5. *c.* 34. Continens memoria. *Cels. l.* 3. *c.* 5. *ad fin.* Febres continentes sine remissione. *Auct. ad Herenn. l.* 3. *c.* 12. *ad fin.* Continens vox. *Liv. l.* 22. *c.* 15. Quinque millia continenti cursu sequi aliquem. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 57. Continenti spiritu dicere. *with one breath. Id.* 1. *Tuscul. c.* 8. Nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo. *continued. Sisenna* apud *Gell. l.* 12. *c.* 15. Una æstate in Asia et Græcia gesta litteris idcirco continentia mandavimus, ne, vellicatim, aut saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus. *Sueton. de Grammat. c.* 2. Continens scriptura. *h. e.* non divisa in libros, aut capita. *Id. in Calig. c.* 19. Biduo continenti. *for two successive days. Liv. l.* 23. *c.* 44. Imber continens per totam noctem. *Cæs. l.* 3. *B. Civ. c.* 84. Exercitum eduxit, aciemque instruxit, primum suis locis; continentibus vero diebus, &c. *for several days successively.* ¶ *In,* vel *ex continenti* (subaudi *tempore*) est nulla mora interposita, statim, confestim, συνεχῶς, *immediately, instantly. Justin. l.* 1. *c.* 9. Qui ex continenti, ne dato in pœnitentiam spatio, res narraretur, ad regiam pergunt. (Adde lib. 5. *c.* 3. et 5.) *Ulpian. Dig.* lib. 44. tit. 5. leg. 1. *circa med.* Si in continenti impositum quid sit liberto, *&c.* exceptioni locum fore, sed si post intervallum, habet dubitationem, &c. Adde lib. 48. tit. 5. leg. 23. ¶ Denique *continens* est, qui se continet a voluptatibus, ab avaritia, ab ira, a cædibus, &c. *continent, temperate,* sobrius, temperans, ἐγκρατής. *Nepos in Attic. c.* 13. Non intemperanter concupiscere, quod a plurimis videas, continentis debet duci. *Cæs. l.* 1. *B. Civ. c.* 23. Ne continentior in vita hominum, quam in pecunia fuisse videatur. *Cic. Parad.* 1. *c.* 2. Continentissimi homines. *h. e.* parvo cultu, parceque viventes. *Plin. l.* 5. *ep.* 19. *extr.* Parcus, et continens.

CONTINENTER, *continually, without intermission,* συνεχῶς, continuate, jugiter, non intermisse, [et refertur ad tempus, et ad locum. Ad tempus.] *Cic.* 1. *Acad. c.* 8. Continenter labuntur, et fluunt omnia. *Auct. ad Herenn. l.* 3. *c.* 12. Uno spiritu continenter multa dicere, in extrema convenit oratione. *in one breath; without drawing breath. Liv. l.* 25. *c.* 7. In Albano monte biduum continenter lapidibus pluit. *for two days together. Cic.* 1. *de In-*

vent. c. 26. Ante rem gestam quæ facta sunt, continenter usque ad ipsum negotium. [Ad locum.] *Catull.* carm. 37. in *Contubernal.* v. 6. continenter sedetis insulsi. ¶ Item temperate, *temperately, moderately. Cic.* 1. *Offic.* c. 30. Vivere parce, continenter, severe, sobrie. *Augustin.* ep. 199. et lib. 6. *Confess.* c. 12. Continentissime vivere.

CONTINENTIA, æ, f. *a holding or containing*, συνοχὴ, significat ipsum actum continendi: sed sumitur pro ipso complexu rerum, quæ in aliquo continentur. *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 12. Ut breviter a principio omnem operis continentiam revolvam. Sic *Fulgentius* inscripsit *continentiam Virgilianam* librum, quo complexus est per compendium quidquid in Virgilii operibus continentur. Adde *Hieronym. in Joann. Hierosolym.* sect. 7. ¶ Item vicinitas, conjunctio, *continuity, proximity. Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 15. Neque in catalogo auxiliorum Turni, si velis situm locorum mente percurrere, invenies illum continentiam regionum secutum. *cohærentiam regionum* paulo ante dixerat. ¶ Item (quod magis est in usu Latino) abstinentia ab illicitis, ἐγκράτεια: nempe virtus illa, quæ est pars temperantiæ, per quam (ut *Cic.* 2. *de Invent.* c. 54. definit) cupiditas consilii gubernatione regitur. *Id. Q. Fr.* l. et ep. 1. c. 2. Præclarum est, summo cum imperio fuisse in Asia triennium, sic ut nullum te signum, nullum vas, nulla vestis, nullum mancipium, nulla conditio pecuniæ ab summa integritate continentiaque deduxerit. *probity, disinterestedness. Id. Verr.* 6. c. 52. Conferte hujus libidines cum illius continentia. *continence, abstinence. Id.* 2. *Offic.* c. *penult.* Valetudo sustentatur continentia in victu omni atque cultu. *temperance, moderation. Curt.* l. 3. c. 12. Si hac continentia animi ad ultimum vitæ perseverare potuisset. *in this habit of mildness.* Hic *continentia* superbiæ, atque iræ opponitur. Sic lib. et cap. 6. Continentiam et moderationem in superbiam ac lasciviam vertit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 52. Nec minus se in milite modestiam, et continentiam, quam virtutem atque animi magnitudinem desiderare. *obedience. Nepos in Attic.* c. 15. Neque servorum quemquam nisi domi natum domique factum, habuit: quod est signum non solum continentiæ, sed etiam diligentiæ. *of frugality and moderation.* ¶ *Cic.* 2. *Offic.* c. 22. abstinentiam, et continentiam conjungit: quæ quomodo differant, V. in *Abstinentia.* ¶ Alio sensu *Sueton. in Claud.* c. 32. Dicitur etiam meditatus edictum, quo veniam daret flatum crepitumque ventris in convivio emittendi, cum periclitatum quendam præ pudore ex continentia reperisset.

CONTINĔO, es, inui, entum, a. 2. *to contain, hold or keep together, comprise, comprehend*, συνέχω, περιέχω, καταλαμβάνω, simul teneo, complector, retineo. *Cic. de nat. Deor.* l. 2. c. 22. Mundus omnia complexu suo coercet et continet. et cap. 54. *sub fin.* Alvus continet, quod recipit, ut mutari et concoqui possit. et cap. 9. Omnia quæ aluntur, continent in se vim caloris. *Curt.* l. 4. c. 11. Expeditius manus nostræ rapiunt, quam continent. *keep, retain. Plin.* l. 17. c. 22. *a med.* Continere aliquid vinculo. et cap. 11. Testæ continent humorem, et transmittunt. *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 23. Sutura si nimis rara est, non continet. *will not hold.* ¶ *Contineri* aliquando est continentem esse, conjungi. *Cic. Verr.* 6. c. 52. *extr.* Pars oppidi mari disjuncta angusto, ponte rursus adjungitur et continetur. *is connected.* ¶ Item cingi, includi, *to be included, encompassed, surrounded, hemmed in. Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 1. *extr.* Vicus altissimis montibus undique continetur. et lib. 4. c. 23. Montibus angustis mare continetur. *Sueton. in Aug.* c. 19. Ex insulis, quibus continebantur, filiam et nepotem rapere ad exercitus destinaverant. ¶ Item componi, constare, consistere. *to be made or composed of; to consist. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 23. Diis non continentur venis, et nervis, et ossibus. *Id. pro Marcell.* c. 9. Vita corpore et spiritu continetur. *depends on, consists in. Id.* 1. *de Divin.* c. 14. Artes, quæ conjectura continentur. *Id. pro Marcell.* c. 7. Quis est tam rudis, qui non intelligat, tua salute contineri suam? *Id.* 2. *de Fin.* c. 15. Honestas tota his quatuor virtutibus continetur. *is compounded of.* Est qui legit ex his quatuor. ¶ Translate *Cic.* 2. *Offic.* c. *penult.* Nulla res vehementius rempubl. continet, quam fides. *maintains, strengthens, supports. Id. post redit. ad Quirit.* c. 1. Continere odium jamdiu conceptum in omnes bonos. *to hatch. Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 38. Continere dolorem conceptum a se ipso. *Id.* 1. *de Orat.* c. 21. Omnes omnium rerum fontes animo ac memoria continere. *to learn, commit to memory. Id. pro Arch.* c. 1. *extr.* Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, quasi cognatione quadam inter se continentur. *are connected together. Liv.* l. 28. c. 2. *extr.* Continere exercitum. *to keep up an effective army.* ¶ Præterea sæpissime ponitur pro coercere, cohibere, frenare, *to keep in, restrain, curb, bridle. Cic. Phil.* 3. c. 3. Continere belluas septis. *Phædr.* l. 3. fab. 6. v. 7. ora frenis. *Colum.* l. 7. c. 10. pecudem sub tecto. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 66. copias in castris. et lib. 3. c. 45. Quam angustissime continere hostem. *Cels.* l. 7. c. 26. Continere aliquem in jejunio. *Liv.* l. 27. c. 15. *a med.* milites silentio. *Cels. in præfat. post med.* corpus, si profluvio laborat. *to check, stop. Sueton. in Galb.* c. 6. manus pænulis. *to keep under. Cic.* 1. *Catil.* c. 8. *extr.* manus et tela civium ab aliquo. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 6. vocem. *h. e.* cessare a clamore. *Id.* 4. *de Fin.* c. 25. risum. *Virg.* 3. *Æn.* v. 598. gradum. *to stop. Plin.* l. 3. ep. 11. oculos animumque. *Id.* l. 1. ep. 8. et *Cic. Attic.* 13. ep. 21. librum. *h. e.* non edere, *to withhold from the public, suppress. Phædr.* l. 4. fab. 17. v. 32. ventrem. *to bind. Plin.* l. 31. c. 3. et lib. 9. c. 8. spiritum. *to hold the breath. Cic.* 1. *de Orat.* c. 61. *de Demosth.* Tantum continenda anima in dicendo est assecutus, ut una continuatione verborum, &c. *by holding the breath, &c. by sustaining the voice*, &c. *Plin.* l. 24. c. 6. et lib. 28. c. 11. Continere capillos fluentes. *h. e.* facere, ne defluant. ¶ Translate *Cic. Q. Fr.* l. et ep. 1. c. 11. Continere omnes cupidates. *to bridle, restrain.* et cap. 13. linguam. *Id.* 1. *Agrar.* c. 6. modeste insolentiam suam. *Id.* 1. *Acad. c. ult.* Ab omni lapsu continere temeritatem. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 9. Regere, et continere appetitiones animi. *Brut. et Cass. ad Anton. Fam.* 11. ep. 3. iracundiam. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 55. dicta in aliquem. *refrain from. Liv.* l. 28. c. 2. animos sociorum in fide. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 11. et lib. 5. c. 3. aliquem in officio. *to keep to his duty.* Et absolute eod. sensu *Cic. Q. Fr.* l. et ep. 1. c. 2. Quid est negotii, continere eos, quibus præsis, si te ipse contineas? ¶ Continere se, *to keep or restrain himself, refrain. Cic. Parad.* 3. c. 1. Continere se in libidine aliqua. *Id.* 4. *Acad.* c. 32. ab assentiendo. *Id.* 7. *Verr.* c. 29. a supplicio alicujus. *Id.* 2. *de Fin.* c. 19. ab exemplis. *h. e.* abstinere ab exemplis afferendis. *Id. de clar. Orat.* c. *ult.* Continere se in suis perennibus studiis. *to persist. Terent. Phorm.* 2. 3. 17. Continere se ruri. *to remain, stay. Id. Eun.* 5. 2. 20. Vix me contineo, quin involem in capillum, monstrum. *I hardly refrain from*, &c. *Plaut. Rud.* 4. 4. 128. Contineri, quin complectar, non queo. *I cannot keep myself from*, &c. *Petron. in Satyr.* c. 11. Nec se solum intra verba continuit, sed lorum de pera solvit, &c. ¶ Pro custodire, servare, *to take care of, watch, preserve, keep, Cic. in Vatin.* c. 5. Non custodem ad continendas, sed portitorem ad partiendas merces missum putares. *Terent. Eun.* 1. 2. 23. Quæ vera audivi, taceo, et contineo optime. *keep close within me. Plin.* l. 21. c. 7. Arida continent odorem diutius. ¶ Et pro simplici tenere, *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 83. Gades se conferre, naves frumentumque omne ibi continere. *Plin.* l. 31. c. 9. Continere sub lingua salem, donec liquescat. ¶ Pro morari, detinere, impedire. *to detain, hinder. Plaut. Amph.* 2. 2. 58. An te auspicium commoratum est? an tempestas continet? *Virg.* 1. *Georg.* v. 259. Frigidus agricolam si quando continet imber. ¶ Pro occupare, tenere, *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 38. Reliquum spatium mons continet. ¶ Pro habere, complecti, *Plin.* l. 9. ep. 28. Tertia epistola continebat, esse tibi redditam orationem pro Clario. *had in it this. Cic. Attic.* l. 14. ep. 22. *extr.* Me idus Mart. non tam consolantur, quam antea. magnum enim mendum continent. *Phædr.* l. 4. fab. 10. v. 14. Hoc argumentum continet res utiles. *Plin.* l. 22. c. 25. *circa med.* Panis innumeras pæne continet medicinas. *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 9. leg. 3. Omnes casus continentur huic stipulationi. *pro* hac stipulatione. Ita *Torrentin.* et *Gothofr.* Sic leg. 5. Huic stipulationi, dolum malum abesse, abfuturumque esse, continetur. *Haloand.* utrobique mutavit. ¶ Pertinet etiam ad magistros, qui *continere* dicuntur discipulos, dum eos in aliqua exercitatione detinent. *Cic. Fam.* 7. ep. 19. Exercitatione consequere: in qua quidem nos te continebimus, si, &c. *Petron. in Satyr.* c. 2. Nondum juvenes declamationibus continebantur, cum, &c. *Gell.* l. 19. c. 1. Satis attente discipulos juvenes continens. ¶ Eleganter *continere aliquid* dicitur id, quod præcipuum est, et caput ejus rei. *Cic.* l. et cap. 1. *de nat. Deor.* De figuris deorum, de locis, atque sedibus multa dicuntur: quod vero maxime rem causamque continet, &c. *is of the greatest importance*, &c. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 31. Mihi quidem in tota ratione ea, quæ pertinet ad animi perturbationem, una res videtur causam continere, eas esse in nostra potestate. *to be of chief importance in.* Adde 1. *de Divin.* c. 51. l. 1. *de Fin.* c. 4. et l. 4. c. 6. ¶ Particip. *contenturus* (ne quis de supino dubitet) est *Lucilii* apud *Non.* c. 2. n. 149.

CONTINGO, is, inxi, inctum, a. 3. *to dye*, idem quod tingo, συγχρώζω. *Lucret.* l. 2. v. 754. Proinde colore cave contingas semina rerum. ¶ Translate *Id.* l. 1. v. 932. Museo contingens cuncta lepore. ¶ Si quis hæc ad sequens verbum transferenda putet, non valde pugnabimus.

CONTINGO, ingis, tigi, tactum, a. 3. *to touch*, ἅπτομαι, idem quod tango, sed plenius: a *con*, et *tango. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. *sub fin.* Aliorum ea est humilitas, ut cibum terrestrem rostris facile contingant. *Virg. Ecl.* 8. v. 40. Jam fragiles poteram a terra contingere ramos. *reach. Id.* 2. *Æn.* v. 239. funemque manu contingere gaudent. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 43. Quanta humilitate luna feratur terram pæne contingens. *Liv.* l. 1. c. 56. *extr.* Contingere terram osculo. *Virg.* 5. *Æn.* v. 509. Avem contingere ferro. *to reach, hit. Id. ibid.* v. 18. Contingere Italiam. *to arrive at, reach, set foot on. Lucret.* l. 1. v. 564. Contingere florem ævi. *h. e.* ad florem ævi pervenire. *Horat. in ar. poet.* v. 412. optatam cursu contingere metam. *Ovid. de remed. amor. extr.* fessæ date serta carinæ: Contigimus portum. *we have made the harbour. Id.* 14. *Metam.* v. 606. ambrosia cum dulci nectare mixta Contigit os, fecitque deum. *anointed.* Sic lib. 2. v. 123. Pater ora sui sacro medicamine nati Contigit. *Lucret.* l. 4. v. 13. oras pocula circum contingere melle. *h. e.* leviter aspergere. *to besmear, tip. Virg.* 3. *Georg.* v. 403. Contingere sale. *to salt. Lucret.* l. 4. v. 409. Sol contingens suo comminus igni. *h. e.* illustrans, calefaciens. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet. v. ult.* Contingi lumine. ¶ *Contingere manum alicujus* est fere signum gratulationis, aut venerationis. *Liv.* l. 28. c. 9. Contingere pro se quisque dextras victrices consulum cupientes. *Vellei.* l. 2. c. 104. *ad fin.* Salutationis nova quædam exsultatio, et contingendi manum cupiditas. Adde cap. 107. ¶ *Contingere* etiam dicuntur, quæ vicina, et contigua sunt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Vites a caulibus et brassicis refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 23. Neque inter se trabes contingant. *touch one another.* pro contingantur. et lib. 1. c. 38. *sub fin.* Radices montis ex utraque parte ripæ fluminis contingunt. *Id. ibid.* l. et cap. 7. Helvii fines Arvernorum contingunt. *touch, border upon. Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 21. Milites disponit perpetuis vigiliis, stationibusque, ut contingant inter se. *so that they could communicate with one another; so that a line of communication might be kept up amongst them.* ¶ Translate *Cic. pro leg. Manil.* c. 1. Cum per ætatem hujus auctoritatem loci contingere non auderem. *h. e.* venire in hunc locum plenum auctoritatis. *assume the authority of speaking. Id.* 1. *Tuscul.* c. 19. Cum animus naturam sui similem contigit. *hath met with. Valer. Flacc.* l. 7. v. 173. Contingere cura animum alicujus. *h. e.* afficere. *to touch with solicitude. Liv.* l. 10. c. 28. Contacturum funeribus diris signa, tela, arma hostium. *Tacit.* 4. *Annal.* c. 68. Contingere aliquem modico usu. *to have some knowledge of, some acquaintance with. Ovid.* l. 1. *Metam.* v. 211. Contigerat nostras infamia temporis aures. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 5. Pœnæ, quæ existimationem contingunt. *affect. Juvenal.* sat. 14. v. 184. Contingunt me fastidia. *h. e.* fastidio. *Liv.* l. 40. c. 14. *ad fin.* Meam causam, quæ nihil eo facto contingitur, ne miscueris. *has nothing to do with. Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 20. *leg. ult.* Quos nulla culpa contingit. *no blame attaches to. Marcell.* lib. 29. tit. 5. leg. 16. Pars pretii alicui contingens. *touching, affecting. Ulpian.* lib. 25. tit. 4. leg. 1. *sub fin.* Quos proxima spes successionis contingit. *Id. Dig.* lib. 11. tit. 4. leg. 1. Contingi crimine. *h. e.* socium esse criminis. ¶ Pertinet aliquando ad propinquitatem affinitatis, aut cognationis. *Liv.* l. 24. c. 22. *ad fin.* Quicumque aut propinquitate, aut affinitate, aut aliquibus ministeriis regiam contigissent. *were connected with. Sueton. in Aug.* c. 4. Arctissimo gradu aliquem contingere. *Id. in Ner.* c. 32. Contingere aliquam familiam. *to be related to. Horat.* l. 2. sat. 6. v. 52. Deos quoniam propius contingis. *h. e.* propior es principibus viris per amicitiam. *have more ready access to the great.* ¶ Significat etiam provenire, nasci, venire. *Plin.* l. 19. c. 5. Columella suum tradit commentum, ut toto anno melopepones contingant. *Id.* l. 19. c. 8. Post cymam ex eadem brassica contingunt æstivi cauliculi. *come up. Id.* l. 13. c. 24. Apes nunquam defore, cytisi pabulo contingente, promittunt. *as long as there is plenty of*, &c. *Id.* l. 14. c. 20. Ut odor vino contingat. *Id.* l. 32. c. 4. *ad fin.* Contingunt ex testudine quoque aliqua auxilia. *arise, accrue.* ¶ Item sæpius evenire, accidere, *to fall out, happen*: et impersonalium more effertur. Dicitur autem fere de iis, quæ vel insperato, et casu, sed ex voto eveniunt. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 4. Magis adeo id facilitate, quam alia culpa mea contigit. *hath happened.* et lib. 1. c. 35. *sub fin.* Quoniam tantum habemus otii, quantum jamdiu nobis non contingit. *so much time to spare, as hath not fallen to our lot.* et *de clar. Orat.* c. 84. Volo, hoc oratori contingat, ut cum auditum sit, eum esse dicturum, locus occupetur, compleatur tribunal, &c. *Vellei.* l. 2. c. 124. Mihi fratrique meo candidatis contigit, prætoribus destinari. *Horat.* l. 1. ep. 4. v. 11. cui Gratia, fama valetudo contingat abunde. *accrue. Terent. Andr.* 4. 2. 13. Hanc mihi expetivi: contigit. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 7. v. 16. Contigit ex merito qui tibi nuper honos. ¶ Item prospere succedere. *to succeed. Nepos in Thrasyb.* c. 8. Huic contigit, ut patriam ex servitute in libertatem vindicaret. *Cic.* 2. *Offic.* c. 12. Cum id minus contingeret, leges sunt inventæ. *Justin.* l. 5. c. 9. *sub fin.* Thrasybulum corrumpere conantur, quod cum non contigisset, &c. ¶ Cum accusativo pro dativo, *Plin.* l. 18. c. 11. Quæ palma frugum indubitata Italiam contingit. *Vellei.* l. et cap. [illegible] Sortiti sunt, uter patria decederet: sors Tyrrhenum contigit. ¶ Si mihi vita contigerit, *if Heaven shall spare my life; if I shall but live. Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 2[illegible] ¶ *Si quid alicui contingit, h. e.* si quid mali accidit, *if any calamity hath befallen him. Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. [illegible] leg. 6. *ante med.* ¶ *Scævola. Dig.* lib. 34. tit. 4. leg. 3[illegible] *sub fin.* Si quid humanitus ei contigerit. *h. e.* si moriet[ur] *if any thing should happen him.* V. dicta in *Accido*: [illegible] etiam diximus de discrimine inter *accido*, et *contingo.*

CONTINUANTER, et

CONTINUĀTE, et

CONTINUĀTIM, *continually, without intermission*[illegible] *interruption*, sine intermissione, συνεχῶς. *Augustin.* l[illegible] *Retract.* c. 24. Epistolam exposui non carptim, sed con[ti]nuanter, et totam. *Fest.* in *Strigæ*: Strigæ appellabau[nt]

ordines rerum inter se continuate collocatarum. *Cornel. Fronto de different. verb.* pag. 2195. *Putsch.* Continue facimus assidue: continuate, sine intermissione. *Augustin.* ep. 112. c. 20. Quæ continuatim Apostolus posuit.

CONTINUATĬO, onis, f. *a joining without interruption, continuation*, συνέχεια, διάρκεια, actus continuandi, consecutio non interrupta, perpetuitas. *Liv.* l. 41. c. 15. Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipsa efficacissima esset, minime convenire. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 4. *extr.* Admirabilis continuatio seriesque rerum. *Id.* 1. *Acad.* c. 7. *extr.* Immutabilis continuatio ordinis sempiterni. *Cæs. extr.* l. 3. *B. Gall.* Continuatio imbrium. *Flor.* l. 4. c. 2. *ad fin.* Continuatio prosperorum. *Senec. de Consol. ad Marc.* c. 18. *a med.* Vinculum terrarum oceanus continuationem gentium triplici sinu scindens. *h. e.* terram, quæ ubique a gentibus habitatur, trifariam dividens. *Id.* l. 3. *quæst. nat. continuationem corporum* ita definit, c. 2. Continuatio est partium inter se non intermissa conjunctio. ¶ Etiam periodus, in qua est comprehensa series, et sententia continuata, hoc nomine appellatur. *a period. Cic. in Orat.* c. 61. Circuitus ille verborum, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum comprehensionem, aut continuationem dicimus. et lib. 3. *de Orat.* c. 13. Non nimis longa continuatione verborum dicere. Adde lib. 1. c. 61. ¶ Est etiam exornatio quædam oratoria, scilicet densa et continens frequentatio verborum, cum absolutione sententiarum. Ea utemur commodissime in sententia, in contrario, in conclusione. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 19. ¶ Item genus pronuntiationis, quo cum clamore verba plura festinanter enuntiantur, et pertinet ad contentionem vocis, ut in *Contentio* dictum est. *Id.* l. 3. c. 13. Huic similis est illa, quæ definitur a *Diomed.* l. 2. pag. 431. *Putsch.* Continuatio est rerum contexta dictio, ut *Scythiam, septemque triones.* Verum hæc potius pertinet ad locutionem Grammaticam.

CONTINUĀTUS, a, um, *continued, joined together, kept up without intermission*, non interruptus, continenter factus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 10. *extr.* Continuata motio, et perennis. *Cels.* l. et cap. 6. n. 14. Continuati fletus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 11. Iter continuatum et nocte et die. *Liv.* l. 1. c. 46. *extr.* Prope continuata funera. *h. e.* unum pæne statim post aliud. *in close succession one after another. Curt.* l. 7. c. 11. Fatigatione continuati laboris affectus. [¶ *Continuata mulier* dicitur, quæ bis terve a viro continenter initur. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 7. v. 23. At nuper bis flava Chlide, ter candida Pitho, Ter Libas officio continuata meo.] ¶ Item contigue positus. *adjoining, contiguous. Cic. in Vatin.* c. 9. Fecisti ante Rostra pontem continuatis tribunalibus. *Id.* 2. *Agrar.* c. 26. Ager latissime continuatus. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 45. Aer mari continuatus et junctus. *Id.* 1. *Acad.* c. 7. *a med.* Natura cohærens et continuata cum suis partibus. *uniformly connected. Curt.* l. 5. c. 4. Ita ut procul visentibus continuata videantur montibus nemora. *Varr.* 2. *R. R.* c. 2. Tauros solere diversos assistere clunibus continuatis, et cornibus facile propulsare lupos. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 243. Continuata loco tria sidera. ¶ *Continuata verba* sunt composita, seu continuata serie in oratione disposita. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 37. Est quidam ornatus orationis, qui ex singulis verbis est, alius, qui ex continuatis conjunctisque constat. *arranged.* ¶ *Continuatissimus* est *Sidonii* l. 8. ep. 3.

CONTINŬE, *continually, without intermission*, συνεχῶς, sine intermissione. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 5. Inter stillicidia et flumina hoc interest, quod stillicidium, eo quod stillatim cadat, flumen quod continue.

CONTINUĬTAS, atis, f. *a continuation, continuity*, continuatio. *Varr. sub fin.* l. 6. *de L. L.* Protinam a protinus, continuitatem significans. *Plin.* l. 8. c. 30. *de Hyæna*, Collum et juba continuitate spinæ porrigitur: flectique, nisi circumactu totius corporis, nequit.

CONTINŬO, adverb. *immediately, forthwith, instantly*, statim, illico, nulla mora interposita, παραχρῆμα. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 6. Ignis in aquam conjectus continuo restinguitur. *Id.* 4. *Acad.* c. 1. Deinde absens factus ædilis, continuo prætor. *Id.* 9. *Attic.* ep. 15. Quidquid egero, continuo scies. *presently. Terent. Andr.* 3. 2. 24. Si quid narrare occepi, continuo tibi dari verba censes. *Id. Hecyr.* 5. 3. 15. Aderit continuo, hoc ubi ex te audierit. *Cic.* 6. *Verr.* c. 22. Continuo ut vidit, non dubitavit e mensa tollere. *h. e.* statim ac, *as soon as. Id.* 1. *de Orat.* c. 26. *ad fin.* Continuo consilium dimisit, simul ac me fractum vidit. ¶ *Non continuo. Cic.* 2. *de Orat.* c. 48. Non continuo, si quis motus populi factus esset, id C. Norbano in fraude capitali esse ponendum. *we ought not therefore all at once*, &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 33. *ad fin.* Non continuo, si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius. *I am not therefore necessarily*, &c. *I am not therefore by consequence*, &c. ¶ Item jugiter, perpetuum, æternum, ut *Servius* exponit in illo *Virg.* 1. *Georg.* v. 60. Continuo has leges, æternaque fœdera certis Imposuit natura locis. et lib. 3. v. 486. Continuoque greges villis lege mollibus albos.

CONTINŬO, as, avi, atum, a. 1. *to continue, persevere continually*, παρασυνάπτω, ἐνδελεχίζω, continenter ago, sine intermissione aliquid dico, aut facio. *Liv.* l. 24. c. 9. Continuare consulatum. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 36. *ad fin.* Die ac nocte continuato itinere, ad eum pervenit. *Sueton. in Ner.* c. 1. Prænomina modo continuantes per ternas personas, modo alternantes per singulas. *sometimes giving the same prænomen to three persons successively, sometimes*, &c. *Plin.* l. 14. c. *ult.* Biduo duabusque noctibus continuare perpotationem. *Id.* l. 20. c. 5. Nemo tres siseres edendo continuaret. *Tacit. Ann.* 15. c. 5. Diem noctemque sedilibus continuare. *to continue sitting. Id. Ann.* 13. c. 9. Solitam prioribus reverentiam in populum R. continuare. *Id. Ann.* 14. c. 20. Theatro dies totos continuare. *to remain whole days together. Liv.* l. 38. c. 33. Philopœmeni continuatur magistratus. *is continued to. Vellei.* c. 2. c. 91. Continuare præturam alicui. *h. e.* statim post ædilitatem prætorem facere. *Auct. Paneg. ad Constantin.* c. 15. *extr.* Continuare victorias. *to add victory to victory. Petron. in Satyr.* c. 89. *extr. in carm.* Hic graves alius mero Obtruncat, et continuat in mortem ultimam Somnos. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 47. Hi tres heroi pedes in principia continuandorum verborum satis decore cadunt. ¶ Neutrorum more *Cels.* l. 2. c. 4. Febres, quæ sic continuent, ut, &c. et lib. 3. c. 3. *a med.* Febres ita, ut cœpere, continuant. ¶ Et passive eod. sensu *Id.* l. 3. c. 5. Si continuatur febris, neque levior unquam fit. *Justin.* l. et cap. 2. Profecto non tantum bellorum per omnia secula terris omnibus continuaretur. ¶ *Continuari alicui* est proxime hærere, continenter sequi, *to be connected with, hang close upon, join, follow in succession. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 20. Atomi cohærescunt inter se, et aliæ alias apprehendentes continuantur. *Liv.* l. 2. c. 54. Paci externæ confestim continuatur discordia domi. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 26. hiemi continuatur hiems. *Tacit. de Germ.* c. 45. *sub fin.* Suionibus Sitonum gentes continuantur. *border upon, are contiguous to.* ¶ Cum accusativo *Apul. sub fin.* l. 1. *Metam.* Inde me egredientem continuatur Pytheas condiscipulus meus. *joins me:* contiguus et comes fit mihi in via. et lib. 11. Incontanter dimotis turbulis continuare pompam. *to keep up the procession without interruption.* Hic loquendi modus a Veteribus quoque usurpatus fuit. *Sisenna* apud *Non.* c. 2. n. 191. Marius ostio Liris evehitur, adque Ænariam suos continuatur. *h. e.* suos adsequitur, et cum iis conjungitur. ¶ Est etiam *continuare* contiguum facere, cum aliam alii rei connectimus et conjungimus. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 496. Continuare latus lateri. *to sit side by side. Liv.* l. 1. c. 44. Continuare ædificia mœnibus. *Id.* l. 34. c. 4. et *Cic.* 3. *Agrar.* c. *ult.* Ingens cupiditas agros continuandi. *of adding field to field. Horat.* l. 3. od. 16. v. 41. si Mygdoniis regnum Alyattei campis continuem. *Tacit. Ann.* 15. c. 9. Continuare pontem. *to throw a bridge across. Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 406. calendæ, quas Venerem Marti continuasse juvat. *h. e.* cal. April. *Pacat. in Paneg. ad Theodos.* c. 39. Exercitus spatio lucis unius Illyrico continuavit Aquileiam. *h. e.* eodem die continenter ex Illyrico Aquileiam pervenit: et quodammodo eas regiones itinere unius diei conjunxit. *Senec.* 2. *de Ira*, c. *ult.* Multi continuaverunt iræ furorem. *h. e.* statim post iram in furorem inciderunt. ¶ Supplet aliquando alia verba. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 239. saxa trabesque continuant. *h. e.* jacère pergunt. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 107. cursitat hospes, Continuatque dapes. *h. e.* continue infert mensæ. *serves up one dish close after another. Stat.* 9. *Theb.* v. 290. segnem Nomium, fortemque Mimanta Thisbæumque Licham, Anthedoniumque Lycetum Continuat ferro. *h. e.* unum statim post alium obtruncat. *adds to the list of the slain.* (Adde lib. 12. v. 745.) *Id.* 1. *Theb.* v. 451. inde orsus in ordine Tydeus Continuat. *essays, continues.*

CONTINŬUS, a, um, *continual, without intermission*, συνεχής, qui sine intermissione est, continens, perpetuus, perennis: a *con*, et *teneo. Plaut. Mil.* 3. 1. 147. Triduum continuum. *three days running. Cic. Verr.* 7. c. 36. Tot dies continuos quid egisti? *for so many days together. Id. pro leg. Manil.* c. 18. Aliquot annos continuos populus R. magna parte imperii caruit. *Id.* 3. *de Orat.* c. 48. Recte genus hoc numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur. *Lepid. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 34. Continuis itineribus ad Forum Vocontium veni. *by forced marches. Propert.* l. 1. el. 20. v. 1. Hoc pro continuo te, Galle, monemus amore. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 14. Continua incommoda. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 41. continuo Fortunæ vulneror ictu. et lib. 1. ep. 4. v. 8. Continuus labor. *incessant, ceaseless. Id.* 3. *de ar. am.* v. 82. continua messe senescit ager. *h. e.* ager qui nunquam intermittit segetem ferre. *Id. extr.* 5. *Fast.* Continua dies. *a whole day.* Sic lib. 6. v. 720. Continua nocte. *all night long. Plin.* l. 7. c. 41. Continua series. et *ibid.* Tres continui principes Senatus. *one after another. Id.* l. 36. c. 26. Continuis fornacibus, ut æs, liquatur. *h. e.* ut non transferatur ex una in aliam fornacem, sed in eadem continue ardenti coquatur. *Id.* l. 30. c. 1. Successiones continuæ. *uninterrupted. Id.* l. 24. c. 11. Naturam continuis his voluminibus tractamus. *in all these treatises, without handling any other subject. Id.* l. 10. c. 29. *de cantu lusciniæ.* Nunc continuo spiritu trahitur in longum. *in one continued breath.* ¶ *Continuus alicujus*, qui cum eo assidue vivit. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 26. Cocceius Nerva continuus Principis. *the intimate friend of the Prince.* ¶ Pro continenti, contiguo, nihil habenti interjectum. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 6. Aer continuus terræ est. *contiguous. Horat.* l. 1. ep. 16. v. 5. et *Plin.* l. 6. c. 30. Continui montes. *a continued chain of mountains. Id.* l. 6. c. 26. *ad fin.* Fluit continuo alveo Euphrates, priusquam distrahatur ad rigua. *in one entire channel. Id.* l. 7. c. 16. Aliqui vice dentium, continuo osse gignuntur. *Ovid. Metam.* 14. v. 289. Leucada continua veteres habuere coloni: Nunc freta circumeunt. *joined to the continent. Justin. init.* l. 16. Post Cassandri, et filii ejus continuas mortes. *following in close succession, occurring one immediately after the other.* Sic *Plin. in Paneg.* c. 68. Continui consulatus. ¶ Continuus serpens super fluvios geminæ jacet aggere ripæ. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 516. *h. e.* qui utramque ripam, capite hinc, inde cauda incumbens, continet, insidetque. ¶ *Continuus* aliquando dicitur, qui aliquid continue facit. *Stat.* 9. *Theb.* v. 429. *de Ismeno fluvio.* Aspice quas fluvio cædes, quæ funera portem Continuus, telis, altoque adopertus acervo. ¶ Differunt *continuus*, et *contiguus*, si stricte accipias, quod continua sunt, quæ communi termino continentur; contigua, quæ terminum habent proprium, sed inter ea nihil est intermedium. Verum hæc Latini Scriptores raro servant.

CONTIRO, onis, m. simul tiro, ut *commilito*, simul miles. Inscript. apud *Reines.* class. 8. n. 19. et quidem notæ satis bonæ: et apud *Murator.* pag. 805. n. 4.

CONTOGĀTUS, a, um. *Ammian.* l. 29. c. 2. (*al.* 16.) Festus quidam in nexum germanitatis a Maximino dilectus, ut sodalis et contogatus. *h. e.* togatus, seu advocatus in eodem foro, ut *Vales.* exponit.

CONTOLLO, is, semel legitur apud *Plaut. Aulul.* a. 5. v. 6. Contollam gradum. *h. e.* conferam. *Non.* cap. 2. n. 100. exponit, *contra tollam*: sed idem est cum *conferam.*

CONTŎNAT, abat, nuit, n. impers. 1. *it thunders*, idem quod tonat, aut valde tonat. *Plaut. Amph.* 5. 1. 42. Ibi continuo contonat sonitu maximo.

CONTOR, aris, dep. 1. *to interrogate, ask, investigate, explore*, πυνθάνομαι, est conto explorare: et translate inquirere in genere. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 10. Cumque ex eo de me contaretur. Alii leg. *percontaretur. Grævius* priorem lectionem retinet. *Non.* cap. 4. n. 55. docet, *contari* significare etiam dubitare, et manere, et differre, allatis exemplis *Ciceronis*, et *Virg.* in quibus vulgo legitur *cunctari.* Ex quo colligimus, etiam *contor* pro *cunctor* dictum fuisse: quod et *Donat. ad Terent. Hecyr.* 1. 2. 2. de *percontor* loquens, testatur.

CONTORQUĔO, es, orsi, ortum, a. 2. *to twist violently round, turn or whirl about*, κατειλέω, idem quod torqueo, magna vi flecto, circumago. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 53. Animal omne membra, quocumque vult, flectit, contorquet. *Id. in Arat.* 2. *de nat. Deor.* c. 44. Brumali flectens contorquet tempore currum. *guides, directs. Id. ibid.* c. 21. Non est ætheris ea natura, ut vi sua stella complexa contorqueat. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 455. Celsaque semiferum contorquens frena luporum. *Lucret.* l. 4. v. 902. Contorquere gubernaclum quolibet. *Virg.* l. 4. v. 562. Contorsit lævas proram Palinurus ad undas. *turned, steered.* ¶ Item magna vi atque impetu volvere, convolvere, miscere. *Id.* 1. *Georg.* v. 481. Proluit insano contorquens vortice silvas Fluviorum rex Eridanus. *Lucan.* l. 4. v. 102. subitisque frementes Vorticibus contorsit aquas. *Sil.* l. 3. v. 50. Nereus imo freta contorquet Neptunia fundo. ¶ Item jaculari, cum impetu projicere, *to hurl, cast, throw, dart:* quia cum jacimus aliquid, vel brachium, vel arcus torquetur. *Virg.* 7. *Æn.* v. 165. lenta lacertis Spicula contorquent. *Id.* 2. *Æn.* v. 51. hastam In latus, inque feri curvam compagibus alvum Contorsit. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 17. *ad fin.* Auditor, tamquam machinatione aliqua, tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus. *Id.* 2. *de Divin.* c. 51. Deinde contorquent, et ita concludunt: Non igitur, &c. *h. e.* ita vibrant conclusionem, vel ut placet *Turnebo* l. 5. *Adversar.* cap. 19. connexum, quod recta ferri debebat, torquent per particulas obliquas. *they twist or wrest the argument. Id.* 3. *Tuscul.* c. 26. At quam rhetorice? quam copiose? quas sententias colligit? quæ verba contorquet? *h. e.* profundit, jacit. *Plin.* l. 5. ep. 20. Tam longas, tamque rigidas periodos uno spiritu, quasi torrente, contorquent. [† *Contorquere* dicitur proprie de eo motu hastæ, aut cujuscunque jaculi, quo ei majorem vim atque impetum addimus, ut rotatione gladio. Atque is motus eaque agitatio fit, pro ratione jaculorum, aut manu, aut machina aliqua, quæ hinc tormentum dicitur. Exempla crebra sunt apud poetas. Hinc fit, ut, quicquid celerius movetur et fertur, quicquid vehementius propter brevitatem aut celeritatem pronuntiationis ferit, quæ acutiores sunt brevioresque conclusiones, quibus pæne resisti, quamvis falsis, tamen non potest, id omne *contorqueri, contortum* dicatur. *Ernest.*]

CONTORRĔO, es, orrui, ortum, a. 2. idem quod torreo, *to scorch, parch*, συγκαίω. *Ammian.* l. 18. c. 7. (*al.* 16.) Ignis pubentes herbas contorruit.

CONTORSĬO, V. *Contortio.*

CONTORTE, adverb. *obscurely, intricately, perplexedly, forcedly*, συνεστραμμένως, oblique: et per translationem perplexe, obscure. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 20. *ad fin.*

Ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur. ¶ *Id.* 3 *Tuscul.* c. 10. Hæc sic dicuntur a Stoicis, concluduntur que contortius: sed latius aliquanto dicenda sunt, et diffusius. *h. e.* concisa et vibrata oratione. V. *Contortus.*

CONTORTIO, onis, f. *a turning or whirling round; the exertion used in throwing or aiming a blow with a weapon*, actus contorquendi, flexio: a *contortus. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 19. Ex remotione brachii, et contortione dextræ gladius ad corpus afferri videtur. [† *Contortio* dexteræ (ait *Ernesti*) est vis et nisus jaculandi.] ¶ Translate *Cic. de Fato*, c. 8. *extr.* Majus est has contorsiones orationis, quam signorum ortus, obitusque perdiscere. *fallacious conclusions, quirks, sophistry.* Est qui legit *contorsiones*, a præterito *contorsi*: quæ lectionis varietas est etiam apud *Augustin.* l. 1. *Retract.* c. 5. Liber ratiocinationum contortione atque brevitate obscurus.

CONTORTIPLICĀTUS, a, um, adject. contorte plicatus, involutus, *intricate, involved. Plaut. Pers.* 4. 6. 26. Ita sunt Persarum mores, longa nomina contortiplicata habemus. *h. e.* ex multis vocibus composita, adeoque involuta, ut efferri vix possint, qualia sunt, quæ ibidem *Plaut.* refert. *long and crabbed names, compounded of many words, and almost bidding defiance to pronunciation.* Alii leg. *Contortuplicatus.*

CONTORTOR, oris, m. *one who twists or wrests*, qui contorquet, et implicat. *Terent. Phorm.* 2. 3. 27. Bonorum extortor, legum contortor. *h. e.* qui leges iniqua interpretatione traducit, et perperam detorquet: *one who artfully twists to his purpose.* ¶ *Priscian. sub fin.* l. 9. pag. 871. *Putsch.* legit: Bonorum contortor, legum distortor. Sed *bonorum contortor* contortam habet implicatamque interpretationem.

CONTORTŬLUS, a, um, *somewhat wrested or strained, forced, fallacious*, dimin. a contortus. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 18. Stoici contortulis quibusdam, ac minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanantibus, effici volunt, non esse malum dolorem.

CONTORTUS, a, um, *twisted violently round, turned or whirled about*, tortus, flexus, conversus, συνεστραμμένος. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 19. Quosdam exaruisse amnes aut in alium cursum contortos, et deflexos videmus. *wrested into another channel. Senec. in Hippol.* v. 707. Impudicum crine contorto caput Læva reflexi. *Quintil.* l. 8. c. 2. Vertex est contorta in se aqua. *Plin.* l. 11. c. 37. *sub init.* Cornua rugarum ambitu contorta sunt strepsiceroti. *wreathed. Id.* l. 13. c. 9. et lib. 16. c. 39. *ad fin.* Contorta arbor. *h. e.* quæ lignum habet intus spiris convolutis, et in se recurrentibus, quæ tamen nodi non sunt: quæ inter vitia materiei ponuntur. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 55. Contorta toga celerius ire cœpit. *h. e.* circa brachium revoluta. ¶ Item jactus, *thrown, hurled, cast, darted. Virg.* 9. *Æn.* v. 705. Sed magnum stridens contorta falarica venit, Fulminis acta modo. et l. 11. v. 561. adducto contortum hastile lacerto Immittit. *Flor.* l. 3. c. 4. Contorta tela in aquas mittere. ¶ Translate est involutus, implicatus, perplexus, *perplexed, dark, intricate, crabbed, contorted, indirect, fallacious, obscure. Cic.* 4. *Acad.* c. 24. Quorum sunt contorta, et aculeata quædam sophismata. *Id.* 1. *de Orat.* c. 58. *sub fin.* Si de tabulis et præscriptionibus controversia est, contortas res, et sæpe difficiles necessario perdiscimus. ¶ Item vehemens, incitatus, et quasi vibratus, *vehement, powerful, strong, violent. Id. in Orat.* c. 20. In historia interponuntur conciones, et hortationes: sed in his tracta quædam et fluens expetitur, non hæc contorta et acris oratio. *Id. ibid.* c. 69. *extr.* Demosthenis non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur. *Quintil.* l. 10. c. 7. *ante med.* Contorta vis orationis. *Id.* l. 9. c. 4. *post med.* opponit in oratione *plena* et *parum expleta*; *fragosa* et *lenia*; *contorta* et *stabilia*; *clauda* et *redundantia.*

CONTRA, *against, contrary to, in opposition to*, ἀντὶ, κατὰ, adversus, adversum: præposit. quartum casum regens. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 20. Hoc non modo non pro me, sed contra me est potius. *Id. extr.* l. 2. *de nat. Deor.* Impia consuetudo contra deos disputandi. *Id. pro Quint.* c. 13. Dicere contra caput alicujus. *h. e.* accusare in re capitali. *Id.* 1. *de Orat.* c. 39. Defendere causam alicujus contra aliquem. et lib. 3. c. 19. Facere contra legem. *Id.* 3. *Offic.* c. 5. Detrahere alteri sui commodi causa, est contra naturam. et lib. 1. c. 6. Veri studio a rebus gerendis abduci, contra officium est. *Id. Attic.* l. 9. ep. 7. *a med.* Contra meum judicium, et contra omnium antiquorum auctoritatem. *Liv.* l. 3. c. 15. Vi contra vim resistere. *Id.* l. 24. c. 45. Posteaquam res Romana contra spem votaque ejus, velut resurgeret. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 22. Contra opinionem omnium. *Plin. extr.* l. 10. Contra consuetudinem. *Cæl. ad Cicer. post* ep. 9. l. 10. *ad Attic.* Facere contra victorem. *Cæs. init.* l. 2. *B. Gall.* Conjurare contra populum R. et cap. 13. Contendere armis contra aliquem. *Plin.* l. 29. c. 3. *ad fin.* Fluitare contra aquas. *against the stream. Id. extremo libro* 8. Boves se lambentes contra pilum. *in a direction contrary to that in which the hair grows. Id.* l. 23. c. 1. *circa med.* Patientia contra labores. *Id.* l. 17. c. 10. *ad fin.* Contra pondus attollere se. *Id.* l. 8. c. 25. Cutis invicta contra ictus. ¶ Sæpe refertur ad remedia. *Plin.* l. 17. c. 24. *extr.* Medicina contra ebrietates. *Id.* l. 7. c. 2. Ophiogenes, quorum salivæ contra ictus serpentium medentur. *Id.* l. 29. c. 2. Lanæ sunt tutela contra frigora. ¶ Item ad situs locorum, et significat ex adverso, e regione. *opposite to, right opposite, over against*: quam esse propriam hujus vocis significationem, *Priscian.* lib. 14. pag. 976. docet. *Liv.* l. 3. c. 26. Trans Tiberim, contra eum locum, ubi nunc navalia sunt. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 23. Insula quæ contra Brundusinum portum est. *Sueton. in Calig.* c. 25. Contra accumbens. *Plin.* l. 37. c. 10. Lapis contra solem varie refulgens. *Colum.* l. 7. cap. 3. *ante med.* Contra ventum gregem pascere. *Plaut. Mostell.* 5. 1. 55. Aspice dum contra me. *look me in the face*: vel *turn towards me. Hirt. de B. Alex.* c. 24. Flens orare contra Cæsarem cœpit, ne se dimitteret. *h. e.* coram, *before, in the presence of.* ¶ Ponitur etiam ad significandam ascensionem. *Plin.* l. 7. c. 20. Salvius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, et ducenaria duo humeris contra scalas ferebat. *up a ladder.* Et *Sil.* l. 14. v. 352. contra ardua. *up the steep.* ¶ *Contra ea* pro *contra* adverbii, seu conjunctionis more ponitur. *Nepos in præfat.* Contra ea, pleraque nostris moribus sunt decora, quæ &c. *on the contrary, on the other hand. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 74. Contra ea Cæsar neque satis militibus confidebat, &c. *Liv.* l. 4. c. 52. Superbe ab Samnitibus Legati prohibiti commercio sunt: contra ea benigne ab Siculorum tyrannis adjuti. ¶ Interdum suo casui postponitur. *Cic. in Orat.* c. 13. Ut eos ipsos, quos contra statuas, placabiles dimittas. *Id.* 4. *Acad.* c. 15. Quos contra disputant. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 1. Corcyra litora Calabriæ contra sita. ¶ Videtur aliquando poni pro erga, quemadmodum et adversus, *towards. Plin.* l. 8. c. 7. *ad fin.* Elephanti tanta narratur clementia contra minus validos, ut in grege pecudum occurrentia manu dimoveat, ne quod obterat imprudens. ¶ Et loco præpos. *pro. Id. init.* l. 7. Merces contra munera. *for, in exchange for.* ¶ Frequenter adverbium est, sine casu, et modo significat adversus, e contrario, *against, in opposition; on the contrary, on the opposite side. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 17. Legiones contra consistere non auderent. *make a stand against. Juvenal.* sat. 3. v. 290. Stat contra, starique jubet. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 19. Disputabant contra diserti homines, Athenienses. *on the other side of the question. Id. Fam.* 5. ep. 5. Pro iis rebus nullam mihi abs te relatam esse gratiam, tu es testis. Contra etiam esse aliquid abs te profectum. &c. *on the other hand. Id.* 1. *Offic.* cap. 15. *sub fin.* Quod contra fit a plerisque. *on the contrary. Id.* 5. *Tuscul.* c. 6. Ergo ut hi miseri, sic contra illi beati. *Id.* 4. *Fam.* ep. 4. Nos, qui domi sumus, tibi beati videmur: at contra tu præ nobis beatus, &c. *Id.* 10. *Attic.* ep. 8. Id ego contra puto. *Id. pro Cluent.* c. 31. Sapientissimum esse dicunt eum, cui, *&c.* proxime accedere illum, qui *&c.* In stultitia contra est. *it is altogether otherwise. Id.* 2. *de Fin.* c. 17. Num igitur eum censes anxio animo fuisse? nihil minus: contraque ob eam rem lætus. *on the contrary rather, nay rather. Plin.* l. 16. c. 39. Contra vero Hieronem regem, &c. ¶ Habet post se eleganter particulas *ac, atque, quam. Cic. Phil.* 11. c. 13. *ad fin.* Contra, ac Deiotarus sensit, victoria belli judicavit. *contrary to what Deiotarus*, &c. *Id. pro Sull.* c. 24. *ad fin.* Faciam contra, atque in ceteris causis fieri solet. *differently from; otherwise than. Id. in Pison.* c. 8. Ut Senatus, contra quam ipse censuisset, ad vestitum rediret. ¶ Modo ponitur pro vicissim, aut ex alia parte. *Plaut. Amph.* 2. 2. 23. Quæ me amat, quam contra amo. *Cic.* 2. *Phil.* c. 15. Sed et ego, quid ille, et contra ille, quid ego sentirem, videbat. *Terent. Eun.* 2. 3. 63. Si scias quod donum huic dono contra comparet. ¶ Modo pro e regione, *opposite to, over against. Virg.* 6. *Æn.* v. 24. Contra elata mari respondet Gnosia tellus. *Liv.* l. 5. c. 37. *extr.* Jam omnia contra, circaque hostium plena erant. *Id.* l. 1. c. 16. Contra intueri aliquem. *to look in the face. Sueton. in Calig.* c. 18. Qua epulatione equiti R. contra se avidius vescenti partes suas misit. *Fulgent.* lib. 1. Mythologiæ, fab. 14. Fit vox quatuor dentibus e contra positis. *Id. de prisco serm. in Nefrendes.* Cicatrices habuisse e contra XLV. *h. e.* adversas. ¶ Qui pro *contra* usurpant *e contra*, vel conjunctim *econtra*, patronos habent *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 39. *ad fin.* E contra suppliciis flagitiosi cujusque, virtutum studia augebantur. et *Hieronym.* ep. 12. *ad Gaudent.* Aliis vero e contra videtur. Adde *Serv. ad* 6. *Æn.* vers. 772. et *Priscian.* lib. 1. pag. 562. *Putsch.* Habent *Tacit.* quoque *Ann.* 12. cap. 47. Et erant e contra, qui tantam fortunæ &c. Verum de hujus loci vera lectione maximæ lites sunt apud Criticos *Borrich. Cellar. Gronov. Pichen.* et alios. ¶ *Auro contra* valet idem quod pretio, aut valore auri: ducta locutione a lance, in qua appenditur aliquid. nam quod præponderat, id quodammodo contra est. Hinc *contrarium æs*, est æs grave, *Festo* teste. Angli dicimus *worth its weight in gold. Plaut. Epid.* 3. 3. 30. Næ tu habes servum graphicum, et quantivis pretii! non carus est auro contra. *h. e.* si ematur pari pondere auri, carus non est. Sic *Id. Pseud.* 2. 3. 23. Aurichalco contra. Adde *Curcul.* 1. 3. 45. et 46. et *Mil.* 3. 1. 63. et alibi. Eodem sensu dicitur *contra aurum* apud *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 2. Ubi poma væneunt contra aurum. Ita *Scalig.* legit. Habetur etiam *in fragm. Tragur. Petron.* cap. 76. *Burman.* ¶ Inter *contra* et *adversus* hoc statuit discrimen *Charis.* l. 2. pag. 207. *Putsch.* quod *contra* ad locum, *adversus* ad animi motum referatur. Fatetur tamen promiscue usurpari. ¶ Ultima syllaba longa est. *Virg.* 6. *Æn.* v. 398. Quæ contra breviter fata est Amphrysia vates. Adde *Lucret.* l. 1. v. 82. *Tibull.* l. 1. el. 7. v. 30. *Propert.* l. 1. el. 11. v. 25. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 757. &c. Interdum corripitur. *Enn.* apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 2. *ante med.* Quis pater, aut cognatu' volet nos contra tueri? *Manil.* l. 2. v. 253. Contra jacens Cancer patulam distentus in alvum. Adde *Auson. in præfatiuncula* 1. v. 15.

CONTRACTABĬLIS, V. *Contrectabilis.*

CONTRACTE, *narrowly, on a contracted scale*, anguste, ἐστενωμένως. *Senec. de tranquill. anim.* c. 9. Assuescamus servis paucioribus serviri, habitare contractius.

CONTRACTIO, onis, f. *a contraction, drawing in, shrinking*, συστολὴ, actus contrahendi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. Contractio et porrectio digitorum. *the clenching. Id. pro Sext.* c. 8. Contractio frontis. *the knitting, wrinkling. Id.* 1. *Offic.* c. 41. Contractio aut remissio superciliorum. *Id. Attic.* l. 5. ep. 4. *ad fin.* Etsi meam in eo parsimoniam hujus paginæ contractio significat. *the shortness of this page.* ¶ In morbis *contractio* est alicujus membri adductio, quo nervi ita contrahuntur, ut munere suo fungi non possint, *a contraction of the nerves; the cramp*, συστολὴ, σύσπασις. *Scribon. Larg. compos.* 255. Ad omnem tensionem et contractionem nervorum. *Plin.* l. 20. c. 17. Infantes comitiale vitium, aut contractiones sentientes. Adde *Senec.* ep. 82. *sub init.* ¶ Translate *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 31. Effusio animi in lætitia: in dolore contractio. *a contraction or painful feeling. Id. in Partit.* c. 6. Longitudo, aut contractio orationis. *shortness, brevity. Id. de Orat.* l. 3. c. 50. *ad fin.* Syllaba aut contractione brevior, aut productione longior.

CONTRACTIUNCŬLA, æ, f. *a small twitch or pinch*, diminut. parva, aut levis contractio. Translate *Cic.* l. 3. *Tuscul.* c. *ult.* Hoc detracto, ægritudo erit sublata illa mœrens; morsus tamen, et contractiunculæ quædam animi relinquentur. *certain painful sensations.*

CONTRACTO, V. *Contrecto.*

[* CONTRACTOR, oris, m. qui contractum et sponsionem facit. *Cod.* lib. 5. tit. 5. leg. 8. Si quæ hujusmodi nuptiæ contractæ fuerint, eas, earumque contractores, et ex his progenitos antiquarum legum tenori subjacere sancimus.]

CONTRACTŪRA, æ, f. *the making of a pillar small about the top; a tapering*, idem quod contractio, συστολή. *Vitruv.* l. 3. c. 2. Contracturæ in summis columnarum hypotracheliis ita faciendæ videntur, uti, &c. *Id.* l. 5. c. 1. Ut in arboribus teretibus abiete, cupresso, pinu, e quibus nulla non crassior est ab radicibus, deinde naturali contractura ad cacumen, &c. Adde lib. 3. cap. 3.

CONTRACTUS, us, m. *a lessening, making or becoming smaller, tapering*, συστολή, contractio, contractura. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. *pænult.* Pensilia ut uvæ, mala, et sorba, ipsa ostendunt, quando ad usum oporteat promi, quod colore mutato, et contractu acinorum, si non dempseris ad edendum, ad abjiciendum descensurum se minitantur. V. *Contractus, us.* ¶ Translate est pactum, quo duo pluresve inter se ad aliquid dandum, vel præstandum obligantur, ut emptio, venditio, mutuum, &c. *a contract, bargain*: ita dictum, quia utriusque stipulationes, et sponsiones in unum contrahuntur, et colligantur. *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. pænult. leg.* 19. Contractus ultro citroque obligatio est, quam Græci συνάλλαγμα vocant. *Sever. Sulpic. JCtus* apud *Gell.* l. et c. 4. Is contractus stipulationum sponsionumque dicebatur sponsalia. *Gell.* ipse l. 20. c. 1. *a med.* In contractibus negotiorum. *Papinian. Dig.* lib. 24. tit. 3. leg. 23. Facere contractum. et *ibid.* Pecunia debita ex contractu. ¶ Item negotium, res gesta. *Quintil.* l. 4. c. 2. Dicam quæ acta sint ante ipsum rei contractum: dicam quæ in re ipsa.

CONTRACTUS, a, um, *drawn or brought together, collected*, συλλεχθεὶς, collectus: a *contraho, is. Pompei. ad Domit. post* ep. 12. l. 8. *ad Attic.* Disjecta manu pares adversariis esse non possumus: contractis copiis spero, &c. *Sueton. in Aug.* c. 31. Duo millia librorum contracta undique cremavit. *Gell.* l. 13. c. 24. *sub fin.* Pecunia ex præda contracta. *derived. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 32. Naves circiter octoginta coactæ et contractæ. ¶ Dicitur etiam de morbis, quæ ex aliqua causa contrahuntur. *Plin.* l. 23. c. 4. *ad fin.* Phthiriases longa valetudine contractæ. *caught, contracted. Id.* l. 20. c. 14. *sub fin.* Pallor contractus studiis. ¶ Item de aliis rebus per quandam translationem. *Cic. ad Q. Fr.* l. ep. et cap. 1. Ea ferre homines molestissime debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt. *incurred, brought on. Id. pro Rabir. Post.* c. 9. Hoc semel suscepto atque contracto, perpetienda illa fuerunt, &c. *Id. Attic* l. 11. *ep. pænult.* Ea est a nobis contracta culpa, ut &c *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 18. Sollicitiorem certe hominem, non suis contractis, neminem puto fuisse. [† *h. e.* suis peccatis; sua culpa.] *through any fault of his own. Vellei.* l. 2. c. 47. Contracta rixa ex occursu. *occasioned. Lucret.* l. 2. v. 574. Contractum bellum. *Cic. Catil.* 2. c

2. extr. Æs alienum contractum in popina. *debt contracted. Liv.* l. 25. c. 19. *ad fin.* Contracta clades. *a shock sustained.* ¶ Item confectus, pactus, conventus, *agreed upon, bargained, ratified. Cic.* 1. *Offic.* c. 17. Multæ cum multis res, rationesque contractæ. *money concerns; money transactions.* et cap. 5. Honestum quod versatur in hominum societate tuenda, tribuendoque suum cuique, et rerum contractarum fide. *contracts or agreements. Vellei.* l. 2. c. 44. Affinitas inter Cæsarem et Pompeium contracta nuptiis. *contracted. Justin.* l. 26. c. 3. Matrimonium contractum solvere. ¶ Item adductus, deductus. *Id. Attic.* l. et ep. 7. *ad fin.* Quid sit optimum male contractis rebus, plane video. *in a desperate condition. Id.* 7. *Fam.* ep. 31. Propter res tuas ita contractas, ut quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes. *so curtailed; so abridged or diminished.* ¶ Item morbo aliquo adductus et debilis, *lame, impotent, maimed, chill with cold,* &c. *Sueton. in Aug.* c. 80. Digitus torpens et contractus frigore. *Plin.* l. 20. *c. pænult.* Contractos articulos emollire. *Phædr.* l. 4. fab. 23. v. 19. *de musca.* Mori contractam cum te cogunt frigora. *h. e.* frigore captam. Alii leg. *contracta:* qua ratione *Virg.* 4. *Georg.* v. 259. *de apibus.* Ignavæque fame, et contracto frigore pigræ. *from cold contracted or caught. Arnob.* l. 1. pag. 28. Christus scitur aures aperuisse surdorum, ambulatum dedisse contractis. *to the halt.* ¶ Item rugosus. *Horat.* l. et sat. 2. v. 125. Explicuit vino contractæ seria frontis. *wrinkled, contracted, drawn together through anxiety or care. Juvenal.* sat. 11. v. 203. Nostra bibat vernum contracta cuticula solem. ¶ Item angustus, brevis, adstrictus, *contracted, confined, narrowed, abridged. Virg.* 4. *Georg.* v. 295. Locus exiguus et contractus. *Lucret.* l. 5. v. 570. Contractior ignis. *h. e.* minor. *less violent. Ovid.* 6. *Fast.* v. 495. Freta contracta spatio brevi. *Plin. in Paneg.* c. 30. Nilus contractior et angustior. *Plin. alter* l. 18. c. 22. Digiti in pugnum contracti. *drawn closely together, folded in. Cels.* l. 1. c. 3. Contracta alvus. *bound, costive. Cic. Parad.* 1. c. 1. Accipe hoc opusculum elucubratum his jam contractioribus noctibus. *shorter.* ¶ Translate *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 2. Contracta paupertas. *h. e.* quod *Id.* habet l. 3. od. 2. angusta pauperies. *pinching, straitening, distressing. Id.* l. 3. od. 16. v. 39. Contracto melius parva cupidine Vectigalia porrigam. *h. e.* minora cupiendo. *by contracting or restraining one's desire of money. Cic. de clar. Orat.* c. 90. Dialectica quasi contracta et adstricta eloquentia. et cap. 44. Ambitus verborum contractus et brevis. *short, concise. Id. pro Cœl.* c. 31. Studia contractiora. *h. e.* remissiora. *Quintil.* l. 11. c. 1. Siccum, et sollicitum, et contractum dicendi propositum, plerumque affectatione ipsa severitatis invisum est. *confined, restrained, scrupulous, exact.* ¶ *Contracta vox,* est remissa, submissa, *low, weak. Quintil.* l. 11. c. 3. Vox contracta et fusa, dura et flexibilis, clara et obtusa. et *ibid.* In metu et verecundia vox contracta. *weak, timid, faint. et rursus.* Submissa atque contracta voce dicere. ¶ Absolute *Virg.* (seu quicumque alius auctor est) *in moreto,* v. 78. Verum hic non domini (quis enim contractior illo?) Sed populi proventus erat. *h. e.* parcior, frugalior, *more sparing, more frugal. Horat.* l. 1. ep. 7. v. 11. Ad mare descendet vates tuus, et sibi parcet, Contractusque leget. *h. e.* parcus erit in legendo, et studiis operam dando.

CONTRADICIBĬLIS, le, adject. cui contradici potest. *Tertull. de carne Christi,* c. 23. Signum contradicibile.

CONTRADĪCO, is, ixi, ictum, a. 3. *to speak against, contradict, gainsay, oppose, thwart,* ἀντιλέγω, contra aliquem dico, adversor, contraria dicendo respondeo. *Scribon. Larg. compos.* 84. Neque ei quisquam contradixerit. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 39. Contradicere sententiis aliorum. *Id.* 4. *Hist.* c. 46. Preces erant, sed quibus contradici non posset. *Sueton. de clar. Rhet.* c. 1. Cn. Pompeium quo facilius C. Curioni causam Cæsaris defendenti contradiceret, repetisse declamandi consuetudinem. *Id. in Aug.* c. 56. Jocis quorundam petulantibus lacessitus, contradixit edicto. *he replied with an edict. Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. et leg. 1. Contradicere desiderio alicujus. *Id.* lib. 11. tit. 7. leg. 14. *a med.* Huic contradici potest. ¶ Frequenter usurpatum est in declamationibus passive sine ullo casu, ut videre est in lemmatis controversiar. et declamation. apud *Senec.* et *Quintil.* sæpissime. *Gell.* quoque exemplum habet lib. 9. *cap. ult.* ¶ Afferunt Lexicographi exempla aliquot *Ciceronis,* et *Cæsaris,* sed quæ nihil conficiunt. In iis enim libri variant, modo conjuncte, modo separatim exhibentes. Ea solum puta huc facere necessario, in quibus dativus verbo additur (quod, opinor, *Cic.* aut *Cæs.* fecere nunquam) in aliis separatim ubique scribi potest. Conjunctim tamen scribendum videtur in illo *Livii* l. 8. c. 2. Nec contradici, quin amicitia de integro reconcilietur.

CONTRADICTĬO, onis, f. *a speaking against, contradicting; a contradiction,* ἀντιλογία, ἀντίθεσις, actus contradicendi. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 43. Quidquid hoc in nobis auctoritatis est, crebris contradictionibus destruendum non existimabam. ¶ Speciatim est *an objection, argument on the opposite side of the question,* quod in scholis dicitur objectio. *Quintil.* l. 2. c. 17. (*al.* 18.) *ad fin.* Ponuntur hæ quoque in secundo Ciceronis de Oratore libro contradictiones: artem esse, &c. *Id.* l. 7. c. 3. In schola ubi nobis ipsi fingimus contradictionem. *Id.* l. 5. c. 13. *a med.* Contradictione uti qui possumus, ubi adversarius adhuc nihil dixerit? *reply to objections.* et *paulo post.* Occurrere contradictionibus. Adde *Senec. Suasor.* 2. *ad fin.*

CONTRADICTOR, oris, m. *one who contradicts or objects; an adversary,* ἀντιλέγων, qui contradicit, et adversatur, præsertim in controversiis forensibus. *Ulpian. Dig.* lib. 40. tit. 11. leg. 27. Si is, qui pro sua libertate litigat, desit, contradictor vero præsens sit. Adde *Callistrat. ibid. tit. ult.* leg. 3. et *Ammian.* l. 31. c. 14. (*al.* 40.)

CONTRADICTUS, a, um, *spoken against,* ἀντιλεγόμενος. *Quintil. in proœm.* l. 4. Quæ sit probationum fides, seu proposita confirmamus, seu contradicta dissolvimus. *contra dicta* sejunctim rectius leges. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 3. leg. 34. Cum de consuetudine confidere quis videtur, explorandum arbitror, an etiam contradicto aliquo judicio consuetudo firmata sit. *whether or not it has been strongly discussed.* h. e. an de ea contentiose in judicio actum sit.

CONTRĀDO, is, didi, itum, a. 3. ut contradere fidem dictis. *h. e.* facere, præstare. *Lucret.* l. 1. v. 401. Multaque præterea tibi possum commemorando Argumenta, fidem dictis contradere nostris. Alii leg. *Conradere,* h. e. undique colligere, συλλέγειν.

CONTRAĔO, is, ivi, itum, n. *to oppose,* ἐποίχομαι, eo contra aliquem, hoc est adversor. Verbum est exigui usus, et fere in infinito. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 45. Sententiæ Cassii nemo unus contraire ausus est. *Arnob. initio* l. 1. Contraire invidiæ.

CONTRĂHO, is, axi, actum, a. 3. *to draw together, assemble, unite together, collect,* ἐπισπάω, συστέλλω, συλλέγω, simul traho, colligo, congrego, cogo. *Cic. de Amic.* c. 7. Amicitia omnia contrahit, discordia dissipat. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 34. Contrahere exercitum in unum locum. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 15. Cohortes ex finitimis regionibus. *Nepos in Conon.* c. 4. magnam classem. *Plin.* l. 3. c. 5. Italia tot populorum discordes linguas sermonis commercio contrahit. *Liv.* l. 28. c. 18. Contrahere aliquos in (al. leg. *ad*) colloquium dirimendarum simultatum causa. *Plin.* l. 6. c. 27. aurum. *to heap up.* et lib. 11. c. 5. Apes mella contrahunt. *Id.* l. 10. c. 20. Contrahere aliquid in acervum. *Gell.* l. 19. c. 6. Pudor sanguinem diffundit, timor contrahit. *draws in; drives back. Quin. Scævola* apud *eund.* l. 4. c. 1. *a med.* Quæ longæ usionis gratia contrahuntur et reconduntur. ¶ Est item adstringere, adducere, in angustum redigere, *to draw in, contract, draw into a smaller compass, abridge. Cic.* 1. *de Divin.* c. 53. Omne animal membra, quocumque vult, flectit, contorquet, porrigit, contrahit. *Id.* 1. *Acad.* c. 10. *ad fin.* Contrahere aliquid, et in angustum deducere. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. Pulmones tum se contrahunt aspirantes, tum respiritu dilatant. *Plin.* l. 36. c. 5. *a med.* Contrahens se in metæ cacumen. *Id.* lib. 29. *c. ult.* Millepeda tactu contrahens se. *Id.* l. 9. c. 22. Cochleæ bina cornua protendentes, et contrahentes. ¶ Translate *Lucret.* l. 5. v. 1218. Contrahitur animus formidine. *h. e.* adstringitur, et ligatur, angitur. *Cic. ad Q. Fr.* l. ep. et cap. 1. Te rogo, ne contrahas, aut demittas animum. *do not suffer your spirits to droop. Id.* 2. *de Leg.* c. 15. Varietas sonorum tum remittit animos, tum contrahit. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 4. Sol accedendo, et recedendo, tum quasi tristitia quadam contrahit terram, tum vicissim lætificat. *Id. de Amic.* c. 13. *sub fin.* Virtus bonis amici quasi diffunditur, incommodis contrahitur. ¶ *Contrahere jura* apud *Stat.* 11. *Theb.* v. 682. est parce usurpare, parce uti licentia regni. ¶ Significat etiam jungendo claudere. *Plin.* l. 24. c. 8. Ulmi folia vim habent vulnera contrahendi. *of closing. Id.* l. 12. c. 17. Contrahere cicatrices. ¶ Item durare, coagulare. *Id.* l. 23. c. 7. Fici succus coaguli modo lac contrahit. *curdles.* ¶ Item sistere, adstringere. *Cels.* l. 4. c. 19. Cibis uti ventrem contrahentibus. *et mox.* Alvus contrahitur. *is rendered costive. Plin.* l. 20. c. 2. Radix peponum contrahit vomitiones. *stops, obviates.* ¶ Item pertrahere, simul attrahere. *Plin.* l. 12. c. 25. Balsamum melle mutatum statim in manu contrahit muscas. *draws together, attracts, causes to collect. Id.* l. 27. c. 5. *extr.* Solidum herbæ semen conjicitur in oculum, nec turbat, sed contrahit in se caliginem. *draws. Id.* l. 28. c. 9. *sub fin.* Sanguine cervino contrahi serpentes. ¶ Item corrugare, *to draw together, wrinkle. Cic. pro Cluent.* c. 26. *ad fin.* Contrahere frontem. *to knit the brows. Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 3. v. 7. vultum. ¶ Item complicare, cui opponitur explicare. *Horat.* l. 2. od. 10. v. 23. Contrahere vela. *to draw in, furl.* ¶ Item concipere, reportare, subire, *to contract. Colum.* l. 12. c. 4. Situ mucorem contrahere. *to contract mouldiness, grow mouldy.* et cap. 17. Acetum nunquam situm, aut mucorem contrahit. *Plin.* l. 30. c. 8. Contrahere morbum. *to contract, catch.* et lib. 36. c. 27. pestilentiam. *Quintil.* l. 7. c. 3. cruditatem. *Plin.* l. 22. c. 25. *a med.* inflationes et tormina. et l. 24. c. 6. tristitiam. *Cels.* l. 4. c. 21. semen. *h. e.* creare. *Justin.* l. 21. c. 2. saginam corporis ex nimia luxuria, oculorumque valetudinem. ¶ Translate *Cic.* 2. *Fam.* ep. 16. *a med.* Contrahere molestias. *Id.* 5. *de Fin.* c. 30. damnum. *to bring on, cause, incur. Liv.* l. 5. c. 15. nefas. *to commit. Papinian. Dig.* l. 3. tit. 5. leg. 30. culpam. *Justin.* l. 3. *extr.* Contrahere perjurium. *Id.* l. 17. c. 3. offensam populi. *to meet with, incur. Sueton. in Tito,* c. 6. plurimum invidiæ. *Liv.* l. 25. c. 19. cladem. *to sustain a defeat.* ¶ Item breviorem, seu minorem facere, *to shorten, curtail, abridge, lessen, diminish. Propert.* l. 3. el. 20. v. 11. Tu quoque qui æstivos spatiosius exigis ignes, Phœbe, moraturæ contrahe lucis iter. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 197. Luna contrahit orbem. *Stat.* l. 4. *Silv.* 7. v. 3. ingens opus in minores contrahe gyros. *Quintil.* l. 5. c. 6. Contrahere tempus dicendi. *Cic. in Partit.* c. 7. orationem. *Id. in Orat.* c. 45. nomina. *to shorten, curtail.* ¶ Translate *Senec.* ep. 110. Et quod gaudes, et quod times, contrahe. *h. e.* fac ut brevia sint et gaudium, et timor. *Cic.* 1. *Offic.* c. 29. Appetitus omnes contrahendi, sedandique. *h. e.* cohibendi. *kept within bounds, checked. Plin. in Paneg.* c. 49. Tempus epularum frugalitas contrahit, humanitas extendit. ¶ Item transigere, agere, pacisci, *to make a bargain, or contract; to negotiate, transact business,* quia plurium simul in idem voluntates trahuntur, et mutua obligatione junguntur. *Cic.* 2. *Offic.* c. 11. Qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendisque negotiis implicantur. et cap. 18. In omni re contrahenda, vendendo, emendo, &c. *Id. pro Cluent.* c. 14. Cum illo jam nemo rationem, nemo rem ullam contrahebat. *made a bargain with; negotiated with. Paul. Dig.* l. 19. tit. 4. leg. 1. Contrahere emptionem, venditionem, permutationem. *to make a purchase, bargain,* &c. *Ulpian.* lib. 23. tit. 2. leg. 12. cognationes. *Sueton. in Calig.* c. 25. matrimonia. *to contract. Ulpian.* lib. 16. tit. 1. leg. 8. Si, cum essem tibi contracturus, mulier intervenerit, ut cum ipsa potius contraham. *tibi* pro *tecum.* ¶ Item translate conflare, parere, conciliare. *Plaut. Cas.* 3. 2. 31. Aliquid contrahere cupio litigii inter eos duos. *to cause, bring about. Liv.* l. 24. c. 42. *extr.* Turdetanos, qui contraxerant Saguntinis cum Carthaginiensibus bellum, in potestatem redactos sub corona vendiderunt. *had drawn up themselves; had incurred. Cic.* 4. *Catil.* c. 5. Contrahere negotium alicui. *h. e.* creare molestiam. *to occasion trouble. Id. de Amic.* c. 14. Contrahit amicitiam, si qua significatio virtutis eluceat. *draws tight, tightens, unites, produces. Id.* 1. *de Invent.* c. 17. Si turpitudo causæ contrahet offensionem. *shall produce, occasion, cause. Liv.* l. 2. c. 23. *sub fin.* Contrahere periculum. *to incur, bring on himself. Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 5. A nostra persona benevolentiam contrahemus, si &c. *Id.* l. 4. c. 38. Ejusmodi res et invidiam contrahunt in vita, et odium in oratione. *create aversion and dislike. Liv.* l. 5. c. 52. *ad fin.* Contrahere magnum piaculum sibi et reipubl. *Plin.* l. 11. c. 19. sibi causam mortis. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 660. sibi iram numinis. *to incur, bring down on himself.* ¶ *Contrahere æs alienum* est facere, suscipere, *to contract debt. Cicer. ad Q. Frat.* l. et ep. 1. c. 8. certamen. *to engage or join battle. Liv.* l. 28. cap. 6. Ibi atrocissimum contractum est certamen. *the action was most bloody.* et lib. 29. cap. 4. *extr.* Contrahere certamen cum classe hostium.

[†**CONTRALEGO**. Particip. contralegens occurrit apud *Sidon. Epist.* 5. 15. sed melius legitur disjunctim.

CONTRALICEOR, eri. Ἀντονοῦμαι. *Cæs. B. Gall.* 1. 18. Propterea quod illo licente contraliceri audeat nemo. *Gesnerus* mavult *Contra liceri.*]

CONTRAPŌNO, is, a. 3. *to oppose,* oppono, ἀντιτίθημι. *Quintil.* l. 9. c. 3. *ubi de* contraposito *loquitur.* Nec semper quod adversum est, contraponitur. ¶ Cum dativo, *Tertull. ad Martyr.* c. 4. Spiritus contraponat sibi et carni, acerba licet ista, a multis tamen æquo animo excepta.

CONTRAPOSĬTUM, i, n. *a figure of rhetoric, the same with* antithesis, ἀντίθετον, figura est rhetorum, eadem quæ antithesis. *Quintil.* l. 9. c. 3. *post med.* Contrapositum vel ut quidam vocant, contentio, fit si singula singulis opponuntur, et bina binis, et sententiæ sententiis. *Et supra.* Etiam in contrapositis et comparativis solet respondere primorum verborum alterna repetitio: *Vigilas tu de nocte,* &c.

CONTRARĬE, adverb. *contrarily, contrariwise,* ἐναντίως, contrario modo. *Cic. in Partit.* c. 31. Alio se eadem de re contrarie scripto defendere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 65. Ornant orationem verba relata contrarie. *h. e.* antitheta. *Id. de Univ.* cap. 9. Sidera contrarie procedentia. *in the opposite direction.*

CONTRARIĔTAS, atis, f. *contrariety, opposition,* ἐναντίωσις, oppositio. *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 15. *sub fin.* Nunquam ex duplicatis similibus contrarietas emergit. et cap. 14. *a med.* Nunquam fieri potest, ut circa unam eandemque rem uno eodemque tempore contrarietates ad unum idemque pertinentes eveniant. Adde *Sidon.* l. 4. ep. 12.

CONTRARĬO, adverb. *on the contrary, on the other hand,* contra, ἐναντίως. *Nepos in Eumen.* c. 1. Apud nos mercenarii, scribæ existimantur: at apud illos contrario nemo ad id officium admittitur, nisi &c. *Quidam leg.* e contrario. *Vitruv.* l. 8. c. 1. *extr.* Campestribus autem locis contrario non possunt haberi copiæ. ¶ Qui *Ciceronem* quoque testem adducunt, dubium valde testem adducunt.

CONTRARĬUS, a, um, *opposite, contrary, at variance with, repugnant,* ἐναντίος, oppositus, adversus, repugnans. *Cic.* 2. *Phil.* c. 8. Ut non modo non cohærentia inter se diceres, sed maxime disjuncta atque contraria. *Id. pro Cœl.*

c. 5. *extr.* Monstrum ex contrariis diversisque inter se pugnantibus naturæ studiis conflatum. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 5. Orationes inter se contrariæ Æschinis Demosthenisque. *Phædr.* l. 4. fab. 10. v. 16. sæpe, quos ipse alueris, Tibi invenies maxime contrarios. *h. e.* adversarios, inimicos. *Varr.* l. 4. *i. L.* c. 10. Contrariis diis. *h. e.* infestis, iratis. *Plin.* l. 21. c. 13. Contrario amne. *against the stream.* *Sueton.* lib. 2. c. 51. In contrarium nantes. *Sueton. in Ner.* c. 31. Fossam latitudinis, qua contrariæ quinqueremes commearent. *one at a time in both directions.* *Plin.* l. 2. c. 82. *de terræ motu.* Concurrentia tecta contrario icta arietant. *one against the other.* ¶ Habet et genitivum: qui tamen casus non est contrarietatis, sed constructionis. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 24. Quarum artium summa crescere potest, earum etiam contrariarum summa potest augeri: ad virtutis autem summam accedere nihil potest: ne vitia quidem igitur crescere poterunt, quæ sunt virtutum contraria. *Id.* 2. *de Invent.* c. 54. *extr.* Quæ omnia uti contraria rerum bonarum, in rebus vitandis reponemus. ¶ Cum particulis *ac, atque, quam.* *Cic.* 5. *Verr.* c. 46. Contrarium decernebat, ac paulo ante decreverat. *Id. in Somn. Scip.* c. 4. Versantur retro contrario motu, atque cælum. ¶ *E* vel *ex contrario*, adverbii vice, idem est quod contra, *on the contrary, on the other hand.* *Nepos in Annib.* c. 1. Ipse ubi affuit, nunquam hosti cessit: sæpeque e contrario, occasione data, lacessivit. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 8. Accusatori quidem hæc fere sunt in causa facienda. Defensor autem ex contrario primum dicet, &c. Adde *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 30. ¶ Sunt qui conjunctim scribunt *econtrario:* sed divisum multo est rectius. ¶ *In contrarium* et *ex contraria parte*, aut *in contrariam partem*, idem significant, *on the other hand, on the opposite side.* *Plin.* l. 18. c. 24. Idque in contrarium præcepere quidam falsa diligentia. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 52. Rerum expetendarum tria sunt genera: par autem numerus vitandarum ex contraria parte. *Id.* 2. *de Orat.* c. 53. Aut si ita non refellas, afferendum est in contrariam partem quod sit gravius. ¶ *Per contrarium* apud JCtos idem est, quod *e contrario, on the contrary.* Legitur enim apud *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 8. leg. 1. et lib. 2. tit. 15. leg. 8. *extr.* et lib. 28. tit. 1. leg. 20. et alibi. ¶ *In contraria*, et *in contrarias partes* valet in utramque partem, pro et contra. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 34. Disputandum est de omni re in contrarias partes. *Virg.* l. 12. *Æn.* v. 487. Diversæque vocant animum in contraria curæ. *distract.* ¶ Absolute *contrarios* pro adversariis, et inimicis posuit *Vitruv. in præfat.* lib. 3. ¶ Sæpe *contraria* dicuntur, quæ contra, seu e regione sita sunt. *opposite to, over against.* *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 18. Ab eo flumine pari acclivitate collis nascebatur, adversus huic et contrarius. *Paul.* apud *Labeon. Dig.* lib. 41. tit. 1. *leg. pœnult.* Inter eam insulam, et contrariam ripam. *the opposite bank.* *Plin.* l. 24. c. 10. Hederæ acinos tritos instillare dentium dolori a contraria aure. *Id.* l. 37. c. 9. *ad fin.* Gemma contraria soli regerens candicantes radios. *Id.* l. 28. c. 8. Si pelles hyænæ et pantheræ contrariæ suspendantur, decidere pilos pantheræ. *opposite each other.* ¶ Item quæ nocent. *hurtful, injurious.* *Plin.* l. 28. c. 9. Lactis usus contrarius capitis doloribus, hepaticis, splenicis. *Id.* l. 25. c. 11. Hyssopum stomacho contrarium. *disagrees with.* ¶ Item quæ invicem inimica. *Plin.* l. 29. c. 4. Scorpionibus contrarius maxime invicem stellio. ¶ Apud Dialecticos sunt quatuor *contrariorum* genera. *Adversa*, quæ in eodem genere plurimum differunt, ut sapientia, stultitia. Eodem autem genere dicuntur, quibus propositis occurrunt tanquam e regione quædam contraria, ut celeritati tarditas, non debilitas. *Privantia*, Græce στερητικὰ, ut dignitas, indignitas. *Relata*, velut ea, quæ cum aliquo conferuntur, ut duplum simplum, multa pauca. *Negantia*, quæ ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus, ut si hoc est, illud non est. *Cic. in Top.* c. 11. ¶ Apud Rhetores *contrarium* est exornatio, seu figura sententiarum, cum sumitur ex adverso probatio, hoc est id quod opus est oratori contraria re comprobatur. Id enim significari nomine *contrarii* a *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 54. putat *Quintil.* l. 9. c. 3. *ad fin.* Est autem idem fere quod *contentio;* fitque (uti docet *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 18.) cum ex rebus diversis duabus alteram breviter et facile confirmamus: seu cum id, quod opus est oratori, contraria re comprobatur, hoc pacto: Nam qui suis rationibus inimicus fuerit semper, eum quomodo alienis rebus amicum fore speres? &c. ¶ *Contrarium æs* apud *Fest.* quid sit, V. sub fin. vocis *Contra.*

CONTRASCRĪBO, is, a. 3. Legitur a quibusdam in *Apul. Apolog.* Litteras e tabulario publico, præsente et contrascribente Æmiliano descripsimus. *h. e.* idem simul scribente, γράφοντος τὸ ἴσον. Alii tamen divisim legunt. [Apud *Murator. Inscript.* pag. 960. n. 7. Diis Manibus L. Juli . . . . . chi Crescens Juliorum Disp. Fil. et Ullinus contrascriba. Hæc postrema vox officium fortasse significat citati modo ab *Apuleio* Æmiliani.]

CONTRASCRIPTOR, oris, m. ἀντιγραφεύς. *Salmas. ad Vopisc. in Caro*, c. 8. hanc affert veterem Inscriptionem (quæ est apud *Gruter.* pag. 579. n. 10. et apud *Donium* class. 18. *n. ult.*) *Contrascriptor rationis summi choragi.* ubi intelligitur vel *a copyist*, vel *a register*, vel *a notary, scribe, clerk*, vel quippiam simile. V. apud illum plura. [Apud *Murator. Inscript.* pag. 2042. n. 4. in titulo sepulcri Liberti cujusdam Augustalis legitur: Automato contrascriptori pistorum. *Muratorius* explicat, *che tenea i conti de' fornai.* (*he that kept an account of the bread.*)]

CONTRASCRIPTUM, i, n. *a reply, answer, rejoinder.* *Cic.* l. 16. *ad Attic.* ep. 7. *sub fin.* Antonii edictum legi a Bruto, et horum contrascriptum. [†Et sic *Gesner.* et *Ernest.*] ¶ Rectius ita leges integrum locum. *et horum contra, scriptum præclare.*

[†CONTRASTO, are, ἀντικεῖμαι, repugno. *Nævius:* Contrastat semper, nec me sinit loquier. *Jur.* 290. *per metathesin vel anastrophen:* Stat contra starique jubet. Sed sunt nimirum (ait *Gesnerus*) duæ voces. ¶ Particip. *Sidon. Epist.* 29. Sphæristarum contrastantium paria. Adde *ibid. Epist.* 5.

CONTRAVĔNĬO, ēni, entum, ire, ἀπαντῶ, *Cæs. B. G.* l. 29. Hoc animo, ut si qua ex parte contraveniretur, acie instructa depugnarent. In *Cic. Tusc.* 1. 23. *Verr.* 2. 43. *Pro Mur.* 9. legunt *Gesnerus* et *Ernesti* disjunctim.]

CONTRAVERSĬENS, entis, repugnans, obsistens. *Augustin.* l. 1. *de doctr. Christ.* c. 29.

CONTRAVERSIM, et

CONTRAVERSUM, *on the other hand*, contra, ἐναντίως. *Solin.* c. 10. (*al.* 15.) *de Thracia.* Apud plurimos luctuosa sunt puerperia: contraversum læta sunt funera. ¶ Item in contrariam partem. *Apul. in Apol.* Cum aliquid solidum offenderunt, illisæ reflectuntur, et retro expressæ contraversum respondent. Al. leg. *contraversim*, aut *controversim.*

CONTRAVERSUS, a, um, adject. *turned the contrary way, turned opposite to,* contra versus. *Solin.* c. 27. (*al.* 40.) Africa promontorio Apollinis Sardiniæ contraversa. et cap. 32. (*al.* 45.) *de Nilo:* Quanto impensius contraversi spiritus repugnaverint, tanto excelsius sublimari, &c. Ita legit *Salmas.* Alii *Controversus* eodem sensu: quod *Salmas.* vitiosum putat: alii divisim *contra versus:* sed si dativum habeat, rectius conjunctim scribetur. Sic *Ammian.* l. 18. c. 9. (*al.* 22.) Urbs spiranti zephyro contraversa.

CONTRECTABĬLIS, le, adject. *that may be touched or handled*, qui contrectari, et tangi potest, ψηλαφητός. *Prudent. Apotheos.* v. 963. Nil contrectabile habere. [*Auson. parental.* carm. 9. v. 3. Nec contrectabile fulmen.] *Lactant.* l. 2. c. 8. et l. 7. c. 21. Solidum et contrectabile corpus. Adde *Tertull. de Anim.* c. 57. ¶ Apud *Lactant.* est qui legit *contractabilis.*

CONTRECTABILĬTER, adverb. *softly, gently.* *Lucret.* l. 4. v. 661. Lævissima corpora debent Contrectabiliter caulas intrare palati.

CONTRECTATĬO, onis, f. *a touching, handling,* ψηλάφησις. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 27. Cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ? ¶ Item apud JCtos asportatio rei alienæ furti causa. *Paul. Dig.* lib. 47. tit. 2. *qui est* de furtis, leg. 1. Furtum est contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratia, &c. V. *Contrecto.*

CONTRECTĀTOR, oris, m. *a robber, thief,* qui contrectat, et furatur. *Ulpian. Dig.* l. 47. tit. 2. leg. 36. Si cum rebus aufugerit, posse furti actione sollicitatorem conveniri, quia opem consiliumve contrectatori tulit. V. *Contrecto.*

CONTRECTĀTUS, a, um, *touched, handled,* tactus, tractatus. *Horat.* l. 1. *ep. ult.* v. 11. *de libro suo.* Contrectatus ubi manibus sordescere vulgi Cœperis, &c. ¶ Item pollutus, corruptus. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 35. Contrectatam filiarum pudicitiam ulcisci. *soiled, violated.*

CONTRECTO, et Contracto, as, avi, atum, a. 1. *to touch, handle,* ψηλαφάω, manu tracto, attrecto, manu verso. *Ovid. Metam.* 8. v. 606. Pectora tangebam trepido salientia moto: Dumque ea contrecto, totum durescere sensi Corpus. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 59. Vulneris id genus est, quod cum sanabile non sit, Non contrectari tutius esse putem. *to meddle with.* *Colum.* l. 12. c. 4. Ne contrectentur pocula, nisi ab impube. *Sueton. in Calig.* c. 43. Contrectandæ pecuniæ cupidine incensus, super aureorum acervos toto corpore volutatus est. *Senec. de constant. sap.* c. 13. Medicus vulnera contractare, et reliquias et effusa intueri non dedignatur. Adde ep. 41. ¶ Apud *Tacit.* 3. *Ann.* c. 12. contrectare aliquid oculis, est attente contemplari. *to survey attentively.* ¶ Apud JCtos significat alienam rem manu apprehendere, et amovere furandi causa, *to steal, purloin, filch.* *Paul. Dig.* lib. 41. tit. 2. leg. 3. *ad fin.* Si rem apud te depositam furti faciendi causa contrectaveris, desino possidere: sed si eam loco non moveris, etsi inficiandi animum habeas, plerique veterum responderunt, recte possessorem me manere, quia furtum sine contrectatione fieri non possit, nec animo furtum admittatur. Adde lib. 25. tit. 2. leg. 3. et alibi. ¶ Ponitur et pro obsceno tactu tentare, vitiare. *to make free with, have illicit intercourse with.* *Sueton. in Domit.* c. 1. Contrectare multorum uxores. Adde *Plaut. Asin.* 3. 1. 20. et *Mil.* 4. 2. 61. &c., et *Justin.* l. 7. c. 3. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 6. Opiniones hominum leviter eruditorum, qui quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius divulsa, et quasi discerpta contrectant. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 15. Ratio incitat animum ad conspiciendas, totaque mente contrectandas voluptates. *h. e.* contemplandas. *to embrace, enjoy.* *Gell.* l. 17. c. 19. Contrectare studia et disciplinas philosophiæ.

CONTREMISCO, iscis, a. 3. *to tremble greatly*, valde tremere incipio, τρομέω, πάλλομαι. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 26. Tota mente atque omnibus artubus contremiscere. ¶ Item cum tremore paveo, *to anticipate with fear and trembling.* *Senec. extr.* ep. 65. Non contremiscamus injurias, non vulnera, non vincula, non egestatem. *Sidon.* l. 9. ep. 11. Cum mihi rigor censuræ tuæ sit ambifariam contremiscendus.

CONTRĔMO, is, ui, a. 3. *to tremble, tremble greatly, shake or quake through fear,* τρομέω, idem quod tremo, aut valde tremo. *Vetus Poeta* apud *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 39. Flamma inter nubes coruscat, cælum tonitru contremit. *Lucret.* l. 5. v. 1220. Tellus contremit. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 28. Me contremuisse timore perterritum. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 758. Quercus contremuit. *Virg.* 7. *Æn.* v. 515. Contremuit nemus. ¶ Cum accusativo. *to tremble at, fear exceedingly.* *Horat.* l. 2. *Od.* 12. v. 8. unde periculum Fulgens contremuit domus Saturni veteris. *Justin. in fin.* l. 32. Cum Annibalem Romano tonantem bello Italia contremuit. ¶ Translate *Cic. pro Sext.* c. 31. Cujus in mea causa nunquam fides virtusque contremuit.

CONTREMŬLUS, la, um, *tremulous, trembling,* idem quod tremulus. *Varr.* apud *Non.* V. *Aquilentus.*

CONTRIBULATĬO, onis, f. *tribulation, anguish.* *Tertull. advers. Jud.* c. 13. *ex Isai.* 65. 14. Vos a contribulatione spiritus ululabitis.

CONTRIBULĀTUS, a, um, molestiis affectus. *afflicted.* *Tertull. advers. Jud.* cap. 5. *ex Psalm.* 50. 18. Cor contribulatum hostia est Dei.

CONTRIBŪLIS, is, *of the same tribe,* qui ejusdem est tribus. *Sidon.* l. 8. ep. 13. Commendo Promotum gerulum litterarum, nostrum nuper effectum vestris orationibus contribulem. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 873. n. 4. Q. Herennio Rufo Montanus Rufi F. Contrib. D.

CONTRIBŬO, uis, ui, utum, a. 3. *to contribute, give, bestow,* συμφορέω, συνεράνίζω, idem quod tribuo, vel simul tribuo, confero. *Ovid. Metam.* 7. v. 230. Nec non Penææ, nec non Spercheides undæ Contribuere aliquid, juncosaque litora Bœbes. *Colum.* l. et cap. 5. *ante med.* Nisi adminiculum teneræ viti contribueris, prorepens pampinus terræ se applicabit. *to administer, supply.* *Pompon. Dig.* l. 41. tit. 1. leg. 27. Ubi simul plura contribuuntur; ex quibus unum medicamentum fit, aut coctis odoribus unguenta facimus, nihil hic suum vere dicere potest prior dominus. *Paul.* lib. 35. tit. 2. leg. 22. *extr.* Nullum erit legatum, nec ceteris contribuetur. *h. e.* una cum ceteris confundetur, et præstabitur. ¶ Afferuntur etiam duo *Cicer.* loca *Phil.* 14. *c. ult.* et *pro Mil.* c. 30. sed utrobique plerique alii aliter leg. ¶ Sæpe significat accensere, adjicere, *to join, add, annex, incorporate, unite,* προστιθέναι, et dicitur de urbibus et populis, qui alteri adjunguntur, ut ejus foro, ac jurisdictioni subdantur, et quasi unam simul civitatem constituant, atque tributa simul pendant. *Liv.* l. 38. c. 3. *ad fin.* Ambracia tum contribuerat se Ætolis. *Id.* l. 32. c. 19. Pollicentes Corinthum iis contributuros in antiquum gentis concilium. *Curt.* l. 5. c. 3. Gentem Uxiorum subactam Susianorum satrapiæ contribuit. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 60. Calagurritani, qui erant cum Oscensibus contributi. *Plin. l. et* cap. 3. Colonia Illici. In eam contribuuntur Icositani. ¶ Item de aliis rebus. *Vellei.* l. 2. c. 20. Contribuere novos cives in octo tribus. *Justin.* l. 12. c. 5. In unam cohortem contribuere milites. *to form into one battalion.* *Colum.* l. 2. c. 9. *ad fin.* Inter frumenta panicum et milium ponenda sunt, quamvis jam leguminibus ea contribuerim. *Id.* l. 9. c. 13. *circa med.* Apibus vetustate corruptis examen novum contribuere.

CONTRIBUTĬO, onis, f. *a contributing, contribution,* συνεισφορά. *Paul. Dig.* lib. 14. tit. 2. leg. 1. Si levandæ navis gratia jactus mercium factus sit, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est. *Ulpian.* lib. 24. tit. 3. leg. 7. Fructus non debent in contributionem venire. *Modestin.* lib. 16. tit. 2. leg. 1. Compensatio est debiti et crediti contributio.

CONTRIBŪTUS, a, um, accensitus, adjunctus, attributus: ut urbs, aut populus contributus, qui alteri urbi adjunctus est, ut in *Contribuo* est dictum. *Liv.* l. 31. c. 30. Quondam pagatim habitantes, ne in unam urbem quidem contributi, &c. *united, incorporated.* *Plin.* l. 4. c. 7. Ægosthenienses contributi Megarensibus. et cap. 22. Contributa sunt in eam Castra Julia, Castra Cæcilia. *Id.* l. 3. c. 10. Contributa eo maritima colonia, quæ, &c. ¶ Translate *Id.* l. 32. c. 4. *extr.* Sed hoc utilius est vitæ, contributa habere remedia.

CONTRISTATĬO, onis, f. molestia, mæror. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 11. Sine ulla contristatione.

CONTRISTĀTUS, a, um, *made sad, saddened, disheartened,* ἐπιλυπηθείς. *Colum.* l. et c. 8. *de columbis.* Nec minus in agros emittant, ne quasi gravi perpetuæ custodiæ servitio contristatæ senescant. *Id.* l. 9. c. 14. *circa med. de apib.* Ne sæpius injuria contristatæ, velut desperatione rerum profugiant. ¶ Translate *Plin.* l. 35. c. 17. Veros colores emollit cimolia, et quodam nitore exhilarat contristatos sulphure. *made dun.*

CONTRISTO, as, avi, atum, a. 1. *to sadden, make sad, dishearten*, ἐπιλυπέω, tristem reddo. *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 9. *extr.* Contristavit hæc sententia Balbum. *Senec.* ep. 85. Prudens non perturbatur, nec contristatur, nec timet. *Id. de Tranquill. c. ult.* Contristare, et in sollicitudinem adducere. ¶ Translate *Virg.* 3. *Georg.* v. 279. Auster pluvio contristat frigore cælum. *saddens, renders gloomy. Id.* 10. *Æn.* v. 275. Sirius lævo contristet lumine cælum. *Colum.* l. 3. c. 2. *circa med. de vitibus.* Humores commodius sustinent, quam siccitates, nec tamen caloribus contristantur. *do they suffer, are they the worse.* (Adde *in fin.* cap. 9. l. 5.) *Valer. Flacc.* l. 3. v. 427. humiles aras Instituit, silvaque super contristat opaca. *h. e.* frondibus obumbrat.

CONTRĪTĬO, onis, f. actus conterendi, comminutio, θλίψις. Translate *Quintil.* declam. 15. c. 10. Spem gaudia parant, adversa contritionem. *pain, regret, affliction.* Alii aliter leg. *Lactant.* l. et cap. 7. *ex Matth.* 24. 21. Erit pressura et contritio, qualis nunquam fuit a principio mundi. *Augustin.* l. 7. *Confession.* c. 7. Magnæ voces erant ad misericordiam tuam, tacitæ contritiones animi mei.

CONTRĪTOR, oris, m. qui conterit. *Plaut. Pers.* 3. 3. 14. Compedium contritor. *a wearer of fetters; a slave who has been punished with fetters so often that they are worn with use.* convicium servi, qui diu compedes tulit. Al. plerique leg. *tritor.*

CONTRĪTUS, a, um, *beaten or broken small, bruised, stamped, or beaten very small, worn, wasted, consumed,* comminutus, consumptus, συντριβόμενος, ψαιστός. *Plin.* l. 26. c. 11. Quinquefolii contrita folia ex vino pota. Et *paulo sup.* Radix arida contrita in pulverem. *Id.* l. 29. c. 6. *a med.* Araneus contritus in vino vetere. Adde *Lucret.* v. 698. l. 4. ¶ Contriti etiam dicuntur, qui os aliquod ex ictu, vel casu contritum habent. *Plin.* l. 29. c. 2. Succidam lanam imponunt desquamatis, percussis, incussis, collisis, contritis, dejectis. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Fin.* c. 16. Contritum vetustate proverbium. *h. e.* usitatissimum. *trite, stale. Id.* 1. *de Orat.* c. 31. Communia et contrita præcepta. *vulgar, common. Id. pro Sext.* c. 40. Præmium jam contritum et contemptum, judicium bonorum.

CONTROVERSĬA, æ, f. *a controversy, debate, dispute,* ἀμφισβήτημα, disceptatio, lis, contentio, pugna. Primo proprie dicitur de iis disputationibus, et causis, quæ habentur in genere judiciali, in materia, ut vocant, *civili,* quæ *criminali* opponitur. *Cic. pro Cæcin.* c. 2. Omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt. *Id.* 2. *de Orat.* c. 24. *ad fin.* Sive ex crimine causa constet, ut facinoris; sive ex controversia, ut hereditatis; sive ex deliberatione, ut belli; sive ex persona, ut laudis; sive ex disputatione, ut de ratione vivendi. ¶ Deinde latius aliquanto sumitur pro omni hypothesi, seu causa, quæ pertinet ad genus judiciale, sive criminis sit, sive disceptationis: qua ratione distinguitur a *contentione,* quæ videtur universim disputationem et disceptationem omnem significare; et a *Suasoria,* quæ pertinet ad genus deliberativum, et levior est, minusque prudentiæ exigens: ideoque pueris delegari solebat, *controversia* vero robustioribus, ut *Auct. dial. de Oratorib.* (qui ab aliquibus *Tacitus* esse creditur) cap. 35. docet. *Cic. in Orat.* c. 14. Quoniam quidquid est, quod in controversia, aut in contentione versetur, &c. Adde *Quintil.* l. 3. c. 6. (*al.* 8.) ¶ Hujusmodi *controversiæ* sive fictæ, sive ex historia depromptæ, vel etiam ex re et facto, si quod forte recens accidisset, ad usum forensem accommodatæ, disceptari solebant domesticæ exercitationis gratia ab iis, qui in Scholis dabant operam eloquentiæ. Quare ab *Auct. dial. de Orator.* c. 14. vocantur *controversiæ scholasticæ:* quales multæ reperiuntur apud *Senecam,* et duæ proponuntur a *Sueton. de clar. Rhet.* c. 1. Hac ratione distinguitur *controversia* a *declamatione,* tum quia *declamatio* est ipsa oratio, quæ de controversia habetur; tum quia illa fictam causam continere videtur, et aliquando etiam ab usu forensi abhorrentem (ut est apud *Auct. dial. de Orat. cit.* cap. 35.) *controversia* vero veram, et veris judiciis accommodatam. Sæpe tamen promiscue accipiuntur. V. *Senec. in proœm.* l. 1. *Controversiar. Quintil.* l. et cap. 5. et *Sueton. de illustr. Rhetor.* c. 1. ¶ Denique latissime sumitur pro quacumque lite, disceptatione, aut disputatione. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 72. Vocare aliquid in controversiam. *to call into question, make a subject of discussion. Id. Fam.* 13. ep. 69. Habere controversiam cum aliquo de aliqua re. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 63. Deducere rem in controversiam. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 40. Adducere aliquid in controversiam. et cap. 31. Constituere controversiam. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 9. Componere controversias. *Cic.* 3. *Offic. c. ult.* dirimere. *Id. pro Balb.* c. 19. sedare. *Id. Phil.* 9. c. 5. tollere. *Id. pro Cæcin.* c. 17. dijudicare. et cap. 2. distrahere. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 7. leg. 25. Movere controversiam. *to go to law. Cæs.* l. 1. *B. Civ. c. pænult.* inferre. *Senec.* ep. 110. *sub fin.* facere alicui de re aliqua. *to go to law. Cic. in Orat.* c. 34. Nihil ambigi potest, in quo non aut res controversiam faciat, aut verba. *h. e.* dubitationem pariat. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 31. Est mihi controversia rei alicujus cum aliquo. *Id. de clar. Orat.* c. 8. Est inter scriptores de numero annorum controversia. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 10. Jure fecerit, et licuerit ne facere, id est in controversia. *Cæs.* l. 3. *B. Civ. c. ult.* Controversia orta inter eos de principatu. *Cic. pro Cæcin.* c. 11. Controversia non erat, quin verum dicerent. *there was no doubt. Id.* 3. *Offic.* c. 2. Panætius, qui sine controversia de officiis accuratissime disputavit. *without doubt, undoubtedly, beyond a doubt. Id. pro Cæcin.* c. 7. Fundus, quem sine ulla controversia possedit Cæsennia. *without any opposition; without his right to it being once called in question.* ¶ De lite, querela, jurgio. Vet. lap. apud *Gruter.* pag. 759. n. 2. C. Aonius Vitalis uxori incomparabili, quæ vixit mecum sine ulla controversia ann. XVIII. &c. Adde pag. 795. n. 6. ¶ In illo *Ulpiani Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 34. *circa med.* Si controversia aquæ insulam subverterit: *controversia* est vis et impetus aquæ contra insulam versæ, *the force of the water.*

CONTROVERSĬĀLIS, et Controversālis, le, ad controversiam pertinens. *controversial, relating to disputes. Sidon.* l. 7. ep. 9. et lib. 8. ep. 11. *post carmen.*

CONTROVERSIM, V. *Contraversim.*

CONTROVERSĬŎLA, læ, levis controversia. Recensetur a *Diomed.* l. 1. pag. 313. *Putsch.* inter Latina diminutiva. *Hieronym.* l. 1. *in Rufin. c. ult.* Controversiolam declamare.

CONTROVERSĬŌSUS, a, um, *controverted, disputed,* ἐριστικός, πολύδηρος, controversiæ plenus, controversus, ambiguus. *Liv.* l. 3. *c. ult.* Quem enim hoc privatæ rei judicem fecisse, ut sibi controversiosam adjudicaret rem? Est qui legit *controversam. Senec.* ep. 85. *a med.* Respondere conantur, falsam nos rem, et controversiosam pro confessa vindicare. Hic quoque alii leg. *controversam.*

CONTROVERSOR, aris, dep. 1. *to contend, debate, dispute, litigate,* ἀμφισβητέω, contendo, discepto, litigo: ex *contra,* et *versor. Cic. in fragm.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 803. *Putsch.* A vobis postulo, ut inter vos de hujusmodi rebus controversemini, non concertetis. *Sidon.* l. 4. ep. 1. Qui nascuntur ex fratribus, nihil invicem controversantur.

CONTROVERSUS, a, um, *controverted, disputed, doubtful, the subject of controversy,* ἀμφισβητήσιμος, qui est in controversia, litigiosus, ambiguus. *Cic. de Divin.* l. 2. c. 50. *in fin.* Sed isti sumunt pro certo, quod dubium controversumque est. *Id. de Leg.* l. 1. c. 20. Res controversa et plena dissensionis inter doctos. ¶ Item qui contentionis, et litium amans est. *prone to disputation, disputatious, litigious, quarrelsome. Id. de clar. Orat.* c. 12. Siculi, gens acuta, et controversa natura. Adde *Ammian. sub fin.* l. 22. ¶ Item qui contra, seu ex adverso positus est. *Ammian.* l. 14. c. 2. (*al.* 5.) Litoribus Cypriis contigui navigabant, quæ sunt Isauriæ scopulis controversa. Videtur tamen legendum *contraversa.* Sic enim duos similes *Solini* locos corrigit *Salmas.* V. *Contraversus.* ¶ Item contrarius, oppositus. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. *ante med.* Non aliter tam controversa sibi, ac repugnantia, et naturæ communionem abnuentia permisceri, terram dico, et ignem potuisse.

CONTRUCĬDĀTUS, a, um, adject. confossus, *stabbed to death, slain, butchered, mangled. Cic. pro Sext.* c. 20. A quibus hic multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore et contrucidato, se abjecit exanimatus. *Senec.* l. 1. *de Ira,* c. 2. Plebem immisso milite contrucidatam. *Id.* ep. 115. Colitur non taurorum corporibus contrucidatis, sed pia voluntate.

CONTRUCĪDO, as, avi, atum, a. 1. *to kill, slay, cut off with cruelty, butcher,* idem ac trucido, crudeliter neco, vulneribus confodio, κατακόπτω. *Sueton. in Calig.* c. 28. Missis, qui universos contrucidarent. *Id. in Domit.* c. 17. Vulneribus septem contrucidarunt. [*Apul.* 11. *Met.* pag. 666. *Oudendorp.* Jugulum sibi multis ictibus contrucidat.]

CONTRŪDO, is, usi, usum, a. 3. *to thrust or crowd together,* idem ac trudo, vel simul trudo, συνωθέω. *Cic.* 7. *Verr.* c. 27. Quod eodem ceteros piratas contrudi imperaret. *Id. pro Cœl.* c. 26. Contrudi in balneas. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 54. Contrudere uvas in dolium. *Id.* l. 7. *L. L.* c. 16. Quod necessitas contruserit.

CONTRUNCO, as, avi, atum, idem quod trunco, *to kill, slay, cut in pieces,* κολοβόω. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 61. Inermes et obsistentes contruncaverunt. *h. e.* occiderunt. *Plaut. Stich.* 4. 1. 48. Quod edant addas, meum ne contruncent cibum. *h. e.* detrahant, imminuant. *lessen my stock of food.*

CONTRŪSUS, a, um, adject. simul trusus, seu coactus. *Lucret.* l. 6. v. 734. Contrusæ nubes. *collected.* et vers. 1251. Contrusa corpora casis. *crowded together.*

CONTUBERNĀLIS, lis, com. gen. *a soldier belonging to the same tent with one, one occupying the same quarters; a comrade,* σύσκηνος, ὁμόσκηνος, miles qui in eodem exercitu una cum aliis sub eodem tentorio habitat: ita dictus a *tabernis,* ut docet *Fest. h. e.* habitaculis militum, quæ olim e tabulis fiebant: unde et tabernacula dicta sunt, licet postea ex tentoriis, et ex pellibus fierent. Scribit *Veget. de re milit.* l. 2. c. 1. et 13. in legione fuisse *decanos* (similes iis, quos nunc dicimus *corporals.*) qui præerant decem militibus: deinde *capita contuberniorum* dictos. Ex quo intelligimus, decem vel undecim milites eodem tabernaculo usos fuisse. Atque hi *contubernales* sunt appellati. *Cic. pro Ligar.* c. 7. Domi una eruditi, militiæ contubernales, post affines, in omni denique vita familiares. *Hirt. de B. Alex.* c. 16. Eadem suum quisque contubernalem, amicum, notum prosequens erat obtestatus. ¶ Magistratuum militarium in provincias abeuntium comites adjungebantur ex more Romanorum, Senatorum filii, qui ab iis tum militarem disciplinam, tum gubernandi artes perdiscerent: hi quoque *contubernales* dicti, quod ab eorum latere nunquam discederent. *Cic. pro Cœl.* c. 30. Cum paulum jam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est, Q. Pompeio Proconsuli contubernalis. *under the particular care of; immediately under the eye of. Id. pro Planc.* c. 11. Fuit in Creta contubernalis Saturnini. *Sueton. in Cæs.* c. 42. Sanxit, ne quis Senatoris filius, nisi contubernalis, aut comes magistratus, peregre proficisceretur. *in the retinue of.* ¶ *Contubernales* hujusmodi a *comitibus* (de quibus in *Cohors,* et *Comes* dictum est) ita distinctos puto, ut ii essent sine officio, utpote qui solum discendi gratia magistratus sequebantur; hi vero etiam officium et munus aliquod nonnunquam haberent, quo magistratui aliqua ex parte inservirent in provinciæ administratione. ¶ Per similitudinem *contubernalis* dicitur, qui alicujus necessitudinis causa diutius cum alio vivit, familiaris, domesticus, συνέστιος, συμβιωτής, σύνοικος, *a familiar friend, intimate acquaintance and companion. Cic.* 9. *Fam.* ep. 2. Doleo in ista loca venire me non potuisse. Habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. *Plin.* l. 2. ep. 2. 13. Hunc ego, cum simul studeremus, arcte familiariterque dilexi: Ille meus in urbe, ille in secessu contubernalis. *Cic.* 2. *de clar. Orat.* c. 27. Noster L. Gellius, qui se illi contubernalem in consulatu fuisse narrabat. ¶ Servi conjuges, quia inter illos verum connubium non erat; item alii qui una quidem vivunt, sed justo matrimonio juncti non sunt, *contubernales* dicuntur. *Petron. in Satyr.* c. 96. Contubernalis mea mihi fastum facit. *my bed-mate. Colum.* l. 12. c. 1. Contubernalis villicæ. *h. e.* maritus. *Callistrat. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 220. Villicus et contubernalis ejus. *h. e.* uxor. ¶ Interdum et liberi conjuges *contubernales* dicuntur. Probant hoc Inscriptiones bene multæ apud *Fabrett.* cap. 4. a num. 386. *deinceps.* [† Acerbe de mulierculis libidinis causa assumtis *M. Cælius in Antonium apud Quintil.* 4. 123. Namque ipsum offendunt ructuosos spiritus geminare, præclarasque contubernales ab omnibus spondis transversas incubare, et reliquas circumjacere passim. *Gesner.*] ¶ Joculariter *Plaut. Mil.* 2. 2. 28. Dare aliquem contubernalem cruci. *h. e.* cruci affigere. ¶ *Cic. Attic.* l. 13. ep. 28. C. Cæsarem vocat *contubernalem Quirini,* quia suam statuam passus fuerat, se vivo, in ejus templo collocari: quod significat etiam *Sueton. in Cæs.* c. 76. De eodem *Cic. Attic.* l. 12. ep. 45. Eum σύνναον Quirino malo, quam Saluti. ¶ In sexto casu in *e* quoque desinit. *Pompon.* apud *Charis.* l. 1. pag. 99. *Putsch.* Cum contubernale pugnavi.

CONTUBERNĬUM, ii, n. *a certain number of soldiers billeted or quartered in the same tent; a tent,* συσκηνία, ὁμοσκηνία, tabernaculum, tentorium, in quo milites simul habitant. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 76. Depositis in contubernio armis, vallum relinquebant. Adde *Tacit.* 1. *Hist.* c. 43. [Pro quocumque domicilio. *Id.* 3. *Hist.* c. 74. Domitianus æditui contubernium (*h. e.* domum, in qua apud æditumm olim delituerat) disjecit.] ¶ Metaphorice *Plin.* l. 11. c. 10. *de apib.* Domos primum plebi exædificant, deinde regibus. Si speratur largior proventus, adjiciuntur contubernia et fucis. ¶ Metonymice est convictus, et sodalitas decem militum (tot enim olim in singulis tentoriis simul erant) sub decano, qui *caput contubernii* dicebatur, ut in voce superiori dictum est. Item convictus adolescentum nobiliorum, qui magistratus in provincias sequebantur, eosque assidue sectabantur, quo rei militaris, et provinciarum peritiam sibi compararent. *Cic. pro Planc.* c. 11. Adolescentulus cum Torquato profectus in Africam, sic ab illo dilectus est, ut et contubernii necessitudo, et adolescentuli modestissimi pudor postulabat. *Sallust. in Jug.* c. 68. Militare contubernio patris. *to serve as a soldier in his father's tent.* ¶ Translate deinde accipitur pro quolibet convictu quorumvis hominum, *a house, family, number of persons living together under the same roof,* συμβίωσις. *Sueton. in Calig.* c. 10. Primum in matris, deinde in Liviæ Augustæ proaviæ suæ contubernio mansit. *Id. in Tiber.* c. 14. Thrasyllum Mathematicum contubernio admoverat. et cap. 56. Seleucum Grammaticum a contubernio removit. *Id. in Aug.* c. 89. Arei Philosophi contubernium iniit. *Petron. in Satyr.* c. 92. Recipere aliquem in contubernium. *Plin.* l. 10. ep. 95. Assumere aliquem in contubernium. *Senec.* ep. 6. Magnos viros non schola Epicuri, sed contubernium fecit. *conversation.* [*Id.* epist. 95. vocat terram contubernium mortale.] ¶ Præsertim vero viri et feminæ, qui sine ullo connubii vinculo simul habitant. *Cic. Verr.* 7. c. 40. Ubi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatissimo litore? *participation of illicit amours. Sueton. in Vespas.* c. 3. Cænidem Antoniæ libertam, dilectam quondam sibi, revocavit in contubernium. *kept company again with.* ¶ Atque ita appellatur maritalis conjunctio servorum, inter quos olim verum ma-

trimonium esse non potuit. *a matrimonial connexion between slaves. Scævola Dig.* lib. 40. tit. 4. leg. 59. Eutychia pedisequa actori in contubernio tradita. ¶ De turpiori consuetudine. *Petron. in Satyr.* c. 92. *Sueton. in Cæs.* c. 49. ¶ Eleganter ad bruta transtulit *Phædr.* l. 2. fab. 4. quam lege. ¶ Ad alia *Quintil.* declam. 14. c. 10. *extr.* Homo ab omnibus gaudiis in contubernium doloris adductus. *Valer.* Max. l. 9. c. 5. *sub fin.* Felicitatis, et moderationis dividuum contubernium est. *h. e.* simul in eodem homine non reperiuntur.

CONTUBULATIO, V. *Contabulatio.*

CONTUEOR, eris, tuitus sum, dep. 2. *to behold, gaze upon, view, see, survey, look steadfastly at,* ἀτενίζω, προσβλέπω, idem quod tueor, aspicio, intueor. Cic. 3. *de nat. Deor.* c. 3. Cur te duobus contuear oculis, et non altero tantum. *Id. pro Sull.* c. 27. Aspicite ipsum, contuemini os. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 20. Quod tandem spectaculum fore putamus, cum totam terram contueri licebit, ejusque situm, formam, &c. *Sueton. in Aug.* c. 94. Augustum non sine admiratione contuitus. *Gell.* l. 5. c. 14. Paulatim oculos ad contuendum leonem refert. *Plin.* l. 29. c. 6. *a med.* Scarabæi viridis natura contuentium visum exacuit. ¶ Translate *Cic. pro Dom. c. penult.* Celeberrimæ et maximæ partes urbis adversum illud monumentum contuentur. *look, are turned.* ¶ Cum accus. et *ad* præposit. *Cic. in Somn. Scip.* c. 7. Si alte spectare voles, atque ad hanc sedem, et æternam domum contueri. Ita *Aldus*: plerique alii cum *P. Victor.* omittunt *ad.* ¶ Reperitur et pro custodire, tueri. *to take care of. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *ad fin.* In alimoniis armenticium pecus sic contuendum, lactentes cum matribus ne cubent. obteruntur enim. *Fest.* in *Tuor*: Ponitur tueor pro video, et contueor pro defendo. ¶ *Contui* pro *contueri* antiquum, ut Incepi contui, *Pompon.* apud *Non.* c. 7. n. 20. Sic *intui* pro *intueri* apud *Turpil. ibid.*

CONTUĬTUS, us, m. *a beholding, looking steadfastly, gazing earnestly,* ἀτενισμὸς, actus contuendi, aspectus. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 27. Amor fugit forum, fugat tuos cognatos, fugat ipse se a tuo contuitu. *sight, presence. Plin.* l. 37. c. 5. Smaragdi soli gemmarum contuitu oculos implent, nec satiant. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 54. Hard. Oculi contuitu quoque multiformes, truces, torvi, flagrantes, &c. *Ammian.* l. 18. c. 8. (*al.* 19.) Esse in contuitu. ¶ Extra ablativum casum caret, quod sciam, exemplis: nisi illud *Cicer.* afferas *pro Sext.* c. 54. Vester in me animorum, oculorumque contuitus. Verum alii leg. *conjectus*, quod certe multo Latinius est.

CONTUMACĬA, æ, f. *contumacy, stubbornness, obstinacy, frowardness, perverseness, disobedience,* καταφρόνησις, αὐθάδεια, ἀπείθεια, superbia, et insolens animi elatio, et prava contentio, qua cedere majoribus, honoremque illis habere, et obedire, ac vereri obstinate detrectamus, contemptu quodam, et ferocia animi: unde *ferocitatem* et *contumaciam* conjungit *Sueton. in Vitell.* c. 12. et *Tacit.* 4. *Ann.* c. 20. *abruptam contumaciam* opponit *deformi obsequio.* Ea consistit tam in dictis, quam in factis. Unde *contumaciam* vocat *Sueton. in Aug.* c. 54. quod quidam senatores nimis licenter dictis procacibus, et factis etiam Augusto obstitissent. *Liv.* l. 2. c. 60. Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu, idem in oratione spiritus erat. *Cic. in Pison.* c. 31. Torquatus furebat contumacia responsi tui. *Id.* 6. *Verr.* c. 41. Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia. *Id. pro Rosc. Com.* c. 15. Est tuæ contumaciæ et arrogantiæ vox. ¶ Apud JCtos *contumacia* est eorum, qui a judice ter, vel semel pro tribus vicibus evocati, comparere recusant: qui hodieque dicuntur. *to be guilty of contumacy; to show a wilful contempt and disobedience to any lawful summons or judicial order. Hermogenian. Dig.* lib. 42. tit. 1. leg. 53. ¶ Tribuitur et brutis animalibus. *Colum.* l. 6. c. 2. Contumacia pervicax boum. ¶ Item rebus inanimis. *Plin.* l. 16. c. 32. *de arboribus.* Non omnia in omnibus locis nasci docuimus. Hoc alias fastidio, alias contumacia, sæpius imbecillitate evenit. ¶ In bonam partem pro constantia, *firmness, steadiness, resolution, Cic.* 1. *Tuscul.* c. 29. Socrates nec patronum quæsivit ad judicium capitis, nec judicibus supplex fuit: adhibuitque liberam contumaciam a magnitudine animi ductam, non a superbia. *Quintil.* l. 2. c. 5. Maxima est innocentiæ contumacia.

CONTUMACĬTER, *stubbornly, contumaciously, obstinately, frowardly, disobediently, insolently, haughtily,* ἀπειθῶς, αὐθαδῶς, obstinate, superbe. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *ante med.* Ad me autem, etiam cum rogat aliquid, contumaciter, arroganter, ἀκοινονοήτως solet scribere. *Id.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 1. *ad fin.* Contumaciter vexare aliquem. *Id.* 2. *de Divin.* c. 33. Contumaciter repudiare morem patrium. *Nepos. in Cim.* c. 2. Contumacius gerere se. *Liv.* l. 2. c. 58. Contumaciter omnia agere: nec pudor, nec metus coercebat. ¶ Translate *Plin.* l. 37. c. 7. Omnia hæc genera (*lapidum*) scalpturæ contumaciter resistunt. *Id.* l. 16. c. 40. Arbor scutis faciendis aptissima, quorum plaga contrahit se protinus; et ob id contumacius transmittit ferrum. *hardly, reluctantly. Id.* l. 19. c. 7. Celerrime nascuntur ocimum, blitum: contumacius coriandrum.

CONTŬMAX, acis, *contumacious, obstinate, haughty, disobedient, froward, insolent, stubborn, obdurate, inflexible,* ἀπειθὴς, αὐθάδης, superbus, obstinatus, qui majoribus, aut rationi, aut honestati non cedit, sed perstat contemnendo, et detrectando. Sit ne a *tumeo*, an a *contemno* disputant Etymologi. *Cic. Attic.* l. et ep. 15. Saram nefarium hominem cognovi, præterea in me contumacem. *disrespectful, insolent. Id. Verr.* 4. c. *ult.* Quis contumacior? quis inhumanior? quis superbior? *rude, disobliging. Senec.* ep. 83. Ebrietas contumacissimos, et jugum recusantes in alienum egit arbitrium. *Tacit. Ann.* 5. c. 3. Arrogantiam oris, et contumacem animum incusavit. *Id. Ann.* 4. c. 60. Voces contumaces et inconsultæ. *Id.* 2. *Ann.* c. 57. Respondere precibus contumacibus. *h. e.* precando quidem, sed simul ostendendo, se non pariturum, si preces non exaudiantur. *Curt.* l. 4. c. 6. *ad fin.* Non interrito modo, sed contumaci vultu intuens regem. *Quintil. declam.* 9. c. 4. Contumacem esse adversus patris imperia. *Senec. in Thyest.* v. 644. Populus contumax regibus suis. ¶ Apud JCtos *contumax* dicitur, qui tribus propositis edictis, vel uno pro tribus, parere recusat, uti docet *Hermogenian.* lib. 42. *Dig.* tit. 1. leg. 53. ¶ Transfertur et ad bruta animalia. *Colum.* l. 8. c. 2. Gallina contumax ad concubitum. *Id.* l. 6. c. 2. Contumaces boves. ¶ Item ad inanima. *Phædr.* l. 4. fab. 7. Lima contumax. *h. e.* morsus viperæ non admittens. *Plin.* l. 12. c. 13. Cardamomum contumax fricanti. *h. e.* difficile tritu. *Id.* l. 19. c. 3. Laserpitium res fera ac contumax. *h. e.* difficilis culturæ. *Id.* l. 16. c. 10. Laricis incorrupta vis, mori contumax. *Martial.* l. 10. ep. 65. Tu flexa nitidus coma vagaris: Hispanis ego contumax capillis. *h. e.* capillos habens, qui flecti in cincinnos non possunt. *Id.* l. 9. epigr. 12. Syllaba contumax. *h. e.* quæ in versum per leges Prosodiæ nequit admitti. ¶ Videtur etiam sumi in bonam partem pro constanti. *Tacit.* 1. *Histor.* c. 3. Propinqui audentes, constantes generi, contumax, etiam adversus tormenta, servorum fides. *Sidon.* carm. 9. v. 219. Non quod Mantua contumax Homero Adjecit Latiaribus loquelis. *h. e.* cedere nolens.

CONTUMELĬA, æ, f. *an affront by word or deed; an injury coupled with contempt; a reproach, outrage, insult, contumely,* ἀτιμία, ὕβρις, convicium, injuria cum contemptu: est enim a *contemnendo*, ut *Ulpian.* docet *Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 1. item *Senec. de const. Sap.* c. 11. et plerumque intelligitur ea, quæ fit verbis: aliquando etiam quæ factis, in quibus inest contemptio. ¶ Differt ab *injuria*, quæ latius patet, et *contumeliam* quoque complectitur: et præterea *injuria* damnum alienum in re spectat: *contumelia* in existimatione: quare gravior esse censetur. *Cæcil.* apud *Non.* c. 5. n. 32. Facile ærumnam ferre possum, si inde abest injuria, etiamque injuriam, nisi contra stat contumelia. *Cic.* 6. *Verr.* c. 9. Quibus tu privatim injurias plurimas, contumeliasque imposuisti. *Senec.* 1. *de Clem.* c. 10. Contumeliæ acerbiores principibus esse solent, quam injuriæ. *Plaut. Curcul.* 4. 1. 17. *Terent. Phorm.* 2. 3. 29. et *Liv.* l. 25. c. 22. Dicere contumelias alicui. *to utter abusive language. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 26. Vexare aliquem omnibus contumeliis. *with every possible species of insult. Id. pro Sull.* c. 7. *extr.* Jacere contumeliam in aliquem. *to utter reproaches against. Id. Phil.* 11. c. 2. Lacerare aliquem contumeliis verborum. *with contumelious language. Id.* 14. *ad Attic.* ep. 14. *a med.* Insequi aliquem contumelia. *Id. Tuscul.* 4. c. 36. Intorquentur inter fratres gravissimæ contumeliæ. *the keenest reproaches. Id.* 2. *de Orat.* c. 55. Aculei contumeliarum. *the stings of sarcastic language. Lentul. ad Coss. Præt.* &c. *Fam.* 12. ep. 15. *circa med.* Afficere contumelia viros clarissimos. *Cæs.* 2. *B. Civ.* c. 28. Aliquem contumelia perfugam appellare. *Id. ibid.* l. 1. c. 9. Extorquere alicui aliquid per contumeliam. *Terent. Eun.* 1. 1. 3. Perpeti contumelias. *to put up with, tolerate, brook. Id. Phorm.* 5. 7. 79. et *Plaut. Asin.* 2. 4. 82. Facere alicui contumelias. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 10. Contumeliam accipere. *to put up with an affront. Tacit.* 3. *Hist.* c. 31. et 85. Præbere, et offerre os contumeliis. *h. e.* colaphis, sputis, &c. *to expose his face to derision. Phædr.* l. 1. fab. 2. v. 24. Inquinare omni contumelia. *h. e.* conspurcare, concacare. ¶ Imponere alicui contumeliam, est reum facere alicujus rei, ex qua famæ læsio sequatur. *Sallust. in Catil.* c. 49. ¶ *Contumeliam facere* pro *pati* (eo modo quo dicimus *facere jacturam*) dictum ab Antonio Triumviro reprehendit acriter. *Cic. Phil.* 3. c. 9. debuit enim dicere *contumelia affici*, uti notat *Quintil. sub init.* cap. 3. lib. 9. ubi tamen simul docet, suo tempore eam loquendi rationem in usu fuisse. Quare si quis ea uteretur, non esset de solœcismo reprehendendus. Ceterum miras Eruditorum lites de illa Ciceronis reprehensione, si quis scire cupiat, collectas inveniet a *Gronov.* l. 3. *Observation.* c. 8. qui rem totam aliter explicat. ¶ Interdum *contumelia* refertur ad obscenam injuriam, ut stuprum, &c. *Cic. de Harusp. resp.* c. 20. *Liv.* l. 8. c. 28. et *Apul. in Apolog.* ¶ Item ad res inanimas. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 13. Naves totæ factæ ex robore, ad quamvis vim et contumeliam perferendam. *any shock, brunt, violence.* ¶ Interdum significat reprehensionem, increpationem. *reprehension, reproof. Horat.* epod. 11. v. 25. Unde expedire non amicorum queant Libera consilia, nec contumeliæ graves. ¶ Athenienses Contumeliæ, et Impudentiæ fanum fecisse, narrat, et arguit *Cic.* 2. *de Leg.* c. 11.

CONTUMELIŌSE, *reproachfully, insolently, outrageously, abusively, injuriously, contumeliously,* ὑβριστικῶς, cum contumelia. *Cic.* 1. *Offic.* c. 37. *ad fin.* Cum de absentibus, detrahendi causa, maledice, contumelioseque dicitur. *Id. in Vatin.* c. 12. Alicui contumeliosissime maledicere. *Terent. Phorm.* 2. 3. 1. En unquam cuiquam contumeliosius audistis factam injuriam, quam hæc est mihi? *Liv.* l. 32. c. 37. Contumeliosius, quam verius.

CONTUMELIŌSUS, a, um, *reproachful, abusive, insolent, outrageous, injurious, contumelious,* ὑβριστικὸς, qui contumeliam facit, vel continet. *Cic.* 3. *Phil.* c. 6. At quam contumeliosus in edictis! quam barbarus! quam rudis! *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 3. Litteræ contumeliosæ in aliquem. *reproachful. Id. pro Corn. Balb.* c. 9. In socios vero ipsos injuriosum et contumeliosum est, his præmiis exclusos esse fidelissimos socios. *Id. Attic.* l. 15. ep. 4. Nulla παρεγχείρησις fieri potest contumeliosior. *Sueton. in Domit.* c. *ult.* Mortuum contumeliosissimo atque acerbissimo acclamationum genere laceravit.

CONTUMESCO, is, n. 3. *to swell*, intumesco. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 2. c. 4. Gingivæ contumescunt.

CONTUMĬA, æ, f. contumelia, derisio: videturque facta esse a *contumelia* per syncopen. *Gloss. Isid.* Contumia, contumelia. Habet etiam *Martian. Capell. extrem.* l. 4. sed vox est fugienda quam maxime.

CONTUMŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to heap up earth*, tumulum facio, aggero, congero. *Plin.* l. 10. c. 33. Perdices ovis stragulum molle pulvere contumulant. ¶ Item terra aggesta sepelio, tumulo, *to inter, bury, lay in the grave,* συνθάπτω. *Ovid. in Ibin*, v. 464. Saucius ingesta contumuleris humo.

CONTUNDO, is, ŭdi, usum, a. 3. *to beat, knock, pound, thump, strike, batter, break, bruise, crush,* συντρίβω, συναλοάω, συνθλάω, idem quod tundo, vel valde tundo, confringo, comminuo, percutio. *Varr. R. R.* l. 3. c. 16. Contundere thymum in pila. *Colum.* l. 7. c. 7. Radices ferreis pilis diligenter contundere. *Plin.* l. 18. c. 19. Araturos boves quam arctissime jungi oportet, ut capitibus sublatis arent: sic minime colla contundunt. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 46. Contundere aliquem pugnis. *Id. Aulul.* 3. 1. 4. fustibus. *to belabour. Juvenal.* sat. 13. v. 128. plana faciem contundere palma. *Quintil.* l. 11. c. 2. Triclinium supra convivas corruit, atque ita contudit, ut &c. *crushed, bruised. Horat.* epod. 5. v. 97. Contundere aliquem saxis. *Cic. pro Flacc.* c. 30. Membra, quæ debilitavit lapidibus, fustibus, ferro; manus, quas contudit; digitos, quos confregit; nervos, quos concidit, restituere non potest. *Horat.* l. 1. ep. 8. v. 5. quia grando Contuderit vites. *hath shattered, scathed. Id.* l. 2. sat. 7. v. 15. postquam illi justa cheragra Contudit articulos. Sic *Pers.* sat. v. 58. cum lapidosa cheragra Fregerit articulos. *hath crippled, lamed, disabled. contundere*, et *frangere* hoc loco significat ita afficere, et debilitare nodos digitorum, ut inepti ad motum fiant, non secus ac si fracti, et concisi forent. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. 2. v. 15. Asper equus duris contunditur ora lupatis. ¶ Translate est domare, conficere, opprimere, affligere, retundere, *to repress, lessen, weaken, mitigate, assuage, check, quash. Cic. pro Cæcin.* c. 7. Calumniam stultitiamque obtrivit et contudit. *Id. Phil.* 13. c. 13. *extr.* Contudi et fregi exultantis prædonis audaciam. *Id.* 12. *Attic.* ep. 44. Contudi animum, et fortasse vici, si modo permansero. *Virg.* 1. *Æn.* v. 268. Contundere populos feroces. *to quell, subdue. Horat.* l. 4. od. 3. v. 8. Regum minas tumidas. *Id.* l. 3. od. 6. v. 10. impetus alicujus. *to check, baffle, thwart. Senec.* l. 3. *de benef.* c. 29. insolentiam hominum. *In vet. inscript.* apud *Liv.* l. 40. c. 52. Classis Antiochi victa, fusa, contusa, fugataque est. *beaten. Propert.* l. 4. el. 2. v. 52. Atque Sabina feri contudit arma Tati. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 12. Contundere animos feros placida arte. *to tame. Colum.* l. 6. c. 2. *de bobus.* Simul atque iras contuderint, manu producantur. *have repressed. Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 12. v. 31. Contudit ingenium patientia longa laborum. *hath stupified, dulled, hebetated, clogged, deadened, obtunded. Plaut. Stich.* 2. 2. 33. Contundere facta alicujus. *h. e.* superare. ¶ Pro consumere, peragere, *Lucret.* l. 5. v. 690. Propter signiferi posituram totius orbis, Annua sol in quo contundit tempora serpens. *Supra* dixerat v. 618. Annua sol in quo consumit tempora cursu. ¶ Pænultimam præteriti produxit *Enn.* in illo apud *Priscian.* l. 10. pag. 891. *Putsch.* virosque valentes Contudit crudelis hiems. At rectius corripuit *ibid.* quæ me fortuna ferox sic Contudit: indigno &c. Et sic alii Poetæ deinceps.

CONTUŎLI oculi sunt in angustum coacti, conniventibus palpebris: a *contuendo*, idest, simul aspiciendo. *Fest.* Sed *Scalig. conivoli* legit a *connivendo.*

CONTŬOR, ĕris, idem ac contueor. *Plaut. Asin.* 2. 3. 23. Atque hercle ipsum adeo contuor. *Id. Mostell.* 3. 2. 153. Si vulturios forte possis contui. *Lucret.* l. 4. v. 39. cum sæpe figuras Contuimur miras. Adde *Pompon.* apud *Non.* c. 7. n. 20. et *Stat.* 1. *Achil.* v. 131. ¶ Hinc infinitivus *contui. Pompon.* apud *Non.* c. 7. n. 20.

CONTURBATĬO, onis, f. *disorder, confusion, pertur*

bation, συντάραξις, turbatio. Speciatim est morbus oculorum, cum ex compressione, attritu, fumo, pulvere, aut alia simili de causa conturbati minus vident. *Scribon. Larg. compos.* 19. Ad conturbationes et epiphoras oculorum scio, multa collyria, &c. ¶ Translate refertur ad animum. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 8. Conturbatio est metus excutiens cogitata. *a fear that drives away all thought. Id. in Top.* c. 12. At post rem rubor, pallor, titubatio, et si qua alia signa conturbationis, et conscientiæ.

CONTURBĀTOR, oris, m. *a troubler, disturber*, qui conturbat, seu dissipat, et decoquit rem. *Martial.* l. 7. epigr. 26. Noster te non capit ignis, Conturbator aper: vilius esurio. *a boar, the dressing of which is expensive enough to ruin one.* Sic lib. 10. ep. 96. Conturbator macellus. *h. e.* quo fit, ut gulosi homines decoquant. V. *Conturbo.*

CONTURBĀTUS, a, um, *troubled, confused, disordered*, ταραχθεὶς, turbatus, perturbatus, confusus. *Cic. de Harusp. resp.* c. 12. Quid magis deformatum, inquinatum, perversum, conturbatum dici potest? *Sueton. in Aug.* c. 31. Annus conturbatus atque confusus. ¶ Translate refertur ad animum. *Cic.* 6. *Verr.* c. 14. Tristis et conturbatus domum revertit. *Id.* l. 1. *Attic.* ep. 12. *sub fin.* Mehercule eram conturbatior. *more discomposed than usual. Curt.* l. 7. c. 2. Equites conturbati tormentis Philotæ.

CONTURBO, as, avi, atum, a. 1. *to trouble greatly, disturb, disquiet, disorder, confuse*, συνταράττω, turbo, misceo, confundo. Unde *Catull.* carm. 5. commode dixit *conturbare basia, h. e.* eorum numerum ordinemque confundere. *Sallust. in Catil.* c. 38. *extr.* et 49. Conturbare rempublicam. *to alarm. Id. in Jugurt.* c. 54. ordines aciei. *Id. ibid.* c. 81. rem. *to disturb, disorder, throw into confusion. Senec.* ep. 14. publicos mores. ¶ *Conturbare rationes*, item *conturbare* absolute, significat rem perdere, prodigendo consumere, decoquere: ut si quis multos habens creditores, recentioribus satisfaciat, prætermissis veteribus: aut si majus æs alienum suscipiat, quam dissolvere possit, *pay one creditor in preference to another, throw his accounts into disorder, defraud his creditors, become bankrupt, break, fail*, φυγᾶν ψήφους Græce *Cic. Attic.* l. 6. ep. 5. dixit. Hujus rei exempla *Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. 3. leg. 5. et *Alfen.* lib. 15. tit. 3. leg. 16. afferunt. Sic *Ulpian.* lib. 11. tit. 3. leg. 1. *extr.* Si actori suasit, rationem sibi commissam turbaret. *Cic. pro Planc.* c. 28. Fac me multis debere, et in iis Plancio: utrum igitur me conturbare oportet: an ceteris, cum cujusque dies venerit, hoc nomen, quod urget, nunc cum petitur, dissolvere? *Id.* 2. *ad. Q. Fr.* ep. 12. *ad fin.* Ad quem rescripsi, nihil esse, quod posthac arcæ nostræ fiducia conturbaret. *should become bankrupt, and not pay his debts.* Adde *Martial.* l. 9. epigr. 4. et *Juvenal.* sat. 7. v. 129. ¶ Translate *Terent. Eun.* 5. 2. 28. Neque quid consilii capiam, scio de virgine istac: ita conturbasti mihi rationes omnes, ut eam non possim suis tradere. *you have so disordered all my plans.* ¶ Sæpe transfertur ad animum et significat aliqua ægritudine afficere. *pains, distresses, renders uneasy. Cic. Attic.* l. 7. ep. 2. Invaletudo tua me valde conturbat. *Id.* 2. *Phil.* c. 13. Quid est? num conturbo te? non enim fortasse satis, quæ distinctius dicuntur, intelligis. *do I occasion you any uneasiness.*

CONTURMĀLIS, le, *of the same troop.* qui est ejusdem turmæ. *Ammiani* est l. 16. c. 12. (*al.* 30. *extr.*) et l. 17. c. 1. et l. 24. c. 6. (*al.* 23.)

CONTURMO, as, avi, atum, a. 1. *to form into troops or squadrons*, in turmas dispono, ordino. *Ammian.* l. 16. c. 12. (*al.* 29.) Cum eques in ipso prœlii articulo se fortiter conturmaret. *h. e.* in turmas arcte colligeret.

CONTUS, i, m. *a long pole or staff to propel vessels or explore the depth of water*, κοντὸς, longa sudes, pertica, hasta longior, et robusta, ut *Non.* c. 18. n. 24. exponit, ad varios usus. Modo enim adhibetur propellendis navibus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 208. Ferratasque sudes, et acuta cuspide contos Expediunt, fractosque legunt in gurgite remos. et *Æn.* 6. v. 302. Ipse ratem conto subigit. ¶ Aut explorandæ aquarum altitudini: unde *percontor* factum esse putant *Fest.* in *Percunctatio*, et *Donat. ad Terent. Hecyr.* 1. 2. 2. ¶ Modo teli, aut hastæ vice. *a sort of pike or spear. Virg.* 9. *Æn.* v. 509. telorum effundere contra Omne genus Teucri, et duris detrudere contis. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 44. Capita præfixa contis gestabantur. *Lamprid. in Commodo*, c. 13. Virium ad conficiendas feras tantarum fuit, ut elephantum conto transfigeret. *a hunting-pole.* ¶ Videtur fuisse hasta propria Sauromatarum. *Stat.* 2. *Achill.* v. 416. didici, quo Pæones arma rotatu, Quo Malcetæ sua gæsa citent, quo turbine contum Sauromates, falcemque Getes, &c. Al. leg. *cestum. Sil.* l. 15. v. 687. Contus Sarmaticus. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 162. ingentis frenator Sarmata conti. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 35. Cum Sarmatæ, omisso arcu, contis gladiisque ruerent. [¶ *Contus pedalis* pro veretro prægrandi. *Auct. Priap.* carm. 10. v. 3. Trajectus conto sic extendere pedali.]

CONTUSĬO, onis, f. *a battering, beating, bruising, breaking; a bruise, contusion*, θλάσμα, σύντριμμα, actus contundendi, fractura, collisio. *Colum.* l. 12. c. 47. Quidam olivam non contundunt sed insecant, quia hæc candidior est, quam quæ ex contusione livorem contrahit. *Plin.* l. 17. c. 24. Est et quædam contusio falcis hebetioris. *h. e.* cum falx acie hebeti non præcidit lignum, sed lacerat, et perfringit. *Scribon. Larg. compos.* 101. Contusio, quæ frequenter gladiatoribus accidere solet in luctationibus. *Id. compos.* 165. Theriace prodest ad contusiones.

CONTŪSUS, a, um, *beaten, battered, broken, struck, bruised, crushed*, θλαστὸς, τριπτὸς, tusus, confractus, percussus. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 17. Pugiles cestibus contusi ne ingemiscunt quidem. *Colum.* l. 12. c. 47. Oliva contusa recipit quamcumque volueris condituram. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 58. Teneris arundinum radicibus contusis equos alere. *Plin.* l. 30. c. 9. *sub fin.* Dentis caballini contusi farina subluviem sanat. *Id.* l. 28. c. 16. Pedes subtriti, contusive offensatione. *bruised.* et cap. 12. Contusi ungues. *Id.* l. 16. c. 37. Contuso ligno alicui majores ad vincula esse vires. *Id.* l. 28. c. 17. *ad fin.* Contusus sanguis. *h. e.* ex contusione collectus. *Ulpian. Dig.* lib. 18. tit. 6. leg. 1. Si vinum esset effusum, vel vasis contusis, vel qua alia ex causa. *broken.* ¶ *Contusum* absolute (subaudi *membrum*) *a bruise* aut *fracture. Scribon. Larg. compos.* 209. Emplastrum Aristi mirifice facit ad contusum, luxum, &c. *Plin. sub fin.* l. 29. Sanat percussa, contusa, cacoethe, scabiem, furunculosque. ¶ Translate est retusus, repressus, afflictus, *broken, shattered, reduced, weakened, debilitated, repressed. Sallust. in Jug.* c. 47. Nostræ opes contusæ, hostiumque auctæ erant. *Sil.* l. 12. v. 420. At Libiæ ductor Marcello fractus et acri Contusus pugna. *Liv.* l. 40. c. 52. Classis Antiochi victa, fusa, contusa, fugataque est. *discomfited. Tacit.* 4. *Ann.* c. 46. Contusæ Thracum gentes, qui ferocius agitabant. *subdued. Virg.* 4. *Georg.* v. 240. Contusi animi. *afflicted, broken, disheartened, downcast. Plin.* l. 8. ep. 14. Contusum ingenium. ¶ *Lucret.* l. 4. v. 955. quia plurima tum se Corpora conturbant magno contusa labore: *h. e.* agitata se invicem perturbant: al. leg. *concusa*: quod esse aiunt a *concudo*, propello, cogo. sed verbum *concudo* in Latio novum esse videtur.

CONTŬTOR, oris, m. qui simul cum alio tutor est, συνεπίτροπος. *Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 3. leg. 9. et *Julian.* lib. 3. tit. 5. leg. 29.

CONVĀDOR, aris, dep. 1. *to bind one by giving surety to appear in court*, κλητεύω, idem quod vador. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 5. Ubi tu es, qui me convadatus Veneriis vadimoniis?

CONVALESCENTĬA, æ, f. *convalescence, renewal of health*, liberatio a morbo. *Symmachus* usurpat, sed simul novam insolentemque esse indicat. Ita enim scribit lib. 3. ep. 11. *sub fin.* De mea ægritudine nequaquam te rumor fefellit: sed jam mihi (modo venia dicti sit) convalescentiæ portus aperitur.

CONVALESCO, escis, lui, n. 3. *to derive or acquire strength, grow strong*, ἐπιῤῥώννυμαι, vires sumo, validior fio, cresco. *Liv.* l. 1. c. 14. Fidenates nimis vicinas prope se convalescere opes rati. *was increasing in strength. Quintil.* l. 5. c. 13. Flamma, quæ magna congerie convaluerat, diductis quibus alebatur, concidit. *had gathered strength. Ovid. de remed. amor.* v. 91. sero medicina paratur, Cum mala per longas convaluere moras. *Colum.* l. 4. c. 16. Semina quanto celerius liberata sunt consortio viviradicum, tanto facilius convalescunt. *Justin.* l. 3. c. 2. Dum infans convalescit. *is growing to the age of puberty. Sueton. in Aug.* c. 42. Annona convaluit. *h. e.* uberior facta est. ¶ De iis qui ex morbo confirmantur, *to recover from a disease. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 4. Ne ægri quidem, quia non omnes convalescunt, idcirco ars nulla medicina est. *Id. Fam.* 13. ep. 29. Ille in morbum incidit, ex quo non convaluit. *Plin.* l. 23. c. 1. *ad fin.* Convalescentes a solis ardoribus. *Ovid. Heroid.* ep. 21. v. 211. Convalescere de vulnere. ¶ Hinc *convalescens, entis*, absolute, *convalescent, returning to a state of health. Plin.* l. 20. c. 5. Siser convenit convalescentium cordi. *et mox.* Est utile convalescentibus ad vinum transeuntibus. et l. 31. c. 9. Æstus balinearum convalescentes ut tolerare possint, &c. ¶ Translate *Cic. pro Sull.* c. 27. Ut convalescere aliquando, et sanari civitas possit. *Id. pro Mil.* c. 9. Quanto ille plura miscebat, tanto hic magis in dies convalescebat. *the stronger his influence became. Id. Attic.* l. 7. ep. 3. His rebus ita convaluit, ut &c. *he became so powerful. Curt.* l. 9. ep. 6. Convaluisse apud Barbaros famam mortis suæ. *gained ground. Colum.* l. 3. c. 7. et *Gell.* l. 4. c. 11. Opinio, quæ de amineis inveterata longo jam tempore convaluit. *grew prevalent. Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 73. Mens convaluit. ¶ Apud JCtos *convalescere* dicuntur ea, quæ cum ab initio non valuerint, post factum confirmantur, et vim habent suam. *to become valid. Tertullian. Dig.* lib. 29. tit. 1. leg. 33. Testamentum ruptum non convalescet. *Ulpian.* lib. 24. tit. 1. leg. 33. Donatio convalescit. *Labeo* lib. 28. tit. 7. leg. 20. Libertas servo data convalescit.

CONVALLATĬO, onis, f. munitio vallo facta. *Tertull. advers. Jud.* c. 8. Ædificabitur in lætitiam, et convallationem.

CONVALLĀTUS, a, um, *surrounded with a rampart, entrenched; surrounded, encompassed*, vallo cinctus, circumdatus. *Gell.* l. 12. c. 13. Undarum Oceani ambitu terris omnibus convallatis.

CONVALLIS, is, f. *a plain surrounded with hills; a valley, vale*, συνάγκεια, planities ex omni parte comprehensa montibus, collibusve, ut *Fest.* docet: ita dicta a *con* et *vallis*, quasi plurium montium colliumve conjunctæ valles ad planitiem constituendam. Neque enim placet, quod *Varroni* scriptum fuit l. 4. *L. L.* c. 3. ductam esse a *cavum*, et dici quasi *cavatam vallem*. Differt a *valle* quæ a duobus tantum lateribus monte cingitur. Tametsi hoc discrimen non servatur perpetuo. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 20. Copiæ, quas in convalle in insidiis collocaverant. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 35. Roma in montibus posita, et convallibus. *Plin.* l. 36. c. 15. Echo natura locorum evenit, et plerumque convallium. *Id.* l. 31. c. 10. Canescentes siccitate convalles *Id.* l. 6. c. 7. Solitudines saltuosis convallibus asperæ. *Id.* l. 36. c. 15. Montes perfossi, convalles æquatæ. *scil.* aquæ in Urbem perducendæ gratia. *Lucan.* l. 7. v. 174. Visus et abruptis mergi convallibus Hæmus. *Virg.* 2. *Georg.* v. 185. fertilis ubere campus, Qualem sæpe cava montis convalle solemus Despicere. *Apul.* l. 1. *Metam.* In quadam avia et lacunosa convalli a latronibus obsessus. ¶ Adjective *convallia* (subaudi *loca*) dixit *Prudent. in Rom.* περὶ στεφ. 14. v. 331. et *Innocent. de casis litter.* pag. 230. *Goes.* et *Auct. de limitib. ibid.* pag. 271. qui minime sunt imitandi.

CONVALLO, as, a. 1. *to surround*, vallo cingo, circumdo, claudo. *Tertull. in carm. de Judicio Dom.* c. 6. Protinus innumeri concurrunt ire ministri, Convallantque Deum cum majestate superna.

CONVARĬO, as, a. 1. *to variegate*, varium reddo. *Apul. in Apolog.* Pectoris primorem cutim vitiligine insignit, et omnimodis maculationibus convariat. ¶ Item varius sum, *to vary. Cæl. Aurelian. Tard.* l. et cap. 1. Sicut dimissiones atque delinimenta convariant, et nunc puras, nunc sordidas reliquias relinquunt.

CONVĀSO, as, a. 1. *to pack up baggage*, συσκευάζω, vasa colligo, sarcinulas compono asportandi causa. Ponitur autem pro furtim auferre, *to purloin*, in illo *Terent. Phormion.* 1. 4. 13. Nam absque eo esset, recte ego mihi vidissem, et senis essem ultus iracundiam: Aliquid convasassem, atque hinc me conjicerem protinus in pedes. *Hieronym. in vita Hilarion.* Convasatis, quæ a fratribus ei missa detulerat, profectus est. ¶ Translate *Sidon.* l. 1. ep. 9. *sub fin.* Undique omnium laudum convasatis acclamationibus, ad astra portare.

CONVECTĬO, onis, f. *a conveying, conducting*, convehendi actio, συγκομιδή. *Ammian.* l. 14. c. 10. (*al.* 31.) Annonæ convectio est impedita.

CONVECTO, as, a. 1. *to carry or gather together, collect*, συγκομίζω, freq. a conveho. *Virg.* 9. *Æn.* v. 613. Convectare juvat prædas, et vivere rapto. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 27. E proximis agris ligones, dolabras, falces, scalasque convectant.

CONVECTOR, oris, m. qui convehit. Inter nomina deorum, quos Flamen invocabat, sacrum Cereale faciens Telluri, et Cereri *Fabius Pictor* apud *Serv. ad* l. 1. *Georg.* v. 21. enumerat *Convectorem, Conditorem, Promitorem*, nempe præsides convehendis, condendis, promendisque frugibus. V. *Imporcitor.* ¶ Item qui eadem navi vehitur, *a passenger in the same ship, fellow passenger*, σύμπλοος. *Cic. Attic.* 10. *ep. pænult.* Navi ejus me, et ipso convectore usurum puto. [¶ Convector est etiam viæ comes, licet nec navi, nec equis, nec curru usus fuerit. *Apul.* l. 1. *Met.* pag. 54. *Oudendorp.* Unde autem scio, an convectore illo tuo, cum quo sero devorteras, jugulato, fugæ mandes præsidium?]

CONVECTUS, a, um, *carried or brought together*, συγκεκομισμένος, comportatus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 74. Dierum triginta pabulum frumentumque habere omnes convectum jubet. *Plin.* l. 8. c. 57. Aves ex alio orbe convectæ. et l. 8. c. 14. Animalia convecta undique.

CONVĔHO, is, exi, ectum, a. 3. *to carry or bring together, convey in waggons, ships, or on the backs of beasts of burden*, συγκομίζω, simul veho, comporto. *Cic. pro Mil.* c. 27. Lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta, atque arma convexit. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 34. Frumentum ex finitimis regionibus in urbem convexerant. *Liv.* l. 4. c. 60. Æs grave plaustris ad ærarium convehentes. *Plin.* l. 12. c. 14. Tus collectum Sabota camelis convehitur. *Id.* l. 11. c. 30. *de formicis.* Ex diverso convehunt, altera alterius ignara. *Id.* l. 11. c. 17. *extr. de apib.* Rixa in convehendis floribus exorta. ¶ *Convehere fructus* speciatim est ex agris condendi causa in horrea et cellas comportare. *Varr. L. L.* l. et cap. 4. Quo fructus convehebant, villæ. *Plin.* l. 16. c. 9. Vasa, corbesque, ac patentiora quædam messibus convehendis, vindemiisque faciunt.

CONVELĀTUS, a, um, *veiled or covered over*, ἐσκεπασμένος, idem quod velatus, velo coopertus. *Gell.* l. 19. c. 9. Tum resupinus, capite convelato, versus cecinit Valerii Æditui. ¶ Quod addunt ex *Plin.* l. 17. c. 22. *post med.* Acie falcis exacta, plagaque convelata: *Harduin.* recte *conlævata* reposuit.

CONVELLO, is, velli, *raro* vulsi, vulsum, a. 3. *to rend*,

tear, pull or pluck up, tear away, tear in pieces, remove, displace, upset, overturn, σπαράττω, κατατίλλω, quod firmum et stabile est, loco moveo, revello, concutio, everto. *Virg.* 2. *Æn.* v. 463. turrim aggressi ferro circum, qua summa labantes Juncturas tabulata dabant, convellimus altis Sedibus, impulimusque. ea lapsa repente ruinam &c. *Cic. pro Dom.* c. 21. Cum gradus Castoris convellisti ac removisti. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 11. Vectibus infima saxa turris convellere. *Liv.* l. 22. c. 3. *ad fin.* Convellere signa. *h. e.* vexilla, quæ hastis humi infixa stabant, exercitu quiescente, evellere, et inferre. *Virg.* 3. *Æn.* v. 24. Viridem ab humo convellere silvam. *Id.* 1. *Georg.* v. 457. Convellere funem a terra. *h. e.* oram solvere. *Lucan.* l. 3. v. 699. nimis affixos unci convellere morsus. *to pull or draw up the anchor; to weigh anchor.* et vers. 528. Crebraque sublimes convellunt verbera puppes. *beat, strike. Colum.* l. 6. c. 16. Bos aut duriori solo, aut obviæ radici obluctatus, convellit armos. *puts his shoulder out of joint; dislocates his shoulder. Ovid.* 11. *Met.* v. 123. Dapes avido convellere dente. *h. e.* morsu scindere et carpere. *to tear, rend. Id.* 2. *Amor.* el. 14. v. 5. teneros convellere fetus. *h. e.* utero ante tempus expellere. ¶ Translate *Cic. Attic.* l 8. ep. 15. Secutæ sunt duæ epistolæ, quæ me convellerunt de pristino statu, jam tamen labantem. *have brought me down; have overthrown me. Id. in Pison.* c. 2. Qui si essent magistratus adepti, reipubl. statum convulsuri videbantur. *h. e.* commoturi, turbaturi. *seemed likely to throw into disorder. Id. pro Rabir. Post.* c. 1. Est boni consulis, cum cuncta auxilia reipubl. labefactari convellique videat, ferre opem patriæ. *h. e.* tolli, everti. *likely to be overpowered. Id. pro Cæcin.* c. 18. Infirmare, aut convellere judicia, stipulationes, aut pacti et conventi formulas. *h. e.* abrogare, *to disannul, abrogate. Id. pro Cluent.* c. 2. Convellere opinionem. *to remove, root out.* Sic 2. *Phil.* c. 33. Convellere acta alicujus. et 5. *Verr.* c. 6. *extr.* Instituta omnium, consuetudinem a majoribus traditam, conditionem amicitiæ, jus societatis convellere, et commutare. *to tear up, overturn. Tacit.* 4. *Ann.* c. 40. Sic quoque erumpere æmulationem feminarum: eaque discordia nepotes suos convelli. *h. e.* concuti, vexari, *are harassed, agitated, troubled. Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 41. Convellere fata. *to change, alter. Id. ep. sequenti,* v. 111. Desine molle, precor, verbis convellere pectus. *h. e.* labefactare, et de sana sententia dejicere. *Cels.* l. 3. c. 4. Convellere vires ægri luce, vigilia, siti ingenti. *to weaken. Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 50. Convellere gratiam alicujus. *to lessen, impair. Cic.* l. 5. *Attic.* ep. 20. *extr.* Tu velim des operam, ut quod tuo meoque beneficio puer habet, cures, ne qua ratione convellatur. [† *h. e.* eripiatur, auferatur.] *Id.* 1. *de Divin.* c. 51. *extr.* Hæc si tenemus, quæ mihi non videntur posse convelli. *h. e.* contrariis argumentis destrui, confutari. [¶ Particip. *convellens* et *convellendus* apud *Val. Flacc.* l. 5. v. 158. Jamque aspera nisu Undique convellens. et *Cels.* l. 3. c. 4. Convellendas etiam vires ægri putavit.]

CONVĒLO, as, a. 1. *to veil, cover over,* σκεπάζω, velo cooperio, vestio. Translate *Gell.* l. 7. c. 3. *post med.* Cato non nudam, neque solitariam, neque improtectam hanc epagogen facit, sed multis eam modis præfulcit, multisque aliis argumentis convelat.

CONVĔNÆ, arum, *people from different parts coming to settle in one place,* σύνηλυδες, qui ex diversis locis, aut gentibus in unam urbem conveniunt, eamque incolunt. Quomodo ab advenis differant V. *Advena. Cic.* 1. *de Orat.* c. 9. Romulus pastores, et convenas congregavit. *Cato* apud *Gell.* l. 18. c. 12. Eodem convenæ complures ex agro accessitavere. *Plin.* l. 5. c. 17. Convenarum turba. ¶ Adjective *Plaut. Mil.* 2. 1. 60. Paravi hic intus magnas machinas, qui amantes una inter se facerem convenas. *Ammian.* l. 15. c. 5. (*al.* 13.) Convena undique multitudine. *Solin.* c. 37. (*al.* 50.) Aquæ convenæ. Et cap. 47. (*al.* 60.) Serpentes convenæ.

CONVĔNĬENS, entis, particip. *coming together,* συνήκων, simul veniens. *Quintil.* l. 2. c. 2. Disciplinæ severitate convenientium ad se mores adstringere. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 6. Cum satis haberet convenientes manus dissipare. [† *Lucret.* 6. 1259. Copia agricolarum conveniens ab omni parte.] ¶ Item adjectiv. *meet, fit, suitable, agreeable, convenient,* ἁρμόζων, πρόσφορος, προσήκων, congruens, consentaneus, decens, aptus, consonus. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 31. Nihil in hac epistola scriptum ab Epicuro congruens et conveniens decretis ejus reperietis. *Id. de Amic.* c. 5. Nihil est naturæ tam aptum, tam conveniens ad res vel secundas, vel adversas. *Id.* 3. *Offic.* c. 8. Recta et convenientia, et constantia natura desiderat, aspernaturque contraria. et l. 1. c. 40. Talis est ordo actionum adhibendus, ut quemadmodum in oratione constanti, sic in omni vita sint apta inter se et convenientia. *Id.* 2. *de Divin.* c. 39. Quæ est inter augures conveniens et conjuncta constantia? *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 28. Cum populi vultu conveniente die. *Id. in Ibin,* v. 440. Ad formam tauri conveniente sono. *Nigid.* apud *Gell.* l. 10. c. 4. Motus oris conveniens cum ipsius verbi demonstratione. *Gell. ipse* l. et cap. 9. Nequaquam Virgilium fecisse conveniens, quoniam, &c. *Vellei.* l. 2. c. 29. Forma conveniens in illam amplitudinem. *Id.* l. 1. c. 13. *extr.* Hac prudentia illa imprudentia decori publico fuit convenientior. *Id. ibid.* c. 6. Lycurgus fuit justissimarum legum auctor, et disciplinæ convenientissimæ vir. ¶ *Conveniens toga* apud *Ovid. de ar. am.* v. 514. est bene apta ad corpus: *that sits or fits well.* ¶ *Conveniens est,* decens, consentaneum est. *Plin. in Paneg.* c. 87. Parenti publico convenientissimum nihil cogere. et l. 10. ep. 20. Convenientissimum esse tranquillitati sæculi putavi tam moderatæ voluntati non repugnare. *Plin. alter* l. 34. c. 7. Convenientius est dici, &c. ¶ Est item *conveniens* concors. *Cic.* 1. *Offic.* c. 17. *ad fin.* et *pro Rosc. Amer.* c. 34. Propinqui cognatique optime convenientes. *amongst whom the best understanding subsists. Sueton. in Tiber.* c. 7. Uxor bene conveniens.

CONVĔNĬENTER, *conveniently, consistently, agreeably, to the purpose; fitly, aptly, suitably; at a good time, in good season,* προσηκόντως, ἁρμοζόντως, congruenter, apte. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 7. *extr.* Congruenter naturæ convenienterque vivere. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 28. Congruere naturæ, cumque ea convenienter vivere. *Liv.* l. 23. c. 5. Convenienter ad præsentem fortunæ statum loqui. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 546. Et studio mores convenienter eunt. *h. e.* conformes sunt studiis. *Augustin.* l. 18. *de Civ. Dei,* c. 44. Utroque numero significari convenientissime potuit.

CONVĔNĬENTĬA, æ, f. *agreeableness, suitableness, proportion, fitness, consistency; accord, agreement, concord,* ἐφαρμογή, ὁμολογία, congruentia partium inter se convenientium, seu invicem sibi æquabiliterque respondentium, consensus, conjunctio, proportio. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 6. Cum summum bonum positum sit in eo, quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellemus convenientiam, si placet. *Id.* 2. *de Divin.* c. 60. Conjectores ex quadam convenientia et conjunctione naturæ, quam vocant συμπάθειαν, quid cuique rei conveniat, ex somniis, et quid quamque rem sequatur, intelligunt. *Id.* 1. *Offic.* c. 4. *ad fin.* Pulchritudo, venustas, convenientia partium. *Id.* 2. *de Divin.* c. 15. Si ullam esse convenientiam naturæ cum extis concessero. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 21. Hanc in stellis constantiam, hanc tantam tam variis cursibus in omni æternitate convenientiam temporum, non possum intelligere sine mente, ratione, consilio. *Senec.* ep. 74. *post med.* Virtus convenientia constat: omnia opera ejus cum ipsa concordant: hæc concordia perit, si animus luctu, aut desiderio submittitur.

CONVĔNĬO, is, eni, entum, n. 4. *to come or resort together, meet, flock, assemble, collect,* συνέρχομαι, σύνειμι, simul venio, simul eo, congregor, concurro, coeo. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 5. Quanta multitudo hominum convenerit ad hoc judicium, vides. *Id. in Pison.* c. 15. Mei capitis servandi causa Romam Italia tota convenit. *Id.* 2. *de Divin.* c. 22. Totamque in eum locum Etruriam convenisse. *Id. Verr.* 4. c. 29. Convenire in consilium. *Id.* 2. *Agrar.* c. 5. Non desistebant clam inter se convenire. *to meet together, hold meetings amongst one another. Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 1. Milites ad signa convenire jubet. *Id.* l. 1. c. 8. Milites, qui ex Provincia convenerant. *Id.* l. 3. c. 16. Omnis juventus eo convenerant. et l. 5. c. 17. Auxilia, quæ undique convenerant, discesserunt. et l. 7. c. 55. Convenire ad aliquem. *to go, betake himself.* et cap. 80. ad auxilium. *to run to his assistance.* In vet. decreto Censor. apud *Sueton. de Rhetor.* c. 1. Esse homines, ad quos juventus in ludos conveniat. *whom they may attend for the purpose of being instructed in,* &c. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 672. Convenire ad dapes. ¶ Speciatim *convenire* dicuntur, qui ex aliis civitatibus in unam, in quam sunt contributi, conveniunt, jurisdictionis causa, ut res suas persequi judicio possint. *Cic.* 4. *Verr.* c. 15. Ut judices dentur ex his civitatibus, quæ in id forum convenirent. *went to get their causes decided. Plin.* l. 5. c. 28. Una jurisdictio appellatur Cibyratica. Ipsum oppidum Phrygiæ est. Eo conveniunt vigintiquinque civitates. ¶ *Convenire aliquem* est adire et colloqui, *to meet with, go up to, speak to, accost, address. Cic.* 9. *Fam.* ep. 14. Neminem conveni (convenio autem quotidie plurimos) quin omnes mihi gratias agant. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 18. Attilius, quem sua manu spargentem semen, qui missi erant, convenerunt. *found him. Plaut. Cas.* 3. 2. 18. Ubi nuptiæ fuerint, tunc istam convenibo. ἀρχαϊκῶς pro conveniam. ¶ Et passive *Cic. Fam.* 6. ep. 19. Balbus tantis pedum doloribus afficitur, ut se conveniri nolit. *Id.* 1. *Fam.* ep. 8. *extr.* Nostrum studium exstabit in conveniendis magistratibus et Senatoribus. *Id. Attic.* l. 9. ep. 6. Lentulum transmisisse, nec eum a minore Balbo conventum. ¶ In re forensi *convenire aliquem* est in jus vocare, et in eum agere, *to sue at law, convene before a judge, summon before a court of justice:* et *conveniri* dicitur, qui in judicium vocatur. *Papinian. Dig.* lib. 50. tit. 1. leg. 17. Ante filium Respubl. debet convenire, quam patrem. *Ulpian.* lib. 10. tit. 2. leg. 20. Ut heredes ex stipulatu conveniri possint. *Paul.* lib. 9. tit. 2. leg. 18. Conveniri lege Aquilia. *Id.* lib. 17. tit. 1. leg. 59. Conveniri pro parte dimidia. *Id.* lib. 2. *sentent. tit. pænult.* Conveniri de peculio. et *ibid.* In duplum ejus rei nomine conveniri. et *rursus.* Furti actione conveniri. *Papinian.* lib. 26. tit. 7. leg. 38. Dolum, aut culpam eorum recte judex conveniet. *Ulpian.* lib. 42. tit. 1. leg. 15. *a med.* Utrum judices convenient nomen, &c. *shall proceed against the debtor.* ¶ Translate *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 386. tua te benefacta morantem conveniunt. ¶ *Convenire in manum, in matrimonium* dicitur mulier, quæ alicui nubit: *to come into the power of her husband; to be married:* cum discrimine tamen, quia *convenire in matrimonium* est ita uxorem fieri, ut distinguatur a concubina. Hæc *uxor* generali vocabulo, et peculiari *matrona* vocatur. *In manum* autem *convenire* est ita uxorem fieri, ut sit in mariti manu mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu mancipioque est: atque adeo non solum in matrimonium, sed in familiam quoque mariti, et in heredis sui locum venire. Hæc *materfamilias* appellatur. *Gell.* l. 18. c. 6. *Serv. ad* 11. *Æn.* v. 476. et *Cic. in Top.* c. 3. Dicitur autem *convenire in manum,* quia ut innuit *Serv. ad* 4. *Æn.* v. 103. dextras invicem sponsi jungebant, interrogante viro, *an mulier sibi materfamilias esse vellet,* et muliere, *utrum vir sibi paterfamilias,* ut est apud *eund. ibid. ad vers.* 214. Sed et alii ritus in eo servabantur, de quib. V. in *Coemptio.* ¶ Præterea *convenire* est aptari, apte inseri. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 14. Cothurni laus est, ad pedem apte convenire. *to fit. Plaut. Pseud.* 4. 7. 85. Machæra convenit in vaginam. *Cato R. R.* c. 21. Eo fistulam ferream indito, quæ in columellam conveniat, et in cupam. *go into.* ¶ Item simul jungi, simul accidere. *to meet or join together, concur. Plin.* l. 6. c. 28. Huc convenit utrumque bivium. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 22. Multæ causæ convenisse in unum locum, atque inter se congruere videntur. ¶ Item coire. *Plin.* l. 11. c. 24. *ad fin.* Aranei conveniunt clunibus. ¶ Sæpe significat congruere, consentire, concordem esse in re aliqua, *to agree, consent. Just.* l. 1. c. 5. Cum et vultus similitudo, et expositionis tempora, et pastoris confessio convenirent. *Cic. Verr.* 6. c. 66. Optime convenire cum aliquo. *Ovid.* l. 3. *ex Pont.* epist. 2. v. 86. inque vicem puguat uterque mori. Exstitit hoc unum, quod non convenerit illis. Adde *Martial.* lib. 8. epigr. 35. ¶ Item quadrare, aptari, cadere in aliquem, *to suit, agree, fit, be adapted to:* et frequenter in tertiis personis. *Cato R. R.* c. 6. *extr.* Ceteræ vites, miscellæ maxime, in quemvis agrum conveniunt. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 19. Neutrum horum ad omnem agrum convenire puto, et utrumque ad aliquem. *Cic.* 9. *Phil.* c. 4. Non vos quidem crudeles fuistis (quid enim minus in hunc ordinem convenit?) sed cum, &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 23. Erat nemo, in quem ea suspicio conveniret. *Id. pro Sull.* c. 7. *extr.* Nullam contumeliam in me jacere potuisti, quæ non ad maximam partem civium conveniret. *Id. de provinc. consul.* c. 17. Illa ornamenta decere me, et convenire iis rebus, quas gesseram, non putabam. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 29. Nec vero hoc in te uno convenit, moribus domesticis, et urbanitate limato; sed cum in reliquos vestros, tum in eum, &c. *Al. leg.* te unum. *Id.* 6. *Fam.* ep. 8. Hæc deliberatio non convenit cum oratione Largi. ¶ Cum accus. *Plaut. Merc.* 5. 4. 24. Ætatem aliam aliud factum convenit. *different times of life require different pursuits.* ¶ Cum infinito *Propert.* l. 2. el. 1. v. 41. Nec mea conveniunt duro præcordia versu Cæsaris in Phrygios condere numen avos. *h. e.* apta, idonea non sunt. ¶ Etiam res ipsa, de qua consentitur, *convenire* dicitur. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 6. Dum, rem conventuram, putamus. *Liv.* l. 29. c. 12. In eas conditiones cum pax convenisset. *Nepos in Annib.* c. 6. In colloquium convenit: conditiones non convenerunt. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 146. Bene ratio accepti et expensi inter nos convenit. *Liv.* l. 9. c. 23. Postquam ardentia vidit castra magister equitum (id convenerat signum) hostium terga invadit. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 32. Virtutem sine ratione constare non posse. conveniat id quoque necesse est. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 14. Factum convenit, sed, jure an injuria factum sit, quæritur. *that the deed was done there can be no doubt. Terent. Adelph.* 1. 1. 34. Hæc fratri mecum non conveniunt, neque placent. *my brother and I are not agreed.* ¶ Absolute *Liv.* l. 24. c. 6. Pacto convenit, ut cum Romanos Sicilia expulissent, &c. Et omissa *ut* particula *Id.* l. 38. c. 11. Pro argento si aurum dare mallent, darent, convenit. *it is agreed.* Et cum infinito *Id.* l. 9. c. 16. Convenit, jam inde per consules reliqua belli perfecta. *all are agreed that,* &c. *Plin.* l. et cap. 13. Convenit inter omnes. *it is the general opinion. Terent. Hecyr.* 4. 4. 36. Cum ejus alienum esse a me animum, sentiam, nec conventurum inter nos posthac arbitrer. *that we shall not agree. Cic. Attic.* l. 5. *ep. ult. ad fin.* Assident, subducunt: ad nummum convenit. *the accounts agree to a farthing. Id. pro Rosc. Amer.* c. 29. Conveniat mihi tecum, necesse est. *Quintil.* l. 4. c. 2. Quanti veheret, interrogavi: de pretio convenit. *we agree as to the price.* ¶ *Judex convenire* dicitur, cum ab actore, et reo simul probatur et admittitur. *Cic. pro Cluent.* c. 43. Neminem voluerunt majores nostri non modo de existimatione cujusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse judicem, nisi qui inter adversarios convenisset. *Valer. Max.* l. 2. c. 8. n. [illegible] Itaque judex inter eos convenit Atilius Calatinus. ¶ Ponitur interdum pro utilis est, facit, prodest, *to be profitable or expedient. Scrib. Larg. compos.* 101. Medicamentum nervorum tensionibus mirifice convenit. *Plin.* l. [illegible] c. 4. Non eadem terra arboribus convenit et frugibus. [illegible]

l. 24. c. 6. Hammoniacum convenit claritati visus in collyriis. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 12. Minime miror, cælum et terram vim suam, si tibi ita conveniat, dimittere. *if that should turn out to your advantage.* ¶ *Convenit*, par est, consentaneum est, decet, *it is fit, proper, suitable. Terent. Eun.* 3. 2. 41. Haud convenit, una ire cum amica imperatorem in via. *Vellei.* l. 1. c. 3. Quo nomine convenit mirari eos, qui &c. *h. e.* mirari licet, mirari possis. *Plin.* l. 18. c. 13. Quamquam prius de rapis dixisse conveniat. ¶ Pro simplici venio. *Plaut. Trucul.* 3. 2. 14. In urbem crebro convenio. Al. leg. *commeo*: alii aliter.

CONVENTA, V. *Conventus, a, um.*

CONVENTICŬLUM, li, n. *a small meeting or assembly of people*, συναγωγὴ, συνουσία, cœtus, conventus. In plurali num. *Cic. pro Dom.* c. 28. Quoniam plebi quoque urbanæ majores nostri conventicula, et quasi consilia quædam esse voluerunt. *Id. pro Sext.* c. 42. Conventicula hominum, quæ postea civitates nominatæ sunt. ¶ Item locus ubi homines conveniunt. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 15. Exstructa apud nemus conventicula, et cauponæ, et posita væno irritamenta luxus. *conventicles. Arnob.* l. 4. pag. 152. Diruere conventicula, in quibus summus oratur Deus. *Churches.*

CONVENTĬO, onis, f. *a meeting or assembling together; an assembly, meeting*, συναγωγὴ, πανήγυρις, cœtus hominum in unum locum convenientium, concio. Formula imperandi accenso, ut convocaret populum ad concionem, erat hujusmodi, apud *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 9. C. Calpurnius dicit: Voca ad conventionem omnes Quirites huc ad me. Accensus dicit sic: Omnes Quirites ite ad conventionem huc ad Judices. et *paulo supra.* Conventionem habet, qui lustrum conditurus est. *Festus*: In conventione, in concione. ¶ Item pactum, conventum, *a convention, agreement.* συνθήκη. Est autem, ut docet *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 14. leg. 1. verbum generale ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi transigendique causa consentiunt, qui inter se agunt. *Plin.* l. 5. ep. 1. Eamdem tacita conventione salvam mihi pollicebatur. *Ulpian.* lib. 16. tit. 3. leg. 1. Contractus legem ex conventione accipiunt. *Senec.* 3. *de Ira*, c. 26. *extr.* Una res nos facere potest quietos, mutuæ facilitatis conventio. *Tacit.* l. 3. *Hist.* c. 70. Si conventionis pœniteat. ¶ Item actus conveniendi, hoc est in jus vocandi. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 3. *Cod.* tit. 6. leg. 3. Absque conventione personæ legitimæ initiatum jurgium videtur.

CONVENTIONĀLIS, le, ad conventionem pertinens. *Pompon. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 5. Stipulationum aliæ judiciales sunt, aliæ prætoriæ, aliæ conventionales. *et mox.* Conventionales sunt, quæ ex conventione reorum fiunt.

CONVENTITĬUS, et Conventicius, a, um, adject. qui convenit, convena. *Plaut. Cistel.* 1. 1. 42. Ego et tua mater ambo meretrices fuimus: illa te, et ego hanc educavi ex patribus conventitiis. *h. e.* ex viris idem scortum sæpe convenientibus.

CONVENTIUNCŬLA, æ, f. *a small meeting, conventicle*, parva conventio, seu cœtus. *Augustin.* ep. 56. *ad fin.* In conventiunculis suis aliquanto frequentius perdurant.

CONVENTO, as, n. 1. *to be in the habit of meeting together*, frequentat. a convenio. *Solin.* cap. 27. (*al.* 40.) Externos ibi plurimos conventasse.

CONVENTUM, i, n. *a covenant, agreement, league, compact*, idem quod conventio, pactum. *Cic. in Partit.* c. 37. Quæ scripta non sunt, ea aut consuetudine, aut conventis hominum, et quasi consensu obtinentur. *Id.* 3. *Offic.* c. 25. Facere promissa, stare conventis, reddere deposita. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 10. Potest accidere promissum aliquod, et conventum, ut id effici sit inutile. *Liv.* l. 29. c. 24. Dii testes atque arbitri conventorum. *Sil.* l. 1. v. 10. conventaque patrum Sidonii fregere duces. ¶ Aliquando *conventum*, et *pactum* conjunguntur. sed *conventum* adjectivum est. Est autem *pactum conventum*, quod mutua contrahentium conventione firmatum est, *a mutual agreement. Cic. in Partit.* c. 37. Fœdus privatum, tabulæ, pactum conventum, stipulatio. *Id.* 2. *de Orat.* c. 24. Tabulæ, testimonia, pacta conventa, stipulationes. Adde loca plurima JCtorum *in Dig.* quæ congerit *Brisson.* lib. 14. *de verb. signif.* ¶ Aliquando interponitur *et*: ut ambo quasi substantive accipiantur: nihil tamen de significatione mutatur: nisi quod nonnulli ita distinguunt, ut *pacta* sint promissa, quæ alterum tantum obligent, *conventa*, quæ utrumque. Quod discrimen, ut verum sit, certe non est perpetuum. *Cic. pro Cæcin.* c. 18. Pacti, et conventi formula. *Id. Attic.* l. 6. ep. 3. Pomptinius ex pacto, et convento a me discesserat. *Al. leg.* conventu. *Senec.* l. 3. *de Benef.* c. 15. Nec pacta, conventaque impressis signis custodirentur. Adde *Paul.* l. 1. *sentent.* tit. 1. qui est *de pactis, et conventis.* Nisi forte his locis particula copulativa ab exscriptoribus quibusdam ex ignoratione est interposita: quod ab aliis etiam addubitatum est in verbis *Cicer.* citatis *pro Cæcina.* Excipe tamen locum *Juvenal.* sat. 6. v. 25. Conventum tamen, et pactum, *&c.* quod ad nuptiarum contractum pertinet. V. *Conventus. a, um.*

CONVENTUS, us, m. *a meeting, assembly, convention*, σύνοδος, συνουσία, συναγωγὴ, congregatio, cœtus hominum, concio. *Cic.* 6. *Verr.* c. 48. *extr.* Dies festos anniversarios agunt, celeberrimo virorum mulierumque conventu. *Id. pro Deiot.* c. 2. Tantam causam dico extra conventum, et eam frequentiam, in qua oratorum studia niti solent. *Id.* 2. *de Fin.* c. 1. Primus est ausus Gorgias in conventu poscere quæstionem. *Quintil.* l. 12. c. 2. Studia sapientiæ in conventus scholarum recesserunt. *Horat.* l. 1. sat. 7. v. 22. Persius exponit causam: ridetur ab omni Conventu. ¶ Speciatim est plurium congregatio consilii causa, *a council, assembly of persons met together in consultation. Sallust. in Jug.* c. 12. Primo conventu, quem ab regulis factum supra memoravi, placuerat dividi thesauros. *at the first sitting or meeting. Cic.* 2. *Catil.* c. 6. Petivi ab eo an nocturno conventu apud M. Leccam fuisset. *Sallust. in Catil.* c. 22. *extr.* Dimittere conventum. *Liv.* l. 38. c. 30. Ægium semper conventus gentis indicti sunt. *the councils are summoned*, aut *the courts. Vitruv.* l. 5. c. 8. Forensibus et disertis elegantiora et spatiosiora vestibula facienda sunt, ad conventus excipiendos. ¶ Item concursus, *a concourse. Gell.* l. 1. c. 8. Conventus ad Laidem ditiorum hominum celebres erant. ¶ Præterea *conventus* dicebantur loca constituta in Provinciis juri dicundo. *places or towns where judicial courts were held.* Nam Romani provincias dividebant in quasdam veluti Diœceses, et in singulis earum oppidum constituebant, in quo Magistratus accitis ejus diœceseos civitatibus reliquis jus dicebant. Itaque illud oppidum *conventus* dicebatur, item *forum* et *jurisdictio. Plin.* l. 3. c. 1. Bæticæ juridici conventus quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, Hispalensis. Oppida omnia numero centum triginta quinque. *Id.* l. 5. c. 29. Mediterraneas jurisdictiones indicasse conveniat. Una appellatur Cibyratica, *&c.* Alter conventus a Synnada accipit nomen, *&c.* Tertius Apamiam vadit, &c. ¶ Item ipsa jurisdictio in conventibus habita. *a meeting of the people of a certain district of a province, at a certain time and in a certain place, for the purpose of getting their causes or law-suits determined by the governor or his quæstor. These meetings were something like our assizes. Cic.* 7. *Verr.* c. 11. Ex iis oppidis, in quibus consistere prætores, et conventum agere solent. *Cæs. extr.* lib. 1. et 6. *B. Gall.* Ad conventus agendos profectus est. *to hold the assizes.* et lib. 5. c. 2. Conventibus peractis. *when the assizes were over. Plin.* l. 10. ep. 66. Inchoare conventum. *Justin.* l. 12. c. 13. *de Alexandro.* Babyloniam festinans, velut conventum terrarum orbis acturus. *h. e.* leges, et jura cunctis gentibus daturus. ¶ Ad hæc *conventus* pro pacto et conventione ponitur. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 13. *sub fin.* Sunt item pacta, quæ sine legibus observantur, ex conventu. *Cic.* 6. *Attic.* ep. 3. Ex pacto et conventu a me discesserat. Al leg. *convento.* ¶ Apud *Solin.* c. 13. (*al.* 23.) *conventus dentium* est constrictio, commissio. ¶ Apud *Lucret.* reperitur pro concursu, et coagmentatione rerum una coeuntium, lib. 1. v. 602. Sunt igitur solida primordia simplicitate, Quæ minimis stipata cohærent partibus arcte, Non ex ullorum conventu conciliata. *Senec.* l. 7. *quæst. nat.* c. 12. Duarum stellarum conventus.

CONVENTUS, a, um, *agreed, entered upon*, pactus, compositus, contractus. *Sallust. in Jug.* c. 120. Cum Romanis pacem conventam frustra fuisse. ¶ *Conventa conditio*, inquit *Fest.* dicebatur, cum primus sermo de nuptiis, et earum conditione habebatur. Al. leg. *conventæ conditio.* sed eodem fere recidit. Porro de hac conventa conditione intelligendum est illud *Juvenal.* sat. 6. v. 25. Conventum tamen, et pactum, et sponsalia, nostra Tempestate paras. Cui lucem affert etiam illud *Arnobii* l. 4. pag. 140. Uxores dii habent, atque in conjugalia fœdera conditionibus veniunt ante quæsitis. Habent speratas, habent pactas, habent interpositis stipulationibus sponsas. Ubi vides a *Juvenal.* et *Arnob.* tres veluti gradus enumerari, quibus ad matrimonium contrahendum venitur: quorum primus est *conventa conditio.* ¶ De *pactis conventis* V. in *Conventum.* ¶ Est etiam *conventus*, aditus visendi et colloquendi causa, *visited, called upon. Terent. Hecyr.* 5. 1. 1. Laches me conventam esse expetit. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 38. Mulier, mane: sunt qui volunt te conventam. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 3. Convento Antonio Tiburi. *Liv.* l. 7. c. 5. Janitori, opus esse sibi domino ejus convento exemplo, ait. ¶ Denique de iis dicitur, qui convenere, *assembled. Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 470. Servulum conventum in populum perduxit. *h. e.* ad populum congregatum. *Plaut. Cist.* 1. 1. 41. Ego hanc mihi educavi ex patribus conventis. *h. e.* qui ad meretricem convenerant. Al. leg. *conventitiis.* Etiam *Terent.* hac ratione *adventus* usurpasse creditur. V. *Adventus, a, um.*

CONVENUSTO, as, a. 1. *to beautify, adorn*, idem quod venusto, venustum reddo, orno. *Sidon.* l. 7. ep. 12. Omitto te tanto cultu Ecclesiam tibi creditam convenustare. *Id.* l. 8. ep. 6. Oratione convenustare. *Martian. Capell.* l. 2. *extr.* Aurora primo convenustans habitu.

CONVERBERĀTUS, a, um, *struck, beaten*, idem quod verberatus, pulsatus. *Plin.* l. 13. c. 22. *sub fin.* Nero nocturnis grassationibus converberatam faciem illinens sibi cum ture ceraque.

CONVERBĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to strike, beat, buffet*, τύπτω, idem quod verbero, pulso, percutio. *Senec.* 3. *de Ira*, c. 20. Ira non tantum viritim furit, sed gentes totas lancinat, sed urbes, sed flumina, et tuta ab omni sensu doloris converberat. *Curt.* l. 7. c. 2. Flere cœpit, et os suum converberare. ¶ Translate *Senec.* ep. 121. Et virtutes exhortabor, et vitia converberabo.

CONVERRĪTOR, oris, m. qui converrit, et abstergeh *Apul. in Apolog. in carm.* dentifricium appellat, *complanatorem tumidulæ gingivulæ, converritorem pridianæ reliquiæ.*

CONVERRO, is, erri, ersum, a. 3. *to sweep or brush thoroughly, sweep or cleanse all over*, idem quod verro, purgo. *Publ. Syr.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 900. *Putsch.* Cellas servorum converri. *Plaut. Stich.* 2. 3. 64. Reverram hercle hoc, quod converri modo. *Colum.* l. 7. c. 6. Converrere stabulum. *Id.* l. et cap. 8. et emundare locum. *Pacat. in Paneg. Theodos.* c. 26. *a med.* Pirata quidquid undecumque converrerat, in illam Charybdim congerebat. *Valer. Cato in Diris*, v. 58. Hæc agat infesto Neptunus cæca tridenti, Atrum converrens æstum maris undique ventis. Al. leg. *convertens.* V. similia in *Verro.* ¶ Festive *Plaut. Rud.* 3. 6. 6. Nunc pol ego perii: Pleusidippus eccum adest. Converret jam hic me totum cum pulvisculo. *h. e.* verberabit, vel pulsatum ejiciet.

CONVERSANS, antis, qui versat, et in gyrum agit. *Cic. de Univ.* c. 8. Animus se conversans, cum materiam mutabilem arripuisset, &c. ¶ Item qui aliorum consuetudine utitur. *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 8. Sumuntur a conversantibus mores. *Id.* ep. 108. Ea philosophiæ vis est, ut non solum studentes, sed etiam conversantes juvet.

CONVERSATĬO, onis, f. συνομιλία, διατριβὴ, actus conversandi, a *conversor*, h. e. versandi sæpius in aliquo loco. *Plin.* l. 10. c. 33. Perdices in quo loco peperere, non incubant; neve cui frequentior conversatio sit suspecta, transferunt alio. *Ulpian. Dig.* lib. 11. tit. 7. leg. 12. Senatusconsulto cavetur, ne usus sepulcrorum permutationibus polluatur, idest, ne sepulcrum alienæ conversationis usum accipiat. *h. e.* ne ab aliis frequentetur, aut inhabitetur, ut habetur in edicto Prætoris apud *eund.* lib. 47. tit. 12. leg. 3. ¶ Translate est consuetudo, convictus, familiaritas, *familiarity, intercourse, conversation. Vellei.* l. 2. c. 102. Nec defuit conversatio hominum vitia ejus assentatione alentium. *Senec. in excerpt.* l. 6. *controv. ult. de Vestali.* Non in illa conversatio cum viris licentiosior. *Quintil.* l. 1. c. 2. Nec tutior inter servos malos, quam ingenuos parum modestos conversatio est. *Id.* l. 6. c. 3. Sumpta ex conversatione doctorum tacita eruditio. *Senec.* ep. 99. Cum occurrunt sermones eorum jucundi, conversatio hilaris, officiosa pietas. *Auct. Dial. de Orat.* c. 9. Relinquere conversationem amicorum. ¶ Item genus vitæ, vivendi ratio. *Hieronym. in vita Hilarion.* Ille fundator et eruditor hujus conversationis et studii in Syria fuit. ¶ Videtur etiam significare frequentem usum, actionemque sæpe versandi. *Senec. de Benefic.* l. 3. c. 2. Quæ in usu sunt, et manum quotidie tactumque patiuntur, nunquam periculum situs adeunt: illa quæ ad oculos non revocantur, sed extra conversationem, ut supervacua, jacuerunt, sordes ipsa colligunt vetustate.

CONVERSE. V. *Conversus, a, um*, in fine.

CONVERSIBĬLIS. V. *Convertibilis.*

[* CONVERSIM, adverb. e converso. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 159. *Grot.* A consequentibus vero conversim, ut quæstio in antecedentibus sit, argumentum in sequentibus. *Firmic.* l. 2. c. 32. Decima quinta in decimam septimam, rursusque conversim.]

CONVERSĬO, onis, f. *a turning or whirling round, course, revolution, circuit*, ἐπιστροφὴ, συστροφὴ, actus convertendi. *Cic. de Univ.* c. 6. *a med.* Cælum una conversione atque eadem ipse circum se torquetur et vertitur. *Id. in Somn. Scip.* c. 5. Tantus est totius mundi incitatissima conversione sonitus, ut &c. *Id.* 1. *de Leg.* c. 8. Conversiones cælestes. *Id. de Univ. in fi.* Mensium annorumque conversiones. ¶ Item inversio, *an inverting. Plin.* l. 8. c. 42. *extr.* Equo fere, qui homini, morbi, præterque vesicæ conversio. *Id.* l. 24. c. 7. Conversiones vulvæ. ¶ Translate est mutatio, *a change, alteration. Cic. pro Dom.* c. 18. Conversio status, et inclinatio communium temporum. *Id. pro Flacc.* c. 37. *extr.* Videtis, in quo motu temporum, quanta in conversione rerum, ac perturbatione versemur. *Id.* 2. *de Divin.* c. 2. Conversiones rerumpublicarum. ¶ In illo *Colum.* l. 6. c. 17. Si tumor in suppurationem convertitur, optimum est ignea lamina conversionem resecare: *conversio* est ipsum membrum in suppurationem versum, vel ipsa suppuratio. ¶ Pro vitæ mutatione, et correctione, *Alcim. Avit.* l. 6. v. 149. *ad Soror.* conversio fratrum Exemplo debenda pio. ¶ Aliquando hoc nomine ambitus verborum, hoc est periodus significatur, *a period. Cic.* 3. *de Orat.* c. 49. Efficiendum est, ut oratio membris distinguatur, ut conversiones habeat absolutas. *finished or rounded periods.* Neque semper utendum est perpetuitate, et quasi conversione verborum, sed sæpe carpenda membris minutioribus oratio est. *a sameness of expression.* ¶ Item figura verborum, qua idem verbum in fine membrorum periodi sæpius repetitur, Græce ἀντιστροφή. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 54. Ejusdem verbi crebra tum a primo repetitio, tum in extremum conversio. Adde *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 13. *ad fin.* V. *Antistrophe.* ¶ Item alia, qua verba retrorsum immutantur, ut *Quæ de illo dicuntur,*

dici non possunt; quæ dici possunt, non dicuntur: Græce ἀντιμεταβολή. *Cic. loc. cit.* Est etiam gradatio quædam, et conversio, et verborum concinna transgressio, &c. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 28. multa hujus exempla affert, et commutationem appellat.

CONVERSO. V. *Conversans.*

CONVERSOR, aris, atus sum, dep. 1. *to be about or along with any thing; to live with, haunt, frequent,* διατρίβειν, versari cum aliquo, esse, convivere. *Colum.* l. 9. c. 11. *de apib.* Ut multitudo sine discordia cum parentibus suis conversetur. *Plin.* l. 10. c. 3. Aquila conversatur in montibus. ¶ Et cum dativo *Id.* l. 6. c. *penult.* Asinus a tenero conversatus equis, familiariter earum consuetudinem appetit. ¶ Translate est *to live or converse with, keep company with, associate with.* συνομιλεῖν, consuetudine alicujus uti. *Senec.* ep. 41. Conversatur nobiscum. *Id.* ep. 99. *a med.* Nemo libenter tristi conversatur, nedum tristitiæ. *M. Senec.* l. 1. controv. 2. Conversata est diutius inter humano sanguine delibutos. V. *Conversans.* ¶ Pro vivere, certam vivendi rationem tenere, *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 16. leg. 9. Proconsul potest comminari, et terrere filium a patre oblatum, qui non, ut oportet, conversari dicatur.

CONVERSUS, us, m. idem ac conversio, ἐπιστροφή. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 9. Qui gyros efficit, crebro conversu turbat.

CONVERSUS, a, um, *turned about, whirled round, turned,* ἐπιστρεφόμενος, versus. *Cic. de Somn. Scip.* c. 7. Hujus anni nondum vicesimam partem scito esse conversam. *Horat.* epod. 16. v. 27. Neu conversa domum pigeat dare lintea. *Petron. in Satyr.* c. 98. Conversus ad me, quid est, inquit, latro? *turning towards me.* et cap. 110. *extr.* Conversis omnibus in se vultibus auribusque, sic exorsus est. *Virg.* 3. *Georg.* v. 303. Et stabula a ventis hyberno opponere soli, Ad medium conversa diem. *Id. Æn.* 9. v. 724. Portam vi multa converso cardine torquet. *Plin.* l. 2. c. 65. Circumfundi terræ undique homines, conversisque inter se pedibus stare. *turned one towards the other.* adversis vestigiis stare contra aliorum vestigia, ut *Cic.* 4. *Acad.* c. 39. loquitur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 25. et lib. 2. c. 26. Conversa signa in hostes inferre. et lib. 4. *B. Gall.* c. 17. Tigna conversa contra vim fluminis. *Ovid.* 13. *Met.* v. 879. Terga fugæ conversa dare. ¶ Item inversus, *upside down, inverted. Plin.* l. 9. c. 8. *de delphinis.* Nisi resupini atque conversi, non corripiunt cibum. *Id.* l. 24. c. 5. *sub fin.* Galbanum vulvas conversas corrigit. ¶ *Conversa cornua* apud *Plin.* sunt extrorsus projecta, hoc est mucronibus ad contraria latera capitis inflexis lib. 11. c. 37. sect. 45. Cornua supina, convexa, conversa. ¶ *Conversa terra* est pastinata, et effossa. *Colum.* l. 11. c. 3. *a med.* Cœpina magis frequenter subactam postulat terram, quam altius conversam. ¶ Translate est mutatus, *changed, altered, transformed. Cic. pro Flacc.* c. 29. Quod crimen esse voluisti, id totum vides in laudem esse conversum. *Id. Fam.* 16. ep. 11. In quartanam conversa vis morbi. *Id. pro Dom.* c. 40. Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis conversa. *Id.* 8. *ad Attic.* ep. 13. Vide quam conversa res est! *see how the matter is altered. Id. pro Flacc.* c. 38. Non putant satis conversam rempubl. nisi, &c. *h. e.* perturbatam. *Virg. Æn.* 5. v. 466. Non vires alias, conversaque numina sentis? *h. e.* in contrarium mutata, adversa. *changed the other way, adverse, hostile. Id. Æn.* 12. v. 623. In faciem soror conversa Metisci. *disguised. Ovid. Metam.* 4. v. 730. Visa Medusa conversus in silicem. *transformed. Sueton. in Claud.* c. 13. Legiones in pœnitentiam religione conversæ. *Lucan.* l. 4. v. 267. Timor conversus in iram. ¶ Item directus, intentus, *directed, turned, applied. Sueton. in Calig.* c. 47. Conversus hinc ad curam triumphi. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 60. Risus in judicem conversus. ¶ Item ex una in aliam linguam translatus, *rendered, turned, translated. Cic.* 1. *de Fin.* c. 2. Quæ non sunt conversa de Græcis. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 6. *extr.* Orationes e Græco conversæ. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 41. Carmina Arati a te conversa ita me delectant, &c. ¶ Est etiam particip. a *converro, is,* et significat purgatum, mundatum. *Cato R. R.* c. 143. Villam conversam, nitidamque habeat. *Al. leg.* converse, nitideque. *Colum.* l. 1. c. 6. *ad fin.* Periti rustici, quidquid ovilibus, stabulisque conversum progesserunt, superpositis virgeis cratibus tegunt.

CONVERTIBILIS, le, *convertible, transmutable,* qui converti, aut mutari potest. *Apulei. de Syllog. Categor.* Convertibiles propositiones. *Al. leg.* conversibiles. *Prudent. in Apoth.* v. 344. Non convertibilis, nec demutabilis unquam Est Deus. Adde *Tertull. de carne Chr.* c. 3.

[* CONVERTIBILĬTAS, atis, f. idem ac conversio, vicissitudo. *Gros.* l. 1. c. 1. Convertibilitas naturæ.]

CONVERTO, is, ti, ersum, a. 3. *to turn about, whirl about, turn,* συστρέφω, ἐπιστρέφω, idem quod verto, circumduco, in aliam partem, vel in orbem verto. *Cic.* 4. *Acad.* c. 39. Terra circum axem se summa celeritate convertit. *turns about its axis. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 80. Pugnatur acriter adeo, ut pæne terga convertant. *Id.* l. 7. *B. Gall.* c. 56. Convertere iter in provinciam. et lib. 5. c. 43. Ad hunc se confestim a Pulfione omnis multitudo convertit. *Id. ibid.* l. 6. c. 38. Convertere ora ad aliquem. *Cic. inut. Catil.* 4. ora atque oculos in aliquem. *Terent. Adelph.* 2. 4. 22. Convertere se domum. *to betake himself homewards. Virg.* 9. *Æn.* v. 427. Convertere ferrum in aliquem. *Petron. in Satyr.* c. 102. Calamistro crines convertere. *to turn, curl. Colum.* l. 3. c. 5. *ad fin.* Convertere humum bipalio in duos pedes. *h. e.* subigere. ¶ Reperitur et sine accusativo, qui tamen facile subintelligitur. *Gell.* l. 1. c. 26. Convertit ad me, qui interrogaveram. *Sil.* l. 9. v. 645. convertit Varro, manuque Cornipedem inflectens, &c. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 38. Sed hoc vitium huic uni in bonum convertebat. ¶ Cum dativo *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 81. Castra castris convertunt. *Lucan.* l. 9. v. 689. Zephyro convertitur ales, Itque super Libyen. ¶ Translate *Brut. ad Cicer.* 11. *Fam.* ep. 13. *extr.* Eas copias, quas diu simulatione reipubl. comparabant, subito ad patriæ periculum converterunt. *applied the use of so as to endanger the liberty of their country. Cic.* 2. *de Orat.* c. 48. Tum omnem orationem traduxi et converti in increpandam Cæpionis fugam. *Id. pro Sull.* c. 5. *ad fin.* Convertit se aliquando ad timorem, nunquam ad sanitatem. *Id.* 1. *de Orat.* c. 2. Quocumque te animo et cogitatione converteris. *Id. in Orat.* c. 40. Convertere aliquid in hilaritatem et risum. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 27. Animos imperitorum ad deorum cultum a vitæ pravitate convertere. *h. e.* traducere. *Id. Fam.* 3. ep. 12. Gratulabor tibi prius (ita enim rerum ordo postulat) deinde ad me convertar. *I will then speak of myself.* ¶ Aliquando significat retro vertere, redire, *to turn back, return. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 46. Paucisque dejectis, reliquos se convertere cogunt. *Sil.* l. 13. v. 250. convertunt gressus, recipique precantes, &c. Sic *Virg.* 5. *Æn.* v. 582. rursusque vocati Convertere vias, infestaque tela tulere. et l. 12. v. 252. cunctæque volucres Convertunt clamore fugam. *h. e.* redeunt cum clamore. *Servius.* ¶ Item invertere, *to turn upside down, invert. Colum.* l. 12. c. 18. Convertere vasa in labra. V. *Conversus.* ¶ Item ex una in aliam linguam vertere, interpretari, *to turn, translate. Cic. de opt. gen. Orat.* c. 5. Converti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes: nec converti ut interpres, sed ut orator. *Id.* 2. *Offic. c. penult.* E Græco in Latinum convertere. ¶ Item mutare, transformare, *to change, transform, convert. Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 12. Hæc tum intereunt, cum in aliam naturam convertuntur. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 26. *in fi.* Hecubam in canem esse conversam. *metamorphosed. Terent. Eun.* 3. 5. 40. Deum se in hominem convertisse. ¶ Translate *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 76. Terror oblatus, nova religio, mentes militum convertit. *made the soldiers change their sentiments. Cic. in Orat.* c. 5. Oratores vehementes, varii, copiosi, ad permovendos et convertendos animos instructi et parati. *to move and turn. Id. de Amic.* c. 21. Cavendum est, ne in graves inimicitias convertant se amicitiæ. *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 13. convertere beneficium in injuriam. *to convert. Nepos in Attic.* c. 10. Conversa subito fortuna est. *changed.* ¶ Ponitur et pro applicare, intendere, *to apply, turn, direct. Cic.* 3. *ad Q. Fr.* ep. 5. *sub fin.* Valde me ad otium pacemque converto. *Id.* 5. *de Fin.* c. 3. Ad philosophos converte te. ex eorum enim scriptis, &c. *give yourself up to the study of. Sueton. in Calig.* c. 38. Convertere animum ad rapinas. ¶ *Convertere argumentum,* apud *Gell.* l. 5. c. 10. est retorquere. ¶ *Convertere se ad voluntatem,* nutumque alicujus est obsequi, præsto esse. *Cic.* 3. *Fam.* ep. 10. *sub fin.* ¶ *Convertere ad se,* et *in rem suam* est ad se trahere, et ad propriam utilitatem, *to turn to his use or purpose, appropriate. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 39. *ad fin.* Ex eo T. Roscius non paulum nescio quid in rem suam convertit. et *cap. præced.* Si mandatum neglecturus, aut ad tuum commodum conversurus es. *Id.* 3. *Offic.* c. 19. *sub fin.* Digitorum percussione hereditates omnium ad se posse convertere. *Ulpian. Dig.* lib. 17. tit. 1. leg. 10. Pecuniam ad usus suos convertere. ¶ *Convertere ad se,* et *in se* est etiam in admirationem sui trahere. *Nepos in Alcib.* c. 3. Quare fiebat, ut omnium oculos, quotiescumque in publicum prodisset, ad se converteret. *Curt.* l. 3. c. 11. Omnium oculos animosque in semet converterant captivæ, mater, conjuxque Darii. *Vellei.* l. 2. c. 31. Converterat Pompeii persona totum in se terrarum orbem: et pæne homine major habebatur. *had drawn upon himself the admiration of the whole world. Sueton. in Calig.* c. 35. Ingressus spectacula convertit hominum oculos fulgore purpureæ abollæ. ¶ *Convertere se in,* vel *ad aliquem* interdum dicuntur ii, qui spem in aliquo habent. *Cic. in Somn. Scip.* c. 2. In te unum, atque in tuum nomen se tota convertet civitas: tu eris unus, in quo nitatur civitatis status. *looks to. Nepos in Attic.* c. 8. Cum tota civitas se ad eum convertisse videretur. ¶ *Convertere* pro converti, mutari, ut *vertere. Sallust. in Catil.* c. 6. Ubi regium imperium in superbiam dominationemque convertit. Al. leg. *se convertit.* [At certa est auctoritas *Fronton. ad M. Aurel.* l. 1. ep. 6. Sperabam tunc, habeo nunc: spes in rem convertit. *h. e.* conversa est.] ¶ *Convertier* paragoge pro *converti* est apud *Lucret.* l. 1. v. 795. et l. 4. v. 517. ¶ *Convertor* pro *converto* deponentis forma, ut et *Non.* c. 7. n. 102. adnotavit. *Plaut. Amph.* 1. 1. 83. Sed fugam in se tamen nemo convortitur. *Convorto* pro *converto* antiquum est, et alibi quoque apud *Plaut.* legitur.

CONVESCOR, eris, dep. 3. simul cum alio vescor. *Augustin.* ep. 18. *ante med.* seu sect. 11.

CONVESTIO, is, a. 4. idem ac vestio, *to clothe. Enn.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 2. Neque terram injicere, neque cruenta convestire mihi corpora licuit. ¶ Translate *Cic.* 3. *ad Q. Fr.* ep. 1. c. 2. Topiarium laudavi: ita omnia convestit hedera. *Vetus Poeta* apud *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 28. herbis prata convestirier. *paragoge. Lucret.* l. 2. v. 147. Sol convestit omnia luce. *invests.*

CONVESTĪTUS, a, um, adject. vestitus, *clothed.* Translate *Cic. pro Dom.* c. 38. Domus convestita lucis. *h. e.* contecta, circumdata.

CONVETERĀNUS, i, m. socius miles veteranus. *Imp. Gordian.* lib. 5. *Cod.* tit. 65. leg. 2. Placuit, veteranos conveterani filiorum tutelam administrare. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 524. n. 7. Inter ceteros conveteranos suos. Adde *Imp. Constant.* lib. 12. *Cod.* tit. 47. leg. 1.

CONVEXĀTUS. a, um, vexatus. *Veget.* l. 3. *de re Veterin.* c. 65. Cursu nimio convexata ilia.

CONVEXIO, onis, f. inclinatio, convexitas, *convexity,* κυρτότης. *Gell.* l. 14. c. 1. Nam quanta partium, circulorumque cœli ex devergentia et convexionibus mundi varietas sit, &c. *from the climates. Arnob.* l. 4. pag. 129. Quidquid teres est, atque ex omni parte rotunditatis solidæ convexione conclusum, nullum habet initium, nullum finem.

CONVEXĬTAS, atis, f. *convexity, crookedness,* κυρτότης, curvatura, inclinatio, convexio. *Plin.* l. 18. c. 25. Convexitas circuli. et *paulo supra.* Convexitas mundi. et cap. 29. Convexitas terræ. ¶ Item concavitas, *concavity, concaveness. Id.* l. 6. c. 32. Insula vocatur Convallis a convexitate. Adde lib. 2. c. 64.

CONVEXO, as, idem ac vexo, *to vex, harass. Ateius Capito* apud *Gell.* l. 10. c. 6. Quæ me male miseram nunc convexavit.

CONVEXUS, a, um, *convex, vaulted, arched,* κυρτός, περιφερής, ex omni parte declinatus, qualis est natura cœli ex omni parte ad terram versus declinati, ut *Festus* definit. Ita proprie dicitur exterior pars semicirculi, seu arcus, aut fornicis. nam interior *concava* appellatur. Etymologi a *veho* derivant, quod supra concavum quodammodo vehatur. *Plin.* l. et cap. 2. Mundus convexus, mediusque, quacumque cernatur. *Id.* l. 32. c. 4. Latitudo testudinibus in dorso pectori similis, nec convexo curvata calyce. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 41. Convexa cornua. *h. e.* curvata in morem fornicis, mucronibus eorum invicem spectantibus. *Id.* l. 25. c. 10. Folia convexa in terram. *Id.* l. 4. c. 8. Leniter convexa juga. *h. e.* a cacumine leni clivo descendentia. *gently sloping. Virg.* 4. *Ecl.* v. 50. Aspice convexo nutantem pondere mundum. ¶ Sumitur et pro concavo. *concave. Plin.* l. et cap. 5. *sub fin.* Convexa vallis. *Ovid. Metam.* 6. v. 697. Convexa foramina terræ. *Virg.* 4. *Æn.* v. 451. tædet cœli convexa tueri. ubi *convexa* substantive ponitur. *the arch of heaven.* Sic 6. *Æn.* v. 240. *de Averno.* talis se se halitus atris Faucibus effundens, supera ad convexa ferebat. (*convexa* absolute pro cœlo posuit *Claudian. in consul. Prob. et Olybr.* v. 242. et lib. 2. *in Rufin.* v. 454.) *Justin.* l. 2. c. 10. Convexa vallium æquare. Et in sing. num. *Virg.* 1. *Æn.* v. 314. Classem in convexo nemorum sub rupe cavata Occulit. ¶ Item generatim pro curvo, inclinato. *crooked, curved, inclined, sloping. Plin.* l. 12. c. 23. Discessimus a terris oceanum spectantibus ad convexas in nostra maria. *h. e.* quæ in nostra maria curvo flexu spectant. *Ovid.* 13. *Met.* v. 911. Vertex convexus ad æquora. ¶ *Convexum iter* apud *Ovid.* 14. *Met.* v. 154. est acclive, arduum, quale est, quo ad convexa montium juga conscenditur. ¶ *Sidera convexa* dicuntur ab *eod.* 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 129. quia in cœli convexo infixa sunt. ¶ Convexum vulgus gradibus Circi *Claudiano de VI. consul. Honor.* v. 614. est sedens in curvis Circi gradibus. Al. aliter leg. ¶ Translate *Gell.* l. 17. c. 20. Ἐνθύμημα crebrum, et coruscum, et convexum, brevibusque, et rotundis numeris, cum quadam æquabili circumactione devinctum. *h. e.* undique incumbens, et urgens rem propositam. Al. leg. *connexum.* ¶ Videtur etiam esse pro *convectus* in illo *Virg.* 7. *Æn.* v. 543. cœli convexa per auras. *Serv.* tamen aliter explicat: aliter etiam *Probus, Asper, Donat.* apud *eund. ibid.* V.

CONVĪBRO, as, a. 1. *to vibrate,* idem quod vibro, concutio. *Vetus Poeta* apud *Fest.* in *Petulantes.* Exsilivit, quasi petulcus quidam, pedibus convibravit. *h. e.* se vibravit, se proripuit. *Apulei. in Florid.* n. 12. (*al.* l. 2.) Dum facile os, uti conformetur; dum tenera lingua, uti convibretur. *Ammian.* l. 17. c. 7. (*al.* 15.) *de terræ motu.* Venti eruptiones nullas reperientes, eas partes soli convibrant, quas subrepserint.

CONVICĀNUS, i, qui est ejusdem vici. *Inscript.* apud *Spon. in histor. Genev. To.* 2. pag. 376. officio inter convicanos suos functus. [Alia *Inscript. apud Marin. Fratr. Arval.* pag. 436. Heredes amico et convicano benemerenti fecerunt. Adde *Cod. Theodos.* leg. 6. *de patrocin. vicorum.*]

CONVICIĀTOR, oris, m. *a railer,* λοίδορος, qui convi-

cium dicit, vel facit. *Cic. pro Mur.* c. 6. Maledictum est, si vere objicitur, vehementis accusatoris, sin falso, maledici conviciatoris. Adde *Senec.* 3. *de Ira*, c. 24.

CONVICIŎLUM, i, n. diminut. a convicium. *Lamprid. in Alexandr. Sever.* c. 28. Antiochenses lacessiverant eum conviciolis.

CONVICĬOR, aris, atus sum, dep. 1. *to rail at, taunt, reproach, revile*, λοιδορέω, convicium facio, contumeliis peto. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Cum alius eum salutasset, alius conviciatus esset, qui tam sero venisset ad constitutum. *Quintil.* l. 3. c. 8. *sub fin.* Contra sententibus inhumane conviciantur. *Sueton. in Tiber.* c. 53. Convicianti oculum verberibus excussit. ¶ Scribitur et *convitior*. V. vocem sequent.

CONVICĬUM, ii, n. *a noise arising from many sounds at once; a loud noise*, (a *voce*, quasi *convocium*) proprie est inordinatus clamor, voces multorum inter se collisæ, καταβόησις. *Phædr.* l. 1. fab. 6. v. 4. Clamorem ranæ sustulere ad sidera, convicio permotus quærit Jupiter, &c. *Id.* l. 3. fab. 16. v. 3. Convicium acerbum facere. *importunate noise, importunity. Cic.* 7. *Verr.* c. 11. Erant autem convivia non illo silentio &c. sed cum maximo clamore atque convicio. *Id. pro Arch.* c. 6. Quia suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, et aures convicio defessæ conquiescant. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 11. Epistolam hanc convicio efflagitarunt codicilli tui. *h. e.* urgenti, et quasi clamosa petitione. Qua phrasi usus est etiam *Quintil. in epist. ad Tryphon.* ¶ De vocibus multorum aliquid improbantium. *Cic.* 4. *Acad.* c. 40. Urgebor jam omnium vestrum convicio. *the joint disapprobation. Id. in Pison.* c. 26. Os tuum ferreum Senatus convicio verberari noluisti. ¶ Et quia probra et contumeliæ clamore sæpe et contentione adhibita ingeri solent, hinc frequentissime *convicium* pro contumelia accipitur, sive a pluribus, sive ab uno fiat, λοιδορία, *reproach, abuse, verbal insult. Cic. pro Cœl.* c. 3. Maledictum nihil habet propositi præter contumeliam, quæ si petulantius jactatur, convicium; si facetius, urbanitas nominatur. *Id.* 2. *Attic.* ep. 18. Consectare aliquem clamoribus, conviciis, et sibilis. *Plaut. Merc.* 2. 1. 11. (et *Ovid.* 2. *ex Pont.* epist. 6. v. 7.) Male precari alicui, et convicium facere. *Ovid. de remed. amor.* v. 507. Dicere convicia posti. *Id. Met.* 5. v. 664. jacere alicui. et lib. 13. v. 306. fundere in aliquem. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 11. Tum pueri nautis, pueris convicia nautæ Ingerere. *Plin.* l. 33. c. 1. et *Sueton. in Aug.* c. 13. Fœdissimo convicio proscindere aliquem. *Gell.* l. 9. c. 2. Convicio aliquem incessere. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 10. A conviciis et probris ad tela et manus transire. ¶ Aliquando significat unius vociferationem conjunctam cum acri reprehensione, et improbatione, sine contumelia tamen. *Cic. Fam.* 12. ep. 25. Justissimum honestissimumque convicium meum. *Id. pro Cluent.* c. 27. Quintius Tribunus plebis convicium C. Junio judici quæstionis maximum fecit, ut ne sine Staleno in consilium iretur. *Plin.* l. 6. ep. 12. Etiam atque etiam rogo, ut mihi semper eadem simplicitate, quoties cessare videbor, convicium facias. Quod et ego intelligam a summo amore proficisci, &c. *a reproof. Tacit. in Agric.* c. 22. Acerbior in conviciis narrabatur. ¶ Item jocosum dictum, *raillery, jest, banter. Martial.* l. et epigr. 7. *de triumpho Domitiani.* Festa coronatus ludet convicia miles, Inter laurigeros cum comes ibit equos. ¶ Eleganter a *Plauto Merc. prol.* v. 59. dicitur *convicium* filius nequam, qui dedecus, ac probrum familiæ est. ¶ Proverbium est apud *Capitolin. in Vero*, c. 5. *Septem convivium, novem vero convicium*: quod ubi plures mensæ uni accumbunt, et vino calent, confusæ et inconditæ voces non audiri non possunt, neque ullus institui sermo, quo graves honestique viri oblectari solent. ¶ Sunt qui scribunt *convitium*, derivantque aut a *vito*, aut a *vitium*: sed neque scriptura, neque etymon probabile est. Vero est enim similius esse a *voce*, ut dictum est, vel a *vicis*: quod utrumque approbat *Festus*, et confirmant *Ulpian.* et *Labeo Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 15. Nam quæ scribit *Nonius* c. 1. n. 323. corrupta esse videntur. ¶ Non desunt tamen qui et *convitium* ingerant, sed alia significatione. Nam sicut cum una ædium pars corrupta erat, *vitium facere* dicebatur; ita si plures ruinam minarentur, *convitium* dictum est. Vetus Inscriptio Veronæ apud *Scalig. in notis ad Sever. in Ætna*, v. 302. ex quo hæc desumpsimus: Convitium refecerunt, valvas, limen de sua pecunia Laribus dant. *Gruter.* quoque hanc Inscriptionem affert pag. 107. n. 1. sed monet ab aliis legi *Compitum*.

CONVICTĬO, onis, f. *a living together in one house; a boarding together; familiarity*, actus convivendi, convictus, consuetudo, διατριβή, συμβίωσις. *Cic. filius ad Tiron. Fam.* 16. ep. 21. Cujus cum frugi severaque est vita, tum etiam jucundissima convictio. Est qui legit *conjunctio*. ¶ Est etiam a *convinco*, et significat actum convincendi, demonstrationem certam. *Augustin. de Trinit.* l. 13. c. 1. dictumque sit, eam esse convictionem rerum, quæ non videntur.]

CONVICTOR, oris, m. *a companion at table, daily guest, familiar acquaintance*, συμβιώτης, quotidianus conviva, et qui nobiscum vivit familiariter. *Cic. Tironi* l. 16. *Fam.* ep. 2. Utor familiaribus et quotidianis convictoribus, quos, &c. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 96. Me Capitolinus convictore usus, amicoque A puero est. *Id.* l. 1. sat. 6. v. 47. Convictorem esse alicui. *Senec.* epist. 7. *a med.* Convictor delicatus paulatim enervat et emollit. Adde *Ovid.* 4. *ex Pont.* epist. 3. v. 15.

CONVICTRIX, icis, f. quæ convivit, σύμβιος. Pro conjuge legi videtur in quadam *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 795. n. 8. quæ tamen neque optimæ est notæ, et *convic. viva P.* tantummodo exhibet.

CONVICTUS, us, m. *a living together, sharing the same table, living or boarding with, intimacy, familiarity*, συμβίωσις, actus convivendi; consuetudo, contubernium: a convivo. *Cic.* 3. *Offic.* c. 5. Tollit convictum humanum et societatem. *Lucei. ad Cic. Fam.* 5. ep. 14. Ad convictum nostrum redeas et consuetudinem. *Colum.* l. 1. c. 8. Convictum habere cum aliquo. *Ovid.* l. 1. *Trist.* eleg. 8. v. 29. Convictu vinctum esse alicui. *Id.* 2. *ex Ponto*, ep. 10. v. 8. Exciderit tantum ne tibi cura mei, Quam tu vel longis debes convictibus ævi. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 15. Loca gratulationum et convictuum. ¶ Speciatim ponitur pro convivio, *a feast, banquet. Vellei.* l. 2. c. 33. Profusa luxuria in convictibus. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 4. Tracto in longum convictu. *Id. Ann.* 13. c. 14. Convictus sobrii, aut temulenti. *Plin.* l. et cap. 14. Ut singulæ potiones in convictu darentur. Adde *Cels.* l. 1. c. 1.

CONVICTUS, a, um, *convicted*, ἠλεγχώς, ἁλούς, a *convinco*: dicitur de eo, qui ita victus est rationibus et argumentis, ut nihil habeat, quod reponat amplius. *Cic. pro Quint.* c. 15. Turpi judicio convictus. *Id. pro Sull.* c. 15. *extr.* Convictus summæ negligentiæ. *Id. pro Flacc.* c. 39. Multis criminibus testimoniisque convictus. *Id.* 2. *Catil.* c. 6. Convictus conscientia. *Id.* 4. *Acad.* c. 11. Convictus, ac vi veritatis coactus. *convinced. Id. pro Flacc.* c. 17. Reprehensus, convictus, fractusque discessit. *Plaut. Trucul.* 2. 6. 5. Qui convicti et condemnati falsis de pugnis sient. *h. e.* quod falsas pugnas jactaverint. *Sueton. in Tito*, c. 9. Convicti in affectatione imperii. *Plin.* l. 18. c. 3. Convictus in homicidio. *Curt.* l. 9. c. 8. Multa avare ac superbe fecisse convictus. ¶ Translate *Cic. post redit. ad Quir.* c. 1. Ejus devotionis me esse convictum judicio deorum, testimonio Senatus maxime lætor. *h. e.* manifesto voti reum esse. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 58. Convictus furor. *h. e.* manifesto deprehensus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 40. Avaritia convicta.

CONVINCO, is, ici, ictum, a. 3. *to convict, convince*, ἀλίσκω, διελέγχω, evinco, coarguo, manifesto ostendo aliquem reum: ita vinco rationibus et argumentis, ut manifesta res fiat, et nullus responsioni sit locus. *Cic. pro Sull.* c. 25. *extr.* Eum mores ipsius ac vita convincunt. *Id. Verr.* 6. c. 47. Omnibus in rebus coarguitur a me, convincitur a testibus, urgetur confessione sua. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 10. Nihil te de hominum moribus, nihil de ratione vitæ didicisse, nihil scire, convincerent. *Id. extr. Parad.* 5. Cum eum ne liberum quidem esse, ratio et veritas ipsa convincat. *Id.* 2. *Phil.* c. 4. Si negem, quo me teste convinces? *et mox.* Teque in isto ipso convinco non inhumanitatis solum, sed etiam amentiæ. *Id. Verr.* 3. c. 9. *sub fin.* Manifestis criminibus convinci. *Id.* 2. *de Invent.* c. 10. Convinci in pari peccato. *Plaut. Amph.* 2. 2. 147. Convincere aliquem palam. *Arnob.* l. 3. pag. 104. Convincere aliquem erroris. ¶ *Convincere aliquid* est evincere, manifesto demonstrare, *to manifest clearly, prove manifestly*: et de prave factis fere dicitur. *Cic. pro Quint.* c. 25. Volo inauditum facinus ipsius, qui id commisit, voce convinci. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 32. *extr.* Convincere falsa. (Adde *Lucret.* l. 3. v. 526.) *Id.* 1. *Tuscul.* c. 6. Poetarum et pictorum portenta convincere. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 1. Convincere errores Epicuri. *Id. in Partit.* c. 33. *extr.* Convincere peccata argumentis. *Id. de Univ.* c. 3. Oratio, quæ neque redargui, neque convinci potest. *not proved to be false. h. e.* falsa demonstrari.

CONVINCTĬO, onis, f. *a conjunction*, σύνδεσμος, ita placet *Quintiliano* appellare eas, quas Grammatici conjunctiones appellant, lib. 1. c. 4. (*al.* 6.) Veteres, inquit, verba modo, et nomina, et convinctiones tradiderunt, videlicet quod in verbis vim sermonis, in nominibus materiam, in convinctionibus complexum eorum esse judicaverunt: quas conjunctiones a plerisque dici scio: sed hæc videtur ex συνδέσμῳ, magis propria translatio.

CONVIŎLO, as, avi, atum, a. 1. idem ac violo. *Prudent. Psychomach.* v. 398. Pœnituit Jonathan jejunia sobria dulci Conviolasse favo. Adde περὶ στεφ. 10. *de SS. Fructuoso*, &c. v. 56. et *Tertullian. Apolog.* c. 39.

CONVISCĔRO, as, a. 1. *to incorporate*, quasi viscera commisceo, in societatem adduco. *Tertull. de carne Christi*, c. 20. Conviscerari, et concarnari.

CONVĪSO, is, a. 3. *to go to see, visit, view, survey*, idem quod viso, vel video. *Cic. in Arat.* v. 352. Et loca convisit cauda tenus infera Piscis. *Lucret.* l. 1. v. 145. Convisere penitus res occultas. et lib. 2. v. 357. Omnia convisens oculis loca. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 432. Omnes saucios convisit, ut curentur diligentius. *he visited, went round to.*

CONVITĬUM. V. *Convicium* in fine.

CONVĪVA, æ, m. et f. *one invited to a feast; a guest*, σύνδειπνος, σύνθοινος, qui convivit, et speciatim qui eidem cum aliis mensæ accumbit. *Pompon.* apud *Charis.* l. 1. pag. 37. *Putsch.* Postquam conveni omnes convivas meas. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 2. Solitos esse in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 75. Avidi convivæ. *Id.* l. 1. sat. 1. v. 119. Conviva satur. et lib. 2. sat. 8. v. 76. Comis conviva. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 3. Convivæ hilari, et bene accepti. *Horat.* l. 1. od. 28. v. 7. Pelopis genitor conviva deorum.

CONVIVĀLIS, et le, *of a feast, convival, convivial, festal*, συμποσιακός, ad convivium pertinens. *Liv.* l. 39. c. 6. Et convivalia ludionum oblectamenta addita epulis. *Tacit. Ann.* 6. c. 5. Fabulæ convivales.

CONVIVĀTOR, oris, m. *one who gives an entertainment; the master of a feast*, ἑστιάτωρ, qui parat, præbetque convivium. *Liv.* l. 35. c. 49. Hominis et boni, et sciti convivatoris. Adde *Senec.* 3. *de Ira*, c. 37. [*Horat.* 2. serm. 8. v. 73. Sed convivatoris, uti ducis, ingenium, res Adversæ nudare solent, celare secundæ.]

CONVIVIĀLIS, le, adject. idem quod convivalis, ut *convivialis lætitia* apud *Macrob. Saturn.* l. 2. c. 1. ubi al. leg. *convivalis.*

CONVIVĬUM, ii, n. *a feast, banquet, entertainment*, ἑστίασις, συμπόσιον, σύνδειπνον, cœna inter multos celebrata: a *con*, et *vivo*. *Capitolin. in Vero*, c. 5. Est notissimum dictum de numero convivarum. Septem convivium: novem vero convicium. *Cic. de Senect.* c. 13. Bene majores nostri accubationem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt; melius quam Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant. *Id. pro Quint.* c. 30. Ornare magnifice splendideque convivium. *Id. in Pison.* c. 27. inire. *to go to a feast. Quint. Cic. de petit. cons.* c. 11. concelebrare. *Cic. Verr.* 6. c. 20. ornare, et apparare. *Nepos in præfat.* Adhibere aliquem in convivium. *Justin.* l. 2. c. 10. Habere convivia jucunda inter se. *Curt.* l. 6. c. 9. Interesse convivio. *Virg.* 1. *Georg.* v. 301. Mutua inter se curare convivia. *Cic. pro Quint.* c. 18. Versari in conviviis. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 432. Agitare convivia. *Catull.* carm. 47. *ad Porc.* &c. v. 5. Convivia lauta sumptuose facere. *Plin.* l. 7. c. 53. Habere convivium. *Cic. Verr.* 6. c. 27. Omnibus rebus instructum et paratum convivium. *set out, furnished, equipped. Id. pro Mur.* c. 6. moderatum atque honestum. *Id.* 3. *Offic.* c. 14. opipare apparatum. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 76. Inter convivia de bello loqui. *at table.* ¶ Per synecdochen ponitur pro ipsis convivis. *Stat.* l. 3. silv. 1. v. 77. nec quo convivia migrent. *Plin.* l. 22. c. 23. Fungi suilli familias interemere, et tota convivia. *Id.* l. 35. c. 15. Conviviis pallorem offundere. et lib. 28. c. 2. Repente convivium conticescere. ¶ *Convivio digna* dicuntur, quæ liberius, ac licentius in conviviis dici solent. *Cic.* 1. *Offic.* c. 40. In re severa, convivio digna, aut delicatum aliquem inferre sermonem. Al. leg. *convivii dicta.*

CONVĪVO, is, ixi, ictum, n. 3. *to live with, live together, share the same table*, συμβιόω, simul cum aliis vivo. *Quintil.* l. 5. c. 9. *ad fin.* Convivere cum adolescentibus. *Senec.* ep. 104. Hærebit tibi avaritia, quandiu avaro convixeris. *Lamprid. in Commod.* c. 2. Gladiatoribus convixit. *Inscript.* apud *Fabrett.* pag. 257. n. 80. T. Crystidius Priscus cojugi suæ .....quæ convixit mecum annis plus minus viginti. *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 15. Democritus, qui Hippocrati convixit. *h. e.* fuit ejus æqualis. ¶ Item convivari, *to feast, banquet*: unde *convivium*. *Quintil.* l. 7. c. 3. *sub fin.* Juvenes qui convivere solebant, constituerunt, ut in litore cœnarent. *Id.* l. 1. c. 6. (*al.* 12.) *sub fin.* At lavamus, et tondemus, et convivimus ex consuetudine. *In Supposit. Amphitr. scena, quæ incipit*, Di vostram fidem, vers. 45. Misisti ad navem Sosiam, ut hodie tecum conviverem.

CONVĪVO, as, n. 1. *to feast*, idem quod convivor, aris. *Enn.* apud *Non.* c. 7. n. 55. Magno hercle suo malo convivat: sine modo. *Pompon. ibid.* Si calendis conviveant, idibus cœnant foris. Adde *Petron. in fragm. Tragur.* c. 57. *Burm.*

CONVĪVOR, aris, dep. 1. *to feast, banquet*, συμποσιάζω, convivium facio, celebro: et dicitur tum de eo qui præbet, tum qui adest. *Cic.* 5. *Verr.* c. 44. Quotidie solitum esse non modo in publico, sed etiam de publico convivari. *Terent. Heaut.* 1. 2. 33. Nolunt crebro convivarier. *paragoge. Sueton. in Domit.* c. 21. Convivari frequenter ac large. *Id. in Cæsar.* c. 48. Convivatus assidue duobus tricliniis.

[* CONŬLA, æ, f. herba eadem, quæ polion. *Apul. de herb.* c. 57.]

CONVOCATĬO, onis, f. *a convocation, calling or assembling together; an assembly*, actus convocandi, συγκλησία. *Cic. post redit. in Sen. in fi.* Nulla ad rempubl. defendendam populi R. convocatio exstitit.

CONVOCĀTUS, a, um, *called together, assembled*, simul vocatus, σύγκλητος. *Cic. in Bruto*, c. 51. Convocatis auditoribus legere aliquid. *Hirt. de B. Afric.* c. 88. Quos omnes convocatus hortatur, ut, &c.

CONVŎCO, as, avi, atum, a. 1. *to call together, assemble, summon, convoke, convocate*, συγκαλέω, simul voco, multos simul arcesso, ad concionem voco, cogo, congrego. *Cic. pro Cæcin.* c. 1. Audax in convocandis hominibus,

et armandis. *Id.* 3. *Offic.* c. 14. Piscatores ad se convocavit. *Id.* 1. *de Leg.* c. 20. Convocavit philosophos in unum locum. *Id. in* 1. 3. *Agrar.* Quoniam me in vestram concionem convocaverunt. *Id. Phil.* 5. c. 1. Convocare in Senatum. *Liv.* l. 7. c. 30. ad concionem. *Cæs.* l. 5. *B. Gall. c. penult.* equites undique. *Lucan.* l. 1. v. 296. armatos extemplo ad signa maniplos. *Cic. Fam.* 10. ep. 12. Senatum. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 25. Dissipatos homines congregare, et ad societatem vitæ convocare. et l. 5. c. 5. Philosophia dissipatos homines in societatem vitæ convocavit. *Sueton. in Claud.* c. 18. Convocare plebem auxilio. *to call upon for help.* ¶ Translate *Plaut. Mil.* 2. 2. 42. Paulisper tace, dum ego mihi consilia in animum convoco, et dum consulo quid agam.

CONVOLO, as, avi, atum, n. 1. *to fly or flock together*, συμπίπτομαι, simul volo: et translate concurro, celeriter convenio. *Terent. Hecyr.* prol. 2. v. 31. Rumor venit, datum iri gladiatores: populus convolat, tumultuantur, clamant, pugnant de loco. *meets together with all haste.* *Cic. pro Dom.* c. 21. Qui cuncta ex Italia ad me revocandum convolaverunt. *Id. pro Sext.* c. 51. Furiæ concitatæ tanquam ad funus reipubl. convolant. ¶ Translate *Paul. Dig.* lib. 30. leg. 35. Convolare ad secundum legatum. *Imp. Anastas.* lib. 5. *Cod.* tit. 17. leg. 9. Post annum ad secundas nuptias convolare. *h. e.* transire.

CONVOLVO, is, olvi, olutum, a. 3. *to roll together, roll round, convolve, envelop, wrap up, inwrap*, συμπλέκω, συγκάμπτω, συνειλίσσω, circumvolvo, conglomero, involvo. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 23. Cum ei dormienti sol ad pedes visus esset, ter eum frustra appetivisse manibus, cum se convolvens sol elaberetur, et abiret. *Virg.* 2. *Æn.* v. 474. *de colubro.* Lubrica convolvit sublato pectore terga. *Senec.* ep. 94. *ad fin.* Turbines rapta convolvunt, sed ipsi ante volvuntur. *Plin.* l. 16. c. 39. *sub fin.* Publicum omnium arborum vitium vocant spiras, ubi convolvere se venæ, atque nodi. *Id.* l. 18. c. 30. Culmus maturius desectus, muria respersus, dehinc siccatus in manipulos convolvitur. *Id.* l. 8. c. 27. Herinacei convolvuntur in formam pilæ, ne quid comprehendi possit, præter aculeos. *Id.* l. 15. c. 17. Mala foliis ficulnis singula convolvi, cistisque condi. *Lucan.* l. 5. v. 623. Cum mare convolvit gentes. *h. e.* inundando involvit, et operit. ¶ Pro corradere, colligere. *Lucret.* de ventis nube inclusis, l. 6. v. 199. Quærentesque viam circum versantur, et ignis Semina convolvunt e nubibus, atque ita cogunt Multa, rotantque cavis, &c. ¶ Translate *Senec.* ep. 40. Solet magno cursu verba convolvere, quæ non effundit una, sed premit, et urget. *h. e.* profundere, et conglomerare. *Flor.* l. 2. c. 11. Gallogræciam quoque Syriaci belli ruina convolvit. *h. e.* complexa est. *involved, complicated.* ¶ In illo *Senec. in proœm.* l. 5. *controvers. circa med.* Memini, aliquando cum recitaret historiam, magnam partem convolvisse, et dixisse: hæc quæ transeo, post mortem meam legentur. *convolvisse* est clausisse, et præteriise, quia Veteres complicabant libros suos in volumina, quæ ut legerent, evolvebant; ut clauderent, convolvebant.

CONVOLUTĀTUS, a, um, idem quod volutatus. *Senec.* l. 7. *quæst. nat.* c. 9. Cum vagus et incertus spiritus convolutatus est, novissime uni vis omnium cedit.

CONVOLŪTO, as, a. 1. simul voluto. *Senec.* epist. 114. *ad fin.* Convolutari cum aliquo.

CONVOLŪTUS, a, um, *rolled together, rolled round*, εἰλητός, circum volutus. *Plin.* l. 10. c. 72. Dracones in semet convoluti. *Id.* 4. 2. c. 8. Convolutus aer ignavo globo torpet. *Id.* l. 16. c. 33. Cupressus femina meta in fastigium convoluta: mas spargit extra se ramos. *Id.* l. 21. c. 32. Herba convolutis foliis. *Id.* l. 33. c. 6. *ad fin.* Convolutus in flamma. *Id.* l. 11. c. 37. Cornua arietum generi convoluta in anfractum.

CONVOLVULUS, vel Convolvolus, i, m. *a little hairy worm very destructive to vine-leaves; a vine-fretter*, ἴψ, ἰπὸς, ἴουλος, vermiculus minor eruca, qui erodit pubescentes uvas: a *convolvendo*, quia se pampini folio implicat, et involvit. *Plin.* l. 17. c. 28. Ne convolvulus fiat in vinea. *Cato R. R.* c. 95. Vitem hoc ungito; convolvulus non nascetur. ¶ Item herba nascens per frutecta, florem ferens non dissimilem lilii, nullo odore, nec crocis intus, candorem tantum lilii referentem, ac veluti naturæ rudimentum lilia facere condiscentis. *Plin.* l. 21. c. 5. *bindweed.*

CONVŎMO, is, ui, a. 3. *to vomit all over, bespew*, κατεμέω, vomendo conspurco. *Cic. Phil.* 2. c. 30. An tu Narbone mensas convomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret. *Juvenal.* sat. 6. v. 101. Illa maritum convomit.

CONVŎRO, as, avi, atum, a. 1. *to eat up, devour*, idem quod voro. *Tertull. advers. Marcion.* l. et cap. 1. Parentum cadavera convivio convorant.

CONVŌTI, iisdem votis obligati. *Fest.*

CONUS, i, m. *a cone*, κῶνος, figura, in qua plures lineæ ex peripheria in unum punctum assurgunt, qualis cernitur in nucibus pineis, in summis hastis, in apice galeæ, &c. a voce Græca allata. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 24. derivat a *cogo*, restringo, quia restringitur in cacumen. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 10. Mihi vel cylindri, vel quadrati, vel coni forma videtur esse formosior. ¶ Hinc dicitur de rebus, quæ hujusmodi figuram habent. *Colum.* l. 6. c. 7. Remedio sunt cypressini quindecim coni, totidem gallæ. *the fruit of the cypress-tree.* ¶ Item de apice, qui in summitate galeæ prominet, super quem cristæ ponuntur. *the crest of a helmet.* quos *Plin.* l. 10. c. 2. conos bellicos vocat. *Virg.* 3. *Æn.* v. 468. Et conum insignis galeæ, cristasque comantes.

CONVULNERĀTUS, a, um, *wounded*, idem quod vulneratus, τρωτός. *Plin.* l. 8. c. 36. Os ab apibus convulneratum. ¶ Translate perforatus, *perforated.* *Frontin. de Aquæduct.* art. 115. Fistulæ passim convulneratæ.

CONVULNĔRO, as, avi, atum, a. 1. idem ac vulnero, *to wound dangerously*, τραυματίζω. *Senec. de Tranquill.* c. 11. Eo magis convulneraberis, et confodieris, quia nescis præbere jugulum. *Plin. in. Paneg.* c. 35. Frontem punctis convulnerandam præbere. *Colum.* l. 4. c. 24. Gemmam vitis falce convulnerare. *Hirt. de B. Afric.* c. 7. Multos jaculis convulneraverunt. Adde *Curt.* l. 5. c. *ult.* et *Justin.* l. 2. c. 6. ¶ Translate *Frontin. de Aquæduct.* artic. 27. Ne in viis sæpius convulneretur una fistula. *h. e.* perforetur. *Senec. de constant. Sap.* c. 17. Maledicta mores et vitam convulnerantia.

CONVULSĬO, onis, f. *a convulsion, involuntary contraction of the fibres and muscles*, σπασμός, actus convellendi. Speciatim dicitur a Medicis contractio, seu retractio musculorum in membris ex morbo: quam *Cels.* l. 7. c. 26. n. 2. distentionem nervorum vocat. *Scribon. Larg. compos.* 165. Theriace prodest ad convulsiones interiorum partium. *Plin.* l. 20. c. 15. *extr.* Ligusticum utile est convulsionibus.

CONVULSUS, *et antiquo more* Convolsus, a, um, *torn up by force, torn or plucked up, torn away, removed by force*, vi avulsus, loco motus, συσπασθείς. *Cic. in Pison.* c. 22. Ipsa Roma prope convulsa sedibus suis ad complectendum conservatorem suum procedere visa est. *Virg.* 3. *Æn.* v. 414. Hæc loca vi quondam, et vasta convulsa ruina Dissiluisse ferunt. *torn asunder.* et 2. *Æn.* v. 507. Limina tectorum convulsa. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 204. Convulsa robora terra. *torn up by the roots.* et lib. 12. v. 254. Pes convulsus mensæ acernæ. *Lucret.* l. 3. v. 344. Artus convolsi pereunt. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 32. Prostratos verberibus mulcant: tum convulsos laniatosque in amnem projiciunt. *mangled and torn to pieces.* *Virg.* 1. *Æn.* v. 387. Naves convulsæ undis, Euroque. *h. e.* concussæ, atque adeo disjectæ, et laxatis compagibus undique hiantes. *shattered.* *Id.* 5. *Æn.* v. 143. et l. 8. v. 690. totumque dehiscit Convulsum remis rostrisque tridentibus æquor. *h. e.* ab imo fundo erutum, atque agitatum. ¶ Translate adhibetur ad significandam commotionem et turbationem. *Cic. in Bruto*, c. 30. Qui quamquam innocentissimus in judicium vocatus esset (quo judicio convulsam penitus scimus esse rempubl.) cum, &c. *Id. Fam.* 5. ep. 13. Quæ cogitatio cum mihi non omnino excidisset, vi tamen tempestatum, et concursu calamitatum erat aliquantum labefactata atque convulsa. *Tacit. init.* l. 12. *Ann.* Cæde Messalinæ convulsa principis domus, orto apud libertos certamine, &c. *Id.* l. 6. *Ann.* c. 48. Tiberius post tantam experientiam, vi dominationis convulsus et mutatus. ¶ *Convulsa* absolute dicuntur in membris, quæ morbo aliquo retracta sunt, et distenta, ut in *Convulsio* dictum est. *Plin.* l. 20. c. 5. Radix silis prodest ad tussim veterem, rupta, et convulsa. ¶ Et *convulsi* qui convulsione laborant. *Id.* l. 25. c. 8. *ad fin.* Convulsis, contusis, ex alto præcipitatis utilissima esse traditur. *Sueton. in Tiber.* cap. 72. Statimque latere convulso, in graviorem recidit morbum.

CONYZA, æ, f. *the herb flea-bane*, κόνυζα, herba Latine cunilago, a Botanicis *pulicaria* dicta, quod blattas, et pulices necandi vim habeat. De ea *Plin.* l. 20. c. 16. et l. 21. c. 10. et *Pallad. R. R.* l. 1. tit. 19.

COODIBĬLIS, le, adject. simul odio dignus, συμμισούμενος, *Tertull.* l. 4. *adv. Marcion.* c. 9. et 36.

COOLESCO, is, ui, itum, a. 3. concresco, conglutino, simul cresco. *Lucret.* l. 6. v. 1066. Saxa vides primum sola coolescere calce. Ita legit *Lambinus.* Alii *coalescere*, quæ communior est lectio.

COONĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to load*, idem quod onero, vel simul onero. *Tacit. de Germ.* c. 30. Super arma, ferramentis quoque, et copiis coonerant. *Est qui legit* onerant.

COOPERATĬO, onis, f. ministerium, administratio. *Quintil.* declam. 16. c. *ult.* Habet omnia ministeria sua debilitas, suas cooperationes. Al. aliter leg.

COOPERĀTOR, oris, m. *a cooperator, helpmate*, qui simul operatur, et adjuvat. *Apul. in Florid.* n. 9. (*al.* l. 2.) Cooperatoris laborem esse. Al. aliter leg. *Hieronym.* ep. 79. Cooperatoribus, et actoribus vobis hæresis jugulata est.

COOPERCŬLUM, li, n. *a cover, lid*, operculum, ἐπίθημα. *Plin.* l. 23. c. 6. Punicum malum in olla nova, cooperculo inlito, in furno exustum. Ita *Harduin.* ex MSS. et *Plin. Valer.* qui hæc eadem ita excripsit. *Pallad. in Jun.* tit. 7. *sub fin. de apib.* Erosis cooperculis ad nascendum capita nituntur exserere. *Apul.* l. 10. *Metam.* Cooperculo capuli remoto. Adde lib. 6.

COOPERIMENTUM, ti, n. *a covering*, operimentum. *Gabius Bassus* apud *Gell.* l. 5. cap. 7. Caput et os cooperimento personæ tectum undique.

COOPERIO, is, ui, ertum, a. 4. *to cover all over, envelop*, συγκαλύπτω, idem ac operio, tego. *Liv.* l. 4. c. 50. Ut tribunus militum ab exercitu suo lapidibus cooperiretur. *Plin.* l. 17. c. 26. Cooperiri radices.

COOPERTORIUM, ii, n. *a coverlet*, stragula vestis ad cooperiendum apta, κατακάλυμμα. *Scævola Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 39. Semproniæ hoc amplius coopertoria Tabiana, et tunicas tres cum palliolis dari volo. *Veget. de re Veterin.* l. 3. c. 77. Animal calidis coopertoriis involutum.

COOPERTUS, a, um, *covered all over*, ἐπηρεφής, opertus, tectus, obrutus. *Cic. in fragm.* apud *Quintil.* l. 8. c. 3. Humus erat immunda, lutulenta vino, coronis languidulis, et spinis cooperta piscium. *Id.* 3. *Verr.* c. 46. Coopertus lapidibus. *overwhelmed with stones.* *Tacit.* 13. *Ann.* c. 41. Atra nube coopertus. *Plin.* lib. 19. cap. 7. Rapa cooperta terra. ¶ Translate *Sallust. in Catil.* c. 24. et *Cic. Verr.* 3. c. 4. Tot, tantis, tam nefariis sceleribus coopertus. *Liv.* l. 39. c. 15. Coopertus stupris suis, et alienis. *Cato*, et *Sallust.* apud *Gell.* l. 2. c. 17. Coopertus fenoribus. *Sallust. in Jug.* c. 15. *extr.* Me extorrem patria, inopem, et coopertum miseriis efficit. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 68. Lupus famosis coopertus versibus.

COOPTATĬO, onis, f. *a choosing or electing; a choice or election*, actus cooptandi, ἐπισυναγωγή. *Liv.* l. et cap. 4. Nobilitas ista vestra, quam plerique per cooptationem in Patres habetis. *Id.* l. 5. c. 12. Cooptatio tribunorum. *Cic.* 3. *de Leg.* c. 12. Cooptatio Censoria. *Id. de Amicit.* c. 25. Cooptatio collegiorum. *a completing, supplying, filling up.* *Flor.* l. et cap. 4. Cooptatio Juliæ gentis. *h. e.* adoptatio C. Cæsaris, qua Octavium in Juliam gentem adsciverat. *the adoption.*

COOPTĀTUS, a, um, *elected, chosen*, ἐπισυναχθείς, προσαιρούμενος, adscitus, electus. *Cic. de clar. Orat.* c. 1. Cooptatus in collegium augurum. *Sueton. in Tiber.* c. 1. Gens Claudia cooptata in Patricios.

COOPTO, as, avi, atum, a. 1. *to choose, elect*, ἐπισυνάγω, προσαιρέομαι, adscisco, adscribo, assumo, recipio, eligo. *Cic.* 4. *Verr.* c. 49. In Senatoribus cooptandis. *Id. Phil.* 13. c. 5. Cooptare aliquem in locum auguratus. *Id. pro Cæl.* c. 5. aliquem in amplissimum ordinem. *Sueton. in Aug.* c. 27. *ad fin.* sibi collegam. *Plin.* l. 4. ep. 1. aliquem patronum. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 9. Senatus, quem majore ex parte ipse cooptasset. *hath supplied, or completed.*

COORĬOR, oreris, ortus sum, dep. 3. *to rise together, rise with violence, arise*, ἐκφύομαι, ἐφίστημι, idem quod orior, nascor, exsisto, consurgo. *Cic. Verr.* 3. c. 18. et *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 48. Tanta tempestas cooritur, ut &c. *Plin.* l. 2. c. 36. Ex ea parte truces venti cooriuntur. *Lucret.* l. 5. v. 797. Animalia plura sunt coorta terris. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 24. Donec insidiæ coorirentur. *h. e.* insurgerent ad pugnandum, qui in insidiis erant. ¶ Translate *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 7. Subitum bellum in Gallia coortum est. *arose, broke out.* *Nepos in Epamin.* c. 8. *extr.* Risus omnium cum hilaritate coortus est. *Virg.* 1. *Æn.* v. 152. magno in populo cum sæpe coorta est Seditio. *Lucr.* l. 4. v. 665. ubi cui febris bili superante coorta est. *Plaut. Pers.* 2. 5. 12. Dolores cooriuntur. *Plin.* l. 8. c. 18. *de leone.* Cooriturque non tanquam periculo coactus, sed tanquam amentiæ iratus. *h. e.* insurgit ad pugnam. *Gell.* l. 13. c. 24. Quamquam fere eadem sint, et ex una sententia cooriantur. *Sallust.* orat. 2. *ad Cæs. a med.* Si quid adversi coortum est.

COORTUS, a, um, *risen violently or together, arisen*, particip. a *coorior*. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 10. Maxima coorta tempestas. *Sallust. in Jug.* c. 81. Ventus coortus arenam excitat. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 5. v. 29. Aura fumos e ture coortos in partes Italas fert. *Lucret.* l. 5. v. 1000. Mare coortis fluctibus sævit. *Liv.* l. 2. c. 30. *ad fin.* Defixis pilis stare suos jussit: ubi ad manum venisset hostis, tum coortos tota vi gladiis rem gerere. *Id.* l. 21. c. 32. Si valles occultiores insedissent, coorti in pugnam repente ingentem stragem dedissent. *Id.* l. 4. c. 56. Volscos et Equos, fama affertur, summa vi ad bellum coortos.

COORTUS, us, m. *a rising*, idem quod ortus. *Lucret.* l. 6. v. 671. Ut tempestates pluviæ graviore coortu Sunt ubi, &c. *Id.* l. 2. v. 1104. post terræ solisque coortum.

COOS, *et Latina positione* Cous, i, item Cos, o, f. [† nunc] *Stingo, Lango*, Κόος, ου, et Κόως, et Κῶς, ῶ, insula maris Ægæi, cum urbe cognomine, e regione Cariæ, ab Halicarnasso 15. mill. pass. distans, Merope etiam dicta, et Cea, et Nymphæa. Appellata est a nomine filiæ cujusdam Meropæ, qui in ea regnavit, ut est apud *Hygin. Poet. astron.* l. 2. n. 16. ¶ Fuit patria Hippocratis celebris medici, Apellis præstantissimi pictoris, et Philetæ Græci Poetæ. *Plin.* l. 5. c. 31. Nobilissima in eo sinu Cos. et lib. 29. c. 1. Hippocrates genitus in insula Coo. *Id.* l. 11. c. 28. Bombycas et in Co insula nasci tradunt. *Liv.* l. 37. c. 16. Civitates Halicarnassus, Cnidus, Cous imperata enixe fecerunt. *Tacit.* 2. *Ann* c. 75. Apud Coum insulam. ¶ Nomen *Stingo*, quo nunc appellatur, factum est a Græcis vocibus εἰς τὴν Κῶ. [† Si quod Byzantium olim fuit postea dictum est *Stampoli*: a Græcis vocibus εἰς τὰν πόλιν.]

COPA, æ, f. *a hostess, vintress*, καπηλὶς, mulier, quæ vinum vendit. *Sueton. in Ner.* c. 27. Matronæ copas imitantes. *Virg. in catal.* Copa Syrisca, caput Graia redimita mitella. *Charis.* l. 1. pag. 47. *Putsch.* testatur *cupam*, non *copam* a *Virgilio* poematiou illud fuisse inscriptum. Est tamen in *cupa* eadem significatio. Derivatur autem a *caupo*: pro quo *copo*, et *cupo* dictum est, sicut *plaustrum plostrum, cauda coda.*

COPADĬA, orum, n. apud *Apic.* culinarium scriptorem lib. 5. c. 1. lib. 7. c. 6. et lib. 8. c. 6. sunt cupediæ, h. e. cibi lautiores, carnes animalium delicatiores.

COPHĬNUS, i, m. *a twig-basket, pannier*, κόφινος, corbis, qualus, vas vimineum grande, ad usus præsertim rusticos. [ita dictum ob levitatem, nam Græce κοῦφος est *levis.*] *Colum.* l. 11. c. 3. *post med.* Confecta bruma, stercoratam terram inditam cophinis obserat. *Juvenal.* sat. 3. v. 14. *de Judæis*: quorum cophinus, fœnumque supellex. et sat. 6. v. 541. cophino, fœnoque relicto.

COPĬA, æ, f. *plenty, abundance, store*, εὐπορία, abundantia, facultas, vis. Derivant Etymologi ab *ope*, ut sit quasi *coopia*. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 31. Rerum copia verborum copiam gignit. *a plentiful supply.* *Id. pro leg. Manil.* c. 10. Habere copiam tantam virorum fortium, ut, &c. *Id. post redit. ad Quir.* cap. 8. Frugum ubertas, copia, vilitas. *Horat.* l. 2. od. 15. v. 6. copia narium. *h. e.* odores. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 15. Homines copiis rei familiaris locupletes et pecuniosi. *Id.* 2. *Attic.* ep. 6. Habere copiam librorum. *Id. de Amic.* c. 23. Suppeditare alicui omnium rerum abundantiam et copiam. *Copia*, et *abundantia* in eo differunt, quod illa, cum satis necessaria suppetunt, intelligitur: hæc, cum etiam supersunt. ¶ Sæpe absolute dicitur de re familiari, *effects, substance, wealth.* *Plaut. Aulul.* 3. 6. 4. Aliquanto facias rectius, si nitidior sis filiæ nuptiis. *Eucl.* Pro re nitorem, et gloriam pro copia. *Cic. pro Leg. Manil.* c. 7. Publicani suas rationes et copias in illam provinciam contulerunt. *Id. pro Deiot.* c. 5. Exercitum suis tectis et copiis sustentavit. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 4. Se eorum copiis aluerunt. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 12. *ad fin.* Pro ea copia, quæ Athenis erat, funus faciendum curavi. *Sueton. in Vitell.* c. 7. Copiis provincialibus profundam gulam alicujus explere. *with the wealth of the province.* *Curt.* l. 9. c. 10. Vehicula pro copia cujusque adornata. *according to the ability*, vel *the power of every individual.* ¶ Ejurare, et ejurare bonam copiam, V. *in Ejuro.* ¶ Eleganter adhibetur ad significandum omne id, quo pollemus, sive divitias, sive auctoritatem, gratiam, amicos, &c. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 2. *sub fin.* Quorum studiis ego et copiis facile essem omnia consecutus. *influence.* *Id. init.* l. 2. *de Invent.* Crotoniatæ cum florerent omnibus copiis, &c. *riches, wealth.* ¶ Item ubertatem verborum, et facultatem dicendi. *fluency of speech, copiousness of words, copiousness in speaking.* *Cic.* 5. *Fam.* ep. 12. Erit materies digna facultate et copia tua. *Id. pro Quint.* c. 2. Hortensius, cui summam copiam facultatemque dicendi natura elargita est. *Id.* 2. *Verr.* c. 4. Etenim quod est ingenium tantum, quæ tanta facultas dicendi et copia, quæ &c? *Id. in Bruto*, c. 11. *extr.* Ubertas et copia Periclis. *Claudian. in ep. ad Olybr.* v. 6. Et tantas oris copia vincit opes. ¶ *Facere*, et *dare copiam* est dare facultatem, et libertatem faciendi aliquid, *to give leave, permission*, &c. *grant power, opportunity*, &c. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 33. Facere civibus omnibus consilii sui copiam. *Terent. Heaut. prol.* v. 28. Date crescendi copiam, novarum qui spectandi faciunt copiam. *Virg.* 1. *Æn.* v. 524. coram data copia fandi. *Liv.* l. 4. c. 18. Militibus urbem se oppugnaturos, frementibus, ni copia pugnæ fiat. *if no opportunity should be given them of fighting.* *Terent. Heaut.* 2. 3. 41. Ea res dedit existimandi copiam, quotidianæ vitæ consuetudinem. *afforded an opportunity of knowing.* *Plaut. Trin.* 1. 2. 98. Nec, qui deterior esset, faceres copiam. *h. e.* occasionem præberes, qua deterior fieret. ¶ *Est mihi copia*, h. e. possum facere aliquid. *I have it in my power.* *Terent. Heaut.* 2. 3. 87. Tecum sine metu ut sit, copia est. *Id. Eun.* 4. 2. 10. Si non tangendi copia est, eho ne videndi quidem erit? *Sallust. in Catil.* c. 17. Quibus in otio vel magnifice, vel molliter vivere copia erat. *Plaut. Capt.* 2. 1. 21. Obnoxii vobis sumus propter hanc rem, cum, quod volumus, copia est. *h. e.* quod conceditis, quæ volumus. *Id. Epid.* 1. 2. 59. Non est cunctandi copia. *there is no time to lose.* *Sallust. in Catil.* c. 50. Magna mihi copia est memorandi, qui reges, ira impulsi, male consuluerint. *I can easily enumerate many kings, who*, &c. ¶ *Copiam habeo* idem significat. *Sallust. in Jug.* c. 85. Habere magnam copiam societatis, amicitiæque conjungendæ. ¶ Sequente infinito *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel.* v. 366. simul ac fessis dederit Fors copiam Achivis Urbis Dardaniæ Neptunia solvere vincla. ¶ Frequenter *copia* ponitur pro exercitu, *an armed force, army; forces, troops.* *Cic. Attic.* l. 13. *ep. ult. extr.* Omnis armatorum copia. (Adde *pro Mur.* c. 37.) *Pompei. ad Marcell. et Lentul. Coss. post* ep. 12. l. 8. *ad Attic.* Uti ipse cum omni copia ad nos veniret. *Id. ibid.* ep. 2. *ad Domit.* Neque solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 52. Mazippa levi cum copia incendia et cædes circumferret. *Hirt. de B. Afric.* c. 20. Classem cum ea copia conscendit. Adde *Sallust. in Catil. c. ult.* ¶ Longe vero sæpius in plurali numero. *Cic.* 12. *Fam.* ep. 5. Parvis copiis obsidere aliquem. *et mox.* Magnas copias comparare. *a large army.* *Nepos in Alcib.* c. 8. Pedestribus copiis valere. *infantry.* *Id. in Milt.* c. 3. Traducere copias. *Id. ibid.* c. 4. Deducere in campum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 38. Cum omnibus suis copiis ad occupandum Vesontionem contendere. ¶ Significat etiam annonam, cibaria, commeatum, hoc est res necessarias sive domi, sive belli, *provisions, necessaries, stores; the conveniences or means of life.* *Terent. Heaut.* 5. 1. 54. Ne quam aliam quærat copiam, ac te deserat. *Plin.* l. 2. ep. 17. *sub fin.* Suggerunt affatim ligna proximæ silvæ: ceteras copias Ostiensis colonia ministrat. *Id.* l. 6. ep. 28. Tantum mihi copiarum tam urbanarum, quam rusticarum oblatum est. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 15. Ut specie parandarum copiarum, civili præda miles imbueretur. *Id.* l. 4. *Hist.* c. 22. Copias in castra convehere. *Justin.* l. 38. c. 10. Cum gravari se copiarum præbitione, et injuriis militum civitates viderent, ad Parthos deficiunt. ¶ In veteri Inscriptione apud *Gruter.* pag. 588. n. 5. legitur *Polychryso Aug. lib. a copiis militarib.* quod officium videtur fuisse parandæ rei frumentariæ in usum exercituum. ¶ Pro materie ad ædificandum idonea, *materials.* *Vitruv.* l. 5. c. 7. Exiguitas copiarum. *Id.* l. 6. c. *ult. sub fin.* Non in omnibus locis omnia genera copiarum nascuntur. ¶ Olim *Copia* dea fuit omnium rerum copiam suppeditans. Pingebatur cornu gestans plenum frugibus: quod alii de cornu Amaltheæ intelligunt: alii de cornu Acheloi. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 46. Dii immortales! non Charinus mihi hic quidem est, sed Copia. *Horat. extr.* ep. 12. l. 1. aurea fruges Italiæ pleno defundit Copia cornu. *Plenty, the goddess of plenty.*

COPIARĬUS, ii, m. idem qui parochus. *Porphyr. ad Horat.* l. 1. sat. 5. v. 46. Parochi latino vocabulo Copiarii dicti sunt, quod omnium rerum necessariam copiam Regum populorumque Legatis suppeditabant.

COPIĀTÆ, arum, m. *persons employed to carry out dead bodies in the night to be buried, bearers, grave-diggers*, κοπιαταὶ, νεκροθάπται, vespillones, quorum munus cadavera Christianorum obvolvere, efferre, sepelire: a κοπιάω, laboro. Hi, quod pium hoc officium præstarent, et una cum Clericis in sepeliendis defunctis miscerentur, iis accenseri volebant, eorumque immunitatibus frui. *Impp. Constant. et Julian.* lib. 13. *Cod. Theodos. tit. et* leg. 1. Negotiatores omnes convenit aurum argentumque præbere: clericos excipi tantum, qui copiatæ appellantur. *Iidem ibid.* lib. 16. tit. 2. leg. 15. Clerici vero, vel hi, quos copiatas recens usus instituit nuncupari, &c. De his etiam tacito nomine *Arcad. et Honor. ibid.* l. 7. tit. 20. leg. 12. Dum se quidam vocabulo Clericorum, et infaustis defunctorum obsequiis occupatos, non tam observatione cultus, quam otii et socordiæ amore defendunt.

COPIŎLA, æ, f. exigua copia. *Copiolæ* dicuntur a *D. Bruto* parva militum manus, *ad Cicer. Fam.* 11. ep. 13. Recurri ad meas copiolas. sic enim vere eas appellare possum. sunt extenuatissimæ, &c. *small forces.*

COPĬOR, aris, dep. 1. verbum castrense, quod teste *Gell.* l. 17. c. 2. non facile reperias apud civilium causarum oratores. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell. ibid.* et apud *Non.* c. 2. n. 141. Armis, et magno commeatu, prædaque ingenti copiantur. *they are well stored*, &c. *well furnished or provided*, &c. *Gell.* et *Non. ibid.* docent, *copiantur* eadem figura esse, qua *lignantur*, et *pabulantur*, et *aquantur.* Quare potius inter deponentia, quam passiva enumerandum videtur.

COPIŌSE, *abundantly, copiously, plentifully, with a plentiful provision*, εὐπόρως, cum copia, large, abundanter. *Cic. Verr.* 3. c. 36. Malleolus in provinciam sic copiose profectus erat, ut domi prorsus nihil relinqueret. *with such a supply of provisions, that*, &c. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Pastum animantibus large et copiose natura comparavit. *Id.* 13. *Attic. ep. ult.* Tribus tricliniis accepti οἱ περὶ αὐτὸν valde copiose. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 6. *ad fin.* Senatorum urna copiose absolvit. *with many votes.* *Id.* 1. *Offic.* c. 1. *sub fin.* Gravissime et copiosissime dicere. *Id. in Orat.* c. 4. Copiosius de magnis variisque rebus dicere.

COPIŌSUS, a, um, *copious, abundant, plentiful, well stocked, rich, wealthy*, εὔπορος, δαψιλὴς, abundans, uber, largus, dives. *Cic.* 2. *Catil.* c. 8. Tu agris, tu ædificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus et copiosus sis. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 2. Patrimonium amplum et copiosum. *Phædr.* l. 4. fab. 8. Copiosus liquor putei. *Id.* l. 5. fab. 5. v. 40. Copiosa rerum varietas. *Cic. in divin. Verr.* c. 17. Mulier copiosa plane et locuples. *Id. Attic.* l. 5. ep. 18. Locus copiosus a frumento. *Gell.* l. 16. c. 19. Arion grandi pecunia, et re bona multa copiosus. *Id.* l. 7. c. 1. Oppidum re cibaria copiosum. *Plin.* l. 17. c. 21. *sub fin.* Vinea compluviata copiosior vino est. *Nepos in Eumen.* c. 8. Via copiosa omniumque rerum abundans. *Hirt. de B. Alex.* c. 43. Copiosior provincia. *Cels.* l. 1. *B. Gall.* c. 23. Oppidum longe maximum et copiosissimum. ¶ Cum genit. *Solin.* c. 11. (*al.* 16.) Ager Creticus silvestrium caprarum copiosus est. *abounding.* ¶ Refertur ad ubertatem orationis. *Cic.* 13. *Attic.* ep. 46. Multa de meo Catone: quo sæpissime legendo se dicit copiosiorem factum. *Id. pro Cæcin.* c. 23. Homo non copiosus ad dicendum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 53. Multa, et varia, et copiosa oratio. *copious, fluent.* Adde *Liv.* l. 45. c. 25.

COPIS, pe, V. *Cops.*

COPIS, idis, f. *a kind of falchion or scimitar; a hanger*, κοπὶς a κόπτω, cædo, machæra, acinaces, gladius leviter curvatus, falci similis, cædendo, non pungendo idoneus. *Curt.* l. 8. c. 14. Copidas vocant gladios leviter curvatos, queis appetebant beluarum manus. *Apul.* venatoribus tribuit lib. 11. *Metam.* Illum succinctum chlamyde copides et venabula venatorem fecerant.

COPO, onis, m. *an innkeeper, host, vintner*, καπηλὸς, idem qui caupo. *Cicer. pro Cluent.* c. 59. A. Binnium quendam coponem de via Latina subornatis. Adde *Martial.* l. 2. epigr. 51. et lib. 3. epigr. 57. et alibi: quamquam non desunt, qui ubique reponunt *caupo.* *Petron. in fragm. Tragur.* c. 62. *Burman.* Domum fugi, tanquam copo compilatus.

COPŌNA, æ, f. *a tavern, eating-house*, eadem quæ caupona, eo modo quo *cauda*, et *coda* dicitur. *Festus* a *copiis* dictam putat.

COPONIĀNUS, a, um, pertinens ad Coponium: quod est nomen civis R. proprium, ut Coponiana villa, *Cic. Attic.* l. 12. ep. 31.

COPPA, κόππα, [† Ϟ,] nomen litteræ apud Græcos, cujus usus tantum in numero mansit, nonagenarium significans. *Quintil.* l. 1. cap. 4. (*al.* 5.) ¶ Similis fuit nostro Q. *Mar. Victor.* l. 1. pag. 2468. *Putsch.*

COPRĔA, æ, m. *a jester, buffoon*, γελωτοποιὸς, scurra, vilis homuncio, qui movendo risu quæstum facit, et cibum captat: a κόπρος, stercus: unde κόπριος ἀνὴρ, homo vilis, quasi stercoreus: quidlibet enim hujusmodi homines et facere, et pati non recusant, dum rem habeant. *Sueton. in Tiber.* c. 61. Interrogatus a quodam nano adstante mensæ inter copreas. Adde *in Claud.* c. 8. Sunt qui scribunt *copria* nimis adhærentes Græcis litteris.

COPROS, i, κόπρος, ἡ, stercus. Græca vox. *Varr.* apud *Non.* (ut quidem Critici legunt) cap. 4. n. 22. Non Hercules potest, qui Augiæ agebat copron.

COPS, copis, vel Copis, cope, *copious, rich, abundant*, εὔπορος, copiosus, abundans, dives, quasi *coops*, ab *ops*, ut volunt Etymologi. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 117. Ut amantem herilem copem facerem filium. *Id. Pseud.* 2. 3. 8. Ego nunc me ut gloriosum faciebam, et copi pectore. *h. e.* compote omnium, quæ optaveram. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 119. O multimodis varie dubium, et prosperum copem diem! Adde *Turpil. ibid.* ¶ De recto singulari exemplum adhuc deest: nisi quod *Priscian.* docet l. 7. pag. 752. *Putsch.* vetustissimos dixisse, *hic, et hæc, et hoc ops, et cops, pro opulentus, et copiosus.* Præterea verba illa *Festi: Ops antiqui dicebant, quem nunc opulentum dicimus, ut testimonio est non solum ei contrarius inops....... concedit, ego egens exortus sum*; ita supplent Critici ex conjectura: *inops, sed etiam cops: ut is cops edit, ego egens exortus sum.*

COPTA, æ, f. *a kind of hard biscuit*, κόπτη, genus placentæ ex variis rebus contusis confectæ, cujus usus est tum in medicamentis, tum in cibis, pro varia confectione: a κόπτω cædo, contundo. Durissima ex Rhodo mittebatur, ut est apud *Martial.* l. 15. epigr. 68. Peccantis famuli pugno ne percute dentes: Clara Rhodos coptam, quam tibi misit, edat. ¶ Ejusdem aut similis generis fuisse videtur *coptoplacenta*, κοπτοπλακοῦς, quæ ab *Athen.* l. 14. c. 13. inter placentas enumeratur, legiturque in fragm. *Tragur. Petron.* c. 40. *Burm.* Minores porcelli ex coptoplacentis facti, quasi uberibus imminerent, scropham esse positam significabant.

COPTĬCUS, a, um, adject. *Coptic*, qui est a Copto urbe Thebaidis Ægypti. *Apul.* l. 2. Per nocturna silentia, et adyta Coptica. *Beroald. in hunc locum* scribit per *adyta Coptica* intelligi aggerem hirundinum, quem illæ juxta opp. Copton in Ægypto muniunt opere adeo firmo, ut Nilo crescenti sit inexpugnabilis, uti narrat *Plin.* l. 10. c. 33. quam rem indigenæ religiosam habent. Al. leg. pro *adyta, adsepta*, al. *aggesta*, al. *adepta.*

COPTOPLACENTA. V. *Copta.*

COPŬLA, æ, f. *a tie, band, fetter*, σύνδεσμος, vinculum, nexus, quo plura simul ligantur, et connectuntur. *Plaut. Epid.* 5. 1. 11. Quæritant me: in manibus gestant copulas secum. *h. e.* lora, quibus me vinciant. *Apul.* l. 9. *Metam.* Muli senes pectora copulæ sparteæ tritura continua exulcerati. *h. e.* helcio. *Accius* apud *Non.* c. 3. n. 66. Tortæ copulæ. *h. e.* funes. ¶ Speciatim dicitur de vinculo, quo alligantur canes venatici, *a dog's collar.* *Ovid.* 5. *Trist.* el. 9. v. 28. Utque canem pavidæ nactum vestigia cervæ, Luctantem frustra copula dura tenet. Adde *Metam.* 7. v. 769. ¶ Translate *Nepos in Attic.* c. 5. Efficiebat ut inter quos tantæ laudis esset æmulatio, nulla intercederet obtrectatio; essetque talium virorum copula. *h. e.* Atticus velut medius intercedens, tenebat inter se constrictos vinculo amicitiæ Ciceronem, et Hortensium. *Horat.* l. 1. od. 13. v. 18. Felices ter et amplius, Quos irrupta tenet copula; nec malis Divulsus querimoniis Suprema citius solvet amor die. *bond, union.* *Apul.* l. 2. *Metam.* Nuptialis copula. *Nigid.* apud *Gell.* l. 10. c. 5. Avarus appellatur, qui avidus æris est. Sed in ea copula *e* lit-

tera detrita est. *h. e.* in ea compositione verbi. ¶ Prima syllaba producitur ab *Horat.* et *Ovid.* allatis: corripitur a *Licentio*, qui fuit S. *Augustini* æqualis, apud *Pithœum p.* m. 174. Arcet amor, copulamque tenet communis honesti.

COPULABILIS, le, qui copulari potest. *Augustin.* l. 4. *de Musica.* c. 16. *a med.* Cum sibi copulantur, qui inter se sunt copulabiles pedes.

COPULATE, adverb. conjuncte. *Gell.* l. 10. c. 24. Diequinti, pro adverbio, copulate dictum est.

COPULATIO, onis, f. *a tying or joining together, coupling, connecting*, idem ac conjunctio. *Cic.* 1. *Fin.* c. 6. Ita effici complexiones, et copulationes, et adhæsiones atomorum inter se. (Adde 1. *de Fin. c. penult.*) *Quintil.* l. 1. cap. 5. *sub fin.* (*al.* c. 9.) Copulatio verborum. *h. e.* compositio duorum verborum in unum. *Id.* l. 8. c. 3. Verborum inter se copulatio. *h. e.* compositio in oratione.

COPULATIVE, idem quod copulate. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 4. *a med.* Diequinti pro adverbio, copulative dicere.

COPULATĪVUS, a, um, *coupling, copulative*, copulans, conjungens, συμπλεκτικός. *Charis.* l. 2. pag. 199. *Putsch.* et *Martian. Capella* l. 3. pag. 70. Copulativæ, et disjunctivæ conjunctiones.

COPULATRIX, icis, f. quæ copulat. *Augustin.* l. 11. *de Trinit.* c. 9. *extr.* Voluntas copulatrix parentis et prolis. *Auctor Pervig. Ven.* v. 5. Amorum copulatrix.

COPULĀTUS, us, m. idem quod copulatio. *Arnob.* l. 1. *sub init.* Rationum consequentium copulatu.

COPULĀTUS, a, um, *tied or joined together, coupled*, συμπεπλεγμένος, συζευχθείς, conjunctus, compositus, congruens. *Cic. Verr.* 6. c. 66. Cum voce maxima, vim me sibi afferre, clamaret, copulati in jus pervenimus. *we arrive together. Id.* 1. *Tuscul.* c. 29. Nihil est animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. *Id.* 3. *de Divin.* c. 69. Quid naturæ copulatum habuit Alcibiadis somnium? *h. e.* conveniens cum natura. *what was there of nature in, &c. Id.* 1. *de Fin.* c. 16. Sapientiam, temperantiam, fortitudinem copulatas esse docui cum voluptate. *Id. in Orat.* c. 32. Nosse vim verborum simplicium et copulatorum. *h. e.* compositorum. *compounded. Id.* 1. *Offic.* c. 17. Nihil est amabilius, nec copulatius, quam morum similitudo bonorum. *Al. leg.* copulantius. *Ulpian. Dig.* lib. 24. tit. 1. leg. 32. *a med.* Copulati matrimonio. *united, joined together. Id.* l. 1. tit. 9. leg. 8. Feminæ plebeiis nuptiis copulatæ. ¶ *Copulatum* apud Dialecticos quid sit, V. in *Conjunctio.* ¶ Per syncopen *Lucret.* l. 6. v. 1086. Inter se quædam possint coplata teneri. Al. tamen retinent *copulata*, ut metrica necessitate primam corripuerit: vel ut antibacchium pro dactylo posuerit.

COPŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to tie or join together, couple, connect, unite*, συνδέω, συζεύγνυμι, colligare, conjungere. *Cic.* 4. *Acad.* c. 45. *extr.* Honestatem cum voluptate, tanquam hominem cum bellua, copulare. *Id.* 2. *de Fin.* c. 14. Disjuncta conjungere, et cum præsentibus futura copulare. *Id. in Partit.* c. 6. Constructio verborum tum conjunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur. *Id. pro Sext.* c. 64. Ille se sic cum inimico meo copularat, ut &c. *Id.* 3. *Fam.* ep. 4. Collegii conjunctio non mediocre vinculum attulisse videtur ad voluntates nostras copulandas. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 42. Copulare sermonem cum aliquo. *h. e.* colloqui. *Cic. in Orat.* c. 45. Copulare verba. *h. e.* componere, ex duobus unum facere. ut *sodes* pro *si audes*. *Liv.* l. 4. c. 43. *ad fin.* concordiam. *Plin.* l. 2. c. 7. societatem cum aliquo. *Id.* l. 6. c. 12. Utrinque Armeniæ majori Sophene copulatur. *touches or borders upon. Id.* l. 10. c. 29. Sonus nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto. *continues quavering or trilling. Auct. Dial. de Oratorib.* c. 17. *extr.* Conjungere, et copulare aliquid. *Senec. in Herc. Fur.* v. 493. Copulari tædis. *h. e.* matrimonio jungi. ¶ In illo *Plauti Aulul.* 1. 2. 38. Adeunt, consistunt, copulantur dexteras: passivum positum est pro activo, ut *Non.* c. 7. n. 72. et 95. et *Priscian.* l. 8. pag. 797. *Putsch.* docent. Ergo illud *dexteras* Græcus erit accusativus: nisi malis, *copulantur* non passivi, sed deponentis forma dictum esse. ¶ Prima syllaba producitur a *Martial.* l. 12. epigr. 43. V. *Copula.*

COQUA, æ, f. *a female cook*, quæ coquit. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 38. Coqua hæc est quidem, ut ego opinor.

COQUIBĬLIS, le, *easy to digest*, coqui facilis, εὔπεπτος. *Plin.* l. 16. c. 6. *ad fin.* Glans fagea suem hilarem facit, carnem coquibilem ac levem, et utilem stomacho.

COQUĪNA, æ, f. *a kitchen*, μαγειρεῖον, locus, in quo dapes coquuntur. *Non.* c. 1. n. 273. et cap. 2. n. 387. ex *Varrone.* Culinam veteres coquinam dixerunt. *Al. leg.* colinam. *Arnob.* l. 4. pag. 130. Per coquinas currit, inspiciens, quibusnam lignorum generibus suis ardor in foculis excitetur. *Pallad.* l. 1. tit. 37. Ab apium castris longe sint omnia odoris horrendi, balneæ, stabula, coquinæ. ¶ Item ars ipsa coquinaria. *Apul.* l. 2. *de dogmat. Plat.* Harum imitatrices esse Coquinam, et Unguentariam.

COQUINĀRIS, e, et.

COQUINĀRĬUS, a, um, *relating to the kitchen, culinary*, μαγειρικός, ad coquinam pertinens, culinarius. *Varro* apud *Non.* c. 3. n. 32. Noctu cultro coquinari se trajecit. *Plin.* l. 33. c. 11. Vasa coquinaria ex argento fieri. ¶ *Coquinaria ars* inscribitur liber *Apicii* de *opson.* et *condim.*

COQUINATORĬUS, a, um, ad coquendum pertinens, ut coquinatorium instrumentum, *kitchen-utensils*, apud *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 20. *post med.* ubi al. leg. *coquinarium*, Torrentin. et al. *cocinatorium* eod. sensu. V. *Concinnatorius.* In vet. Inscript. apud *Fabrett.* c. 7. pag. 497. habetur *porticum et cocinatorium:* quod fortasse huc pertinet.

COQUĪNO, as, avi, atum, a. 1. *to practise the art of cookery; to cook*, μαγειρεύω, est coquinariam artem exercere. *Plaut. Aulul.* 3. 1. 3. Venit in bacchanal coquinatum. *Id. Pseud.* 3. 2. 85. Quanti istuc unum me coquinare perdoces?

COQUĪNUS, a, um, adject. *relating to cooking*, ad coquendum pertinens, ut *coquinum forum*, ubi scil. cibaria coquuntur. *Plaut. Pseud.* 3. 2. *princ.*

COQUITĀRE pro coctitare, idest frequenter coquere, Plautus posuit. *Festus.*

COQUO, is, oxi, octum, a. 3. *to boil, roast, toast, bake, cook or dress victuals*, ὀπτάω, πέπτω, igne adhibito cibos mitigo, atque esui aptos reddo, vel assando, vel elixando: item aliud quidpiam igne subigo, fundo, purgo. De origine vocis V. Etymologos. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 34. Tum is, qui illa coxerat, minime mirum, inquit: condimenta enim defuerunt. *Lucret.* l. 5. v. 1101. cibum coquere, et flammæ mollire vapore. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 46. et 3. 2. 15. Venimus coctum ad nuptias. *Nepos in Cim.* c. 4. Quotidie sic ei cœna coquebatur, ut quos invocatos vidisset, omnes devocaret. *h. e.* parabatur. *was served up. Plin.* l. 18. c. 7. Panis coquendo crescit. *Id.* l. 20. c. 9. Cyma difficilis in coquendo. *Id.* l. 37. c. 10. Coquere gemmam in lacte. *Cels.* l. 5. c. 17. aliquid ex oleo. *h. e.* in oleo. *Plin.* l. 16. c. 12. aliquid lento igne. *Id.* l. 24. c. 14. *ad fin.* aliquid usque ad crassitudinem mellis. *to boil down. Id.* l. 32. c. 9. aliquid cum anetho, apio, coriandro. *Liv.* l. 8. c. 18. medicamentum. *h. e.* quod dixit *Sueton. in Ner.* c. 33. Coquere venenum. *Ulpian. Dig.* l. 7. tit. 1. leg. 12. calcem. *Plin.* l. 33. c. 3. *ad fin.* aurum cum plumbo. *to melt. Id.* l. 18. c. 26. et *Virg.* 1. *Georg.* v. 66. Sol coquit glebas. *bakes. Cato R. R.* c. 39. Laterculos facito, coquito in fornacem. *Lucan.* l. 6. v. 405. Coxit fornacibus æra. *Juvenal.* sat. 15. v. 166. rastra, et sarcula tantum Assueti coquere. *h. e.* calefacto ferro facere. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1396. Virus coquit artus. *h. e.* urit absumitque. *parches, consumes, wastes.* ¶ Per similitudinem ponitur pro maturare, *to ripen. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 54. Uva miscella, quam vocant nigram, multo ante coquitur. *Virg.* 2. *Georg.* v. 522. Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. *Martial.* l. 10. epigr. 62. Tostamque fervens Julius coquit messem. ¶ Item pro concoquere, *to digest. Cels.* l. 4. c. 5. *a med.* Qui nihil aliud concoquere possunt, bubulam coquunt. *Plin.* l. 29. c. 1. Coqui cibos in corporibus. ¶ Item pro exsiccare, amburere, *to parch, dry up, scorch, burn. Virg.* 4. *Georg.* v. 427. arebant herbæ, et cava flumina siccis Faucibus ad limum radii tepefacta coquebant. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 14. Locus is melior, quem et non coquit sol, et tangit ros. ¶ Et valde calefacere. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 333. coquiturque vaporibus aer. ¶ Translate est agitare, parare, moliri, *to contrive, prepare, meditate. Liv.* l. 3. c. 36. Impotentibus instructi consiliis, quæ secreto ab aliis coquebant. *Id.* l. 8. c. 3. Omnibus consultationibus inter se principes occulte Romanum coquebant bellum. *Sil.* l. 7. v. 403. iras cum fraude coquentem et vers. 451. l. 10. Latioque extrema coquebant Cœpta viri. *Stat.* 2. *Theb.* v. 300. trucem secreta coquebat invidiam. *h. e.* fovebat, nutriebat. ¶ Item macerare, vexare, agitare. *to fret, vex, torment, torture. Virg.* 7. *Æn.* v. 345. Femineæ ardentem curæque iræque coquebant. *Enn.* apud *Cicer. init. de Senect.* Cura, quæ nunc te coquit. *Sil.* l. 14. v. 103. quos ira metusque coquebat.

COQUŬLA. V. *Cocula.*

COQUUS, et Cocus, i, m. *a cook*, μάγειρος, qui cibos coquit. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 30. In ea cœna coquus meus, præter jus fervens, nihil potuit imitari. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 14. *de cochleis.* Itaque coquus, has vivas, an mortuas coquat, plerumque nescit. *Martial.* l. 14. epigr. 220. Non satis est ars sola coco, servire palato: Namque cocus domini debet habere gulam. ¶ Coquum et pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus. *Nævius*, Coquus, inquit, edit Neptunum, Venerem, Cererem. Significat per Cererem panem, per Neptunum pisces, per Venerem olera. Hæc *Festus.* ¶ Quo tempore horum ars esse Romæ in pretio cœperit, quæ antea ministerium fuerat, narrat *Liv.* l. 39. c. 6. *extr.* ¶ Ad scriptionem quod attinet, tum *coquus* tum *cocus* passim reperitur. Ex veteribus Grammaticis alii aliam probant: prior videtur usitatior, probaturque a *Cellario*: pro secunda stant *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 58. n. 12. 13. et 14. Quidam etiam putant, *coci* omnino scribendum in genit. sing. et recto plur. ut distinguatur ab infinito *coqui*: sed hæc ratio levis est. Si qui vero sunt, qui bus *quoquus*, aut *qoquus* scribere placeat, vix ullis placent.

COR, ordis, n. *the heart*, καρδία, (et Poetice κέαρ, unde κῆρ contractum, a quo Latina vox facta videtur) membrum est præcipuum in corpore animalium, in medio pectore situm, cuspide ad sinistrum latus aliquantum inclinata, omnem sanguinem ex venis se dilatando excipiens, et per arterias in omnes partes corporis contrahendo se dimittens: merito proinde habitum vitæ sedes atque origo. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 52. Num igitur censes, ullum animal, quod sanguinem habeat, sine corde esse posse? ¶ In eo Veteres nonnulli animi sedem, atque adeo sapientiæ, consilii, solertiæ, prudentiæ, et acuminis collocarunt, teste *Cic. loc. cit.* et 1. *Tuscul.* c. 9. Aliis cor ipsum animus videtur: ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur. *Lucret.* l. 4. v. 51. Id licet hinc quamvis hebeti cognoscere corde. *understanding. Id.* l. 5. v. 1105. Ingenio præstare, et corde vigere. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 3. Atque in meo corde, si quod est mihi cor, eam rem volutavi, et diu disputavi. *Id. Pseud.* 3. 1. 3. Quantum ego nunc corde conspicio meo. *judgment. Terent. Phorm.* 2. 2. 7. Jam instructa sunt mihi in corde consilia omnia. *in my mind. Plin.* l. 18. c. 6. Villicum quam proximum domino corde esse debere. *h. e.* colendi peritia. *Martial.* l. 6. epigr. 64. v. 16. Sed tibi plus mentis, tibi cor limante Minerva Acrius, et tenues finxerunt pectus Athenæ. Adde lib. 3. epigr. 27. et *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 102. ¶ Huc et illa pertinent *Virg.* 5. *Æn.* v. 729. lecti juvenes, fortissima corda. *valourous, brave, courageous. Id.* 10. *Æn.* v. 87. Corda aspera. *savage dispositions. Stat.* 3. *Theb.* v. 678. Æquo corde ferre aliquid. *h. e.* æquo animo. *with an even temper; patiently. Ovid. Trist.* l. 3. el. 3. v. 57. Forti corde ferre mala. *Virg. Æn.* 12. v. 18. Sedato corde respondere. ¶ *Cor habere* est sapere, sapientem esse. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 28. Hoc est non modo cor non habere, sed ne palatum quidem. *wisdom. Plaut. Pers.* 4. 4. 71. Dii istam perdant: ita cata est, et callida: habet cor: quam dicit quod opus est! *Martial.* l. 3. epigr. 26. Et cor solus habes, solus et ingenium. Adde lib. 11. epigr. 85. ¶ *Cor longævum* apud *Claudian. de Cons. Prob. et Olybr.* v. 155. est senilis sapientia. ¶ *Cor alicujus* est ille ipse, vel ejus animus, prudentia, scientia. *wit, wisdom, knowledge. Enn.* apud *Gell.* l. 7. c. 2. quem credidit esse meum cor Suasorem summum, et studiosum robore belli. *Pers.* sat. 6. v. 10. Cor jubet hoc Enni, postquam destertuit esse Mæonides Quintus pavone ex Pythagoreo. *Fur. Bibac.* apud *Sueton. de Grammat.* c. 11. En cor Zenodoti; en jecur Cratetis. ¶ Est etiam sedes affectuum. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 10. v. 65. Molle, Cupidineis nec inexpugnabile telis Cor mihi, quodque levis causa moveret, erat. *Horat.* l. 1. od. 23. Tremere corde. *Id. in Ar. Poet.* v. 98. cor spectantis tangere querela. *to touch or move the heart. Ovid.* 1. *Fast.* v. 16. Excutere corde metus. *Plaut. Capt.* 2. 3. 60. Corde amare inter se. *from the heart; cordially. Id. Trinum.* 2. 3. 34. Corde spernere aliquid. *h. e.* serio et omnino. *Id. Pseud.* 5. 1. 25. Cordi atque animo suo obsequi. *Id. ibid.* 5. 2. 22. Lubentissimo corde atque animo aliquid facere. *Id. Capt.* 2. 3. 27. Persequi aliquid corde, et animo, atque viribus. *Id. Aulul.* 4. 3. 4. Meum cor in pectus emicat. *my heart beats.* (Adde *Tibull.* l. 1. eleg. 11. v. 12.) Et eodem sensu *Id. Cus.* 5. 6. 62. Cor salit. ¶ *Cordi est*, sedet animo, *it is agreeable*, ut *Non.* c. 2. n. 155. interpretatur. *h. e.* in votis est, placitum est, ita ut cor pro voluntate sumatur, non pro cura, et opera, ut alii interpretantur. *Cato* apud *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 5. *in fin.* Jupiter, si tibi magis cordi est, nos ea tibi dare potius, quam Mezentio, uti nos victores facias. *Lucil.* apud *Non. loc. cit.* Et quod tibi magnopere cordi est, mihi vehementer displicet. *is agreeable or suitable to you.* Et *Liv. in fin.* cap. 30. lib. 6. Nec diis cordi fuisse pœnam ejus (*Manlii*) oblatam prope oculis suis, a quo sua templa erepta e manibus hostium essent. *Cic. pro Quint.* c. 30. Fatetur, sibi vitam omnino semper horridam atque aridam cordi fuisse. *Id. in Orat.* c. 16. Flumen aliis verborum, volubilitasque cordi est. *Terent. Phorm.* 5. 3. 17. Uterque utrique est cordi. *Liv.* l. 9. c. 8. Dii immortales, si vobis non fuit cordi, Sp. Postumium prospere bellum gerere, at satis habeatis, &c. Adde lib. 30. c. 17. *ad fin.* lib. 10. c. 42. *extr.* lib. 9. c. 1. et lib. 23. c. 31. *ad fin. Senec.* l. 1. *de benef.* c. 14. *ad fin. Virg. in Ciri*, v. 261. *Sil.* l. 7. v. 320. et l. 15. v. 350. et *Afran.* apud *Priscian.* pag. 659. *Putsch.* ¶ Potest etiam aliquando exponi, curæ est, *it is an object of care. Ovid. de medic. faciei*, v. 32. Virginibus cordi, grataque forma sua est. *Horat.* l. 1. od. 17. v. 13. Dii me tuentur, diis pietas mea, Et Musa cordi est. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 53. Illis Mœsiæ pacem, sibi salutem securitatemque Italiæ cordi fuisse. Adde *Stat.* l. 1. *Silv.* et vers. 4. ¶ *Corde est* poetice, cordi est. *Stat.* 6. *Theb.* v. 829. sed corde labores Ante alios erat uncta pale. ¶ *Cordi habere* est infixum pectori, et memoriæ tenere, amare, diligenter consectari. *to impress upon the mind, commit to memory. Gell.* l. 18. c. 7. Cum vos quoque, philosophorum illustrissimi, nihil jam aliud, quam verba, auctoritatesque verborum cordi habeatis. *Id.* l. 2. c. 29. *extr.* Duo postremi isti versus, quos habere cordi et memoriæ, operæ pretium esse hercle puto. Adde lib. 17. c. 19. ¶ Olim *cor* pro stomacho usurpatum videtur. *Lucret.* l. 6. v. 1149.

Inde ubi per fauces pectus complerat, et ipsum Morbida vis in cor mœstum confluxerat ægris. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 29. in cor Trajecto lateris miseri, capitisve dolore. ¶ Adhibetur et in blanditiis. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 154. Meum mel, meum cor, mea colostra. ¶ Masculino genere positum fuisse ab *Ennio* putavit *Cæsellius Vindex* apud *Gell.* l. 7. c. 2. sed ejus hallucinationem detegit, et reprehendit ipse *Gell.* Locum *Ennii* supra retulimus. ¶ *Cor* pro sensu animæ. *Phædr.* l. 4. fab. 14. v. 11. Semisomno corde, et errore ebrio. *Lucret.* l. 5. v. 862. Levisomna canum corda. ¶ Translate *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 20. *ante med.* Physici solem cor cæli vocaverunt, quod natura ignis semper in motu perpetuoque agitatu est. ¶ Hujus vocis quantitas a quibusdam anceps esse putatur. Qui censent produci posse, afferunt primo Græcum κῆρ, unde diximus derivari: deinde versum *Ovidii Heroid.* ep. 15. v. 79. sed in quo valde dubia est lectio: et *Lucretii* l. 3. v. 477. Denique cor hominum cum vini vis penetravit, &c. Verum hic quoque plerique omnes leg. Denique cur, hominem cum vini, &c.

CORA, æ, f. *the pupil, apple, or sight of the eye,* pupilla oculi. *h. e.* nigrum illud, quod est in medio oculi: a Græco κόρη. *Auson.* ep. 16. v. 59. Cuique vigiles luminum Vacare dignabunt coræ. ¶ Item *Cori* opp. Latii in finibus Volscorum, nunc in Campania Romana, a Dardano conditum ante urbem Romam, et a Cora Catylli, et Tyburtis fratre appellatum, ad pedes collis, inter Velitras, et Setiam. Ejus cives *Corani* dicuntur a *Plin.* l. 3. c. 5. *a med. Lucan.* l. 7. v. 393. Gabios, Veiosque, Coramque Pulvere vix tectæ poterunt monstrare ruinæ. ¶ Item Deæ nomen, Palladis fortasse, aut Dianæ, quæ virgines sunt: vel potius ejus Numinis, quod pulcritudini puellarum præesset: a κόρη, puella, virgo formosa: vel denique, quod magis placet, Proserpinæ, quæ a Græcis aliquando Κόρη, vel Κώρη appellata est, *Suida* teste, et *Serv. ad* 3. *Æn.* v. 111. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 309. n. 2. et 3. Fabiæ Aconiæ Paulinæ &c. sacratæ Deo Iaccho, Cereri, et Coræ, &c.

[* CORACESĬA, æ, f. herba, qua Pythagoras aquam glaciari tradit apud *Plin.* l. 24. c. 17. sect. 99. qui addit, apud alios hujus mentionem se non invenire. Alii legunt *coriacesia.*]

CORACĬCUS, a, um, idem quod coracinus. *Coracica sacra,* quorum fit mentio in Inscript. apud *Gruter.* pag. 1087. n. 4. erant instituta in honorem Mithræ: in quibus initiabantur ministri, qui *coraces* appellabantur, ignotisque, et simul exsecrandis mysteriis ad ejus cultum præparabantur: de quibus mentio fit a *D. Hieronymo* ep. 7. *ad Lætam.* Eadem sacra dicta sunt etiam *hierocoracica,* et ministri ipsi *hierocoraces,* ut quidem legendum esse apud *Gruter.* pag. 303. n. 2. et pag. 27. n. 4. contendit *Reines. ad Inscription.* 48. class. 1. quem omnino adeas necesse est ¶ *Auct. commentar.* in *cap.* 1. *epist. D. Pauli ad Rom.* qui a nonnullis *D. Ambrosio* tribuuntur, meminit Sacrorum *Coracinorum,* quæ eadem cum *Coracicis* esse videntur. Is autem putat, ita ab Ægyptiis dicta fuisse, quod in iis corvi adorarentur. Mos enim fuit illis varia animalia, et quidem turpiora, pro diis colere.

CORACĪNUS, a, um, *of a crow or raven, black as a raven,* κοράκινος, corvinus, niger: a κόραξ, ακος corvus. *Vitruv.* l. 8. c. 3. *a med.* Pecora quamvis sint alba, procreant aliis locis pulla, aliis coracino colore. ¶ De Sacris Coracinis, V. in voce præcedenti. ¶ Item *Coracinus, i,* nomen est piscis Nilo peculiaris, qui ita dictus est vel a colore, vel quod assidue κινεῖ τὴν κόρην, pupillam movet. *Martial.* lib. 13. epigr. 85. Princeps Niliacis raperis, coracine, macellis. Adde *Plin.* l. 9. c. 16. et 18.

CORALITĬCUS LAPIS, genus candidi marmoris a Coralio, seu Sangario fluvio Phrygiæ, juxta quem inveniter. *Plin.* l. 36. c. 8. ¶ In vet. Inscript. apud *Gruter.* pag. 76. n. 9. legitur *Coroliticus.*

CORALĬUM, et Corallium, et Curalium, ii, item Corallum, i, n. *coral, a marine plant, which, after being plucked, is said to become hard as a stone,* κοράλιον, κοράλλιον, κουράλιον, κόραλλον, et κώραλλον (tot enim modis tum Græce, tum Latine scriptum invenitur: sæpius autem in priscis libris *curalium,* teste *Harduino*) describitur a *Plin.* l. 32. c. 2. frutex marinus colore viridi, baccas ferens candidas sub aqua, ac molles, quæ exemptæ confestim durantur, et rubescunt quasi corna sativa specie, et magnitudine. Aiunt ipsum fruticem tactu protinus lapidescere, si vivat: itaque occupari, evellique retibus, aut acri ferramento præcidi: qua de causa *curalium* vocitatum interpretantur: nempe ἀπὸ τῆς κουρᾶς ἐν ἁλί, quod in mari tondeatur. Probatissimum quam maxime rubens, et quam ramosissimum, nec scabiosum, aut lapideum, aut rursus inane, et concavum. Hæc ex *Plin. loc. cit.* ubi plura de hac re. ¶ In fabulis est, Perseum, Gorgone cæsa, cum Pegaso vectus supra mare transvolans, capillo suspensum caput ejus tereret, guttas sanguinis defluentes coralia in mari genuisse: ex quo factum est, ut etiam *Gorgoniæ* appellarentur, *id. Plin.* teste l. 37. c. 10. Fabulam narrat *Eustath. ad Dionys. de situ Orb.* ¶ Pro varia scribendi ratione varia est etiam syllabarum quantitas apud Latinos Poetas. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 416. Sic et curalium, quo primum contigit auras Tempore, durescit: mollis fuit herba sub undis. Al. leg. *coralium. Claudian.* carm. 10. *de nupt. Honor. et Mar.* v. 169. Mergit se subito, vellitque coralia Doto. *Sidon.* carm. 11. v. 110. Lactea puniceo sinuantur colla corallo.

CORALLI, orum, m. populi Mysiæ inf. in ora maris Euxini, circa Istri ostia, pellibus tecti, insignes immanitate. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 37. et ep. 8. v. 83.

[* CORALLĪNUS, a, um, adject. corallo similis, ruber. *In quodam Epigramm. quod Gallo tribuitur, in Anthol. Latin. Burmann.* tom. I. pag. 651. v. 13. Porrige labra, labra corallina.]

CORALLIS, idis, f. *a gem resembling red-lead,* κοραλλὶς, gemma minio similis in India, et Syene. *Plin.* l. 37. c. 10.

CORALLOACHĀTES, æ, m. *a kind of agate like coral,* lapis guttis aureis coralii modo distinctus. *Plin.* l. 37. c. 10.

CORAM, *before, in presence of,* ἔμπροσθεν, πρὸς, præp. ante, in conspectu, ante oculos. Differt a *palam,* quod *coram* magis ad personas certas, *palam* ad omnes refertur. *Cic. in Pison.* c. 6. Mihi vero ipsi coram genero meo, propinquo tuo quæ dicere ausus es? ¶ Aliquando suo casui postponitur. *Nepos in Epamin.* c. 4. At ille Diomedonte coram, nihil, inquit, opus, &c. *Sueton. in Tito,* c. 10. Populo coram ubertim fleverat. *Tacit. Ann.* l. 4. c. 8. Diis, et patria coram obtestor. ¶ Usurpatur etiam adverbialiter. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *post med.* Sed hæc posterius, et coram fortasse commodius. *Id.* 2. *Famil.* ep. 9. Et quasi tecum coram loquerer. *openly, face to face, openly to your face. Id. Attic.* 12. ep. 1. Cum coram sumus, et garrimus quidquid in buccam. *when we are together. Id. pro Flacc.* c. 15. Testes coram producti dicent, &c. *Id. de provinc. consul.* c. 9. Intueor coram hæc ornamenta reipubl. *I see before me. Terent. Andr.* 5. 3. 29. Sine, illum huc coram adducere. *Liv.* l. 2. c. 47. Offerre se coram. *Lentul. ad Cicer. Fam.* 12. ep. 14. *a med.* Mihi promiserunt coram, et absenti mihi scripserunt. *by word of mouth. Gell.* l. 15. c. 18. Coram videre aliquid. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 56. Venire coram. *Sueton. in Aug.* c. 39. Traditio coram pugillarium. *Stat.* 1. *Achill.* v. 52. raptasque domos, abductaque coram Armenta. *under the eyes of their owner.* ¶ Sæpe ita adhibetur, ut quodam πλεονασμῷ redundet, majoris explicationis gratia. *Cic. init. Agrar.* 3. Si quæ apud vos de me deferunt, ea coram potius, me præsente, dixissent. (nisi dicamus, hoc loco *coram* positum esse pro *palam,* aperte, ut apud *Lucret.* lib. 4. 1081. Quod fieri contra, coram natura repugnat.) *Virg.* 1. *Æn.* v. 599. Improvisus ait: coram, quem quæritis, adsum. *here I am in person.* qua ratione *Cæsar* quoque l. 1. *B. Gall.* c. 32. locutus est. *Terent. Adelph.* 2. 4. 5. Coram in os aliquem laudare. *openly to his face. Id. Eun.* 4. 7. 24. Adducere aliquem alicui coram ante oculos. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 43. Te is ipsus coram præsens præsentem videt. *Id. Merc.* 2. 2. 7. Ipsi facito, coram ut tradas in manum. ¶ In illo *Taciti* 4. *Ann.* c. 54. Nec tamen Tiberii vox coram secuta, sed obversus ad matrem, non mirum ait, &c. *coram* id significat, non directis ad eam verbis, sed verso ad matrem vultu. ¶ *In coram,* seu *incoram* idem quod *coram,* et cum genit. est *Apuleii* l. 9. *Metam.* Jubebat, incoram sui plagas mihi quamplurimas irrogari, et *paulo sup. item* lib. 7. Incoram omnium. et absolute lib. 10. Quæ mecum incoram publicam populi caveam frequentaret.

CORAMBLE, es, et Corambla, æ, f. *a kind of colewort,* κοράμβλη, genus brassicæ, ita dictæ, a κόρη, pupilla, et ἀμβλύνω, obtundo, quia visum hebetat. [Quidam hoc genus brassicæ sic appellatum existimant, quod obvolvit pupillam, seu partem interiorem, quam nos dicimus *the heart of the cabbage.*] Eadem fortasse est, quæ crambe. *Colum.* l. 10. v. 179. Nunc veniat, quamvis oculis inimica, coramble.

CORĀNI, orum, populi Coræ oppidi. V. *Cora.*

CORAX, acis, m. *a raven,* κόραξ, Græca vox, qua corvus significatur. *Solin.* c. 40. (*al.* 53.) *sub fin.* Chamæleon impetibilis est coraci, &c. sed corax quoque habet præsidium ad medelam. ¶ Fuit etiam hoc nomine Rhetor antiquissimus, qui primus in Sicilia artem oratoriam invenisse, ac tradidisse dicitur. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 20. et *in Bruto,* c. 12. et *Quintil.* l. 3. c. 1. ¶ Ad utramque appellationem alludit *Cicer.* 3. *de Orat.* cap. 21. Quare Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, qui &c. ¶ Item machina militaris quædam, demoliendo et destruendo apta, memorata quidem, sed non descripta a *Vitruv.* l. 10. c. 19. *sub fin.* quam *ibid. supra* corvum demolitorem, et gruem appellari scribit. Est autem longe diversa a machina illa, de qua in *Corvus* dicemus. ¶ *Coraces* etiam dicti sunt quidam sacerdotes Mithræ, ut ex *Reinesio* adnotatum est in *Coracicus,* quorum mentio fit a *Hieronym.* ep. 7. *ad Lætam.* Sunt tamen qui putant, eum non de sacerdotibus loqui, sed de imaginibus deorum, qui sub corvorum specie colerentur.

CORBICŬLA, æ, f. *a little basket,* λαρκίδιον, parva corbis. *Pallad.* lib. 3. tit. 10. Fit ex vimine parva corbicula.

CORBIS, is, f. *a twig-basket, basket, pannier,* κόφινος, λαρκὸς, vas ingens e vimine, ad usus rusticos, præsertim colligendorum fructuum: ita dictum, ut *Varro* censet l. 4. *L. L.* c. 31. quod spicas, aliudve quid corruebant, *h. e.* in eam dejiciendo immittebant. Corruere enim active significat dejicere. *Id.* l. 1. *R. R.* c. 50. Spicas in corbem conjicere. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 643. O quoties habitu duri messoris aristas Corbe tulit. *Cic. pro Sext.* c. 38. Messoria se corbe contexit. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 61. Geritote amicis vestris aurum corbibus. ¶ *Priscian.* l. 5. pag. 652. *Putsch.* inter nomina masculina etiam corbem recenset: quod confirmatur illis *Columellæ* verbis lib. 11. cap. 2. *sub fin.* Frondis corbem pabulatorium modiorum viginti, &c. Ita Edition. omnes, quas habemus, cum Jensoniana anni 1472. Quod vero. *Id.* l. 6. c. 3. habet *corbis pabulatoria,* in Jensoniana legitur *pabulatoribus:* ex quo licet conjicere, *pabulatorius* a *Columella* fuisse scriptum. ¶ Apud *Ulpian. Dig.* lib. 18. tit. 6. leg. 1. *extr.* per corbem mensuram vini facere, est metiri modum vini ex modo uvæ, cujus mensura per corbem definiri solet. *Cujac.* lib. 2. *observation.* c. 36. id facete dictum putat.

CORBĪTA, æ, f. *a large ship for traffic; a corvette, hoy,* navis oneraria, a corbis, quia in malo ejus summo pro signo corbis solet suspendi, ut *Festus* docet. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 6. Corbita ne Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 4. Tardiores, quam corbitæ sunt in tranquillo mari. *Lucil.* apud *Non.* cap. 13. n. 2. Huic maju' bacillum, Quam malus navi in corbita maximus ulla. V. *Celox.*

CORBĪTO, as, a. 1. *to load a ship of burden, put on board a hoy,* est in corbitam immittere: et translate sumitur pro ventrem implere, quasi navigium onerare. *Plaut. Casin.* 4. 1. 20. Ego novi illas ambas estrices: corbitant, ubi comesse possunt. Sed *Voss.* leg. *corvitant.* Alii *corbitam cibi comesse possunt.*

CORBĪTOR, oris, ludio, *a tumbler, rope-dancer,* de quo *Festus* in *Simpludiarea. Scaliger* putat *Corbitores* esse pro *Corvitores,* atque ita dici saltatores, sive cernuatores, quia *corvorum* instar nunc sursum spectant, nunc deorsum, nunc ascendunt, nunc descendunt.

CORBŬLA, æ, f. *a little basket,* λαρκίδιον, corbicula. *Varr.* l. 1. *R. R.* 15. *de ulmo.* Nulla potior serenda, quod maxime fructuosa, quod et sustinet sepem, ac colit aliquot corbulas uvarum. *Sueton. in Ner.* c. 19. Humum corbulæ congestam humeris efferre. *Cæcil.* apud *Non.* c. 3. n. 48. Corbula panis. *Colum.* quoque l. 12. c. 50. numerat inter instrumenta olei faciendi. *Plaut. Aulul.* 2. 7. 4. Cœnam coctam sursum subducemus corbulis.

CORCHŎRUS, *chick-weed,* κόρχορος, herba humilis, altitudine palmum non excedens, alio nomine anagallis. Numeratur inter vilissima olera. *Plin.* l. 21. c. 22. et lib. 25. c. 13.

CORCODĪLUS, V. *Crocodilus.*

CORCŬLUM, i, n. *a little heart,* καρδίον, θυμίδιον, dim. a *cor. Plaut. Mostell.* 4. 2. 70. Amburet misero ei corculum carbunculus. ¶ Adhibetur et in blanditiis. *Id. Cas.* 4. 4. 14. Nunc demum sum liber, meum corculum. *a poor, dear heart; a sweet-heart (a term of endearment.)* ¶ Fuit etiam P. Nasicæ cognomen a prudentia impositum. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 9. Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur, et Nasica, ille prudens bis Consul, Corculum. *Id. in Bruto,* c. 20. Nasica, qui est Corculum appellatus.

CORCŬLUS, a, um, *wise,* idem ac cordatus, idest sapiens, prudens, solers, acutus. *Plin.* l. 7. c. 31. Præstitere ceteros mortales sapientia, ob id Cati, Corculi, apud Romanos cognominati.

[* CORCUS, i, m. morbi genus esse videtur, quod *Marcell. Empir.* cum præcordiorum et cordis dolore conjungit, et superstitiosis remediis curare docet. Sic ille cap. 21. Ad corcum, carmen in lamella stannea scribes, et ad collum suspendes hæc, ante vero etiam cane.]

CORCȲRA, æ, f. [† hod.] *Corfu,* Κέρκυρα, insula maris Ionii ad ostium maris Adriatici, Epiro adjacens, inter Ceraunios, sive Acroceraunois montes ad Arctos, et Leucadem ad meridiem. Olim Phæacia dicta est. Aliqui narrant, nympham Asopi filiam raptam a Neptuno, et ad insulam delatam Phæacum peperisse, hinc insulam esse appellatam; a Phæaco ortum esse Alcinoum, cujus horti celebrantur. Clara est Ulyssis naufragio, et hortis Alcinoi. Nam pomorum ibi mira ubertas, quippe præmaturis nova statim succedunt. Urbem habet cognom. permunitam cum duplici arce, in colle, armamentario, et portu capacissimo. Condita est a Corinthiis Colonis anno 50. U. C. al. ante partum Virginis 702. quo Capitolium Romæ. *Plin.* l. 4. c. 12. et *Pomp. Mela.* l. 2. c. 7. ¶ Corcyra Melæna, seu Corcyra nigra, Κέρκυρα μέλαινα, alia insula est maris Illyrici, [† nunc] *Curzola,* inter Melitam, et Pharum, [† hod.] *Melada, or Lesina. Plin.* l. 3. *extr. Pompon. Mela loc. cit.* ¶ Media syllaba longa est. *Lucan.* l. 8. v. 37. Cujus adhuc remis quatitur Corcyra, sinusque, &c. ¶ Sed et correpta reperitur ab *Avieno in descript. Orb.* v. 673. Alcinoique domus pandetur Corcyra rursum, Corcyra compta solum, locupleti Corcyra sulco. ¶ *Corcura* scriptum invenit *Pier. in MS. Livii.* ut in *Mysticus* adnotavimus.

CORCYRÆUS, a, um, *Corcyrean,* Κερκυραῖος, ad Corcyram pertinens. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 2. *extr.* Cognovi ex epistola tua Corcyræa. *h. e.* Corcyræ data. *Nepos in The-*

mist. c. 2. Bellum Corcyræum. *Ovid. in Ibin*, v. 512. Te Corcyræum Cressia turba putet. *Martial.* l. 13. epigr. 37. Aut Corcyræi sunt hæc de frondibus horti. *h. e.* Alcinoi Corcyræ regis. ¶ *Corcyræi, orum*, sunt ejus insulæ populi. *Nepos* *loc. cit.*

CORDA, V. *Chorda.*

CORDACISTA, V. *Chordacista.*

CORDĀTE, adverb. *wisely, prudently*, σοφῶς, sapienter, prudenter. *Plaut. Pæn.* 1. 1. 5. Quas tu sapienter, docte, et cordate, et cate, &c. *Id. Mil.* 4. 2. 96. Dicito docte et cordate. *Andr. Borrich.* hoc loco interpretatur, animose, *boldly*: neque ab re.

CORDĀTUS, a, um, *wise, prudent*, ἔμφρων, prudens, sapiens, qui solertia multa pollet, et ingenio. *Enn.* apud *Cicer.* 1. *Tuscul.* c. 9. Egregie cordatus, homo catus Ælius Sextus. *Lactant.* l. 3. c. 20. Non inficior fuisse illum cordatiorem, quam ceteros. [Superlat. *cordatissimus* apud *Campol. in Litholex.* Dionysii Deorum adoratoris cordatissimi.] ¶ Item fortis, et animosus, *brave, courageous, valiant.* Ita enim accipiendum esse putat *Andr. Borrich.* neque absurde in illo *Senec. in Apocoloc.* Cecidit pulcre Cordatus homo, Quo non alius Fuit in toto Fortior orbe.

CORDAX, acis, m. *a dance used in comedies*, saltatio comica eaque lascivior, de qua *Hesychius*: Κόρδαξ, εἶδος ὀρχήσεως ἀσέμνως κωμικῆς, species saltationis indecenter ornatæ, et lascivæ. *Petron. in Fragm. Tragur.* cap. 52. *Burm.* Credite mihi, cordacem nemo melius ducit. Hinc trochæus, *cordax* ab Aristotele dictus est, quia in cordace usurpabatur, vel quasi χόρδαξ, quia ejus usus erat in comico choro. *Cic. in Orat.* c. 57. Trochæum autem, qui est eodem spatio, quo choreus, cordacem appellat, quia contractio et brevitas dignitatem non habet. *Quintil.* l. 9. c. 4. Aristoteles trochæum, ut nimis currentem damnat, eique cordacis nomen imponit. [¶ Adjectivi forma. *Fronto de orat.* l. 2. fragm. 1. Sed non modulatas (sententias) æque; fateor: neque ita cordaces; ita est: neque ita tinnulas; non nego. *h. e.* resultantes eorum more, qui cordacem saltant.]

CORDICĬTUS, adverb. in corde. *Sidon.* l. 4. ep. 6. Prudentibus cordicitus inditum est, vitare fortuita.

CORDOLĬUM, ii, n. *grief, sorrow*, καρδιαλγία, dolor: a *cordis dolore.* Sed *Scaliger* vult dici pro *condolium.* *Plaut. Pœn.* 1. 2. 86. Tibi erit cordolium, si quam ornatam melius forte conspexeris. Adde *Cistell.* 1. 1. 67. et *Apulei.* l. 9. *Metam.*

CORDUBENSIS, e, adject. ad Cordubam pertinens, quæ est urbs Hispaniæ Bæticæ ad Bætim fluv. in Vandalitia, [† hod.] *Cordova*, patria utriusque Senecæ, et Lucani. *Martial.* l. 1. epigr. 62. et *Plin.* l. 3. c. 1. Hinc cordubense æs, *Id.* l. 34. c. 2. et Cordubensis conventus, *Id. cit.* l. 3. c. 1. et *Hirt. de B. Alexandr.* c. 57. ¶ *Cordubenses, ium*, sunt ejus incolæ. *Hirt. ibid.* et cap. 59. 60. et 61.

CORDUS, V. *Chordus.*

CORDȲLA, vel Cordilla, f. *the fry of the tunny-fish*, κορδύλη, primus fetus thynnorum ab ipsis statim ovis, qui deinde elapso anno, thynni vocantur, ut *Plin.* l. 9. c. 15. docet: Est autem is piscis vilioris pretii, pelamis etiam dictus. *Martial.* l. 3. epigr. 2. Nigram cito raptus in culinam Cordyllas madidas tegas papyro.

[* CORELLIĀNUS, a, um, adject. ad Corellium Atestinum, equitem Romanum, pertinens, qui teste *Plin.* l. 17. c. 17. inseruit castaneam suomet ipsam surculo in Neapolitano agro. Sic facta est castanea, quæ ab eo nomen accepit, inter laudatas. Postea Etereius libertus Corellianam iterum inseruit. *Idem* l. 15. c. 25.]

CORFINIENSIS, se, ad Corfinium pertinens, quod fuit oppidum Pelignorum prope Apenninum montem. *Corfinienses* sunt ejus incolæ. *Plin.* l. 3. c. 12. ¶ Apud *Cic.* 9. *Attic.* ep. 16. Corfiniensis clementia est, qua usus Cæsar initio civilis belli, cum Corfinio capto, omnes cives R. dimisit incolumes, ut ipse narrat l. 1. *B. Civ.* c. 23.

CORGO, apud antiquos pro adverbio, quod est profecto, ponebatur. *Festus.*

[* CORĬA, æ, f. Κορία, Minervæ quartæ nomen apud Arcades. *Cic. de nat. Deor.* l. 3. c. 23. Minerva quarta, Jove nata, et Coryphe, Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant, et quadrigarum inventricem fecerunt. *Pausan. Arcad.* c. 21. hoc idem confirmat; memorat enim ναὸν καὶ ἄγαλμα Ἀθηνᾶς Κορίας. Fortasse a virginitate nomen traxit, quod κόρη, puella seu virgo semper mansit. Sunt qui pro *Coriam* legunt *Coresiam*, aut *Coryphasiam*, quam vocem V. apud *Forcellinum.*]

CORIAGINŌSUS, a, um, adject. Coriaginis morbo laborans. *Veget. mulomed.* l. 1. c. 38. Qua ex re fiunt coriaginosi, hepatici, &c.

CORIĀGO, aginis, f. *the sickness of cattle when hide-bound*, μάρανσις, corii, seu cutis morbus: a *corium. Colum.* l. 6. c. 13. Est et infesta pestis bubulo pecori, coriaginem rustici appellant, cum pellis ita tergori adhæret, ut apprehensa manibus deduci a costis non possit.

CORIANDRĀTUM, i, n. liquamen ex coriandro. *Apic.* l. 9. c. 1. Aperiuntur locustæ, et infunditur iis piperatum, coriandratum.

CORIANDRUM, i, n. *the herb coriander*, κορίανδρον, herba: a κόρη, pupilla, quam rotunditate refert: vel a κόρις, cimex, quia caulis, foliaque cimices olent. *Plin.* l. 19. c. 7. et 8. et *Colum.* l. 10. v. 245. ubi *famosa coriandra* vocat, fortasse quia eorum succus venenatus esse dicitur, foliaque ipsa, si nimis large sumantur, caput tentare.

CORIARIUS, ii, m. *one who dresses hides; a tanner, currier*, βυρσοδέψης, qui coria concinnat, præsertim crassiora. *Plin.* l. 17. c. 9. In coriariorum officinis pilo madefacto. *Vet. lap.* apud *Gruter.* pag. 648. n. 8. Cleomenes coriarius subactarius. *h. e.* qui corium subigit, et operi aptat. ¶ Adjective *coriarius frutex* est herba silvestris, [† *rhus* quibusdam,] foliis myrti, cauliculis brevibus, venena, et tineas pellens, et coriis perficiendis apta. *Plin.* lib. 24. cap. 11.

[† CORIAS, æ, f. genus piscis apud *Plin.* 32. *c. ult.* ubi tamen rectius legitur *Colias.* V.]

CORICĒUM, i, n. locus in palæstra, ubi puellæ exercebantur: a κοῦρος, puella; vel tonstrina, a κείρω, tondeo. *Vitruv.* l. 5. c. 11. ¶ Malunt aliqui legere *corycium*, κωρύκιον, quod pilam, vel lusorium follem denotat. Alii apodyterium intelligunt. V. *Bald. Lex. Vitruv.*

CORICILLUM, i, n. parvum corculum. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 75. *Burm.* Coricillum est, quod homines facit: cetera quisquilia omnia. Al. leg. *corcillum*, ut sit ὑποκοριστικῶς a *corculum.* Alii mallent *corycillum.* h. e. κωρύκιον, sacculus, pera: ut alludat ad industriam rei parandæ.

CORINNA, æ, f. nomen trium feminarum, quæ arte Poetica præstiterunt. Prima fuit Thebana, seu Tanagræa Myrthidis discipula, quæ Liricorum principem Pindarum quinquies vicisse, et epigrammatum quinque libros edidisse fertur. Secunda Thesbia, veterum monumentis plurimum celebrata. Tertia floruit Ovidii temporibus, ipsi Poetæ carissima. [† *Amor.* 2. 6. 48.] *Martial.* l. 8. epigr. 73. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 158. [† Hæc verbum verbo fere ex *C. Steph. Dict. Hist.* in v. ut sæpius in nominibus propriis: quod semel notandum.]

[† CORINTHAS, adis, f. herba eadem quæ et *Menais.* *Plin.* 24. 17.]

CORINTHIĂCUS, a, um, *Corinthian*, Κορινθιακός, ad Corinthum pertinens. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 507. Jamque Corinthiaci carpebam litora ponti. *Liv.* l. et cap. 26. Sinus corinthiacus.

CORINTHIARĬUS, a, um, adject. *Corinthiarius* est artifex, qui ære Corinthio allaborat. Hinc per contumeliam ita dictus Cæsar Augustus, quod esset pretiosæ supellectilis, Corinthiorumque præcupidus, uti *Sueton. in ejus vita*, c. 70. narrat. *a great merchant, or admirer of Corinthian vessels.* ¶ Inter officia domus Augustæ etiam *Corinthiarius* fuisse videtur, cui vasa Corinthia, aliaque pretiosa id genus supellex curæ essent. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 639. n. 7. Callithyche Zoili, Corinth. Agripp. *h. e. ut videtur*, Corinthiaria Agrippinæ. *Ibid.* n. 9. Ti. Laius Paratus a Corinthiis. *Ibid.* n. 8. P. Lucrinius P. L. Thalamus a Corinthiis faber.

CORINTHIENSIS, se, idem quod Corinthius, cum discrimine tamen. *Festus*: Corinthienses eo dici cœperunt, ex quo coloni Corinthum sunt deducti, qui antea Corinthii sunt dicti. Quam consuetudinem servamus etiam, cum Romanenses, et Sicilienses negotiatores dicimus, qui in alienis civitatibus negotiantur. Hæc *Festus.* V. *Hispaniensis.* ¶ Usurpatur etiam pro Corinthio. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 23. Corinthiensis fons. *Tacit.* 5. *Ann.* c. 10. Corinthiense litus.

CORINTHĬUS, a, um, *of Corinth, Corinthian*, ad Corinthum pertinens, Κορίνθιος. *Cic.* 1. *Agrar.* c. 2. Corinthius ager. *Liv.* l. 44. c. 1. Corinthius sinus. *Senec. in Thyest.* v. 124. Isthmus Corinthius. ¶ *Corinthii, orum*, sunt Corinthi cives. *the Corinthians. Liv.* l. 32. c. 17. *Nepos in Timol.* c. 2. et *Cic.* 2. *de Orat.* c. 65. ¶ Corinthiæ columnæ sunt, quæ ratione Corinthia fiunt, *of the Corinthian order*, h. e. quæ nonam partem altitudinis in ima crassitudine habent. *Plin.* l. 36. c. 23. Adde *Vitruv.* l. 4. c. 1. ubi bellam narrat historiam de origine capituli Corinthii. ¶ *Corinthium æs, Corinthia vasa*, et *Corinthia* absolute, adeo in pretio apud Romanos fuerunt, ut argentum ipsum, aurumque transcenderent. Ejus rei causa traditur a *Plin.* l. 34. c. 2. et *Floro* l. 2. c. 16. quod Corintho capta a L. Mummio, atque incensa, æris, auri, argentique quam plurima opera igne conflata in unum locum confluxere, quod ea urbs in declivi posita erat: qua ex mixtione pretiosum illud æs exstitit, cujus tria genera *Plin.* enumerat: candidum, argento nitore quam proxime accedens, in quo illa mixtura prævaluit; alterum, in quo auri fulva natura: tertium, in quo æqualis omnium temperies fuit. Alii tamen, teste *Mureto* l. 3. *var. lect.* c. 5. narrant, unam tantum domum olim Corinthi arsisse, in qua cum auri, argentique nonnihil, æris autem magna vis esset, igne conflante fuisse permixta. Alii ærarium quendam fabrum Corinthium, reperta casu magna vi auri, veritum, ne resciretur, paulatim æri miscuisse, admirabilemque illam mixturam effecisse. *Serv. ad* 3. *Æn.* v. 466. videtur innuere, ideo æs Corinthium in pretio fuisse, quod ibi optime funderetur. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 14. Si quid de Corinthiis tuis amiseris. *Id. Verr.* 4. c. 34. Supellex Corinthia. et cap. 72. Corinthia vasa. *Id.* 6. *Verr.* c. 44. Loricas, galeasque æneas cælatas opere Corinthio. *Plin.* l. 34. c. 3. Corinthia porticus. *h. e.* cujus columnarum capitula ex ære Corinthio. Adde *Quintil.* l. 8. c. 2. ¶ *A Corinthiis*, V. in *Corinthiarius.*

CORINTHUS, i, f. *Corinth*, Κόρινθος, urbs Peloponnesi in Achaia, in ea parte, quæ ab ea Corinthia dicta fuit, nunc *the Dutchy of Clarenza*, in medio isthmi Peloponnesiaci, qui inde Corinthiacus est appellatus, inter duo maria Ionium ad Occ. qui *Sinus Corinthiacus*, al. *Crissæus* dicitur, et Ægæum ad Or. qui *Sinus Saronicus.* Habebat arcem nomine Acrocorinthum in scopulo, ubi Pirene, fons Musis sacer, et duo navalia 40. stadiis inter se distantia, Lechæum in sinu Corinthiaco, et Cenchreas in Saronico, et duos portus, quorum Lechæus Ionio, Schænus Ægæo imminet mari. Incensa, et solo æquata fuit a L. Mummio, quod Corinthii Populi R. Legatos injuriose appellassent, et sordibus perfudissent. *Plin.* lib. et cap. 4. ¶ Aliquando Græca positione usurpatur. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 501. bimaremque Corinthon. *Martial.* l. 10. epigr. 68. Tu licet ediscas totam, referasque Corinthon. *Id.* l. 9. epigr. 6. an olerent æra Corinthon. V. *Corinthius.* ¶ *Non cuivis homini contingit adire Corinthum*, proverb. est apud *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 36. et *Gell.* l. 1. c. 8. ductum ex eo, quod difficilis erat appulsus in portum Corinthium, vel quod cum multæ ibi essent meretrices, multæque in urbe deliciæ, solis divitibus eo liceret appellere, quibus suppetit pecunia ad sumptus voluptarios faciendos. Græci dicunt οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς. *Gell. loc. cit.* et *Suidas.* [¶ Est etiam generis mascul. in *Inscript. veter. apud Marin. Fratr. Arval.* pag. 30. L. Mummii L. F. Cos. ductu, auspicio, imperioque ejus Achaia capta, Corintho deleto Romam rediit triumphans, ob hasce res bene gestas, quod in bello voverat, hanc ædem et signum Herculis victoris imperator dedicat.]

CORIOLĀNUS, a, um, ad Coriolos pertinens, quod fuit oppidum Latii in finibus Volscorum prope Tarracinam. Ab eo capto Coriolani cognomen factum fuit C. vel (ut est apud *Gell.* l. 17. *c. ult.*) Cn. Marcio, quem alterum Themistoclem *Cic. in Bruto*, c. 10. appellat. De eo *Liv.* l. 2. c. 33. 34. 35. 39. et 40. ¶ *Coriolani, orum*, cives ejus oppidi. *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ *Coriolana pyra*, quæ quidem ex eodem afferunt lib. et cap. 15. apud *Harduin.* sunt pyra *corio laneo.*

CORĬON, n. herba al. Chamepitys, hypericon, Perforata, D. Joannis herba, oleraceo frutice. *Plin.* l. 26. c. 8. *the herb ground-pine or St. John's wort.*

CORIPPUS, i, m. Fl. Cresconius Corippus, Africanus, Grammaticus, et Poeta, vixit medio sæculo Christi VI. sub Justino Juniore, de cujus laudibus scripsit heroico carmine libros quatuor, qui exstant, et Panegyricum, cujus fragmentum superest, et de bellis Libycis, quæ interciderunt. Stilus, ut Grammatici hominis, et Africani, satis nitidus est, et lene fluens, et ut verbo dicamus, suo sæculo haud paulo cultior.

[* CORIS, is, f. κόρις, genus herbæ apud *Plin.* lib. 26. c. 8. sect. 54. Est aliud hypericon, quod alii corin appellant, folio tamaricis. *Id. ibid.* sect. 73. Semen hyperici, quod coris appellatur. et sect. 81. Perungi semine hyperici, quod coris vocatur.]

CORĬUM, ii, n. *the skin or hide of a beast; leather*, δέρμα, pellis animalium, eorum præsertim, qui crassiorem habent, ut asini, boves, equi, elephanti, &c. Differt a pelle, ut quidam docent, quæ est tenuior, et minorum animalium. Tametsi hoc discrimen sæpe negligitur. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. Dicimus scortea ea, quæ ex corio, et pellibus sunt facta. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Animantium aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 22. Intexere turres coriis. *Plin.* l. 13. c. 9. et lib. 16. c. 6. Perficere coria. *to tan, dress. Vitruv.* l. 10. c. 21. Coriis crudis totus aries erat involutus. *Senec.* l. 5. *de benef.* c. 14. *in fi.* Corium forma publica percussum, quale apud Lacedæmonios fuit, quod usum numeratæ pecuniæ præstat. νόμισμα σκύτινον. ¶ Per synecdochen dicitur de quavis re ex corio facta. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 13. Qui parentem necasse judicatus erit, obvolutus, et obligatus corio devehatur in profluentem. *in a leathern sack.* ¶ Masculino genere (quod ab antiquis factitatum docent *Fest.* et *Non.* cap. 3. n. 59.) *Plaut. Pæn.* 1. 1. 10. Heri in tergo meo tres corios contrivisti bubulos. *h. e.* tria flagra. Adde *Varron.* apud *Non. ibid.* ¶ Dicitur etiam de aliis minoribus animalibus. *Plin.* l. 28. c. 16. Corium caprinum. *Id.* l. 6. c. 24. et *Gell.* l. 2. c. 6. Coria piscium. *h. e.* duriores squamæ. ¶ Item urbane et festivè de cute hominis. *Plaut. Mil.* 2. 2. 8. Herus elephanti corio circumtectus est, non suo. *h. e.* est crassi et stupidi ingenii. *Id. Rud.* 4. 3. 61 Fiet tibi puniceum corium, postea atrum denuo. *h. e.* flagris cruentum. *Id. Amph. prol.* v. 85. Concidere alicu[i] corium. *h. e.* tergum verberare. *to tan his hide. Id. Epid.* 1. 1. 84. Corium perdidi. *h. e.* actum est de tergo meo. *Martial.* l. 3. epigr. 16. Ut velles corio ludere, cerdo, tuo *at your own expense or risk.* Hinc proverbium *de alieno corio ludere*: h. e. secure agere alieno periculo. *Apul.* lib. 7. *Metam.* Revera ludis de alieno corio. Adde *Tertull. de Pallio*, c. 3. ¶ Huc pertinet illud *Senecæ Suasor.*

ult. sub fin. et in præfat. lib. 5. *controvers. a med.* Afferri flagra jussit, et Ciceroni de corio Cestii satisfecit. ¶ Item de cortice arborum. *Pallad.* l. 4. tit. 10. *a med. de ficu.* Securi arboris corium sæpe proscindere. *bark.* ¶ Et de cortice, seu operimento pomorum. *the rind of fruit. Pallad. loc. cit.* Ut ficorum coria siccentur. *Plin.* l. 15. c. 29. Putamine clauduntur nuces, corio castaneæ, cute uvæ, corio et membrana Punica. ¶ Item de crusta et superficie aliarum rerum. *Vitruv.* l. 2. c. 3. Summum corium laterum sol acriter percoquit. *Id. ibid.* c. 8. Coria parietum. *Id.* l. 7. c. 3. *a med.* Unum corium arenæ, et unum minuti marmoris inducere. *h. e.* tectorium: *one cover. Plin.* l. 31. c. 3. *ad fin.* Coria terræ. *Id.* l. 8. c. 24. Mergit se limo sæpius, siccatque sole: mox ubi pluribus se coriis loricavit, &c. ¶ *Canis assuetus corio,* proverb. de iis, qui vitio alicui assueti, haud facile abstinent a peccando. Ductum, ut opinor, ab illo *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 83. Ut canis a corio nunquam absterrebitur uncto. ¶ *Serv. ad Æn.* 8. v. 652. narrat fuisse Romæ in Capitolio aram Jovis Soteris, in qua qui cum Manlio a Gallis obsessi fuerant, obsidione soluta, coria et sola vetera concremaverant, quod in ipsa obsidione ceteris frugibus absumptis, coriis madefactis, et postea frictis vesci coacti fuerant.

CORNELIĀNUS, a, um, adject. ad Cornelium pertinens, ut Corneliani Ligures, populi in Hirpinis, fortasse ab aliquo Corneliorum eo translati. *Plin.* l. 3. c. 11. ¶ *Corneliana oratio* dicitur a *Cicer. in Orat.* c. 67. et 70. quæ ab ipso habita est pro quodam C. Cornelio majestatis reo, cujus argumentum litteris mandavit, et fragmenta multa nobis servavit *Ascon.* cetera vetustate interciderunt. ¶ *Corneliana castra,* locus in Africa prope flumen Bagradam, et Uticam, ubi Cornelius Scipio Africanus major Africam ingressus castra primum posuit. *Cæs.* lib. 2. *B. Civ.* cap. 24. et 30. *Lucan.* lib. 4. v. 656.

CORNELĬUS, a, um. *Cornelia gens* Romæ nobilissima (si modo non plures fuerunt) atque inter Patricias primaria fuit, in multas divisa familias, in quibus omnibus illustrissimi viri, et belli et pacis artibus celeberrimi exstiterunt. Familiæ fuerunt Maluginensium, Cossorum, Arvinarum, Scipionum, Lentulorum, Dolabellarum, Cethegorum, Cinnarum, Rufinorum, Sullarum, &c. In iis præter ceteros celebrantur Scipiones Africani duo, et Asiaticus, P. Corn. Nasica, omnium sui temporis optimus et sanctissimus a Senatu judicatus, L. Corn. Sulla dictator, &c. Feminæ quoque prænobiles, inter quas Cornelia Africani majoris filia, Graccorum mater, cui, *Plin.* teste l. 34. c. 6. *sub fin.* statua Romæ in Metelli publica porticu posita fuit: laudaturque ejus ingenium, et Latini sermonis nitor in epistolis, qua in manibus habebantur, a *Cicer. in Bruto,* c. 58. et *Quintil.* l. et cap. 1. quarum epistolarum particulæ duæ hodieque leguntur inter *Corn. Nepotis* fragmenta. De hujus constantia in calamitatibus, V. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 16. ¶ *Cornelia Tribus* Romæ fuit, una e Rusticis, a gente Cornelia sic dicta, et a Servio Tullo constituta. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 113. n. 1. C. Julius Sex. F. Cor. Postumus. et pag. 398. n. 6. T. Jul. T. Fil. Corn. Valeriano, &c. et pag. 533. n. 3. L. Autio L. F. Cornel. Capitolino, &c. ¶ *Corneliæ leges* ad triginta fuerunt a variis Corneliis latæ: quas collegit omnes, atque descripsit *Pitisc. in Lex. Antiquit.* Earum præcipuæ sunt *de Sicariis et veneficis* lata a L. Cornelio Sulla dictatore, de qua exstat integer Titulus octavus lib. 48. *Dig.* et *Cic.* quoque *pro Cluent.* cap. 54. de ea verba facit. *de Falsis* lata ab eodem Sulla toto titulo decimo *ejusd. lib. Dig.* Ea præcipuæ lata est in eos, qui falsum testamentum vel testimonium, vel falsam pecuniam fecissent, &c. *de injuriis,* lata ab eodem, ex qua datur actio ei, qui se pulsatum esse dicat, vel domum suam vi introitam esse queratur. Eadem cavetur, ne judex sit, qui aliquo cognationis vinculo actorem contingat, ut *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 10. *qui est* de injuriis, leg. 5. et *Paul.* l. 5. *Sentent.* tit. 4. docent. *de judiciis,* lata ab eodem, qua judicia ab Equitibus ad Senatorium ordinem translata fuere. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 3. *majestatis,* incerto auctore, de qua *Cic. in Pison.* c. 21. Ea vetabat, sua auctoritate exire magistratum de provincia, exercitum educere, bellum sua sponte gerere, &c. *de proscriptione,* eodem Sulla auctore, de qua *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 43. et *Verr.* 3. c. 47. ut proscriptos recipere, capitale esset: eorum bona publicarentur, liberi honore privarentur, vita si a quopiam iis fuisset adempta, is præmio afficeretur, &c. V. *Proscribo.* ¶ *Forum Cornelium,* ut *Cic.* appellat *Fam.* 12. ep. 5. vel *Cornelii,* ut *Plin.* l. 3. c. 15. vel *urbs Cornelia,* ut *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 72. n. 6. est in Æmilia, nunc *Imola* in Romaniola. *Martial.* l. 3. epigr. 4. Cornelii referas me licet esse foro. *Prudent.* περὶ στεφ. hymn. 12. *de Cassiano Mart.* Sulla Forum statuit Cornelius, hoc Itali urbem Vocant ab ipso conditoris nomine. ¶ *Castra Cornelia* apud *Plin.* l. 5. c. 4. et *Pompon. Melam* l. 1. c. 7. sunt eadem quæ *Corneliana.* V. ¶ *Via Cornelia,* quæ legitur in tribus antiquis Inscriptionibus apud *Gruter.* pag. 457. n. 6. et pag. 465. n. 5. et 6. videtur fuisse juxta viam Portuensem, et versus S. Rufinæ, ac Silvæ candidæ Episcopatum (qui nunc Portuensi conjunctus est) protensa, ut conjiciunt ii, qui eorum locorum topographiam diligenter sunt persecuti. ¶ *Vicus Cornelii,* vel *Corneliorum* apud *Gruter.* pag. 621. n. 4. fuit Romæ, ut putatur, in ea parte hortorum Columnensium, quæ Cœnobio SS. Apostolor. objecta est, ubi alta semita incipiebat. *Nardin.* et *Marlian.* apud *Pitisc. in Lex. Antiquit.*

CORNEŎLUS, a, um, diminut, *somewhat like horn,* a *corneus,* cornu similitudinem habens, κεράτινος, κερατώδης. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Aures duros, et quasi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus. *Petron. in Fragm. Tragur.* c. 43. *Burm.* Sed corneolus fuit: ætatem bene ferebat. *h. e.* durus, firmus viribus, valetudine robustus.

CORNESCO, is, n. 3. *to grow horny or hard as horn,* cornu fio. *Plin.* l. 11. c. 49. Urso, simul atque expiraverit, genitalia cornescere aiunt.

CORNĒTUM, ti, n. *a grove of cornel-trees,* locus cornis consitus. Romæ in regione quarta locus fuit, *ad corneta* appellatus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. et *P. Vict. de Regionib. Urb. R.* ¶ Item in Campania. *Vitruv.* l. 8. c. 3. *a med.*

CORNĔUS, a, um, *of or like horn, hard as horn, horny, corny, made of horn,* κεράτινος, qui est ex cornu. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* cap. 36. Ibes, aves excelsæ, corneo procero-que rostro. *Virg.* 6. *Æn.* v. 894. Sunt geminæ Somni portæ: quarum altera fertur Cornea, qua veris facilis datur exitus umbris. (Adde *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 288.) *Plin. extremo* l. 29. Cornea pyxis. *Martial.* l. 14. epigr. 62. Laterna cornea. et lib. 12. epigr. 32. Corneus crater. *Lucan.* lib. 6. v. 83. *de equis.* Ungula frondentem discussit cornea campum. *h. e.* pes equi. ¶ *Cornei* ab eod. *Plin.* dicuntur l. 7. c. 19. quibus concreta sunt ossa, hoc est sine medullis. *Id.* l. 31. c. 9. Cornea videmus corpora piscatorum. *h. e.* arida, sicca, atque adeo sana, et ad ictus paulo ceteris stupidiora: quippe quæ sale, et sole durata. *Catull.* carm. 23. *ad Fur.* v. 12. Atqui corpora sicciora cornu, Aut si quid magis aridum est, habetis, Sole, frigore, et esuritione. Hinc *Pers.* sat. 1. v. 47. neque enim mihi cornea fibra est. *h. e.* cor hebes ac stupidum. ¶ De colore cornu, *of the colour of horn, white as horn. Plin.* l. 36. c. 8. Vitia in onyche corneus color, aut candidus. et lib. 37. c. 6. In Sardonyche hoc cereum, aut corneum invenitur. ¶ Est etiam ad cornum arborem pertinens, *of the cornel-tree,* κράνειος. *Virg.* 3. *Æn.* v. 22. Virgulta cornea. *Id.* 5. *Æn.* v. 557. Hastilia cornea. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 83. Venabula cornea. *Cato R. R.* c. 18. *extr.* Cornei clavi.

CORNĬCEN, icinis, m. *he that blows a horn or cornet; a cornetter,* κεραύλης, qui cornu canit. *Liv.* l. 2. c. 64. Cornicines, tubicinesque in equis impositos canere ante vallum jubet. *Juvenal.* sat. 10. v. 214. Qui vix cornicines exaudiet, atque tubarum Concentus. ¶ Quid inter hos, et tubicines intersit, in *Æneator* est dictum. ¶ Fuit *Cornicen* cognomen in Oppia gente R. ut Sp. Oppius Cornicen apud *Liv.* l. 3. c. 35. et Cn. Oppius Cornicinus apud *Cicer.* 4. *Attic.* ep. 2.

CORNĬCOR, aris, dep. 1. *to caw as a crow or rook, prate or chatter as a jackdaw,* κρώζω, more cornicum garrio. *Pers.* sat. 5. v. 12. Nescio quid tecum grave cornicaris inepte. [¶ Ad locum hunc forte respexit *Hieronym.* cum dixit epist. 4. *ad Rustic.* Alii intra se nescio quid cornicantes tumentia verba trutinantur.]

CORNICŬLA, æ, f. *a little crow; a jackdaw,* dimin. a *cornix. Horat. in* ep. 3. l. 1. v. 19. Ne, si repetitum venerit olim Grex avium plumas, moveat cornicula risum Furtivis nudata coloribus.

CORNICŬLANS, antis, adject. qui cornu figuram habet. *Solin.* c. 32. (*al.* 45.) Corniculantis Lunæ speciem refert. *Ammian.* l. 20. c. 3. In Lunæ corniculantis effigiem. *Corniculans* autem dicitur cum primum a sole emergit.

CORNICULĀNUS, a, um, ad Corniculum pertinens; quod fuit oppidum Latii, teste *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ Hinc *Corniculanus* dictus est pater Servii Tullii Regis ab *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 6. et *Corniculana* ejus mater ab *Ovid.* 6. *Fast.* v. 628. quia Corniculi cives fuerant.

CORNICULARĬA, fuit, Plauti Comœdia de milite, quæ amissa est. Ejus fragmenta aliquot habentur apud *Varron. Non.* et *Diomed.*

CORNICULARĬUS, ii, m. *a name of rank in the army; a petty officer, cornet,* est nomen gradus et officii in militia tum provinciali, tum urbana, ex ordine apparitorum, et commentariensium. *Ascon. in Verr.* 3. c. 28. Accensus nomen est ordinis, et promotionis in militia, ut nunc dicitur princeps, vel commentariensis, aut cornicularius. Hæc enim nomina de legionaria militia sumpta sunt. Hæc *Ascon.* Itaque in antiquis Inscriptionibus apud *Gruter.* Cornicularius legionis, Consulis, Proconsulis, Tribuni, Præfecti prætorio, subpræfecti Vigilum, &c. *Valer. Max.* l. 6. c. 1. n. 11. M. Lætorio tribuno militari diem dixit, quod cornicularium suum stupri causa appellasset. ¶ Munus ipsum *corniculus* vocabatur. Hinc apud *Suet. de Grammat.* c. 9. corniculo mereri. Itemque apud *Aurel. Vict. de Vir. illustr.* c. 72. si lectio proba est. *Impp. Valent. et Valens,* lib. 12. *Cod.* tit. 53. *de Apparitoribus Præfectorum prætorio* leg. 1. Præfecturæ corniculum, qui annis singulis exeunt, post transactos corniculos, nostram adorare purpuram volumus. ¶ Ad officium Cornicularii facit lex 22. tit. 4. lib. 7. *Cod. Theodos.* Per Cornicularium cujusque provincialis officii hanc sollicitudinem impleri conveniet. *h. e.* statuendi pretii rerum, quæ in militari annona erogantur. *Jul.* quoque *Firmic.* l. 3. c. 6. Corniculariorum meminit, et cum Commentariensibus conjungit. ¶ *Cornicularii* nomen sumptum est a cornibus Secretarii Prætoriani, quibus præerat, inquit *Cassiod.* l. 11. epist. 36. *a med.* Alii ducunt a corniculo galeæ, quæ cornu speciem referebat.

CORNICULĀTUS, a, um, adject. in cornu speciem factus. *Apul. de Deo Socr. in princ.* Corniculata luna.

CORNICŬLUM, i, n. *a little horn,* κεράτιον, parvum cornu. *Plin.* l. 11. c. 28. Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignava, ut papilionibus. et lib. 9. c. 42. Rana eminentia sub oculis cornicula exerit. *Colum.* l. 7. c. 5. Veterem urinam per sinistram narem corniculo infundere. *h. e.* infundibulo corneo. et *ibid.* Lac caprinum per corniculum infundere faucibus. ¶ Fuit inter dona militaria, fortasse ad ornandas galeas. *a kind of ornament presented by their general to soldiers as a mark of distinction, and said to have been worn in their helmets. Liv.* l. 10. c. 44. Equites omnes ob insignem multis locis operam, corniculis, armillisque argenteis donat. ¶ De Corniculo oppido V. *Corniculanus.*

CORNICŬLUS, i, m. officium Cornicularii. V. *Cornicularius.* ¶ Item ipse Cornicularius. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 431. n. 9. C. Luccius C. F. Stell. Sabinus Corniculus Trib. Benef. Vultei. Asiatin. Præf. Urb. Sed Inscriptio est ita male compacta, ut erroris suspicione non careat.

CORNĬFER, ra, rum, *bearing horns,* corniger. *Lucret.* l. 2. v. 368. hædi corniferas norunt matres. Ita leg. *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 5. Alii *cornigeras.*

CORNIFICĬUS, a, um. Cornificia gens Romana plebeia fuit: ex qua Q. Cornificius collega Ciceronis in auguratu, et competitor in Consulatu (teste *Ascon. in orat. in Toga cand.*) ad quem exstant multæ ejusdem epistolæ l. 12. *Fam.* [†*Histoire d'Acad. d'Inscript.* T. 3. p. 202.] ¶ Hunc alii L. Cornificium vocant: quem putarunt auctorem librorum quatuor, qui inscribuntur *Rhetoricorum ad C. Herennium:* alii L. Cornificium ejus filium, qui Consul fuit anno U. C. 719. alii alios. ¶ In tribus nummis apud *Patin. de famil. Rom.* pag. 93. legitur *Q. Cornuficius.* Græci quoque Scriptores nonnulli Κορνουφίκιον appellant.

CORNĬFRONS, ontis, adject. qui cornua in fronte habet. *Livius,* vel *Pacuv.* apud *Non.* c. 3. n. 3. Tu pascere cornifrontes armentas soles. Al. leg. *curvifrontes.*

CORNĬGER, a, um, *wearing or bearing horns, horned,* κερατοφόρος, κερασφόρος, cornua gerens, cornutus. *Cic. in Arat.* 2. *de nat. Deor.* c. 43. Corniger est valido connexus corpore Taurus. *Lucret.* l. 2. v. 367. teneri tremulis cum vocibus hædi Cornigeras norunt matres. *Virg.* 8. *Æn.* v. 77. Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum. V. *Cornu. Sil.* l. 15. v. 682. Cornigera cassis. V. *Cornicularius. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 789. Corniger Ammon. (hunc *Stat.* 8. *Theb.* v. 201. cornigerum vatem appellat: quia sub specie arietis colebatur, et responsa dabat.) *Id.* 3. *Amor. eleg. ult.* v. 17. Corniger Lyæus. *corniger* dicitur Bacchus, quia vinum animos addit, atque, ut ait *Festus,* truces homines facit. *Horat.* l. 3. od. 21. *ad fin.* Tu spem reducis mentibus anxiis, Viresque, et addis cornua pauperi, &c. ¶ *Cornigera* absolute sunt omnia bruta cornibus instructa. *Plin.* l. 11. c. 37. *sub fin.* et cap. 44.

CORNĬPES, edis, com. gen. *having hoofs hard as horn, with horny hoofs,* κερατόπους, corneos habens pedes, ut equi, et capræ, duriore ungula instructi. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 361. Cornipedi Fauno. *Virg.* 6. *Æn.* v. 591. Cornipedum equorum cursus. *Sil.* l. 13. v. 338. *de Pane.* Cornipedem tulerit præcisa per avia plantam. ¶ Absolute *Id.* l. 7. v. 684. furvi juga celsa trahebant Cornipedes. *h. e.* equi. *Claudian. in Fescenn. in nupt. Honor. et Mar.* v. 11. Cornipedem citatum regere.

CORNISCĀRUM DIVĀRUM locus erat trans Tiberim cornicibus dicatus, quod in Junonis tutela esse putabantur. *Festus.* Est Inscriptio apud *Gruter.* pag. 88. n. 14. quam Eruditi ita legendam putant: Divæ Corniscæ sacrum.

CORNIX, īcis, f. *a crow or rook,* κορώνη, avis satis nota, corvo similis, minor tamen. *Lucret.* l. 6. v. 752. Raucæ cornices. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 547. Garrula cornix. *Id.* 2. *Fast.* v. 89. Cornix loquax. *Plin.* l. 10. epigr. 43. Cornix plura contexta verba exprimens, et alia crebro addiscens. ¶ Vivacissima esse perhibetur, ut quam *Hesiodus* scripserit durare annos fere trecentos: alii usque ad novem ætates. *Lucret.* l. 5. v. 1083. Cornicum sæcla vetusta. *Horat.* l. 4. od. 13. v. 25. Vetulæ cornicis tempora. *Martial.* l. 10. epigr. 67. Jam cornicibus omnibus superstes. ¶ Inimicitias gerit cum noctua, ut *Plin.* tradit lib. 10. c. 74. ¶ Ejus volatus, si sinister isset auguri, faustus habitus est. *Virg. Ecl.* 9. v. 14. Quod nisi me quacumque novas incidere lites Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix, &c. *Plaut. Asin.* 2. 1. 12. Impetritum, inauguratum est: quovis admittunt aves. Picus et cornix est ab læva, &c. Adde *Cicer.* 1. *de Divin.* c. 39. et *Phædr.* l. 3. fab. 18. v. 12. ¶ Vox vero, seu crocitans clangor pluviam non solum prænuntiare, sed et vocare creditur. *Virg.* 1. *Georg.* v.

338. Tum cornix plena pluviam vocat improba voce. *the boding crow. Horat.* l. 3. od. 17. v. 16. Augur aquæ annosa cornix. ¶ Ab *Ovidio* l. 2. *Amor.* el. 6. v. 36. dicitur *invisa Minervæ*, quia cum hæc Dea celare vellet Erichthonium Vulcano genitum, et cista clausum tribus virginibus commisisset, ea lege, ne aperirent unquam; una ex iis Minervæ jussa cum violasset, a cornice accusata fuit. Minerva ea garrulitate offensa, avem a se suaque tutela repulit: quam antea comitem sibi adsciverat, et suo numine tutabatur. Fuerat enim prius pulcherrima virgo, et regii sanguinis nomine *Corone* filia Coronei Phocensium regis: quæ cum Minervæ artium studiosa, nuptias aspernaretur, forte a Neptuno visa, dum sola spatiaretur in litore, precibusque frustra tentata, fuga sibi ab eo vim parante consulere conata est: verum cum se jam jam ab eo teneri cerneret, Minervam precata, ut ferret opem, ab ea in avem sui nominis conversa est. Nam κορώνη est cornix. *Ovid. Metam.* 2. v. 547. *et sequentib.* et *Hygin.* fab. 166. Cave autem, confundas hanc cum Coronide Æsculapii matre, de qua infra suo loco. ¶ *Cornicum oculos configere*, vel *cornici oculum*, proverb. est apud *Cicer. pro Mur.* c. 11. et *pro Flacc.* c. 20. et *Quintil.* l. 8. c. 3. ubi significat, joculare proverbium fuisse, et vulgo notissimum: ejus tamen origo adhuc ignoratur. Habet autem eam fere sententiam, ut significet peritis et callidis peritiorem se, et callidiorem præstare: eorum, qui se solos scire, et videre putant, versutiam solertiamque vincere: efficere, ut qui ante docti visi sunt, nihil scisse in re aliqua videantur. Quæ omnia eodem demum recidunt. Paulo aliis verbis *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 5. Ut suis telis lingua violenta succumbat, et Græcus Græco eripiat hunc plausum, tanquam cornix cornici oculos effodiat.

CORNOCERĂSUM, i, n. V. *Cerasus.*

CORNU, n. *indeclin. in sing. num. in plurali vero* Cornua, uum, ibus, *a horn*, κέρας, cuspides duæ prædurae, acuminatæ, atque ossi similes in fronte quadrupedum tanquam arma, enascentes: de quorum varietate multa enucleate *Plin. sub init.* cap. 37. lib. 11. Dicta videntur a *curvore*, quia pleraque curva sunt, ut placet *Varroni* l. 6. *L. L.* c. 3. ¶ Ab horum autem similitudine *cornua* dicuntur in cochleis, in aquatilibus nonnullis, et marinis, serpentibus quoque, atque volucre non una: sed quæ jure cornua intelligantur, non nisi in quadrupedibus. *Plin. ibid.* Hinc *Virg. Ecl.* 3. v. 87. Taurus cornu petit. et *Ecl.* 9. v. 24. Caper cornu ferit. *Id.* 3. *Georg.* v. 232. Taurus irasci in cornua discit, Arboris obnixus trunco. *Id.* 2. *Georg.* v. 526. Inter se adversis luctantur cornibus hædi. *Plaut. Pseud.* 4. 3. 5. Obvertere cornua alicui. *h. e.* contra aliquem. *Plin.* l. 9. c. 31. Cancri dimicant inter se, adversis cornibus incursantes. *Virg.* 5. *Æn.* v. 382. Læva taurum cornu tenere. *by the horns. Id.* 10. *Æn.* v. 725. surgentem in cornua cervum. *h. e.* excelsis cornibus instructum. *beams, antlers.* ¶ Cornua in animantibus variæ sunt figuræ, adunca, redunca, supina, convexa, conversa, ramosa, convoluta in anfractum, contorta, erecta, &c. *Plin. cit.* cap. 37. lib. 11. ¶ Per synecdochen *Virg. Ecl.* 10. v. 59. Partho torquere Cydonia cornu Spicula. *h. e.* arcu corneo. (vel ex corno arbore, quæ etiam quarta declinatione flectitur, ut in *Cornus* dicetur. Sic *Sil.* l. 2. v. 109. Crebra Cydoneo fundebat spicula cornu. Solum obstat, quod arbor generis est feminini. *Virgilium* imitatur *Claudian. in nupt. Honor.* v. 75.) *Id.* 3. *Georg.* v. 509. insertos latices infundere cornu. *h. e.* corneo infundibulo. Sic *Colum.* l. 6. c. 2. Vinum per cornu faucibus infundere. *Plaut. Amph.* 1. 1. 185. Vulcanum in cornu conclusum gerere. *h. e.* in laterna cornea. *in a lantern of horn. Horat.* l. et sat. 2. v. 61. Cornu bilibri instillare caulibus. *h. e.* vasculo olei. ¶ Hinc frequenter sumitur pro tuba, præsertim militari, *a trumpet, horn, cornet*, quia olim e bubulo cornu fiebant, quæ nunc ex ære sunt, ut *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 24. docet. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 79. Rauco concionem sonitu, et curvis cogant cornibus. *Horat.* l. 2. od. 1. v. 17. Jam nunc minaci murmure cornuum Perstringis aures. *Virg.* 7. *Æn.* v. 615. Æreaque assensu conspirant cornua rauco. ¶ Differunt tamen interdum, tum materia, tum magnitudine. *Cic. pro Sull.* c. 5. *ad fin.* Emisso ex urbe Catilina, ille arma misit, cornua, tubas, signa. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 68. et 2. *Ann.* c. 81. Cornuaque ac tubæ concinuere. ¶ In Orgiis Bacchi cornua adhibebantur: itemque in sacris Cybeles. De illis, *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel.* v. 263. raucisonos efflabant cornua bombos. De his non unum habes locum in *Berecyntius*: eodemque pertinet illud *Silii* l. 15. v. 764. Femineis læsum vana inter cornua corpus Unguibus. ¶ Dicitur etiam de ungula. *a hoof. Cato R. R.* c. 72. Boves ne pedes subterant, pice liquida cornua infima unguito. *Virg.* 3. *Georg.* v. 88. solido graviter sonat ungula cornu. *Pallad.* l. 4. tit. 13. Pes siccus et solidus et cornu concavo. *Sil.* l. 13. v. 327. pendenti similis Pan semper, et imo Vix ulla inscribens terræ vestigia cornu. ¶ Item de elephanti dente, quod est ebur. *an elephant's tooth. Martial.* l. 1. epigr. 73. Emptis ossibus Indicoque cornu. *Plin.* l. 8. c. 3. scribit, etiam Jubam sic appellasse, sed Herodotum, et consuetudinem ipsam melius, dentem. ¶ Item sæpe de Luna cum primis, et postremis diebus cornuum more diducta est. *the horns of the moon. Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 408. Cur lunæ nascentis alias hebetiora, alias acutiora videantur cornua. *Virg.* 1. *Georg.* v. 433. Pura, nec obtusis per cælum cornibus ibit. Adde *Ovid. Senec. Trag. Valer. Flacc. Stat.* &c. ¶ Tribuitur et fluminibus, vel quia mugitum boum imitatur murmur aquarum; vel quia plerumque in cornuum similitudinem curvatas cernimus ripas: quæ sunt verba *Servii* ad illud *Virg.* 8. *Æn.* v. 77. Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum. *Virg.* 4. *Georg.* v. 371. Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus. V. *Aufidus.* Addi potest, ideo tribui fluviis, quia cum aquis tument, veluti cornu impetentes, obstantia quæque prosternunt. *Festus* in *Taurorum.* Taurorum specie simulacra fluminum, idest cum cornibus, quod sunt atrocia, ut tauri. Alii eam causam afferunt, quod ubi nascuntur, lato spatio, pluribus rivis emergunt, qui deinde in unum alvum confluunt. ¶ Præterea *cornua* dicuntur de extremis multarum rerum partibus. *Virg.* 3. *Æn.* v. 549. Cornua velatarum obvertimus antennarum. *the ends of the sail-yards, yard-arms.* et lib. 5. v. 831. una ardua torquent Cornua, detorquentque: ferunt sua flamina classem. (Adde *Horat. Epod.* 16. v. 59. et *Sil.* l. 14. v. 389.) ἀκροκέραια. *Liv.* l. 25. c. 3. *ad fin.* Et forte in cornu primus sedebat Casca. *at the head of the bench.* (Sic *Tacit. Ann.* 1. c. 75. Judiciis assidebat in cornu tribunalis. *Valer. Max. sub fin.* c. 7. l. 5. In cornu scribæ locum humiliorem obtinens.) *Ovid.* 2. *Metam.* v. 603. flexumque a cornibus arcum Tendit. *at the ends. Stat.* l. 5. *Theb.* v. 532. Cornua Parnassi. *h. e.* cacumina bina Parnassi montis. *the tops, summits.* (Adde *Curt.* l. 3. c. 4.) *Cæsar ad Q. Ped.* apud *Cicer.* 9. *Attic.* ep. 14. Ab utroque portus cornu moles jacimus. *Plin.* l. 34. c. 6. Statuæ positæ in cornibus Comitii. *Id.* l. 4. c. 22. Excurrit in altum vasto cornu promontorium. ¶ Hinc frequentissime ponuntur pro extremis duabus adversis partibus aciei, et classis, nempe quia tota acies sæpe ita disponitur, ut media sinuata, curvataque utrinque extrema, Lunæ in cornua crescentis figura referatur, *the wings of an army. Sallust. in Jug.* c. 53. *extr.* Equitatum omnem in cornibus locant. *Liv.* l. 22. c. 45. In dextro cornu Romanos equites locant: lævum cornu equites sociorum tenuerunt. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 52. Hostium acies a sinistro cornu pulsa, a dextro cornu vehementer, &c. *Lucan.* l. 3. v. 547. Et jam diductis extendunt cornua proris. Adde *Terent. Curt. Tacit. Nep. Sueton. Vellei.* &c. ¶ Hinc translate *Cic.* 2. *de Divin.* c. 10. *extr.* vel cap. 11. Nunc cominus agamus, experiamurque, si possimus cornua commovere disputationis tuæ. *the strongest parts of an argument.* ¶ In voluminibus *cornua* erant vel ipsæ extremitates bacillorum, qui umbilici dicebantur (V. *Umbilicus*) vel in illis extremitatibus affixa ornamenta quædam exstantia in utraque fronte, seu extremitate libri in volumen complicati. *the ends, or bosses, of the stick, round which books were rolled. Tibull.* l. 3. el. 1. v. 13. Atque inter geminas pingantur cornua frontes. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 1. v. 8. Candida nec nigra cornua fronte geras. *Martial.* l. 11. *epigr. pænult.* Liber explicitus usque ad sua cornua. *h. e.* quod idem dicit l. 4. *epigr. ult.* usque ad umbilicos. ¶ In galeis *cornua* sunt ornamenta in modum cornu, vel comæ in cornu assurgentes, quæ cristam apicemque exornant, quæ a Græcis quoque *κέρατα* dicuntur: proprie autem sunt cincinni. Ita *Serv.* ad illud *Æn.* 12. v. 89. Ensemque, clypeumque, et rubræ cornua cristæ. *Liv.* l. 27. c. 33. In arborem illatus impetu equi, ad eminentem ramum cornu alterum galeæ perfregit. [De Germanorum comis usurpat *Juvenal.* sat. 13. v. 164. Cærula quis stupuit Germani lumina, flavam Cæsariem, et madido torquentem cornua cirro? *h. e.* crines in altitudinem quandam et terrorem ornatos. Hinc etiam *Vulpius ad Tibull.* l. 2. el. 1. v. 3. ait hujusmodi cornua nihil aliud esse, quam certum capillorum ornatum, qui cornuum figuram exhibet. Dicta vero sunt aurea Bacchi cornua, quod intonsa illius coma flavo colore esset.] ¶ Translate *Horat.* l. 3. od. 21. v. 18. *ad amphoram.* addis cornua pauperi, Post te nec iratos trementi Regum apices, neque militum arma. *h. e.* vires, superbiam, animos. *vigour, courage, boldness. Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 239. Cura fugit multo diluiturque mero: Tunc veniunt risus: tunc pauper cornua sumit, &c. (Hinc est quod Baccho *cornua* tribuuntur.) *Id.* 3. *Amor.* el. 11. v. 5. Vicimus, et domitum pedibus calcamus Amorem: Venerunt capiti cornua sera meo. *h. e.* indignatio, et voluntas debellandi, et oppugnandi Amoris. ¶ *In Fragm. Tragur. Petron.* c. 39. *Burm.* dicuntur *nasci cornua* iis, qui plurimis malis afflictantur. Cujus rei origo unde ducatur, obscurum est. ¶ Tribuitur et Somno tanquam omnis soporis plenum. *Stat.* 2. *Theb.* v. 143. illos post verbera fessos, Exceptamque hiemem cornu perfuderat omni Somnus. ¶ Reperitur etiam *cornus, us*, mascul. gen. uti *Priscian.* l. 6. pag. 685. *Putsch.* et 714. docet. *Varr. R. R.* l. 3. c. 9. Cornum cervinum incendere. *Lucret.* l. 2. v. 388. Lumen per cornum transit. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 59. *extr.* Nares similes cornibus iis, qui ad nervos resonant in cantibus. *Lucan.* l. 7. v. 317. (quem profert etiam *Priscian.* et *Serv. ad* 3. *Æn.* v. 22.) cornus tibi cura sinistri, Lentule. Adde lemma cap. 6. lib. 18. *Gell.* ubi legitur: *quem cum ederet, cornum esse Copiæ dicebat*: et *Plin.* l. 28. c. 11. et lib. 37. c. 10. et alibi: quibus in locis *cornus* in genit. legitur in omnibus editionibus, excepta Veneta 1469. per *Joann. Spir.* in qua ubique habetur *cornu.* ¶ Item *cornus*, i, m. *Scribon. Larg. compos.* 60. Cornorum cervi ustorum sextario. ¶ Item *cornum, i*, n. *Id. compos.* 141. Ad lumbricos satis commode facit cornum cervinum limatum lima lignaria. *Ovid. Metam.* 5. v. 383. Oppositoque genu curvavit flexile cornum. Ita *Priscian.* quoque, præter alios, lib. 6. pag. 685. *Putsch.* Alii *cornu.*

CORNU COPIÆ (*rectius quam* Cornucopiæ) *a horn, filled with fruits and flowers, which the goddess of plenty* (Copia) *was represented as holding in her hand, and thence fabled to diffuse plenty over Italy; the cornucopia, or horn of plenty*, κέρας Ἀμαλθείας, in fabulis est cornu capræ Amaltheæ. V. *Amalthea.* Alii fabulantur, esse illud, quod Hercules, cum Acheloo in taurum verso aliquando luctatus, eidem a fronte evulsit: quod acceptum Nymphæ, et pomis odorisque floribus refertum sacrarunt. Rem fusius narrat *Ovid. init.* l. 9. *Metam.* Significat autem frugum abundantiam, et ubertatem. *Plaut. Pseud.* 2. 3. 5. Hæcce illata cornucopia est, ubi inest quidquid volo. *Al. leg.* Hæc illud cornu Copiæ est, ubi &c. *Horat.* l. 1. epist. 12. *extr.* aurea fruges Italiæ pleno diffudit Copia cornu. et l. 1. od. 17. v. 15. hic tibi Copia Manabit ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu.

CORNUARIUS, ii, m. artifex cornua conficiens, quibus in bello canitur. *Aurel. Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 6. *leg. ult.* Tubarii, cornuarii, arcuarii.

CORNUATUS, a, um, curvatus instar cornuum. Vetus Poeta apud *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. Cornuatam umbram jaci. Dicere apparet cornuatam a cornibus. *Scalig.* totum hunc locum ita legit: *Cornuat aurum, umbram jacit* (vel *vibrans jacit*) *icere paret. Cornuat a cornibus.* h. e. arcum aureum flectit. Si hæc ejus conjectura placet, habemus verbum Latinum *cornuo, as*, curvo, inflecto.

CORNŬLUM, li, n. *a small horn*, corniculum. *Apic.* l. 8. c. 1. Ut cutem a carne separes, ut possit condimentum accipere per cornulum.

CORNUM, i, n. *a cornel; the fruit of the cornel-tree*, fructus corni arboris. *Virg.* 3. *Æn.* v. 649. Victum infelicem baccas, lapidosaque corna Dant rami. *Colum.* l. 12. c. 10. Condire corna.

CORNŬO, as. V. in *Cornuatus.*

CORNUS, i, f. *the cornel-tree*, κρανεία, arbor est materiei prædurae, et cornu similis, fructum ferens parvum, instar olivæ, primo candidum, postea sanguineum, et saporis acerbi. *Plin.* l. 16. c. 25. *sub fin.* Cornus mascula, cui nulla medulla. et cap. 26. Cornus femina, ligno fungosa, et inutilis, cum mas e fortissimis sit. *Id. ibid.* c. 39. Fulva cornus in venabulis nitet. *Virg.* 2. *Georg.* vers. 448. et bona bello cornus. *good to make spears of. Colum.* l. 5. c. 7. Opulus est arbor corno similis. ¶ Per synecdochen *Virg.* 9. *Æn.* v. 698. volat Itala cornus. *h. e.* hasta ex corno. Sic *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 353. largo satiatur vulnere cornus. *Sil.* l. 10. v. 122. miseri transfigit pectora corno. Al. leg. *cornu.* Est enim etiam quartæ declinationis, ut et *Servius* docet ad 3. *Æn.* v. 22. Hinc *Sil.* l. 4. v. 552. Libycæ certant subtexere cornus Densa nube polum. *Stat.* 7. *Theb.* v. 647. cornu deprensus Achiva. Ubique autem intelligitur hasta, telum ex corno. ¶ Neutro genere *Ovid.* 8. *Metam.* v. 408. Dixit, et ærata torsit grave cuspide cornum: Quo bene librato, &c. *Burman.* mallet aliter legere: sed libri consentiunt.

CORNŪTUS, a, um, *horned, having horns*, κερούχος, κερατώδης, κερατίτης, cornua habens. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. Ætas cognoscitur equorum, et fere omnium qui ungulas indivisas habent, et etiam cornutarum. *scil.* bestiarum. *Colum.* l. 7. c. 3. Aries cornutus. *Ammian.* l. 14. c. 2. (*al.* 5.) Luna etiam tum cornuta. ¶ Translate *Hieronym.* ep. 83. *ad Ocean.* Cornutus syllogismus, ut quocumque me verterem, strictius tenerer. *Id. in Helvid.* sect. 16. Cornuta interrogatio. ¶ *Cornutus* cognomen fuit tum Sulpiciæ, tum Cæciliæ gentis Romanæ, ut colligitur ex *Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 200. n. 5. et pag. 290. ¶ *Annæus Cornutus* ex Lepti Africæ urbe fuit Grammaticus satis doctus, temporibus Neronis. *Gell.* l. 2. c. 6. l. 9. c. 10. ¶ *Cornutæ, arum, Plin.* l. 32. c. *ult.* sunt pisces marini: de quibus nihil præterea scitur. *gurnards.*

COROCOTTA. V. *Crocotta.*

COROLITĬCUS. V. *Coruliticus.*

COROLLA, æ, f. *a little crown or garland; a chaplet, coronet*, στεφάνιον, dimin. parva corona. *Propert.* l. 2. el. 25. v. 59. Me juvat hesternis positum languere corollis. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 66. Mihi floridis corollis redimita domus erat. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 37. Corolla plectilis. *Id. Pseud.* 5. 2. 8. Cum corolla ebrium incedere. ¶ Speciatim genus quoddam tenuium coronarum, quæ hiberno tempore vendebantur Romæ ex ramento corneo tincto, propter gracilitatem *corollæ* inter initia ejus inventi dictæ sunt. *Plin.* l. 21. c. 2. ¶ Corollam nova nupta de floribus, verbenis, herbisque a se lectis sub amiculo (*h. e.* sub flammeo) ferebat. *Fest.* in hac ipsa voce.

COROLLARIA, æ, f. quæ corollas facit. Inscript apud *Murator.* pag. 999. n. 8. Cornelia A. L. Acte corollaria.

COROLLARĬUM, ii, n. parva corona, a *corolla* deduc-

tum. Scribit enim *Plin.* l. 21. c. 2. graciles quasdam coronas e lamina ærea tenui inaurata, aut inargentata, *corollaria* dicta fuisse. ¶ Inde traductum est ad significandum appendicem, accessionem, additamentum, quod alicui datur præter id quod debitum est, *something given over and above what is due; a surplus, overplus, donation, gratuity, corollary; so named from its being customary to present distinguished actors, singers, and the like, with a* corolla *over and above their usual hire:* quia corollæ in scena dari solitæ actoribus, cum placuerant, ut *Varro* l. 4. *de L. L.* c. 36. docet, et colligitur ex *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 34. Hinc *Cic. Verr.* 5. c. 50. Ut esset, unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur. et *Verr.* 6. c. 22. Ne sine corollario de convivio discederet, emblemata evellenda curavit. *Sueton. in Aug.* c. 45. Corollaria, et præmia alienis quoque muneribus de suo offerebat. *Senec.* l. 6. *de Benef.* c. 17. Corollarium aspergere in diem se locanti. *Paulo ante dixerat:* supra constitutum aliquid adjicere. ¶ Est etiam quod Græci πόρισμα vocant, cum demonstratis, quæ proposita sunt, aliquid consectarium infertur. *an inference following from something going before; a corollary. Boeth.* l. 3. *de consol. prosa* 10. Veluti Geometræ solent, demonstratis propositis, aliquid inferre, quæ πορίσματα ipsi vocant; ita ego quoque tibi veluti corollarium dabo. Adde lib. 4. *prosa* 3. [¶ Obscena metaphora utitur *Apul.* l. 3. *Met.* pag. 211. *Oudend.* Hactenus denique intecti atque nudati bacchamur in Venerem; cum quidem mihi jam fatigato de propria liberalitate Fotis puerile obtulit corollarium.]

CORŌNA, æ, f. *a crown, garland,* στέφανος, κορώνη, ornamentum circulare capitis, sertum, strophium. *Festus:* Corona cum videatur a choro dici, caret tamen aspiratione: sive coronæ dicuntur, quod cohonorent eos, quibus imponuntur. ¶ Alii deducunt a χορωνὸς, seu κορωνὸς, quod a χορὸς, chorus, quia in theatris coronati choreas agerent. Quin ipsum χορὸς ab *Hesychio* non solum κύκλος, sed etiam στέφανος, corona, exponitur. Hinc nonnulli *chorona* cum aspiratione scripserunt, ut est apud *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) et *Scaur. de Orthogr.* pag. 2252. *Putsch.* quæ scribendi ratio non est usu recepta. Alii denique a κορώνη, quod ab *Hesychio* exponitur etiam εἶδος στεφάνου. *Martial.* l. 13. epigr. 51. Texta rosis fortasse tibi, vel divite nardo; At mihi de turdis facta corona placet. ¶ Coronarum aliæ voluptatis gratia erant, aliæ lætitiæ publicæ: atque hæ præcipue e floribus: aliæ honoris, atque in præmium virtutis: quæ plerumque ex metallis, aut arboribus quibusdam. *Cic. Verr.* 7. c. 11. Ipse coronam habebat unam in capite, alteram in collo, reticulumque ad nares sibi admovebat plenum rosæ. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 21. Aderant unguenta, coronæ: incendebantur odores, mensæ exquisitissimis epulis exstruebantur. ¶ De coronis in publica lætitia adhibitis, *Cic.* l. 14. *Attic.* ep. 19. et 1. *Tuscul.* c. 35. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 55. *Curt.* l. 9. c. 10. et *Cato* apud *Gell.* l. 7. c. 4. *extr.* &c. His non solum homines ornari consueverant, sed et deorum simulacra, victimæ, postes templorum, proræ, puppesve navium, januæ ædium, pocula, sepulcra, aræ, &c. ¶ Quæ vero virtutis ergo dabantur, diversorum generum fuere, scilicet *triumphalis, obsidionalis, civica, muralis, vallaris,* seu *castrensis, navalis, ovalis,* &c. de quibus *Gell.* l. 5. c. 6. et V. suis locis. ¶ Hinc aliquando *corona* pro præmio ponitur. *reward, meed. Virg.* 5. *Æn.* v. 355. primam merui qui laude coronam. *Sil.* l. 16. v. 506. spes prima coronæ Eurytus. *h. e.* Eurytus, qui primum præmium sperabat. ¶ Mos fuit, ut servi bello capti coronam gestarent, cum venales producebantur: unde est *sub corona venire, emere,* aut *vendere,* apud *Varr. R. R.* l. 2. c. 10. *ante med. Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 16. *Liv.* l. 24. c. 42. *Curt.* l. 9. c. 8. ut *Fest.* in *Sub,* et *Cæl. Sabinus* docet apud *Gell.* l. 7. c. 4. et colligitur ex *Catone ibidem:* ubi *Gell.* aliam refert opinionem, quod scilicet corona militum cingerentur, custodiæ causa: sed quod *Sabinus* docuit, verius putat. ¶ De radiatis Imperatorum coronis V. *Radiatus.* ¶ Est in Cælo sidus quod *Corona* dicitur in regione septentrionali prope Booten: de qua V. in *Ariadna. Colum.* l. 11. c. 2. *post med.* Prid. Id. Octobr. Corona tota mane exoritur. Adde *Plin.* l. 18. c. 25. et *Virg.* 1. *Georg.* v. 222. ¶ Est etiam Corona Australis, ad genua Sagittarii posita, quam dicunt esse Ixionis rotam: cujus utrum aliquis Latinorum Scriptorum meminerit, nobis adhuc incompertum est. ¶ Præterea inter meteora appellatur *corona* a Latinis, quæ a Græcis ἅλως. *a halo. Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 2. V. *Halo.* ¶ Item sic dicitur cœtus hominum, qui aliquem circumstant, *a ring or circling crowd of people. Cic.* 2. *de Fin.* c. 22. *extr.* At tu eadem ista dic in judicio: aut si coronam times, dic in Senatu. *Id. pro Flacc.* c. 28. *ad fin.* A judicibus oratio avertitur: vox in coronam, turbamque effunditur. *Id.* 1. *Tuscal.* c. 5. *extr.* Dicere causam maxima corona. *Id.* 2. *Phil.* c. 44. Armatorum corona Senatus septus est. ¶ Unde est militaris illa locutio, *corona oppidum adoriri, circumdare,* &c. apud *Liv.* l. 37. c. 4. *extr. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 72. &c. quæ significat oppidum circum undique militibus continuo ordine dispositis cingere, ita ut nullum non locum obsideant, nullam non mœnium partem aggrediantur, σαγηνεύειν. *to invest, surround with a line of troops. Liv. loc. cit.* c. 5. Non corona, sed operibus oppugnare urbem est adortus. *Curt.* l. 7. c. 6. Urbem corona capit. *by assault. Liv.* l. 4. c. 19. *sub fin.* Corona vallum defendere. ¶ In ædificiis *corona* est projectura quædam, quam κορωνίδα vocat *Hesych.* et exponit τὸ τελευταῖον τῆς οἰκοδομῆς ἐπίθεμα: quæ primo arcendis stillicidiis inventa est, postea in ornamentum transiit, habetque locum tum in summis, tum in mediis parietibus architectonicis, *the highest projection of a wall or column; the coping or cornice; the corona. Plin.* l. 36. c. 24. Usus gypsi in coronis gratissimus. *Vitruv.* l. 5. c. 2. Præcingendi sunt parietes medii coronis ex intestino opere, aut albario, ad dimidiam partem altitudinis. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 9. Imperat castra vallo pedum duodecim muniri, coronisque pro ratione ejus altitudinis inædificari. *h. e.* projecturis in summo vallo. *Al. leg.* loriculisque. *Curt.* l. 9. c. 4. Angusta muri corona erat: non pinnæ fastigium ejus distinxerant, &c. ¶ Sumitur etiam ab eodem *Vitruv.* l. et cap. 3. *ad fin.* strictiori significatione pro parte summa epistylii, quæ ceteris est projectior: item pro parte summa ipsius coronæ, ceteris item projectiore: quæ quia ideo est instituta, ut guttas aquæ longe a ceteris subjectis membris epistylii, capitulorumque projiciat, Anglice dicitur, *the gutter, drainer, drip.* Ita enim conformata est, ut in inferiore sui parte cavata sit, ne aqua secundum ipsam defluat, sed statim decidat, et longe cadat. ¶ In agris *corona* est extremus circa margo, vel agger. *Cato R. R.* c. 6. Circum coronas, et circum vias ulmos serito, et partim populos. ¶ In pedibus quadrupedum est pars summa ungulæ, quæ cum pilis committitur, *that part of the hoof which is nearest to the hair. Colum.* l. 6. c. 29. Duris ungulis, et altis, et concavis, quibus coronæ mediocres superpositæ sunt. *Veget. de re Veterin.* l. 2. c. 55. *extr.* Si pedem contuderit, sanguinem de corona emittes. ¶ *Corona montium* est ipsum, quod Angli dicimus *a chain of hills extending in a circle,* series montium in circuitu positorum. *Plin.* 6. c. 20. Hos includit Indus montium corona circumdatos. [¶ Coronæ appellatione honorabantur olim episcopi. *Sidon.* l. 7. epist. 8. *ad Euphronium Augustodunens. episc.* De minimis videlicet rebus coronam tuam, maximis consulerem. *Savaro* et *Gothofredus* ob tonsuram orbicularem sic appellatos affirmant, negat tamen *Salmasius.*]

CORONÆUS, a, um, Κορωναῖος, ad Coronem pertinens, quæ est urbs Peloponnesi in Messenia, *nunc Coron:* ut Coronæus sinus, [† nunc] *the Gulph of Coron,* apud *Plin.* l. 4. c. 5.

CORONĀLIS, le, adject. στεφανικὸς, ad coronam pertinens. *Apul.* l. 1. *Metam.* Ut illa Medea totam domum, filiamque cum ipso sene flammis coronalibus deusserat. *h. e.* corona aurea ex venenis facta, ut loquitur *Hygin.* fab. 25. quam pellici suæ dono miserat. V. etiam *Plin.* l. 2. c. 105. et quæ dicemus in *Creusa.*

CORONAMEN, inis, n. coronamentum, corona, στεφάνωμα. *Apul.* l. 11. *Metam.* Mulieres candido splendentes amicimine, verno florentes coronamine.

CORONAMENTUM, ti, n. *flowers or leaves to make garlands of,* genus omne florum, herbarum, et foliorum, quæ texendis coronis adhibentur: itemque semina ipsa, στεφάνωμα. *Plin. initio* l. 21. In hortis seri coronamenta jussit Cato. *Id.* l. 22. c. 21. Anthemis colligitur vere, et in coronamenta reponitur. *Cato R. R.* c. 8. Coronamenta omne genus facito uti serantur. ¶ Item ipsa corona. *a crown, garland. Tertull. de coron. Mil.* c. 1. Solus libero capite: coronamento in manu otioso. Adde cap. 7.

CORONARĬUS, a, um, adject. στεφανιτικὸς, στεφανωματικὸς, ad coronas pertinens. *Vitruv.* l. 7. c. 6. Glebæ contusæ et mollitæ præstant tectoriis et coronariis operibus utilitatem. *h. e.* in coronis, seu projecturis, quæ fiunt ornatus gratia, *in the cornices,* vel *stucco projections.* V. *Corona. Id.* l. 9. c. 3. Tantundem argenti in id coronarium opus admixtum esse. *h. e.* in ea corona facienda. *Plin.* l. 33. c. 9. Æs Cyprium tenuissimum, quod coronarium vocant. *h. e.* coronis faciendis aptum. *Id.* l. 21. c. 23. Anemonæ coronariæ. *h. e.* quæ adhibentur in coronis floreis. *Id.* l. 14. c. 3. Coronarius naturæ lusus. *h. e.* natura velúti ludens in coronis faciendis. Loquitur de quadam vite, cujus acinos folia intercursant. ¶ *Aurum coronarium* dicebatur, quod coronæ aureæ loco a provinciis dabatur Imperatoribus: seu pecunia, quam provinciales conferebant, dabantque Imperatoribus R. prætextu coronæ inde faciendæ. Mos enim fuerat primum, ut provinciales, socii amicique populi R. Imperatori suo victori coronas e lauru mitterent gratulationis ergo: mox eæ cœptæ ex auro fieri: deinde missa pecunia eo titulo. Hujusmodi autem coronæ in triumpho præferebantur. Cujus rei exempla habemus apud *Liv.* l. 38. c. 37. et lib. 39. c. 7. et in lapide Ancyrano Augusti Cæsaris, apud *Gruter.* pag. 230. Adde *Gell.* l. 5. c. 6. Procedente tempore, quod erat muneris, in tributum transiit, atque exigi cœptum est. Verba de hoc auro facit *Cic.* 2. *Agrar.* c. 22. et *in Pison.* c. 37. ¶ Quod vero docet *Serv. ad Æn.* 8. v. 721. dictum esse *coronarium,* quod a victis gentibus Imperatori dabatur propter concessam impunitatem; de suis temporibus intelligendus est, quibus mutata ratione reipubl. hoc quoque mutari potuit. Quamquam nihil prohibet, quin utrumque *coronarium* diceretur, et quod a provincialibus sociisque, et quod a victis conferebatur. ¶ *Coronarius* etiam dicitur artifex, qui coronas facit. *Plin.* l. 34. c. 11. Coronariorum recisamenta in acetum addita. *Id.* l. 21. c. 2. Ingenium Glyceræ coronariæ. Adde *Gell.* l. 4. c. 14. ubi non videtur necesse, quod quidam faciunt, ut *coronarium* coronam interpretemur. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 974. n. 3. Remniæ Primigeniæ coronariæ. In agr. P. VI. Adde aliam *ibid.* pag. 786. n. 1.

CORONĀTOR, oris, qui coronat. *Augustin.* serm. 318. (*al.* 25. *ex Sirmondianis*) *in fi.* Coronator Stephani adoretur.

CORONĀTUS, a, um, *crowned,* στεφανωθεὶς, corona ornatus. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 25. Epulæ, quas inibant parentes coronati. *crowned with garlands. Horat.* l. 2. od. et vers. 7. coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. *Sueton. in Domit.* c. 13. Palfurius Sura coronatus de Oratoribus. *h. e.* inter Oratores: quemadmodum *unus de multis* dicimus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 335. Coronata puppis. *Propert.* l. 3. el. 8. v. 19. Coronatæ aræ. et el. 1. v. 1. Coronati equi. *Stat.* l. 3. silv. 4. v. 1. Ite comæ, &c. Ite, coronato recubantes molliter auro. *h. e.* in aurea pyxide, tanquam aurea corona repositæ. *Firmic.* l. 3. c. 14. Erunt autem aut coronati, aut sacerdotibus præpositi, aut sacrorum bajuli simulacrorum. *Maffei. in observat. litterar.* to. 1. artic. 9. intelligit sacerdotes quosdam sacrorum privatorum, quibus mos esset coronatos incedere, Græce, dictos στεφανοφόρους. Eorum figuram habes in anaglypho Musæi Veronens. pag. 420.

CORONEŎLA, æ, f. *a musk-rose,* genus est rosæ autumno provenientis. *Plin.* l. 21. c. 4.

CORONĪDES, æ, m. Κορωνίδης, Æsculapius Coronidis filius. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 746. et *in Ibin,* v. 406.

CORŌNIS, idis, f. κορωνὶς, Græca vox significans notam quandam ex linea brevi, et ab inferiori parte flexa, et incurvata, uti docet *Vetus Scholiast. ad Aristoph.* Πλοῦτον, v. 253. quæ in fabulis Comicorum, et Tragicorum appingi solebat ad significandum quoddam genus pausæ, et cessationis in agendo. Præterea, *Hesychio* teste, est τὸ τελευταῖον τῆς οἰκοδομῆς ἐπίθεμα, hoc est summa corona parietis in fabrica, de qua in *Corona* dictum est. *the coping, cornice.* Hinc pro fine ponitur in illo *Martial.* l. 10. epigr. 1. Si nimius videor, seraque coronide longus Esse liber; legito pauca, libellus ero. ¶ Fuit etiam hoc nomine Nympha Larissæa filia Phlegyæ, vel Leucippi, soror Ixionis: quæ cum forma esset præstanti, Apollini placuit, atque ex eo puerum concepit. Sed a corvo apud Apollinem accusata adulterii cum adolescente Hæmonio Elati filio, cui nomen Ischys erat, ab Apolline sagitta confossa est: qui extractum e ventre puerum Æsculapium appellavit: corvum vero mali nuntii delatorem, ex albo in nigrum convertit. *Ovid. Metam.* 2. v. 544. et 598. *et sequentib. Hygin.* fab. 161. et 202. *Serv. ad Æn.* 6. v. 618. et *Lactant. Plac. in argum.* l. 2. *Metam.* fab. 7. ¶ Alia fuit filia Coronei Phocensis, quæ cum Erichthonium a Pallade cista clausum, et tribus virginibus commissum divulgasset, ab ea expulsa fuit a suo comitatu: cumque sola in litore spatiaretur, a Neptuno visa, et insectata, Palladis opem imploravit, et in cornicem versa fuit. *Ovid. Metam.* 2. a vers. 551. et *Lactant. Plac. loc. cit.* fab. 8.

CORŌNO, as, avi, atum, a. 1. *to crown,* στεφανόω, coronam capiti impono, coronis orno. *Plin.* l. 15. c. 4. Athenæ victores olea coronant, Græci vero oleastro Olympiæ. *Id. ibid.* c. 3. Victores Delphis lauro coronari, et triumphantes Romæ. *Virg.* 2. *Georg.* v. 528. socii cratera coronant. et 1. *Æn.* v. 723. Crateras magnos statuunt, et vina coronant. *fill high, fill to the brim, crown with wine.* ubi *Servius:* aut implent usque ad marginem: aut quia antiqui coronabant pocula, et sic libabant: unde est (3. *Æn.* v. 526.) Anchises magnum cratera corona Induit, implevitque mero. Hoc tractum est ex *Homero,* qui ait (*Odyss.* 1. v. 149.) Κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο. Hæc *Servius,* qui secundam interpretationem præferre videtur. Confirmat *Stat.* l. 3. silv. 1. v. 76. Diffugimus, festasque dapes, redimitaque vina Eripiunt famuli. At primæ favet *Athenæus* l. 15. c. 5. ubi, allato *Homeri* versu, docet ex *Aristotele,* nihil mutilum Diis esse offerendum, sed omnia perfecta atque integra: perfectum autem esse, quod est plenum: et τὸ στέφειν, *coronare,* plenitudinem quandam significare. ¶ *Horat.* l. et ep. 1. v. 50. dixit, *coronari Olympia,* quemadmodum dicitur, *vincere Olympia, vincere Pythia,* per Græcam ellipsim. ¶ Translate *coronare* est cingere, circumdare, *to surround, invest, hem in. Virg.* 9. *Æn.* v. 380. omnemque aditum custode coronant. *Propert.* lib. et eleg. 4. v. 8. Fidaque suggesta castra coronat humo. *Stat.* 2. *Theb.* v. 526. densaque nemus statione coronant. *Lucret.* l. 2. v. 801. Pluma columbarum cervices circum, collumque coronat. *Id.* l. 9. v. 335. Lacum myrteta coronant. *Vitruv.* l. 9. c. 4. Mercurii, et Veneris stellæ circum solis radios, solem ipsum, uti centrum, itineribus coronantes. *revolving round. Martial.* l. 12. epigr. 18. focus, Multa villica quem coronat olla. *Plin.* l. 22. c. 5. Coronari nomine novo. *h. e.* decorari, ornari.

CORONŎPUS, odis, *the herb buck's horn plantain,* κορωνόπους, al. gramen aculeatum, est herba oblonga, fissis foliis, per terram repens, cujus radix in cine-

rem tosta celiacis præclare facit. *Plin.* l. 21. c. 16. et lib. 22. c. 19.

CORONULA, læ, f. parva corona. *Veget.* l. 2. *rei Veterin.* c. 55. Solum ungulæ celeriter aperite, ne apostema eruptionem super coronulas faciat. *h. e.* partes pedis, quæ summæ ungulæ junguntur, ut in *Corona* dictum est.

CORPORALIS, le, *bodily, corporeal*, σωματικός, habens corpus. *Senec.* ep. 58. Dicimus, quædam corporalia esse, quædam incorporalia. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 1. leg. 15. *a med.* Corporalia pignora. *h. e.* quæ re corporali constant: quibus opponuntur nomina, et jura. ¶ Item ad corpus pertinens. *Gell.* l. 18. c. 1. Etiam si cetera bona omnia, quæ corporalia et externa appellarentur, virtuti deessent. *Quintil.* declam. 19. c. 2. Corporalibus bonis juventus insolenter exsultat. *Senec.* ep. 53. Vitia corporalia. *ailment, indisposition. Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 4. leg. 18. Corporalis labor. *Papinian. Dig.* lib. 13. *tit. ult.* leg. 40. Corporalis possessio. *h. e.* cum res ipsa possidetur. ¶ *Corporale nomen* dicitur a Grammaticis, quod rem corpoream significat: sicut *incorporale* quod incorpoream: Illud v. gr. *homo*: hoc *virtus. Priscian.* l. 2. pag. 579. *Putsch.*

CORPORALITAS, atis, f. *corporality*, σωματότης, ipsa natura corporis, ipsum corpus. *Tertull. advers. Hermog.* c. 36. et *de Anim.* c. 7.

CORPORALITER, *corporally, bodily*, secundum corpus, σωματικῶς. *Paul. Dig.* lib. 41. tit. 2. leg. 1. *circa med.* Servus corporaliter pignori datus. Adde *Tertull. de Baptism.* c. 4. *extr.* et cap. 8. *Petron. in frag. Tragur.* c. 61. *Burm.* et *Arnob.* l. 5. pag. 168.

CORPORASCO, is, n. 3. *to become body, assume a corporeal substance*, corpus fio, σωματοῦμαι. *Claud. Mamert.* l. 1. *de statu Animæ*, c. 14. Nisi forte dicatur incommutabilis Deus veluti corporascere, ut unum possit esse cum corpore.

CORPORATIO, onis, f. *corporality, corporature*, corporalitas. *Tertull. de carne Christi*, c. 4. et *Martian. Capell.* l. 7. pag. 238. ¶ De loco *Columellæ* V. *Incorporatio.*

CORPORATĪVUS, a, um, nutriens, corroborans, et corpus faciens, ut *corporativa adjutoria* apud *Cæl. Aurel.* l. 1. *Chronicor. extr.*

CORPORATŪRA, æ, f. *corporature, the quality of being embodied*, σωμάτωσις, τὸ σώματος κατάστημα, corporis magnitudo, habitus, et status corporis. *Vitruv.* l. 6. c. 1. Ex cælo roscidus aer in corpora fundens humorem efficit ampliores corporaturas. *Colum.* l. 6. c. 2. *sub fin.* Humilis et modica corporatura pecoris operarii debet esse.

CORPORĀTUS, a, um, *corporal, corporeal, having a body*, corpore præditus, σωματώδης. *Cic. de Univers.* c. 2. Mundus cernitur, et tangitur, et est undique corporatus. *Lactant.* l. 4. c. 26. *de Jesu Christo.* Is igitur corporatus est, et veste carnis indutus. *h. e.* corpus assumpsit. [¶ Translate *Tertullian. de pall.* c. 2. Mundus omnis et diversitatibus corporatus et vicibus temperatus. *h. e.* ex diversis substantiis compactus, compositus.] ¶ *Corporati* dicuntur, qui in aliquo corpore, seu collegio sunt, *corporate, united in a body or community. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 45. n. 8. Patronus corporat. Ferrarior. et apud *Reines.* class. 1. n. 139. Corporati aurariorum, et argentariorum Isidi, et Osiri mansionem ædificavimus. ¶ Et corporati alicujus urbis sunt, qui in ejus urbis corpore aliquo, seu collegio sunt. Hinc apud *Gruter.* pag. 496. n. 5. Corporati Nemausenses. Adde *Symmach.* l. 10. ep. 27. (*al.* 34.)

CORPŎRE-CUSTOS, odis, m. *a body-guard*, custos corporis. *Vetus Inscript.* apud *Gruter.* pag. 600. n. 12. Bassus Neronis Cæsaris corpore-custos. et n. 13. Hilarius Neronis Cæsaris corpore-custos.

CORPORĔUS, a, um, *corporal, corporeal, having a body, material*, σωματώδης, σωματικός, corpus habens, corporatus, corporalis. *Cic. de Univers.* c. 4. Corporeum, et adspectabile omne necesse est esse, quod natum est. et cap. 8. Quod erat concretum et corporeum. *Lucret.* l. 3. v. 178. Ergo corpoream naturam animi esse, necesse est, Corporeis quoniam telis, ictuque laborat. *Id.* l. 4. v. 541. Corporea vox. ¶ Item carneus, *fleshy, of flesh*, σαρκικός, σάρκινος. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 406. *de Pelope.* Corporeus humerus. *Id.* 15. *Metam.* v. 105. Dapes corporeæ. *Plin.* l. 11. c. 37. *sub init.* Spectatissimum insigne gallinaceis corporeum, serratum. *h. e.* crista. *et paulo post.* Cornua cochleis corporea. *et paulo post.* In vicem ossium succedente corporea cicatrice.

CORPŎRO, as, avi, atum, a. 1. *to corporify, inspissate into body*, σωματόω, corpus efficio, in corpus efformo. [*in corpus efformo* ait *Forcellinus*; tu tamen cave utaris hoc verbo, Latinum enim non est, et inter barbaras voces recenset idem Lexicographus.] *Plin.* l. 7. c. 15. Semen e maribus coaguli modo profluvium mulierum in se se glomerans, quod deinde tempore ipso animatur, corporaturque. *becomes a human body. Id.* l. 10. c. 53. *de pullis avium.* Ipsum animal ex albo liquore ovi corporatur. ¶ Item interficio, corpus solum sine anima relinquo, ut *Non.* c. 1. n. 73. explicat. *Enn. ibid.* Corpus contemplatur, unde corporet vulnere. *Accius ibid.* Corporare abs tergo es ausus. [¶ Translate *Id.* c. 1. n. 168. Tractum a pictura, quæ priusquam coloribus corporatur, umbra fingitur. ¶ De assumptione carnis. *h. e.* naturæ humanæ. *Tertullian. de carne Chr.* c. 3. Ita ut et nasceretur, et carne corporaretur. *Idem ibid.* c. 6. Numquam fuit causa angelorum corporandorum.]

CORPORŌSUS, a, um, corpulentus, magni corporis. Est *Cœlii Aureliani Acut.* l. 3. c. 17. *ante med.*

CORPULENTIA, æ, f. *corpulence, corpulency, bulkiness of body, grossness of habit*, πολυσαρκία, obesitas. *Plin.* l. 11. c. 53. *extr.* Somno concoquere, corpulentiæ, quam firmitati utilius.

CORPULENTUS, a, um, *corpulent, fleshy, bulky, gross, fat*, εὔσαρκος, ἐπίσαρκος, qui est obesi corporis, ut *Festus* interpretatur. *Plaut. Epid.* 1. 1. 8. Corpulentior videre atque habitior. *Colum.* l. 6. c. 3. Nitidum, et hilare, et corpulentum pecus. *Gell.* l. 7. *c. ult.* Pingit homo, et corpulentus. Adde *Quintil.* l. 6. c. 1. *ad fin.* ¶ *Ennius* apud *Fest. corpulentum* pro magno posuit.

CORPUS, oris, n. *a body, solid substance*, σῶμα, substantia quævis, quæ visu tactuve percipi potest. Tria hæc vox significat, ut *Pompon.* docet *Dig.* lib. 41. tit. 3. leg. 30. et *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 2. et epist. 102. Primo id quod simplici re atque una constat, et Græce ἡνωμένον vocatur, ut homo, tignum, lapis, et similia. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 6. Atomos, quas appellat, idest individua corpora. *Id.* 4. *Acad.* c. 38. Qui asperis, et levibus, et hamatis, uncinatisque corporibus concreta hæc esse dicat. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 137. quot haberet corpora pulvis, Tot mihi natales, &c. *Lucret.* l. 2. v. 102. Corpus ferri. et lib. 6. v. 854. aquæ. et *ibid.* v. 101. Nubes corpore condenso. *Plin.* l. 16. c. 12. Corpus piceæ. et cap. 6. glandis. *Id.* l. 9. c. 35. unionum. *Id.* l. 17. c. 21. Uva fert omnium corporum suorum acinos. *h. e.* omnium surculorum, seu malleolorum, qui in unum caudicem cohæserint. *Papinian. Dig.* lib. 16. tit. 3. leg. 24. Ut corpora nummorum eadem redderentur. *the same money.* Adde leg. 94. ubi eadem loquendi ratio. ¶ *Corpus arborum* dicitur lignum ipsum, ut distinguatur a cortice, medulla, &c. *Plin.* l. 17. c. 24. Cerasus, et tilia, et vitis corticem mittunt, sed non vitalem, nec proximum corpori. ¶ Sæpissime dicitur de animalibus, et præsertim de homine. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 30. Nec gaudere quemquam nisi propter corpus, nec dolere. *et mox.* Memoria corpore perceptarum voluptatum. *Id. Attic.* l. 7. ep. 23. O me miserum! et non omnes nostra corpora opponimus? *Id. pro Rosc. Amer.* c. 12. Quod non totum telum corpore recepisset. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 6. *extr.* Corpus bene constitutum. *well ordered, or regulated. Id. Attic.* 11. ep. 4. Corporis infirmitas. *Id.* 1. *Offic.* c. 23. Exercere corpus. *Id. Fam.* 16. ep. 4. Servire corpori. *to be the slave of, be subservient to.* et lib. 9. ep. 20. Inde corpori omne tempus datur. *Id.* 1. *Catil.* c. 6. Effugere ictus parva quadam declinatione, et, ut aiunt, corpore. *Virg.* 5. *Æn.* v. 438. Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 298. ovis lana corpus amicta sua. et l. 1. v. 377. Corpus juvenci. *Scribon. Larg. compos.* 161. Multum profuit, ad corpus in duplici calceo pellem caninam habere. *next to the skin.* ¶ Aliquando dicitur de sola carne, *the flesh. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. *ad fin.* Ossa subjecta corpori mirabiles commissuras habent. *Id. Fam* 7. ep. 26. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam. nam et vires et corpus amisi. *I am quite worn out. Ovid. Heroid.* ep. 3. v. 141. abiit corpusque colorque. Utramque significationem complexus est *Martial. de Spectac.* epigr. 7. Inque omni nusquam corpore corpus erat. ¶ Hinc *corpus facere* est pinguescere, *to grow fat. Phædr.* l. 3. fab. 7. Unde sic, quæso, nites? Aut quo cibo fecisti tantum corporis? *Cels.* l. 7. c. 3. *sub fin.* Cibi potionesque corpori faciendo aptæ. ¶ Translate *Petron. in Satyr.* c. 2. Corpus orationis enervatur. *Quintil.* l. 10. c. 1. Macer, et Lucretius legendi quidem, sed non ut phrasim, id est corpus eloquentiæ faciant. *h. e.* constituant quasi corpus eloquentiæ. *Id.* l. 2. c. 10. Hæc poetica juvenibus pertractare permittemus, ut exspatientur, et gaudeant materia, et quasi in corpus eant, *may enrich their style.* ¶ Obsceno sensu *Phædr.* l. 3. fab. 11. Damnum insectatus est amissi corporis. *h. e.* τῶν ὄρχεων. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 43. dedit hic pro corpore nummos. Ubi *Acron*: ne castraretur. Possis tamen intelligere pro vita. ¶ Huc pertinent illa *Ovidii* 3. *Amor.* eleg. 14. v. 9. meretrix corpus junctura Quiriti. et *Plauti Cistell.* 2. 3. 21. Dotem sibi corpore quærere. et *Pœn.* 5. 3. 21. et *Liv.* l. 26. c. 33. Facere quæstum corpore. ¶ Per catachresim dicitur de anima separata a corpore. *Virg.* 6. *Æn.* v. 303. *de Charonte.* Et ferruginea subvectat corpora cymba. *spirits, souls.* Ubi *Servius* adscribit, ideo a Poeta dici *corpora*, quia ab Ænea, et Sibylla cernebantur: omne autem, inquit, quod potest videri, corpus dicitur. Unde paulo post (v. 391.) discretionem fecit dicens: Corpora viva nefas Stygia vectare carina. *Virg. ibid.* v. 306. defunctaque corpora vita Magnanimum heroum. ¶ Item de viris ipsis, seu de personis. *Liv.* l. 29. c. 21. Libera corpora placere Locrensibus restitui. *Curt.* l. 5. c. 13. In illo corpore posita est victoria. *on that single individual. Virg.* 2. *Æn.* v. 18. delecta virum sortiti corpora. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 58. Aut ultor vestræ, fidissima corpora, mortis, Aut comes, inquit, ero. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 653. centumque pares primæva ministri Corpora. ¶ Item de servis. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 4. v. 33. Nec tamen ingenuam jus est servare puellam: Hic metus externæ corpora gentis agat. Græci quoque σώματα eadem significatione usurpant. ¶ Item de cadavere. *a dead body, corpse. Albinovan.* eleg. 1. v. 167. Quin etiam corpus matri vix vixque remissum, Exsequiis caruit, Livia, pæne tuis. *Ovid. Metam.* 13. v. 471. genitrici corpus inemptum Reddite. et 2. *Fast.* v. 835. super corpus communia damna gementes. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 662. n. 8. Iisdem corporibus tralatis. ¶ Secundo *corpus* significat id, quod acervatione, vel nexu, seu quod ex contingentibus se, hoc est inter se cohærentibus constat, quod συνημμένον vocatur, ut funis, frumentum, ædificium, navis, armarium. Translate *Cic. Fam.* 5. ep. 12. A principio conjurationis usque ad reditum nostrum, videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse. *Id. in Bruto*, c. 57. Unum corpus debet esse defensionis. *Virg.* 11. *Æn.* v. 313. toto certatum est corpore regni. *h. e.* totis regni viribus. *Cic. ad Q. Fr.* l. 2. ep. 13. *ad fin.* Sed utros ejus habueris libros (sunt enim duo corpora) an utrosque nescio. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 50. Corpus Homeri. *the works of Homer. Senec. de Tranquill.* c. 9. *sub fin.* Corpora ignotorum auctorum conquirere. *Ulpian.* lib. 40. tit. 5. leg. 37. Corpora rationum. *books of accounts. Imp. Justin.* lib. 5. *Cod.* tit. 13. Corpus Juris. *Ulpian.* lib. 4. tit. 2. leg. 20. patrimonii. et lib. 31. leg. 79. Omnia corpora maternæ hereditatis. ¶ Tertio *corpus* dicuntur ea, quæ ex distantibus constant, sed uni nomini subjectis, ut populus, legio, grex. *Liv.* l. 26. c. 16. Corpus nullum civitatis, nec Senatus, nec plebis concilium esse. *Justin.* l. 3. c. 2. Fiunt de uno populo duo corpora. *Id.* l. 14. c. 2. *ad fin.* Unus de corpore militum. *one of the number. Liv.* l. 4. c. 9. Qui et ipsi ejusdem corporis erant. *h. e.* ejusdem ordinis, *of the same rank. Id.* l. 1. c. 17. Sabini sui corporis creari regem volebant. *h. e.* sui populi, Sabinum scilicet. *from amongst themselves. Callistrat. Dig.* lib. 50. tit. 6. leg. 5. *ad fin.* Collegium, vel corpus fabrorum, et naviculariorum. *a fraternity.* Hinc *corporati.*

CORPUSCŬLUM, i, n. *a little body, particle of matter, atom, corpuscle*, σωμάτιον, dimin. a *corpus. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 24. Esse corpuscula quædam lævia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, curvata quædam, et quasi adunca. *Juvenal.* sat. 10. v. 173. mors sola fatetur Quantula sint hominum corpuscula. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 29. Cuperem, sine querela corpusculi tui pervenire in Bithyniam potuisses. *Justin. in præfat.* Horum voluminum cognitione quæque dignissima excerpsi, et breve veluti florum corpusculum feci. ¶ In blanditiis. *Plaut. Cas.* 4. 4. 19. Corpusculum mellitulum.

CORRĀDO, et Conrado, is, asi, asum, a. 3. *to scrape or rake together, bear or carry away*, συμψάω, radendo aufero. *Cels. Dig.* lib. 6. tit. 1. leg. 38. Si tectorium quod induxeris, picturasque corradere velis. *Lucret.* l. 6. v. 443. Vortex conradens ex aere semina nubis. ¶ Translate *Terent. Heaut.* 1. 1. 89. Nihil relinquo in ædibus, nec vas, nec vestimentum: corrasi omnia. Ubi *Calphurnius*: omnia compilavi, vendidi. Huic contrarium est *abradere*, et est per vim aliquid auferre. Cum autem dicere volumus, aliquem nihil omnino tam parvum reliquisse ex rebus suis, quod non alienaverit, recte dicemus *omnia corrasit*, quasi etiam raserit parietem, &c. ¶ Item difficulter comparare, eodem teste. *to procure with much ado. Terent. Adelph.* 2. 2. 34. Minas decem corradet alicunde. *Plaut. Pœn.* 5. 6. 26. Trecentos Philippos, credo, corradi potest. *Ulpian. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 4. Si ea summa corradi possit, ut inde ager comparari possit. ¶ De loco *Lucretii* V. in *Contrado.*

CORRĀSUS, et Conrasus, a, um, *scraped together, collected*, radendo ablatus: et translate comparatus, collectus. *Callistrat. Dig.* lib. 40. tit. 20. leg. 6. *extr.* Plerumque etiam inde corrasas pecunias Præsides ad fiscum transmiserunt. Adde *Ulpian. ibid.* tit. 7. leg. 3. *circa med.*

CORRATIONALĬTAS, et Conrationalitas, atis, f. *Augustin.* l. 6. *de Music.* c. 17. Corrationalitas: ita enim malui analogiam vocare, &c.

CORRECTIO, et Conrectio, onis, f. *correction, amendment*, διόρθωσις, emendatio. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 9. Hæc est correctio philosophiæ veteris, et emendatio. *Id.* 3. *Offic.* c. 2. Panætium nos, correctione quadam adhibita, potissimum secuti sumus. *Sueton. in Tiber.* c. 42. Correctio morum. ¶ Item objurgatio, castigatio. *correction, reproof. Cic. de Amic.* c. 24. *extr.* Pecasse se non anguntur, objurgari moleste ferunt: quod contra oportebat, delicto dolere, correctione gaudere. ¶ Apud Rhetores est Figura, quæ tollit id, quod dictum est, et pro eo id, quod magis idoneum videtur, reponit, hoc pacto: Nam postquam isti vicerunt, atque adeo victi sunt. eam enim quomodo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis, quam boni dederit? Hæc ex *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 26. Adde *Cic.* 3. *de Orat.* c. 53. ¶ *Quintil.* autem l. 9. c. 3. docet, duplicem esse *correctionem*, verborum, et sententiarum. Nam cum in re est, dubitatio quædam dici potest, et ad sententias pertinet: ad verba vero, cum in verbo aliquo emendando versatur. ¶ *Turneb.* quoque duas facit *correctiones* alteram, quæ corrigat antequam dicatur, Græce προδιόρθωσιν: alteram, quæ post, ἐπιδιόρθωσιν, quia *Cic. loc. cit.* ha

bet: *tum correctio vel ante, vel postquam dixeris.* Satius est tamen, unam eandemque figuram agnoscere.

CORRECTOR, et Conrector, oris, m. *a corrector, amender*, διορθωτής, qui corrigit. *Cic. pro Balb.* c. 8. O præclarum interpretem juris, auctorem antiquitatis, correctorem, atque emendatorem nostræ civitatis! *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 129. Asperitatis, et invidiæ corrector, et iræ. *Liv.* l. 45. c. 32. Usus est legum corrector. ¶ *Correctores* provinciarum, sub Imperatoribus R. in provincias mittebantur, vel corrigendi causa, si quid turbatum esset aut bellorum vi, aut rebellionibus, aut mutatione dominorum, aut negligentia Magistratuum: vel potius regendi atque administrandi, una cum Consularibus, et Præsidibus; aut etiam procedente tempore, ipsi soli. Quorum dignitas paulatim adeo crevit, ut unus aliquando *Italiæ Corrector* creatus sit, auctoritate certe Imperatoribus ipsis valde proxima. Initio autem medii fuisse videntur inter Consulares et Præsides. *Hermogenian. Dig.* lib. 1. *tit. de Offic. Præsid.* leg. 10. De omnibus causis, de quibus, &c. Correctorum, et Præsidum provinciarum notio est. *Eutrop.* l. 9. c. 13. Qui quidem Tetricus etiam corrector Lucaniæ postea fuit. Ubi Pæanii μετάφρασις habet καὶ τὸν μὲν (Τέτρικον) ἐπιτροπεύειν ἔταξε τῆς Λουκανῶν ἐπαρχίας. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 407. n. 8. Corrector Flaminiæ, et Piceni. et pag. 279. n. 4. Corrector Italiæ. ¶ Corrector viæ Flaminiæ, et Cassiæ, *in vet. Inscript.* apud *Grævium in præfat. ad* tom. 10. *Antiquit. Rom.* est restitutor viæ corruptæ, et labefactatæ.

CORRECTŪRA, et Conrectura, æ, f, *the office of corrector*, officium et munus Correctoris. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 35. Correctura Lucaniæ. et cap. 39. Cum Venetos correctura ageret. *h. e.* Venetiæ Corrector esset. Adde *Auson. in Parental.* n. 24. v. 11.

CORRECTUS, et Conrectus, a, um, *set right, directed, ordered, regulated*, διορθωθείς, directus. *Liv.* l. 29. c. 27. *sub fin.* Ægre correctus cursus. *Plin.* l. 28. c. 4. Hoc sæpe delumbata quadrupede approbatur, statim a tali remedio correcto animalis ingressu. *Id.* l. 36. c. 14. Lapis pondere ipso correctus videbatur. ¶ Translate est emendatus, *corrected, emended. Cic.* 1. *Acad.* c. 4. Recentissima quæque sunt correcta et emendata maxime. *Id. Attic.* l. 13. ep. 48. Laudationem Porciæ tibi misi correctam. *Gell.* l. 6. c. 14. Pœna adhibetur castigandi, atque emendandi gratia, ut is, qui fortuito deliquit, attentior fiat, correctiorque. *Sallust. in Jug.* c. 99. *extr.* Sic forte correcta Marii temeritas gloriam ex culpa invenit.

CORRĒPO, et Conrepo, is, psi, a. 3. *to creep or slink into a place*, εἰσέρπω, ὑφέρπω, idem quod repo, irrepo: et translate paulatim, vel occulte intro. *Varr. in præfat.* l. 2. *R. R.* et *Colum. in præfat.* l. 1. *R. R.* Omnes patresfamiliæ, falce et aratro relictis, intra muros correpsimus: *Cic. Attic.* l. 10. ep. 12. Πάρωρα, πλευτέον igitur, et occulte in aliquam onerariam corrependum. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 24. Quod cum efficere vultis, in dumeta correpitis. ἀλληγορικῶς dicitis res involutas, quibus vos ipsi implicamini, ut inde expediri atque extricari nequeatis. ¶ Apud *Lucret.* l. 5. v. 1217. Præterea cui non animus formidine divum Contrahitur? cui non conrepunt membra pavore? *conrepunt* est concidunt, ad terram sternuntur more animalium reptilium.

CORREPTE, et Conrepte, adverb. *shortly*, corripiendo, breviter, si loquamur de quantitate syllabæ: cui *producte* opponitur. *Gell.* l. 9. c. 6. *Dictito* ab eo verbo, quod est *dico*, correpte dicimus. *Ovid.* 4. *de Pont.* ep. 12 v. 13. Aut producatur, quæ nunc correptius exit.

CORREPTIO, et Conreptio, onis, f. *a seizing, laying hold of*, apprehensio. *Gell. l. ult.* c. 10. Vindicia, id est correptio manus in re atque in loco præsenti. *Scribon. Larg. compos.* 171. In ipsa correptione uti oportet ea antidoto. *h. e.* cum morbus corripit. ¶ Item diminutio, *a shortening. Vitruv.* l. et cap. 9. Correptiones dierum, aut crescentiæ. ¶ *Correptio syllabæ*, cui opponitur *productio*, est, cum syllaba brevi tempore pronuntiatur. *Quintil.* l. 7. c. 9. (*al.* 10.) *ad fin.* Productio quoque, in scripto, et correptio in dubio relicta, causa est ambiguitatis. *Id.* l. 9. c. 3. *post med.* Voces productione, vel correptione mutatæ. ¶ Est etiam reprehensio, castigatio, increpatio, *reprehension, reproof. Tertull. de Pudic.* c. 14. Correptione aliquem retundere. *Cic. de Amic.* c. 24. *extr.* Delicto dolere, correptione gaudere. *Al. aliter leg.*

CORREPTOR, oris, m. *a reprover*, reprehensor, ἐπιτιμητής. *Senec.* 2. *de Ira*, c. 10. Non hostis sed correptor peccantium. et lib. 3. c. 37. Pessimus quisque correptorem asperrime patitur.

CORREPTUS, a, um, *seized, laid hold of, surprised*, captus, comprehensus. *Plin.* l. 7. c. 19. Correptum hostem transferre in castra. *Virg.* 4. *Georg.* v. 405. Verum ubi correptum manibus vinclisque tenebis, &c. et 3. *Georg.* v. 254. Flumina correptos unda torquentia montes. *hurried or torn away with their stream. Sueton. in Aug.* c. 43. Correptus valetudine. (et absolute *Senec. in Œdip.* v. 69. Non ars ulla correptos levat.) *Curt.* l. et cap. 6. Subita morte correptus. *Propert.* l. 1. el. 3. v. 13. ardore. *h. e.* cupidine. *Sueton. in Calig.* c. 12. misericordia. *touched with pity; moved to compassion. Gell.* l. 1. c. 26. ira. *seized with a fit of anger. Virg. Æn.* 11. v. 584. militia. *h. e.* amore militiæ. *Lucret.* l. 4. v. 81. Omnia corrident, correpta luce diei. *h. e.* celeriter concepta, et recepta. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 514. Stipes correptus ab ignibus arsit. *Stat.* l. 4. *Theb.* v. 314. Qualis erat, correpta sinus, et vertice flavum Crinem sparsa noto. *h. e.* adstricta, succincta. ¶ Item reprehensus, *reproved, reprehended, chided. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 257. correptus voce magistri. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 2. Ii omnes convicio consulis correpti exagitabantur. *Sueton. in Galb.* c. 5. Correptus jurgio, et manu pulsatus. ¶ Item surreptus, occupatus, ablatus. *taken away by stealth, carried off. Lentul. ad Coss. et Prætt. Fam.* 12. ep. 15. Vastata provincia, correptis vectigalibus. ¶ *Syllaba correpta* est brevis. *a short syllable. Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Cum syllaba correpta producitur. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 56. Illo verbo (*fulgere*) utebantur antiqui correpto, quo nos producta una syllaba utimur. ¶ Correpta vox, *cut short. Varr. L. L.* l. et cap. 6. de nomine *trabes*. Cujus verbi singularis casus recte correptus, et facta trabs.

CORRĔUS. V. *Conreus.*

CORRIDĔO, et Conridĕo, es, a. 2. *to laugh together*, συγγελάω, simul rideo. Translate *Lucret.* l. 4. v. 81. Omnia conrident, conrepta luce diei. [*Augustin.* l. 4. *confess.* c. 8. Colloqui, et corridere et vicissim benevole obsequi.]

CORRIGĬA, æ, f. *the latchet of a shoe, or thong of leather by which it was fixed on*, ἱμάς, ἄντος, σφαιρωτήρ, lorum tenue oblongum ad ligandum. [a *corrigo* deductum est, nam corrigia pedem seu potius calceamentum regit.] *Cic.* 2. *de Divin.* c. 40. Pedis offensio nobis et abruptio corrigiæ, et sternutamenta erunt observanda. *Plin.* l. 30. c. 4. *extr.* Corrigia canina. *h. e.* ex corio canis. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 6. n. 3. Secundum syllabam produxit *Arator* lib. 2. *Hist. Apost.* v. 81. Quæ ligat excelsas humilis corrigia plantas. *Venant. Fortun.* corripuit *de partu Virg.* seu lib. 8. carm. 5. v. 61. Corrigiamque pedum quoniam est non solvere dignus.

CORRĬGO, et Conrigo, is, exi, ectum, a. 3. *to set right, make straight, put into the way, order, regulate*, κατορθόω, quod pravum, vel inversum est, dirigo: a *con*, et *rego, is. Cic.* 1. *de Fin.* c. 6. Ea, quæ corrigere vult, mihi quidem depravare videtur. *August.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 4. Corrigere corpus informe gibbo. *Liv.* l. 29. c. 27. *sub fin.* Corrigere cursum. *Plin.* l. 3. c. 1. *extr.* Torsere se fluminum, aut correxere flexus. *Id.* l. 24. c. 5. *ad fin.* Galbanum vulvas conversas corrigit. *Id.* l. 7. c. 20. Miloni malum tenenti nemo digitum corrigebat. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 51. *Burm.* Phialam contusam malleo corrigere. ¶ *Curva corrigere* proverbio dicitur de censoribus importunis, quique ea corrigere se posse putant, quæ nimis jam inveteravere. Itali dicunt *dirizzare il becco agli sparvieri.* (*to attempt impossibilities.*) Utuntur hoc proverbio *Senec. in Apocoloc.* et *Plin.* l. 5. *ep. ult.* ¶ Γνώμη est illud *Quintil.* l. 1. c. 3. Frangas citius, quam corrigas, quæ in pravum induruerunt. ¶ Significat etiam mollire, frangere. *to soften, correct the asperity of. Plin.* l. 15. c. 29. *ad fin.* Oleo præcipua vis ad corrigenda vina, saccis ante perfusis. *h. e.* vini vires frangendas, utidem loquitur l. 14. c. 22. ¶ Item sano, tollo, emendo. *to heal, remove, correct, remedy. Id.* l. 22. *c. ult.* Decocta ex lupinis lentigines corrigunt. *Id.* l. 31. c. 6. Maciem corporis piscinæ maris corrigunt. *Id.* l. 23. c. 8. Corrigere cutem in facie. *Sueton. in Aug.* c. 99. Malas labentes corrigere. V. *Labens.* ¶ Translate est emendare, *to amend, correct, reform. Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 15. Cursu corrigere tarditatem. *Id. in fragm.* apud *Lactant.* l. 6. c. 24. errorem pœnitendo. *Id. pro Sull.* c. 22. vitium legis. *Id.* 3. *de Leg.* c. 14. Corrumpere, vel corrigere mores civitatis. *Id. Attic.* l. 15. ep. 1. *a med.* Petivit, ut eam orationem corrigerem, antequam ederet. *revise, correct. Id. Phil.* 8. c. *ult.* Corrigere sententiam alicujus. *to moderate, mitigate, change whichsoever way he will. Id. Catil.* 1. c. 9. Quamquam quid loquor? te ut ulla res frangat? tu ut unquam te corrigas? *Plaut. Trin.* 1. 2. 81. Quin eum adolescentem, quem corruptum esse vides, restituis? quin ad frugem corrigis? *Sueton. in Vespas.* c. 8. Corrigere disciplinam *Sallust. in Jug.* c. 3. delicta. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 4. aliquid ad consuetudinem communem.

CORRIPĬO, et Conripio, ĭpis, ipui, eptum, a. 3. *to snatch, lay hold of hastily, seize; take by surprise*, ἐπιλαμβάνομαι, a *con*, et *rapio*: est celeriter arripere, capere, comprehendere. *Cic. Verr.* 5. c. 23. Hominem corripi, ac suspendi jussit in oleastro. *Virg.* 1. *Æn.* v. 191. arcumque manu, celeresque, sagittas Corripuit. *Id.* 6. *Æn.* v. 422. Cerberus tria guttura pandens corripit offam objectam. *Plin.* l. 10. c. 40. Corripere aliquid morsu. *Phædr*, l. 1. fab. 2. v. 25. dente. *to seize with his teeth, bite. Virg.* 12. *Æn.* v. 302. cæsariem hostis. *to seize by the hair. Vellei.* l. 2. c. 110. Universa Pannonia insolens longæ pacis bonis, ex constituto arma corripuit. ¶ *Corripere viam, spatium*, est celeriter dare se viæ, immittere se in spatium. *Virg.* 5. *Æn.* v. 316. signoque repente Corripiunt spatia audito. *Id.* 3. *Georg.* v. 104. cum præcipiti certamine campum Corripuere, ruuntque effusi carcere currus. *Id.* 1. *Æn.* v. 422. et *Plin.* l. 4. ep. 1. Corripere viam. *to enter upon, prosecute speedily. Horat.* l. 1. od. 3. v. 33. gradum. *to quicken. Valer. Flacc.* l. 1. v. 132. æquora delphin corripit. *springs into the deep.* ¶ Ponitur et pro involvere, circumdare, complecti, *to envelop, surround. Ovid.* 2. *Fast.* v. 524. Nunc ipsas igni corripuere casas. *Virg.* 9. *Æn.* v. 537. Flamma corripuit tabulas. et 1. *Æd*, v. 48. Turbine aliquem corripere. ¶ Item pro rapere, et asportare. *to take away by force, carry off. Virg.* 2. *Æn.* v. 167. Corripuere sacram effigiem. *Cic. Verr.* 2. c. 2. Apertus in corripiendis pecuniis fuit. *Justin.* l. 15. c. 1. *extr.* Indignatus, quod Antigonus solus communis victoriæ præmia corripuisset. ¶ Et pro celeriter movere. *Virg.* 3. *Æn.* v. 176. Corripio e stratis corpus. et l. 4. v. 572. Corripit e somno corpus. et l. 11. v. 462. Corripuit se se, et tectis citus extulit altis. *Terent. Hecyr.* 4. 1. 3. Corripuit derepente tacitus se se ad filiam. ¶ Et pro adoriri, invadere, tenere. *to attack. Virg.* 3. *Georg.* v. 472. Morbi corripiunt corpora. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 277. Extremus error corripit lumina. *h. e.* tenebræ occupant oculos. *Tacit.* 11. *Ann.* c. 8. Neque cunctatur, quin proximas præfecturas corripiat. ¶ Translate *Virg.* 2. *Georg.* v. 510. hunc plausus hiantem corripuit. *h. e.* cepit, *hath occupied his attention.* ¶ Et passive. *Sueton. in Vitell.* c. 3. Decessit paralysi, altero die, quam correptus est. *to be taken ill. Cels.* l. 6. c. 18. n. 9. Subitis et gravissimis morbis corripi. *Plin.* l. 7. c. 51. Corripi febre. ¶ Et translate *Ovid.* 9. *Metam.* v. 459. Byblis correpta cupidine fratris. *Plaut. Asin.* 5. 2. 34. Correptum esse ex amore. Al. leg. *corruptum.* ¶ Significat etiam minuere, contrahere, *to reduce, diminish, contract, abridge, take in. Sueton. in Domitian.* c. 4. Quo facilius centum missus peragerentur, singulos a septenis spatiis ad quina corripuit. *Id. in Tiber.* c. 34. Ludorum ac munerum impensas corripuit. *Quintil.* l. 10. c. 1. Poetæ non mutare quædam modo verba, sed extendere, corripere, convertere, dividere coguntur. *to shorten*, breviora facere aliquid detrahendo per aphæresin, syncopen, vel apocopen. *Id.* l. 4. c. 2. *ante med.* Non minus cavenda erit, quæ nimium corripientes omnia sequitur, obscuritas. *Gell.* l. 2. c. 17. Præpositio, quæ produci, et corripi solet. *to be made short.* V. *Correptus.* ¶ Item translate, reprehendere, objurgare, increpare, *to chide, reprove. Sueton. in Aug.* c. 53. Adulationes gravissimo edicto corripuit. *Id. in Cal.* c. 45. Corripere timiditatem et ignaviam alicujus. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 6. v. 5. peccata stulti sodalis. *Plin.* l. 37. c. 2. Jus videmur perdidisse corripiendi potoria gemmata. ¶ Item in judicium rapere, accusare, reum agere. *Sueton. in Domit.* c. 12. Quolibet et accusatore et crimine corripiebantur. *Tacit. Ann.* 12. c. 42. Corripere aliquem accusatione. ¶ Et absolute *Id.* 3. *Ann.* c. 49. Lutorium Priscum corripuit delator. *Id.* l. 6. *Ann.* c. 40. A delatoribus corripitur, ob servum adulterum.

CORRIVĀLIS, et Conrivalis, *a rival, competitor*, συνεπιθυμητής, idem ac rivalis. *Quintil.* declam. 14. c. *ult.* Patior illa corrivalium maledicta, convicia.

CORRIVATĬO, et Conrivatio, onis, f. *the running of water together into one stream*, σύῤῥους σύῤῥοια, deductio aquæ in unum et eundem locum. *Plin.* l. 31. c. 3. Corrivatio aquæ pluviæ in locum humiliorem e superioribus defluentes. Adde lib. 33. c. 4. et lib. 36. c. 15.

CORRIVĀTUS, et Conrivatus, a, um, *running together, made up of several streams or currents*, in eundem locum deductus: et dicitur de fluentibus. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 19. Habet terra venas aquarum, ex quibus corrivatis flumina effici possunt. *Plin.* l. 3. c. 5. Tiberis corrivatus piscinis. *Id.* l. 6. c. 14. Liquor salis corrivatus. *Id.* l. 34. c. 12. Corrivatus limus.

CORRĪVO, et Conrivo, as, avi, atum, a. 1. *to turn several streams into one*, in eundem rivum aquas deduco. *Ulpian. Dig.* lib. 32. tit. et leg. 3. Corrivare aquam. *Plin.* l. 31. c. 4. Plerumque damnosi torrentes corrivantur, detracta collibus silva, continere nimbos, ac digerere consueta. ¶ Apud *eund.* l. 6. c. 16. *corrivare flumen* videtur positum pro in rivos dividere, et ad irrigandos agros diducere.

CORROBORAMENTUM, ti, n, *strength, support. Lactant.* l. 3. cap. 12. *sub fin.* Labores et miseriæ sunt exercitia et corroboramenta virtutis.

CORROBORĀTUS, a, um, *strengthened, invigorated*, ἐπιῤῥωσθείς, qui vires jam acquisivit, confirmatus. *Cic. pro Cœl.* c. 17. *sub fin.* Quibus non modo hæc ætas, sed etiam corroborata caperetur. *Id. pro Mil.* c. 12. Audacia corroborata. et *pro Flacc.* c. 26. Corroborata virtus. et *de Amic.* c. 20. Corroborata ingenia.

CORROBORO, et Conroboro, as, avi, atum, a. 1. *to invigorate, strengthen, corroborate, confirm*, ἐπιῤῥώννυμι, κραταιόω, ἰσχυρόω, idem quod roboro, vires et robur addo, confirmo. *Frontin. de Aquæduct.* artic. 123. Temperamento cæii opus est, ut ex humore commode structura combibat, et in unitate corroboretur. *hold fast. Cic. pro Sext.* c. 4. Cum puerilis tua vox se corroborarit. *Plin.* l. 20. *c. pænult.* Carduus stomachum corroborat. *Id.* l. 24. c. 4. Corroborare torpentes membrorum partes. *Id.* l. 11. c. 37. Cerebrum corroboratur. *Sueton. in Galba*, c. 6. Militem assiduo opere corroborare. ¶ Translate *Cic. Catil.* 1. c. *pænult.* Qui conjurationem nascentem non credendo corroboraverunt. *Id.* 4. *Acad.* c. 10. Mens usque eo philosophiam ipsam corroborat, ut virtutem efficiat. *Auct. Dial. de Orat.* c. 34. Eloquentia corroboratur.

CORRŌDO, et Conrodo, is, osi, osum, a. 3. *to gnaw*,

ἀναβρώσκω, idem quod rodo, exedo. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 27. Quod Platonis Politiam nuper apud me mures corroserint, de republica debui pertimescere.

CORROGATUS, a, um, adject. *gathered or got together*, multis precibus rogatus, ut *corrogati auditores*, *h. e.* ambitione collecti. *Cic. Phil.* 3. c. 8. et *Quintil.* l. 10. c. 1. ¶ Corrogata pecunia ad usus necessarios. *h. e.* collecta, *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 102. Sic *Cic.* 5. *Verr.* c. 79. Nummulis corrogatis de nepotum donis.

CORRŎGO, et Conrogo, as, a. 1. *to bring or get together by entreaty, seek up and down*, συνεράνιζω, est rogando congregare, sive multis precibus contrahere. *Cic. pro Quint.* c. 6. Ipse suos necessarios ab atriis Liciniis, et a faucibus macelli corrogat, ut ad tabulam Sextiam sibi adsint. *Plin.* l. 2. ep. 14. Corrogare auditores. *Auct. ad. Herenn.* l. 4. c. 6. Carbunculos corrogare. *h. e.* colligere, et cap. 51. Vasa, vestimenta, pueros corrogare.

CORRŌSUS, a, um, particip. a corrodor, *gnawed, gnawn*. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 17. Cum eodem tempore insulas Ludinorum ibi corrosas vidisses. *Juvenal.* sat. 15. v. 89. Corrosis ossibus.

CORROTUNDĀTUS, a, um, *round, made round*. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 39. *Burm.* Terra mater est, in medio quasi ovum corrotundata. *Veget.* l. 1. *de re milit.* c. 11. Scuta corrotundata.

CORROTUNDO, et Conrotundo, as, a. 1. *to make round*, rotundum facio. *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 3. Grando corrotundatur, et toties per spatium aeris densi devoluta, æquabiliter atque in orbem teritur. Adde lib. 7. c. 26. et epist. 113. ¶ *Petron. in fragm. Tragur.* c. 76. *Burm.* Uno cursu centies sestertium corrotundavi. *h. e.* cumulavi, collegi, coacervavi, sumpta translatione vel a forma rotunda pecuniæ, vel acervi. Sic *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 34. Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro et Tertia succedant, et quæ pars quadret acervum.

CORRŪDA, æ, f. *the herb wild sperage*, ἄγριος ἀσπάραγος, asparagus silvestris, qui cultu, et translatione mitescit. *Cato R. R.* c. 6. Ibi corrudam serito, unde asparagi fiant. *Colum.* l. 10. v. 375. et asparagi corruda simillima filo. *Id.* l. 11. c. 3. *a med.* Sativi asparagi, et quam corrudam rustici vocant. Adde *Plin.* l. 19. c. 8.

CORRUGĀTUS, a, um, *wrinkled*, rugas habens, ῥυτιδώδης. *Colum.* l. 12. c. 39. Ubi satis corrugata erunt acina, demito.

CORRŪGIS, e, adject. qui in rugas colligitur. *Nemesian. Cyneget.* v. 93. Corrugesque sinus (*chlamydis*) gemmatus baltheus arctet.

CORRŪGO, et Conrugo, as, a. 1. *to contract into wrinkles ; to wrinkle*, ῥυτιδόομαι, in rugas contraho, crispum reddo. *Colum.* l. 12. c. 50. *a med.* In tabulato corrugari olivam, minoremque fieri. *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 22. ne turpe toral, ne sordida mappa Corruget nares. *h. e.* convivis fastidium creet ac nauseam, quam corrugando nares significare solemus.

CORRŪGUS, i, m. fossa, aut canalis, quo corrivatur aqua ad eluendum aurum ex metallis erutum. *Plin.* l. 33. c. 4. Flumina ad lavandam hanc ruinam jugis montium ducere : corrugos vocant : a corrivatione credo.

CORRUMPO, et Conrumpo, is, upi, uptum, a. 3. *to waste, impair, mar, spoil, damage, hurt, injure, destroy, corrupt*, διαφθείρω, ἀμαλάττω, λυμαίνω, vitiare, depravare, destruere : a *con*, et *rumpo*. *Terent. Adelph.* 3. 4. 57. Pisces hi mihi ne corrumpantur, cautio est. et 4. 2. 49. Æschinus odiose cessat : prandium corrumpitur. *Frontin. de Aquæduct.* artic. 122. Tectoria corrumpuntur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 7. Conclusa aqua facile corrumpitur. *soon spoils*. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 55. Frumenta corrumpere flumine, atque incendio. et lib. 2. *B. Civ.* c. 10. Coria igni ac lapidibus corrumpuntur. *Sallust. in Jug.* c. 59. Pabula, et aquarum fontes corrumpere. et cap. 79. Aurum, argentumque, et alia domum regiam comportant : ibi illa, et domum, et semet igni corrumpunt. et cap. 97. Oppida igni corrumpere. *Scribon. Larg. compos.* 137. Hoc medicamentum stomachum non corrumpit. *Ovid. Heriod.* ep. 20. v. 117. Corrumpere febribus artus. *Id.* 3. *Amor.* el. 6. v. 57. lacrymis corrumpere ocellos. *Propert.* l. 3. el. 13. v. 20. Corrumpit dura catena manus. et lib. 2. eleg. et vers. 3. Corrumpere dentibus ungues. *Plaut. Trucul.* a. 5. v. 23. Corrumpi situ. *to rot*. *Liv.* l. 28. c. 35. Corrumpi equos inclusos in insula. *to grow lean and meagre ; to pine away*. V. *Corruptus*. *Plaut. Men.* 4. 2. 31. Dii illum omnes perdant : ita mihi hunc hodie corrupit diem. *I have lost, thrown away*. Eadem ratione dixit *Id. Asin.* 2. 2. 25. lacerare diem. *Ulpian. Dig.* lib. 11. tit. 4. leg. 11. Chirographa debitorum corrumpere. *Cic.* 4. *Verr.* c. 38. Corrumpere litteras publicas. *to falsify*. *Modestin. Dig.* lib. 48. tit. 10. *leg. pænult.* Corrumpere mensuras publice probatas vini, frumenti, &c. *Ulpian.* lib. 43. tit. 8. leg. 2. *a med.* Corrumpere usum viæ. *Sil.* l. 5. v. 34. densam caligine cæca Exhalans nebulam, late corruperat omnem Prospectum miseris. *h. e.* ademerat. *Sallust. in Jug.* c. 38. Seque suasque spes corrumpere. *h. e.* perditum ire. *to ruin*. et cap. 68. Diuturnitate belli res familiares corruperant. *they had consumed their property*. ¶ In bonam partem. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 307. Lactea Massagetæ veluti cum pocula fuscant Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur ostro. *is stained*. ¶ Translate *Sallust. in Catil.* c. 44. Dubitando et dies prolatando magnas opportunitates corrumpere. *to throw away good opportunities*. *Curt.* l. 4. c. 7. famam rerum gestarum. *Martial.* l. 2. epigr. 67. emptorem arte vafra. *to defraud, cheat*. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 319. dotes suas. *Id.* 2. *Trist.* v. 301. mentes. *to mar, impair*. *Id. Heroid.* ep. 21. v. 127. spem. *to ruin*. *Vellei.* l. 2. c. 57. Fatum corrumpit consilia. *breaks, disappoints*. et cap. 52. Pertinacia corrumpit manus misericordiæ. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 49. Corrumpere disciplinam. *Id.* 1. *Ann.* c. 75. libertatem. *Cic.* 3. *de Leg.* c. 14. mores civitatis. Et *ibid.* aliquem. *to render vicious*. Et, corrumpi. *to become vicious*. *Quintil.* l. 8. c. 3. Littera continuata cum insequente, in naturam ejus corrumpitur. ¶ Corrumpere aliquem pecunia, blanditiis, largitione, præmiis, &c. apud *Cicer. Verr.* 5. c. 68. *pro Planc.* c. 15. et *pro Cæcin.* c. 25. et *Nepot. in Epamin.* c. 4. &c. est seducere, pertrahere ad pravum aliquid committendum, *to bribe, seduce, corrupt*. Atque hoc sensu etiam absolute usurpatur. *Nepos in Lysand.* c. 3. Delphos corrumpere est conatus. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 7. Corrumpere judicium. *h. e.* dare pecuniam judicibus pro sententia. *Sallust. in Jug.* c. 42. centuriones, uti transfugiant. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 21. aliquem ad scelus. *Martial.* l. 8. epigr. 42. Si te sportula major ad beatos non corruperit. *h. e.* pertrahet ad cœnam ditiorum. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 156. Flecte feros animos. potuit corrumpere taurum Mater. eris tauro sævior ipse truci? *h. e.* mollire, et pertrahere ad concubitum. ¶ *Corrumpere aliquam* est vitiare. *Martial.* l. 12. epigr. 64. *Sueton. in Cæs.* c. 50. *Petron. in Satyr.* c. 113. &c. ¶ *Corrumpier* auctum per paragogen pro *corrumpi*, est apud *Lucret.* l. 6. v. 17.

CORRŬO, et Conruo, is, ui, n. 3. *to fall together, fall down, fail, go to ruin, decay*, συμπίπτω, idem quod ruo, cado. *Cic. in Top.* c. 3. Si ædes eæ corruerunt, vitiumve fecerunt. *Id.* 2. *Q. Fr.* ep. 10. Pæne ille timore, ego risu corrui. *Plin.* l. 28. c. 6. Corruens morbo comitiali. ¶ Item præceps ruo, feror, irruo. *to rush headlong*. *Senec.* l. 2. *quæst. natur. c. ult.* Nullus perniciosior hostis est, quam quem audacem angustiæ faciunt : longeque violentius semper ex necessitate, quam ex virtute corruitur. *Curt.* l. et. cap. 3. Pallam auro distinctam aurei accipitres, velut rostris inter se corruerent, adornabant. ¶ Translate *Cic. Q. Fr.* l. 1. *ep. ult.* Si uno meo facto et tu, et omnes mei corruistis. *Id.* 1. *Offic.* c. 24. Lacedæmoniorum opes corruerunt. *Id.* 4. *Acad.* c. 31. Explicata Carneadis sententia, Antiochi ista corruent universa. *will fall to the ground*. ¶ Est etiam activum, et significat evertere, *to bring to the ground, overthrow*. *Lucret.* l. 5. v. 369. quæ possint forte coorta Corruere hanc rerum violento turbine summam. *Apul.* l. 8. *Metam.* Charite, veluti ipso diali fulmine percussa, corruit corpus, et obnubilavit animam. *h. e.* membra dejecit, et collapsa est : nisi malis τὸ *corpus* esse accus. more Græcorum adjectum. ¶ Translate *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 52. Nam mihi quam dederit duplex Amathusia curam, Scitis, et in quo me corruerit genere. Al. leg. *torruerit*. ¶ Pro coacervare, conjicere, *to heap together*. *Plaut. Rud.* 2. 6. 58. tu promittebas mihi, Illic esse quæstum maximum meretricibus : Ibi me corruere posse, aiebas, divitias. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 31. Corbes ab eo (*dictæ*) quod spicas, aliudve quid corruebant.

CORRUPTE, *corruptly, depravedly, viciously*, διεφθαρμένως, vitiose, prave. *Cic.* 1. *de Fin. c. ult.* De quibus neque depravate judicant, neque corrupte. *h. e.* quasi accepta pecunia. *Ascon. in Action.* 1. *in Verr.* c. 6. Ne pro selectis judicibus aliqui suppositi corruptissime judicarent. *Senec.* l. 2. controv. 9. Multa facunde explicuit, corruptius, quam Fabianus, sed dulcius. *Gell. c. ult.* l. 13. Corrupte pronuntiare verba.

CORRUPTĒLA, æ, f. *what corrupts or ruins ; a bane ; mischief, corruption*, quidquid ad corrumpendum vim habet. *Cic.* 2. *Offic.* c. 15. Melius etiam, quod largitionem, corruptelam dixit esse. *Id.* 2. *de Leg.* c. 15. Mores cantus dulcedine corruptelaque depravantur. *Id. Catil.* 1. c. 6. Irretire adolescentulum illecebris corruptelarum. *h. e.* voluptatum. *Id. pro Deiot.* c. 11. Ista corruptela servi, si non modo impunita fuerit, &c. *h. e.* crimen, quo quis servum alienum corrupit. *Id.* 4. *Verr.* c. 54. In corruptelis mulierum reperiebam hunc Timarchidem ad istius flagitiosas libidines natum atque aptum fuisse. *h. e.* in mulieribus corrumpendis. *Id.* 1. *de Leg.* c. 12. Tanta est corruptela malæ consuetudinis, ut ab ea tanquam igniculi exstinguantur a natura dati. *Plaut. Asin.* 5. 2. 17. Studere corruptelæ. *to abandon himself to*. *Cic. Parad.* 6. c. 2. Moliri corruptelam judicii. ¶ Speciatim dicitur de quodam peculiari, illicitoque genere libidinum. *debauchery*. *Cic. Tuscul.* 4. c. 35. Stupra dico, et corruptelas, et adulteria, incesta denique. *Sueton. in Claud.* c. 16. Famosus corruptelis, adulteriisque. ¶ Item de hominibus, qui prave vivendo, aut connivendo aliorum mores corrumpunt. *Terent. Adelph.* 5. 3. 6. Eccum adest communis corruptela nostrum liberum. ¶ Item de locis, in quibus homines corrumpuntur, ut ganeæ sunt, et lupanaria. *Frontin. de Aquæduct.* artic. 76. Irriguos agros, tabernas, cœnacula etiam, corruptelas denique omnes perpetuis salientibus instructas invenimus. *Plaut. Trucul.* 3. 2. 3. Clanculum collapsus est hic in corruptelam suam.

CORRUPTIBILIS, le, *corruptible, liable to decay*, φθαρτὸς, corruptioni obnoxius. *Lactant.* l. 6. c. 25. Deus incorruptus est, et illud totum corruptibile. Adde *Arnob.* l. 2. pag. 68. ¶ Comparat. *corruptibilior* est *Augustini de vera relig.* c. 41.

CORRUPTIBILĬTAS, atis, f. *corruptibility, corruptibleness*, facilitas se corrumpendi. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 16. Corruptibilitas substantiæ humanæ.

CORRUPTĬO, onis, f. *a corruption ; what corrupts, depraves, or contaminates*, διαφθορὰ, φθάρμα, actus corrumpendi. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 13. Morbum appellant totius corporis corruptionem. et *ibid.* Corruptione opinionum morbus in animo efficitur.

CORRUPTĪVUS, a, um, corruptibilis, corrumpens, φθαρτικός. *Tertull. de resurr. carn.* c. 50. Cum devorari habeat corruptivum istud ab incorruptibilitate.

CORRUPTOR, oris, m. *a corrupter, ruiner, destroyer, seducer*, φθορεὺς, διαφθορεὺς, qui corrumpit. *Cic.* 2. *Catil.* c. 4. Corruptor juventutis. *Id. pro Planc.* c. 16. Cujus tu tribus venditorem, et corruptorem, et sequestrem Plancium fuisse clamitas. *Sueton. de Domit.* c. 8. Corruptores Vestalium. *debauchers*. *Plaut. Trinum.* 2. 1. 14. Amor latebricolarum hominum corruptor. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 3. Corruptor Senatus. *Sallust.* orat. 1. *ad Cæs. de republ. ordin.* victoriæ.

CORRUPTORIUS, a, um, *corruptible*, corruptibilis. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 16. Homo corruptoriæ conditionis. *et mox*. Sensus corruptorii in homine, incorruptorii in Deo.

CORRUPTRIX, icis, f. *she that corrupts or destroys*, quæ corrumpit. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 6. Tam depravatis moribus, tam corruptrice provincia. *Ammian.* l. 25. c. 3. (*al.* 10.) Licentia rerum corruptrix et morum.

CORRUPTUS, a, um, *corrupted, contaminated, impaired, ruined, spoiled, marred, destroyed*, vitiatus, labefactatus, depravatus, destructus, διαφθειρόμενος, φθίμενος. *Virg.* 1. *Æn.* v. 181. Ceres corrupta undis. et 3. *Æn.* v. 138. Corruptus cæli tractus. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 95. Iter longum, et factum corruptius imbri. *Hirt. de B. Alex.* c. 6. Aqua corruptior, et salsior. *somewhat foul and brackish*. *Sueton. in Ner.* c. 34. Corruptum navigium. *shattered*. *Cic.* 4. *Verr.* c. 58. Tabulæ corruptæ, atque interlitæ. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 58. Corrupti macie equi. *wasted away*. Eodem sensu *Phædr.* l. 2. fab. 8. v. 21. Corrupti boves. *Colum.* l. 9. c. 13. Apes vetustate corruptæ. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 8. v. 3. Corrupta virgo. *h. e.* vitiata. *Plaut. Amph.* 5. 1. 6. Corrupta sum atque absumpta. *I am ruined and undone*. ¶ Translate *Sallust. in Jug.* c. 33. Animus ab ignavia atque socordia corruptus. *Id. in orat. Philippi contra Lepid.* Ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptissimi. *the most depraved of every rank*. *Horat.* l. et. sat. 2. v. 9. Corruptus judex male verum examinat. *corrupt*. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 47. Egentissimus quisque in spem rapinarum corruptus. et l. 1. c. 72. Nero corruptus ad omne facinus. et cap. 2. Odio et terrore corrupti in dominos servi. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 64. Quodcunque addebatur subsidio, id corruptum timore fugientium, terrorem et periculum augebat. *Cic. in Partit.* c. 26. Genus hominum ad honestatem natum, malo cultu, pravisque opinionibus corruptum. *depraved*. *Id. in Divin. Verr. c. ult.* Corrupta et contaminata judicia. *Id. pro Mur.* c. 12. Cum permulta præclare legibus essent constituta, ea jureconsultorum ingeniis pleraque corrupta ac depravata sunt. *Id.* 2. *Offic.* c. 20. Corrupti mores depravatique admiratione divitiarum. *Brut. ad Cicer.* ep. 4. Corruptus largitionibus animus. *bribed*. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 39. Corrupta dolore voluptas. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 15. Partem exercitus, quæ corrupta est, et ab republica alienata, corrigere, et coercere. *false, not to be depended upon*. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 195. Chloris eram, quæ Flora vocor : corrupta Latino Nominis est nostri littera Græca sono. *Quintil.* l. et. cap. 1. (*al.* 2.) Oris plurima vitia, in peregrinum sonum corrupti. *Id. in proœm.* l. 8. A corruptissimo quoque poetarum figuras, seu translationes mutuamur. *Justin.* l. 36. c. 1. Demetrius rerum successu corruptus. *Plin.* l. 7. epist. 4. *a med.* Transii ad elegos : hoc quoque non minus celeriter explicui ; addidi alios facilitate corruptus. *allured, enticed*, allectus. ¶ Absolute *Id.* l. 8. c. 3. Nemo ex corruptis dicat, me inimicum esse culte dicentibus. *h. e.* ex iis, qui corrupte et vitiose loquuntur. ¶ Cum infinito *Lucan.* l. 10. v. 56. cum se prava Cleopatra biremi, Corrupto custode Phari laxare catenas, Intulit Emathiis, ignaro Cæsare, tectis.

CORS. V. *Chors*.

CORSA, æ, f. *the garnishing of porches or doors*, fascia antepagmenti, *h. e.* ornamentum in modum fasciæ, quod in ostiorum antepagmentis fieri solet. Putant esse a Græco κόρση, tempus, seu pars capitis utraque ad aures sita. *Vitruv.* l. 4. c. 6.

[* CORSALVĬUM, ii, n. herba eadem ac salvia. *Apul. de herb.* c. 101.

* CORSI, orum, m. populi Sardiniæ, quorum meminit *Plin.* lib. 3. c. 7. Hi fortasse Corsicam insulam primi incoluerunt, hinc nomen insulæ dedere : vel potius e Cor-

sica migrantes Corsi proximam Sardiniæ partem occuparunt.]

CORSĬCA, æ, f. [†etiamnum] *Corsica*, Κορσικὴ, Κύρνος, insula Italiæ [† olim Therapne dicta,] in mari Ligustico, sed Tusco propior, a Septemtrione in Meridiem projecta. Habet ad Meridiem Sardiniam, ad ortum vero Solis Etruriæ partem. *Plin.* l. 3. c. 6. ¶ Dicta est melle abundare, sed amaro et venenato [†, ob copiam buxorum arborum scilicet.] De ejus autem sterilitate, atque incolis multa *Seneca* in epigrammatis, quæ ipsi tribui solent, et præfiguntur *lib. de consol. ad Helv.* et in ipso libro.

CORSICĀNUS, a, um, ad Corsicam pertinens, ut *mella Corsicana*, apud *Serv. in* 4. *Georg.* v. 101. et *ad Ecl.* 9. v. 30. et *Corsicanus ager*, apud *Solin.* cap. 3. (*al.* 9.)

CORSĬCUS, a, um, *of Corsica, Corsican*, ad Corsicam pertinens. *Manil.* l. 4. v. 636. Corsica litora. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 12. v. 9. Quam (*cerum*) puto, de longæ collectam flore cicutæ Melle sub infami Corsica misit apis. *Plin.* l. 21. c. 14. Corsica cera. *Id.* l. 30. c. 4. Mel Corsicum, quod asperrimum habetur. *Senec. in Octav.* v. 382. Corsicum mare.

CORSIODES, æ, κορσοειδὴς, genus lapidis canitiei hominis similis: a κόρση, capillus. *Plin.* l. 37. c. 10.

CORSUS, a, um, *Corsican*, ad Corsicam pertinens. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 194. Cum pæne est Corsis obruta classis aquis. *Rutil. in Itiner.* l. 1. v. 438. Forte secuta vagum femina Corsa bovem. ¶ *Corsi, orum*, sunt ejus insulæ populi. *Liv.* l. 42. c. 7. Septem millia Corsorum cæsa. *Plin.* l. 15. c. 29. Papirius Maso, qui primus triumphavit de Corsis.

CORTEX, icis, m. *sæpius, quam* f. *the bark of a tree; the rind*, φλοιὸς, exterius operimentum, ac veluti corium, aut crusta arborum, aliarumque rerum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Obducuntur libro, aut cortice trunci, quo sint a frigoribus, et caloribus tutiores. (Differunt in hoc *liber*, et *cortex*, quod hic crassior est, et fere asperior: ille lævior, subtiliorque. *Plin.* l. 16. c. 31. Cortex ceraso libris similis.) *Martial.* l. 14. epigr. 209. Cortex Mareotica. *Scribon. Larg. compos.* 60. Cortex sole arefacta, contusa, cribrata. *Virg.* 7. *Æn.* v. 742. Tegmina queis capitum raptus de subere cortex. [† *Id. Georg.* 2. 387. Cortex cavata. *a mask.*] *Id. Ecl.* 6. v. 62. Tum Phaetontiadas musco circumdat amaræ Corticis. *Plin.* l. 16. c. 6. Cortex glandis. *Id.* l. 19. c. 5. cucurbitarum. *Id.* l. 20. c. 2. peponum. et *ibid.* c. 6. porri. *the peel. Id.* l. 15. c. 22. Cortice nucum tinguntur lanæ. *Id.* l. 9. c. 12. Testudines integuntur cortice. (Hinc *Phædr.* l. 2. fab. 6. v. 11. scopulum super duram illidere corticem. *h. e.* testudinem.) *Id.* l. 29. c. 4. *a med.* Cortices phalangiorum. *h. e.* pelles. *Id.* l. 2. c. 103. In lacu Velino lignum dejectum lapideo cortice obducitur. *Vitruv.* l. 8. c. 3. *a med.* Cortex ovi. *the shell.* ¶ Cortex rosæ dicitur ab *eod. Plin. init. et fi.* cap. 4. et cap. 18. lib. 21. Nodus ille, seu globulus, in quo rosæ semen continetur, qui ab *Aristot.* dicitur ὀμφαλὸς, umbilicus, a *Theophrast.* autem μῆλον, pomum. ¶ *Levior cortice* proverb. in hominem levis et inconstantis animi. *Horat.* l. 3. od. 9. *sub fin.* ¶ *Nare sine cortice* aliud proverb. de iis, qui suæ sponte sunt, et sine aliorum auxilio quippiam agere possunt. Ducitur autem ab iis, qui nare discunt, quibus initio experiundi cortex adalligatur, ne mergantur. *Id.* l. 1. sat. 4. v. 119. ¶ In his duobus proverbiis *cortex* videtur sumi pro subere per autonomasiam, quia suber cortice maxime constat: ideo *arbor corticis* a Græcis dictum, ut *Plin.* l. 16, c. 8. docet. Quo pertinere videtur illud *Colum.* l. 9. c. 6. Si regio ferax est suberis, utilissimas alvos faciemus ex corticibus: si ferulis exuberat, iis quoque, cum sint naturæ corticis similes, æque commode vasa texuntur. ¶ Translate *Lucret.* l. 4. v. 47. Dico igitur, rerum effigies, tenuesque figuras Mittier ab rebus summo de cortice earum. *h. e.* ab extima superficie. *Lambin.* reponit *corpore. Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 61. Sic invitata matura anima, corporeum corticem facile relinquit.

CORTICĀTUS, a, um, *covered with bark*, ἔμφλοιος, corticem habens. *Pallad. in Mart.* tit. 1. Ut corticata pars cortici novæ matris aptetur. *Colum.* l. 12. c. 23. Corticata pix, qua utuntur ad condituras Allobroges. *h. e.* ut opinor, quæ ex cortice, non ligno quarundam arborum fluit: vel quæ in corticeo vase servatur: vel quæ pluribus veluti squamis constat, et friabilis est instar corticis.

CORTICĔUS, a, um, *of bark*, qui est ex cortice, φλοιώδης. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 40. Galbuli, qui nascuntur, idest tanquam pilæ parvæ corticeæ. et lib. 3. c. 16. Alvei apum optimæ fiunt corticeæ. *Plin.* l. 11. c. 21. Vesparum cera corticea, et araneosa. Ita *Harduin. Prudent. Cathemer.* 3. v. 42. Illita glutine corticeo Vimina plumigeram seriem Impediunt, et abire vetant. *h. e.* quod in quarundam arborum cortice nascitur. Adde *Auson. in Mosell.* v. 246. ¶ Legitur et *corticius.*

CORTICŌSUS, a, um, *having a thick bark*, φλοιώδης, cortice abundans. *Plin.* l. 20. c. 19. Radix crassa et corticosa. *Id.* l. 12. c. 14. Tus, quod in arbore hæsit, ferro depectitur: ideo corticosum. *h. e.* admixtum habet corticem.

CORTICŬLA, æ, f. *a light or thin bark*, φλοιάριον, parvus, vel tenuis, cortex. *Colum.* l. 12. c. 47. et 50. Resolutis corticulis olivam eximimus. *the thin rinds being broken.*

CORTĪNA, æ, f. *a caldron, kettle*, λέβης, vas rotundum, et concavum ad varios usus. *Cato R. R.* c. 66. et *Plin.* l. 15. c. 6. Cortinam plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat. *Plin.* l. 16. c. 11. Pix in cortinas æreas conjecta, aceto spissatur. *Id.* l. 36. c. 26. Cum sparsi per litus epulas pararent, nec esset cortinis attollendis lapidum occasio. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 12. Atrior multo ut siet, quam qui cortinam ludis per Circum ferunt. *h. e.* vas aqua plenum ludis Circensibus circumferunt, ut equos anhelantes, et cursu defessos frigida aspergant. Ita *Lambin.* quem alii sequuntur Interpretes. ¶ Sæpe dicitur de vase, in quo coquuntur colores. *a dying vat. Plin.* l. 35. c. 6. Fit etiam atramentum apud infectores ex flore nigro, qui adhærescit æreis cortinis. *Id.* l. 24. c. 13. Vulgaris hæc spina, ex qua cortinæ fulloniæ implentur. *Id.* l. 35. c. 11. *extr.* Cortina coquit colores. ¶ Metonymice dicitur de rebus cortina contentis. *Plin.* l. 9. c. 38. Tyrius color pelagio primum satiatur, immatura viridique cortina: mox permutatur in buccino. et *paulo sup.* Liquata cortina. ¶ Præterea *cortina* dicitur tripus Apollinis, ex quo responsa oraculorum dabantur. *the tripod from which the priestess of Apollo delivered the responses:* quod ejus vasis similitudinem haberet, χρηστήριον. *Virg.* 3. *Æn.* v. 92. et mugire adytis cortina reclusis. et lib. 6. v. 347. nec te Phœbi cortina fefellit. *Serv. ad cit.* 3. *Æn.* hæc habet: Dicitur *cortina*, vel quod Apollinis tripus corio Pythonis tectus est: vel quod certa illinc responsa funduntur, quasi *certina:* vel quod est verius, quia cor illic vatis tenetur. Alii *cortinam* quasi *ortinum* dicunt, quod inde vox oriatur. Et *ad citat.* 6. *Æn.* addit, inde dictam, ὅτι τὴν κόρην τείνει, idest quod extendat vatem, ut (*Æn.* 6. v. 49.) *majorque videri.* Etiam *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. a *corde* deducit, quod, inquit, inde sortes primum æstimatæ. Hæc posuimus, ne nescirentur: ceterum videntur nugæ Grammaticales. ¶ Sunt qui distinguunt cortinam a tripode, quod ea sit hujus operculum. *the covering of the tripod. Prudent. in Apotheosi*, v. 506. Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra: Non tripodas cortina tegit. ¶ Per similitudinem *Ennius* apud *Varron. loc. cit.* ex lectione *Scaligeri:* Quæque freto cava cæruleo cortina receptat. *h. e.* spatium quod est inter cælum et terram, ut ipsemet *Varr.* interpretatur. Sic *Sever. in Ætna*, v. 295. magni cortina theatri. *h. e.* tholus, concameratio, cavum ipsum theatri. et *Auct. Dial. de Oratorib.* c. 19. Cum vix in cortina quisquam assistat, &c. *h. e.* in spatio subselliorum. Al. leg. *corona.* ¶ Denique docet *Isidor.* l. 19. c. 26. *Orig.* ita appellari etiam aulæa, idest vela de pellibus, a *coriis*, quod primum e corio factæ sint. Atque hoc sensu usurpari dicitur ab *Ambros.* περιπέτασμα, *a curtain.* ¶ De *Cortina* urbe Cretæ (nam et hoc modo scripta legitur) V. *Gortyna.*

CORTĪNĀLIS, le, ad cortinam pertinens. *Cortinale* est locus in villa, in quo cortinæ servantur. *the place where kettles or caldrons are kept; the caldron-room. Colum.* l. 1. c. 6. *a med.* Cortinale, ubi defrutum fiat, nec angustum, nec obscurum sit, ut sine incommodo minister, qui sapam decoquet, versari possit.

CORTĪNĬPŌTENS, entis, epitheton est Apollinis, qui ex cortina oracula proferebat. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 68. Hunccine ego unquam Hyacintho hominem cortinipotentis Deliaci contendi?

CORTĪNĬUS, V. *Gortynius.*

CORTĪNŬLA, æ, f. parva cortina. *Ammian.* l. 29. c. 1. (*al.* 7.) Cortinulis pensilem anulum librans. Al. aliter leg.

CORTONENSIS, e, *of Cortona*, ad Cortonam pertinens, quæ est urbs Etruriæ prope lacum Trasymenum. *Liv.* l. 22. c. 4. ¶ Ejus incolæ *Cortonenses* dicuntur. *Plin.* l. 3. c. 5. et Cortonenses montes ad eam urbem siti, *Liv. loc. cit.*

CORTŪMĬO, onis, f. prisca vox, a cordis visu ducta (nempe a *cor*, et *tueor*) ut placet *Varroni* l. 6. *L. L.* c. 2. ubi recitat veterem formulam, qua utebantur Augures in templo concipiendo, auguriorum captandorum causa. *Scalig. ad Varron. de R. R. pag.* m. 235. docet, Veteres dixisse *cortumionem* pro *contumionem* (quæ non a *corde*, sed a *contueor* facta videtur) atque idem esse quod ἀτενισμὸν, *h. e.* intentam contemplationem, cum defixis oculis aliquid contuemur.

CORVĪNUS, a, um, *of a raven*, κοράκινος, ad corvum pertinens. *Plin.* l. 10. c. 12. Corvinum ovum. *Apul.* l. 2. *Metam.* Corvina nigredo. ¶ *Corvus*, et in posteris *Corvinus* cognomen fuit nobilissimæ familiæ Romanæ e gente Valeria Poplicolarum: cui initium dedit M. Valerius pronepos M. Valerii Poplicolæ, cum in singulari certamine adversus Gallum quendam, a corvo mire adjutus fuit. V. *Liv.* l. 7. c. 26.

CORVĪTO, V. *Corbito.*

CORVĪTOR, V. *Corbitor.*

CORUS, V. *Caurus.*

CORUSCĀMEN, inis, n. *a glittering*, coruscatio, splendor micans. *Apul. de Deo Socrat.* Rapidissimo coruscamine lumen candidum intermicare. *Fulgent.* l. 1. *Mythol.* Intermicanti vultus sui coruscamine.

CORUSCĀTĬO, onis, f. *a quick vibration of light, flash, coruscation*, ἀστραπὴ, splendor micans et tremulus, ut fulguris, et hujusmodi. *Solin.* c. 53. (*al.* 66.) *ad fin. de margaritis.* Si repente micaverit coruscatio. *Vopisc. in Caro*, c. 8. Ingenti exorta tempestate, immani coruscatione, immaniori tonitru, exanimatus est.

CORUSCĬFER, a, um, coruscus. *Martian. Capell.* l. 8. pag. 272. video splendescere pulsu Icta corusciferi subito laquearia cæli.

CORUSCO, as, avi, atum, n. 1. *to quiver, vibrate, be agitated with a tremulous motion*, citato motu agitari, celeriter vibrari, micare. *Virg.* 4. *Georg.* v. 73. *de apib.* Tum trepidæ inter se coeunt, pennisque coruscant. *Juvenal.* sat. 2. 3. 255. modo longa coruscat Sarraco veniente abies. ¶ Est etiam activum, et significat celeriter movere, vibrare, concutere, *to shake, brandish. Ovid.* 4. *Metam.* v. 493. Sibila dant, saniemque vomunt, linguasque coruscant. *Virg.* 8. *Æn.* v. 661. duo quisque Alpina coruscant Gæsa manu. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 228. ferrum Bellona coruscat. *Sil.* l. 1. v. 434. Gradivus coruscans telum. *Stat.* 10. *Theb.* v. 432. flammæ Alternos apices abrupta luce coruscant. (Adde l. 4. v. 222.) *Apul. de Deo Socrat.* Vel fulminibus jaculandis, vel nubibus coruscandis. ¶ Sæpe significat fulgurare, splendescere, oculosque præstringere. Id enim fit ex celerrimo motu rerum splendentium, *to glister, glitter, flash, shine, lighten*, ἀστράπτω, στίλβω. *Vetus Poeta* apud *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 39. Flamma inter nubes coruscat, cælum tonitru contremit. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 703. telisque salum, facibusque coruscat. *Id.* l. 5. v. 304. ex alta cum Jupiter arce coruscat. *Claudian. de III. Consul. Honor.* v. 29. Clypeus coruscans. ¶ Cornibus dimicare. V. *Conisco.*

CORUSCUS, a, um. *waving, moving*, tremulus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 168. Tum silvis scena coruscis desuper, &c. *Id.* 12. *Æn.* v. 701. Apenninus fremens ilicibus coruscis. ¶ Festive, et jlocaliter *Plaut. Rud.* 2. 6. 41. Equidem me ad velitationem exerceo. Nam omnia corusca præ tremore fabulor. *h. e.* tremula voce loquor, *while my teeth chatter*, ut faciunt, qui nimio frigore correpti sunt: et simul alludit ad eos, qui pugnaturi coruscant gladios. ¶ Item splendens, micans, *glistering, glittering, flashing, shining, bright, resplendent, brilliant, coruscant. Vetus Poeta* apud *Cicer.* 2. *Tuscul.* c. 9. Jace in me, quæso, vim coruscam fulminis. *Virg.* 1. *Georg.* v. 234. Sol coruscus. *Stat.* l. 4. *Theb.* v. 9. Viri ferroque auroque corusci. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 247. Coruscæ lampades. *Horat.* l. 1. od. 34. v. 6. Diespiter igni corusco nubila dividens. [¶ Coruscum, i, n. absolute est fulgur. *a flash of lightning. Venant. Fortunat.* l. 3. c. 4. Soporantes oculos aperuistis tonitruo, clausistis corusco.]

CORUSSO, V. *Conisco.*

CORVUS, i, m. *a raven*, κόραξ, avis nota, nigerrimis pennis, cantu injucundo, quæ cadaveribus libentissime vescitur. Sacra fuit Apollini: atque ideo dicitur a *Stat.* 3. *Theb.* v. 506. comes obscurus tripodum, et a *Petron. in Satyr.* c. 122. Delphicus ales. Fuit autem, ut est in fabulis apud *Ovid.* 2. *Metam.* v. 534. *et sequentib.* et *Hygin.* fab. 202. candidissimis quondam pennis ornatus, atque Apollini ob id maxime dilectus, quod cum Gigantes bellum diis movissent, atque hi eorum metu in varias se figuras latendi causa transformassent; quemadmodum Jupiter ariete, Bacchus capro, Juno vacca, &c. latuerunt, ita hac ave Apollo, teste *Ovid.* l. 5. *Metam.* v. 329. Verum cum Apollini Coronidis adulterium detulisset, ut in *Coronis* dictum est, in nigerrimam speciem fuit mutatus, et rejectus. ¶ In auguriis a sinistra volans omen infaustum præbere creditus est, a dextra bonum. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 39. *Plaut. Asin.* 2. 1. 12. ¶ *Corvos in cruce pascere* proverbialis locutio de eo, qui suspendio punitur. *to give the ravens a dinner. Horat.* l. 1. ep. 16. v. 48. ¶ De mira corvi docilitate, cui funus publice Romæ factum, V. *Plin.* l. 10. c. 43. ¶ Est etiam hoc nomine machina militaris, nempe ferreum instrumentum acuminatum ad similitudinem corvini rostri, quo injecto aliquid apprehendebant, retinebant, aut etiam perforabant. *a grapple-iron, grapnel, machine used in naval engagements.* Ita enim *Schefferus* suspicatur *de milit. naval.* l. 2. c. 7. Hinc *Curt.* l. 4. c. 2. Ferreæ quoque manus (harpagonas vocant) quas operibus hostium injicerent, corvique, et alia tuendis urbibus excogitata præparabantur. et cap. 4. *a med.* Validis asseribus corvos, et ferreas manus cum uncis et falcibus illigaverant, ut &c. et *in fine.* Corvi vero, et ferreæ manus tormentis emissæ plerosque rapiebant. V. *Demolitor.* [† V. *Bald.* in *Lex. Vitruv.*] ¶ Item scalpellum chirurgicum. *a surgeon's instrument. Cels.* l. 7. c. 19. *a med.* Deinde eam tunicam ferramento, quod a similitudine corvum vocant, incidere. ¶ Item genus piscis marini, dorso nigricante. *a fish called a cabot. Auson.* ep. 4. v. 60. Nec duraturi post bina trihoria corvi. Adde *Plin.* l. 32. c. 11. ubi *Harduin.* notat, a Romanis dici *capone*, et *Cels.* l. 2. c. 18. qui enumerat inter pisces cibi durioris. ¶ Item signum cæleste meridionale, Crateræ, et Angui, seu Hydro junctum, sub Leone, et Virgine, septem stellis constans, ut *Hygin.* docet l. 3. *Poet. Astron.* c. 39. de cujus fabula in *Anguis* dictum est. Adde *Vitruv* l. 9. c. 7. ¶ *Corvus* agnomen Valeriæ familiæ, V. in *Corvinus.*

CORYBANTES, tum, m. *the priests of Cybele*, Κορύ-

βαντες, Sacerdotes Matris Idææ, idest Cybeles, a κορύπτω, caput jacto, et βαίνω, incedo, quod sacro correpti furore cymbala pulsarent, et inter saltandum capita jactarent; vel a κόρη, oculi pupilla, quia cum Jovis pueri essent custodes, oculis dormirent apertis: unde κορυβαντιᾷν dicuntur, qui similiter dormiunt; vel a Corybante Jasionis, et Cybeles filio, qui simul cum Dardano sacra Matris Deum in Phrygiam detulit: vel denique ab ære, quod mons sit in Cypro æris ferax, quem Cyprii κόρυον vocant. *Serv. ad* 3. *Æn.* v. 111. Iidem *Curetes* dicti sunt, a κουρὰ, tonsura: et *Dactyli* quia digitorum numerum æquarent, vel quod uti homo per digitos, ita Rhea per illos ministeria sua exsequeretur: vel ex fabula, quam narrat *Diomed.* l. 3. pag. 474. *Putsch.* Aiunt enim, Opem in Idam Cretæ montem fugiendo delatam, manus suas ei monti imposuisse, et sic infantem Jovem edidisse: et ex manuum impressione emersisse Corybantas, quos a montis nomine, et qualitate facti, Idæos Dactylos appellatos. Sunt qui scribunt tres tantum fuisse, qui Lares esse creduntur, Damnameneum, Acmonem, Celmonem. Creduntur etiam iidem fuisse, qui Telchines, Lares, et Cabiri. ¶ Hi primum Idam Phrygiæ montem tenuisse dicuntur, postea in Cretam navigasse, montemque quendam incoluisse, quem nomine relictæ sedis etiam Idam appellarunt, ubi Jovem infantem aluerunt, et ne vagitu se parvulus proderet (Saturnus enim cum Titano fratre convenerat, ut sobolem omnem masculam interficeret) clypeolis æneis inter se concurrentes, tinnitu æris illisi celavere vocem infantis. *Horat.* l. 1. od. 16. v. 8. non acuta Si geminant Corybantes æra. ¶ Singulari numero *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 148. Non te progenitum Cybeleius ære canoro Lustravit Corybas. Adde lib. 1. *de rapt. Proserp.* v. 208.

CORYBANTIUS, a, um, *Corybantian*, ad Corybantes pertinens, Κορυβαντικός. *Virg.* 3. *Æn.* v. 111. Hic mater cultrix Cybele, Corybantiaque æra, Idæumque nemus.

CORȲBAS, antis, nomen est Proserpinæ a κόρη, puella. *Serv. ad Æn.* 3. v. 111. [Quo clarius innotescat hic *Forcellinum*, aliosque magni nominis Lexicographos alucinatos fuisse, integrum *Servii* locum appono. Sic ille *loc. cit.* Corybantes dictos tradunt ἀπὸ τῆς κόρης. Corybas enim Proserpina, quæ Κόρη dicitur Græce, sine patre natus. Quo quidem in loco videre est, *Proserpina* non primum, sed sextum esse casum, et vocem *Corybas* non ad Proserpinam ipsam, sed ad ejus filium nescio quem esse referendam, qui ex ea, sine viri opera, natus sit; nam certe Proserpina patrem habuit Jovem, vel, ut aliqui putant, Sicanum Siciliæ regem. Adde quod nulla erat causa, cur *Servius* hic animadverteret, Proserpinam sine patre natam, nam sermo est de Corybante, non de Proserpina.] ¶ Item unus ex Corybantibus. V. *Corybantes* in fine.

CORȲCIS, cidis, f. adject. Κωρυκίς. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 320. Corycidas Nymphas, et numina montis adorant. *h. e.* quæ antrum Corycium incolebant ad radices Parnassi montis: quod antrum a quadam Nympha Corycia, quæ Apollini Lycorum peperit, denominatum fuisse tradit *Pausan. in Phocicis.* V. vocem sequent. Etiam *Herodot. in Urania* narrat, in publico quodam metu, Delphicos cives, quorum urbs est ad Parnassum sita, in Corycium antrum se contulisse. Denique *Apollon.* l. 2. *Argon.* v. 713. de Parnasso, et Apolline verba faciens, Corycias Nymphas nominat: tametsi non Musas intelligit, ut videtur, sed alias, Plisti cujusdam filias.

CORȲCIUS, a, um, adject. ad Ccorycum pertinens, Κωρύκιος. *Stat.* l. 5. *Silv.* 3. v. 5. Corycia quidquid modo Phœbus in umbra monstrabat. *h. e.* in antro Corycio Parnassi, de quo mox *Id.* 7. *Theb.* v. 347. Corycium nemus. *h. e.* Parnassium. ¶ Aliud est Corycium nemus, in Cilicia ad Corycum ejus oræ urbem, et montem. *Curt.* l. 3. c. 4. Corycium nemus ubi crocum gignitur. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 68. Corycium crocum. *Martial.* l. 9. epigr. 39. Lubrica Corycio quamvis sint pulpita nimbo. *h. e.* croco. *Stat.* l. 5. *Silv.* 1. v. 214. Coryciæ comæ. *h. e.* spicæ croci. *Virg.* in *Ciri*, v. 317. Ut tibi Corycio glomerarem flammea luto. V. *Lutum.* ¶ *Corycius specus* in monte Coryco Ciliciæ, singulari ingenio, ac supra quam describi facile sit, eximius, habitari a diis et dignus, et habitus est, inquit *Pompon. Mela.* l. 1. c. 13. ubi eum pluribus describit: quod et *Solin.* facit cap. 38. (*al.* 51.) *Corycia antra* plurali num. appellat *Plin.* l. 31. c. 2. *sub fin.* quia revera duo sunt specus, alter alteri surperpositus, ut *Mela* docet. ¶ *Coryciæ Nymphæ* videntur esse Musæ, in illo *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 221. Insula Coryciis quondam celeberrima Nymphis Cingitur Ægeo, nomine Cea, mari. Nam. *Metam.* 1. v. 320. Musas *Corycidas* vocat. Præterea fuit Cea patria Simonidis Poetæ celebris, et sub tutela Apollinis, et ab Aristæo ejus filio regnata, qui illo se quondam transtulit ex Phthia, sic a patre admonitus, ad evitandam siccitatem. Porro idem Aristæus a Musis medicinam, et vaticinandi artem edoctus fuit. Hæc omnia docet *Apollon.* l. 2. *Argon.* v. 502. *et sequentib.* ¶ *Corycium senem*, quem prope Tarentum vidisse se ait *Virg.* 4. *Georg.* v. 127. ita dictum putat *Servius*, vel quod revera Cilix esset, e Coryco Ciliciæ urbe (multos autem ex ea provincia, victis piratis Cilicibus, in Græciam, et Calabriam transtulerat, agrisque donaverat Cn. Pompeius M.) vel quia more Cilicum (qui rerum hortensium studiosissimi erant) hortos excoluit.

CORȲCUS, *et Græca positione* Corycos, i, Κώρυκος, nomen est urbis Ciliciæ juxta mare sitæ, et ejus portus, et proximi montis, et specus celebris in eo, de quo dictum est in voce præced. *Plin.* l. 5. c. 27. et *Solin.* c. 38. (*al.* 51.) ¶ Cum in multis Ciliciæ locis crocum nascitur, tum quod in eo monte provenit, primæ est nobilitatis. *Id.* l. 21. c. 6. ¶ Est etiam *Coryeus* mons Cretæ. *Id.* l. 4. c. 12.

CORYDALUS, li, m. *a lark*, κορυδαλὸς, avis al. galerita, et Gallico vocabulo alauda, a κόρυς, galea, quia habet in vertice capitis pennas aliquot erectas, quæ coni galeæ speciem præbent. *Serv. in Ecl.* 2. *Virg.* v. 1. Corydon fictum nomen est ab ave, quæ corydalus dicitur.

CORYLĒTUM, i, n. *a place where hazles grow, copse of hazle trees*, locus frequentibus corylis consitus. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 587. Illa modo in silvis inter coryleta jacebat.

CORȲLUS, i, f. *a hasle or filberd tree*, κόρυλος, arbor, quæ nuces avellanas gignit. *Virg.* 2. *Georg.* v. 65. Plantis eduræ coryli nascuntur. V. *Avellana.*

CORYMBĬA, æ, f. *a decoction of the stalk of giant-fennel, seasoned with brine and honey*, ferulæ caulis decoctus, qui muria et melle conditus sit. *Plin.* l. 19. c. 9.

CORYMBIĀTUS, a, um, adject. *set round with clusters of ivy-berries, corymbiated. Gallien. in quadam ep.* apud *Trebell. Pollion. in Claud.* c. 17. Misi ad eum discum corymbiatum argenteum, lanceam argenteam pampinatam, patinam argenteam hederatam. *h. e.* corymbis artificiose insculptis cælatum. *Salmas.* mallet duci a *corymbio*, ut esset cælatus figuris in modum corymbiorum, seu capillamentorum in tutulum compositorum, qualia mulieres ad ornatum capitis gestabant.

CORYMBĬFER, i, *bearing clusters of ivy-berries*, epitheton est Bacchi hederaceis corymbis caput coronatum habentis. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 393. Festa corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

CORYMBĪTES, æ, m. *a kind of spurge with broad leaves*, κορυμβίτης, tithymali species πλατύφυλλος vocata, a foliorum latitudine. Pisces necat, alvum solvit radice, vel soliis, vel succo. *Plin.* l. 26. c. 8. *a med.*

CORYMBĬUM, ii, n. κορύμβιον, capillamentum, capillitium, ornamentum muliebre capitis ex adscititiis capillis in modum corymbi hederacei, vel tutuli. *Petron. in Satyr.* c. 110. Ancilla Gitona in partem navis inferiorem ducit, corymbioque dominæ pueri adornat caput.

CORYMBUS, i, m. *a bunch or cluster of ivy-berries; the fruit or flower of the herb chrysocome; the head of an artichoke, thistle, and the like*, κόρυμβος, hederæ racemus, ex multis constans acinis comantibus, et in orbem coactis: item aliarum herbarum similes hederæ racemos ferentium: a voce Græca allata, quæ tum cacumen significat, tum hederæ racemum. *Virg. Ecl.* 3. v. 39. Diffusos hedera vestit pallente corymbos. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 664. Impediunt hederæ remos, nexuque recurvo Serpunt, et gravidis distringunt vela corymbis. *Colum.* l. 10. v. 238. *de cinara.* Hæc modo purpureo surgit glomerata corymbo. *Plin.* l. 19. c. 9. Corymbi ferulæ. *Id.* l. 25. c. 6. Polemoniæ. *Id.* l. et cap. 22. elaphobosci. *Id.* l. 21. c. 8. *extr.* Chrysocome comantibus fulgore auri corymbis. *Id.* l. 26. c. 14. Polycnemon corymbo odorato. ¶ Hujusmodi corymbis ornari mos fuit in coronis capita hominum, deorumque, (Bacchi præsertim) summas navium puppes, &c. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 272. Phryxi promittitur absens Vellus, et auratis Argo reditura corymbis. *Tibull.* l. 1. el. 8. v. 45. *de Osiri.* et frons redimita corymbis. *Propert.* l. 3. el. 15. v. 29. *de Baccho.* Candida laxatis onerato collo corymbis. *Id.* l. 2. el. 23. v. 35. *de se ipso.* Tum capiti sacros patiar pondere corymbos. *h. e.* hederaceos, qui sunt Baccho sacri. *Juvenal.* sat. 6. v. 52. necte coronam Postibus, et densos per limina tende corymbos. ¶ Apud *Sever. in Ætna*, v. 106. corymbi videntur esse tumuli terræ in corymbi modum temere et inæqualiter congesti. ¶ Apud *Seren. Samon.* cap. 20. v. 356. Lumbricis terræ turgentes unge corymbos; *corymbos* intellige mammarum papillas: vel ipsas mammas, a similitudine racemi hederacei in orbem crescentis.

CORYPHÆUS, i, m. *a chief, leader, head, principal, coryphæus*, κορυφαῖος, princeps in aliquo ordine, caput, supremus, excellens inter alios: a κορυφὴ, vertex capitis. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 21. Zeno, quem Philo noster coryphæum appellare Epicureorum solebat.

CORYPHASĬA, æ, f. Equestris Minerva dicta, vel a Coryphes matris signo (nam Coryphe Oceani filia mater Minervæ [†Coriæ e Jove] fuisse dicitur. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 23.) vel ἀπὸ τῆς κορυφῆς, quod e vertice summo Jovis nata est parmam ferens atque arma. [Probabilius tamen videtur, sic appellatam Minervam a Coryphasio oppido et promontorio Messeniæ prope Pylum, ubi illa templum habebat. Ipse tamen cum *Davisio* hoc in loco *Coriam* pro *Coryphasiam* lego. V. supra *coria* in *Appendice.*] *Arnob.* l. 4. pag. 137.

CORȲTHUS, i, m. Κόρυθος, urbs Hetruriæ, eadem quæ Cortona. Fabulantur de ea, quod cum Dardanus equestri prœlio ab Aboriginibus pulsus galeam perdidisset, et nihilominus resistens, et in audaciam suos reducens, victoriam demum adeptus esset, ob rem feliciter gestam, oppidum, ubi galeam amiserat, condidisse, cui Corytho nomen indidit, eo quod Græce κόρυς galea dicitur. Alii a Corytho Paridis et Oenones filio conditam ferunt. Hæc *Serv.* ad illud. *Virg. Æn.* 3. v. 170. Corythum, terrasque requirat Ausonias. ¶ Est etiam mons prope eam urbem. Utrumque autem alii nomen habere putant a Corytho patre Dardani, ibi sepulto. *Id. ad Æn.* 7. v. 209. et *Æn.* 9. v. 10. et *Æn.* 10. v. 719. Adde *Sil.* l. 4. v. 721.

CORȲTUS, *et Græca terminatione* Corytos, ti, m. *a quiver, bow-case*, κωρυτὸς, theca sagittarum, pharetra. *Virg. Æn.* 10. v. 168. queis tela, sagittæ, Corytique leves humeris, et lethifer arcus. *Stat.* 9. *Theb.* v. 729. cælestibus implet Coryton telis, quorum sine sanguine nullum effugit. *Sil.* l. 7. v. 443. Parvulus ex humero corytos, et aureus arcus Fulgebat. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 7. v. 15. In quibus est nemo, qui non coryton, et arcum, Telaque vipereo lurida felle gerat. *Sil.* l. 15. v. 776. Sagittiferi coryti. Adde lib. 2. v. 106. et *Stat.* 4. *Theb.* v. 269. ¶ Omnibus his locis *corytus* pharetram manifesto significat. *Servius* tamen *Statiique Scholiast. ad loc. Virg.* et *Stat. cit.* docent, significare solius arcus thecam: qua in re ad Græcorum usum respexisse videntur, apud quos utrumque valet. ¶ Metonymice ponitur pro sagittis. *Stat.* 7. *Theb.* v. 660. Quam super a tergo velox corytos, et arcus, Pendentesque sonant aurata lynce pharetræ. ¶ Varie scribitur in veterib. lib. *corythus, coritus, chorytus, gorytus*, et apud *Non.* c. 18. etiam *coriscus:* qui male etiam *leve missile* interpretatur. Verum pro ea scriptione, quam posuimus, plerique stant Eruditi. V. præter ceteros, *Erythræum in Indice Virg.* et *Dausq. in Orthogr.* ¶ Duas priores syllabas corripuit. *Sidon.* carm. 11. v. 56. Cujus fax, arcus, corytus pendebat, at ille &c.

CORYZA, æ, f. *a running catarrh*, κόρυζα, catarrhus ex capite ad nares fluens. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 17.

COS, cotis, f. *a rock, large stone*, πέτρα, idem omnino quod *cautes*, a qua deducitur, ut a *plaustrum plostrum*, *caudex codex*, &c. *Cic.* 4. *Tusc.* c. 14. *ad fin.* Ex quibus quoniam, tanquam e scrupulosis cotibus enavigavit oratio, &c. *Liv.* l. 1. c. 36. Novacula cotem discindere. [† Sed hoc exemplum inferius detrudendum est: sermo est de lapide, quo ferramenta acuuntur.] *Curt.* l. 5. c. 3. Prærupta erant omnia, saxis et cotibus impedita. *Id.* l. 8. c. 11. *ad fin.* Multi per lubrica saxa, perque invias cotes præcipitati occiderunt. *Id.* l. 4. c. 6. Nec saxa cotesque, quæ interpellent specus, obstabant. *Id.* l. 6. c. 26. Occurrebant inviæ cotes, præruptæque rupes. *Virg. Ecl.* 8. v. 43. Nunc scio quid sit Amor. duris in cotibus illum Aut Tmaros, aut Rhodope, aut extremi Garamantes Edunt. *amid rugged rocks.* ¶ In recto singulari *Auson. in Technopægn. cap. de Hist.* v. 11. dira aconita creat cos. ¶ Speciatim dicitur de lapide, quo ferramenta acuuntur, aut lævigantur, *a whetstone, hone*, ἀκόνη. *Plin.* l. 36. c. 22. Aquariæ cotes. *h. e.* aqua trahentes aciem, ut *Id. ibid.* loquitur. Et, cotes oleariæ *ibid.* quæ scil. oleo indigent, ut acuant. *Id.* l. 37. c. 8. Gemmæ cotibus poliuntur. *Id.* l. 24. c. 11. Lignum ad cotem tritum. *Id.* l. 36. c. 25. Pavimentum cote despumare. ¶ In proverb. abiit illud *Horat. de art. Poet.* v. 304. fungar vice cotis, acutum Reddere quæ ferrum valet, exsors ipsa secandi: Munus et officium, nil scribens ipse, docebo. ¶ Translate *Cicer.* 4. *Acad.* c. 44. Ipsam iracundiam fortitudinis quasi cotem esse dicebant. *h. e.* quæ acueret, ac stimularet.

COS, insula, V. *Coos.*

COSĀNUS, a, um, ad Cosam pertinens, ut Cosanum litus, *Plin.* l. 3. c. 6. ¶ Fuit autem *Cosa*, vel *Cossa*, et *Cosæ, arum*, urbs Etruriæ, nunc excisa: ex cujus ruinis crevit Ansedonia, [† nunc] *Alsidonia:* prope oram litoralem, et ostia Pesciæ fluvii. *Id. ibid.* c. 5. et *Pompon. Mela* l. 2. c. 4. *ad fin. Virg.* 10. *Æn.* v. 168. Quique urbem liquere Cosas. ¶ Alia est in agro Turino, apud oram sinus Tarentini, nunc *Cossano. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 22. Hinc Cosanus municeps. *Cic.* 7. *Verr.* c. 62.

COSMĒTA, æ, m. *a slave who had the charge of the wardrobe*, κοσμητὴς, servus ornator, cui cura incumbit vel ornamentorum, et mundi muliebris, vel dominæ capillos exornandi, et componendi: a κοσμέω, orno. *Juvenal.* sat. 6. v. 475. periit libraria, ponunt Cosmetæ tunicas. [† Malunt quidam de *femina* hic agi ornatrice, obstante Scholiasta ex emend. *Schurtz.* Eos dicit, qui ornamentis præsunt, non ornatrices. *Nempe* (ait *Gesnerus*) *forma nominis masculina est. Femina est* κοσμήτρια.]

COSMIANUS, a, um, adject. a Cosmo deductum. Fuit is celebris quidam unguentorum artifex, et consumptor, de quo *Martial.* multis in locis, et *Juvenalis* sat. 8. v. 86. ad quem loc. Vetus Scholiast. luxuriosus fuit, inquit, qui solium, in quo descendebat multis diversorumque unguentorum odoribus miscebat. Hinc *Martial.* l. 3. epigr. 82. Et Cosmianis ipse fusus ampullis. et l. 11. epigr. 16. Qui vino madeat, nec erubescat Pingui sordidus esse Cosmiano. et lib. 12. epigr. 55. Et libram petit illa Cosmiani. *scilicet* unguenti.

COSMICUS, *et Græca positione* Cosmicos, a, um, *after the course of the world*, κοσμικὸς, ad mundum pertinens, mundanus: a κόσμος, mundus. Socrates cum rogaretur, cujatem se esse diceret, κοσμικὸν, mundanum, inquit. totius

enim mundi se incolam, et civem arbitrabatur. Narrat. hoc *Cic. Tuscul.* 5. c. 37. Quo pertinere putat *Turneb* l. 25. *adversar.* cap. 24. illud *Martial.* l. 7. epigr. 40. Cosmicos esse tibi Semproni Tucca videris: Cosmica, Semproni, tam bona, quam mala sunt. *h. e.* jactas te imitatorem Socratis, et mundanum te esse dicis: sed res mundanæ partim bonæ sunt, partim malæ. Ergo tu quoque malus esse potes.

COSMOGRĂPHUS, i, m. *a cosmographer, one who writes the history of the world*, κοσμογράφος, descriptor orbis terræ: a κόσμος, mundus, et γράφω, scribo. *Messala Corvin. de progen. Aug.* c. 2. Totus terrarum ambitus ab historicis, et cosmographis trifarie dividitur.

COSMOTORINE, titulus est unius ex Satyris Menippeis *Varronis*, ex qua aliquot fragmenta nobis servavit *Nonius.* Inscribitur *Cosmotorine* περὶ φθορᾶς κόσμου, et videtur esse a κοσμέω, orno.

COSMUS, i, m. V. *Cosmianus.*

COSŌSUS DEUS, *in vet Inscript.* apud *Reines.* class. 1. n. 84. est locale numen, ac proprium Biturigum, ut Camulus, Togotius, &c.

COSSA, V. *Cosa.*

COSSIGERĀRE, in coxam erigere, et aggerare. *Accius* apud *Non.* c. 1. n. 305. Bene proscissas cossigerare ordine porcas. Al. aliter leg. [Nam in MSS. est *possigerare*, al. legunt *cossimgirare*, alii demum *prosit aggerare*, quæ lectio ceteris videtur præferenda. Vox igitur est valde dubia.]

COSSILIRĪS, V. *Cussiliris.*

COSSIM, adverb. *on both the hips*, dictum quasi coxim, h. e. in coxas. *Pompon.* apud *Non.* c. 1. n. 191. Sciunt hoc omnes, quantum est, qui cossim cacant. *Apulei.* l. 2. *Metam.* Cossim residere. et *initio* l. 3. Complicitis pedibus, sic grabatum cossim insidens.

COSSIS, is, et Cossus, i, m. *a worm that breeds in wood*, κὶς, κιὸς, θρὶψ, vermis rugosus in ligno nascens, illudque erodens. *Plin.* l. 30. c. 12. cosses, qui in ligno nascuntur, sanant ulcera omnia. Al. leg. *cossi* ex quodam vet. Cod. *Id.* l. 17. c. 24. Arborum vermiculantur magis minusve quædam: omnes tamen fere. Jam quidem et hoc in luxuria esse cœpit, prægrandesque roborum delicatiores sunt in cibo: cossos vocant: atque etiam farina saginati, qui quoque altiles fiunt. Adde lib. 11. c. 33. [*Hieronym.* l. 2. *adversus Jovinian.* Superstitio Gentilium cossum matris Deûm observat et Isidis. *h. e.* ab eis abstinent Cybeles et Isidis sacerdotes quasi his Deabus sacri essent. *Idem ibid.* In Ponto et Phrygia vermes albos et obesos, qui nigello capite sunt, et nascuntur in lignorum carie, pro magnis reditibus paterfamilias exigit. Et quomodo apud nos attagen, et ficedula, mullus et scarus in deliciis computantur, ita apud illos ξυλοφάγον comedisse luxuria est.] ¶ *Festus:* Cossi ab antiquis dicebantur natura rugosi corporis homines, a similitudine vermium ligno editorum, qui cossi appellantur. ¶ Hinc primum cognominatus est is, qui familiæ nomen dedit in gente Cornelia: in qua celebris fuit A. Cornelius Cossus, de quo *Liv.* l. 4. c. 12. et alibi. Hinc etiam *Cossutii, Cossinii, Cossuvii*, et *Cossuviani* nomen traxisse videntur. ¶ Et etiam prænomen. Vet. lap. apud *Gruter.* pag. 107. n. 2. Cossus Cornelius Lentulus.

COSSUTIĀNUS, a, um, ut Cossutianæ tabernæ dictæ a quodam Cossutio: et designant locum quendam ignobilem. *Q. Cic. ad Tiron. lib. et ep. ult. Fam.* Vix sunt digni, quibus alteri Cæsenam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. Al. aliter leg.

COSSȲRA, Cosyra, et Cossura, æ, f. [† nunc] *Pantalerea*, insula parva in mari mediterraneo, inter Siciliam, et Africam, Κόσυρα. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 567. Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyræ. *Sil.* l. 14. v. 272. Et bellare Tabas docilis, Cossyraque parva. Adde *Pompon. Mel.* l. 2. c. 7.

COSTA, æ, f. *a rib; a side*, σπάθη, πλευρή. costæ sunt ossa oblonga, et incurva, quibus animalium pectus sepitur, veluti vallum cordis et pulmonum. *Cels.* l. 8. c. 1. Infra cervicem summa costa contra humeros sita est: inde septem inferiores usque ad imum pectus perveniunt, &c. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 82. Costæ homini tantum octonæ, suibus denæ, cornigeris tredecim, serpentibus triginta. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 4. Plagis costæ callent. *Lucret.* l. 5. v. 1296. in equi conscendere costas. *Virg.* 1 *Georg.* v. 273. Sæpe oleo tardi costas agitator aselli, Vilibus aut onerat pomis. et lib. 3. v. 256. sus fricat arbore costas. *his flank.* *Id.* 9. *Æn.* v. 431. sed viribus ensis adactus Transadigit costas, et candida pectora rumpit. *Id.* 1. *Æn.* v. 215. Tergora diripiunt costis, et viscera nudant. *Martial.* l. 9. epigr. 49. Sed nec costa data est, caudave missa mihi. *scil. de apro in mensa posito.* ¶ Translate *Plin.* l. 16. c. 18. Betulla circulis flexilibus, item corbium costis. *h. e.* crassiora, et firmiora vimina, veluti statumina, quibus reliqua tenuiora connectuntur, ac firmantur. Eod. sensu *Id.* l. 13. c. 9. Spina (*arbor*) utilissima navium costis. τοῖς ἐγκοιλίοις. *Virg.* 7. *Æn.* v. 463. Flamma virgea suggeritur costis undantis aheni. *under the ribs or sides.* *Pers.* sat. 6. v. 31. Costa ratis laceræ. *Id.* referes versiculum cujusdam vani Poetæ sat. 1. v. 95. costam longo subduximus Apennino.

COSTAMŌMUM, i, n. planta aromatica ex costi genere, amomo similis. *Martian. Dig.* lib. 39. tit. 4. *leg. ult.*

COSTĀTUS, a, um, *having ribs, strong-ribbed*, costas habens. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Boves corpore amplo, bene costatos, latis humeris, bonis clunibus, &c.

COSTUM, i, n. *a shrub which yielded a fragrant ointment; spikenard*, κόστος, herba odorifera, in India nascens, radice gustu ferventi, odore eximio, frutice alia inutili, duplicis generis, nigri, et quod melius est candicantis. *Plin.* l. et cap. 12. ¶ Ejus usus fuit in unguentis. *Id.* l. 13. c. 1. ¶ Et in condituris vini. *Id.* l. 14. c. 16. et *Colum.* l. 12. c. 20. ¶ Et in sacrificiis. *Propert.* l. 4. el. 6. v. 5. Costum molle date, et blandi mihi turis honores. ¶ Est etiam *Costus*, et Græca terminatione *Costos, i*, f. *Lucan.* l. 9. v. 917. Et tamarix non læta comas, Eoaque costos. [*h. e.* Persica, hinc *Horat.* l. 3. carm. 1. v. 44. Achæmenium costum. *h. e.* Persicum, nam Persæ ab Achæmenido rege Achæmenii dicti sunt.] *Ovid.* 10. *Metam.* v. 308. Costumque suam. *Al. leg.* suum. *Claudian. de nupt. Honor.* v. 95. sicca frondescunt vimina costo. Al. leg. *sicco.*

COTĂNA, V. *Cottana.*

COTARĬA, vel Cotorĭa, æ, f. *a quarry out of which they dig whetstones*, locus, ubi cotes acuendis cultris aptæ eruuntur. *Alfenus Dig.* lib. 39. tit. 4. leg. 15. Cæsar cum insulæ Cretæ cotarias locaret. *Torrentin.* habet *cotorias.*

COTHON, onis, m. et Cothonum, i, n. *a harbour made by art; a wharf, pier, dock*, portus in mari non naturalis, sed arte, et manu factus. Ita *Serv.* ad illud *Æn.* 1. v. 431. Hic portus alii effodiunt. *Hirt. de B. Afric.* c. 63. Reliquæ naves Adrumetum in cothonem se contulerunt. Adde cap. 62. sed utroque loco alii nomen proprium faciunt. *Festus* vocat *catones:* sed Critici *cothones* legunt. ¶ Item insula Peloponnesi, in sinu Laconico, apud Cytheram, Κώθων. *Plin.* l. 4. c. 12. ¶ Item alia prope Carthaginem, factitia, et fossa circumdata: a qua fortasse nomen cothoni factum est: ea autem a κώθων dicta videtur, quod est genus poculi fictilis Laconici, et militaris; nempe a rotunditate.

COTHURNARĬUS, V. *Cothurnate.*

COTHURNĀTE, adverb. cujus comparat. *cothurnatius* utitur *Ammian.* l. 28. c. 1. Cum cothurnatius stilus procederet lacrimosus. *h. e.* magis tragice. *Al. leg.* cothurnarius, *h. e.* tragicus stilus. *a lofty or tragic style.*

COTHURNATĬO, onis, f. scenæ tragicæ repræsentatio. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 13. Hæc prima tragœdiæ scena: alia autem trans siparium cothurnatio est.

COTHURNĀTUS, a, um, *wearing buskins*, cothurno indutus. Fere refertur ad Tragœdiam, Tragicos, et gravem, sublimem, severumque stilum. *lofty, majestic, tragic.* *Senec.* ep. 8. Quam multa Publii non excalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt? *Ovid.* 1. *Amor.* el. et v. 18. Deque cothurnato vate triumphat Amor. *Id. in Ibin*, v. 531. Cothurnatus Lycophron. *Martial.* l. et epigr. 5. et l. 7. epigr. 62. cothurnati grande Maronis opus. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 347. Scena levis decet hanc: non est, mihi credite, non est Illa cothurnatas inter habenda deas. *h. e.* graviores, severioresque. De Flora enim loquitur. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 5. *ad fin.* In voluptatem censura cothurnati sermonis invectus es. *Lactant.* l. 6. c. 20. *post med.* Tragicæ historiæ subjiciunt oculis parricidia, et incesta regum malorum, et cothurnata scelera demonstrant.

COTHURNUS, i, m. *a buskin; a tragedian's shoe*, κόθορνος, calceamenti genus virorum æque, ac mulierum, utrique aptum pedi, ex corio, usque ad dimidiam cruris partem, quo et venatores, et tragœdiarum actores utebantur a voce Græca allata. *Serv. ad Virg. Eclog.* 7. v. 32. et *ad Eclog.* 8. v. 10. Sed venaticus, et tragicus forma differunt, quia tragicus subere altius sublevato fiebat, ut qui tragœdias agerent, proceriores viderentur, sed venaticus talis non erat, quia ea res pernicitatem in venando impediisset. *Virg.* 1. *Æn.* v. 341. Purpureoque alte suras vincire cothurno. *Juvenal.* sat. 6. v. 505. breviorque videtur Virgine pygmæa nullis adjuta cothurnis. ¶ Cothurni usum primus Sophocles in scenam intulit, ut quidam volunt apud *Serv.* ad illud *Ecl.* 8. v. 10. Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. ¶ Hinc sæpe ponitur metonymice pro Tragœdia, stilo Tragico, sublimi, severo. *tragedy; a lofty or majestic style.* *Juvenal.* sat. 6. v. 633. altum satyra sumente cothurnum. et sat. 15. v. 29. vulgi scelus, et cunctis graviora cothurnis. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 1. v. 45. Quam tu non poteris duro reserare cothurno, Hæc est blanditiis janua laxa meis. *verba sunt* Elegiæ *ad* Tragœdiam. *Id. de remed. Amor.* v. 375. Grande sonant Tragici: Tragicos decet ira cothurnos. *the tragic buskin, style of tragedy.* *Horat. in Art. Poet.* v. 280. Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno. *Id.* l. 2. od. 1. v. 12. grande munus Cecropio repetes cothurno. *Propert.* l. 2. eleg. 25. v. 41. Desine Achilleo componere verba cothurno. *h. e.* carmine heroico, quale est *Homeri* in *Iliade:* qua ratione etiam *Virg.* cothurnatus dicitur. *Sidon.* l. 2. ep. 9. *a med.* Cothurnus Latialis eloquii. *Plin.* l. 35. c. 10. *ad fin. de Nicophane pictore.* Cothurnus ei, et gravitas artis. *h. e.* ratio pingendi sublimis, grandis, et ut ita dicam, severa. ¶ Cothurnorum usus fuit apud Græcos etiam extra venationem, et Tragœdias. Hinc *Cic.* Tuditanum quendam reprehendit *Phil.* 3. c. 6. qui cum palla, et cothurnis nummos populo de Rostris spargere solebat: *scil.* quia is habitus neque Senatorius erat, neque Romanus. *Vellei.* l. 2. c. 82. *de M. Antonio.* Thyrsum tenens, cothurnisque succinctus, curru, velut Liber Pater, vectus est. *Sidon.* carm. 2. v. 400. Romam deam fingit indutam cothurnis, quos et describit. ¶ *Herculis personam, et cothurnos infantibus aptare* proverb. apud *Quintil.* l. 6. c. 1. *a med.* h. e. rei exiguæ magnum aliquid, et minime conveniens accommodare.

COTICŬLA, æ, f. *a little touch-stone*, βάσανος, dimin. a *cote:* speciatim lapis, quo fit auri vel argenti experimentum, qui et *index*, et *lapis Lydius* vocatur. *Plin.* l. 33. c. 8. ¶ Item vasis genus ex cote, *a small mortar.* *Plin.* l. 31. c. 9. Contraque suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur. *Id.* l. 37. c. 10. Ex achate medici coticulas faciunt.

COTIDĬE, &c. V. *Quotidie.*

COTIFĬCO, as, avi, atum, n. 1. in cotaria laboro, cotes seco. *Apul. de Deo Socrat.* Non pro majestate deorum fuerit, ut eorum quispiam Accio Navio cotificet. *Alii aliter leg.*

COTĬNUS, i, m. *a kind of wild olive*, frutex in Apennino ad linamenta modo conchylii colore insignis. *h. e.* ad vestes lineas conchylii colore tingendas solummodo aptus. *Plin.* l. 16. c. 18.

COTĬO, V. in *Concio.*

COTŎNA, V. *Cottana.*

COTONĔA, æ, f. σύμφυτον πετραῖον, a Venetis dicta herba, quam Galli *halum* appellant, similis cunilæ bubulæ, tota odorata. *Plin.* l. 26. c. 7.

COTONĔUM, et Cotonĭum malum, et Cotoneum absolute, et Græca voce servata, Cydonium, et Cytonium, n. *a quince*, κυδώνιον μῆλον, pomum vulgo notum, odoratum, colore flavo, succo asperiore et adstringente: dictum a Cydone urbe Cretæ: cujus multa genera *Plin.* l. 15. c. 11. enumerat. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 6. Mala cytonia, quæ cotonia vocat Cato. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 59. Conditiva mala, struthea, cotonea, scantiana, &c. *Pallad.* l. 14. v. 99. Cum præstent cunctis se fulva cydonia pomis. Al. leg. *præstet*, ut arbor cydonia intelligatur. et vers. 141. Aureaque annexo miscere cydonia fetu. Adde lib. 3. tit. 25. *de malis.* ¶ Cotonea malus, et Cydonia, *a quince-tree*, est ipsa arbor cotoneum ferens. *Pallad.* l. 4. tit. 10. *extr.* ¶ *Cydonius, ii*, m. cydonea malus apud *eund.* l. 3. tit. 25. *de malis.* Amant cydonii locum frigidum. Al. leg. *cydonia.*

COTORĬA, V. *Cotaria.*

COTTA, æ, m. cognomen Romanum in gente Aurelia. Cottarum familia Romæ nobilis, in gente Aurelia, ab Sabinis oriunda, non una fuit. Celebres viri hoc fuero cognomine, summis magistratibus insignes. C. Cottam oratorem inducit *Cic.* in libris *de Oratore*, et ab eloquentia laudat. Adde *de clar. Orator.* c. 55. ¶ Genus ludi aleatorii, cujus fit mentio in *Cod. Justin.* lib. 1. tit. 4. leg. 25. videtur dictum ab ossiculis, quibus ludebant, quæ Græci recentiores κότζι vocant.

COTTĂBUS, i, m. *the sound which the lashing of a whip makes*, sonus, vel crepitus plagarum loris incussarum. *Plaut. Trinum.* 4. 3. 4. Cave, ne cottabi bubuli in te crepent. Ductum est a Græco κότταβος, quod significat sonum vini in terram elisi. Solebant enim Græci in conviviis reliquias vini ad terram spargere lætitiæ causa, quod κοτταβίζειν dicebant.

COTTĂNA, orum, n. *a kind of small dry fig, growing chiefly in Syria.* Hesychius: κόττανα εἶδος συκῶν μικρῶν, h. e. genus parvorum ficorum, qui inter caricas minimi sunt. In Syria maxime proveniebant, unde magna copia Romam venales advehebantur. *Plin.* l. 13. c. 5. Hinc *Martial.* l. 13. epigr. 28. Hæc tibi, quæ torta venerunt cottana meta, Si majora forent cottana, ficus erant. *Juvenal.* sat. 3. v. 85. *de quodam Syro venali.* Advectus Romam, quo pruna et cottana, vento. [*Idem* lib. 7. epigr. 53., et l. 4. epigr. 39. quasi proprio epitheto *parva* ea vocat; quæ res confirmat opinionem *Casauboni* et *Vossii*, hanc videlicet appellationem esse ab Hebraico קָטֹן *caton* parvus.] ¶ Legitur et *coctana, coctona, cotona*, et *cotana.*

COTTIĀNUS, a, um, adject. a Cottio, qui rex fuit Alpinorum populorum, qui Alpes incolunt Galliam ab Italia dividentes. V. vocem sequent. Hinc *Cottianæ Alpes*, apud *Tacit.* 1. *Hist.* c. 61. et lib. 4. c. 68. eædem nempe, quæ *Cottiæ*, et *Cottianæ civitates* apud *Plin.* l. 3. c. 20.

COTTĬÆ ALPES sunt montes excelsi, qui Galliam ab Italia, Delphinatum a Pedemontio separant, a monte Vesulo usque ad montem Cenisium, et a vadis Sabatiis, vel ab urbe Segusione usque ad Duriam fluvium longe a Dertona, et Bobio in Occ. inter Alpes maritimas ad Aust. et Alpes Grajas ad Bor. Nomen acceperunt a Cottio ejus regionis Regulo, qui ceteris perdomitis Gallis, solus in amicitiam Augusti receptus est, et tractum Alpium alias prope invium, structis molibus, transitu commodiorem reddidit. Hujus sepulchrum, manesque Segusione gemino religionis titulo colebantur, quod justo imperio suos rexisset, et societate cum Romanis inita, quietem genti paravisset. Filium reliquit M. Jul. Cottium, qui Regio honore docoratus est a Claudio Imp. et mortuus est im-

perante Nerone, qui Cottias Alpes in provinciam redegit. *Sueton. in Tib.* c. 37. et *in Ner.* c. 18. *Plin.* l. 3. c. 20. *Ammian.* l. 15. c. 10. (*al.* 24.) et *Tacit.* 1. *Hist.* c. 87.

COTULA. V. *Cotyla.*

COTURNIUM, ii, n. *an ewer*, vas, quo in sacrificiis vinum fundebatur. *Festus.* ubi *Scaliger*: ego non puto differre a gutturnio: sed litteræ in suas cognatas degenerarunt.

COTURNIX, icis, f. *a quail*, ὄρτυξ, υγος, avis advena, terrestris magis, quam sublimis. Hæ aves regem habent, qui ὀρτυγομήτρα, ortygometra dicitur. *Plin.* l. 10. c. 23. ¶ Sæpe pugnant cum perdicibus, ut *Aristot.* l. 9. *de animal.* c. 8. tradit. Hinc *Ovid.* 2. *Amor.* el. 6 v. 26. Ecce coturnices inter sua prælia vivunt. ¶ Habet aliquando locum in blanditiis amantum. *Plaut. Asin.* 3. 3. 76. Dic me tuum passerculum, gallinam, coturnicem, &c. ¶ A sono vocis ita dictas vult *Festus*: ast alii a genit. vocis Græcæ allatæ, transpositis, ac leviter mutatis litteris. ¶ *Servius ad Æn.* 3. v. 73. de Delo insula loquens, quæ Græce ὄρτυξ dicta est, hujusmodi narrat fabulam: fuisse Asteriem quandam Latonæ sororem, cui cum contumeliam inferre vellet Jupiter, illam optavisse a diis, ut in avem converteretur: versamque esse in conturnicem: et cum vellet mare transfretare, allatam a Jove, et in lapidem versam, diu sub aquis latuisse, &c. ¶ Prima syllaba, quam *Ovid.* et *Juvenal.* sat. 12. v. 97. corripiunt, produci etiam potest. *Lucret.* l. 4. v. 642. At capris adipes, et coturnicibus augent. [Coturnices, quæ apud nos aliquo in pretio sunt, apud Romanos contemptui habitas ex *Juvenale* et multo magis ex *Plinio* apparet; hic enim ait l. 10. c. 23. Coturnicibus veneni (*h. e.* ellebori) semen gratissimus cibus, quam ob causam eas damnavere mensæ, simulque comitialem propter morbum despui suetum, quem solæ animalium sentiunt præter hominem.]

COTYLA, *et Latino more* Cotula, æ, f. *a sort of vessel, or measure, containing half a* sextarius, κοτύλη, genus mensuræ tum liquidorum, tum aridorum, eadem quæ hemina, dimidium sextarii continens, seu sex cyathos. Ita *Fannius de ponderib. et mens. humidor.* v. 12. et *Cæl. Aurelian. Chronicor.* l. 4. c. 3. sect. 68. Hinc *Martial.* l. 8. epigr. 71. Post hunc in cotula rasa selibra data est. ¶ Est a Græca voce allata, qua tum cavitas, tum liquidorum mensura significatur.

COTYLEDON, ŏnis, f. *the herb penny-wort, or wall penny-wort*, κοτυληδὼν, herba parvula, cauliculo tenero pusillo, pingui folio et concavo, ut coxendices (unde et nomen) viridis, radice olivæ modo rotunda. Herbarii nunc vocant umbilicum Veneris. Est et aliud genus, sordidis foliis, latioribus densioribusque circa radicem velut oculum cingentibus, asperrimi gustus, longiore caule, sed pergracili. *Plin.* l. 25. cap. 13.

COTYNUS *in veteri Inscript.* apud *Gruter.* pag. 337. nomen est equi Circensis. Est autem idem quod Thracius, a Coty rege Thraciæ, ad quem exstat epistola *Ovidii* 9. lib. 2. *ex Pont.*

COTYTTIA, orum, n. κοτύττια, festa nocturna in honorem Cotyttus, quæ Athenis fiebant: in quibus placentulæ quædam, et poma ramis arborum alligabantur, et diripienda proponebantur. Erant autem omni genere lasciviæ fœdissima: unde vocat ea *Horat. Epod.* 17. v. 56. sacrum liberi Cupidinis. *Acron*, et *Porphyr. infernalia* vocant, quæ diis inferis a veneficis fiebant: inde fortasse inquit *Porphyr.* quod Cotytus fluvius sit Inferorum. Verum ejus fluvii non *Cotytus*, sed *Cocytus* nomen est.

COTYTTO, us, f. contract. Κοτυττὼ, dea impudentiæ, cui Athenis a Baptis nocturna sacra fiebant, quæ vocabantur Cotyttia. Hanc quidam saltatricem fuisse existimant: unde etiam Sacerdotes lascivis saltationibus mores ejus referebant. *Juvenal.* sat. 2. v. 92. Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto. V. *Baptæ.*

COVINARIUS, ii, m. *the driver of the* covinus, *or warlike chariot of the Britons*, qui covinum regit, vel potius qui ex covino pugnat. *Tacit. in Agric.* c. 36. Covinarii peditum se prœlio miscuere. Adde cap. 35.

COVINUS, i, m. *a warlike chariot, or car, in use amongst the Britons*, genus carri, quo in bello utebantur Britanni, et Belgæ, ejus axes falcibus armantes ut *Pompon. Mela* l. 3. c. 6. docet. *Lucan.* l. 1. v. 426. Et docilis rector monstrati Belga convini. [† ubi legitur *rostrati*, h. e. rostris armati, *armed with beaks or hooks.*] *Sil.* l. 17. v. 422. Cærulus haud aliter cum dimicat incola Thules, Agmina falcifero circumvenit arcta covino. ¶ Ejus usus erat etiam in itinere, pro rheda. *Martial.* l. 12. epigr. 24. O jucunda, covine, solitudo, Carruca magis essedoque gratum, &c. ¶ Scribitur et *covinnus.*

COUS, a, um, *of or belonging to Coos or Cos, Coan*, Κῷος, ad Coon insulam pertinens. *Varr. in proœm.* l. 2. *R. R.* Coa insula. *Liv.* l. 37. c. 22. Coa quinqueremis. *Lucan.* l. 8. v. 246. Coum litus. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 329. Cous Poeta. *h. e.* Philetas Cous Poeta Græcus elegiographus, (quem designat etiam illo versu *de remed. amor.* v. 760. Et cum Callimacho tu quoque, Coe, noces. Ut et in illo 1. *Trist.* el. 6. v. 2. Nec tantum Coo Battis amata suo est.) *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 58. *ad uxor.* non Inferius Coa Battide nomen habes. *Id. ibid.* l. 4. ep. 1. v. 29. Cous artifex. *h. e.* Apelles. *Cic. in Orat.* c. 2. Coa Venus. *h. e.* ab Apelle Coo picta. *Plin.* l. 15. c. 17. *ad fin.* Coa uva, et Berytia servantur nullius suavitati postferendæ. *Id.* l. 14. c. 8. Coum vinum. *Id.* l. 35. c. 12. *sub fin.* Coæ amphoræ. [*Marcell. Empir. carm. de med.* v. 5. Quod Cous decuit senior. *h. e.* Hippocrates Cous.] ¶ *Coi, orum*, sunt ejus insulæ populi. *Cic.* 6. *Verr.* c. 60. *Plin.* l. 14. c. 8. ¶ In singulari num. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 252. hunc ipse, Coo plaudente, Philetas Ambisset laudare diem. Prima hic syllaba corripitur, quia Græce etiam Κόως scribitur, præsertim si de populis sermo sit. ¶ *Coum* absolute est Coum vinum. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 29. Et lapathi brevis herba, sed albo non sine Coo. *h. e.* quod Græca voce *leucocoum* dici tradit *Plin. loc. modo cit.* ejusque conficiendi rationem docet. *Pers.* sat. 5. v. 135. lubrica Coa. *h. e.* vina Coa alvum solventia. ¶ *Coa vestis*, et *Coa, orum*, absolute in magno pretio fuerunt. Erant autem genus vestis tenuissimæ ac pellucidæ ad luxum feminarum, nomen habentes ex eo, quod quædam Pamphila Latoi filia, Coa, prima invenit telas bombycinas redordiri, rursusque texere mira tenuitate: non fraudanda (inquit *Plin.* l. 11. c. 22.) gloria excogitatæ rationis, ut denudet feminas vestis. Quod inventum jure ac merito arguit *Senec.* ep. 90. et lib. 7. *de Benef.* c. 9. *ad fin.* et alibi. *Tibull.* l. 2. el. 6. v. 35. Illa gerat vestes tenues, quas femina Coa Texuit. *Propert.* l. 4. el. 5. v. 23. Coæ textura minervæ. et vers. 55. Coæ munera vestis. *Horat.* l. 4. od. et vers. 13. Coæ purpuræ. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 298. Sive erit in Cois, Coa decere puta. Adde *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 101.

COVUM, i, n. cavum in aratro, sub jugo medio, quo bura extrema immittitur: a *cavo* dictum. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 31.

COXA, æ, f. *the huckle-bone, joint of the hip; the hip or haunch*, κοχώνη, ἰσχίον, μηρὸς, μηρίον, os in imo ventre animalis transversum, longeque valentissimum, situm ab utroque latere ossis sacri: in cujus sinus rotundos, seu acetabula valde capacia, hinc et inde capita ossis femorum conjiciuntur. *Cels.* l. 8. c. 1. *ad fin.* et cap. 10. n. 5. item l. 2. c. 7. Videtur autem priore loco ipsum quoque sacrum os hac appellatione complecti. *Id.* l. 5. c. 26. sect. 13. Dolor in inguinibus, et coxis, et feminibus est. ¶ Sumitur etiam late pro ipso femore. *the thigh. Cels.* lib. 4. cap. 20. Perfricare coxas et poplites. *Martial.* l. 7. epigr. 19. Et utramque coxam leporis, et duos armos. Adde *Juvenal.* sat. 6. v. 320. et sat. 15. v. 66. et *Apul.* l. 7. *Metam.* ¶ Et pro osse femoris, præsertim quæ coxæ jungitur. *the thigh-bone. Plin.* l. 2. ep. 1. Fallente vestigio cecidit, coxamque fregit. ¶ Quemadmodum in corpore humano femur coxæ adjunctum, angulum internum facit; ita in agris *coxa* angulum internum limitaneum notat. *Siculus Flacc.* pag. 6. *Goesii.* Termini qui omnibus angulis, coxisque positi esse debent. *Inscript.* apud *Fabrett.* pag. 180. T. Capelli T. F. Vindicis in F. P. XXXVII. A. T. Cox. S. P. XXVII. intra Cox. P. XXXVII. V. ipsum *Fabrett.* qui ibi plura hac de re, et *Ursati Marmora Erudita epist. ult.*

COXENDIX, ĭcis, f. *the huckle-bone*, &c. ἰσχίον, idem quod *coxa*: sed apud Latinos usitatius. *Cels. subfin.* cap. 30. l. 7. Coxendices, ac femina liquido cerato perungenda sunt. *Sueton. in Aug.* c. 8. Coxendice, et femore, et crure sinistro non perinde valebat. ¶ Pro toto femore *Plaut. Bacch.* 5. 2. 40. *Ph.* Cor stimulo foditur. *Ni.* Pol tibi multo æquius est coxendicem. *Fest.* in *Strebula.* Coxendices hostiarum, quæ in altaria imponi solebant. Adde *Lucil.* et *Varron.* apud *Non.* c. 2. n. 193. ¶ Pro osse femoris *Plin.* l. 28. c. 11. *post med. de suib.* Ossa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur. *Id.* l. 10. c. 61. Vespertilioni coxendix una traditur. *h. e.* unicum os sine crure usque ad pedes.

COXO. V. *Catax.*

C R

CRABRA AQUA, [† *hod.*] *la Marrana, la Marrannella*, fl. Latii, qui oritur ex agro Tusculano paulo supra Cryptam Ferratam, et postea in duo brachia dividitur, quorum pars major in Anienem se exonerat, pars minor per urbem Romam labitur, et ibi in Tyberim defluit. De ea verba facit [*Frontin. de Aquæduct.* artic. 9. et *Cic. Agrar.* 3. c. 2. *extr.* et 16. *Fam.* ep. 18.

CRABRO, onis, m. *a wasp, hornet*, ἀνθρήνη, σφήξ, animal volatile, e genere vesparum, cum murmure volitans, nidos in cavernis, aut sub terra faciens: duplicis generis, teste *Plin.* l. 11. c. 21. silvestre eorum qui in cavernis degunt, hieme sub terra conduntur; ictu aculei dolorem ac sæpe febrim inferentes: et mitius, ac veluti domesticum partim eorum, qui opifices nominantur, hoc est favos ædificant modo suo: partim inertium, et partus solummodo edentium, ob id matres dicti: sed utrorumque clementium. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 368. ex putrefacto equi cadavere nasci tradit. *Virg.* 4. *Georg.* inter hostes apum enumerat, vers. 245. Aut asper crabro imparibus se miscuit armis. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 335. similisque juvenco Spicula crabronum pressa cervice gerenti, Qua via nulla ruit. *Plaut. Amph.* 2. 2. 75. Irritare crabroes. *to tread in a wasp's nest, embroil one's self with waspish or surly people*, proverbium de illis, qui potentiores provocant, a quibus sine malo discessuri non sunt.

CRACCA, æ, f. *a sort of vetch*, genus viciæ, aut alterius grani degenerantis, in tantum columbis grata, ut pastas ea negent fugitivas illius loci fieri. *Plin.* l. 18. c. 16.

CRACENTES, graciles. *Ennius*: Succincti gladiis media regione cracentes. Hæc *Festus.* Volunt Etymologi, esse ab obsoleto *craceo* pro *graceo*, a γράω, comedo, absumo.

CRAGUS, et Cragos, i, m. [† nunc] *Mount Gorante*, mons Lyciæ, in ora, pars Chimæræ, unde et Taurus initium sumit, cui mons oppositus Anticragus nominatur, apud Limyrum fl. et Andriacam urbem. Dictus est a Crago Trenedeti et Paraxidices Nymphæ filio. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 645. Jam Cragon, et Limyren, Xanthique reliquerat undas. ¶ Item promontiorum eodem loci, nunc *Cape Serdeni*, aut *Seven Capes. Plin.* l. 5. c. 27. *ad fin.*

CRAMBE, es, f. *a sort of cabbage or cole-wort; sea-cabbage*, κράμβη, genus brassicæ tenuioribus foliis, et simplicibus densissimisque, amarior, sed efficacissima, ut *Plin.* l. 20. c. 9. describit. Dicta videtur quasi κοράμβλη, quia κόρας ἀμβλύνη, pupillas hebetat. V. *Corambla.* ¶ Sumitur et pro quavis brassica: quæ bis cocta, seu recalefacta stomachum prægravat, concoctu difficilis. Hinc Græcum proverbium δὶς κράμβη θάνατος. Allegorice *Juvenal.* sat. 7. v. 154. Occidit miseros crambe repetita magistros. *h. e.* millies repetitæ declamationes, aliaque quæ pueris traduntur in scholis tædio conficiunt atque enecant magistros. Hoc aptius esse videtur, quam quod alii *Cambre* legentes, commenti sunt de quodam vico ejus nominis ad montem Gaurum, ubi Campani a Cumanis olim ingenti prælio superati fuerint: ut proinde *Cambre* titulus esset declamationis, quæ frequenter in scholis haberetur.

CRANE. V. *Carna.*

CRAPŬLA, æ, f. *a surfeit*, κραιπάλη, nimius vini potus, ebrietas, ex qua titubatio, vertigo, et gravedo capitis oritur: a voce Græca allata, quæ videtur esse ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι τὸ κάρα, quia caput contremiscit, et totum corpus labat. *Cic.* 5. *Verr.* c. 11. *extr.* Qui nondum Aproniani convivii crapulam exhalassent. *Id. Phil.* 2. c. 12. Edormi crapulam, et exhala. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 35. Inde huc exii, crapulam dum amoverem. *Liv.* l. 9. c. 39. Pleni crapulæ tibicines. *Flor.* l. 2. c. 10. Subinde crapula, et capitis errore lapsare. *Plin.* l. 21. c. 20. Iris discutit crapulas. *Apul.* l. 1. *Metam.* Cibo et crapula distentus. et lib. 3. Crapula madens. ¶ Metonymice dicitur flos resinæ percoctus, quo condire vina solebant: *a medicine made of the dregs of rosin and new wine*: quia vinum ita conditum capitis dolorem et vertiginem facit (teste *Plin.* l. 23. c. 1. *a. med.*) qui sunt crapulæ effectus. *Plin.* l. 14. c. 20. Crapula compesci feritatem vini nimiam. et *mox.* Pugnacibus mustis crapulæ plus inditur. Adde lib. 23. c. 1. sect. 24.

CRAPULARIUS. V. *Ampullarius.*

CRAPULENTUS, a, um, adject. crapula gravatus, ebrius. *Ammian.* l. 29. c. 6. (*al.* c. 34.) Vinoque consucto distentus, et crapulentus. Al. aliter leg.

CRAPULŌSUS, a, um, adject. crapulæ deditus, *gluttonous. Jul. Firmic.* l. 8. c. 20. Gulæ crapulosis libidinibus servientes.

CRAS, *to-morrow*, αὔριον, die proxime futuro. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 44. Scies igitur fortasse cras: ad summum perendie. et lib. 13. ep. 30. Negat Eros hodie: cras mane putat. *to-morrow morning. Martial.* l. 5. epigr. 59. Cras istud, Postume, quando venit? Quam longe cras istud, ubi est, aut unde petendum? &c. ¶ Cum verbis præsentis temporis. *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 9. cras, nato Cæsare, festus Dat veniam, somnumque dies. *Terent. Phorm.* 3. 2. 46. Cras mane argentum mihi miles se dare dixit. *Plaut. Mostell.* 3. 1. 124. Abeo: sat habeo, si cras fero. *Varro* quoque unum ex libris suis inscripserat, teste *Non.* c. 2. n. 336. et 544. Cras credo: hodie nihil. *on a future day.* Quare frustra est *Servius*, qui in art. 2. *Donati*, pag. 1791. *Putsch.* putat vitiose dici, *cras lego lectionem.* Porro illud *Varronis*, Cras credo, &c. commode usurpari potest ab eo, qui se neget dictis alicujus fidem habere. ¶ Adhibetur aliquando latiori significatione, pro in futurum, futuro tempore. *Horat.* l. 1. od. 9. v. 13. Quid sit futurum cras, fuge quærere. γνώμη. *Tibull.* l. 2. el. 7. v. 1. Finirent multi leto mala: credula vitam Spes fovet, et melius cras fore, semper ait. ¶ Cras hesternum apud *Pers.* sat. 5. v. 68. est hesterna dies. Sed V. integr. locum. *yesterday's morrow.* ¶ In illo. *Martial.* l. 2. epigr. 37. Ullus si pudor est, repone cœnam. Cras te, Cæciliane, non vocavi: *cras* est in diem crastinum.

CRASIS, is, f. κρᾶσις, mixtio, mixtura. A Grammaticis sic dicitur duarum vocalium, aut vocalis et diphthongi coitio in unam tertiam, quæ unum efficiat sonum ex duabus mixtum, vel neutra illarum remanente, vel alterutra tantum, ut τύχεα τύχη, καὶ εἶτα κᾆτα. a crasis. Sed Græca vox est a κεράννυμι, misceo, et Græce adhibenda.

CRASSĀMEN, inis, n. idem ac crassamentum. *Colum.* lib. 12. cap. 25. Semper in requieta aqua crassamen aliquod in imo reperitur. et cap. 41. Docet crassamen in modum fæcis exsistat.

CRASSAMENTUM, i, n. *a thick matter settling to the bottom of any liquid; the dregs, grounds, or sediment,*

ἴζημα, ὑπόστασις, crassum illud et fæculentum, quod subsidit in liquoribus requietis. *Colum.* l. et cap. 12. Aliquod crassamentum in imo, simile fæci, reperitur. ¶ Item pars crassior alicujus rei, *thickness. Gell.* l. 17. c. 9. Surculi duo pari crassamento, ejusdemque longitudinis. *Plin.* l. 16. c. 40. Crassamenta portarum. V. *Assamentum.*

CRASSĀTUS, a, um, adject. *thickened*, crassus, densatus. *Ammian.* l. 19. c. 4. (*al.* 7.) Terrarum halitu densiore crassatus aer.

CRASSE, *thickly, grossly*, παχυλῶς, dense. *Colum.* l. 12. c. 43. Vasa intrinsecus et exterius crasse picari. ¶ Translate *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 76. Poema crasse illepideve compositum. *rudely. Senec.* epist. 121. *a med.* Aliquid crasse, et summatim, et obscure intelligere. *Plin.* l. 37. c. 7. *sub fin.* Gemmæ crassius nitent. *h. e.* languidius, obtusius. Sic cap. 8. Molochites spissius virens, et crassius, quam smaragdus.

CRASSĒDO, inis, f. crassities, crassitudo. Translate *Fulgent. in contin. Virgil.* Adipata crassedo ingenii.

CRASSESCO, is, n. 3. *to thicken, grow thick or gross*, παχύνομαι, crassus fio, aut densus. *Plin.* l. 19. c. 6. Cæpæ Creticæ capita satis crassescunt. *Id.* l. 11. c. 39. Quadrupedibus pili senectute crassescunt. *Id.* l. 23. c. 1. Quo generosius vinum est, hoc magis vetustate crassescit. *Id.* l. 11. c. 13. Est autem initio mel dilutum: vicesimo die crassescit. *Id.* l. 2. c. 43. Aer qui neque in nebulam densetur, nec crassescat in nubes. ¶ Item indurescere. *to harden, grow hard. Plin.* l. 33. c. 5. Crassescente limo rigoribus hibernis usque in duritiam pumicis. ¶ Item pinguescere, *to grow fat. Colum.* l. 8. c. 9. Turtures milio, tritico, vel aliis frumentis crassescunt. *Plin.* l. 13. c. 18. Sues crassescunt.

CRASSIĀNUS, a, um, ad Crassum pertinens, quod est nomen Romani civis proprium, ut Crassianus exercitus, *Vellei.* l. 2. c. 82. Crassiana clades, *Plin.* lib. 6. cap. 16. et *Flor.* l. 4. c. 9. h. e. quam a Parthis sub Orode rege accepit M. Licinius Crassus, cognomento Dives, apud Carrhas in Mesopotamia, in qua undecim legiones Romanæ cæsæ, ipse Consul interemptus, atque in os capitis ejus præcisi aurum liquefactum infusum fuit hac exprobratione, *Aurum sitisti, aurum bibe*, (sine ulla enim causa, sola ditescendi cupiditate, iis bellum intulerat) cum prius in ipsa acie P. Crassum filium fortiter dimicantem, cadentemque vidisset. V. *Valer. Max.* l. 1. c. 6. n. 11. *Flor.* lib. 3. cap. 46. *Cicer.* 2. *de Divin.* cap. 9. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 465. &c.

CRASSIFICATĬO, onis, f. crassities. *Cœl. Aurelian. Chronic.* l. 5. c. 3. Viscosa crassificatio.

CRASSIFICĀTUS, a, um, condensatus. *Cœl. Aurelian. Chronic.* l. 2. c. 14. Quæ cum fuerint coctione crassificata, &c.

CRASSIFĬCO, as, avi, atum, a. 1. pinguem reddo, *to fatten. Cœl. Aurelian. Chronic.* l. 5. c. 2. Crassificare corpus. ¶ Item crassum, ac spissum reddo. *to thicken. Id. ibid.* l. 4. c. 3. Fluores crassificando cohibet.

CRASSĬPES, edis, crassos habens pedes, πρόπους. Cognomen fuit familiæ Romanæ in gente Furia. Furio Crassipedi nupsit Tullia Ciceronis filia, ut est apud *eund.* l. 2. *ad Q. Fr.* ep. 5. et l. 1. *Fam.* epist. 7.

CRASSĬTAS, atis, f. *thickness*, crassities, crassitudo. *Apul. de Mundo.* Aeris noxii crassitate densa.

CRASSITĬES, ei, f. idem ac crassitudo. *Apul.* l. 7. *post princip.* Pectus et venter crustata crassitie reluctabant.

CRASSITŪDO, inis, f. *thickness, bigness, crassitude*, παχύτης, amplitudo. *Cic.* 4. *Acad.* c. 36. Extremitas, in qua nulla crassitudo sit. *Cæs.* 2. *B. Civ.* c. 8. Crassitudo parietum quinque pedum. *Vitruv.* l. et cap. 4. Crassitudines columnarum extenuentur his rationibus, &c. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 132. Postes cujusmodi! quanta firmitate facti, et quanta crassitudine! *Plin.* l. 32. c. 9. Genarum crassitudines. et cap. 6. Ostrea crassitudine potius spectanda, quam latitudine. *Id.* l. 13. c. 7. Rami in crassitudine adolevere. ¶ Item densitas, spissitudo, *density, grossness. Cic.* 1. *de Divin.* c. 49. Propter aeris crassitudinem. *Plin.* l. 27. c. 9. Decocta in vino usque dum sit crassitudo ceræ. *Id.* l. 28. c. 12. Crassitudo mellis. *Cato R. R.* c. 39. Crassitudo fiat quasi emplastrum. ¶ Item crassamentum, *the sediment found at the bottom of any liquid. Plin.* l. 25. c. 11. *sub fin. de psyllio herba.* Terere, et crassitudinem illinere oportet cuicumque dolori, et collectioni.

CRASSIVENĬUM ACER, dicitur, aceris quoddam genus, ceteris vilius, ob crassiorem ac rudiorem venarum macularumque discursum. *Plin.* l. 16. c. 15.

CRASSO, as, avi, atum, a. 1. *to make thick*, crassum facio. *Apul.* l. 3. *Metam.* Pili crassantur in setas.

CRASSUS, a, um, *thick, coarse*, παχὺς, amplus, cui opponitur subtilis, tenuis. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 22. Intestinum crassum. *Cato R. R.* c. 28. Arbores crassiores digitis quinque. *Plin.* l. 11. c. 43. Pollex crassior digitis ceteris. *Id.* l. 36. c. 25. Nucleus crassus sex digitos. *Id. ibid.* c. 6. *ad fin.* Arena crassior. *Martial.* l. 12. epigr. 26. Et subitus crassæ decidit imber aquæ. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 15. Crassa toga. *Martial.* l. 5. epigr. 79. Crassum volumen. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 77. Crassa fila. *Plaut. Pers.* 5. 2. 34. Crassa restis. ¶ *Digitus crassus* est mensura digiti secundum ejus crassitudinem. *Cato R. R.* c. 40. Stirpem oblinito digitos crassos tres. *three fingers deep.* ¶ Est etiam spissus, densus, gravis, *gross, dense, thick, heavy*, παχὺς. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 6. Terram esse infimam, quam crassissimus circumfundat aer. *Id. de Fato*, c. 4. Athenis tenue cælum; ex quo acutiores etiam putantur Attici: crassum Thebis; itaque pingues Thebani. *a gross atmosphere. Id.* 4. *Acad.* c. 39. Latent ista omnia crassis occultata et circumfusa tenebris. *Auct. B. Hispan.* c. 6. crassissima nebula. *Virg.* 2. *Georg.* v. 110. Crassæ paludes. *Id. Æn.* 5. v. 469. Crassum cruorem ore rejectans. *Stat.* 1. *Achill.* v. 87. Crassa flumina. *h. e.* cadaveribus spissa, et cursu tardiora. *Plin. sub fin.* l. 33. Urina crassa. *Id.* l. 20. c. 17. Crassiores pituitæ. *Id.* l. 36. c. 26. Vitrum crassiore visu. *h. e.* minus pellucido. *Horat. in ar. poet.* v. 375. Crassum unguentum. *h. e.* spissum, non liquidum, et veluti turbidum, atque adeo vilioris pretii. *Cic. pro Flacco*, c. 29. Crassi agri. *h. e.* pinguiter densi, ut *Colum.* loquitur l. et cap. 2. Adde *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 24. ¶ Item pinguis, *fat. Martial.* l. 2. epigr. 40. Subdola tenduntur crassis modo retia turdis. *Stat.* 2. *Theb.* v. 659. Simul hæc et crassum sanguine telum Jam redit. *h. e.* cruore tinctum, illato vulnere, et sic quodammodo pingue factum. *clotted with gore.* ¶ Translate *Plaut. Rud.* 3. 5. 53. crassum infortunium. *Martial.* l. 12. epigr. 18. crassiora nomina. *h. e.* rudia, barbara, et pingue quiddam sonantia. *Gell.* l. 13. c. 2. Ciceroni mollius teretiusque visum *fretu* scribere, quam *freto.* erat enim crassius, vastiusque, *perangusto freto* dicere. *Horat.* l. et sat. 2. v. 3. Crassa Minerva. V. *Minerva. Cic. Fam.* 9. ep. 12. Hospiti veteri et amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo, cujusmodi ipsius solent esse munera. *a small homely present. Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 17.) Etiam crassiore, ut vocant, Musa, dubitationem eximere. *Ulpian. Dig.* lib. 22. tit. et leg. 6. Crassa negligentia. *Martial.* l. 9. epigr. 23. Vulgus, crassaque turba. *h. e.* rudis, indocta. *rude, illiterate. Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 137. Senes crassi. *h. e.* hebetes. *dull, stupid.* ¶ Crassorum familia Romæ fuit in gente Licinia plebeii ordinis: in qua fuit L. ille Crassus orator, quem *Cicero* in libris *de Oratore* loquentem inducit, ejusque mortem queritur initio libri tertii: characteremque dicendi exprimit *in Bruto*, c. 48. Item M. Crassus, cognomento dives, quia fuit Romanorum omnium ditissimus, de quo V. *Crassianus*: item ante hunc M. Crassus ἀγέλαστος, P. Crassus *sapiens*, post M. Crassus *frugi*, &c. omnes primis magistratibus, et honoribus functi, &c.

CRASTĬNUS, a, um, *of to-morrow*, qui cras futurus est. *Cic.* 15. *Attic.* ep. 8. Crastinus dies. ἐπιοῦσα ἡμέρα. *Plaut. Stich.* 4. 2. 55. Nunquam me vivum quisquam in crastinum prospiciet diem. *Petron. in Satyr.* c. 15. Exhibiturum crastino die affirmabat. *Propert.* l. 2. el. 12. v. 54. Crastina dies. *Plaut. Men.* 1. 2. 62. Usque ad diurnam stellam crastinam potabimus. *Virg.* 4. *Æn.* v. 119. ubi primos crastinus ortus Extulerit Titan. *Id.* 12. *Æn.* v. 76. Crastina aurora, *to-morrow's dawn*, et lib. 10. v. 244. lux. *Id.* 1. *Georg.* v. 425. hora. *Martial.* l. 1. epigr. 16. Sera nimis vita est crastina: vive hodie. *Id.* l. 3. egigr. 58. *ad fin.* Nec avara servat crastinas dapes mensa. *Lucan.* l. 7. v. 26. Crastina quies. *Martial.* l. 3. epigr. 10. egestas. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 97. Crastinus ignis. ¶ Pro *crastino die* dixerunt et *die crastini*, ut *Plaut. Mostell.* 4. 1. 25. Hoc die crastini cum herus resciverit. Adde *Gell.* l. 2. c. 29. qui plura disserit de hac loquendi ratione l. 10. c. 24. ubi ostendit *die quinti, noni, pristini, proximi* dictum fuisse pro *quinto, nono*, &c. *Cœl. Antip.* et *Cato* apud *Gell. ibid.* et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 4. ¶ Absolute *Cic. extremo* l. 2. *de Orat.* Nisi forte in crastinum differre mavultis. *to defer until to-morrow. Plaut. Pseud. v. ult.* In crastinum vos vocabo. *Id. Cas.* 3. 5. 43. Protollere aliquid in crastinum. *Senec. in Thyest.* v. 619. Nemo tam divos habuit faventes, Crastinum ut possit sibi polliceri. *Gell.* l. 2. c. 29. Crastino seges non metetur. ¶ *Crastinus*, qui cras quippiam facturus est, ut *matutinus* apud *Virgil.* qui mane. *Sidon. carm. ult.* v. 21. Emensusque jugum die sub uno, Flavum crastinus aspicis Triobrem. ¶ Latiore significatione *crastinus* idem est, quod futurus, posterus, *future, forth-coming. Plin.* l. 13. c. 9. Fertilitas assidua ei, crastino subnascente fructu. *Stat.* l. 3. *Theb.* v. 562. quid crastrina volveret ætas, Scire nefas homini. ¶ In crastinum differo res severas, εἰς αὔριον σπουδαῖα, proverb. quo admonemur in re læta, v. gr. in convivio de rebus seriis agere importunum esse. Ortum habuit fortasse ex eo, quod narrat *Nepos in Pelop.* cap. 3. V.

CRATÆGIS, V. *Cratæogonon.*

CRATÆGUM, granum buxi. *Plin.* l. 16. c. 30. Al. leg. *carthegon.*

CRATÆIS, idis, f. Κραταιῒς, mater Scyllæ. *Virg. in Ciri*, v. 66. et *Ovid* 13. *Metam.* v. 749. ¶ Item fluvius Brutiorum, nunc *Fiumari di Maro. Plin.* l. 3. c. 5. *sub. fin.* ubi alii leg. *Cratais.*

CRATÆOGŎNON, i, n. *crow-wheat*, κραταιόγονον, herba spicæ tritici similis, multis calamis ex una radice emicantibus, multorumque geniculorum. Nascitur in opacis, semine milii, vehementer aspero gustu. Dicta videtur ἀπὸ τοῦ κρατεῖν ἐν τῇ γονῇ: quod vim habeat in generando. *Plin.* l. 27. c. 8. ¶ Est et alia cratæogonos, quæ thelygonos vocatur. Differentia intelligitur lenitate gustus. *Id. ibid.* Dicitur et cratægonon, κραταίγονον. ¶ Est etiam cratægis, similem habens virtutem. *Id.* l. 26. c. 10. ¶ Est etiam cratægon, sive cratægona arbor, quam Latini aquifoliam vocant. *Plin.* lib. 27. cap. 8.

CRATAIS, V. *Cratæis.*

CRATER, eris, m. *et Latina positione* Cratera, æ, f. *a large cup; a bowl, goblet, basin*, κρατὴρ, vas vini, ut *Fest.* in *Creteræ*, et *Non.* cap. 15. n. 22. interpretantur, seu genus poculi majoris, quo in libationibus, et solemnioribus epulis uti solebant, atque ex eo in minora pocula diffundebant, ut colligitur ex illo *Ovid.* l. 5. *Fast.* v. 522. Nunc dape, nunc posito mensæ nituere Lyæo: Terra rubens crater, pocula fagus erant. et *Curt.* l. 9. c. 10. Crateris aureis, ejusdemque materiæ ingentibus poculis prægravis. ¶ Est a κεράννυμι, misceo, qua significat vinum defundere bibendi causa. *Virg.* 1. *Æn.* v. 728. Crateras magnos statuunt, et vina coronant. *Id.* 9. *Æn.* v. 165. Indulgent vino, et vertunt crateras ahenos. *Id.* 2. *Æn.* v. 765. Crateresque auro solidi. *Curt.* l. 9. c. 10. Liminibus ædium crateres vino repletos, et alia eximiæ magnitudinis vasa disponi. Et lib. 4. c. 8. Herculi ex auro crateram cum triginta pateris dicavit. *Juvenal.* sat. 12. v. 44. urnæ cratera capacem, Et dignum sitiente Pholo. *Pers.* sat. 2. v. 52. Si tibi crateras argenti incusaque pingui Auro dona feram. ¶ Est hoc nomine signum cæleste, de quo V. in *Anguis.* ¶ Etiam vas olei *crater* dicitur *Virg.* 6. *Æn.* v. 225. fuso crateres olivo. *Martial.* l. 12. epigr. 32. corneus crater. ¶ Et situla, *a pail, bucket, pitcher*, qua hauritur aqua. *Næv.* apud *Non.* c. 15. *n. ult.* Propter amnem crateris sumere aquam ex ponte. ¶ Et conceptaculum aquæ salientis in fonte, *a cistern, trough. Plin.* l. 5. ep. 6. In hoc fonte crater: circa siphunculi plures miscent jucundissimum murmur. ¶ In monte Ætna crater est magnum illud foramen, per quod cinis, fumus, et ignis ebullit. *the basin, crater, or hollow, on the top of Mount Ætna, whence the fire issues. Plin.* l. 3. c. 8. Mons Ætna nocturnis mirus incendiis. Crater ejus patet ambitu stadiorum viginti. Adde lib. 2. c. 106. ubi de alio hiatu terræ ignem evomentis loquitur. Et *Ovid. Metam.* 5. v. 423. icta viam tellus in Tartara fecit, Et pronos currus medio cratere recepit. *h. e.* medio hiatu, quem Pluton sceptro percutiens humum aperuerat. ¶ Scribitur et *craterra.* ¶ Sunt qui *cretera*, vel *creterra* dici volunt, cum de sidere sermo est: et ita legunt apud *Cicer. in Arat.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 44. In medioque sinu fulgens Cretera relucet. *Vet. Gloss.* Creterra, ὑδρία.

CRATERĪTES, æ, m. gemma prædure naturæ, inter chrysolithi, et electri colorem. *Plin.* l. 37. c. 10.

CRATERRA. V. *Crater.*

CRATES, is, f. *a hurdle; a texture of rods or twigs wattled together*, ταρσὸς, instrumentum ex subtilibus lignis, vel viminibus, aliave materia, directis transversisque modico intervallo contextis, ad varios usus, qui ex subjectis exemplis apparent. *Cato R. R.* c. 10. et *Varr. R. R.* l. 1. c. 22. Crates stercorariæ. *Colum.* l. 12. c. 15. Crates pastorales, culmo, vel carice, vel filice textæ. et cap. 16. Uvas in crate disponito rarius, quam ut altera alteram contingat. *Virg.* 1. *Georg.* v. 94. Multum adeo rastris glebas qui frangit inertes, Vimineasque trahit crates, juvat arva. *harrows*, quibus ager post arationem complanatur. *Plin.* l. et cap. 18. *ad fin.* Semen injiciunt, cratesque dentatas super trahunt. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 81. Magno cratium, scalarum, harpagonum numero effecto. *Id.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. Longuriis cratibusque pontem contexere. et l. 5. c. 39. Pinnæ et loricæ ex cratibus attexuntur. et l. 7. c. 58. Cratibus atque aggere paludem explere. et l. 1. *B. Civ.* c. 25. Rates ab utroque latere cratibus, ac pluteis protegere. *Horat.* epod. 2. v. 45. Claudere textis cratibus lætum pecus. *Plin.* l. 35. c. 14. Illinere crates parietum luto. *Juvenal.* sat. 11. v. 82. Sicci terga suis rara pendentia crate. *Virg.* 11. *Æn.* v. 64. Texere crates virgis arbuteis, et vimine querno. ¶ Fuit genus supplicii, quo reos crati suppositos, et lapidibus super injectis obrutos necabant: quod Carthaginiensibus præcipue usitatum fuisse dicitur. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 65. Sub cratim uti jubeas se se supponi, atque eo lapides imponi multos, ut se se neces. Adde *Liv.* l. 1. c. 51. et lib. 4. c. 50. ¶ Per similitudinem dicitur de aliis rebus. *Virg.* 4. *Georg.* v. 214. Crates favorum. *the texture of the honey-comb. Id.* 12. *Æn.* v. 508. Æneas Transadigit costas et crates pectoris ensem. *the texture. Ovid.* 8. *Metam.* v. 805. Ventris erat pro ventre locus: pendere putares Pectus, et a spinæ tantummodo crate teneri. *the chine of the back. Id. Metam.* 12. v. 370. hasta laterum cratem perrumpit. *Tertull. de resurr. carn.* c. 42. Crates Gigantum. *skeletons.* ¶ Apud *Virg.* 7. *Æn.* v. 633. salignæ umbonum crates sunt scuta ex crate confecta, quæ memorant etiam *Curt.* l. 10. c. 2. *a med.* et *Sil.* l. 5. v. 522. At apud *Stat.* 4. *Theb.* v. 110. æratæ crates sunt loricæ ligneæ ære obductæ. Apud *Petron. in Satyr.* c. 135. saligna crates est canistrum, fiscella, corbicula. ¶ Recti casus singularis, quem nonnulli *cratis* esse volunt, exemplum adhuc nullum vidimus.

CRATES, etis, m. Κράτης, nomen Philosophi Thebani,

qui ut Philosophiæ vacare posset, projecto in mare non parvo auri pondere, Ite, inquit, pessum mala cupiditates ego vos mergam, ne ipse mergar a vobis. Suidas tamen tradit, Cratetem omnem pecuniam in substantiam redegisse, et apud trapezitam deposuisse, ea lege, ut si filii philosophi essent, eam egenæ plebi divideret, sin idiotæ, eis, quod acceperat, bona fide restitueret. ¶ Fuit et Crates Mallotes, h. e. ex Mallo Ciliciæ urbe Grammaticus Aristarchi æqualis, qui sub Ptolemæo Philometore claruit, et Criticus, sive Homericus cognominatus est. Scripsit in Iliada, et in Odyss. l. 9. Comment Studium Grammaticæ primus Romam intulit. Missus enim ad Senatum ab Attalo Rege, sub ipsam Ennii mortem, plurimas acroases fecit, assidueque per omne tempus legationis disseruit. Sueton. de Grammat. c. 2.

CRATHIS, is, et idis, m. [† nunc] *Crate*, [† et] *Gratti*, Κρᾶθις, fluvius Calabriæ cit. in R. Neap. qui Consentiam rigat, et in sinum Tarentinum se exonerat. *Plin.* l. 3. c. 10. et lib. 31. c. 2. et *Ovid.* 15. *Metam.* v. 315. et 3. *Fast.* v. 581.

CRATICULA, læ, f. *a gridiron*, ταῤῥίον, ἐσχάριον, parva crates. *Martial.* lib. 14 epigr. 221. cujus lemma est *craticula cum veru*. Parva tibi curva craticula sudet ofella. Adde *Caton. R. R.* cap. 13.

CRATICULUM a Græco κρατέω deducitur. *Festus.*

CRATICULUS, a, um. adject. cancellatus, in modum craticulæ factus. *Cato R. R.* c. 13. inter instrumenta in torculari necessaria requirit *lucernas craticulas duas*. Ita leg. edit. Florentin. Basileens. Lugdunens. Coloniens. At *Popma* sic : *lucernas, craticulas duas.*

CRATINUS, i, m. Poeta Comicus, qui primus in Dionysiis Athenis satyricam fabulam induxit. Supra modum gulæ, ac omni voluptatum generi deditus fuit, præcipue ebrietati. *Horat. in* ep. 19. l. 1. Prisco si credis, Mecænas docte, Cratino, Nulla placere diu, nec vivere carmina possunt, Quæ scribuntur aquæ potoribus.

CRATIO, is, a. 4. *to harrow or break the clods of ploughed land*, crate terram scindo, et complano. *Plin.* l. 18. c. 28. Utilissimum simul herbæ arare, deinde cratire: atque ex præsepibus fœno dilapsum spargere, priusquam cratiantur.

CRATITIUS, et Craticius, a, um, *made with hurdles; wattled and covered on the outside with clay*, ταῤῥώδης, ex cratibus factus, ut *Cratitii parietis*, qui cratibus insertis fiunt, scil. asseribus arrectis et transversis. *Vitruv.* l. 2. c. 8. *sub fin.* Cratitii parietes velim, ne inventi quidem essent. *Pallad.* l. 1. tit. 19. Cratitiis podiis erunt discernenda granaria.

CREABILIS, le, *capable of creation*, qui creari potest. *Augustin.* l. 12. *Confess.* c. 19. et 28. et *Apul. in Trismeg. ad Asclep.* pag. 85. *Elmenhorst.*

CREAGRA, æ, f. *a flesh-hook to take meat out of the pot*, κρεάγρα, instrumentum ad extrahendas ex aheno carnes coctas: a κρέας, caro, et ἄγρα, captura. *Gloss. Isid.* Creagras, tridentes. *Gloss. Philox.* Κρεάγρα, exemplum, harpago, excipulum. Legitur etiam 2. *Paralip.* 4. 11. et *Hierem.* 52. 18. Adde *Martian. Capell. in extr. carm.* l. 9. Artes creagris vix amicas Atticis. Ubi V. *Grotium.*

CREAMEN, inis, n. creatio, seu res creata. *Prudent. Hamartig.* vers. 505. ex elementis Cuncta solubilibus, fluxoque creamine constant.

CREATIO, onis, f. *a creating, appointing*, creandi actus. *Cic.* 3. *de Leg.* cap. 3. Creatio Magistratuum. *Papinian. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 38. Creatio tutoris. ¶ Item procreatio. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 2. Crepusci nominati, quod eo tempore erant nati, ut Lucii prima luce in creatione. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 7. leg. 15. Creationi liberorum studere.

CREATOR, oris, m. *a creator, maker, founder, builder*, δημιουργός, κτιστής, effector, conditor. *Cic. pro Corn. Balb.* c. 13. Quod princeps ille creator hujus urbis Romulus fœdere Sabino docuit. *Lucan.* l. 10. v. 266. quas ille creator, Atque opifex rerum certo sub jure coercet. ¶ Item genitor, *a father*. *Ovid. Metam.* 8. v. 309. Nec Telamon aberat, magnive creator Achillis. ¶ Item qui renuntiat, et nominat ad aliquod munus. *Imp. Theodos. et Valentin.* lib. 10. *Cod.* tit. 31. leg. 59. Tam nominati, quam etiam creatoris consona relatione currente. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 8. leg. 2. ubi alii leg. *curator.*

CREATRIX, icis, f. *she that makes or creates*. *Lucret.* l. 1. v. 622. Rerum natura creatrix. *Sil.* l. 15. v. 184. tellus bellorum dira creatrix. ¶ Item mater, *a mother*. *Virg.* 8. *Æn.* v. 534. ego poscor Olympo: Hoc signum cecinit missuram Diva creatrix. *Aurel. Vict. in Epitom.* c. 40. More Olympiadis Alexandri M. creatricis. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 50. Patria, o mea creatrix, patria, o mea genitrix.

CREATURA, æ, f. *a thing created; a creature*, κτίσμα, res, quæ creata est. *Tertull. Apolog.* c. 30. Cujus est et cælum, et omnis creatura. *Alcim. Avit.* l. 2. v. 47. Quique creaturæ præfulsit in ordine primus. Adde *Prudent. in Hamartig.* v. 508.

CREATUS, a, um, adject. ex particip. conditus, genitus, *created, made, generated, framed, formed*, κτιστός. *Flor.* l. 1. c. 6. Matre serva creatus. *Lucret.* l. 5. v. 1012. prolem ex se videre creatam. *Id.* l. 6. v. 732. Inque dies privos aboriscere quæque creata. *Ovid.* 3. *Trist* el. et vers. 14. de me sine matre creata Carmina sunt. *Id.* 2. *Fast.* v. 726. Creatus rege. ¶ Item electus ad publicum munus. *Nepos in Milt.* c. 4. Domi creati decem Prætores, qui exercitui præessent. *elected, chosen, appointed, created.*

CREBER, bra, um, *frequent, repeated, thick, close*, densus, frequens, multus, πυκνός, θαμύς, θαμινός. *Virg.* 5. *Æn.* v. 199. tum creber anhelitus artus, Aridaque ora quatit. *Id.* 1. *Æn.* v. 89. creberque procellis Africus. et 5. *Æn.* v. 459. sic densis ictibus heros Creber utraque manu pulsat versatque Dareta. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 190. Lucus creber arundinibus. *set thick*. *Plaut. Aulul.* 4. 6. 9. Lucus crebro salicto oppletus. *Id. Pœn.* a. 2. v. 38. Hostes tam crebri ad terram accidebant, quam pyra. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 40. Percussu crebro saxa cavantur aquis. *Plin.* l. 3. c. 5. Tiberis creber ac subitis incrementis. *h. e.* crebro crescens, ac subito. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. *ad fin.* Venæ crebræ multæque, toto corpore intextæ. *Id. pro Planc.* c. 34. Sed hoc nescio quomodo frequenter in me congessisti: saneque in eo creber fuisti, te idcirco noluisse, &c. *Id.* 2. *de Orat.* c. 13. Thucydides ita creber est rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero consequatur. *Id. Fam.* 12. ep. 25. Crebras, vel potius quotidianas compellationes meas non tulit. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 44. Tanto crebriores litteræ, nuntiique ad Cæsarem mittebantur. et cap. 12. Hominum est infinita multitudo, creberrimaque ædificia. *Plin.* l. 36. c. 26. Fama crebrior, quam certior. *Sallust. in Jug.* c. 114. Ignesque quam creberrumos fieri jubet. *Cicer. Phil.* 14. c. 5. Scitis, per hos dies creberrimum fuisse sermonem, me, &c. ¶ *Crebrum funale* apud *Cicer. de Senect.* c. 13. quod alii interpretantur, crebro latum, et relatum; alii non unam facem, sed plures; alii leg. *credo*, alii *cereo*; apud *Gronov.* l. 3. *Observat.* c. 6. est πολύμυξον, unum quidem funale, sed multis myxis instructum: quod densum dixit *Ovid. Metam.* 12. v. 247. Lampadibus densum rapuit funale coruscis. ¶ *Crebissimus* pro *creberrimus* est *Gellii* l. 2. *c. ult.* Fluctus qui flante Aquilone, maximi et crebrissimi excitantur. ¶ *Crebra* adverbii more pro *crebro*. *Virg.* 3. *Georg.* v. 500. et pede terram Crebra ferit. V. *Apprima.*

CREBRATUS, a, um, densatus, spissatus. *Plin.* l. 11. c. 24. Crebratæ pexitas telæ. *h. e.* dense textæ. *Harduin. ex MSS.* Alii *cribratæ*: quod videtur significare *in modum cribri factæ*. loquitur enim *Plin.* de telis araneorum.

CREBRE, *frequently, repeatedly, often, closely*, συχνῶς, crebro, dense. *Vitruv.* l. 2. c. 9. *circa med.* Alnus infra fundamenta palationibus crebre fixa. *Id.* l. 10. c. 20. *sub fin.* Crates ex virgis creberrime textis. [¶ Significat etiam frequenter, sæpe. Comparativo utitur *Cic. ad Famil.* l. 5. ep. 6. Tu ad me velim literas crebrius mittas. Superlativo *Cæl. Aurel. chron.* l. 2. c. 2. Ut adducat buccas in posteriorem partem creberrime.]

CREBRESCO, is, ui, n. 3. *to grow frequent, grow thick, increase more and more*, συχνοῦμαι, διαθρυλλέομαι, creber, densus, aut frequens fio, augesco. *Virg.* 3. *Æn.* v. 503. Crebrescunt optatæ auræ. et lib. 12. v. 407. sævus campis magis ac magis horror crebrescit. et vers. 222. Crebrescit sermo. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 12. Crebrescens fama cladis Germanicæ. *spreading abroad, much talked of*. *Id.* 2. *Ann.* c. 39. Tum per idoneos, et secreti ejus socios crebrescit, vivere Agrippam, occultis primum sermonibus, mox vago rumore. *a report becomes prevalent that*, &c. *Id.* 3. *Ann.* c. 60. Crebrescit licentia et impunitas. *Id.* 2. *Hist.* c. 67. Motum a Vespasiano bellum crebrescit. ¶ In præterito *r* littera aliquando exteritur, ad evitandam soni asperitatem. *Apul.* l. 10. *Metam.* Rumor publice crebuerat. *Augustin.* l. 3. *de Civ. Dei*, c. 17. Tam multa bella ubique crebuerunt. Al. leg. *crebruerunt*. Mallet *Manut.* ad lib. 7. *Fam.* ep. 20. etiam in præsenti tempore eam litteram tolli, ob eandem rationem, tum in simplici, tum in compositis *increbresco*, *percrebresco*. Libri, et MSS. variant, et cum iis Eruditorum sententiæ.

CREBRISURUM, apud Ennium significat vallum crebris suris, idest palis, munitum. *Festus.*

CREBRITAS, atis, f. *thickness, closeness, frequency*, συνέχεια, πυκνότης, frequentia. *Vitruv.* l. 2. *c. ult.* Arbores spissis venarum crebritatibus solidatæ. *Tacit.* 16. *Ann.* c. 29. Crebritas periculorum. *Cic.* 13. *Attic.* ep. 18. litterarum. *Id.* 3. *Fam.* ep. 1. et magnitudo officiorum. *Id. in Bruto*, c. 95. *ad fin.* sententiarum. ¶ Crebritas cæli, *Vitruv.* l. 9. *c. ult.* est densitas aeris compressi in tubo: quam mox appellat *frequentiam cœli.*

CREBRITER, *frequently, often*, πυκνῶς, θαμά. *Vitruv.* l. 10. c. 19. *ad fin.* Crebriter celeriores et vehementiores efficiebant motus.

CREBRITUDO, inis, f. Crebritudinem pro crebritate posuisse *Sisennam*, legitur quidem apud *Non.* c. 2. n. 178. sed Eruditi corrigunt *celeritudinem*, quod locus *Sisennæ*, qui ibi adducitur, quamvis corruptus sit, plura tamen vestigia, ut ita dicam, *celeritudinis* habet quam *crebritudinis.*

CREBRO, adverb. *frequently, oftentimes, repeatedly*, θαμὰ, θαμινῶς, συχνῶς, crebre, frequenter. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 5. Litteras omnibus de rebus crebro mittas. *Id.* l. 5. *Fam.* ep. 6. Velim, litteras crebrius mittas. et lib. 1. *de Divin.* c. 27. Creberrime commemorantur a Stoicis. *Id. pro Cœl.* c. 24. Crebro Catulum, sæpe me, sæpissime rempublicam nominabat.

CREBRO, as, avi, atum, n. 1. *to do a thing repeatedly*, est crebro facere, iterare. *Plaut.* de amatore, qui frequens est apud amicam; *Trucul.* 1. 1. 29. Sin crebravit, ipsus gaudet, res perit. Alii leg. *increbravit*. Al. *increpavit.*

CREDIBILIS, le, *credible, probable, likely, like enough, that may be believed*, πιστὸς, veri similis, probabilis, quique facile credi potest. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 30. Credibile est, quod sine ullo teste, auditoris opinione firmatur. *Id.* 7. *Verr.* c. 61. Tametsi verissimum esse intelligebam, tamen credibile fore non arbitrabar. *Id. in Orat.* c. 36. Narrationes credibiles. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 52. Magnum narras, vix credibile. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 50. Credibile ecastor dicit: crede huic, mi pater. *Quintil. Declam.* 7. c. 9. Quis credibilior in cæde pauperis, quam dives inimicus? *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 467. Sit tibi credibilis sermo, consuetaque verba. *natural, not affected*. *Id.* 3. *Fast.* v. 618. credibili fortior illa fuit. *beyond what could be believed.* Sic l. 1. *Trist.* v. 49. eleg. 5. Multaque credibili tulimus majora. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 21. Non est credibile, quid interesse mihi sit visum inter eum, qui tum erat, et qui anno ante fuerat. *one can hardly credit, how great*, &c. *Curt.* l. 5. c. 13. Vix credibile dictu: plures captivi, quam qui caperent, erant. *Terent. Andr.* 4. 1. 1. Hoccine credibile est, ut, &c. *Ovid.* 1. *Amor.* eleg. et vers. 11. Credibile est, et te sensisse Cupidinis arcus. ¶ Credibilium tria genera distinguit *Quintil. post init.* cap. 10. l. 5. unum firmissimum, quod fere accidit: alterum velut propensius, quod plerumque: tertium solummodo non repugnans.

CREDIBILITER, *credibly, probably*, modo credibili. *Cic. pro Deiot.* c. 6. At quam non modo non credibiliter, sed ne suspiciose quidem! *Quintil.* l. 6. c. 2. Proprie, jucunde, credibiliter dicere. et lib. 9. c. 2. Sermones aliorum credibiliter introducere. *Id.* l. 4. c. 2. *sub fin.* Nihil his neque credibilius fingi, neque vehementius exprobrari, neque manifestius ostendi potest.

CREDITO, as, frequentativum a *credo*. *Fulgent. sub init.* l. 1. *Mytholog.* Defæcatam silentio vitam agere creditabam.

CREDITOR, oris, m. *one that lends or trusts another; a creditor*, qui aliquid alteri credidit, quod proinde sibi debetur, χρήστης. *Caius Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 10. 11. et 12. Creditorum appellatione non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, sed omnes quibus ex qualibet causa debetur, sicuti ex empto, ex locato, vel ex alio contractu. *Cic.* 6. *Phil.* c. 4. Quotidie sponsores, et creditores L. Trebellii convenire. *et mox.* Fraudare creditores. *Suetm. in Cæs.* c. 42. Creditoribus satisfacere. *Senec.* ep. 87. Solvere creditoribus. *Plin.* l. 33. c. 10. Decoquere creditoribus suis. *to break, turn bankrupt.* ¶ Translate *Plin.* l. 1. ep. 3. *sub fin.* Possum repetere secessum, et scribere aliquid, quod non recitem, ne videar, quorum recitationibus adfui, non auditor fuisse, sed creditor. *Plin. alter* l. 26. c. 8. *de ventre.* Pessimum corporum vas instat, ut creditor, et sæpius die appellat.

CREDITRIX, icis, f. *a female creditor*, mulier, cui debetur. *Paul. Dig.* lib. 20. tit. 5. leg. 16. Pone primam creditricem in judicio convenisse tertium creditorem. Adde *Scævol. Dig.* lib. 31. leg. 90. *ad fin.* et *Paul.* lib. 42. tit. 6. *leg. penult.*

CREDITUM, i, n. *any thing committed to one's trust; a trust, debt; credit*, res alteri credita, quæ proinde nobis debetur. *Senec.* l. 2. *de Benef. c. pænult.* Aliter beneficium, aliter creditum solvitur. et cap. 21. Accipiam pecuniam tanquam creditum, non tanquam beneficium. *as a loan.* *Quintil.* l. 7. c. 2. *ad fin.* Crediti, et depositi duæ sunt quæstiones, &c. *Id.* l. 5. c. 10. *post med.* Creditum totem exigere. *Id.* (*seu quicumque alius auctor est*) declam. 360. Tu amisso viro, cum dotem non petisti, fecisti creditum ex dote. *Modestin. Dig.* lib. 16. tit. 2. leg. 1. Compensatio est debiti et crediti inter se contributio. ¶ Apud JCtos *creditum* differt a *mutuo*, sicut genus a specie: dicitur enim de omnibus rebus, quæ alteri creduntur, sive eadem reddantur, sive non: *mutuum* vero de iis tantummodo, quæ non eadem restituuntur. *Paul. Dig.* lib. 12. titulo, 1. leg. 2. ¶ *Ire in creditum* est idem quod credere aliquid alicui, sed præsertim dicitur, cum aliquid mutuum damus. *Paul. loc. cit.* et *Alfen.* lib. 19. tit. 2. leg. 31. ¶ Eodem fere sensu *abire in creditum alicui* dicitur. *Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. 6. leg. 3. Ideo etsi in creditum abii filiofamilias vel ex causa emptionis, vel alio contractu, in quo pecuniam non numeravi, et stipulatus sim; licet cœperit esse mutua pecunia, tamen, &c. Adde tit. 4. leg. 5. *ad fin.* ¶ *Sic in creditum dare* est credere; et *in creditum accipere* est recipere aliquid restituendum. *Julian. Dig.* lib. 12. tit. 1. leg. 19. et 20. ¶ *Possidere aliquid in creditum* est ratione crediti possidere. *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 1. leg. 15. Si creditor maluerit pignora in creditum possidere, hisque esse contentus, &c. ¶ *In credito esse* dicitur quod est in nominibus. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 28.

CREDITUS, a, um, *believed, credited, thought, supposed*, is, cui fides est habita. *Virg.* 2. *Æn.* v. 247. Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora, Dei jussu non unquam credita Teucris. *Tacit.* 5. *Ann.* c. 4. Meditationes ejus introspicere creditus. et 4. *Hist.* c. 67. Voluntaria morte interiisse creditus. *Id.* 3. *Ann.* c. 44. Cuncta, ut mos famæ in majus credita. et cap. 13. Vera, aut in deterius credita,

judice ab uno facilius discerni. ¶ *Credito* ablat. absolute, *Id.* 3. *Ann.* c. 14. Nunquam satis credito, sine fraude Germanicum interiise. *it never having been sufficiently believed, that,* &c. *Id.* 6. *Ann.* c. 34. Nec quisquam ariete sacrificaverit, credito vexisse Phrixum. *it being believed, that,* &c. ¶ Item datus, commissus, *given, consigned, trusted. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 1. Cum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur. *Cic. Verr.* 5. c. 3. Consilia commissa, pecunia tradita, res omnes creditæ. *Id. pro Dom.* c. 1. Ut bona, fortunæ, domicilia vestræ fidei potestatique commissa creditaque esse videantur. *Id.* 7. *Verr.* c. 14. Ut mihi honorem illum non solum datum, sed etiam creditum ac commissum putarem.

CREDO, is, didi, itum, a. 3. *to credit, believe, trust,* πιστεύω, dictis, vel factis fidem habeo. *Cic. de clar. Orat.* c. 26. Audivi ista de majoribus natu, sed nunquam sum adductus ut crederem. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 39. Neque quisquam credit, nisi ei, quem fidelem putat. *Id.* 2. *de Divin.* cap. 55. Credere fabulis. *to give credit to.* et cap. 41. Superstitiosa sollicitudine et miseria omnia credere. *Id.* 3. *Fam.* ep. 11. *ad fin.* Te leviter accusans in eo, quod de me cito credidisses. *Horat.* l. et sat. 2. v. 71. variæ res Ut noceant homini, credas. *Terent. Adelph.* 4. 4. 7. Sostrata credit, mihi me psaltriam hanc emisse. *Virgil.* 6. *Æn.* v. 463. nec credere quivi, Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem. *Id. Andr.* 2. 3. 25. Itan' credis? D. haud dubium id quidem est. *Id. ibid.* 3. 5. 12. Oh, tibi ego ut credam, furcifer? et 3. 2. 17. Credon' tibi hoc? *am I to take your word for this? Id. Hecyr.* 3. 5. 7. Bene factum, te advenisse salvum atque validum. *Pa.* Creditur. *I believe you. Id. Adelph.* 3. 5. 28. Ignotum est, tacitum est, creditum est. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 387. Hoc unum moneo, si quid modo creditur arti. *Id. Amor.* l. et el. 2. v. 9. Si sapis, o custos, odium, mihi crede, mereri Desine. *Cic.* 18. *Attic.* ep. 6. Non sum, mihi crede, mentis compos. Et l. 6. ep. 6. Sed, crede mihi, nihil minus putaram. (Adde l. 8. epist. 14.) *Curt.* l. 4. c. 10. Crederes, Alexandrum inter suas necessitudines flere. *you would have believed,* &c. Sic *Petron. in Satyr.* c. 31. Pantomimorum, non patris familiæ triclinium crederes. Et *Tacit. Ann.* 16. c. 4. *extr.* Crederes lætari, et fortasse lætabantur. Et *Lucan.* l. 1. v. 493. credas, aut tecta nefandas Corripuisse domos, &c. *pro* crederes. ¶ Cum genitivo, per ellipsim, *Plaut. Asin.* 2. 4. 53. Cui omnium rerum ipsus semper credit. Adde *Trucul.* 2. 2. 51. ¶ Passive *Ovid.* 3. *Fast.* v. 190. Et male credebar sanguinis auctor ego. *was accounted.* et vers. 351. At certe credemur, ait, si verba sequatur Exitus. *Id.* 3. *Trist.* el. 11. v. 73. ne hoc tibi fingere credar. et el. 10. v. 35. Vix equidem credar. ¶ Ponitur et pro opinor, puto, *to think, suppose, imagine. Cic.* 13. *Attic.* ep. 32. Quod ad te de legatis scripsi, parum intellexti; credo quia διὰ σημείων scripseram. *Id. de clar. Orat.* c. 93. Credo, quod videret, neminem esse secum comparandum. *Id. Verr.* 6. c. 15. Pueri autem Sisennæ, credo, qui audivissent, quæ &c. oculos de isto nunquam dejicere. *Plaut. Pers.* 4. 3. 64. Nunquam ego te tam esse matulam credidi. *Sueton. in Tib.* c. 62. Ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur. *he is thought not even to have pardoned,* &c. *Curt.* l. 6. c. 5. Bucephalus credebatur sentire, quem veheret. ¶ Eleganter interseritur sermoni, ut *opinor, puto. Cic.* 1. *de Fin.* c. 3. Male, credo, mererer de meis civibus, si &c. *in truth! I should deserve but ill,* &c. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 31. Quo majorem, credo, licentiam habeant, qui peccare conentur. ¶ Aliquando continet ironiam. *Terent. Eun.* 5. 2. 33. Debeam, credo, isti quidquam furcifero, si id fecerim. *Curt.* l. 3. c. 2. Ætoli, invicta bello manus, fundis, credo, et hastis igne duratis repellentur. ¶ Aliquando *credere* est confidere, *to confide, trust, rely on. Virg. Ecl.* 2. v. 17. O formose puer, nimium ne crede colori. *Sallust. in Jug.* c. 114. Virtuti suorum satis credere. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 729. Nec bibulis ultra Perseus talaribus ausus Credere. *Virg.* 11. *Æn.* v. 807. nec jam amplius hastæ Credere, nec telis occurrere virginis audet. ¶ Sæpe est committere, fidei alicujus commendare, tradere, *to confide or consign to one's care, commit to one's trust, entrust. Terent. Eun.* 5. 1. 15. Ita ut tu justi, soli credita est. *Th.* Scelesta, ovem lupo commisisti. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 9. Quos tuæ fidei, potestatique populus R. commisit et credidit. et cap. 4. Nihil est, quod non iis et committi et credi rectissime putem. *Id. Fam.* 4. ep. 7. Credere se victori. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 30. Se suaque omnia alienissimis crediderunt. *Curt.* l. 5. c. 12. Credere alicui salutem suam. *Terent. Andr.* 1. 5. 37. alicui suum animum atque omnem vitam. *Id. Eun.* 1. 2. 48. consilia sua omnia cuipiam. *Terent. Clem. Dig.* lib. 48. tit. 3. *leg. ult.* alicui custodiam alicujus rei. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 34. pecuaria præsidio canum. *Virg.* 10. *Æn.* v. 70. Num puero summam belli, num credere muros? *Lucan.* l. 7. v. 77. causam Senatus diis. *to commend, commit.* ¶ Translate *Plaut. Rud.* 2. 6. 2. Credere se Neptuno. *h. e.* committere se mari. *Virg.* 5. *Æn.* v. 383. se pugnæ. *to venture. Ovid.* 4. *Metam.* v. 626. veritus se credere nocti. *Vellei.* l. 2. c. 102. se colloquio. *Quintil. in proœm.* l. 12. se ventis. *Virg.* 6. *Æn.* v. 15. Præpetibus pennis ausus se credere cælo. *Id.* 2. *Georg.* v. 332. Inque novos soles audent se gramina tuto Credere. *Sil.* l. 4. v. 302. se pedibus. *to betake himself to flight. Colum.* l. 2. c. 13. terræ. *to sow. Plaut. Pers.* 4. 3. 59. ceræ. *to write.* Apud *Lucan.* l. 4. v. 647. credere aliquem solo, *to dash him to the ground,* prosternere, solo affligere: quod mox etiam repetit v. 654. Loquitur enim de Antæo, qui cum Hercule pugnans, quoties humi procumberet, vires iterum resumebat. *Credere vocem dolori,* apud *eund.* l. 1. v. 258. est dolori vocem lamentumque concedere, quo expleatur. ¶ Sæpe refertur ad pecuniam, et significat mutuam, vel fœnori dare, *to lend money on bond or bill. Cic. pro Raber. Post.* c. 2. Huic ipsi Alexandrino grandem pecuniam credidit. *Id. de Harusp. resp.* c. 13. Alterum putabo regem, si habuerit, unde tibi solvat, quod ei per syngrapham credidisti. *Plaut. Curcul.* 4. 1. 20. Pone ædem Castoris ibi sunt, subito quibus male credas. *Cato R. R.* c. 5. Villicus injussu domini credat nemini: quod dominus crediderit, exigat. *Senec.* ep. 101. Emam, ædificabo, credam, exigam. ¶ Hæc videtur esse prima et propria hujus verbi notio, siquidem credendum est vel *Prisciano* qui lib. 10. pag. 890. *Putsch.* docet, *credo* dictum esse quasi *cretum do*; vel *Vossio,* qui in *Etymol.* deducit a χρήζω, mutuum do. ¶ *Credier* pro *credi* paragoge legitur apud *Plaut. Pseud.* 2. 2. 37. et *Pœn.* a. 2. v. 43. ¶ *Creduam, as, at,* pro *credam,* Plautina sunt *Pœn.* 3. 5. 2. *Bacch.* 4. 8. 6. *Trinum.* 3. 1. 5. Similiter *creduis, it,* itidem pro *credas, at,* vel *credideris, it, Amph.* 2. 2. 40. *Capt.* 3. 4. 73. et *Trucul.* 2. 2. 52.

CREDŬAM, et Creduim. V. in fi. verbi præced.

CREDULĬTAS, tis, f. *credulity, rashness of belief,* ταχυπείθεια, credendi facilitas. *Planc. Cicer.* 10. *Fam.* ep. 23. Credulitas enim error est magis, quam culpa. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 1. v. 44. Credulitate capi. *Id.* 3. *Amor.* el. 14. v. 30. stulta credulitate frui. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 40. Credulitas inanis tempore ipso vanescit. *Id. Ann.* 15. c. 11. Facilis credulitas. *Curt.* l. et cap. 7. Addicere credulitatem suam alicui.

CREDŬLUS, a, um, *easy or rash of belief, credulous, simple,* πιστευτικός, εὔπιστος, qui facile credit: et fere in malam partem. *Cic. Attic.* 15. ep. 16. Verba mihi dari facile patior in hoc, meque libenter præbeo credulum. *Id. de Amic. c. pænult.* Improvidi et creduli senes. *Id. pro Font.* c. 6. Stultus auditor et credulus ab religioso et sapienti judice discernitur. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 312. nos in vitium credula turba sumus. *Id. Heroid.* ep. 6. v. 21. Credula res amor est. *Horat.* l. 4. od. 1. v. 30. Spes animi credula mutui. *Curt.* l. 10. c. 1. *a med.* Credulas regis aures implebat. ¶ Cum dativo *Horat.* l. 1. od. 11. *v. ult.* carpe diem, quam minimum credula postero. *Virg. Ecl.* 9. v. 34. me quoque dicunt Vatem pastores: sed non ego credulus illis. ¶ Cum genitivo *Sil.* l. 10. v. 478. Credulus adversi. Al. leg. *adversis.* ¶ Translate *Ovid.* 8. *Metam.* v. 857. sic sit tibi piscis in unda Credulus, et nullos nisi fixus sentiat hamos. *Senec. in Hippol.* v. 530. Nondum secabant credulæ pontum rates. *Justin.* l. 2. c. 10. Jucunda quoque inter se, non solum credula, convivia habuerunt. *h. e.* bona fide peracta. ¶ Passive de eo, cui facile creditur, videtur usurpari in illo *Taciti* l. 1. *Hist.* c. 34. Occisum Othonem, primum incertus rumor, mox interfuisse se quidam, et vidisse affirmabant, credula fama inter gaudentes, et incuriosos. *gained credit.*

CREMĀTES, um, [† nunc] *Cremaschi,* populi sunt Cremæ, quæ est urbs Galliæ Transpadanæ ad Serium fluvium. Hinc genit. plur. *Crematium* legitur *in Inscript.* apud *Gruter.* pag. 638. n. 9.

CREMATĬO, onis, f. *a burning or consuming by fire,* καῦσις, actus cremandi, ustio. *Plin.* l. 23. c. 2. *ad fin.* Crematio ei multum virium adjicit. Adde *Prudent.* περὶ στεφ. 10. v. 88.

CREMĀTOR, oris, m. *one who burns or consumes by fire,* καυτήρ, ustor. *Tertull.* l. 5. *advers. Marcion.* c. 16. Cremator Deus.

CREMĀTUS, a, um, *burnt, consumed by fire,* καυστός, *Horat.* l. et od. 4. v. 53. Gens, quæ cremato fortis ab Ilio, &c. *Id. Epod. ult.* v. 79. Possum crematos excitare mortuos. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 23. Cum mortali corpore crematto, in lucem animus excesserit. *Liv.* l. et cap. 1. Cremata patria. *Plin.* l. 16. c. 8. Cremati roboris cinis nitrosus est. *Id.* l. 20. c. 5. sub. *fin.* Crematus in cinerem.

CREMENTUM, i, n. *an increase,* αὔξησις, incrementum: a *cresco, is. Varro* apud *Non.* c. 2. n. 767. Ut cremento corpora fierent majora parvo. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 55. *Hard.* Crementa lunæ. ¶ *Isidor.* l. 11. *Orig.* c. 1. docet, *crementum* dici semen masculi, unde animalium et hominum corpora concipiuntur. Quo sensu suspicari quis possit, dictum esse a *creo, as,* pro *creamentum.* Utcumque sit, ea notione Latinum idoneum auctorem non habet.

CREMĔRA, æ. m. [† hod.] *la Varca,* aut *Valca,* al. *Baccano,* rivus parvus Thusciæ, qui oritur ex lacu apud Baccanas, et in Tiberim fl. labitur, memorabilis cæde CCC Fabiorum facta a Veientibus. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 205. et *Gell.* l. 17. c. 21.

CREMERENSIS, e, ad Cremeram pertinens, ut Cremerensis dies. *Tacit.* 2. *Histor.* c. 91.

CREMĬA, orum, *dry sticks for burning, brush-wood,* ligna tenuia, et arida: a *cremo,* quia facile cremantur. Græce dicuntur φρύγανα, a φρύγω, torreo. *Colum.* l. 12. c. 19. Levique primum igne, et tenuibus admodum lignis, quæ cremia rustici appellant, fornacem incendemus. *Plin.* l. 12. c. 19. Cremia discerni, et sponte conflagrare. *Harduin.* legit *gemina* ex MSS.

CREMIĀLIS, le, adject. qui cremari potest, ut cremiales arbores, apud *Ulpian. Dig.* lib. 24. tit. 3. leg. 7. *a med.* Ita legit, et probat *Salmas. in exercitat. Plin.* et *Hotoman.* Vulgo, *gremiales.*

CREMO, as, avi, atum, a. 1. *to burn, set on fire,* καίω, comburo. *Plin.* l. 7. c. 54. Ipsum cremare apud Romanos non fuit veteris instituti: terra condebantur. *h. e.* cremare cadavera. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 22. Primus e Patriciis Corneliis igni voluit cremari. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 136. Cremare tecta. *Plin.* l. 17. c. 1. Incendia, quibus cremavit urbem Nero. *Id.* l. 35. c. 10. Cremare tabulas. *Id.* l. 2. c. 52. Fulmina cremantia. [¶ Particip. *cremandus* apud *Ovid. in Ibin,* v. 518. Des tua succensæ membra cremanda pyræ. *Senec. in Octav.* v. 17. Cum rogis artus tuos dedit cremandos.]

CREMŌNA, æ, f. [† hod.] *Cremona,* urbs Cenomanorum, apud Padum fl. media inter Ticinum ad Occ. et Mantuam ad Or. Colonia Roman. Cum Cremonenses contra Augustum cum Antonio sensissent, Cæsar victor veteranis suis eorum agros dedit, qui cum non suffecissent, acceperunt etiam vicinorum agros, ut Mantuanorum, &c. Hinc *Virg.* 9. *Ecl.* v. 28. Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ. *Servius.*

CREMONENSIS, e, *of Cremona,* ad Cremonam pertinens, ut Cremonense prœlium, *Tacit.* 3. *Hist.* c. 48. Cremonensis ager, *Id. ibid.* c. 15. et Cremonenses coloni, *Liv.* l. 33. c. 23. ¶ *Cremonenses, ium,* sunt ejus urbis homines. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 70.

CREMOR, oris, m. *a juice or liquid,* τὸ παχὺ τοῦ γάλακτος, proprie est pingue illud, quod a lacte secernitur: dicitur etiam de lacte expresso ex grano aqua macerato. *Ovid. de medicamin. fac.* v. 95. Hordea quem faciunt, illis adfunde cremorem. *Cels.* l. 3. c. 7. n. 2. Vel ptisanæ, vel alicæ, vel oryzæ cremor dandus est. *Cato R. R.* c. 86. Lac addat paulatim, usque adeo donec cremor crassus erit factus. *Plaut. Pers.* 1. 3. 15. Nisi cremore crasso est jus collyricum, &c. *Cels.* l. et cap. 6. sect. 26. Gargarizare ex lenticula, vel ex fici cremore. Et c. 10. *ad fin.* Cremor furfurum.

CRENÆ, arum, f. scalpturæ, incisuræ, γλυφίδες, *notches, incisions. Plin.* transfert ad scalpturas stomachi testudinis marinæ, quibus cibus conficitur, si locus sanus est. Ita enim scribit lib. 11. c. 37. sect. 68. Testudini marinæ lingua nulla, nec dentes: rostri acie comminuit omnia. Postea arteria, et stomachus denticulatus callo, in modum rubi, ad conficiendos cibos, decrescentibus crenis, quidquid appropinquat ventri: novissima asperitas, ut scobina fabri.

CREO, as, avi, atum, a. 1. *to make, create, form generate, beget,* κτίζω, ποιέω, γεννάω, gigno, facio. De origine V. in *Cerus. Cic.* 2. *de Orat.* c. 54. Natura fingit homines, et creat imitatores et narratores facetos, &c. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 22. Zeno censet, artis maxime proprium esse, creare et gignere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 28. Cum ego hunc oratorem, quem nunc fingo, ut institui, crearo, aluero, confirmaro, tradam eum Crasso et vestiendum et ornandum. *Liv.* l. 1. c. 3. Silvius deinde regnat: is Æneam Silvium creat. *Horat.* l. et od. 4. v. 29. Fortes creantur fortibus et bonis. *Plin.* l. 19. c. 8. *a med.* Fimum herbas creat. *Pallad. in Februar.* tit. 26. *de porcis.* Femina ad creandum usque in annos septem partus onera gestare sufficiet. ¶ Item parere, *to bear, bring forth. Virg.* 10. *Æn.* v. 704. una quem nocte Theano In lucem genitori Amyco dedit, et face prægnans Cisseis regina Parin creat. ¶ Item universim efficere, facessere, exhibere, *to make, bring on, cause, occasion. Cic.* 2. *de Divin.* c. 15. Nonnunquam errorem creat similitudo. *Id. in Divin. Verr.* c. 19. Creare periculum alicui. *Plin.* l. 9. c. 48. Lepus marinus vomitum dissolutionemque stomachi creat. *Id.* l. 22. c. 24. Mel bilem auget, fastidium creat. *Cels. in præfat. ante med.* Creare valetudinem adversam. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Divin.* c. 25. Similitudo errorem creat. *generates. Quintil.* l. 9. c. *ult.* Tædium et satietatem creare. *to occasion. Plaut. Pœn.* 3. 2. 9. lites. *Id. Mil.* 2. 3. 23. Tuis nunc cruribus capitique fraudem capitalem creas. *Id. Pseud.* 1. 3. *extr.* Potin' ut abeas? tibi moram dictis creas. *Id. Mil.* 1. 1. 33. Venter creat omnes has molestias. *Id. Cæs.* 2. 7. 3. Creare voluptatem inimicis. *to give, afford, occasion. Vellei.* l. 2. c. 20. seditionem. *Impp. Valent. Theod. et Arcad.* lib. 1. *Cod.* tit. 25. invidiam inimicis. ¶ Sæpe est suffragiis eligere. *to elect, appoint, create. Cic. in fragm. pro C. Corn.* apud *Ascon.* Decem tribunos plebis per pontificem creaverunt. *Nepos in Annib.* c. 7. Carthagine quotannis annui bini reges creabantur. *Cæs. initio* l. 3. *de B. Civ.* Consules creantur Cæsar et Servilius. *Sallust. in Jug.* c. 44. Cum tres quæsitores rogarentur, effecerat, ut ipse in eo numero crearetur. *Liv.* l. 1. c. 23. Creare ducem gerendo bello. *Messala* apud *Gell.* l. 13. c. 15. prætorem. *Ulpian. Dig.* lib. 40. tit. 5. leg. 4. Convenire creditores, unumque creare, cui caveatur omnium nomine. *Papinian. Dig.* lib. 50. tit. 8. leg. 3. curatorem reipublicæ.

[CREOBULA, æ, f. herba eadem ac mentastrum. *Apul. de herb.* c. 90.]

CREON, ontis, m. Κρέων, nomen Corinthiorum regis, qui Creusam filiam Jasoni desponsavit. *Senec. in Medea.* ¶ Alter fuit Thebanus, Œdipi Regis Thebanorum socer, et frater Jocastæ. ¶ Rectus casus singularis est *Creon*, et *Creo*. *Senec. in Med.* v. 520. Creo, atque Acastus arma si jungant sua. *Stat.* 12. *Theb.* v. 678. Antigonem viduamque Creon Adrastida leto Admovet.

CREPANS, antis, *making a noise, resounding, creaking, crackling, rustling*, qui crepat, resonans, murmurans, strepens, ψοφώδης, ψοφητικός. *Horat. Epod.* 16. v. 48. montibus altis Levis crepanti lympha desilit pede. *Martial.* l. 8. epigr. 82. Digiti crepantis signa novit eunuchus. *Id.* l. 12. epigr. 36. Donare aureolos manu crepantes. et lib. 9. epigr. 92. Area terit messes crepantes. *Virg.* 11. *Æn.* v. 775. tum croceam chlamydemque, sinusque crepantes Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro.

CREPAS, prisci capras dixerunt, a crepitu crurum. *Paul. ex Festo* in *Capræ.*

CREPAX, acis, adject. qui crepat, ac strepit. *Mecænas* apud *Senec.* epist. 114. *crepacem molam* dixit, quod in igne crepitet.

CREPĔRUS, a, um, *doubtful, uncertain*, dubius, anceps, incertus, ut *Fest.* et *Varr. sub init.* l. 5. *de L. L.* et lib. 6. c. 4. et *Non.* c. 1. n. 45. interpretantur. *Lucret.* l. 5. v. 1295. creperi certamina belli. *Accius* apud *Non.* Nunc tu in re crepera tua quid capias consilii, vide. *Pacuv. ibid.* Animum ægritudine in re crepera confici. *Symmach.* l. 1. ep. 7. (*al.* 13.) Priusquam manifestus dies creperum noctis absolveret. *Lucil.* apud *Non. loc. cit.* creperaque juventu' salutis. Al. aliter leg.

CREPI a Romanis dicti sunt luperci a crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis in lupercalibus nudos discurrere, et pellibus obvias quasque feminas ferire. Hæc *Festus*, ubi al. leg. *Creppi.*

CREPICŬLUM, *vel* Crepidulum, *vel* Crepitulum (tot enim modis scriptum invenitur) ornamentum capitis. *a head-dress.* Id enim in capitis motu crepitum facit. *Festus.* Tribuit feminis *Tertull. de pall.* ubi ait cap. 4. Et stolam, et supparum, et crepidulum, et caliendrum ejeravere. Al. leg. *capidulum.*

CREPĪDA, æ, f. *a slipper, sandal*, κρηπίς, ὑπόδημα, genus calcei plani, coriacea solea vel una, vel pluribus constans, qua planta pedis, veluti basi, innititur; et longis habenis, quibus pars pedis superior prope nuda vincitur, et quodammodo obtegitur: a Græca voce allata (teste *Gell.* l. 13. c. 21. et *Voss. in Etymol.*) quæ tum basim et fundamentum, tum hoc ipsum de quo loquimur, significat. Latine *solea* dicitur, quod eo nomine omne genus calcei, quo planta solummodo tegitur, appellari consuevit, ut *Gell. loco cit.* docet. Differunt tamen, tum quod *solea* generale nomen est, *crepida* unum tantum calceorum genus notat: tum quia illa simplex est, hæc pluribus coriis compingitur, ut vult *Balduin. de calc.* c. 11. tum quod illa domi uti mos fuit, hac etiam foris: tum denique quod Latinorum illa, Græcorum hæc propria esse videtur. Quare cum pallio fere conjungitur, sicut cum toga calceus. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 127. sapiens crepidas sibi nunquam, nec soleas fecit. *Pers.* sat. 1. v. 127. qui in crepidas Graiorum ludere gestit. *Liv.* l. 29. c. 19. Ipsius etiam Imperatoris non Romanus modo, sed ne militaris quidem cultus jactabatur: cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio, &c. *Sueton. in Tiber.* c. 13. Redegitque se, deposito patrio habitu, ad pallium, et crepidas. Adde *in Calig.* c. 52. ¶ Aliquando cum caliga militari confunditur, non tamen Romana. *Plin.* l. 36. c. 16. Magnes appellatus est ab inventore. Invenisse autem fertur, clavis crepidarum, et baculi cuspide hærentibus, cum armenta pasceret. *Id.* l. 33. c. 3. et *Valer. Max.* l. 9. c. 1. n. 4. *extern.* Aureos clavos crepidis suffigere. (*Justin.* l. 38. c. 10. eandem rem narrans, *caligas auro figere* dixit.) *Cic. pro Rabir. Post.* c. 10. L. Scipionis non solum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam videtis. V. integr. locum. Huc pertinere videtur, quod tradit *Servius* ad illud *Æn.* 8. v. 458. *Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis*; crepidas Tuscum esse calceamentum, quas primo adhibuisse Senatores, post Equites R. nunc milites. Videtur enim vel de calceo, vel de caliga intelligendus. ¶ *Sutor ne ultra crepidam*, proverb. in eos, qui quas res minus intelligunt, de iis tamen judicare audent: ortum ex eo, quod narrat *Plin.* l. 35. c. 10. et *Valer. Max.* l. 8. c. 12. *extr.* cum Apelles tabulam suam in pergula proposuisset, ut si quæ vitia inessent, a prætereuntibus indicarentur, monitum a sutore, quod in crepidis una intus pauciores fecisset ansas: eodem postero die, superbo emendatione pristinæ admonitionis, cavillante circa crus, indignatum prospexisse (latebat enim post tabulam) denuntiantem, ne supra crepidam judicaret. Ὑπὲρ πόδα, et ἀνώτερον τοῦ σφυροῦ Græci dicunt: Et *Ammian.* l. 28. c. 1. (*al.* 3.) Supra plantam, ut dicitur, evagatus cognitor. Adde *Valer. Max. loco cit.* ¶ *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 34. putat *crepidas* dictas, quod cum sono stringantur, sive a pedum crepitu in ambulando. *Balduin.* quoque *loco sup. cit.* a crepitu derivat: sed rectius a κρηπὶς ducuntur, ut dictum est: quamvis primam syllabam Latini Poetæ corripiant.

CREPIDARIUS, a, um, *belonging to slippers*, ad crepidas pertinens, ut Crepidarius culter, *Sempron. Asell.* apud *Gell.* l. 13. c. 21. *extr.* et *Crepidarius sutor*, qui crepidas facit, *Id. ibid.* et *Crepidarius* absolute, *Gell. ibid.*

CREPIDĀTUS, a, um, *wearing slippers*, qui crepidas habet, κρηπιδούμενος. *Cic. in Pison.* c. 38. Inde nocte intempesta crepidatus, veste servili, navem conscendit. *Sueton. in Domit.* c. 4. Certamini præsedit crepidatus. ¶ *Crepidatæ Fabulæ* apud *Donat. ad Terent. Adelph. prol.* v. 7. in quibus actores cum crepidis prodibant: quæ et *palliatæ.* V. *Palliatus.*

CREPĪDO, idinis, f. *the foundation, or ground, of a pillar*, κρηπίς, basis alta et erecta, fundamentum, fulcrum: a Græca voce allata. *Cic. in Orat.* c. 67. Deinde omnia, tanquam crepidine quadam, comprehensione longiore sustinentur. *Stat.* l. et silv. 1. vers. 58. teneat quamvis æterna crepido, Quæ super ingesti portaret culmina montis. *Plin.* l. 36. c. 8. Crepidines obelisci. ¶ Item saxum prominens, ut exponit *Festus*, vel moles alta, et abrupta, qua maris litus, vel ripa fluminis munitur contra aquarum impetus, *a creek, shore, or bank, on which the water breaks.* *Cic. Verr.* 7. c. 37. Piraticus myoparo usque ad forum, et ad omnes urbis crepidines accessit. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 2013. n. 2. M. Gavius T. F. Q. Vitellius Q. F. Gallus Duovir. Quinq. crepidines circa forum s. p. f. [Cum vero hæc *Inscriptio* adhuc Calatiæ maneat ad puteum, et visternam veterem, illud certo discimus, crepidines hic esse marginem, sive loricam; forum vero ipsum os putei.] *Virg.* 10. *Æn.* v. 653. Forte ratis, celsi conjuncta crepidine saxi, Expositis stabat scalis, et ponte parato. *the edge or brow of a rock.* *Colum.* l. 8. c. *ult.* Maris atrocitas objectu crepidinis frangitur. *Curt.* l. 5. c. 1. Coercere Euphratem magnæ molis crepidinibus. *Varro* de lacu, aut stagno ubi servantur anates l. 3. *R. R.* c. 11. Circum totum parietem intrinsecus sit crepido lata, in qua secundum parietem sint tecta cubilia, &c. *Plin.* l. et cap. 22. Acanthos herba topiaria est, crepidines marginum vestiens. *h. e.* marginum eam partem, quæ aquas spectat. *Juvenal.* sat. 5. v. 8. Nulla crepido vacat? *h. e.* locus editior, vel in ripa fluminis, vel in portu, vel ad latera viarum, ubi stare solent mendici stipem petituri. *Senec.* controv. 1. et 17. Quis crederet jacentem supra crepidinem Marium aut fuisse consulem, aut futurum? (Adde *Manil.* l. 4. v. 48.) *h. e.* in ora, et ripa paludis, in qua se occuluerat, vel in crepidine viæ mendicando in suo Africano exsilio. *Stat.* l. 9. *Theb.* v. 492. Stabat gramineæ producta crepidine ripæ, Undarum ac terræ dubio, sed amicior undis Fraxinus. *on the margin or brink of a bank.* *Valer. Flacc.* l. 4. v. 44. Fluctus ab undisoni ceu forte crepidine saxi Cum rapit Halcyones miseræ fetumque, laremque. ¶ De crepidinibus viarum, præter allatum *Juvenalis* locum, sunt etiam verba *Petronii in Satyr.* c. 9. Vidi Gitona in crepidine semitæ stantem. Adde veter. Lapid. optimæ notæ, repertum a. 1760. in Æde majori Tarvisana, in quo quidam Seviti dicuntur *viam cum crepidinibus a quadruvio ad murum stravisse.* Simile est quod habetur in alio apud *Donium* class. 2. n. 80. ubi quidam *Munatius Absyrtus viam cum lapide turbinato a foro ad port. stravit, crepidines, et castella posuit*, &c. [Probanda videtur eorum opinio, qui *crepidines viarum* dicunt esse tumulos, sive aggeres utrimque ad marginem positos.] ¶ Item saxum excelsum, et abruptum, scopulus, rupes, *a craggy rock.* *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 504. contra importuna crepido, Œdipodioniæ domus alitis. *h. e.* rupes, in qua Sphynx habitavit. *Id.* l. 1. *Achill.* v. 448. Rupibus expositis, longique crepidine dorsi Euboicum scandens Aulis mare. *h. e.* scopuloso promontorio in mare excurrente. ¶ Item torus, vel quidpiam simile elevatum sedendi, vel muniendi causa. *Plin.* l. 12. c. 1. Saxeæ intus crepidinis corona muscosos complexa pumices. ¶ *Crepido Circi* apud *Fest. in fragm.* fuit locus editior in parte ejus exteriore, in quo Tribuni quidam militares, quos ibi recenset, olim sepulti feruntur: qui locus postea fuit albo lapide constratus. ¶ In architectura *crepidines* dicuntur, v. g. in coronis, membra quædam excurrentia, et projecta, ut *Bald. in Lex. Vitruv.* proposita figura explicat: quia sustentandi, et fulciendi speciem præbent. *the foundation or ground of a pillar.* *Vitruv.* l. 4. c. 6. Dextra ac sinistra projecturæ sic sunt faciendæ, uti crepidines excurrant. *Id.* l. 3. c. 2. Frons loci dividatur in partes undecim semis, præter crepidines et projecturas spirarum.

CREPIDŬLA, æ, f. *a little pantofle or slipper*, κρηπίδιον, dimin. a crepida. *Gell.* l. 13. c. 21. Soleas dixere, nonnunquam voce Græca crepidulas. *Plaut. Pers.* 4. 2. 3. Hanc hospitam crepidula ut graphice decet!

[* CREPIS, idis, f. κρηπίς, herbæ genus apud *Plin.* l. 21. c. 16. Caule foliato est et crepis, et lotos.]

CREPITACILLUM, li, n. dimin. a crepitaculum. *Lucret.* l. 5. v. 232. Nec crepitacillis opus est. *Gifanius, Paræus, Salmas.* et al. leg. Nec crepitacula eis opus sunt. *Tertull. advers. Jud.* c. 9. signum belli non tuba, sed crepitacillo daturus. Adde *advers. Marcion.* l. 3. c. 8. ubi eadem verba repetit. *Sciopp.* autem in notis *ad Tertull.* hic quoque *crepitaculo* reponit.

CREPITACŬLUM, li, n. *a child's rattle; any instrument that makes a noise when shaken by the hand*, σεῖστρον, instrumentum ex ære, aliave materia, quod manu concussum vel percussum crepitat, ac sonitum reddit. *Colum.* l. 9. c. 12. *de apib.* Crepitaculis æreis, aut testarum plerumque vulgo jacentium sonitu terreatur fugiens juventus. *Quintil.* l. 9. c. 4. *circa med.* Media quoque (*periodi*) ne pigra, ne longa sint: ne brevium contextu resultent, ac sonum reddant pæne puerilium crepitaculorum. *Martial.* l. 14. epigr. 54. cujus lemma est *Crepitaculum.* Si quis plorator collo tibi vernula pendet, Hæc quatiat teners garrula sistra manu. ¶ Inter crepundia puerorum etiam *crepitacula* sunt. V. *locum Lucretii* in voce præced. et *Martial.* modo allatum.

CREPĪTANS, antis, *creaking, crackling, ringing, jingling, clattering, clashing, rattling, rustling*, ψοφητικός, crepans, strepens, resonans. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 781. ardentes stipulæ crepitantis acervos. *Virg.* 7. *Æn.* v. 73. Flamma crepitans. et 3. *Æn.* v. 70. lenis crepitans vocat Auster in altum. et 1. *Georg.* v. 449. in tectis crepitans salit horrida grando. *pattering.* et 11. *Æn.* v. 299. fremunt ripæ crepitantibus undis. *dashing, roaring.* et 4. *Georg.* v. 451. Æra crepitantia. *sounding, tinkling.* *Ovid.* 10. *Metam.* v. 648. fulvo ramis crepitantibus auro. *Id. Metam.* 11. v. 735. Ora dedere sonum, tenui crepitantia rostro. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 73. Arma crepitantia. *Propert.* l. 3. el. 9. v. 43. Crepitant sistrum. *Lucret.* l. 5. v. 746. crepitans ac dentibus algor.

CREPĪTO, as, n. 1. *to make a noise, clatter, crackle, rattle, creak, rustle*, ψοφέω, frequentat. a *crepo*: crepitum edo. *Plaut. Men.* 5. 5. 27. Ubi satur sum nulla (*intestina*) crepitant: quando esurio, tunc crepant. *Id. Rud.* 2. 6. 52. Crepitare dentibus. *to chatter.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 458. quam multa grandine nimbi Culminibus crepitant. et 6. *Æn.* v. 209. leni crepitabat bractea vento. et 2. *Georg.* v. 540. Impositos duris crepitare incudibus enses. *to ring, resound.* *Plin.* l. 31. c. 7. Flos salis in igne nec crepitat, nec exsilit. *Petron. in Satyr.* c. 132. Pluribus osculis collisa labra crepitabant. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 81. Et succensa sacris crepitet bene laurea flammis. *Virg.* 5. *Æn.* v. 436. duro crepitant sub vulnere malæ. ¶ Alia huc pertinentia V. in *Crepitans.*

CREPITŬLUM. V. *Crepiculum.*

CREPĪTUS, us, m. *a noise, rattling, clashing, jingling, ringing, tinkling, crackling, creaking, rustling*, ψόφος, strepitus, sonitus. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 5. Num qui strepitus, clamor, crepitus exauditus sit. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 47. Sonitum et crepitum claustrorum audio. et *ibid.* v. 1. Sonitum prohibe forum, et crepitum cardinum. *Sueton. in Calig.* c. 54. Tibiarum et scabellorum crepitus. *Liv.* l. 43. c. 10. Crepitus æris. *clashing, resounding.* *Id.* l. 38. c. 17. Quatientium scuta horrendus armorum crepitus. *Id.* l. 6. c. 2. Crepitus viridis materiæ flagrantis. *Id.* l. 39. c. 15. Crepitibus et ululatibus nocturnis. *Plin.* l. 12. c. 1. Imbrium crepitus per folia. *the pattering.* *Id.* l. 10. c. 18. Cuneus adactus statim exsilit cum crepitu arboris. *Martial.* l. 14. epigr. 119. *de matella.* Dum poscor crepitu digitorum, &c. *Senec.* ep. 56. Audio crepitum illisæ manus humeris, quæ prout plana pervenit, aut concava, ita sonum mutat. *Cic.* 7. *Verr.* c. 62. Crepitus plagarum. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 8. dentium. *the chattering.* *Id. in Top.* c. 12. Pedum crepitus, strepitus hominum. *the clattering.* *Id. Fam.* 9. ep. 22. *extr.* Stoici etiam crepitus aiunt æque liberos, ac ructus esse oportere. *a breaking of wind backwards.* *Sueton. in Claud.* c. 32. Emittere flatum et crepitum ventris. *flatus* est sine sonitu, βδεσμός: *crepitus* cum sonitu, πορδή. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 16. Excire crepitum polentarium. *Senec.* ep. 91. *sub fin.* Eodem loco sibi esse voces imperitorum, quo ventre redditos crepitus. *Plin.* l. 27. c. 12. Onopordon si comederint asini, crepitus reddere dicuntur. *Minuc. Fel. in Octav.* c. 28. *ad fin.* Ægyptii non Serapidem magis, quam strepitus per pudenda corporis expressos contremiscunt. ¶ *Scalig. in lection. Auson.* l. 1. c. 25. ostendit, crepitus ventris apud Græcos fausti, apud Latinos mali ominis fuisse, ex *Catone* apud *Fest.* in *Prohibere.*

CREPO, as, pui, pitum, n. 1. *to make a noise, creak, crackle, ring, tinkle, jingle, clink, rattle, clatter, rustle*, ψοφέω, crepitum edo, resono, strideo, murmuro. *Plaut. Men.* 5. 5. 27. Intestina mihi, quando esurio, tum crepant. *grumble, growl.* *Senec.* ep. 9. *ante med.* Paravit amicum adversus vincula laturum opem: cum primum crepuerit catena, discedet. *Stat.* 7. *Theb.* v. 38. crepat aurea grandine multa Palla. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 742. Et crepet in mediis laurus adusta focis. et lib. 2. v. 501. subito motu nubes crepuere sinistræ. et 9. *Metam.* v. 783. crepuitque sonabile sistrum. *Plin.* l. 36. c. 7. Lapidem in Statua Memnonis quotidiano solis ortu contactum radiis, crepare dicunt. *Pers.* sat. 5. v. 25. dignoscere cautus, Quid solidum crepet. *h. e.* crepitu et sono indicet, sit ne solidum an fractum. *Senec. in Thyest.* v. 264. totis domus, U fracta, tectis crepuit. *Id. in Œdip.* v. 99. Crepuere mal *Id. in Herc. Œt.* v. 1002. Verberum crepuit sonus. Te

rent. Heaut. 3. 3. 52. Quid est, quod tam a nobis graviter crepuerunt fores? *Plaut. Amph.* 1. 2. 34. Orationem comprimam: crepuit foris. *the door creaks; some one is coming. Turneb.* l. 4. *advers.* c. 20. et lib. 11. c. 12. et lib. 29. c. 25. docet, hoc ex more Atheniensium dictum, quia cum apud eos fores aperirentur in viam, ideo domo exituri, ne quem forte prætereuntem læderent, crepitum edebant vel digitos collidendo, vel ipsas fores percutiendo: contra intraturi ædes dicebantur *fores pultare:* hoc κόπτειν dici, illud ψοφεῖν. Hæc *Turneb.* sed fortasse res est apertior, quam ad hæc, intelligendi causa, sit decurrendum. ¶ Cum accusat. *Stat.* 6. *Theb.* v. 686. procul auxiliantia gentes Æra crepant. *h. e.* pulsant et resonare faciunt. *Propert.* l. 3. el. 8. v. 4. Et manibus faustos ter crepuere sonos. *Martial.* l. 5. epigr. 20. Crepare aureolos. *h. e.* numerare. nam versando numi crepitant. ¶ Significat etiam scindi, findi, rumpi, *to be shivered or shattered.* quia quæ rumpuntur, crepare solent. *Virg.* 5. *Æn.* v. 205. acuto in murice remi Obnixi crepuere, illisaque prora pependit. *Pallad. in Mart.* tit. 10. *post init.* Si crepant poma, lapidem in media arboris radice supponis. *Colum.* hoc idem tradens l. 5. c. 10. *a med.* verbo *rumpi* utitur. ¶ Item pedere. *Martial.* l. 12. epigr. 78. Sed quamvis sibi caverit crepando, Compressis natibus Jovem salutat. (Adde epigr. 79.) *Cato* apud *Fest.* in *Prohibere.* Servi, ancillæ, si quis eorum sub centone crepuit, quod ego non sensi, nullum mihi vitium facit. ¶ Translate *crepare aliquid* est frequenter in ore habere, jactare, prædicare. *to talk frequently of, boast of. Lucret.* l. 2. v. 1166. laudat fortunas sæpe parentis, Et crepat, antiquum genus ut pietate repletum Perfacile angustis tolerarit finibus ævum. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 84. ex nitido fit rusticus, atque Sulcos et vineta crepat mera. *Plaut. Mil.* 3. 1. 57. Neque ego ad mensam publicas res clamo, neque leges crepo. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 33. Si quid Stertinius veri crepat. *h. e.* docet. *preaches. Id.* l. 1. od. 18. v. 5. Quis post vina gravem militiam, aut pauperiem crepat? *h. e.* exaggerat, et queritur incommoda militiæ, et paupertatis. *rails against, decries.* ¶ Alia huc pertinentia V. in *Crepans.* ¶ *Eutych. Grammat.* l. 2. pag. 2188. *Putsch.* ponit etiam *crepo, is, ere,* sed nullo confirmat Latino exemplo.

CREPŬLUS, a, um, crepitans, strepens. *Avien. in Arat.* v. 324. *in Virg.* Sed crepula ut late vomeret convicia voce. *Sidon.* l. 4. ep. 15. Autumnus viatorum aures, foliis toto nemore labentibus, crepulo fragore circumstrepit. *Id.* l. 9. ep. 13. in carm. 2. Crepulæ buccæ.

CREPUNDĬA, orum, n. *children's play-things, toys, or baubles,* [a *crepando, h. e.* tinniendo dicta, quoniam infantes hujusmodi crepitaculis maxime gaudent,] reculæ pueriles, quæ infantibus tum ornatus, tum ludi causa dantur: apponebantur etiam olim pueris expositis, vel alio nutriendi causa missis, ut ex iis aliquando agnosci possent: quare *monumenta* a *Terent. Eun.* 4. 6. 15. dicuntur, et a Græcis γνωρίσματα, et ἐπίσημα, et σπάργανα. Exemplum habes tum apud *Terent. loc. cit.* et *Heaut.* 4. 1. 37. tum apud *Plaut. in Cistell.* et *Rudente.* Porro crepundia solebant esse anuli, ensiculi, securiculæ, maniculæ, bullæ, siculæ, fasciolæ, &c. qualia *Plaut. Rud.* 4. 4. 110. enumerat. *Cic. de clar. Orat.* c. 91. Quoniam totum me non nævo aliquo aut crepundiis, sed corpore omni videris velle cognoscere. *Plin.* l. 11. c. 51. Semestris locutus est Crœsi filius in crepundiis. *while yet in swaddling clouths. Prudent. in Apotheosi,* v. 711. puerique crepundia parvi. ¶ In singulari num. nullus est usus. ¶ Ita etiam dicuntur crotala, crepitacula, sistra, quibus in choreis, et saltationibus utebantur, præsertim Ægyptii: quia hujusmodi dari et pueris solebant lusus gratia. *bells, cymbals, castanets,* &c. *used by the Egyptians in dancing. Justin.* l. 30. c. 1. *ad fin.* Adduntur instrumenta luxuriæ, tympana, et crepundia.

CREPUSCI nominati Amiterno, qui crepusculi tempore erant nati. *Varr.* l. 5. L. L. c. 2.

CREPUSCULASCENS HORA est hora crepusculi vespertini apud *Sidon.* l. 8. ep. 3.

CREPUSCŬLUM, li, n. *the twilight,* δείλη, tempus, Quod tu nec tenebras, nec possis dicere lucem, Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis: quæ descriptio est *Ovidii Metam.* 4. v. 400. Dictum est a *creperus,* dubius, ut post *Varron.* l. 5. *de L. L.* c. 2. docent *Serv. ad* 2. *Æn.* v. 268. et *Non.* c. 1. n. 45. Porro tametsi de matutino æque, quod Græce λυκαυγὲς, ut de vespertino, quod ἑσπέρα δείλη dici possit; videtur frequentius de hoc usurpari: quia matutinum tempus proprio vocabulo *diluculum* appellatur. *Ovid.* 1. *Amor.* el. et v. 5. Qualia sublucent fugiente crepuscula Phœbo. *Id.* 5. *Fast.* v. 163. inducunt obscura crepuscula noctem. *Id.* 4. *Fast.* v. 735. Pastor, oves saturas ad prima crepuscula lustra. *Id.* 15. *Metam.* v. 651. seram pepulere crepuscula lucem. *Id. Heroid.* ep. 14. v. 21. modo facta crepuscula terris. *Plin.* l. 18. c. 25. Prout alterutri eorum mane, vel crepusculo contingit. *Colum.* l. 12. c. 1. Et primo mane prodeundum est, et crepusculo redeundum. Adde *Phædr.* l. 3. fab. 7. v. 20. *Sueton. in Ner.* c. 26. *Lucan.* apud *Serv. loc. cit.* Fest. in *Decrepitus, Plaut. in fragm.* apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 4. ipsum *Varron. cit.* l. 5. *L. L.* c. 2. et *Censorin. de die nat.* c. 24. Quare non audiendus *Serv.* qui *loc. sup. cit.* scribit, usum obtinere, ut *crepusculum* matutino tempori jungatur. ¶ Aliquando generatim ponitur pro luce maligna, et caligine. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 122. Dumque iter horrendum per opaca crepuscula carpit. *h. e.* per viam, qua ad Inferos descenditur.

CRES, etis, m. *a Cretan; one born in the island of Crete,* Κρής, qui est ex Creta insula. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 18. Epimenides Cres. *Id. pro Mur.* c. 35. Neque vero Cretes melius quam Romani respublicas suas retinuerunt. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 10. v. 19. Cretes erunt testes: nec fingunt omnia Cretes. Κρῆτες. *Id. Heroid.* ep. 16. v. 348. Nulla tamen Minos Cretas ad arma vocat. Κρῆτας. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 7. Numidas, et Cretas sagittarios subsidio oppidanis mittit. *Lucan.* l. 4. v. 441. Canes Spartani, et Cretes. *Catull.* carm. 55. *ad Camer.* v. 23. custos Cretum.

CRESCENTĬA, æ, f. *an increase,* incrementum, αὔξησις. *Vitruv.* l. 9. c. *ult.* Horarum brevitates, aut crescentias cuneorum adjectus, aut exemptus perficere cogit. *et mox.* Correptiones dierum, aut crescentiæ.

CRESCO, is, crevi, n. 3. *to increase, grow, become bigger,* αὐξάνω, augeor, major fio, adolesco. *Festus* in *Crevi* deducit a κραίνω, perficio, impleo, absolvo. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 14. Ostrea cum luna pariter crescunt atque decrescunt. et lib. 1. c. 44. Cum lacus Albanus præter modum crevisset. *Id. pro Sext.* c. 32. Mihi absenti creverunt amici. *Id.* 1. *de Divin.* c. 69. Medici advenientes et crescentes morbos intelligunt. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 55. Liger ex nivibus creverat. *had become swollen. Curt.* l. 4. c. 2. Aggeris latitudo crescebat. *Id.* l. 8. c. 11. Petra modicis clivis in sublime fastigium crescit. *Ovid.* l. 1. *Metam.* v. 550. In frondem crines, in ramos brachia crescunt. *Id. ib.* l. 2. v. 479. Manus crescunt in ungues aduncos. *Id.* 4. *Metam.* v. 660. *de Atlante.* et partes auctus in omnes Crevit in immensum. *Quintil.* l. 8. c. 5. Nihil ad justam magnitudinem adolescere potest, quod loco, in quem crescat, caret. *Colum. de Arborib.* c. 17. Ut olea spatium in latitudinem crescendi habeat. *Plin.* l. 11. c. 37. *sub fin.* Homo crescit in longitudinem ad annos usque ter septenos: tum deinde ad plenitudinem. *Plaut. in Suppos. Merc. post.* a. 4. sc. 5. Par est ætas: una crevimus. *h. e.* educati sumus. *we were brought up together.* Sic *Justin.* l. 12. c. *ult.* Alexander per quinquennium sub Aristotele doctore inclyto crevit. *grew up under the eye of.* et *Sueton. in Oth.* c. 1. Otho per gratiam Liviæ, cujus in domo creverat, Senator factus. *Ovid.* 1. *de ur. am.* v. 61. primis, et adhuc crescentibus annis. ¶ Translate *Cic. de Harusp. resp.* c. 21. *extr.* Crescebat in eos odium, a quibus, &c. *Id. pro leg. Manil.* c. 15. Cum hostium opes, animique crevissent. *grew formidable. Curt.* l. et cap. 9. Crescit ardor animorum. *Id.* l. 4. c. 12. *ad fin.* Ne desperatio suis cresceret. *Quintil.* l. 6. c. 1. Cum in aliis, tum maxime in hac parte debet crescere oratio. *Juneval.* sat. 14. v. 138. Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 12. Crescit mihi materies scribendi. *heaps itself upon me. Stat.* l. 4. silv. 7. v. 43. Crescat infans in mores patrios. *Sil.* l. 3. v. 529. Crescit labor. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 36. Laudata virtus crescit. *Id. initio* l. 2. *Fast.* Cum carmine crescit et annus. *Id.* 2. *Fast.* v. 731. Studiis certamina crescunt. *Justin.* l. 13. c. 3. Crescit seditio. *spreads. Virg. Ecl.* 7. v. 25. Pastores hedera crescentem ornate poetam. *h. e.* qui doctior fit, vel cujus gloria in dies augetur. *increasing in fame daily. Nepos in Alcib.* c. 7. Qua ex re creverat ejus fama cum opibus. *Id. in Attic.* c. 10. Ad extremam ætatem amicitia eorum crevit. *Id. ibid.* c. 21. Dignitate, gratia, fortunaque crescere. et *in Caton.* c. 2. Virtutum laude crescere. ¶ Absolute eleganter significat dignitate, auctoritate, vel opibus ad ampliorem statum ascendere. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 30. Si liberet accusare, accusarem eos, ex quibus possem crescere. *be promoted or advanced. Id. pro Cluent.* c. 28. Crescere ex invidia alicujus. *Id. Verr.* 7. c. 67. *extr.* Si videor de uno isto voluisse crescere; isto absoluto, quod sine multorum scelere fieri non potest, de multis mihi crescere licebit. *Liv.* l. 35. c. 19. Si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet, aliam materiam crescendi, quam ex me, quærant. *Id.* l. 21. c. 7. In tantas brevi creverant opes. *Justin.* l. 2. c. 6. A sordidis initiis ad summa crevere. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 117. Gaudet et e nostro crescit mœrore Charaxes. *derives pleasure or satisfaction. Senec.* ep. 34. Cresco et exsulto, et discussa senectute recalesco, quoties, &c. *I swell with inward pride,* &c. *Petron. in fragm. Trugur.* c. 38. *Burm.* De nihilo crevit. *hath grown rich from nothing.* ¶ Illa mere Poetica sunt *Silii* l. 14. v. 301. *de turri.* tabulata decem cui crescere Graius fecerat. *h. e.* surgere, extolli. *to rise.* et vers. 309. Perque altam molem, et toties crescentia tecta Scandit. et *Lucani* l. 9. v. 841. Nam neque congestæ struxere cubilia frondes, Nec culmis crevere tori. et lib. 3. v. 534. Ordine contentæ gemino crevisse Liburnæ. et *Statii* lib. 12. *Theb.* v. 110. molles planctu crevere lacerti. *h. e.* intumuere. et rursus *Silii* lib. 1. v. 176. quantum tormenta jubebant, Creverunt artus. *h. e.* torti atque extenti sunt. ¶ *Cresse* pro *crevisse* est apud *Lucret.* l. 3. v. 684. ¶ Supinum *cretum,* et particip. *cretus,* et *creturus* in hoc verbo non sunt, quod sciam, in usu: sed in *cerno.*

CRESSA, æ, adject. *she that is of Crete; Cretan,* quæ est ex Creta, Cretensis. *Propert.* l. 4. el. 7. v. 57. Cressa mentita. *h. e.* Pasiphae uxor Minois regis Cretæ. *Ovid.* l. 1. *Amor.* el. 7. v. 16. perjuri promissaque, velaque Thesei Flevit præcipites Cressa tulisse Notos. *h. e.* Ariadne Cretensis. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 327. Cressa Thyesteo si se abstinuisset amore. *h. e.* Aerope. *Id. ibid.* v. 758. Cressa Corona. *h. e.* Corona Ariadnes. *Sidon.* carm. 7. v. 200. gemino flagrans Cressa furore. *h. e.* Phædra filia Minois regis Cretæ. *Claudian. in* II. *Consul. Stilich.* v. 300. Cressæ canes. (V. *Laco.*) *Propert.* l. 2. el. 1. v. 63. Cressæ herbæ. *h. e.* dictamnus, quæ optima in Creta nascitur, ut *Serv. ad Æn.* 12. v. 412. docet. *dittany. Virg.* 3. *Georg.* v. 345. Pharetra Cressa. *Horat.* l. 1. od. 36. v. 10. Cressa nota. *h. e.* cretæ nota, seu creta alba ex Creta, qua fausta quæque notabantur. *a white mark, mark of lucky omen. Pers.* sat. 5. v. 108. Illa prius creta, mox hæc carbone notasti. *Horat. ipse* l. 2. sat. 3. v. 246. satin' creta, an carbone notati. Iba *Bentleius. Harduin. in notis et emend.* n. 116. *ad Plin.* l. 7. contendit, *Cressam notam* esse vinum Creticum, ea ratione, qua *nota Falerni* dicitur ab eodem. *Horat.* l. 2. od. 3. v. 8. &c. Alii aliter.

CRESSĬUS, a, um, *Cretan,* Cretensis. *Virg.* 4. *Æn.* v. 70. Cressia nemora. *Id.* 8. *Æn.* v. 294. prodigia. *h. e.* taurum furore a Neptuno percitum, Cretam devastantem. (V. *Cretæus*) *Ovid. in Ibin,* v. 512. turba. *Id. Heriod.* ep. 16. v. 299. regna. *Stat.* 12. *Theb.* v. 582. tecta.

CRETA, æ, *et Greca terminatione* Crete, es, f. [† nunc] *Candia,* Κρήτη, insula grandis maris Mediterranei, quam ab Septemtrione mare Ægæum et ab ipsa denominatum Creticum alluit, a meridie Africum, ab oriente item Creticum; olim centum urbibus potens, unde Ἑκατόμπολις dicta est: celebris etiam Ida monte, cunis Jovis, et sepulcro, Corybantibus, Minoe rege, Europæ adventu, Ariadnæ et Pasiphaes amoribus, labyrintho, Minotauro, Dedali ausis et fuga: item cæli mira temperie, et celeberrimo vino, ob id Μάκαρος dicta, et quod præter phalangium nulla noxia animalia gignere credita est. Primum Aeria, Ἀερία est appellata, deinde Crete a Nympha cognomine, vel a rege Curetum. *Virg. Æn.* 3. v. 104. Creta Jovis magni medio jacet insula ponto, Mons Idæus ubi, &c. *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 67. Non ego te, Crete, centum digesta per urbes, Aspiciam, puero cognita terra Jovi. Adde *Plin.* l. 4. c. 12. et *Pompon. Mel.* l. 2. c. 7.

CRETA, æ, f. *chalk,* κιμωλία γῆ, κέραμος, genus terræ tenacis, variorum colorum, sed præcipue albæ. Varia ejus genera enumerat *Plin.* l. 35. c. 17. ¶ Inter varios ejus usus, maxime adhibita est poliendis togis et dealbandis. *Plaut. Aulul.* 4. 9. 6. Qui vestitu, et creta occultant se se, &c. ¶ Item fucandæ faciei mulierum. *white paint. Horat. Epod.* 12. v. 10. neque illi Jam manet humida creta, colorque Stercore fucatus crocodili. Adde *Petron. in Satyr.* c. 23. et *Martial.* l. 6. epigr. 93. et lib. 8. epigr. 33. ¶ Item apud quosdam populos, litteris obsignandis. *Cic. pro Flacc.* c. 16. et 6. *Verr.* c. 26. ¶ Item ad signandam metam in Circo, ut esset conspicua. *the goal or mark at the end of the race. Plin.* l. 8. c. 42. Peracto legitimo cursu, ad cretam stetere. ¶ Item faciendis testis: unde *figularis creta* memoratur a *Plin.* l. 14. c. 20. et lib. 31. c. 3. et *Colum.* l. 3. c. 11. *potters' earth.* ¶ Item pingendis pedibus servorum venalium trans mare advectorum. *Plin.* l. 37. c. 17. ¶ Præterea creta alba signare mos fuit, quæ prospera erant, et probanda; sicut carbone, quæ contra. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 246. *Pers.* sat. 5. v. 108. V. in *Cressa.* ¶ De variis ejus usibus in medicina, V. *Plin. loc. cit.* ¶ Porro *creta* ab insula Creta dicta fuisse videtur (quod et *Isidor.* docet l. 16. *Orig.* c. 1.) vel quia optima inde advehebatur; vel quia ex proximis locis, maxime ex Cimolo: vel quia, undecumque adveniret, a Cretensib. negotiatoribus importabatur: quod satis esse potuit, ut eam appellationem initio caperet. V. *Bentlei. loc. cit.* in *Cressa.*

CRETACĔUS, a, um, *of chalk, chalky, cretaceous,* ad cretam pertinens. *Plin.* l. 18. c. 9. Siligo cretacea. *h. e.* vel cretæ admixta, ut candidior sit, vel candore similis cretæ, [vel quæ crevit in loco cretoso.]

CRETÆUS, a, um, et

CRETĀNUS, a, um, *Cretan,* Cretensis, ad Cretam insulam pertinens. *Plaut. Curcul.* a. 3. v. 73. Arabas, Caras, Cretanos, Syros. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 10. v. 25. Ida Cretæa. *Id.* 7. *Metam.* v. 434. Cretæus taurus. *h. e.* taurus ille furiosus ab Hercule domitus, et ex Creta abductus in Atticam, ibique a Theseo interfectus. *Virg.* tamen 8. *Æn.* v. 294. ab ipso Hercule mactatum facit. V. ibi *Servium.* Fabulantur de hoc tauro, cum optavisset Minos, Neptuno sacra facturus, victimam illo dignam, Neptunum ei taurum miræ speciei obtulisse, quo delectatus Minos, cum servare vellet, Neptunus tauro furorem immisit, quo totam Cretam devastavit. Missus eo Hercules ab Eurystheo, domuit, et ad illum abduxit, ut dictum est: sed cum ibi quoque fureret, et perderet omnia, a Theseo demum occisus fuit. ¶ Cretæus juvencus apud *Propert.* l. 3. el. 17. v. 11. est, cum quo Pasiphae in Creta concubuit.

CRETARĬUS, a, um. ad cretam pertinens. *Varr.* l.

7. *L. L.* c. 30. Taberna cretaria, *h. e.* ubi creta venditur. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 641. n. 2. 3. et 4. Cretaria ars. Alia apud *Reines* class. 1. n. 177. Negotiator cretarius. Male quidam leg. *retarius*, quasi sit qui retanda flumina conducit.

CRETĀTUS, a, um, *chalked, whitened with chalk*, creta inspersus, ut *Cretati pedes*, qui creta erant dealbati, quales solebant esse servorum pedes, qui trans mare venales advehebantur. *Plin.* l. 35. c. 18. et Cretatæ fasciæ. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 3. et Cretata mappa. *Martial.* l. 12. epigr. 29. ¶ Cretata ambitio, dicitur a *Pers.* sat. 5. v. 177. quia qui ad honores aspirabant, albas, candidasque vestes induebant, unde *Candidati* dicti. ¶ Apud *Martial.* l. 2. epigr. 41. cretata Fabulla. *painted.* ¶ Apud *Juvenal.* sat. 10. v. 66. cretatus bos, *h. e.* creta dealbatus, atque ornatus in victimam.

CRETENSIS, se, *Cretan*, Κρὴς, qui est ex Creta insula, Cres, Cressa. *Cic.* 5. *Phil.* c. 5. Cyda Cretensis homo audacissimus. *et mox.* Cretensis judex. et lib. 3. *de nat. Deor.* c. 21. Jupiter Cretensis. ¶ *Cretenses, ium,* sunt Cretæ populi. *the Cretans. Nepos. in Annib.* c. 9. et *Liv.* l. 41. c. 25. et lib. 37. c. *ult.* ¶ Præstabant in ea gente sagittarii, sicuti funditores in Balearibus. Itaque eorum magnus erat usus in militia. *Liv.* l. 37. c. 41. *Curt.* l. 4. c. 13. *Vellei.* l. 2. c. 34. &c. ¶ Habiti sunt mendacissimi. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 10. v. 19.

CRETERRÆ (*vel* Creteræ) vocabulum trahitur a cratere, quod est vas vini. *Festus*, V. *Crater* in fi.

CRETĒUS, a, um, *of chalk, chalky*, cretaceus. *Lucret.* l. 4. v. 296. ut si prius, arida quam sit Cretea persona, allidat pilæve, trabive. Al. leg. *Cerea.* Al. *Cressam personam.*

CRETHEĪUS, a, um, ad Cretheum pertinens. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 112. dictis fidens Cretheia proles. *h. e.* Jason nepos Crethei. *Id.* l. 2. v. 612. Cretheia virgo. *h. e.* Helle filia Athamantis, cujus frater fuit Cretheus.

CRETHEUS, i, et eos, m. Κρηθεὺς, filius Æoli, frater Athamantis patris Phryxi et Helles, pater Æsonis, cui filius fuit Jason. Habuit uxorem Demodicen, quæ cum Phryxi amore capta esset, neque quidquam ab eo obtineret, eum apud maritum accusavit, tanquam vim sibi inferre voluisset. Cretheus cum fratre Athamante egit, ut Phryxum supplicio afficeret. Phryxus iram patris effugiens, ariete aureo in Colchidem vectus est. *Hygin. poet. astron.* l. 2. c. 20. Meminit hujus Crethei etiam *Valer. Flacc.* l. 1. v. 42. et l. 5. v. 477.

CRETHĪDES, æ, m. Κρηθείδης, Jason nepos Crethei. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 609. Nec sua Crethiden latuit Dea.

CRETHMOS, i, f. κρῆθμος, et κρίθμος, herba silvestris, edulis tamen, caule palmum alto, semine ceu libanotidis, rotundo, odorato, nucleum intus habente candidum, folio pingui, albicante, velut olivæ, crassiore, salsique gustus, radice terna aut quaterna, digiti crassitudine. Estur cruda vel cocta cum olere, odorati saporis, et jucundi: servatur etiam in muria. Hæc ex *Plin.* l. 26. c. 8. *ad fin.* aquo dicitur lib. 25. c. 13. crethmos agrios.

[* CRETĪCE, es, f. herba eadem ac hibiscus, sic appellata a patria. *Apul. de herb.* c. 38. et 62. Alia videtur esse ea, quam *Plin.* l. 25. c. 8. vocat Creticam, quæ clematitis etiam vocatur.]

CRETĪCUS, a, um, *of Crete, Cretan*, Cres, Cretensis, Κρητικός. *Horat.* l. 1. od. 26. v. 2. Creticum mare. *Plin.* l. 36. c. 13. Creticus labyrinthus. *Id.* l. 14. c. 9. Creticum vinum. *Flor.* l. 3. c. 7. Bellum Creticum. ¶ Creticus cognominatus est Q. Cæcilius Metellus ob Cretam insulam subactam, redactamque in provinciam. *Vellei.* l. 2. c. 34. et 38. *Flor.* l. 3. c. 7. ¶ Item M. Antonius Triumviri pater, quod in Creta mortuus est, bello Cretensibus infeliciter illato: itaque non honoris, sed ludibrii causa, eo cognomine oneratus. *Flor. ibid.* et *Plutarch. in Anton.* ¶ *Creticus* pes metricus, qui et *amphimacrus*, constat tribus syllabis, quarum media brevis est, longæ ceteræ, ut *vastitas, nobiles*, ut *Cic.* 3. *de Orat.* c. 47. docet. Nomen habet ex eo, quod Cretes saltando ejus rhythmica compositione utebantur, ut docet *Diomed.* l. 3. pag. 475. *Putsch.* ¶ *Creticus versus* est, qui plures habet pedes Creticos, quale est *Alma lux roscida prima flamma nitens. Id. ibid.* pag. 513. ¶ *Creticus sinus* apud *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. *pænult.* idem esse videtur, quod mare Creticum, quo ab Septemtrione Creta alluitur.

CRETIFODĪNA, æ, f. *a chalk-pit*, locus ubi creta effoditur. *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 1. leg. 13. et lib. 24. tit. 3. leg. 7. *ad fin.*

CRETĬO, onis, f. *the formality of entering on an inheritance*, actus cernendi hereditatem, et spatium temporis, quod datur heredi ad deliberandum, utrum adeat, nec ne, ea ratione, qua in *Cerno* dictum est. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 12. *extr.* Galeonis hereditatem crevi. puto enim cretionem simplicem fuisse, quoniam ad me nulla missa est. *h. e.* simplicem mei unius. puto me unum cum cretione heredem institutum fuisse: reliquos heredes sine cretione: quoniam nemo alius ad me misit, ut secum cernerem. Ita *Popma. Manut.* interpretatur, sine coheredibus, ut solus ego heres relictus sim. *Id. Attic.* l. 13. ep. 46. Ex eo cognovi cretionem Cluvii (o Vestorium negligentem!) liberam cretionem, testibus præsentibus, sexaginta diebus. *h. e.* sine ullo alio onere, quia Cluvius nihil cuiquam homini, aut cuiquam rei a Cicerone legaverat. Ita *Manut.* Alii aliter. *Plin.* l. 2. c. 26. Capere cretionem. *h. e.* hereditatem cernere. [† Plura vide apud *Ernest. Clav. Cic.* in *Cretio.*]

CRETIS, idis, *of Crete*, Κρητὶς, Cressa. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 444. Stat quoque capra simul: Nymphæ pavisse feruntur Cretides: infanti lac dedit illa Jovi.

CRETŌSUS, a, um, *chalky, abounding in chalk, cretaceous*, creta abundans. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 463. cretosaque rura Cimoli. *Plin.* l. 18. c. 19. et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 9. Cretosa terra.

CRETŬLA, æ, f. dimin. a *creta. a kind of chalk, with which they sealed letters. Cic. Verr.* 6. c. 26. Cum epistola Agrigento allata esset, casu signum iste animadvertit in cretula. *scil.* qua epistola obsignata erat, ut in *Creta* diximus. *Plin.* l. 35. c. 7. Ex omnibus coloribus cretulam amant, udoque illini recusant purpurissum, Indicum, cæruleum. *h. e.* creta sicca, non udo tectorio induci amant.

CRETŪRA, æ, f. *the siftings of corn; bran*, frumenti alicujus purgamentum, quod cribo secernitur, et altilibus pro pabulo dari solet: a supino *cretum* verbi *cerno*, quod et cribro purgare significat. *Pallad.* l. 1. tit. 24. Triginta columbis volantibus diurni tres sextarii tritici sufficient, aut creturæ.

CRETUS, a, um, *born, descended, sprung, generated*, procreatus: a *creatus* per syncop. si significationem spectes; a *cresco* si analogiam. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 2. *post med.* Titanis dicta, quod eam genuit Titani filia Latona, ut scribit Manlius, creta Titano. *Virg.* 9. *Æn.* v. 672. Pandarus et Bitias Idæo Alcanore creti. *Id.* 4. *Æn.* v. 191. Venisse Æneam Trojano a sanguine cretum. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 606. ab origine cretus eadem. *Auct. carm.* cui titulus, *Laudes Herculis*, inter opera *Claudiani*, v. 76. Chimærea cretum de gente leonem. *Manil.* l. 5. v. 299. ille pater tali de sidere cretus Esse potest. *h. e.* natus sub sidere tali. *Lucret.* l. 5. v. 6. Nemo, ut opinor, erit, mortali corpore cretus. *h. e.* qui natus sit corpore mortali: vel qui filius sit mortalis hominis. et vers. 60. Animi natura nativo corpore creta. *h. e.* facta ex ipso corpore. ¶ Item cribro purgatus, [nempe a verbo *cerno.*] *sifted, searced, separated by a sieve. Pallad. in Novembr.* tit. 22. Cineris bene creti quantum manus utraque gestabit.

CREŪSA, f. Κρέουσα, Creontis Corinthiorum Regis filia fuit, quam Jason, repudiata Medea, uxorem accepit, quamobrem Medea indignata carminibus suis ignem inexstinguibilem scriniolo inclusum per filios suos Creusæ muneris loco misit: filios vero præmonuit, ut statim oblato munere discederent. Creusa igitur videndi cupida, nihilque mali suspicans, scriniolum aperuit, et continuo evolavit ignis, Creusamque, et totam Creontis regiam exussit. *Hygin.* fab. 25. *Ovid. in Ibin*, v. 606. et *Plin.* l. 2. c. 105. coronam fuisse dicunt: itaque illud incendium *coronales flammas* appellat *Apulei.* lib. 1. *Metam.* At *Horat. Epod.* 5. v. 65. pallam, tabo munus imbutum. Denique *Senec. in Med.* v. 570. pallam, et monile aureum. ¶ Alia fuit Priami, et Hecubæ filia, Æneæ conjux, cui Ascanium filium peperit. Hanc in excidio Ilii ab Ænea, qui fugiens patrem humeris gestabat, filiumque manu ducebat, perditam in itinere, cum vias notas excessisset, habetur apud *Virg.* 2. *Æn.* a vers. 735. Nonnulli eam ab ipso Ænea, ex pactione cum Græcis facta, occisam volunt, ne quis ex semine Priami superesset. Verum his refragatur historia de Heleno et Cassandra liberis Priami, quos Græci captivos abduxerunt. ¶ Est etiam oppidum Bœotiæ, Thespiensium emporium in intimo sinu Corinthiaco. *Liv.* l. 36. cap. 21.

[* CRIBELLATORĪUM, ii, n. locus cribrando destinatus. *Campol. in Litholex.* Cribellatorium farinæ fecit L. Mamercus filiis campestre.]

CRIBELLĀTUS, a, um, adject. cribello secretus, *sifted. Pallad.* l. 1. tit. 41. Sevum liquefactum cribellato cineri admixtum. Adde *Apic.* l. 1. cap. 5.

CRIBELLUM, i, n. diminut. parvum cribrum, *a small sieve*, κοσκίνιον. *Pallad. in Febr.* tit. 24. Nitrum tritum cribello desuper spargas. et *in Jun.* tit. 11. Cribello spisso cernere, ut grana non transeant.

CRIBRĀRĬUS, a, um, ad cribrum pertinens. *Plin.* l. 18. c. 11. *sub fin. de alica.* Item cribraria, quæ in tertio remansit cribro angustissimo.

CRIBRĀTUS, a, um, *sifted, searced, bolted*, κοσκινισμένος, cribro purgatus. *Colum.* l. 12. c. 51. Aromata non cribrata, verum leviter confracta. *Plin. extremo* lib. 20. Hæc tusa cribrataque vino digeruntur in pastillos. *Id.* l. 17. c. 11. Cribrata minutatim terra. *riddled. Id.* l. 11. c. 24. Cribrata tela aranei. *h. e.* in modum cribri texta. V. *Crebratus.*

CRIBRO, as, avi, atum, a. 1. *to sift, searce, bolt, range*, κοσκινίζω, cribro secerno, purgo. *Plin.* l. 25. c. 5. Incisum forficulis elleborum cribrant. *Id.* l. 34. c. 10. Cribrare aliquid linteo. et lib. 33. c. 5. Cribrare aliquid tenuius. Adde *Colum.* l. 12. c. 23.

CRIBRUM, i, n. *a sieve, searce, riddle*, κόσκινον, instrumentum [pistorium, quo cernunt vel frumentum, vel farinam, a *cerno, crevi* dictum, quasi *crebrum,*] crebris et minutis foraminibus pertusum, ex pellibus perforatis, vel lino, aut setis, aliave materia contexta, quo frumenta, farinæ, et alia cernuntur et purgantur. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 27. Quasi quidquam intersit, mures scuta, an cribra, corroserint. *Plaut. Rud.* 1. 2. 14. Villa perlucet, quam cribrum, crebrius. *Colum.* l. 8. c. 5. *a med.* Cribro viciario, vel loliario, qui jam fuerit in usu, pulli superponantur. *Cato R. R.* c. 76. Cribrum farinarium purum sumito, caseumque per cribrum facito transeat. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 437. utque liquor rari sub pondere cribri Manat, et exprimuntur per densa foramina spissus. *Plin.* l. 18. c. 11. Cribrorum genera Galli e setis equorum invenere, Hispani e lino excussoria et pollinaria, Ægyptus e papyro atque junco. *Apul.* l. 8. *Metam.* Cribrum ruderarium. *Plin.* l. 18. c. 11. *sub fin.* Cribro farinario subcernere. *et mox.* Cribro arctiore cernere. *et mox.* Cribro angustissimo, et tantum arenas transmittente. *Id. ibid. ante med.* Summa laus siliginis bonitate, et cribri tenuitate constat. *Id.* l. 28. c. 9. *a med.* Medullæ per cribrum liquatæ, per lintea expriuntur. *Pers.* sat. 3. v. 112. Cribro decussa farina. ¶ Joculariter *Plaut. Mostell.* 1. 1. 52. O carnificum cribrum, quod credo fore. Ita te forabunt patibulatum per vias stimulis. *shall pierce you till you are full of holes like a sieve.* ¶ *Cribro aquam ferre* proverbio dicitur pro operam perdere, frustra laborare: quo sensu Itali dicunt, *pisciare nel vaglio.* (*to fish with a sieve, lose one's labour.*) *Plaut. Pseud.* 1. 1. 100. Non pluris refert, quam si imbrem in cribrum geras. *Plin.* l. 28. c. 2. et *Valer. Max.* l. 8. c. 1. n. 5. miraculo narrant de Tuccia Vestali incesti rea, quæ fisa conscientia aquam e Tiberi cribro hausit, et ad judices attulit.

CRIMEN, inis, n. *a charge, accusation, indictment, crimination, arraignment, impeachment*; αἰτία, διαβολὴ, ἔγκλημα, accusatio, culpa, delictum, quo quis accusatur, atque in judicium, adducitur: a κρίμα, judicium, damnatio. *a crime, grievous fault, trespass.* [vel est id, quod in judicium defertur, ut de illo cernatur, quasi *cernimen.* Ex hac vero notatione recte deducitur compositum *discrimen. h. e.* id, quo res una ab alia discernitur. V. in *Discrimen.*] Differt a *delicto*, tum quia *crimen* est fere publicum, ut majestatis, cædis, falsitatis, &c; *delictum* vero plerumque privatum, ut furti, injuriæ, &c. Præterea, si propriam verbi vim spectes, *delictum* est, cum quid, non fieri debuit, omittitur: *crimen* et quæ committuntur contra leges, et quæ omittuntur amplectitur: tametsi neutrum discrimen perpetuum est. *Cic. in Divin. Verr.* c. 12. Putas ne, te posse, quæ C. Verres in quæstura, quæ in legatione, quæ in Prætura, quæ Romæ, quæ in Italia patrarit, ea, quemadmodum locis, temporibusque divisa sint, sic criminibus et oratione distinguere? *Nepos in Epamin.* c. 7. Cum criminibus adversariorum omnes in invidiam venissent. *Liv.* l. 7. c. 5. Esse causam invidiæ atque criminum alicui. *Cic. pro Cæl.* c. 25. Et hæc causa est horum omnium scelerum atque criminum. et cap. 30. Quo enim illi crimine peccatoque perierunt? *Nepos in Timoth.* c. 3. Ob eam rem in crimen vocabantur. *h. e.* accusabantur, in judicium vocabantur: ut sit omnino hic, quod Græcum κρίμα, supra allatum. Adde *Cicer. Verr.* 7. c. 50. *ad fin.* Sic *Plin.* l. et cap. 22. *ad fin.* Adducere aliquem in crimen. *Terent. Hecyr.* 5. 1. *extr.* Venire in crimen. *h. e.* accusari, venire in litem, ut *Donat.* exponit. *Tacit. Ann.* 12. c. 22. Moliri crimina. *h. e.* parare accusationem. ¶ In usu ita adhibetur, ut hæc duo quodammodo complectatur culpam ipsam, et culpæ objectionem, sive accusationem. *Cic. Verr.* 7. c. 1. Criminibus avaritiæ laudem imperatoriam obterere. *Id. pro Balbo*, c. 25. Tum luxuriam, quæ non crimine aliquo libidinis, sed communi maledicto notabatur. *Id. pro Quint.* c. 2. Falsum crimen, quasi venenatum aliquod telum jacere. *Id. pro Flacc.* c. 14. Facere sibi crimen. *h. e.* contrahere. *to commit. Id. pro Rab. Post.* c. 10. Postumo crimen vestitus afferet? *Id. pro Sull.* c. 24. Neque facinorum tantorum, tam atrocium crimen Sullæ persona suscipit. *Id. pro Cæl.* c. 7. Arcessere aliquem crimine ambitus. *Id.* 3. *Verr.* c. 9. Convinci criminibus manifestis. *Id. de Amic.* c. 18. Inferre crimina. *to allege. Id. Verr.* 6. c. 45. Damnari aliquo crimine. *to be condemned or cast.* et *ibid.* Esse in crimine. *Id.* 7. *Verr.* c. 18. Quempiam aliquo crimine arguere. *Id. pro Ligar.* c. 1. Deferre crimen. *Sueton. in Claud.* c. 16. movere alicui majestatis. *Liv.* l. 9. c. 26. intendere in aliquem. *Sallust. in Catil.* c. 35. Falsis criminibus aliquem circumvenire. *to beset. Cic. pro Sull.* c. 4. Propulsare crimen conjurationis. et *ibid.* defendere. et cap. 24. dissolvere. *Quintil.* l. 4. c. 2. *ante med.* et *Curt.* l. 3. c. 6. diluere. *Cic.* 7. *Verr.* c. 29. Dare crimini alicui, pecuniam accepisse. *to accuse of having, &c. to impute as a crime, &c. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 36. Apertissimas res crimini dare. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 17. Vita rustica, quam tu probro et crimini putas esse oportere. *Id.* 7. *Fam.* ep. 3. *sub fin.* Sunt qui criminis loco putent esse, quod vivam *Id.* 2. *de Orat.* c. 48. Ponere aliquid alicui in nefario crimine, atque in fraude capitali. *Sueton. in Ner.* c. 45. Occidere aliquem sub crimine adulterii. ¶ *Donat. ad Terent. Hecyr.* 5. 2. 13. docet, crimen proprie dici id, quod falsum est. (sic enim ibi legendum, non *factum*, ut et *Burman.* monuit ad *Quintil.* declam. 379.) atque huc perti

nere ait illa verba *Ciceronis:* Verumtamen fac, tametsi criminosum id est. *h. e.* falsa insimulatio est. ¶ Sumitur etiam universim pro delicto, culpa, scelere. *a fault, offence. Horat.* l. 1. sat. 3. v. 60. Cum genus hoc inter vitæ versemur, ubi acris Invidia, atque vigent ubi crimina. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 306. Vetiti criminis reus. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 430. tales pro crimine pœnas Perpetitur. Adde lib. 5. v. 658. ¶ Item aliquando speciatim pro adulterio, aut stupro. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 24. Jupiter aut falsus pater est, aut crimine versus. *Sil.* l. 6. v. 634. Fabium de crimine læto Procreat. ¶ Item pro causa, prætextu. *a cause, pretext. Virg.* 7. *Æn.* v. 339. Disjice compositam pacem: sere crimina belli. ¶ Translate *Id.* 2. *Æn.* v. 65. crimine ab uno Disce omnes. *h. e.* ab uno homine criminoso, et scelesto. *from one flagitious person.* Sic *Tacit.* 1. *Ann.* c. 55. Crimina, et innoxios discernere. *the guilty. Valer. Flacc.* l. 1. v. 695. medioque in crimine patrem Liquerit, ac nullis inopem vallaverit armis. *h. e.* inter homines scelestos. *Virg.* 12. *Æn.* v. 600. Se causam clamat, crimenque, caputque malorum. *h. e.* cujus culpa eveniant mala. *the guilty source. Lucan.* l. 5. v. 59. Fortunæ, Ptolemæe, pudor, crimenque deorum. *h. e.* propter quem Dii incusantur. Sic *Ovid.* 4. *Trist.* el. 9. v. 25. Nec tua te sontem tantummodo sæcula norint: Perpetuæ crimen posteritatis eris. *h. e.* accusaberis damnaberisque ab omni posteritate. *Propert.* l. 2. el. 5. v. 26. Tum paries nullo crimine pictus erat. *h. e.* nullis illicitis amoribus. *Plin.* l. 20. c. 9. Crimina brassicæ sunt, animæ gravitatem facere, dentibus et gingivis nocere. *the cabbage is found fault with, because* &c. *Martial.* l. 10. epigr. 61. Hic festinata requiescit Erotion umbra, Crimine quam fati sexta peregit hiems. *through the fault of destiny; through the cruel mandates of fate.* ¶ Per metonymiam est dedecus, infamia, quæ ex crimine nascitur. *Propert.* l. et el. 4. v. 41. Quantum ego sum Ausoniis crimen factura puellis! *h. e.* dedecus allatura. *Facere crimen,* ut *facere injuriam, bellum.*

CRIMINĀLIS, le, adject. *criminal,* ἐγκληματικὸς, ad crimen pertinens. *Impp. Dioclet. et Maxim.* lib. 9. *Cod.* tit. 41. leg. 15. Interrogari servos de facto suo, non solum in criminali causa, sed etiam in pecuniaria, posse, non ambigitur. *Imp. Gordian. ibid.* lib. 3. tit. 35. leg. 3. Tam legis Aquiliæ, damni sarciendi gratia, actionem, quam criminalem accusationem adversus obnoxium competere.

CRIMINALĬTER, *criminally,* ἐγκληματικῶς, crimen inferendo, et in judicium pertrahendo, ut præter satisfactionem leges publice vindicentur, et reus puniatur: cui opponitur *civiliter,* cum privatim aliquid judicio persequimur, ut jus nostrum obtineamus sine alia pœna reo infligenda. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 2. *leg. ult.* Meminisse oportebit, nunc furti plerumque criminaliter agi, *&c.* non ideo tamen minus is, qui velit, poterit civiliter agere.

CRIMINATĬO, onis, f. *the objecting a crime; an accusation, act of accusing; impeachment, crimination,* διαβολὴ, ἔγκλημα, accusatio, crimen. *Cic.* 3. *Agr.* c. 1. *extr.* Illa criminatione, qua in me absentem usus est, non solum meam, sed etiam vestram diligentiam, prudentiamque despexit. *Id. pro Rosc. Com.* c. 13. Criminatio tua quæ est? Roscium cum Flavio pro societate decidisse. *Id. de Amic.* c. 18. Ab aliquo allatas criminationes repellere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 79. Falsa criminatio. *Liv.* l. 7. c. 5. Criminationibus irritare animum alicujus. *Sueton. in Cæs.* c. 55. Purgare se adversus criminationes obtrectatorum.

CRIMINĀTOR, oris, m. *an accuser, impeacher,* διάβολος, qui criminatur. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 28. Cum illum rescisses criminatorem meum, quanto in periculo siet. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 1. Animus audax, sui obtegens, in alios criminator.

CRIMINĀTUS, a, um, particip. depon. significationis activæ. V. *Criminor.* ¶ Passive *Hygin. poet. Astron.* l. 2. c. 18. Alii non criminatum ab Antia, sed, ne sæpius audiret, profugisse dixerunt.

CRIMĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to accuse,* διαβάλλω, accuso, criminor. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 78. Herum ut servus suum criminaret apud herum. *Enn.* apud *Non.* c. 7. n. 16. Nam is non bene volt tibi, qui falso criminat apud te. ¶ Passive *Cic. Agrar.* 3. *c. ult.* Sullanas res defendere criminor. Al. leg. *criminatur.*

CRIMĬNOR, aris, atus sum, dep. 1. *to accuse, charge with a crime, blame, find fault with,* διαβάλλω, αἰτιάομαι, ἐγκαλέω, crimen infero, accuso, incuso. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 15. Quod benevolentia sit, id odio factum criminaris. *Id. pro Mil.* c. 5. Illæ intermortuæ conciones, quibus quotidie potentiam meam invidiose criminabatur. *Id.* 3. *Offic.* c. 20. Q. Metellum apud populum Romanum criminatus est, bellum ducere. *Id. pro Planc.* c. 16. Libet enim tibi nescio quid etiam de illa tribu criminari. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 30. Cum consideramus, illæ res, de quibus criminamur, ad quos pertineant. *Curt.* l. 4. c. 1. Humilitatem inopiamque ejus apud amicos Alexandri criminabatur. *Hygin. Poet. Astron.* l. 2. c. 18. Verita, ne se ad regem criminaretur, occupat. *Terent. Eun.* 5. 2. 16. Hanc metui, ne me criminaretur tibi. *Auct. dial. de Orat.* in *fine.* Ego te poetis, Messalla antiquariis, criminabimur. *Sueton. in Calig.* c. 56. Criminari alterum alteri. *Plin.* l. 1. ep. 13. Senatus consultum absenti principi criminari. ¶ *Priscian.* l. 8. pag. 790. *Putsch.* refert hoc verbum inter commune, ut recte dici possit *criminor te,* et *criminor a te.* V. vocem præced.

CRIMINŌSE, *criminally, slanderously, reprouchfully,* ἐγκληματικῶς, accusatorie. *Liv.* l. 38. c. 43. Interrogando criminose ex composito. *Cic. de clar. Orat.* c. 34. *extr.* Qui suspiciosius, aut criminosius diceret, audivi neminem. *Sueton. in Tiber.* c. 53. Criminosissime aliquem insectari. *Sallust. in Jug.* c. 68. Criminose simul, et magnifice de bello loqui.

CRIMINŌSUS, a, um, *accusatory, reproachful, bitter, scandalous, slanderous,* ἐγκληματικὸς, crimen inferens, accusatorius, obtrectatorius, maledicus. *Cic. pro Planc.* c. 19. Officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. *Id. pro Sull.* c. 13. Mihi non videretur in hunc id criminosum esse debere. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 40. Quo gravior, aut acrior, aut criminosior oratio sit. *Sueton. in Cæs.* c. 75. Criminosissimus liber. *Horat.* l. 1. od. 16. v. 2. Criminosi iambi. *Liv.* l. 8. c. 12. *sub fin.* Orationes criminosæ in Patres.

CRINĀLIS, le, *belonging to the hair,* ad crines pertinens. *Ovid.* l. 4. *Metam.* v. 6. et lib. 5. v. 617. Crinales vittæ. *Id. in Halieut.* v. 30. Polypus crinali corpore. *h. e.* brachia habens crinium instar, ut et *Plin.* l. 9. c. 29. docet, et *crines* appellat. *Apul.* l. 8. *Metam.* Acu crinali capite deprompta, Thrasylli convulnerat tota lumina. *Claudian. de B. Gild.* v. 137. Crinales dentes. *h. e.* pectinis. *Id. in Cons. Prob. et Olybr.* v. 85. Cæsariem crinali stringere cultu. *Id.* l. 1. *de rapt. Proserp.* v. 17. Crinalis hedera. *h. e.* qua Bacchus crines ornat. *Id.* l. 2. *in Eutrop.* v. 284. Crinalis murus. *h. e.* turritum caput Cybeles. ¶ Absolute *Ovid.* 5. *Metam.* v. 52. ornabant aurata monilia collum, Et madidos myrrha curvum crinale capillos. *h. e.* crinalis acus, quod et *discerniculum,* et *discriminalis acus* dicitur. *a bodkin or pin to divide the hair.* V. *Acus.*

CRINĬGER, a, um, *having much hair, crinigerous,* crines habens, crinitus, comatus, τριχωτός. *Lucan.* l. 1. v. 463. crinigeros bellis arcere Caycos.

CRINĬNUM UNGUENTUM *Pompon. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 22. recenset inter illa, quibus ungimur non voluptatis causa, sed valetudinis. Significat autem ungentum e liliis factum. Nam lilium Græce κρίνον dicitur. *Plin.* l. 21. c. 5. docet, genus lilii rubentis, a Græcis *crinon* vocari. Hujus porro unguenti vires multas in medicina enumerat lib. 23. cap. 4. *sub fin.*

CRINĬO, is, a. 4. crines addo. Translate *Stat.* l. 4. silv. 5. v. 10. frondibus annuis crinitur arbos. *Id.* l. 4. *Theb.* v. 217. frondenti crinitur cassis oliva, Albaque puniceas interplicat infula cristas.

CRINIS, is, m. *the hair of the head,* θρὶξ, proprie dici videtur de coma in plures ordines divisa, et conserta, *locks, tresses.* Hinc *Festus:* Crines a discretione dicti, quam Græci κρίσιν appellant. Nam iidem eos κρινίδας vocant. *Id.* in *Senis.* Senis crinibus nubentes ornantur, quod is ornatus vetustissimus fuit. ¶ Universim accipitur pro capillo, coma, cæsarie. *hair. Cic.* 5. *Verr.* c. 33. Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 51. Mulieres passis crinibus flentes implorabant, &c. *with dishevelled hair. Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 9. Præsectis mulierum crinibus, tormenta effecerunt. *Horat.* l. 1. od. 32. v. 12. Nigro crine decorus. et lib. 3. od. 14. v. 22. Myrrheum crinem nodo cohibere. *Id.* lib. 4. od. 11. v. 5. Crines religata fulges. *Id. ibid.* od. 9. v. 14. Compti crines. *Stat.* 6. *Theb.* v. 173. Sternere crines. *h. e.* solvere, demittere, spargere. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 542. Crinis sparsus. et lib. 6. v. 161. Lauro crinem innectere. *Id.* 1. *Amor.* el. 11. v. 1. Colligere incertos, et in ordine ponere crines. *Id.* 4. *Metam.* v. 311. Deducere pectine crines. *Al. leg.* diducere. *Juvenal.* sat. 6. v. 489. Componere crinem. *Petron. in Satyr.* c. 102. Crines calamistro convertere. *to turn with the crisping-pin. Stat.* l. 2. silv. 1. v. 122. adultum comere crinem. *Virg.* 12. *Æn.* v. 870. Infelix crines scindit Juturna solutos. et 2. *Æn.* v. 403. Trahere aliquem crinibus. *to drag by the hair.* et *Æn.* 10. v. 137. Fusos cervix cui lactea crines Accipit. *Id. Æn.* 7. v. 418. induit albos Cum vitta crines. *Id.* 4. *Æn.* v. 559. Flavi crines. *Id. ibid.* v. 138. Crines nodantur in aurum. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 103. tereti crinem subnectitur auro. *Id.* l. 6. v. 645. Intonsus crinis. *Sil.* l. 2. v. 558. disjectaque crinem Eumenis. ¶ *Plaut. Mostell.* 1. 3. 69. Soli gerundum censeo morem, et capiundos crines. *h. e.* arripiendam occasionem: ut respiciatur ad Fortunam, quæ fronte capillata, occipitio calva pingi solet. *Lipsius antiquar. lection.* l. 3. c. 1. censet, *crines capere* esse idem quod nubere: quod nuptæ mulieres peculiari modo crines ornarent, ut ab innuptis distinguerentur. Quo faciunt verba *Festi* supra allata, *Senis crinibus,* &c. et *Plaut. Mil.* 3. 1. 195. Utique eam huc ornatam adducas matronarum modo, Capite compto, crines vittasque habeat, assimuletque se tuam esse uxorem. *Non.* cap. 3. n. 77. legit *capiundas,* ut *crinis* sit etiam femin. gen. confirmatque auctoritate *Attæ in Epigram.* Dissoluta crine. ¶ Translate de variis rebus dicitur, quæ crinium similitudinem habent. *Virg.* 5. *Æn.* v. 528. cælo ceu sæpe refixa Transcurrunt, crinemque volantia sidera ducunt. *Plin.* l. 2. cap. 25. Candidus cometes argenteo crine. *with a silver train. Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 184. Stella crine retuso languida. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 205. Protulit ut crinem densis luctatus in extis Ignis. *Plin.* l. 9. c. 29. Polypi conchyliorum conchas complexu crinium frangunt. *fins. Id.* l. 16. c. 42. *de abiete.* Ramentorum crinibus pampinato semper orbe se volvens ad incitatos runcinarum raptus. *the shavings of wood made by the plane,* quia crinium, seu cincinnorum more, statim ac desecti sunt, contorquentur. *Id.* l. 17. c. 21. *sub fin.* Jugum (*vitium*) fit pertica, aut arundine, aut crine, funiculove. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 8. Jugorum genera fere quatuor, pertica, arundo, restes, vites. *et mox.* Primum genus maxime quærit salicta; secundum arundineta; tertium junceta, aut ejus generis rem aliquam; quartum arbusta, ubi traduces fieri possint vitium. Quod *Plin.* dixit *crinem,* id *Varro* appellat *vites.* Hoc enim loco *crinis* vel sumitur pro ordine crinium inter se consertorum, ut supra distum est: et translate significat traduces vitium duos tresve consertos, *like locks or ringlets of hair,* quibus fit jugum, quo vites sustinentur: Vel simpliciter pro ipsis vitium traducibus transversim extensis jugo faciendo: quia nempe sicut crines caput, ita illi vites obtegunt: quo sensu idem *Plin.* alio loco *crines* posuit, scilicet l. 17. c. 23. *a med.* Vernacula putatio dejectis per ramos vitium crinibus circumvestit arborem, crinesque ipsos uvis.

CRINISĀTUS, a, um, adject. vox hybrida ex Græco κρήνη, fons, et *satus* Latino. *Sidon.* carm. 22. v. 81. Hic et crinisatas jungebat Pegasus alas. *Crinisatas* dicit, quasi fonte genitas, quia equus ille alatus ideo Pegasus cognominatus est, ὅτ' ἄρ' Ὠκεανοῦ περὶ πηγὰς Γείνεται, quia circa fontes Oceani natus est, ut ait. *Hesiod. in Theogon.* v. 282. Unde quodammodo fontium filius dici potest. Alii *alas crinisatas* interpretantur ex Pegasi crinibus natas. Alii legunt *Hippocrenisatas jungebat,* &c. quasi ex Hippocrene fonte satas. Sed prior illa lectio rectior est, et commodior.

CRINĪSUS, seu Crinissus, vel Crimisus, i, m. Κρίνισος, et Κρίμισος, fluvius Siciliæ, nunc *Bencidestro,* aliis *Freddo,* et *fiume di S. Bartolomeo,* non longe a Panormo oriens, et in mare Africum apud Segestam influens. *Virg. Æn.* 5. v. 38. Troia Criniso conceptum flumine mater Quem genuit. *Serv. ad Æn.* 1. v. 554. ait, verum nomen esse *Crimisus,* et Poetica licentia *Crinisus* a Vigilio dici. ¶ De eo talis narratur fabula. Laomedon Trojæ rex promissam structorum mœnium mercedem Neptuno et Apollini denegaverat. Iratus Neptunus cete immisit, quæ vicinam litori regionem vastarent. Trojani oraculum interrogant de ratione ejus monstri avertendi. Responsum ferunt, objiciendas puellas virgines nobiles, quas cete devorent, et Numina placentur. Ejus rei metu proceres Trojani multi solum vertere: inter quos Hippotes (al. Ipsostratus) cum filia Segesta navim conscendit, et in Siciliam casu defertur. Ibi Crimisus in ursum, vel in canem conversus, dolo Segestam compressit, et Egestum, quem *Virgil.* Acestem vocat, genuit: qui matris nomine Segestam urbem Trojanis condidit. *Serv. loc. cit.* et *Æn.* 5. v. 30.

CRINĪTUS, a, um, *having long hair, hairy,* κομήτης, τριχωτὸς, crines multos habens, comatus. *Ovid.* l. 3. *de ar. am.* v. 243. Puella male crinita. *Ennius* apud *Cicer.* 4. *Acad.* cap. 28. Intendit crinitus Apollo arcum auratum, &c. *Martial.* l. 12. epigr. 49. Crinitæ, Line, pædagoge turbæ. *h. e.* puerorum, quibus mos fuit comam alere. ¶ *Crinitus* cognominatus est Nerva Trajanus Ulpius Imperator R. *Eutrop.* l. 8. c. 2. ¶ Translate *Cic. Verr.* 6. c. 56. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus. *with snaky tresses. Valer. Flacc.* l. 5. v. 369. sævo cum nox accenditur auro, Luciferas crinita faces. *Sueton. in Ner.* c. 36. Stella crinita. *a blazing star. Virg.* 7. *Æn.* v. 785. Galea crinita triplici juba. *Stat.* 6. *Theb.* v. 418. *de equo.* colla toris crinita tument. *Plin.* l. 9. c. 33. Conchæ distinctione virgulata, crinita, crispa. *Id. initio* cap. 37. l. 11. Volucribus in capite apices diversi generis: phœnici plumarum serie: pavonibus crinitis arbusculis: stymphalidi cirro. *Id.* l. 18. c. 7. Grana in stipula crinito textu spicantur.

CRINON, n. lilii species, τὸ κρίνον. V. *Crininum.*

CRIOBOLĪUM, ii, n. κριοβόλιον, sacrificium, in quo aries cæditur (nam κριὸς arietem significat.) sicut *taurobolium,* in quo taurus. Fiebat in honorem Atyos pueri a Cybele dilecti, quo nomine Solem antiqui coluere, sicut nomine Cybeles terram: fiebat, inquam, eodem fere modo quo Taurobolium (V. suo loco) et utrumque in *vet. Inscript.* apud *Reines.* class. 1. n. 40. et 41. et apud *Gruter.* pag. 27. n. 3. et 4. et pag. 28. n. 1. 2. et 3. conjunctim legitur, quoniam iis Numinibus conjunctim facere consueverant. ¶ Jungitur cum *æmobolio* in alia apud *Murator.* pag. 374. n. 2. his verbis: Criobolium et Æmobolium movit de suo Petronius Marcellus sacerdos VI. Kal. Dec. &c. Quid sit *æmobolium* (seu rectius *hæmobolium,* si est ab αἷμα sanguis) non comperio. Sacrum quoddam certe significat: et fortasse taurini sanguinis perfusionem, de qua in *Taurobolium* dixi.

CRIPA, *melilot.* V. *Campanicus.*

CRIPHII. V. *Cryphii.*

CRISĬMI DIES, *critical days,* κρίσιμοι ἡμέραι, dicuntur a Medicis, in quibus de morbo judicari potest: ii sunt

potissimum impares quique, tertius, quintus, septimus, &c. Vox Græca est a κρίνω, judico. *Cal. Aurel. Acutor.* l. 1. c. 14. Neque esse in passionibus statos dies, quos crisimos appellant.

CRISIS, is, f. *judgment; the decision of the conflict between nature and the distemper*, κρίσις, judicium, sententia. Græca vox a κρίνω, judico. A Medicis dicitur subita morbi mutatio (præsertim in melius) novumque indicium, ex quo judicari potest, quid ægro futurum sit. *Senec.* ep. 83. Hic quidem, ait, nos eandem crisim habere, quia utrique dentes cadunt.

CRISPĀTUS, a, um, *curled, wreathed*, crispus. *Claudian.* l. 2. *de rap. Proser.* v. 110. Fluctuat hic denso crispata cacumine buxus. *Arnob.* l. 7. pag. 239. Lascivire, saltare, et clunibus fluctuare crispatis. V. *Crispitudo*.

CRISPĬCANS, antis, *curling*, crispum faciens, crispans. *Gell.* l. 18. c. 11. Ventus mare cæruleum crispicans.

CRISPĪNUS, cognomen fuit familiæ Romanæ in gente Quinctia, ut T. Quinctius Crispinus in nummo apud *Patin. de Fam. Rom.* ¶ Item nomen viri e Sulpicia Familia in Crispinam adoptione translati, ut T. Quinctius Crispinus Sulpicianus. *Id. ibid.*

CRISPISULCANS, antis, crispum seu intortum sulcum trahens. *Vetus Poeta* apud *Cicer. in Top.* c. 16. Crispisulcans igneum fulmen. *darting across the welkin in curls and waves, waved or undulating, crispisulcant.*

CRISPITŪDO, inis, f. *Arnob.* l. 2. pag. 73. Saltitaret, et cantaret, orbes saltatorios verteret, et ad ultimum clunibus et coxendicibus sublevatis lumborum crispitudine fluctuaret. *a wanton motion.*

CRISPO, as, avi, atum, a. 1. *to curl, wreath, brandish, wave*, crispum reddo. *Plin.* l. 29. c. 4. *a med.* Sanguine pulli bubonis crispari capillum. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 311. Alma novo crispans pelagus Titonia Phœbo. *Colum.* l. 10. v. 167. Nunc apio viridi crispetur florida tellus. *Stat.* 8. *Theb.* v. 568. tunc auro phaleras, auroque sagittas Presserat, et mixtum cono crispaverat aurum. *h. e.* crispum et asperum textura et arte fecerat. *Virg.* 12. *Æn.* v. 165. Bina manu lato crispans hastilia ferro. *h. e.* quassando et vibrando micare faciens, ut intuentibus non recta, sed intorta et crispa esse videantur, κραδαίνων. Eadem ratione *corusco* usurpatur. *Apul.* l. 11. *Metam.* Brachium crispans tergeminos jactus. *h. e.* celeri motu edens. ¶ Particip. *crispans* dicitur de iis, quæ crispa sunt: sed accusat. *se* subintelligitur. *wreathed, wrinkled, trembling, quivering. Plin.* l. et cap. 16. Materies honorata buxo est, raro crispanti, nec nisi radice. *h. e.* intortas crispasque ligni venas habenti. *Pers.* sat. 3. v. 87. Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos. *h. e.* propter effusos risus in rugas se contrahente. *Plin.* l. 2. c. 82. *de terræ motu.* Tutissimum est, cum vibrat crispante ædificiorum crepitu. *hoc est* cum ædes quassatæ modo hic modo illic, non certo et continuato, sed incerto et intermisso murmure crepitant.

CRISPŬLUS, a, um, *somewhat curled, with curled hair*, dimin. a *crispus. Senec.* ep. 95. *ante med.* Ne quis, cui rectior est coma, crispulis misceatur. *Martial.* l. 5. epigr. 62. Crispulus iste quis est, uxori semper adhæret Qui, Mariane, tuæ? crispulus iste quis est? *Arnob.* l. 3. pag. 108. Hos capillorum intortionibus crispulos, calvitiis alios, et glabritatibus rasos. [¶ Translate *Fronto de oration.* l. 2. fragm. 5. Dicas fortasse: quid in orationibus meis novicium, quid crispulum, quid purpurisso litum aut pollutum?]

CRISPUS, a, um, *crisped, curled, wreathed, waved*, οὖλος, οὐλόθριξ, intortus, contortus: et dicitur tum de capillis, tum de aliis rebus. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 32. Jam ego istos fictos, compositos, crispos cincinnos tuos unguentato usque ex cerebro expellam. *Plin.* l. 13. c. 15. Mensis præcipua dos in venam crispis, vel in vortices parvos. (Adde *Martial.* l. 14. epigr. 90.) *Id.* l. 36. c. 7. Marmor undatim crispum. *Id.* l. 16. c. 15. Acer campestre candidum, nec crispum; montanum vero crispius duriusque. *Id.* l. 13. c. 9. Arboris materies crispioris elegantiæ. *Id.* l. 8. c. 16. Leo crispioribus jubis. *Colum.* l. 11. c. 3. *ante med.* Lactuca candida et crispissimi folii. *Enn.* apud *Cicer.* 3. *Tuscul.* c. 19. Tosti alti stant parietes, Deformati atque abiete crispa. *h. e.* igne corrugata. *Juvenal.* sat. 6. v. 381. crispo numerantur pectine chordæ. *h. e.* celeri, et crispante. *Pacuv.* apud *Non.* c. 10. n. 12. Linguæ bisulcæ jactu crispo fulgere. [*Auct. Copæ* v. 2. Crispum sub crotalo docta movere latus. *h. e.* fluctuans et vibrans.] ¶ *Crispus homo* est crispo capillo. *Plaut. Capt.* 3. 4. 114. Corpore albo, oculis nigris, subrufus aliquantum, crispus, cincinnatus. *crispus* capillos habet velut in rugas contractos; *cincinnatus* in annulos. ¶ Translate *Gell.* l. 1. c. 4. Crispum sane agmen orationis, rotundumque, ac modulo ipso numerorum venustum. *h. e.* cursus orationis contorte, et quadam veluti vibratione fluens: ducta metaphora a leni vento, quo mare crispatur. ¶ Fuit *Crispus* cognomen familiæ Romanæ in gente Sallustia: ex qua celeberrimus historicus exstitit *C. Sallustius Crispus*, qui Ciceronis fere æqualis, ejusque inimicus, obiit anno ante Christum natum circiter vigesimo septimo, scripsitque multa tanta laude historicæ veritatis, quanta profligatæ vitæ laboravit infamia. Scripsit, inquam, libros historiarum Pop. R. quorum fragmenta tantummodo aliquot supersunt, et de conjuratione Catilinæ, bellumque Jugurthinum: quæ duo adhuc exstant, (nam orationes, seu potius epistolas duas ad Cæsarem multi sunt, qui ejus esse negant. stilus quidem certe diversus est.) genere dicendi gravi, acuto, et conciso, Catonis coloribus, brevitate Thucydidis, cui *Quintil.* l. 10. c. 1. non veretur illum opponere, sicut Herodoto Livium. *Gell.* l. 1. c. 15. verborum novatorem appellat. Contra *Asinius Pollio* apud *Sueton. de Gramm.* c. 1. ejus scripta reprehendit, ut nimia priscorum verborum affectatione oblita. Vetus epigramma apud *Quintil.* l. 8. cap. 3. Et verba antiqui multum furate Catonis Crispe, Jugurthinæ conditor historiæ. Plura de eo testimonia qui cupit, habet apud *Sueton. in Aug.* c. 86. et *de Grammat.* c. 10. et 15. *Vellei.* l. 2. c. 36. *Gell.* l. 17. c. 18. *Senec. Rhetor. in præfat.* l. 3. *excerpt. controvers.* et l. 9. Declam. 1. et l. 4. controvers. 24. et *Philosoph.* epist. 114. *Martial.* l. 14. epigr. 191. *Quintil.* multis in locis, *Tacit. Justin. Macrob.* ¶ De nomine *Sallustius* lis est, utrum simplici, an duplici, *l* scribi oporteat. Geminata liquida frequentius in veterib. monumentis reperitur. *Manut. Dausqu. Cellar.*

CRISSO, as, avi, atum, n. 1. σαυλοπρωκτιάω, κιγκλίζομαι, turpiter ac libidinose lumbis et femoribus fluctuare: proprium mulierum, ut *cevere* virorum. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 69. Crissavit, ut si frumentum clunibus vannat. Adde *Martial.* l. 10. epigr. 68. et *Juvenal.* sat. 6. v. 321.

CRISTA, æ, f. *the tuft or plume on the head of a bird; the comb of a cock*, λόφος, κόκκυξ, κυρβασία, apex in vertice quarundam avium, ut in gallinaceo genere, &c. *Plin.* l. 10. c. 56. Gallinarum generositas spectatur crista erecta. *Juvenal.* sat. 13. v. 233. Laribus cristam promittere galli. *h. e.* gallum cristatum. *Plin.* l. 10. c. 29. *sub fin.* Upupa crista visenda plicatili. *Id. sub init.* cap. 37. l. 11. Draconum cristas qui viderit, non reperitur. ¶ Translate *Id.* l. et cap. 22. Frutex nunquam cubitali altior, cristisque foliorum, ac radice nigra. ¶ In illo *Juvenal.* sat. 6. v. 422. et cristæ digitos impressit aliptes: μεσομηρίον significari videtur, vel τὰ χείλη τοῦ χοίρου, vel ficus, et mariscæ. ¶ Sæpe dicitur de apice galeæ, *the crest or plume on the top of a helmet*, τίαρις, λόφος. *Liv.* l. 10. c. 39. *ad fin.* Non enim cristas vulnera facere: et per picta atque aurata scuta transire Romanum pilum. *Plin.* l. 7. c. 56. Galeam invenere Lacedæmonii: ocreas et cristas Cares. *Virg.* 12. *Æn.* v. 89. et rubræ cornua cristæ. et vers. 483. summasque excussit vertice cristas. ¶ Per synecdochen ponitur pro ipsa galea. *Sil.* l. 4. v. 155. manicæque rigebant Ex auro, et simili vibrabat crista metallo. ¶ *Surgere cristæ* dicuntur ei, qui re aliqua sibi placet, ac superbit. *Juvenal.* sat. 4. v. 69. quid apertius? et tamen illi Surgebant cristæ. ¶ Est etiam herba *cristæ* nomine, de qua V. *Alectorolophos. the herb cock's comb.* ¶ Item cognomen Latinum, ut Q. Nævius Crista apud *Liv.* l. 24. c. 40.

CRISTĀTUS, a, um, *tufted, plumed, crested*, cristam habens. *Martial.* l. 14. *epigr. ult.* Cristatæque sonant undique lucis aves. *h. e.* galli gallinacei. *Plin.* l. 8. c. 13. Cristati dracones. *Liv.* l. 9. c. 40. Cristatæ galeæ, quæ speciem magnitudini corporum adderent. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 25. Cassis cristata pennis. *Virg. Æn.* 1. v. 472. Cristatus Achilles. *h. e.* cristatam galeam habens.

CRISTŬLA, læ, f. *a little crest*, parva crista. *Colum.* l. 8. c. 2. *de gallinis.* Sint magnis capitibus, rectis rutilisque cristulis, albis auribus, &c.

CRITÆ, arum, m. *judges, censors*, κριταὶ, vox Græca, qua significantur judices, seu censores: a κρίνω, judico. Utitur *Tertull. advers. Gnost.* c. 3. ubi Judices Judæorum designat.

CRITHOLOGĬA, æ, f. κριθολογία, hordei collectio: a κριθὴ, hordeum, et λέγω, colligo. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 11. *Cod.* tit. 27. leg. 1. et *in Cod. Theodos.* lib. 15. tit. 26. leg. 1. Quidquid de crithologia, et zygostasii munere eminentia tua disposuit. *h. e.* de munere ejus, qui Alexandriæ frumento suscipiendo et excutiendo præpositus est: fortasse quia pro frumento olim hordeum colligebatur: vel quia hordeum antiquissimum in cibis est, teste *Plin.* l. 8. c. 7. *a med.*

CRITĬCE, es, f. *criticism, critical observation; the art of passing judgment on the writings of others*, κριτικὴ, facultas judicandi de re aliqua, et præsertim de scriptis doctorum hominum, discernendique utrum genuina sint, an supposita, emendandi, interpretandi: quod Grammaticorum est proprium officium. Vox Græca a κρίνω, judico: et *judicium* Latine dicitur a *Varron.* apud *Diomed.* l. 2. pag. 421. *Putsch.* ubi quatuor ait esse Grammatici officia, lectionem, enarrationem, emendationem, judicium. *Quintil.* l. 1. c. 4. Judicio ita severe sunt usi veteres Grammatici, ut non versus modo censoria quadam virgula notare, et libros, qui falso viderentur inscripti, tanquam subdititios submovere familia, permiserint sibi, sed auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. V. vocem sequent.

CRITĬCUS, ci, m. *one who judged of the goodness and genuineness of other men's writings; a judge or censor of compositions; a critic*, κριτικὸς, qui judicat: a κρίνω, judico: præsertim vero qui critice utitur circa Scripta veterum Auctorum, ut in voce præced. dictum est. Itaque olim *Critici* appellati sunt, qui postea *Grammatici*: qui præcipue in Poetarum carminibus operam suam ponebant: inter quos celebres fuere Aristophanes et Aristarchus, quos memorat *Quintil.* l. 10. c. 1. Hujusmodi fuit etiam Valerius Probus Grammaticus, de quo *Sueton. de Grammat. c. ult.* Multa exemplaria contracta emendare, ac distinguere, et adnotare curavit: soli huic, nec ulli praeterea Grammatices parti deditus. *Cic. Fam.* 9. ep. 10. Ego, tanquam Criticus antiquus, judicaturus sum, utrum versiculi sint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 50. Ennius et sapiens, et fortis, et alter Homerus, Ut Critici dicunt. ¶ De Criticis diebus apud Medicos, *critical days, days on which diseases take a particular turn*, V. *Crisimi*. Apud *Augustin. in fin.* capitis 1. l. 6. *Confession.* critica accessio morbi est, ex qua de sanitate, aut morte ægrotantis judicium ferri potest. ¶ Primam syllabam producit *Martial.* l. 7. epigr. 89. Æqualis liber est, Critice, qui malus est. *Al. leg.* Cretice.

CROBY̆LUS, li, m. κρωβύλος, et κρωβύλος, et κροβύλη, cincinnus puerorum, seu ornatus capillorum in pueris, in tutulum desinens: et universim nodus capillorum a fronte in verticem collectorum. Græca est vox, et Græce adhibetur a *Servio* ad illud *Æn.* 4. v. 138. *crines nodantur in aurum:* ubi docet, ipsum quoque retiolum, quo crines colliguntur, eo nomine appellari. *Tertull. de virgin. veland.* c. 10. Debebunt et ipsi aliqua sibi insignia defendere, aut pennas Garamantum, aut crobylos Barbarorum, aut cicadas Atheniensium, aut cirros Germanorum.

CROCALLIS, idis, f. gemma cerasum repræsentans. *Plin.* l. 37. c. 10.

CROCATĬO, corvorum vocis appellatio. *Festus:* ubi Critici legendum monent *crocitio*, aut *crocitatio*.

CROCĀTUS, a, um, *like saffron, tinctured or coloured with saffron*, croci colore tinctus, κροκωτός. *Plin.* l. 16. c. 34. Alicui et semen nigrum, alii crocatum.

CROCĔUS, a, um, *of saffron*, κροκώδης, κρόκινος, ad crocum pertinens. *Virg.* 1. *Georg.* v. 56. nonne vides, croceos ut Tmolus odores, India mittit ebur? *h. e.* ipsum crocum. *Plin.* l. 10. c. 48. Avis croceo tinctu cibis gratissima. *h. e.* croci intinctu condita. ¶ Sæpissime dicitur de colore croci, qui est inter flavum, et rubentem, seu potius flavus rubescens, *of the colour of saffron, yellow, saffron.* [fortasse melius, sed saltem brevius *orange-colour.*] *Plin.* l. 27. c. 10. Glaucion herba granum habet crocei coloris. ¶ Frequenter a Poetis sumitur non solum pro colore croci, ut in aurora, sed etiam pro eo, qui proxime accedat, ut est flavus, et rufus: et universim pro quocumque alio, qui aspectu gratus sit: quemadmodum et *aureus*, cui cum croceo non parva cognatio est. *Virg. Ecl.* 4. v. 43. Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti Murice, jam croceo mutabit vellera luto. Ubi *Servius:* rubicundo colore: et est hypallage pro *croco luteo*. *Id.* 4. *Georg.* v. 109. croceis halantes floribus horti. *Id.* l. 1. *Georg.* v. 447. Tithoni croceum linquens Aurora cubile. *Claudian. in Consul. Probi, et Olybr.* v. 273. et liquidi clementior aura Favoni Pratis te croceis pingat. *Virg.* 1. *Æn.* v. 653. Et circum textum croceo velamen acantho. *h. e.* acantho ex auro intexto. *Id.* 11. *Æn.* v. 775. Crocea chlamys. *h. e.* auro texta. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 530. Croceæ comæ. *yellow, flaxen. Valer. Flacc.* l. 4. v. 23. *de Hyla amne merso.* Ecce puer summa se tollere visus ab unda Frondibus in croceis. *h. e.* glaucis. *Sil.* l. 8. v. 443. quem carmine Circe Exutum formae volitare per æthera jussit, Et sparsit plumis croceum fugientis honorem. *h. e.* croceas plumas dedit.

CROCĬA, æ, m. κροκίας λίθος, gemma colore croceo. *Plin.* l. 37. c. 11.

CROCIDISMUS. V. in *Carphologia*.

CROCĪNUS, a, um, *of saffron, saffron, yellow*, κρόκινος, croceus. *Plin.* l. 21. c. 19. Crocinum semen. *Cels.* l. 3. c. 18. unguentum. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 134. Fulgebat crocina candidus in tunica. *Scribon. Larg. compos* 173. Crocinus color. ¶ Crocinum unguentum etiam *crocinum* absolute dicitur. *an ointment of saffron. Propert.* l. 3 el. 8. v. 22. Et crocino nares murrheus ungat onyx. Adde *Plaut. Curcul.* 1. 2. 7.

CROCĬO, is, n. 4. *to croak like a raven*, κρώζω, vocem corvi edere. *Apul. in Florid.* n. 23. (*al.* l. 4. *sub fin.*) Corvus, ut se vocalem probaret, crocire adortus, &c. *Plaut. Aulul.* 4. 3. 2. Corvus voce crocibat sua. ἀρχαϊκῶς, pro crociebat. Al. leg. *crocitabat*, ut sit a *crocito, as*, frequentativo: quod pænultima longa potius quam brevi malle pronunciari *Voss.* l. 2. *de Grammat. cap. pænult.* sicut *dormito* a *dormio*. Nihilominus corripuit *Auct. carm. de Phi lom.* (quod olim *Ovidio* male tribuebatur) v. 28. Et croc tat corvus, graculus at frigulat.

CROCIS, idis, f. κροκίς, herba cujus contactu phalangia mori dicuntur. *Plin.* l. 24. c. 17.

CROCĪTO. V. *Crocio*.

CROCĪTUS, us, m. vox, cantusve corvorum. *Nititu* auctoritate *Nonii* c. 1. n. 218. ubi affert exemplum *Plau* de verbo *crocio*.

CROCODILĔA, æ, f. *the excrement of the crocodi* stercus crocodili terrestris, qui quod odoratissimis florib vivit, intestina habet jucundo nidore referta. Hoc itaq

stercus oculorum vitiis cum porri succo inunctum, utilissimum esse, itemque emendandis faciei vitiis, lentiginibus tollendis, et maculis omnibus, illitum ex oleo cyprino *Plin.* l. 28. c. 8. tradit. Hinc pro fuco a feminis adhiberi solitum. *Horat. Epod.* 12. v. 11. neque illi Jam manet humida creta, colorque Stercore fucatus crocodili.

CROCODILĪNUS, a, um, ad crocodilum pertinens. *Crocodilinæ ambiguitates* quid sint, satis dictum est in *Ceratinæ*.

CROCODILĬON, ii, n. κροκοδείλιον, chamæleonis herbæ nigræ figuram habens, radice longa, æqualiter crassa, odoris asperi: nascitur in sabuletis. *Plin.* l. 27. c. 8.

CROCODĪLUS, li, m. *a crocodile*, κροκόδειλος, animal quadrupes, Nili familiare, lacerti figura, amphibium, linguæ usu carens, gena inferiore tantum connivens, maxilla superiore mobili, dentibus pectinatim coeuntibus, ob idque morsu terribili: humanæ carnis avidissimum: magnitudine plerumque excedens duodeviginti cubita, quippe crescere creditum, quandiu vivit: genua priora in posteriorem partem curvans, posteriora in priorem: unguibus armatum et cute undique impenetrabili, excepto ventre: pariens ova, quanta anseres: oculis in aqua hebetibus, extra acerrimi visus: diu in terra degens, noctu in aqua, bellum gerens cum delphinis, qui astu subeuntes, spina dorsi, ceu gladio ventrem secant: et cum ichneumone ave, quæ per ejus fauces forte biantes, ut telum aliquot immissa, erodit alvum, &c. Alius est terrestris tantummodo crocodilus, alio nomine *scincus*, illo longe minor, candidior, et tenuiore cute, squamarumque serie in caput versa, de quo et in *Crocodilea* diximus. *Plin.* l. 8. c. 25. et lib. 28. c. 8. *ad fin.* et lib. 6. c. 20. et lib. 11. c. 37. sect. 57. et cap. 45. *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 2. et *Ammian.* l. 22. c. 15. (*al.* 37.) ¶ De stercore crocodili apud *Horat.* V. in *Crocodilea*. ¶ Dictum putant a κρόκος crocus, et δειλέω, timeo, quod a croco abhorreat, ejusque odorem reformidet: quod de terrestri solummodo verum esse quidam tradunt. V. *Voss. in Etymol.* ¶ Apud *Phædr.* l. 1. fab. 25. v. 4. et *Martial.* l. 3. epigr. 93. prima syllaba produci videtur, quod ita postulat ut plurimum ejus ratio carminis: *Marquardus Gud. ad Phædr.* testatur, se in plurimis MSS. variorum Auctorum *corcodilus* invenisse.

CROCOMAGMA, atis, n. *the dregs of the oil of saffron, which they mixed up with other spices and made into balls*, κροκόμαγμα, fæx unguenti crocini, et quasi recrementum ejus, expressis aromatis, et in pastillos digestis. Μάγμα enim significat quidquid superest crassum ex aliqua materia expressa. *Plin.* l. 21. c. 20. et *Cels.* l. 5. c. 18. sect. 9.

CROCŌTA, æ, f. *a woman's garment of a saffron colour*, κροκωτός, οῦ, tunica tenuis crocei coloris, in luxu feminarum usurpata, qua histriones quoque interdum, et Galli Cybeles utebantur. *Plaut. in fragm.* apud *Non.* c. 14. n. 8. Pro illis crocotis, strophiis, sumptu uxorio. (Adde *Novium* et *Nævium* apud *eund.* c. 16. n. 4.) *Cic. de Harusp. resp.* c. 21. P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, est factus repente popularis. *Apul.* l. 8. *Metam. de Gallis.* Mitellis, et crocotis, et carbasinis, et bombycinis intecti. Adde *in Apolog.* ubi pro *crocota* al. leg. *crotalo*.

CROCOTARĬUS, a, um, ad crocotam pertinens, ut *Crocotarii infectores*, apud *Plaut. Aulul.* 3. 5. 47. qui tunicas croco inficiebant.

CROCOTĬLUM, valde exile. *Plautus:* Extortis talis cum crocotilis crusculis. Hæc *Fest.* Alii leg. *crotilis*, alii etiam aliter.

CROCOTĬNUM, genus operis pistorii. *Festus.*

CROCOTĬUM, κροκώτιον, apud *Plaut. Stich.* 1. 2. 93. nomen est Græcum ancillæ.

CROCOTTA, æ, m. κροκόττας, monstrosum animal, quasi ex cane et lupo conceptum, omnia dentibus frangens, et protinus devorata ventre conficiens. Ita *Plin.* l. 8. c. 21. qui postea cap. 29. *crocutam* appellat (*Strabo* quoque lib. 16. κροκούτταν) ac describit, ex hyæna et leæna Æthiopica genitum, imitans voces hominum et pecorum, acie perpetua, h. e. oculis nunquam conniventibus, et in utraque oris parte nullis gingivis, dente continuo: qui ne contrario occursu hebetetur, capsarum modo includi. Quæ ad verbum *Solin.* more suo, cap. 27. (*al.* 40.) exscripsit. *Capitolin. in Anton. Pio*, cap. 10. Edita munera, in quibus elephantos, et crocottas, et strepsicerotas exhibuit. Alii ubique leg. *corocotta* (ea ratione, qua Ἀσκλήπιος est Æsculapius, et Ἀλκμήνη Alcumena) quod in ludicro quodam testamento (inter spuria *Gruteri* pag. 18.) cognomen est suis. Sic enim incipit: *M. Grunnius Corocotta Porcellus testamentum feci.* Nam ὕαινα hyæna est ab ὗς sus: corocotta autem est hyæna genitus, ut dictum est: quare non absurde sui tribui potest. *Salmas. in exercitat. Plin.*

CROCOTŬLA, æ, f. parva crocota, genus tunicæ croceæ. *Plaut. Epid.* 2. 2. 47. Caltulam, aut crocotulam, supparum, &c.

CROCUM, i, n. et Crocus, i, m. si referatur ad fabulam: at si non referatur, femin. potius quam mascul. *saffron*, κρόκον, et κρόκος. Secundum Grammaticæ regulas, inquit *Serv. ad* lib. 4. *Georg.* v. 182. neutrum est: Poetice vero masculinum, referendo scil. ad puerum illum, de quo fabulantur, cum Smilacem puellam impense amaret, neque potiri voto posset, Deorum miseratione in florem sui nominis una cum illa fuisse conversum. Alii tradunt, adamatum fuisse a Mercurio, a quo per ludum disco percussum, occisumque, in croci florem mutatum fuisse. *Ovid. Metam.* 4. v. 283. Et Crocon in parvos versum cum Smilace flores. ¶ Est autem herba radice seu bulbo carnoso, multisque fibris crinito; foliis angustis, et capillamenti modo extenuatis productisque; caule inter folia surgente, et florem sustinente, e cujus medio stamina surgunt flammei ruboris in subcrassulum cacumen desinentia, et simul cum iis quidam apices exiguæ linguæ figura: quæ quia præcipue in usum veniunt, per excellentiam croci appellantur: et aliis quoque floribus ob similitudinem tribuuntur. *the yellow chives in the midst of flowers.* Hinc *Plin.* l. 21. c. 5. *de lilio.* Tenuique filo et semine, stantibus in medio crocis. *et mox, de alio flore.* Nullo odore, nec crocis intus. *Auson.* quoque *Edyll.* 14. v. 32. *croci semina* appellat luteos apices in rosa. ¶ Siccatur crocum, et reconditur ad certum tempus: deinde conteritur ad varios usus tum ciborum, tum medicinæ, quos *Plin.* l. 21. c. 6. et 20. enumerat. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 317. violas arere videres, Filaque punicei languida facta croci. et lib. 1. v. 342. Rubri fila croci. *Virg.* 4. *Georg.* v. 182. crocumque rubentem. *Plin. loc. cit.* Crocum silvestre optimum: sativum latius, majusque, et nitidius. Adde *Cels.* l. 5. c. 11. In femin. gen. *Apul.* l. 10. *Metam.* Per quandam latentem fistulam in excelsum prorumpit vino crocus diluta. ¶ Prima nobilitas est croco Cilicio, et ibi in Coryco monte, dein Lycio monte Olympo; mox Centuripino Siciliæ. *Plin. loc. cit. Stat.* l. 5. *silv.* 3. v. 41. ¶ Mos fuit croco trito, et vino dulci diluto scenam, pulpita, theatra, rogos, lectum nuptialem, comas perfundere, odoris gratia. *Plin. loc. cit. Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 104. *Martian. Capell.* l. 9. pag. 306. *Propert.* l. 4. el. 6. v. 74. &c. et *Stat.* l. 2. *silv.* 1. v. 160. Hinc *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 79. Recte ne crocum, floresque perambulet Attæ Fabula, si dubitem, &c. *h. e.* an in scena placeat. ¶ Pro colore croci. *Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 162. Et trahitur multo splendida palla croco. ¶ In plurali num. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 16. Pulpita solemnes non oluere crocos. *Juvenal.* sat. 7. v. 208. Spirantesque crocos. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 442. tenues crocos legere. Adde *in Ibin*, v. 202.

CROCUPHANTĬA, neutr. plur. ab *Ulpiano Dig.* l. 34. tit. 2. leg. 26. (*al.* 25.) enumerantur inter ornamenta muliebria. In *Glossis* habetur: κροκύφαντος, reticulus. Ex quo conjicere licet aliquid de ejus significatione. Videtur esse a κρόκον crocum, et ὑφάω texo. Quare *Haloander* edidit *crocohyphanta*.

CROCŪTA. V. *Crocotta.*

CRŒSUS, Κροῖσος, Rex Lydorum, Alyatti filius, omnium, quos hominum memoria celebrat, ditissimus. Hic, cum se omnium mortalium felicissimum crederet, monitus est a Solone, neminem ante cineres beatum dicendum, quod quoad vivimus, periculum sit, ne instabilis hujus mundi felicitas dolore aliquo contaminetur. Quam Solonis sententiam verissimam esse ejus calamitas postea declaravit. Victus enim a Cyro, pyræque impositus, tandem salubre Solonis consilium agnovit, ejusque nomen sæpius inclamavit. Unde admiratus Cyrus, quisnam esset Deorum, hominumve, quem ille in extremo periculo solum invocaret, remque totam edoctus, humanæ vicissitudinis memor, Crœsum ab incendio liberavit, summoque semper apud se in honore habuit. *Plutarch. in vita Solon. Herod.* l. 1. *Juvenal.* sat. 10. v. 274. ¶ Per synecdochen ponitur pro divite. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 7. v. 42. et *Martial.* l. 11. epigr. 6.

CROMMŸU ACRIS, Κρομμύου ἄκρις, promontorium Cypri contra Ciliciam, ejusque promontorium Anemurion. *C. Cassius in fin.* ep. 13. l. 12. *Fam.*

CROMŸON, onis, Κρομύων, vicus Peloponnesi in agro Corinthiaco, ubi Theseus suem omnia devastantem occidit. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 435. Quodque suis securus arat Cromyona colonus, Munus, opusque tuum est.

CRONĬA, orum, n. τὰ Κρόνια, festa in honorem Saturni, Latine Saturnalia dicta. *L. Accius* apud *Macrob.* l. 1. *Saturnal.* c. 7. *extrem.* Maxima pars Graium Saturno, et maxime Athenæ Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.

CRONOS, i, Κρόνος, Saturnus: Græca vox. Κρόνος autem, ut ait *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 25. et *Arnob.* l. 3. pag. 117. est idem qui χρόνος, idest spatium temporis. *Sidon.* carm. 15. v. 61. Falciferi Cronon ire senis per summa polorum. *h. e.* Saturni sidus.

[* CROSMIS, is, f. herba, eadem ac salvia. *Apul. de herb.* c. 101.]

CROTALĬA, orum, n. *jewels so worn that they jingle as they strike against one another*, appellabant binos ac ternos uniones auribus pendentes, quæ motu et collisu sonitum edebant, instar parvi crotali. *Plin.* l. 9. c. 35. [et *Petron.* c. 67. Inde duo crotalia protulit.]

CROTALISTRĬA, æ, f. *a female player on the* crotalum, quæ crotalo canit. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 39. Nilotes tibicen erat; crotalistria Philis. Ita legit *Scalig.* Dicitur *crotalistria Philis* eo modo, quo *Plautus Merc.* 5. 2. 99. dixit *Hospes Zacyntho* pro *a Zacyntho.* Philæ autem insula est ad Sienem Ægypti. Ita, inquam, *Scaliger*, cui assentitur *Brouckhus.* ¶ *Laberius* apud *Petron. in Satyr.* c. 55. ciconiam avem vocat *Pietaticultricem, gracilipedem, crotalistriam*, quia voce crotalum sonantem imitatur. Alii legunt *choralistria*, h. e. mulier saltandi in choris, et canendi perita. Alii aliter.

CROTĂLUM, i, n. *a kind of musical instrument; a castanet, kettle-drum, cymbal*, κρόταλον, crepitaculum, quo Ægyptii præsertim, in Deorum cæremoniis utebantur: a κροτέω, pulso. *Apul.* ita describit lib. 11. *Metam.* Dextra ferebat æneum crepitaculum, cujus per angustam laminam, in modum balthei recurvatam, trajectæ mediæ paucæ virgulæ, crispante brachio tergeminos jactus, reddebant argutum sonorem. *Id.* l. 8. Per plateas et oppida cymbalis et crotalis personantes, Deamque Syriam circumferentes, &c. *Virg.* (*seu quicumque alius auctor est*) *in Copa*, v. 2. Crispum sub crotalo docta movere latus. *h. e.* saltare ad crepitum crotali. *Cic. in Pison.* c. 9. Neque collegæ tui cymbala et crotala fugi. Arguit hunc *Cic.* ut mollem effeminatumque, qui ad cymbala et crotala saltare consuevisset. *P. Scipio African.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturnal.* c. 10. Vidi puerum cum crotalis saltare. ¶ Sunt qui putant ab *Apuleio* non crotalum, sed sistrum describi: crotalum autem alii dicunt fuisse arundinem per medium fissam, cujus duæ partes movendo collisæ sonarent: alii testulas, alii ossicula, quæ item collisione crepitum ederent. V. *Spon. Miscell. erud. antiq.* sect. 1. art. 6. ubi varias crotalorum figuras exhibet.

CROTĂPHOS, i, m. *the temple, or upper part of the side of the head*, κρόταφος, pars capitis, quod tempus dicitur: item dolor, qui in ea parte sentitur. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. et cap. 1.

CROTĬLUS. V. *Crocotilum.*

CROTO, et Croton, onis, f. [† hod.] *Crotone*, Κρότων, oppidum Brutiorum in magna Græcia, in ora maris Ionii, ad Æsarum fluvium. *Plin.* l. 3. c. 10. *Pompon. Mela*, l. 2. c. 4. *Liv.* l. 24. c. 3. ubi de ejus situ, et *Ovid.* l. 15. *Metam.* v. 15. *et sequentib.* ubi de ejus origine agit. V. *Thespiades.* His omnibus est *Croto*, sed *Silio* l. 11. v. 18. *alta Croton* dicitur. *Justino* vero l. 20. c. 4. *Crotona.* ¶ Est etiam *croton* arbor eadem, quæ cici. *Plin.* l. 15. c. 7. et lib. 16. c. 25. ¶ *Croton* signum cæleste. V. *Sagittarius*, et *Crotos.*

CROTONIĀTES, æ, m. Crotonis civis. *Cic. initio* l. 2. *de Invent.* et lib. 1. *de nat. Deor.* c. 11. et *Liv.* l. 24. c. 3. ubi *optimates Crotoniatum* legitur.

CROTONIENSIS, se, ad Crotonem pertinens, ut Milo Crotoniensis, *Plin.* l. 37. c. 10. et *Gell.* l. 15. c. 16 ¶ *Crotonienses* sunt Crotoniatæ. *Justin.* l. 20. c. 2. et *Plin.* l. 3. c. 5. *ad fin.* ¶ Apud *Frontin. de Strategem.* l. 3. c. 6. legitur *Crotonensis*, nisi mendum est in scriptura. [sed in optimæ notæ editionibus legere est *Crotoniensis.*]

CROTOPIĂDES, æ, m. Κροτωπιάδης, patronym. a Crotopo. *Ovid. in Ibin*, v. 482. ubi designat Linum filium Psamathes filiæ Crotopi octavi Argivorum regis, quæ cum Linum ex furtivo Apollinis concubitu genitum, ob metum patris, clam regiis pastoribus educandum commendasset, eorum ille incuria a canibus laceratus fuit, ut est apud *Pausan. in Atticis sub fin.* ¶ Ex eodem *Ovid. ibid.* v. 575. colligi videtur, ipsum quoque Crotopum, ob crudelitatem neglecti nepotis, ab Apolline in Tartara demissum fuisse.

CROTOS, i, m. Κρότος, signum cæleste, idem qui Sagittarius. *Colum.* l. 10. v. 56. Sed trepidus profugit chelas, et spicula Phœbus Dira Nepæ, tergoque Croti festinat equino. *Hygino* fab. 224. est *Croton.* Cetera V. in *Sagittarius.*

CRUCIABĬLIS, le, *tormenting, painful*, βασανιστικός, cruciatum afferens. *Gell.* l. 3. c. 9. *sub fin.* Misero cruciabilitate exitu perire. *Apul.* l. 9. *Metam.* Nec usquam cruciabilis vitæ solatium aderat.

CRUCIABILĬTAS, atis, f. *painfulness, torment*, cruciatus. *Plaut. Cistell.* 2. 1. 3. Qui omnes homines supero cruciabilitatibus animi.

CRUCIABILĬTER, *painfully, cruelly*, βασανιστικῶς. *Hirt. de B. Afric.* c. 46. Sic extra vallum deducti sunt, et cruciabiliter interfecti. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 40. Cruciabiliter me accipito.

CRUCIABUNDUS, a, um, cruciatibus plenus. Est *Cypriani* epist. 55. *ante med.*

CRUCIĀMEN, inis, n. cruciatus. *Prudent. in hymn. Exequiar. seu Cathemer.* 10. v. 98. Per cruciamina leti Via panditur ardua justis.

CRUCIAMENTUM, ti, n. *pain, torment, torture, trouble, anguish*, βάσανος, λύπη. *Cic. Phil.* 11. c. 4. Nec graviora sunt tormenta carnificum, quam interdum cruciamenta morborum. *Plaut. Capt.* 5. 4. 2. Vidi multa picta, quæ Acheruntі fierent, cruciamenta.

CRUCIARĬUS, a, um, ad crucem pertinens. *Tertull. de præscript. advers. hæret.* c. 2. Febrem inter ceteros mortiferos et cruciarios exitus, &c. *h. e.* cruciatum afferentes. *Al. leg.* Cruciatorios. ¶ *Cruciarius* absolute est cruci affixus. *Petron. in Satyr.* c. 112. Cruciarii unius parentes, ut viderunt laxatam custodiam, detraxerunt nocte pendentem. *Senec.* l. 3. *controv.* 21. *sub init.* Fecit se similem tyranno, filiam raptis, libertum cruciariis. ¶ Est etiam epitheton hominis nequam, et perditi, tanquam cruce digni. *Apul.* l. 10. *Metam.* Nec tantillum cruciarius ille noxia conscientia sua deterritus, &c. *Ammian.* l. 9. c. 2. (*al.* 13.) Longum est, quæ cruciarius ille conflavit.

CRUCĬAS pro Cruciatus, ut satias pro satietas. *Plaut Cas.* 2. 6. 64. Mala crucias quidem. *Al. leg.* Mala crux ea quidem.

CRUCĬĀTOR, oris, m. qui affligit, et cruciat, *a tormenter. Arnob.* l. 1 pag. 26. Pœnas cruciatoris perpetitur sævitate. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 13. sect. 6. Cruciatores servorum.

CRUCIATORĬUS. V. *Crucuarius.*

CRUCIATUS, a, um, *tormented, tortured, racked*, cruciatu affectus, βασανιζόμενος. *Ovid. in Ibin*, v. 125. Luctatusque diu cruciatos spiritus artus Deserat. *Id.* 3. *Metam.* v. 694. cruciataque diris Corpora tormentis. *Liv.* l. 29. c. 18. *a med.* Tribunos servilibus omnibus suppliciis cruciatos trucidando occidit. *Quintil.* lib. 6. cap. 1. *sub fin.* Cruciati cives R. ¶ Translate *Stat.* l. 4. silv. 7. v. 26. nostra Thebais multa cruciata lima.

CRUCĬĀTUS, us, m. *torment, torture, pain, agony, distress, vexation, anguish*, βάσανος, ἀνία, λύπη, tormentum, cruciamentum, dolor. Ubi dolores acerrimi exagitant, inquit *Augustin. tract.* 36. *in Joann. paragr.* 4. cruciatus vocatur, a cruce nominatus. *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 33. Summo cruciatu supplicioque perire. *Id.* 3. *Verr.* c. 4. Cives R. morte, cruciatu, cruce afficere. *Id. Attic.* l. et ep. 11. Confectus cruciatu maximorum dolorum. *with excruciating torment. Id.* 4. *Catil.* c. 5. *extr.* omnes animi cruciatus et corporis. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 41. Vel ipse se in cruciatum dari cuperet, dum de patris morte quereretur. *would submit to be tortured. Terent. Andr.* 4. 4. 47. Abripi in cruciatum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 31. Venire in summum cruciatum. et l. 2. cap. 31. Ab hostibus per cruciatum interfici. *to be tortured to death. Id.* l. 7. c. 71. Dedere aliquem hostibus in cruciatum. *Id.* l. 1. c. 31. Edere in aliquem omnia exempla cruciatus. et cap. 32. Omnes cruciatus perferre. *Sueton. in Galb.* c. 10. Cruciatu confessionem exprimere. *Tacit. Ann.* 16. c. 20. Cruciatibus tormentorum luere crimina. *Plaut. Pers.* 4. 4. 25. I in malum cruciatum. *go hang.*

CRUCĬFER, i, m. *Prudent. Cathemer.* 3. *in princip.* Christum Dominum cruciferum appellat. *h. e.* crucem sibi ipsum bajulantem.

CRUCĬFĬGO, is, ixi, ixum, a. 3. *to crucify*, σταυρόω, in crucem tollo. *Sueton. in Domit.* c. 11. Auctorem summarum pridie, quam crucifigeret, in cubiculum vocavit. ¶ Magis est ex consuetudine Latina, si divisim *cruci figo* scribatur. Fuerunt enim Ecclesiastici Scriptores, qui quod frequentius usurpabant, ex duabus unam vocem fecerunt.

CRUCIFĪXOR, oris, m. *one who crucifies*, σταυρωτὴς, qui cruci figit. *Paulin. Nolan.* ep. 18. (*al.* 28.) c. 7. Christus suis crucifixoribus rogavit ignosci.

CRUCIFIXUS, a, um, adject. *crucified*, cruci affixus, σταυρωθεὶς. *Plin.* l. 8. c. 16. Polybium leones in Africa crucifixos vidisse. *Quintil.* l. 7. c. 1. Invenerunt ducem crucifixum. ¶ Rectius disjunctim scribitur *cruci fixus.*

CRUCĬO, as, avi, atum, a. 1. *to torment, rack, torture, pain, afflict, vex, harass, disquiet, grieve, distress*, βασανίζω, ἀνιάω, torqueo, dolorem affero, ango, conficio: a *crux, cis. Cic. de Harusp. resp.* c. 18. Vulnere ac dolore corporis cruciari et consumi. *Id.* 2. *de Fin.* c. 20. Vigiliis et fame cruciari. ¶ Translate *Terent. Heaut.* 5. 5. 1. Chremes nimis graviter cruciat adolescentulum, nimisque inhumane. *Plaut. Capt.* 3. 4. 68. Crucior, lapidem non habere me, ut illi mastigiæ cerebrum excutiam. *Id. Mil.* 4. 8. 11. Istuc crucior, a viro me tali abalienarier. *Id. Trinum.* 5. 2. 56. Cum ille ita est, ut esse nolo, id crucior. *Martial.* l. 11. epigr. 95. Illud me cruciat, quod &c. *Terent. Eun.* 1. 2. 15. Ne crucia te, obsecro, anime mi, mi Phædria. *Id. ibid.* 2. 3. 91. illis crucibus, quæ nos semper omnibus cruciant modis, nunc referam gratiam. *h. e.* meretricibus. *Cic.* 8. *Attic.* ep. 15. Officii mei deliberatio cruciat, cruciavitque adhuc. *Calpurn. Flacc.* declam. 47. Cruciari conscientia, pudore torqueri. *Justin.* l. 6. c. 3. Quos major sollicitudo cruciabat. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 89. Ipsus se se cruciat ægritudine. *Plin.* l. 2. c. 63. Terra ferro, ligno, igne, lapide, fruge omnibus cruciatur horis. *Id.* l. 33. c. 3. *extr.* Æs cruciatur in primis, accensumque restinguitur. [¶ Proprie significat crucifigere. *Lactant. de mort. persecut.* c. 2. Extremis temporibus Tiberii Cæsaris Dominus noster Jesus Christus a Judæis cruciatus est post diem decimum Kalendarum Aprilis, duobus Geminis consulibus.]

CRUCISĀLUS, i, m. qui salit in crucem, nomen fictum a *Plaut. Bacchid* 2. 3. 128.

CRUCĬUM, quod cruciat. Unde *Lucilius* vinum insuave, crucium dixit. Hæc *Festus.*

CRUDARĬA, f. argenti vena, quæ in summa fodina reperitur. *Plin.* l. 33. c. 6.

CRUDĒLIS, le, *cruel, fierce, inhuman, savage, barbarous, inexorable, hard-hearted*, ὠμὸς, σιδηρόφρων, ἀπάνθρωπος, qui crudis est moribus, sævus, inhumanus, immitis, durus, ferus. *Auct. ad Herenn.* l. 2. cap. 19. Animus ferus, crudelis, atque inhumanus. *Cic. ad Brut.* ep. 12. Lepidus crudelis in liberos. *Id.* l. 2. *de Orat.* c. 48. Esse crudelem in calamitate alicujus. *Propert.* l. 2. el. 20. v. 45. Sed non Neptunus tanto crudelis amori. *Cic.* l. 9. *Attic.* ep. 6. *sub fin.* Bellum crudele et exitiosum. *Id. pro Cluent.* cap. 63. Crudelis atque importuna mulier. *Sallust. in Catil.* c. 56. Crudelissimi parricidæ. *Nepos in Dione*, cap. 1. Crudelissimum nomen tyranni. *Sueton. in Cas.* c. 75. Crudelem in modum enecare aliquem. *Petron. in Satyr.* c. 105. Inhibete crudelissimas manus. *Virg. Ecl.* 10. v. 29. Crudelis amor. *Id.* 12. *Æn.* v. 636. Letum crudele. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 302. exitium. *Id.* l. 4. v. 459. Crudelis egestas. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 61. heu Fortuna, quis est crudelior in nos te deus? *Propert.* l. 3. el. 5. v. 3. *de pecunia.* Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes. *Id.* l. 2. eleg. 13. v. 43. Ferrum crudele. *Tibull.* l. 2. el. 6. v. 19. Crudelia arma. *Virg.* 6. *Æn.* v. 585. et *Ovid. Metam.* 2. v. 612. Crudelis pœna. *Id.* 2. *Fast.* v. 695. crudeli verbere lacerare terga. *Propert.* l. 1. el. 16. v. 17. Crudelior janua. *h. e.* quæ supplices non admittit. *Virg.* 3. *Æn.* v. 44. Crudeles terræ. *h. e.* in quibus sunt crudeles homines. *Lucan.* l. 5. v. 691. Visum est committere quemquam Tam sævo crudele mari. ¶ Metonymice *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 508. *de angue immani.* Livida fax oculis, tumidi stat in ore veneni Spuma virens, ter lingua vibrat, terna agmina adunci Dentis, et auratæ crudelis gloria frontis. ¶ *Crudele* adverbii modo pro crudeliter. *Stat.* 3. *Theb.* v. 211. quanti crudele rubebitis amnes! *Claudian.* l. 3. *de rapt. Proserp.* v. 340. Crudele minantur. *Id.* l. 2. *in Eutrop.* v. 108. *de Marte.* Subrisit crudele pater.

CRUDELĬTAS, atis, f. *cruelty, barbarity, inhumanity*, ὠμότης, ἀπανθρωπία, sævitia, inhumanitas, immanitas, feritas, acerbitas. *Senec. de clement.* l. 2. c. 4. Crudelitas est atrocitas animi in exigendis pœnis. *Et ibid. ad fin.* Crudelitas est inclinatio animi ad asperiora. *Cic.* 3. *Offic.* c. 11. Est hominum naturæ maxime inimica crudelitas. *Id. pro Sext.* c. 65. Carnificina atque crudelitas. *Nepos in Alcib.* c. 4. Immoderata licentia et crudelitas erga nobiles. *Id. in Thrasyb.* c. 3. Uti crudelitate. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 77. Singularis ac nefaria crudelitas. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 32. Crudelitas, et insolentia. *Cic. pro Dom.* c. 23. Adhibere crudelitatem in aliquem. *Id. Phil.* 11. c. 3. Exercere insatiabilem crudelitatem non solum in vivo, sed etiam in mortuo. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. Inimicorum crudelitas nondum est nostra calamitate satiata. *Crassus* apud *Cicer.* l. 1. *de Orat.* c. 52. Quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri. *Cic. pro Dom.* c. 23. Omni crudelitate lacerare aliquem. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 55. Anhelans ex intimo pectore crudelitatem.

CRUDELĬTER, *in a cruel manner, cruelly*, ὠμῶς, ἀπανθρώπως, inhumaniter, sæve, immaniter, acerbe. *Cic.* 4. *Catil.* c. 5. Cum de pernicie populi R. tam acerbe, tamque crudeliter cogitarit. et *Catil.* 1. *c. pænult.* Crudeliter et regie facere. *Id. pro Sull.* c. 27. Crudelissime perire. *Id. Attic.* 10. ep. 4. Patris lenitatem crudeliter negligere. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 2. Acerbissime crudelissimeque dicere. *Nepos in Eumen.* c. 6. Crudelissime se gerere. *Id. in Pausan.* c. 3. imperare. *Id. in Dion.* c. 2. a tyranno violari. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 38. Ipsos crudeliter excruciatos interficit. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 442. *de Narcisso.* Ecquis, io silvæ, crudelius, inquit, amavit? *Tibull.* l. 1. el. 9. v. 7. Amor crudelius urit. *Curt.* l. 3. *c. ult.* Fortuna crudelius aggravans.

CRUDESCO, scis, ui, n. 3. *to grow cruel, grow savage or fierce, increase more and more*, crudus fio: translate asperior fio. *Virg.* 3. *Georg.* v. 504. in processu cœpit crudescere morbus. *Id.* 7. *Æn.* v. 788. effuso crudescunt sanguine pugnæ. *Sil.* l. 1. v. 431. qui carmine pollens, Fidebat, magica ferrum crudescere lingua. *h. e.* nocentius fieri. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 10. Crudescit seditio. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 717. asperso crudescit sanguine Gorgon. *Id. ibid.* v. 679. et *Justin.* l. 8. c. 4. Crudescunt iræ. *Symmach.* l. 8. ep. 57. (*al.* 58.) Credo ex nocturnis vigiliis, noxa post cruduit.

CRUDĪTAS, atis, f. *indigestion, crudity, apepsy*, ἀπεψία, stomachi morbus ex nimiis cibis, malaque eorum concoctione. *Cic. Fam.* 9. ep. 18. *sub fin.* Satius est hic cruditate, quam istic fame. *Id. de Fato*, c. 15. Cruditas est causa morbi. *Id. Fam.* 15. ep. 17. D. Sullam cruditate mortuum dicebant. *Quintil.* l. 7. c. 3. *sub fin.* (*al.* c. 4.) Cruditate contracta decessit. *Colum. in proœm. circa med.* Quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus. *Plin.* l. 26. c. 7. *sub fin.* Cruditates digerunt daucum, plantago, &c. *Id.* l. 17. c. 24. Arbores laborant et fame, et cruditate. *Id.* l. 24. c. 5. Non censeam hoc remedio utendum in cruditatibus.

CRUDITATĬO, onis, f. cruditas, stomachi non concoquentis vitium. *Cœl. Aurelian.* l. 5. *Tard.* c. 2.

CRUDĪTO, as, avi, atum, male concoquo, cruditate laboro, *to labour under indigestion. Vet. Gloss.* Crudito, ἀπεπτῶ. *Tertull. de Jejun.* c. 16. Populus carnis avidissimus usque ad choleram ortygometras cruditando. *Id. in Apolog.* c. 9. Ursorum alvei cruditantes adhuc de visceribus humanis.

CRUDUS, a, um, *crude, raw, fresh, green, new-made*, ὠμὸς, qui est adhuc in cruore, ut volunt Etymologi, ut *Crudum vulnus*, recens, et quasi adhuc cruentum. *Plin.* ep. 16. l. 5. Crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat. Adde *Ovid.* 3. *Trist.* el. 11. v. 19. et lib. 1. *ex Ponto*, ep. 3. v. 16. ¶ Præterea dicitur de eo, quod non est coctum igni. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 15. Quid tu curas, utrum crudum, an coctum edim? ¶ Item de cibis, qui indigesti, et nondum concocti sunt in stomacho. *undigested. Juvenal.* sat. 1. v. 143. Crudum pavonem in balnea portas. ¶ Item de fructibus acerbis, et immaturis. *unripe, immature, crude, sour. Cic. de senect.* c. 19. Poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur. ¶ *Crudus homo* dicitur, cujus stomachus non facile concoquit: vel qui nimium cibi sumpsit, nec potest concoquere. *having his meat undigested. Cic.* 2. *de Fin.* c. 8. Crudique postridie se rursus ingurgitent. *Id. pro Cluent.* c. 60. *ad fin.* Cum ad illud prandium crudior venisset, &c. Adde lib. 1. *de Orat.* cap. 27. et *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 49. Sic apud *Caton. R. R.* c. 125. Cruda alvus. *h. e.* quæ indigesta excernit. *Martial.* lepide ludit in hac et superiori notione lib. 3. epigram. 13. ¶ Crudum etiam dicitur, quod adhuc viride est, nec cœpit flavescere, ut Crudus palmes, *Lucan.* l. 4. v. 317. Sic metaphorice *Virg.* 6. *Æn.* v. 304. Cruda Deo, viridisque senectus. *h. e.* valida, fortis. *fresh, vigorous.* Eodem modo locutus est *Tacit. in Agric.* c. 29. Sic *Sil.* l. 5. v. 569. in arma ille quidem cruda mente, et viridissimus iræ Ibat. *h. e.* ardore juvenili. ¶ Ponitur et pro immaturo, hoc est tempus suum non exspectante, ut Crudum funus, *Stat.* 9. *Theb.* v. 391. *premature, timeless.* Cruda puella, *h. e.* nondum viro apta, *not yet ripe for marriage, Martial.* l. 8. epigr. 64. et *Horat.* l. 3. od. 11. v. 12. et adhuc protervo cruda marito. et *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 478. cujus ab ortu Cruda rudimenta, et teneros formaverit annos. *Id.* 2. *Theb.* v. 341. si crudus amor, nec dum post flammea toti Intepuere tori. *h. e.* recens, neque diuturnitate firmatus. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 8. Crudum servitium. *h. e.* recens, et cui nondum assueverant animi. *recent. Claudian. de III. Consul. Honor.* v. 42. Sed nova per duros instruxit membra labores, Et cruda teneras exercuit indole vires. *Petron. in Satyr.* c. 4. Cruda adhuc studia in forum propellunt, et eloquentiam pueris induunt adhuc nascentibus. *h. e.* nondum ætate et experimentis firmata. ¶ *Crudi versus* sunt non elaborati, duri, et non bene cocti, ut *Plaut. Mil.* 2. 2. 53. loquitur. *unfinished. Pers.* sat. 1. v. 92. Sed numeris decor est, et junctura addita crudis. ¶ *Cruda terra* dicitur, quæ proscissa, subacta, et macerata aratro non est. *Colum. sub fin.* cap. 2. l. 2. Alternis versibus obliquum tenere aratrum, et alternis recto plenoque sulcare: sed ita, necubi crudum solum, et immotum relinquat: quod agricolæ scamnum vocant. *Plin.* l. 18. cap. 19. Scamna inter duos sulcos cruda ne relinquantur. *Colum.* l. 2. c. 10. Crudis novalibus semen ingerere. ¶ Est etiam *crudus* crudelis, durus, inexorabilis, *cruel, savage, barbarous, bloody*, immiti natura, et nullo cultu atque humanitate subacta. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 3. v. 8. Crudi Getæ. *Juvenal.* sat. 8. v. 223. Quid Nero tam sæva crudaque tyrannide fecit? *Senec. in Hippol.* v. 1220. Crudus, et leti artifex. ¶ Translate *Ovid.* 3. *Amor.* el. 8. v. 58. Cruda bella. *cruel. Virg.* 10. *Æn.* v. 682. et crudum per costas exigat ensem. *ruthless. Id.* 5. *Æn.* v. 68. crudo pugnam committere cæstu. *Sil.* l. 7. v. 113. Crudum Marte viri nomen. *h. e.* terribile nomen viri bellicosi. *Id.* l. 5. v. 226. crudusque, ruente Fortuna, stimulus spem projecisse salutis. *h. e.* acerrimus. *Stat.* 1. *Theb.* v. 422. Crudi sudores. *h. e.* multi laboris. ¶ Item scaber, asper, non levigatus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 744. rudem nodis et cortice crudo hastam intorquere. *Servius* exponit viridi. *rough, green.* ¶ *Crudum spartum* apud *Colum.* l. 12. c. 19. est non malleatum, ut ipsemet exponit. ¶ *Corium crudum* est non perfectum, *raw, not dressed, Varr.* l. 4. *L. L.* c. 24. et Crudus taurus apud *Valer. Flacc.* l. 4. v. 250. est corium tauri crudum. Quo fortasse referendum est illud *Silii* l. 5. v. 525. at latus ense Haurit, nec crudæ tardarunt tegmina parmæ. *h. e.* e crudo corio confectæ. ¶ Item laboriosus, molestus. *Cassius Parmensis* apud *Sueton. in Aug.* c. 4. Materna tibi farina est ex crudissimo Ariciæ pistrino. ¶ Item durus. *Pers.* sat. 5. v. 162. Crudum unguem abrodere. ¶ Et translate durus, fortis. *hardy, brave. Sil.* l. 4. v. 35. crudam contra aspera mentem, Et magnos tollunt animos. ¶ *Cruda locorum*, apud *eund.* l. 3. v. 514. sunt loca aspera, fragosa, invia. ¶ *Crudus honor*, apud *Stat.* 10. *Theb.* v. 342. est cruentus, et quodammodo crudelis, quo nempe offeruntur deo *trunca arma, cruorque virorum.* ¶ In illo *Plauti Pœn.* 5. 2. 148. Heu hercle mortalem catum, malum, crudumque, et callidum, atque subdolum! crudus esse videtur, qui quamlibet fallaciam, mendaciumque comminisci ore duro, et perfricta fronte potest nec ullum vultu, aut sermone signum doli præbet: sed immotus, et constans fraudem alte tegit, ac dissimulat ¶ *Crudum* adverbii more, *Celsus* l. 1. c. 2. Qui crudum sine præcordiorum dolore ructat. *belches rawly.*

CRUENTATĬO, onis, f. *a sprinkling of blood*, cruori aspersio, αἱμάτωσις. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 39. Altaris cruentatio.

CRUENTĀTUS, a, um, *made bloody, stained with blood*, cruore aspersus, cruentus, αἱμακτὸς, αἱματωθεὶς. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 4. Gladium cruentatum in vaginam recondidit. *Petron. in Satyr.* c. 138. Omnibus digitis inter præcipitem decursum cruentatis. *Plin.* l. 22. c. 1[illegible] Stœbe medetur oculis ictu cruentatis. *blood-shot.*

CRUENTE, *bloodily, cruelly*, per cruorem, sæve, cr[illegible]

deliter. *Justin.* l. 39. c. 3. Quæ tam cruente sæviat. *Id.* l. 23. c. 2. *a med.* Cruente deserere virum. *Senec.* l. 5. *de Benef.* cap. 16. *ad fin.* Ceteri arma cruentius exercuerunt. *Flor.* l. 3. c. 19. Siciliam multo cruentius servili, quam Punico bello esse vastatam. et cap. 21. Atrocius et cruentius. *Oros.* l. 1. cap. 17. Bello per decem annos cruentissime gesto.

CRUENTER, idem quod cruente. *Apul.* l. 3. *Metam.* Civium laniena, quam cruenter exercuit.

CRUENTĬFER, a, um, cruorem et cædes ferens, cruentus. *Tertull. in carm. de Judic. Dom.* c. 10. Atque cruentiferis signis sacraverit aras.

CRUENTO, as, avi, atum, a. 1. *to fetch blood by striking at; to make bloody, stain, imbrue, or sprinkle with blood,* αἱματόω, feriendo elicio sanguinem, cruore aspergo, sanguine polluo. *Nepos in Epamin.* cap. 10. Cruentare manus sanguine suorum. τὰς χεῖρας αἱμάξαι. *Cic. in fragm. Oration. contra C. Anton.* apud *Ascon.* Cruentare se cæde nefaria. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 424. Cruentare tela. *Enn.* apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 4. noctu summa arcis adorti Mœnia concubia, vigilesque repente cruentant. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 65. Imponitque notam collo, morsuque cruentat. ¶ Pro rubro colore inficere, *Senec.* l. 2. controv. 15. *sub fin.* Ex omni rupe conchylium trahitur, quo vestis cruentetur. Adde *Stat.* l. 1. silv. 5. v. 38. ¶ Pro maculare, inquinare. *Lucret.* l. 4. v. 1030. Cruentare vestem. *to stain, pollute.* ¶ Translate *Cic. de Harusp. resp.* c. 16. Secures suas cruentari scelere noluit. *Id. post redit. in Sen.* c. 3. Ne propter me civium vulneribus respublica cruentaretur. *Id. Phil.* 2. c. 34. Hæc te lacerat, hæc cruentat oratio.

CRUENTUS, a, um, *bloody, cruel, stained with blood,* αἱματόεις, αἱμακτὸς, cruore tinctus, sanguine aspersus, vel madens; vel qui cum sanguinis effusione fit. *Cels.* l. 2. c. 8. Vomica quo cruentior, eo melior est. *Plin.* l. 26. c. 6. Exscreationes cruentæ. *Vellei.* l. 2. cap. 71. Non aliud bellum cruentius cæde clarissimorum virorum fuit. *Id. ibid.* c. 52. Acies Pharsalica, et ille cruentissimus Romano nomini dies. *Cic.* 4. *Phil.* c. 2. Cruentus sanguine civium. *Id. pro Mil.* cap. 13. Cruentum cadaver. *Id.* 2. *de Orat.* c. 40. Gladius cruentus. ¶ Translate est cruore gaudens, ferus, crudelis. *fierce, ferocious, savage, inhuman, barbarous, ruthless.* *Horat.* l. 3. od. 2. v. 11. leo, quem cruenta Per medias rapit ira cædes. et lib. 2. od. 14. v. 13. Cruentus Mars. et lib. 2. sat. 3. v. 223. gaudens Bellona cruentis. αἱματοχαρὴς, cædis amans. *Ascon. in Orat. Cic. in toga cand.* Cruentissimæ sententiæ. ¶ Item rubens, rubicundus, sanguineus. *red, blood-red, ruddy.* *Virg.* 1. *Georg.* v. 306. Et lauri baccas, oleamque, cruentaque myrta. ¶ Item fœdatus, contaminatus. *Lucret.* l. 5. v. 1137. Et capitis summi præclarum insigne cruentum. ¶ *Id.* l. 6. v. 1133. cruentum cælum dixit. *h. e.* corruptum et pestilens. *Al. leg.* corruptum.

CRUMĀTA. V. *Crusma.*

CRUMĒNA, et Crumina, æ, f. *a leathern bag, purse,* βαλάντιον, μαρσύπιον, sacculus e brachio (ut *Non.* docet c. 2. n. 76.) aut collo dependens, vel ante pectus, vel in tergum: in quo pecunia reponitur. *Plaut. Asin.* 3. 3. 67. Hic pone, hic istam colloca cruminam in collo plane. *Id. in Fragm.* apud *Fest.* Tene cruminam: in ea erunt triginta minæ. *Id. Trucul.* 3. 1. 7. Homo crumenam sibi de collo detrahit; minas viginti mihi dat, accipio libens: condo in crumenam. *Id. Pseud.* 1. 2. 37. I, puere, præ: ne quisquam pertundat crumenam, cautio est. *scil.* quam a tergo pendentem gestas. ¶ Metonymice ponitur pro numis ipsis. *Juvenal.* sat. 11. v. 38. quis enim te, deficiente crumena, Et crescente gula, manet exitus? Adde *Horat.* l. 1. ep. 4. v. 11.

CRUMENISĔCA, æ, m. *a cut-purse,* βαλαντιοτόμος, qui crumenas secat, manticularius. *Justinian. novellar. constitut.* 13. *circa med.* Conscii latronum, veneficiarii, crumenisecæ.

CRUOR, oris, m. *blood from a wound, gore,* αἷμα, sanguis vulnere effusus. Hoc enim differunt, quod *sanguis* est etiam cum in venis clauditur, cruor tantummodo effusus. *Lucret.* l. 2. v. 194. e nostro cum missus corpore sanguis Emicat exsultans alte, spargitque cruorem. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 7. Cruorem inimici quam recentissimum ostendere. *Horat. Epod.* 3. v. 6. Cruor viperinus incoctus herbis. *Id.* l. 1. sat. 8. v. 28. Cruor in fossam confusus. *Id.* l. 2. od. 13. v. 7. penetralia sparsisse nocturno cruore hospitis. *Sallust. in Catil.* c. 51. Armis, cadaveribus, cruore, atque luctu omnia compleri. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 6. v. 9. Lupus avidus cruoris. *Id.* 7. *Metam.* v. 333. Haurire cruorem. *Virg.* 4. *Georg.* v. 542. sacrum jugulis demitte cruorem. *Id.* 5. *Æn.* v. 470. Crassum cruorem ore rejectare. *Id.* 11. *Æn.* v. 804. hasta virgineum alte bibit acta cruorem. *Plin.* l. 23. c. 1. *a med.* Si cruore suffunduntur oculi. ¶ Translate *Ovid.* 15. *Metam.* v. 463. Parare se cruori humano. *h. e.* disponere se ad cædem hominis faciendam. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 275. adde cruorem stultitiæ. *h. e.* cædem, vel crudelitatem. *Lucan.* l. 9. v. 1022. regna Phari nullo quæsita cruore. ¶ *Canens cruor* in ore apri est spuma sanguinea, apud *Sil.* l. 1. v. 424. ubi alii pro *canens* reponunt *spumans.* ¶ In plurali num. *Virg.* 4. *Æn.* v. 687. atros siccabat veste cruores. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 330. tenues tamen ire cruores Siderea de fronte vident. Adde lib. 5. v. 585. et alibi, et *Horat.* l. 2. od. 1. v. 5. et *Lucan.* l. 7. v. 66.

CRUPPELLARII, apud Heduos fuere servi gladiatores, quibus more gentico continuum ferri tegimen: inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. *soldiers armed cap-à-piè.* Ita *Tacit.* 3. *Ann.* cap. 43. ubi *Muretus* suspicatur legendum *clibanarii*: sed alii stant acriter pro voce altera.

CRURĀLIS, le, adject. *belonging to the leg, crural,* ad crura pertinens. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 40. *Burm.* Barbatus ingens, fasciis cruralibus alligatus. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 25. Fasciæ crurales, pedulesque loco vestis sunt. *Crurales fasciæ,* περισκελίδες erant, quæ *Sueton. in Aug.* c. 82. vocat *tibialia,* muniendis tegendisque cruribus: quarum loco sunt nobis, quæ dicuntur *stockings and hose.* Multa de iis *Casaubon. ad Sueton. loc. cit.* ¶ Quidam apud *Ulpian.* leg. *crurules.*

CRURICREPĬDA, æ, m. nomen servi est apud *Plaut. Trinum.* 4. 3. 14. q. d. cui crura compedibus crepuerunt, vel qui adeo malus est, ut crurifragium mereatur. Sic *oculicrepidæ* dicuntur ii, quibus oculi pugnis contundi solent. *Ibid.*

CRURIFRAGĬUM, et Crurifrangium, ii, n. *a breaking of the legs,* fractio crurum, σκελοκοπία. Ita *Glossæ*: neque alius est, quod sciam, Latinus Scriptor, qui usurpaverit: nisi quod *Apulei.* tmesi divisit, verbo etiam interjecto (lib. 9. *Metam.* Crurum ei fragium obominata); et quidam afferunt illud *Plaut. Pœn.* 4. 2. 64. Continuo is me ex Syncerasto crurifragium fecerit. Verum *curifragum* alii reponunt: alii etiam aliter legunt. ¶ De supplicio crurifragii agit *Lips.* l. 2. *de Cruce,* cap. 14. et lib. 3. cap. 14.

CRURIFRĂGUS. V. vocem præced.

CRURŪLIS. V. *Cruralis.*

Crus, uris, n. *the leg from the knee to the ankle,* σκέλος, κνήμη, pars corporis a genu ad pedem. *Cels.* l. 8. c. 1. *ad fin.* Ipsum autem crus est ex ossibus duobus. Etenim per omnia femur humero, crus vero brachio simile est. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 36. Ibes aves excelsæ cruribus rigidis. *Virg.* 3. *Georg.* v. 53. *de bobus.* Et crurum tenus a mento palearia pendent. *Id. ibid.* v. 192. *de equo.* sinuetque alterna volumina crurum. *Plin.* l. 11. c. 1. Natura in culice prælongavit pedum crura. *Id.* l. 34. c. 8. Crure uno insistere. *to stand on one leg.* *Sueton. in Calig.* c. 3. crurum gracilitas. *Plin.* l. 11. c. 45. Suræ homini tantum, et crura carnosa. *Id.* l. 8. c. 33. crura recta et excelsiora. *Sueton. in Vitell.* c. 7. crus debile. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 20. Crura alicui suffringere. *Martial.* l. 11. epigr. 59. Frangam tonsori crura, manusque simul. ¶ In arboribus crus est ima pars trunci. *the stock or body of a tree.* *Colum.* l. 5. c. 1. *sub fin.* Ramum olivæ deflecte, et ad crus arboris ficulneæ religa. *Id.* l. 3. c. 10. Aut in capite vitium, aut in crure radicibus vicino. *Plin.* l. 17. c. 19. crus fici. ¶ De more effeminatorum hominum depilandi resina crura, quo molliores delicatioresque viderentur, habes testimonia apud *Martial.* l. 12. epigr. 38. et lib. 9. epigr. 28. *Juvenal.* sat. 8. v. 114. et *Plin.* l. 14. c. 20. &c. ¶ *Crus* agnomen fuit L. Cornelii Lentuli, qui consul fuit cum C. Claudio Marcello. *Mediobarb.* p. m. 4. Sed fortasse legendum *Grus.*

CRUSCŬLUM, li, *a little leg,* σκελίδιον, parvum crus. *Plaut.* apud *Fest.* in *Crocotilis.* Cum crocotilis crusculis. *Martial.* l. 3. epigr. 93. Pectus cicadæ, crusculumque formicæ.

CRUSMA, atis, n. *a timbrel or tabour,* cymbalum, aut sistrum, aut crotalum, aut simile aliud instrumentum pulsu sonitum edens: vel ipse ejus instrumenti sonitus: a κρούω, pulso. *Martial.* l. 6. epigr. 71. Edere lascivos ad Bætica crusmata gestus, Et Gaditanis ludere docta modis. *Scalig. ad Copam Virg.* legit *crumata,* quod ejusdem est originis, et significationis. ¶ Aliam notionem V. in voce sequenti.

CRUSMATĬCUS, a, um, adject. quasi dicas pulsatorius. Crusmatica appellatur pars Musicæ. *Auctor fragmenti,* quod cum *Censorino* edi solet, cap. 14. (*dubiæ tamen in Latio auctoritatis*) Musica est peritia faciendorum et canendorum modorum: ejus partes harmonica, organica, crusmatica. Crusmata pulsus decori, sive carmina vocantur.

CRUSTA, æ, f. *a crust of ice frozen,* πλὰξ, si credimus *Vossio,* qui derivat a κρύος, gelu, proprie dicitur de superficie aquarum, quæ in glaciem concrevit. *Virg.* 3. *Georg.* v. 360. Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. ¶ Ob similitudinem de operimento fragili in aliis rebus. *any shell, or external coat, by which any body is enveloped.* *Lucret.* l. 6. v. 626. mollisque luti concrescere crustas. *Frontin. de aquæduct.* arctic. 122. Limus interdum in crustam durescit. *into a cake or crust.* *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 9. Crusta soli vel terræ. *Cels.* l. 5. c. 9. Crustas ulceribus tanquam igne adustis inducere. *to make an eschar.* et cap. 10. Crustas resolvere. *Plin.* l. 29. c. 4. *sub fin.* Vis cantharidum adurere corpus, crustas obducere. *Id.* l. 9. c. 30. Locustæ crusta fragili muniuntur. *shell.* *Id. ibid.* c. 28. Pisces contecti crustis tenuibus. *Id.* lib. 15. c. 28. Crusta teguntur glandes. *rind.* *Id.* l. 19. c. 9. *ad fin.* Crusta panis inferior. *Id.* l. 29. c. 3. Ovum crusta cartilaginis. *h. e.* putamine cartilaginoso. *Id.* l. 36. c. 6. Secare marmor in crustas. *shards.* *Id. ibid.* Crusta marmoris operire parietes. *Id.* l. 13. c. 4. *ad fin.* Caryotæ crustam verius, quam cutem obducunt. *Id.* l. 35. c. 12. Crustæ parietum. *h. e.* tectorium. *Id.* l. 37. c. 4. Adamas in tam parvas frangitur crustas, ut cerni vix possint. *Id.* l. 20. c. 9. *circa med.* Crusta si occupent intus vasa in tantum, ut non sit eas avellere, si brassica in iis decoquatur, abscedunt. *Alphen.* apud *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 9. Si ex fundo tuo crusta lapsa sit in meum fundum. *h. e.* gleba. *Paul. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 33. Cymbia argentea crustis aureis illigata. *inlaid with patens of gold.* *Cic.* 6. *Verr.* c. 23. Quæ probarant, iis crustæ, aut emblemata detrahuntur. *Juvenal.* sat. 5. v. 38. Capaces Heliadum crustæ. *h. e.* pocula ex electro. *Impp. Theodos. Arcad. et Honor.* lib. 15. *Cod. Theodos.* tit. 7. leg. 11. His quoque vestibus noverint abstinendum, quas Græco nomine a Latino crustas vocant: in quibus alio admixtus colori, puri robur muricis inardescit. *crustas* appellant, inquit *Du Fresne in Glossar.* quod sicut crustæ marmoris parietibus affiguntur, ita ejusmodi vestes assutis in crustarum modum segmentis, vel limbis distinguerentur. *Salmas. ad Trebell. Pollion. in Claud.* c. 17. putat ita dictas esse a densitate texturæ: et κρουστὰς appellatas, quod pectine essent bene percussæ: a κρούω, pulso. ¶ Translate *Senec. de Provid.* c. 6. Non est ista solida et sincera felicitas: crusta est, et quidem tenuis. *all shell; all outside.*

CRUSTARĬUS, a, um, ad crustam pertinens. *Festus*: Crustariæ tabernæ a vasis potoriis crustatis dictæ. *Plin.* l. 33. c. 12. Habuit et Teucer crustarius famam. *h. e.* qui crustas et emblemata vasis affigebat.

CRUSTĀTUS, a, um, *covered with a crust or shell, crusted, incrusted,* πλακωθεὶς, crusta obductus, incrustatus. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 461. Pavimenta et parietes crustati. Al. leg. *incrustati.* quod et in vet. lap. apud *Donium* class. 2. n. 6. habetur. *Lucan.* l. 10. v. 114. Nec summis crustata domus, sectisque nitebat Marmoribus. *covered with pieces of marble.* *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 62. In marinis crustata, et cartilaginea primores dentes habent. *h. e.* pisces crusta, seu testa obducti. *Apul.* l. 7. *Metam.* Crustata crassities pectoris et ventris. *h. e.* crassæ sordes in modum crustæ collectæ. *Ammian.* l. 24. c. 2. *ad fin.* (*al.* c. 7) Porta hostilis, crasso ferro crustata. *lined.* *Sidon.* l. 1. ep. 5. Pontes calcabili silice crustati. *paved.*

CRUSTO, as, avi, atum, a. 1. *to cover with a crust,* πλακόω, crusta obduco, incrusto. *Plin.* l. 15. c. 17. Mala generosissima crustant gypso, vel cera. *Sidon.* carm. 2. v. 418. Hic domus Auroræ rutilo crustante metallo, Baccarum præfert leves asprata lapillos.

CRUSTŌSUS, a, um, *crusty, having a crust,* πλακώδης, crustam habens. *Plin.* lib. 12. c. 9. Bdellium crustosius et amarius.

CRUSTŬLA, læ, f. *a little crust,* parva crusta. *Plin.* l. 22. c. *ult. circa med.* Lens crustulas ulcerum rumpit.

CRUSTULARĬUS, ii, m. *a baker of sweet cakes,* qui crustula facit, et vendit. *Senec.* ep. 56. Botularius, crustularius, et omnes popinarum institores.

CRUSTULĀTUS, a, um, adject. *Spartian. in Ælio Vero,* cap. 5. Nam tetrapharmacum, seu potius pentapharmacum, ipse dicitur reperisse, hoc est sumen, fasianum, pavonem, pernam crustulatam, et aprugnam. Al. omittunt *pernam*: al. leg. *pernam, crustulata.* Si *crustulatam* solummodo legas, erit idem quod *crustulum.*

CRUSTŬLUM, li, n. *a small crust, sweet cake, wafer,* ψωμίον, placenta est, ut *Acron,* et *Vet. Scholiast. Juvenal.* docent: videtur autem ita dici, quod in tenuem crustam percocta sit. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 22. Crustulum a crusta pultis. *Isidor.* docet *lib. ult. Orig.* c. 2. esse panem oleo conspersum, in medio concavum et tortum. *Horat.* lib. et sat. 1. v. 25. ut pueris olim dant crustula blandi Doctores, elementa velint ut discere prima. *Juvenal.* sat. 9. v. 5. Nos colaphum incutimus lambenti crustula servo. *Senec.* ep. 99. *ad fin.* Consolamur crustulo pueros. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 100. n. 5. Ob dedicationem populo crustulum, et mulsum dedit. Adde apud *Murator.* pag. 830. n. 3. et rursus apud *Gruter.* pag. 228. n. 8. et pag. 571. n. 1.

CRUSTUM, i, n. *a crust of bread; a thin cake,* frustum panis, aut placentæ, crustulum, ψωμός. *Virg.* 7. *Æn.* v. 114. Et violare manu, malisque audacibus orbem Fatalis crusti. Ubi *Servius*: crustum, et crusta neutraliter dicimus de his, quæ comedi possunt, feminino autem genere, quæ comesse non possumus. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 78. Crustis, et pomis viduas venantur avaras. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 173. n. 4. Ut ex eo vectigale quotannis colonis mulsum et crustum natali Cæsaris Aug. daretur. Adde pag. 373. n. 8. ubi eadem sententia.

CRUSTUMERĪNUS, a, um, ad Crustumerium (ut *Plin.* vocat l. 3. c. 5.) vel Crustumeriam (ut *Liv.* l. 3. c. 42.) vel Crustumeros (ut *Virg.* 7. *Æn.* v. 631.) pertinens: quod fuit vetus oppidum Sabinorum prope Tiberim, atque eum locum, ubi Alliam recipit, contra Veios. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 14. Tribuni plebeii, qui plebem defenderent in se-

cessione Crustumerina. ¶ *Serv. ad Virg. loc. cit.* docet ex *Cassio Hemina*, Siculum quendam nomine uxoris suæ Clytemnestræ (*al.* Clytemestræ) condidisse Clytemnestrum: mox corrupto nomine, Crustumerium dictum.

CRUSTUMERIUM. V. vocem præced.

CRUSTUMINIUM, pro Crustumium, quidam leg. apud *Liv.* l. 1. c. 11. ¶ Sed *Crustumini* populi pro *Crustumini* leguntur apud *Serv. ad Æn.* 8. v. 638.

CRUSTUMINUS, et Crustumius, a, um, idem quod Crustumerinus, ut videtur: ut Crustumini campi, *Liv.* l. 2. c. 64. Crustumia, et Crustumina pyra, *Virg.* 2. *Georg.* v. 88 quæ *Servius ibid.* dicit, esse ex parte rubentia: et *Colum.* l. 5. c. 10. *post med.* inter generosissima recenset. *Plin.* vero l. 23. c. 7. decocta ait mire salubria esse et grata, et Crustumina Tribus, a Tuscorum urbe Crustumina (*al.* Crustumena) appellata, *Festo* teste. ¶ *Crustumini, orum*, sunt ejus oppidi incolæ, *Liv.* l. 1. c. 9. 10. et 11. ¶ Illud dubium facit, sit ne Crustuminus idem quod Crustumerinus, quod *Festus* Crustuminam urbem in Tuscia ponit, scilicet trans Tiberim. At Crustumerium cis Tiberim certe fuit in Sabinis, ut dictum est. Nisi dicamus, propter propinquitatem facile alteram pro altera provinciam posuisse.

CRUSTUMIUM, ii, n. idem quod Crustumerium, ut videtur. *Serv. ad* l. 2. *Georg.* v. 88. et *Sil.* l. 8. v. 368. ¶ Item fluvius cum oppido cognomine inter Ariminum, et Pisaurum, nunc *Conca. Plin.* l. 3. c. 15. et *Lucan.* l. 2. v. 406. ¶ *Phocas in Arte*, pag. 1707. *Putsch.* docet esse *Crustumiæ, arum*, pluralis tantum numeri: sed fallitur.

CRUX, crusis, f. *a cross*, σταυρὸς, σκόλοψ, instrumentum e duplici ligno, recto et transverso, in quo damnati clavis, aut funibus affigebantur. Varii generis cruces fuerunt, de quibus *Lips. de Cruce* l. 1. et 3. exhibitis figuris fuse disserit. Fuit autem supplicium fere servorum, acerrimum, et infame, cum in cruce suspensi diu cruciarentur, paulatimque, et magnis doloribus vitam finirent. *Cic.* 3. *Verr.* c. 3. Cives R. implorantes jura libertatis et civitatis, in crucem sustulit. *Id.* 5. *de Fin.* c. 30. A prætore Darii in crucem actus est. *Id.* 3. *Verr.* c. 4. Cives R. morte, cruciatu, cruce afficere. *Id. in Pison.* c. 18. Si te, et Gabinium cruci suffixos viderem. *Justin.* l. 18. c. 7. In altissimam crucem suffigi jussit. *Hirt. de B. Afric.* c. 66. Suffigere aliquem in cruce. *Curt.* l. 6. c. 3. et *Tacit. Ann.* 15. cap. 44. Cruci affixus. *Plin.* l. 36. c. 15. Defunctorum figere crucibus corpora. (V. *Crucifigo.*) *Petron. in Satyr.* c. 111. Latrones jussit crucibus affigi. et cap. 137. Si magistratus hoc scierint, ibis in crucem. *Cic.* 7. *Verr.* c. 6. Figere crucem servis. *Juvenal.* sat. 6. v. 219. Servo crucem ponere. *Sueton. in Galb.* c. 9. Statuere alicui crucem. *Plin.* l. 14. c. 1. Pendere in cruce. *Cic.* l. 1. *ad Q. Fr.* ep. 2. c. 2. Illum crucem sibi ipsum constituere, ex qua tu eum ante detraxisses. ἀλληγορικῶς. ¶ *Lips. cit.* l. 1. c. 5. duplex esse statuit crucis genus, simplex et compactum: illud uno simplicique ligno constans, hoc duplici, erecto et transverso, ut dictum est. Ad primum illud genus pertinere docet illud *Senecæ de consol. ad Marc.* c. 20. Video istic cruces non unius quidem generis, sed aliter ab aliis fabricatas. capite quidam conversos in terram suspendere: alii per obscena stipitem egerunt: alii brachia patibulo explicuerunt. *agere per obscena stipitem*, est quod dicimus *to impale alive*, σκολοπίζειν, a Turcis hodieque usurpatum supplicium. De eo *Mæcenas in carm.* apud *Senec.* ep. 101. Vita dum superet, bene est. Hanc mihi, vel acuta Si sedeam cruce, sustine. ¶ *Crucem* appellat *Senec. de provid.* c. 3. machinam illam, in qua alligatus M. Regulus vigilia et inedia necatus est: de qua machina V. *Gell.* l. 6. c. 4. ¶ *Crucem pendulam* de temone currus dixit *Stat.* l. 4. silv. 3. v. 28. V. ¶ Translate dicitur de omni cruciatu, pernicie, interitu, calamitate. *any thing that causes pain, trouble, affliction*, &c. *Colum.* l. 1. c. 7. Summum jus antiqui summam putabant crucem. *Terent. Eun.* 2. 3. 91. An id flagitium est, si in domum meretriciam Deducar, et illis crucibus, quæ nos nostramque adolescentiam Habent despicatam, et quæ nos semper omnibus cruciant modis, Nunc referam gratiam. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 46. jamque hosce absolutos censeas, Cum incedunt infectores crocotarii; Aut aliqua mala crux semper est, quæ aliquid petat. *Terent. Phorm.* 3. 3. 11. Ni etiam nunc me hujus causa quærere in malo jubeas crucem. *h. e.* in malo aliud malum, ut *Donat.* exponit. *Plaut. Men. prol.* v. 66. Fluvius rapidus raptori pueri subduxit pedes: abstraxitque hominem in maximam malam crucem. *h. e.* ad interitum, mergendo. *Id. Bacch.* 4. 22. Quæ te mala crux agitat? *h. e.* quæ Furia. ¶ Sæpe hinc adhibetur in execrationibus. *Plaut. Asin.* 5. 2. *extr.* I in crucem. *go hang; go feed the crows. Id. Mostell.* 3. 2. 163. Abin' hinc in malam crucem? *Id. Men.* 2. 2. 53. Numquid vis? *Me.* ut eas maximam in malam crucem. *aye; go and be hanged. Id. Rud.* 1. 2. 86. Evasit ex aqua: jam in litore est: sed dextrorsum aversa it in malam crucem. *but 'tis the devil that drives her.* Et omisso verbo, *Terent. Phorm.* 2. 3. 21. In malam crucem. *go to the devil. Plaut. Capt.* 3. 1. 9. Ilicet parasiticæ arti in malam maximam crucem. *subaudi* ire licet. ¶ Est etiam convicium in hominem cruce dignum. *Plaut. Pers.* 5. 2. 17. Quid ais, crux, stimulorum tritor? *what is it you say, hang-gallows?* ¶ *Malo cruce*, mascul. gen. *Gracch.* apud *Fest.* in *Masculino.* Dignus fuit, qui malo cruce periret. *Enn.* apud *Non.* c. 3. n. 31. Malo cruce fatum ut des, Jupiter. Al. leg. *Malo, cruce fatum*, &c. ¶ *Summum jus summa crux*, proverb. apud *Colum.* l. 1. c. 7. quo monemur, non esse vindicandum quidquid licet, sed remittendum aliquid, et comiter ac facile cum inferioribus agendum. ¶ In gen. plurali *crucum* ne sit, an *crucium*, lis est. Legitur quidem *crucium* apud *Tertull. in Apolog.* cap. 16. bis: ubi *Schopp.* invenit *crucum* in quodam MS. atque ita *Rigaltius* edidit tum hoc loco, tum lib. 1. *ad Nation.* c. 12. *Pammelius* quoque, licet *crucium* ediderit ex auctoritate excusorum librorum, fatetur tamen *crucum* esse in MSS. omnibus. Denique etiam *Charis.* lib. 1. pag. 114. *Putsch.* volebat *crucum*. Quare videtur præferendum: sic *nucum, ducum, conjugum, frugum.*

CRYPHII, orum, m. in sacris Mithræ videntur fuisse vel sacerdotes occultioribus sacris initiati, vel sacra ipsa magis arcana, quæ iis demum ostendebantur, qui ejus Dei ministri esse cupientes, multa suæ devotionis experimenta per varios cruciatus, et purgationes dedissent. Specus enim erat tenebrosus et horridus, in quo consecrabantur: qui specus κρύφιος dicebatur, eodemque nomine vocabatur ipse Mithra: a κρύπτω, abscondo. Meminit hujus specus *Hieronym.* ep. 7. *ad Lætam.* Cryphiorum vero nomen legitur in *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 303. n. 2. et pag. 1087. n. 4. Plura hac de re *Reinesius ad Inscript.* 48. *class.* 1. Quod si in antiquis marmoribus vel *Cryfii* legatur, vel *Criphii* error insculpentium censendus est.

CRYPTA, æ, f. *a subterraneous place or passage; a vault, cavern, grotto; any concealed arched place*, κρύπτη, Græca vox, qua significatur locus subterraneus, vel abditus: a κρύπτω, abscondo. *Juvenal.* sat. 5. v. 106. *de pisce.* Et solitus mediæ cryptam penetrare Suburræ. *h. e.* cloacam, quæ fornicato opere subterraneum canalem sordibus urbis præbebat. *Sueton. in Calig.* c. 58. Cum in crypta, per quam transeundum erat, pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas præpararentur, ut eos inspiceret, restitit. *h. e.* in cryptoporticu. *Vitruv.* l. 6. c. 8. In ædibus cryptæ, horrea, apothecæ, ceteraque quæ ad fructus servandos magis, quam ad elegantiæ decorem possunt esse. *subterraneous granaries.* Nam ut docet *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 57. quidam granaria sub terris habebant. *Prudent. peristeph.* 4. *de S. Hippol.* v. 153. Haud procul extremo culta ad pomœria vallo Mersa latebrosis crypta patet foveis: Hujus in occultum gradibus via prona reflexis, &c. *h. e.* sepulcrum. Nam sepulcra olim subterranei specus fuerunt. ¶ Habet hanc vocem etiam *Varro* apud *Non.* c. 2. n. 766. ¶ Crypta Neapolitana, [† nunc] *grotta di Napoli*, est specus pervium sub monte Pausilypo, haud procul Neapoli, per quod Puteolos via compendiosa itur, mille passus longa, alta et lata duodecim: ad cujus initium Virgilii sepulcrum est situm e marmore. *Senec.* ep. 57. A ceromate nos haphe excepit, in crypta Neapolitana. Nihil illo carcere longius, nihil illis faucibus obscurius, quæ nobis præstant, non ut per tenebras videamus, sed ut ipsas.

CRYPTICUS, a, um, subterraneus, κρυπτικὸς: a κρύπτω, abscondo. *Sidon.* l. 1. ep. 5. Pontes quos antiquitas a fundamentis ad usque aggerem calcabili silice crustatos crypticis arcubus fornicavit. [¶ Cryptici *Firmico Mathes.* l. 3. sunt homines taciturni, qui κρύπτουσι (occultant) suas cogitationes.]

CRYPTOPORTICUS, us, f. *a close walk, alley, or gallery, closed on all sides to be cool in summer; a cloister, grot, covered gallery*, porticus vel subterranea, vel undique septa, et a sole remota, qua refrigerandi causa per æstatem uti licet. Vox hybrida est a Latino *porticus*, et Græco κρυπτὸς, absconditus, tectus. *Sueton. in Calig.* c. 58. cryptam appellat. *Plin.* l. 5. ep. 6. *a med.* In summa cryptoporticu cubiculum, ex ipsa cryptoporticu excisum. *Id.* l. 2. ep. 17. Hinc cryptoporticus extenditur: utrinque fenestræ, a mari plures, ab horto singulæ, et altius pauciores. Hæ cum serenus dies, et immotus, omnes: cum hinc, vel inde ventus inquietus, qua venti quiescunt, sine injuria patent. *Sidon.* l. 2. ep. 2. *ante med.* A parte vestibuli longitudo tecta interius patet, quæ quia nihil ipsa prospectat, etsi non hippodromus, saltem cryptoporticus meo mihi jure vocitabitur.

CRYSTALLINUS, a, um, *of crystal, crystalline*, κρυστάλλινος, ad crystallum pertinens. *Capitolin. in Vero*, c. 5. Calices murrhini, et crystallini. *Plin.* l. 37. c. 2. *sub fin.* Crystallina pila adversis posita solis radiis. *Id. ibid.* c. 9. Crystallina centra in sapphiris. ¶ *Crystallina* absolute sæpe dicuntur vasa e crystallo. *crystal vessels. Juvenal.* sat. 6. v. 154. *Martial.* l. 1. epigr. 54. et l. 9. epigr. 60. et *Plin.* l. 37. c. 2. *et alibi.* ¶ Præpositus a crystallinis est inter officia domus Augustæ. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 474. n. 4.

CRYSTALLION, ii, n. *the herb flea-bane*, κρυστάλλιον, herba eadem, quæ psyllion. *Plin.* l. 25. c. 11.

CRYSTALLUM, i, n. et Crystallus, i, f. et m. *crystal*, κρύσταλλος, lapis, seu succus perspicuus lapidescens, quem sub terris, aut inter gelidas rupium venas frigus glaciat, et durat: quasi κρυόσταλλος, a κρύος, frigus, et στέλλομαι pro συστέλλομαι, contraho, quia ab aliquibus glacies censetur, idest aqua frigore concreta: vel melius a similitudine glaciei. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 126. Raraque longævis nivibus crystalla gelari. *Plin.* l. 36. c. 26. Vitrum in India e crystallo fracta fieri. *Solin.* c. 15. (*al.* 25.) *sub fin.* Crystallus, quem Europa subministrat, &c. multus ad pocula destinatur, &c. sexangulus invenitur. ¶ Per synecdochen sumitur pro vase e crystallo. *a crystal vessel. Martial.* l. 10. epigr. 66. Quis potius cyathos, aut quis crystalla tenebit. *Id.* l. 9. epigr. 23. Nec labris nisi magna meis crystalla terantur. *Propert.* l. 4. el. 3. v. 52. Crystallusque suas ornet aquosa manus. De crystallo, cui aqua inerat, aliquot sunt epigrammata *Claudiani* a 6. usque ad 14. Atque hæc fortasse est, quam *aquosam* dicit *Propert.* ¶ De crystalli natura et origine agunt *Plin.* l. 37. c. 2. *Senec.* lib. 3. *quæst. nat.* cap. 25. et *Solin.* cap. 15. (*al.* 25.) *sub fin.* [¶ Crystallus pro glacie apud *Auct. Priap.* carm. 63. v. 6. Rigetque dura barba vincta crystallo.]

CTESIBICUS, a, um, ad Ctesibium pertinens, ut Ctesibica machina, quæ in altitudinem aquam educit. *h. e.* ab illo inventa. *Vitruv.* l. 10. c. 12. Fuit autem Ctesibius vir Alexandrinus, qui sub Ptolemæo Evergeta floruit, et pleumaticam rationem, atque hydraulica organa reperit, uti docent *Plin.* lib. 7. cap. 37. et *Vitruv.* lib. et cap. 9.

C U

CUBA, æ, f. Cubam Sabini vocant eam, quam militares lecticam: unde videtur derivatum esse cubiculum. Hæc *Festus.* ¶ Item dea cubandi, cui, simulque *Eduliæ* et *Poticæ* (al. *Potinæ*) initiabantur pueri, ubi primum a lacte, et cunis transierant. *Varro* apud *Donat. ad Terent. Phorm.* 1. 1. 15.

CUBATIO, onis, f. *a lying down*, actus cubandi. *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 30. A cubatione cubiculum.

CUBATOR, oris, qui cubat. *Paulin. Nolan.* ep. 21. (*al.* 24.) c. 4. Joannes beatus Dominici pectoris cubator.

CUBATUS, us, m. cubatio. *Plin.* l. c. 57. *de gallinis pituita laborantib.* Medicina in fame, et cubatus in fumo. *Harduin.* ex MSS. legit *cubitus.*

CUBICULARIS, re, et Cubicularius, a, um, *pertaining to a bed-chamber*, ad cubiculum pertinens; ut *cubicularia lucerna* apud *Martial. in lemmate* epigr. 39. l. 14. et *Cubicularis lectus* apud *Cic.* 2. *de Divin.* c. 65. et 5. *Tuscul.* c. 20. et *Cubicularis imago*, quæ in cubiculo servatur, apud *Suet. in Aug.* c. 7. et *Cubicularia stragula*, *Plin.* l. 8. c. 58. *a coverlet.* et *Cubiculare velum*, qua cubiculi fores obteguntur, *a piece of tapestry or silk hung before a door.* ¶ *Cubicularius* absolute est servus a cubiculo, *a valet-de-chambre, waiting servant in one's bed-chamber*, κατευναστὴς, κατακοιμιστής. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 2. Aditus autem ad me minime provinciales: nihil per cubicularium. *Id. Verr.* 5. c. 4. Hunc vestri janitores, hunc cubicularii diligunt. *Sueton. in Domit.* c. 17. Saturius decurio cubiculariorum. *a master*, vel *groom of the bed-chamber.* ¶ *Cubicularia*, ancilla cubiculi, *a chamber-maid.* Videtur legi in veteri Inscript. apud *Gruter.* pag. 576. n. 5. In alia apud *Donium* class. 7. n. 119. leg. per syncop. *cubiclarius.* [Aperte tamen occurrit apud *Murator. Inscript.* pag. 898. n. 1. Cubicularia hunc titulum posuit.]

CUBICULATUS, a, um, adject. *formed to lie in*, in cubiculi modum factus, vel cubicula habens, ut *cubiculatæ naves* apud *Senec.* l. 7. *de Benef.* c. 20. thalamegi. *pleasure-boats or yachts, with large roomy cabins and sleeping apartments.*

CUBICULUM, li, n. *a bed-chamber*, εὐναστήριον, θαλάμιον, conclave, membrum in ædibus, in quo tum per diem manemus, tum noctu cubamus: quamquam si locum significet, in quo dormitur, aliquando adjunctum habet aliquid ejus significationis. *Plin.* l. 2. ep. 17. *a med.* Cubiculum noctis et somni. *Id.* l. 5. ep. 6. *ante med.* Dormitorium cubiculum. et l. 1. ep. 3. Cubicula diurna nocturnaque. *Cic.* 5. *Verr.* c. 23. Cum iste etiam cubaret, in cubiculum introductus est. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. Subgrande cubiculum et hibernum altum valde probavi. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 7. Adducere aliquem in cubiculum. *Liv.* l. 3. c. 57. Minister cubiculi. *a gentleman of the bed-chamber, chamberlain.* qui in Inscriptionib. apud *Gruter.* pag. 575. n. 5. et 8. et 576. n. 4. dicitur *a cubiculo*; apud *Liv.* tamen *loc. cit.* designat etiam ministrum libidinum. Quo pertinet illud apud *Cic.* 2. *de Orat.* c. 65. Quando tandem, Galba, de triclinio tuo exibis? Cum tu, inquit, de cubiculo alieno. *Sueton. in Domit.* c. 16. *extr.* Parthenius cubiculo præpositus. *a high chamberlain*, vel *master of the bed-chamber.* ¶ *Idem* in *Ner.* c. 12. vocat *cubiculum* podium, sive suggestum, ex quo Princeps spectare ludos solebat, *a pavilion, royal tent.* Adde *Plin. in Paneg.* c. 51. ¶ Apud *Vitruv.* l. 2. c. 8. cubicula dicuntur in structura muri reticulata, quæ mox appellat *cubilia*, hoc est loca in quibus sedent lapides. Reticulatum, *inquit*, ad ruinas faciendas ideo paratum, quod in omnes partes dissoluta habet cubicula, et coagmenta. ¶ *Cubiclum* per syncopen dixit *Martial.* lib. 10. epigr. 30. v. 17.

CUBĬCUS, a, um, adject. *cubical, square on all sides like a die,* ad cubum pertinens, vel ad cubi formam factus. *Vitruv.* l. 5. *in præfat.* Placuit cubicis rationibus præcepta in voluminibus scribere. ¶ Legitur et *cybicus, a, um,* ut *cybica soliditas* apud *Martian. Capell.* l. 2. *circa init.* Cum enim sit a Græco κύβος, *v* modo in *u* latinum transit, modo remanet.

CUBĪLE, lis, n. *a couch, bed,* κοίτη, lectus, in quo cubatur. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 32. Mihi calceamentum est solorum callum, cubile terra. et lib. 2. c. 17. Collocare aliquem in cubili. *Id. Catil.* 4. c. 8. Nulli sunt inventi, qui non cubile ac lectulum suum salvum esse velint. *cubile* hic poni videtur pro cubiculo dormitorio. *a bed-chamber.* Sic apud *Plin.* l. 15. c. 11. *cubile salutatorium* videtur esse, quod nos dicimus *an audience-chamber,* h. e. in quo dormitur quidem, sed admittuntur tamen a ditioribus salutantes. Alii putant esse lararium, in quo Lares domi salutabant. *a little chapel, or closet, where they placed the images of the* Dii Lares. ¶ Aliquando refertur ad concubitum, aut conjugium. *Virg.* 3. *Æn.* v. 324. Nec victoris heri tetigit captiva cubile. *Id.* 8. *Æn.* v. 412. castum servare cubile Conjugis. *Id.* 12. *Æn.* v. 144. Ascendere cubile alicujus. *h. e.* conjugem fieri. *Ovid. Heroid.* ep. 3. v. 109. Sociare cubilia cum aliquo. *Cic. Fam.* 9. ep. 22. Inire cubile alicujus. *h. e.* adulterare. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 501. patrium temerare cubile. ¶ Dicitur sæpe de nidis avium, et ferarum latibulis, *a nest; a den, place which beasts resort to for rest,* εὐνή. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 26. Alcibus arbores sunt pro cubilibus. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *ad fin.* Cubilia canibus substernenda fronde. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 52. Gallinæ, avesque reliquæ cubilia sibi, nidosque construunt. *Virg.* 1. *Georg.* c. 183. Aut oculis capti fodere cubilia talpæ. *their darksome retreats. Id.* 4. *Georg.* v. 45. et 243. ita vocat apum alvearia. *bee-hives. Phædr.* l. 1. fab. 19. cubile canis. *a kennel.* Et l. 2. fab. 4. v. 12. suis. ¶ Translate *Cic. in Pison.* c. 34. Investigatas esse a nobis labes imperii tui, stragesque provinciæ: quas quidem nos, non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis, et cubilibus persecuti sumus. *Id. Verr.* 4. c. 77. *extr.* Ut omnes mortales istius avaritiæ non jam vestigia, sed ipsa cubilia videre possint. *the very nest, den, or secret retreat.* (Adde *pro Cluent.* c. 30.) *Valer. Flacc.* l. 5. v. 154. sævumque cubile Promethei Cernitur, in gelidas consurgens Caucasus Arctos. *Id. ibid.* v. 144. ignoti dura cubilia ferri. *iron-mines. Id.* l. 3. v. 37. et *Horat.* l. 4. od. 15. v. 16. cubile dicunt occasum, quia sol eo cubitum ire videtur. ¶ Apud architectos *cubile* est ea structuræ pars, in qua aliquid sedet et nititur, ut cubilia lapidum, *Vitruv.* l. 2. c. 8. et cubilia tignorum, l. 4. c. 2. quæ et *columbaria* appellantur. ὀπαί. *a ground-work, or course of stones in building.* Sic *Plin.* l. 36. c. 14. Ea maxima moles fuit, nec sedit in cubili.

CUBĬTAL, lis, n. *a cushion to lean on,* ὑπαγκώνιον, cubiti fulcimentum, pulvinus, cui cubito innitimur. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 255. Ponas insignia morbi, Fasciolas, cubital, focalia, &c. ¶ Alii breve palliolum intelligunt, ad cubitum usque tantummodo pertinens, quo si opus esset, caput etiam tegeretur, usurpatum ab iis, qui valetudine laborarent: propterea quod *Quintil.* eadem morbi insignia enumerans, hæc habet l. 11. c. 3. *a med.* Palliolum, sicut fascias, quibus crura vestiuntur, et focalia, et aurium ligamenta, sola excusare potest valetudo. *a fore-sleeve for the arm from the elbow downwards.*

CUBITĀLIS, le, πηχυαῖος, altus uno cubito, *of a cubit; a cubit high or long. Liv.* l. 24. c. 34. Archimedes murum ab imo ad summum crebris cubitalibus fere cavis aperuit. Sic Cubitalis caules, *Plin.* l. et cap. 12. et Cubitalis mensura, *Pallad. in Februar.* tit. 18. *extr.*

CUBITĬO, onis, f. cubatio. *Augustin.* epist. 151. Legi litteras tuas ad lucernam, jam cœnatus: proxime erat cubitio, sed non ita etiam dormitio.

CUBITISSIM, adverb. *with the elbow,* in cubitum. *Plaut. Cas.* 5. 2. 43. Volo, ut obvertam cubitissim.

CUBĬTO, as, n. 1. *to be in the habit of lying,* frequentat. a *cubo. Cic. pro Cæl.* c. 15. Pusio cum majore sorore cubitavit. *Colum.* l. 8. c. 10. *extr.* Pulli, qui humi cubitant. [*Plaut. Curc.* 1. 1. 57. Neque dum cubitat cum viris.] [† *Sen. Epist.* 90. Diogenes in dolio cubitavit.]

CUBĬTOR, oris, m. *he that lies down, that is apt to lie down,* qui cubat. *Colum.* l. 6. c. 2. *a med.* cubitorem bovem appellat, qui sæpe decumbit ex pertinaci contumacia.

CUBITORĬUS, a, um, adject. ad cubandum pertinens, ut *cubitoria vestimenta* apud *Petron. in Satyr.* c. 3. *Lipsius* tamen, quem plures sequuntur, l. 1. *Saturn.* c. 2. legit *accubitoria.* Sed et qui *cubitoria* legunt, cœnatoriam vestem intelligunt. [¶ *Cubitorium* absolute pro sepulcro. *Campol. in Litholex.* Cubitorium curavit.]

CUBITŪRA, æ, f. *a lying down,* cubatio. *Plaut.* apud *Non.* c. 3. n. 54. Pol ad cubituram, mater, magis sum exercita a te, quam ad cursuram; eo sum tardiuscula. Ita *Muretus* legit l. 18. *Varr. lection.* c. 10. nam corrupte admodum a *Nonio* referuntur.

CUBĬTUS, i, m. et Cubitum, ti, n. *the arm below the elbow, that part of the arm which reaches from the elbow to the extremity of the middle finger, or to the wrist,* κύβιτον, πῆχυς, ulna, seu alterum e duobus ossibus, quibus brachium constat, ab imo osse humeri ad carpum manus extensum, et alteri, cui nomen *radio* est, subjectum. *Cels.* l. 8. c. 1. Radius superior breviorque, et primo tenuior, &c. cubitus inferior longiorque, et primo plenior, &c. Adde cap. 16. ¶ Item ipse brachii flexus, cui annitimur, ἀγκών, *the elbow. Plin.* l. 11. c. 45. Homini genua, et cubita contraria. *Plaut. Stich.* 2. 1. 13. Cubitis depulsare de via. *Martial.* l. 3. epigr. 82. Cubitis trudit hinc et inde convivas. *Virg.* 4. *Æn.* v. 690 Ter se se attollens, cubitoque innixa levavit. *Petron. in Satyr.* c. 132. Erectus in cubitum. ¶ Cubito sinistro innixi, jacentes in lectis, antiqui cœnabant. V. *Accumbo.* Hinc illa *Horat.* lib. 1. od. 27. v. 8. Et cubito remanete presso. et lib. 2. sat. 4. v. 139. Languidus in cubitum jam se conviva reponet. *h. e.* rursus convertet se ad comedendum, qui cibos fastidire videbatur. Sic *Petron. in fragm. Tragur.* c. 65. *Burm.* Tentavi assurgere, &c. recreatus hoc sermone reposui cubitum. et c. 27. Ponere cubitum apud aliquem. *h. e.* cœnare, translatitius loquendi modus. Fortasse huc pertinet et illud *Calpurnii Eclog.* 6. v. 71. Ponere seu cubitum, &c. ¶ *Cubito* aliquem *pellere* est aspernari, improbare, reprehendere, rejicere, apud *Tertull. de Anim.* c. 55. quia si quid perperam dictum ab eo sit, qui proxime nos est, solemus eum cubito icere, et latus ejus fodere. ¶ Translate est curvatura litoris, flexus. *Plin.* l. 3. c. 13. Ancona apposita promontorio Cumero, in ipso flectentis se oræ cubito. ¶ Est etiam nomen mensuræ a flexu cubiti ad summitatem medii digiti, quam alii sesquipedem continere aiunt, alii pedes duos: *a cubit, the measure of a foot and a half, or according to some of two feet:* et sunt præterea varia cubitorum genera, regius, vulgaris, Geometricus, &c. *Vitruv.* docet l. 3. c. 1. *a med.* constare ex sex palmis, digitis vigintiquatuor. *Cic.* 2. *de leg.* c. 26. Columella tribus cubitis altior. *Plin.* l. 7. c. 2. *ad fin.* Æthiopas octona cubita longitudine excedere. *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 68. Quadraginta cubita altus. *Plaut. Rud.* 5. 2. 7. Signare litteris cubitum longis. *in cubital letters; in letters a cubit long.* et *Cic. Attic.* l. 13. ep. 12. Biennium præteriit, cum ille Καλλιππίδης assiduo cursu cubitum nullum processerit. *not a step.*

CUBĬTUS, us, m. *a lying down,* cubatio, κατάκλισις. *Cato R. R.* c. 5. Primus cubito surgat: postremus cubitum eat. *Plin.* l. 28. c. 4. *sub fin.* Supini cubitus oculis conducunt, at proni tussibus, in latera adversus distillationes. ¶ Item cubile, lectus, *a bed, couch, nest. Plin.* l. 24. c. 9. His foliis cubitus sibi sternunt.

CUBO, as, bui, *raro* bavi, bitum, n. 1. *to lie, lie down, be in bed, recline, repose,* κατάκειμαι, jaceo, a κύπτω, quod est caput atque oculos declinare, sive demittere, ut dormientes solent. *Ovid. de remed. amor.* v. 727. Hic fuit, hic cubuit, thalamo dormivimus illo. *Cic.* 5. *Verr.* c. 23. Cum iste etiam cubaret, in cubiculum introductus est. *Juvenal.* sat. 3. v. 280. Cubat in faciem, mox deinde supinus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 23. Cum cœnatus cubitum in idem conclave cum filiis isset. *Id. in somn. Scip.* c. 1. Cubitum discessimus. *Plaut. Trucul.* a. 5. v. 24. Corrumpor situ: ita miser cubando in lecto hic exspectando obdurui. *Sueton. in Aug.* c. 43. Lectica cubans. et cap. 83. et *Ovid.* 11. *Metam.* v. 612. Cubuisse toro. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 162. Et senis Anchisæ molliter ossa cubent. ¶ *Festus:* Cubans auspicatur, qui in lecto quærit augurium. ¶ Metonymice est ægrotum esse, *to lie sick, keep one's bed in sickness. Horat.* l. 1. sat. 9. v. 18. quendam volo visere non tibi notum: Trans Tiberim longe cubat is prope Cæsaris hortos. *Id.* l. 2. sat. 3. v. 289. Mater ait pueri menses jam quinque cubantis. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 164. hæc cubat, ille valet. *Sueton. in Ner.* c. 34. Cubans ex duritie alvi. *Plaut. Trucul.* 2. 5. 2. Cubare puerperio. *to lie in child-bed.* ¶ Item concumbere. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 81. Cum peregrini cubui uxore militis. Adde *Mil.* 1. 1. 65. et alibi. ¶ Significat etiam accumbere, *to sit or recline at table,* quoniam cubando veteres cœnabant. *Sueton in Ner.* c. 32. Lautiore convivio effusus subito in cachinnos. Coss. qui juxta cubabant, quidnam rideret, blande quærentibus, &c. Adde *in Calig.* c. 24. et *Cicer.* l. 2. *de Orat.* c. 86. ¶ Pisces cubantes qui sint, V. in *Jacens.* ¶ *Cubare* dicitur *mare,* cum tranquillum jacet. *Martial.* l. 5. epigr. 1. Plana suburbani qua cubat unda freti. *sleeps, is still.* ¶ *Tecta cubantia,* quæ in latus pendent, et procumbunt. *Lucret.* l. 4. v. 518. *tottering.* ¶ Reperitur etiam *cubavi* in præterito. *Quintil.* l. 8. c. 2. *ad fin.* Fingitur in scholis, supra se cubasse. Sic *incubavi* apud *Plin.* et *Ascon.*

CUBŬLA, æ, f. libi sacri genus. *Arnob.* l. 7. pag. 230. ¶ Habet aliquam ipsa vox similitudinem cum *subucula,* quæ item appellatio est libi apud *Fest.*

CUBUS, i, m. *a cube, or figure square on all sides like a die; a die,* κύβος, est figura ex omni latere quadrata, quales sunt tesseræ, quibus in alveolo luditur. *Vitruv.* l. 5. *in præfat.* ¶ In numeris *cubus* dicitur, cum omne latus ejusdem numeri æqualiter in se se solvitur, sicuti fit, cum ter terna ducuntur, atque idem ipse numerus triplicatur. *Gell.* l. 1. c. 20. ¶ *Rhemn. Fann.* ad amphoræ mensuram refert, *de ponderib.* v. 61. Quatuor ex quadris medium cingatur inane, Amphora fit cubus. ¶ Legitur a quibusdam, et quidem prima brevi, etiam apud *Ovid. de medicam. fac.* v. 88. Et modicum e myrrhis pinguibus adde cubum. *h. e.* ut quidam putant, quantum est parvus cubus. Sed mire eo loco libri variant, et Interpretes. ¶ Apud *Auson. in Gripho,* v. 3. *cœbum* pro *cubum* legendum quidam putant, quod ita Veteres dixerint, ut *mœrus* pro *murus, pœnio* pro *punio,* et *cœravit* pro *curavit.*

CUCŬBO, as, n. 1. *to cry or hoop like an owl,* ὑΐζω, proprium est vocis noctuæ. *Auct. carm. de Philom.* v. 41. Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

CUCULLA, æ, f. idem quod cucullus. *Hieronym. in vita Hilarion. sub fin.* et *Paulin. Nolan.* carm. 21. *ad Cyther.* v. 389.

CUCULLĀTUS, a, um, *wearing a hood, hooded,* cucullum habens, ut vestis cucullata. *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 24. Casula est vestis cucullata, dicta per diminutionem a casa, quod totum hominem tegat. *Colum.* l. 11. c. 1. *a med.* Frigora et imbres prohibentur optime pellibus manicatis, et sagis cucullatis. Al. leg. *sagatis cucullis:* alii *sagis et cucullis.* Eadem habet lib. 1. c. 8. V. *Cucullus.*

CUCULLĬO, sive Cuculio, onis. m. *a little hood,* dimin. a cucullus, vel idem ac cucullus. *Lamprid. in Heliogab.* c. 32. Tectus cucullione mullionico, ne agnosceretur. *Capitol. in Vero,* c. 4. Obtecto capite cucullione vulgari viatorio. *Cato* cap. 2. *R. R.* Cum tempestates pluviæ fuerint, centones, cuculiones familiam oportuisse sibi sarcire.

CUCULLIUNCŬLUS, i, m. parvus cucullio. *Paul.* ex *Festo* in *Tegillum.* Tegillum, cuculliunculum ex scirpo factum.

CUCULLUS. i, m. *a cornet or coffin of paper used by grocers and apothecaries to put their spice in,* proprie est involucrum chartaceum, quo a pharmacopolis, aliisque institoribus pulveres, ac similia clauduntur. *Martial.* l. 3. epigr. 2. Vel turis, piperisque sis cucullus. V. *Voss. in Etymol.* ¶ Translate est pars vestis a tergo pendentis, qua caput tegitur pluviæ, vel tempestatis causa, *a cloak or garment with a hood, covering for the head and shoulders, hood,* a forma, quia cucullus capitis refert conum inversum, planeque chartaceo cucullo similis est, ut ex palliis Hispanicis, et bardocucullis apparet. *Juvenal.* sat. 6. v. 118. Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos. *Martial.* l. 11. epigr. 99. Nec te cucullis asseret caput tectum. *Colum.* l. 1. c. 8. Familiam habeat munitam diligenter a vento, frigore, pluviaque: quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel sagis cucullis. *h. e.* cucullis sagatis, ut *Id.* habet l. 11. c. 1. suntque duo substantiva, quorum alterum adjectivi vicem præstat, ut *Virg.* 2. *Georg.* v. 192. pateris et auro. ¶ *Salmas. ad Capitolin. in Pertin.* c. 8. observat *ex not. Tyron.* et *Senecæ,* fuisse etiam pedum cucullos, qui *cucullopedones,* et *pedocuculli* dicerentur.

CUCŬLO, as, n. 1. *to cry like a cuckoo,* verbum est cuculi vocem exprimens. *Auct. carm. de Philom.* v. 35. Et cuculi cuculant, fritinnit rauca cicada.

CUCŬLUS, i, m. *a cuckoo,* κόκκυξ, avis ex genere accipitrum, licet ungues aduncos non habeat. In aliarum avium nidis ova parit, trium scilicet, palumbæ, alaudæ, chloridos, quod sciat se omnium avium generi esse odiosam, neque confidat, pullos in suo nido tutos fore. Hæc fere *Plin.* l. 10. c. 9. ubi Græca appellatione *coccygem* appellat: sed lib. 18. c. 26. *ad fin.* cuculum. Quamquam, sit ne cuculus idem cum coccyge, sunt qui dubitant. ¶ Hinc dicitur de adultero, quia ex alienis uxoribus liberos gignit, quemadmodum ille, qui uxorem habens adulteram alienos liberos enutrit pro suis, *curruca* vocatur. *a cuckold-maker, debaucher of other men's wives. Plaut. Asin.* 5. 2. 73. At etiam cubat cuculus: surge amator, i domum. ¶ Dicitur et de homine stupido, *Plaut. Trin.* 2. 1. 18. Ibi ille cuculus: ocelle mi, fiat. *that ninny.* ¶ Est etiam inter convicia agricolarum, ubi opus negligunt, et putationem vitium usque ad id tempus protendunt, quo cuculus apparere solet, *h. e.* post æquinoctium, ut est apud *Plin.* l. 18. c. 26. Dedecus enim habetur, opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi. *Horat.* l. 1. sat. 7. v. 30. durus Vindemiator, et invictus, cui sæpe viator Cessisset, magna compellans voce cuculum. *a lubber, term of reproach denoting sloth.* ¶ Pænultimam corripuit *Auct. carm. de Philom.* (qui olim falso *Naso* creditus est) v. 35. V. *vocem. præced.* ¶ Est etiam hoc nomine herba, quæ et *strumus,* et *strychnos* dicitur. *Plin.* l. 27. c. 8. *ad fin.*

CUCŬMA, æ, f. *a vessel of brass formed like a cucumber,* genus vasis coquinarii, dictum, ut videtur, a cucumeris forma. *Petron. in Satyr.* c. 135. Incincta quadrato pallio cucumam ingentem foco apposuit. et cap. 136. Frangitur ergo cervix cucumæ, ignemque modo convalescentem restinguit. *Al. leg.* cucumulæ. *Martian. Dig.* lib. 48. tit. 8. leg. 1. Si clavi percussit, aut cucuma in rixa, &c. baculum ferratum hoc loco significari, quidam scripsit. Sed non est a priori notione discedendum. Porro *Torrentin.* habet *cuccuma* duplici c. *Martial.* l. 10. epigr. 79. Torquatus nitidas vario de marmore thermas Exstruxit: cucumam fecit Otacilius. *Cucumam* hic putant aliqui balneolum privatum, exiguumque significare. *a little bath.*

CUCUMELLA, et Cucumula, æ, f. parva cucuma. *Cu-*

cumella legitur apud *Alfen. Dig.* lib. 8. tit. 5. leg. 17. De *cucumula* V. vocem præced.

[* CUCUMERARIUM, ii, n. locus cucumeribus consitus. *Campol in I ttheter.* Cucumerarium cædunum cuilibet de populo dedi. *Tertullian. advers. Jud.* c. 5. sic vertit *Isaiæ* c. 1. v. 8. Derelinquetur filia Sion, sicut casa in vinea, et sicut custodiarium in cucumerario. *Id. ibid.* c. 13. Velut in cucumerario casula.]

CUCUMIS, umis, et eris, m. *a cucumber*, σίκυος, herba est sarmentis prælongis humi repentibus, et in ramos vitis modo se diffundentibus, folio rotundo, cucurbita aliquanto minore, flore luteo, fructu viridi, in ventrem crescente, oblongo. *Virg.* 4. *Georg.* v. 122. tortusque per herbam Cresceret in ventrem cucumis. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 21. Cucumeres dicuntur a curvore. (Ubi *Scalig.* Ne putes Varroni de hac re assentiendum.) *Plin.* l. 20. c. 9. *ad fin.* Cum vino, aut cucumi cocto. ¶ Cucumis anguinus, sive sylvestris, vel agrestis, (*the wild cucumber*) herba solo fructu a sativo cucumere (*the garden cucumber*) distans, quem multo minorem habet, glandibusque longiusculis similem. *Plin.* l. 20. c. 1. Cucumin sylvestrem esse diximus infra magnitudinem sativi. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *ad fin.* Cucumerem anguinum condito in aquam, eamque infundito quo voles, nulli (*cimices*) accedent. ¶ Est et frutex marinus hoc nomine, et colore et odore similis terrestri. *a kind of fish or marine shrub.* *Plin.* l. 9. c. 2. ¶ Rectus casus *cucumer* agnoscitur a *Prisciano* l. 6. pag. 707. *Putsch.* rejicitur a *Capro de verb. dub.* pag. 2248.

CUCUMULA. V. *Cucuma.*

CUCURBĬTA, æ, f. *a gourd*, κολοκύνθη, σικύα, herba hortensis satis nota, humi repens, et si adminicula habeat, arbores quoque scandens, folio rotundo peramplo, flore luteo, fructu grandi, rotundo item, aut oblongo. *Plin.* l. 19. c. 5. ¶ *Cucurbita*, et frequentius *cucurbitula* est etiam instrumentum Medicorum, quod cuti imponitur ad sanguinem eliciendum, *a cupping-glass*, σικύα: quod forma cucurbitam referat. *Juvenal.* sat. 14. v. 57. vacuumque cerebro Jampridem caput hoc ventosa cucurbita quærit. ¶ Cucurbitæ caput, *a loggerhead, dolt, thick-scull, numbscull*, stolidum caput, stultus homo. *Apul.* l. 1. *Metam.* Nos cucurbitæ caput non habemus, ut pro te moriamur. ¶ Cucurbita glabrior, *bald, bare-headed*, calvus. *Id.* l. 5. Patre meo seniorem maritum sortita sum, dein cucurbita glabriorem. ¶ Cucurbitis olim pro urceis in balinearum usum, item pro cadis ad vina condenda usos fuisse Veteres tradit *Plin. loc. cit.*

CUCURBITARĬUS, ii, m. qui cucurbitas colit. *Hieronym.* ep. 89. *ad Augustin. in fi.*

CUCURBITATĬO, onis, f. cucurbitarum impositio ad sanguinem eliciendum. *Cæl. Aurelian.* 2. *Tard.* c. 1.

CUCURBITĬNUS, a, um, *of or like a gourd*, κολοκύνθινος, similitudinem habens cucurbitæ, ut Pyra cucurbitina, *Cato R. R.* c. 7. et *Plin.* l. et cap. 15. Et cucurbitina ficus, *Cloatius* apud *Macrob.* l. 2. *Saturnal.* c. 16. Al. leg. *cucurbitinus.*

CUCURBITŬLA, æ, f. *a little gourd*, parva cucurbita. Fere dicitur de instrumento Medicorum, de quo in *cucurbita* dictum est, *a cupping-glass.* *Cels.* l. 2. c. 11. Cucurbitularum duo genera sunt, æneum, et corneum, &c. *et mox.* Imponere cucurbitulam. [¶ Cucurbitula silvestris apud *Scrib.* compos. 106. est ea, quam Græci κολοκυνθίδα appellant.]

CUCURĬO, et Cucurrio, is, n. 4. *to crow, or cluck, like a cock*, proprium est gallorum. a sono. *Auct. carmin. de Philom.* v. 25. Cucurrire solet gallus, gallina gracillat.

CUCURRU. *Afran. in Cinerario.* Id me celabat cucurru. Ita *Charis.* l. 2. *sub fin.* ubi hanc vocem inter Interjectiones enumerat, simulque addubitat, an nomen sit, ut veru, genu.

CUCUS, i, m. idem quod cuculus. *Isidor.* l. 12. c. 7. *Plaut. Pers.* 2. 1. 6. Cucus si in ludum iret, &c. Alii tamen leg. *cuculus.* ¶ Est etiam genus arboris palmæ similis, cujus foliis utuntur ad textilia. *Plin.* l. 13. c. 9.

CUCUTIUM, ii, n. vestimenti genus, vel ut placet *Casaubono*, cuculli species. *Trebell. Poll. in Claud.* c. 17. Cucutia villosa duo. *Meurs. legit:* Cuculia. *Salmas.* dicta putat *cucutia*, pro *concutia*, h. e. dense texta, et pectine bene percussa, Græce κρουστὰς, de quibus V. in *Crusta.*

CUDO, is, udi, usum, a. 3. *to strike as smiths do, beat, hammer, forge*, κόπτω, τύπτω, ferio, pulso, tundo, cædo. *Plin.* l. 33. c. 4. Aurum pilis cudere. *h. e.* in mortario tundere. *Colum.* l. 2. c. 10. *circa med.* Durissimæ quidem acus resectæ separatæque erunt a cudentibus: minutæ vero, quæ de siliquis cum faba resederunt, aliter secernentur. *Plaut. Mostell.* 4. 2. 11. Cudere numos. *to stamp, coin.* *Quintil.* l. 9. c. 2. Annulum sibi cudi ab artifice in tribunali suo jusserat. *to be made or fashioned.* Hanc eandem rem *Cic.* 6. *Verr.* c. 26. narrans, *facere annulum* dixit. *Lucret.* l. 1. v. 1042. Plagæ cudunt. ¶ Translate *Terent. Heaut.* 4. 4. 18. Quam rem agis, scelus? *Sy.* Egone? argentum cudo, quod tibi dem. *h. e.* paro: et est jocculariter dictum. *Id. Eun.* 2. 3. 89. At enim istæc in me cudetur faba. *h. e.* in me recidet hoc malum, in me hæc vindicabitur culpa: *that will fall upon me, I shall suffer for that:* proverb. ductum ab area. Ibi enim quamvis faba præcipue cudatur, omnes tamen ictus in aream recidunt: vel quod quidam male coctam fabam supra caput coqui, velut ipsi fabæ iratus, saxo comminuerit. *Donat.* Alii alia comminiscuntur. *Plaut. Epid.* 5. 1. 40. Quæ intemperiæ te tenent? quas tu mihi tenebras cudis? *h. e.* præstigias, et fraudes, aut insidias paras. Al. leg. *trudis*, h. e. obtrudis. ¶ De præterito ita *Priscian.* l. 10. pag. 889. *Putsch.* Cudo secundum Diomedem, et Charisium, et Phocam *cusi*: secundum alios *cudi*: et videtur etiam *Virgil.* sic protulisse in 1. *Æn.* (v. 178.) Ac primum silicis scintillam excudit Achates, Suscepitque ignem foliis. *excudit* enim tam præsens, quam præteritum potest intelligi: sed quia *suscepit* subjunxit, melius præteritum intelligitur: idque etiam *Servius* comprobat. Hæc *Priscian.* Cæterum *Colum.* quoque *excudit* in præterito dixit *initio* l. 11. et *percuderint* l. 8. c. 5. *a med.* ¶ Supinum *cusum* probatur ex *incusus*, et *excusor*: quæ V.

CUDO, *vel* Cudon, onis, m. *a cap of raw-skin used instead of a helmet*, pellis cruda, qua vice galeæ nonnulli solebant uti ad munienda capita. *Sil.* l. 8. v. 495. capiti cudone ferino Sat cautum. *Id.* l. 16. v. 59. cudone comantes Disjecit crines. In *Glossis* habetur, Cudon, περικεφαλαίας εἶδος.

CUJA. V. *Cujus.*

CUJAS, atis. omn. gen. *of what country, belonging to whom*, ποδαπὸς, unde, ut *Non.* c. 2. num. 187. interpretatur, id est ex qua patria: ab adject. *cujus*: sicut *nostras* a *noster*, &c. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 37. Socrates cum rogaretur, cujatem se esse diceret, mundanum inquit: totius enim mundi se incolam et civem arbitrabatur. *Accius* apud *Non.* c. 5. n. 19. Qui neque cujatis esset, unquam potuimus multi rogitantes scire. *Apul.* l. 8. *Metam. de se asino loquens.* Præconem rogat, cujatis essem. At ille Cappadocum me, et satis forticulum denuntiat. ¶ Significat etiam, ex qua gente, *of what nation.* *Plaut. Pœn.* 5. 2. 32. Adi, atque appella, quid velit, quid venerit, Qui sit, cujatis, unde sit: ne parseris. *Mi.* Cujates estis? aut quo ex oppido? *Id. ibid. prol.* v. 109. rogitat postibi, Unde sit, cujatis, capta ne, an surrepta sit, Quo genere nata, qui parentes fuerint. ¶ Item cujus nomine, *in whose name.* *Id. Curcul.* a. 3. v. 37. Quid eum nunc quæris? aut cujatis? ¶ Rectus casus *cujas*, licet exemplis careat, agnoscitur a *Prisciano* l. 12. pag. 950. et lib. 17. pag. 1047. *Putsch.* ¶ Genitivus *cujatis* ab *eod. ibid.* censetur rectus casus: sed nihil prohibet, quin sit genitivus, et subaudiatur per figuram ellipsin, *patriæ, gentis*, &c.

CUICUIMŎDI, indeclinab. qualiscumque, vel qualitercumque, *of what sort, manner, or kind soever; whatsoever it be, be it what it will.* *Cic. Attic.* l. 3. ep. 22. *extr.* Tu ad me velim omnia, cuicuimodi sunt, scribas. Adde *pro Rosc. Amer.* c. 34. quod citat etiam *Priscian.* l. 13. pag. 959. *Putsch.* item lib. 3. *Tuscul.* c. *ult.* et lib. 5. c. *ult.* et lib. 2. *de leg.* c. 5. *extr.* et *Gell.* l. 13. c. 22. *sub fin.* et lib. 20. c. 1. *circa med.* et alibi. In quibusdam *Ciceronis* locis citatis est qui aliter legit. *Victorius Gronov.* aliique multi *cuicuimodo* defendunt.

CUIMŎDI, *of what kind or sort*, cujusmodi, qualis. *Gell.* l. 14. c. 1. Atque illud etiam, cuimodi esset, considerandum putabat. *Id.* l. 9. c. 13. Cuimodi fuerit pugna decertatum, Q. Claudius descripsit. Adde lib. 13. c. 29. et alibi.

CUJUS, a, um, *of whom, whose*, usurpatur pro genitivo *cujus* relativi *qui, quæ, quod*, et refertur ad personam possessoris. *Cic.* 3. *Verr.* c. 54. Ut optima conditione sit is, cuja res sit, cujum periculum. *Terent. Andr.* 4. 4. 24. Cedo, cujum puerum hic apposuisti? *Id. Eun.* 2. 3. 29. Quid? virgo cuja est? *Id. Heaut. prol.* v. 8. Nunc qui scripserit, et Græca (*fabula*) cuja sit, dicerem, ni, &c. *Plaut. Rud.* 3. 4. 40. Argentum pro istisce ambabus, cujæ erant, domino dedi. *h. e.* domino, cujus erant. *to the master, whose they were.* *Id. Merc.* 5. 2. 23. Nescio cuja vox ad aurem mihi advolavit. *somebody's voice.* *Id. Bacch.* 4. 9. 24. Is Helenam abduxit, cuja causa nunc facio obsidium Ilio. *Virg. Ecl.* 3. v. 1. cujum pecus? an Melibœi? Adde *Gell.* l. 1. c. 21. et lib. 9. c. *ult.* et lib. 16. c. 4. (ubi refert verba cujusdam veteris jurisjurandi) et alibi: et *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 99. ¶ *Cujanam* est cujus nam, *whose then?* *Plaut. Bacch.* 4. 9. 55. Cujanam vox prope me sonat? ¶ *Cujavis oratio*, hoc est cujusvis oratio, *of whomsoever it may be*, dicitur ab *Apul.* in *Apol.* ¶ Ablativus *cuja* pro genitivo *cujus*, cum verbis *interest*, aut *refert.* *Cic. in fragm. pro Vareno* apud *Priscian.* l. 12. pag. 950. *Putsch.* Ea cædes si potissimum crimini datur, detur ei cuja interfuit, non ei cuja nihil interfuit. *whose concern it was.*

CUJUSCEMŎDI, *of what kind or manner soever*, cujuscumque modi, cujuscumque generis. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 45. *ad fin.* Legem, cujuscemodi sit, in præsentia conservari a judicibus; post, si displiceat, a populo corrigi, convenire. Al. aliter leg. *Gell.* l. 11. c. 16. *ad fin.* Deterret nos, quam potest maxime, a varia promiscaque, et non necessaria rerum cujuscemodi plurimarum et cogitatione, et petitione. Adde *Apul.* l. 8. *Metam.* et lib. 9. bis. et lib. 11. bis. Addunt et locum *Hirtii de B. Afric.* c. 36. sed ibi al. leg. *cujusquemodi.*

CUJUSCUMQUEMŎDI, *of whatever kind*, cujusquemodi. *Sallust. in Catil.* c. 40. Nec solum cives, sed etiam cujuscumquemodi genus hominum. ¶ Legitur tamen etiam in duas voces divisa.

CUJUSDAMMŎDI, indecl. h. e. cujusdam generis, *of some sort or other.* *Cic.* l. 5. *Fin.* c. 12. Animus non esse solum, sed etiam cujusdammodi esse debet. *Id.* 2. *de Divin.* c. 15. Si fissum cujusdammodi fuerit in jecore, &c. ¶ Legitur et divisum.

CUJUSMŎDI, *of what kind, sort, manner, or fashion*, qualis, cujus modi, aut generis. *Cic.* 15. *Fam.* ep. 20. Hæc primo cupio cognoscere, iter tuum cujusmodi sit, ubi Brutum videris, &c. *Hirt. de B. Afric.* c. 31. Referre arbitrabatur, cujusmodi victoria esset futura. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 132. Viden' vestibulum ante ædes hoc? et ambulacrum cujusmodi? *et mox.* Age, specta, postes cujusmodi! *Id. Men.* 2. 4. 3. Cujusmodi hi homines erunt? *Er.* Ego, et Menæchmus, et Parasitus ejus. ¶ Est etiam idem quod cujuscemodi, cujuscumque modi, cuicuimodi, *of whatever kind or sort, whatsoever it may be.* *Cic. Fam.* 4. ep. 7. *a med.* Romæ ne, et domi tuæ, cujusmodi res esset, an Mitylenis aut Rhodi malles vivere. *Lambin.* legit cujuscujusmodi. *Id.* 5. *Tuscul.* c. *ult.* Ubi enim melius uti possumus hoc, cujusmodi est, otio? *Al. leg.* cuicuimodi. *Plaut. Bacch.* 3. 2. 16. Sis ne, nec ne, ut esse oportet, malus bonus, cujusmodi, justus injustus, malignus largus, &c.

CUJUSMODICUMQUE, *of whatever kind soever*, cujuscumque modi. *Cic. pro Cluent* c. 6. Cujusmodicumque mater sit.

CUJUSQUEMŎDI, *of what sort, or kind, soever*, cujuscumque modi, cujuscemodi. *Cic. pro Flacc.* c. 17. Cum tabulæ illæ ipsæ, cujusquemodi sunt, proferuntur. *Id.* 2. *de Fin.* c. 7. *ad fin.* Luxuriosi persequuntur cujusquemodi voluptates. *Sallust. in Jug.* c. 78. Eoque imponit vasa cujusquemodi, sed pleraque lignea. *Lucret.* l. 4. v. 135. Et cujusquemodi formarum vertere in ora. *Hirt. de B. Afric.* c. 23. Cum naviculis cujusquemodi generis triginta. *Flor.* l. 3. c. 4. Cujusquemodi ludibrio fœdare. *Gell.* l. 13. c. 29. Non solum in hominum corporibus, sed etiam in rerum cujusquemodi aliarum, facies dicitur. *Apul.* l. 2. *Metam.* Raptis cujusquemodi telis. ¶ Legitur et divisum *cujusque modi.*

CUJUSVĪS, Cujavis, Cujumvis, *whosever it may be, any man's.* *Apul. in Apolog.* Cujavis oratio insimulari potest.

CULCĪTA, æ, f. *the tick of a bed; a mattress; a cushion, pillow*, στρωμνὴ, id super quod dormientes quiescimus, non id quo integimur: a calcando, quod in ea lana, tomentum, plumæ, et alia materia inculcatur, ut *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 35. et *Fest.* docent. *Petron. in fragm. Tragur.* cap. 38. *Burm.* Vides tot culcitas? nulla non aut conchiliatum, aut coccineum tomentum habet. *Cic. Tuscul.* 3. c. 19. Collocemus in culcita plumea, psaltriam adducamus. *a feather-bed.* *Sen.* ep. 87. Culcita in terra jacet, ego in culcita. *Id.* ep. 108. *a med.* Laudare solebat Attalus culcitam, quæ resisteret corpori: tali utor etiam senex, in qua vestigium apparere non possit. ¶ Apud *Varron.* l. 3. *R. R.* c. 5. culcitæ vocantur stylobatæ projecturæ extra solidum procidentes, ut videre est in peristyliis monachorum, in quibus pulvinatæ coronæ stylobatarum extra perpendiculum præbent opportunas fessis deambulando sedes. Ita explicat *Scalig.* Verba autem *Varronis* sunt: Ut in culcitas, et columellas convivæ pedibus circumire possint. *the bottom of a pillar to sit on.* ¶ *Culcitam gladium facere*, est gladio incumbere, et se transfodere, apud *Plaut. Cas.* 2. 4. 28. *to fall on his own sword.* ¶ Est etiam pannus in modum culcitæ fartus. *Plaut. Mil.* 4. 4. 42. Facito, ut venias huc ornatus ornatu nauclerico: Causiam habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam, &c. Possis et intelligere tomenti particulam ad oculos fovendos, aut detergendos. ¶ Reperitur etiam *culcitra*; sed improbatur a *Manut.* et *Dausquio in Orthograph.* ex auctoritate vett. libb.

[* CULCITARĬUS, ii, m. *a mattress-maker*, qui culcitas facit, aut vendit apud *Diomed.* l. 1. pag. 313. *Putsch.*]

CULCITELLA, æ, f. *a little bed or mattress*, parva culcita. *Plaut. Mostell.* 4. 2. 13. Novit me herus. *Ser.* Suam pol ipse culcitellam oportet. *supple* noscat. Eodem sensu *Dolabella* apud *Sueton. in Cæs.* c. 49. Cæsarem vocabat *spondam interiorem regiæ lecticæ*, propter ejus cum Nicomede rege Bithyniæ contubernium.

CULCITŬLA, læ, f. culcitella. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 152. Culcitulæ accedunt privæ centonibu' binis.

CULE' ST, pro qualis est, neutrum positum pro masculino. *Plaut. Amph.* (1. 3. 39.) Ecastor condignum donum, cule' st, qui donum dedit. Hæc *Non.* c. 3. n. 56. Alii putant scribendum *culest*: alii *qual' est*, vel *cual' est*. Alii *Nonium* reprehendunt, alii defendunt.

CULEĀRIS, *vel* Cullearis, re, *containing the measure of the* culeus, ad culeum pertinens. *Cato R. R.* c. 154. Labrum culeare. *h. e.* culeum capiens. *Vitruv.* l. 6. c. 9. Dolia culearia.

CULEUS, (*rectius quam* Culleus, *si* Dausqu. *audias*) i, m. *sæpius quam* Culeum, i, n. *a leathern sack or bag*, ἀσκὸς, βύσιος, κουλεὸς, saccus e corio factus: videturque

usui idem esse cum utre, differre autem magnitudine. *Nepos in Eumen.* c. 8. Imperat quamplurimos utres, atque etiam culleos comparari. *Plin.* l. 7. c. 20. Vehicula cum culeis onusta, donec exinanirentur sustinere solitus. ¶ Fuit supplicium parricidarum. Nam hi sanguineis virgis cæsi, et in culeum insuti cum cane, simia, gallo gallinaceo, et vipera, in mare projiciebantur, ut est apud *Modestin. Dig.* lib. 48. tit. 9. *leg. pœnult.* et de simia, et vipera, *Juvenal.* sat. 8. v. 214. Cujus supplicio non debuit una parari Simia, nec serpens unus, nec culeus unus. *Seneca* etiam serpentes memorat l. 1. *de clem.* c. 15. Quamquam eorum animalium nulla fit a *Cicer.* mentio *pro Rosc. Amer.* c. 25. et 26. et l. 2. *de Invent.* c. 50. fortasse quia suo tempore nondum introducta fuerant: alioquin ejusmodi loco de hoc supplicio verba facit, ut videatur debuisse commemorare, si in usu fuissent. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. et cap. 2. Insuere in culeum. *Id.* 2. *de Invent.* c. 50. Conjicere in culeum. *Senec. de clem.* l. 1. c. 23. et *Sueton. in Aug.* c. 33. Insuere aliquem culeo. ¶ Est præterea omnium maxima mensura liquidorum, vini præsertim, amphoras viginti continens, seu urnas quadraginta. *the greatest liquid measure in use amongst the Romans, containing twenty* amphoræ. *Rhemn. Fann. de ponderib. et mens.* v. 86. Est et, bis decies quem conficit amphora, nostris Culeus: hac nulla est major mensura liquoris. *Varr. R. R.* l. 1. c. 2. Jugerum unum denos, et quinosdenos culeos fert vini. *et mox.* (quem locum affert etiam *Non.* c. 3. n. 47.) In singula jugera dena culea vini fiunt. ¶ *Culleo* cognomen Romanum (ut Q. Terentius Culleo apud *Liv. in fi.* l. 30.) ab hoc culeo tractum videtur.

CULEX, licis, m. *a gnat, or little fly*, κώνωψ, perexiguum animal, tenuissimis pennis, longisque et exilibus cruribus instructum, circa palustria præcipue degens, sanguinis avidissimum, præsertim humani, et non solum spiculi acumine, sed bombi sono molestissimo infestum. Magnifice describitur a *Plin.* l. 11. c. 2. *Horat.* l. 4. sat. 5. v. 14. mali culices, ranæque palustres Avertunt somnos. ¶ Adriaticos culices, tanquam ceteris insigniores, memorat *Martial.* l. 3. epigr. 93. v. 9. ¶ De culice exstat festivum poemation *Virgilii*, cujus meminit *Martial.* l. 14. epigr. 185. et lib. 8. epigr. 56. Quo pertinet illud *Lucani* apud *Sueton. in ejus vita*, qui in præfatione quadam ætatem et initia sua cum Virgilio comparans, ausus est dicere. *Quantum mihi restat ad Culicem!* significans, esse se multo juniorem Virgilio, cum poema Culicis composuit. Sic *Stat.* l. 2. silv. 7. v. 73. *de eodem Lucano.* Hæc primo juvenis canes sub ævo, Ante annos Culicis Maroniani. Ex quibus colligit *Scaliger*, illud Poemation a *Virgilio* non admodum juvene fuisse compositum. ¶ Varia sunt culicum genera, neque omnia molesta nobis. Nam alii nascuntur ex aceto, *gnats*, *Plin.* l. 11. c. 35. Alii ex ficis, *ficarii* dicti, [† V. *Caprificus* et *Caprificatio.*] *Id. ibid.* Alii in nive candidi inveniuntur, *Id. ibid.* Alii nascuntur ex ulmi gummi, *Id.* l. 13. c. 11. Alii ex aquosis nucleis in folio roboris, quos Græci μύας vocant, *h. e.* muscas, *Id.* l. 16. c. 7. Alii innascuntur napis, *Id.* l. 19. c. 10. Alii glandibus, *Id.* l. 17. c. 24. alii succino, *Id.* l. 37. c. 3. Alii universim hortos infestant, *Id.* l. 9. c. 10. et *Pallad.* l. 1. tit. 36. Sunt etiam qui vocantur muliones, μύωπες, quod mulos æstate vexant, *breeses, gad-flies*, *Plin.* l. 11. c. 18. et lib. 30. c. 16. &c. Ex quibus omnibus intelligitur, quam late nomen culicis pateat. ¶ Quod *Adrian. Imp.* apud *Spartian. in ejus vita* c. 16. dixit *culices pati rotundos*, putat *Casaubon.* ita dictos, quod rotundas in cute, et sanguineas aculeo bullas excitant: nisi malis cimices significasse, qui forma rotundi sunt. ¶ *Culex cana* (*a grey-coated gnat*) dici videtur a *Plauto* amator senex, quod tanquam culex amicam circumvolitet, eique moleste adhæreat, *Cas.* 4. 3. 12. [¶ *Culex* est etiam herba quædam; V. *Culix* in *Appendice.*]

CULICĀRIS, re, ad culices pertinens, ut culicare conopeum, apud *Vet. Scholiast. Juvenal.* sat. 6. v. 80.

CULIGNA, *a bowl to drink wine out of*, vas vinarium potorium, a Græco κυλίχνη. *Cato* apud *Fest.* Culignam in fœno Græco ponito, ut bene oleat. *Id. de R. R.* c. 132. Jovi dapali culignam vini, quantum vis, polluceto. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 15. n. 21.

CULĪNA, æ, f. *a kitchen, place where meat is dressed*, μαγειρεῖον, locus ubi cibi coquuntur: olim *colina* dicta, quod ibi colebant ignem, ut *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 273. docet. *Cic. Fam.* 15. ep. 18. Ubi igitur, inquies, philosophia? tua quidem in culina: mea molesta est. *h. e.* tu es Epicureus. [meliores editiones habent: mea in palæstra est. *h. e.* tu Epicurum imitaris, ego vero palæstrice spatior in xysto, et declamationibus exerceor.] *Petron. in Satyr.* c. 2. Qui inter hæc nutriuntur, non magis sapere possunt, quam qui in culina habitant. ¶ Translate *Juvenal.* sat. 3. v. 250. Centum convivæ: sequitur sua quemque culina. *his own dinner. Id.* sat. 5. v. 162. Captum te nidore suæ putat ille culinæ. *Id.* sat. et vers. 14. cupiet lauto cœnare paratu Semper, et a magna non degenerare culina. *h. e.* luxu in cœnis. *Plin.* l. 19. c. 8. *ad fin.* Anisum et anethum culinis nascuntur. *h. e.* condimentis ciborum. ¶ Præterea *culinæ* olim dicta sunt loca, in quibus epulæ in funere comburebantur. *Festus.* Paulo aliter *Aggen. commentar. in Frontin.* pag. 60. *Goes.* Sunt in suburbanis loca publica, inopum destinata funeribus, quæ loca culinas appellant. [¶ Culina videtur etiam significare locum prope templa, imo templis adjunctum, qui coquendis sacrificiorum carnibus atque sacris epulis tum sacerdotibus, tum etiam populo præparandis destinatus erat. Hujusmodi vocis sensus elicitur tum ex vetere *Inscript.* quam habes infra in V. *Zotheca*, tum ex alia, quæ legitur apud *Clem. Biagi inter Monumenta Græc. et Latin. Musei Naniani* pag. 188. quæ talis est. T. Septimius T. L. L. Charito culinam D. S. P. F. Idem evincitur ex altera *Inscript.* inter *Marmor. Oxoniens.* n. 114. pag. 184. Pedimus conditor sacrarii Veneris cum porticum et cocinatorium const., ubi *cocinatorium* nihil aliud esse potest, quam culina, in qua peractis sacrificiis parabantur epulæ. ¶ Culina est etiam latrina, *a drain, sink. Colum.* l. 2. c. 15. Quædam quotidie, ut culina et caprile, quædam pluviis diebus, ut bubilia et ovilia, debent emundari. *Schneiderus* tamen *culinam* hoc loco abesse vellet, *Columella* enim aperte loquitur de pecudum stercore; itaque ille probabili conjectura legere mallet *suile et caprile.*] ¶ In Veterib. Gloss. *culina* exponitur etiam, ἀφεδρὼν, et ἀπόπατος, *h. e.* latrina.

CULINĀRIUS, a, um, *relating to the kitchen, culinary*, ὀψαρτυτικὸς, μαγειρικὸς, ad culinam pertinens, coquinarius. *Culinarius* absolute est servus, qui in culina ministrat. *Scribon. Larg. compos.* 230. Cinis lixiva, qua culinarii utuntur.

CULIŎLA, cortices nucum viridium, dicta a similitudine culeorum, quibus vinum, sive oleum continetur. *Festus.*

[* CULIX, et CULEX, icis, f. herba est eadem fortasse quæ ψύλλιον et pulicaris dicitur. *Plin.* l. 19. c. 5. Sunt qui herba, quæ vocatur culix nomine, trita semen eorum (cucumerum) maceratum seri jubeant, ut sine semine nascantur. *Pallad.* l. 4. c. 9. Sine semine nascentur (cucumeres,) si prius eorum semina oleo Sabino perunguntur, et herba ea, quæ culex dicitur, trita confricentur.]

CULLĔUS. V. *Culeus.*

CULMEN, inis, n. *the thatched roof of a house*, στέγος, proprie significat tectum villæ, aut mapaliorum culmis stramentisve coopertum. *Virg. Ecl.* 1. v. 69. Pauperis et tuguri congestum cæspite culmen. Ubi *Servius:* ideo culmina dicta sunt tecta, quia veteres ædificia de culmo contegebant, idest paleis e messibus. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 295. mersæ culmina villæ. ¶ Quin et ipsum culmum aliquando significat. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 734. duræ culmen inane fabæ. *a bean-stalk, bean-straw.* ¶ Latius deinde sumitur pro quocumque tecto, vel altiore tecti parte, *the top or ridge of a house; the summit of a building. Virg.* 4. *Æn.* v. 186. et *Ovid. Metam.* 12. v. 480. summi culmine tecti. *Liv.* l. 27. c. 4. Jovis ædis culmen fulmine ictum, ac prope omni tecto nudatum. *Virg.* 2. *Æn.* v. 458. Evado ad summi fastigia culminis. et vers. 446. turres ac tecta domorum Culmina convellunt. ¶ Et pro ipsis ædibus, aut templis. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 446. clara Mycenis culmina. *Senec. in Hippol.* v. 1128. Admota ætheriis culmina sedibus Euros excipiunt. ¶ Item pro quacumque summitate, *the top, height, or summit of any thing. Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 2. Culmina Alpium occupare. *Lucan.* l. 3. v. 709. Stantem sublimi Tyrrhenum culmine proræ. *Liv.* l. 1. c. 34. Summum hominis culmen. *h. e.* caput. ¶ Translate *Lucan.* l. et vers. 8. quamvis scit summo de culmine lapsus, Nondum vile sui pretium scit sanguinis esse. *from his high estate; from a state of dignity and honour. Claudian. in VI. Consul. Honor.* v. 64. Regale culmen. *Plin.* l. 9. c. 39. Principium culmenque omnium rerum pretii margaritæ tenent.

CULMINĬA OLEA inter varias olearum species refertur a *Colum.* l. 5. c. 8. et lib. 12. c. 49. ubi et *culminea* legitur, et cap. 52. *Al. leg. colminia.*

CULMĬNO, as, in culmen ago, extollo, sublimem facio. Est *Martiani Capellæ* l. 9. pag. 309. *in carm.*

CULMŌSUS, a, um, adject. ad culmum pertinens. Culmosos fratres appellat *Sidon.* carm. 9. v. 72. viros e dentibus anguineis a Jasone satis repente natos, quod in morem culmi e terra succrevissent.

CULMUS, i, m. *a stalk of corn; the stem or straw from the root to the ear*, calamus frumenti a radice ad spicam, καλάμη. *Cic. de senect.* c. 15. Herbescens viriditas culmo erecta geniculato. *Virg.* 1. *Georg.* v. 111. ne gravidis procumbat culmus aristis. et vers. 317. et fragili jam stringeret hordea culmo. ¶ Item tectum casæ e culmis, quod et *culmen* dicitur. *Id.* 8. *Æn.* v. 654. Romuleoque recens horrebat regia culmo. ¶ Dicitur et de aliis herbis, plantisque, *the stalk, blade, stem. Plin.* l. 18. c. 7. et 30. Milii et panici culmus. *Id.* l. 27. c. 10. Holcus tenui culmo. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 128. Qualia pallentes declinant lilia culmos. ¶ Differunt *culmus* et *palea* in eo, quod culmus est solus calamus rectus, crassior, et durior, *palea* sunt folia circa culmum, ut in milio videre est, itemque minutiores stipulæ, et spicarum acus, glumæ, &c. *Plin.* l. 18. c. 33. Palea plures gentium pro fœno utuntur, *&c.* si palea defecit, et culmus teritur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 192. Nequidquam pingues palea teret area culmos. Confirmat hoc ipsum discrimen *Plin. loc. cit.* c. 10. ubi docet, acus vocari, cum per se pisitur spica (*h. e.* a culmo separata) si vero in area teratur cum stipula, paleam vocari ad pabula jumentorum. Item *Colum.* l. 2. c. 21. ubi ait: At ubi paleis immixta sunt frumenta, vento separentur. Quo loco aperte paleas pro aceribus, et glumis posuit. ¶ *Stipula* quoque, ut ex his apparet, tum folia culmi tenuia significat, tum vero quidquid aridum in agro remanet post messem. *Virg.* 1. *Georg.* v. 321. culmumque levem, stipulasque volantes. Hæc tamen discrimina non sunt perpetua.

CULPA, æ, f. *a fault, failure, blame, guilt, miscarriage; an offence done unwillingly*, αἰτία, labes, macula, noxa, quæ ex malefactis oritur, peccantemque reum facit, ac reprehensione et pœna dignum: item universim delictum, peccatum, omissio officii. *Cic.* 7. *Verr.* c. 17. In hoc genere omnes inesse culpas istius maximas, avaritiæ, majestatis, dementiæ, libidinis, crudelitatis. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 1. Non enim Rabirium culpa delicti, non invidia, vitæque turpitudo in discrimen capitis vocaverunt, sed, &c. *Id. pro Ligar.* c. 1. Non liberationem culpæ, sed errati veniam impetrare. *Id. Attic.* l. 11. ep. 9. Nihil mihi mali casus attulit: omnia culpa contracta sunt. *through my own fault. Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 13. Vestra culpa hæc acciderunt, equites R. *Id.* 2. *de Orat.* c. 4. Id culpa mea contigit. et *Attic.* l. 11. ep. 24. Culpam contrahere. *Id. Fam.* 16. ep. 10. committere. *Terent. Phorm.* 2. 1. 40. in se admittere. *Id. ibid.* 1. 4. 28. commerere. et *Plaut. Aulul.* 4. 10. 8. commereri. *h. e.* committere. *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 10. et lib. 3. *de nat. Deor.* c. 31. Esse in culpa. *to be in fault. Colum. initio* l. 5. Culpæ est mihi hoc fecisse. *I am to blame. Cic. Attic.* 7. ep. 3. et *Fam.* l. et ep. 15. Sustinere culpam alicujus rei. *to take upon himself the fault. Id. pro Marcell.* c. 5. Teneri culpa. *Id.* 1. *de Orat.* c. 22. Nostra culpa erit, si, &c. *Id. in Orat.* c. 10. Injusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti. *Id. pro Cluent.* c. 45. Ponere aliquem in culpa. *Id. Attic.* l. 9. ep. 6. coarguere. et *pro Ligar.* c. 1. reprehendere culpam alicujus. *Id. pro Planc.* c. 21. *ad fin.*. Aliquem culpa liberare. *to free, acquit. Id.* 2. *de Invent.* c. 7. *extr.* Eximere aliquem ex culpa. *to exempt. Terent. Adelph.* 3. 2. 50. A me culpa est procul. *Cic. pro Mur.* c. 35. A culpa remotum esse. *Id.* 6. *Fam.* ep. 1. Culpa carere. *Id. Verr.* 7. c. 51. Esse extra culpam. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 20. Abesse a culpa. *Id.* 7. *Verr.* c. 51. Alicui culpam attribuere. *Terent. Hecyr.* 4. 1. 20. Culpa penes te est. *the fault is yours; the blame rests with you. Cic.* 15. *Attic. ep. pœnult.* transferre. et *de Senect.* c. 5. conferre culpam in aliquem. *to lay the blame upon. Id. pro Rosc. Amer.* c. 16. *extr.* Alicui summam laudem vitio et culpæ dare. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 19. Invenire aliquem in culpa. *Nepos in Alcib.* c. 7. Minus prospere gesta culpæ alicujus tribuere. *Id.* 6. *Fam.* ep. 1. Nihil in vita nobis præstandum, nisi culpam putemus. ¶ Speciatim dicitur de crimine, quo mulier pudorem amittit. *Virg.* 4. *Æn.* v. 19. et 172. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 104. et 3. *Amor.* el. 14. v. 6. et 43. et *Heroid.* ep. 4. v. 138. &c. *Tacit.* 5. *Ann.* c. 24. *Stat.* 2. *Theb.* v. 233. &c. ¶ Apud JCtos sæpissime accipitur pro segnitia et negligentia: itaque a dolo et fraude separatur: eique diligentia opponitur. *Caius Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 72. *Paul.* lib. 42. tit. 5. leg. 8. et 9. et *Procul.* lib. 18. tit. 1. leg. 68. et alibi sæpe. ¶ Translate *culpa* dicitur vitium, damnum, res noxia. *Virg.* 3. *Georg.* v. 468. Continuo culpam ferro compesce, priusquam Dira per incautum serpant contagia vulgus. *h. e.* ovem affectam. *the source of the evil. Vitruv.* l. 3. c. 1. *ante med.* In ædibus deorum operum laudes et culpæ æternæ solent permanere. *defects, flaws, blemishes.* ¶ *Scalig. in notis ad Varron. R. R.* lib. 1. c. 59. culpam docet dictam esse notam censoriam, quam Critici in libris legendis appingebant iis locis, in quibus aliquid improbandum occurrebat. *Gell.* l. 17. c. 2. Quæ in eo libro scripta essent, laudis, aut culpæ adnotamentis digna. *Laudis* notam fuisse censet *Scalig.* Græce X, Latine L, aut LL; *culpæ* vero Θ: qua nota signatum verbum *deculpatum* dici ab eodem. *Gell.* l. 19. c. 10. Hinc *culpare verba* apud *eund.* l. 2. c. 6. et lib. 7. c. 3. Addit etiam locum *Auson. in præfat. ad septem Sapient. ad Latin. Drepan. Pacat.* v. 14. Pone obelos igitur, spuriorum stigmata vatum: Palmas, non culpas esse putabo meas. et *in præfat. ad Theodos. Aug. v. ult.* Inque meis culpis da tibi tu veniam. Ita *Scalig.* sed possis his locis *culpam* etiam erratum, vitiumque dictionis interpretari: quo sensu *Solin.* cap. 38. (*al.* 51.) Inter utramque culpam, factu optimum est, amborum temporum statum persequi. ¶ Denique *culpa* metonymice est culpæ reus, ut *scelus* scelestus. *Propert.* l. 4. el. 5. v. 20. Saxosamque terat sedula culpa viam. *h. e.* lena, vel meretrix.

CULPABĪLIS, le, *deserving of blame, culpable, blamable, faulty*, reprehendi et culpari dignus, ἐπίμεμπτος. *Apul. in Apolog.* Nisi forte quod artificio elaboratum laudabile habetur, hoc natura oblatum culpabile judicandum est. *Arnob.* l. 7. pag. 222. Opinio de diis digna, nec turpitudinis alicujus deformitate culpabilis. *Tertull.* l. 2. *ad Uxor.* c. 1. Tanto culpabilius est, non observare quod possis.

CULPABILĬTER, *culpably*, cum culpa, aut criminatione. *Symmach.* l. 9. ep. 40. (*al.* 43.) Nolo existimes cul-

pabiliter ad me delatum, quod, &c. *Paulin. Nolan.* ep. 39. (*al.* 30.) c. 4. Nos culpabilius insulsi, in quibus, &c.

CULPATIO, onis, f. *a blaming, finding fault*, actus culpandi, criminatio, ἔγκλημα. *Gell.* l. 10. c. 22. Ne ipsi quoque culpationes hujuscemodi mereamur.

CULPATUS, a, um, *blamed, found fault with, censured, reproved*, accusatus, vituperatus, διαβεβλημένος. *Ovid. Heroid.* ep. 21. v. 35. Si tibi deformis, quod mallem visa fuissem; Culpatum nulla corpus egeret ope. *Virg.* 2. *Æn.* v. 602. Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacænæ, Culpatusve Paris. *Gell.* l. 11. c. 7. Molestius equidem, culpatiusque esse arbitror, verba nova incognita dicere, quam invulgata et sordentia. ¶ *Culpatum vinum* est vitiatum, corruptum. *Macrob.* l. 7. *Saturnal.* c. 6. Quid aceto frigidius, quod culpatum vinum est?

CULPITO, as, a. 1. *to blame, find fault with*, frequentativum a *culpo*, accuso, reprehendo, διαβάλλω. *Plaut. Cistell.* 2. 1. 19. Haud metuo, ne jusjurandum nostrum quisquam culpitet.

CULPO, as, avi, atum, a. 1. *to blame, find fault with, censure, reprove*, ἐγκαλέω, αἰτιάομαι, reprehendo, vitupero, improbo, arguo. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 5. Cum culpandus non sit medicus, qui, &c. *Plaut. Bacch.* 3. 2. 13. Illum laudabunt boni: hoc etiam ipsi culpabunt mali. *Horat. in art. Poet.* v. 446. Vir bonus et prudens versus reprehendet inertes, Culpabit duros. *will mark as faulty.* *Ovid.* 11. *Metam.* v. 321. quæ se præferre Dianæ Sustinuit, faciemque deæ culpavit. *Martial.* l. 9. epigr. 60. Culpavit statuas et, Polyclete, tuas. *Sueton. in Cæs.* c. 72. Culpari ob aliquam rem. *Id. in Vespas.* c. 16. In re aliqua culpari. ¶ Culpam transferre, *to lay the blame on.* *Horat.* l. 3. od. 1. v. 3. Fundusque mendax, arbore nunc aquas Culpante, nunc torrentia agros Sidera, nunc hiemes iniquas. *Colum. initio præfat.* l. 1. Culpare infecunditatem agrorum, et cæli intemperiem.

CULTE, *elegantly*, cum cultu. *Quintil.* l. 8. c. 3. et *Plin.* l. 5. ep. 20. Culte dicere. *Senec. Suasor.* 4. *in fi.* Quare nemo videretur dixisse cultius. *Justin.* l. et cap. 3. Juvenibus non amplius una veste uti toto anno permisit; nec quemquam cultius, quam alterum progredi. *better clothed.*

CULTELLATUS, a, um, adject. in modum cultelli factus, *made like a knife, edged or sharp like a knife*, μαχαιροειδής. *Plin.* l. 32. c. 2. Murænam infixam hamo invertere se, quoniam sit dorso cultellato, spinaque lineam præsecare. Adde lib. 8. c. 25.

CULTELLO, as, a. 1. *to cut plain, make even, or reduce to a level, by measuring with a plumb-line*, est agri inæqualitatem, funiculo ad perpendiculum extento, eminentiora vomere resecando, ad planitiem redigere. Cultri enim nomine intelligitur vomer, qui rectus terram in arando secat, ac scindit. *Frontin. de limitib.* pag. 43. *Goes.* Cultellamus ergo agrum eminentiorem, et ad planitiem redigimus.

CULTELLUS, i, m. *a little knife*, μαχαίριον, diminut. a *culter*, sed ejusdem fere significationis. *Varr.* l. 1. *R. R. c. ult.* Ab nescio quo percussum cultello concidisse. *Juvenal.* sat. 5. v. 122. structorem Saltantem spectes, et chironomonta volanti Cultello. *a carving knife.* *Id.* sat. 11. v. 173. quin ipsa manubria cultellorum ossea. *of the table-knives.* *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 51. Cultello purgare ungues. *Plin.* l. 12. c. 25. Arbor balsami inciditur vitro, lapide, osseisve cultellis. *pruning knives.* *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 1. Cultellus tonsoris. *a razor.* ¶ Cultelli lignei apud *Vitruv.* l. 7. c. 3. sunt lignei cuneoli instar cultellorum deformati ad colligandum et constringendum. *pegs or pins of wood, wedges.*

CULTER, tri, m. *a knife*, μάχαιρα, κοπίς, parvum ferramentum acie munitum ad scindendum, ad usus domesticos et rusticos: non vero proprie ad bellicos, ad quos pertinet ensis, gladius, &c. *Plaut. Mil.* a. 5. v. 4. Vide, ut istic tibi sit acutus culter probe. *Colum.* l. 12. c. 44. Osseo cultro mala dividere. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 40. *Burm.* et *Sueton. in Aug.* c. 9. Stricto venatorio cultro latus apri percussit. *Liv.* l. 3. c. 48. Ab lanio cultro arrepto. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 32. Noctu cultro coquinari se trajecit. *Scribon. Larg. compos.* 13. Occidi hinnulum cultro, quo gladiator jugulatus sit. *Plaut. Rud.* 1. 2. 45. Neque potest clam me esse, si qui sacrificant: semper petunt aquam hinc, aut ignem, aut cultrum, &c. *scilicet* ad victimam cædendam. Hinc *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 74. fugit improbus, ac me Sub cultro linquit. *h. e.* in ipso discrimine: ducta proverbiali formula a victimis jam jam cultro jugulandis: *between the hammer and the anvil: vel in the mess.* *Vitruv.* l. 10. c. 14. Tympanum versatile, in cultro collocatum. *in a position downwards, perpendicularly*, in modum cultri, acie in inferiorem partem obversa, ad perpendiculum. *Id. ibid.* c. 10. Collocare in cultrum. *Senec.* ep. 87. *ante med.* Dubitat, utrum se ad gladium locet, an ad cultrum. *h. e.* utrum se gladiatorem faciat, an bestiarium, ut *Lips.* exponit. *Varr. R. R.* l. 2. c. 5. *circa med.* Emere boves ad cultrum. *for the shambles.* ¶ De ferramento tonsorio, *a razor*, *Plin.* l. 7. c. 59. Primus omnium radi quotidie instituit Africanus sequens: divus Augustus cultris semper usus est. *Petron. in Satyr.* c. 108. *circa med.* et *Cic.* 2. *Offic.* c. 7. Cultrum tonsorium super jugulum meum posui. ¶ Cultri figuram habes apud *Gruter.* pag. 640. n. 11. et videtur esse lanionis. ¶ Est etiam *culter* pars falcis vinitoriæ, ea nempe, quæ est prope manubrium, et recta acie procedit, habetque usum, cum cæsim est arbor ferienda. *Colum.* l. 4. c. 25. ¶ Item genus vomeris, in modum cultri, prædensam, priusquam proscindatur, terram secans, futurisque sulcis vestigia præscribens incisuris, quas resupinus in arando mordeat vomer. *the culter of a plough.* Ita *Plin.* l. et cap. 18. ¶ *Cultrum* neutro gen. legitur in vet. Gloss. Afferunt etiam locum *Propert.* l. 4. eleg. 5. v. 72. Cum fallenda meo pollice cultra forent. Sed *claustra* ibi alii, vel *clathra*.

CULTICŬLA fusticulus quidam ligneus in sacris dicebatur. *Festus.* Alii leg. *culcitula fasciculus* &c.

CULTIO, onis, f. *a tilling, cultivating*, actus colendi, cultura, cultus. V. *Agricultio.* ¶ Translate *Arnob.* l. 4. pag. 146. Cum multo majores ferant a vobis offensas ex omnibus probris, quæ in illorum maledicta conducitis, quam amplitudinis et honoris ex ritu atque officio cultionis. Adde lib. 5. pag. 178.

CULTOR, oris, m. *a cultivator tiller*, γεωργός, λατρευτής, qui colit. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. Homines quasi cultores terræ constituti. *Id.* 5. *de Fin.* c. 14. Cultor vitis. *pruner.* *Liv.* l. 4. c. 25. Famem cultoribus agrorum timentes. *Flor.* l. 3. c. 19. Frequentia ergastula, catenatique cultores. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 515. cultorem pauperis agri Immolat. *h. e.* bovem. ¶ Accipitur et generatim pro incola, *an inhabitant.* *Martial. de Spectac.* epigr. 3. Venit ab Orpheo cultor Rhodopeius Hæmo. *Plaut. Amph.* 5. 1. 13. Tibi propitius cæli cultor advenit. ¶ Translate *Cic.* 1. *Offic.* c. 30. Veritatis cultores, fraudis inimici. *the cultivators.* *Horat.* l. 1. od. 34. v. 1. Parcus deorum cultor, et infrequens. *worshipper.* *Ovid.* 5. *Trist. el. ult.* v. 1. Cultor, et antistes virorum doctorum. *Petron. in Satyr.* c. 127. Per formam tuam te rogo, ne fastidias hominem peregrinum inter cultores tuos admittere. *h. e.* inter eos, qui visitant, deducunt, reducunt, amant. [Modeste hic loquitur amator Petronianus, nam alioquin cultor minus est quam amator. Hinc *Ovid.* 1. *Art. am.* v. 722. Qui fuerat cultor factus amator erat.] *Martial.* l. 10. epigr. 92. quietæ cultor et comes vitæ. et lib. 9. epigr. 86. Cultor amicitiæ. et lib. 10. epigr. 37. Juris et æquarum cultor sanctissime legum. *respecter, observer.* *Pers.* sat. 5. v. 63. Cultor enim juvenum, purgatas inseris aures Fruge Cleanthea. *h. e.* institutor.

CULTRARIUS, ii, m. *he that slew the victim at sacrifice*, victimarii minister, qui victimam cultro immolat. *Suet. in Calig.* c. 32. Elato alte malleo cultrarium mactavit. ¶ Item qui cultros facit, μαχαιροποιός. *Vetus Inscript.* apud *Gruter.* pag. 640. n. 11. Q. Tiburti Cultrarii ossa hic sita sunt.

CULTRATUS, a, um, *made sharp, or keen, like a knife*, μαχαιρωτός, ut Cultratus mucro, qui scindit ut culter. *Plin.* l. 13. c. 4. Folia cultrato mucrone.

CULTRIX, icis, f. *she that cultivates*, quæ colit. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 14. Parcus deorum cultor, quas terra gignit, augendarum et alendarum quandam cultricem esse, quæ sit scientia atque ars agricolarum. ¶ Item quæ colit, seu veneratur, *a votaress*, θεραπεύτρις. *Lactant. de mort. persecut.* c. 11. Erat mater ejus deorum montium cultrix, mulier admodum superstitiosa. *Pers.* sat. 3. v. 26. cultrixque foci secura patella est. Adde *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 191. ¶ Item quæ incolit, *a female inhabitant.* *Virg.* 11. *Æn.* v. 557. nemorum cultrix Latonia virgo. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 299. te solum, Phœbe, relinquens, Unigenamque simul cultricem montibus Idæ. *h. e.* Dianam.

CULTŪRA, æ, f. *cultivation, culture, tillage, husbandry*, ἐργασία, γεωργία, θεραπεία, actus colendi, cultus, cultio. *Cic. pro Flacc.* c. 29. Agri et natura perboni, et diligentia culturaque meliores. *Id.* 5. *de Fin.* c. 14. Adhibere culturam vitibus. *a dressing, or trimming.* *Colum.* l. 11. c. 3. *a med.* Atrum olus parvam sarritionis exigit culturam. et *initio cap.* 2. Ab Idibus Jan. auspicari culturarum officia. *Plin.* l. 17. c. 5. Terra culturæ mollis et facilis. *Id.* l. 18. c. 6. Profecto opera, non impensa cultura constat. ¶ Translate est institutio, disciplina. *Horat.* l. et ep. 1. v. 39. Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit, Si modo culturæ patientem commodet aurem. *improvement, instruction.* ¶ Item veneratio, obsequium, cultus. *observance, attendance, regard.* *Id.* l. 1. ep. 18. v. 86. Dulcis inexpertis cultura potentis amici: Expertus metuit.

CULTUS, us, m. *cultivation, culture, tilling*, γεωργία, ἐργασία, cultura, cultio. *Cic. initio* l. 1. *de Legib.* Nullius agricolæ cultu stirps tam diuturna, quam poetæ versu seminari potest. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Oves neque ali, neque sustentari, neque ullum fructum edere ex se, sine cultu hominum et curatione, potuissent. *Liv.* l. 4. c. 12. Deserto agrorum cultu. ¶ Translate *Cic.* 5. *de Fin.* c. 19. Animi cultus ille erat ei quasi quidam humanitatis cibus. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 54. Adhibere cultum et curationem corporis. *Gell.* l. 14. c. 6. Homo in litterarum cultu non ignobilis. *the cultivation, pursuits.* *Id.* l. 1. c. 2. Qui Roma in Græciam ad capiendum ingenii cultum concesserant. *to cultivate the understanding, improve in learning.* *Claudian. in Consul. Prob. et Olybr.* v. 85. Cæsariem crinali stringere cultu. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 356. virginei custos grandæva pudoris Enioche, cultus primi cui creditus ævi. *h. e.* educatio, disciplina. *education.* *Liv.* l. 1. c. 34. Humili cultu educare aliquem *Quintil.* l. 3. c. 8. *a med.* Affectare cultum effusiorem in verbis. *too much elegance, polish, finery.* *Id.* l. 8. c. 3. postquam orationis tres conditiones enumeravit, ut sit perspicua, probabilis, et ornata; hujus postremæ tres itidem gradus facit, concipere, et exprimere, *tertium, qui hæc nitidiora faciat, quod proprie dixeris cultum.* ¶ Eleganter admodum accipitur pro externa vivendi ratione, et apparatu earum rerum, quæ ad vitam victumque pertinent, quæ sunt servitia, ædes, vestitus, impensæ, &c. *a manner of living.* *Nepos in Attic.* c. 13. Pari modo artifices ceteri, quos cultus domesticus desiderat, apprime boni. et cap. 14. Cum tanta pecuniæ facta esset accessio, nihil de quotidiano cultu mutavit. *Id. in Alcib. c. ult.* Ut parsimonia victus atque cultus omnes Lacedæmonios vinceret. *Id. in Pausan.* c. 3. Non enim mores patrios solum, sed etiam cultum vestitumque mutavit. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 1. Belgæ a cultu atque humanitate provinciæ longissime absunt. *Cic.* 1. *Offic.* c. 39. Eademque mediocritas ad omnem usum cultumque vitæ transferenda est. *Id.* 1. *de Orat.* c. 8. Homines a fera agrestique vita ad humanum cultum civilemque deducere. *Virg.* 5. *Æn.* v. 730. gens dura atque aspera cultu. ¶ In malam partem pro delitiis et luxu, *Liv.* l. 29. c. 21. *extr.* Quæ vulgata sermonibus erant de cultu ac desidia imperatoris. *the luxurious habits.* ¶ Et universim pro quocumque apparatu. *Vellei.* l. 2. c. 129. Cultus triumphi. *Plin.* l. 36. c. 15. Castella aquæductuum cultu magnifica. *h. e.* magnifica structura, marmoribus, atque architecturæ ornamentis facta. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 570. Convivia læto cultu. ¶ Speciatim vero dicitur de vestitu atque ornatu corporis, *dress, clothing.* *Nepos in Datam.* c. 3. Hominem optima veste texit, ornavitque etiam torque, et armillis aureis, ceteroque regio cultu. *apparel.* *Vellei.* l. 2. c. 107. Homo dignitate, quantum ostendebat cultus, eminens. *Id.* l. 1. c. 2. Deposita veste regia, pastoralem cultum induit. *garb.* *Id.* l. 2. c. 40. Ut corona laurea, et omni cultu triumphantium uteretur. *apparatus.* *Plin. in Paneg.* c. 83. Uxor Trajani modica cultu, parca comitatu, civilis incessu. *Plin. alter* l. 33. c. 1. Cultus muliebris. *Id.* l. 29. c. 2. Lanæ præstant cultum et tutelam contra frigora. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 318. Cultibus Alciden instruit illa suis. *Martial.* l. 11. epigr. 40. Si Tyrios sumpsi cultus unxive capillos. *Flor.* l. 4. c. 11. *extr.* Cleopatra maximos induta cultus. *Petron. in Satyr.* c. 136. Collectoque cultu meo ire extra casam cœpi. *having collected or trussed up.* *Plin.* l. 17. c. 1. Arbores cultu virides, juvenesque. ¶ Cultum et ornatum ita distinguit *Tertull. de habitu mulier.* c. 4. Cultum, inquit, dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum quem immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro, et argento, et gemmis, et vestibus deputatur: iste in cura capilli et cutis, et earum partium corporis, quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis. Hæc *Tertull.* Neque tamen hoc discrimen servatur a Scriptoribus, neque eo respexisse credendus est *Liv.* l. 34. c. 7. ubi munditias, ornatum, et cultum conjunxit. ¶ In illo *Plauti Merc.* 5. 1. 3. Usus, fructus, victus, cultus jam mihi harunce ædium &c. *cultus* idem esse videtur ac habitatio. ¶ Est etiam veneratio, observantia, obsequium, honor. *worship, adoration, honour, service, respect, observance, attendance.* *Cic.* 2. *de Invent.* c. 53. Sanguine conjunctis, patriæque benevolis officium, et diligentem cultum tribuere. *Id.* l. 1. *Tuscul.* c. 26. Philosophia nos primum ad deorum cultum erudivit. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 58. De adventu regis, et cultu sui, cum decore ac modestia respondit. *h. e.* honore sibi habito. *Lactant.* l. 4. c. 3. Deum justis ac piis cultibus honorare. ¶ Olim *cultus, ti*, declinatum fuisse, ut *Senatus, ti*, &c. veri valde simile est. Itaque sic apud *Lucret.* quidam legendum putant, lib. 4. v. 1274. Morigerisque modis, et mundo corpori' culto. Al. *cultu.*

CULTUS, a, um, *cultivated, tilled*, γεωργηθείς, excultus. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 12. Ager, qui neque villam habuit, neque ex ulla parte fuit cultus, nunc est cultissimus cum optima villa. *Id. pro Quint.* c. 3. Pecuaria res ampla, et rustica, sane bene culta, et fructuosa. *Curt.* l. 7. c. 3. Tandem ad cultiora perventum loca est, commeatuque largo recreatus exercitus. ¶ *Culta, orum*, absolute, sunt agri culti. *cultivated lands.* *Virg. Georg.* 4. v. 372. Pinguia culta. *Plin.* l. 24. c. 10. Smilax amat culta. ¶ Translate est institutus, eruditus, excultus. *cultivated, improved, polished.* *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 5. Animi non omnes culti fructum ferunt. *Id. in Bruto*, c. 91. Studium philosophiæ a prima adolescentia cultum. *Curt.* l. 7. c. 8. Mores nostri et tempora et ingenia cultiora sortiti. *Gell.* l. 19. c. 8. Nec unquam factum est, quoties eum loquentem audivimus, quin rediremus fere cultiores doctioresque. *Frontin. de aquæduct.* artic. 3. Ita enim cultiores appellant. *h. e.* qui cultius urbaniusque loquuntur. *Aurel. Vict. in Epit.* c. 45. Vultu decens, solers ingenio, sermone cultissimus. *Martial.* l. 5. epigr. 31. Elegia cultis comis. *h. e.* culto stilo. *Id.* l. 3. epigr. 59. Bononia culta. ¶ Est item vestitus, ornatus, *clothed, dressed, equipped, trimmed.* *Sueton*

in Ner. c. 32. Matrona culta purpura. *Curt.* l. 3. c. 7. *ad fin.* Turba muliebriter culta. *Martial.* l. 10. epigr. 98. minister, Quo nec filia cultior, nec uxor. *Id.* l. 14. epigr. 26. Captivis poteris cultior esse comis. *Augustus* apud *Macrob.* l. 2. c. 4. Quid? Ut me populus R. dicat bene cultum, in solario ambulaturus sum? ¶ Item observatus, veneratus. *worshipped, adored, looked up to, respected, honoured. Curt.* l. 4. c. 2. Parentum loco culti. *Liv.* l. 25. c. 40. Qui non desciverant, ut socii fideles accepti cultique. *received and treated. Ovid.* 6. *Fast.* v. 283. virgineis dea culta ministris. *waited upon, attended.*

CULULLUS, i, m. *a pitcher, pot, jug; a chalice,* calix fictilis, quo pontifices, Virginesque Vestales utebantur in sacris: sed ponitur universim pro poculo. Ita *Acron,* et *Porphyr.* ad illud *Horat.* l. 1. od. 31. v. 11. ut aureis Mercator exsiccet culullis Vina Syra reparata merce. Adde *in art. poet.* v. 434.

CULUS, i, m. *the fundament,* πυγὴ, πρωκτὸς, podex, anus, sedes. *Catull.* carm. 23. *ad Furium,* v. 19. Quod culus tibi purior salillo est, Nec toto decies cacas in anno.

CUM, et Quum, *olim* Quom, *when, whenever,* ἡνίκα, ὅτε, adverb. temporis, idem quod *quando* significans: cum indicativo, rarius cum conjunctivo. *Lælius Felix* apud *Gell.* l. 15. c. 27. Cum ex generibus hominum suffragium feratur, centuriata comitia esse. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 37. Soletis cum aliquid hujuscemodi auditis, continuo dicere, &c. *Id. Fam.* 16. ep. 12. *extr.* Si valebis, cum recte navigari poterit, tum naviges. *Id. Fam.* 10. ep. 3. Scis fuisse quoddam tempus, cum homines existimarent, &c. ¶ *Cum primum* est primo quoque tempore, *immediately when, as soon as. Cic.* 14. *Fam.* ep. 1. Cum primum sapere cœpit, acerbissimos dolores percepit. *Liv.* l. 25. c. 29. Cum primum arbitrii nostri esse cœpimus, extemplo venimus ad tradenda arma. ¶ Præterea *cum* significat aliquando postquam, *after that. Cic. ad Dolabellam post* ep. 17. l. 14. *ad Attic.* Qui omnes cum te summis laudibus ad cælum extulerunt, mihi continuo maximas gratias agunt. *Colum.* l. 6. c. 30. Si, cum diu steterint, subito ad cursum exstimulata sunt. ¶ Item quandoquidem, *whereas, since, in that, now that. Cic. Fam.* 16. ep. 12. *sub fin.* Tu cum eo tempore mecum esse non potuisti, quo operam desideravi tuam, cave festines, &c. *Id. Phil.* 14. c. 11. Quam quidem cum difficillimo reipubl. tempore secuti sunt, eos nunquam oportebit consilii sui pœnitere. ¶ Item pro *quando* adversativo. *Martial.* l. 7. epigr. 83. Casibus hic nullis, nullis delebilis annis Vivet, Apelleum cum morietur opus. ¶ Item ex quo, *since, from the time that. Cic.* 15. *Fam.* ep. 14. Multi anni sunt, cum ille in ære meo est. ¶ Item dum, *while. Nepos in Datam.* c. 10. Hæc diu faciendo persuasit homini, *&c.* cum nihilo magis, ne quam suspicionem illi præberet insidiarum, neque colloquium ejus petivit, neque in conspectum venire studuit. ¶ Et sequente infinito, quod in priore membro præcesserat. *Liv.* l. 6. c. 27. Fugere Senatum, testes, tabulas publicas, *&c.* cum interim obæratam plebem objectari aliis atque aliis hostibus. Adde lib. 4. c. 51. ¶ Item etsi, quamvis, *though, although. Cic. pro Mil.* c. 35. Cum omnes a meis inimicis faces meæ invidiæ subjiciantur, tamen omni in hominum cœtu celebramur. *Id.* 3. *Fam.* ep. 7. *post med.* Cum ea nondum consecutus eram, quæ sunt hominum opinionibus amplissima, tamen ista vestra nomina nunquam sum admiratus. Adde *Nepot. in Eumen.* c. 10. bis. ¶ Et particula *quidem* adjecta. *Nepos in Cat.* c. 2. Neque hoc per Senatum efficere potuit, cum quidem in civitate principatum obtineret. ¶ Ponitur et loco τοῦ *quod. because, in that. Cic.* 3. *de Fin.* c. 2. Præclare facis, cum et eorum tenes memoriam, et puerum diligis. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 50. Bene facitis, cum venitis. ¶ Sæpe reddit nostrum *seeing that,* et subjunctivum postulat: estque conjunctio causalis. *Cic. initio de Somn. Scip.* Cum in Africam venissem, *&c.* nihil mihi potius fuit, &c. *seeing that I had arrived. Id. pro Flacc.* c. 11. Cum L. Flacci res agatur, *&c.* cumque ab hac virtute non degenerarit, *&c.* in hoc ego reo ne quod perniciosum exemplum prodatur, pertimescam? *seeing that the case of* L. Flaccus, &c. *and that he hath not degenerated,* &c. ¶ Frequenter post *cum* in eadem constructione *tum* sequitur; ita tamen plerumque, ut in *cum* sit quiddam minus, in *tum* quiddam majus: *not only, but besides: as well, as also:* quare sæpe post *tum* alia particula additur, quæ rem auget. Junguntur autem vel cum diversis nominibus sub eodem verbo, vel cum duobus verbis, quæ ambo sint indicativi modi, vel alterum conjunctivi, alterum indicativi. *Nepos in Milt. c. ult.* Erat in Miltiade cum summa humanitas, tum mira comitas. *Id. in Eumen.* c. 8. Phalanx inveterata cum gloria, tum etiam licentia. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 25. Cum multis ex rebus intelligi potest, tum ex hac re vel maxime. *Id. in Bruto,* c. 87. Volvendi sunt libri cum aliorum, tum in primis Catonis. *Id. Catil.* 3. c. 5. *extr.* Cum illa certissima sunt visa, tum multo illa certiora, &c. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 68. Fortuna cum in reliquis rebus, tum præcipue in bello plurimum potest. *Cic. Attic.* 7. ep. 5. Ex victoria cum multa mala, tum certe tyrannis exsistet. *Id. pro Marcell.* c. 1. Cum summo consensu Senatus, tum præterea judicio tuo gravissimo et maximo. *Id. Attic.* l. 3. ep. 1. Itaque cum meus me mœror quotidianus lacerat, et conficit, tum vero hæc addita cura vix mihi vitam reliquam facit. *Id. initio pro Deiot.* Cum in omnibus causis gravioribus, C. Cæsar, initio dicendi commoveri soleam vehementius; tum in hac causa ita me multa perturbant, &c. ¶ Interdum *tum* iteratur. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 13. Velisque, me hoc muneris cum ipsis amicis, tum municipio Caleno, tum Leptæ dare. ¶ Notandus est locus *Livii,* in quo post *cum* sequitur *simul,* l. 3. c. 50. Et immixti turbæ militum togati, cum eadem illa querendo, docendoque, quanto visa, quam audita, indigniora potuerint videri; simul profligatam jam rem nuntiando Romæ esse, perpulerunt, ut &c. ¶ Item locus *Cicer.* in quo sequitur *ac, Fam.* 15. ep. 11. Facturusque sum cum studiose, ac libenter. Sed al. aliter leg. ¶ *Tum tum* pro *cum tum* V. in *Tum.* ¶ Ad scriptionem quod attinet, placet *Cellario* et aliis discrimen servatum ab antiquis multis, teste *Vel. Long. de Orthogr.* pag. 2231. *Putsch. Capro* pag. 2241. et *Terent. Scauro* pag. 2261. ut quando est adverbium temporis, seu conjunctio *quum* scribatur, *cum* vero si sit præpositio. *Quintil.* etiam l. 1. c. 7. (*al.* 13.) narrat, hanc differentiam a multis fuisse observatam, ut pro adverbio temporis *quom* scriberent, pro conjunctione causali *quum,* pro præpositione *cum.* Verum neque *Quintil.* id probare videtur, et alii quoque Grammatici non agnoscunt. In Veteribus quidem quæ exstant monumentis non facile *quum* inveneris, inquit *Cellar.* Nam *quom* satis apparet antiquum esse.

CUM, *with, along with, together with, in conjunction with,* σὺν, præpositio serviens ablativo, et societatem, conjunctionem, et comitatum quendam adsignificans. *Cic.* 8. *Attic.* ep. 2. Vagamur egentes cum conjugibus et liberis. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 45. Exit cum nuntio Crassus. *as soon as he saw the messenger. Sallust. in Jug.* c. 114. Sulla pariter cum ortu solis castra metabatur. *Cic. in Vatin.* c. 13. Cœnare cum toga pulla. *Id. Verr.* 3. c. 24. Ut illo itinere veniret Lampsacum, cum magna calamitate, et prope pernicie civitatis. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 23. Moliri aliquid cum labore operoso et molesto. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. et cap. 2. Certo scio, te fecisse cum causa. ¶ Interdum adjectivo et substantivo interponitur. *Cic. pro Cluent.* c. 8. Magno cum metu incipio dicere. ¶ Cum pronominibus *me, te, se, nobis, vobis* semper postponitur, (et quidem cum iis scriptione coalescens) ut *Cic. in Orat.* cap. 45. *extr.* docet: sæpe etiam cum ablativis *qui, qua, quo, quibus. Id.* 3. *Offic.* c. 19. *ad fin.* Dignum esse dicunt quicum in tenebris mices. *Id.* 5. *Fam. ep. ult.* Quibuscum essem libenter. *Id.* tamen *pro Sull.* c. 3. Cum quibus in ceteris intelligis abfuisse. (Adde *Liv.* l. 4. c. 24. l. 21. c. 44. et l. 31. c. 29.) *Plin.* l. 19. c. 3. *sub fin.* Quidquid sit, cum quo decoquatur. ¶ *Cum eo, ut; cum eo, ne,* est cum ea conditione, *on this condition that; this being understood, that; with that condition, exception, limitation,* &c. *Liv.* l. 8. c. 14. et lib. 36. c. 5. Lanuvinis sacra sua reddita, cum eo ut ædes lucusque Junonis communis Lanuvinis cum populo R. esset. *Cels.* l. 2. c. 17. Recte medicina ista tentatur, cum eo tamen ne præcordia dura sint. *Id.* l. 7. c. 27. Cum eo tamen, quod non ignoremus, orta cancro, sæpe affici stomachum. ¶ *Cum eo quod,* præterquamquod. *besides that. Scribon. Larg. compos.* 60. Hoc cum eo quod candidos facit dentes, tum etiam confirmat. ¶ *Esse omnia alicui cum aliquo,* vel *esse nihil* pertinet ad conjunctionem amicitiæ et voluntatum, et contra. *Cic. Fam.* 13. ep. 1. Cum Patrone Epicureo mihi sunt omnia, nisi quod in Philosophia vehementer ab eo dissentio. (Est qui legit *omnia communia:* sed optimi Codices, faventibus Criticis, omittunt.) *Id. Verr.* 7. c. 52. Non ut quisque maxime est, quicum tibi aliquid sit, ita tui hujuscemodi criminis maxime eum pudet? *who has any thing to do with you. Id. Attic.* l. 14. ep. 15. Bruto certe meo nullo loco deero: idque, etiam si mihi cum illo nihil fuisset, facerem. *Id. Phil.* 2. c. 31. Sibi cum illa mima posthac nihil futurum. ¶ Aliquando *cum* significat contra. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 46. Bellum gerere cum aliquo. ¶ Aliquando redundare videtur. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 6. Omnia rabide appetens cum inexplebili cupiditate. *Id.* 13. *Fam.* ep. 10. Versari in aliquo studio cum ingenio. *Plaut. Amph.* 2. 2. 111. Ego ne abs te abii hinc hodie cum diluculo? *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 9. Cum prima luce. *Virg.* 2. *Georg.* v. 423. Ipsa satis tellus, cum dente recluditur unco, Sufficit humorem, et gravidas cum vomere fruges. *Enn.* apud *Servium ibid.* Effundit voces proprio cum pectore sancto. *Quadrigar.* apud *Gell.* l. 9. c. 13. Cum voce maxima conclamat. Adde *Catull.* carm. 96. *in Vettium.* ¶ Vetant *Cic. in Orat.* c. 45. *extr.* et *Quintil.* l. 8. c. 3. jungi *cum,* sive adverbium sit, sive præpositio, vocibus ab *n* incipientibus, vel quia ut ait *Quintil.* ultima prioris syllabæ littera, quæ exprimi, nisi labris coeuntibus non potest, aut intersistere nos indecentissime cogit, aut continuata cum insequente, in naturam ejus corrumpitur: vel quia obscenius concurrerent litteræ, ut *Cic.* dicit. Nihilominus *Idem* dixit *pro Dom.* c. 9. Cum nominibus tantum uteretur, &c. ¶ Quando adhibetur verbis componendis in *con* transit. V. *Con.*

CUMA, æ, *et Græca positione* Cume, *vel potius* Cyme, es, f. [† nunc] *Castri,* al. *Foia nuova,* urbs Asiæ minoris in Æolide, et in ora sinus Smyrnæi. *Liv.* l. 37. c. 11. ¶ *Cumæ; arum,* f. [† nunc] *Cuma,* Col. et urbs Campaniæ exc. in ora lit. inter Linternum ad Occ. et Misenum ad Or. non longe ab antro Sibyllæ Cumanæ, et a Cumano villa, condita a popul. Chalcidis urb. Eubœæ ins. Dicta est a Cuma urbe Æolidis, vel a κῦμα, unda, vel a κύημα, fetus, quod coloni illi apud Baias mulierem gravidam viderint, et fecunditatis augurium interpretantes, in ea regione urbem condiderint. *Plin.* l. 3. c. 5. et *Serv. ad* 3. *Æn.* v. 441. ¶ Græca positione *Sil.* l. 13. v. 494. At gravida arcanis Cymes anus. *h. e.* Sibylla Cumana. *Stat.* l. 4. silv. 3. v. 65. Miratur sonitum quieta Cyme, Et Linterna palus.

CUMÆUS, et Cymæus, a, um, *Cumæan,* Κυμαῖος, ad Cumas pertinens. *Virg.* 3. *Æn.* v. 441. Huc ubi delatus Cumæam accesseris urbem. *Id. Æn.* 6. v. 98. Cumæa Sibylla. et 4. *Ecl.* v. 4. Cumæum carmen. *Sil.* l. 13. v. 498. Cymæum antrum. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 5. Cymæa vates. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 8. v. 41. Sic pater in Pylios, Cumæos mater in annos Vivant. *h. e.* Sibyllæ Cumanæ, quæ *longæva* dicitur a *Virg.* 6. *Æn.* v. 321. V. *Sibylla.* ¶ *Cumæi,* vel *Cymæi, orum,* sunt populi Cumæ urbis Æolidis, apud *Liv.* l. 38. c. 39.

CUMALTER, significat cum altero, dictum ab antiquis ita brevitatis causa, ut *sodes* pro si audes, *scilicet* pro scias licet, *sis* pro si vis. Hæc *Festus.*

CUMĂMUM, ubicumque legitur apud *Scribon. Larg.* ut *compos.* 126. 144. &c. monet *Rhodius* corrigendum *cynnamum.*

CUMĀNUS, a, um, ad Cumam, vel Cumas pertinens. *Lucan.* l. 5. v. 183. in Euboico vates Cumana recessu. *Plin.* l. 35. c. 13. Cumanum cæmentum. *Id.* l. 19. c. 1. Cumanum linum. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 25. Cumanus ager. *Flor.* l. 2. c. 8. Cumanus Apollo. *h. e.* qui prope Cumas colebatur. *Lucil.* apud *Non.* c. 5. n. 97. Cumanus panis. *h. e.* vilis, sordidus. ¶ *Cumani, orum,* sunt Cumarum incolæ. *Liv.* l. 40. c. 42. *extr.* Cumanis petentibus permissum, ut publice Latine loquerentur. ¶ *Cumanum, i,* fuit villa *Ciceronis* prope Cumas. *Cic. Fam.* 4. ep. 2. et *Plin.* l. 17. c. 25. ¶ *Cumana, æ,* est vas fictile e terra Cumana, quæ ad hæc aptissima habita est. *Apic.* l. 4. c. 2. Apuam lavas, ex oleo maceras, in cumana compones. Adde lib. 6. c. 9. et alibi. *Martial.* l. 14. epigr. 114. Hanc tibi Cumano rubicundam pulvere testam, Municipem misit casta Sibylla suam. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 597. Cumani calices.

CUMATĪLIS. V. *Cymatĭlis.*

CUMATĬUM. V. *Cymatium.*

CUMBA. V. *Cymba.*

CUMĔRA, æ, f. *a basket to keep corn in; a corn-basket, meal-tub,* σιτοδόκη, vas vimineum, vel sparteum, vel palmeum, vel etiam fictile, quo rustici utuntur ad condenda frumenta, uti docent *Fest.* in *Cumerum,* et *Acron* ad illud *Horat.* l. et sat. 1. v. 53. Cur tua plus cumeris laudes granaria nostris? *Id.* l. 1. ep. 7. v. 29. Repere in cumeram frumenti.

CUMĔRUM vocabant antiqui vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utensilia: quod et camillum dicebant, eo quod sacrorum ministrum κάμιλλον appellabant. Hæc *Fest.* ubi quod passim legatur *Cumeram,* mendum esse putant Critici. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. Dicitur in nuptiis camillus, qui cumerum fert, in quo quid sit in ministerio, plerique extrinsecus nesciunt.

CUMES, itis, m. comes. Ita teste *Prisciano* lib. 1. pag. 554. dicebant olim *cungrum, humines, funtes, frundes,* pro *congrum,* &c. *Lucret.* l. 3. v. 401. Sed cumes insequitur, facile et discedit in auras. *Al. leg.* comes.

CUMINĀTUS, a, um, *mixed or seasoned with cummin,* cumino mixtus, vel conditus. *Pallad. in Novembr.* tit. 22. Subinde cuminati salis aspersione cumulabis. ¶ *Cuminatum* absolute est condimentum ex cumino. Ejus conficiendi rationem tradit *Apic.* l. 1. c. 29. ¶ Legitur et *cyminatus.*

[* CUMINĪNUS, a, um, adject. ad cuminum pertinens. *Apul. de herb.* c. 74. n. 4. Herbæ solatæ succum cum oleo cuminino misce. Alii legunt *cymininum* eodem sensu.]

CUMĪNUM, i, n. *the herb or seed called cummin,* κύμινον, genus herbæ, semine ejusdem nominis, angusto et canaliculato, in summa tellure vix hærens, et in sublime tendens, condimentorum omnium fastidiis amicissimum. *Plin.* l. 19. c. 7. et 8. *a med.* item lib. 20. c. 14. *sub fin.* et cap. 15. ubi duo ejus genera facit, silvestre prætenue, quaternis aut quinis foliis veluti serratis, et sativum: et utriusque usus in medicina percenset. Addit etiam, bibentibus ex aqua vinoque pallorem gignere: atque hac ratione quosdam similitudinem coloris studiis contracti imitatos. *Colum.* l. 10. v. 246. gracilique melanthia grata cumino. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 18. Exsangue cuminum. *Pers.* sat. 5. v. 56. pallentis grana cumini. ¶ De proverbio, *vesci cuminum,* V. in *Cæpa.* ¶ Legitur et *cyminum* Græca vocali servata.

CUMMAXĪME, et Cum maxime, adverb. *very much, never more. Terent. Heaut.* 4. 5. 40. cummaxime volo te dare operam. *Cic. pro Cluent.* c. 5. Quæ multos jam annos, et nunc cummaxime, filium interfectum cupit. ¶ Eleganter adjungitur *ut. Terent. Hecyr.* 1. 2. 40. Hanc Bacchidem amabat ut cummaxime, tunc Pamphilus. ¶ Significat etiam tempore præsenti, in præsenti, *now, at present.*

Cic. de Harusp. resp. c. 15. Antiqua negligimus, etiamne ea negligemus, quæ fiunt cummaxime? *Senec.* l. 3. *de Benef.* c. 3. *a med.* Nemo nostrum novit nisi id tempus, quod cum maxime transit: ad præterita rari animum retorquent. [† *Cummaxime* dicunt esse nunc, hoc ipso tempore. v. *Græv.* ad *Suet. Domit.* 10. ad *Cic. Off.* 11. 7. *Duker.* ad *Flor.* 11. 16. ut alios taceam. Nec negaverim, in multis locis ita commode explicari posse. Neque tamen concedo, *cum maxime* proprie nunc significare. Sed est forma elliptica pro *ut cum maxime.* *Ernest. Clav. Cic.* in v. ubi V. plura.]

CUMMIS. V. *Commis.*

CUMPRIME, adverb. apud veteres pro cumprimis. *Quadrigar.* apud *Gell.* l. 17. c. 2. Cujus operam apud Gallos cumprime fortem Resp. sensit. Ubi *Gellius*: Apprime crebrius est, cumprime rarius.

CUMPRIMIS, *exceedingly, particularly, remarkably,* εἰς τὰ πρῶτα, in primis. *Cic. Verr.* 4. c. 28. Homo domi suæ cumprimis locuples. *Virg.* 1. *Georg.* v. 178. Area cumprimis ingenti æquanda cylindro. *h. e.* interea, vel inter prima opera et officia. *Servius.* ¶ Legitur et *Cum primis* divisum.

CUMQUE. V. *Cunque.*

[* CUMULĀRE, is, n. commissura renum. *Veget. veter.* l. 4. c. 2. A commissura renum (quod cumulare dicitur) usque ad imum muscarium commissuræ sunt duodecim. *Idem* l. 4. c. 1.]

CUMULĀTE, *abundantly, amply, copiously,* σωρηδὸν, abundanter. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 1. Ut plene esset cumulateque perfecta. *Id. in Orat.* c. 17. Cumulatius quid augere. et lib. 10. *Fam.* ep. 29. Cumulatissime satisfacere. *Id. Attic.* l. et ep. 15. Non modo liberaliter, sed etiam ornate cumulateque tractare aliquem. *Id. post redit. in Sen.* c. 1. Cumulate gratias agere.

CUMULĀTIM, adverb. idem ac cumulate. *Varr. de R. R.* l. 3. c. 15. Quibus in tenebris cum cumulatim positum est in doliis, &c. *Prudent. in Apoth.* v. 785. cumulatim aggesta redundant Fercula.

CUMULĀTĬO, onis, f. aggestio in cumulum. *Arnob.* l. 3. pag. 108. Nonnullos turgentibus malis, aut buccarum cumulatione saccibucces. *h. e.* buccis tumentibus. Al. aliter leg.

CUMULĀTUS, a, um, *heaped or piled up,* ἐπισωρευθεὶς, in cumulum coacervatus. *Curt.* l. 5. c. 4. Nix cumulata vento ingredientes fatigabat. *Id.* l. et cap. 6. Cumulatis stipitibus fastigium montis æquare. *Id.* l. 5. c. 1. Arenæ cumulatæ. *Id.* l. 3. c. 11. Cumulata turba. *pressed close, crowded.* ¶ Item plenus, expletus, *filled up, full.* *Liv.* l. 32. c. 17. Locus strage semiruti muri cumulatus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 451. Cumulatis flore canistris. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 20. Cumulatæ corporibus fossæ. *Colum.* l. 12. c. 21. Coadjicitur in binas urnas ligula cumulata salis cocti. *Cic. in Bruto,* c. 4. Eadem mensura reddere, qua acceperis, aut etiam cumulatiore. *Liv.* l. 2. c. 23. Æs alienum cumulatum usuris. *increased.* ¶ Translate *Liv.* l. 2. cap. 47. *ad fin.* Spreta in tempore gloria interdum cumulatior redit. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 8. *extr.* Omni rerum genere cumulata oratio. *Id. Fam.* 9. ep. 14. Tantum accessit ad amorem, ut mirarer, locum fuisse augendi in eo, quod mihi jampridem cumulatum etiam videbatur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 4. Hoc vitio cumulata est Græcorum natio. *Id. pro Sext.* c. 40. Perfecta et cumulata virtus. *Id.* 2. *Offic.* c. 5. Quorum studiis ea, quæ natura desiderat, expleta cumulataque habemus. *Id.* 2. *de Fin.* c. 19. *ad fin.* Ponebas cumulatum aliquem plurimis et maximis voluptatibus. *Id.* 12. *Attic.* ep. 5. Duplici dedecore cumulata domus. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 37. Cumulatus honoribus. ¶ Cum genitivo. *Plaut. Aulul.* a. 5. v. 16. Scelerum cumulatissimus. *loaded with crimes.* *Cæcil.* apud *Non.* c. 2. n. 455. Homo ineptitudinis cumulatus.

CUMŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to heap or pile up,* σωρεύω, in cumulum coacervare, congerere. *Curt.* l. 10. c. 1. Opes longa possessione imperii cumulaverat. *had amassed.* *Scribon. Larg. compos.* 227. Cumulare et adstruere medicamentum carbasis. *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 85. Truncis, nemorumque ruina cumulare pyram. *Curt.* l. 4. cap. 16. Cumulantes agmina. *crowding.* *Auct. B. Hispan.* c. 31. Cumulatur adversariorum multitudo. ¶ Translate *Tacit.* 2. *Hist.* cap. 80. Pauci imperatorem salutavere: tum ceteri accurrere, Cæsarem, et Augustum, et omnia principatus vocabula cumulare. *Id.* 13. *Ann.* c. 2. Cumulare honores omnes in aliquem. *Id. Ann.* 1. c. 2. In aliquem cumulare probra. *Curt.* l. 4. c. 16. Propemodum sæculi res in illum diem fortuna cumulavit. *heaped together, united.* ¶ Significat etiam cumulum faciendo implere, *to heap upon, fill up.* *Ovid.* 3. *Trist.* el. 10. v. 72. Nec cumulant altos fervida musta lacus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 50. et *Curt.* l. 5. cap. 1. Altaria ture, et omnibus odoribus cumulare. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 204. Pingui cumulat libamine flammam. *Ovid. de medicam. fac.* v. 56. Sed cumulent libras hordea nuda duas. *h. e.* impleant, æquent, conficiant. ¶ Cumulare se cibo, *to fill or satiate himself.* *Ovid.* 15. *Metam.* v. 462. Neve Thyesteis cumulemur viscera mensis. ¶ Et translate *Id. de remed. amor.* vers. 541. Dum bene te cumules, et copia tollat amorem. *Cæcil.* apud *Cicer. pro Cæl.* c. 16. Meum cor cumulatur ira. *Cic. Fam.* 9. ep. 14. Cumulari maximo gaudio. ¶ Frequenter ponitur pro onerare, augere, complere, *to heap upon, load, increase, augment.* *Ovid.* 4. *Trist.* el. 1. v. 55. Meque tot adversis cumulant, quot litus arenas, &c. *Plaut. Capt.* 2. 3. 64. Cumulare benefacta. *Virg.* 5. *Æn.* v. 532. Cumulare aliquem muneribus. *Cic.* 1. *Offic.* c. 32. Africanus eloquentia cumulavit bellicam laudem. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 11. Hæc maleficia aliis nefariis cumulant atque adaugent. *Liv.* l. 3. c. 12. *sub fin.* Cumulare alicui invidiam. *Cic.* 4. *Attic.* ep. 1. Unum, ad cumulandum gaudium, conspectum mihi tuum defuisse. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 57. Cumulare hospitium lecto jugali. *h. e.* non solum hospitio excipere aliquem, sed etiam ei nubere. *Plin.* l. 3. ep. 11. *ad fin.* Cumulare aliquem laudibus. *Auct. Dial. de Orat.* c. 36. eloquentiam magnis præmiis. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 14. *extr.* Summum bonum cumulatur ex integritate corporis, et ex mentis ratione perfecta. *h. e.* perficitur, completur. *is completed, finished.* *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 592. Nil cumulat, verbisque nihil fiducia celat. *exaggerates, adds.*

CUMŬLUS, li, m. *a heap or pile; an overflowing of water,* σωρὸς, θὶς, ἰνὸς, acervus multarum rerum in altitudinem congestarum. *Liv.* l. 10. c. 29. Consulis corpus obrutum superstratis Gallorum cumulis. *Virg.* 1. *Æn.* v. 109. insequitur cumulo præruptus aquæ mons. *Id.* 1. *Georg.* v. 105. Cumulus arenæ. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 514. Obrutus cumulo arboreo. *Plin.* l. 31. c. 10. Cumuli saxei. *Id.* l. 2. cap. 65. Cumulus aquæ in poculis eminens. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 222. Stuere cumulos auri. ¶ Translate *Quintil. in præfat.* l. 7. Cumulus rerum in dicendo. *Id. initio* cap. 1. lib. 6. Peroratio, quam cumulum quidam vocant. *Stat.* l. 4. silv. 3. v. 158. Et laudum cumulo beatus omni. *Ulpian. Dig.* lib. 36. tit. 1. leg. 4. Cumulus æris alieni. *the amount, sum.* *Id.* l. 27. tit. 2. leg. 3. Cumulus patrimonii. *h. e.* universus reditus, ut idem paulo ante dicit. ¶ In mensuris aridorum *cumulus* est quod supra mensuram adjicitur, ut *Festus* in *Auctarium* docet, *the fulness, overplus.* Ab hac significatione elegantes hæ, ac frequentissimæ metaphoræ oriuntur. *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 35. *extr.* Eloquentia aliquem cumulum philosophorum artibus affert. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 3. Ut ad illam opimam prædam damnatio Roscii velut cumulus accedat. *Id. extrema ep. ult.* l. 4. *ad Attic.* Ad summam lætitiam, quam ex tuo reditu capio, magnus illius adventu cumulus accedit. *Id. ibid.* l. 16. ep. 3. Qui etsi per se est amabilis, tamen accedit magnus cumulus commendationis tuæ. et ep. 11. De laudibus Dolabellæ deruam cumulum. *Id.* 13. *Fam.* ep. 62. Magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris. *increase, addition.* *Id. ibid.* l. 16. ep. 21. Afferre alicui cumulum gaudii. *Id.* 2. *Agrar.* c. 25. Accesserint in cumulum manubiæ vestrorum imperatorum. *over and above.* *Id. de provinc. consul.* c. 11. Ille cumulus dierum hominis est dignitati tributus. *that addition of,* &c. *Id. Attic.* l. 1. ep. 16. Cumulus mercedis. *Senec. in Hippol.* v. 1119. Equidem malorum maximum hunc cumulum reor, Si abominanda casus optata efficit. *this mass of misfortune.* *Ovid. Metam.* 11. v. 205. et addit Perfidiæ cumulum, falsis perjuria verbis. *crowns his perfidy.* *Plin.* l. 13. cap. 1. *extr.* Cumulus deliciarum. *Id.* l. 6. cap. 22. *ad fin.* luxuriæ nostræ.

CUNABŬLA, orum, n. *a cradle; the clothes in which new-born infants are wrapped up, swaddling clothes; the bringing up of children,* σκάφη, σπάργανα, lectuli infantum, vel loca ubi nascuntur. Ita *Serv. ad Ecl.* 4. v. 23. ubi a κύω, prægnans sum, et pario, derivat. *Cic.* 1. *de Divin.* cap. 36. Qui cum esset in cunabulis, educareturque, &c. *Plaut. Amph.* 5. 1. 52. Neque eum quisquam colligare quivit in cunabulis. *Al. leg. conjunctim* incunabulis. ¶ Item locus, in quo quis nascitur. *Propert.* l. 3. el. 1. v. 27. Idæum Simoenta, Jovis cunabula parvi. ¶ Tribuuntur et animalibus. *Plin.* l. 10. cap. 33. Aves, quæ cunabula in terra faciunt. *Virg.* 4. *Georg.* v. 66. *de apib.* Intima more suo se se in cunabula condent. ¶ Translate *Plaut. Pseud.* 2. 4. 48. Usque a cunabulis. *h. e.* ab infantia. *from infancy.* *Virg.* 3. *Æn.* v. 105. Mons Idæus ubi, et gentis cunabula nostræ. *h. e.* prima sedes et origo. *the first origin.* *Apulei.* l. 2. *Metam. sub fin.* A primis cunabulis hujus urbis conditæ. *from the earliest beginning.* *Aurel. Arcad. Dig.* lib. 1. tit. 11. His cunabulis prætorio præfectorum auctoritas initiata. *h. e.* his initiis. *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *a med.* Liber, qui veluti cunabula Juris continet.

CUNÆ, arum, f. *a cradle,* σκάφη, κοιτὶς, vasculum, sive alveus ille, in quo infantes fasciis involuti cubant, forma scaphæ: quasi *cynæ,* a κύω, pario. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 39. Iidem, si puer parvus occidit, æquo animo ferendum putant, si vero in cunis, ne querendum quidem. *Id. de senect. sub fin.* Repuerascere, et in cunis vagire. *Martial.* l. 11. epigr. 40. Cunarum fueras motor, Charideme, mearum. ¶ Translate *Ovid.* 3. *Metam.* v. 313. Educere aliquem primis cunis. *h. e.* primis vitæ diebus. Sic *Propert.* l. 2. el. 10. v. 43. Ponere animam primis cunis. ¶ Tribuuntur et avibus. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 12. v. 9. hirundo Sub trabibus cunas, parvaque tecta facit. *nests.* ¶ In singulari numero perrarum est. *Prudent.* (seu quicumque alius auctor est) *in Diptych. novi Testam.* n. 4. præsepe jacenti Cuna erat.

CUNARIA, æ, quæ legitur *in veteri Inscript.* apud *Gruter.* pag. 311. n. 7. videtur esse mulier, quæ cunis alicujus adfuerit, et infantiam ejus servaverit. Simile officium in quodam Charidemo describit *Martial.* l. 11. epigr. 40. V. vocem præced.

CUNCTABUNDUS, a, um, qui cunctatur, *delaying greatly, slow, tardy, lingering, loth, dilatory,* μελλητικός. *Liv.* l. 6. c. 7. Cunctabundosque, et resistentes egressos castris esse.

CUNCTĀLIS, le, adject. Lar cunctalis dictus est Neptunus, quod ab eo nasci cuncta Antiqui crediderunt. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 16.

CUNCTĀMEN, inis, n. idem quod cunctatio, *tardiness, delay, hesitation.* *Paulin.* carm. 24. *de S. Fel.* v. 416. Pavidæ cunctamine mentis.

CUNCTANS, antis, *delaying, staying, tarrying, lingering, dilatory, loth, doubtful, hesitating,* μέλλων, χρονίζων, βραδὺς, qui cunctatur, tardus: et dicitur sæpe de iis, qui hærentes in deliberando, tardi sunt ad rem suscipiendam. *Cic.* 6. *Fam.* ep. 1. Me eum esse, quem solitus esses auctoritate tua cunctantem et diffidentem excitare. *Id.* 3. *de Orat.* cap. 9. *sub fin.* Cunctantem et quasi verecundantem incitare. *Virg.* 10. *Æn.* v. 331. Increpare socios cunctantes. *Id.* 4. *Æn.* v. 133. Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum exspectant. *Id.* 12. *Æn.* v. 940. Et jam jamque magis cunctantem flectere sermo Cœperat. *Sueton. in Domit.* c. 17. Cunctantibus conspiratis, quando, et quomodo aggrederentur. *Id. in Cæs.* c. 60. Extremo tempore ad dimicandum cunctantior factus. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 693. multusque viri cunctantia corda Fert dolor. ¶ Cum accus. per ellipsim poeticam, *Id.* l. 2. v. 93. Alternos ægro cunctantem poplite gressus. Adde *Virg. Æn.* 4. v. 390. ¶ Translate *Virg.* 6. *Æn.* v. 210. *de ramo aureo.* Corripit extemplo Æneas, avidusque refringit Cunctantem. *h. e.* resistentem dum avelleretur. *Id.* 2. *Georg.* v. 236. Glebæ cunctantes. *h. e.* duræ ad proscindendum. *stubborn.* *Lucr.* l. 3. v. 194. Mellis, quam aquæ, pigri latices magis, et cunctantior actus. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 64. Me quoque cunctantes interdum agnoscere tauri. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 680. Cunctans ira. ¶ Active *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 441. qui pondere postquam Decidit implicitus limo, cunctantia pronus Per vada reptabat cœno subnixa tenaci. *h. e.* remorantia, retardantia. Potes tamen interpretari etiam, se non moventia.

CUNCTANTER, adverb. *slowly, with delay, leisurely, dilatorily,* σχολαίως, cum mora. *Liv.* l. 1. cap. 36. Tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt. *Tacit. Ann.* 1. c. 71. Data utrique venia, facile Segimero, cunctantius filio. Al. leg. *cunctatius.*

CUNCTATĬO, onis, f. *a delaying, lingering, deferring; dilatoriness, delay, doubt, hesitation,* μέλλησις, tarditas, mora. *Cic.* 1. *Offic.* cap. 21. Abjecta omni cunctatione, adipiscendi Magistratus sunt. *Id. pro Sext.* c. 47. Cunctatione et tarditate. *Liv.* l. 29. cap. 24. Res jam non ultra cunctationem recipit. ¶ Legitur et *contatio.*

CUNCTĀTOR, oris, m. *a lingerer, delayer, prolonger of time,* dilator, cunctabundus, lentus, μελλητής. *Cæl. Cicer. Fam.* 8. ep. 10. Nosti Marcellum, quam tardus, itemque Servium, quam cunctator. *Liv.* l. 6. cap. 23. Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum. *Stat.* 3. *Theb.* v. 79. Non cunctator iniqui. *h. e.* promptus ad inique agendum. ¶ Fuit cognomen Fabii Maximi, qui prudenti cunctatione Annibalis vires fregit. *Liv.* l. 30. c. 26.

CUNCTĀTUS, a, um, particip. a cunctor, *having delayed.* *Curt.* l. 5. c. 6. n. 2. Rex phalangem nihil cunctatus inducit. *Stat.* 9. *Theb.* v. 36. lacrymæque hæsere paratæ, Et cunctata fides. *Cunctatus* hic passiv. esse videtur. ¶ Transit etiam in nomen, et habet gradus. *Plin.* l. 2. ep. 16. Cunctatior fortasse, et cautior esse deberem. *slower.* ¶ Legitur et *contatus,* præsertim apud *Apuleium.*

CUNCTI, æ, a, *all together, the whole,* σύμπαντες, omnes simul. *Cuncti,* inquit *Festus,* significat quidem omnes, sed conjuncti et congregati: at vero *omnes,* etiam si diversis locis sint. *Ascon. in Divin. Verr.* cap. 1. Cuncti, simul omnes, quasi conjuncti. *Servius ad Æn.* 1. v. 522. Cuncti non idem significat quod omnes. Cicero sæpe ait, cuncti atque omnes: quia omnes non statim sunt cuncti, nisi iidem simul sint juncti. Hæc *Serv.* Porro ubi loci *Cic.* dixerit *cuncti atque omnes,* adhuc est incompertum. Ceterum hoc discrimen non est perpetuum, et promiscue fere *omnes,* et *cuncti* ponuntur in oratione. *Cic.* 1. *de Orat.* cap. 40. Prope cunctis civibus lucem ingenii porrigens *Nepos in Datam.* c. 5. Cuncti ad eum opprimendum consenserunt. *Id. in Annib.* c. 1. Populus R. antecedebat fortitudine cunctas nationes. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* cap. 29 Cunctis oppidis castellisque desertis. *Cic. in Somn. Scip* c. 7. Cum ad idem cuncta astra redierint. *Sallust. in Jug* c. 2. Res cunctæ. *Horat.* l. 5. od. 1. v. 23. Cuncta terrarum subacta. *the whole world.* *Tacit.* 5. *Hist.* c. 10 Cuncta camporum. et *Ann.* 3. c. 35. curarum. ¶ Cum genitivo *Plin.* l. 3. c. 1. Bætica cunctas provinciarum divi cultu præcedit. *Ovid. Metam.* 4. v. 630. Hic hominum

cunctos ingenti corpore præstans Iapetioniades Atlas fuit. ¶ In singulari numero, *all, the whole, every. Virg.* 1. *Æn.* v. 158. Cunctus pelagi fragor. et vers. 237. Cunctus terrarum orbis. *Cic.* 10. *Fam.* ep. 21. A cuncto populo. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. Cunctam intuens terram. *Id.* 2. *Phil.* cap. 9. In tanta lætitia cunctæ civitatis. *Id.* 2. *Agrar.* c. 16. Cuncta Ægyptus. *Stat. Theb.* 5. v. 202. cuncto sua regnat Erinnys pectore. *h. e.* in omnium pectoribus. *Plaut. Mostell.* 5. 2. 4. Fac istam cunctam gratiam. *h. e.* integram et plenam. *entire, perfect. Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 92. cuncto concepit pectore flammam Funditus, atque imis exarsit tota medullis.

[* CUNCTICĬNUS, a, um, adject. totus cantans, a *cunctus* et *cano. Martian. Capell.* lib. 9. pag. 306. *Grot.* Non enim simplex quædam, et unius materiæ tinnitibus modulata, sed omnium organicarum vocum consociata permixtio quamdam plenitudinem cuncticinæ voluptatis admisit.]

CUNCTIM, adverb. *all together,* universim, ὅλως. *Apul. in Florid.* n. 9. (*al.* l. 2.) Non sigillatim ac discretim, sed cunctim et coacervatim offerre.

CUNCTIPĂRENS, entis, parens cunctarum rerum. *Prudent. Peristeph.* 8. *de S. Agnete,* v. 128. Cui posse soli cunctiparens dedit, Castum vel ipsum reddere fornicem.

CUNCTIPŎTENS, entis, *all-powerful,* omnipotens. *Prudent. Peristeph.* 11. *de S. Quirino,* v. 56. Jesu cunctipotens.

CUNCTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to delay, stay, linger,* μέλλω, χρονίζω, proprie est, si *Vossio* creditur *in Etymol.* cuncta aggredi, sive per cuncta ire: a *cunctus:* sed quia cuncta non sine mora perficere est, inde factum, ut sumatur pro morari, differre, procrastinare. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 8. *circa med.* Assequor omnia, si propero; si cunctor, amitto. *Id. ibid.* l. 7. ep. 12. An cuncter et tergiverser, et iis me dem, qui &c.? *Id. pro Sext.* c. 38. An etiam tunc quiesceretis, cunctaremini, timeretis? *Id. Fam.* 1. ep. 7. Si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri, non esse cunctandum; si dubium, non esse conandum. *Enn.* apud *Cicer. de Senect.* c. 4. *de Fabio Max. cunctatore.* Unus qui nobis cunctando restituit rem. ¶ Item subsistere, manere, *to stop, rest. Virg.* 4. *Georg.* v. 106. *de apibus.* tu regibus alas Eripe: non illis quisquam cunctantibus, altum Ire iter, aut castris audebit vellere signa. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 656. Ad medium iter cunctari. *Cic.* 1. *Tuscul.* cap. 46. Cunctari diutius in vita, inutile putabat. ¶ Item hærere, dubitare, *to hesitate, be perplexed, doubt. Augustus* apud *Sueton.* cap. 56. Consuluit Senatum, quid officii sui putaret. Cunctari enim se, ne, si superesset, eriperet legibus reum; sin deesset, destituere ac prædamnare amicum existimaretur. *Sueton. in Vespas.* c. 16. Ne candidatis quidem honores, reisve absolutiones vendere cunctatus est. *he did not scruple to,* &c. Adde *Ammian.* l. 29. c. 1. (*al.* c. 3. et 8.) ¶ Cum accus. V. *Cunctans.* ¶ Cum infinito *Cic. de Univ.* cap. 3. *ad fin.* Quam ob causam non est cunctandum profiteri, hunc mundum animal esse. *Colum.* l. 8. c. 15. *extr.* Si modo captas aves custodiæ tradere velis, parere cunctantur in servitute. ¶ *Cunctarier* per paragogen pro *cunctari, Lucret.* l. 3. v. 67. Et quasi jam leti portas cunctarier ante. ¶ Etiam *contor* aliquando scriptum fuit. V. ¶ Quin et *cuncto, as,* activa forma, et agnoscitur a *Prisciano* l. 8. pag. 797. *Putsch.* et confirmatur illo *Plauti* loco *Cas.* 4. 2. 13. Tu hic cunctas: intus alii festinant. Et *Ennii* apud *Non.* c. 7. n. 9. Qui cupiant dare arma Achilli, ut ipsi cunctent. Et *Accii ibid.* Membra animo ægroto cunctant sufferre laborem.

CUNCTUS. V. *Cuncti.*

CUNEĀTIM, adverb. *by wedges, wedge-wise, in distinct companies in the form of a wedge,* σφηνοειδῶς, per cuneos militares. *Cæs.* 7. *B. Gall.* cap. 28. Hostes in foro, ac locis patentioribus cuneatim constiterunt.

CUNEATĬO, onis, f. conformatio in cunei figuram. *Scribon. Larg. compos.* 47. Narium cuneatione quadam. [Quo facilius pateat *Forcellinum* male interpretatum fuisse vocem hanc, afferendus est integer *Scribonii* locus. Donicum (vulgo legitur *Donec cum*) videatur pator narium cuneatione quadam recipere posse fistulam. *h. e.* ita fistula circumvolvendo linteolo conformari debet, ut anguste, velut cuneum intrusum, foramen narium illam recipere possit.]

CUNEĀTUS, a, um, *formed into the shape of a wedge, made like a wedge,* σφηνοειδής, in formam cunei factus, ut *Cuneatus ager* ex. gr. qui est longus centum pedes, latus ex una parte pedes viginti, ex altera decem. *Colum.* l. 5. c. 2. *Cuneatum theatrum,* in quo scil. ordines subsellioruni ex angusto in latum, cunei more assurgunt. *Auson. prol. Ludi. de* VII. *Sapient.* v. 21. Cuneati crevit hæc theatri immanitas. *Liv.* l. 9. cap. 40. Forma scuti ad imum cuneatior. *Ovid. Metam.* 13. v. 778. Prominet in Pontum cuneatus acumine longo Collis. *Liv.* l. 44. c. 4. Jugum montis in angustum dorsum cuneatum.

CUNĒLA. V. *Cunila.*

CUNĔO, as, avi, atum, a. 1. *to cleave with a wedge,* σφηνόω, cuneis findo. *Plin.* l. 16. c. 40. Si quid cuneandum sit in ligno, clavisve figendum. ¶ Item obstruo, cuneo adacto obturo. *Senec.* ep. 118. *sub. fin.* Unus lapis fecit fornicem, ille qui latera inclinata cuneavit, et interventu suo vinxit. ¶ Metaphorice *Quintil.* l. 4. c. 3. Atque eo (*digrediendi genere*) illustrari ornarique orationem, si cohæret, et sequitur, non si per vim cuneatur, et, quæ natura conjuncta erant, distrahit. ¶ Significat etiam formam cunei dare. *to form into the shape of a wedge. Plin.* l. 3. c. 3. *sub fin. de Hispania.* Cuneatur angustiis inter duo maria. *Mela* l. 3. c. 6. Se in diversos angulos cuneat.

CUNEŎLUS, li, m. *a little wedge,* diminut. parvus cuneus, σφηνάριον. *Cic. de Univers.* c. 13. Crebris quasi cuneolis injectis. *Colum.* l. 4. c. 29. Vincula adactis cuneolis arctantur.

CUNĔUS. i, m. *a wedge,* σφήν, instrumentum ferreum, aut ligneum, quo finduntur ligna, cujus pars inferior acuta est, superior lata, et ampla. *Virg.* 1. *Georg.* v. 144. Cuneis scindebant fissile lignum. *Tacit. in Agric.* c. 10. Britannia in cuneum tenuatur. *Vetus Poeta* apud *Cicer.* 2. *Tuscul.* c. 10 Inserere cuneos. *Plin.* l. 10. c. 18. Adactos cuneos elabi. *Id.* l. 17. c. 14. Figere cuneum. *Colum.* l. 5. c. 11. Demittere cuneum tenuem, ferreum, vel osseum, inter corticem et materiam. *et mox.* Cuneum vellere. *Pallad. in Februar.* tit. 17. Deponere cuneum inter corticem, et lignum. *Plaut. Stich.* 4. 2. 39. Si ante poteris accubare. *Ge.* vel inter cuneos ferreos. ¶ In illo *Ovidii* 11. *Metam.* v. 514. Jamque labant cunei, spoliataque tegmine ceræ Rima patet: *cunei* sunt ligna quædam crassiora, quæ affiguntur navibus, quo minus, si in saxa incurrerint, atterantur, aut rimas agant. Ita *Scheffer.* l. 1. *de milit. navali,* c. 6. χελύσματα dicuntur a *Polluce* l. 1. c. 9. sect. 86. Alii intelligunt subscudes, quibus carinæ tabulæ inter se compinguntur. ¶ Durior est metaphora illa *Tertulliani* l. 1. *advers. Marcion.* c. 21. *sub fin.* Hoc enim cuneo veritatis omnis extruditur hæresis. ¶ Sæpe sumitur pro peditum multitudine in cunei formam redacta, idest quæ fronte augusta est, deinde paulatim latius se extendit, *a number of soldiers placed in the form of a wedge,* cui *forfex* opponitur, ut apud *Veget.* l. 3. *de re milit.* cap. 19. videre est. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 39. Cuneo facto, ut celeriter perrumpant. *Tacitus de Germ.* cap. 16. Componere aciem per cuneos. *Id.* 4. *Hist.* c. 20. Congregari in cuneos. *Id.* 2. *Hist.* c. 42. Catervis et cuneis concurrere. *Virg. Æn.* 12. v. 575. Dant cuneum, densaque ad muros mole feruntur. ¶ *In illo Stat.* 5. *Theb.* v. 416. Donec ab extremæ cuneo ratis Æsone natus Palladios oleæ ramos extulit: *cuneus* aliis est remotus angulus: aliis ipsa prora, quæ ex lato in acutum desinit. ¶ Ad cuneum militarem pertinent illa *Tertull. de resurrection. carn.* c. 2. *a med.* Quantum ad hæreticos, demonstravimus, quo cuneo occurrendum sit a nobis. *h. e.* qua conferta argumentatione sint oppugnandi. et *advers. Valentinian.* c. 3. *ad fin.* Denique hunc primum cuneum congressionis armavimus, primamque hanc victoriam auspicamur. ¶ Sumitur et pro sedilium ordine, et scalarum directione in Theatris, quæ ita cum præcinctionibus disposita erant, ut universam sedilium seriem in partes cuneorum similes dividerent, φυλή, *the seats of the theatre.* (V. *Scip. Maph. Veron. illustr.* par. 4. l. 2. c. 8. ubi et figuram a se excogitatam exhibet) *Vitruv.* l. 5. c. 6. *Sueton. in Aug.* c. 44. Maritis e plebe proprios ordines assignavit, prætextatis cuneum suum. Sic Cuneus Senatorius, et Equestris ordinis *Id. in Domit.* c. 4. ¶ Denique cuneus est triangularis figura, quæ inter quadratas, et quavis specie figuratas formas in pavimentis, aut picturis parietum interponi solet ad ornatum. *a triangular figure in pavements for ornament. Vitruv.* l. 7. c. 4. et 5. Hinc *Cuneus ager* dicitur in Lusitania in regno Algarbiæ, Anæ fluvio proximus, ad promontorium, quod eodem nomine appellatur, quia lata sede procurrens, paulatim se ac sua latera fastigat. Ita de agro *Pompon. Mela* l. 3. c. 1. de promontorio autem *Plin.* l. 4. c. 22. nunc *capo di S. Maria.*

CUNICULĀRIS, re, ad cuniculos pertinens, ut Cunicularis herba apud *Marcell. Empir.* c. 14. *ad fin.*

CUNICULĀRIUS, ii, m. *a miner,* qui cuniculos fodit. *Cunicularii* sunt milites, qui cuniculos suffossis improvisi emergunt, et hostilia munimenta perfodiunt. *Veget.* l. 2. cap. 11. *Ammian.* l. 24. cap. 4. (*al.* 15.)

CUNICULĀTIM, adverb. *in the form of a mine,* in modum cuniculi. *Plin.* l. 9. c. 33. Cuniculatim, pectinatim, &c. et cap. 36. *extr.* Cuniculatim procurrente nostro. Hanc lectionem ex MSS. retinet *Harduinus.* Alii leg. *canaliculatim.*

CUNICULĀTOR, oris, m. *Lutatius in* lib. 2. v. 418. *Statii Thebaid.* Fossores, inquit, dicuntur in exercitu cuniculatores, qui cuniculos faciunt, per quos introgressi milites murorum fundamenta convellunt.

CUNICULŌSUS, a, um, adject. *full of mines,* cuniculis, et subterraneis cavernis plenus. *Catull.* carm. 37. *ad Contubernal.* v. 18. Celtiberiam cuniculosam dixit. Sed alii aliter leg.

CUNICŬLUS, li, m. *a coney, rabbit.* δασύπους, animal lepori simile, sub terra effossa latere solitum. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 12. et *Plin.* l. 8. c. 55. docent ab eo dictum esse, quod sub terra cuniculos facit, ubi lateat. Sed aliorum sententia subterranei meatus ab hoc animali potius nomen acceperunt. *Martial.* l. 13. epigr. 60. Gaudet in effossis habitare cuniculus antris. Monstravit tacitas hostibus ille vias. Adde *Veget.* l. 4. c. 28. et *Fest.* ¶ Hinc est et meatus subterraneus, præsertim qui fit urbium oppugnandarum causa, *a mine,* ὑπόνομος. *Fest. et Veget. loc. cit.* Hinc *Cic.* 3. *Offic.* c. 23. Si pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 22. Cuniculis aggerem subtrahere. *Hirt. de B. Gall.* c. 43. Cuniculis venas fontis intercidere atque avertere. *Liv.* l. 5. c. 21. Mœnia cuniculis subruere. *Curt.* l. 7. c. 6. Cuniculo suffossa mœnia. *undermined.* et lib. 9. c. 8. Cuniculo urbem capere. ¶ Translate *Cic. initio Agrar.* 1. Quæ res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. *by cunning, treachery, intrigue.* ¶ Ponitur et pro quavis occulta fossa, ut dictum est. *Plin.* l. 35. c. 15. E cuniculis effossum sulphur. *Id.* l. 6. c. 27. Tigris (*fluvius*) in cuniculos mergitur. *Id.* l. 31. cap. 6. Si aqua cuniculo veniet. *Id.* l. 9. c. 36. appellat *cuniculum* cavitatem internam rostri in purpura. ¶ Apud *Festum* legitur *cuniculum* neutro genere: itemque apud *Varron.* teste *Capro de verb. dub.* pag. 2248. *Putsch.*

CUNĪLA, æ, f. *savory or wild marjoram,* κονίλη, κόνυζα, herba est plurium generum: alia *sativa,* quæ et *satureia* appellatur in condimentario genere: alia *bubula* cognomine, semine pulegii: *wild origany:* alia *gallinacea* dicta: alia quæ et *cunilago,* odoris fœdi, radicis lignosæ, folio aspero: alia *mollis,* pilosioribus foliis, ac ramis aculeatis, tritaque mellis odorem habens, digitis tactu ejus cohærescentibus: alia turis odorem. Hæc duo postrema genera pulicum necandorum vim habent. *Plin.* l. 19. c. 8. et lib. 20. c. 16. ¶ Legitur et *cunala* apud *Colum.* l. 6. c. 8. et lib. 7. c. 5.

CUNILĀGO. *flea-bane or moth-mullein.* V. vocem præced.

CUNĪNA, æ. f. Dea, quæ cunis infantium præsidere putabatur. *Lactant.* l. 1. c. 20. *Varr.* apud *Non.* cap. 2. n. 756. *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei,* c. 11. et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 96. n. 9.

CUNĬO, is, a. 4. Cunire, inquit *Fest.* est stercus facere: unde et *inquinare* deductum est: Quidam putant esse a cunis, ut proprie dicatur de infantibus. V. *Ancunulentæ.* [*Pontedera Antiquit. Latin. et Græc.* pag. 8. hæc habet de verbi notatione. *Coenum* a *coenire* descendit quod recentiores *cunire* dicunt, et ab illo *cunus,* quod tunc unico *n,* nunc cum gemino *cunnus.* Ab eadem origine fortasse *cuna,* in qua pueruli cuniunt.]

CUNNILINGUS, λεσβιάζων. *Martial.* l. 12. epigr. 59. et alibi.

CUNNUS, i, m. τὸ αἰδοῖον τῶν γυναικῶν, πύσος. *Horat. Martial. et Auct. Priap.*

CUNQUE, seu Cumque, particula est, quæ cum aliis fere componitur, ut qualiscumque, quicumque, &c. quæ V. suis locis. ¶ Aliquando sola invenitur. *Horat.* l. 1. od. 32. *in fine:* Mihi cunque salve rite vocanti. *h. e.* quandocumque, vel quomodocumque. *at any time whatever. Cic.* l. 3. *de Leg.* c. 3. Equitem cumque qui regat, habeto pari jure cum eo, quicumque erit juris disceptator. *h. e.* Equitem quemque. (*Al.* aliter leg.) Est autem hic sermo de magistro equitum, et dictatore. *Impp. Theodos. et Valentinian.* l. 12. *Cod. Theodos.* tit. 6. leg. 32. Aurum sive argentum cumque a possessore confertur, arcanus vel susceptor accipiat. *h. e.* quandocumque. *Lucret.* l. 6. v. 83. Sunt tempestates, et fulmina clara canenda, Quid faciant, et qua de causa cumque ferantur. *h. e.* in quemcumque locum. Al. leg. *quæque.* ¶ *Cumcunque* quandocumque. *Lucret.* l. 2. v. 113. Contemplator enim, cum solis lumina cunque Insertim fundunt radios per opaca domorum. τμῆσις.

CUNŬLÆ, arum, f. *a little cradle,* parvæ cunæ. *Prudent. Cathemer.* 7. v. 164. Fletu madescunt parvulorum cunulæ. Adde 11. v. 98.

CUPA, æ, f. *a large cask; a butt, vat,* κύπελλον, ligneum vas vinarium amplum, in quo mustum e torculari excipitur, et diffunditur servandi causa. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 113. Cupas vinarias sirpare noli. et *ibid.* Cupæ acris aceti. *Lucan.* l. 4. v. 420. Namque ratem vacuæ sustentant undique cupæ. Sic *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* cap. 11. Cupas tæda, et pice refertas, inter incendiaria instrumenta refert. et *Alfen. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 31. tritico in navi condendo. *Ulpian.* quoque lib. 33. tit. 7. leg. 8. inter vasa conservandis, et leg. 12. exportandis fructibus apta. *Plin.* l. 16. c. 10. Materies piceæ ad fissiles scandulas, cupasque, et pauca alia secamenta. ¶ Pro sarcophago, *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 845. n. 1. D. Apuleius Ionicus fecit Eutychiæ sorori suæ, et Eutycheti filio ejus. In hac cupa mater et filius positi sunt. Adde aliam apud *Donium* class. 11. n. 6. ¶ Est etiam membrum trapeti, cujus conficiendi rationem tradit *Cato R. R.* c. 21. ¶ Cupa potare magistra, apud *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 123. videtur esse ita bibere, ut tota cupa exhauriatur. Vel *cupa* idem est quod *copa,* ut vult *Bentlei.* qui plura de hac re disputat. [† *Cic. Pis.* 27. Panis atque vinum de propola atque de cupa. Quem ad locum sic *Ernesti:* Cupa est femina, quæ vinum in caupona vendit, ut propola, qui panem. Alii tamen de dolio interpretantur. vid. *Burm.* ad *Sueton. Claud.* 40.] ¶ Legitur et *cuppa* sed rarius.

CUPEDIA, æ, f. *a fondness for nice dishes, immoderate desire of dainty fare*, vitiosus cupediarum appetitus. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 11. Avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, liguritio, temulentia, cupedia. Alii ex antiq. exemplar. ediderunt *cuppedia*. Cuppedo autem, et cuppedia a Veterib. pro *cupiditas* usurpata docet *Salmas. ad Lamprid. in Heliogab.* cap. 30. et de *cuppedia* confirmat *Non.* cap. 2. n. 125. hoc ipso *Cicer.* loco allato. V. *Cupedo.*

CUPEDIA, orum, n. et Cupediæ, arum, f. *nice dishes, delicate victuals, dulcet cates*, significat tum omne genus opsonii, tum vero delicatiores cibos, teste *Festo*, ut aves, aprugna, phasiani, et similia. *Plaut. Stich.* 5. 4. 32. Nihil moror cupedia. *Gell.* l. 6. cap. 13. Conjectabamus ad cœnulam non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum. *Ammian.* l. 26. c. 7. (al. 18.) Cupediarum vilium mercatores. ¶ Item vehemens studium talium ciborum, *a fondness for nice dishes. Cic.* 4. *Tuscul.* c. 11. *a med.* Liguritio, vinolentia, cupedia. ¶ Est qui malit scribi *cuppedia.* V. *Cupedo.*

CUPEDINARIUS, et Cupediarius (*illud a* Cupedo, *hoc a* Cupediis) a, um, ad cupedinem pertinens, ut *Cupedinarium forum*, apud *Symmach.* l. 8. ep. 19. h. e. forum Cupedinis. V. *Cupedo.* ¶ Cupedinarii, qui sint, monet *Donat.* satis indicari a *Terent.* ubi ait, *Eun.* 2. 2. 25. Concurrunt læti mi obviam cupedinarii omnes, Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores, aucupes, Quibus et re salva, et perdita profueram. Quare omnes, inquit *Donat.* qui esculenta et poculenta vendunt, a rebus cupedinis ob alimentum, *cupedinarii* appellantur, *venders of viands, confectioners*, ὀψοπῶλεις. *Lamprid in Heliogab.* c. 30. Pinxit se ut cupediarium, ut seplasiarium, ut popinarium. *Salmasio* placet scribi duplici *pp.*

CUPEDO, et Cuppedo, inis, f. *strong desire, lust, greediness*, idem quod cupiditas. *Lucret.* l. 1. v. 1080. Haud igitur possunt tali ratione teneri Res in concilio, medii cuppedine victæ. *Id.* l. 4. v. 1083. ardescit dira cuppedine pectus. ¶ Forum cupedinis *Varro* apud *Donat. in Terent. Eun.* 2. 2. 25. docet, dictum esse ex eo, quod Numerius Equitius Cupes, et Romanius Macellus ob latrocinia damnati, bonisque eorum publicatis, quo loco ædes Romæ habuere (cum eo comportarentur quæ vescendi causa in Urbem afferebantur) foro Cupedinis, et Macello dedere nomina. Aliis hæc derivatio non placet; sed a *cupedia*, et *cupiditate* vocis originem esse ducendam. Utrumque refert *Festus* in *Cupes*, ipseque adeo *Varro* l. 4. *L. L.* c. 32. Sed *Vossio* placet *cupediam* dici a *cupa*, seu *copa*, quasi *caupediam*, quod in cauponis cupediæ venderentur. *Salmas. ad Lamprid. in Heliogab.* c. 30. putat, hæc duci a *cuppes*, quod in *Gloss.* exponitur fastidiosus, superbus, cupidus: quare *cuppedo, cuppedia*, &c. duplici *pp* semper scribendum esse. *Plaut. Trin.* 2. 1. 13. Harpago, mendax, cuppes, avarus. *Al. leg.* cupes. *Festus* docet *cupes* esse nomen substantivum, et idem esse quod *cupedia*, h. e. lautiores cibos.

CUPELLA, æ, f. *a sort of cup*, dimin. a *cupa*, poculi, vel vasis genus, a κύπελλον. *Pallad. in Februar.* tit. 25. Pyra in cupellis, vel in vasculis fictilibus condiuntur. *Apic.* l. 1. c. 2. In cupellam mittito.

CUPENCUS, lingua Sabinorum Sacerdos appellatur, et speciatim sacerdos Herculis. *Serv. in* 12. *Æn.* v. 538.

CUPES. V. in *Cupedo.*

CUPIDE, *fondly, eagerly, desirously, gladly*, ἐπιθυμητικῶς, ἀγαπητῶς, libenter, ardenter, studiose, vehementer. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 16. *ad fin.* Ego vero cupide et libenter mentiar tua causa. *Sallust. in Catil.* c. 41. Nihil tam asperum, neque tam difficile esse, quod non cupidissime facturi essent. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* cap. 40. Cupidissime appetere amicitiam alicujus. *most anxiously. Id.* l. 2. *B. Civ.* cap. 20. Aliquem domum ad se hospitio cupidissime recipere. *Nepos in Arist.* c. 1. Quod cupide elaborasset, ut præter ceteros justus appellaretur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 15. Qui cupidus novissimum agmen insecuti, alieno loco prœlium committunt. *Liv.* l. 3. cap. 32. Horatius augur mortuus: in cujus locum C. Veturium, eo cupidius, qua plebe erat, augures legere. *Plaut. Stich.* 2. 1. 11. Amare cupide aliquem. *tenderly, affectionately. Senec.* epist. 100. Cupidissime aliquid legere. ¶ Aliquando in malam partem usurpatur, diciturque de eo qui pravo aliquo animi affectu, aut nimio partium studio agit. *passionately. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 18. Majores nostri suos agros studiose colebant, non alienos cupide appetebant. *Id.* 2. *Phil.* c. 21. Quid cupide a Senatu, quid temere fiebat? *Id. Fam.* 16. ep. 11. Nos agimus nihil cupide: eoque est nostra pluris auctoritas. *with partiality. Quintil.* l. 1. cap. 3. (*al.* 4.) Ne quid cupide, ne quid improbe, ne quid impotenter faciat. *Sueton. in Cæs.* cap. 12. Reum tam cupide condemnavit, ut ad populum provocanti nihil æque ac judicis acerbitas profuerit.

CUPIDINEUS, a, um, *relating to Cupid*, ἐρωτικὸς, ad Cupidinem amorum deum spectans. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 10. v. 65. Cupidineis nec inexpugnabile telis Cor mihi. Adde *de remed. amor.* v. 157. ¶ De valde formoso. *Martial.* l. 7. epigr. 86. Blanda Cupidinei cur non amet ora Labycæ?

CUPIDITAS, atis, f. *desire, fondness, eagerness, earnestness*, ἐπιθυμία, vehementior affectus animi impense cupientis aliquid, appetitio, desiderium. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 26. De voluntate tua, ut simul simus, vel studio potius, et cupiditate non dubito. *Id.* 1. *de Orat.* c. 30. et *in Pison.* c. 25. Flagrare, ardere cupiditate justi et magni triumphi. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 19. Inest mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas veri videndi. *Id. in Bruto*, c. 92. Incitare aliquem cupiditate imitandi. *Cels.* l. 2. c. 3. Cupiditas cibi. *appetite. Nepos. in Annib.* c. 2. Incendere aliquem cupiditate bellandi. ¶ Sæpissime dicitur de inordinato et pravo studio alicujus rei, et generatim de malis quibusque animi affectibus contra rationem tendentis in aliquid, ut de libidine, ira, avaritia, &c. *eager desire, greediness, lust, passion. Cic.* 1. *de Invent.* c. 23. Genus est omnium libidinum cupiditas. *Id. ibid.* c. 2. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas, ad se explendam viribus corporis abutitur. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 16. Ut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus. *Cic.* 4. *Verr.* c. 53. Studia cupiditatesque honorum, atque ambitiones ex civitatibus tollere. *Id.* 5. *Phil.* c. 18. Cupiditas dominandi præceps et lubrica. *Id. pro Dom.* c. 44. Projecta et effrenata cupiditas. *Id.* 3. *Verr.* c. 24. Indomitæ atque effrenatæ cupiditates. *Id.* 4. *Verr.* c. 75. Vos conjectura assequi posse, cujusmodi prædo iste in illa provincia fuerit, quam multas cupiditates, quam varias, quam infinitas habuerit. *Id.* 3. *Phil.* cap. 10. Vir omni carens cupiditate. *Id. in Pison.* c. 25. Comprimere atque restinguere incensam alicujus cupiditatem. *Id.* 1. *de Orat.* c. 43. *extr.* Domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. *Id. in Partit.* c. 27. explere. *Id.* 1. *de Orat.* c. 19. frangere. *Id. de Amic.* cap. 22. Imperare cupiditatibus iis, quibus ceteri serviunt. *Terent. Heaut.* 1. 2. 34. Ubi animus semel se cupiditate devinxit mala, necesse est consilia consequi consimilia. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 52. Temeritatem cupiditatemque militum reprehendere. *their too great eagerness to be led into action.* ¶ Speciatim dicitur de nimio amore pecuniæ, *thirst after gain, avarice*, differt tamen ab avaritia, quod cupiditas notat amorem habendi, avaritia retinendi: itaque illi opponitur abstinentia, huic liberalitas. *Sueton. in Domit.* c. 9. Cupiditatis quoque, atque avaritiæ vix suspicionem ullam dedit: immo e diverso magna non abstinentiæ modo, sed etiam liberalitatis experimenta. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 35. *extr.* Ipsos cæcos reddit cupiditas, et avaritia, et audacia. ¶ Item nimium studium partium, favor, *favour, partiality. Cic. pro Font.* c. 7. Cupiditatis atque inimicitiarum suspicio derogat auctoritatem in testimonio. *Id. pro Flacc.* c. 10. Testes aut sine ullo studio dicebant, aut cum dissimulatione aliqua cupiditatis. Adde *pro Marcell.* c. 9. ubi huic cupiditati invidia opponitur. ¶ Item Venerea libido, *lust, Plin.* l. 36. c. 5. *ante med.*

CUPIDO, idinis, f. *will, desire, eagerness, earnestness, appetite*, ἐπιθυμία, idem quod cupiditas, ejusdemque fere usus: nisi quod Poetis est familiarior. *Non.* quidem cap. 5. n. 58. ex *Lucilio* ita distinguit, ut cupiditas minor sit, et temperatior, defluens ex cupidine: sed hoc a Scriptoribus discrimen negligitur. *Enn.* apud *Cicer.* 3. *Tuscul.* c. 26. Cupido cepit me, proloqui Medeæ miserias. *Liv.* l. 1. c. 6. Romulum cupido cepit urbis condendæ. *Id.* l. 21. c. 10. Flagrans cupidine regni. *Sallust. in Catil.* c. 3. *extr.* et cap. 7. Cupido honoris et gloriæ. et cap. 13. somni. *Lucret.* l. 4. v. 874. sic expletur jejuna cupido. *h. e.* fames. *Curt.* l. 4. cap. 7. Ingens cupido animum stimulabat adeundi Jovem. et cap. 8. Cupido incessit, Æthiopiam invisere. ¶ Pro pravo animi studio, et affectu, *cupidity, strong desire, passion. Curt.* l. 10. c. 5. *ad fin.* Iracundiam et cupidinem vini senectus mitigare potuisset. *Sallust. in Catil.* c. 10. Pecuniæ, atque imperii cupido. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 85. sapiens Responsare cupidinibus, contemnere honores Fortis. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 211. Opum furiosa cupido. ¶ Masculino genere. *Horat.* l. 2. od. 16. v. 15. Nec leves somnos timor, aut cupido Sordidus aufert. *h. e.* avaritia. *avarice, covetousness. Id.* l. 3. od. 16. v. 39. Contracto melius parva cupidine Vectigalia porrigam. *Sil.* l. 4. v. 99. geminusque cupido Laudis. ¶ Porro hoc genere plerumque intelligitur deus cupiditatum præses, et præsertim amoris, quem alii ex Chao et Terra genitum tradunt; alii ex Nocte et Æthere; alii ex Lite et Zephyro; alii ex Mercurio et Diana; alii ex Poro deo consilii, et Penia dea paupertatis: plurimi conveniunt in Venere matre assignanda, sed in patre variant, cum aliis Mercurius sit, aliis Mars, aliis Vulcanus, Cælum aliis: nonnulli etiam ex sola Venere natum putant. Ex his quædam refert *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 23. et *Arnob.* l. 4. pag. 136. qui ambo tres Cupidines ponunt. Sunt etiam qui duos faciunt, cælestem et vulgarem: item qui honestum et turpem: illum dicunt Veneris et Jovis filium, hunc Erebi et Noctis. Hinc *Ovid.* 4. *Fast.* v. 1. geminorum mater Amorum. *Senec. in Oedip.* v. 500. Concutit tædas geminus Cupido. Hoc loco *Seneca* apte geminum Cupidinem memorat, quos adesse fingit in nuptiis Bacchi dei cum Ariadna mortali: in quibus convenientissimum erat, et cælestem et vulgarem Cupidinem interesse. ¶ Denique non desunt, qui plures faciunt, nempe quot sunt affectus hominum aliquid appetentium. ¶ Fere apud Poetas intelligitur filius Veneris, qui fingitur puer, cæcus, nudus, alatus, arcu, telis, flammisque armatus, deorum et hominum potens, et animantia quæque sibi facile subjiciens. *the god of love, Cupid.* De eo passim legas aliquid apud *Horat. Ovid. Tibull. Propert. Martial. Virg.* quoque 1. *Æn.* v. 662. *et sequent.* et alios: præsertim vero de ejus potentia multa poetice *Senec. in Hippol.* v. 274. *et sequ.* cujus quidem potentiæ significandæ gratia, quidam eum pinxere florem, et delphinum manu tenentem, quo ostenderent, terra illum marique latissime dominari. ¶ Discrimen quidam statuunt inter cupidinem et amorem, sive pro deo, sive pro affectu animi accipias: ut sit cupido immoderatus amor, hic moderatus. *Afran.* apud *Non.* c. 5. n. 1. Amabit sapiens, cupient ceteri. *Plaut. in fragm. ibid.* Cupido te conficit, anne amor? *Id. Curcul.* 1. 1. 3. Quo Venus, Cupidoque imperat, suadetque Amor. Dicendo *imperat*, inquit *Serv. ad Æn.* 4. v. 194. violentiam ostendit; *suadet* addendo, moderationem significat. Verum hoc discrimen vix unquam Scriptores servant.

CUPIDUS, a, um, *desirous, fond, eager, earnest*, ἐπιθυμῶν, qui cupit, studiosus, appetens. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 18. Cupidus satisfaciendi reipubl. *Cicer.* 1. *de Orat.* c. 11. Græculi homines contentionis cupidiores, quam veritatis. *Id. ibid.* c. 22. Adolescens nostri cupidissimus. *h. e.* amantissimus. *Id.* 1. *Offic.* c. 43. *ad fin.* Quis est enim tam cupidus in perspicienda cognoscendaque veritate, ut &c? *Id.* 3. *de Offic.* c. 14. Homo cupidus et locuples. *Id. Fam.* 14. ep. 4. Cupidus vitæ. *Nepos in Cat.* c. 3. Cupidissimus litterarum. *Propert.* l. 1. el. 19. v. 9. Cupidus attingere gaudia. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 12. cupidum, pater optime, vires Deficiunt. ¶ Cum ablat. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 50. Vino modo cupidæ estis. ¶ Sæpe in malam partem usurpatur de eo, qui pravo quopiam affectu abreptus aliquid appetit. *Cic. pro Font.* c. 10. *extr.* Potestis igitur cupidos moderatis, mercenarios gratuitis, impios religiosis anteferre? *Nepos in Regib.* c. 2. Minime libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullius denique rei cupidus, nisi, &c. *nor transported by any other passion. Sueton. in Vespas.* c. 16. Natura cupidissimus. *most eager, covetous. Cic. pro Font.* c. 6. Cupidi testes. *influenced by passion, partial.* Sic *Id. pro Rosc. Amer.* c. 26. Consilium cupidum, audax, temerarium. *Propert.* l. 1. el. 8. v. 29. cupidus deponat gaudia livor. *Martial.* l. 11. epigr. 59. Avaritia cupida. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 24. Stultus, et cupidus. et lib. 2. ep. 2. v. 156. Cupidus, timidusque. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 129. A juvene et cupido credatur reddita virgo. *h. e.* amanti, vel libidine pleno. Sic *Martial.* l. 11. epigr. 79. Cupidus maritus. ¶ Translate *Ovid.* 1. *de art. am.* v. 116. Cupidæ manus. *Id.* 3. *Amor.* el. 7. v. 9. Cupida lingua. *Id.* 3. *ex Pont. ep. ult.* v. 26. Cupidus equus. ¶ Passive *Plaut. Merc.* 5. 1. 12. Ibi quidem si regnum detur, non est cupida civitas. *desirable*, expetenda. Al. leg. *cupita.*

CUPIENS, entis, *desiring, desirous*, idem quod cupidus. *Cic. de Harusp. resp.* cap. 22. Cupientem Italiam, populum R. desiderantem, flagitantes vos excitavit. *Id.* l. et cap. 1. *de Orat.* Neque vero nobis cupientibus atque exoptantibus fructus otii datus est. *Plaut. Mil.* 4. 2. 58. Hunc annulum ab tui cupiente huc detuli huic. *in love with you. Sallust. in Jug.* c. 86. Marius cupientissima plebe consul factus. *with the entire consent and wish of the people. Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 24. Dominandi suis, quam subigendi externos, cupientiores sunt. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 46. Populus novarum rerum cupiens. *Id. Ann.* 6. cap. 46. bonarum artium. *Id.* 1. *Ann.* c. 59. Fama dediti Segestis vulgata, ut quibusque bellum invitis, aut cupientibus erat, spe vel dolore accipitur. et cap. 75. Erogandæ per honesta pecuniæ cupiens. *Sallust. in fragm.* apud *Diomed.* l. 1. pag. 291. *Putsch.* Cupientissimus legis. *Id. in Jug.* c. 68. *extr.* Animo cupienti nihil satis festinatur. γνώμη. *where the mind is willing, there cannot be too much speed.*

CUPIENTER, *desirously, earnestly*, cupidissime, ut *Non.* c. 2. n. 173. exponit, ἐπιθυμητικῶς. *Accius ibid.* Cupienter malis membra discerpat suis. *Enn. ibid.* Cupienter cupere. *Plaut. Pseud.* 2. 3. 17. petere.

CUPIO, is, ivi, et ii, (*Priscian.* l. 10. pag. 879. *Putsch.*) itum, a. 3. *to covet, desire, be willing, wish, long for*, ἐπιθυμέω, γλίχομαι, opto, aveo, desidero, expeto. *Cic. de clar. Orat.* c. *ult.* Tibi favemus, te tua virtute frui cupimus, tibi optamus eam rempubl. &c. *Id. Attic.* 10. ep. 4. *post med.* Cupivi, inquit, ex Senatus consulto surrepto. *Id.* 1. *Fam.* ep. 2. Ii Bibuli sententiam valere cupierunt. *Id. Phil.* 14. cap. 1. Cum ad eum, quem cupimus optamusque, vestitum redierimus. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 17. Ardenter cupere aliquid. *Sueton. in Cæs.* cap. 1. Quem incolumem tantopere cuperent. *Id. in Aug.* cap. 17. Cleopatram servatam triumpho magnopere cupiebat. *Ovid. Heroid.* ep. *ult.* v. 9. cupis credi. *Plaut. Capt.* 1. 2. 17. Quod ego quidem nimis quam cupio ut impetret. ¶ *Cupere alicui* et *cupere causa alicujus* est bene velle, optare bona alicui; *to wish well. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 18. Favere et cupere alicui propter affinitatem. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 3. Quid? ego Fundanio non cupio? non amicus sum? *Id.* 4. *Verr.* c. 73. Qui istius causa cupiunt omnia, qui ab eo benignissime tractati sunt. *Id.* 13. *Fam.* ep. 75. Cujus causa omnia cum cupio, tum mehercule etiam debeo

Plaut. Pers. 5. 1. 14. Omnia, quæ tu vis, ea cupio. *Lem.* mutua fiunt a me. ¶ Quando cum infinito jungitur, eleganter accusativus pronominis reciproci exprimitur. *Nepos in Pausan.* c. 2. Seque tecum affinitate conjungi cupit. (Adde *in Attic.* cap. 20. *extr.*) *Ovid. extrema ep. ult. Heroid.* Cupio me jam conjungere tecum. Adde *Plin.* l. 11. c. 17. ¶ Translate *Id.* l. 17. c. 26. Asperiora vina rigari utique cupiunt. ¶ In illo *Propert.* l. 3. eleg. 7. v. 1. Mæcenas eques Etrusco de sanguine regum, Intra fortunam qui cupis esse tuam: *cupis* est ἀγαπᾷς, amas, gaudes, contentus es, libenter manes. ¶ Significat etiam amore Venereo amare. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 21. et *Martial.* l. 7. epigr. 73. ¶ Et passive *Apulei. in Florid.* n. 14. (*al.* lib. 2.) Adeoque is cupiebatur, ut, &c. ¶ Fuit olim etiam quartæ conjugationis. *Lucr.* l. 1. v. 70. confringere ut arcta Naturæ primus portarum claustra cupiret. ¶ Hinc est particip. *cupitus* pænult. prod. Atque in illo *Plauti Curcul.* 2. 3. 85. Laudato, quando illud, quod cupis, effecero: τὸ *cupis* ultimam producere, monent Eruditi. ¶ Inter *amore*, et *cupere* quid distet, V. in *Cupido.* ¶ *Cupi*, an *cupiri* in infinito passivo dicendum sit, dubitat *Augustin.* cujus verba sunt ep. 151. *ad Nebrid.* (*al.* 3.) *sub fin.* Volo me declinationis hujus gnarum facias. Cum enim adjungo verba similia, incertior fio. Nam ita est *cupio*, ut *fugio*, ut *sapio*, ut *jacio*, ut *capio*: sed utrum *fugiri*, an *fugi*, utrum *sapiri*, an *sapi* sit modus infinitus, ignoro. Possem attendere *jaci*, et *capi*, ni vererer, ne me caperet, et pro ludibrio jaceret, quo vellet, qui aliud *jactum*, et *captum*, aliud *fugitum*, *cupitum*, *sapitum*, esse convinceret. Quæ item tria utrum pænultima longa et inflexa, an gravi brevique pronuntianda sint, similiter nescio. Hæc *Augustin.* Sed in passiva voce rari est usus, præter participia *cupitus*, et *cupiendus*.

CUPĪTOR, oris, m. *one who wishes or desires*, qui cupit. *Tacit. Ann.* 15. c. 42. Ut erat incredibilium cupitor. *Id. Ann.* 12. cap. 7. Talis matrimonii cupitor.

CUPĪTUS, a, um, *desired, longed for, wished, coveted*, appetitus, optatus. *Enn.* apud *Cicer.* 1. *de Divin.* c. 20. Nec se se dedit in conspectum corde cupitus. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 21. visamque cupit, potiturque cupitam. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 90. Cupitus atque exspectatus. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 32. et lib. 14. c. 2. Cupitum id Tiberio. *Id.* 4. *Ann.* c. 3. Ceterum plena Cæsarum domus, juvenis filius, nepotes adulti moram cupitis afferebant. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 100. Eveniunt digna dignis: tandem huic cupitum contigit. *Nazar. in Paneg. Constant.* c. 2. Certe cupitorum irriti non sumus.

CUPPĒDO, et } V. *Cupedo.*
CUPPES, }

CUPRA MARĬTIMA, oppidum Piceni, quod *le Grotte a mare* esse putant. *Plin.* l. 3. c. 13. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 108. n. 7. et *Pompon. Mela* l. 2. c. 4. qui Cupram absolute appellat. ¶ Cupra montana est in eadem provincia, nunc *Ripa Transona*, vel prope eam. ¶ Est etiam nomen deæ cujusdam, fortasse quæ in Cupræ oppido coleretur. *Strabo* l. 5. docet Cupram, seu Cypram dictam esse Junonem a Tuscis, qui isto nomine ei templum in Piceno ædificarunt. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1016. n. 2. Imp. Cæsar Hadrianus templum deæ Cupræ restituit.

CUPRENSIS, se, ad Cupram pertinens, ut *Cuprenses cognomine montani*, memorati a *Plin.* l. 3. c. 13.

CUPRESSĒTUM, ti, n. *a cypress-grove, place where cypress-trees grow*, locus cupressis consitus, κυπαρισσών. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 5. In cupressetis Gnossiorum. *Cato R. R.* c. 151. Serere cupressetum.

CUPRESSĔUS, a, um, *of cypress*, κυπαρίσσινος, ad cupressum pertinens. *Liv.* l. 27. c. 37. Duo signa cupressea Junonis. *Vitruv.* l. 2. c. 9. Foliatura cupressea.

CUPRESSĬFER, a, um, *bearing cypress-trees*, cupressos ferens. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 87. jugum cupressiferæ Cyllenes. *Id. Heroid.* ep. 9. v. 87. Erymanthus cupressifer.

CUPRESSĬNUS, a, um, *of cypress*, cupresseus, κυπαρίσσινος. *Plin.* l. 23. c. 4. Cupressinum oleum. *Colum.* l. 6. c. 7. Coni cupressini. *Id.* l. 2. c. 2. *ante med.* Frondes cupressinæ.

CUPRESSUS, i, f. *a cypress-tree, cypress*, κυπάρισσος, arbor procera, conifera, natu morosa, fructu supervacua, baccis torva, folio amara, odore violenta, ac ne umbra quidem gratiosa, materie rara, sed ea tamen durabili. Duplicis est generis: meta in fastigium convoluta, quæ et femina appellatur: mas spargit extra se ramos, deputaturque. Ex Creta primum Tarentum venit, deinde tota Italia disseri cœpta: quare et advenam appellat *Plin.* l. 16. c. 33. ubi præter hæc, alia multa de ea. *Virg. Ecl.* 1. v. 26. Quantum lenta solent inter viburna cupressi. ¶ In sexto casu legitur etiam quartæ declinationis. *Colum.* l. 4. c. 26. Pedamen probatur ex junipero, lauru, cupressu. *Ovid. Metam.* 3. v. 155. Vallis erat piceis, et acuta densa cupressu. ¶ In aliis quoque casibus exempla hujus declinationis afferri solent ex *Ovid. Horat. Virg.* Sane *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 48. negant, *inquit*, esse analogias, quod alii dicunt *cupressus*, alii *cupressi*, &c. ¶ Arbor est Diti sacra, et ideo funebri signo ad domos, et circa pyram poni solita, teste *Plin. loc. cit.* non tamen omnium, sed ditiorum tantummodo, et potentiorum, ut significare videtur illud *Lucani* l. 3. v. 442. Et non plebeios luctus testata cupressus. Cujus rei causam affert *Fest.* quia excisa non renascitur, sicut ex mortuo nihil jam est sperandum: vel (quod addit ex *Varrone Serv. ad Æn.* 6. v. 216.) ne populus pyram circumstans, gravi ustrinæ odore offenderetur. tandiu enim populus restabat circa pyram, quandiu consumpto cadavere, et collectis cineribus, diceretur novissimum verbum *ilicet*, h. e. ire licet. Hæc *Servius.* Aliam quoque causam *Scalig. ad Fest.* ex *Plinio* apud eund. *Servium*, sed, ut ipse ait, nondum editum, affert his verbis: Romani moris fuit, propter cæremonias sacrorum, quibus populus R. obstrictus erat, ut potissimum cupressus, quæ excisa renasci non solet, in vestibulo mortui poneretur, ne quis imprudens funestam domum rem divinam facturus introeat, et quasi attaminatus suscepta peragere non possit. Denique alii, quia hæc arbor materiæ perpetuitatem habet, adhibitam in funeribus putant ad denotandam immortalitatem animorum. *Virg. loc. cit.* feralis cupressus. *Id.* 3. *Æn.* v. 64. atra. *Horat.* l. 2. od.14. v. 23. invisa. *Id. Epod.* 5. v. 18. funebris. ¶ *Simulare cupressum* proverbialis locutio est apud *Horat. de ar. poet.* v. 20. de iis, qui id unum, quod sciunt, quovis loco ac tempore obtrudunt, ut pictor ineptus, qui cupressum pingere cum sciat, in quavis id tabula, etiam qua naufragium describatur, pingit. ¶ Genere mascul. *Enn.* apud *Gell.* l. 13. c. 20. et *Non.* c. 3. n. 34. Capitibu' nutantes pinos, rectosque cupressos. Ubi *Gell.* Firmior ei, credo, et viridior sonus esse vocis visus est *rectos* dicere, quam *rectas.* τὸ *capitibu'* ponitur hic, ut *ariete*, et *parietibus*, et *tenuia* apud *Virg. Æn.* 2. v. 16. et 442. et 1. *Georg.* v. 398. ubi quatuor breves syllabæ dactyli tempus æquaut: qui pes proceleusmaticus dicitur a Grammaticis.

CUPRĔUS, a, um, *of copper*, idem quod cuprinus, ut Cupreum vas, *Plin.* l. 23. c. 3. *ad fin.* ubi al. leg. *Cyprium.* ¶ Legitur et *cypreus. Pallad. in Jul.* tit. 5. Si bidentes cyprei fiant, et sanguine tinguntur hircino, &c. *Trebell. Poll. in Claud.* c. 14. Fibulam auream cum acu cyprea unam.

CUPRĪNUS, a, um, *of or belonging to copper*, κύπρινος, ad cuprum pertinens. *Pallad. in Januar.* tit. 16. Radici imprimunt cuprinum clavum, vel ferreum. Adde *Veget. de re veterin.* l. 1. c. 28.

CUPRUM, i, n. *a sort of copper*, genus quoddam rubri æris, quod *Plin.* l. 33. c. 5. cyprium appellat: unde et vox facta est. V. *Cyprius. Spartian. in Caracalla*, c. 9. Ex ære, vel cupro cancelli superpositi esse dicuntur. Al. leg. *cypro*, quod idem est.

CUPŬLA, læ, f. *a small barrel*, parva cupa. *Cato R. R.* c. 21. et *Pompon. Dig.* lib. 33. tit. 6. leg. 3.

CUR, *why? wherefore? for what reason? to what purpose? with what intent?* διὰ τί; adverb. interrogandi, quare? quam ob rem? Quidam Grammatici docent, factum esse ex *quare*, et primo *quur*, et *quor* scriptum fuisse. *Terent. Andr.* 5. 3. 15. Cur me excrucio? cur me macero? *Planc. ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 23. *ad fin.* Pro urbis vero salute cur non omnibus facultatibus utamur? *Cic.* 2. *Fam.* ep. 7. Dii immortales! cur ego non adsum? *Sabinus Massur.* apud *Gell.* l. 4. c. 20. Cur ita, ut tu sis, quam equus, curatior? ¶ Postpositum suo verbo, *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 187. Ne quis humasse velit Ajacem, Atrida, vetas cur? ¶ Adhibetur etiam extra interrogationem, et relativi quodammodo vim habet. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 48. Quid est aliud causæ, cur repudietur, nisi quod, &c? *h. e.* propter quam. *why.* et lib. 1. c. 31. Cum ea audire cupiebas, causam, cur cuperes, non fuisse. *for which. Id. Fam.* 6. ep. 8. Afferunt rationem, cur negent. *Id.* 1. *de Divin.* c. 3. Exquisita quædam argumenta, cur esset vera divinatio, collecta sunt. *h. e.* propter quæ. *certain arguments, why,* &c. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 12. Cum requireret, cur ita faceret. *h. e.* quam ob causam. *why, wherefore. Id. Fam.* 5. ep. 12. *sub fin.* Ne forte mirere, cur a te id petamus. *Id. pro Cluent.* c. 53. Quid est cur tu in hoc loco sedeas? *h. e.* quid est causæ, cur, &c. ¶ Singularis est usus in illo *Plinii* l. 3. ep. 5. *ad fin.* Repeto me correptum ab eo, cur ambularem. pro *quia*, vel *cum. because.* Et *Horatii* l. 1. epist. 8. v. 9. irascar amicis, Cur me funesto properent arcere veterno. *because.* ¶ Inter *cur*, et *quare* statuit discrimen *Corn. Fronto de differ. vocab. sub init.* quod *cur* simpliciter percontetur, *quare* causam rationemque desideret: sed cave homini credas.

CŪRA, æ, f. *care, concern, anxiety, solicitude, trouble, sorrow, affliction, grief,* μέριμνα, sollicitudo, angor, molestia. *Fest.* et *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 6. ita dictam putant, quod cor urat. V. *Sollicitudo. Virg. initio* l. 4. *Æn.* Regina gravi jamdudum saucia cura. *Cic. de clar. Orat.* c. 2. Quorum memoria in maximis nostris gravissimisque curis jucunda fuit. *Id.* l. 7. *Attic.* ep. 5. Hoc affert mihi curam. *Id.* 1. *ad Attic.* ep. 18. Omnia, quæ me cura afficiunt. *Et mox.* Levare curam, et angorem animi. *Id. ad Dolabell. post* ep. 14. l. 15. *ad Attic.* Magna cura et sollicitudine liberare aliquem. *to free, release. Terent. Hecyr.* 2. 1. 33. Solvere aliquem curis. et *ibid.* 5. 3. 19. Curas alicui adimere. *Id. Adelph.* 4. 5. 76. Injicere alicui magnam curam. *Id. Phorm.* 2. 2. 26. Cura absumi. *Id. Andr.* 2. 1. 4. Animus cura confectus stupet. *worn with care. Cic. in fi.* l. 2. *de Divin.* Ex somno plurimæ curæ metusque nascuntur. *Cass. ad Cicer.* 12. *Fam.* ep. 12. Gravissimam curam suscipere, et vehementer sollicitum esse de re aliqua. *a very heavy charge. Cic. de clar. Orat.* c. 3. Ut eorum aspectu omnis, quæ me angebat de republ. cura consederit. *Id.* 2. *Attic.* ep. 24. *sub fin.* Pompeius de Clodio jubet nos esse sine cura. *not to be solicitous; not to trouble ourselves. Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 5. Qua tu cura sis, nescio: ego quidem vehementer animi pendeo. ¶ Pro amore, *Ovid. de remed. amor.* v. 311. Hæserat in quadam nuper mea cura puella. *Propert.* l. 1. el. 15. v. 29. Annus et inversas duxerit ante vices, Quam tua sub nostro mutetur pectore cura. ¶ Et pro amica ipsa. *Id.* l. 2. el. 25. v. 9. Lynceu, tu ne meam potuisti tangere curam? ¶ Est item meditatio, studium, diligentia, *care, diligence, attention, study, thought, regard,* ἐπιμέλεια. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 48. Neque vero hæc tam acrem curam diligentiamque desiderant. *Id.* 1. *Offic.* c. 6. Ponere operam curamque in rebus honestis. et lib. 2. c. 1. Omnes curas cogitationesque in rempubl. conferre. *Id.* 2. *Fam.* ep. 7. De re aliqua curam adhibere. et *Nepos in Attic. c. pænult.* in re aliqua. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 44. Omni mente in ea cura et cogitatione versari, ut, &c. *Id. ibid.* c. 75. Omnis cura mea versatur in hoc, ut, &c. *Quintil.* l. et cap. 1. Acrem quam maxime curam impendere alicui rei. et *paulo post.* Habere magnam curam docendi liberos. *Curt.* l. 3. c. 1. Intendere curam in aliquid. *Cic.* 10. *Fam.* ep. 1. Omni cogitatione curaque in rempubl. incumbere. et ep. 3. Incumbere in eam curam et cogitationem, quæ, &c. *Senec.* ep. 14. et *Petron. in Satyr.* c. 106. Agere diligentissime curam alicujus. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 24. *sub fin.* Abjicere curam reipublicæ. ¶ Est mihi curæ, *I have a care, or regard. Cic.* 10. *Fam.* ep. 1. Mihi maximæ est curæ, non de mea quidem vita; sed me patria sollicitat. *Id post redit. ad Quirit. c. pænult.* Mihi majori curæ erit, quemadmodum vobis gratiam referam, quam, &c. *Id.* l. 1. *Fam.* ep. 9. *ad fin.* Tibi erit eidem, cui salus mea fuit, etiam dignitas curæ. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 2. v. 8. Ergo illi curæ contigit esse tuæ. Al. leg. *meæ.* h. e. meæ puellæ. ¶ Cum infinito. *Plin.* l. 7. ep. 10. Erit mihi curæ, explorare provinciæ voluntatem. ¶ *Cura est* pro *curæ est*, *Plaut. Stich.* 5. 2. 3. Quid agat Stephanium, cura est. *Id. Merc.* 1. 2. 11. Cura est, negotii quid sit. ¶ Curæ habere, *to pay regard to. Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 8. *extrem.* Eos tibi et rem, de qua misi, velim curæ habeas. *Sueton. in Aug.* c. 48. Nec aliter universos, quam membra partesque imperii, curæ habuit. Adde *Lactant.* lib. 7. cap. 3. *a med.* ¶ *Cum cura* est diligenter. *carefully, diligently. Liv.* lib. 35. cap. 9. Eas collectas cum cura, et igni cremaatas esse. *Sallust. in Jug.* cap. 58. Saucios cum cura reficit. *Plin.* l. 17. c. 7. Convenit cum cura dici. ¶ *Maximæ curæ homo*, h. e. diligentissimus, studiosissimus. *Colum.* l. 1. c. 8. ¶ De diligentia in capillis comendis. *Phædr.* l. 2. fab. 2. v. 8. Cum se putaret fingi cura mulierum. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 237. ac sua flavis Reddita cura comis. *Senec. sub fin.* l. 1. *quæst. nat.* Cura comere capillum fuit, ac prominentem barbam depectere. ¶ De curatione quæ morbis adhibetur, *Vellei.* l. 2. c. 123. *de Augusto.* Mox cum omnem curam fata vincerent, animam cælestem cælo reddidit. *Cels.* l. 2. c. 10. *a med.* In cura aquæ, quæ sub cutem est. ¶ De opere, quod cum cura factum est, *Tacit.* 4. *Ann.* c. 11. Peterem ab iis, quorum in manus cura nostra venerit. *Ovid.* 4. *ex Pont. epist. ult.* v. 39. quorum quod inedita cura est, &c. ¶ Præterea est *cura* administratio, curatio, munus, *the management, administration, care, or charge of any thing. Sallust. in Jug.* c. 3. Magistratus et imperia, postremo omnis cura rerum publicarum minime mihi hac tempestate capiunda videntur. *Cic.* 1. *Offic.* c. 9. Difficilis est cura rerum alienarum. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 80. Dare alicui curam legionis armandæ. *the charge.* et *lib. Ann.* 1. c. 11. Vocare aliquem in partem curarum. et *Ann.* 13. c. 28. Curam tabularum publicarum a quæstoribus ad præfectos transtulit. *Sueton. in Aug.* c. 37. Nova officia excogitavit: curam operum publicorum, viarum, aquarum, alvei Tiberis, &c. et cap. 36. Cura ærarii. ¶ Speciatim dicitur de officio curatoris. *Ulpian. Dig.* lib. 5. tit. 1. leg. 19. Si quis tutelam vel curam administravit. Adde lib. 3. tit. 1. leg. 1. ¶ *Servus a cura* inter officia domus Augustæ est, qui alicujus rei administrationem habet. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 63. n. 1. Ti. Claudius Aug. lib. Fortunatus a cura amicorum. et pag. 598. n. 5. T. Cœlio T. F. Celeri a cur. amic. Aug. Præf. leg. X. &c. et pag. 578. n. 5. Ossa Aureliæ Liviæ Aug. ser. a cur. catellæ, &c. ¶ Pro eo, qui curam et administrationem habet. *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 103. Hoc faciunt custosque boum, longævaque nutrix, Tertius, immundæ cura fidelis haræ. *Coripp.* l. 2. v. 285. Successor soceri, factus mox cura palati. Adde lib. 1. v. 137. Est autem *cura palatii* curator fabricarum palatii: unde ortum est Græcum κουροπαλάτης. Sic *Trebell. Poll. in Claud.* c. 14. *a med.* Curam prætorii unum, aquarium unum, piscatorem unum. ¶ Pro evectione, et cursu publico, *the post*, videtur poni l. 1. *Cod.* tit. 31. leg. 1. et lib. 11. tit. 23. leg. 1. ¶ Insulsam de *Cura* fabulam habes apud *Hygin.* fab. 220. quam piget transcribere. [¶ *Cura agens* apud *Fabrett.* pag. 434. n. 14. pro

Agente curam, qua formula curator designabatur, cui publici alicujus negotii administratio demandata erat; ut in *Museo Naniano apud Biagi in Monum. Græc. et Latin.* pag. 117. Curagens Theatri et eodem sensu Cura agentes sæpe dicti, qui ex munere sive delegatione publice aliquid faciundum suscepissent.]

CURABILIS, le. Legitur a quibusdam apud *Juvenal.* sat. 16. v. 20. efficiunt, curabilis ut sit Vindicta gravior, &c. *Al. leg.* efficiunt. curabilis, ut sit, &c.

CURAGENDARIUS, ii, m. *a messenger of the chamber, pursuivant*, qui curam aliquam publicam habet. *Imp. Constantius* lib. 6. *Cod. Theodos.* tit. 29. leg. 1. Hi, quos curagendarios, sive curiosos provincialium consuetudo appellat.

CURALIUM. V. *Coralium.*

CURANTIA, æ, f. *care. Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 9. Quod me admones de non curantia. *h. e.* de incuria. Al. passim leg. *de nostra Urania.*

CURĀTE, adverb. *diligently, carefully, with attention*, cum cura, ἐπιμελῶς. *Tacit.* l. 2. *Ann.* c. 27. Ejus negotii initium, ordinem, finem curatius disseram. *Sallust. in Jug.* c. 19. Eum Jugurtha curatissume recepit.

CURATIO, onis, f. *a taking care; the administration or management of any thing; a charge*, ἐπιστασία, actus curandi, administratio, cura. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 33. Quid tibi, malum, me, aut quid ego agam, curatio est? *Liv.* l. 2. c. 27. Dare alicui curationem altiorem fastigio suo. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 10. Curationem et quasi dispensationem regiam suscipere. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 1. Vacare omni curatione et administratione rerum. *Id. de Harusp. resp.* c. 14. Ædes Telluris est curationis meæ. *Liv.* l. 9. c. 46. *extr.* Curatio sacrorum. *Id.* l. 4. c. 12. *a med.* Minucius præfectus annonæ creatur, felicior in eo magistratu ad custodiam libertatis futurus, quam ad curationem ministerii sui. *in the management of his office.* ¶ Item cura illa, quæ morbis adhibetur, *the management of a disease; a method of cure*, θεραπεία. *Cic.* 1. *Offic.* c. 24. Medici leviter ægrotantes leniter curant: gravioribus autem morbis periculosas curationes et ancipites adhibere coguntur. *Cels.* l. 7. c. 26. *sub fin.* Si felix curatio non fuit. *et paulo supra.* Recte curatio procedit. *Plin.* l. 22. *c. ult.* Mox procedente curatione, addito melle. *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 13. Curatio venit ad sanitatem. ¶ Item officium curatoris. *Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 10. leg. 4. Furiosæ matris curatio ad filium pertinet. *Papinian. Dig.* lib. 27. tit. 1. leg. 30. Duas curationes administrare. ¶ Item universim quævis cura. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 34. Omnis cultus et curatio corporis erit eadem adhibenda deo, quæ adhibetur homini. et lib. 2. c. 63. Oves neque ali, neque sustentari, neque ullum fructum edere ex se sine cultu hominum et curatione potuissent. *Petron. in Satyr.* c. 107. Voluerunt, antequam conscenderent, exonerare capita molesto et supervacuo pondere, sed celerior ventus distulit curationis propositum. *Colum.* l. 12. c. 25. *a med.* Ut sit odoratior vini curatio. *h. e.* conditura, *the seasoning.*

CURATOR, oris, m. *one who takes care of, that has charge to oversee and provide things necessary; a surveyor, overseer, agent, administrator, manager, superintendant, provider*, ἐπιστάτης, κομιστὴς, procurator, præfectus, qui alicujus rei sive privatæ, sive publicæ, curam habet. *Cic.* 3. *de Leg.* c. 3. Suntoque ædiles curatores urbis, annonæ, ludorumque solemnium. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 7. Demosthenes curator muris reficiendis fuit. *was commissioned to look after. Id.* 4. *Verr.* c. 59. Aliquem curatorem præficere, qui statuis faciundis præsit. *Gell.* l. 2. c. 10. Q. Catulus curator restituendi Capitolii. *he that was charged with the repairs of the capitol. Frontin. de aquæduct.* artic. 100. *ex antiquo S. C.* Curatores aquarum. *Colum.* l. 9. c. 14. Maxime custodiendum est curatori, qui apes nutrit, uti, &c. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. Curator aviarii. et cap. 9. gallinarius. *Sallust. in Jug.* c. 74. negotiorum fidus. *Id. ibid.* c. 118. curatorem reipubl. appellat Sullam in Africa bellum gerentem. *Festus* quoque curatores docet illos dici, qui rei frumentariæ, agrisve dividundis præpositi sunt. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 250. et 251. Curatores regionum Urbis. ¶ In Jure *curator* est, qui datur puberi, qui sub alterius potestate non est, usque ad vigesimum quintum annum, ut ejus bona curet: item furioso, fatuo, insano, prodigo, debili: item ventri, *a guardian*, πρόδικος, ὀρφανιστής: et differt a tutore, qui datur impuberi, ut eum tueatur: qua de re subtilius, fusiusque JCti, præsertim totis libris *Dig.* 26. et 27. et lib. 42. tit. 8. &c. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 102. Nec medici credis, nec curatoris egere a Prætore dati. *h. e.* nec credis te esse insanum.

CURATORITIUS, *vel* Curatoricius, a, um. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 29. Ut vicenis solidis, qui in præteritum pro equis curatoritiis petebantur, duo solidi detrahantur. et tit. 17. *qui est de equorum* collatione, leg. 2. Equorum, qui curatoritio nomine flagitantur, in pretio maturetur exactio. *Curatoritii equi* sunt, quibus utebantur Curatores, et Curagendarii, vel Palatini, qui ad agendas curas reipublicæ in provincias mittebantur. V. *Gothofred.*

CURATORIUS, a, um, ad curatorem pertinens. Curatoria (subaudi *administratio*) est munus, et officium curatoris. Affertur *Modestin. Dig.* lib. 27. tit. 1. leg. 1. et 2. qui tamen ibi Græce scripsit. Adde *Inscript.* apud *Reines.* class. 1. n. 264. ubi *Reines.* putat legendum *L. Censorinus Curatoria functus.*

CURĀTRIX, icis, f. *she that takes care of*, quæ curat, ἐπιστάτις, ιδος. *Modestin. Dig.* lib. 26. tit. 5. leg. 21. Curatrices, minoribus mulieres non creabunt. ¶ Hinc quoque locus est ab interprete aliquo. V. vocem præced. [¶ *Non.* c. 2. n. 631. hanc vocem *curatrix* dici posse putat, nullius tamen scriptoris Latini auctoritate.]

CURATŪRA, æ, f. *an ordering, dieting, management, method of treatment*, curatio, cura diligens. *Terent. Eunuc.* 2. 3. 24. Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt: deducunt cibum. Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas. Ubi *Donatus, cura*, inquit, mentis est, *curatio* medicinæ, *curatura* diligentiæ. Sed hoc discrimen ne verum quidem est, nedum perpetuum.

CURĀTUS, a, um, *done with care, taken care of, administered, managed*, ἐπιμεληθεὶς, θεραπευόμενος, dicitur de omni re, cui cura adhibita est. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 13. *extr.* Donec Haterius Augustam oraret, ejusque curatissimis precibus protegeretur. *very earnest. Horat.* l. 1. ep. 4. v. 15. Me pinguem et nitidum bene curata cute vises. *in good condition. Id.* l. 2. sat. 2. v. 80. ubi dicto citius curata sopori Membra dedit. *h. e.* cibo, potuque, balneo, aliisque fomentis refecta. *refreshed. Id.* l. 1. ep. 1. v. 94. curatus tonsore capillos. *h. e.* tonsus, pexus, comptus. *Cato R. R.* c. 103. Boves uti valeant, et curati bene sient. et *ibid.* Ita boves corpore curatiores erunt, et morbus aberit. *in better plight.* [*Apul.* 5. *Met.* pag. 322. *Oudendorp.* Nec corporis curatæ tibi regales epulæ morabuntur. *h. e.* cum somno et lavatione corpus curaveris, præsto tibi erunt epulæ regiæ.] *Cic. pro Balb.* c. 24. Sacra Cereris per Græcas sacerdotes curata. *Id. Fam.* 5. ep. 20. Pecunia curata nobis Valerii mancipis nomine. ¶ Quæ τεθεραπευμένα, inquit *Cels.* l. 5. c. 19. sect. 11. *extr.* Græci appellant, nos curata vocamus, cum ex sevo, puta, omnes membranulæ diligenter exemptæ sunt. Sic *Id.* l. 6. c. 6. n. 5. Cadmia curata. et *Scribon. Larg. compos.* 222. Adeps suillus curatus. et *Veget.* l. 4. *de re veterin.* c. 8. Hædinum caput cum pedibus et intestinis ac ventre, et diligenter, quasi ad hominum usus, curatum. *cured, got ready, prepared.*

CURĀTUS, us, m. curatura. *Lucil.* usurpat in sexto casu singulari, apud *Non.* c. 4. n. 103. Et circum volitant ficedulæ, turdi, curatu coci. Al. aliter leg.

CURAX, acis, *diligent, attentive, careful, active*, curam adhibens, diligens. *Caius Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 18. Si venditor servum constantem aut laboriosum, aut curacem, aut vigilacem esse affirmaverit; et is ex adverso levis, protervus, desidiosus, somniculosus, piger, tardus sit. Al. leg. *Curracem.*

CURBĀTUS pro *curvatus* legitur in vetere quodam monumento apud *Gruter.* pag. 161. n. 2. Quam bene curbati directa est semita pontis. V. initium litteræ B.

CURCULĬO, onis, m. *a mite, weevil, small worm that eats the pith of corn or pulse; the weasand of a man's throat*, κὶς, κιὸς, vermiculus frumenta in horreis corrodens. *Virg.* 1. *Georg.* v. 185. populatque ingentem farris acervum Curculio, atque inopi metuens formica senectæ. Ubi *Servius*: Varro ait, hoc nomen per Antistœchon dictum, quasi *gurgulio*, quoniam pæne nihil est, nisi guttur (V. *Gurgulio.*) *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 63. Tuendi causa promendum id frumentum, quod curculiones exesse incipiunt. Adde *Caton. R. R.* c. 92. ¶ Dicitur etiam *gurgulio* ob litterarum similitudinem. *Pallad.* l. 1. tit. 19. Amurca gurgulionibus et ceteris noxiis animalibus inimica est. ¶ Est *Curculio* nomen Plautinæ fabulæ a nomine Parasiti, qui præcipuas in ea partes agit. Convenienter autem ita vocatur, quia parasiti gutturi unice et cibo serviunt.

CURCULIUNCŬLUS, i, m. *a little weevil*, diminut. a curculio. *Plaut. Rud.* 5. 2. 38. Curculiunculos minutos fabulare. *h. e.* res nullius usus narras.

CURCŪMA, et curcumĭa, æ, f. capistrum, frenum. *Hesych.* Ἐν κημῷ, ἐν κουρκούμῳ. Affertur ex *Veget.* l. 2. *rei veterin.* c. 33. et ex *Imp. Leone* lib. et tit. 11. *Cod. Justin.* sed utrobique varia est cum lectio, tum interpretatio.

CURENSES, ium, populi Italiæ in Sabinis, ubi nunc *Corese* oppidum, et fluvius. Videntur autem iidem esse cum *Curetibus*, a quibus *Quiritum* nomen est ortum. *Varr.* l. 5. *L. L. c.* 7. et *Plin.* l. 3. c. 12. ¶ Apud *Ovid.* quoque *turba Curensis* legitur a quibusdam 3. *Fast.* v. 94. et intelliguntur Cures. Alii leg. *Forensis.*

CURES, ium, ibus, m. oppidum Sabinorum ad Himellam fluvium, circa ea loca, ubi nunc *Corese*, condita, ut aiunt, a Medio Fidio Sabinorum Deo, vel a Modio Fabidio, ut *Dionys. Halic.* l. 2. c. 84. tradit. Ex hoc oppido fuere Sabini illi, et ipsi *Cures* dicti, qui ob raptas virgines bellum Romanis intulere, factaque pace, Quiritum nomini originem præbuere. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 8. Collis Quirinalis ubi Quirini fanum: qui a Curetibus, qui cum T. Tatio Curibus venerunt Romam. *Virg.* 6. *Æn.* v. 812. *de Numa.* Curibus parvis, et paupere terra Missus in imperium magnum. *Id.* 8. *Æn.* v. 637. subitoque novum consurgere bellum Romulidis, Tatioque seni, Curibusque severis. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 480. Romanis junxerat ille Cures.

CURĒTES, um, populi Sabinorum, iidem qui Cures. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 8. V. vocem præced. ¶ In singulari est *Cures, etis. Propert.* l. 4. eleg. 4. v. 9. tubicen vicina Curetis Cum quateret lento murmure saxa Jovis. *h. e.* Tatii regis Sabinorum. ἀντονομασία. ¶ Item populi Phrygiæ, qui et *Corybantes*, qui Idam montem incoluere: deinde Cretam cum transmigrassent, cum primi cœpissent terram colere, montem ejus insulæ, ubi sedem posuerunt, ab nomine relictæ patriæ cognominarunt, Κουρῆτες. V. quæ diximus in *Corybantes. Virg.* 3. *Æn.* v. 131. antiquis Curetum allabimur oris. ¶ Sunt nihilominus, qui eos faciunt alios a Corybantibus, Cretenses] tamen, et Jovis custodiæ destinatos. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 207. Ardua jamdudum resonat tinnitibus Ide, Tutus ut infanti vagiat ore puer. Pars clypeos rudibus, galeas pars tundit inanes: Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus. *Id.* 4. *Metam.* v. 282. largoque satos Curetas ab imbri. Tangit *Ovid.* fabulam de ortu Curetum, quam in nullo alio Mythologo invenire adhuc quivimus. ¶ Ad nominis rationem quod attinet, alii dictos putant ἀπὸ τῶν κορῶν, a formosis oculis, alii a cono galeæ, quæ κόρυς dicitur. Ita *Diomed.* lib. 3. p. 475. *Putsch.* Alii tradunt cognominato ἀπὸ τῆς κουρᾶς, a tonsura, quo detonsi essent: alii ἀπὸ τῶν κορῶν a puellis, quod longas puellarum more stolas gestarent.

CURETĒUS, a, um, Κουρήτειος, Cretensis. V. *Ceratheus.*

CURETĬCUS, a, um, adject. a Curetibus. *Calpurn. Ecl.* 4. v. 96. Carmina Dicteis audit Curetica silvis. ¶ *Sil.* l. 15. v. 307. tecta Curetica appellat urbes Ætoliæ, vel Acarnaniæ, quia Curetum populi pars e Creta quondam in ea loca migraverant, ut est apud *Strabon.* lib. 10.

CURĒTIS, idis, adject. *femin. Ovid. Metam.* 8. v. 153. ut egressus ratibus Curetida terram Contigit. *h. e.* Cretam, quæ etiam *Curetis* appellata fuit, *Plinio* teste l. 4. c. 12.

CURĬA, æ, f. *a curia or court*, φρατρία. Tria significat. Primo enim est pars minor populi Romani. *one of the thirty parts into which Romulus divided the Roman people; a curia or ward.* Nam Romulus populum universum in tres Tribus, deinde singulas Tribus in decem Curias, tertio singulas Curias in decem Decurias distribuit, ut *Dionys. Halic.* l. 2. c. 62. docet. Dicta est a *cura*, quod Romulus voluit populum secum Reipublicæ curam habere, eumque in Curias distributum deliberare, et judicare, et suffragia ferre. Curiæ triginta fuere. Appellatæ sunt ut *Liv.* l. 1. c. 13. et *Festus* tradiderunt, a nominibus mulierum Sabinarum, quæ raptæ fuerant; ut *Varro* apud *Dionys.* lib. 2. c. 83. et *Plutarchus in Romulo*, et alii: partim a ducibus, partim ab antiquis oppidis eorum, qui primi Romam migravere. Ex his septem tantum nomina remansere, Forensis, Rapta, Faucia, vel Saucia, Tatiensis, Tifata, Veliensis, Velita. ¶ Secundo sumitur pro æde sacra. Nam Romulus singulis Curiis sua sacra partitus est, assignatis diis, quos colerent, locis ubi colerent, sumptibus unde colerent. Dicta est a *Curia*, quæ partem populi significat, vel quia in ea res sacræ curabantur. Hinc *Curia Calabra.* V. *Calabra.* ¶ Novæ Curiæ proxime compitum Fabricium ædificatæ sunt, quod parum amplæ erant veteres a Romulo factæ, ut in iis sacra curarent: quæ sacra cum ex veteribus in novas evocarentur, aliquot Curiarum per religiones evocari non potuerunt. Itaque Forensis (*al.* Foriensis) Raptæ, Veliensis (*al.* Vellensis) Velitæ (*al.* Velitiæ) res divinæ in veteribus Curiis fiebant. *Festus* in *Novæ.* ¶ Aliæ præterea Curiæ Romæ fuerunt, ut Curia Saliorum in Palatio, *Cic.* 1. *de Divin.* c. 11. Curia Octavia extra portam Carmentalem, *Plin.* l. 36. c. 5. Curia Julia, *Sueton. in Calig. c. ult.* et aliæ, quæ partim sacrorum causa, partim consilii exstructæ fuerunt, partim utriusque. ¶ Tertio enim Curia erat sedes, ac templum publici consilii, *the place where the senate met; the senate-house*, βουλευτήριον, quod eo quisque Senator suam curam de Republica conferret, ut ait *Varro* apud *Non.* c. 1. n. 278. *Id.* l. 4. *de L. L.* c. 32. Curiæ duorum generum. nam et ubi curarent sacerdotes res divinas, ut Curiæ veteres; et ubi Senatus humanas, ut Curia Hostilia, quod primus ædificavit Hostilius rex. Ante hanc Rostra &c. *Ovid.* l. 3. *Amor.* el. 8. v. 55. Curia pauperibus clausa est, dat census honores. *h. e.* Senatorius gradus. *Sueton. in Cæs.* c. 22. Non temperavit, quin frequenti Curia jactaret. *in the open senate*, frequenti Senatu. *Id. in Aug.* c. 38. Interesse Curiæ. *h. e.* venire in Senatum. *Senec.* l. 5. *de benef.* c. 15. *sub fin.* Exercitum victorem reducentibus curia extra muros præberetur. *h. e.* senatus daretur. *Cic. pro Mil.* c. 33. Curia templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, caput urbis, ara sociorum, portus omnium gentium, sedes ab universo populo R. concessa uni ordini. ¶ Extra Romam quoque Curia dicitur, ubi Senatus cogitur. *Cic.* 6. *Attic.* ep. 1. *ante med.* Inclusum in Curia Senatum Salamine obsederat. *Id.* 4. *Verr.* c. 21. In Curia Syracusis. [et *Juvenal.* sat. 9. v. 101. Ergo occulta teges, ut curia Martis Athenis. *h. e.* Areopagus.] ¶ *Dies Curiæ* apud *Cicer.* 1. *de Orat.* c. 7. est dies transactus in rebus severis tractandis, ut fit in Curia. ¶ Etiam cœnaculum aliquando significat. *Varr. R. R.* l. 2. c. 9. Cibatus canis propior hominis, quam ovis. pascitur enim e curia, et ossibus, non herbis, aut frondibus. Al. leg. *e culina*: sed minus recte: quod apparet ex *Dionys. Halicarn.* l. 2. Ὄνομα δὲ ταῖς ἑστιατορίαις ἦν, ὅπερ ταῖς φράτραις, κουρίαι, καὶ μέχρις ἡμῶν οὕτω καλοῦνται.

CURIĀLIS, le, ad Curiam pertinens. Curialis dicitur,

qui est ejusdem Curiæ, *one of the same* curia, φρατριεύς. *Cic.* 2. *Offic.* c. 18. *extr.* Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse. Adde *Plaut. Aulul.* 2. 2. 2. ¶ *Curiales mensæ*, in quibus immolabatur Junoni, quæ *Curis* est appellata. *Festus.* Etiam *Dionys. Halicarn.* l. 2. c. 85. tradit T. Tatium in omnibus Curiis statuisse mensas Junoni Quiritiæ, in quibus scilicet et sacrificia, et convivia agitarentur. ¶ *Curialis vernula*, h. e. servulus aliquis Curiæ, legitur in quibusdam editis libris apud *Terent. Phorm.* 5. 6. 10. sed plerique Critici ex optimis MSS. ea verba rejiciunt. ¶ *Curiales Flamines*, Curiarum sacerdotes. *Festus.* Videntur autem intelligendi sacerdotes minores, qui sub Curionibus ministrarent. In *veteri Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1102. n. 2. *Curialis* absolute ponitur vel pro Flamine Curiali, vel pro Decurione. ¶ Aliquando *Curiales* dici cœpti ministri Principum in Aula, quæ ideo *Curia* vocari potest, quia apud eos res publicæ curantur, *ministers, courtiers.* Hoc sensu usurpasse *Ammian.* l. 21. c. 12. (*al.* 23.) et l. 22. c. 9. (*al.* 23.) et *Symmach.* l. 9. ep. 10. et lib. 10. ep. 41. (*al.* 48.) jam ostendit *Borrich.* in *Voss.*

CURIĀNUS, a, um, ad Curiam pertinens, quod est nomen proprium civis R. ut Curiana causa, *Cic.* 2. *de Orat.* c. 6. et Curianum judicium, *Quintil.* l. 7. c. 6. *sub fin.* (V. *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 39.) et Curiana villa, *Cic.* 2. *de Legib.* c. 1.

CURIĀTIM, adverb. per singulas curias. *Gell.* l. 15. c. 27. Quæ curiatim per lictorem calabantur. Alii leg. *per lictorem curiatum*: et quidem rectius.

CURIĀTUS, a, um, ad Curiam pertinens. *Curiata Comitia* erant, in quibus populus per Curias convocatus (is tantummodo, qui Romæ degebat. Nam Curiæ omnes Romæ fuerunt) suffragium ferebat. *an assembly of the Roman people, divided into* curiæ *or wards. Fest. Cic.* 2. *Agrar.* c. 11. et *Gell.* l. 15. c. 27. ubi hæc refert verba ex lib. 1. *Lælii Felicis.* Cum ex generibus hominum suffragium feratur, curiata comitia esse; cum ex censu et ætate, centuriata; cum ex regionibus et locis, tributa. ¶ *Curiatus lictor* est, qui Curiata Comitia convocat. *Lælius Felix* apud *Gell. loc. cit.* ex *Labeone*, et vet. Inscript. apud *Gruter.* pag. 33. n. 4. et 630. n. 9. ¶ Curiata Comitia primo, sub Regibus, convocabantur ad omnia fere, quæ ad Reipubl. gubernationem pertinebant, præcipue vero legibus perferendis, quæ idciro *leges Curiatæ* dictæ sunt: ex quibus conflatum est *jus civile Papirianum*, quia Sex. Papirius eas in unum composuit. Institutis autem Comitiis Centuriatis, ad hæc majora quæque paulatim transferri cœpta: accedentibus vero etiam Comitiis Tributis, tanto minus Curiata frequentari cœperunt. Exactis Regibus, omnes Curiatæ leges lege Tribunitia exoleverunt. *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. et leg. 2. *sub init.* ¶ Sequentibus temporibus, Comitiis Curiatis transigebantur ea, quæ rem militarem continebant, sicuti Centuriatis Consules, ac Tribuni militares creabantur, ut est apud *Liv.* l. 5. c. 52. *extr.* ¶ Deinde Curiatorum Comitiorum habendorum duæ præcipue causæ fuisse videntur, legi ferendæ de imperio militari magistratuum, et sacerdotibus creandis. Nam magistratus, postquam creati fuerant, rem militarem nullo modo attingere poterant, nisi lege Curiata permissum esset: qua quidem lege dabatur iis jus habendi exercitus, belli gerendi, stipendii solvendi militibus, et viatici sumendi. *Liv. loc. cit. Cic. Agrar.* 2. c. 12. Aliquando tamen illud usurpatum fuit, ut non omnes quidem Curiæ, sed earum lictores singuli convocarentur, quoties opus esset quippiam Curiatis Comitiis perferri. ¶ Denique sola sacrorum causa, et quarundam rerum levioris momenti, ut adoptionum, arrogationum, testamentorum confirmandorum, &c. Comitia hæc haberi consuevere. Eorum habendorum jus fuit penes patricios Magistratus, et penes Pontifices, si sacrorum, aut adoptionum causa haberentur: Locus autem fere Comitium in foro. Verum de his fusius, curatiusque, qui hæc ex professo integris voluminibus conscripsere, *Gruch.* præcipue *de Comit. R.* &c. V. *etiam Cicer.* 2. *Agrar.* a cap. 10.

CURĬO, onis, m. Sacerdos Curiæ, idest qui pro Curia sacra faciebat. *he who performed sacred rites in a* curia; *the priest of a ward in the city.* Triginta Romæ Curiones fuere, quemadmodum Curiæ triginta erant: quamquam alii sexaginta fuisse putant, binos in singulis Curiis. Qui his omnibus præerat Curio Maximus dicebatur. *the chief* Curio. *Liv.* l. 27. c. 8. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 15. et alii. *Paulus* apud *Fest.* in *Maximus.* Maximus Curio, cujus auctoritate Curiæ, omnesque Curiones reguntur. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 305. n. 4. ex quatuor decuriis Curio minor. ¶ Curio quoque præco dictus est. *a crier or herald. Trebell. Poll. in Gallien.* c. 12. Ille per curionem dici jussit. *Martial. in epist. præfixa* lib. 2. Epigrammata curione non egent, et contenta sunt sua, idest mala lingua. ¶ Item gracilis, macilentus: a *cura.* Hinc *Plaut. Aulul.* 3. 6. 27. Volo ego ex te scire, qui sit agnus curio. *Eu.* Qui ossa atque pellis totus est. Eadem habet et *Festus.* V. *Incuriosus.* ¶ Fuit etiam Curio cognomen familiæ Rom. in gente Scribonia: in qua præter ceteros fuit C. Scribonius Curio tribunus pleb. Cæsaris fautor præcipuus in bello civili: ad quem exstant multæ *Ciceronis* epistolæ.

CURIONĀLIS, le, ad Curionem sacrorum ministrum pertinens. *Curionalis publicus* in vetere *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 305. n. 5. et 6. est servus, seu minister publicus Curionis.

CURIONĀTUS, us, m. dignitas Curionis. *Fest.* in *Curionium.*

CURIONIĀNUS, a, um, ad Curionem pertinens. *Curioniani equites* apud *Hirt. de B. Afric.* c. 52. *extr.* sunt milites cujusdam C. Curionis. Al. leg. *Curiani.*

CURIONĬUS, a, um, ad Curiones pertinens, ut *Curionia sacra*, quæ a Curionibus in Curiis fiebant: *Curionium æs*, quod dabatur Curioni ob sacerdotium Curionatus. Hæc *Festus.*

CURIŌNUS. V. *Centurionus.*

CURIŌSE, *curiously, strictly, particularly, affectedly*, περιέργως, ἐπιμελῶς, ἀκριβῶς, multa cum cura, accurate. *Cic. de clar. Orat.* c. 35. Conquiram ista posthac curiosius. *Cels.* l. 2. c. 17. *a med.* Curiose vestimentis involvendus est, ne ad eum frigus aspiret. *Vitruv.* l. 7. c. 4. Tegulæ curiosius picentur, ut abs se respuant liquorem. *Colum.* l. 12. c. 55. *extr.* Jus est candoris eximii, si sit curiose factum. *Id.* l. 11. c. 2. *post init.* Vitiaria malleolis curiosissime pangenda. *Id.* l. 5. c. 6. Leviter et curiose facere aliquid. *with care, carefully.* et *Quintil.* l. 8. c. 1. Multos, quibus loquendi ratio non desit, invenias: quos curiose potius loqui dixeris, quam Latine. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 15. Animadvertunt ea, quæ domi fiunt, curiosius.

CURIOSĬTAS, atis, f. *curiosity, over-much care, inquisitiveness*, cura et diligentia quæ adhibetur in re quapiam investiganda, cupiditas sciendi, πολυπραγμοσύνη. *Cic.* 8. *Attic.* ep. 12. Sum in curiositate ὀξύπεινος: sed tamen facile patiar, te id ad me συμπόσιον non scribere. *Gell.* l. 2. c. 18. *extr.* Esse arcanas causas, ad quas paucorum potuit pervenire curiositas.

CURIOSŬLUS, a, um, *something curious or meddling*, dimin. a curiosus. *Apul. sub fin.* l. 10. *Metam.* Curiosulus ventus laciniam reflabat.

CURIŌSUS, a, um, *curious, inquisitive, particular*, μεριμνητὴς, qui multam adhibet curam, diligens, accuratus in quærendo. *Cic.* 3. *Fam.* ep. 1. Ita est homo non modo prudens, verum etiam, quod vidi, æque curiosus. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 45. Permulta alia colligit Chrysippus, ut est in omnia historia curiosus. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 35. Atqui ne curiosissimi quidem homines exquirendo audire tam multa possunt, quam sunt multa, quæ terra, mari exsistunt. *Id. Fam.* 4. ep. 13. *a med.* Quo minus familiaris sum, hoc sum ad investigandum curiosior. *Id. pro Sext.* c. 9. *extr.* Sed hæc obstructio non ita obducta est, ut curiosis oculis perspici non possit. *Plin.* l. 13. c. 12. Charta tenuata curiosa interpolatione. *h. e.* diligenti artificio. *Petron. in Satyr.* c. 135. Curiosa manu segregare grana. *Id.* c. 118. Curandum, ne sententiæ emineant extra corpus orationis expressæ, sed intexto vestibus colore niteant. Homerus testis, Romanusque Virgilius, et Horatii curiosa felicitas. *Id.* c. 29. Curiosus pictor. *Id. in fragm. Tragur.* c. 46. *Burm.* Non quidem doctus, sed curiosus, qui plus docet, quam scit. ¶ Cum genit. *Plin.* l. 25. c. 2. Medicinæ peculiariter curiosus. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 20. *ad fin.* Ut putant memoriæ curiosi. *h. e.* qui historia delectantur. *Capitolin. in Antonin. Philos.* c. 10. Curiosissimus famæ suæ. ¶ Aliquando in vitio ponitur, et dicitur de iis, qui nimia cura utuntur in rebus alienis exquirendis, *over curious, busy, prying, meddling*, πολυπράγμων. *Cic. pro Dom.* c. 33. Quid est tam curiosum, quam ea scire velle, de quibus majores nostri vos solos scire voluerunt? *Id. Attic.* l. 15. ep. 26. *extr.* M. Ennius quid egerit de testamento (curiosus enim) facias me velim certiorem. *Sueton. in Aug.* c. 27. Curiosum ac speculatorem ratus, coram confodi imperavit. *Plin.* l. 30. c. 11. Curiosa Apionis interpretatio. *subtile, nice, affected. Quintil.* l. 7. c. 5. Curiosa consilia. *h. e.* consultationes accuratæ, exactæ, et curarum plenæ. ¶ Fuit collegium, sive magistratus quidam eorum, qui, (sublata Republ.) e schola, seu corpore Agentium in rebus mittebantur ab Imperatoribus per provincias explorandi causa, ac perscrutandi, si quid adversus leges, vel Principem committeretur, πευθῆνες, ὠτακουσταί. (V. *Agens*) De his in *Cod.* lib. 12. tit. 23. *qui est* de Curiosis et Stationar. leg. 1. et 2. et. tit. 51. leg. 13. et *Tertull. de fuga in persecut.* c. 13. ¶ Denique *curiosus* aliquando pro macro, exili usurpatur. *Nonius* enim c. 2. n. 130. curionem agnum exponit *curiosum*, et *incuriosus* ab *Apul. in Florid.* n. 2. *extr.* (*al.* l. 1.) ponitur pro pingui. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 25. Quo quidem agno sat scio, magis curiosam nusquam esse ullam belluam. *Al. leg.* curionem. V. *Cariosus*: et quæ huc pertinentia dicta sunt in *Curio*, et *Curatura.*

CURIS, Sabinorum lingua hastam significat, ut docent *Festus hic et in* Celibaris. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 477. Sive quod hasta curis priscis est dicta Sabinis. Adde *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 9. et alii. Hinc originem duxere *Cures*, oppidum Sabinorum, *Quirinus, Quirites.* ¶ Juno quoque *Curis*, sæpius autem *Curitis* dicta est, quia cum hasta pingebatur, eoque habitu ab Sabinis colebatur. *Fest. locis citat.* et in *Curialis.* Pro *Curitis* legitur *Quiritis* in veteri Inscript. *antiquitat. Benevent.* class. 1. n. 8.

CURĪTIS. V. vocem præced.

CURĬTO, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a *curo, as.* *Apul.* l. 7. *Metam.* Exin me matrona prolixe curitabat. *Elmenhorstius* leg. *curabat.*

CURĬUS, ii, m. Rom. civis, summæ frugalitatis, et fortitudinis. Hic cum rapas in foco torreret, et Samnitum legati magnum auri pondus publice missum attulissent, invitarentque, ut eo uti vellet, respondit, *Curium malle imperare locupletibus, quam locupletem fieri: et qui acie vinci non potuit, eum pecunia corrumpi non posse.* Omnium primus de Sabinis triumphavit. Idem Pyrrhum Epirotarum Regem acie victum Italia expulit, populoque viritim quatuordecim agri jugera divisit. Per antonomasiam dicitur de homine antiquæ, severæque disciplinæ. *Juvenal.* sat. 2. v. 3. Qui Curios simulant, et Bacchanalia vivunt.

CURĬUS, a, um. *Curium infortunium*, h. e. malum, dirum, a *cura*, quidam legunt apud *Plaut. Pseud.* 4. 7. 44. sed ea lectio valde incerta est, et a Criticis mire vexata.

CURMI, n. *a kind of beverage*, species cerevisiæ, seu potionis ex maceratis, et coctis frugibus. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 6. leg. 9. Et acetum, quod vini numero paterfamilias habuit, et zythum, et curmi. Quidam leg. *camum, i*, n. eadem significatione, atque ita edidit *Torrentin.* ¶ In *Gloss.* legitur, *Curmen*, ζῦθος ἀπὸ σίτου.

CŪRO, as, avi, atum, a. 1. *to take care of, see to, look to, order, treat, provide, care, regard, attend to*, σπουδάζω, φροντίζω, κήδομαι, θεραπεύω, in aliqua re elaboro, curam, studium, diligentiam adhibeo, studeo, operam do, laboro. *Terent. Andr.* 1. 1. 142. Tuum officium est, ut observes filium, quid agat. *So.* sat est. curabo. *Cic.* 8. *Attic.* ep. 5. Fasciculum velim cures ad eum perferendum. *see to it, that he receive. Id.* 1. *de Divin.* c. 24. Ex eo auro buculam curavit faciendam. *took care to make. Id.* 4. *Fam.* ep. 13. *extr.* Ego quæ pertinere ad te intelligam, studiosissime omnia, diligentissimeque curabo. *Id. in Top.* c. 17. Curare negotia alicujus. *to manage, transact, direct. Id. Attic.* l. 5. ep. 7. mandatum. *to execute. Nepos in Eumen.* c. 9. præceptum diligenter. *Id. Fam.* 3. ep. 8. *ad fin.* Ut cures, ne quid mihi ad hoc negotii aut oneris accedat, aut temporis. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 3. Ego pro me et te curabo. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 3. *extrem.* Omnibus rebus cura et provide, ne quid ei desit. *Id.* 14. *Fam.* ep. 5. 6. 8. et 16. Cura, ut valeas. *Phædr.* l. 5. fab. 2. v. 4. Jam curabo sentiat, quos attentarit. *I will make him aware. Cic.* 14. *Attic.* ep. 13. *a med.* Quintus de emendo nihil curat hoc tempore. *Id.* 2. *de Divin.* c. 50. Epicurus negat aliquidquam deos nec alieni curare, nec sui. *regard, care for. Horat. in carm. sæcul.* v. 70. Curare preces alicujus. *Sallust. in Jug.* c. 17. injurias sociorum. *h. e.* curæ habere ulciscendi causa. ¶ Magna cum cura curare aliquem *Plaut.* dixit *Menæch.* 5. 4. 7. et 9. et ante eum *Enn.* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 48. ¶ Ellipsis esse videtur in his *Cic. Attic.* l. 1. ep. 3. Signa, quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita. *h. e.* facienda, vel coemenda curasti. *Id. ibid.* ep. 8. L. Cincio H S quadragies pro signis Megaricis curavi. *h. e.* solvenda curavi. et lib. 11. ep. 15. Minucium XII sola curasse, scripsi ad te antea: quod superest velim videas, ut curetur. *Id. pro Quint.* c. 4. Quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret. *h. e.* curare, ut Romæ solveretur. ¶ Cum infinito *Cic. Fam.* 1. ep. 9. *a med.* Qui summa voluntate cesserit, neque sane redire curarit. *nor cares a whit about returning. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 53. Vos liberi esse non curatis. *Cic.* 1. *Acad.* c. 2. Nec docti legere curarent. *Horat. de ar. poet.* v. 133. Nec verbum verbo curabis reddere. *Sueton. in Domit.* c. 20. Bibliothecas incendio absumptas impensissime reparare (*al.* reparari) curavit. *Colum.* l. 9. c. 9. *ad fin.* Duces seditionum interficere curabis. ¶ Cum dativo pro accus. *Plaut. Trin.* 4. 3. 50. Ego sum insipientior, qui rebus curem publicis, potius quam, &c. *concern myself about. Id. Trucul.* 1. 2. 35. Curare rebus alienis. *Id. Rud.* 1. 2. *in fi.* Si tu de illarum cœnaturus vesperi es, illis curandum censeo: si apud me esurus es, mihi dari operam volo. *Accius* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 1. Jam jam neque dii regunt, neque profecto deum summus rex omnibus curat. Adde *Apul. in Apolog.* et *Tertull.* itidem *in Apolog.* c. 6. ¶ Sæpe refertur ad cultum, et refectionem corporis. *Plaut. Cistell.* 1. 1. 115. Cura te, amabo: siccine immunda, obsecro, ibis? *trim yourself out. Cic. in fi.* l. 3. *de Orat.* Sed jam surgamus, nosque curemus. *let us refresh ourselves. Horat.* l. 1. ep. 4. v. 15. et *Juvenal.* sat. 2. v. 105. Curare cutem. *to decorate his person. Plaut. Pseud.* 4. 7. 34. Se, suamque ætatem bene curare, edere, bibere, &c. *to take good care of himself, pass his time merrily. Terent. Adelph.* 5. 1. 1. Curare se molliter. *Liv.* l. 3. c. 2. *ad fin.* Curare corpora cibo somnoque. et lib. 36. c. 18. Priusquam corpora curarent, arma telaque parant. *Horat.* l. 3. od. 17. v. 14. Curare genium mero, et porco bimestri. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 34. Curare boves. *to tend. Sabinus Massur.* apud *Gell.* l. 4. c. 20. Ego me curo: equum Statius. ¶ Sæpe etiam est medicorum, et significat ægris inservire, morbos sanare, *to cure, remedy. Cic. de Senect.* c. 19. Facilius in morbos incidunt adolescentes, gravius ægrotant, tristius curantur. *Cels. in præfat.* l. 7. Medicinæ pars, quæ manu curat. *surgery. Id. in proæm.* l. 1. Victu morbos curare. *Curt.* l. 5. c. 9. Curare graviores morbos asperis remediis. *Id.* l. 7. c. 1. Curare vulnera. *to*

heal. Scribon. Larg. in epist. ad Jul. Callist. et Horat. l. 2. ep. 2. v. 150. radice, vel herba curarier. pro curari paragoge. Hinc illud Neronis apud Sueton. in ejus vita, c. 37. Mori jussis non amplius quam horarium spatium dabat: ac ne quid moræ intervenıret, medicos admovebat, qui cunctantes continuo curarent. Ita enim vocabat venas mortis gratia incidere. ¶ Facete Cic. 6. Attic. ep. 1. Cum Appius ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curarit, sanguinem miserit, quidquid potuerit detraxerit, mihi tradiderit enectam, &c. ¶ Cum genitivo Apul. l. 5. Metam. Novam nuptam interfectæ virginitatis curant. ¶ Significat etiam generatim curam habere alicujus rei, parare, purgare, colere, administrare, conficere. to prepare, get ready, attend to, manage. Terent. Andr. 1. 1. 2. paucis te volo. So. dictum puta: nempe ut curentur recte hæc. Ubi Donatus, diligenter coquantur: verum τὸ curentur plura significat, coquantur, parentur, administrentur. Varr. l. 6. L. L. c. 3. Apte curare cibum. to dress, cook, prepare. Plin. l. 17. c. 22. vitem falce. h. e. putare. to lop, prune. Cato apud eund. ibid. vineam. h. e. putare, ablaqueare, circumfodere, uno verbo omnia facere, quæ ad vitis culturam pertinent. Colum. l. 12. c. 18. dolia. h. e. purgare, radere, abstergere, lavare. Ulpian. Dig. lib. 9. tit. 2. leg. 27. Si vietori locaveris lacum vino plenum curandum, et ille eum pertuderit. Colum. l. 9. c. 14. apes. h. e. earum alveos purgare. Nos quoque hoc sensu curare dicimus. Ulpian. Dig. lib. 47. tit. 2. leg. 12. Fullo, qui curanda poliendaque vestimenta accepit. Sueton. in Ner. c. 49. Aquam simul, ac ligna conferri, curando mox cadaveri. (adde Curt. l. et cap. 10.) Colum. l. 12. c. 30. Curare vinum. to decant. V. locum. ¶ Quod ait Spartian. de Adriano cap. 4. curasse delicatos, Salmas. intelligit, iis inservisse in capillis comendis. Sane cura, curatio, incuria ad comæ cultum pertinent, ut suis locis videre est. ¶ Absolute aliquando significat præesse, administrare, regere. to preside over, govern, command. Sallust. in Jug. c. 50. Ipse cum cohortibus apud primos erat: in postremo Marius legatus cum equitibus curabat. commanded. Id. in Catil. c. 62. Mallium in dextra, Fæsulanum quendam in sinistra parte curare jubet. Tacit. 11. Ann. c. 22. Gliscentibus negotiis, Quæstores duo additi, qui Romæ curarent. ¶ Simile est illud ejusdem 3. Hist. c. 15. Exploratores, ut mos est, longius curabant. h. e. discurrebant, sui muneris fungendi causa. et Plauti Pers. 1. 3. 5. Curate istic vos, atque properate. h. e. cœnam parate. et Varron. apud Non. c. 2. n. 103. Cum in eo essem occupatus, atque in schola curarem. ¶ Et cum accus. Tacit. 4. Ann. c. 36. Qui proconsul Asiam curaverat. Id. Ann. 6. c. 30. Getulicus ea tempestate superioris Germaniæ legiones curabat. Enn. apud Gell. l. 16. cap. 10. muros, urbemque, forumque Excubiis curant. h. e. servant, custodiunt. watch, guard. ¶ Pertinet etiam ad sacra, et religionem. Liv. l. 1. c. 20. Quæ prodigia fulminibus aliove quo viso missa susciperentur, atque curarentur. h. e. expiarentur. to expiate, atone. ¶ Curare aliquem interdum est curæ habere, to regard, have his eyes upon. Cic. 4. Acad. c. 38. sub fin. Quis enim potest, cum existimet a deo se curari, non et dies et noctes divinum numen horrere? Plaut. Mostell. 2. 2. 93. Nil me curassis: ego mihi providero. ἀρχαϊκῶς pro curaveris. quod habet etiam Pseud. 1. 3. 3. et Pœn. 3. 1. 50. ¶ Item observare, colere, bene tractare. Plin. l. 1. ep. 5. ad fin. Est enim locuples, factiosus: curatur a multis, timetur a pluribus. is looked up to and respected. Sallust. in fragm. apud Macrob. l. 2. Saturnal. c. 9. Cum ad cœnam invitassent (Metellum) ultra Romanorum, ac mortalium etiam morem curabant. received, or entertained him. Plaut. Stich. 5. 3. 9. Curare amicos advenientes. Adde Martial. l. 6. epigr. 50. et Ulpian. Dig. lib. 45. tit. 1. leg. 107. ¶ Curare pastorem apud Propert. l. 4. el. 2. v. 39. est agere, pastoris munus gerere. Sunt tamen qui aliter legi volunt. ¶ Pro cicurare poni videtur in illis Nigidii verbis apud Priscian. l. 8. pag. 793. Putsch. Omne pecus indomitum habet quiddam in se ferum, sed tamen ea natura est, ut curari, et dominari possit. ¶ Non curare, nihil curare, negligere, non laborare. not to care for or regard; to neglect, pass over, overlook. Cic. 4. de Fin. c. 14. Ita præter animum, nihil curant. Liv. l. 36. c. 28. Nec hercle, inquit, magnopere nunc curo, quid Ætoli censeant. Ovid. Metam. 10. v. 529. de Venere. Capta viri forma non jam Cythereia curat Litora, non alto repetit Paphon æquore cinctam. Id. Heroid. ep. 18. v. 150. Publica non curat sidera noster amor. ¶ Aliud, vel alia cura, formula est jubentis quempiam securum esse. Terent. Phorm. 2. 1. 5. Atqui reperi jam: aliud cura. go to something else, be not solicitous about that; rest secure as to that. Plaut. Mil. 3. 3. 54. et 59. Alia cura. Simile est illud ibid. 52. Quiescas cetera.

CUROTROPHĪUM, ii, et Curotrophēum, n. a hospital for the maintenance of poor children, a charity-school, κουροτροφεῖον, domus alendis pueris destinata: a κοῦρος, juvenculus, et τρέφω, nutrio. Differt autem a brephotrophio, quod in hoc infantes recentesque partus aut expositi, aut parentibus egentibus nati alebantur; in illo pueri grandiusculi, qui nondum labore suo victum sibi parare poterant. Vox Græca est: quam quidam legunt apud Imperat. Justin. lib. 1. Cod. tit. 2. leg. 19.

CUROTROPHÆ NYMPHÆ, κουροτρόφοι, quæ infantes nutriunt. Serv. ad Ecl. 10. v. 62. V. vocem præced.

CURRAX, acis, adject. qui currit. Grat. in Cyneget. v. 89. Nam fuit et laqueis aliquis curracibus usus. running knots. V. Curax.

CURRICŬLUM, i, n. a chariot or car, (properly of small dimensions) ἁρμάτιον, διφρίσκος, parvus currus. Non. quidem c. 4. n. 73. Festi Diomed. et Charis. l. 1. pag. 59. Putsch. et Priscian. l. 6. pag. 715. agnoscunt curriculus masc. gen. sed nullius auctoritate confirmant. Cic. de Harusp. resp. c. 10. Te appello, Lentule: tui sacerdotii sunt thensæ, curricula, præcentio, ludi, &c. Sueton. in Calig. c. 19. Per hunc pontem ultro citroque commeavit quadrigario habitu, curriculoque bijugi famosorum equorum. Curt. l. 8. c. 14. Turbati equi in amnem præcipitavere curricula. Adde Ovid. 4. Trist. eleg. 8. v. 36. ¶ Item a chariot race; the place, or course, where they contended in the race; a course or motion. actus currendi, et ipsum spatium cursus, δρόμος, στάδιον. Est a curro, ut a veho vehiculum, a pereo periculum, &c. Cic. in fragm. apud Non. c. 3. n. 55. Ratione igitur et mente divina ad originem temporis curriculum inventum est solis et lunæ. the course. Id. de Senect. c. 9. Athletæ se in curriculo exercentes. Id. 2. de Legib. c. 9. Curriculis equorum usque ad certam victoriam circo constitutis. Plaut. Trin. 4. 4. 11. Facere curriculum. Varr. apud Non. c. 4. n. 73. in curriculum contuli propere pedes. ¶ Curriculo est currendo, cursim, hastily, swiftly, at full speed, δρομάδην, δρομαίως: ablativus adverbii more positus. Plaut. Pers. 2. 2. 17. Face, rem hanc cum cura geras: vola curriculo. Id. Epid. 1. 1. 12. Ut te conspexi, curriculo occœpi sequi. Id. Mostell. 2. 1. 15. Curriculo currere domum. Id. Rud. 3. 5. 20. et 3. 6. 17. I dum, curriculo affer duas clavas. ¶ Translate (ducta metaphora a cursu aurigarum) Cic. pro Rabir. perduell. c. ult. Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit. course, period. Id. pro Mur. c. 22. ad fin. Cum te de curriculo petitionis deflexisses, animumque ad accusandum transtulisses. Id. de Amic. c. 12. Deflexit enim jam aliquantulum de spatio curriculoque consuetudo majorum. Id. 7. Phil. c. 3. Omne curriculum industriæ nostræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est. Id. de Senect. c. 11. sub fin. Hæ sunt exercitationes ingenii, hæc curricula mentis. Id. in Orat. c. 3. Illa sunt curricula multiplicium variorumque sermonum, in quibus Platonis primum impressa sunt vestigia. Auct. ad Herenn. l. 4. c. 3. Descendere in curriculum artis. Quintil. l. 12. c. 2. sub fin. Curriculum laudis. Plin. l. 14. c. 6. Quartum curriculum publicis epulis obtinuere a D. Julio vina Mamertina. h. e. quartum nobilitatis locum, ducta metaph. a quarto missu aurigarum. ¶ Tria et novem curricula Prudentio sunt duodecim anni, περὶ στεφ. 9. v. 11.

CURRICŬLUS, li, m. a small chariot, ἁμάξιον, parvus currus. V. Curriculum.

CURRO, is, cucurri, cursum, a. 3. to run, post quickly, hasten, τρέχω, θέω, celeriter eo, cursu feror. Cic. 10. Attic. ep. 4. Curio cucurrit Puteolos, ut ibi concionaretur. Id. 9. Attic. ep. 3. Domitii filius transiit Formias, currens ad matrem Neapolim. Id. 3. Offic. c. 10. Qui stadium currit eniti debet, ut vincat. Id. Attic. l. 12. ep. 3. extr. Currere subsidio. to run to his assistance. Ovid. Heroid. ep. 18. v. 6. Currere aqua. by water. Stat. 5. Theb. v. 361. Gortynia currunt spicula. h. e. feruntur, volant. Curt. l. 7. c. 1. Currere in ordines suos. (de militib. loquitur.) Justin. l. 9. c. 7. Titulo officii currere ad exsequias. Phædr. l. 2. fab. 8. v. 5. Ultro currere ad necem. Plaut. Pœn. 3. 1. 24. Currere per vias. Liv. l. 5. c. 21. ad muros. Virg. 12. Æn. v. 524. Amnes in æquora currunt. run, flow. Auct. de B. Hispan. c. 29. Rivus palustri solo currebat ad dexteram partem. Ovid. 3. Amor. el. 6. v. 29. Alpheon diversis currere terris adegit amor. Id. 3. Fast. v. 111. Libera currebant, et inobservata per annum Sidera. Virg. 2. Æn. v. 120. et Ovid. Heroid. ep. 5. v. 37. gelidusque per ima cucurrit Ossa tremor. ran. Sueton. in Galb. c. 6. Etiam ad essedum Imperatoris per viginti passuum millia cucurrit. Terent. Hecyr. 3. 2. 24. Currere obviam alicui. Propert. l. 4. el. 3. v. 38. multa millia. ¶ Passive Quintil. l. 1. c. 4. (al. c. 8.) sub fin. Mare navigatur, campus curritur. Plaut. Pœn. 3. 1. 30. An non justa causa est, quo curratur celeriter. Cic. Verr. 7. c. 35. Curritur ad prætorium. they run. ¶ Refertur et ad navigationem. Virg. 3. Æn. v. 191. Vela damus, vastumque cava trabe currimus æquor. skim along. (Sic Valer. Flacc. l. 4. v. 336. atque hac freta curre corona.) Id. 5. Æn. v. 862. Currit iter tutum æquore classis. Valer. Flacc. l. 1. v. 265. placido currere fluctu. Horat. l. 1. sat. 1. v. 3. Audaces nautæ per omne mare currunt. Id. l. 1. ep. 11. v. 27. Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt. who sail beyond sea. Ovid. 2. ex Ponto, ep. 6. v. 11. Nunc mihi naufragio quid prodest discere facto, Quam mea debuerit currere cymba viam? ¶ Absolute Horat. l. 1. od. 28. v. ult. licebit, Injecto ter pulvere, curras. Stat. l. 3. silv. 2. v. 87. Quos tibi currenti præceps ferat Adria mores. ¶ Currere etiam dicuntur, quæ volvuntur in girum. to turn or whirl round. Ovid. 4. ex Ponto, ep. 9. v. 10. et Horat. in art. poet. v. 22. Currit rota. Plaut. Asin. 3. 3. 119. Postea ad pistores dabo, ut ibi cruciere currens. ¶ Item quæ porriguntur in longum. Plin. l. 18. c. 33. Lineas per agrum currit. et cap. 34. Linea transversa currat per medium. Id. l. 11. c. 51. Vox currit concavo parietum spatio. runs, echoes. Id. l. 2. c. 108. Mensura duplici via currit. Virg. 5. Æn. v. 250. chlamydem auratam, quam plurima circum Purpura mæandro duplici Melibœa cucurrit. ran along. Stat. 2. Theb. v. 98. infula currit per crines. h. e. crines ambit. ¶ De rubore, aut pallore, quo suffundimur. Virg. 12. Æn. v. 65. cui plurimus ignem Subjecit rubor, et calefacta per ora cucurrit. ran, spread. ¶ Translate Cic. 5. de Fin. c. 28. Proclivius currit oratio: venit ad extremum. Propert. l. 3. el. 8. v. 21. nox inter pocula currat. Ulpian. Dig. lib. 21. tit. 1. leg. 19. in fi. Tempus redhibitionis ex die venditionis currit. Horat. l. 2. od. 5. v. 13. Ferox ætas currit. h. e. fluit, fugit. Sil. l. 7. v. 306. illa senectus, Heu! fatis quæ sola meis currentibus obstat. h. e. rebus meis prosperis. Petron. in fragm. Tragur. c. 43. Burm. Facile est, ubi omnia quadrata currunt. h. e. ad voluntatem succedunt. Terent. Heaut. prol. v. 44. Si qua laboriosa est, ad me curritur. they have recourse; they come. Cic. Agrar. 2. c. 17. Cur non eosdem cursus, quos Cotta et Torquato Coss. cucurrerunt? (ἀλληγορικῶς) Horat. l. 1. sat. 10. v. 1. incomposito pede currunt versus. et vers. 9. Est brevitate opus, ut currat sententia, neu se Impediat verbis lassas onerantibus aures. that the sentence may run on. Quintil. l. 9. c. 4. post init. Historia currere debet, ac ferri. et non longe post. Numeri orationis currentes per se. et circa med. Syllabæ breves si miscentur longis, currunt; si continuantur, exsultant. Paul. Dig. lib. 12. tit. 1. leg. 40. et Ulpian. lib. 26. tit. 7. leg. 6. a med. Finito primo mense, primæ pensionis usuræ currunt. ¶ Currentem hortari, incitare, proverb. παρακαλεῖν τὸν σπεύδοντα: de eo, qui alium ad quippiam hortatur paratum jam ac promptum. Cic. 3. Phil. c. 8. et 2. de Orat. c. 44. et Fam. l. 15. ep. 15. et Plin. l. 1. ep. 8. et lib. 3. ep. 7. ¶ Concise omisso verbo, Cic. 13. Attic. ep. 45. Quod me hortaris, ut eos dies consumam in philosophia explicanda, currentem tu quidem. [subintelligitur incitaris, nam plenius rem totam effert Idem de Orat. l. 2. c. 44. Facilius enim est currentem (quod aiunt) incitare, quam commovere languentem. Ducta videtur metaphora ab iis, qui cursu certabant, quibus acclamatio addebat velocitatem.] ¶ In præterito cecurri dixisse Veteres, docet Gell. l. 7. c. 9. ¶ Curristi pro cucurristi legitur apud Tertull. de fuga in persecut. c. 12. Pedibus stetisti, curristi numis. Schoppius tamen in not. legit cucurristi. [¶ Verus imper. ad Fronton. lib. 2. ep. 3. habet currissem pro cucurrissem.]

CURRŪCA, æ, f. the bird that hatches the cuckoo's eggs, ἐπιλαΐς, [† ὑπολαΐς, ὑπολλαΐς,] parva avis, quæ alienos pullos pro suis educare dicitur. Hinc curruca dicuntur mariti, qui patiuntur uxorem suam ab aliis contrectari. Juvenal. sat. 6. v. 275. Tu tibi tunc curruca places. Alii leg. uruca, quæ significat animal quoddam in faba nascens, ut ait vetus Juvenal. Scholiast. vel genus animalis fœdi, et spinosi, ut ericius. Idem. Al. leg. urtica, eruca, &c. Illud certum esse videtur, neque currucam, neque urucam esse vocem Latinam.

CURRŪLIS, le, ad cursum pertinens. Apul. l. 9. Metam. Ægre cohibita equorum curruli rabie. h. e. retento, et represso impetu equorum currentium.

CURRUS, us, m. a chariot, car, waggon, ἅμαξα, ἅρμα, vehiculi genus, hominibus per urbem, aut in itinere vehendis aptum: cujus species sunt carpentum, essedum, cisium, pilentum, rheda, &c. Vetus Poeta apud Cic. l. 13. ad Attic. ep. 21. Sustineat currum, ut bonu' sæpe agitator, equosque. Cic. 2. de Divin. c. 70. Visus est in somnis curru quadrigarum vehi. Ovid. 4. Trist. el. 2. v. 47. Vehi in curru. Curt. l. 3. c. 3. Matrem Darii currus vehebat. Ovid. 2. Metam. v. 531. habili Saturnia curru Ingreditur liquidum pavonibus aera pictis. et vers. 62. Agere currus. Id. 1. de ar. am. v. 4. regere. et 3. ex Pont. ep. 1. v. 67. ducere. et Senec. in Hippol. v. 1075. gubernare currus. Ovid. 3. Trist. el. 8. v. 1. conscendere currus. Senec. in Hippol. v. 29. Insidere curru. Eun. apud Varron. de L. L. c. 32. l. 4. Insidere currum. Valer. Flacc. l. 6. v. 105. et Curt. l. 4. c. 12. Falcati currus. scil. in usum belli. chariots armed with scythes. ¶ Virg. 1. Georg. v. 174. currum dixit de aratro habente rotas. ¶ Quia triumphantes curru in Urbem vehebantur, per metonymiam ponitur pro triumpho. a triumph. Cic. 15. Fam. ep. 6. Quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? Flor. l. 4. c. 2. sub fin. Tertius de Pharnace currus, et Ponto. et cap. ult. a med. Digna res lauro, digna curru Senatui visa est, Plin. l. et cap. 5. Corn. Balbus donatus curru, et jure Quiritium. Adde Lucan. l. 1. v. 316. et l. 3. v. 77. Stat. sub fin. silv. 3. l. 4. Propert. l. 2. eleg. 11. v. 24. et Sil. l. 3. v. 614. ¶ Catachresis est, ubi ponitur pro equis. the horses of a chariot. Virg. extr. l. 1. Georg. nec audit currus habenas. Id. 12. Æn. v. 287. Infrenant alii currus. et Sil. l. 16. v. 367. stimulabat in æquore currum. et Lucan. l. 7. v. 570. si verbere sævo Palladia stimulet turbatos ægide currus. ¶ Et pro navi. Catull. carm. 63. de nupt. Pel. et Thet. v. 9. Ipsa levi fecit volitantem flamine cur-

rum, Pinea conjungens inflexæ texta carinæ. *a pinnace, fly-boat.*

CURSATĬO, onis, f. cursitatio. *Donat.* ad illud *Terent. Hecyr.* 3. 1. 35. Trepidari sentio, et cursari rursum prorsum: *Trepidatio*, inquit, ad vocem refertur loquentium, *cursatio* ad sonum pedum.

[* CURSILĬTAS, atis, f. idem ac cursitatio. *Fulgent. Mythol.* l. 3. c. 2. Cui cum solitudinum vagabunda errando cursilitas displiceret.]

CURSIM, *by running, quickly, with speed, hastily, swiftly*, δρομάδην, currendo, cursu, curriculo, celeriter. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 156. Rapere aliquem cursim ad carnificem. *Id. ibid.* 3. 1. 64. Hoc cito et cursim est agendum. *Id. Pseud.* 1. 3. 124. et *Afran.* apud *Charis.* l. 2. pag. 186 *Putsch.* Cursim currere. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 55. Cursim impetum facere in aliquem. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 89. Quæ ego sero, quæ cursim arripui, quæ subcisivis horis, iste a puero, summo studio, summis doctoribus. *cursorily. Id.* 2. *Phil.* c. 17. Ille sensim dicebat, quod causæ prodesset; tu cursim dicis aliena. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 4. Percensere cursim legiones. *Plin.* l. 3. ep. 5. Legere librum, et cursim adnotare. *cursorily, superficially, slightly. Manil.* l. 4. v. 198. Cursim loqui.

CURSĬO, onis, f. *a running*, actus currendi. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 1. Corpus est, ut cursor; locus, stadium, qua currit; actio, cursio.

CURSITATĬO, onis, f. *a running up and down. Solin.* cap. 42. (*al.* 54.) Solemni cursitatione lacum populus circuit.

CURSĬTO, as, avi, atum, *to run up and down, run hither and thither*, frequentativum a *curso. Terent. Eun.* 2. 2. 47. Sursum deorsum cursitare. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 107. succinctus cursitat hospes, Continuatque dapes.

CURSO, as, avi, atum, *to run this way and that, run about*, frequentativum a *curro, is. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 22. Homines cursare ultro citro non destiterunt. *Id. de Senect.* c. 6. Cum alii malos scandant, alii per foros cursent. *run up and down. Id. Attic.* l. 9. ep. 9. Ne forte aut absim, cum veniet, aut cursem illuc via deterrima. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 108. sic undique in omnes Prospiciunt, cursantque vias. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 35. Trepidari sentio, cursari rursum prorsum.

CURSOR, oris, m. *a runner; one who runs a race*, δρομεύς, qui currit: et speciatim qui currit stadium in ludis. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 23. *ad fin.* In stadio cursores exclamant quam maxime possunt. Adde 2. *de Divin.* c. 70. et *Nepot. in Milt.* c. 4. ¶ Item auriga, qui in ludis quadrigas agit. *a driver of a chariot in the race. Ovid.* 3. *ex Ponto, ep. ult.* v. 26. Ut cupidi cursor frena retentat equi. ¶ Item servus a pedibus. *a lackey, messenger. Martial.* l. 3. epigr. 47. Nec feriatus ibat ante carrucam, Sed tuta fœno cursor ova portabat. et epigr. 100. Cursorem sexta tibi, Rufe, remisimus hora. *Id.* l. 12. epigr. 24. Cursor succinctus. Adde *Sueton. in Ner.* c. 30. et 49. et *Plin.* l. 7. ep. 12. *extr.* ¶ *Cursor* cognominatus fuit L. Papirius civis R. vir bellica laude, consulatu non uno, et dictatura celebris, cui præcipua pedum pernicitas inerat: victoremque cursu omnium ætatis suæ fuisse ferunt, ut est apud *Liv.* l. 9. c. 16. [¶ Cursores, qui non pedibus, sed equis aut vehiculis maxima itinera celerrime conficiebant, publici erant; a veteribus appellati *frumentarii*, ut scribit *Hieronymus in Abdiam* cap. 1., cujus ætate *agentes in rebus*, vel veredarii dicebantur, ἀγγελιαφόροι, γραμματοφόροι, πτεροφόροι. Vide Titulum *Cod. Theod. de cursu publico*, et *Sidon.* l. 1. epist. 5. V. etiam *Frumentarius* apud *Forcellinum*.]

CURSORĬUS, a, um, δρομικός, ad cursum pertinens. *Sidon.* l. 1. ep. 5. Ticini cursoriam (sic navigio nomen) ascendi, qua in Eridanum brevi delatus, &c. *h. e.* navim cursui publico destinatam. *a packet-boat.* [*Frontin. de col.* pag. 141. *Goes.* In campis vero statuerunt terminos quadratos cursorios. ¶ Cursorium, ii, n. idem ac cursus publicus. *Faust. et Valer. de limit.* pag. 261. *Goes.* Hæ vero literæ in cursoriis eorum terminorum sunt. *Mago et Vegoia de limit.* pag. 257. *Goes.* Aquarum putei aliquoties in cursorio a terminis demonstrantur.]

CURSUĀLIS, le, idem quod *cursorius*, ut Cursuales equi, *post-horses*, Impp. Arcad. et Honor. lib. 12. *Cod.* tit. 51. leg. 19. et Cursualis rheda, *a stage-coach or waggon*, Impp. Gratian. Valentinian. et Theodos. lib. 12. *Cod. Theodos.* tit. 12. leg. 9.

CURSŪRA, æ, f. *a running*, cursus. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. *ad fin.* Equi alii sunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturam, alii ad admissuram, alii ad cursuram. *Plaut. Asin.* 2. 2. 61. Ex cursura anhelitum ducere. *Id. Mostell.* 1. 1. 5. Exercere se ad cursuram.

CURSUS, us, m. *a running, the act of running; a course, journey, way*, δρόμος, actus currendi: et dicitur de is omnibus, quæ quomodocumque celeriter moventur de loco ad locum. *Cic. Fam.* 12. ep. 6. Omnis omnium cursus est ad vos. *Id. Attic.* 10. ep. 4. *ad fin.* Mihi cursus in Græciam per tuam provinciam est. *Id. pro leg. Manil.* c. 12. Quis unquam tantos cursus conficere potuit? *Id. Offic.* c. 12. Si naves in cursu petentes Rhodum videt. *h. e.* in ipsa navigatione. *Ovid.* 3. *ex Ponto*, ep. 1. v. 7. Regio ab omni devia cursu. *h. e.* ad quam nemo navigat. *Plin.* l. 4. c. 13. Insula abest diei cursu. *one day's sail. Nepos in Milt.* c. 1. *extr.* Dirigere cursum aliquo. *to sail any whither. Virg.* 3. *Æn.* v. 200. Excutimur cursu, et cæcis erramus in undis. *we are driven out of our course. Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 34. Cum secundissimo vento cursum teneret. (*Tenere cursum* est recta navigare, quo destinatum est, neque aberrare a fine itineris. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 8. Vento intermisso cursum non tenuit, et longius delatus æstu, &c.) *Id. in Somn. Scip.* c. 4. Stellarum cursus sempiterni. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. Partus maturescunt novem lunæ cursibus. *h. e.* mensibus. Mense enim luna Zodiacum percurrit. *Id.* 1. *de Divin.* c. 44. Si lacus emissus, lapsu et cursu suo ad mare profluxisset. *Virg.* 6. *Æn.* v. 194. *de columbis.* cursumque per auras Dirigite in lucos, ubi &c. *Plin.* l. 11. c. 39. Cum menstrui cursus stetere. *h. e.* fluxus mensium. *Id.* l. 5. c. 24. Agere cursum ad aliquam partem. *to direct. Vellei.* l. 2. c. 70. Cursu tendere ad aliquem. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 51. Cursu aliquem superare. *to outstrip. Virg.* 5. *Æn.* v. 67. Pedum cursu valere. *to excel.* ¶ Ablativus *cursu* est curriculo, cursim, festinanter. *quickly, speedily, with haste. Liv.* lib. et cap. 33. Ludis dimissis, cursu prope omnes tendere ad imperatorem R. *Senec. in Phœniss.* v. 433. Attonita cursu fugit, et binas statim diduxit acies. *Sil.* l. 11. v. 136. divisque propinquas Transierit cursu rupes. ¶ *Cursus publicus*, et *vehicularis* sunt juvenes primo, deinde equi, et vehicula modicis intervallis disposita, instituta primum ab Augusto (ut *in ejus vita* c. 49. narrat *Sueton.*) quo celeriter sciri posset, quid in quaque provincia gereretur: deinde ad commodum militum, et magistratuum, paulatimque etiam privatorum destinata, *a line of communication established by Augustus between Rome and the several provinces, which was by posting couriers at certain distances on the public roads.* De eo est titulus 51. libri 12. *Cod. Justin.* et tit. 5. libri 8. *Cod. Theodos.* Memoratur etiam ab *Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 4. leg. 18. et *Lactant. de mortib. persecut.* c. 24. ¶ *Cursus* etiam dicitur extensio rei porrectæ. *Plin.* l. 16. c. 39. Communia larici, abieti, pinoque, ut quadripartitos venarum cursus, bifidosque habeant. ¶ Translate *Cic.* 4. *Fam.* ep. 2. Perspicis qui cursus rerum, qui exitus futuri sint. *Id. Attic.* 5. ep. 15. Habet satis magnum campum cursus animi et industriæ meæ. et lib. 1. ep. 1. *sub fin.* Vides in quo cursu sumus, et quam omnes gratias non modo retinendas, verum etiam acquirendas putemus. *under what obligation. Ovid.* 4. *ex Ponto*, ep. 11. v. 18. Dolor est in cursu. *h. e.* durat, sentitur, sævit. *is felt, lasts. Id.* 10. *Metam.* v. 401. certe fortuna, domusque Sospes, et in cursu est: vivunt genitrixque, paterque. *flourishes. Cic.* 6. *Fam.* ep. 5. Ea natura rerum est, et is temporum cursus, ut, &c. *Id.* 1. *Offic.* c. 32. Implicari aliquo certo genere cursuque vivendi. *course of life. Id. pro Sext.* c. 21. Vitæ brevis cursus est, gloriæ sempiternus. *Id. de clar. Orat.* c. 96. Conficere cursum forensem. *to complete his career. Plin.* l. 7. c. 16. Implere in trimatu cursum vitæ. *to complete the period of life in three years. Cic.* 1. *de Orat.* c. 35. Tantus cursus verborum fuit, et sic evolavit oratio, ut, &c. *Id. initio Top.* Majores nos res scribere ingressos, e cursu ipso revocavit voluntas tua. *Id. in partit.* c. 15. Augendi autem et hic proprius locus in perorando: et in cursu ipso orationis declinationes ad amplificandum dantur. *in the body; in the midst. Juvenal.* sat. 14. v. 26. quæ nunquam maternos dicere mœchos Tam cito, nec tanto poterit contexere cursu, Ut non ter decies respiret. *with such continued speed. Cic.* 3. *de Orat.* c. *ult.* Cursus vocis per omnes sonos. *h. e.* commutatio et varietas.

CURTALĪNUS. V. *Cohortalinus.*

CURTĀTUS. V. in *Curto.*

CURTĬUS, prænomine M., eques R. aperta casu in foro ingenti voragine ad expiandum prodigium, equo insidens armatus se in ipsam immisit: quo facto locus coiit, et *lacus Curtius* postea nomen habuit. Alii tamen multo ante ita appellatum ferunt a Curtio Metio T. Tatii milite, qui in pugna cum Sabinis, cum in profundam paludem una cum equo incidisset, eo tandem loco emersit, et ubi pede consisteret, nactus est. *Festus*, et *Liv.* l. 1. c. 13. et lib. 7. c. 6. Tertiam quoque nominis causam affert *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. V. ¶ *Curtius fons* a quadragesimo, vel ut alii a quadragesimo quinto lapide, via Sublacensi, una cum Cæruleo Romam usque a Caligula duci cœptus, a Claudio perductus est, et Claudia aqua nominatus. *Plin.* l. 36. c. 15. *Frontin. de aquæduct.* artic. 13. et 14. *Sueton. in Claud.* c. 20. ¶ Q. Curtius Rufus historicus insignis res gestas conscripsit Alexandri M. cujus historiæ ex decem libris octo adhuc exstant, amissis prioribus. Quo tempore floruerit, non satis constat; neque tamen de ejus historiæ elegantia et nitore dubitari potest.

CURTO, as, a. 1. *to diminish, lessen, shorten*, diminuo. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 124. Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum. *Est qui legit* curabit. *Pers.* sat. 6. v. 33. Sed cœnam funeris heres Negliget iratus, quod rem curtaveris. ¶ Proprie *Cels.* l. 7. c. 9. Id quod curtatum est, in quadratum redigere. et *ibid.* Quæ interdum duobus locis curtata esse consueverunt. *Pallad. in Februar.* tit. 10. Putatis omnibus, quæ scabra sunt, curtatis etiam radicibus, si quas potueris invenire vexatas. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 94. curtatus inæquali tonsore capillos. *clipped, shaven, shorn.* Al. leg. *curatus.*

CURTUS, a, um, *short, diminutive, stumpy, broken, battered, mutilated*, κολοβός, mutilus, fractus, laceratus, deminutus. *Lucret.* l. 4. v. 1020. Dolia curta. *h. e.* quæ semifracta poni solent in angiportis, ad publicum meiendi usum. *Juvenal.* sat. 3. v. 27. quoties rituosa et curta fenestris Vasa cadunt. *Martial.* l. 3. epigr. 82. Curta testa. *Id.* l. 12. epigr. 32. Matella curto latere. *Propert.* l. 4. el. 7. v. 22. Tegula curta. et el. 5. v. 73. curto vetus amphora collo. *Juvenal.* sat. 10. v. 135. et curtum temone jugum. ¶ Curta in membris sunt quæ ictu aut morbo lacera, scissa, rupta sunt. *Cels.* l. 7. c. 8. *extr.* Si quid tibi curti est, sarcire. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 70. Judæi curti. *h. e.* circumcisi. *curtailed, circumcised. Id.* l. 1. sat. 6. v. 105. Curto mulo ire. *h. e.* cauda mutilo. *docked, bob-tailed.* De equo curto V. in *Caviares*, et in *October.* ¶ Translate est exiguus, parvus, imperfectus, et cui aliquid ad complementum deest. *small, imperfect, wanting something, short, broken, contemptible. Pers.* sat. 4. *extrema.* Tecum habita, et noris, quam sit tibi curta supellex. *Horat.* l. 3. od. 24. *extrema.* Curtæ nescio quid semper abest rei. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 14. Eorum omnium multa prætermittentium, quasi curta sententia: at vero illa perfecta atque plena eorum, qui, &c. *Id. in Orat.* c. 50. Meæ aures et perfecto completoque verborum ambitu gaudent, et curta sentiunt, nec amant redundantia. *Lactant.* l. 6. c. 15. *a med.* Implenda fuerat cura hæc et debilis disputatio. *Juvenal.* sat. 14. v. 166. Ingratæ patriæ curta fides. *Pers.* sat. 5. *extr.* Et centum Græcos curto centusse licetur. *h. e.* exigua pecuniæ summa, quæ ne centum quidem asses conficiat. ¶ Comparativum *curtior* legitur apud *Innocent. de casis litter.* pag. 228. et 230. *Goesii.*

CURVABĪLIS, le, adject. qui curvari potest, *easy to bend, pliant. Pallad.* l. 12. tit. 15. Ulmus, et fraxinus curvabiles.

CURVĀMEN, inis, n. *a bowing or bending*, καμπυλότης, curvatio, curvatura. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 130. Sectus in obliquum est lato curvamine limes. *a bend, winding. Plin.* l. 9. ep. 7. Villa unum sinum molli curvamine amplectitur. *Gell.* l. 14. c. 1. Sub alio, atque alio cæli curvamine. *clime.*

CURVATĬO, onis, f. *the act of bending or bowing*, κάμψις, actus curvandi. *Colum.* l. 4. c. 12. Paulum infra curvationem vitis prorepens pampinus.

CURVATŪRA, æ, f. *a flexure, bowing, bending*, κυρτότης, κάμψις, curvatio, curvamen. *Vitruv.* l. 5. c. 1. *ad fin.* Tribunal hemicycli schematis, minore curvatura formatum. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 107. *de curru Solis.* Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curvatura rotæ. *Plin.* l. 2. c. 17. Curvatura absidum. *Id.* l. 10. c. 19. unguium. *h. e.* aduncitas. *crookedness. Plin.* l. 17. c. 19. Ramum oleæ defigere in crure fici, custoditum vinculis, ne curvatura fugiat.

CURVĀTUS, a, um, *bent, bowed, curved, crooked*, καμφθείς, deflexus, curvus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 24. Corpuscula levia, aspera, curvata, et quasi adunca. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 199. *de Scorpio.* Vulnera curvata minitantem cuspide vidit. *Virg.* 4. *Georg.* v. 361. et 3. *Æn.* v. 564. Curvata in montis faciem circumstetit unda. *h. e.* in altum curva figura se extollens. κυρτωθὲν κῦμα. *winding round.* (Adde *Sil.* l. 1. v. 472.) *Plin.* l. 37. c. 10. *sub fin.* Luna curvata in cornua. *Stat.* 6. *Theb.* v. 649. toto curvatus corpore. *Senec. in Hippol.* v. 25. Curvati litora Ponti. *winding. Id. in Thyest.* v. 156. Arbor curvata suis fetibus. *Petron. in Satyr.* c. 101. Curvati portus.

CURVĬFRONS. V. *Cornifrons.*

CURVĬTAS, atis, f. *crookedness*, κυρτότης, curvatura. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 15. *ante med.* Adversa Zodiaco curvitas obliquavit.

CURŪLIS, le, adject. *belonging to a chariot*, ad currum pertinens, licet unico *r* scribatur. Prisci enim non geminabant consonantes. *Festus.* Curules equi, quadrigales, (Adde *Liv.* l. 24. c. 18. ubi videntur illi intelligendi, qui in ludis Circensibus votivis quadrigas trahebant.) *Vetus formula precum* apud *Serv. ad Æn.* 1. v. 21. Juno curulis. *h. e.* quæ curru per aera fertur. *Sueton. in Aug.* c. 22. Curules triumphi. *h. e.* in quibus triumphator curru Urbem invehitur, ad differentiam ovationum, in quibus equo utebantur, aut pedibus. (V. in *Tiber.* c. 9.) *Minuc. Felix in Octav.* c. 37. *ad fin.* Curules ludi. *h. e.* Circenses in quibus currus maxime agitabantur. ¶ Curules quoque Magistratus, et curulem sellam a curru dictam esse, docent *Festus*, et *Gell.* l. 3. c. 18. Ille quidem Magistratus Curules appellatos esse ait, quia curru vehebantur. Hic autem ex *Gabio Basso* tradit, sellam dictam curulem ex eo, quia in Veterum ætate qui curulem magistratum gessissent, curru soliti, honoris gratia, in curiam vehi: in quo curru sella esset, supra quam considerent, quæ ob eam causam *curulis* appellaretur. Verum ut in derivatione vocis *Gellius* vera dicat (quamquam non desunt, qui a Curibus Sabinorum ducendam appellationem putant) in re certe falsus fuisse videtur. Narrat enim *Plin.* l. 7. c. 43. L. Metello, summis honoribus functo, et in senectute lu-

minibus orbato, tribuisse Populum R. quod nunquam ulli alii ab condito ævo, ut quoties in Senatum iret, curru veheretur. ¶ Utcumque se res habeat, sella curulis, *the curule chair, or chair of state*, (quæ et *curulis* absolute dicitur) fuit unum ex insignibus primo quidem Regum R. deinde, iis exactis, majorum magistratuum solummodo, nempe Consulum, Prætorum, Censorum, et Ædilium eorum, qui de Patribus creati essent (de quibus *Liv. in fine* l. 6. et *initio* l. 7.) quique hac ipsa de causa *Curules* denominati sunt, ut distinguerentur ab aliis Ædilibus sellæ jus non habentibus. Hæc erat curvis pedibus, signis ornata, sublata gradibus, insculptaque et distincta ebore, ut est apud *Ovid.* 4. *ex Ponto*, ep. 9. v. 27. Quare *curule ebur* vocatur ab *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 53. ubi per metonymiam intelligit omnes magistratus majores modo enumeratos. Sic *Auson.* ep. 2. v. 3. Quamquam et fastorum titulo prior, et tua Romæ Præcessit nostrum sella curulis ebur. *h. e.* consul ante me fuisti. Apud *Statium* quoque l. 1. silv. 4. v. 82. *major curulis* consulatum significat. et lib. 4. silv. 1. v. 5. *curules* absolute dicuntur omnes magistratus Curules. *Plin.* l. 18. c. 6. *a med.* A. Sp. Albino curuli die dicta. *h. e.* Ædili curuli. ¶ Hac sella utebantur tum in Curia, tum quocumque loco sedendum esset jurisdictionis exercendæ causa. Quare post se, ubi opus esset, circumferendam curabant: cujus rei lepidam historiam habes ex L. Pisonis annalibus apud *Liv.* l. 9. *c. ult.* et *Gell.* l. 6. c. 9. ¶ In quadam antiqua precatione, qua in sacris utebantur Tiburtes, Juno *curulis* appellatur, quia currum habebat, seu thensam, qua ejus simulacrum in pompa vehebatur. *Servius* ad illud *Æn.* 1. v. 20. hic illius arma, Hic currus fuit.

CURVO, as, avi, atum, a. 1. *to bow, bend, crook*, κυρτόω, κάμπτω, flecto in modum arcus, curvum reddo. *Virg.* 4. *Georg.* v. 299. Vitulus bima curvans jam cornua fronte. *Stat.* 1. *Achill.* v. 487. Ingentemque manu curvaret Delius arcum. *Virg.* 3. *Æn.* v. 533. Portus curvatur in arcum. *Plin.* l. 16. c. 42. Palma arbor valida: in diversum enim curvatur. *Id.* l. 6. c. 6. Ora Bosphori utrinque ex Asia atque Europa curvatur in Mæotin. *Id.* l. 11. c. 28. *extr.* Quorundam insectorum extremi pedes longiores foris curvantur, ut locustis. *Horat.* l. 1. od. 33. *extr.* fretis acrior Hadriæ curvantis Calabros sinus. *h. e.* qui impulsu undarum curvam reddit oram Calabriæ. ¶ Curvari dicitur mare, cum tempestate intumescit. V. *Curvus.* ¶ Translate *Id.* l. 3. od. 10. v. 13. quamvis neque te munera, nec preces, Nec tinctus viola pallor amantium Curvat. *h. e.* ad misericordiam flectit, exorat, *moves you.*

CURVOR, oris, m. *crookedness*, curvatura. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 21. Cucumeres dicuntur a curvore, ut curvimeres. et lib. 6. c. 3. Cornua a curvore dicta.

CURVUS, a, um, *crooked, bowed, bent, curved*, κυρτὸς, καμπύλος, inflexus in modum arcus, deorsum deflexus: et universim qui rectus non est. *Virg.* 1. *Georg.* v. 508. Curvæ falces. *Id.* 2. *Georg.* v. 12. Curva flumina. *winding. Id.* 2. *Æn.* v. 748. vallis. *Id.* 3. *Æn.* v. 238. litora. *Id.* 11. *Æn.* v. 737. tibia. *Id.* 1. *Georg.* v. 170. Curvum aratrum. *Id. Ecl.* 3. v. 42. Curvus arator. *h. e.* qui in arando se curvat. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 296. Curvus tholus. *an arched or vaulted roof. Id.* 2. *de ar. am.* v. 670. Curva senecta. *h. e.* quæ curvos facit. *Horat. Epod.* 5. v. 93. Curvis unguibus vultum petere. *h. e.* aduncis. *Id.* l. 3. od. 28. v. 11. Curva lyra. *Manil.* l. 1. v. 740. currumque solutum Deflexum solito cursu, curvisque quadrigis. *h. e.* quatuor equis a recta via declinantibus. De Phaethonte loquitur. ¶ Curva æquora apud *Lucan.* l. 5. v. 458. et *Ovid.* 11. *Metam.* v. 505. et *Valer. Flacc.* l. 1. v. 615. est mare procellosum, quia ventis undæ in altum tolluntur curva figura. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 507. Cum mare surrexit, cumulusque immanis aquarum In montis speciem curvari, et crescere visus. ¶ Translate *Horat.* l. et ep. 2. v. 44. Curvo dignoscere rectum. *to distinguish good from bad*, vel *true from false.* ¶ Corrigere curva. V. *Corrigo.* ¶ *Curvus* cognomen Romanum in gente Titinia, ut M. Titinius Curvus. *Liv.* l. 4. c. 59.

CUSCULĬUM, ii, n. κοσκύλιον. *Plin.* l. 16. c. 8. Omnes tamen has roboris dotes ilex solo provocat cocco. Granum hoc, primoque ceu scabies fruticis, parvæ aquifoliæ ilicis (cusculium vocant) pensionem alteram tributi pauperibus Hispaniæ donat. Est qui legit *quisquilium.* V. *Coccum.*

CUSĬO, onis, f. actus cudendi, ut Cusio monetalis, *the coining or stamping of money*, apud *Impp. Valentinian. Theodos. et Arcad.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 16. leg. 18.

CUSO, as, a. 1. frequentativum a *cudo, is*, agnoscitur ut Latinum a *Prisciano* l. 10. pag. 890. *Putsch.* sed nullo confirmatur exemplo.

CUSOR, oris, m. qui cudit. Inter plurima artificum nomina *cusores* quoque enumerantur a *Constantino Imper.* lib. 10. *Cod.* tit. 64. leg. 1. et videntur esse, qui nummos cudunt, *coiners, mint-men.*

CUSPIDĀTIM, *like a point*, ἀκιδὸν, in cuspidem, in acutum. *Plin.* l. 17. c. 14. Donec cuspidatim decisus descendat in rimam calamus.

CUSPIDĀTUS, a, um, *having a point, pointed*, ἀκιδωτὸς, in cuspidem efformatus, acuminatus. *Plin.* l. 18. c. 19. Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus rallo.

CUSPIDO, as, avi, atum, a. 1. *to point, sharpen at the end*, ἀκιδόω, cuspidem alicui rei induco, acumino. *Plin.* l. 11. c. 37. *sub init.* Urorum cornibus præfixa hastilia cuspidant.

CUSPIS, idis, f. *the point of a weapon*, ἀκὴ, acies hastæ, conti, clavi, sagittæ, et hujusmodi. Differt a mucrone, quæ est acies gladii. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 2. Asseres pedum duodecim cuspidibus præfixi. *Plin.* l. 8. c. 18. Latior cuspis quarto vomerum generi, et acutior in mucronem fastigiata, eodemque gladio scindens solum, et acie laterum radices herbarum secans. *Id.* l. 36. c. 16. Cuspis baculi. *Virg.* 5. *Æn.* v. 208. Ferratasque sudes, et acuta cuspide contos. *Catull.* carm. 65. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 256. tecta quatiebant cuspide thyrsos. ¶ Per synecdochen ponitur pro hasta, vel jaculo. *a spear, javelin. Plin.* l. 34. c. 15. Telephum proditur sanasse Achilles, sive id ærea, sive ferrea cuspide fecit. *Id.* l. 36. c. 4. Cuspis Minervæ. *Virg.* 11. *Æn.* v. 40. patens in pectore vulnus Cuspidis Ausoniæ. et *Æn.* 12. v. 386. Alternos longa nitentem cuspide gressus. ¶ Et pro tridente Neptuni. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 580. deus, æquoreas qui cuspide temperat undas. ¶ Et pro aculeo apum, *the sting of a bee. Plin.* l. 21. c. 13. Natura apibus cuspides dedit, et quidem venenatas. ¶ Et pro veru, *a spit. Martial.* l. 14. epigr. 221. Parva tibi curva craticula sudet ofella: Spumeus in longa cuspide fumet aper. ¶ Denique *cuspides* dixerunt tubulos fictiles (*earthen pipes*) cum fundo pertuso, qua humor adventitius transire posset, in quos demittebant aliquot arundines colligatas libris, figebantque in terram in usum pedamenti vitibus fulciendis. Ita *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 8. cujus appellationis ratio vel inde petenda videtur, quod ii tubuli cuspidati erant, ut terræ infigi possent, vel quod ipsæ arundines cædebantur in cuspidem, quo in terram demissæ essent firmiores.

CUSSILĪRIS, ignavus, ex *cossim* et *lirare.* Nam arantes cossim incedunt, quia inter pedes habent porcam, sive terram editiorem, pedes autem habent in liris, sive sulcis: hoc autem dicebatur *cossim lirare.* Ex quo factum est, ut ignavi, et oscitabundi, qui varici, et lentis passibus per urbem vagantur, cussilires sint appellati. *Festus.* Al. leg. *Cossiliris.*

CUSTODĒLAM dicebant antiqui, quam nunc dicimus custodiam. Ita *Festus.* Sed et *Apul.* usurpavit non semel, ut lib. 7. *Metam.* Illas divitias publica custodela commisere. et *initio* lib. 9. Custodela carceris. et lib. 10. Acriorem custodelam adhibere.

CUSTODĬA, æ, f. *the act of keeping, preserving, or guarding*, φυλακὴ, φρουρὰ, τήρησις, cura servandi aliquid, ac tuendi. *Plaut. Rud.* 3. 6. 20. Agitare custodiam. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 12. Advigilare ad custodiam ignis. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 39. Transdere alicui custodiam alicujus rei. et cap. 40. Navis ab Acilio ad custodiam posita. *stationed on guard. Id.* l. 2. *B. Gall.* c. 29. Sex millia hominum custodiæ ac præsidio relinquere. *Plaut. Mostell.* 2. 1. 59. tradere, et *Merc.* 2. 1. 9. concredere, et *Rud.* 3. 2. 11. Committere aliquid alicui in custodiam. *care, charge. Id. ibid.* 3. 3. 34. Recipere aliquem in custodiam. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 6. Apponere aliquem custodiæ alicujus. *Cic. pro Mur.* c. 31. Ponere aliquem in custodia alicujus rei. *to place under the care. Nepos in Milt.* c. 3. Credere alicui custodiam pontis. *to entrust with the protection of. Cic. pro Marcell. c. pænult.* Polliceri alicui excubias et custodias. *Id.* 2. *de Fin. c. pænult.* Fida custodia justitiæ. *h. e.* cura, et conservatio. *Quintil.* l. 6. c. 1. *ante med.* Custodia religionis. *observance of the oath he had taken. Petron. in Satyr.* c. 102. Funis, qui scaphæ custodiam tenet. *h. e.* navi alligatam retinet. ¶ Est etiam locus, ubi aliquis custodiæ causa manet. *a guard-house. Cic. pro leg. Manil.* c. 6. Cum publicani familias maximas, quas in agris habent, quas in portubus, atque custodiis, &c. *h. e.* in locis, ubi a servis publicanorum custodiebatur, ne quis non soluto vectigali portorii transiret. *Cic. Phil.* 7. c. 7. Idcirco in hac custodia, tanquam in specula collocati sumus, ut, &c. ¶ Et pro carcere, *a prison, place where prisoners are confined. Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 4. Hominem comprehendit, et in custodiam Ephesi tradidit. *Id. Verr.* 7. c. 27. et *Catil.* 1. c. 8. et 4. *Catil.* c. 5. Dare aliquem in custodiam. et cap. 55. Includere in custodias. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 2. Condere in custodiam. *Id.* 1. *Hist.* c. 67. Retinere in custodia. *Cic.* 1. *de divin.* c. 25. et *pro Rabir. Post.* c. 8. Esse in custodia. *Id. ad Brut.* ep. 6. Eripere, et 1. *Tuscul.* c. 29. *sub fin.* Educere e custodia. *Id. ibid. c. ult.* Emitti nos e custodia, et levari vinculis arbitremur. *Venulei. Dig. lib. ult. tit. pænult. leg.* 224. discrimen tradit inter custodiam, et vincula, quod illa publicam tantum custodiam significet, hæc vero vel privatam, vel publicam. *Plaut. Capt.* 2. 2. 4. Vinclis, custodiisque circummœniti sumus. *Cic. Catil.* 1. c. 8. Quam longe videtur a carcere atque a vinculis abesse debere, qui seipsum jam dignum custodia judicaverit? ¶ *Libera custodia, free custody, when a criminal was committed to the charge of some individual*, ἀδέσμος φυλακὴ, dicitur, cum quis non publico carcere detinetur, sed per urbem in privata alicujus domo, vel per municipia adhibitis custodibus, jussu publico adservatur: idque vel honoris causa in reis honestioribus factitatum est, vel ne, cum plures essent ejusdem criminis rei, consilia inter se communicarent. Hoc fiebat solummodo priusquam crimen confessi essent. nam post confessionem publico carcere detinebantur ad pœnam. Exemplum liberæ custodiæ habes apud *Liv.* l. 24. c. 45. ubi narrat de quodam Altinio Arpino, quem Calibus interdiu solutum custodes sequebantur, nocte clausum asservabant. *Sallust. in Catil.* c. 48. Senatus decernit, ut Lentulus, itemque ceteri in liberis custodiis habeantur. Itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæsari, Gabinius M. Crasso, Cæparius Cn. Terentio Senatori traduntur. *Liv.* l. 39. c. 14. Comprehensos libero conclavi ad quæstionem servarent. *Vellei.* l. 1. c. 11. Perseus quadriennio post in libera custodia Albæ decessit. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat. c. pænult.* Quoniam post Hortensii mortem orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus, domi teneamus eam septam liberali custodia: et hos ignotos atque impudentes procos repudiemus, tueamurque ut adultam virginem, &c. ¶ Ipsi quoque rei vinculis detenti *custodiæ* appellantur, *prisoners. Sueton. in Calig.* c. 27. Custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, a calvo ad calvum duci imperavit. Adde in *Domit.* c. 14. *Plin.* l. 10. ep. 30. et *Senec.* ep. 5. ¶ Item qui custodiam agunt, *a guard. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 27. Quod paulo incautius custodias in muro dispositas videbat. *Hirt. de B. Afric.* c. 88. Omnibus portis custodias ponit. *Flor.* l. 1. c. 13. Per medias hostium custodias. *Cic. Catil.* 4. cap. 4. Horribiles custodias alicui circumdare. [¶ Custodiæ publicanorum (apud nos *customhouse officers*) sunt certi homines, qui itinera observabant, ne merces importarentur, aut eveherentur, portorio non soluto. *Cic. de provinc. consul.* c. 5. Gabinius statuit ab initio, et in eo perseveravit, jus publicano non dicere: pactiones sine ulla injuria factas rescidit: custodias sustulit: vectigales multos ac stipendiarios liberavit; quo in oppido ipse esset, aut quo veniret, ibi publicanum, aut publicani servum esse vetuit.]

CUSTODIARĬUM, ii, n. locus, in quo quid servandi causa custoditur. Vetus lapis apud *Murator.* pag. 32. n. 3. Vestæ et Matribus T. Celerinus Tem. Portic. et Custodiarium d. 5. p. *Tertull. ad Martyr.* c. 2. Vos benedicti de carcere in custodiarium translati. *Id. advers. Jud.* c. 3. ex *Isaiæ* cap. 1. v. 8. ubi Vulgata habet *tugurium in cucumerario*, et LXX ὀπωροφυλάκιον, vertit *custodiarium in cucumerario.*

CUSTODIARĬUS, ii, m. In *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 48. n. 8. legitur *corpus custodiariorum*, qui videntur fuisse homines ad custodiam rei alicujus publicæ destinati.

CUSTODĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to keep, guard, preserve, watch, defend*, φρουρέω, φυλάττω, asservo, observo, tueor, custos sum alicujus rei. *Cic. pro Mil.* c. 25. Delecta juventus, quæ tuum corpus, domumque custodit. *Id. Catil.* 1. c. 2. *extr.* Multorum te oculi et aures non sentientem speculabuntur atque custodient. *Id. Attic.* l. 15. ep. 13. Orationem tibi misi. Ejus custodiendæ, et proferendæ arbitrium tuum. *of locking it up or publishing it.* et *Phil.* 10. *extr.* Tueri, defendere, custodire, incolumemque conservare provinciam. *Q. Cic. de petit. consul. c. ult.* Fac, ut se abs te custodiri, atque observari sciant. *Nepos in Annib.* c. 9. Gortinii templum magna cura custodiunt, non tam a ceteris, quam ab Annibale, ne, &c. *Quintil.* l. et cap. 2. Custodire aliquem ab injuria. *Id.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Formare, et custodire pudorem in ætate prima. *Plin.* l. 14. c. 12. Custodire morem. *to retain, observe. Colum.* l. 12. c. 4. ordinem. *to keep, preserve. Quintil.* l. 4. c. 2. modum. *h. e.* adhibere. *Id.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) regulam scribendi. *to observe the orthography. Id.* l. 11. c. 1. differentiam in causis. *Gell.* l. 2. c. 24. parsimoniam sanctionibus legum. *Plin.* l. 35. c. 2. ferias omni mense. *to keep, celebrate. Petron. in Satyr.* c. 102. siderum motus. *to observe, watch, contemplate. Plin.* l. 8. ep. 16. testamenta ut legitima. *h. e.* observare, rata habere. *Id. in Paneg.* c. 65. religiose quod juraveris. *to maintain, stand to, abide by. Tacit.* 2. *Hist.* c. 52. sermones alicujus. *h. e.* captare, *to watch, spy into. Plin.* l. 16. c. 44. Arbores, quas memoria hominum custodit. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 28. Percipere animo, et memoria custodire. *to remember. Id. ibid.* l. 2. c. 2. Custodire litteris. *h. e.* litteris mandare. *to commit to writing. Colum.* l. 12. c. 45. Custodire poma in melle. *to make a conserve of. Id.* l. 4. c. 24. *circa med.* Putator custodire debet, ne &c. *h. e.* cavere. *to take care.* Sic l. 11. c. 3. *post med.* Sed custodiendum est, ut quam minime ad eum locum mulier admittatur. ¶ Speciatim significat in vinculis detinere, *to confine in prison. Gell.* extr. l. 16. Rex Arionem, quasi falleret, custodiri jussit. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 4. Obsidibus imperatis centum, hos Æduis custodiendos tradit. Adde lib. 1. *B. Civ.* c. 20. ¶ Translate *Senec. in Œdip.* v. 704. Regna custodit metus. *Plin.* l. 26. c. 8. Ladanum custodit nigritiam capillorum. *preserves. Id.* l. 28. c. 8. Leonis adipes cutem in facie custodiunt a vitiis. *Id.* l. 37. c. 7. Herba custodiens loci nomen. *retaining the name of the place where it grows. Id.* 4. c. 15. Rhenus modicum nomini suo custodiens alveum. *Horat.* l. 3. od. 26. v.

5. paries, Lævum marinæ qui Veneris latus Custodit. *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 319. Vellera virgati custodibant calathisci. *h. e.* continebant. (*custodibant* pro *custodiebant*, ut *adibant*, *lenibant*, *scibant*, &c. neque est infrequens in verbis quartæ.) *Plin.* l. 17. c. 14. *de insitione.* Cuneo tenui fissuram custodiente, donec descendat in rimam calamus. *keeping open.* ¶ *Custodibitur* antique pro *custodietur*, *Plaut. Capt.* 3. 5. 71. Nam noctu nervo vinctus custodibitur.

CUSTODIŎLA, æ, f. parva custodia; Pro parvo sepulcro habetur in veteri quidem, sed mendis multis inquinato Lapide apud *Murator.* pag. 1013. n. 5.

CUSTODĪTE, adverb. *warily, reservedly*, custodia et cura adhibita, ne modus excedatur. *Plin.* l. 5. ep. 16. Quam studiose lectitabat! ut parce custoditeque ludebat! *Id.* l. 9. ep. 26. *ad fin.* Custoditius pressiusque dicere.

CUSTODITĬO est opera ad custodiendum quid sumpta. *Festus.*

CUSTODĪTUS, a, um, *guarded, watched, preserved, kept*, servatus, observatus, φυλαχθεὶς. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 190. Pomaque ab insomni male custodita dracone. *Plin.* l. 7. c. 28. Nullo non die in catenis aut compedibus custoditus. *Id.* l. 17. c. 19. Ramus custoditus vinculis. *Id. ibid.* c. 21. Custoditi surculi. *preserved. Id.* l. 30. c. 1. Memoria et ars commentariis non intercidentibus custodita. *Id.* l. 36. c. 15. *ad fin.* Amphitheatri forma custodita. *Id.* l. 28. c. 16. Leporis pulmones custoditi sale. *pickled, corned.*

CUSTOS, odis, m. et f. *a keeper, preserver, guard, watch*, φύλαξ, φρουρὸς, qui aliquid servat, tuetur, conservat. Videtur esse a *con*, et *adsto*, ut *Vossio* placet. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 76. Anus hic solet habitare custos. *Cic.* 6. *Verr.* c. 43. Custodes fani. *Id.* 2. *Catil.* c. 12. Custos portæ. *a porter. Id. pro Dom.* c. 55. Custos ac præses templi. *Id.* 2. *Agrar.* c. 6. Tribunus pleb. præses libertatis et custos. *Id.* 7. *Verr.* c. 6. Custos defensorque provinciæ. *Id. pro Sext.* c. 65. Senatum reipublicæ custodem, præsidem, propugnatorem collocaverunt. *Id.* 2. *Agrar.* c. 9. *extr.* Custos ac vindex cupiditatum. *Stat.* 9. *Theb.* v. 508. Custos pecoris. *a shepherd. Colum.* l. et cap. 9. Custos apum. *Virg. Ecl.* 10. v. 36. Custos gregis. *Sueton. in Tiber.* c. 75. carceris. *a keeper of a prison, gaoler. Id. in Calig.* c. 59. Custodes hortorum. *Id. ibid.* c. 55. et *Nepos in Datam.* c. 9. corporis. *the prince's body guard. Horat. de art. poet.* v. 161. Imberbis juvenis, tandem custode remoto, &c. *his tutor. Nepos in Datam.* c. 5. Custos gazæ regiæ. *the treasurer. Cic.* 2. *Phil.* c. 18. Custodes posuit, ne limen intrares. *Id. pro Flacc.* c. 19. Custos positus frumento publico. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 77. Tenere aliquem in manicis et compedibus sub custode. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 4. v. 1. Imponere custodem alicui. *to place a guard over. Martial.* l. 10. epigr. 69. Dare, et *Tacit.* 6. *Ann.* c. 19. Circumjicere, et *Ann.* 3. c. 28. Indere custodem alicui. *Sueton. in Tiber.* c. 12. Non cessavit efflagitare aliquem cujuslibet ordinis, custodem factis et dictis suis. *an observer or spy over. Juvenal.* sat. 5. v. 4. custos affixus ibidem, Qui numeret gemmas, unguesque observet acutos. *Virg. Æn.* 11. v. 836. At Triviæ custos jam dudum in montibus Opis Alta sedet summis, &c. Ubi *Servius*: Vel ministra, vel observatrix. Potest et pro comite accipi: vel custos mandatorum Triviæ, &c. ¶ *Cic. in Divin. Verr.* c. 16. Custodem me Tullio apponite. *h. e.* hominem, qui observet, ne in judicio aut actor prævaricetur, aut testis corrumpatur. ¶ *Id. post redit. in Sen.* c. . Me affinem tuum, quem comitiis prærogativæ primum custodem præfeceras. *Id. Agrar.* 2. c. 9. Tribus, quas voluit, vocavit, nullo custode sortitus. *Custodes* utroque loco erant, qui in comitiis adhibebantur, ne qua vel in sortitionibus, vel in suffragiis fraus admitteretur. Adde *post redit. in Sen.* c. 11. ¶ *Custodes* etiam dicuntur canes villatici, et pastorales. *Virg.* 3. *Georg.* v. 406. *Colum.* l. . c. 12. ¶ Item thecæ, in quibus aliquid reponitur. *Ovid. Metam.* 8. v. 320. Ex humero pendens resonabat eburnea lævo Telorum custos. *h. e.* pharetra. et l. 13. v. 03. Dantque sacerdoti custodem turis acerram. ¶ Item ii, et Principes. *Cic. pro Sext.* c. 24. Dii custodes conservatoresque hujus Urbis. *the guardians and protectors. Sueton. in Domit.* c. 5. Novam excitavit ædem Jovi custodi. *Horat.* l. 4. od. 15. v. 17. Custode rerum Cæsare. *Cato R. R.* c. 66. 67. 144. et 145. custodem appellat servum, qui præest olei factoribus. ¶ Translate *Cic.* 2. *Offic.* c. 7. Malus custos diuturnitatis metus. *Id.* 4. *de Fin.* c. 7. Sapientia custos et procuratrix totius hominis. *Juvenal.* sat. 10. v. 144. tituli que cupido Hæsuri saxis cinerum custodibus. ¶ In vitibus *custos* dicitur novellus palmes duarum, vel trium gemmarum, qui submittitur eo fine, ut proximo anno materiam, hoc est palmites fructiferos præbeat, si vitis luxuria se consumpserit: aliis nominibus *resex*, et *præsidiarius* dictus: quia vitem custodit, et est conservat, et renovat. *Colum.* l. 4. c. 21. et 24. et *de arborib.* c. 5. et *Plin.* l. 17. c. 22. ¶ Denique *custos* apud *Vitruv.* l. 9. c. 6. est Arctophylax, signum cæleste.

CUTICŬLA, æ, f. *a thin tender skin; the outermost skin; the cuticle or scarf skin*, δερμάτιον, diminut. a cute. *Juvenal.* sat. 11. v. 203. Nostra bibat vernum contracta cuticula solem. *Pers.* sat. 4. v. 18. uncta vixisse patella Semper, et assiduo curata cuticula sole.

CUTILIENSIS, se, et

CUTILĬUS, a, um, ad Cutilium, seu Cutilias pertinens, quod fuit oppidum Sabinorum in agro Reatino: juxta quem lacus, qui Cutiliensis dicitur a *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 10. in quo silvosam insulam fuisse ferunt, quæ innataret aquis, nullo certo loco consistens. *Cutilias aquas* appellat *Plin.* l. 2. c. 95. et lib. 31. c. 2. nunc dicuntur *lago di Contigliano.*

CUTĬO, onis, m. ὀνίσκος, τύλος, multipeda, animal, quod tactu se in pilæ rotunditatem contrahit: a callosa cute. Hoc cum rosaceo tritum, coctumque medetur aurium doloribus. *Marcell. Empiric.* cap. 8.

CUTIS, is, f. *the skin; the outer covering of the flesh of animals*, δέρμα, χρόος, οὖς, χρὼς, ωτὸς, pellis, corium, extimum tegumentum carnis animalium. *Festus.* Cutis Græcam habet originem. hanc enim illi κύτος dicunt. *Vossius* mallet legi σκύτος. ¶ Differt a pelle (*a hide*), quod hæc est mortuorum, et detracta corpori, cutis autem vivorum, et adhærens. quamquam confunduntur aliquando. *Juvenal.* sat. 10. v. 191. deformem pro cute pellem. *Pers.* sat. 3. v. 95. surgit tacite tibi lutea pellis. (Adde *Phædr.* l. 1. fab. 24. *Colum.* l. 6. c. 13. et *Lucret.* l. 6. v. 1192.) *Planc. ad Cic.* 10. *Fam.* ep. 18. Si quid intra cutem subest vulneris. *Cels.* l. 2. c. 8. Aqua inter cutem. *the dropsy. Id.* l. 1. c. 4. Caput ad cutem tondere. *close to the skin. Plin.* l. 28. c. 12. Fel tauri post detractam cutem. *Id. ibid.* c. 11. Cutis, quam relinquunt angues. *the slough. Id.* l. 23. c. 1. Labruscæ uvæ cutem in facie mulierum purgant. ¶ In plurali numero *Id.* l. 11. c. 37. *sub init.* Cornua cervorum cutibus enascuntur. *Id.* l. 6. c. 21. Duarum Gorgonum cutes in Junonis templo posuit. Adde *Pompon. Mel. sub fin.* c. 1. l. 2. ¶ *Curare cutem* apud *Horat.* l. 1. ep. 4. v. 15. et *Juvenal.* sat. 2. v. 105. est se bene curare, *to make much of himself, keep himself in good condition, or good plight of body.* ¶ *Ego te intus et in cute novi* proverb. apud *Pers.* sat. 3. v. 30. *I know you to a nicety.* ¶ *Intra cutem suam cogere aliquem* aliud proverb. apud *Senec.* ep. 9. *to be content with his own condition.* pro quo *Horat.* dixit l. 1. sat. 6. v. 22. in propria pelle quiesce. et *Martial.* l. 3. epigr. 16. te, mihi crede, memento Nunc in pellicula cerdo tenere tua. ¶ Dicitur aliquando de corio. *a hide. Martial.* l. 1. epigr. 104. Calceus est sarta terque quaterque cute. ¶ Item de integumentis tenuioribus aliarum rerum: *the bark, rind, peel, or outmost coat of any thing:* in quo differt a crusta, et cortice, quæ sunt crassiora. *Plin.* l. 12. c. 19. *ad fin.* Casia nascitur in montibus, tenui cute verius, quam cortice. *Id.* l. 15. c. 10. Nucleorum cutis verius, quam putamen. et cap. 28. Crusta teguntur glandes, cute uvæ, corio Punica. *Id.* l. 16. c. 24. Folia rubi cute spinosa. *Id.* l. 27. c. 10. Herba cute lauri. *Id.* l. 2. v. 48. Obducta nubium cute. *Id.* l. 20. c. 19. Radix heraclii in summa terræ cute. ¶ Translate *Quintil.* l. 5. c. 12. Habitum orationis virilem, et illam vim stricte robusteque dicendi tenera quadam elocutionis cute operimus. *outward show. Gell.* l. 18. c. 4. Neque primam tantum cutem ac speciem sententiarum, sed sanguinem quoque ipsum ac medullam verborum eruere. ¶ In accus. singulari habet etiam *cutim. Cels.* l. 3. c. 21. *a med.* Scilla cocta deligatur super cutim.

C Y

CYAMĔA, æ, f. gemma nigra, quæ fracta fabæ similitudinem præfert, a κύαμος, faba. *Plin.* l. 37. c. 11.

CYĀNE, es, f. Κυάνη, Nympha Sicula fuisse dicitur, quæ cum Plutonem cum rapta Proserpina curru vectum fugientem ad Tartara vidisset, asperrimisque verbis increpasset; atque ille concitus ira, fontem ipsum, cui illa præerat, sceptro percussum violasset, viamque sibi, perrupta humo, per ejus aquas aperuisset; ob tantam injuriam mœrore paulatim absumpta, in aquas ejusdem fontis conversa est. *Ovid. Metam.* 5. v. 412. ¶ Est autem vere fons agri Syracusani, ita dictus a cyaneo colore. *Plin.* l. 3. c. 8. *Vibius* autem *Sequester* inter lacus enumerat, et per eum Anapum transire dicit. *Ovid.* 2. *ex Ponto*, ep. 10. v. 26. Quaque suis Cyanen miscet Anapus aquis. ¶ Pro una ex Cyaneis insulis, de quibus in voce sequenti, et quidem pænult. producta, *Juvenal.* sat. 15. v. 19. Nam citius Scyllam, vel concurrentia saxa Cyanes, &c. Al. rectius leg. *Cyaneis.*

CYANĒÆ, arum, f. Κυάνεαι, insulæ duæ in Ponto Euxino contra Bosphorum Thracium. quæ et Symplegades appellantur. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 10. v. 34. Transeat instabiles strenua Cyaneas. V. *Symplegas.* ¶ Adjective *Valer. Flacc.* l. 2. v. 381. dum spes mihi sistere montes Cyaneos. *Id.* l. 4. v. 637. Cyaneæ rupes. *Martial.* l. 7. epigr. 18. ruinæ. *Lucan.* l. 2. v. 716. cautes.

CYANĔUS, a, um, *of a bright blue, azure, or water colour*, κυάνεος, cæruleum colorem referens. *Plin.* l. 10. c. 32. Avis colore cyaneo. *Prudent.* l. 1. *in Symmach.* v. 502. Cyaneæ Nymphæ. Et *in Psychom.* v. 858. cyanea stagna. ¶ Apud *Isidor.* l. 16. *Orig.* c. 9. cyanea est gemma Scythiæ cæruleo coruscans nitore, purpura interdum, et punctulis intermicantibus, auratis pulvisculis varians. Sunt qui putant esse, quam nostri vocant *a turkois.* ¶ Est etiam adjectivum ad Cyaneas pertinens. V. *Cyaneæ.*

CYĂNUS, et Cyanos, i, m. κύανος, flos quidam a colore cæruleo dictus, post rosam nascens: appellatus a quibusdam Anglice *the blue-bottle, and blue-bell. Plin.* l. 21. c. 8. et 11. ¶ Item gemma apud eundem l. 37. c. 9. quæ videtur esse eadem cum cyanea descripta in voce præced. *the turcois or turkois.*

CYATHISSO, as, a. 1. *to pour drink into one's cup, serve up wine in a cup*, κυαθίζω, potum cyathis subministro. *Plaut. Men.* 2. 2. 29. Tibi sæpissime cyathisso, apud nos quando potas. ¶ Possis et *cyathizo* scribere.

CYĂTHUS, i, m. *a cup, goblet*, κύαθος, genus poculi: a χύω, fundo, ut videtur. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 26. docet, successisse in conviviis in locum simpuli, ducto more a Græcis. *Martial.* l. 1. epigr. 72. Nævia sex cyathis, septem Justina bibatur, Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus. Tangit *Martial.* morem tot pocula bibendi, quot litteris constabant nomina amicorum. *Horat.* l. 1. od. 29. v. 7. Puer quis ex aula capillis Ad cyathum statuetur unctis. *h. e.* ad officium pincernæ. *Juvenal.* sat. 9. v. 46. sed tu sane tener et puerum te, Et pulcrum, et dignum cyatho, cæloque putabas. *h. e.* munere pincernæ, quo fungitur Ganymedes ad mensam Jovis. Hinc *servus a cyatho* est pincerna, *a cup-bearer.* Inscriptio apud *Gruter.* pag. 582. n. 4. Doryphoro Cæsaris a cyatho. Adde aliam apud *Fabrett.* cap. 10. n. 370. ¶ Est etiam mensura parva liquidorum et aridorum, pondere drachmarum decem, ut *Plin.* l. 21. *c. ult.* tradit, continensque sextarii partem duodecimam, teste *Rhemn. Fann. de ponderib.* v. 80. *a measure of liquids containing the twelfth part of a* sextarius. Hinc *Horat.* l. 3. od. 19. v. 11. tribus, aut novem Miscentor cyathis pocula commodis. *h. e.* pocula, quæ tres aut novem cyathi mensuras contineant. *Plin.* l. 20. c. 21. Dimidium cyathum succi malvæ sorbere. *Id.* l. 14. c. 9. Cyathus salis. *Colum.* l. 8. c. 4. *ad fin.* Singulis gallinis quaterni cyathi diurna cibaria sunt.

CYBĔA, æ, navis onerariæ genus quoddam, *a ship of burden, merchant-vessel. Cic. Verr.* 6. c. 8. et *Verr.* 7. c. 17. Navem vero Cybeam maximam, triremis instar, &c. ¶ Eam quadratam fuisse, et a κύβος dictam, aliqui suspicantur. Alii ἀπὸ τῆς κύπης, quæ *Hesychio* est εἶδος νεὼς, genus navis. Alii leg. *cybæa*, alii etiam aliter.

CYBĒBE, es, f. Κυβήβη, dea eadem, quæ Cybele. *Phædr.* l. 3. fab. 20. v. 4. Galli Cybebes circum quæstus ducere Asinum solebant bajulantem sarcinas. et fab. 17. v. 3. Pinus Cybebæ, populus celsa Herculi. Vetus Inscriptio, quam se primum vidisse testatur *Marquard. Gud. ad Phædr. cit. fab.* 20. Virius Marcarianus V. C. Deam Cybeben P. S. ¶ Multis, satisque solidis argumentis idem *Gudius ibid.* probare nititur, quotiescumque hujus vocis pænultima a poetis producitur, *Cybebe*, scribendum esse, non *Cybele*, aut *Cybelle*, quod Græci tantum vel Κυβέλη dixerint, vel Κυβήβη, unde fieri Latinum *Cybĕle*, et *Cybēbe*, quorum prioris penultimam produci non posse, alterius omnino debere; quod utraque vox æque apud Poetas, ac prosæ Scriptores in usu fuerint; quod ita habeatur in optimis MSS. *Phædri*, *Virgil.* 10. *Æn.* v. 220. *Lucani* l. 1. v. 600. &c. Eodem modo legendum esse in *Silii* l. 17. v. 8. et alibi, putat *Drakenborch.* et in *Prudentii* περὶ στεφ. 10. *de S. Romano*, v. 196. *Heinsius*, et in *Propertii* l. 3. el. 15. v. 35. et alibi *Broukusius*, &c. Horum auctoritate et rationibus explodenda est *Cybele* pænult. prod. tanquam sit a Græco Κυβήλη: et *Cybelle* duplici *ll*, tanquam sit necessitate aut licentia poetica inducta: quamquam utraque scribendi ratio suos aliquot habet et Codices MSS. et fautores.

CYBĔLE, es, f. Κυβέλη, filia Cæli et Vestæ, soror et uxor Saturni, mater Jovis et omnium deorum, al. Ops, Terra, Tellus, Berecyntia, Rhea, Dindymene, Pales, Mater Idæa, vel Phrygia, vel Pessinuntia, Mater alma, Mater deorum, Mater magna, &c. Dicta est a Cybele opp. Phrygiæ, vel a Cybelo monte, quem incolebat, in quo ejus sacra primo sunt instituta, vel a Cybelo primo illius sacerdote. *Serv.* ad. 10. *Æn.* v. 220. vel quod agat homines in furorem, quod Græci κύβηβον dicunt, ut ait *Festus.* V. vocem præcedent. ¶ Curru quatuor rotarum vehi fingitur, quia mundus semper rotatur, et volvitur, terra autem pendet in aere. Currum duo leones, vel leo et tigris trahunt, propter bestias, quæ in terra gignuntur, et ex terra vivunt, vel quia Phrygia leonibus et aliis feris animantibus abundat. Turrim in capite gestat, ad significandas urbes et arces. Veste induta est arboribus et herbis picta, quia terra hisce rebus tecta est. Sacerdotes currum præcedebant cymbala pulsantes, idest instrumenta ex ære. Appellati Corybantes fuerunt, et Galli, a Gallo fluvio Phrygiæ, qui templo hujus deæ vicinus erat, vel a Gallo primo sacerdote. Hos spadones esse oportebat, propter Atyn, de quo V. suo loco. Eorum præses Archigallus dicebatur. Testes autem sibi Samia testa amputabant. *Virg.* 3. *Æn.* v. 111. Hic mater cultrix Cybele, Corybantiaque æra. *Martial.* l. 1. epigr. 71. Et Cybeles

pecto stat Corybante tholus. Lege *Catulli* carmen 62. *de ity.* item *Lucret.* l. 2. v. 598. *et sequentib.* ubi quæ ad Cybelem pertinent, fuse explicat. ¶ Quandoque penultima producitur, vel quia Græci etiam Κυβήλη dixerint, vel quia *Cybelle* duplici *ll* scribi tunc debet. Sed V. dicta in voce præced.

CYBELEIUS, a, um, adject. Κυβελήιος, ad Cybelem pertinens, ut Cybeleius Attis, *Ovid. Metam.* 10. v. 104. ¶ Apud *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 176. nosse Cybeleia limina dicitur, qui Prætor Romæ fuit, præfuitque ludis Megalensibus Cybelæ dicatis.

CYBELUS, Κύβελος, mons Phrygiæ, in quo Cybele mater deorum colebatur. *Vibius Sequester de montib.*

CYBIARIUS, ii. m. qui cybia facit, et vendit. *Arnob.* l. 2. pag. 70. Cybiarios, salinatores, bolonas, &c.

CYBICUS. V. *Cubicus.*

[*CYBIOSACTES, is, m. a κύβιον, *cybium*, et σάττω *constipo*, qui cybia seu salsamenta constipat et condit. *Sueton. in Vespas.* c. 19. Alexandrini Cybiosactem eum vocare perseveraverunt, cognomine unius e regibus suis turpissimarum sordium.]

CYBIRA. V. *Cibyra.*

CYBIUM, ii, n. *a square slice or cut of salt-fish ; a rand of tunny*, κύβιον, frustum quadrata figura concisum, et sale conditum : a κύβος, cubus, ut *Festus* docet. Fiebat præcipue ex pelamide. *Plin.* l. 9. c. 15. Pelamides in apolectos particulatimque consectæ, in genera cybiorum dispartiuntur. *Id. sub fin.* l. 32. Triton pelamidum generis magni : ex eo uræa cybia fiunt. *Martial.* l. 5. epigr. 79. v. 5. Divisis cybium latebit ovis. ¶ Ipsa quoque pelamis, ex qua dissecta tale salsamentum fit, cybium dicitur. *a kind of tunny. Varr.* l. 4. *L. L.* c. 12. Muræna, cybium, thynnus. *Festus* quoque genus piscis esse docet, *quia*, inquit, *piscantes id genus piscium velut aleam ludunt.* Ubi tum de ipso pisce, tum de concisis ejus frustis intelligendus est.

CYCĔON, onis, m. κυκεὼν, genus potionis ex multis liquoribus confectæ. *Arnob.* l. 5. pag. 174. et 175. Sitienti adoris oggerit potionem cinnum, cyceonem quem nuncupat Græcia. V. *Polenta.*

CYCHRĂMUS, i, avis, quæ coturnices trans mare redeuntes comitatur. *Plin.* lib. 10. cap. 23.

CYCLADĀTUS, a, um, *wearing a* cyclas, cyclade indutus. *Sueton. in Calig.* c. 52. Manuleatus, et armillatus in publicum processit, aliquando sericatus, et cycladatus.

CYCLĂDES, um, f. Κυκλάδες, insulæ multæ in Ægæo mari, quæ una cum Sporadibus dicuntur a nostris *the islands of the Archipelago.* Sunt autem novem numero, si *Hygino* credimus fab. 276. idest Andros, Mycone, Delos, Tenos, Naxos, Seriphus, Gyarus, Paros, Rhene. Dictæ sunt a κύκλος, circulus, quia ut *Plin.* tradit l. 4. c. 12. circa Delum in orbem quodammodo dispositæ sint : vel quod longo ordine eas circuire navigando necesse sit, ut est apud *Serv.* ad illud *Virg.* 3. *Æn.* v. 126. sparsasque per æquor Cycladas. *Ovid.* 1. *Trist. eleg. ult.* v. 8. Cycladas Ægæas obstupuisse puto. ¶ In singulari num. *Vitruv.* l. et cap. 7. Ejus vis metalli insulæ Cycladi Melo dicitur esse. *Juvenal.* sat. 6. v. 562. cui vix in Cyclada mitti Contigit. *h. e.* in exsilium, quia mos fuit multos in aliquam ex Cycladibus deportandi. Adde *Sil.* l. 4. v. 347. et *Senec. in Herc. Oet.* v. 803.

CYCLAMĪNOS, i, f. et Cyclaminum, i, n. κυκλάμινος, herba est folia habens maculis albicantia, minora hedera, nigrioraque, et tenuiora sine angulis, caulem exiguum et inanem, florem purpureum, radicem latam, ut rapum videri possit, cortice nigro. Nascitur in umbrosis : a Latinis tuber terræ vocatur. Angli rustici appellant *sow-bread*, quia pabulum porcis jucundissimum esse, observatum est. Alia est cognomine cissanthemos, geniculato caule, supervacuo, circa arbores se volvens, acino hederæ, sed molli, flore candido, specioso, radice nullius usus. Tertia est cognomine chamæcissos uno folio, radice ramosa. Hæc *Plin.* l. 25. c. 9. *sub fin.* ubi varios etiam recenset earum usus in medicina. ¶ *Id.* l. 21. c. 9. et 11. neutro genere extulit.

CYCLAS, adis, f. κυκλὰς, insula maris Ægæi. V. *Cyclades.* ¶ Item vestis muliebris genus (ut et *Serv.* tradit ad 1. *Æn.* v. 286.) ex tenui panno, amplæ, prælongæ, et sinuosæ, totumque corpus circumtegentis : a κύκλος, circulus, orbis, quia ad imum rotunda erat, vel quia assutum oræ limbum aureum vel purpureum, in orbem habebat. *a kind of robe worn by women, of a round form, and with a long train. Juvenal.* sat. 6. v. 258. Hæ sunt, quæ tenui sudant in cyclade, quarum Delicias et panniculus bombycinus urit. *Propert.* l. 4. el. 7. v. 36. Quæ modo per viles inspecta est publica noctes, Hæc nunc aurata cyclade verrit humum. *Vopisc. in Saturn.* c. 9. Cyclade uxoria amictus. ¶ Pænultimam produxit *Venant. Fortun.* lib. 8. carm. 4. *post med.* non imitandus.

CYCLĬCUS, a, um, adject. *circular, turning round*, κυκλικὸς, q. d. orbicularis, seu circularis. *Horat. de art. Poet.* v. 136. Nec sic incipias, ut scriptor cyclicus olim. *a trivial poet, who writes of nothing but antiquated fables, as the birth of the gods, the rape of Helen*, &c. Ubi *Acron. vet. Scholiast.* Cyclicus, qui ordinem variare nescit ; vel qui carmina sua circumfert, quasi circumforaneus, circulator. Quæ posterior interpretatio verior videtur. Alii tamen volunt intelligi eum, qui integrum aliquod corpus, seu orbem fabularum, vel historiæ composuerit. (V. *Casaubon. in Athen.* l. 7. c. 3.) Est etiam qui putat *Cyclicus* esse nomen proprium. *Bentleius* legi vult *cyclius*, a Græco κύκλιος, quod idem omnino significat, quod κύκλικος, et versum suaviorem reddit.

CYCLOPĒUS, et Cyclopius, a, um, adject. *Cyclopian*, Κυκλώπειος, et Κυκλώπιος, ad Cyclopes pertinens. *Virg. Æn.* 1. v. 205. Cyclopea saxa. *Sil.* l. 14. v. 33. Cyclopea regna. Et vers. 531. ad cædes Cyclopia corde libido. *Senec. in Herc. Fur.* v. 997. Cyclopea saxa. *h. e.* mœnia Mycenarum. V. vocem sequent.

CYCLOPS, opis, m. Κύκλωψ, *a Cyclops.* Cyclopes fuerunt gigantes, seu populi antiquissimi in Sicilia juxta Ætnam : κύκλος, *circulus*, et ὢψ, oculus, quod unum oculum in fronte haberent, ut est in fabulis apud *Serv.* ad 8. *Æn.* v. 619. Inter hos præcipue celebrantur, Brontes, Steropes, Pyracmon : de quibus *Virg. Æn.* 8. v. 424. Omnium primi æris fabricam invenisse traduntur. Hinc factus locus fabulæ, ut Vulcani ministri crederentur, et Jovi fulmina fabricare. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 63. Pastorem saltaret uti Cyclopa, rogabat. *Virg.* 11. *Æn.* v. 263. Ætnæos vidit Cyclopas Ulysses. ¶ *Serv. ad Æn.* 6. v. 398. et 7. *Æn.* v. 761. scribit ab Apolline fuisse sagittis confixos ob iram ac dolorem Æsculapii filii sui ab Jove interempti. Ob quam rem coactus fuit Admeti regis, divinitate deposita, novem annos apud Amphrysum armenta pascere. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 445. [† *Eurip. Alcest.* ad init.] ¶ Turrium, altorumque mœnium inventores fuisse dicuntur, ut ex *Aristotele* tradit *Plin.* l. 7. c. 56. opinor quia cum fabri essent, spiracula altiora tecto officinæ superstruxerant ad emittendas favillas. Hinc *Virg. Æn.* 6. v. 630. Cyclopum educta caminis Mœnia conspicio. *h.e.* turres et Mœnia Ditis. *Servius*: hoc est magna. ita enim cujuslibet rei magnitudinem significabant : adeo ut *Statius* (lib. 1. *Theb.* v. 251.) Argivorum muros ab ipsis dicat esse perfectos. Confirmat idem *Stat.* ibid. v. 630. et *Vetus* ejus *Scholiast.* ad priorem locum : item *Senec. in Herc. Fur.* v. 997. ubi *Cyclopea saxa* pro muris Mycenarum posuit. Ceterum illud *Cyclopum educta caminis mœnia* interpretari possumus ænea (tales enim a Poetis finguntur) et in officinis Cyclopum veluti elaborata.

CYCNEĬUS, et Cygneius, a, um, *of or like a swan*, ad cycnum pertinens. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 371. Cycneia Tempe. *Id. in Ibin*, v. 465. Cycneius heros. *h.e.* Tenos quidam Cycni filius, a patre in arcam clausus, et in mare demersus. Al. aliter leg.

CYCNĒUS, a, um, κύκνειος, ad Cycnum pertinens. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 8. v. 1. Jam mea cycneas imitantur tempora plumas. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 2. Illa tanquam cycnea fuit divini hominis vox et oratio. *soft and sweet, harmonious.* [¶ *Cycnea specula* est collis, circa quem posita est urbs Brixia, Cenomanorum olim caput, a Cycno Liguris filio, qui illius urbis conditor fuisse traditur ; etiamnum is collis *Cigneo* vocatur. *Catull. carm.* 67. v. 32. Brixia, Cycneæ supposita speculæ, Flavus quam molli percurrit flumine Mela.]

CYCNUS, et Cygnus, i, m. *a swan*, κύκνος, Græca vox, Latine olor, avis candida, anseri similis sed major, circum stagna, lacus, et flumina incolens, arguta voce prædita, præsertim imminente jam morte, quam instinctu quodam præsentiens, cum cantu et voluptate significare dicitur : quam ob causam Apollini sacer est. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 30. [† Ab Ægyptiis, qui pro sene musico cygnum hieroglyphice depingebant, emanasse fabulam istam, toties et apud Græcos et apud Latinos poetas concelebratam, olim observaveram ad *Hieroglyph. Orig. et Nat.* p. 51. οὗτος γὰρ (verba sunt *Horapollinis*, 2. 39.) ἡδύτατον μέλος ᾄδει γηράσκων. Poteram adjecisse ex *Athenæo*, Alexandrum Myndium retulisse, se moribundos plures cygnos prosecutum cantum nullum audivisse. V. p. 393. *ed. Casaub.*] [¶ Translate *cycnus* accipitur pro poeta. *Horat.* lib. 4. od. 2. v. 25. Multa Dircæum levat aura cycnum. *h. e.* Pindarum Thebanum, nam Dirce fons est in Bœotia. *Virgil.* ecl. 9. v. 27. Vare, tuum nomen Cantantes sublime ferent ad sidera cycni.] ¶ Fabulantur fuisse hoc nomine regem Liguriæ, Stheneli filium, Phaethonti propinquum, dulcedine cantus ab Apolline donatum : cujus fulmine icti mortem longo luctu deflens, in avem conversus sit, quæ moriens flebile canit. *Hygin.* fab. 154. et *Virgil.* 10. *Æn.* v. 189. *Servius*, et *Ovid. Metam.* 2. v. 367. ¶ Ab Apolline in cælum translatus fuit, et collocatus inter circulum Arcticum, et Tropicum Cancri, capite versus Lyram, cauda ad caput Cephei, sidus constans stellis tredecim. *Hygin. Poet. Astron.* l. 3. c. 7. ¶ Alius fuit Cycnus Neptuni filius ex Calyce Hecatæonis, sive Hecatonis filia. *Hygin.* fab. 157. Hic esse videtur, de quo *Ovid.* 12. *Metam.* v. 72. *et sequentib.* narrat, pro Trojanis pugnantem, cum fortissimus esset, et Patris munere invulnerabilis, plurimosque Græcorum occidisset, tandem ab Achille suæ ipsius galeæ vinculis, quoniam neque hasta, nec gladio ferire poterat, constrictis faucibus suffocatum fuisse : dumque ab eo spoliaretur, in avem cognominem a Neptuno fuisse mutatum. ¶ Item duo Martis filii, quorum alterum ex Pelopia genitum Hercules occidit. *Hygin.* fab. 31. et 16. 1. Alterum in certamine ludorum Acasti Pilum quendam occidisse ferunt Diodoti filium. *Id.* fab. 173. ¶ Alius Ociti et Aurophites filius duodecim navibus in Trojano bello operam Græcis navavit suam. *Id.* fab. 97. ¶ Alius denique Hyries filius memoratur ab *Ovid.* 7. *Metam.* v. 371. qui ob amici repulsam spretumque amorem, e saxo se dedit præcipitem, inque eo saltu in cycnum conversus est. Cujus mater Hyrie fletu et mœrore stagnum suo de nomine fecit. ¶ De Jove in cycnum converso, ut Ledam falleret, V. in *Castor.* ¶ Dicuntur cycni currum Veneris trahere. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 808. ¶ *Quid enim cycnis contendat hirundo?* proverb. in eos, qui impares cum fortioribus congrediuntur, apud *Lucret.* l. 3. v. 6. cui simile est illud *Virg. Ecl.* 8. v. 55. Certent et cycnis ululæ. ¶ Aliquando prima syllaba corripitur, more Græcorum, *n* littera liquescente. *Horat.* l. 4. ad. 3. v. 20. Donatura cycni, si libeat, sonum. Adde *Auson.* epist. 20. v. 8.

CYDA. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 93. Et quibus Arcadia carmen testudine mensis Cyda labor, nomenque fuit. Al. leg. *Oda*, al. *Chorda*, al. *Lyda*, quæ omnia ex conjectura. Et τὸ *mensis* al. nomen esse putant a *mensa*, al. particip. a *metior.* Locus est corruptus, sententia apparet.

CYDĂRIS, is, f. V. *Cidaris.*

CYDĂRUM, i, n. genus navigii. *Gell.* l. 10. c. 25.

CYDNUS. i, m. [† nunc] *Carasu*, fluvius Ciliciæ, qui Tarsum præterfluit. De eo *Curt.* l. 3. c. 4. et 5. *Vitruv.* etiam scribit, ejus aquam podagricis salubrem esse, l. 8. c. 3. Lucidum appellat *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 204. propter aquarum claritudinem.

CYDON, ōnis, et Cydonia, æ. f. [† hod.] *Canea*, Κύδων, Κυδωνία, urbs Cretæ in ora Boreali, inter Rhitymnam et Cisamum. *Pompon. Mela* l. 2. c. 7. Panacra, Cydonia, Marathusa, Dictynna. *Plin.* l. 4. c. 12. Cisamum, Pergamum, Cydon, &c. *Seren. Summon. cup. de præcordiis sanandis.* Aut quæ poma Cydon Creteis misit ab oris. *Flor.* l. 3. c. 7. Mater urbium Cydonia, ut Græci dicere solent. Al. hic. leg. *Cydonea.*

[* CYDONARIUM, ii. n. locus malis cydoniis consitus. *Campol. in Litholex.* Cydonarium disposui.]

CYDŌNES, onum, Κύδωνες, populi Cydonis urbis, et generatim Cretenses, peritissimi sagittandi. *Lucan.* l. 7. v. 229. Illuc et Libye Numidas, et Creta Cydonas Misit. ¶ In singul. num. *Virg.* 12. *Æn.* v. 858. Parthus, sive Cydon telum immedicabile torsit.

[* CYDONEUM, i, n. potio ex pomis cotoneis. *Ulpian. Dig.* l. 33. tit. 6. leg. 9. Cydoneum, et si qua alia sunt, quæ non ex vinea fiunt, vini appellatione non continebuntur.]

CYDONĒUS, a, um, Κυδώνειος, ad Cydonem pertinens. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 293. Cydoneæ juvencæ. ¶ Ponitur etiam generatim pro Cretensi. Cretenses autem peritissimi fuerunt in arte sagittandi. Hinc *Stat.* 7. *Theb.* v. 339. Cydoneas anteibunt gæsa sagittas. *Sil.* l. 10. v. 261. Ecce Cydonea violatus arundine plantam Lentulus. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 22. Cydoneæ pharetræ.

CYDONIĀTÆ, arum, m. populi Cydonis urbis Cretæ. *Liv.* l. 37. c. *ult.* et *Plin.* l. 8. c. 58.

CYDONĪTES, æ, m. et f. Κυδωνίτης, Cydoneus. *Colum.* l. 3. c. 2. *sub init.* Vites stephanitæ, tripedaneæ, unciariæ, Cydonitæ. ¶ Absolute *cydonites* est quod nos dicimus *quiddany, marmalade*, cydonia scilicet mala concisa et decocta. Legitur in lemmate tit. 20. lib. 11. *Palladii.*

CYDONĬUS, a, um, Κυδώνιος, ad Cydonem urbem Cretæ pertinens, Cydoneus. *Virg. Ecl.* 10. v. 59. libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula. Adde *Horat.* l. 4. od. 9. v. 17. V. *Cydones.* ¶ *Cydonia mala, quinces*, (quæ et *Cydonia* absolute dicuntur a *Propert.* l. 3. el. 11. v. 27. et *Calpurn.* eclg. 2. v. 91.) V. *Cotoneum.* ¶ Sic *Cydonia arbor*, et *Cydonia* absolute, *h. e.* malus cotonea. V. *ibid.*

CYGNUS, &c. V. *Cycnus.*

CYLIBĀTHUM. V. in *Cibilla.*

CYLINDRĀTUS, a, um, *in the form of a cylinder*, figuram cylindri habens, κυλινδρώδης. *Plin.* l. 18. c. 12. *sub fin.* Siliquæ rotundæ ciceri, piso cylindratæ. Ita *Harduin.* ex MSS. Al. *cylindraceæ.*

CYLINDRUS, i m. *a cylinder*, κύλινδρος, lapis, aut lignum, aut quidvis aliud, oblongum quod sit ac rotundum instar columnæ, æquale tamen omnibus partibus, neque in medio tumens, ut in columnis fit : a κυλίω, volvo. *Cic.* 1. *de natur. Deor.* c. 10. At mihi vel cylindri, vel coni, vel pyramidis (*forma*) videtur esse formosior. ¶ Hinc cylindrum appellavere lapidem hujus figuræ, quo utebantur rustici ad areas æquandas, huc et illuc sæpius volutando, *a roller. Virg.* 1. *Georg.* v. 178. Area cum primis ingenti æquanda cylindro. *Cato R. R.* c. 129. Aream cylindro, aut pavicula coæquato. *Plin.* l. 19. c. 8. *a med.* Calcare aliquid cylindro. *Vitruv.* l. 10. c. 6. In palæstris cylindri exæquant ambulationes. ¶ Gemmæ quoque hac figura quæ sunt, hoc nomine appellantur. *Juvenal.* sat. 2 v. 61. donant arcana cylindros. *Plin.* l. 37. c. 5. *ad fin* Cylindros ex beryllis facere malunt, quam gemmas, quoniam est summa commendatio in longitudine. et cap. 8

Cylindri ex chrysoprasio. ¶ Adjectivi more *Gell.* l. 6. c. 2. *a med.* Lapidem cylindrum si per spatia terræ prona atque derupta jacias.

CYLLĂRUS, et Cyllăros, i. m. Κύλλαρος, unus ex Centauris, idemque formosissimus, qui una cum uxore Hylonome in pugna cum Lapithis occisus occubuit. *Ovid. Metam.* 12. v. 393. *et sequentib.* ¶ Item Castoris equus celebris. *Virg.* 3. *Georg.* v. 89. Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus. Ubi *Servius:* Atqui Castor equorum domitor fuit: sed fratrem pro fratre posuit. Aut ideo Pollucem pro Castore posuit, quia ambo licenter aliquando *Castores* vocantur. *Stat.* 6. *Theb.* v. 327. tua furto lapsa propago, Cyllare, dum Scythici diversus ad ostia ponti Castor Amyclæas remo permutat habenas. *Senec. in Hippol.* v. 810. Frenis Castorea mobilior manu Spartanum poteris flectere Cyllaron. Adde *Valer. Flacc.* l. 1. v. 425. *Propert.* l. 3. el. 12. v. 17. et el. 21. v. 26. *Martial.* l. 8. epigr. 21. et *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 555.

CYLLĒNE, es, f. Κυλλήνη, mons excelsus Arcadiæ, in quo cypressi abunde proveniunt. In eo Mercurium natum, atque educatum tradunt. *Virg.* 8. *Æn.* v. 138. Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 270. Alta Cyllene. et lib. 4. v. 87. Cupressifera. *Plin.* l. 10. c. 30. scribit, merulas circa hunc montem, nec usquam aliubi, candidas nasci. ¶ Apud *eund.* l. 4. c. 5. sinus Cyllenes, olim Eleorum navale, est in Elidis ora litorali, prope ea loca, ubi nunc est *Chiarenza*, ubi fuit Cyllene oppidum cum portu capaci memoratum a *Pomponio Mela* l. 3. c. 2. in quo, non in monte Arcadiæ, Mercurium natum fuisse ait, ob id insigni. ¶ Est etiam nomen Nymphæ, quam *Festus* Mercurii nutricem facit, alii matrem, alii aviam. *Serv.* ad 4. *Æn.* v. 252.

CYLLENEŬS, a, um, Κυλλήνειος, ad Cyllenem, et Mercurium pertinens. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 109. Quale ferunt Graii Pheneum prope Cylleneum. *h. e.* Pheneum, Φένεον, quod *Plin.* l. 4. c. 6. inter oppida Arcadiæ recenset. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 304. Cylleneus vertex. *h. e.* cacumen Cyllenes montis. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 147. Hanc placet ornari testudine Cyllenea. *h. e.* capillorum positu simili testudinis, seu lyræ, cujus inventor est Mercurius. *Horat.* 13. v. 9. fide Cyllenea Levare duris pectora sollicitudinibus. *h. e.* lyra. ¶ Legitur et *Cyllenæus.*

CYLLĒNIS, idis, Κυλληνίς, adject. femininum, ad Cyllenium, seu Mercurium pertinens. *Sil.* l. 16. v. 500. credas Cyllenida plantam Ætherio nexis cursu talaribus ire. *h. e.* pedes Mercurii. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 175. trepidum Perseus, et inermia frustra Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe. *h. e.* curva falce, quam a Cyllenio acceperat: vel similem illi, qua Cyllenius Argum occiderat, ut est l. 1. *Metam.* v. 717. Adde *Lucan.* lib. 9. v. 622. et 676.

CYLLENĬUS, a, um, Κυλλήνιος, ad Cyllenem Arcadiæ montem pertinens: item ad Mercurium, qui in eo monte natus est. *Pompon. Mela* l. 2. c. 3. Cyllenius mons. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 725. Ecce redit Cephalus silvis, Cyllenia proles. *h. e.* Mercurii filius ex Creusa. *Virg.* 1. *Georg.* v. 337. Cyllenius ignis. *h. e.* Mercurii stella. *Id.* 4. *Æn.* v. 258. Cyllenia proles. *h. e.* ipse Mercurius, qui et *Cyllenius* absolute dicitur *ibid.* v. 252. et 276. et ab *Ovid.* 14. *Metam.* v. 291. &c. Hujus autem appellationis causam non unam affert *Festus* his verbis: Cyllenius Mercurius dictus, quod omnem rem sermo sine manibus conficiat: quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ vocantur: ideoque quadratum eum fingunt. Alii volunt, sic appellatum, quod in Cyllenia via sit nutritus: alii quod in monte Arcadiæ Cyllene: alii quod a Cyllene sit Nympha educatus. Hactenus *Festus;* quam vere alii viderint. Nam quod de Cyllenia via narrat, alii aliter legi mallent. *Servius* ad 8. *Æn.* v. 138. narrat, Mercurio in monte dormienti, tanquam furi, manus fuisse amputatas a Plexippo, et Eneto Chorici regis Arcadiæ filiis, quod palæstricam artem ab iis clam hausisset, vulgassetque. Inde κυλλόν, et Cyllenium dictum.

CYLLĒNUS, i, m. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 217. Et cum Cylleno gelidi pineta Lycei. *h. e.* cum Cyllenio monte. *Heinsius* tamen vult legi *Cyllene.*

CYLLO. V. *Cilo.*

CYMA, æ, f. et Cyma, atis, n. *a young sprout of colewort or other herbs; a little shoot or branch,* κῦμα, quorundam olerum, et præsertim brassicæ delicatior teneriorque cauliculus, ut *Plin.* l. 19. c. 8. definit, qui emitti solet vere primo, suavissimus esui, sed medicinæ inutilis, ut *Id.* 20. c. 9. tradit. Dicta est a κύημα contracte, quasi partus, quia florem et semina continet suo tempore eruptura. *Pls.* l. 2. c. 21. Mali succi est brassica, magisque etiam cyma ejus. *Plin. loc. prius cit.* Brassica cymas a prima sectione præstat proximo vere. *Colum.* l. 10. v. 130. Fribus caules, et veri cymata mittit. *Id.* l. 11. c. 3. *ante med.* Brassicæ major pars in cymam prosilit. *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 29. Asparagi molles, viride cyma.

CYMÆUS. V. *Cumæus.*

CYMATĪLIS, le, *of a cerulean or azure colour, of the colour of the sea,* qui est coloris viridis et marini, aut, quod idem fere est, cærulei, ac Veneti: a Græco κῦμα, fluctus, unda. Ita *Nonius* c. 16. n. 1. ubi *Titinn.* Et quem colos cymatilis deceat. *Plaut. Epid.* 2. 2. 49. Cymatile, aut plumatile, cerinum, aut melinum. ¶ Scribitur et *cumatilis.* facile enim, et ex Latina consuetudine Græcum υ in u transit.

CYMATĬUM, et Cymation, ii, n. *a kind of carved work resembling the waves of the sea; a wave, ogee, or ogive, in architecture,* κυμάτιον, membrum in architectura, cujus pars quædam est turgidior, quædam pressior, idque molliter, et sine angulo, in modum aquæ undantis: a κῦμα, unda. Locum habet in capitulis, epistyliis, stylobatis, coronis, &c. ut patet ex *Vitruv.* l. et cap. 3. et l. 4. c. 6. ¶ In veteri Lapide apud *Gruter.* pag. 207. col 2. habetur *cumatium* ea ratione, quæ dicta est in voce præced.

CYMBA, æ, f. *a boat, pinnace, skiff,* κύμβη, Græca vox teste *Festo*, a κύμβος, cavus recessus, ut *Hesych.* interpretatur. Itaque proprie videtur significare illas, quas *Virg.* 1. *Georg.* v. 136. appellat *alnos cavatas.* Universim autem est genus navigii minoris, amnibus, et lacubus, stagnisque trajiciendis. *Cic.* 3. *Offic.* c. 14. Cymbarum ante hortulos multitudo. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 329. Non ideo debet pelago se credere, siqua Audet in exiguo ludere cymba lacu. *Id.* 6. *Fast.* v. 777. celeri decurrere cymba. *Id.* 1. *Metam.* v. 293. Cymba adunca. *Id.* 3. *Amor.* el. 6. v. 4. Concava cymba. *Horat. in fi.* odes 3. lib. 2. omnium Versatur urna serius ocius Sors exitura, et nos in æternum Exsilium impositura cymbæ. *h. e.* navi Charontis, de quo *Virg.* 6. *Æn.* v. 303. Et ferruginea subvectat corpora cymba. et *Propert.* l. 3. el. 16. v. 24. Scandenda est torvi publica cymba senis. *Plin.* l. 7. c. 46. *ad fin.* cymbam Phœnices invenisse ait. ¶ Translate *Propert.* l. 3. el. 2. v. 21. Cur tua præscriptos evecta est pagina gyros? Non est ingenii cymba gravanda tui. ¶ Scribitur et *cumba* ea ratione, qua in *Cymatilis* dictum est. *Prudent. peristeph.* 4. *de S. Hippol.* v. 69. quos properes rimosæ imponere cumbæ. *h. e.* occidere. *Bentlei.* quoque *cumbæ* edidit in *Horat. loc. cit.*

[* CYMBALĀRIS, is, f. herba eadem ac cotyledon, seu umbilicus Veneris. *Apul. de herb.* c. 43.]

CYMBALĬCUS, a, um, ad cymbalum pertinens. *Venant. Fortun.* lib. 2. carm. 10. *ad fin.* Cymbalicæ voces calamis miscentur acutis.

CYMBĀLIS, idis, f. idem quod cymbalistria, κυμβαλίς. Inscriptio vetus apud *Gruter.* pag. 318. n. 12. Hic sita est Propitiæ pupa, et famula, Bacchi cymbalis. [Monente doctiss. *Marinio Fratr. Arval.* pag. 415. dele totum hoc caput, nam hic *Forcellinus* primo male disjunxit *famula* a voce *Bacchi*, nam ea non *Bacchi cymbalis*, sed *famula Bacchi* fuit; deinde, quod caput est, falso legit *cymbalis*, cum reapse breviata sit vox pro *cymbalistria*, quæ sola Latina est. Adde *Forcellinum* arbitrio suo, ut sæpissime solet, Græcam vocem κυμβαλίς, quæ nusquam alibi reperitur, confinxisse.]

CYMBALISSO, et Cimbalizo, as, *to play on the cymbal,* cymbalum quatio, κυμβαλίζειν. *Cassius Hemina* apud *Non.* c. 2. n. 169. Mulier cantabat tibiis Phrygiis, et altera cymbalissabat.

CYMBALISTA, æ, m. *a player on the cymbal,* κυμβαλιστής, qui pulsat cymbala. *Apul. de Deo Socratis.* Strepitu cymbalistarum, et tympanistarum, et choraularum.

CYMBALISTRĬA, æ, f. *she that plays on the cymbal,* quæ cymbalum pulsat. *Petron. in Satyr.* c. 22. *extr.* Intrans cymbalistria, et concrepans æra, omnes excitavit.

[* CYMBALĪTIS, idis, f. herba eadem ac cymbalaris. *Marcell. Empir.* c. 14.]

CYMBĂLUM, i, n. *a cymbal, hollow musical instrument of brass,* κύμβαλον, vox Græca ab eadem radice, unde *cymba*, significat instrumentum æreum cavum, hemicycli figura (ut ex *Serv.* ad 4. *Georg.* v. 64. habetur) latumque instar pelvis, quod percussum, instar crotali, sistri, aut cujusvis crepitaculi sonum edit. Adhibebatur præcipue in sacris Cybeles a Corybantibus et Gallis ejus ministris: item in saltationibus obscenis, et lascivis conviviis, et Bacchanalibus nocturnis. *Virg. loc. cit.* Tinnitusque cie, et Matris quate cymbala circum. Ubi *Servius:* Quæ in ejus tutela sunt, quod similia sint hemicyclis cæli, quibus cingitur terra, quæ est mater deorum. *Lucret.* l. 2. v. 618. Tympana tenta tonant palmis, et cymbala circum Concava. *Cic. in Pison.* cap. 9. Neque supercilium tuum, neque collegæ tui cymbala ac crotala fugi. et cap. 10. Cum collegæ tui domus cantu, et cymbalis personaret. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Quod si omnino recipiendum est (h. e. *cantus in pronuntiatione*) nihil causæ est, cur non illam vocis modulationem fidibus ac tibiis, imo mehercule, quod est huic deformitati propius, cymbalis adjuvemus. Similem huic locum habet *Plin.* l. 2. ep. 14. *sub fin.* ¶ Quod in Bacchanalibus quoque adhibitum sit, testis est locuples *Liv.* l. 39. c. 8. et 10. ¶ Fere autem in plurali num. usurpatur, quia bina pulsari solebant, alterum cum altero collidendo, et conjunguntur sæpe cum tympanis, ut apud *Liv. Plin.* et *Lucret. loc. cit. Apul. sub fin.* l. 8. *Metam. Plin.* l. 5. c. 1. et *Ovid.* 4. *Fast.* v. 213. quia simul cum his in sacris pulsabantur. *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 221. Gemina æra sonant, Idæaque terga, &c. *h. e.* cymbala et tympana. *cymbals and kettle-drums.* ¶ In machinis hydraulicis *cymbala* dicta sunt ob similitudinem vasa quædam ad sonum edendum accommodata. *Vitruv.* l. 10. c. 13. ¶ Translate *Plin. in Præfat. Hist. nat. a med.* Apion Grammaticus, hic quem Tiberius Cæsar cymbalum mundi vocabat, cum publicæ famæ tympanum potius videri posset. *h. e.* ubique personans certaminibus et contentionibus litterariis, unde et πλειστονίκης cognominatus est. *Poeta quidam in Catalect. Virgil.* Ite hinc inanis cymbalon juventutis. *h. e.* scholastici rhetores, et grammatici obstrepentes assidua contentione docendi auribus juventutis. Quo pertinet epigr. 70. l. 9. *Martial.* ¶ *Cymbalum* pro *cymbalorum* habet *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 21.

CYMBĬUM, ii, n. *a cup resembling a boat,* κυμβίον, genus vasis potorii, a figura cymbæ ita dicti, teste *Festo.* Multa autem sunt, inquit *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 21. poculorum genera a re navali cognominata. V. ibi plura ex Græcis auctoribus hac de re. *Virg.* 3. *Æn.* v. 66. Inferimus tepido spumantia cymbia lacte. et lib. 5. v. 267. Cymbiaque argento perfecta, atque aspera signis. *Martial.* lib. 8. epigr. 6. Cymbia ficta luto Saguntino. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 15. n. 21.

CYMBŬLA, æ, f. *a little boat, cock-boat,* dimin. a cymba. *Plin. in epist.* 20. l. 8. Ut cymbulæ onerariis adhærescunt.

CYME. V. *Cuma.*

CYMINDIS, *a sort of night-hawk,* accipitris genus noctu volans, internecinum bellum cum aquila gerens. *Plin.* l. 10. c. 8.

CYMĪNUM. V. *Cuminum.*

CYMĪNUS. V. *Ciminus.*

CYMODŎCE, es, et Cymodocea, æ, f. Κυμοδόκη, Κυμοδόκεια, Nympha marina, Nerei, et Doridis filia: a κῦμα, unda, et δέχομαι, suscipio, quia undas maris quiescere facit. *Virg.* 10. *Æn.* v. 225. et 4. *Georg.* v. 338. et *Hygin. in præfat. fabular.*

CYMŌSUS, a, um, *full of sprouts,* cymis abundans. *Colum.* l. 10. v. 138. Quæ duri præbent cymosa stirpe Sabelli.

CYMOTHŎE, es, f. Nympha marina, Nerei, et Doridis filia, a κῦμα, unda, et θέω, curro, quod per fluctus discurrat. *Virg.* 1. *Æn.* v. 148. et ibi *Servius.* Adde *Sil.* l. 3. v. 58.

CYNA, æ, f. arbor est in Arabia, folio palmæ simili, ex quo Arabes vestes sibi conficiunt. *Plin.* l. 12. c. 11.

CYNACANTHA, f. κυνακάνθη, q. d. spina canis: a κύων, κυνὸς, canis, et ἄκανθα, spina: planta est, cujus vermiculi cantharides generare dicuntur a *Plin.* l. 11. c. 35.

CYNAMOLGI, orum, m. Κυνάμολγοι, populi Africæ in Æthiopia canino capite, si *Plinio* l. 6. c. 30. *ad fin.* credimus. Alii dicunt canino lacte vesci: atque hoc ipsa appellatio significat: a κύων, κυνὸς, canis, et ἀμέλγω, mulgeo.

CYNĂRA. V. *Cinara.*

CYNEGETĬCUS, a, um, κυνηγετικὸς, venatorius: Cynegetica volumina quæ de venatione tractant, et ita inscripsere opus suum *Gratius*, et *Olympius Nemesianus*, a κυνηγέω, venor. *cynegetics, treatises on hunting.*

CYNĒUM mare dictum est, in quod Hecuba se præcipitavit, et in canem conversa est. *Hygin.* fab. 111. et 13. Κύνειος autem caninum significat.

CYNĬCE, es, f. Κυνικὴ, Cynicorum secta, apud *Auson.* epigr. 27.

CYNĬCE, adverb. *after the manner of the Cynics,* κυνικῶς, more Cynicorum. *Plaut. Stich.* 5. 4. 22. Potius in subsellio Cynice accipiemur, quam in lectis.

CYNĬCUS, a, um, *cynical, churlish, like a dog, currish, snarling, satirical,* Κυνικὸς, proprie caninum significat, a κύων, κυνὸς, canis. Transfertur autem ad denotandam Philosophorum quandam sectam. *the Cynics.* Fuerunt enim Philosophi ab Antisthene profecti, teste *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 17. ita dicti a Cynosarge gymnasio, ubi versabatur Antisthenes, vel a κύνες, canes, quasi canini, a canina mordacitate, qua in hominum vitia nullo discrimine invehebantur, sive quod canum more in propatulo et vesci, et ventrem exonerare, et coire non dubitarent. Hi Physicam et Dialecticam tollebant, solique Morali innitebantur, repudiabant liberales artes, maxime Geometriam et Musicam. *Juvenal.* sat. 13. v. 121. Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit A Cynicis tunica distantia. Ubi *Scholiast.* Dicit Cynicorum et Stoicorum dogma convenire, tantum veste distare. Nam Cynica mater est hæresis Stoicæ. *Petron. in Satyr.* c. 14. Ipsi, qui Cynica traducunt tempora cœna, Nonnunquam nummis vendere verba solent. *h. e.* vilioribus cibis, et parco ac sordido victu. *a mean supper; poor living.* ¶ In illo *Juvenal.* sat. 14. v. 309. *dolia nudi non ardent Cynici,* intelligitur Diogenes, qui nudus in dolio habitasse fertur. ¶ *Cynici spastici* dicuntur a *Plin.* l. 25. c. 5. *sub fin.* qui obnoxii sunt distortionibus et convulsionibus quibusdam, quæ in morem canini rictus ora distorqueant. Ita legit et interpretatur *Harduin. ex MSS. Cels.* l. 4. c. 2. *ad fin.* Circa faciem morbus innascitur, quem Græci κυνικὸν σπασμὸν nominant. Nihil aliud est, quam distortio oris.

CYNIPHĬUS. V. *Cinyphius.*

CYNĬRAS. V. *Cinyras.*

[* CYNOCARDĂMON, i, n. herba eadem ac nasturtium caninum. *Apul. de herb.* c. 20.]

CYNOCEPHALEA, æ, f. *an herb like a dog's head*, κυνοκεφαλαία, herba canino capiti similis, al. osirites, ad omnia venena efficax. *Plin.* l. 30. c. 2.

CYNOCEPHALI, orum, m. *apes with heads like dogs, baboons*, κυνοκέφαλοι, homines monstrosi, seu potius simiæ capillatæ, canino capite: quorum lacte vivere Nomades quosdam in Africa, *Plin.* l. 6. c. 30. tradit. Meminit etiam l. 8. c. 54. et lib. 37. c. 2. Dicti sunt a κύων, κυνὸς, canis, et κεφαλὴ caput. *Cic. Att.* l. 6. ep. 1. *sub fin.* Erat præterea cynocephalus in essedo: nec deerant onagri. ¶ Apud *Tertull. in Apologet.* cap. 6. Cynocephalus est Anubis, qui caput caninum habet. Adde *Minuc. Felic. in Oct.* c. 22.

[* CYNOCHALE, es, f. herba, alias polygonon. *Apul. de herb.* c. 18.]

CYNOGLOSSOS, i, f. *the herb dog's tongue*, κυνόγλωσσον, herba, lingua canina dicta a *Celso* l. 5. cap. 27. *sub fin.* quod folia habet caninæ linguæ similia: a κύων, κυνὸς, canis, et γλῶσσα, lingua. *Plin.* l. 25. c. 8.

CYNOIDES. V. in *Cynomyia*.

[* CYNOMAZON, i, n. herba sic dicta, quod in offa, vel in pulte data canes enecat. *Apul. de herb.* c. 109.]

CYNOMORION, ii, n. *a kind of weed growing among corn and killing it, choke-weed*, κυνομόριον, herba eadem quæ orobanche, a similitudine canini genitalis: a κύων, κυνὸς, canis, et μόριον, genitale. *Plin. sub fin.* l. 22.

CYNOMYĪA, æ, f. *a dog-fly; also the herb flea-bane or flea-wort*, κυνόμυια, unum ex nominibus psyllii, quæ herba est radice tenui, supervacua (h. e. nullius in medicinæ usus) sarmentosa, fabæ granis in cacuminibus, foliis canino capiti non dissimilibus (unde et cynoides dicta est, a κυνοειδὲς, cani similis) semine autem pulici: unde et nomen: a κύων, κυνὸς, canis, et μυῖα, musca, pulex. *Plin.* l. 25. cap. 11. *ad fin.*

CYNOPHĂNES, κυνοφανεῖς, monstrosi homines caninis capitibus: a κύων, canis, et φαίνω, appareo. *Tertull. in Apolog.* c. 8.

CYNOPŎLIS, is, f. idest urbs canum (a κύων, κυνὸς, canis, et πόλις, urbs) oppidum est excisum Ægypti ad Nilum fluvium inter Oxyrinchon, et Hermopolim, ubi Anubis colebatur, et honor, et sacer quidam cibus canibus constitutus erat. *Plin.* l. 5. c. 10.

[* CYNOPS, opis, f. herbæ genus spicatum. *Plin.* l. 21. c. 17.]

CYNORRHŎDA, æ, f. (*Plin.* l. 24. c. 13. *extr.*) et Cynorrhodon, i, n. *the wild-rose, or sweet-briar rose*, (*Id.* l. 25. c. 2. *sub fin. et alibi*) κυνόῤῥοδον, rosa silvestris contra canis rabidi morsus efficacissima: a κύων, κυνὸς, canis, et ῥόδον, rosa. ¶ Item flos lilii rubentis. *the flower of the red lily*. *Id.* l. 21. c. 5.

CYNOSBĂTOS, i, f. *the eglantine or sweet-briar*, κυνόσβατος, genus rubi, fructum subrutilum pariens malo Punico similem. Est autem planta inter fruticem, et arborem, rosæ non absimilis. Ejus meminit *Plin.* l. 16. c. 37. Est a κύων, κυνὸς, canis, et βάτος, ἡ, rubus, sentis. Unde et *caninus rubus* dicitur a *Pallad.* l. 1. tit. 34. *circa med.* sentem canis Latine appellari docet *Colum.* l. 11. c. 3. *sub init.* ¶ Item aliud genus rubi folium habens vestigio hominis simile. *Id.* l. 24. c. 14. Fert et uvam nigram, in cujus acino nervum habet: unde et neurospastos dicitur. *Plin.* l. 24. c. 14. ¶ Item capparis. *the caper-bush*. *Id. ibid.* et lib. 13. c. 23.

[* CYNOSDEXIA, æ, f. piscis marinus vel potius zoophyton. *Plin.* l. 32. c. 11. Extra hæc sunt rotundæ in oleario usu cochleæ, cucumis, cynosdexia, draco.]

CYNOSORCHIS, is, f. *the herb dog-stones*, κυνὸς ὄρχις, h. e. testiculus caninus, herba est foliis oleæ mollibus ternis, parvisque, semipedis longitudine, in terra stratis, radice bulbosa, oblonga, duplici ordine, superiore, quæ durior est, inferiore, quæ mollior. *Plin.* l. 27. c. 8.

CYNOSSĒMA, atis, n. promont. Chersonesi Thraciæ, apud Sestum, ubi Hecubæ sepulcrum monstrabatur: a genit. κυνὸς, canis, et σῆμα, sepulcrum, quia Hecubam in canem conversam esse fabulantur. *Plin.* l. 4. c. 11.

CYNOSŪRA, æ, f. *the Cynosure, lesser Bear*, κυνὸς οὐρὰ, Sidus septentrionale septem stellis constans, quarum una in infima cauda posita polus vocatur, per quem locum ipse mundus existimatur versari. V. *Arctos*. ¶ Dicta est quasi *canis cauda*, a κύων, κυνὸς, canis, et οὐρὰ, cauda, quia quas habet a tergo stellas, ita dispositæ sunt, ut erectam canis caudam efficere videantur. *Cic. in Arat.* l. 2. *de nat. Deorum*, c. 41. Ex his altera apud Graios Cynosura vocatur, Altera dicitur esse Helice. ¶ Hanc maxime servabant in navigando Tyrii et Sidonii, ut Græci Helicem. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 107. et *initio* eleg. 3. l. 4. *Trist.* et *Valer. Flacc.* l. 1. v. 17. ¶ Adjective *cynosura ova* Græca appellatione quidam vocarunt ova sterilia et inania, cum gallinæ incubationem dereliquere: sed hoc solummodo veris tempore: quæ et *Zephyria* dicta sunt, [† vel subventanea, ὰὰ ὑπηνέμια, ἀνεμώδια, et ἀνεμιαῖα,] *urine-eggs, addle-eggs*, quod quidam ea vento putant generari. Hæc ex *Plin.* l. 10. c. 60. Hac autem significatione deducitur ab οὖρον, urina, quasi sint urina canis. unde et *urina ova* appellantur. *Id. ibid.* c. 58. [† V. *Athen.* p. 57. et 374. ed. *Casaub.* ubi loca citantur ex *Aristophane*.] ¶ *Cynosuræ, arum*, est promontorium Achaiæ in ora Atticæ, ad ostia Asopi fluvii. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 22. *ad fin.* ¶ Item *Cynosura, æ*, est oppidum Peloponnesi in Arcadia. *Stat.* 4. *Theb.* v. 295.

CYNOSŪRIS, idis, f. idem quod Cynosura, κυνοσουρίς. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 3. v. 7. Stellis Cynosuridos Ursæ. Adde *Avien. in Arat.* v. 442. ¶ Adjective *Germanic. in Arat. phænom.* v. 184. Cepheos extremam tangit Cynosurida caudam.

CYNOZŎLON appellatur succus herbæ chamæleonis, vim habens necandi ricinos canum, ut *Plin.* l. 22. c. 18. tradit: a κύων, κυνὸς, canis, et ὄζη, odor, fœtor.

CYNTHĬUS, a, um, Κύνθιος, adject. a Cyntho, ut *Cynthius Apollo*, qui et *Cynthius* absolute dicitur, *Horat.* l. 1. od. 21. v. 2. Intonsum pueri dicite Cynthium. Sic Diana *Cynthia* dicitur apud *eund.* l. 3. od. 28. v. 12. et *Lucan.* l. 1. v. 218. Tertia jam gravido pluvialis Cynthia cornu. *h. e.* Luna. *Senec. in Herc. Oet.* v. 641. Quos felices Cynthia vidit, Vidit miseros enata dies. *h. e.* Luna præcedentis noctis: vel ipsa nox præcedens. metonymia. ¶ Apud *Propert.* l. 2. el. 33. v. 1. et *Ovid. de remed. amor.* v. 764. Cynthia est nomen puellæ dilectæ. ¶ Apud *Plin.* l. 4. c. 12. Cynthia est ipsa Delos.

CYNTHUS, i, m. Κύνθος, Deli mons usque adeo editus, ut totam insulam dicatur obumbrare. In hoc monte Apollo et Diana nati altique sunt. Hinc *Cynthius* ille, hæc *Cynthia* appellati. *Plin.* l. 4. cap. 12.

CYPARISSÆ, et Cyparissiæ, appellantur acies quædam igneæ, quæ noctu apparere solent ad similitudinem cupressi. *Festus*, et *Senec.* lib. 1. *quæstion. natur.* c. 15.

[* CYPARISSĬAS, æ, f. genus tithymali. *Plin.* lib. 26. c. 8. sect. 43. Quintum genus cyparissian vocant, propter foliorum similitudinem, caule gemino aut triplici nascentem in campestribus.]

CYPARISSĬFER, a, um, *bearing cypress-trees*, cyparissos ferens, cyparissis abundans. *Sidon.* carm. 23. v. 417. Quantum non cyparissifer Lycæus.

CYPARISSĬUS SINUS, nunc *the Gulph of Arcadia*, est in Peloponneso in ora Messeniæ, ubi et urbs Cyparissa fuit. *Plin.* l. 4. c. 5. ¶ *Cyparissia* est genus tithymali, folio cupressi simili. *Id.* l. 26. c. 8.

[* CYPARISSOS, i, f. herba quædam verbenacea. *Apul. de herb.* c. 3.]

CYPARISSUS, i, m. puer fuit Amyclei (al. Telephi) filius, ex insula Cea, ab Apolline adamatus. Hinc cum cervum miræ pulcritudinis educasset, domesticumque reddidisset, et valde eo oblectaretur; quadam die imprudens sagitta transfixit: sed ingenti dolore omnem Apollinis consolationem respuens, petiit a Superis, ut omni deinceps tempore lugere posset: quare eorum miseratione in arborem sui nominis mutatus est. Alii dicunt Cretensem fuisse, pulcherrimum et castissimum: qui cum castitatem servare cuperet, Apollinem, vel ut alii, Zephyrum amantem se fugiens, ad Orontem fluvium pervenit, ibique in eam, quæ dicta est arborem, mutatus est. Qua visa, Apollo *Ingemuit, tristisque Deus lugebere nobis, Lugebisque alios, aderisque dolentibus, inquit.* Ita claudit fabulam *Ovid.* 10. *Metam.* v. 141. quam paucis immutatis narrat etiam *Serv.* ad. 1. *Georg.* v. 20. et ad *Æn.* 3. v. 64. et 680. Hinc est quod cyparissi in funeribus adhibentur. V. *Cupressus*. *Virg.* 3. *Æn.* v. 680. Aeriæ quercus, aut coniferæ cyparissi. *cypress-trees*. ¶ Porro ipsa vox dicta videtur quibusdam ἀπὸ τοῦ κυεῖν παρίσους τοὺς ἀκρεμόνας, ab emittendis parilibus ramis. Fabulantur autem fuisse Eteoclis filias, quæ cum tripudio ad dearum æmulationem exsultarent, in altum puteum inciderunt. Quas Tellus miserata, inde arbores aspectu pulcras, quales erant puellæ, eduxit. Unde *Cyparissi* etiam Charites dicuntur a Græcis.

CYPĔRIS. V. in voce sequenti.

CYPĔROS, i, m. *galingale*, κύπειρος, et κύπερος, juncus est angulosus, juxta terram candidus, cacumine niger pinguisque, folia habens porraceis exiliora, in cacumine minuta, inter quæ est semen. Radix olivæ nigræ similis est: quam, cum oblonga est, cyperida vocant, magni in medicina usus. Odorem habet nardum imitantem. *Plin.* l. 21. c. 18. ¶ *Celsus* l. 3. c. 21. *ante med.* et lib. 4. cap. 20. juncum quadratum appellat. ¶ Est etiam neutrius generis. *Varr. R. R.* l. 3. c. 16. *ante med.* Faba, lens, cyperum, medica. *Petron. in Satyr.* c. 127. Emicuere rosæ, violæque, et molle cyperon. Adde *Colum.* l. 12. c. 20. Nisi forte hæc ad sequentem vocem pertinent. Nam facile confunduntur. Consule Botanicos.

CYPHI, is, n. κῦφι, a *D. Hieronymo* l. 2. *in Jovinian.* sect. 8. enumeratur inter odoramenta cum amomo, œnante, musco, et al. Est autem compositio suffimenti, quo Ægyptii sacerdotes utebantur in sacris: cujus componendi rationem, et usus aliquot in medicina tradit *Dioscorides* l. 1. c. 24.

CYPĪRUS, i, f. κύπειρος, herba est, Latine gladiolus, radice bulbosa, odore nardo simili, variique usus in medicina. Ea radix dulcis est, et decocta panem etiam gratiorem facit, et ponderosiorem, simul subacta. *Plin.* l. 21. cap. 17. et 18. ¶ Legitur et *Cyperus*.

CYPRĔUS. V. *Cupreus*.

CYPRIĂCUS, a, um, adject. idem quod Cyprius, ut Cypriaca expeditio, *Valer. Max.* l. 4. cap. 3. n. 2. Cypriaci tauri, *Capitolin. in Gordian.* c. 3. *ad fin.*

CYPRIĀNUS. Thascius Cæcilius Cyprianus, Afer, Carthaginiensis, et illius urbis Episcopus, illustris Christi Martyr, pro Fide et Ecclesia Dei constantissime mortem obiit sub Valeriano et Gallieno, A. C. 258. De eo *Lactant.* l. 5. c. 1. *sub fin.* Unus igitur præcipuus et clarus exstitit Cyprianus, quoniam et magnam sibi gloriam ex artis oratoriæ professione quæsierat, et admodum multa conscripsit in suo genere admiranda. Erat enim ingenio facili, copioso, suavi, et (quæ sermonis est maxima virtus) aperto: ut discernere nequeas, utrum ne ornatior in eloquendo, an facilior in explicando, an potentior in persuadendo fuerit. Hæc *Lactantius*. Ejus autem Latinitas pro illis temporibus, et ut Afri hominis, et *Tertulliani* scriptis summopere delectati (adeo ut quoties eum posceret, solaret dicere *da magistrum*) satis nitida, et ut ita dicam, casta est: longeque abit ab *Tertulliani* ferreo stylo et novatione verborum. *Hieronym.* ep. 13. *ad fin.* Cyprianus instar fontis purissimi dulcis incedit, et placidus.

CYPRĬCUS, a, um, Cyprius. *Cato R. R.* c. 8. Laurus Delphica, et Cyprica, et silvatica.

CYPRĪNUS, a, um, *of or belonging to the privet*, κύπρινος, ad cyprum arborem pertinens. Hinc *cyprinum* absolute (subaudi *unguentum*, aut *oleum*) est unguentum, quod fit ex semine ejus, cocto in oleo, deinde expresso: quod et *cyprus* vocatur. Optimum habetur e Canopica in ripis Nili nata: secundum Ascalone Judææ: tertium Cypro insula, odoris suavitate. Porro ipsa arbor habet ziziphi folia, et semen coriandri candidum et odoratum. Ita *Plin.* l. 12. c. 24. describit. *Id.* l. 13. c. 1. cyprinum memorat ex cypro, et omphacio, et cardamomo, calamo, aspalatho, abrotano: quibus alii addant myrrham, et panacem. Meminit etiam *Celsus* l. 2. c. *ult.* ubi recenset inter ea, quæ calefaciunt, et lib. 4. c. 20. &c. ¶ *Cyprinus*, κυπρῖνος, est etiam nomen piscis marini: qui ita dictus videtur a Cypride, h. e. Venere. Est enim tantæ fecunditatis, ut sexies in anno parere dicatur a *Plin.* l. 9. c. 51. Quidam vocant Anglice *a carp*: quam recte ipsi viderint.

CYPRIS, idis, f. *Cyprian Venus*, Κυπρὶς, Venus, quæ in Cypro maxime colebatur, unde appellatur ab *Horat.* l. 1. od. 3. v. 1. Diva potens Cypri. *Auson.* epigr. 57. Vera Venus Gnidiam cum vidit Cyprida, dixit: Vidisti nudam me, puto, Praxitele. ¶ In genitivo habet etiam *Cypris*, et in accusativo *Cyprin*. *Pervigil. Vener.* v. 23. *de rosa*. Facta Cypris de cruore, deque Amoris osculis. *Auson.* epigr. 106. Cyprin Apellei cerne laboris opus. ¶ In vocativo est *Cypri*. *Id. ibid.* Jam tibi nos, Cypri, Juno inquit, et innuba Pallas, Cedimus. Ultimam *Auson.* licentia produxit, cum sit brevis, ut videre est in *Æoli, Cecropi, Gnosi, Inachi, Phylli, Sidoni*, &c.

CYPRĬUS, a, um, *of Cyprus, Cyprian*, Κύπριος, ad Cyprum pertinens. *Cic. pro Dom.* c. 20. Rex Cyprius. *Plin.* l. 34. c. 8. *ad fin.* Cypria expeditio Catonis. *Id.* l. 5. c. 31. Cypriæ insulæ. *h. e.* Cypro adjacentes. ¶ *Cyprii, orum*, sunt incolæ Cypri. *Curt.* l. 4. c. 3. *Plin.* l. 7. c. 56. *sub fin.* &c. ¶ *Cyprius*, vel potius *Ciprius vicus* fuit Romæ in ascensu Esquiliarum, prope vicum Sceleratum: nomenque habuit ex eo, quod ibi Sabini cives additi consederunt, qui a bono omine id appellarunt. Nam cyprum (al. *cuprum*) Sabine est bonum. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. *sub fin.* *Liv.* l. 1. cap. 48. ¶ *Cyprius* pes metricus quinque syllabis constat, brevi, longa, duabus brevibus, et longa, ut *amabilitas*. Huic contrarius est *Anticyprius* habens longam, brevem, duas longas, et brevem, ut *pertimescebat*. *Diomed.* l. 3. pag. 479. *Putsch.* ¶ *Cypria Venus*, quod ei primum in Cypro insula templum sit constitutum: vel quia parientibus præsidebat, quod Græce κύειν parere sit. *Festus*. Absolute *Tibull.* l. et eleg. 3. v. 34. concha Cypria vecta tua. ¶ *Cyprium æs*, ita dictum, quod in Cypro insula prius repertum est, fit ex lapide æroso, quem cadmiam vocant, et est ductile: cui si addatur plumbum, colorem purpureum acquirit. Ita *Isidor.* l. 16. *Orig.* c. 19. ex *Plin.* l. 34. c. 8. *sub fin.* Angli vocant, ut opinor, *brass*. *Plin.* l. 33. c. 5. *ad fin.* Teritur in Cypriis mortariis. *h. e.* ex ære Cyprio factis. *Id.* l. 28. c. 8. *ante med.* Medicamentum asservare in Cypria pyxide. *Scribon. Larg. compos.* 37. Reponitur pyxide æris Cyprii. ¶ Proverbium est apud *Ennium*, *Festo* teste, *Cyprio bovi merendam* de sordidis convivis sordida cœna acceptis, quia in Cypro boves humano stercore pascuntur.

CYPRŬM, i, n. V. *Cuprum*.

CYPRUS, et Cypros, i, f. *Cyprus*, Κύπρος, insula magna maris mediterranei, ubi Cilicium cognominatur, contra Ciliciam ad Boream, et Syriam ad orientem solem. *Justin.* l. 6. c. 1. Conon, amissa bello patria, Cypri exsulabat. *Lucan.* l. 3. v. 164. Quod Cato longinqua vexit super æquora Cypro. (V. similia exempla in fine vocis *Ægyptus*.) *Plin.* de hac insula multa l. 5. c. 31. ¶ Habita est Veneri sacra, tum ob ubertatem soli, omniumque deliciarum copiam, tum quia primum ei templum ibi constitutum fuit. V. *Cypris*, et *Cyprius*. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 718. Cypron olorinis nondum pervenerat alis. ¶ De Cypro arbore, et unguento V. *Cyprinus*.

CYPSELĪDES, æ, m. Κυψελίδης, patronymicum a Cypselo Corinthi tyranno (*Cic.* 5. *Tuscul.* c. 37.) qui Perian-

dri pater fuit: ita cognominatus a κυψέλη, alveare apum, in quo, cum ad necem quæreretur, occultatus a matre diu delituisse dicitur. *Virg. in Ciri*, v. 464. Cypselidæ, magni florentia regna Corinthi.

CYPSĔLUS, i, m. Κύψελος, Corinthi tyrannus, de quo in voce præced. ¶ *Cypseli* item, vel *Cypselli* sunt aves ex genere hirundinum, *apodes* etiam dictæ, quia carent usu pedum. *martlets or martens, birds of the swallow kind.* Dictas volunt, quia nidos faciant cistularum instar. Nam κυψέλη cistulam significat. *Plin.* l. 10. c. 39.

CYRENÆUS, a, um, adject. *Cyrenean*, idem quod Cyrenaicus, Κυρηναῖος. *Cic.* 4. *Acad.* c. 24. Cyrenæi videntur minime contempti Philosophi, qui negant esse quidquam, quod percipi possit extrinsecus: ea sola se percipere, quæ tactu intimo sentiant, ut dolorem, ut voluptatem: neque se, quo quid colore, aut quo sono sit, scire, sed tantum sentire, affici se quodammodo. *Sil.* l. 8. v. 159. Tum Cyreneam fatis agitantibus urbem Devenio. *h. e.* Cyrenen. *Propert.* l. 4. eleg. 6. v. 4. Et Cyrenæas urna ministret aquas. *h. e.* quibus usus est in sacris Callimachus Cyrenæus.

CYRENAĬCUS, a, um, *Cyrenaic, relating to Cyrene*, ad Cyrenen pertinens, ut *Cyrenaica provincia*, quæ est Pentapolitana, quod quinque urbibus constat, quarum una Cyrene ei nomen dedit; est in ora Africæ Boreali, ultra Syrtes, ubi nunc *the kingdom of Barca*. *Plin.* l. et cap. 5. et *Cyrenaica Africa*, idem ille tractus. *Id. ibid.* et *Cyrenaicus ager*, *ibid.* et *Cyrenaica* absolute *Id.* l. 10. cap. 29. ¶ *Lacrima Cyrenaica*, cujus meminit *Scribon. Larg. compos.* 167. est laser, seu laserpitii succus: cujus ea regio fertilis est. V. *Cyrene.* ¶ *Cyrenaica Philosophia*, secta fuit eorum, qui omnia voluptate metiebantur, summumque in ea bonum collocabant: orta ab Aristippo, cui patria fuit Cyrene: unde ejus sectatores *Cyrenaici* dicti sunt. *Cic.* 3. *Offic.* c. 33. l. 3. *de Orat.* cap. 17. lib. 3. *Tuscul.* cap. 13. et 22. et lib. 4. *Acad.* cap. 24. et 42.

CYRĒNE, es, et Cyrenæ, arum, f. Κυρήνη, urbs primaria regionis Cyrenaicæ, quæ ab ea nomen accepit, in regno, quod nunc *of Barca* dicitur, versus Syrtim magnam, ad oram litoralem: ita dicta a fonte Cyre, vel a Cyre monte, ubi ille fons oritur: vel a Cyrene, filia Penei fluminis Thessaliæ, quam Apollo raptam huc transtulit. *Plaut. Rud. Prol.* v. 41. Is eam huc Cyrenas advexit. *V. Justin.* l. 13. c. 7. *Sil.* l. 8. v. 57. et *Serv. ad* 4. *Georg.* v. 317. [† De *Cyrene* V. *Mem. de Litter.* T. 3. p. 391.] ¶ In ejus tractu primum repertum est laserpitium, cujus succus *laser* dicitur, *laserwort, benzoin, or benjamin*, *Plin.* teste l. 19. c. 3. Hinc *Catull.* carm. 7. *ad Lesb.* v. 2. laserpiciferas Cyrenas dixit. ¶ Est etiam hoc nomine fons in Thessalia. *Serv. ad* 4. *Georg.* v. 354. ¶ Prima syllaba, quæ corripitur a *Catullo loc. cit.* producitur a *Virg.* cit. 4. *Georg.* v. 353. a *Lucano* l. 9. v. 297. et *Sil. loc. cit.*

CYRENENSIS, e, adject. gentile a Cyrene. *Plaut. Rud.* 3. 2. 1. Proh! Cyrenenses populares. *Id. ibid.* 3. 4. 8. Cyrenensis Senatus. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 19. Cyrenenses agri.

CYRĒUS, a, um, adject. a Cyro. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 10. Nostram ambulationem, et laconicum, et ea quæ Cyrea sunt, velim invisas. *h. e.* quæ a Cyro quondam architecto constructa. Al. aliter legunt.

CYRNE, es, f. Κύρνη, insula eadem quæ Corsica, Græca appellatione. *Serv. ad Ecl.* 9. v. 30. Sed a *Plin.* l. 3. c. 6. Cyrnos, Κύρνος, dicitur. Sic in epigrammatis quæ tribuuntur *Senecæ de Consol. ad Helv.* Corsica, quæ Graio nomine Cyrnus eras.

CYRNĔA. V. *Hirnea.*

CYRNEARĬUS, ii, m. fortasse est qui cyrneas, seu hirneas facit, et vendit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 643. n. 2. T. Flavio Aug. liberto Epaphrodito Cyrneario a Vic. Pub. &c.

CYRNĒUS, a, um, adject. a Cyrne insula, h. e. Corsica. *Virg. Ecl.* 9. v. 30. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos. *Senec. loc. cit. in Cyrne.* Cyrnea tellus. ¶ Scribitur et *Cyrnæus.*

CYRNIĂCUS, a, um, Cyrneus. *Rutil. itinerar.* l. 1. v. 516. Inter Pisanum, Cyrniacumque latus.

CYRNOS, et CYRNUS. V. *Cyrne.*

CYRRHA. V. *Cirrha.*

[* CYSTHOS, i, m. κύσθος, pudendum muliebre. *Auson.* epigr. 123. v. 5. Dum cysthon, costonque putas communis odoris.]

CYTÆĔUS, a, um, ad Medeam, vel veneficam quamvis pertinens. V. *Cytæis.* *Propert.* l. et eleg. 1. v. 4. Tunc ego crediderim vobis, et sidera, et amnes Posse Cytæeis ducere carminibus. Al. leg. *Cytæinis* eodem sensu.

CYTÆĪNUS, a, um, adject. V. vocem præced.

CYTÆIS, idis, f. patronym. a Cyta, vel Cytis urbe, quam *Plin.* l. 4. c. 12. ponit in Taurica Chersoneso, alii in Colchide, aiuntque fuisse patriam Medeæ. Certe quidem ad sagas et veneficas, (inter quas insignis Medea fuit) refertur in illo *Propertii* l. 2. el. 1. v. 73. Non hic herba valet: non hic nocturna Cytæis. ¶ Scribitur et *Cytæis.*

CYTÆUS, a, um, ad Cytam, vel Cytas urbem pertinens, de qua V. in voce præced. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 693. Tum juvenem terris Parcæ tenuere Cytæis. *h. e.* in Colchide. et vers. 595. Proceresque Cytæos. *h. e.* Colchos. et absolute vers. 428. Minyæ, sparsique Cythæi. ¶ Scribitur et *Cithæus*, et *Cytæus.*

CYTERĬUS, *vel* Cytherius, a, um. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 22. M. Antonium appellat Cyterium propter Cyteridem, seu Cytheridem meretricem, quam adamabat: quæ eadem est cum Lycoride *Virg. Ecl.* 10. teste *Servio ad init. ejusdem Ecl.*

CYTHĒRA, orum, n. [† hod.] *Cerigo*, Κύθηρα, τὰ, insula maris Ægæi, antea Porphyris appellata, in ora Peloponnesi, cum urbe cognomine, et portu. *Plin.* l. 4. c. 12. Narrant Venerem primum in hanc insulam concha marina vectam fuisse. *Virg.* 1. *Æn.* v. 684. super alta Cythera. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 286. Veneri sacra Cythera petit. Adde 2. *Amor.* el. 17. v. 4. et *Valer. Flacc.* l. 8. v. 229. ¶ Ipsa quoque Venus *Cythera, æ*, dicitur. *Manil.* l. 2. v. 439. Lanigerum Pallas, Taurum Cythera tuetur. Ubi adverte prim. syllab. productam. ¶ Item ipsa insula. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 69. Ut Cytheram potius concederet. *Al. aliter leg.*

CYTHERĒA, æ, f. *Venus, the goddess of love*, Κυθέρεια, et Κυθήρεια, Venus ita dicta ab insula Cytheris, in quam primum, teste *Festo*, devecta esse dicitur concha, cum in mari esset concepta. Est autem vox adjectiva. *Horat.* l. 1. od. 4. v. 5. Jam Cytherea choros ducit Venus. *Propert.* l. 2. el. 11. v. 25. Magna ego dona tua figam, Cytherea, columna. ¶ Aliquando secunda a prima syllaba producitur. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 15. Mota Cytherea leviter mea tempora myrto Contigit. Al. leg. *Cytheriaca*, qua in voce necessitas quædam est producendi.

CYTHEREĬAS, adis, f. adject. ad Venerem pertinens. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 385. Armigeramque Jovis, Cythereiadasque columbas. *h. e.* quæ Veneris currum trahunt. Al. leg. *Cytheriadasque* minus recte.

CYTHERĒIS, idis, f. Κυθερηΐς, Venus a Cytheris insula. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 288. puerum diva Cythereide natum.

CYTHEREĬUS, a, um, ad Cythera, et Cythereamn pertinens, Κυθερεῖος. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 529. non jam Cythereia curat litora. *h. e.* Cythera insulam. *Id.* 4. *Fast.* v. 195. Mensis Cythereius. *h. e.* Aprilis Veneri sacer. *Id.* 13. *Metam.* v. 625. Cythereius heros. *h. e.* Æneas filius Veneris. *Stat.* 4. *Theb.* v. 554. Cythereia proles. *h. e.* Hermione filia Martis et Veneris, uxor Cadmi. *Sil.* l. 12. v. 247. Cythereius ignis. *h. e.* hesperus seu lucifer stella Veneris. ¶ *Cythereia* absolute est Venus. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 640. Invocat Hippomenes: Cythereia comprecor ausis Adsit, ait, nostris.

CYTHERIĂCUS, a, um, idem quod Cythereius. *Ovid. Heroid.* 7. v. 60. Nuda Cytheriacis edita fertur aquis. *Martial.* l. 14. epigr. 207. Sume Cytheriaco medicatum nectare ceston. *Id.* l. 2. epigr. 47. Levior o Conchis, Galle, Cytheriacis. *h. e.* quibus mari vehitur Venus. *Nero Cæsar* apud *Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 5. Colla Cytheriacæ splendent agitata columbæ. *h. e.* quæ Veneri sacra est.

[* CYTHĬON, i, n. κύθιον, collyrium quoddam ad oculorum morbos perutile apud *Cels.* l. 6. c. 6. In quibusdam edition. Græce scribitur.]

CYTHNOS, et Cythnus, i, f. Κύθνος, insula maris Ægæi, apud Atticam, et Eubœam, inter Ciam, et Seriphum. *Plin.* l. 4. c. 12.

CYTĪNUS, i, m. *the first bud or flower of a pomegranate-tree*, κύτινος, primus partus mali Punici florere incipientis, *h. e.* calyx, in qua flos et malum latet: a κύτος, cavitas, cavus sinus. *Plin.* l. 23. c. 6.

CYTIS, is, f. κύτις, gemma candida circa Copton nascens, quæ videtur intus habere petram, quæ sentiatur etiam strepitu: a κύτος, cavitas. *Plin.* l. 37. c. 10.

CYTĬSUS, i, m. et f. et Cytisum, i, n. κύτισος, *the shrub trefoil, shamrock, hadder*, genus fruticis, qui nascitur inter campos, et sylvas, pabulo pecudum, maxime vero ovium et caprarum conveniens, apibus etiam gratissimus. Multa de eo *Colum.* l. 5. *c. ult.* et *Plin.* l. 13. c. 24. *Virg. Ecl.* 1. v. 79. Florentem cytisum, et salices carpetis amaras. *Colum.* l. 2. cap. 11. Excepta cytiso, de qua dicemus. *Id.* l. 5. *c. ult.* Cytisum in agro esse maxime refert, quod omni generi pecudum utilissimus est. *Cato R. R.* c. 43. Cytisum seritur in terra subacta. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 2. *sub fin.* Maxime amicum cytisum, et medica.

CYTONĬUM. V. *Cotoneum.*

CYTORIĂCUS, et Cytorius, a, um, adject. a Cytoro monte. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 132. Utque Cytoriaco radium de monte tenebat. *Catull.* carm. 4. v. 11. nam Cytorio in jugo Loquente sæpe sibilum edidit coma.

CYTŌRUS, i, m. mons in Paphlagonia (teste *Plin.* l. 6. cap. 2.) buxo abundans. *Virg.* 2. *Georg.* v. 437. Et juvat undantem buxo spectare Cytorum.

CYZICĒNUS, a, um, adject. ad Cyzicum pertinens. *Vitruv.* l. 6. c. 10. Cyzicena triclinia. *Plin.* l. 32. c. 6. Cyzicena ostrea. [† *Vitruv.* 6. 6. Stater Cyzicenus viginti octo drachmas valebat.] ¶ *Cyziceni, orum*, sunt ejus urbis cives. *Cic. pro leg. Manil.* c. 8. Urbs Asiæ clarissima Cyzicenorum.

CYZĬCUS, i, f. et Cyzicum, i, n. *Chizico*, [† Sophiano,] *Spiga*, Κύζικος, urbs Mysiæ, in Asia, in insula cognomine, pæne continenti juncta, ad Propontidem, et ost. Æsapi fl. cum mœnibus, arce, et turribus marmoreis, magnitudine, et pulchritudine cum primis Asiæ urbibus olim comparanda: condita ab Æneo Thessalo Cyzici patre, et ab hoc nominata, quem Jason per imprudentiam occidit, ut est apud *Valer. Flacc.* l. 3. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 10. v. 29. Hincque Propontiacis hærentem Cyzicon oris, Cyzicon, Æmoniæ nobile gentis opus. *Plin.* l. 5. cap. 32. Insula, in qua oppidum Milesiorum Cyzicum. *Auct. carm. Priap.* n. 76. Cyzicus ostreosa. *Propert.* l. 3. eleg. 21. v. 1. frigida.

DE LITTERA D.

D Littera, in ordine Alphabeti quarta, ex numero mutarum, quæ quandoque pro *th* aspirato ponitur, ut *Theos, Deus*, quandoque convertitur in *b*, ut *duellum, bellum, Duellona, Bellona.* Habet etiam cognationem cum *t*, ut *Quintil.* observat l. 1. c. 4. (*al.* 5.) Hinc olim *Alexanter*, et *Cassantra* scriptum fuit, et *quodannis, adque*, pro *quotannis, atque* legitur in multis vet. monum. ¶ Item cum *r*, quare *meridies* pro *medidies* dicimus, quod illud est suavius. *Cicer. in Orat.* cap. 47. ¶ In prænominibus *Decium* significat, inquit *Diomed.* l. 2. pag. 418. *Putsch.* Sed alii rectius *Decimum* interpretantur, quia *Decius* nomen est potius, non prænomen. V. *Decimus.* ¶ In titulis Imperatorum est *Divus.* ¶ In numeris quingenta significat. Olim enim sic scribebant IↃ: ex quo factum est, ut duæ illæ litteræ vel exscriptorum errore, vel consuetudine sensim irrepente conjungerentur. ¶ In compositionibus *d* in præposit. *ad* mutari potest in omnes consonantes excepto *b*, ut *accedo, afficio, aggero*, &c. Potest etiam retineri. ¶ Aliquando ad hiatum evitandum, vocibus compositis interseritur, ut in *redeo*, a *re* et *eo*, in *antideo*, in *redintegro*, &c. Et etiam in simplicibus casu vocali coeuntibus; ut apud *Plaut. Amph.* 1. 1. 278. Tu negas, *med* esse? et *Bacch.* 3. 6. 42. Tollam ego *ted* in collum. *Id. Mostell.* 1. 4. 20. Age, i simul *quod* ego eam. &c. Alia congerit *Muret.* l. 15. *variar. lect.* c. 19. ¶ Latini veteres, ut est apud *Quintil.* l. 1. cap. 7. (*al.* 13.) plurimis in verbis *d* ultimam adjiciebant, etiam sine causa hiatus vitandi: quod manifestum est etiam ex columna rostrata, quæ est C. Duilio in foro posita. In ea enim (apud *Gruter.* pag. 404.) habetur *pucnandod*, h. e. pugnando; et *in altod marid*, &c. Sic etiam in XII. Tab. *estod* legitur: et *sed* pro *se* h. e. sine, habet *Paul.* ex *Festo.*

DA

DAÆ, et Dahæ, arum, Δάαι, populi Asiæ in Scythia, supra Caspium mare, Massagetis finitimi. *Plin.* l. 6. c. 17. *Pompon. Mela* l. 1. c. 2. et l. 3. c. 5. Hinc *Virg. in fin.* l. 8. *Æn.* Indomitique Daæ, et pontem indignatus Araxes. Ubi *Pier.* testatur varie hoc nomen in antiquis codicibus scribi: atque esse aliquos, in quibus *Daci* legatur. ¶ In singulari num. *Prudent.* l. 2. *contra Symmach.* v. 807. Denique Romanus, Daha, Sarmata, Vandalus, Hunnus.

[* DABLA vel DABŬLA, æ, f. palmæ genus. *Plin.* l. 13. c. 4. sect. 7. Juba apud Scenitas Arabas præfert omnibus saporibus, quam vocant dablan. Alit. *dabulam.*]

DACĬA, æ, f. Δακία, ingens regio Europæ. A Mer. et Or. habet Danubium, a Sept. Carpatem M. ab Occ. Tibiscum flu. Dividitur in tres regiones, Transylvaniam, Moldaviam, et Valacchiam, Aluta fluvio Transylvaniam a reliquis separante. Sed aliis Dacia antiqua ultra Istrum fuit, quam Trajanus Imperator in provinciam redegit, Aurelianus autem habitatores ejus cis Istrum transtulit, et hæc dividitur in Daciam Ripensem, et Mediterraneam. *Flor.* l. 3. c. 4. *Eutrop.* l. 8. c. 2. *Aurel. Vict. in Epit.* c. 40. et 47.

DACĬCUS, a, um, *Dacian*, ad Daciam pertinens, Δακικός. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 335. Dacica bellipotens cum fregerat Ulpius arma. *Sidon.* carm. 1. v. 272. per Dacica rura vagantem. ¶ *Dacicus* cognominatus est Domitianus, itemque Trajanus Imperator ob devictam Daciam, et in provinciam redactam, ut est apud *Sueton. in Domit.* c. 6. et habetur in nummis Trajani. De nummis est illud *Juvenal.* sat. 6. v. 203. cum lance beata Dacicus, et scripto radiat Germanicus auro.

DACISIĀNI MILĬTES *in quadam epist. Gallieni* apud *Trebell. Poll. in Claud.* c. 17. videntur esse vel qui in Dacia militaverant, vel qui ejus provinciæ custodiam agebant. *Salmas.* censet legendum *Daciciani*, a *Dacus, Dacicus, Dacicianus.* vel *Dacisciani*, a *Daci, Dacisci, Daaisciani.*

DACĬUS, a, um, idem quod Dacus. *Albinovan. ad Liv.* eleg. 1. v. 387. Danubiusque rapax, et Dacius orbe remoto, &c.

DACNĂDES, *seu* Dagnades, δακνάδες, avium genus, quas Ægyptii inter potandum cum coronis devincire soliti sunt, quæ morsicando, et canturiendo assidue potantes dormire non paterentur: δάκνω, mordeo. *Festus.*

DACRĬMAS pro lacrymas Livius (*Andronicus*) sæpe posuit, nimirum quod Græci appellant δάκρυα. *Festus.*

DACTYLICUS, a, um, *of or belonging to a dactyl, consisting of dactyls, dactylic*, δακτυλικὸς, ad dactylum spectans. *Cic. in Orat.* c. 57. Quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior. ¶ Sic *dactylicus versus*, qui meris dactylis constat, ut ille *Virg. Æn.* 8. v. 596. Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. *Diomed.* l. 3. pag. 494. *Putsch. a dactylic verse.* ¶ Item qui loco ultimi spondei habet dactylum, ut apud *Virg.* 2. *Georg.* v. 69. Inseritur vero ex fetu nucis arbutus horrida. Adde lib. 3. v. 449. *Servius ad utrumque locum.* ¶ Metra dactylica (quæ scil. principaliter constant dactylo) plurium generum enumerat. *Id. in Centimetr.* pag. 1820. *Putsch.* Hinc *Auson.* ep. 10. v. 37. Dactylicos appellare videtur versus heroicos, quia certa sede dactylum habent. Dactylicos, *inquit*, elegos, choriambum carmen, epodos, Socci, et cothurni musicam. ¶ Strophium dactylicum *Prudent. Cathemer.* 3. v. 28. metaphorice vocat sertum ex carminibus, pro rosis, factum. *a dactylic garland.* Sic περὶ στεφ. 9. *de. S. Eulal. sub fin.* serta feram pede dactylico.

DACTYLIOTHĒCA, æ, f. *a case or box to put rings in*, δακτυλιοθήκη, annulorum capsula: a δακτύλιος, annulus, et θήκη, theca. *Martial.* l. 11. epigr. 60. Senos Charinus omnibus digitis gerit, Nec nocte ponit annulos, Nec cum lavatur. Causa quæ sit, quæritis? Dactyliothecam non habet. Al. leg. *dactylothecam*, ut constet versus. Adde lib. 14. epigr. 123. *in lemmate.* ¶ Præterea ita appellatur series multarum gemmarum: nos dicimus *a collection or assortment of jewels. Plin.* l. 37. c. 1. Gemmas plures, quod peregrino appellant nomine dactyliothecam, primus omnium habuit Romæ Scaurus. *et mox.* Hoc exemplo Cæsar dictator sex dactyliothecas in æde Veneris consecravit. ¶ *Servus a Dactyliotheca* fuit inter officia domus Augustæ. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 907. n. 3. C. Julio Philargyro Aug. Lib. a Dactyliotheca. Adde aliam apud *Donium* class. 17. n. 1.

DACTȲLIS, idis, f. δακτυλὶς, quæ digiti longitudinem, vel crassitudinem, habet, ut dactylides vites, *long grapes or raisins like a finger. Plin.* l. 14. c. 3. ita dictæ a gracilitate digitali. Has *Colum.* l. 3. c. 2. dactylos vocat: et dactylos *Plin.* l. 14. cap. 1. earum racemos, qui prælongis porriguntur acinis.

DACTȲLUS, et Dactylos, li, m. *a finger*, δάκτυλος, Græca vox digitum significans. Ita autem appellatur fructus palmæ, *a date, the fruit of the palm-tree*, quia oblonga gracilitate digitum refert. *Apic.* l. et cap. 1. *et alibi.* ¶ Item genus vitis gracilioris. V. *Dactylis.* ¶ Item genus graminis, cujus in cacumine aculei sunt plurimum quini. *Plin.* l. 24. *c. ult.* ¶ Et ejusdem aliud genus, quia digitorum paronychia sanat. *Id. ib.* ¶ Item genus piscis, qui et strombus, et onyx. *Id.* l. 32. *c. ult. a muscle.* ¶ Item conchæ marinæ genus, ab humanorum unguium similitudine. *Id.* l. 9. *c. penult.* ¶ Item gemma in Creta, ferreo colore humanum pollicem exprimens. *Id.* l. 37. c. 10. ¶ *Dactylus* denique est pes metricus, *a dactyl*, constans longa et duabus brevibus, ut hæc ipsa vox: a similitudine digiti, qui tribus articulis constat primo longiore, reliquis brevioribus, *Cic.* 3. *de Orat.* c. 47. ubi *heroum pedem* appellat, et *in Orat.* c. 64. ¶ De Dactylis Idæis. V. *Corybantes.*

DACUS, a, um, *Dacian*, Δακὸς, ad Daciam pertinens. *Stat.* l. 4. Silv. 2. *extr.* Cum modo Germanas acies, modo Daca sonantem Prœlia, &c. ¶ *Daci, orum*, sunt Daciæ populi. Sæpe cum Dahis confunduntur, et cum Getis. *Plin.* certe asserit l. 4. c. 12. *a med.* Getas a Romanis Dacos dici. V. Geographos. Semper habet primam longam: et sicubi brevis legatur, jubent Critici mutandam in *Dae. Horat.* l. 2. sat. 6. v. 53. Nunquid de Dacis audisti? *Id.* l. 3. od. 6. v. 14. Delevit Urbem Dacus, et Æthiops. *Id.* l. 1. od. 35. v. 19. Te Dacus asper, te profugi Scythæ metuunt.

DÆDALĒUS, et Dædalēus, a, um, *Dædalean, relating to Dædalus*, Δαιδάλειος, et Δαιδάλεως, ad Dædalum pertinens. *Propert.* l. 2. eleg. 11. v. 8. Dædaleum lino cum duce rexit iter. *Horat.* l. 2. *od. ult.* v. 13. Jam Dædaleo ocior Icaro Visam gementis litora Bosphori.

DÆDALĪON, onis, m. filius Luciferi, pater Chiones, qui cum ob dolorem amissæ filiæ e Parnasso se præcipitem dedisset, in accipitrem ab Apolline conversus est. *Ovid.* 11. *Metam.* a vers. 291.

DÆDALUS, i, m. Δαίδαλος, Atheniensis Euphemi, vel Eupalami filius, faber egregius, Icari pater, qui serram, asciam, perpendiculum, terebram, glutinum, ichthyocollam, simulacra, quæ per se moventur, invenit, malum, et antennam navi imposuit, &c. Accusatus, quod Perdicen sororis filium ob artis invidiam interemisset, judicii metu in Cretam fugit. Ibi Pasiphaen ligneæ vaccæ inclusit, cum illa scelestissime taurum amaret, et labyrinthum effecit, in quo Minotaurus concluderetur. Tandem exsilii tædio affectus, cereis alis ex Creta effugit una cum filio, ubi a Minoe Rege tanquam in custodia detinebatur, quod ejus opera Regina tantum scelus admisisset. Sed Icarus filius nimium alte volans, alis calore Solis dissolutis, in mare cecidit, et interiit. Ipse autem incolumis in Sardiniam primum, deinde Cumas delatus, ibique despositis alis, et Phœbo sacratis, in Sardiniam inde transiit, ibique mortuus est. *Hygin.* fab. 39. *Senec.* ep. 90. *ante med. Plin.* l. 7. c. 56. *Ovid.* l. 8. *Metam.* v. 183. *et sequentib.* lib. 2. *de ar. am.* v. 23. *et sequentib.* et *Virg.* 6. *Æn.* v. 14. ubi multa *Servius* de hac fabula. *Dædalum* in quarto casu Græca positione dixit *Martial.* l. 4. epigr. 49. ¶ Hæc vox adjectiva est, et Græce artificiosum, et affabre factum significat. *artificial, curiously wrought, artfully contrived.* Hinc *Lucret.* l. 5. v. 1450. Carmina, picturas, et dædala signa polire. *Virg.* 4. *Georg.* v. 179. *de apib.* Et munire favos, et dædala fingere tecta. ¶ Ponitur item pro ingenioso, solerti, variisque operibus excogitandis et perficiendis apto, *cunning, ingenious, skilful, expert, dædal.* Hinc *Lucret.* l. 1. v. 228. Dædala tellus. *Id.* l. 5. v. 235. quando omnibus omnia large Tellus ipsa parit, naturaque dædala rerum. *Id.* l. 4. v. 551. Verborum dædala lingua. *Virg.* 7. *Æn.* v. 282. Dædala Circe. *Enn.* apud *Fest.* Minerva dædala. [¶ Dædalus fuit etiam statuarius insignis Sicyonius, de quo *Plin.* l. 34. c. 8. sect. 19. n. 15. Dædalus, et ipse inter fictores laudatus, pueros distringentes se fecit.]

DÆMON, onis, m. *a demon, spirit, evil or good genius*, δαίμων, genius sive bonus, sive malus: item lar: quasi δαήμων, sciens, peritus: a δαήμων, doctus, sciens (ut docet *Martianus Capell.* l. 2. pag. 39.) quod a δαίω, disco, doceor. Græce *Cic. de Univ.* c. 11. Reliquorum autem, quos Græci δαίμονας appellant, nostri, opinor, lares, si modo hoc recte conversum videri potest. Latine *Apulei. de Deo Socrat.* non semel usurpat. ¶ Ab Astrologis *bonus dæmon*, ἀγαθοδαίμων, collocatur in undecimo ab horoscopo signo. *Jul. Firmic.* l. 2. c. 19. ¶ Apud Ecclesiasticos Scriptores dicitur de malis Angelis, igni æterno damnatis, et damnatorum hominum carnificibus, quique vivorum ad mala perpetranda auctores atque instigatores assidui sunt, *demons, devils. Lactant.* l. 2. c. 14. *Tertull. in Apolog.* c. 22. &c. *Sedul.* l. 4. v. 92. Dæmonas, ac talem prohibet se pandere testem.

DÆMONĬĀCUS, a, um, adject. ad Dæmonem pertinens. *Tertull. de Anim.* c. 46. De Oraculis quid pronunciabimus aliud, quam dæmoniacam esse rationem? *Al. leg.* Dæmonicam. *Lactant.* l. 4. c. 15. Judæi (*miracula Christi*) dæmoniaca fieri potentia arguebant. ¶ Pro eo qui possidetur a Dæmone, *possessed with a devil, influenced by the devil, demoniacal. Jul. Firm.* l. 3. c. 6. *post med.* Insanos, lunaticos, dæmoniacos facient. Adde *Sulpic. Sever. in Vita S. Martini*, c. 18.

DÆMONICŌLA, æ, m. et f. dæmonem colens. *Augustin.* l. 8. *Confession.* c. 2. *circa med.* Offendere superbos dæmonicolas. *the gentiles.* [*Id. de civit. Dei* l. 18. c. 2. Dæmonicola civitas.]

DÆMONICUS, a, um, *demoniac*, idem quod dæmoniacus. *Tertull. de resurr. carn.* c. 58. Dæmonici impetus. *Prudent. Peristeph.* 10. *de SS. Martyrib. Fructuoso, Augur. &c.* v. 36. Aras Dæmonicas coli jubebat. *Sedul.* l. 4. v. 145. Dæmonico cuneata globo.

DÆMONĬUM, ii, n. *a demon*, δαιμόνιον, dimin. a Dæmon. *Tertull. in Apol.* c. 32. Nescitis, Genios Dæmones dici, et inde diminutiva voce Dæmonia? ¶ Item pro Dæmone, in bonam partem usurpatur ab Antiquis. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 54. Esse divinum quiddam, quod Dæmonion (*Socrates*) appellat. *a genius*, dæmon, *guardian angel.* ¶ Ecclesiastici vero Scriptores passim pro malo dæmone ponunt, *a devil, evil genius. Tertull. in Apolog.* c. 21. *et alibi.*

DAGNĀDES. V. *Dacnades.*

DALĪVUM, supinum esse, ait Aurelius, Ælius stultum. Oscorum quoque lingua significat insanum. Santra vero dici putat ipsum, quem Græci δείλεον id est propter cujus fatuitatem quis misereri debeat. Hæc *Festus.*

DALMĀTA, æ, m. et f. *a Dalmatian*, Δαλμάτης, qui est ex Dalmatia. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 11. Dalmatis dii male faciant, qui tibi molesti sunt. ¶ Adjective pro *Dalmaticus*, *Stat.* l. 4. silv. 7. v. 14. Quando te dulci Latio remittent Dalmatæ montes? ¶ *In vet. Lapid.* apud *Murator.* pag. 824. n. 6. habetur *Delmatinus* a *Delmatia.* V. *Dalmatia.*

DALMATENSIS, se adject. idem quod Dalmaticus. *Trebell. Poll. in Claud.* c. 17. Singiliones Dalmatenses decem.

DALMATĪA, æ, f. hod. *Dalmatia*, regio Europæ, olim interius sita, nunc ad mare Adriaticum posita, et Liburniæ contermina, de qua *Plin.* l. 3. c. 29. et ceteri Geographi consulendi. *Ovid.* 2. *ex Ponto*, ep. 2. v. 78. Subdita montanæ brachia Dalmatiæ. *Plin. loc. cit.* Liburniæ finis, et initium Dalmatiæ Scardona. *Id.* l. 2. c. 45. Dalmatiæ ora. ¶ Scribitur et *Delmatia. Velius Long. de orthogr.* pag. 2233. *Putsch.* Placet, ut *Delmatiam*, non *Dalmatiam*, pronuntiemus, quoniam a *Delminio* maxima civitate tractum nomen existimatur. Quæ verba *Cassiodor.* descripsit *ibid.* pag. 2287. atque hæc scribendi ratio habetur etiam in vet. Inscriptionibus apud *Gruter.* pag. 387. n. 4. et pag. 574. n. 5. Sic *Delmata*, et *Delmaticus* legitur *ibid.* pag. 298. n. 3. et pag. 529. n. 8. His adde nummum Adriani Imp. in quo legitur. *Metal. Delm.* metallum Delmaticum. V. *Delmaticus.*

DALMATICĀTUS, a, um, *clothed in a priest's outward garment or surplice*, dalmatica indutus. *Lamprid. in Commod.* c. 8. Dalmaticatus in publicum processit. Adde *in Heliogab.* c. 26.

DALMATICUS, a, um, *Dalmatian*, Δαλματικὸς, ad Dalmatiam pertinens. *Plin.* l. 11. c. 42. Dalmaticæ Alpes. *Vatin. ad Cicer.* 5. *Fam.* ep. 10. Dalmaticum frigus. et *ibid.* Res gestæ Dalmaticæ. *Sueton. in Aug.* c. 20. Dalmaticum bellum. et cap. 22. Dalmaticus triumphus. *Lucan.* l. 2. v. 402. Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 153. Robora Dalmatico lucent satiata metallo. *h. e.* auro, quod sub Nerone e Dalmatia Romam vehi cœptum. Narrat enim *Flor.* l. 4. *c. ult.* Dalmatas perdomitos coactos fuisse ab Augusto terras fodere, et aurum venis repurgare. ¶ *Dalmaticus*, subactis Dalmatis, cognominatus est L. Metellus. *Ascon. in* 3. *Verr.* c. 59. ¶ *Dalmatica vestis*, inquit *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 22. primum in Dalmatia texta est manicis brevioribus, candida cum clavis purpureis: fuitque primum delicatiorum hominum, et effeminatorum: postea mutatis rebus a sacris etiam Ecclesiæ ministris adhiberi cœpta est, paulatimque illorum propria facta. *a kind of garment with sleeves; a priest's outward garment or surplice.* ¶ Legitur et *Delmaticus.* V. in *Dalmatia.*

DALMATĪNUS, et Delmatinus, a, um, Dalmaticus. *Inscript. non optimæ notæ* apud *Murator.* pag. 824. n. 6. L. Julius Severinus armigerus III. Marin. N. Delmatinus militavit an. XVIII.

DĀMA, æ, m. et f. *a doe or deer*, δορκὰς, genus capræ silvestris, a δεῖμα, metus, quod a δείδω, timeo, quia timida est. Differt a capreis solis cornibus, quæ in anteriorem partem habet incurvata, ut *Plin. sub init.* cap. 37. lib. 11. docet. *Horat.* l. 1. od. 2. v. 11. Et superjecto pavidæ natarunt Æquore damæ. *Martial.* l. 3. epigr. 58. v. 28. Aut impeditam cassibus refert damam. ¶ Masculino genere *Virg. Georg.* 3. v. 539. timidi damæ, cervique fugaces. Ubi tamen *Servius* notat, Poetam genus mutasse, ut ὁμοιοτέλευτον vitaret. Sed et *Ecl.* 8. v. 28. habet: Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Adde *Stat.* 2. *Achill.* v. 407. ¶ Sunt qui scribant *damma.*

DAMALĪO, onis, m. δαμάλιον, *a calf*, juvenca, bucula, vel vitulus, a voce Græca, quæ allata est, quæ a δαμάω, domo. *Lamprid. in Alexand. Sev.* c. 22. Jussit, ne quis suminatam occideret, ne quis lactantem, ne quis vaccam, ne quis damalionem.

DAMASCĒNUS, a, um, adject. ad Damascum pertinens, *of Damascus*, ut Damascena pruna, *a damascene, Plin.* l. 15. c. 13. De his est disthicon *Martialis* l. 13. epigr. 29. qui ubi ait l. 5. epigr. 18. Et acuta senibus testa cum Damascenis; horum prunorum ollam plenam intelligit. Erant autem pruna ad solem in cratibus siccata, ut *Pallad.* docet *in Novembr.* tit. 7. *de pruno.* ¶ *Damascena* absolute, et *Damascene*, est regio Syriæ in Cœlesyria, *Plin.* l. 5. c. 12. *Pompon. Mela* l. 1. c. 11. [¶ Est epitheton Jovis in *Inscr.* apud *Gruter.* pag. 20. n. 2. et *Vignol. Inscript. sel.* pag. 187. ab urbe Damasco in Cœlesyria, ubi cultus præcipue fuit.]

DAMASCUS, i, f. nunc *Damas*, urbs Syriæ, in Cœlesyria, ad Chrysorrhoam fluvium interfluentem. *Plin.* l. 5. c. 18. et *Stat.* l. 1. silv. 6. v. 14. Quod ramis pia germinat Damascus. *h. e.* Vel Damascena pruna, vel terebinthum, quæ magna et optima circa Damascum provenit, teste *Plin.* l. 13. c. 6. Porro *piam* vocat, quia in Syria dii plurimi, et superstitione pleni homines. ¶ *Damascos ventosa* Græca positione dicitur a *Lucan.* l. 3. v. 215.

DAMASICHTHON, ŏnis, Niobes filius, cum sex fratribus ab Apolline occisus. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 254.

DAMASONĬON, ii, n. δαμασώνιον, herba eadem quæ alisma. *Plin.* l. 25. c. 10. V. *Alisma.*

DAMĪUM, sacrificium, quod fiebat in operto in honorem Bonæ Deæ: dictum a contrarietate, quod minime esset δημόσιον, idest publicum. Dea quoque ipsa δαμία, et sacerdos ejus δαμίας (al. *Damiatrix*) appellabatur. Hæc *Festus*, cujus etymologia Criticis quibusdam non placet. Volunt enim ita dictum *damium*, quia pro δῆμος, id est populo fiebat. Dores autem δᾶμος dicunt pro δῆμος.

DAMIURGUS. V. *Demiurgus.*

DAMNABĬLIS, le, adject. dignus qui damnetur, *damnable, deserving of condemnation, meriting reproof. Trebell. Poll. in* XXX. *Tyran.* c. 17. *de Mæonio.* Damnabili invidia ductus. *Sidon.* l. 6. ep. 1. *ad fin.* Ad mea ipse verba damnabilis, cum imperem quæ non impleo.

DAMNABILĬTER, *culpably*, culpabiliter. *Augustin.* ep. 23. c. 5. Non solum simpliciter ignorantium, verum etiam damnabiliter indignorum.

DAMNAS, indeclin. *condemned, sentenced, guilty* καταδεδικασμένος, damnatus per syncopen: vel quo modo a primus *primas*, ab optimus *optimas. Quintil.* l. 7. c. 9. Heres meus uxori meæ dare damnas esto argenti, quod elegerit, pondo centum. *In lege Aquilia* apud *Cai. Dig.* lib. 9. tit. et leg. 2. Quanti id plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas esto. *In vet. S. C. Frontin. de Aquæ duct.* artic. 129. Id omne sarcire, reficere damnas esto. ¶ Et cum nominibus pluralis numeri *Paul. Dig.* lib. 3. leg. 122. L. Titius, et C. Seius P. Mævio decem dare damnas sunto. Adde *Scævol. ibid.* lib. 32. leg. 34. ex qu

bus colligitur hanc fuisse formulam in testamentis, et in legibus usurpatam. ¶ *Damnatem furti* est qui legendum putat apud *Gell.* l. 7. c. 15. ubi plerique omnes *damnatum.*

DAMNATĬO, onis, f. *a condemning, condemnation,* κατάγνωσις, κατάκρισις, damnandi actus, condemnatio. Mihi ex hoc (inquit *Auct. declam.* quæ *Quintiliano* tribui solent declam. 320. *circa med.*) quod plerisque criminibus pecuniæ pœna imponebatur, appellata etiam ipsa damnatio videtur. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 3. *ante med.* Omnes damnatione ignominiaque dignos. *Id. in Pison.* c. 36. Reorum acerbissimæ damnationes. *Id. pro Cluent.* c. 20. Quid est illa damnatione judicatum, nisi &c? *Tacit. Ann.* 3. c. 31. Sævire damnationibus et hasta in pecuniam et famam multorum. *Callistrat. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 28. Summum supplicium esse videtur damnatio ad furcam. ¶ Translate *Plin.* l. 20. c. 11. Apiastrum in confessa damnatione est venenatum in Sardinia. *h. e.* aperte damnatur, et rejicitur ab omnibus ut venenatum. Apud JCtos *damnatio* est obligatio imposita heredi quippiam præstandi, adhibendo translatitiam illam formulam, *dare damnus esto. Paul. sentent.* lib. 3. tit. 6. sect. 8. Si res obligata creditori per damnationem legata sit.

DAMNATITĬUS, et Damnaticius, a, um, damnatus, vel damnabilis. *Tertull. de præscriptionib. advers. Hæret.* c. 34. Etsi nihil de damnatitiis participarent, de ætate sola præjudicarentur.

DAMNĀTOR, oris, m. qui damnat, *one who condemns,* κατακρίνων. *Tertull. ad Nation.* l. 1. c. 3. Neque exquisitio damnatoribus semper consulenda. *Sedul. hymn.* 1. v. 10. Damnator Christi frater iniquus erat. Adde *Jul. Firmic.* l. 3. c. 8. sect. 4.

DAMNATORĬUS, a, um, *damnatory, condemnatory. Cic.* 5. *Verr.* c. 22. Verres in Zenonem judicium dabat illud suum damnatorium de jugerum professione. *Sueton. in Aug.* c. 33. Damnatoria tabella.

DAMNĀTUS, us, m. idem quod damnatio. In sexto casu sing. *Plin.* l. 7. c. 44. Alieno beneficio vixit a damnatu suo. *Harduin.* aliter leg. ex MSS.

DAMNĀTUS, a, um, *condemned, cast,* κατάκριτος, condemnatus. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 4. Causa judicata atque damnata. *Id. pro Cluent.* c. 3. Causa convicta atque damnata. *Id. in Pison.* c. 40. Quis te miserior? quis te damnatior? *more universally condemned or reprobated. Id. pro Flacc.* c. 18. Furti, et pro socio damnatus. et *ibid.* damnatus peculatus. *Id. Verr.* 2. c. 13. de majestate. *Id. Phil.* 1. c. 9. de vi, et de majestate. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 39. per arbitrum. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 22. Capite damnatos morte multant. *condemned to death. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 110. Capitis damnatus. *Id. ibid.* c. 1. ambitus lege Pompeia. *Plin.* l. 2. ep. 12. sordium. *h. e.* avaritiæ. *Sueton. in Oth.* c. 2. Vir consularis damnatus repetundis. *Id. in Tiber.* c. 11. Damnata ob libidines atque adulteria. *Lucret.* l. 6. v. 1230. Damnatus morti. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 86. Damnati dare populo centum paria gladiatorum. *Id.* l. 2. od. 14. v. 19. Damnatus longi Sisyphus laboris. Καταγνωσθεὶς πόνου dicunt Græci. *Virg.* 6. *Æn.* v. 430. Hos juxta falso damnati crimine mortis. *Martian. Dig.* lib. 28. tit. 1. leg. 13. et *Papin.* lib. 34. tit. 9. leg. 13. Damnatus in crimine capitali. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 41. Damnati ad pœnam. *Ipse Plin. ibid.* ep. 40. et 66. et lib. 2. ep. 11. Damnati in opus, in ludum, in metallum. *condemned to hard labour,* &c. *Paul. Dig.* lib. 48. tit 19. leg. 31. Damnati ad bestias. *Sil. sub fin.* l. 10. tunc terga dedisse Damnatis Siculas longe meritare per oras Impositum. *convicted of having fled.* ¶ Translate *Sil.* l. 3. v. 330. quippe omnis in armis Lucis causa sita, et damnatum vivere paci. *h. e.* vivere sine bello damnatum est, rejectum, reprehensum. *Justin.* l. 19. c. 2. *ad fin.* Intermissa omnia sacra, omnia privata officia damnata. *h. e.* rejecta, abjecta, derelicta. *Lucan.* l. 9. v. 363. Et nunquam somno damnatus lumina serpens. *h. e.* nunquam habens lumina devincta et obligata somno. *Stat.* 7. *Theb.* v. 259. subeunt campo, qui proximus urbi Damnatus bellis patet. *destined,* et q. d. *doomed to be made a field of battle. Id.* 6. *Theb.* v. 55. Damnatus flammæ torus. *destined to the flames. Lucan.* l. 3. v. 21. semperque potentes Detrahere in cladem fato damnata maritos. *doomed to be the destruction of powerful husbands. Id.* l. 7. v. 409. Et damnata diu Romanis Allia fastis. *h. e.* Alliensis pugnæ dies in fastis inter atros relatus. *marked in the Roman calendar as ominous. Id.* l. 4. v. 533. stabat devota juventus, Damnata jam luce ferox. *h. e.* abjecta, rejecta cura, et spe vivendi. et vers. 359. nec enim felicibus armis Misceri damnata decet. *h. e.* infelicia, tristia, et quasi a diis damnata. *Plin.* l. 16. c. 26. Arbores damnatæ religione. *Id.* l. 10. c. 22. *extr.* Aves damnatæ in cibis. *h. e.* rejectæ, non adhibitæ. *Id.* l. 14. c. 18. Aspendios uva damnata aris. *h. e.* cujus vinum in sacris non adhibetur. *Solin.* cap. 8. (*al.* 13.) Mothona oppidum, quod cum obsideret Philippus, damnatus est oculum jactu sagittæ. *Al. leg.* oculo. *he was destined to lose an eye.* ¶ *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 111. hunc Tulliu' quidam Judex heredem facit, et damnati alii omnes. *h. e.* exheredati. ¶ *Damnatus voti* dicitur voti reus, *h. e.* qui voti compos factus, præstare tenetur, quod voto promiserat. *bound by, obliged to perform. Liv.* l. 5. c. 25. et l. 7. c. 28. et l. 39. c. 9. et *Nepos in Timol. sub fin.* V. *Damno.* Sic damnatus voto. *Sisen.* apud *Non.* c. 4. n. 111.

DAMNĬFĬCUS, a, um, *damnable, destructive, pernicious,* qui damnum infert. *Plaut. Cist.* 4. 2. 62. Nequam bestiam et damnificam. [*Pallad.* lib. 3. tit. 9. Damnificum, exspectare seras maturitates.]

DAMNĬGERŬLUS, a, um, idem ac damnificus. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 1. Ite hac muli æris, damnigeruli, foras gerrones.

DAMNO, as, avi, atum, a. 1. *to condemn,* κατακρίνω, καταγινώσκω, reum facio, et pœnam seu multam impono, condemno: a *damnum* ut in *Damnatio* dictum est. Dicitur autem *damnare* tum judex qui lata sententia pœnæ addicit; tum accusator, qui reum peragit, et ut damnetur, obtinet. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 39. Damnari per arbitrum. *Id. ibid. paulo supra.* judicio aliquo. *Plaut. Rud.* 5. 1. 2. Damnare quempiam ad Recuperatores. *h. e.* apud Recuperatores. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 1. Damnari lege Pompeia. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 2. Emptor pote ex empto, vendito illum damnare, si non tradet. *Cic. pro Cluent.* c. 4. Corrupisse dicitur Cluentius judicium pecunia, quo inimicum suum innocentem condemnaret. [*Cic. pro Cluent.* c. 4. &c. dele hunc locum, nam hic agitur de verbo *damno* non de *condemno,* quo hic utitur *Tullius.*] ¶ Cum casibus criminis, quo quis est reus. Quotiescumque autem habet genitivum, subintelligitur ablativus *crimine, pœna,* aut ejusmodi. *Cic.* 7. *Attic.* ep. 12. *ad fin.* Damnare aliquem sceleris. *Id.* 6. *Verr.* c. 45. quempiam aliquo crimine. et *Verr.* 7. c. 5. Damnari nomine sceleris, et conjurationis. *Id. pro Cluent.* c. 41. *ad fin.* de pecuniis repetundis. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 402. in aliqua re. *Sueton. in Tiber.* c. 11. ob aliquam rem. ¶ Et cum casibus pœnæ, cui reus addicitur. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 83. Damnare capitis. *to condemn to death. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 24. Damnare capite. *Sueton. in Ner.* c. 31. ad opus. *Martian. Dig.* lib. 49. tit. 18. leg. 3. in metallum, in opus publicum, ad bestias. *to sentence to the mines,* &c. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 178. Damnari in unam partem. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 5. leg. 18. Damnare ultimo supplicio. *to sentence to condign punishment. Cic. Verr.* 5. c. 12. aliquem octupli. *Gell.* l. 20. c. 1. *a med.* aliquem pecuniæ. *to fine in a certain sum of money. Justin.* l. 8. c. 1. Damnari pecunia. ¶ Regit etiam dativum, et infinitum. V. *Damnatus.* ¶ Ponitur et pro obligare. *to bind, oblige. Pompon. Dig.* lib. 30. leg. 12. Si quis servos testamento heredem mihi dare damnaverit. *Caius Dig.* lib. 8. tit. 4. leg. 16. Potest in testamento heredem suum quis damnare, ne altius ædes suas tollat. *Ulpian. Dig.* lib. 12. tit. 6. leg. 26. *circa med.* Si damnaverit heredem suum, ut venditorem a nexu liberaret. ¶ *Damnare aliquem alicui* est damnando addicere, subjicere, obligare. *Senec.* l. 6. *de Benef.* c. 4. *a med.* Debitori suo creditor sæpe damnatur, ubi plus ex alia causa abstulit, quam ex crediti petit. ¶ Translate est improbare, rejicere, abhorrere, *to condemn, dislike, disapprove, reject, throw aside. Quintil.* l. 3. c. 6. *circa med.* (*al.* c. 8.) Tullius non dubitavit aliquos jam editos libros, aliis postea scriptis, ipse damnare. *Lucan.* l. 8. v. 328. Damnare consilium alicujus. *Quintil.* l. 10. c. 2. Damnamus tempora nostra infelicitatis hujus, ut nunc demum nihil crescat. *Plin.* l. 23. c. 1. Uvæ recentes in febri damnantur. *Id.* l. 11. c. 2. Fastidio damnare aliquid. *Id.* l. 17. c. 2. *ad fin.* Virgilius arbores ad occasus seri damnavit. *did not allow.* (Adde *Sil.* l. 11. v. 285.) *Id.* l. 20. c. 8. *extr.* Damnare quidpiam in totum. *Id.* l. 8. c. 45. Boves nigri coloris, ad laborem damnantur. *are considered unfit for. h. e.* rejiciuntur: non putantur ad laborem apti. *Id.* l. 20. c. 3. Colocynthides Chrysippus damnabat in cibis. *disallowed, disapproved. Sil.* l. 8. v. 496. Lycios damnant hastilibus arcus. *h. e.* usum hastæ sagittandi arti præferunt: improbant arcus et sagittas, hastis pugnare malunt. *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 126. Fortis et Eoas jaculo damnare sagittas. *h. e.* contemnere, et superare. *to vanquish, get the better of. Id.* l. 5. v. 61. ales, ceu præscia luctus, Damnavit vesci. *h. e.* respuit, noluit. *refused to take nourishment.* ¶ Item destinare, sed in re mala. *to destine, doom. Lucan.* l. 6. v. 64. mons, quem tristis Erichtho Damnarat sacris. *Id. in fi.* l. 2. Phariæ busto damnantur arenæ. *Virg.* 4. *Æn.* v. 699. Stygioque caput damnaverat Orco. *Claudian. de consulc Mall. Theod.* v. 130. quæ linea Phœben Damnet, et excluso pallentem fratre relinquat. *h. e.* deficere cogat. ¶ Item obnoxium reddere, obligare. Hinc *damnare homines voti,* vel *votis* dicuntur dii, cum ea concedendo, quæ voto petuntur, voti reos faciunt, atque obnoxios reddunt ad ea præstanda, quæ voto promiserint. *Virg. Ecl.* 5. v. 80. tibi sic vota quotannis Agricolæ facient: damnabis tu quoque votis. *thou shalt bind* (*thy suppliants*) *by vows,* i. e. *to perform their vows* (*by granting their prayers*). *Liv.* l. 27. c. 45. *a med.* Deos precabantur, ut illis matura ex hostibus victoria esset, damnarenturque ipsi votorum, quæ pro iis suscepissent. [¶ Particip. *damnans, damnaturus* et *damnandus* apud *Sil.* l. 16. v. 535. Cavea damnante furorem. *Ovid.* 7. *Met.* v. 834. Damnatura sui non est delicta mariti. et v. 402. Fasto damnandus in uno. Adde *Val. Max.* l. 2. c. 2. n. 3.]

DAMNŌSE, adverb. *hurtfully, with hurt, loss, waste or damage; harmfully,* cum damno. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 34. Nos, nisi damnose bibimus, moriemur inulti.

DAMNŌSUS, a, um, *hurtful, detrimental, harmful, prejudicial, wasteful, impairing,* ζημιώδης, qui damno est, seu damnum affert, ut alea damnosa, *Martial.* l. 14. epigr. 18. et *Ovid.* 3. *Amor.* el. 6. v. 99. *de amne:* Damnosus pecori curris, damnosior agris. *Liv.* l. 6. c. 11. Erat æris alieni magna vis, re damnosissima etiam divitibus, ædificando contracta. *Id.* l. 39. c. 9. Consuetudo minime rei, aut famæ damnosa. ¶ Interdum is, qui damnum patitur. *Plaut. Epid.* 2. 3. *v. ult.* Argentum accipiam a damnoso sene. *h. e.* infelici, multis damnis confecto. Alii leg. *danoso,* vel *donoso.* ¶ Damnosi etiam dicuntur prodigi, et sumptuosi. *Terent. Heaut.* 5. 4. 10. Gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnosus. *a prodigal, spendthrift.*

DAMNUM, i, n. *loss, hurt, harm, damage, injury,* βλάβη, detrimentum, jactura, incommodum, malum. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 36. Damnum a demptione, cum minus re factum, quam quanti constat. Eadem *Paulus* habet *Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 3. Alii ex δαπάνη ducunt, ex quo *dapnum,* inde *damnum. Cic.* 5. *de Fin.* c. 30. Si in maximis lucris parum aliquid damni contraxeris. *Id.* 1. *Fam.* ep. 9. In meis damnis ex auctoritate Senatus resarciendis. *Terent. Adelph.* 2. 2. 23. Nisi ad mercatum venio, damnum maximum est. *Id. Andr.* 1. 1. 116. Dare damnum. *Id. Heaut.* 4. 4. 25. apportare. *Trebat.* apud *Paul. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 25. accipere. *Pompon. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 39. capere. *to sustain, meet with. Ulpian.* lib. 10. tit. 3. leg. 6. sentire. *Plin. in proœm.* lib. 14. Hoc mihi damno est. *Plaut. Asin.* 1. 3. 35. Perdidici, isthæc esse vera, damno cum magno meo. *to my cost. Cæsar* l. 6. *B. Gall. c. ult.* Exercitum Cæsar, duarum cohortium damno reducit. *with the loss. Curt.* l. 8. c. 4. Quæ distributa militem et damno, et fame liberaverunt. *from harm.* ¶ *Damnum facere* est jacturam facere, aliquid amittere, *to lose, meet with or sustain a loss. Cic. Fam.* 7. *ep. ult.* Quod declamationibus nostris cares, damni nihil facis. *Plaut. Capt.* 2. 2. 77. Est, ubi profecto damnum præstet facere, quam lucrum. *Cic. Fam.* 10. ep. 28. *ad fin.* Magnum damnum factum est in Servio. Adde *de clar. Orat.* cap. 33. ¶ Reperitur etiam *damnum pati,* sed rarius. *Senec.* l. 1. *de Ira,* c. 2. Totos populos capitis damna passos. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 29. Nec æquum esse, damnum me pati, rescissis meis tignis. ¶ In illo *Lucani* l. 8. v. 750. paterisque hæc damna sepulcri: *pateris* est æquo animo fers, *you bear with patience.* Sic apud *Liv.* l. 22. c. 4. Annibal id damnum haud ægerrime pati, quin potius credere, velut inescatam temeritatem ferocioris consulis. ¶ Interdum *damnum facere* est afferre, dare, *to occasion harm. Paul. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 30. *ad fin.* Qui occasionem præstat, ipse damnum fecisse videtur. ¶ *Damnum infectum* apud JCtos est, quod nondum est factum, sed futurum veremur, ut *Caius Dig.* lib. 39. tit. 2. *qui est* de damno infecto, leg. 3. definit, ζημία μέλλουσα. *Cic. in Top.* c. 4. Si quis in pariete communi demoliendo, damni infecti promiserit. ¶ Apud *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 499. damna lunæ sunt ejus decrementa. ¶ Aliquando *damnum* ponitur pro multa, *a fine, penalty, mulct, confiscation of property. Cic.* 3. *Offic.* c. 5. Hoc volunt leges, incolumem esse civium conjunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exsilio, vinculis, damno coercent. *Id. Phil.* 1. c. 5. Quis unquam tanto damno Senatorem coegit? *Liv.* l. 4. c. 53. Ferre damnum aliamque coercitionem detrectantibus militiam. *Cic. in fragm.* apud *Augustin.* l. 21. *de civit. Dei,* c. 11. Octo pœnarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exsilium, mors, servitus. ¶ *Damnum, jactura, detrimentum* idem fere significant, et promiscue a Scriptoribus usurpantur: differunt tamen, si proprie et stricte sumantur. *Damnum* enim est diminutio bonorum, quæ alteri quis aufert: *jactura* diminutio, quæ fit jaciendo per impensas vel inutiles, vel necessarias: *detrimentum* diminutio, quæ fit usu et consumptione rerum. *Cic. Agrar.* 1. c. 7. Non queror flagitium hujus jacturæ atque damni. *Id.* 1. *de Legib.* c. 19. propter damna, aut detrimenta. *Id. in fi. Verr.* 5. hæc tot detrimenta atque damna.

DAMŬLA, æ, f. diminut. a dama. *Apul.* l. 8. *post princip.* Nec ulla capra, nec pavens damula.

DAN'? das ne? *Plaut. Trucul.* 2. 4. 22.

DANĂE, es, f. per tres syllabas, Δανάη, Acrisii Argivorum regis et Aganippes filia, neptis Abantis. Cum Acrisio prædictum esset, fore, ut a nepote interficeretur, Danaen in turrim inclusit, turrimque militum, et canum excubiis ab adulteris munivit. Sed Jupiter in imbrem aureum conversus, in turrim ingressus est. Danae ex Jove Perseum peperit. Rex conclusam Danaen in arca una cum filio in mare projici jussit. Delata illa arca est ad Apuliæ litus, et a piscatore capta et aperta. Danae una cum filio ad Pilumnum regem ducta in uxorem accepta est, cui Daunum peperit, cum ex Apulia ad Rutulos migrassent, et Ardeam condidissent. *Horat.* l. 3. od. 16. Inclusam Danaen turris ahenea, &c. V. *Serv. ad* 7. *Æn.* v. 372. Paulo aliter rem narrat *Hygin.* fab. 63. [¶ Est etiam hujus nominis herba, cujus mentio est apud *Plin.* l. 15. c. 30. sect. 39. Est et

Alexandrina (laurus), quam aliqui Idæam, alii hypoglottion, alii danaen, alii carpophyllon, alii hypelaten vocant. Adde *Apul. de herb.* c. 58.]

DANAEIUS, a, um, ad Danaen pertinens, ut Danaeius heros apud *Ovid. Metam.* 5. v. 1. h. e. Perseus filius Danaes et Jovis, qui Danaeius volucer *Statio* est *Theb.* 10. v. 892. Sic Danaeia Persis apud *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 225. est Persia sic dicta a Perse filio Persei, et Danaes nepote. Al. tamen aliter leg. aut interpretantur.

DANĂI, orum. V. *Danaus, a, um.*

DANAIDÆ, arum, m. *the descendants of Danaus; the Greeks*, Δαναΐδαι, iidem qui Danai, hoc est Græci. *Senec. in Troad.* v. 607. Quid agis, Ulysse? Danaidæ credent tibi? tu cui? parenti. *Id. ibid.* v. 757. Virtus Ulyssis Danaidis nota est satis, Nimisque Phrygibus.

DANAIDES, um, f. Δαναΐδες, filiæ Danai, de quibus V. in voce sequenti. *Senec. in Herc. Fur.* v. 757. Urnasque frustra Danaides plenas gerunt.

DANĂUS, i, m. filius Ægisthi, nepos Beli Prisci, frater Ægypti. Alii Beli filium faciunt. Primo regnum apud Ægyptios exorsus est, et ex compluribus uxoribus quinquaginta filias genuit, quæ *Belides* ab avo, *Danaides* a patre dictæ sunt. Has cum peteret Ægyptus frater filiis suis, qui totidem erant numero, in uxores, Danaus Oraculum consuluit, ex quo didicit, se a genero interfectum iri. Ut fratris vim effugeret, in Græciam navigavit, ubi Stheleno, al. Sthenelo rege expulso, Argos tenuit. Sed Ægyptus filiis imperavit, ut patruum persequerentur, nec nisi eo interfecto redirent. Bello igitur coactus Danaus promisit, se Ægypti petitioni satisfacturum. In nuptiarum autem nocte filiis subornavit, ut clam se cultris armarent, et viros jam vino lætitiaque sopitos jugularent. Virgines patri obedientes captato tempore necarunt viros unaquæque suum, excepta sola Hypermnestra, quæ Linum, seu Lynceum virum suum servavit. Quidam putant, etiam Bebrycem (quam tamen *Hygin.* fab. 170. inter Danai filias non enumerat) sponso suo Hippolyto pepercisse, et metu patris in Asiam profugisse, ibique nomen Bebryciæ provinciæ dedisse. Ob tale nefas fabulantur apud Inferos hisce virginibus supplicii loco præscriptum esse dolium pertusum aqua implere, e quo tantumdem effluat, quantum infundatur. Danaus quinquaginta regnavit annos, ac tandem a Lynceo genero juxta oraculum interfectus est. *Hygin.* fab. 168. et 170. (ubi filias Danai, earumque sponsos sigillatim enumerat) *Serv. ad* 10. *Æn.* v. 497. et *Ovid. Heroid.* ep. 14. ¶ Danai porticus, quam memorat *Ovid.* 2. *Amor.* el. 2. v. 4. fuit Romæ porticus Apollinis Palatini, cum bibliotheca Latina Græcaque, ab Augusto ædificata, ut narrat *Sueton. in ejus vita*, c. 29. in qua erant signa Danai, et filiarum ejus. V. *Ovid.* 1. *de art. am.* v. 73. et *Propert.* l. 2. eleg. 23.

DANĂUS, a, um, Δαναὸς, *relating to the Greeks, Grecian*, ad Danaos pertinens, hoc est Græcos, ita dictos a Danao Argivorum rege. *Ovid. de remed. amor.* v. 66. Nec manibus Danais Pergama victa cadent. *Id. Heroid.* ep. 8. v. 14. Cum Danaus Phrygias ureret ignis opes. et vers. 24. Danaus miles. *Id. Metam.* 13. v. 59. Prodere rem Danaam. ¶ *Danai, orum*, sunt Græci, ut dictum est: *the Greeks*: habetque *Virgilius* sæpe, *Ovid. Tibull. Propert.* &c. Quidam tradunt Danai filias, postquam sponsos occiderant, Argivis hominibus nupsisse, atque ex his natos primum Danaos fuisse dictos (quod significare videtur illud Veteris Poetæ apud *Cic.* 2. *de Fin.* c. 6. Omnes Danai, aut Mycenenses, Attica pubes: ubi *Danai* designant, ut opinor, Argivos) paulatim deinde omnes Græcos. V. *Hygin.* fab. 170. *extr.* ¶ *Danaum* pro *Danaorum* est apud *Virg. Æn.* 1. v. 602.

DANDĂRI, orum, Δανδάριοι, populi Scythiæ circa Mæotiden paludem. *Plin.* l. 6. c. 7. ¶ Hos *Tacit. Ann.* 12. c. 15. appellat Dandaridas, et cap. 16. eorum regionem Dandaricam.

DANI, orum, *the Danes*, populi Chersonesi Cimbricæ, et vicinarum insularum, quorum regio *Dania* vocatur. *Venant. Fortun.* l. 10. carm. 7. v. 50. Saxonis, et Dani gens cito victa probat. *Al. leg.* et Rhodani. *Serv. ad Æn.* 8. v. 728. scribit, Danos dictos esse a Dais, qui sunt populi Scythiæ juncti Persidi. Sed vel alios intelligit, vel in ejus verbis mendum est.

DANISTA, æ, m. *an usurer*, δανειστὴς, fenerator, a δάνος, fenus, mutuum, et δανείζω, fenori do. *Plaut. Epid.* 1. 1. 51. Id argentum ab danista sumpsit fenore. *Id. Pseud.* 1. 3. 53. Amabas? invenires mutuum, ad danistam devenires, adderes fenusculum.

DANISTĬCUS, a, um, *of an usurer*, δανειστικὸς, ad danistam pertinens. *Plaut. Mostell.* 3. 1. 127. Nullum est genus hominum tetrius, quam danisticum.

DANO. V. *Do* in fi.

DANŌSUS, a, um, adject. liberalis: a *dano* pro *do*. V. *Damnosus.*

DANUBĪNUS, a, um, ad Danubium pertinens. *Sidon.* l. 8. epist. 12. Ad limitem Danubinum contra Massagetas proficisci.

DANUBĬUS, ii, m. *the Danube*, nobilis fluvius Germaniæ, qui oritur in Germaniæ jugis montis Abnobæ, ex adverso Rauraci Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes, immenso aquarum auctu, et unde primum Illyricum alluit, Ister appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorum navigabili, in Pontum vastis sex fluminibus evolvitur. Hæc et alia *Plin.* l. 4. c. 12. Ostiorum ejus nomina recenset *Ammian.* l. 22. c. 9. (*al.* 19.) Consule Geographos. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 10. v. 57. Innumerique alii, quos inter maximus omnes, Cedere Danubius se tibi, Nile, negat. [*Auson.* tamen Danubio Nilum præfert epig. 3. v. 1. Illyricis regnator aquis, tibi, Nile, secundus Danubius lætum profero fonte caput.] ¶ Apud *Valer. Flacc.* l. 8. v. 293. quidam MSS. codices habent *Danuvius*, quod et in numo Trajani legitur apud *Tristan.* tom. 1. pag. 395. &c. ¶ *Danubium* neutr. gen. *Sallust. in frugm.* apud *Acron. in Horat. art. Poetic.* v. 18. Nomenque Danubium habet.

DANUNT pro *dant*, V. in *Do* in fine.

DAPĀLIS, le, *sumptuous, costly, expensive*, δαψιλὸς, ut *Dapalis cœna*, quæ plena est amplis dapibus, ut *Non.* c. 2. n. 200. interpretatur. *Titinn. ibid.* Toto fit in foco mihi dapalis cœna. Adde *Auson.* ep. 9. v. 13. ¶ *Dapalis Jupiter* dictus est, cui dapali cœna sacrum fiebat. *Cato R. R.* c. 132. Jovi dapali culignam vini quantum vis polluceto.

DAPHNÆUS, a, um, Daphnensis, ut Daphnæus Apollo, *Ammian.* lib. 22. c. 13. (*al.* 31.)

DAPHNE, es, f. *the laurel or bay-tree*, Δάφνη, Græca vox laurum significans. *Petron. in Satyr.* c. 131. Et baccis redimita daphne, tremulæque cupressus. Ubi prima in *daphne* (si vera est lectio) corripitur *n* littera liquescente more Græcorum: quod et in *cycnus* factum est a Poetis, in *Tecmessa*, in *Procne*, &c. Lauream victoriæ significare videtur in numis Constantini M. apud *Mediobarb.* pag. 467. ubi legitur Constantiniana Daphne. ¶ In fabulis est Penei fluvii (aliis Ladonis Arcadiæ fluvii) filia, quæ ab Apolline amata, cum ejus vim non posset effugere, implorato paterno numine conversa est in laurum. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 452. *et sequentib. Hygin.* fab. 203. *Serv. ad Virg. Ecl.* 3. v. 63. et *ad* 2. *Æn.* v. 513. ¶ Porro etiam sic mutatam Apollo amare pergens, dedit ei arbori, ut semper vireret, coronam ex ea gestare cœpit, sacramque sibi esse perpetuo voluit. *Serv. ad Æn.* 3. v. 91. et *Hygin. loc. cit.* ¶ De Daphne vico Syriæ, V. in voce sequenti.

DAPHNENSIS, se, ad Daphnem pertinens. Est autem Daphne vicus Antiochiæ Syriæ proximus, ubi lucus fuit et templum Apollini et Dianæ sacrum. *Eutrop.* l. 6. c. 14. Pompeius aliquantum agrorum Daphnensibus dedit, quo lucus ibi spatiosior fieret. ¶ Hujus vici meminit *Capitolin. in M. Anton. Philos.* c. 8. ubi significat locum fuisse deliciis et luxu affluentem, ubi perditis moribus homines vitam agerent. Adde *Vulcat. Gallic. in Avid. Cass.* c. 6.

DAPHNĬA, æ, f. gemma comitialibus morbis utilis. *Plin.* l. 37. c. 10.

DAPHNĬCUS, a, um, ad Daphnem Antiochiæ vicum pertinens: de quo in *Daphnensis* dictum est. *M. Anton. Philos. in epist. quadam* apud *Vulcat. Gallican. in Avid. Cass.* c. 5. Legiones Syriacæ diffluentes luxuria, et Daphnicis moribus agentes. *Salmas.* aliter vult legi.

DAPHNIS, idis, m. filius Mercurii, et Lycæ Nymphæ, in Sicilia natus, puer formosissimus, qui primus omnium pastor fuisse dicitur. Hic a matre in lucem editus, statim abjectus fuit, inventusque inter lauros (unde et nomen habuit, quia δάφνη laurum significat) educatusque, factus est paulatim et venationis et musices peritissimus, ab ipso Pane edoctus. Quidam etiam apud *Diomed.* l. 3. pag. 484. putant fuisse primum auctorem carminis Bucolici. Adamatus a Nympha quadam, jurejurando promisit, se cum alia nunquam concubiturum: sed cum aliquando in regia puella fidem fefellisset, a Nympha cæcus in pœnam factus est. Ille in auxilium patrem invocavit, a quo in cælum sublatus fuit, inque eo loco, ubi vixerat, fons elicitus, apud quem quotannis Siculi sacrificant. *Serv. ad Ecl.* 5. v. 20. et *Ecl.* 2. v. 26. qui paulo aliter rem narrat ad *Ecl.* 8. v. 68. cum amaretur a Nympha Nomia, et ille eam sperneret, et Chimeram potius sequeretur, ab irata Nomia luminibus primum orbatum, deinde in saxum fuisse conversum. Aliam quoque ex aliorum opinione narrationem adscribit, quam eo loco V. ¶ *Daphnis casia* apud *Scribon. Larg. compos.* 152. est, quam *daphnitidem casiam* ipse appellat *compos.* 269. scilicet Daphnoides, de qua mox. *Joann. Rhod.* putat, etiam priore *Largi* loco *daphnitis* legendum esse.

DAPHNĪTIS. V. in fine vocis præced.

DAPHNOĪDES, æ, δαφνοειδὴς, lauri similis. Sic appellatur genus casiæ, quæ cortice laurum imitatur. *Plin.* l. 12. c. 20. *a kind of cassia.* ¶ Item genus lauri, scilicet frutex ramosus, crassiore ac molliore, quam laurus, folio; cujus gustatu os atque guttur accenditur, baccis e nigro rufis. *Id.* l. 15. c. 30. *a kind of laurel.* ¶ Item clematis, Ægyptia cognomine, folio lauri, longa, tenuisque. *Id.* l. 24. c. 15. *extr. the herb cotton-weed.*

DAPHNON, onis, m. *a laurel-grove*, δαφνὼν, lauretum, *h. e.* locus lauris consitus: vox Græca. *Petron. in Satyr.* c. 126. Flexit se in eum daphnona, qui ambulationi hærebat. *Martial.* l. 10. epigr. 79. Disposuit daphnona suo Torquatus in agro.

DAPĬFER, ri, m. dapes ferens. *In Inscription. Murator.* refertur inter officia domus Augustæ, pag. 915. n. 3.

DAPĬNO, as, a. 1. dapes, seu cibum præbeo: vox plebeia. *Plaut. Capt.* 4. 2. 116. Æternum tibi dapinabo cibum, si vera autumas. Al. aliter leg.

DAPS, dapis, f. *food, meat*, ἔδεσμα, cibus, vox fere poetica. *Horat.* epod. 5. v. 32. Quo posset infossus puer Longo die bis terque mutatæ dapis Inemori spectaculo. *Id.* l. 4. od. 4. v. 12. *de aquila.* Nunc in reluctantes dracones Egit amor dapis, atque pugnæ. *Id. in art. poet.* v. 198. Ille dapes laudet mensæ brevis. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 68. Efferus, humana qui dape pavit equos. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 304. Large multiplici constructæ sunt dape mensæ. *Virg.* 7. *Æn.* v. 109. Instituere dapes. *Id. Ecl.* 6. v. 79. Parare alicui dapes. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 683. Et veniam dapibus, nullisque paratibus orant. *entreat them to excuse the scantiness of the repast.* ¶ Discrimen tradit ad illud *Virg.* 1. *Æn.* v. 710. Qui dapibus mensas onerent, et pocula ponant: tradit, inquam, *Servius* hujusmodi, quod *dapes* regum sint, *epulæ* privatorum. et ad illud 3. *Æn.* v. 224. dapibusque epulamur opimis; quod *dapes* deorum sint, *epulæ* hominum. Sic *Tibull.* l. 1. eleg. 5. v. 28. deo agricolæ Pro segete spicas, pro grege ferre dapem. ¶ De lautiore convivio, *a feast, banquet. Ovid.* 2. *Fast.* v. 657. Conveniunt, celebrantque dapes vicinia simplex. *Martial.* l. 7. epigr. 85. Ad natalitias dapes vocabar. *Id.* l. 12. epigr. 48. Capitolinæ, pontificumque dapes. ¶ De cibis, qui Manibus et Diis offeruntur in sacris. *Festus:* Daps apud antiquos dicebatur res divina, quæ fiebat aut hiberna semente, aut verna: quod vocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularum δαὶς dicitur (*Vossio in Etymol.* placet duci a δαπάνη.) *Liv.* l. 1. c. 7. *ad fin.* Bove sacrum Herculi, adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis, ac Pinariis, factum. *Liv. Andron.* apud *Priscian.* l. 7. pag. 752. *Putsch.* Quæ hæc daps est? quia festus dies? *Virg.* 3. *Æn.* v. 301. Solemnes tum forte dapes, et tristia dona Libabat cineri Andromache. *Cato R. R.* c. 131. Dapem pro bubus piro florente facito. et cap. 132. Jupiter dapalis, quod tibi fieri oportet in domo familiaque mea, culignam vini dapi, ejus rei ergo: macte hac dape pollucenda esto. *et ibid.* Daps Jovi assaria pecunia, urna vini Jovi caste. ¶ Et universim de victimis. *Senec. in Œdip.* v. 557. Flamma prædatur dapes, Vivumque trepidat igne ferali pecus. ¶ *Dapes humanas* honesto vocabulo *Plin.* l. 17. c. 9. merdas hominum dixit.

DAPSĬLE, et Dapsiliter, adverb. *abundantly, plentifully, sumptuously*, δαψιλῶς, large, copiose: vox Græcæ originis. *Sueton. in Vespas.* c. 19. Convivabatur assidue, ac sæpius recte et dapsile, ut macellarios adjuvaret. *Al. leg.* recta ac dapsili: *subintellige* cœna. *Pompon.* apud *Non.* c. 11. n. 34. Quid nunc vis fieri? verrem sume dapsile, ac dilucide. *Nævius* apud *Charis.* l. 2. pag. 178. *Putsch.* Ultro meretur, quamobrem ametur: ita dapsiliter suos amicos alit. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 232. Scito enim, bene longinquum mortalibu' morbum In vino esse, ubi qui invitavit dapsilius se.

DAPSĬLIS, le, *plentiful, abundant, copious, sumptuous, costly, liberal, bountiful*, δαψιλὴς, largus, copiosus, abundans: vox Græca. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 45. Dotes dapsiles. *Id. Mostell.* 4. 2. 66. Dapsiles sumptus facere. *Id. Pseud.* 5. 1. 21. Corollas dare dapsiles. *Colum.* l. 4. c. 27. *ad fin.* Si continuis superioribus annis dapsili proventu fatigata vitis fuerit, requiescere ac refici par erit. *Id.* l. 3. c. 2. *post med.* Spionia vitis dapsilis musto. *Apul.* l. 11. *Metam.* Dapsilem copiam facundiæ subministrare. ¶ *Dapsilis lectus* apud *Plaut. Trucul.* 1. 1. 34. est instructus omnibus rebus ad cubandum necessariis, *a furnished bed.* ¶ Etiam *dapsilus, a, um*, olim dictum fuisse videtur. *Plaut. Pseud.* 1. 4. 2. Postquam herili filio largitus dictis dapsilis. Potest tamen *dapsilis* et hoc loco esse rectus casus singularis. ¶ *Pareus in Lex. Crit.* ait in omnib. MSS. Plautinis scriptum esse *lapsilis* ita enim consuevisse Veteres *l* pro *d* scribere: quod confirmat *Lips.* l. 1. *antiquar. lection.* cap. 15.

DAPSILĬTER. V. *Dapsile.*

DAPTĬCE se acceptos antiqui dicebant significantes, magnifice. *Festus in Daps.*

DAPTĬCUM NEGOTIUM, amplum, magnificum. *Fest. in Daps.*

DARDANARĬUS, ii, m. *an engrosser, regrater, or forestaller, that buys up corn or other commodities to sell them dearer*, παντοπώλης, σιτοκάπηλος, annonæ, et aliarum mercium negotiator, qui studio undique coemit, et coempta comprimit, ut annonam incendat, et carius vendat. Putat *Turneb.* l. 9. *adversar.* c. 17. nomen huic odiosissimo hominum generi inditum a quodam Dardano Phœnici, insigni mago (cujus meminit *Plin.* lib. 30. cap. 1. *Arnob.* lib. 1. pag. 31. *Tertull. de Anim. cap. penult.* et *Dardaniæ artes* pro magicis dicuntur a *Colum.* lib. 10. v. 358.) quasi magicis artibus annonam in sua horrea convertant, et caritatem inducant, eorum instar, qui in *Legib. XII. Tab.* apud *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 7. fruges

alienas excantare dicuntur. Sed de hac *Turnebi* conjectura alii viderint. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 11. leg. 6. Annonam attentare, et vexare vel maxime dardanarii solent. *et mox.* Debebis custodire, ne dardanarii ullius mercis sint. *Paul. ibid.* lib. 48. tit. 19. leg. 37. In dardanarios, propter falsum mensurarum modum, extra ordinem vindicari placuit.

DARDANĬA, æ, f. Δαρδανία, insula eadem, quæ Samothrace. *Plin.* l. 4. c. 12. *a med.* ¶ Item regio supra Troadem ad Hellespontum, ubi oppidum *Dardania* apud *Pompon. Mel.* l. 1. c. 18. *sub fin.* (quod *Dardanium* appellat *Plin.* l. 5. c. 30.) prope Abydum a Dardano conditum, teste *Hygin.* fab. 275. Unde orta est appellatio *of the Dardanelles.* De hoc intelligendum est illud *Ovidii* 1. *Trist.* el. 10. v. 25. Dardaniamque petit auctoris nomen habentem. *Servius ad Æneid.* 8. v. 134. Dardanum vocat. ¶ Dicitur aliquando de ipsa Troja. *Ovid. Heroïd.* ep. 16. v. 57. ¶ Ipsa quoque regio pro toto regno Trojæ sumitur. *Virg.* 2. *Æn.* v. 281. et 325. et 3. *Æn.* v. 52. &c.

DARDANĬDES, æ, m. Δαρδανίδης, patronymicum a Dardano, *h. e.* filius, vel nepos Dardani, vel quivis alius a Dardano descendens. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 419. Mœnia Dardanides nuper nova fecerat Ilus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 774. voluitque manu convellere ferrum Dardanides. *h. e.* Æneas. Adde lib. 10. v. 545. ¶ *Dardanidæ, arum,* sæpe dicuntur de omnibus Trojanis. *the Trojans. Virg.* 5. *Æn.* v. 45. Dardanidæ magni genus alto a sanguine Divum. *Id.* l. 12. v. 585. Pandere portas Dardanidis. *Id.* 2. *Æn.* v. 241. O patria, o divum domus Ilium, et inclyta bello Mœnia Dardanidum! *pro* Dardanidarum. ¶ Item de Romanis, qui ab Ænea. *Sil.* l. 16. v. 192. Dardanida pulcherrime. *h. e.* Scipio Africane. *Al.* leg. *Dardanide.* Sed de hac positione vocativi V. in *Æacides.*

DARDĂNIS, idis, f. *a Trojan dame,* patronymicum a Dardano, Δαρδανίς. Sumitur et pro Trojana. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 412. Dardanides matres. *Id. Heroid.* ep. 16. v. 194. Dardanides nurus. *Martial.* l. 10. epigr. 30. Cajeta Dardanis. *h. e.* a Trojanis condita.

DARDANĬUS, a, um, *of Dardanus; Trojan,* Δαρδάνιος, ad Dardanum, item universim ad Trojanos, et Trojam pertinens. *Virg.* 1. *Æn.* v. 606. Dardania gens. et vers. 498. Æneas Dardanius. *Id.* 10. *Æn.* v. 438. Dardania tela. *Ovid. Heroid.* ep. 8. v. 42. Dardanius advena. *h. e.* Paris, qui Troja Spartam profectus est abducendæ Helenæ causa. *Id.* 3. *Trist.* el. 5. v. 38. Dardanius senex. *h. e.* Priamus. *Martial.* l. 11. epigr. 105. Dardanius minister. *h. e.* Ganymedes pincerna Jovis. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 680. Dardanius dux. *h. e.* Æneas. *Id.* 1. *Fast.* v. 519. Dardaniæ pinus. *h. e.* naves Æneæ Italiam petentis. *Id.* 13. *Metam.* v. 335. Dardanius vates. *h. e.* Helenus Priami filius, vates nobilis. *Id.* 15. *Metam.* v. 431. Dardania Roma. *h. e.* a Trojanis condita. *Lucan.* l. 3. v. 187. Dardania Oricus. *h. e.* in qua Helenus Priami filius regnavit. ¶ *Dardaniæ artes* sunt magicæ. V. in *Dardanarius.* ¶ De Dardanio oppido V. in *Dardania.*

DARDĂNUS, i, m. Δάρδανος, filius Jovis, et Electræ Atlantis filiæ, qui ex Corito urbe Etruriæ profectus (al. ex Pheneo urbe Arcadiæ, al. ex Creta) Samothraciam primum cum fratre Jasio petiit: unde Penatibus cum eo divisis, et Palladio asportato, in Phrygiam transiit. Alii dicunt causam profectionis fuisse, quod in dissensione de regno fratrem interemisset, et ob iram populorum mutare solum coactus sit. Dardaniam oppidum, et Ilium condidit, et regni Trojani princeps fuit. Duxit uxorem Batiam Teucri filiam (al. Astiochen) cui natus est filius Erichthonius, huic Tros, huic Assaracus, cujus frater Ilus, qui post eum regnavit, Laomedontem genuit Priami patrem. Alii aliter hanc genealogiam describunt, qui Dardanum non primum, sed secundum faciunt Ilii regem. *Virg.* tamen 8. *Æn.* v. 134. Dardanus Iliacæ primus pater urbis et auctor. V. ibi *Servium,* et ad. 7. *Æn.* v. 207. et ad lib. 3. v. 167. et ad lib. 8. v. 130. &c. ¶ Græca positione *Ovid.* 4. *Fast.* v. 31. Dardanon Electra nesciret Atlantide cretum. [¶ Dardanus fuit etiam magicæ artis scriptor celeberrimus ex Phœnicia, a quo Dardaniæ artes, *h. e.* magicæ sunt appellatæ. *Plin.* l. 30. c. 1. et *Apul. Apol.* pag. 331. *Elmenh.* ¶ Est et philosophus Stoicus apud *Cic. Acad.* lib. 4. c. 22.]

DARDĂNUS, a, um, adject. *of Dardanus; Trojan,* ad Dardanum, seu ad Trojanos pertinens. *Horat.* l. 1. od. 15. v. 10. Dardana gens. *Id.* l. 4. od. 6. v. 7. Dardanæ turres. *h. e.* Trojæ. *Virg.* 6. *Æn.* v. 57. Dardana tela Paridis. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 4. Dardana puppis. *h. e.* navis, qua Æneas in Italiam venit. *Sil.* l. 1. v. 14. ¶ De Dardano oppido V. in *Dardania.* ¶ *Dardanum* (subaudi *aurum*) brachiorum ornamentum aureum, quo et viri utebantur: ita dictum a Dardanis. *Plin.* l. 33. c. 3. ¶ *Dardani, orum,* dicti sunt etiam Romani, quorum auctor Æneas Dardanus. Hinc *Dardanus ductor* apud *Sil.* 1. v. 14. est Scipio Africanus. ¶ Item populi Moesiæ, ubi nunc Servia est. *Plin.* l. 3. c. *ult.* et *Cic. pro Sext.* c. 43.

DARES, etis, [*Serv. ad Æn.* l. 5. v. 456. Præcipitemque Daren, hæc adnotat: et *Dares, is,* et *Dares, etis* promiscue dicitur.] m. Δάρης, Historicus Phrygius, qui prius bellum Trojanum, cui ipse interfuerat, Græce conscripsit, quod postea ab aliquo deterioris ævi Scriptore Latine conversum est. Falsi enim sunt, qui ejus auctorem *Cornel. Nepotem* fecere: quod et stylus indicat, et conveniens judicium Eruditorum. Quare quæ ex Darete afferuntur ad Latinitatem pertinentia, exiguæ admodum sunt auctoritatis.

DARĪUS, et Darēus, i, m. Δάρειος. Tres hoc nomine Persarum reges fuere: primus filius Hystaspis, pater Xerxis: alter Longimani filius, cognomine Nothus: tertius Arsami filius, quem Alexander regno spoliavit. De his *Justin.* de tertio etiam *Curtius* multa. ¶ De secundo hæc narrat *Valer. Max.* l. 9. c. 2. n. 6. *extern.* Sanctissimo Persis jurejurando obstrictus, ne quem ex conjuratione, quæ septem Magos cum eo oppresserat, aut veneno, aut ferro, aut ulla vi, aut inopia alimentorum necaret, mortis rationem excogitavit, qua onerosos sibi, non perrupto religionis vinculo, tolleret. Septum enim altis parietibus locum cinere complevit, suppositoque tigno prominente, benigne cibo et potione exceptos in eo collocabat: e quo somno sopiti in illam insidiosam congeriem decidebant. Hinc *Ovid. in Ibin,* v. 317. Utque necatorum Darei fraude secundi, Sic tua subsidens devoret ossa cinis. ¶ Apud *Auson.* nomen est monetæ, epist. 4. v. 23. Ergo aut prædictos jam nunc rescribe Darios, &c. *Sup.* vers. 19. Philippos dixerat. [¶ Animadvertas, velim, primam syllabam in *Darius* ab *Ovid. loc. cit.* productam; ab *Auson.* vero *loc. cit.* correptam fuisse, quemadmodum primam et etiam secundam corripuit *Sidon.* carm. 9. v. 52. Et primum Darii tumultuantes Præfectos, Satrapasque perculisse.]

[†DARTON, δαρτὸν, quasi dicas *excoriabilem,* Græci vocant tunicam nervorum, a quibus testiculi dependent. *Cels.* 7. 18.]

DASI, dari. *Fest.* V. initium litteræ S.

DASUMIĀNUM SENATUSCONSULTUM, quod memoratur a *Mæciano Dig.* lib. 40. tit. 5. leg. 36. et *a Martiano ibid.* leg. 51. ad fideicommissarias libertates pertinens, a quodam Dasumio dictum videtur: sed nihil mihi præterea compertum est. *Haloander* edidit *Dasumaianum.*

DASȲPUS, odis, m. et f. *a kind of coney or rabbit,* δασύπους, genus quadrupedis hirtos et villosos pedes habentis: a δασὺς, pilosus, et ποὺς, pes. *Plin.* l. 11. c. 39. Pili dasypodi et in buccis intus, et in pedibus. *Id.* l. 8. c. 55. Lepus omnium prædæ nascens, solus, præter dasypodem, superfetat. *Id.* l. 10. c. 63. *a med.* Dasypodes omni mense pariunt, et superfetant sicut lepores. et *ibid. in fi.* Superfetant dasypus et lepus tantum.

DATARĪUS, a, um, adject. *that is or may be given,* δοτὸς, qui dari potest, vel dandus est. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 13. An non prius salutas? *Sy.* Nulla est mihi salus dataria.

DATĀTIM, adverb. *by giving from one to another, as in tossing a ball from hand to hand,* invicem dando, ut *Ludere datatim,* quemadmodum qui pila lusitant, quæ vicissim mittitur, et remittitur. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 18. Tum isti, qui pila ludunt datatim, servi scurrarum in via. ¶ Transfertur et ad obscenum sensum. *Enn.* (corrige *Nævius*) de meretrice loquens, apud *Isidor.* l. 1. c. 25. *Orig.* Quasi in choro pila ludens, datatim dat se se, et communem facit. *Pompon.* apud *Non.* c. 2. n. 213. Datatim in lecto ludere. Adde *Afran. ibid.*

DATHIĀTUM appellatur tus rufum, secundæ vindemiæ, viliorisque pretii, quod vere colligitur, incisis hieme arboris turiferæ corticibus. *a kind of inferior frankincense. Plin.* l. 12. c. 14. ad quem locum *Salmasius* in *Solin.* pag. 505. vult legi *dadiotum,* a Græco δαδιωτὸν, h. e. a δᾴδιον, facula, parva tæda, quia in tædiferis arboribus e trunco tædæ fiunt, et quia hujusmodi tus rufum erat, atque adeo tædæ accensæ simile.

DATĬO, onis, f. *a giving,* δόσις, actus dandi. *Cic. de leg. Agrar.* 2. c. 22. Cujus judicium, legumque datio, captorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur. *Al. leg.* latio. *Var.* l. 3. *R. R.* c. 9. *sub fin.* Remittendum in datione cibi. *Plin.* l. 7. c. 56. Ordinem exercitus, signi dationem, tesseras, vigilias Palamedes invenit. *Liv.* l. 39. c. 19. Uti Feceniæ Hispalæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio item esset. *h. e.* traditio possessionis patrimonii sui, cui vellet, vendendo, permutando, testamento relinquendo, &c. *In fragm. legis Mamiliæ* pag. 340. *Goesii.* Jurisdictio, judicis datio, addictio. *h. e.* assignatio. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 8. leg. 1. Datio bonorum possessionis. *Paul.* lib. 45. tit. 1. leg. 2. Datio partis. *Florentin.* lib. 34. tit. 4. leg. 14. Datio, aut ademptio legati. ¶ *Marcell.* lib. 46. tit. 3. leg. 68. dationem pro solutione dixit.

DATĪVUS, a, um, δοτὸς, qui datur, vel qui dat. *Tutores dativi* dicuntur ab *Ulpiano lib. regular.* tit. 11. *de tutel.* qui testamento nominatim dantur. *Molestin.* tamen videtur eos a testamentariis distinguere. *dative executors.* Inquit enim *Dig.* lib. 46. tit. 6. leg. 7. Dativus, vel testamentarius tutor, sive curator non petet satis a collega suo, &c. *Justinian.* quoque lib. 1. *Cod.* tit. 3. leg. 52. aperte distinguit testamentariam tutelam a legitima et dativa. Prior nempe est, quæ testamento, secunda quæ lege, tertia quæ a judice datur: quod confirmat *ibid.* lib. 3. tit. 30. *leg. ult.* ¶ Apud Grammaticos *dativus casus* est tertius, verbis dandi inserviens. *the dative case. Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 6.) *Gell.* l. 4. c. 16. *Priscianus, Diomed.* &c. Quare et *dandi casus* appellatur. *Nigid.* apud *Gell.* l. 13. c. 25.

DATO, as, a. 1. *to be in the habit of giving,* frequentativum a *do, das. Plin.* l. 25. c. 5. *ad fin.* Themison (*medicus*) binas non amplius drachmas (*ellebori*) datavit: sequentes et quarternas dedere. *h. e.* dare consuevit. Quidam MS. habet *dedit. Plaut. Mostell.* 3. 1. 73. Tu solus, credo, fenore argentum datas. *Sidon.* l. 5. ep. 13. Cum tributum annuum datavere. ¶ Obscenum quid latere volunt in illo *Plauti Aulul.* 4. 4. 10. *Eu.* Pone. *St.* Id quidem pol: te datare consuetum senex.

DATOR, oris, m. *a giver,* δοτήρ, qui dat. *Plaut. Trucul.* 2. 1. 33. et 2. 7. 18. Datores novos oportet quærere, qui de thesauris integris demunt, danunt. *Id. in fragm.* apud *Priscian.* l. 3. pag. 616. *Putsch.* Datores bellissimi negotioli soletis esse. *Virg.* 1. *Æn.* v. 138. Adsit lætitiæ Bacchus dator, et bona Juno. *the causer.* ¶ In ludo pilæ *dator* est, qui pilam ludentibus subministrat: sicut *factor,* qui pilam ferit, et ipsum lusus certamen facit: unde *factiones* dictæ de partibus ludentium. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 17. Isti qui ludunt datatim, servi scurrarum in via, Et datores, et factores omnes subdam sub solum. De hoc *Petron. in Sat.* c. 27. Non eam (*pilam*) amplius repetebat, quæ terram contigerat, sed follem plenum habebat servus, sufficiebatque ludentibus.

DATUS, a, um, *given, granted,* δεδομένος, concessus, tributus. *Cic. pro Leg. Manil.* c. 16. *extr.* Bonum oblatum et datum. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 17. Beneficia ultro citro data, accepta. *Id. de Senect.* c. 20. Fidem hosti datam conservare. *Id.* 7. *Attic.* ep. 18. Illius alterum consulatum a republica, ne data quidem occasione repulimus. *Liv.* l. 2. c. 41. Signum inde factum esse, et inscriptum: Ex Cassia familia datum. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 1. et *Plin.* l. 7. ep. 12. *ad fin.* Data opera aliquid facere. *on purpose, designedly, intentionally. Virg.* 1. *Æn.* v. 87. venti, Qua data porta, ruunt. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 16.) Scire quemadmodum in data linea constitui triangula æquis lateribus possint. *how to describe equilateral triangles upon a given straight line. modus dicendi frequens apud Mathematicos.* ¶ *Data, orum,* sunt res datæ. *Cic. de Amic.* c. 16. Ut par sit ratio acceptorum, et datorum. *of what is taken and given.* ¶ Et specialiter munera, *gifts, presents,* δῶρα. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 463. Ingentibus datis sollicitare aliquem. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 72. Non est justus amator, nisi qui perpetuat data. *Propert.* l. 3. el. 13. v. 6. heu nullis capta Lycinna datis. ¶ In ludo calculorum *datum* est calculus loco motus vincendi gratia. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 781. Itaque tibi concedo, quod in duodecim scriptis solemus, ut calculum reducas, si te alicujus dati pœnitet. *Quintil.* l. 11. c. 2. *post med.* Scævola in lusu duodecim scriptorum, cum prior calculum promovisset, essetque victus, dum rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato errasset, recordatus rediit, &c. ¶ *Datum* adscriptum in fine epistolarum significat tempus et locum, quo epistola data, seu scripta est, *the date of a letter.* Legitur apud *Cicer.* 14. *Fam.* ep. 1. 7. 8. 12. et 23. Sic *Q. Fr.* l. 2. ep. 19. Accepi tuas litteras datas Placentiæ. ¶ *Datus* cum infinito, *Stat.* 10. *Theb.* v. 387. motu ducis acer agebat Amphion equites, noctem vigilataque castra Explorare datus. *h. e.* jussus, vel missus, destinatus ad explorandum. *destined, appointed.*

DATUS, us, m. datio, δόσις. In sexto casu singulari *Plaut. Trinum.* 5. 2. 15. Is mille nummum se aureum meo datu tibi ferre aiebat. *given him by me.* [† Sic paullo post, meo allegatu est *a me allegatus,* ut meo rogatu *a me rogatus.*]

DAUCUM, et Daucon, i, n. *a carrot,* δαῦκον, herba est e genere pastinacarum, et ipsa plurium generum, sed probatissima Cretica, cujus meminit etiam *Celsus* l. 5. c. 23. sect. 3. fœniculi similitudine, candidioribus foliis et minoribus hirsutisque, caule pedali recto, radice suavissimi gustus et odoris, semine milii albo, acri, odorato, ut *Plin.* l. 19. c. 5. *a med.* et lib. 25. c. 9. *a med.* describit. *Id. ibid.* c. 11. Daucum medetur capitis dolori. *Id.* l. 26. c. 7. *ad fin.* Cruditates digerunt daucum, vettonicæ farina, plantago decocta.

DAVID, m. indeclin. et ĭdis. *David,* secundus Hebræorum rex, nobilitate generis, sanctitate, prophetia, Psalmorum sacrorum opere, magnisque aliis rebus gestis in omne ævum celeberrimus. *Auson. in Ephemer. in Orat. in fi.* Consona quem celebrant modulati carmina David. *Juvenc.* l. 4. v. 48. Respondent, illum Davidis origine nasci.

DAVIDĬCUS, a, um, ad Davidem pertinens. *Prudent. Cathemer.* 12. de *Epiphan.* v. 49. Jam flos subit Davidicus, Radice Jesse editus. *h. e.* JESUS CHRISTUS, qui ex semine David homo natus est. *Sedul.* l. 1. v. 7. Davidici cantus. *Id.* l. 4. c. 42. Davidica urbs. *h. e.* Hierosolyma. [Animadvertendum est *Sedulium* secundam syllabam in *Davidicus* in *locis. cit.* corripuisse, *Prudentium* produxisse.]

DAULĬAS, ădis, f. patronymicum a Daulide regione, et urbe Phocidis, quæ olim a Thracibus culta, Terei regis

Thraciæ imperio paruit. In hac urbe fama est, Prognem Tereo filium Ityn epulandum dedisse, ipsamque in hirundinem, et Philomelam sororem in lusciniam conversam fuisse, ut *Pausan.* tradit *in Atticis*, et *in Phocicis*: quamvis *Ovid. Metam.* 6. ubi totam hanc fabulam persequitur, in Thracia id accidisse narrat. Hinc *Daulias ales* tum Prognen, tum Philomelam significare potest: sed de Progne, quæ fuit mater Ityos, dicitur in illo *Ovidii Heroid.* ep. 15. v. 153. Sola virum non ulta pie mœstissima mater Concinit Ismarium Daulias ales Ityn. et *Albinovani ad Liv.* el. 1. v. 105. Talis in umbrosis mitis nunc denique silvis Deflet Threicium Daulias ales Ityn. *Virg. in Ciri*, v. 200. Dauliades puellæ. Adde *Catull.* carm. 64. *ad Ortal.* v. 14.

DAULIS, idis, f. Δαυλὶς, idem quod Daulias. *Senec. in Thyest.* v. 275. animum Daulis inspira parens, sororque. *h. e.* Progne, et Philomela.

DAULIUS, a, um, ad Daulidem urbem Phocidis pertinens. V. in *Daulias. Ovid.* 5. *Metam.* v. 276. Daulia Threïcio, Phoceaque milite rura Ceperat ille ferox.

DAUNIĂCUS, a, um, adject. idem quod Daunius. *Sil.* l. 12. v. 429. Jamque in Dauniacos transfundens agmina campos. Alii leg. *Daunivagos.*

DAUNĬUS, a, um, ad Daunum pertinens. *Virg.* 8. *Æn.* v. 146. Gens Daunia. *h. e.* Rutuli cum Turno rege Dauni filio. *Id.* l. 12. v. 723. Daunius heros. *h. e.* Turnus. *Id. ibid.* v. 785. Dea Daunia. *h. e.* Juturna Nympha Turni soror. *Sil.* l. 8. v. 359. Daunia regna. *h. e.* Rutulorum. *Horat.* l. 2. od. 1. v. 33. Dauniæ cædes. *h. e.* Latinorum. Ponit autem *Daunias*, quia ex Apulia Daunia fortissimi milites conscribebantur: quare *Daunia militaris* ab eodem lib. 1. od. 22. v. 14. appellatur. *Id.* l. 4. od. 6. v 27. Daunia Camena. *h. e.* sua ipsius *Horatii*, qui Venusinus fuit. Venusia autem est in confinio Lucaniæ, et Apuliæ Dauniæ, ut ipse l. 2. sat. 1. v. 34. docet. et præterea Dauniorum colonia fuit, ut apud *Plin.* l. 3. c. 11. legitur. *Sil.* l. 2. v. 244. Daunius juvenis. *h. e.* Theron, cujus patria fuit Ardea Rutulorum oppidum. ¶ *Bulbum Daunium* memorat *Ovid. de remed. Amor.* v. 797. quia post Megaricos, et Africanos optimi in Apulia Daunia nascebantur, teste *Plin.* l. 19. c. 6. ¶ *Daunii, orum*, sunt Apuliæ Dauniæ homines. *Plin.* l. 3. c. 11. ¶ Porro *Apulia Daunia* pars est Apuliæ, quæ nunc *Capitanata* dicitur, in qua Salapia, Sipontum, Uria, &c. urbes fuere: cognominata a Dauno rege, Diomedis socero, Illyricæ gentis claro viro, qui eam, propter domesticam seditionem excedens patria, occupavit. *Id. ibid.* et *Fest.*

DAUNUS, i, m. Illyricæ gentis clarus vir, qui patria pulsus propter domesticam seditionem, eam Apuliæ partem, quæ ab ipso *Daunia* dicta est, occupavit, ibique rex fuit. Ita *Festus.* Addit *Plin.* l. 3. c. 11. fuisse socerum Diomedis. Huic enim in ea loca appellenti filiam suam Euhippam in uxorem dedisse dicitur. Alii tradunt, Italum fuisse, Pilumni Apuliæ regis filium ex Danae (ut in *Danae* dictum est) et metu Acrisii Danaen filiam persequentis, secessisse in alteram Italiæ partem, ubi erant Rutuli, et Ardeam ibi condidisse. Incertum est, hic ne fuerit, an ejus nepos, qui ex Venilia Turnum genuit, quem Æneas occidit. *Virg.* quidem 10. *Æn.* v. 76. Turnum facit Pilumni nepotem, et Dauni filium. ¶ *Dauni, orum*, populi sunt iidem qui Daunii. *Pompon. Mela* l. 2. c. 4.

DAUTĬA pro *lautia*, quæ scil. dantur legatis hospitii gratia, *Festus* in *Dacrimas*, olim dictum fuisse tradit. Quod quidam ducunt esse a Græco δώτια, ut inde *dautia*, post *lautia* factum fuerit.

DAVUS, et Davos (V. *Donat. ad Terent. Andr.* 1. 2. 2.) nomen servi Comici apud *Plaut.* et *Terent.* et alios. Quemadmodum *Syrus, Geta,* &c. nomina item servorum sunt a gentibus ducta, ita *Davus* a *Dacis*, qui olim *Davi* appellati sint, duci quibusdam videtur. Alii factum putant ex *Dalivus* per syncopen. de quo V. supra loco suo.

D E

DE, *of, from*, παρὰ, περὶ, ἐκ, ἀπὸ, præpositio ablativo serviens, quæ sæpe refertur ad personam, et significat *a, ab, ex. Cic. Attic.* l. 1. ep. 14. Messala de Pompeio quæsivit, quid de religione sentiret. *Id. pro Flacc.* c. 20. Fundum mercatus est de pupillo Meculonio. *Id. Attic.* l. 1. ep. 11. Verum hæc audies de Philadelpho. *Epit. Livii* lib. 51. Uxor de marito impetrare non potuerat, ut, &c. *Lucil.* apud *Non.* c. 12. n. 35. Solus jam vim de classe prohibuit Vulcaniam. ¶ Item ad locum et valet idem, quod *ex*, vel *a. from. Id. in Orat.* c. 15. Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro quærimus. *Terent. Andr.* 3. 2. 11. Illis, quæ sunt intus, clamat de via. *from the street. Cic.* 1. *de Divin.* c. 42. propter aeris crassitudinem, de cælo apud eos multa fiebant. *Id. pro Rosc. Amer. c. pænult.* Effugere de manibus alicujus. *Id. pro Cluent.* c. 59. A. Binnius copo de via Latina. *Id.* 15. *Attic.* ep. 4. *sub. fin.* Ecce autem de transverso L. Cæsar, ut veniam ad se, rogat. *Id. Verr.* 6. c. 40. Hæc agebantur in conventu palam, de sella et loco superiore. *Senec. de provid.* c. 2. De genu pugnare. *on his knees.* ¶ Item ad tempus: qua ratione vel pro *in*, aut *per*, vel pro *post* adhibetur. *Terent. Adelph.* 5. 3. 55. et *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 32. surgunt de nocte latrones. *by night. Cic.* 2. *Phil.* c. 34. Cum perditissimis latronibus non solum de die, sed etiam in diem vivere. *by day, openly*, quia supra dixerat, non modo urbem odisse, sed etiam lucem. *Id.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 15. Viatores, si serius, quam voluerunt, forte surrexerint, properando etiam citius, quam si de multa nocte vigilassent, perveniunt, quo volunt. *very late at night.* (Adde *Sueton. in Vespas.* c. 21.) *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 35. *extr.* De tertia vigilia silentio exercitum reducit. *h. e.* transacta tertia vigilia. *Id.* 7. *B. Gall.* c. 88. De media nocte missus equitatus novissimum agmen consequitur. *at or a little after midnight.* Sic *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 3. de medio potare die. *from or after mid-day. Plaut. Mostell.* 3. 2. 8. Non bonus somnus est de prandio. *immediately after a meal. Virg.* 2. *Æn.* v. 662. Jamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus. *h. e.* post cædem Priami, et Politæ filii. *Catull.* carm. 47. *ad Porc. et Socrat.* Vos convivia lauta sumptuose De die facitis. *early or in the day*, mature, et multo ante noctem, cum mos esset sero tantum cœnare. (Sic *Liv.* l. 23. c. 8. Epulari de die. et *Terent. Adelph.* 5. 9. 8. Apparare de die convivium. *Donat.* tamen aliter interpretatur.) *Sueton. in Domit.* c. 21. Lavabat de die, prandebatque ad satietatem. *early in the day*, orto jam die, mane, mature, cum alioquin mos esset circa octavam, aut nonam horam balneo uti. *Cic. pro Sull.* c. 24. *ad fin.* Etenim de principio studuit animus occurrere magnitudini criminis; nunc, &c. *from*, vel *at the beginning.* ¶ Item ad rem, et fere *ex* significat. *of, out of, from. Cic.* 5. *Verr.* c. 53. Recita de epistola reliqua. *Curius ad Cicer.* 7. *Fam.* ep. 29. Duo parietes de eadem fidelia dealbare. V. *Fidelia. Cic. ad Planc. post* ep. 16. l. 16. *ad Attic.* Atticus pecunia numeravit de suo. *of his own. Id.* 4. *Verr.* c. 46. Nihil ex sacro, nihil de publico attingeres. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 127. De duro est ultima (*atas*) ferro. *Plin.* l. 26. c. 4. *sub fin.* Succus de quinque folio. *Scribon. Larg. compos.* 245. Cinis de filice facta. *Id. compos.* 16. De calvaria defuncti terna cochlearia sumere per dies. ¶ Frequentissime significat rem seu materiam, de qua agitur, et pro *circa, super*, vel *quod attinet ad* adhibetur, *of, about, touching, concerning. Cic. Attic.* 7. ep. 2. *sub fin.* Uni epistolæ non rescripsi, in qua est de periculis reipublicæ. *Id. pro Mil.* c. 3. Fama de illo. *Id. pro Quint.* c. 9. Judicium est non de re pecuniaria, sed de fama fortunisque Quintii. et *ibid.* c. 11. Mentio de pecunia. *Id. pro Sext.* c. 33. *sub fin.* Quæ etiam collegæ ejus moderatio de me. *Id.* 1. *de Divin.* c. 27. Somnium de Simonide. *Id.* 10. *Attic.* ep. 3. Legati de pace. *Plin.* l. 4. ep. 7. *extr.* Credas non de puero scriptum, sed a puero. *Cic.* 1. *Offic.* cap. 13. Regulus de captivis commutandis Romam missus. *Id. pro Mur.* cap. 3. Legem de ambitu ferre. *Id.* 2. *de Divin.* c. 1. Liber de contemnenda morte. *Id.* 2. *de Orat.* c. 31. Quæstio de re aliqua. *Id. passim.* De re aliqua dicere, agere, referre, statuere, disputare, &c. *Id. pro Dom.* c. 18. Collegia, quæ coeant de hominum locupletissimorum bonis. *Id.* 3. *Fam.* ep. 12. De me autem, suscipe paulisper meas partes, et eum te esse finge, qui sum ego. *touching myself; as far as I am concerned.* quod ad me attinet. Sic l. 2. ep. 17. De rationibus referendis, non erat incommodum, te nullam referre. *Propert.* l. 2. eleg. 14. v. 33. De me, mi certe poteris formosa videri. *Plaut. Merc.* 3. 1. 22. De lanificio neminem metuo. ¶ Aliquando causam designat, et adhibetur pro *causa*, vel *propter. because of, on account of, owing to. Cic.* 3. *Verr.* c. 30. Flebat uterque non de suo supplicio, sed pater de filii morte, de patris filius. *Terent. Eun.* 3. 2. 3. Ecquid nos amas de fidicina istac? *Curt.* l. 10. c. 5. Non de regno, sed de rege fundare sanguinem. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 65. Achæmeniæ gravior de vulnere pugnæ. ¶ Item conditionem, gradum, multitudinem, et videtur pro *inter* usurpari. *amongst. Cic. de opt. gen. Orat.* c. 4. Habeatur sane orator, sed de minoribus. *Id. Fam.* 16. ep. 1. *extr.* De tuis innumerabilibus in me officiis erit hoc gratissimum. *Id. pro Mil.* c. 24. Se gladio percussum ab uno de illis. *Id. de clar. Orat.* c. 34. Accusator de plebe L. Cæsulenus fuit. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 38. Stercus optimum esse volucrium: de his præstare columbinum. *amongst these.* ¶ Interseritur eleganter inter adjectivum et substantivum. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 88. Media de nocte. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 41. Certis de causis. ¶ Postponitur etiam relativo. *Cic.* 1. *Phil.* c. 5. Quorum de honore agitur. *Id.* 3. *de Orat.* c. 26. Qua de parte. *Id.* 1. *de Invent.* c. 28. Quod simile erit ei negotio, quo de agitur. *Id. Verr.* 4. c. 12. Fundus, quo de agitur. *Massur.* tamen *Sabin.* apud *Gell.* l. 5. c. 13. *de qua causa* dixit, pro *qua de causa.* ¶ In compositione sæpe motum deorsum significat, ut *descendo, deruo, decerpo, deduco*, &c. aliquando vim habet augendi, ut *debacchor, deamo, depurcus*, &c. interdum privandi, ut *demens, desum, deformis, decolor*, &c.

DEA, æ, f. *a goddess*, θεὰ, feminin. a Deus. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. Qui dea matre est, deus sit necesse est. ¶ Dicitur et de Nymphis, *h. e.* quæ annos quidem innumeros vivere dicuntur, non tamen esse omnino immortales. *Propert.* l. 2. el. 23. v. 92. Atque inter pecudes accubuisse deam. *h. e.* Œnonem, quam alii vel laqueo, vel mœrore, viso cadavere Paridis, vitam finisse, tradidere. ¶ *Dea Dia* est Ceres, θεὰ Δηὼ, ut est apud *Suidam. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 120. et 121. et in fragm. lapid. apud *Murator.* pag. 312. et pag. 340. et 341. ¶ In dativo plurali, ubi opus est distinctione, facit *deabus*, at *diis* ubi non est opus. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 2. A diis, deabusque immortalibus pacem ac veniam peto. *Varro* l. 3. *R. R.* c. 16. His diis Helicona atque Olympum attribuerunt homines. *h. e.* Musis. V. dicta in *Asina.*

DEACINĀTUS, a, um, *stoned, having the stones or kernels taken out*, a quo acini abstersi sunt. *Cato de R. R.* c. 26. Si bene deacinata erunt dolia.

DEACTĬO, peractio. *Festus.* Nam *de* aliquando auget.

DEALBĀTOR, oris, m. *one who white-washes; a pargeter*, λευκαντὴς, qui dealbat. *Imp. Constantin.* lib. 10. *Cod.* tit. 64. leg. 1. Carpentarii, sculptores, dealbatores, cusores, &c. ubi videntur intelligi qui gypsum inducunt, quoniam eos, qui albarium opus parietibus illinunt, supra nominantur, *albini* appellati.

DEALBĀTUS, a, um, nom. ex particip. *whitened, whitewashed, pargeted*, ἀπολευκανθεὶς. *Cic. Verr.* 3. 55. Omnes illæ columnæ, quas dealbatas videtis. ¶ Translate *Augustin.* l. 7. *Confess.* c. 6. Dealbatiores vias sæculi curstabat.

DEALBO, as, avi, atum, a. 1. *to whiten, whitewash, white-lime, purget, plaster*, ἀπολευκαίνω, album facio, albarium opus induco. *Cic.* 3. *Verr.* c. 55. *extr.* Dealbare columnas. *Curius ad Cicer.* l. 7. *Fam.* ep. 29. Dealbare parietes. V. *Fidelia.*

DEAMĀTUS, a, um, *loved dearly, greatly prized, much valued*, valde amatus, apprime carus. *Plaut. Trucul.* 4. 1. 5. Mea dona deamata acceptaque habita esse apud Phronesium.

DEAMBULĀCRUM, i, n. *a gallery or other place to walk in*, locus ad deambulandum, περίπατος. *Mamertin. in gratiar. act. ad Julian.* c. 9. Fora, deambulacra, gymnasia lætis populis frequentari.

DEAMBULATĬO, onis, f. *a walking abroad; a walk*, περίπατος, actus deambulandi. *Terent. Heaut.* 4. 6. 2. Hæc deambulatio me ad languorem dedit.

DEAMBULATORĬUS, a, um, *fit for walking*, aptus ad deambulandum. *Capitolin. in Gordian.* III. c. 32. Medium vero lithostrotum, quod esset deambulatorium, &c.

DEAMBŬLO, as, avi, atum, n. 1. *to walk up and down, walk abroad, take or fetch a walk*, περιπατέω, sursum prorsum ambulo, ut fit valetudinis, aut animi causa. *Terent. Heaut.* 3. 3. 26. Abi deambulatum. *Sueton. in Aug.* c. 83. Mox nihil aliud quam vectabatur, et deambulabat. et cap. 96. Deambulans in litore. ¶ Passive impersonaliter *Cic.* 1. *de Leg.* c. 4. Cum satis erit deambulatum, requiescemus.

DEĀMO, as, avi, atum, a. 1. *to love greatly or dearly*, ὑπερφιλέω, vehementius amo, ut et *Non.* c. 2. n. 221. exponit. *Terent. Heaut.* 4. 6. 21. Deamo te, Syre. *Plaut. Epid.* 2. 2. 35. Cum illa, quam tuus gnatus annos multos deamat, deperit. *Id. Pœn.* 5. 4. 3. Deamavi ecastor illic ego hodie lepidissima munera meretricum. *h. e.* magni æstimavi, valde mihi placuerunt. Adde *Afran.* apud *Non. loc. cit.*

DEĀNA pro Diana legitur in multis Inscriptionib. apud *Gruter.* pag. 39. n. 2. 4. et 7. et pag. 314. n. 3. &c.

DEARGENTASSĔRE obsolet. verbum futuri infiniti modi, pro, argento spoliaturum. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 218. Depeculassere aliqua sperans me, ac deargentassere.

DEARGENTĀTUS, a, um, adject. *plated with silver*, argento tectus, ut Deargentata arma, *Oros.* l. 3. c. 22. Deargentata columba, *August.* epist. 23. c. 5.

DEARMĀTUS, a, um, adject. exarmatus, armis spoliatus, *disarmed*, ἀφοπλιζόμενος. *Liv.* l. 4. c. 10. Prælatis spoliis, quibus dearmatum hostium exercitum sub jugum miserat.

DEARMO, as, a. 1. *to disarm*, ἀφοπλίζω, arma detraho. *Apul.* l. 5. *Metam. sub fin.* Pharetram expilet, sagittas dearmet.

DEARTUĀTUS, a, um, *disjointed, dismembered, utterly ruined or destroyed*, per artus discissus, ut *Non.* c. 1. n. 314. exponit. Translate *Plaut. Capt.* 3. 4. 108. Tum igitur ego deruncinatus, deartuatus sum, miser, hujus scelesti technis.

DEARTŬO, as, a. 1. *to disjoint, dismember, quarter, cut in pieces*, per artus concidere, ut *Non.* c. 2. n. 203. interpretatur: ab *artus*: pro quo *artua* in plur. num. dictum est. Translate *Plaut. Capt.* 3. 5. 13. Tuis scelestis falsidicis fallaciis delaceravisti, deartuavistique opes. *hast totally ruined.*

DEASCIĀTUS, a, um, ascia politus, dolatus, *hewn with an axe. Prudent. in Roman.* v. 381. Deasciato supplicare stipiti.

DEASCĬO, as, a. 1. *to hew or cut with an axe*, ascia lævigo, polio. Translate *Plaut. Mil.* 3. 3. 11. Tibi dixi, miles quemadmodum potis esset deasciari. *h. e.* circumveniri et aliquid ab eo abradi. *he choused, cajoled, wheedled. Vet. lapis* apud *Murator.* pag. 1203. n. 9. Si quis hoc monu-

mentum violaverit, aut titulum deasciaverit, &c. *h. e.* ascia abradens deleverit.

DEAURĀTOR, oris, *a gilder*, χρυσωτής, qui aurum alicui rei inducit. *Imp. Constantin.* lib. 10. *Cod.* tit. 64. leg. 1. Musivarii, deauratores, albini.

DEAURĀTUS, a, um, *gilded*, χρυσωθεὶς, auro illitus, vel ornatus. *Senec.* ep. 76. *ante med.* Gladium bonum dices, non cui deauratus est baltheus, sed &c.

DEAURO, as, avi, atum, a. 1. *to gild*, χρυσόω aurum illino, seu induco. *Tertull. de Idolol.* c. 8. Soccus, et baxea quotidie deaurantur. *Impp. Valentinian. Valens, et Gratian.* lib. 10. *Cod. Theodos.* tit. 22. leg. 1. Cassidas, et bucculas et tegerent argento, et deaurarent.

DEBACCHOR, aris, acchatus sum, dep. 1. *to rave like a mad-man, rage furiously*, ἐκβακχεύομαι, valde bacchor, furo, sævio. *Terent. Adelph.* 2. 1. 30. Si satis jam debacchatus es, leno, audi, si vis nunc jam. *Sa.* Egon' debacchatus sum autem, an tu in me? ¶ Translate *Horat.* l. 3. od. 3. v. 55. Qua parte debacchentur ignes, Qua nebulæ, pluviique rores. *h. e.* in zona torrida, et frigida.

DEBATŬO, is, a. 3. *to beat, cudgel*, idem quod batuo, verbero. *Petron. in fragment. Tragur.* c. 69. *Burman.*

DEBELLĀTOR, oris, m. *a conqueror, vanquisher, subduer*, qui debellat, domitor, δμητήρ. *Virg.* 7. *Æn.* v. 651. Lausus equum domitor, debellatorque ferarum. *Stat.* 9. *Theb.* v. 544. formidabilis ultor Tydeos infandi debellatorque cruenti Gurgitis. [*Tertullian. Apolog.* c. 5. Edite aliquem debellatorem Christianorum.]

DEBELLĀTRIX, icis, f. quæ vincit, et debellat, *she that vanquishes. Tertull. in Apolog.* c. 25. Græcia Phrygiæ debellatrix. *Lactant.* l. 1. *Instit.* c. 9. Libido pudoris et famæ debellatrix. ¶ In allato *Tertulliani* exemplo *Rigaltius* mavult *debellator;* idque exemplis in re consimili tuetur, et veter. librorum auctoritate.

DEBELLĀTUS, a, um, *conquered, subdued, vanquished, quashed*, bello superatus, καταγωνιζόμενος. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 604. India debellata. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 634. Tyrannus debellatus. *Sueton. in Tiber.* c. 17. Illyricum debellatum. ¶ Item simpliciter pugnatus. *Horat.* l. 1. od. 18. v. 8. Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero debellata. ¶ Ablativus *debellato* eleganter absolute ponitur. *Liv.* l. 30. c. 8. Velut debellato jam, quod ad Syphacem attineret. *h. e.* velut jam debellatum esset.

DEBELLO, as, avi, atum, a. 1. *to finish a war, prevail or get the better in a war*, καταγωνίζομαι, καταπολεμέω, pugnando vincendoque bellum finire. Et fere passive impersonaliter usurpatur. *Flor.* l. 3. c. 5. Et debellatum foret, nisi de Mithridate triumphare cito, quam vere maluisset. *Liv.* l. 7. c. 28. Prima acie debellatum est. *the first battle put an end to the war.* et l. 8. c. 36. Debellari eo die cum Samnitibus potuisse, pro haud dubio habitum est. *Vellei.* l. 2. c. 84. Debellatum apud Actium. In Epitome *Livii* lib. 33. T. Quintius cum Philippo ad Cynoscephalas in Thessalia acie victo debellavit. ¶ Cum accus. est bello vincere, *to vanquish, conquer, subdue, quash. Curt.* l. 9. c. 2. Olim fugissemus ex Asia, si nos fabulæ debellare potuissent. *Virg.* 6. *Æn.* v. 853. Parcere subjectis, et debellare superbos. *Plin.* l. 6. c. 13. Arbelitis, ubi Darium Alexander debellavit. *Stat.* 9. *Theb.* v. 189. Maura diu populatum rura leonem Pastorum lassæ debellavere cohortes. [¶ Translate *Plin.* l. 22. c. 23. sect. 47. Debellat eos fungos et aceti natura, contraria iis. *h. e.* nocendi vi eos exarmat. ¶ Particip. *debellandus* et *debellaturus* apud *Virg.* 5. *Æn.* v. 730. Gens dura atque aspera cultu Debellanda tibi Latio est. *Curt.* l. 7. c. 4. Debellaturus super mensam Alexandrum.]

DEBĔO, es, ui, itum, a. 2. *to owe, be in debt*, ὀφείλω. Volunt Etymologi, esse a *de* et *habeo*, quasi *de alio habeo:* quod si verum est, dicetur proprie de eo, qui rem alienam habet, et reddere tenetur. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 18. Kal. Januar. debuit: adhuc non solvit. *Nepos in Attic.* c. 2. Neque longius, quam dictum est, eos debere passus est. *Cic. pro Quint.* c. 12. *extr.* Satis est argumenti, nihil esse debitum Nævio. *Id.* 2. *Phil.* c. 29. Appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas. *Id. Fam.* 13. ep. 61. Ejus filio pecuniam Nicæenses grandem debent ad H. S. octogies. *Paul. Dig.* lib. 45. tit. 2. leg. 17. pro hereditariis partibus in totum eos legatum debituros aiunt. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 37. Ante petitam esse pecuniam, quam esset cœpta deberi. *Id.* 5. *Verr.* c. 82. Qui cum frumentum deberetur, pecuniam posceret. *Plin.* l. 10. ep. 62. Nec inveniuntur, qui velint debere reipubl. duodenis assibus. *h. e.* qui pecuniam fenori sumere velint a respubl. *who are willing to borrow of the state*, &c. ¶ De aliis rebus quibuscumque. *Cic. pro Marcell.* c. 9. Cum patriæ, quod debes, solveris. *Id. Fam.* 13. ep. 75. Obsequor homini familiarissimo, C. Aviano Flavio, cujus causa omnia cum cupio, tum mehercule etiam debeo. *Id. Fam.* 10. epist. 12. *ad fin.* Perfice, ut ne minus respublica tibi, quam tu reipublicæ debeas. *Id.* 1. *de Orat.* c. 26. Hoc summum beneficium Q. Maximo debui, quod, &c. *I am indebted to Q. Maximus for this particular favour, in that,* &c. *Id.* 2. *Phil.* c. 11. Quo majorem ei respubl. gratiam debet. *the more it is indebted, or obliged to him. Id. Attic.* l. 1. ep. 14. *ante med.* Qui mihi laudem illam eo minus deberet, quod, &c. *Ovid.* 4. *ex Ponto*, ep. 5. v. 31. Debere vitam alicui. *to owe his life to. Cic. in Pison.* c. 37. Pœna, quæ tanto facinori debetur. *is due. Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 9. *extr.* Communis fides, quæ omnibus debetur. *Id. Catil.* 1. c. 7. Misericordia, quæ tibi nulla debetur. *Id. pro Sext.* c. 21. Vita necessitati debetur. *Plin.* l. 18. c. 7. *a med.* Debetur Chio insulæ inventio amyli. *Ovid. Metam.* 14. v. 3. Arva nihil debentia bubus junctis. *Virg.* 11. *Æn.* v. 51. Nos juvenem exanimum, et nil jam cælestibus ullis Debentem, vano mœsti comitamur honore. Ubi *Servius:* Vivi Superorum sunt, mortui ad Inferos pertinent. ¶ *Debere* interdum ea dicimur, quæ metuenda nobis impendent: quasi obnoxii simus ad ea subeunda. *Horat.* l. 1. od. 14. v. 15. Tu, nisi ventis debes ludibrium, cave. [† *h. e.* ne ventis fias ludibrium.] Græci quoque ὀφλισκάνειν γέλωτα, debere risum, ὀφλισκάνειν δίκην, reum esse, et damnatione dignum dixerunt. ¶ De his, quæ fato certissime eventura sunt. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 444. Urbem et jam cerno Phrygios debere nepotes. *h. e.* in Trojanos urbem Romam olim certo condituros. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 571. bis Herculeis deberi Pergama telis. *h. e.* in fatis esse, ut bis oppugnentur. *Virg.* 6. *Æn.* v. 714. animæ, quibus altera fato Corpora debentur. ¶ *Debere non posse* dicitur, qui præstat quod debet. *Cic.* 4. *Attic.* ep. 2. et 2. *Tuscul. in fi.* Itaque oratio juventuti nostræ deberi non potest. *h. e.* edenda omnino est. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 103. Nec potui debere mihi spem longius istam, Quin, &c. ¶ *Debere animam* proverb. V. *Anima.* ¶ Universim *debere* rationem officii significat, convenire, oportere, obstrictum esse ad aliquid faciendum. *Cic. in Orat.* c. 21. Magni judicii summæ etiam facultatis esse debebit moderator ille, &c. *it is indispensable that,* &c. *Id.* 2. *de Orat.* c. 77. Principia, et ceteræ partes orationis habere hanc vim magnopere debent, ut, &c. *ought. Petron. in Satyr.* c. 33. *ad fin.* Hic nescio quid boni debet esse. *there ought to be something good here.* ¶ *Debens, entis,* est debitor. *Senec.* l. 1. *de Benefic.* c. 4. Ut qui præstiterint, obliviscantur, pertinax sit memoria debentium. ¶ Particip. *debendus,* V. in *Conversio.* ¶ *Debitu iri,* pro *debitum iri,* V. in fin. verbi *Præsto, as.*

DEBĬBO, is, bibi, a. 3. *to drink, quaff,* καταπίνω, idem quod bibo. *Solin.* c. 7. (*al.* 12.) *ad fin.* Esse duo flumina, quorum alterum si ovillum pecus debibat, pullum fieri, &c.

DEBĬLIS, le, *infirm, feeble, maimed, impotent, disabled,* ἄναρθρος, ἀκιδνὸς, qui membro aliquo captus est: a *de* privativa, et *habilis,* ut volunt Etymologi. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 7. Mancus et membris omnibus captus ac debilis. *Id. pro Sext.* c. 10. Gladium si imbecillo seni, aut debili dederis. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 4. v. 19. tecto delapsus ab alto, Occurrit regi debilis umbra suo. *Plin.* l. 7. c. 28. Cum sacris arceretur, ut debilis. *scilicet* cui dextra manus deerat. *Cato R. R.* c. 157. Pueros si laves eo lotio, nunquam debiles fient. *h. e.* nervis laborabunt. *they will never be rickety. Sueton. in Vespas.* c. 7. Quidam debili crure. *with a crippled leg. Martial.* l. 10. epigr. 65. Os blæsum tibi, debilisque lingua. *faulty, stammering. Juvenal.* sat. 10. v. 227. Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis. *with his hip out of joint, hip-shot. Senec.* controv. 33. l. 5. Membra debilia. ¶ Et speciatim de eo dicitur, qui brachia, vel pedes distortos et impeditos habet. *Plaut. Merc.* 3. 4. 45. Claudus, cæcus, mutus, mancus, debilis. *Senec.* controv. 33. l. 5. Hic cæcus est, hic debilis, hic mutus. *a cripple in his limbs.* ¶ Item de rebus aliis curtis ac mutilis. *Virg.* 5. *Æn.* v. 271. Amissis remis, atque ordine debilis uno. *crippled. Martial.* l. 8. epigr. 6. Hoc cratere ferox commisit prœlia Rhætus Cum Lapithis: pugna debile cernis opus. *Id.* l. 7. epigr. 19. v. 12. Debilis boletus. *h. e.* caule aut mutilo, aut penitus reciso. *Gronov.* Sic *Stat.* l. 4. silv. 9. v. 34. debilis perna. *h. e.* cui pars abscissa est. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 67. Cumque ego deficiam, nec possim ducere currum, Fac tu sustineas debile sola jugum. ¶ *Debile iter carpere* dicitur, qui vulnere tardus ac debilis est. *Stat.* 12. *Theb.* v. 144. ¶ Sumitur et generatim pro infirmo, imbecillo, *weak, faint, feeble. Lucret.* l. 4. v. 949. Debile fit corpus, languescunt omnia membra. *Phædr.* l. 4. fab. 1. v. 10. Mustela annis ac senecta debilis. ¶ Translate *Cic. pro Mur.* c. 25. Duo corpora esse Reipubl. unum debile infirmo capite; alterum firmum sine capite. *Id. pro Mil.* c. 25. Occurrebat, mancam ac debilem præturam tuam futuram, consule Milone. *Quintil.* l. 1. c. 3. *circa med.* Sine manibus trunca esset actio ac debilis. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 317. pars una maneret Debilior, facilisque capi. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 5. Ut ager, quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest; sic sine doctrina animus. ita est utraque res sine altera debilis. *weak, impotent, helpless.* ¶ *Debilo,* debilis. *Ennius: Debilo homo.* Ita *Non.* c. 2. n. 209. Sed alii corrigunt *debil,* ut dictum sit ea ratione, qua *volup, famul,* &c.

DEBILĬTAS, atis, f. *weakness, feebleness, lameness, impotency,* ἀναρθρία, morbus ejus, qui aliquo membro captus est. *Cic. in Pison.* c. 1. Debilitas linguæ. *Liv.* l. 2. c. 36. Cunctantem, ac prolatantem ingens vis morbi adorta est debilitate subita. *Quintil. fere per totam declam.* 2. cæcitatem *debilitatem* vocat. *Plin.* l. 8. ep. 18. *a med.* Cum quereretur de contumeliis debilitatis suæ. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 8. *extr.* A se dolores, morbos, debilitatis repellere. Adde *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 28. et *in fin. lib. ult. Tacit.* 1. *Hist.* c. 9. et *Sueton. in Calig.* c. 26. ¶ Item defectio virium, infirmitas, *debility, infirmity, decay of strength, imbecility,* ἀσθένεια. *Senec.* epist. 55. Debilitatem nobis indixere deliciæ: et quod diu noluimus, posse desivimus. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 15. Debilitas animi. *weakness of the mental powers:* cui mox opponitur robustus animus. *Martial.* l. 2. epigr. 86. mollis debilitate Galliambus. *h. e.* mollitie effeminatus: et alludit ad Gallos semiviros.

DEBILITĀTE, adverb. V. in *Debiliter.*

DEBILITATĬO, onis, f. *a weakening, disabling, enfeebling,* actus debilitandi, debilitas. *Apul. sub. fin.* l. 2. *Metam.* Præmium debilitationis consecutus. *h. e.* detruncationis nasi, et aurium. ¶ Translate *Cic. in Pison.* c. 36. Debilitatio atque abjectio animi tui. *lowness of spirits, dejection.*

DEBILITĀTUS, a, um, *disabled, crippled, weakened, enervated, enfeebled. Curt.* l. 4. c. 3. et lib. 8. c. 1. Debilitatus vulnere. *Sueton. in Aug.* c. 43. Lapsu debilitatus. *Senec.* controv. 33. l. 5. *sub fin.* Plura habet membra, quam debilitatis reliquit. ¶ Translate *Cic. pro Quint.* c. 1. Ut multis incommodis veritas debilitata, tandem æquitate talium virorum recreetur. *Id. Fam.* 5. 13. Nullum membrum reipubl. quod non fractum debilitatumve sit. *shattered or crippled. Id. pro Dom.* c. 52. *ad fin.* Mens debilitata metu concidit. *Id.* 3. *Catil.* c. 5. Recitatis litteris, debilitatus atque abjectus, conscientia convictus repente conticuit. *dismayed. Id.* 2. *Agrar.* c. 34. *extr.* Nervis urbis omnibus exsectis, urbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt. *Id.* 2. *de Orat.* c. 47. Afflictus, debilitatus, mœrens. *desponding.* et cap. 33. Debilitati a jure cognoscendo. *Nepos in Annib.* c. 1. Domi civium suorum invidia debilitatus. *Id. in Agesil.* c. 5. Opes adversarior. debilitatæ.

DEBILĬTER, cum debilitate. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 228. Miseret me, lacrimis lingua debiliter stupet. *Nonius* exponit *debilitate:* cujus adverbii nulla præterea est quod sciam, qua fulciatur, auctoritas.

DEBILĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to cripple, disable, enervate, maim,* ἐξαρθρόω, debilem reddo. V. *Debilis. Cic. pro Flacc.* c. 30. Membra quæ debilitavit lapidibus, fustibus, ferro. *Senec.* controv. 33. l. 5. *a med.* Qui debilitabat expositos. *Arrius Menand. Dig.* lib. 49. tit. 16. leg. 4. *a med.* Qui debilitavit filium, ut inhabilis militiæ sit. Adde *Cels.* l. 7. c. 2. *circa med.* ¶ Significat etiam universim infirmum reddere, *to weaken, enfeeble, debilitate, reduce, impair. Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 284. Cibum etiam sæpe subtrahunt, ut fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis. *Id. pro Marcell.* c. 3. Nulla est tanta vis, quæ non ferro ac viribus debilitari frangique possit. *Hirt. de B. Alexand.* c. 18. Terror membra debilitat. *Horat.* l. 1. od. 11. v. 5. Hiems oppositis debilitat pumicibus mare. *h. e.* retundit, frangit. ¶ Et translate *Cic.* 5. *Attic.* ep. 4. Tua profectio spem meam debilitat. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 27. Dolor fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam debilitat. *Id. pro Muren.* c. 37. *ad fin.* Debilitare audaciam alicujus. *Id. in Vatin.* c. 7. Debilitare, et reprimere furores tribunitios. *Id. post redit. in Senat.* c. 15. Frangere, aut debilitare animum alicujus. *Id. pro Cœl.* c. 24. *extr.* vocem fletu. *Id. pro Mur.* c. 21. studia amicorum. *Id. pro Deiot.* c. 2. Actio causæ maxime debilitatur loco. *Id.* 3. *de Orat.* c. 50. Versus debilitatur in quacumque sit parte titubatum. *Quintil. in proœm.* l. 6. *ad fin.* Debilitare vires ingenii. *Nepos in Datam.* c. 6. et *Cic.* 5. *Phil.* c. 2. animos et virtutem militum. *to cast down, dishearten, discourage. Tacit.* 3. *Ann.* c. 67. Metus exercitam quoque eloquentiam debilitat. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 725. Metu debilitare aliquem. [¶ Particip. *debilitaturus* apud *Ovid.* 13. *Metam.* v. 102. Debilitaturum quid te petis, improbe, munus?]

DEBĬLO. V. in *Debilis.*

DEBITĬO, onis, f. *an owing,* ὄφλησις, actus debendi, debitum. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 13. Quintus de emendo nihil curat. satis enim torquetur debitione dotis. *Id. pro Planc.* c. 28. Dissimilis est pecuniæ debitio, et gratiæ.

DEBĬTOR, oris, m. *a debtor,* ὀφειλέτης, qui debet. *Modestin. Dig. lib. ult. tit. pœnult. leg.* 108. Debitor intelligitur is, a quo invito exigi (peti) pecunia potest. *Cic.* 2. *Offic.* c. 22. Pecunias creditas debitoribus condonare. *Senec. de benef.* l. 6. c. 2. Non dicam me illius debitorem, nec hoc æs alienum profitebor. ¶ Translate *Ovid.* 1. *Trist.* el. 5. v. 10. Perpetuusque animæ debitor hujus ero. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 1. v. 3. Debitor vitæ. *Plin.* l. 3. ep. 2. Habebis me, habebis ipsum gratissimum debitorem. *Martial.* l. 9. epigr. 43. debitor voti. *h. e.* reus.

DEBĬTRIX, icis, f. *a female debtor,* quæ debet, ὀφείλουσα. *Paul. Dig.* lib. 16. tit. 1. leg. 24. Debitrix mulier a creditore delegata. *Id. Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 47. Debitrix fisci. ¶ Translate *Tertull. de Anim.* c. 35. Omnium delictorum debitrix anima est.

DEBĬTUS, a, um, *owing, due,* ὀφειλόμενος, qui alteri debetur, meritus, justus. *Cic. pro Flacc.* c. 23. Castricio solverat pecuniam jamdiu debitam. *Id. Phil.* 14. c. 12. O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimum reddita. *Id. pro Balbo,* c. 26. Justam et debitam gratiam referre alicui. *Id. Phil.* 7. c. 3. Meritos, et debi-

tos honores alicui decernere. *deserved. Id. pro Mil.* c. 31. Vobis seræ, sed justæ tamen et debitæ pœnæ solutæ sunt. *due, merited. Horat.* l. 3. od. 27. v. 30. Debitæ Nymphis opifex coronæ. *Propert.* l. 1. eleg. 20. v. 35. nullæ pendebant debita curæ Roscida desertis poma sub arboribus. *h. e.* agrestia, et sponte nullo cultu nascentia. ¶ De his, quæ fatorum serie certo evenient. *designed, appointed, devoted. Valer. Flacc.* l. 5. v. 277. Debitus Æsonis dux Thessalus appulit oris. *Virg.* 11. *Æn.* v. 759. Fatis debitus Arruns. *Stat.* 2. *Achill.* v. 317. magnæ vastator debite Trojæ. *Id.* 4. *Theb.* 84. debitus hospes. et lib. 1. v. 80. debita vindex. ¶ *Debitum* absolute est res debita, æs alienum, *a debt*, ὀφείλημα. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 3. Solvere alicui debitum. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 1. *ad fin.* Docere debitum est : delectare honorarium : permovere necessarium. ¶ Translate *Nepos in Regib.* c. 1. Morbo naturæ debitum reddiderunt. *h. e.* mortui sunt. *they have paid the debt of nature. Curt.* l. 10. c. 5. Velut omni vitæ debito liberatus, fatigata membra rejecit. *Senec. in Phœniss.* v. 171. Debitum tandem exige : nunc solvo pœnas. *Valer. Max.* l. 2. c. 9. n. 1. Alligare aliquem debito nepotum nutriendorum.

[* DEBLATERĀTUS, a, um, particip. a verbo *deblatero. Gell.* l. 9. c. 15. Sed deblateratis versuum multis millibus finem aliquando fecit.]

DEBLATĔRO, as, n. 1. *to blab, talk idly or foolishly, prattle, babble*, stulte loqui, inani loquacitate obstrepere, ματαιολογῶ. *Plaut. Aulul.* 2. 3. 1. Ubi tu es, quæ deblaterasti jam vicinis omnibus, me meæ filiæ daturum dotem? ¶ *Non.* c. 2. n. 211. exponit, obloqui, confingere. *Lucil. ibid.* deblaterat plenus, bonu' rusticu' concinit una. ¶ Qui scribunt *deblactero*, hoc *Lucilii* versu arguuntur.

DEBUCCELLĀTUS, a, um, *made of biscuit-bread*, apud *Plin. Valerian.* l. 1. c. 6. est ex buccellato factus, vel buccellato conditus.

DEBUCCĬNO, as, avi, atum, n. 1. idem quod buccino, et translate promulgo, *to trumpet forth, proclaim*, ἀποκαυκάζομαι. *Tertull. de veland. Virgin.* cap. 13. Nihil debuccinemus eorum, quæ apud illum mercedem merebuntur.

DECACHINNO, as, avi, atum, a. 1. derideo, *to laugh to scorn. Tertull. in Apol.* c. 47. Gehennam si comminemur, decachinnamur. et *ad Nation.* l. 1. *c. ult.* Quo resolutius decachinnetis.

DECACHORDUS, a, um, *having ten strings, tenstringed*, δεκάχορδος, decem habens chordas. *Paulin. Nolan. in Nat.* XIII. *S. Fel. edit. Murator.* v. 221. Ut decachorda sonent pulsis psalteria nervis. *Fulgent.* l. 1. *Mythol.* sect. 14. Cum decachorda Apollo pingitur cithara.

DECACUMINATĬO, onis, f. cacuminis præcisio, *a lopping off the top of any thing, (spoken chiefly of trees,)* ἀκρωτηριασμὸς, ut decacuminatio cupressi, piceæ, cedri, apud *Plin.* l. 17. c. 24. *ad fin.*

DECACUMĬNO, as, a. 1. *to cut or strike off the top, top and lop trees, decacuminate*, ἀκρωτηριάζω, cacumen præcido. *Colum.* l. 4. c. 7. *extrem.* Pampinum decacuminare conveniet. *Id.* l. 5. c. 6. *ante med.* Ulmus decacuminanda est juxta ramulum.

DECADĪVUS, a, um, adject. *ready to fall*, qui inclinat, et cadit. *Vet. Poeta in Pervigilio Veneris*, v. 17. Et micant lacrimæ trementes decadivo pondere. Ita legit *Lernutius.* Alii *decidivo*, alii aliter.

DECALANTĬCO. V. *Calantica.*

DECALICĀTUS. V. *Calicata.*

DECALŎGUS, i, m. *the decalogue, or ten commandments*, δεκάλογος, decem Legis Divinæ præcepta. Vox Græca. *Tertull. de Anim.* c. 37.

DECALVO, as, a. 1. *to make bald*, calvum reddo. *Veget.* l. 2. *de re Veterin.* c. 48. Locum, quem curare volueris, inducto psilothro decalvas. ¶ Hinc particip. *decalvatus* apud *Hieronym.* l. 1. *advers. Jovinian.* c. 13. Sampson a muliere decalvatus.

DECANTATĬO, onis, f. *Hieronym.* ep. 135. *ad Sun. et Fret. a med.* ita vertit Græcum ἀδολεσχίαν, quod alii exponunt loquacitatem, garrulitatem.

DECANTĀTUS, a, um, adject. incantatus, *enchanted, bewitched*, apud *Apul.* l. 3. *Metam.* At ego nullo decantatus carmine. et *supra eod. lib.* decantatis spirantibus fibris. *h. e.* incantamento consecratis. ¶ Item repetitus, quasi ita probe cognitus, ut non solum dici, sed cantari possit. *much spoken of, in every one's mouth. Cic.* 2. *de Orat.* c. 32. Omnes causas diligentes Oratores percursas animo et prope decantatas habere debent. *Senec.* ep. 24. decantatæ in omnibus scholis fabulæ istæ sunt. Adde *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 64.

DECANTO, as, avi, atum, a. 1. *to repeat often, go over the same thing again and again*, recito rem omnibus notam : et fere in malam partem accipitur. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 18. Nec mihi opus est Græco aliquo doctore, qui mihi pervulgata præcepta decantet. *Id.* 4. *de Fin.* c. 4. Ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque a commentariolis suis discedere. ¶ Item vulgare, *to publish, proclaim. Cic.* 1. *de Divin.* c. 47. Non decantandi augurii, sed divinandi tenuit disciplinam. *Lucan.* l. 5. v. 394. Decantatque tribus. *h. e.* edicit tribus prærogativas. ¶ Item laudare, celebrare. *to praise, celebrate. Plin.* cap. 1. lib. 24. Statim compositiones, et mixturæ inexplicabiles decantantur. ¶ Item simpliciter cantare. *to sing, chant. Horat.* l. 1. od. 33. v. 3. neu miserabiles Decantes elegos, cur tibi junior Læsa præniteat fide. *Sueton. in Ner.* c. 38. Ἅλωσιν Ilii in illo suo scenico habitu decantavit. ¶ Item incantare. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 5. c. 1. et V. *Decantatus.* ¶ Item cantare desinere, *to make an end of singing. Cic.* 3. *Tuscul.* c. 22. Sed jam decantaverant fortasse. V. integr. locum.

DECANUMMUS, i, m. est denarius nummus, cujus quarta pars sextertius, decima as, apud *Var. Auctor. de limitib. Goesii* pag. 265.

DECĀNUS, i, m. *he who had the command of ten men*, δεκάρχος, in exercitu dicebatur, qui decem præerat militibus, ita ut ipse esset undecimus : a *decem.* Igitur cum in centuria decem fuerint decani, sub uno vexillo centum et decem pedites fuere. Item caput contubernii nominabatur. *Veget.* l. 2. c. 8. ¶ In aliis quoque ordinibus decani sunt. *deans. Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch.* et *Augustin.* l. 1. *de morib. Eccles. Cathol.* cap. 31. *de Cœnobitis.* Opus tradunt eis, quos decanos vocant, eo quod sint denis præpositi. ¶ *In Novell. Constitut. Justinian.* 69. et lib. 1. *Cod.* tit. 2. leg. 4. et 9. decani sunt vespillonum genus funeribus inservientes. ¶ A Genethliacis usurpabatur pro præside decem partium signi. Cum igitur signum contineat gradus triginta, tres decanos in quolibet signo constituebant. Singulis vero decanis terna applicabant Numina. *Firmic.* l. 2. c. 4.

DECAPŎLIS, f. regio Palæstinæ, sub qua pars Cœlesyriæ continetur, sic dictam a decem urbibus, quibus constabat. *Plin.* lib. 15. cap. 3.

DECAPOLITĀNUS, a, um, adject. *Plin.* l. 5. c. 18. Jungitur Judææ Decapolitana regio, a numero oppidorum.

DECAPRŌTI, δεκάπρωτοι, Græca vox, a δέκα, decem, et πρῶτος, primus, Latine ad verbum *Decemprimi* : de quibus, V. infra. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 4. leg. 3. *a med.* Decaprotos etiam minores vigintiquinque annis fieri pridem placuit. *Arcad. ibid. leg. ult. ad fin.* Decaproti et Icosaproti. *the icosoprotes, or twenty chief head-boroughs*, εἰκοσάπρωτοι, sunt viginti primi, dignitas et gradus similis decaprotorum : ab εἴκοσι, viginti.

DECAPROTĪA, æ, *the office of decaprote*, δεκαπρώτεια, dignitas decaprotorum. Vox Græca, sed quæ Latinis litteris legitur apud *Torrentin. Dig.* lib. 50. tit. 4. *leg. ult. ad fin.* ¶ De *Icosaprotia*, quæ ibi adjungitur, idem esto judicium, εἰκοσαπρώτεια. [† V. *Decemprimatus.*]

DECAPŬLO. V. *Capulo.*

DECARNO, as, a. 1. *to pull off the flesh*, carnem detraho. *Veget. l.* 2. *de re veterin.* c. 42. Ferramento decarnabis. *Apic.* l. 7. c. 9. Petasonem, cum elixatus fuerit, decarnas.

DECARPO. V. *Decerpo* in fine.

DECAS, adis, f. *the sum of ten or number containing ten, a decade*, δεκὰς, aliquid decenarium numerum continens. Hinc Livii historia in decades distributa est, quæ singulæ decem libros continent. Utuntur hac voce *Tertull. de Præscription. advers. hæret.* c. 49. *Hieronym.* in cap. 41. *Ezech.* et *Martian. Capell.* l. 2. pag. 25.

DECASTȲLUS, i, m. *having ten pillars*, decem columnas habens, δεκάστυλος. στύλος enim columnam significat. *Vitruv.* l. 3. c. 1. *sub fin.* ¶ De quantitate pænultimæ, V. dicta in *Amphiprostylos.*

DECATORTHŌMA, atis, n. *a medicine made up of ten different ingredients*, δεκατόρθωμα, compositio medicamenti ex decem rebus. Quidam leg. apud *Seren. Sammonic.* c. 25. v. 449. sed alii omnino aliter.

DECAULESCO, is, n. 3. *to grow to a stalk*, ἐκκαυλέω, caulem emitto. *Plin.* lib. 19. cap. 7. *ad fin.* Raphanus utique jucundior detractis foliis, antequam decaulescat.

DECĒDO, is, essi, essum, n. 3. *to depart, go away, withdraw, retire, retreat*, ἀποχωρέω, discedo, recedo, abeo. *Plaut. Bacch.* 1. 1. *extr.* Nescio qui turbat, qui huc it : decedamus, soror. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 2. *ad fin.* Ut ex Cypro equites ante certam diem decederent. *Id. Fam.* 2. ep. 11. Pantheræ consutuisse dicuntur in Cariam ex nostra provincia decedere. *Cæs.* lib. 1. *B. Gall.* c. 31. De parte tertia agri Sequanos decedere jubet. *Liv.* l. 8. c. 13. Romam ad destinatum triumphum decessere. *Id.* l. 4. c. 29. Decedere præsidio injussu imperatoris. *they quitted the garrison*, &c. *Virg.* 4. *Georg.* v. 466. dies veniens, et decedens. *the morning and the evening. Cels.* l. et cap. 3. Febres decedunt. *abate, subside, intermit. Terent. Hecyr.* 3. 5. 55. decedet jam ira hæc. *will go off. Liv.* l. 2. c. 29. Ea cura decessit Patribus. *got rid of that anxiety. Virg.* 4. *Georg.* v. 23. decedere calori. *to withdraw from the heat. Asin. Poll. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 23. *ad fin.* Equites decedentes supplicio afficere. *that had deserted.* ¶ *Decedere de via*, aut *via alicui*, et absolute *Decedere alicui* est locum in via dare, *to give the way to. Plaut. Trinum.* 2. 4. 80. decedam illi de via, de semita, de honore populi, verum quod ad ventrem attinet, non hercle hoc ungue. *Terent. Heaut. prol.* v. 31. Servo currenti in via decessit populus. Et passive *Cic. de Senect.* c. 18. Salutari, appeti, decedi, assurgi. *to be yielded to ; to have the place or way yielded to.* ¶ Alio sensu *Sueton. in Cæs.* c. 31. Cum luminibus exstinctis, via decessisset. *he had wandered out of the way.* Alio item sensu *decedere alicui* apud *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 12. est alicujus occursum, alloquiumque vitare. Verba *Cæsaris* sunt : Quibus ita est interdictum, ii numero impiorum ac sceleratorum habentur : iis omnes decedunt, aditum eorum sermonemque defugiunt. *Est qui legit* ab iis omnes, &c. ¶ *Decedere de via* translate est a virtute, ab honestate, a recta vivendi ratione recedere. *Cic. pro Cœl.* c. 16. ¶ *Decedere provincia*, vel *ex*, aut *de provincia*, et *decedere* absolute dicuntur Magistratus post peractum provinciale imperium. *Cic. pro Ligar.* c. 1. Ut decedens Considius provincia, satisfacere hominibus non posset, si quemquam alium provinciæ præfecisset. *retiring from, resigning. Id.* 4. *Verr.* c. 20. Istum reliquit, de provinciaque decessit. *Nepos in Cat.* c. 1. Ex provincia decedens. *Cic. Fam.* 3. ep. 6. Te, antequam tibi successum esset, decessurum fuisse. ¶ *Decedere de vita*, et *decedere* absolute est mori, *to depart this life, die. Cic. pro Rabir. perduell. c. ult.* Si eos, qui jam de vita decesserunt, ornabimus. *Id. Attic.* l. 1. ep. 6. Pater nobis decessit a. d. VIII. cal. Decembr. *Sueton. in Vitell.* c. 3. Decessit paralysi, altero die, quam correptus est. *he died of*, &c. *two days after*, &c. Adde Inscript. vet. apud *Gruter.* pag. 602. n. 4. Sic *Nepos in Timol.* c. 1. *extrem.* Ex hominum conspectu morte decedere. ¶ Translate *Cic.* 4. *Verr.* c. 17. De suis bonis omnibus decedere. *to yield up all his effects. Id. pro Rosc. Amer.* c. 27. et *Liv.* l. 3. c. 33. *extr.* jure, et de jure suo. *h. e.* aliquid de suo jure remittere, non summo jure agere. *to give up something of his right. Id. pro Balb.* c. 5. de sententia. *to change or go from his opinion. Tacit. Ann.* 14. c. 49. Non ideo Thrasea decessit sententia. *Liv.* l. 37. c. 54. Decedere instituto suo. *Id.* l. 27. c. 10. officio. *to neglect his duty.* Sic l. 36. c. 22. ab officio. et *Cic. Verr.* 2. c. 10. De officio ac dignitate. *Liv.* l. 31. c. 5. *extr.* et l. 34. c. 11. fide. *to swerve from his allegiance, rebel. Cic. pro Flacc.* c. 12. Senatus nihil a superioribus continuorum annorum decretis decessit. *did not swerve from.* ¶ Significat interdum deesse, detrahi, decrescere, deminui. *Cicer. pro Cluent.* c. 60. Ut de causa ejus periculi nihil decederet, ad causam novum crimen accederet. *Terent. Adelph.* 5. 3. 30. De summa nihil decedet. *Liv.* l. 3. c. 55. Quidquid libertati plebis caveretur, id suis decedere opibus credebant. *was wanting.* ¶ Passive impersonaliter *Id.* l. 8. c. 25. *extr.* Cogitaret, qua stultitia, et temeritate de officio decessum esset. ¶ Item descendere, *to come down, descend. Lucret.* l. 6. v. 736. ubi in campos albas decedere ningues Tabificis subigit radiis sol omnia lustrans. ¶ Item simpliciter cedere, *to give place, yield. Horat.* l. 2. od. 6. v. 14. ubi non Hymetto mella decedunt. *Virg. Ecl.* 8. v. 88. nec seræ meminit decedere nocti. *h. e.* cedere nocti, et ad stabulum redire. ¶ Item evenire, procedere. *to happen, turn out. Sueton. in Cæs.* c. 24. Prospere decedentibus rebus, plurium, quam quisquam unquam, dierum supplicationes impetravit. ¶ *Decesse* pro *decessisse* habetur apud *Terent. in prol. Heaut.* v. 31. et legitur a quibusdam apud *Cicer. Fam.* 7. ep. 1. divisitque per tmesin *Lucret. sub fin.* lib. 1. Nam quacumque prius de parti corpora cesse. Sic *decessemus* pro *decessissemus*, *Cic. Fam.* 5. ep. 20. *a med.* ¶ *Decederit* pro *decesserit* edidit *Torrentin. Dig.* lib. 32. leg. 27. ubi *Haloander* habet *decederet.*

DECEM, *ten*, δέκα, nomen numeral. indeclinab. a Græca voce allata. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 7. Fundos decem et tres reliquit. *Ter. Andr.* 5. 4. 48. Decem talenta. *Cic. pro Cluent.* cap. 27. Sententiis decem et sex absolutio confici poterat. *Priscian.* l. 18. pag. 1170. *Putsch. Livius* frequenter sine conjunctione septemdecim et decem septem dixit. *Liv.* l. 29. c. 37. Ducenta decem quatuor millia hominum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 8. Millia passuum decem novem. *Id. ibid.* c. 29. Numerus millium centum et decem. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 12. alebat sæpe ducentos, Sæpe decem servos. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 6. Non dubito quin fratri fuerit legatus, sed non in decem. Atque hoc etiam accepi, non solitos majores nostros legare in decem, qui essent imperatorum necessarii. *h. e.* in decem legatis, qui decerni solebant imperatoribus post gentem aliquam devictam, ut de illorum consilio res subactæ provinciæ ordinarentur : cujus rei exempla habes apud *Liv.* l. 33. c. 24. et l. 37. c. 55. et l. 45. c. 17. &c.

DECEMBER, bris, m. *the month December*, Ποσειδεὼν, nomen mensis, quod decimum locum teneret a Martio, a quo Romulus annum inchoavit. *Horat.* l. 1. *ep. ult. extr.* Me quater undenos sciat implevisse Decembres. ¶ Adjective *Id.* l. 2. sat. 7. v. 4. Libertate decembri utere. *idest* Saturnaliorum, quo tempore tota servis licentia permittebatur. *the liberty allowed to slaves, at the feasts of Saturn, in the month of December. Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 7. *Liv.* l. 4. c. 37. Consules Idibus decembribus magistratum accepere. ¶ *December* apud *Scævol. Digest.* lib. 40. tit. 5. leg. 41. *a med.* est nomen servi, ut *Titius, Davus.* ¶ Apud *Gruter.* pag. 241. col. 2. est cognomen, Sex. Aelius December. Sic pag. 696. n. 6. L. Mindio Decembri, &c. *Et* pag. 799. n. 2. C. Lappius December. Add pag. 807. n. 2. et pag. 894. n. 7.

DECEMJŬGIS, e, adject. qui decem juga habet, ut currus decemjugis, *h. e.* quem decem equi juncti trahunt. *drawn by ten horses abreast, or under one yoke. Sueton. in Ner.* c. 24. Aurigavit quoque plurifariam, Olympiis vero etiam decemjugem. *subaudi* currum.

DECEMMĔSTRIS, e, *of ten months*, δεκάμηνος, decem mensium spatium continens, ut Decemmestris partus, apud *Censorin. de die nat.* c. 11. Sic decemmestris annus, *ibid.* cap. 20. *sub fin.* Al. leg. *decimestris.*

DECEMMODĬUS, a, um, adject. *containing ten modii or pecks*, qui decem modiorum mensuram capit. *Colum.* l. 12. c. 50. Corbulæ decemmodiæ. ¶ Et absolute *Id. ibid.* c. 18. Fabricandæ decemmodiæ, et trimodiæ, et fiscellæ texendæ. Al. leg. *decimodiæ.*

DECEMPĔDA, æ, f. *a pole or perch ten feet long, to measure land*, δεκάπους, mensuræ genus, nempe pertica decem pedes longa, unde et nomen accepit: qua utebantur in mensuris agrorum capiendis. *Cic. pro Mil.* c. 27. Cum architectis, et decempedis villas hortosque peragrabat. *Horat.* l. 2. od. 15. v. 14. Decempedis metata porticus. *Sueton. de August.* narrat cap. 24. inter varias ignominias militares solitum eum interdum ita punire milites, ut starent ante prætorium cum decempedis pro hasta, aut pilo.

DECEMPEDĀTOR, oris, m. *a land-measurer or land-surveyor, who used the* decempeda, γεωμέτρης, terræ dimensor. *Cic.* 13. *Phil.* c. 18. Qui fuerat æquissimus agri privati et publici decempedator.

DECEMPLEX, icis, adject. *tenfold*, qui decem partibus superat. *Nepos in Miltiad.* cap. 5. *ad fin.* In quo tanto plus virtute valuerant Athenienses, ut decemplicem numerum hostium superarent. *h. e.* ipsi decem millia vincerent hostium centum millia.

DECEMPLICĀTUS, a, um, *multiplied by ten, increased ten times*, idem quod decemplex. *Varro* l. 5. L. L. c. 5. His decemplicatis conjuncto præverbio, ex uno quinque millia numero efficerent.

DECEMPRIMĀTUS, us, m. δεκαπρωτεία, decemprimorum dignitas. *Hermogenian. Dig. lib. ult.* tit. 4. leg. 1. Patrimonii sunt munera &c. decemprimatus. [† V. *Decaprotia.*]

DECEMPRĪMI, dicuntur a Cicerone, qui δεκάπρωτοι Græce. [† V. *Decaproti.*] Hoc nomine vocabantur in municipiis, et provinciarum oppidis qui præcipui, et primi erant inter decuriones, quique simul cum Duumviris rempubl. gubernabant, præerantque sumptibus reipubl. causa faciendis: tributi modum in capita, et agros definiebant, exigebantque, &c. *the ten chief head-boroughs, ten chief men of a municipal town or colony, joined in authority with the* Duumviri *or two chief magistrates. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 9. Itaque decurionum decretum statim fit, ut Decemprimi proficiscantur ad Syllam. ¶ Scribitur et divisim *Decem primi*, ut in *Cenotaph. Pisano L. Cæsaris*, et alibi.

DECEMRĒMIS, is, f. navis decem remorum ordinibus instructa. *a vessel with ten banks or rows of oars one above another. Plin.* l. 7. c. 56. *ad fin.* Sex ordinum navem invenit Xenagoras: ab ea ad decemremem Mnesigiton. Est qui legit *deciremen*, sed minus recte. ¶ *Biremis* quidem, et *triremis* ratio facile intelligitur, exhibeturque etiam oculis ab Eruditis, ex antiquitatis monumentis desumpta figura, ut de triremi fecit *Scheffer. extr.* l. 1. *de milit. naval.* et *Græv. ad Flor.* l. 4. c. 11. ex columna Trajana, &c. quæ collegit *Montfaucon. antiq. R.* tom. 4. par. 2. l. 2. Verum ubi numerus ordinum in navi crescit, non videtur satis commode intelligi, quomodo aut tot remorum series ad latera navium, sive recto ordine, sive in quincuncem, apte locari possent, aut tot remigantium ordines et consisterent in ipsa navi, et commode se remigando moverent: quamvis doctissimis commentis rem plures litterati viri expedire conati sint. V. inter ceteros *Raph. Fabrett. de columna Trajana* cap. 5. et *Dissertationem critic. adnexam To.* 7. *Histor. Rom. P. P. Catrou*, et *Rovillè*, et *Montfaucon. loc. cit.* ¶ *Harduin.* quidem *ad loc. Plin. cit.* perfracte negat *ordines* hosce significare remorum series alias, aliis superpositas; et si qui in antiquis monumentis ita conformati conspiciantur, non omnes esse mobiles, sed solum superiores: imos vero contendit fixos et navi adhærentes fuisse (quem vero ad usum, non satis, ne ex ipso quidem fortasse intelligas.) Censet autem, cum dicimus *duos, tres, sex, septem*, &c. *remorum ordines, decemremem, undecimremem*, &c. intelligi tantummodo sex, septem, decem, &c. remos in singulis navium lateribus (quasi ideo dicantur *ordines*, quia singulis remis plures remiges, uti et nunc sit, destinabantur.) Verum hæc quoque sententia multas magnasque habet difficultates, quas non est hujus nostri instituti aut proferre, aut expendere.

DECEMSCALMUS, a, um. *having ten oars*, decem habens scalmos. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 3. *sub fin.* Hæc ego scripsi) e Pompeiano tribus actuariolis decemscalmis. *Al. leg.* divisim *decem scalmis*, ut sit sententia: tribus actuariolis, et scalmis decem iis impositis. Sunt enim hodieque parvæ naves, quæ cum opus est, pluribus instruuntur scalmis, seu remis, quam fere in usu quotidiano habere solant.

DECEMVIRĀLIS, le, *of or belonging to the* Decemviri, quod ad Decemviros spectat. *Cic. Varr.* 6. c. 49. Tum ex amplissimo collegio decemvirali Sacerdotes P. R. &c. ¶ *Leges decemvirales*, leges duodecim tabularum, quibus perferendis Decemviri Consulari potestate creati sunt. *Liv.* l. 3. c. 57. *extr.* Leges decemvirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in æs incisas publice proposuerunt. Adde *Gell.* l. 20. c. 1. ¶ In ablat. singulari in *i* tantummodo desinet, nunquam in *e*, teste *Charis.* l. 1. pag. 102. *Putsch.* quod idem dicendum de *Duumviralis*, &c.

DECEMVIRALĬTER, more Decemviri. *Sidon.* l. 8. ep. 6. *ante med.* Ut decemviraliter loquar. *h. e.* ut loquuntur Decemviri litibus judicandis præpositi.

DECEMVIRĀTUS, us, m. *the office or power of a* Decemvir, δεκαρχία, dignitas, et munus Decemvirorum. *Cic. Agrar.* 2. c. 22. Qui honore decemviratus excluditur prope nominatim. *Liv.* l. 4. c. 15. Consulatibus, Decemviratibus, splendore familiarum sustulisse animos.

DECEMVĬRI, orum, m. *ten men appointed to execute jointly any public commission, thence called* Decemviri, δέκαρχοι, δεκαδοῦχοι, Magistratus decem virorum, qui anno U. C. 300. vel. 301. pro Consulibus legum ferendarum causa creati sunt. V. *Liv.* l. 3. c. 32. *et sequentib.* ¶ Decemviri litibus judicandis erant præsides quæstionum privatarum, qui creabantur, cum Prætor urbanus ad bellum exiret, ut essent pro Prætore in jurisdictione exercenda. *Cic. in Orat.* c. 46. et *Sueton. in Aug.* c. 36. V. *Stlites.* ¶ Etiam agris metiendis, dividendis, dandis, judicandis Decemviri creati sunt, ut est apud *Cicer. Agrar.* 2. passim, et *Liv.* l. 31. c. 4. et l. 42. c. 4. ¶ Item Decemviri sacrorum, et librorum Sibyllinorum inspectores, et ludorum Apollinarium curatores. *a college of ten priests. Liv.* l. 10. c. 8. l. 25. c. 12. et alibi. ¶ In singulari numero *Decemvir* est unus ex Decemviris. *a* Decemvir. *Cic. loc. cit. sæpe*, et *Liv.* l. 3. *sæpissime.* Sed V. quæ dicuntur in *Quindecimviri.* ¶ In usu loquendi *decemvirum* sæpius dicitur in genitivo plur. quam *decemvirorum*: quod idem intellige de *triumviris*, &c. *Cic. in Orat.* c. 46.

DECENNĀLIS, le, *of ten years, ten years old*, δεκαετής, qui est decem annorum. *Ammian.* l. 15. c. 12. *extr.* (*al.* 29.) Gallias post decennalis belli mutuas clades subegit Cæsar. ¶ *Decennalia* sunt ludi, qui singulis decenniis imperii sui ab Imperatorib. R. celebrabantur. *solemn games appointed by Gallienus to be kept every tenth year. Trebell. Poll. in Salonino*, c. 3. Decem annos Gallienum imperasse, cum constet, decennalia Romæ ab eodem celebrata. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 116. n. 4. Cæsarum decennalia feliciter.

DECENNIS, e, *of ten years*, δεκαετής, qui est decem annorum. *Quintil.* l. 8. c. 4. Priamus decenni bello exhaustus. *by a ten years war. Petron. in Satyr.* c. 89. Decenne prœlium. *Plin.* l. 8. c. 44. Equæ neque quadrimis minores, neque decennibus majores. *Flor.* l. 1. c. 12. Decennis obsidio. *Martial.* l. 9. epigr. 58. Nec crus compede lubricum decenni.

DECENNĬUM, ii, n. *the period of ten years*, δεκαετία, decem annorum tempus. *Nazar. in Panegyr. Constant.* c. 2. In destinatis decenniis jam vota properantia constiterunt. Adde *cap. ult.* et *Apul. de Deo Socrat.* ¶ *Decennia* interdum sunt decennalia. *Trebell. Poll. in Gallien.* c. 7. *extr.* Convocatis Patribus decennia celebravit novo genere ludorum.

DECENS, entis, *becoming, beseeming, decent, meet, seemly, proper*, πρέπων, qui conveniens est, aptus, et consentaneus tempori, et personæ, et rei. *Horat.* l. 1. od. 13. v. 17. Quo fugit Venus? heu! quove color? decens Quo motus? Ita *Bentlei.* (Sic *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Corporis motus decens, et accommodatus orationi) *alii* quove color decens? *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 5. v. 52. Decens amictus. *Quintil.* l. 1. c. 3. *post med.* Decentissimus sinus, si aliquanto supra imam togam fuerit. *Senec. in Thyest.* v. 150. nec dapibus feris Decerni potuit pœna decentior. *Senec. alter de Benef.* l. 1. c. 9. Decentissimum sponsaliorum genus, adulterium. *Tacit. in Agric.* c. 44. Si habitum quoque ejus posteri noscere velint, decentior, quam sublimior fuit. *of a figure well-proportioned rather than tall.* ¶ Sæpe refertur ad pulcritudinem, *comely, handsome, beauteous. Horat.* l. 1. od. 18. v. 6. Decens Venus. *Id. ibid.* od. 4. v. 6. Junctæque Nymphis Gratiæ decentes. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 450. longoque decentia crine Tempora. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 537. Ipse favens votis, solitoque decentior aer. *h. e.* serenior. ¶ Differt tamen a formoso. Est enim *decens* pulcher cum honestate et dignitate quadam, decorus. *Sueton. in Domit.* c. 18. Pulcher ac decens, maxime in juventa. *Juvenal.* sat. 6. v. 161. Sit formosa, decens, dives, fecunda. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 23. placidoque decens Reverentia vultu. *Quintil.* l. 8. c. 3. *post init.* Decentior equus, cui adstricta sunt ilia. ¶ Cum accus. et *ad* præposit. *In lemmate* cap. 11. lib. 6. *Gell.* Verba ad officium gravitatis dignitatisque vitæ decentia.

DECENTER, *decently, properly, fitly, in a proper, becoming way*, πρεπόντως, εὐπρεπῶς, decore, convenienter, apte. *Cic. pro Cæcin.* c. 26. Jura finium decentissime descripta a majoribus. *Horat.* l. et ep. 2. *extr.* Ætas decentius lasciva. *h. e.* quam magis decet lascivire. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 291. Quo non ars penetrat? discunt lacrimare decenter. *with a grace. Id.* 2. *Amor.* el. 5. v. 44. mœsta decenter erat.

DECENTĬA, æ, f. *decency, what is becoming, comeliness*, εὐκοσμία, εὐπρέπεια, convenientia, aptitudo, decor. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 58. Colorum etiam et figurarum tum venustatem atque ordinem, et, ut ita dicam, decentiam oculi judicant.

DECEPTĬO, onis, f. *a deceiving; deceit, deception*, ἀπάτησις, actus decipiendi, error, fraus, fallacia. *Martian. Capell.* l. 4. *sub fin.* pag. 135. Queis falsa captos circuit deceptio. *Augustin.* l. 8. *Confession.* c. 2. Scripta Philosophorum plena fallaciarum, et deceptionum. Affertur et locus *Vitruvii* l. 2. c. 8. *sub fin.* sed incertæ, minimeque probandæ lectionis.

DECEPTOR, oris, m. *a deceiver, beguiler*, ἀπατεών, ῶνος, qui decipit. *Senec. in Thyest.* v. 139. Proditus occidit deceptor domini Myrtilus.

DECEPTORĬUS, a, um, *calculated or apt to deceive*, ἀπατηλός, ad decipiendum aptus. *Augustin.* ep. 155. *ad Macrob.* c. 2. *extr.* Deceptoria laude fallentis extolli. *Id.* l. 2. *de doctr. Christ.* c. 23. Deceptoriæ conjecturæ.

DECEPTRIX, icis, f. *she that deceives*, quæ decipit. *Lactant. in Epit.* c. 6. *sub fin.* Perniciosa est, et deceptrix adulatio.

DECEPTUS, us, m. *deception*, deceptio. *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 6. Humana conditio deceptui obnoxia. [*Id. de Anim.* c. 18. Deceptui facilis.]

DECEPTUS, a, um, *deceived, beguiled*, ἀπατηθείς, captus, falsus, circumventus. *Virg.* 8. *Ecl.* v. 18. Conjugis indigno Nisæ deceptus amore. *Id. Æn.* 5. v. 851. cæli deceptus fraude sereni. *Horat.* l. et sat. 1. v. 61. bona pars hominum decepta cupidine falso. *Cic.* 1. *Offic.* c. 10. Quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiserit. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 85. Per colloquium deceptos crudelissime interfecisse. *under pretence of a parley. Liv.* l. 1. c. 9. Per fas et fidem decepti. *under colour of security. Plin.* l. 25. c. 13. Deceptus similitudine. *by the resemblance. Valer. Flacc.* l. 1. v. 411. Et quem fama genus non est decepta Lyæi Phleias. *h. e.* non est decepta, divulgans, esse hunc de sanguine Bacchi. ¶ Aliquando est idem quod destitutus, desolatus, orbatus. Ita quidam interpretantur illud *Virg.* 4. *Æn.* v. 17. Postquam primus amor deceptam morte fefellit. et *Silii* l. 8. v. 102. Quod vidi, decepta, nefas! et *Calpurn. Ecl.* 3. v. 77. Sæpe etiam leporem, decepta matre, paventem Misimus. Addunt *Auson. Cyprian.* ep. 2. et *Apul.* l. 8. *Metam.* [¶ *Aliquando est idem quod destitutus, desolatus, orbatus*, &c. Delenda hæc usque ad finem, atque ita mutanda. ¶ Ubi quis de mortuis loquitur, habet verbum hoc quamdam ex amore querelam, quod nempe superstites se prius vitam finire optassent, atque sperassent, quemadmodum, si quando parentes, turbato mortalitatis ordine, iis essent superstites, quibus vitam ipsi dederant, caritate patria impulsi filiorum monumentis inscribebant *Contra Votum.* Ita intelligendum illud *Virg.* 4. *Æn.* v. 17. ubi Dido extinctum Sichæum respiciens, inquit: Postquam primus amor deceptam morte fefellit. *Inscriptio Firmana* reperta anno 1771, et edita in *Ephemer. Florentin.* ejusd. anni col. 357. D. M. Terentio Paulino juveni probissimo, qui vixit an. XXXII. mens. II. dieb. XV. Vindia Restuta (*lege* Restituta) mater, et Atilia Tertia conjux decepta cum filiis posuerunt B. M. Et apud *Fabrett.* c. 10. n. 236. pag. 702. de duobus filiis carissimis, qui *una, unoque lecto elati sunt*, dicitur: Qui deceperunt. V. Epistolam *Christoph. Amadutii* in *cit. Ephemer. Florent.* Deceptam in allato *Virgilii* loco alii interpretantur destitutam, desolatam, orbatam, sed minus aptis exemplis.]

DECĒRIS, is, f. δεκήρης, decem remorum ordinibus acta navis, *a ship with ten banks of oars.* Ita enim contendit legendum *Turneb.* l. 22. c. 31. *in Sueton. Calig.* c. 37. ubi ait. Fabricavit et deceres Liburnicas gemmatis puppibus, &c. Vulgata lectio habet *de cedris.* Tale (inquit *Turneb.*) navium genus amplissimorum tricliniorum, et thermarum, de quibus Sueton. loquitur, capax fuit.

DECERMĬNA dicuntur, quæ decerpuntur purgandi causa. *Festus*: qui videtur intelligere frondes et ramulos inutiles, qui in purgandis arboribus decerpuntur. [† Locum *Festi* male, ut videtur, intellexit *Forcellinus.* Decermina sunt frondes sacræ, φύλλα καθαρτικά, quibus in lustrationibus uti solebant.] ¶ Translate *decermina Fortunæ* appellat *Apulei.* l. 1. *Metam.* miserrimos homines ostiatim mendicantes, quasi fæcem et purgamenta populi.

DECERNO, is, crevi, cretum, a, 3. *to think, judge, conclude*, διαγινώσκω, κρίνω, νομίζομαι, definio, judico, censeo: a *de* valde, et *cerno*, ut sit rem penitus cernendo judicium ferre. *Terent. Adelph.* 4. 2. 5. Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo satis decernere. *I cannot clearly discern. Id. Hecyr.* 2. 1. 15. Qui illum decrerunt dignum, suos cui liberos committerent. *Id. ibid.* 4. 1. 27. Id vitium nunquam decrevi esse adolescentiæ. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 15. *ad fin.* Nihil impertisti tuæ prudentiæ ad salutem meam, quod in me ipso satis esse consilii decreras. *pro* decreveras. ¶ Item statuo, constituo, *to deliberate, make up one's mind, determine, resolve. Terent. Heaut.* 3. 1. 56. Sumat, consu-

mat, perdat: decretum est pati. *Plaut. Asin.* 1. 1. 38. Eos me decretum est persequi mores patris. *Id. Aulul.* 3. 6. 35. Mihi bibere decretum est aquam. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 73. Quam decrerim me non posse diutius habere. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 6. Decreram enim cum eo valde familiariter vivere. ¶ *Decernere aliquid* est interdum decidere, remota dubitatione in perpetuum terminare, *to decide, pronounce. Plaut in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 133. Qui nequeas, nostrorum uter sit Amphitruo, decernere. *Liv.* l. 5. *c. ult.* Sed rem dubiam decrevit opportune missa vox. *Id.* l. 25. *c. ult.* Haud magna vis certaminis fuit: primus clamor atque impetus rem decrevit. Adde lib. 10. c. 19. ¶ Sæpissime pertinet ad Curiam et Magistratus, *to decree, give sentence.* ψηφίζομαι, κρίνω. *Cic.* 4. *Fin.* c. 9. Cum Senatus triumphum Africano decerneret. *Id.* 4. *Verr.* c. 67. Centuripinorum Senatus decrevit, populusque jussit, ut, &c. *Id. pro Dom.* c. 28. Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani, qui non amplissime de mea salute decreverint. *Id. ad Capitonem post* ep. 16. *Attic.* l. 16. Consules de consilii sententia decreverunt secundum Buthrotios. *Id. Verr.* 3. c. 46. *de Verre pratore.* Alias revocabat eos, inter quos jam decreverat: alias inter alios contrarium sine ulla religione decernebat, &c. *Id. ibid.* c. 3. Si qua in re contra rem meam decresset aliquid. *Id. ad Brut.* ep. 15. et *Nepos in Milt.* c. 6. et *in Alcib.* c. 7. Decernere honores, *aut* statuas alicui. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 9. pecuniam ad ludos. *Vellei.* l. 2. c. 18. alicui bellum. *h. e.* demandare. ¶ Senator quoque sententiam dicens, *decernere* dicitur. *Cic. Fam.* l. et ep. 1. Hortensii et mea sententia tibi decernit, ut regem reducas. et *ibid.* Crassus tres legatos decernit. *Id. ad Brut.* ep. 15. *circa med.* Decrevi, ut in fastis Bruti nomen adscriberetur. et *paulo post.* Bruto decrevi honores, decrevi Planco. ¶ Translate *Plin.* l. 2. c. 47. De ratione ventorum menstrua, quarta maxime luna decernit. *h. e.* definit quodam modo, quinam venti eo mense futuri sint. *Id.* l. 17. c. 27. *a med.* Justum existimant, in denos pedes quadratos agri modios tres fimi. id quidem soli natura decernet. et cap. 22. *ad fin.* De his Catonis præcepta decernent. ¶ Præterea *decernere* est decertare, dimicare, rem, et eventum belli armis decidere, quod Græcis est κρίνειν, et διακρίνειν τὸν πόλεμον, *to fight, combat, contend, engage. Nepos in Eumen.* c. 9. *extr.* Diem unum opperitur ad lassitudinem sedandam militum, quo integriore exercitu decerneret. *Id. in Annib.* c. 4. Cum eodem de Clastidio apud Padum decernit: saucium inde ac fugatum demittit. *Hirt. de B. Afric.* c. 14. Decernere contra magnam vim hostium artificio magis, quam viribus. *Nepos in Milt.* c. 4. Acie decernere. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 73. Certamen vitæ gladiatorium, quo ferro decernitur. *Id. Attic.* l. 7. ep. 3. *cir. med.* Decernere armis. *Virg.* 3. *Georg.* v. 218. *de tauris.* Cornibus inter se subigit decernere amantes. ¶ *Decernere pugnam* est decidere, victoria in alterutram partem inclinante. *Liv.* l. 28. c. 33. Missis levibus telis, quæ irritare magis, quam decernere pugnam poterant, gladios nudant. *Cic. Fam.* l. et ep. 10. Quamquam in uno prœlio omnis fortuna reipubl. disceptat: quod quidem, cum hæc legeres, jam decretum arbitrabar fore. ¶ Translate *Liv.* l. 40. c. 8. *sub fin.* Decernite criminibus, mox ferro decreturi. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 40. Pro sua fama fortunisque decernere. *h. e.* judicio contendere. *Id. pro Quint.* c. 6. Uno judicio de fortunis omnibus decernere. *to risk, hazard. Id. Attic.* l. 10. ep. 9. Utinam meo solum capite decernerem. *Id. Attic.* l. 8. ep. 5. Pendeo animi expectatione Corfiniensi, in qua de salute reipubl. decernitur. *hangs, depends.* ¶ In multis temporibus syncopen patitur. *Decrerim, ram, ro,* pro *decreverim,* &c. et *decresset* pro *decrevisset* in allatis exemplis legitur, et apud *Plaut. Curcul.* 5. 3. 25. *Liv.* l. 3. c. 45. et *Lucil.* apud *Jul. Rufinian. de Figur. in Epagoge.* [¶ Particip. *decernens* apud *Suet. in Tib.* c. 4. Cunctis turbarum metu abolitionem facti decernentibus. ¶ Partic. *decernendus* apud *Cic.* 3. *Fam. epist.* 19. *ante med.* Ego censui, sumptus legatis quam maxime ad legem Corneliam decernendos.]

DECERPO, is, erpsi, erptum, a. 3. *to pull or pluck off, pull away, crop, gather.* ἀπολέγω, carpendo detraho, ut fit cum poma ex arboribus manu legimus. *Ovid.* l. 3. *ex Pont.* ep. 5. v. 19. Et magis adducto pomum decerpere ramo, Quam de cælata sumere lance juvat. *Id.* 5. *Metam.* v. 536. Puniceum curva decerpserat arbore pomum. *Id.* 5. *Fast.* v. 255. Decerpere pollice florem. *to crop, cull.* et l. 11. v. 112. aristas. *Horat. epod.* 2. v. 19. pyra, et uvam. *Colum.* l. 5. c. 10. folia. *to strip off. Plin.* l. 21. c. 10. Thymum decerpunt apes. *cull. Id.* l. 16. c. 31. E radicibus montani prætenuia fila decerpentes, spectabiles lagenas nectunt. *pulling one after another.* ¶ Translate est auferre, detrahere, minuere. *to derogate from, take away, lessen, diminish. Cic. pro Marcell.* c. 2. *sub fin.* Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil cohors, nihil turma decerpit. *Id.* 2. *de Orat.* c. 56. Ne quid jocus de gravitate decerperet. *h. e.* minueret. *Quintil. in proœm.* l. 6. *a med.* Esse nescio quam, quæ spes tantas decerpat, invidiam. *Senec.* l. 1. controv. 2. *cir. med.* Illibatam virginitatem decerpere. *h. e.* imminuere, violare. *to violate.* ¶ Item percipere, colligere, haurire. *to gather, collect, cull out, select, derive, gain, get. Horat.* l. 1. sat. 2. v. 79. unde laboris Plus haurire mali est, quam ex re decerpere fructus. *Sil.* l. 4. v. 138. Dum primæ decus affectat decerpere pugnæ. *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 165. et vocis decerpsit murmura primæ. *Quintil.* l. 10. c. 1. *cir. med.* Habent tamen Comici, si cum venia legantur, quædam, quæ possis decerpere. *Id.* l. 4. c. 1. *ante med.* Decerpere aliquid in usum principii orationis. ¶ In illo *Catonis de R. R.* c. 112. Acina de uvis miscellis decerpito: Al. leg. *decarpito.* [¶ Particip. *decerpens* apud *Propert.* l. 1. el. 20. v. 39. Quæ modo decerpens florem ungui.]

DECERPTIO, onis, f. actus decerpendi. Est *Nonii* cap. 2. n. 906. Demptio, vel decerptio.

DECERPTUS, a, um, *plucked or pulled up, pulled off, gathered,* carpendo detractus. *Plin.* l. 21. c. 7. Decerpta cotonea. *Id.* l. 12. c. 7. Decerptæ siliquæ. *Id.* l. 23. c. 7. *ad fin.* Decerptus ramus. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 645. Decerptæ herbæ. ¶ Translate *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 13. Humanus animus decerptus ex mente divina.

DECERTATIO, onis, f. *a striving for the mastery, contest, dispute,* actus decertandi, concertatio, dimicatio, ἀγωνισμός. *Cic. Phil.* 11. c. 9. Harum rerum omnium decertatio consulibus optimis et fortissimis commissa et commendata est.

DECERTATORIUS, a, um, ad decertationem spectans. *Quintil.* l. 6. c. 4. Pugna decertatoria. *h. e.* altercatio. [sed optimæ editiones habent *decretoria.*]

DECERTĀTUS, a, um, *contended for, contested, disputed,* certatus. *Stat. initio* l. 1. *Theb.* Fraternas acies, alternaque regna profanis Decertata odiis. *h. e.* usque ad exitium certata. *Id. ibid.* v. 479. ventis ut decertata residunt Æquora. *h. e.* post finem certaminis ventorum tandem residunt. *Claudian.* l. 1. *in I. Consul. Stilich.* v. 21. Decertati labores. *h. e.* decertando et belligerando exhausti.

DECERTO, as, avi, atum, n. 1. *to contend vehemently, strive, fight for, dispute,* ἀγωνίζομαι, idem quod certo, vel valde certo, tum in bellicis rebus, tum in quocumque certamine et contentione civili. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. Ut potius in suis, quam alienis finibus decertarent. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 19. Ne cives cum civibus armis decertarent. *Id.* l. 7. *B. Gall.* c. 77. Decertare prœlio. *Nepos in Annib.* c. 10. classe. *Cic. pro Dom.* c. 24. Vi et armis contra vim decertare. *Id. de Amic.* c. 8. *extr.* Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho et Annibale. *Id.* 1. *Offic.* c. 23. *extr.* Cum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 803. Pace tamen sisti bellum, nec in ultima ferro Decertare placet. *h. e.* usque ad internecionem bellum gerere. *Cic. pro Planc.* c. 36. Jure, legibus disceptando decertare. *Id.* 5. *de Fin.* c. 2. Locus ubi Demosthenes et Æschines inter se decertare soliti sunt. *Id. Phil.* 2. c. 1. Decertare cum aliquo contentione dicendi. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 101. Cum mare trux aries cornu decertat. ¶ Cum dativo *Horat.* l. 1. od. 3. v. 13. Præceps Africus decertans Aquilonibus. *warring.*

DECERVICĀTUS, a, um, *beheaded,* cui cervix dempta est, decollatus. *Sidon.* l. 3. ep. 3. *a med.* Quos humari nox prohibuerat, decervicatis liquere cadaveribus.

DECESSĬO, onis, f. *a departing, departure,* ἀποχώρησις, actus decedendi, abitus, discessio. *Cels.* l. 3. c. 3. *ad fin.* Aliæ febres diem noctemque accessione et decessione implent. *intermission. Id.* l. 2. c. 4. Ut per accessionem increscant, per decessiones molliantur. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 15. *ad fin.* Hæc decessio capitis jecinoris, aut accessio subito ne fieri potest? *Id.* 4. *Fam.* ep. 4. *ad fin.* Is mecum sæpe de tua mansione et decessione communicat. ¶ De discessu magistratus, finito imperio provinciali. *the resignation of an office. Id. Attic.* l. 6. ep. 5. *ad fin.* Mihi decessionis dies λεληθότως obreptat. Adde *init.* ep. l. 1. *ad Q. Fratr.* et *in Pison.* c. 36. *a med.* ¶ Translate *Id. de Univ.* c. 6. Neque enim ulla decessio fieri poterat, neque accessio. *h.e.* diminutio. *a lessening, diminution, abatement. Id. pro Rabir. Post.* c. 11. Decessionem de summa facere. *Terent. Clem. Dig.* lib. 29. tit. 4. leg. 28. *extr.* Decessionem patietur is, cui restituta fuerit hereditas. *h. e.* diminutionem, detrimentum. *Gell.* l. 13. c. 29. appellat *decessionem verborum,* cum verba ex ea significatione, in qua nata sunt, in aliam longe, vel proximam decesserunt.

DECESSOR, oris, m. *a predecessor in an office,* qui jam magistratu functus de provincia decessit, et successori tradidit. Usurpatur relative ad successorem: et *decessorem suum* vocat successor, cui ipse in provincia administranda, aut alia quavis re, dignitate, seu officio succedit. *Tacit. in Agric.* c. 7. Agricolam vicesimæ legioni præposuit, ubi decessor seditiose agere narrabatur: ita successor et ultor electus, &c. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 16. leg. 4. Recte faciet si edictum decessori suo miserit.

[* DECESSUS, a, um, particip. a verbo *decedo, passed by,* præteritus. *Rutil. Itiner.* l. 1. v. 313. Necdum decessis pelago permittimur umbris. *h. e.* præteritis. ¶ Significat etiam mortuum. *Vet. Inscriptio* Romæ reperta apud *Zaccariam Ann. Letter. d'Italia Tom.* I. lib. 3. pag. 307. Vitent homines avaros, audaces, monumentorum sacrilegos, per quos decessis nunquam requiescere licet.]

DECESSUS, us, m. *a going away, departure,* decessio. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 13. Carinæ aliquanto planiores, quo facilius vada, ac decessum æstus excipere possent. *Cels.* l. 3. c. 12. Sub decessu febris cibum sumat. *abatement, intermission. Plin.* l. et cap. 18. Ab Nili decessu serere solitos. ¶ Pro decessione magistratus ex provincia, *a retiring from an office, Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 10. *sub fin.* Quod ad tuum decessum attinet, me curaturum, ut tibi succedatur. *Cic. Phil.* 2. c. 38. An Creta post M. Bruti decessum potuit liberari? ¶ Pro morte, *Cic. de Amic.* c. 3. Angi decessu amicorum. *departure, death.*

DECET, ebat, cuit, impers. 2. *it becomes, is becoming or proper, beseems, behoves, is right, fit, suitable, or meet,* πρέπει, significat aptitudinem, honestatem, convenientiam, quæ in re quaque inest ratione alterius rei. *Cic. in Orat.* c. 22. Decere declarat, quasi aptum esse consentaneumque tempori et personæ: quod cum in factis sæpissime, tum in dictis valet, in vultu denique, et gestu, et incessu: contraque item dedecere. ¶ Etymologi ducunt a δεῖ pro δεῖ oportet, *c* inserto, ut a σπέος est *specus. Cic.* 1. *de Orat.* c. 29. Roscium sæpe audio dicere, caput esse artis, decere: quod tamen unum id esse, quod tradi arte non possit. *Id.* 3. *de Orat.* c. 55. Nunc quid aptum sit, hoc est quid maxime deceat in oratione, videamus. et lib. 1. c. 26. Non faciendo id quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 25. Oratorem irasci minime decet. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 10. Contempla, satin' hæc me vestis deceat. *becomes me. Ovid. Fast.* 2. v. 105. capit ille coronam, Quæ possit crines, Phœbe, decere tuos. *Cic.* 1. *Offic.* c. 31. Experiri, quam se aliena deceant. *Nepos in Attic.* c. 6. Non enim decere se arbitrabatur, cum præturam gerere noluisset, asseclam esse prætoris. *Sallust. in Jug.* c. 53. Quæ ab imperatore decuerint, omnia suis provisa, *subaudi* fieri. *Plin.* l. 37. c. 8. *ad fin.* Callaides gemmæ inclusæ decorantur auro, aurumque nullæ magis decent. *suit better, have a better effect when set in gold.* ¶ Cum dativo *Plaut. Amph.* 2. 2. 188. Istuc facinus nostro generi non decet. *Terent. Adelph.* 5. 8. 5. Hercle ita nobis decet. *Id. ibid.* 3. 5. 45. Hæc ut fiant, deos quæso: ut vobis decet. *Gell.* l. 9. c. 15. Adolescens præfatur arrogantius et elatius, quam ætati ejus decebat. *Sallust. in fragm.* apud *Serv. ad Æn.* 8. v. 127. Locum editiorem, quam victoribus decebat. *Plaut. Capt.* 2. 2. 71. Ne patri decere videatur magis me servire, potius quam, &c. *Paul. Dig.* lib. 32. leg. 23. Decet enim tantæ majestati, eas servare leges, quibus, &c. ¶ Si quis usurpare velit etiam in primis personis, habet in voce *dedecet,* quo se tueatur. ¶ Aliquando significat officium, et pro *oportere* ponitur. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 19. *ad fin.* Quod deceat, cariorem esse patriam nobis, quam nosmetipsos. *Plerique al. leg.* doceat. *Sallust. initio B. Catil.* Qui se student præstare ceteris, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant. *Plaut. Rud.* 1. 2. 24. Peculiosum eum esse decet servum et probum, quem, &c. *he ought, who would be,* &c. *Liv.* l. 3. c. 17. Non, quidquid patrum plebisque est, in Capitolium currere, liberare ac pacare augustissimam illam domum Jovis O. M. decuit?

DECIĀNUS, a, um, ad Decium, nomen propr. civis R. pertinens, ut Decianus exercitus, *Liv.* l. 10. c. 31.

DECĪDO, is, idi, isum, a. 3. *to cut off,* ἀποκόπτω, amputo, abscindo: a *de,* et *cædo:* et de iis fere dicitur, quæ si abscindantur deorsum cadunt. *Plaut. Merc.* 2. 2. 37. Decide collum, si falsum est uti loquar. *Plin.* l. 17. c. 21. *ad fin.* Cum malleolus spargere cœpit caules, deciditur. *Colum.* l. et cap. 2. Decidere falce filicem nascentem. *Sen. ep.* 90. In quadratum tigna decidere. *to cut square. Sil.* l. 4. v. 389. improbus ensis Annexam parmæ decidit vulnere lævam. ¶ Sæpius translate sumitur pro transigere, componere litem mutuo partium consensu: quia solet in transactionibus et compositionibus decidi, seu detrahi utrinque aliquid ex postulatis contrahentium, *to decide, determine, conclude, settle. Cic.* 4. *Verr.* c. 32. *a med.* Qui cum reo transigat, post cum accusatore decidat. *Id. pro Quint.* c. 5. Decidere de rebus et rationibus societatis. *Id. ibid.* c. 4. Decidere et statuere, quid alicui ad denarium solvatur. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 39. Decidere atque transigere cum aliquo. *Id.* 5. *Verr.* c. 48. Ut in jugera singula ternis medimnis decidere liceret. Al. omittunt præposit *in. Id. pro Rosc. Com.* c. 11. Magno tuam dimidiam partem decidisti: magno et tu tuam partem decide. *Senec.* ep. 95. *ad fin.* Pro libertate decidere *to compound, bargain. Ulpian. Dig.* lib. 12. tit. 6. leg. 26. *circa med.* Decidere pecunia cum aliquo. *African.* lib. 47 tit. 2. leg. 63. Decidere damnum. *Ulpian.* lib. 9. tit. 4 leg. 22. Jurejurando aliquid decidere. *Id.* lib. 5. tit. 2 leg. 29. Aliquid transactione decidere. *Id.* lib. 18. tit. 3 leg. 4. quæstionem. *Plin.* l. 7. c. 40. Abunde atque indulgenter fortuna decidit cum eo, qui jure dici non in felix potest. ¶ *Decidere aliquid propriis verbis* apud *Quintil.* l. 8. *c. ult. a med.* est exprimere, explicare. *to express.* ¶ Reperitur etiam pro cædere, hoc est verberare *to beat. Callistrat. Dig.* lib. 47. tit. 21. leg. 2. Si lapides furati sunt, sufficiet eos verberibus decidere. ¶ Pro dejicere, *to throw. Plaut. Cas.* 2. 4. 18. Ego pol istam jam aliquovorsum tragulam decidero. Est qui legit *dejecero.*

DECĬDO, is, idi, n. 3. *to fall from, fall down,* κατ

πίπτω, deorsum cado. *Lucret.* l. 6. v. 496. In terras decidit imber. *Cic. de Senect.* cap. 19. *sub fin.* Poma ex arboribus, si sunt matura et cocta, decidunt. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 2. Decidit in casses præda petita meos. *Plin.* l. 37. c. 10. Glossopetra dicitur cælo decidere. *Ovid. in Ibin*, v. 259. Decidere ab equo in arva. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 48. Decidere equo. *Nepos in Eumen.* c. 4. in terram ex equo. *Plaut. Casin.* 5. 2. 42. præcipitem de lecto. *Id. Pers.* 4. 4. 55. in foveam. *Plin.* l. 2. cap. 52. A superiore cælo decidentia obliquos habent ictus. *Curt.* l. 7. c. 7. *sub fin.* Flumina in rubrum mare decidunt. *fall, disembogue themselves. Ovid.* 12. *Metam.* v. 339. Decidere in præceps. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 42. fugiens hic decidit acrem Prædonum in turbam. *h. e.* incidit. *falls among, falls in with. Petron. in Satyr.* c. 87. Decidere in somnum. *to fall asleep. Sueton. in Aug.* cap. 95. Tunica ad pedes decidit. ¶ Translate *Terent. Heaut.* 2. 3. 9. Væ misero mihi! quanta de spe decidi! *from what high expectations am I fallen!* et *ibid.* 4. 8. 11. Quanta spe decidi! *Liv.* l. 37. c. 26. Antiochus posteaquam a spe societatis Prusiæ decidit, &c. *Nepos in Eumen.* c. 11. *ad fin.* Non virtute hostium, sed amicorum perfidia decidi. *h. e.* victus sum. *am I vanquished. Tacit. Ann.* 3. c. 59. Huc decidisse cuncta, ut &c. *have come to that pass, that*, &c. *Al. leg.* recidisse. *Sueton. in Claud.* c. 9. Decidere ad angustias rei familiaris. *Plin.* l. 5. epist. 10. Labi et decidere ab archetypo. *to deviate from the original.* ¶ Pro mori, *to fall, die, Plaut. Trin.* 2. 4. 142. Nemo exstat, qui ibi sex menses vixerit: ita cuncti solstitiali morbo decidunt. *Claudian. initio* l. 1. *in Rufin.* Phœbeo domitus python cum decidit arcu. ¶ Pro deminui, absumi, *to waste away, be lessened or diminished, Colum.* l. 12. cap. 20. *sub fin.* Mustum infervefacere, et omnem spumam cum fæcibus expurgare: quo facto decima pars decidet.

DECIDŬUS, a, um, *falling, ready to fall*, εὐκατάπτωτος, cadens, caducus. *Plin.* l. 11. c. 37. *sub init.* Cornua cervis omnibus annis decidua. et cap. 49. Testes pecori ad crura decidui, subus adnexi. *Id.* l. 2. cap. 20. Ignes decidui ad terras, fulminum nomen habent. *Id.* l. 18. c. 25. *ad fin.* Decidua folia. *Id.* l. 8. cap. 3. Dentes decidui. ¶ *Deciduus* a *cædo*, secunda syllaba producta, idem quod *cæduus*, legitur a quibusdam apud *Ovid. Metam.* 8. v. 758. gemitumque dedit decidua quercus. *cut or hewn down.* Al. leg. *Dodonia*, alii *Deoia*, alii *de vulnere*, alii aliter. *Plin.* quoque ubi ait l. 16. c. 24. *sub fin.* Cato decidua folia, populnea quernaque animalibus jubens dari, non peraridа: *cædua* significare videtur. nam si *cadentia* intelligas, ea solent arida esse. Nostri quoque rustici, quam frondem in cibum boum servant, cædere solent, non exspectare, dum decidat. Porro locus *Catonis*, unde is desumpsit, videtur esse c. 5. *R. R. extr.* Frondem populneam, ulmeam, querneam cædito: per tempus eam condito, non peraridam, pabulum ovibus.

DECĬES, *ten times*, δεκάκις. *Plin.* l. 10. c. 53. Decies anno pariunt columbæ. *Plaut. Stich.* 3. 2. 45. Decies in die mutat locum. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 94. Lisque decem decies inspicienda viris. *h. e.* centumviris. *Cic.* 3. *Verr.* c. 10. Decies centena millia. *a million.* ¶ *Decies centena* pro prægrandi pecuniæ summa, usurpabant Antiqui, quod priscis illis temporibus minor erat nummorum copia; et nihilominus, etiam crescentibus divitiis, phrasis obtinuit. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 15. decies centena dedisses Huic parco paucis contento, quinque diebus Nil erat in loculis. ¶ Dicitur et *decies* absolute pro decies centena millia. *Martial.* l. 1 epigr. 104. Aut vive, aut decies, Scævola, redde Deis. Adde lib. 3. epigr. 62. ¶ Sumitur et pro *sæpe. Plaut. Amph.* 2. 1. 27. Decies dixi. ¶ Scribitur et *deciens. Varr.* l. 8. *L. L.* c. 49. et *Mar. Victorin. de Orthogr.* pag. 2469. *Putsch.*

DECĬMA. V. *Decimus.*

DECIMĀLIS, le, adject. ut *Decimales agri.* h. e, decumani, qui decimas solvunt. *Tacit. de Germ.* c. 29. ubi alii aliter.

DECIMĀNUS, *et frequentius* Decumanus, a, um, ad decimum pertinens. *Decumani milites* sunt legionis decimæ, hoc est quæ decimo loco descripta fuit. *the soldiers of the tenth legion. Hirt. de B. African.* c. 16. *Tacit.* l. 5. *Histor.* cap. 20. et *Sueton. in Cæs.* cap. 70. ¶ *Decumanus ager* qui decimam partem fructuum pro vectigali solvit reipubl. *land that paid tithes, or one tenth of its produce. Cic.* 5. *Verr.* c. 6. Omnis ager Siciliæ civitatum decumanus est. ¶ *Decumani, orum*, sunt publicani, qui decimas publicas redimunt, exiguntque. *tithe-gatherers. Ascon. in Verr.* 2. c. 5. et *Cic.* 5. *Verr.* c. 8. et 33. ¶ Decumana mulier *ibid.* c. 33. et 34. est uxor decumani, quam et muliérculam publicanam *ibid.* vocat. ¶ *Decumanum frumentum* decima pars frumenti, quæ pro vectigali solvitur. *a tithe of the produce. Cic.* 5. *Verr.* cap. 5. *extr.* et cap. 81. ¶ *Decumanum oleum* accipitur pro minus puro, et viliori a *Lucil.* apud *Non.* c. 5. n. 97. si modo sana est lectio: nempe quasi ex decima quaque mensura rejecto, et projecto: vel decimando collecto, et abjecto. ¶ De *limite decumano*, V. in *Cardo.* ¶ Sæpe *decumanus* accipitur pro magno. Decumana ova (inquit *Festus*) dicuntur, et decumani fluctus, quia sunt magna. nam et ovum decimum majus nascitur, et fluctus decimus fieri maximus dicitur. Alii putant ductum hoc a Pythagoreis, apud quos denarius numerus veluti magnificus et sacer fuisse dicitur. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 2. v. 49. Qui venit hic fluctus, fluctus supereminet omnes: Posterior nono est, undecimoque prior. [† Confer *eund. Met.* 11. 530. *Val. Flacc.* 2. 54. *Sil. Ital.* 14. 122. *Lucan.* 5. 672. *Senec. Agam.* 502. Tanto facilius (ait *Gesnerus*) *decimum fluctum* admisere Poetæ, quod Græci τρικυμίαν dixere quasi *fluctum tertium* aut *triplicem adeo.* V. *Blomfieldii Glossar.* in *Æschyl. Prom. Vinct.* 1051.] *Lucil.* apud *Cicer.* l. 2. *de Fin.* c. 8. Acipenser decumanus. *Fest.* in *Albesia.* Decumana scuta, quæ sunt amplissima. ¶ *Decumana pyra* enumerantur a *Colum.* l. 12. c. 10. et *Cloatio* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 15. *ad fin.* inter varia pyrorum genera: a magnitudine fortasse appellata: nisi malis legere *Decimiana.* ¶ In castris *Decumana porta* est ceterarum maxima, aversa hosti. Alii dictam putant a tutela militum decimæ cohortis. *Veget. de re milit.* l. 1. c. 21. *Cæsar sæpe.* Per hanc peccantes milites educebantur ad pœnam, teste *Veget. ibid.*

DECIMATĬO, et Decumatio, onis, f. *a selection by lot of every tenth man for punishment; decimation; a tithed death*, δεκάτευσις, supplicium militare, cum decimus quisque miles sorte lectus occiditur. *Capitolin. in Macrin.* c. 12. Clementem se dicebat, quando eos centesimaret, qui digni essent decimatione, atque vicesimatione. V. *Decimo.*

DECIMĀTRUS, dies festi Faliscorum, quod fierent post decimum diem Iduum. *Festus in Quinquatrus.*

DECIMĀTUS, et Decumatus, a, um, adject. lectus ad supplicium ex decimo quoque, *decimated. Sueton. in Aug.* c. 24. Cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas hordeo pavit. ¶ Item electus, *elected, chosen. Symmach.* l. 3. ep. 49. et 51. Vir decumatæ honestatis. *tried.* Al. utrobique leg. *edecumatæ* eod. sensu.

DECIMESTRIS. V. *Decemmestris.*

DECIMIĀNUS, a, um, adject. ad *Decimium* pertinens, quod est nomen proprium R. hominis: a quo appellata sunt *Decimiana pyra*, quorum mentio fit a *Plin.* l. et cap. 15. [† V. in *Decimanus.*]

DECĬMO, et Decumo, as, a. 1. *to decimate, take by lot every tenth man for punishment*, δεκατόω, est decimam partem detrahere. Unde decimari legiones dicuntur, quando decimus quisque supplicio afficitur ab Imperatore, sorte ducta, cui contingat. *Sueton. in Galb.* c. 12. Recusantes, atque insuper Aquilam, et signa pertinacius flagitantes, non modo immisso equite disjecit, sed decimavit etiam. Adde *eund. in Calig.* cap. 48. ¶ Apud Romanos primus eo supplicio usus videtur App. Claudius, de quo *Liv.* l. 2. c. 59. *extr.* ¶ Præterea *decimare*, seu *decumare* est decimam alicujus rei partem in sacrificium offerre. *Festus* in *Potitium*: Quæ familia, et posteri ejus non defuerunt decumantibus usque ad Appium Claudium Censorem.

DECIMODĬA. V. *Decemmodius.*

DECĬMUS, et Decumus, a, um, *the tenth*, δέκατος, ultimus ex decem. *Cic.* 2. *Phil.* c. 31. Hora diei decima. *Gell.* l. 18. c. 2. *extr.* Ennius in decimo tertio Annalium. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* cap. 12. Mense sexto ac decimo. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 17. In foro vix decimus quisque est, qui ipsus se se noverit. *hardly one in ten.* ¶ Pro magno, *Ovid.* 11. *Metam.* v. 530. Vastius insurgens decimæ ruit impetus undæ. Adde *Sil.* l. 14. v. 123. *Lucan.* l. 5. v. 672. et *Valer. Flacc.* l. 2. v. 54. et V. *Decumanus.* ¶ *Decima, æ*, (subintellige *pars*) est frugum, aliarumve rerum pars decima, quam Herculi vovere solitos Veteres docet *Varr.* apud *Macrob.* l. 3. *Saturnal.* c. 12. *a tithe of any thing.* unde non solum viscerationem, sed etiam epulum præbere populo mos ditioribus fuit. *Cic.* 2. *Offic.* c. 17. Oresti nuper prandia in semitis decumæ nomine, magno honori fuerunt. ¶ Item quæ pro vectigali solvitur reipublicæ. *Cic. Verr.* 5. c. 10. Quantum decumanus edidisset aratorem sibi decumæ dare oportere. *Id. ibid.* c. 39. Magnas decumas imponere. et *ibid.* Vendere decumas. et cap. 41. Frumentum omne in decumas auferre. *under the head of contributions.* et cap. 47. Ut quot jugera sunt sata, totidem medimna decumæ debeantur. et cap. 48. Pro singulis decumis ternas decumas dare. et cap. 46. Redimere decumas. et cap. 16. exigere. et *ibid.* Pecuniam pro alteris decumis solvere. ¶ De decimis missilium, et tesserarum, quæ populo spargi solitæ dicuntur, apud *Sueton. in Calig.* c. 26. et *in Galb.* c. 15. consule Interpretes ad ea loca. Est enim res satis perplexa. ¶ Fuit etiam *Decima* nomen Deæ parientium præsidis, atque unius ex Parcis, quod legitima nativitas ferme decimi mensis ingressus est. *Varr.* et *Cæsellius Vindex* apud *Gell.* l. 3. cap. 16. et *Tertull. de anim.* c. 37. ¶ *Decimus* est prænomen Romanum, ut initio hujus litteræ dictum est, et docet *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 38. ductum scil. primum ab ordine nascendi, ut etiam *Quintus, Sextus. Sueton. initio vitæ Claudii.* Drusus olim Decimus, mox Nero prænomine. Adde *Martial.* l. 5. epigr. 22. ¶ *Decimum* adverbii more, est decima vice, *the tenth time, Liv.* l. 6. c. 40. Nos reficietis decimum tribunos. ¶ *Decimo* quoque est adverbium ejusdem significationis: agnosciturque a *Diomed. Priscian.* &c. sed cum eo tamen discrimine, quod est inter *tertium*, et *tertio.* V.

DECINERĀTUS, a, um, *reduced to ashes*, in cinerem redactus. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 32. *ad fin.* Ignis ipse decineratis omnibus in nihilum finietur.

DECINERESCO, is, n. 3. *to be reduced to ashes*, in cineres abeo. *Tertull. in Apolog.* c. 48. *extr.* Ut nullo jam igni decinerescat.

DECĬPĬO, is, epi, eptum, a. 3. *to deceive, beguile*, ἐξαπατάω, circumvenio, fallo, capio, in fraudem induco: a *de*, et *capio. Cic.* 2. *de Divin.* c. 56. *extr.* Amphibolia, quæ Crœsum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere. *Horat. in art. Poet.* v. 25. Decipi specie recti. *Id.* l. 1. sat. 3. v. 38. Amatorem turpia amicæ vitia decipiunt. *Cic. Attic.* 13. Nisi forte me communis φιλαυτία decipit. *Id.* 2. *de Orat.* c. 71. Exspectationibus decipiendis, et naturis aliorum irridendis, risus moventur. *Plaut. Asin.* 2. 4. 94. Neque deceptus est in eo. *Plin.* l. 18. c. 24. *ad fin.* Festinata sementis sæpe decipit, serotina semper. ¶ Translate *Ovid.* 3. *ex Pont. ep. ult.* v. 11. Error decipit judicium. *blinds. Id.* 4. *Trist.* eleg. 10. v. 114. Sic tamen absumo, decipioque diem. *beguile the hours*: curas diei fallo. *Horat.* l. 2. od. 13. v. 38. Dulci laborum decipitur sono. *h. e.* dulci sono Sapphus et Alcæi decipitur laborum, obliviscitur pœnarum, nec sentit. *Bentlei.* legit *laborem*, quemadmodum *Virg.* dixit 1. *Æn.* v. 717. Expleri mentem nescit. *Plin.* l. 16. c. 43. Sic jubent citrum pretiosius fieri, sic acer decipi. *h. e.* simulari, pingendo testudinem acerno colore, ita ut acer esse videatur. ¶ Proprie significat *deorsum capio*: quo sensu videtur usurpasse *Apul. sub fin.* l. 10. Montem illum ligneum terræ vorago decepit. *h. e.* deorsum traxit, absorpsit. Sed alii aliter leg. [¶ Particip. *decepturus* apud *Lucan.* l. 4. v. 712. Deceptura malis fortuna. Adde *Stat. Theb.* l. 9. v. 295.]

DECIPŬLA, æ, f. et Decipulum, i, n. *a snare, gin, trap*, genus laquei ad decipiendas aves, mures, &c. παγίς, δελεάγρα. Et translate dolus, fraus. *Sidon.* l. 8. ep. 10. *a med.* Per decipulam male blandientis eloquii. *Apulei. in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4.) Decipula adversantium, et artificia dicentium perdiscere. *Id.* l. 8. *Metam.* Nactus fraudium opportunum decipulum.

DECIRCĪNO, as, avi, atum, a. 1. idem quod circino, circulum describo, *to describe a circle*, κυκλόω. *Manil.* l. 1. v. 296. Majoremque Helice major decircinat arcum. *Id.* l. 3. v. 352. *de terra.* Quam teretis natura soli decircinat orbem In tumidum, &c. *h. e.* in orbem conformat. *rounds, makes round.*

DECIRĒMIS. V. *Decemremis.*

DECISĬO, onis, f. *a cutting off*, ἀποκοπή, actus decidendi: a *cædo*: amputatio, deminutio. *Apul. de Mundo.* Incrementis globi sui, decisioneque luminis menstrua tempora Luna significat. ¶ Translate est determinatio, transactio, diremptio controversiæ, ut in *Decido* dictum est, *a decision, determination. Cic. pro Cæcin. in fin.* Nostra decisio de æquitate. *Id. pro Flacc.* c. 36. Decisionis arbiter C. Cæcilius fuit. *Id. pro Rosc. Com.* c. 16. Dicat decisionem esse factam, quæ facta non est. *Id. Verr.* 3. c. 54. Negat, eum sibi illa decisione satisfacere posse. *Ulpian. Dig.* lib. 5. tit. 3. leg. 25. *a med.* Decisio quæstionis.

DECĪSUS, a, um, *cut or lopped off*, ἀποκεκομμένος, abscisus, amputatus: a *cædo. Horat.* l. 2. ep. 2. v. 50. Pennæ decisæ. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 14. *ad fin.* aures. *Plin.* l. 31. c. 4. silvæ. *Curt.* l. 7. c. 2. Decisum caput. ¶ Item incisus, *cut, graven. Calpurn. Ecl.* 3. v. 44. cerasi tua cortice verba notabo, Et decisa feram rutilanti carmina libro. ¶ Translate est transactus, determinatus, diremptus, *decided, determined, settled. Cic.* 7. *Verr.* c. 45. *extr.* Quibus rebus actis atque decisis, producuntur e carcere. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 59. Decisa negotia. *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 1. leg. 56. Res judicata, vel jurejurando decisa. *Id.* lib. 18. tit. 3. leg. 4. Decisa quæstio.

DECĬTANS, antis. *Apul.* Victoriæ simulacrum describens *sub init.* l. 2. *Metam.* Instabile vestigium plantis roscidis decitantes. Al. leg. *delibantes*: alii *dejicitantes*, h. e. dejicientes. Nam illud *decitantes* tanquam frequentativum a *decentes* hic locum non habere videtur, etiam si *decorantes* interpreteris.

DECĬUS, ii, nomen proprium hominis. Tres hoc nomine cives Romani, pater, filius, et nepos, omnes consules, pro patria se devoverunt, et telis hostium certæque morti obtulerunt: P. Decius Mus pater bello Latino: P. Decius filius Etrusco: nepos eo, quod cum Pyrrho gestum fuit. De primis duobus *Liv.* l. 8. c. 9. et lib. 10. cap. 28. de omnibus *Cic.* 1. *Tuscul.* cap. 37. et lib. 2. *de Fin.* c. 19.

DECĬUS, a, um, ad Decium pertinens. Decia lex, seu Decium plebiscitum de duumviris navalibus, auctorem habuit M. Decium trib. pleb. C. Junio Bubulco tert. Q. Æmilio Barbula iterum Coss. ut duumviros navales classis ornandæ, et reficiendæ causa populus juberet. *Liv.* l. 9. c. 30. rem narrat, vocem non usurpat.

DECLAMATĬO, onis, f. *a declaiming, a declamation; oration made on a theme*, μελέτη, domestica exercitatio parandæ eloquentiæ causa, qua Oratores veteres seriis causis præludere solebant: item exercitatio illa, qua pueris in ludis ficta quædam themata solent præscribi, quibus ad eloquentiam viam sibi sternant. *Quintil.* l. 4. cap. 2. *ante med.* Declamatio est forensium actionum meditatio. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 4. Sic hæc mihi nunc senilis est declamatio. *Id.*

Fam. 16. ep. 21. Quotidiana declamatio. ¶ Exstant plures apud *Senecam*, et aliæ *Quintiliani* nomine V. *Controversia.* ¶ De eo, qui declamationis de se argumentum præbet. *a fit subject for declamation. Juvenal.* sat. 10. v. 167. Ut pueris placeas, et declamatio fias. Sic *historia, fabula, sermo* usurpantur a *Propert. Horat. Plauto.*

DECLAMATIUNCULA, æ, f. *a short declamation,* diminut. parva declamatio. *Gell.* l. 6. c. 8. Hanc utramque declamatiunculam celebraverint, &c.

DECLAMATOR, oris, m. *a declaimer, pleader,* qui domesticis, vel scholasticis meditationibus se exercet, ut postea seriis in causis sit paratior. *Cic. in Orat.* c. 15. Non declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum et perfectissimum quærimus.

DECLAMATORIUS, a, um, *pertaining to the exercise of declaiming, declamatory,* ad declamandum pertinens. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 3. Et ipse puer magis illo declamatorio genere duci et delectari videtur.

DECLAMĀTUS, a, um, declamando dictus. *Lamprid. in Alex. Sev.* cap. 3. Julius Granianus, cujus hodieque orationes declamatæ feruntur.

DECLAMĬTO, as, a. 1. *to declaim, plead often,* frequentat. a *declamo,* verbum novum *Ciceronis* tempore. *Id. de clar. Orat.* cap. 9. Commentabar declamitans (sic enim nunc loquuntur) sæpe cum M. Pisone. *Id.* 1. *Tuscul.* cap. 4. Declamitare causas. *Id. Phil.* 5. cap. 7. Declamitare de aliquo.

DECLĀMO, as, avi, atum, a. 1. *to declaim, make set speeches, cry aloud,* μελετάω, proprie est valde clamare: metonymice, privatim se exercere dicendo eloquentiæ acquirendæ causa. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 2. Ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem. *Id. Phil.* 5. c. 7. Decem et septem dies de me in Tiburtino Scipionis declamavit. *Quintil.* l. 3. c. 8. *ad fin.* Declamare suasoria. *Id.* l. 11. c. 1. Neque enim nunc declamamus, sed ostendimus nonnunquam posse, &c. *Martial.* l. 2. epigr. 7. Declamas belle, causas agis, Attale, belle. *Id.* l. 4. epigr. 8. Declamas in febre, Mathon, hanc esse phrenesim. ¶ Significat etiam veras in foro causas orare: sed fere rabulis tribuitur, et ineptis causidicis. *to plead. Cic. Verr.* 6. c. *pænult.* Qui pro isto contra me vehementissime declamasset. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 29. *sub fin.* Quæ mihi iste visus est ex alia oratione declamare, quam in alium reum commentaretur. ¶ Item universim clamore et conviciis invehi in aliquem. *to cry out, inveigh. Id.* 3. *Fam.* ep. 11. Ne in quemvis impune declamare liceret. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 465. Quis, nisi mentis inops, teneræ declamet amicæ. [¶ Particip. *declamans* et *declamaturus* apud *Suet. in Claud.* c. 4. Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem potuisse, admiror. et *de cl. Rhet.* c. 6. Cui declamaturo mos erat.]

DECLARATĬO, onis, f. *a declaration, exposition, remonstrance,* ἐκδήλωσις, actus declarandi, manifestatio. *Cic. Fam.* 15. ep. 21. Liber quem mihi misisti, quantam habet declarationem amoris tui! et lib. 10. ep. 5. Declaratio animi tui, quem habes de republica.

[* DECLARATĪVE, adverb. *Martian. Capell.* l. 4. pag. 120. *Grot.* Cum dicimus *Cicero disputat,* si accedat huic sententiæ *in Tusculano,* declarative accessit; item si accedat *prudenter* et *copiose,* declarative; item si dicitur *cum Catone,* declarative accessit. Quidquid declarative accedit, variis casibus et modis accedit.

* DECLARATĪVUS, a, um, adject. declarans, declarationi serviens. *Martian. Capell.* l. 4. pag. 97. Pars declarativa. *Apul. de Syllog. categ.* pag. 30. *Elmenh.* Altera pars declarativa, ut *disserit* vel *non disserit*; declarat enim quid faciat Apuleius. Et pag. 33. Particulæ subjectiva et declarativa possunt semper servare inter se vices.]

DECLARĀTOR, oris, m. *he that declares or remonstrates,* ἐμφανίζων, qui declarat. *Plin. in Paneg.* c. 92. Ut idem honoribus nostris suffragator in Curia, in campo declarator exsisteres.

DECLARĀTUS, a, um, *declared, reported, manifested, demonstrated,* ἐκδηλωθεὶς, manifestatus. *Nepos in Annib.* cap. 11. Ducis nave declarata suis. *Cic. pro Mur.* c. 1. Declaratus consul. *proclaimed.* ¶ Claritudine spoliatus. *Vitruv.* l. 1. cap. 1. Oppido capto, viris interfectis, civitate declarata, matronas in servitutem abduxerunt. Al. leg. *deleta.*

DECLĀRO, as, avi, atum, a. 1. *to declare, show clearly, make clear, indicate distinctly, evince, manifest,* ἐκδηλόω, ἐμφανίζω, clarum facio, ostendo, demonstro. Plus est, quam *significo*: et tum ad facta, tum ad dicta pertinet. *Cic. Fam.* 5. ep. 13. Ipsa consolatio litterarum tuarum declarat summam benevolentiam. *et mox.* Itaque hoc sæpius dicendum, tibique non significandum solum, sed etiam declarandum arbitror. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 2. Præsentiam sæpe divi suam declarant. *Id.* 1. *de Orat.* c. 42. *ad fin.* Propriam cujusque rei vim definitione declarare. *Id.* 6. *Attic.* ep. 1. *circa med.* Declaravit quanti me faceret. *Terent. Heaut.* 2. 3. 42. Consuetudo, cujusque ingenium ut sit, declarat maxime. *Nepos in Epamin.* c. 1. Declarare imaginem consuetudinis atque vitæ alicujus. *Id. in Attic.* c. 13. *extr.* Tantam rem tam breviter potuisse declarari. *Id. in Iphicr.* c. *ult.* Quod cum in aliis rebus declaravit, tum in Amyntæ liberis tuendis. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 50. Sortibus et vaticinationibus declarare, utrum prœlium committi ex usu sit. *Cic. in orat.* c. 22. Oportere, perfectionem declarat officii. *Curt.* l. 6. c. 9. Quod fuisse vanum, Dymni exitus declarat. *Plin.* l. 33. c. 1. *ad fin.* Nomine ipso declarat. *Id.* l. 2. c. 39. Ratio declarat. *Id.* l. 8. c. 32. *a med.* Declaratur senecta dentibus. *is shown, may be judged of. Plaut. Pseud.* 2. 3. 15. Bene ubi quod consilium discimus accidisse, hominem catum eum esse declaramus. *we say, that he is,* &c. *Gell.* l. 7. c. 8. Delphinos amasios esse historiæ declarant. *Id.* l. 14. c. 5. Propter cujus syllabæ sonum declarandum reperta erat nova littera. *to express. Cic.* 2. *de Fin.* c. 4. Nullum inveniri potest verbum, quod magis idem declaret Latine, quod Græce, quam declarat voluptas. *more nearly expresses.* et l. 3. c. 4. Plura vocabula idem declarantia. *signifying the same thing.* ¶ Ponitur et pro renuntiare, *to declare, proclaim. Cic. pro Mur.* c. 2. Declarare consulem. *Virg.* 5. *Æn.* v. 245. Victorem magna præconis voce Cloanthum Declarat. [¶ Particip. *declaraturus* apud *Liv.* l. 32. c. 40. Liberam concionem declaraturam, quid Argivi vellent, dicebat.]

DECLĀVO, as, a. 1. *Turneb. adversar.* l. 23. cap. 20. ita legit illud *Pauli Dig.* lib. 47. tit. 7. leg. 5. Cingere est declāvare: secare est subsecuisse. *declavare* autem exponit, clavas seu ramos arborum recidere. Al. leg. *deglabrare.*

DECLINABĬLIS, le, *declinable,* qui declinari potest, ut declinabilia nomina, *Priscian.* l. 5. pag. 670. *Putsch.*

DECLINATĬO, onis, f. *a bending or turning aside; an avoiding, eschewing, shunning,* ἔκκλισις, actus declinandi, vitatio, devitatio. *Curt.* l. 9. c. 7. *ad fin.* Quam Dioxippus cum exigua corporis declinatione vitasset, &c. *Cic. pro Cluent.* c. 53. *extr.* Laboris et periculi declinatio. *Id.* 4. *Tuscul.* cap. 6. *ad fin.* A malis declinatio, si cum ratione fiet, cautio appellatur. ¶ Hinc appetitioni opponit *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 13. Nullum potest esse animal, in quo non et appetitio sit, et declinatio naturalis. *aversion. Gell.* l. 14. c. 1. *a med.* Consilia hominum, et variæ voluntates, appetitionesque, et declinationes. ¶ Ponitur et pro digressione, ut declinatio brevis a proposito. *a digression. Cic.* 3. *de Orat.* c. 53. Adde in *Partit.* c. 15. Porro *Cic.* loco priore enumerat declinationem hanc inter figuras sententiarum: quam differre ait ab *digressione* in eo, quod *declinatio* brevior sit, et citius ad rem redeat. ¶ Est etiam idem quod clima, seu certum cæli spatium, *a climate. Colum. in proœm. Oper. a med.* Sit oportet rerum naturæ sagacissimus, declinationum mundi non ignarus, ut exploratum habeat, quid cuique plagæ conveniat, &c. Adde lib. 3. c. 1. ¶ Item regio cæli in eodem climate, *a clime, region, tract of land differing from another by the temperature of the air. Id.* l. 4. c. 24. Vitis cum sit per quatuor divisa partes, totidem cæli regiones aspicit: quæ declinationes cum contrarias inter se qualitates habeant, &c. ¶ *Declinatio vocis* est ejus mutatio et inflexio. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Ut in iisdem affectibus sint tamen quædam non ita magnæ vocis declinationes. ¶ Apud Grammaticos est nominum inflexio per suos casus, et verborum per sua tempora. *the declension or varying of nouns and verbs. Varr.* l. 7. de *L. L.* c. 2. et 8. et *Quintil.* l. 1. c. 4. *extr.* (*al.* 8.) et cap. 5. (*al.* 9.) *ad fin.* ¶ Item derivatio, formatio, aut compositio unius vocis ab alia. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 5. Singulis verbis primigeniis circiter quingentæ species declinationibus fiunt. Adde *Quintil.* l. 2. c. 15. (*al.* 16.) et lib. 8. c. 3. *ante med.* et V. *Declino.* ¶ Hinc a *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 54. enumeratur *declinatio* inter figuras verborum, cum scilicet verba declinata, hoc est paulum immutata in oratione ponuntur, ut *justus, juste, justitia*: quæ et *conjugata* appellantur, et ipsa figura *traductio* alio nomine dicitur.

DECLINĀTUS, us, m. idem quod declinatio, vitatio. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 7. cujus verba V. in *Adscitus, a, um.* ¶ In re Grammatica *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 2. Nominibus novis allatis in consuetudinem, sine dubitatione eorum declinatus statim omnes dicit populus. et lib. 8. c. 27. Ego declinatus verborum et voluntarios et naturales esse puto. *Id. ibid.* l. 9. c. 3. Ordo declinatuum.

DECLINĀTUS, a, um, *turned aside, declining,* inclinatus, vergens. Translate *Quintil.* l. 12. c. *ult.* Cato litteras Græcas ætate jam declinata didicit. *in the decline of life. Id. ibid.* c. 1. *ante med.* Neque spe, neque metu declinatus animus, quo minus optimis se partibus jungeret. *h. e.* a recto tramite deflectens. *Terent. Hecyr.* 2. 1. 3. Neque declinatam quidquam ab aliarum (*mulierum*) ingenio ullam reperias. *h. e.* recedentem, abhorrentem, dissimilem. *varying, differing.* ¶ In re Grammatica *Quintil.* l. 9. c. 4. *ante med.* Si cadentia similiter, et similiter desinentia, et eodem modo declinata multa jungantur. *declined. Varr.* l. 7. *L. L.* c. 2. Duo omnino verborum principia, imposititiorum, et declinatorum: alterum, ut fons; alterum, ut rivus. *Imposititia* vocat, quæ primam positionem ab ipsa natura acceperunt, neque ab aliis verbis formata sunt: quæ et primitiva appellantur: *declinata,* quæ ab aliis verbis paululum immutata formantur: et *derivativa* etiam dicuntur. v. gr. *rivus* qui a *Varrone* affertur, declinatur a Græco ῥέω, *fluo*: at *fons* a nullo alio declinatur. *Quintil.* l. 1. cap. 5. (*al.* c. 9.) *ante med.* Ab antiquis dictos *tonores* comperi, ut videlicet declinato a Græcis verbo, qui τόνους dicunt. V. *Declino.*

DECLĪNIS, ne, *turning aside,* declinans, devitans. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 296. Exoritur pudibunda dies, cælumque retexens, Aversum Lemno jubar, et declinia Titan Opposita juga nube refert. Ubi *Lactant. vetus Scholiast.* quæ declinarent, et fugerent. Al. leg. *declivia,* quod minus hoc loco ad rem facit, cum sermo sit de sole surgente, non ad occasum vergente.

DECLĪNO, as, avi, atum, a. 1. *to bend downwards,* ἐκκλίνω, κατακλίνω, deorsum flecto, vergo. *Virg.* 4. *Æn.* v. 185. nec dulci declinat lumina somno. *inclines to sleep. Propert.* l. 2. el. 1. v. 11. Seu cum poscentes somnum declinat ocellos. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 128. pallentes declinant lilia culmos. *hang. Colum.* l. 8. c. 4. Die in vesperum declinante. *declining.* ¶ Translate est diminui. *Plin.* l. 23. c. 1. *post med.* Vinum non dandum nisi declinante morbo. *when on the decline.* ¶ Sæpe est deflectere, divertere, *to turn aside, turn out of the way. Cic.* 5. *de Fin.* c. 2. Paulum ad dexteram de via declinavi. *Id.* 1. *de Legib.* c. 22. Huc declinabam nec invitus. *Id.* 14. *Attic.* ep. 17. Non arbitrantur eum a Capua declinaturum. *Lucret.* l. 1. v. 250. Declinare recta regione viai. *Plaut. Aulul.* 4. 8. 11. Declinavi paulum me extra viam. *Cels.* l. 8. cap. 5. Nares in alteram partem declinantur. *Liv.* l. 1. c. 28. Si quo ego inde agmen declinare voluissem. *Id.* l. 36. c. 23. Laqueis exceptos arietis ictus declinare. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 91. Non prius ex illo flagrantia declinavit lumina. *turned. Vetus Poeta* apud *Sueton. in Aug.* c. 70. Omnia se a cælo tunc numina declinarunt. ¶ Translate *Cic. Verr.* 5. c. 1. Declinare in aliqua re a religione officii. *Id. in Orat.* c. 40. Declinare aliquantulum a proposito. *to wander, swerve. Plin.* l. 37. c. 8. Gemma paulum declinans a topazio in aurum. *Sallust. in Fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 403. Ad hoc rumoribus adversa in pravitatem, secunda in casum, fortunam in temeritatem declinando, corrumpebant. ¶ Frequenter est vitare, *to avoid, eschew, shun. Cic. ad Pompei. post* ep. 11. l. 8. *ad Atticum sub fin.* Neque tam ea pertimui, si subeunda essent, quam declinanda putavi, si honeste vitare possem. *Id.* 1. *Offic.* c. 40. *ad fin.* A parvis delictis diligentius est declinandum. *Id.* 2. *Attic.* ep. 19. Declinare minas et contentiones. *Id. in Orat.* c. 68. impetum adversarii. ¶ Aliquando *declinare* dicuntur quæ dissimilia sunt. *Quintil.* l. 9. cap. 3. *ad fin.* Quædam verborum figuræ paulum figuris sententiarum declinantur. Adde locum *Terentii* in *Declinatus, a, um.* ¶ Cum casibus verbum actum locum est inclinare, ferri, converti, *to incline, turn, or be disposed towards. Cic.* 2. *de Orat.* c. 38. Ut eo revocetur, unde huc declinavit oratio. *to return from this digression. Quintil.* l. 12. c. 3. *ad fin.* Desperata facultate agendi, ad discendum jus declinaverunt. *Id.* l. 7. c. 2. Si deerunt hæc remedia, ad illa declinandum est. *we must turn or have recourse to. Horat.* l. 1. od. 33. v. 6. Cyrus in asperam Declinat Pholoen. *h. e.* amore fertur in Pholoen. *is fond of.* ¶ Pertinet etiam ad rem Grammaticam: et quidem duplici significatione. Primo enim significat nomina per suos casus, et verba per sua tempora inflectere. *to decline. Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 7.) Nomina declinare et verba in primis pueri sciant. *Varr.* l. 9. *L. L.* c. 3. Ordo declinatuum, in quo res singulares declinantur, ut cicer, ciceri, ciceris. *Id. ibid.* l. 7. c. 2. Recto casu accepto, in obliquos declinant. et *sub fin.* lib. 9. In verbis quæ non declinantur. ¶ Secundo vocem aliquam ab alia formare, paulum immutando. *Varro* l. 7. *L. L.* c. 5. Nomina declinantur in eas res extrinsecus, quarum ea nomina non sunt, ut ab equo equito, ab homine homunculus, &c. et lib. 4. *post init.* Quemadmodum quodque poeta verbum confinxerit, quod declinarit: hinc Pacuvius, rudentisibilus; hinc incurvicervicum pecus; hinc chlamyde clupeat brachium. *Id. ibid.* l. 5. cap. 5. vocat *declinantia verba* ea, quæ vel per tempora, vel per casus, vel per gradus comparationum immutantur, et declinantur.

DECLĪVIS, e (*rarius* Declivus, a, um,) *bending downwards, steep, sloping,* ἐπικλινής, deorsum vergens, a *clivus*: cui *acclivis* contrarium est. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 18. Collis ab summo æqualiter declivis ad flumen Sabim vergebat. *Id. ibid.* l. 4. cap. 33. In declivi ac præcipiti loco incitatos equos sustinere. et lib. 7. c. 88. De locis superioribus hæc declivia et devexa cernebantur. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 45. et 51. Recipere se per declive. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 39. Flumina declivia. *Lucan.* l. 4. v. 114. Non habeant amnes declivum ad litora cursum. *Al. leg.* declivem. *Plin.* l. 8. c. 50. Sol declivis in occasum. *declining. Ovid. Metam.* 2. v. 206. Et modo summa petunt, modo per declivia, viasque Præcipites spatio terræ propiore feruntur. *Prudent. in Hamartig.* v. 849. declivia pondera. *h. e.* quæ in declive feruntur, et ferentem in declive trahunt. ¶ Translate *Id.* 15. *Metam.* v. 227. Labitur occiduæ per iter declive senectæ. *Plin.* l. 8. ep. 18. *a med.* Mulier ætate declivis. *Calpurn. Ecl.* 1. v. 1. Nondum solis equos declivis mitigat æstas. *h. e.* in autumnum vergens. *Arnob.* l. 2. pag.

74. Animæ in peccatorum genera universa declives. *h. e.* propensæ.

DECLĪVĬTAS, atis, f. inclinatio, *a declivity*, κλίμα, κλίτος. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* cap. 85. Exiguum loci ad declivitatem fastigium, magnum habet momentum.

DECLĪVUS. V. in *Declivis.*

DECOCTĬO, onis, f. *the act of boiling down; a decoction*, actus decoquendi, et ipsa res decocta. *Cœl. Aurelian. Chronic.* l. 2. c. 13. *ante med.* Decoctio lentisci conficitur hoc modo. *Apul. de herb.* cap. 77. Harum decoctio potui data urinam movet. ¶ Translate *Impp. Theodos. et Valens* lib. 11. *Cod.* tit. 9. leg. 5. Universi fabricenses veluti in corpore unius formæ, unius decoctionis, si res ita tulerit, respondere cogentur. *Al. aliter leg.*

DECOCTOR, oris, m. *a spendthrift, bankrupt*, ἄσωτος, qui patrimonium per luxum absumpsit, et ad inopiam redactus est. Hujusmodi hominibus lege Roscia certus erat locus ad spectandum in theatro datus, quamvis fortunæ vitio, non suo decoxissent, teste *Cicer.* 2. *Phil.* c. 18. [et *Catull.* carm. 41. v. 4. Decoctoris amica Formiani. ¶ Est etiam consumptor rei alienæ. *Cod.* lib. 10. tit. 31. leg. 40. Quilibet principalium, vel decurionum, si vel decoctor pecuniæ publicæ, vel fraudulentus in adscriptionibus illicitis fuerit inventus, plumbatarum ictibus subjiciatur.]

DECOCTUM, i, n. *a decoction; a boiling or seething; broth or liquor*, ἀπόζεμα, ἀφέψημα, quidquid probe coctum est, et post cocturam remansit: præsertim jus aliquod in usum medicinæ percoctum. *Plin.* l. 27. c. 12. Decoctum cauliculorum ejus in vino austero dentium dolori medetur. Adde lib. 22. c. 20. lib. 26. c. 14. &c.

DECOCTŪRA, æ, f. idem quod decoctum. *Plin.* l. 23. cap. 1. sect. 10. *Hard.* Decoctura vinaceorum veteres dysentericos et cœliacos juvat. Ita edit. veteres A. 1470. et 1472. aliæ cum *Harduino* decoctum.

DECOCTUS, a, um, *boiled or seethed, much sodden, boiled away, boiled down*, ἀφεψηθεὶς, idem quod coctus, aut valde coctus. *Plin.* l. 25. c. 6. Creta decocta, et conspissata. *Id.* l. 28. c. 9. Lac decoctum innocentius. *Id.* l. 24. c. 3. Cortex decoctus lacte vaccino. *Id.* l. 29. cap. 6. *a med.* Splenium e melle decoctum. *Id.* l. 26. c. 8. *ad fin.* Perpressa in aqua decocta e tribus heminis ad unam. *Id.* l. 20. cap. 21. Folia decocta in oleum. *Id.* l. 22. c. 9. Decoctæ ad mellis crassitudinem. ¶ Item coquendo absumptus. *Liv.* l. 32. c. 2. Argentum probum non esse, renuntiaverant, experientibusque pars quarta decocta erat. *melted away.* ¶ *Decocta, æ,* (subaudi *aqua*) est aqua decocta, *water boiled*, postea in vas vitreum defusa, et nive circumdata iterum frigefacta: qua ratione fiebat, ut nivis frigus haberet, non vitium. Inventum Neronis fuisse dicitur a *Plin.* l. 31. c. 3. *ante med.* Hinc *Juvenal.* sat. 5. v. 49. Si stomachus domini fervet vinoque ciboque, Frigidior Geticis petitur decocta pruinis: Vos aliam potatis aquam. *Sueton. in Ner.* c. 48. Aquam e subjecta lacuna potaturus manu hausit, et, Hæc est, inquit, Neronis decocta. *Martial.* l. 14. epigr. 116. Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ? Improbat hæc *Senec.* l. 4. *c. ult. quæst. natural.* ¶ Translate *decoctus* est perfectus, purgatus, limatus, *pure, refined*, quia quæ decoquuntur, purgantur. *Pers.* sat. 1. v. 125. si forte aliquid decoctius audis. ¶ *Decocta poma* sunt nimium matura, et corruptioni proxima, *over-ripe fruit.* Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 26. Suavitatem habeat orator austeram et solidam, non dulcem atque decoctam. *luscious.*

DECOCTUS, us, m. decoctio. In sexto casu singulari *Plin.* l. 37. c. 12. Omnes gemmæ mellis decoctu nitescunt.

DECOLLĀTUS, a, um, *beheaded, decapitated*, cui caput amputatum est. *Scribon. Larg. compos.* 194. Toxicum cogit exululare, et palpitare lingua, similiter decollatorum capitibus.

DECOLLO, as, avi, atum, a. 1. *to decapitate, behead*, δειροτομέω, caput e collo aufero, securi cædo. *Senec. in Apocolocynt. ante med.* Decollare homines. *Sueton. in Calig.* c. 32. Miles decollandi artifex. *Fenestella* apud *Diomed.* lib. 1. pag. 361. *Putsch.* Piratas Cæsar cepit, et decollavit. *Aurel. Vict. in Epitom.* c. 19. Extenta damnatorum modo cervice, decollatur. ¶ Item e collo deponere, *to take or put from off the neck.* *Cæcil.* apud *Non.* c. 2. n. 222. In tuo collo est: decolles, cave. ¶ Translate est privare. *Lucil.* apud *Diomed. loc. cit.* Quibus fructibus me decollavi. ¶ Item deficere, deesse, *to fail, be wanting.* *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *ante med.* Duo spectasse videntur colendo, possent ne fructus pro impensa ac labore redire, et utrum saluber locus esset, an non. Quorum si alterum decollat, et nihilominus quis vult colere, mente est captus. (*Colum.* l. 1. c. 3. hanc eandem sententiam ex *Catone* referens, verbo *desum* usus est.) *Plaut. Capt.* 3. 1. 36. Est illic mihi una spes cœnatica: si ea decollabit, redibo huc ad senem, ad cœnam asperam. *Id. Cas.* 2. 4. 28. Si sors decollassit, gladium faciam culcitam. *Turneb.* l. 29. *advers.* c. 22. putat has loquendi rationes ductas esse ex eo, quod solebant Veteres crumenam e collo pendentem gestare, quæ decollabat, cum in collo nusquam erat. *Gronov. ad Liv.* l. 27. c. 17. vult uno *l* scribi, et *decolare* ab eadem esse origine, qua *percolare*, et vim habere defluendi ac dilabendi. quod sane absurdum non est.

DECŎLOR, oris, adject. *that hath lost its colour, discoloured*, κακόχροος, qui colore corrupto, aut contaminato est. *Vetus Poeta* apud *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 8. Jam decolorem sanguinem omnem exsorbuit. *Plin.* l. 9. cap. 35. Uniones parvi, atque decolores. *Id.* l. 28. c. 12. Æstates, et quæ decolorem faciunt cutem, fimum vituli emendat. *Propert.* l. 4. el. 3. v. 10. Ustus et Eoo decolor Indus equo. *sun-burnt, swarthy.* (Adde *Ovid.* 5. *Trist.* el. 3. v. 24.) V. *Brouckhusium*, qui alteram lectionem *discolor* rejicit. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 2. v. 42. Decolor ipse suo sanguine Rhenus erit. *stained, discoloured.* *Lucan.* l. 7. v. 851. Quæ seges infecta surget non decolor herba? *Plin.* l. 16. c. 12. Decolor resina. ¶ Translate *Virg.* 8. *Æn.* v. 326. Deterior donec paulatim ac decolor ætas, Et belli rabies, et amor successit habendi. *vitiated, depraved.* *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 3. Fama Pelasgiadas subito pervenit in urbes Decolor, et factis inficianda tuis. *Sil.* l. 11. v. 424. et patrias paulatim decolor artes Exsuit, occulta mentem vitiante sagitta. ¶ Dicitur etiam *decolor* qui proprium colorem amisit, etiam si bonum alium induerit. *Plin.* l. 36. cap. 6. *de fontibus.* Nec decolor species æris, argentive, medicaminum argumentum est. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 564. variis floret via decolor armis. Al. leg. *discolor.*

DECOLORATĬO, onis, f. *a discolouring, vitiating, corrupting*, actus decolorandi, turpis coloris inductio. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 27. Sed et decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maxime potest sanguini similis esse.

DECOLORĀTUS, a, um, *discoloured, vitiated*, turpi colore imbutus. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 5. Si tumore et livore decoloratum est corpus mortui, significat eum veneno necatum. *Sueton. in Aug.* c. 4. Manus collybo decoloratæ. ¶ Translate *Augustin.* ep. 5. *ante med.* Decolorati corruptique mores. *depraved, debased.*

DECOLŌRO, as, avi, atum, a. 1. *to discolour, tarnish, stain, vitiate*, καταχρόω. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 41. tradit discrimen inter *coloro*, et *decoloro*. Decoloratur, inquit, id, cujus color vitiatur, non mutatur: coloratur id, cujus alia fit, quam fuit, facies. ¶ Consuetudo *decolorare* usurpat pro fœdo colore imbuere, sive proprius rei color mutetur, sive non. *Horat.* l. 2. od. 1. v. 34. quod mare Dauniæ Non decoloravere cædes? *Cels.* l. 2. c. 8. *circa med.* Suppurationes, quæ intus tendunt, sic ut exteriorem quoque cutem decolorent. *Id. ibid.* c. 6. Pallor labra et nares decolorat. ¶ Item universim pro colorem mutare, *to change colour.* *Colum.* l. 12. c. 47. *a med.* Olivæ cum decolorantur, antequam mitescant, cum petiolo leguntur. *et mox.* Oliva cum primum ex albo decoloratur, fitque luteola. ¶ Translate *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 1. *Cod.* tit. 3. leg. 19. Decolorari consortio sororiæ appellationis. *h. e.* dehonestari, infamari. *Auctor declam.* quæ olim *Quintil.* tribuebantur, declam. 360. Non sumpsisse dotem, ne et filium decoloraret, et dotem quoque perderet. *Capitolin. in Anton. Philos.* c. 19. *a med.* Tantum valet boni principis vita, ut ejus famam nullius proximi decoloret invidia.

DECOLŌRUS, a, um, idem quod decolor. *Prudent. peristeph.* 1. *de SS. Martyrib. Calagurr.* v. 113. Algidus cum decoloros horror artus concutit.

DECONCILĬO, as, a. 1. adimo, aufero, quemadmodum *concilio* usurpatur pro addicere alicui. *Plaut. in fragm.* apud *Fest.* in *Persibus.* Nihil deconciliares illi.

DECONDO, is, didi, itum, a. 3. idem quod condo, *to put down into, hide.* *Senec. de consol. ad Marc.* c. 10. In alicujus ventrem immensæ beluæ decondet. Quod *Lips.* ex optim. lib. confirmat. Al. leg. *detrudet.*

DECONTOR, *vel* Decunctor, aris, atus sum, dep. 1. *to stay, delay*, idem quod cunctor. *Apul.* l. 10. *post princ.* Unde potissimum caperet exordium, decontatur. et lib. 7. Dum in ista necis meæ decontor electione.

DECŎQUO, is, oxi, octum, a. 3. *to boil, seethe*, πέπτω, διαπέπτω, idem quod coquo, vel bene aut valde coquo. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 73. discincti ludere, donec Decoqueretur olus, soliti. *Plin.* l. 28. c. 9. *a med.* Decoquere axungiam fictili novo. *Id.* l. 32. c. 7. *a med.* Cyathum aceti in calice novo, lenta pruna. *Id.* l. 22. c. 25. *a med.* Lentem in vino. *Id.* l. 18. c. 13. Rapa decoquuntur aqua. *Id.* l. 23. c. 4. Folia decoquuntur ex melle. ¶ Pro durescere, *Plin.* l. 17. c. 24. *circa med.* Siderationis genus est, cum acini, priusquam crescant, decoquuntur in callum. ¶ Est etiam coquendo absumere, *to boil down or away, diminish or consume by boiling.* *Colum.* l. 12. c. 34. Decoquere acetum in ollam ad quartas. *h. e.* ut quarta pars remaneat, ut *Cels.* l. 4. c. 9. *a med.* loquitur. *Plin.* l. 28. c. 14. *a med.* Decoquere a tribus sextariis aquæ ad heminam. ¶ Et generatim pro absumere. *to waste, consume.* *Id.* l. 21. c. 6. Crocum in Italia serere minime expedit, ad scrupula usque singula areis decoquentibus. *Liv.* l. 32. c. 2. Argentum probum non esse, quæstores renuntiaverant, experientibusque pars quarta decocta erat. *had been melted away.* ¶ Et translate minuere. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 349. accensam sed qui bene decoquat iram. ¶ Hinc *decoquere* dicuntur tum qui patrimonium per luxum absumunt, *to spend or run through his fortune, become a bankrupt.* *Cic.* 2. *Phil.* c. 18. Tenes ne memoria, prætextatum te decoxisse? *Plin.* l. 33. c. 10. Qui primus accepit cognomen divitis, decoxit creditoribus suis. ¶ Tum ea, propter quæ ad inopiam quis, re dilapidata, redigitur. *Pers.* sat. 5. v. 57. Hic campo indulget, hunc alea decoquit. *breaks or renders bankrupt.* *Colum.* l. 1. c. 8. *a med.* et lib. 11. c. 1. *sub fin.* Cum emendatur vel imprudentia, vel negligentia, jam res ipsa domino decoxit. *h. e.* absumpta est, periit, *is wasted away; is gone to ruin.* ¶ Translate *Flor. in extr. proœm.* l. 1. Imperium inertia Cæsarum quasi consenuit, atque decoxit. *Senec.* ep. 36. Minus turpe est creditori, quam bonæ spei decoquere. *to fail in his prospects.* ¶ Ponitur et pro purgare, et supervacanea demere: quia decoquendo res minuuntur, ut dictum est. *Quintil.* l. 2. c. 4. Materiam esse volo vel abundantiorem, atque ultra, quam oporteat, fusam. Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit. [¶ Partic. *decoquendus* apud *Cels.* l. 3. c. 21. Ex iisdem aliquid, quæ id præstant, erit decoquendum.]

DECOR, ŏris, m. *comeliness, gracefulness, grace, elegance*, εὐπρέπεια, pulcritudo ex honestate et decentia sive rerum sive actionum, qua fit, ut deceat atque honestetur, qui habet illa, vel facit. *Quintil.* l. 6. c. 3. Inest proprius quibusdam decor in habitu atque vultu, ut eadem illa minus dicente alio, videantur urbana esse. *Horat. in art. Poet.* v. 155. Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores, Mobilibusque decor, maturis dandus et annis. *Cic.* 1. *Acad.* c. 9. Spoliavit virtutem suo decore. *Id.* 1. *de Fin.* c. 10. *extr.* Clarorum virorum facta non emolumento aliquo, sed ipsius honestatis decore laudare. *Ovid.* 2. *ex Ponto*, ep. 3. v. 13. Ipse decor, recte facti si præmia desint, Non movet: et gratis pœnitet esse probum. *h. e.* virtus, quæ maxime decora est. *Id. Metam.* 13. v. 849. ovibus sua lana decori est. *Propert.* l. 4. *eleg. ult.* v. 29. Si cui fama fuit per avita tropæa decori. *Plin.* l. 37. c. 3. Feminæ decoris gratia succina gestantes. *as an ornament.* *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 379. positoque decore Fertur, ut Aonii cornibus icta Dei. *having laid aside all her gracefulness.* ¶ Differt a *forma*, quod hæc est apta membrorum dispositio; ille est ornamentum, et gratus aspectus ex ea dispositione nascens. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 763. Forma placet, niveusque color, flavique capilli, Quique aderat, nulla factus ab arte, decor. *Curt.* l. 8. c. 4. *a med.* Roxane eximia corporis specie, et decore habitus in barbaris raro. ¶ Nihilominus *decor* ponitur et universim pro forma seu pulcritudine corporis, *beauty.* *Horat.* l. 2. od. 11. v. 5. fugit retro Levis juventas, et decor. *briskness, vivacity.* *Ovid. Heroid.* ep. et vers. 12. Cur mihi plus æquo flavi placuere capilli, Et decor, et linguæ gratia ficta tuæ? ¶ In architectura *decor* est emendatus operis aspectus, probatis rebus compositi cum auctoritate. Is perficitur statione, consuetudine, natura. Statione, cum Jovi, Fulguri, et Cælo ædificia sub divo constituuntur, *&c.* Ad consuetudinem decor sic exprimitur, cum ædificiis interioribus magnificis vestibula convenientia et elegantia erunt facta, *&c.* Naturæ decor erit, si cubiculis et bibliothecis ab Oriente lumina capientur, balneis et hibernaculis ab Occidente hiberno, &c. Hæc *Vitruv.* l. 1. c. 2.

DECOR, ŏris, adject. idem quod decorus, ut *Priscian.* l. 6. pag. 699. *Putsch.* docet. *Nævius ibid.* Magnamque domum, decoremque ditem vexerant. *Sallust. in fragm. ibid.* Equis et armis decoribus cultus. ¶ Quidam ponunt rectum casum *Decŏris*: unde *Indecoris.*

DECORĀMEN, inis, et Decoramentum, i, n. *an ornament*, ornamentum, κόσμημα. *Sil.* l. 16. v. 268. Vittaque, majorum decoramen, fronte sine ullo Delapsa attactu, nudavit tempora regis. *Tertull. de cultu femin.* c. *pænult.* Matronalia decoramenta. Habet etiam *Auson. in Mostell.* v. 320.

DECORĀTUS, a, um, *decorated, ornamented, embellished, beautified*, κοσμηθεὶς, decorus factus, ornatus. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 41. Omne honestum cassum illi quiddam, et inani vocis sono decoratum esse dicunt. *Sil.* l. 17. v. 646. auro decoratus et ostro.

DECŌRE, *gracefully, becomingly, beautifully*, πρεπόντως, cum decore, ut decet, apte, decenter, pulcre. *Cic.* 1. *Offic.* c. 31. *extr.* Si necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenii non sunt, omnis adhibenda erit cura, ut ea si non decore, at quam minimum indecore facere possimus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 32. Præcipitur primum, ut Latine loquamur; deinde, ut plane et dilucide; tum, ut ornate; post ad rerum honestatem apte, et quasi decore. *Id. in carm. de suo consul.* l. 1. *de Divin.* c. 12. Ædes formata decore. *Id.* 3. *de Orat.* c. 47. Hi tres heroi pedes in principia continuandorum verborum satis decore cadunt.

DECORIĀTUS, a, um, corio spoliatus. *Pallad. in Januar.* tit. 15. *ad fin.* Amygdala decoriata. *peeled.*

DECORĬO, as, a. 1. corium detraho. *Tertull. de Anim.* c. 33. Perinde juguletur, quia et ipsa jugulaverit: perinde decorietur, quia et ipsa despoliaverit.

DECŌRIS, re. V. *Decor, decŏris*, adject.

DECORĪTER, ornate, decore, pulcre. *Apul.* l. 5. *Metam.* Crinium globos decoriter impeditos. et lib. 11. Palla ad ultimas oras decoriter confluctuabat,

DECŎRO, as, avi, atum, a. 1. *to adorn, beautify, grace, embellish, trim, decorate*, κοσμέω, decorum facio, orno.

Horat. l. 2. od. 15. *extr.* deorum Templa novo decorare saxo. *Plaut. Trin.* 1. 2. 1. Decorare larem corona. *Tibull.* l. 2. el. 2. v. 6. Serta decorant comas. *Virg.* 6. *Æn.* v. 217. pyram fulgentibus armis. *Id.* 9. *Æn.* v. 215. aliquem sepulcro. *Plaut. Mil.* 4. 2. 57. digitos anulis. *Plin.* l. 13. c. 16. Arbor domos decorans. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 266. Nec prave factis decorari versibus opto. *Id.* l. 1. ep. 7. v. 5. dum ficus prima caloque Designatorem decorat lictoribus atris. *h. e.* comitatu lictorum. *Enn.* apud *Cicer. de Senect.* c. 20. Nemo me lacrimis decoret. *Cic. pro Ligar.* c. 2. O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, litteris, monumentisque decorandam! *Id. in Pison.* c. 12. Decorare atque augere rempublicam. *Id. pro Balb.* c. 6. *ad fin.* Decorare aliquem singularibus honoribus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 45. *ad fin.* Cum honestus labor honoribus, præmiis, atque splendore decoratur. ¶ Sunt qui putant, dici etiam *decōro*, pænult. prod. afferuntque illud *Silii* l. 12. v. 743. Tarpeii clamant Jovis, ac delubra decorant. Sed plerique omnes leg. *coronant. Inscript.* incertæ ætatis, et auctoritatis, apud *Murator.* tom. 1. pag. 54. n. 1. Exuviisque ejus te ipsam, templumque decoro.

DECORŌSUS, a, um, decorus, decens. *Senec. sub fin.* epist. 93. Annales Tamusii scis quam non decorosi sint. Al. leg. *decori*: Al. aliter. Sed multo plures, inquit *Gronov.* habent *decorosi* a *decus*, ut a *scelus* fit *scelerosus*.

DECORTICATĬO, onis, f. actus decorticandi. *Plin.* l. 17. c. 24. *ad fin.* Quod si angusta decorticatio fuerit.

DECORTICĀTUS, a, um, adject. *barked, having the bark stripped off*, cortice spoliatus, ut Abies decorticata, *Plin.* l. 16. c. 41.

DECORTĬCO, as, a. 1. *to take or strip off the bark, peel, bark, decorticate*, ἀπολέπω, corticem detraho. *Plin.* l. 16. c. 39. Cædi intempestivum, quæ decorticentur.

DECŌRUS, a, um, *comely, graceful, beautiful, decorous, honourable*, εὐσχήμων, εὐπρεπής, decens, aptus, conveniens, honestus. *Cic.* 1. *Offic.* c. 20. Nihil hominem, nisi quod honestum decorumque sit, expetere oportere. *Id.* 2. *de Legib.* c. 18. Color albus præcipue decorus deo est, tum in ceteris, tum maxime in textili. et cap. 8. Quæ cuique divo decoræ gratæque sint hostiæ. *Id.* 4. *Attic.* ep. 16. *ante med.* Homo iis honoribus, ut vix satis decorum videretur, eum plures dies esse in Tusculano. *Ovid. Metam.* 13. v. 308. an falso crimine turpe Accusasse mihi, vobis damnasse, decorum est? *Horat.* l. 4. od. 1. v. 36. Silentium parum decorum. *Cic. de Senect.* c. 9. Est decorus sermo senis quietus et remissus. *is befitting.* ¶ Cum ablativo *Plaut. Mil.* 3. 1. 25. Facinora tibi objicere neque te decora, neque tuis virtutibus. *h. e.* digna. ¶ *Decorum, i,* absolute, *decorum; what is honourable, proper, or becoming*, τὸ πρέπον. *Cic. in Orat.* c. 21. Ut in vita, sic in oratione nihil est difficilius, quam quid deceat, videre. πρέπον appellant hoc Græci: nos dicamus sane decorum. *Id.* 1. *Offic.* c. 28. Sequi, et servare decorum. *to observe the rules of*, &c. V. *ibid.* c. 27. ubi duplicis decori descriptionem tradit, et multa præterea docet hac de re. *Quintil.* l. 10. c. 1. In omnibus custodire decorum. ¶ Sumitur pro pulcro, ornato, *comely, graceful, beautiful, decorated, ornamented. Virg.* 5. *Æn.* v. 133. auro Ductores longe effulgent, ostroque decori. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 35. Cæsar merita fronde decorus. *Id. in carm. sæcul.* v. 61. Phœbus fulgente decorus arcu. *Id.* l. 1. sat. 2. v. 87. Decora facies. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 167. Decorum caput. *Virg.* 11. *Æn.* v. 480. oculos dejecta decoros. *Id.* 4. *Æn.* v. 559. membra decora juventæ. *Id.* 5. *Æn.* v. 343. lacrimæque decoræ. *Id.* 11. *Æn.* v. 195. galeas, ensesque decoros. *Horat.* l. 1. od. 30. Decora ædes. *Colum.* l. 6. c. 1. Boves decori ab aspectu. *Apul. in Apolog.* Zenonem longe decorissimum fuisse.

DECŌTES, togæ detritæ. *Festus.*

DECREMENTUM, ti, n. *a decreasing, decrement*, φθίσις, μείωσις, actus decrescendi. *Gell.* l. 3. c. 10. *a med.* Quasi jam mundo senescente, rerum atque hominum decrementa sunt. *Apul. initio* l. 11. *Metam.* Luna decrementis imminuitur.

DECRĔMO, as, a. 1. idem quod cremo. Neutra significatione pro ardere, comburi. *Tertull. in carm. advers. Marcion.* l. 2. c. 2. Omnia mactentur pecora, grex omnis in aras Decremet, ut veniam vel peccati expiet unus.

DECREPĬTUS, a, um, *very old, decrepit, crazy, in his dotage*, ὑπέργηρως, extremæ ætatis senex. Alii derivant a *creperus*, dubius: unde *crepusculum* extremum diei tempus: et *Non.* c. 1. n. 45. decrepitos interpretatur in dubio vitæ constitutos. Alii a *crepitus*, quia nullum facere potest crepitum. (Duo hæc ponit *Festus*.) Unde in Glossis legitur: Decrepitus, ἐκπεπνευκώς, qui ultimum flatum emisit. Alii a lucernis, quæ cum exstinguuntur, ultimum crepant, &c. Sed hæc sunt nugæ. *Terent. Adelph.* 5. 8. 16. Decrepita anus. *Plaut. Merc.* 2. 2. 20. Acheruntius senex, vietus, decrepitus. et vers. 43. Vetulus, decrepitus senex. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 39. Decrepita ætate mori. *Senec.* ep. 26. Inter decrepitos me numera, et extrema tangentes. *Prudent. in Hamartig.* v. 561. decrepitus leo.

DECRESCENTĬA, æ, f. *a decreasing, waning*, actus decrescendi, decrementum. *Vitruv.* l. 9. c. 4. *ad fin.* Decrescentia lunæ quotidiana.

DECRESCO, is, evi, n. 3. *to decrease, grow less, diminish, decay, wear away*, μειόομαι, contrarium significat τῷ *cresco*, diminuor. *Lucret.* l. 1. v. 314. Ferreus occulte decrescit vomer in arvis. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 14. Ostrea cum luna pariter crescunt, pariterque decrescunt. *Cels.* l. 3. c. 6. *circa med.* Ubi febris fuit, atque decrevit. *hath assuaged, abated, subsided.* et cap. 20. *ad fin.* Donec morbus decrescere incipiat. *Plin.* l. 2. c. 59. Decrescente die. *Martial.* l. 7. epigr. 53. Decrevere greges, dum cadit agna frequens. *Senec. in Herc. Oet.* v. 1758. tam parvus cinis Herculeus est: huc ille decrevit gigas. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 126. Jam tamen et validi gressus, mensuraque major Cultibus, et visæ puero decrescere vestes. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ante med.* Cavendum est, ne decrescat oratio, et fortiori subjungatur aliquid infirmius. *Sil.* l. 7. v. 82. Decrescit metus. *Lucret.* l. 5. v. 536. pondus. ¶ Poetice *decrescere* dicuntur, quæ recedentibus nobis, subtrahuntur oculis. *Claudian.* l. 1. *de rap. Pros.* v. 189. Totaque decrescit refugo Trinacria visu. ¶ Est etiam valde cresco, ut videtur, in illo *Horatii* l. 4. od. 7. v. 3. et decrescentia ripas Flumina prætereunt. V. simile aliquid in *Decretus*.

DECRETĀLIS, e, adject. ad decretum pertinens, seu pendens a decreto, ut decretalis pagina, *Sidon.* l. 7. ep. 9. *in Conc.* Decretalis bonorum successio, *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 9. leg. 1.

DECRETĬO, onis, f. decretum. Est *Martiani Capellæ* l. 1. pag. 12. *in carm.*

DECRETŌRIUS, a, um, *pertaining to a decree, judicial, critical, definitive, decisive*, ad decernendum pertinens, judiciale, κρίσιμος, κριτικός. *Senec. de clem.* l. 1. c. 14. Nisi plus est, quod timet, quam quod damnat, non accedit ad decretorium stylum. *h. e.* ad ultimam sententiam ferendam, quæ de re tota decernat. *Id.* ep. 102. *post med.* Intrepidus horam illam decretoriam prospice: non est animo suprema, sed corpori. et ep. 117. *post med.* Remove ista lusoria arma: decretoriis opus est. *h. e.* quæ serio agant, de victoria decernant, ac debellent. *arms with which the gladiators fought in earnest. Plin.* l. 18. c. 28. *a med.* In hoc temporis intervallo summa vitium agitur, decretorio uvis sidere illo, quod Caniculam appellavimus. *h. e.* decernente, uber ne, an nulla vindemia futura sit. et cap. 29. *circa med.* Decretorio die florentibus oleis vitibusque, si plenilunium in eum incidat.

DECRĒTUM, i, n. *a decree, act, ordinance, statute*, ψήφισμα, id quod re cognita ac deliberata decernitur, statutum, constitutio, sententia. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 9. Decurionum decretum statim fit, ut &c. *Id. pro Dom.* c. 28. Amplissima atque ornatissima decreta facere. *Id.* 4. *Verr.* c. 48. Qui Romæ totum edictum, atque omnia decreta vendidit. *Id. Agrar.* 2. c. 17. Decreto aliquid petere. *Id. Fam.* 13. ep. 56. Neque ex edicto, neque ex decreto depositam pecuniam habuisse. *Id. ad Planc.* 2. *post* ep. 16. l. 16. *ad Attic.* Interponere decretum. et *ibid.* Servare decreta. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 12. Stare decreto. et *ibid.* Parere decretis. *Gell.* l. 6. c. 10. Sancire decretum. *Propert.* l. 2. el. 23. v. 87. Tyndaris externo patriam mutavit amore, Et sine decreto viva reducta domum. *h. e.* cum in ipsam nihil decerneretur inclementius. ¶ Dicitur et de principiis, ac placitis philosophorum, *a dogma, established principle, doctrinal notion. Cic.* 4. *Acad.* c. 9. Quoniam id haberent Academici decretum (sentitis enim jam me hoc δόγμα dicere) nihil posse percipi. *Senec.* ep. 94. Ipsa decreta philosophiæ constitutionem esse summi boni. Adde epist. 95. ubi plura hac de re.

DECRĒTUS, a, um, *decreed, ordained, appointed, determined, established, resolved upon*, deliberatus, constitutus, statutus, ἐψηφισμένος: a *decerno*. *Cic. pro Provinc. consul.* c. 15. Provinciam desponsam, non decretam habere. *Id. pro Dom.* c. 9. *ad fin.* Decreta lege sanxit, ut &c. *Id.* 7. *Attic.* ep. 1. *a med.* Annuus sumptus mihi decretus. *Id.* 3. *de Orat.* c. 85. Decreta virtutis præmia. *Nepos in Alcib.* c. 7. Omnes alicui decreti honores. *Claudian.* l. 1. *de rap. Pros.* v. 215. Candida Tartareo nuptum Proserpina regi Jamdudum decreta dari. ¶ Metaphoricus et singularis est usus in illo *Plinii* l. 18. c. 31. *a med.* Parvis prelis, et minori torculari, ædificio breviore, et malo in medio decreto. *h. e.* statuto, defixo. *fixed.* ¶ A *decresco*, qui diminutus est. *Liv.* vel *Læv.* apud *Priscian.* l. 9. pag. 869. *Putsch.* Nocte dieque decretum, et auctum. ¶ Item qui crevit. *Gell.* l. 19. c. 12. Stolones proceros atque decretos amputare.

DECRĪBRO, as, a, 1. conficere tanquam per cribrum. *Plaut. Capt.* 4. 4. 6. Decribravit totum cum carne carnarium. Alii plerique leg. *deturbavit*.

DECŬBO, as, avi, atum, n. 1. *Fabius Pictor* de Flamine Diali, apud *Gell.* l. 10. c. 15. Pedes lecti, in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet: et de eo lecto trinoctium continuum non decubat: neque in eo lecto cubare alium fas est. *h. e.* extra eum lectum non cubat.

DECULCO, as, a. 1. *to tread or trample upon, tread under foot*, calcando deprimo, καταπατέω. *Plin.* l. 17. c. 10. Alii baccas in qualo pedibus in profluente deculcant, donec auferatur cutis. *Stat.* 1. *Theb.* v. 662. Proterere exanimes artus, asprosque molares Deculcare genis. *h. e.* de alto illidere, impingere.

DECULPĀTUS, a, um, adject. *Gell.* l. 19. c. 10. Dehonestum tibi deculpatumque hoc verbum videtur. *h. e.* damnatum. V. *Culpa*.

DECULTĀRUNT, valde occultarunt. *Festus.*

DECŬMA, &c. V. *Decimus.*

DECUMĀTES AGRI apud *Tacit.* V. *Decimalis.*

DECUMBO, is, ubui, n. 3. *to lie down*, κατάκειμαι, recumbo, jaceo. Sæpe est tricliniare verbum. *Cic. Verr.* 5. c. 25. Cum Apronius in triclinio decubuisset. *to recline at table, sit down at meat. Plaut. Merc.* 1. 1. 97. Ad cœnam vocat; venio, decumbo. Adde *Terent. Phorm.* 2. 2. 28. ¶ Est etiam jacentium in lecto, aut ægrotantium. *Plaut. Cas.* 5, 2. 9. Colloco, fulcio, mollio, ut apte decumbam. *Sueton. in Cæs.* c. 49. In aureo lecto decumbere. *Id. in Ner.* c. 48. Decubuit super lectum modicella culcita. *Apul. in Apolog.* Ex fatigatione itineris effectus, apud Appios amicos meos aliquammultis diebus decumbo. *Gell.* l. 18. c. 10. Ibi alvo mihi cita, et accedente febri rapida, decubueram. *Senec.* ep. 96. Familia decubuit, fenus offendit, domus crepuit. *the servants are indisposed or laid up.* ¶ Item pugnantium, et ex vulnere cadentium. *to fall, die.* De gladiatoribus *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 17. Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui quærant, quid velint: si satis his factum sit, se velle decumbere. *Id.* 3. *Phil.* 3. 14. Quod nobiles gladiatores faciunt, ut honeste decumbant, faciamus nos, &c.

DECUNCIS, uncis, m. decem unciarum vel mensura, vel pondus, alio nomine dextans. *Rhem. Fann. de ponderib.* v. 46. At si sextantem retrabas, erit ille decuncis. ¶ Rectus casus etiam *decunx* esse potest, ut *deunx, quincunx*, &c. *Priscian. de ponderib. pag.* 1348. *Putsch.*

DECUNCTOR. V. *Decontor.*

DECUPLĀTUS, a, um, decuplus. *Juvenc.* l. 3. in cap. 18. *Matth.* Christus prosequitur: non septem crimina tantum, Sed decuplata super donentur vulnera fratri.

DECŬPLUS, a, um, *ten times as much, tenfold*, δεκαπλάσιος, qui rei alicujus quantitatem decies in se continet. *Liv.* l. 39. c. 44. Uti ea quoque decuplo tanto pluris, quam quanti essent, æstimarentur. Ita ediderunt *Manut.* et *Scheffer.* at *Gruter.* et *Gronov.* decem tanto *legunt*: alii aliter.

DECŪRES, decuriones. *Festus.*

DECURĬA, æ, f. *ten of any thing*, δεκάς, decem rerum numerus. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 49. Decuriæ numerorum. *Colum.* de operis ruri laborantibus, l. 1. c. *ult.* Classes etiam non majores, quam denum hominum faciundæ: quas decurias appellaverunt antiqui. *Valerian. Imp. in quadam epist.* apud *Trebell. Poll. in Claud.* c. 14. Pellium tentoriarum decurias triginta. ¶ Dicitur etiam de quavis multitudine, cœtu, sodalitio, ordine, classe, quamvis plures minoresve sint, quam decem, *a number, company, or society of persons. Vitruv.* l. 7. c. 1. Deinde rudus inducatur, et vectibus ligneis, decuriis inductis crebriter pinsatione solidetur. *Senec.* ep. 47. Retulit illi gratiam servus, ille in primam decuriam conjectus, in qua vocem præco experitur. *h. e.* in primo ordine seu cœtu servorum venalium. *Plaut. Pers.* 1. 3. 62. Nisi gnatam tecum huc adducis, exigam hercle ego te ex hac decuria. *h. e.* ex hoc cœtu sodalium et convivarum. *Sueton. in Claud.* c. 1. Scribarum decuriæ. *orders or classes of clerks. Id. in Tib.* c. 41. Decuriæ equitum. *h. e.* ordo equitum in judicum numerum conscriptorum. *Cic. Verr.* 4. c. 33. Hunc hominem in judicum numero habebimus? hic alteram decuriam senatoriam judex obtinebit? *h. e.* ordinem Senatorum judicantium. Triplex fuit Romæ judicum genus, ut est apud *Sueton. in Cæs.* c. 41. et *Ascon. in Pison.* c. 39. Senatorum, Equitum, et Tribunorum ærarii: et proinde totidem decuriæ: sed postremam Cæsar sustulit: at restituit Augustus, immo quartam addidit, *ducenariorum* appellatam, quæ judicaret de levioribus summis, teste eod. *Sueton. in Aug.* c. 32. Aliis postea temporibus aliæ additæ sunt. Porro in singulis hisce decuriis singula circiter millia hominum erant, ut *Plin.* l. 33. c. 1. *extr.* docet: ubi addit, pluribus ipsas discretas nominibus fuisse, Tribunorum æris, selectorum, judicum, nongentorum: de quibus V. suis locis. *Ascon. in Verr.* 3. *extr.* discrimen tradit inter *centurias*, et *decurias* (cum de judicibus sermo est) quod illæ inferiorum dicebantur, nempe equitum, et tribunorum æris: istæ honestiorum, scil. Senatorii ordinis. *an order or class of judges.* ¶ Etiam in re militari *decuriæ* fuerunt primo a decem militum numero dictæ: et retento eo nomine, etiam postquam numerus auctus est. *a troop of horse. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 557. n. 3. et apud *Reines.* class. 8. n. 72. ¶ Item servorum publicorum, et inter officia domus Augustæ, ut Decuriæ lictorum, apud *Gruter.* pag. 631. n. 1. et *Reines.* class. 1. n. 19. ¶ Item eorum, qui sacris publicis ministrabant. Apud *Gruter.* pag. 305. n. 4. Ex quatuor decuriis Curio minor, &c. ¶ Item professorum alicujus artis, ut Decuria Scamillariorum *ibid.* pag. 467. n. 7. &c. ¶ Honoratiorum quarundam Decuriarum emptiones, et venditiones fieri solitas legimus in *Inscript.* apud *Reines.* class. 10. n. 3. et apud *Cicer.* 3. *Verr.* c. 79. Nam plebeii homines, præsertim libertin

generis, si in aliquam decuriam scribarum, viatorum, accensorum, &c. describerentur, conditionem suam nobiliorem facere sibi videbantur, quia ex hujusmodi decuriis, scribarum præcipue, in equestrem ordinem ascendi solebat. De hujusmodi Decuriis plura *Reines. ad Inscript.* 19. class. 1. ¶ Porro hac ratione *Decuria* accipitur tum pro ipsis hominibus, tum pro jure ipsius decuriæ, tum pro loco, ubi illa est constituta, ut *Verr. Flacc.* docet apud *Gell.* l. 18. c. 7. *ad fin.* [¶ Quotiescumque veteres Lapides *tres decurias* commemorant, non expresso earum nomine, intelligendæ sunt *Viatoria, Equestris, Consularis.* Id adnotavit *Marinius,* addito exemplo, *Inscr. Alban.* pag. 56.]

DECURIĀLIS, le, ad decuriam pertinens, ut decurialis numerus, apud *Tertull. de anim.* c. 37. h. e. denarius. ¶ Item in decuriam aliquam adscriptus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 36. n. 6. L. Aratius Phœbus Decurialis Decur. Juliæ. *Reines. ad Inscript.* 19. class. 1. legit *Decur. Consularis.* Alia apud *Fabrett.* pag. 86. Q. Marcius Italicus decurialis negotiator.

DECURIĀTIM, adverb. per decurias. *Charis.* l. 2. pag. 165. *Putsch.*

DECURIATĬO, onis, f. *a dividing into* decuriæ, actus decuriandi, descriptio. *Cic. pro Planc.* c. 18. Decuriatio tribulium, descriptio populi.

DECURIĀTUS, us, m. idem quod decuriatio. *Liv.* l. 22. c. 38. Ubi ad decuriatum, aut centuriatum convenissent.

DECURIĀTUS, a, um, adject. in decurias distributus. *Liv.* l. 22. c. 38. Sua voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites conjurabant. *Cic. pro Dom.* c. 13. Cum decuriatos et descriptos haberes exercitus perditorum. V. *Decurio. Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 3. *ad fin.* Senatus consultum factum est, ut sodalitates, decuriatique discederent. V. *Sodalitium.* [¶ Translate *Martian. Capell.* l. 1. *init.* Respersum capillis albicantibus verticem, incrementisque lustralibus decuriatum. *h. e.* decem annorum lustris exactis, quod proprium est hominis quinquagenarii.]

DECURĬO, as, avi, atum, a. 1. in curias, vel decurias conscribere, *to divide into* decuriæ. In decurias adscribere, pertinet ad rem militarem. V. *Decuriatus, a, um.* In curias vero dicitur præcipue de iis, qui ambitus causa, curiarum populi descriptionem faciebant, et largitione grassabantur; ut earum voluntate sibi adjuncta, suffragiorum ad se in comitiis majorem partem attraherent, et per vim honores obtinerent. V. *Sodalitium. Cic. pro Planc.* c. 18. et 19. Hæc doce, hæc profer, Laterensis, decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse, pronuntiasse, divisisse. *Id. pro Sext.* c. 15. Servorum delectus habebatur, cum vicatim homines conscriberentur, decuriarentur.

DECURĬO, onis, m. *the commander of a* decuria, δεκάδαρχος, princeps decuriæ, sive in urbe, sive in militia. ¶ In legione Romana erat, qui decem equitibus præerat. *Festus.* ¶ Principio in turma tres decuriones fuere. Turma autem erat 30. equitum, sive 33. cum tribus Decurionibus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 16. ¶ Postea re mutata, pristinum tamen remansit nomen. Nam quamvis unus toti præesset turmæ, h. e. 32. equitibus, nihilominus Decurio dicebatur. *Veget.* l. 2. c. 14. ¶ Municipales Decuriones sic dicti sunt, ut quidam putant, ex eo, quod initio, cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui deducebantur, consilii publici gratia conscribi solita sit, uti docet *Pompon. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 239. ¶ Erant in Coloniis, ac Municipiis eadem dignitate, qua Senatores Romæ. *a senator in any municipal town or colony.* Hinc *Vet. Gloss.* Decurio, βουλευτής. Ex iis Magistratus eligebantur. Eorum decretum idem erat, quod Romæ Senatusconsultum. *Cic. pro Sext.* c. 4. Recita, quæso, Sexti, quid decreverint Capuæ Decuriones. ¶ Postremis temporibus hoc nomen in aulis etiam Cæsarum usurpabatur, ut Decurio Cubiculariorum, *h. e.* qui præest cubiculariis, apud *Sueton. in Domit.* c. 17. *one of the head-chamberlains.* Decurio lecticariorum, apud *Gruter.* pag. 600. n. 1. Sic Decurio Conlegii Fabrum ferrarium, *h. e.* ejus collegii princeps, *ibid.* pag. 632. n. 1. &c.

DECURIONĀLIS, le, adject. ad decurionem pertinens, senatorius. Vetus *Inscript.* apud *Spon. Misc. Erud. Antiq.* pag. 169. Exornato ornamentis decurionalibus. *Gloss. gr. lat.* βουλευτικὸς, decurionalis.

DECURIONĀTUS, us, m. δεκαδαρχία, βουλεία, dignitas et officium Decurionis. *the office of a* Decurio *or senator. Cato* apud *Fest.* in *Optionatus.* Majores paravere bonis atque strenuis decurionatus, optionatus, hastas donaticas. *Plin.* l. 10. ep. 114. Honorarium decurionatus inferre.

DECURĬŌNUS. V. *Centurionus.*

DECURRO, is, decurri, *aliquando* decucurri, (quamvis neget *Serv. ad Æn.* 11. v. 189.) ursum, a. 3. *to run down or along,* καταθέω, deorsum curro. *Virg.* 2. *Æn.* v. 41. Laocoon ardens summa decurrit ab arce. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 2. Cum ex ipsis montibus in vallem decurrerent. *Id. ibid.* l. 2. c. 19. Incredibili celeritate ad flumen decucurrerunt. *Liv.* l. 4. c. 50. Decurrere de tribunali. *Virg.* 4. *Æn.* v. 153. Capræ decurrere jugis. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 5. Monte decurrens amnis. *Plin.* l. 6. c. 19. *ad fin.* Fluvius decurrit inter oppida. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 43. Naves decurrunt. *sail down the stream. Pallad. in Novembr.* tit. 7. *de pruno.* Si poma decurrant, oleastri epiurum terebratæ infige radici. *h. e.* decidant. ¶ Item simpliciter currere, percurrere. *to run, hasten. Nepos in Eumen.* c. 5. Decurrere in spatio. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 50. decurrit pedibus super æquora siccis. et l. 9. v. 590. Decurrere mari. *Id.* 6. *Fast.* v. 777. celeri decurrere cymba. *Cic. Fam.* 16. ep. 4. Ego puto, te bellissime cum Mescinio decursurum. *h. e.* e Græcia in Italiam navigaturum. *Plin.* l. 24. c. 18. Scarabæus sursum deorsum decurrens. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 74. Occultum visus decurrere piscis ad hamum. ¶ Passive impersonaliter *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 8. Nunc video calcem, ad quem cum sit decursum, nihil sit præterea extimescendum. ¶ Est etiam militare verbum. Decurrere enim exercitus dicuntur, cum vel in armis aliquantum spatii conficiunt, vel imaginarias pugnas edunt, et in duas divisi partes veri simile prœlium committunt, ut paratiores sint cum hostibus congredientes: quod apud Macedonas factitatum narrat *Livius* l. 40. c. 6. Adde lib. 26. c. 51. et lib. 23. c. 35. *to walk or run in armour.* ¶ Translate *Tibull.* l. 2. el. 12. v. 41. et *Phædr.* l. 3. fab. 20. Decurrere vitam. *to run through, finish. Virg.* 2. *Georg.* v. 39. Inceptum laborem decurrere. *h. e.* persequi. *Cic. pro Quint.* c. 15. Ad hæc inimicissima jura tam cupide decurrebas, ut, &c. *Plin.* l. 7. c. 16. Sed mox plura de hoc, cum membratim historia decurret. *Quintil.* l. 6. c. 1. In peroratione decurrendum per capita. *Id.* l. 11. c. 1. *sub init.* Circuitus contexto nitore decurrentes. *h. e.* periodi fusæ ac volubiles. *Id. ibid.* c. 3. *ante med.* Brachii moderata projectio continuos et decurrentes locos maxime decet. *h. e.* ubi oratio decurrit. *Id.* l. 9. c. 4. *ante med.* Versus semper similis sibi est, et una ratione decurrit. *Id.* l. 10. c. 3. Decurrere per materiam stylo quam velocissimo. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 149. equos, pugnasque virum decurrere versu. *h. e.* narrare. *Auct. paneg. ad Pison.* v. 198. Non mea tot laudes decurrere carmina possunt. *Justin.* l. 19. c. 1. Per vestigia paternæ virtutis decurrere. ¶ Sæpe usurpatur pro confugere. *to have recourse to. Horat.* l. 3. od. 29. v. 53. Decurrere ad preces. *Cels.* l. 6. c. 18. n. 3. Decurrendum est ad medicamenta. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 99. ad artes Hæmonias. *Justin.* l. 16. c. 3. ad oraculum. *Plin.* l. 10. ep. 97. *ad fin.* Ad te consulendum decucurri. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 59. Eo decursum est, ut Pontificis Maximi sententiam opperirentur. *h. e.* in eam sententiam Patres devenere. Sic *Liv.* l. 31. c. 20. Decurrebatur tamen eo, ut ovans urbem iniret. *they came to the determination, that,* &c. ¶ Aliquando est extendi, *to extend. Plin.* l. 6. c. 17. *a med.* India a montibus tota decurrit in planitiem immensam. et cap. 20. *sub fin.* Populi cum Indo flumine decurrentes. ¶ *Decucurri* currere desii. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 64. *Burm.* Jam quadrigæ meæ decucurrerunt, ex quo podagricus factus sum.

DECURSĬO, onis, f. *the act of running,* actus decurrendi. *Arnob.* l. 2. pag. 84. Aqua natura res labilis, et ad fluorem semper decursionemque tam prona. ¶ Pro incursione hostili e loco superiore, *an incursion, invasion,* καταδρομή, *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 10. Ut Alpibus se teneat, et decursionibus per equites vastet ea loca, in quæ incurrerit. *Hirt. de B. Alex.* c. 42. Castella locis editis posita, quorum opportunitas castellanos impellebat ad decursiones faciendas. ¶ Pro exercitatione militari, de qua in *Decurro* dictum est, *the walking or running of soldiers in complete armour. Sueton. in Ner.* c. 7. Indicta decursione prætorianis. *Id. in Galb.* c. 6. Campestris decursio. Legitur etiam in quodam nummo Neronis, et Adriani Impp. in *Mus. Theup.* pag. 403.

[* DECURSORĬUS, a, um, adject. *Innocent. rei agrar.* pag. 223. *Goes.* Termini decursorii.]

DECURSUS, us, m. *a running down, descent, stream,* decursio. *Liv.* l. 1. c. 27. *ad fin.* Ne subito ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido. *Petron. in Satyr.* cap. 138. Præceps decursus. *Lucret.* l. 5. v. 944. montibus e magnis decursus aquai. *Virg.* 12. *Æn.* v. 523. decursu rapido de montibus altis Dant sonitum spumosi amnes. *Frontin. de Strateg.* c. 5. lib. 1. Pondus in proras versum, decursum super catenam dedit navibus. ¶ Item militaris exercitatio. *the exercising of soldiers.* V. *Decurro. Tacit.* 2. *Ann.* c. 55. Exercitio equitum, decursibus cohortium interesse. Adde *Gell.* l. 7. c. 3. *sub fin.* ¶ Item terminus, finis cursus. *Sueton. in Ner.* c. 24. Excussus curru, ac rursus repositus, cum perdurare non posset, destitit ante decursum. ¶ Translate *Cic.* 3. *Fam.* ep. 2. Si provinciam quam expeditissimam mihi tradideris, facilior erit mihi quasi decursus mei temporis. *Quintil.* l. 9. c. 4. *a med.* Versum facientes totum illum decursum, non sex, vel quinque partes, ex quibus constat versus, aspiciunt. ¶ Pro fine *Cic. initio* l. 1. *de Orat.* Si infinitus forensium rerum labor, et ambitionis occupatio decursu honorum, etiam ætatis flexu constitisset. *h. e.* posteaquam honores decucurrit.

DECURSUS, a, um, *passed or run over, achieved, finished, ended,* excursus, percursus, confectus. *Cic. pro Quint.* c. 26. Septingenta millia passuum vis esse decursa biduo? *Id. de Senect. c. ult.* Decurso spatio, a calce ad carceres revocari. ¶ Translate *Id. pro Quint. c. ult.* Ætas prope jam acta et decursa. *Id.* 1. *de Orat.* c. 32. *sub fin.* Ista, quæ abs te breviter de arte decursa sunt, audire cupimus.

DECURTANS, antis, curtans, mutilans. *Arnob.* l. 5. pag. 163. Peniculamenta decurtantem cantheriorum. *Al. leg.* Peniculantem, decurtantem cantherios. *Al. aliter.*

DECURTĀTUS, a, um, *shattered, curtailed, maimed,* κολοβὸς, curtatus, mutilus. *Plin.* l. 25. c. 5. *a med.* Decurtatæ radices. *Senec.* 3. *de Ira,* c. 17. Amicum suum undique decurtatum, cum aures illi nasumque abscidisset, in cavea diu pavit. *Civ. in Orat.* c. 53. Mutila sentit quædam, et quasi decurtata.

DECURVĀTUS, a, um, *curved,* idem quod curvatus. *Nonius* c. 2. n. 92. Bura dicitur pars aratri posterior decurvata.

DECUS, ŏris, n. *an ornament, grace, beauty, credit, honour, commendation,* εὐπρέπεια, κόσμημα, τιμή, quod quamque rem decet, atque adeo exornat, ornamentum, dignitas, decor, honestas, pulcritudo. *Cic. de clar. Orat.* c. 15. Ut hominis decus ingenium, sic ingenii ipsius lumen eloquentia est. *Id. Fam.* 10. ep. 12. Verum decus in virtute positum est. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 45. Non solum ad usum forensem, sed etiam ad decus, ornamentumque senectutis. *Id.* 2. *Phil.* c. 22. Pompeius, qui imperii populi R. decus ac lumen fuit. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 4. Magni interest ad decus et ad laudem civitatis. *Id.* 1. *Offic.* c. 34. Civitatis dignitatem et decus sustinere. *Id. ibid.* c. 5. *extr.* Honestatem et decus conservare. *Id.* 2. *de Fin.* c. 14. Epicureos nisi arguimus, omnis virtus, omne decus, omnis vera laus deserenda est. *Liv.* l. 38. c. 58. Orationem habuit plenam veris decoribus. *of real beauties.* et *Virg. Ecl.* 7. v. 32. Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvæ. *Id.* 2. *Æn.* v. 448. Auratasque trabes veterum decora alta parentum. *Stat.* 1. *Achill.* v. 290. Eximium formæ decus. *Virg. Æn.* 4. v. 150. tantum egregio decus enitet ore. *beauty and majesty.* Et *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel.* v. 78. Electos juvenes, et decus innuptarum. *h. e.* puellas decoras. *Senec. in Thyest.* v. 701. Regium capiti decus bis terque lapsum est. *h. e.* diadema. ¶ De eo qui decus affert. *Horat.* l. et od. 1. v. 2. O et præsidium, et dulce decus meum. *Val. Flacc.* l. 8 v. 37. *de Medea.* O decus in nostros magnum ventura penates. *Claudian. in Consul. Prob. et Olybr.* v. 51. Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis Effluxere decus. *h. e.* aurum. ¶ *Capuli decus,* apud *Plaut.* V. in *Capulus.* ¶ *Cornel. Fronto de different. verbor.* pag. 2191. *Putsch.* discrimen tradit inter *decorem,* et *decus,* quod ille sit formæ, hoc honoris. Sed ex locis utrinque allatis satis patet, etiam promiscue usurpari.

DECUS, i, m. apud varios Auctores *de Limitib.* pag. 231. 243. et 265. *Goesii* est figura decussis. Sed vox est Latine scribenti fugienda.

DECUSSĀTIM, *cross-wise, in the form of an* X, κατὰ χιασμὸν, in modum decussis, hoc est lineæ transversim sectæ. V. *Decussis. Vitruv.* l. 1. c. 6. *circa med.* Circino decussatim describendum, et per decussationem et medium centrum linea perducenda ad extremum. *et paulo post.* Decussatim lineæ ad extremas circinationes perducendæ. *Colum.* l. 12. c. 54. Rapum decussatim ferramento lunato incidito.

DECUSSATĬO, onis, f. *a cutting cross-wise in the form of an* X, *decussation,* actus decussandi, et locus ubi duæ lineæ decussatim secantur, χιασμός. *Vitruv.* l. 1. c. 6. *circa med.* cujus verba V. in voce præced. Adde lib. 10. c. 11.

DECUSSĀTUS, a, um, *cut cross-wise in the form of the letter* X, *decussated,* χιαστὸς, decussatim conformatus. *Colum.* l. 4. c. 24. *ante med.* Quorum singula spectent decussati jugi partes.

DECUSSĬO, onis, f. *a striking off, throwing aside,* actus decutiendi, projectio, abjectio. *Tertull. de cultu fem.* c. 9. Vobis curanda est amputatio et decussio redundantioris nitoris.

DECUSSIS, is, m. *a piece of money of the value of ten asses, and marked with the letter* X, nummus, qui decem asses valebat, denarius insignitus littera X. Quam litteram si in duas partes dividas, superior pars erit V, quæ nota est numeri quinarii. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 36. In denario numero hoc mutat: quod primum est, ab decem assibus decussis. *Stat.* l. 4. *silv. ult.* v. 9. Liber mihi constitit decussi. *Festus* in *Peculatus.* Lege Tarpeia cautum est, ut bos centussibus, ovis decussibus æstimaretur. ¶ Item denarius numerus, *the number ten,* δεκάς· quia nota X tum nummum, tum numerum significat. *Vitruv.* l. 3. c. 1. *ante med.* Ex singularibus rebus, quæ μονάδες dicuntur, perficitur decussis. ¶ Item conformatio duarum linearum in modum litteræ X, vel χ, decussatio. *the crossing of two lines in the form of the letter* X. *Vitruv.* l. 10. c. 11. Regula figitur in primo decussis puncto. *Plin.* l. 18. c. 34. Ducantur aliæ duæ lineæ in decusses obliquæ.

DECUSSISSEXIS, n. indeclin. *Vitruv.* l. 3. c. 1. *a med.* Quoniam animadverterunt utrosque numeros esse perfectos, et sex, et decem, utrosque in unum conjecerunt, et fecerunt perfectissimum decussissexis.

DECUSSO, as, a. 1. *to cut or devide cross-wise in the form of the letter* X, χιάζω, est ad decussis figuram re-

digere, hoc est, res aliquas eo ordine collocare, ut inter se litteræ Græcæ χ, aut Latinæ X, speciem præbeant. *Cic. de Univ.* c. 7. *a med.* Hanc conjunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediæque accommodans mediam quasi decussavit. *Colum.* l. 5. c. 13. *ad fin.* In speciem græcæ litteræ decussare. et lib. 4. c. 27. Decussare jugum in stellam.

DECUSSUS, us, m. *a beating or striking down; a shaking*, ἀπόσεισις, decutiendi actus. *Plin.* l. 11. c. 37. *post init.* Aliqui tunc scribunt decidere eum, rursusque recrescere facilem decussu. Nisi malis esse supinum verbi *decutio.*

DECUSSUS, a, um, *shaken, beaten down, demolished*, quatiendo dejectus, deturbatus. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 707. Decussa lilia. *Propert.* l. 3. eleg. 11. v. 27. Decussa cydonia ramo. *Plin.* l. 18. c. 7. *a med.* Spicis decussum hordeum. *Id. ibid.* c. 6. *ad fin.* Rami baculo decussi. *Liv.* l. 25. c. 7. Turres decussæ fulminibus. *Id.* l. 33. c. 17. Ariete decussi ruebant muri. *Hirt. de B. Afric.* c. 50. Collem, decusso Labieni præsidio, occupaverunt, *having beaten off.* Sic *Valer Max.* l. 1. c. 4. n. 2. Gracchus decussus Capitolio.

DECUTIO, ŭtis, ussi, ussum, a. 3. *to shake down, strike or shake off, beat down*, κατασείω, deorsum quatio, quatiendo dejicio, deturbo. *Liv.* l. 1. c. 54. Summa papaverum capita dicitur baculo decussisse. *Plin.* l. 15. c. 3. Perticis decutere olivas. *Id.* l. 10. c. 33. Sagittis decutere nidos avium. *Id.* l. 25. c. 5. et lib. 34. c. 15. Decutere gladio rubiginem a cuspide. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 104. Decutit ense caput. *Al. leg.* demetit. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 141. Decutere uncum mento. *Valer. Max.* l. 1. c. 4. n. 2. Janua egressus ita pedem offendit, ut digitus ei decuteretur. *Plaut. Epid.* 2. 3. 4. Ex occluso armario decutio argenti tantum, quantum mihi lubet. [¶ Translate *Val. Max.* l. 1. c. 4. n. 2. Ti. Gracchus a Scipione Nasica pontifice maximo decussus Capitolio. *Hirt. de bell. Afr.* c. 50. Atque eum collem, decusso Labieni præsidio, celeriter occupaverunt. ¶ Particip. *decutiens* apud *Plin.* l. 34. c. 16. Decutiens gladio robiginem.]

DEDAMNO, as, a. 1. *Tertull. de pudic.* c. 15. Qui non dedecoris tantum, sed et sceleris manifestum dedamnaverit. *h. e.* a damnatione exemerit, absolverit.

DEDĔCET, ebat, ecuit, impers. 2. *it misbecomes, or does not become*, ἀπρεπές ἐστι, minime decet, indecorum est. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 54. Oratorem irasci minime decet; simulare non dedecet. *Id.* 1. *Offic.* c. 41. Ut si quid dedeceat in aliis, vitemus et ipsi. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 7. v. 12. Nec dominam motæ dedecuere comæ. ¶ In primis personis *Stat.* 10. *Theb.* v. 340. Si non dedecui tua jussa, tulique prementem. *if I have not dishonoured. h. e.* si monitus tuos non indecenter effeci, sive non dehonestavi. *Lactant. Scholiast.*

DEDĔCOR, ŏris, adject. *unseemly, inglorious, vile, worthless*, indecoris, infamis, vilis, inglorius. *Sallust. in fragm.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 699. *Putschii.* Dedecores, inultique per terga ab hostibus cædebantur. *Stat. in fi.* l. 11. *Theb.* Dedecorem amplexi vitam, reditusque pudendos. *Auson.* ep. 9. v. 5. Quæ viridis muscus, quæ dedecor alga recondit.

[* DEDECORAMENTUM, i, n. idem ac dedecus. *Gracchus* apud *Isid. Orig.* l. 2. c. 21. Adolescentia tua fuit senectutis dedecoramentum.]

DEDECORATĬO, onis, f. *disgrace, dishonour. Tertull. de anim.* c. 34. Postrema dedecoratio. *Id. de cor. Mil.* c. *pænult.* Turpitudo et dedecoratio.

DEDECORĀTOR, oris, m. *one who dishonours. Tertull. in Apol.* c. 14. Dedecorator deorum.

DEDECORĀTUS, a, um, *dishonoured, disgraced, made infamous*, turpis, indecoris. *Sueton. in Ner.* c. 36. Dedecoratus flagitiis omnibus.

DEDECŎRO, as, a. 1. *to dishonour, disgrace, render infamous*, καταισχύνω. *Cic.* 3. *Offic.* c. 2. Dedecorantem et urbis auctoritatem, et magistri. *Horat.* l. 4. od. 4. v. 36. Dedecorant bene nata culpæ. *Sallust. in Jug.* c. 90. Ubi se flagitiis dedecoravere turpissimi viri. *Propert.* l. 3. el. 21. v. 35. Cornua nec valuit curvare in pellice Juno, Aut faciem turpi dedecorare bove.

DEDECORŌSE, adverb. *basely, dishonourably*, αἰσχρῶς, turpiter. *In Epitom. Sex. Aurel. Victor.* c. 5. *de Ner. ad fin.* Dedecorose vixi, turpius peream.

DEDECORŌSUS, a, um, dedecorus, turpis, *disgraceful, dishonourable. Sex. Aurel. Victor in epitom.* c. 39. *extrem. in Dioclet.* Suspectans necem dedecorosam, venenum dicitur hausisse.

DEDECŌRUS, a, um, *dishonourable, disgraceful, infamous. Plaut. Bacch.* 5. 2. 73. Age jam id, ut ut est, tametsi est dedecorum, patiar. *Tacit.* l. 3. *Ann.* c. 32. Sex. Pompeius M. Lepidum, ut socordem, inopem, et majoribus suis dedecorum incusavit.

DEDĔCUS, ŏris, n. *disgrace, dishonour, shame, infamy; a shameful or disgraceful action*, ἀτιμία, αἰσχύνη, id omne quod dedecet, turpitudo, infamia, probrum, ignominia. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 5. Quid enim minus est dignum, quam tibi pejus quidquam videri dedecore, flagitio, turpitudine? *Id. pro Rosc. Amer.* c. 24. Sumptus effusi cum probro atque dedecore. *Id.* 2. *de Divin.* c. 9. Cum ignominia et dedecore perire. *Id. pro Mur.* c. 5. Aliquod aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum flagitium ac dedecus. *Id.* 2. *Verr.* c. 17. Admittere dedecus. *Id.* 1. *de Fin.* c. 14. Incurrere in dedecora. *Id. ibid.* l. 3. c. 11. Nullo dedecore se abstinere. *Id.* 1. *Offic.* c. 39. Ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo. *Id.* 8. *Attic.* ep. 11. Dedecori esse studiis ac litteris. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 35. Ne iste sua turpitudine ordini honestissimo maculæ atque dedecori sit. *Phædr.* l. 1. fab. 21. v. 11. asinum *naturæ dedecus* appellat.

DEDICATĬO, onis, f. *a dedication, consecration*, καθιέρωσις, actus dedicandi. *Cic. pro Dom.* c. 39. Nisi quem forte illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret. *Plin.* l. 7. c. 48. *ad fin.* Dedicatio theatri. *Liv.* l. 2. c. 27. Populus dedicationem ædis dat M. Lætorio. *Id.* l. 5. c. 31. Celebrare dedicationem.

DEDICATĪVE, *in the affirmative*, affirmando. *Martian. Capell.* l. 4. pag. 128. Et dedicative, et abdicative concludi potest.

DEDICATĪVUS, a, um, *affirmative*, adject. idem quod affirmativus, ut dedicativa propositio, cui opponitur abdicativa, *Apul.* l. 3. *de Dogm. Platon.* sæpissime, et *Martian. Capella initio* l. 4.

DEDICĀTOR, oris, m. qui dicat, *one who dedicates; a dedicator. Tertull. in Apol.* c. 5. Tali dedicatore damnationis nostræ etiam gloriamur. *h. e.* inchoatore, atque auspice. Adde *de Carne Christi*, cap. 17.

DEDICĀTUS, a, um, *dedicated, consecrated*, καθιερωθείς, dicatus, consecratus. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 5. Ædes Castori et Polluci in foro dedicata. *Horat.* l. 1. od. 31. v. 1. Quid dedicatum poscit Apollinem Vates? *h. e.* simulacrum Apollinis dedicatum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 23. Fides, et Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus. *Id.* l. 1. *de Legib.* c. 22. Qui se ipse norit, aliquid sentiet se habere divinum, ingeniumque in se suum, sicut simulacrum aliquod dedicatum putabit. ¶ Item addictus, devotus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 274. n. 5. Gallieno clementissimo Principi, et Saloninæ sanctissimæ Aug. M. Aurelius Victor dedicatissimus numini, majestatique eorum. ¶ Per tmesim dividitur a *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 139. cui sit data, deque dicata.

DEDICĀTUS, nomen, vel potius supinum. *Apul. in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4.) Sermo dedicatu religiosus.

DEDĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to speak, set forth, declare, affirm, assert*, λέγω, idem quod dico, loquor, enarro, affirmo, assero. *De* hoc loco augendi vim habet: videturque hæc esse prima et propria hujus verbi significatio. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 121. At vereor, cum te esse Alcmæonis fratrem factis dedicat. *Cæcil. ibid.* Legati quo missi sunt, veniunt, dedicant mandata. *deliver. Lucret.* l. 1. v. 366. Ergo quod magnum est æque, leviusque videtur, Nimirum plus esse sibi declarat inanis. At contra gravius, plus in se corporis esse Dedicat. *Id.* l. 3. v. 209. Hæc quoque res etiam naturam dedicat ejus. *h. e.* ostendit, confirmat. *Lambin.* legit *deliquat*, ceteris invitis Criticis. *Apul.* quoque *de syllog. categorem*, sæpissime *dedicare* pro affirmare usurpat. Hinc *dedicativus.* ¶ *Dedicare in censu*, aut *in censum aliquid*, est in censendo dicere, profiteri quod in censu habetur, *to give in an estimate. Cic. pro Flacc.* c. 32. Prædia etiam in censu dedicavisti: mitto quod aliena, quod possessa per vim, &c. *P. African.* apud *Gell.* l. 7. c. 11. Tu in uno scorto majorem pecuniam absumpsisti, quam quanti omne instrumentum fundi Sabini in censum dedicavisti. *Utroque loco est qui aliter legit.* ¶ Præterea dedicare (quod primæ notioni est valde affine) est dicendo deferre, attribuere, ut *Fest.* in *Delicata* exponit. Hinc fere sumitur pro Diis aliquid ad religionem addicere, tribuere, consecrare, *to dedicate, consecrate*, καθιερόω, ἀνατίθημι, ἀφοσιόω: quia is, cui dedicare contigerat, certa verborum formula, præeunte Pontifice maximo, utebatur, qua declarabat, se ei deo id religionis causa attribuere, quod dedicabat: qua de re multa *Brisson. de formulis* l. 1. porro dedicandi publice aliquid jus nemini fuit, nisi cui populus concessisset, lege Curiatis comitiis lata: eratque res magni honoris, dedicatio; quia nomen ejus, qui dedicavisset, incisum tabulæ posteritati commendabatur. Quid vero different *dedicare*, et *consecrare*, in Consecro dictum est. *Cic. pro Arch.* c. 8. *extr.* Smyrnæi delubrum Homeri in oppido dedicaverunt. *Id.* 1. *de Leg.* c. 1. Romulus templum sibi dedicari in eo loco jussit. *Id. pro Dom.* c. 46. *ad fin.* Simulacrum aut aram dedicare. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 31. Majorum institutis Mens, Fides, Virtus, Concordia consecratæ, et publice dedicatæ sunt. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 637. Te quoque magnifica, Concordia, dedicat æde Livia. ¶ Dedicare locum aliquem est sacrum facere, religione obligare. *Cic. pro Dom.* c. 46. Ædes Cæpionis essent dedicatæ. ¶ *Dedicare alicui librum* est inscribere, nuncupare, et veluti consecrare. *to dedicate, inscribe. Plin. in præfat. Hist. nat. ante med.* Levioris operæ hos tibi dedicavi libellos. *Phædr.* l. 3. *prol.* v. 29. Librum exarabo tertium Æsopi stylo, Honori et meritis dedicans illum tuis. ¶ Dedicare togam in funus filii, apud *Paul. Dig.* lib. 15. tit. 3. leg. 19. et, dedicare aliquid in sacrum, apud *eund.* lib. 44. tit. 6. leg. 3. est destinare, addicere, obligare. ¶ Dedicare urbem nomini ac memoriæ alicujus, apud *Curt.* l. 9. c. 3. *extr.* ubi de Alexandro condente oppidum, et bucephali sui nomine appellante. ¶ *Dedicare aliquem* est sacrum et deum facere. *Vitruv. in præfat.* Cum concilium cælestium in sedibus immortalitatis eum dedicavisset. ¶ *Dedicare aliquid libris* est scriptis tradere, et posteritati veluti consecrare. *Quintil.* l. 12. c. 10. Quod libris dedicatur, et in exemplum editur, tersum ac limatum esse oportere. ¶ *Libros alicui operi dedicare*, est alicui rei tractandæ integros libros impendere. *Id.* l. 9. c. 3. *prope fin.* ¶ Dedicare theatrum, scenam, bibliothecam, thermas, gymnasium, domum, pontem, patinam, apud *Plin.* l. 8. c. 17. *extr. Plin. alter* l. 1. ep. 8. *Sueton. in Ner.* c. 12. et 31. *in Calig.* 32. *in Vitell.* c. 13. &c. præter eam, quam diximus significationem, quia revera hujusmodi res deo alicui sacrabantur, valet etiam, iis uti incipere, encæniare, inchoare. Ex quo fit, ut qui primus agit aliquid, eleganter *dedicare* dicatur. *Tertull. de anim.* c. 19. Statim infans ut vitam vagitu salutavit, hoc ipsum se testatur sensisse, quod natus est, omnes simul ibidem dedicans sensus, et lucem visu, et sono auditum, &c. *Hieronym.* ep. 9. *ad Salvin. post initium de Cornel. Centur.* Qui primus ab Apostolis baptizatus salutem gentium dedicavit. ¶ *Dedicare sub ascia*, V. *Ascia.* [¶ Particip. *dedicaturus, dedicandus* apud *Cic. Verr.* 5. c. 55. Duo templa, se Romæ dedicaturum voverat Marcellus. *Suet. in Vitell.* c. 10. Pugionem, quo is se occiderat, in Agrippinensem coloniam misit Marti dedicandum.]

DEDIGNATĪO, onis, f. actus dedignandi, *a scorning or disdaining*, ἀπαξίωσις. *Plin. in Paneg.* c. 18. Inertia, et contumacia, et dedignatione parendi. *Quintil.* l. 1. c. 2. *ad fin.* Tacita dedignatio.

DEDIGNOR, aris, d. 1. *to count unworthy, disdain, slight, scorn, spurn*, ἀπαξιόω, indignum reputo, contemno. *Ovid.* 1. *ex. Pont.* ep. 7. v. 33. Is me nec comitem, nec dedignatus amicum est. *Curt.* l. 6. c. 11. Qui Philippum dedignatur patrem. *Virg.* 4. *Æn.* v. 536. Dedignari aliquem maritum. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 34. Ut testis in causa quadam venire dedignaretur. *Id. ibid.* c. 2. Accendere dedignantes. [¶ Particip. *dedignandus* apud *Sil.* l. 13. v. 358. Nec dedignanda parenti Carmina fuderunt Phœbo.]

DEDISCO, is, dedidici, a. 3. *to unlearn, forget*, μεταμανθάνω, quod didici obliviscor. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 24 Juventus nostra dedisceret pæne discendo. *Senec. in Troad.* v. 633. Dediscit animus sero, quod didicit diu. *Ovid. de remed. amor.* v. 503. Intrat amor mentes usu, dediscitur usu. *h. e.* deponitur. *Id. ibid.* v. 297. Dediscere amare. *Lucan.* l. 1. v. 130. longoque togæ tranquillior usu Dedidicit jam pace ducem. *Claudian. in præfat.* l. 1. *de rapt.* v. 10. Cordaque languentem dedidicere metum. [¶ Particip. *dediscendus* apud *Cic.* 9. *Fam.* ep. 20. Dediscendæ tibi sunt sportellæ.]

DEDĬTIM, ἐκδότως, adverb. dedendo. Enumeratur inter Latina adverbia a *Diomed.* l. 1, pag. 402. *Putsch.*

DEDĬTĬO, onis, f. *a yielding up, surrender*, παράδοσις, προσχώρησις, actus dedendi, traditio, subjectio. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 28. Reliquos omnes, obsidibus, armis, perfugis traditis, in deditionem accepit. *Auct. de B. Hispan.* c. 20. et *Sallust. in Jug.* c. 28. Facere deditionem oppidi. *Quintil.* l. 3. c. 8. *ante med.* et *Liv.* l. 24. c. 1. Facere deditionem ad hostem. *to surrender to the enemy. Liv.* l. 31. c. 18. Facere deditionem hosti. *Sallust. loc. cit.* c. 66. Impellere aliquem ad deditionem. *Id.* l. 22. c. 17. Pellicere ad deditionem voluntariam. *Curt.* l. 7. c. 7. *extr.* Fame hostes in deditionem subigere. *to compel to surrender.* et cap. 11. *ad fin.* Barbaros ad deditionem trahere. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 3. Venire in deditionem. *Justin.* l. 1. c. 6. Exercitum per deditionem alicui tradere. ¶ Formulam deditionis apud priscos Latinos, habes apud *Liv.* l. 1. c. 38. et lib. 7. c. 31. ritum vero et rationem apud *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 98. et *Vellei.* l. 2. c. 106. et 114.

DEDITITĪUS, et Deditīcius, a, um, *one who has surrendered*, ἔκδοτος, qui se in alterius imperium dedidit: a *deditus. Cic. ad Brut.* ep. 3. Id S. C. plerique interpretantur ad tuos sive captivos, sive dedititios pertinere. Adde *Liv.* l. 7. c. 31. et *Sallust. in Jug.* c. 35. His autem locis intelliguntur, qui in bello se victori dediderunt. Est tamen alterum dedititiorum genus, nempe libertini illi, qui post admissa crimina suppliciis subditi, et publice pro criminibus cæsi sunt; aut quorum in facie, vel corpore quæcumque indicia aut igne, aut ferro ita impressa sunt, ut deleri non possint, hi si manumissi fuerint, dedititii appellantur. Ita *Gaius in epit. Institution.* tit. 1. ubi plura hac de re.

[* DEDĪTOR, oris, m. qui se ipsum dedit. *Tertullian. de orat.* c. 11. Nos Dominum adoramus, non deditimus, imo et adversari debemus deditoris exemplo.]

DEDĪTUS, a, um, *given, given over, given up*, ἐκδεδομένος, datus, traditus, subjectus: a *dedo, is. Festus*: Dedita intelligitur valde data. *Lucret.* l. 6. v. 1253. jacebant Corpora, paupertate et morbo jam dedita morti. *Id.* l. 4. v. 993. Cervus fugæ deditus. *Sallust. in Jug.* c. 39. Cirta dedita. *surrendered. Plaut. Mostell.* 2. 2. 67. Hic habito: hæc mihi dedita est habitatio. *Lucret.* l. 3. v. 113. Membra dedita somno. *Cicer.* 2. *de Invent.* cap. 30.

Imperator Samnitibus deditus. ¶ Translate *Id. pro Cæl. in fin.* Quem si conservatis, addictum, deditum, obstrictum vobis habebitis. *Dolabella ad Cicer. Fam.* 9. ep. 9. Animus tibi deditissimus. *Eutrop.* l. 10. ep. 15. Uxoribus deditior. *Cic. pro Mil.* c. 33. *extr.* Vir bonorum voluntati, et auctoritati Senatus deditus. *Id. Fam.* 5. ep. 8. *a med.* Hoc sum magis Publio deditus, quod me hoc tempore maxime et observat, et diligit. *Tibull. in fin.* eleg. 5. l. 1. semper tibi dedita serviit mens mea. ¶ *Dedita opera* est data opera, de industria, *on purpose, designedly*, ἐκ προνοίας. *Terent. Eun.* 5. 2. 1. Apud Antiphontem uterque, mater, et pater, quasi dedita opera domi erant, ut nullo modo introire possem, quin viderent me. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 3. et lib. 15. ep. 4. *a med.* Hanc epistolam si illius tabellario dedissem, veritus sum, ne solveret: itaque misi dedita opera. *Id.* 3. *de Orat.* c. 50. Ut nec nos id, quod faciemus, opera dedita facere videamur. ¶ Est etiam applicatus, inclinatus, intentus, studiosus, *given up, devoted, addicted, attached to, fond of. Cic.* 1. *Fam.* ep. 7. *sub fin.* Studiis omnibus a pueritia deditus. *Id. pro Dom.* c. 49. Homo religionibus deditus. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 13. Vita vitiis flagitiisque omnibus dedita. *Senec.* apud *Gell.* l. 12. cap. 2. Viri Ennio dediti. *Sueton. in Calig.* c. 55. Prasinæ factioni addictus et deditus. *Senec.* epist. 58. *ad fin.* Vino deditus. *Sallust. in Catil.* c. 2. Dediti ventri atque somno. et cap. 13. Animus quæstui atque sumptui deditus. *Liv.* l. 1. cap. 9. Ubi spectaculi tempus venit, deditæque eo mentes cum oculis erant. ¶ Cum ablat. et in præposit. *Catull.* carm. 60. *epithal. Jul. et Manl.* Non tuus levis in mala Deditus vir adultera. *Lucret.* l. 4. v. 812. Cur igitur mirum est, animus si cetera perdit, Præterquam quibus est in rebus deditus ipse? et lib. 3. v. 648. in pugnæ studio quod dedita mens est.

DEDO, is, dedidi, deditum, a. 3. *to give, give up, submit*, ἐκδίδωμι, idem quod do, trado, addico: de autem augendi vim habet, ut significet, totum et omnino dare. Hinc *Festus* dedita exponit valde data. *Cic. post redit. ad Quir.* c. 5. Dedere aliquem constrictum hostibus. *Id. pro Mil.* c. 1. aliquem telis militum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 40. Cum eum paterpatratus Numantinis dedidisset. *had delivered up. Plaut. Bacch.* 1. 1. 60. Tibi me mancupo, tuus sum, tibi dedo operam. *Vetus Poeta* apud *Cicer. pro Cæl.* c. 16. Dede, ac disjice, per me licebit: si egebis, tibi dolebit. *h. e.* largire, profunde, dissipa. Al. aliter leg. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 36. Dedere aliquem in cruciatum. *Terent. Andr.* 1. 2. 28. aliquem in pistrinum. *Liv.* l. 1. c. 5. alicui quempiam ad supplicium. *Senec.* ep. 104. *post med.* et *Colum. sub init. præfat.* l. 1. noxæ. *h. e.* dare ad supplicium. *Virg.* 4. *Georg.* v. 90. neci. *Terent. Andr.* 5. 4. 50. Davo istuc dedam negotii. *consign. h. e.* committam, mandabo. *Cic. pro Arch.* c. 10. *extr.* Dedere aures suas poetis. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 370. Dedere nuptam marito. *Lucret.* l. 2. v. 1041. manus. *h. e.* dare, se victum fateri. ¶ Sæpe autem significat in potestatem et arbitrium alterius subjicere, tradere, ut cum victi se dant victoribus. *Cic.* 5. *Attic.* ep. 20. Pindenissæ se mihi dediderunt. *have surrendered themselves into my hands. Plaut. Amph.* 1. 1. 103. Dedere se in ditionem et arbitratum hostium. *to surrender at discretion. Liv.* l. 7. cap. 31. Populum, urbem, agros in alicujus ditionem dedere. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 28. Legatos ad Cæsarem miserunt, seque ei dediderunt. ¶ Translate *Terent. Andr.* 5. 3. 26. Tibi, pater, me dedo: quidvis oneris impone, impera. *I give myself entirely up to you. Id ibid.* 1. 1. 35. Sic vita erat: facile omnes perferre ac pati; cum quibus erat cumque una, iis se dedere, eorum obsequi studiis. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 2. Patria, pro qua mori, et cui nos totos dedere debemus. *Id.* 6. *Verr.* cap. 42. Ejus religioni te vinctum adstrictumque dedamus. *Id.* 9. *Attic.* ep. 4. Dedere se totum ægritudini. *Id.* 2. *de Fin.* c. 20. *extr.* aliquem libidini alterius. *Id. in Orat.* c. 43. se desidiæ, aut mœstitiæ. *Id. pro Quint.* c. 18. *extr.* aliquem cupiditati, et crudelitati inimici. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 21. se lamentis muliebriter lacrimisque. ¶ Frequenter etiam ponitur pro applicare, intendere animum alicui rei, incumbere, *to give himself up, apply or devote himself. Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 5. Abduco me ab omni reipubl. cura, dedoque litteris. *Idem* 1. *de Orat.* c. 3. Dedere se musicis, et studio litterarum. *Id. ibid.* l. 3. c. 15. se studio Philosophiæ. *Id.* 1. *Offic.* c. 21. se doctrinæ. *Id.* 1. *de Orat.* c. 12. se ad audiendum, legendum, scribendumque. *Liv.* l. 1. c. 31. animum sacris. *Gell.* l. 2. c. 21. se ad litteras. ¶ *Dedier* paragoge infiniti passivi pro *dedi*, *Liv.* l. 1. cap. 32. in veteri formula. [¶ Particip. *dedens* et *dediturus* apud *Liv.* l. 9. c. 9. Coegissent nos verba legitima dedentium urbes nuncupare. *Cæs. de Bell. Gall.* l. 5. c. 20. Pollicentur sese ei dedituros.]

DEDOCĔO, es, cui, ctum, a. 2. *to unteach, teach otherwise*, μεταδιδάσκω, secus, quam quis ductus est, doceo, contrarium doceo. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 17. Cum aut docendus est is, aut dedocendus. *Id.* 1. *de Fin.* c. 6. *ad fin.* Si a Polyæno geometriam discere maluisset, quam illam etiam ipsum dedocere. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 408. moneo regnorum audia temet Dedoceas. *Horat.* l. et od. 2. v. 10. Virtus populum falsis dedocet uti.

DEDOLĀTUS, a, um, *cut, chipped, hewed*, dolatus. *Colum.* l. 11. c. 2. *post init.* Ridicas findere, et dedolatas utraque parte exacuere. *Apul.* l. 6. *Metam.* Vasculum crystallo dedolatum. *h. e.* lævigatum, affabre factum.

DELOLĔO, ōles, lui, litum, n. 2. *to give over grieving, grieve no more*, ἀπαλγέω, dolere desino. *Ovid. de remed. amor.* v. 293. Optimus ille fuit vindex, lædentia pectus Vincula qui rupit, dedoluitque semel. Adde 3. *Fast.* v. 480.

DEDŎLO, as, avi, atum, a. 1. *to chip, cut, hew, square, fashion*, ἀποκνίζω, ἀποξέω, idem quod dolo, vel valde dolo. *Colum.* l. 4. cap. 26. Pedamenta post putationem retractanda sunt, partesque eorum putres dedolandæ. *Plin.* l. 16. c. 39. Ne qua dedolanda arbos sternatur ante editos suos fructus. *let no tree destined to be cut down.* Jlocalariter *Plaut. Men.* 5. 2. 105. Securim capiam ancipitem, atque hunc senem exossabo, dein dedolabo assulatim viscera. *Apul.* l. 7. *Metam.* Fustium quoque crebris ictibus dedolabar. *h. e.* verberabar. ¶ Ab eodem lib. 9. *Metam.* adhibetur obsceno sensu, ea ratione, qua *Horat.* permolere.

DEDŪCO, is, uxi, uctum, a. 3. *to bring down, fetch or pull down*, κατάγω, ἐξάγω, e loco superiore in inferiorem duco, detraho. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 76. sunt deducentia ramos Pondere poma suo. *Liv.* l. 21. c. 37. Molliunt anfractibus modicis clivos, ut non jumenta solum, sed elephanti etiam deduci possent. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 21. Consul concionari conantem de rostris deduxit. *Virg. Ecl.* 6. v. 71. Cantando rigidas deducere montibus ornos. *to draw down. Liv.* l. 38. c. 26. Equitatum ad pedes deducere. *to dismount. Virg.* 1. *Georg.* v. 269. rivos deducere nulla Relligio vetuit. *Macrob.* ad hunc locum l. 3. *Saturn.* c. 3. *ad fin.* Quod ait deducere, nihil aliud est, quam detergere. nam festis diebus rivos veteres sordidatos detergere licet, novos fodere non licet. *Serv.* exponit, siccare. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 405. Deducere vestem humero ad pectora. *Quintil.* l. 11. c. 3. Deducere manum ad imum ventrem. *Cato de R. R.* c. 157. *de brassica.* De capite, et de oculis omnia deducet, et sanum faciet. *Plin.* l. 25. c. 8. Invenerunt et canes canariam, qua fastidium deducunt. *h. e.* cient vomitum. *occasion. Petron. in Satyr.* c. 137. tremulo deduxit vertice canos, Consecuitque genas. ¶ *Deducere vela* est expandere, et vela facere, *to unfurl, unfold, spread, extend*, quia ex antennis, ubi, cum contractæ sunt, involutæ manent, deorsum ducuntur, et explicantur. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 663. remorum verbere perstant, Velaque deducunt, geminaque ope currere tentant. *Id.* l. 11. v. 477. totaque malo Carbasa deducit, venientesque excipit auras. Adde lib. 6. v. 223. et *Lucan.* l. 2. v. 697. ¶ *Deducere naves* est ex navalibus, vel portu in mare ducere, *to launch, bring down from land to sea.* Cui contrarium est *subducere. Virg.* 3. *Æn.* v. 69. vocat auster in altum: Deducunt socii naves, et litora complent. Adde *Liv.* l. 30. cap. 3. 4. et 9. V. *Navis.* ¶ Est etiam *deducere* de loco ad locum ducere, traducere, abducere, *to convey, conduct, remove, bring or lead forth. Liv.* l. 34. c. 35. Deducere præsidia ab oppidis. et *ibid. ad fin.* præsidia civitatibus. *Cic. Attic.* 7. ep. 14. de oppidis præsidia. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 9. Ubiis imperat, ut pecora deducant. *scil.* ex agris. et lib. 4. c. 30. Suos clam ex agris deducere cœperunt. *Cic.* 1. *Agrar.* c. 5. Deducere colonias. *to transplant.* V. *Colonia.* ¶ Et absolute eodem sensu, *Id. Phil.* 8. c. 3. Latronibus suis Urbem se divisurum confirmat, deinde omnibus portis, quo velint, deducturum. *h. e.* in quascumque velint colonias missurum. Adde *Nepot. in Timol.* c. 3. ¶ Item adducere, *to conduct, lead out. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 27. Eductos ex hibernis milites ad Labienum deducere. *Cic. pro Flacc.* c. 4. Qui ad hoc judicium deducti non sunt. ¶ Item simpliciter, ducere. *Horat.* l. 1. *od. pænult. extr.* Deduci triumpho. *h. e.* duci in triumpho. *Petron. in Satyr.* c. 101. Deducere navem in portum. *h. e.* a recto cursu in portum ducere. ¶ Item comitari, *to accompany, attend out of respect, set on the way*, præsertim officii causa. *Liv.* l. et cap. 23. Tempus sedulo terens, ne deducendi sui causa populum de foro abduceret: neque tamen elanguit cura hominum ea mora; frequentesque eum domum deduxerunt. *Cic. Fam.* 10. ep. 12. Cum magna multitudo optimorum civium me domo deduceret. *Id. de Senect.* c. 18. Salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci. *to be accompanied out of respect, set on the way.* Cur autem hoc verbo uterentur V. in *Descendo.* ¶ Item subducere, deminuere, *to withdraw, subtract, diminish. Terent. Eun.* 2. 3. 23. Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt: deducunt cibum. *Cato R. R.* c. 144. Scalæ si non erunt, reddet æquas, aut arbitratu deducetur. *scil.* de salario. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 18. Ut boni ratiocinatores, addendo et deducendo videre, quæ reliqui summa fiat. ¶ Item perducere, conciliare; lenonium verbum. *Cic.* 5. *Verr.* c. 34. Qui ad istum deduxerat Tertiam, Isidori mimi filiam. *Idem* jocans in Cæsarem, alludensque ad hanc et superiorem notionem, apud *Sueton. in ejus vita*, c. 50. Quo melius emptum sciatis, Tertia deducta est. ¶ Item protrahere, differre, *to protract, put off. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 51. Spe conficiendi negotii, prope in noctem rem deduxerant. ¶ Item expellere, privare, *to deprive, depose, spoil. Liv.* l. 34. cap. 58. Deducere aliquem ex possessione. *Cic. pro Cæcin.* c. 7. De fundo Cæcina moribus deduceretur. *Hirt. de B. Alex.* c. 33. Arsinoen deducere ex regno statuit. ¶ Translate *Cicer. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 13. In eam rationem vitæ nos fortuna deduxit, ut &c. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 126. Deduc orationem tuam de eo loco ad hæc citima. *Id.* 2. *de Divin.* c. 26. Conjectura omnis ingeniis hominum in multas ac diversas, aut etiam contrarias partes sæpe deducitur. *Id. ad Cæs. post* ep. 11. l. 9. *ad Attic.* Spe deducebar ad eam cogitationem, ut, &c. *Id.* 4. *Acad.* c. 36. Quæ tandem ea est disciplina, ac quam me deducas, si ab hac abstraxeris? *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 5. Deducere rem ad otium. *Id. ibid.* c. 4. rem ad arma. l. 7. *B. Gall.* c. 63. Rem in controversiam. ¶ Præterea multiplices habet usus. Interdum enim significat inducere, adducere, *to bring, lead, move, induce. Cic.* 2. *de Orat.* c. 45. Ut is qui audit, ad fletum et misericordiam deducatur. *Plin.* l. 1. ep. 8. Deducere in sententiam. *Planc. ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 23. in fraudem. *Quintil.* l. 4. c. 2. in periculum. *Liv.* l. 36. c. 7. in societatem belli. *Ibid.* c. 5. Petebant, ne se temere in causam deduceret. *that they might not be drawn in to be a party. Cels.* l. 3. c. 18. *circa med.* Deducere ad cibum non desiderantem. *to provoke an appetite; to create a false appetite.* ¶ Interdum abducere, abstrahere, *to turn or draw away, distract. Quint. Cic. de petit. consul.* c. 10. Deducere de animi pravitate. *Cic.* 2. *Verr.* c. 9. Cujus divitiæ me de fide deducere non potuissent. *Id. de clar. Orat.* c. 25. *sub fin.* Deduci de sententia. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 25. Homo sane levis Heracleotes Dionysius, cum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore deductus est. *h. e.* dolore coactus sententiam mutavit. *Id. Verr.* 3. c. 6. Pecunia deducere aliquem ab acusatione. et lib. 1. *Fam.* ep. 1. Quod instituit referre de religione, ab eo deduci non potest. *he cannot be brought to forego that opinion. Senec. de consol. ad Mare.* c. 20. Mors juvenile ævum in flore deducit. *h. e.* a vita abstrahit. *Lucret.* l. 1. v. 370. Deducere aliquem vero. *to draw aside. h. e.* aberrare facere. *Cic.* 2. *de Orat.* cap. 83. *extr.* Nihil tam facile, quam multitudo, a tristitia, et sæpe ab acerbitate, commode et breviter, et acute et hilare dicto deducitur. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 59. Eloquentia deducimus perterritos a timore. ¶ Absolute pro a recta in pravam sententiam deducere, *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 37. Celeriter adolescentibus et ratione magistratus, et præmio deductis. *drawn aside, seduced.* ¶ Nonnunquam redigere, *to reduce. Cic.* 2. *Catil.* c. 2. Rem huc deduxi, ut tum palam pugnare possetis, cum hostem aperte videretis. *Id.* 4. *Fam.* ep. 2. Quem in locum res deducta sit, vides. *to what a pass the matter is brought. Id. pro Rosc. Com.* c. 12. Ergo huc universa causa deducitur, utrum, &c. *amounts to this*, &c. *Horat. de art. Poet.* v. 129. Iliacum carmen deducere in actus. *to make the subject of a tragedy.* ¶ Et perducere *Ovid.* 2. *Trist.* v. 560. In tua deduxi tempora, Cæsar, opus. *have brought down.* Et 1. *Metam.* v. 3. primaque ab origine Mundi Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. ¶ Aliquando est ducendo attenuare, subtilem facere, *to draw out, spin. Enn.* apud *Non.* cap. 2. n. 364. Deducunt habiles gladios filo gracilento. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 36. levi deducens pollice filum. Adde l. 1. *Amor.* el. 14. v. 7. ¶ Hinc translate *Id.* 1. *ex Pont.* ep 5. v. 13. luctor dudcere versum: Sed non fit fato mollior ille meo. *Valer. Max.* l. 3. c. 7. n. 1. *extern.* Triduo non ultra tres versus deducere. *to spin, write.* ¶ Deducere vocem, *to contract, render more shrill. Pompon.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 4. Vocem deducas oportet, ut mulieris videantur verba. V. *Deductus.* ¶ Illud *Senecæ* a pictoribus ductum est, epist. 95. *sub fin.* Bonorum virorum formam et lineamenta deducere. *to pourtray, copy.* verbis describere, ut pictores penicillo.

DEDUCTA, æ, f. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 20. Ut si in testamento deducta scripta non sit, ipsique minus ceperint, quam omnibus heredibus relinquatur, sacris ne alligentur. *h. e.* deductio pecuniæ, quæ fiebat, ne heres sacris alligaretur: deductis enim a parte suæ hereditatis centum nummis, liberabatur heres a sacris defuncti, quia si tantundem cepisset, quantum ceteri heredes, alligabatur sacris, ut *Cic. ibid.* c. 21. docet. Sed priore loco alii aliter legunt.

DEDUCTIM, adverb. deducendo: tanquam Latinum agnoscitur a *Diomed.* l. 2. pag. 168. *Putsch.* sed nullo confirmatur auctore.

DEDUCTĬO, onis, f. *a bringing or leading forth, conducting*, actus deducendi, παραγωγή. *Pompon. Dig.* lib. 23. tit. 2. leg. 5. Deductio sponsæ in domum mariti. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 44. Ex quo illa admirabilis a majoribus Albanæ aquæ facta deductio est. *a draining, drawing off.* Sic *Id. in Top.* c. 8. Partium distributio sæpe est infinitior, tanquam rivorum a fonte deductio. *Id.* 2. *Phil.* c. 25. In oppida militum crudelis et misera deductio. *introduction.* ¶ Item expulsio *Id. pro Cæs.* c. 10. Cum Æbutius Cæcinæ malum minaretur, ibi tum Cæcinam postulasse, ut moribus deductio fieret. *h. e.* de fundi possessione ejectio: et videtur esse verbum forense. ¶ Item transportatio in coloniam, *the leading or transplanting of a colony*, ἀποικισμός. *Id.* 1. *Agrar.* c. 5. Quæ erit in istos agros deductio. *Plin.* l. 2. c. 52. Deductio oppidorum. ¶ Item detractio, diminutio. *a withdrawing, diminution, deduction. Id. in Divin. Verr.* c. 10. Ex qua pecunia, etiam si cuperet Prætor, tamen ne qua deductio fieret, magna ex parte tua potestas

erat. Ubi *Asconius:* Modo deductio dispendium significat: alias deductio imminutio est etiam justa. *Cic. Verr.* 5. c. 78. Deductiones facere. ¶ Translate *Senec.* l. 2. *de Benef.* c. 4. Ut beneficia tua integra ad eos, quibus promissa sunt, perveniant, sine ulla, quod aiunt, deductione. Colligitur hinc, *sine ulla deductione* formulam fuisse in rationibus usitatam, quod et *Lips.* adnotat *ad hunc loc.* affertque hanc *Inscription. Hispaniens.* (*Gruter.* pag. 1. n. 5.) Signum Panthei testamento fieri, ponique ex argenti libris C sine ulla deductione. *et hanc.* Heredes sine ulla deductione XX posuere. *Senec.* ep. 58. *a med.* Annum unum atque octogesimum implevit, sine ulla deductione. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Invent.* c. 14. Ex deductione rationis illa summa nascitur controversia, quam judicationem appellamus. *h. e.* ex infirmatione, et depulsione, uti eam vocat *Quintil.* l. 3. c. 6.

DEDUCTO, as, frequentat. a *Deduco.* V. in *Deductus.*

DEDUCTOR, oris, m. *a client who on public occasions attends his patron,* προπομπὸς, qui deducit aliquem domo, officii [† vel honoris] causa. *Q. Cic. de petit. consul.* c. 9. Hujus rei tres partes sunt: una salutatorum, altera deductorum, tertia assectatorum. *Plin.* l. 4. ep. 17. Ille meus in inchoandis honoribus deductor et comes. ¶ Item qui adducit, affert, *a bearer. Tertull. de Cor. mil.* c. 4. Spiritus Dei deductor omnis veritatis.

DEDUCTORIUS, a, um, ad deducendum, et detrahendum pertinens, ut *deductoria medicamenta,* quæ alvum ducunt, apud *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 9. Et *deductorius cuniculus* in stabulis, per quem lotium animalium foras deducitur, apud *Veget. de re Veterin.* l. 1. c. 56. ¶ Et *deductorium,* ii, absolute, ἀπαγώγιον, pro canali, quo humor alio deducitur. *Pallad. in Novemb.* tit. 7. *ad fin.* Locus deductoria liquoris accipiat, ne humor insidens limo germen exstinguat.

DEDUCTUS, us, m. deductio. *Cic.* 2. *Offic.* c. 4. Deductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes. *h. e.* deductio. V. *Deductio.* Al. leg. *ductus,* sed minus recte. *Apul.* l. 1. *Metam.* Ut ponderis deductu restis ad ingluviem adstricta, spiritus officia discluderet.

DEDUCTUS, a, um, *brought down,* deorsum ductus. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 321. Jupiter huc veniet, valida deductus ab arte. *Id.* 15. *Metam.* v. 267. eluvie mons est deductus in æquor. *Id. ibid.* l. 8. v. 104. et *Heroid. ep. ult.* v. 67. Deducta navis. *launched, brought down from land into the sea.* ¶ Item *led, conducted, brought,* ductus, adductus. *Cic. de Amicit.* c. 1. A patre ita eram deductus ad Scævolam, ut &c. *Propert.* l. 14. el. 3. v. 13. Quæ mihi deductæ fax omen prætulit. *conducted to my husband. Cic.* 2. *de Divin.* c. 32. Aqua Albana deducta ad utilitatem agri. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 7. Causa in judicium deducta. *Id. Phil.* 13. c. 13. Saxa Decidius, homo deductus ex ultimis gentibus, ut eum tribunum plebis videremus. ¶ Item ductus in coloniam. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 25. Omnibus legibus, agris publicis privatos esse deductos. *h. e.* in coloniam ex agris publicis ductos. *transplanted.* Sic cap. 26. Ne ii quidem, qui publicos (*agros*) possident, decedent de possessione, nisi erunt deducti optima conditione, et pecunia maxima. ¶ Item *derived, borrowed. Ovid.* 6. *Fast.* v. 803. Marcia sacrifico deductum nomen ab Anco. *Horat.* l. 4. od. 4. v. 19. Mos deductus. ¶ Item factus, compositus. *composed. Ovid.* 1. *Trist.* el. 1. v. 39. Carmina proveniunt animo deducta sereno. et lib. 5. el. 1. v. 71. Ipse nec emendo: sed ut hic deducta legantur, Non sunt illa suo barbariora loco. *Id. Heroid.* ep. 17. v. 88. Littera deducta mero. ¶ Item elaboratus, studio factus. *studied, laboured. Quintil.* l. 4. c. 1. *de exordio.* Neque tamen deducta semper, atque circumlata esse debet oratio, sed sæpe simplici atque illaboratæ similis. ¶ Item redactus, *reduced, brought. Cic.* 4. *Fam.* ep. 2. Quem in locum res deducta sit, vides. ¶ Item subtilis, tenuis, *light, slender, subtile,* λεπτός. *Sueton. in Aug.* cap. 79. Nasum habuit et a summo eminentiorem, et ab imo deductiorem. *lower.* Sunt qui *depressiorem* interpretantur: sed in nummis non ita apparet. *Lamprid. in Diadum.* c. 3. Nasus deductus. eod. sensu, *a pointed nose. Afran.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 4. Verbis pauculis respondit, tristis, voce deducta. *in a slender or low tone. Cornific. ibid.* Deducta mihi voce garrienti. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 144. Deducta tunc voce leo: cur tu ipsa venire Non vis huc? (Al. hic leg. *Deductat hunc voce leo:* ut sit *Deducto, as,* frequentativum a *Deduco.*) Adde *Propert.* l. 2. eleg. 24. v. 38. ¶ Translate *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 225. tenui deducta poemata filo. *written in a simple style. Virg. Ecl.* 6. v. 5. pastorem, Tityre, pingues Pascere oportet oves, deductum dicere carmen. *humble, mean, lowly. h. e.* tenue, translatione ducta a lana, quæ deducitur in tenuitatem, ut *Serv.* hic, et *Macrob. loc. cit.* exponunt. et *Quintil.* confirmare videtur lib. 8. c. 2. V. si libet, *Erythræum* in indice *Virg.* ¶ Item demissus, submissus, *cast down, lowered. Ovid. Heroid. ep. ult.* v. 165. Projicit ipse suas deducta fronte coronas. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Superciliis contractis ira, deductis tristitia, remissis hilaritas ostenditur. *Arnob.* l. 5. pag. 172. Deductus, pallidus, saucius, simulans doloris cruces. *humble, submissive.* ¶ Item divisus. *Plin.* l. 3. c. 16. Padus deductus in flumina et fossas inter Ravennam, Altinumque. Nisi forte *diductus* legendum est. Nam hæc duo facile permutantur.

DEDUX, ŭcis, qui deducitur, seu originem trahit. *Symmach.* l. 8. ep. 68. (*al.* 69.) Nisi forte Gallia tua dedux Heliconis. *Al. leg.* redux sit ab Helicone.

DEĔO, is, ivi, itum, n. a *de,* et *eo* conflatum, significat de aliquo loco abire, ut *deire jugis,* q. d. ire de jugis, apud *Stat. Theb.* l. 2. v. 551. ut ex MSS. restituit *Gronov.* et tenuisse videtur *Lactant.* vetus *Scholiast.* Alii *prodire.*

DEERRO, n. 1. *to wander from, wander out of the way, straggle, go astray,* ἀφαμαρτάνω, est de via declinare. *Virg.* 7. *Ecl.* v. 7. Vir gregis ipse caper deerraverat. *Quintil.* l. 10. c. 3. Ut obvios non videamus, et itinere deerremus. *Cic. in fragm.* apud *Lactant.* l. 6. c. 24. Iis, qui in itinere deerravissent. *Plin.* l. 11. cap. 37. sect. 66. *Hard.* Deerrare in alienum tramitem. ¶ Translate *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 9. Si non deerrabimus ab eo, quod cœpimus exponere. *to digress. Tacit. Ann.* 13. c. 29. Sors deerrabat ad parum idoneos. *fell upon improper persons. Colum.* l. 2. c. 2. Visu et sententia deerrare. *Vellei.* l. 2. cap. 3. *extr.* Deerrare recto. [pro *Vellei.* l. 2. c. 3. *extr. Deerrare recto* repone: ¶ Passive impersonaliter. *Vellei.* l. 2. c. 3. *extr.* Ubi semel recto deerratum est. ¶ Particip. *deerrans* apud *Plin.* l. 8. c. 8. Aliquo elephanto in foveas deerrante.]

[* DEESIS, is, f. δέησις, est obsecratio, vel obtestatio, qua Deos oramus, aut homines, ut *Cic. pro Deiot.* c. 3. Per dexteram istam tuam ego obtestor &c. Hæc *Jul. Rufinian. de fig. sent. et eloc.*]

DEFÆCABILIS, le, adject. qui defæcari, et purgari potest, ut *defæcabilis cisterna,* apud *Sidon.* l. 1. ep. 5.

DEFÆCATIO, onis, f. a fæce purgatio, *a cleansing from dregs, defecation. Tertull. de Anim.* c. 27. Ex carnis defæcatione.

DEFÆCĀTUS, a, um, *cleansed from dregs, purified, depurate, defecated, defecate,* ὑλιζόμενος, a fæce purgatus. *Colum.* l. 12. c. 33. Defæcatum vinum in amphoras adjicito. ¶ Item universim lotus, mundatus, *made clean. Plaut. Mostell.* 1. 3. 1. Jampridem ecastor frigida non lavi magis lubenter, nec unde me melius rear esse defæcatam. ¶ Translate *Id. Aulul.* 1. 2. 1. Nunc defæcato demum animo egredior domo. *h. e.* a timore vacuo, tranquillo, sedato. *Id. Pseud.* 2. 4. 69. Quidquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit, nunc liquet, nunc defæcatum est. *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 12. Defæcata mens. Et lib. 1. cap. 8. *a med.* Purgatus et defæcatus animus.

DEFÆCIS, ce, adject. qui est sine fæce. *Corn. Sever. de Ætna* v. 422. Quam levis excocto defæcis robore pumex. *Alii leg.* defecit. *Scalig.* priorem lectionem magis probat.

DEFÆCO, as, avi, atum, a. 1. *to cleanse from the dregs, to strain through a strainer, refine, purify, defecate,* ὑλίζω, a fæce purgo, fæcem detraho. *Plin.* l. 18. c. 26. Vina defæcari, etiam diffundi Hyginus suadet. *Prudent. Cathemer.* 7. v. 74. defæcare membra. *h. e.* lavare. ¶ Translate *Sidon.* l. 1. ep. 1. Litteras defæcandas, ut aiunt, limandasque tibi commisi.

DEFAMĀTUS, a, um, adject. fama privatus, *deprived of character, defamed. scandalized. Gell.* l. 9. c. 2. *extr.* Ut vocabula quæque eorum defamata atque emortua cum iis videantur. *Id.* l. 18. c. 3. Turpitudine pristinæ vitæ defamatissimus. *Id.* l. 14. c. 2. *ante med.* Homo spurcissimæ vitæ, ac defamatissimæ.

DEFANĀTUS, a, um, *profaned,* profanatus, pollutus. *Arnob. sub fin.* l. 4. Spatiola defanata.

DEFARINĀTUS, a, um, *pulverized,* adject. in farinam redactus. *Tertull. cont. Valentin.* c. 31. Horreum ad molas delatum, et defarinatum.

DEFATIGATĬO, onis, f. *a wearying, tiring, fatiguing; weariness, fatigue,* καταπόνησις, actus defatigandi. *Cic. de Senect.* c. 11. Corpora quidem exercitationum defatigatione ingravescunt, animi autem se exercendo levantur. *Id.* 5. *Phil.* c. 7. Defatigatio et satietas. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 28. Defatigatio miseriarum ægritudines facit leniores. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 27. Sine defatigatione equorum in castra se recipere.

DEFATIGĀTUS, a, um, *wearied greatly, tired out, fatigued,* labore confectus, κατάπονος. *Cic.* 10. *Fam.* ep. 19. Sed mehercule in ea conservanda jam defatigatus, non multo plus faveo patriæ, quam tuæ gloriæ. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 40. Galli defatigati diuturnitate belli. *Id. ibid.* l. 5. c. 16. Ut integri recentesque defatigatis succederent. *Hirt. de B. Afric.* c. 18. et *Cato* apud *Gell.* l. 3. c. 7. Jumenta ex nausea recenti, siti, languore, vulneribus defatigata. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 9. Animi defatigati ab adversariis multitudine verborum. [Translate *Colum. init.* lib. 1. Ubertate nimia prioris ævi defatigatum et effetum solum.]

DEFATĪGO, as, avi, atum, a. 1. *to weary or tire greatly, tire out, fatigue,* καταπονέω, lassum reddo. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 41. Cum crebro integri defessis succederent, nostrosque assiduo labore defatigarent. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 85. Exercitum quotidianis itineribus defatigare. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 12. *extr.* Ille vero non modo censores, sed etiam judices omnes potest defatigare. *Id.* 2. *de Orat.* c. 41. Ne qui audit defatigetur similitudinis satietate. et lib. 3. c. 36. Profecto nunquam conquiescam, neque defatigabor, antequam percepero, &c. *Id. pro Marcell.* c. 6. *sub fin.* Noli in conservandis bonis viris defatigari. ¶ Cum infinito, *Lentul. ad Cicer. Fam.* 12. ep. 14. *ad fin.* Nec defatigabor permanere non solum in studio libertatis, sed etiam in labore et periculis. ¶ Legitur etiam *defetigo,* et *defetigatus* in quibusdam MSS. *Cæsaris,* et *Gell.* l. 15. cap. 8. ¶ Item *diffatigo. Plaut. Epid.* 1. 2. 15. Edepol clamore diffatigor, differor. Pleriq. omn, leg. *defatigor.*

DEFATISCENS, entis, *feeble, languishing,* fatiscens. *Plin.* l. 17. c. 2. Tempestiva frigora plurimum arborum firmitati conferunt, et sic optime germinant: alioquin si blandiantur austri defatiscentes.

DEFECTIO, onis, f. *a failing, defect, failure, want,* ἔκλειψις, actus deficiendi, defectus. *Cic. de Senect.* c. 9. Defectio virium. *Frontin. de aquæduct.* artic. 91. aquarum. *Macrob.* 2. *Satur.* c. 5. pecuniæ. *Plin.* l. 23. *proœm.* Pampini mulierum a conceptu defectioni prosunt. *fainting, swooning, swoon, qualm.* Sic *Sueton. in Calig.* c. 50. Nonnunquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet ac sufferre vix poterat. *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 2. *circa med.* Biennio continuo, Cleopatra regnante, Nilum non ascendisse constat. Significatam aiunt duobus rerum potentibus defectionem. Antonii enim, Cleopatræque defecit imperium. ¶ Defectio solis, aut lunæ, *an eclipse. Cic.* 2. *de Divin.* c. 6. Solis defectiones, itemque lunæ, prædicuntur in multos annos. Adde *Senec.* l. 1. *quæst. natur.* c. 12. ¶ Defectio animæ, *want of breath, Cels.* l. 7. c. *ult.* Sæpe in ipso opere vel profusione sanguinis, vel animæ defectione moriuntur. Defectio animi, *want of courage. Cic.* 3. *Attic.* ep. 18. Quintus frater, qui me tam valde amat, omnia mittit spei plena, metuens, credo, defectionem animi mei. ¶ Translate est voluntatis, studiique alienatio, rebellio, ἀπόστασις. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 4. Multa convenerunt, quæ mentem exturbarent meam: subita defectio Pompeii, alienatio consulum. *the fact of Pompey having suddenly abandoned me.* et *Nepos in Datam.* c. 7. Ad regem transiit, et de defectione patris detulit. *the revolt. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 54. Admaturare defectionem. *Curt.* l. 9. c. 10. moliri. *Liv.* l. 23. c. 15. attentare. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 24. ceptare. et lib. 6. c. 36. Ad defectionem trahere. et translate *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 2. Intemperantia est a tota mente, et a recta ratione defectio. ¶ Pro figura ellipsi, vel alia simili, qua verbum aliquod subticetur, *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 8. Respondit Servius, sic hoc dictum esse, ut pleraque dici per defectionem solent. De illo *Virgilii* versu sermo est, 7. *Æn.* v. 187. Ipse Quirinali lituo, parvaque sedebat Succinctus trabea. Porro *Macrob.* more suo hæc descripsit a *Gell.* l. 5. cap. 8. qui hoc eodem sensu usurpat etiam l. 12. c. *pænult.*

DEFECTĪVUS, a, um, *imperfect, defective,* ἐλλειπτικός, mancus, imperfectus. *Tertull. adv. Valent.* c. 14. Defectiva, et abortiva genitura. *Cœl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 10. Defectiva febris. *h. e.* intermittens. *an intermittent fever.* ¶ *Defectiva verba,* aut *nomina* apud Grammaticos sunt, quæ aliquibus modis, aut temporibus, aut personis carent, aut casibus. *Charis.* l. 3. *Diomed.* l. 1. *Priscian.* l. 8. *Phocas,* et alii. *defective verbs and nouns.*

DEFECTOR, oris, m. *one who revolts; a rebel,* ἀποστάτης, qui deficit. *Sueton. in Ner.* c. 43. Revocatis ad pœnitentiam defectoribus. Adde *Tacit.* 12. *Ann.* c. 50. et *Justin.* l. 16. c. 1. *a med.*

DEFECTRIX, icis, f. quæ deficit, *she that is defective,* ut Defectrix virtus, *Tertull. advers. Valent.* c. *pænult.*

DEFECTUS, us, m. idem quod defectio, *a defect, want, deficiency, weakness, failing. Plin.* l. 20. c. 23. Semen decoctum, lactisque defectu potum, mammas replet. *where there is a deficiency of milk. Id.* l. 24. c. 13. Etiam si extra ceciderit defectu mittentis. *from some fault on the part of the thrower. Id.* l. 34. c. 2. Æs velocis defectus. *that soon fails. Id.* l. 19. c. 5. *a med.* Defectus stomachi. *Id.* l. 20. c. 2. *ad fin.* Defectus animi. *a swoon, qualm. Virg.* 2. *Georg.* v. 478. Defectus solis, *an eclipse. Cicer.* 2. *de nat. Deor.* c. 19. *de luna.* Ejus species et forma mutatur tum crescendo, tum defectibus in initia recurrendo. *while it is waning. Plin.* l. 37. c. 9. Quintum genus amethystorum ad viciniam crystalli descendit, albicante purpura defectu. *h. e.* colore purpuræ deficiente, seu desinente in albicantem. ¶ Item *a rebellion, revolt, defection. Capitolin. in Macrin.* c. 8. Defectu legionum interemptus est.

DEFECTUS, a, um, *wanting, deficient, imperfect, having lost,* ἐκλελειμμένος, qui aliqua re deficitur, destitutus, privatus, deficiens. *Quintil.* l. 3. c. 1. *ante med.* Aquiciboque defecti de facienda deditione deliberant. *Si* l. 3. v. 301. Africa defecta viris. *Plin.* l. 8. c. 16 Leones defecti dentibus. *Cels.* l. 2. c. 8. *ad fin.* Mulier menstruis defecta. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 194. et defecto vigore Ipsa sibi est oneri cervix. *Stat.* 6. *Theb.* v. 79 Defectus genibus. *whose knees totter under him. Tibul.* l. 2. *el.* 5. v. 75. Sol defectus lumine. *eclipsed.* *A* leg. *lumina* Græca constructione eod. sensu. ¶ *Defecta nomina,* debitores, qui a solvendo cessaverunt. *Pau*

Dig. lib. 22. tit 1. leg. 11. *sub fin.* Pro defectis nominibus compensationes majorum usurarum fieri. ¶ *Defectus facultatibus*, qui decoxit, *a bankrupt. Ulpian.* lib. 23. tit. 3. leg. 33. Si qui dotem promisit, defectus sit facultatibus. ¶ Absolute significat confectum, debilitatum, languentem, *wasted, spent, worn out, decayed, weak, languid. Phædr.* l. 1. fab. 21. Defectus annis, et desertus viribus leo. *Colum. in præfat.* l. 1. E turba pedissequorum, lecticariorumque defectissimum annis et viribus in agrum relegat. *Martial.* l. 13. epigr. 77. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cycnus funeris ipse sui. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 285. Defectus laboribus. *Id. ibid.* v. 489. defectaque Pergama monstris Eripe. *Colum.* l. 5. c. 6. *extr.* Arbor senio defecta. *Apul. in Apolog.* Cur in planis speculis ferme pares imagines videantur; in tumidis et globosis omnia defectiora; at contra in cavis auctiora. *h. e.* minora, tenuiora. ¶ Apud *Cicer. Attic.* 13. ep. 23. Libri ad Varronem non morabantur. sunt enim defecti, ut vidisti. *h. e.* confecti, perfecti, de hoc loco augente vim significationis. Alii aliter leg. ¶ *Defectum, i*, absolute. *Cic. pro Sext.* c. 64. Ille ad eos, a quibus audiebatur, quotidie aliquid defecti afferebat. Al. leg. *de me ficti*, alii aliter. [¶ Est etiam qui rebellionem, vel defectionem fecit. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 673. Pace domi facta, signum posuero Perennæ, Quod sibi defectis illa tulisset opem. *h. e.* quod illa plebi Romanæ, quæ in montem sacrum secesserat, liba paravisset.]

DEFENDO, is, endi, ensum, a. 3. *to keep or ward off, keep away, repel*, ἐκ ποδῶν ποιοῦμαι, ἀλέξω, εἴργω, ἀπείργω, arceo, prohibeo, depello, propulso: quæ admodum propria est, et Latina hujus verbi significatio, ut ait *Gell.* l. 9. c. 1. Est autem ab obsoleto *fendo* (teste *Priscian.* l. 6. pag. 829. *Putsch.* et lib. 11. pag. 923.) *Cato R. R.* c. 141. Mars pater, te precor, uti tu morbos, calamitates prohibessis, defendas, averruncesque. *Cic. de Senect.* c. 15. *a med.* Vitis vestita pampinis nimios solis defendit ardores. *Ovid. de remed. amor.* v. 625. Defendere ignem a tectis. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 15. toga quæ defendere frigus, Quamvis crassa, queat. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 409. haud passi sociis defendere noctem Culminibus. *Enn.* apud *Non.* c. 4. n. 113. et *Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 9. c. 1. Defendere hostes a pinnis. *Cic. pro Mil.* c. 4. vim illatam. *Id. pro Mur.* c. 3. pericula civium. *Id.* 3. *Offic.* c. 18. et *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 7. injuriam, et propulsare. et l. 2. *B. Civ.* c. 2. jactus ignis, et lapides. et *B. Gall.* l. 1. c. 44. bellum. *Virg.* 10. *Æn.* v. 905. hunc, oro, defende furorem. *Sil.* l. 7. v. 170. Defendere sitim lympha. *to quench his thirst.* ¶ Cum dativo *Virg. Ecl.* 7. v. 47. Solstitium pecori defendite. *ward off from the flocks. Horat.* l. 1. od. 17. v. 3. Faunus igneam defendit æstatem capellis. *Sil.* l. 5. v. 490. cohors defendere nescia morti dedecus. *Id.* l. 17. v. 431. sed gloria Pellæ Non valuit misero defendere Daunia tela. *Stat.* 9. *Theb.* v. 318. senium defendere famæ. *h. e.* obsistere, ne fama consenescat, et pereat. *Plaut. Mostell.* 4. 2. 20. Defendere injuriam foribus. ¶ Et quia mala propulsando nos tuemur, sæpissime pro servare, tueri, propugnare vel re, vel oratione, usurpatur, *to defend, keep, protect, guard, preserve, support*, διασώζω, ἀμύνω, ἀσπίζω. *Cic. pro leg. Manil.* c. 6. Provinciam non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis defendere. *Virg. Ecl.* 7. v. 6. teneras defendo a frigore myrtos. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 384. ab acutæ vulnere falcis, A pecoris morsu frondes defendere. *Cæs.* l 1. *B. Civ.* c. 7. existimationem et dignitatem suam ab inimicis. *Cic. pro Mil.* c. 2. *extr.* vitam a telis inimicorum. *Id. Agrar.* 2. c. 19. Defendi ab aliquo paludibus, itinerum angustiis, et altitudine montium. *Id. Fam.* 11. ep. 25. *a med.* Defendere aliquem contra iniquos. *Id. pro Sull.* c. 2. innocentium alicujus. et *ibid.* aliquem de ambitu. *Id.* 1. *de Orat.* c. 38. Armis prudentiæ causas tueri, atque defendere. *Id. pro Sull.* c. 31. Scelus nullum defendere, ac tegere. et cap. 18. Defendere et protegere jacentem et spoliatum. *Id. in Pison.* c. 2. Senatus auctoritatem sustinere contra invidiam atque defendere. *Id. Phil.* 8. c. 4. Pacem defendi, otio studui. *Nepos in Themist.* c. 4. Accessit astu, idque, nullis defendentibus, incendio delevit. *Cels.* l. 4. c. 5. Defendere valetudinem iisdem rebus, quibus reddita est. *to preserve. Cic. pro Quint.* c. 13. Ut locum suum, quem adhuc honestissime defendit, obtineat. *Id. pro Sull.* c. 4. Hunc defendunt, qui huc adsunt. *protect him.* ¶ In disputationibus est ratione asserere, *to maintain, assert, support. Cic.* 2. *de Orat.* c. 38. Carneades nullam unquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit; nullam oppugnavit, quam non everterit. *Id.* 3. *de Fin.* c. 21. Gravissime et verissime defenditur, nunquam æquitatem ab utilitate posse sejungi. *Tacit. Ann.* 13. c. 43. Ille nihil ex his sponte susceptum, sed principi paruisse, defendebat. ¶ Item afferre, allegare in defensionem, *to bring forward in the way of defence, allege as a plea or excuse. Cic.* 5. *Verr.* c. 37. Sed quid ego ex te quæro, quid defensurus sis, cum &c? *Id.* 7. *Verr.* c. 58. Cui si etiam, quod defendit, velim concedere, tamen &c. ¶ Item vindicare, asserere, suum esse. *to claim, assert. Ulpian. Dig.* lib. 5. tit. 3. leg. 7. Et libertatem et hereditatem ex testamento sibi defendebat. ¶ Item ulcisci. *Id. Dig.* lib. 38. tit. 2. leg. 14. Si patris mortem defendere necesse habuerit. Adde *Macrum ibid.* lib. 48. tit. 2. leg. 11. &c. ¶ Item curare, contendere. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 47. Sciunt me id maxime defendisse, ut ii vincerent, qui vicerunt. ¶ Invenitur et pro simplici tego, operio, *to cover. Stat.* 7. *Theb.* v. 244. Antigone teneras defenditur atra Veste genas. [¶ Particip. *defendendus* apud *Hirt. de Bell. Gall.* l. 8. c. 59. Cum Cæsaris causam dignitatemque defendendam suscepisset.]

DEFENERĀTUS, a, um, fenore obstrictus. *Apul. in Apolog.* Pater ejus multis creditoribus defeneratus.

DEFENĔRO, as, a. 1. *to ruin by usury*, fenoribus faciendis exhaurio. *Cic. Parad.* 6. c. 2. Dimissiones libertorum ad defenerandas diripiendasque provincias.

DEFENSA, æ, f. *defence, support, revenge*, defensio, ultio. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 18. A Deo exspectare defensam.

DEFENSĬO, onis, f. *a defending, defence*, προστασία, ἀπολογία, actus defendendi, propugnatio, patrocinium. *Cic. Fam.* 1. ep. 7. Propugnatio ac defensio dignitatis tuæ. *Id. pro Cœl.* c. 4. Ad istam omnem orationem brevis est defensio. *answer. Id.* 1. *de Orat.* c. 56. Utriusque rei facilis est et prompta defensio. *Id. pro Mil.* c. 5. Defensio contra vim. *Id.* 5. *Fam.* ep. 8. *a med.* Suscipere defensionem alicujus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 57. Arripere patrocinium æquitatis, et defensionem testamentorum. *Id. ad Brut.* ep. 12. Quo in judicio certe defensionem non haberet. *Id.* 4. *Verr.* c. 10. Uti defensione aliqua. *Id. pro Mil.* c. 6. *extr.* Dare alicui defensionem. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 7. Apparare omnia ad defensionem urbis. ¶ Pro oratione, qua quis defenditur, *Plin.* l. 7. c. 30. Defensionem Demosthenis legit. Adde *Sueton. in Claud.* c. 41. ¶ Est etiam ultio, vindicta, *revenge. Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. 5. leg. 1. *a med.* Quæstionem sic accipimus, non tormenta tantum, sed omnem inquisitionem, et defensionem mortis.

DEFENSĬTO, as, a. 1. frequentativum a *defendo. Cic.* 4. *Acad.* c. 22. Hæc non acrius accusavit in senectute, quam antea defensitaverat. *Id.* 1. *Offic.* c. 33. Defensitare causas.

DEFENSO, as, a. 1. *to defend*, frequentativum a *defendo*, sed ejusdem fere significationis. *Sallust. in Jug.* c. 64. et *Plaut. Rud.* 3. 3. 30. Defensare mœnia. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 39. Defensare se injuria. *h. e.* ab injuria. *Sallust. in Jug.* c. 102. Defensare ab hostibus. Adde *Ovid.* 11. *Metam.* v. 374. *Livio* quoque tribuitur l. 26. c. 45. sed incerta ea lectio est. ¶ Pro depellere, arcere, *to ward off, Stat.* l. 5. silv. 2. v. 105. Defensare metus, adversaque tela subisti Pellere. [¶ Particip. *defensans* apud *Claudian.* l. 1. in *Eutrop.* v. 586. Sic armenta suo jam defensante juvenco.]

DEFENSOR, oris, m. *one who keeps or wards off*, qui prohibet, depulsor. *Cic. pro Mil.* c. 22. Conservatores domini, ultores sceleris, defensores necis. *Id. pro Mur.* c. 2. Defensor periculi. ¶ Item *a defender, advocate*, συνήγορος, ὑπερασπιστής, qui defendit, patronus, propugnator. *Cic. in Divin. Verr.* c. 16. *extr.* Nam provincia accusat, cum is agit causam, quem sibi illa defensorem sui adoptavit. *Id. pro Mil.* c. 15. Propugnator Senatus, defensor vestræ voluntatis, patronus publici consensus. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 4. Custos, defensorque juris et libertatis. *Cæs.* l. 3. *B. Gall* c. 25. Defensores vallo et munitionibus depellere. et lib. 7. c. 15. Defensores idoneos oppido deligere. ¶ Cum genere feminino, *Ulpian. Dig.* l. 16. tit. 1. leg. 2. *extr.* Si mulier defensor alicujus exstiterit. *Al. leg.* defenstrix. ¶ De re inanimata *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. *extr.* Sublicæ ad inferiorem partem fluminis obliquæ adigebantur, ut si arborum trunci, sive naves, dejiciendi operis causa, essent a barbaris missæ, his defensoribus earum vis minueretur. ¶ In carmine usurpatur a *Virg.* 2. *Æneid.* v. 521. *Ovid. Met.* 13. v. 274. et *Fast.* 6. v. 188. *Lucan.* l. 10. v. 488. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 30. *Juvenal.* sat. 8. v. 163. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 80.

DEFENSORĬUS, a, um, ad defendendum pertinens, ut Judicia bonorum defensoria. *Tertull.* 2. *advers. Marcion.* c. 14.

DEFENSTRIX, icis, f. *she that defends*, quæ defendit. *Priscian. super vers. Æn.* pag. 1220. *Putsch.* testatur, usurpatam esse ab ipso *Cicerone in Timæo.* Adde locum *Ulpiani* in *Defensor.*

DEFENSUS, a, um, *kept or warded off*, prohibitus. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 15. fœnoque jacentibus alto Defensa est humili cana pruina casa. ¶ Item propugnatus, protectus, *defended, guarded, protected. Ovid.* 4. *ex Ponto*, ep. 7. v. 23. Urbs positu defensa, manuque. *Nepos in Phoc.* c. 2. Ab eodem in judiciis defensus, aliquoties liberatus discesserat. *Curt.* l. 10. c. 9. *extr.* Ne loci quidem religione defensus, occiditur. *Virg.* 12. *Æn.* v. 437. nunc te mea dextera ferro Defensum dabit. *h. e.* defendet. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 8. Sex sunt sententiæ: duæ sine patrono, quatuor defensæ.

DEFĔRO, ers, tuli, latum, a. anom. *to carry down or along*, καταφέρω, deorsum fero. *Ovid. Metam.* 8. v. 644. ramaliaque arida tecto Detulit, et minuit, parvoque admovit aheno. *Liv.* l. 5. c. 47. Ruinaque tota prolapsa acies in præceps defertur. *Plin.* l. 6. c. 27. Amnes plurimum limi deferentes. *Id.* l. 3. c. 4. Rhodanus segnem deferens Ararim. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 227. Tibris defert purgamina in mare. *Quintil.* l. 1. c. *ult.* Corpora infantium casus, quo in terram toties deferuntur, non tam graviter affligit. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 4. Genus seminis, quod ex arbore per surculos defertur in terram. *falls to the ground.* ¶ Item dejicio. *Stat.* l. 10. *Theb.* v. 746. Nullaque tectorum subit ad fastigia, quæ non Deferat hasta virum, perfusaque cæde recurrat. *beat down.* et *Senec.* l. 6. *quæst. nat.* c. 4. Terræ motus defert montes. ¶ Item simpliciter fero, affero, *to carry, bring, convey. Plaut. Trin.* 4. 2. 107. Deferre epistolas alicui. et vers. 113. Deferre alicui aurum. *Id. Amph.* 2. 2. 69. E portu navis huc nos dormientes detulit. *Horat.* l. 2. ep. 1 *extrem.* Deferar in vicum vendentem tus et odores. ¶ Item produco, gigno, *to produce. Plin.* l. 19. c. 1. Frutex similem barbatæ nucis defert fructum. ¶ Translate est offerre, exhibere, tribuere, *to offer, proffer, exhibit, give, confer, bestow. Horat.* l. 1. ep. 12. v. 22. si quid petet, ultro defer. *Cic. Fam.* 6. ep. 10. Universum studium meum et benevolentiam ad te defero. *Id. pro Flacc.* c. 6. Omnem ei suam auctoritatem, gratiam, copias, opes ad hoc negotium conficiendum detulit. *Id. pro leg. Manil.* c. *ult.* Quidquid possum, tibi polliceor, ac defero. *Nepos in Annib.* c. 3. Exercitus summam imperii ad eum detulit. *Inscriptio Fastorum* apud *Cicer. Phil.* 2. c. 34. Cæsari Antonium populi jussu regnum detulisse, Cæsarem uti noluisse. *Id.* 2. *de Orat.* c. 56. Palmam alicujus rei deferre alicui. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 6. Velleio Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. *Id.* 2. *Agrar.* c. 17. *extr.* Deferre honorem alicui. *Id. pro Flacc.* c. 9. Triduo lex ad prætorem tabulas deferri jubet. *to present. Id. Fam.* 5. ep. 20. *ante med.* Deferre rationes. *to exhibit, bring in, present. Id. de clar. Orator.* c. 22. Deferre causam ad aliquem. *h. e.* causam agendam alicui committere. *Quintil.* l. 5. c. 6. Deferre jusjurandum alicui. *h. e.* jurandi conditionem dare, *to administer.* ¶ *Deferre* dicuntur mercatores, cum quid vendibile exponunt, et pretium indicant. *Senec.* ep. 42. *a med.* Quoties ad institorem alicujus mercis accessimus, videamus, hoc, quod concupiscimus, quanti deferatur. ¶ Est etiam renuntiare, referre, narrare, *to tell, narrate, report, inform. Cic. Catil.* 4. c. 3. Hæc omnia indices detulerunt, rei confessi sunt. *Id.* 13. *Fam.* ep. 18. Deferre alicui aliquid per litteras. *Id. pro Sull.* c. 19. et *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 9. Deferre mandata et postulata ab aliquo ad quempiam. *to carry. Nepos in Datam.* c. 7. Ad regem transiit, et de defectione patris detulit. *Cic.* 7. *Verr.* c. 62. Res ad eum defertur, esse civem R. qui, &c. *Virg.* 4. *Æn.* v. 298. eadem impia fama furenti Detulit, armari classem, cursumque parari. ¶ Item *to give an account of, report*, profiteri. *Gell.* l. 10. c. 10. Mille quingentum æris in censum deferre. *Cic. pro Balb.* c. *ult.* Cæsar in prætura, in consulatu præfectum fabrum detulit. *h. e.* detulit in beneficiis ad ærarium. *recommended.* V. *Beneficium.* ¶ *Deferre nomen alicujus*, et *deferre* absolute est accusare, reum facere, *to accuse, impeach. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 10. Consilium ceperunt plenum sceleris, ut nomen hujus de parricidio deferrent. *Id. pro Cœl.* c. 23. Deferre alicui nomen cujuspiam. *Gell.* l. 13. c. 4. Ne deferas me, neque criminere adversus Junonem. *Tacit. Ann.* 6. c. 19. Sex. Marius defertur incestasse filiam. *Id. Ann.* 14. c. 48. A Capitone majestatis delatus est. ¶ *Deferre se* apud JCtos dicitur is, qui sibi aliquid relictum acquisitumve, quod possidere non possit, ultro magistratui profitetur. *Callistrat. Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 3. *extr.* Deferre se nemo cogitur, quod thesaurum invenerit, nisi ex eo thesauro pars fisco debeatur. Adde *Ulpian. ibid.* leg. 16. [¶ Particip. *deferendus, delaturus* apud *Liv.* l. 3. c. 53. Adeo æqua postulastis, ut ultro vobis deferenda fuerint. et l. 40. c. 39. Admonens, spolia ad triumphum Romam delaturos.]

DEFERVEFACĬO, is, eci, actum, *to cause to boil or ferment, boil thoroughly*, ἀποζέω, ἀναβράζω, valde fervefacio, coquo. *Cato R. R.* c. 37. et 157. Brassicam macerato bene, postea in aulam conjicito, defervefacito bene. *Plin.* l. 14. c. 16. Libram in tribus musti congiis defervefaciunt, donec duo supersint.

DEFERVEFACTUS, a, um, *well boiled, or heated*, valde fervefactus. *Varro* apud *Lactant. de opif. Dei*, c. 17. Anima est aer conceptus ore, defervefactus in pulmone. *Vitruv.* l. 8. c. 5. In aheno si ea aqua defervefacta, et postea requieta et defusa fuerit. *Plin.* l. 23. c. 7. Radix defervefacta in vino.

DEFERVĔO, es, erbui, et ervi, *vel* erui, n. 2. *to boil*, ἀποζέω, idem quod ferveo, aut valde ferveo. *Cato R. R.* c. 96. Aquam ubi lupinus deferbuerit, et fæcem de vino bono commisceto pariter. ¶ Item *to give over boiling or fermenting, grow cool*, fervere desino, refrigeror. *Plin.* l. 14. c. 9. *extr.* Mustum in lagenis suis defervere passi. *Gell.* l. 17. c. 8. *extr.* Aula deferbuerat. *Id.* l. 19. c. 1. Deferbuit mare, et ardor ille periculi deflagravit. ¶ Eleganter admodum usurpatur per translationem pro remittere, deponere ardorem animi, mitescere, cessare. *to be abated, allayed, assuaged, to become calm. Cic. pro Cœl.* c. 18. Cum adolescentiæ cupiditates deferbuissent. *Id. in Orat.* c. 30.

Quantis illa clamoribus adolescentuli diximus de supplicio parricidarum? quæ nequaquam satis deferbuisse, post aliquanto sentire cœpimus. *Id. pro Cluent.* c. 39. Hominum studia deferbuisse intelligebat. *Plin.* l. 9. ep. 16. Devehemus pro novo musto novos versiculos tibi, quos, ut primum videbuntur deferbuisse, mittemus. ¶ Legitur et *deferui*, vel potius *deferri* in præterito. *Cic. pro Cæl. c. pœnult. extr.* Jam ista deferverint, jam ætas omnia mitigarit.

DEFERVESCO, is, n. 3. idem fere quod deferveo, hoc est fervere desino, refrigeror. *Colum.* l. 9. *c. pænult. sub fin.* Vasa paucis diebus aperta sint, dum musteus fructus defervescat. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 2. Circiter meridianos æstus, dum defervescant, sub umbriferas rupes et arbores patulas subjiciunt. ¶ Translate *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 36. Si quam habent ulciscendi vim, differant in tempus aliud, dum defervescat ira. V. vocem præced.

[* DEFERUNDA, æ, f. Deæ nomen apud Romanos, quæ deferendæ caprifico in Deorum templis innatæ, vel arbori a fulmine attactæ præesse credebatur. *Inscript. Fratr. Arval.* n. 32. ubi de ficu, in fastigio ædis Deæ Diæ innata, eruenda agitur, hæc habentur: Q. Licinius Nepos Adolendæ, Commolendæ, Deferundæ oves duas immolavit.]

DEFESSUS, a, um, *weary, tired, fatigued*, κατάπονος, valde fessus, defatigatus, lassus. *Cic. Fam.* 10. ep. 28. Languens et defessus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 57. *extr.* Defessus labore atque itinere. *Plaut. Epid.* 5. 2. 55. Ego sum defessus reperire, vos defessi quærere. *Lucret.* l. 5. v. 11. 4. Defessus colere. *Terent. Eun.* 5. 7. 7. Defessa jam sum misera te ridendo. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 25. Defessi vulneribus. *worn out. Id.* 2. *B. Civ.* c. 22. Massilienses omnibus defessi malis. *Catull.* carm. 55. *ad Camer.* Defessus omnibus medullis. ¶ Translate *Cic.* 2. *Verr.* c. 10. *ad fin.* Defessa ac refrigerata accusatio. *Sil.* l. 1. v. 565. hortantur, et orant, Defessis subeant rebus. *h. e.* afflictis. ¶ V. *Defetiscor.*

DEFETĪGO, V. *Defatigo.*

DEFETISCENTĬA, æ, f. defatigatio, *weariness. Tertull. de Anim.* c. 43. Anaxagoras somnum defetiscentiam affirmat.

DEFETISCOR, eris, dep. 3. *to be weary or faint*, ἀποκάμνω, est lassari, labore deficere, a *fatiscor. Terent. Phorm.* 4. 1. 23. Neque defetiscar unquam ego experirier, donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero. [*Corn. Fronto de B. Parthico.* Nec, si quid malæ pugnæ acciderit, defetiscendum, sed victoriam brevi spera.] ¶ *Priscian.* l. 10. pag. 888. *Putsch.* tribuit huic supinum *defessum*, et particip. præteriti *defessus sum.* alii putant *defessus* esse per se adjectivum, quod ab nullo verbo nascatur.

DEFĬCIO, is, eci, ectum, a. 3. *to fail, be wanting or deficient*, non sufficio, desum, destituo (a *de* privativa, et *facio*) ἐκλείπω, ἀφίσταμαι. *Cic. pro Quint.* c. 1. Quod consuevit in ceteris causis esse adjumento, id quoque in hac causa deficit. *Id.* 3. *Verr.* c. 11. Vererer, ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne vox viresque deficerent. *Phædr.* l. 5. fab. 5. v. 12. Paulo ante vacua, turbam deficiunt loca. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 5. Cum non solum vires, sed etiam tela nostris deficerent. *Stat.* 1. *Achill.* v. 445. ipsum jam puppibus æquor Deficit. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 32. Tempus te citius, quam oratio deficeret. *Senec. in Herc. Œt.* v. 46. Natura cessit, terra defecit gradum. *is wanting to my steps.* et *Cic. Verr.* 4. c. 21. Me dies, vox latera deficiant, si, &c. *Id. de clar. Orat.* c. 24. Prudentia nunquam deficit oratorem. ¶ *Deficere legibus*, h. e. leges non servare. In veteri formula apud *Liv.* l. 1. c. 24. *ad fin.* Illis legibus populus R. prior non deficiet. Si prior defexit dolo malo, &c. *defexit* antique pro *defecerit* a *faxit.* ¶ Passive *Plin.* l. 2. ep. 17. *ad fin.* Hæc amœnitas deficitur aqua salienti. *wants running water. Cic. pro Cluent.* c. 65. Mulier abundat audacia, consilio et ratione deficitur. *is wanting in. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 64. Cum aquilifer viribus deficeretur. *Senec.* ep. 76. *ante med.* Si quis deficiatur pecunia. *Ovid.* l. 2. *Trist.* v. 407. Tempore deficiar, tragicos si persequar ignes. *I should want time. Vellei.* l. 2. c. 116. Non merito, sed materia adipiscendi triumphalia defectus est. *Colum.* l. 3. c. 8. Agri deficiuntur segetibus. et l. 8. *cap. pænult. ad fin.* Defici lacte. et l. 7. c. 9. *ad fin.* memoria. *Scribon. Larg. compos.* 191. animo. *to fail into a swoon.* ¶ Significat etiam vires amittere, perire, desinere. *Lucret.* l. 6. v. 359. Frigore enim desunt vires, ventique calore Deficiunt, neque sunt tam denso corpore nubes. *Cels.* l. 2. c. 17. Neque committendum, ut per æstum anima deficiat. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 2. Copiæ hoc infrequentiores imponuntur, quod multi Gallicis tot bellis defecerant. *had perished. Curt.* l. 8. *c. ult.* Elephantus quoque, qui multa exceperat tela, deficiebat. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *a med.* Ne una plaga accepta, patres conscripti conciderent, ne deficerent. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 4. et *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 30. Deficere animo. *to be disheartened.* Deficere animum *Varro* dixit *R. R.* l. 3. c. 16. *a med. de apibus.* Exemptionem neque universam, neque palam facere oportet, ne deficiant animum. ¶ *Deficere vita* est mori, *to die. Plaut. Asin.* 3. 3. 19. Si te intelligam deficere vita, jam ipse vitam meam tibi largiar. ¶ Cum infinito *Sil.* l. 3. v. 111. gelidos ut scandere tecum Deficiam montes conjux tua? *Propert.* l. 1. eleg. 8. v. 23. Nec me deficiet nautas rogitare citatos. *Germanic. in Arat.* v. 259. Deficiente oculo distinguere corpora parva. Adde *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 191. ¶ Dicuntur sol et luna *deficere*, cum obscurantur, *to be eclipsed. Cic.* 1. *de Divin.* c. 53. Si luna defecisset in signo leonis. *Id. in Somn. Scip.* c. 7. Olim deficere sol hominibus exstinguique visus est. ¶ Est etiam desinere, *to be finished, close, end. Plin.* l. 2. c. 10. Talis figura semper mucrone deficit. *ends in a point. Petron. in Satyr.* c. 30. In deficiente porticu. *h. e.* in extrema parte porticus. ¶ Ponitur et pro deserere, *to leave, abandon, forsake, forego. Ovid.* 2. *Metam.* v. 382. *de sole.* qualis cum deficit orbem, Esse solet. *Grat. in Cyneg.* v. 291. Ille tuos olim non defecturus honores. ¶ *Deficere* dicitur *debitor* qui solvendo non est, *to become a bankrupt. Callistrat. Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 3. *a med.* Non aliter fiscum debitorum suorum debitores convenire, nisi principales debitores defecerint. ¶ *Deficere ab aliquo* est se alienare, destituere, fidem mutare, et transire ad alium, *to rebel, revolt. Cic. pro Planc.* c. 35. Consules turpissimi a senatu, a republica, a bonis omnibus defecerant. *Nepos in Conon.* c. 2. Deficere ab amicitia alicujus. *Liv.* l. 22. *in fi.* Defecere ad Pœnos hi populi, Atellani, Calatini, &c. *had gone over to*, &c. ¶ Translate *Cic. de Amic.* c. 11. Difficile est amicitiam manere, si a virtute defeceris. *if you lose sight of virtue. Id.* 2. *de Fin.* c. 24. Quid ages, si utilitas ab amicitia defecerit? *Id.* 2. *Fam.* ep. 16. Ut a me ipse deficerem, et, quod semper fugi, civili bello interessem. *h. e.* naturam et mores mutarem. *Virg.* 6. *Æn.* v. 196. dubiis ne defice rebus, Alma Parens. ¶ Passive *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 150. Deficior prudens artis ab arte mea. ¶ Particip. *deficiens, entis. Horat.* l. 1. ep. 4. v. 11. non deficiente crumena. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 13. v. 28. Dies sermonem deficiens. *Ibid.* el. 1. v. 12. *de cycno.* Ore deficiente deflere necem suam. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 30. Sol deficiens. *eclipsed.* Cum infinito *Sil.* l. 13. v. 358. et domibus deprompta talenta, Pascere longinquum non deficientia bellum. ¶ Aliud particip. *Defectus* V. suo loco.

DEFĪGO, is, ixi, ixum, a. 3. *to fix in the ground, plant*, καταπηγνύω, deorsum figo. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 4. In campo Martio crucem ad civium supplicium defigi et constitui jubes. *Virg.* 12. *Æn.* v. 139. Defigunt tellure hastas. *Id.* 2. *Georg.* v. 290. penitus terræ defigitur arbos. *Liv.* l. 1. c. 25. Male arma sustinenti gladium superne jugulo defigit. *Plaut. Pers.* 2. 4. 22. Te, si prehendero, defigam in terram colaphis. ¶ Item universim infigo, immitto, *to fix. Cic.* 1. *Catil.* c. 6. *extr.* Sicam in corpore consulis defigere. *to plant, fix, plunge, strike. Liv.* l. 1. c. 58. *extr.* Cultrum in corde defigere. *Curt.* l. 7. c. 11. Defigere cuneos in saxa, et inter saxa. *to strike, thrust, impel. Plin.* l. 8. c. 12. Defigere morsum in aurem. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 753. Millia crabronum coeunt, et vertice nudo Spicula defigunt. *Cels.* l. 4. c. 14. Qua dolet, cucurbitulas sine ferro defigere. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 184. Defigere aliquem cruci. *to nail.* ¶ Translate *Curt.* l. 9. c. 3. Metu attoniti, in terram ora defixerant. *they had fixed, settled, rested. Id.* l. 7. c. 8. In vultu regis defixerant oculos. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 8. v. 15. Defigere oculos in aliquem. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 8. Quid judici probandum sit, cum vidit, in eo mentem orationemque defigit. *Id.* 4. *Acad.* c. 15. Defigere et intendere animum in aliquid. *to fix one's mind or attention. Id. Phil.* 14. c. 5. Omnes suas curas in reipubl. salute defigunt. *Id.* 2. *Verr.* c. 3. Ut non modo in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furta et flagitia defixurus sim. et *Phil.* 11. c. 5. In cujus possessiones eum non censetis impudentissimos oculos spe et mente defigere? *Id. pro Dom.* c. 4. Dixi eam sententiam, quam populi sermo in animis nostris jam ante defixerat. *Id. de provinc. consul.* c. 4. Urbana hæc audacia, quam ille præsens in oculis vestris mentibusque defixit. ¶ *Defigere culpam* apud *Pers.* sat. 5. v. 16. est dictis veluti confodere, insectari, reprehendere. ¶ Ponitur et pro obstupefacere, *to astonish, overpower, stupify, strike motionless. Liv.* l. 1. c. 29. Silentium triste ac tacita mœstitia ita defixit omnium animos, ut &c. *Id.* l. 3. c. 47. *ad fin.* Stupor omnes admiratione tantæ rei defixit. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 534. Hac tunc attonitos facie defixerat hostes. *Id.* l. 4. v. 226. Cum pavor et gelidus defixit Castora sanguis. ¶ Sæpe habet locum in veneficiis, et devotionibus, et significat ligare, obnoxium reddere, *to bewitch, enchant.* Ducta est hæc loquendi ratio ex more sagarum, quæ quos veneficiis obligare vellent, eorum vel imagines cereas effingebant, vel nomina in cera notabant, ferreoque stylo transfodiebant, additis carminibus et devotionibus. *Ovid.* l. 3. *Amor.* el. 7. v. 29. Sagave pœnicea defixit nomina cera, Et medium tenues in jecur egit acus. *Virg. in Ciri*, v. 377. Regis Iolchiacis animum defigere votis. *Senec.* l. 6. *de benef.* c. 35. Caput alicujus dira imprecatione defigere. ¶ *Defigere amorem* est fixum, stabilem, perpetuumque reddere. *Senec. in Herc. Œt.* v. 523. Hoc, inquit magæ Dixere amorem posse defigi malo. *h. e.* hoc veneficio. V. integrum locum usque ad vers. 530. ¶ *Defigere aliquid* apud *Cicer.* 2. *de Leg.* c. 8. *ad fin.* Quæque augur in justa, nefasta, vitiosa, dira defixerit, irrita, infestaque sunto. *h. e.* exsecratus fuerit. Vel potius viderit, observaverit, quasi defixis oculis contemplatus. Sic *defigere aliquem* apud *Statium* est intentis oculis aspicere. Sic enim ille de Ulysse loquens tacite contemplante Achillem puellari habitu latentem, l. 2. *Achill.* v. 9. Et tamen erectumque genas, oculisque vagantem, Nullaque virginei servantem signa pudoris Defigit, comitique obliquo lumine monstrat. ¶ *Defigere oculos*, alio sensu *Tacit.* 3. *Ann.* c. 1. Postquam duobus cum liberis feralem urnam tenens, egressa navi defixit oculos. *h. e.* adstantium oculos in se convertit. *Muretus.* ¶ Pro refigere, evellere, *Curius ad Cicer. Fam.* 7. ep. 29. Quo nostra defigere, deportareque tuto possimus. Al. leg. *refigere.* [¶ Particip. *defigens, defigendus* apud *Manil.* l. 5. v. 594. Gorgoneo tinctum defigens sanguine ferrum. *Cels.* l. 4. c. 20. Cucurbitulæ tamen defigendæ sunt in inguinibus.]

DEFINDO, is, idi, issum, a. 3. idem quod findo, *to cleave. Ennius* apud *Non.* c. 2. n. 351. Malos defindunt, fiunt tabulata, falæque.

DEFINGO, is, inxi, ictum, a. 3. idem quod fingo, *to form, fashion. Cato* c. 54. *R. R.* Panem defingere. Adde cap. 121. Sic *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 37. Defingit Rheni luteum caput. *h. e.* versibus describit. Al. leg. *diffingit*, al. *depingit*, al. *defigit.*

DEFINIO, is, ivi, itum, a. 4. *to terminate, bound, limit, define, determine*, καθορίζω, διορίζω, ἀφορίζω, constituo, circumscribo, decerno, et finiendo certos rei, de qua agitur, terminos præscribo. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 44. Illi orbes, qui cælum quasi medium dividunt, et adspectum nostrum definiunt. *Id. pro Cæcin.* c. 8. Ejus fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. *Id.* 8. *Phil.* c. 3. Omnes Caphones, omnes Saxæ, ceteræque pestes, quæ sequuntur Antonium, ædes sibi optimas, hortos, Tusculana, Albana definiunt. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 40. Æther, in quo cum admirabilitate maxima igneæ formæ cursus ordinatos definiunt. *h. e.* certis spatiis conficiunt. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 83. Adeundi tempus definiunt, cum meridies esse videatur. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 11. Definire, ante quem diem iturus sit. et cap. 82. Inter se palam de præmiis contendebant, in annosque consulatum definiebant. *h. e.* quo quisque anno consul esse vellet, designabant. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 13. Definite alicui potestatem in quinquennium. *Id. pro Arch.* c. 10. Res hæ quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur. *Id. pro Marcell.* c. 8. Hic tu modum vitæ tuæ non salute reipublicæ, sed animi æquitate definies? ¶ Item finem impono, *to conclude, finish. Cic.* 6. *Verr.* c. 52. Ut aliquando totam hujus generis orationem concludam ac definiam. ¶ Item præscribo, *to prescribe. Id.* 4. *Acad.* c. 36. Quam vitam ingrediar, definias. *Id. pro Quint.* c. 27. Tibi, quid facias, definit. ¶ Item statuo, decerno, *to resolve, determine. Plaut. Cistell.* 2. 1. 42. Perge eloqui: non remittam: definitum est. ¶ Item explicare verbis, quid res sit, *to define, explain, express, comprehend. Cic. de clar. Orat.* c. 41. Rem latentem explicare definiendo. *Id.* 1. *de Orat.* c. 15. Si quis universam et propriam oratoris vim definire complectique vult, is orator erit, qui, &c. et cap. 39. lib. 2. Illustrare aliquid, verbisque definire. *Id. pro Sext.* c. 45. Universum genus brevi circumscribi et definiri potest: optimates sunt, qui, &c. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 2. *ad fin.* Definire quid sit officium. *Id. in Pison.* c. 18. Qui mala dolore, bona voluptate definiunt. *h. e.* statuunt mala in dolore consistere, bona in voluptate. ¶ *Definire aliquem*, finem vitæ ei afferre, interimere. *Apul.* l. 8. *Metam.* Ad hunc modum definito juvene, &c. ¶ Pro *definio* quidam legunt *diffinio* apud *Plin.* l. 2. c. 77. (atque ita *Harduin.* edidit) *Hygin.* lib. 1. *Astron.* c. 6. et l. 2. c. 13. et *Cæl. Aurelian. in præfat. Acutor.*

DEFINĪTE, *expressly, precisely, particularly, definitively*, ἀφωρισμένως, διωρισμένως, definiendo, determinate, distincte, manifeste. *Cic. pro Balb.* c. 14. Lex quæ definite potestatem Pompeio civitatem donandi dederat. *Id. in Orat.* c. 28. *ad fin.* Partite, definite, distincte dicere. *Plin. in Paneg.* c. 88. Nec magis definite distincteque designat, qui Trajanum, quam qui Optimum appellat. *Gell.* l. 1. c. 25. Belli ferias festive magis dixit (*Varro*) quam aperte atque definite.

DEFINITĬO, onis, f. *a limiting, prescribing, bounding*, finitio, determinatio, ὁρισμὸς, ἀφορισμός. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 54. *de versib. Sibyll.* Qui illa composuit, perfecit, ut quodcumque accidisset, prædictum videretur, hominum et temporum definitione sublata. Lapis inscriptus bono Latino stylo, apud *Gruter.* pag. 61. n. 3. Hæc area intra hanc definitionem cipporum, et ara, quæ est inferius, dedicata est, &c. ¶ Item oratio explicans, quid sit id, de quo disputatur, *a definition. Cic.* 1. *de Orat.* c. 42. Est definitio earum rerum, quæ sunt ejus rei propriæ, quam definire volumus, brevis et circumscripta quædam explicatio. *Id. ibid.* Propriam cujusque vim definitione declarare. ¶ *Diffinitio* legitur a nonnullis in quibusd. libris apud *Hygin. Augustin.* et *Cæl. Aurelian.*

DEFINITĪVE, *definitely, definitively*, definiendo, definite. *Tertul. de Carne Christi*, c. 18. Ipse Dominus sententialiter et definitive pronuntiavit: quod in carne natum est, caro est. *Cæl. Aurelian. in præfat.* l. 1. *Acutor.* Definitive loqui. *h. e.* definitione rem explicare. *Ascon.* quoque usurpavit *in Verr.* 4. c. 10.

DEFINITĪVUS, a, um, *definitive, when the meaning of a word is to be defined*, ὁριστικὸς, ad definitionem spectans. *Cic. de Invent.* l. 2. c. 17. Cum nominis controversia est, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva nominatur. *Id. in Top.* c. 24. Causa definitiva. *eod. sensu.* ¶ Apud JCtos Sententia definitiva est, quæ ultimo datur, et rem totam absolvit. *Imp. Justinian.* lib. 7. *Cod.* tit. 64. *leg. ult.* Adde tit. 45. leg. 3. ¶ Definitiva materia, apud *Tertull. advers. Hermog.* c. 38. est, quæ terminis circumscribitur, non infinita.

DEFINĪTOR, oris, m. qui definit, et decernit. *Tertull.* l. 5. *advers. Marcion.* c. 10. Habemus illum alicubi unius baptismi definitorem.

DEFINĪTUS, a, um, adject. *definite, defined, finite, determined, limited*, ὡρισμένος, finitus, determinatus. *Cic. in Somn. Scip.* c. 3. Esse in cælo certum definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur. *Id. in Top.* c. 21. Quæstionum duo sunt genera, alterum infinitum, alterum definitum. Definitum est, quod ὑπόθεσιν Græci, nos causam. *Id.* 3. *Fam.* ep. 8. Prima duo capita epistolæ tuæ nihil habent, quod aut definitum sit, aut certum.

DEFIOCŬLUS, i, m. *having but one eye, one-eyed*, ἑτερόφθαλμος, cui oculus defit, seu deest. *Martial.* l. 12. epigr. 59. Hinc defioculus, et inde lippus. Al. leg. *Hinc cæsis oculis.* Alii *cæcis oculis.*

DEFIT, verb. defectiv. anom. *it is wanting*, λείπει, deest: a *de* privativa, et fio. *Ennius* apud *Cicer.* 3. *Tuscul.* c. 19. Mihi fortuna magis nunc defit, quam genus. *Terent. Hecyr.* 5. 2. 1. Nihil apud me tibi defieri patiar. *Virg. Ecl.* 2. v. 22. Lac mihi non æstate novum, non frigore defit. *Plaut. Men.* 1. 4. 2. Opsonium affer tribus, vide, quod sit satis, neque defiat, neque super sit. *Id. Rud.* 4. 4. 63. Omnia iterum vis memorari, scelus, ut defiat dies? *h. e.* dies nos deficiat. *Id. Mil.* 4. 6. 46. Animus per oculos meus defit. *h. e.* deficit, et linquitur. *Gell.* l. 20. c. 8. Ea ipsa, quæ crescente luna gliscunt, deficiente contra luna defiunt. *decrease.* ¶ Observarunt Critici, in permultis *Tibulli, Ovidii, Statii*, &c. locis, in quibus *defit* legendum erat, *desit* ab imperitis librariis scriptum fuisse.

DEFIXUS, a, um, *fixed down, fixed, fastened*, deorsum fixus, infixus, καταπεπηγμένος. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 18. Sub aqua defixæ sudes. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 14. Defixis oculis torpere. *Ovid. Metam.* 11. v. 76. Defixa solo radix. ¶ Translate *Cic. pro Flacc.* c. 1. Salus præsentium, spes reliquorum in vestra potestate posita sunt et defixa. *Id. Phil.* 4. c. 5. Virtus est una altissimis defixa radicibus. *Id. in Somn. Scip.* c. 4. Quousque humi defixa tua mens erit? *Id.* 3. *de Orat.* c. 5. Defixus in cogitatione. *in deep thought. Id. de Harusp. resp.* c. 26. *extr.* Vitia in aliquo penitus defixa atque hærentia. *Virg. Æn.* 8. v. 520. defixique ora tenebant. *Id. Æn.* 6. v. 156. Defixus lumina vultu mœsto. *Tacit. Ann.* 13. c. 5. Defixi pavore. *struck motionless.* et l. 14. c. 10. Modo per silentium defixus, sæpius pavore exsurgens. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 258. Defixus malis animus. *h. e.* dejectus, vel stupens. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 376. hæret defixus in una. *h. e.* oculis in una defixis. *Claudian.* l. 1. *de laudib. Stilich.* v. 51. Persides hospite pulcro defixæ. ¶ Veneficii causa fixus. *bewitched. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 19. n. 6. Defixa monumentis ordinis Decurionum nomina (*Jupiter*) numine suo eruit ac vindicavit. *Apul. de herb.* c. 7. Si quis devotatus defixusque fuerit in suis nuptiis. V. *Defigo. Tacit. Ann.* 1. c. 68. Rarus miles, et quasi ob metum defixus.

DEFLAGRATĬO, onis, f. *a consuming by fire; a conflagration*, ἐμπρησις, combustio. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 19. *sub fin.* Qui negant se recusare, quo minus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur. *Id. pro Planc.* c. 40. Cum mea domus ardore suo deflagrationem urbi minaretur.

DEFLAGRĀTUS, a, um, adject. ambustus, *burnt, consumed by fire. Enn.* apud *Cicer.* 3. *Tuscul.* c. 19. Fana flamma deflagrata. *Cic. Catil.* 4. c. 6. In cinere deflagrati imperii collocarent

DEFLĂGRO, as, n. 1. *to burn furiously, be on fire, be burnt*, ἐμπρήθομαι, vehementer comburor, igne consumor. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. Dianæ Ephesiæ templum deflagravisse. *Id.* 4. *Acad.* c. 27. *extr.* Fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. ¶ Translate *Apul. in Apolog.* Crimen magiæ, quod ingenti tumultu ad invidiam mei accensum, per nescio quas aniles fabulas deflagravit. ¶ Significat etiam defervescere, mitescere. *to give over raging, grow cool, be allayed, subside. Liv.* l. 40. c. 8. Spes animum subibat, deflagrare iras vestras, purgari suspiciones posse. *Tacit.* 2. *Histor.* c. 29. Deflagrante paulatim seditione. Adde *Lucan.* l. 4. v. 280. ¶ Active, pro valde calefacere, comburere, usurpari videtur a *Vitruv.* l. 6. c. 1. Sol quibus locis mediocriter profundit vapores, in his conservat corpora temperata: quæque proxime currendo deflagrat, eripit exsugendo temperaturam humoris. *to heat violently.*

DEFLAMMO, as, avi, atum, a. 1. *to extinguish. Apul.* 5. *Metam. sub fin.* Pharetram expilet, et sagittas dearmet, arcum denodet, tædam deflammet. *h. e.* igne spoliet, exstinguat.

DEFLĀTUS, a, um, flando rejectus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 64. Quod est levissimum ac summum, deflatum trajiciunt in alia vasa. Est qui legit *depletur.*

DEFLECTO, is, xi, xum, a. 3. *to bend or turn downwards, bend, bow*, ἀποκάμπτω, deorsum torqueo, curvo. *Colum.* l. 5. c. 11. Ramum olivæ deflecte, et ad crus arboris ficulneæ religa. ¶ Item alio flectere, avertere, *to bend or turn aside. Virg.* 10. *Æn.* v. 329. septenaque tela Conjiciunt: partim galea clypeoque resultant Irrita, deflexit partim stringentia corpus Alma Venus. *Liv.* l. 39. c. 27. *in fi.* Q. Fabium Labeonem direxisse finem Philippo veterem viam regiam, quæ, &c. Philippum postea novam deflexisse viam, qua Maronitarum urbes amplectatur. ¶ Translate *Stat.* 1. *Theb.* v. 280. belli deflecte tumultus, Et generis miseresce tui. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 76. Deflectere oculos ab aliqua re. *Lucan.* l. 5. v. 789. Quolibet potius deflecte carinam. *Id.* l. 3. v. 337. Deflectere iter aliquo. *to steer. Tacit.* 2. *Hist.* c. 70. Deflectere via. *h. e.* divertere. *to turn out of the way.* Et absolute eod. sensu, *Sueton. in Aug.* c. 93. In peragranda Ægypto paulum deflectere ad visendum Apin supersedit. *Plin.* l. 4. ep. 1. Deflectemus in Tuscos. ¶ Illa quoque translata sunt. *Cic. de Amicit.* c. 12. Deflexit aliquantum de spatio curriculoque consuetudo majorum. *Id. ibid. c. pænult.* Ab amicitiis sapientium ad leves amicitias deflexit oratio. *Id.* 2. *Offic.* c. 3. Consuetudo deflexit de via, sensimque eo deducta est, ut &c. *Id. pro Rosc. Com.* c. 16. Deflectere a veritate. *to turn aside from. Id. de Harusp. resp.* c. 19. a virtute patris. *Id. pro Cæcin.* c. 18. rem ad verba. *to adapt the subject to the expression. Sueton. in Domit.* c. 3. Virtutes quoque in vitia deflexit. *turned, changed. Ovid. de remed. amor.* v. 325. Quam potes in pejus dotes deflecte puellæ. *h. e.* in malam partem trahe. *Lucan.* l. 3. v. 303. furorem Indomitum, duramque viri deflectere mentem Pacifero sermone parant. *to allay, appease, pacify. Stat.* l. 2. silv. 1. v. 59. Aliquem ab ira ardenti in se deflectere. *to make him return to himself again. Quintil.* l. 3. c. 8. *ante med.* Hæc, quæ tantum inter se pugnant, plerumque nominibus deflecti solent. *are used to agree. Id.* l. 7. c. 2. *ante med.* Deflectere factum in alium. *h. e.* vertere, transferre. ¶ *Deflectere aliquid* mutare. *Cels. in præfat.* Asclepiades medendi rationem magna ex parte mutavit. Ex cujus successoribus Themison nuper ipse quoque quædam in senectute deflexit. [¶ Particip. *deflectens* apud *Catull.* c. 63. v. 51. Deflectens pondere corpus.]

DEFLĔO, es, evi, etum, a. 2. *to bewail, lament, deplore*, κατακλαίω, idem quod fleo, aut valde fleo, deploro. *Cic. de clar. Orat. c. pænult.* Sæpe inter nos impendentes casus deflevimus. *Lucret.* l. 3. v. 921. Insatiabiliter deflere. *Propert.* l. 1. el. 16. v. 13. gravibus deflere querelis. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 49. Post celebre carmen, quo Germanici suprema defleverat. *Senec. in Octav.* v. 10. Semper genitrix deflenda mihi. ¶ *Deflere oculos*, h. e. fletu et lacrimis rigare. *Apul.* l. 5. *Metam.* Sorores deflebant oculos, et plangebant ubera. [¶ Particip. *deflens* apud *Ovid.* l. 7. *Met.* v. 388. Deflentem fata nepotis Respicit.]

DEFLETĬO, onis, f. fletus, *a weeping, lamenting. Juvenc.* l. 4. v. 122. *in cap. Matth.* 24. Adveniet jam tunc tristis defletio terris.

DEFLĒTUS, a, um, adject. ex particip. *lamented, bewailed, deplored. Cic. Tuscul.* 1. c. 35. Liberi defleti. et 3. *de Orat.* c. 3. Mors a multis sæpe defleta. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 60. relliquias socii, defletaque miscent Nomina. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 335. Cui non defleta est Ephyrææ flamma Creusæ?

DEFLEXĬO, onis, idem quod deflexus. *Juvenc.* l. 4. v. 155. Deflexio lucis. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. *a med.* Solis meatus sursum ac deorsum certa deflexione variando, &c. ¶ Translate *Nazar. in Paneg. Constant.* c. 5. Omnia ad eundem gloriæ exitum; nullæ cupiditatum deflexiones, nullus erroris anfractus.

DEFLEXUS, us, m. *a bending or bowing*, κατάκαμψις, curvatio. *Col.* l. 4. c. 26. Palmes leniter curvabitur, ne deflexu frangatur. ¶ Translate *Valer. Max. init.* cap. 3. l. 7. Factorum, dictorumque genus proximo deflexu ad vafri nomen progressum. *with the slightest change. Id.* l. 4. c. 2. Transgrediamur ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum.

DEFLEXUS, a, um, *bent or bowed downwards, bent, turned aside*, curvatus, inflexus, ἐπικαμπής. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 19. Amnes in alium cursum contorti et deflexi. *Plin.* l. 17. c. 23. Deflexa vitis vel palmes juxta suam arborem. *Manil.* l. 1. v. 741. Currus solis deflexus solito cursu. ¶ Translate *Quintil.* l. 9. c. 3. *sub init.* Oratio a simplici rectoque dicendi genere deflexa, virtus est, si habet probabile aliquid, quod sequatur. *h. e.* declinans. *Gell.* l. 15. c. 5. Verba deflexa et depravata a recta ratione et consuetudine.

DEFLO, as, a. 1. *to blow away*, flando ejicio, ἀποπνέω. *Plin.* l. 28. c. 2. *a med.* Cibus etiam e manu prolapsus reddebatur, utique per mensas: vetabantque munditiarum causa deflare. ¶ Translate *Sueton. in Calig.* c. 38. Julii, et Augusti diplomata, ut vetera et obsoleta, deflabat. *h. e.* contemnebat. Al. leg. *deflebat.*

DEFLOCCĀTUS. V. vocem sequent.

DEFLOCCO, as. *Non.* c. 1. 22. Deflocare est attere-re, tractum a vestibus sine flocco. *Plauti* locus est in *Asin.* 3. 3. 110. ubi versum nonnulli inserunt, quo hæc vox confirmetur. ¶ Nihilominus *defloccati senes* leguntur apud *Plaut. Epid.* 5. 1. 10. quos intelligere possumus vel attritos, confectos, defectos viribus, vel, ut alii malunt, floccis seu capillis defectos, calvos. *rusty old fellows.*

DEFLORATĬO, onis, f. florum hinc inde detractio. Translate *Tertull. advers. Valentin.* c. 12. Graculus Æsopi ex omnium defloratione constructus.

DEFLORĀTUS, a, um, adject. flore privatus, ἀνανθής. *Quintil.* 6. *in præfat.* Certos atque defloratos fructus ostendebat. Al. rectius leg. *deformatos.* Adde *Liv.* l. 37. c. 58. sed lectione ibi quoque dubia. Nam communiter leg. *præfloratus.*

DEFLORĔO, es, ui, n. 2. *to shed its blossoms*, idem quod defloresco. *Colum.* l. 5. c. 6. *sub fin.* Vitis cum se multa fronde cooperit, pejus defloret. *h. e.* fructus edit. *sheds its blossoms with worse effect. Plin.* l. 18. c. 12. Faba aquas in flore maxime concupiscit: cum vero defloruit, exiguas desiderat. *Catull. in carm. nupt.* 61. v. 43. Idem (*flos*) cum tenui carptus defloruit ungui. ¶ Translate *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 75. Cum forma dilapsus amor: defloruit oris Gratia. *Liv.* l. 38. c. 53. *ad fin.* In juventa bella assidue gesta: cum senecta res quoque defloruere, nec præbita est materia ingenio. *Lactant. de ira Dei*, c. 9. *a med.* Iis temporibus, quibus jam philosophia defloruerat. [¶ Particip. *deflorens* legitur in *Inscript. vet.* apud *Marinium Fratr. Arval.* pag. 123. Hunc Antho tumulum, male deflorentibus annis, Pro pietate pari composuere suo. *h. e.* annis, quasi flores essent, decisis, nam admodum parvulus interierat Anthus.]

DEFLORESCO, is, n. 3. *to shed its blossoms or flowers, decay, fade*, ἀπανθέω, florem amitto. *Colum.* l. 2. c. 12. *sub fin.* Omne frumentum, cum totam spicam edidit, octo diebus deflorescit. ¶ Translate *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 27. *extr.* Aut morbo, aut vetustate formæ dignitas deflorescit. *Liv.* l. 6. c. 23. Cum corporibus vigent, et deflorescunt animi. *Cic. de clar. Orat.* c. 92. Hortensius ornatus, acer, et non talis, qualem tu eum, Brute, jam deflorescentem cognovisti, sed verborum et actionis genere commotior. *Id. pro Cæl.* c. 19. Amores, et deliciæ celeriter deflorescunt.

DEFLŌRO, as, a. 1. *to deflour*, florem adimo. Translate *Gell.* l. 14. c. 1. *extr.* Futurum gaudii fructum spes tibi jam defloraverit. Al. leg. *præfloraverit*, et quidem melius.

DEFLŬO, is, uxi, n. 3. *to flow down*, ἀποῤῥέω, καταῤῥέω, deorsum fluo: et proprie de liquidis dicitur. *Plin.* l. 3. c. 18. Anassum, in quod Varramus defluit. *Id.* l. 34. c. 13. Æs in catino defluit. *Id.* l. 24. c. 18. Sanguis defluit a renibus. *Sallust. in fragm.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 680. *Putsch.* Flumen Tauro monte defluens. *Gell.* l. 17. c. 11. Potus defluit ad pulmones. *Plin.* l. 18. c. 6. *sub fin.* Succus ex filice defluens. *Id.* l. 33. c. 5. Humor per venam auri defluens. ¶ Item de aliis rebus. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 21. Jam ipsæ defluebant coronæ. *h. e.* e capite decidebant. *Plin.* l. 8. c. 48. *sub fin.* Mirum fuit, nec defluxisse eas (*prætextas*) nec teredinum injurias sensisse. *Id.* l. 17. c. 24. Vitis et oleæ defluit fructus. *Tibull.* l. 3. el. 1. v. 18. defluit color. *had faded, decayed, fled. Ovid.* 6. *Metam.* v. 146. tristi medicamine tactæ Defluxere comæ. *fell off.* Sic *Curt.* l. 4. c. 6. Gleba cum regis capiti incidisset, resoluta defluxit. *h. e.* dissipata est. *Virg.* 3. *Georg.* v. 447. Aries mersus secundo defluit amni. *h. e.* defertur. *Curt.* lib. 9. c. 8. *extr.* Sumptis ducibus amnis pertitis, defluxit ad insulam. et *Sueton. in Ner.* c. 27. Quoties Ostiam Tiberi deflueret. *Virg.* 1. *Æn.* v. 408. pedes vestis defluxit ad imos. *flowed down. Id.* 11. *Æn.* v. 501. tota cohors relictis Ad terram defluxit equis. *alighted. h. e.* desiluit. *Furius* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 4. lapsusque in humum defluxit, et armis Reddidit æratis sonitum. *Curt.* l. 7. c. 7. *sub fin.* Corpus ex equo defluxit in terram. *fell. Sallust.* orat. 1. *ad Cæs. de republ. ordin. post init.* Ex queis magna pars, ubi neque creditum condonare, neque te civibus, uti hostibus, uti vident, defluxere. *h. e.* diversi discessere. *departed different ways; disbanded themselves.* ¶ Translate *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 81. ignavus defluxit pectore somnus. *h. e.* abiit: excitatus sum. *Propert.* l. 1. el. 20. v. 2. Id tibi ne vacuo defluat ex animo. *h. e.* excidat. *escape, vanish. Colum. in præfat.* l. 12. *ad fin.* Luxu et inertia defluere. *h. e.* languescere. *Cic. pro Sext.* c. 32. Ex novem tribunis, quos tunc habueram, unus me absente defluxit. *h. e.* a me alienatus est. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 25. A necessariis artificiis ad elegantiora defluximus. *h. e.* transivimus. *we have passed. Quintil.* l. 10. c. 1. *ad fin.* Tantumque ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis descenderat. *went from. Id.* l. 1. c. 8. In omnia deliciarum genera, vitiaque, dicendi quoque ratione, defluximus. *Sueton. in Aug.* c. 2. Is Cn. et C. procreavit, a quibus duplex Octaviorum familia defluxit. *h. e.* derivata est. *Vellei.* l. 1. c. 16. Philosophorum ingenia Socratico ore defluentia. *h. e.* a Socrate venientia. *Horat.* l. 1. od. 28. v. 27. multaque merces, Unde potest, tibi defluat æquo Ab Jove. *h. e.* proveniat. ¶ Significat etiam fluere desinere, *to cease flowing, give over running. Id.* l. 1. ep. 2. v. 42. Rusticus exspectat,

dum defluat amnis: at ille Labitur, et labetur in omne volubilis ævum. ¶ Translate *Cic.* 9. *Fam.* ep. 20. Ubi salutatio defluxit, litteris me involvo. *is over, is gone by.* *Sallust. in Catil.* c. 1. Ubi per socordiam vires, tempus, ingenium defluxere. *h. e.* abiere, periere. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 157. Græcia artes Intulit agresti Latio: sic horridus ille Defluxit numerus Saturnius. *Lactant.* l. 5. c. *penult.* disciplina defluens. *h. e.* paulatim deficiens.

DEFLUVIUM, ii, n. a defluo. *Plin.* l. 18. c. 29. Est in cælo, qui vocatur lacteus circulus. Hujus defluvio, velut ex ubere aliquo sata cuncta lactescunt. *influence.* *Id.* l. 28. c. 2. Defluvia capitis. et lib. 29. cap. 6. Defluvia capillorum. *a falling off of the hair*, ἀλωπεκία.

DEFLŬUS, a, um, qui defluit, aut decidit. *Stat.* l. 9. *Theb.* v. 325. levat unda gradus, seu defluus ille, Sive obliquus eat. *flows down.* *Id.* l. 1. silv. 3. v. 53. Splendor ab alto defluus. *Apul.* l. 3. *Metam.* Vasculum graciliter fistulatum, ac per hoc guttatim defluum. ¶ *Deflua cæsaries*, apud *Prudent.* est proliva, promissa. περὶ στεφ. 5. in *Pass. Cyprian.* v. 30. Deflua cæsaries compescitur ad breves capillos. *falling off.*

DEFLUXIO, onis, f. idem quod defluvium, *a flowing down*, ἀπόῤῥοια. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 7. defluxio seminis. *Cœl. Aurelian.* l. 2. *Acut.* c. 18. defluxio ventris.

DEFLUXUS, us, m. defluxio. *Apul. de deo Socrat.* Nubibus omnis exortus terrenus, et retro defluxus in terras est.

DEFODIO, odis, odi, ossum, a. 3. *to dig*, κατορύττω, idem fere quod fodio. *Colum.* l. 7. c. 5. *post med.* Scrobem defodiamus, et vivam pecudem obruamus. ¶ Item terra effossa obruo, *to bury in the earth.* *Id. ibid. ante med.* Oblitum vas in sterquilinio defoditur. *Plin.* l. 7. c. 52. defodere aurum nullo conscio. *Id.* l. 17. c. 13. In vasis fictilibus defodere propagines aptissimum. *to plant.* *Liv.* l. 8. c. 10. *ad fin.* Signum septem pedes altum in terram defodi. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 239. defodere aliquem alta humo. [¶ Particip. *defodiendus* apud *Plin.* l. 4. epist. 11. Missi pontifices, qui Vestalem defodiendam, necandamque curarent.]

DEFOMITĀTUM LIGNUM, dixerunt antiqui, quod a fomitibus, quibus confoveri solet, erat succisum. *Festus.*

DEFŎRAS, *without*, extra. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 573. n. 1. In Capitolio, ad aram gentis Juliæ deforas podio sinisteriore.

DEFŎRE. V. in *Desum.*

DEFORMA dicuntur exta, quæ dantur calida: a *formus*, calidus. *Fest.* in *Forma.*

DEFORMATĬO, onis, f. *a forming, description, delineation*, ὑποτύπωσις, actus deformandi, delineatio, descriptio, forma. *Vitruv. sub fin. præfat.* l. 3. Venti e quibus regionibus singuli spirent, deformationibus grammicis ostendi. *Jul. Firmic.* l. 1. c. 3. *sub fin.* Nondum corporis deformatione completa. ¶ Item formæ corruptio, deformitas, *a deforming, disfiguring, defacing.* *Liv.* l. 9. c. 5. *extr.* Ut ab illa deformatione tantæ majestatis, velut ab nefando spectaculo, averteret oculos. *Scilicet* ob detracta Consulibus insignia magistratus in Caudina sponsione.

DEFORMĀTUS, a, um, *formed, fashioned, shaped*, ὑποτυπωθεὶς, formatus, delineatus, descriptus. *Quintil.* l. 5. c. 11. *a med.* Marmora deformata prima manu. *Id. in præfat.* l. 6. Non enim flosculos, sed certos, atque deformatos fructus ostenderat. *Varr.* 3. *R. R.* c. 5. Locus deformatus ad tabulæ litterariæ speciem. *Plaut. Pseud.* 2. 3. 10. Jam instituta, ornata cuncta in ordine, animo, ut volueram, certa, deformata habebam. ¶ Item forma privatus, corruptus, turpis, *defamed, defaced, disfigured*, δύσμορφος. *Liv.* l. 40. c. 45. Fulminibus complura loca deformata. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 21. Hunc omnibus a me pictum et politum artis coloribus, subito deformatum non sine magno dolore vidi. *et paulo supra.* Deformatus corpore, fractus animo. *Sil. in fi.* l. 2. Membra deformata veneno. *Cic. de Harusp. resp.* c. 26. Homo vitiis deformatus. *befouled.* *Id.* 6. *Verr.* c. 55. parietes nudos ac deformatos reliquit. *Id. de Harusp. resp.* c. 12. Quid magis deformatum, inquinatum, perversum, conturbatum dici potest? *Gell.* l. 14. c. 2. Homo probri plenus, spurcissimæque vitæ, ac deformatissimæ. *Hirt. de B. Alex.* c. 24. Patria turpissimis incendiis et ruinis deformata. *Sallust. in Jug.* cap. 15. Homo ærumnis deformatus. *Liv.* lib. 8. cap. 32. Deformata victoria.

DEFORMIS, e, *deformed, ugly, misshapen, disfigured*, δύσμορφος, sine forma, fœdus, turpis. *Cic. pro Cœl.* c. 3. Ut eum pœniteat non deformem esse natum. *Id.* 5. *de fin.* c. 12. Motus corporis, statusve deformis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 61. Res turpiculæ, et quasi deformes. *Id. Fam.* 4. ep. 9. *ad fin.* Patria deformior. *Gell.* l. 5. c. 11. deformissima femina. *Frontin. de aquæduct.* artic. 93. deformis ac turbida aqua. ¶ Translate *Stat.* 10. *Theb.* v. 332. deformis vita. *Horat.* epod. 13. extr. ægrimonia. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 116. deformes ortus. *mean birth.* et *Martial.* l. 11. epigr. 100. deforme vitium *h. e.* turpis morbus, *base, ignominious.* *Plin.* l. 8. ep. 24. *ad fin.* Multo deformius est amittere, quam non assequi laudem. *Cic.* 1. *Offic.* c. 38. *extr.* deforme est de se ipso prædicare. *Sil.* l. 16. v. 220. Haud deformis erit vobis ad fœdera versis Pacator, mediusque Syphax. *h. e.* pudendus, contemnendus. *Liv. in fi.* l. 44. Orationem non tam honorificam audientibus, quam sibi deformem, habuisse. *disgraceful.* *Ovid.* 3. *ex Ponto*, ep. 8. v. 15. deformes campi. *h. e.* inculti, et aspectu horridi. et 5. *Trist.* el. 2. v. 63. deformia litora Euxini æquoris. *Sueton. in Vespas.* c. 23. deformia lucra. *h. e.* sordida. *Quintil.* l. 9. c. 4. deforme nomen. *a harsh-sounding name.* ¶ Cum genitivo *Sil.* l. 1. v. 165. Quem postquam diro suspensum robore vidit Deformem leti famulus. *h. e.* dehonestatum infami genere supplicii.

DEFORMĬTAS, atis, f. *deformity, depravity, ugliness, unseemliness*, δυσμορφία, pravitas, turpitudo. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 59. deformitas et vitium corporis. *Gell.* l. 15. c. 17. Pudefactus oris deformitate. *Id.* l. et cap. 3. Vitia atque deformitates meretricum. *Sueton. in Ner.* c. 38. Offensus deformitate veterum ædificiorum. *Cic. in Orat.* c. 17. diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt. *from uncouthness of action.* Sic l. 1. *de Orat.* c. 34. Intuendi sunt nobis non solum oratores, sed etiam actores, ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem pravitatemque veniamus. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Legib.* c. 19. deformitas animi. *Id. Attic.* l. 9. ep. 10. fugæ et negligentiæ. ¶ Pro dehonestamento, dedecore, *disgrace, dishonour, infamy.* *Nepos in Agesil.* c. 8. Naturam maleficam nactus est in corpore, exiguus et claudus altero pede: quæ res nonnullam afferebat deformitatem: atque ignoti faciem ejus cum intueerentur, contemnebant. *occasioned him something of dishonour.* *Hirt. de B. Alex.* c. 19. *extr.* Hostili modo Cordubensium agros vastat. Cujus rei deformitate atque indignitate legiones concurrerunt, &c. *Quintil.* l. 6. c. 1. Si judicibus aut gloriæ futura est absolutio rei, aut deformitati damnatio.

DEFORMĬTER, *deformedly, disgracefully*, αἰσχρῶς, fœde, turpiter. *Quintil.* l. 8. c. 3. *circa med.* Junctura (*verborum*) deformiter sonat. *Id.* l. 11. c. 1. deformiter dicere. *Sueton. in Ner.* c. 49. Vivere deformiter ac turpiter. *Valer. Max.* l. 8. c. 1. n. 6. Ut abjicere se tam suppliciter, aut attollere tam deformiter cogeretur.

DEFORMO, as, avi, atum, a. 1. *to form, fashion, describe, delineate, design*, figurare, formam dare, describere, delineare, ἐκμορφόω, ὑποτυπόω. *Vitruv.* l. et cap. 1. Architectum grafidos scientiam habere oportet, quo facilius exemplaribus pictis, quam velit operis speciem, deformare valeat. *Cato R. R. c. pænult.* Cum areas deformabis, intervallum facito inter eas semipedem. *Senec.* l. 7. *de Benef.* c. 2. Hanc voluptatem nunquam sensuram sui tædium, percipit hic, quem deformamus. *h. e.* describimus. Sic *Cic. pro Cæs.* c. 5. Ille, quem supra deformavi. et *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 12. Deformare imagines. ¶ Item orno, *to adorn, beautify, embellish.* *Vitruv.* l. 5. c. 8. Scenæ Tragicæ defomantur columnis, fastigiis, et signis, reliquisque regalibus rebus. ¶ Item contraria ratione, formam destruo, corrumpo, fœdo, *to deform, disfigure, mar the fashion of*, λωβάομαι, διαφθείρω. *Virg.* 4. *Georg.* v. 254. horrida vultum Deformat macies. *Id.* 10. *Æn.* v. 844. Canitiem immundo deformat pulvere. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 517. Tonsura male deformat capillos. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 14. Carthaginienses Italiam deformarunt. *laid waste, spoiled.* ¶ Translate *Cic. pro Cœl.* c. 2. Ut ad ea, quæ accusatores, deformandi hujus causa dixerunt, primum respondeam. *in order to defame him.* *Virg.* 12. *Æn.* v. 805. Deformare domum, et luctu miscere hymenæos. *h. e.* luctu complere, *to fill with mourning.* *Liv.* l. 30. c. 14. *extr.* Cave, deformes multa bona uno vitio. *that you do not spoil, dishonour.* et lib. 3. c. 71. Victoriam honestam turpe domi judicium populi deformavit. Adde lib. 24. cap. 24.

DEFORMŌSUS, a, um, adject. deformis. *Sidon.* l. 3. ep. 3. Consilio deformosiore aliquid occulere. Al. leg. *deformiore.*

DEFORMUS. V. *Deforma.*

DEFOSSUS, us, m. *a digging down*, defodiendi actus. In sexto casu *Plin.* l. 19. c. 8. Area in defossu cavata.

DEFOSSUS, a, um, *dug out*, κατορυκτὸς, effossus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 376. Ipsi in defossis specubus secura sub alta Otia agunt terra. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 351. Hic coquus, hic leno, defossi verbere terga. *h. e.* lacerati. Al. leg. *defessi.* *Flor.* l. 3. c. 21. *ad fin.* Oculis, manibus, cruribusque defossis. *h. e.* oculis erutis, manibus et cruribus discerptis. ¶ Item effossa terra obrutus, infossus, *buried in the earth, planted.* *Plin.* l. 18. c. 17. *a med.* Herba defossa in quatuor angulis segetis. *Id.* l. 19. c. 8. Defosso semine acervatim, parvulis scrobibus serunt. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 17. Cotem illam, et novaculam defossam in comitio, supraque impositum puteal, accepimus. *Virg. Georg.* 2. v. 507. Condit opes alius, defossoque incubat auro. *Plin.* l. 9. c. 7. Animalia, quæ semper defossa vivunt, ceu talpæ. *live under ground.*

DEFRACTUS, a, um, *broken down, broken*, idem quod fractus, aut valde fractus. *Plaut. Stich.* 1. 3. 37. Ei hercle ego verbo lumbos defractos velim. *Plin.* l. 21. c. 7. Hortensiorum quædam non nisi defracta, aut ex attritu olent. *Id.* l. 26. c. 8. Defracti ramuli. *Cato R. R.* c. 88. Amphora defracto collo.

DEFRAUDATĬO, onis, f. ἀφουσία. *Tertull. de Anim.* cap. 43. Omnis natura aut defraudatione, aut enormitate rescinditur, proprietate mensuræ conservatur, *h. e.* defecto aut excessu.

DEFRAUDĀTOR, oris, m. νοσφιστὴς, fraudator. *Senec. de Benef.* l. 4. c. 26. Qui beneficiorum defraudator est. Correctiores libb. hab. *fraudator.*

DEFRAUDĀTRIX, icis, f. quæ defraudat. *Tertull. de Jejun.* c. 16. Domus impudens, sacrificiorum carnalium defraudatrix.

DEFRAUDĀTUS, a, um, fraudatus. *Paulin. Nolan. in Nat. S. Fel. XI. edito a Murator.* v. 74. pecudum sanguinem defraudatus.

DEFRAUDO, as, avi, atum, a. 1. *to beguile, deceive, impose upon, defraud, cheat*, fraudando intercipio, aufero, νοσφίζω. *Terent. Adelph.* 2. 2. 37. Colaphis tuber est totum caput: etiam insuper defraudat? *Plaut. Pseud.* 1. 1. 91. Defraudare aliquem drachma. *Liv.* l. 36. c. 40. *extr.* aliquem fructu victoriæ suæ. *Cic. in Orat.* c. 66. Ne brevitas (*periodi*) defraudasse aures videatur, neve longitudo obtudisse. ¶ Et cum altero accusativo, *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 95. Æs defraudasse cauponem. *Plaut. Asin.* 1. 1. 82. Nisi quid tu porro uxorem defraudaveris. *Cic. Fam.* 7. ep. 10. Quem ne andabatam quidem defraudare poteramus. *h. e.* retinere a spectandis andabatis, privare spectaculo andabatarum. V. *Andabata.* ¶ *Defraudare genium suum*, est quod *Liv.* l. 5. c. 47. dicit, fraudare se victu suo, *to cheat his own belly, deny himself the necessaries of life*, necessaria naturæ negare, comparcendi causa. *Terent. Phorm.* 1. 1. 9. Quod ille unciatim vix de demenso suo, Suum defraudans genium comparsit miser. *Plaut. Aulul.* 4. 9. 15. Egomet me defraudavi, animumque meum, geniumque meum: nunc eo alii lætificantur, meo malo et damno.

DEFRĔMO, is, n. 3. *to give over making a noise, abate, cease*, fremere desino. *Sidon.* l. 1. ep. 5. *extr.* Nondum cuncta thalamorum pompa defremuit. *Id.* l. 4. ep. 12. Sensim ira defremuit. *Id.* l. 9. ep. 9. Donec gentium concitatarum procella defremeret. Tribuunt etiam *Plinio* l. 9. ep. 13. Cum jam satis primus ille impetus defremuisset. Al. leg. *deferbuisset.*

DEFRENĀTUS, et Defrænatus, a, um, *unbridled, unruly*, ἀχάλινος, sine freno, effrenatus. *Ovid. Metam.* 1. v. 282. Et defrenato volvuntur in æquora cursu.

DEFRENS, in *Glossis* exponitur ἄρουρα, θερισμὸς, ager, messis: et Defrensa, ἄρουρα, θερισθεῖσα, ager, vel seges demessa. *Festus* hæc habet: *Defrensam, detritam atque detonsam.* ubi de veste putant sermonem esse, ducta metaphora ab arvis demessis.

DEFRICĀTE, adverb. *Næv.* apud *Charis.* l. 2. pag. 178. *Putsch.* Facete et defricate. *h. e.* salse, *satirically*, ut *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 4. Lucilius sale multo Urbem defricuit.

DEFRICĀTUS, a, um, *rubbed hard*, qui mundandi causa fricatur. *Colum.* l. 11. c. 2. *a med.* Dolia partim picata, partim defricata, et diligenter lota. *Plin.* l. 28. c. 12. Defricatæ maculæ. *Catull. extr.* carm. 37. *ad Contubern.* Et dens Hibera defricatus urina.

DEFRĬCO, as, cui, ictum, a. 1. *to rub, rub hard*, ψήχω, idem quod frico aut valde frico. *Catull.* carm. 39. *in Egnat. sub fin.* Hoc solet sibi mane Dentem atque russam defricare gingivam. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 9. *extr.* Ut in balneas venit, cœpit, postquam perfusus est, defricari. *Plin.* l. 26. c. 4. Lichenes defricantur pumice. *Colum.* l. 12. c. 56. Radicem diligenter defricare, ne quid terreni habeat. *Cels.* lib. 5. *cap. ult.* n. 18. Levis papula jejuna saliva defricatur. ¶ Translate *Horat. de Lucilio* l. 1. sat. 10. v. 4. idem quod sale multo Urbem defricuit, charta laudatur eadem. *h. e.* acriter reprehendit in satyris suis, cum dolore eorum, qui notabantur. *to be very severe or sharp upon; to censure with much wit.* [† *eod. sensu.*] *Pers.* sat. 1. v. 115. secuit Lucilius Urbem, Te Lupe, te Muti, et genuinum fregit in illis. ¶ Videtur habere etiam præteritum *avi, atum.* Nam inde est *defricatus, a, um*; quod V.

DEFRICTUS, a, um, *rubbed, rubbed hard, scoured*, idem quod defricatus. *Colum.* l. 7. c. 5. Medicamentum scabræ parti illinitur, quæ prius pumice defricta exulceratur. *Id.* l. 6. c. 13. Scabies extenuatur trito allio defricto. ¶ Item detritus, ulceratus. *Senec.* epist. 87. *ante med.* Non omnibus obesis mannis præferres unicum illum equum a Catone defrictum?

DEFRIGESCO, is, ixi, n. *to grow cold*, frigesco, ἀποψύχομαι. *Colum.* l. 12. c. 20. Jubebis rutabulo ligneo agitari quod decoxeris, eo usque dum defrigescit. et cap. 21. Defrutum, cum defrixit, transfertur in vasa, et reponitur.

DEFRINGO, is, egi, actum, a. 3. *to break off, break*, ἀποῤῥήγνυμι, deorsum frango, confringo. *Cic. pro Cæcin.* c. 21. *a med.* Qui prætereuntes ramum defringerent arboris. *Virg.* 2. *Georg.* v. 300. summas defringe ex arbore plantas. *Id. Æn.* 11. v. 747. tum summa ipsius ab hasta Defringit ferrum. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 55. Pedem subsellii defringere. *Plaut. Mil.* 3. 1. 126. Metuerem, ne ibi defregisset crura aut cervices sibi. *Juventius* apud *Charis.* l. 2. pag. 196. *Putsch.* Caput ei testatim defregero ¶ Translate *Senec.* epist. 92. Id unum bonum est, quod nunquam defringitur. *h. e.* deflectitur et deripitur.

DEFRŪDO, as, a. 1. idem quod *defraudo.* Ab eo enim

est ut a *claudo cludo*, &c. *Non.* c. 1. n. 130. loca affert *Terentii* et *Plauti* aliquot, in quibus alii *defraudo* legunt. Addi potest et *Catonis* locus *de R. R.* c. 24. Quidquid vini defrudabis. Sed alii leg. *defrutabis.* V. ¶ Celebre est *Catonis* dictum *R. R.* c. 5. Villicus segetem ne defrudet. nam id infelix est. V. *Defrugo.*

DEFRŬGO, as, a. 1. *to exhaust or destroy the produce of land*, καρπίζομαι, est omnem fructum exhaurire, nimia fetura exinanire agros: vel alio modo perdere fruges. *Plin.* l. 18. c. 24. Huc pertinet oraculum illud magnopere custodiendum: Segetem ne defruges. *Cato R. R.* c. 5. Segetem ne defruget: nam id infelix est. Quo in *Catonis* loco alii leg. *defrudet*, h. e. vel de aratione, vel de lætamine, vel de semente aliquid defraudet, et detrahat. Quare cum videatur *Plinius* ad hunc locum respexisse, putant aliqui ipsum ex *Catone* emendandum, legendumque *defrudet.*

[* DEFRUMENTUM, i, n. idem ac detrimentum. *Plin. Valer.* l. 5. c. 24. Omnia alia defrumenta fugienda sunt.]

DEFRŬOR, eris, d. 3. est omnem fructum percipere, ut *deamo* valde amare: *Fest. Symmach.* l. 3. ep. 23. Autumnitate defruimur.

DEFRUSTĀTUS, a, um, adject. in frusta concisus, *cut or torn in pieces. Ammian.* l. 31. c. 2. (*al.* 3.) sed semel tunica collo inserta non ante deponitur, aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos defluxerit defrustata.

DEFRUSTO, as, avi, atum, est frustatim excerpere. *Sidon.* l. 9. ep. 9. Volumen lectito, excerpo, maxima ex magnis capita defrustans. ¶ Item in frusta concidere, lacerare. *Ammian.* l. 20. c. 2. Defrustandæ Mesopotamiæ opitulari. Al. leg. *defensandæ.*

DEFRUTARĬUS, a, um, ad defrutum spectans. *Colum.* l. 1. c. 6. Dividitur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam. *a cellar where they made defrutum. Id.* l. 12. c. 19. Defrutaria vasa. *vessels for boiling wine to the consistency of* defrutum. *Id. ibid.* c. 20. *defrutarium* absolute pro vase defrutario dixit.

DEFRŬTO, as, a. 1. *to boil new wine till it becomes* defrutum, ἕψω, est mustum decoquere. *Colum.* l. 2. c. 22. Sed defrutum quoque facere, et defrutare vinum licet. *Defrutare*, et *defrutum facere* hoc differunt, quod *defrutare* est universim mustum decoquere, unde vel defrutum, vel sapa, vel carœnum fiat: at *defrutum facere* certam peculiaremque decoquendi rationem designat. [*DEFRUTO as, a.* 1. *&c. Deleas velim omnia quæ sequuntur, hæc vero reponas per me licet. to spice wine, or mix it with* defrutum, addere vino defrutum. *Colum.* l. 2. c. 22. Sed defrutum quoque facere, et defrutare vinum licet. *Defrutum facere*, et *defrutare* hoc differunt, quod *defrutum facere* est mustum ita decoquere, ut defrutum, vel sapa, vel carenum fiat: at *defrutare* est addito defruto vinum firmare, quo facilius ætatem ferat; quod nos Angli *to spice, sophisticate* dicimus. *Id. Colum.* l. 12. c. 37. docet quosdam vino Græco defruti sextarium miscere, nonnullos etiam duos, si existimant vini notam parum esse firmam. Ex quibus *Columellæ* verbis patet etiam cur solerent antiqui defrutum vino miscere. Huc etiam facit *Catonis* locus de *R. R.* c. 24. Quidquid vini defrutabis, partem trigesimam defruti addito.]

DEFRŬTUM, i, n. *new wine boiled down one-half with sweet herbs and spices to make it keep*, ἕψημα, vinum coctum. *Colum.* l. 12. c. 20. et 21. et *Varr* apud *Non.* c. 17. n. 15. ita vocant mustum decoctum ad tertias: *Plin.* vero l. 14. c. 9. mustum decoctum usque ad dimidiam partem: quod vero ad tertias decoquitur, tum *Id. ibid.* tum *Pallad. in Octobr.* tit. 18. sapam vocant. V. *Sapa. Virg.* 4. *Georg.* v. 269. igni pinguia multo Defruta. Ubi *Servius*: vina decocta et defraudata proprio sapore: quod confirmat etiam ad lib. 2. v. 93. *Pallad. vero loc. cit.* rectius, Defrutum, inquit, a defervendo dictum, ubi ad spissitudinem fortiter despumaverit. Quam etymologiam confirmat *Non.* cap. 17. num. 15. et quidem ex *Varron.* ut videtur.

DEFŬAM, as, at, pro *desim, is, it*, usitatum Veterib. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 3. Metuo, ne defuat oratio. Al. leg. *defuerit.*

DEFŬGA, æ, m. *a runaway, deserter*, qui defugit, perfuga, transfuga. *Prudent. Peristeph.* 1. *de Martyrib. Calagurrit.* v. 42. Idolis litare nigris, esse Christi defugas. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 12. *Cod. Theodos. tit. et leg. ult.* Curiæ, vel Collegii defugæ.

DEFŬGĬO, is, ugi, a. 3. *to shun, avoid, refuse to accept of*, ἀποφεύγω, ἀναχάζω, effugio, evito, recuso. *Cic.* 5. *Tuscul. c. ult.* Injurias fortunæ, quas ferre nequeas, defugiendo relinquas. *Est qui legit* diffugiendo. *Liv.* l. 5. c. 38. *ad fin.* Circa ripam Tiberis, quo totum sinistrum cornu defugit. *Est qui malit* diffugit. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 12. Aditum eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 32. Orat, rempubl. suscipiant, atque una secum administrent: sin timore defugiant, &c. *Cic. pro Planc.* c. 32. Nullas sibi neque contentiones, neque dimicationes, nec pro republica, nec pro me defugiendas putavit. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. . Nec tamen defugio, quin dicam quæ scio de suillo pecore. *Plin.* l. 1. ep. 8. *ad fin.* Defugere assentationem vulgi et acclamationem. *Gratius in Cyneg.* v. 459. Defugere ab sacris. ¶ *Defugere auctoritatem*, V. *Auctoritas.* ¶ *Defugere prœlium*; vitare, nolle pugnare, *to avoid, decline*, apud *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 82. ubi alii leg. *diffugere*, sed minus recte. Differunt enim hæc duo, quod *diffugere* est hac illac diversos fugere: et fere de pluribus dicitur: *defugere* est devitare, recedere, recusare ut dictum est: et de uno etiam usurpatur.

DEFŬGO, as, a. 1. *to drive away*, idem quod fugo. *Theodor. Priscian.* l. 1. c. 4. Capillos locis propriis defugabis, si, &c. *you will cause to fall off.*

DEFULGŬRO, as, avi, atum, idem quod fulguro, *to flash. Auson. in Periocha* 5. *Iliad.* Undantem clypeus defulgurat ignem.

DEFUNCTORĬE, *cursorily, slightly, carelessly*, πρὸς ἀφοσίωσιν, perfunctorie, leviter, remisse, ita ut defunctus esse officio videare, non acriter et data opera. *Senec.* l. 5. controv. 31. *sub fin.* Defunctorie causam meam egissem? *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 17. leg. 2. *a med.* Defunctorie aliquid petere.

DEFUNCTORĬUS, a, um, *slight, cursory*, levis, remissus. Defunctorium enim dicitur quidquid ita fit, ut ad defungendum officio satis esse videatur. *Petron. in Satyr.* c. 136. Nec satiatus defunctorio ictu, morte me anseris vindicavi. *Id. ibid.* cap. 132. Apodixin mihi defunctoriam redde.

DEFUNCTUS, us, m. idem quod mors, *death. Tertull. advers. Valentin.* c. 26. Defunctui subjacere.

DEFUNCTUS, a, um, particip. a *defungor*, qui peregit quod facere debuerat, atque adeo qui evasit, solutus, liberatus, ἀπηλλαγμένος. *Horat.* l. 3. od. 24. v. 15. Defunctumque laboribus æquali recreat sorte vicarius. *Liv.* l. 25. c. 35. Defuncti suo bello. *having dispatched their war. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 8. Cum etiam qui ante metuerant, redirent, ac jam defunctos se periculo arbitrarentur. *Liv.* l. 3. c. 8. Defuncta morbis corpora salubriora esse inceperunt. *Curt.* l. 4. c. 4. *extr.* Carthago multis casibus defuncta. *having experienced many vicissitudes or disasters. Id.* l. 8. c. 1. Prospero eventu defunctus Alexander. *having succeeded in his enterprise. Liv.* l. 4. c. 52. Defuncta civitas plurimorum morbis, perpaucis funeribus. *released from the pestilence, after many had been sick, but few had died of it. Ovid.* 9. *Metam.* v. 254. Idque ego defunctum terra cælestibus oris Accipiam. *h. e.* terrena parte solutum. V. locum. *Plin.* l. 25. c. 2. Ceteri sermone herbas tradidere: aliqui ne effigie quidem indicata, et nudis plerumque nominibus defuncti. *content with giving the mere names. Justin.* l. 12. c. 2. Defuncti responso. *h. e.* qui oraculi responsum, ac jussa impleverunt. ¶ *Defunctus vita*, qui suum vitæ curriculum, quem debuit, implevit, et ad plures transiit. *Virg.* 4. *Georg.* v. 475. defunctaque corpora vita Magnanimum heroum. Sic *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 21. nisi quæ terris semota suisque Temporibus defuncta videt, fastidit, et odit. *h. e.* quæ sua vivendi tempora implevere. Et cum accus. *Tibull.* l. 3. el. 3. v. 9. cum præmensæ defunctus tempora lucis Nudus Lethea cogerer ire rate. ¶ Dicitur etiam *Defunctus morte*, qui mortem oppetiit. *Curt.* l. 3. c. 11. Circa currum Darii jacebant nobilissimi duces, ante oculos regis egregia morte defuncti. *Sueton. in Cæs. in fin.* Neque quisquam sua morte defunctus est. *died a natural death.* ¶ Et absolute *defunctus* est mortuus, *dead, defunct. Curt.* l. 4. c. 10. Mater Darii defuncto assidens corpori. *Flor.* l. 3. c. 20. Duces defuncti prælio. *slain in the field of battle. Ovid.* 1. *Amor.* el. 8. v. 108. Ut mea defunctæ molliter ossa cubent. *Plin.* l. 9. ep. 9. Oblivisci defunctorum. Adde *Martial.* lib. 8. epigr. 57. *Lucan. Sueton. Tacit.* &c. ¶ Passive *Claudian. de Phœnice*, v. 40. tunc conscius ævi Defuncti reducisque parans exordia formæ. *h. e.* ætatis transactæ. [¶ Vocem *defunctus*, utpote ominosam, nunquam aut raro admodum in antiquis sepulcrorum titulis adhibitam existimarunt nonnulli, easque inscriptiones, in quibus legitur, ad Christianos homines pertinere. Utrumque falsum esse citatis exemplis sane pluribus probat *Clemens Biagi* in *Monum. Græc. et Latin. ex Museo Naniano* pag. 198.]

DEFUNDO, is, udi, usum, a. 3. *to pour down, pour out*, καταχέω, deorsum fundo, effundo. *Stat.* 1. *Theb.* v. 352. Auster defundit imbres. *Colum.* l. 12. c. 50. Quod defluxerit in rotundum labrum, protinus capulator depleat, et in fictilia labra defundat. *Cels.* l. 6. c. 6. n. 1. Ovi album in vas defundendum est. ¶ Translate *Petron. in Satyr.* c. 5. Sic flumine largo Plenus, Pierio defundes pectore verba. ¶ *Defundere vinum* proprie significat in pateram, vel cyathum ex dolio, aut cado fundere bibendi causa. *Diffundere* autem, ex lacu in amphoram, cadum, vel dolium condere servandi causa. Hæc tamen apud Scriptores sæpe Librarii confudere. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 58. Ac, nisi mutatum parcit defundere vinum. *Id.* l. 4. od. 5. v. 33. te prosequitur mero Defuso pateris. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 517. Quæque puer quondam primis diffuderat annis, Prodit fumoso condita vina cado. *Plin.* l. et cap. 14. Apothecas fuisse, et diffundi solita vina, apparet indubitato Opimiani vini argumento. *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 4. Vina bibes iterum Tauro diffusa. *Juvenal.* sat. 5. v. 30. Ipse capillato diffusum consule potat. ¶ Contraria ratione *Pallad.* l. 1. tit. 18. Ex lacubus canales structi per parietes currant, et subjectis lateri suo doliis manantia vina defundant.

DEFUNGOR, eris, nctus sum, dep. 3. *to discharge, execute, perform, get rid of, be freed from*, ἀπαλλάττομαι, idem quod fungor, vel omnino et plene fungor, perfungor, officium partesque meas plene exsequor, atque adeo liberor, solvor officio, molestia, periculo. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 24. Neque ego lubenter pro maximis tuis beneficiis tam vili munere defungor orationis. *Liv.* l. 1. c. 4. Defungi imperio alicujus. et cap. 25. Ille defungi prœlio festinat. *Senec. in Hippol.* v. 128. nulla Minois levi Defuncta amore est: jungitur semper nefas. *h. e.* leviter amavit. *Idem in Phœniss.* v. 338. Defungi scelere. *Liv.* l. 5. c. 5. Instare, et perseverare, defungique cura. *to go through the toil.* et l. 29. c. 21. Libera corpora placere Locrensibus restitui, non levi defuncturum pœna, qui non restituisset. *with a threat of severe punishment to him, who,* &c. *Justin.* l. 1. c. 5. Defungi somnio. *h. e.* somnii sortem implere. *Id.* l. 12. c. 2. Defungi responso oraculi. *Curt.* l. 6. c. 2. Soliti parco ac parabili victu ad implenda naturæ desideria defungi. *to live frugally, so as just to satisfy the demands of nature.* ¶ Absolute, vel cum casu instrumenti: nisi forte etiam superiora ad instrumentum referuntur. *Terent. Phorm.* 5. 8. 32. Cupio misera in hac re jam defungier. *paragoge pro* defungi. *Liv.* lib. 2. cap. 35. Adeo infensa erat coorta plebs, ut unius pœna defungendum esset, Patribus. *that all the rest should be quit with the punishment of one. Id.* l. 10. c. 29. Vicisse Romanos, defunctos Consulis fato. *released from danger by the death of the Consul. Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 1. Hoc mendacio, si qua pericula tibi impenderent, ut defungeremur, optavi. ¶ Pertinet interdum ad pensitationem tributorum. *Cic. Verr.* 5. c. 16. Cum tribus decumis pro una defungeretur. V. *Fungor.* ¶ Passive impersonaliter *Terent. Adelph.* 3. 5. 63. Utinam hoc sit modo defunctum. ¶ Alia huc pertinentia, V. in *Defunctus.*

DEFŪSUS, a, um, adject. fusus, *poured down, poured forth. Valer. Max.* l. 2. c. 6. n. 8. Defusa Mercurio delibamenta. *Sil.* l. 5. v. 454. Donec abundanter defuso sanguine late Procubuit moriens. ¶ De mero defuso pateris, apud *Horat.* V. *Defundo.*

DEFUTŪTUS, V. *Diffututus.*

DEGĔNER, is, omn. gen. *unlike his ancestors, degenerate*, ἀγενής, δυσγενής, qui a sui generis natura longe abest. *Senec. in Hippol.* v. 908. Degener sanguis. *Id. in Agamemn.* v. 387. et *Lucan.* l. 8. v. 693. Proles degener. *Plin.* l. 10. c. 3. Aquila imbellis et degener. *Id.* l. 17. c. 5. Atræ et degeneres herbæ. *Id.* l. 37. c. 4. Adamantes degeneres. *Id.* l. 11. c. 50. Canum degeneres caudam sub alvum reflectunt. ¶ Translate est, qui a virtute majorum suorum recedit, vilis, ignobilis. *ignoble, base, vile. Virg. Æn.* 4. v. 13. Degeneres animos timor arguit. *Lucan.* l. 3. v. 149. Metus degener. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1388. Clamor degener. *Id. in Hippol.* v. 492. haud illum niger Edaxque livor dente degeneri petit. *Lucan.* l. 1. v. 365. Degenerem togam pati. *h. e.* pati civem esse privatum sine magistratu, cum eo maxime dignus sit. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 19. Prece haud degenere permotus. *h. e.* non abjecta et indigna illo, a quo adhibebatur. Sic *Ann.* 11. c. 19. Insidiæ non degeneres. *h. e.* quæ non dedecebant Romanos, a quibus fiebant. ¶ Cum genit. *Ovid.* 3. *ex Ponto*, ep. 5. v. 7. Juvenis patrii non degener oris. *Id. Metam.* 11. v. 314. patriæ non degener artis. *Stat.* 9. *Theb.* v. 619. sanguinis. *Sil.* l. 10. v. 69. altæ Virtutis patrum. *Plin.* l. 5. c. 8. Atlantes degeneres sunt humani ritus, si credimus. Nam neque nominum ullorum inter eos appellatio est.

[* DEGENERĀTUS, a, um, particip. a *degenero. Val. Max.* l. 8. c. 4. Vitaturum se dicerent conspectum degenerati patris.]

DEGENĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to degenerate, grow worse; not to come to; to fall short of*, ἐκπίπτω, ἐκτρέπομαι, degener fio, a mei generis natura discedo, et in pejus declino, mutorque. *Virg.* 2. *Georg.* v. 59. Pomaque degenerant succos oblita priores. *Cic. Phil.* 13. c. 15. Frater tuus, qui a vobis nihil degenerat. *Id. pro Flacc.* c. 11. Degenerare a virtute majorum. *Plin.* l. 18. c. 17. Hordeum in avenam degenerat. et l. 17. c. 15. Degenerare in feritatem. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 21. ad artes theatrales honesto loco ortum. *Liv.* l. 9. c. 34. Nolo ego istam in te modestiam, ne degeneraveris a familia imperiosissima et superbissima. ¶ Cum dativo Poetice *Claudian. de IV. Cons. Honor.* v. 366. et patri non degeneraret Achilli. *Manil.* l. 4. v. 78. Degenerant nati patribus. *Stat.* 1. *Theb.* v. 464. et Marti non degenerare paterno. ¶ Cum accus. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 45. Hanc cave degeneres. *Id.* 7. *Metam.* v. 542. Acer equus quondam, magnæque in pulvere famæ Degenerat palmas. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 81. Degenerare propinquos. *Stat.* l. 3. silv. 1. v. 160. degenerare honorem. *Ubique alii aliter legunt.* ¶ Pro degenerem reddere, *Colum.* l. 7. c. 12. *ad fin.* Si Venus teneris canibus conceditur, carpit vires, animosque degenerat. ¶ Hinc passive *Solin.* c. 17. (*al.* 27.) Adulterinis coitibus degenerantur partus leænarum. [¶ Passive impersonaliter *Val. Max.* l. 2. c. 7. n. 7. Mars imperii nostri

pater, ubi aliqua ex parte a tuis auspiciis degeneratum erat, numen tuum propitiabatur. ¶ Particip. *degenerans* apud *Liv.* l. 9. c. 18. Exercitus degenerans.]

DEGĔRO, is, a. 3. *to carry away*, φέρω, gero. *Plaut. Men.* 5. 2. 53. Mea ornamenta ad meretrices degerit. *Id. ibid.* 5. 1. 41. Aurum meum domo suppilas uxori tuæ, et tuæ degeris amicæ. ¶ Degerere in pastillos, *h. e.* conformare, pastillos ex aliqua re conficere, est apud *Plin.* l. 12. c. *pænult.* ubi tamen Veteres Editiones habent *digerere*. ¶ Degerere bellum, *to wage war*, bellum gerere. *Lucret.* l. 4. v. 965. Nautæ contractum cum ventis degerere bellum. Al. leg. *cernere*, alii *degere*. Si *degerere* retineas, versus est hypermeter, quod in *Lucretio* rarum non est.

DĔGLABRĀTUS. V. in voce sequenti.

DEGLABRO, as, avi, atum, a. 1. *to make bald, pull off hairs, peel*, ἀποψιλόω, glabrum reddo, glabro, corticem aut pilos detraho. *Paul. Dig.* lib. 47. tit. 7. leg. 5. Arbores cingere est deglabrare. *to bark.* V. *Declavo. Lactant.* l. 1. c. 21. Isidis sacerdotes, delabrato corpore, sua pectora tundunt.

DEGLŪBO, is, psi, ptum, a. 3. *to peel, or pull of the skin*, ἀποδέρω, ξυράω, est corticem eximere. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 48. Quod eo folliculo deglubitur granum. ¶ Item excoriare. *to excoriate, flea, flay.* Unde illud: *Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere.* Ita rescripsit Tiberius Præsidibus Provincias tributis onerandas suadentibus, apud *Sueton. in ejus vita*, c. 32. Sic *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 688. Peliam Medeæ permisisse, ut se vel vivum deglube- ret, dummodo redderet puellum. ¶ Obsceno sensu *Auson.* epigr. 71.

DEGLUPTUS, a, um, adject. excoriatus, pelle privatus, *having the skin taken off, flayed. Plaut. Pœn.* 5. 5. 33. Deglupta mænas. *Marcell. Empir.* c. 16. *a med.* Mus degluptus.

DEGLUTĬNO, as, a. 1. *to unglue, dissolve, separate*, διαλύω, dissolvere, quod glutinatum erat. *Plin.* lib. 25. cap. 13. Palpebras deglutinat andrachne.

DEGLUTTĬO, *vel* Deglutio, is, a. 4. *to swallow*, καταπίνω, est cibum, vel potum per gulam ad stomachum transmittere: a *gluttio*, vel *glutio*. *Alcim. Avit.* l. 4. v. 364. *de balæna Jonæ.* Deglutire virum, fauces implere capaces. [¶ *Antonin. imp. apud Fronton.* ep. 12. Primum denique hunc cibum deglutivit.]

DEGO, is, degi, *sine sup.* a. 3. a *de*, et *ago*. *Degere vitam, ætatem, tempus* est agere, *to leud, pass, or spend one's life*: quasi usque ad finem agere: ut *de* vim habeat τοῦ *per*: vel quasi deorsum agere, decurrere, ætatem consumere. *Cic. pro Rosc. Amer. c. pænult.* Degere ætatem inter feras. *to live, dwell. Id. pro Sull.* c. 27. Fœdissimam vitam ac miserrimam cum aliquo. *Id. in Fragm.* apud *Augustin.* l. 4. *de Trin.* c. 2. et *Lucret.* l. 2. v. 1092. in beatorum insulis immortale ævum. *Horat.* l. 1. od. 31. *extr.* senectam turpem. *Stat. Theb.* 6. v. 830. otia. *Plaut. Mostell.* 3. 1. 3. A mane ad noctem usque in foro dego diem. *Terent. Adelph.* 4. 1. 6. Degere diem in lætitia. ¶ Absolute etiam eadem sententia usurpatur, *to live, exist. Plin. in proœm.* l. 12. Etiam nunc gentes sic degunt. *live so. Horat.* l. 3. od. 29. v. 41. Ille potens sui, Lætusque deget, cui, &c. *Senec.* ep. 74. *ante med.* Animalia sine nequitia, sine fraudibus degunt. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 57. Certus procul Urbe degere. *Plin.* l. 6. c. 17. et 25. Degere ex æquo cum aliquo. *h. e.* concorditer, iisdem legibus, atque institutis. *Id.* l. 31. c. 7. *a med.* Vita humanior sine sale non quit degere. *cannot hold out, or subsist.* ¶ Passive *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 19. Quærere soletis, quæ vita deorum sit, quæque ab iis degatur ætas. *Lucret.* l. 2. v. 15. Qualibus in tenebris vitæ, quantisque periclis Degitur hoc ævi quodcumque est! *Plin.* l. 12. c. 1. Sine queis vita degi non possit. ¶ Particip. *degendus. Cic. de Amic.* c. 23. Amicitia nullam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui. ¶ *Degere bellum.* V. in *Degero.* ¶ *Non.* c. 4. n. 117. eumque sequuti *Lipsius*, et alii *dego* poni aiunt pro *demo*, minuo, detraho, quasi *deugo*, confirmantque exemplis ex *Plaut. Epid.* 1. 1. 63. *Men.* 5. 1. 41. et *Aulul.* 2. 1. 43. Item ex *Apul. in Apolog.* et *Gell.* l. 17. c. 16. in quibus omnibus locis varia ac dubia est lectio. Addi potest et illud *Caton. de R. R.* c. 37. *sub fin.* De vinea et arboribus putatis sarmenta degere, et fiscinam facere, &c. Sed hic quoque alii aliter. ¶ *Degui* præterit. formavit *Auson.* pro *degi*, *epist.* 17. In comitatu deguimus ambo ævo dispari. Al. tamen leg. *degimus.* ¶ *Degere* antiqui posuerunt pro exspectare. *Festus.* Ubi alii leg. *Degerere.* [¶ Particip. *degens* apud *Curt.* l. 9. c. 3. Inter feras serpentesque degentes.]

DEGRĀDO, as, a. 1. *to degrade*, gradu dignitatis moveo, honore privo. *Impp. Theodos. et Valent.* lib. 1. *Cod.* tit. 31. leg. 3. Verberandi, degradandive Senatores licentiam denegamus.

DEGRANDĬNAT, impers. 1. *it hails violently. Ovid.* 4. *Fast.* v. 755. Da veniam culpæ, nec, dum degrandinat, obsit Agresti fano supposuisse pecus. [† Exponit *Gesnerus*; *donec grandinare desinat, donec cesset grando.*]

DEGRASSOR, aris, dep. 1. *to rob, plunder, behave cruelly towards, slay*, idem ac grassor. *Stat.* 1. *Achill.* v. 406. Ubi tanta injuria primos Degrassata duces. *where the leaders have experienced so much barbarity.*

DEGRAVĀTUS, a, um, adject. *weighed down*, ut Degravatus pondere, *Phædr.* l. 4. fab. 21. v. 15. Manus pondere degravatæ, *Apul.* l. 7. *Metam. extr.*

DEGRĂVO, as, a. 1. *to weigh or press down, overpower*, βαρύνω, premo, aggravo. *Liv.* l. 4. c. 33. *ad fin.* Etiam peritos nandi lassitudo, et vulnera, et pavor degravant. *Plin.* l. 9. c. 5. Navigii statim degravari, quas insederit partes, et si diutius permaneat, etiam mergi. *Colum.* l. 6. c. 2. *extr.* Ne bos labore operis degravetur. *Senec.* ep. 30. Ætas illum degravat. [*Propert.* l. 3. el. 7. v. 58. Degravat unda caput. ¶ Particip. *degravans* apud *Plin.* l. 11. c. 24. Pulverum mole degravante.]

DEGREDĬOR, eris, essus sum, dep. 3. *to descend, go down*, καταβαίνω, deorsum gradior. *Liv.* l. 40. c. 22. Qua triduo ascenderat, biduo est degressus. *Plin.* l. 8. c. 16. Arborem fuga petiit, *&c.* Degressus tandem evellit præbenti. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 61. Cæcina Pœninis Alpibus degredi jussus. *Id. in Agric.* c. 18. In æquum degredi non audebant. *Plaut. Cas.* 3. 5. 40. Sciens de via in semitam degredere. *you are going out of the way with your eyes open.* [† *h. e.* prudens sciensque te impedis.] *Liv.* 3. c. 62. *extr.* Peditem ne ad pedes quidem degresso equiti parem esse. *dismounted.* V. *Digredior.*

DEGRESSIO, onis, f. actus degrediendi, κατάβασις, παρέκβασις. Translate est figura Rhetorum et quidem apud *Cicer.* 3. *de Orat.* duplex. Nam cap. 53. unam ponit inter figuras sententiarum, cum pluribus verbis integraque sententia a proposito declinatur. *Cap.* vero *sequenti* recenset inter ornamenta verborum, et intelligere videtur, cum uno aut altero verbo extra rem itur, rediturque statim ad prius. Utroque loco alii leg. *digressio.*

DEGRESSUS, us, V. *Digressus.*

DEGRŪMOR, aris, dep. 1. *to level or lay by a line*, in rectum dirigere: a *gruma*, quæ dicitur a *Non.* c. 1. n. 316. esse mensura quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, ut est agrimensorum. *Enn. ibid.* Degrumari ferrum. *Lucil. ibid.* viamque Vis degrumari, ut castris mensor facit olim.

DEGULĀTOR, oris, m. *a glutton*, qui gulose omnia consumit. *Apul. in Apol.* Omnia in paucis annis degulator in ventrem condidit, et dilapidavit.

DEGŬLO, as, a. 1. gulæ dare, ut *Non.* c. 2. n. 223. exponit. *Suecius*, seu *Suevius*, seu *Succius* vetus Poeta (quem citat etiam *Macrob.* l. 2. *Sat.* c. 14. et alibi) apud *Charis.* l. 1. pag. 80. *Putsch.* Postquam inter se degularunt omnia. *Afran. ibid.* et apud *Non. loc. cit.* Immo jamdudum occubuisse, degulasse oportuit. ¶ In verbis *Afranii* videtur alia inesse sententia, quantum ex brevi fragmento licet conjicere, *h. e.* gulam fregisse, aut quippiam hujusmodi. [Hanc interpretationem confirmare videtur *Inscript.* apud *Compol. in Litholex.* Et continuo captos degulavit grandi exemplo ceterorum.]

DEGUNĔRE, degustare. *Fest.* ubi Critici varia comminiscuntur, ut monstrum illud verbi expediant: *degumare* alii mallent, alii *degumiare*: a *gumia*, gulosus.

DEGUSTATĬO, onis, f. *a tasting*, actus degustandi, γεῦσις. *Ulpian. Dig.* lib. 18. tit. 6. leg. 1. Periculum vini sustinebit usque ad degustationem. Adde lib. 33. tit. 5. leg. 3.

DEGUSTĀTUS, a, um, adject. *tasted of, tasted*, ut degustata vasa, vel dolia. *Ulpian. Dig.* lib. 18. tit. 6. leg. 1. [¶ Translate *Constantin.* in *Cod. Theodos.* lib. 16. tit. 10. leg. 1. Si quid de Palatio nostro, aut ceteris operibus publicis degustatum fulgore esse constiterit. *h. e.* tactum, delibatum, disjectum; vocabulo haruspicinæ, ni fallor, proprio.]

DEGUSTO, as, avi, atum, a. 1. *to taste*, ἀπογεύομαι, idem quod gusto, delibo, attingo. *Ovid.* 4. *ex Ponto*, ep. 10. v. 18. Nec degustanti lotos amara fuit. *Cato R. R.* c. 148. Degustare vinum. *Plin.* l. 8. c. 32. Carnem cervi degustare. *Id.* l. 21. c. 12. Degustare florem. *to graze upon.* ¶ Translate *Cic. in proœm. Paradox.* Degustabis genus hoc exercitationum earum, quibus, &c. *touch on slightly, just touch upon, speak of briefly. Id.* 5. *Tuscul.* c. 21. Visne, inquit, Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare? *Id. Attic.* l. 4. ep. 8. *extr.* Tu velim e Fabio, si quem habes aditum, odorere, et istum convivam tuum degustes. *find an opportunity of sounding his sentiments*, &c. *Id. pro Cluent.* c. 26. Qui aliquid ex ejus sermone speculæ degustarat. *had conceived some little hope.* et *Senec.* ep. 33. Summatim degustare ingenia maximorum virorum. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 40. Degustare aliquid de fabulis. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 20. Degustare imperium. *Quintil.* l. 4. c. 1. Degustanda tamen hæc proœmio, non consumenda. *h. e.* leviter breviterque attingenda. ¶ Pro leviter ferire, *to touch or strike gently. Virg.* 12. *Æn.* v. 376. Lancea summum degustat vulnere corpus. *Sil.* l. 5. v. 273. leviterque e corpore summo Degustat cuspis generosum extrema cruorem. ¶ *Lucret.* igni tribuit l. 2. v. 192. subsiliunt ignes ad tecta domorum, Et celeri flamma degustant tigna, trabesque. Sic *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 73. per veterem dilapso flamma culinam Vulcano, summum properabat lambere tectum.

DEHABĔO, es, a. 2. minus habeo, careo. *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch.* sect. 35. *a med.* Ille ita universa moderatur, ut nemo quid postulet, nemo dehabeat.

DEHAURĬO, is, a. 4. idem quod haurio, *to draw off, drain. Cato R. R.* c. 66. Cum oleum sustuleris cortina, amurcam dehaurito. Al. leg. *dehorito*, ut *plaustrum, plostrum*, &c. ¶ Item devoro. *Tertull. de Pall.* c. 5. *ad fin.* Æsopus histrio margarita pretiosa dehausit.

DEHAUSTUS, a, um, exhaustus, eductus, extractus. *Tertull. de resurr. carn.* c. 11. *sub fin.* Caro quocumque dehausta.

DEHINC, *henceforth, from henceforth, hereafter, in future, after this time, henceforward, in time to come*, τοὐντεῦθεν, posthac, deinceps. *Terent. Eun.* 5. 2. 33. At nunc dehinc spero, æternam inter nos gratiam fore. *Id. Andr. prol.* v. 22. Dehinc ut quiescant, porro moneo. Adde 1. 2. 19. ¶ Item postea, *afterwards, after that, next, then. Cels.* l. 1. c. 3. *a med.* Primum cibis utatur: dehinc aloen sumat. *Sueton. in Domit.* c. 8. Olim absoluta, dehinc longo intervallo repetita. ¶ Item ex eo loco. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 5. Cetera Africæ per duas legiones, parique numero Ægyptus: dehinc initio ab Syria usque ad Euphratem quatuor legionibus coercita. *from thence. Plin.* l. 3. c. 5. Dehinc Italia, primique ejus Ligures. ¶ Apud Poetas aliquando synæresim patitur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 135. Eurum ad se Zephyrumque vocat, dehinc talia fatur. Adde v. 260. et l. 6. v. 678. &c. ¶ Aliquando disyllaba est, et primam corripit. *Virg.* 3. *Georg.* v. 167. Cervici subnecte: dehinc ubi libera colla. *Id.* 3. *Æn.* v. 464. Dona dehinc auro gravia, &c. Adde lib. 5. v. 722. et lib. 8. v. 337. *Horat. de art. Poet.* v. 144. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 63. et *Valer. Flacc.* l. 1. v. 551. &c. Disyllabam prima producta nondum vidimus.

DEHISCO, is, n. 3. *to gape, yawn, break open in chinks*, ἀποχαίνω, est valde hiscere, rimas agere, findi. *Senec.* ep. 30. Succurri non potest navigio dehiscenti. *Virg.* 4. *Æn.* v. 24. Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat. *Id.* 1. *Æn.* v. 110. his unda dehiscens Terram inter fluctus aperit. *Id.* 6. *Æn.* v. 52. neque enim ante dehiscent Attonitæ magna ora domus. *will the portals fly open. Plin.* l. 21. c. 4. Rosa paulatim rubescens dehiscit, ac se se pandit. *bursts. Id.* l. 8. c. 21. Tauri silvestres rictu ad aures dehiscente. *with their mouths extending from ear to ear. Id.* l. 33. c. 6. Stibium fissuris, non globis dehiscens. *Id.* l. 35. c. 15. *a med.* Alumen dehiscens in capillamenta. *Id.* l. 9. c. 15. Thynni pinguescunt in tantum, ut dehiscant. *till they burst. Liv.* l. 29. c. 2. Immittere equites in dehiscentem intervallis hostium aciem. *Cels.* l. 8. c. 1. *sub fin.* Atque ea quoque ossa, infra supraque conjuncta, media dehiscunt. *h. e. distant, spread, stand off.* ¶ *Dehisse* præterit. infiniti. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. In eo loco dehisse terram.

DEHONESTAMENTUM, i, n. *any thing that disfigures; a blemish, deformity*, ἀτιμία, αἶσχος, quod gratiam et honestatem alicui rei adimit. Unde vultus dehonestamentum dicitur cicatrix, vultum hominis dedecorans. *Sallust.* apud *Gell.* l. 2. c. 27. Quo dehonestamento corporis maxime lætabantur. Adde *Taciti* similem locum l. 4. *Hist.* c. 13. ¶ Item contumelia, turpitudo, *a reproach, disgrace, disparagement. Senec. de Constant. Sapient. in fi.* Contumeliæ, verba probrosa, ignominiæ, et cetera dehonestamenta. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 14. Auribus decisis vivere jubet, ostentui clementiæ suæ, et in nos dehonestamento. *Id.* 2. *Hist.* c. 87. Scurræ, histriones, aurigæ, quibus ille amicitiarum dehonestamentis mire gaudebat. *Id.* 14. *Ann.* c. 21. Sine ullo insigni dehonestamento id spectaculum transiit. *without any great inconvenience; without any cross accident. Justin.* l. 28. c. 2. Qui uxores cum propter originis dehonestamenta non invenirent, vi publica rapuerint. *on account of the meanness of their origin.*

DEHONESTATĬO, onis, f. dedecoratio, dehonestamentum. *Tertull. de Pudic.* c. 18. Dolores et dehonestationes sustinet.

DEHONESTO, as, a. 1. *to disgrace, disparage, discredit, dishonour*, ἀτιμάζω, dedecore afficio, honestatem adimo. *Trebell. Poll. in Gallien.* c. 16. Romanum dehonestantes imperium. *Tacit.* 16. *Ann.* c. 24. Dehonestare famam suam. *Id.* 3. *Ann.* c. 70. bonas artes. Adde *Sueton. in Claud.* c. 30.

DEHONESTUS, a, um, non honestus. *Gell.* l. 19. c. 10. Dehonestum deculpatumque verbum. *uncouth.*

DEHONORARĬUS, a, um, adject. inhonestus. *Tertull. in Apolog.* c. 39. Si quod arcæ genus est, non dehonoraria summa, quasi redemptæ religionis congregatur. Al. aliter leg.

DEHONORĀTUS, a, um, honore privatus. *Oros.* l. et cap. 2. Dehonorata Babylon.

DEHORTATĬO, onis, f. *a dissuading*, ἀποτροπή, actus dehortandi. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 15. *ad fin.* Comminatio dehortationis accessio est.

DEHORTATĪVUS, a, um, ad dehortandum inserviens *Priscian.* l. 15. pag. 1020. *Putsch.* Ne, est dehortativum

DEHORTATORĬUS, a, um, adject. *dissuasive*, ἀποτρεπτικός, ad dehortandum pertinens. *Tertull. in Apolog* c. 22. Dehortatorium plane a bono.

DEHORTOR, aris, com. 1. *to dissuade, discourage, advise to the contrary, dehort*, ἀποτρέπω, dissuadeo. *Cic. in Pi*

son. c. 39. Res ipsa et Reipubl. tempus aut me ipsum, aut alium quempiam aut invitabit, aut dehortabitur. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 3. *ad fin.* Dehortari ab aliqua re. *Terent. Phorm.* 5. 7. 17. Dehortatus est me, ne darem. *Cato* apud *Gell.* l. 13. c. 24. Multa me dehortata sunt huc prodire, anni, ætas, vox, vires. *Sallust. in Jug.* c. 33. Multa me dehortantur a vobis, Quirites, ni studium reipubl. omnia superet. *h. e.* a vobis alienant, deterrentque a vobis defendendis. ¶ Prima syllaba longa est. *Enn.* apud *Gell.* l. 7. c. 2. Annibal audaci cum pectore dehortatur, Ne bellum faciam. *Non.* c. 2. n. 33. legit *de me hortatur*, h. e. me dehortatur: ut sit tmesis. [¶ Particip. *dehortans* apud *Auson. perioch.* 3. Alexander frustra Agamemnone dehortante congreditur.]

DEIANĪRA, æ, f. Δηϊάνειρα, filia fuit Oenei Ætoliæ regis, cujus Regia Calydon erat. Propter pulchritudinem a multis procis expetebatur. Tandem primo desponsata est Acheloo, deinde Herculi. Itaque nuptiarum gratia ortum est inter eos certamen. Sed Acheloo victo Herculi cessit. Porro cum Hercules transiturus esset Evenum Ætoliæ fluvium, qui tunc temporis maxime excreverat, Nessus Centaurus seipsum ultro obtulit ad transvehendam Deianiram: eaque celeriter trajecta, dum Hercules tardius sequitur, longe stans vitiare voluit. Quod videns Hercules, sagittis Hydræ sanguine infectis Centaurum transfixit. Hic se moriturum sentiens, ut hostem ulcisceretur, Deianiræ vestem suam proprio sanguine perfusam dono dedit, asserens, ei vim amatoriam inesse, et si hac maritus indueretur, ipsum ab aliarum mulierum amore avocatum iri. Mulier nimis credula munus accepit. Cum autem audisset maritum suum in Eubœa amore Ioles Euryti filiæ detineri, Nessi vestem viro perferendam Lychæ famulo tradidit. Hercules nihil mali suspicans, cum paulo post in Oeta monte Jovi sacrificaturus eam induisset, tantis cruciatibus affectus est, ut in furorem versus, Lycham e monte in Euboicum mare dejecerit, qui in scopulum mutatus est: ipse autem, arcu et sagittis Philoctetæ commissis, se in ardentem pyram conjecerit. Quod Deianira audiens, dolore percita, Herculis se clava interfecit. Ex ejus sanguine nata est herba, quæ Nymphæa, item Heracleon dicitur. *Ovid.* l. 9. *Metam. Senec. in Herc. Oet. Hygin.* fab. 34. et 36. &c.

DEIDAMĪA, æ, f. Δηϊδάμεια, filia fuit Lycomedis regis Scyri insulæ, quam Achilles, cum inter regis hujus filias sub muliebri habitu lateret, gravidam fecit, et ex ea Pyrrhum genuit. *Propert.* l. 2. el. 9. v. 15. Scyria nec viduo Deidamia toro. V. *Stat.* l. 1. *Achill.*

DEJECTE, abjecte. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 27. *sub fin.* Lenitatem Dei, pro captu mediocritatis humanæ dejectius conversatam, ut pusillitatem depretiatis.

DEJECTĬO, onis, f. *a throwing down*, actus dejiciendi, depulsio, καθαίρεσις, καταβολή. *Cic. pro Cæcin.* c. 20. Qui illam vim dejectionemque tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit. *h. e.* expulsionem de fundo. *Modestin. Dig.* lib. 49. tit. 16. leg. 3. Pœnæ militum sunt militiæ mutatio, gradus dejectio, ignominiosa missio. *privation of rank. Jul. Firmic.* l. 2. c. 3. Altitudines stellarum et dejectiones. *depressions.* ¶ Translate *Senec. cap. ult.* l. 2. *natur. quæst.* Honestius judicas dejectione animi perire, quam fulmine? *h. e.* abjectione, demissione. ¶ Apud medicos *dejectio* (subintellige *alvi*) est alvi solutio, *a going to stool. Cels.* l. 1. c. 3. Dejectio a medicamento petenda est, ubi venter suppressus parum reddit. *Senec.* ep. 120. *a med.* Alias nervi nos, alias pedes vexant: nunc dejectio, nunc destillatio. *Cels.* l. 2. c. 12. Moliri dejectionem medicamentis. *Id. ibid.* c. 7. Subita dejectio. *Id. in præfat. ad fin.* Laborare dejectionibus.

DEJECTIUNCŬLA, æ, f. levis dejectio. *Scribon. Larg. compos.* 52. Faciunt ad dejectiunculas, et ad omnem fluorem.

DEJECTO, as, a. 1. frequentat. a dejicio. *Mattius in Mimiambis* apud *Gell.* l. 20. c. 9. Dein coquenti vasa cuncta dejectat.

DEJECTOR, oris, m. qui dejicit. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 3. leg. 5. *ante med.* In factum dandam esse actionem Labeo ait adversus dejectorem. Plane si locaverit dejectori, etiam ex locato habebit actionem. *h. e.* qui e fenestra in caput prætereuntium quidpiam dejecerit.

DEJECTUS, us, m. dejectio, *a throwing down. Liv.* l. 9. c. 2. Angustias septas dejectu arborum, saxorum ingentium objacente mole, invenere. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 570. *de Peneo fluv.* Dejectuque gravi tenues agitantia fumos Nubila conducit, summasque aspergine silvas Impluit. *h. e.* præcipites deorsum aquas agendo. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 18. *ante med.* dejectus fluminum. *the running, falling.* Et *epist.* 56. *ante med.* Dejectus aquæ. ¶ Item locus declivis, unde aliquid dejici potest, *a steep place, descent. Plin.* l. 33. c. 4. Ad capita dejectus in superciliis montium piscinæ cavantur. *h. e.* ubi aqua incipit dejici. *Vitruv.* l. 6. c. 3. Trabes habeant asseribus stillicidiorum in medium compluvium dejectus. *gutter-tiles. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 8. Collis ex utraque parte lateris dejectus habebat. *h. e.* declivitates. *Plin.* l. 2. c. 70. In dejectu positus. *hanging down.* ¶ Item injectus. *Stat.* 4. *Theb.* v. 271. Corripedem trepidos suetum prævertere cervos, Velatum geminæ dejectu lyncis agebat. *h. e.* injectu pellis e lynce.

DEJECTUS, a, um, *thrown down, cast down*, deorsum jactus, deturbatus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 770. Caput ictu ensis dejectum. *Cæs.* 2. *B. Civ.* c. 22. Dejecta turris. *Id.* l. 7. *B. Gall.* c. 28. Hostes muro, turribusque dejecti. *Liv.* l. 28. c. 7. Dejectum præsidium. *driven out. Ovid.* 2. *Fast.* v. 353. lecto graviter dejectus ab alto. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 43. Dejectus in inferiorem locum. *Curt.* l. 6. c. 2. Dejecti in terram oculi. *downcast. Virg.* 11. *Æn.* v. 480. Lavinia oculos dejecta decoros. *h. e.* habens oculos dejectos: Græca constructio. Sic *Stat.* 3. *Theb.* v. 367. Dejectus vultum. et *Ovid.* 2. *Amor.* el. 4. v. 11. Sive aliqua est oculos in se dejecta modestos. *Tacit. Ann.* 14. c. 30. Feminæ in modum Furiarum, veste ferali, crinibus dejectis. *with dishevelled hair. Valer. Flacc.* l. 3. v. 594. Flumina dejecta saxis. *falling down the rocks. Virg.* 4. *Æn.* v. 152. feræ saxi dejectæ vertice capræ, Decurrere jugis. ¶ Item abrasus, detractus. *Plin.* l. 28. c. 17. Ramenta pellis cervinæ dejecta pumice. ¶ Item læsus ex eo, quod ex alto dejectus sit. *Plin.* l. 26. c. 13. Ruptis, convulsisque, ex alto dejectis, centaurium majus. *Id.* l. 29. c. 2. Lanam succidam imponunt incussis, collisis, contritis, dejectis. ¶ Item prostratus, occisus. *overthrown, slain. Curt.* l. 3. c. 5. Non in acie saltem, non ab hoste dejectum, sed abluentem aqua corpus ereptum esse. *Nepos in Thrasyb.* c. 2. *extr.* In prœlio cecidit Critias. Hoc dejecto, &c. *Curt.* l. 8. c. 1. Quatuor millibus ferarum dejectis, in eodem saltu cum exercitu epulatus est. *Virg.* 6. *Æn.* v. 581. Titania pubes dejecti fulmine. ¶ Translate *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 8. Dejectus spe. *disappointed in his hopes.* et lib. 5. c. 46. opinione. *deceived in his opinion. Virg.* 10. *Æn.* v. 857. quamquam vis alto vulnere tardat, Haud dejectus, equum duci jubet. *not disheartened; not daunted.* (Adde *Stat.* 3. *Theb.* v. 315.) *Id.* 3. *Æn.* v. 317. quis te casus dejectam conjuge tanto Excipit? *deprived of such a husband. Stat.* 5. *Theb.* v. 47. Dejectus regno. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 15. de gradu. V. *Dejicio.* ¶ Abjectus, vilis. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 6. Cum duo dei pronuntiantur, duo summa magna, necesse est, neutrum altero sit aut sublimius, aut dejectius.

DEJERATĬO, onis, f. *a swearing, a solemn oath*, juramentum. *Tertull. de pœnit.* c. 4. Testari sub dejeratione.

DEJĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to swear or protest solemnly, take a solemn oath*, διόμνυμι, valde juro. *Plaut. Men.* 5. 2. 63. Me abstulisse dejerat. *Propert.* l. 4. eleg. 3. v. 42. Dejerat hiberni temporis esse moras. *Terent. Hecyr.* 5. 2. 5. Bacchis dejerat persancte. *Gell.* l. 1. c. 3. Dejerare falsum. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 10. Dejerare per cælum. Hic pro simplici *juro* ponitur. ¶ Dicitur etiam *dejuro, as. Plaut. Cas.* 3. 5. 37. Per omnes deos et deas dejuravit, occisurum eum hac nocte. Adde *Rud.* 5. 2. 49. et *Gell.* l. 7. c. 18. *et* 11. c. 6. ¶ Ad locum cit. *Terentii* subdit *Donatus*, pænultima correpta dici *dejĕro* cum significat deos juro: producta vero, cum, valde juro. Cave, homini horum quidquam creduis.

DEIFĬCUS, a, um, qui deos facit. *Tertull. in Apolog.* c. 11. Concedetis, illum deum deificum justitia præcellere.

DEJICĬO, is, jeci, jectum, a. 3. *to throw or cast down*, καταβάλλω, deorsum jacio. *Horat.* l. 1. od. 2. v. 15. vidimus Tiberim ire dejectum monumenta Regis, Templaque Vestæ. *Auct. de B. Hispan.* c. 13. Ballista dejecit turrim. *Liv.* l. 4. c. 19. Equo quempiam dejicere. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 19. Saxo Tarpeio dejicitur. *Plaut. Stich.* 2. 2. 31. araneas de foribus. *to remove. Virg.* 8. *Æn.* v. 427. Fulmen erat: toto Genitor quæ plurima cælo Dejicit in terras. *hurls down. Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 14. aliquid in mare. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 35. de ponte aliquem in Tiberim. *Id.* 1. *Phil.* c. 2. jugum a cervicibus. *Liv.* l. 28. c. 6. Venti a præaltis montibus se dejiciunt. *blow violently. Nepos in Dione*, c. 4. Dejicere se e superiore parte ædium. *to precipitate himself. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 18. se de muro. *Id.* l. 3. *B. Gall.* c. 26. se per munitiones. *Cic.* 8. *Phil.* c. 2. Cujus præsidium Claterna dejecit Hirtius. *drove out. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 37. Præsidium ex saltu dejicere. et l. 4. *B. Gall.* c. 28. Tanta tempestas coorta est, ut naves ad inferiorem partem insulæ dejicerentur. *were driven. Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 6. Dejicere sortes. *h. e.* in urnam conjicere sortiendi causa. *Plaut. Stich.* 2. 2. 36. Dejicere pernam, glandium. *h. e.* detrahere e carnario in usum cœnæ. *Liv.* l. 23. c. 47. equum in viam. *h. e.* e loco altiore in viam demittere. *Id.* l. 1. c. 40. *extr.* Elatam securim in caput dejecit. *h. e.* defixit. *Id.* l. 7. c. 10. *a med.* Vanum cæsim cum ingenti sonitu ensem dejecit. *he struck a heavy blow.* et *Cato R. R.* c. 156. et 158. Alvum si voles dejicere. *to go to stool.* Hinc Dejectio. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. *ult.* Casei ovilli minimi cibi, et qui facillime dejiciantur, caprini. *that are very easily digested.* ¶ Significat etiam prostrare, et occidere. *to overthrow, kill, slay. Virg.* 11. *Æn.* v. 641. Catillus Iolam Ingentemque animis, ingentem corpore et armis Dejicit Herminium. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 190. Glaucoque bovem, Thetidique juvencam Dejicit Ancæus. *h. e.* mactat. ¶ Dejicere oculos, *to cast to the ground, turn away. Cic. Verr.* 6. c. 15. Pueri oculos de isto nusquam dejicere, neque ab argento digitum discedere. *Id. Verr.* 7. c. 71. Si tantum oculos dejecerimus, præsto esse insidias. *Quintil.* l. 1. c. 11. (*al.* 19.) Dejecti in terram oculi. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 37. Nos magno semper usi impetu, sæpe adversarios de statu omni dejecimus. *Id.* 2. *Verr.* c. 8. Dejicere aliquem ædilitate. *h. e.* efficere ut ædilitatem non obtineat. (Sic *Liv.* l. 38. c. 35. Cum M. Æmilium Lepidum inimicum, eo quoque anno petentem (*consulatum*) dejecisset.) *Id. Verr.* 7. c. 62. Hac se commemoratione civitatis omnia verbera depulsurum, cruciatumque a corpore dejecturum arbitrabatur. *to keep off. Id. Phil.* 1. c. 1. Dejicere oculos a republica. *h. e.* avertere. *Id. Verr.* 7. c. 49. *extr.* alicui metum. *to take away. Id.* 2. *Tuscul.* c. 5. multum de terrore doloris. *h. e.* detrahere, deminuere, *Id. ibid.* aliquem de sententia. *to reason out of his opinion. Id.* 1. *Offic.* c. 23. aliquem de gradu. *h. e.* de constantia deducere: ductum ab iis qui pugnantes retro impelluntur ab adversario. Est autem proverbii genus, ut *Cic. ibid.* admonet. ¶ Pertinet etiam ad consuetudinem forensem, qua *dejicere* dicuntur, qui de possessione aliquem expellunt. Hac de re multa *Cicero pro Cæcin.* et *JCti* toto tit. 15. lib. 43. *Dig.* [¶ *Libellos dejicere* publice propositos, quibus bona alicujus proscribebantur, eorumque auctionem certo die futuram edicebatur, [† revellere,] *to tear down. Cic. pro Quint.* c. 6. *ad fin.* Libellos Sex. Alphenus, procurator P. Quintii, familiaris et propinquus Sex. Nævii, dejicit. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 12. Spondeo pro judicato, et suspensum amici bonis libellum dejicio, creditoribus ejus me obligaturus; ut possim servare præscriptum, ipse proscriptionis periculum adeo. V. *Libellus.*] ¶ Alia huc pertinentia V. in *Dejectus.*

DEJICĬTANS. V. *Decitans.*

DEIN, *then, after that*, adverb. ordinis, idem ac *deinde* per apocopen. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 42. Dein quæ sequuntur. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 101. Unguibus et pugnis, dein fustibus, atque ita porro Pugnabant armis. *Terent. Andr.* 3. 3. 30. Spero, dein facile ex illis se se emersurum malis. *Liv.* l. 9. c. 31. Dein postquam ad signa undique coibant, consul desilit ex equo. *Plin.* l. 5. c. 32. Appellata est Cronia, dein Thessalis, dein Maliande. ¶ Poetæ fere monosyllabon faciunt. Ad *Horat.* allatum adde *Catull.* carm. 5. v. 8. et 10. et *Propert.* l. 3. el. 8. v. 15. et l. 4. el. 8. v. 83. Tamen primam corripit *Paulin. Nolan.* carm. 17. v. 131. Excita, ut mersum (*Jonam*) caperet, deinque Redderet haustum.

DEINCEPS, *successively, one after another; after that, besides, moreover, in the next place*, ἑξῆς, adverb. quo significatur ordo continens unius rei post aliam subsequentis: a *deinde* et *capio* ut *Fest.* docet. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 14. Sepes ex arboribus truncis demissis in terram, deinceps constitutis. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 47. Pæon oritur a brevibus deinceps tribus, extrema producta, ut *domuerant.* et 1. *Offic.* c. 13. *extr.* De justitia satis dictum est. Deinceps, ut erat propositum, de beneficentia dicatur. *next. Quintil.* l. 7. c. 10. Primus, secundus, deinceps. *and so on; and so forth. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. Gallinæ villaticæ sunt, quas deinceps rure habent in villis. *continually. Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. *ult.* Reliquis deinceps diebus Cæsar silvas cædere instituit. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 18. Quos video deinceps tribunos plebis per triennium fore. *one after another. Id.* 4. *Tuscul.* c. 2. Morem apud majores hunc epularum fuisse, ut deinceps, qui accubarent, canerent ad tibias clarorum virorum laudes. *in order, one after another. Id. de clar. Orat.* c. 3. Posteaque prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt. *Id. ibid.* c. 90. *extr.* Deinceps inde multæ causæ, &c. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 37. Ut annales Ennii deinceps legi possint. *straight on, from one end to the other. Id.* 1. *Offic.* c. 14. Princeps sunt patria et parentes: proximi liberi: deinceps bene convenientes propinqui. *Id.* 1. *de Divin.* c. 30. Qui primus, qui secundus, qui deinde deinceps moriturus esset. *Al. omittunt* deinde. *Id.* 3. *de legib.* c. 2. Deinde etiam deinceps posteris prodebatur. *Auct. ad Herenn.* c. 9. l. 1. Ne id, quod semel supra diximus, deinceps dicamus. *h. e.* statim post. Sic *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 8. Perge deinceps. *go on without stopping.* ¶ Videtur olim adjective fuisse usurpatum, *deinceps, incipis*, vel *incipitis* (ut *princeps, anceps*) pro eo, qui proxime sequitur. *Festus:* Deincipem antiqui dicebant proximum quemque captum, ut principem primum captum. *Idem:* Deinceps qui deinde cepit, ut princeps, qui primum cepit. *Apul. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) Sine intermissione deincipiti die perrecturus.

DEINDE, *then, after that, afterwards, next in order*, postea, exinde, tum, εἶτα, ἐντεῦθεν: et continuationem aliquam temporis, ordinemque significat. *Cic. Fam.* 3. ep. 7. Tibi obviam non prodirem? primum Appio Claudio; deinde imperatori; deinde more majorum; deinde, quod caput est, amico? (Adde 2. *de Invent.* c. 49. ubi octies repetitur.) *Id.* 1. *Agrar.* c. 2. Jubent venire agros Attalensium; deinde regios; deinde Corinthium; post autem agros in Hispania; tum vero ipsam Carthaginem. *Cels.* l. 2. c. 18. Aqua levissima pluvialis est; deinde fontana; tum ex flumine; tum ex puteo; post hæc ex nive, &c. ¶ Jungitur et aliis particulis. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 6. Actionum trium, primus agitatus mentis; deinde tum dicere; ac postremo facere. *Liv.* l. 41. c. 24. *extr.* Legati deinde postea missi ab rege. *Cic. pro Mil.* c. 24. Deinde postea se gladio percussum esse ab uno de illis. *Terent. Andr.* 3. 2. 3. Primum fac, isthæc ut lavet: post deinde, &c. *Cels.* l. 7. c. 8. Trajicere id cavum celeriter: postea deinde imponere id, quod purget. *Nep. in Eum.* c. 5. Deinde post ver-

beribus cogebat exsultare. *Plaut. Trinum.* 5. 2. 103. Deinde porro noto quidquam prædices. *Cic. in Pison.* c. 31. *sub fin.* Deinde ad extremum neque se, neque generum tribuno plebis defuturum. ¶ *Nunc deinde* apud *Virgil.* singularem usum habet, *Æn.* 12. v. 889. Quæ nunc deinde mora est? aut quid jam, Turne, retractas? *h. e.* nunc postquam cursu frustra conatus es certamen evadere, postquam ensem recuperasti, deinde, seu post hæc quid moraris? ¶ In carmine fere est disyllabum: passimque occurrunt exempla. Raro trisyllabum, correpta priore. *Sidon.* carm. 9. v. 272. Nec qui consimili deinde casu Irati fuit histrionis exsul. *h. e.* Juvenalis. *Prudent. in Diptych.* n. 1. Eva columba fuit tunc candida, nigra deinde. Adde *Paulin. Nolan.* carm. 24. *Nat.* 8. *Fel.* 9. v. 45.

DEINSUPER, *above, from above*, ἄνωθεν, desuper. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 12. n. 48. Ad medium quasi deinsuper astantium manibus in murum attollitur.

DEINTĔGRO, as, avi, atum, a. 1. imminuo, corrumpo. *Cæcil.* apud *Non.* c. 2. n. 255. Nomen virginis deintegravit. [Locus *Cæcilii* a *Forcellino* allatus ita legendus ex probabili conjectura *Gonsalii de Salas in Commentar. ad* cap. 25. *Petronii.* Novem virgines, nisi mirum est, deintegravit. Vides profecto quam recte ita sese habeat legitimus verbi *deintegro* sensus pro *devirgino*.]

DE INTEGRO, adverb. V. *Integer.*

DEIONĬDES, æ, m. patronymicum. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 442. Tunc erat invalidus, Deionidemque juventæ Robore Miletum, Phœboque parente superbum Pertimuit. *h. e.* cui mater Deione fuit.

DEIOPEĬA, æ, f. una ex Nymphis Junonis. *Virg.* 1. *Æn.* v. 76

DEIOTARIĀNUS, a, um, ad Deiotarum pertinens: quo nomine fuit rex Armeniæ minoris, pro quo exstat oratio Ciceronis. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 373. n. 4. L. Bæbius L. F. Galeria Juncinus . . . . . . Trib. Milit. leg. XXII. Deiotarianæ, &c. *Serv. ad Æneid.* 9. v. 546. Deiotariana oratio. *h. e.* Ciceronis pro Deiotaro.

[† DEIOTĂRUS, i, m. Galatiæ vel Gallo-Græciæ rex a Senatu Romano, juvante Pompeio, factus in Bello Civili, ejus postea partes secutus. Post pugnam Pharsalicam domum se recepit; deinde ad Cæsaris clementiam confugiens, bella gerenti subsidia ministravit: quare ab eo dimissus est, parte tamen regni multatus. Tandem accusatus a Philippo quodam, quod Cæsari apud se divertenti insidias construxisset, a Cicerone defenditur. Ejus meminit *Lucanus* l. 5. v. 55. Fidumque per arma Deiotarum. *Id.* l. 8. v. 209. Jubet ire in devia mundi Deiotarum, qui sparsa legit vestigia ducis. V. C. *Steph. Dict. Hist.* &c.]

DEIPĂRA, æ, f. quæ Deum peperit. Ita *Justin. Imp.* lib. 1. *Cod.* tit. 1. leg. 6. Latine reddit Græcum Θεοτόκος, quod de Virgine Maria Dei matre dicitur.

DEIPHĬLE, es, f. Δηϊφίλη, filia Adrasti regis, uxor Tydei, mater Diomedis. *Serv. ad Æn.* 1. v. 101.

DEIPHŎBE, es, f. Δηϊφόβη, filia Glauci, vulgo Sibylla Cumana. *Virg.* 6. *Æn.* v. 36. et *Serv.*

[* DEIPHŎBUS, i, m. Δηΐφοβος, filius Priami et Hecubæ, qui post mortem Paridis, Helenam duxit uxorem. Hæc Menelaum, conjugem olim suum, ut illius gratiam iniret, in Deiphobi cubiculum admisit, qui cum rivalem sopitum, et armis spoliatum invenisset, misere prius laniatum multis vulneribus interfecit. *Virgil. Æn.* l. 6. v. 495. et seqq.]

DEIRĀTUS, valde iratus. Tribuitur a nonnullis *Lucretio* l. 6. v. 69. ubi alii leg. *delibata*, al. aliter.

DEĬTAS, atis, f. *the Godhead or Deity*, θεότης, divinitas. *Arnob.* l. 1. pag. 16. A quo ipsam deitatem, ut ita dicam, sortiti se esse sentiunt. *Augustin.* l. 7. *de Civ. Dei*, c. 1. Hanc divinitatem, vel, ut sic dixerim, deitatem: nam et hoc verbo uti jam nostros non piget, ut e Græco expressius transferant, quod illi θεότητα appellant. *Prudent. in Apoth.* v. 144. Qui negat intuitu fontem Deitatis adiri. Adde *Hieronym.* ep. 57. *ad Damas.*

DEJŬGIS, e, adject. *sloping. Auson. in Mosell.* v. 163. festinantesque coloni Vertice nunc summo properant, nunc dejuge dorso, Certantes stolidis clamoribus. *h. e.* de jugo montis declivi.

DEJŬGO, as, a. 1. *to disjoin, sever*, ἀποζυγόω, disjungo. Translate *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 256. et 571. Per nostram egregiam unanimitatem, quam memoria dejugat.

DEJUNCTUS. V. vocem sequent.

DEJUNGO, is, a. 3. *to disjoin, sever, separate, part, put asunder*, διαζεύγνυμι, disjungo. *Cic. de Univ.* c. 5. Ut eadem sint ea, quæ dejuncta fuerunt. *Plaut. Asin.* 3. 3. 75. Dejungere amantes. *Inscript.* apud *Gud.* pag. 1003. n. 2. Si quis hac transeat juncto dejunctove jumento.

DEJURĬUM, ii. n. *an oath*, ὁρκισμός, jusjurandum. *Gell.* l. 7. c. 18. Quoniam dejurio vinci essent.

DEJŪRO. V. in *Dejero.*

DEJŬVO, as, a. 1. *to withhold assistance*, non juvo. *Plaut. Trin.* 2. 2. 63. Deserere illum, et dejuvare in rebus adversis pudet.

DELĀBOR, eris, lapsus sum, dep. 3. *to fall down, slip or slide down*, καταπίπτω, deorsum labor, decido. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 46. Quemadmodum ex utraque parte tecti aqua delaberetur. *Tibull.* l. 2. el. 7. v. 21. ab excelsa præceps delapsa fenestra. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 685. gradibus nitidis delabitur. *Cic.* 1. *Offic.* c. 22. Arma delapsa de manibus. *Virg. Ecl.* 6. v. 16. Serta delapsa capiti. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 82. In scrobes delapsi defodiebantur. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 101. superas delapsa per auras Pallas adest. *Horat.* l. 3. od. 29. v. 34. flumen medio alveo cum pace delabens Etruscum in mare. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 127. ad æquoream delabere Lemnon. *h. e.* descende. *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 14. Delabi in insidias. *to fall into an ambush.* ¶ Translate *Cic. Attic.* 7. ep. 5. Delabi in morbum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 60. Nonnunquam in hoc vitium scurrile delabitur. *Gell.* l. 14. c. 3. *sub fin.* Delabi in suspiciones. *to fall into suspicion, become an object of suspicion. Cic. de Fato*, c. 17. Delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus. *Id. in Partit.* c. 4. Aut a minoribus ad majora ascendimus, aut a majoribus ad minora delabimur. *we pass, come. Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 6. Nescio quo pacto ad præcipiendi rationem delapsa est oratio mea, cum id mihi propositum initio non fuisset. *my discourse has relapsed into the preceptive. Id.* 1. *de Orat.* c. 21. Insperanti mihi cecidit, ut in istum sermonem delaberemini. *Id.* 6. *Fam.* ep. 10. *ad fin.* Ipse quotidie mihi delabi ad æquitatem, et ad rerum naturam videtur. *appears to me to incline to equity. Id.* 4. *Acad.* c. 18. Carneadem audiebamus solitum esse delabi interdum, ut diceret, opinaturum esse sapientem. *to let slip from his mouth, suffer it to escape him. Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 15. v. 33. Scribere sæpe aliud cupiens, delabor eodem. *I go back to what I set out with. Cic.* 12. *Attic.* ep. 47. De Mustela, ut scribis: etsi magnum opus est. Eo magis delabor ad Clodiam. *am inclined or attached to Clodia. Id.* 2. *Offic.* c. 18. Rem familiarem delabi sinere. *Al. rectius leg.* dilabi. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 55. *ad fin.* Ille nulla voce delabens, insita virtute concidit tacitus. *h. e.* nullo verbo aut gemitu timorem ostendens. Al. aliter leg.

DELABŌRO, as, n. 1. valde laboro. *Afran.* apud *Non.* c. 4. n. 423. Hic noster delaborat.

DELACĔRO, as, a. 1. *to tear or rend in pieces*, σπαράττω, valde lacero, conscindo. *Plaut. Capt.* 3. 5. 14. Qui me meamque rem tuis scelestis falsidicis fallaciis delaceravisti.

DELACRYMATĬO, onis, f. *a weeping or crying*, καταδάκρυσις. *Plin.* l. 34. c. 11. Vis ejus collyriis oculorum aptissima, et delacrymationibus mordendo proficiens. *Id.* l. 25. c. 13. Capnos delacrymationem facit, ceu fumus.

DELACRYMATORĬUS, a, um, adject. ad delacrymationem pertinens, ut delacrymatorium collyrium, *Marcell. Empir.* c. 8.

DELACRȲMO, as, avi, atum, n. 1. *to weep, shed tears, or any moisture resembling tears*, ἀποδακρύω, est lacrymas, vel aquam more lacrymantis demittere. *Colum.* l. 4. c. 9. *de vite.* Ut in terram potius devexa, quam in germen delacrymet.

DELÆVO, V. *Delevo.*

DELAMBO, is, a. 3. *to lick*, λείχω, idem ac lambo. *Stat.* 2. *Theb.* v. 681. Molliaque ejecta delambit vellera lingua.

DELAMENTOR, aris, dep. 1. *to lament greatly, bewail*, valde lamentor, ἐπιθρηνέω. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 331. Et natam delamentatur ademptam.

DELAPIDĀTUS, a, um, *paved with stones*, λιθόστρωτος, lapide stratus. *Fest.*

DELAPĪDO, as, a. 1. *to clear from stones, pick out the stones from land*, lapides ex aliquo loco eximere, auferre, sive lapidibus purgare. *Cato R. R.* c. 46. Locum bipalio vertere, delapidare, circumque sepire.

DELAPSUS particip. V. *Delabor.*

DELAPSUS, us, m. *a declivity, slope*, κατάπτωσις, declivitas, defluxio. *Var.* l. 1. *R. R.* c. 6. *in fi.* Campester locus, qui est ad libellam æquus, cum aquæ non habent delapsum, fieri solet uliginosus.

DELARGĬOR. V. *Dilargior.*

DELASSABĬLIS, le, adject. *capable of being wearied. Manil.* l. 4. v. 242. Et faciles motus, nec delassabile pectus.

DELASSĀTUS, a, um, adject. *wearied or tired out*, valde lassatus. *Plaut. Asin.* 5. 2. 22. Delassatus labore.

DELASSO, as, a. 1. *to weary, tire out*, κοπόω, valde lasso. *Horat.* 1. *Ser.* sat. 1. v. 14. Cetera de genere hoc (adeo sunt multa) loquacem Delassare valent Fabium.

DELATĬO, onis, f. *an information, accusation, impeachment*, ἔνδειξις, actus deferendi, accusatio, &c. *Cic. pro Cluent.* c. 8. Qui sibi delationem nominis, et capitis periculum ostentarat. *Id. in Divin. Verr.* c. 15. Dare delationem alicui. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 10. Delationem factitare.

DELĀTOR, oris, m. *an accuser, informer, calumniator*, ἐνδεικτής, occultus accusator, calumniator. *Sueton. in Domit.* c. 9. Princeps, qui delatores non castigat, irritat. Id. *in Ner.* c. 10. Præmia delatorum Papiæ legis ad quartas redegit. Adde *Plin. in Paneg.* c. 34. et 35. *Juvenal.* sat. 4. v. 48. *Martial.* l. 1. epigr. 4. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 30. &c. Loquuntur autem de certo hominum genere, qui Romæ sub Imperatoribus quæstum delationibus faciebant. Hi neque suam, neque suorum injuriam persequebantur, sed sola præmii spe, et ut Principi gratificarentur, deferebant quoscumque reos ad Principem, aut magistratum, solo lucri amore, aut gratiæ ineundæ: genus hominum publico exitio repertum, ut ait *Tacit. loc. cit.* Hos Urbe tum Domitianus, tum Trajanus expulisse laudantur a *Martial.* et *Plin. loc. cit.*

DELATORĬUS, a, um, adject. ad delatorem pertinens, accusatorius, ut delatoria curiositas, *Ulpian. Dig.* lib. 22. tit. et leg. 6.

DELATŪRA, æ, f. *Tertull.* l. 5. *contra Marcion.* c. 18. *sub fin.* Vocabulum diaboli, quæro, ex qua delatura competat creatori. *h. e.* quo deferente.

DELĀTUS, a, um, *brought, carried, arrived*, deorsum latus, et simpliciter latus, allatus: a *defero. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 8. Longius delatus æstu, orta luce sub sinistra Britanniam relictam conspexit. *Stat.* 2. *Achill.* v. 347. terrasque freto delatus Achæas Hospitis Atridæ spoliat thalamos. ¶ Item exhibitus, datus, *conferred, bestowed. Sil.* l. 16. v. 600. delato consul insignis honore. *Nepos in Epamin.* c. 4. Ereptum ad me pervenisse, quod delatum accipere noluissem. *Terent. Clem. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 151. Delata hereditas intelligitur, quam quis possit adeundo consequi. ¶ Item denuntiatus, *told, reported. Cæs.* 3. *B. Gall.* c. 23. Res ad concilium delata. ¶ Item accusatus, *accused. Cic. in frag. contra C. Anton.* apud *Ascon.* A L. Caleno furti delatus. ¶ Alia V. in *Defero.*

DELĀVO, as, idem quod lavo. Affertur *Plaut. Rud.* 2. 7. 21. In mari quod delavi. Sed meliores libri habent *elavi. Apicius* tamen l. 8. c. 7. Porcellum liquamine delavas.

DELEBĬLIS, e, *capable of being blotted out, delible*, ἐξαλειπτός, qui deleri potest. *Martial.* l. 7. epigr. 83. Casibus hic nullis, nullis delebilis annis Vivet.

DELECTABĬLIS, le, *delectable, delightful, pleasant, savoury*, τερπνός, qui delectat. *Tacit.* l. 12. *Ann.* c. 67. Infusum delectabili cibo boletorum venenum. *Gell.* l. 1. c. 11. Præcentio delectabilis. *Id.* l. 2. c. 29. Festivi et delectabiles apologi. *Apul. in Florid.* n. 17. (*al.* l. 3. *ad fin.*) Vox hominis et lyra concentu variatior, et tibia questu delectabilior.

DELECTABILĬTER, *delightfully, charmingly*, τερπνῶς. *Gell.* l. 13. c. 24. Delectabiliter ac decore depicta. *Id.* l. 15. c. 1. Declamare delectabiliter, et feliciter.

DELECTĀMEN, inis, n. *a delight*, delectamentum. In quodam epigr. quod inter Priapeia referunt, alii tribuunt *Apulei.* At nobis casso saltem delectamine Amare liceat, si potiri non licet.

DELECTAMENTUM, ti, n. idem ac delectatio, *a delight, amusement, pastime. Cic. in Pison.* c. 25. Inania delectamenta puerorum. *Terent. Heaut.* 5. 1. 79. Qui me sibi pro ridiculo et delectamento putat.

DELECTATĬO, onis, f. oblectatio, *delight, pleasure, amusement*, τέρψις, jucunditas, quam ex re aliqua percipimus: quam sic definit *Cic.* l. 4. *Tuscul.* c. 9. Delectatio est voluptas suavitate auditus animum deliniens: et qualis hæc est aurium, tales sunt oculorum, et tactionum, et odorationum, et saporum, quæ sunt omnes unius generis, ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ voluptates. *Id.* 7. *Fam.* ep. 1. Afferre alicui delectationem. *Id. Fam.* 9. ep. 24. Magna te delectatione et voluptate privasti. *Id.* 1. *Offic.* c. 30. Duci delectatione videndi, et audiendi. *Id. Fam.* 6. ep. 12. *extr.* Litteræ habent delectationem. *h. e.* afferunt. *Id. post redit. in Sen.* c. 6. Gaudium et delectatio. *Id.* 1. *de Orat.* c. 43. Suavitas et delectatio. et l. 3. c. 38. Delectatio et jucunditas. *Id.* 2. *de Leg.* c. 6. Studii et delectationis causa scribere aliquid.

DELECTĀTOR, oris, m. qui delectat. Habetur in vet. lapide apud *Donium* class. 5. n. 66. sed mutilo, et lectionis incertæ.

DELECTĀTUS, a, um, particip. *delighted, pleased. Nep. in Datam.* c. 3. Magnopere delectatus facto. ¶ Nominis etiam naturam induit, et gradus habet. *Gell. in præfat. Oper.* Sermo delectatior in otio. Alii leg. *delectantior*: alii aliter.

DELECTĬO, onis, f. *a choosing*, actus deligendi. *Vopisc. in Aurel.* c. 40. Senatus hanc eandem delectionem (*Imperatoris*) in exercitum refudit.

DELECTO, as, a. 1. *to allure, invite*, proprie est allicere, a *lacto. Ennius* apud *Non.* c. 2. n. 224. Ut me Apollo ipse delectat, ductat Delphicus. ¶ Et quoniam quæ grata ac jucunda sunt, nos attrahere solent, factum est, ut delectare sit jucunditate afficere, *to delight, please*, τέρπω. *Cic. Fam.* 5. ep. 19. Me et superiores litteræ tuæ admodum delectaverunt. *Id. Fam.* 9. ep. 18. Tu te istic Atheriano jure delectato, ego me hic Hirciano. *Id. Attic.* l. 2. ep. 4. Cum Musis nos delectabimus animo æquo. *Id. ibid.* ep. 6. Aut libris me delecto, aut fluctus numero. *Enn.* apud. *Gell.* l. 19. c. 10. Studet ibi: mentem atque animum delectat suum. *Cic.* 1. *Fam.* ep. 7. *sub fin.* Me status hic reipublicæ non delectat. *Id. Attic.* 12. ep. 5. Cato me quidem delectat. *Senec.* ep. 39. *extr.* Consummata est infelicitas, ubi turpia non solum delectant, sed etiam placent. *Plin.* l. 1. ep. 22. Longis disputationibus otium suum delectare. *to divert, amuse. Cato R. R.* c. 30. et q[...] ab eo exscripsit *Plin.* l. 17. c. 9. Ubi sementim factur[...]

eris, ibi oves delectato. *keep, tend, feed.* Est qui legit *delegato.* ¶ Passive *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 3. *ad fin.* Duci et delectari declamatorio genere. *Id. in Pison.* c. 20. His ego rebus pascor, his delector, his perfruor. *these things are my delight.* *Id. Fam.* 12. ep. 29. Ad hæc jucundissima consuetudo accedit, ut nullo prorsus plus homine delecter. *Id.* 2. *de Leg.* c. 7. In hoc admodum delector, quod, &c. *Id. in Orat.* c. 57. *sub fin.* et *in Divin. Verr.* c. 13. Delectari ab aliqua re. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 32. Vir bonus et prudens dici delector. *Phædr.* l. 5. fab. 3. v. 9. Quæ delectaris bibere humanum sanguinem. *Colum.* l. 1. c. 4. *a med.* Matrona amœnitate aliqua delectanda erit, quo patientius moretur cum viro. Al. leg. *demerenda.* ¶ Deponentis forma, *Petron. in fragm. Tragur.* c. 64. *Burm.* Nihil narras? nihil nos delectaris? ¶ Activa voce impersonalium more, *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 13. Me magis de Dionysio delectat.

DELECTOR, oris, m. qui deligit, et speciatim qui militum delectum habet. *Frontin.* l. 4. *strategem.* c. 1. Pyrrhus delectori suo fertur dixisse: Tu grandes elige: ego eos fortes reddam.

DELECTUS, a, um, *chosen, selected, elected,* electus, ἐκλεκτός. *Cic. pro Dom.* c. 9. *extr.* Summus vir, sæpe ad extrema reipubl. discrimina delectus. *Plin. sub fin.* l. 14. Piso delectus curæ Urbis. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 3. Quæstorem habes non tuo judicio delectum, sed eum, quem sors dedit. *Virg. Ecl.* 4. v. 35. altera quæ vehat Argo Delectos heroas. *Id.* 7. *Æn.* v. 152. delectos ordine ab omni, Centum oratores ire jubet. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 57. Delecti ex omnibus legionibus fortissimi viri. *singled out. Virg.* 11. *Æn.* v. 431. delectos Latio et Laurentibus arvis. ¶ Cum genitivo, Græco more, *Curt.* l. et cap. 4. Naves admoveri jubet, delectosque militum imponi. ¶ Scribitur et *dilectus* eodem sensu: quod in MSS. libris frequentissimum est.

DELECTUS, us, m. *a choosing, selecting, choice,* actus deligendi, electio, ἐκλογή. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 37. Habere delectum verborum. *Id.* 5. *de Fin.* c. 30. Adhibere delectum ad aliquam rem. *h. e.* in aliqua re. et lib. 1. c. 10. Earum rerum hic tenetur a sapiente delectus, ut aut rejiciendis, &c. *observes this distinction. Id.* 1. *Offic.* c. 41. *ad fin.* Habere delectum civis et peregrini. *to distinguish between,* &c. et cap. 14. Ut in beneficentia delectus sit dignitatis. *a distinction may be made in favour of that which is the most worthy. Id.* 5. *Phil.* c. 5. Delectus judicum. *Id.* 1. *Offic.* c. 15. beneficiorum. *Id.* 4. *Verr.* c. 50. Iste, qui omnia jura pretio exæquasset, omniumque rerum delectum, atque discrimen pecunia sustulisset. *Id.* 4. *de Fin.* c. 25. Officia autem tolluntur, delectu omni et discrimine remoto. *Id. pro Planc.* c. 4. Populus, si judicat, non delectu aliquo, aut sapientia ducitur ad judicandum, sed impetu nonnunquam, et quadam etiam temeritate. ¶ Hinc *sine delectu* est nulla habita ratione, confuse, temere, *in confusion, confusedly, without choice or distinction,* ἀκρίτως. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 21. *extr.* Ceteri agri omnes, qui ubique sunt, sine ullo delectu decemviris addicentur. *Gell.* l. 20. c. 5. Aristoteles ἐξωτερικὰς auditiones vulgo juvenibus sine delectu præbebat. *Plin.* contra l. 2. ep. 13. Nuper ab optimo Principe trium liberorum ei jus impetravi: quod quamquam parce et cum delectu daret, tamen, &c. *Plin. alter* l. 7. c. 53. Plurimas prodidit Verrius: nos cum delectu modum servabimus. ¶ Sæpissime dicitur de militum delectu. *a levy of soldiers. Cic. de provinc. consul.* c. 2. *extr.* Exercitus superbissimo delectu et durissima conquisitione collectus. *Cæs. initio* l. 7. *B. Gall.* Habere delectum tota provincia. *Hirt. de B. Alex.* c. 56. Instituere delectum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 25. Legiones ex novo delectu conficere. *Nepos in Annib.* c. 6. *extr.* Novis delectibus multos contrahere. *Plin.* l. 7. c. 29. Agere delectum. *Id.* l. 6. c. 19. facere. *Liv.* l. 2. c. 27. decernere. et cap. 55. edicere. ¶ Scribitur et *dilectus* æque recte, et in optim. MSS. et libris editis multis legitur frequentissime.

DELEGATIO, onis, f. *a giving in charge, delegating, committing,* actus delegandi, mandatum, quo id, quod facere debemus, alteri committimus, ἐπιτροπή. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 3. Nomen illud, quod est a Cæsare, tres habet conditiones: aut emptionem ab hasta; aut delegationem a mancipe, annua die; aut Vecteni conditionem semisse. *h. e.* translationem solutionis, ita ut ea ab aliquo mancipe fiat intra annum. V. *Manut. Senec.* l. 6. *de benef.* c. 5. Pecuniam dicimur reddidisse, quamvis non intervenerint nummi, sed delegatione et verbis perfecta solutio sit. *h. e.* cum ab alio solvi creditori curamus, v. gr. creditum aliquod nostrum creditori cedendo. *the assignment of a debt. Id.* ep. 27. Ipse necesse est laborem tuum impendas, si effici cupis. Delegationem res ista non recipit. *cannot be done through the medium of another.*

DELEGATORIUS, a, um, delegationem continens. Apud *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 7. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 22. appellantur *delegatoriæ litteræ,* quibus delegatio aliqua continetur.

DELEGATUS, a, um, *delegated, deputed, committed, given in charge,* commissus, demandatus. *Frontin. de aquæduct. in princip.* Omnis res ab Imperatore delegata intentiorem exigit curam. *Plaut. Amph. prol.* v. 67. et 83. Qui sibi mandassent, delegati ut plauderent. *Tacit. in Agric.* c. 2. Delegatum Triumviris ministerium. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 5. leg. 1. *a med.* Delegatus emptor. ¶ Translate *Liv.* l. 10. c. 19. Eo rem adductam esse, ut omnis rei bene aut secus gestæ decus dedecusque ad Volumnium sit delegatum. *Apul. in Apol.* Magia res est legibus delegata. *h. e.* tradita legibus puniendi causa. [¶ *Delegatum* absolute idem est ac delegatio. *Ulpian. Dig.* lib. 44. tit. 4. leg. 4. sect. 26. Quid si debitor, ex delegato pupilli, pecuniam creditori ejus solvit?]

DELEGO, as, avi, atum, a. 1. *to commit, assign, entrust, charge with,* ἐπιτρέπω, demando, committo, trado alteri, qui meas vices impleat. *Cic. pro Dom.* c. 7. Petebatur a me frumenti copia, *&c.* delegavi amico locupletiori. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 1. Laborem alteri delegavi. *Tacit. de Germ.* c. 20. Nec ancillis ac nutricibus infantes delegantur. *Sueton. in Calig.* c. 57. Cassium Longinum occidendum delegaverat. *had given orders to kill.* Sic *Plin.* l. 4. ep. 28. Imagines describendas pingendasque delegare. *Quintil. in proœm.* l. 4. Delegare alicui curam alicujus rei. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 28. *extr.* Hæc ipsa quæ nunc ad me delegare vis, ea semper in te eximia fuerunt. ¶ Translate *Liv.* l. 6. c. 28. Fortunæ loci delegaverant spes suas. *they had confided. Id.* l. 21. c. 46. *extrem.* Servati consulis decus Cœlius ad servum Ligurem delegat. *ascribes, attributes. Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 22. Causam peccati mortuis delegare. *to impute to, lay the blame on. Cic. pro Font.* c. 4. Crimen alicui delegare. ¶ Significat etiam *to delegate, depute, appoint,* alium pro se substituere ad aliquid præstandum. *Colum.* l. 3. c. 10. *ante med.* Quis non imprudentissimum quemque huic negotio delegat? *Senec.* l. 7. *de benef.* c. 19. Etiam si mihi adulteram, cui numerem, delegaverit, reddam. *Ulpian.* et *Paul. Dig.* lib. 46. tit. 2. leg. 12. et 13. Delegare debitorem. *h. e.* vice sua alium dare reum creditori, ut *Ulpian. ibid.* leg. 11. explicat. Sic *Id. Dig.* lib. 37. tit. 6. leg. 1. *circa med.* Delegare nomen paterni debitoris. *to assign over his debt to be paid by,* &c. Sic *Seneca* l. 4. *de Benef.* c. 11. Debitores nobis deos delegat, precaturque, pro se gratiam referant. ¶ Pro simplici mittere, *to send. Cato R. R.* c. 30. Ubi sementim facturus eris, ibi oves delegato. Alii rectius leg. *delectato.* ¶ Et pro remittere. *Nepos in fi. vitæ Caton.* Quare studiosos Catonis ad illud volumen delegamus. Al. leg. *relegamus.* ¶ Et pro transferre, *Liv.* l. 29. c. 22. *ad fin.* Pleminium conatum per quosdam urbem incendere, ut frangendi carceris haberet occasionem: patefacto dein scelere, delegatum in Tullianum ex Senatusconsulto. [¶ Particip. *delegans, delegandus* apud *Sueton. de ill. grammat.* c. 21. Quo delegante, curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviæ porticu suscepit. *Tacit. Hist.* l. 4. c. 85. Caninefates, Batavosque minoribus ducibus delegandos.]

DELENIFICUS, a, um, *charming, captivating,* blandus, demulcens, blande capiens, θελκτήριος. *Lucil.* apud *Fulgent. de prisco serm. in fi.* Nescio, quorsum mihi eveniant tua verba tam delenifica. *Plaut. Mil.* 2. 2. 36. Domi habet animum falsiloquum, domi dolos, domi delenifica facta. *Turpil.* apud *Non.* c. 4. n. 115. Vide mirum ingenium, ac delenificum mulierum.

DELENIMENTUM, et Delinimentum, i, n. *any thing calculated to sooth or mitigate; a charm, blandishment, caress,* θέλγμα, quidquid ad placandum, blandiendum, et mitigandum adhibetur. *Liv.* l. 4. c. 51. Aptissimum tempus erat, vindicatis seditionibus, delenimentum animis Volani agri divisionem objici. *Tacit. Ann.* 15. c. 63. Vitæ delinimenta monstraveram tibi: tu mortis decus mavis. ¶ Sumitur et in malam partem pro illecebra et invitamento ad prava. *an incentive to vice. Liv.* l. 30. c. 13. Illam furiam omnibus delenimentis animum suum avertisse atque alienasse. *Id.* l. 39. c. 11. Illius excetræ delenimentis et venenis imbutum, nec parentis, nec deorum verecundiam habere. *Tacit. in Agric.* c. 21. Paulatim discessum ad delinimenta vitiorum, porticus, et balnea, et conviviorum elegantiam. *Maxim.* lib. 5. *Dig.* tit. 2. leg. 4. Novercalibus delinimentis instigationibusque corrupti. Adde *Afran.* apud *Non.* c. 1. n. 1.

DELENIO, et Delinio, inis, ivi, itum, a. 4. *to mitigate, sooth, charm,* καταθέλγω, idem fere quod lenio, placo, mitigo. *In argum. Stichi Plautini.* Verbis delenitur commodis, habere ut sineret, quos semel nactæ forent. *Cic. pro Mil.* c. 35. Ut plebem non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret. *Id.* 2. *Offic.* c. 14. Ut milites blande appellando deleniant. *Phædr. in prol.* l. 3. v. 44. Remediis dolorem delenire. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 43. Delinire dolentem. *to comfort, console.* ¶ Sumitur et in malam partem pro allicere, et mollem reddere, mentem adimere, *to seduce. Cic. pro Cluent.* c. 5. Animum adolescentis pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri potest. *Id. pro Mur.* c. 35. Tu mihi summum imperium, tu gubernacula reipubl. petas fovendis hominum sensibus, et deliniendis animis, et adhibendis voluptatibus? *Plaut. Asin.* 2. 4. 28. Vah! delenire apparas. *are for cajoling me. Id. Cist.* 2. 1. 40. Tu me delenis: propter te hæc pecco. [¶ Particip. *deleniturus* apud *Auson.* edyll. 4. v. 9. Longum delenitura laborem Intervalla damus.]

DELENITIO, et Delinitio, onis, f. actus deleniendi, delenimentum. *Cic.* 2. *Offic.* c. 16. Ipsa delenitio multitudinis sit ad breve tempus. *h. e.* effusio pecuniæ, quæ fit ad multitudinem deliniendam. Al. leg. *delectatio.*

DELENITOR, et Delinitor, oris, m. *one who sooths or mitigates,* qui delenit, mitigat, placat. *Cic. in Bruto,* c. 70. Ut etiam cum judice ipso, cujus delinitor esse debet orator, jurgio sæpe contenderet.

DELENITUS, et Delinitus, a, um, *soothed, mitigated, charmed, delighted,* mitigatus, blanditus, captus. *Titinn.* apud *Non.* c. 2. n. 26. et cap. 4. n. 116. Verum enim dotibus deliniti, uxoribus ancillantur. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 9. Genus hominum in silvis dissipatum, disertorum oratione delinitum. *Id. Fam.* 15. ep. 16. Triennium est, cum virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatum. *Liv.* l. 7. c. 38. Capua instrumento omnium voluptatum delenitos militum animos avertit a memoria patriæ. *captivated, seduced. Cic.* 1. *de Fin.* c. 10. Delinitus atque corruptus. *Plauti* verba illa *Amph.* 2. 2. 214. Delinitus sum profecto, ita ut me, qui sim, nesciam: *Nonius* c. 4. n. 115. exponit mente alienatus, nempe, adeo captus, atque illectus sum, ut, &c.

DELEO, es, evi, etum, a. 2. *to blot out, efface, expunge, erase,* ἐξαλείφω, tollo, adimo, abstergeo. Etymologi ducunt ab *oleo* (unde et *aboleo*) quasi *deoleo. Cic. Attic.* l. 15. ep. 4. *a med.* Rubeo, mihi crede: sed jam scripseram: delere nolui. *Id. pro Cluent.* c. 14. Hac Dinea testamentum faciente, cum tabulas prehendisset Oppianicus, digito legata delevit. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 522. scribit, damnatque tabellas, Et notat, et delet. *Cic. pro leg. Manil.* c. 3. Delere maculam. *Stat.* 1. *Achill.* v. 60. Pone natant, delentque pedum vestigia cauda. *Id.* 6. *Theb.* v. 415. delet sulcos iterata priores Orbita. *Plin. in fi.* l. 25. Stigmata in facie mandragoras illitus delet. ¶ Item evertere, destruere, exstinguere, *to overthrow, destroy. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 45. Urbes delevit, fruges perdidit. *Id. Agrar.* 2. c. 32. Delere ædificia. *Id. de Leg.* l. 2. c. 26. sepulcra. *Id. de Harusp. resp.* c. 4. T. Annius ad illam pestem comprimendam, exstinguendam, funditus delendam natus esse videtur. *Nepos in Themist.* c. 4. Astu incendio delevit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 70. Delere omnem exercitum. *Sil.* l. 7. v. 549. patiarne ante ora, manusque Civem deleri nostras? *to be cut in pieces.* ¶ Translate *Cic. pro Deiot.* c. 13. Senatus vero judicia tam honorifica, quæ unquam vetustas obruet, aut quæ tanta delebit oblivio? *or what oblivion ever blot out. Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 8. Delevit mihi omnem molestiam recentior epistola. *Id. Divin. Verr.* c. 8. Exstinguere atque delere omnem improbitatem. *Id.* 1. *de Divin.* c. 5. Delere religionem. *Id.* 1. *Attic.* ep. 16. *ante med.* omne jus fasque. *Id. pro Sext.* c. 26. leges. *to abolish. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 27. turpitudinem fugæ virtute. *Petron. in Satyr.* c. 2. ingenium. *to throw away.* et cap. 80. Sacramentum amicitiæ. *Cic. Phil.* 1. c. 1. omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 2. ex animo omnem suspicionem. *Id. de Amic.* c. 3. et *Nepos in Alcib.* c. 8. *extr.* omne bellum. *h. e.* conficere, finire. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 9. Nec si quid olim lusit Anacreon, Delevit ætas. [¶ Particip. *delens* apud *Sil.* l. 1. v. 514. Dexter ades Phrygiæ delenti stirpis alumnos.]

DELETILIS, le, qui delet. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 212. Parabis spongiam deletilem.

DELETIO, onis, f. *a destroying. Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 217. Deletionem nostri ad unum exercitus. *the destruction.*

DELETITIUS, et Deleticius, a, um, ut Charta deletitia, apud *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 11. leg. 4. quo nomine intelligitur ea, in qua scriptum fuit aliquid, et postea deletum. [Ea nempe, quam *Cic.* 7. *ad Fam.* ep. 18. et *Catull.* carm. 22. v. 3. vocant *palimpsestum.*]

DELETRIX, icis, f. quæ delet. *Cic. de Harusp. resp.* c. 23. Tum est illa in templo Castoris scelerata, et pæne deletrix hujus imperii sica deprehensa.

DELETUS, a, um, adject. *undone, discomfited, destroyed, Cæs. B. Gall.* l. 6. c. 35. Dispersis ac pæne deletis hostibus. *Cic. pro Flacc.* c. 25. Deleta memoria.

DELETUS, us, m. deletio. *Tertull.* l. 2. *contra Marcion.* c. 24. Reprobandæ creaturæ, et deletui vindicandæ.

DELEVO, as, a. 1. *to plane, smooth with a plane,* planum et leve facio, levigo. *Colum. de arborib.* c. 6. *a med.* Vitem serrula desecato, et plagam acutissimo ferro delevato. ¶ Scribitur et *delævo.*

DELIA, æ, f. Δηλία, Diana, sive Luna, ita dicta a Delo insula, in qua uno partu cum Phœbo a Latona edita fuit. Vox Poetica. *Senec. in Herc. Œt.* v. 150. Et solem vetuit Delia tardior. *Virg. Ecl.* 7. v. 29. Setosi caput hoc apri tibi, Delia, parvus, Et ramosa Mycon vivacis cornua cervi, &c. ¶ Apud *Tibull.* l. 1. el. 1. &c. est nomen amicæ.

DELIACUS, a, um, *of Delos,* ad Delum insulam pertinens, Δηλιακός. *Cic. in Orat.* c. 70. Neque vero ornamenta ista villarum me movent, quibus L. Paulum et L. Mummium, qui rebus his urbem Italiamque omnem referserunt, ab aliquo video perfacile Deliaco, aut Syro potu-

isse superari. ¶ *Deliacum æs* in magno fuit pretio, mercatus in Delo concelebrante toto orbe: et ideo cura officinis, tricliniorum pedibus fulcrisque, ut *Plin.* loquitur l. 34. c. 2. *sub fin.* Hinc Deliaca supellex fuit in deliciis. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 46. Domus referta vasis Corinthiis et Deliacis. *Id. Verr.* 4. c. 34. et 72. Supellex ex ære elegantior et Deliaca, et Corinthia. ¶ Deliaci homines in gallinariis saginandis, alendis gallinis, capis castrandis adeo excellaere, ut fuerit etiam, qui natum ovum, cujus suarum gallinarum partus esset, statim diceret, teste *Cicer.* 4. *Acad.* c. 18. et 26. Hoc eorum studium confirmant etiam *Varro R. R.* l. 3. c. 9. *Colum.* l. 8. c. 2. et *Plin.* l. 10. c. 50. Hinc *Petron. in Satyr.* c. 23. Cinædi molles, veteres, Deliaci manu recisi.

DELIBAMENTUM, ti, n. *a libation*, libamentum, libamen. *Valer. Maxim.* l. 2. c. 6. n. 8. Tum defusis Mercurio delibamentis, et invocato numine ejus, cupido haustu mortiferam traxit potionem.

DELIBATIO, onis, f. ablatio partis ab aliqua re. *Florentin. Dig.* lib. 30. leg. 116. Legatum est delibatio hereditatis. *Tertull.* l. 1. *contra Marcion.* c. 22. Homo damnatur in mortem ob unius arbusculæ delibationem.

DELIBĀTUS, a, um, *picked, culled, taken out*, decerptus. *Cic. de Senect.* c. 21. Ex universa mente divina delibatos animos habemus. *Enn.* apud *Cicer. in Bruto*, c. 15. Flos delibatus populi, suadæque medulla. *h. e.* eximius quasi selectus e multis. Est qui vult aliter legi. ¶ Item violatus, corruptus. nam quæ delibata sunt, integra amplius non sunt. *Sueton. in Aug.* c. 68. Delibata pudicitia. *Gell.* l. 1. c. 3. Delibatæ honestatis damnum. ¶ Item leviter tactus. *Sueton. in Aug.* c. 94. Ejusque osculum delibatum digitis ad os suum retulisse. *h. e.* ejus prætextati parvum os digitis contactum. Simile est illud *Apulei.* l. 6. *Metam.* Jupiter, prehensa Cupidinis bucula, manuque ad os suum relata, consaviat.

DELIBERABUNDUS, a, um, multum deliberans. *Liv.* l. 2. c. 45. Consules velut deliberabundi, capita conferunt, diu colloquuntur. Adde lib. 1. c. 54.

[* DELIBERAMENTUM, i, n. idem ac deliberatio. *Laber.* ex *Fronton.* ep. 10. *ad Antonin.* Ad amorem injiciendum delenimenta esse deliberamenta, beneficia autem beneficia (*lege* veneficia).]

DELIBERATIO, onis, f. *a deliberation, consideration, consultation, debate*, συμβούλευσις, actus deliberandi. *Cic.* 1. *Offic.* c. 3. Triplex igitur est consilii capiendi deliberatio. *Id. Phil.* 1. c. 1. Ad deliberationem alios adhibere. *Id.* 1. *Offic.* c. 3. In deliberationem cadit. *Id. Attic.* 7. ep. 3. Id coram considerabimus, quale sit. habet enim res deliberationem. *h. e.* in deliberationem cadit. *Id.* 1. *Phil.* c. 1. Habere deliberationes de republ. *Id. pro leg. Manil.* c. 10. Utinam virorum fortium tantam copiam haberetis, ut hæc vobis deliberatio difficilis esset, quemnam, &c. *Id.* 3. *de Orat.* c. 53. Deliberatio cum iis ipsis, apud quos dicas. *Id.* 1. *de Orat.* c. 6. Disceptationes forenses deliberationum. *h. e.* causæ generis deliberativi.

DELIBERATĪVUS, a, um, *deliberative*, συμβουλευτικὸς, ad deliberationem spectans, ut Genus deliberativum. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 5. Deliberativum genus est, quod positum in disceptatione et consultatione civili, habet in se sententiæ dictionem.

DELIBERĀTOR, oris, m. *a consulter, adviser. Cic. pro Sext.* c. 34. Illi interea deliberatori merces, longa interposita nocte, duplicata est.

DELIBERĀTUS, a, um, *deliberated upon, done with advice or after consultation, weighed over*, perpensus, examinatus, et constitutus, βεβουλευμένος. *Cic. Verr.* 5. c. 41. Sic habuisti statutum cum animo, ac deliberatum, omnes judices rejicere. *Id.* 1. *Agrar. c. pænult.* Mihi deliberatum et constitutum est, ita gerere, &c. (Adde *Turpil.* apud *Non.* c. 4. n. 127.) *Id. pro Rosc. Amer.* c. 11. Certum est deliberatumque omnia dicere. *Id. Fam.* 5. ep. 2. *a med.* Neque illi quidquam deliberatius fuit, quam me evertere. *more deliberately intended. Horat.* l. 1. od. 37. v. 29. *de Cleopatra.* Deliberata morte ferocior. ¶ Item certus. *Gell.* l. 1. c. 13. Instructius deliberatiusque fore arbitramur theorematium hoc, si exemplum P. Crassi apposuerimus.

DELIBĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to consult, deliberate, advise, take advice, debate, think upon, weigh, consider, ponder*, συμβουλεύω, consulto, perpendo rem aliquam, ut inde statuam decernamque quod optimum factu sit. *Festus.* Deliberare a libella, qua quid perpenditur, dictum. *Voss.* a *libero* deducit. Nam deliberat, cui libertas est eligendi aliquid e duobus. *P. Syrus in Mimis*, apud *Pithœum* p. m. 11. Deliberandum est diu quod statuendum est semel. *Terent. Adelph.* 2. 1. 42. Delibera hoc, dum ego redeo, leno. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 15. Tibi diu deliberandum et concoquendum est, utrum, &c. *Id. Attic.* l. 8. ep. 3. *ad fin.* Quamobrem ut maxime de re æquo animo deliberanti, ita mihi des consilium velim. *Id. in Orat.* c. 40. Deliberare cum aliquo. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 15. Deliberatur de Avarico in communi concilio, incendi placeret, an defendi. ¶ Item statuere, decernere. *to resolve, determine. Cic.* 3. *Verr.* c. 1. Iste certe statuerat ac deliberaverat non adesse. ¶ Item consulere, quærere. *to consult an oracle. Nepos in Miltiad.* c. 1. Ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt. *Id. in Themist.* c. 2. Miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit, &c. [¶ Particip. *deliberaturus* apud *Liv.* l. 32. c. 34. Dixit, se de Corintho cum imperatore Romano deliberaturum esse.]

DELIBITO, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a delibo. *Cic. Fam.* 9. ep. 16. *sub fin.* Solebam antea delibitari oleis et lucanicis tuis. *h. e.* tu delibabas meam famem, ac diminuebas illis primis ferculis, &c. Sic legit, et explicat *Turneb. Adversar.* l. 6. c. 1. et *Pareus in Lex. Crit.* Alii aliter.

DELĪBO, as, avi, atum, a. 1. *to taste, take a smack of any thing, touch gently*, ἀπογεύομαι, λείβω, idem fere quod libo, degusto, leviter attingo, particulam de aliqua re sumo, detraho, deminuo. *Lucret.* l. 6. v. 620. Quamvis ex uno quoque loco sol Humoris parvam delibet ab æquore partem. *Petron. in Satyr.* c. 136. Paululum carnis delibare. *Virg. Æn.* 12. v. 434. (et *Phædr.* l. 4. fab. 23. v. 7.) Summaque per galeam delibans oscula. *h. e.* leviter tangendo osculatus. *Claudian. de nupt. Honor. et Mar.* v. 152. hoc navigat ostro Fulta Venus: niveæ delibant æquora plantæ. *Id. de B. Get.* v. 351. Delibare cibos. *Favorin.* apud *Gell.* l. 15. cap. 8. Si proportione luxuria pergit crescere, quid relinquitur, nisi ut delibari sibi cœnas jubeant, ne edendo defatigentur? *that their food should be chewed for them. Sueton. in Aug.* c. 57. Pro facultate quisque pecunias contulerunt, delibante tantummodo eo summarum acervos, neque ex quoquam plus denario auferente. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 2. *post med. de agnis.* Ne toto die cursantes inter se teneri, delibent aliquid membrorum. *h. e.* præstringendo lædant, deterant. *bruise slightly, graze. Colum.* l. et cap. 2. *sub fin.* Ne bos extremo jugo truncum delibet, ramumque deplantet. *h. e.* defringat. ¶ Translate est deminuere, demere. *Lucret.* l. 3. v. 1102. Nec prorsus vitam ducendo demimus hilum Tempore de mortis, nec delibare valemus. *Id.* l. 3. v. 24. neque ulla Res animi pacem delibat tempore in ullo. *Flor.* l. 2. c. 6. Ne quid de virginitatis integritate delibasse saltem oculis videretur. ¶ Item decerpere. *to cull, pick out. Cic. pro Sext.* c. 56. Ut omni ex genere orationem aucupor, et omnes undique flosculos carpam atque delibem. ¶ Item degustare, experiri. *to essay. Liv.* l. 5. c. 12. *ad fin.* Nec satis constat, cur primus ac potissimus ad novum delibandum honorem sit habitus. *Plin. in Paneg.* c. 54. Honores aut delibare parcissime, aut omnino recusare. ¶ Item leviter attingere. *Quintil.* l. 4. c. 2. Omnia, quæ probatione tractaturi sumus, narratione delibabimus. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 169. Quisque suas artes obiter delibat agendo.

DELĬBRĀTUS, a, um, *having the bark stripped off, peeled*, libro, seu cortice spoliatus. [*Cæs. de Bell. Civ.* l. 7. c. 73. Itaque truncis arborum aut admodum firmis ramis abscisis, atque horum delibratis. *Oberlinus* ita legendum putat pro *dolabratis*, quod legitur in plerisque editionibus.] *Colum.* l. 5. c. 11. Pars arboris delibrata. *Id.* l. 12. c. 56. Corticem oleris atri delibratum abjicito. *Pallad. in Februar.* tit. 17. Ramus ad modum foraminis delibratus.

DELĬBRO, as, avi, atum, a. 1. *to take off the bark, peel, bark*, ἀπολέπω, ἀπολεπίζω, librum seu corticem detraho, decortico. *Colum.* l. 5. c. 11. Arborem circumcidito delibratoque diligenter. et lib. 4. cap. 24. Cortex corpore tenus delibrandus est. ¶ Est etiam aquam sulco derivare, auctore *Festo*, quasi libramento deducere. Alii tamen legunt *delirare* ex MSS. *lira* enim sulcum significat: quod ab *Harduino* improbatur. [¶ Translate significat auferre, imminuere. *Lucret.* l. 5. v. 1101. Nec prorsum demimus hilum Tempore de mortis; nec delibrare valemus, Quo minus esse diu possimus morte peremptі. Quædam editiones habent *delibare.*]

DELIBŬO, is, ui, utum, madefacio, inungo, *to anoint, besmear*, καταβρέχω. *Solin.* cap. 12. (*al.* 22.) Proconsul Africæ Salvianus ipse eum (*Delphinum*) contigit, unguentis etiam delibuit. *Tertull. de cor. mil.* c. 12. Unguentis delibuitur.

DELIBŪTUS, a, um, *anointed, besmeared*, ἀληλειμμένος, unctus, quasi oleo aut alio liquore imbutus: a *delibuo. Cic. in Bruto*, c. 60. Qui devinctus erat fasciis, et multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 46. Composito et delibuto capillo per forum volitare. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 55. Delibutus cœno. *Martial.* l. 11. epigr. 99. Nec labra pingui delibuta ceroto. *Horat. Epod.* 17. v. 31. atro delibutus Hercules Nessi cruore. ¶ Transfertur ad animum. *Ter. Phorm.* 5. 6. 17. Si te delibutum gaudio reddo. *Plin.* l. 4. c. 12. *ad fin.* Senium luxu delibutum. *h. e.* diffluens. *Apul.* l. 3. *Metam.* Delibutus lætitia. *Auct. Declam. in Cicer.* c. 2. Uxor sacrilega et perjuriis delibuta. Al. leg. *debilitata.*

DELICĀRE, inquit *Fest.* ponebant pro *dedicare*, ut *lacruma* pro *dacruma.*

DELICĀTE, *delicately, softly, luxuriously, nicely, neatly, elegantly*, τρυφερῶς. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 17. Recubare molliter et delicate. *Id.* 1. *Offic.* c. 30. Diffluere luxuria, et delicate ac molliter vivere. *Nepos in Alcib.* c. 2. Multos amavit, in quorum amore odiosa multa delicate jocoseque fecit. *Senec.* 3. *de Ira*, c. 9. Mollius delicatiusque tractare iracundos. *Colum.* l. 11. c. 1. Cultam vestitamque familiam utiliter magis habeat, quam delicate. *Sueton. in Calig.* c. 43. Confecit iter adeo segniter et delicate, ut octophoro veheretur. ¶ Translate *Plin.* l. 17. c. 22. Vitis delicate se spargit.

DELICĀTUS, a, um, adject. vel a *deliciis*, vel potius ex eo, quod tradit *Festus:* Delicata dicebant diis consecrata, quæ nunc dedicata. Unde adhuc manet delicatus, quasi lusui (*al.* usui) dicatus: Intelligit autem *Fest.* pueros ac servos, quos deliciarum causa (ut musices, vel artificii scenici peritos, aut pulcritudine præstantes, &c.) habere mos fuit: de quibus *Sueton. in Tito*, c. 7. Quosdam e gratissimis delicatorum fovere supersedit. et *Stat.* l. 2. silv. 1. quæ inscribitur, *Glaucias Atedii Melioris delicatus*: et silv. 7. quæ est *de amissione pueri delicati.* Sic *Cic. pro Mil.* c. 10. Muliebris ac delicatus ancillarum puerorumque comitatus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 311. n. 6. Teiæ Euphrosynes Ruffinæ V. V. delicatæ. *h. e.* Teiæ, quæ fuit delicata Euphrosynes Ruffinæ virginis Vestalis. ¶ Sed et *delicati* dicti sunt infantes filioli, unice a parentibus dominisve dilecti. *Inscript.* apud *Fabrett.* c. 5. pag. 362. ¶ Hinc *delicatus* appellatio est blandientis. *Plaut. Rud.* 2. 5. 8. Sed ubi tu es, delicata? ¶ Præterea *delicatus* dicitur universim, qui delicias sectatur, et molliter vivit, *delicate, dainty, luxurious, effeminate, nice, neat, elegant*, τρυφερὸς, τρυφητής. *Cic. in Bruto*, c. 53. Adolescens delicatus. *Id. Attic.* l. 1. ep. 19. *a med.* Libidinosa et delicata juventus. *Senec. de constant. sap.* c. 4. Contumelia delicatis gravis est. *Id. de brevit. vitæ*, c. 12. Audio quendam ex delicatis, cum ex balneo inter manus elatus, et in sella positus esset, dixisse interrogando, jam sedeo? *Plaut. Men.* 1. 2. 10. Nimium ego te habui delicatam. *I have treated you too well.* ¶ Item mollis, tener, deliciis aptus. *tender, delicate, soft. Catull.* carm. 17. *ad Colon.* v. 15. Puella tenellulo delicatior hædo. *Plin.* l. 2. ep. 11. *extr.* Oves delicatissimæ. *with very fine wool. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 40. Aspernari molles et delicatas voluptates. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 11. Umbratilis et delicata vita. *Id.* 2. *Attic.* ep. 14. Delicatum convivium. *Curt.* l. 5. c. 2. Choaspes amnis delicatam vehens aquam. *h. e.* levem, mollem, suavem. *Plin.* l. 4. c. 12. *ante med.* Delicatior vestis. *Id.* l. 19. c. 8. *ante med.* Delicatior teneriorque cauliculus. *Id.* l. 17. c. 24. Cossi delicatiore sunt in cibo. *Cic.* 1. *Offic.* c. 40. Turpe est, in re severa delicatum aliquem inferre sermonem. *Id. in Pison.* c. 29. Omnes hominis libidines, omnia cœnarum genera delicatissimis versibus expressit. *Id.* 1. *de Fin.* c. 2. Rudem esse omnino in nostris poetis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidii delicatissimi. *or of extreme caprice*, ducta a gustu ciborum metaphora. *Quintil.* l. 3. c. 1. Delicatæ aures. *h. e.* quæ difficile utilia audiunt, et facile fastidiunt. *Cic. pro Mur.* c. 9. Asia delicata. *pleasant. delightful. Id. Verr.* 7. c. 40. Delicatissimum litus. *Phædr.* l. 4. fab. 4. v. 26. Hortuli delicati. *Sueton. in Vitell.* c. 10. Delicatissima navigia. ¶ Translate *Plin.* l. 8. ep. 17. Anio delicatissimus amnium, ideoque adjacentibus villis velut invitatus retentusque. *h. e.* placide fluens. *Phædr.* l. 5. fab. 1. v. 23. Veniebat gressu delicato et languido. *h. e.* fracto, enervi, effeminato. *Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Reclinari ad suos, et manibus sustineri, nisi plane justa fatigatio est, delicatum. *is a sign of an idle man. Plin.* l. 34. c. 14. *a med.* Oleo delicatior fit acies. *Id.* l. 33. c. 11. Poppæa conjux Neronis delicatioribus jumentis suis soleas ex auro induit. *Quintil.* declam. 1. c. 13. *extr.* Quidnam isto delicatius scelere? *h. e.* quod minori labore, quem delicati fugiunt, perpetratum sit. *Pacat. in Paneg. Theodos.* c. 18. Unum invenire non possumus, cujus spem atque exspectationem, non dicam fefelleris, sed, quæ delicatior est querela, distuleris. *h. e.* minus gravis.

DELICIA, æ, f. idem quod deliciæ, et delicium. *Plaut. Rud.* 2. 4. 13. Otium ubi erit, tum tibi operam ludo et deliciæ dabo. Adhibetur in blanditiis amantum. *Id. Truc.* 2. 5. v. 34. At ego ad te ibam. *Strab.* ad me, delicia? *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1014. n. 5. Pro salute Juliæ Veneriæ filiæ dulcissimæ, deliciæ suæ. Alia in *Antiquit. Benevent.* class. 8. n. 10. Hic sepulta est Jucunda, delicia ejus. ¶ Præterea *delicia* est tignum, quod a culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigium collocatur: unde tectum deliciatum, et deliciares tegulæ. *Festus:* qui videtur intelligere eas, quas *Vitruv.* l. 6. c. 3. *deliquias* appellat, *gutters into which the house-eaves drop.* Est autem a *deliciendo*, quod aqua inde deliciatur. Quas vero dicit *Fest.* deliciares tegulas, *Catoni R. R.* c. 14. sunt *colliciares.* Hujusmodi sunt, quæ duarum tecti partium concurrentium stillicidia, veluti sulco facto excipiunt, et extra parietem projiciunt, a nostris dictæ *gutter-tiles.*

DELICIÆ, arum, f. *any thing that delights or amuses, delights, pleasures, pastimes*, τρυφὴ, oblectamenta quælibet, quæ nobis voluptatem afferunt: a *delicio*, quia deliciunt, et ad se trahunt. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 10. Deliciarum et voluptatis causa quosdam cum mitella sæpe videmus. *Id. Parad.* 1. c. 3. Argentum ad avaritiam, amœnitas ad delectationem, supellex ad delicias, epulæ ad voluptates. *Id.* 2. *Agrar.* c. 14. Locus multarum deliciarum, et magnæ pecuniæ. *abounding in all sorts of luxuries. Plaut. Trin.* 2. 2. 53. Aliquantum animi causa in deliciis disperdidit. *in dalliance, sports, frolics. Id. Mostell.* 1. 1. 14. Urbanus scurra, deliciæ populi. *the sport and diversion of the people.*

Plin. l. 16. c. 37. Cathedræ supinæ in delicias. *in which one may sit at ease.* *Id.* l. 2. c. 63. Quas non ad delicias terra servit homini! *Id.* l. 10. c. 22. Eo processere deliciæ, ut, &c. *delicacy has arrived at that pitch.* *Senec. de benef.* c. 5. l. 4. Neque necessitatibus tantummodo nostris provisum est (*a Deo*) usque in delicias amamur. *even to fondness; even to tenderness.* *Catull.* carm. 3. Passer, deliciæ meæ puellæ. *the delight.* *Cic. pro Dom.* c. 24. Cum alter se Catilinæ delicias fuisse, diceret. *Id.* 16. *Attic.* ep. 6. *extr.* Piliæ salutem dices, et Atticæ, deliciis atque amoribus meis. *Cœl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 8. Sempronium Rufum, mel ac delicias tuas, calumniam maximo plausu tulisse. *the darling.* *Cic.* 6. *Verr.* c. 1. et *in Vatin.* c. 8. Esse alicui in amore et deliciis. *h. e.* esse valde carum. *Id.* 1. *de Divin.* c. 34. Habere aliquid in deliciis. ¶ *Delicias facere* interdum est irridere, ludere. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 83. Enimvero, here, meo me lacessis ludo, et delicias facis. *you make a laughing-stock of me.* Adde *Men.* 2. 3. 30. Quo pertinet illud *Ovid.* 2. *Trist.* v. 349. Sic ego deli cias, et mollia carmina feci. *h. e.* lusi carminibus amorum. ¶ Interdum est nequitias facere. *Catull.* carm. 74. *in Gell.* Gellius audierat, patruum objurgare solere, Si quis delicias diceret, aut faceret. Adde carm. 45. *de Acme, et Septim.* v. 24. Priore loco *delicias dicere* est obscena loqui. Nam *deliciæ* speciatim interdum dicuntur de Venereis voluptatibus. *Cic. pro Cœl.* c. 19. Amores vero, et hæ, deliciæ quæ vocantur, nunquam hunc occupatum impeditumque tenuerunt. ¶ Aliquando ponuntur pro levitate, et inconstantia, quæ delicatorum hominum propriæ sunt. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 17. *ad fin.* Ecce aliæ deliciæ Equitum vix ferendæ, quas ego non solum tuli, sed etiam ornavi. *fickleness, frailty, uncertainty.* ¶ Aliquando pro mollitie delicati atque effeminati hominis. *Juvenal.* sat. 6. v. 258. quarum delicias et panniculus bombycinus urit. ¶ Et pro ipso homine delicato. *Juvenal.* sat. 6. v. 47. Delicias hominis! Tarpeium numen adora, &c. *the delicate man!* *Id.* sat. 13. v. 140. Te nunc delicias extra communia censes Ponendum. *Plin.* l. 22. c. 24. *extr.* Ut tanto magis sui delicias pudeat. ¶ Et pro amica, aut amico. *Catull.* carm. 6. *ad Flav.* Flavi, delicias tuas Catullo Velles dicere, nec tacere posses. *Amores* quoque hac ratione usurpantur. Quas vero *Stat.* l. 5. silv. 5. v. 66. Pharia de puppe loquaces delicias, et *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Alexandrinas delicias appellant, sunt pueri Ægyptii, et præsertim Alexandrini, ex more gentis suæ impudice garruli, et obscene dicaces, qui in deliciis apud Romanos fuerunt. Simili ratione *deliciæ* dicti sunt puelli festivi et garruli, parentum suorum oblectamenta gratissima. V. *Delicium.* ¶ Adhibetur et in blanditiis amantum. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 152. Mea voluptas, meæ deliciæ, mea vita. *my darling; my dear.* ¶ Est qui scribit *delitiæ* invitis tamen *Manut. Dausqu.* et *Cellar.* et ratione nulla. ¶ *Delicia* in singulari num. V. suo loco.

DELICIĀRIS, et

DELICIĀTUS, a, um. V. *Delicia, æ.*

DELICĬES, ei, f. idem quod delicia, deliciæ. Tribuitur *Apuleio in Apolog.* et *in Florid.* n. 23. (*al.* l. 3.) et *de deo Socrat.* sed ubique lectio variat.

DELICĬO, licis, a. 3. proprie est deorsum trahere: ab obsoleto *lacio,* traho, duco. Sumitur autem pro allicere, illicere, *to entice, allure, wheedle.* *Titinn.* apud *Non.* c. 4. n. 112. Parasitus, qui illum sciat delicere. ¶ De præterito *delicui* V. *Deliquesco.*

[* DELICĬOR, aris, dep. 1. *Ruricius* l. 2. epist. 42. Volatilia deliciari. *h. e.* comedere cum delectatione.]

DELICIŎLÆ, arum, f. diminut. a *deliciæ,* et

DELICIŎLUM, li, n. diminut. a *delicium.* *Cic.* 1. *Attic.* ep. 8. *extr.* Tullia deliciolæ nostræ. *my little darling.* *Senec.* ep. 12. Ego sum villici filius, deliciolum tuum.

DELICIŌSUS, a, um, *delicious, pleasant, delicate,* deliciis plenus. *Rutil. in Itiner.* l. 1. v. 378. Stagna placent septo deliciosa vado. *Martian. Capell. initio* lib. 7. Deliciosa mollities. *Sedul. in prol.* v. 8. Divitiasque magis deliciosus amas.

DELICĬUM, ii, n. *a delight,* idem quod deliciæ. *Martial.* l. 13. epigr. 99. Delicium parvo donabis dorcada nato. *Id.* l. 7. epigr. 49. Fons, delicium domus. ¶ Pro puero, qui est in deliciis, tum in bonam, tum in malam partem. *Phædr.* l. 3. fab. 20. Rogati mox a quodam delicio suo, Quidnam fecissent. Al. leg. *Rogati mox a quodam, delicio suo Quidnam fecissent:* atque ita de asino sermo est. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 661. n. 14. Sextiliæ Ɔ. L. Primigeniæ annorum XIII. delicio eorum, &c. ¶ In masculino gen. Vet. Lapis apud *Donium* class. 1. n. 132. Apricius delicius.

DELĬCO, as, a. 1. *to show, point out, explain,* indico, explano, aperio, ut exponit *Non.* c. 4. n. 114. et cap. 2. n. 225. videturque esse a *liquo, as* (*qu* in *c* mutato, ut in *secutus, locutus*) quia *liquida* pro claris et perspicuis ponuntur, et *liquet,* manifestum est, significat. *Titinn.* apud *Non ibid.* Quid istic sibi vult sermo? mater, delica. *Id. ibid.* Tibi ne comœdiam, quam sciam, non delicem? Adde *Acc. Cæcil.* et *Lucil. ibid.* ¶ Veteres, teste *Festo,* dixere etiam *delicare* pro *dedicare,* abeunte *d* in *l*: quod et in *Ulysses,* et in *lacryma* factum est ab Ὀδυσσεὺς, et δάκρυον.

DELICTOR, oris, m. *a delinquent, offender,* ἁμαρτωλὸς, qui delinquit. *Cyprian.* ep. 59. *ad fin.* et *Hieronym.* l. 3. *advers. Pelag.* c. 9. *a med.*

DELICTUM, i, n. *a fault, crime, offence, sin,* ἁμάρτημα, peccatum: a *delinquo,* quod est deficere, et translate peccare. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 4. *sub fin.* Nam majore commisso delicto, igni, atque omnibus tormentis necat. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 17. *sub fin.* Homines sapientes delicto suo, non aliorum injuria commoveri. *Id. pro Marcell.* c. 6. Expetere pœnas ab aliquo ob delictum. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 1. Luere delicta. *Terent. Adelph.* 4. 5. 48. Delictum in se admittere. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 4. v. 3. Delicta fateri. ¶ Item erratum ingenii, *an error, oversight.* *Horat. in ar. poet.* v. 442. Si defendere delictum, quam vertere, malles.

DELICTUS, a, um, ἀπολειφθεὶς, derelictus. *Enn.* apud *P. Merul.* pag. m. 327. At Romanus homo, tamen etsi res bene gesta est, Corde suo trepidat, delicto Coclite. Al. leg. *delicto poplite.* h. e. defectis viribus. Sed hæc obsoleta sunt.

DELICŬI. V. in *Deliquesco.*

DELICŬLUS, a, um, diminut. a delicus. *Cato R. R.* c. 2. Vendat boves vetulos, armenta delicula, oves deliculas. Al. rectius leg. *rejicula,* et *rejiculas.*

DELĬCUS, a, um, adject. a *lacio,* unde *lac,* ἀπογαλακτισθεὶν, *weaned.* *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. *a med.* Cum porci depulsi sunt a mamma, a quibusdam delici appellantur, neque jam lactentes dicuntur.

DELICŬUS. V. *Deliquus.*

DELIGĀTUS, a, um, adject. idem quod ligatus, *tied, tied fast, fastened.* *Plin.* l. 20. c. 17. Deligata linteolo grana. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 9. Naves deligatæ ad anchoras. et lib. 1. *c. pænult.* Navicula deligata ad ripam. *Sueton. in Neron.* c. 29. Deligati ad stipitem.

DELĬGO, as, avi, atum, a. 1. idem ac ligo *to bind, tie, make fast,* καταδέω. *Cic.* 6. *Verr.* c. 40. In ea statua Sopatrum divaricari ac deligari jubet. *Licin.* apud *Non.* c. 3. n. 184. Deligare ad patibulos. *Plaut. Men.* 1. 1. 13. Apud mensam plenam homini rostrum deliges. *Cæs.* 3. *B. Civ.* c. 39. Naves deligare ad terram. *Cels.* l. 2. c. 10. *sub fin.* Deligandum brachium superimposito penicillo. *to bind up.* Sic *Quintil.* l. 2. c. 17. Deligare vulnus.

DELĬGO, is, egi, ectum, a. 3. *to choose, make choice of, pick out, select,* ἐκλέγω, seligo, delectum habeo: quasi *de* multis *lego.* *Cic.* 2. *Offic.* c. 13. Eorum fore se similes, quos sibi ipsi delegerint ad imitandum. *Id. pro Planc.* c. 25. Sic populus R. deligit magistratus, quasi reipubl. villicos. *Id.* 1. *de Leg.* c. *pænult.* Bona deligere, rejicere contraria. *Id.* 2. *Agrar.* c. 9. Si vobis ex omni populo deligendi potestas esset data. *Et mox.* Quem unum e cunctis delegissetis. *Liv.* l. 39. c. 36. *ad fin.* Domicilio sibi deligere maritima oppida. *Al. leg.* domicilium. *Quintil.* l. 12. c. 10. Deligere locum exsilio. *Liv.* l. 1. c. 40. aliquem generum. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 3. Ex civitate aliquos in Senatum, ex Senatu in consilium judicum deligere. *Quintil.* l. 12. c. 2. Rectissimam ad virtutem viam deligere. ¶ Est etiam legendo rejicere, *to select for the purpose of throwing aside, reject.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 715. Longævosque senes, et fessas æquore matres, Et quidquid tecum invalidum, metuensque pericli est, Delige. ¶ Item decerpere. *to cull, crop, gather.* *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 30. plenis pomaria carpere ramis, Et tenui primam deligere ungue rosam. ¶ Item decerpere, deripere, detrahere. *Propert.* l. 2. el. 23. v. 106. Altaque mortali deligere astra manu. ¶ Apud *Plaut.* deligere aliquem ex ædibus, est detrudere, ejicere, *Asin.* 3. 3. 42. Hinc med amantem ex ædibus delegit hujus mater. ¶ Pro dejicere. *Cic. in Vatin.* cap. 14. Subsellia dissiparit, urnas delegerit. Al. aliter leg. [¶ Particip. *deligens* apud *Justin.* l. 2. c. 15. *sub fin.* Nec in bello judicium deligentium fefellit.]

DELIMĀTUS, a, um, *scraped or filed off,* elimatus. *Plin.* l. 34. c. 11. Delimatam æris scobem aceto spargunt.

DELĪMIS, e, obliquus, transversus. *Varr.* apud *Non.* cap. 2. n. 82. Delime bipennis, ut levis passerculus. *h. e.* bipennis obliquitas.

DELIMITATĬO, onis, f. limitum appositio. *Balbus de limitib.* apud *Goes.* pag. 142.

DELIMITĀTUS, a, um, limitibus definitus. *Frontin. de agror. qualit.* apud *Goes.* pag. 38.

DELINEATĬO, onis, f. descriptio, *a description, delineation.* *Tertull. advers. Valentin.* c. 27. In delineationem superioris Christi, &c.

DELINĔO, as, avi, atum, a. 1. *to trace the outlines, chalk out, sketch, delineate,* διαγράφω, designo, et ruditer depingo: ex *de,* et *linea,* ut cum pictores primum quædam pingui Minerva futuri operis lineamenta ducunt. *Plin. de Apelle* l. 35. c. 10. Arrepto carbone exstincto e foculo imaginem in pariete delineavit.

DELINGO, is, inxi, inctum, a. 3. idem quod lingo, *to lick off, lick up,* ἐκλείχω. *Cels.* l. 3. cap. 22. *sub fin.* Cochleare plenum paulatim delingatur. *Plaut. Pers.* 3. 3. 25. Nunquam delinget salem. *h. e.* non habebit, unde cœnet. Adde *Curcul.* 4. 4. 6.

DELINĪMEN, et Delenimen, inis, n. idem quod delinimentum. *Symmach.* l. 3. ep. 11. Spectator veteris monetæ solus supersum, ceteri delinimina aurium capiunt. Al. leg. *delenimenta.*

DELINĬO, &c. V. *Delenio.*

[† DELINĪTOR. *Cic. Brut.* 70. V. *Delenitor.*]

DELĪNO, is, a. 3. agnoscitur a *Prisciano sub fin.* l. 9. caret tamen adhuc auctoritate Latini Scriptoris, excepto particip. *delitus,* quod V. suo loco: et *delinendus, a, um.* *Cels.* l. 3. cap. 19. Delinendus homo est vel gypso, vel argenti spuma. *h. e.* ungendus.

DELINQUENTĬA, æ, f. delictum. *Tertull. de resurrect. carn.* c. 46. et 47.

DELINQUO, is, liqui, lictum, a. 3. olim usurpatum fuit pro deesse, deficere, *to lack, fail, be wanting.* Hinc *Cœl. in fragm. histor.* apud *Serv. ad* 4. *Æn.* v. 390. Delinquere frumentum, Sardiniam hostes tenere. *Tubero ibid.* Num delinquat, aut superet aliquid tibi. ¶ Ceterum proprie significat prætermittere, quod non oportet præteriri, ut *Festus* docet: et universim a recta ratione deficere, flagitium admittere, peccare, *to fail in duty, offend, trespass, transgress, do wrong, do amiss,* ἁμαρτάνω, πλημμελέω. In veteri formula belli indicendi, apud *Gell.* l. 16. c. 4. Quod populus Hermundulus hominesque populi Hermunduli adversus populum R. bellum fecere, deliqueruntque. *Cic. pro Cluent.* c. 46. Ne miles in bello propter hostium metum delinqueret. *Id.* 2. *Agrar.* c. 36. *extr.* Si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me a vobis deprecentur. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 14. Dum caveatur, præter æquum ne quid delinquat. *Id. Amph.* 2. 2. 185. Quid ego tibi deliqui? *h. e.* contra te. *Id. Epid.* 3. 3. 9. Quasi quid filius meus deliquisset med erga. *Id. Men.* 5. 2. 30. Nusquam equidem quidquam deliqui. *Plin.* l. 17. c. 12. *extr.* Multo jam præstat laxitate delinquere. *h. e.* nimis laxe serendo oleas. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 8. v. 9. in ancillam si quis delinquere posset. Al. rectius leg. *ancilla.* ¶ Passive *Papinian. Dig.* lib. 48. tit. 5. leg. 38. Adulterium quod pubertate delinquitur, non excusatur ætate. *is committed.* ¶ Impersonaliter *Cic. Attic.* l. 9. ep. 10. *extr.* Ut nihil a me adhuc delictum putem. *Gell.* l. 5. c. 4. Ni in una nuspiam littera delictum esset.

DELIQUESCO, is, delicui, n. 3. *to melt, liquefy, be dissolved, grow soft or moist,* τήκομαι, liquidus fio, liquefio, dissolvor. *Colum.* l. 12. c. 41. Hæc ita coquuntur ut omnia poma deliquescant cum musto. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 10. v. 15. *de nive.* Ergo ubi delicuit nondum prior, altera venit. *Id.* 7. *Metam.* v. 380. Hyrie flendo Delicuit, stagnumque suo de nomine fecit. *Plaut. Cas.* 2. 6. 46. Utinam tua quidem, sicut Herculeis prædicant quondam prognatis, ista in sortiendo sors delicuerit. *Pausan. in Messenicis* narrat, sortientibus de imperio Messenes Cresphonte, et filiis Aristodemi Herculis nepotibus, conjectisque in urnam aquæ plenam sortibus, factum esse fraude cujusdam Temeni, ut Cresphontis sors ex coctili laterculo, filiorum vero Aristodemi ex argilla sole siccata fieret; cumque esset conditio, ut utra sors exiret, ejus esset imperium, altera soluta et dissipata, Cresphonti imperium adjudicatum fuisse. ¶ Translate *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 17. Nec sitienter quid expetens ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat. *Lactant.* l. 7. c. 12. Tam celeriter corpus deliquesceret, ac periret, quam celeriter anima secedit. *h. e.* solveretur.

DELIQUĬÆ. V. *Delicia, æ.*

DELIQUĬUM, ii, n. *a defect, want, loss,* ἔκλειψις, defectus: a *delinquo,* deficio. *Plaut. Capt.* 3. 4. 92. Hoc si secus reperies, nullam causam dico, quin mihi et parentum, et liberatis apud te deliquium siet. *h. e.* caream parentibus et libertate. Al. plures leg. *deliquio siet,* eo modo, quo dicimus *exitio, fraudi esse,* &c. Sunt etiam qui putent esse rectum casum *deliquio, onis,* quod etiam a *Cn. Gellio* usurpatum quidam citant ex *Serv. ad* lib. 8. *Æn.* ¶ Deliquium solis, *an eclipse,* defectio. *Plin.* l. 2. c. 12. et *Festus.* ¶ A *liquo, as,* ductum secundam corripit. *Prudent. in Hamartig. de statua salis,* vers. 751. Liquitur illa quidem salsis sudoribus uda: Sed nulla ex fluido plenæ dispendia formæ Sentit deliquio. *a liquefying, melting.*

DELĬQUO, as, a. 1. *to pour out, decant, strain, clarify,* ἐκχέω, effundo: a *liquo.* *Colum.* l. 12. c. 39. Passum in alia vasa deliquare. *Varr.* l. 6. *L. L.* *c. pænult.* Turbida quæ sunt, deliquantur, ut liquida fiant. *Cels.* l. 5. c. 20. sect. 5. Quæ ex vino toruntur, et in ipso usu deliquantur. ¶ *Deliquare* pro aperire, explanare, V. *Delico.*

DELĬQUUS, a, um, adject. a *delinquo,* ut *reliquus* a *relinquo,* significat deficiens, minor, ut exponit *Festus:* Veteres enim *delinquere* usurpabant pro deficere. Itaque *Plaut. Cas.* 2. 2. 32. Quando tibi nil domi deliquum est. Ubi alii leg. *delicuum;* sed idem est sensus.

DELIRĀMENTUM, ti, n. idem ac delirium. *Plaut. Amph.* 2. 2. 64. Hæc quidem deliramenta loquitur. *talks wildly.* Adde in *Capt.* 3. 4. 67. et *Plin.* l. 2. c. 7.

DELĪRANS, antis, *doting, silly,* delirus. *Plaut. Amph.* 2. 2. 157. Hæc quidem nos delirantes facere dictis postulat. et vers. 96. Nulla res tam delirantes homines concinnat cito. *scilicet* quam atra bilis.

DELIRATĬO, onis, f. *a going crooked in ploughing, making a balk,* proprie est declinatio extra sulcum, idest a recta via. *Plin.* l. 18. c. 20. Quod vocant lirare, operientes semina, unde primum appellata deliratio est. ¶ Translate est alienatio mentis ab ætate, vel morbo proveniens,

a doting; dotage, folly, madness, λῆρος. *Cic. de Senect.* c. 11. Ista senilis stultitia, quæ deliratio appellari solet, senium levium est, non omnium.

DELIRITAS, atis, f. deliratio. *Laber.* apud *Non.* c. 8. n. 30. Quænam mens, quæ delirітas vos suppilatores facit cum cano eugio velitari?

DELIRIUM, ii, n. *dotage, being out of one's wits; a deprivation of intellect*, λήρημα, alienatio mentis, deliratio. *Cels.* l. 3. c. 18. *extr.* Aliquando ex metu delirium nascitur. Adde lib. 2. c. 8. *ante med.*

DELIRO, as, n. 1. *to go crooked in ploughing, make a balk; to be out of one's wits, have one's intellect impaired, dote, rave, talk or act idly*, παραληρεῖν, proprie est a sulco evagari: translate a recta mente declinare, insanire. V. *Loc. Cic.* 1. *Offic.* c. 27. Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare, et mente captum esse. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 34. Desipere, delirare, dementem esse. *Id.* 1. *de Divin.* c. 18. Ut rear in extis totam Etruriam delirare. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 14. Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi. ¶ Pro a recta linea deflectere. *Auson.* edyll. 16. v. 11. angulus æquis Partibus ut coeat, nil ut deliret amussis.

DELIRUS, a, um, *doting, silly, not in one's right senses*, κρονόληρος, qui a recta mente, quasi sulco seu lira, evagatur, insaniens, mente captus: et dicitur præsertim de senibus, qui ob ætatem desipiunt. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 18. Multos se deliros senes sæpe vidisse. *Id.* 2. *de Divin.* c. 68. An tu censes ullum anum tam deliram futuram? *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 107. Delirus et amens. et l. 2. ep. 2. v. 126. scriptor delirus inersque. *Lactant.* l. 3. c. 18. et 19. *a med.* Plane contenderim, nunquam quicquam dictum esse in rebus humanis delirius.

DELITENS, entis, particip. a deliteo, *lying hid, sculking. Plin.* l. 35. cap. 1. Nec spatia montis in cubiculo delitentia.

DELITESCO, is, litui, n. 3. *to lie hid, be concealed, sculk, lurk*, κατακρύπτομαι, occultor, lateo, abscondor: a *de*, et *lateo. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 49. *extr.* Bestiæ in cubilibus delitescunt. *Id. pro Cœl.* c. 25. *extr.* Ut eo mitteret amicos, qui delitescerent, deinde repente prosilirent. *might remain in secret. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 32. Hostes in silvis delituerant. *had posted themselves in ambush. Virg.* 3. *Georg.* v. 417. sub immotis præsepibus vipera delituit. ¶ Translate *Cic. Acad.* 4. cap. 5. Exortus est Arcesilas, qui constitutam philosophiam everteret, et in eorum auctoritate delitesceret, qui negassent, quidquam sciri, aut percipi posse. *throw himself upon the authority of those, who*, &c. *Id. pro Cæcin.* c. 21. Cave, in ista tam frigida, tam jejuna calumnia delitescas. *that you do not rest your defence upon that calumny.*

DELITĬGO, as, avi, atum, n. 1. vehementer litigo, *to litigate, quarrel, scold. Horat. in art. Poet.* v. 94. Iratusque Chremes tumido delitigat ore.

DELITOR, oris, m. qui delinit, h. e. delet, tollit, oblitterat. *Accius in Atreo*, apud *Priscian. sub fin.* l. 9. Epularum fictor, scelerum fratris delitor. *the obliterator.*

DELĬTUS, a, um, a *delino. Cic. in fragm.* apud *Priscian. sub fin.* l. 9. Tuli modeste, quod litteræ delitæ sunt mihi a te redditæ. *h. e.* lituris corruptæ. *blotted. Calvus* apud *Diomed.* l. 1. pag. 372. *Putsch.* Prima epistola videtur in via delita. Adde *Varron. ibid. Diomed.* hæc a *deleo* deducit. [*Cic. Verr.* 2. c. 55. Ex qua tantum tectorium vetus delitum sit, et novum inductum. ¶ Idem ac delibutus. *Apul.* 8. *Met.* pag. 578. *Oudendorp.* Faciem cœnoso figmento deliti, et oculis obunctis graphice prodeunt.]

DELIUS, a, um, *of the island of Delos, Delian*, Δήλιος, qui est ex Delo Insula. *Ovid.* 4. *ex Pont.* epist. 14. v. 57. grata est Latonæ Delia tellus. *Catull.* carm. 34. *ad Dian.* v. 7. Delia oliva. Hinc *Delius* dicitur Apollo, quod est a Latona ibi in lucem editus. *Cic.* 3. *Verr.* c. 18. et *Virg.* 3. *Æn.* v. 161. Delius Apollo. *Id.* 6. *Æn.* v. 12. Delius vates. *h. e.* ipse Apollo. Et absolute *Valer. Flacc.* l. 1. v. 445. tuis nam pendit in arvis Delius, irato Steropem quod fuderat arcu. *Horat.* l. 4. od. 3. v. 6. Deliis foliis ornatus dux. *h. e.* lauro Apollini sacra. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 573. Delia furta. *h. e.* occulti amores Apollinis. *Id.* l. 5. silv. 3. v. 3. Antra Delia. *h. e.* unde œstrum et oracula fundit Apollo. ¶ *Delia dea* est Latona. *Horat.* l. 4. od. 6. v. 33. V. *Delia.*

DELMATĬA, &c. V. *Dalmatia.*

DELOS, et Delus, i, f. nunc *Sdille*, [† vel *Sdilles*,] Δῆλος, insula parva maris Ægæi, princeps inter Cycladas, et fere in earum medio posita: dicta δῆλος, manifestus, quod post diluvium Ogygis prima ante alias ex aquis emerserit: vel quod cum alibi oracula Phœbi obscura essent, ibi manifesta edebantur. Olim totius Græciæ emporium fuit, et oraculum, ærariumque commune Græcorum. Phœbo enim sacra habita est, templumque habuit, in quo consulentibus ille responsa dabat. Fabulantur autem, fuisse olim instabilem, et ventorum vi huc illuc agitatam; sed quia Latonam gravidam, omnibusque terris, ira Junonis pythone immisso, agitatam, litori adlabens susceperat, parientique Apollinem et Dianam cunabula tuta præbuerat, ab Apolline stabilem, immotamque redditam, Mycone, et Gyaro vicinis insulis revinctam. Qua re illud significare voluerunt, fuisse olim desertam, quod crebris terræ motibus vexaretur, postea frequentatam incolis, qui a vicinis insulis eo sedes transtulerint. In ea neque mortuum sepelire, neque canes alere fas erat, vetito Apollinis. *Cic. Verr.* 3. c. 18. *Virg.* 3. *Æn.* v. 73. et ibi *Serv. Plin.* l. 2. c. 87. et l. 4. c. 12. et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. et V. *Asterie.* [† V. *Mem. de Litter.* T. 3. p. 376.] ¶ Notat *Serv. loc. cit.* hoc nomen esse et insulæ, et urbis in ea. *Horat.* l. 1. od. 21. v. 9. Vos Tempe totidem tollite laudibus, Natalemque, mares, Delon Apollinis. *Virg.* 3. *Georg.* v. 6. Latonia Delos. ¶ De minore Delo V. *Puteoli.*

DELŌTUS, a, um, *washed*, lotus. *Theodor. Priscian.* l. 1. c. 4. Coagulum leporis e vino veteri delotum.

DELPHI, orum, m. *Delphi*, hod. al. *Castri*, al. *Salona*, urbs Phocidis, in Achaia, ad Parnassum M. a Delpho Neptuni filio ex Melantho Deucalionis filia. *Serv. ad Æn.* 3. v. 332. scribit, dictum esse a delphino, qui Icadium Apollinis filium naufragum tergo excepit, salvumque in litore exposuit, qui exstructo templo ad Parnassum in honorem patris, ad servandam delphini memoriam, Delphos locum appellaverit. Hinc delphinos esse Apollini sacros. V. ibi alia in hanc rem. Juxta Delphos Cephisus amnis oritur, et Castalius fons non longe abest. Ibi templum amplissimum fuit Apollini dicatum, ubi responsa dabat, quo ex toto orbe terrarum gentes de suis rebus consulturæ confluebant. Hujus descriptionem habes apud *Justin.* l. 24. cap. 6. Hinc Apollo *Delphicus* appellatus est. Sed *Macrob. in* l. 1. cap. 17. *Saturn.* Apollinem Delphicum appellatum existimat a prisca Græcorum voce δελφὸς, quæ solum significat, eo quod interdiu stellis omnibus obscuratis, solus luceat, qua ratione etiam *Sol* a Latinis appellatus est. ¶ Fuit Veterum opinio (apud *Ovid.* 19. *Metam.* v. 168. et l. 15. v. 630. et *Stat.* 1. *Theb.* v. 118. &c.) Parnassum montem, ad cujus radices sunt Delphi, orbis terrarum meditullium esse: narraturque fabula hujusmodi: Cum Jupiter medium terræ locum vellet agnoscere, ex ortu atque occasu duas aquilas dimisisse, quas orbe peracto, tandem fessas volatu ambas in Parnassi vertice consedisse. Alii dicunt, cataclysmi tempore solum eum montem exstitisse ex aquis, ut est apud *Lucan.* l. 5. v. 75. *et sequentib.* atque adeo altissimum omnium, et velut medium terræ umbonem esse habitum. *Lactant.* et *vetus Statii Scholiast. loc. cit.* Verum hæc sani Geographi non admiserint. *Liv.* l. 38. c. 48. et lib. 41. cap. 23. *a med.* Delphos umbilicum Græciæ appellat. [† V. *Mem. de Litt.* T. 3. p. 137.] V. *Umbilicus.*

DELPHI, orum, populi Delphi oppidi. *Justin.* l. 24. c. 7. et 8.

DELPHĪCE, more Delphici oraculi. *Varro* apud *Non.* cap. 2. n. 556. Quid aliud est, quod Delphice columna litteris suis ἄγαν μηδὲν, &c?

DELPHICŎLA, æ, m. qui Delphos colit, epith. Apollinis. *Auson. in Technop. Edyll.* 12. *cap. de histor.* Ludit et Æaciden Parnassia Delphicolæ sors.

DELPHĬCUS, a, um, *Delphick, relating to Delphi*, Δελφικὸς, ad Delphos pertinens. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 515. Delphica tellus. et l. 11. v. 414. Delphica templa. *scil.* Apollinis. *Horat.* l. 3. *od. ult. extr.* Delphica laurus. *Tibull.* l. 2. el. 3. v. 27. Delphica Pytho. *Petron. in Satyr.* c. 122. Delphicus ales. *h. e.* corvus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 57. Delphica oracula. *Id. Verr.* 6. c. 59. Mensæ Delphicæ e marmore. *h. e.* factæ ad similitudinem ejus, in qua Delphis in templo Apollinis Pythias insidebat oracula faciens. Nam ea forma elaborata mensa donis maxime Apollinis Delphici dicabatur, eratque in pretio in ditiorum ædibus. Quare et *Delphica* absolute dicitur. *Martial.* l. 12. epigr. 67. Argentum, atque aurum non simplex Delphica portat. (Adde vet. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1115. n. 8. et apud *Murator.* pag. 163. n. 4.) *Plin.* l. 34. c. 3. hac eadem ratione cortinas Delphicas dixit. ¶ Delphicus Apollo (*Plin. ibid.*) etiam *Delphicus* absolute dicitur. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 543. et 677. et 3. *Fast.* v. 856.

DELPHIN, inis, et Delphinus, i, m. *a dolphin*, δελφὶν, et δελφὶς, piscis marinus, vel potius bellua omnium animalium velocissima, etiam terrestrium, et volucrum, ingentis, et ponderosi capitis, pro voce gemitum edens similem humano, ore multum infra rostrum, medio pæne in ventre, lingua mobili, brevi, atque lata, et suillæ simili, dorso repando, rostro simo. Parit catulos decimo mense, interdum binos, et uberibus nutrit, sicut balæna: adolescit celeriter, et tricenos annos vivere traditur. Amica est homini, et musicæ, et præcipue hydrauli sono. A *Plin.* l. 9. c. 8. unde hæc sumpsimus, et *Gell.* l. 7. cap. 8. et *Plin. altero* l. 9. ep. 33. et *Solin.* c. 12. (*al.* 22.) exempla narrantur delphini puerum ardenti amore depereuntis, colludentis, et dorso suo medio mari gestantis, ac fideliter referentis ad litus. *Simonis* nomine si appelletur, accurrere, et piscatoribus operam suam navare, *Plin. ibid.* tradit: quæ omnia *Solin.* quoque *ibid.* narrat. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 70. Cum viderint delphinos se in portum conjicientes, tempestatem significari putant. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 265. nec se super æquora curvi Tollere consuetas audent delphines in auras. *Id.* 3. *Trist.* el. 10. v. 43. Pandi delphines. *Id.* 2. *Fast.* v. 113. tergo delphina recurvo. *Id.* 11. *Metam.* v. 237. Frenato delphine sedens. ¶ *Delphinum silvis appingere, fluctibus aprum*, proverbii genus apud *Horat. de art. Poet.* v. 30. de eo dictum, qui ea dicit, aut facit, quibus nunc non erat locus, ut *Id. ibid.* ait vers. 19. ¶ In Circo delphinorum simulacra fuere supra columnas conspicuo loco posita, ad omen celeritatis, et ad ornatum. *Juvenal.* sat. 6. v. 589. Consulit ante phalas, delphinorumque columnas. V. *Panvin.* l. 1. *de Circensib.* cap. 14. ¶ Est etiam hoc nomine sidus novem stellis constans, *a constellation called the Dolphin*, in parte cæli, quæ dicitur zona torrida, inter aquilam et Pegasum: de quo alii fabulantur, conciliasse Neptuno nuptias Amphitrites: alii unum esse ex iis Tyrrhenis nautis, qui Bacchum abducere conati, ab eo in hujus generis pisces mutati sunt (V. *Ovid. Metam.* 3. v. 630. *et sequentib.*) alii fuisse illum, qui Ariona excepit a nautis in mare projectum. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 457. Interea Delphin, clarum super æquora sidus Tollitur. V. *Hugin. poet. Astron.* l. 2. c. 17. et lib. 3. c. 16. ¶ Quos *Vitruv.* memorat *delphinos æreos* in machina hydraulica, l. 10. c. 3. *ad fin.* creduntur esse pondera quædam similia iis, quæ horologiis appenduntur: ita dicta, quia delphinus capite est crasso et gravi, ut dictum est: vel fortasse a figura. ¶ Eadem ratione delphinos vocat *Plin.* l. 33. c. 11. *ad fin.* ornamenta tricliniorum, lectorum, vasorum ex auro, argento, vel ære. ¶ *Delphis* pro *delphin* in recto singulari usurpatur ab *Avieno in Arat.* v. 1699. et confirmat *Servius ad* 1. *Georg.* v. 161. ¶ *Delphinum* pro *delphinorum* legitur apud *Propert.* l. 3. el. 15. v. 25.

DELPHIS, idis, f. mulier sacerdos Apollinis Delphici. *Martial.* l. 9. epigr. 43. *ad Apollin.* Nec Delphis tua mentiatur ulli.

DELPHITĬCUS, a, um, idem quod delphicus. *Martial.* l. 11. epigr. 22. Quam quæ delphitico lapsa est armilla cinœdo. *Sunt qui aliter leg.*

DELTA, æ, δέλτα, nomen quartæ Græcorum litteræ, hac figura Δ. *Auson. in Technopægn. Edyll.* 12. *de litt. monosyll.* v. 14. Non formam, at vocem deltæ gero Romuleum D. ¶ Ab hujus litteræ forma *Delta* dicta est pars Ægypti superior, seu ad mare Mediterraneum posita, *the Delta*, τὸ Αἰγύπτιον δέλτα, ita se findente Nilo, ut triquetram terræ figuram efficiat, ut est apud *Plin.* l. 5. c. 9. et *Hirt. de B. Alex.* cap. 27. ¶ Transpadana quoque regio Italiæ *Delta* dicta est, quæ Alpibus, ora maris, et Pado flumine continetur. *Id.* l. 3. cap. 16. ¶ Hoc sensu indeclinabilium nominum more effertur, et neutro genere. *Id. ibid.* Memphites ad summum Delta perveniunt.

DELTŌTON, n. *a constellation formed like the Greek letter Delta*, Δελτωτὸν, signum cæleste septentrionale supra caput Arietis, tribus præcipuis stellis constans, ita dispositis, ut triangularem formam, et Græcæ Δ figuram efficiant: (unde et nomen) ita tamen ut una ex tribus lineis brevior sit, ut est apud *Cæs. Germanic. in Arat.* v. 236. et *Manil.* l. 1. v. 352. Docet autem idem *Germanicus* hoc sidere significari Ægypti eam regionem, de qua in *Delta* dictum est, vel potius ipsius Nili brachia eam figuram efformantia. Alii dicunt esse Siciliam, quæ triquetra est, sacratam in Cælo a Cerere. Alii esse signum, et veluti ornamentum additum a Jove capiti Arietis, quod obscurius est, ut magis conspicuum appareret. *Cic. in Arat.* v. 5. Deltoton dicere Graii Quod soliti, simili quia forma littera claret. Adde *Hygin.* l. 3. *poet. Astron.* c. 18.

DELŪBRUM, i, n. *a shrine, temple*, ναὸς, sacra ædes, templum. Varia est hujus vocis origo, et prima sententia. Alii dicunt esse fustem *delibratum*, h. e. decorticatum, vel dedolatum, quem venerabantur pro deo. Alii a *deluendo* derivant, ut sit fons decurrens ante templum, vel *labrum* in vestibulo positum, in quo adoraturi lavent, quo puriores accedant ad deos. Alii templum esse docent, in quo dei simulacrum dedicatum sit. ut quemadmodum ubi candela ponitur, candelabrum, sic quo loco *deum* ponant, *delubrum*. Alii templum esse, ubi plura numina simul sunt constituta, ut Capitolium, quasi *diis pluribus* sacrum, vel quasi locus multarum cellarum seu ædium, sub uno tecto a *deluvio* pluviæ munitarum: aut ubi præter ædem *area* sit assumpta *deorum* causa, ut in Circo Flaminio Jovi Statori. *Fest. Varr. Cincius*, et *Massur. Sabin.* apud *Serv. ad Æn.* 2. v. 225. et *ad Æn.* 4. v. 56. item *Macrob.* l. 3. *Saturn.* cap. 4. et *Ascon. in Divin. Verr.* c. 1. Hinc *Cic. in fin.* l. 3. *de nat. Deor.* Est mihi tecum pro aris et focis certamen, et pro deorum templis atque delubris. Adde *Catil.* 3. c. 9. ¶ Dicitur universim de omni sacra æde. *Cic.* 2. *Verr.* c. 5. Delubra sanctissimis religionibus consecrata depeculatus est. *Id. pro Arch.* c. 8. Smyrnæi delubrum Homeri in oppido dedicaverunt. et cap. 11. Delubra Musarum colere. *Virg.* 4. *Æn.* v. 56. Principio delubra adeunt, pacemque per aras Exquirunt.

DELUCTATĬO, onis, f. luctatio. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 139.

DELUCTOR, aris, dep. 1. *to wrestle*, idem fere quod luctor, διαπαλαίω. *Plaut. Pers.* 1. 1. 4. Cum Antæo deluctari mavelim. ¶ Est etiam *delucto, as*, activa forma. *Id Trin.* 4. 1. 20. Quibus ærumnis deluctavi, filio dum divitias quæro! Al. leg. *quantis cum ærumnis*: alii *eluctavi*, *Non.* c. 7. n. 6.

DELUDIFICO, as, a. 1. *to flout, mock, banter, impos*

upon, make a fool of, διαπαίζω, illudo, irrideo, decipio. *Plaut. Rud.* 1. 2. 59. Deludificavit me ille homo indignis modis.

DELŪDO, is, usi, usum, a. 3. *to intermit fighting as a gladiator*, proprie est ludere desino. *Varr.* apud *Plin. in fin.* l. 36. Cinis luxatis potus medetur: ut licet videre gladiatores, cum deluserunt, hac juvari potione. *h. e.* cum pugnando membrum aliquod ita læserunt, luxaruntve, ut pugnare amplius non possint. ¶ Frequentius sumitur pro eludere, illudere, decipere, *to mock, deceive, delude, cheat, banter, frustrate, disappoint*, διαπαίζω. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 9. Primo rem differre ac procrastinare cœperunt: deinde aliquanto lentius, nihil agere, atque deludere. *Terent. Andr.* 3. 4. 4. Deludere aliquem dolis. *Id. ibid.* Ubivis facilius passus sim, quam in hac re, me deludier. *paragoge pro* deludi. ¶ Translate *Propert.* l. 2. eleg. 12. v. 31. Terra prius falso partu deludet arantes. *Phædr.* l. 5. fab. 6. v. 7. Spes me delusit.

DELUMBĀTUS, a, um, adject. delumbis, debilis, *hipped, hip-shot*. *Plin.* l. 28. c. 4. Quadrupede delumbata. ¶ Item curvatus. *bowed or bent*. *Id.* l. 19. c. 6. Delumbatæ radices. *Vitruv.* l. 6. c. 5. Lacunaria curva ad circinum delumbata. *h. e.* curva quidem, sed non ad perfectam rotundationem.

DELUMBIS, be, *having the loins sprained or dislocated, weak, feeble*, lumbis debilis. *Plin.* l. 10. c. 33. *ad fin.* Coturnix prægravem, aut delumbem se simulans. ¶ Translate *Pers.* sat. 1. v. 104. summa delumbe saliva Hoc natat in labris. *h. e.* enerve, molle, fractum, μαλακόν. *Sidon.* l. 8. *ep. ult.* Dictio exossis, tenera, delumbis.

DELUMBO, as, avi, atum, a. 1. *to sprain or dislocate the loins, hip, weaken, enfeeble*, lumbos frango, debilem reddo. V. *Delumbatus*. Translate *Cic. in Orat.* c. 69. Nec minutos numeros sequens, concidat, delumbetque sententias.

DELŬO, is, lui, lutum, a. 3. *to wash, wash away, wash clean, cleanse, rinse*, lavando detergeo, ἀπολούω. *Cato R. R.* c. 116. Laserpitium aceto deluito. Al. leg. *diluito*. *Cels.* l. 4. c. 15. *sub fin.* Alvus aqua mulsa delui debet. ¶ Translate *Liv.* l. 4. c. 14. et *Plin.* l. 2. ep. 11. Deluere crimen. *Al. leg.* diluere. *Gell.* l. 15. c. 2. *extr.* Si quid in animo vel frigidæ tristitiæ, vel torpentis verecundiæ fuerit, deluamus. ¶ Significat etiam solvere, a διαλύω. si *Festo* creditur.

DELUS. V. *Delos*.

DELUSĬO, onis, f. actus deludendi. *Arnob. initio* l. 4. Delusio numinum.

[* DELUSTRO, as, are, a. 1. plane ac cum bono eventu lustro. *Apul. de herb.* c. 84. Si qui malevolus devotaverit hominem, herbæ asparagi agrestis radice sicca cum aqua fontana delustrabis eum, et resolutus erit.]

DELŪSUS, a, um, *deluded, cheated, imposed upon, bantered*, illusus, deceptus. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 826. petit ille dapes sub imagine somni Exercetque cibo delusum guttur inani. *Phædr.* l. 3. fab. 18. Delusa spes.

DELUTAMENTUM, ti, n. opus delutatum. *Cato de R. R.* c. 128. Neque herba nascetur, neque delutamenta scindent se. Al. leg. *lutamenta*.

DELŬTO, as, a. 1. *to daub with clay or lime, lute, lay with a ground floor*, luto obducere. *Cato R. R.* c. 128. Si habitationem delutare vis.

DEMADĔO, es, n. 2. idem ac madeo. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 4. v. 40. Et te flente suos demaduisse sinus. Al. leg. *emaduisse*.

DEMADESCO, is, n. 3. madidus fio. *Scribon. Larg. compos.* 73. Eodem vase coquuntur, donec demadescant. V. *Catonis* similem locum in *Commadeo*.

DEMĂGIS, *very much*, valde magis, ut *Non.* c. 2. n. 229. interpretatur. *Lucil. ibid.* Novisse aiebat solos se demagis istos Ex nimbo austellos. ¶ Quod apud *Fest.* legitur *Demagis pro minus antiqui dicebant*, quidam suspicantur legendum *nimis* pro *minus*.

[* DEMANDATĬO, onis, f. idem fere ac commendatio. *Tertullian. de resurr. carn.* c. 48. Apostolus summam et sui evangelii et fidei illorum in dominicæ mortis et resurrectionis demandatione concluserat.]

DEMANDĀTUS, a, um, *committed, entrusted, given in charge*, commissus, concreditus, commendatus. *Sueton. in Aug.* c. 10. Demandatum bellum tertio mense confecit. *Id. in Calig.* cap. 41. Proximo collusori demandata vice sua. *Id. in Tiber.* c. 6. Lacedæmoniis publice demandatus.

DEMANDO, as, avi, atum, a. 1. *to commit, entrust, give in charge*, ἀποτρέπω, committo, in totum committo. *Liv.* l. 8. c. 36. Curam eorum nominatim legatis, tribunisque demandabant. *Id.* l. 5. c. 27. Plures pueri unius curæ demandabantur. *Sueton. in Tiber.* c. 51. Quibus ea funeris curam moriens demandarat. *Id. in Claud.* c. 23. Demandare alicui jurisdictionem. *Id. in Cæs.* c. 83. testamentum virgini Vestali. *to consign*. ¶ Translate *Justin.* l. 2. c. 12. Conjuges liberosque, cum pretiosissimis rebus, abditis insulis demandant. *h. e.* recondunt. *Sueton. in Calig.* c. 9. Ablegare aliquem ob seditionis periculum, et in aliquam civitatem demandare. *h. e.* securitatis causa deponere.

DEMĀNO, as, n. 1. *to stream down, flow along*, deorsum mano. *Gell.* l. 17. c. 11. Potum defluere ad pulmonem, eoque humectato, demanare per eum et confluere in vesicam. *Catull.* carm. 50. *ad Lesbiam.* Lingua sed torpet, tenuis sub artus Flamma demanat.

DEMARCHĬA, æ, f. δημαρχία, dignitas, et officium demarchi. Habetur in vet. Inscript. inferioris notæ apud *Gruter.* pag. 439. n. 6.

DEMARCHUS, i, m. *a ruler of the people, tribune*, δήμαρχος, quasi princeps populi: a δῆμος, populus, et ἄρχων, princeps: est apud Græcos, qui apud Romanos tribunus plebis, aut huic valde similis. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 6. Nec agoranomus, nec demarchus, nec comarchus. Adde *Spartian. in Adrian.* c. 19.

[* DEMATRĪCO, as, are, a. 1. sanguinem e matricali vena emitto. *Veget. Veter.* l. 4. c. 7. Admissarii, si cohibeantur a Venere, nisi dematricati fuerint, cæcari sæpe dicuntur.]

DEMEACŬLUM, li, n. *a descent*, καταπορεία, descensus in loca subterranea. *Apul.* l. 6. *Metam. sub init.* Proserpinæ nuptiarum demeacula.

DEMEMĬNI, pro recordor, quidam legunt apud *Martial.* l. 2. epigr. 59. Ipse jubet mortis dememinisse deus. Al. leg. *te meminisse*. Alii *dememinisse* interpretantur oblivisci.

DEMENS, entis, *out of one's mind, mad, raving, foolish*, παράφρων, amens, insanus. *Cic. in Offic.* l. 1. cap. 24. In tranquillo tempestatem adversam optare dementis est. *Id. de Harusp. resp.* c. 26. Plenus inconsideratissimæ ac dementissimæ temeritatis. *Id. in Pison.* c. 20. Vecors, furiosus, mente captus, tragico illo Oreste dementior. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 34. Desipere, delirare, dementem esse. *Virg. Æn.* 6. v. 280. Discordia demens. *Propert.* l. 1. el. 13. v. 20. Demens furor. *Id.* l. 3. eleg. 6. v. 15. dementia somnia. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 474. demens alieni cura pericli. *Horat.* l. 3. od. 19. v. 23. Demens strepitus. *Plin.* l. 2. c. 23. Id velle, pæne dementis otii est. ¶ Quidam putant *amentem*, et *dementem* ita distingui, ut *amens* dicatur, qui omni prorsus ratione caret; *demens* vero sit, qui non est quidem mente integra, retinet tamen aliquid de communi vitæ ratione. Verum hoc discrimen nimis exquisitum videtur. V. *Amentia*.

DEMENSĬO, onis, f. *a measuring*, διαμέτρησις, dimetiendi actio, ut Demensio quadrati, *Cic. Tuscul.* 1. c. 24. ubi tamen plerique alii leg. *dimensio*. *Auson.* ep. 5. v. 11. Millia bis nongenta jubet demensio legum.

DEMENSUS, et Dimensus, a, um, *measured, measured out, parcelled out*, διαμετρηθείς, mensura definitus, passiva significatione, a *demetior*, et *dimetior*. *Cic. in Orat.* c. 12. Ut verba verbis, quasi demensa et paria, respondeant. *Virg.* 1. *Georg.* v. 231. certis dimensum partibus orbem Per duodena regit mundi sol aureus astra. ¶ *Demensum, i*, n. absolute. *Terent. Phorm.* 1. 1. 9. Quod ille unciatim vix de demenso suo, suum defrudans genium, comparsit miser. Ubi *Donat.* servi, inquit, quaternos modios accipiebant frumenti in mensem; et id *demensum* dicebatur, *a monthly allowance of meat, drink, and corn, given to slaves*, σιτομέτριον. *Senec.* cui magis credo, ep. 80. quinque modios iis tribuit, et quinque denarios. *Spartian. in Hadriano*, c. 7. *sub fin.* Senatoribus plerisque in diem vitæ suæ dimensum sine dilatione præstitit. ¶ Præterea *demensus*, et *dimensus* sunt etiam participia activæ significationis, *having measured*, μετρήσας. *Virg.* 12. *Æn.* v. 116. Campum ad certamen dimensi Rutulique viri, Teucrique parabant.

DEMENTER, adverb. *madly, foolishly*, ἀνοήτως, stulte. *Cic.* 3. *Catil.* c. 9. Tanta res tam dementer credita. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 27. *extr.* Dementissime testabitur, qui tutorem filio reliquerit pupillorum spoliatorem.

DEMENTĬA, æ, f. *madness, folly, foolishness*, παράνοια, amentia, insania. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 5. Animi affectionem lumine mentis carentem nominaverunt amentiam, eandemque dementiam. *Id. Catil.* 4. *c. pænult.* Homines dementia aliqua depravati. *Hirt. de B. Afric.* c. 8. Tanta homines esse dementia, ut mallent regis esse vectigales. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 13. Exspectare, dum hostium copiæ augerentur, summæ dementiæ esse judicabat. *Sallust. in Jug.* c. 3. Neque aliud se fatigando, nisi odium quærere, extremæ dementiæ est. *Id. in Catil.* c. 61. In fuga salutem sperare, ea vero dementia est. *Id. ibid.* c. 43. Inconsulte ac veluti per dementiam cuncta simul agere. ¶ Speciatim dicitur de iis, qui rem seu publicam, seu familiarem male administrant, ac perdunt. *Cic.* 7. *Verr.* c. 17. Esse culpas istius maximas avaritiæ, majestatis, dementiæ, libidinis, crudelitatis. *Quintil.* l. 7. c. 3. Actiones dementiæ. *h. e.* in quibus curator petitur male agenti rem suam.

DEMENTĬO, tis, ivi, itum, n. 4. *to be mad, go out of one's senses*, παραφρονέω, de mente exeo, deliro, insanio. *Lucret.* l. 3. v. 464. morbis in corporis avius errat Sæpe animus: dementit enim, deliraque fatur. *Lactant.* l. 4. cap. 27. *circa med.* Instinctu dæmonis percitus dementit, effertur, insanit. *Apul. in Apolog.* Confessa est, se magia in amorem inductam dementire. Al. leg. *dementare*.

DEMENTĬOR, iris, dep. 4. valde mentior. Tribuunt quidam *Apuleio in Apolog.* sed dubius est locus.

DEMENTO, as, n. 1. idem quod dementio. *Lactant. de mortib. persecut.* c. 7. *ad fin. de Dioclet.* Ita semper dementabat, Nicomediam studens urbi Romæ coæquare. V. *Dementio*.

DEMĔO, as, n. 1. deorsum meo, descendo. *Apul.* l. 6. *Metam.* Ad Tartarum Manesque demeare. et lib. 10. Corpus candidum, quod cælo demeat.

DEMERĔO, es, rui, ritum, n. 2. *to earn, merit, deserve*, κερδαίνω, lucror. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 90. Quid mercedis petasus hodie domino demeret? *Gell.* l. 1. c. 8. Lais Corinthia ob elegantiam venustatemque grandem pecuniam demerebat. ¶ Est etiam suo sibi merito aliquem devincire. *to gain the favour of, oblige, endear*. *Sueton. de Aug.* c. 8. Avunculum in Hispanias adversus Cn. Pompeii liberos subsecutus magnopere demeruit. *Albinovan. ad Liv.* v. 131. Numina cultu demeruisse. Adde *Ovid.* l. 2. *de art. am.* v. 252.

DEMERĔOR, eris, eritus sum, dep. 2. *to gain the favour of, oblige, endear, deserve well at one's hands*, ἀναιρέομαι, ἀνακτάομαι, χαρίζομαι, beneficiis aliquem mihi concilio, gratiam ineo alicujus. *Liv.* l. 3. c. 18. Demerendi beneficio tam potentem civitatem, nunquam parem occasionem daturos deos. *Quintil. in prooem.* l. 1. Ut pleniore obsequio demererer amantissimos mei. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 21. Plura sæpe peccantur, dum demeremur, quam dum offendimus. *Colum.* l. 1. cap. 4. Matrona amœnitate aliqua demerenda erit, quo patientius moretur cum viro.

DEMERGO, is, ersi, ersum, a. 3. *to plunge in the water, sink, drown, bury*, καταδύω, deorsum mergo, obruo, sepelio. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 7. n. 57. Si quando nos demersimus, ut qui urinantur, &c. *Plin.* l. 32. c. 2. Demergere navigia. *Id. in proœm.* l. 33. Terra metalla occultavit atque demersit. *Senec. in Thyest.* v. 1060. Artus in frusta carpere, et ferventibus ahenis demergere. *Lactant.* l. 7. c. 6. Animas luto cœnove demergere. *Lucan.* l. 3. v. 40. Titan jam pronus in undas Ibat, et igniferi tantum demerserat orbis, &c. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 105. dapes avidam demersit in alvum. *Colum.* l. 3. cap. 18. Prætorto capite et recurvato semen demergere. *to sow, plant*. *Pallad. in Februar.* tit. 17. Truncum in medio findere, et ibi surculos in modum cunei demergere. *to ingraft*. ¶ Translate *Nepos in Dione*, cap. 6. Fortuna, quem paulo ante extulerat, demergere est adorta. *Justin.* l. 43. cap. 2. Amulius Rheam in perpetuam virginitatem demersit. *h. e.* conclusit, custodiæ tradidit, perpetuo virginem esse coegit. *Stat.* 6. *Theb.* v. 850. Collaque demersere humeris. *h. e.* contracto collo, elatisque humeris, caput quodammodo abscondere. [¶ Particip. *demergens* apud *Plin.* l. 3. c. 1. Oceanus terras demergens.]

DEMERĬTUS, a, um, adject. *deserved*, ut demeritas dare lætitias, *Plaut. Pseud.* 2. 4. 14.

DEMERSĬO, onis, f. *a sinking down*. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 12. *sub fin.* Nec temporali demersione beneficium perpetuitatis eximitur.

DEMERSUS, us, m. idem quod demersio. *Apul. in Apolog.* Levia sustentatui, gravia demersui.

DEMERSUS, a, um, *drowned, plunged in, sunk down, overwhelmed, buried*, obrutus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 68. Equus una mecum demersus. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 615. in Tusci demersus fluminis undis. *Aurel. Vict. in Epitom.* c. 40. Demersus in profundum. *Pers.* sat. 3. v. 34. Alto demersus. *Pallad. in Februar.* tit. 17. *ad fin.* Ramum, terræ capite utroque demerso, curvari. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 664. Cibus demersus pectore. ¶ Translate *Horat.* l. 3. od. 16. v. 13. concidit auguris Argivi domus, ob lucrum Demersa excidio. *Cic. de Senect.* c. 21. Est enim animus ex altissimo domicilio depressus, et quasi demersus in terram. *Id. pro Sull.* c. 31. Patriam demersam extuli. *Id.* 2. *Offic.* cap. 7. Quamvis enim demersæ sint leges alicujus opibus, emergunt tamen aliquando. *overpowered, set aside*. *Liv.* l. 2. c. 29. Plebs ære alieno demersa. *over head and ears in debt.* Adde lib. 6. c. 27.

DEMESSUS, a, um, adject. *plucked, cropped, culled, gathered, pulled*. *Virg.* 11. *Æn.* v. 68. Flos demessus pollice virgineo. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 24. Demessæ segetes. *Colum.* l. 9. *cap. pænult. ad fin.* Demessi favi. *h. e.* ab alvis exempti.

DEMETĀTUS. V. *Dimeto*, et *Demetitus*.

DEMETĬOR. V. *Dimetior*.

DEMETĪTUS, a, um, particip. pro demensus signific. activa. Quidam *Ciceroni* tribuunt l. 2. *de nat. Deor.* c. 62. illis verbis: Eorum cursus demetiti naturales temporum varietates cognovimus. Ubi quidam libri habent *demetati*, alii *dimetiti*. et cap. 43. Atque ita demetita signa sunt, ut in tantis descriptionibus divina solertia appareat. Al. leg. *demetata*.

DEMĔTO, is, essui, essum, a. 3. idem quod meto, *to mow, reap, cut down, crop, pull, pluck, gather*, ἀποθερίζω. *Cic. de Senect.* c. 19. Fructus demetendi. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 533. Flaventia demetit arva. *Plin.* l. 12. c. 37. et l. 17. c. 26. Demetere uvas. *Cass. Hemina* apud *Priscian.* l. 10. pag. 903. *Putsch.* In campo Tiburti ubi hordeum demessuerunt. ¶ Pro cædere, abscindere. *to cut, cut off*. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 104. Demetit ense caput. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 157. hinc rigido transcurrens demetit

ense Prothin. *Arnob.* l. 5. pag. 163. Qui sibi demessuerint has partes. *Sil.* l. 16. v. 101. Tantum acies, hominumque ferox discordia ferro Demetit. *h. e.* tot cædes facit. ¶ Demetere favos. V. *Favus.*

DEMIGRATIO, onis, f. *an emigration, removing from one place to another,* ἀποικία. *Nepos in Miltiad.* c. 1. Cum multi ejus demigrationis peterent societatem.

DEMIGRO, as, avi, atum, n. 1. *to remove, change one's place of residence, migrate, emigrate,* μετοικίζω, de uno loco in alium domicilium transferre. *Liv.* l. 38. c. 23. Omnis generis ætatisque turbam secum traxerant, demigrantium magis, quam in bellum euntium modo. *Cic. pro Dom.* c. 37. *extr.* Demigrandum potius aliquo est, quam habitandum in ea urbe, &c. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 19. Demigrare de oppidis. *Nepos in Milt.* c. 2. ex insula. et cap. 3. Chersonesum reliquit, ac rursus Athenas demigravit. *Cic. Agrar.* 2. c. 16. Demigrare in alia loca. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 4. ecce canoro Demigrant Helicone deæ. *Cic. Catil.* 1. c. 8. Demigrare ad aliquem. ¶ Et simpliciter pro discedere. *to go away, depart. Plaut. Amph.* 1. 1. 85. Animam amittunt, priusquam loco demigrent. ¶ Translate *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 30. Vetat enim dominans ille in nobis deus, injussu hinc nos suo demigrare. *h. e.* e vita discedere. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 10. Fortissimorum civium mentes, quæ mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem et sanctimoniam demigrasse. *Id.* 4. *Attic.* ep. 16. *a med.* Multa mihi dant solatia, nec tamen ego de meo statu demigro. *Id. in Vatin.* c. 16. Strumæ ab ore improbo demigrarunt, et aliis jam se locis collocarunt. *Id. Parad.* 2. Demigrare ab improbis. *to stand aloof from, quit.*

DEMINŌRO. V. *Diminuo.*

DEMINŬO cum derivat. V. *Diminuo.*

DEMIRANDUS, a, um, valde mirandus. *Gell.* l. 16. c. 18. Ὀπτικὴ facit multa demiranda.

DEMĪROR, aris, atus sum, dep. 1. *to admire, wonder at greatly, think strange,* ὑπερθαυμάζω, valde miror. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 36. Hæc vos sperasse, me consule, assequi posse, demiror. *Id. Attic.* l. et ep. 14. Etsi addis Lamiam: quod demiror equidem. *Gell.* l. 3. c. 7. Demirari audaciam alicujus. et lib. 2. c. 18. responsum. ¶ Significat etiam admirationem cum ignoratione conjunctam, quia ut ait *Donat. ad Terent. Phorm.* 2. 1. 4. admirationem ignorantia facit. *Terent. ibid.* Quid mihi dicent? aut quam causam reperient? demiror. *Plaut. Amph.* 2. 2. 133. Nimis demiror, qui illæc, me donatum esse patera, sciat. *Id. Asin.* 1. 1. 69. Demiror quid sit. *Id. Men.* 5. 1. 6. Demiror ubi nunc ambulet.

DEMISSE, *low, meanly, abjectly, humbly,* ταπεινῶς, humiliter. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 4. v. 23. hic alte, demissius ille volabat. ¶ Translate *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 8. *extr.* Non est ausus elate et ample loqui, cum humiliter demisseque sentiret. ταπεινῶς. *Id. pro Dom.* c. 35. Demisse respondere alicui. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. Suppliciter ac demisse gratias agere. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 84. Hæc quam potest demississime atque subjectissime exponit.

DEMISSĬO, onis, f. *a letting fall, sinking, lowering,* κάθεσις. *Vitruv.* l. 5. c. 10. *extr.* Clypeum æneum catenis pendeat, per cujus reductiones, et demissiones perficietur sudationis temperatura. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 9. Quantum storearum demissio patiebatur, tantum elevabant. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 22. Barbæ prolixa demissio. ¶ Translate *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 7. Verisimile est, in quem cadat ægritudo, cadere in eundem timorem, et infractionem animi, et demissionem. *lowness of spirits, dejection,* abjectionem. ¶ Pro remissione *Cæl. Aurel.* l. 1. *Acut.* c. 4. Passio phreniticorum non semper accessionibus aucta, aut demissionibus minuta.

DEMISSITĬUS, et Demissicius, a, um, *reaching downwards, long, flowing,* longus, ut *Demissitia tunica,* longa et demissa ad talos. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 24. Sane genus hoc muliebrosum est, tunicis demissitiis.

DEMISSUS, a, um, *low, let down, hanging down, sent from, dismissed,* καθειμένος, κατηφορος, deorsum missus, humilis. *Terent. Eun.* 2. 3. 22. Virgines demissis humeris. et vers. 44. Senex incurvus, tremulus, labiis demissis. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 204. ne, si demissior ibis, Unda gravet pennas; si celsior, ignis adurat. *Plaut. Epid.* 3. 4. 16. Fugias manibus demissis domum. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. Tigna demissa in flumen. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 49. Demissa ac palustria loca. *Curt.* l. 5. c. 1. Triginta pedes in terram turrium fundamenta demissa. *Senec.* epist. 67. *ad fin.* Demissa vulnera. *deep. Justin.* l. 5. c. 8. Demissa Piræeum versus muri brachia. *Scribon. Larg. compos.* 132. et 146. Ferrum candens demissum in aqua. *Hirt. de B. Alex.* c. 29. Demissioribus ripis flumen tranare. *Horat.* l. 3. od. 17. v. 11. Demissa tempestas ab Euro. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 434. Hiems demissa Jovi. *h. e.* ab Jove. *Horat. in art. Poet.* v. 180. Demissa per aures. *Id.* l. 1. od. 28. v. 11. Panthoides demissus Orco. *h. e.* in Orcum. *Cicer. pro Cluent.* c. 40. Purpura usque ad talos demissa. *Virg.* 4. *Æn.* v. 262. Læna demissa ex humeris. *hanging. Id.* 7. *Æn.* v. 278. pectoribus demissa monilia. *Cic. pro Cluent.* c. 21. Demisso capite discedere. *Virg.* 3. *Georg.* v. 500. Demissæ aures. *Id.* 1. *Æn.* v. 565. Dido demissa vultum. *with downcast looks.* et 3. *Æn.* v. 320. Demissa voce loqui. *with a low voice. Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 137. Aspice demissos lugentis in ore capillos. *Plin.* l. 1. ep. 10. Demissus capillus. *long hair.* ¶ Translate *Cic. pro Cluent.* c. 21. Erigere animum, jam demissum et oppressum. *cast down, disheartened. Id. pro Font.* c. 11. Homines animo demisso atque humili, ut solent ii, qui affecti injuriis, &c. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *circa med.* Fracto animo ac demisso esse. *Id. Tuscul.* 2. c. 21. Est in animis omnium molle quiddam, demissum, humile, enervatum quodammodo, et languidum. *Liv.* l. 4. c. 44. Nihilo demissiore animo, causa pro se dicta. *Al. leg.* remissiore. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 26. Usque ad servilem patientiam demissus. *Id. Ann.* 15. cap. 73. Demissus in adulationem. *abject, mean. Cic. pro Mur.* c. 21. *sub fin.* Tristis et demissus. *downcast. Id. pro Sull.* c. 26. Mœrens, demissus, afflictus. *Id. in Orat.* c. 24. Orator nec in faciendis verbis audax, et in transferendis verecundus, et parcus in priscis, reliquisque ornamentis et verborum, et sententiarum demissior. *easy, moderate. Horat.* l. 2. sat. 5. v. 63. genus demissum ab Ænea. *descending, derived. Tacit. Ann.* 12. c. 58. Romanus Troja demissus. *descended, sprung. Stat.* 2. *Theb.* v. 613. Chromis Tyrii demissus origine Cadmi. ¶ *Demissus homo* dicitur, qui est mansuetus, modestus, pudens, *modest, humble, unassuming. Cic. pro Mur.* c. 40. Sit apud vos modestiæ locus, sit demissis hominibus perfugium, sit auxilium pudori. *Id.* 2. *de Orat.* c. 43. Ea omnia, quæ proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, benevolentiam conciliant. Adde *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 57. et ibi *Bentlei.* ¶ Apud *Sallust. in Catil.* c. 50. demissi sunt, qui privati vitam agunt, neque capessunt rempub., quibus opponuntur qui magno imperio præditi. ¶ Apud *Propert.* l. 2. el. 21. v. 59. magno demissa periclo. *h. e.* liberata, soluta, erepta de periculo. Simile est illud *ibid.* el. 22. v. 29. somno demissa recenti. *h. e.* soluta a somno, expergefacta. Al. leg. *dimissa.*

DEMITĪGO, as, a. 1. idem ac mitigo. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 13. Nosmet, qui Lycurgei a principio fuissemus, quotidie demitigamur.

DEMITTO, is, isi, issum, a. 3. *to send down, cast, thrust, or let down, hang down, let fall, lower,* καταβάλλω, καθίημι, deorsum mitto, dejicio, deprimo, declino, inclino. *Virg.* l. 1. *Georg.* v. 23. Dii, qui satis largum cælo demittitis imbrem. *Id.* 1. *Æn.* v. 301. Maia genitum demittit ab alto. *Id. Æn.* 12. v. 884. Demittere aliquem ad imos manes. *Liv.* l. 23. c. 44. *extr.* quempiam in carcerem. *Id.* l. 23. c. 47. equum e campo in viam cavam. *Cels.* l. 1. c. 3. se in aquam calidam. *Colum.* l. 12. c. 8. herbas in lacte. *Cic.* 2. *Phil.* c. 18. aliquem per tegulas. *Id.* 4. *Verr.* c. 30. se ad aurem alicujus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 66. In forum descendens, caput ad fornicem Fabii demittebat. *Virg.* 2. *Georg.* v. 230. alteque jubebis In solido puteum demitti. *h. e.* in profundum excavari. *Id.* 4. *Georg.* v. 542. sacrum jugulis demitte cruorem. *h. e.* elice, extrahe, defunde. *Id.* 6. *Æn.* v. 455. Demittere lacrimas. *to let fall, shed. Lucret.* l. 5. v. 673. barbam. V. *Barba. Sil.* l. 8. v. 524. avem cælo. *h. e.* funda dejicere. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 94. robora ferro. *h. e.* cædere, et prosternere. *to overthrow, fell or cut down. Id.* l. 3. v. 41. oculos. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 133. et *Liv.* l. 2. c. 58. metu vultum. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 119. et *Tacit.* 4. *Ann.* c. 50. ferrum in ilia. *to thrust. Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 5. ferrum jugulo. *Plaut. Merc.* 3. 4. 28. in jugulum. *Plin.* l. 27. c. 11. offam faucibus boum. *Id.* l. 17. c. 11. altius arbores. *to plant. Colum.* l. 5. c. 11. cuneum inter corticem et materiam. *to drive down, impel.* ¶ *Demittere morti* pro occidere, poeticum est. *Virg.* 2. *Æn.* v. 85. et lib. 5. v. 691. et lib. 2. v. 398. Sic apud *Sil.* l. 11. v. 142. demittere umbris. et *Ovid.* 3. *Metam.* v. 695. cruciataque diris Corpora tormentis Stygiæ demittere nocti. ¶ Pro abjicere, deponere. *Lucret.* l. 5. v. 669. florescunt tempore certo Arbusta, et certo demittunt tempore flores. ¶ Translate *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 8. Cum in eum casum me fortuna demisisset, ut, &c. *fortune having so circumstanced me, that,* &c. *Cic. Att.* l. 7. ep. 12. Demittere se penitus in causam. *to devote, or give himself wholly to. Virg.* 3. *Æn* v. 535. gemino demittunt brachia muro Turriti scopuli. *h. e.* protenduntur deorsum duobus quasi brachiis. *Id. Ecl.* 9. v. 8. Colles demittunt jugum molli clivo. ¶ *Demittere se* est ad aliquid faciendum descendere, quod ceteroquin inferius sit facultate, aut dignitate. *Quintil. in proœm.* l. 1. Ad minora illa demittere me, non recusabo. *to condescend. Id.* l. 1. c. 2. *sub fin.* Est quædam tacita dedignatio, vim dicendi tantis comparatam laboribus, ad unum auditorem demittere. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 73. Demitti in adulationem. V. *Demissus.* ¶ Demittere aliquid in pectus, *to impress deeply on the mind,* animo alte infigere. *Sallust. in Jug.* c. 109. *extr.* Hoc in pectus tuum demitte, nunquam populum R. beneficiis victum esse. *Liv.* l. 34. c. 50. Ut eas voces, velut oraculo missas, in pectora animosque demitterent. ¶ *Demittere se,* et *demittere animum* est despondere, abjicere, *to lose courage, despond, despair. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 29. Cohortatus est, ne se admodum animo demitterent, neve perturbarentur incommodo. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 15. Si vincunt, efferunt se lætitia, victi debilitantur, animosque demittunt. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 134. Re in secunda tollere animos, in mala demittere. *Virg.* 12. *Æn.* v. 609. Demittunt mentes: it scissa veste Latinus, &c.

[* DEMIURGUS, i, m. δημιοῦργος, a δῆμος *populus,* et ἔργον *opus,* est nomen magistratus apud Græcos, præsertim Achaiæ, quasi dicas publicorum operum curatorem. *Liv.* l. 32. c. 22. Tum inter magistratus gentis (demiurgos vocant, decem numero creantur) certamen nihilo segnius, quam inter multitudinem, esse. *Id.* l. 38. c. 30. Sub adventum consulis, demiurgis civitatum, qui summus est magistratus, Ægium evocantibus, Philopœmen (prætor tum erat) Argos conventum edixit. Utroque loco optimæ editiones habent *damiurgus.* ¶ *Demiurgus* fuit etiam titulus comœdiæ *Turpilii,* cujus meminit *Cic.* 9. *ad Fam.* ep. 22. et *Non.* multis in locis.]

DEMO, is, empsi, et emsi, emptum, et emtum, a. 3. *to take away, take off, subtract, withdraw,* ἀφαιρέω, detraho, adimo, tollo, aufero. *Cic.* 4. *Acad.* c. 16. Cum aliquid minutatim, et gradatim additur, aut demitur. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 34. Æsculapii barbam auream demi jussit. *Liv.* l. 40. c. 51. Clypea de columnis, et signa militaria affixa dempsit. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 14. Lubet scire, quantum aurum herus sibi dempsit. *hath taken to his own share. Cic. Verr.* 5. c. 33. et 35. Demere de capite. *to take from the whole sum. Cels.* l. 8. c. 4. Ut quam minimum ex osse dematur. *Id.* l. et cap. 6. n. 16. Demendum aliquid ex cibo. *Id.* l. 1. c. 3. *ad fin.* Demendum paulum cibo, adjiciendumque potioni. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 324. Demere juga equis. *to take off. Sueton. in Cæs.* c. 67. barbam. *h. e.* radere. *Q. Cic. de petit. Consul.* c. 2. Demere caput alicujus. *h. e.* abscindere. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 23. Ipsi pridem tonsor ungues dempserat. *Id. Trucul.* 2. 4. 16. Deme soleas. *take off your sandals:* quod fiebat mensæ accubituris. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 212. Demere soleam pedi. ¶ Translate *Cic. Attic.* l. 11. ep. 15. *ad fin.* Demere sollicitudinem. *to remove, appease. Terent. Adelph.* 4. 7. 18. metum. et 5. 3. 33. alicui molestiam. *Liv.* l. 2. c. 6. ignominiam. *Ovid. de remed. amor.* v. 290. fidem alicui rei. *Id.* 3. *Trist.* el. 5. v. 25. spem alicui. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 7. v. 20. Nil demit laudi gloria nostra tuæ. *Sueton. in Tiber.* c. 42. Demere aliquid ex consuetudine. *to abate. Lucret.* l. 3. v. 922. mœrorem e pectore. *Liv.* l. 2. c. 42. Dulcedo agrariæ legis ipsa per se, dempto auctore, subibat animos. *being now dead,* vel *independently of the consideration of its author.* V. locum. [¶ Particip. *dempturus* apud *Justin.* l. 39. c. 3. Adjicit neque occisa illa se virium quidquam Cyziceno dempturum.]

DEMOCRĀTOR. V. *Demorator.*

DEMOCRITĒUS, vel Democritius, a, um, Δημοκρίτειος, et

DEMOCRITĬCUS, a, um, Δημοκριτικός, ad Democritum pertinens, ut Democriteus Anaxarchus, apud *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 33. et 2. *Tuscul.* c. 22. et *Democritea* absolute (subaudi *dogmata*) *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 26. et 2. *de Divin.* c. 13. et Democritici philosophi. *h. e.* Democriti sectatores, *Id.* 1. *de Orat.* c. 10. et 1. *Tuscul.* c. 34. ¶ Fuit autem Democritus Abderites, familiæ in Philosophia auctor, qui docuit mundos esse innumerabiles, et ex atomis constare omnia. De ejus vita, et mortis genere alia ab aliis tradita sunt. V. *Facciolati, Rhetor. exercit.* n. 4. [† V. *Mem. de Litt.* 1713. p. 332 (*Act. Erudit.*)]

DEMŒ, apud Atticos sunt, ut apud nos pagi, δῆμοι. *Fest.*

DEMOLĬO, ōlis, ivi, itum, a. 4. *to pull down, demolish,* idem quod demolior, diruo, destruo. *Varr.* apud *Diomed.* l. 1. pag. 395. *Putsch.* Et tamen non demolio astra. *Al. leg.* rostra. *Id. ibid.* demolivit tectum. *Næv. ibid.* Hæc demolite. *In vet. Lege* apud *Frontin. de aquæd.* artic. 129. Id omne celere demolire damnas esto. *Lactant.* l. 4. c. 11. ex 3. *Reg.* 19. 14. Altaria tua demolierunt. ¶ Et passive *In citata vet. Lege.* Ne maceriæ demolirentur. *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 4. leg. 10. Si demolitis ædibus, testator alias novas restituerit. *Jabolen. Dig.* l. 41. tit. 3. leg. 23. Si demolita est domus. *Curio* apud *Priscian.* l. 8. pag. 793. *Putsch.* Nusquam demolitur, nusquam exoneratur pecunia. [¶ Particip. *demoliens* apud *Liv.* l. 39. c. 16. Cum demolientes nos Bacchanalia, discutientesque nefarios cœtus cerneretis.]

DEMOLĬOR, iris, itus sum, dep. 4. *to batter, throw or pull down, demolish, destroy,* καταβάλλω, ἀποσκευάζομαι, deorsum molior, everto, diruo, destruo. *Cic. in Top.* c. 4. In pariete communi demoliendo. *Id.* 4. *Verr.* c. 67. Statuas demoliendas locare. *Id.* 1. *Offic.* c. 39. Hanc domum Scaurus demolitus, accessionem adjunxit ædibus. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. Columnas neque rectas, neque e regione Diphilus collocarat: eas scilicet demolietur. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 204. Pluteos rescindit, ac munitiones demolitur. ¶ Translate *Ovid.* 15. *Metam.* v. 228. Subruit hæc ævi, demoliturque prioris Robora. *h. e.* senectus vires juventutis frangit. *Liv.* l. 34. c. 3. Si quod cuiquam privato officiet jus, id destruet, ac demolietur. *Plaut. Bacch.* 3. 1. 16. De me culpam hanc demolibor jam ἀρχαϊκῶς pro *demoliar.* h. e. amoliar, avertam. ¶ Demoliri faciem, ἀφανίζειν τὸ πρόσωπον est macie vultum corrumpere. *Hieron. in Matth.* c. 6. n. 16. ubi Vulgata habet *ex*

terminare faciem. ¶ Pro moliri, ædificare, *Vellei.* l. 1. c. 15. Theatrum facere instituit: cui in demoliendo, &c. Al. aliter leg. ¶ Passiva significatione, V. vocem præced.

DEMOLĬTĬO, onis, f. *a beating or throwing down, demolishing*, ἀνασκευὴ, eversio. *Cic.* 4. *Verr.* c. 67. Dumque ea demolitio fieret, &c. [*Vitruv.* l. 10. c. 19. Posteaquam non habuerunt ad demolitionem ferramenta. ¶ Translate] *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 1. Non poterat ædificare mendacium sine demolitione veritatis.

DEMOLĪTOR, oris, m. eversor. *Vitruv.* l. 10. c. 19. *corvum demolitorem, quem nonnulli gruem appellant*, memorat, idest machinam ad demoliendum aptam: de qua tamen nihil præterea constat.

DEMOLĪTUS, a, um, passiv. V. in *Demolio*: activ. V. in *Demolior*.

DEMONSTRABĬLIS, le, adject. *demonstrable*, qui demonstrari potest. *Apul.* περὶ ἑρμηνείας, *seu de syllog. categor.* Universitas maris, quæ demonstrabilis non est.

DEMONSTRANTĬA, æ, f. tribuitur a nonnullis *Plinio* l. 17. c. 5. ubi *Harduin.* et alii aliter legunt.

DEMONSTRATĬO, onis, f. *the act of showing; demonstration*, actus demonstrandi, ἀπόδειξις. *Plin.* l. 8. c. 40. *de cane venatico.* Visa fera, quam silens et occulta, quam significans demonstratio est. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 55. Hujus generis demonstratio est et doctrina ipsa vulgaris, usus autem gravissimus. et cap. 59. Gestus universam rem et sententiam non demonstratione, sed significatione declarans. *Plin.* l. 4. c. 13. Hanc insulam temporum horum demonstratio a Borysthene CXL. M. ponit. *h. e.* descriptio, qua situs terrarum monstrantur. *Id.* l. 24. c. 16. Tertia demonstratio herbæ fuit folio majore, &c. *Supra dixerat*: Dracontion triplici effigie demonstratum mihi est. Adde *Cic.* 6. *Verr.* c. 59. ¶ Item genus causæ apud Rhetores, in quo quispiam laudatur, aut vituperatur: quod et *genus demonstrativum* dicitur. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 9. ¶ Item argumentatio, quæ ex rebus perceptis id, quod non percipiebatur, adducit. *a demonstration, necessary argument, clear-proof.* Ita rem definit *Cic.* 4. *Acad.* c. 8. *extr.* nomine vero utitur *Boeth.* l. 2. pros. 4. *extr.* et *initio* pros. 5. ¶ A JCtis dicitur *demonstratio*, cum res aliqua ita certis quibusdam, ac peculiaribus signis designatur, ac veluti depingitur, ut nullus ambigendi locus relinquatur, ut si quis in testamento dicat, *decem, quæ mihi Titius debet, lego.* Constat enim, ea sola decem, quæ debet Titius, non aliam pecuniam legari. *Caius Dig.* lib. 35. tit. 1. *qui est de* conditionib. et demonstrationib. leg. 17. et *Florentin. ibid.* leg. 33. et *Ulpian.* lib. 30. leg. 74. &c. ¶ Denique exornatio est rhetorica, hypotyposis Græco nomine, cum ita res verbis exprimitur, ut geri negotium, et res ante oculos esse videatur. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 55. Potest ita differe ab hypotyposi, ut *demonstratio* longior sit, *hypotyposis* brevior.

DEMONSTRATĪVE, adverb. demonstrando, *demonstratively*, ἐπιδεικτικῶς. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 16. Hunc locum demonstrative terram dicens.

DEMONSTRATĪVUS, a, um, *demonstrative*, ἐπιδεικτικὸς, qui ad demonstrandum aptus est, ut Digitus demonstrativus, *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 5. c. 1. ¶ *Genus demonstrativum* apud Rhetores est, quod laudationem alicujus rei continet, aut vituperationem. *Cicer.* 1. *de Invent.* c. 5. Demonstrativum est, quod tribuitur in alicujus certæ personæ laudem, aut vituperationem. *Quintil.* l. 11. c. 1. *circa med.* Demonstrativæ materiæ. *Id.* l. 7. c. 2. Demonstrativa pars.

DEMONSTRĀTOR, oris, m. ἀποδεικτὴς, qui demonstrat, *one who shows or demonstrates.* *Cic.* 2. *de Orat.* c. 86. Simonides demonstrator uniuscujuslibet sepeliendi. *Colum.* l. 3. c. 10. *ad fin.* Demonstrator magis, quam inventor.

DEMONSTRĀTUS, a, um, adject. *showed, pointed out, demonstrated.* *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 37. Re demonstrata. *Gell.* l. 2. c. 4. Res argumentis, vel testibus demonstrata.

DEMONSTRO, as, avi, atum, a, 1. *to show, point out, prove evidently, demonstrate*, ἀποδείκνυμι, ἐνδείκνυμι, aperte monstro, indico, ostendo. *Cic.* 6. *Verr.* c. 59. Ut ante demonstrabant, quid ubique esset; ita nunc, quid undique ablatum sit, ostendunt. *Id. in Somn. Scip.* c. 8. Demonstrare aliquid digito. *Id. Fam.* 9. ep. 24. Spurinna quidem, cum ei rem demonstrassem, et vitam tuam superiorem exposuissem, magnum periculum summæ reipublicæ demonstrabat, nisi &c. *h. e.* rem narrassem. *Id. Attic.* l. 1. ep. 1. *a med.* Demonstravi hæc Cæcilio: simul et illud ostendi, &c. *Id.* 3. *Fam.* ep. 4. Mihi Q. Fabius demonstravit, me a te plurimi fieri. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 27. Cum his Comius venit, quem supra demonstraveram, a Cæsare in Britanniam præmissum. et l. 5. c. 1. Se paratos esse demonstrant de injuriis satisfacere. et *ibid.* Nisi ita fecerint, se bello civitatem persecuturum demonstrat. *h. e.* pollicetur, vel potius minatur. et l. 4. c. 34. Quanta prædæ faciendæ facultas daretur, demonstraverunt. *Id.* l. 5. c. 1. Modum et formam navium demonstrat. *h. e.* docet. *Plin.* l. 8. c. 4. Demonstrare viam alicui. *Id.* l. 17. c. 5. Terram macram demonstrant atræ degeneresque herbæ. *Id.* l. 27. c. 2. Demonstrare, quomodo venenata sanentur. *Id.* l. 25. c. *ult.* Nec, quale esset, demonstrant. *nor do they say.* *Id.* l. 37. c. 9. Amethystos grandinem avertere, addita precatione, quam demonstrant. *they show.* *Terent. Phorm.* 2. 1. 75. Hominem commonstrarier mihi istum volo, aut ubi habitet, demonstrarier. *paragoge pro* demonstrari. *Gell.* l. 2. c. 26. Vocabula rufum colorem demonstrantia. *signifying, implying.* ¶ Pro appellare, *Paul. Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 10. *a med.* Quos ego appello abpatruos, abavunculos, illi demonstrant me fratris abnepotem. ¶ Apud JCtos *demonstrare* est rem suis quibusdam certis circumstantiis ita dicendo designare, ut ambigi non possit, quid intelligatur. *Florentin. Dig.* lib. 35. tit. 1. leg. 33. V. *Demonstratio.* [¶ Particip. *demonstrandus* apud *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 31. Cognoram, conciliandos eorum esse animos qui audirent; deinde rem demonstrandam.]

[* DEMOPHŎON, ontis, m. Δημοφόων, filius Thesei et Phædræ ad Trojam profectus, et inde rediens, tempestate delatus est in Thraciam, et a Phyllide illius loci regina, hospitio exceptus, quam deinde deserens causa illi mortis fuit. *Ovid. Heroid.* epist. 2. *Justin.* l. 2. c. 6. *Hygin.* fab. 59. et 243.]

DEMORĀTOR, oris, m. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 21. *de Vulcano.* Totius mundi ab Heraclito dictus est demorator. *Grot.* legendum putat *devorator*: quod Heraclitus ad ignem referret rerum ortum et interitum. Ob eandem rationem *Fabric. in Biblioth. Græca* mavult legere *democrator*, h. e. dominus, δημοκράτωρ.

DEMORĀTUS, a, um. V. *Demoror.*

DEMORDĔO, es, ordi, orsum, a. 2. *to bite off*, ἀποδάκνω, morsu decerpo. *Plin.* l. 28. c. 4. E ligno fulgure icto demordere aliquid.

DEMORĬOR, eris, ortuus sum, dep. 3. *to die*, ἀποθνήσκω, idem ac morior, vel prorsus morior. *Cic. in Verr.* 4. c. 50. Cum esset ex veterum numero quidam Senator demortuus. *Ulpian. Dig.* lib. et tit. 4. leg. 11. *a med.* Ut demoriantur mancipia, prædia ruant. ¶ Translate est alicujus amore ardere, cum accus. ut depereo. *Plaut. Mil.* 4. 1. 23. et 4. 2. 49. Ea demoritur te.

DEMŎROR, aris, atus sum, dep. 1. *to delay, tarry, wait for, keep back, stay, stop, abide, remain*, διαμέλλω, idem quod moror, cunctor, differo, maneo. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 69. Ille nihil demoratus exsurgit. *Plaut. Rud.* 2. 4. 27. Me hic demoratam tamdiu. *Ulpian. Dig.* lib. 5. tit. 1. leg. 2. *a med.* Demorari alicubi legationis causa. ¶ Item *to stop, detain, retard, hinder, prevent, impede*, detineo, cohibeo, remoror. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 75. Equitatum præmisit ad novissimum agmen demorandum. et lib. 1. cap. 81. Ut quam maxime eorum munitiones demoretur. *Id.* l. 3. *B. Gall.* c. 6. Nullo hoste prohibente, aut iter demorante. *Lentul. ad Coss. &c. Fam.* 12. ep. 17. Detinere et demorari aliquem. *Tacit.* 12. *Ann.* c. *pænult.* Demorari aliquem variis artibus, ne cubiculo egrediatur. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 58. Ne diutius vos demorer. *Virg.* 2. *Æn.* v. 647. Jampridem invisus divis et inutilis annos Demoror. *h. e.* quasi festinantes diu vivendo detineo. *Servius.* ¶ Item exspecto, sustineo. *Virg.* 10. *Æn.* v. 30. Et tua progenies mortalia demoror arma.

DEMORSĬCO, as, a. 1. demordeo, mordendo decerpo. *Apul.* l. 2. *Metam.* Sagæ mulieres ora mortuorum passim demorsicant. et l. 3. Rosis tantum demorsicatis exibis asinum.

DEMORSŬS, a, um, adject. morsus, *bitten, bitten off.* *Pers.* sat. 1. v. 106. Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues.

DEMORTŬUS, a, um, adject. *dead, defunct*, idem quod mortuus: sed præcipue adhibetur, cum de successore sermo est. *Cic. Verr.* 6. c. 5. Ne quis emeret mancipium, nisi in demortui locum. *Paul. Dig.* lib. 7. tit. 1. leg. 18. In locum demortuarum arborum aliæ substituendæ. Adde *Liv.* l. 23. c. 21. *extr.* et cap. 22. et 23. ¶ Translate *Plaut. Stich.* 1. 3. 59. Potationes plurimæ demortuæ. *h. e.* periere, sublatæ sunt, amissæ sunt.

DEMOSTHĔNES, is, m. Δημοσθένης, Atheniensis, Græcorum Oratorum princeps, fuit discipulus Isocratis, et Platonis. Eloquentiam Athenis variis in causis exercuit, præcipue vero in defendenda libertate contra Philippum Macedonum regem. A Cicerone immensis laudibus extollitur, et tanquam perfectæ eloquentiæ exemplar, imitandus proponitur. V. *in Bruto*, c. 9. l. 1. *de Orat.* c. 61. *de opt. gen. Orat.* c. 4. et alibi. *Quintil.* l. 10. c. 1. et l. 12. c. 10. *Plin.* l. 9. ep. 26. &c. ¶ Ejus responsum de actione oratoria, habes apud *Cic.* 3. *de Orat.* c. 56. et *in Bruto*, c. 38. et *Quintil. sub init.* cap. 3. l. 11. Scribit *Hieronym.* ep. 2. *ad Nepotian.* (*al.* 52.) sect. 8. propter Demosthenem factum esse, ut Cicero non esset primus Orator: propter Ciceronem, ut Demosthenes non esset solus.

DEMOSTHENĬCUS, a, um, adject. *Demosthenic*, ad Demosthenem pertinens. *Auson. Profess. Burd.* 1. v. 19. Demosthenicum illud ter primum. V. *Cic. de clar. Orat.* c. 38.

DEMŌTUS, a, um, adject. *removed, sent away*, de loco pulsus. *Liv.* l. 6. c. 32. Quantum Romana se invexit acies, tantum hostes gradu demoti. *were obliged to retreat; were compelled to give ground.* *Cic. pro Cæcin.* c. 17. Manu demotus, et actus præceps. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 79. Fluvius solito alveo demotus. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 32. Pompeius nullo prœlio pulsus, vestri facti præjudicio demotus, Italia excessit.

DEMOVĔO, es, ovi, otum, a. 2. *to remove, displace, dislodge*, ἀποκινέω, deorsum moveo, loco moveo, deturbo, depello. *Cic. pro Cæcin.* c. 17. Demoveri et depelli de loco necesse est eum, qui dejiciatur. *Tacit. Ann.* 11. c. 38. Censendo, nomen et effigies privatis ac publicis locis demovendas. ¶ Translate *Cic.* 2. *Verr.* c. 17. Ne quis te de vera et certa possit sententia demovere. *Id. pro Dom.* c. 26. Demovere labem a republica. *to remove away.* *Tacit.* 4. *Hist.* c. 58. Terrore ac promissis demoveri. *Id.* 13. *Ann.* c. 14. Demovere aliquem cura rerum. *to relieve, release.* et cap. 20. Demovere aliquem præfectura. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 39. Demovere aliquem lucro. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 30. demovere in insulam. *h. e.* relegare. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 51. Odium a nobis demovere. His omnibus, et similibus locis al. leg. *dimovere*: sed illud est advertendum, ut quoties deorsum movendi ratio aliqua significatur, per *de*; quoties vero in aliam, vel diversas partes, per *di* scribatur. Hujusmodi enim est harum præpositionum *de*, et *di* vis et sententia: quod et alibi admonuimus: et *Burman.* ante nos adnotaverat ad illud *Cic. pro Cæcin.* c. 15. apud *Quintil.* l. 7. c. 3. Vis, quæ periculo mortis injecto, formidine animum perterritum loco sæpe, et certo de statu demovet.

DEMPTĬO, et Demtio, onis, f. *a taking away*, actus demendi, detractio. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 1. Litterarum demptio, aut additio. et cap. 36. Damnum a demptione, cum minus re factum, quam quanti constat.

DEMPTUS, et Demtus, a, um, *taken away, removed, withdrawn*, detractus, ablatus: a demo, is. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 46. Tragula casu ad turrim adhæsit: dempta ad Ciceronem defertur. *Plin.* l. 15. c. 17. Uvas, demptis forfice corruptioribus acinis, suspendi. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 610. Corona dempta capiti. *Id. Heroid.* ep. 20. v. 9. demptus ab arbore fetus. *plucked, culled, gathered.* et epist. 18. v. 103. Amictus demptus ex humeris. *Id.* 13. *Metam.* v. 833. demptus cacumine nidus. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 27. dempta æternitate, nihilo beatior Jupiter, quam Epicurus. *throwing eternity out of the question.* *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 36. Una dempta uncia, deunx: dextans dempto sextante: dodrans dempto quadrante. *Horat.* l. et ep. 2. v. 140. demptus mentis error. *Ovid. Her.* epist. 1. v. 50. et lib. 3. *Trist.* eleg. 11. v. 2. Virque mihi, dempto fine carendus, abes. *h. e.* sine fine, semper.

DEMUGĪTUS, a, um, *filled or resounding with the lowing of cattle*, mugitibus completus. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 375. sanguine litus, Undaque prima rubent, demugitæque paludes.

DEMULCĔO, es, ulsi, a. 2. *to stroke softly, coax*, θέλγω, mulceo, leniter attrecto, tactu blandior. *Liv.* l. 9. c. 16. *ad fin.* Remitto, ne utique dorsum demulceatis, cum ex equis descendetis. *Terent. Heaut.* 4. 5. 14. Non possum pati, quin tibi caput demulceam: accede huc.

DEMULCTUS, a, um, particip. a *demulceo.* *Gell.* l. 3. c. 13. Ita motus, et demulctus, et captus est, ut Callistratum jam inde sectari cœperit. *h. e.* delenitus, allectus.

DEMUM, adverb. *at length, at last, not till then, in fine, finally, lastly*, τὸ τέλος, τελευταῖον, tandem, denique: et sæpe alii particulæ postponitur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 632. Me quoque per multos similis fortuna labores Jactatam, hac demum voluit consistere terra. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 23. quarta vix demum exponimur hora. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 209. decimo demum pugnavimus anno. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 50. Tum demum Ariovistus partem suarum copiarum misit. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 3. Nunc demum rescribo his litteris, quas mihi misisti. ¶ *Igitur demum* est tum demum. *Plaut. Most.* 2. 1. 32. Miserum est opus, igitur demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet. *Id. Merc.* 3. 2. 9. demum igitur cum senex sis, tunc in otium te colloces. ¶ Eleganter habet locum in interrogationibus, et cum instamus. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 37. Jam vero exsilium, si rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum a perpetua peregrinatione differt? *how much, I pray you?* *Terent. Adelph.* 2. 2. 25. Nunc demum venis? cur passus? ubi eras? ¶ Frequenter ponitur pro dumtaxat, *only, solely, merely*: quod et *Festus* adnotavit. *Quintil. in proœm.* l. 7. De inventione satis dictum est. Neque enim ea demum, quæ ad docendum pertinent, executi sumus, verum etiam motus animorum tractavimus. *Id.* l. 2. c. 15. Alii malos quoque viros posse oratores dici putant, alii nomen hoc, artemque de qua loquimur, bonis demum tribui volunt. *Sueton. in Aug.* c. 24. Ne legatorum quidem cuiquam, nisi gravate, hibernisque demum mensibus, permisit uxorem intervisere. ¶ Simul autem importat quamdam affirmationem, et veluti pluribus rebus consideratis, certam ratamque conclusionem rei quæ affirmatur. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 8. Sic enim sentio, id demum, aut potius id solum esse miserum, quod turpe sit. *Sallust. in Catil.* c. 20. Idem velle, et idem nolle, ea demum firma amicitia est. *that in a word, &c.* et cap. 12. Quasi injuriam facere, id demum esset imperio uti. *Curt. initio* l. 4. Id demum credens fore ipsius, quod celeriter præcipere po-

tuisset. Trajan. ad Plin. l. 10. ep. 33. Nobis autem utilitas demum spectanda est. Terent. Adelph. 5. 3. 1. Abs quivis homine beneficium accipere gaudeas: Verum enim vero id demum juvat, si, quem æquum est bene facere, is facit. Plin. l. et cap. 7. Is demum profecto vitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. ¶ Addit Festus, significare etiam post. ad quam significationem referri potest illud Terentii Adelph. 5. 8. 15. Ego novus maritus anno demum quinto et sexagesimo fiam. et Horat. l. 1. sat. 5. ac Ovid. 13. Metam. quæ supra attulimus. ¶ Antiqui demus dixere eodem Festo teste, ut prorsus et rursus pro prorsum et rursum. Itaque non absurde a τέμας, tum, deducitur.

DEMURMŬRO, as, avi, atum, a. 1. *to mutter or mumble over*. Ovid. 14. Metam. v. 58. Ter novies carmen magico demurmurat ore.

DEMUSSĀTUS, a, um, dissimulatus, patienter et cum silentio toleratus: a musso, as. Ammian. l. 30. c. 1. (al. 3.) Injuriis, quas pertulerat, omnibus demussatis. Apul. l. 3. Metam. Demussata contumelia.

DEMUTABILIS, le, adject. *changeable*. Prudent. in Apotheos. v. 344. Non convertibilis nec demutabilis unquam est Deus.

DEMUTATĬO, onis, f. mutatio. Plin. l. 28. c. 8. Et ideo versicoloris esse demutationis. Al. leg. mutationis. Tertull. de resurrect. carn. c. 55. Demutatio carnis.

DEMUTĀTOR, oris, m. qui mutat. Tertull. de resurrect. carn. c. 32. Argutissimi demutatores ossium.

DEMUTĀTUS, a, um, *changed*, mutatus. Tertull. de resurrect. carn. c. 55. et Sulpic. Sever. epist. 3. ad Bassul. a med. Caro demutata.

DEMUTĬLO, as, idem ac mutilo, *to break or lop off, mutilate*. Colum. de arborib. c. 11. Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato.

DEMŪTO, as, avi, atum, a. 1. idem quod muto, *to change, alter*, μεταβάλλω. Plaut. Men. 5. 2. 118. Imperium tuum demutat. Tacit. Ann. 4. c. 16. Placitum instituto Flaminum nihil demutari. Gell. l. 17. c. 1. In aliqua re demutare sententiam. Cato apud Macrob. l. 2. Saturn. c. 10. demutare voces. ¶ Demutare pro Demutari, Plaut. Mil. 4. 3. 37. Numquid videtur demutare, atque uti ego dixi esse vobis hunc Militem? Apul. in Apolog. Teterrimum os tuum minimum a Thyesta tragico demutat. [¶ Particip. demutandus apud Plaut. Mil. 4. 7. 8. Oratio alio mihi demutanda est mea.]

DENARISMUS, i, m. pensio denarii, cujus mentio fit l. 107. et 123. Cod. Theodos. lib. 12. tit. 1.

DENARĬUS, a, um, decem continens, *of ten*, Vitruv. l. 3. c. 1. Denarius digitorum numerus. Plin. l. 31. c. 6. Si fistulæ denariæ erunt. h. e. quarum laminæ latitudo, antequam curvaretur, digitorum decem erat, ut ipsemet ibid. explicat, itemque Vitruv. l. 8. c. 7. Nam apud Frontin. de aquæduct. artic. 25. dicuntur fistulæ denariæ, senariæ, &c. quæ decem aut sex quadrantes, h. e. quartas digiti partes in diametro habent. ¶ Denariæ ceremoniæ erant, quibus, sacra adituris, decem continuis diebus, certis quibusdam rebus carendum erat. Fest. ¶ Denarius nummus, et denarius absolute fuit nummus argenteus apud Romanos, qui primo decem asses valuit, deinde sexdecim, cujus quarta pars sestertius dicebatur, qui primo duobus assibus, et dimidio, deinde quatuor æstimatus est, ut Plin. l. 33. c. 3. Vitruv. l. 3. c. 1. et Fest. in Grave æs docent. *a Roman denier, a silver coin worth ten ounces of brass*. Liv. l. 8. c. 11. extr. Vectigal jussus pendere quotannis denarios nummos quadringenos quinquagenos. Cic. 3. Offic c. 23. An emat denario, quod sit mille denarium? (pro denariorum: atque ita frequentius, cum certa pecuniæ summa describitur.) Plin. l. 18. c. 23. Justum est, singulas vehes fimi denario ire. h. e. venire, vendi. Cæs. l. 1. B. Civ. c. 52. Jam ad denarios quinquaginta in singulos modios annona pervenerat. Cic. 9. Fam. ep. 18. Ollam denariorum implere. Id. pro Font. c. 5. Quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exigere. ¶ Interdum ponitur ad significandam monetam Romanam, quia ceteri populi nummos denarii nomine non habebant. Id. pro Quint. c. 4. extr. Decidis, statuisque, quid iis ad denarium solveretur. Id. Attic. l. 2. ep. 6. extr. Ecqua spes sit denarii, an cistophoro Pompeiano jaceamus. ¶ Denariæ formæ apud Lamprid. in Alex. Sev. c. 39. sunt ipsi denarii, de quibus modo est dictum. ¶ A Medicis Latinis denarius adhibetur ad significandum pondus drachmæ Atticæ, ut Plin. c. ult. l. 21. docet. Drachma autem ipsa continet octogesimam quartam partem libræ, ut apud Scribon. Larg. in epist. ad Callistrat. sub fin. legitur (tametsi aliter apud Fann. de ponderib. v. 35.) Ex quo fit, septimam partem ponderis unciæ denarii pondere contineri, ut Cels. l. 5. c. 17. docet. Plin. l. 20. c. 2. Cucumeris semen triginta denariorum pondere in hemina aquæ datum. Id. l. 30. c. 7. Cochleæ quinæ combustæ cum denarii pondere dimidii acaciæ. Adde Colum. l. 7. c. 8. ¶ Hoc denarii pondus dividitur a Celso loc. cit. in sex partes, id est sextantes, quæ totidem ὀβολοῖς apud Græcos respondent. V. de his accuratius fusiusque disserentem Gronov. de pecun. Vet. l. 2. c. 6. &c. ¶ Fuit etiam denarius aureus, qui nummus incertum est, a quo primum cusus sit: valuitque aliquando denarios argenteos viginti quinque, sestertios vero centum. Plin. l. 33. c. 3. et l. 34. c. 7. V. Aureus. ¶ Neutro genere Plaut. Rud. 5. 2. 27. Centum denaria Philippea in pasceolo seorsus. subaudi numismata. *gold coins of Philip*. ¶ Secunda syllaba longa est. Martial. l. 2. epigr. 51. Sicubi in obliquis corripi videtur, ad synæresim potius recurre, ut lib. 1. epigr. 118. et lib. 9. epigr. 103.

DENARRO, as, avi, atum, a. 1. *to tell in order, recount, relate*, ἐξηγέομαι, plene, et per ordinem narro, enarro. Terent. Phorm. 5. 7. 51. Hæc adeo ego illi jam denarrabo. Gell. l. 1. c. 23. Puer rem, sicuti fuerat, denarrat. Horat. l. 2. sat. 3. v. 315. matri denarrat, ut ingens Belua cognatos eliserit.

DENASCOR, eris, atus sum, dep. 3. *to die*, ἀποθνήσκω, ἀπογίγνομαι, morior. Cass. Hemina apud Non. c. 2. n. 257. Quæ nata sunt, ea omnia denasci aiunt. Varr. l. 4. L. L. c. 10. Qui denascitur, ignem amittit, ac frigescit.

DENĀSO, as, a. 1. *to take off the nose*, ἀποῤῥινάω, nasum aufero. Plaut. Capt. 3. 4. 73. Os denasabit tibi mordicus.

DENATĬUM, ii, n. medicina, quæ jam jam morituris datur: a denascor. Tertull. in Apolog. c. 23. ubi alii aliter leg.

DENĀTO, as, n. 1. *to swim down the stream*, deorsum nato, καταινήχομαι. Horat. l. 3. od. 7. v. 28. Nec quisquam citus æque Tusco denatat alveo.

DENDRACHĀTES, æ, m. δενδραχάτης, gemma ex achatarum genere, velut arbuscula insignis, a δένδρον, arbor. Plin. l. 37. c. 10.

DENDRĪTIS, itidis, f. δενδρῖτις, gemma, quæ sub arbore defossa, non permittit securim hebetari. Plin. l. 37. c. 11.

[† DENDROCISSOS, i, f. *a kind of ivy that grows without the help of other trees*. Citat Littleton. ex Plin.]

DENDROĪDES, æ, m. *a kind of spurge full of branches like a tree*, δενδροειδής, tithymali species, q. d. arboreum: a δένδρον, arbor. Plin. l. 26. c. 8.

DENDROPHŎRI, orum, m. δενδροφόροι, erant artifices, qui materiem, et universam rem tignariam ad ædificia exstruenda administrabant: a δένδρον, arbor, lignum, et φέρω, porto. Horum collegium Herculem præcipue coluit. Inscript. apud Gruter. pag. 45. n. 8. Herculi comiti, custodi M. Cæsius Aug. lib. Sostratus Præf. fabrorum collegii Dendrophororum, &c. Adde Fabrett. c. 9. n. 21. ¶ Dendrophorus cognominatur Silvanus, in Lapide apud Gruter. pag. 64. n. 7. quia teneram ab radice cupressum fert, ut ait Virg. 1. Georg. v. 20. ¶ Fuere præterea Dendrophori, qui honorem alicujus dei, puta Bacchi, aut Silvani, aut magnæ Deum matris, arbores stirpitus excisas humeris per urbes portabant; constituebantque veluti corpus quoddam religiosorum hominum. Hinc Dendrophororum M. D. M. h. e. magnæ deum matris, mentio fit in Inscript. apud Gruter. pag. 64. n. 7. qui quotannis in ejus deæ antrum pinum ferebant, &c. De utroque Dendrophororum genere plura Reines. ad class. 1. n. 40. Putat Salmas. ad Spartian. in Caracall. c. 9. sub fin. nullos esse Dendrophoros artifices, sed omnes ministros deorum, ut dictum est. Similia habet Murator. in novo Thes. Inscriptionum, pag. 514. n. 2. [Sed hanc opinionem vetera monumenta omnino tollunt. In Mus. Veronens. pag. 477. n. 10. Conleg. Dendrophor. et Classiar. Misenatium Aurelio Canusio Prænestino patrono optimo æ. c. fieri cens. Una hæc inscriptio, inquit Morcellus de stil. Inscript. Latin. pag. 97. satis declarat, Dendrophoros quoque appellatos, qui materiam ad naves ac bellicas machinas fabricandas adveherent, quæ sane plurima Misenum comportanda erat, ad naves reficiendas, aut ædificandas, cum classem ibi Augustus ad tutelam inferi maris collocasset.]

DENEGĀTUS, a, um, *denied, refused, not suffered or allowed*. Cæs. l. 1. B. Civ. c. 32. Expetita, et denegata colloquia. Cic. 2. de Orat. c. 29. Ei nihil a natura denegatum. Colum. in præfat. l. 1. Sexum a natura viris denegatum, muliebri motu mentiri.

DENĔGO, as, avi, atum, a. 1. *to deny, not suffer, say he will not*, ἀπαρνέομαι, idem quod nego, aut omnino nego. Terent. Andr. 1. 5. 6. Qui denegarat, se commissurum mihi gnatam suam uxorem. Plaut. Men. 4. 2. 12. Datum denegant, quod datum est. Id. Stich. 4. 1. 52. et Terent. Heaut. 3. 1. 78. Ubi ille poscit, denegavit, se dare granum tritici. Denegare aliquid alicui, est dare nolle, non dare. Plaut. Trin. 5. 2. 46. Si tibi denegem, quod me oras. Cic. Verr. 7. c. 14. Ut omnia semper, quæ jucunda videntur esse, non modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem. Cæs. l. 1. B. Gall. c. 42. Petenti denegare aliquid. Hirt. l. 8. B. Gall. c. 45. Nulli denegare auxilia adversus Romanos. ¶ Pro recusare, *to refuse*. Propert. l. 2. el. 19. v. 12. Et nunquam pro te deneget esse miser. [¶ Particip. denegandus, denegaturus apud Cic. ad Q. Fratr. l. 2. ep. 9. Divinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. Curt. l. 5. c. 5. Desperare misericordiam, quia ipse alteri denegaturus sit.]

DENI, æ, a, *ten by ten, ten*, οἱ, καὶ αἱ, καὶ τὰ δέκα, num. distrib. pro decem. Cæs. l. 5. B. Gall. c. 14. Uxores habent deni, duodenique inter sese communes. ¶ Extra distributionem. Virg. 11. Æn. v. 326. Bis denas Italo texamus robore naves. Plin. l. 33. c. 4. Omni auro inest argentum vario pondere, alibi dena, alibi nona, alibi octava parte. ¶ In genit. plur. habet denum, ut reliqua fere hujusmodi distributiva. Colum. l. 2. c. 11. Facito areas latas pedum denum. Cic. 4. Verr. c. 49. sub fin. Pueri annorum senum, septenumque denum. ¶ Invenitur tamen et denorum. Liv. l. 43. c. 5. extr. Ut denorum equorum iis commercium esset.

DENICĀLES FERIÆ, quibus hominis mortui causa familia purgabatur, teste Festo: non a denus, quia triduanæ erant, sed a denico, quod a neco. Cic. 2. de Legib. c. 22. Nec vero tam denicales, quæ a nece appellatæ sunt, quia residunt mortui, quam ceterorum cælestium quieti dies, feriæ nominarentur, nisi, &c. Colum. l. 2. c. 22. Feriis denicalibus mulos jungere non licere. Scribitur et denecales. Fest. in Privatæ. [† V. Gell. 16. 5. Kirchmann. de funerib. 4. 1.]

DENIGRATĬO, onis, f. nigri coloris inductio. Theod. Priscian. l. 1. c. 1. Denigratio capillorum.

DENĬGRO, as, avi, atum, a. 1. *to make black, blacken*, ἀπομελαίνω, nigrum facio. Varr. R. R. l. 1. c. 55. Amurca denigrat terram. Piln. l. 23. c. 5. Cortex palmæ capillum denigrat suffitu. Id. l. 33. c. 6. Denigrare lanam. ¶ Translate Jul. Firmic. l. 5. c. 10. sub fin. Honorem famamque alicujus denigrare.

DENĬQUE, adverb. *to conclude, in fine, at last, finally, lastly*, τέλος, εἰς τέλος, postremo, ad extremum. Est a demum, vel dein, et que adjectione syllabica. Adhibetur autem, cum post multa enumerata, ultimum omnium subjicitur. Terent. Heaut. 1. 1. 16. Quin te in fundo conspicer fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique. Cic. 5. de Fin. c. 3. Mathematici, poetæ, musici, medici denique ex hac profecti sunt. Nepos in Pelop. c. 4. Denique hæc fuit altera persona Thebis, &c. Sallust. in Catil. c. 21. Denique quid reliqui habemus, præter miseram animam? Ovid. Heroid. ep. 16. v. 215. At mihi conspiceris posita vix denique mensa. ¶ Nunc, et tum denique est nunc, aut tum demum. Cic. 2. de Orat. c. 77. Hisce omnibus rebus consideratis, tum denique id, quod primum est dicendum, postremum soleo cogitare. Id. Fam. 9. ep. 14. a med. Tantum accessit ad eum amorem, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse. ¶ Aliquando post denique aliud membrum subjicitur. Cicer. Agrar. 2. c. 23. Omnes urbes, agri, regna denique, postremo etiam vectigalia vestra venierint. Id. 3. de nat. Deor. c. 9. Isto modo etiam disertus, musicus, omni denique doctrina eruditus, postremo philosophus erit mundus. Adde Catil. 2. c. 11. et Varron. l. 7. L. L. c. 19 et 20. ¶ Pleonasmus inesse videri potest, elegans tamen, in illo Cicer. post redit. ad Quirit. c. 7. Primum vos docuit, meis consiliis rempubl. esse servatam, &c. tum in perorando posuit, vos rogari a Senatu, &c. denique ipse ad extremum pro mea vos salute obsecravit. V. et Sallust. in Jug. c. 21. extr. et Justin. in fi. l. 12. ¶ Quando unum tantum membrum præcedit, tunc denique ponitur pro breviter, paucis, uno verbo, aut omnino, *in short, in a word*. Cic. in Pison. c. 20. Nemo bonus, nemo denique civis est, qui vos non fugiat, &c. Id. Verr. 4. c. 23. De hoc, qui antequam in jus aditum esset, antequam denique mentio controversiæ facta esset, discessisset, putabant nihil agi posse. Flor. l. 1. c. 16. de Campania. Nihil mollius cælo: denique bis floribus vernat. ¶ Post plura Nep. in Regib. c. 2. Minime libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullius rei denique cupidus. ¶ Vel pro saltem, *at least*. Cæs. l. 2. B. Gall. c. 33. Quod, deditione facta, nostros præsidia deducturos, aut denique indiligentius servaturos crediderant. Adde Senec. l. 3. de Ira, c. 18. extr. ¶ Vel pro ad summum, *at the utmost*. Cic. pro Rosc. Amer. c. 37. Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nonne satis fuit his gratias agi? denique, ut perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? ¶ Vel pro atque adeo, *nay rather*, et augendi vim habet. Cic. pro Quint. c. 16. Hæc in homines alienissimos, denique inimicissimos, viri boni faciunt. ¶ Pro tandem. Plaut. Trinum. 4. 2. 93. Lubet experiri, quo evasurus est denique. ¶ Tandem denique dixit Apul. l. 3. et 4. Metam.

DENOMINATĬO, onis, f. *denomination or naming; a metonymy or trope*, actus denominandi. Est hoc nomine figura Rhetorica, Græce Metonymia, et Hypallage dicta, Latine etiam traductio, et immutatio a Cic. 3. de Orat. c 42. quæ a propinquis et finitimis rebus trahit orationem qua possit intelligi res, quæ non suo vocabulo sit appel lata. Id aut ab inventore conficitur, ut si quis de Tarpei loquens, eum Capitolinum nominet: aut ab invento, u si quis pro Libero vinum, pro Cerere frugem appellet aut ab instrumento dominum, ut sarissas pro Macedoni bus, materim Transalpinam pro Gallis: aut id, quod fi ab eo qui facit, ut Martem pro bello: aut id quod faci ab eo, quod fit, ut cum desidiosam artem dicimus, qui facit desidiosos: aut ab eo quod continet, id quod cor tinetur, ut Armis Italia non potest vinci, nec Græcia di ciplinis: aut ab eo quod continetur, id quod continet, si quis aurum, vel argentum, aut ebur nominet, cum di tias velit nominare. Hæc Auct. ad Herenn. l. 4. c. 3

Adde *Quintil.* l. 8. c. 6. *Cic. in Orat.* c. 27. et *Charis.* l. 4. pag. 244. *Putsch.*

DENOMINATĪVA, orum, n. παρώνυμα, dicuntur, quæcumque ab aliquo vocabulo habent appellationem, a quo differunt solo casu, hoc est, solo fine, cujusmodi sunt adjectiva a substantivis deducta, ut a *studio studiosus*, a *robore robustus*. Nomen enim denominativum debet communicare cum nomine univoco in principio, sed differre in fine. A *Cicer.* conjugata dicuntur. *Priscian.* l. 4. *initio.*

DENOMINATĪVE, adverb. *Martian. Capell.* l. 4. pag. 114. Situs omnis denominative dicitur, ut sedere a sessione, stare a statione.

DENOMĪNO, as, a. 1. *to name, denominate,* ἐπονομάζω, nomen impono: ex *de* et *nomino. Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 10.) Propria sunt verba, cum id significant, in quod primo denominata sunt. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 32. Ab eo quod continet, id, quod continetur, denominabitur. *Quintil.* l. 8. c. 2. Multa sunt et Græce et Latine non denominata. [*Horat.* 3. carm. 17. v. 2. Priores hinc Lamias ferunt denominatos.

* DENORMĀTUS, a, um, partic. a verbo *denormo, unequal, irregular. Auct. de limit.* pag. 252. *Goes.* Linea denormata.]

DENORMO, as, a. 1. *to set out of rule, make irregular or unequal, disfigure,* extra regulam et normam esse facio, enormem atque inæqualem reddo. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 9. o si angulus ille Proximus accedat, qui nunc denormat agellum.

DENOTATĪO, onis, f. et

DENOTĀTUS, us, m. indicatio, demonstratio. *Tertull. de Pall.* c. 4. *a med.* Quantum denotatui passivitas offert. *Id. de cultu femin.* c. 13. Bonum ipsa denotatione sui exultat. *Quintil.* declam. 19. c. 3. Omnium maledictis succlamatus, omnium denotatione damnatus.

DENOTĀTUS, a, um, adject. notatus, designatus, *marked or chalked out, drawn out, denoted. Cic.* 4. *Acad.* c. 18. Res non habere denotatas. *Colum.* l. 3. c. 15. Linea aliquo conspicuo colore denotata. *Tertull.* l. 1. *advers. Nation.* c. 19. *a med.* Tanto denotatior ad contumeliæ morsum.

DENŎTO, as, avi, atum, a. 1. *to mark, signify, point out, appoint, determine,* σημειόομαι, noto, significo, designo. *Cic. pro leg. Manil.* c. 3. Qui una die, tota Asia, tot in civitatibus, uno nuntio, atque una litterarum significatione cives Romanos necandos trucidandosque denotavit. *Plin.* l. 35. c. 17. Denotare creta pedes venalium. ¶ Significat etiam notare infamia, *to brand with infamy. Pompon. Dig.* lib. 30. leg. 54. Turpia legata, quæ denotandi magis legatarii gratia scribuntur. *Sueton. in Calig.* c. 56. *ad fin.* Quem, ut mollem et effeminatum, denotare omni probro consueverat. [¶ Particip. *denotans* apud *Tacit. Ann.* l. 3. c. 53. Denotantibus vobis ora ac metum singulorum.]

DENS, dentis, m. *a tooth,* ὀδοὺς, όντος. Dentes sunt ossa omnium durissima in ore animalium, quibus cibus dividitur, et teritur: a Græca voce allata. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. Dentibus in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur et molitur cibus. Eorum adversi acuti (*the front teeth,* qui et *primores.*) morsu dividunt escas: intimi autem conficiunt, qui genuini vocantur. *the cheek-teeth, or grinders. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 61. *Hard.* Dentium tria genera: serrati, pectinatim coeuntes, ne contrario occursu atterantur, ut piscibus: continui, ut homini, equo: exserti (*teeth standing out of the mouth like the tusks of a boar, gag-teeth*) ut apro. Continuorum qui digerunt cibum, lati et acuti: qui conficiunt, duplices: qui discriminant eos, canini appellantur. *Cels.* l. 8. c. 1. Ex dentibus quaterni primi, quia secant, τομικοὶ a Græcis nominantur: hi quatuor caninis ex omni parte cinguntur: *the eye-teeth*: ultra quos utrinque fere maxillares quini sunt, &c. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 8. Terrorem tremor, et dentium crepitus consequitur. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 22. Æsculapius, qui primus dentis evulsionem invenit. *Plaut. Trucul.* 2. 1. 14. Bonis dentibus esse. *Vitruv.* l. 8. c. 1. Procumbere in dentes. *with his face on the ground. Plin.* l. 21. c. 31. Colluere dentes. *Horat.* l. 1. od. et v. 13. Imprimere dente notam labris. *Virg.* 3. *Georg.* v. 514. Laniare dentibus artus. *Id.* 3. *Æn.* v. 664. Infrendens dentibus. *gnashing his teeth. Id.* 7. *Æn.* v. 279. Equi mandunt sub dentibus aurum. *champ with their teeth. Cels.* l. 2. c. 6. Stridere dentibus. *Plin.* l. 30. c. 4. scalpere: et l. 25. c. *ult.* fricare. et l. 28. c. 11. Scarificare dentes. et *ibid.* Confirmare dentes mobiles. *Id.* l. 32. c. 7. extrahere: et l. 30. c. 3. evellere. et *Cels.* l. 6. c. 9. Eximere. et *Juvenal.* sat. 16. v. 10. Excutere dentes. *to draw.* ¶ Per translationem dicitur de cuspide anchoræ. *the fluke of an anchor. Virg.* 6. *Æn.* v. 3. tum dente tenaci Anchora fundabat naves. ¶ Item de cuspide aratri, quia, ut ait *Varro* l. 4. *L. L.* c. 31. eo mordetur terra. *a ploughshare. Colum.* l. 4. c. 2. Respuitur duritia soli dens aratri. *Virg. Georg.* 2. v. 423. Ipsa satis tellus, cum dente recluditur unco, Sufficit humorem. ¶ Item rastri, aut sarculi. *the teeth of a harrow or drag. Lucan.* l. 7. v. 859. Pluraque ruricolis feriuntur dentibus ossa. ¶ Item irpicis, quibus herbæ exstirpantur. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 31. et *Festus.* ¶ Item de falce, quæ *Saturni dens* dicitur. *Virg.* 2. *Georg.* v. 406. et curvo Saturni dente relictam Persequitur vitem attondens. ¶ Item de clavi, quæ dentata esse solet. *Tibull.* l. 1. el. 2. v. 18. Seu reserat fixo dente puella fores. *a key.* V. *Clavicula.* ¶ Item de pectine, tum capillorum, tum lanæ, ob eandem rationem. *a comb. Id. ibid.* el. 10. v. 68. Et tenues denso pectere dente comas. *Claudian. in nupt. Honor. et Mar.* v. 102. hæc morsu numerosi dentis eburno Multifidum discrimen arat. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 23. ubi de pectine lanæ loquitur. ¶ Item de ferro, quod venabulo præfigitur. *Grat. in Cyneg.* v. 108. valido primus venabula dente Induit. *the head of a hunting-pole.* ¶ Tribuitur et serræ. *Plin.* l. 16. c. 43. Ligna viridia serrarum dentes replent æqualitate inerti. Adde *Ovid. Metam.* 8. v. 246. ¶ Sunt etiam *dentes* in substructionibus structuræ seriem dentium imitantes. *Vitruv. circ. med. cap. ult.* l. 6. Præterea introrsus contra terrenum dentes conjuncti muro serratim struantur, uti singuli dentes ab muro tantum discedant, quanta altitudo futura erit substructionis: crassitudinis autem habeant dentium structuræ, uti muri. ¶ *Dens Numida* est dens elephanti, *h. e.* ebur, *ivory. Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 28. Et totum Numidæ sculptile dentis opus. ¶ *Dens Indus* idem est. *Stat.* l. et silv. 3. v. 95. [Dens libycus *Propert.* l. 1. el. 31. v. 12. et erytræus *Martial.* l. 13. epigr. 103. idem est ac ebur.] ¶ Dente superbo tangere cibum, *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 87. h. e. contingere, et fastidire. ¶ Albis dentibus deridere, *Plaut. Epid.* 3. 3. 48. *h. e.* effuso risu, ita ut dentes ostendantur, subsannare. *to laugh at, deride.* ¶ Translate de livore, et invidia. *Cic. pro Balb.* c. 26. Inimico, *aut* maledico dente carpere. *Horat.* l. 4. od. 3. v. 16. Dente invido morderi. *Id. Epod.* 6. v. 15. Atro dente petere aliquem. *Phædr.* l. 4. fab. 7. v. 1. Mordaciorem improbo dente appetere. *to snarl at, rail against.* ¶ Venies sub dentem, *you shall fall into my clutches,* incides in me iratum, et mordere paratum, *Petron. in fragm. Tragur.* c. 58. *Burm.* ¶ In genitivo plurali *dentium* habet, non *dentum*: quamvis *Varro* l. 7. *de L. L.* c. 38. contrarium videatur docuisse.

DENSABĬLIS, le, adject. *binding, astringent,* densans. *Cœl. Aurel.* l. 5. c. 7. *Chronic.* Cibus densabilis.

DENSATĬO, onis, f. idem quod coactio, spissatio. *Plin.* l. 31. c. 7. Prima densatio Babyloniæ in bitumen liquidum cogitur.

DENSĀTUS, a, um, particip. a densor, *made thick, thick, thickened. Liv.* l. 28. c. 2. Quæ cum Romani conferti, ut solent, densatis excepissent scutis, &c. *Plin.* l. 26. c. 7. *ad fin.* Succus densatus in gummi. *Curt.* l. 5. c. 3. *extr.* Densata agmina. *in close order or array. Quintil.* l. 5. c. 9. *extr.* Densatus, et laxatus aer. ¶ Comparat. *densatior* tribuitur a quibusdam *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 12. *a med.* ubi alii plerique leg. *densior.*

DENSE, adv. *thickly, closely, close together,* πυκνῶς, spisse. *Plin.* l. 16. c. 37. *de alnis.* Cæsæque densius innumero herede prosint. *Vitruv.* l. 5. c. *ult.* Bene, et quam densissime calcatum. ¶ Translate *Cœl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 37. *a med.* Non dense atque semel vinum detrahere, sed paulatim subducere. *all at once. Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 9. v. 11. Nulla tamen subeunt mihi tempora densius istis. *h. e.* sæpius. Sic *Cic. in Orat.* c. 2. Idem apud alios densius, apud alios fortasse rarius. *more frequently.*

DENSĔO, es, ui, a. 2. *to thicken, make thick,* cogo, coagulo. *Horat.* l. 1. od. 28. Mixta senum ac juvenum densentur funera. Ita leg. *Lambinus,* et *Bentlei.* et *densantur* (quod legitur vulgo) corruptum putant. Similiter *densere* pro *densare* tuentur alii in illo *Virg. Georg.* 1. v. 419. Juppiter humidus austris Denset, erant quæ rara modo, et quæ densa relaxat. et *Servius* in illo 7. *Æn.* v. 794. clypeataque totis Agmina densentur campis. et l. 11. v. 650. Et nunc lenta manu spargens hastilia denset. *h. e.* dense jacit. Hinc *addenseo,* et *condenseo*: quorum illud ejusdem *Virg.* hoc *Lucretii* est. Plura etiam in *Ovidio, Silio,* et *Prudentio* loca restituit hac ratione *Heinsius ad* l. 3. *Fast.* v. 820. et in *Lucretio Pareus* in *Indice Lucretiano,* &c. ¶ Porro in neutra significatione pro coire, coagulari (quod quidam scripserunt) nisi certa exempla invenias, ne usurpaveris. nam quod afferunt ex *Plin.* l. 20. c. 14. Acescere, densereque lac non patitur; in melioribus libris legitur *denserique. to thicken, grow thick, coagulate.*

DENSESCO, is, n. 3. densus fio. *Paulin. Petrocord.* l. 6. *de vita Martini,* v. 234. Vicinum doluit tenebris densescere solem.

DENSĒTUS, a, um, *thickened, made thick,* densus, spissus: a *denseo.* Differt a *densatus,* inquiunt Grammatici, quod significat ab alio; *densetus* quid natura sua spissus est. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 3. *extr.* Cujus corpus ita natura densetum est, ut &c. *Id.* l. 7. *Saturn.* c. 7. Corpus naturali frigore densetum. Adde cap. 12. et *Prudent. in Hamartig.* v. 908. Ubique tamen alii leg. *densatus.*

DENSĬTAS, atis, f. *thickness, density,* πυκνότης, crebritas, spissitudo, coarctatio nimia conjunctarum partium. *Plin.* l. 11. c. 3. Densitas humoris. *Id.* l. 26. c. 12. tunicarum oculi. *Id.* l. 13. c. 12. chartæ. *Colum.* l. 3. c. 2. pampini. *Gell.* l. 2. c. 6. *ad fin.* Copia et densitas auri in squamarum speciem intexti. *Plin.* l. 35. c. 15. Limus spissatur, et in densitatem coit. *Quintil.* l. 8. c. 5. Densitas sententiarum obstat invicem.

DENSO, as, avi, atum, a. 1. *to thicken, make thick,* πυκνόω, cogo, spisso. *Plin.* l. 25. c. 11. Defluentem capillum confirmat, et densat. *Virg.* 1. *Georg.* v. 248. Densantur nocte tenebræ. *Tacit. Ann.* 2. c. 14. Densarent ictus, ora mucronibus quærerent. *should redouble their blows. Ovid.* 13. *Metam.* v. 604. Atra favilla volat, glomerataque corpus in unum Densatur. *Lucan.* l. 4. v. 76. nubes largos densantur in imbres. *Id.* l. 4. v. 780. Densatur globus militum. *Plin.* l. 11. c. 41. Densare lac in butyrum. ¶ Translate *Quintil.* l. 11. c. 3. Instandum quibusdam in partibus, et densanda oratio: egressiones fere lenes, et dulces, et remissæ. *Id. extr.* c. 3. l. 9. Figuræ non sunt nimis densandæ. [¶ Particip. *densans* apud *Plin.* l. 10. c. 29. Densante se frondium germine.]

DENSUS, a, um, *thick, close, set close,* πυκνὸς, spissus, creber. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 23. dicit, densum esse a dentibus pectinis, quibus feritur lana. *Cic. de nat. Deor.* l. 1. c. 42. *ex Poeta.* sylvestribus sepibus densa. *Virg.* 2. *Æn.* v. 511. Densos fertur moriturus in hostes. *into the thickest of. Id.* 1. *Georg.* v. 334. Densissimus imber. *frequent. Cæs.* l. 3. *B. Gall. ad fin.* Densiores silvæ. *Colum. in præfat.* l. 1. *a med.* Sues densæ. *h. e.* Quæ setas habent densas. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 247. Funale densum lampadibus. *h. e.* multas habens lampades. *Plin.* l. 11. c. 28. Adversum hiemem tunicas sibi instaurare densas. *Id.* l. 29. c. 1. Densissima nox. *very dark. Gell.* l. 18. c. 1. *extr.* Densiores tenebræ. *Plin.* l. 37. c. 5. Smaragdi densi, nec e liquido translucidi. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 576. Densum litus. *h. e.* spissum arenis. *Id.* 3. *Amor.* el. 1. v. 32. Caput densum cæsarie. *set thick with hair. Id.* 3. *de ar. am.* v. 691. Densæ foliis buxi. *Id. Heroid.* ep. 16. v. 183. Occurrent denso tibi Troades agmine matres. *in a numerous train. Id.* 2. *Metam.* v. 717. densi circumstant sacra ministri. *Cels. in præfat.* l. 1. et l. 3. c. 22. Densum cælum. *a gross atmosphere. Id.* l. 1. c. 3. *extr.* Densus cibus. *coarse food.* ¶ Translate *Quintil.* l. 10. c. 1. Densior ille, hic copiosior. *Id. ibid. multo ante.* Densus, et brevis, et semper instans sibi Thucydides. et *paulo supra.* Euripides sententiis densus. *pithy.* ¶ *Densa vox* apud *eund.* l. 11. c. 3. *ante med.* est *a rough voice.* ¶ Densa pericula, *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 7. v. 15. *frequent.* et ep. 3. v. 15. Densus usus. Sic *Virg.* l. 4. *Georg.* v. 347. densos divum numerabat amores. ¶ Densus labor, *Valer. Flacc.* l. 5. v. 169. *h. e.* creber, multus. *frequent, great.* ¶ Densa silentia, *Id.* l. 3. v. 604. *h. e.* alta, profunda. *deep, profound.*

DENTĀLE, is, n. *the share-beam of a plough,* γύης, lignum illud aratri, in quod vomer inseritur, ob similitudinem, uti docet *Servius* ad illud *Virg.* 1. *Georg.* v. 172. duplici aptantur dentalia dorso. *Colum.* l. 2. c. 2. *a med.* Exiguis vomeribus, et dentalibus terram subigere, quo minoris formæ bubus administrari id possit. ¶ Item ipsum aratrum, per synecdochen. *Pers.* sat. 1. v. 73. sulcoque terens dentalia. ¶ *Dentalia* etiam dicuntur cuspides rastrorum, quibus eraditur terra, atque eruitur. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 31.

[* DENTARĬUS, a, um, adject. *Apul. de herb.* c. 4. et 8. Herba dentaria.]

DENTARPĂGA, æ, f. instrumentum, quo dentes evelluntur, *an instrument to draw teeth with,* ὀδοντάγρα: a *dens,* et ἅρπαξ, αγος, rapax. *Varro* apud *Non.* c. 2. n. 237. Hic bipensiles forcipes dentarpagæ.

DENTĀTUS, a, um, *having teeth,* ὀδοντωτὸς, dentes habens. *Ovid. de remed. amor.* v. 339. Puella male dentata. *with bad teeth. Martial.* l. 1. epigr. 73. Sic dentata sibi videtur Ægle Emptis ossibus, Indicoque cornu. *Plin.* l. 7. c. 16. Quosdam et cum dentibus nasci, sicut M. Curium, qui ob id Dentatus cognominatus est. (L. Sicinii vel Sicii Dentati mirum robur in prœliis, et plurima dona militaria recensent *Varr.* apud *Fulgent. Planc. de prisco serm. in* Nefrendes, *Plin.* l. 7. c. 28. *Valer. Max.* l. 3. c. 2. n. 24. et *Gell.* l. 2. c. 11. ubi addit appellatum esse Achillem Romanum.) *Id.* l. 36. c. 22. Albus lapis dentata serra secatur. *Id.* l. 18. c. 18. Dentatæ crates. ¶ Item qui magnos habet dentes. *Plaut. Pseud.* 4. 4. 3. Non ego te ad illum duco dentatum virum. ¶ *Charta dentata* apud *Cicer.* l. 2. *ad Q. Fr.* ep. 15. est polita et lævigata dente apri, aut hujusmodi, ut calamus currat expeditius. *smooth, polished with a tooth.* Scribit enim *Plin.* l. 13. c. 12. scabritiam chartæ dente, vel concha lævigari.

DENTEX, icis, m. piscis marinus, a dentibus quos externos habet. *Colum.* l. 1. cap. 16. [Idem ab *Isidor.* l. 12. *Orig.* c. 6. vocatur dentrix.]

DENTICULĀTUS, a, um, *set with teeth, made in the form of teeth, having small teeth, denticulated,* ὀδοντωμένος, qui crebros denticulos habet, ut *Serra denticulata,* et *herbæ denticulatæ,* quæ foliorum ambitum quibusdam quasi denticulis habent incisum. *Plin.* l. 9. c. 31. Bina brachia denticulatis forcipibus. *Id.* l. 9. c. 33. Denticulatæ conchæ. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 79. Venter denticulatæ asperitatis. *Colum.* l. 2. c. 21. Falcibus rostratis, vel denticulatis culmum secare. *Plin.* l. 26. *in fi.* Denticulatum olus.

DENTICŬLUS, i, m. *a little tooth,* ὀδόντιον, parvus dens. *Pallad.* l. 1. tit. 28. *extr.* Cum infantibus tumentes gingivas denticuli asperire nituntur. *Apul. in Apolog.* Viperæ ritu, niveo denticulo atrum venenum inspirare.

¶ Item ferramentum rusticum denticulatum, demetendis spicis aptum. Pallad. in Jun. tit. 2. Omnis spica in carpentum denticulis comprehensa cumulatur. V. Colum. l. 2. c. 21. ubi denticulatam falcem appellat. ¶ Item ornamentum in architectura, in zophora ordinis Ionici et Corinthii, a similitudine sic dictum, the dentelli or modillons. Vitruv. l. 3. c. 3. a med. et l. 4. c. 2. et l. 4. c. 2.

DENTIDUCUS, a, um. Cæl. Aurel. Tard. l. 2. c. 4. ad fin. Ὀδονταγωγὸν, quod nos dentiducum dicere poterimus, apud Delphum in Apollinis templo propositum. h. e. instrumentum extrahendis dentibus aptum, an instrument to extract teeth with.

DENTIFRANGIBULUM, li, n. instrumentum, quo dentes effringuntur. Hinc lepide Plaut. Bacch. 1. 2. 11. Dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt. h. e. pugni. Et ibid. v. 23. dentifrangibulum masc. gen. vocat eum, qui dentes frangit.

DENTIFRICIUM, ii, n. a powder, or any thing else to rub the teeth with; a dentifrice, ὀδοντότριμμα, medicamentum, quo dentes fricantur, ut fiant candidi. Plin. l. 29. c. 3. Putaminis cinere fit dentifricium. Id. l. 32. c. 6. Testæ cinis dentifricio placet. Id. l. 28. c. 11. Capitis leporis cinis dentifricium est. Adde Scribon. Larg. compos. 59 et Martial. l. 14. epigr. 56. in Lemmate.

DENTILĔGUS, i, dicitur qui ita percussus est, ut ei opus sit suos dentes colligere. Plaut. Capt. 4. 2. 18. Dentilegos eos faciam. Alii leg. dentiloquos, h. e. illis dentes excutiam, quos exspuent loco verborum.

DENTILŎQUUS. V. vocem præcedent.

DENTĪO, is, ivi, itum, n. 4. to teeth, breed teeth, ὀδοντιάω, dentes emitto. Cels. l. 2. c. 1. post med. et Plin. l. 30. c. 3. Cinis eorum pueros tarde dentientes adjuvat cum melle. ¶ Dentire quoque dentes dicuntur, cum fame, vel frigore crepitant. Plaut. Mil. 1. 1. 34. Venter creat omnes has ærumnas: auribus peraudienda sunt, ne dentes dentiant.

DENTISCALPĬUM, ii, n. a tooth-picker, ὀδοντογλυφίς, instrumentum, quo scalpuntur dentes. Martial. l. 7. epigr. 52. Et dentiscalpia septem.

DENTITĬO, onis, f. a teething, breeding teeth; dentition, dentium emissio. Plin. l. 28. c. 19. Infantibus nihil butyro utilius, et in dentitione, et ad gingivas.

DENTŌSUS, a, um, dentes habens. Ovid. 6. Fastor. v. 229. dentosa crines depectere buxo. h. e. pectine buxeo. Al. aliter legunt.

DENŪBO, is, upsi, uptum, n. 3. to marry into an inferior family, γαμέομαι, idem quod nubo: et dicitur de iis, quæ infra conditionem suam nubunt. Tacit. 6. Ann. c. 27. Pars mœroris fuit, quod Julia Drusi filia, Neronis quondam uxor, denupsit in domum Rubellii Blandi. ¶ Et pro simplici nubo, to marry, Ovid. 12. Metam. v. 195. nec Cænis in ullos Denupsit thalamos. Apul. l. 9. Metam. Filia ejus accurrit e proximo castello, in quo pridem denupserat. Adde lib. 5. et in Apologet. ¶ De perversis nuptiis usurpant Sueton. et Tacit. V. Nubo.

DENUDĀTUS, a, um, made bare, stripped, pillaged, spoliatus. Enn. apud Cicer. 1. Tuscul. c. 44. Reliquias semiassi regis, denudatis ossibus per terram fœde divexarier. Lentul. ad Cicer. 12. Fam. ep. 15. Cives crudelissime denudati ac divenditi. h. e. bonis suis spoliati.

DENŪDO, as, avi, atum, a. 1. to make bare or naked, despoil, strip, ἀπογυμνόω, idem quod nudo, spolio. Cic. 7. Verr. c. 13. Ne excitetur Verres, ne denudetur a pectore, ne cicatrices populus R. aspiciat. Petron. in Satyr. c. 103. Capita cum superciliis denudanda tonsori præbuimus. h. e. radenda. Varr. l. 1. R. R. c. 41. Surculum sic exacuendum, ut non denudes medullam. ¶ Translate Cic. 1. de Orat. c. 55. Juris civilis scientiam suo ornatu spoliare atque denudare. Liv. l. 44. c. 38. Denudare alicui consilium suum. h. e. manifestare. (Adde lib. 42. c. 13.) Senec. de tranquill. c. 15. Multa incidunt, quæ invitos denudent. h. e. prodant, deprehendant, manifestent. ¶ Dinudo quidam leg. in illo Auson. in Eclogar. de Signor. effectib. v. 10. Et fetos ramos dinudut flamma Nepai.

DENUMERATĬO, onis, f. enumeratio. Paul. Dig. lib. 38. tit. 10. leg. 10. a med. Eadem hic denumeratio facienda est, quæ in patrui majoris filio, filia. Torrentin. habet dinumeratio.

DENUMĔRO, as, a. 1. to count out money, ἀπαριθμοῦμαι, idem quod numero. Plaut. Asin. 2. 4. 47. Argentum mihi si vis denumerare, repromittam, &c. Id. Epid. 3. 4. 32. Sexaginta mihi si denumerantur minæ. Adde Paul. Dig. l. 38. tit. 10. leg. 10. post med.

DENUNTIATĬO, onis, f. a denunciation, intimation, forewarning, threatening, menacing, παραγγελία, actus denuntiandi, significatio, indictio, et fere terrendi causa. Cæs. l. 3. B. Civ. c. 9. Cum neque pollicitationibus, neque denuntiatione periculi permovere posset. Cic. 2. de Divin. c. 25. Significatio, et quasi denuntiatio calamitatum. Id. 6. Phil. c. 2. Denuntiatio belli. Liv. l. 45. c. 3. armorum. Cic. pro Flacc. c. 6. Denuntiatione testimonii terrere aliquem. h. e. denuntiando se evocaturum aliquem invitum ad testimonium dicendum. by threatening to summon, &c. V. Denuntio. Vellei. l. 2. c. 70. Territus denuntiatione quietis. h. e. significatione in somnio sibi facta: de qua Lactant. l. 2. c. 7. ¶ Absolute Senec. epist. 94. a med. Denuntiatio, et castigatio insanos coercuit.

DENUNTIĀTOR, oris, m. he that denounces, παραγγελεύς, [† προσαγγελεύς]. Vetus Inscript. apud Gruter. pag. 254. n. 4. Imp. Cæsari T. Ælio Hadriano Antonino Socii lictores populares denuntiatores Puteolani. In veteri alio monumento ibid. pag. 250. et 251. ubi plerique Urbis Romæ vici enumerantur, ter aut quater cum vicorum curatoribus etiam denuntiatores recensentur: quod et apud P. Victor. legitur, de regionibus Urbis R. ubi singulis regionibus binos denuntiatores assignat. Hos volunt fuisse qui, deficientibus accusatoribus, graviora crimina Magistratibus denuntiabant, ne impunita elaberentur. Similes sunt, qui a nobis dicuntur sheriffs.

DENUNTIĀTUS, a, um, denounced, intimated, declared, forewarned, foretold, threatened, significatus, prænuntiatus, indictus. Cic. 1. Tuscul. c. ult. Si quid tale acciderit, ut a Deo denuntiatum videatur, ut exeamus e vita. Id. l. 1. Offic. c. 11. Bellum denuntiatum et indictum. Id pro Mil. c. 19. Mors alicui denuntiata et prædicta. ¶ Ex denuntiato, præmisso nuntio. Senec. sub fin. ep. 79. Si se non exornavit et pinxit, sed idem semper fuit, sive ex denuntiato videbatur, sive imparatus, ac subito. Adde cap. ult. l. 3. quæst. natural.

DENUNTĬO, as, avi, atum, a. 1. to denounce, intimate, declare, forewarn, foretell, ἐπαγγέλλω, palam nuntio, significo, prædico, indico: et dicitur sæpe de iis, quæ malum, curam, molestiam afferunt. Cic. 2. Verr. c. 12. Moneo, prædico, ante denuntio. Id. 6. Phil. c. 3. Testificor, denuntio, ante prædico. Id. Fam. 4. ep. 3. Monere et denuntiare. Id. 13. Fam. ep. 77. Ut si quid tibi opus sit, ne dubitent mihi jure suo denuntiare. Id. 11. Fam. ep. 25. Exspectanti mihi tuas litteras, Lupus noster subito denuntiavit, ut ad te scriberem, si quid vellem. Id. 1. de Divin. c. 30. extr. Hector moriens propinquam Achilli mortem denuntiat. foretells, prophesies, predicts. Id. pro Quint. c. 17. Denuntiare alicui domum. to send word home. Id. ibid. c. 6. Alphenus denuntiat se se procuratorem esse. declares. Id. pro Cæcin. c. 32. Denuntiare alicui de aliqua re. Sueton. in Cæs. c. 75. Acerbe loquentibus denuntiare, ne perseverent. Liv. l. 39. c. 54. ad fin. Denuntient Gallicis populis, multitudinem suam domi contineant. ¶ Item minari, to threaten, menace. Cic. pro Mil. c. 1. Denuntiare periculum, aut præsidium alicui. Id. 2. Attic. ep. 23. Non mediocres terrores jacere atque denuntiare. Id. 5. Phil. c. 8. populo R. servitutem. Id. pro Sext. c. 20. proscriptionem, cædem, direptionem. Id. 12. Fam. ep. 24. bellum. to declare, proclaim. et Phil. 5. c. 7. alicui inimicitias. ¶ Denuntiare testimonium alicui, to summon, or subpœna, a witness, vocare aliquem etiam invitum ad judicium, testimonii dicendi gratia. Cic. pro Rosc. Amer. c. 38. et pro Flacc. c. 6. Sic denuntiare testibus. Quintil. l. 5. c. 7. et Plin. l. 6. ep. 5. ¶ Translate Plin. l. 18. c. 35. Si ante exortum nubes globabuntur, hiemem asperam denuntiabunt. h. e. portendent. will portend, denote. (Adde Virg. 1. Georg. v. 453.) Cels. l. 2. c. 6. Mors denuntiatur ubi æger supinus cubat. ¶ Pro præcipere, jubere, to command, enjoin. Curt. l. et cap. 7. Tibi autem, quam potest, denuntio, ipse mihi indices, quid ex extis cognoveris. Brutus et Cass. ad Anton. l. 1. Fam. ep. 2. Denuntiare veteranis. h. e. præcipere, ut adsint, evocare, arcessere. [¶ Particip. denuntians apud Cic. 4. Fam. ep. 3. Monente ac denuntiante te.]

DENŬO, adverb. again, anew, afresh, ἐξυπαρχῆς, rursus, iterum: quasi de novo, de integro. Cic. Verr. 4. c. 56. Sicilia te Prætore censa denuo est. Terent. Heaut. 4. 6. 4. Metuo, ne denuo miser aliquo extrudar hinc.

DEOCCO, as, a. 1. to harrow, break clods, βωλοκοπέω, idem quod occo, glebas agri comminuo. Plin. l. 18. c. 15. Vicia non sarritur, non stercoratur, nec aliud quam deoccatur.

DEŌIS, idis, f. Δηωΐς, patronym. Proserpina filia Cereris, quæ Δηὼ Græce appellatur: a δήω, invenio. Ovid. Metam. 6. v. 114. ubi tangit fabulam Jovis in serpentem versi, et Proserpinæ stuprum inferentis, unde Liberum tauri specie natum volunt. Adde Auson. ep. 4. v. 50.

DEOĬUS, a, um, ad Cererem pertinens; (V. vocem præced.) ut Deoia quercus, Ovid. Metam. 8. v. 758. h. e. Cereri sacrum nemus, quod supra v. 741. Cereale nemus appellaverat. Pro Deoia al. leg. Dodonia, alii aliter.

DEONERĀTUS, a, um, adject. disburdened, unloaded. Ammian. l. 24. c. 6. (al. 22.) Validiores naves deoneratas octogenis implevit armatis. Arnob. l. 6. pag. 202. deonerati proluvies podicis.

DEONĔRO, as, avi, atum, a. 1. to unload, disburden, onere levo, exonero, ἀποφορτίζω. Translate Cic. Divinat. in Verr. c. 14. Ex alicujus invidia deonerare aliquid, et in alium trajicere. [¶ Particip. deonerans apud Arnob. l. 7. pag. 249. Immunda fex aversabili fœditate corpora deonerans.]

DEOPERĬO, is, a. 4. to uncover, lay bare, ἀποκαλύπτω, aperio, detego. Cels. l. 8. c. 4. ante med. Os deoperire tutissimum est. Ita quædam editiones: sed pleræque aliæ, eæque optimæ aperire.

DEOPTO, as, avi, atum, a. 1. to choose, idem quod opto, eligo. Hygin. fab. 191. Pater Midæ deoptandi dedit postestatem, ut quidquid vellet, peteret a se.

DEORĀTA, perorata. Festus.

DEORSUM, down, downwards, κάτω, versus partem inferiorem. a de, et vorsum, seu versum, jungiturque verbis tum motum, tum quietem significantibus. Cic. 1. de nat. Deor. c. 25. Cum pondere et gravitate directo deorsum feratur. Terent. Adelph. 4. 2. 35. Ubi eo veneris, clivus deorsum versus est. Quadrigar. apud Gell. l. 9. c. 1. Lapidem deorsum versum mittere. Varr. l. 3. R. R. c. 5. Deorsum in terram est aqua, quam bibere possint. Pallad. in Februar. tit. 25. de malis. Constat mala sic ponenda, ut pediculorum partes deorsum facias. h. e. deorsum colloces. ¶ Huic est contrarium sursum, et cum eo sæpe jungitur, up and down. Terent. Eun. 2. 2. 47. Sursum deorsum cursitare. Cic. 2. de nat. Deor. c. 33. Sursum deorsum, ultro citroque commeare. Senec. l. 6. quæst. natur. c. 21. Sursum ac deorsum moveri. ¶ Vox est in carmine fere disyllaba, ut deinde. Lucret. l. 2. v. 205. Pondera quantum in se est, deorsum deducere pugnent. Adde vers. 217. 221. et 230. et lib. 1. v. 362. ¶ Aliquando trisyllaba. Id. l. 2. v. 202. Quin vacuum per inane deorsum cuncta ferantur. Adde lib. 3. v. 1030. ubi quidam leg. deosum, ut et l. 6. v. 334. et alibi. ¶ Deorsus dixit Apul. bis lib. 8. Metam. Item sub fin. lib. 9. et de Deo Socrat. et in Florid. n. 15. (al. lib. 2.)

DEORSUS. V. in fi. vocis præced.

DEOSCULĀTUS, a, um, having kissed, particip. activæ significationis. Valer. Max. l. 2. c. 10. n. 2. Scipionis dexteram diu deosculati. ¶ Translate Gell. l. 1. c. 23. Senatus fidem atque ingenium pueri deosculatus. h. e. impense laudans ac probans. ¶ Passive kissed. Apul. l. 2. Rursum me deosculato. et ibid. Me pressim deosculato.

DEOSCŬLOR, aris, atus sum, dep. 1. to kiss affectionately, καταφιλέω, idem quod osculor, aut vehementer osculor. Plaut. Cas. a. 1. v. 48. Sine, tuos ocellos deosculer. Adde ibid. 2. 8. 33.

DEŌSUM, V. in Deorsum.

DEPACISCOR. V. Depeciscor.

DEPACTUS, a, um, adject. a depango, fixed on the earth, planted, καταπαγείς. Plin. l. 2. c. 96. Depacta in terram non extrahuntur. Id. l. 24. c. 1. Quercus in scrobe depacta. ¶ Translate Lucret. l. 2. v. 1085. Vitæ depactus terminus alte. fixed, predetermined. ¶ Est etiam particip. deponens verbi depeciscor. V.

DEPALATĬO, onis, f. pali in terram defigendi actio. Mos fuit aliquando terminos agrorum palis terræ defixis designare. Hinc Inscript. apud Fabrett. c. 3. extr. pag. 245. Hi termini XIX positi sunt ab Scriboniano et Pisone Frugi ex depalatione T. Flavii Vespasiani arbitri. [Hoc vero titulo declaratur, lapideos terminos decem et novem positos fuisse ab agri dominis, ubi pali erant, quibus defixis Vespasianus, nondum Princeps, arbiter postulatus eumdem agrum limitaverat, finesque statuerat inter Scribonianum et Pisonem Frugi.] V. Depalo. ¶ Contrariam significationem habere videtur apud Vitruv. l. 9. c. 8. Separandæ sunt, inquit, horologiorum rationes, et explicandæ dierum brevitates, itemque depalationes. h. e. cuneorum detractiones, ut explicat Turneb. l. 6. Adversar. c. 12. ea enim erat illis temporibus horologiorum forma, ut dierum crescentiæ et decrementa cuneorum detractionibus et additionibus designarentur, quemadmodum scribit ipse Vitruv. l. eod. c. 9. Baldus autem in Lex. Vitruv. suspicatur, depalationes dici Solis evagationes per Zodiacum: ut sit a palari, h. e. vagari.

DEPALĀTOR, oris, m. qui palos defigit. Hinc Tertull. l. 5. advers. Marcion. c. 6. D. Paulum vocat depalatorem disciplinæ divinæ, q. d. qui velut palis defixis Dei disciplinam statuerit: nisi malis a palam ducere, ut evulgatorem significet.

DEPALLĬO, vel Depallo, as, pallio, vel palla spolio, apud Tertull. de Pall. c. 4. sed lectio valde incerta est.

DEPALMO, as, a. 1. to strike with the open hand, ῥαπίζω, est palma percutere. Q. Labeo apud Gell. l. 20. c. 1. Quemcumque depalmaverat.

DEPĀLO, as, a. 1. est palis impactis statuere, et circumcludere. Tertull. in Apolog. c. 10. Civitas, quam depalaverat Saturnus. Id. advers. Hermog. c. 29. Deus incultis primo elementis depalans quodammodo mundum. ¶ Item agrorum terminos, palis defixis, designare, ut in Depalatio est dictum. Inscript. apud Fabrett. c. 3. pag. 211. Et jugera agri Cutuleiani, ita uti depalatum est.

[* DEPĀLO, as, are, a. 1. aperio, palam facio. Fulgent. Mythol. l. 2. c. 10. Juste vel Sol Veneris depalat adulterium. Id. l. 3. c. 6. Lucernam de sub modio ejecit, id est desiderii flammam in pectore absconsam depalat.]

DEPANGO, is, a. 3. to fix in the ground, plant, καταπήγνυμι, planto, insero, humi defigo. Colum. l. 3. c. 16. Malleolum medio spatio, quod vacat inter vites, depangere.

DEPARCO, is, a. 3. to spare, parco, comparco. Solin. c. 4. (al. 10.) Hoc collactaneum deparcitur, ut sufficiat usui. Al. leg. depascitur.

DEPARCUS, a, um, very sparing, niggardly, φειδωλός, nimium parcus, sordidus. Sueton. in Ner. c. 30. Sordidos putabat esse, et deparcos, quibus impensarum ratio constaret.

DEPASCO, is, avi, astum, a. 3. et Depascor, eris, astus sum, dep. 3. *to feed upon, consume by feeding upon, eat up, depasture*, κατανέμομαι, pascendo absumo. *Col.* l. 7. c. 5. *sub fin.* Si hædi roscidas herbas depaverint. *shall have browsed upon. Plin.* l. 11. c. 19. Papilio ceras depascitur. ¶ Depasci facio. *Colum.* l. 2. c. 11. *a med.* Si depascere sæpius voles, usque in mensem Maium sufficit. *Ulpian. Dig.* lib. 10. tit. 4. leg. 9. Glandem ego immisso pecore depasco. ¶ Translate *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 23. Multo ejus oratio esset pressior, in qua, ut in herbis rustici solent dicere, in summa ubertate inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est. *Id.* 1. *de Leg.* c. 21. Depasci veterem possessionem Academiæ ab hoc acuto homine non sinemus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 458. artus depascitur arida febris. *Lucret.* l. 3. v. 12. Depasci aurea dicta e chartis. *h. e.* decerpere. *to cull. Sil.* l. 16. v. 681. Et potuit Latium longo depascere bello. *h. e.* vastare, depopulari. *to lay waste, ravage.*

DEPASTĬO, onis, f. *a feeding*, νομὴ, actus depascendi. *Plin.* l. 17. c. 24. *sub fin.* Similem rationem et depastio animalium habet.

DEPASTUS, a, um, *fed upon, consumed by feeding upon, eaten up*, νεμηθεὶς, pascendo absumptus. *Plin.* l. 18. c. 17. Depastæ segetes. *Virg.* 5. *Æn.* v. 93. Serpens depasta altaria liquit. *Id. Ecl.* 1. v. 55. sepes Hyblæis apibus florem depasta salicti. *h. e.* habens flores depastos ab apibus. *Sil.* l. 12. v. 153. Depasti flammis scopuli. *Id.* c. 6. v. 50. truncum raptis caput auribus, ipsaque diris Frons depasta modis. ¶ Deponentis forma, activa significatione. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 239. Sonipes frondes depastus amaras.

DEPAVĪTUS, a, um, adject. *trodden or trampled upon. Solin.* c. 2. (*al.* 8.) *sub init.* Parcius depavita levibus vestigiis inviare.

DEPAUPĔRO, as, a. 1. *to impoverish, make poor*, πτωχίζω, est facere pauperem. *Varro.* Prius, quam domum depauperasset sumptu suo. Sic citat *Perottus in Cornucop.* quem penes sit fides.

DEPECISCOR (*rectius quam* Depaciscor) eris, actus, et ectus sum, dep. 3. *to bargain, agree upon*, συντίθεμαι, idem quod paciscor, pactione transigo: et fere semper aut de turpi pactione dicitur, aut de ea, quæ paciscenti iniqua sit. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 38. Depecisci partem suam cum aliquo. *Id.* 2. *de Invent.* c. 24. Depactus est cum hostibus, ut arma relinqueret. *Id.* 5. *Verr.* c. 24. *extr.* Neque ante est dimissus, quam ad conditiones ejus depactus est. *before he had agreed to his conditions.* ¶ Translate *Terent. Phorm.* 1. 3. 14. Ut mihi liceat tam diu, quod amo, frui, jam depecisci morte cupio. *I am content to die.* Simile est illud *Virg.* 5. *Æn.* v. 230. vitamque volunt pro laude pacisci. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 7. In quo non extimesco periculum. cum enim tot impendeant, cur non honestissimo depecisci velim? ¶ *Depectus* V. suo loco.

DEPECTĬO, onis, f. *a bargain, contract, agreement*, actus depeciscendi, pactum. *Imp. Constantin.* lib. 2. *Cod. Theodos.* tit. 10. leg. 1. Advocati, qui consceleratis depectionibus suæ opis egentes spoliant, atque denudant.

DEPECTO, is, a. 3. *to comb, trim*, κτενίζω, idem quod pecto, vel probe pecto. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 229. Crines depectere buxo. *Plin.* l. 19. c. 1. Depectere linum. *to dress. Virg.* 2. *Georg.* v. 121. Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres. [¶ Particip. *depectens, depectendus* apud *Plin.* lib. 6. c. 17. Seres depectentes frondium canitiem. et l. 19. c. 1. Ars depectendi digerendique lini.] *Plin.* l. 12. c. 14. *de ture.* Quod in arbore hæsit, ferro depectitur. *h. e.* detrahitur.

DEPECTOR, oris, m. qui pactum facit: a *depeciscor*, ut *Depector litium*, redemptor. *Apul. in Apolog.*

DEPECTUS, a, um, *bargained, agreed upon*, particip. à *depeciscor.* Apud JCtos in Edicto Prætoris de calumniatoribus *depectus* dicitur, qui turpiter pactus est, ita interpretante *Ulpiano Dig.* lib. 3. tit. 6. leg. 3.

DEPECULASSĔRE, antiquum verbum. V. *Deargentassere.*

DEPECULĀTOR, oris, m. *an extortioner; an embezzler of the public money*, qui depeculatur, peculator. *Cic.* 2. *Verr.* c. 1. Depeculatorem ærarii, vexatorem Asiæ, atque Pamphyliæ, prædatorem juris urbani.

DEPECULĀTUS, us, m. defraudatio populi. *Festus.*

DEPECULĀTUS, a, um, adject. signif. pass. semel legitur in *Plauti Epid.* 3. 4. 82. Me impune irrisum esse habitum, depeculatum eis. *h. e.* ab eis.

DEPECŪLOR, aris, atus sum, dep. 1. a *de* et *peculium* composit. significat furari pecuniam, vel pecus (pecora enim antiquis potiores divitiæ erant) et generaliter spoliare, compilare, *to rob, pillage, rifle, plunder; to embezzle the public money*, κλέπτω, συλέω: et fere de furtis publicis dicitur. *Cic.* 6. *Verr.* c. 17. Apollonium Drepanitanum omni argento optime facto spoliasti, ac depeculatus es. *Id.* 2. *Verr.* c. 4. In provinciis multas domos, plurimas urbes, omnia fana depeculatus est. ¶ Translate *Id.* 6. *Verr.* 36. Qui laudem honoremque familiæ vestræ depeculatus est. ¶ Passiva significatione. *L. Cælius* apud *Priscian.* l. 8. pag. 793. *Putsch.* Ubi Senatus intellexit, populum depeculari. ἀποσυλοῦσθαι. ¶ Pænultima longa est, ut in *peculium, pecunia*, unde descendit: quod probat etiam *Voss. de Grammat.* l. 2. c. 23.

DEPELLO, is, puli, ulsum, a. 3. *to drive, put, or thrust down*, ἀπωθέω, deorsum pello, dejicio, detrudo. *Cic.* 3. *Catil.* c. 8. Simulacra deorum depulsa sunt, et statuæ veterum hominum dejectæ. *Plin.* l. 2. c. 78. Depellere in inferas partes. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 565. umbrosis arcibus ornos depellere. ¶ Item repello, removeo, expello. *to drive away, expel, remove, repel. Nepos in Pausan.* c. 2. Ut ex his regionibus Barbarorum præsidia depelleret. *Id. in Cat.* c. 2. Aliquem de provincia depellere. *Cic. pro Sext.* c. 42. Ab aris, focis ferrum flammamque depellere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 67. Hostes loco depellere. *Cic. de Harusp. resp.* c. 27. Qui eum civem vi, ferro, periculis, urbe, omnibus patriæ præsidiis depulit. *Id.* 7. *Fam.* ep. 26. *extr.* Depellere morbum. *Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 130. mortem alicui. *h. e.* ab aliquo. (Sic *Valer. Flacc.* l. 6. v. 652. Ictus alicui depellere. *to ward off.* Adde *Tibull.* l. 1. eleg. 11. v. 25.) *Id.* 7. *Metam.* v. 835. depulerant auroræ lumina noctem. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 11. Cibo et potione famem sitimque depellere. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 6. frigus. *Tibull.* l. 1. el. 2. v. 49. nubila cælo. *Quintil.* l. 2. c. 17. recta via aliquem. *to drive straight before him.* et l. 10. c. 1. a recta via. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. agnos a matribus. *to wean. Virg. Ecl.* 1. v. 22. quo sæpe solemus Pastores ovium teneros depellere fetus. *h. e.* agere. *to drive along, conduct.* Neque enim placet, quod *Servio*, a lacte removere. ¶ Translate *Nepos in Timol.* c. 1. Depellere servitutem a civibus. *Cic. Fam.* 5. ep. 20. *circa med.* multam alicui. *h. e.* ab aliquo. Sic *post redit. in Sen.* c. 8. Metum bonis, spem audacibus, timorem huic ordini, servitutem depulit civitati. *Id. pro Cluent.* c. 6. Depellere pericula amici. *Id. de provinc. consul.* c. 3. *extr.* Voluntaria morte nefariam turpitudinem depellere. *Id. Fam.* 2. ep. 16. Magno dolore me affecissent litteræ tuæ, nisi ratio ipsa depulisset omnes molestias. *had dissipated. Tibull.* l. 1. el. 6. v. 1. vino depellere curas. *Sueton. in Neron.* c. 36. Ostenta a semet in capita procerum. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 4. errorem. *Id.* 4. *Ann.* c. 11. Claro sub exemplo falsas auditiones depellere. *Cic. Catil.* 2. c. 7. Aliquem de spe conatuque. *Liv.* l. 31. c. 25. *extr.* spe quempiam. *Cic. Phil.* 12. c. 2. *ad fin.* falsam proditionis a se suspicionem. *Id. pro Ligar.* c. 9. Quem de suscepta causa, propositaque sententia nulla vis, nullum periculum posset depellere. *turn his mind aside. Id.* 2. *Tuscul.* c. 6. Depelli sententia. *Plaut. Trin.* 3. 2. 14. Nec tuis depellor dictis, quin rumori serviam. *h. e.* non deterreor. *I am not deterred from*, &c. ¶ *Dii depellentes* apud *Pers.* sat. 5. v. 167. sunt averrunci. V. *Averruncus.* [¶ Particip. *depellendus, depulsurus* apud *Cic. pro Cluent.* c. 6. Cum ad amici pericula depellenda adhiberer. *Tacit. Hist.* l. 1. c. 40. Romani milites quasi Vologesum aut Pacorum avito Arsacidarum solio depulsuri.]

DEPENDĔO, es, n. 2. *to hang down, hang from or on*, deorsum pendeo, de aliqua re pendeo, ἐκκρέμαμαι. *Virg.* 1. *Æn.* v. 730. Dependent lychni laquearibus altis. *Id.* 6. *Æn.* v. 301. ex humeris nodo dependet amictus. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 592. lateri cervina sinistro Vellera dependent. *Sueton. in Galb.* c. 11. Dependens a cervicibus pugio ante pectus. *Colum.* l. 3. c. 6. Per unumquemque pampinum major numerus uvarum dependet. ¶ Translate *Ovid.* 1. *Fast.* v. 611. Hujus et augurium dependet origine verbi. *depends upon. h. e.* vox *augurium* descendit ab origine verbi *augustus*, de quo hic sermo. *Id.* 3. *Fast.* v. 356. Discedunt dubii, promissaque tarda videntur: Dependetque fides a veniente die. *Al. leg.* adveniente die.

DEPENDO, is, endi, ensum, a 3. *to weigh*, idem quod pendo, vel deorsum pendo. Jlocaliter *Plaut. Asin.* 2. 2. 39. Ad pedes quando alligatum est centupondium, Ubi manus manicæ complexæ sunt, atque adductæ ad trabem, Nec dependis, nec propendis, quin malus nequamque sis. *h. e.* nec minoris, nec majoris es ponderis. Sunt qui leg. *dependes*, et *propendes.* ¶ Item *to pay*, solvere: quia mos fuit olim, teste *Plin.* l. 33. c. 3. æs non numerare, quia nulli tunc erant signati nummi, sed pendere. ut in *Æs* dictum est, ἐκτίω. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 8. *extr.* Mi abjurare certius est, quam dependere. *Colum.* l. 5. c. 1. Pro quibus nulla merces dependitur. ¶ Item insumere. *to spend, lay out, consume. Senec.* 2. *de benef.* c. 21. Pecuniam pro capite dependere. *Colum.* l. 11. c. 1. *a med.* Plus in operis servorum avocandis, quam in pretio rerum hujusmodi dependitur. ¶ Translate *Cic. pro Sext.* c. 67. Omnes reipubl. pœnas aut præsenti morte, aut turpi exsilio dependerunt. *have suffered punishment. Lucan.* l. 8. v. 100. mallem felicibus armis Dependisse caput. *to have died. Id.* l. 10. v. 80. tempora dependere amori. *h. e.* impendere, insumere. *Colum.* l. 4. c. 22. *a med.* Incassum dependitur opera. *they labour in vain.* [¶ Particip. *dependendus* apud *Cic.* 1. *Fam.* ep. 9. Dependendum tibi est, quod pro illo spopondisti.]

DEPENDŬLUS, a, um, *hanging down*, deorsum pendens, κρεμαστός. *Apul.* l. 2. *Metam.* Crines cervice dependuli. et lib. 3. Plerique columnis implexi, alii statuis dependuli.

DEPENNĀTUS, a, um, pennas, seu alas habens. Translate *Varr.* apud *Fulgent. de prisco serm.* n. 11. Deum depennato attollam orationis eloquio. *Al. leg.* depinnato, *eod. sensu.*

DEPENSUS, a, um, *weighed*, pensus. *Titinn.* apud *Non.* c. 4. n. 362. Dare depensam lanam. Ita legit etiam *Turneb.* l. 30. *Adversar.* c. 9. Al. *pensam.* ¶ Item solutus. *paid. Justin.* l. 22. c. 8. Cum offensam non dependi stipendii metueret. *Apul.* l. 8. *Metam.* Depensum pretium. *Id. in Apol.* Edulia, quæ depenso parantur. *h. e.* depenso pretio. *for ready money.* et *Ulpian. Dig.* lib. 12. tit. 6. leg. 42. Pœnæ non solent repeti cum depensæ sunt. ¶ Translate *Apul.* l. 9. *Metam.* Depensæ pro prandio lacrimæ. Al. leg. *depransæ.*

DEPERDĪTUS, a, um, adject. *lost, utterly ruined, undone. Propert.* l. 1. el. 3. v. 11. Nondum sensus deperditus omnes. *having not yet lost all his senses.* Græca constructio. *Phædr.* l. 1. fab. 14. Sutor inopia deperditus. *Sueton. in Domit.* c. 3. Domitia Paridis histrionis amore deperdita. *desperately in love with Paris.* Sic *Propert.* l. 2. el. 23. v. 19. *de Jovis amorib.* Ut Semela est combustus, ut est deperditus Io. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 119. Mater gnatæ deperdita fletu. *h. e.* confecta dolore deflendo gnatam. *Gell.* l. 5. c. 1. Quisquis ille est, qui audit, nisi ille est plane deperditus, et perhorrescat necesse est, et pudeat. *unless he be entirely abandoned and incorrigible.* ¶ *In deperdito esse*, perditum *h. e.* amissum esse. *Jabolen. Dig.* lib. 41. tit. 2. leg. 21. Quod ex naufragio expulsum est, usucapi non potest, quoniam non est in derelicto, sed in deperdito. [¶ Deperditum intelligitur, quod in rerum natura esse desiit. Ita *Caius Dig.* lib. 5. tit. 3. leg. 21.]

DEPERDO, is, didi, ditum, a. 3. *to lose*, ἀποβάλλω, idem quod perdo, vel omnino perdo, amitto. *Cic. de provinc. consul.* c. 5. Non solum bona, sed etiam honestatem miseri deperdiderunt. *Plin.* l. 16. c. 22. Arbores folia deperdunt. *shed. Id.* l. 37. c. 8. Callaides oleo et mero colorem deperdunt. *Cic. pro Font.* c. 9. Verebatur, ne quid apud vos de existimatione sua deperderet. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. *pænult.* Compluribus interfectis, paucos ex suis deperdiderunt. *they met with but a trifling loss on their own side. Id. ibid.* l. 5. c. 52. Tantum se ejus opinionis deperdidisse, ut *&c.* maxime dolebant. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 32. ne quid Summa deperdat, metuens. *h. e.* de summa. nam præpositio *de* est in ipso verbo. [¶ Particip. *deperdens* apud *Plin.* l. 10. c. 3. Lapis nihil igne deperdens.]

DEPERĔO, is, ii, n. 4. *to perish, be lost, go to ruin, be undone*, ἀπόλλυμαι, idem quod pereo, aut omnino pereo. *Cæs.* 5. *B. Gall.* c. 33. Nonnullæ tempestate deperierant naves. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 87. Magna pars exercitus deperiit. *Cic.* l. 1. *Attic. ep. ult. sub fin.* Enitere, ut scheda ne qua depereat. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 14. v. 10. Gens hominum vitio deperitura fuit. *Gell.* l. 3. c. 9. Ad internecionem deperire. *Plin.* l. 14. c. 20. Musto deperit sapor. *Id.* l. 17. c. 2. In totum poma depereunt. *are entirely destroyed. Id.* l. 33. c. 3. *ad fin.* Auro, rerum uni, nihil igne deperit. *Colum.* l. 12. c. 50. *ante med.* Hæc omnia et multo plura esse debent: quoniam usu depereunt, et pauciora fiunt. *they waste and consume away.* Sic *Ovid.* 1. *Amor. el. ult.* v. 31. silices et dens patientis aratri Depereunt ævo. ¶ *Deperire amore aliquem*, et *deperire* absolute, est impense amare, ad insaniam diligere, *to love greatly, love to desperation.* ἐρωτομανεῖν. *Liv.* l. 26. c. 50. et *Catull.* carm. 35. *ad libell.* v. 12. Deperire aliquem impotenti amore. *Plaut. Cistell.* 1. 3. 45. Is amore illam deperit, et illa hunc contra. *Terent. Heaut.* 3. 2. 14. Minime miror, Clinia hanc si deperit. *Plaut. Asin.* 3. 1. 24. Qui dant, eos derides: qui deludunt, deperis. *Id. Epid.* 1. 1. 62. Amat ne istam, quam emit de præda? *Th.* rogas? deperit. *he loves her desperately. Curt.* l. 8. c. 6. Cum laceratum corpus, in quo deperibat, intueretur. *Liv.* l. 26. c. 50. Deperire amore alicujus. *to be ready to die for love of*, &c.

DEPESTA, orum, n. apud *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 26. sunt vasa vinaria, quæ in sacris Sabinis in Deorum mensa collocari solebant (al. *lepesta*, vel *lepistæ*) a δεπάζω, bibo, quod a δέπας, poculum, quod dictum est, quia πόμα δέχεται, potum recipit. V. *Lepista.*

DEPETĪGO, iginis, f. *a kind of eruption upon the skin*, λειχὴν, λέπρα, idem ac impetigo, lepra: a *peto*, qua corpus petit, et infestat. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 437. et 700. Illuvies, scabies oculos huic, deque petigo Conscendere. *Tmesis.* Al. leg. *deinque petigo.* [*Cato R. R.* c. 137. edit. *Schneid.* Depetigini spurcæ brassicam opponito, sanam faciet. *Gesnerus* habet: *deinde petigini parce.*]

DEPĔTO, is, idem quod peto, vel valde peto. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 20. Non depetunt ab alio, quod meminissent petendum sibi a Creatore. *Sciopp. in notis* aliter legit.

DEPEXUS, a, um, *combed, trimmed, dressed*, διεκτενισμένος, idem quod pexus, vel probe pexus. *Lucan.* l. 9. v. 635. Depexus crinis. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 630. Depexæ jubæ. ¶ *Depexum aliquem dare*, verniliter et ironice est probe mulcare. Nos dicimus *to curry his hide, give him a good dressing.* Et *fusti pectere* dixit *Plaut. Capt.* 4. 2, 116. eadem ratione. *Terent. Heaut.* 5. 1. 77. Si vivo, adeo exornatum, adeo depexum dabo, ut, dum vivat, memi-

necit semper mei. *I will give him such a dressing, that he shall remember it as long as he lives.* Non. c. 1 n. 23. *depernum* exponit *laceratum*: atque ea est quidem sententia; non tamen ex vi nominis, sed ex ironia.

DEPICTUS, a, um, *painted, depicted*, pictus, διαζωγραφηθείς. *Quintil.* l. 6. c. 1. (*al.* 2.) Depicta tabula. *Gell.* l. 19. c. 10. Depictæ in membranulis variæ species balnearum. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 12. Multa minuta, et versiculorum similia quædam, nimiumque depicta. *h. e.* nimis ornata verbis atque descripta. [*Apul. Met.* l. 9. pag. 616. *Oudend.* Homunculi vibicibus livedinis totam cutem depicti.]

DEPILĀTUS, a, um, adject. a pilus, *made bald, having the hair pulled off*, ἐκτριχωθείς. *Martial.* l. 9. epigr. 28. Depilati colei. *Senec. de Constant. sapien.* c. 17. Flentem vidimus Cornelium, cum illum Corbulo struthiocamelum depilatum dixisset. *Apic.* l. 2. c. 2. Depilatæ amygdalæ. *peeled.* ¶ In illo *Lucilii* lib. 29. Nato quid actum est? (*al. leg.* Narro, quod actum est:) depilati omnes sumus; *Non.* c. 1. n. 163. exponit, rarefacti: rectius dixisset, expilati, spoliati.

DEPĪLIS, le, *without hair, bald, depilous*, ἄθριξ, qui est sine pilis. *Varr.* seu *Non.* c. 12. n. 47. (Incertum est enim utrius hæc verba sint.) Pueri glabri ac depiles propter ætatem. *Apul.* l. 7. *Metam.* Depiles genæ. *beardless.*

DEPILO, as, a, 1. (incertum ab eadem ne origine, unde *Compilo*: qua ratione pænultimam producit; an a *pilus*: qua corripit.) exponitur a *Nonio* c. 1. n. 163. rarefacere, allatis *Lucilii* verbis ex lib. 26. quæ vide supra in *Depilatus*. ¶ *Priscian.* l. 18. pag. 1205. *Putsch.* Græca hæc verba συλήσας τοὺς θεοὺς τὰς δεκάτας, καὶ τῶν θεῶν τὰς δεκάτας, testatur a Latinis sic reddi: *depilatus deos decumas, et deorum decumas.* Ex quo intelligimus in usu fuisse *depilor, aris*, deponentis forma pro compilo, expilo, depeculor, defraudo. [*Apic.* l. 6. c. 3. Coctura madefactam depilabis perdicem. Alii leg. *deplumabis*.]

DEPINGO, is, nxi, ctum, a. 3. *to paint, depict, figure, draw*, καταγράφω, idem est ac pingo, vel perfecte pingo, ζωγραφέω. *Nepos in Milt.* c. 6. Cum pugna depingeretur Marathonia. *Propert.* l. 2. el. 5. v. 19. Depingere tabellas. *Hieron.* epist. 130. *ad Demetriad.* sect. 7. cerussa ora depingere. *to paint, beautify.* ¶ Translate *to describe, represent. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 15. Deos ne conjectura quidem informare possumus, cum mens nostra quidvis videatur cogitatione posse depingere. *Id.* 2. *de Fin.* c. 21. et *Plaut. Pœn.* 5. 2. 154. Verbis depingere aliquid. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 27. Depingere vitam alicujus. *to sketch. Apul.* l. 10. *Metam.* Ver gemmulis floridis cuncta depingit. *h. e.* ornat. ¶ *Depinxti* per syncop. pro *depinxisti* habet *Plaut. loc. cit.*

DEPINNĀTUS. V. *Depennatus.*

DEPLANGO, is, anxi, anctum, a. 3. *to express lamentation by beating the breast violently; to bewail greatly, lament*, idem quod plango, aut valde plango. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 544. Cadmeida palmis Deplanxere domum, scissis cum veste capillis. *h. e.* collisis, ut fit in dolore, palmis deflevere. *Id.* 14. *Metam.* v. 580. ipsa suis deplangitur Ardea pennis. *h. e.* alas agitando suum excidium deflet. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1851. Deflevit mater (*Niobe*) bisque septenos greges deplanxit una.

DEPLĀNO, as, a. 1. *to make plain, level, smooth*, planum facio, æquo, ἐξομαλίζω. *Lactant.* l. 4. c. 12. *ex Isaia.* Ego ante ibo, et montes deplanabo. *Veget.* l. 2. *mulomedic.* c. 19. Si collyrium vulnus fecerit, et deplanaverit Adde cap. 22. ¶ Pro explanare, *to explain*, adhibuit *Non.* c. 5. n. 63. et, quod sciam, præterea nemo.

DEPLANTĀTUS, a, um, *plucked or rooted up, removed from its bed, pulled from the stock (as a twig)*, avulsus, evulsus, erutus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 40. Ut eo tempore sit deplantatum, quo oportet. *Plin.* l. 17. c. 20. Arundo seritur et deplantata, pedali sulco.

DEPLANTO, as, a. 1. *to displant, remove a plant from its bed, pull a twig or graft from the stock or trunk*, ἀποφυτεύω, quod plantatum erat, evello. *Plin.* l. 17. c. 16. Quæ cortice nituntur tantum, vel levi aura ocyssime deplantantur. *Colum.* l. 2. c. 2. Ne bos extremo jugo truncum delibet, ramumque deplantet. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 40. Et quæ de arbore transferas, ut ea deplantes potius, quam defringas.

DEPLĒO, es, evi, etum, a. 2. *to empty, remove from one vessel to another, decant, rack off*, ἐξαντλάω, quod plenum erat, hauriendo vacuum facio, ex pleno vase in aliud diffundo. *Cato R. R.* c. 64. Oleum si poteris, bis in die depleto. *Colum.* l. 12. c. 50. *ante med.* Conchæ ferreæ, quibus depletur oleum. *et paulo post.* Quod primum defluxerit, in rotundum labrum protinus capulator depleat. ¶ Translate *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 8. Tu modo, si veteres digno deplevimus haustu, Da fontes mihi, Phœbe, novos. *Manil.* l. 4. v. 13. Totque supervacuis vitam deplete querelis. ¶ *Deplere animalia* apud *Veget. de re veterin.* c. 22. et 23. est iis sanguinem mittere, *to bleed.* et *eod. sensu* dixit *Plin.* l. 18. c. 16. *sub fin.* deplere sanguinem. *to let or draw blood.*

DEPLEXUS, a, um, particip. deponens ab inusit. *deplector*, pro complector. *Lucret.* l. 5. v. 1320. *de leænis sævientibus*: Et nec opinantes a tergo diripiebant, Deplexæque dabant in terram vulnere victos, Morsibus affixæ validis, atque unguibus uncis. Alii volunt *deplexus* esse adject. et idem significare ac non plexus, non ligatus, solutus. *plecto* enim significat etiam implico, necto, πλέκω.

DEPLORABUNDUS, a, um, adject. *like one lamenting, in great distress.* qui valde deplorat. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 38. Homo ad Prætorem deplorabundus venit.

DEPLORATIO, onis, f. *a deploring, lamentation*, comploratio, querela, αἴαγμα. *Senec. de consol. ad Marciam*, c. 9. Unde nobis tanta pertinacia in deploratione nostri? Adde ep. 74. *ante med.*

DEPLORĀTUS, a, um, *desperate, past recovery, past all hope, given over*, κατοδυρθείς, cui ultimus luctus persolutus est, desperatus, cui nullo remedio subveniri potest. *Plin.* l. 29. c. 6. Constat, deplorata aurium vitia eo remedio sanari. *Id.* l. 7. c. 50. Deploratus a medicis. *Liv.* l. 5. c. 46. Suam quisque spem, sua consilia, communibus deploratis, exsequentes. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 272. deplorata coloni vota jacent. *Petron. in Satyr.* c. 123. ille Penates Occultat gremio, deploratumque relinquit Limen. *h. e.* domum suam, quam eversum iri certo putat, neque se amplius eam revisurum. ¶ Item simpliciter comploratus, *bewailed, deplored, lamented. Liv.* l. 4. c. 40. Ante omnia deplorati erant equites, non privato magis, quam publico luctu. *Claudian. de B. Get.* v. 562. deploratumque Timavo vulnus.

DEPLŌRO, as, avi, atum, a. 1. *to deplore, lament, bewail, bemoan*, ἀποκλαίω, κατοδύρομαι, idem quod ploro, aut valde ploro, lamentor. *Cic.* 7. *Verr.* c. 67. Si ad saxa et ad scopulos hæc conqueri et deplorare vellem. *Id.* 5. *Verr.* c. 18. De alicujus pravitate et injuriis deplorare et conqueri. *Id.* 2. *Attic.* ep. 16. Ita deplorat primis versibus mansionem suam, ut quemvis movere possit. *Id. Phil.* 11. c. 2. *sub fin.* Quis est, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? *Id.* 4. *Verr.* c. 27. Ut iis ne deplorare quidem de suis incommodis liceat. *Id. ibid.* c. 4. Deplorare apud aliquem de miseriis suis. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 13. *ad fin.* Lamentabili voce deplorans. ¶ *Deplorare aliquid* est desperare, et veluti supremo luctu prosequi quod nullo remedio restitui potest. (V. *Deploratus.*) *Quintil.* l. 10. c. 3. *ad fin.* Ideoque non statim, si quid obstrepet, abjiciendi codices, et deplorandus dies. *to bewail as lost, give up as lost.*

DEPLŬIT, ebat, uit, imp. 3. *it rains*, κατομβρεῖ, deorsum pluit. *Colum.* l. 10. v. 207. Inque sinus Matris violento depluit imbre. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 72. In terras deplueretque lapis. ¶ Cum accusativo *Propert.* l. 2. el. 16. v. 8. Niobe lacrimas depluit. *h. e.* effundit. Al aliter leg.

DEPLŪMIS, e, *without feathers, featherless, unfledged, callow*, ἄπτερος, implumis, sine pennis. *Plin.* l. 10. c. 24. Inventæ sunt hirundines nudæ atque deplumes.

DEPOLĬO, ōlis, ivi, itum, a. 4. *to polish, finish off, make perfect*, καταξέω, ἐξεργάζομαι, idem quod polio, vel valde polio, perficio. *Plin.* l. 39. c. 25. Si pavimentum cote depolitum est. ¶ *Festus*: Depolitum, perfectum, quia omnes perfectiones Antiqui politiones appellabant. ¶ Jocularitur *Plaut. Epid.* 1. 1. 84. Ubi senserit, sibi data esse verba, virgis tergum depoliet meum. *to beat.* Sic *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 22. caput lumbosque fuste dolare. *to cudgel.* Sic *Plaut. Capt.* 4. 2. 116. Fuste pectere. Al. leg. *dispoliet a dis*, et *polio, is.*

DEPOLITĬO, onis, f. *a smoothing, polishing*, actus depoliendi. Politiones agrorum, inquit *Turneb.* l. 29. *adversar.* c. 19. sunt cultus: contra depolitiones. Varro (apud *Non.* c. 1. n. 339.) Quid mirum ex agri depolitionibus ejiciuntur, hic in cœnaculo polito recipiuntur. Hæc *Turneb.* sed *Varronis* verba incertæ sunt lectionis. V. *Politio*, et *Polio, is.*

DEPOLĪTUS. V. *Depolio.*

DEPOMPATĬO, onis, f. spoliatio ornamentorum: et translate opprobrium. *Hieronym.* l. 1. *advers. Rufin. sub fin.* In depompationem Christianorum.

DEPOMPO, as, a. 1. ornatu spolio. *Hieronym. in Naum*, c. 3. Ante oculos omnium depompatur.

DEPONDĔRO, as, n. 1. *to weigh down*, deorsum pondero. *In fragm.* quæ ex *Petron. Satyr.* esse putantur, pag. 679. *Burm.* Sic rate demersa fulvum deponderat aurum. *Al. leg.* vulsam deponderat aurem.

DEPŌNENS, entis. *Deponentia verba* (*verbs deponent*) dicuntur a Grammaticis, quæ positione passiva active significant, ut *vereor, meditor.* vel per antiphrasim, inquit *Diomed.* l. 1. pag. 327. *Putsch.* quia *r* litteram nunquam deponunt, et si deponant, Latina non sunt, ut *vereo*: vel quia una significatione deposita (nempe passiva) a *communibus* separantur: vel tandem quia deponunt ambiguitatem sermonis, quæ in *communibus* reperitur. Sed prima harum originum quamvis ponatur etiam a *Charis.* l. 2. pag. 143. et *Mar. Victor.* pag. 1947. est plane ridicula, et vel Grammatico indigna. Alteram confirmat *Palæmon* pag. 1379. item *Priscian.* l. 8. pag. 787. ubi addit etiam quartam, quia deponentia speciem habent simplicem, et absolutam, quæ per se ponitur, nec ab activa nascitur, ut in passivis, nec duplicem habet vim, ut in communibus. *Cledonius* pag. 1914. et *Augustin.* pag. 2003. quintam addiderunt, quod ex quatuor participiis communis verbi, illud, quod in *dus* desinit, a *deponente* deponitur, *h. e.* abjicitur.

DEPŌNO, is, sui, situm, a. 3. *to lay or put down, set down, lay, put*, ἀποτίθημι, κατατίθημι, deorsum pono, demitto. *Cic. Phil.* 13. c. 11. Deponere mentum in gremio mimæ. *Virg. Ecl.* 9. v. 61. hic, Mœri, canamus: Hic hædos depone. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 80. Deponere onera jumentis. *Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 43. humeris vestes. *Id.* 3. *Amor.* el. 5. v. 20. caput terræ. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 34. tunc ipsa cremari Visa ratis, medioque viros deponere Ponto. *h. e.* in medio mergere. *Scribon. Larg. compos.* 207. 210. et 212. Deponere cacabum ab igne. *to remove, take from off the fire.* ¶ Item relinquere, abjicere. *Petron. in Satyr.* c. 104. Ungues et capillos deponere. *to cut off. Martial.* l. 5. epig. 49. comas. *Id.* l. 3. epigr. 50. soleas. *to lay aside, take off.* ¶ Item prostrare, sternere. *Horat.* l. 2. od. 7. v. 19. Fessum latus deponere. *to rest, recline, repose.* Sic *Virg.* 7. *Æn.* v. 108. Corpora sub ramis deponunt arboris altæ. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 39. Ut me deponat vino, eam affectat viam. *Non.* c. 4. n. 119. exponit alienare, et sic est metaphoricum. ¶ Item plantare, terræ committere. *to plant, sow. Colum.* l. 5. c. 4. Vel scrobe, vel sulco semina deponuntur. *Id.* l. 3. c. 10. *ad fin.* Deponere malleolum in terram. *Plin.* l. 19. c. 6. Cæpas semine seri, non deponi, Græci jussere. Adde *Stat.* l. 2. silv. 3. v. 39. *Virgil.* 2. *Georg.* v. 24. et *Senec.* epist. 86. *a med.* ¶ Item defodere, obruere. *to bury in the ground. Horat.* l. 1. sat. 1. v. 41. Quid juvat immensum te argenti pondus et auri Furtim defossa timidum deponere terra? ¶ Item immittere, defigere. *Pallad. in Februar.* tit. 17. Cuneum inter corticem et lignum deponere. *to fix, drive, impel.* ¶ Item seponere, in tuto ponere, servandum committere. *to set aside or apart, put in a place of security, commit to any one's care, entrust, deposit. Varr.* l. 4. *L. L.* c. 16. Triarii quoque dicti, quod in acie tertio ordine, extremis subsidio deponebantur. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 78. Cæsari, ad saucios deponendos, necesse erat adire Apolloniam. *Id.* l. 4. *B. Gall.* c. 19. Uti de oppidis demigrarent, liberos, uxores, suaque omnia in silvas deponerent. *Cic.* 3. *de Offic.* c. 25. Deponere pecuniam apud aliquem. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 23. Deponere aurum in publicum. ¶ Translate *Cic. pro Cæcin. c. pænult.* Populi R. jus in vestra fide ac religione depono. *Horat.* l. 1. od. 27. v. 18. quidquid habes, age, Depone tutis auribus. *Id.* l. 2. sat. 6. v. 46. Et quæ rimosa bene deponuntur in aure. *Liv.* l. 24. c. 18. *sub fin.* Deponere pecuniam in publicam fidem. *Al. leg.* in publica fide. ¶ Item eniti, parere. *Catull.* carm. 34. *sæcul. ad Dian.* v. 5. O Latonia Maximi Magna progenies Jovis, Quam mater prope Deliam Deposivit olivam. *deposivit* antiquum præteritum est, quod legitur etiam apud *Plaut. Curcul.* 4. 3. 4. Ceterum *deponere* hac significatione adhibuit etiam *Phædr.* l. 1. fab. 18. et 19. ¶ Item e navi in litus educere. *to disembark. Hirt. de B. Alex.* c. 34. Cæsar deponit legiones, equitesque e navibus egressos jubet ex languore reficere. *Justin.* l. 4. *c. ult.* Deponere exercitum in terram. ¶ Item in sponsionem dare. *to stake, lay, pledge as a bet, wager. Virg. Ecl.* 3. v. 32. ego hanc vitulam Depono: tu die, mecum quo pignore certes. *M.* De grege non ausim quidquam deponere tecum. ¶ Sæpe est abjicere, dimittere. *Cic. pro Quint.* c. 13. Petitoris personam capere, accusatoris deponere. *Id. pro Planc.* c. 31. simultates. *Id. de Amic.* c. 21. amicitias. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 26. spem. *Juvenal.* sat. 1. v. 133. vota. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 14. memoriam injuriarum. *to forget. Cic. pro Sull.* c. 6. ex memoria aliquid. *Hirt. de B. Alex.* c. 65. metum. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 52. Omnem gloriam abjicere atque deponere. *Id.* 4. *Fam.* ep. 6. *a med.* omnes curas doloresque. *Nepos in Annib.* c. 1. prius animam quam odium. *Plin.* l. 7. c. 50. morbum. *to get rid of. Ovid.* 6. *Fast.* v. 530. et 4. *Metam.* v. 98. famem, sitim. *to expel, allay, quench.* ¶ Item omittere, relinquere. *to leave, give up. Anton.* apud *Cicer. Phil.* 8. c. 8. Provinciam remitto, exercitum depono. *Cic.* 13. *Fam.* ep. 1. *ad fin.* ædificationem. *to leave off building. Id. Attic.* l. 7. ep. 5. *sub fin.* Conficere negotium, aut deponere. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 17. studium. *Id.* 7. *Fam.* 6. desiderium urbis. *Hirt. de B. Alex.* c. 12. cogitationem reparandæ classis. et *Liv.* l. 4. c. 48. *extr.* actionem. *to surrender his claim.* ¶ *Deponere provinciam* dicitur is, qui non incepto, vel non confecto administrandæ provinciæ legitimo tempore, magistratu abit. *Cic. Fam.* 5. ep. 2. Me ut primum in concione provinciam deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare cœpisse. *as soon as ever I had resigned.* (V. *in Pison.* c. 2.) *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 33. Cotum magistratum deponere coegit. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 4. Consules summum imperium statim deponere. Adde *Liv.* l. 2. c. 28. *extr.* ¶ Deponere rationes. *to consign or transfer to any one's care*, rationes confectas, et in codice descriptas alicui tradere. *Cic.* l. 2. *Fam.* ep. 17. ¶ Pro deprimere. *to take down*, vel demoliri. *to pull down, demolish. Ulpian. Dig.* lib. 8. tit. 2. leg. 16. Si deponat ædificium, vel arboris ramos: quo facto locus opacus quondam cœpit esse solis plenus. Adde tit. 5. leg. 6. et *Paul.* tit. 2. leg. 30. et lib. 10. tit. 1. leg. 4. &c. ¶ De-

nique *deponere* est desperare, inquit *Non.* c. 4. n. 119. Unde *depositi* desperati dicuntur. Hoc vero inde ortum putant, quod ægri jam prorsus desperati, aut etiam recens mortui, de lectulo humi collocabantur. V. *Depositus.* ¶ Præteritum *deposivi* jam ex *Catullo*, et *Plauto* adstruximus. Adde *Catalect. Virgil. de Sabino.* Tua in palude deposisse sarcinas. Ubi *deposisse* dictum est pro *deposivisse* per syncopen. [¶ Particip. *depositurus* apud *Justin.* l. 21. c. 2. Spondens se depositurum tyrannidem.]

DEPONTĀNI SENES, inquit *Festus*, appellabantur, qui sexagenarii de ponte dejiciebantur. *old men past threescore years of age and discharged from all public business, whence they were said* de ponte dejici. Loquitur autem de sexagenariis, qui a cura reipublicæ liberabantur, et suffragiis ferendis abstinebant. Suffragia autem in campo Martio per pontem transeuntibus ferebantur. V. *Septum*, et *Pons*, et *Sexagenarius.*

DEPONTO, as, a. 1. de ponte dejicio. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 142. Acciti sumus, ut depontaremur. Al. aliter leg.

DEPOPULABUNDUS, a, um, populabundus. *Liv.* l. 2. c. 48. In ipsum Æquorum agrum depopulabundus transit. Plerique alii leg. *depopulandum.*

DEPOPULATĬO, onis, f. *a wasting, laying waste, spoiling, making desolate, plundering, pillaging,* πόρθησις, vastatio, direptio. *Cic.* 5. *Phil.* c. 9. Totum iter Antonii quid habuit, nisi depopulationes, vastationes, cædes, rapinas? *Id. de Harusp. resp.* c. 2. Excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem meis tectis atque agris intulerunt. *Id. pro Font.* c. 16. Defendere a depopulatione provinciam.

DEPOPULĀTOR, oris, m. *one who pillages, a spoiler, waster, destroyer,* πορθητής, vastator, direptor. *Cic. pro Dom.* c. 5. Fori depopulator, obsessor curiæ.

DEPOPULĀTUS, a, um, particip. a depopulor, *having pillaged.* *Liv.* l. 37. c. 21. Ea urbe abstinuit, depopulatus agros. ¶ Item *pillaged, ravaged, laid waste,* passiva significatione. *Id. ibid.* c. 4. *a med.* Omnis ora maritima depopulata ab Achæis erat. *Id.* lib. 10. c. 15. Monimenta regionum depopulatarum. *Justin.* l. 42. c. 2. Depopulata Parthia, in patriam revertuntur.

DEPOPŬLO, as, a. 1. idem quod depopulor. *Enn.* apud *Non.* c. 7. n. 26. Agros audaces depopulant servi dominorum domini. *Cæcil. ibid.* Jamdudum depopulat macellum. *Auct. de B. Hispan. in fin.* Agros vestramque provinciam vestro impulsu depopulavit. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 531. furtis assuetus iniquis Depopulare greges. ¶ Hinc passive *Lactant. de ira Dei*, c. 16. *sub fin.* Quasi communi latrocinio terra omnis depopulabitur.

DEPOPŬLOR, aris, atus sum, dep. 1. *to lay waste, pillage, spoil, ravage, plunder, depopulate,* idem quod populor, aut omnino populor, diripio, vasto, deprædor. *Cic.* 5. *Verr.* c. 36. et 5. *Phil.* c. 5. Depopulari agros. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 683. Neve graves cultis Cerealia dona cavete Agmine læsuro depopulentur aves. *Id.* 3. *Trist.* el. 10. v. 56. hostis Vicinam late depopulatur humum. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 4. leg. 1. Depopulari hereditates. *h. e.* consumere. *Tacit.* 16. *Ann.* c. 13. Omne mortalium genus vis pestilentiæ depopulabatur. [¶ Particip. *depopulans, depopulandus, depopulaturus* apud *Liv.* l. 33. c. 22. Depopulante vicos eorum atque agros collega. et l. 21. c. 49. Quinqueremes ad depopulandam oram Italiæ missæ. *Justin.* l. 27. c. 2. Liberius depopulaturi Asiam.]

DEPORTATĬO, onis, f. ἐκφόρησις, actus deportandi, *a conveying or carrying away,* κατακόμισις. *Cato* c. 144. In singulas deportationes. ¶ Item relegationis genus. *banishment,* de quo V. in *Deportatus. Ulpian. in Dig.* 48. 13. 3. In aquæ et ignis interdictionem hodie successit deportatio.

DEPORTATORĬUS, a, um, ad deportandum pertinens. *Constantin. Imp.* lib. 12. *Cod.* tit. 47. leg. 1. Nullo munere civili, seu personali, vel deportatorio onere eos affici concedimus.

DEPORTĀTUS, a, um, adject. *conveyed away, carried or conducted away.* *Cic. Verr.* 5. c. 14. Ut omnes decumas ad aquam deportatas haberet. *Id. pro Mur.* c. 5. Aliquod ex Asia deportatum flagitium, ac dedecus. ¶ *Deportati in insulam*, et *deportati* absolute dicebantur exsules certæ alicujus insulæ, aut alterius loci limitibus circumscripti, quos, nisi aperto vitæ discrimine, egredi non licerat. *banished, exiled, consigned to a particular place of banishment.* *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 22. leg. 7. Hæc est differentia inter deportatos et relegatos, quod in insulam relegari ad tempus, et in perpetuum quis potest: qui et civitatem Romanam retinet, et testamenti factionem non amittit: deportatos autem eos accipere debemus, quibus Princeps insulas adnotavit, vel de quibus deportandis scripsit: quæ pœna civitatem adimit, et testamenti factionem, et reversionis spem. *Hæc Ulpian. ibid.* et *leg. præced.* item *Caius* lib. 28. tit. 1. leg. 8. &c. V. *Relegatus.*

DEPORTO, as, avi, atum, a. 1. proprie significat deorsum portare, *to carry down.* *Plin.* l. 2. c. 103. *sub fin.* Urinantes oleum ore spargere, quoniam mitiget naturam (*maris*) asperam, lucemque deportet. *Id.* l. 6. c. 27. Flumina deportant serpentes. ¶ Frequentius autem est *to carry or convey away, transfer from one place to another,* κατακομίζω, de uno in alium locum porto, transfero, exporto. *Cato R. R.* c. 144. De fundo ligna et oleam ne deportato. *Pompei. ad Marcell. et Lentul. Coss. post* ep. 12. l. 8. *ad Attic. in fin.* Arma Brundisium jumentis deportare. *Sueton. in Aug.* c. 78. *extr.* Deportari lectica per vicos. *Cæs.* lib. 1. *B. Civ.* cap. 60. Frumentum deportare in castra. et cap. 27. Naves, quæ exercitum eo deportaverant. *had transported.* *Nepos in fin. vitæ Eumen.* Ossa ejus in Cappadociam ad matrem deportanda curarunt. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 15. Deportare aliquid ex provincia. *Id. pro leg. Manil.* c. 21. Bellum in Africa confecit: victorem exercitum deportavit. *reconducted home.* (Adde *Liv.* l. 39. c. 38. et l. 30. c. 40. *extr.*) *Id. Verr.* 7. c. 16. Tertia illa tua, quam tecum deportabas. *you brought along with you.* *Terent. Phorm.* 5. 7. 85. Non hoc publicitus scelus hinc deportarier in solas terras? *deportarier* paragoge pro *deportari*: et significat hinc relegari, amandari. Est etiam *deportare in insulam*, et *deportare* absolute, patria pulsum aliquem in certam insulam relegare, ubi amissa civitate, et testamenti factione, perpetuo sit: quæ pœna dicitur *Deportatio*, et *in Deportatus* explicata est. *to banish to a particular place.* *Tacit.* 4. *Ann.* c. 13. Vibius Serenus de vi publica damnatus ob atrocitatem morum in insulam deportatur. *Id.* 14. *Ann.* c. 45. Censuerat, ut liberti quoque Italia deportarentur. ¶ Est etiam reportare, referre. *to carry off, bear away.* *Cic.* 1. *Offic.* c. 22. *ad fin.* Deportare triumphum. *Id. de Senect.* c. 1. Te non cognomen solum Athenis deportasse, sed humanitatem et prudentiam, intelligo. *Curt.* l. 9. c. 10. Deportare gloriam ex re quapiam. [¶ Particip. *deportaturus* apud *Liv.* l. 40. c. 4. Athenas deportaturum eos ad fidos hospites dixit.]

DEPOSCO, is, depoposci, a. 3. *to require, demand, or request earnestly,* ἐξαιτέω, magnopere posco, flagito, postulo. *Cic.* 3. *Phil.* c. 33. Idem non modo non recusem, sed appetam etiam, atque deposcam. *Id. pro leg. Manil.* c. 2. Pompeium unum ab omnibus ad id bellum imperatorem deposci atque expeti. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 34. Te ne potissimum tibi partes istas depoposcisse, ut, &c? *Id. pro Sull.* cap. 18. *extr.* Illam sibi officiosam provinciam depoposcit, ut, &c. *Id.* 2. *de Invent.* c. 49. Deposcere sibi aliquid a magistratu. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 110. Regum amicos ad mortem deposcere. *Liv.* l. 21. c. 6. *extr.* Ducem ipsum in pœnam fœderis rupti deposcere. *Tacit. Ann.* 1. c. 23. Deposcere aliquem morti. *Id. in Agric.* cap. 11. Audacia in periculis deposcendis. *in courting or braving danger.* *Lucan.* l. 5. v. 295. infestoque ducem deposcere vultu. *h. e.* deposcere ad pœnam. [¶ Particip. *deposcens* apud *Suet. n. Galb.* c. 15. Populo Romano deposcente supplicium.]

DEPOSITARĬUS, ii, m. *a depositary, trustee,* qui depositum recipit. *Ulpian. Dig.* lib. 16. tit. 3. leg. 1. *a med.* Rem in æde deponi, et omni actione depositarium liberari. Adde *ibid.* leg. 7. *extr.* ubi constat, illum quoque significari, qui pecuniam deponit.

DEPOSITĬO, onis, f. παρακατάθεσις, actio, qua depositum aliquid apud aliquem intelligitur, idest custodiæ traditum. *Ulpian. Dig.* lib. 16. tit. 3. leg. 1. et 5. et *Florentin. ibid.* leg. 17. ¶ Item de gradu aliquo dignitatis dejectio. *a deposing, degrading.* *Ulpian.* lib. 48. tit. 19. leg. 8. Aut damnum cum infamia, aut dignitatis depositionem. ¶ Item demolitio. *a pulling down.* *Id.* l. 4. tit. 2. leg. 9. Ædificii depositio, quam quis coactus fecit. ¶ Item periodi clausula, finis et conclusio sententiæ. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Ut in iisdem affectibus sint tamen quædam non ita magnæ vocis declinationes, pro ut sententiarum natura, aut depositio, aut inceptio, aut transitus postulabit. ¶ Item testimonium, *a deposition, giving of public testimony.* *Impp. Diocletian. et Maximian.* lib. 2. *Cod.* tit. 43. leg. 3. Si per testium depositiones, te fuisse minorem, ostenderis.

DEPOSĬTOR, oris, m. qui evertit aliquem, aut evertere conatur, apud *Prudent. in Apotheos.* v. 179. Jam cede, Sabelli, Depositorque Patris, Natique, insane, negator. ¶ Item qui simpliciter deponit. *In lemmate* declam. 167. *Quintil.* Depositor tyrannidis. ¶ Item qui apu d lterum quidpiam deponit, custodiæ causa. *Ulpian. Dig.* ib. 16. tit. 3. leg. 1. *a med.*

DEPOSĬTUS, a, um, *laid down, laid aside,* κατατεθεὶς, deorsum positus, demissus, abjectus. *Cic. pro Sull.* c. 23. Depositum onus. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 25. quo tibi, Tilli, Sumere depositum clavum, fierique Tribuno? *Id.* l. 1. ep. 9. v. 12. Depositus pudor. *Cicer.* 3. *Agrar.* c. 1. Opinio deposita et abjecta. ¶ Item desperatus, deploratus, *desperate, past all hope of safety or recovery,* ut in fine verbi *Depono* dictum est. *Virg.* 12. *Æn.* v. 395. Ille, ut depositi proferret fata parentis, Scire potestates herbarum, usumque medendi Maluit. Ubi *Servius*: Apud Veteres consuetudo erat, ut desperati ante januas suas collocarentur, vel ut extremum spiritum redderent terræ, vel ut possent a transeuntibus forte curari, qui aliquando simili laboraverant morbo. *Cæcil.* apud *Non.* c. 4. n. 119. Depositus modo sum anima: vita sepultus sum. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 3. v. 40. Depositum nec me qui fleat, ullus erit. *h. e.* mortuum. *Id.* 2. *ex Pont.* epist. 2. v. 47. Jam prope depositus, certe jam frigidus. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 119. Symmachu' præterea, jam tum depostu' bubulcus, Exhalans animam pulmonibus æger agebat. *Syncope.* ¶ Translate *Cic.* 3. *Verr.* c. 2. Mihi videor magnam, et maxime ægram, et prope depositam reipublicæ partem suscepisse. ¶ Item alterius custodiæ, et fidei commissus, *deposited, committed to any one's care, entrusted, confided.* *Cicer.* 2. *Agrar.* cap. 16. Pecuniam depositam recuperare. *Id.* 6. *Verr.* c. 12. Habere aliquid depositum apud aliquem. ¶ *Depositum, i*, n. est res ipsa deposita, *a deposit,* παρακαταθήκη. Depositum, inquit *Ulpian. Dig.* lib. 16. tit. 3. leg. 1. est, quod custodiendum alicui datum est: dictum ex eo, quod ponitur. Præpositio enim *de* auget *positum*, &c. *Cic.* 3. *Offic.* c. 25. Neque semper deposita reddenda. *Juvenal.* sat. 13. v. 60. si depositum non inficietur amicus. *Papinian. Dig.* lib. 36. tit. 3. leg. 5. *extr.* Habere aliquid in deposito. *Ulpian.* l. 33. tit. et leg. 8. Pro deposito esse apud aliquem. ¶ Translate *Quintil. in fin.* c. 3. l. 10. Irrumpunt optimi nonnunquam sensus, quos neque inserere oportet, neque differre tutum est: ideoque optime sunt in deposito. *h. e.* cum quæ scribentibus extra ordinem occurrunt, subinde notantur. ¶ Ita quoque appellatur contractus ipse, quo res aliqua ea lege apud alterum deponitur, ut suo tempore reddatur, dolum solummodo, non negligentiam præstando, uti *Caius Dig.* l. 44. tit. 7. leg. 1. docet. Hinc *teneri depositi*, apud *Ulpian. cit.* lib. 16. tit. 3. *qui inscribitur* Depositi, vel contra, leg. 1. &c. ¶ Præterea *depositus* est depressus, eversus, destructus, solo æquatus. *overthrown, levelled with the ground, rased, destroyed.* *Jabolen. Dig.* lib. 41. tit. 3. leg. 23. Depositæ ædes. *Stat.* l. 1. silv. 4. v. 91. Deposita urbs. *h. e.* capta, et eversa.

DEPOSTULĀTOR, oris, m. *one who demands earnestly.* *Tertull. in Apolog.* c. 35. Depostulatores Christianorum. *h. e.* ad supplicium deposcentes. Est qui legit *depopulatores.*

DEPOSTŬLO, as, a. 1. *to require or demand earnestly,* ἐξαιτέω, vehementer postulo. *Auct. de B. Hisp.* c. 1. Civitates contrariæ Pompeio auxilia sibi depostulabant.

DEPRÆDATĬO, onis, f. *a plundering, pillaging, ravaging.* *Lactant. in Epitom.* c. 11. More latrocinii deprædatio et vastatio fiet. *Imp. Constantin.* lib. 12. *Cod.* tit. 36. leg. 9. Si quis Barbaris scelerata factione facultatem deprædationis in Romanos dederit. *Id. ibid.* lib. 2. tit. 6. leg. 5. Cum gravi damno litigatorum et deprædatione. *h. e.* spoliatione bonorum.

DEPRÆDĀTOR, oris, m. *one who plunders or pillages,* depopulator. *Augustin.* ep. 199. et *Marcellin. ad Augustin. inter hujus epist.* n. 4.

DEPRÆDĀTUS, a, um, *laid waste, depopulated, pillaged,* passiva signific. *Dictys Cretens.* l. 2. c. 16. Agri deprædati, et vexati. Al. leg. deprædari, et vexari.

DEPRÆDOR, aris, dep. 1. *to plunder, pillage, ravage, depopulate,* κατασυλάω, depopulor. *Justin.* l. 24. cap. 6. Victor Macedoniæ agros deprædatur. Adde *Apul.* l. 8. *Metam.*

DEPRÆSENTIĀRUM, *at this time, for the present,* eadem forma dictum, qua *impræsentiarum*, eandem quoque habet significationem. *Petron. in frag. Tragur.* c. 58. *Burm.* Alioquin jam tibi depræsentiarum reddidissem. Adde cap. 74.

DEPRANDIS, e, adject. impransus. *Nævius* apud *Fest.* in *Oreæ.* Deprandi autem leoni subdas oreas. *Al. aliter leg.*

DEPRANSUS, a, um, adject. signific. passivæ. *Apul.* l. 9. *Metam.* V. Depensus *in fin.*

DEPRAVĀTE, *corruptly, crookedly, wrongly, against right or reason,* σκολιῶς, κακῶς, prave, perperam, vitiose. *Cic.* 1. *de Fin.* c. *ult.* De quibus neque depravate judicant, neque corrupte.

DEPRAVATĬO, onis, f. *a depraving, corrupting, distorting, vitiating,* actus depravandi, σκολιότης, κιβδηλεία. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 62. Oris depravatio. *Id.* 5. *de Fin.* c. 12. Distortio et depravatio membrorum. *Senec.* epist. 24. *a med.* Libidines afferunt pedum, manuum, articulorum omnium depravationes. ¶ Translate *Cic. in Partit.* c. 36. Depravatio verbi. *a giving a wrong meaning to, putting a wrong construction upon, misinterpretation.* (Adde *Auct. ad Herenn.* l. 1. cap. 6. *ad fin.*) *Id.* 1. *de Leg.* cap. 10. Depravatio consuetudinum. *Id.* 3. *Offic.* c. 29. Depravatio et fœditas turpificati animi.

DEPRAVĀTUS, a, um, *depraved vitiated, corrupted, distorted,* distortus, corruptus, σκολιός. *Varr.* l. 8. *L. L.* cap. 5. Ut stulte faciant, qui pueris in geniculis alligent serperastra, ut eorum depravata corrigant crura. ¶ Translate est vitiatus, corruptus. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 11. Bestiæ quamvis depravatæ non sint, pravæ tamen esse possunt. (*depravatus* mala disciplina: *pravus* natura.) *Et mox.* Ferarum natura non est illa quidem depravata mala disciplina, sed natura sua. *Id.* 2. *de Leg.* c. 15. Mores cantus dulcedine, corruptelaque depravati. *Id. Attic.* l. 10. ep. 4. Puer indulgentia nostra depravatus. *Sallust. in Jug.* c. 18. Homines gratia depravati. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 12. Depravata consuetudo.

DEPRĀVO, as, avi, atum, a. 1. *to deprave, spoil, corrupt, vitiate, impair, mar, worsen,* σκολιόω, διαφθείρω, κακόω, pravum reddo, distorqueo, corrumpo. *Plin.* l. 11. c. 37.

sect. 55. *Harduin.* Uni homini oculi depravantur, unde cognomina Strabonum, et Pætorum. *Senec.* ep. 101. *a med.* Tu vero me depraves licet, dum monstruoso et distorto temporis aliquid accedat. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 6. Ea, quæ corrigere vult, mihi depravare videtur. Adde *Senec. sub fin.* l. 2. *de Clement.* ¶ Translate *Liv.* l. 45. c. 23. Plebem consiliis depravare. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 35. *extr.* Campanos nimiæ rerum omnium copiæ depravabant. *Id.* 1. *Phil.* c. 13. *extr.* Nihil est tam sanctum, quod non soleant domestici depravare aliquando. *Terent. Phorm.* 4. 4. 17. Nihil est, quin male narrando possit depravarier. *Paragoge pro* depravari.

DEPRECABUNDUS, a, um, *entreating earnestly*, qui valde deprecatur. *Tacit. Ann.* 15. cap. 53. Deprecabundus, et genibus Principis accidens.

DEPRECANEUS, a, um. Deprecanea fulmina *Cæcina* apud *Senec.* l. 2. *Quæstion. natur.* cap. 49. dicit, ea esse, quæ speciem periculi sine periculo afferunt. Fortasse intelligit ea, quæ precationibus impetrari solebant, ut est apud *Plin.* l. 2. c. 53. v. gr. ad avertendos eo terrore hostes, vel monstrum regioni infestum, &c. Vel ita vocat, quod facile ea possint homines deprecari.

DEPRECATIO, onis, f. *a praying earnestly*, παραίτησις, vehemens precatio, *de* particula significationem augente. *Cic. pro Cluent.* cap. 3. Aggrediar ad crimen cum illa deprecatione, qua mihi sæpius utendum esse intelligo, sic ut me audiatis, quasi hoc tempore hæc causa primum dicatur. *Id. post redit. ad Quir.* c. 3. Non enim ille deprecatione rediit, sed exercitu se, armisque revocavit. *Id.* 5. *Phil.* c. 7. Nullus aditus erat privato, nulla æquitatis deprecatio. *h. e.* nullæ preces, quæ valerent ad æquitatem obtinendam. *Curt.* l. 5. c. 3. Abnuens deprecationem pro illis suæ convenire fortunæ. *intercession.* ¶ Deprecatio mali est ejus amolitio, et depulsio per preces. *a deprecating, praying earnestly against, deprecation. Cic. in Partit.* c. 7. *extr.* Ad ejus facti deprecationem, ignoscendi petenda venia est. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 6. Deprecatio periculi. *Petron. in Sat.* c. 107. supplicii. *Hirt. initio* l. 8. *de B. Gall.* inertiæ. *Plin.* l. 28. c. 2. Etiam parietes incendiorum deprecationibus conscribuntur. *h. e.* formulis precum, quibus depulsio incendiorum contineatur. *Plaut. Capt.* 3. 3. 7. Neque deprecatio perfidiis meis, nec malefactis fuga est. *h. e.* effugium per preces. ¶ Est etiam inter figuras sententiarum *deprecatio* a *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 53. enumerata, cum opem judicis, veniamque postulamus, συγγνώμη. Hoc tamen intellige, cum oratio admixta defensioni est, ita ut post multa, quibus alicujus factum defenderis, preces quoque subjicias, quo facilius judex ad condonandum impellatur: quod facit *Id. pro Mil.* c. 34. *pro Ligar.* et alibi. Differt autem ab *obsecratione*, qua aliquid per deos et sacra petimus: *deprecatione* autem malum avertimus. ¶ Quod si tota causa precibus agatur, cum scilicet nullus est defensioni locus, jam non figura est, sed causæ genus, quod plerique negarunt, in judicium unquam venire. Habet tamen locum in Senatu, et apud populum, et apud principem, et ubicumque juris clementia est. Ita *Quintil.* l. 7. cap. 4. ubi multa hac de re. ¶ Interdum ponitur pro recusatione rei alicujus faciendæ. *a refusing, refusal. Quintil. in proœm.* l. 1. Qua ego ex causa faciliorem mihi veniam meæ deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis. ¶ Interdum simpliciter pro depulsione, sine precibus. *Cicer. pro Rabir. perduell.* c. 9. Huic quidem afferet aliquam deprecationem periculi ætas illa, qua tum fuit. *Quintil.* l. 3. c. 6. Alii statum crediderunt primam ejus, cum quo ageretur, deprecationem. ¶ Denique accipitur nonnunquam pro detestatione, et imprecatione. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 16. Qui semel a veritate deflexit, hic non majore religione ad perjurium, quam ad mendacium perduci consuevit. quis enim deprecatione deorum, non conscientiæ fide commovetur? *h. e.* cum jurando sibi malum imprecatur, si mentiatur, *si sciens fallo*, &c. [† Quem ad locum *Ernesti:* Deprecatio Deorum, est in jurejurando ea, quam *Dom.* 57. devotionem capitis appellat.] *Plin.* l. 28. c. 2. Defigi diris deprecationibus nemo non metuit.

DEPRECATĪVUS, a, um, *deprecative*, ad deprecandum idoneus. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 157.

DEPRECĀTOR, oris, m. *he that sues or entreats for another; an intercessor*, παραιτητής, qui pro alio deprecatur, et prece malum avertit. *Cic. pro Flacc.* c. 1. Sperabam honoris potius L. Flacci me adjutorem futurum, quam miseriarum deprecatorem. *Id. pro Balbo*, c. 18. Deprecatores periculi. *Id.* 11. *Attic.* ep. 8. Quintus filium misit, non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. *Id. pro Leg. Manil.* c. 12. Mittere legatos et deprecatores ad aliquem. *Liv.* lib. 36. c. 35. Ego apud consulem deprecator defensorque vobis adero. *Cic. pro Sext.* c. 12. Deprecatores salutis meæ. *Id. pro Planc.* c. *ult.* Nec me solum deprecatorem fortunarum tuarum, sed comitem sociumque profitebor. *Id.* 2. *Fam.* ep. 13. Præbere se deprecatorem pro periculo alicujus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 9. Legatos ad Dumnorigem mittunt, ut eo deprecatore a Sequanis hoc impetrarent. *by his mediation or intercession.*

DEPRECĀTRIX, icis, f. *she that intercedes. Ascon. in Verr.* 3. c. 5. Sabinis deprecatricibus parentum bellum, maritorumque finitum est. Adde *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 12.

DEPRECĀTUS, a, um, particip. depon. signif. activæ, *having prayed or entreated. Cic.* 2. *de Orat.* c. 49. Nihil unquam pro se ipso deprecatus. ¶ Passive. *deprecated, averted by prayer. Justin.* l. 8. c. 5. Pactio ejus fidei fuit, cujus ante fuerat deprecati belli promissio. ¶ Item simpliciter rogatus. *asked, begged, solicited. Apul.* l. 11. *Metam.* Ad istum modum deprecato summo numine.

DEPRĔCOR, aris, atus sum, dep. 1. *to pray for, or entreat earnestly, supplicate, beseech, sue, beg*, καταδέομαι, παραιτέομαι, valde precor, vehementer oro, obsecro. nam *de* significationem auget. *Petron. in Satyr.* c. 133. Posito genu, sic deprecatus sum numina. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 3. Cum sibi non incolumem fortunam, sed exsilium et fugam deprecaretur, coactus est, ut vita se ipse privaret. *Hirt. de B. Afric.* c. 89. Deprecari sibi vitam. *Cicer. Fam.* 8. ep. 1. In hoc te deprecor, ne meum hoc officium arrogantiæ condemnes. (Adde *Liv.* l. 34. c. 59.) *Id. Fam.* 12. ep. 24. Legati, quos Senatus non ad pacem deprecandam, sed ad denuntiandum bellum miserat. *Hirt. de B. Afric.* c. 85. *extr.* Inspectante ipso Cæsare, et a militibus deprecante, ut eis parcerent. *Cic. pro Sull.* c. 26. Multorum hic vitam est a L. Sulla deprecatus. *obtained as a favour. Id. in partit.* c. *pænult.* Erit iisdem æquitatis sententiis contra acerbitatem verborum deprecandum. *Id.* 3. *de Orat.* c. 20. Paululum equidem de me deprecabor, et petam a vobis, ut, &c. *Id. ibid.* l. 2. c. 49. Semper pro amicorum periculis, nihil unquam pro me ipso deprecatus sum. ¶ Cum altero accusativo communi. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 53. hoc Superos, hoc te quoque deprecor, hospes. ¶ Deprecari alicui, ne vapulet, *h. e.* deprecari pro aliquo, est *Plauti* in fine *Asinariæ.* ¶ Cum conjunctivo, et *ut* particula. *Senec.* l. 2. *quæst. natur.* c. 33. Deos deprecari, ut remittant minas. *Petron. in Satyr.* c. 30. Dispensatorem deprecati sumus, ut servo remitteret pœnam. ¶ *Deprecari aliquem ab aliquo* est ejus salutem ab aliquo petere. *to ask as a favour. Cic.* 2. *Agrar.* c. *pænult.* Si quid deliquero, nullæ erunt imagines, quæ me a vobis deprecentur. *Id. pro Planc.* c. *ult.* Non ego meis ornatum beneficiis a vobis deprecor, judices, sed custodem salutis meæ. Adde *post redit. ad Quirit.* c. 3. ¶ *Deprecari malum* est precando avertere, amoliri, aut recusare. *to deprecate, avert by prayer, pray against, beg to be freed from. Cic.* 7. *Verr.* c. 47. *extr.* Deprecari mortem et sanguinem alicujus. et cap. 62. *sub fin.* Virgatum vim. *Ovid.* 1. *ex Ponto*, ep. 2. v. 59. Sæpe precor mortem: mortem quoque deprecor idem. *Nepos in Attic.* c. 12. Usus est pecunia in deprecandis amicorum aut periculis, aut incommodis. *Liv.* l. 39. c. 35. Filium mittere Romam ad deprecandam iram Senatus statuit. *Cic. Verr.* 3. cap. 60. *extr.* Nullam ab sese calamitatem deprecari. *Curt.* l. 6. c. 10. Ne hanc quidem exhibendæ veritatis fidem deprecor. *Asin. ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 31. Nec periculum est ullum, quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. ¶ Sequente *quin* particula. *Catull.* carm. 44. *ad Fund.* v. 18. Nec deprecor jam si nefaria scripta Sexti recepso, quin gravedinem, et tussim, &c. ¶ Cum infinito. *Stat.* 8. *Theb.* v. 116. nec deprecor umbram accipere. *Lucan.* l. 9. v. 213. non deprecor hosti Servari. ¶ Et pro excusare precando. *Sallust. in Jug.* c. 112. Legati postquam, errasse regem, et Jugurthæ scelere lapsum, deprecati sunt, &c. ¶ Translate est abigere, depellere, propulsare, etiam sine precibus, ut et *Gell.* l. 6. c. 16. docet. *to avert, remove, drive or turn away. Cic. in frugm.* apud *Gell. ibid.* et *Non.* c. 4. n. 150. Claudii invidiam Gracchi caritas deprecabatur. *Id. Catil.* 1. c. 11. Ut a me P. C. quandam prope justam patriæ querimoniam detester, ac deprecer. *Id. pro Cæcin.* c. 11. Excusatione summæ stultitiæ, summæ improbitatis odium deprecari. et 4. *Verr. in fin.* Avaritiæ crimina frugalitatis laudibus deprecari. *Enn.* apud *Gell. ibid.* et *Non. loc. cit.* Quibus nunc ærumna mea libertatem paro: quibus servitutem mea miseria deprecor. *Id. ibid.* Ego cum meæ vitæ parcam, letum inimico deprecor. *Cic. pro Font.* c. 12. Orandus erit M. Plætorius, ut suos novos clientes a bello faciendo deterreat, ut eorum iratos animos, atque horribiles impetus deprecetur. *h. e.* precibus flectat, molliat, retardet. ¶ Aliquando est imprecari, detestari, exsecrari, abominari, eod. *Gell. ibid.* teste. *Catull.* carm. 90. *de Lesbia.* Lesbia mi dicit semper mala, nec tacet unquam De me. dispeream, me nisi Lesbia amat. Quo signo? quasi non totidem mox deprecer illi. *as though I did not pray just as much evil upon her head.* [† *Gell. l. c. de loco ageus Ennii cum Catullo collati:* Significat abigo et amolior, vel prece adhibita, vel quo alio modo. Ambiguus sane locus *Catulli* est. Pro: *Quo signo? quasi non totidem mox deprecer illi.* edit. Paris. (apud *Colinæum*) 1534. ut et *Gellii* 1494. habet: *Cui ego quasi eadem totidem mox deprecor illi. Vossius* ex MS. *Quo signo? quia sunt totidem mea. deprecor illam.*] *Apul.* l. 9. *Metam.* Diras devotiones in eum deprecata. *Valer. Max.* l. 4. cap. 3. n. 6. Continuo Pyrrho et Samnitibus istam sapientiam deprecatus est. ¶ Absolute pro veniam petere. *to ask pardon. Cic. Attic.* l. 11. ep. 6. *sub fin.* Quintum fratrem audio profectum in Asiam ut deprecaretur. *h. e.* veniam petitum a Cæsare, quod a Pompeio stetisset. ¶ Et pro dehortari. *to dissuade. Senec. in Phœniss.* v. 73. dum prior, quo vis eo: Non deprecor, non hortor. ¶ *Deprecari aliquem aliqua re* est petere, ut aliqua re abstineat. *Propert.* l. 2. el. 25. v. 17. Lecto te solum, lecto te deprecor uno. Rivalem possim non ego ferre Jovem. [Particip. *deprecaturus* apud *Hirt. de bell. Alex.* c. 57. Cognoscit, eos nullum periculum deprecaturos.]

DEPREHENDO, *et per syncop. Poetis familiarem* Deprendo, is, endi, ensum, a. 3. *to seize, catch, take unawares, overtake*, καταλαμβάνω, idem quod prehendo, capio, incautum, aut inopinantem corripio. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 617. Fessa labore fugæ, fer opem, deprendimur, inquam. *Cass. ad Cicer.* 12. *Fam.* 12. Deprehendere tabellarios, litterasque intercipere. *Stat. Theb.* 6. v. 568. et *Senec. in Herc. Fur.* v. 224. Deprendere cursu feram. *Sil.* l. 16. v. 566. volucresque vagas deprendere nube Assuetus jaculis. *Curt.* l. 7. c. 4. Si quos ille ventus deprehendit, arena obruit. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 26. Pompeius naves, quas in portu deprehenderat, adornabat. *Quintil.* (seu quicumque auctor est) declam. 268. *sub fin.* Si quem subita deprehenderit valetudo. ¶ Item deprimere, quasi prehendendo demittere, ut fit in vite propaganda, cujus brachium deorsum flectitur, et terra obrutum alio emittitur. *Venulei. Dig.* lib. 43. tit. 23. leg. 22. Si vitem meam ex fundo meo in fundum tuum deprehenderis, eaque in fundo tuo coaluerit. ¶ Item in ipso actu comperire, opprimere, *to catch in the very fact, take in the act, detect, surprise:* ita ut neque effugere, neque inficiari possit. *Cic.* 7. *Verr.* c. 43. Deprehendere aliquem in manifesto scelere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 68. Deprehendi in adulterio. *Terent. Eun.* 5. 5. 18. Deprehendere aliquem pro mœcho in domo meretricia. *Cic. Verr.* 5. c. 2. Accusator ferendus non est, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 42. quid si me stultior ipso Quingentis empto drachmis deprehenderis? *you are found to be more foolish than me. Plin.* l. 35. c. 11. Achillem virginis habitu occultatum Ulysses deprehendit. ¶ Cum genit. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 26. Doli ego deprensus sum. *Al. leg.* dolis. V. *Prehendo.* ¶ Translate *Senec. in Herc. Œt.* v. 533. Verba deprendit quies. *h. e.* mors verba loquentis interrupit. ¶ Est etiam animadvertere, dignoscere. *to find, discover, perceive, discern. Cic. pro Cluent.* c. 7. et 17. Venenum manifesto deprehendere in manibus alicujus. *Id. pro Cæl.* c. 6. Facinora oculis prius, quam opinione, manibus, quam suspicione deprehendere. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 337. quoties hæc ora natare Fletibus, et magnas latrantia pectora curas Admota deprendo manu? *Plin.* l. *et cap. ult.* Demonstrare rationem deprehendendi falsas gemmas. *of detecting, knowing.* et c. *pænult.* Deprehendi ars non potest. et cap. 10. Heliotropium deprehendit defectus solis. *shows, indicates.* et lib. 17. c. 21. Solum male pastinatum deprehendunt scamma inæqualia. et lib. 12. c. 9. Genera gummi deprehenduntur odore, colore, pondere. *et initio* lib. 19. Conferunt rura deprehendendo cælo. *to discover the various changes of the atmosphere. Claudian. de III. Consul. Honor. sub fin.* arcanos Nili deprendite fontes. *Plin.* l. 33. c. 3. *extr.* Splendor deprehendit, an æs satis recoctum sit. *Quintil.* l. 1. c. 12. (*al.* 20.) et *Flor.* l. 2. cap. 4. Experimento deprehendere. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 463. *de Lynceo.* possit qui rumpere terras, Et Styga transmisso tacitam deprendere visu. *reach, discover.* ¶ Scribitur et *depræhendo.* V. quæ dicta sunt in fine verbi *Comprehendo.*

DEPREHENSA, æ, f. genus animadversionis militaris in eos, qui certo in errore deprehensi fuissent, castigatione major, ignominia minor. *Festus.*

DEPREHENSĬO, onis, f. *a seizing, taking, surprizing, catching, discovery*, κατάληψις, actus deprehendendi. *Cic. pro Cluent.* c. 18. Omnis accusatio ad extremum manifesta veneni deprehensione conclusa est. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 2. leg. 7. Fur deprehensione fit manifestus. *Id.* lib. 23. tit. 2. leg. 43. *sub fin.* Deprehensio in adulterio.

DEPREHENSUS, *et per syncop.* Deprensus, a, um, *taken, seized, surprised, taken in the very act, caught in the fact*, καταληφθείς, inopinato prehensus, correptus, ita ut nullum restet effugium, aut facti negatio. *Plin.* l. et c. 8. Elephas deprehensus solitarius, vel abactus a grege. *Id.* l. 11. c. 8. Apes noctu deprehensæ in expeditione, excubant supinæ. *Liv.* l. 38. c. 21. Galli erant deprehensi genere pugnæ, in quod minime apti sunt. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 28. Duas naves deprehendunt: deprehensas excipiunt. *Ovid.* 3. *Trist.* el. et v. 11. fugax avidis cervus deprensus ab ursis. *overtaken, caught. Cic. Attic.* l. 1. ep. 12. Clodius cum veste muliebri deprehensus domi C. Cæsaris. *Id.* 3. *Catil.* c. 5. Scelus manifestum atque deprehensum. ¶ Absolute *Id.* 1. *de Orat.* c. 48. Deprehensum equidem me, inquit Antonius, plane video atque sentio. *Quintil.* l. 10. c. 7. *ad fin.* Deprensus orator. *taken unawares. Id.* l. 5. c. 7. Testes deprehensi. *inconsistent in their statements.* ¶ Sæpe dicitur de navigantibus medio mari, ubi nullum portus effugium est. *Catull.* carm. 25. *in Thall.* v. 12. velut minuta magno Deprensa navis in mari, vesaniente vento. *Virg.* 5. *Æn.* v. 52. Argolicove mari deprensus. *Stat.* 1. *Theb.* v. 370. Ac velut Ægæo deprensus navita ponto. Adde *Lucret.* l. 6. v. 428. ¶ Est etiam animadversus, compertus, cognitus. *discovered, ascertained, known. Cic. in Orat.* c. 25. Ne elaborata concinnitas et quoddam aucupium delectationis manifesto depreheu-

sum appareat. *Plin.* l. 2. c. 54. Magna hujus observationis vanitas deprehensa est Scauro consule. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 313. Si latet ars, prodest: affert deprensa pudorem.

DEPRESSE, adverb. *deeply.* Comparat. Depressius. *Col.* l. 4. c. 1. Verior igitur causa est depressius pastinandi. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 9. Quo depressius æstivos specus foderint.

DEPRESSĬO, onis, f. *a depression.* *Macrob.* l. 1. *Saturn.* cap. 20. Sol semper velut a quadam imæ depressionis senecta in altitudinem suam, ut in robur revertitur juventutis. *Vitruv.* l. 1. c. 3. Fundamentorum ad solidum depressio. *a sinking.* *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 3. Depressio nasi. *h. e.* nasus simus.

DEPRESSĬTAS, atis, f. devexitas, locus depressus, ut Depressitas terræ, *Apul. in Asclep.* ubi alii leg. *densitas.*

DEPRESSUS, a, um, *pressed down, depressed, sunk,* deorsum pressus, demissus, dejectus, καταπιεσθείς, χθαμαλός. *Cic. in Pison.* c. 6. Altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio. *Phædr.* l. 1. fab. 20. Corium depressum in fluvio. *Sallust. in Catil.* c. 58. Locus circiter duodecim pedes humi depressus. *Cic. Verr.* 7. c. 27. Saxum in mirandam altitudinem depressum. *Id. pro leg. Manil.* c. 8. Classis superata atque depressa. *sunk. Hirt. de B. Alex.* c. 46. Depressa scapha. *sunk to the bottom. Plin.* l. 9. ep. 27. Tutius per plana, sed humilius et depressius iter. *low. Id.* l. 10. ep. 58. Ædes multo depressior. *Stat. Theb.* 4. v. 238. depressæ populus subit incola Pisæ. *h. e.* depresso loco sitæ. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 44. Libra alterno depressior orbe. *Frontin. de aquæduct.* artic. 65. Aquæductus depressior. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 14. Sedatissima et depressissima voce uti. ¶ Translate *Cic. de Senect.* c. 21. Animus cælestis ex altissimo domicilio depressus, et quasi demersus in terram. *Id. pro Cluent.* c. 65. Multorum improbitate depressa veritas emergit. *Id.* 7. *Verr.* c. 37. Opes civitatis victæ, comminutæ, depressæ. *sunk low, crushed. Senec.* l. 2. *de benef.* cap. 13. Quo altius te sublevasti, hoc depressior es.

DEPRETIĀTOR, oris, m. qui depretiat. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 29. Depretiator operum.

DEPRETIĀTUS, a, um, *depreciated, lowered in price,* vilior, seu deterior factus, ἐλαττωθείς. *Sidon.* carm. 22. v. 203. nec tempore longo Depretiata suas turpant pigmenta figuras. *Paulin. Nolan.* carm. 22. (*al.* 14.) v. 56. Vilescit pretio depretiatus homo.

DEPRETĬO, as, a. 1. *to bring down to a lower price, depreciate,* ἐλαττόω, ad minus pretium redigo, viliorem ac deteriorem facio. *Paul. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 22. Sed et ejus ratio haberi debet, quo cetera corpora depretiata sunt. *Tertull. in Apol.* c. 45. Epicurus omnem dolorem depretiat, modicum contemptibilem pronuntiando, magnum vero non diuturnum. *Sidon.* l. 2. ep. 10. *extr.* Neque apud te litterariam curam turba depretiet imperitorum. Adde *Tertull. de Spectac.* c. 22.

DEPRĪMO, is, essi, essum, a. 3. *to press or weigh down, depress, sink,* καταπιέζω, deorsum premo, demitto, affligo, demergo: a *de,* et *premo, is. Plaut. Merc.* 4. 1. 9. Simul hæc, quæ porto, deprimunt. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 17. *extr.* Tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram et maria deprimat. *Nepos in Conone,* c. 4. Multas naves capit, complures deprimit. *sinks. Cato R. R.* c. 32. et *Colum. de arborib.* c. 7. Vitem in terram deprimere. *Plin.* l. 14. c. 1. Vitis evocatur in palmites, aut deprimitur in propagines. (*to propagate by layers* dicunt nostri.) *Id.* l. 2. c. 16. *sub fin.* Deprimere aliquid ad terram. *Pallad. in Mart.* tit. 9. Semen siccatum deprimere. *to sow. Cic. in fragm.* apud *Lactant.* l. 3. c. 19. Deprimi in tenebras. *Tacit. Ann.* 15. c. 42. et *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 40. Deprimere fossas. *to hollow out, sink. Ulpian. Dig.* lib. 8. tit. 2. leg. 16. Eum quoque, qui tollit ædificium, vel deprimit, officere luminibus. *Pompon. ibid.* tit. 4. leg. 11. Deprimere, vel allevare rivum. ¶ Item opprimere, *to oppress. Ovid.* 12. *Metam.* v. 260. Cumque suis Gryneus immanem sustulit aram Ignibus, et medium Lapitharum jecit in agmen, Depressitque duos. Al. leg. *oppressit.* ¶ Item calcare. *Petron. in Satyr.* c. 123. Cæsar tumidas iratus deprimit arces. *h. e.* per Alpes iter facit. ¶ Translate *Cic. in Pison.* c. 18. Vos meam fortunam deprimitis, vestram extollitis. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 1. Causam adaugere, aut deprimere. *Quintil.* l. 8. c. 3. *extr.* Elocutio attollit, aut deprimit. *Liv.* l. 30. c. 36. Contemplato Carthaginis situ, non tam noscendi in præsentia, quam deprimendi hostis causa. *to alarm or discourage them. Senec.* ep. 10. Vide ne te ulla res deprimat. *Gell.* l. 1. c. 11. *a med.* Deprimere et sedare impetum vocis. *Plin. in Paneg.* c. 44. Rectos ac vividos animos contundere, ac deprimere. [¶ Particip. *depressurus* apud *Tacit. Ann.* l. 15. c. 42. Ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad ostia Tiberina depressuros promiserant.]

DEPRŎCUL, *afar off, to a distance,* procul, longe. *Plaut. Pers.* 4. 2. 6. Abscede deprocul e conspectu. Al. leg. *procul.*

DEPRŒLIANS, antis, *warring, waging war,* valde prœlians, decertans. *Horat.* l. 1. od. 9. v. 10. ventos æquore fervido Deprœliantes.

DEPRŌMO, is, ompsi, *aut* omsi, omptum, *aut* omtum, a. 3. *to draw, take, or fetch out, draw forth,* προφέρω, ἐκφέρω, promo, extraho, profero. *Plaut. Trucul.* 3. 1. 2. Bubus glandem prandio depromere. *Horat.* l. 1. od. 9. v. 6. benignius Deprome quadrimum Sabina, O Taliarche, merum diota. *Virg.* 11. *Æn.* v. 590. ultricem pharetra deprome sagittam. *Cic.* 2. *Offic.* c. 15. Pecuniam ex arca depromere. ¶ Jlocaliter *Plaut. Amph.* 1. 1. 4. Quid faciam, si Tresviri me in carcerem compegerint? Inde cras e promptuaria cella depromar ad flagrum? ¶ Translate *Cic.* 1. *de Orat.* c. 59. Juris utilitas vel a peritis, vel de libris depromi potest. et cap. 46. Depromenda sæpe oratio est ex jure civili. *Id.* 13. *Fam.* ep. 6. Pollicitus sum, me ex intima nostra arte deprompturum mirificum genus commendationis. *Id.* 5. *Verr.* c. 66. Verba domo patroni depromere. *Id.* 4. *de Fin.* c. 4. E locis, quasi thesauris, argumenta depromere.

DEPROMPTUS, *vel* Depromtus, a, um, adject. *drawn or taken out,* ut, Deprompta ex ærario pecunia, *Cic. pro leg. Manil.* c. 13. ¶ Translate *Id. initio Parad.* 1. Ex Stoicorum disputationibus, non ex meo sensu deprompta oratio. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 57. Aliquid de Jure civili depromptum. *Id.* 3. *Phil.* c. 6. Maledicta deprompta ex recordatione impudicitiæ.

DEPROPĔRO, as, a. 1. *to make great haste, hasten,* κατασπεύδω, valde propero, properanter facio, festino. *Horat.* l. 2. od. 7. v. 24. Quis udo deproperare apio coronas, Curatve myrto? *Sil.* l. 2. v. 265. Numidum cohors miserabile humandi Deproperat munus. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 108. Prius deproperant sedulo sacrificare.

DEPSITICĬUS, vel Depsititius, a, um, depsendo, seu subigendo confectus. *kneaded, moulded with the hand. Cato R. R.* c. 74. Panem depsititium sic facito: manus mortariumque bene lavato: farinam in mortarium indito, aquæ paulatim addito, subigitoque pulcre, &c. [Alii legunt, et quidem recte *testicium.* V. *Testicius* in *Appendice.*]

DEPSO, is, ui, pstum, a. 3. *to knead or mould, work dough till it be soft; to tan or curry leather,* δεψέω, subigo, macero, tractando, premendo, et madefaciendo mollem ac tenerum reddo, v. gr. panem: a voce Græca allata. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 234. Molere, et depsere. *Cato R. R.* c. 90. Id ubi excoxeris, depsito bene: oleo manum unguito, postea magis depses. *Id. ibid.* c. 135. Coria depsere, et ungere. et cap. 76. Ubi depsueris, &c. ¶ Habuit etiam obscenum sensum, ut significat *Cic. Fam.* 9. ep. 22.

DEPSTUS, a, um, subactus, maceratus: a *depso. Cato R. R.* c. 135. Coria recentia, quæ depsta sient. *tanned.* et cap. 40. Luto depsto stirpem oblinito.

DEPŪBES, *vel* Depubis, e, qui ad pubertatis annos non potuit pervenire. Hinc depubes porcus, quem lactentem occidimus. *Festus.*

DEPUDESCO, is, ui, idem quod pudere, vel valde pudere, *to be greatly ashamed. Apul.* l. 10. *Metam.* Priusquam infamia publici spectaculi depudescerem.

DEPŬDET, ebat, uduit, impers. 2. *to be greatly ashamed,* valde pudet, καταιδέομαι. *Vellei.* l. 2. c. 73. Cum eum non depuderet vindicatum armis patris sui mare infestare. ¶ Item contraria significatione, pudere desinit, *to be past shame, be not ashamed,* ἀναιδέομαι. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 155. Depuduit, profugusque pudor sua signa reliquit. *Senec. de constant. sapient.* c. 17. Assiduis conviciis depudere didicerat.

DEPUDĪCO, as, a. 1. *to violate,* διαφθείρω, violo, stupro, pudicitiam aufero. Enumeratur a *Gell.* l. 26. c. 7. inter verba, quæ *Laberius in Mimis* prælicenter finxit.

DEPUGNATĬO, onis, f. idem quod pugna, certamen, depugnandi actus. *Cato* apud *Non.* c. 3. n. 89. Una depugnatio est fronte longo, quadrato exercitu. *Al. leg.* repugnatio. *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 20. ubi eadem Catonis verba recitat, habet *depugnatio.* ¶ Translate *Jul. Firmic. in præfat.* l. 4. Forensium certaminum depugnationibus liberatus. ¶ A *Tertull. de Spectac.* c. 18. accipitur pro certamine pugnis facto.

DEPUGNĀTUS, a, um, adject. idem quod pugnatus. *Plaut. Men.* 5. 6. 31. Ne sero veniam depugnato prœlio.

DEPUGNO, as, avi, atum, a. 1. *to fight eagerly, fight it out, contend, engage,* διαμάχομαι, idem quod pugno, aut acriter pugno, de tota re dimicare sum paratus, certo, contendo. *Liv.* l. 34. c. 46. Cum Gallis, signis collatis depugnavit. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 22. Cum Ajax depugnaturus esset cum Hectore. *Plin.* l. 7. c. 56. *sub fin.* Depugnare classe. *Cic. Fam.* l. 6. ep. 4. Magnæ utrinque copiæ ita paratæ ad depugnandum esse dicuntur, ut &c. *to decide every thing by a single battle. Cæs.* 7. *B. Gall.* c. 28. Acie instructa depugnare. ¶ De gladiatoribus, et bestiariis. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 17. *in fi.* Cum sontes ferro depugnabant. *Asin. Poll.* ad *Cicer.* 10. *Fam.* ep. 32. *ante med.* Cum depugnasset in ludum bis gratis depugnasset. *In vet. Tab. æn.* apud *Mazoch.* pag. 423. Qui depugnandi causa auctoratus est. *Ulpian. Digest.* lib. 3. tit. 1. leg. 1. *cir. med.* Depugnare cum bestiis. *Et paulo post.* Depugnare feram, quæ regioni nocet. *Modestin.* lib. 48. tit. 8. leg. 11. Ad bestias depugnandas servos tradere. ¶ Passive impersonaliter *Cic. Attic.* l. 16. ep. 11. *a med.* Kal. Jan. erit fortasse præsidio: aut quidem ante depugnabitur. ¶ Translate *Plin.* l. 21. c. 8. Paria nunc componuntur et natura atque luxuria depugnant. *Cic.* 4. *Acad.* c. 46. Voluptas depugnat cum honestate. *Plaut. Stich.* 4. 2. 47. cum fame. *Id. Trin.* 2. 2. 24. cum animo suo. *to contend with his own inclinations.* ¶ Cum dativo *Sil.* l. 10. v. 475. Depugnare morti. ¶ *Depugnarier* paragoge pro *depugnari* est *Plauti Cas.* 2. 5. 36.

DEPULSĬO, onis, f. *a driving away, removal,* ἄπωσις, actus depellendi. *Cic. Phil.* 8. c. 4. Quæ causa justior est belli gerendi, quam servitutis depulsio? *Id.* 5. *de Fin.* c. 6. *ad fin.* Depulsio doloris. ¶ Translate est defensio, et refutatio, qua quis crimina sibi objecta depellit. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 26. Intentio est, injuria sororem occidisti: depulsio est, jure occidi: quæstio est, jure ne occiderit. Adde *ibid.* l. 1. c. 10. et *Quintil. in proœm.* l. 8. et lib. 3. c. 6. et lib. 6. c. 4.

DEPULSO, as, a. 1. freq. a depello. *Plaut. Stich.* 2. 1. 13. Cubitis depulsa de via, tranquillam concinna viam.

DEPULSOR, oris, m. qui depellit. *Cic. Phil.* 2. c. 11. Depulsor dominatus, quam particeps esse maluit. ¶ Est etiam epithetum Jovis, ut averruncus, custos, conservator, ἀλεξίκακος. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 20. n. 3. et apud *Murator.* pag. 9. n. 8. et pag. 1977. n. 4. et 5.

DEPULSORĬUS, a, um, adject. ad depellendum, seu avertendum pertinens, ut *Depulsoria sacra,* quibus deorum ira placatur, et mala avertuntur. *Ammian.* l. 25. c. 2. (*al.* 5.) Numinibus per sacra depulsoria supplicans. *Plin.* quoque l. 28. c. 2. *depulsoria* hæc *sacra* commemorat.

DEPULSUS, a, um, *driven down or away,* ἀπωσθείς, deorsum pulsus, dejectus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. Stomachus agitatione et motibus linguæ cum depulsum et quasi detrusum cibum accepit, &c. *Id.* 3. *Catil.* c. 8. Simulacra deorum depulsa, statuæ hominum dejectæ. *Prudent.* περὶ στεφ. 14. *de S. Rom.* v. 663. puer depulsus lacte. *weaned.* ¶ Translate *Nepos in Themist.* c. 5. Depulsus gradu. *Id. in Datam.* c. 7. ab aliqua re. *Cic.* 1. *Fam.* ep. 7. *a med.* De vetere diuturnaque sententia. *Id.* 3. *de Orat.* c. 3. tribunatu per invidiam. *Id. Fam.* 12. ep. 1. Ut tantummodo odium illud hominis impuri et servitutis dolo depulsus esse videatur. *driven away, removed.* ¶ *Depulsum, i,* absolute est depulsio. *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 1. Portentorum depulsa Etrusca disciplina explicari voluerunt. *h. e.* ritus, sacra, et preces, quibus portenta expiantur.

DEPULTUS, a, um, idem quod depulsus, antiquo more, quo et *pulto* pro *pulso* dicebant. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 10. *sub fin.* Si præceps in Neptunias depultus erit lacunas.

DEPULVĔRANS, antis, pulverem excutiens. *In Supposit. Aulular. Plauti, sc. ult.* v. 25. Luctum depulverans meum. *h. e.* abstergens.

DEPUNGO, is, a. 3. idem quod pungo. *Pers.* sat. 6. *v. pænult.* depunge, ubi sistam. *h. e.* indica, assigna locum, ubi sistam: ducta metaphora a libra, in qua certum pondus punctis notatur. Al. leg. *depinge.* ¶ Apud *Tertull.* quoque l. 2. *advers. Marcion.* c. 7. legitur a quibusdam (nam alii *depingo*) alia tamen et satis obscura, raraque admodum significatione.

DEPURGATĪVUS, a, um, adject. *purgative, purifying. Cœl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 16. Depurgativæ virtutis esse.

DEPURGĀTUS, a, um, adject. *purged, purified, cleansed. Colum.* l. 12. c. 9. Caules lactucæ ab imo depurgati.

DEPURGO, as, a. 1. *to purge, purify, cleanse, make clean,* καθαρεύω, idem quod purgo, aut probe purgo. *Cato R. R.* c. 112. Si qua acina corrupta erunt, depurgato. *Id. ibid.* c. 151. Terram depurgato ab herba, graminibusque. *clear. Colum.* l. 9. c. 14. *a med.* Aperire alvos, et depurgare quidquid immundi est. ¶ Translate *depurgare crimina,* h. e. diluere, aut excusare, est qui legit apud *Liv.* l. 39. c. 35. sed plerique alii *purgare.*

DEPŪRO, as, a. 1. purum facio. Auctorem huic verbo sunt qui attribuunt *Frontin. de æquæduct.* artic. 93. ubi Codices MSS. habent *defæcare,* teste *Poleno:* sunt qui alium *Frontin. de limitib. agror.* sed hic quoque locus valde suspectæ fidei est.

DEPUTĀTUS, a, um, adject. *deputed, appointed, chosen, Macrob. Saturn.* l. 7. c. 14. Ad deputatam sibi a natura sedem proprii sensus recurrunt. *Sever. Sulpic. Hist. Sacræ* lib. 1. c. 53. Turba colendis agris deputata. ¶ Item amputatus, decisus. *pruned or cut off. Colum.* l. 3. c. 10. *ad fin.* Malleolus deputatus, et in terram depositus.

DEPŬTO, as, avi, atum, a. 1. *to prune, cut, or lop off,* κατατέμνω, idem quod puto, *h. e.* cædo, seco, amputo, abscindo. *Cato R. R.* c. 49. Vineam primum deputato, binas gemmas, ne amplius, relinquito. *Colum.* l. 4. c. 7. Palmites falce deputandi. *Ovid. de nuce,* v. 63. Falx deputat umbras. *h. e.* ramos umbrantes. ¶ Item puto, *h. e.* censeo, existimo, judico. *to imagine, esteem, consider, think, judge,* νομίζω. *Vetus Poeta* apud *Cic.* 1. *de Divin.* c. 22. Quem tu esse hebetem deputas æque ac pecus. *Terent. Heaut.* 1. 1. 83. et *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 27. Deputare se dignum quovis malo. *Id. Hecyr.* 5. 3. 1. Deputare parvi pretii operam alicujus. *Id. Phorm.* 2. 1. 16. Quidquid

præter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro. ¶ *Id. Adelph.* 2. 1. *extr.* Deputare secum rationes. *to make up his accounts, draw conclusions.* Sed alii leg. *putare.* ¶ Item destino. *to destine, doom. Pallad. in Novembr.* tit. 11. *extrem.* Atque ita solum, quod huic generi deputabis, implere. *Sulpic. Sever.* l. 2. *Histor. sacr.* c. 7. Accusatores deputari leonibus præcepit. ¶ Deputare aliquid delicto. *to esteem as a fault*, est *Tertull. de pœnitent.* c. 3.

DEPUVERE, cædere. *Lucilius*: palmisque misellam Depuvit me. *h. e.* verberavit me: quod ipsum ex Græco est παίειν. Hæc *Festus.* Alii volunt legi *depuvire*: a *de*, et *pavio.*

DEPYGIS, e, adject. *with little or no buttocks*, qui macris est, vel nullis natibus. a *de*, et *pyga. Horat.* l. 1. sat. 2. v. 93. Depygis, nasuta, brevi latere, ac pede longo est. ¶ Scribitur et *depuges.*

DEQUE, adverb. V. in *Susque.* ¶ Apud Veteres *deque* vim habuit minuendi et remittendi, ut docet *Gell.* l. 10. c. *ult.*

DEQUĔROR, eris, questus sum, dep. 3. *to lament, complain greatly, μέμφομαι,* valde queror. *Valer. Flacc.* l. 5. *Arg.* v. 448. omnes secum dequesta labores. *Stat.* 11. *Theb.* v. 627. Talia dequestus. Adde lib. 1. v. 404.

DERĀDO, is, asi, asum, a. 3. *to scrape, shave, or pare off, ἀποξέω,* radendo aufero, abrado. *Cato R. R.* c. 121. De virga lauri deradito. *Gell.* l. 17. c. 9. *sub fin.* Deradere capillum alicui ex capite. *Id.* l. 7. c. 20. Poetam offensum, nomen urbis eorum, quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo derasisse. [¶ Particip. *deradendus* apud *Cels.* l. 8. c. 4. Deinde scalpro id deradendum est.]

DERĀSUS, a, um, *scraped or pared off, ἀπόξυρος,* abrasus, exesus. *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 35. Sed ne illa quidem negligenda, ubi interior pars collisa, aut ubi derasum detritumve aliquid est. *Plin.* l. 29. c. 6. Derasum caput. *Id.* l. 32. c. 7. Humor specillis derasus. *Id.* l. 20. c. 2. Derasus cortex. Adde *Plin. alter.* l. 8. ep. 20.

DERCĔA, æ, f. herba Apollinaris, solani species, δέρκεα. *Apul. de herb.* c. 22.

DERCĔTIS, is, et Dercēto, us, f. Δερκέτις, et Δερκετώ, οῦς. Dea Syrorum, eadem quæ Atargatis. Fabulantur, Venerem ab immani gigante subito deprehensam, cum ad ripas Euphratis cum filio Cupidine consedisset, metu se in fluvium conjecisse, versamque in piscem, illius vim evasisse: vel duobus piscibus subeuntibus, in adversam ripam fuisse transvectam. Itaque postea Syros accolas destitisse pisces esitare. Ita *Hygin. Poet. Astron.* l. 2. c. 30. et *Ovid.* 2. *Fast.* a vers. 461. Alii tradunt fuisse hoc nomine Nympham, matrem Semiramidis, (ut *Hygin.* tradit fab. 223.) quæ pudore, et dolore delibatæ pudicitiæ, in lacum prope Ascalonem se præcipitaverit, et in piscem conversa sit; atque humana quidem facie, cetero autem corpore figura piscis a Syris culta. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 44. et dubia est, de te, Babylonia narret, Derceti, quam, versa squamis velantibus artus, Stagna Palæstini credunt celebrasse figura. *Plin.* l. 5. c. 23. Atargatis, Græcis Derceto dicta.

DERELICTĬO, onis, f. *a dereliction, leaving, forsaking, deserting, abandoning, κατάλειψις,* actus derelinquendi. *Cic.* 3. *Offic.* c. 6. Sed communis utilitatis derelictio contra naturam est.

DERELICTUS, a, um, *abandoned, left, forsaken, forlorn, destitute, καταλειφθείς,* relictus, desertus, destitutus. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 13. Naves ab æstu derelictæ. *Cic. de clar. Orat.* c. 4. Serere in inculto et derelicto solo. *Id. Catil.* 1. c. 10. Homines perditi atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelicti. *Id. Attic.* l. 8. ep. 1. Hæc oppida atque oram maritimam ille pro derelicto habet. *hath abandoned.* Sic *Plautus Trucul.* 4. 4. 14. Ut me quasi pro derelicta sis habiturus. ¶ *In derelicto esse.* V. *Deperditus.* ¶ Item relictus legato, aut testamento. *Hieronym.* ep. 27. *ad Eustoch. epitaph. Paulæ, ad fin.* Ne unum quidem nummum ab ea filiæ derelictum, sed derelictum magnum æs alienum.

DERELICTUS, us, m. idem quod derelictio. *Gell.* l. 4. c. 12. Sive quis arborem suam, vineamque habuerit derelictui.

DERELINQUO, is, iqui, ictum, a. 3. *to abandon, leave, forsake, desert, καταλείπω,* est prorsus seu in totum relinquere, deserere. *Cic. pro Cæcin.* c. 35. Derelinquo jam communem causam. *Id.* 5. *Verr.* c. 51. Totas orationes derelinquere. ¶ Pro relinquere legato, aut testamento, aut alia ratione. *to leave by will, bequeath. Arnob.* l. 5. pag. 161. Varro in librorum quatuor primo, quos de gente conscriptos R. populi dereliquit. V. *Derelictus, a, um. Curt.* l. 9. c. 4. Arx erat oppidi intacta, in qua præsidium dereliquit. [¶ Particip. *derelinquendus* apud *Justin.* l. 8. c. 5. Ut illi vel replenda, vel derelinquenda loca viderentur.]

DEREPENTE, *suddenly, all on a sudden, ἐξαίφνης,* repente, desubito. Una vox est, ut *defessus*, neque divisim scribi potest: quia si separaveris, non est Latina inquit *Donat.* ad illud *Terentii Hecyr.* 4. 1. 3. Ita corripuit derepente tacitus se se ad filiam. *Id. ibid.* vers. 39. Si is posset ab ea se se derepente avellere, quicum tot cousesset annos. *Plaut. Mostell.* 2. 2. 57. Atque ille exclamat derepente maximum. *Cic. pro Ligar.* c. 14. Si cum hoc domi faceremus, tu derepente irrupisses. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 63. Raptis derepente armis. Adde *Turpil. Enn. Afran. Varron. Accium, Novium* et *Pompon.* apud *Non.* c. 12. n. 2.

DEREPENTĪNO, adverb. idem quod derepente. *Apul. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) Quid derepentino distulerit. et *num.* 23. Sententia derepentino oborta est. ¶ Est qui malit divisim scribere *de repentino.*

DERĒPO, is, epsi, eptum, n. 3. *to creep down, creep up from the ground*, deorsum repo. *Plin.* l. 8. c. 36. *de ursis.* Ingrediuntur et bipedes: arborem aversi derepunt. *Phædr.* l. 2. fab. 4. v. 12. Derepit ad cubile setosæ suis. ¶ Item universim descendo. *Apul.* l. 4. *Metam.* Ibi cum singuli derepsissent. ¶ *Varr.* apud *Non.* c. 15. n. 12. Non vides, ipsos deos, si quando volunt gustare vinum, derepere ad hominum fana? ¶ Est qui apud *Phædr.* et *Apul.* legit *direpo*, minus recte tamen.

DEREPTUS, a, um, adject. deorsum raptus, avulsus, detractus, *taken down or away, snatched away, pulled off*, ut Dereptus cortex, *Ovid.* 1. *Amor.* el. 14. v. 12. Derepta acus, *ibid.* v. 18. Derepta leoni pellis, *Id. Metam.* 3. v. 52. *Horat.* l. 1. od. 9. *extr.* Pignus dereptum lacertis. *Virg.* 11. *Æn.* v. 193. spolia occisis derepta Latinis. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 13. Terroribus, cupiditatibusque detractis, et omnium falsarum opinionum temeritate derepta. Adde quæ congessit *Heins.* ad citat. *Ovidii* loc. *ex Metam.* Ubique autem alii leg. *direptus*: sed rectius leges *dereptus*, quoties deorsum rapiendi actio significatur.

DERIDĔO, es, isi, isum, a. 2. *to laugh at, deride, laugh to scorn, καταγελάω,* valde rideo, cum contemptu rideo. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 14. Omnes istos deridete atque contemnite. *Terent. Eun.* 5. 2. 21. Ultro etiam derisum advenit. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 262. Discit enim citius, meminitque libentius illud, Quod quis deridet, quam quod probat, et veneratur. [¶ Particip. *deridens, deridendus* apud *Suet. de cl. Rhet.* c. 2. Deridens ut inflatum ac levem et sordidum. *Auson.* epist. 4. v. 66. Inter doctrinam, deridendasque Camenas.]

DERIDICŬLUM, i, n. *a laughing-stock, object of scorn or ridicule*, derisio, irrisio, *κατάγελως, καταμώκησις. Plaut. Amph.* 2. 2. 50. Quid tu me deridiculi gratia sic salutas? *to make a jest of one. Id. Pseud.* 4. 5. 7. Verba alicui per deridiculum dare. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 57. Esse deridiculo.

DERIDICŬLUS, a, um, *ridiculous, laughable, fit to be laughed at, silly, foolish, καταγέλαστος,* valde ridiculus. *Plaut. Mil.* 2. 1. 14. Is deridiculus est, quaqua incedit, omnibus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 18. *a med.* Sequetur, ut duos villicos et duas villicas habeat: quod est deridiculum. *Gell.* l. 13. c. *ult.* Deridiculum esse in legendo. *Id.* l. 12. c. 2. Deridiculos versus facere. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 49. Julius Pelignus ignavi animi et deridiculo corporis juxta despiciendus. *for a bodily defect which exposed him to ridicule.*

DERĪGO, is, a. 3. deorsum rego. Legitur a nonnullis apud *Lucret.* l. 6. v. 823. ubi alii *dirigo.* Apud *Silium* quoque, non uno in loco, eadem lectionis varietas est.

DERIPĬO, is, ipui, eptum, a. 3. *to take or pull down, snatch or take away, ἀφαρπάζω,* deorsum rapio, detraho, et plerumque cum aliqua festinatione. *Virg. Georg.* 2. v. 242. Colaque prælorum fumosis deripe tectis. *Horat. epod. ult. sub fin.* polo Deripere lunam vocibus possum meis. *draw down. Id.* l. 3. od. 28. v. 8. Diripere horreo amphoram. *Plaut. Rud.* 3. 5. 5. Capillo aliquem de ara deripere. *to tear or drag away. Senec. in Agamemn.* v. 693. Deripere infulas capiti. *tear off.* Adde quæ multa congessit *Heinsius ad Ovidii Metam.* 3. v. 52. in quibus omnibus præstantiores libri *deripio* habent, quia deorsum ducendi actio aliqua significatur. Al. leg. *diripio.* V. *Dereptus*, et *Diripio.* ¶ Translate *Cic. pro Sull.* c. 1. *a med.* Quantum de mea auctoritate deripuisset, tantum de hujus præsidiis deminuturum. *h. e.* detraxisset. Male qui leg. *diripuisset.*

DERISĬO, onis. f. *a laughing to scorn, mocking. Arnob.* l. 7. pag. 239. Derisionis materia. *Lactant.* l. 4. c. 18. *ex Esdra.* Eritis derisio in gentibus.

DERĪSOR, oris, m. *a mocker, scoffer, καταγελαστής,* qui deridet. *Plin.* l. 11. c. 52. Supercilia quibus juxta tempora inflexa, derisores significant. ¶ *Derisores* etiam dicuntur conviviorum scurræ. *jesters, buffoons, drolls. Plaut. Capt.* 1. 1. 3. Quia invocatus esse soleo in convivio, scio, absurde dictum hoc derisores dicere. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 10. Alter in obsequium plus æquo pronus, et imi Derisor lecti. *Senec.* ep. 27. Quadratus stultorum divitum arrosor, et quod sequitur, arrisor, et quod duobus his adjunctum est, derisor. ¶ Item mimi. *mimics. Martial.* l. 1. epigram. 5. Qua Thymelem spectas, derisoremque Latinum. ¶ Item adulatores. *Horat. de art. poet.* v. 431. Ut qui conducti plorant in funere dicunt, Et faciunt prope plura dolentibus ex animo; sic Derisor vero plus laudatore movetur.

DERISORĬUS, a, um, adject. ad deridendum pertinens. *Martian. Dig.* lib. 28. tit. 7. leg. 14. Conditiones, quæ contra bonos mores, vel derisoriæ sunt, pro non scriptis habentur.

DERĪSUS, a, um, adject. *laughed at, derided, καταγελασθείς. Cic. Verr.* 5. c. 92. Derisum beneficium atque contemptum.

DERĪSUS, us, m. idem quod derisio, *derision, scorn, mockery, καταμωκίδιαμα. Quintil.* l. 6. c. 3. A derisu non procul abest risus. *Senec. præfat.* l. 4. *Controv. Excerpt.* Incidere in ea, quæ derisum fugere non possunt. *Id.* ep. 76. Mihi contingat iste derisus. *Sueton. in Tiber.* c. 70. Maxime curavit notitiam historiæ fabularis, usque ad ineptias atque derisum. *even so as to make himself laughed at. Tacit. in Agric.* c. 39. Derisui esse. *Phædr.* l. 5. fab. 7. Facile ad derisum stulta levitas ducitur.

DEPRIVATĬO, onis, f. *a draining of water, turning of water out of its course.* ἐποχέτεια, actus derivandi, deductio rivi. *Cic.* 2. *Offic.* c. 4. Ductus aquarum, derivationes fluminum. ¶ Apud Grammaticos derivationes nominum et verborum, *derivations of words, παραγωγαί,* sunt eorum inflexiones, cum v. gr. ex uno nomine fit aliud, ut a *bonus bonitas*, a *lego lectio.* Has septem modis fieri, docet *Diomed.* l. 1. pag. 310. *Putsch.* aut enim nomina quæ derivantur patronymica sunt, ut *Peleus Pelides*; aut possessiva ut *Peleius*; aut paronyma, ut *equus eques*; aut verbalia, ut *dico dictio*; aut comparativa, ut *fortis fortior*; aut superlativa, ut *fortissimus*; aut denique diminutiva, ut *homo homunculus. Plin.* apud *Serv.* ad 9. *Æn.* v. 706. Derivationes firmas non habent regulas, sed exeunt prout auctoribus placet. *Paul. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 57. Magistratus per derivationem a magistris cognominantur. ¶ Præterea *derivatio* dicitur cum ab uno sensu ad vicinum et similem oratio deducitur. *Quintil.* l. 3. c. 7. *ad fin.* Quia est quædam virtutibus ac vitiis vicinitas utendum proxima derivatione verborum, ut pro temerario fortem, pro prodigo liberalem, pro avaro parcum vocemus. ¶ Translate *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 1. Hunc esse fructum legendi quæ maxime inter aliorum dicta mireris, in aliquem usum tuum opportuna derivatione convertere.

DERIVATĪVUS, a, um, *derivative, παράγωγος,* qui ab alio deducitur, ut Derivativa nomina apud Grammaticos, quæ invicem deducuntur. *Priscian.* l. 8. pag. 824. *Putsch.* Species verborum sunt duæ, primitiva et derivativa. V. *Derivatio.*

DERIVĀTUS, a, um, *drained off, turned out of its regular course or channel*, rivo deductus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 72. Fossam aqua ex flumine derivata complere. ¶ Translate *Cic.* 2. *Attic.* ep. 16. Derivata exspectatio largitionis Agrariæ in agrum Campanum. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 19. Hoc fonte derivata clades.

DERĪVO, as, avi, atum, a. 1. *to drain or convey water from its regular course, derive or turn off into a different channel, παροχετεύω,* rivi more aquam deduco, alioque deflecto. *Colum.* l. 2. c. 8. Omnem humorem in cloacas, atque inde extra segetes derivemus. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 12. Derivare sibi aquam de fluvio. ¶ Per translationem. *Cic.* 4. *Verr.* c. 20. *extr.* Te tuam culpam non modo derivare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse. *turn upon another, impute to another. Id. pro Mil.* c. 10. *extr.* Dicam enim non derivandi criminis causa, sed ut factum est. *not with a view to lay the blame elsewhere. Id. Phil.* 11. c. 9. Rerum natura cogit te partem aliquam in Asiam et Syriam derivare curæ et cogitationis tuæ. *to turn. Id.* 5. *Tuscul.* c. 25. Justitia nihil in suam domum inde derivet. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 27. Considerandum est, ne tota causa mutata in aliam causam derivetur. *should be changed or turned. Terent. Phorm.* 2. 2. 9. Derivare in se omnem iram alicujus. *to bring down upon himself. Cic. Verr.* 3. c. 53. Derivare alio responsionem suam. *to direct his reply to another subject.* et *Lucret.* l. 2. v. 364. Nec vitulorum aliæ species per pabula læta Derivare queunt animum curaque levare. *h. e.* avocare, avertere, *divert, distract.* [¶ Translate *viam derivare* est a loco ad locum cum aliquo flexu perducere, aperire; *to open, continue a road in one sweep; the branching out of a principal or great road.* Optimæ notæ *Inscriptio* prope Feltriam in miliario reperta ann. 1786, quæ legitur in *Ephemerid. Florent.* ejusdem anni col. 694., quamque fideliter descriptam ac delineatam exhibuit *Aurel. Guarnieri* in *Dissert. postuma: Intorno al corso dell' antica via Claudia dalla città di Altino sino al fiume Danubio.* Ti. Claudius, Drusi F. Cæsar Aug. Germanicus, Pontifex maximus, tribunitia potestate VI, Cos. IV. Imp. XI. P. P. Censor viam Claudiam Augustam, quam Drusus pater Alpibus bello patefactis derivavit, munit ab Altino usque ad Danuvium M. P. CCCI. Vide *cit. Dissert.* pag. 94. *et seq.*]

DERŌDO. V. *Derosus.*

DEROGATĬO, onis, f. *the taking of some clause from an old law by a new one*, diminutio, detractio, ἀφαίρεσις. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 10. Cum duæ leges inter se discrepant, videndum est primum, num qua obrogatio, aut derogatio sit. ¶ Fit autem legis derogatio, cum ejus aliqua pars tollitur. V. *Abrogo.*

DEROGATĪVUS, a, um, adject. q. d. detractorius, ut Præpositio derogativa, apud *Diomed. Grammat.* l. 1. pag. 325. *Putsch.* scilicet *in* cum privandi vim habet, ut *in doctus.*

DEROGĀTOR, oris, m. detractor, q i invide carpit

Sidon. l. 3. ep. 13. Beneficii importunus petendi, derogator negati, æmulator accepti.

DEROGATORĬUS, a, um, adject. derogativus, ut Derogatorium edictum, apud *Julian. Dig.* lib. 25. tit. 4. leg. 2.

DEROGĪTO, as, avi, atum, a. 1. rogito, *to ask of one. Plaut. Asin.* 2. 2. 60. Placide ergo unumquodque derogita.

DERŎGO, as, avi, atum, a. 1. *to take away some clause of a law by a new one,* proprie est aliquid de lege per novam legem detrahere: quemadmodum *abrogo* est legem omnino tollere, μεταποιεῖν νόμον. *Cic.* 2 *de Invent.* c. 45. Indignum est de lege aliquid derogari, aut legem abrogari. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 10. Quod ea lex sanciat, cui legi abrogatum vel derogatum sit. ¶ Translate est alicui rei in genere aliquid detrahere, diminuere: cui contrarium est arrogare, attribuere, *to derogate or take from, abate, lessen, diminish,* ἀφαιρεῖν. *Cic. pro Flacc.* c. 4. Non ego nationi huic fidem derogo. *Id. pro Quint.* c. 23. Fides hujus multis locis cognita, ne perfidia Sex. Nævii derogetur, laborant. (hæc loquendi ratio fortasse singularis est) *Id. pro Cæc.* c. 1. Derogare de fide testium. *to hurt the credit, of. Id. pro Rosc. Amer.* c. 32. Non enim mihi tantum derogo, tametsi nihil arrogo, ut te copiosius, quam me, putem posse dicere. *I will not so far detract from my own merits. Id.* 2. *de Invent. c. pænult.* Derogare aliquid de magnificentia, aut de honestate. et cap. 46. aliquid ex æquitate. *Plin.* l. 7. c. 28. M. Sergio nemo quemquam prætulerit, licet pronepos Catilina gratiam nomini deroget. *Tacit. Ann.* 13. c. 27. Derogare juri. *Id. Ann.* 15. c. 2. aliquid tutelæ sociorum. [¶ Particip. *derogaturus* apud *Auson. in gratiar. act.* c. 36. Non derogaturus industriam.]

DERŌSUS, a, um, *gnawed, nibbled,* rosus. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 44. Derosos esse a muribus clypeos. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 62. *Hard.* A cochleis minimis derosa vitis. *Id.* l. 17. c. 25. Ficus derosæ a locustis.

DERTUSĀNUS, a, um, ad Dertosam pertinens, quæ est urbs Hispaniæ Tarraconensis, ad Iberum fluvium, nunc *Tortona.* Hinc *Dertusani, orum,* sunt ejus urbis incolæ. *Plin.* l. et cap. 3.

DERUNCINĀTUS, a, um, *planed smooth,* runcina sectus. Translate *Plaut. Capt.* 3. 4. 108. Deruncinatus, deartuatus sum miser hujus scelesti technis.

DERUNCĪNO, as, avi, atum, a. 1. *to smooth or shave with a plane,* ἐκβοτανίζω, est runcina secare. Translate *Plaut. Mil.* 4. 4. 6. Ut lepide deruncinavit militem! *h. e.* decepit. Al. leg. *detruncavit.*

DERŬO, is, ui, utum, a. 3. *to pull or take down, take away,* deorsum ruo, everto. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 27. Hiems immensam vim aquarum ruptis nubibus deruat. ¶ Translate *Cic. Attic.* l. 16. ep. 11. De laudibus Dolabellæ deruam cumulum. Al. leg. *diruam.* ¶ Est etiam neutrum, et significat deorsum cadere, *to fall down. Apul.* l. 2. *Metam.* Nasum prehendo, sequitur: aures pertracto, deruunt. et lib. 7. Oneris impatientia delapsus deruissem.

DERUPTUS, a, um, adject. abruptus, præruptus, *broken, steep, craggy, precipitous,* καταῤῥωγώς. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 80. Collis arduus et deruptus. *Liv.* l. 21. c. 33. Præcipites deruptæque utrinque angustiæ. *Id.* l. 38. c. 2. *ad fin.* Altior deruptiorque undique tumulus. *et mox.* Multi pavore in derupta præcipitati. *subaudi* loca. Al. leg. ubique *diruptus*: verum, quonian præceps locus deorsum versus significatur, *deruptus* verior lectio est.

DERŬTUS, a, um, *made even, levelled,* deorsum complanatus: a *deruo. Gell.* l. 6. c. 2. *a med.* Lapidem cylindrum si per spatia terræ prona atque deruta jacias, præceps volvitur. Al. leg. *derupta,* alii *dirupta.*

DESABŬLO, as, a. 1. *to strew with gravel,* sabulo sterno, munio, firmo. Translate *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 238. Unam viam Zenona mœnisse, duce virtute: hanc esse nobilem. Alteram Carneadem desabulasse, bona corporis sequutum. Ita *Scalig.* legit atque interpretatur l. 2. *lect. Auson.* c. 30. Nam *Nonius* habet *desubulasse,* et interpretatur perfodisse.

DESACRĀTUS, a, um, consecratus. *Capitolin. in M. Anton. Philos.* c. 18. Templum ei constitutum, dati sacerdotes, et sodales, et flamines, et omnia quæ desacratis decrevit antiquitas. *h. e.* in Deos relatis, ἀποθεωθεῖσιν.

DESĂCRO, as, a. 1. *to consecrate, make sacred,* idem ac sacro, vel consecro. *Stat.* 9. *Theb.* v. 586. Quercus erat, Triviæ quam desacraverat ipsa, &c.

DESÆVĬO, is, n. 4. ἐξαγριαίνομαι, valde sævio. *Virg.* 10. *Æn.* v. 569. Sic toto Æneas desævit in æquore victor, Ut semel intepuit mucro. *Id.* 4. *Æn.* v. 52. causasque innecte morandi, Dum pelago desævit hiems, et aquosus Orion, Quassatæque rates, dum non tractabile cælum. *Lucan.* l. 6. v. 540. omnes avide desævit in artus. *Sueton. in Ner.* c. 29. Cum affatim desævisset. *Horat.* l. 1. ep. 3. v. 14. An tragica desævit, et ampullatur in arte? ¶ Item sævire desino, *to give over raging. Lucan.* l. 5. v. 303. nec, dum desæviat ira, Exspectat. ¶ *Desævire aliquem* active pro *in aliquem,* allatis aliquot *Tertulliani* locis, probat *Salmas. ad Capitolin. in M. Ant. Philos.* c. 24.

DESALTO, as, avi, atum, a. 1. idem quod salto. *Sueton. in Calig.* c. 54. Cum palla, tunicaque talari prosiluit, et desaltato cantico abiit. *h. e.* usque ad finem saltato.

DESCAPULĀTUS, a, um, adject. cui tunica a scapulis demissa est. *Senec.* ep. 115. Juvenes descapulatos. Ita legit *Scalig.* At multo rectius *Lisp.* et *Gruter.* de capsula totos.

DESCENDO, is, endi, ensum, n. 3. *to go or come down, descend,* καταβαίνω, ex loco superiore in inferiorem devenio: a *de,* et *scando. Cic.* 4. *Tuscul.* c. 4. In inferiorem ambulationem descendimus. *Id. in Vatin.* c. 11. Descendere de Rostris. *Id. de Senect.* c. 10. et *Liv.* l. 2. c. 2. ex equis. *to alight, dismount.* et lib. 6. c. 18. de cælo. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 1. cælo. *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 10. plaustro. *Virg.* 6. *Æn.* v. 831. aggeribus Alpinis. et *Æn.* 8. v. 423. cælo descendere ab alto. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 98. ex loco superiore in planitiem. *Id.* l. 3. *B. Gall.* c. 15. in naves hostium. *Cic.* 4. *Acad. in fi.* Descendimus ad nostras naviculas. *Hirt. de B. Alex.* c. 74. Descendere valle prærupta. *to descend through a valley. Ovid.* 1. *Fast.* v. 263. per clivum. *Liv.* l. 1. c. 12. in æquum. (*supple* locum) *to go down to the plain.* et *Stat.* 11. *Theb.* v. 195. Rhodope descendit in amnes. *h. e.* nivibus vere solutis demittit torrentes. *Curt.* l. 9. c. 9. Mare intumescit, et in campos descendit. *inundates*: quia mare terris altius est. *Id.* l. 6. c. 5. *a med.* Vestis descendit ad genua. *comes down to the knees.* Et *Stat.* 10. *Theb.* v. 644. descendunt vestes. *h. e.* quæ breves erant, deducuntur ad talos. *reach down to. Ovid. Metam.* 12. v. 396. Coma ex humeris descendit in armos. *Petron. in Satyr.* c. 18. Capilli descendentes ab aure. *Id. ibid.* c. 102. A regione gubernaculorum funis descendit, qui scaphæ custodiam tenet. *hangs.* ¶ *Descendere* absolute, pro ex equo descendere, *to alight from on horseback, dismount, Plaut. Asin.* 3. 3. 120. et *Auct. de B. Hispan.* c. 15. ¶ Cum dativo, poetice *Sil.* l. 13. v. 708. Descendere nocti. *h. e.* ad inferos. Sic vers. 759. Descendere Erebo. ¶ Romæ prodeuntes domo in publicum, et præsertim in forum venientes, *descendere* dicebantur, et qui comitabantur, *deducere*; tum quia nobiliores in editioribus locis habitabant; tum quia fora omnia humiliora erant, utpote quæ in montium convallibus sita. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 66. Descendere in forum. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 14. n. 10. et *Liv.* l. 34. c. 1. ad forum. *Sueton. in Cæs.* c. 13. ad comitia. et absolute *Cic. Phil.* 2. c. 6. Hodie non descendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. *does not make his appearance in the forum.* et *Senec.* l. 3. *de Benef.* c. 27. Usus consilio, descendenti Cæsari occurrit. Adde *Cic.* 4. *Verr.* c. 38. Invenitur tamen et *descendere domum,* apud *eund. pro Planc.* c. 14. Consuli P. Nasicæ præco Granius, medio in foro, cum ille, edicto justitio, domum descendens, &c. sed ibi respicitur ad Curiam, ex qua descendebat in forum Consul, domum reversurus. *Manut.* tamen mallet legere *discedens.* ¶ Præterea *descendere* dicuntur, quæ merguntur, aut infiguntur. *to penetrate, sink into, pierce. Liv.* l. 1. c. 41. Ferrum haud alte in corpus descendit. *Flor.* l. 3. c. 10. Gladiis descendere in jugulos. (Adde *Lucan.* l. 6. v. 216. et *Sil.* l. 16. v. 544.) *Senec. de consol. ad Helv.* c. 3. Gravissimum est ex omnibus, quæ unquam in corpus tuum descenderunt, recens vulnus fateor. non summam cutem rupit: pectus, et viscera ipsa divisit. *Virg.* 5. *Æn.* v. 683. toto descendit corpore pestis. *the fire spreads itself through every part of the fleet. Stat. Theb.* 9. v. 261. clypeos arcusque remissos Unda vehit, galeasque vetant descendere cristæ. *to sink. Plin.* l. 17. c. 14. Descendit in rimam calamus. *Id.* l. 2. c. 55. Nec unquam fulmen quinque altius pedibus descendit in terram. *Id.* l. 19. c. 6. Radix lapathi descendit ad tria cubita. *Colum.* l. 11. c. 3. *sub fin.* Rapæ in altum descendunt. *strike root. Stat.* 1. *Theb.* v. 133. juvenci, queis nondum vomere multo Ardua nodosos cervix descendit in armos. *h. e.* contrahitur, reflectitur conatu trahendi. ¶ Et translate *Sallust. in Jug.* c. 11. Quod verbum in pectus Jugurthæ altius, quam quisquam ratus, descendit. *Senec.* l. 1. *de benef.* c. 1. *a med.* Ita natura comparatum est, ut altius injuriæ, quam merita descendant. ¶ Item quæ ex alvo fluunt. *Cels.* l. 2. c. 4. *ad fin.* Si quod descendit, est perliquidum, aut albidum. *Id.* l. 1. c. 6. Olera quæ celeriter descendunt. *pass through, are digested.* Adde *Plin.* l. 23. c. 1. Ipsa quoque alvus *descendere* dicitur, cum excrementa reddit. *Id.* l. 2. c. 7. Ubi pluribus diebus non descendit alvus. ¶ Item quæ sidunt. *Plin.* l. 10. ep. 48. Theatrum ingentibus rimis descendit, et hiat, sive in causa solum humidum et molle, &c. ¶ Item qui secundo flumine navigant. *Propert.* l. 2. el. 3. v. 11. et *Sueton. in Tiber.* c. 10. ¶ Translate varios habet usus. *Cic.* 8. *Phil.* c. 2. Consensus populi R. qui jam descendit in causam, &c. *Liv.* l. 36. c. 7. Cui si semel in causam descenderit, nihil integri futurum est. *if he once comes to our side*: quod *Tacit.* 15. *Ann.* c. 50. dixit, descendere in partes. *Horat. in ar. poet.* v. 386. si quid olim Scripseras, in Mæci descendat judicis aures. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 754. si descendere ad ipsum Ordine perpetuo quæris, sunt hujus origo Ilus et Assaracus. *to come step by step. Quintil.* l. 7. c. 1. Descendere a genere ad speciem. *Justin.* l. 1. c. 4. Post multos deinde reges per ordinem successionis regnum ad Astyagen descendit. *Plin.* l. 9. c. 30. *a med.* Voluptas descendit in duo sensu carentia. *h. e.* cadit, et percipitur a duobus, &c. *Pers.* sat. 4. v. 23. Ut nemo in se se tentat descendere! *to look into himself, consider or examine himself.* Sic *Senec.* epist. 56. *cir. med.* Nemo nostrum in altum descendit: summa tantum decerpsimus. *Stat.* 12. *Theb.* v. 340. quanto descendit vulnus hiatu! *yawns, gapes.* ¶ Eleganti metaphora *descendere* dicitur, qui ad aliquid se accommodat, demittitque, quod alias non faceret. *Virg.* 5. *Æn.* v. 782. cogunt me preces descendere in omnes. *to have recourse. Plin.* l. 10. ep. 40. Descendere ad curas alicujus. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Ad intellectum audientis descendere. *to adapt himself to the capacity. Cic.* 2. *de Orat.* c. 6. Ad omnem animi remissionem ludumque descendere. *Id. pro Mur.* c. 27. Non qui odio inimicitiarum ad accusandum, sed qui studio accusandi ad inimicitias descenderent. *Id. pro Font.* c. 1. Videte, quo descendam, judices. *how ready I am to accommodate. Id. Verr.* 4. c. 72. Placet mihi ista defensio: descendo. æqua enim conditio proponitur. *I yield, I acquiesce. Cæl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 8. *sub fin.* Descendere ad conditionem aliquam. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 78. Descendere ad sententiam alicujus. *to coincide with his way of thinking. Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 9. Ad omnia se descendere paratum. *ready to encounter any danger whatsoever. Id. ibid.* l. 3. c. 9. et *Pollio ad Cicer.* l. 10. *Fam.* ep. 33. *ad fin.* Ad extremum auxilium descendere. *to have recourse to.* et c. 83. Ad gravissimas verborum contumelias palam descendere, et c. 81. l. 1. Ut repentinas eorum eruptiones demoretur: quo necessario descensuros existimabat. ¶ *Descendere regno* apud *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 396. est regno abire, regni administrationem deponere. ¶ Dicimus *descendere in certamen, in aciem, in dimicationem,* et similia his. *to enter into battle, fight, engage,* &c. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 26. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 42. *Sueton. in Aug.* c. 96. et *Justin.* l. 15. c. 1. quia velut ex loco superiore ac tuto, in planum et periculosum devenimus. ¶ Cum infinito. *Stat.* 1. *Theb.* v. 224. Nunc geminas punire domos, queis sanguinis auctor Ipse ego, descendo. ¶ *Descendere ab aliquo* est oriri, venire, proficisci. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 9. *leg ult.* Descendere a patriciis et consulibus. *Stat.* l. 5. *silv.* 3. v. 210. cum stirpe tua descendere dixi. (Hinc descendentes, *descendants,* apud *Paul. Dig.* l. 23 tit. 2. *leg. ult.*) *Id.* l. 43. tit. 25. leg. 1. Quod genus liberalitatis ex jure gentium descendit. *Paul.* l. 18. tit. 1. leg. 57. *extr.* Judicium, quod ex bona fide descendit. *Plin.* l. 22. c. 24. Ratio a Platone descendens. *Id.* l. 6. c. 28. Arabia a regione Ciliciæ, Commagenesque descendit. ¶ Item abesse, deflectere, dissimilem esse. *Quintil.* l. 1. c. 1. *sub fin.* Tantum ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis descenderat. ¶ Item contra vicinum esse, similem esse. *Plin.* l. 37. c. 9. Alius ordo purpureis dabitur, et ab illis descendentibus. *Et mox.* Alterum genus descendit ad hyacinthos. *et paulo post.* Quintum genus ad viciniam crystalli descendit. *is nearly allied to, resembles strongly.* ¶ Passive. *Plin.* l. 2. c. 16. *ad fin.* Latitudo descenditur. ¶ Impersonaliter. *Cicer.* 3. *de Orat. c. ult.* Est quiddam in remissione (*vocis*) gravissimum, quo tanquam sonorum gradibus descenditur. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 7. Eo descensum credebant, ut pereundum esset. *that matters were come to such a pass, that,* &c. *Id. Ann.* 15. c. 1. Eo contemptionis descensum esse, ut &c. ¶ *Descendidi* præteritum antiquum est. *Valer. Antias* apud *Gell.* l. 7. c. 9. *extr.* Deinde funere locato ad forum descendidit. *Laber. ibid.* Ego mirabar, quomodo mammæ mihi descendiderant.

DESCENSĬO, onis, f. *a going down, descending, descent,* descensus. *Liv.* l. 22. c. 31. Priusquam in continentem descensiones faceret. *to land, disembark.* Al. leg. *exscensiones.* ¶ *Descensiones* in balineis sunt loca, ubi in aquam descenditur, solia videlicet, quibus sedentes lavabant. *Plin.* l. 5. ep. 6. *circa med.* In caldaria cella tres sunt descensiones: duæ in sole, tertia a sole longius. ¶ De ipso actu descendendi in balineas, *Plin. alter* l. 20. c. 17. Heraclium facit ad scabiem, pruriginem, psoras, in descensione balinearum. ἐν λουτρῷ, ut *Dioscor.* habet lib. 3. c. 32. eadem de re verba faciens.

DESCENSUS, us, m. *a descent,* κατάβασις, actus descendendi. *Virg.* 6. *Æn.* v. 126. Facilis descensus Averni. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 40. Erat oppidanis difficilis et præruptus eo descensus. *Et mox.* Tormentis contra facillimos descensus collocatis, aqua prohibebat oppidanos. *Plin.* l. 16. c. 26. *a med.* Salix (*sita*) ipso descensu Jovis speluncæ. *at the mouth.*

DESCENSUS, a, um, *descended,* nomen ex particip. passivo. *Prudent. in Apotheosi,* v. 1075. Descensos nascendo gradus, redeundo retexit.

DESCISCO, is, scivi, et scii, scitum, n. 3. *to withdraw himself, stand aloof, revolt, alter, change,* ἀφίσταμαι, me subtraho, discedo, deficio: a *de,* et *scisco,* quasi contrarium aliquid scisco et statuo, tum proprie, tum translate. *Cic.* 2. *Attic.* ep. 4. Neque pœnitet, quod a me ipso non desciverim. *Id.* 11. *Phil.* c. 9. Cum a populo R. pestiferi cives, parricidæque desciverint. *Liv.* l. 31. c. 7. *a med.* Nunquam isti populi, nisi cum deerit, ad quem desciscant, a nobis non deficient. *Id.* l. 2. c. 19. Præneste ab Latinis ad Romanos descivit. *Nepos in Datam.* c. 7. Ab hoc viro filius desciit. *Colum.* l. 3. c. 2. *ante med.* Vi-

tis, quæ gracili arvo non desciscit. *does not degenerate. Plin.* l. 18. c. 16. *a med.* Humidum solum desciscit in pratum. *degenerates. Cic.* 2. *Fam.* ep. 16. Ab excitata fortuna ad inclinatam et prope jacentem desciscere. *Id.* 4. *de Fin.* c. 8 Desciscere ab antiqua institutione. *Id.* 1. *Fam.* ep. 9. a pristina causa. *Id.* 4. *Acad.* c. 15. a veritate. *Id.* 3. *de Fin.* c. 18. a vita. *h. e.* vita excedere. *Gell.* l. 3. c. 16. a multorum opinionibus. *Vellei.* l. 2. c. 18. a disciplina. *Plin.* l. 3. ep. 20. a consuetudine parentum. *Auctor. Dial. de Oratorib.* c. 28. Eloquentia et ceteræ artes descivere a vetere gloria. *Sueton. in Domit.* c. 10. Neque in clementiæ, neque in abstinentiæ tenore permansit; et tamen aliquanto celerius ad sævitiam descivit, quam ad cupiditatem. ¶ Passive impersonaliter. *Vellei.* l. 2. c. 1. Præcipiti cursu a virtute descitum, ad vitia transcursum. ¶ *Descisse* pro descivisse, *Liv.* l. 6. c. 25. et *Stat.* 2. *Theb.* v. 311. [¶ Particip. *desciscens, desciturus* apud *Liv.* l. 21. c. 19. Ne sua sponte desciscentes reciperentur. et l. 30. c. 3. Spes afferebatur desciturum.]

DESCOBINĀTUS, a, um, adject. a *de*, et *scobina*, abrasus, abscissus, κατεξυρημένος, *shaved, scraped, or pared off. Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 236. Sin autem delectationis causa venamini, quanto satius est salvis cruribus in Circo exspectare, quam his descobinatis in silva currere? *Arnob.* l. 6. p. 200. Tornis rasa, limis descobinata. *h. e.* polita.

DESCŎBĪNO, as, a. 1. *to scrape or pare off*, ἀποξέω, ἀπορρινάω, scobina aufero, abrado, præstringo, lacero. *Varr.* apud *Non.* 1. 8. n. 71. Si adversarius supercilia mi cæstis descobinarit, numquis vestrum sua mihi est daturus?

DESCRĪBO, is, ipsi, iptum, a. 3. *to write over, copy, transcribe*, ἀπογράφω, de una in aliam chartam scribo, exscribo, transcribo. *Cic.* 12. *Fam.* ep. 17. Dicam tuis, ut librum describant, ad teque mittant. *Id.* 4. *Acad.* c. 4. Describere librum ab aliquo. ¶ Item scribo, perscribo. *to write. Virg. Ecl.* 5. v. 14. in viridi nuper quæ cortice fagi Carmina descripsi. *Liv.* l. 39. c. 38. Legiones quatuor describere. *to raise four legions.* ¶ Item depingo, delineo. *to paint, delineate. Plaut. Asin.* 2. 3. 22. Non potuit pictor rectius describere ejus formam. ¶ Hoc sensu Mathematicorum proprium est. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 19. Archimedes dum in pulvere quædam describit attentius, ne patriam quidem captam esse sensit. *describes. Liv.* l. 25. c. 31. Archimedes intentus formis, quas in pulvere descripserat. *Senec. de Tranquill.* c. 10. Exiguæ sæpe areæ in multos usus describentis patuere. *Virg.* 6. *Æn.* v. 850. cælique meatus Describent radio. ¶ Translate est verbis exprimere, designare, demonstrare. *to express, describe. Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 8. *ad fin.* Definienda res erit verbis, et breviter describenda. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 12. Vocabuli sententiam breviter describere. *to explain. Nepos in Attic.* c. 18. Describere aliquid versibus. *Cic. pro Cæl.* c. 20. Si qua mulier sit hujusmodi, qualem ego paulo ante descripsi. *Id. in Orat.* c. 40. Hominum sermones moresque describere. ¶ Cum infinito. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 415. qui descripsit corrumpi semina matrum. *Gell.* l. 9. c. 1. Q. Claudius cum describeret, oppidum a Metello oppugnari. ¶ Item haurire, sumere. *to draw out, derive, deduce. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 34. Si quid Stertinius veri crepat, unde ego mira Descripsi docilis præcepta hæc. ¶ Item disponere, in ordines digerere. *to arrange, class. Cic. pro Flacc.* c. 14. Omnes Asiæ civitates proportione in provincias descripsit. ¶ Item dividere, partiri. *to divide, distribute. Id.* 2. *Agrar.* c. 31. In eo agro duodena describit in singulos homines jugera. *Id.* 5. *Phil.* c. 8. Quorum bona, quantacumque erant, statim comitibus suis, compotoribusque descripsit. *Id. Catil.* 1. c. 4. Descripsisti urbis partes ad incendia. *you have marked out. Liv.* l. 1. c. 19. In duodecim menses describit annum. ¶ Item taxare, imponere. *to tax, cess, impose*, quia hoc singulos describendo fit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 42. Vecturas frumenti finitimis civitatibus descripsit. *Hirt. de B. Alex.* c. 51. Ut pecuniæ describerentur, atque imperarentur. *Justin.* l. 16. c. 3. Describere alicui tributum in tutelam classis. ¶ Item designare, notare. *to designate, mark out, brand. Cic. pro Mil.* c. 18. Videlicet me latronem ac sicarium abjecti homines ac perditi describebant. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 3. Si quis erat dignus describi, quod malus ac fur, &c. ¶ Item statuere, quid cuique conveniat, jus suum cuique tribuere. *Cic.* 1. *Offic.* c. 34. *a med.* Magistratus debet servare leges, jura describere. *Id. pro Quint.* c. 14. Quis tandem nobis ista jura tam æqua describit? *Id. Verr.* 7. c. 11. Pretio, non æquitate jura describere. *Q. Cic. de petit. consul. c. ult.* Suum cuique munus describere. ¶ Item destinare, transferre: ductum, ut opinor, a militia, in qua milites in suos quisque ordines describuntur, ac distribuuntur. *Senec.* ep. 108. *circa med.* Non credis, animas in alia corpora atque alia describi, et migrationem esse quam dicimus mortem. *Plin.* l. 18. c. 28. Describere stellas in deos.

DESCRIPTE, *in good order, methodically, distinctly*, disposite, distincte. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 30. *ad fin.* In præsentia confuse et permixte dispersimus, post descripte et electe digeremus. *Alii plerique leg.* discrete.

DESCRĬPTĬO, onis, f. *a writing out, copy, transcript, description, arrangement, disposition, distribution, division*, διαγραφή, actus describendi, delineatio, distributio, dispositio, ordo. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 15. Ordo temporum, regionum descriptio. *Id. de Senect.* c. 17. Ego omnia ista sum dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio. *the design is mine. Id.* 1. *Offic.* c. 39. Descriptio ædificandi. *Id.* 1. *Acad.* c. 3. Descriptiones temporum. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 24. Descriptio expetendarum fugiendarumve rerum. *Sueton. in Tiber.* c. 30. Legionum et auxiliorum descriptio. *a roll, register. Cic. pro Dom.* c. 50. Celebrare descriptionem servorum vicatim toto urbe. *Id.* 2. *Offic.* c. 14. Juris æqua descriptio. ¶ Item ipse ordo ac dispositio partium, ex qua pulcritudo exsistit. *Cic. Agrar.* 2. c. 16. Urbs et natura, et situ, et descriptione ædificiorum, et pulcritudine in primis nobilis. et cap. 35. Campani semper superbi bonitate agrorum, et fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulcritudine. *Plin.* l. 5. ep. 6. *ante med.* Ea varietate, ea descriptione, quocumque inciderint oculi, reficientur. *Cic. pro Sext.* c. 65. Nosse descriptionem civitatis, a majoribus nostris sapientissime constitutam. *the appointment of magistrates and system of government*, &c. Et *Cic.* 1. *de Legib.* c. 7. *sub. fin.* Parent huic cælesti descriptioni, mentique divinæ, et præpotenti Deo. ¶ Definitio et explicatio rei. *Id.* 2. *de Invent.* c. 18. Nominis brevis et aperta descriptio. *Id.* 1. *Offic.* c. 29. Hæc est fere descriptio officii. ¶ Item ornamentum oratorium, quo res ad vivum exponuntur, et demonstrantur: quæ a *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 53. inter sententiarum figuras recensetur, et gravissimum augendi lumen appellatur. *Id. in Top.* c. 22. Additur definitioni etiam descriptio, quam Græci χαρακτῆρα vocant.

DESCRIPTIUNCŬLA, æ, f. diminut. a descriptio, *a short description. Senec. Suasor.* 2. *ante med.* Celebres descriptiunculas subtexere.

DESCRIPTOR, oris, m. qui describit. *Lactant.* l. 5. c. 9. *a med.* Seneca morum vitiorumque publicorum et descriptor verissimus, et accusator acerrimus fuit.

DESCRIPTUS, a, um, *written out, copied*, exscriptus. *Cic. Fam.* 7. ep. 22. Id caput notavi, et descriptum tibi misi. ¶ Item *drawn up, written*, scriptus, perscriptus. *Vellei.* l. 2. c. 37. Pecunia omnis redacta in quæstoris potestatem ac publicis descripta litteris. *Calpurn.* ecl. 1. v. 25. Descripti cortice versus. ¶ Item dispositus, *arranged, disposed. Cic. de Senect.* c. 17. Dimensus et descriptus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 34. Materies orationis omnibus locis descripta, instructa, ornataque. *Id.* 3. *de Fin. c. ult.* Natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius. ¶ Item conscriptus, *enrolled. Id. pro Dom.* c. 5. *sub fin.* Decuriatos ac descriptos habere exercitus perditorum. ¶ Item delineatus, *painted, delineated. Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 34. Cum solarium vel descriptum, aut ex aqua contemplere, intelligere declarari horas arte, non casu. ¶ Item explicatus, *explained, expressed. Id.* 1. *Offic.* c. 16. Ut quæ descripta sunt legibus et jure civili, ita teneantur, ut &c. ¶ Item distributus, divisus, *divided, distributed. Liv.* l. 30. c. 37. Decem millia talentum argenti, descripta pensionibus æquis, in annos quinquaginta solverent. *Vellei.* l. 2. c. 32. Descriptum in omnes recessus maris præsidium navium. ¶ Absolute *Tacit.* 6. *Ann.* c. 24. Recitari factorum dictorumque ejus descripta per dies jussit. *h. e.* descriptionem. ¶ Item designatus, notatus. *Cic. pro Sull.* c. 29. *sub fin.* Sed quia sunt descripti consulares, de his tantum mihi dicendum putavi.

DESCRŎBO, as, a. 1. verbum est *Tertulliani de resurr. carn.* c. 7. et significat in scrobem inserere, immittere. Itaque *gemmas descrobare auro* est auro illigare.

DESĔCO, as, ecui, ectum, a. 1. *to cut off*, ἀποτέμνω, abscindo, secando separo. *Cic. de Univ.* c. 7. Partes ex toto desecans. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 41. Desecare vitem. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 394. crinem. *Colum.* l. 12. c. 43. Uvas cum desecueris a vite. *Id.* l. 11. c. 1. *ante med.* Segetes et prata desecare. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 6. *extr.* Novum proœmium exaravi: tu illud desecabis, hoc agglutinabis.

DESECRĀTUS, a, um, sacratus, consecratus. Translate *Plin.* l. 27. c. 8. *a med.* Chamæleon peculiari volumine dignus existimatus Democrito, ac per singula membra desecratus. *h. e.* variis destinatus consecratusque morbis. *Harduin.*

DESĔCRO. V. *Desacro.*

DESECTĬO, onis, f. *a cutting off*, ἀποκοπή. *Colum.* l. 6. c. 3. Desectio stramentorum. Est qui legit *dissectio.*

DESECTUS, a, um, adject. *cut off. Liv.* l. 2. c. 5. Desecta cum stramento seges. *Virg.* 8. *Æn.* v. 438. desecto vertens lumina collo. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 4. *extr.* Aures desectæ, effossi oculi. *Stat.* l. 2. *silv.* 2. v. 85. saxa desecta metallis. *h. e.* excisa e lapicidinis.

DESENĔO, es, n. 2. *to grow old*, seneo, senesco. *Sallust. in fragm.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 887. *Putsch.* Nisi cum ira belli desenuisset.

DESERĀTUS, a, um, *unbarred, unbolted, open*, reseratus. *Apul.* l. 1. *Metam.* Januæ, quæ sua sponte deseratæ nocte fuerant. Al. leg. *reseratæ.*

DESĔRO, is, evi, itum. V. in *Desitus.*

DESĔRO, is, rui, ertum, a. 3. *to abandon, leave, forsake, desert*, ἀπολείπω, derelinquo, omitto, destituo, frustror. *Cic. pro Planc.* c. 5. Deserere ac derelinquere aliquem. *Terent. Eun.* 2. 2. 7. Quo redactus sum? omnes noti me atque amici deserunt. *Id. Andr.* 4. 2. 11. Per omnes tibi abjuro deos, nunquam eam me deserturum. *Plaut. Merc.* 1. 2. 13. Genua hunc cursorem deserunt. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 46. Multo tardius fama deseret Curium, Fabricium, &c. *Id.* 5. *Verr.* c. 51. Aratores agros lætos ac fertiles deserunt. *Id.* 3. *Attic.* ep. 19. Non deseram fratris preces, nec Sextii promissa, nec spem Terentiæ, nec Tulliolæ obsecrationem, et fideles litteras tuas. *Id. de Senect.* c. 20. Deserere vitam. *Id. de Fato*, c. 8. causam suam. *Id. pro Cæcin.* c. 35. *ad fin.* jus suum. *Id.* 1. *de Fin.* c. 7. ullam officii partem. *Terent. Heaut*: 2. 3. 64. Mulier telam deserit continuo. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 45. Optime meritos socios deserere. *Hirt. de B. Afric.* c. 26. *ad fin.* Diruere ac deserere oppida. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 76. Exercitum ducesque deserere. *to desert from.* (Adde *Cicer. Verr.* 7. c. 42. et absolute eod. sensu *Quintil.* l. 9. c. 2. *ad fin.* Ire in aciem coactus, deseruit. *he deserted.*) et cap. 15. A magna parte militum deseri. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 161. Deseror (amissis regno, patriaque, domoque) Conjuge, qui nobis omnia solus erat. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 10. A ceteris oblectationibus deseror et voluptatibus propter rempubl. et lib. 7. ep. 7. *sub fin.* Facerem diutius, nisi me lucerna desereret. *if the oil did not fail me.* et lib. 8. ep. 15. A mente non deseror. *h. e.* firma mente sum. et lib. 16. ep. 3. Deseremur ocius a re familiari, quam a republ. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 418. Deseret ante dies, quam consequar omnia dictis. *time would fail me before. Plaut. Pseud.* 1. 3. 147. et 2. 2. 6. Meus hic est homo, nisi omnes dii me atque homines deserunt. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 75. Petreius vero non deserit sese: armat familiam. [¶ Particip. *deserens, deserendus* apud *Plin.* l. 3. ep. 5. Erant somni paratissimi; nonnunquam etiam inter studia instantis et deserentis. *Liv.* l. 24. c. 43. Propter conjurationem deserendæ Italiæ ad Cannas factam.]

DESERPO, is, psi, erptum, n. 3. *to creep down or along*, deorsum serpo. *Stat. Theb.* l. 6. v. 585. Deserpitque genis lanugo. [*Apul. Apolog.* pag. 315. *Elmenh.* Ut decenter utrimque lanugo malis deserpat.]

DESERTĬO, onis, f. *an abandoning, forsaking*, ut Desertio juris humani. *Liv.* l. 41. c. 24. ¶ Item crimen militis desertoris, *desertion. Modestin. Dig.* lib. 49. tit. 16. *qui est de re militari*, leg. 3. et 5. et *Arrius Menand. ibid.* leg. 4. &c.

DESERTO, as, frequent. a *desero.* Afferunt quidam ex *Accio* hæc verba: *Cum me solum uterque parens desertassent.* sed quam vera, ipsi viderint.

DESERTOR, oris, m. *one who forsakes or abandons*, ἀπολείπων, qui deserit. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 19. Communis utilitatis aut salutis desertor. *Id.* 8. *Attic.* ep. 9. *a med.* Desertor amicorum. *Virg.* 12. *Æn.* v. 15. Dardanius desertor Asiæ. *h. e.* exsul, qui Asiam deseruit a Græcis expulsus. Æneam describit. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 22. Desertores et proditores. ¶ *Desertor* dicitur miles, qui injussu ducis, ac sine commeatu signa deserit, *a deserter*, λειποτάκτης. *Liv.* l. 23. c. 18. *extr.* Neque aliæ latebræ, quam Capua desertoribus erant. *Id.* l. 3. c. 69. Pro desertore futuram cujus non probassent causam. *Curt.* l. 10. c. 2. *ad fin.* Desertores et transfugæ.

DESERTRIX, icis, f. *she that deserts or abandons*, quæ deserit. *Tertull. de habitu mulier.* c. 1. Tu es divinæ legis prima desertrix.

DESERTUS, a, um, *abandoned, forsaken, deserted, destitute, forlorn*, ἀπολειφθεὶς, destitutus, derelictus. *Cic. Fam.* 1. ep. 5. *ad fin.* Desertus, et abjectus. *Id. de Amic.* c. 15. *extr.* Vita inculta, et deserta ab amicis. *Id. in Pison.* c. 23. Sic iste in urbem se intulit, ut nullius negotiatoris obscurissimi reditus unquam fuerit desertior. *Id.* 2. *Agrar.* c. 30. *extr.* Agri deserti a plebe atque cultura hominum. *Id. pro Cluent.* c. 40. Rostra deserta a voce tribunitia. ¶ Omissa præpositione *Phædr.* l. 1. fab. 21. Leo defectus annis, et desertus viribus. *Propert.* l. 2. eleg. 7. v. 17. abrepta desertus conjuge Achilles. *Stat.* 4. *Theb.* v. 707. fumant desertæ gurgite valles. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 20. *extr.* Neque prælium omisit, donec desertus suis caderet. ¶ Cum de loco sermo est, incultum, solitarium, et inhabitabilem significat, *desert, lonely, uninhabited. Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 8. Urbes dirutæ ac desertæ. *Id.* 7. *Verr.* c. 67. Desertissima solitudo. *Id. pro Cæl.* c. 18. Via deserta, et inculta, atque interclusa frondibus et virgultis. ¶ *Deserta, orum*, sunt loca deserta, *desert places, deserts. Virg.* 1. *Æn.* v. 388. Libyæ deserta peragro. *Id.* 3. *Georg.* v. 291. me Parnassi deserta per ardua dulcis Raptat amor. *Plin.* l. 5. c. 4. Vasta deserta. *Id.* l. 32. c. 11. Neque enim desertorum novimus feras, aut volucres. ¶ In singulari num. *Prudent. in Apoth.* v. 774. Quinque in deserto panes jubet, et duo pisces Apponi in pastum populis. *Hieron.* ep. 4. *ad Rustic. Monach. post init.* Quid venenatorum animalium desertum hujus sæculi nutriat. ¶ In illo *Propert.* l. 1. eleg. 17. v. 2. desertas alloquor alcyonas. *desertæ* sunt solivagæ, solitariæ, non gregatim volitantes. Sic *Ovid. Heroid.* epist. 18. v. 81. Alcyones solæ, memores Ceycis amati ¶ Est etiam *desertus* defixus, depactus, *planted*, a *sero, is*, in illo *Tibull.* l. 1. el. 1. v. 17. ut et *Brouckhusio* placet Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris, Seu vetus in trivio florea serta lapis. *Ovid.* simile quid habet 2 *Fast.* v. 641.

DESERVĬO, is, a. 4. *to take care of, attend to*, θεραπεύω, ὑπουργέω, diligenter servio, operam do, præsto sum, inservio. *Cic.* 16. *Fam.* ep. 18. Indulge valetudini, cui tu adhuc, dum mihi deservis, servisti non satis. *Id. pro Sull.* c. 9. Si labor meus, si sollicitudo, si officia, si operæ, si vigiliæ deserviunt amicis, præsto sunt omnibus. *Id.* 1. *de legib.* c. 13. Deservire corpori. *Plin. in Paneg.* c. 77. Deservire honoribus. *Id.* l. 7. ep. 7. Deservire studiis. *to apply to. Quintil.* l. 1. c. 12. (al. 20.) Deservire soli grammatico, deinde geometræ.

DESES, desidis, adject. *idle, slow, indolent, inactive, sluggish*, ῥᾴθυμος, otiosus, qui nihil agit: a desideo. *Liv.* l. 1. c. 32. Desidem Romanorum regem inter sacella et aras acturum esse regnum rati. *Colum.* l. 7. c. 12. Desidem agricolam ab opere suo reddit. *Lucan.* l. 9. v. 436. natura deside torpet Orbis. *Stat.* l. 3. silv. 5. v. 85. desidis otia vitæ. *Id. ibid.* silv. 1. v. 2. Deses annus. *h. e.* in quo nihil agitur. *Gell.* l. 13. c. 8. Homines ignavi ac desides.

[* DESICCATUS, a, um, particip. *dried. Apul. de herb.* c. 49. n. 3. Herba desiccata, et in pulverem redacta.]

DESICCO, as, a. 1. *to dry up, exhaust of moisture, desiccate*, ξηραίνω, sicco, arefacio. *Plaut. Trucull.* 2. 7. 30. Vasa nolo auferant: desiccari lubet. *Seren. Samm.* c. 48. Præterea chymum stomacho desiccat iniquum.

DESIDĔO, es, edi, essum, n. 2. *to sit still, sit idle, loiter, remain inactive*, κάθημαι, ῥᾳθυμέω, idem quod sedeo, otiosus sedeo, moror. *Plaut. Pseud.* 4. 4. 7. Quid tu intus, quæso, desedisti? *Id. Bacch.* 2. 3. 3. Meus formidat animus, nostrum tamdiu ibi desidere, neque redire filium. *Terent. Hecyr.* 5. 3. 2. Frustra ibi totum desedi diem. *Phædr.* l. 2. fab. 4. v. 21. Aquila desidet ramis. ¶ Honeste ponitur pro ventrem exonerare. *to go to stool. Cels.* l. 2. c. 7. Cum voluntas desidendi est, venter nihil reddit. *Id.* l. 4. c. 17. Tum desideat subjecta calida aqua in pelve. ¶ Pro subsidere, mergi, V. *Desido.* ¶ Pro otiose agere, nihil agere. *Sueton. in Cæs.* c. 4. Ne desidere in discrimine sociorum videretur. [Particip. *desidens* apud *Curt.* l. 4. c. 6. Humus desidente sabulo agilitatem rotarum morabatur.]

DESIDĔRABĬLIS, le, *desirable*, ἐπιθυμητός, expetendus. *Cic. in Top.* c. 18. Desiderabilia anteponantur iis, quibus facile carere possis. *Liv.* l. 24. c. 5. Velut suis vitiis desiderabilem efficere vellet avum. *Sueton. in Tiber.* c. 21. Uttali successore desiderabilior ipse quandoque fieret.

DESIDERABĬLITER, cupide, ut Desiderabiliter concupiscere, *Augustin.* ep. 143. c. 2.

DESIDERANTER, cupide. *Cassiod.* l. 1. ep. 4. Desideranter appetere. [*Fronto ad L. Verum*, l. 1. ep. 4. Irasceris enim, quanto desiderantius desideras.]

DESIDĔRANS, antis, cupiens, appetens: cujus superlativum *desiderantissimus* legitur *in extr.* epist. 31. *Paulini ad Augustin.* et *in hujus* epist. 5. *initio et fi. ad Marcellin.* Sic in vet. Inscript. apud *Murator.* p. 805. n. 8. L. Flaccus infelicissimus pater filio desiderantissimo P. Adde pag. 871. n. 3. et apud *Donium* class. XII. n. 62. [*Fronto ad Antonin.* ep. 10. Magister optatissime, amice desiderantissime: et *ad Verum* l. 1. ep. 1. Domine desiderantissime. et *ibid.* ep. 9. Homo desiderantissime.]

DESIDERATĬO, onis, f. *a desiring, wishing, or longing for*, ἐπιθύμησις, actus desiderandi. *Cic. de Senect.* c. 14. At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus: credo, sed ne desideratio quidem. Adde *Vitur.* l. 2. c. 6. *a med.* qui in *præfat.* l. 8. *ad fin.* in plurali numero usurpat.

DESIDERATĪVA VERBA dicuntur a Grammaticis, quæ desiderium significant, ut *esurio, cœnaturio. Augustin. de Grammat.* pag. 2006. *Putsch.*

DESIDERĀTUS, a, um, particip. a desideror, *desired, wished for. Cic. post redit. ad Quirit.* c. 1. *extrem.* Sed omnia desiderata magis, quam assidue percepta delectant. *Plin.* l. 30. c. 1. Blandissima et desideratissima promissa. ¶ *Desiderata* etiam dicuntur, quæ perierunt. *lost, wanting. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 32. Incolumen exercitum, nulla omnino nave desiderata, transducere. *without having to regret the loss of a single ship. Id.* 7. *B. Gall.* c. 11. Perpauci ex hostium numero desiderati. ¶ Non raro in veteribus Lapidib. reperitur *Parentes filio desideratissimo*, ut apud *Gruter.* pag. 681. n. 2. et pag. 687. n. 1. &c.

DESIDERĬUM, ii, n. *a longing for, desire, love, affection*, ἐπιθυμία, cupiditas, studium, sitis. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 8. Desiderium est libido ejus, qui nondum adsit, videndi. *Id.* 1. *de Orat.* c. 47. Ea si paulo latius dixeris, expleris omnem exspectationem desiderii nostri. *Id. post redit. ad Quirit.* c. 1. Ut desiderium mei vos teneret. *Id. de Senect.* c. 10. Teneri desiderio alicujus rei. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 13. Te desiderium Athenarum cepit. *Id. Heaut.* 4. 5. 5. Magno desiderio fuit ei filius. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 11. Flagrare desiderio. et in *Orat.* c. 10. Incendi desiderio. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 5. Relinquere desiderium sui apud aliquem. *Id. Fam.* 2. ep. 12. *extr.* Esse in desiderio rerum carissimarum. *h. e.* desiderare. *Id. Phil.* 10. c. 7. Brutus erat in desiderio civitatis. *h. e.* desiderabatur. *Horat.* l. 1. ep. 14. v. 22. Incutere alicui desiderium urbis. *Liv.* l. 7. c. 24. Facere alicui desiderium alicujus rei. *Horat. Epod. ult. extr.* Desideri que temperare poculum. *h. e.* amatorium poculum, φίλτρον. *a philtre, love-potion.* ¶ Item dolor ipse et molestia, quæ sentitur in carentia rei optatæ, *grief for the want of any thing, regret. Cic. Fam.* 16. ep. 11. Laborare ex desiderio. et lib. 15. *ep. ult.* Me tanto desiderio afficis, ut unam consolationem relinquas, fore, ut utriusque desiderium crebris epistolis leniatur. et *ep. pœnult.* Tolerabilius ferre igniculum desiderii. *Id. in Orat.* c. 10. Confici desiderio. *Id.* 7. *Fam.* ep. 18. æstuare. *Id. Fam.* 16. ep. 10. oblanguere. *Id. Attic.* l. 1. ep. 3. Aviam tuam scito desiderio tui mortuam esse. *Id. Q. Fratr.* l. 2. ep. 15. Ut in medio dolore ac desiderio tui lætaret. *Id. de clar. Orat.* c. 1. Triste alicui desiderium relinquere. ¶ Neque solum dicimus *desiderium tui, h. e.* dolorem ex absentia seu carentia tui, sed etiam *desiderium absentiæ, discidii*, et hujusmodi, hoc est dolorem propter absentiam, &c. *Cic.* 2. *Phil.* c. 18. Ipse autem amore ardens confirmabat, quod desiderium tui discidii ferre non posset, se in exsilium esse iturum. (Ubi frustra quidam lectionem sollicitarunt.) *Senec.* ep. 40. Desiderium absentiæ falso atque inani solatio levant. ¶ Præterea *desiderium* dicitur quidquid naturaliter appetitur a re qualibet, quod ei opus sit ad sui conservationem, *exigency, need, want, necessity, inclination. Plin.* l. 20. c. 22. Serpyllum ex aqua bibitur ad jocinerum desideria. *Id.* l. 23. c. 2. Oxymeli prodest et anginis, et auribus, et oris gutturisque desideriis. *Id.* l. 30. c. 12. Desideria scabendi tollunt cochleæ. *Id.* l. 33. c. 3. Aureis vasis uti in omnibus desideriis obscenis. *Id.* l. 11. c. 50. Caudæ omnibus fere animal gignentibus, pro desiderio corporum. ¶ Blanda appellatione *desiderium* dicitur, qui valde nobis carus est. *Cic.* 14. *Fam.* ep. 2. *in fi.* Valete, mea desideria, valete. *Catull.* carm. 2. v. 5. Cum desiderio meo nitenti Carum nescio quid lubet jocari. ¶ Interdum *desideria* sunt postulata, et petitiones, *a request, petition, supplication. Sueton. in Aug.* c. 17. Donec desideria militum ordinarentur. et cap. 52. Tanta comitate adeuntium desideria excipiens, ut &c. *Ulpian. Dig.* l. 25. tit. 3. leg. 5. Singulorum desideria perpendere judicem oportet. *Id.* lib. 1. tit. 16. leg. 9. *a med.* Ut omnium desideria audiantur.

DESIDĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to desire, wish, long for*, ἐπιθυμέω. Certum esse, ait *Festus*, a sideribus duci: quomodo autem ad hanc significationem descenderit, non ita est certum, aliis aliam rationem, et quidem satis longe petitam, comminiscentibus. *Cic. de Senect.* c. 9. Ne nunc quidem vires desidero adolescentis, non plus, quam adolescens tauri, aut elephanti desiderabam. *Id. pro Arch.* c. *pœnult.* Nullam virtus aliam mercedem desiderat, præter hanc laudis. *Id.* 5. *Attic.* ep. 16. Hæc quæ longiorem desiderant orationem, summatim tibi præscribo. *Id. pro Quint.* c. 17. Ridet nostram amentiam, qui in vita sua rationem summi officii desideremus, et instituta bonorum virorum requiramus. *Id.* 3. *Q. Fr.* ep. 4. *a med.* De versibus, quos tibi scribi a me vis, deest mihi quidem opera, quæ non modo tempus, sed etiam animum vacuum ab omni cura desiderat. *Plin.* l. 17. c. 26. Desiderant rigari arbores. *require moisture. Id.* l. 17. c. 8. Fimi desiderat aliquantulum. ¶ Eleganter ponitur, cum significare volumus, abesse, aut deesse aliquid, quod requirimus. *to complain of the want of, regret, need, require.* Neque enim, nisi quod deest, desiderari quidquam potest. Hac ratione fere adhibetur aut passive, aut cum negatione. *Cic. Attic.* 12. ep. 40. Quis aut congressum meum, aut facilitatem sermonis desideravit? *Id. de clar. Orat.* c. 31. Unum excipio Catonem, in quo summam eloquentiam non desiderem. *Id.* 7. *Attic. ep. ult.* Sin erit bellum, partes meæ non desiderabuntur. *Id.* 6. *Verr.* c. 44. Neque quidquam ex fano, præter unum perparvum signum ex ære, desideratum est. *was missing. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 51. Eo die milites sunt paulo minus septingenti desiderati. *were wanting or missing. Id.* l. 5. c. 33. Ut ex tanto navium numero nulla omnino navis desideraretur. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 1. Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum, Sextilem totum mendax desideror. ¶ *Fortiter desiderare* est magno animo ferre amissionem alicujus rei. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 16. Tibi si vis referri exempla feminarum, quæ suos fortiter desideraverunt. ¶ Pro petere et postulare in judicio, *Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 2. leg. 2. *extr.* Imputabitur ei, cur non adito prætore, desiderarit alimenta minui. *Id.* lib. 37. tit. 10. leg. 5. *sub fin.* Desiderandum a prætore, ne, &c. [¶ Particip. *desiderans, desiderandus* apud *Horat.* l. 3. carm. 1. v. 25. Desiderantem quod satis est, neque Tumultuosum sollicitat mare. *Plin.* l. 7. ep. 1. Spero, nihil me desideraturum vel pudore vel pœnitentia dignum.]

DESIDĬA, æ, f. *sloth, slothfulness, idleness, want of exertion, inactivity*, ῥαθυμία, ignavia, inertia, otium. *Cic.* 1. *Offic.* c. 34. Ne languori se desidiæque dedat. *Id.* 2. *Agrar. in fi.* Qui propter desidiam in otio vivunt, tamen in sua turpi inertia capiunt voluptatem. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 27. Umbris, deliciis, otio, languore, desidia animum inficere. *Id. pro Sext.* c. 48. *extr.* Ab industria ad desidiam avocare aliquem. *Id. ibidem* c. 10. Videbamus genus vitæ, desidiam, inertiam. Ubi *Manut.* Plus *inertia* vituperationis habet, quam *desidia.* Desidem enim appellamus, qui nihil agat: inertem, qui etiam agendi arte, non modo voluntate careat. Ergo in *desidia* voluntas; in *inertia* simul cum voluntate notatur inscitia. *Cic. Fam.* 12. ep. 20. Si cessabis, lacessam, ne tua ignavia etiam inertiam afferat. ¶ Est a *desideo*, vel *desido*: unde proprie *Apul.* l. 2. *de dogmat. Platon.* Robur viresque frangit, et verum colorem ad desidiam sanguinis mutat. *h. e.* ad recessum. et *de Mundo.* Regiones desidia maris pedestri accessu pervias factas. *Propert.* l. 1. eleg. 15. v. 6. Et longa faciem quærere desidia. *h. e.* diu ad speculum sedendo faciei venustatem conciliare.

DESIDIABŬLUM, i, n. locus desidiæ aptus. *Plaut. Bacch.* 3. 1. 8. Ut celem patrem tua damna aut desidiabula. Al. leg. *despoliabula.*

DESIDĬES, ei, f. idem quod desidia. *Lucret.* l. 5. v. 49. Quid luxus desidiesque.

DESIDIŌSE, adverb. *slothfully, idly*, ῥᾳθύμως. *Lucret.* l. 4. v. 1129. Agere ætatem desidiose.

DESIDIŌSUS, a, um, *slothful, idle, lazy, inactive*, ῥᾴθυμος, qui totus desidet et nihil agit. *Ovid. de remed. amor.* v. 161. Quæritur, Ægisthus quare sit factus adulter? In promptu causa est, desidiosus erat. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 33. Inertissimum et desidiosissimum otium. *Varr. in procœm.* l. 2. *R. R.* Majores nostri, qui in oppido sederent, quam qui rura colerent, desidiosiores putabant. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 9. v. 1. O nunquam pro me satis indignate Cupido: O in corde meo desidiose puer! *h. e.* assidue sedens.

DESĪDO, is, edi, n. 3. *to sink or fall down*, καθιζάνω, descendo, subsido: a *de* et *sido*: sed præteritum a *sedeo* mutuatur. *Cic.* 1. *de Divin.* cap. 35. Tantos terræ motus factos esse, ut multa oppida corruerint, terræque desederint. *Liv.* lib. 32. cap. 9. Terra trium jugerum spatio caverna ingenti desederat. *had sunk or fallen in. Justin.* l. 4. c. 1. Undæ in imum desidunt. *et mox.* Æstus in voraginem desidens. *Cels.* l. 2. c. 7. *ante med.* Ex urina quod desidit, album est. *what settles or subsides to the bottom. Id.* l. 7. c. 18. Tumor ex toto desidit. *assuages, subsides.* ¶ Desidere dicuntur montes in sublime volanti. *Stat.* 1. *Theb.* v. 548. Hinc Phrygius fulvis venator tollitur alis: Gargara desidunt surgenti, et Troja recedit. ¶ Translate *Liv. in procœm.* l. 1. Desidentes mores. *degenerating, becoming worse and worse.* Al. leg. *dissidentes.*

DESIDŬO, adverb. diuturne, assidue. *Varr.* apud *Fulgent. de prisco serm.* Dividiæ mihi fuerunt, tam desiduo abfuisse.

DESIGNĀTE, adverb. *markedly, pointedly*, signate, significanter. *In titulo* c. 5. l. 2. *Gellii.* Quam lepide designateque dixerit Favorinus, &c.

DESIGNĀTĬO, onis, f. *a designment, appointment, noting, specifying, disposition, arrangement*, σχῆμα, διαγραφή, ὑποτύπωσις, signum, forma, figura, descriptio. *Vitruv.* l. 5. c. 3. *a med.* Si in stantem aquam lapide immisso nascantur innumerabiles undarum circuli crescentes a centro, et quam latissime possunt vagantes, nisi angustia loci interpellaverit, aut aliqua offensio, quæ non patitur designationes earum undarum ad exitus pervenire. et c. 5. Designatio cellarum. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* cap. 8. *in fi.* Omnem totius operis designationem atque apparatum requiro. ¶ Item notatio. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 31. Infinitæ rei quæstio sine designatione personarum et temporum. ¶ *Tacit.* 13. *Ann.* c. 21. Designatio consulatus. V. *Designatus.* ¶ Apud *Arnob.* l. 7. pag. 217. legitur *dissignatio*: et accipitur pro cæde et crudelitate, quasi scissio, laceratio. Simili fere sensu *dissigno* apud *Stat.* a quibusdam exponi, diximus in *Designo.* ¶ De munere designatoris. In vet. Tab. æn. apud *Mazoch.* pag. 415. Præconium, dissignationem, libitinam facere.

DESIGNĀTOR, oris, m. *an architect*, qui designat, ac disponit fabricæ alicujus rationem. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 270. n. 6. Designator scenarum. Alia apud *eund.* pag. 601. n. 1. C. Verres Eros, designator Cæsaris Augusti. Alia apud *Fabrett.* pag. 302. Designator operum publicorum. ¶ Item qui funebri pompæ ac funebribus ludis præest (teste *Donato ad Terent. Adelph.* 1. 2. 7.) unicuique incedendi locum ordinemque præscribens, quem Angli dicerent *a master of ceremonies.* Hic cum lictoribus atratis circuibat, summovendi causa. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 6. dum ficus prima, calorque Designatorem decorat lictoribus atris. *Senec.* l. 6. *de benef.* c. 38. Designatores et libitinarii. Adde *Quintil.* declam. 6. c. 8. ¶ Item qui in theatro loco spectandi disponit, et viros honoratos populumque serius venientem, in suum quemque locum, sessum deducit, ἀποδεικτής. *Plaut. Pœn. prol.* v. 19. Neu designator præter os obambulet, neu sessum ducat, dum histrio in scena siet. *Martial.* l. 5. epigr. 25. *locarium* appellare videtur. [In *cit. Martial.* loco sub *locarii* nomine non designatoris, ut autumat *Forcellinus*, sed vere ac proprie locarii mentio fit; nam designationis multo honestius officium fuit, quam locarii, qui cum pauper esset, loca commoda in spectaculis a se occupata divitibus tarde venientibus locabat; contra designator, ut notum cuique est, spectaculis quamadmodum præerat.] ¶ Item qui in ludis publicis certamini præest, et leges ac præmia constituit datque certantibus. *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 2. leg. 4. Designatores, quos Græci βραβευτὰς appellant, artem ludicram non facere, Celsus probat, quia ministerium, non

artem ludicram exerceant. Et sane locus iste a Principe hodie non pro modico beneficio datur. Hæc *Ulpian.* ¶ Item minister principis, qui per provincias mittebatur, ut decimas procuraret, privatorum prædiis describendis, et pro modo singulorum taxandis. Nam quod habetur in fragm. Inscript. apud *Gruter.* pag. 106. n. 6. Desig. X. P. P. ita legit *Ursat.* de *not. Rom.* Designator decimæ per provincias. ¶ Etiam *Cic. Attic.* l. 4. ep. 3. Decimum quendam *designatorem* commemorat: sed ad quodnam designatorum genus iste pertineat, non facile statuerim. Ad secundum tamen inclinat animus. ¶ Scribitur et *dissignator* in allatis veterib. Inscriptionib. probatque eam scriptionem *Lips. de Amphitheatro*, c. 15.

DESIGNĀTUS, a, um, *marked*, signo notatus. *Senec.* ep. 90. *ante med.* Serra per designata currente, certa manu trabem scindere. ¶ Translate *appointed*, *designed*, destinatus. *Cic. pro Cluent.* c. 11. Designatus reipubl. civis. *Plaut. Mostell.* 2. 1. 66. Quæ designata sunt et facta nequitia. ¶ *Designatus consul*, *prætor*, *tribunus*, &c. est, qui in proximum annum creatus, magistratum nondum iniit. *a consul elect*, *prætor elect*, &c. *Cic. Fam.* 11. ep. 6. et 2. *Agrar.* c. 5. &c. ¶ Item dispositus, ordinatus. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 35. Nec domus nec respubl. ratione quadam et disciplina designata videtur, si in ea nec recte factis præmia exstent ulla, nec supplicia peccatis.

DESIGNO, as, avi, atum, a. 1. *to mark*, *mark out*, ἀποτυπόω, est aliquo signo notare. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 425. designat litora ferro. *Cic.* 1. *Catil.* c. 1. Notat et designat oculis ad cædem unumquemque nostrum. *Stat. Theb.* 1. v. 310. *de Mercurio.* sublimes raptim per inane volatus Carpit, et ingenti designat nubila gyro. (Alii leg. *dissignat*, et exponunt, scindit, perrumpit. Apud *Arnob.* quoque *dissigno* legitur lib. 1. pag. 39.) *Id.* 6. *Theb.* v. 782. ac mediam designat vulnere frontem. ¶ Item significare, denotare, et quasi per signa demonstrare, *to signify*, *denote*, *mean*. *Cic. de Orat.* l. 2. c. 58. Hæc ridentur, quæ notant et designant turpitudinem aliquam non turpiter. ¶ Aliquando est decernere, et deligere. *Cic. in Rull.* 2. c. 10. Ut ii decemviratum habeant, quos plebs designaverit. *to fix upon*, *choose*. ¶ Interdum describere, constituere. *Cic. in Phil.* 9. *extr.* Locum sepulcro pedes triginta quaqua versus designat. *to appoint.* ¶ Aliquando rem aliquam insignem patrare, sed cum nota et ignominia, ut *Non.* c. 2. n. 210. docet. *Terent. Adelph.* 1. 2. 7. Quæ facta sunt, omitto: modo quid designavit? *Mi.* quidnam id est? *De.* Fores effregit, atque in ædes irruit, &c. *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 16. Quid non ebrietas designat? *to what lengths will drukenness not go?* ¶ Designare nota ignaviæ, *to brand.* *Liv.* l. 14. c. 16. Si reputabitis, nulla ignaviæ nota leviore designari vos potuisse. ¶ Designare aliquid verbis, *to describe.* *Cic.* 1. *de Orat.* c. 23. Designare verbis, generibus illustrare, partibus distribuere. ¶ Est etiam destinare, assignare. *Colum. de arborib.* c. 1. *ad fin.* Ager, quem seminario designaveris. Al. leg. *destinaveris.* ¶ Item delineare, deformare, *to mark or sketch out*, *plan.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 755. Æneas urbem designat aratro. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 24. Sulco designare oppidum. ¶ Item significare. *Varr. sub fin.* l. 7. *de L. L.* Nomina, quæ res communes designant, ut vir, mulier.

DESILĪO, is, desilui, *vel* desilii, desultum, n. 4. *to jump or leap down*, *alight*, *vault*, καταπηδάω, saltu descendo. *Virg.* 11. *Æn.* v. 500. portisque ab equo regina sub ipsis Desiluit. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 130. Desilire lecto. *Cic. pro Mil.* c. 10. Desilire de rheda. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 25. Universi ex navi desilierunt. et cap. 24. Et navibus desiliendum, et fluctibus consistendum erat. et lib. 5. cap. 17. Ex essedis desiliendi facultatem dederunt. *Plaut. Rud.* 1. 2. 84. Desilire e scapha in terram. *Horat. de art. Poet.* v. 134. Desilire in arctum. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 12. Equites ad pedes desilierunt. *alighted*, *dismounted.* [¶ Particip. *desiliens* apud *Ovid.* 4. *Fast.* v. 428. Locus adspergine multa Uvidus ex alto desilientis aquæ.]

DESINATĪO, onis, f. cessatio. *Senec.* ep. 117. *a med.* Hac desinatione misericordiam captans. Ita *Scalig. ad Fest.* Alii leg. *detestatione*, vel *destinatione.*

DESĪNO, as, n. 1. idem ac *Desino*, *is*, apud veter. *Fest.* ubi alii leg. *desivare* eodem sensu.

DESĬNO, is, ivi, *vel* sii, itum, n. 3. *to cease*, *leave off*, *give over*, *desist*, *end*, παύομαι, cesso, omitto, finem facio: ex *de*, et *sino*. *Terent. Adelph.* 5. 3. 67. Pergis ne? *De.* Jam jam desino. *Ovid. Metam.* 5. v. 285. Desierant imbres. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 9. *extr.* Equidem non desinam tua decreta defendere. *Id.* 1. *Attic.* ep. 19. *ad fin.* Jamdiu fieri desierunt. ¶ Reperitur cum accusativo pro relinquere, deserere. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 1. *a med.* Libenter mehercule artem desinerem. Sed subintelligi potest *exercere*: Et sunt qui aliter legunt. Eodem modo *Sueton. in Tiber.* c. 36. Deprecantibus (*Mathematicis*) ac se artem desituros promittentibus, veniam dedit. At *Gell.* l. 2. c. 12. Non ad augendam, sed ad desinendam seditionem, legem hanc esse dicebat. *h. e.* ad sedandam terminandamque. (Adde lib. 15. c. 16.) *Ovid. de ar. am.* l. 2. v. 725. Sed neque tu dominam velis majoribus usus Desine. Al. leg. *desere.* (quæ lectionis varietas reperitur etiam 3. *Metam.* v. 478. l. 6. v. 215. l. 7. v. 850. l. 2. *ex Ponto*, ep. 7. *extr.* et l. 4. ep. 8. v. 72.) *Virg. Ecl.* 8. v. 61. Desine Mænalios, jam desine, tibia, versus. (Sed subaudiri potest *dicere* aut *canere*: ut et in illo *in fi. Ecl.* 9. Desine plura, puer.) *Sil.* l. 12. v. 725. Cede deis tandem, et Titania desine bella. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 635. Desinite amplexus, propiusque accedite dextræ. *Sed legendum*: Dem, sinite. *Apul.* l. 5. Lugubres voces desinite. Hæc *Heins.* congesserat ad primum *loc. Ovidii* allatum. ¶ Et cum ablat. *Cic.* 4. *Acad.* c. 25. Desine, quæso, communibus locis. Sed *uti* subaudiri potest. *Prudent.* περὶ στεφ. 4. v. 64. sexto casui præpositionem addidit: *desine ab unco.* ¶ *Horat.* cum genit. junxit l. 2. od. 9. v. 17. Desine mollium tandem querelarum. quæ constructio Græca est. παῦσαι τῶν αἰτιασέων. *Sil.* l. 10. v. 84. et consul non desinit iræ. ¶ Interdum significat interire, perire. *to decay*, *perish*, *die.* *Plin.* l. 2. ep. 10. Fragilia et caduca, non minus quam ipsi homines, occidunt desinuntque. ¶ Item terminari, finiri. *to end*, *terminate.* *Horat. de art. poet.* v. 3. Atrum desinat in piscem mulier. *Plin.* l. 37. c. 9. Gemma hæc in violam desinit. *h. e.* colorem habet violæ similem. *Flor.* l. 4. c. *ult.* Pyrenæus desinens. *h. e.* Pyrenæi pars extrema. ¶ Usurpatur et passive impersonaliter. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 411. Tunc bene desinitur. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 13. Jampridem contra eos desitum est disputari. ¶ *Similiter desinere* dicuntur a Rhetoribus verba, quæ iisdem syllabis eosdem exitus habent, *to end similarly*, ὁμοιοτέλευτα: quæ *similiter desinentia* tum *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 20. tum *Quintil.* l. 9. c. 4. appellant. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 54.

DESIPĬENS, entis, adject. *ignorant*, *foolish*, παράφρων. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 5. Desipientis arrogantiæ est, &c. *Id.* l. 2. *de Divin.* c. 23. Est ne quisquam ita desipiens, qui, &c?

DESIPIENTĬA, æ, f. *ignorance*, *folly*, παραφροσύνη. *Lucret.* l. 3. v. 500. Desipientia fit, quia vis animi, atque animai Conturbatur.

DESIPĬO, is, desipui, sine sup. n. 3. *to dote*, *be foolish*, *act foolishly*, παραφρονέω, est insipienter agere, delirare: ex *de* et *sapio*. Est minus quam insanio. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 34. Summos viros desipere, delirare, dementes esse, dicebas. *Id.* 2. *Fam.* ep. 9. In quo cum objurgarer, quod nimio gaudio pæne desiperem. ¶ Cum genit. *Plaut. Epid.* 1. 2. 35. Desipiebam mentis, cum illa scripta mitterem. Sed Græca constructio est. ¶ Active pro insipidum facere, habet *Tertull. de pudic.* c. 13. et 18. Fermentum modicum totam desipit conspersionem. ¶ Docet *Charis.* l. 2. pag. 210. *Putsch.* in infinito *desipire* facere, non *desipere*. Sed cave homini credas. *Horat.* l. 4. od. 12. *extr.* Dulce est desipere in loco.

DESISTO, is, stiti, stitum, n. 3. *to stand still*, *remain*, maneo, moror, consisto in loco aliquo. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 10. Quid illic, obsecro, tamdiu destitisti? Al. leg. *restitisti.* ¶ Item multo frequentius, cesso, abstineo, finem facio, desino, absisto, ita tamen ut significet voluntatis et consilii mutationem. Nam *desinimus* aliquando, licet voluntatem non deponamus: *desistimus* vero et simul voluntatem abjicimus, *to cease*, *give over*, *desist from*, *discontinue*, *leave off*, ἀφίσταμαι, ἀφίστημι. *Varr. in. fi.* l. 5. *de L. L.* Quoniam satis multas arbitror positas hujus generis, desistam. *Cic. de clar. Orat.* cap. 91. Cum me medici hortarentur, ut causas agere desisterem. *Id. Fam.* lib. et ep. 1. Pompeium hortari et orare non desistimus. *Vatin. ad Cicer. Fam.* 5. ep. 10. Non desistam, quin illum aliquando eruam. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 12. Verbo de sententia destitisti. *Id.* 5. *Fam.* ep. 2. Qui agerent cum eo, ut de illa mente desisteret. *Id.* 3. *Offic.* c. 3. *extr.* Desistere a sententia. *Nep. in Timoth.* c. 2. de contentione. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 12. a defensione. *Virg.* 10. *Æn.* v. 44. pugnæ. Al. leg. *pugna.* Si *pugnæ* retineas, erit genitivus, ut *abstinere irarum* apud *Horat.* et *desinere iræ* apud *Sil.* l. 10. v. 84. et *querelarum* apud *eund.* *Horat.* quæ Græci moris sunt. *Cic. in fragm. pro C. Cornel.* apud *Ascon.* accusatione. *Liv.* l. 38. c. 30. et 56. *ad fin.* incepto. *Cic.* 4. *Acad.* c. 19. *a med. et in fi.* sententia. *Liv.* l. 37. c. 57. *extr.* petitione. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 11. itinere. ¶ Pro deese, deficere, *Stat.* 5. *Theb.* v. 273. haud unquam justo mea cura labori Destitit. ¶ Pro discedere, abire. *Plaut. Men.* 5. 2. 27. Quid tu tristis es? quid ille autem abs te iratus destitit? *Paul. Digest.* l. 4. tit. et leg. 5. Deficere dicuntur, qui ab his, quorum sub imperio sunt, desistunt. ¶ Passive impersonaliter. *Plaut. Mil.* 3. 1. 142. Nunc jam istis rebus desisti decet. ¶ Pro desinere *Lucret.* l. 6. v. 555. nisi humor Destitit in dubio fluctu jactarier intus. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 3. Desistente autumno, exigunt a grege in campos. ¶ *Destiterunt* pænultima correpta, more poetico dixit *Lucret.* 4. v. 972. ¶ Active pro sistere, destituere, ponere, *Apul.* l. 4. *Metam.* Montis in excelsi scopulo desiste puellam. ¶ Particip. *destiturus.* *Paul. Dig.* lib. 40. tit. 9. leg. 10. Qui datis libertatibus, destiturus est solvendo esse.

DESITŪDO, inis, f. cessatio. *Sulpic. Sever. in præfat. de vita B. Martini*: Totum id desitudine tanti temporis perdidissem.

DESĬTUS, a, um, *laid aside*, *ceased*, *given over*, *left off*, particip. a desino. *Cic. de clar. Orat.* c. 32. Veteres orationes a plerisque legi sunt desitæ. *Id. in fragm. pro Cornel.* apud *Priscian.* l. 10. p. 899. *Putsch.* Cœptum per eos, qui volebant, desitum est per hunc, qui decessit. *Liv.* l. 42. c. 49. Persei nunquam desitum celebrari nomen. *Sueton. in Aug.* cap. 37. Censores creari desitos longo intervallo, creavit. ¶ Item *sown*, *planted.* a *de*, et *sero*, *is*, *sevi*. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 23. *ad fin.* In recentibus pomariis desitis seminibus. V. *Dissero*, *evi*, in fine.

DESOLĀTUS, a, um, *left alone*, *desolate*, *abandoned*, *deserted*, *forsaken*, *destitute*, *forlorn*, solus, relictus, devastatus, derelictus, desertus, μονωθείς, ἐρημωθείς. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 233. Desolata soror. *Id.* 1. *Theb.* v. 653. desolata domorum Tecta vides. *Id.* 9. *Theb.* v. 673. desolatumque magistro Agmen. *Tacit. Ann.* 12. c. 26. Desolatus paulatim etiam servilibus ministeriis. *Virg.* 11. *Æn.* v. 870. desolati manipli. *standards deserted.* Servius. *Justin.* l. 1. c. 7. Victus jam ac desolatus in regnum refugit. *Plin.* l. 10. ep. 97. *extr.* Prope jam desolata templa cœpisse celebrari. *Petron. in Satyr.* c. 124. ævo jam desolata senectus. *h. e.* annis defecta. *Apul.* l. 4. *Metam.* Ego misera tali domo, tanta familia, tam sanctis parentibus desolata. *deprived.* *Plin.* l. 4. epist. 21. Patri nunc unus ex tribus liberis superest, domumque pluribus adminiculis paulo ante fundatam desolatus fulcit ac sustinet. *alone*, vel *left alone*, *solitary.*

DESŌLO, as, avi, atum, a. 1. *to desolate*, *lay waste*, *ravage*, *destroy*, μονόω, ἐρημόω, solum relinquo, desertum reddo, spolio: a *de* et *solus*. *Virg. Æn.* 11. v. 366. sat funera fusi Vidimus, ingentes et desolavimus agros. *have forsaken.* Sic *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 917. Desolare urbes. Et *Colum.* l. 1. c. 3. *ad fin.* Quos hostis profugiendo desolasset agros. Vetus Lap. non probæ notæ, apud *Donium* class. 10. n. 11. Solaque me desolasti, vale Virgo dulciss.

DESOLŪTUS, a, um, *paid*, *disbursed*, solutus. *Scævola Dig.* l. 40. tit. 5. leg. 41. *circa med.* Reliquorum nomine id desolutum est.

DESOMNIS, e, *sleepless*, *awake*, *watchful*, insomnis. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 47. *Burm.* Quæ soles me nocte desomnem facere.

DESORBĔO, es, a. 2. idem quod absorbeo, *to suck or draw up.* *Tertull. de Idololatr.* c. *ult.* Vortex ejus ad inferos desorbet.

DESPECTATĬO, onis, f. *a looking down*, *prospect*, actus deorsum spectandi, et locus ipse, unde spectatur deorsum. *Vitruv.* l. 2. c. 8. *a med.* Pilis lapideis altitudines exstructæ summas utilitates perficiunt, et despectationes.

DESPECTĀTOR, oris, m. contemptor, *a contemner.* *Tertull.* l. 2. *ad Uxor.* c. 8. Despectatores divinarum sententiarum.

DESPECTĬO, onis, f. *a contempt*, *despising*, καταφρόνησις, contemptus. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 141. Consolabitur eam magnitudo animi, et humanarum opinionum alta quædam despectio.

DESPECTO, as, avi, atum, a. 1. *to look down upon*, καθοράω, sæpe deorsum aspicio. *Virg.* 1. *Æn.* v. 400. nunc terras ordine longo Aut capere, aut captas jam despectare videntur. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 622. Ex alto æthere despectare terras. ¶ Item contemno, despicio. *to contemn*, *despise.* *Tacit. Ann.* 2. cap. 43. Piso vix Tiberio concedere, liberos ejus despectare. *Id.* 2. *Histor.* c. 30. Ne ut victi et ignavi despectarentur. [¶ Particip. *despectans* apud *Calpurn.* ecl. 7. v. 24. Spectacula Tarpeium prope despectantia culmen.]

DESPECTOR, oris, m. despectator, contemptor, *a contemner*, *despiser.* *Tertull.* l. 2. *cont. Marcion.* c. 23. Adlegitur Saul, sed nondum despector Prophetæ Samuelis.

DESPECTRIX, icis, f. quæ contemnit, *she that despises.* *Tertull. de Anim.* c. 23. Virtus despectrix mundi.

DESPECTUS, a, um, *despised*, *contemned*, καταφρονηθείς, contemptus. *Cic. in Pison. in fi.* Abjectus, contemptus, despectus ab omnibus. *Id. Verr.* 5. c. 41. *extr.* Ne contemptissimi et despectissimi esse videamur. *Sil.* lib. 3. v. 54. Despectus tædæ regnis se imponit Hiarbas.

DESPECTUS, us, m. *a looking down upon*; *a view from an elevated place*, καθόρημα, prospectus ex superiori loco in inferiorem. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 79. Erat ex oppido despectus in campum. *Id.* l. 2. c. 29. Oppidum ex omnibus partibus altissimas rupes despectusque habet. et l. 3. c. 14. Loca, unde erat propinquus despectus in mare. Adde *Stat.* 5. *Theb.* v. 351. ¶ Item contemptus, *contempt*, καταφρόνησις. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 39. Ludibrio et despectui paternis inimicis erunt oppositi.

DESPERANDUS, a, um, adject. *to be despaired of*, *desperate.* *Cic.* 2. *Catil.* c. 5. Essent illi quidem desperandi, sed tamen ferendi.

DESPĒRANS, antis, adject. *despairing of*, *giving over as lost.* *Cic. pro Mil.* c. 21. Servi desperantes vitam domini. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 21. Desperans de se. *Cic. in Pison.* c. 36. Tu toties diffidens et desperans rebus tuis. ¶ Passive pro desperatus. *despaired of*, *desperate.* *Plin.* lib. 22. c. 29. Ulcera jam desperantia cicatrice includit. Est qui legit *cicatricem.*

DESPERANTER, *hopelessly*, *despairingly*, ἀνελπίστως. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 18. Quod desperanter tecum locutus est.

DESPERĀTE, desperanter. *Augustin.* epist. 237. *ad Celer.* Non desperate solicitus.

DESPERĀTĬO, onis, f. *a despairing; despair,* ἀπόγνωσις, est, ut ait *Cic.* lib. 4. *Tusc.* c. 8. ægritudo sine ulla rerum exspectatione meliorum. *Id.* 4. *Fam.* ep. 3. Tanta est omnium rerum amissio, et desperatio recuperandi. *Id.* 2. *Catil.* c. 11. *extr.* Dona spes cum omnium rerum desperatione confligit. *Id.* 2. *Phil.* cap. 35. Desperatio vitæ. et *Phil.* 12. c. 10. victoriæ. *Id.* 8. *Attic.* ep. 3. Desperatione quærere aliquid. *through despair. Id. post redit. in Sen.* c. 9. A desperatione ad spem revocare aliquem. *Nepos in Eumen.* c. 12. Adducere aliquem ad desperationem. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 42. Ad summam desperationem pervenire. et lib. 1. c. 11. Afferre cuipiam desperationem pacis. *Senec.* epist. 64. Beatæ vitæ desperationem facere. *to despair of. h. e.* in causa esse, cur beata vita desperetur. *Cic.* 14. *Attic.* ep. 19. Magna desperatione affectus sum. *Justin.* l. 2. c. 13. Desperatione rerum pacem petere. ¶ Γνώμη est illud *Curt.* l. 5. c. 4. *ad fin.* Sæpe desperatio spei causa est. ¶ In plur. num. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 16. *ad fin.* Recordor desperationes eorum, qui senes erant, adolescente me. ¶ *Desperationem* pro desperata audacia posuit *Apul.* ubi ait l. 10. *Metam.* Qua mira desperatione truculentæ feminæ repente perturbatus medicus, &c.

DESPERĀTUS, a, um, *despaired of, desperate, past hope, past cure,* ἀνέλπιστος, qui spem omnem abjecit: item is, de quo nulla spes est. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 10. Hospes oppressus et desperatus ab omnibus. *Id.* 2. *Catil.* c. 3. Desperati senes. *Id. pro Sull.* c. 27. Magni, et diuturni, et jam desperati reipubl. morbi. *Id. Divin. in Verr. c. ult.* Hoc remedium est ægrotæ ac prope desperatæ reipublicæ. *Id. Fam.* 13. ep. 56. Habere aliquid in rebus perditis et desperatis. *Id. pro Mur.* c. 20. Pecunias jam desperatas exigere. *Nepos in Attic.* c. 9. Ut Brutus et Cassius, provinciarum desperatis rebus, in exsilium proficiscerentur. *h. e.* cum desperassent de rebus provinciarum. *Cic. Fam.* 6. ep. 22. Hæc sunt nunc etiam atque etiam multo desperatiora. *Id. Verr.* 4. c. 41. *extr.* Desperatissimo perfugio uti. *Balb. ad Cicer. post* ep. 8. l. 9. *ad Attic.* Compositionis spem non desperatissimam esse puto.

DESPERGO, is, ersi, ersum, a. 3. dispergo, dissipo. *Sil.* lib. 9. v. 167. In vacuas senior vitam desperserat auras. Al. leg. *disperserat.*

DESPERNO, is, evi, etum, a. 3. valde sperno. *Colum.* l. 10. v. 298. ne Corydonis opes despernat Alexis.

DESPĒRO, as, avi, atum, a. 1. *to despair of, be without hope, despond,* ἀνελπίζω, spem depono, diffido. *Cic.* 1. *Offic.* c. 21. *extr.* Considerandum est, ne temere desperet propter ignaviam. *Id.* 2. *de Divin.* c. 21. Non equidem plane despero, ista esse vera. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 723. Desperat posse frui. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 21. Non despero, fore aliquando, qui, &c. *Id. ad Pompei. post* ep. 11. l. 8. *ad Attic. a med.* Desperare de republica. *Id. pro Cluent.* c. 25. saluti suæ. *Id. pro Mur.* c. 21. *extr.* Sibi hic ipse desperat. *Id. post redit. in Sen.* cap. 14. Suis fortunis desperare. *Id. in Pison.* c. 34. *extr.* Thessalonicenses, cum oppido desperassent, munire arcem coegerunt. *Id.* 2. *Catil.* c. 9. honores. *Lentul. ad Cicer. Fam.* 12. ep. 14. valde rempublicam. *Id. Attic.* l. 7. ep. 20. pacem. *Quintil. sub fin. cap. et l. ult.* summa, et in secundis, tertiisque consistere. *Senec.* ep. 29. Marcellinum nostrum ego nondum despero: etiamnum servari potest. *Senec. in Med.* v. 163. Qui nil potest sperare, desperet nihil. *Cic. in Pison.* c. 6. Spem habere a tribuno plebis; a Senatu desperasse. *h. e.* obtinere a Senatu, desperasse. ¶ Passive *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. *a med.* Sive restituimur, sive desperamur, nihil amplius opus est. *Quintil.* lib. 1. cap. 10. (*al.* 16. *extr.*) Turpiter desperatur quidquid fieri potest. γνώμη. *Martial. de spectac.* epigr. 22. Desperabantur promissi prœlia Martis. ¶ Vetustissimi olim Scriptores, *desperantur* pro *desperant* deponentis forma dixere, teste *Capro* apud *Priscian.* l. 8. pag. 797. *Putsch.*

DESPICABĬLIS, le, φαῦλος, contemptibilis, *despicable, contemptible. Ammian.* l. 26. c. 8. (*al.* 23.) Dedignatus hominem despicabilem. *Sidon.* l. 2. ep. 10. Despicabiliorem pronuntiare.

DESPICATĬO, onis, f. *a despising, contempt,* καταφρόνησις, contemptus. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 20. Ut odia, invidia, despicationes adversantur voluptatibus.

DESPICĀTUS, a, um, adject. passivæ signific. contemptus, *contemned, despised, looked upon with contempt,* ὑπερόπτος. *Terent. Eun.* 2. 3. 92. Quæ nos nostramque adolescentiam habent despicatam. *Cic. pro Sext.* c. 16. Cessi Trib. pleb. despicatissimi hominis furori. ¶ Est etiam particip. activæ signific. a *despicor,* despicere, contemnere. *Aurel. Vict. de Vir. illustr. in Camillo,* c. 23. Primo ut deos venerati: deinde ut homines despicati, interfecere.

DESPICĀTUS, us, m. *contempt,* καταφρόνησις, contemptus, ut *Despicatui ducere,* idest contemnere. *to hold in contempt. Plaut. Men.* 4. 3. 19. Tu me bene merentem habes despicatui. *Cic. pro Flacc.* c. 27. Quid porro in Græco sermone tam tritum, quam si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur?

DESPICĬENS, entis, nom. ex particip. qui despicit, *he who despises. Cic.* 2. *de Orat.* c. 89. *ad fin.* Nemo unquam tam sui despiciens fuit, qui desperaret, &c.

DESPICIENTĬA, æ, f. *a contemning, despising, looking down upon with contempt,* ὑπεροψία, despectus, despectio, *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 40. Totam vim bene vivendi in omnium rerum humanarum contemptione ac despicientia ponamus. Adde 2. *Offic.* cap. 11.

DESPICĬO, is, exi, ectum, a. 3. *to look down upon,* καταβλέπω, καθοράω, deorsum aspicio, despecto. *Cic. de Harusp. resp.* c. 15. Tollam altius tectum, non ut ego te despiciam, sed, &c. *Colum.* l. 1. cap. 6. *sub fin.* Area ita constituenda est, ut a domino despici possit. *Plin.* l. 35. c. 8. *sub fin.* Formare vultus suspicientes et despicientes. *Horat.* l. 3. od. 7. v. 29. Despicere in vias. *Plaut. Mil.* 2. 6. 72. Et me despexe ad te per impluvium tuum fateor. pro *despexisse.* syncope. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 504. de vertice montis Despicere in valles. ¶ Sumitur et pro simplici aspicio, intueor, video. *to behold, look at, see. Cic.* 4. *de Fin.* c. 23. et 24. Catuli, qui jam despecturi sunt, cæci æque sunt, et ii, qui modo nati. *Sueton. in Ner.* c. 19. Tanta oborta caligo est, ut despicere non posset. ¶ Translate est contemnere, *to despise, look contemptuously upon.* nam qui alium contemnit, videtur quodammodo infra se aspicere. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 46. *ad fin.* Omnes despicere, hominem præ se neminem putare. *Id.* 3. *de Fin.* c. 8. *ad fin.* Despicere, et pro nihilo putare omnia. *Id. in Fragm.* apud *Non.* c. 5. n. 67. Contemnere, despicere, ac pro nihilo habere. V. *Contemno. Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 2. Legionem compluribus absentibus, propter paucitatem despiciebant. ¶ Item negligere, *to pass by, overlook, disregard. Nepos in Attic.* c. 6. Honore fuit contentus, rei familiaris despexit fructum. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 8. Cum tam multi occupationem ejus observent, tempusque aucupentur, ut simul atque ille despexerit, aliquid hujuscemodi moliantur. *h. e.* alio demittat oculos, et attentus non sit. *as soon as he should be looking off.* ¶ Item respuere, recusare, fugere, *to refuse, disdain. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 8. *in fi.* Ipse gravissima hieme in navibus excubabat, neque ullum laborem aut munus despiciens, &c. [¶ Particip. *despiciendus* apud *Ovid.* 5. *Fast.* v. 642. Tunc etiam pecori despiciendus eram.]

DESPĪCOR, aris, dep. 1. *to despise,* καταφρονέω, contemno. *Q. Pompei.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 793. *Putsch.* Me miserum, quem mille feminæ despicari ausæ sunt! V. *Despicatus, a, um.*

DESPĪCUS, a, um, intentus, contemplans: ut *prospicus,* prospiciens, providus. *Næv.* apud *Non.* c. 2. n. 667. Sibi prospica ac despica. *Al. leg.* tibi prospica, ac despica. *h. e.* tibi prospice, ac despice. Et quod apud *Fest.* habetur: Prospices, prospice: corrigunt *prospica, prospice:* ut sit utrumque verbum imperativi modi a *despico* pro despicio, et *prospico* pro prospicio.

DESPOLIABŬLUM, locus ad despoliandum aptus. V. *Desidiabulum.*

DESPOLIATĬO, onis, f. actus despoliandi. *Tertull. de resurrect. carn.* c. 7. *ex Divo Paulo Coloss.* 2.

DESPOLIĀTOR, oris, m. *a spoiler, plunderer. Plaut. Trin.* 2. 1. 14. Avarus, elegans, despoliator.

DESPOLIĀTUS, a, um, adject. *spoiled, plundered. Cic. Fam.* 14. ep. 2. Illud doleo, quæ impensa facienda est, in ejus partem te miseram et despoliatam venire.

DESPOLĬO, as, avi, atum, a. 1. idem ac spolio, *to spoil, plunder, ravage, lay waste, pillage, strip, rob, deprive of. Cic.* 5. *Verr.* c. 21. Dux isti ad despoliandum Dianæ templum fuit. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 31. Despoliare armis. et lib. 5. c. 6. Ut Gallia omni nobilitate despoliaretur. *h. e.* omnes viri nobiles e Gallia abducerentur. *Liv.* l. 45. c. 36. Indignum facinus esse, L. Paulum, tanti belli victorem despoliari triumpho. *Plaut. Epid.* 1. 1. 85. Despoliare dorsum virgis. *to excoriate, take off the skin.* Al. aliter leg. *Id. Men.* 5. 2. 53. Despoliare aliquem. *to rob. Id. Mil.* 4. 2. 57. Digitos suos. *to pull the rings off.* ¶ *Despoliari* deponentis forma pro *despoliare* a vetustissimis olim fuisse usurpatum, testatur *Caper* apud *Priscian.* l. 8. pag. 797. *Putsch. Afran.* apud *Non.* c. 7. n. 100. Quos impune depopulatur, et despoliatur dedecus. ¶ Scribitur et *dispolio.*

DESPONDĔO, es, despondi, et despopondi, onsum, a. 2. *to promise, promise in marriage, betroth,* ἐγγυάω, μνηστεύω, spondeo, promitto. Fere adhibetur in causa nuptiarum, cum puellam pater in uxorem alicui promittit: et vicissim cum adolescentis pater acceptat conditionem propositam, et pro filio spondet, puellam ab eo ductum iri. Neque enim semper est verum, quod docet *Donat. ad Terent. Andr.* 1. 1. 75. et *Adelph.* 4. 7. 17. *spondere* dici patrem puellæ, a quo illa petitur, *despondere* patrem adolescentis, qui petit: tametsi hac ratione a *Terentio* utroque loco adhibetur. Nam contra *Plaut.* patri puellæ tribuit *Pœn.* 5. 6. 2. Tuam mihi desponde filiam. et *Cistell.* 2. 3. 57. Alcesimarcho filiam suam despondit in divitias maximas. et *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 7. Qui spoponderat filiam, despondisse dicebatur, quod de sponte ejus, idest voluntate exierat. et *Ovid.* 9. *Metam.* v. 714. Cum pater, Iphi, tibi flavam despondet Ianthem. et *Cic. Attic.* l. 1. ep. 3. Tulliolam C. Pisoni L. F. Frugi despondimus. ¶ Passive impersonaliter *Terent. in fi. Andriæ.* Ne exspectetis, dum exeant huc: intus despondebitur. ¶ Ipse quoque uxorem qui ducit *despondere* dicitur. *to espouse. Cæl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 7. Cornificius adolescens Orestillæ filiam sibi despondit. ¶ Ad alia quoque pacta transfertur. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 10. Bibliothecam tuam cave cuiquam despondeas, quamvis acrem amatorem inveneris. *make a promise of the sale of.* et lib. 13. ep. 12. Nunc illam περὶ τελῶν σύνταξιν Bruto, ut tibi placuit, despondimus. *have promised to inscribe.* et lib. 11. ep. 6. *ad fin.* Lentulus Hortensii domum sibi, et Cæsaris hortos, et Baias desponderat. *had thought himself sure of obtaining. Id.* 12. *Fam.* ep. 9. Exigua spes est reipublicæ: sed quæcumque est, ea despondetur anno consulatus tui. *it is likely to be realized; it is looked upon as likely to happen.* [† i. e. omnes putant, te demum consule, tale quid sperari posse. *Ernest.*] *Valer. Flacc.* lib. 7. v. 509. meritis perjuria pœnis Despondet. *h. e.* destinat pœnas perjuriis, spondet se pœnas perjuriorum exacturum. ¶ *Despondere animum,* et *despondere* absolute, est spem omnem abjicere, et desperatione rerum omnium mori decernere, *to be disheartened, lose heart or courage, despair, despond.* Est autem dictum, inquit *Varr. loc. cit.* eo modo, quo *despondere filiam:* quia quemadmodum qui filiam alteri uxorem promittit, finem statuit suæ spontis, seu voluntatis, hoc est omnem de filia voluntatem et curam deponit, et in sponsum transfert; ita qui despondet animum, omnem deponit spem curamque sui. *Plaut. Mil.* 4. 2. 62. Nisi tu illi fers suppetias, jam illa animum despondebit. *Liv.* l. 3. c. 38. Nec ipsi solum desponderant animos, sed contemni cœpti erant a finitimis. *Colum.* l. 8. c. 10. Turdi caveis clausi plurimi despondent. ¶ *Despondere sapientiam* est desperare, se consequi posse sapientiam. *Id.* l. 11. c. 1. *ante med.* Quæ probabilis ratio, in socordiam compelli, quia desponderis sapientiam? ¶ *Despondere animo,* h. e. promittere, polliceri. *Liv.* l. 28. c. 38. Despondebantque animis, id bellum, quod instaret, P. Cornelium finiturum. *they promised to themselves, looked upon as certain.* Al. leg. *spondebantque.* ¶ Alterum præterit. *despopondi* legitur apud *Plaut. Trinum.* 3. 1. 2. et *Trucul.* 4. 3. 51. [¶ Particip. *despondens* apud *Liv.* l. 4. c. 13. Plebem trahere consulatum favore ac spe despondentem.]

DESPONSĀTUS. V. in *Desponsus,* et *Desponso.*

DESPONSĬO, onis, f. *Desponsio animi,* et *desponsio* absolute apud *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 18. est desperatio. V. *Despondeo.*

DESPONSO, as, a. 1. frequentat. a despondeo. *Aurel. Vict. de Orig. Gent. Rom.* c. 13. Filia jam ante desponsata Turno fuerat. *Sueton. in Cæs.* c. 1. Cossutia prætextato desponsata fuerat.

DESPONSOR, oris, m. qui despondet. Agnoscitur, ut Latina vox, a *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 7. *post med.*

DESPONSUS, et Desponsatus, a, um, *promised, betrothed,* καθωμολογημένος, particip. a despondeor. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 5. Tulliam nostram Crassipedi pridie Nonas Aprilis esse desponsam. Al. leg. *desponsatam. Id. de Harusp. respon.* c. 3. Cui me præripere desponsam jam et destinatam laudem, valde est iniquum. *Id. Attic.* l. 1. ep. 16. *circa med.* Desponsam homini jam Syriam ademi.

DESPRĒTUS, valde spretus. *Festus.*

DESPUMATĬO, onis, f. despumandi actus. *Tertull. de Carne Christi,* c. 19. Despumatione mutatum (*semen*) in coagulum sanguinis feminæ.

DESPUMĀTUS, a, um, adject. *with the froth taken off, scummed,* a spuma purgatus, ut despumatum mel, *Cels.* l. 3. c. 6. *a med.* ¶ Item levigatus, politus, abstersus. *smoothed, polished. Vitruv.* l. 7. c. 4. *sub fin.* Summo libramento cote despumato, redditur species nigri pavimenti.

DESPŪMO, as, avi, atum, a. 1. *to take off the froth, scum,* spumam adimo, extraho, ἐξαφρίζω. *Virg.* 1. *Georg.* v. 296. Et foliis undam trepidi despumat aheni. *Plin.* l. 9. c. 38. Despumatis subinde carnibus. ¶ Item coquo, *to dress, boil. Valer. Flacc.* l. 8. v. 254. Pars verubus, pars ingenti despumat aheno. ¶ Translate est concoquere, *to digest. Pers.* sat. 3. v. 3. Stertimus, indomitum quod despumare falernum Sufficiat. ¶ Significat etiam polire, detergere, fricare, *to rub, smooth, polish. Plin.* l. 36. c. 25. Pavimentum diligenter cote despumare. ¶ Neutra significatione pro spumas deponere, purgari, atque adeo decrescere, *Pallad. in Octobr.* tit. 18. Defrutum a defervendo dictum, ubi ad spissitudinem fortiter despumaverit. ¶ Translate *Senec.* 2. *de Ira,* c. 20. Ut minuatur non ut consumatur calor, nimiusque ille fervor despumet. *Id.* ep. 68. *ad fi.* Hæc ætas optime facit ad hæc studia: jam despumavit. et epist. 99. *ad fin.* Cum aliquid lacrimarum affectus effuderit, et, ut ita dicam, despumaverit. ¶ Pro effundere, et quasi spumando emittere, *Lucan.* l. 6. v. 506. *de luna incantata.* Donec suppositas propior despumet in herbas. *Claudian. in Consul. Prob. et Olybr.* v. 53. quantas per Lydia culta Despumat rutilas dives Pactolus arenas. ¶ Legitur et *dispumo* in multis libris, nihil mutata significatione aut usu, tum locis allatis, tum apud *Colum.* l. 12. c. 38. et *Pallad. in Februar.* tit. 25. et *in Jul.* tit. 7.

DESPŬO, is, ui, utum, a. 3. *to spit, spit down or upon,* καταπτύω, idem quod spuo, vel deorsum spuo, exscreo. *Liv.* l. 5. c. 4. Sacellum ubi nunc despui religio est. *have*

a sample to spit. *Tibull.* l. 1. el. 5. v. 54. Despuit in molles et sibi quisque sinus. *scilicet* ad avertendas fascinationes, et contagia regerenda: quod veteri superstitione ter facere solebant, cum vellent quidpiam amoliri, deprecari, abominari. *Plin.* l. 28. c. 4. Despuimus comitiales morbos, hoc est contagia regerimus: simili modo et fascinationes repercutimus, dextræque claudicatis occursum. Veniam quoque a deis spei alicujus audacioris petimus, in sinum spuendo. Etiam eadem ratione, terna despuere deprecatione, in omni medicina mos est, atque ita effectus adjuvare. Hæc *Plin.* Adde lib. 10. c. 23. *extr.* et V. *Inspuo.* Hinc *Plaut. Asin.* 1. 1. 26. Teque obsecro hercle, ut quæ locutus, despuas. *Pers.* sat. 4. v. 35. Despuere in mores. *Catull.* carm. 50. *ad Licin.* v. 18. precesque nostras, Oramus, cave, despuas, ocelle. *h. e.* despicias, improbes. *despise, slight, disdain.* *Senec.* ep. 104. *extr.* Despuendæ sunt voluptates, spernendæ opes. *h. e.* contemnendæ. *Nov.* apud *Gell.* l. 2. c. 19. Si unquam quicquam filium rescivero argentum amoris causa sumpse mutuum, Extemplo illo te ducam, ubi non despuas. *h. e.* sub furcam, ubi obstrictis faucibus, et verberibus ad necem cæsus, ne respirare quidem poteris, nedum spuere; vel in pistrinum, ubi, tanquam mula, capistratus despuere non possis.

DESPUTAMENTUM, i, n. sputum. *Fulgent.* l. 3. *Mythol.* c. 6. Scintillantis olei desputamento maritum succendit.

DESPŪTUM, i, n. sputum. *Cœl. Aurel. Acut.* l. 3. c. 20. Desputa subalbida.

DESQUAMĀTUS, a, um, *scaled, having the scales taken off, barked or peeled off as trees,* squamis exutus. *Desquamata* in corpore dicuntur loca, ubi injuria aliqua est præstricta cutis, et in squamæ modum avulsa. *Plin.* l. 22. c. 25. *circa med.* Sitanius desquamata cum melle aptissime curat. *Id.* l. 24. c. 11. Rhus medetur percussis, lividis, desquamatis. Adde lib. 28. cap. 4. *ad fin. Dioscorid.* hæc vocat ἀποσύρματα, l. 2. c. 82.

DESQUĀMO, as, a. 1. *to scale, take off the scales,* ἐκλεπίζω, squamis exuo. *Plaut. Aulul.* 2. 9. 1. Desquama pisces. ¶ Dicitur etiam de arboribus et aliis rebus. *to bark, peel off the bark.* *Plin.* l. 17. c. 24. Subarator imprudens luxavit radices, corpusque desquamavit. *Id.* l. 23. c. 7. Summo cortice desquamato. *Id.* l. 25. c. 8. *ad fin.* Aristolochiæ desquamato terreno servantur. *h. e.* derasa et abstersa terra, qua involutæ sunt. *Id. ibid.* c. 17. Primum abluitur vestis Sarda, dein sulphure suffitur, mox desquamatur cimolia. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 202. Rador, subvellor, desquamor, pumicor, ornor. ¶ Legitur et *disquamo.*

DESTERTO, is, tui, n. 3. *to give over snoring,* stertere desino. *Pers.* sat. 6. v. 10. postquam destertuit esse Mœonides Quintus pavone ex Pythagoreo. *h. e.* cessavit somniare, se esse Mœonidem, &c. *gave over dreaming.*

DESTĬCO, as, n. 1. et sonum edere, qualem reddunt sorices. *Auct. carm. de Philom.* v. 62. Et grillus grillat, desticat inde sorex. Al. leg. *disticat.*

DESTILLATĬO. V. *Distillatio.*

DESTILLO, as, n. 1. *to drop, distil,* distillo: a stilla. *Cels.* l. 4. c. 2. Destillat humor de capite interdum in nares. V. *Distillo.*

DESTIMŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to goad through; to run through, waste, consume,* ut *destimulare bona,* h. e. rem familiarem quasi stimulo conficere et dissipare. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 30. Animum fodicant, bona destimulant, facta et famam sauciant. Al. leg. *distimulant.* ¶ Pro stimulare, excitare, *Symmach.* l. 4. ep. 26. Exercendi styli amore destimulor. Alii leg. *distimulor.* alii *exstimulor.* Adde *Paulin. Nolan. in Nat.* XII. *S. Fel. edit. Murator.* v. 23.

DESTĬNA, æ, f. *a tie, band, support, prop, stay,* vinculum, catena, qua aliquid colligatur et continetur: a *destino,* qua colligare significat. *Vitruv.* l. 5. *c. ult.* Sin autem, propter fluctus, aut impetus aperti pelagi destinæ arcas non potuerint continere. *Al. leg.* destinatæ arcæ non potuerint contineri. ¶ Translate *Arnob.* l. 2. pag. 92. Atlantem gestatorem, bajulum, tibicinem illum, ac destinam cæli. *Corrip.* l. 1. *de laudib. Justini,* v. 18. Et Thomas Libycæ mutantis destina terræ.

DESTINĀTE, adverb. *obstinately.* *Ammian.* l. 18. c. 2. (*al.* 3.) Florentio et Lupicino destinate certantibus. *Id.* l. 23. c. 1. Elemento destinatius repellente, cessavit inceptum.

DESTINATĬO, onis, f. *a purpose, design, resolution, determination, resolve,* προαίρεσις, deliberatio, voluntas, certum consilium. *Plin.* l. 7. c. 45. Destinatio exspirandi, et quatridui inedia major pars mortis in corpus recepta. *Id.* l. 36. c. 14. Destinatio mortis suprema. (Adde *Tacit.* 2. *Histor.* c. 47.) *Id.* l. 3. c. 2. Porticum ex destinatione et commentariis Agrippæ a sorore ejus inchoatam peregit. *Stat. in fin. epist. præfixæ* l. 3. *silvar.* Destinatio quietis. *Plin.* l. 36. c. 15. *circa med.* Fecit opus maximum æternitatis destinatione. *with the intention that it should endure for ever.* ¶ Item determinatio, præfinitio. *Id.* l. 8. c. 25. *extr.* Depascitur segetes, destinatione ante determinatas in diem. *h. e.* cum antea determinaverit, et præfinierit, quas sit depasturus. *Liv.* l. 32. c. 35. *extr.* Nulli placere partium, quibus cessurus, aut non cessurus esset, destinatio. *Petron. in Satyr.* c. 115. *a med.* Quam longe a destinatione sua jacet! *h. e.* loco, ad quem pervenire destinaverat.

DESTINĀTO, adverb. *designedly, on purpose,* consulto, deliberate. *Sueton. in Cæs.* c. 60. Prælia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat.

DESTINĀTUS, a, um, *bound, tied,* colligatus, alligatus. *Apul.* l. 4. *Metam.* Arreptum me loro ad ansulam quandam destinatum, cædendo confecissent. *Sidon.* l. 1. ep. 7. Captus destinatusque pervenit Romam. Adde *Vitruvii* locum, supra in *Destina.* ¶ Item certus consilii, obstinatus. *obstinate, persevering, resolute.* *Catull.* carm. 8. *ad se ips. v. ult.* At tu, Catulle, destinatus obdura. *Liv.* l. 42. c. 48. Consilia destinata ad bellum. *resolved on war.* ¶ Item deliberatus, constitutus, propositus. *determined, resolved on, proposed, intended, destined.* *Plin.* l. 36. c. 15. A destinato itinere digredi. *Curt.* l. 3. c. 8. *extr.* Destinata salubriter, omni ratione potentior fortuna discutit. ¶ Item definitus, certus. *determinate, precise.* *Cic.* 5. *Tusc.* c. 22. Ut vadem suum liberaret, præsto fuit ad horam mortis destinatam. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 2. Certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati sunt. *Quintil.* l. 3. c. 6. (*al.* 8.) *ante med.* Certæ destinatæque personæ. ¶ Item addictus, assignatus. *assigned, appointed, destined.* *Cic.* 10. *Fam.* ep. 25. Non est annus hic tibi destinatus. *Id. de Harusp. resp.* c. 3. Desponsa et destinata laus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 72. Ne tela in nostros operi destinatos conjicere possent. *Curt.* l. 5. c. 10. Destinatus ad obsequium omne. *h. e.* promptus, et certo obsequuturus. *Quintil.* l. 1. c. 1. Puer huic spei destinatus. *h. e.* ut orator evadat. *Tacit.* l. 4. *Histor.* c. 53. Destinatus in aliquam rem. ¶ Absolute *Curt.* l. 7. c. 5. *sub fin.* Adeo certo ictu destinata feriebat, ut aves quoque exciperet. *so sure was he of his aim.* *Liv.* l. 38. c. 26. *sub fin.* Quo densiores erant, hoc plura, velut destinatum petentibus, vulnera accipiebant. ¶ *Ex destinato* est ex deliberatione, dedita opera, consulto. *designedly, deliberately.* *Sueton. in Calig.* c. 43. Res bellicas semel attigit, neque ex destinato, sed, &c. *Senec.* l. 1. *de clem.* c. 6. Peccavimus omnes, alii ex destinato, alii forte impulsi. Adde lib. 6. *de benef.* c. 10. *extr.*

DESTĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to tie, fasten by a tie,* ἐνδέω, καταδέω, alligo, vincio, contineo: fortasse a *de,* et *teneo,* inserto *s.* *Vitruv.* l. 5. *c. ult.* Arcæ stipitibus robustis et catenis inclusæ in aquam dimittendæ destinandæque firmiter. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 25. Rates ancoris destinabat, ne fluctibus moverentur. *Id.* l. 7. *B. Gall.* c. 22. Falces laqueis destinare. ¶ Translate est consilio, deliberatione, voluntate addicere, assignare, et veluti obligare alicui rei, *to destine, doom,* προορίζω. *Liv.* l. 2. c. 54. Destinare ad mortem. *Virg.* 2. *Æn.* v. 129. Composito rumpit vocem, et me destinat aræ. *Vellei.* l. 2. c. 81. Domos publicis usibus destinare. ¶ Item statuere, deliberare, quasi voluntatem suam ad certum aliquod consilium alligando. *to determine, resolve.* *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 33. Infectis iis quæ agere destinaverat. *Liv.* l. 7. c. 33. Morte sola vinci destinaverant animis. *Phædr. in prol.* l. 5. v. 1. Cum destinassem operis habere terminum. *Sueton. in Tiber.* c. 13. Destinatum ei erat, nihil super ea re statuere. *Liv.* l. et cap. 6. Sibi destinatum in animo esse Camillo submittere imperium. *Id.* l. 29. c. 20. Quem juvenem civitas spe destinaverit, Annibalem ex Italia detracturum. ¶ Item præfinire, præstituere. *to assign, appoint, fix.* *Cic. Offic.* 3. c. 10. *sub fin.* Cum estorum alteri Dionysius diem necis destinavisset. *Liv.* l. 33. c. 37. Tempus et locum destinare ad certamen. *Cels.* l. 3. c. 4. *ante med.* Ubi ægrum triduo fatigaverat, quartum diem cibo destinabat. *Curt.* l. 4. c. 8. Octoginta stadiorum muris ambitum destinat. *Liv.* l. 28. c. 24. Regnum sibi Hispaniæ destinaverant animis. *Justin.* l. 20. c. 1. Omnes Italiam possidentes, hostes sibi destinaverat. ¶ Item eligere. *to elect, choose.* *Justin.* l. 42. c. 4. *sub fin.* Quem ex numero filiorum in locum Pacori regem destinet. ¶ Item mittere. *to depute, send.* *Sueton. in Galb.* c. 16. Legationem ad prætorianos cum mandatis destinaverunt, displicere Imperatorem in Hispania factum. *Ulpian. Dig.* lib. 5. tit. 1. leg. 2. Legatis, qui in provinciam destinati, revocandi domum suam jus datur. ¶ Item parare, moliri. *to prepare, design, purpose.* *Sueton. in Cæs.* c. 44. De ampliando imperio plura in dies destinabat. ¶ Est etiam verbum jaculantium, et significat scopum præstituere, quem petas. *to aim at.* *Liv.* l. 38. c. 29. Non capita solum hostium vulnerabant, sed quem locum destinassent oris. Adde *Curt.* l. 7. c. 5. *sub fin.* Sic *destinare sagittas* apud *Aurel. Vict. de Cæsarib. c. ult.* est ad scopum certo dirigere. ¶ Translate *Liv.* l. 33. c. 28. Palam ab suo comitatu fremebant interfectum: animis autem Zeuxippum auctorem destinabant cædis. *Tacit.* 2. *Histor.* c. 1. Multos destinare, donec unus eligatur. *Curt.* l. 9. c. 7. *extr.* Conjectum oculorum, quibus ut fur destinabatur, Dioxippus ferre non potuit. ¶ Item ementium, et ponitur pro acquirere, suum facere, constituto pretio, præsertim si arrhabo detur. *to buy, purchase.* *Plaut. Epid.* 3. 1. 112. Ædes quanti destinat? *Tr.* talentis magnis totidem, quot, &c. *Id. Rud. prol.* v. 45. Minis triginta sibi puellam destinat, datque arrhabonem, et jurejurando alligat. *Cic. Fam.* 7. ep. 23. Quod tibi destinaras trapezophoron, si te delectat, habebis: sin autem sententiam mutasti, ego habebo scilicet. *have bought for yourself.* Adde *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 146. et *Plaut. Pers.* 4. 3. 72. [¶ Particip. *destinans* apud *Suet. in Aug.* c. 8. Expeditionem in Dacos destinante.]

DESTITŬO, is, ui, utum, a. 3. *to fix, place, or fasten down,* καθίστημι, deorsum statuo, defigo, pono, colloco. *C. Gracchus* apud *Gell.* l. 10. c. 3. Palus destitutus est in foro, eoque adductus Marius virgis cæsus est. *Nævius* apud *Non.* c. 4. n. 120. in alto naves jubet destitui ancoris. *Curt.* l. 4. c. 8. Itaque mersa navis omnes destituit. *left them to go to the bottom.* *Cæcil.* apud *Non. loc. cit.* Destituit omnes servos ad mensam ante se. *Plaut. Rud.* 3. 5. 43. Duo destituit signa hic cum clavis senex. *Cic.* 5. *Verr.* c. 26. *ad fin.* Alios in publico custodiri, alios destitui in convivio. *scil.* ad ludibrium. ¶ Item derelinquo, desero, *to leave destitute, forsake, abandon,* ἀπολείπειν. *Plin.* l. 9. c. 4. Belluas reciprocans oceanus destituit. *Plaut. Men.* 5. 2. 59. Quid illam iratam abs te destituis? *Vellei.* l. 2. c. 42. Conata ejus metu suo destituit. *Cic. Phil.* 5. c. 12. Qui ne sorti quidem fortunas nostras destituit, sed, &c. *left in the hands of fortune.* *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 136. Somnus me destituit. *Sueton. in Claud.* c. 30. Ingredientem poplites destituebant. *Curt.* l. et c. 10. Vigor non destituit vultum. *Id.* l. 7. c. 1. Non memoria solum, sed etiam mens eum destituit. ¶ Item intermittere. *to leave off, break off.* *Liv.* l. et cap. 34. Rem inchoatam turpiter destituere. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 13. v. 20. Dicitur inceptam destituisse fugam. *Propert.* l. 1. el. 20. v. 46. Dryades solitos destituere choros. ¶ Item cessare. *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 37. his vita magistris Destituit querna pellere glande famem. Al. leg. *desuevit.* ¶ Item deficere. *to revolt, desert.* *Sueton. in Galb.* c. 10. Alarum altera, pœnitentia mutati sacramenti, destituere conata est. *Id. in Neron.* c. 40. Talem principem terrarum orbis tandem destituit. ¶ Item fallere, frustrari, fraudare. *to cheat, trick, defraud.* *Horat.* l. et od. 3. v. 21. ex quo destituit deos Mercede pacta Laomedon. *cheated of their just reward, defrauded.* V. *Destitutio.* *Plin.* l. 8. ep. 3. Erexi exspectationem tuam, quam vereor ne destituat oratio in manus sumpta. *Liv.* l. 1. c. 41. Simul, si spes destituat, alia præsidia molitur. *Colum.* l. 4. c. 24. *circa med.* Palmæ submittentur, quæ nec spem vindemiæ destituant, &c. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 40. Inducere, decipere, destituere. ¶ Apud *Tertull. advers. Psych.* c. 7. *destituere se* est de suo statu ac dignitate descendere. [¶ Particip. *destituendus* apud *Ovid. de rem. amor.* v. 110. Æger mihi destituendus erit.]

DESTITUTĬO, onis, f. *an abandoning, forsaking, leaving off,* ἀπόλειψις, actus destituendi, derelictio. *Sueton. in Domit.* c. 14. Epaphroditum condemnavit, quod post destitutionem, Nero, in adipiscenda morte, manu ejus adjutus existimabatur. *h. e.* postquam omnes Neronem destituerant, et contra eum defecerant. ¶ Speciatim dicitur cum non præstatur promissi fides, maxime in pecunia. *a disagreement, failure in payment.* *Cic. pro Cluent.* c. 26. Capit consilium, ut pecuniam judicibus polliceatur, deinde eam postea supprimat, ut destitutione iratos Oppianico redderet. *Id. pro Quint.* c. 5. Destitutione illa perculsus Nævius, &c.

DESTITŪTOR, oris, m. qui destituit. *Auct. Priap.* carm. 82. quod *Tibullo* tribui solet, et *Tertull.* l. 2. *ad Nation.* c. 18.

DESTITŪTUS, a, um, *placed, set,* statutus, collocatus, positus, καθιστάμενος. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 20. Novellos cum quis emerit juvencos, si eorum colla in furcas destitutas incluserit, diebus paucis erunt mansueti. *Senec. de vita beata,* c. *penult.* Rupes in vadoso mari destituta. *Liv.* l. 2. c. 12. Ante tribunal regis destitutus. *Id.* l. 10. c. 4. Cohortes, quæ signa amiserant, extra vallum sine tentoriis destitutas invenit. *to take up their quarters.* ¶ Item derelictus. *abandoned, forsaken.* *Cic. Attic.* l. 15. ep. 18. Ita sum ab omnibus destitutus, ut, &c. *Id. pro Quint.* c. 16. Viri boni, cum palam fraudantur, timide tamen istuc descendunt, vi ac necessitate coacti, sæpe illusi ac destituti. (V. *Destitutio.*) *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. *ad fin.* Quorum ego consiliis, promissis, præceptis destitutus, in hanc calamitatem incidi. *Liv.* l. 31. c. 24. et lib. 40. c. 47. *ad fin.* et *Curt.* l. 4. c. 3. A spe destitutus. *Curt.* l. 8. c. 6. Tanta spe destituti, domos abeunt. *Id.* l. 5. *c. ult.* Barbari ducibus destituti. *left without.* *Justin.* l. 4. *c. ult.* Seu pudore male actæ rei, seu metu destitutæ spei civium. ¶ Absolute *Sueton. in Galb.* c. 11. Consternatus destitutoque similis, non multum abfuit, quin vitæ renuntiaret. *to one destitute, forlorn, desperate.*

DESTRANGŬLO, as, a. 1. idem quod strangulo. Translate *Porc. Latro declam. in Catil.* c. 24. Destrangulandam penitus rempubl. ac tollendam cogitavit.

DESTRICTE, adverb. *precisely, positively, openly, altogether,* aperte, omnino. *Claud. Imp. in tab. ænea Lugdun.* apud *Gruter.* pag. 502. col. 2. lin. 31. Sed destricte jam comatæ Galliæ causa agenda est. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 3. Veritas Christiana destricte pronuntiat, Deus si non unus est, non est. *Ulpian. Dig.* lib. et tit. 3. leg. 13. Hæc non passim admittenda sunt, neque destricte deneganda. Al. leg. *districte.*

DESTRICTĬVUS, a, um, vim habens destringendi,

discutiendi, purgandi. *Cœl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 29. Cucurbita cum scarificatione est genus adjutorii destrictivum.

DESTRICTUS, a, um, *drawn, plucked, snatched, pulled, stripped off, taken away*, ἀποψηχόμενος, stringendo detractus, avulsus, decerptus. *Quintil.* declam. 12. c. 26. Destricti ramis cibi. *Colum.* l. 12. c. 47. Semina fœniculi et lentisci destricta et purgata in urceolo habeto. *Grat. in Cyneg.* v. 119. tenero destrictas cortice virgas. ¶ *Destrictus ensis* est vagina nudatus, *a drawn sword, naked sword. Horat.* l. 3. od. 1. v. 17. Destrictus ensis cui super impia Cervice pendet. *Liv.* l. 27. c. 13. Destrictis gladiis discinctos destituit. V. *Destringo.* ¶ Item deorsum, vel ab inferiore parte strictus. *Senec.* ep. 101. *ad fin.* Patibulo pendere destrictum. *Phædr.* l. 2. fab. 5. v. 12. Tunica ab humeris linteo Pelusio destricta. ¶ *Destrictum vulnus* est leve, et summam tantum cutem præstringens atque abradens. *a slight wound, wound just grazing the skin. Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 275. Non mea sunt summa leviter destricta sagitta Pectora: descendit vulnus ad ossa meum. *Grat. in Cyneg.* v. 364. destricto levis est in vulnere noxa. Al. scribunt per *di.* V. *Destringo.*

DESTRIGMENTUM, ti, *a scraping, paring; chips, shavings*, &c. idem quod strigmentum, seu ramentum. *Plin.* l. 20 c. 3. Destrigmentis, vel his impositis, vel seminibus. Alii leg. *de strigmentis* divisim.

DESTRINGO, is, inxi, ictum, a. 3. *to strip, rub, or pull off, scrape or pare off, pluck, snatch, tear off, take from, diminish*, ἀποψήχω, καταψήχω, stringendo detraho, decerpo, avello, aufero. *Colum.* l. 12. c. 47. *post med.* Olivam manu destringere. et lib. 4. c. 24. *ante med.* Muscum destringere, et eradere. *Cato R. R.* c. 37. *sub fin.* avenam. *Martial.* l. 12. epigr. 29. medios lectos Mensarumque pedes. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 330. Et quæ sanguinea lunæ destrinxit ab ira. *h. e.* abstulit, derasit, detraxit. ¶ *Destringere ensem* est e vagina educere: vel, si malis, vaginam gladio detrahere, *to draw, unsheath. Cic.* 3. *Offic.* c. 31. Confestim gladium destrinxit, juravitque, &c. Ita Eruditi plerique *Græv.* et *Gronov. uterque hic, Heins. ad Ovid. Drackemb. ad Sil.* [† 17. 164.] *Bentlei. ad Horat.* &c. Alii, qui exponunt, pugno gladium valde stringere, malunt scribi *distringere.* ¶ Translate *Senec.* 2. *de Ira*, c. 10. In singulos severitas Imperatoris destringitur. *h. e.* exseritur, adhibetur. ¶ Est etiam *destringere* strigili radere, defricare, *to scrape with the* strigilis: quod in balineis fiebat post unctionem. *Plin.* l. 3. ep. 5. *a med.* Dum destringitur tergeturque, audiebat aliquid, aut dictabat. *Martial.* l. 14. epigr. 51. cui lemma, *Strigiles.* Pergamus has misit curvo destringere ferro: Non tam sæpe teret lintea fullo tibi. ¶ Item extergere. *Plin.* l. 32. c. 9. Horum jus traditur alvum exinanire, interanea destringere, omnia adaperire, renes purgare, &c. ¶ Item leviter ferire. *to graze. Ovid.* 8. *Metam.* v. 382. summum destringit arundo corpus. et l. 10. v. 526. Inscius exstanti destrinxit arundine pectus. ¶ Translate *Plin. in Paneg.* c. 37. Quanto cum dolore laturi essent homines, destringi aliquid et abradi bonis, quæ, &c. *Phæd.* l. 1. fab. 29. v. 2. Contumelia destringere aliquem. *h. e.* præstringere, lædere. *Id.* l. 4. fab. 6. Destringere scripta alicujus. *to censure, criticize. Ovid.* 2. *Trist.* v. 466. Destrictus nota. *h. e.* notatus. *Id.* 2. *Trist.* v. 563. Non ego mordaci destrinxi carmine quemquam. *have satirized, carped at, cavilled.* ¶ Apud eund. 4. *Metam.* v. 561. *destringere æquora alis* dicuntur aves, quæ quis super volitantes, adeo pennis perstringunt, ut contingant, plausuque particulam dissilire faciant. ¶ In multis ex allatis exemplis, ut dictum est, alii leg. *distringo.* Verum quoties detrahendi ratio aliqua significatur, rectius per *de*; cum stringendi, distinendi, distrahendi, &c. per *di* scribetur. [¶ Particip. *destringendus* apud *Colum.* l. 1. c. 2. Tum et olea destringenda est.]

DESTRUCTIBILIS, le, et

DESTRUCTILIS, le, qui destrui potest. *Lactant. de Ira Dei, sub fin.* Destructibilia sunt omnia, quæ manu sunt. *Al. leg.* destructilia. *Prudent. in Rom.* v. 346. Æ[d]em sibi ipse mente in hominis condidit, Solvi incapacem, posse nec destructilem. Al. per *di* scribunt utramque vocem.

DESTRUCTIO, onis, f. *a pulling down, subversion, destruction*, ἀνασκευή. *Sueton. in Galb.* c. 12. Civitates quasdam murorum destructione punivit. ¶ Translate *Quintil.* l. 10. c. 5. Destructio et confirmatio sententiarum.

DESTRUCTIVUS, a, um, adject. *destructive. Cœl. Aurel. Tard.* l. 1. c. 4. *ante med.* Destructivum adjutorium. *licet* morbi.

DESTRUCTOR, oris, m. qui destruit, *a destroyer. Tertull. in Apolog.* c. 46. Rerum ædificator et destructor.

DESTRUCTUS, a, um, adject. dirutus, *destroyed, pulled down, Sueton. in Vespas.* c. 9. Destructum funditus templum. ¶ Translate *Quintil.* l. 8. c. 3. Sordido nomine [n]otatum hominis, quem destructum volebat, auxit. *disparaged, discredited, ruined.* ¶ In quibusdam antiquis libris legitur et *distructus.*

DESTRUO, is, uxi, uctum, a. 3. *to pull down, destroy, ruin*, ἀνασκευάζω, ἀναιρέω, quod structum erat, corrumpo, demolior, diruo, everto. *Cic. de Senect.* c. 20. Ut navem, ut ædificium, idem destruit facillime, qui construxit. *Virg.* 4. *Æn.* v. 326. Destruere mœnia. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 132. Vetustas multa destruit. *Calpurn.* ecl. 5. v. 36. nec sint compendia tanti, Destruat ut niveos venalis caseus agnos. *h. e.* emaciet, corrumpat. *Stat. Theb.* 12. v. 92. crinemque manumque Destruit. *h. e.* diademate et sceptro spoliat. Contrarium est illud *Juvenal.* sat. 6. v. 502. Ædificat caput. ¶ Translate *Vellei.* l. 2. c. 48. *de Pompeio.* Qui si decessisset in Campania, defuisset fortunæ destruendi ejus locus. *h. e.* de gradu dignitatis et felicitatis dejiciendi. *Curt. in fi.* l. 8. Destruere magnitudinem alicujus. *Liv.* l. 34. c. 3. Si, quod cuiquam privatim officiet jus, id destruet ac demolietur, quid attinebit, &c? *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.*18.) *sub fin.* Destruere tyrannidem. *Id. initio* l. 11. Ornatus orationis, nisi fuerit accommodatus rebus et personis, non modo non illustrabit eam, sed etiam destruet. *will weaken it. Tacit.* 1. *Hist.* c. 6. Galbam invalidum senem Vinius et Laco contemptu inertiæ destruebant. *disparaged, discredited.* Sic *Quintil.* l. 5. c. 7. *ante med.* Destruere testem infamia criminum. *Petron in Satyr.* c. 100. Destruens fortuna constantiam meam. *destroying, abating.* [¶ Particip. *destructurus* apud *Tertullian. advers. Marcion.* l. 1. c. 29. *post init.* Non quasi destructuri felicitatem sanctitatis.]

DESTRUSUS pro *detrusus* legitur a quibusdam apud *Tertull. advers. Valentinian.* c. 20.

DESUB, præposit. composita ut *desuper, exante*, &c. et significat idem quod *sub*, cum motu de loco. *Flor.* l. 2. c. 3. Sic desub Alpibus, idest, desub ipsis Italiæ faucibus, &c. V. *Sub.*

DESUBITO, *all on a sudden, suddenly*, ἐξαίφνης, idem quod subito, valde subito, derepente. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 12. n. 1. Funus desubito esset ornatum. *Terent. Heaut.* 4. 2. 6. Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam desubito e manibus. *Plaut. Mostell.* 2. 1. 63. Quamvis desubito, facile est facere nequiter. Adde *Stich.* 5. 4. 39. *Lucret.* l. 2. v. 265. et l. 3. v. 644. et quæ multa congerit *Non loc. cit.* ex *Titinn. Enn. Afran. Næv. Cæcil. Quadrigar. Lucil.* &c.

DESUBITO, as, a. 1. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 4. *a med.* Etiam si eas artes fuerit largitus, easdem crebra eversione desubitat. *h. e.* subito destruit, evertit, obruit. Sed cave usurpes.

DESUBULO. V. *Desabulo.*

DESUCTUS, a, um, *sucked dry*, sugendo haustus. *Pallad.* l. 1. tit. 37. Arbores, quibus nulla amaritudo respondet, flore desucto.

DESUDASCO, is, n. 3. *to sweat much*, idem ac desudo. *Desudascitur* impers. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 33. Hujusmodi palæstram, ubi damnis desudascitur. *people sweat greatly.*

DESUDATIO, onis, f. *a sweating, sweat*, ἀφίδρωσις, actus desudandi, sudor. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 1. Corpus hominis nimia desudatione dissolvitur. ¶ Translate *Martian. Capell.* l. 6. pag. 189. Desudatio curaque districtior aciem industriæ melioris obtudit. *h. e.* labor.

DESUDATUS, a, um, adject. valde sudatus, ut Desudatas militiæ excubias, *Sidon.* l. 6. ep. 1. Desudata judicia. *h. e.* summo labore exercita. *Claudian. in Paneg. Manil. Theod.* v. 11. ¶ Proprie *Prudent. Cathemer.* 5. v. 117. Illic et gracili balsama surculo Desudata fluunt.

DESUDO, as, n. 1. *to sweat greatly*, καθιδρόω, idem quod sudo, aut valde sudo. *Cels.* l. 6. c. 6. sect. 29. Lavari sæpe, ibique desudare. *Stat.* l. 3. *Theb.* v. 277. Perpetuis desudare caminis. *Manil.* l. 5. v. 110. in lusus agiles, agilemque vigorem Desudant. *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 304. morbus Corruptos Stygiam pestem desudat in amnes. *h. e.* veluti sudando defundit. ¶ Translate *Cic. de Senect.* c. 11. In his desudans atque elaborans, corporis vires non magnopere desidero. *labouring greatly.*

DESUEFACIO, is, eci, actum, a. 3. *to make unaccustomed*, a consuetudine abstraho. V. *Desuefactus.* ¶ *Tertull.* pro deponere usurpavit *de Pall.* c. 4. Indices custodesque dignitatis habitus, ut lenocinii factitandi impedimenta, sedulo quædam desuefecerant. *had put out of use.*

DESUEFACTUS, a, um, *unaccustomed, disused*, ἀπεθιζόμενος, a consuetudine abstractus. *Cic. pro Cluent.* c. 40. Multitudinem jam desuefactam a concionibus, ad veteris consuetudinis similitudinem revocaverat.

DESUEFIO, fis, n. *to become unaccustomed, grow out of use*, ἀπεθίζομαι, consuetudinem amitto, a consuetudine abducor. *Varr.* 2. *de R. R.* c. 9. *post med.* Sed minutatim desuefiunt.

DESUESCO, is, evi, etum, n. 3. *to be unaccustomed or disused*, ἀπεθίζομαι, desuefio, consuetudinem amitto. *Sil.* l. 3. v. 575. Gens ferri patiens, ac læta domare labores, Paulatim antiquo patrum desuescit honori. *Quintil.* l. 3. c. 8. (*al.* 10.) *extr.* Ne aliter quam dicturi sint, exerceri velint, et morari in desuescendis. ¶ Active *Apul. in Florid.* n. 15. (*al.* l. 2. *extr.*) Non in totum ævum vocem desuescebant. *h. e.* silentium servabant. Loquitur de discipulis Pythagoræ. ¶ Pro consuetudinem adimere, *to disuse. Titinn.* apud *Non.* c. 2. n. 199. Parasitos amovi, lenonem absterrui ædibus, desuevi, ne quo ad cœnam exiret extra consilium meum.

DESUETUDO, inis, f. *disuse, desuetude, discontinuance of practice or habit*, ἀπεθισμός, actus desuescendi. *Liv.* l. 1. c. 19. Mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus. *Callistrat. Dig.* lib. 11. tit. et leg. 1. Actiones in desuetudinem abierunt. *Julian. ibid.* lib. 1. tit. 3. leg. 32. Leges per desuetudinem abrogantur.

DESUETUS, a, um, *unaccustomed, not in the habit*, qui non assuevit. *Liv.* l. 8. c. 38. Jampridem desueto Samnite clamorem Romani exercitus pati. *Virg. Æn.* 1. v. 726. resides animos desuetaque corda. *Id.* 6. *Æn.* v. 814. desueta triumphis Agmina. ¶ Cum accusativo more Græcorum. *Stat.* 5. *Theb.* v. 231. Ut fera, quæ placido rabiem desueta magistro, Tardius arma movet. ¶ Item res ipsa, cui quis non assuevit, *disused. Virg.* 2. *Æn.* v. 509. Diu desueta arma. *Liv.* l. 3. c. 38. Cur ex tanto intervallo rem desuetam usurparent.

DESUGO, is, xi, ctum, a. 3. idem quod sugo, vel exsugo, *to suck, extract by suction*, ἐκμυζέω. *Pallad.* l. 1. c. 9. Carbones, si qua fundentur ex poculis, velociter rapta desugent.

[* DESULCO, as, a. 1. maxime, vel totum sulco, *to plough, cleave.* Translate *Avien. in perieg.* v. 1138. Æquora desulcat glebæ ditis Catabanus.]

DESULTO, as, avi, atum, n. 1. *to leap down*, desilio, salio. *Tertull. de Anim.* c. 32. Desultare mari.

DESULTOR, oris, m. *he who leaps from one place to another*, κελητίζων, μεταβάτης, qui ex uno in alium locum desilit. Itaque desultores dicebantur, qui arte et usu assueverant ex uno in alium equum, non intermisso cursu, desilire, ut spectatoribus in ludis voluptatem præberent. *leapers or vaulters from one horse to another, in the games of the* Circus. De quibus *Propert.* l. 4. el. 2. v. 35. Est etiam aurigæ species vertumnus, et ejus, Trajicit alterno qui leve pondus equo. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. *ad fin.* Peritus belli alios equos eligit ac docet, aliter quadrigarius ac desultor. *Liv.* l. 23. c. 29. Numidæ, quibus, desultorum in modum, binos trahentibus equos, inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat: tanta velocitas ipsis, tamque docile equorum genus est. Adde lib. 44. c. 9. et *Manil.* l. 5. v. 85. Mutator equorum dicitur a *Valer. Flacco* l. 6. v. 161. ¶ Translate *Ovid.* 1. *Amor.* el. 3. v. 15. Non mihi mille placent: non sum desultor amoris. Tu mihi, si qua fides, cura perennis eris. *Senec. Suasor.* 1. *circa. med.* Deillius, quem Messala Corvinus desultorem bellorum civilium vocat, quia ab Dolabella ad Cassium transiturus, &c. et a Cassio deinde transivit ad Antonium, novissime ab Antonio transfugit ad Cæsarem.

DESULTORIUS, a um, ad desiliendum aptus, ut in voce præc. dictum est. *Sueton. in Cæs.* c. 39. Circensibus quadrigas, bigasque, et equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes. *horses used by the* desultores. *Cic. pro Mur.* c. 27. Qui mihi videtur prætorius candidatus in consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum, incurrere. [† intellige, *equus.*] ¶ Translate *Apul. initio* l. 1. *Metam.* Desultoria scientia. *a desultory science. h. e.* magia, per quam homines ex una in aliam formam transmutantur, et quasi desiliunt. [† V. *Salmas. ad Vopisc. Carin.* c. 19. p. 845. sq.]

DESULTRIX, icis, f. quæ desilit, instabilis, ut Desultrix virtus, *Tertull. advers. Valentinian.* c. *pænult.*

DESULTURA, æ, f. *a leaping or jumping down*, actus desiliendi. *Plaut. Mil.* 2. 3. 9. Ne hodie maximum in malum cruciatum insiliamus. *Pa.* tu sali solus. nam ego istam insulturam et desulturam nihil moror.

DESUM, dees, defui, n. anom. *to fail, be wanting*, ἄπειμι, ἐλλείπω, deficio, absum: a *de* privativa, et *sum. Cic.* 1. *de Orat.* c. 17. *sub fin.* Quibus etiam si ingenium non maxime defuit, doctrina certe et otium defuit. et l. 3. c. 4. *extr.* Ut neque in Antonio deesset hic ornatus orationis, neque in Crasso redundaret. *Id. de clar. Orat.* c. 67. Ei paucæ centuriæ ad consulatum defuerunt. *Id. pro Mil.* c. *pænult.* Tibi nullum a me amoris officium defuit. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *circa med.* Ut neque amicis, neque etiam alienioribus opera, consilio, labore desim. ¶ Sequente infinito, *Tacit.* 4. *Histor.* c. 11. Nec deerat ipse vim principis complecti, nomen remittere. *Propert.* l. 1. el. 16. v. 7. Et mihi non desunt turpes pendere corollæ Semper, et exclusi signa jacere faces. Adde *Sil.* l. 11. v. 50. ¶ Et *ut, quominus, Capitolin. in Gord.* III. cap. 31. Nec defuit, ut Senatus de his rebus falleretur. *h. e.* accidit hoc quoque, ut, &c. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 39. Nec defuit Polycletus, quominus ingenti agmine Italiæ gravis incederet. ¶ *Deesse officio suo* est officio suo non satisfacere, *to be wanting in his duty, fail in performing his duty. Cic.* 7. *Attic.* ep. 17. *ad fin.* Sin bellum geretur, non deero officio, neque dignitati meæ. ¶ *Deesse occasioni*, et *deesse sibi* est opportunitatem rei bene gerendæ prætermittere. *to lose, let slip; not to improve. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 36. Mihi ausculta: vide, ne tibi desis. (Adde *Fam.* 5. ep. 12. *post init.*) *Plin.* l. 11. c. 25. Nullo momento meditari cessat, ne quando desit occasioni. ¶ *Deesse alicui* est non opitulari, non defendere, cum possis, aut debeas, deserere. *Cic. pro Mur.* c. 4. *ad fin.* Ipse me existimarem nefarium, si amico; crudelem, si misero; superbum, si consuli defuissem. *Id.* 14. *Attic.* ep. 15. Bruto certe meo nullo loco deero. ¶ *Non desunt*, sunt quidam. *there are some*

rio; there are who. Plin. l. 2. c. ult. Nec defuere Geometræ, qui interpretarentur, &c. ¶ Non deest, licet, potest. Sil. l. 6. v. 10. nec cernere deerat Frustra semineçum quærentia lumina cælum. ¶ Pro abesse, to be absent, not to be there. Cic. Q. Fr. l. 2. ep. 6. Huic convivio puer tuus defuit. Id. Phil. 2. c. 29. Cur ei bello propter timiditatem tuam defuisti? ¶ Pro desum, es, it, dixere olim desiem, es, et. Cato R. R. c. 8. Ne fenum desiet. ¶ Futurum infiniti est defore, et particip. defuturus. Cic. 2. *Agrar.* c. 33. Arbitrabantur, non defore, qui illa restituerent. *Id. Fam.* 15. ep. 63. Ne mihi superesse verba putes, quæ dixeram defutura. ¶ Si post de aliud e sequatur, sæpe a Poetis contrahuntur. *Virg.* 10. *Æn.* v. 378. Deest jam terra fugæ, pelagus, Trojamne petemus? *Ovid.* 1. *Metam.* v. 77. Deerat adhuc, et quod dominari in cetera posset. *Virg.* 7. *Æn.* v. 262. Divitis uber agri, Trojæve opulentia deerit. *Sil.* l. 7. v. 185. et *Lucan.* l. 9. v. 858. Deesse tuos latices, &c. Adde *Sil.* lib. 6. *supra citat.* Aliquando dissolvuntur, prima etiam producta. *Stat.* l. 10. *Theb.* v. 236. Nec deest cœptis: unde hæc tam sera repente. et lib. 8. v. 36. Harmonien: nullis deest sua fabula mensis. Adde lib. 11. v. 276.

DESŪMO, is, umpsi, umptum, a. 3. *to take or pick out, choose*, παραλαμβάνω, idem quod sumo, assumo, suscipio. *Liv.* l. 4. c. 55. Duo singuli singulos sibi consules asservandos desumunt. *Id.* l. 7. c. 20. et l. 38. c. 45. Populum R. sibi hostem desumere. *Horat.* l. et ep. 2. v. 81. Ingenium, sibi quod vacuas desumsit Athenas, Et studiis annos septem dedit. Adde *Plin.* l. 8. ep. 20.

DESŬO, is, a. 3. *Cato R. R.* c. 21. Cupam, qua fini in modiolos erit, utrinque secus imbricibus ferreis quatuor desues. *h. e.* colligabis, adstringes, firmabis.

DESŬPER, *from above*, e loco superiore, ἄνωθεν. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 52. Qui phalanges insilirent, et desuper vulnerarent. *Virg.* 4. *Æn.* v. 122. nigrantem commixta grandine nimbum Desuper infundam. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 530. ubi pro rigidis calamos statuere columnis, Desuper extentas imposuere togas. *Colum.* l. 12. c. 16. *sub fin.* Terram congerito, et modice desuper calcato. ¶ Item super, *above. Virg.* 1. *Æn.* v. 169. tum silvis scena coruscis Desuper horrentique atrum nemus imminet umbra. *Lucan.* l. 1. v. 688. nunc desuper Alpis Nubiferæ colles, atque aeriam Pyrenen Abripimur.

DESŬPERNE, idem quod desuper. *Vitruv.* l. 10. c. 22. *a med.* Temperavit ahena aquæ ferventis, et picis, desuperne contra capita hostium cadentis. *Prima, altera, tertia editio habent* desuper.

DESURGO, is, exi, ectum, n. 3. *rise from, rise*, idem quod surgo. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 77. vides, ut pallidus omnis Cœna desurgat dubia? ¶ Apud *Scribon. Larg. compos.* 142. sumitur pro ventris exonerandi causa secessum petere. *to go to stool.* Ejus verba sunt: Tenesmus est irritatio ultimæ partis intestini directi, in quo sæpius lubet desurgere. et compos. 140. Cum cœperit desurgere, aqua calda supponatur.

[* DESURRECTĬO, onis, f. actus surgendi de lecto ventris exonerandi causa. *Marcell. Empir.* c. 27. Si torminosi, vel cœliaci propter frequentes desurrectiones viribus deficientur.]

DETACTUS, a, um, tactus. *Lucret.* l. 3. v. 226. neque detactum de pondere quidquam. Al. leg. *detractum.*

DETECTĬO, onis, f. *an uncovering, revealing*, actus detegendi, ἀποκάλυψις. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 36. *ad fin.* Descendisse Iesum ad detectionem creatoris. *Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. 5. leg. 1. *circa med.* Quæstionem sic accipimus, non tormenta tantum, sed omnem inquisitionem et detectionem mortis. *Pleriq. omn. leg.* defensionem.

DETECTOR, oris, m. *a revealer*, qui detegit, ἀποκαλύπτων. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 36. *a med.* Detector creatoris. *Id. advers. Valentinian.* c. 3. Detector conscientiæ.

DETECTUS, a, um, *laid open, uncovered, exposed, detected*, apertus. *Nepos in Attic.* c. 20. Cum ædes Jovis vetustate atque incuria detecta prolaberetur. *Virg.* 10. *Æn.* v. 133. Dardanius puer caput detectus honestum. *Ovid. Fast.* 2. v. 301. Nunc quoque detecti referunt monumenta vetusti Moris. *h. e.* nudi. *Cic.* 4. *Acad.* c. 39. Patefactus et detectus. Al. aliter leg. *Liv.* l. 22. c. 43. Detecta fraus. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 5. leg. 2. Detectus uxorem deprehensam retinuisse. *Solin.* cap. 30. (*al.* 43.) *sub fin.* Hyacinthus propensa perspicuitate detectior.

DETĔGO, is, exi, ectum, a. 3. *to lay open, uncover, expose, disclose, detect, discover*, ἀποκαλύπτω, quod tectum erat, aperio, retego, denudo. *Plaut. Rud.* 1. 1. 3. Detexit ventus villam. *uncovered the roof. Hirt. de B. Alexandr.* c. 13. Porticus, gymnasia, ædificia publica detegere. *Sueton. in Cæs.* c. 81. Detegere ossa alicujus. *to disinter, unbury. Lucan.* l. 3. v. 128. et *Sil.* l. 15. v. 168. strictum propere vagina detegit ensem. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 169. laceros artus et grandia detegit ossa. *Plaut. Epid.* 1. 1. 63. Detegetur corium de tergo meo. *h. e.* detrahetur. ¶ Translate *Liv.* lib. 10. c. 4. *ad fin.* Detegere insidias. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 428. furta. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 6. Tempestas mihi modestiam omnem detexit, tectus qua fui. *h. e.* detraxit. *Senec.* ep. 96. Intimos affectus suos alicui detegere. *to reveal, communicate. Auct. Dial. de Oratorib.* c. 25. Simpliciter et ingenue detegere judicium animi sui. *Sueton. in Cæs.* c. 17. Concilia conjuratorum. *Lucan.* l. 5. v. 322. Detegit imbelles animos nil fortiter ausa Seditio. *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) Mores quoque se, inter ludendum, simplicius detegunt. *are easier to know.* [¶ Particip. *detegens, detegendus* apud *Suet.* in *Oth.* c. 11. Modo celans, modo detegens plagam. *Curt.* l. 6. c. 7. Ratus, nihil quod detegendum foret, indicaturum.]

DETENDO, is, di, nsum, a. 3. *to unstretch, take down a tent*, relaxo, remitto, ἀνίημι: cujus contrarium est *tendo. Liv.* l. 41. c. 3. Nautici tabernacula detendunt. *strike their tents. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 85. Signo profectionis dato, tabernaculisque detensis.

DETENTUS. V. in voce præced.

DETENTATĬO, onis, f. idem fere quod detentio, possessio. *Ulpian. Dig.* lib. 25. tit. 1. leg. 5. Manebit maritus in rerum detentationem, donec ei satisfiat. Ita *Torrentin.* at *Haloand.* detentionem. V. *Detentio.*

DETENTĀTOR, oris, m. *one who holds back any one's right; a detainer*, detentor. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 11. *Cod.* tit. 59. leg. 2. Si quispiam fuerit detentator inventus, capitali sententia plectetur. *Imper. Justin. ibid.* lib. 7. tit. 39, leg. 7. Extranei suppositæ rei detentatores.

DETENTĬO, onis, f. *the act of keeping back what belongs to another; detention*, detinendi actus. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 24. (*Torrentini* 25.) *leg. un. extr.* Dare alicui detentionem servitutis. *Id.* lib. 4. tit. 6. leg. 15. Bonæ fidei possessoris detentio. *Torrentin.* hic habet *detentatio.*

DETENTO, as, avi, atum, a. 1. *to detain, keep back*, κατέχω, frequentativum a detineo. *Impp. Arcad. Honor. et Theodos.* lib. 7. *Cod. Theodos.* tit. 13. leg. 16. Servi, quos militia armata detentat. *Venant. Fortun.* lib. 11. carm. 21. Nec volo nunc absens una detenter ut hora.

DETENTOR, oris, m. *a detainer*, qui detinet. *Imp. Zeno* lib. 8. *Cod.* tit. 4. leg. 10. Possessionis alienæ detentores.

DETENTUS, a, um, *detained*, a detineo. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 69. Abire Syria statuit: mox Germanici valetudine detentus, &c.

DETEPESCO, is, ui, n. 3. teporem amitto, *to grow cool. Sidon.* l. 5. ep. 17. Non primo frigore autumnalis auroræ detepescebat.

DETERGĔO, es, et Detergo, is, ersi, ersum, a. 2. et 3. *to wipe off or away, brush, scour, cleanse, clean*, ἀποσμάω, idem quod tergeo, vel probe tergeo, a sordibus libero, purgo, abstergeo. *Colum.* l. 6. c. 9. Spongia labra detergeri, et aquam frigidam præberi. *Id. de arborib.* c. 15. et *Plin.* l. 17. c. 28. Quoties falcem acueris, ea pelle falcem detergito. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. *circa med.* Perticæ, quibus araneæ deterguntur. *Sil.* l. 7. v. 534. longum Detergere situm ferro. *Liv.* l. 39. c. 44. Detergere cloacas. *Sueton. in Aug.* c. 18. Fossas oblimatas detergere. *Id. in Ner.* c. 24. Sudorem frontis brachio detergere. *Colum.* l. 7. c. 4. Detergere et refrigerare oves. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 15. Albus ut obscuro deterget nubila cælo Sæpe Notus. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 746. lacrimas detersit pollice virgo. *Plaut. Men.* 1. 1. 1. Juventus nomen fecit Peniculo mihi, ideo quia mensam, quando edo, detergeo. *because, when I eat, I take care to lick the dishes clean.* ¶ Detergere venenum, *to purge away*, inditum venenum visceribus dejicere, et intestina detrahendo purgare. Legitur in lemmate cap. 16. l. 17. *Gellii.* ¶ Est etiam frangere, et evellere. *to break or pull off, nip or lop off, break, snap. Colum.* l. 4. c. 26. Vitis leviter curvabitur, neu deflexu frangatur, neve jam tumentes gemmæ detergeantur. *Id.* l. 5. c. 5. *a med.* Supervacuos palmites detergere. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 58. Pluribus navibus adoriri singulas, aut remos transcurrentes detergere contendebant. (Adde *Liv.* l. 28. c. 33. *extr.* et alibi.) *Liv.* l. 38. c. 5. Arietibus muros quatiebat, asseribus falcatis detergebat pinnas. *swept off.* ¶ Translate est auferre, purgare. *Colum.* l. 8. c. 10. Detergere fastidia. *Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 191. et fœdo detergis sæcula victu. *Petron. in Satyr.* c. 88. Helleboro animum detersit. *Claudian. in Epithal. Pallad. et Celer.* v. 27. Et reliquum nitido detersit pollice somnum. *h. e.* ocellos leviter detergens excussit. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 10. Quod quæris, jam ne ad centena Cluvianum: adventare videtur; sed primo anno octoginta detersimus. *h. e.* quod quæris, an Cluvianum prædium ad centena fructum reddiderit; primo anno octoginta inde retulimus, decerpsimus, percepimus. [¶ Particip. *detergens* apud *Auson. perioch. Od.* 8. Lacrymas aut vultu dissimulans, aut veste detergens.]

DETERĬÆ PORCÆ, idest macilentæ. *Festus.*

DETERĬOR, ius, *et superl.* Deterrimus, a um, *worse, inferior, more degenerate*, χείρων, inferior, vilior, pejor. Caret positivo, et deducitur a *detero, is*, quia quæ detrita sunt, viliora et pejora fiunt. Differt autem a *pejor* in eo, quod *deterior* est a bono, inquit *Non.* c. 5. n. 37. et *Serv. ad* 4. *Georg.* v. 89. *pejor* vero a malo: hoc est *deterior* notat inter bona minus bonum, *pejor* inter mala magis malum. *Nepos in Eumen.* c. 3. *extr.* Ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo erat deterior. *weaker. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 36. Magnam Cæsarem injuriam facere, qui suo adventu vectigalia sibi deteriora faceret. *Cic.* 14. *Attic.* ep. 11. Rem non fecit deteriorem; haud scio an fructuosiorem. et lib. 9. ep. 11. *circa med.* Cursare huc illuc via deterrima. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 44. Murena deterior post partum carne futura. *not so savoury. Lucret.* l. 4. v. 1272. Deteriore fit ut forma muliercula ametur. *Enn.* apud *Cicer.* 2. *Tuscul.* c. 5. In segetem sunt deteriorem datæ fruges. *Plin.* l. 34. c. 10. Deterior color. *Id.* l. 31. c. 10. Opsonia deteriora. *Id.* l. 19. *in proœm.* Linum deteriorem terram facit. *Plaut. Epid.* 3. 4. 10. Strenuiori deterior si predicat suas pugnas. *one less gallant. Id. Merc.* 5. 1. 9. Mores deteriores increbrescunt in dies. *Liv.* l. 25. c. 6. Deteriore conditione esse. *Cic. pro Cæcin.* c. 7. Deteriore jure esse, quam ceteros cives. et cap. 17. In judiciis deterior causa esteorum, qui, &c. *Id. pro Quint.* c. 5. Deteriore tempore auctionari. *Id. de Harusp. c. ult.* Deteriore statu esse. *Id.* 2. *de Legib.* c. 6. *extr.* Theophrastus auctor haud deterior. *Id. de Harusp. resp.* c. 26. Unus omnium mortalium deterrimus. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 4. v. 1. Deterior ætas. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 43. Deferre aliquid in deterius. *Id.* 4. *Ann.* c. 6. Mutatus in deterius. et 15. *Ann.* c. 84. Vulgus ad deteriora promptum.

DETERIORĀTUS, a, um, *deteriorated, made worse*, pejor factus. *Symmach.* l. 4. ep. 69. *ad fin.* Habita rei deterioratæ æstimatione. ¶ Verbum *deterioro, as*, est *Claud. Mamert. de statu anim.* l. 1. c. 3.

DETERĬUS, adverb. *worse, after a worse manner*, pejus, χεῖρον. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 3. Quædam de malis Græcis Latine scripta deterius. *Luccei. ad Cicer. Fam.* 5. ep. 14. Valeo, ut soleo; paululo tamen etiam deterius quam soleo. *Horat.* l. 1. *sat. ult.* v. 90. doliturus, si placeant spe Deterius nostra. *h. e.* minus. Sic *Ascon. in proœm. Milonianæ ante med.* Petebatque nihilo deterius consulatum. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 19. Deterius olere, aut nitere. *Plaut. Capt.* 3. 5. 79. ita velle me, dicite, curarier, Ne qui deterius huic sit, quam cui pessime est. *h. e.* ne qua in re hic pejus tractetur, quam qui pessime tractatur.

DETERMINABĬLIS, le, adject. qui determinari potest, ut Determinabilis materia, *Tertull. advers. Hermog.* c. 41.

DETERMINATĬO, onis, f. *a boundary, conclusion, end*, ἀφορισμός, terminus, finis, definitio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 40. Extrema ora et determinatio mundi. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 52. Exitus et determinatio orationis.

DETERMINĀTOR, oris, m. qui determinat, et definit. *Tertull. de Pudic.* c. 11. Spiritus S. disciplinæ determinator.

DETERMINĀTUS, a, um, *determined*, definitus. *Plin.* l. 28. c. 2. Imago templi scipione determinata in solo. *Id.* l. 8. c. 25. Depascitur segetes destinatione ante determinatas in diem. *fixed, limited. Tertull. advers. Psych.* c. 2. Dies jejuniis determinati. *appointed.*

DETERMĪNO, as, avi, atum, a. 1. *to determine, limit, appoint or prescribe limits or bounds*, ἀφορίζω, terminos assigno, definio. *Liv.* l. 1. c. 18. Augur regiones ab oriente ad occasum determinavit. *Plaut. Pœn.* prol. v. 48. Determinare regiones, limites, confinia alicujus rei. *Plin.* l. 5. c. 27. *ad. fin.* Asiam determinavit ab oriente Armenia minore, ab occidente Phrygia. *Id.* l. 4. c. 12. *circa med.* Mensuram Ponti alii quatuordecim centena septuaginta octo millia quingenta determinavere. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 44. Imperitus dicendi incondite fundit, quantum potest, et id quod dicit, spiritu, non arte determinat. *measures by his breath, not by act. Sueton. in Galb.* c. 15. Officia Senatoria biennii spatio determinaturus. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 4. Judicium est res, quæ causam litemque determinat. *decides, determines.*

DETĔRO, is, trivi, tritum, a. 3. *to wear, consume by wearing*, κατατρίβω, terendo deminuo. usu consumo. *Plin.* l. 33. c. 3. *ad fin.* Aurum quam minimum usu deteritur. *Id.* l. 17. c. 22. *post med.* Oculos vitis decuti, tractuque intrantium deteri. *Plaut. Mercat.* 5. 2. 111. Clementer, quæso: calces deteris. *you tread upon my heels. Tibull.* l. 1. el. 10. v. 16. Deteret invalidos et via longa pedes. ¶ Item tundere, *to bruise, beat out, thresh. Colum.* l. 1. c. 6. *sub fin.* Area optima est silice constrata, quod celeriter frumenta deteruntur. *Plin.* l. 27. c. 13. Herba cum inaruit, deteritur. ¶ Translate est imminuere, auferre, *to diminish, lessen, impair. Horat.* l. 1. od. 6. v. 10. Musa vetat Laudes egregii Cæsaris, et tuas Culpa deterere ingeni. *Sil.* l. 7. v. 247. quantum detritum est famæ? *sunk in reputation. Horat.* l. 1. sat. 10. v. 78. *de Lucilio.* Si foret hoc nostrum fato dilatus in ævum, Detereret sibi multa, recideret, &c. *Plin.* l. 9. ep. 35. Nimia cura deterit magis, quam emendat. *does more harm than good. Tacit.* 2. *Hist.* c. 76. *ad fin.* Si quid ardoris ac ferociæ habuit popinis et comissationibus deteritur. ¶ Item absumere *to consume, waste. Plaut. Merc.* 1. 1. 56. ea, quæ ipsus optima Omnes labores invenisset perferens Amoris vi diffuntitari ac deteri.

DETERRĔO, es, ui, erritum, a. 2. *to deter, frighten, scare, dismay, discourage*, ἀποτρέπω, καταπλήττω, terrendo vel dehortando revoco, avoco, deduco, averto. *Cic.* 2. *de*

Legib. c. 4. Lex est ratio ad jubendum et deterrendum idonea. *Plaut. Amph.* 2. 1. 9. Quin loquar, nullo modo me potes deterrere. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 8. Neque te deterreo, quo minus id disputes. *Id. ad Brut.* ep. 15. *ad fin.* Sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrere. *Id. de Harusp. resp.* c. 9. Litteræ, quæ nostros animos deterrent atque avocant a religione. *Id. ad Brut.* ep. 9. Auctoritas tua me a nimio mœrore deterruit. et epist. 11. Nulla re a proposito deterreri. *Id. Fam.* 1. ep. 7. *ante med.* Te ut ad certam laudem adhortor, sic a dimicatione deterreo. *Id. pro Quint.* c. 4. Hominem multis verbis deterret, ne auctionetur. *Terent. Phorm. prol.* v. 3. Maledictis deterrere, ne scribat, parat. *Cic. Verr.* 2. c. 5. Nefarias ejus libidines commemorare, pudore deterreor. *Id.* 2. *de Divin.* c. 39. Deterrere aliquem de sententia. *Brut. ad Cicer. Fam.* l. et ep. 11. Maledictis quempiam de suo statu deterrere. ¶ Cum ablat. sine præposit. *Horat. de ar. Poet.* v. 391. Silvestres homines sacer, interpresque deorum Cædibus, et victu fœdo deterruit Orpheus. Adde *Lucan.* l. 10. v. 375. ¶ Deterrere liberalitatem adud *Cicer.* 2. *Offic.* c. 18. est deterrere liberalem hominem, ne benigne largiatur, μετωνυμικῶς. Al. leg. *deterere.* ¶ Aliquando est arcere, prohibere, *to keep off. Liv.* l. 4. c. 24. *extr.* Populi tanta indignatio coorta dicitur, ut vis a censoribus nullius auctoritate, præterquam ipsius Mamerci, deterreri quiverit. ¶ Item ejicere, depellere, *to cast off, drive away. Claudian. de B. Get.* v. 140. Pœnum Compressit Fabius: campo post ausus aperto Marcellus vinci docuit: sed tertia virtus Scipiadæ Latiis tandem deterruit oris. ¶ Cum accusat. rei pro impedire, avertere, vel dissuadere. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 765. aliquisque ex omnibus audet Deterrere nefas, sævamque inhibere bipennem. [¶ Particip. *deterrens* apud *Suet. in Cæs.* c. 70. Deterrentibus amicis.]

DETERRĬME, adverb. *worst of all*, κάκιστα, pessime. *Apul.* l. 2. *Metam.* Deterrime versipelles. Al. leg. *deterrimæ.*

DETERRĬTUS, a, um, *deterred, dismayed, discouraged, awed, affrighted, scared,* terrore, aut rationibus revocatus, deductus. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 15. Se pudore deterritum ad me non venisse. *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 6. Nemo necessitudine et amicitia te deterritum ab officio dicet. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 600. Deterritus eventu.

DETERSUS, a, um, *wiped or rubbed off, cleansed,* abstersus, purgatus: a detergeo. *Sil.* l. 4. v. 12. detersa rubigine sævus Induitur ferro splendor. *Petron. in Satyr.* c. 135. Detersis curiose manibus. et cap. 22. Detersis paulisper oculis. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 539. et solis radiis detersa removit nubila.

DETESTABĬLIS, le, *detestable, execrable, abominable,* βδελυκτὸς, abominabilis. *Cic.* 2. *Offic.* c. 5. Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. *Id.* 1. *Offic.* c. 17. Quo est detestabilior istorum immanitas, qui, &c. *Id.* 1. *Phil.* c. 14. Laudari, coli, diligi gloriosum est; metui vero, et in odio esse, invidiosum, detestabile. et *Phil.* 2. c. 26. Homo exsecrandus et detestabilis. *Liv.* l. 31. c. 44. Loca quoque, in quibus positum aliquid, inscriptumve honoris ejus causa fuisset, detestabilia esse.

DETESTABILĬTER, adverb. *detestably, abominably. Lactant.* l. 5. c. 10. Quod nefarie, quod detestabiliter fecit.

DETESTANDUS, a, um, *detestable, execrable,* ut Detestanda fraus, *Tacit.* 4. *Ann.* c. 69. detestanda tellus, *Sil.* l. 17. v. 435. sæva ac detestanda clamitare alicui, *Tacit.* 3. *Ann.* c. 23. detestanda vota, *Id.* 1. *Hist.* c. 50.

DETESTATĬO, onis, f. *a summoning or arresting before witness,* denuntiatio facta cum testatione, ut *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 40. definit. ¶ *Detestatio sacrorum* (cujus meminit *Gell.* l. 15. c. 27. ubi eam olim comitiis calatis fieri solitam fuisse docet) aliis dicitur denuntiatio facta heredi, ut ea sacra suscipiat, quæ hereditati adnexa sunt: aliis enumeratur inter modos interimendi sacra, hoc est quibus liberabatur heres a sacris iis suscipiendis, quæ alligata essent hereditati, quæ ipsi obvenerat: aliis creditur esse consecratio alicujus rei, vel loci, rite et solemniter facta, teste et adsentiente populo, et pontificibus approbantibus. Harum trium opinionum auctores quibusdam tantummodo conjecturis ducuntur, neque certum ullum habent idonei Scriptoris locum, quo suam quisque certo confirment. ¶ Est etiam invocatio dei in testem cum exsecratione et imprecatione malorum, ni fiat quod promittitur, *an oath attended with curses and imprecations; an execration, curse. Liv.* l. 10. c. 38. Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis. *Id.* cap. 41. vocat hoc idem *diram exsecrationem, ac furiale carmen detestandæ familiæ compositum.* Huc pertinent quæ habet *Festus* in *Obtestatio.* Obtestatio est cum deus testis in meliorem partem vocatur: detestatio cum in deteriorem. Sic apud *Senec.* ep. 117. *a med.* dicitur *detestatio,* qua sibi quis mortem imprecatur. ¶ Item exsecratio, abominatio, *an abomination, detestation, abhorrence,* βδέλυγμα. *Cic. pro Dom.* c. 55. Detestatio scelerum. *Gell.* l. 2. c. 7. Ea tamen, quæ obsequi non oportet, leniter et verecunde ac sine detestatione nimia declinanda sunt. et cap. 6. Detestatione exsecrationeque totius generis humani dignus esset. *Id.* l. 12. c. 1. Publica detestatione communique odio dignus. *Id.* l. 2. c. 6. Hominis scelerati detestationem facere. *an expiation, atonement. Plin.* l. 15. c. 30. Laurus manifesto abdicat ignes crepitu et quadam detestatione. ¶ Item testium abscissio. *Apul.* l. 7. *Metam.* Equos ferocissimos, adhibita tali detestatione, mansuetos factos.

DETESTĀTOR, oris, m. qui detestatur. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 27. Detestator legis. Adde *advers. Psych.* c. 2. et *de spectac.* c. 15.

DETESTĀTUS, a, um, adject. passivæ signific. *detested, abominated, dreaded. Horat.* l. 1. od. 1. v. 24. Bella matribus detestata. ¶ Apud JCtos *detestatum* est testatione denuntiatum, ut *Caius* docet *Dig. lib. ult.* tit. 16. leg. 238.

DETESTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to call to witness,* idem quod testor, aut valde testor, obtestor. *Plaut. Men.* 5. 2. 61. Summum Jovem, deosque detestor. ¶ Item absenti, testibus adhibitis, denuntio, *to summon in the presence of witness. Paul. Dig. lib. ult.* tit. 16. leg. 39. ubi al. leg. *attestari.* V. *Detestatio.* ¶ Item malum alicui imprecari, deos testes ciendo, exsecrari. *to wish as a curse, imprecate, execrate, devote to destruction. Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 30. Omnibus precibus Ambiorigem detestatus, qui ejus consilii auctor fuisset. *Liv.* l. 10. c. 41. Furiale carmen detestandæ familiæ compositum. *Id.* l. 39. c. 10. In caput alicujus detestari minas et pericula. Adde *Plin.* l. 2. ep. 20. ¶ De *sacris detestandis* librum scripsit *Serv. Sulpic.* teste *Gell.* l. 6. c. 12. de quo V. in *Detestatio.* ¶ Item universim exsecrari, abominari. *to curse, execrate, detest, abominate,* μυσάττομαι. *Cic.* 3. *Phil.* c. 2. *extr.* Proximi belli civilis ignoro causam, detestor exitum. *Nepos in Timol.* c. 1. Eum fratricidam impiumque detestans. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 35. Detestari causam et auctorem cladis. ¶ Item deprecari, amoliri, avertere. *to deprecate, wish or pray to be averted or removed, remove,* deos invocando. *Cic. in Pison.* c. 40. Omnes memoriam consulatus tui, facta, mores, faciem denique, ac nomen a republica detestantur. *Id.* 4. *Phil.* c. 4. O dii immortales avertite et detestamini, quæso, hoc omen. *Id.* 1. *Catil.* c. 11. Ut a me quandam prope justam patriæ querimoniam detester ac deprecer. *Id. in fin.* l. 1. *de nat. Deor.* Quæque dixerit de diis immortalibus, invidiæ detestandæ gratia dixisse. *for the sake of removing odium.* ¶ Passiva significatione. *Apul. in Apolog.* Neque gravius est in cubiculo despui, quam in splendidissimo cœtu detestari. Adde *Augustin.* epist. 255. *ad Macrob.* [¶ Particip. *detestaturus* apud *Hieronym. in Rufin.* l. 1. Qui Arianorum principem detestaturi erant.]

DETEXO, is, xui, xtum, a. 3. *to weave, plait,* ὑφαίνω, idem quod texo, contexo, vel texendo absolvo. *Titinn.* apud *Non.* c. 1. n. 3. Quæ inter decem annos nequisti unam togam detexere. *Virg. Ecl.* 2. v. 72. Viminibus et molli junco aliquid detexere. *Hygin.* fab. 126. Cum telam detexuero, nubam. ¶ Allegorice. *Plaut. Pseud.* 1. 4. 7. Neque exordiri primum unde occipias, habes, neque ad detexundam telam certos terminos. *Id. Amph.* 1. 1. 138. Illic hoc homo denuo vult pallium detexere. *Vetus Poeta* apud *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 27. Nunc ego te ab summo jam detexam exordio. *h. e.* describam verbis te et mores tuos. *Sulpicia in Satyra,* v. 2. Fabellam permitte mihi detexere paucis. *h. e.* narrare, describere. [¶ Particip. *detexens* apud *Cic. Arat.* v. 250. Hic non perpetuum detexens conficit orbem.]

DETEXTUS, a, um, *woven, plaited,* ὑφαντὸς, contextus, vel texendo absolutus. *Tibull.* l. 2. el. 3. v. 15. fiscella levi detexta est vimine junci. *Ulpian. Dig.* lib. 32. tit. 68, Linum netum, quodque in tela est, quod nondum est detextum. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 38. Reperiunt ea, quibus ante exorsa, et potius detexta prope retexantur. *completed, finished.*

DETINĔO, es, ui, entum, a. 2. *to detain, stay, keep, hold, stop, hinder,* κατέχω, idem quod teneo, moror, occupo. *Terent. Eun.* 2. 2. 49. Detineo te: fortasse tu profectus alio fueras. *Id. Phorm.* 4. 1. 8. Pol me detinuit morbus. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 190. Ne incommodus nobis sit, nam detinet nos de nostro negotio. *Id. Rud.* 1. 25. Eo vos amici detinui diutius. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 12. Nostræ naves tempestatibus detinebantur. *were detained by contrary winds. Lentul. ad Consules,* &c. *Fam.* 12. ep. 15. *circa med.* Detinere quempiam, et demorari. *Plin.* l. 18. c. 7. *a med.* Detinentibus terras nivibus. *Id.* l. 15. c. 3. Detinere locum. *to occupy.* ¶ Translate *Auct. ad Herenn. in fin.* l. 3. Cum aliquo majore negotio detinemur. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 7. v. 39. Detinere animum studiis, et fallere dolores. *to entertain, amuse, delight. Id.* 2. *Trist.* v. 520. poemata mea sæpe oculos detinuere tuos. *Id.* 5. *Fast.* v. 386. Detinere manus in modis lyricis. *to be occupied in playing on the lyre. Id.* 1. *Metam.* v. 682. et euntem multa loquendo Detinuit sermone diem. *Id.* 4. *ex. Pont.* ep. 10. v. 67. Detinui tempus curasque fefelli. *Horat.* l. 1. od. 33. v. 14. Me grata detinuit compede Myrtale. *binds me. Id.* l. 1. ep. 2. v. 5. Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi. *if you have nothing else to do. Cic.* 2. *de Invent.* c. 45. Detineri in alienis negotiis. *Plin.* l. 14. *in proœm.* Circa alia mentes hominum detinentur. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 1. Detinere aliquem suspensum. *Al. leg.* tenere. ¶ Cum ablat. et præposit. *a* vel *ab. Sallust. in Catil.* c. 4. A quo incepto studio me ambitio mala detinuerat, eodem regressus statui res gestas populi R. perscribere. *Id. orat.* 1. *ad Cæs. de rep. ordin.* c. 7. Uti plebes habeat negotia sua, quibus ab malo publico detineatur.

DETŎNAT, abat, uit, impers. 1. *it gives over thundering,* tonare cessat. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 35. ubi detonuit strepituque exterruit orbem, Purum discussis aera reddit aquis. ¶ Translate *Virg.* 10. *Æn.* v. 809. Æneas nubem belli, dum detonet, omnem Sustinet. *h. e.* impetum pugnantium sustinet, donec deferveat. *Servius. Valer. Flacc.* l. 4. v. 294. furentemque Oebalidem prima refugit, dum detonet, ira. *Quintil.* l. 12. c. 9. Nam cum illa dicendi vitiosa jactatio inter plausores suos detonuit, resurgit veræ virtutis fortior fama. *Petron. in Satyr.* c. 17. Ut ergo tam ambitiosus detonuit imber, retexit caput. *h. e.* ut cessavere lacrymæ. ¶ Sunt qui ita exponunt vim verbi, ut sit idem quod tonat, vel valde tonat: *to thunder greatly:* pro quibus facit *Flor.* l. 1. c. 17. Capitisque superioribus jugis, in subjectos suo jure detonuit. et l. 2. c. 6. Ac primi quidem impetus turbo valido statim fragore detonuit. Adde lib. 3. c. 21. et lib. 4. c. 2. Huc et locum *Ovidii* allatum trahere licet.

DETONDĔO, es, detondi, *et olim* detotondi, onsum, a. 2. *to clip, shear, or cut off,* ἀποκείρω, idem quod tondeo, vel probe tondeo, cædo, seco. *Colum.* l. 7. c. 4. *ad fin.* Considerare tempestates, quibus ovis neque frigus, si lanam detraxeris, neque æstum, si nondum detonderis, sentiat. *Id.* l. 4. c. 24. *post med.* Quidquid e tenero processit, parcius detondetur, quoniam fere conjunctam gerit ab latere gemmam. *Varr.* apud *Priscian.* l. 9. pag. 868. *Putsch.* Detotonderat forcipibus viticarpiferis. ¶ Translate *Enn. ibid.* Et detondit agros letos, atque oppida cepit. *h. e.* vastavit. Al. leg. *Et detotondit:* alii rectius: *deque totondit* per tmesim. *Nemesian. Ecl.* 1. v. 6. dum salices hædi, dum gramina vaccæ Detondent. *h. e.* carpunt, depascuntur.

DETONSO, as, a. 1. frequentat. a detondeo. *Fab. Pict.* apud *Gell.* l. 10. c. 15. Capillum Dialis, nisi qui liber homo est, non detonset.

DETONSUS, a, um, *shorn, clipped, or cut off,* tonsus, cæsus. *Colum.* l. 7. c. 4. *ad fin.* Ovis detonsa. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 229. Detonsi crines. *Id.* 3. *Fast.* v. 237. Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 15. Detonsi manni. *h. e.* pexi, et ornati. Al. leg. *detonsi anni,* h. e. ætas qua primum coma a pueris et puellis deponitur.

DETORNĀTUS, a, um, *turned, formed by turning in a lathe,* torno politus. Translate *Gell.* l. 9. c. 8. Hanc sententiam memini a Favorino detornatam inclusamque verbis his paucissimis.

DETORNO, as, avi, atum, a. 1. *to turn, form by turning in a lathe,* ἀποτορνεύω, ex materia quapiam torno aliquid efficio. *Plin.* l. 13. c. 9. Ex quo velares detornant anulos.

DETORQUĔO, es, orsi, ortum, a. 2. *to turn aside, bend, direct,* κατακάμπτω, deorsum, vel in aliam partem torqueo, deflecto, curvo. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 20. Eum ipsum ponticulum, cum forem cubiculi clauserat, detorquebat. *Virg.* 5. *Æn.* v. 832. una ardua torquent Cornua (*antennarum*) detorquentque. *Id.* 9. *Æn.* v. 745. Detorquere hastam. *h. e.* aliorsum deflectere hastam jactatam. *Id.* 11. *Æn.* v. 765. habenas. *Id.* 4. *Æn.* v. 196. cursum ad aliquem. *to turn, steer.* et l. 5. v. 165. proram ad undas. *Horat.* l. 2. od. 19. v. 25. cervicem ad oscula. *Valer. Flacc.* l. 4. 684. valido qui robore tauros Sub juga, et invito detorquet in ilia cornu: *Id.* l. 1. v. 120. Detorquere oculos ad undas. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 515. et nusquam detorquet lumen ab illa. *Cic. de Univ.* c. 7. Detorquere a latere in dextram partem. *Colum.* l. 5. c. 6. *ante med.* Paulatim ramuli ejus manu detorquentur. ¶ Translate *Horat.* l. et sat. 2. v. 54. frustra vitium vitaveris illud, Si te alio pravus detorseris. *Cic. pro Cœl.* c. 9. *extr.* Flectere, et detorquere voluntatem. *Id.* 2. *Offic.* c. 10. Voluptates, blandissimæ dominæ, majores partes animi a virtute detorquent. *Plin. in Paneg.* c. 82. Quem copiæ principales ad segnitiem luxumque non detorquent. *Id.* l. 1. ep. 8. Recte facta detorquere et carpere. *to carp at, wrest from their natural course, put a false interpretation upon. Liv.* l. 42. c. 42. Calumniando detorquendoque omnia, suspecta et invisa efficere. *Senec.* epist. 13. *a med.* Detorquere in pejus verbum aliquod dubiæ significationis. *Tacit. Ann.* 1. c. 7. Verba et vultus in crimen detorquens. *Quintil.* l. 8. c. 3. *circa med.* Detorquere sermonem in obscenum sensum.

DETORSUS, a, um, detortus. *Cato* apud *Priscian.* l. 9. pag. 871. *Putsch.* Marrucini vocantur, de Marso detorsum nomen.

DETORTUS, a, um, *turned aside, bowed,* κατακαμφθεὶς, tortus deorsum, vel in aliam partem, deflexus. *Plin.* l. 8. c. 51. Cauda in dexterum detorta. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 5. Est nemo, quin aptas malit et integras omnes partes corporis, quam imminutas, aut detortas. *Colum.* l. 3. c. 10. Prave detorta, et inveterata opinio rusticorum. *Horat. de ar. poet.* v. 52. Et nova factaque nuper habebunt verba fidem, si Græco fonte cadent, parce detorta. *h. e.* translata in Latinam rationem. *Quintil.* l. 8. c. 3. In obscenum intellectum sermo detortus.

DETORREO, es, ui, a. 2. idem quod torreo, aut valde torreo. *Sidon.* l. 1. ep. 7. Invidia nuper conflata, cujus me paulo incautiorem flamma detorruit.

DETRACTATIO, onis, f. detrectatio. *Tertull. de patient.* c. 5. Detractatio fidei.

DETRACTATOR. V. *Detrectator.*

DETRACTATUS, a, um, adject. *treated of, examined*, ut Detractatae exserta sententia, *Tertull. ad Uxor.* l. 2. c. 2.

DETRACTATUS, us, m. tractatus. *Tertull. de Spectac.* c. 5. Convertamur magis ad nostrorum detractatus.

DETRACTIO, onis, f. *a drawing or taking away; detraction*, ἀφαίρεσις, ablatio. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 21. *ad fin.* Imagines in memoria efficiuntur detractione. *Id.* 3. *Offic.* c. 6. Non magis est contra naturam morbus, aut egestas, quam detractio, aut appetitio alieni. *Id. ibid. c. ult.* Detractio doloris. *Cels.* l. 4. c. 4. Detractio sanguinis. *a letting of blood.* ¶ Est etiam medicorum verbum, quo significatur vitiosi humoris, excrementorumque vel vomitu, vel per alvum, vel alia ratione dejectio, aut etiam sanguinis missio. *Vitruv.* l. 1. c. 6. Tussis, pleuritis, phthisis, et cetera, quæ non detractionibus, sed adjectionibus curantur. *Plin.* l. 16. c. 44. et l. 22. c. 25. Datur in vino dulci ad detractiones. *Scribon. Larg. compos.* 101. Detractione ipsa levat. *Cic. de Univ.* c. 6. Detractio confecti et consumpti cibi. *h. e.* per inferna dejectio. *a going to stool.*

DETRACTO, as, a. 1. *to treat*, idem quod tracto. *Tertull. de veland. virgin.* c. 8. Nec detractamus, quare non et puerum nominarit. ¶ Apud *Fest.* *detractare* est male tractare: ubi alii mallent legere *detrectare.* V. *Detrecto.*

DETRACTOR, oris, m. qui detrahit, obtrectator, maledicus, *one who detracts from the fair fame of another; a slanderer. Tacit. Ann.* 11. c. 11. Ipse haudquaquam sui detractor, unam omnino anguem in cubiculo visam, narrare solitus est. V. *Detrectator.*

DETRACTUS, us, m. idem quod detractio. In ablat. casu *Senec. Suasor.* 7. *ad fin.* Detractu aut adjectione syllabæ.

DETRACTUS, a, um, adject. *drawn down, withdrawn, pulled or dragged away, pulled off*, ut Detractum lumen solis, *Lucret.* l. 5. v. 979. Detracta ex verbo littera, *Gell.* l. 2. c. 10. Equites detracti equis, *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 42. Scutum militi detractum, *Id. ibid.* l. 2. c. 25. Detracta vestis, *Cic. de clar. Orat.* c. 75. Detracti de homine sensus, *Id.* 1. *de Fin.* c. 9. Detractus sanguis. *blood let. Plin.* l. 28. c. 9. *sub fin.* &c.

DETRAHO, is, axi, actum, a. 3. *to draw or drag down, pull or pluck away, pull off, take away*, ἀποσύρω, ἀφαιρέω, deorsum traho, deduco, deripio. *Petron. in Satyr.* c. 12. Detrahere humeris laciniam. *Plaut. Asin.* 1. 1. 79. Detrahere alicui vestimenta. *Id. Trucul.* 3. 1. 7. Detrahere sibi crumenam de collo. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 45. E mulis stramenta detrahere. et lib. 2. c. 21. Scutis detrahere tegumenta. *Liv.* l. 22. c. 47. Vir virum amplexus detrahebat equo. *Id.* l. 28. c. 47. Detrahere coronam capiti. *Colum.* l. 12. c. 43. uvam viti. *Sueton. de clar. Rhetor.* c. 6. aliquem pedibus e tribunali. *Cic. de Harusp. resp.* c. 13. sacerdotem ab aris. *to drag. Curt.* l. 5. c. 4. *sub fin.* aliquem ad terram. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. ex cruce. *Senec.* epist. 102. *a med.* Philosophiam ex sua majestate in angustias. ¶ Adhibetur etiam generatim pro auferre, adimere, *to take off, take or remove away. Terent. Heaut.* 1. 1. 72. Accurrunt servi, soccos detrahunt. *Id. ibid.* 4. 1. 38. De digito detrahere annulum. *Cic. post redit. ad Quirit.* c. 8. Mihi quod potuit vis et injuria detrahere, eripuit, abstulit, dissipavit. *Id.* 2. *de Divin.* c. 37. Cæsar Deiotaro detraxit Armeniam a Senatu datam. *Id.* 3. *Offic.* c. 5. Detrahere alteri, et sibi assumere. *Curt.* l. 3. c. 4. *ad fin.* Pudorem victis, victoribus superbiam detrahere. *Sallust. in orat. Philip. contra Lepid.* Vobis dignitas, illi metus detrahitur. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 5. Detrahere alicui auxilia. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 31. alicui opinionem. *Id. post redit. ad Quir.* c. 2. *extr.* Non solum calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem auxisse videmini. *Id.* 6. *Verr.* c. 11. Honorem debitum detrahere alicui. *Quintil.* l. 5. c. 7. *ad fin.* fidem dictis. *Colum.* l. 8. c. 9. Turtures prohibeantur volare, quia si id faciant, corpori detrahunt. *they fall away, grow lean.* ¶ Aliquando est simpliciter trahere, pertrahere, *to draw. Hirt. de B. Afric.* c. 10. Naves, quas potuit Cæsar ad terram detrahit. *Lucan.* l. 3. v. 22. Detrahere in cladem fato damnata maritos. *Cic. pro Mil.* c. 14. Detrahere in judicium. *Al. leg.* attrahere. *Id. pro Cluent.* c. 64. ad accusationem. ¶ Item haurire, *to draw or let blood. Colum.* l. 6. c. 14. Ex auricula sanguinem detrahere. *Id.* l. 7. c. 5. *circa med.* Sub oculis et de auribus detrahere sanguinem. ¶ Est etiam Medicorum verbum, ut in *Detractio* dictum. *Plin.* l. 27. c. 7. Absinthium bilem detrahit, urinam ciet. *purges or clears away. Cels.* l. 2. c. 10. *extr.* Si sanguis rubere cœpit, satis materiæ detractum est. *Scribon. Larg. compos.* 135. Detrahere materiam per alvum. ¶ Ponitur et pro abstrahere, *to remove, withdraw. Cic. Fam.* 5. ep. 2. Egi cum uxore tua, ut eum ab illa injuria detraheret. *Al. leg.* deterreret. *Id. de Provinc. Consul.* c. 8. Illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant. ¶ Sæpe significat obloquendo deminuere, auferre de existimatione, obtrectare, famam lædere, *to detract or derogate from, speak ill of, disparage, defame. Nepos in Chabr.* c. 3. Libenter de his detrahunt, quos eminere vident altius. *Cic.* 11. *Attic.* ep. 11. Ille in Achaia non cessat de nobis detrahere. Adde *in Pison.* c. 29. et lib. 1. *Offic.* c. 37. *ad fin.* ¶ Et universim *detrahere de re quapiam* est auferre, eamque deminuere. *to diminish, lessen, abate. Cic. Fam.* 3. epist. 8. Detrahere de fama alicujus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 9. de gloria cujuspiam. *Nepos in Timol. c. ult.* de rebus gestis alicujus. *Id. in Timoth.* c. 4. Multæ novem partes detraxit. *Cic.* 3. *Verr.* c. 9. De suo jure et commodo detrahere. *Id. Attic.* l. 10. c. 5. de summa. ¶ Absolute *Nepos in Eumen.* c. 1. Multum ei detraxit, quod alienæ erat civitatis. *the circumstance of, &c. raised many prejudices against him; did him much harm.* ¶ *Detraxe* pro *detraxisse* est *Plauti Trin.* 3. 3. 15. [¶ Particip. *detrahens, detracturus, detrahendus* apud *Curt.* l. 5. c. 4. Nudi complectuntur armatos, et ingenti corporum mole secum ad terram detrahentes. *Liv.* l. 39. c. 20. Spe destinaverit Annibalem ex Italia detracturum. *Cæs. de Bell. Gall.* l. 2. c. 21. Ut ad tegumenta scutis detrahenda tempus defuerit.]

DETRECTATIO, onis, f. *a refusal, declining to do a thing*, actus detrectandi, ἀνάνευσις. *Liv.* l. 6. c. 38. Romani ad edictum sine detrectatione convenere. *Id.* l. 3. c. 69. Detrectatio militiæ. *Plin.* l. 18. c. 6. Detrectatio heredis. *a disinheriting.*

DETRECTATOR, oris, m. *one who declines or refuses; a disparager, diminisher*, ἀνανευτής. *Liv.* l. 34. c. 15. Cato haud sane detrectator laudum suarum. *Jac. Gronov.* testatur in MSS. esse *detractor. Petron. in Satyr.* c. 117. Mercenarius Corax, detrectator ministerii. et *Auson.* edyll. 2. v. 51. Ipse nec affectans, nec detrectator honorum. Apud *Petron.* et *Liv.* alii leg. *detractator.*

DETRECTO, as, avi, atum, a. 1. *to decline, refuse*, ἀνανεύω, recusare, defugere, devitare: a *de* privativa, et *tracto. Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 7. v. 15. Taurus detrectat aratrum. *Quintil.* l. 2. cap. 1. Detrectare officia sua. *Sueton. in Tiber.* c. 25. Quidam etiam detrectabant principem non a se datum. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 14. Detrectantes militiam. *Curt.* l. et cap. 10. Detrectare imperium. *Id.* l. 8. c. 11. munus. *Id.* l. 3. c. 8. certamen. *Gell.* l. 20. c. 1. *circa med.* fidem. *h. e.* nolle præstare. *Paul. Dig.* lib. 37. tit. 14. leg. 19. Tutelam administrare detrectans. *Arnob.* l. 6. pag. 201. Stupiditas quæ tanta est (detrecto enim dicere cæcitatem) rerum existimare naturas formarum qualitate mutari. *I am unwilling.* ¶ Significat etiam detrahere, obtrectare, καταλαλεῖν, *to speak ill of, diminish, disparage. Sallust. in Jug.* c. 57. *extr.* Adversæ res etiam bonos detrectant. *Ovid. de remed. Amor.* v. 365. Ingenium magni livor detrectat Homeri. *Id.* 4. *Trist. el. ult.* v. 123. Livor detrectat præsentia. *Liv.* l. 38. c. 49. Invidia detrectat virtutes, et corrumpit honores, et præmia earum. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 336. Et tamen ausus eram (*scribere, Cæsar, res a te gestas*) sed detrectare vibebar: Quodque nefas, damno viribus esse tuis. *h. e.* tractando imminuere. *Id. Metam.* 5. v. 246. Detrectare laudes alicujus. Adde *Flor.* l. 4. c. 2. ¶ In locis *Ovidii* allatis al. leg. *detracto*, quod apud *Tacit.* quoque (seu quicumque auctor est) *in dial. de Oratorib.* non semel, et apud *Lactant. de mortib. persecut.* c. 9. et 10. item apud *Tibull.* l. 1. el. 7. v. 44. et *Propert.* l. 2. el. 2. v. 11. eadem variatione legitur. *Festus* autem *detracto* exponit *male tracto.* V. *Retracto.* [¶ Particip. *detrectaturus, detrectandus* apud *Suet. in Pers. vita.* Sibi primo, mox omnibus detrectaturus. *Cæs. de Bell. Gall.* l. 7. c. 14. Neu suis sint ad detrectandam militiam receptacula.]

DETRIMENTOSUS, a, um, *attended with harm or loss, detrimental*, βλαβερὸς, qui affert detrimentum. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 33. Etsi a bello atque hoste discedere detrimentosum esse existimabat.

DETRIMENTUM, i, n. proprie significat actum deterendi, abradendi, deminuendi. *Apul.* l. 6. *Metam.* Currus limæ tenuantis detrimento conspicuus, et ipsius auri damno pretiosus. ¶ Fere sumitur pro damno, amissione, jactura, *detriment, disadvantage, damage, loss, harm*, βλάμμα, βλάβη. *Hirt. de B. Alex.* c. 49. Jacturæ et detrimenta rei familiaris. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 19. Propter damna aut detrimenta. (V. *Damnum.*) *Id.* 3. *de Fin.* c. 20. Emolumenta, et detrimenta, quæ ὠφελήματα, et βλάμματα appellant. *Id. pro leg. Manil.* c. 6. Accipere detrimentum in aliqua re. *Id.* 6. *Verr.* c. 9. *Nepos in Cat.* c. 2. et *Senec. de tranquill. c. ult. a med.* Facere detrimentum. *h. e.* subire, damnum facere. *to sustain a loss. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 2. Inferre detrimenta. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 9. importare publicis rebus. *Nepos in Attic.* c. 2. afferre rei familiaris. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 44. Esse alicui ornamento et præsidio, non detrimento. *August.* apud *Sueton. in ejus vita*, c. 71. Ex magnis detrimentis præter spem paulatim retractus est. *recovered himself from losses sustained at play. Quintil.* l. 10. cap. 1. *ante med.* Detrimentum temporis. ¶ *Videant Coss. Prætores, &c. ne quid respubl. detrimenti capiat*, vel *accipiat*, formula fuit Senatusconsulti in re subita, maximique periculi, et ut ait *Liv.* l. 3. cap. 4. ultimæ semper necessitatis, qua magistratibus permittebatur vocare ad arma populum, exercitum conscribere, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atque cives, domi militiæque imperium atque judicium summum habere, ut *Sallust. in Catil.* cap. 30. docet. *Cic.* 5. *Phil.* cap. 12. *Fam.* 16. ep. 11. et *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 5. et 7.

DETRITUS, a, um, *worn away, consumed by wearing*, ἀνάτριπτος, terendo consumptus. *Plin.* l. 8. cap. 48. Vestis usu detrita. *Phædr.* l. 3. fab. 7. v. 16. Collum canis a catena detritum. ¶ Item terendo sublatus, *rubbed, cleaned, or taken away. Plin.* l. 36. c. 26. Fluctibus volutatæ nitescunt, detritis sordibus. *Nigid.* apud *Gell.* l. 10. cap. 5. Avarus appellatur, qui avidus æris est: sed in ea copula *e* littera detrita est. ¶ Item tunsus, *beaten, bruised. Colum.* l. 2. c. 21. In area detrita frumenta. *Lucret.* l. 1. v. 315. Strata viarum detrita pedibus. *Colum.* l. 6. c. 12. Milium detritum conspersumque aqua mulsa imponendum est. ¶ Translate *Gell.* l. 15. cap. 30. Qui ab alio vitæ genere detriti jam et retorridi, ad litterarum disciplinas serius adeunt. *Quintil.* l. 8. cap. 6. Illa in agendis causis jam detrita. *h. e.* ab omnibus usurpata.

DETRIUMPHO, as, a. 1. *to triumph*, idem quod triumpho, nisi quod *de* vim addit significationi. *Tertull. in Apolog.* cap. 27. Dæmones numquam magis detriumphamus, quam cum pro fidei obstinatione damnamur. *Minuc. Fel. in Octav.* c. 25. Quos post cladem detriumphatos colere cœperunt.

DETRUDO, is, usi, usum, a. 3. *to thrust down by force, drive or push from*, κατωθέω, vi deorsum trudo, depello, dejicio, deturbo. *Cic. pro Cæc.* c. 17. Si verbum sequi volumus, hoc intelligamus necesse est, neminem statu detrusum, qui non adhibita vi, manu demotus, et actus præceps intelligatur. *Liv.* l. 2. c. 10. *de Horat. Cocl.* Jam impetu conabantur detrudere virum. *Hirt. de B. Alex.* c. 76. Cum in proclive detruderentur hostes. *Lucan.* l. 6. v. 175. hostem muris detrudit. *pushes, forces, dislodges, dispossesses. Plaut. Pœn.* 5. 3. 33. Quos ego jam detrudam ad molas. *Id. Merc.* 1. 2. 6. Qui adversum eunt, aspellito, detrude, deturba in viam. *Liv.* l. 42. c. 66. *a med.* Detrudere impedimenta per præceps. *Cic. Fam.* 5. ep. 10. *sub fin.* Ex arce me nives, frigora, imbres detruserunt. *Id.* 1. *de Orat.* c. 11. Detrudere et compingere in pistrinum. *to thrust, force. Id. pro Quint.* c. 6. *extr.* Quintius de agro communi vi detruditur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 149. Detrudunt naves scopulo. *h. e.* vi et viribus e scopulo demovent, avelluntque. *they push off. Id.* 7. *Æn.* v. 469. Detrudere finibus hostem. *h. e.* expellere. *to drive away.* et vers. 773. Stygias detrudere in undas. ¶ Item compellere. *Plaut. Aulul.* 2. 5. 8. Huccine detrusisti nos ad senem parcissimum? ¶ Translate *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 28. *extr.* Hunc ad id, quod facere possit, detrudendum puto. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 31. *sub fin.* Si necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenii non erunt. *shall have forced us upon such things. Id. Q. Fr.* l. 1. *ep. ult.* In luctum et laborem detrudi. *Id. Fam.* 14. ep. 16. Detrudere aliquem de sententia. *to compel him to forego his opinion. Nepos in Timol.* cap. 2. Ut cerneretur, quem ex quanto regno ad quam fortunam detrusisset. *Sueton. in Cæs.* cap. 29. Difficilius se a primo ordine in secundum, quam ex secundo in novissimum detrudi. *Id. in Cæs.* c. 24. Detrudere aliquem *h. e.* petitione honoris depellere. *Cic. pro Flacc.* c. 38. Detrudere aliquem in pœnam. *h. e.* vi et contra leges punire. *Auct. Dial. de Orator.* c. 32. In paucissimos sensus et angustas sententias detrudere eloquentiam. *Plaut. Men.* 1. 3. 21. Detrudere se ad mendicitatem. *to be reduced, or compelled.* ¶ Pro differre, producere, vi tamen, et contra morem. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 17. et lib. 2. *ab Q. Fr.* ep. 13. Putantur detrudi comitia in mensem Martium. [¶ Particip. *detrudens* apud *Claudian. de Manl. Consul.* v. 316. Et qui magna levi detrudens murmura tactu.]

DETRUNCATIO, onis, f. κολόβωμα, actus detruncandi, *a lopping off. Plin.* l. 24. c. 9. Detruncatio ramorum. Adde lib. 17. cap. 24. *ad fin.*

DETRUNCATUS, a, um, adject. *lopped off, mangled. Liv.* l. 21. c. 37. Arboribus detruncatis struem lignorum facere. *Id.* l. 31. c. 34. Gladio Hispaniensi detruncata corpora, brachiis abscissis, aut tota cervice desecta.

DETRUNCO, as, avi, atum, a. 1. *to cut or lop off, maim, mangle*, ἀποκόπτω, a trunco abscindo, truncando dejicio, amputo, seco. *Colum.* l. 5. c. 6. *ante med.* Sat erit novem pedes a terra relinqui, et superiorem partem detruncari. *Plin.* l. 11. c. 17. Si quis regi apum alam detruncet, non fugiet examen. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 769. Detruncare caput bipenni. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 145. prensumque manu detruncat Amastrum. *h. e.* capite plectit. *Flor.* l. 4. c. 12. C. Martius Dalmatas, incensa urbe Delminio, quasi detruncaverat. *scilicet* quia Delminium eorum caput erat.

DETRUSUS, a, um, *thrust down by force, pushed or driven away*, deorsum trusus, dejectus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. Stomachus agitatione et motibus linguæ depulsum, et quasi detrusum cibum accipit. *Liv.* l. 22. c. 28. Acies pulsa detrusaque. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 522. Corpus sub Tartara detrusum. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 8. v. 27. Stygias detrusus in oras. *Cic. pro Cæcin.* c. 17. Statu detrusus. ¶ Item compulsus. *driven. Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 8. Vi tempestatum Cythnum insulam detrusus.

DETŬDES, detunsos deminutos. *Festus.* scil. ab obsoleto *tudo* pro tundo. *Gloss.* quoque: Detudes, μειωθέντες.

DETUMESCO, is, umui, n. 3. *to give over swelling, sink, subside,* ἐξοιδαίνω, tumere desino, tumorem depono. Translate *Petron. in Satyr.* c. 109. Odia detumescunt. *Stat.* 5. *Theb.* v. 468. Detumuere animi maris.

DETUNDO, is, a. 3. *to beat down,* deorsum tundo, dejicio, decutio. *Lucil.* apud *Non.* c. 8. n. 59. Proras despoliate, detundite guberna.

DETUNSUS, a, um, *beaten, bruised,* contusus. *Apul.* l. 2. *Metam. sub fin.* Digitis pedum detunsis ob lapides.

DETURBĀTUS, a, um, adject. depulsus, dejectus, *tumbled down.* *Curt.* l. 6. c. 5. Deturbati ex collibus Barbari profugiunt. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 42. *extr.* Ex omni parte lapidibus conjectis, deturbati. ¶ Translate *Cic. Fam.* 5. ep. 7. Ex magna spe deturbatus.

DETURBO, as, avi, atum, a. 1. *to tumble, beat, cast, or throw down, overthrow, demolish,* καταβάλλω, dejicio, detrudo, expello. *Plaut. Rud.* 1. 1. 5. Ventus de tecto deturbavit tegulas. *Cic.* 6. *Verr.* c. 41. *extr.* et *in Pison.* c. 38. Statuam deturbare, affligere, comminuere, dissipare. *Id. Q. Fr.* l. 3. *ep. ult.* Deturbare ædificium. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 21. aliquem de tribunali. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 81. hostes de vallo. *Liv.* l. 31. c. 39. *extr.* Milites ex præsidiis et stationibus. *to dislodge. Virg.* 10. *Æn.* v. 554. terræ caput alicujus. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* cap. 2. n. 253. Mœnibus deturbat. *drives away, forces. Lucret.* l. 5. v. 401. Phaethonta fulminis ictu deturbavit equis in terram. *precipitated. Virg.* 5. *Æn.* v. 175. In mare præcipitem puppi deturbat ab alta. *Cic. Fam.* 12. ep. 25. Certa re et possessione deturbari. *to be dispossessed. Id. pro Quint.* cap. 14. De fortunis omnibus aliquem deturbare. *Pallad. in Jun.* tit. 7. Apes fucos a sedibus suis deturbant. ¶ Translate *Cic. in Pison.* c. 20. Sua quemque fraus, suum scelus de sanitate ac mente deturbat. *disorders, disturbs. Id. Fam.* 12. ep. 25. Deturbari spe. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 58. Ignavia deturbavit mihi verecundiam. [¶ Partic. *deturbandus* apud *Cic. pro Quint.* c. 14. De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus.]

DETURGENS, entis, *subsiding,* detumescens. *Plin.* l. 9. c. 58. Deturgente Nilo, musculi reperiuntur, &c. *Al. leg.* decedente, *Harduin.* detegente, ex MSS.

DETURPO, as, avi, atum, a. 1. *to disfigure, disgrace,* αἰσχύνω, turpem ac deformem reddo. *Sueton. in Calig.* c. 35. Pulcros et comatos occipitio raso deturpabat. *Plin.* l. 15. c. 16. Aquilonis afflatus poma rugis deturpans.

DEVĂGOR, aris, dep. 1. quasi de via decedens vagor. *Justinian. in præfat.* 2. *ad Digest. a med.* Ne a venditionibus ulterius devagentur. et *ibid. ad fin.* Audivimus, in Alexandria, et in aliis civitatibus quosdam imperitos homines devagari. V. *Divagor.* ¶ Olim et *devago* dictum est. *Accius* apud *Non.* c. 7. n. 2. Devagant matronæ percitatæ tumultu.

DEVASTĀTUS, a, um, adject. prædatus, spoliatus, *laid waste, pillaged, plundered. Ovid.* 13. *Metam.* v. 255. Agmina ferro devastata. *cut to pieces, destroyed.*

DEVASTO, as, a. 1. *to lay waste, plunder, spoil, pillage, ravage,* καταπορθέω, depopulor, deprædor. *Liv.* l. 2. c. 9. Marrucinos et Pelignos devastat. *Id.* l. 4. c. 59. Tripartito ad devastandos fines discessere. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 24. Ad devastandos depopulandosque fines Ambiorigis proficiscitur.

DEVASTUS, a, um, adject. q. d. valde vastus, *very large, huge. Apul.* l. 9. *Metam.* Jamque inversa vite, devastiore nodulo cerebrum suum diffindere. *Al. leg.* de vastiore.

DEUCALĬON, onis, m. Δευκαλίων, filius Promethei, cui adulto Epimetheus patruus Pyrrham filiam conjugio junxit. Porro cum hic apud Thessalos regnaret, ingens diluvium contigit. Quapropter arrepta navi solus Deucalion cum Pyrrha servatus, in Parnassum montem delatus est. Cessantibus vero aquis, Themidis oraculum adiit, consulturus de humani generis reparatione, quæ respondit, ut ossa magnæ Matris post tergum jacerent. Conjectis igitur post tergum lapidibus, quos Deucalion jecerat, in mares, quos Pyrrha, in feminas vertebantur. *Ovid.* l. 1. *Metam.* v. 313. *et sequentib. Hygin.* vero fab. 153. narrat, in montem Ætnam fuisse delatum; *Servius ad Ecl. Virg.* 6. v. 41. in montem Atho. Porro hæc fabula ex vera historia orta est, qua narrat *Justin.* l. 2. c. 6. sub Deucalione rege Thessaliæ magnam aquarum vim multos mortales in Græcia absumpsisse; superfuisse autem, quos refugia montium receperunt, aut qui ratibus ad Deucalionem evecti sunt, qui propterea generis humani reparator creditus est.

DEUCALIONĒUS, a, um, Δευκαλιώνειος, ad Deucalionem pertinens. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 356. Deucalioneas fugit inobrutus undas. *Lucan.* l. 1. v. 653. Deucalionei imbres. *Colum.* l. 10. v. 67. Deucalioneæ cautes. *h. e.* saxa, quæ projecta a Deucalione in homines versa sunt.

DEVECTO, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a deveho. *Lucil.* l. 5. v. 345. Solvere contectum, quam devectare atum.

DEVECTUS, a, um, particip. a devehor, *carried down, conveyed. Cic.* 1. *Phil.* c. 4. Ego celeriter Veliam devectus Brutum vidi. *Virg.* 2. *Georg.* v. 408. devecta cremato sarmenta. *Curt.* l. 16. c. 1. Materia devecta ad urbem. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 114. Huc devecta puppis.

DEVĔHO, is, exi, ectum, a. 3. *to carry down, convey,* καταφέρω, deorsum veho, defero, seu navi, seu jumento, seu curru. *Liv.* l. 4. c. 52. Maximos commeatus, summo Etruriæ studio, Tiberis devexit. *Curt.* l. 9. c. 8. In fines Mallorum secundo amne devehitur. *Justin.* l. 12. c. 9. Devehi per fluvium in Oceanum. ¶ Item de uno in alium locum veho, transfero, *to transport, remove from one place to another. Nepos in Dion.* c. 4. Navem ei dedit, qua Corinthum deveheretur. *Curt.* l. 4. c. 3. Syracusis id simulacrum devexerant Pœni. et cap. 7. Aqua, quam utribus cameli devexerant. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 54. Curribus junctis naves millia passuum viginti duo a castris devehere. et lib. 1. *B. Gall.* c. 43. Legionem Cæsar equis devexerat. *had carried over mounted.* et *Liv.* l. 21. c. 10. *ad fin.* Devehere aliquem in ultimas maris terrarumque oras. *h. e.* asportare. ¶ Translate *Propert.* l. 4. el. 1. v. 119. Hactenus historiæ: nunc ad tua devehor astra. *I now come,* &c. [¶ Particip. *devehendus* apud *Liv.* l. 21. c. 10. Devehendum Annibalem in ultimas maris terrarumque oras censeo.]

DEVELLO, is, elli, a. 3. *to tear or pluck off, pull up,* idem quod vello, vel deorsum vello. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 50. Nolito edepol devellisse pennas. *Pallad. in Mart.* tit. 10. *sub init.* Malus punica seritur plantis de matrum radice devulsis.

DEVĒLO, as, avi, atum, a. 1. *to open, unveil, discover,* ἀποκαλύπτω, velum aufero, detego. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 604. Oraque develat miseræ pudibunda sororis.

DEVENĔROR, aris, dep. 1. *to worship, adore, venerate,* idem quod veneror. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 18. Sæpe deos supplex, ut tu scelerate valeres, Sum prece turicremis devenerata focis. ¶ Particip. *deveneranḍus* passivæ significationis *Tibull.* l. 1. el. 5. v. 13. Ipse procuravi, ne possent sæva nocere Somnia, ter sancta deveneranda mola. *h. e.* precibus amolienda, avertenda.

DEVENĬO, is, eni, entum, n. 4. *to come or go down, descend,* καθήκω, deorsum venio, ex editiore loco venio. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 27. Ire tamen restat, Numa quo devenit, et Ancus. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 796. illa dato subvecta per aera curru, Devenit in Scythiam. ¶ Ponitur et pro simplici venio, pervenio, *to come, arrive, reach. Plaut. Mostell.* 4. 2. 52. Ne ad alias ædes perperam deveneris. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 84. silvas et amœna piorum Deveniunt. *Virg.* 4. *Æn.* v. 165. Speluncam Dido dux et Trojanus eandem Deveniunt. *Nepos in Pelop.* c. 3. Exsules in urbem deveniunt. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 21. Quam quisque in partem ab opere casu devenit, quæque prima signa conspexit, ad hæc constitit. *Colum.* l. 2. c. 12. *extr.* Post florem ad maturitatem devenit. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 9. Nolebam, illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus devenire. *Terent. Heaut.* 4. 5. 2. Miseret me, tantum devenisse ad eum mali. *has come upon him.* ¶ Et pro incidere, cadere. *Plaut. Mil.* 2. 1. 18. Devenire ad aliquem in servitutem. *Id. Asin.* 1. 1. 92. et *Men.* 1. 2. 27. Devenire in insidias. ¶ Et pro confugere, *to have recourse. Cicer.* 7. *Verr.* c. 48. Ad Senatum devenient, qui de Verre supplicium sumat? non est usitatum. ad populum R. confugient? facilis est causa populi. ¶ Item pro descendere, seu accommodare se ad aliquid, quod alias quis non amplecteretur. *Cic. pro Mur.* c. 13. Nonnullos videmus, qui oratores evadere non potuerunt, eos ad juris studium devenire. *Id. pro Quint.* c. 17. Dici vix potest, quam multa sint, quæ respondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem devenire. [¶ Particip. *deventurus* apud *Suet. in Vesp.* c. 5. Non defuerunt qui interpretarentur, quandoque rempublicam in tutelam ejus ac velut in gremium deventuram.]

DEVENUSTĀTUS, a, um, adject. deformatus, deturpatus, *deformed, disfigured. Sidon.* l. 1. ep. 7. *ad fin.* Usque ad inimicorum dolorem devenustatus.

DEVENUSTO, as, a. 1. *to disfigure,* λυμαίνομαι, deturpo. *Gell.* l. 12. c. 1. Tanquam pulcritudinis sibi insignia devenustet. *Auson. in præfat. ad Monosyll. tantum in fin. posita.* Quæ omnia insuavis materia devenustat. Adde *Sidon.* lib. et ep. 2.

DEVERBERĀTUS, a, um, valde verberatus. *Lactant.* l. 2. c. 7. *ad fin.* Deverberatum servum sub furca medio Circo ad supplicium duxerat. Al. leg. *diverberatum.*

DEVERBĔRO, as, a. 1. *to beat severely,* μαστιγόω, valde verbero. *Terent. Phorm.* 2. 2. 13. Quot me censes homines jam deverberasse usque ad necem?

DEVERBĬUM. V. *Diverbium.*

DEVERGENTĬA, æ, f. devexitas, declivitas, *a bending down, sloping, devexity,* καταφερές. *Gell.* l. 14. c. 1. Ex devergentia et convexionibus mundi.

DEVERGO, is, n. 3. idem quod vergo, deorsum inclinor. *Apul. de Deo Socrat.* Terrena devergunt pondere.

DEVERRA, æ, f. *Varro* apud *Augustin.* l. 6. *de Civ. Dei,* c. 9. mulieri fetæ post partum tres deos custodes commemorat adhiberi, ne Silvanus deus per noctem ingrediatur et vexet; eorumque custodum significandorum causa tres homines noctu circuire limina domus, et primo limen securi ferire, postea pilo, tertio deverrere scopis; ut his datis culturæ signis, Silvanus prohibeatur intrare: quod neque arbores cæduntur sine ferro, neque far conficitur sine pilo, neque fruges coacervantur sine scopis: ab his autem tribus rebus tres nuncupatos deos, Intercidonam a securis intercisione, Pilumnum a pilo, Deverram a scopis.

DEVERRO, is, a. 3. *to sweep or clean thoroughly,* καταίρω, de loco verro, sive probe verro. *Colum.* l. 7. c. 4. Humorque omnis urinæ deverrendus est. *Al. leg.* diverrendus. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. 491. Devorare omnia, ac deverrere. Adde *Varron.* apud *Augustin.* l. 6. *de Civ. Dei,* c. 9.

DEVERSĬTO, as, frequentat. a Deverto. *Gell.* l. 17. c. 20. Ad verborum venustates deversitandum. Al. leg. *diversitandum.*

DEVERSĬTOR, oris, m. idem qui diversor. *Petron. in Satyr.* c. 79. Anus inter deversitores diutius ingurgitata. et cap. 95. Deversitor cum parte cœnulæ intervenit. ¶ Scribitur et *Diversitor.*

DEVERSOR, et Diversor, aris, dep. 1. *to sojourn on the road-side, lodge in an inn,* in itinere hospitio utor alicujus, de via decedens apud aliquem maneo. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 8. Cum Athenis apud eum deversarer. *Id.* 3. *Verr.* c. 25. Rubrium parum laute deversari dicit. *Liv.* l. 44. c. 9. *extr.* Tecta ædificari, ubi diversari portantes commeatus possent. ¶ Et simpliciter pro habitare, manere. *to inhabit, live, dwell. Cic.* 2. *Phil.* c. 27. *extr.* Hac te in domo tamdiu deversari non pudet? *scilicet* quia domus non sua Antonii erat, sed Pompeii. *Apul.* l. 8. *Metam.* Mariti mei facies in meis deversatur oculis. *h. e.* versatur ante aculos meos. ¶ Hæc omnia alii per *di* scribunt.

DEVERSOR, oris, m. *a guest; one who lodges in an inn,* qui apud aliquem devertit, itineris causa. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 4. *ad fin.* Caupo cum quibusdam deversoribus eum, qui ante exierat, consequitur. Al. leg. *diversoribus.* V. in fin. verbi *Diverto.*

DEVERSORĬUS, a, um, *fit to lodge in,* ad deversandum idoneus, ut Deversoria taberna, apud *Plaut. Trucul.* 3. 2. 29. ubi al. leg. *diversoria.* ¶ *Deversorium* absolute est locus, ubi ad tempus devertimus, vel itineris, vel remissionis causa. *an inn, lodging. Petron. in Satyr.* c. 9. *Cic. Phil.* 2. c. 41. &c. Alii per *di* scribunt.

DEVERSUS dicebant, deorsum versus. *Festus.*

DEVERTICŬLUM. V. *Diverticulum.*

DEVERTO, et Devorto, is, rti, rsum, a. 3. *to turn aside on his journey, take lodging,* deorsum verto, de via decedens apud aliquem hospitor. *Cic.* 2. *Offic.* c. 18. Ut omnia præberentur, quicumque Laciades in villam suam devertisset. *Id.* 3. *Attic.* ep. 7. Itineris causa ut devorterem. *Paul. Dig.* l. 4. tit. 9. leg. 6. In cauponam gratis devertere. *to be lodged at an inn scot-free. Gell.* l. 3. c. 9. In Syriam proficiscens Argos devertit. *Quintil.* l. 2. c. 3. Recto itinere lapsi, plerumque devertunt. *Liv.* l. 44. c. 43. Cum perpaucis maxime fidis via devertit. ¶ In his omnibus accusativus se subintelligitur. ¶ Reperitur etiam cum accusativo rei pro mutare, vertere, alio flectere. *Lucan.* l. 6. c. 591. Quæque suo ventura potes devertere cursu. *Id.* l. 2. v. 469. victor cedentibus instat, Devertitque acies. *Id.* l. 9. 316. Arma secuturum soceri, quacumque fugasset, Tentavere suo comites devertere Magnum Hortatu. *to turn aside. Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 38. Arduum fatalia devertere. ¶ Passive *Cic. pro Font.* c. 5. Si qui Cobiamacho deverterentur, neque Tolosam ire vellent. *h. e.* a Cobiamacho deflecterent. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 425. quid ad magicas, Erato, deverteris artes? *h. e.* vertis te ad artes magicas. *why do you have recourse to? Stat.* 3. *Theb.* v. 45. haud aliter saltu devertitur orbus Pastor ab agrestum nocturna strage luporum. *Cato* apud *Fest.* in *Prorsus.* Devertebantur pro hospitibus ad amicos suos. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 60. Ut devortatur ad me in hospitium optumum. ¶ In omnibus allatis exemplis alii scribunt *diverto*: sed *deverto* ex optimis MSS. plures Eruditi tuentur: quod et de ceteris eadem compositione conflatis dictum puta. V. *Diverto.*

DEVERTOR. V. vocem præced.

DEVESCOR, eris, dep. 3. *to feed upon,* vescor, depasco. *Stat.* 1. *Theb.* v. 603. animas a stirpe recentes Abripere altricum gremiis, morsuque cruento Devesci.

DEVESTĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to lay aside one's clothes, undress,* vestem exuo. *Apul.* l. 3. *Metam.* Jam primum omnibus laciniis se devestit. et lib. 4. Statim sese devestiunt, nudatique, &c.

DEVĔTO, as, idem quod veto, *to prohibit.* Affertur ex *Quintil.* declam. 1. c. 13. Summam calamitatem corporis occurrere delicatis uxoris oculis devetaret: *Sed plerique alii leg.* vetaret.

DEVEXĀTUS, a, um, adject. vexatus, *harassed, agitated, troubled. Cic. Fam.* 10. ep. 8. Per tot annos republica devexata. ¶ Item devexus, si *Falstero* credimus afferenti locum *Frontini de aquæduct.* art. 36. Ad cursum aquæ si oppositus devexatusque, &c. Sed *Polenus* ex MSS. edidit *devexus.*

DEVEXĪTAS, atis, f. *a declivity, devexity, bending down, sloping,* κλίμα, declivitas. *Plin.* ep. 8. l. 8. *de Clitumno fonte.* Inde non loci devexitate, sed ipsa sui copia

et quasi pondere impellitur. *Plin. alter* l. 2. c. 65. Aquæ feruntur, quo longissime devexitas passa sit.

DEVEXO. V. *Duco*.

DEVEXUS, a, um, *bending, hanging, or inclining downwards, sloping*, declivis, inclinatus, quasi deorsum vectus. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 45. Lucus Vestæ, qui a Palatii radice in novam viam devexus est. *Colum.* l. 1. c. 2. *ad fin.* Celsiores agri quam mollissime devexi esse debent. *Id.* l. 4. 24. *a med.* Devexam resectionem facere post gemmam. *Virg.* 1. *Georg.* v. 241. Mundus Libyæ devexus in austros. *Id.* 3. *Georg.* v. 524. Ad terramque fluit devexo pondere cervix. *Id. ibid.* l. 4. v. 293. *de Nilo.* Usque coloratis amnis devexus ab Indis. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 687. Devexi montes. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 354. Devexus margo. et lib. 8. v. 330. Devexa arva. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 3. Aqua in devexo fluit, in plano continetur et stagnat. ¶ Item qui in declivi positus est, seu qui deorsum fertur. *Horat.* l. 1. od. 28. v. 21. Orion devexus. *Juvenal.* sat. 4. v. 118. Rheda devexa. *Cic. in fragm.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 4. Sol paulum a meridie jam devexus videtur. *Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 57. quodcumque dies devexior ambit. *h. e.* sol ad occasum inclinatior. ¶ Translate *Senec.* ep. 13. Jucundissima est ætas devexa jam, non tamen præceps. *just beginning to decline.* *Cic. Attic.* l. 9. ep. 10. *circa med.* Ætas jam a diuturnis laboribus devexa ad otium. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 398. Stygiæ devexa silentia noctis. *h. e.* ima silentia, vel potius imus profundusque locus silentii, tenebris Stygiis circumdatus. *Senec.* ep. 114. *a med.* Quid de illa compositione dicam in exitu lenta, qualis Ciceronis est, devexa, et molliter desinens? *Id. de vita beata*, c. 25. *sub. fin.* Manifestum est, per devexum ire liberalitatem, mansuetudinem. *h. e.* procliviter exerceri.

DEVICTĬO, onis, f. victoria. *Tertull. in carm.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 5. Falsa resurrectio, mortis devictio falsa.

DEVICTOR, oris, m. *a conqueror.* *Inscript. vet. M. Antonini* apud *Gruter.* pag. 258. n. 6. Devictori omnium gentium barbararum.

DEVICTUS, a, um, adject. victus, *conquered, vanquished, subdued*, νενικημένος. *Nepos in Con.* c. 2. Athenienses devicti. *Id. in Themist.* c. 5. Classis devicta. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 33. Capua devicta et capta. *Horat.* l. et od. 4. v. 39. Asdrubal devictus. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 46. Gallia devicta et subacta. *Virg.* 10. *Æn.* v. 370. Bella devicta. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 120. Devictus lumina somno. *Al. leg.* devinctus.

DEVĬGESCO, is, ui, n. 3. marcesco, vigorem amitto. *Tertull. de Anima*, c. 27. Marcescimus, et devigescimus cum lucis detrimento.

DEVINCĬO, is, inxi, inctum, a. 4. *to bind, tie*, ἐξαρτάω, idem quod vincio, vel arcte vincio. *Plin.* l. 8. c. 16. *a med.* Leonem non repugnantem devincire. *Plaut. Men.* 5. 2. 92. Devincire servum domi. *Id. Pseud.* 1. 2. 65. Dircem duo gnati Jovis devinxere ad taurum. ¶ Translate *Plaut. Pseud.* 1. 2. 85. Devincire se vino. *h. e.* nimio potu obrui. *Al. leg.* deungere. *Cic. in Bruto*, c. 37. Verba comprehensione devincire. *h. e.* apte colligare, ut suaviter concurrant. *to connect.* *Id. in Orat.* c. 25. Nec acervatim multa frequentans, una complexione devinciet. *Id. de Fato* c. 9. *extr.* Mentem hominis voluntate libera spoliatam, necessitate fati devincire. *Id.* 2. *de Agrar.* c. 31. *extr.* Calenum municipium complebunt, Theanum oppriment, Atellam, Cumas, Neapolim suis præsidiis devincient, Puteolos occupabunt. *Id. pro Sext.* c. 7. Hunc Pompeius omni cautione, fœdere, exsecratione devinxerat, nihil contra me esse facturum. *Id. pro dom.* c. 51. Locum aliquem religione devincire. *h. e.* consecrare, dedicare. *Id. de Harusp. resp.* c. 3. Devincire se scelere. *Terent. Heaut.* 1. 2. 34. Ubi animus se cupiditate devinxit mala. *is involved, or entangled.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 59. Eloquentia nos juris, legum, urbium societate devinxit. *Id.* 3. *Offic.* c. 31. Fœdera quibus etiam cum hoste devincitur fides. *Id. in Pison.* c. 13. Qui in Italia omnium gentium partes tribus triumphis devinxerat. *had knit together.* ¶ Sæpe refertur ad officia, quibus adstringimur, obnoxii reddimur, conciliamur, et obligamur alicui, *to oblige, gain over, bind fast.* *Cic. Fam.* ep. 7. *extr.* Homines honestissimos summo beneficio in perpetuum tibi tuisque devinxeris. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. Hermippum non solum sermone, sed etiam familiaritate devinxi. *Id.* 2. *Phil.* c. 45. Cæsar suos præmiis, adversarios clementiæ specie devinxerat. *Id.* 1. *Offic.* c. 17. Sanguinis conjunctio benevolentia divincit homines et charitate. *Nepos in Attic.* c. 1. *extr.* Quos consuetudine sua sic sibi devinxit, ut nemo iis perpetuo fuerit carior. *Cic. de clar. Orat.* c. 26. Affinitate se se devincire cum aliquo. *to become allied to by affinity.* *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 39. Pignore devincire animos centurionum. *Plaut. Asin.* 5. 1. 21. Istoc me facto tibi devinxti. syncop. pro *devinxisti.* *you have laid me under an obligation to you; you have gained my esteem.* [¶ Particip. *devinciendus* apud *Liv.* l. et c. 22. Quos metus non teneat, beneficio et gratia devinciendos esse.]

DEVINCO, ncis, ici, ictum, n. 3. *to conquer, vanquish, subdue*, κατανικάω, vinco, supero. *Cic. de Senect.* c. 13. Qui Pœnos classe primus devicerat. *Id.* 2. *de nat. Deor.* cap. 2. Crotoniatas Locri maximo prœlio devicerunt. *Plaut. Pseud.* 2. 3. 12. Centum hominum consilia sola devicit Fortuna. *Nepos in Annib.* c. 1. Multorum obtrectatio devincit Fortuna. *Nepos in Annib.* c. 1. Multorum obtrectatio devicit unius virtutem. *Senec. in Herc. Œt.* v. 53. Devincere feras. Adde *Stat.* l. 5. silv. 5. v. 63. [¶ Particip. *devincendus* apud *Justin.* l. 25. c. 4. Ad devincenda regna invictus habebatur.]

DEVINCTĬO, onis, f. *a binding, tying, fastening.* *Tertull. de Spectac.* c. 2. Homicidium magicis devinctionibus perficere. *h. e.* incantamentis.

DEVINCTUS, a, um, *bound, tied*, vinctus, καταδεδεμένος. *Cic. in Bruto*, c. 60. Devinctus fasciis. *Sil.* l. 11. v. 117. Devinctus colla catenis. *Tibull.* l. 2. el. et vers. 5. Devinctus tempora lauro. *Plin. in Proœm.* l. 7. Manibus pedibusque devinctis. *Id. l.* 36. c. 22. *ad fin.* Silex ad structuram infidelis, nisi multa suffrenatione devinctus. ¶ Translate *Cic.* 3. *Fam. ep. ult.* Ea studia, quibus uterque nostrum devinctus est. *h. e.* deditus. *devoted.* *Id. de clar. Orat.* c. 12. Nec in impeditis, et regum dominatione devinctis nasci cupiditas dicendi solet. *subject to.* *Id. de Provin. consul.* c. 8. Nationes nondum legibus, nondum jure certo, nondum satis firma pace devinctæ. *united together.* *Id. Agrar.* 1. c. 5. Italiam omnibus vinclis devinctam et constrictam tenere. *Senec.* ep. 83. *circa med.* Non est animus in sua potestate, ebrietate devinctus. *Stat.* 9. *Theb.* v. 808. juveni devinctus amore pudico. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 92. Animus uxoris misericordia devinctus. *Plin.* l. 7. ep. 9. *ad fin.* Metri necessitate devinctus. *obliged.* *Sueton. in Domit.* c. 22. Devinctus nuptiis. *united in marriage.* *Id. in Aug.* c. 16. Arcto somno devinctus. ¶ Sæpe refertur ad officia, et beneficia, quibus alicui quis obnoxius redditur, *obliged, obligated, gained over, bound fast.* *Cic. Fam.* 1. ep. 7. *ante med.* Vir tibi tua præstanti in eum liberalitate devinctus. *Id. Fam.* 6. ep. 11. Devinctus beneficio. et ep. 10. Devincti magnis meis veteribus officiis. *Id. pro Planc.* c. 18. Suffragia largitione devincta. *Id. pro Cluent.* c. 64. Nuptiis alligatus, et testamenti spe devinctus. *Id. pro Arch.* c. 3. *extr.* Totam Hortensiorum domum devinctam consuetudine tenere. *Curt.* l. 6. c. 4. Devinctus meritis alicujus. ¶ Absolute *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 42. animæ, quales nec candidiores Terra tulit, neque queis me sit devinctior alter. *more closely attached.* Adde *Q. Cic. de petit. Consul.* c. 5. *sub fin.*

DEVĬO, as, avi, atum, n. 1. *to go out of the way, turn out of the right road*, ἀφαμαρτάνω, de via decedo, a recta via deflecto, discedo. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 22. Si a medio deviaverit. Adde *Augustin.* l. 1. *de Doctr. Christ.* cap. 36. *in fin.* ¶ Translate est abire, *to depart, go off.* *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 15. Paululum a gravitate Homerica deviare. *Symmach.* l. 9. ep. 121. (*al.* 131.) A quorum definitione non decet deviare. *Auson. de clar. professorib.* n. 5. *extr.* Filia non devians.

DEVIRGINATĬO, onis, f. primus virginis concubitus. *Scribon. Larg. compos.* 18.

DEVIRGINĀTUS, a, um, adject. corruptus primo concubitu, ut Devirginata ancilla, *Paul. Dig.* lib. 1. tit. 18. *de Offic. Præsid. leg. ult.*

DEVIRGĬNO, as, a. 1. *to devirginate, deflower*, διακορέω, est virginitate privare, virginem vitiare. *Petron. in Satyr.* c. 25. et *Hygin.* fab. 23. ¶ Devirginari olim pueri dicebantur, cum ex ephebis exibant. *Varr.* apud *Non.* c. 6. n. 57.

DEVITATĬO, onis, f. *an avoiding*, ἐκφυγή, actus devitandi. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 2. Facilior devitatio legionum fore videtur, quam piratarum.

DEVĪTĀTUS, a, um, *avoided, shunned*, vitatus. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 7. *ante med.* Ero in Formiano, ne devitatum se a me putet.

DEVĪTO, as, a. 1. *to avoid, shun*, ἐκφεύγω, declino, valde vito, ut *Fest.* exponit. *Cic. Verr.* 2. c. 3. Ut procellam temporis devitaret. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 26. Devitare dolorem. *Horat.* l. et ep. 1. v. 43. vides, exiguum censum, turpemque repulsam Quanto devites animi, capitisque dolore. *Terent. Phorm.* 1. 4. 3. Devitare mala. *Sueton. in Tiber.* c. 11. suspicionem æmulationis. *Scrib. Larg. compos.* 199. Ut et ipse devitet, ne per ignorantiam sumat. *Senec. in præfat.* l. 3. *excerpt. controv. a med.* Non minus devito supervacua dicere, quam contraria. [¶ Particip. *devitans* apud *Suet. in Aug.* c. 92. Nihil in hoc quidem aliud devitans, quam δυσφημίαν nominis.]

DEVĬUS, a, um, *out of the way, that lies or dwells out of the way, retired, sequestered, devious*, qui de via decedit, et qui procul a via habitat: diciturque tum de personis, tum de rebus, locisque. *Cic. Phil.* 2. c. 41. Anagnini cum essent devii, obviam ei descenderant. *Liv.* l. 34. c. 20. Lacetani, devia et silvestris gens. *Id.* l. 3. c. 13. In devio tugurio vivere. et lib. 26. c. 8. *in fin.* Ut commeatus ex agris deviis in viam proferret. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 27. procul hæc regio est, et ab omni devia cursu. *Id. Heroid.* ep. 2. v. 118. Et cecinit mœstum devia carmen avis. *h. e.* a parte cæli sinistra, et ominosa. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 10. Ut Trebonius itineribus deviis proficisceretur in provinciam. *Sueton. in Aug.* c. 16. Devii tramites. *Propert.* l. 2. el. 15. v. 2. Devia rura. *Tibull.* l. 4. carm. 3. v. 2. Devia montis. *subaudi* loca. Sic *Lucan.* l. 4. v. 161. Devia terrarum. et *Valer. Flacc.* l. 3. v. 49. Per devia. *Horat.* l. 1. od. 17. v. 6. Deviæ olentis uxores mariti. *h. e.* capræ, quæ via aberrare delectantur. *Stat.* 9. *Theb.* v. 804. Equus devius. *h. e.* qui saltu de loco deflectit. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 4. *sub fin.* Si nos amas in Pompeianum venito: id et nobis erit perjucundum, et tibi non sane devium. ¶ Item impervius, clausus, qui adiri non potest. [† ἄβατος.] *difficult of access, inaccessible.* *Propert.* l. 4. el. 9. v. 27. Devia puniceæ velabant limina vittæ. ¶ Translate dicitur de eo, qui a recta ratione deflectit. *deviating from reason, erroneous.* *Cic. Phil.* 15. c. 13. Homo amentissimus atque omnibus consiliis præceps ac devius. *Id. de Amic.* c. 25. Quid potest esse tam flexibile, tam devium, quam animus ejus, qui ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum convertitur? *Id. in fragm.* apud *Lactant.* l. 6. c. 24. Si liceret, ut iis, qui in itinere deerravissent, sic vitam deviam secutos corrigere errorem pœnitendo. *Lactant.* l. 7. c. 7. Nullam sectam fuisse tam deviam, quæ non viderit aliquid ex vero. *Claudian.* ep. 1. *ad Adrian.* v. 7. Me timor impulerit, me devius egerit ardor. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 7. v. 29. tantummodo femina non sit Devia, nec scriptis discat amare tuis. *h. e.* non declinet ab honestate vitæ, non discedat in vitia. *deviating from the path of rectitude.* ¶ Poetice cum genitivo jungitur. *Sil.* l. 1. v. 57. exsuperans astu, sed devius æqui. *Id.* l. 8. v. 318. Devia recti pectora. *Martian. Capell. init.* lib. 3. *in carm.* Devius promissi es. ¶ *Devium scortum* apud *Horat.* l. 2. od. 11. v. 21. est non vulgare, neque omnibus expositum. ¶ Quasi devium aliquid loqui apud *Plin.* l. 5. ep. 6. *ad fin.* est *foreign from the purpose.*

DEUNGO, is, nxi, nctum, a. 3. idem quod ungo, *to anoint, besmear*, ἀλείφω. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 85. Tu oleum haud magni pendis: vino te deungis. Al. leg. *Devincis.* Alii *Ted ungis.*

DEUNX, uncis, m. *an as wanting an ounce, eleven ounces*, undecim unciæ: a *de* privativa, et *uncia*, quasi ab asse, seu libra, dempta uncia, ut *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 36. docet. Dicitur autem tum de pondere, quando ad libram uncia deest. *Rhemn. Fann. de ponderib.* v. 45. Uncia nam libræ si deest, dixere deuncem. ¶ Tum de toto aliquo, cui una ex duodecim pars demitur. *eleven twelfths of any thing.* *Colum.* l. 5. c. 1. Partes duæ tertiæ et una quarta habent pedes viginti sex millia, et quadrigentos: hoc est deunx. Jugerum habet pedes viginitiocto millia, et octingentos: hoc est as. *Cic. pro Cæcin.* c. 6. Facit heredem ex deunce et semuncia Cæcinam. *heir to eleven twelfths of his fortune.* *Pers.* sat. 5. v. 149. Quid petis? ut nummi, quos hic quincunce modesto Nutrieras, pergant avidos sudare deunces. *bring you in eleven per cent.* ¶ Tum de vase, quod undecim cyathos contineat: quia si his unum addas, sextarius fit. Nam cyathus est sextarii pars duodecima. *Martial.* l. 12. epigr. 28. Poto ego sextantes: tu potas, Cinna, deunces: Et quereris, quod non, Cinna, bibamus idem. Adde lib. 6. epigr. 78.

DEVŎCO, as, avi, atum, a. 1. *to call down, fetch down by calling*, μετακαλέω, vocando deduco, sive inde, aut deorsum voco. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 6. Socrates primus Philosophiam devocavit e cælo. *Horat.* epod. 17. v. 5. Refixa cælo devocare sidera. *Plin.* l. 28. c. 2. Sacrificio Jovem cælo devocare. *Liv.* l. 4. c. 39. *ad fin.* Devocare suos ab tumulo. *Id.* l. 6. c. 20. Capitolium spectans, Jovem deosque alios devocasse ad auxilium fortunarum suarum. ¶ Item simpliciter vocare, invitare. *Nepos in Cimon.* c. 1. Quotidie sic cœna ei coquebatur, ut quos invocatos vidisset in foro, omnes devocaret. *Valer. Max.* l. 6. c. 5. n. 5. Devocare aliquem in judicium. *to summon.* *Id.* l. 3. c. 2. n. 21. aliquem in certamen. ¶ Item detrahere, elicere. *Plin.* l. 30. c. 12. *a med.* Vermes terreni lac devocant poti cum mulso. *bring or draw down.* ¶ Item revocare, *to recall.* *Cic. de provinc. consul.* c. 12. Devocare aliquem de provincia. ¶ Translate *Cic. pro leg. Manil.* c. 14. Non avaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam devocavit, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem. *h. e.* revocavit, deflexit, avocavit, abduxit. *Plin.* l. 34. c. 8. *de Perillo.* In hoc a simulacris deum hominumque devocaverat humanissimam artem. *h. e.* ut taurum æneum faceret. *Phædr.* l. 1. fab. 20. et l. 3. fab. 5. Stultum consilium ad perniciem mortales devocat. *h. e.* pertrahit. *draws on.* *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 6. Suas exercitusque fortunas in dubium devocare. *h. e.* in discrimen adducere. *Senec.* l. 6. *de Benef.* c. 27. Vis, illum subjici tibi jactura rerum suarum, et status mutatione in id devocari, ut &c. *h. e.* eo redigi, ut &c. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 3. Devocare quempiam in suspicionem. *to render an object of suspicion.* *Valer. Max.* l. 2. c. 7. n. 8. Coactus est rem ad populum devocare. *h. e.* deferre, et ad populum confugere. *to refer the matter to.* [¶ Particip. *devocaturus* apud *Cæs. de bell. Gall.* l. 6. c. 6. Devocaturus in dubium fortunas suas.]

DEVŎLO, as, avi, atum, n. 1. *to fly down, fly away*, καθίπταμαι, ex loco superiori in inferiorem volo. *Plaut. Amph.* 5. 1. 56. Devolant angues jubati deorsum in im

pluvium. *Liv.* l. 7. c. 12. *ad fin.* Qui nihil agenti sibi de cælo devolaturam in sinum victoriam censeat. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 420. Et Jovis in multas devolat ales aves. ¶ Item celeriter descendo, decurro, festino. *to descend quickly, run down, hasten. Liv.* l. 3. c. 15. Præcipites pavore in forum devolant. *Id.* l. 2. cap. 29. Devolant de tribunali, ut lictori auxilio essent. *Lucr.* l. 6. v. 203. mobilis ille Devolat in terram liquidi color aureus ignis. *Cic. pro Quint.* c. 30. Ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam devolare. *h. e.* celeriter transire. ¶ Item accurro. *Petron. in Satyr.* cap. 105. Raptimque ad puerum devolat. ¶ Item avolo, discedo. *Auct. ad Heren.* l. 4. c. 17. Simul ac fortuna dilapsa est, devolant omnes.

DEVOLVO, is, olvi, olutum, a. 3. *to roll or tumble down*, κατακυλίω, deorsum volvo, volvendo dejicio, ex loco superiore depello. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* cap. 11. Oppidani saxa quam maxima possunt, vectibus promovent, præcipitataque muro in musculum devolvunt. *et mox.* Cupas de muro devolvere. *Curt.* l. 4. c. 3. *extr.* Clypeos æneos e muris devolvere. *Quintil.* l. 12. c. 10. Amnis saxa devolvens. *carrying along with its stream. Ovid.* 7. *Metam.* v. 573. *de pestilentia affectis.* si prohibent consistere vires, Corpora devolvunt in humum. *h. e.* prosternunt. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 234. seque toris misero luctamine trunci Devolvunt. *throw themselves down.* ¶ *Devolvi* est decidere, præcipitem cadere, *to fall down, roll headlong. Liv.* l. 21. c. 33. Inde ruinæ maximæ modo jumenta cum oneribus devolvebantur. *Curt.* l. 7. c. 11. Cum ii, quos instabilis gradus fefellerat ex præcipiti devolverentur. *Id.* l. 5. c. 3. et *Colum.* l. 1. c. 5. Tigris mille stadia silvestribus ripis præceps inter saxa devolvitur. ¶ Pro simplici volvere, seu volvendo deducere, *Virg.* 4. *Georg.* v. 348. dum fusis mollia pensa Devolvunt. *draw down with spindles, wind off, spin.* ¶ Et pro festinanter deorsum ducere, *Lucan.* l. 1. v. 491. Devolvit rapidum nequicquam mœnibus agmen. ¶ Et pro abscindere, et projicere, *Catull.* carm. 62. *de Aty,* v. 5. Devolvit illa acuto sibi pondera silice. ¶ Translate *Liv.* l. 1. c. 47. Facesse hinc Tarquinios, aut Corinthum: devolvere retro ad stirpem, fratri similior, quam patri. *h. e.* redi, revertere. *Colum. in proœm.* l. 1. *ad fin.* Ad otium et inertiam devolvi. *h. e.* dare se otio. *Cic. Phil.* 7. c. 4. Postridie ad spem estis inanem pacis devoluti. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 10. *de Pindaro.* per audaces nova dithyrambos Verba devolvit. *h. e.* torrentis more profundit. *Liv.* l. 5. c. 11. Eo devolvi rem, ut aut patricii, aut patriciorum asseclæ habendi tribuni plebis sint. *h. e.* eo paulatim redigi. *Plaut. Men.* 5. 5. 5. Quem ego, si quidem vivo, vita devolvam sua. *h. e.* vita privabo. ¶ *Devolvi ad aliquem*, transire. V. *Devolutus.*

DEVOLŪTUS, a, um, *rolled or tumbled down. Liv.* 28. c. 6. *a med.* Velut monte præcipiti devolutus torrens. *Curt.* l. 9. c. 4. *extr.* Devoluti scalis. *Plin.* l. 27. c. 12. *ad fin.* Datur decoctum ejus ad rupta, et devolutis ex sublimi. *Catull.* carm. 58. *de Rufa* v. 4. Devolutum ex igne prosequens panem. *h. e.* qui ex igne decidit. ¶ Translate *Senec.* l. 2. controv. 9. *post init.* Ex summis opibus ad egestatem devolutus. *tumbled down, reduced. Sueton.* (*seu quicumque auctor est*) *in vita Lucani.* Ad humillimas devolutus preces. *Valer. Max.* l. 3. c. 4. n. 1. in dedecus. *fallen into disgrace. Apul. in Apolog.* ampliuscula fortuna. *Paul. Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 45. *ad fin.* Bona ad fiscum devoluta. *forfeited to the prince's private purse.* et *Ulpian.* lib. 43. tit. 23. leg. 18. *ante med.* Prædii dominium ad aliquem devolutum. ¶ Apud *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 23. *devoluta tonitrua* sunt saxa, aliave pondera, quæ post scenam devolvebantur, ut fragorem strepitumque tonitruum imitarentur. *imitative thunder which they used on the stage.* V. *Claudianus, a, um.* ¶ Tmesim esse volunt in illo *Catulli* carm. 68. *ad Manl.* v. 59. qui (*rivus*) cum de prona præceps est valle volutus.

DEVŎMO, is, ui, itum, a. 3. idem quod vomo, *to vomit forth. Cæcil.* apud *Gell.* l. 3. c. 23. Ut devomas vult, quod foris potaveris.

DEVORATĬO, onis, f. *a devouring. Tertull. de Resurr. carn.* c. 54. Devorationem ad perditionem carnis arripiunt.

DEVORĀTOR, oris, m. *a devourer,* καταφαγής. *Tertull. de Resurr. carn.* c. 32. De ipsis devoratoribus exactio indicitur.

DEVORATORĬUS, a, um, adject. ad devorandum pertinens. *Tertull. de Idololatr.* c. 1. Crimina devoratoria salutis.

DEVORĀTUS, a, um, *gulped down, swallowed down, eaten up, devoured, ingurgitated,* voratus. *Plin.* l. 26. c. 6. Fumus per arundinem haustus et devoratus. *Id.* l. 20. c. 23. *ad fin.* Succus devoratus. *Id.* l. 10. c. 1. Devorata concoquere. ¶ Translate *Cic. in Pison.* c. 37. Accepta et devorata pecunia. *wasted, consumed. Id. pro Flacc.* c. 24. Spe devoratum lucrum. *Id. Phil.* 13. c. 2. Beneficia Cæsaris devorata. *Apul.* l. 2. et 9. *Metam.* Devoratus pudor. *thrown or laid aside.*

DEVŎRO, as, avi, atum, a. 1. *to devour, eat up, swallow greedily, gulp down, ingurgitate,* κατεσθίω, καταφάγω, cibum ex ore in stomachum demitto, voro, deglutio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. Stomachi partes, quæ sunt infra id, quod devoratur, dilatantur; quæ autem supra, contrahuntur. *Cato R. R.* c. 71. Bos si ægrotare cœperit, dato ei ovum gallinaceum crudum: integrum facito devoret. *Cels.* l. 2. c. 6. Qui devorare salivam suam non potest. *Id.* l. 4. cap. et sect. 4. Laseris paululum devorare opus est. *Plin.* l. 8. c. 10. Elephantes devorant lapides. *Id.* l. 17. c. 14. Raptim devorare aliquid. *Id.* l. 24. *c. ult.* Strangulari pullos avidius devorantes. ¶ Translate est exedere, consumere. *Justin.* l. 14. c. 4. *a med.* Devorent vos arma vestra, quibus plures vestros, quam hostium duces absumpsistis. *Plin.* l. 10. c. 3. *extr.* Aquilarum pennæ mixtas reliquarum alitum pennas devorant. ¶ Item absorbere, dehiscendo excipere. *Vitruv.* l. 10. c. 6. Propter viarum mollitudinem non confisus carris, ne rotæ devorarentur. *Plin.* l. 2. c. 91. Terra devoravit Cybotum, altissimum montem, cum oppido Curite. *Id.* l. 31. c. 1. Terras devorant aquæ. *Ovid.* l. 5. *Trist.* el. 2. v. 74. vel me Zanclæa Charybdis Devoret. *swallow up, ingulf. Id. Heroid.* ep. 3. v. 63. Devorer ante, precor, subito telluris hiatu. *Plin.* l. 20. *in proœm.* Sol aquas devorans. *h. e.* exsiccans. *Solin.* c. 52. (*al.* 65.) Gangis altitudo, ubi vadosissimus est, mensuram centum pedum devorat. ¶ Item avide aliquid accipere sive oculis, sive mente, &c. *Cic. pro Sext.* c. 10. Verbum ipsum voluptatis omnibus modis animi et corporis devorabat. *Id. Attic.* l. 7. ep. 3. Quid enim tibi faciam, qui illos libros devorasti? [† *h. e.* Tam cupide legisti. Sic *Fin.* 3. 2. Cato dicitur *heluari libris*, si modo recta sit ibi lectio.] *Plaut. Asin.* 3. 3. 59. Auscultate, atque operam date, et mea dicta devorate. *Justin.* l. 21. c. 5. Quod emere non poterat, oculis devorare. *Martial.* l. 1. epigr. 97. Oculi devorantes. ¶ Item sustinere, ferre, tolerare. *to bear, support, endure. Cic.* 6. *Phil.* c. 6. Exspectate legatorum reditum, et paucorum dierum molestiam devorate. *Id. in Bruto,* c. 67. Hominum ineptias et stultitias, quæ devorandæ nobis sunt, non tulit. *Quintil.* l. 11. c. 2. *a med.* Devoret initio tædium illud, scripta sæpius revolvendi. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 538. obmutuit illa dolore, Et pariter vocem lacrimasque introrsus obortas Devorat ipse dolor. Adde 4. *Fest.* v. 846. et *Senec.* 3. *de Ira* c. 14. *ad fin.* ubi *devorare verba* est continere, neque in querelas aut maledicta erumpere. et epist. 66. *a med.* Animi firmitas sub tortore gemitus devorans. Sic *Tertull. de resurr. carn.* c. 54. Bilem et dolorem dicimur devorare, id est abscondere ac tegere, et intra nosmetipsos continere. ¶ Item consumere, absumere, *to waste, consume. Cic.* 5. *Verr.* c. 76. Non reperietis hominem timide nec leviter hæc improbissima lucra ligurientem: devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit. *Id. Attic.* l. 1. ep. 16. *a med.* Ille regis hereditatem spe devorarat. *Id. pro Dom.* c. 23. Omnium locupletum fortunas spe et avaritia devorasses. *Quintil.* docet l. 8. c. 6. *hominem devorari* metaphorice dici, cujus patrimonium consumitur. *Acc.* apud *Non.* c. 2. n. 226. Animam devorabo hostibus. ¶ Devorare verba, *to eat his words, mumble,* non explicate proferre, sed intus et in gula continere, *Quintil.* l. 11. c. 3. ¶ Devoratur vox, *is swallowed up; is lost. Plin.* l. 11. c. 51. In theatrorum orchestris, scobe, aut arena superjecta, vox devoratur. ¶ *Devorare orationem alicujus* aliquando est audire, et non intelligere: ducta translatione ab iis, qui integros cibos vorant, neque, quem habeant gustum, percipiunt. *Cic. in Bruto,* c. 82. Ejus oratio nimia religione attenuata, doctis et attente audientibus erat illustris: a multitudine autem et a foro devorabatur. ¶ Devorasse nomen alicujus apud *Plaut. Trinum.* 4. 2. 63. dicitur is, qui oblitus est. ¶ Videtur nonnullis habere obscenum sensum apud *Plaut. Asin.* 2. 2. 71. (eum nempe, quem habet *voro* apud *Catull.* carm. 33. *ad Vibenn.* &c. et carm. 80. *ad Gell.*) aliis non item videtur. [¶ Particip. *devoraturus* apud *Plaut. Rud.* 2. 6. 60. Jam postulabas, te totam Siciliam devoraturum insulam.]

DEVORTĬUM, ii, n. pro *divortium* quidam scribi malunt, leguntque apud *Tacit. in Agric.* c. 19. et *Tertull. de Anim.* c. 19. et *in Apolog.* c. 37. et alibi, quia est a *deverto,* seu *devorto,* de quo supra suo loco.

DEVOTAMENTUM, ti, n. *an anathema, curse pronounced by ecclesiastical authority,* anathema, devotio. Est *Tertull. advers. Gnost.* cap. 2.

DEVOTĀTUS, a, um, incantamentis ligatus, *enchanted, charmed.* Est *Apuleii de herb.* cap. 7.

DEVŌTE, adverb. *devoutly,* devovendo, et addicendo, atque obligando se, obnoxie, atque adeo pie, religiose, si de Deo sermo sit. *Lactant.* l. 2. c. 6. et lib. 6. c. 9. *extrem.* Deo pareamus: huic devotissime serviamus. *Augustin.* ep. 86. *cap. pænult.* Sabbati jejunium devotissime celebrare.

DEVOTĬO, onis, f. *a devoting, consecrating,* actus devovendi, votum, destinatio, oblatio, consecratio, dedicatio, καθιέρωσις, κατευχή. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 6. Tu autem etiam Deciorum devotionibus placatos deos esse censes. *Id. post redit. ad Quirit.* c. 1. Ejus devotionis me esse convictum, maxime lætor. *h. e.* ejus voti, quo me diis pro salute populi R. obtuli. *Id. pro Dom. c. pænult.* Hanc ego devotionem capitis mei, cum ero in sedes meas restitutus, tum denique convictam esse et commissam putabo. *h. e.* votum, quo objeci caput meum pro republ. *Id. pro Rabir. Post.* c. 1. In devotione vitæ imitatus est P. Decium filius. ¶ Item dedita fides, et addictum studium, ac voluntas, qua alicui addicimur, et veluti consecramur. *fealty, allegiance, devotedness. Nemesian. in Cyneg.* v. 86. et milite multo Agmina, quis fortes animat devotio mentes. *Veget.* l. 1. *de re milit. c. ult.* Hæc fidei ac devotionis intuitu, Imperator invicte, de universis auctoribus congessi. et l. 3. c. 4. Devotionem et moderationem custodire *addictedness, obedience. Capitolin. in Maxim. et Balb.* c. 11. Non tacenda hoc loco devotio est Aquileiensium pro Romanis. ¶ Hinc a Christianis Scriptoribus sumitur pro pietate atque observantia in Deum. *devotion. Lactant.* l. 2. c. 11. *a med.* Deo Patri summa devotione servire. Adde *de mortib. persecut.* c. 16. ¶ Item pro ratione cultus et religione. *Lamprid. in Heliogab.* c. 3. Dicebat præterea, Judæorum religiones, et Christianorum devotionem illuc transferendam. ¶ Est etiam votum, ac fausta precatio, atque omen. *Apul.* l. 11. *Metam.* Donec muneribus largis et devotionibus faustis completa navis pelago redderetur. ¶ Item dira imprecatio, exsecratio, *an imprecation, execration, curse,* qua iræ deorum, et ultioni aliquem addicimus, et veluti sacrum caput malis omnibus destinamus. *Nepos in Alcib.* c. 6. Iidem illi Eumolpidæ sacerdotes rursus resacrare sunt coacti, qui eum devoverant: pilæque illæ in quibus devotio fuerat scripta, in mare præcipitatæ. Adde *Petron. in Satyr.* c. 103. Hujus *devotionis* exemplum habes apud *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 9. ¶ Hujusmodi sunt etiam incantamenta, queis sagæ quempiam Diris defigunt, et fascinationibus corrumpunt, carminibus adhibitis exsecratione plenis, *sorcery, witchcraft, charms, magic spells. Sueton. in Calig.* c. 3. et *Tacit.* 4. *Ann.* c. 52. Veneficiis et devotionibus impugnari se comperit. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 13. Devotionibus et veneno perimere. *Id.* 12. *Ann.* c. 65 Petere conjugium Principis devotionibus. *to aspire by magic arts to. Apul.* l. 1. *Metam.* Devotionibus sepulcralibus in scrobem procuratis. *h. e.* feralibus imprecationibus.

DEVŌTO, as, a. 1. frequent. ex devoveo. [*Plaut. Cas.* 2. 6. 36. Credo, hercle, devotabit sortes, si attigerit.] *Cic. Parad.* 1. c. 3. Quæ vis patrem Decium, quæ filium devotavit, ac immisit in armatas hostium copias? *Al. leg.* devovit. *Minuc. Fel. in Octav.* c. 28. Asinos in stabulis cum vestra Epona consecratis, et eosdem cum Iside religiose devotatis. *Al. leg.* decoratis. ¶ Item votis vocare, invocare. *Apul.* l. 9. *Metam.* Cuncta cæli numina, quæ dejerando temere devotasti.

DEVŌTOR, oris, m. et

DEVŌTRIX, icis, f. sola auctoritate *Servii* Grammatici adhuc fulciuntur. Scribit enim *ad* 4. *Æn.* v. 607. Jam utitur imprecationibus, hoc est devotionibus: unde et devotor et devotrix dicitur, qui imprecatur.

DEVŌTUS, a, um, *vowed, devoted, destined, doomed, dedicated,* κατωργιασμένος, καθιερωθείς, voto promissus, consecratus, destinatus. *Horat.* l. 3. od. 23. v. 10. Victima devota. *Id.* l. 4. od. 14. v. 18. Devota morti pectora. *Virg.* 1. *Æn.* v. 716. Phœnissa infelix, pesti devota futuræ. *Martial.* l. 6. epigr. 73. Arma devota focis. *Propert.* l. 2. el. 21. v. 23. Andromede monstris devota marinis. et lib. 4. el. 9. v. 67. Ara devota. *Liv.* l. 8. c. 9. Decius devotus pro exercitu. *Cic. de Harusp. resp.* c. 3. *extr.* T. Annio devota et constituta ista hostia videtur. *Id. Catil.* 1. c. 6. *extr.* Quæ quidem sica quibus abs te initiata sacris, ac devota sit, nescio. *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 62. Devotæ flavi verticis exsuviæ. *Auson. in Parent.* n. 6. v. 8. Devota virginitas. Adde n. 26. v. 3. ¶ Item fide, voluntate, obsequio alicui addictus, deditusque, *devoted, given up, attached. Senec.* l. 3. *de Benef.* c. 5. Nemo non deditum se et devotum professus est. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 22. Cum sexcentis devotis, quorum hæc est conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiæ dederint, &c. *Tiber.* apud *Sueton. in ejus vita,* c. 67. Si quando de moribus meis devotoque vobis animo dubitaveritis. *Juvenal.* sat. 9. v. 71. Deditus tibi devotusque cliens. *Senec.* l. 5. *de Benef.* c. 17. Respublica ingrata fuit in optimos et devotissimos sibi. *Claudian. de B. Gildon.* v. 289. quando non ille jubenti Paruit? an quisquam nobis devotior exstat? *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 259. n. 1. Imp. Cæsari M. Aurelio Antonino, &c. A. Ellycinus devotissimus numini ejus. Adde pag. 263. n. 3. Hinc illæ notæ, *D. N. M. Q. ejus,* quæ habentur *ibid.* n. 7. et alibi sæpe, leguntur que, *devotus numini majestatique ejus,* ut expressæ habentur *ibid.* pag. 290. n. 1. et alibi. ¶ Item impense studiosus, *fond of, partial to. Sueton. in Calig.* c. 30. Devotus scenæ arenæque. *Phædr.* l. et fab. 4. v. 6. Devota vino mulier. ¶ Item paratus ad subeunda discrimina. *Lucan.* l. 4. v. 533. stabat devota juventus, Damnata jam luce ferox, securaquæ pugnæ. *Id.* l. 3. v. 311. Accipe devotas externa in prœlia dextras. ¶ Item pius, religiosus. *Hieronym.* ep. 27. *ad Eustoch.* c. 1. Devota Christo filia. *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach. in fi.* Sit devota Deo Roma. *Auson.* Edyll. 1. v. 2. devota pii celebrant jejunia Mystæ. ¶ Item diris et imprecationibus petitus, exsecrationibus oneratus, et deorum iræ et malis objectus, *execrated, accursed, detestable.* V. *Devotio. Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 9. Devotam facere civitatem. et *ibid.* In antiquitatibus hæc oppida inveni

devota, Tomos, Fregellas, Gabios, &c. (V. ibi devovendi formulam.) *Horat.* l. 3. od. 4. v. 27. Me devota non exstinxit arbor. *Id.* epod. 16. v. 9. Impia devoti sanguinis ætas. *Ovid. in Ibin*, v. 470. Saxaque devotum grandine plura petant. *Id. Heroid.* ep. 6. v. *extr.* Vivite devoto femina virque toro. et epist. 9. v. 153. Devota domus. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 30. Tu quoque devotos, Bacche, relinque lacus. *Justin.* l. 9. c. 3. Scythica, velut devota, spolia pæne luctuosa Macedonibus fuere. *Id.* l. 11. c. 4. Devota capita. *Catull.* carm. 63. *de Nupt. Pel. et Thet.* v. 135. devota domum perjuria portas. *h. e.* propter quæ malis omnibus objicieris. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 45. semina jubens Spargere devota lata per arva manu. *h. e.* destinata exitio. Tu enim ipse certo periturus eras, illa semina spargendo, nisi ego opem tulissem. ¶ Item veneficis carminibus defixus, *charmed, bewitched, enchanted:* præcipue vero qui incantamentis ita corruptus est, ut masculam virtutem amiserit. *Tibull.* l. 1. el. 6. v. 5. Tunc me devotum descendens femina dixit. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 7. v. 27. Corpora Thessalico languent devota veneno.

DEVOVEO, oves, ovi, otum, a. 2. *to vow*, εὔχομαι, καθυπισχνοῦμαι, idem quod voveo, vel omnino, aut solemniter voveo, sancte promitto. *Cic.* 3. *Offic.* c. 25. Agamemnon cum devovisset Dianæ, quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 16. Marti ea, quæ bello ceperunt, plerumque devovent. ¶ Item prævio voto, morti dare, malis et diris omnibus objicere, quod fiebat certo quodam carmine (cujus exemplum habetur apud *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 9.) quo se, qui devovebantur, tradebant iræ Numinum, et quæcumque casura essent mala civitati aut reipublicæ, pro qua devovebantur, in caput suum voto ac precibus transferebant, simulque morti et omnibus infortuniis dedebant hostium exercitus, resque omnes, et singula quoque interdum eorum capita: ut fecere Decii pater et filius, de quibus V. *Liv.* l. 8. c. 9. et lib. 10. c. 28. Ritus et formulam se hac ratione devovendi idem *Liv. cit.* l. 8. c. 9. describit. Mos etiam quibusdam civitatibus fuisse legimus, ut unum aliquem quotannis miserum hominem in vinculis haberent, omnibusque deliciis saginarent, denique lapidibus obruerent, omnibus oneratum imprecationibus, rati, omne sic malum quod civitati immineret, in infelix illud caput translatum iri, et rempublicam calamitatibus defunctam prosperam futuram. De Abderitis hoc innuit *Ovid.* ubi ait, *in Ibin*, v. 469. Aut te devoveat certis Abdera diebus, Saxaque devotum grandine plura petant. *Liv.* l. 18. c. 18. *ad fin.* Quos sacerdotes ad mortem devovissent. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 3. *ad fin.* Quidam imperatores etiam se ipsos diis immortalibus capite velato, verbis certis, pro republ. devoverunt. ¶ Hinc *devovere aliquem* sæpe est detestari, abominari, exsecrari, diras alicui imprecari, *to devote to destruction, curse, accurse*, κατεύχομαι, ἀναθεματίζω. *Ovid. in Ibin*, v. 55. Nunc quo Battiades inimicum devovet Ibin, Hoc ego devoveo teque tuosque modo. *Nepos in Alcib.* c. 4. Postquam se capitis damnatum, bonis publicatis audivit, et sacerdotes a populo coactos, ut se devoverent, &c. *Petron. in Satyr. c. ult.* Quibus animis devovent spiritum meum, eisdem etiam corpus consumant. ¶ Item incantamentis, et veneficiis defigere, et ligare, *to affect or hurt by enchantments, bewitch, charm:* præsertim vero magicis artibus ad amorem impellere, vel ab eo retrahere. (V. dicta in *Devotus.*) *Tibull.* l. 1. el. 9. v. 17. Num te carminibus, num te pollentibus herbis Devovit tacito tempore noctis anus? *Ovid.* 3. *Amor.* el. 7. v. 79. Aut te trajectis Ææa venefica lanis Devovet. *enchants by piercing an image of wool.* ¶ Translate est polliceri, destinare, objicere se, vitam, bona pro salute alterius. *to promise, doom, devote.* *Virg.* 11. *Æn.* v. 440. vobis animam hanc, soceroque Latino Turnus ego devovi. *Cic. post. redit. ad Quirit.* c. 1. Cum me fortunasque meas pro vestra incolumitate, otio, concordiaque devovi. ¶ Item dare, addicere, obstringere. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 22. Devovere se amicitiæ alicujus. *Curt.* l. 9. c. 6. *extr.* Devovere se gloriæ. ¶ Item sacrare, destinare. *Petron. in Satyr.* c. 82. Dum frequentius manum ad capulum, quem devoveram, refero. ¶ Item proscribere, ad necem damnare. *to proscribe.* *Curt.* l. 8. c. 6. Omnium devotis capitibus, qui sanguine contigissent eos. [¶ Particip. *devoturus* apud *Quintil.* l. 5. c. 6. Causa litis, propter quam devoturus se ipse non fuerit.]

DEŪRO, is, ussi, ustum, a. 3. *to set on fire, burn*, κατακαίω, ἐκπυρόω, idem quod uro, vel penitus uro. *Liv.* l. 39. c. 2. Agros vicosque deurere et depopulari. *Auct. de B. Hispan.* c. 27. Deurere oppidum. *Gell.* l. 1. c. 19. Tres libros ex novem deussit. ¶ Etiam frigori tribuitur. *to nip, pinch, blast.* *Curt.* l. 8. c. 9. Quæ sunt propriora mari, aquilones maxime deurunt. *Liv.* l. 40. c. 45. Hiems arbores deusserat. ¶ Et serpentum afflatibus. *Senec. de Clem.* c. 15. Ubi serpens fontes potu infecit, et si afflavit, deurit, obteritque, quacumque incessit. *scorches, poisons, envenoms.*

DEUS, i, m. *a god, deity, or divinity; God, the Deity*, Θεὸς, supremum numen, conditor, dominus, et rector rerum omnium: a voce Græca allata, eo modo, quo *fera* a [illegible], vel ab Æolico δεὺς pro ζεύς. Sed plura de etymo *Voss. in Etymol.* De Deo multa pro captu suo *Plin.* l. 2. c. 7. et *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 27. et lib. 1. *de nat. Deor.* c. 22. et 2. *de Divin. c. ult.* &c. Verum vix quidquam Deo dignum sentire potuere Gentiles, qui Deos plures posuerunt, quos etiam in duo genera divisere, ut alii essent *majorum gentium*, antiqui scil. et semper tales: quos duobus versiculis complexus est *Ennius*, ut in *Consentes* retulimus: alii *minorum*, quasi allecti et adscititii: quo numero complectebantur Faunos, Nymphas, eosque omnes, quos ex hominibus in Deos referebant. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 13. De his *Ovid. in Ibin*, v. 81. Vos quoque plebs Superum, Fauni, Satyrique, Laresque, Fluminaque, et Nymphæ, Semideumque genus. ¶ Hoc nomen tribuitur aliquando ei, qui in aliqua re excellens et singularis est. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 23. et lib. 2. c. 42. Te in dicendo semper putavi deum. *Id.* 4. *Attic.* ep. 16. Deus ille noster, Plato. *Terent. Adelph.* 4. 1. 19. Laudarier te audit libenter: facio te apud illum deum: virtutes narro. ¶ Item illi, qui valde beneficus est, et servator. *Cic. post redit. ad Quirit.* c. 5. Lentulus parens, deus, salus nostræ vitæ. *the tutelary deity.* ¶ Item qui felix est valde. *Terent. Hecyr.* 5. 4. 3. Deus sum, si hoc ita est. ¶ *Excedere*, et *transgredi ad deos* dicebantur, qui post mortem in deorum numerum referebantur. *Vellei.* l. 1. c. 2. et lib. 2. c. 75. ¶ *Diis iratis natus* dicitur, qui infelix est, et cui nihil succedit. *Phædr.* l. 4. fab. 19. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 8. *Plaut. Mil.* 2. 3. 43. et *Pers.* sat. 4. v. 27. ¶ Exclamandi, et admirandi sunt formulæ. *o dii et dii immortales!* et *dii boni!* et *dii deæque!* et *dii magni!* *O heavens! good heavens! ye powers above! ye gods!* *Cic. Attic.* lib. 9. *ep. pænult.* Reliqua, o dii, qui comitatus! *Id.* 2. *de Fin.* c. 28. *sub fin.* Quos ille, dii immortales, cruciatus perferrebat! *Id. Attic.* l. 6. ep. 6. *sub fin.* At te apud eum dii boni, quanta in gratia posui! *Plin. in præfat. Hist. nat. a med.* At cum intraveris, dii deæque, quam nihil in medio invenies! *gracious heaven!* et *Ovid.* 6. *Fast.* v. 187. Quam bene, dii magni! pugna cecidisset in illa Defensor solii, Jupiter alte, tui. ¶ *Bone Deus!* V. in fine adjectivi *Bonus.* ¶ *Per deos, ita me dii ament*, formulæ jurantis, obsecrantis. *by the gods! in the name of heaven!* *Cic.* 2. *Offic.* c. 2. Quid enim est, per deos, optabilius sapientia? *by heaven.* *Id. Phil.* 3. c. 14. Hanc igitur occasionem oblatam tenete, per deos immortales, patres conscripti. *Terent. Andr.* 3. 3. 6. Per te deos oro. *Cæl. Fam.* 8. ep. 14. *ad fin.* Curre per deos atque homines. *Terent. Heaut.* 2. 3. 67. Præ gaudio, ita me dii ament, ubi sim nescio. *so help me all ye powers!* *Id. Adelph.* 4. 7. 31. Ita me dii ament, ut video ego tuam ineptiam. *Id. Hecyr.* 2. 1. 9. Ita me dii bene ament. *Id. ibid.* 1. 2. 31. Ita me dii amabunt, haud propterea te rogo, sed &c. ¶ *Dii averruncent, prohibeant, quod dii omen avertant*, avertentis, deprecantis. *Terent. Andr.* 3. 3. 36. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 2. et 3. *Phil. c. pænult.* ¶ *Dii faxint; Dii faciant; utinam Dii faxint, ut*, vel *ne, dii bene vertant*, bene precantis. *heaven grant it may be so!* *Cic. Fam.* 14. ep. 3. et *Verr.* 7. c. 13. et *Verr.* 5. c. 35. et *Terent. Eun.* 2. 3. 98. et *Heaut.* 1. 1. 109. ¶ Similia sunt *dii melius duint, dii melius, dii meliora*, cum et malum deprecamur, et meliora a diis optamus. *Terent. Phorm.* 5. 8. 16. Uxorem duxit. *N.* mi homo, dii melius duint. *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 1. Dii meliora ferant, nec sint insomnia vera. *Cic.* 8. *Phil.* c. 3. Quid nos? numquid tale habemus? dii meliora. (Adde *de Senect.* c. 14. *ante med.* et *Liv.* l. 39. c. 10.) *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 29. Quæ tua nequitia si non his contenta fuisset: Dii melius! similis non fuit ille tui. *Valer. Max.* l. 6. c. 1. *extr.* Dii melius, quod hunc animum viris earum in acie non dederunt. *h. e.* benignius egerunt cum populo Romano, quod &c. *Senec.* ep. 98. *post init.* Dicito, quoties aliquid aliter, quam cogitabas, evenerit, Dii melius. *Ovid. de remed. amor.* v. 439. Dii melius, quam nos moneamus talia quemquam! ¶ *Dii perdant, eradicent, male faciant*, sunt imprecantis. *Cic.* 11. *Fam.* ep. 21. et *pro Deiot.* c. 7. et *Terent. Andr.* 4. 4. 22. Sic *Plaut. Mostell.* 3. 1. 153. Dii te, deæque omnes funditus perdant. Et omisso verbo. *Cic.* 15. *Attic.* ep. 20. Dii illi mortuo, qui unquam Buthrotum! *ill betide him!* ¶ *Dii te ament*, salutantis. *heaven preserve you!* *Plaut. Mostell.* 1. 4. 27. *Men.* 2. 2. 6. et *Pœn.* 3. 5. 6. &c. ¶ *Si diis placet* est ironice loquentis, et simul indignantis. *Cic. in Pison.* c. 16. *extr.* Appellatus est hic vulturius illius provinciæ, si diis placet, imperator. *Terent. Adelph.* 3. 3. 30. Ille bonus vir nobis psaltriam, si diis placet, paravit. *Plin.* lib. 34. c. 18. Nero, quoniam ita diis placuit, Princeps. ¶ Interdum simpliciter significat, si dii volunt. *if it please heaven; if such be the will of heaven.* *Plaut. Capt.* 2. 3. 94. Expediri ex servitute filium, si diis placet. ¶ *Deus aliquis viderit* dicitur in re maxime obscura, aut difficili. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 11. Harum sententiarum quæ vera sit, deus aliquis viderit. *let heaven pronounce.* ¶ Latini Poetæ Græcos imitati, quibus ὁ καὶ ἡ Θεὸς dicitur, *dei* nomen etiam deabus aliquando tribuunt. *Virg.* 2. *Æn.* v. 632. Descendo, ac ducente deo, &c. *h. e.* Venere. *Calvus* apud *Serv. ibid.* et *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 8. pollentemque deum Venerem. *Virg.* 7. *Æn.* v. 497. Nec dextræ erranti deus abfuit. *h. e.* Alecto. *Q. Catulus* apud *Cicer.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 28. Mortalis visus pulcrior esse deo. *h. e.* Aurora. *Plaut. Pœn.* a. 2. v. 10. deum esse indignam credidi. *Al. alit. leg.* Simile quiddam habet *Cic. Verr.* 6. c. 49. ¶ Qui putant, Christianum hominem Latine *Deos* de uno Deo posse dicere, afferunt illud *Taciti* de uno Deo Judæorum loquentis, lib. 5. *Histor.* cap. 13. Audita major humana vox excedere deos. Verum *Tacitus* non Judæorum, sed Latino more loquitur. ¶ Metonymice *deus* est oraculum, et responsa dei. *Sil.* lib. 12. v. 338. vulgique deus pervenit ad aures. ¶ In vocativo *Dee* rarum [† et cadentis omnino Latinitatis] est, *Prudent. in Hamartigen.* v. 939. O Dee cunctiparens, animæ dator, o Dee Christe. ¶ In plur. num. habet *dii, diis*, et aliquanto rarius *dei, deis.* *Plaut. Trinum.* 2. 4. 89. Dei sunt divites. *Id. Cas.* 2. 5. 4. Omnes mortales deis sunt freti. *Liv.* l. 27. c. 25. Certis deis. ¶ Fere autem *dei*, et *deis* dicunt Poetæ disyllabon facturi prima correpta: *dii*, et *diis* monosyllabon. *Virg.* 2. *Georg.* v. 101. diis et mensis accepta secundis. *Id.* 2. *Æn.* v. 428. Diis aliter visum. *Catull.* carm. 4. *de phaselo*, v. 22. Neque ulla vota litoralibus deis. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 29. captasque deis accendere prædas. *Lucan.* l. 4. v. 519. Victurosque dei celant. et vers. 493. Constituere dei. ¶ In genitivo plurali pro *deorum* habet et *deum*, tum apud Poetas passim, tum apud Historicos. *Liv.* l. 8. c. 13. Deum benignitate ad finem venit. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 43. Magna deum benignitate. *Curt.* l. 3. c. 10. *sub fin.* Deum templa. *Sallust. in Catil.* c. 21. Pro deum atque hominum fidem! *Cic.* quoque *in fragm.* apud *Priscian.* l. 7. p. 743. Deum fide. ¶ *Dibus* pro *diis*, Inscript. apud *Gruter.* pag. 24. n. 6. Junoni reginæ, Minervæ, Neptuno, Libero Patri, Dianæ, ceterisque dibus. et pag. 46. n. 9. Herculi invicto, et dibus omnibus deabusque. Adde pag. 98. n. 5. et pag. 618. n. 3. Etiam *diibus* legitur in alia *Inscript.* pag. 2. n. 9. Verum hæc imitanda non sunt.

DEUSTUS, a, um, a deuro, *set on fire, burnt*, combustus, incensus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 25. Deustos turrium pluteos videbant. *Liv.* l. 10. c. 4. Vici per vastationem agrorum deusti. *Id.* l. 40. c. 41. Vineæ cæsæ, frumenta deusta. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 45. Deusta pars Circi. *Colum.* l. 6. c. 18. Deusti cimicis nidor.

DEUTERĬÆ, arum, m. *a weak sort of wine made of the husks of grapes*, δευτερίαι οἶνοι, secunda vina. *Plin.* l. 14. c. 10. Non possunt jure dici vina, quæ Græci deuterias appellant, Cato, et nos loram, maceratis aqua vinaceis. *Harduin.* legit *deuteria*, ut sit neutr. plur. cui subaudiatur *vina.* Si Græco adhæreas, nos; si Latina positione efferendum putes, ille rectius legisse videtur.

DEUTERIAMBUS, i, m. genus pedis, apud *Martian. Capell.* l. 5. pag. 169. ubi alii aliter leg.

DEUTERONOMĬUM, ii, n. *Deuteronomy, the fifth book of Moses, in which the law is repeated*, Δευτερονόμιον, secunda lex, vel potius repetitio legis. Vox Græca, a νόμος, lex, et δεύτερος, secundus. Est nomen unius ex libris Sacræ Scripturæ. *Lactant.* l. 4. c. 17. et *Sidon.* l. et ep. 9.

DEŪTOR, eris, usus sum, dep. 3. idem quod abutor, male utor, *to abuse.* *Nepos in Eumen.* c. 11. Non convenire Antigoni prudentiæ, ut sic deuteretur victo. Al. leg. *se uteretur.*

DEVULSUS. V. Devello.

DEXTANS, antis, m. *ten ounces*, decem unciæ, cum scilicet assi deest sextans, sicut *deunx*, cum assi una deest uncia. *Fest.* et *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 36. ¶ Dicitur et de decem partibus cujuscumque rei, quæ in duodecim dividatur. *ten twelfths of any thing.* Sic *dextans jugeri* apud *Colum.* l. 5. c. 1. et *dextans horæ* apud *Plin.* l. 18. c. 32.

DEXTELLA, f. diminut. a dextera, *a little right hand.* *Cic. Attic.* l. 14. ep. 20. *sub fin.* Q. Filius, ut scribis, Antonii est dextella. *hoc est* utitur eo tanquam parva dextera. [† Antonio tanquam parva dextera est, *h. e.* amicus fidelis. *Ernest.*]

DEXTER, era, et xtra, erum, et xtrum, et in plur. dexteri, et xtri, *on the right hand*, δεξιός, qui est ab ea parte, quæ respectu humani corporis aptior est, atque agilior: cui *sinister* opponitur. *Voss.* putat esse a δεξιτερὰ, quæ Poetice est idem quod δεξιὰ, unde factum sit primo substantivum *dextera*, deinde adjectivum hoc, de quo loquimur. Poetæ modo integra hac voce utuntur, modo per syncopen contracta, pro metri ratione: prosæ vero Scriptores frequentius videntur syncopen adhibere. *Cic.* 1. *de Divin.* cap. 23. Patera, quam dextra manu tenebat. *in his right hand.* *Nepos in Annib.* c. 4. Nunquam dextro oculo æque bene usus est. *his right eye.* *Curt.* l. 3. c. 11. Dextrum femur. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 50. Dextris humeris exsertis. *Id. ibid.* c. 45. Ab dextera parte. et cap. 49. Ab dextro latere hostium. *Terent Eun.* 4. 7. 5. Tu, Simalio, in sinistrum cornu, tu, Syrisce, in dexterum. *do you, Simalio, go into the left wing, you, Syriscus, into the right.* *Plin.* l. 6. c. 23. *circa med.* Dextra fluminis accolunt Deximontani. *subaudi* loca. *Festus:* Dextrarum tibiarum genus est, quæ dextra tenentur. ¶ Gradus sunt *dexterior*, et *dextimus*, qui ad significationem positivi nihil addere videntur. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 27. In dexteriore parte. *Galba ad Cicer. Fam.* 10. ep. 30. Dexterius cornu aciei. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 303. saucius armo Dexteriore Medon. *Id.* 2. *Metam.* v. 138. Dexterior et sinisterior rota. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 198. Dextimam viam munire. *Sallust. in Jug.* c. 105. Sulla cum equitatu apud dextimos. ¶ Apud *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 125. et l. 2. sat. 3. v. 38. dicitur *dexter*,

qui ad dexteram alterius partem situs est: et apud *Virg.* qui in dextram partem declinat, 5. *Æn.* v. 162. Quo tantum mihi dexter abis? V. *Interior.* ¶ Translate sumitur pro favente, propitio, *favourable, propitious, prosperous.* Hoc autem ex more Græcorum ductum est, quibus dextra auguria felicia habebantur, sinistra improspera. Nam apud Latinos res contra se habuit, ut in *Augurium*, et alibi dictum est. *Virg.* 8. *Æn.* v. 302. Et nos, et tua dexter adi pede sacra secundo. *Festus:* Dextra auspicia, prospera. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 69. Dexter ades Patribusque tuis populoque Quirini. *Pers.* sat. 5. v. 114. prætoribus ac Jove dextro. *Stat.* l. 3. silv. 4. v. 63. o sidere dextro edite! *Valer. Flacc.* l. 1. v. 245. Dextrum omen. *Sil.* l. 1. v. 172. Pes dexter et hora. ¶ Item pro apto, commodo, idoneo, facili. *fit, convenient, apt, suitable, proper, right. Virg.* 4. *Æn.* v. 293. et quæ mollissima fandi Tempora, qui rerum dexter modus. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 18. nisi dextro tempore, Flacci Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem. ¶ *Dexter homo* dicitur, qui novit in tempore rem agere. *Liv.* l. 8. c. 36. Rem per se popularem ita dexter egit, ut medendis corporibus animi imperatori reconciliarentur. *with such dexterity,* &c. ¶ *Dextrabus* in femin. antique. *Liv. in Odyss.* apud *Non.* c. 8. n. 82. Deque manibus dextrabus.

DEXTĔRA, et Dextra, æ, f. *the right hand,* δεξιὰ, δεξιτερὰ, manus in homine aptior, et commodior ad agendum. V. vocem præced. *Cic.* 1. *de ivin.* c. 28. Prehendisse eum dextram tuam, et bono animo te jussisse esse. *Tacit. Ann.* 15. c. 28. *extr.* Miscere dextras. *to join hands one with another. Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 115. Dextera crudelis, quæ me fratremque peremit. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 539. Conserere dextram. *to come to close quarters, fight hand to hand.* et *Stat.* l. 1. silv. 6. v. 60. Edunt vulnera, conseruntque dextras. Sic *Ovid. Fast.* l. 1. v. 569. Dextra collata movere prœlia. ¶ Salutantes mutuo dextras contingere mos est, quia maxima hominis vis et virtus in dextra. *Virg.* 1. *Æn.* v. 412. cur dextræ jungere dextram Non datur? *Serv. ibid. ex Varr.* et *ad Æn.* 8. v. 467. ¶ Fuit etiam *dextera* amicitiæ et fidei pignus, et Fidei deæ sacra, ut frons Genio, et genua Misericordiæ. *Virg.* 3. *Æn.* v. 610. dextram Anchises Dat juveni, atque animum præsenti pignore firmat. Adde vers. 83. et *Æn.* 8. v. 467. et *Æn.* 4. v. 307. et *Serv. ad* 3. *Æn.* v. 607. Sic *Plin.* l. 11. c. 45. Dextra osculis aversa appetitur: in fide porrigitur. ¶ Renovare dextras, apud *Tacit.* 2. *Ann.* c. 58. est fœdus amicitiamque instaurare, cujus jungendæ præcipuus ritus erat dextras jungere. ¶ Hinc est insigne concordiæ, aut hospitii. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 54. Miserat civitas Lingonum, vetere instituto, dona legionibus, dexteras hospitii insigne. et l. 2. c. 8. Centurio dextras, concordiæ insignia, Syriaci exercitus nomine ad prætorianos ferens. ¶ Obsecrantes quoque dextram tendere in more fuit: et jurantes obtestantesque, per dexteram jurare. *Sil.* l. 2. v. 413. Æneam pulsum pelago, dextraque precantem Cernere erat. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 94. Quod te per Genium, dextramque, deosque Penates Obsecro et obtestor. *Cic. pro Deiot.* c. 3. Per dexteram te istam oro, &c. ¶ *Dextram tendere, porrigere* aliquando est opem ferre, aut polliceri. *Cic.* 10. *Phil.* c. 4. Græcia tendit dexteram Italiæ, suumque ei præsidium pollicetur. *Id. post redit. in Sen.* c. 9. Mihi primus afflicto et jacenti consularem fidem dexteramque porrexit. ¶ Translate ponitur pro viribus, potentia, virtute militari, *power, force, might, prowess, valour. Horat.* epod. 7. v. 21. ut sua Urbs hæc periret dextera. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 175. mea concussa putate Procubuisse solo Lyrnesia mœnia dextra. *Virg.* 2. *Æn.* v. 291. si Pergama dextra Defendi possent, etiam hac defensa fuissent. *if any arm could have protected Troy. Sil.* l. 1. v. 77. dextra spectatus Amilcar. Adde vers. 304. ¶ Et pro copiis, seu militibus. *Sil.* l. 16. v. 17. proque omnibus armis, Et castrorum opibus, dextrisque recentibus unum Annibalis sat nomen erat. *Id.* l. 12. v. 351. pugnæque avidas accendere dextras. *Id.* l. 15. v. 497. Bebrycia populos armabat Pœnus in aula, Mercandi dextras largus. *in raising forces.* Adde *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 262. ¶ Aliquando accipitur pro alterutra manu. *Horat.* l. 3. od. 3. v. 52. Omne sacrum rapiente dextra. *Id.* l. 2. sat. 1. v. 54. Nil faciet sceleris pia dextera. ¶ Sæpe pro parte seu loco, qui dextræ hominum respondet, *the right hand side. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 69. Retorquere agmen ad dextram. *Cic. de Univ. c. pænult.* Ante et pone; ad lævam et ad dextram; et sursum et deorsum. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 39. Cur a dextra corvus, a sinistra cornix ratum faciat. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 12. v. 21. et 2. *Metam.* v. 25. Esse a dextra. *Sallust. in Jug.* c. 107. Circumventus ab equitibus dextra, sinistra. *Liv.* l. 21. c. 43. Dextra lævaque duo maria claudunt. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 15. Miles dextra ac sinistra muro tectus. *Curt.* l. 4. c. 10. Dextra Tigrim habebat, a læva montes. ¶ Ablativus *dextra* aliquando post se accusativum habet. *Vitruv.* l. 15. c. 15. Regulæ, quæ dextra ac sinistra canalem figuntur. *Sallust. in Jug.* c. 11. Dextra Atherbalem adsedit. Nisi malis esse casum verbe *adsedit.* ¶ *Dextrabus* manibus pro *dextris* dixit *Liv. in Odyss.* apud *Non.* c. 8. n. 82. V. *Manus.*

DEXTĔRE, et Dextre, *dexterously, with dexterity or address,* δεξιῶς, feliciter, apte, cum quadam dexteritate. *Liv.* l. 1. c. 34. *ad fin.* Liberaliter dextreque obeundo officia. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 45. Nemo dexterius fortuna est usus.

DEXTERĬTAS, atis, f. *dexterity, address, aptness, readiness, activity,* δεξιότης, virtus est ejus, qui prudenter, et in tempore omnia agendo, tum rem suam agit, sibique prodest, tum aliorum in se benevolentiam conciliat. Quare comitati valde est affinis: nisi quod comitas officium præcipue spectat, dexteritas officium simul et utilitatem. *Gell.* l. 13. c. 16. Humanitas a Græcis φιλανθρωπία dicitur, et significat dexteritatem quandam benevolentiamque erga homines. *Liv.* l. 28. c. 18. Tanta inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas, ut hostem infestissimum, facunde alloquendo, sibi conciliaret. *Id.* l. 37. c. 7. *sub fin.* Multa in eo et dexteritas et humanitas visa. *Auson. in parental.* n. 14. v. 7. bonus ingenio, facundus, et omni Dexteritate vigens. ¶ Item prosperitas, felicitas, favor. *prosperity, felicity. Arnob.* l. 7. pag. 225. Superis diis, atque ominum dexteritate pollentibus color lætus acceptus est: at vero diis lævis color furvus est gratior.

DEXTĬMUS. V. in *Dexter.*

DEXTRĀLE, is, n. idem quod dextrocherium. Est *Isidori* in Gloss. et *Io. Sarisber.* l. 8. c. 20. et *Cypriani de habitu Virgin. a med. ex Isaiæ* c. 3.

DEXTRATĬO, onis, f. corporis circumactio a sinistra in dextram, quod in adorando usurpabatur, ut in *Adoro* est dictum. *Solin.* c. 45. (*al.* 57.) *a med.* Tarpeium Jovem terna dextratione lustravit.

DEXTRĀTUS, a, um, adject. ad dexteram situs, ut Dextratus ager, pars dextrata apud *Auctor. de Limit. edit. Goes.* pag. 298. Cave, usurpes.

DEXTROCHERĬUM, ii, n. *a bracelet,* ψέλλιον, brachiale, armilla, ornamentum dextri brachii, viris et mulieribus commune. Est autem vox hybrida ex Latino *dexter* vel *dextra*, et Græco χεὶρ manus, brachium, conflata. *Capitolin. in Maxim.* c. 6. Pollice ita vasto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo. Adde *in Maxim. jun.* c. 1. *extr.*

DEXTRORSUM, et Dextrorsus, *on or towards the right hand,* ἐν δεξιᾷ, ἐκ δεξιᾶς, ad dexteram: contractum per syncopen ex *dextrovorsum. Accius* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 22. Dextrorsum orbem flammeum, &c. *Liv.* l. 6. c. 31. Furius dextrorsus maritimam oram atque Antium, Servilius læva ad montes Ecetram pergunt. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 50. Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit.

DEXTROVORSUM, et Dextroversum, idem ac dextrorsum. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 70. Quo me vortam nescio. *Pa.* Si Deos salutas, dextrovorsum censeo. Adde *Rud.* 2. 3. 38. V. *Adoro. Lactant.* l. 6. c. 7. *ad fin.* Semitæ, quæ videntur dextroversum separari.

D I

DI, et Dis, præpositiones sunt, quæ solum in compositione reperiuntur: et significant separationem, divisionem, et in diversas partes, seu huc et illuc positionem, ut *diduco, distraho.* Sunt autem per apocopen facta a διὰ, quæ composita idem significat, ut in διαφέρω, differo. *Dis* præponitur verbis incipientibus per *c, f, p, s, t*, et vocali *i*, ut *discutio* (ante *f* in aliud *f* mutatur, ut *diffindo*) *dispono, disseco, distendo, disticio:* aliis consonantibus *Di* præponitur, ut *diduco, digredior, diluo, dimitto, diruo, diverto,* &c. Semper autem producitur, exceptis *dirimo*, et *disertus.* Hæc *Priscian. in fi.* l. 14. ¶ Aliquando habent in compositione vim augendi, ut in *discupio, discrucio,* &c. aliquando negandi, ut in *dissimilis, dispar.*

DIA, æ, f. *a goddess,* idem quod dea, θεῖα, θεά. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 86. n. 4. Diæ Suriæ. ¶ *De Dea Dia* V. in *Dea.* ¶ Est etiam hoc nomine insula maris Cretici, nunc *Standia*, quæ vox ex εἰς τὰν Δίαν facta est. [† V. in *Byzantium* et *Coos.*] *Ovid.* 8. *Metam.* v. 174. Protinus Ægides, rapta Minoide Dian Vela dedit. Adde *Plin.* l. 4. c. 12. ¶ Item oppidum Cherronesi Tauricæ. *Plin. ibid. ad fin.* ¶ Etiam Naxos insula aliquando *Dia* appellata est. *Id. ibid. ante med.*

DIABĂSIS. V. *Conopon.*

DIABATHRARĬUS, ii, m. *a maker or vender of slippers,* qui diabathra facit, aut vendit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 39. Calceolarii, sutores, diabathrarii, solearii adstant.

DIABĂTHRUM, i, n. *a slipper, pantofle,* διάβαθρον, genus soleæ Græcanicæ, ut *Fest.* docet: a διαβαίνω, gradior. *Hesych.* docet, muliebre calceamentum esse: sed *Pollux* lib. 7. c. 22. commune viris et feminis facit. *Nævius* apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 3. *post med.* Diabathra in pedibus habebat, et erat amictus epicroco.

DIABĒTES, æ, m. *a siphon, or water-pipe,* διαβήτης, sipho, fistula, per quam aqua transit. Vox Græca, a διαβαίνω, transeo. In multis *Columellæ* editionibus Latinis litteris scriptum legitur l. 3. c. 10. Quasi quædam anima per medullam trunci, veluti per siphonem, quem diabeten vocant mechanici, trahitur in summum.

DIABOLĬCUS, a, um, *diabolical,* διαβολικὸς, ad Diabolum pertinens. *Paulin. Nolan.* ep. 29. (*al.* 10.) c. 11. Seditio diabolicis facibus inflammata.

DIABŎLUS, li, m. *the Devil,* Διάβολος, calumniator, criminator, a διαβάλλω, calumnior, criminor. Cognomen proprium est principis Dæmonum. *Tertull. de Anim.* c. 35. et lib. 2. *advers. Marcion.* c. 10. et *Lactant.* l. 2. c. 8. et 12. ¶ Metrica necessitate secundam produxit *Paulin. Nolan. in Nat.* XI. *S. Fel. edit. Murator.* v. 528.

DIACATOCHĬA, æ, f. διακατοχὴ, possessio: a διακατέχω, possideo, detineo. *Impp. Gratian. Valentin.* et *Theodos.* lib. 11. *Cod.* tit. 57. leg. 7.

DICATŎCHUS, i, m. possessor. V. vocem præced. *Impp. Valentinian. et Valens* lib. 10. *Cod. Theodos.* tit. 16. leg. 1.

DIACHȲTON, *a kind of must or sweet wine,* διαχυτὸν, hoc est diffusum: a χέω, fundo. Est genus vini, quod fit uvis in sole siccatis, loco clauso per dies septem, in cratibus, totidem pedes a terra alte, noctibus a rore defensis, octavo die calcatis: ita fit optimi odoris saporisque. *Plin.* l. 14. c. 9.

DIACODĪON, διὰ κωδιῶν, *h. e.* percapita papaveris. Ex duabus Græcis vocibus facta est una, qua significatur medicamentum, in quo præter cetera miscentur capita papaverum. *a syrup made of the heads of poppies. Plin.* l. 20. c. 18. et 19.

DIACONĀTUS, us, m. *a deaconship; the order of a deacon,* munus et dignitas Diaconi. *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch.* c. 12. *a med.* Diaconatum et Presbyteratum ambire.

DIACONISSA, mulier ministrans. *Impp. Valentinian. Theodos. et Arcad.* lib. 1. *Cod.* tit. 3. leg. 9. *Hieronym.* ep. 69. c. 1. *sub fin.* et *Inscript. Christ. in Mus. Veron.* pag. 179.

[* DIACONĬUM, ii, n. idem ac diaconatus, officium diaconi. *Sever. Sulpic. de vit. Martin.* c. 5. Tentavit idem Hilarius imposito diaconii officio sibi eum arctius implicare. *Cyprian.* epist. 49. Nicostratum vero diaconio sanctæ administrationis amisso. *Ennod.* l. 4. epist. 21. Hunc, si mereor, ad diaconii sacramenta perducite.]

DIACŎNUS, i, m. *a minister, deacon,* διάκονος, minister: a κονέω, festino, ministro. In Christiana Ecclesia Diaconus locum tenet Sacerdoti proximum, ejusque minister est in magno Sacrificio. *Tertullian. de Præscription.* c. 3. et *Impp. Valer. Valens, et Gratian.* l. 1. *Cod.* tit. 3. leg. 6. et *Hieronym.* ep. 60. c. 1. ¶ *Diacnus* per syncopen dictum est a *Venant. Fortun.* l. 4. carm. 15. v. 3.

DIACŎPE, es, f. διακοπὴ, intercisio. Ponitur pro figura Tmesi, seu hyperbato grammaticali, ut in illo *Virg.* 3. *Georg.* v. 381. septem subjecta trioni. *Charis.* l. 4. p. 246. sed Græce. V. *Hyperbaton.*

DIACŎPI, orum, m. *sluices, floodgates,* διάκοποι, sunt in aggeribus meatus intercisi, per quos rivus transmittitur in arva remotiora: a διακόπτω, intercido. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 11. leg. 10. *extr.*

DIADĒMA, atis, n. *a white bandage or fillet with which kings used to bind their heads; a diadem,* διάδημα, regium insigne capitis, candida fascia, vitta, qua Regum frons præcingebatur: a διαδέω, circumligo. *Cic.* 2. *Phil.* c. 34. Diadema ostendis, gemitus toto foro. *Juvenal.* sat. 13. v. 105. Ille crucem pretium sceleris tulit, hic diadema: ¶ Est etiam *diadema, æ, f. Pompon.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 679. *Putsch.* Cujusvis leporis liber diademam dedit. *Apul.* l. 10. *Metam.* Caput stringebat diadema candida: ferebat et sceptrum. ¶ *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 31. definit *diadema*, ornamentum capitis matronarum ex auro et gemmis contextum, quod in se circumactis extremitatibus, retro adstringitur. ¶ *Plin.* l. 7. c. 56. docet esse inventum Liberi Patris.

DIADEMATĬCUS, a, um, ad diadema pertinens. *Tit. Liv. in fragm.* apud *Non.* c. 3. n. 104. Pisis diadematico foro præstatur virtuti laus. *Turneb.* l. 15. *adversar.* cap. 5. ideo dictum putat, quod ibi victoribus in ludis diademata et coronæ donabantur.

DIADEMĀTUS, a, um, *wearing a diadem,* diademate ornatus, ut Diadematus Apollo. *Plin.* l. 34. c. 8. *post med.* ¶ *Diadematus* cognominatus est L. Metellus Dalmaticus, filius Q. Metelli Macedonici, quia ulceris tegendi causa diademate diu caput cinctum habuit. *Plin.* l. 7. c. 44. Et hoc dicebat jam Balearicis, et diadematis, jam Macedonicus ipse. Ita *Harduin.* ex consensione MSS. alii *Dalmaticis.*

DIADŎCHOS, i, m. διάδοχος, gemma berylli similis: ita dicta, quasi succedens in locum berylli. Nam διάδοχος successor est. *Plin.* l. 37. c. 10.

DIADUMĔNUS, a, um, adject. idem quod diadematus, diademate ornatus, διαδούμενος: a διαδέω cingo, redimio, corono. *Plin.* l. 34. c. 8. Polycletus diadumenum fecit molliter juvenem. ¶ *Diadumenus* cognominatus est Antoninus R. Imperator, filius Opilii Macrini, quia cum natus est, pelliculam in modum pilei habebat in capite, diademati similem. *Lamprid. in ejus vita* c. 4. ¶ In nummis etiam *Diadumenianus* appellatur.

DIÆRĔSIS, is, f. διαίρεσις, divisio: a διαιρέω, divido. Apud Grammaticos figura est, qua una syllaba in duas dividitur, ut *aquai* apud *Virg.* 7. *Æn.* v. 464. pro *aquæ*, et *evoluam* quadrisyllabon pro *evolvam* apud *Catull.* carm. 65. de *coma Beren.* v. 74. *the dividing of one syllable into two, diæresis.* ¶ Vox ipsa Græca est, et Græce adhibenda, quod faciunt *Charis.* l. 4. p. 249. et *Diomed.* l. 2.

p. 457. *Putsch.* Latine tamen *Serv. ad loc. Virg. cit.* ubi hæc habet: Hanc diæresim Tucca et Varrus fecerunt: nam *Virgil.* reliquerat *aquæ vis*, quod satis asperum fuit. Notandum quod in toto Virgilio non reperiuntur, nisi quatuor diæreses, hoc loco; et in tertio (v. 354.) *aulai in medio*; et in sexto (v. 747.) *aurai simplicis ignem*; et in nono (v. 26.) *pictai vestis*. Hæc *Servius.*

DIÆTA, æ, f. *diet, food*, δίαιτα, ratio et regula in iis, quæ ad victum pertinent, modus victus a medicis præscriptus: sub quo continentur non solum cibus et potus, sed etiam exercitatio, somnus, cetera, quæ ad valetudinem conferunt. Videtur esse a δαίω, epulum præbeo, unde δαίτη, epulum, cibus. Allegorice *Cic. Attic.* l. 4. ep. 3. *ante med.* Ipse occidi potuit: sed ego diæta curari incipio; chirurgiæ tædet. *h. e.* nolo amplius ferro et aperta vi cum Clodio contendere: moderatione ac tolerantia uti malo. ¶ Item *an apartment in a house, chamber, parlour, room to sup in*, pars seu membrum ædium ad habitandum idoneum, conclave, cubiculum. *Plin.* l. 2. ep. 17. *a med.* Cœnatio cingitur diætis duabus a tergo, quarum fenestris subjacet vestibulum villæ et hortus. et *paulo supra.* Turris erigitur, sub qua diætæ duæ, totidem in ipsa. *Id.* l. 7. ep. 5. Quibus horis te visere solebam, ad diætam tuam ipsi me pedes ducunt. *Stat.* l. 2. sil. 2. v. 83. Una tamen cunctis procul eminet, una diætis. *Petron. in Satyr.* c. 115. diætam magistri vocat cubiculum, in quo navis gubernator versatur. Apud *Ulpian. Dig.* l. 32. leg. 53. *Diætæ hypocaustæ* sunt, quas nos dicimus *hot-houses.* ¶ Plura quoque cubicula, seu membra varii usus, quorum ab altero in alterum fit transitus, diætæ nomine veniunt. *apartments, rooms. Plin.* l. 5. ep. 6. Est in hac diæta dormitorium cubiculum, &c. *et post nonnulla.* Hac adeuntur diætæ duæ, quarum in altera cubicula quatuor, altera tria. Adde *Sueton. in Claud.* c. 10. ¶ Quod *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 1. leg. 13. *sub fin.* et *Scævola* lib. 24. tit. 1. *leg. pænult.* et *Paul.* lib. 50. leg. 47. diætam memorant in hortis, putarunt quidam, in hortis tantummodo deliciarum causa ædificatas habitationes *diætas* vocari. *summer-houses.* Neque verum est quod alii tradidere, diætam esse cœnaculum, in quo æstate ad umbram, hyeme ad solem cœnaretur. Potest quidem cœnaculum diæta dici, ut apud *Sidon.* l. 2. ep. 2. *a med.* et videtur intelligi posse apud *Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. 5. leg. 1. *a med.* et alibi fortasse. Verum non omnis diæta cœnatio est, ut singula, quæ attulimus, loca perpendenti patebit. Falsum præterea omnino est etymon, quod perperam *Varroni* tribuitur, *diætam* dici, quod in ea *per diem edatur*: quod et *Voss.* admonet *in Etymol.* Est enim pura puta Græca vox.

DIÆTARCHUS, i, m. *he who has the care of a* diæta; *a valet-de-chambre*, qui præest diætæ, seu servis in diæta ministrantibus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 576. n. 7. Dis Manibus. Dexstero Cæsaris servo diætarcho domus Augus. &c.

DIÆTARIUS, ii, m. *a valet-de-chambre*, servus, qui in diæta administrat: sive hæc cubiculum, sive cœnationem significet. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. *a med.* Ostiarii autem, topiarii, diætarii, aquarii, domui tantum deservientes, legato continebuntur. ¶ In navi *diætarii* esse putantur a nonnullis, qui curam habent annonæ, quos Anglice diceres *stewards.* nam diæta et victum significat. Aliis sunt, qui diætarum, hoc est cubiculorum, quæ in navi sunt, curam habent: quo pacto a modo dictis nihil different. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 9. leg. 1. Sunt quidam in navibus, qui custodiæ gratia navibus præponuntur, ut ναυφύλακες, et diætarii. *Haloander* hæc duo postrema verba omittit.

DIÆTETĬCUS, a, um, *dietetic, dietetical*, διαιτητικὸς, ad diætam, seu rationem victus pertinens. *Cœl. Aurelian. Trad.* l. 2. c. 12. *a med.* Diætetici libri. et *ibid.* Diætetica curatio. ¶ *Diætetica*, et *Diætetice* absolute, διαιτητικὴ, est ea medicinæ pars, quæ tum medicamentis, tum ratione victus præscripta morbos curat: *that part of physic which cures by medicine and diet*: cui respondet chirurgia. *Scribon. Larg. compos.* 200. Neque chirurgia sine diætetica, neque hæc sine chirurgia perfici possunt. *Cœl. Aurelian. ibid.* Diætetices scriptores libris, quos diæteticos vocant, &c. *Celsus in præfat.* l. 1. diæteticam distinguit ab ea, quæ medicamentis curat: ipsa tamen voce Græce utitur. ¶ *Diætetici, orum*, sunt qui victus ratione præscribenda medentur. *Scribon. Larg. loc. cit.* Quamvis magna ex parte ad diæteticos pertinentes compositiones exhibuimus, tamen nisi eas quoque, quæ ad chirurgos pertinent, &c.

DIÆTŬLA, æ, f. parva diæta. *Plin.* l. 5. ep. 6. *ad fin.* Mox diætula refugit quasi in cubiculum idem, atque aliud. *Al. leg. zetecula, al. zothecula.*

DIAGLAUCĬON, διὰ γλαυκίου, duabus vocibus in unam coalescentibus, ut de *Diacodion* dictum est. Significat autem collyrium, quod glaucii herbæ succo et foliis temperatur. *Plin.* l. 27. c. 10. et *Scribon. Larg. compos.* 22. ubi *diaglaucium* Latina positione dicitur.

DIAGONĀLIS, le, adject. ut Diagonalis linea, *a diagonal line*, de qua V. in *Diagonios. Vitruv.* l. 9. c. 1. Ad lineæ diagonalis longitudinem, locus quadratus describatur.

DIAGONĬCUS, a, um, adject. idem quod diagonalis. *Vitruv.* l. 9. c. 1. Duo trigona linea diagonica fuerint designata.

DIAGONĬOS, adject. *a diagonal line; the line which joins two opposite angles of a parallelogram*, γραμμὴ διαγώνιος, dicitur de linea, quæ in quadrata figura διὰ γωνίας, *h. e.* per angulos, seu ab angulo ad angulum ducitur. *Vitruv.* l. 9. c. 1. Linea ab angulo ad angulum diagonios perducatur. *Id.* l. 4. c. 1. *sub fin.* Abaci latitudo ita habeat rationem, ut quanta fuerit altitudo, bis tanta sit diagonios ab angulo ad angulum. *Id.* l. 6. c. 4. *lineam diagonii* appellat. ¶ *Ibid. cap. ult.* Diagonios structura. *h. e.* quæ secundum diagonalem lineam ab angulo ad angulum procedit.

DIAGRAMMA, atis, n. *a description, diagram, mathematical figure*, διάγραμμα, a διαγράφω, describo, significat cujuscumque rei imaginem ac descriptionem. *Vitruv.* l. 5. c. 4. Aristoxeni diagramma subscribam. Adde cap. 5. et l. 6. c. 1. *circa med.*

DIAGRAPHĬCE, es, f. *the art of painting*, ars delineandi, διαγραφικὴ. *Plin.* l. 35. c. 10. Hujus auctoritate effectum est in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc est picturam in buxo docerentur, reciperenturque ars ea in primum gradum liberalium. Sed MSS. omnes, ut animadvertit *Harduinus*, habent *graphicen*, eodem tamen sensu.

DIALECTĬCA, æ, et Dialectice, es, f. *Dialectics, logic; the art of logic, art of disputing or reasoning*, Διαλεκτικὴ, est ars disserendi, cujus finis est verum a falso discernere: quæ, ut ait *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 25. per omnes partes sapientiæ manat et funditur, rem definit, genera disponit, sequentia adjungit, perfecta concludit, vera et falsa dijudicat: διαλέγομαι, dissero. *Id.* 4. *Acad.* c. 28. Dialectica veri et falsi quasi disceptatrix et judex. *Id.* 2. *de Fin.* c. 6. Rhetoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse dicebat Zeno. ¶ De hujus studii ratione V. *Gell.* l. 16. c. 8.

DIALECTĬCE, *logically*, διαλεκτικῶς, adverb. more Dialecticorum. *Cic.* 1. *Acad.* c. 2. Multa admixta ex intima Philosophia, multa dicta Dialectice. *Id.* 2. *de Fin.* c. 6. Rhetorice nos mavis, quam dialectice disputare.

DIALECTĬCUS, a, um, *belonging to dialectics, dialectical, logical*, διαλεκτικὸς, ad Dialecticam pertinens. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 59. Si velim physicum quiddam aut dialecticum explicare. *Id.* 2. *de Fin.* c. 6. Dialecticæ captiones. *Plin.* l. 7. c. 53. Dialecticæ sapientiæ professor. *Senec.* ep. 82. Redigere aliquid ad legem dialecticam. *Id.* ep. 121. Omnia animalia dialectica nasci oporteret, ut, &c. *h. e.* perita rerum dialecticarum. ¶ *Dialectica, orum, dialectics, logic, logical questions*, τὰ διαλεκτικὰ, sunt ipsæ res dialecticæ. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 12. *extr.* Homo remotus a dialecticis, in arithmeticis satis exercitatus. ¶ *Dialecticus, ci*, est peritus in dialectica, dialecticæ professor. *one skilled in dialectics; a logician. Cic.* 2. *de Fin.* c. 6. Latius loquuntur rhetores, dialectici autem compressius. *Id. de Fato*, c. 6. Diodorus valens dialecticus.

DIALECTOS, et Dialectus, i, f. *a dialect, or manner of speech peculiar to any particular country*, διάλεκτος, forma quædam et peculiaris ratio loquendi apud varios populos una eademque lingua utentes. Sic in Græca quinque sunt celebres dialecti, communis, Attica, Dorica, Ionica, Æolica. *Sueton. in Tiber.* c. 56. Cum interrogasset, quænam illa tam molesta dialectos esset; et ille respondisset, Doridem.

DIALEUCOS, adject. διάλευκος, albo colore intermixtus: a λευκὸς, albus. *Plin.* l. 21. c. 6. *de croco.* Est per se genus sativi blandissimum vulgo, cum sit mediocre; dialeucon vocant.

DIALION, ii, n. heliotropium. *Apul. de herb.* c. 49.

DIĀLIS, le, *of Jove*, Δῖος, ad Jovem pertinens: a genit. Διὸς, Jovis: ut *Dialis Flamen*, qui Jovis sacro ministerio assignatus est, apud *Varron.* l. 4. *L. L.* c. 15. et l. 5. c. 3. ¶ Potest etiam a *die* derivari. Hinc jocus *Cicer.* in eum, qui uno tantum die consul fuerat, apud *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 3. (quem tamen l. 2. c. 2. M. Otacilio tribuerat) Solent esse flamines Diales: modo consules diales habemus. [*Inscript.* prope Brundusium non multis abhinc annis reperta, quam vide apud *Caietanum Migliore* pag. 21. Bæbiolo fil. diali Q. Bæbius Neg. Hispan. P. Q. Bæbius pater filium suum, quem diminutivo nomine Bæbiolum dicit, dialem vocat, quod uno eodemque die et in lucem prodierit, et fato concesserit; ut ait idem *Migliore adnot.* 34.] ¶ *Dialis Flamen* maximæ dignationis erat, inter quindecim Flamines, ut *Fest.* docet in *Maximæ.* ¶ *Dialis cœna* lautissima erat, quæ præbebatur a Flamine Diali, quo die sacerdotium inibat. *Senec. ep. pænult.* Hæc qualiscumque cœna, Diali jucundior erit. *Al. leg.* adjiciali. ¶ *Dialis conjux* est uxor Flaminis Dialis. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 226. ¶ *Dialis apex* erat gestamen capitis Flaminis Dialis. *Liv.* l. 6. *c. pænult. ad fin.* Cuilibet apicem Dialem, dummodo homo sit, imponamus. ¶ Dicitur etiam *Dialis sacerdos* apud *Sueton. in Domit.* c. 4. et *Dialis* absolute *Ovid.* 3. *Fast.* v. 397. et *Fab. Pict.* apud *Gell* l. 10. c. 15. ubi multa de ceremoniis ad eum pertinentibus. Adde *Tacit. Ann.* 3. c. 58. ¶ Denique *Dialis* significat etiam ætherium, aereum, quia Jupiter est aer. *Apul.* l. 6. *Metam.* Aquila alti culminis diales vias deserit.

DIALLĂGE, es, f. διαλλαγὴ, Lat. conciliatio, figura est, cum multa argumenta ad unum effectum deducuntur. *Quintil.* l. 9. c. 2. *ad fin.* sed Græce. Latine enim *consummationem* vocat.

DIALOGISMUS, i, m. διαλογισμὸς, sermocinatio. Enumeratur inter figuras sententiarum, cum Orator vel se ipse cum alio, vel alios inter se colloquentes inducit: cujus habet exemplum apud *Cicer. ad Attic.* l. 9. ep. 18. et lib. 13. ep. 42. Ipsa porro vox Græca est, et Græce scribenda.

DIALOGISTA, æ, m. *a composer of dialogues, dialogist*, διαλογιστὴς, disserendi peritus, disputator. *Vulcat. Gallican. in Avid. Cass.* c. 3. Addens, futurum se Sergium, si dialogistam occidisset: Antoninum hoc nomine significans, qui tantum enituit in philosophia, et in pueritia dialogos scripserat.

DIALŎGUS, i, m. *a discourse between two or more persons; a dialogue*, διάλογος, disputatio, colloquium duorum, vel plurium inter se. *Cic. de clar. Orat.* c. 60. Quum disputatio est inter eos, ut est consuetudo dialogorum. *Id.* l. 1. *Fam.* ep. 9. *ad. fin.* Scripsi etiam tres libros in disputatione ac dialogo, de Oratore. Adde *Attic.* l. 13. ep. 42. ubi et dialogi familiaris exemplum habes.

DIALUTENSIS, e, adject. ut *purpura dialutensis*, ex genere pelagiarum. *Plin.* l. 9. c. 37. Est longe optimum purpuris dialutense, idest vario soli genere pastum. *Salmas.* aliter legit.

DIALȲMA, atis, n. διάλυμα, (vox Græca, et Græce scribenda: a διαλύω, dissolvo.) figura est, quæ rem ab re distinguens, utramque absolvit ratione subjecta, ut: Cur ego nunc tibi quicquam objiciam? Si probus es, non meruisti: sin improbus, non commoveris. V. Grammaticos.

DIALȲSIS, f. διάλυσις, Lat. dissolutio. Ita appellatur species hyperbati, cum ordo orationis, interposita sententia, diducitur, ut (*Virg.* 11. *Æn.* v. 12.) Tum socios (namque omnis eum stipata tegebat Turba ducum) sic incipiens hortatur ovantes. V. *Hyperbaton.* ¶ Alia est, *dialyton, dialuton* etiam dicta, qua conjunctiones omittuntur, ut (*Virg. Æn.* 4. v. 593.) ite, Ferte citi flammas, date vela, impellite remos. Hæc *Charis.* l. 4. pag. 246. et 251. *Putsch.* et *Diomed.* l. 2. pag. 442. et *Donat. de schematib.* pag. 1774. omnes tamen Græce.

DIALȲTON. V. in voce præced.

DIAMĔTROS, i, f. *a diameter, or right line dividing any figure into two equal parts*, διάμετρος, est recta linea figuram ex æquo secans; ut *diametros orbis* est linea, quæ sic a summo ad imum tenditur circulum, ut per centrum eat, a διαμετρέω, dimetior. *Col.* l. 5. c. 2. Esto area rotunda, cujus diametros habeat pedes septuaginta. *Vitruv.* l. 10. c. 14. Per mediam diametron. Adde *Macrob.* l. 1. *in somn. Scipion.* c. 20. ubi diametron diligenter describit. *Jul. Firmic.* l. 4. c. 1. De diametro respicere. *diametrically.* ¶ Alio sensu *diametron* dicitur id, cui ad justam mensuram aliquid deest τὸ ἐλλεῖπον ἀπὸ τοῦ δικαίου μετρηθέντος, v. gr. cum aliqua species certa mensura tradita in minori quantitate redditur. Hoc sensu usurpant *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 13. *Cod. Theodos.* tit. 5. *leg. ult.* et tit. 9. leg. 5. Huic contrarium est ἐπίμετρον.

DIAMĔTRUS, a, um, adject. *Jul. Firmic.* l. 4. c. 1. *a med.* Si luna istum cursum diametra radiatione respexerit.

DIAMICTON, διὰ μικτῶν, *h. e.* per res admixtas: vox ejus generis, quo *diacodion*, &c. Architecti medios parietes farcire fractis cæmentis, diamicton vocant, *Plin.* teste l. 36. c. 22. *extr.* ut quidem legendum esse contendit *Harduin.*

DIAMŒRIE, es, διαμοιρία, divisio, seditio, factio. *Plin.* l. 10. ep. 117. et 118. ubi alii legunt *dianome*, quæ vox distributionem significat, Græce διανομὴ, ut notet largitionem ad seditionem movendam institutam.

DIAMŎRON, διὰ μορῶν, (V. *diacodion*) compositio ex succo mori agrestis, et melle concocto. *Pallad. in Septembr.* tit. 16.

DIĀNA, æ, f. *the goddess Diana*, Ἄρτεμις, Jovis filia ex Latona eodem cum Apolline partu in Delo insula edita, quæ etiam dicitur Luna, Proserpina, Hecate, Lucina, vel Juno Lucina, Dictynna, Trivia, &c. Luna dicta est primum Jana, ut Sol Janus ab eundo: deinde Diviana, quasi Diva Jana: tandem Diana ex *Diviana*, vel ex *Deiona*, quasi Dea Jana. *Varroni* l. 4. *de L. L.* c. 10. dicta videtur quasi *Diviana*, quia *divia* h. e. duplici via procedit, scil. in altitudinem, et latitudinem. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. scripsit, Dianam dictam esse, quia noctu quasi diem efficeret. *Macrob.* lib. 1. *Saturn.* c. 9. ex *Nigidio* censuit, Janam prius dictam fuisse, deinde apposítum *d* causa decoris, ut in *reditur, redintegratur*, &c. Hinc prima syllaba anceps est. Nam potest esse brevis, quia ex *Deiana* eliso *e* remanet *Diana*, et *i* fit vocale, et non amplius ad *a*, sed ad *d* pertinet. Rursus longa esse potest, i cum *e* concrescente in diphthongum *ei.* Hinc *Virg.* 1. *Æn.* v. 503. Exercet Diana choros, quam mille secutæ, &c. Adde *Ennium* allatum in voce *Consentes*, et *Cinnam* apud *Sueton. de illustr. Grammat.* c. 11. Contra prima brevi longe frequentius reperitur apud Poetas. ¶ A *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* c. 23. tres Dianæ numerantur, prima filia Jovis, et Proserpinæ, quæ ex Mercurio Cupidinem primum genuit: secunda filia Jovis tertii, et Latonæ: tertia filia Upis, et Glauces, quam Græci sæpe Upim paterno nomine

appellant. ¶ Diana filia Jovis, et Latonæ, ob virginitatis amorem fertur hominum consortia aufugisse, et ut a se libidinis pruritum amoveret, venando silvas incoluisse, paucarum virginum comitatu contenta. Arcum ferebat et pharetram, succincta semper incedens, et cothurno induta. Ob hanc causam silvarum et nemorum dea putabatur. Celeberrimum templum habuit apud Ephesios conditum ab Amazonibus (ut *Pompon. Mela* scribit l. 1. c. 17. quamquam *Plin.* l. 5. c. 29. non templum, sed oppidum Ephesi Amazonum opus fuisse ait.) quod Herostratus quidam incendit, ut sibi ea re nominis immortalitatem acquireret, ea nocte, qua Alexander Magnus natus est. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. et lib. 1. *de Divin.* c. 23. et *Valer. Max. in fi.* cap. 14. lib. 8. et *Gell.* l. 2. c. 6. De hoc templo plura *Plin.* l. 36. c. 14. ¶ Aliud habuit Taurica Chersoneso, ubi humana advenarum victima ei sacrificabatur. V. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 4. et lib. 3. *ex Ponto*, ep. 2. ¶ *Serv. ad Æn.* 3. v. 73. et *ad Eclog.* 4. v. 10. tradit, ideo Dianam, quamvis sit virgo, a parientibus invocari, quia prior a Latona in lucem edita, ipsi matri Apollinem statim parienti obstetricis officium præstitit: causam autem cur dicatur prius nata, quam Apollo, esse, quia initio rerum prius nox fuit, cui præest Luna, quam Sol, qui diei. ¶ Res præcipue a Diana gestæ sunt hæ apud Mythologos: Actæonem, quod se nudam lavantem vidisset, in cervum mutavit, et canibus suis laniandum objecit: in bello Gigantum Othum et Ephialtem sagittis confixit: per Æsculapium ad vitam revocavit Hippolytum: irata Græcis Aulide collectis, classem diu, ne solveret, detinuit, donec virgine victima placata est: aprum Calydonium in Œneum regem immisit: Orionem se violare conantem interemit: Niobes filios occidit ob superbiam matris; et Chionem ab eandem causam: mutavit se in felem metu Typhonis gigantis, &c. *Hygin. in fab.* et *in Poet. Astron. Ovid.* et *Serv. ad Virg.* variis in locis. ¶ Metonymice ponitur pro venatione, *hunting*. *Martial. de spectac.* epigr. 12. Inter Cæsareæ discrimina sæva Dianæ Fixisset gravidam cum levis hasta suem. ¶ *Festus* in *Juvenalia* tradit Dianam putatam esse viarum deam.

[* DIANARĬA radix, est eadem ac artemisia. *Veget. Veter.* l. 2. c. 6. Caput ejus purgabis radice dianaria, quam artemisiam dicimus. *Id.* l. 3. c. 33. Radicem dianariam, id est herbæ artemisiæ, in pulverem rediges.

* DIANĪTIS, idis, f. genus quoddam myrrhæ. *Plin.* l. 12. c. 16. Tertia myrrha Dianitis. Fortasse a Dia insula.]

DIANĪUS, a, um, ad Dianam pertinens. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 141. Exagitant et Lar, et turba Diania fures. *h. e.* canes. *Grat. in Cyneg.* v. 252. dumque manebunt Silvarum dotes atque arma Diania terris. *h. e.* instrumenta venatoria. ¶ *Dianium, ii*, apud *Fest.* et *Liv.* l. 1. c. 48. est templum Dianæ, vel locus Dianæ sacer. Apud *Cicer. Verr.* 3. c. 34. est oppidum maritimum Hispaniæ in regno Valentiæ, contra Ebusum insulam, quæ nunc *Yvica* dicitur: ipsum autem nunc *Denia*. *Plin.* l. 3. c. 3. ¶ Parva quoque insula maris Tyrrheni contra Cosanum litus, *Dianium* dicitur a *Plin. ibid.* c. 6. nunc *Gianuti*.

DIANŌME. V. *Diamœrie.*

DIAPASMA, atis, n. διάπασμα, flos, aut herba, aut quippiam aliud odoriferum siccatum, tritumque in pulverem, aut in pastillos redactum, quod corpori inspergitur, aut ore manditur ad varios usus seu medicinæ, seu luxus: a διαπάσσω, inspergo. *Plin.* l. 13. c. 2. Siccis odoribus constant, quæ diapasmata vocantur. *Id.* l. 21. c. 19. *de rosis.* Diapasmata inde fiunt ad sudores coercendos, ita ut a balineis inarescant corpori, dein frigida abluantur. *Id. ibid. sub fin.* Bacchur tunditur in diapasmata. *Martial.* l. 1. epigr. 88. Quid, quod olet gravius mixtum diapasmate virus? &c.

DIAPĀSON, *a diapason, chord including all tones; an octave*, διὰ πασῶν, *h. e.* per omnes vel ex omnibus: sunt duæ voces ejusdem generis, acuta et gravis, symphoniam constituentes, quæ septem tonis constat, seu sex integris vocibus, et duabus dimidiatis; ita dicta, quia complectitur universitatem concentus, ut *Plin.* l. 2. c. 23. loquitur. Adde *Vitruv.* l. 5. c. 4. *ad fin.* ¶ Disdiapason, *two octaves*, δὶς διὰ πασῶν, *h. e.* bis per omnes, continet bis symphoniam modo dictam, seu tonos quatuordecim. *Vitruv. loc. cit.* ¶ Diapente, *a concord of five notes*, διὰ πέντε, *h. e.* per quinque, seu ex quinque; est symphonia quatuor integris vocibus constans, et hemitonio. *Vitruv. loc. cit.* ¶ Diatessăron, *a concord of four notes*, διὰ τεσσάρων, *h. e.* per quatuor, seu ex quatuor, complectitur tonos tres et dimidium. *Vitruv. ibid.* V. etiam *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. et lib. 2. c. 1. et *Martian. Capell.* l. 9. pag. 321. ¶ Hæ voces ejus generis sunt, cujus *diacodion, diaglaucion*, &c.

DIAPENTE, V. vocem præced.

DIAPHŎRA, æ, f. διαφορὰ, differentia: a διαφέρω, differo. Est hoc nomine schema rhetoricum, quod fit, cum verbum iteratum aliud significat, ac significavit primo dictum; estque Correctioni affinis. Vox Græca est, et Græce scribenda.

DIAPHORĒSIS, is, f. *a diaphoresis, perspiration*, διαφόρησις, apud Medicos est evacuatio, seu evaporatio, quæ fit per poros corporis: a διαφορέω, dissipo, digero, discutio. *Theod. Priscian. de diæta*, c. 14. ¶ Item solutio, defectio virium. *Cœl. Aurelian.* l. 1. *Acut.* c. 15.

DIAPHORETĬCUS, a, um, *diaphoretic, promoting perspiration, sudorific*, διαφορητικὸς, discutiendi, evaporandi, digerendi vim habens. *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 1. c. 17. Diaphoretica solutio. et lib. 2. c. 10. Effectus diaphoreticus.

[* DIAPHRAGMA, atis, n. διάφραγμα, a præpos. διὰ inter, et φράγμα septum, membrana, quæ cor et pulmones a jecore et liene distinguit, septum transversum. *Cœl. Aurel. Chron.* l. 2. c. 12. Et magis si ex diaphragmate, quod nos jamdudum discretorium dicimus.

† DIAPONTĬUS, a, um, adj. διαπόντιος, qui per pontum sive mare transit. *Plaut. Most.* 2. 2. 66. Ego transmarinus hospes sum diapontius.]

DIAPORĒSIS, is, f. dubitatio, διαπόρησις: a διαπορέω, dubito. V. *Addubitatio.*

DIAPSALMA, atis, n. διάψαλμα. V. *Psalma.*

DIARĬUM, rii, n. *provision for one day; a day's allowance of food, day's wages.* Diaria, orum, τὸ ἐφήμερον, sunt victus quotidianus, idest quod in unius diei cibum servis et ancillis demensum datur. *Horat.* l. 1. ep. 14. v. 40. Cum servis urbana diaria rodere mavis. *Martial.* l. 11. *epigr. ult.* Puerique diaria poscunt. *Petron. in Satyr.* c. 136. Anseres, qui medio die solebant ab anu diaria exigere. Adde *Cicer. Attic.* l. 8. ep. 14. ubi tamen alii aliter legunt. ¶ *Post asellum diaria non sumo* proverbium est apud *Petron.* cap. 24. *extr.* de quo V. in *Asellus.* ¶ Etiam alimenta quæ quotidie dabantur carcere inclusis, *diaria* dicuntur. *Senec.* l. 4. *controv.* 27. *ad fin.* Cum introductus esset ex carcere in Senatum, postulaturus, ut diaria acciperet. ¶ *Charis.* recenset inter ea nomina, quæ singulari numero carent, lib. 1. pag. 21. *Putsch.* Alio tamen sensu habet singulare, nempe cum significatur libellus, in quo acta singulorum dierum perscribuntur. *a diary, journal. Sempron. Asell.* apud *Gell.* l. 5. c. 18. Annales libri, quod quoque anno gestum sit, id demonstrant, quasi qui diarium scribunt, quam Græci ἐφημερίδα vocant.

DIAS, adis, f. *the number two*, numerus binarius, διάς. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 228. et l. 7. pag. 238.

[* DIASMYRNES, διασμύρνης, *h. e.* ex myrrha, quæ Græce etiam σμύρνα appellatur. *Scribon. compos.* 26. Collyrium diasmyrnes. *Inscript.* reperta ann. 1809 Hubiliaci in Gallia prope *Châlons-sur-Saône.* Regini diasmyrnes post lippitudines ex ovo primum. Hic est titulus collyrii, quod Reginus medicus elaboraverat ad oculorum lippitudines sanandas. V. *Magas. Encyclop.* ann. 1809. *Mars* pag. 105.]

DIASTĒMA, atis, n. *a space, distance, interval*, διάστημα, spatium, intervallum, distantia: a διΐσταμαι, disto, separor, seorsim sto. [*Seorsim*, quod *Forcellinus* ad voces barbaras in calce ablegat, hic ipse tamen adhibet, ut et aliis in locis.] Verbum est mensorum. *Frontin. in exposit. formar.* pag. 33. *Goes.* Quoties ex uno duorum punctorum diastemate duos pares circuli exeunt. *et mox.* Si tres circuli pares fuerint inter se æquali diastemate connexi. ¶ Item astronomorum. *Sidon.* l. 8. ep. 11. *post med.* In diastemate Zodiaco. *Id. in epist. præfixa carmini* 14. Mentio centri, proportionis, diastematum, climatum. ¶ Corripuit pænultimam, sed non est imitandus, *Id.* carm. 15. v. 64. Sic placidam Paphien servare diastema quintum. ¶ Item Musicorum. *Martian. Capell.* l. 9. pag. 321. *de Musica.* Diastema est vocis spatium, quo acuta et gravior includitur. et *Isidor.* l. 2. *Orig.* c. 19. Diastema est vocis spatium, ex duobus, vel pluribus sonis aptatum. *Censorin. de die Nat* cap. 13. Intervalla musicis diastematis congrua.

DIASTEMATĬCUS, a, um, διαστηματικὸς, divisus, ut *diastematica vox* apud *Martian. Capell.* l. 9. pag. 318. cui opponitur *continua.*

DIASTŎLE, es, f. διαστολὴ, dilatatio: Græca vox est, Grammaticis familiaris; et ita dici solet figura, qua syllaba natura brevis producitur, vel simpliciter, vel geminatione ejusdem consonantis; quæ etiam *Ectasis* dicitur: a διαστέλλω, diduco, laxo, aperio. *Virg.* 1. *Æn.* v. 6. Italiam fato profugus, Lavinaque venit Litora. *Id.* 2. *Æn.* v. 715. Relligione patrum multos servata per annos. ¶ Præterea ita dicitur dextera pars circuli ad imas litteras apposita, (quam nos *virgulam* vocamus) qua nota male cohærentia scribendo discernuntur, ut in illo *Virg. Æn.* 2. v. 413. Tum Danai, gemitu, atque ereptæ virginis ira. et *Æn.* 8. v. 83. Procubuit, viridique in litore conspicitur sus. Hæc *Diomed.* l. 2. p. 430. *Putsch.* et *Priscian. de accentib.* p. 1287. ¶ Denique diastole est, cum epitheton aliquod nomini apponitur distinguendi causa, ut si dicas *dolum malum*, ut distinguas a *bono.* V. in hanc rem verba *Donati* in voce *Dolus.* [† *Diastolen cordis et arteriarum* vocant Medici, quum dilatantur cor et arteriæ in longum, latum et profundum: quemadmodum etiam *systolen* vocant, quum contrahuntur: quæ duo simul pulsum efficiunt. *Gesn.*]

DIASTȲLOS, adject. *diastyle*, διάστυλος, columnas habens rariores: a διὰ (quod separationem aliquando significat) et στύλος, columna. Species ædium sunt quinque: Pycnostylos, idest crebris columnis (a πυκνὸς, densus, *spissus.*) Systylos, paulo remissioribus (a σὺν, *cum, simul.*) Diastylos, amplius patentibus: Rarius quam oporteat inter se diductis, Aræostylos (ab ἀραιὸς, *rarus.*) Eustylos, intervallorum justa distributione (εὖ, *bene.*) Ergo Pycnostylos est cujus intercolumnio unius et dimidiatæ columnæ crassitudo interponi potest: Systylos, in qua duarum columnarum crassitudo: Diastylos, in qua trium: Eustylos, in qua plurium. Eustylos eam habet rationem, ut in intervallis spatia duarum columnarum et quartæ partis crassitudo intersit, &c. Hæc *Vitruv.* lib. 3. cap. 2. ¶ De quantitate pænultimæ in his vocibus, V. in *Amphiprostylos.*

DIASYRMOS, i, m. διασυρμὸς, elevatio, *h. e.* depressio: est figura sententiarum, in qua laudantes, quæ dicuntur ab adversariis dissolvimus; qualis est in Mureniana totus ille in Sulpicium locus de jure civili. Ita *Martian. Capell.* l. 5. pag. 172.

DIASYRTĬCE, per diasyrmum, seu irrisionem. *Serv. ad Virg. Æn.* 2. v. 193.

DIASYRTĬCUS, a, um, διασυρτικὸς, ad diasyrmon pertinens. *Diasyrticum dictum* est, quo laudantes aliquid simul elevamus, et carpimus. *Spartian. in Carac.* c. 10. Non ab re est, diasyrticum quiddam in eum dictum addere. Nam cum Germanici, et Parthici, et Arabici nomen adscriberet, Pertinax dicitur joco dixisse: adde, si placet etiam Geticus Maximus: quod Getam occiderat fratrem, et Gotti Getæ dicerentur. *Hieronym. sub init.* l. 1. *advers. Rufin.* Diasyrtica prædicatio.

DIATESSĂRON. V. *Diapason.*

DIATHĒCA, orum, n. *a bequest*, διαθήκη: testamentum, vel hereditas ex testamento proveniens. *Martial.* l. 12. epigr. 71. O quantum diatheca valent, et quinque comati. Al. aliter leg.

DIATHȲRUM, i, n. *a fence, or railing, placed before a door*, διάθυρον, vox Græca, a θύρα, janua, ostium: et Græce legitur apud *Vitruv.* l. 6. c. 10. *ad fin.* Prothyra Græce dicuntur, quæ sunt ante in januis vestibula. Nos autem appellamus prothyra, quæ Græce dicuntur διάθυρα. *h. e.* repagula lignea versatilia, quæ januis præfiguntur ad arcenda vehicula, et jumenta. *Pompon. Dig. l. ult. tit. pænult. leg. pænult.* Labeo ait, prothyrum, quod in ædibus interdum fieri solet, ædium esse. ¶ Aliquando *prothyra* dicuntur quæ vela, *a veil, curtain, or screen, hung before a door*, vel his similia. *Papinian.* apud *Ulpian. Dig.* l. 33. tit. 7. leg. 12. *circa. med.* Prothyrum domus, si velamen est, instrumento domus continetur.

DIATONĬCUS, a, um, ut Modulatio diatonica, apud *Martian. Capell.* l. 9. pag. 321. et 325.

DIATŎNUS, a, um, διάτονος, distentus, extentus, a διατείνω, extendo. *Lateres* διάτονοι, dicuntur a *Vitruv.* l. 2. c. 8. (quos Latine *frontatos* dici, ait ibidem) qui in angulis positi, duplici fronte totam muri crassitudinem complectuntur. *corner-stones, band-stones, parpenstones, or such as reach over the whole breadth.* Al. leg. διάτοροι, hoc est penetrantes: a διατορέω, perforo, penetro. ¶ In Musicis διάτονον genus est modulationis, quod διὰ τόνους, per tonos procedit: et distinguitur ab harmonico, et chromatico. In eo intervalla faciliorem habent, quam in ceteris, distantiam. Tetrachordon diatoni duos habet continuatos tonos cum hemitonio. *Vitruv.* l. 5. c. 4. et *Macrob.* l. 2. *in somn. Scip.* c. 4. *ad fin.* ¶ Definitur a *Martian. Capell.* l. 9. pag. 323. quod tonis copiosum est: ejusque tetrachordos constare ait hemitonio duobus tonis subsequentibus. V. *Petr. Gassend. in manuduct. ad Theor. Musices* c. 3.

DIATRETARĬUS, ii, m. *a turner*, qui diatreta facit. *Imp. Constantin.* lib. 10. *Cod.* tit. 64. leg. 1.

DIATRĒTUS, a, um, *turned or polished on a lathe, turned; enchased, embossed*, διάτρητος, torno factus, tornatus, vel in quo tessellato opere aurum, argentumve, aut gemmæ insertæ sunt: a διατιτράω, perforo, terebro. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 27. *ad fin.* Si calicem diatretum faciendum dedisti; si quidem imperitia fregit, damni injuria tenebitur, &c. ¶ *Diatreta* absolute sunt vasa affabre facta, toreumata. *cups embossed and curiously worked. Martial.* l. 12. epigr. 71. O quantum diatreta valent! Al. aliter leg.

DIATRĪBA, æ, f. *a school; a dispute, discourse, dissertation*, διατριβὴ, locus in quo disputantes, et scholam agentes versantur: itemque ipsa disputatio, dissertatio. *Gell.* l. 17. c. 20. Recens in diatribam acceptus. *Id.* l. 1. c. 26. Interrogavi in diatriba Taurum, an sapiens irasceretur. *Id.* l. 18. c. 13. Quidam Dialecticus ex Platonis diatriba.

DIATRITÆUS, διατριταῖος, tertianus. *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 1. c. 3. Alienatio intra diatritæum, vel post dia tritæum tempus.

DIATRĪTUS, f. διάτριτος, accessio febris tertia die. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 1. Abstinentia cibi usque ad primam diatritum. *et post.* In ipsa diatrito sanguis detrahendus.

DIATYPŌSIS, is, f. διατύπωσις, figura oratoria: a διατυπόω informo, instituo. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 172. Diatyposis est descriptio, vel deformatio, cum rebus, personisque subjectis, et formas ipsas, et habitus exprimimus.

DIAULOS, i, m. *a measure of ground consisting of two furlongs*, δίαυλος, spatium duorum stadiorum in cursu

Olympico, vel Circensi, ut *Vitruv.* l. 5. c. 11. docet. *Hygin.* fab. 173. His ludis vicerunt Zethus dolichodromo, Calais diaulo, Castor stadio.

DIAZEUGMENON, διαζευγμένων, [† l. διεζευγμένων,] disjunctum, disjunctio: a διαζεύγνυμι, disjungo. *Martian. Capell.* l. 5. p. 176. Diazeugmenon disjunctum appellamus, cum diversis redditionibus verborum cola disjungimus, sive duo, sive plura, hoc modo (*Cic. Agrar.* 2. c. 31.) Capuam colonis deductis occupabunt; Atellam præsidio communient; Nuceriam obtinebunt; cetera oppida præsidiis devincient. [† V. *Interzeugmenon.*]

DIAZEUXIS, f. διάζευξις, Lat. dissolutio: figura est metri, eadem quæ Diæresis. *Valer. Prob.* l. 1. *Grammat.* pag. 1438. *Putsch.*

DIAZŌMA, atis, n. *a girdle or belt*, διάζωμα, cingulum, cinctus intermedius: a διαζώννυμι, cingo, præcingo. *Vitruv.* l. 5. c. 7. Sunt res, quas in pusillo, et in magno theatro necesse est eadem magnitudine fieri, propter usum, uti gradus, diazomata, pluteos, itinera, ascensus. V. in *Balteus.*

DIBĀLO, as, a. 1. a *balo* compositum. *Cæcil.* apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 5. *ad fin.* Tantam rem dibalare, ut pro nihilo habuerit. *Scalig. in Conjectan.* Dibalare pro deblacterare, non inepte dictum videri posset. Ego puto, dibalare rem, καταφαγεῖν τὴν οὐσίαν, bona consumere. Hæc *Scalig.* Sed *Cæcilius* malus est auctor Latinitatis, teste *Cicer.* 7. *Attic.* ep. 3.

DIBĂPHUS, a, um, *twice dyed, dyed in grain*, δίβαφος, bis tinctus: a δὶς, bis, et βάπτω, tingo. *Plin.* l. 9. c. 39. *de purpura.* Successit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi. *et mox.* Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta esset, veluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes pæne commodiores purpuræ tinguntur. Adde lib. 21. c. 8. Hanc *iteratam purpuram* vocat *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 140. ¶ Quia purpura utebantur Magistratus, hinc allegorice *Cic. Fam.* 2. ep. 16. *sub fin.* Curtius noster dibaphum cogitat, sed eum infector moratur. *h. e.* sperat, cupit honores in republ. sed res ei non procedit. ¶ Proverbii species est in illo ejusdem *ad Attic.* l. 2. ep. 9. *ad fin.* Faciant, quos volent, consules: etiam Vatinii strumam sacerdotii διβάφῳ vestiant. Et dici potest de iis, qui turpem vitam, scelera, aut sordes, magistratuum ornamentis occultare nituntur. [† δίβαφον, *bis tincta purpura, vestis auguralis*, ista dicitur, quia primo cocco, deinde purpura tingebatur. Ruben. de Lato Clavo 2. 14. *Ernest.*]

DIBRĂCHYS, m. δίβραχυς, pes metricus duabus constans brevibus syllabis, ut *dea:* a δὶς, bis, et βραχὺς, brevis. *Mar. Victor.* l. 1. *Grammat.* pag. 2486. *Putsch.* et *Diomed.* l. 3. pag. 471.

DIBUCCĪNO, et Dibucino, as, a. 1. idem quod buccino, et translate divulgo, edo, in vulgus spargo. Agnoscitur ut Latinum a *Vel. Longo de Orthogr.* pag. 2227. *Putsch.* et a *Cassiod. ibid.* pag. 2294. sed caret exemplis.

DIBUS pro diis. V. in fine verbi *Deus.*

DICA, f. *an action at law, law-suit, indictment, process*, δίκη, judicium, causa, actio; a voce Græca allata, quæ primo jus, et justitiam significat, deinde hanc etiam, de qua loquimur, significationem habet. Habet autem usum in lingua Latina in iis tantum casibus, quos subjecta exempla demonstrant. *Scribere dicam alicui* est actionem intentare, litem movere, in jus vocare, *to bring or enter an action against any one*, ἐπάγειν, et γράφειν δίκην. *Cic. Verr.* 4. c. 14. *extr.* Scribitur Heraclio dica. *Terent. Phorm.* 2. 2. 15. En unquam injuriarum audisti mihi scriptam dicam? Ubi *Donat.* Dice causa est Græce, quæ fit Latine dica, ut Acte Acta, Calliope Calliopa. *Terent. ibid.* 4. 3. 63. Sexcentas scribito mihi dicas, nihil do. *Plaut. Pæn.* 3. 6. 5. Cras subscribam homini dicam. *Quintil.* l. 6. c. 3. eodem sensu dixit *formulam scribere.* ¶ *Dicam alicui impingere* eodem sensu dicitur. *Terent. Phorm.* 2. 3. 91. Si tu illam attigeris, dicam tibi impingam grandem. ¶ *Sortiri dicam*, et *dicas*, est sortiri judices, qui de causa cognoscant, *to select the* judices, *or jury, by lot, hold a court of justice*, δίκην λαγχάνειν. *Cic. Verr.* 4. c. 15. Quo die se se, ex instituto ac lege Rupilia, dicas sortiturum iste edixerat: paratus ad hanc dicam sortiendam venerat. *et mox.* Quod lex Rupilia vetaret diebus triginta sortiri dicam, quibus scripta esset. *et paulo post.* Iste omnibus dicis (al. *judiciis*) diem distulit, et eam diem constituit, ut hanc Heraclii dicam sortiri ex lege posset. ¶ Est autem advertendum, *Terent. Plaut. Cicer.* ideo præcipue hoc loquendi genere uti a Græcis ducto, quia fere de Græcis rebus forensibus agunt. Nam hi duo Poetæ Græco sermone ac moribus Fabulas suas transtulerunt: et *Cicero* de Siculis loquitur, qui Græca consuetudine et sermone utebantur. ¶ Etiam Græcus genitivus *dicis*, δίκης, in Latium transiit: unde *dicis causa*, aut *gratia*, δίκης ἕνεκα, λόγου χάριν, νόμου χάριν, significat primo, juris seu justitiæ causa, hoc est servandi causa speciem justitiæ, aut æquitatis. *Cic. Verr.* 6. c. 24. Tamen, ut possit se dicere emisse, Archagatho imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummulorum dicis causa daret. [† ut imago saltem emtionis esset.] *Plin.* l. 28. c. 2. *ad fin.* Si Pontifici accidat, dicis causa epulanti. *h. e.* rite peragendæ expiationis causa. ἀφοσιώσεως ἕνεκα. ¶ Deinde moris, consuetudinis causa, non serio, sed perfunctorie, et ad speciem; neque ut officio plene fungamur, sed ad vitandam solummodo reprehensionem. *Nepos in Attic.* c. 8. Ita ut Brutus et Cassius provinciarum, quæ iis dicis causa datæ erant a Coss. desperatis rebus, in exsilium proficiscerentur. *for form's, or fashion's, sake, to keep up appearance:* ut viderentur habere justam causam discedendi Roma. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 18. *a med.* Imminuit auctoritatem suam, quod habet dicis causa promulgatum illud idem de Clodio. Al. hic aliter leg. *Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. 5. leg. 1. *ad fin.* Si finxit se quis auxilium ferre, vel dicis causa tulit, nihil hoc commentum ei proderit. *Caius* lib. 13. tit. 6. leg. 4. Sæpe ad hoc commodantur pecuniæ, ut dicis gratia, numerationis loco intercedant. *Arnob.* l. 3. pag. 109. Alias quidem esse diis formas, sed honoris et dicis causa species vos eis accommodavisse mortalium. *Varro* quoque l. 5. *de L. L.* c. 7. et c. 9. *sub fin.* usurpat, et antiquam esse formam dicendi testatur. Porro priore loco etiam *dicis imo* legitur, quod idem esse videtur, si integra est lectio: pro quo et *dicis ergo* dici notat *Scalig.* cujus ego exempla nondum vidi. [† Hanc formulam (ait *Ernesti*) primus recte explicavit Lælius Taurellus de militiis ex casu, in Thesauro Ottonis, t. iv. p. 1635. et post Ant. August. Emendat. ii. 2. ibid. p. 1472. cf. Victor. Varr. Lect. iv. 23. et in Lex. Fabri de hac formula dicta.]

[* DICABŬLUM, i, n. fortasse idem ac dicibulum, a verbo *dico. Martian. Capell.* l. 8. pag. 273. *Grot.* Vatum rumores dicabulis cavillantibus.]

DICACĬTAS, atis, f. *smart repartee, raillery, wit, banter*, εὐτραπελία, proprie significat sermonem cum risu alios incessentem, ut *Quintil.* l. 6. c. 3. *ante med.* docet: eminet autem maxime in quadam veluti jaculatione verborum, et inclusa breviter urbanitate, qua salse et civiliter simul, ingenueque aliquis præstringitur. Ejus duo sunt genera: alterum quod modo dictum est: alterum scurrile et scenicum. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 54. Duo genera sunt facetiarum: alterum æquabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum et breve: illa a veteribus cavillatio; hæc dicacitas nominata est. et cap. 60. Scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda est. *Suetom. in Vespas.* c. 22. Erat dicacitatis plurimæ; et sic scurrilis ac sordidæ, ut ne prætextatis quidem verbis abstineret. et cap. 23. Affectare dicacitatem.

DICACŬLE, adverb. diminut. *acutely, wittily, sharply, keenly, satirically*, εὐδίκτως. *Apul.* l. 1. *Metam.* In eam dicacule probrum dixerat. et l. 8. Sic præco lurconem tractabat dicacule.

DICACŬLUS, a, um, *a little witty, sharp, facetious*, diminut. a dicax, εὔδικτος. *Apul.* l. 2. *Metam.* Lepida et dicacula puella. et lib. 3. Dicaculus sermo. ¶ Item loquax, garrulus. *Plaut. Asin.* 3. 1. 8. Satis dicacula es amatrix.

DICÆARCHI, orum, iidem qui Puteolani (V. vocem sequent.) *Lucil.* apud *Fest. in Minorem.* Inde Dicæarchum populi, Delumque minorem.

DICÆARCHĪA, Δικαιαρχία, vocabatur teste *Festo*, quæ nunc Puteoli (*Pozzuolo*, urbs Campaniæ felicis prope Neapolim, ad mare) quod ea civitas quondam justissime regebatur: a δίκαιος, justus, et ἀρχὴ, imperium. *Plin.* l. 3. c. 5. Puteoli, colonia, Dicæarchia dicti. *Stat.* l. et silv. 2. v. 96. Dicæarchum, seu Dicarchum, nominat ejus urbis conditorem.

DICÆUS, δίκαιος, justus: cognomen est Apollini a Thebanis inditum, quod cum Thebæ ab Alexandro caperentur, aurum a fugiente in ejus simulacri sinu conditum, celatum esset. *Plin.* l. 34. c. 8.

DICARCHÆUS, a, um, ad *Dicæarchiam*, seu Puteolos pertinens: ex qua voce syllabam Poetæ exterunt, metri causa. *Stat.* l. et silv. 2. v. 110. Dicarchæi sinus. *Sil.* l. 13. v. 385. Forte Dicarchæa juvenis consedit in urbe. *Id.* l. 8. v. 534. Proles Dicarchæa. *h. e.* juventus Puteolana. *Sidon.* carm. 2. v. 59. Dicarchæa arena. *h. e.* arena, quæ invenitur in collibus circa Puteolos, quæ commixta calce firmissima est in ædificiis, ut *Vitruv.* docet l. 2. c. 6. ¶ Scribitur et *Dicarcheus.*

DICARCHIS, idis, f. idem quod Dicæarchia, Puteoli. *Petron. in Satyr.* c. 120. Parthenopen inter, magnæque Dicarchidos arva.

DICATĬO, onis, f. *a dedicating, devoting*, ἀνάθεσις, actus dicandi, seu tradendi, addictio. *Cic. pro Balbo*, c. 11. Duarum civitatum civis esse nemo potest: non esse hujus civitatis civis, qui se alii civitati dicarit, potest. Neque solum dicatione, sed etiam postliminio potest civitatis fieri mutatio.

DICATŪRA, æ, f. *the dedication of a book*, dicatio, dedicatio. *Plin. in præfat. Hist. natur. a med.* Nec fiducia operis hæc est: sed in dicatura multa valde pretiosa ideo videntur, quia sunt templis dicata. Al. leg. *indicatura. Multa valde*, &c.

DICATUS, a, um, *designed, appointed, dedicated, devoted, consecrated*, ἀνατεθεὶς, addictus, nuncupatus, assignatus, consecratus. *Cic. in Orat.* c. 13. Genus epidicticum pompæ, quam pugnæ aptius, gymnasiis et palæstræ dicatum, pulsum foro. *Id. Tuscul.* 1. c. 30. Cygni Apollini dicati. *Id. Verr.* 7. c. *ult.* Donum Jovi dicatum atque promissum. *Plin.* l. 12. c. 22. Dicamus et de junco, quamvis alio herbis dicato volumine. *although I have devoted another book to the subject of herbs exclusively. Id.* l. 37. c. 10. *a med.* Carmen dicatum Veneri. *Id.* l. 34. c. 7. Janus geminus a Numa dicatus. *h. e.* dedicatus. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 706. Ledæis templa dicata deis. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 59. Augustus dicatus inter numina. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 258. n. 6. Imp. Cæs. Marco Antonino Vero Val. Julianus numini majestatique ejus semper dicatissimus. Adde pag. 273. n. 5. et 246. n. 3. et 279. n. 4. et 271. n. 4.

DICAX, acis, adject. *witty, sharp, quick, acute, keen, satirical*, εὔδικτος, φιλοσκώμμων, qui risus causa, ad salsa dicta facilis ac promptus est, acute mordax in dicendo, maledicus. *Cic. in Orat.* c. 26. Demosthenes non tam dicax fuit, quam facetus. Est autem illud acrioris ingenii, hoc majoris artis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 60. Granio nemo dicacior. (Adde *Liv.* l. 32. c. 34.) *Id.* 2. *Phil.* c. 31. *extr.* Populum etiam in te dicacem reddidisti. *Id. pro Cæl.* c. 28. In conviviis faceti et dicaces. *Catull.* carm. 22. *ad Varr.* v. 2. Homo est venustus, et dicax, et urbanus. *Petron. in Satyr.* c. 113. Homo dicacissimus. *Horat. in ar. Poet.* v. 225. Satyri dicaces. *Gell.* l. 12. c. 2. Dicax argutia. *Senec. in Med.* v. 113. Festa dicax fundat convicia fescenninus.

DICHALCON, i, n. δίχαλκον, genus monetæ æreæ minutæ, quæ valebat quartam, et secundum alios quintam partem oboli. *Vitruv.* l. 3. c. 1. Quadrantes obolorum, quæ alii dichalca, nonnulli trichalca dicunt. V. *Chalcus.*

[* DICHOMENĪON, i, n. διχομήνιον a διχομηνία, dimidia luna. Sic vocat *Apul. de herb.* c. 64. pæoniam herbam, quod similis ea sit lunæ semiplenæ.

* DICHONEUTUS, a, um, διχώνευτος, a δὶς, bis, et χωνεύω, conflo, bis conflatus. *Cod. Theod.* l. 11. tit. 21. leg. 1. Æs, quod dichoneutum vocatur, tollatur. *h. e.* bis recoctum et conflatum, adulteratum, et adventitia etiam forte aliqua materia commixtum.]

DĪCHORĒUS, i, m. διχόρειος, pes metricus ex duobus constans choreis, ut *audiamus, civitate:* qui et *Ditrochæus* appellatur. *Cic. in Orat* c. 63. *Patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit.* Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus est, ut admirabile esset. Adde *Quintil.* l. 9. c. 4. *a med.*

DICHOTŎMOS luna dicitur, cum dimidio apparet orbe, διχότομος. Græca vox, quæ aliquando Latine scripta reperitur apud *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. et *Jul. Firmic. ad fin. præfat.* l. 4. a δίχα, bipartito, et τέμνω, seco.

DICHRŎNUS, δίχρονος, a δὶς, bis, et χρόνος, tempus. Dichronas vocales appellat *Mar. Victorin.* pag. 1966. *Putsch.* quæ duo tempora habere possunt, et longæ esse, aut breves.

DICIBŬLA, orum, n. nugamenta, fabulæ pueriles. *Tertull. advers. Velentinian.* c. 20. Meminerat Ptolemæus puerilium dicibulorum, in mari poma nasci, et in arbore pisces.

DICIS CAUSA. V. in *Dica.*

DICO, as, avi, atum, a. 1. *to give, offer, give up, set apart, dedicate, devote, consecrate, vow*, ἀνατίθημι, trado, attribuo, defero, dedo, dedico, consecro. Videtur esse a *dico, is*, quamvis obstat quantitas, quia *Festus* definit *dicare*, dicendo deferre. *Terent. Phorm.* 1. 2. 12. Hanc operam tibi dico. Ubi *Donat.* Plus est *dico*, quam *do. Dicatur* perpetuo, *datur* ad tempus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 76. (et *Valer. Flacc.* l. 3. v. 535.) Deiopeiam Connubio jungam stabili, propriamque dicabo. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 12. Dicare se alicui in servitutem. *to surrender or submit himself.* et *cap. præced.* se alicui in clientelam. *Cic. pro Balbo*, c. 11. se alii civitati. et cap. 12. in aliam civitatem. *to become a free denizen of another state. Id.* 2. *de Legib.* cap. 3. Ordire igitur: nam hunc tibi totum dicamus diem. *h. e.* assignamus, tribuimus, tuum esse volumus. *Id.* 2. *Fam.* ep. 6. *a med.* A te peto, ut huic meæ laudi, vel prope saluti tuum studium dices. *Id.* 3. *de Orat.* c. 3. Qui tum adolescentes Crasso se dicarant. *h. e.* dediderant disciplinæ et institutionis gratia. *Senec. in Hippol.* v. 231. Annos dicare vitæ cælibi. et vers. 487. Dicare se jugis montium. *to retire to. Plin.* l. 18. c. 7. Ptisanæ laudibus volumen dicavit Hipprocrates. *assigned, or devoted, an entire book.* Sic *Id.* l. 20. c. 9. Chrysippus brassicæ volumen dicavit. *Id.* l. 34. c. 3. *sub fin.* *Mensæ* Delphicæ, *sic dictæ*, quoniam donis maxime Apollinis dicabantur. *h. e.* destinabantur sustinendis donis Apollini Delphico oblatis. *Id.* l. 19. c. 10. Dicavit librum Mæcenati. *dedicated. Id.* l. 34. c. 3. *extr.* Dicare Apollini lychnuchum. *Id.* l. 7. c. 26. delubrum Minervæ ex spoliis. *Id.* l. 34. c. 4. Olympiæ omnium, qui vicissent, statuas dicari mos erat. ¶ Pro indicare, nuntiare, *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 139. sic ubi ad aures Fama tuam pugnam clarans alata dicasset. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 225. Inde infecta vago suspendam lintea malo, Nostros ut luctus, nostræque incendia mentis Carbasus obscurata dicet ferrugine Hibera. Adde carm. 55. *ad Camer.* v. 29. [¶ Particip. *dicans, dicaturus, dicandus* apud *Plin.* l. 1. *init.* Similis est conditio publicantium, et nominatim tibi dicantium. et l. 7. c. 38. Octoginta emit duas tabulas Cæsar in templo Veneris genitricis dicaturus. et l. 16. c. 4. Inde natum, ut coronæ etiam triumphaturis conferrentur in templis dicandæ.]

DICO, is, ixi, ictum, a. 3. *to speak, say, tell,* λέγω, loqui, fari. Videtur esse a δείκω pro δείκνυμι, ostendo, quia verbis sensa animi proferimus. *Cic. Parad.* 1. c. 2. Dicam, quod sentio. *Id.* 1. *Acad.* c. 3. Dicam, ut res est. *Id.* 3. *Verr.* 55. Dic, dic, quæso, clarius. *Id.* 13. *Attic.* ep. 25. Etiam atque etiam dico: tuo periculo fiet. *Id. de clar. Orat. in fin.* Cotta, Sulpicius, Hortensius: nihil dico amplius: tantum dico, si mihi, &c. *Id. pro Quint.* c. 22. Unum illud dico: si, &c. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 31. Nec quemquam vidi, qui magis ea, quæ timenda esse negaret, timeret; mortem dico et deos. *that is to say, namely, to wit.* (Adde lib. 1. *Attic.* ep. 19.) *Id. pro Dom.* c. 36. Dico igitur, et quam possum, maxima voce dico. *Terent. Heaut.* 5. 1. 68. Ita dictu opus est. *there is need of saying so. Id.* ibid. 3. 2. 9. Quod dici solet. *as the saying is. Id. Adelph.* 1. 1. 3. Profecto hoc vere dicunt. *in truth the saying holds good.* subaudi *dicunt homines. Cic. de clar. Orat.* c. 70. Celeriter sane verba volvens, nec hebes in causis: vel dicam, plus etiam quam non hebes. *or I should rather say. Planc. ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 24. Utrum plus dignitatis, an voluptatis sit allaturus, non facile dixerim. *it is hard to say, whether,* &c. *Petron. in Satyr.* c. 2. Grandis, et, ut ita dicam, pudica oratio non est. *if I may so say. Sallust. in Catil.* c. 58. Postquam, uti dixi, Senatus in Catonis sententiam discessit. *Cic. Verr.* 3. c. 52. et *Lucret.* l. 4. v. 1201. Venit ad Chelidonem C. Mustius, &c. venit M. Junius, &c. venit P. Potitius tutor, &c. Veniunt, ut dico, ad Chelidonem: domus erat* plena, &c. *Nepos in Annib.* c. 6. Incredibile dictu. *Plin.* l. 29. c. 1. Mirum dictu. *Cic. in divin. Verr.* c. 11. Nihil dico de meo ingenio, neque est, quod possim dicere; neque si esset dicerem. *Id. Catil.* 1. c. 4. Dico, te priori nocte venisse inter falcarios M. Leccæ domum. *I affirm. Quint. Cic. de petit. consul.* c. 12. Dicere mendacium alicui. *Terent. Heaut.* 5. 4. 19. Dicere verbum turpe. *Cic.* 15. *Attic.* ep. 19. Dic mihi, C. Antonius voluit ne, &c? *Terent. Adelph.* 3. 5. 32. Pro certo dicere aliquid. *for certain. Id. Eun.* 2. 3. 45. Heus, heus, tibi dico. *'tis you I mean. Plaut. Rud.* 1. 2. 25. Dicere inclementer homini libero. *to speak harshly.* ¶ *Dicere ad aliquem* pro *alicui. Modestin. Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 4. *a med.* Sic enim Helena ad Hectorem dicit: Δαέρ ἐμοῖο κυνός, &c. ¶ *Dicebam* formula est increpantis quempiam, cui contigit malum, quod ut caveret, jam ante admonuimus. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 14. v. 1. Dicebam, medicare tuos desiste capillos. *Senec. in Apocoloc. a med.* Dicebam vobis, non semper Saturnalia erunt. Adde *Stat.* l. 4. silv. 3. v. 124. et *Propert.* l. 1. el. 9. v. 1. et *Plaut. Asin.* 5. 2. 88. ¶ *Quid enim dicam?* est nolentis aliquid gravius dicere. *Cic. Attic.* 10. ep. 11. Itaque habet hæc quoque, quæ nascuntur ex indulgentia; sed ea sunt tolerabilia. quid enim dicam, hac juventute? *Id.* 1. *de nat. Deor. in fin.* Si maxime talis est deus, valeat. quid enim dicam, propitius sit? ¶ *Dicet aliquis,* et *dices,* adhibentur in occupationibus. *but some one will say, you will say. Cic.* 3. *Tuscul.* c. 20. Dicet aliquis: quid ergo? tu, &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 33. Dices, quid postea? ¶ *Volui dicere* est se corrigentis. *Plaut. Mil.* 3. 2. 6. Sorbet dormiens. *Pa.* Quid sorbet? *Lu.* illud, stertit, volui dicere. *I should have said.* Adde *Pseud.* 3. 2. 55. ¶ *Diceres,* putares, crederes. *Plin.* l. 11. c. 37. Cornua erecta, rugarumque ambitu contorta, et in leve fastigium exacuta, ut liras diceres, strepsiceroti. ¶ *Diceret,* dicere posset, excusando se. *Terent. Andr.* 1. 1. 111. Nec satis ad objurgandum causæ: diceret, quid feci? &c. ¶ *Dixi* est aliquando minitantis, et se ita facturum, ut minatus fuerit, confirmantis. *Terent. Phorm.* 2. 3. 89. Nisi properas mulierem abducere, ego illam ejiciam: dixi, Phormio. *mind, I have said it. Phorm.* Si tu illam attigeris secus, quam dignum est liberam, dicam tibi impingam grandem: dixi, Demipho. Adde *Hecyr.* 4. 3. 6. *Plaut. Cist.* 2. 1. 50. Dixi quæ volui. vale. ¶ *Dixit, dixerat,* a Poetis passim ponuntur, cum quis dicere desiit. ¶ Præterea *dixi* formula est forensis. Moris enim fuit Veterum, cum satis visum esset fluxisse verborum, hanc sibi necessitatem finiendæ orationis imponere, ut diceret ad ultimum, *dixi:* quod etiam, ab utraque parte oratione consumpta, ut in consilium judices dimitterentur, Prætor (*al.* præco) soleret pronuntiare, *dixerunt.* Hæc *Ascon. in fin. Verr.* 2. et *ad Verr.* 3. c. 9. *extr.* ¶ *Dicere sententiam* est Senatoris, in Senatu de republ. quid sentiat, exponentis: pro quo etiam *dicere* absolute usurpatum legitur. *Plin.* l. 9. ep. 13. Jam censendi tempus: dicit Domitius consul designatus, dicit Fabricius, Fabius, Vecus, &c. Hinc illa formula Consulis Senatorem ad sententiam dicendam excitantis, *dic M. Tulli:* cujus meminit *Cic. Attic.* l. 7. ep. 1. et 3. ¶ Aliquando *dicere* est pronuntiare. *to pronounce, articulate. Cic.* 1. *de Orat.* c. 61. Cum Demosthenes ita balbus esset, ut ejus ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere. Adde *Ib.* 2. *de Divin.* cap. 46. ¶ Aliquando creare. *to create, elect. Cic.* 9. *Attic.* ep. 15. et *Liv.* l. 5. c. 9. Dicere dictatorem. et cap. 13. Alios tribunos militum omnes fere centuriæ dixere. Adde cap. 19. &c. Sic. *Ovid.* 4. *Metam.* 541. Leucothoeque deum cum matre Palæmona dixit. *h. e.* fecit, in deum mutavit. ¶ Interdum affirmare. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 6. Quem esse negas, eundem esse dicis. Adde *Fam.* 3. ep. 8. *a med.* et *Terent. Eun.* 2. 2. 20. ¶ Interdum indicere. *to give notice. Nepos in Datam.* c. 5. Misit, qui diceret, ne discederet. *Ovid.* 3. *Trist. el. ult.* v. 9. Est fuga dicta mihi, non est fuga dicta Camenis. ¶ *Dicere diem alicui.* V. *Dies.* ¶ Item narrare, describere, laudare, versibus, aut oratione. *to set forth, recount, relate, write of, praise, sing, chant, celebrate. Virg. Ecl.* 10. v. 6. Galli dicamus amores. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 8. Ennius nunquam, nisi potus, ad arma Prosiluit dicenda. *Nemesian. Ecl.* 1. v. 22. Dicat honoratos prædulcis tibia Manes. *Virg. Ecl.* 4. v. 54. tua dicere facta. *Sueton. in Vitell.* c. 11. Ut citharœdus aliquid de Domitio diceret. *h. e.* caneret. *Plin. in præfat. Hist. nat. a med.* Patrem, te, fratremque diximus opere justo, temporum nostrorum historiam orsi. *h. e.* de patre, te, et fratre diximus. *Id. in fin.* l. 15. Nunc dicimus silvestrium naturas. ¶ Item recitare. *to recite, rehearse, read. Cic. pro Planc.* c. 30. Dicere orationem de scripto. ¶ Item promittere, vel assignare. *to promise, assign. Nepos in Eumen.* c. 2. Data est Eumeni Cappadocia, sive potius dicta. nam tum in hostium erat potestate. *Pompon.* apud *Non.* c. 4. n. 122. Nummos certos dicas: dico quinquaginta millia. *Afran. ibid.* Quoniam inter nos nuptiæ sunt dictæ. *Id. ibid.* Cui dicat dotis paululum. ¶ *Dicere multam.* V. *Multa.* ¶ Pro statuere, imponere. *Horat.* l. 4. od. 8. v. 12. pretium dicere muneri. *Liv.* l. 1. c. 1. *extr.* Cui Ascanium parentes dixere nomen. Hinc *dicere leges, conditiones,* &c. ¶ Pro jubere. *to command. Ovid. de remed. Amor.* v. 505. Dixerit, ut venias pacta tibi nocte, venito. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 75. Dicam, ut aliam conditionem filio inveniat suo. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 7. Illum Dolabellæ dixisse, ut ad me scriberet, ut in Italiam quamprimum venirem. ¶ Pro constituere, pacisci. *to appoint, agree to, determine, fix upon. Cicer. in fragm.* apud *Non.* c. 5. n. 65. Cum omnes ad id tempus, quod erat dictum, postero die venissemus. *Terent. Andr.* 1. 1. 75. Dicere diem nuptiis. *Id. Adelph.* 5. 3. 10. Dictum inter nos fuit, ne tu curares meum, neve ego tuum. ¶ Pro prædicere, vaticinari. *to foretell, predict, prophecy. Propert.* l. 4. el. 1. v. 49. tremulæ cortina Sibyllæ Dixit, Aventino rura pianda Remo. *Tibull.* l. 1. el. 7. v. 61. Et tibi nescio quas dixit, mea Delia, pœnas. Multa *Heins.* in hanc rem congessit ad illud *Ovid. Heroid.* epist. 5. v. 33. Illa dies fatum miseræ mihi dixit. ¶ Pro commemorare. *to make mention of, speak of, mention. Vellei.* l. 2. c. 18. Mithridates, vir neque silendus, neque dicendus sine cura. *Plin.* l. 35. c. 11. *ad fin.* Sunt etiam non ignobiles quidem, in transcursu tamen dicendi, Aristonides, Anaxander, &c. ¶ Pro appellare. *Juvenal.* sat. 8. v. 244. Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. *Virg.* 4. *Georg.* v. 355. et te crudelem nomine dicit. ¶ Est etiam unum e tribus solemnibus Prætoris verbis. V. *Addico.* ¶ *Dicere honorem, salutem, causam, jus, delicias, dotem, testimonium,* &c. V. in illis nominibus. ¶ *Dicor* est habeor, putor, censeor, et usurpatur, ut *videor. to be accounted, esteemed, considered. Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 22. Æsculapius, qui specillum invenisse, primusque vulnus obligavisse dicitur. et cap. 18. Aristæus olivæ dicitur inventor. *Terent. Phorm.* 5. 2. 2. Dum nimium dici nos bonos studemus. ¶ Impersonaliter *Nepos in Pausan.* c. 5. Dicitur, eo tempore matrem Pausaniæ vixisse. ¶ Ut dicitur. *as report goes; as it is said. Cic.* 3. *de Orat.* c. 40. Quamvis sphæram in scenam, ut dicitur, attulerit Ennius. ¶ Eleganter aliquando omittitur, et facile subintelligitur, cum aliquem loquentem inducimus. *Liv.* l. 1. c. 9. Legatos misit, qui connubium peterent: urbes quoque, ut cetera, ex infimo nasci, &c. *Petron. in Satyr.* c. 34. Ut audivi veterem convivam: hic nescio quid boni debet esse. persecutus putamen manu, pinguissimam ficedulam inveni. *Phædr.* l. 1. fab. 29. v. 10. Repressit iram, et, facilis vindicta est mihi. Adde fab. 30. et lib. 4. fab. 23. ¶ In re oratoria aliud est *loqui,* aliud *dicere:* illud, breviter, et sine ornamentis verba facere; hoc, copiose, ornate, et ex arte. *Cic. in Orat.* c. 32. Aliud videtur esse oratio, nec idem loqui esse, quod dicere: disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit; oratorum autem dicendi et ornandi. et cap. 39. *extr.* Nec aliud quidquam est dicere, nisi omnes, aut certe plerasque illuminare sententias. *Id.* 1. *Offic.* c. 1. Est oratoris proprium, apte, distincte, ornate dicere. *Id. Tuscul.* 1. c. 4. Aristoteles cum motus esset Isocratis rhetoris gloria, dicere etiam cœpit, &c. *Id.* 4. *Acad.* c. 43. Diserte copioseque dicere. et cap. 47. eleganter. et 1. *Offic.* c. 1. gravissime et copiosissime, &c. *Id.* 2. *de Orat.* c. 8. Causas in foro dicere. *to plead.* (Et *dicere* absolute pro *causas dicere. Id. de clar. Orat.* c. 49. In tam vetere republ. maximis præmiis eloquentiæ propositis, omnes cupisse dicere, non plurimos ausos esse, potuisse paucos.) *Id.* 2. *de Orat.* c. 23. Dicere contra quempiam pro aliquo apud Centumviros. *Id.* l. 2. *de Invent.* c. 48. Dicere a scripto, *et* contra scriptum. *Id. Attic.* l. 11. ep. 12. Acerbe dicere in aliquem. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 4. Dicere de re privata ad unum judicem. *Id. de clar. Orat.* c. 20. Dicere ad populum. *to harangue the people. Id. pro Dom.* c. 11. apud populum. et *ibid.* Senatui. *h. e.* in Senatu. et *Senec. in procem.* l. 3. *controvers.* populo. *h. e.* apud populum. *Cicer. in fin. Phil.* 5. Dixi ad ea omnia, Coss. de quibus retulistis. *h. e.* dixi de omnibus, vel respondi ad omnia. ¶ Ars dicendi est Rhetorica. *Cic.* 1. *Acad.* c. 2. Nullam artem esse nec dicendi, nec disserendi putant. *Id.* 1. *Offic.* c. 1. Exercitatio dicendi. *Id. in Partit.* c. 1. Doctrina dicendi. *Id. de clar. Orat.* c. 14. Dicitur etiam C. Flaminius ad populum valuisse dicendo. ¶ *Dicebo* pro *dicam* est *Nævii* apud *Non.* c. 10. n. 17. Primum quod dicebo recte; secundum quod dicebo eo melius. *Cave.* ¶ *Dice* pro *dic* Antiqui posuere, *Festo* teste: ubi alii legunt: *dicem* pro *dicam,* quod usurpatum fuisse a *Catone,* testatur *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) ut fuerit olim *dico, as,* et *dico, is,* unum et idem verbum. Hinc *dicassit* pro *dixerit,* apud eund. *Fest.* Ceterum *dice* imperativum legitur apud *Plaut. Capt.* 2. 2. 109. *Curcul.* 1. 2. 43. *Bacch.* 4. 4. 65. et alibi. Usus est etiam *Virg.* si fides habenda *Q. Rhemn. Palæmoni de Grammat.* pag. 1382. *Putsch.* item *Nævius* apud *Fest.* in *Summussi.* ¶ *Dicier* paragoge est pro *dici. Pers.* sat. 1. v. 28. ¶ *Dixti,* et *dixis* syncope sunt pro *dixisti,* et *dixeris. Cic. pro Cæcin.* c. 29. apud *Quintil.* l. 9. cap. 3. *Terent. Andr.* 3. 1. 1. *Cæcil.* apud *Gell. in fin.* cap. 17. lib. 7. et *Plaut. Asin.* 5. 1. 12. &c. Sic *dixe* pro *dixisse, Varr.* apud *Non.* c. 6. n. 17. *Arnob. sub init.* l. 5. *Auson.* in VII. *Sap. in Lud. de Cleobul.* v. 8. et *Plaut. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 286. ubi tamen al. *dixisse.* [¶ Particip. *dicens, dicturus* apud *Justin.* l. 12. c. 5. Interdum, se quoque non debere melius sperare, dicentes. *Liv.* l. 21. c. 18. Adversus quod nihil ego dicturus sum.]

DICRŎTUM, i, n. et Dicrota, æ, f. *a sort of light galley, with two banks of oars; a foist, tartane,* δίκροτον πλοῖον, genus navis biremis minoris, Græcis usitatæ, ut ex ipso nomine colligitur: [† navis biremis. *h. e.* quæ duos remorum ordines habet. *Ernest.*] a δίς, bis, et κροτέω, pulso, quia duplici remorum pulsu impellitur. Sunt qui putant, ita dictum, quod duplici gubernaculo, scilicet a prora et a puppi regeretur. Vox est adjectiva, et subintelligitur aut *navigium,* aut *navis. Cic.* 5. *Attic.* ep. 11. Ἄφρακτα Rhodiorum, et dicrota Mytilenæorum habebam. et lib. 16. ep. 4. Domitius bona plane habet dicrota. *Hirt. de B. Alex.* c. 47. Capit ex eo prœlio triremes duas, dicrotas octo. [† V. *Scheff. de Re Nav.* ii. 2. p. 100. Locum *Hirtii,* ubi feminei generis vox est, contra *Schefferum* defendit *Oudendorpius.*] ¶ In vet. Inscript. apud *Murator.* pag. 799. n. 2. legitur *bicrota* eod. sensu.

[* DICTABOLARĬUM, i, n. idem fere ac dicterium. *Laber.* apud *Fronton. de oration.* l. 2. fragm. 1. Ut Laberius ait, dictabolaria, immo dicteria potius eum, quam dicta continere.]

DICTÆUS, a, um, *Cretan,* ad Dictem (qui Cretæ mons est, teste *Plin.* l. 24. c. 17.) pertinens: et ponitur etiam universim pro Cretensi. *Virg. Georg.* 4. v. 152. Apes Dictæo cæli regem pavere sub antro. *Id. Ecl.* 6. v. 56. Dictææ Nymphæ. Ubi *Servius* adscribit, in eo monte Pasiphaen amasse taurum. *Id.* 3. *Æn.* v. 171. Dictæa arva. *Id.* 4. *Æn.* v. 73. Dictæi saltus. *Id.* 2. *Georg.* v. 536. Dictæus rex. *h. e.* Jupiter: sed apud *Ovid. Metam.* 8. v. 43. est Minos. *Claudian. in II. Consul. Stilich.* v. 208. Dictææ astra coronæ. *h. e.* Ariadnes Cretensis. *Sil.* l. 15. v. 634. Dictææ pennæ volitant. *h. e.* sagittæ: quia Cretenses sagittandi peritissimi habiti sunt. Sic Dictæa arundo, *Id.* l. 13. v. 184.

DICTAMNUS, i, f. et Dictamnum, i, n. *the herb dittany,* δίκταμνος, et δίκταμνον, herba est pulegio similis, flore purpureo, caule foliis contecto, radice, et ramis tenuibus, fervens et acris gustu: vim habens in solis foliis extrahendi sagittas, uti *Virg.* 12. *Æn.* v. 412. et *Plin.* l. 8. cap. 27. et lib. 25. cap. 8. docent. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 50. Feras in Creta herbam quærere, quæ dictamnus vocaretur, quam, &c. *Plin. cit.* l. 25. c. 8. Veram dictamnum non nisi in asperis nasci. *et paulo supra.* Dictamnum ramis tenue, pulegio simile. ¶ *Id.* l. 26. c. 14. Dictamnum pota sagittas pellit. *pota* dixit ad *herbam* respiciens. V. *Centaurus.* ¶ Legitur et *dictămus,* vel *dictamum,* et Græce δίκταμος, et δίκταμον. *Seren. Sammon. de medic.* c. 34. Relliquias partus dictami detrahit herba. Al. aliter leg.

DICTATĬO, onis, f. dictandi actio, *a dictating, dictation. Symmach.* l. 6. ep. 4. Dictatione properata magis sollicitudini meæ, quam consuetudini satisfeci. *Paul. Dig.* l. 29. tit. 1. leg. 4. Titius miles notario testamentum scribendum notis dictavit. Quæro an hæc dictatio valere possit. Adde *Sidon.* l. 9. ep. 9. *a med.*

DICTATIUNCŬLA, læ, f. brevis dictatio. *Hieronym. advers. Vigilant.* sect. 3. Auctores sunt hujus dictatiunculæ meæ sancti Presbyteri.

DICTĀTOR, oris, m. *a chief magistrate elected on extraordinary occasions, and vested with absolute authority; a Dictator,* summus Magistratus apud Romanos (olim *magister populi,* et *prætor maximus* dictus) sed extraordinarius, qui periculosissimis Reip. temporibus creabatur, et jus vitæ necisque habebat, sine provocatione, quemadmodum Reges habuerant: a *dico,* quod a Consule diceretur: vel a *dictum,* seu *edictum,* quod ejus dicto audientes omnes essent: vel potius ab officio magistri in scholis dictantis litteras discipulis: unde et *magister* populi appellatus est. Hinc jocus C. Julii Cæsaris apud *Sueton.* c. 77.

Syllam nescisse litteras, qui dictaturam deposuerit. et *Juvenal.* sat. 2. v. 28. In tabulam Syllæ si dicant discipuli tres. ¶ Quod sine provocatione esset, satis ostendunt duo *Livii* loca l. 2. c. 29. *sub fin.* Agedum dictatorem, a quo provocatio non est, creemus. et lib. 3. c. 20. *extr.* Dictatore opus esse reipubl. ut qui se moverit ad solicitandum statum civitatis, sentiat, sine provocatione dictaturam esse. Adde lib. 2. c. 18. Legimus quidem apud *eund.* l. 8. c. 33. provocatum esse adversus L. Papirium Cursorem, dictatoria severitate Q. Fabium Max. Rullianum magistrum equitum suum punire volentem: sed ea provocatio precaria magis fuit, quam legitima, ut colligitur præcipue cap. 35. Quo sensu intelligendus videtur *Festus*, qui scribit in *Optima lex*, provocationem ab eo Magistratu ad populum aliquando datam esse. ¶ Quo anno, quibus Consulibus, quis primum creatus sit, non satis constat. Apud veterrimos Auctores *Livius* l. 2. c. 18. scribit se invenisse, primum Dictatorem fuisse creatum T. Lartium, qui erat Consul cum L. Posthumio Cominio, anno U. C. CCLIV. Alii ponunt M'. Valerium M'. filium, Volusi nepotem, ut *Festus* in *Optima lex*: quam sententiam *Liv. ibid.* rejicit. Prius non nisi e Patritiis Dictatorem legi fas fuit, postea etiam ex plebe, sed semper vir Consularis eligebatur. Primus de plebe Dictator creatus est C. Marius Rutilius, al. C. Martius Rutilus anno CCCIC. bello cum Faliscis, et Tarquiniensibus: qui etiam magistrum Equitum primum de plebe C. Plautium dixit, ut *Liv.* l. 7. c. 17. narrat. ¶ Dicebatur a Consule tantummodo, nec poterat a populo creari, nisi prodictator teste *eodem* l. 22. c. 8. et 31. V. et lib. 27. c. 5. Dicebatur autem captatis auspiciis, oriente nocte, et silentio, ut *Id.* docet lib. 9. c. 38. et lib. 8. c. 23. et lib. 4. c. 21. *extr.* Sed tamen cum aliquando Veientes castra Romana cepissent, A. Cornelius Cossus Tribunus militum Mamercum Æmilium Dictatorem dixit. Scil. quia Tribuni militum erant potestate consulari, *Id.* l. 4. c. 31. ¶ Duæ secures cum viginti quatuor fascibus Dictatorem præcedebant. ¶ Designabat sibi ministrum, qui Magister Equitum vocabatur. Erat Dictatori, ut Tribunus Celerum Regi, Præfectus Prætorio Cæsaribus. ¶ Designato Dictatore, omnes Magistratus, ut Consules, Prætores, &c. suam amittebant potestatem, præter Tribunos pl. et Magistratus illos, qui Regum tempore fuerant. ¶ Hoc Imperium semestre tantum esse voluerunt, ut est apud *Cicer.* 3. *de Legib.* c. 3. et apud *Liv.* l. 23. c. 23. ne in tyrannidem verteretur: nisi aliter Reipubl. necessitas exigeret. Nam quod L. Sylla, et C. Jul. Cæsar diutius detinuere, leges palam contempserunt. ¶ Equo vehi vetabatur; idque ob eam causam, quod cum militiæ R. robur præcipuum esset in pedestribus copiis, debebat in legione permanere, ne locum desereret: vel quod cum in ceteris maxima esset, et prope tyrannica auctoritas, in hoc voluerint, eum populo inferiorem videri. Hæc *Plutarch. in Fabio.* Ex *Livio* tamen colligimus, l. 23. c. 14. solitos fuisse Dictatores, ad bellum exeuntes, ferre ad populum, uti liceret equum conscendere: quod ita eis concedi solitum, ut solius belli causa equo uterentur: in omni alia jurisdictione equum habere prohiberentur. ¶ Præter imminens reipubl. grave bellum, aliæ quoque fuere causæ Dictatoris creandi, ut comitiorum consularium habendorum, *Liv.* l. 7. c. 26. et lib. 8. c. 16. et 23. et lib. 27. c. 5. &c. clavi figendi tempore pestilentiæ, vel secessionis, aut seditionis causa, *Id.* l. 4. c. 13. et lib. 7. c. 3. et l. 8. c. 18. exercendæ extraordinariæ quæstionis, *Id.* l. 9. c. 26. ludorum faciendorum, *Id.* l. 8. *c. ult.* et lib. 27. c. 33. legendi Senatus, *Id.* l. 23. c. 22. et 23. feriarum constituendarum, *Id.* l. 7. c. 28. V. etiam lib. 30. c. 24. Denique ut esset, qui ludis Romanis signum mittendis quadrigis daret, Prætore ægrotante, quod tamen in dubio relinquit *Id. in fin.* lib. 8. Hæc fere omnia habentur etiam in *fragment. Capitolin.* apud *Gruter.* pag. 290. *et sequentib.* ubi *dictator rei gerundæ causa* dicitur, quoties gravis belli imminentis causa creatus est. ¶ Apud alios quoque Latii populos Dictator in usu fuit, et quidem alicubi etiam ordinarius, ut Lanuvii, teste *Cicer. pro Mil.* c. 10. Cæritum, *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 214. Albanorum, *Liv.* l. 1. c. 23. &c. Quin Cato apud *Gell.* l. 10. c. 20. Annibalem *dictatorem Carthaginiensium* appellat.

DICTATŌRĬUS, a, um, *of or belonging to a dictator, dictatorial,* ad Dictatorem pertinens. *Liv.* l. 4. c. 14. Dictatoria majestas. *Id.* l. 6. c. 39. Dictatorium fulmen intentatum in aliquem. *h. e.* quod ait *Vellei.* l. 2. c. 68. Dictatoria animadversio. *Cic. pro Cluent.* c. 44. Dictatorius gladius. *Liv.* l. 7. c. 4. Dictatorius juvenis. *h. e.* Dictatoris filius.

DICTĀTRIX, icis, f. *she that dictates or commands,* quæ dicit agenda, præcipit, imperat. *Plaut. Pers.* 5. 1. 18. Tu hic eris dictatrix nobis.

DICTATŪRA, æ, f. *the office of dictator; the dictatorship,* Dictatoris dignitas, et potestas. *Cic.* 3. *Offic.* c. 31. Dictaturam gerere. *Liv.* l. 6. c. 39. Dictatura abdicata, et inita. *Id.* l. 7. c. 3. *extr.* Abire Dictatura. *Cic. Phil.* 1. c. 2. Antonius Dictatoris nomen, propter perpetuæ Dictaturæ recentem memoriam funditus e republica sustulit.

DICTĀTUS, a, um, *dictated,* ad discendum, seu repetendum propositus. *Juvenal.* sat. 6. v. 390. dictataque verba Protulit. *Sil.* l. 10. v. 448. Jurare sacramenta dictata. ¶ *Dictata* absolute sunt ea, quæ magistri in ludo pueris dictant addiscenda, *precepts, lessons, instructions, notes which the master dictates to his scholars, dictates. Horat.* l. 1. ep. 1. v. 55. hæc recinunt juvenes dictata senesque. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 4. Orationem eam pueri omnes, tamquam dictata, perdiscant. *Id.* 4. *de Fin.* c. 4. Iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque a commentariolis suis discedere. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 26. Ista a vobis quasi dictata redduntur, quæ, &c. *are learnt by heart like the lessons of school-boys, word for word. Ascon. in Divin. Verr.* c. 14. Dictata pueris præbere. *Pers.* sat. 1. v. 29. Ten' cirratorum centum dictata fuisse, Pro nihilo pendas? *Juvenal.* sat. 5. v. 122. Saltantem spectes, et chironomonta volanti Cultello, donec peragat dictata magistri Omnia. *h. e.* omnia præcepta, et gestus carptoris magistri. *Sueton. in Cæs.* c. 26. Dare dictata tironibus gladiatoribus. *h. e.* præcepta artis gladiatoriæ. Adde *Tertull. ad Martyr.* c. 1. et *Hieronym. in præfat.* l. 13. *commentar. in Ezech.* [† *Dictata* sunt theses, præcepta, decreta, quæ e magistris artis alicujus discipulis scribenda traduntur, ut ab iis ediscantur. Et quoniam hujusmodi *dictata* non adeo solent aut debent esse acuta et subtilia, in iis acquiescere, iis uti, in contemtu habetur. *Ernest.*]

DICTERĬUM, ii, n. *a sharp saying, jest, scoff, witticism,* δεικτήριον, σκῶμμα, jocus, dictum salsum et acutum, breviter et acute dictum. *Martial.* l. 6. epigr. 44. Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 2. n. 249. Addunt alii et locum *Cicer. in fragment. epist.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 1. sed ibi *dicta* legendum est.

DICTĬO, onis, f. *a speaking or uttering,* actus dicendi. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 4. Dictio sententiæ. *Terent. Phorm.* 2. 1. 63. Dictio testimonii. ¶ Item id ipsum, quod dicitur, vox, verbum, *a word, saying, expression,* λέξις, ῥῆμα, λόγος. *Quintil.* l. 9. c. 1. *post init.* Tropus, ut plerique Grammatici finiunt, est dictio ab eo loco, in quo propria est, translata in eum, in quo propria non est: Figura est conformatio quædam orationis, &c. Addunt et verba *Catonis in Originib.* Neque dictio Herculis est Græca, sed Ægyptia. Sed *Cellar. in Cur. post.* non *Catonis*, sed *Annii Viterb.* illa esse contendit: in loco etiam *Quintiliani* lites excitat: quas refellere conatur *Andr. Borrich. in Vindic. Latin.* Ceterum *dictionem* hoc sensu adhibuere Veteres Grammatici. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Verborum duplex intellectus est, alter, qui omnia, per quæ sermo nectitur, significat: alter, in quo est una pars orationis, lego, scribo: quam vitantes ambiguitatem, quidam dicere maluerunt, voces, dictiones, locutiones. *Scaurus* apud *Diomed.* l. 1. pag. 275. *Putsch.* Oratio est compositio dictionum, consummans sententiam, remque perfectam significans. ¶ Item loquendi modus, phrasis, *a phrase, peculiarity of speech. Gell.* l. 7. c. 9. post allata antiqua præterita *memordi, peposci,* &c. Ratio dictionum hæc esse videri potest, quoniam Græci in quadam specie præteriti temporis secundam verbi litteram in ε vertunt, γράφω, γέγραφα. *Id.* l. 11. c. 3. *dictiones* vocat, cum dicitur *pro collegio, pro testimonio, pro castris,* &c. *Tiro Tullius* apud *eund.* l. 10, c. 1. Persuasit, ut neque *tertio*, neque *tertium* scriberetur, sed ad secundum usque *t* fierent litteræ, ut res quidem demonstraretur, sed dictio tamen ambigua verbi lateret. ¶ Item genus dicendi, ratio et forma orationis. *a style of speaking. Cic.* 1. *de Orat.* c. 6. Seposuisse a ceteris dictionibus eam partem dicendi, quæ in forensibus disceptationibus versaretur. ¶ Item oratio, sermo, *a speech, discourse. Id. ibid.* c. 15. Quæcumque res inciderit, quæ sit dictione explicanda. et cap. 33. Exercere se in subitis dictionibus. ¶ *Dictio causæ* est causæ actio, ejus præsertim, qui defendit. *a pleading. Id. pro Quint.* c. 10. Totam causæ meæ dictionem certas in partes dividam. *Liv.* l. 7. c. 5. Remittere alicui dictionem causæ. *Cic. de clar. Orat.* cap. 73. Malim mihi L. Crassi unam pro M'. Curio dictionem, quam castellanos triumphos duos. Adde *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 4. ¶ Speciatim sumitur pro oraculi responso, *the response of an oracle,* χρησμός. *Accius* apud *Auct. ad Herenn.* c. 26. l. 2. Aperte fatur dictio, si intelligas, &c. *Liv.* l. 8. c. 24. Alexandro accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Acherusiam aquam. Adde *Pacuv.* apud *Non.* c. 4. n. 7. Eodem sensu adhibentur etiam *Dictum*, et *Dico*.

DICTĬŌSUS, a, um, *wordy, having much to say, facetious,* dictis abundans, dicax, facetus. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. A dico appellatum dictum in mimo, ac dictiosus.

DICTĬTO, as, avi, atum, n. *to speak or tell often, give out, say commonly,* πολλάκις λέγω, sæpe dico. *Cic. Verr.* 2. c. 2. Qui ita dictitat, iis esse metuendum, qui quod ipsis solis satis esset, surripuissent. *Terent. Phorm.* 5. 1. 16. Quid? non obsecro es, quem semper te esse dictitasti? *Cic. pro Dom.* c. 6. *extr.* Meo adventu annonæ vilitatem fore, boni viri dictitabant. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 22. Cœlius profectus, ut dictitabat, ad Cæsarem, pervenit Thurios. *Cic. Fam.* 1. ep. 9. Dictitare in sermonibus. *Plaut. Trin.* 1. 2. 62. Male dictitatur vulgo tibi in sermonibus. *h. e.* sæpe tibi maledicitur. ¶ Sæpe est ejus, qui facto suo excusationem prætendit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 32. In singulos conventus pecuniæ imperabantur: mutuasque illas ex S. C. exigi dictitabant. *et paulo supra.* Dictitabant enim, se domo expulsos, &c. *Liv.* l. 1. c. 49. Socerum sepultura prohibuit, Romulum quoque insepultum periisse, dictitans. Adde *Nepot. in Lysandro* c. 1. ¶ *Dictitare causas* est agere, in foro oratorem versari. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 13. Ne hunc quidem ex numero accepimus eorum, qui causas dictitarunt.

DICTO, as, avi, atum, a. 1. *to dictate what another may write,* ὑφηγοῦμαι, ὑπαγορεύω, frequentat. a *dico*: est dicere, et lente enuntiare, quæ alius excipiat. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 9. Non modo Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. *Id.* l. 7. *Attic.* ep. 13. *extr.* Si scriberem ipse, longior epistola fuisset: sed dictavi propter lippitudinem. *Sueton. in Ner.* c. 52. Versus dictante aliquo excepti. *Pers.* sat. 1. v. 52. Dictare elegidia *h. e.* componere, facere. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 10. versus. *Juvenal.* sat. 8. v. 82. perjuria. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 685. miseris dictat pia vota sacerdos. ¶ Sæpe est magistrorum proponentium pueris, quæ addiscant. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 69. delendave carmina Lævi Esse reor, memini quæ plagosum mihi parvo Orbilium dictare. [† V. in *Dictatus.*] ¶ Est etiam præscribere, præcipere. *to command, order. Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Nonnunquam ad librarios suos ita respiciunt, ut sportulam dictare videantur. *Juvenal.* sat. 11. v. 59. pultes Coram aliis dictem puero, sed in aure placentas. ¶ *Dictare testamentum, codicillos* est facere: et dicitur tum de testatore ipso, tum de alio quovis, qui nomine testatoris tabellioni scribenti præeat. *Sueton. in Tiber.* c. 22. et *in Ner.* c. 32. Sic *Mæcian. Dig.* lib. 32. leg. 93. Fidei ejus committo, uti det quantas summas dictavero, dedero. *Juvenal.* sat. 6. v. 217. Non unus tibi rivalis dictabitur heres. ¶ *Dictare actionem* est alicui in jure petenti orationem scribere, qua jus suum persequatur. *Sueton. de clar. Rhetor.* c. 2. Hunc Cœlius dictitabat dictasse Atratino accusatori suo actionem. ¶ Apud JCtos *dictare actionem, judicium* est instituere, et inferre. *Papinian. Dig.* lib. 15. tit. 1. leg. 50. *Scævola* lib. 41. tit. 10. *leg. ult. et Paul.* lib. 9. tit. 4. leg. 22. &c. ¶ Translate est suadere, suggerere, docere. *Quintil.* l. 3. c. 4. *a med.* Et tutissimum est auctores plures sequi, et ita videtur ratio dictare. *Id. in proœm.* l. 8. *a med.* Quibus sordent omnia, quæ natura dictavit. *Plin.* l. 26. c. 4. Adjiciemus herbas, ut quasque ratio dictaverit. *Quintil.* l. 2. c. 15. Recordatio meritorum, vel facies aliqua miserabilis sententiam dictat. *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *ante med.* Ipsis rebus dictantibus. ¶ Pro dictitare: quæ prima est hujus verbi sententia. *Gell.* l. 4. c. 1. Et hoc penus, et hæc penus, et hujus peni, et peneris Veteres dictaverunt.

DICTOR, oris, m. *a speaker,* qui dicit. *Augustin.* l. 4. *de doctr. Christ.* c. 19. Cum doctor iste debeat dictor esse rerum magnarum. *Id.* l. 16. *contra Faust.* c. 26. O hominem se cogitantem dictorem, et alium non cogitantem contradictorem!

DICTRIX, icis, f. agnoscitur tanquam Latina vox a *Cledon. Grammat.* pag. 1892. *Putsch.* nullo tamen confirmatur exemplo.

DICTUM, i, n. *a word, saying, expression,* ῥῆμα, λόγος, verbum, vox, sermo. *Cic.* 1. *Fam.* ep. 9. *post med.* Nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Cæsare intercessit, quod ille non illustri gratia exceperit. *Terent. Phorm.* 3. 3. 8. Dictum sapienti sat est. *a word to the wise. Metell. ad Cicer. Fam.* 5. ep. 1. Oppugnare aliquem ob dictum. *Quintil.* l. 5. c. 7. Moveri dictis alicujus. *Sallust. in Jug.* c. 52. Dicta cum factis componere. ¶ Illa Poetica sunt. *Virg.* 4. *Æn.* v. 54. Inflammare aliquem dictis, et vers. 219. Talibus orantem dictis, &c. et vers. 394. Dictis avertere curas. et lib. 5. v. 387. Castigare dictis aliquem. *Id.* 1. *Æn.* v. 667. Dictis affari quempiam. *Id.* 4. *Æn.* v. 92. Aggredi dictis aliquem. *h. e.* quod dixit *Valer. Flacc.* l. 7. v. 451. Compellare dictis. *Virg.* 10. *Æn.* v. 368. Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris. *Id.* 3. *Æn.* v. 379. Expedire dictis. *h. e.* narrare, docere, exponere. *Id.* 2. *Æn.* v. 790. et *Liv.* l. 3. c. 61. Hæc ubi dicta dedit. *h. e.* postquam hæc locutus est. Sic *Ovid.* 4. *Fast.* v. 664. Edere dicta. *Id.* 8. *Metam.* v. 717. Mutua dicta reddere. *h. e.* colloqui. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 601. Reddere alicui dicta. *to relate. Ovid.* 2. *Fast.* v. 375. et 3. v. 515. Dicta facere. *to act up to, put in execution; to be as good as his word.* ¶ Dicto citius. *sooner than the words can be uttered. Horat.* l. 2. sat. 2. v. 80. et *Virg.* 1. *Æn.* v. 146. Sic *Liv.* l. 23. c. 47. Dicto prope citius. ¶ *Cum dicto* est statim, nulla post dictum mora interposita. *Apul.* l. 2. *Metam.* Cum dicto facesso. Adde *Martian. Capell.* l. 9. pag. 302. ¶ Aliquando *dictum* est promissum. *a promise. Furius* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 1. Nomine quemque ciet, dictorum tempus adesse Commemorat. ¶ Item jussum, præceptum. *a command, precept, injunction. Cato R. R.* c. 142. Villicus domino dicto audiens sit. V. *Audio. Virg.* 3. *Æn.* v. 189. Parere dicto. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 814. Peragere dicta. ¶ Item proverbium, sententia. *a proverb saying. Cic. pro Flacc.* c. 29. Catonis est dictum, pedibus compensari pecuniam. *Lucret.* l. 3. v. 12. Depasci aurea

dicta e chartis. ¶ Aliquando libri ipsi *dicta* vocantur. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 61. Ennius hirsuta cingat sua dicta corona. ¶ Item responsum Oraculi, vaticinatio. *the response of an oracle; a prediction, prophecy. Virg.* 2. *Æn.* v. 115. ex adytis hæc tristia dicta reportat. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 325. Dicta placent, &c. V. locum, et *Dictio*, et *Dico.* ¶ Sæpe est brevis, faceta, salsa, et acuta vox, qua cum risu aliquem perstringimus, ac pungimus: et generatim quidquid bene dicitur, et urbane, ut est apud *Quintil.* l. 6. c. 3. jocus, dicterium, sales. *a sharp saying, witticism, jest, repartee, smart reply, acute remark,* σκῶμμα, γνώμη. *Cic. in fragm.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 1. Nostri, quæ facete, et breviter, et acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari dicta voluerunt. *Id.* 2. *de Orat.* c. 54. Bona dicta, quæ salsa sint, ea dicta appellantur proprio jam nomine. *Id.* 2. *Phil.* c. 17. Materia facilis, in te et in tuos dicta dicere. *Quintil.* l. 6. c. 3. *ante med.* Potius amicum, quam dictum perdere. *his friend rather than his joke.* ¶ Item convicium, maledictum, contumelia. *a reproach, ill word, bitter saying. Plaut. Pseud.* 1. 3. 125. Jam ego te differam dictis meis, impudice. ¶ Apud *Ennium* accipitur pro dicendi facultate. Ita enim ille apud *Cicer. de clar. Orat.* cap. 18. Cum neque Musarum scopulos quisquam superaret, Nec dicti studiosus erat. ¶ Pro facto poni videtur a *Plauto Cas.* 5. 4. 17. Feci ego isthæc dicta, quæ vos dicitis.

DICTURĬO, is, n. 4. *to long to speak,* dicere cupio, dicere molior. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 2. Fortiter a se facta semper dicturiunt: et tamen tacent arrogantiæ metu. *Id.* l. 2. c. 3. *extr.* Ne ultra te dicturientem retardem.

DICTUS, a, um, *said, spoken, pronounced, uttered,* totidem significationes habet, quot dico. *Nep. in Alcib.* c. 8. Id vere dictum Philocles animadvertebat. *Liv.* l. 23. c. 22. *ad fin.* Id omnium maxime tegendum, obliviscendum, pro non dicto habendum. *must be dealt with as though it had never been uttered.* ¶ Aliquando est consecratus, dicatus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 138. Ramus aureus Junoni infernæ dictus sacer. ¶ Item appellatus. *called, named. Id.* 7. *Æn.* v. 411. locus Ardea quondam Dictus avis. ¶ Item promissus, pactus. *Pacuv.* apud *Non.* c. 4. n. 122. Prius data est, quam tibi dari dicta. *Afran. ibid.* Nuptiæ dictæ inter nos. *Sallust. in fragm. ibid.* Pecunias dictas coegit. ¶ Item constitutus. *appointed. Ovid. Metam.* 4. v. 95. dictaque sub arbore sedit. ¶ Item commemoratus, laudatus. *praised, chanted, sung of. Valer. Flacc.* l. 2. v. 244. non ulla meo te carmine dictam Abstulerint, durent Latiis modo sæcula fastis. ¶ Item creditus, putatus. *accounted, believed, reported, esteemed. Horat.* l. 2. od. 19. v. 26. *de Baccho.* Choreis aptior, et jocis dictus. ¶ *Dictum factum*, et *dictum ac factum* celeritatem significat, et post verba rem statim secutam. *no sooner said than done,* ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον, λεχθὲν καὶ πραχθέν. *Terent. Andr.* 2. 3. 7. Dictum ac factum, invenerit aliquam causam, quamobrem ejiciat oppido. *Id. Heaut.* 5. 1. 31. Dictum factum, huc abiit Clitipho. *Id. ibid.* 4. 5. 12. Dictum ac factum reddidi. *h. e.* statim feci.

DICTYNNA, æ, f. Δίκτυννα, Diana, quam esse Lunam putant, dicta, quod fulgore suo noctu omnia ostendat. Ita *Festus:* qui videtur derivare a δείκνυμι, ostendo. Sed verius a δίκτυον, rete, quia Diana retium inventrix fuisse dicitur. *Diodor.* vero *Siculus* lib. 5. *Biblioth.* c. 15. docet, hoc esse cognomen Britomartis Nymphæ Cretensis. V. dicta in *Aphæa. Stat.* 9. *Theb.* v. 632. Mitis Dictynna. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 441. suo comitata choro Dictynna per altum Mænalon ingrediens, et cæde superba ferarum.

DICTYNNÆUS, a, um, Δικτυνναῖος, ad Dictynnam pertinens, ut *Dictinnæus mons* in Creta, unde se Dictynnam in mare præcipitasse, quidam tradunt. V. *Aphæa. Plin.* l. 4. c. 12. et *Solin.* c. 11. (*al.* 16.) ¶ *Dictynnæum* apud *Liv.* l. 34. c. 38. est locus Dictynnæ sacer prope Spartam. ¶ Scribitur et *Dictynneus.*

DICTYS, ys, et yos, m. Δίκτυς, unus e Centauris fuit a Pyrithoo interfectus. *Ovid. Metam.* 12. v. 334. ¶ Item Neptuni filius ex Agamede filia Augei. *Hygin.* fab. 157. ¶ Item piscator quidam Seriphius, qui inventam arcam, qua Danae cum Perseo filio inclusa in mare projecta fuerat, extraxit, puerumque educavit. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 95. ¶ Dictys Cretensis, Trojani belli, ut quidam existimarunt, æqualis, de eo Græce scripsit volumina sex, quæ Latine versa exstant. Quis vero ejus versionis sit auctor, adhuc est dubium, aliis Q. Septimium Severum Romanum esse opinantibus, qui vixit Diocletiani, vel, ut alii volunt, Constantini M. ætate, vel, ut alii, sæculis aliquot post: aliis ipsum Cornel. Nepotem: qui tamen facile refelluntur ex stilo. Est enim hujusmodi, ut non solum a puritate et elegantia Nepotis longe discedat, sed ad sequioris argentei ævi scriptores proxime accedat. V. si lubet longam de eo Dissertationem *Jac. Perizonii.*

DIDASCALĬCUS, a, um, *doctrinal,* διδασκαλικὸς, ad docendum pertinens, a διδάσκαλος, magister, quod a διδάσκω, doceo. *Auson.* ep. 17. Ut ad te didascalicum aliquod opusculum, aut sermonem protrepticum mitterem. *Accius* vetus poeta libros suos quosdam *Didascalicos* inscripsit, teste *Gell.* l. 3. c. 11. et *Priscian.* l. 6. pag. 709. *Putsch.* &c.

DIDĬTUS, a, um, *given out, spread abroad, disseminated,* sparsus, disseminatus, distributus: a *dido, is. Lucret.* l. 3. v. 477. cur hominem, cum vini vis penetravit Acris, et in venas discessit diditus ardor, Consequitur gravitas membrorum? *Virg. Æn.* 8. v. 132. tua terris didita fama. *Sil.* l. 1. v. 181. Fama in populos jurati didita belli. *Lucret.* l. 5. v. 2. Solatia didita per gentes. *Tacit. Ann.* 11. c. 1. Didita fama per provincias. Al. aliter leg.

DIDĬUS, a, um, ad Didium pertinens, quod est nomen proprium civis Rom. Hinc *lex Didia* ad sumptus pertinens, lata circa A. U. DCX. Appio Claudio Pulcro, Q. Metello Macedonico Coss. ut universa Italia, non sola Urbs lege sumptuaria teneretur: et ut non soli qui prandia cœnasve majore sumptu fecissent, sed etiam qui ad eas vocitati essent, atque omnino interfuissent, pœnis legis tenerentur. *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 13. ¶ De alia lege Didia V. in *Cæcilius, a, um.*

DIDO, us, et onis, f. Διδὼ, alio nomine Elisa, seu Elissa, filia Beli Tyriorum regis, quæ primis nuptiis Sichæo Herculis sacerdoti juncta fuit; quem cum Pygmalion Elisæ frater, thesauris ejus inhians, ante aram obtruncasset, illa in somnis monita, cum iis, quibus Pygmalionem invisum esse sciebat, effossis clam thesauris, navem conscendit, et in eam Africæ partem, quæ Zeugitana dicitur, delata, tantum sibi soli emit, quantum taurino corio posset circumdare. Quo in loco cum corium in tenuissimas partes dissecuisset, spatiumque satis amplum complexa esset, urbem condidit, quam Carthaginem appellavit, arcemque in medio urbis, quam a corio bubulo Byrsam vocavit. Deinde cum Jarbas Getuliæ rex nuptias ejus ambiret, recusantemque vi et armis cogeret, sibi ipsi manus intulit. *Justin.* l. 18. c. 4. 5. et 6. ¶ *Virg.* 1. et 4. *Æn.* fabulatur, Æneam, capta Troja, a patria profugum vi tempestatis Carthaginem fuisse delatum, Elisamque amore ejus captam, cum præter spem desereretur, mortem sibi conscivisse. ¶ Post mortem a Carthaginiensibus pro dea culta est. *Justin.* l. 18. c. 6. ¶ Ad declinationem quod attinet, utramque, quam posuimus, agnoscit atque usurpat *Servius ad* 4. *Æn.* v. 383. 674. 694. et alibi. *Enn.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 685. *Putsch.* Pœnos Didone oriundos. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 7. miseramque relinquere Dido. Adde vers. 133. et *Vellei.* l. 1. c. 6. ubi *Dido* in quarto casu legitur. Al. tamen apud *Ovid.* legunt *Didon.* At apud *Charis.* l. 1. pag. 102. Atteius philologus librum suum inscripsit, *An amaverit Didun Æneas.* Ceterum *Dido* est usitatius. *Virgil. cit.* 4. *Æn.* et nomine Dido Sæpe vocaturum. Genitivus *Didus* usurpatur a *L. Annæo Cornuto* apud *Charis. ibid.* Hospitio Didus exceptum esse Ænean. Dativus *Dido* a *Silio* l. 8. v. 233. [*Didus* in recto pro *Dido* usurpat *Symmach.* orat. 2. *in Valentinian.* c. 5. Didus circumcisi tergoris ausit dedecus emptionis.] ¶ *Servius ad* 1. *Æn.* v. 344. nomen ejus proprium docet fuisse Elissam (quemadmodum et *Justin.* semper appellat) cognomen vero Dido, inditum ei a Pœnis post mortem: id Punica lingua significare *virago*, quod forti animo se interfecerit, ne cuiquam Afrorum regum nuberet. Auctor Etymologici magni eadem cum *Servio* docet, nisi quod *Dido* interpretatur πλανῆτιν, errantem.

DIDO, is, dididi, diditum, a. 3. *to give out, spread abroad, disseminate, distribute,* θρυλλέω, διανέμομαι, distribuo, spargo, dissemino: a *di*, seu *dis*, et *do, das*, quasi huc illuc do: vel a *divido* per syncopen. [†Vocabulum (ait *Ernesti*) antiquioribus poetis, inprimis *Lucretio*, usitatissimum, in quo corrumpendo frequentes fuere librarii. V. *Drakenb.* ad *Sil. Ital.* i. 186. et quos ibi laudat.] *Lucret.* l. 2. v. 1134. Diditur in venas cibus. *Horat.* l. et sat. 2. v. 67. hic neque servis, Albuci senis exemplo, dum munia didit, Sævus erit. *Virg.* 7. *Æn.* v. 144. diditur Trojana per agmina rumor. *Lucret. initio* l. 6. Primæ frugiferos fetus mortalibus ægris Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ.

DIDŌROS, i, *of two hands breadth,* δίδωρος, qui est duorum palmorum. Græca vox a δὶς, bis, et δῶρον, palmus. Græci enim antiqui ita appellarunt, testibus *Plin.* l. 35. c. 14. et *Vitruv.* l. 2. c. 3. unde et munera eodem nomine dixere, quia palma manus darentur, ut *Id. ibid.* docet. Est autem *didoron* epitheton laterum coctilium. *Vitruv. ibid.* Laterum genera tria: unum quod Græce δίδωρον appellatur, id est quo nostri utuntur, longum pede, latum semipede. *Plin. eadem habet loc. cit.* sed utroque loco quædam Editiones Latinis litteris *didoron* exhibent. *Harduin.* vero apud *Plin.* quidem ex MSS. legit *Lydion:* eodemque modo putat legendum esse in *Vitruvio.* ¶ Ex eadem origine sunt *pentadoron*, a πέντε, quinque; et *tetradoron*, a τετρὰς, quaternio, nempe lateres quinque, aut quatuor palmorum. *Vitruv.* et *Plin. loc. cit.*

DIDRACHMA, atis, et Didrachmum, i, n. δίδραχμον, δίδραχμα, nummus duas drachmas continens. *Sedul.* l. 3. v. 316. Hamum ferre jubet, gerulum didrachmatis aurei. *Tertull. de præscriptionib.* c. 11. Perdiderat unam ex didrachmis anus illa. *Sciopp. in nott.* hanc vocem ibi deesse significat. *Hieronym. in Matth.* l. 3. c. 10. Stater dicitur, qui duo habet didrachmata.

DIDŪCO, is, uxi, uctum, a. 3. *to lead or draw aside, separate, sever, part, divide, set open, stretch wide,* διαστέλλω, διαιρέω, in diversas partes duco, *h. e.* traho, distraho, dirimo, separo, divido, aperio: cui contrarium est conducere, contrahere, jungere. *Cic. in Orat.* c. 32. Pugnum diducere, et manum dilatare. *Cels.* l. 8. c. 22. Pedem et crus in diversa diducere. *Id.* l. 7. c. 7. sect. 4. Diducendus quotidie oculus est, ne cicatrice inter se palpebræ glutinentur. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 587. fluctus continuam diduxit humum. *Juvenal.* sat. 10. v. 153. *de Annib.* Diducit scopulos, et montem rumpit aceto. *cleaves or breaks asunder, splits. Horat.* l. 1. sat. 10. v. 7. risu diducere rictum auditoris. *to cause to laugh with one's mouth open, or to laugh outright. Sil.* l. 3. v. 194. Serpens immani fauces diducit hiatu. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 560. Nodos manu diducere. *to undo, unloose, untie. Id.* 13. *Metam.* v. 264. et *Juvenal.* sat. 13. v. 132. Vestem diducere summam. *to open the breast. Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 33. Dimittendæ plures manus, diducendique erant milites. *it was necessary to form many detachments. Cato R. R.* c. 155. Incilia aperire, aquam diducere in vias. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 11. Distantibus locis invecti, ut hostem diducerent. *to distract the attention of the enemy's force. Propert.* l. 1. el. 13. v. 19. Diducere complexus. *to separate, tear away.* ¶ Diducere cibum *Celso* l. 3. c. 4. *sub fin.* est digerere, et in omnes corporis partes dividere, *to concoct, digest.* ¶ Translate *Horat. in art. Poet.* v. 325. Romani pueri longis rationibus assem Discunt in partes centum diducere. *to part, divide. Petron. in Satyr.* c. 108. et *Colum.* l. 9. c. 9. *a med.* Diducere turbam in partes. *to divide into various factions.* Sic *Tacit.* 4. *Hist.* c. 6. Ea ultio, incertum, major, an justior, Senatum in studia diduxerat. et *Curt.* l. 9. c. 1. *a med.* Seditio in diversa consilia diduxerat vulgum. *Quintil.* l. 7. c. 10. In duas partes diducitur intellectus nominis. *et mox.* Causam universam in quæstiones ac locos diducere. *Id.* l. 2. c. 14. aliquid in species. *Cels. in præfat.* in tres partes medicinam. *Quintil.* l. 11. c. 1. *a med.* argumenta in digitos. *to mark or arrange arguments on his fingers. Id.* l. 10. c. 7. animum in multiplex officium. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 16. communes locos in contrarias partes. *to draw. Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 6.) vocabulum ab appellatione. *to distinguish. Id.* declam. 14. c. 6. maritos a conjugum charitate. *Cic.* 1. *de Invent. c. pœnult.* Diduci ab eo, quicum libentissime vixeris. *Sueton. in Oth.* c. 3. Diducere matrimonium. *to untie, unloose, dissolve. Propert.* l. 2. el. 6. v. 4. amantes Non queat invitos Jupiter ipse duos. *Colum.* l. 3. c. 13. *sub fin.* litem. *h. e.* dirimere.

DIDUCTĬO, onis, f. actus diducendi, apertio, *a separating, dividing,* πλατυσμὸς, διαστολή. *Senec.* l. 2. *Quæst. nat.* c. 8. Ostendit intensionem spiritus velocitas ejus, et diductio. *Id. ibid.* l. 3. c. 13. Humor in diductione rerum ad quartas redactus est.

DIDUCTUS, a, um, *drawn aside, separated, divided, severed, parted, opened,* διειλημμένος, divulsus, distractus, divisus, diremptus. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 57. *Harduin.* Supercilium vulnere aliquo diductum non coalescit. *Id.* l. 6. c. 26. Euphrates diductus. *divided into different branches. Id.* l. 32. c. 4. Os diductum. *opened forcibly:* quod *Sueton.* dixit *in Tiber.* c. 53. Diducto per vim ore. *Petron. in Satyr.* c. 26. Rima diducta. *enlarged, spread open. Tacit.* 12. *Ann. c. ult.* Foribus palatii repente diductis. *thrown open. Id.* 4. *Ann.* c. 2. Lascivire diductum militem. *h. e.* dispersas per urbem cohortes, ut supra dixerat. *Id.* 2. *Ann.* c. 47. Diductis terris hauriebantur. *torn open by an earthquake. Quintil.* l. 2. c. 15. Tunica diducta. *untied, unloosed. Id.* l. 11. c. 3. *a med.* Status sit rectus, æqui et diducti paululum pedes. *at a little distance from each other.* et *paulo post.* Stare diductum, vel rigidum, vel supinum, &c. *with the legs parted widely or straddling.* et *Cels.* l. 2. c. 8. *ante med.* Mixtos, neque inter se diductos colores habere. *distinct from one another. Claudian. de consul. Mall. Theod.* v. 51. nostro diducta Britannia mundo. *Plin.* l. 11. c. 18. Diducta multitudo. *h. e.* quæ diversa abiit, et dispersa est. ¶ Translate *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 7. Ab inimicis diductum et depravatum Pompeium queritur. *h. e.* alienatum. *Tacit. Ann.* 4. c. 19. Diducta civitas. *torn asunder by party spirit. Id.* 2. *Hist.* c. 68. Diducti in studia, qui ad spectandum convenerant. *Quintil.* l. 4. *c. ult. ad fin.* Divisio diducta in digitos. *marked on the fingers. Cic.* 3. *de Orat.* c. 6. Rivis, non fontibus diducta oratio. *Sueton. in Oth.* c. 3. Diductum matrimonium. *separated, dissolved.*

DIDYMÆUS, i, m. διδυμαῖος, cognomen Apollinis, idest Solis: a δίδυμος, geminus, quod gemina luce aerem illustrat, interdiu per se, noctu per Lunam, quæ ab ipso lumen habet, ut *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. interpretatur. Unde et Romani, inquit, solem sub nomine et specie Jani, Didymæi Apollinis appellatione venerantur. Meminere etiam *Sueton. in Calig.* c. 21. *Ulpian. regular.* tit. 22. *qui hered. instit. poss.* et *Plin.* l. 6. c. 16. *in fi.* item l. 5. c. 29. ubi templum Apollinis Didymæi Milesiorum in Ionia fuisse scribit, prope Posideum promontorium: sed hunc *Pausan. in Corinth.* et *in Achaic.* et alii, a loco, in quo templum exstructum fuit, qui Δίδυμα appellaretur, nominatum fuisse scribunt. Ibi fuit celebre olim Oraculum. V. *Branchidæ.*

DIECŬLA, æ, f. *a short day, short time, little while,* ἡμερίδιον, diminut. a dies. *Terent. Andr.* 4. 2. 27. Non

satis habes, quod tibi dieculam addo? Adde Cicer. Attic. l. 5. ep. ult. sub fin. et Plaut. Pseud. 1. 5. 88.

DIERECTA, et Dierecte, to perdition, with a mischief, adverb. in malam rem, in malam crucem. Plaut. Trin. 2. 4. 56. Abin' hinc dierecte? Id. Rud. 4. 4. 126. I dierecta cum sucula et porculis. φθείρου. go and be hanged.

DIERECTUS, adject. Festus docet, dictum esse per antiphrasim, ad significandum malum diem: quasi sit a dies, et rectus. Salmas. putat esse a Græco διαῤῥεκτος, a mutato in e, h. e. disruptus. Confirmari videtur hoc illis Plauti verbis Curcul. 2. 1. 29. Lien dierectus est. Pa. ambula: id lieni optimum est. h. e. ita est inflatus, ut disruptus esse videatur. Quidam Cod. teste Lambin. habent: Lien disruptus est: quæ videtur esse explicatio prioris lectionis. Alii ducunt a dio, et rectus, quasi sub dio erectus, et idem esse aiunt, quod in crucem sublatus. Quidquid sit de origine, certe Latinis eo sensu usurpatur in imprecationibus, ut in malam rem, in malam crucem. Plaut. Pœn. 1. 1. 32. et Merc. 4. 4. 16. Abi dierectus. go and be hanged; go feed the crows; go hang. Id. Merc. 1. 2. 72. I hinc dierectus a me. Id. Men. 2. 3. 87. Ducit lembum dierectum navis prædatoria. h. e. ducit in malum, in exitium: et est allegoria. Id. Capt. 3. 4. 103. Quin quiescis dierectum cor meum? i, ac suspende te. Varr. apud Non. c. 2. n. 414. Apage in dierectum a domo nostra istam insanitatem. ¶ Hinc dierecta, et dierecte. V. vocem præced.

DIES, diei, m. et f. sed in plur. num. m. tantum, a day, ἡμέρα, spatium temporis, quo sol terras illuminat: a Διός, Jovis. Jupiter enim auctor lucis habetur, ut ait Macrob. l. 1. Saturn. c. 15. unde et Lucetius, et Diespiter dictus est, quasi diei pater. Cic. Attic. l. 2. ep. 11. Dies nullus erat, Antii cum essem, quo die non melius scirem Romæ quid ageretur (adverte eam repetitionem, quæ Ciceroni, et Cæsari est familiaris. In hoc autem notanda illa l. 3. B. Civ. c. 105. Repetitis diebus, quo die &c. et l. 1. c. 36. Diebus triginta, a qua die &c.) Liv. l. 34. c. 35. Ex qua die scriptæ conditiones forent, ea dies ut induciarum principium esset: et ut ex ea die intra decimum diem, &c. Id. l. 45. c. 2. extr. Supplicatio indicta ex ante diem quintum Id. Octobr. cum eo die in quinque dies. Cic. Attic. l. 3. ep. 7. et Liv. l. 27. c. 35. Post diem tertium ejus diei alias litteras attulerunt. Cic. 3. Verr. c. 12. Ex ea die ad hanc diem. Id. 1. de Fin. c. 16. Noctes atque dies exeduntur. Nepos in Datam. c. 4. Dies noctesque iter faciens. day and night. Id. in Themist. c. 8. Diem noctemque navem tenuit in anchoris. a day and a night. Sic Plin. l. 29. c. 6. Si inclusus abstineatur die ac nocte. Nepos in Annib. c. 10. Classe paucis diebus erant decertaturi. h. e. post paucos dies, within a few days. Plin. l. 31. c. 2. Tertio die, quam &c. three days after that, &c. Cic. Attic. 13. ep. 26. Credibile non est, quantum scribam die, quin etiam noctibus. of a day. Id. post redit. in Sen. c. 6. Dies totos de virtute disserunt. whole days. Plin. l. 18. c. 27. de lampyridib. In certis diebus eæ proveniunt. on stated days. Ovid. 13. Metam. v. 677. Surgere cum die. to rise with the day. Cic. pro Rosc. Amer. c. 44. Esse in lege, quam ad diem venditiones fiant, nimirum ad Kal. Jun. on what day. Id. pro Cæcin. c. 11. Ad constitutam diem tempusque venire. on the day appointed. Id. 7. Attic. ep. ult. Diem ex die exspectabam, ut statuerem, &c. day after day, Liv. l. 5. c. 48. Diem de die prospectans, ecquod auxilium appareret. Id. l. et cap. 25. Diem de die differre. to keep putting off day after day. Cic. ep. 1. ex recentiorib. ad Brut. Omnia in diem ex die dilata. from one day to another. Sic Cæs. l. 1. B. Gall. c. 16. Diem ex die ducere. Horat. l. 2. sat. 6. v. 47. subjectior in diem et horam invidiæ. every day. Plin. l. 7. c. 2. extr. Singula quæ facit in dies ac prope horas. h. e. in singulos dies. Lucil. apud Non. c. 9. n. 3. Cui sæpe imposui mille plagarum in diem. a thousand a day. Cic. 2. Phil. c. 34. Non solum de die, sed etiam in diem vivere. de die, h. e. magno luxu, apparatuque cœnarum, ut ex Catullo in voce De dictum est, ubi et alia in hanc rem. (Adde Curt. l. 8. c. 3.) in diem, h. e. nulla cogitatione et cura futuri, ut in illo lib. 2. de Orat. c. 40. Si barbarorum est in diem vivere, nostra consilia sempiternum tempus spectare debent. Adde Plin. l. 5. ep. 5. Alio sensu. Cic. pro Cæl. c. 24. Dii præsentis fraudis pœnas in diem reservant. for another time, in incertum diem, sed certo futurum. Terent Phorm. 5. 5. 2. Præsens quod fuerat malum, in diem abiit. is deferred to another day. Nepos in Attic. c. 9. Fundum emere in diem. to be paid for at some stated time. Ulpian. Dig. lib. 7. tit. 3. leg. un. Usum fructum ex die, et in diem. after such a day, to such a day. Ovid. 2. Metam. v. 47. Currus rogat ille paternos in diem. for a day. Paul. Dig. lib. 45. tit. 1. leg. 77. Ad diem promissa pecunia. on such a day. et Jabolen. lib. 50. tit. 16. leg. 217. in diebus. within a few days. Trebell. Poll. in Gallien. c. 17. Lavit ad diem septimo æstate, hyeme tertio. seven times a day. Vopisc. in Firmo, c. 4. Struthionem ad diem comedit. in a day. Plaut. Men. 3. 1. 10. Affatim est hominum, in dies qui singulas escas edunt. make but one meal a day. Liv. l. 34. c. 11. Magna vis hostium, cum qua mox signis collatis dimicandum sibi in dies exspectet. daily, from day to day. Cic. in Top. c. 16. et Vellei. l. 2. c. 52. Vitium in dies crescit. more and more every day. Plin. l. 5. c. 17. In diem ex æquo convenarum turba renascitur. every day. Id. l. 21. c. 1. Natura flores in diem gignit. but for a day, vel for a short time. Cic. 4. Verr. c. 17. et Nepos in Milt. c. 5. Postero die. the day following. Plin. l. 20. c. 18. Postera die. Cic. 2. Catil. c. 3. Hesterno die. yesterday. Plin. l. 18. c. 7. ad fin. Quinquies in die. five times a day. Id. l. 34. c. 11. a med. Sæpius die. often every day. Cels. l. 1. c. 1. et 3. Et qui semel, et qui bis die cibum assumit. once and twice a day. Quintil. l. 10. c. 3. Paucissimos die versus facere. very few in a day. Plin. l. 6. ep. 20. Præcesserat per multos dies tremor terræ. for many days. Cæs. lib. 1. B. Gall. c. 22. Multo denique die per exploratores cognovit, &c. the day being now considerably advanced. Cic. Attic. l. 13. ep. 9. Multus sermo ad multum diem. Liv. l. 23. c. 27. Ad multum diei cæduntur. Plin. l. 11. c. 25. Medio die. at mid-day. Plaut. Trin. 3. 3. 78. Diem conficere. h. e. quod Cicero dicit l. 1. Fam. ep. 2. consumere. Plaut. Bacch. 5. 2. 84. It dies. passes away. præterit. ¶ Aliquando ponitur pro luce diei. the light, day-light. Plin. l. 6. ep. 20. Dubius et quasi languidus dies. h. e. cum nondum plene illuxit. Id. l. 9. ep. 36. Die admisso, quæ formaveram dicto. having opened the window. Plin. alter l. 33. c. 4. Multis mensibus dies non cernitur. Stat. 1. Theb. v. 236. de Œdipo. Ille tamen Superis æterna piacula solvit, Projecitque diem. h. e. se luce privavit erutis oculis. Et translate Id. ibid. v. 49. Illum indulgentem tenebris, &c. tamen assiduis circumvolat alis Sæva dies animi, scelerumque in pectore Diræ. h. e. cognitio suorum facinorum, lumen conscientiæ. ¶ Interdum pro actis diei. Cic. pro Sext. c. 12. Equites R. daturos ejus diei pœnas. Senec. 3. de Ira, c. 36. Excutere totum diem. et mox. Totum diem meum scrutor. ¶ Poetice pro cælo. Stat. 1. Theb. v. 200. effusa sub omni Terra atque unda die. ¶ Et pro vita. Id. 2. Theb. v. 657. nunc arma, diemque projice. Solin. cap. 1. (al. 4.) Venire in diem. to come into the world, be born. ¶ Pro aere. Stat. 4. Theb. v. 66. teretes pars vertere fundas Assueti, vacuoque diem præcingere gyro. ¶ Pro commentario, seu ephemeride posuit Arnob. sub fin. l. 4. et l. 5. et 7. ¶ Interdum sumitur pro tempestate, seu pro aere, aut qualitate diei. the weather. Plin. l. 11. c. 10. de apib. Universæ provolant, si dies mitis futurus est. Id. l. 2. c. 45. Tranquillo die. Id. l. 22. c. 23. ad fin. Dies pestilentes. Valer. Flacc. l. 1. v. 845. totumque per annum Durat aprica dies. Culpurn. Ecl. 4. v. 4. levatque diem vicini spiritus amnis. h. e. æstum et calorem diei. ¶ Sæpe pro multorum dierum complexu, seu tempore. time, length of time. Et quidem Ascon. in 2. Verr. c. 2. et Varr. apud Charis. l. 1. p. 85. Putsch. et alii multi ex Grammaticis, hac significatione feminini generis esse voluerunt, sicut illa priore masculini. Hinc Cic. 2. Verr. c. 2. Cum ego diem perexiguam postulavissem, invenit iste, qui sibi breviorem diem postularet. Verum tum ex allatis, tum ex afferendis Scriptorum locis falsum id apparet: videruntque Charis. loc. cit. et Non. c. 12. n. 16. ubi Turpil. Amorem ipse lenivit dies. Pacuv. ibid. Gnatam despondit: nuptiis hanc dat diem. Cæs. lib. 1. B. Civ. cap. 36. Quibus effectis armatisque, diebus triginta, a qua die materia cæsa est, &c. Liv. lib. 2. cap. 45. Dies tempusque lenit iras. Cic. 3. Q. Fr. ep. 1. cap. 3. Antiquior dies in tuis erat adscripta litteris, quam in Cæsaris. an earlier date. ¶ Dies pecuniarum apud Colum. l. 1. c. 7. et Cic. Attic. l. 10. ep. 5. est tempus præstitutum ad pecunias solvendas. Hinc Ulpian. Dig. l. 33. tit. 1. leg. 3. Si legatum sit relictum annua, bima, trima die. h. e. solvendum intra annum, vel biennium, vel triennium. Cic. 7. Fam. ep. 2. Plus annua die postulare. Id. Attic. l. 8. ep. 10. Alios non solvere, aliorum diem nondum esse. ¶ Die aliquid facere est in tempore facere. at the proper time, in time, in due season. Cato R. R. cap. 150. Die lanam et agnos vendat. Turneb. ¶ Ad hanc diem, et ad hunc diem, usque ad hoc tempus. Plin. l. 7. c. 39. et lib. 2. c. 25. ¶ Diem, vel diem supremum, vel diem suum obire est mori. to die. Plin. l. 2. c. 109. Nepos in Milt. c. 7. et in Regib. c. 1. et Sulpic. ad Cicer. 4. Fam. ep. 12. quod diem fungi dixit Justin. l. 19. cap. 1. ¶ Diem dicere est præstituere, determinare, aut indicere. to appoint, fix. Cæs. l. 1. B. Gall. c. 6. Diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani conveniant. Cic. Verr. 3. c. 57. Dicere diem operi. ¶ In re forensi significat in judicium vocare, et diem præstituere, qua die reus ad causam dicendam præsto sit: quod solis Magistratibus facere licuit, et tribunis plebis, quando publice, et apud populum citabant reos. Cic. de Harusp. resp. c. 4. Diem dixisset, ut fecerat: fecissem, ut ei statim tertius a prætore dies diceretur. Id. in Divin. Verr. c. 21. extr. Domitius Silano diem dixit propter unius hominis injurias. Valer. Max. l. 6. c. 1. n. 7. 8. et 11. Dicere diem alicui ad populum. ¶ Dare diem videtur idem esse, quod diem præstituere, dicere. Cic. Attic. 1. ep. 10. extr. Tulliola tibi diem dat: sponsorem appellat. Dixerat epist. 8. Tulliola tuum munusculum flagitat, et me ut sponsorem appellat. Id. l. 3. de nat. Deor. c. ult. Dabis aliquem diem, ut contra ista dicamus. you will assign. Alio sensu. Id. Attic. l. 4. ep. 17. Nam Vestorio dandi sunt dies. h. e. ponendi sunt in suavissima consuetudine Vestorii. ¶ Die cæca emere. V. Cæcus. ¶ Dies pro tempore indefinito. Terent. Heaut. 3. 1. 13. Dies adimit ægritudinem hominibus. Cic. 3. Attic. ep. 15. Dies non modo non levat luctum, sed etiam auget. Id. post. redit. ad Quirit. c. pænult. Neque æquum est tempore et die memoriam beneficii definire. Stat. l. 1. silv. 1. v. 93. stabit dum terra, polusque, Et Romana dies. h. e. tempus R. imperii: quod æternum futurum, passim jactabant. ¶ Diecrastini, quarti, quinti, septimi, pro crastino, quarto, &c. adverbia quodammodo sunt, et copulate dicta, secunda syllaba correpta, ætate Cicer. et supra eam, teste Gell. l. 10. c. 24. ubi plura adscribit exempla. Quin et diequarte, quinte dictum fuisse, ibid. docet. Consule etiam Macrob. l. 1. Saturn. c. 4. ubi more suo eadem fere descripsit. Apud Liv. quoque l. 22. c. 51. diequinti quidam legunt pro die quinto Addunt Gell. et Macrob. discrimen esse inter diequinti, et diequinto. illud enim de futuro dici, hoc de præterito. ¶ Dies civilis. V. Civilis. Dies atri, legitimi, fasti, &c. quære in his adjectivis. ¶ Diem aliquando dici de tempore noctis adnotavit Servius ad illud Virg. 1. Æn. v. 736. Hunc lætum Tyriisque diem, &c. cui addunt alii locum Ovidii 5. Fast. v. 492. V. ¶ In fabulis Dies inter deas numeratur. Plaut. Bacch. 2. 3. 21. et Cic. 3. de nat. Deor. c. 22. ubi Mercurii, et cap. 23. ubi Veneris matrem fuisse tradit. Hygin. in præfat. facit filiam Chao, et Caliginis, uxorem Ætheris, matrem Terræ, Cæli, et Maris. ¶ Olim, dies, dii, declinatum fuisse, ut et fames, mi, acies, cii, &c. Gell. docet l. 9. c. 14. Itaque legendum putat apud Virg. Æn. 1. v. 640. Munera, lætitiamque dii. Ubi alii leg. dei, h. e. Liberi patris: alii die itidem pro diei, ut docuit C. Cæsar l. 2. de analog. apud Gell. ibid. Sic Sallust. ibid. Vix decima parte die reliqua. Servius ita legit et illud 1. Georg. v. 208. Libra die, somnique pares ubi fecerit horas: Non est, inquiens, apocope pro diei, sed secundum antiquos regularis genitivus est. Charis. l. 1. pag. 101. Putsch. hic quoque legit dii. At Gell. loc. cit. legit dies pro diei, confirmans testimonio eorum, qui scripserunt, idiographum librum Virgilii se se inspexisse; et auctoritate Cæsellii, qui Ciceronem quoque dixisse testatur pro Sext. c. 12. Daturos illius dies pœnas: et Ennii, Postremæ longinqua dies confecerit ætas. et Q. Claudii, qui facies dixit pro faciei. Similiter Diomed. l. 1. p. 281. docet, hujus pernicies dictum a quibusdam pro perniciei, Sic scabies pro scabiei in illo Lucilii lib. 30. apud Non. c. 2. n. 701. Tristem et corruptum, scabie' et porrigini' plenum. Etiam in dativo casu die dixit Plaut. Amph. 1. 1. 120. Neque nox quoquam concedit die. Lucil. quoque apud Gell. loc. cit. facie pro faciei in tertio casu usurpavit. primum facie quod honestas Accedit. et ibid. Qui te diligat, ætati facieque tuæ se Fautorem ostendat.

DIĔSIS, is, f. δίεσις, διίημι, transmitto. In veteri Musica est toni pars quarta: ita in hemitonio duæ dieses sunt collocatæ: quæ Vitruvii l. 5. c. 4. verba sunt. Confirmat Macrob. qui ait l. 2. in Somn. Scip. c. 1. ad fin. Semitonium Pythagorici veteres diesim nominabant: sed sequens usus sonum semitonio minorem diesim constituit nominandum.

DIESPĬTER, espitris, m. Jove, Ζεύς, Jupiter, quasi diei, et lucis pater. Horat. l. 3. od. 2. v. 29. sæpe Diespiter Neglectus incesto addidit integrum. Macrob. l. 1. Saturn. c. 15. Romani Diespitrem appellant, ut diei patrem. Arnob. l. 2. p. 93. Dione, et Semela Diespitris factæ sunt compressionibus fetæ. Varro tamen l. 8. L. L. c. 46. significat, in obliquis casibus minus esse in consuetudine tritum. Olim Diespiteris in genitivo dixere, teste Prisciano l. 6. pag. 695. Pustchii. ¶ Apud Lactant. l. 1. c. 14. est Latina appellatio Plutonis. Pluton, inquit, Latine diespiter. ¶ Apud Gell. l. 5. c. 12. in quibusdam libb. est Diespater.

DIFFAMĀTUS, a, um, spread abroad, divulged, made public, vulgatus, publicatus, sed in deteriorem partem. Ovid. 4. Metam. v. 236. Vulgat adulterium, diffamatumque parenti Indicat.

DIFFĀMO, as, avi, atum, a. 1. to spread an ill report of, defame, asperse, slander, διαφημίζω, malam famam spargo. Tacit. 14. Ann. c. 22. Subtrahere se prave diffamantibus. Id. 1. Ann. c. 72. Illustres viros procacibus scriptis diffamare. Apul. l. 1. Metam. Diffamare aliquem probris. ¶ Et simpliciter pro divulgare, to spread abroad, make public, divulge. Id. l. 4. Metam. Diffamat, incendio repentino domum suam possideri. Augustin. de morib. Eccles. Cathol. c. 14. Deus quanto melius atque diffusius diffamatur, tanto diligitur, et amatur ardentius.

DIFFARREATĬO. V. Confarreatio.

DIFFATĪGO, as, a. 1. Plaut. Epid. 1. 2. 15. Clamore diffatigor, differor. h. e. ex hac illaque parte fatigor. Al. leg. defatigor.

DIFFĔRENS, entis, adject. dissimilis, different, differing, διαφέρων. Cic. in Orat. c. 23. Ab indisertis re plus, quam opinione differens. Et de Fato, c. 4. extr. Has dissimilitudines ex differentibus causis esse factas. Plin. l. 9. c. 8. de delphinis. Lingua est his brevis, haud differens suillæ. Cic. 1. de Legib. c. 10. Doctrina differens, facultate par. et cap. 13. Re congruentes, genere docendi differentes. Id. 1. de Orat. c. 42. Similes communione quadam, specie autem differentes. ¶ Substantivi more, a difference.

Quintil. l. 5. c. 10. *ante med.* Finitioni subjecta videntur genus, species, differens, proprium.

DIFFERENTER, adverb. *differently*, διαφόρως. *Solin. in epist. ad Advent.* Inseruimus pleraque differenter congruentia.

DIFFERENTĬA, æ, f. *a difference, diversity*, διαφορά. *Cic.* 5. *de fin.* c. 7. Ut, quanta differentia est in principiis naturalibus, &c. *Id.* 2. *Offic.* c. 17. Differentia honesti et decori. *Gell.* l. 4. c. 1. Definire genere proposito, et differentiis appositis, quid sit penus. *Plin.* l. 9. c. 35. In candore ipso magna differentia est.

DIFFERĬTAS, atis, f. *a difference*, idem quod differentia, ejusdemque originis. *Lucret.* l. 4. v. 637. Tantaque in his rebus distantia differitasque est. *Arnob.* l. 2. pag. 54. Non plurima differitate distans. et lib. 7. pag. 233. Sine ulla differitate.

DIFFĔRO, ers, distuli, dilatum, a. anom. *to carry hither and thither, carry up and down, scatter, disperse, tear in pieces*, huc illuc fero, dissipo, disjicio, discerpo, distraho, διαφέρω. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 14. Ignem operibus inferunt: hunc sic distulit ventus, uti uno tempore agger, plutei, testudo, turris flammam conciperent. *Lucret.* l. 2. v. 674. Ignis late differt favillas. *Liv.* l. 6. c. *ult.* Passim eos simul pavor terrorque distulerant. *Plaut. Rud.* 2. 3. 38. Dum illi timent, nos cum scapha tempestas dextrovorsum differt ab illis. *Vellei.* l. 2. c. 79. Classem adorta vis Africi laceravit, ac distulit. *Virg.* 8. *Æn.* v. 642. Metium in diversa quadrigæ distulerant. *Id.* l. 3. *Georg.* v. 197. Aquilo differt nubila. *Horat.* epod. 5. v. 99. Insepulta membra different lupi. *Plin.* l. 17. c. 10. Parietem fore densitatis, ex quo virgulæ differantur. *h. e.* huc illuc serendi causa transferantur. Loquitur de myrti seminario. Quo sensu *Virg.* 4. *Georg.* v. 144. in versum distulit ulmos. *transplanted. Plaut. Curcul.* 4. 4. 20. Te faciam ut hic formicæ frustillatim differant. *Terent. Adelph.* 3. 5. 49. Miseram me! differor doloribus: Juno Lucina fer opem. *h. e.* scindor, laceror, *the pains of child-birth are upon me; I am distracted with pain. Senec. in Thyest.* v. 8. membra celeri differens cursu rota. *scil.* Ixionis. *Plaut. Epid.* 1. 2. 15. Clamore defatigor, differor. *I am quite weary with shouting. Id. Pœn.* 1. 1. 28. Differor cupidine. *I burn with desire. Id. Trucul.* 4. 1. 3. Lætitia differor. *I am quite overjoyed.* Et *Propert. in fi.* el. 16. invidia. *I am ready to burst with envy.* ¶ Translate *Terent. Andr.* 2. 4. 5. Orationem sperat invenisse se, qui differat te. *h. e.* turbet, et transversum agat. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 125. Te differam dictis meis. *h. e.* carpam, lacerabo. Adde *Aulul.* 3. 2. 32. ¶ Interdum est divulgare, disseminare, *to spread abroad, divulge, publish, proclaim.* et plerumque de re mala. *Liv.* l. 34. c. 49. Qui, male commissam libertatem populo R. sermonibus distulerint. *Terent. Heaut. prol.* v. 16. Rumores distulerunt malevoli, multas contaminasse Græcas. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 753. regemque fragor per mœnia differt Mille ciere manus. *Nepos in Dion.* c. *ult.* Celeri rumore dilato, Dioni vim allatam. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 63. Ne mihi hanc famam differant, me sororem in concubinatum tibi dedisse. *for fear they should spread about a report.* Absolute *Tacit.* 3. *Ann.* c. 12. Differri etiam per externos, tanquam veneno interceptus esset. ¶ In bonam partem *Sueton. in Cæs.* c. 33. Promissum jus annulorum fama distulit. Et absolute *Tacit.* 4. *Ann.* c. 25. Differtur per manipulos: Tacfarinatem omnes consectentur. *a report spreads, a notion prevails, that*, &c. ¶ Est etiam infamare. *Propert.* l. 1. el. 16. *extr.* æterna differor invidia. et el. 4. v. 21. Et te circum omnes alias irata puellas Differet. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 131. Et maledicendo multis sermonibu' differs. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 32. Nisi reddi mihi vasa jubes, pipulo te differam ante ædes. *Cæcil.* apud *Gell.* lib. 2. cap. 23. Differor sermone miser. ¶ Præterea sæpe significat in aliud tempus transferre, proferre, rejicere, prorogare, *to defer, put off, prolong*, cum accus. non solum rei, sed etiam personæ. *Cic. Fam.* 5. ep. 12. *extr.* Sin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar. *Martial.* l. 13. epigr. 55. propera, caros nec differ amicos. *Ovid. de remed. amor.* v. 93. Sed propera, nec te venturas differ in horas. *Id.* 13. *Metam.* v. 519. Quid dii crudeles, nisi quo nova funera cernam, Vivacem differtis anum? *Justin.* l. 9. c. 6. Cum variis frustrationibus non sine risu differretur. *Cic. pro Deiot.* c. 7. In posterum diem distulit. *Id. in Vatin.* c. 11. Differre aliquid ad tempus crudelitatis. *Id. Fam.* 2. ep. 3. *ad fin.* Omnem disputationem in adventum tuum differo. *Senec.* ep. 8. Differre aliquid in diem. *Brut. ad Cic.* ep. 11. Differre tempus petitionis. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. *pænult.* aliquid in aliud tempus. *Liv.* l. 25. c. 25. diem de die. *Cic. ad Brut.* ep. 1. *ex recentiorib.* aliquid ex die in diem. *Id. Attic.* l. 2. ep. 7. vadimonium cum aliquo. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 9. Rem differre quotidie ac procrastinare. *Plin.* l. 1. ep. 22. et *Ovid.* 6. *Metam.* v. 366. sitim. *to tolerate, endure*, differre potum. *Sueton. in Cæs.* c. 81. An quæ proposuerat, differret agere. *Liv.* l. 42. c. 2. Nec ultra ad arma ire dilaturum. *Id.* l. 6. c. 22. *in fi.* In aciem procedunt, nihil dilaturi, quin periculum summæ rerum facerent. *Propert.* l. 4. el. 6. v. 82. Differat in pueros ista tropæa suos. *reserve.* ¶ Frequentissime neutrorum more adhibetur pro dissimilem, diversumque esse, distare, discrepare, *to be different. Cic. Tuscul.* 4. c. 11. Hæc cogitatione inter se differunt, re copulata sunt. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 29. Nihil inter deum et deum differt. *Id.* 8. *Phil.* c. *ult.* Non differre vestitu ab aliquo. *Id. in Orat.* c. 32. Hoc differunt inter se, quod hæc latior est, illa contractior. *Id.* 1. *de Invent.* c. 27. Occasio cum tempore hoc differt. nam, &c. et cap. 44. Quid res cum re differat, demonstrabitur. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 48. Comœdia pede certo differt sermoni. *Plin.* l. 9. c. 35. Concha haud multum ostrearum conchis differens. ¶ Absolute *Cic.* 1. *Offic.* c. 28. Est quod differat inter justitiam et verecundiam. *there is a difference. Id. in Divin. Verr.* c. 19. Vide, quid differat inter meam opinionem ac tuam. *Id.* 2. *de Divin.* c. 36. Dii immortales, quantum differebat! ut quædam essent etiam contraria. ¶ *Disque tulissent* per tmesim dixit *Plaut. Trin.* 4. 1. 14. ¶ *Differrier* auctum per paragogen, pro *differri* est *Lucretii* l. 1. v. 1086. ¶ *Differris* syncope pro *differeris* legitur apud *Quintil.* declam. 5. c. 13. *sub fin.* [¶ Particip. *differendus* apud *Cels.* l. 4. c. 5. *in fin.* Ideoque vini usus in longius tempus differendus est.]

DIFFERTUS, a, um, nom. ex particip. (a *differcio*, de quo adhuc exempla non vidimus) *filled, stuffed, crowded*, fartus, impletus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 32. Provincia differta exactoribus. *Tacit. Ann.* 16. c. 6. Corpus differtum odoribus conditur, tumuloque infertur. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 4. Forum Appi differtum nautis. *Id.* l. 1. ep. 6. v. 59. Differtum transire forum.

DIFFIBŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to unclasp*, ἀποπορπέω, fibulam resolvo, discingo, aperio. *Stat. Theb.* 6. v. 570. Emicat, et torto chlamydem diffibulat auro.

DIFFICĬLE, adverb. *difficultly, with difficulty*, χαλεπῶς, cum difficultate, ægre, vix. *Plin.* l. 27. c. 12. Semen inter folia durum, et quod difficile evellatur. *Cic.* 2. *de Inv.* c. 56. Difficile fieri dicimus, quod, &c. *Vellei.* l. 2. c. 63. Sibi difficile consentiens. *Plin.* l. 19. c. 7. Omnium difficillime apium nascitur. *Id.* l. 22. c. 21. *ante med.* Difficilius concoquitur. Adde *Justin.* l. 27. c. 3. *Gell.* l. 17. c. 8. *ad fin.* et lib. 20. c. 1.

DIFFICĬLIS, le, *hard, difficult*, χαλεπός, δυσχερής, qui non est facilis, laboriosus, operosus, arduus. *Cic.* 1. *Fam.* ep. 7. Difficile dictu est de singulis. *Id. de Univ.* c. 11. Difficile factu est, a diis ortis fidem non habere. *Nepos in Attic.* c. 16. Ut judicari difficile sit, cui ætati fuerit aptissimus. *Cic.* 1. *Offic.* c. 35. Decorum illud est difficilius ad eloquendum. *Id. in Divin. Verr.* c. 11. Scopuloso difficilique in loco versari. *Id. Phil.* 5. c. 13. Bruti opera, consilio, virtute, reipubl. difficillimo tempore esse subventum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 58. *extr.* Contortas res et difficiles perdiscere. *Id.* 2. *de Invent.* c. 54. Res arduæ ac difficiles. *arduous and difficult. Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 39. *extr.* Natura deorum est obscura, et difficiles explicatus habet. *Id.* 2. *de Invent.* c. 45. Non fuisse ei grave nec difficile eam causam excipere. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 15. Difficilioribus usi tempestatibus. et lib. 1. c. 48. Tempus anni difficillimum. *Id.* l. 1. *B. Gall.* c. 6. Iter angustum et difficile. *Id.* l. 2. *B. Civ.* c. 1. Longa et difficilis oppugnatio. *Liv.* l. 3. c. 5. Difficile ad fidem est, quot ceciderint, exacto affirmare numero. *Lucret.* l. 2. v. 1025. Res difficilis ad credendum. *Plin.* l. 22. c. 13. Venter difficilis. *h. e.* adstrictus, *costive. Id.* l. 24. c. 5. *sub fin.* Partus difficilis. *Id. in fi.* l. 23. Difficilis urina. ¶ *Difficilis homo* dicitur, qui aspera natura est et durioribus moribus, et facile offenditur consuetudine aliorum, δύσκολος, δύσεφις. *hard to please, morose, surly, crabbed, churlish. Accius* apud *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 29. Parens illepidus in liberos difficilis. *Cic. in Orat.* c. 29. Difficilem ac morosum esse. *Nepos in Attic.* c. 5. Homo difficillima natura. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 566. Rusticum et difficilem esse alicui. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 20. Difficilem esse precibus alicujus. *Horat.* l. 3. od. 7. *extr.* Et te sæpe vocanti Duram difficilis mane. *h. e.* ne sinas te exorari. *Id.* l. 1. od. 13. v. 4. meum Fervens difficili bile tumet jecur. *h. e.* aspera ira. ¶ *In difficili esse* est difficile esse. *Liv.* l. 3. c. 65. *sub fin.* Adeo moderatio tuendæ libertatis in difficili est. Adde *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 1. et *Scævol. Digest.* lib. 28. tit. 2. leg. 29. *ad fin.*

DIFFICĬLĬTER, adverb. idem ac difficile, *difficultly. Cic.* 4. *Acad.* c. 16. Cur deinde non, ut difficiliter a vero internoscatur? *Colum.* l. 5. c. 3. Difficiliter mensuras imbibimus agrorum.

DIFFĬCUL pro difficili, apud antiquos. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 331. Quod utrum sit magnum an parvum, facul an difficul.

DIFFICULTAS, atis, f. *difficulty, trouble*, χαλεπότης, arduitas, labor, negotium. *Terent. Hec.* 4. 4. 45. Neutra in re vobis difficultas a me erit. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 47. Difficultas laborque discendi. *Id. in Divin. Verr.* c. 12. Magnitudo rerum ac difficultas. *Id. pro Quint.* c. 2. Tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus. *Id. in Top.* c. *pænult.* Aut omnino fieri non possunt, aut sine summa difficultate non possunt. *Id.* 4. *Fam.* ep. 2. *ad fin.* Incurrere in magnam difficultatem. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 10. et *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 11. Afferre difficultatem alicui ad aliquid faciendum. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 15. Res est in magna difficultate. *Cic. de clar. Orat.* c. 6. Hoc habet magnam difficultatem. *Id.* 1. *Catil.* c. 6. Difficultas domestica. *h. e.* inopia, *poverty. Id.* 4. *Verr.* c. 28. Esse in summa difficultate nummaria. *scarcity of money.* Sic *Id. Verr.* 7. c. 20. Summa difficultas navium. et *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 17. Difficultate rei frumentariæ affectus exercitus. et *Cic. pro Dom.* c. 5. Difficultas annonæ. *difficulty of obtaining, scarcity. Id. Verr.* 7. c. 20. Quod recentibus suis officiis, integra re, nullis populi R. difficultatibus assequi non potuerunt. *at the time when the Roman people were plentifully provided with every thing. Id.* 5. *Verr.* c. 82. Difficultas vecturæ. *Id.* 1. *de Orat.* c. 18. navigandi. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 56. viarum. *Hirt. de B. Alex.* c. 43. Pressus difficultate omnium rerum. *Plin.* l. 15. c. 13. Persicæ arbores sero et cum difficultate transiere. *Id. in præfat.* Vincere difficultates. *Id.* l. 8. c. 23. Perrumpere omnes difficultates. *Colum.* l. 2. c. 4. *a med.* Difficultatem acclivitatis infringere. ¶ Refertur aliquando ad morbum. *a disease, distemper, sickness. Cels.* l. 2. c. 2. *sub fin.* Considerandum est, num cui sæpius horum aliquid eveniat, neque ideo corporis ulla difficultas subsequatur. *Id.* l. 3. c. 1. Difficultas morbi. et lib. 2. c. 1. urinæ. et *ibid. in fi.* spirandi. ¶ Pro moribus difficilibus, asperis, duris. *Cic. pro Mur.* c. 9. Sulpicius multorum stultitiam perpessus est, arrogantiam pertulit, difficultatem exsorbuit.

DIFFICULTER, *difficultly, with difficulty*, χαλεπῶς, idem quod difficile, et difficiliter, sed majoris usus. *Cic.* 2. *de Invent.* cap. 56. Quid difficulter fieri, et quid facile possit. *Cæs.* lib. 1. *B. Civ.* c. 62. Difficulter atque ægre facere aliquid. *Hirt. de B. Alex.* c. 48. Difficulter dissimulare odia. *Sallust. in Catil.* c. 14. Dolis haud difficulter capiebantur. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 35. Amnem haud difficulter evadit. *Liv.* l. 1. c. 52. Haud difficulter persuasum Latinis. *Curt.* lib. 7. cap. 6. Haud difficulter concitaverunt ad arma.

DIFFĪDENS, entis, adject. *distrusting, mistrusting, diffident*, ἀπιστῶν. *Cic. in Pison.* c. 36. Diffidens et desperans suis rebus. *Sueton. in Claud.* c. 35. Nihil æque, quam timidus ac diffidens fuit. *Id. in Tiber.* c. 65. Diffidens tumultumque metuens. *Plaut. Epid.* 1. 2. 9. Diffidentem solari. *Sallust. in Jug.* c. 47. Diffidens veteri exercitui. *Id. in Catil.* c. 46. Diffidens vitæ. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 3. Dubitans et mihi ipse diffidens.

DIFFIDENTER, adverb. *with distrust or diffidence, diffidently*, ἀπίστως. *Cic. pro Cluent. in princip.* Timide et diffidenter attingere rationem veneficii criminum. *Justin.* l. 38. c. 7. Timidius ac diffidentius ingredi bella.

DIFFIDENTĬA, æ, f. *mistrust, distrust, diffidence*, actus diffidendi, ἀπιστία. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 37. Metus quoque et diffidentia exspectati et impendentis mali. *Sueton. in Oth.* c. 9. Moriendi impetum cepit, magis pudore, quam desperatione ulla, aut diffidentia copiarum. *Plin.* l. 5. ep. 1. Coheredes transigere cupiebant, non diffidentia causæ, sed metu temporum. *Quintil.* l. 11. c. 3. *post med.* Fateri diffidentiam memoriæ. *Ovid. de remed. Amor.* v. 543. Fit quoque longus amor, quem diffidentia nutrit.

DIFFĪDO, is, diffisus sum, n. 3. *to distrust, mistrust, despair*, ἀπελπίζω, non fido. *Sulpic. ad Cicer.* l. 4. *Fam.* ep. 5. *sub fin.* Plura de hac re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. *Cic.* l. 4. *Acad.* c. 3. Invenire se posse quod cuperent, diffisi sunt. *Id. Attic.* l. 12. ep. 43. De Othone, diffido, fortasse quia cupio. *Id. pro Mur.* c. 21. Vides ne tu illum tristem? jacet, diffidit, abjecit hastas. *Id. pro Cluent.* c. 23. Eum potius, qui sibi aliqua ratione diffideret, quam qui omni ratione confideret. *Id. de Prov. consul.* c. 16. Homines diffisi ipsi sibi, &c. *Id.* 2. *de Fin.* c. 27. Qui diffidet perpetuitati bonorum suorum, timeat, necesse est. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 35. Diffidens, Cæsarem fidem servaturum. *Cato R. R.* c. 157. *a med.* Quos diffidas sanos facere, facies. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 25. Ita graviter æger fuit, ut omnes medici diffiderent. *gave up his case as hopeless. Id.* 2. *Fam.* ep. 10. Parthos times, quod diffidis copiis nostris. *Sallust. in Catil.* c. 32. Sibi patriæque diffidere. *Id. in Jug.* c. 54. armis. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 55. testamento. *h. e.* non sperare, locum et vim fore testamento. *Cic. pro Mur.* c. 30. Me diffisum ingenio meo quæsisse adjumenta doctrinæ. *Quintil.* l. 6. c. 1. Diffidere memoriæ. *Sueton. in Cæs.* c. 3. Diffisus occasioni, quam minorem opinione offenderat. *Incertus auct. Paneg. ad Constantin. Aug.* cap. 1. Cur ego in me de tuo favore diffidam? *Eumen. in Paneg. ad Constant. Aug.* c. 12. Inopinantes adortus es, non quo aperto Marte diffideres, sed, &c. ¶ Passive impersonaliter. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 4. Amnis partem murorum ambit: et ducta ingens fossa, qua fluvio diffidebatur. ¶ Præterit. *diffidi* pro *diffisus sum* est *Quintil.* (seu quicumque alius auctor est) declam. 287. Causæ patris diffidit vir fortis.

DIFFĬNDO, is, diffidi, diffissum, a. 3. *to cleave or part asunder, split*, διασχίζω, in diversas partes findo. *Cic. de Univ.* c. 7. Hanc omnem conjunctionem duplicem in longitudinem diffidit. *Cato R. R.* c. 41. Vitem mediam diffindito per medullam. *Virg.* 9. *Æn.* v. 589. tempora plumbo Diffidit. *cleft his head. Lucret.* lib. 6. v. 583. Ventus (*subterraneus*) diffindens terram. Translate *Horat.* l. 3. od. 16. v. 13. Diffidit urbium Portas vir Macedo muneribus. *Apul.* l. 9. *Metam.* Rigentem servi tenacitatem diffindere. ¶ *Diffindere diem* in re forensi est actionem illius diei interrum-

pere, et in posterum differre. *to put off the matter till another day. Liv.* l. 9. c. 38. *sub fin.* Ei legem curiatam de imperio ferenti, triste omen diffidit diem. *Gell.* l. 14. c. 2. Jussi igitur, diem diffindi, atque inde a subsellio, &c. *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 11. leg. 2. Lex duodecim Tab. si judex vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, jubet, diem judicii esse diffissum. Adde *Fest.* in voce *Reus.* ¶ Diffindere meridiem insititio somno, *Varro* dixit l. 1. *R. R.* c. 2. *h. e.* diem meridiano tempore, interposito somno dividere.

DIFFINGO, is, inxi, ictum, a. 3. *to mar, undo,* διαφθείρω, est corrumpere, labefactare, destruere quod fictum, et formatum est. *Horat.* l. 3. od. 29. v. 47. Neque diffinget, infectumque reddet, Quod fugiens semel hora vexit. ¶ Est item reformare. *to new make, make anew, forge otherwise. Horat.* l. 1. od. 34. v. 39. O utinam nova Incude diffingas retusum in Massagetas, Arabasque ferrum. Sed al. leg. *defingas.* ¶ Sunt alia duo loca *Horatii*, in quibus hoc verbum a nonnullis legitur lib. 1. sat. 10. v. 37. Diffingit Rheni luteum caput. (V. *Defingo.*) et l. 2. sat. 1. v. 79. nihil hinc diffingere possum. Consule *Bentleium.* Ceterum præter *Horat.* qui hoc verbo uteretur, inveni adhuc neminem.

DIFFINIO, et Diffinitio. V. *Definio*, &c.

DIFFISSIO, onis, f. actus diffidendi. *Diffissio rerum* est prorogatio actionis in diem posterum, ut in *Diffindo* dictum est. *Gell.* l. 14. c. 2. in rerum diffisionibus et comperendinationibus. *Est qui aliter legit.*

DIFFISSUS, a, um, adject. *cleft asunder, split asunder,* κατασχιζόμενος, ut Diffissum saxum, *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 13. Ramus diffissus, *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 40. *ad fin.*

DIFFĪSUS. V. *Diffido.*

DIFFITĔOR, eris, dep. 2. *to deny, disavow, say to the contrary,* ἀπαρνέομαι, non fateor, non concedo, nego. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 8. *a med.* Nunquam diffitebor, multa me simulasse, et dissimulasse. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 14. v. 28. Et pudor obscenum diffiteatur opus. *Auson. in Cæsarib.* n. 14. Quem fateare bonum, diffiteare parem.

DIFFLĀTUS, a, um, *blown away, scattered by the wind,* flando dissipatus. *Auson. in Ephem. n. ult.* purgantibus Euris Difflatæ liquidum tenuentur in aera nubes. *Prudent. in Hamartig.* vers. 388. Excitus difflato pulvere ventus.

DIFFLĒTUS, a, um, flendo corruptus. *Apul.* l. 1. *Metam.* Uxor mœrore deformata, diffletis pæne oculis suis, &c. Sic *Quintil.* declam. 6. c. 4. Cognita clade, uxor totos efflevit oculos.

DIFFLO, as, a. 1. *to blow away, blow different ways, scatter, disperse,* διαπνέω, flando disperdo, dissipo. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 219. Pars difflatur vento, pars autem obrigescit frigore. *Plaut. Mil.* 1. 1. 17. Cujus tu legiones difflavisti spiritu, quasi ventus folia. *Auson. in Ephem. sub fin.* Irrequieta vagi qua difflant nubila nimbi. ¶ *Difflari* est flando disseminari. *Auson.* Edyll. 14. v. 19. Forsitan unus odor, sed celsior ille per auras diflatur. Al. leg. *diffluit.*

DIFFLŬENS. V. in voce sequenti.

DIFFLŬO, is, uxi, n. 3. *to flow on all sides, flow or run over, overflow,* διαῤῥέω, in diversas partes fluo. *Cic. de clar. Orat.* c. 91. *sub fin.* Fluvius extra ripas diffluens. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 10. Rhenus, ubi Oceano appropinquavit, in plures diffluit partes. *Lucret.* l. 3. v. 436. quassatis undique vasis Diffluere humorem, et laticem discedere cernis, et vers. 198. ab summo tibi diffluat altus acervus. *Id.* l. 6. v. 971. Diffluere ambrosia, *h. e.* undique ambrosia manare. *Plin.* l. 21. c. 13. et *Phædr.* l. 4. *Fab.* 24. v. 22. Duo juvenes sparsi pulvere, Sudore multo diffluentes corpora. *melting with sweat.* ¶ Item corrumpor, dissipor, exstinguor. *to be impaired. Lucret.* l. 1. v. 1036. privata cibo natura animantum Diffluit amittens corpus. *Senec.* ep. 91. Juga montium diffluunt, totæ desedere regiones. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 32. Græci diffluentes otio, *h. e.* abundantes. *Id.* 1. *Offic.* c. 30. et *Terent. Heaut.* 5. 1. 72. Quam turpe sit diffluere luxuria, et delicate ac molliter vivere. *Cic. in Orat.* c. 70. Si alicujus inconditi arripias aliquam sententiam, eamque in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerat antea diffluens ac solutum. *Prudent.* l. 1. *in Symmach.* v. 125. Diffluere in luxum. ¶ *Diffluere risu* est risu abundare. *Apul.* l. 3. *Metam.* Totus populus risu cachinnabili diffluens.

DIFFLŬUS, a, um, diffluens. *Mattius* apud *Macrob.* l. 2. *Sat. c. ult.* Sumas ab alio lacte diffluos grossos.

DIFFLUXĬO, onis, f. fluxus. Est *Cœlii Aurelian. Acut.* lib. 2. cap. 18.

DIFFRACTUS, a, um, adject. *broken, shattered, broken to pieces. Sueton. in Cæs.* c. 37. Pæne curru excussus est, axe diffracto. *Vitruv.* l. 10. c. 6. Colossici Apollinis basis a vetustate diffracta.

DIFFRINGO, is, egi, actum, a. 3. *to break in pieces, shatter,* διαῤῥήγνυμι, in varias partes frango. *Plaut. Asin.* 2. 4. 68. Crura hercle diffringentur, ni &c.

DIFFUGĬO, is, ugi, n. 3. *to fly different ways, flee or run away,* διαφεύγω, in diversas partes fugere: et ponitur etiam pro simplici fugio, aut profugio. *Cic.* 2. *Phil.* c. 42. Metu perterriti repente diffugimus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 150. silvis diffugiunt armenta. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 35. Perterriti diffugiunt ad sua præsidia. *Liv.* l. 28. c. 2. Celtiberi in proximas dilapsi silvas, inde domos diffugerunt. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 1. Diffugere nives. *have disappeared. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* 82. Videri prœlium diffugisse, magnum detrimentum afferebat. *to have shunned.* Al. leg. *defugisse.* V. *Defugio. Lucret.* l. 4. v. 566. In multas igitur voces vox una repente Diffugit, in privas quoniam se dividit aures. *h. e.* dispertitur.

DIFFUGĬUM, ii, n. *a flight, running away. Tacit.* 1. *Hist.* c. 39. Proximorum diffugia languentibus jam studiis.

DIFFULGŬRO, as, fulgura spargo. *Sidon.* carm. 11. v. 20. Postes chrysolithi fulvus diffulgurat ardor.

DIFFULMĪNO, as, a. 1. *to strike as it were with a thunderbolt,* fulmine disjicio. *Sil.* l. 5. v. 276. diffulminat omnem Obstantum turbam.

DIFFUNDĬTO, as, avi, atum, n. 1. frequent. a diffundo. *to pour out frequently. Plaut. Merc. Prol.* v. 56. Rationem pessimam esse, ea, quæ ipsius optime omnes labores invenisset perferens, amoris vi diffunditari, ac deteri. *h. e.* prodige profundi, atque absumi. *Ammian.* l. 16. c. 12. (*al.* 23.) Ubique se se diffunditans. et l. 21. c. 1. (*al.* 3.) Sol mens mundi nostras mentes velut scintillas ex se se diffunditans.

DIFFUNDO, is, udi, usum, a. 3. *to pour out or scatter all over, pour out, spread, scatter, disperse, diffuse,* διαχέω, in diversas partes fundo, spargo, effundo, dispergo, *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* cap. 55. Sanguis per venas in omne corpus diffunditur. et c. 10. Aqua se liquefacta et dilapsa diffundit. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 354. Unda quæ diffunditur Hellesponto. *Petron. in Satyr.* c. 131. æstivas platanus diffuderat unbras. *Cic. de Senect.* c. 15. Terra semen compressu suo diffundit. *h. e.* emittit. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 559. Phœbus jubar diffundit aquis. *Plin.* l. 4. ep. 22. *extr.* Gravissimus morbus est, qui a capite diffunditur. *Colum.* l. et cap. 5. *circa med.* Vitem totam omni parte in orbem diffundi. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 25. Rami quam late diffunduntur. *Virg. Æn.* 1. v. 323. dederatque comas diffundere ventis. *allowed her hair to flow loose. Id. in fi.* 10. *Æn.* Undantique animam diffundit in arma cruore. *Id. Æn.* 11. v. 465. Diffundere equitem latis campis. *Plin.* l. 2. ep. 17. Via modo coarctatur, modo diffunditur. *widens.* ¶ *Diffundere vinum* quid sit, V. in *Defundo.* ¶ Translate *Cic.* 1. *de Divin.* c. 36. Dii vim suam longe lateque diffundunt. *Plin. in Paneg.* c. 56. In immensum diffunditur oratio. *Virg.* 4. *Æn.* v. 195. Hæc passim dea fœda virum diffundit in ora. *spreads abroad, proclaims, makes public. Id.* 7. *Æn.* v. 708. Claudia nunc a quo diffunditur et tribus et gens. *is descended. Horat.* epod 14. v. 1. Diffundere oblivionem sensibus. *Ovid. Heroid.* ep. 8. v. 61. Flendo diffundimus iram. *we give vent to. Id.* 9. *Metam.* v. 142. Flendo dolorem diffundere. *Quintil. sub fin.* l. 7. Per totam orationem diffundere affectus. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 9. Parcite paucarum crimen diffundere in omnes. *to throw upon. Id.* 4. *Metam.* v. 764. epulis functi generosi munere Bacchi Diffudere animos. *h. e.* hilaritatem solverunt. *regaled themselves.* Sic *Stat.* 2. *Theb.* v. 213. diffuderat Argos Exspectata dies. et *Cic. de Amic.* c. 13. *sub fin.* Bonis amici quasi diffundi, et incommodis contrahi. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 272. et l. 4. *ex Pont.* ep. 4. v. 9. et *Senec.* ep. 106. Diffundere vultum. *h. e.* explicare frontem, quod fit in lætitia, *to look blithe, look cheerful. Arnob.* l. 7. pag. 213. Diffundi lætitia. ¶ Intemperantia cibi diffundere artus apud *Aurel. Vict. in epit.* c. 45. *extr.* est distendere nimio cibo, et obruere.

DIFFŪSE, adverb. *diffusedly, copiously, extensively,* διακεχυμένως, disperse, fuse. *Cic. de Invent.* l. 1. c. 52. Enumeratio est per quam res disperse et diffuse dictæ unum in locum coguntur. *Avien. in Perieg.* v. 269. Latus hoc terræ diffusius explicat agros. *Cic. Tuscul.* 3. c. 10. Hæc dicuntur a Stoicis contortius, sed latius aliquanto dicenda sunt et diffusius.

DIFFUSĬLIS, le, adject. qui se diffundit. *Lucret.* l. 5. v. 468. Levis ac diffusilis æther.

DIFFUSĬO, onis, f. *a spreading abroad; enlargement, expansion,* διάχυσις, dispersio, dilatatio. Translate *Senec. de vita beata*, c. 5. Comitasque et diffusio animi. V. *in fi. verbi* Diffundo.

DIFFŪSOR, oris, m. qui diffundit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 466. n. 7. Reguliano Eq. R. diffus. oleario, &c. *h. e.* ut opinor, qui oleum in cados diffundit servandi causa, *one employed to rack off oil.*

DIFFŪSUS, a, um, *scattered or spread abroad, poured out, spread wide, dispersed, diffused,* διαχυθεὶς, in diversas partes fusus, sparsus, dispersus. *Ovid. in Ibin*, v. 607. Cruor diffusus in artus. *Lucan.* l. 1. v. 654. Diffusum æquor. *Curt.* l. 3. c. 1. Amnis diffusus. *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 4. Vina bibes iterum Tauro diffusa. (Adde *Juvenal.* sat. 5. v. 30. et *Lucan.* l. 4. v. 379. et V. dicta in *Defundo.*) *Lucret.* l. 5. v. 470. Æther late diffusus in omnes undique partes. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 37. Lux toto cælo diffusa. *Martial. de spectac.* epigr. 2. Diffusæ umbræ. *Lucret.* l. 4. v. 570. Vox diffusa per auras. *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 47. Diffusi capilli. *loose, dishevelled. Id. Metam.* 9. v. 239. Flamma in omne latus diffusa. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 7. Platanus patulis diffusa ramis. *Plin.* l. 16. c. 16. Genus boxi diffusius. *Cic. de Orat.* l. 3. c. 52. Color diffusus sanguine. *Martial.* l. 3. epigr. 31. Diffusus campus. *h. e.* patens, latus. *wide, extensive. Colum.* l. 1. c. 4. Diffusiora consepta. *more roomy inclosures. Plin.* l. 16. c. 6. *sub fin.* Glans iligna suem angustam, nitidam facit, querna diffusam. *h. e.* pinguedine tumentem. *fat, gross. Valer. Flacc.* l. 2. v. 104. Venus sidereos diffusa sinus. *h. e.* soluta ad sinum veste. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Fin. c. pænult. ad fin.* Error longe lateque diffusus. *spread, diffused, disseminated. Curt.* l. 6. c. 11. Terror diffusus per tota castra. *Cic. pro Sext.* c. 45. Numerus optimatium late et varie diffusus. *Id. pro Balbo*, c. 5. Pompeii late longeque diffusa laus. *spread far and wide. Id.* 2. *de Orat.* c. 33. Jus civile diffusum et dissipatum in certa genera cogere. *Colum.* l. 11. c. 1. *antè med.* Rusticationis magna et diffusa materia est. *Plin.* l. 7. ep. 17. Corona diffusior. *h. e.* auditorum turba numerosior. *Id. in Paneg.* c. 53. Amplius ac diffusius meritum. *h. e.* ad plures pertinens. ¶ Aliquando refertur ad animum, et significat solutum curis, hilarem, lætum, *cheerful, blithe, gay, exhilarated:* quod et in *Diffundo* adnotavimus. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 318. Jovem memorant, diffusum nectare, curas Seposuisse graves. *Stat.* l. 4. silv. 2. v. 54. sacro diffusus nectare vultus. *Petron. in Satyr.* c. 10. Diffusus in risum.

DIFFUTŪTUS, a, um, adject. futuendo exhaustus. *Catull.* carm. 29. *in Cæs.* v. 14. ¶ Item a pluribus corruptus. *Id.* carm. 41. *de Acme:* ubi al. leg. *defututa.*

DIGAMĬA, æ, f. *bigamy,* διγαμία, conditio ejus, qui duas uxores vel simul, vel unam post mortem alterius duxit. *Tertull. de Monog.* c. 6. et *Hieronym. advers. Jovinian.* l. 1. c. 8.

DIGAMMA, atis, n. δίγαμμα, et Digammos, i, f. δίγαμμος, nota aspirationis, quæ ab Æolibus tum præponebatur vocibus incipientibus a vocali, tum ipsis vocalibus inserebatur in medio dictionis, ad hiatum vitandum. [† V. *Æolicus.*] Quod et Latini aliquando sunt imitati, a quibus olim, *Festo* teste, *fedum* pro *hedum*, et *fostiam, fostem* pro *hostiam, hostem* dictum est: et *Formiæ* oppidum olim *Hormiæ* fuit, teste *Plin.* l. 3. c. 5. *circa med.* Est a δὶς, bis, et γάμμα, quia ex duplici Γ conflata erat, referebatque figuram Latini F. Itaque Æoles scribebant Fοῖνος pro οἶνος, et ταFὼς pro ταὼς, et ὠFὸν pro ὠὸν, et δάFος pro δάος: quos Latini imitati, *vinum, pavo, ovum, davus* dixere. Quare usum litteræ *v* consonantis paulatim præstare cœpit, Bᾶυ, seu Fᾶυ, *vau* etiam appellata, teste *Varr.* et *Didymo* apud *Priscian.* l. 1. pag. 545. *Putsch.* et a quibusdam Grammaticis credita est necessaria ad exprimendum crassiorem illum sonum, qui hodieque a Germanis exprimitur in eadem *v* consonante pronuntianda: qui simplici illa *v* non satis exprimi ab Romanis videbatur. Et Claudius quidem Imperator, qui tres Latino alphabeto litteras adjecerat, ut *Tacit.* 11. *Ann.* c. 14. et *Sueton. in ejus vita*, c. 41. narrant, ex iis unam hoc digamma invexerat, teste *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) atque passim usurpari, appingique jusserat, figura tamen inversa, hoc modo Ⅎ. Scribi itaque volebat *serⅎus, ⅎulgus*, pro *servus, vulgus*: et similiter in quibusdam antiquis Inscriptionib. eo vivo exaratis, ut videtur, apud *Gruter.* pag. 119. n. 2. legitur *Ⅎitellius*: Vitellius, pag. 196. n. 4. *ampliaⅎit terminaⅎitque*, ampliavit terminavitque, pag. 236. n. 9. *DIⅎI*, et *XVⅎIR*, divi et XV VIR, &c. Verum post Claudii mortem oblitterata est, ut *Tacit. loc. cit.* scribit, et Latini ad suam *v* consonantem redierunt. Sed etiamsi forma (inquit *Quintil.* l. 12. c. 10.) a nobis repudiata est, vis tamen nos ipsa persequitur. Duras et illa syllabas facit, quæ ad conjungendas demum subjectas sibi vocales est utilis, &c. Hæc *Quintil.* Grammatici quoque vel litteram ipsam, vel ejus nomen (*v* consonam intelligentes) usurpare aliquandiu non destiterunt, ut *Serv. ad* 1. *Æn.* v. 455. Quartæ conjugat. præteritum perfec. vel. in *vi* junctum exit, vel sublata digammo, in *ii*, pro nostro arbitrio, ut *lenivi lenii, audivi audii.* V. plura apud *Voss.* l. 1. *de Gramm.* c. 16. et 17. et *Lips. de recta pronunt. L. L.* c. 12. [† De *Digammo* consulas *Heyn. Excurs.* ad Il. T. 384. *Dawes*, (*M. C.*) 4. p. 113. sq. 122. cum *Burgess*, p. 396. *Reinold. Hist. Gr. et Lat. Litt.* p. 35. *Rich. P. Knight*, (*Analytical Essay on the Greek Alphabet*) *Marsh*, (*Hor. Pelasg.*) *Matthiæ*, (*Gr. Gram.*) sect. 20. 26. 41. alios.] ¶ Legitur et apud *Cicer.* l. 9. *Attic.* ep. 9. Tuum digamma videram. Ubi alii fundum significari putant, figura ejus litteræ: alii fenus, alii codicem, in quo perscriberentur fundorum reditus: alii denique aliter legunt. [† Digamma est proprie littera F. ea autem quia est prima in Fœnoris verbo, propterea ludens Cicero *digamma* de fœnore dixisse putatur. quod mihi verbo *videram* non convenire videtur. quidam autem malunt corrigere *diagramma*, et intelligunt tabulas acceptorum et expensorum. *Ern.*]

DIGĂMUS, a, um, *one who has had two wives,* δίγαμος, qui bis uxorem duxit, vel simul ambas, vel alteram post mortem prioris: a δὶς, bis, et γάμος, nuptiæ. *Tertull. de Monog.* c. 6. Abraham digamus. *Hieronym.* ep. 2. *ad Nepotian. sub fin.* Viduam hortatur, ut digama sit.

DIGERĬES, ei, f. *a disposition, arrangement,* διάταξις, digestio, dispositio, distributio. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 16. *post med.* Si digeries (*anni et dierum*) morsum repre-

hensionis evasit. *Id. in præfat.* l. 1. Quæcumque hausimus, non patiamur integra esse, sed in quandam digeriem concoquantur.

DIGĔRO, is, essi, estum, a. 3. *to put in order, arrange, distribute, dispose, divide*, διαφορέω, διατάττω, quasi in diversas partes gero, suo quamque rem loco pono, dispono, ordino, distribuo: tum proprie, tum translate. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 9. Optime digerere rempubl. *Id. Verr.* 3. c. 23. Tabulas accepti diligentissime legere, atque digerere. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 30. In præsentia tantummodo partes argumentandi confuse et permixte dispersimus; post discrete et electe in genus quodque causæ, quid cuique conveniat, ex hac copia digeremus. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 14. Mandata alicujus digerere, persequi, conficere. *Id.* 1. *de Orat.* c. 42. Jus civile digerere in genera. *Plin.* l. 29. c. 1. Digerere commentarium per genera usus sui. *Virg.* 3. *Æn.* v. 446. Digerere aliquid in numerum. *h. e.* ita disponere ut secunda primis, tertia secundis, ac deinceps, protinusque collocentur. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 83. populum digessit ab annis Romulus. *h. e.* divisit ratione ætatis. *Id.* 1. *Fast.* v. 27. Digerere tempora. *Colum.* l. 10. v. 166. et *Martial.* l. 3. epigr. 63. crines ordine. *Liv.* l. 2. c. 21. Tanti errores implicant temporum, ut nec qui consules, nec quid quoque anno actum sit, digerere possis. *ascertain regularly. Virg.* 2. *Æn.* v. 182. Ita digerit omina Calchas. *h. e.* disponit, atque interpretatur. *Senec.* l. 7. *quæst. nat.* c. 22. nubes modo congregantur, modo digeruntur. *h. e.* separantur. Sic *Plin.* l. 8. ep. 20. Interdum junctæ copulatæque sunt: interdum discordantibus ventis digeruntur. *Id.* l. 2. ep. 17. Conceptum vaporem huc illuc digerit, et ministrat. *Quintil.* l. 11. c. 3. Digerere argumenta in digitos. *to arrange or dispose on the fingers. Plin.* l. 12. c. 27. Uva immatura teritur, siccataque in sole, postea digeritur in pastillos. *Id.* l. 2. c. 7. Digerere aliquid in partes. *Sueton. in Cæs.* c. 44. Comparare, et digerere bibliothecam. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* Stercus in prata digerere. *to place or set out in heaps. Plin.* l. 18. c. 24. Siderum exortus et occasus digerendi in suos dies. *h. e.* distribuendi, demonstrando dies, quibus eorum quodque exoritur, atque occidit. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 469. Digerere pœnam in omnes. *to cause all to suffer. Id.* 1. *ex Pont.* ep. 4. v. 9. mala per annos longos. *h. e.* distribuere, dividere. ¶ *Digerere aliquid* est ordine enarrare. *Plin.* l. 29. c. 2. Reliquos usus ejus suo loco digeremus. ¶ *Digerere linum* apud *eund.* l. 19. c. 1. est crassum a subtiliori dividere, quod pectendo fit. ¶ *Digerere uvam* dicitur vitis, cum in grana dividit. *Id.* l. 16. c. 25. ¶ *Digerere asparagum* est ad lineam atque ordine serere. *Id.* l. 19. c. 8. *circa med.* ¶ Sæpe est verbum Medicorum. *Digerere malum aliquod* est ita dividere, resolvere, discutere, ac dissipare, ut paulatim absumatur et evanescat, *to discuss, dissipate, dissolve. Cels.* l. 5. c. 18. sect. 1. Quædam digerunt materiam, quædam extrahunt. et sect. 21. Abscedentia digerit murex combustus. *Id.* l. 2. c. 17. Quoties humor intus nocet, isque digerendus est. *Id. in præfat. prope fin.* et lib. 1. c. 9. *extr.* Sudore digerere aliquid. *Id. in præfat. post med.* Si corpus adstrictum est, digerendum esse; si profluvio laborat, continendum. *h. e.* solvendum, molliendum. *Plin.* l. 26. c. 7. *ad fin.* Digerere cruditates. *Id.* l. 20. c. 7. Lactucæ lentitiam pituitæ digerunt. *Cels.* l. 3. c. 4. In morbo, qui plus virium aufert, celerius cibus dandus est; itemque eo cælo, quo magis digerit. *consumes more. Id.* l. 2. c. 15. Genera gestationis plura sunt: quæ adhibenda sunt pro viribus cujuscumque, et pro opibus, ne aut imbecillum hominem nimis digerant, aut humili desint. *h. e.* solvant infirmentque. *Lucan.* l. 6. v. 88. Corpora dum solvit tabes, et digerit artus. *h. e.* dissolvit, corrumpit, labefactat. ¶ *Digerere aliquem*, huc illuc in diversa loca gestare, *to carry hither or thither. Cels.* l. 4. c. 7. Quod si satis valet, (*oportet*) gestando ægrum digerere: si parum, intra domum tantum dimovere. ¶ *Digerere cibos* est stomacho exceptos in venas artusque distribuere alimenti causa. *to digest, concoct. Quintil.* l. 10. c. 1. Cibos mansos, ac prope liquefactos demittimus, quo facilius digerantur. Adde *Senec. in proœm.* l. 1. *controv. a med.* ¶ Dentes quoque *digerere* dicuntur, qui cibos dissecant, et dividunt. *to chew. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 61. *Hard.* Continuorum dentium qui digerunt cibum, lati et acuti; qui conficiunt, duplices. ¶ Translate a re medica. *Plin.* l. 31. c. 4. Silva continere nimbos, ac digerere consuevit. *h. e.* in plures parvos rivos diducere, nec pati, ut aquæ in torrentem colligi et confluere possint. *Lucan.* l. 10. v. 260. undæ plus, quam quod digerat, aer, Tollitur. *h. e.* exsiccando consumat, absumat, dissipet. *Senec. in Thyest.* v. 826. Nec luna graves digerit umbras. *h. e.* dissipat. ¶ In illo *Nemesiani in Cyneg.* v. 303. Linea quin etiam, magnos circumdare saltus Quæ possit, volucresque metu concludere prædas, Digerat innexas non una ex alite pinnas. *digerat* est gerat, habeat pinnas huc illuc innexas et dispositas ad terrendas feras. ¶ *Digerere senium*, h. e. senectutem agere, q. d. dies senectutis unum post alium transigere. *to pass his old age*, est *Valer. Flacci* l. 8. v. 102. Alii aliter interpretantur: alii aliter legunt.

DIGESTIBILIS, le, adject. qui digeri, et concoqui potest, *digestible, easy of digestion*, ut Cibus digestibilis, *Cæl. Aurel.* l. 1. *Chronic.* c. 5. *ante med.* ¶ Oxygarum digestibile. *Apic.* l. 1. c. 34. *in lemmate.* h. e. digestionem adjuvans.

DIGESTIM, adverb. ordinate, disposite. *Prudent. peristeph.* 3. *de S. Laurent.* v. 129. Digestim aliquid scribere.

DIGESTĬO, -onis, f. *a putting in order, disposing, arranging, distribution, division*, διάταξις, διαφόρησις, actus digerendi, distributio rerum in suum cujusque locum, dispositio, ordo. *Cic.* 5. *Phil.* c. 7. Ut digestio potius, quam declamatio videretur. *h. e.* nudus quidam ordo rerum dicendarum. *the mere skeleton of a speech.* Sunt qui hæc verba *Ciceroni* abjudicant. *Vellei.* l. 2. c. 53. *extr.* Digestio annorum. *a series. Plin.* l. 3. c. 5. Italiæ. *h. e.* ordinata descriptio. ¶ *Cic.* 3. *de Orat.* c. 53. *ad fin.* enumerat digestionem inter figuras rhetoricas sententiarum, et videtur intelligere partitionem ac distributionem, qua pluribus positis, suum singulis redditur membrum, Græce μερισμόν, vel διαίρεσιν. Hanc designare videtur *in Orat.* c. 40. ubi ait, *ut dividat in partes.* ¶ *Digestio ciborum* non est quidem concoctio, sed distributio cibi stomacho excepti in venas et membra corporis, sive concoctus fuerit, sive non. *digestion. Cels. in præfat. a med.* Neque ad rem pertinere, quomodo, sed quid optime digeratur; sive hac de causa concoctio intercidat, sive de illa; et sive concoctio sit illa, sive tantum digestio. *Quintil.* l. 11. c. 3. *post init.* Facilis ciborum digestio. *Capitolin. in Vero*, c. 4. Somni fuit permodici, digestionis facillimæ. V. *Macrob.* 7. *Saturn.* c. 4. ubi quatuor digestiones ponit, et exsequitur.

DIGESTORIUS, a, um, digerendi, discutiendi, et dissipandi vim habens, ut in *Digero* dictum est: ut Digestorium medicamentum, *Plin. Valerian.* l. 2. c. 8. et Digestorium embamma, *Marcell. Empir.* c. 20.

DIGESTUS, a, um, *distributed, put in order, arranged, digested*, distributus, ordinatus, διαταχθεὶς. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 3. Cetera nomina in codicem accepti et expensi digesta habes. *Id.* 1. *de Orat.* c. 41. Res artificiose digestæ. *Flor.* l. 1. c. 6. Populus R. digestus in classes. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 7. v. 11. Capilli digesti. *Id.* 5. *Fast.* v. 213. colores. *Id.* 9. *Metam.* v. 773. Nilus in septem cornua digestus. *Id. Heroid.* ep. 10. v. 67. Crete centum digesta per urbes. *divided, distributed. Plin.* l. 28. c. 6. Digestus in genera. *Id.* l. 24. c. 17. Radix digesta in pastillos. ¶ Digestus cibus, *the digestion*, e stomacho in omnes corporis partes nutriendi gratia distributus. *Marcell.* vero *Empir.* c. 22. non semel *digestum* vocat hominem, qui cibum digessit: et *ibid. a med.* Observet, ut illo triduo purissimus et digestissimus sit, &c. Verum hæc non sunt imitanda. ¶ *Digesta, orum*, appellantur libri Pandectarum, *the Digest; the Pandect of the civil law*, quia legum habent divisiones, et decisiones, ut *Justinian.* loquitur lib. 1. *Cod.* tit. 17. leg. 3. Ceterum hac appellatione usi fuerant ante *Justinian.* multi JCti, ut *Julian. Alphen. Varus*, (teste *Gell.* l. 6. c. 5.) *Jubentius, Celsus, Ulpius, Marcell.* et alii qui suos de Jure libros *Digesta* inscripserunt.

DIGESTUS, us, m. *a distributing, arranging, managing*, distributio, dispositio. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 86. jam crediturum uni Sanctarum digestus opum, partæque per omnes Divitiæ populos. *h. e.* administratio et distributio fisci Principis. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 4. Quæro, simplex, an multiplex cibus digestu sit facilior. *digestion.*

DIGITĀLIS, le, *of a finger; of the measure of a finger*, δακτυλιαῖος, qui habet mensuram digiti. *Plin.* l. 22. c. 20. Anchusæ radix in usu est, digitali crassitudine. *Id.* l. 14. c. 3. Digitalis gracilitas. ¶ *Digitale* subst. n. δακτυλήθρα, digitorum tegumentum. *Varr.* l. 1. *de R. R.* c. 55. Olea, quæ digitis nudis legitur, melior, quam illa, quæ cum digitalibus.

DIGITĀTUS, a, um, *having fingers*, qui digitos habet. *Plin.* l. 11. c. 47. Avium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes.

DIGITELLUM, i, n. *the herb called sea-green, or everlasting*, dimin. a digitus. Hoc nomine dicitur herba quædam, quæ alio nomine sedum, aizoon, sive sempervivum majus appellatur. *Plin.* l. 18. c. 17. l. 25. c. 13. et l. 26. c. 15. et *Colum.* l. 12. c. 7.

DIGITŬLUS, i, m. *a little finger*, δακτυλίσκος: dimin. a digitus. *Teren. Eun.* 2. 2. 53. Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 2. n. 514. et *Cicer. in fragment.* apud *Porphyr. ad Horat.* l. 2. sat. 1. v. 56.

DIGĬTUS, i, m. *a finger; a toe*, δάκτυλος, membrum manus, et pedis. *Cic. Acad.* l. 4. *c. pænult.* Cum paulum digitos constrinxerat. *Id. pro Cæl.* c. 12. Primoribus labris gustare, et extremis, ut dicitur, digitis attingere aliquid. *with the tip of the finger, as the saying is. Id.* l. 1. *de Orat.* c. 46. Ut commonstrarem viam, et, ut fieri solet, digitum ad fontes intenderem. *Virg.* 5. *Æn.* v. 426. Constitit in digitos extemplo arrectus uterque. *h. e.* pedum digitis nixus. *raising himself erect on his toes, upright. Senec.* ep. 111. Ambulare summis digitis. *on tiptoe.* ¶ Digitorum primus *Pollex* dicitur, quia eo maxime pollet manus. *the thumb.* 2. *Index*, quod eo utimur ad aliquid ostendendum. *the fore-finger.* 3. *Medius*, dicitur etiam *infamis* propter penis similitudinem. *the middle finger. Pers.* sat. 2. v. 33. uda labella Infami digito, et lustralibus ante salivis Expiat. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 45. In hunc intende digitum; hic Leno est, *h. e.* irride, contemne. ¶ Hinc, digitum medium ostendere, eodem sensu, *Juvenal.* sat. 10. v. 52. et *Martial.* l. 2. epigr. 28. et l. 6. epigr. 70. ¶ 4. *Annularis* a ferendo annulo nomen habet. *the ring finger.* 5. *Minimus* dicitur. *the little finger.* ¶ Sæpe dicitur de re, aut actione minima. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 3. *ad fin.* Mihi certum est, ab honestissima sententia digitum nusquam. *supple*, discedere. *not a jot. Id.* 3. *Offic.* c. 19. Si vir bonus habeat hanc vim, ut si digitis concrepuerit, possit in locupletium testamenta nomen ejus irrepere, hac vi non utatur. *h. e.* nullo labore, nullo negotio, facillime. et *ibid. sub fin.* Si dares hanc vim M. Crasso, ut digitorum percussione heres posset scriptus esse, qui re vera non esset heres; in foro, mihi crede, saltaret. ¶ Hinc digitum proferre, exserere, porrigere, &c. *Id.* 3. *Fin.* c. 17. Chrysippus ne digitum quidem ejus causa porrigendum dicebat. *Pers.* sat. 5. v. 119. digitum exsere, peccas. *Cic. pro Cæcin.* c. 25. Quid agat, quomodo aggrediatur judicem, qua denique digitum proferat, non habet. [† *h. e.* nihil agere, nihil moliri potest. *Ern.*] ¶ Hinc *in digito mori*, h. e. levi vulnere, aut morbo. *Plin.* l. 27. c. 2. Hinc atrox illa peroratio ejus: in digito eas mortuas. Ita refert, et explicat hæc verba *Cæl. Rhod.* l. 23. c. 13. atque ex eo plures Lexicographi. At *Harduin.* et alii leg. *peroratio ejus in digitum.* V. apud *Plin.* reliqua, unde colliges diversum omnino sensum. ¶ *Monstrari digito* dicitur, qui aliqua in re insignis est. *Horat.* l. 4. od. 3. v. 22. Totum muneris est tui, Quod monstror digito prætereuntium, Romanæ fidicen lyræ. Adde *Pers.* sat. 1. v. 28. ¶ *Digito cælum attingere*, est, summe beatum, et velut Diis proximum se putare. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. *a med.* ¶ *Digito caput scalpere*, est mollis et delicati hominis indicium. *Juvenal.* sat. 9. v. 133. *Senec.* ep. 52. *ad fin.* et *Ammian.* l. 17. c. 11. (*al.* 22.) qui dicit, ita notatum fuisse Pompeium. Hinc Vetus Poeta apud *Scholiast. Lucani* l. 7. v. 726. Magnus, quem metuunt homines, digito caput uno scalpit. quid dicas hunc sibi velle? virum. Ipse autem *Scholiast.* docet esse indicium superbiæ: sed melius dicas luxus et deliciarum, quasi qui ita scalpebant, metuerent turbare comam diligentius compositam. ¶ *Micare digitis.* V. *Mico.* ¶ *Digitum tollere* est ejus, qui in auctione licetur. *to give the price that is asked for a thing.* Nam manu sublata, et elato digito significabat quis, se emptionis, aut redemptionis auctorem esse, ut *Fest.* in *Manceps* significat. *Cic.* 3. *Verr.* c. 54. Accurrunt ad tempus tutores: digitum tollit Junius. Adde 5. *Verr.* c. 11. ¶ *Digitum* etiam *tollere* dicuntur, qui se victos fatentur; tractum a gladiatoribus, qui victi, ostensione digiti veniam a populo postulabant, ut ait *Vet. Scholiast.* ad *Pers.* sat. 5. v. 119. Hinc *Sidon.* l. 5. ep. 7. Hi sunt, quorum comparatione digitum tollerent Narcissus, Asiaticus, Massa, &c. Hinc *pugnare ad digitum* apud *Martial. de Spectac.* epigr. 29. h. e. sine spe missionis, donec alter e gladiatoribus digitum tollat, et victum se fateatur. Alii exponunt, donec præses certaminis digitum pollicem vertat, et mori alterutrum jubeat. ¶ *Summis digitis colere* modus est loquendi a Gentilium more ductus, qui quas res sacrificaturi erant, summis digitis, quantum res patiebatur, accipiebant, offerebantque. *Lactant.* l. 1. c. 20. Colunt enim ture ac summis digitis, quæ sensibus intimis colere debuerunt. *Id.* l. 5. c. 19. *ad fin.* In qua (*superstitione*) nihil aliud video, quam ritum ad summos digitos pertinentem. Hinc illa *Ovidii* 2. *Fast.* v. 573. Et digitis tria tura tribus sub limine ponit. Et *Prudent. peristeph.* 9. v. 122. *de S. Eulal.* Exiguum turis eminulis digitis tangere. ¶ *Digiti primores* est summa digitorum pars. *or extremities, or tips of the fingers. Cato R. R.* c. 21. Pertundito late digitos primores quatuor, alte digitos primores tres. *four finger ends.* ¶ *Digitus transversus* est digiti crassitudo. *Cato R. R.* c. 45. Taleæ ne plus quatuor digitos transversos emineant. *four finger breadths.* et cap. 48. Terram altam digitum transversum. ¶ *Patens digitus*, apud *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. *the breadth of a finger.* ¶ Digitis etiam computare mos fuit, varia eorum positione, inflexione, aut nexu omnem numerum distincte significando, a manu sinistra initio facto: quam rationem fusius *Beda in lib. de loquela per gestum digitor.* persecutus est: et ab eo exscripsit *Marian. in Schol. ad* lib. 1. *Hieronym. contra Jovinian.* Hinc *Auson.* ep. 7. v. 6. Quot ter luctatus cum pollice computat index. *Plin.* l. 34. c. 7. Janus geminus digitis ita figuratis, ut trecentorum quinquaginta dierum nota se deum indicaret. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 123. Numerare per digitos. *Cic. sub fin. ep. ult.* l. 5. *ad Attic.* Hoc quid intersit, si tuos digitos novi, certe habes subductum. *Apul. in Apolog.* Posses videri pro computationis gestu errasse, et quos circulare debueris digitos, aperuisse. Cum vero quadraginta, quæ facilius ceteris porrecta palma significantur, dimidio auges, non potes gestu digitorum errasse. *Juvenal.* sat. 10. v. 248. tot per sæcula mortem Distulit, atque suos jam dextra computat annos. *scil.* sinistra numerabant usque ad centum: majorem illo numerum dextera supputabant. ¶ *Venire ad digitos* apud *Plin.* l. 2. c. 23. *ad fin.* est quod idem dixit l. 6. c. 33. venire in computationem. *Id.* l. 34. c. 9. *a med.* Computare digitis. *to*

count on the fingers. ¶ *Crepare digitis* signum erat matellam poscentis. *Petron. in Satyr.* c. 27. et *Martial.* l. 3. epigr. 82. et lib. 14. epigr. 119. ¶ Tribuitur *digitus* etiam pedibus avium. *Plin.* l. 10. c. 42. Quini digiti in pedibus picarum. *nails.* ¶ Et per similitudinem ramulis quoque arborum. *Id.* l. 14. c. 1. Vites puro perductæ dracone in palmam ejus, inde in subrectos ramorum digitos flagella dispergunt. Adde lib. 17. c. 24. *ante med.* ¶ Est etiam mensuræ nomen, *h. e.* sextadecima pars pedis. Alius est quadratus, alius rotundus: quadratus tribus quartis decimis suis rotundo est major: rotundus tribus undecimis suis quadrato minor est, scilicet quia anguli deteruntur. Hæc *Frontin. de Aquaduct.* artic. 24. Consule ibi *Polenum*, qui figuram exhibet pag. 73. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 475. n. 3. Ut aquæ digitus in domo ejus flueret. ¶ *Digitus crassus.* V. *Crassus.* ¶ *Digitus Veneris* appellatur ab *Apul. de herb.* c. 67. nymphæa herba. ¶ Proverbii genus est illud *Cicer. pro Cæl.* c. 12. Extremis digitis aliquid attingere. *h. e.* leviter. ¶ Et illud *Plauti Rud.* 4. 1. 10. Ut tempestas est nunc, atque ut noctu fuit, In digitis hodie percoquam quod ceperit. *h. e.* nulla erit piscium præda, quam percoquam. ¶ Item illud *Pers.* 2. 2. 5. Equidem si scis tute, quot habeas hodie digitos in manu, eo dem pignus tecum. de eo qui illa quoque ignorat, quæ ceteri omnes sciunt, *not to know how many fingers he has on his hands.* ¶ *Digiti Idæi* sunt iidem qui Dactyli Idæi, de quib. V. in *Corybantes. the Idean Dactyls. Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 6. *ad fin.* ubi tamen alii leg. *Dactyli.*

DIGLADIABĬLIS, le, adject. *fighting with one another, opposite. Prudent. cathemer.* 3. v. 147. Hoc erat aspidis, atque hominis Digladiabile dissidium.

DIGLADĬOR, aris, atus sum, dep. 1. *to fight with swords, fight, contend,* διαμάχομαι, gladiis certare: et translate contendere, depugnare. *Cic.* 3. *de leg.* c. 9. Iis sicis, quas Gracchus se projecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se cives. *Id.* 1. *Offic.* c. 9. De quibus inter se philosophi digladiari solent. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 1. n. 331. Quid Antipater digladietur cum Carneade tot voluminibus. *Id. ibid.* Digladiari, et depugnare cum facinorosis.

[* DIGLOSSOS, i, δίγλωσσος, bilinguis, herba eadem ac hypoglossa. *Apul. de herb.* c. 58.]

DIGLŪBO, as, pro Deglubo, is, quidam legunt apud *Tertull. de Pall.* c. 3. Mollitie delectatum diglubasse oveculam. Alii leg. *deglabrasse*, alii aliter.

DIGMA, atis, n. δεῖγμα, indicium, specimen: a δείκνυμι, ostendo. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 14. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 9. Eligatur qui custodiam portuensium suscipiat conditorum, clandestinum ad collegas digma missurus, ne quid ex specie fraus occulta vectorum immutet.

DIGNANTER, adverb. *courteously, condescendingly. Vopisc. in Tacit.* c. 8. Loquentem dignanter audite. *Symmach.* l. 5. epist. 63. (*al.* 65.) Dignanter impertias.

DIGNATĬO, onis, f. *dignity, respect, estimation, reputation, esteem, credit, respectability, character, worth,* ἀξίωσις, qualitas, qua quis dignus habetur: honor, amplitudo, existimatio, gloria, decus ex virtutum ornamentis, honoribus, magistratibus, oris majestate, rerum peritia nascens: unde gratia et favor oritur. Differre videtur a dignitate, quod *dignitas* prior est, et in eo sita, qui habet; *dignatio* respicit opinionem aliorum. Quare illa in eo tantum, qui revera habet; hæc etiam in indigno, dummodo vulgo dignus esse credatur, esse potest. Confunduntur tamen non raro. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 9. *a med.* Nec quidquam, nisi de dignatione, laborat. *Est qui malit* dignitate. *Liv.* l. 2. c. 16. Appius inter Patres lectus, haud ita multo post in principum dignationem pervenit. *Al. leg.* dignitatem. *Id.* l. 10. c. 7. *extr.* Eos nos esse spero, qui sacerdotiis non minus reddamus dignatione nostra honoris, quam acceperimus. *Vellei.* l. 2. c. 69. M. Brutus Vatinium dignatione obruerat. *Id.* l. 2. c. 59. Cum ei dignatio Atiam conciliasset uxorem. *h. e.* honor ac dignitas præturæ. *Curt.* l. 7. c. 1. *a med.* Parmenionis filium omnes pæne amicos tuos dignatione vincentem. *Sueton. in Vespas.* c. 4. Sortitus Africam, integerrime, nec sine magna dignatione administravit. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 52. Is recens prætura, et modicus dignationis, et quoquo facinore properus clarescere. *Plin.* l. 35. c. 10. Apelles dignationem primus Rhodi constituit. *established his reputation, gained a character.* et lib. 34. c. 8. *ad fin.* Tot certaminum, tantæque dignationis simulacrum id fuit. *Id.* l. 36. c. 5. *circa med.* In maxima dignatione est Neptunus et Thetis. *scil.* duo signa Scopæ. *Id.* l. 33. c. 10. *extr.* Petere dignationem ex aliqua re. *Sueton. de Grammat.* c. 5. Dicendo ad famam et dignationem pervenire. ¶ Activa, ut ita dicam, significatione est actus existimandi aliquem honore dignum. *Id. in Calig.* c. 24. Aliquem magna dignatione diligere. *h. e.* honores ei impertiendo. *Justin. sub fin.* l. 28. Ad Ptolemæum proficiscitur, a quo honorifice susceptus, diu in summa dignatione regis vixit.

DIGNĀTUS, a, um, particip. a *dignor, aris, having deigned. Curt.* l. 6. c. 10. *a med.* Regem nostrum dignatus est filium. *Virg. Æn.* 10. v. 732. fugientem haud est dignatus Orodem Sternere. *Id. Ecl.* 4. *v. ult.* Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. ¶ Passive, *accounted worthy, deemed worthy,* dignus habitus, ἀξιωθείς. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 39. Qui apud majores nostros tali honore dignati sunt. *Virg.* 3. *Æn.* v. 475. Conjugio Anchisa Veneris dignate superbo. *Sil.* l. 13. v. 569. Styx divis regique deorum Jurari dignata palus. Adde *Valer. Flacc.* l. 1. v. 811.

DIGNE, adverb. *worthily, deservedly,* ἀξίως, honeste, pro meritis, ut decet. *Cic. de Senect.* c. 1. Nunquam satis laudari digne poterit Philosophia. *Id. post redit. in Sen.* c. 8. Quis de tali cive satis digne unquam loquetur? *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 47. Peccat uter nostrum cruce dignius? *Cassius ad Cicer. Fam.* 12. ep. 13. Malim tuo judicio digne ac mereor commendatus esse. *Plaut. Mil.* 3. 2. 58. Quam digne ornata incedit, haud meretricie! *how correctly, or becomingly, with what becomingness.*

DIGNĬTAS, atis, f. *merit, desert,* id, quo quis re aliqua dignus est, meritum. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 53. Justitia est habitus animi, suam cuique tribuens dignitatem. *to every one what he deserves. Id.* 2. *Agrar.* c. 2. Vester honos non ad alienæ petitionis occasionem interceptus, nec precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus. *obtained by merit. Id. pro Rosc. Amer.* c. 12. Laudare aliquem pro dignitate. *as he deserves. Id. de clar. Orat.* c. 1. Juratus judicium dignitatis meæ fecerat. *valued me as he ought.* ¶ Item et multo frequentius, *dignity, greatness, authority, rank, honour, nobility, grandeur, excellence, eminence, worth,* ἀξία, honestas, gradus honoris, honorabilis conditio, amplitudo, splendor vitæ, quo quis communi opinione dignus habetur existimationis, et observantiæ. *Cic.* ita definit l. 2. *de Invent.* c. 55. Dignitas est alicujus honesta auctoritas, et cultu, et honore, et verecundia digna. *Id. Fam.* 4. ep. 14. Si dignitas est, bene de republica sentire, et bonis viris probare quod sentias, obtineo dignitatem meam: sin autem in eo dignitas est, quod sentias, aut re efficere, si possis, aut denique libera oratione defendere, ne vestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis. *Id.* 3. *Fam.* ep. 9. Tua dignitas atque amplitudo mihi est ipsa cara per se. et lib. 10. ep. 6. Adeptus es amplissimos dignitatis gradus. *Id. pro Sull.* c. 2. Ascendere in celsissimam sedem dignitatis atque honoris. *h. e.* consulatum. *Id.* 1. *Offic.* c. 34. Sustinere dignitatem et decus civitatis. *Id. pro Dom.* c. 35. Alicujus facti egregii splendorem verbis, dignitatemque retinere. *Id. in fragm. pro Cornel.* apud *Ascon.* C. Cornelii virtus ac dignitas. *Id. pro Mur.* c. 9. Summa est in utroque honestas, summa dignitas. *Nepos in Attic.* c. 1. Dignitas equestris. *Id. in Milt.* c. 2. regia. *Justin.* l. 2. c. 9. imperatoria. *Phædr.* l. 1. fab. 21. Amittere dignitatem pristinam. *Sallust. in Catil.* c. 36. Obtinere statum dignitatis. *Cic.* l. 1. *Fam.* ep. 2. Tueri dignitatem suam. *Id.* 2. *de Orat.* c. 54. Servare dignitatem. *Id. de Amic.* c. 19. *ad fin.* Esse honori et dignitati alicui. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 43. Gratia, dignitate, honore augere aliquem. et lib. 7. c. 39. Aliquem ex humili loco ad summam dignitatem perducere. et lib. 6. c. 11. Amplificare dignitatem alicujus. et cap. 12. Excellere dignitate et lib. 7. c. 66. Dignitate spoliare. *Flor.* l. 1. c. 26. Dignitas natalium. *Id.* l. 3. c. 19. Ne dignitatem triumphi servili inscriptione violaret. ¶ Item honestum, honestas, virtus, rectum. *Cic. initio* l. 3. *de Fin.* Voluptatem equidem, Brute, si ipsa pro se loquatur, nec tam pertinaces habeat patronos, concessuram arbitror, convictam superiore libro, dignitati. etenim sit impudens, si virtuti diutius repugnet, &c. ¶ Item honestas, decorum, *decorum, becomingness,* τὸ πρέπον. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. Navibus transire, neque suæ, neque populi R. dignitatis esse, statuebat. *Id.* l. 6. *B. Gall.* c. 7. Neque suam pati dignitatem, ut tantis copiis tam exiguam manum adoriri non audeant. *Cic. in Orat.* c. 42. Docere non habet dignitatem. *is not accompanied with dignity. Nepos in Attic.* c. 2. Vivere pro dignitate. *as befits his dignity. Id. ibid.* c. 6. Servire dignitati. *h. e.* honori atque existimationi consulere. *Quintil.* l. 6. c. 3. *ante med.* Salva dignitate et verecundia. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 8. *a med.* Statuere aliquid ex dignitate. ¶ Item pulcritudo, sed digna viro, *h. e.* non quæ libidinem ciet, sed quæ admirationem parit, et auctoritatem conciliat, *loftiness of mien, dignity of deportment. Cic.* 1. *Offic.* c. 36. Cum pulcritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas; venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. *Id.* 2. *de Invent.* c. 1. Ei pueros ostenderunt multos, magna præditos dignitate. etenim multum omnibus Crotoniatæ corporis viribus, et dignitatibus antesteterunt. *Vellei.* l. 2. c. 29. Forma fuit excellens, non ea, qua flos commendatur ætatis, sed ex dignitate constanti. *Plin. in Paneg.* c. 4. Dignitas oris. *Laber.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturnal.* c. 7. quid ad scenam affero? Decorem formæ an dignitatem corporis? μορφῆς ἀξίωσιν. ¶ Tribuitur et aliis rebus, in quibus est symmetria, et decor. *Nepos in Themist.* c. 6. Portus Piræei urbem ipsam dignitate æquiparabat. *Cic.* 3. *Q. Fr.* ep. 1. c. 1. Summam dignitatem pavimentata porticus habet. *Id.* 3. *Orat.* c. 46. Columnæ et templa, et porticus sustinent: tamen habent non plus utilitatis, quam dignitatis. *beauty. Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 13. Dignitas est oratio cum aliqua gravitate, et vocis remissione. *Id.* l. 4. c. 13. Dignitas est, quæ reddit ornatam orationem varietate distinguens. et cap. 11. Omne genus orationis dignitate afficiunt exornationes. *Cic. de provinc. consul.* c. 11. Dignitas verborum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 31. Agere cum dignitate et venustate. *Petron. in Satyr.* c. 106. *extr.* Dignitas pudoris. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 11. Plus in oratione dignitatis, quam fidei erat. *more dignity of sentiment than sincerity.* ¶ Est etiam pretium, *the price or value of any thing. Plin.* l. 14. c. 2. Principatus datur ammineis uvis. proxima dignitas Nomentanis. *Id.* l. 33. c. 3. Qui primus auro dignitatem per anulos fecit. *Id.* l. 35. c. 5. Dignitas artis. et lib. 37. c. 1. Dignitas gemmæ. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 23. Satis ut commode pro dignitate obsonii hæc concuret cocus. *Gell.* l. 17. c. 20. Rerum pondera et dignitates. ¶ *Dignitates* apud *Plin.* l. 21. c. 7. *sub fin.* sunt honores, magistratus, *office, honourable employment.* Adde *Plin. Junior. in Paneg.* c. 61. (¶ In singulari hoc sensu habet etiam *Cic. Fam.* 2. ep. 9. Lætor cum præsenti, tum sperata tua dignitate. et *Phil.* 3. c. 9. Esse cum dignitate. *to be in office.*) ¶ Item ipsi illi, qui in magistratu sunt. *Plin.* l. 5. c. 1. *a med.* Dignitates, cum indagare vera pigeat, ignorantiæ pudore mentiri non piget.

DIGNITŌSUS, a, um, adject. ἀξιωματικός, ut expon. Gloss. Philox. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 57. *sub fin.* Homo dignitosus, cui pluris erat unguis, quam tu totus es. *h. e.* in dignitate constitutus, vel multa dignitate præditus.

DIGNO, as, a. 1. *to deem worthy, deign,* ἀξιόω, dignum judico. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 227. Quis Deos Infernos, quibus Cælestes, dignet decorare honoribus? *Id.* apud *eund.* c. 7. n. 17. et apud *Serv. ad Æn.* 11. v. 169. et apud *Diomed.* l. 1. pag. 395. *Putsch.* Cum neque me aspicere æquales dignarent meæ. *Accius* apud *Non. ibid.* Exsuvias dignavi Atalantæ dare. *Cic. in Arat.* v. 34. Æterno cunctas ævo qui nomine dignant. *Calvus* apud *Serv. loc. cit.* Hunc tanto munere digna. Quidam tribuunt etiam *Virgilio ibid.* non alio dignem te funere, Palla. Plerique alii leg. *digner.*

DIGNOR, aris, atus sum, dep. 1. *to think or esteem worthy,* ἀξιόω, dignum duco, judico. *Virg. Æn.* 1. v. 339. haud equidem tali me dignor honore. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 14. *extr.* venia dignare libellum. *Sueton.* in *Vespas.* c. 2. *extr.* Dignari aliquem honore cœnæ. *Lucan.* l. 8. v. 113. sociosque lares dignare vel una Nocte tua. *h. e.* dignos puta in quibus semel pernoctes. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 57. tantis temet dignare periclis. *h. e.* dignum præbe, qui tanta pericula subeas, ac superes. *Lucret.* l. 5. v. 51. nonne decebit Hunc hominem numero divum dignarier esse? *h. e.* judicare dignum, qui in deorum numero sit. ¶ Sæpe cum infinito exponitur, *to deign:* et adjecta negativa particula, *to disdain, not to deign or vouchsafe to do any thing. Flor.* l. 1. c. 13. Nihil respondere dignantes mactant. *Sueton. in Vespas.* c. 13. Neque assurgere, neque salutare se dignantem, satis habuit canem appellare. *Curt.* l. 6. c. 5. *sub fin.* Quos eximia specie donare natura dignata est. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 39. Non ego nobilium scriptorum auditor, et ultor, Grammaticas ambire tribus, et pulpita dignor. *I do not deign; I disdain. Virg. Æn.* 10. v. 866. Neque enim fortissime, credo, Jussa aliena pati, et dominos dignabere Teucros. *Justin.* l. 41. c. 4. Nullo Macedonum dignante Parthorum imperium, externo socio tradidit. *subaudi* accipere. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 86. Verba lyræ motura sonum connectere digner? *h. e.* congruum putem? ¶ Passiva significatione. *to be worthy, be esteemed worthy, be made worthy. Cic.* 3. *de Orat.* c. 7. Natura nulla est, quæ non habeat in suo genere res complures dissimiles inter se, quæ tamen consimili laude dignentur. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 123. Ego ne Argivum imperium attingam, aut Pelopis digner domo? *Cic.* 1. *Acad.* c. 10. Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, et quadam æstimatione dignanda docebat. V. *Dignatus.*

DIGNŌRANT, signa imponunt, ut fieri solet in pecoribus. Ita *Festus.* Quare quod legitur in *Gloss. Philox.* Dicorat, διαγινώσκει; corrigendum censent eruditi, *dicnorat*, seu *dignorat.* Ad confirmandum hujus verbi usum facit et illud, quod legitur in iisdem *Gloss.* Dignorat, ἀναπτύσσει. *h. e.* explicat, declarat.

[* DIGNOSCENTĬA, æ, f. discernendi scientia. *Augustin. de mor. Eccl. Cathol.* c. 24. Ad prudentiam dignoscentia pertinet appetendorum et vitandorum. *Id. de Gen. contra Manich.* l. 2. c. 9. *extr.* Ex ligno, ex quo est dignoscentia mali et boni, non edat.]

DIGNOSCO, oscis, ovi, a. 3. *to distinguish, discern,* διαγινώσκω, duas diversas res cum suo discrimine cognosco, discerno: a *di*, et *nosco:* unde et *dinosco* alicubi (ut apud *Tertull. advers. Hermog.* c. 15. *extr.* et cap. 39. et *de resurr. carn.* c. 15.) scriptum legitur. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 834. Inveni geminos, *&c.* Inter se similes, vix ut dignoscere possis. *Colum.* l. 2. c. 2. *a med.* Aliquid sapore dignoscere. *Quintil.* l. 11. c. 3. Sonis homines, ut æra tinnitu, dignoscimus. *Juvenal.* sat. 10. v. 2. pauci dignoscere possunt Vera bona, atque illis multum diversa. *Tacit. de morib. Germ.* c. 20. Dominum ac servum nullis educationis deliciis dignoscas. *Plin.* l. 28. c. 8. *ad fin.* Dignoscere differentiam. *Id.* l. 12. c. 17. Vix ut dignosci possit a vera. *Horat.* l. 1. ep. 15. v. 29. non qui civem dignosceret hoste. *Id.* l. 2. ep. 2. v. 44. Curvo dignoscere rectum.

DIGNUS, a, um, *worthy, deserving*, ἄξιος, cui aliquid debetur sive boni, sive mali. *Cic. pro Arch.* c. 3. Eum omnes cognitione et hospitio dignum existimarunt. *Id. pro Dom.* c. 5. Omni laude dignus. *Nepos in Epamin.* c. 1. Res dignæ memoria. *Cic.* 3. *Phil.* c. 10. Vir patre, avo, majoribus suis dignissimus. *Id.* 2. *Fam.* ep. 18. Præbere se dignum majoribus suis. *Nepos in Aristid.* c. 1. Dignus pœna. *Petron. in Satyr.* c. 81. Sua quoque confessione dignus exsilio. *Id. ibid.* c. 91. Dignus hac injuria fui? *Terent. Andr.* 5. 4. 37. Dignus odio. *Sallust. in Catil.* c. 36. Quod non dignos homines honore honestatos videbam. *unworthy. Cic.* 4. *Acad.* c. 6. Homines digni, quibuscum disseratur. *Id.* 3. *de legib.* c. 2. Dignus, qui imperet. *Petron. in Satyr.* c. 20. Dignus non sum qui bibam? *Terent. Heaut.* 4. 4. 19. Dignam me putas, quam illudas. *Id. Hecyr.* 2. 1. 15. Dignum decrerunt, cui liberos suos committerent. *Id. Eun.* 5. 9. 22. Nihil est hac dignius, quod ametur. *Plaut. Mil.* 4. 1. 21. Ad tuam formam illa una digna est. *Id. ibid.* 4. 4. 4. Non sum dignus præ te, ut figam palum in parietem. *Terent. Eun.* 2. 3. 20. Digna res est, ubi tu nervos intendas tuos. ¶ Cum infinito. *Virg. Ecl.* 5. v. 54. Et puer ipse fuit cantari dignus. et *vers. pænult.* Dignus amari. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 421. Digna tuis adjungier armis. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 241. Dignus perire. *Plin. in Paneg.* c. 7. Dignus alter eligi, alter eligere. ¶ *Dignum habere* est dignum putare. *Plaut. Merc.* 1. 2. 7. Properanti haud quisquam dignum habet decedere. *does not deign. Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 12. Posteaquam illum, ne cui satisfaceret quidem, me dignum habere, sensi. *esteemed me worthy.* ¶ Cum genit. *Balbus ad Cicer. post* epist. 15. l. 8. *ad Atticum.* Suscipe curam et cogitationem dignissimam tuæ virtutis. *Plaut. Trin.* 5. 2. 29. Dignus salutis. *Phædr.* l. 4. fab. 20. v. 3. Dignus memoriæ. Plura ex *Ovid. Sil. Tacit. Senec. Trag.* &c. congerunt Eruditi, et præsertim *Heins. ad Ovid.* 4. *Trist.* el. 3. v. 57. quæ omnia sunt dubiæ lectionis. ¶ Cum dativo. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 44. Diem pulcrum, et celebrem, dignum Veneri pol! ¶ Cum accus. communi. *Id. Capt.* 5. 2. 6. Non me censes scire, quid dignus siem? ¶ Sæpe est decens, conveniens, justus. *convenient, meet, fit, suitable, proper. Nepos in præfat.* Genus scripturæ leve, et non satis dignum summorum virorum personis. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 8. Quid docto homine et amico dignum fuerit. *Id. pro Quint.* c. 30. *extr.* Qui mœror dignus inveniri in calamitate tanta potest? *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 52. Quod nec decorum est, nec diis dignum. *Id.* 2. *Fam.* ep. 11. Negotium non est dignum viribus nostris. *Hirt. de B. Alex.* c. 32. Dignum fructum virtutis tulit. *Sallust. in Catil.* c. 50. Dignam pœnam pro factis eorum reperire. *Id. in Jug.* c. 66. Ex mala conscientia digna timere. *Virg.* 1. *Æn.* v. 604. grates persolvere dignas. et v. 609. Præmia digna. ¶ *Dignum est*, fas est, par est, conveniens est, decet. *Cic.* 6. *Phil. in fin.* Venit tempus, serius omnino, quam dignum populo R. fuit. *Terent. Phorm.* 2. 3. 55. Cujus de stultitia dici, ut dignum est, non potest. et vers. 91. Si illam attigeris secus, quam dignum est liberam. *Plaut. Mil.* 3. 1. 129. Huic homini dignum est divitias esse, qui rem servat. *should be well off, who,* &c. *Virg.* 3. *Georg.* v. 391. Munere sic niveo lanæ, si credere dignum est, Pan deus Arcadiæ captam te, Luna, fefellit. ¶ *Dignus homo* absolute, est qui meretur aliquid, in utramque partem. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 27. Si dignis maledicitur, bene dictum est. *who deserve it. Cic. in fragm.* apud *Serv. ad* 6. *Æn.* v. 611. Dignis largiendum est. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 280. hospitibus succurrere dignis. *Justin.* l. 6. c. 2. Tanto exercitui deerat dignus imperator. ¶ *Cic. Phil.* 3. c. 9. reprehendit *M. Antonium* qui dixerat: *Nulla contumelia est, quam facit dignus.* Dignus? (inquit) nam etiam malo digni multi, sicut ipse. An quam facit is, qui cum dignitate est? *Antonius* hoc intelligebat: non est habenda contumelia, quam facit is, qui ita facere debuit, sive quia lacessitus, sive quia jure potuit, sive quia iis est moribus, ut nihil aliud ab eo exspectandum fuerit. Confirmant hoc quæ sequuntur: *nec timor, quem denuntiat inimicus.* Eadem ratione *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 18. Dignus erat Marius, qui illa (*crudelia, et nefanda*) pateretur; Sulla, qui juberet; Catilina, qui faceret: sed indigna respublica, quæ, &c. Plura leges apud *Gronov.* cujus hæc interpretatio est, lib. 3. *Observation.* c. 8. *sub fin.* Nam *Quintil.* aliter accepisse videtur, ut in *Contumelia* dictum est.

DIGREDĬOR, eris, essus, sum, dep. 3. *to go somewhere else, go or step aside, turn aside, depart*, ἀπαλλάττομαι, παρεκβαίνω, alio abeo, discedo, diverto: a *di*, et *gradior. Cic. pro Sull.* c. 12. Omnibus rebus illis interfuit: nunquam est a me digressus. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 72. Paulolum ex eo loco digreditur, ut timorem adversariis minuat. *Liv.* l. 38. c. 13. Digredi via. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 754. muris. *Sueton. in Ner.* c. 43. triclinio. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 73. ad sua tutanda. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 2. per aera. *Hirt. de B. Afric.* c. 7. Cæsar non digredi a mari, neque mediterranea petere. *Id. ibid.* c. 37. Parvulam proclivitatem digressus, sinistra parte campi legiones ducit. et cap. 86. Statim inde digressus. *Plin.* l. 3. c. 5. *ante med.* Obliquitas in latus digredi videtur. *Id.* l. 18. c. 28. Sol digreditur ad Austrum. *Sueton. in Cæs.* c. 43. Digressam feminam a marito post biduum statim duxerat. *h. e.* quæ divortium fecerat. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 40. Luna tum congrediens cum sole, tum digrediens. ¶ Translate *Id. de Harusp. resp.* c. 2. Dolore elatus, et iracundia longius prope digressus. *Id.* 1. *de Invent.* c. 51. Digredi de causa. *to digress, go from the purpose. Al. leg.* degredi. *Id. de clar. Orat.* c. 93. *sub fin.* parumper a causa. *Id.* 5. *Verr.* c. 69. Huc longius, quam voluntas fuit, ab epistola Timarchidis digressa est oratio mea. *Al. leg.* degressa. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 23. *extr.* Sed eo, unde huc digressi sumus, revertamur. *Id.* 3. *de Orat.* c. 77. Digredi ab eo, quod proposueris. *Al. leg.* degredi. *et mox.* Sæpe datur ad commovendos animos digrediendi locus. *Al. leg.* degrediendi. *Quintil.* l. 10. c. 6. *sub fin.* Digredi ex aliquo, et in id redire. *Terent. Phorm.* 4. 5. 10. Digredi officio.

DIGRESSĬO, onis, f. *a parting, separating, going away, departing, departure*, παρέκβασις, ἀπάλλαξις, actus digrediendi, discessus. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. Congressio et digressio nostra. ¶ Translate *Gell.* l. 1. c. 3. *ante med.* Cujusmodi declinatio ista esse debeat, qualisque ad adjuvandum digressio, non dicit. *h. e.* discessus a recto, ab honestate, ab æquo. ¶ Sæpe adhibetur in re oratoria. *a digression, going off from the main subject*: et inter figuras sententiarum a *Cicer.* l. 3. *de Orat.* c. 53. et 54. enumeratur. V. *Degressio. Cic. de clar. Orat.* c. 85. Ista mihi tua fuit perjucunda a proposita oratione digressio. Adde 2. *de Orat.* c. 77. sed utrobique al. leg. *degressio. Quintil.* l. 10. c. 1. Licet tamen nobis in digressionibus uti vel historico nonnunquam nitore.

DIGRESSUS, a, um. V. in *Digredior.*

DIGRESSUS, us, m. *a parting, going away, departing*, ἀπάλλαξις, idem quod digressio. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 5. Ut primum a tuo digressu Romam veni. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. *ante med.* Congressus nostri lamentationem pertimui: digressum vero non tulissem. *Id. de Senect. sub fin.* Non longinquum inter nos digressum et discessum fore. *Id. in Pison.* c. 26. *a med.* Digressum meum, et absentiam, et reditum, &c. Al. leg. *degressum* eodem sensu. *Sueton. in Ner.* c. 34. Matrem in digressu exosculatus. *at parting. Plin.* l. 11. c. 29. Tardus digressus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 19. Lunæ tenuissimum lumen facit accessus ad solem, digressus plenissimum. ¶ Pro digressione oratoria. *Quintil.* l. 10. c. 1. *ante med.* Similitudines, amplificationes, exempla, digressus. *digressions.*

DIGRUNNĬO, is, n. 4. *to grunt, grumble*, idem quod grunnio. *Phædr.* l. 5. fab. 6. v. 27. Scurra digrunnit prior.

DIIAMBUS, i, m. *a diiambus, foot consisting of two iambi*, διίαμβος, pes metricus ex duobus iambis constans, ut *amœnitas, quiescerent. Diomed.* l. 3. pag. 477. *Putsch.* et *Donat. edit.* 1. pag. 1739.

DIJŎVIS, is, m. *Jove, Jupiter*, Jupiter, quasi *Deus Jovis*, ut *Diana*, quasi Dea Jana; vel a *dies*, et *juvo*, quia nos die et luce quasi vita ipsa afficiat, et juvet. *Gell.* l. 5. c. 12. Simili nomine Dijovis dictus est, et Lucetius. *Varr.* l. 4. *L. L.* cap. 10. Nam olim Dijovis, et Diespiter dictus.

DIJUDICATĬO, onis, f. *a judging, deciding, determining*, διάκρισις, actus dijudicandi. *Cic.* 1. *de Leg.* c. 21. Nam ista quidem magna dijudicatio est.

DIJUDICĀTRIX, icis, f. *she that judges or decides*, quæ discernit, et dijudicat. *Apul.* l. 2. *de Dogmat. Plat.* Virtus spectatrix et dijudicatrix omnium rerum, prudentia.

DIJUDICĀTUS, a, um, adject. judicatus, *judged, decided, determined*, ut Dijudicata lis, *Horat.* l. 3. od. 5. v. 54. Dijudicata belli fortuna, *decisa*, *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 32. Discordiæ civium ferro dijudicatæ, *Vellei.* l. 2. c. 3.

DIJUDĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to judge between, dijudicate, distinguish, discern, decide, determine*, διακρίνω, διαδικάζω, duas res diversas judicando discerno, dignosco, distinguo. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 43. *extr.* Neque dijudicari posset, uter utri virtute anteferendus videretur. *Cic. in Partit.* c. *ult.* Vera a falsis dijudicare et distinguere. *Id.* 3. *de Orat.* c. 50. Tacito quodam sensu, quæ sint in artibus recta ac prava, dijudicare. *Id.* 4. *Acad.* c. 33. Dijudicare vera et falsa. *Id. pro Cæcin.* c. 17. Verbis controversias, non æquitate dijudicare. *Id. Fam.* 9. ep. 16. Non facile dijudicatur amor verus et fictus. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 11. Dijudicare inter duas sententias. *Plin.* l. 9. ep. 26. Acri intentione dijudicandum est, immodicum sit, an grande, &c. *Gell.* l. 2. c. 7. Subtilissime dijudicare. *Quintil.* l. 12. cap. 7. Quod ex prima statim fronte dijudicare, imprudentium est. [¶ Particip. *dijudicaturus* apud *Liv.* lib. 40. c. 16. Pronuntiavit, causam eorum dijudicaturum.]

DIJUGATĬO, onis, f. separatio, *a separation. Arnob.* l. 2. pag. 53. Animarum a corporibus dijugatio. ¶ Legitur et *disjugatio.*

DIJŬGO, as, a. 1. *to separate*, duo veluti jugo copulata sejungo, separo, ἀποζεύγνυμι. Translate *Arnob.* l. 5. pag. 162. Quem pietas dijugare ab infando non valuit appetitu, effusa libido dijunxit. ¶ Legitur et *disjugo.* Unde *disjugatus ab aliquo* est apud *eund. initio* lib. 7.

DIJUNCTĬO, onis, f. disjunctio, *a parting, disjoining, separating. Cic.* 4. *Acad.* c. 28. Quæ conjunctio, quæ dijunctio vera sit, quid ambigue dictum sit, &c. *h. e.* quæ propositio duo quædam conjungens, quæ dijungens. quam vocant propositionem disjunctivam. Eodem sensu *Gell.* l. 2. c. 7. *extr.* Deest dijunctioni isti tertium. ¶ Pro divisione, separatione, *Arnob.* l. 3. pag. 120. Dijunctionis dissidentia conservata. ¶ Omnibus in allatis exemplis alii leg. *disjunctio.*

DIJUNCTUS, a, um, *separated, disjoined*, separatus, sejunctus. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. *a med.* Pulli dijuncti a matribus. et l. 1. c. 23. Quæ ab agri utilitate sunt dijuncta.

DIJUNGO, is, a. 3. *to separate, part, divide*, διαζεύγνυμι, separo, divido. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 3. Dijungor a te. *Al. leg.* disjungor. *Varr. R. R.* l. 1. c. 2. *a med.* Dijungamus igitur pastionem a cultura. *Id. ibid.* c. 3. Quæ dijungenda essent a cultura. et lib. 2. c. 6. Asellum dijungere ab opere. *Plaut. Mil.* 4. 8. 18. Fleo, quia dijungimur. V. *Disjungo.*

DILABĬDUS, a, um, *that falls, glides or wears away rapidly, that soon goes to pieces*, ὀλισθηρός, qui facile dilabitur, dissolvitur. *Plin.* l. 8. c. 55. *extr.* Vestes leporino pilo facere tentatum est, tactu non perinde molli, ut in cute, propter brevitatem pili dilabidas.

DILĀBOR, eris, apsus sum, dep. 3. *to slip or glide different ways*, διολισθαίνω, διαῤῥέω, in diversas partes labor, diffundor, diffluo, diffugio, dissipor. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 3. Amnis divisus æqualiter in duas partes latera hæc alluit, rapideque dilapsus, cito in unum confluit. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Glacies admixto calore liquefacta et dilapsa se diffundit. *Plin.* l. 2. c. 65. Humor in poculis repletis cumulo imminente infusus dilabitur. *runs over, is spilled. Id.* l. 37. c. 2. *a med.* Padus dilabitur ad insulas. ¶ Item diffugio, *to flee, run away, disperse. Nepos in Eumen.* c. 3. Intelligebat, copias suas simul cum nuntio dilapsuras. *Sallust. in Jug.* c. 21. Exercitus amisso duce, brevi dilabitur. *Sueton. in Calig.* c. 48. Dilabi ad resumenda arma. *Liv.* l. 38. c. 34. Auxiliares in agros dilapsi. ¶ Item corrumpi, dissolvi. *Colum.* l. 12. c. 3. Ne vestis condita situ dilabatur. *Liv.* l. 35. c. 26. Navis putris et vetustate dilabens. *going to pieces. Senec.* ep. 12. Ædificium dilabens. *decaying, going to ruin.* ¶ Translate *Cicer. Phil.* 13. c. 5. Sunt alii plures fortasse: sed memoria mea dilabantur. *but they glide from my memory; but I forget them. Id.* 4. *Tusc.* c. 5. Intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si unum aliquid effugerit. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 17. Simul ac fortuna dilapsa est, devolant omnes. *Cic. pro Marcell.* c. 8. Omnia, quæ dilapsa jam fluxerunt, severis legibus vincienda sunt. *Sallust. in Jug.* c. 2. Præclara facies, magnæ divitiæ, vis corporis, et alia hujuscemodi brevi dilabuntur. *fade away. Id. ibid.* c. 10. Concordia res parvæ crescunt, discordia maxumæ dilabuntur. *Cic.* 2. *Offic.* c. 23. Præclarissime constituta respublica dilabitur. *Id.* 2. *Phil.* c. 27. Ut est apud poetam nescio quem, *male parta male dilabuntur.* (proverbium) *come to no good end.* pro quo Anglorum quidam vulgo dicunt, *lightly got, lightly spent; what is got behind the devil's back is spent under his belly. Id.* 2. *Offic.* c. 18. Rem familiarem dilabi sinere, flagitiosum est. *Liv.* l. 33. c. 46. Vectigalia partim negligentia dilabebantur, partim, &c. ¶ Pro descendere, devenire, vel transire, *Cic.* 1. *Offic.* c. 29. *extr.* In aliquam turpitudinem dilabi. *Id. de Amic.* c. 21. A sapientium familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio dilabitur. Rectius tamen in melioribus libris delabi legitur his et similibus locis, in quibus descendendi ratio aliqua subest.

DILACERATĬO, onis, f. actus dilacerandi. *Arnob.* l. 2. pag. 74. Morbi, quos infelix mortalitas diversarum sustinet dilaceratione pœnarum.

DILACERĀTUS, a, um, *torn in pieces, marred*, dilaniatus, discerptus. *Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 111. Nate, dolor matris, rapidarum præda ferarum, Hei mihi! natali dilacerate tuo. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 71. Acerbitatibus dilaceratus. V. *Dilaniatus.*

DILACĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to tear or rend in pieces, dilacerate, destroy, waste, make havoc of*, διασπαράττω, idem quod lacero, dilanio, discerpo. *Cels.* l. 7. c. 5. n. 2. Spicula, ne quid dilacerent, sic evellenda sunt. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 249. mersisque in corpore rostris Dilacerant falsi dominum sub imagine cervi. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 152. Dilaceranda feris dabor. *Tacit.* 15. *Ann.* cap. 57. Tormentis dilacerare aliquem. ¶ Translate *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 11. Non vidit, distractione humanorum animorum discerpi et dilacerari deum. *Id. pro Mil.* c. 9. Dilacerare rempublicam. *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 90. Viscera nostra, tuæ dilacerantur opes. *Al. leg.* dilaniantur. *Tacit.* 6. *Ann.* cap. 6. Ut corpora verberibus, ita sævitia, libidine, malis consultis animus dilaceratur.

DILAMĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to split, cleave in two*, in duas laminas divido. *Ovid. de Nuce*, v. 73. Has (*nuces*) puer aut certo rectas dilaminat ictu. *h. e.* in duas partes dividit. Alii aliter legunt.

DILANCINĀTUS, a, um, *torn in pieces*, dilaniatus, discerptus. *Prudent.* περὶ στεφ. 2. *de S. Vincentio*, v. 155. Cum membra morti obnoxia Dilancinata interficis.

DILANIĀTUS, a, um, adject. *rent or torn in pieces.* *Ovid.* 3. *Amor.* el. 9. v. 52. Inornatas dilaniata comas. *Al. leg.* dilacerata. *Tacit. Ann.* 11. c. 36. Dilaniata vestis. *Lucret.* l. 3. v. 540. Dilaniata (*anima*) foras dispergitur.

DILANĬO, as, avi, atum, a. 1. *to tear or rend in pieces, mangle, dismember, dilaniate,* διασπάω, in diversas partes lanio. *Festus:* Dilaniare est discindere et quasi lanam trahere. *Cic. pro Mil.* c. 13. Tu P. Clodii cruentum cadaver nocturnis canibus dilaniandum reliquisti. *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 407. fodiunt hastis, artusque trementes Dilaniant. *Tacit.* 11. *Ann.* c. 22. Tormentis aliquem dilaniare. *Cic.* vertens carmen *Æschyli*, l. 2. *Tuscul.* c. 10. aduncis lacerans unguibus Jovis satelles, pastu dilaniat fero.

DILAPIDATĬO, onis, f. actus dilapidandi. Translate *Impp. Gratian. Valent. et Theodos.* lib. 4. *Cod.* tit. 20. Dilapidatio bonorum. *the squandering away of an estate.*

DILAPĬDO, as, a. 1. *to free from stones; to consume, waste away, squander, dilapidate,* σκορπίζω, disperdo, dissipo, disjicio, quasi more lapidum huc illuc temere jacio: vel quasi jactis lapidibus decutio, discutio, corrumpo. Pro priori etymologia stare videtur *Donat.* mox citandus. Ad posteriorem adludere videtur *Colum.* l. 10. v. 329. Sæpe ferus duros jaculatur Jupiter imbres, Grandine dilapidans hominumque boumque labores. *destroying.* ¶ Translate *Terent. Phorm.* 5. 7. 4. Priusquam dilapidet nostras triginta minas. *Donatus:* disperdat. *Jul. Firmic.* l. 6. c. 10. Dilapidare paternæ substantiæ facultates. ¶ Vetustissimi, teste *Capro*, dixere *dilapidor, aris*, deponentis forma. *Priscian.* l. 8. pag. 796. *Putsch.*

DILAPSĬO, onis, f. actus dilabendi, consumptio, absumptio. *Augustin. de Civit. Dei*, l. 22. c. 12 Corruptiones et dilapsiones corporum mortuorum.

DILAPSUS, a, um, particip. a dilabor. *Virg.* 4. *Georg.* v. 410. *de Proteo.* aut in aquas tenues dilapsus abibit. *Id. in fin.* l. 4. *Æn.* omnis Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit. ¶ Interdum est solutus, dissolutus, destructus, absumptus, *gone to ruin, decayed, consumed, destroyed. Virg.* 3. *Georg.* v. 557. dilapsa cadavera tabo. *Liv.* l. 4. c. 20. Ædem Jovis Feretrii, vetustate dilapsam refecit. Vetus Inscript. optimæ notæ apud *Fabrett.* c. 10. n. 43. viam Flaminiam vetustate dilapsam operibus ampliatis restituendam cur. a Roma M. P. CLXXXVIII. ¶ Translate *Cic. Fam.* 7. ep. 28. *ad fin.* Ita rem communem esse dilapsam, ut ne spes quidem, melius fore aliquando, relinquatur. *Sallust. in Jug.* c. 29. Omnis invidia, prolatandis consultationibus, dilapsa foret. *would have vanished. Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 4. v. 21. dilapsæ curæ inter nova gaudia. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 75. Cum forma dilapsus amor.

DILARGĬOR, iris, itus sum, com. 4. *to bestow liberally, lavish,* διαδίδωμι, est varie, aut diversis largiri, vel valde largiri. *Cic. Agrar.* 2. c. 29. Qui omnia sine ulla religione, quibus voluit, est dilargitus. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 55. Fœdera sociis, Latium externis dilargiri. ¶ Passiva significatione *C. Gracchus* apud *Priscian.* l. 8. pag. 793. *Putsch.* Ærarium dilargitur populo R. Al. leg. *delargitur.*

DILARGĪTUS, a, um, particip. a *dilargior* activæ significationis. *Tacit.* 16. *Ann.* c. 30. Pecuniam magis dilargita. ¶ Passivæ *Sallust.* apud *Gell.* l. 15. cap. 13. Dilargitis proscriptorum bonis.

DILATATĬO, onis, f. *an enlarging,* actus dilatandi, ἐυρυσμός. *Tertull. de anim.* c. 37. *sub fin.* Lamina major efficitur per dilatationem. Adde *de præscriptionib.* c. 47.

DILATĀTUS, a, um, adject. *dilated, widened, extended, enlarged,* latior factus, διευρυνόμενος. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 22. Globus farinæ dilatatus. *Plin.* l. 17. c. 27. Dilatata cicatrix. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Leg.* c. 14. Hæc lex dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest. *Id. de clar. Orat.* c. 90. Eloquentia quam dialecticam dilatatam esse putant. *Id.* 1. *Offic.* c. 22. Dilatatum imperium. *Plerique omnes leg.* datum.

DILATĬO, onis, f. *a putting off, delaying, deferring; a delay,* ἀναβολή, temporis prorogatio, sive extensio. *Cic.* 3. *Phil.* c. 1. Quæ est igitur exspectatio, aut quæ minima dilatio temporis? *Id. pro Leg. Manil.* c. 1. Dilatio comitiorum. *Liv.* l. 7. c. 14. Res dilationem non recipit. *Id.* l. 35. c. 25. *extr.* Metuens, ne dilationem res non pateretur. *Id.* l. 5. c. 5. Molliter, et per dilationes bellum gerere. *Vellei.* l. 2. c. 79. Vir per omnia extra dilationes positus, consultisque facta conjungens. *Id. ibid.* c. 50. Sine dilatione. *Sueton. de illustr. Grammat.* c. 22. et *Plin.* l. 1. ep. 18. Petere dilationem. *to pray an adjournment*, in re forensi. et l. 10. ep. 85. et *Quintil. in fi.* Declam. 3. Dare alicui dilationem. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 4. Quærere alicui dilationem exitii.

DILĀTO, as, avi, atum, a. 1. *to dilate, make broad or wide, extend, enlarge,* ἀνευρύνω, πλατύνω, latum facio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. Ipsius autem partes eæ, quæ sunt infra, dilatantur, quæ autem supra contrahuntur. *Id. in Orat.* c. 32. Dilatare manum. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 378. rictus. *Liv.* l. 27. c. 46. castra. *Id.* l. 31. c. 21. aciem. *Plin.* l. 5. cap. 32. Propontis, ubi dilatat se mare. *Id.* l. 11. c. 24. Araneus texere a medio incipit, maculas ex angusto dilatans. *Colum.* l. 12. c. 15. *ad fin.* Ficum arundine vel digitis divisam dilatare. *Plin.* l. 33. c. 9. Dilatari in immensum. ¶ Translate *Cic. in Bruto*, c. 74. Se valde dilatandis litteris a similitudine Græcæ locutionis abstraxerat. *h. e.* dilatanda pronuntiatione, tum voces ipsas, tum litteras late et distincte proferendo. *Id. pro Flacc.* c. 5. Sed non dilatabo orationem meam. etenim posset esse infinita. *Id. in Partit.* c. 7. Ut aut ex verbo dilatetur, aut in verbum contrahatur oratio. *h. e.* ex verbo in plura verba diducatur. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 7. *extr.* Hæc, quæ dilatantur a nobis, Zeno sic premebat. *Id. in procem. Parad.* Nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum. *does not amplify, or enlarge. Id. in Somn. Scip.* c. 6. *extr.* Cernis quantis in angustiis vestra gloria se dilatari velit.

DILĀTOR, oris, m. *a delayer, one who is dilatory and puts things off,* qui differt. *Horat. in art. Poet.* v. 172. Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri.

DILATORĬUS, a, um, *dilatory*, ad differendum, et procrastinandum pertinens. *Caius Dig.* lib. 44. tit. 1. leg. 3. Exceptiones aut perpetuæ sunt, aut dilatoriæ.

DILĀTUS, a, um, *spread or noised abroad, proclaimed,* divulgatus, sparsus: *a differor. Nepos in Dion. c. ult.* Celeri rumore dilato, Dioni vim allatam. *Sueton. in Aug.* c. 14. Rumore ab obtrectatoribus dilato, quasi eundem necasset. ¶ Item prorogatus in aliud tempus. *put off, delayed, deferred. Cic.* ep. 1. *ex recentiorib. ad Brut.* Omnia in diem ex die dilata. *Id. Fam.* 10. ep. 12. Res in posterum dilata. *Sueton. in Vitell.* c. 12. Dilatus ad finem muneris. *Plin.* l. 21. c. 20. Dilatus in hunc locum. *Id.* l. 16. c. 24. Quæstio huc dilata.

DILAUDO, as, a. 1. *to praise, speak in praise of, recommend,* ἐπαινέω, varie, vel valde laudo. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 2. *ad fin.* Aut attingere eos libros, quos tu dilaudas.

DILAXO, as, a. 1. idem quod laxo, dilato. *Lucil.* apud *Porphyr. ad Horat.* l. 1. sat. 2. v. 125. Cruribu' crura dilaxat.

DILECTĬO, onis, f. amor, *love,* ἀγάπη, ἐπιλογή. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 27. Dilectio Dei. *Auctor Declam. quæ inscribitur* Tribunus Marianus (*olim Quintiliani creditæ*) c. 3. Cælibatus sancti pura dilectio.

DILECTOR, oris, m. amator, *a lover, admirer. Apul. in Florid.* n. 9. (*al.* l. 2.) Atque ego me dilectorem tuum profiteor. *Tertull.* l. 4. *contr. Marcion.* c. 23. Parvulorum dilector. Adde *Augustin.* ep. 32. et 144. *a med.* et l. 3. *de consens. Evangelist. c. ult. ad fin.*

DILECTUS, a, um, adject. *loved, beloved,* ἀγαπητός. *Virg. Æn.* 1. v. 348. Magno miseræ dilectus amore. *Id.* 12. *Æn.* v. 391. Phœbo ante alios dilectus Iapyx. *Id.* 4. *Æn.* v. 31. o luce magis dilecta sorori. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 107. puer ante deo dilectus ab illo. *Claudian.* l. 3. *de rapt. Proserp.* v. 74. Laurus luco dilectior omni. *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 1. Luce mihi dilectior fili. *Stat.* 8. *Theb.* v. 99. Augur Apollineis modo dilectissimus aris. *Sueton. in Aug.* cap. 99. Unus ex dilectis. *Stat.* l. 2. *silv.* 4. v. 32. quo tu, Melior dilecte, recluso Nunquam solus eras. ¶ Item electus. *chosen.* V. *Delectus, a, um.*

DILECTUS, us, m. *a choosing, electing,* delectus. *Festus:* Dilectus militum, et is, qui significatur amatus, a legendo dicti sunt. *Id.* in voce *Lacus:* Ut in dilectu, censuve primi nominantur Valerius, Salvius, Statorius.

DILEMMA, atis, n. *an argument equally conclusive by contrary suppositions,* est argumentatio, in qua utrinque adversarius capitur, sive in qua utra pars ab adversario concessa fuerit, reprehenditur: ut *Si implacabiles sunt iracundiæ, summa est acerbitas; sin autem exorabiles, summa lenitas.* A *Cicer.* l. 1. *de Invent.* c. 29. appellatur *complexio*, a *D. Hiron.* epist. 83. *ad Ocean.* dicitur *syllogismus cornutus*, quia sic argumentationis cornua in eo disponuntur, ut qui alterum effugerit, in alterum incurrat. Est autem a δὶς, bis, et λῆμμα, quod apud dialecticos propositionem significat. Nam in dilemmate duæ sunt propositiones, quarum alterutra rem conficit. Utitur Latine *Servius ad Æn.* 2. v. 675. et ad v. 449.

DILĬGENS, entis, *fond of, partial to, observant,* ἀγαπῶν, qui diligit, amans, studiosus. *Nepos in Epamin.* c. 3. Adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur. *Vellei.* l. 1. c. 6. Cujus disciplinæ quandiu Sparta diligens fuit, excelsissima floruit. *Gell.* l. 4. c. 11. Vir litterarum veterum diligentissimus. *Plin. in Paneg.* c. 79. Tam diligens temperamenti, ut nec consulis officium princeps, nec principis consul appeteret. ¶ Item accuratus, sedulus; quia qui diligit, libenter curam impendit. *attentive, diligent, mindful, heedful, careful, studious, industrious, earnest,* ἐπιμελής. *Cic.* 3. *Verr.* c. 48. Qui in re hereditaria tam diligens, tam attentus esset. et 5. *Verr.* c. 21. Homo navus et industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. *Id. pro Cæl.* c. 30. Castissimus vir, atque omnis officii diligentissimus. *Id. Catil.* 1. c. 8. Quem tu et ad custodiendum te diligentissimum, et ad suspicandum sagacissimum fore putasti. *Id.* l. 12. *ad Attic.* ep. 33. Et medici assiduitas, et tota domus in omni genere diligens. *Plin.* l. 31. c. 5. Qui volunt diligentes circa hoc videri. *Id.* l. 34. c. 8. Myron numerosior in arte, quam Polycletus, et in symmetria diligentior. *Id.* l. 13. c. 4. Arboribus utrumque sexum esse, diligentissimi Naturæ tradunt. *h. e.* qui diligentissime scrutantur naturas rerum. *Id.* l. 32. c. 3. Sextius diligentissimus medicinæ. *Id.* l. 25. c. 1. Mithridates diligentissimus vitæ. *h. e.* servandæ, et producendæ. *Gell.* l. 2. c. 26. et l. 13. c. 24. Cicero verborum diligentissimus. *h. e.* magnam adhibens curam in verbis seligendis et usurpandis. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 33. Assidua ac diligens scriptura. *Id.* 5. *Attic.* ep. 4. *extr.* Litteras Pomptinio de omnibus rebus diligentes dabis. *Vellei.* l. 1. c. 4. Diligentior ritus patrii custodia. *Plin.* l. 3. c. 5. Si quis id diligenti subtilitate exigat. *Id.* l. 6. c. 22. Diligentior notitia. *more exact.* et *Senec.* ep. 95. *ante med.* Ne opus quidem adhuc erat remediis diligentibus. *extraordinary.* ¶ Speciatim dicitur de eo, qui curam habet rei familiaris, parcus, studiosus rei servandæ. *economical. Cic.* 6. *Verr.* c. 18. Homo frugi ac diligens, qui sua servare vellet. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 34. Si quis hominem prodigum et luxuriosum, parcum et diligentem appellet. *Quintil.* l. 9. c. 3. *a med.* Cum te pro astuto sapientem appelles, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem. *Sueton. de Grammat.* c. 23. Rei familiaris diligentissimus. *Plin.* l. 4. ep. 13. *a med.* Qui de alieno negligentes, certe de suo diligentes erunt. ¶ Vult *Charis.* l. 1. pag. 101. *Putsch.* rectius in sexto casu singulari in *e* terminari, quam in *i.*

DILIGENTER, *diligently, carefully, attentively, industriously, earnestly,* ἐπιμελῶς, cum amore et cura, sedulo, accurate, studiose, solicite. *Cic. ad Planc. post* epist. 16. *Attic.* l. 16. *extr.* Studiose diligenterque curare aliquid. *Id. Fam.* 6. ep. 5. Legere librum diligenter, et diligentissime custodire. *Id. de clar. Orat.* c. 22. Multo diligentius meliusque dixit. *Id. in fin. Phil.* 1. Benigne ac diligenter audire. *Id.* 1. *de Divin.* c. 4. etiam atque etiam facere aliquid. *Nepos in Con. c. ult.* celare. *Id. in Thrasyb. c. ult.* agere vigilias. *Id. in Datam.* c. 11. notare. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 35. Diligentissime observare præceptum. *Id. ibid.* l. 6. c. 12. Diligentius cognoscere aliquid. ¶ Item cum delectu. *with nice distinction, particularly. Varr.* l. 5. *L. L.* cap. 8. His magis promiscue, quam diligenter consuetudo est usa. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 26. Diligenter et prope fastidiose judicare. *Id.* 2. *Offic.* c. 15. Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum, sed diligenter atque moderate. multi enim patrimonia effuderunt, inconsulte largiendo. *Id. in Bruto*, c. 45. Latine et diligenter loqui. *Id.* 2. *de Divin. c. ult.* Nec vero (id enim diligenter intelligi volo) superstitione tollenda religio tollitur. ¶ *Diligenter errare*, apud *Martial.* l. 7. epigr. 50. est graviter errare, et quasi data opera.

DILIGENTĬA, æ, f. *diligence, carefulness, attention, earnestness, industry,* ἐπιμέλεια, studium, cura, sedulitas. Differt ab *opera*, et *cura*, quia *diligentia* ad corpus et ad animum refertur, *cura* ad animum tantum, *opera* ad corpus. Præterea *diligentia* est ejus, qui sponte, et cum amore facit; *opera*, et *cura* etiam inviti et coacti. Denique *diligentia* latius patet, et reliqua complectitur. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 35. Reliqua sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, assiduitate, labore: complectar uno verbo diligentia: qua una virtute omnes virtutes reliquæ continentur. *Id. Fam.* 10. ep. 1. Ut omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. *Id.* 2. *Attic.* ep. 15. *ad fin.* Assiduitas tua et diligentia Terentiæ est pergrata. *Id. de Amic.* c. 24. Hac in re habenda ratio et diligentia. *Id.* 1. *Offic.* c. 29. Excitanda est animadversio et diligentia, ut ne quid temere agamus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 61. Impedimenta naturæ diligentia industriaque superare. *Id.* 1. *de Invent.* c. 39. Magna cum cura atque diligentia scribere aliquid. *Plaut. Rud.* 3. 5. 40. Curare aliquid magna diligentia. et *Capt.* 1. 2. 6. asservare. *Cic. in Top.* c. 1. *extr.* Ut mea diligentia mandatorum tuorum te quoque excitarem. *my own eagerness to execute your commands. Q. Cic. de petit. consul. in princip.* Diligentia consequi aliquid. *Brut. ad Cic. Fam.* 11. ep. 13. *sub fin.* Nihil de diligentia remittere. *Cic. pro Quint.* c. 1. Comparare sibi diligentiam. *Colum.* l. 3. c. 4. Adhibere diligentiam alicui rei. et *Cic.* 16. *Fam.* ep. 9. ad aliquam rem. *ibid.* in aliqua re. *Id. pro Cæcin.* c. 2. Præstare fidem et diligentiam. ¶ Speciatim ponitur pro frugalitate, seu cura servandi rem familiarem. *frugality, thriftiness, economy. Cic.* 2. *Offic.* c. 24. Res familiaris conservatur diligentia et parsimonia. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 20. Diligentia comparat divitias, et cap. 25. Diligentia est accurata conservatio suorum. Adde *Sueton. in Galb.* c. 12. *sub fin.* ¶ Aliquando in malam partem sumitur cum addito tamen. *Terent. Andr. prol.* v. 21. Obscura diligentia. *Plin.* l. 7. ep. 28. Sinistram hanc diligentiam ad alios conferant. ¶ Pro amore. *love. Symmach.* l. 1. epist. 31. (*al.* 37.) In amicitia stabili diligentia perseveras. et epist. 35. (*al.* 41.) Ut in nostri diligentia perseveres. *Al. aliter leg.* Huc quis fortasse trahat illud *Cicer. pro Mur.* c. 40. Pro mea summa in rempubl. diligentia. ¶ Videtur etiam sumi pro delectu, discrimine, *choice, discretion*, in illo *Cicer. pro Planc.* c. 4. Non est consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia.

DILĬGO, is, exi, ectum, a. 3. *to love, esteem highly,* ἀγαπάω, φιλέω, amo: a *di*, et *lego*, quasi sit eligere aliquem

e multis, quem benevolentia prosequaris: quod *Cic. Fam.* 1. ep. 9. *judicio diligere* dixit. Quomodo ab *amo* differat, in eo verbo dictum est. *Cic. pro Balb.* c. 26. Diligere aliquem, et carum habere. *Id.* 1. *de nat. Deor. c. ult.* Dii inter se diligunt, et hominibus consulunt. (pro *diliguntur*, ut et in *amo* observatum est.) *Id. Fam.* 5. ep. 8. Me sicut alterum parentem et observat, et diligit. *Id.* 3. *de Leg.* c. 2. Colere, et diligere. *Id. in Orat. in princ.* Unice aliquem diligere. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *post init.* Eum non solum beneficio, sed amore etiam, et perpetuo quodam judicio meo diligebam. *Id. Attic.* 12. ep. 33. Mirifice diligere. *Curt.* l. 3. c. 6. eximia caritate. et l. 5. c. 5. fideliter. *Plin.* l. 2. ep. 13. arcte familiariterque. ¶ Tribuitur et aliis rebus, ut *amo. Cic.* 2. *de Orat.* c. 40. Feræ partus suos diligunt. *Plin.* l. 16. c. 18. Montes et valles diligit abies, robur, castaneæ. *Id.* l. 10. c. 42. *de picis.* Adamant verba, quæ loquantur: nec discunt tantum, sed diligunt. *Cic. pro Balb. c. ult.* Alicujus officia observantiamque diligere. *Id. de Provin. consul.* c. 10. *sub fin.* consilia alicujus in republica. ¶ Pro eligere. *to choose, select. Nepos in Attic.* c. 12. Ut potissimum ejus diligeret affinitatem. Al. leg. *deligeret.* ¶ Pro dividere, ut *Non.* c. 4. n. 148. docet. *Titinn. ibid.* Pernam totam diligit. Adde *Plaut. Curcul.* a. 3. v. 54. ubi alii aliter leg. V. *Dirigo.*

DILOGĬA, æ, f. διλογία, figura, cum ambiguum dictum duas res significat: a δὶς, bis, et λόγος, sermo. Ita *Ascon. in Verr.* 2. cap. 9.

[* DILŎPHOS, i, δίλοφος, duas cristas habens. *Martian. Capell.* l. 2. pag. 42. *Grot.* Sed dilofon (*corrige* dilophon) alitem, quæ sit oscinum mitior, in certaminis tentamenta pulsabat ibis. *h. e.* gallum gallinaceum, qui, quod ejus cantu quisque ad negotia peragenda excitatur, apte Mercurio, Deorum nuntio et eloquentiæ magistro, consecratur. V. *Fulgent. Mythol.* l. 1. c. 21. et *Albric.* c. 6.]

DILORĪCO, as, a. 1. *to rip, or tear open, unrip, ungird,* διαζώννυμι, proprie est loricam ante pectus diducere, et translate vestem aperire, laxare, solvere. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 28. Diloricare tunicam, et cicatrices adversas ostendere. *Apul.* l. 7. *Metam.* Diloricatis statim pannulis, in medium profudit duo millia aureorum. et lib. 6. Involat in eum, vestemque plurifariam diloricat.

DILŌRIS, re, adject. duo lora habens: vox hybrida a Græco δὶς, bis, et Latino *lorum. Tunicæ dilores* sunt virgatis similes, quæ duo lora, seu segmenta lorum referentia intexta habent, quemadmodum *clavatæ*, quæ clavos: *Monolores* eædem dictæ, quæ unum tantum haberent adsutum lorum: a μόνος, solus: *Trilores* quæ tria: *Pentelores* quæ quinque, a πέντε, quinque. *Vopisc. in Aurelian.* c. 46. Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit, cum ante non nisi rectas purpureas accepissent: et quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, et usque ad pentelores, quales hodie lineæ sunt. V. ibi plura disserentem *Salmas.*

DILUCĔO, es, uxi, n. 2. *to shine,* διαλάμπω, idem quod luceo, seu distincte luceo: et fere refertur ad lucem diei. *Horat.* l. 1. ep. 4. v. 13. Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. (Al. leg. *tibid illuxisse.* V. dicta initio hujus Litteræ.) *Gell.* l. 3. c. 2. Eo die, qui post eam noctem diluxerit. ¶ Translate est apparere, clare videri, *to appear clearly, be evident or manifest. Liv.* l. 3. c. 16. Dilucere res magis patribus atque consulibus. *Id.* l. 25. c. 29. *extr.* Dilucere id quod erat, cœpit. *Gell.* l. 7. c. 10. Per quod satis dilucet, hanc capionem dici posse. *Id.* l. 16. c. 8. *sub fin.* Tum denique et emolumentum ejus in animo tuo dilucebit.

DILUCESCIT, impers. *it begins to dawn; it grows light,* διαυγάζει, lux incipit, dies oritur. *Cic.* 3. *Catil.* c. 3. Ad me cum jam dilucesceret, deducuntur. *Liv.* l. 36. c. 24. Jam dilucescebat, cum signum consul dedit. ¶ Translate *Cic. Phil.* 12. c. 2. Discussa est illa caligo: diluxit, patet, videmus omnia.

DILUCĬDE, *clearly, manifestly, evidently.* λαμπρῶς, σαφῶς, lucide, clare, perspicue. *Plin.* l. 37. c. 3. Succina flagrant dilucidius, diutiusque. *Gell.* l. 2. c. 26. Color dilucidior. [*Gellii* locus, quem huc adducit *Forcellinus*, infra transferendus est ad vocem *Dilucidus.*] ¶ Translate aperte, plane. *Cic. in Vatin.* c. 15. Lex dilucide vetat. *Id. in Orat.* c. 23. *extr.* Dilucide planeque dicere. *Id.* 1. *de Divin.* c. 51. Aliquid explicare dilucide. *Liv.* l. 39. c. 47. Dilucide docere. *to inform distinctly. Terent. Phorm.* 2. 3. 52. Dilucide expedire. *Plin.* l. 18. c. 28. *ad fin.* Dilucide atque perspicue. *Cels.* l. 2. c. 4. Latius et dilucidius Asclepiades præcepit. *Gell.* l. 1. c. 10. Dilucide fabulari. et lib. 11. c. 16. demonstrare. *Augustin. ad Hieron.* epist. 29. c. 2. Dilucidissime convincere.

DILUCĬDO, as, a. 1. *to illustrate, clear up, explain,* διαφωτίζω, illustro: et translate planum facio, declaro. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 4. Rei dilucidandæ causa dolum appellavimus.

DILUCĬDUS, a, um, *bright, clear, lucid,* lucidus, perspicuus. *Plin.* l. 37. c. 5. Smaragdi in sole dilucidi ac liquidi. ¶ Translate planus, apertus. *plain, evident, manifest. Cic.* 3. *de Fin.* c. 1. Dilucida oratio. *Id. in Orat.* c. 5. *extr.* Omnia docere, et dilucidiora facere. *Id.* 1. *de Invent.* c. 20. *extr.* Dilucidis verbis uti. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 2. Simplex et dilucida expositio.

DILUCŬLAT, abat, impers. *it grows light,* dilucescit, ὀρθρεύει. *Gell.* l. 2. c. 29. Die crastini, ubi primum diluculabit. *Id.* l. 7. c. 1. Priusquam dilucularet.

DILUCŬLO. V. *Diluculum.*

DILUCŬLUM, i, n. *the dawning of the day or dawn; day-break,* ὄρθρος, prima lux diei, aurora, crepusculum matutinum. In sexto casu (nam in aliis rarum est) *Cic. pro Quint.* c. 7. Primo diluculo nuncius Ameriam venit. *Plaut. Amph.* 2. 2. 111. Abs te abii hinc hodie cum diluculo. ¶ Duplex est, inquit *Censorin. de die nat.* c. 24. primum, cum, sole nondum orto, jam lucet: secundum, quod et *mane* vocatur, cum lux videtur solis. Præter *Censorin.* etiam *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 3. *ad fin.* habet *diluculum* in recto casu. ¶ Absolute in sexto adverbii vicem præstat, *at break of day, early in the morning,* ἠῶθι, ἕωθεν. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 12. Cum ante lucem surrexissem, venissemque diluculo ad pontem, &c.

DILUDĬUM, ii, n. *the suspension or intermission of a play; a respite from fighting allowed to gladiators,* intermissio, et dilatio ludi. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 47. Displicet iste locus, clamo, et diludia posco. Ubi *Acron:* Diludia tempora sunt, quæ gladiatoribus conceduntur, ut intra quinque dies pugnent. Hæc ille, cui si fides est habenda, translate *Horat.* pro quacumque ludorum intermissione posuit.

DILŬO, is, ui, utum, a. 3. *to wash, wash off or away, cleanse, purify,* δίημι, ἀπολύομαι, κεράννυμι, idem quod luo, *h. e.* lavo, eluo, lavando aufero, abstergeo, purgo. *Gell.* l. 17. c. 15. Helleboro alvum diluere. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 10. Supra lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. *Virg.* 1. *Georg.* v. 325. ruit arduus æther, Et pluvia ingenti sata læta boumque labores Diluit. *Scribon. Larg. compos.* 24. Diluere ulcus ovi albore. *Petron. in Satyr.* c. 136. Vulnus cruris aceto diluere. *Plin.* l. 31. c. 7. Qui fucus aqua deprehenditur, diluente factitium colorem. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 10. v. 62. Cæruleus vix est, diluiturque color. *Plin.* l. 31. c. 4. Mutant saporem (*amnium*) et influentes rivi, victique diluuntur. *h. e.* majore aquarum copia superati, gustum suum amittunt. ¶ Translate est minuere, auferre, abstergere. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 16. Quæ cogitatio molestias omnes extenuat et diluit. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 238. Cura fugit, multo diluiturque mero. *Id. Heroid.* ep. 19. v. 14. Diluitur posito serior hora mero. *h. e.* tædium moræ abstergetur. *Sil.* l. 5. v. 57. Diluerat nebulas Titan. *h. e.* discusserat. *had dispersed. Propert.* l. 3. el. 15. v. 6. Tu vitium ex animo dilue, Bacche, meo. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 22. quis vos lustrare valebit Oceanus? tantum crimen quæ diluet ætas? *Senec.* ep. 29. Diluere auctoritatem alicujus. *to diminish, lessen. Quintil.* l. 11. c. 1. *a med.* Diluere vires affectuum. *to weaken. Valer. Max.* l. 9. c. 2. n. 1. memoriam. *h. e.* delere. ¶ Significat etiam madefacere, *to moisten. Valer. Flacc.* l. 3. v. 556. artus et pectora sudor Diluerat. *Furius Antias* apud *Gell.* l. 18. c. 11. Sanguine diluitur tellus. ¶ Item miscere, temperare; diciturque fere de iis, quæ humore addito solvuntur, liquefiunt, et macerantur. *to mix up, blend, dilute. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 241. aceto Diluit insignem baccam. *Virg.* 1. *Georg.* v. 344. Cui tu lacte favos, et miti dilue Baccho. *Plin.* l. 15. c. 17. Diluere cretam. *Cels.* l. 5. c. 20. medicamentum aceto. *Plin.* l. 27. c. 8. *ante med.* aliquid in vino. *Id.* l. 25. c. 12. aliquid in pastillos. *Colum.* l. 6. c. 4. rutam cum mero. *Scribon. Larg. compos.* 247. medicamentum ex aqua. *Liv.* l. 40. c. 4. *ad fin.* venenum. et *Pers.* sat. 5. v. 100. helleborum. *to prepare in his drink.* ¶ *Diluere vinum* est aqua miscere, *to temper.* V. *Dilutus.* ¶ *Diluere crimen* translate est purgare, refellere, criminibus respondendo, et accusationes refutando, *to refute, take off, reply to,* διαλύομαι. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 15. Ego res tam leves qua ratione infirmem, ac diluam, reperire non possum. *Gell.* l. 2. c. 7. Refutare, ac diluere aliquid. *Cic. pro Mil.* c. 27. Si nollem ita diluere crimen, ut dilui, tamen &c. *Id. pro Cœl.* c. 15. Diluere aliquid, et falsum esse, docere. *Sueton. in Vespas.* c. 23. Invidiam aliqua cavillatione. *Gell.* l. 12. c. 12. Cicero id, quod inficiari non poterat, urbano facetoque dicto diluit. *Id.* l. 18. c. 13. Diluere ac refellere sophisma. *Cic.* 1. *de Inv.* c. 42. Reprehensio est, per quam argumentando aliorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut allevatur. ¶ Pro declarare, explicare, *to explain. Plaut. Rud.* 4. 4. 64. Abstine maledictis, et mihi, quod rogavi, dilue. ¶ Pro solvere, satisfacere, *to pay, satisfy. Gell.* l. 20. c. 1. *post med.* Injurias ære pauco diluere. [¶ Particip. *diluendus* apud *Liv.* l. 4. c. 14. Cum proponeret, crimen esse diluendum.]

DILŪTE, adverb. diluendo, lavando. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 13. Sordidatum pallium in mari dilute lavi. *Plerique alii leg* diutule. *Cic. in fragm.* apud *Ammian.* l. 15. c. 12. (*al.* 29.) Gallos post hæc dilutius esse poturos. Si *vinum* subaudias, erit adjectivum.

DILŪTUS, a, um, *washed, laved, cleansed,* ἀπολυόμενος, διειμένος, madefactus, lavatus, abstersus. *Catull.* carm. 96. *ad Juvent.* v. 7. multis diluta labella guttis. *h. e.* saliva aspersa. *Curt.* l. 8. c. 10. Terra humore diluta considit. ¶ Item mixtus, maceratus. *diluted, mixed, tempered. Horat.* l. 2. sat. 2. v. 15. Mella diluta falerno. *Lucret.* l. 6. v. 929. dilutaque contra Cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror. *Plin.* l. 30. c. 12. *a med.* Fimum murinum aqua pluvia dilutum. *Id.* l. 32. c. 9. Conchæ dilutæ in vini sextariis duobus. ¶ *Dilutum* absolute est liquidum illud, in quo aliquid dilutum et maceratum fuit, ἀπόβρεγμα. *Plin.* l. 27. c. 7. Bibitur et macerati absinthii dilutum. ¶ Ponitur et pro liquido, *liquid. Plin.* l. 31. c. 8. Garum ad colorem mulsi veteris, adeoque dilutam suavitatem, ut bibi possit. *Cels.* l. 2. c. 29. Alvum movent tepida, dulcia, pinguia, elixa, jurulenta, salsa, diluta. ¶ *Dilutum vinum* est aqua mixtum, *wine mixed with water. Martial.* l. 1. epigr. 107. Diluti bibis unciam falerni. *Cels.* l. 1. c. 3. Aqua vel certe diluta potione esse contentos. (cui *potio meraca*, opponitur *ibid. paulo post.*) *Id. ibid. ad fin.* Vinum dilutius pueris, senibus meracius. *et mox.* Potio quam dilutissima. ¶ *Dilutus color* dicitur, qui velut aqua adhibita, minus intensus est, *a decayed hue; a black pale colour. Plin.* l. 22. c. 22. *ad fin.* Rubor dilutus. *Id.* l. 37. c. 9. *a med.* Fulgor dilutus in hyacyntho. *Id.* l. 37. c. 9. Amethystus dilutior. *Pers.* sat. 3. v. 14. Dilutas queritur geminet quod fistula guttas. *Cels.* l. 2. c. 6. Urina diluta. ¶ *Odor dilutus* est tenuis, levis, remissus: cui opponitur acutus, gravis. *Plin.* l. 15. c. 28. Malis odor est acutus, persicis dilutus. ¶ Translate *non dilutus honor*, apud *Senec.* l. 1. *de benef.* c. 13. est non imminutus, non obsolefactus, vulgando. Al. leg. *delatum* sine partic. *non. Gell.* l. 20. c. 1. Nonne tibi quoque videtur nimis esse dilutum, quod ita de injuria punienda scriptum est? *h. e.* remissum, leve, parum habens austeritatis. ¶ Denique *dilutum* de eo, qui vino madet, dixit *Auson. in epist. præfixa Gripho* (quod est Edyll. 11.) Sed tu quoque hoc ipsum paulo hilarior et dilutior lege. namque injurium est, de poeta male sobrio lectorem abstemium judicare.

DILUVIĀLIS, le, adject. ad diluvium pertinens. *Solin.* c. 9. (*al.* 14.) Quas solas (*montium altitudines*) diluvialis irruptio inaccessas reliquit.

DILUVĬES, ei, f. *a flood, inundation of water, deluge,* idem quod diluvium, inundatio, κατακλυσμός. *Horat.* l. 4. od. 14. v. 27. Aufidus horrendam cultis Diluviem minitatur agris. Adde lib. 3. od. 26. v. 40. *Lucret.* l. 6. v. 291. et *Plin.* l. 9. c. 4.

DILUVĬO, onis, f. diluvium. *Censorinus de die nat.* c. 18. *a med.* Κατακλυσμὸς, quam nostri diluvionem vocant.

DILUVĬO, as, a. 1. *to deluge, flood, inundate,* diluvie, seu aquarum inundatione obruere, κατακλύζειν. *Lucret.* l. 5. v. 387. Tantum suppeditant amnes, ultroque minantur Omnia diluviare ex alto gurgite ponti.

DILUVĬUM, ii, n. *a deluge, flood, overflowing of water,* κατακλυσμὸς, inundatio aquarum ab immodicis imbribus, marisque, aut fluviorum incrementis terras operiens: a *diluo*, lavo. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 29. Ut conflagrationi, et diluvio tempus assignet. *Mamertin. in Paneg. ad Maximian.* c. 7. Diluvia Rheni. *Plin.* l. 8. ep. 17. Hic assidue tempestates et crebra diluvia. Adde *Virg.* 12. *Æn.* v. 205. ¶ Diluvii universalis descriptionem habes apud *Ovid.* 1. *Metam.* a vers. 262. et *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 27. ¶ Translate *Flor.* l. 4. c. 2. Cæsaris furor atque Pompeii Urbem, Italiam, gentes, quodam quasi diluvio, et inflammatione corripuit. *Virg. Æn.* 7. v. 228. Diluvio ex illo diversa per æquora vecti. *h. e.* vastitate et excidio Trojæ. *ruin, destruction. Valer. Flacc.* l. 6. v. 394. Diluvio tali, paribusque Ariasmenus urget Excidiis. *h. e.* numero atque impetu copiarum suarum, et curruum falcatorum.

DIMĂCHÆ, arum, m. διμάχαι, οἱ, genus equitum apud Macedonas, qui gravi armatura instructi, cum opus erat, etiam pedites pugnabant, ut qui apud nos *dragoons* appellantur: a δὶς, bis, et μάχη, pugna, quasi duplicem pugnam ineuntes. *Curt.* l. 5. c. 13.

[* DIMACHÆRUS, i, m. gladiator, qui ex essedo duobus gladiis cum alio pugnabat, idque in ludis publicis in ipso essedi cursu; vel qui modo ex essedo, modo pedes decertabat. *Inscript.* apud *Montfaucon* Tom. V. P. I. pag. 108. Dimachæro, sive assidario (*lege* essedario) P. VII. Ru. I. *h. e.* essedario pugnarum septem, rudis unius; Græcam derivationem hujus vocis V. in *Dimăchæ.*]

DIMADĔO, ădes, n. 2. *to be moist or wet, to dissolve, melt,* idem quod madeo, aut valde madeo. *Lucan.* lib. 6. v. 478. Solibus et nullis Scythicæ, cum bruma rigeret, Dimaduere nives, *h. e.* solutæ sunt, et diffluxere.

DIMĀNO, as, avi, atum, n. 1. *to flow different ways, spread abroad,* διαῤῥέω, diverse, sive diversim mano, diffundor. *Cic. pro Cœl.* c. 3. Meus hic forensis labor, vitæque ratio dimanavit ad existimationem hominum paulo latius, &c. *Catull.* carm. 51. *ad Lesb.* v. 8. tenuis sub artus Flamma dimanat. *h. e.* ignis amoris permanat.

DIMENSĬO, onis, f. *a measuring, dimension,* actus dimetiendi, mensura, διαμέτρησις. *Cic.* 1. *Tusc.* c. 24. Dimensio quadrati.

DIMENSUS, a, um, particip. a dimetior, *having measured. Virg.* 12. *Æn.* v. 116. Campum ad certamen dimensi. ¶ Item passiva signific. *measured. Id.* 1. *Georg.* v. 231. certis dimensus partibus orbis. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c.

17. Tigna dimensa ad altitudinem fluminis. V. *Demensus.*

DIMERSUS, a, um, demersus. *Tertull. de cultu fem. c. ult.* Exstare inter dimersos.

DIMETĀTUS. V. in *Dimeto.*

DIMĔTER, tra, um, duo habens metra, δίμετρος. V. *Bimeter. Sidon.* l. 9. ep. 13. *in carmin.* Opus editum tenemus, Dimetra quod arte texens, &c. *Diomed.* l. 3. pag. 506. *Putsch.* Dimeter versus.

DIMETĬENS, entis, particip. *Dimetiens linea*, vel *dimetiens* absolute, est diametros medium circulum recta secans. *the diameter of a circle. Plin.* l. 2. c. 23. ¶ Scribitur et *Demetiens.*

DIMETĬOR, iris, ensus sum, *to measure*, διαμετρέω, metior, mensuram capio. *Cic. de Senect.* c. 14. Dimetiri cælum. *Id. in Orat.* c. 43. Dimetiri et dinumerare syllabas. ¶ Significat etiam, metiendo disponere. *to dispose, arrange, set in order; to reckon up, tell over:* quoniam absque metiendo ordinari vix quidquam potest. *Cic. de Senect.* c. 17. Mirari solertiam ejus, a quo essent illa dimensa atque descripta. et ei Cyrum respondisse: atqui ego omnia ista sum dimensus, &c. ¶ Passive. *to be measured. Vitruv.* l. 3. c. 3. Columnæ altitudo dimetiatur in partes duodecim. Adde lib. 5. c. 9. ¶ Scribitur et *Demetior.* [¶ Particip. *dimetiundus* pro *dimetiendus* apud *Cic. de Senect.* c. 14. Studium dimetiundi cæli atque terræ.]

DIMETĪTUS. V. *Demetitus.*

DIMĒTO, as, avi, atum, a. 1. metas, seu fines describo, dimetior, *to measure out, appoint certain limits. Liv.* l. 8. c. 38. Tum Dictator postquam sine magno incommodo progredi non potest, eum ipsum, in quo constiterat, locum castris dimetari jussit. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 43. Atque ita dimetata signa sunt, ut in tantis descriptionibus divina solertia appareat. Al. leg. *demetata.*

DIMETRĬA, æ, f. carmen ex Iambis dimetris compositum. *Auson. in fi.* ep. 16. *ad Prob.* Volucripes dimetria.

DIMICATĬO, onis, f. *a fight, skirmish, struggle, encounter, battle, contest,* ἀγώνισις, actus dimicandi, prœlium, pugna, certamen. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 86. Omnium superiorum dimicationum fructum in eo die docet consistere. *Sueton. in Aug.* c. 17. In serum dimicatione protracta. et cap. 10. In media dimicatione. *Hirt. de B. Alex.* c. 25. Dimicatio maritima. *Id.* l. 8. *B. Gall.* c. 11. Oppugnare castra dimicatione perniciosa. *Plin.* l. 36. c. 5. Dimicationem deorum et gigantum cælavit Phidias. ¶ Item discrimen, periculum, quod prœlio subitur. *risk, danger, hazard. Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 18. Nullam dimicationem recusare. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 111. Longe maximam ea res attulit dimicationem. *Liv.* l. 2. c. 13. Subeunda dimicatio toties, quot conjurati superessent. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 1. Nullas insidias hostium, nullam prœlii dimicationem pertimescimus. ¶ Translate dicitur de quacumque contentione et discrimine. *Cic. in Orat.* c. 13. *extr.* Jam in aciem dimicationemque veniamus. *Id. pro Sull.* c. 28. In extremo discrimine ac dimicatione fortunæ deserere aliquem. *Id. pro Planc.* c. 32. Nullas sibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vitæ dimicationes pro me defugiendas putavit. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 2. In tanta dimicatione capitis, famæ, fortunarumque omnium. *Id. de Provinc. consul.* c. 2. *ad fin.* Subvenire impendentibus periculis cum dimicatione capitis. *Id. pro Planc.* c. 32. Neque contentiones, neque inimicitias, neque vitæ dimicationes defugere.

DIMĬCO, as, avi, *aliquando* icui, atum, n. 1. *to fight, skirmish, encounter, contend, struggle,* ἀγωνίζω, διαμάχομαι, prœlior, pugno, certo, contendo: a *di*, et *mico*, quia sicut micando digitis controversiæ dirimi solent, ita micando gladiis: qua ratione *cernere ferro* dixit *Virg.* V. *Cerno. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 2. Cum Postumius dictator cum Mamilio Tusculano prœlio dimicaret. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 19. Convenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria. *Id. Offic.* 1. c. 12. Cum Latinis de imperio dimicabatur. *Curt.* l. 4. c. 14. Dimicare de victoria. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 16. magno cum periculo. *Hirt. de B. Alex.* c. 48. magno periculo. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 47. iniquo loco. *Hirt. de B. Alex.* c. 28. navibus in flumine. *Nepos in Themist.* c. 3. In terra dimicari, magis placebat. *Id. in Eumen.* c. 3. Dimicare equitatu. *Liv.* l. 2. c. 49. *ad fin.* acie cum hoste. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 29. Cum summa contentione dimicaretur. *Nepos in Milt.* c. 1. Dimicare armis cum aliquo. et *ibid.* c. 4. adversus aliquem. *Vellei.* l. 2. c. 85. in ruinam orbis terrarum. et *ibid.* Desperata victoria, dimicabatur in mortem. *h. e.* ut morerentur quidem, at non inulti. *Curt.* l. 7. c. 4. *ad fin.* Dimicare viritim. *to fight man to man.* ¶ Significat etiam bellum facere. *to war, make war. Nepos in Agesil.* c. 2. Satius esse in Asia, quam in Europa dimicare. *Flor.* l. 2. c. 17. In Hispania prope ducentos per annos dimicatum est. ¶ Item universim contendere, aut discrimen subire. *Cic. in Divin. Verr. sub fin.* Quos ut incolumes tueri possimus, omni ratione erit dimicandum. *Id. pro Arch.* c. 10. et 11. Dimicare de vita, gloriæ causa. *to hazard, risk. Liv.* l. 2. c. 12. *a med.* In hoc discrimen accingere, ut in singulas horas capite dimices tuo. *Cn. Magnus ad Domit. ante epist.* 13. l. 8. *ad Attic.* Neque eorum militum voluntati satis confido, ut de omnibus fortunis reipubl. dimicem. *Nepos in Timoth. c. ult.* Dimicare de fama. *h. e.* judicio contendere pro fama servanda. *Liv.* l. 6. c. 40. *a med.* Dimicantes competitores. ¶ Præterit. *dimicavi* est *Nepotis, Cæsaris,* &c. alterum *dimicui* habet *Ovid.* 2. *Amor.* el. 13. *in fin.* Hac tibi sit pugna dimicuisse satis. [¶ Particip. *dimicaturus* apud *Cæs. de Bell. Gall.* l. 3. c. 24. Se tuto dimicaturos existimabant.]

DIMIDIĀTIM, adverb. *by halves,* ἥμισυ, pro media parte. *Plaut. Mil.* 3. 1. 167. Sed percelluntse, et procumbunt, dimidiatim dum appetunt. Ita legit *Turnebus* l. 7. *Advers.* c. 6. Sed communius legitur, *dimidiati.*

DIMIDIATĬO, onis, f. *a halving, dividing into halves,* divisio in duas partes æquales, ἡμίσευμα. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 24. Dimidiatio salutis.

DIMIDIĀTUS, a, um, *halved, divided into two equal parts,* ἡμισευθεὶς, in duas partes [† æquales] divisus. *Cic.* 4. *Verr.* c. 52. Eximunt ex anno unum dimidiatumque mensem. *Id. Tuscul.* 5. c. 23. Versiculi dimidiati. *Cato* apud *Plin.* l. 16. c. 39. Luna dimidiata. *Plaut. Men.* 1. 2. 45. Dies est dimidiatus mortuus. *is half gone by. Enn.* apud *Gell.* l. 3. c. 14. Vas vini dimidiatum. *Cato in fragm. ibid.* Homines dimidiatos in terram defodere. *to bury up to the middle. Id. R. R.* c. 151. Dimidiatum digitum terram altam succernito. *half a finger.* ¶ *Dimidiatus Menander* a *C. Cæsare* apud *Sueton.* (seu quicumque alius auctor est) *in vita Terent.* dictus est ipse *Terentius,* quia dimidia parte, *h. e.* puritate et suavitate sermonis Menandrum æquasse creditus est: altera dimidia, *h. e.* vi comica inferior est habitus. ¶ *Dimidiatum,* et *dimidium* hoc differunt, quod illud dicitur de re in duas partes divisa: hoc de parte altera rei ipsius bifariam divisæ. *Dimidiatum* ergo nisi ipsum quod divisum est, dici haud convenit: *dimidium* vero est, non quod ipsum dimidiatum est, sed quæ ex dimidiato pars altera est. Cum igitur partem libri dimidiam legisse volumus dicere, aut partem dimidiam fabulæ audisse, si *dimidiam fabulam,* aut *dimidium librum* dicimus, peccamus. Totum enim ipsum quod dimidiatum atque divisum est, *dimidium* dicis. Hæc et alia multa in eandem sententiam ex *Varrone* docet *Gell. loc. cit.* Sunt tamen contra hæc exempla non una. V. *Dimidius.*

DIMIDĬO, as, a. 1. *to halve,* medium divido, in duas æquas partes divido, ἡμισεύω. *Tertull. de carn. Christi,* c. 5. Quid dimidias mendacio Christum? totus veritas fuit.

DIMIDĬUM, ii, n. *the half,* τὸ ἥμισυ, pars altera alicujus rei in duas æquales divisæ. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 86. Se dimidium ejus, quod pactus esset, pro eo carmine daturum. *Liv.* l. 35. c. 1. Vix dimidium militum, quam quod acceperat, successori tradidit. *Lucil.* apud *Gell.* l. 3. c. 14. Dimidium horæ. *half an hour. Plaut. Aulul.* 2. 4. 12. Dimidium obsonii. *Plin.* l. 22. c. 25. *a med.* Cicer nigrum cum gallæ dimidio tritum. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 67. Dimidium auri. *the half of the money. Cic.* 2. *Q. Fr.* ep. 4. Dimidium pecuniæ. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 68. Dare alicui dimidium de præda. *Id. ibid.* 1. 5. 37. Bonus animus in mala re dimidium est mali. γνώμη. *takes away half the mischief. Horat.* l. 1. ep. 2. v. 40. Dimidium facti qui cœpit habet. *has completed half the deed.* (V. *Auson.* epigr. 81.) ¶ *Dimidium plus toto,* proverb. Græcum, quo mediocritas laudatur. πλέον ἥμισυ παντός.

DIMIDĬUS, a, um, *halved, divided into two equal parts, half,* ἥμισυς, per medium divisus, medius, dimidiatus. Quomodo a *dimidiatus* differat in ea voce dictum est. Illud tamen discrimen non ab omnibus est observatum Scriptoribus, iis præsertim, qui post auream ætatem fuere. Nam *Plin.* l. 6. ep. 2. Dimidiæ clepsydræ. *Plin. alter* l. 2. c. 59. Dimidia circuli forma. *a semicircle. Juvenal.* sat. 8. v. 4. Curios dimidios. *Martial.* l. 2. epigr. 37. Dimidium mullum. *Manil.* l. 3. v. 393. Dimidius annus. *Dimidiatus* enim his omnibus locis dicendum fuit ex sententia *Varronis,* vel *dimidium* cum genitivo, *dimidium clepsydræ, dimidium formæ,* &c. ¶ *Dimidium labrum* apud *Martial.* l. 2. epigr. 10. et 22. est labrum alterutrum. ¶ Fere ab optimis Auctoribus cum *pars* conjungitur. Est autem *dimidia pars* ipsum dimidium. *the half. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 40. Luna est major, quam dimidia pars terræ. *Id. Fam.* 13. ep. 29. *a med.* Testamento heres ex parte dimidia, et tertia est Capito. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 101. Dimidiæ parti classis præerat Sulpicius, dimidiæ Pomponius. ¶ *Ad dimidias* est ad dimidias partes. *to one half. Plin.* l. 26. c. 11. *ad fin.* Verbenaca decocta in aqua ad dimidias. ¶ *Dimidium, ii,* absolute est dimidia pars. Hinc *dimidio major, minor,* &c. *greater by one half, less by one half,* &c. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 13. Hibernia dimidio minor, quam Britannia. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 318. Dimidio major. *Cic. Attic.* l. et ep. 9. Recte non credis de numero militum: ipso dimidio plus scripsit Clodia. *Id. pro Dom.* c. 44. Emit domum prope dimidio carius, quam æstimabat. *Id.* 13. *Attic.* ep. 29. Dimidio minoris constabit. *Id. pro Flacc.* c. 20. Habebat rhetor iste discipulos, quos dimidio redderet stultiores, quam acceperat. *Colum.* l. 11. c. 1. *circa med.* Dimidio maturius. V. *Dimidium.*

DIMINŌRO, *vel* Deminoro, as, a. 1. idem quod diminuo. *Tertull. de Anim.* c. 33. et *advers. Prax.* c. 15.

DIMINŬO, et Deminuo, is, ui, utum, *to diminish, lessen, extenuate, abate, withdraw* μειόω, minuo, aufero, detraho. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 10. De mina una deminui modo quinque nummos. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 49. Ne quid de hoc tam exiguo tempore verbo uno meo diminueretur. *Liv.* l. 2. c. 1. Diminuere aliquid ex regia potestate. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 33. Ne quid de jure aut legibus eorum diminuisse videretur. et l. 1. c. 53. Neque ejus calamitate de tanta voluptate quidquam fortuna diminuerat. et l. 1. *B. Civ.* c. 52. Militum vires inopia frumenti diminuerat. *Sueton. in Domit.* c. 12. Diminuere numerum militum. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 38. aliquid atque extenuare oratione. ¶ Item alienare. *to alienate. Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 3. Ne quid de bonis, quæ L. Octavii Nasonis fuissent, cui L. Plancus heres est, diminuerent. *In edicto Prætor.* apud *Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 8. leg. 7. Si justa causa esse videbitur, bona interea deminui vetabo. *Ulpian. ibid.* His verbis prætor non tantum alienationem impedit, verum etiam, &c. ¶ Item comminuere. *to break:* quod cum sit, aliquid ei detrahitur, quem læseris. *Plaut. Men.* 2. 2. 30. Illi homini diminuam caput. *Terent. Adelph.* 4. 2. 32. Diminuetur tibi quidem jam cerebrum. *I will break your pate.* ¶ *Diminuere hostes* apud *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 16. est carpere, obterere, eorum numerum viresque minuere. *to cripple, mar, impair.*

DIMINUTĬO, et Deminutio onis, f. *a diminishing,* μείωσις, actus diminuendi. *Cic. Agrar.* 2. c. 7. Quo animo libertatis vestræ diminutionem ferre possitis. *Id. Agrar.* 1. c. 7. Diminutio vectigalium. *Sulpic. ad Cicer.* 4. *Fam.* ep. 5. De imperio tanta deminutio facta est. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 28. Accretione et diminutione luminis luna quasi fastorum notans dies. *Plin.* l. 34. c. 13. *extr.* Honor aut diminutio familiæ. *a falling off, declining. Id.* l. 15. c. 1. *de oleo.* Prima unda preli laudatissima: ac deinde per deminutiones. ¶ Item alienatio. *Liv.* l. 39. c. 19. Utique Feceniæ Hispalæ datio, diminutio, gentis enuptio esset. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 8. leg. 1. *ad fin.* Deminutio ad hos sumptus fieri debet ex pecunia: si ea non fuerit, ex his rebus, quæ &c. *Cic.* 2. *Offic.* c. 21. Ne de bonis privatorum publice diminutio fiat. *h. e.* huic adimendo, alteri assignando. Alio sensu *Sueton. in Aug.* c. 99. *extr.* Id magis præsagium, quam mentis diminutio fuit. *h. e.* alienatio. *a being out of his wits.* ¶ Item detractio, ablatio. *Cic. de Provinc. Consul.* c. 15. *extr.* Multare imperatorem deminutione provinciæ. ¶ *Diminutio capitis* quid sit, V. in *Caput.* ¶ Denique genus est rhetoricæ exornationis. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 38. Deminutio est, cum aliquid esse in nobis, aut in iis, quos defendimus, aut natura, aut industria dicemus egregium; quod ne qua significetur arrogans ostentatio, deminuitur, et attenuatur oratione hoc modo: Nam hoc pro meo jure, judices, dico, me labore et industria curasse, ut disciplinam militarem non in postremis tenerem. Et: Huic quidem pater (nolo nimium dicere) non tenuissimum patrimonium reliquit. *Propert.* l. 1. eleg. 12. v. 16. Non nihil aspersis gaudet Amor lacrymis. *h. e.* plurimum. *Liv.* l. 30. *c. ult.* Polybius haudquaquam spernendus auctor. *h. e.* magni faciendus. λιτότης Græce est, et μείωσις. V. *Litotes.*

DIMINUTĪVE, et Deminutive, adverb. ὑποκοριστικῶς, diminutiva forma, et significatione. *Ascon. in Verr.* 2. c. 2. Dies diminutive diecula dicitur. *Macrob.* 5. *Saturn.* c. 21. Cymbia diminutive a cymba dicta. Adde *Fest. in Hira.*

DIMINUTĪVUS, et Deminutivus, a, um, diminutionem significans, ut Nomen diminutivum ex. gr. *doliolum,* &c. *Tertull. in Apol.* c. 32. Diminutiva vox.

DIMINŪTUS, et Deminutus, a, um, adject. *diminished, lessened, abridged, reduced,* μειωθεὶς, ut Diminuta potentia, *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 18. Deminutæ copiæ, *ibid.* l. 7. c. 31. Sic *Cic. pro Cæcin.* c. 2. Pars aliqua juris diminuta. *Id. pro Planc.* c. 38. Aliquid de libertate diminutum putat. *In vet. resp. Harusp.* apud *eund. de Harusp. resp.* c. 19. Ne patres auxilio diminuti deficiantur. *h. e.* destituti, privati. Al. aliter leg. ¶ *Diminutus capite* quis dicatur, V. *Caput.* ¶ Comparat. *diminutior. Tertull. advers. Marcion.* l. 2. c. 9. Transire in aliquam diminutiorem qualitatem. ¶ Significat etiam alienatus. V. *Diminuo. Cic. pro Sull.* c. 20. Ut quæ causa ceteros ad facinus impulit, cupiditas retinendæ possessionis, ea Cincio non fuerit, prædiis deminutis. ¶ *Diminutum nomen* apud *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *a med.* est diminutivum.

DIMISSĬO, onis, f. ἄφεσις, actus dimittendi, *a sending away, discharging, dismissing. Cic.* 7. *Verr.* c. 33. Propter dimissionem propugnatorum, atque remigum. *Id. Parad.* 6. c. 2. Dimissiones libertorum ad fenerandas diripiendasque provincias. *a sending forth.* ¶ Dimissio sanguinis, *a letting of blood.* Legitur apud *Gell.* l. 10. *in lemmate* cap. 8.

DIMISSOR, oris, m. qui dimittit, et veniam dat. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 10. *sub init.* Dimissorem peccatorum Christum recognosce. Adde *Augustin.* serm. 23. *ex Hom.* 50. c. 4.

DIMISSORĬÆ LITTERÆ, inquit *Modestin.* sunt, quæ vulgo *apostoli* dicuntur, quod per eas causa ad eum, qui appellatus est, dimittitur. *letters dimissory.* V. *Apostolus.*

DIMISSUS, us, m. dimissio: quod apud Latinos in usu fuerit, ostendunt illa *Charisii* verba l. 2. pag. 170. *Putsch.* Inter adverbia quidam hæc posuerunt, quæ etiam

apud veteres observata sunt, translatui, dimissui, receptui, ostentui, &c.

DIMISSUS, a, um, *sent off or away, dispatched different ways*, ἀφιέμενος, ἄφετος, huc illuc missus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 79. Ut pluribus dimissi itineribus a Cæsare ad Domitium, a Domitio ad Cæsarem, nulla ratione iter conficere possent. et lib. 1. c. 80. Equites dimissi pabulandi causa. et lib. 3. c. 102. Nuncii dimissi ad eos, qui &c. ¶ Et translate *Senec.* ep. 31. *a med.* In populos nominis dimissa notitia. *spread abroad, proclaimed.* ¶ Item abire permissus, *dismissed, discharged. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 4. Milites veterani dimissi ab imperatoribus. *Cic. Verr.* 4. c. 30. Dimissum concilium. ¶ Et translate *Id.* 4. *Acad.* c. 4. Philosophia, quæ nunc prope dimissa revocatur. *abandoned, given up. Horat.* l. 1. ep. 7. v. 96. Qui semel aspexit, quantum dimissa petitis Præstent, mature redeat, repetatque relicta. *things left or abandoned. Curt.* l. 4. c. 4. Maximarum rerum dimissa opportunitas. ¶ Item abire jussus. *Sueton. in Tiber.* c. 49. Femina dimissa e matrimonio. *divorced.* ¶ Item depositus, abjectus, *laid down or aside. Lucan.* l. 3. v. 367. dimissis degener armis. *Id.* l. 9. v. 200. Sumpta et dimissa potestas. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 173. Retentare vota dimissa. ¶ Item omissus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 73. Oppugnatio dimissa. ¶ *Dimissus creditor* dicitur, cui pecunia debita persoluta fuit. *Scævola Dig.* lib. 32. leg. 36. ¶ Libertus dimissus obligatione operarum, apud *Papinian. Dig.* lib. 38. tit. 1. leg. 41. est liberatus, obligari desitus.

DIMITTO, is, isi, issum, a. 3. *to send different ways, send off or away, dispatch*, ἀφίημι, διαπέμπω, in diversas partes mitto. *Cic. pro Quint.* c. 6. Nævius pueros circum amicos dimittit. *Sallust. in Catil.* c. 28. Mallium Fæsulas, Septimium in agrum Picenum, Julium in Apuliam dimisit. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 19. et 34. Nuntios in omnes partes dimittere. et lib. 5. c. 45. litteras alicui. *h. e.* alicui perferendas. *Liv.* l. 38. c. 1. litteras passim in alias urbes. *Plin.* l. 4. ep. 7. Librum in exemplaria transcriptum mille, per totam Italiam dimisit. *Virg. Æn.* 1. v. 580. per litora certos Dimittam, et Libyæ lustrare extrema jubeo. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 381. aciem (*oculorum*) partes dimisit in omnes. *cast his eyes.* ¶ Item abire permitto, *to dismiss, discharge, let go. Cic. in Orat.* c. 28. *extr.* Manu si prehendissem, ne ipse quidem sua eloquentia mihi persuasisset, ut se dimitterem. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 18. Non prius duces ex concilio dimittunt, quam ab his sit concessum, &c. *Cic.* 6. *Verr.* c. 65. Dimittere Senatum. *Id. Q. Fr.* l. 3. *ep. ult. sub fin.* Ciceronem dimitto a me, ut a magistris ne abducam. *Id.* 2. *de Legib.* c. 12. Dimittere concilium. *Id.* 12. *Attic.* ep. 18. Discedentem te non sine magno dolore dimittam. *Nepos in Attic.* c. 4. Aliquem abs se nunquam dimittere. *Id. in Annib.* c. 3. Cum omnibus incolis conflixit: neminem nisi victum dimisit. et cap. 4. Cum Scipione decernit: saucium ac fugatum dimittit. *Cic. in Orat.* c. 10. Ut eos ipsos, quos contra statuas, æquos placatosque dimittas. *Id. de Fato*, c. 4. Posidonium sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus. ¶ Translate *Id. in Orat.* c. 30. Demosthenem totum diligentissime cognovisti, neque eum dimittis e manibus. *nor do you ever put him out of your hands. Id. pro Planc.* c. 39. *extr.* Libertatem neque dimisi unquam, neque dimittam. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 52. Exploratam victoriam dimittere. *Nepos in Milt.* c. 3. A fortuna datam occasionem liberandæ Græciæ dimittere. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 21. Dimittere tempus. ¶ *Dimittere creditores* apud JCtos, est, soluta pecunia iis debita, dimittere, *to pay, satisfy. Papinian. Dig.* l. 31. leg. 73. Si proprios creditores ex ea pecunia dimiserit. ¶ *Dimittere debitorem* est debitum ei remittendo ab onere solvendi liberare. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 9. leg. 4. Ambitiosa decreta decurionum rescindi debent, sive aliquem debitorem dimiserint, sive largiti sint. ¶ Dicitur *febris, dolor hominem dimittere*, cum desinit. *Cels.* l. 2. c. 7. *sub fin.* et lib. 4. c. 22. ¶ Est etiam abire jubeo, *to send away, reject, discard. Cic. pro Sull.* c. 20. Familiarissimum suum ab se dimittere, et mandare in ultimas terras. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 28. Non patiebatur eos, quos judicabat non posse oratores evadere, operam apud se perdere, dimittebatque. *Id. in Pison.* c. 20. Dimittere exercitum. *et mox.* familiam. *to disband, dismiss, release. Senec. sub fin.* ep. 66. Succisis poplitibus in genua se excepit, nec arma dimisit. ¶ Item remittere, deponere, *to lay aside, remit. Cic. Fam.* 9. ep. 12. Cælum et terras vim suam, si tibi ita conveniat, dimittere. *Id. Phil.* 13. c. 1. Si quid de summa gravitate Pompeius, multum de cupiditate Cæsar dimisisset. *Id. pro Balb.* c. 13. Sui quemque juris et retinendi et dimittendi esse dominum. *Id. de Amic.* c. 21. Dimittere amicitias. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 240. timorem. *Cic.* 14. *Attic.* ep. 11. Non dimitto istam curam. *Liv.* l. 30. c. 3. Dimittere curam ex animo. *Al. leg.* mittere. *Nepos in Timol.* c. 2. imperium. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 11. principatum. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 36. Præterita, instantia, futura pari oblivione dimiserat. *Vellei.* l. 2. c. 52. Neque prius, neque antiquius quidquam habuit, quam omnes partes (militari et verbo et consuetudine utar) dimitteret. *h. e.* missas faceret, deponeret, odium partium ex animo ejiceret, factiones oblivisceretur. (militare verbum est *dimitto*, qua significat missionem dare militibus, cum vel bello, vel stipendiis exactis, domum dimittuntur.) *Plin.* l. 13. c. 10. Arbor folia dimittens. ¶ Item deserere, relinquere, *to abandon, leave, forsake. Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 5. Devicti complura oppida dimiserant. *Nepos in Annib.* c. 12. Vitam alieno arbitrio dimittere. *Cic. pro Cæcin.* c. 26. *extr.* patrimonium. ¶ Item omittere, *to leave, omit, pass over, forego. Cic.* 3. *Offic.* c. 26. Sed dimittamus fabulas, et externa: ad rem factam nostramque veniamus. *Sueton. in Cæs.* c. 18. *extr.* Coactus est triumphum, ne consulatu excluderetur, dimittere. *Cic.* 9. *Attic.* ep. 1. Dimittere usum librorum. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 105. moras. *Virg.* 11. *Æn.* v. 706. fugam. ¶ Item liberare, *to free, deliver. Paul. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 31. Ad bestias damnatos favore populi præsides dimittere non debent. *Id. ibid.* tit. 3. leg. 10. Ne quis receptam custodiam sine causa dimittat. *Petron. in Satyr.* c. 13. Fortuna me a turpissima suspicione dimiserat. *Caius Dig.* lib. 1. tit. 7. leg. 28. Dimittere filium potestate. *h. e.* potestate patria liberare. Al. leg. *de potestate.* ¶ Item repudiare, *to repudiate, divorce. Sueton. in Aug.* c. 62. Coegit prægnantem uxorem dimittere. *Id. in Calig.* c. 25. Matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, non est facile discernere. *Justin.* l. 11. c. 11. Olympiadem repudio dimiserat. ¶ Item mittere, *to send. Ovid.* 2. *Metam.* v. 310. Imbres dimittere cælo. et l. 1. v. 261. ex omni nimbos dimittere cælo. His locis al. leg. *demittere.* ¶ Item mittere, *h. e.* elicere, *to let or draw blood. Varr. R. R.* l. 2. c. 1. Dimittere sanguinem, maxime e capite. Adde *Gell.* l. 10. c. 8. ¶ Item immittere, *to fix, thrust, or drive into. Ovid. Metam.* 12. v. 491. ferrum capulo tenus dimisit in armos. *Id. in fi. ep. ult.* l. 4. *ex Ponto.* exstinctos ferrum dimittere in artus. *Plin.* l. 28. c. 6. Manus in ferventem aquam dimittere. Al. leg. *demittere.* ¶ Translate *Cic.* 7. *Attic.* ep. 12. Dimittere se penitus in causam. *Sueton. de clar. Rhetorib.* c. 6. In comparationem alicujus se dimittere. His quoque al. *demittere.* ¶ Item remittere, condonare, *to remit, forgive. Tacit.* 3. *Hist.* c. 55. His tributa dimittere, alios immunitatibus juvare. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 8. Cæsarem quoque pro sua dignitate debere studium et iracundiam suam reipublicæ dimittere. ¶ *Dimittere se* apud *Senec. in proœm.* lib. 1. *controv.* est remittere animum, et ab opere laxare, *to relax his exertions.* ¶ Dimittere laudibus nomen alicujus in longum ævum, *Lucan.* l. 1. v. 448. *h. e.* posteritati commendare. ¶ Pro emittere, *to send out or forth, Pallad. in Februar.* tit. 25. *de liquamine ex pyris.* Suspensæ eæ carnes liquorem dimittunt saporis jucundi. Est qui legit *demittunt.* [¶ Particip. *dimittens, dimissurus, dimittendus* apud *Plin.* l. 12. c. 5. Prunus Ægyptia nec folia dimittens. *Cæs. de Bell. Gall.* l. 7. c. 17. Se dimissurum oppugnationem dixit. *Liv.* l. 21. c. 21. Credo, vos cernere, dimittendos esse exercitus.]

DIMŌTUS, a, um, *moved, stirred, agitated, troubled*, in diversas partes motus, agitatus. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 80. Murmur aquæ corpore dimotæ. *Id. in Halieut.* v. 23. Dimotæ cauda arenæ. ¶ Item remotus. *removed, sent out of the way. Tacit.* 2. *Hist.* c. 49. Dimotis omnibus, paulum requievit. *Lactant.* l. 6. c. 1. *ad fin.* Stipati familiarium gregibus per dimotum populum incedant. *h. e.* lictore turbam submovente. V. *Submotus.*

DIMOVĔO, es, ovi, otum, a. 2. *to move, move about, stir*, διακινέω, ἀποτρέπω, in diversas partes moveo. *Virg.* 2. *Georg.* v. 513. Agricola incurvo terram dimovit aratro. *Horat.* l. 1. od. 23. v. 6. seu virides rubum dimovere lacertæ. *Ov. …* 8. *Metam.* v. 641. Inde foco tepidum cinerem dim…it, et ignes Suscitat hesternos. *Id. Heroid.* ep. 19. v. 48. Lentaque dimotis brachia jactat aquis. *Cels.* l. 3. c. *ult.* sect. 3. Pila, similibusque superiores partes dimovendæ. *Id.* l. 2. c. 14. *ad fin.* Dimovere manus. ¶ *Id.* l. 4. c. 24. Inambulatione leni se dimovere. ¶ *Dimovere os* est hinc inde motis labiis os aperire, et loqui. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 638. Raucaque dimovit talibus ora sonis. ¶ Item loco movere, dispellere, removere (quommodo autem a *demoveo* distinguatur, in eo verbo adnotavimus) *to thrust or put aside, remove, displace. Virg.* 4. *Æn.* v. 7. Humentemque aurora polo dimoverat umbram. *Id.* 5. *Æn.* v. 838. delapsus Somnus ab astris Aera dimovit tenebrosum, et dispulit umbras. *Horat.* l. 3. od. 5. v. 51. Dimovit obstantes propinquos, Et populum reditus morantem. *Plin.* l. 8. c. 7. Elephanti tanta narratur clementia contra minus validos, ut in grege pecudum occurrentia manu dimoveat, ne quod obterat imprudens. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 29. *extr.* Dimovere aliquem ex possessione. *Horat.* l. 3. od. 8. v. 10. Corticem adstrictum pice dimovebit Amphoræ fumum bibere institutæ. *shall remove. Terent. Adelph.* 2. 1. 16. Cave, oculos a meis oculis quoquam dimoveas tuos. *that you turn your eye away from me once.* ¶ Translate *Cic. pro Sext.* c. 47. De civitate maluit, quam de sententia dimoveri. *et mox.* Quem neque periculi tempestas, neque honoris aura potuit unquam de suo cursu aut spe, aut metu dimovere. *Id. pro Planc.* cap. 22. Dimovere aliquem loco suo. *h. e.* a constantia removere. *Id. Parad.* 1. *extr.* Voluptas mentem e sua sede et statu dimovet. *Sallust. in Jug.* c. 46. Quos spes societatis a plebe dimoverat. *h. e.* alienaverat. *Horat.* l. 1. od. 1. v. 11. Gaudentem patrios findere sarculo Agros, Attalicis conditionibus Nunquam dimoveas, ut, &c. *h. e.* permoveas, persuadeas. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 51. Odium in alios struere, atque a nobis dimovere. *Id.* 2. *de Invent.* c. 28. Remotio criminis est, cum ejus intentio facti in alium dimovetur. *h. e.* transfertur. In plerisque *Cicer.* allatis locis, item *Terent.* alii leg. *demoveo:* quod V. ¶ Pro distinguere, separare. *Sallust.* orat. 1. *ad Cæsar. circa med.* Considera, quale sit id, de quo consultas: ita bonis malisque dimotis, patenti via ad verum perges. ¶ *Dimovere moras* apud *Senec. in Hippol.* v. 587. est removere, tollere, rumpere.

DINDYMĒNE, es, f. Δινδυμήνη, Cybele: a Dindymo monte ubi colebatur. *Martial.* l. 8. *epigr. pænult.* Non per mystica sacra Dindymenes. Adde *Horat.* l. 1. od. 16. v. 5.

DINDȲMUS, et Dindymos, i, m. et Dindyma, orum, n. plur. Δίνδυμος, et τὰ Δίνδυμα, mons Phrygiæ sacer Cybelæ deum matri, ejusque sacris celebratus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 249. Dindymon, et Cybelen, et amœnam fontibus Iden, &c. *Propert.* l. 3. el. 21. v. 3. Dindymus, et sacræ fabricata juvenca Cybellæ. *Virg.* 9. *Æn.* v. 618. ite per alta Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 20. Dindyma sanguineis famulum bacchata lacertis, et vers. 232. motis ululantia Dindyma sacris. ¶ Adjective sumi videtur in illo *Colum.* l. 10. v. 221. Exstimulet vatem per Dindyma castra Cybelles, Perque Cithæronem, &c. et *Auson.* epist. 25. *ad Paulin.* v. 16. Dindyma Gargarico respondent cantica luco. ¶ Pænultimam produci ne putes in illo *Catull.* carm. 35. *ad Libell.* v. 14. Dindymi dominam, ex eo misellæ, &c. Nam hoc genus carminis eo loco choreum pro spondeo recipere aliquando solet, ut in illo *ejusd.* carm. 1. v. 2. Arida modo pumice expolitum. Sic vers. 8. et 9. &c.

DINOSCO. V. *Dignosco.*

DINŪDO. V. *Denudo.*

DINUMERATĬO, et Denumeratio, onis, f. *a counting, reckoning, numbering*, διαρίθμησις, actus dinumerandi. *Paul. Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 10. *ante med.* Eadem dinumeratione hic quoque octo personas computabimus. *calculation. Id.* lib. 5. *sentent.* tit. 33. Dinumeratio dierum. ¶ Inter figuras verborum recensetur a *Cic.* 3. *de Orat.* c. 54. fitque cum multa singillatim enumerantur. *Quintil.* tamen l. 9. c. 3. *sub fin.* omnino figuram non esse docet, Græce ἀπαρίθμησις, et συναθροισμὸς dici videtur.

DINUMĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to count, reckon, number, tell*, ἐξαριθμέω, idem quod numero, distincte numero. *Cic. Offic.* l. c. 43. Dinumerare stellas. *Id. Verr.* 7. c. 45. et *Terent. Adelph.* 5. 7. 17. pecuniam alicui. *h. e.* numerando persolvere. *Plin.* l. 2. c. 73. horas. *Virg.* 6. *Æn.* v. 691. tempora. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 622. generis dinumerare gradus.

DINUMMĬUM, ii, n. duo nummi. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 14. *Cod. Theod. tit. ult.* leg. 2. Quingentos solidos ex dinummio vectigali, &c.

DIOBOLĀRES MERETRĪCES, quæ duobus obolis conducuntur, inquit *Festus* et *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. Hinc *Plaut. Pœn.* 1. 2. 58. Servulorum sordidorum scorta diobolaria. *Id. Pseud.* 2. 2. 64. Apud anum illam diobolarem, cludam, crassam.

DIOCMĪTÆ. V. *Diogmitæ.*

DIŒCĒSIS, is, f. διοίκησις, gubernatio, administratio, jurisdictio: a διοικέω administro, rego, guberno. Item locus; in quo quis jurisdictionem exercet. *a district, part of a province, department.* Græca quidem vox est, et non semel Græce a *Cicer.* usurpata, ut *Fam.* 13. ep. 53. et 67. Aliquando tamen etiam positione Latina, cum de Græcorum provinciis loqueretur, ut *Fam.* 3. ep. 8. *circa med.* Ut me omnium illarum diœcesium, quæ cis Taurum sunt, omniumque earum civitatum magistratus legationesque convenirent. [† διοίκησις, dicitur *districtus*, ut vulgo dicunt, *sive portio quædam provinciæ, cujus administratio et jurisdictio Prætori commissa est.* Sic Cicero præter Ciliciam tres διοικήσεις in Asia habebat, Cibyraticam, Apamensem et Synnadensem. Hoc sensu Hellespontia διοίκησις dicitur. Hinc hodie quoque Gallis ejusmodi portio provinciæ dicitur *une diœcese. Ernest.*] ¶ Posterioribus temporibus *diœcesis* dicta est plurium provinciarum administratio, quæ simul collectæ parebant Præfecto Prætorii, vel ejus Vicario. *Ammian.* l. 17. c. 7. (*al.* 14.) Aristænetus affectatam recens diœcesim curans vicaria potestate. *Impp. Valens, Gratian. et Valentinian.* lib. 7. *Cod. Theodos.* tit. 6. leg. 3. Per Asianam et Ponticam diœcesim. ¶ Latine *jurisdictio*, et *præfectura* dici potest. *a government.* ¶ Apud Ecclesiasticos Scriptores est locus jurisdictionis Episcopalis. *a diocess. Sidon.* l. 7. ep 6. *a med.* Nulla in desolatis cura diœcesibus parochiisque. *Sever. Sulpic.* dial. 2. c. 3. Visitare diœceses. ¶ Aliquando sumitur pro parochia. *a parish.* Ex multis autem parochiis diœcesis episcopalis constat. *Sidon.* l. 9. ep. 16.

DIŒCĒTES, æ, m. *an agent, steward, overseer*, διοικητής, dispensator, seu qui curationem et quasi dispensationem rerum ac bonorum regis, vel alicujus e magnatibus ac ditioribus suscepit: a διοικέω, administro, rego. Græca vox, quæ Latine scripta reperitur apud *Cicer. pro Rabir. Post.* c. 8. et 10. cum de rebus ad Ægypti regem pertinentibus (ubi hoc nomen muneris erat in usu) verba facit. [† Diœcetes, muneris genus apud reges Alexandrinos.

Ejus mentio ap. *Polyb. Exc. de Vit. et Virt.* pag. 1412. Adde *Valer. Emend.* ii. 20. et ibi *Burm.* v. c. *Ernest.*]

DIOGMITÆ, arum, m. levis armaturæ milites, quos maxime ad frenandas latronum incursiones in Provinciarum finibus constituebant Imperatores. *Ammian.* l. 27. c. 9. (*al.* 20.) Adhibitis semiermibus paucis, quos Diogmitas appellant. *Capitolin. in M. Anton. Philos.* c. 21. Armavit et diogmitas. ¶ Scribunt aliqui *Diocmitæ*. Dicti sunt autem a διώκω, persequor, quia armatura levi instructi, ad persequendos hostes idonei erant.

DIOMĒDES, is, m. Διομήδης, filius Tydei, et Deiphiles, nepos Œnei, Rex Ætoliæ, qui cum reliquis Græcis ad Trojam profectus, adeo strenue se gessit, ut post Achillem, et Ajacem Thelamonium fortissimus haberetur. Fuit Ulyssis amicissimus. Una cum illo rapuit Palladium, et cineres Laomedontis. Certamen singulare habuit cum Hectore, et Ænea. Martem quoque in eo bello vulneravit, item Venerem in dextra manu, dum Æneam illa protegere conaretur. Quam ob rem Dea irata Ægialæ uxori Diomedis tantam libidinem immisit, ut cum Cyllabaro (al. Comete) Stheneli filio concumberet. Hac re cognita Diomedes domum reverti noluit, sed in Apuliam profectus a Dauno filiam in uxorem accepit, et regni partem, ibique Arpos, vel Sipontum apud Garganum montem, item Venusiam, Beneventum, Equum Tuticum, et oppida alia condidit. Ibi legationem accepit a Latino rege Aboriginum auxilia petente adversus Æneam. Venulo legato narravit, Græcos omnes, qui bello Trojano militavissent, pœnas dedisse (V. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 441. *et sequentib. et Virg.* 11. *Æn.* v. 271. ubi narrant in aves fuisse conversos, et quidem vivo Diomede: *Serv.* autem *ibid.* post mortem ejus, cum sui ducis interitum insolabiliter quererentur) itaque precatus, ne se ad id bellum impellerent, hortatus est ad pacem. Quidam ferunt, Diomedem in Apulia repente evanuisse, alii ab Ænea dolo occisum fuisse, alii ab Illyriis. *Serv. in commentar. Æn. variis in locis.* ¶ Diomedis campi, inquit *Fest.* in Apulia appellantur, qui ei in divisione regni, quam cum Dauno fecit, cesserunt. Fuerunt autem ad Aufidum amnem, ubi Cannæ, vicus Romana clade nobilis. ¶ Diomedes alter, rex Bistoniæ, vel potius universæ Thraciæ. Hic cum in Tyria oppido equos suos peregrinorum et hospitum carne aleret, victus ab Hercule, equis ipsis ad devorandum objectus est. *Serv. ad Æn.* 8. v. 300. et *ad* 1. *Æn.* v. 756.

DIOMEDĒUS, a, um, Διομήδειος, ad Diomedem pertinens. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 806. Et Diomedeos Æneas fugerat enses. *h. e.* Diomedis regis Ætolorum. *Claudian. de VI. Cons. Honor.* v. 479. Et Diomedeis tantum præclarior ausis. *h. e.* rebus ab eodem Diomede furtim et noctu gestis cum Palladium Trojæ suffuratus est, &c. Quo pertinet illud *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 179. Qui Diomedei celat penetralia furti. ¶ *Diomedei agri* apud *Martial.* l. 13. epigr. 93. sunt campi Ætoliæ, ubi Diomedes regnavit. ¶ *Diomedea insula* apud *Plin.* l. 3. c. 26. est contra litus Apulum, nunc *Tremiti*, conspicua monumento Diomedis. Alia prope hanc, nunc *Caprara*, vel *S. Donnino. Id. ibid.* Ceterum quinque hoc nomine insulas iis locis enumeranto Geographi, quos V. ¶ *Diomedeas arces* appellat *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 163. aliquot oppida, quæ Diomedes in Italia condidit. ¶ *Diomedeæ aves*, quas Græci ἐρωδιοὺς dicunt, habitabant in una ex insulis Diomedeis. De his dicitur, quod Græcis navigiis lætæ occurrebant, Romana aversabantur. Fuerunt socii Diomedis in eas conversi, ut in voce præced. dictum est. *Serv. ad Æn.* 11. v. 271. et *Plin.* l. 10. c. 44. ¶ *Diomedei equi* fuerunt Diomedis Thraciæ regis humanis carnibus vesci assueti. *Claudian. in præfat.* l. 2. *de rap. Pros.* v. 12. *de Hercule.* Et Diomedeos gramine pavit equos. *Auson.* Edyll. 19. v. 9. Diomedeæ quadrigæ. *h. e.* quatuor illi equi Diomedis Thracis.

DIONÆUS, a, um, Διωναῖος, ad Dionem pertinens. *Virg.* 3. *Æn.* v. 19. Sacra Dionææ matri, divisque ferebam. *Id. Ecl.* 9. v. 47. Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum. *h. e.* Julii Cæsaris, qui genus ducit ab Ænea filio Veneris. *Claudian. in Epithal. Pallad. et Celer.* v. 102. Mira Dionææ sumit velamina telæ. *h. e.* vestem Diones matris Veneris. *Stat.* l. 3. silv. 5. v. 80. Dionæa columba. *scil.* quia sacra est Veneri. *Colum.* l. 10. v. 286. Jamque Dionæis redimitur floribus hortus. *ob eand. rationem.* ¶ *Dionæum antrum* apud *Horat.* l. 2. od. 1. *extr.* est sub Nysa, altero Parnassi jugo, quod Baccho sacrum est. Ita *Acron.* Fortasse autem ita vocatur, quia jocis ibi, et ludo (qui Veneris comitatus est) datur opera: vel quia Venerea carmina, et res ibi dicuntur, qualia nimirum *Horat.* leviore plectro canere se velle, ibi profitetur.

DIŌNE, es, *et Latina positione* Diona, æ, f. Διώνη, nympha, Oceani et Tethyos filia, quæ ex Jove Venerem tertiam (h. e. quæ Vulcani uxor, et Martis mater fuit) peperit. Ita *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 23. ubi Latina positione utitur: Poetæ autem fere Græca. *Hygin. in præfat.* Ætheris et Terræ filiam facit. *Claudian.* l. 3. *de rap. Pros.* v. 483. Venerem quærat deserta Dione. ¶ Sæpissime hoc nomine ipsa filia Venus appellatur. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 461. Terribilem quondam fugiens Typhona Dione. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 3. Alma Dione. Adde 5. *Fast.* v. 309. &c.

¶ Colles Isthmiæ Diones apud *Stat.* l. 2. silv. 7. v. 2. sunt montis Acrocorinthi in Isthmo, in quibus templum fuit Veneri sacrum.

DIONȲSIA, orum, n. Bacchanalia, festa in honorem Dionysii, seu Bacchi, quæ in plerisque Græciæ urbibus triennio quoque celebrabantur, ut docet *Donat.* ad illud *Terent. Heaut.* 1. 1. 110. Dionysia hic sunt hodie: apud me sis volo. Adde *Plaut. Curcul.* 5. 2. 45.

DIONYSIĂCUS, a, um, ad Dionysium, sive Bacchum pertinens. *Auson. in Eclogar. de Feriis Rom.* Et Dionysiacos Latio cognomine ludos Roma colit, Liber quæ sibi vota dicat.

DIONYSĬAS, dis, διονυσιὰς, nomen gemmæ nigræ ac duræ, mixtis rubentibus maculis: quæ ex aqua trita saporem vini facit, et ebrietati resistere putatur. *Plin.* l. 37. c. 10.

DIONYSĬUS, et Dionysus, i, m. Διονύσιος, et Διόνυσος, illud adject. hoc substant. unum est ex cognominibus Bacchi: a Διὸς, Jove, et Νύσα urbe Arabiæ, ubi educatus fuit: vel ut est apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 18. quasi Διὸς νοῦς, Jovis mens. Frequenter ita appellatur a Græcis, a Latinis non item. *Auson. in epist. ante centon. nuptial.* Ne aut Thyonianum mireris, aut Virbium, illum de Dionysio, hunc de Hippolyto reformatum. *Id.* epigr. 30. Ogygia me Bacchum vocat, Osirim Ægyptus putat, Mysi Phanacen nominant, Dionyson Indi existimant. *Plaut.* quoque *Stich.* 5. 2. 13. Bacchum *Dionysum* dicit: item *Accius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* cap. 5.

[* DIONYSONYMPHAS, adis, f. διονυσονυμφὰς, herbæ genus apud *Plin.* l. 24. c. 17. sect. 102. V. *Casignete* in *Appendice.*]

DIOPĒTES, is, m. διοπετὴς, genus ranæ, quam per imbres cælo delabi vulgus putat: a ζεὺς, διὸς, Jupiter, aer, et πέτομαι, volo, as. *Plin.* l. 32. c. 7. Ranæ, quas diopetes, et calamitas vocant. et cap. 10. Jecur ranæ diopetis. ¶ Sunt qui utroque loco leg. *dryophytes*, ut intelligatur ranæ genus in arboribus nascens, atque habitans: a δρῦς, quercus, arbor, et φύω, nascor.

DIOPTRA, æ, f. *an optical instrument*, διόπτρα, Geometris est instrumentum, quo turrium, montiumque altitudines ex intervallo dimetiuntur: a διόπτομαι, perspicio. Ejus usus est etiam in librandis aquis, hoc est ad investigandam altitudinem, aut profunditatem fontis, unde aqua alio per aquæductum ducenda est. *Vitruv.* l. 8. c. 6. Libratur autem dioptris, aut libris aquariis, aut chorobate: sed diligentius per chorobaten, quod dioptræ libræque fallunt. ¶ Item in perspiciendis solis umbris, unde cognoscatur recta earum linea in æquinoctiis ante et post meridiem, aut altitudo et depressio in solstitiis, &c. *Plin.* l. 2. c. 69. Nisi terra in medio mundi esset, æquales dies noctesque haberi non posse, deprehendunt et dioptræ, cum æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus occasusque cernatur, &c.

DIŌRYX, igis, f. *a canal, ditch*, διῶρυξ, fossa, canalis: a διορύττω, perfodio. *Pompon. Mela* l. 3. c. 8. *a med.* Manu factus amnis, ideoque referendus, quod ex Nili alveo dioryge adductus.

DIOS BALĂNUS, f. Διὸς βάλανος, *h. e.* Jovis glans castanearum genus, quas nos *a kind of large chesnut*, ut opinor, dicimus. *Plin.* lib. 15. cap. 23.

DIOSPOLITĀNUS, a, um, ad Diospolim (quod est nomen oppidi Syriæ, Palæstinæ, Ægypti, &c.) pertinens, ut Diospolitana Synodus, *Hieronym.* epist. 79. *ad Alip. et Augustin.*

DIOSPNEUMA, n. Διὸς πνεῦμα, *h. e.* Jovis spiritus. Ita a nonnullis dicitur rorismarini quoddam genus. *Apul. de herb.* c. 79.

DIŌTA, æ, f. *a cup or cask with two handles*, διώτη, vas, seu dolium fictile, duas ansas habens, ad servandum vinum accomodatum: a δὶς, bis, et οὖς, ὠτὸς, auris. *Horat.* l. 1. od. 9. v. 8. Deprome quadrimum Sabina, O Thaliarche, merum diota. ¶ Sunt qui scribunt *dyota* a δύο, duo.

DIOX, genus piscis frequens in Ponto. *Fest.*

DIPHRȲGES, is, f. τὸ διφρυγὲς, metallicum excrementum, quod tum ex lapide pyrite fit cremato in caminis, donec excoquatur in rubricam; tum ex luto cujusdam specus in Cypro, arefacto prius, deinde sarmentis usto: tum in fornacibus æris, fæce subsidente. Differentiæ siquidem, quod æs defluit, scoria extra fornaces, flos supernatat, diphryges remanet. *Plin.* l. 34. c. 13. Facile ab ea discernitur, quam in officinis diphrygem vocant, &c. Deinde subdit ea, quæ modo dicta sunt. Est autem a δὶς, bis, et φρύγω, torreo. *Cels.* l. 5. c. 7. enumerat inter ea, quæ corpus exedunt. Habet enim usus aliquot in quibusdam medicamentis, ut videre est apud *eund. ibid.* c. 22. et *Scribon. Larg. compos.* 227. et 247.

DIPHTHONGUS, i, *a diphthong, two vowels in one sound*, δίφθογγος, duas habens voces: a δὶς, bis, et φθόγγος, sonus. Græca vox est, et adjectiva, et usurpatur a Grammaticis, cum duæ vocales, quæ singulæ suam vocem habent, in unam contrahuntur, ut *æ, au, œ. Martian. Capell.* l. 3. *Priscian.* l. 1. pag. 561. *Putsch.* &c.

DIPHȲES, διφυὴς, duplicem naturam habens: a δὶς, bis, et φύω, nascor, sum. Apud *Plin.* l. 37. c. 10. (ut quidem legit *Harduin.*) nomen est gemmæ duplicis, candidæ et nigræ, maris et feminæ, genitale utriusque sexus distinguente linea.

DIPLANGĬUM, ii, n. vas duplex, *h. e.* vas fictile quoddam, in aliud æneum immissum: a διπλοῦς, duplex, et ἀγγεῖον, vas. *Reines. Variar. lection.* l. 3. c. 11. auctorem citat *Theodor. Priscian.* l. 1. c. 19.

[* DIPLASĬUS, a, um, adject. διπλάσιος, duplex, duplo major. *Martian. Capell.* l. 9. pag. 330. *Grot.* Per genus, cum diplasium, aut hemiolium simul jungimus, vel quod ex pluribus æqualiter copulatur.]

DIPLINTHĬUS, a, um, adject. constans duorum laterum ordine, ut diplinthius paries, *a wall of the thickness of two bricks*, apud *Vitruv.* l. 2. c. 8. a δὶς, bis, et πλίνθος, later. Sic triplinthius paries, *of the thickness of three bricks. Vitruv. ibid.*

DIPLŎIS, idis, f. διπλοῒς, vestis genus amictui aptum, non indutui. Videtur autem esse pallium ita involutum corpori, ut altera ejus pars alteri super injecta duplici amictu tegat: a διπλόος, duplex: quamquam et universim pro quocumque superiori vestimento accipi potest. *Sulpic.* l. 1. *Hist. sacr.* c. 35. Diploidem tamen ejus abstulit. *Novius* quoque apud *Non.* c. 4. n. 219. si sana est lectio. Certamus sine diploide.

DIPLŌMA, atis, n. *a charter, writing containing some public order, mandamus, diploma*, δίπλωμα, litteræ Principis, aut Magistratus, quibus aliquid alicui conceditur: ita dictæ a forma, quia formabantur in modum tabellarum duplicium, de quibus V. in *Duplex*. Est enim vox Græca a διπλόομαι, duplico. *Cic. Fam.* 6. ep. 12. Diploma statim non est datum. *et mox.* Perceleriter se ablaturum diploma. *h. e.* quo Cæsar Balbo, qui a Pompeio steterat, reditum concedebat. *Id. Attic.* 10. ep. 17. De diplomate admiraris. *h. e.* facultate excedendi Italia. *Modestin. Dig.* lib. 48. tit. 10. leg. 27. Qui falso diplomate usus commeavit. *h. e.* facultate discedendi e castris. *Sueton. in Ner.* c. 12. Quibus post editam operam diplomata civitatis R. singulis obtulit. *h. e.* litteras quibus jus civitatis concedebatur. *Plin.* l. 10. *ep. pœnult.* Neque cuiquam diplomata commodavi, neque in rem ullam, nisi tuam. *h. e.* facultatem utendi in itinere cursu publico. *license to go by the public conveyance:* quæ et *evectio* dicitur. *Id. ibid.* ep. 14. Festinationem tabellarii diplomate adjuvi. Sic *Venulei. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 37. *post init.* Diplomate diebus et noctibus iter continuare. *et paulo post.* Si diplomate usus, aut felici navigatione, maturius pervenerit Ephesum. *Eod.* sensu a *Senec.* l. 1. *de clem.* c. 10. *extr.* usurpatur. *Sueton. in Aug.* c. 50. In diplomatibus, libellisque, et epistolis signandis Sphinge usus est. ¶ *Servus a diplomatibus* est inter officia domus Augustæ: cujus munus erat diplomata scribere. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 885. n. 4. et apud *Donium* class. 17. n. 22. ¶ Est qui scribit *duploma*, quod a διπλοῦς fiat *duplus*.

[* DIPLOMARĬUS, a, um, adject. ad diploma pertinens, ut *tabellarius diplomarius*. Legitur hæc vox in quadam tessera utrinque litterata, quam ex *Oderico* pag. 230. n. 83. refert *Morcellus de stil. Inscript. Latin.* pag. 258. Thoantis Ti. Cæsaris Aug. dispensatori (*dispensatoris*) ab tobis (*tubis*.) In altera vero parte ejus tesseræ. De statione Cæsaris Aug. tabellaris diplomari discede. Quæ huc spectant, ita explicantur. Suos tabellarios Princeps habebat sibi uni addictos. Hi de statione Cæsaris Augusti esse dicebantur, quod ibi fere in statione manerent, ubi Princeps moraretur. Erant igitur *tabellarii diplomarii* appellati, qui Principis diplomata ferebant, *h. e.* litteras ad cursum publicum usurpandum, vel quibus aliquid uni vel pluribus concedebatur. V. *Diploma*. Addit vero *Morcellus* pag. 259. *Tabellarem* et *tabellarium* dixisse veteres, verisimile est, ut *tabularem* et *tabularium*. *Diplomari* vocativo casu scriptum vel ex usu, vel quod *E* littera deest, ut *S* in *dispensatori*. Non sunt autem peregrina habenda, aut quasi parum Latina repudianda vocabula, quæ sint in familia usurpata Tiberii, cui *Monopolium* et *Emblema* displicuisse scimus (*Sueton. in Tib.* c. 71.) Extremo verbo *discede* viam tabellarius inire jubebatur.]

DIPONDIARĬUS, et Dupondiarius, a, um, *of two pounds*, ad dipondium pertinens. *Colum.* l. 4. c. 30. Perticæ cacuminum, modicæ plenitudinis, quæ tamen dipondiarii orbiculi crassitudinem non excedant, optime panguntur. *h. e.* circuli tam lati, quam est moneta duorum assium, quam *dipondium* vocabant. ¶ *Dupondiarius as* idem est, quod dipondius. *Plin.* l. 34. c. 2. Æs Marianum aurichalci bonitatem imitatur in sestertiis, dupondiariisque. [¶ Dipondiarius dominus apud *Petron.* c. 58. et dipondiarius homo c. 74. est dominus, et homo nullius pretii, qui dipondii est æstimandus. Hinc *Id.* c. 58. ait, Dupondii non facio matrem.]

DIPONDĬUS, *et* um, *vel* Dupondius, *et* um, m. aut n. sed m. usitatius, moneta Romana duos valens asses. *two pounds or* asses. Pondo enim libram significat: porro asses initio libræ pondo facti sunt, et *assipondia* dicti: cusa est etiam moneta, quæ duos asses valeret: hæc est *dipondius:* quæ procedente tempore, ad diminutionem assis ipsa quoque diminuta est. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 49. Dicitur a multis duobus modis, hic dupondius, et hoc du-

pondium. *et paulo post.* Dupondius dictus, quod duo asses pendebat. (Adde lib. 4. c. 36.) *Petron. in Satyr.* c. 14. Præter unum dupondium, nihil ad manum erat. ¶ Per catachresim sumitur pro mensura duorum pedum. *Colum.* l. 11. c. 2. *post init.* Solum defoditur in altitudinem dipondii semissis, operis quinquaginta. *Id.* l. 3. c. 13. Sulcus altus dupondio et dodrante. Adde lib. 4. cap. 1. ¶ Ad scriptionem quod attinet, magis Latinum videtur si per *du* scribatur, nempe a *duo*, quam si per *di*, quod Græco δὶς, bis, proxime accedit.

DIPSĂCOS, i, f. δίψακος, herba est folia habens lactucæ, bullasque spinosas in dorsi medio, caulem duum cubitorum, iisdem spinis horridum, genicula ejus binis foliis amplectentibus, concavo alarum sinu, in quo subsistit ros salsus. *Plin.* l. 27. c. 9.

DIPSAS, ădis, f. διψὰς, genus viperæ, cujus morsu icti siti perire dicuntur, quod ipsa quoque semper sitire creditur: a δίψα, sitis. *Lucan.* l. 9. v. 610. in mediis sitiebant dipsades undis. et vers. 718. torrida dipsas. et vers. 754. fatique minorem Famam dipsas habet, terris adjuta perustis. *Sil.* l. 3. v. 312. rabidas effervescente veneno Dipsadas immensis horrent Garamantes arenis. Adde *Plin.* l. 23. c. 8. [¶ Nomen est lenæ valde accommodatum, quam *Ovidius* insectatur, quod puellam suam meretricia arte instrueret. *Amor.* l. 1. el. 8. Est quædam (quicumque volet cognoscere lenam, Audiat) est quædam nomine Dipsas anus.]

DIPTĔROS, a, um, *with two wings; with double rows of pillars,* δίπτερος, duas alas habens: a δὶς, bis, et πτερὸν, ala. A *Vitruv.* l. 3. c. 1. dicitur *ædes dipteros,* quæ duas habet veluti alas columnarum, quibus aspectus ipse ædis formatur. Dipteros, inquit, octastylos et pronao, et postico: sed circa ædem duplices habet ordines columnarum, uti est ædes Quirini, &c.

DIPTŌTA, orum, n. *diptotes, nouns having but two cases,* δίπτωτα, dicuntur nomina duos tantum casus habentia. ut *Suppetiæ, suppetias.* Sic triptota, tetraptota, pentaptota, quæ tres, quatuor, quinque casus habent: a δὶς, bis, et πτῶσις, casus. *Diomed.* l. 1. pag. 288. *Putsch.* et *Priscian.* l. 5. pag. 672. Sic monoptota, quæ unam tantum positionem habent, ut *nequam. Priscian. ibid.* ¶ In singulari num. diptotos, triptotos, tetraptotos forma, dicitur a *Consent. in Arte, ibid.* pag. 2034.

DIPTȲCHUS, a, um, *folded, doubled,* δίπτυχος, plicatus, duplicatus: a πτυχὴ, plicatura. Diptycha, δίπτυχα, sunt tabellæ plicatiles, quæ panduntur et clauduntur, habentque usum litteris, præsertim amatoriis, conscribendis: et Latina appellatione *duplices* appellari possunt. *Vet. Scholiast. Juvenal. ad* sat. 9. v. 36. Blandis epistolis et diptychis sollicitare. ¶ Diptycha Consulum, Quæstorum, &c. erant tabellæ eorum nominibus inscriptæ, et imaginibus adornatæ, quas ipsi ad amicos mittebant apophoreti vice, et in vulgus spargebant ipso die magistratus initi. *Symmach.* l. 2. epist. 80. (*al.* 81.) et lib. 5. epist. 54. (*al.* 56.) et lib. 9. epist. 109. (*al.* 119.) et lib. 15. *Cod. Theodos.* tit. 9. leg. 1. ¶ Ea tacito nomine designare videtur *Claudian. in II. Consul. Stilich.* v. 346. *et sequentib.* ¶ Fuerunt et Episcoporum diptycha, de quibus *Venant. Fortun.* l. 10. carm. 7. v. 34. Nomina vestra legat Patriarchis atque Prophetis, Cui hodie in templo diptychus edit ebur. ¶ *Diptychon* inscribitur libellus *Prudentii,* quo tetrastichis vetus et novum testamentum ille complectitur: quæ sunt veluti duæ tabulæ, quibus universa divina lex et institutio continetur. ¶ Qui *dypticus* scribunt, male scribunt.

DIPȲLUM, i, n. δίπυλον, nomen portæ Athenarum, quæ in Academiam ferebat. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 1. et *Liv.* l. 31. c. 24. qui etiam describit. Dicta est a δὶς, bis, et πύλη, porta: quia major erat quam ceteræ.

DIPȲROS, i, adject. *twice burnt,* δίπυρος, bis ustus: a δὶς, bis, et πῦρ, ignis. *Martial.* l. 4. epigr. 47. Encaustus Phaeton tabula depictus in hac est. Quid tibi vis, dipyron qui Phaetonta facis?

DIRADĪO, as, a. 1. radios hinc inde emitto. Translate *diradiare vitem* apud *Colum.* l. 5. c. 6. *sub fin.* est eam in ramos diducere, et traducibus dispergere in modum radiorum. Al. leg. *disrarare.*

DIRÆ, arum, f. *curses, imprecations,* ἀραὶ, execrationes, et imprecationes, quæ horrende in aliquem effundebantur, Deos quosdam inauditos compellando, quibus quisquis devotus erat, credebatur maximo affici infortunio: a δεινὸς, terribilis, gravis. Vulgo *diras,* quasi Deorum iras dici aiunt. Sunt enim *Diræ* deæ, Noctis filiæ, eædem quæ Furiæ, et Eumenides, Jovis ministræ, quarum opera morbos, lethum, bellum, et cetera mala mortalibus immittit. *the Furies.* Sed priori vocabulo appellantur in cælo, altero in terris, tertio apud Inferos: quamvis hoc perpetuum non est. *Virg.* 12. *Æn.* v. 845. Dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ, Quas, et Tartaream Nox intempesta Megæram Uno eodemque tulit partu, &c. V. ibi quæ sequuntur. *Id.* 7. *Æn.* v. 324. et 454. Diræ sorores. *Id.* 4. *Æn.* v. 473. Ultrices diræ. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 803. mors sera viam, tentataque claudat Effugia, et nostras nequeat præcurrere diras. *Tibull.* l. 2. el. 7. v. 35. Tunc tibi, lena, precor diras. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 24. Meditatas compositasque diras imprecari. *Plin.* l. 8. c. 7. Ut diras Pompeio, quas ille mox luit, imprecaretur. *Id.* l. 4. c. 8. *extr. de Orco amne.* Pœnales aquæ dirisque genitæ. *Flor.* l. 2. c. 6. Saguntinorum ultimæ diræ. *Horat.* epod. 5. v. 89. Diris agere aliquem. *Aurel. Vict. in Epit.* c. 21. Fratrem suum interemit. ob quam causam furore pœnas dedit Dirarum insectatione: quæ non immerito ultrices vocantur. ¶ *Diræ* etiam dicuntur obscenæ volucres, et alia tristia signa mali ominis. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 16. M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. *Plin.* l. 28. c. 2. In augurum disciplina constat, neque diras, neque ulla auspicia pertinere ad eos, qui quamque rem ingredientes, observare se ea negaverint. *Id. ibid. ad fi.* Sternutamento revocari ferculum, inter diras habetur. ¶ In singulari num. usurpavit *Serv. ad* 5. *Æn.* v. 7.

DIRAPĬO, is, pro *diripio,* dixit *Apul. de Deo Socrat. sub fin.* De quo quidem nescio qua ratione dirapimur. *h. e.* distrahimur, avellimur. Al. leg. *disrapimur.*

[DIRĀRO, as, V. *Disraro* in *Appendice.*]

DIRCA. V. *Dirce.*

DIRCÆUS, a, um, *Theban,* Διρκαῖος, Thebanus, a Dirce fonte. *Virg. Ecl.* 2. v. 24. Amphion Dircæus. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 25. Dircæus cycnus. *h. e.* Pindarus. *Stat.* 2. *Theb.* v. 142. Dircæus heros. *h. e.* Polynices rex Thebarum. *Lucan.* l. 4. v. 550. semine Cadmi Emicuit Dircæa cohors. *Claudian. in I. Consul. Stilich.* l. 1. v. 320. Dircæa arva. *Id. de IV. Consul. Honor.* v. 532. tela. *Propert.* l. 3. el. 15. v. 33. Thebæ Dircææ. *Stat.* 1. *Achill.* v. 12. Dircæus ager. *Senec. in Œdip.* v. 588. dens. *h. e.* serpentis a Cadmo Thebarum conditore occisi, ex quo dente nati sunt homines, qui se mutua cæde confecerunt.

DIRCE, es, f. Δίρκη, Lyci Thebarum regis uxor, quam ille duxerat repudiata Antiopa. Verita, ne Antiopam revocaret, impetravit a marito, ut posset illam in vinculis detinere. Antiopa vero tempore partus soluta, gemellos, quos ex Jove conceperat, peperit, Amphionem, et Zethum. Hi Lycum interfecerunt. Dircen vero caudæ indomiti tauri alligarunt, quæ diu ita per terram raptata, tandem deorum commiseratione, quia Liberi patris Baccha fuerat, in sui nominis fontem conversa est, non procul a Thebis, qui in Ismenium fluvium labitur. *Propert.* l. 3. eleg. 13. *Hygin.* fab. 7. et 8. ¶ Hic fons est in Bœotia, teste *Ovid.* 2. *Metam.* v. 239. et *Plin.* l. 4. c. 7. Hinc *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 28. Cærula cum rubuit Lernæo sanguine Dirce. ¶ Ipsa quoque regio Dirce dicta est. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 322. Dircen, Cadmique negatas Apparat ire domos. *h. e.* in Bœotiam, et Thebas. ¶ *Dirca* pro *Dirce* positione Latina. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 65. Quasi Dircam olim duo gnati Jovis devinxere ad taurum.

DIRCENNA, æ, fons Hispaniæ gelidissimus apud Bilbilim urbem, in Salonem fluvium labens. *Martial.* l. 1. epigr. 50. v. 17. Avidam rigens Dircenna placabit sitim.

DIRECTARĬUS, ii, m. *a housebreaker, burglar,* qui furandi causa in alienas domos se dirigit, idest ingreditur. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 11. leg. 7. Item qui directarii appellantur, hoc est hi, qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, plus quam fures puniendi sunt. *Paul.* l. 5. *sententiar.* tit. 4. Quoties alicujus domus introitur ab iis, qui vulgo directarii appellantur.

DIRECTE, *straight, directly,* κατευθὺ, recta, directo. *Cic.* 4. *Acad.* c. 20. Phœnices eo directius gubernant, quod eam tenent, Quæ cursu interiore, brevi convertitur orbe. *h. e.* Ursam minorem. ¶ Translate *Id. in Partit.* c. 7. Ut cum semel dictum sit directe, sicut natura ipsa tulerit, invertatur ordo, et idem quasi sursum versus retroque dicatur. *expressly.*

DIRECTIANGŬLUS, a, um, directum habens angulum. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 230.

DIRECTILINĔUS, a, um, εὐθύγραμμος, directam habens lineam. *Id. ibid.* pag. 229.

DIRECTIM, *straightway, directly,* directe, recta. *Macrob. l. ult. Saturn.* c. 14. *circa med.* Oculorum profluvium per lucem directim pergit, quamdiu corpus offendat. et cap. 12. *ad fin.* Maris inundatio directim in Ægæum pergit. *Apul. in Florid.* n. 23. (*al.* l. 3. *ad fin.*) Lapis directim cæsus. ¶ Translate *Id. de Dogm. Plat.* l. 3. Directim dico inferri, cum eadem particula subjecta est tam in conjugatione, quam in ipsa illatione: reflexim vero, cum hoc fit viceversa.

DIRECTĬO, onis, f. *a directing, aiming, direction, aim,* εὔθυνσις, εὐθυβολία, actus dirigendi. *Vitruv.* l. 7. c. 1. Coagmentorum compositio planam habeat inter se directionem. *Quintil.* l. 3. c. 6. *ante med.* (*al.* c. 7. *extr.*) Conjectura dicta est a conjectu, id est directione quadam rationis ad veritatem. ¶ Linea directa. *Apul. de Mundo.* A polis, velut a cardinibus directio quædam profecta, Axis est dictus. *Al. leg.* discretio.

DIRECTO, adverb. *directly, straightway, immediately,* εὐθὺς, εὐθὺ, κατευθὺ, idem quod directe, recta. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 25. Atomum pondere et gravitate directo deorsum ferri. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 9. Supra ea tigna directo transversas trabes injecerunt. ¶ Translate *Cic. in Partit.* c. 13. Argumentandi duo sunt genera, quorum alterum ad fidem directo spectat, alterum se inflectit ad motum. *Liv.* l. 1. c. 11. *extr.* Directo petiisse arma. Al. aliter leg. *Senec.* ep. 66. *post init.* Quædam prima bona sunt, tanquam gaudium, pax, salus: quædam secunda, tanquam tormentorum patientia, &c. Illa directo optamus nobis; hæc si necesse erit. *h. e.* illa absolute, hæc sub conditione, uti loquuntur Scholæ. *Martian. Dig.* lib. 40. tit. 5. *leg. pænult.* Directo libertas data ancillæ. *h. e.* immediate, et non per alium. *Scævola* lib. 32. *leg. ult.* Non directo, sed per successionem ad filium hereditas patris pervenit. *Paul.* lib. 9. tit. 4. leg. 26. Directo agere cum aliquo.

DIRECTORĬUS, a, um. Directoriæ litteræ sunt, quibus quippiam aliquo dirigitur, mittiturque. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 14. *Cod. Theodos.* tit. 15. leg. 3. Frumenta attingere nullus audeat, aut mutatis directoriis, quoquam, præter sacram urbem, transmittere.

DIRECTŪRA, æ, f. *a laying out by a line, straightening or evening of a surface,* directio, opus directe structum. *Vitruv.* l. 7. c. 3. Quo fundatior erit ex arenato directura, eo firmior erit.

DIRECTUS, a, um, *directed, ordered, straight, right, direct,* εὐθὺς, κατευθὺς, recto ordine positus. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. Tigna directa ad perpendiculum. et lib. 7. c. 72. Fossam ducere directis lateribus, ut ejus solum tantundem pateat, quantum summa labra distant. *Plin.* l. 11. c. 37. *sub init.* Cornua in terram directa. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 93. Directo cursu contendere. *Catull.* carm. 22. *ad Varrum,* v. 7. Membrana directa plumbo. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 98. Tuba æris directi. V. *Æs. Cic. pro Cæcin.* c. 8. Oleæ directo ordine definiunt. *Id. de Senect.* c. 17. Ordines arborum in quincuncem directi. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 40. *extr.* Cacumen ramuli directum ad cælum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Auditus flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex et directum pateret. *Quintil.* l. 5. c. 13. Toto corpore obniti, et ut sic dixerim, directa fronte pugnare. *Liv.* l. 37. c. 23. Directæ in frontem naves. *Vellei.* l. 2. c. 47. Sæpe directa acie, sæpe in agminibus, sæpe eruptionibus. *h. e.* acie instructa, et versa in hostem, et signis justo prœlio collatis. *Gell.* l. 9. c. 1. Ut ictus directiores fiant. *Id.* l. 2. c. 22. Ventus directus in Austrum. *Plin.* l. 5. c. 22. Altitudo montis per directum quatuor millia passuum est. *in a direct line. Senec.* l. 6. *quæst. nat.* c. 20. Cadere in directum. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 2. In directo pedum octo esse, in anfracto sexdecim. *Gell.* l. 2. c. 1. Ore, atque oculis eundem in locum directis. *turned, directed, fixed.* ¶ *Directus paries* est, qui parieti communi extrema sui parte ita adhæret, ut figuram referat litteræ ⊢ prostratæ; ita ut linea transversa sit paries communis, recta vero directus, qui cum communi angulos rectos faciat. Ita *Hotoman. in Lex. Juris. Cic. in Top.* c. 3. Omnibus est jus parietem directum ad parietem communem adjungere. ¶ *Directus locus* in rectum abruptus, et præceps. *precipitous, headlong, steep. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 45. Præruptus locus erat, utraque ex parte directus. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 18. O præclaram beate vivendi, et apertam, et simplicem, et directam viam. *Id. pro Cæl.* cap. 17. Iter directum ad laudem. et cap. 18. Non semper superet vera illa et directa ratio: vincat aliquando cupiditas, &c. ¶ Aliquando ponitur pro rigido, severo, et qui nulla ratione flecti potest. *strict, severe, inflexible. Id. ibid.* c. 16. Huic tristi ac directo seni responderet Cœlius. *Al. leg.* decrepito. *Id. pro Rosc. Com.* c. 4. Quid est in judicio? directum, asperum, simplex: quid est in arbitrio? mite, moderatum. ¶ *Directa oratio* dicitur a *Justino* l. 38. c. 3. *extr.* quæ directa loquendi ratione tribuitur illi, qui loquens inducitur: cui opponitur, quæ per infinitum modum perpetuo effertur. Utriusque exempla passim apud *Livium.* V. *Obliquus.* ¶ *Directa actio* dicitur, quæ legitima est, et recta ex verbis legis descendit: item quæ in solidum alicui competit: item quæ contrariæ opponitur. *Paul. Dig.* lib. 3. tit. 5. leg. 46. Nec refert, directa quis, an utili actione agat. Adde lib. 9. tit. 4. leg. 26. et *Ulpian.* lib. 3. tit. 5. leg. 19. &c. ¶ *Directa verba* sunt, quæ missis ambagibus, directo et simpliciter aliquid significant. *Liv.* l. 21. c. 19. Hæc directa percunctatio ac denuntiatio belli magis ex dignitate populi R. visa est, quam, &c. ¶ Apud JCtos directa verba sunt *heres esto, do, lego, præcipio,* et hujusmodi: quibus opponuntur verba fideicommissi, vel precaria, et inflexa. *Imp. Constantin.* l. 6. *Cod.* tit. 23. leg. 15. &c. Sic *directæ, et fideicommissariæ* libertates opponuntur. *Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. 4. leg. 12. et *Terent. Clem. ibid.* leg. 28. Sic *institutio directa, et precaria* apud *Ulpian.* lib. 29. tit. 1. leg. 19. ¶ *Directus* pro *dissectus* V. in *Dirigo.*

DIREMPTĬO, et Diremtio, onis, f. *a separation, breaking off,* διάλυσις, divisio, separatio: item productio temporis, vel rei in aliud tempus, &c. a *dirimo. Cic. pro Planc.* c. 6. Nihil est, quod populo supplicetur, nihil, quod diremptio, nihil, quod supplicatio magistratuum exspectetur. V. *Diribeo.* Adde *Valer. Maxim. initio* cap. 7. lib. 4.

DIREMPTUS, et Diremtus, a, um, *separated, divided, broken off,* separatus, disjunctus. *Lucret.* l. 1. v. 114. an anima nascentibus insinuetur, Et simul intereat nobiscum morte dirempta. *Plin. in Paneg.* c. 32. Dirempta mari gens. *Liv.* l. 32. c. 10. Quia diremti medio amne fuerant. ¶ De illo *Cicer. ad Q. Fr.* l. 3. ep. 4. Cato diremptis tabellis, &c. V. in *Diribeo.*

DIREMPTUS, et Diremtus, us, m. *a separation*, diremptio. *Cic. Tuscul.* l. 1. c. 29. Est enim interitus quasi discessus, et secretio, ac diremptus earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur. Al. leg. *direptus.*

DIRĔPO. V. *Derepo.*

DIREPTĬO, onis, f. *a plundering, ransacking, pillaging,* διαρπαγὴ, actus diripiendi. *Cic.* 4. *Fam.* ep. 1. Urbem sine legibus, sine judiciis, sine jure, sine fide relictam direptioni, et incendiis. *Id.* 1. *Catil.* c. 7. Vexatio direptioque sociorum. *Id.* 4. *Fam.* ep. 15. Direptiones bonorum. *Sueton. in Claud.* c. 21. *a med.* Expugnatio et direptio oppidi.

DIREPTOR, oris, m. *a plunderer, spoiler,* qui diripit. *Cic.* 3. *Phil.* c. 11. Urbis direptor et vexator Antonius. *Id.* 2. *Catil.* c. 9. Prædatores et direptores.

DIREPTUS, us, m. direptio. *Spartian. in Sever.* c. 19. Invadentibus multis rempubl. res Romana prædonibus direptui fuit. V. etiam *Diremptus, us.*

DIREPTUS, a, um, *plundered, ransacked, pillaged,* διαρπαγείς. *Cic. pro leg. Manil.* c. 9. Res bello ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat. *Id.* 5. *Attic.* ep. 20. *ante med.* Direpto et vastato Amano. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 17. Legio pulsa, et impedimenta direpta. *Virg. Æn.* 2. v. 563. Direpta domus. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 731. membra viri manibus direpta nefandis. *torn, mangled.*

DIRIBĔO, es, ui, a. 2. *to distribute,* divido, distribuo. De etymo alii alia. V. *Voss.* P. Manutius: *Diribere,* et *dirimere*: illud tabellarum, hoc suffragiorum vi[illegible]o proprium verbum fuisse, neutrum autem satis fuisse manifestum. Diribere tabellas, significat distribuere. Diribebantur autem iis, qui suffragium laturi essent. Nec dubito quin legendum sit *diribeantur*, non *diripiantur*, apud *Cicer. in Pisonem*, c. 40. in eo loco, An exspectas, dum de te quinque et septuaginta tabellæ diripiantur? Ita hoc verbum non in Comitiis solum, verum etiam in judiciis usurpatum patebit. Nam hoc proximum exemplum satis plane judicium quod Pisoni Cic. minatur, significat. *Plinius* autem ad alias res transtulit hoc verbum. Ait enim lib. 36. c. 15. a med. *Hic est ille domitor orbis populus, qui gentes et regna diribet.* Quod autem in oratione pro *Planc.* c. 6. vir diligens, et eruditus legendum putat pro *direptio, diribitio*, rectius, opinor, sensisset, si *diremptio* reponere maluisset. Cum enim populus, aut judices tabellas, voluntatis indices in cistas deposuerant, tam, ut intelligeretur, quæ tabellæ legem probarent, quæ rejicerent, aut quæ reum absolverent, quæ condemnarent, omnes dinumerari, et separari necesse erat. Id autem *dirimere, to separate the different tablets, count the votes in order to know what each tribe or century had decided,* eaque actio *diremptio* vocabatur. Id ita esse plane demonstrat *Varro de R. R.* lib. 3. c. 2. *Comitiis,* inquit, *Ædilitiis, cum ego, atque Axius suffragium tulissemus, Axius mihi, Dum dirimuntur,* inquit, *suffragia, vis potius Villæ publicæ utamur umbra?* Sic enim scriptum est in veteribus libris, non ut a quibusdam hujus verbi vim ignorantibus nimis temere est intrusum, *diribentur.* In *epist.* quoque 4. l. 3. *ad Q. Fr. Cato,* inquit, *diruptis tabellis de circulo se subduxit*, ubi *diremptis*, legi malim. Perspicue autem hujus verbi sententiam demonstrat *Lucan.* l. 5. v. 392. *fingit solemnia campus, Et non admissæ dirimit suffragia plebis,* pro *dinumerat*, et *discernit.* Hæc *Manut.* cujus sententiæ confirmandæ facit et illud *Cicer. in fragm. pro C. Cornel.* apud *Ascon.* Dum tabellæ diribentur, dum sitella differtur, dum æquantur sortes, &c. et *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. *extr.* Narrat, ad tabulam, cum diriberent quendam deprehensum, &c. et *Valer. Max.* l. 9. c. 12. sect. 7. Licinius Macer repetundarum reus, dum sententiæ diriberentur in Mænianum conscendit.

DIRIBITĬO, onis, f. distributio. Affertur locus ex *Cic. pro Planc.* c. 6. Sed dubia est lectio. V. in *Diribeo. Gruterus* quoque ex omnibus MSS. et veteribus editionib. reponit *direptio.* [At certissimæ auctoritatis est locus *Symmach. orat. in Patr.* c. 3. Abest cera turpis, diribitio corrupta clientelarum cuneis, sitella venalis.]

DIRIBĬTOR, oris, m. *an officer appointed to distribute the tablets amongst the Roman citizens in their assemblies, on which each citizen marked his suffrage,* distributor. *Diribitores* in Comitiis, et in Judiciis erant, qui tabellas dividebant, idest singulis civibus, vel judicibus distribuebant, deinde peractis suffragiis tabellas omnes secernebant ex. gr. in tres ordines, ut constaret, ex. gr. plures ne absolverent, an condemnarent, an ampliandum putarent. *Cic. post redit. in Sen.* c. 11. Quando illa dignitate tot rogatores, diribitores, custodesque vidistis? ¶ In conviviis dicti sunt, qui scutellas disponerent, et cibos distribuerent, carperentque. *Apul.* l. 2. *Metam.* Diribitores plusculi, splendide amicti, fercula copiosa.

DIRIBITORIUM, ii, n. *a large building in which soldiers received their pay,* λογιστήριον, videtur fuisse locus, in quo recensebatur exercitus, et stipendia numerabantur: a *diribendo*, idest, distribuendo. *Sueton. in Claud.* c. 18. *Plin.* l. 16. c. 40. [† Quod Διριβιτώριον scribit *Dio* 55. 23. et 55. 7. eodem teste fuit ædificium omnium amplissimum eorum, quæ sub uno culmine fuere, cujus tectum ideo restitui non potuit *Dionis* ætate, quod committi non amplius posset: ab Augusto dedicatum. Videtur successisse in locum *villæ publicæ* de qua *Varro R. R.* 3. 2. pr. et adhibitum ad hoc, ut commodius in umbra peragi quædam a magna multitudine possent, forte etiam pro ipsis septis comitiorum. . . . . . Locus erat Romæ, a M. Marcello ædificatus, in quo recensebatur exercitus, et stipendia militiæ numerabantur, a *diribendo*, i. *distribuendo*: et *diribitores*, distributores. Hæc *Cæl.* 7. 6. *Gesner.*]

DIRIGĔO, es, ui, n. 2. *to grow stiff or motionless; to curdle or freeze,* ἀποῤῥιγέω, idem quod rigeo, præ frigore, metuve durus, rigidus, immobilis fio. *Ovid. Metam.* 5. v. 232. conanti sua flectere lumina cervix Diriguit, saxoque oculorum induruit humor. *Virg.* 3. *Æn.* v. 259. At sociis subita gelidus formidine sanguis Diriguit. *was chilled or frozen.* Al. leg. *deriguit* eod. sensu. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 116. Diriguere metu Minyæ. *Id.* 3. *Fast.* v. 332. hirsutæ diriguere comæ. *stood an end. Lucan.* l. 3. v. 617. Diriguitque manus strictis immortua nervis. *Virg.* 7. *Æn.* v. 446. subitus tremor occupat artus: Diriguere oculi. *Al. leg.* deriguere *eod. sensu.* Est autem hoc mentis extra se positæ, stuporis et insaniæ signum. Hinc apud *Plaut.* medicus eum, quem insanum suspicatur, ita interrogat, *Men.* 5. 5. 24. Dic mihi: solent tibi unquam oculi duri fieri? *Quintil.* declam. 12. c. 8. Subiit furor, et alienatio mentis, et tota sui arbitrii fames facta est: animus malis diriguerat, &c. *h. e.* obcalluerat, nec amplius sentiebat. ¶ Extra præteritum tempus, nullus est, quod sciam, hujus verbi usus.

DIRĬGO, is, exi, ectum, a. 3. *to direct, place straight,* κατευθύνω, rectum aliquid colloco, recta linea struo. *Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 10. Coronam si diviseris, arcus erit; si direxeris, virga. *Liv.* l. 31. c. 27. *extr.* Dirigere aciem. *h. e.* rectis ordinibus instruere, *to arrange, range, draw up. Id.* l. 37. c. 23. *ad fin.* Dirigere in frontem. *to set in array. Hirt. de B. Afric.* c. 13. Dirigere aciem mirabili longitudine. *Flor.* l. 4. c. 12. Per Rheni ripam quinquaginta amplius castella direxit. *Liv. in fi.* l. 5. Festinatio curam exemit vicos dirigendi. *h. e.* recta linea exstruendi. *Curt.* l. 4. c. 3. Molem in adversum ventum, non latere, sed recta fronte direxit. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 17. Romulus lituo regiones direxit tum, cum orbem condidit. *h.e.* descripsit, *marked out. Liv.* l. 39. c. 27. Dirigere fines. *to determine, limit, or mark out the boundaries.* ¶ Importat etiam motum aliquem et progressionem rei, quæ contra aliud recta tendit, *to direct, guide, point, steer, level, aim. Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 56. Dirigere aciem oculorum ad aliquem. *Virg. Æn.* 1. v. 405. qua te ducit via, dirige gressum. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 11. Cum iter ad Mutinam dirigerem. *shaped. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 30. Dirigere iter terra secundum naves hostium. et lib. 3. c. 25. cursum ad litora. *to make for. Nepos in Chabr. c. ult.* aliquo navem. *Vellei.* l. 2. c. 19. cursum in Africam. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 53. Ab Etesiis maritimi cursus celeres certique diriguntur. *h. e.* recto cursu naves impelluntur. *Plin. in fi.* lib. 4. Certior mensura ad occasum solis æstivi, per castra legionum Germaniæ, ab iisdem dirigitur Alpibus. *Valer. Flacc.* v. 568. l. 1. Direxit per inane facem. *h. e.* jaculatus est. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 18. Arcu tela dirigere. *Ovid. Metam.* 8. v. 400. Aper direxit in inguina dentes. *Virg.* 6. *Æn.* v. 57. qui Paridis direxti tela manusque Corpus in Æacidæ. *direxti* syncope pro *direxisti*. *Curt.* l. 7. c. 4. *sub fin.* Hastam in os adversarii dirigere. *Senec. in Herc. Œt.* v. 160. Dirigere vulnera alicui. *h. e.* in aliquem. (Adde *Virg.* 10. *Æn.* v. 140. et *Tacit.* 2. *Histor.* c. 35.) *Plin.* l. 18. c. 6. *extr.* Occæcare fossas, et in alias majores patentioresque dirigere. ¶ Absolute *Senec.* ep. 53. Protinus per altum ad Nesida direxi. *subaudi* cursum, aut navem. *Apulei.* l. 2. *Metam.* Cominus, si vir es, dirige. *subaudi* te. ¶ Translate est recta convertere. *Cic. in Orat. in fi.* Nec quidquam adhuc inveni firmius, quo judicium meum dirigerem, quam, &c. *to apply, direct. Brut. ad Cicer.* ep. 16. *sub fin.* Si flexerit adversus alios judicium suum, quod tanta firmitate, ac magnitudine direxit in exturbando Antonio. *Cic.* 4. *Acad.* c. 20. Meas cogitationes dirigo ad rationes has latiore specie, non ad tenue elimatas: eo fit, ut errem et vager latius. *I turn my thoughts. Id. in Top.* c. 23. Ad animi bona vel mala omnis dirigenda oratio est. *Curt.* l. 8. c. 5. Haud perplexe in Callisthenem dirigebatur oratio. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 14. Divinatio fallit nonnunquam, sed tamen ad veritatem sæpissime dirigit. *often points. Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Dirigere gestus in posteriora. *to turn.* Sic l. 7. c. 7. Actionem dirigere adversus testes. ¶ *Aliqua re,* vel *ad aliquam rem dirigere aliquid* est conformare, disponere, regere, metiri, *to measure, regulate, make by a certain rule, square. Cic.* 3. *de Orat.* c. 49. Non sunt hæc rhythmicorum et musicorum acerrima norma dirigenda. *Id. pro Mur.* c. 2. Cato vitam ad certam rationis normam dirigens. *Id.* 2. *de Fin.* c. 22. Voluptate omnia dirigentes Epicurei. *Id.* 3. *Offic.* c. 21. Honestate dirigenda utilitas est. *Id. de clar. Orat.* c. 37. Nihil non ad rationem, et tanquam ad artem dirigebat. *Id.* 2. *de Leg.* c. 5. *extr.* Illa antiquissima, et rerum omnium princeps expressa natura, ad quam leges omnes diriguntur. *Id. in Orat.* c. 2. *extr.* Ad similitudinem alicujus rei artem et manum dirigere. *Liv.* l. 8. c. 32. Dirigere sententiam suam ad voluntatem alterius. His locis præposit. *ad* non significat *versus*, sed *secundum*. Sic *Curt.* l. 8. c. 9. *extr.* Idcirco breviores habent menses, qui spatium eorum ad hunc Lunæ modum dirigunt. *regulate according to,* &c. et *Anton. ad Cicer. post* epist. 15. l. 14. *ad Attic.* Me sine ad hanc opinionem dirigere puerum, et tenero ejus animo persuadere, non esse tradendas posteris inimicitias. et *Quintil.* l. 12. c. 3. Dirigere se ad id, quod est optimum in natura. ¶ Absolute *Auct. de B. Hispan.* c. 29. Hinc dirigens proxima planities æquabatur. *h. e.* recta se extendens, et dilatans. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 58. *ad fin.* Cum Romanæ legiones contra direxerint. *supple* aciem, *vel se,* et steterint acie instructa, paratæ ad pugnandum. ¶ Pro regere, *to guide, direct, Ovid.* 6. *Fast.* v. 484. Bacche, dirige vatis opus. *Al. leg.* navis iter. *Id.* 1. *Amor.* el. 6. v. 7. Ille (*Amor*) per excubias custodum leniter ire Monstrat: inoffensos dirigit ille pedes. ¶ Pro discindere, diffindere, in duas partes dividere, διχοτομεῖν, usurpasse *Plautum* monet *Festus*, respiciens, ut videtur, ad illud *Curcul.* a. 3. v. 54. Clypeatus elephantum ubi machæra dirigit. Sed locus ille valde incertus est, et a Criticis vexatus, ut et illud *Nigidii* apud *Gell.* l. 7. c. 9. Gallina dirigitur. et *Albinov.* eleg. 2. v. 109. Directus aries. Sic ubi *Non.* c. 4. n. 148. habet: Diligit, dividit. Titinnius: Pernam totam diligit: Critici utroque loco legunt *dirigit.* ¶ Dirigere se in aliquem locum, *to betake himself, go. Apulei.* l. 6. *Metam.* Sume istam pyxidem, usque ad Inferos te dirige. V. locum *Ulpiani* in *Directarius.* ¶ Translate *Quintil.* l. 10. c. 1. *sub fin.* Seneca placebat propter sola vitia: et ad ea se quisque dirigebat effingenda, quæ poterat. *h. e.* ferebatur, conabatur accedere ad ea imitanda. ¶ *Dirigere aliquid* pro mittere. *to send, dispatch. Aurel. Vict. in Epit.* c. 34. Ad quem Ticini positum, per Gallonium Basilium, indumenta regia direxerat. *Claudian. in epist. ad Olybr.* v. 1. Quid rear, affatus quod non mihi dirigis ullos, Nec redit alterno pollice ducta salus? Adde *Sidon.* l. 7. ep. 9.

DIRĬMO, is, emi, emptum, *et* emtum, a. 3. *to part, divide, separate,* διαλύω, separo, divido. *Voss.* ducit a *dis*, et *emo*, mutata *s* in *r*, ut a *Fusius Furius*, &c. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 12. Individuum corpus, quod dirimi, distrahive non potest. *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 477. pertentat crimina Minos, Et justis dirimit sontes. *Colum.* l. 4. c. 18. Omnem modum agri in semijugera dirimere. *Plin.* l. 3. c. 5. Tiberis agrum Latinum a Vaticano dirimens. *Plin. alter* l. 6. ep. 8. Oppida nostra unius diei itinere diriimuntur. *are distant. Id.* l. 8. ep. 14. *a med.* Dirimere sententias occidentis et relegantis. *to separate, distinguish. Lucret.* l. 6. v. 1072. colos conchyli mergitur una Corpore cum lanæ, dirimi qui non queat unquam. *h. e.* elui, et a lanæ corpore separari. ¶ *Dirimere æquor,* nave secare. *Stat. Theb.* 5. v. 482. Spumea porrecti dirimentes terga profundi. ¶ *Dirimere tempus* est diem diffindere, et in aliam diem prorogare. *to put off, defer. Cic.* 1. *de Divin.* c. 39. Quid habet haruspex, cur pulmo incisus, etiam in bonis extis, dirimat tempus, et proferat diem? ¶ Hinc ponitur et pro interrumpere. *to interrupt. Cic.* 2. *de Leg.* c. 12. Quid gravius, quam rem susceptam dirimi, si unus augur *alium* dixerit? *Liv.* l. 8. c. 23. *ad fin.* Videre, aut audire aliquid, quod auspicium dirimat. *may render null. Id.* l. 1. c. 26. *ad fin.* Ut concilia populi, exercitus vocati, summa rerum, ubi aves non admisissent, dirimerentur. *Sallust. in Jug.* c. 64. *extr.* prœlium non diremit. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 40. *extr.* Legionum adventu prœlium dirimitur. *is put an end to. Liv.* l. 1. c. 13. Dirimere infestas acies. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 13. Actum (*in Senatu*) eo die nihil: nox diremit. *put a stop to it. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 46. Dirimere colloquium. *to break off. Sallust. in Catil.* c. 18. *extr.* concilium. ¶ *Dirimere litem, controversiam,* &c. est decidere, terminare, dissolvere. *to decide, determine. Cic.* 3. *Offic. c. ult.* Dirimere controversiam. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 21. Hanc deus, et melior litem natura diremit. *Id.* 6. *Fast.* v. 98. Res est arbitrio non dirimenda meo. ¶ *Dirimere societatem, amicitiam, nuptias* est dissociare, abrumpere. *Cic.* 3. *Offic.* c. 5. Dirimere conjunctionem civium. *Id. pro Sull.* c. 2. omnium officiorum societatem. *Liv.* l. 8. c. 23. hostibus societatem auxilii mutui. *Cic. pro Cæl.* c. 14. Appius pacem Pyrrhi diremit. *Sueton. in Cæs.* c. 43. Diremit nuptias prætorii viri, qui digressam a marito post biduum statim duxerat. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 4. Dirimere affinitatem. ¶ *Dirimere suffragia,* quid sit, V. in *Diribeo.* [Particip. *diremptурus*, vel *diremturus* apud *Liv.* l. 31. c. 17. Cum nox prœlium diremtura esset.]

DIRIPĬO, ĭpis, ipui, eptum, a. 3. *to snatch or tear different ways, tear asunder or in pieces,* διαρπάζω, in diversas partes rapio, discindo, distraho, lacero. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 310. et l. 1. *de ar. am.* v. 338. Hippolyte infelix, velles coluisse Dionem, Cum consternatis dipereris equis. *Id. in Ibin*, v. 601. Diripiantque tuos insanis unguibus artus Strymoniæ matres, Orpheos esse ratæ. *Stat.* 5. *Theb.* v. 366. lacerant cava nubila venti, Diripiuntque fretum. *h. e.* huc illuc rapiunt, impelluntque. ¶ Item extraho, educo. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 475. Pendenti nitidum vagina diripit ensem. *he draws.* Al. leg. *deripit* rectius: quod idem dicito de simili loco *Virg.* 10. *Æn.* v. 475. item 3. *Æn.* v. 267. ubi *deripere funem litore* rectius est quam *diripere.*

Item de illo 4. *Æn.* v. 593. Deripientque rates alii navalibus. *h. e.* deducent. His enim locis deorsum trahendi significatio aliqua inest, quæ per *de*, non per *di* exprimitur, ut et in *Deripio* dictum est. Similiter apud *Cicer. pro Sull.* c. 1. Quantum de mea auctoritate deripuisset: non *diripuisset*, legendum est. Et *de Provinc. Consul.* c. 6. Hos vos de provinciis deripiendos non putaretis? non *diripiendos.* ¶ Item disjicere, evertere. *Virg.* 12. *Æn.* v. 283. Diripuere aras. ¶ Item auferre, demere. *Valer. Max.* l. 3. c. 3. sect. 2. *extern.* Ut speraverit, et tyranno, et Phalaridi vesanæ mentis feritatem a se diripi posse. ¶ Item frequentissime prædari, auferre, depopulari, cum plures simul hinc inde rapiunt, et asportant. *to plunder, spoil, pillage. Virg.* 3. *Æn.* v. 227. *de Harpyis.* Diripiuntque dapes, contactuque omnia fœdant. *Cic. post redit. in Sen.* c. 7. Domus mea diripiebatur, ardebat. *Id.* 8. *Attic.* ep. 2. Patriam diripiendam et inflammandam reliquimus. *Id. pro leg. Manil.* c. 19. Expilare socios, diripere provincias. *Sil.* l. 17. v. 500. Ire direptum alicui aliquid. *Liv.* l. 32. c. 12. Castra regia diripere. et lib. 23. c. 16. Impedimenta et sarcinas diripere. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 1. Tanquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis. *Tibull.* l. 3. el. 6. v. 28. venti temeraria vota, Aeriæ et nubes diripienda ferant. ¶ *Diripi amnis* dicitur a *Stat.* 4. *Theb.* v. 817. ex quo ab exercitu siti jamdiu laborante, avide hauritur et bibitur. ¶ Præterea *diripi* dicuntur, quæ cara omnibus sunt, et quæsita. *Senec. de brevit. vitæ,* c. 7. Diripitur ille toto foro patronus. *h. e.* omnes eum sibi patronum adsciscunt. Est qui malit *dirumpitur. Id.* 3. *de Ira,* c. 23. Timagenes historiarum scriptor a tota civitate direptus est. Al. leg. *dilectus*: alii aliter. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 139. *de Homero.* aliæ quem aliis natalibus urbes Diripiunt, cunctæque probant. (V. *Cicer. pro Arch.* c. 8. *extr.*) *Id. Theb.* 5. v. 722. matremque avidis complexibus ambo Diripiunt flentes. *Martial.* l. 7. epigr. 75. *ad Philomusum scurram.* Quod te diripiunt potentiores Per convivia, porticus, theatra. *Auctor vitæ Persii, quem nonnulli Sueton. putant, sub fin.* Editum librum continuo mirari homines, et diripere cœperunt. ¶ *Dirapio*, aut *Disrapio* leg. quidam apud *Apul. de deo Socrat.* V. suo loco. [¶ Particip. *direpturus* apud *Liv.* l. 24. c. 2. Urbes direpturos se destinaverant.]

DIRĬTAS, atis, f. *cruelty, barbarity, fierceness, inhumanity,* δεινότης, ἀπήνεια, sævitia, crudelitas, feritas. *Cic. in Vatin.* c. 3. *extr.* Quamquam sis omni diritate atque immanitate teterrimus. *Sueton. in Tiber.* c. 21. Diritas morum. *Cic. de Senect.* c. 18. *sub fin.* Quanta in altero diritas, in altero comitas. Ita legit *Non.* c. 2. n. 246. et cap. 1. n. 127. Alii *duritas.* ¶ Item res quælibet tristis, dirique ominis, calamitas, infortunium. *a misfortune, mishap. Cic.* convertens locum Euripidis, 3. *Tuscul.* c. 14. Ut si qua invecta diritas casu foret, Ne me imparatum cura laceraret repens. ¶ *Diritas diei* est dies improsperus, et mali ominis auspicia captantibus, et grande aliquid aggredientibus. *Sueton. in Ner.* c. 8. Inter horam sextam septimamque processit ad excubitores, cum ob totius diei diritatem non aliud auspicandi tempus accommodatius videretur. V. *Tacit. sub fin.* 12. *Ann.* unde *Sueton.* illustratur. *Gell.* l. 4. c. 9. *a med.* Dies religiosi dicti, quos propter ominis diritatem relinquimus.

DIRUMPO, is, upi, ruptum, a. 3. *to break, break in pieces,* διαῤῥήγνυμι, in diversas partes rumpo, diffindo, scindo. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 37. Puer pædagogo tabula dirumpit caput. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 19. Dividere atque dirumpere nubem. *Apul.* l. 1. *Metam.* Putris et vetus funis dirumpitur. *Plaut. Curcul.* 2. 1. 6. Geminos in ventre habere videor filios: nihil metuo, nisi ne medius dirumpar miser. *lest I should burst asunder. Cic. Fam.* 7. ep. 1. *a med.* Dirupi me pæne in judicio Caninii. *I overstrained myself*: vel pæne herniosus factus sum. (Sic *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 15. Rupit Iarbitam Timagenis æmula lingua. V. *Phædr.* l. 1. fab. 24.) *Id. Attic.* 7. ep. 12. Dirumpor dolore. *Apul. sub init.* l. 3. *Metam.* risu. *Cic. Fam.* 12. ep. 2. Fratris tui plausu dirumpitur. *h. e.* invidia rumpitur. *he is ready to burst with envy.* Sic *Id.* 4. *Attic.* ep. 16. *a med.* Unum omnia posse, dirumpuntur ii, qui me aliquid posse doluerunt. Adde *pro Dom.* c. 37. et *Terent. Adelph.* 3. 4. 5. ¶ Pro abrumpere, dirimere, dissociare. *to break off, sever. Cic. de Amic.* c. 22. *extr.* Repente in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione, dirumpimus. *Id.* 3. *Offic.* c. 5. Dirumpere humani generis societatem. ¶ Obscenam latentem sententiam habet apud *Plaut. Cas.* 4. 3. 11. et fortasse etiam *in prol. Pœn.* v. 117. ¶ In multis ex allatis exemplis alii leg. *disrumpo.*

DIRUNCĬUNT, depurgant. *Festus.* Alii leg. *diruncant,* alii *diruncinant.*

DIRŬO, is, rui, rutum, a. 3. *to pull down, overthrow, destroy, demolish,* καταβάλλω, dejicio, everto, destruo. *Liv.* l. 1. c. 29. Fragor tectorum, quæ diruebantur. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 40. Diruere urbem. *Terent. Adelph.* 5. 7. 10. maceriam. *Hirt. de B. Afric.* c. 20. atque delere oppida. *Liv.* l. 39. c. 18. Omnia Bacchanalia. *h. e.* aras, atque ædes Bacchanalibus destinatas. *Sueton. in Aug.* c. 72. Prætoria ad solum. ¶ Hyperbole est in illo *Auctoris de B. Hispan. in fin.* Decem habere legiones populum Rom. quæ non solum vobis obsistere, sed etiam cælum diruere possent. [¶ Particip. *diruens, diruendus* apud *Liv.* l. 42. c. 3. Eum diruentem templa vagari, dixerunt. *Vellei.* l. 1. c. 13. M. Cato perpetuus diruendæ Carthaginis auctor.]

DIRUPTĬO, onis, f. fractura, discissio, *a breaking asunder, bursting, disjunction. Senec.* lib. 2. *quæst. natur.* c. 15. Aer necessario vastum, in tam magnorum corporum diruptione, reddit sonum.

DIRUPTUS, et Disruptus, a, um, *broken asunder, burst,* fractus, ruptus, διαῤῥαγείς. *Petron. in Satyr.* c. 96. Foramen valvæ, quod ansa ostii disrupta laxaverat. Vet. lap. apud *Gruter.* pag. 163. n. 6. Pontem bellorum injuria, et amnis violentia diruptum restituere. ¶ Item abruptus. *steep, broken. Liv.* l. 38. c. 2. *ad fin.* In altiorem diruptioremque tumulum concessere. *V. Deruptus.* ¶ De eo, cui intestina rupta sunt. *having a rupture, ruptured. Cic. Phil.* 13. c. 12. Homo diruptus, dirutusque Q. Cœlius.

DIRUS, a, um, *cruel, savage, fierce, direful, dire, fell, dread, baleful,* ἐπάρατος, crudelis, sævus, atrox, infestus. *Voss.* deducit a δεινός, gravis: *Fest.* vero ita dictum putat, quasi *dei ira natus.* et *Serv. ad Æn.* 3. v. 235. Sabini, inquit, et Umbri, quæ nos mala, dira appellant. *Virg. ibid.* dira bellum cum gente gerendum. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 10. Dira hydra. *Id.* l. 1. od. 2. v. 2. grando. *Id. Epod.* 5. v. 62. venena. *Id.* l. 3. od. 6. v. 36. (ut legit etiam *Quintil.* l. 8. c. 2.) Dirus Annibal. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 188. Dira noverca. *Id.* 2. *Metam.* v. 651. serpens. et lib. 3. v. 625. cædes. et lib. 9. v. 179. Diri cruciatus. et l. 11. v. 371. Diram famem satiare. *furious, fierce.* et lib. 14. v. 278. Dea. *h. e.* Circe. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 660. jussa tyranni. ¶ Item severus, asper, rigidus. Ita exponit *Non.* c. 2. n. 247. illud *Varron.* Scena, quæ senem Latina vidit dirissimum. *Catull.* carm. 25. *ad Thall.* v. 5. Dira hyems. ¶ Item terribilis, visu vel auditu horrendus. *horrible, terrible, dreadful, ghastly. Ovid.* 1. *Fast.* v. 553. *de Caco.* Dira viro facies. *Id.* 10. *Metam.* v. 300. Dira canam. *nempe* dicturus de amorib. Myrrhæ, quos *ibid.* v. 426. diros amores vocat. *Id. ibid.* l. 2. v. 590. Dirum crimen. *h. e.* Nyctimenes quæ cum patre coiit. et lib. 6. v. 664. Diræ dapes. *h. e.* Terei, qui suos natos comedit. *Id.* 3. *Trist.* el. 3. v. 5. Dira regio. *h. e.* aspera, horrida. Sic *Virg.* 8. *Æn.* v. 194. *de spelunca Caci.* facies quam dira tenebat. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 132. Dirum lumen. *Virg.* 4. *Æn.* v. 563. nefas. et lib. 3. v. 228. Dira vox. et vers. 593. Dira illuvies. *h. e.* tætra, *Serv.* Sic *Plin.* l. 6. c. 11. et lib. 7. c. 15. Dirus odor. *foul, stinking, nasty.* ¶ Item noxius. *hurtful, noxious. Plin.* l. 5. c. 15. Asphaltites lacus natura dirus. *Id.* l. 11. c. 29. Diræ messibus locustæ. Cum infinito *Sil.* l. 4. v. 284. Contorquet nodis et obusto robore diram Vel portas quassare trabem. *h. e.* potentem quassare. Sic Græci δεινὸς λέγειν, δεινὸς γράφειν. ¶ Item periculosus, infestus. *dangerous. Id.* l. 4. c. 11. *ad fin.* Scopulus dirus ac pestifer. *Id.* l. 5. c. 4. Sinus syrtibus, et vadoso mari dirus. ¶ Item ominosus, tristis, gravia atque ingentia mala portendens. *ominous, ill-omened, boding, portentous. Cic.* 2. *de Leg.* cap. 8. *extr.* Quæ augur injusta, nefasta, vitiosa, dira defixerit, irrita infectaque sunto. *Id.* 2. *de Divin.* c. 15. *extr.* Tristissima exta sine capite, quibus nihil videtur esse dirius. *Id. de suo Consul.* l. 1. *de Divin.* c. 11. Dirum in tempus cecidere Latinæ. *Virg.* 1. *Georg.* v. 488. Diri cometæ. *Plin.* l. 18. cap. 1. Diræ alites. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 550. Bubo, dirum mortalibus omen. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 59. Somnia dira. *Ovid. in Ibin,* v. 85. Carmina dum capiti malefido dira canuntur. *h. e.* dirum malum imprecantia. Sic Dira detestatio, *Horat. Epod.* 2. v. 89. Diris deprecationibus aliquem defigere, *Plin.* l. 28. c. 2. ¶ Ad illud *Virg. Æn.* 2. v. 519. quæ mens tam dira, miserrime conjux, Impulit his cingi telis? *Servius*: modo proprie. *dira* enim est deorum ira. Ergo *quæ mens dira,* infusa ex deorum ira. Simile est illud lib. 1. *Georg.* v. 37. Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido. *h. e.* magna et vehemens, ut etiam *Serv.* exponit. Adde 6. *Æn.* v. 721. ¶ *Dira religio, superstitio* est magna, venerabilis, horrorem incutiens, et timore animos percellens. *awful. Virg.* 8. *Æn.* v. 349. Jam tum relligio pavidos terrebat agrestes Dira loci: jam tum silvam saxumque tremebant. ¶ *Dira mendacia* apud *Plin.* l. 3. c. 11. *extr.* sunt monstrosa, et portenti similia. ¶ *Dira spes* apud *Senec. in Hippol.* v. 131. est, qua res diræ et nefandæ sperantur, qualis fuit Phædræ insanientis amore Hippolyti. ¶ *Dirum* adverbii more ponitur. *Senec. in Œdip.* v. 961. et *in Herc. Œt.* v. 1679. Dirum fremens. ¶ *Dira* absolute sunt mala, infortunia. *Senec. in Troad.* v. 423. prosperis rebus locus ereptus omnis: dira, qua veniant, habent. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 115. Dira precari alicui.

DIRUTĬO, onis, f. *a pulling down,* ruina. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 3. n. 9. Ædem ex dirutione restituerunt, dedicaruntque.

DIRŬTUS, a, um, *pulled down, overthrown, destroyed,* καθαιρεθείς, destructus, eversus, demolitus. *Nepos in Con.* c. 4. Muros dirutos reficiendos curat. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 8. Urbes dirutæ ac pæne desertæ. *Propert.* l. 2. el. 21. v. 54. Priami diruta regna senis. ¶ *Ære dirutus* dicebatur miles, cui stipendium esset ademptum ignominiæ causa, vel quod ut ait *Fest.* æs diruebatur in fiscum, non in militis sacculum: vel quod ære deciderat, ut *diruo* hic pro simplici *ruo*, cado, sumatur: vel simplicius ære eversus, et spoliatus, quemadmodum dicitur *fortunis aliquem evertere,* &c. *Varr.* apud *Non.* c. 12. n. 53. et *Cic. Verr.* 7. c. 13. et *Phil.* 13. c. 12. *a soldier that for some misdemeanour has forfeited his pay.* V. *Resignatus.*

DIS. V. *Di.*

DIS, m. et f. Dite, n. *rich, wealthy, opulent,* dives, opulentus, copiosus, πλούσιος. Videtur esse a *dives* per syncopen: quod certe in obliquis casibus manifestum est. Est autem fere poeticum. *Terent. Adelph.* 5. 1. 8. Dis quidem esses, Demea, ac rem tuam constabilisses. *Horat.* l. 1. sat. 7. v. 18. Bruto prætore tenente ditem Asiam. *fertile. Valer. Flacc.* l. 2. v. 296. Dite solum. *Propert.* l. et el. 3. v. 1. Dites Indi. *Horat.* l. et sat. 1. v. 40. dum ne sit te ditior alter. *Id. epod.* 2. v. 65. positosque vernas, ditis examen domus. *Liv.* l. 21. c. 43. Opulentia ac ditia stipendia facere. *Senec. in Herc. Œt.* v. 648. O si pateant pectora ditum! quantos intus sublimis agit fortuna metus! *Valer. Flacc.* l. 5. v. 123. spoliis ditissimus amnis. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 77. delubraque ditia donis. *enriched. Tibull.* l. 2. el. 5. v. 35. Gregis ditis magister. *h. e.* numerosi. *large, numerous. Horat.* l. 1. sat. 5. v. 91. aquæ non ditior urna. *h. e.* abundantior. *Sil.* l. 3. v. 673. dites sine vomere glebæ. *h. e.* frugiferæ. et vers. 512. commotum promissis ditibus agmen. *with promised riches. Stat.* l. 5. *Theb.* v. 187. Ditibus indulgent epulis. *a rich repast. Sil.* l. 13. v. 684. Ditior ipse viris. *h. e.* majoribus militum copiis instructus. ¶ Cum genit. *Virg.* 1. *Æn.* v. 347. Ditissimus agri. ¶ Translate *Sil.* l. 3. v. 397. Ditissimus ævi. *h. e.* valde senex. *Stat.* 3. *Theb.* v. 481. Ditior ille animi. *h. e.* fiduciæ plenior. *Tibull.* l. 3. el. 6. v. 13. *de Baccho.* Ille facit dites animos deus. *Lucret.* l. 1. v. 412. largos haustus de fontibu' magnis Lingua meo suavis diti de pectore fundet. ¶ Quod addunt ex *Cicer. de Amicit.* c. 16. Ditior et affluentior amicitia: *divitior* plerique al. leg. ¶ Præterea *Dis* et *Ditis,* m. dictus fuit Pluto deus inferorum, idemque divitiarum præses: quia opes e terra effodiuntur, et in terras recidunt. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 26. ¶ A *Luciano* claudus fingitur in accessu, in recessu vero alatus, quia divitiæ longo tempore, magnisque laboribus acquiruntur, et quam velocissime labuntur, nisi caute custodias. Fingitur etiam cæcus, quia divitias bonis æque ac malis, nullo habito discrimine, distribuit. *Severus in Ætna,* v. 640. Illos seposuit claro sub nomine Ditis. *Petron. in Satyr.* c. 120. Has inter sedes Ditis pater extulit ora. *Cic. loc. cit.* Dis, ut apud Græcos Πλούτων. Al. leg. *Dives.* ¶ Usurpatur etiam pro ipsis Inferis. *Virg. Æn.* 6. v. 126. Noctes atque dies patet atri janua Ditis.

DISCALCEĀTUS, a, um, *barefoot,* sine calceis, ἀβλαυτος. *Sueton. in Ner.* c. 51. Ut prodierit in publicum sine cinctu, et discalceatus. ¶ Scribitur et *discalciatus.* V. *Calceamen.*

DISCAPEDĬNO, as, a. 1. *to disjoin; to open or spread out,* disjungo, laxo: a *capedo. Apul. in Florid.* n. 3. (*al.* l. 1.) Primus Hyagnis in canendo manus discapedinavit: primus duas tibias uno spiritu animavit. *h. e.* vel manus et digitos alterum ab altero disjunxit, claudendo et aperiendo foramina inter se distantia: vel quod est veri similius, manum alteram ab altera disjunxit, duas simul tibias inflando, quarum unam dextera, sinistra alteram tenebat et moderabatur.

DISCAVĔO, es, vi, autum, n. 2. diligenter caveo. *Plaut. Men.* 2. 1. 24. Dictum facessas doctum, et discaveas malo.

DISCĒDO, is, essi, essum, n. 3. *to part, divide, open, gape, yawn,* ἀναχωρέω, ἀποχωρέω, hinc inde cedo, in diversas partes cedo, dividor, hisco: a *dis,* et *cedo*: et dicitur proprie de iis, quæ in partes dividuntur, et aperiuntur. *Cic.* 3. *Offic.* c. 9. Cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit. *Id.* 1. *de Divin.* c. 43. Cum cælum discessisse visum est. Adde cap. 44. et *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 232. Huc pertinet locus *Asconii in Cornelianam* pag. m. 133. de discedentibus ad suffragium ferendum. *Virg. Georg.* 3. v. 24. Vel scena ut versis discedat frontibus. *Lucan.* l. 6. v. 382. discedit vomere sulcus. *Propert.* l. 2. el. 6. v. 7. citius paterer caput hoc discedere collo. *to be severed.* Et translate *Cic.* l. 2. *ad Q. Fr.* ep. 3. *a med.* Senatus consultum factum est, ut sodalitates decuriatique discederent: lexque de iis ferretur, ut qui non discessissent, ea pœna, quæ est de vi, tenerentur. *h. e.* dissolverentur, dirimerentur. ¶ Sæpissime significat ab uno loco abire, proficisci, *to depart, go away,* ἀπέρχομαι. *Cic.* 7. *Attic.* ep. 21. Eo die Capua discessi. *Id. Phil.* 8. c. 7. Illum e Gallia non discessisse. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 1. Discedens ab hibernis in Italiam. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 2. *ad fin.* Chrysippus discessit a puero, insciente me. *Id.* 6. *Verr.* c. 65. *extr.* De foro, cum jam advesperasceret, discessimus. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 3. v. 85. Discedere e patria. *Al. leg.* a patria. *Sueton. in Cæs.* c. 1. Discedere e medio. *to shun the City, avoid appearing in public. Cœl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 6. Uxor a Dolabella discessit. *h. e.* divortium fecit. *Cic.* 6. *Verr.* c. 15. Pueri Sisennæ ab argento digitum non discedere. *not to stir a jot. Plaut. Asin.* 3. 3. 13. Ab ista pedem non discedat. *Cic.* 8. *Attic.* ep. 6. Modo audivi quartanam a te disces-

sisse. *Virg.* 10. *Æn.* v. 246. et dextra discedens impulit altam Puppim. *on parting.* *Ovid.* 4. *Fast.* v. 365. procul hinc discedite. *Nepos in Eumen.* c. 8. Longe inter se discesserant. *they had got at some distance from one another.* *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 25. si me noles unquam discedere. ¶ Cum casibus motus ad locum, *Nepos in Themist.* c. 4 Discedere domos suas. *Virg.* 12. *Æn.* v. 184. Convenit Evandri victos discedere ad urbem. *Tacit. Ann.* 6. c. 20. Discedere Capreas. *to go, depart, betake himself.* *Lucret.* l. 2. v. 711. cibis ex omnibus intus in artus Corpora discedunt. *Id.* l. 3. v. 401. Anima discedit in auras, Et gelidos artus in leti frigore linquit. *Tacit. Ann.* 1. c. 34. Concionem discedere in manipulos jubet. *h. e.* dividi, distribui. et cap. 49. Iisdem e cubilibus discedunt in partes, ingerunt tela. *they divide into parties.* *Cic. in Somn. Scip.* c. 1. Discedere cubitum. *to go to sleep.* ¶ Cum ablat. sine præposit. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 3. v. 5. Discedere finibus Ausoniæ. *Id.* 1. *Metam.* v. 381. templo. *Sil.* l. 7. v. 93. signis. *to forsake their standards.* Et l. 3. vers. 88. periclis. ¶ Translate *Cic. de Somn. Scip.* c. 1. Nunquam ex animo meo discedit illius optimi viri memoria. *Id. de Senect.* c. *ult.* Ex vita tanquam ex hospitio discedere. *Id. Tuscul.* 1. c. 34. et *Fam.* 2. ep. 2. Discedere a vita. *Id. Phil.* 8. c. *ult.* ab armis. *Id.* 1. *Offic.* c. 20. nihil a naturæ statu, nihil a dignitate sapientis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 33. a judiciis causisque. *Id.* 3. *Offic.* c. 20. a fide justitiaque. *Id. in Orat.* c. 19. a re. *to digress.* *Id. Attic.* 13. ep. 20. In omni vita a recta conscientia transversum unguem non discedere. *Id. pro Font.* c. 1. A consuetudine, et cautione, et diligentia longe discedere. *Id.* 2. *de Divin.* c. 55. Magnitudine timoris a constantia, atque a mente, atque a se discedere. *to forget himself, lose sight of his wonted courage.* (Adde *de clar. Orat.* c. 79.) *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 7. Hostibus spes potiundi oppidi discessit. *was lost.* *Cic. Fam.* 6. ep. 14. Ex oratione Cæsaris hanc in opinionem discessi, ut mihi salus tua dubia non esset. *I have come into this opinion, that,* &c. *Id.* 4. *de Fin.* c. 19. Discedere de sententia. *to alter his opinion.* Plerique al. leg. *decedere.* *Tacit. in Agric.* c. 21. Paulatim discessum in delinimenta vitiorum, porticus, balnea. *Plin.* l. 11. c. 28. In tantum discessere mores a lorica gerenda, ut oneri sit etiam vestis. ¶ *Discedere in sententiam* est verbum Curiæ, et significat in alicujus Senatoris sententiam ire, alia relicta. Unde et *discessionem facere* eodem sensu, et *discedere in alia omnia,* h. e. alias omnes amplecti sententias præter eam, quæ dicta ab aliquo est. Mos enim fuit, ut, cum nimis longum esset singulorum Senatorum sententias audire, duabus tribusve dictis, reliqui a subselliis suis discedentes, in illorum, quorum sententiæ assentiebantur, subsellia transirent. *Liv.* l. 3. c. 41. et lib. 28. c. 45. ¶ Eleganter *discedere ab aliquo* ponitur pro excipere, *to except.* *Cic. Fam.* 1. ep. 9. Sic enim te existimare velim, cum a vobis meæ salutis auctoribus discesserim, neminem esse, cujus officiis me esse devinctum confitear. *Id. Attic.* l. 1. ep. 17. *circa med.* Amoris erga me, cum a fraterno amore domesticoque discessi, primas defero. Adde *Fam.* 6. ep. 12. ¶ *Discedere* etiam dicitur, qui re confecta quidpiam aut obtinuit, aut perdidit. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 19. Hæc qui audierit, discedet tamen nihilo firmior, quam venerat. *Id. de clar. Orat.* c. 64. Eorum, qui affuerunt, judicio discessit probatus. *Id. pro Cæcin.* c. 1. Se, quo impudentius egerit, hoc superiorem discessurum. *Id.* 6. *Verr.* c. 30. Si istius hæc tanta injuria impunita discesserit. *shall go unpunished.* *Id.* 2. *Attic.* ep. 16. *sub fin.* Si possum discedere, ne causa optima in Senatu pereat, ego satisfaciam publicanis. *Terent. Phorm.* 5. 8. 58. Satin' tibi est? P. immo vero pulcre discedo, et probe. *Nepos in Epamin.* cap. 8. *extr.* Sic a judicio capitis maxima discessit gloria. ¶ Passive impersonaliter *Terent. Phorm.* 5. 2. 8. Modo ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 16. Omnia sunt incerta, cum a jure discessum est. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 26. Ut æquis conditionibus ab armis discedatur. ¶ *Discesti* pro *discessisti* syncope est apud *Plaut. Asin.* 2. 1. 3.

DISCENS, entis, *a learner, scholar, student,* μαθητής, discipulus seu litterarum, seu artis cujuspiam illiberalis. *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) *ad fin.* Cædi vero discentes, quamquam receptum sit, minime velim. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 940. n. 3. M. Aurelio Januario Conjux, et discentes fecerunt. et n. 4. Aurelius Sard. Aureliæ Alci S. et Aurelio Carabo discenti suo fecerunt. Adde pag. 968. n. 7. et *Sueton. de Grammat.* c. 7.

DISCENTĬA, æ, f. discendi actio. Vox est *Tertull. l. de anim.* c. 23. et 24. ipsique relinquenda.

DISCEPTATĬO, onis, f. *a disputation, debate, discourse, contending, reasoning,* διάλεξις, disputatio, contentio, lis, causa. *Cic.* 2. *de Divin.* c. *ult.* Cum quibus omnis fere nobis disceptatio, contentioque est. *Id.* 2. *de Orat.* c. 72. Rem aliquam in dicendi disceptationem, aut controversiam vocare. *Id. pro Deiot.* c. 2. Tantam causam, quanta nulla unquam in disceptatione versata est, &c. *Id. pro Flacc.* cap. 10. *ad fin.* Disceptatio et cognitio veritatis. *h. e.* disputatio instituta ad veritatem investigandam. *Id.* 1. *de Orat.* c. 6. Forenses disceptationes judiciorum aut deliberationum. *Gell.* l. 20. c. 5. Disceptationes dialecticæ. *Liv.* l. 21. cap. 19. Disceptatio verborum. ¶ Item cognitio, judicium. *Ulpian. Dig.* l. 2. tit. 15. leg. 8. *sub fin.* Hæc omnia habent disceptationem prætoris. ¶ Item judicatio, h. e. quæstio, quæ oritur ex ratione Rei, et infirmatione accusatoris. *Cic. in Partit.* c. 30. V. *Judicatio.*

DISCEPTATIUNCŬLA, æ, f. diminut. a disceptatio. *Gell. in præfat. sub fin.* Tempus ad colligendas memoriarum disceptatiunculas conferre.

DISCEPTĀTOR, oris, m. *an arbitrator, judge,* qui de re, de qua disceptatur, sententiam fert, διαγνώμων. *Cic. in Partit.* c. 3. Aut auscultator est, qui audit, aut disceptator, id est rei sententiæque moderator. *Id. Fam.* 13. ep. 26. Ut omnibus in rebus, quæ in aliquam controversiam vocarentur, te arbitro, et quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore uterentur. *h. e.* ut tu suas controversias cognosceres, non ad alium rejiceres. *Liv.* l. 35. c. 45. Reconciliatore pacis, et disceptatore de iis, quæ in controversia cum populo Rom. essent, utendum censebat. *Valer. Max.* l. 2. c. 10. n. 4. Disceptator de pace. *a mediator, umpire.* *Liv.* l. c. 50. Disceptator sumptus inter patrem et filium. *Quintil.* l. 11. c. 1. Dicere de re aliqua apud disceptatorem.

DISCEPTĀTRIX, icis, f. quæ disceptat, judicat. *Cic.* 4. *Acad.* c. 28. Dialecticam inventam esse dicitis veri et falsi quasi disceptatricem, et judicem.

DISCEPTO, as, avi, atum, a. 1. *to contend, dispute, debate, reason,* διακρίνομαι, disputo, contendo: a *dis,* et *capto, as,* quia utraque contendentium pars, inquit *Voss.* aliquid captat ad sui defensionem. *Cic. pro Planc.* c. 36. Sed erat non jure, non legibus, non disceptando decertandum: armis fuit dimicandum. *Id. Fam.* 4. ep. 14. Disceptare armis de jure publico. *Id.* 4. *Verr.* c. 15. Æquo jure disceptare cum aliquo. *Id. de clar. Orat.* c. 85. de sapientia. *Liv.* l. 21. c. 19. De jure disceptare verbis. *Callistrat. Dig.* l. 48. tit. 19. leg. 28. *ad fin.* Disceptare damni. *supple* actione de damno, ut *furti agere.* *Plin.* l. 3. c. 3. Tarracone disceptant populi XLIII. *h. e.* eo conveniunt ad jura petenda, et judicio experiendum. Sic lib. 5. c. 29. Longinquiores eodem disceptant foro Orthronienses, Halydienses, &c. ¶ Item pensatis utriusque partis rationibus, cognosco, judico. *to judge, decide, determine.* *Cic. pro Mil.* c. 9. Et electi judices, et isti præpositus quæstioni, qui hæc juste sapienterque disceptet. *Id. pro Deiot.* c. 2. Hanc, C. Cæsar, causam si in foro agerem, eodem audiente et disceptante te. *Id.* 4. *Tuscul.* cap. 3. Cum Academici Stoicorum controversias disceptarent. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 9. Disceptare bella. *h. e.* cognoscere de justitia, aut injuria bellorum suscipiendorum. *Liv.* l. 34. *in fin.* Disceptare inter populum Carthaginiensem, et regem, in re præsenti. *to decide on the spot.* ¶ Translate *Cic.* 10. *Fam.* ep. 10. Quamquam in uno prœlio omnis fortuna reipubl. disceptat. *h. e.* decertat, experitur, periclitatur.

DISCERNENTER, *with a distinction, distinctively,* cum discrimine. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 1. c. 4. sect. 81. Alii vero discernenter aiunt hoc adjutorii genus sic adhibendum &c.

DISCERNIBĬLIS, le, qui discerni potest. *Augustin. in Enchir.* c. 90. Ut in effigie sua cujusque proprietas et discernibilis similitudo servetur.

DISCERNICŬLUM, li, n. *a bodkin which women used to part their hair with,* acus, quæ capillos mulierum ante frontem dividit. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 155. Euplocamo digitos, discerniculumque capillo. Adde *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 29. ¶ Translate est discrimen. *a difference.* *Gell.* l. 17. c. 15. Duas species ellebori esse, discerniculo coloris insignes, candidi et nigri.

DISCERNO, is, crevi, cretum, a. 3. *to distinguish, discern, make a difference,* διακρίνω, rem unam ab alia internosco, dijudico, separo: a *dis,* et *cerno.* *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 39. Democritus luminibus amissis, alba et atra discernere non poterat. *distinguish between white and black.* *Virg.* 4. *Æn.* v. 264. et tenui telas discreverat auro. *h. e.* distinxerat, ornaverat, aurum telæ intexendo. *Plin.* l. 16. c. 10. Discernere aliquid visu. *Lucret.* l. 4. v. 556. verba quoque ipsa Plane exaudiri, discernique articulatim. *to be distinctly understood.* *Plin.* l. 16. c. 10. Nec facile discernuntur in fronde etiam a peritis. *Id.* l. 8. c. 17. Pantheras a pardis solo candore discernunt. ¶ Sæpe refertur ad animum. *Cic. de Univ.* c. 8. Animus discernit, quid sit ejusdem generis, et alterius, et cetera dijudicat. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 35. Neque sui judicii esse discernere, utra pars justiorem habeat causam. *Cic. pro Font.* c. 6. Stultum auditorem a sapienti judice discernere. *Horat.* l. 1. od. 18. v. 10. Fas atque nefas exiguo fine discernere. *Plin.* l. 35. c. 11. Non satis discernitur, an, &c. Omissa dubitandi particula, *Liv.* l. 8. c. 34. *ad fin.* Neque discernatur, interdiu nocte, æquo iniquo loco, jussu injussu imperatoris pugnent. ¶ Item separo, divido. *to separate, divide.* *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. Interjicere longurios, qui equas discernant, ne inter se pugnare possint. *Liv.* l. 34. c. 54. Omnia discrimina talia, quibus ordines discernerentur, et concordiæ, et libertatis æque minuendæ esse. *Cels.* l. 7. c. 3. Sed ut hæc ipsa fortuna huc illucve discernit, sic medici partium est eniti ad reperiendam sanitatem. *h. e.* dividit, et alia in aliis veluti distribuit. *Plin.* l. 13. c. 4. Multis lignum hoc a carnibus discernitur tunicis. *Id.* l. 4. c. 22. Ana fluvius, quo Lusitaniam a Bœtica discrevimus. *Plin. alter* l. 1. ep. 8. *sub fin.* Cum plebem ipsam limine curiæ parietibusque discreverim. *Virg.* 12. *Æn.* v. 898. Limes agro positus, litem ut discerneret arvis. *h. e.* ut arva separando, lites dirimeret. *Calpurn. Ecl.* 2. v. 27. Nec mora discernunt digitis: prior incipit Idas. *they determine by their fingers, which should begin first.* *Nemesian. Ecl.* 1. v. 52. ruricolum discernere lites. *h. e.* dirimere, et componere. *Paulin. Nolan.* carm. 23. *Nat.* 8. *S. Fel.* v. 204. inter iniquos Condemnatus (*Christus*) obit, nos ut discernat iniquis. [¶ Particip. *discreturus* apud *Tacit. Ann.* l. 2. c. 66. Jus, et injuriam discreturi.]

DISCERPO, is, erpsi, erptum, a. 3. *to pluck or tear in pieces, rend, mangle,* διασπάω, in diversas partes carpo, dilanio, diripio: a *dis,* et *carpo.* *Cic. in fragm.* apud *Augustin.* l. 3. *contra Acad.* c. 7. Quem incomptis unguibus bacchantes discerpant. *Sueton. in Domit.* c. 15. Ut semiustum cadaver discerperent canes. ¶ Item diffindo, divido. *to divide.* *Lucret.* l. 2. v. 828. In parvas partes discerpitur aurum. ¶ Item dissipo, disjicio. *to scatter, disperse.* *Virg.* 9. *Æn.* v. 312. Multa patri portanda dabat mandata, sed auræ Omnia discerpunt. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 142. Quæ cuncta aerii discerpunt irrita venti. ¶ Translate *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 1. Pythagoras, qui censuit, animum esse per naturam rerum omnium commeantem, ex quo nostri animi carperentur, non vidit distractione animorum discerpi et lacerari deum. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 29. Animus nec secerni, nec dividi, nec discerpi, nec distrahi potest. *Id. in Top.* c. 5. Cum res, quæ proposita est, quasi in membra discerpitur. *is divided.* *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 73. Discerpere aliquem dictis. *h. e.* maledictis proscindere, lacerare. [¶ Particip. *discerpendus* apud *Curt.* l. 6. c. 11. Clamant, discerpendum esse parricidam manibus eorum.]

DISCERPTUS, a, um, *torn or rent in pieces,* διασπαρακτός, direptus, dilaniatus. *Liv.* l. 1. c. 16. Qui discerptum regem Patrum manibus arguerent. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 86. Mazonomo pueri magno discerpta ferentes Membra gruis. *cut up.* *Cic.* 3. *de Orat.* cap. 6. Quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius divulsa, et quasi discerpta contrectant.

DISCESSĬO, onis, f. *a going away, departure,* ἀποχώρησις, actus discedendi, discessus, dissidium. *Tacit. Ann.* 1. c. 30. Desolatus aliorum discessione, necessitatem prævenit. *Gell.* l. 14. c. 1. Stellarum motus, et vias, et discessiones, et cœtus intuentes. *Id.* l. 2. c. 12. Seditio, et discessio populi in duas partes. ¶ *Facere discessionem* frequens est Curiæ dictum, cum Senatores alicujus sententiam secuti, ex suis in ejus subsellia discedebant, ut in *Discedo* dictum est. *to separate into different parts of the senate-house in order to see which part has the majority.* *Gell.* l. 14. cap. 7. Varro docet, Senatusconsultum fieri duobus modis, aut per discessionem, si consentitur; aut si dubia res esset, per aliorum sententias exquisitas. *Cic. pro Sext.* c. 34. *a med.* Cum omnes certatim, alius alio gravius atque ornatius de mea salute dixisset, fieretque sine ulla varietate discessio. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 53. Sententiis dictis, discessionem faciente Marcello, Senatus frequens in alia omnia transiit. *Sueton. in Tiber.* c. 31. Cum Senatusconsultum per discessionem forte fieret, transeuntem eum in alteram partem secutus est nemo. *Cic. Phil.* 14. c. 7. *extr.* Has in sententias meas si consules discessionem facere voluissent, istis latronibus arma cecidissent. *Senec. de vita beata,* c. 2. Non est, quod mihi illud discessionum more respondeas: hæc pars major esse videtur. ¶ Item divortium. *a divorce, separation.* *Terent. Andr.* 3. 3. 36. Incommoditas huc omnis redit, si eveniat, quod dii prohibeant, discessio.

DISCESSUS, a, um, *being out of the way, having departed,* particip. passivum. *Cæl.* vel *Cæcil.* apud *Priscian.* l. 8. p. 869. *Putsch.* Custodibus discessis, multi interficiuntur.

DISCESSUS, us, m. *a separation, opening, chasm,* χάσμα, hiatus, apertio. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 28. Terræ fremitus, cæli discessus, lapideus imber, &c. ¶ Item recessio. *a going away, departure.* *Cic. Attic.* l. 12. ep. 50. Ut me levarat tuus adventus, sic discessus afflixit. *Ibid.* l. 8. ep. 3. Discessus ab urbe. *Attic.* apud *eund. ibid.* l. 9. ep. 10. *a med.* Subitus discessus, et præceps profectio. *Cic. de Senect.* c. *ult.* Existimans, non longinquum inter nos digressum, et discessum fore. *Id.* 1. *de Divin.* c. 23. Discessus e vita. *death.* ¶ In plur. numero. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 7. Solis accessus, discessusque solstitiis brumisque cognosci.

DISCEUS, i, m. disyllab. *a sort of meteor so called from its resemblance to a quoit,* δισκεύς, genus cometæ latæ rotunditatis, et disco similis. Nam δισκεύς discum significat. *Plin.* l. 2. c. 25.

DISCIDĬUM, ii, n. *a separation, disjunction,* separatio, disjunctio, διαχώρησις. Dicitur de separatione corporum: estque a præterito verbi *discindo*; cum *dissidium* proprie sit discordia et dissensus animorum, a *dissideo.* Quamquam a librariis hæc sæpe commutantur. *Cic.* 4. *Attic.* ep. 1. Eundem te acerbissime discidium nostrum tulisse. *Id.*

2. *Phil.* c. 18. Quod desiderium tui discidii ferre non posset. *Lucret.* l. 3. v. 851. Sic ubi non erimus: ubi corporis atque animai Discidium fuerit, quibus e sumus uniter apti. *Sueton. in Domit.* c. 3. Uxorem repudiavit: intraque breve tempus, impatiens discidii reduxit. *Senec. de constant. Sap.* c. 8. *sub fin.* Locorum commutationes, orbitates, discidia. ¶ Item dilaceratio, direptio. *a tearing asunder.* *Lucret.* l. 6. v. 292. Tantus discidio nubis, ventique procella Mittitur ardenti sonitus cum provolat ictu. *Solin.* c. 1. *a med.* (*al.* cap. 5. *ad fin.*) Cum elata flumina vi terras rupissent, post discessum fluctuum inter plurima humi discidia corpus repertum, &c. *chinks, chasms.*

DISCINCTUS, a, um, *having one's robe loose or ungirt*, ἄζωστος, qui sine cinctu est. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 71. ubi se a vulgo, et scena in secreta remorant, Nugari cum illo, et discincti ludere, donec Decoqueretur olus, soliti. *Id.* l. 1. sat. 2. v. 132, Discincta tunica fugiendum est, et pede nudo. *half clothed.* ¶ *Discinctus miles* est, cui cinctus est ademptus, qui est insigne militiæ (V. *Cinctus, a, um.*) *Liv.* l. 27. c. 13. Centuriones manipulorum, quorum signa amissa fuerant, destrictis gladiis discinctos destituit. ¶ Pro exauctorato, *cashiered.* *Vulcat. Gallic. in Avid. Cass.* c. 6. Ut si quis cinctus inveniretur apud Daphnen, discinctus rediret. V. *Daphnensis.* ¶ Translate *discinctus* est negligens, segnis, mollis, otiosus, dissolutus, luxu diffluens, sive quia molles demissis discinctisque vestibus uti solent; strenui vero et industrii, quo sint ad opus paratiores, succinctis: seu potius adludendo ad eos, qui militia vacant, in qua dies omnes operosi sunt; vel ad eos, qui ob segnitiam militia privantur. *dissolute, careless, negligent, reckless, slothful, slovenly.* *Ovid.* 1. *Amor.* el. 9. v. 41. Ipse ego segnis eram, discinctaque in otia natus. *Pers.* sat. 3. v. 31. Non pudet ad morem discincti vivere Nattæ? et sat. 4. v. 22. Verna discinctus. *Horat. Epod.* 1. v. 34. Discinctus nepos. *Senec.* ep. 114. *de Mæcenate.* Non oratio ejus æque soluta est, quam ipse discinctus? ¶ *Servius* ad illud *Virg.* 8. *Æn.* v. 724. *discinctos Mulciber Afros*: vel habitum eorum ostendit, qui usque in talos fluebat: neque enim hodieque utuntur zonis: vel inhabiles militiæ, &c. Quod ait *Servius*, zonis eos non uti, confirmat *Sil.* l. 3. v. 235. Quare *discinctos Libyas* ipse quoque appellat l. 2. v. 56. et discinctos equites Numidas memorat *Liv.* l. 35. c. 11. et discinctam Carthaginem *Auson. in gratiar. act.* c. 14.

DISCINDO, is, discĭdi, issum, a. 3. *to rive or cleave open, hew or cut asunder, rend in pieces, tear, cut*, διασχίζω, διασπάω, aperio, findo, dilacero: a *di*, et *scindo*. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 47. Ut discinderem tunicam, ut cicatrices ostenderem. *Liv.* l. 1. c. 36. Te novacula cotem discissurum. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 6. *extr.* Discindere trabes, aut saxa securibus, cuneisque. *Terent. Adelph.* 1. 2. 39. Fores effregit? restituentur: discidit vestem? resarcietur. et 4. 2. 20. Istam psaltriam usque occidit: vide, ut discidit labrum. *Asper Grammatic.* teste *Donato*, pænultimam hic longam accipit, a *cædendo.* ¶ Item dividere, dissolvere. *Lucret.* l. 3. v. 670. Anima in multas partes discinditur. et vers. 660. Ferro discindere caudam serpentis in multas partes. ¶ Translate *Cic. de Amic.* c. 21. Tales amicitiæ sunt remissione usus eluendæ, et, ut Catonem dicere audivi, dissuendæ magis, quam discindendæ. *h. e.* repente præcidendæ, ut *Id.* l. 1. *Offic.* c. 33. loquitur. ¶ *Discisset* pro *discidisset* legunt nonnulli apud *Sil.* l. 11. v. 457. ubi alii aliter. ¶ Pænult. producta in *discidi* (quod non a *scindo*, sed a *cædo* ducendum est) habetur in illo *Lucilii:* Zopyrion labias discidit utrumque secutus. A *Nonio* c. 3. n. 120. hic versus corrupte refertur. [¶ *Descindere* seu *discindere carmen* legitur in *Inscript. Fratr. Arval.* n. 41. quod idem valet ac versus in numerum canere, sonumque vocis pulsu pedum modulari, quod *Ovid.* 4. *Trist.* el. 10. v. 50. vocat ferire carmen pede. V. *Tripodo* in *Appendice.*]

DISCINGO, is, inxi, inctum, a. 3. *to ungird, unloose, untie*, ἀποζωννύω, cinctum solvo. *Vellei.* l. 2. c. 41. Neque unquam aut nocte, aut die, aut excalcearetur, aut discingeretur. *Sil.* l. 8. v. 34. jam discingitur armis. *h. e.* cinctum militarem, atque arma deponit. V. *Discinctus.* *Martial.* l. 9. epigr. 104. *de gestis Herculis.* Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo. *h. e.* devicit, et armis spoliavit. *stripped, deprived of.* *Juvenal.* sat. 8. v. 120. Cum tenues nuper Marius discinxerit Afros. *h. e.* arma deponere coegerit: vel ita spoliaverit, ut tantum non vestes ademerit: vel usque ad zonam spoliaverit: in zona autem pecuniam portabant. ¶ Translate *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 13. Mihi crede, in sinu est, neque ego discingor. *h. e.* non abjicio, dilabi non patior. *Sil.* l. 7. v. 153. Discinxit ratione dolos, fraudesque resolvit. *h. e.* detexit, dissolvitque. Sunt qui malunt aliter legi. *Senec. in fi.* ep. 92. Diserte Mæcenas ait, *Nec tumulum curo: sepelit natura relictos.* Alte cinctum putes dixisse. habuit enim ingenium et grande et virile, nisi illud secum discinxisset. *h. e.* molle et dissolutum reddidisset. V. *Discinctus.* *Sidon.* l. 2. ep. 7. Obsecro, ut inter Alethium et Paulum quæ veniunt in disceptationem, discingas. *h. e.* solvas, dirimas, dijudices.

DISCĬPLĪNA, æ, f. *discipline, instruction, learning, education*, μάθησις, παιδεία, παίδευσις, ratio vivendi et discendi, quæ discipulis traditur, institutio, educatio. Est syncope a *discipulina:* quæ vox legitur in quodam numo Adriani apud *Mediobarb.* ubi de disciplina militari sermo est. *Cic. pro Cæl.* c. 17. Dicet aliquis, hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescentes? *Id.* 1. *de Divin.* c. 42. Tradere filium alicui in disciplinam. *to teach.* *Id.* 2. *Phil.* c. 2. Tradere se in disciplinam alicujus. *Id.* 5. *Verr.* c. 69. Instituere atque erudire liberos ad disciplinam civitatis. *h. e.* ad consuetudinem vitæ civilis. *in the practices.* et *ibid.* Educari in disciplina alicujus. *system, method, plan.* *Id. de clar. Orat.* c. 67. Piso quidquid habuit, habuit ex disciplina. *from study.* *Id. pro Deiot.* cap. 10. Imitari mores et disciplinam avi. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 10. Ignarus disciplinæ et consuetudinis nostræ. *way, manner, custom.* *Id. in Orat.* c. 59. Bona disciplina exercitatus. *Liv.* l. 1. c. 28. *ad fin.* Adhibere alicui disciplinam. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* cap. 13. Convenire in disciplinam. *to meet together for the purpose of instruction.* et *ibid.* Multos annos in disciplina permanere. *to remain at school.* *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 10. Habere aliquid pro disciplina et præceptis. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 75. Esse disciplinæ aliis. *to be an example and pattern.* *Cic.* 2. *de Divin.* cap. 3. Res, quarum est disciplina, ut litteræ. *which are taught.* ¶ Pro mala institutione. *Id.* 5. *Verr.* c. 68. Ut etiamsi natura puerum a paternis vitiis abduceret, consuetudo tamen eum, et disciplina degenerare non sineret. *wrong habits; a bad education.* ¶ Item ipsa facultas, doctrina, scientia, *science, skill; an art, profession.* *Id.* 1. *de Divin.* c. 41. Magorum disciplinam scientiamque percipere. *Id. pro Cæl.* c. 30. Ætas dedita disciplinis et artibus. *Id. pro leg. Manil.* c. 18. Disciplina navalis. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 64. bellica. *Id. pro leg. Manil.* c. 10. militiæ. *Id.* 1. *de Orat.* c. 39. juris civilis. *Id. de clar. Orat.* c. 44. dicendi. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. 1. memoriæ. *Hirt. de B. Alex.* c. 24. Disciplinis fallacissimis eruditus. *having imbibed false notions.* *Sueton. in Calig.* c. 53. Disciplinæ liberales. *Gell.* l. 15. c. 17. Disciplina tibiis canendi. *Colum. in præfat.* l. 1. ruris. *h. e.* studium rei rusticæ. ¶ Item specialis ratio et modus, quo aliquid alicui traditur. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 7. Tres enim trium disciplinarum principes convenistis. *of three different sects or schools.* *Id. de clar. Orat.* c. 76. Hermagoræ disciplina inops ad ornandum, sed ad inveniendum expedita. Adde 3. *de Fin.* c. 11. ¶ Speciatim accipitur pro legibus et ratione vivendi, cui subjiciuntur milites, *military discipline.* *Liv.* l. 8. c. 7. *ad fin.* Disciplinam militarem solvere. *et paulo post.* restituere. (Adde cap. 32. 34. et 35.) *Hirt. de B. Alex.* c. 65. Dissolvere disciplinam et severitatem. ¶ Item universim pro consuetudine, qua quis ex disciplina imbutus est, *use, custom, habit.* *Plaut. Merc.* 1. 2. 6. Hæc hic disciplina pessima est: currenti, properanti, haud quisquam dignum habet decedere. *Terent. Heaut.* 2. 3. 59. Disciplina est eisdem, munerarier ancillas primum, ad dominas qui affectant viam. ¶ Hæc, quæ varia significatione claritatis gratia distinximus, adeo inter se affinia sunt, ut ad unum omnia facile referri possint. Omnis enim institutio, et educatio, quatenus est in puero et discipulo, *disciplina* dicitur, quatenus in docente et educante, doctrina, facultas, &c. idem tamen ubique est.

DISCIPLINABĬLIS, le, *that may be learnt*, qui disciplina percipi potest, διδακτός. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 3. Cujus rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere.

DISCIPLINABILĬTER, ex arte, et disciplina, artificiose. Est *Cassiodori.* V. *Psalterium.*

DISCIPLINĀTUS, a, um, *instructed, disciplined*, bonis moribus per disciplinam præditus. *Alcim. Avit.* l. 4. c. 46. *de arbore degenerante:* Disciplinatos dissuescit promere fructus. *Tertull. de fuga in persecut.* c. 1. *ad fin.* Disciplinatior in jejuniis.

DISCĬPLINŌSUS, a, um, qui facile discit. Vox est *M. Catonis*, teste *Gell.* l. 4. c. 8. *ad fin.* et *Non.* c. 6. n. 84. similis aliis ejusdem auctoris, *consiliosus, victoriosus.*

DISCIPŬLA, æ, f. *she who is a scholar or disciple*, quæ discit. *Horat.* l. 1. sat. 10. *extr.* Discipularum inter jubeo plorare cathedras. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 20. Si respexis, dedam te discipulam cruci. *h. e.* ut ab ea castigere, ut magistris discipuli. *Plin.* l. 35. c. 11. *ad fin.* Irene Cratini pictoris filia et discipula. *Id.* l. 10. c. 29. *ad fin. de luscinia.* Audit discipula intentione magna et reddit. *Quintil.* l. 12. c. 10. Latina facundia similis Græcæ, ac prorsus discipula ejus videtur.

DISCIPULĀTUS, us, m. idem fere quod disciplina. *Tertull. de præscriptionib. advers. Hæret.* cap. 22. In discipulatu, in convictu.

DISCIPŬLUS, i, m. *a disciple, scholar, learner, follower, pupil*, μαθητής, qui disciplinam ab alio percipit. *Cic. Offic.* l. 1. c. 1. Orator dulcis, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere. *Liv.* l. 37. c. 20. Ipse dux summi imperatoris discipulus. ¶ *Discipuli* etiam dicuntur, qui in tabernis, vel officinis mercatorum serviunt, et eorum disciplinam addiscunt, *shopkeepers' apprentices.* Hinc discipulos coquorum *Plaut.* memorat *Pseud.* 3. 2. 76. et 96. et *Aulul.* 3. 1. 4. Hinc *Paul.* lib. 2. *sentent.* tit. 8. Quod cum discipulis eorum, qui officinis et tabernis præsunt, contractum est, in magistros vel institores actio dabitur. [¶ Translate *Publ. Syrus in Mim.* Discipulus est prioris posterior dies.]

DISCISSUS, a, um, *cut or torn to pieces, rent, torn*, διατομος, διασχιζόμενος, scissus, dilaceratus, discerptus, diffissus, apertus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 514. Discissos nudis lacerabant dentibus artus. *Stat.* l. et silv. 1. v. 11. neque discissis cepissent Pergama muris. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 17. Cos discissa novacula. *Curt.* l. 10. c. 9. Discissæ canis viscera. *Lucret.* l. 3. v. 640. Discissa vis animai. *h. e.* disjecta, separata. *Senec.* ep. 89. *a med.* Omnis oratio aut continua est, aut inter respondentem et interrogantem discissa. *h. e.* divulsa, divisa.

DISCLŪDO, is, usi, usum, a. 3. *to shut up apart, set apart, separate*, διακλείω, seorsim claudo, atque adeo separo. *Virg.* 6. *Ecl.* v. 35. Tum durare solum, et discludere Nerea ponto. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 10. Duas separare voluit, iram et cupiditatem, quas locis disclusit: iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 8. Mons, qui Arvernos ab Helviis discludit. ¶ Item aperio, diffindo, discindo, *to open, tear or burst open.* *Lucret.* l. 6. v. 238. *de fulminibus.* et impete tanto Fiant, ut possint ictu discludere turres, Disturbare domos, avellere tigna, &c. *Virg.* 12. *Æn.* v. 782. Discludere morsus roboris. *to disengage from the wood.* ¶ *Macrobium*, qui l. 6. *Saturn.* c. 4. hoc verbum novum esse, et ferire aures, scribit, post tantos Scriptores, qui illo usi sunt, nihil moror.

DISCLUSĬO, onis, f. separatio, disjunctio, *a separation, disjunction*, διάκλεισις. *Apul. de Deo Socrat. in princip.* Non modo loci disclusione, verum etiam, &c.

DISCLŪSUS, a, um, adject. *shut up apart, separated*, seorsim clausus, separatus. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 17. Ubi dispares disclusos habeant pisces. *Id.* l. 4. *L. L.* c. 7. Aventinus olim paludibus ab reliquis disclusus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 33. Perturbationes semotas a mente, et disclusas Plato putat.

DISCO, is, didici, a. 3. *to learn, acquire the knowledge of a thing, study*, μανθάνω, rem ignotam, aliquo docente, percipio, vel meditando assequor. *Cic. de Senect.* cap. 8. Qui Græcas litteras senex didici. *Terent. Heaut.* 5. 2. 18. Disce, quid sit vivere. *Cic. Fam.* 9. ep. 10. Discere litteras apud aliquem. *Id.* 4. *Acad.* c. 30. dialecticam ab aliquo. *Id.* 3. *Verr.* c. 45. jus civile. *Virg.* 12. *Æn.* v. 435. Disce, puer, virtutem ex me, fortunam ex aliis. *Terent. Eun.* 2. 2. 30. Cœpit me obsecrare, ut sibi liceret discere id de me. *Virg.* 3. *Georg.* v. 414. Disce et odoratam stabulis accendere cedrum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 13. Se ita a majoribus didicisse, ut magis virtute, quam dolo contenderent. *had learned that lesson from their forefathers.* *Sallust. in Jug.* cap. 107. Didicerat latine loqui. *Phædr.* l. 4. fab. 3. v. 9. Didici, quam sis utilis. et fab. 18. v. *ult.* Ne quis discat prodesse improbis. et lib. 1. fab. 2. v. 2. Exemplis discimus, a feminis spoliari viros. *Quintil.* l. 5. c. 10. Discere palæstram. *Plin.* l. 11. c. 24. Araneus discit texere. *Cic. de Senect.* c. 8. Discere fidibus. *to learn to play upon.* Est autem ellipsis pro *discere canere fidibus.* *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 315. Discant cantare puellæ. ¶ *Discere* dicuntur actores Fabularum, sicut Poetæ ipsi Comici *docere*, aut *scribere fabulas.* *Terent. Hecyr. prol.* v. 48. Date silentium, ut libeat scribere aliis, mihique ut discere novas expediat. ¶ *Discere* absolute de eo, qui litteras et artem oratoriam didicit. *Cic. in Bruto*, c. 71. Vehementer placet, nec vero sine causa. Nam et didicit, et omissis ceteris studiis, id unum egit. *he hath studied.* ¶ *Didici* aliquando est soleo, assuetus sum. *to be accustomed:* nam quod didicit quis, sæpe facere consuevit. *Plaut. Amph.* 2. 2. 55. Vera dicere didici. *Lucan.* l. 4. v. 239. Feræ hominem didicere pati. *Pareus* affert etiam *frag. Q. Hortensii.* Contra caput non didici dicere. ¶ Item cognosco, intelligo, rescio. *to be informed or apprised of: to understand, learn, know.* *Cic.* 2. *de Orat.* c. 24. et *Quintil.* *extr.* c. 9. l. 12. Discere causam. *Cic. Famil.* 3. ep. 5. Didici ex litteris tuis, te habuisse, &c. *Nepos in præfat.* Hi si didicerint, non eadem omnibus esse honesta, *&c.* non admirabuntur, &c. *Virg.* 2. *Æn.* v. 66. Crimine ab uno disce omnes. *learn to know them all.* *Horat.* l. 2. od. 20. v. 19. Me ultimi noscent Geloni, me peritus discet Iber. *Virg.* 6. *Æn.* v. 755. et venientum discere vultus. *Ovid. Heroid.* ep. 21. v. 228. Et discas sponsæ languida membra tuæ. *h. e.* cognoscas, videas. *Justin.* l. 14. c. 2. A quo cum auxilia Eumeni missa Antigonus didicisset, ab obsidione recessit. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Plin.* l. 16. *proœm.* Arbores sive ultro, sive ab homine didicere blandos sapores. *Virg.* 4. *Ecl.* v. 42. varios discet mentiri lana colores. ¶ Pro conari, tentare, quia qui discit conatur. *Virg.* 5. *Æn.* v. 222. et fractis discentem currere remis. *Non.* cap. 4. n. 136. ¶ *Disciturus* a supino *discitum* est *Apuleii in fragm.* apud *Priscian.* lib. 10. pag. 887. *Putsch.* [¶ Particip. *discendus* apud *Plaut. Mil.* 4. 8. 49. Muliebres mores discendi, obliviscendi strationici.]

DISCOBŎLUS, i, m. *a thrower of the discus or quoit*, δισκοβόλος, qui discum jacit: a δίσκος, discus, et βάλλω, jacio. Fuit hoc nomine signum Myronis celebris statuarii. *Quintil.* l. 2. c. 13. et *Plin.* l. 34. c. 8. ¶ Item Naucydis. *Plin. ibid. ad fin.* ¶ Item tabula Taurisci pictoris. *Id.* l. 35. c. 11. *a med.*

DISCOCTUS, a, um, *well boiled*, valde coctus, plus quam decoctus. *Plin.* l. 23. c. 6. *sub fin.* Radix decocta succum emittit, *&c.* eadem discocta in aqua, &c. *h. e.* ita cocta, ut resolvatur, et deliquescat. *Id.* l. 22. c. *ult. circa*

med. Lens alvum sistit in cibo; magisque discocta cælesti aqua: eadem solvit minus percocta. *et paulo post* Lens ex aceto discocta. Adde *Cels.* l. 6. c. 9. ¶ Item simpliciter coctus. *Pallad. in Mart.* tit. 10. *sub fin.* Ubi discocta ficus fuerit, in vas fictile conditur. et lib. 1. tit. 29. Discocto farre pascuntur. *Al. leg.* decocto.

DISCOLOR, oris, adject. *of various colours*, ἑτερόχροος, qui est diversorum colorum. *Martial.* l. 14. epigr. 17. Discolor hic gemino calculus hoste perit. *Cic.* 2. *Verr.* c. 13. *extr.* Ut discoloribus signis juratorum hominum sententiæ notarentur. *Plin.* l. 10. c. 2. Discolores aves. ¶ Item colore differens, dissimilis. *of a different colour, unlike. Ovid.* 5. *Trist.* el. 5. v. 8. Vestis alba discolor fatis meis. *scil.* quæ nigra ac tristia sunt. *discoloured. Horat.* l. 1. ep. 18. v. 3. Matrona meretrici dispar atque discolor. *Stat.* l. 9. *Theb.* v. 338. pelago nec discolor amnis. ¶ Translate *Pers.* sat. 5. 52. Mille hominum species, et rerum discolor usus: Velle suum cuique est, &c. *h. e.* varius.

DISCOLORĬUS, a, um, adject. idem quod discolor. *Petron. in Satyr.* c. 97. Discoloria vestis.

DISCOLŌRUS, a, um, adject. discolor. *Martian. Capell.* l. 4. *in princ.* Discolora venustate florentibus. *Prudent. peristeph.* 14. *de S. Romano*, v. 302. Quos lana terret discolora in stipite. *Al. leg.* discolor.

[* DISCONCINNUS, a, um, *inelegant, slovenly*, idem ac inconcinnus. *Fronto de oration.* l. 2. fragm. 5. Straboni oculi dispares sunt: potuisse te pares aut impares dicere. Disconcinnos hos, illos concinnos dici potuisse, convenientes multo melius.]

DISCONDŪCIT, *it is not profitable or conducive*, non conducit, non prodest. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 85. Sed nihil disconducit huic rei.

DISCONVENĬENS, entis, adject. *inconsistent. Lactant. de Ira Dei*, c. 3. Est disconveniens Deo, ut ejusmodi potestate sit præditus.

DISCONVENIENTĬA, æ, f. *inconsistency. Tertull. de testim. anim. c. ult.* Suspectam habe convenientiam prædicationis in tanta disconvenientia conversationis.

DISCONVENĬO, is, eni, entum, n. 4. *to differ, be unlike, disagree, be inconsistent*, διαφέρω, non convenio, dissentio. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 99. Æstuat, et vitæ disconvenit ordine toto. et epist. 14. v. 18. disconvenit inter me, et te.

DISCOPHŌRUS, i, m. *carrying a dish*, δισκοφόρος, discum ferens. *Hieronym. in prolog.* seu *præfat. in Daniel. ad fin.* vocat *Discophorum* Habacuc, qui prandium Danieli, per aera ab Angelo sublatus, portavit, ut habetur *Dan.* 14. 32. Discus enim etiam vas escarium significat.

DISCŎQUO, is, oxi, octum, a. 3. *to boil well*, valde et diu coquo, ἀφέψω. Plus est quam decoquo. Significat enim coquendo resolvere. *Plin.* l. 22. c. 25. *a med.* Cicer in aqua cum sale discoquere. *et ibid.* Lupinos aqua cælesti discoquere. *Id.* l. 32. c. 7. *ad fin.* Ranarum corda in olei veteris sextario sub æreo testo discoxere, ut infunderent per aurem.

DISCORDABĬLIS, le, *disagreeing*, discors, dissentiens. *Plaut. Capt.* 2. 3. 42. Inter nos fuisse ingenio haud discordabili.

DISCORDĬA, æ, f. *discord, discordance, dissension, disagreement, disunion, variance, debate, strife, jar*, διαφωνία, cordium seu voluntatum dissidium, dissensio, odium. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 9. Discordia est ira acerbior, intimo odio, et corde concepta. *Id.* 1. *de Fin.* c. 13. Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur. *Id. de Amic.* c. 7. Dissensiones atque discordiæ. *Vellei.* l. 2. c. 3. Sanare discordias. *et ibid.* Ferro discordias dijudicare. *et ibid.* c. 126. Summovere discordiam. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 25. Inducere seditionem atque discordiam in civitatem. *Id. pro Mur.* c. 39. Seditionem ac discordiam concitare. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 50. Componere discordias. *Cic.* 1. *Phil.* c. 1. sedare. *Horat.* epod. 4. v. 2. Tecum mihi discordia est. *Sallust. in Jug.* c. 10. Concordia res parvæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur. *Cic. de Amic.* c. 7. Amicitia res contrahit, discordia dissipat. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 60. Discordia ventorum. *Id.* lib. 9. v. 629. Discordia mentis. *h. e.* pugna et dissidium variorum affectuum. *Plin.* l. 18. c. 25. Eorum unam discordiam ponemus exempli gratia. *diversity of opinion, difference, disagreement.* ¶ In Fabulis est dea, Noctis et Erebi filia, ut *Hygin.* docet *in præfat. Fabular.* Bellonæ, et Martis comes, belli, rixæ, seditionis, et similium præses. Narrat *Serv. ad Æn.* 1. v. 31. cum ad nuptias Pelei dii plurimi convenissent, et Discordiam secum non admisissent, iratam illam pomum aureum jactavisse, in quo scriptum erat: *hoc est donum deæ pulcherrimæ*: ex quo jurgium ortum inter Junonem, Minervam, et Venerem, cum sibi quæque postularet; causamque belli Trojani, multorumque malorum exstitisse. *Virg.* 8. *Æn.* v. 702. Et scissa gaudens vadit Discordia palla. *Petron. in Satyr.* c. 124. scisso Discordia crine Extulit ad Superos Stygium caput hujus in ore Concretus sanguis, contusaque lumina flebant: Stabant ærati scabra rubigine dentes, Tabo lingua fluens, obsessa draconibus ora, Atque inter toto laceratam pectore vestem Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra. *Justin.* l. 12. c. 15. *ad fin.* Hac voce veluti bellicum inter amicos cecinisset, aut malum Discordiæ misisset, ita omnes in æmulationem consurgunt, ut, &c. μῆλον τῆς Ἔριδος. *the apple of Discord.*

DISCORDĬĀLIS, le, *causing strife or discord*, διχοστατικός, discordiam pariens, discordiosus. *Plin.* l. 37. c. 10. Hyænæ pelli similem achatem abominantur, discordialem domibus.

DISCORDĬŌSUS, a, um, *prone to discord, quarrelsome*, qui discordias et lites serit. *Sallust. in Jug.* c. 70. Vulgus Numidarum seditiosum atque discordiosum erat. *Sidon.* l. 6. ep. 2. *in fi.* Discordiosa domus.

DISCORDIS pro discors, dicebant Veteres. *Pompon.* apud *Priscian. in fi.* lib. 6. Blanda, fallax, impotens, superba, discordis.

DISCORDĪTAS, atis, f. idem ac discordia, apud Vet. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 216. Ex discorditate cladem importare familiæ.

DISCORDO, as, avi, atum, n. 1. *to be at variance, disagree, jar, differ*, διαφέρομαι, ἀντιγνωμονέω, discors sum, dissideo, dissentio, discrepo. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 3. Intus in animis cupiditates inclusæ, inter se dissident atque discordant. et cap. 18. Animus a se ipse dissidens, secumque discordans. *Terent. Andr.* 3. 3. 43. Discordant inter se. *Tacit.* 12. *Ann.* cap. 28. Discordare cum aliquo. *Quintil.* l. 5. c. 11. Nota illa de membris humanis adversus ventrem discordantibus fabula. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 193. Scire volam, quantum simplex hilarisque nepoti Discrepet, et quantum discordet parcus avaro. *Plin.* l. 25. c. 7. Jumenta discordantia. ¶ Translate est dissimilem esse. *Quintil.* l. 8. c. 3. *ante med.* A sermone tenui sublime nitidumque discordat. *Vellei.* l. 2. c. 53. Fortuna a se discordans. *h. e.* conversa et mutata, ac priori dissimilis. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Ne vox ab oratione discordet.

DISCORS, ordis, adject. *discordant, jarring, disagreeing, differing, at variance*, διχογνώμων, qui corde, *h. e.* voluntate dissidet, dissentiens, contrarius. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 33. *ad fin.* Homines contentione et ambitione discordes. *Liv.* l. 2. c. 23. Civitas secum ipsa discors. *Id.* l. 4. c. 26. Ad alia discordes, in uno consensisse, ne, &c. *Vellei.* l. 2. c. 37. Filius discors patri. *Plin.* l. 23. c. 1. *circa med.* Discordes medicorum sententiæ. *Virg. Georg.* 2. v. 459. Discordia arma. *Horat.* l. 3. od. 29. v. 28. Discors Tanais. *h. e.* accolæ Tanais ad discordias et bellum propensi. *Id.* l. 1. ep. 22. v. 19. et *Ovid.* 1. *Metam.* v. 433. rerum concordia discors. *h. e.* quatuor elementorum, ex quibus res cunctæ constant. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 620. Discordes venti. *Paulin. Nolan. in Nat.* XIII. *S. Fel. edit. Murator.* v. 485. discors agno lupus, et tenebris lux. ¶ Item diversus, dissimilis, non conveniens, discrepans. *unlike, different. Curt.* l. 4. c. 13. Homines discordes moribus et linguis. *Plin.* l. 3. c. 5. Discordes tot populorum linguæ. *Id.* l. 2. c. 97. Æstus marini tempore discordes. *h. e.* qui non statis, sed incertis temporibus fiunt. *Id.* l. 17. c. 22. *a med.* Mixtura generum vini discors. *Horat. in ar. Poet.* v. 374. Symphonia discors. *discordant, dissonant, harsh, unharmonious.*

DISCRĔPANS, antis, adject. *different, discordant*, dissidens, discors, dissimilis. *Solin.* cap. 52. (*al.* 65.) In quantum mores populorum discrepant, habitus quoque discrepantissimus est.

DISCREPANTĬA, æ, f. *discordance, variance, difference, disagreement*, διαφορὰ, dissensio, discordia. *Cic.* 3. *Fin.* c. 12. Majorem multo inter Stoicos et Peripateticos rerum esse discrepantiam, quam verborum.

DISCREPATĬO, onis, f. idem quod discrepantia. *Liv.* l. 10. c. 18. Ea ipsa inter consules discrepatio fuit. *a dispute, controversy.*

DISCREPĬTO, as, n. 1. frequent. a discrepo. *Lucret.* l. 2. v. 1016. Verum positura discrepitant res. *Id.* l. 3. v. 804. Quid enim diversius esse putandum est, Aut magis inter se disjunctum, discrepitansque, quam, &c?

DISCRĔPO, as, avi, et ui, n. 1. *to differ in sound, give a different sound, sound differently*, διαφωνέω, ἀσυμφωνέω, diverso modo crepare, dissonum esse. *Cic.* 1. *Offic.* c. 40. *extr.* In fidibus, aut in tibiis, quamvis paulum discrepent, tamen id a sciente animadverti solet. ¶ Translate est non convenire, discordare, dissentientem, dissimilem, diversum esse. *to differ, vary, dissent, disagree. Cic.* 3. *de Orat.* c. 30. Si qua in re discrepavit ab Antonii divisione nostra partitio. *Non.* c. 7. n. 98. *legit* discrepuit. *Horat. in Ar. Poetic.* v. 219. Sortilegis non discrepuit sententia Delphis. *Id. ibid.* v. 152. Primo ne medium, medio ne discrepet imum. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 50. *extr.* Ipsi tibi singuli discrepantes. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 28. Philosophi de ceteris rebus discrepantes. *Id.* 1. *de Leg.* c. 10. *extr.* Oratio verbis discrepans, sententiis congruens. *Id. initio Paradox.* Quæ non multum discrepant ab opinione populari. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 4. *ad fin.* Neque unquam a tuis consiliis discreparem. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 30. Facta cum dictis discrepant. et lib. 4. c. 22. Quid attinuit cum iis, quibuscum re concinebat, verbis discrepare? *Id.* 3. *Offic.* c 21. Ut hæc duo verbo inter se discrepare, re tamen unum sonare videantur. *Id. Verr.* 7. c. 46. Eadem dicit, nulla in re discrepat. *Virg.* 10. *Æn.* v. 434. nec multum discrepat ætas. *h. e.* sunt fere æquales. ¶ Absolute *Liv.* l. 22. *c. ult.* Mirari magis, adeo discrepare inter auctores, quam quid veri sit, discernere queas. ¶ Apud *Vellei.* l. 1. c. 7. Res multum discrepans auctorum opinionibus. *h. e.* dubia, incerta.

DISCRESCO, scis, crevi, etum, n. 3. valde cresco. *dis* auget, ut in *discrucio, discupio, distædet. Lactant. de mortib. persecut.* c. 33. *sub fin.* Inferior corporis pars, sine ulla pedum forma, in utrium modum inflata discreverat.

DISCRĒTE, adverb. *separately, distinctly*, διωρισμένως, separatim, distincte. *Cic. de Invent.* l. 1. c. 30. *ad fin.* Post discrete et electe in genus quodque causæ, quid cuique conveniat, ex copia hac digeremus. Al. leg. *descripte.*

DISCRĒTIM, idem ac discrete. *Varr. de R. R.* l. 1. c. 3. Quoniam discretim de his rebus dicendum est. *Scaliger* tamen legit *discretum*; quod rectius videtur, si ejus interpunctionem sequamur. Habet autem *Apul.* l. 6. *Metam. initio.* Singula Psyche curiose dividit, et discretim remota rite componit. et *in Florid.* n. 9. (*al.* l. 2.) Sigillatim ac discretim.

DISCRETĬO, onis, f. *a separation*, διάκρισις, separatio: a discerno. *Lactant.* l. 7. c. 12. Quæ discretio mors vocatur. *Triphonin. Dig.* lib. 7. tit. 1. leg. 62. Ne per singula animalia facultatis fructuarii, propter discretionem difficilem, jus incertum sit. Adde *Prudent. in Hamartig.* v. 26. ¶ Item delectus, discrimen, *discretion. Auct. declam. quæ inscribitur Trib. Marian.* c. 3. Patere, C. Mari, patiatur tua divina virtus, et Romanæ ceterum militiæ pia discretio.

DISCRETĪVE, cum discretione et separatione. *Donat. ad Terent. Eun.* 1. 2. 43. Nunc discretive dictum est.

DISCRETĪVUS, a, um, discernendi et separandi vim habens. *Priscian.* l. 15. pag. 1021. *Putsch.* et lib. 17. pag. 1061. et 1062.

[* DISCRETORĬUM, ii, n. discrimen, id quod discernit et separat. *Cæl. Aurel. Chron.* l. 2. c. 12. Fluores difficiles curatione judicantur, si ex diaphragmate, quod nos jamdudum discretorium dicimus.]

DISCRĒTUS, a, um, *separated, distinct, divided, parted*, διακεχωρισμένος, secretus, separatus. *Liv.* l. 27. c. 39. *ad fin.* Duæ urbes magno inter se maris terrarumque spatio discretæ. *Horat.* l. 2. od. 13. v. 23. Sedes discretæ piorum. *Plin. in fi.* ep. 6. l. 2. Quæ cum sint turpissima discreta ac separata, turpius junguntur. *Quintil.* l. 6. c. 1. Partitio est singulorum in partes discretus ordo. *Ovid. Met.* 5. v. 324. septem discretus in ostia Nilus. *Id.* 2. *Fast.* v. 194. discretas insula rumpit aquas. *Stat.* 5. *Theb.* v. 559. saxum, quo discretus ager. *a landmark. Plin.* l. 4. ep. 19. Eadem, si quando recito, in proximo, discreta velo sedet. *Plin. alter* l. 5. c. 14. Peræa a ceteris Judæis Jordane amne discreta. *Id.* l. 2. c. 11. Tanto discretus intervallo. *Id.* l. 33. c. 2. Decuriæ pluribus discretæ nominibus. *distinguished. Vitruv.* l. 5. c. 8. *sub fin.* Vox ingreditur ad aures discreta verborum claritate. *distinct.*

DISCRĪBO, pro describo scribi volunt nonnulli apud *Cicer. de Senect.* c. 2. &c. quoties distributionem ac divisionem notat.

DISCRĪMEN, inis, n. *a division, separation*, id, quo res una ab alia discernitur, divisio, separatio, quasi *discernimen*, διάκρισις, διαφορά. *Cic.* 2. *Agr.* c. 32. *de Corintho.* Ut duo maria pæne conjungeret, cum pertenui discrimine separarentur. *h. e.* brevi intervallo Isthmi, quo Ionium ab Ægæo mari separatur. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 8. v. 61. minimum quos inter, et hostem Discrimen murus, clausaque porta facit. *Lucan.* l. 5. v. 75. *de Parnasso.* Hoc solum, fluctu terras mergente, cacumen Eminuit, pontoque fuit discrimen, et astris. *Virg.* 5. *Æn.* v. 154. post hos æquo discrimine Pistris, Centaurusque locum tendunt superare priorem. *h. e.* pari intervallo, et spatio, atque adeo æquali celeritate. ¶ Dicitur de intervallis dentium. *Quintil.* l. 12. c. 10. *ante med. de F littera.* Inter discrimina dentium efflanda est. ¶ Et de fissura ungulæ in quadrupedibus. *Colum.* l. 5. c. 15. *extr.* et *Plin.* l. 11. c. 45. ¶ Et de divisionibus aciei. *Curt.* l. 4. c. 12. *ad fin.* Caligo agminum discrimina atque ordinem prohibuit perspici. ¶ Item de divisione capillorum, *the parting of the hair. Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 302. Compositum discrimen erit, discrimina lauda. *Claudian. de nupt. Honor. et Mariæ*, v. 102. hæc morsu numerosi dentis eburno Multifidum discrimen arat. ¶ Et de sulcis et areolis, quibus terra culta dividitur. *Colum.* l. 10. v. 95. puro discrimine pectita tellus, Deposito squalore nitens sua semina poscit. ¶ Et de variis lyræ chordis, quæ singulæ diversum sonum edunt. *Virg.* 6. *Æn.* v. 646. Obloquitur numeris septem discrimina vocum. ¶ *Medium discrimen luci* apud *Grat. in Cyneg.* v. 486. est medium in luco spatium arboribus vacuum, quo una veluti pars silvæ ab altera dividitur. ¶ Frequentissime ponitur pro quacumque diversitate, ac differentia, *a difference, distinction. Cic. pro Balb.* c. 21. *extr.* Sit hoc discrimen inter gratiosos cives atque fortes, ut illi vivi fruantur opibus suis, horum etiam mortuorum vivat auctoritas. *Id.* 4. *Verr.* c. 50. Omnia jura pretio exæquavit, omniumque rerum delectum, atque discrimen pecunia sustulit. *Id. pro Planc.* c. 4. Non est consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia. *Virg.* 1. *Æn.* v.

578. Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur. *indiscriminately, without any difference. Sueton. in Aug.* c. 32. Rapti per agros viatores sine discrimine. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 128. Nullo, ut in terrore solet, generis aut imperii discrimine. *Lucil. ibid.* Et amabat omnes. nam discrimen non facit. *makes no difference. Quintil.* declam. 5. c. 13. Facere aliquod discrimen de liberis. *Justin.* l. 29. c. 2. *extr.* Facere bello discrimen imperii. *h. e.* bello id efficere, ut videatur, utrum imperium majus, ac potentius sit. *Liv.* l. 10. c. 28. Nec dum discrimen fortuna fecerat, qua datura vires esset. *Id.* l. 5. c. 46. Adeo regebat omnia pudor, discriminaque rerum, prope perditis rebus, servabant. *they still preserved a due respect and regard. Quintil.* l. 12. c. 10. *a med.* Servare discrimen personarum. *Plin. l. et cap. ult.* Facere discrimen rerum. *to make a distinction.* Vetus lap. apud *Gruter.* pag. 823. n. 8. L. Junius Avitus optumæ conjugi, cum qua vix. ann. 9. dulciter sine ullo discrimine. *h. e.* dissensione. ¶ Item sæpissime pro periculo, *danger, risk, hazard:* nempe quia illud omne significat, quo ab exitio, morte, gravi damno exiguo intervallo dividimur. *Cic. initio Phil.* 7. Adducta est res in maximum periculum, et extremum pæne discrimen. (*Liv.* quoque l. 3. c. 18. *periculum discrimenque* conjunxit. Sic *Tacit.* l. 1. *Histor.* c. 68. Ante discrimen feroces, in periculo pavidi. *Liv.* l. 8. c. 24. *a med.* Quid in tanto discrimine periculi cunctaretur, interrogans.) *Id. pro Rosc. Amer.* c. 6. Cum omnium nobilium dignitas et salus in discrimen veniret. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 1. Devenimus in medium rerum omnium certamen atque discrimen. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 37. Res est in summo discrimine. *Cic. pro Sull.* c. 28. In extremo discrimine ac dimicatione fortunæ. *Id. pro Sext.* c. 20. Adducere aliquem in discrimen vitæ. et *in Divin. Verr. c. ult.* existimationis. *Id. Attic.* l. 7. ep. 1. *circa med.* Incidere in discrimen. *Id. pro Sext.* c. 1. Se et salutem suam in discrimen offerre pro aliquo. *Id. ad Brut.* ep. 12. Maximo in discrimine respubl. versatur. *Id. pro Dom.* c. 9. *extr.* Summus vir, sæpe ad extrema reipubl. discrimina delectus. *Id. Fam.* 7. ep. 2. Cum omnis respubl. in meo capite discrimen esset habitura. *Liv.* l. 29. c. 7. In majori discrimine rem verti. *Cic. Phil.* 14. c. 1. *extr.* Totius belli discrimen in hujus viri fortissimi vita positum est. *Justin.* l. 41. c. 2. et *Curt.* l. 8. c. 11. Subire discrimen. *Curt. ibid.* c. 10. tentare. et cap. 4. l. 5. experiri. et lib. 8. c. 14. Ruere in medium discrimen. *Tacit.* 2. *Histor.* c. 60. Adire discrimen. et cap. 40. mittere. et 2. *Ann.* c. 11. Dare in discrimen. *to risk.* et *de Germ.* c. 12. Discrimen capitis intendere. *to accuse of a capital crime.* Sic *Cic. pro Deiot.* c. 1. Adducere aliquem in discrimen capitis. ¶ Sequentibus particulis, *utrum, an,* peculiarem habet significationem. *Cic.* 3. *Phil.* c. 11. Res in id discrimen adducta est, utrum ille pœnas luat, an nos serviamus. *is brought to that pass, that either he,* &c. *Id. pro Quint.* c. 30. Res in discrimen versatur, utrum ne possit se defendere, an, &c. *Al. leg.* discrimine. *Liv.* l. 29. c. 17. In discrimine est nunc humanum genus, utrum vos, an Carthaginienses principes orbis terrarum videat. *Id.* l. 8. c. 35. Quæ in discrimine fuerunt, an ulla post hanc diem essent. *Curt.* l. 4. c. 9. *sub fin.* Audaciæ quoque ratio minui potest, quia nunquam in discrimen venit, an temere fecisset.

DISCRIMINĀLIS, le, adject. *Discriminalis acus* apud *Hieronym.* l. 3. *in Rufin. c. ult.* est discerniculum, *a pin or bodkin to part the hair.*

DISCRIMINĀTIM, *with difference or distinction,* cum discrimine, διακριδόν. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 7. Sunt quæ non possunt vivere, nisi in loco aquoso, aut etiam in aqua: et id discriminatim, ut alia in lacubus, alia in fluminibus, alia in mari.

DISCRIMINATĬO, onis, f. discretio, divisio. *Diomed. Grammat.* l. 1. pag. 306. *Putsch.* Nomen est, quo Deus, aut homo propria discriminatione pronuntiatur.

DISCRIMINĀTOR, oris, m. qui discernit. *Tertull.* l. 1. *ad Nation.* c. 10. *ad fin.* Discriminatores impendere. *Apul. de Mundo.* Axis divisor et discriminator mundi. Al. leg. *disterminator.* Adde *Augustin. Tract.* 20. *in Joann. ad fin.*

DISCRIMINĀTRIX, icis, f. quæ discriminat, et discernit. *Nazar. in Paneg. ad Constantin.* c. 7. Illa vis fandi ac nefandi discriminatrix, quæ omnia meritorum momenta perpendit.

DISCRIMINĀTUS, a, um, *distinct, separate,* distinctus. *Liv.* l. 21. c. 4. Vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora.

DISCRIMĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to divide, part, separate, distinguish,* ἀφορίζω, διορίζω, discrimine separo, discrimen facio, distinguo. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 59. Cum analogiæ sui cujusque temporis verba debeant discriminare. *Cic. Phil.* 12. c. 9. Cassia via Etruriam discriminat. *Senec.* ep. 95. *ad fin.* Notæ, quibus inter se similia discriminentur. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 61. *Hard.* Continuorum dentium qui digerunt cibum, lati et acuti; qui conficiunt, duplices; qui discriminant eos, canini. *h. e.* separant duplices a latis. *Claudian. in consul. Probi, et Olybr.* v. 89. nodus, qui sublevat ensem, Album puniceo pectus discriminat ostro.

DISCRUCIĀTUS, a, um, *tortured,* valde cruciatus. *Cic. Phil.* 13. c. 18. Si posset, etiam Brutum, Cassium discruciatos necaret.

DISCRUCIĀTUS, us, m. idem quod cruciatus, *a tormenting, torture. Prudent. Hamartig.* v. 836. Vermibus, et flammis, et discruciatibus ævum Immortale dedit. *torments.*

DISCRUCĬO, as, avi, atum, a. 1. *to torment grievously, torture, distract, agitate, trouble,* ἀνιάω, valde crucio, torqueo. Fere passive usurpatur, et ad animum refertur. *Plaut. Casin.* 2. 3. 58. Ego discrucior miser amore. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 11. Quod enim ipse celeriter arripuit, id cum tarde percipi videt, discruciatur. *Id. Attic.* l. 14. ep. 6. Discrucior, Sextilii fundum a verberone Curtilio possideri. *Terent. Adelph.* 4. 4. 1. et *Plaut. Aulul.* 1. 2. 27. Discrucior animi, quia ab domo abeundum est mihi. *Plaut. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 572. Quid murmurillas tecum, et te discrucias?

DISCUBITĬO, onis, f. discubitus: item locus, ubi discumbitur. Inscriptionem veterem allatam a *Grutero* pag. 90. n. 11. sed curtam, ita supplet *Fabrett.* pag. 1. *emend. Grut.* Ti. C. L. Pompeianus Trib. mil. leg. 1. Min. loco exculto cum discubitione et tabula, V. S.

DISCUBĪTUS, us, m. discumbendi actus, *a reclining at table, sitting down at meat.* In sexto casu singulari. *Valer. Max.* l. 2. c. 1. n. 9. Ne senioris adventum discubitu præcurrerent.

DISCŬBO, as, ui, itum, n. 1. legitur apud Lexicographos, sed exempla, quæ afferuntur, ad *discumbo* referri possunt, cum quo commune habet præteritum.

DISCUMBO, is, ubui, ubitum, n. 3. *to recline at table, sit at meat,* ἀνακλίνομαι, ἀνάκειμαι, mensæ accumbo: quo de more in *Accumbo* dictum est. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 1. Discubuimus omnes præter illam, cui tamen Quintus de mensa misit. *Virg.* 1. *Æn.* v. 712. toris jussi discumbere pictis. *Ovid. Metam.* l. 12. v. 211. positis ex ordine mensis, Arboribus tecto discumbere jusserat antro. *Stat.* l. 4. silv. 2. v. 33. Discumbere mensis. *Petron. in Satyr.* c. 22. Alii circa pedes discumbentium sparsi jacebant. *Curt.* l. 8. c. 5. Cum quibus cum discubuisset rex, paulisper epulatus, convivio excessit. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 95. Discumbere in herba. ¶ Passive impersonaliter. *Cic. Verr.* 3. c. 26. Discumbitur: fit sermo inter eos et invitatio, ut Græco more biberetur. *Virg. Æn.* 1. v. 704. stratoque super discumbitur ostro. *Gell.* l. 3. *c. ult.* Apud cœnam Favorini cum discubitum fuerat, &c. ¶ Item dormiendi causa decumbere. *to lie down to sleep, repose. Cic.* 2. *de Invent.* c. 4. Simul cœnare, et in eodem loco somnum capere voluerunt: cœnati discubuerunt ibidem. *Plaut. Merc. prol.* v. 99. Discubitum noctu ut imus, ecce &c.

DISCUNEĀTUS, a, um, *cleft, cloven, opened as if with a wedge,* apertus, ac patens: a *cuneus. Plin.* l. 9. c. 30. Conchæ se contrahunt, sed frustra, discuneatæ. *idest,* quasi immisso cuneo diductæ, et patefactæ. Loquitur de conchis, cum polypi iis insidiantes lapillum injiciunt, quo carnes securi extrahant.

DISCUPĬO, is, ivi, itum, a. 3. *to desire greatly, long earnestly,* ἐπιθυμέω, valde cupio. *Cœl. ad Cic.* l. 8. *Fam.* ep. 15. Te videre, et omnia intima conferre discupio. *Plaut. Trinum.* 4. 2. 87. Discupio dicere. *Catull.* carm. 104. *de puero, et præc.* Discupere vendere.

DISCURRO, is, curri, et cucurri, cursum, n. 3. *to run different ways, to and fro, this way or that, up and down, hither and thither; to run, run through, run over,* διατρέχω, huc illuc curro, percurro. *Liv.* l. 1. c. 9. Signo dato, juventus Romana ad rapiendas virgines discurrit. *Hirt. de B. Alex.* c. 31. Trepidantes in omnes partes discurrere cœperunt. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 203. Discurrere equis. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 285. Discurrere in montibus altis. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 105. ut in muris armata civitas discurreret. *Petron. in Satyr.* c. 114. Discurrunt nautæ ad officia trepidantes. *Virg.* 12. *Æn.* v. 577. Discurrunt alii ad portas. *Sueton. in Calig.* c. 32. Victor cum palma discucurrit. *Curt.* l. 4. c. 15. Victores Persas ad prædam discurrisse. *Id.* l. 3. c. 8. *a med.* Festinatio discurrentium. *Virg.* 4. *Georg.* v. 292. *de Nilo.* Et diversa ruens septem discurrit in ora. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 69. *Hard.* Ex hoc fonte duæ grandes venæ in priora et terga discurrunt. *Id.* l. 33. c. 3. Discurrant catenæ circa latera. *Id.* l. 37. c. 1. Discurrentes maculæ in gemma. *Id.* l. 13. c. 21. Rugosæ incisuræ discurrunt per tota folia. ¶ Passive impersonaliter. *Virg.* 11. *Æn.* v. 468. Ilicet in muros tota discurritur urbe. *Senec.* ep. 95. *ante med.* Turba ministratorum, per quos signo dato, ad inferrendam cœnam discurritur. ¶ Translate *Ovid. de remed. amor.* v. 443. Secta bipartito cum mens discurrit utroque. *Curt.* l. 4. c. 1. Fama strenue tota urbe discurrit. ¶ Pro disserere, loqui, *to discourse,* ut διελθεῖν apud Græcos. *Ammian.* l. 17. c. 4. (*al.* 6.) Super quo nunc, quia tempestivum est, pauca discurram.

DISCURSATĬO, onis, f. *a running up and down,* actus discursandi, discursus, διαδρομή. *Senec. de brevit. vitæ,* c. 3. Officiosa per Urbem discursatio. *Al. leg.* discursitatio. *Frontin.* l. 1. *Strateg.* c. 5. *extr.* Magna discursatione. *Lactant. de Opif. Dei,* c. 3. *extr.* Avium per aerem libera discursatio.

DISCURSĀTOR, oris, m. qui discurrit. *Ammian.* l. 16. c. 12. (*al.* 26.) Iisdem sparsim miscuere pedites discursatores et leves. *Id.* l. 29. c. 5. (*al.* 23.) Hostis discursator et repentinus.

DISCURSIM, adverb. discurrendo. *Macrob. Saturn.* l. 7. c. 1. Discursim variantibus poculis. Al. leg. *discursum.*

DISCURSĬO, onis, f. idem ac discursus. *Lactant. de Opif. Dei,* c. 3. Totos dies in discursione consumunt. Al. leg. *discursatione.*

DISCURSITATĬO. V. *Discursatio.*

DISCURSO, as, avi, atum, n. 1. frequent. a discurro, *to run to and fro. Quintil.* l. 11. c. 3. *de Oratoris gestu, et actione, a med.* Discursare ineptissimum. *Id.* l. 6. c. 3. *ante med.* Multum in agendo discursans. *Flor.* l. 3. c. 18. Duce et auctore belli discursante Popedio.

DISCURSUS, us, m. *a running to and fro,* διαδρομή, actus discurrendi, discursatio. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 29. Magno clamore discursuque passim se fugæ mandant. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 223. Sic Fabii latis vallem discursibus implent. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 428. discursibus et jam deficit. *he is out of breath with over much running. Lucan.* l. 3. v. 640. Discursus animæ diversa in membra meantis. *Plin.* l. 32. c. 2. Lupus piscis ut hæsit in hamo, tumultuoso discursu laxat vulnera. *Id.* l. 17. c. 20. Inter se radices serpunt, mutuoque discursu nentur. *turning, twisting, winding. Id.* l. 16. c. 15. Acer arbor crispo macularum discursu. *Id.* l. 34. c. 12. Lapis gracili venarum discursu. *Id.* l. 14. c. 1. Vites improbo reptatu, pampinorumque superfluitate, amplo discursu atria media complentes. *Valer. Max.* l. 3. c. 1. n. 1. Discursus telorum. *a flight of arrows.* ¶ Translate *Juvenal.* sat. 1. v. 85. Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli. *h. e.* discursationes, conatus, labores ad opes aut dignitates adipiscendas. Adde *Plin.* l. 8. epist. 23. ¶ Pro sermone, dissertatione. *conversation, discourse. Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 1. Mensis post epulas jam remotis, et discursum variantibus poculis. *Al. leg.* discursim. *Imp. Constantin.* lib. 9. *Cod. Theodos.* tit. 24. leg. 1. Redempti discursus. *h. e.* collocutiones cum puella.

DISCUS, i, m. *the quoit,* δίσκος, orbis rotundus, vel forma lentis, lata, et plana figura, (et ut quidam docent, in medio perforatus) ferreus, vel plumbeus, vel æneus, aut lapideus, gravis ponderis, quem in altum manibus jactantes, se exercebant, ludebantque, victore, qui altius, aut longius projecisset: quod genus exercitationis a Græcis, et præcipue Spartanis, Latini sumpserunt. V. *Hieron. Mercurial.* l. 2. *art. gymnast.* c. 12. *Horat.* l. 1. od. 8. v. 11. sæpe disco, sæpe trans finem jaculo nobilis expedito. *Propert.* l. 3. el. 12. v. 10. Missile nunc disci pondus in orbe rotat. *Ovid. Metam.* 10. v. 177. Inire certamina disci. *Martial.* l. 14. epigr. 164. Splendida cum volitent Spartani pondera disci, Este procul pueri: sit semel ille nocens. Adde epigr. 173. Innuit autem utroque loco fatum Hyacinthi pueri ab Apolline imprudente, jactu disci interempti: de quo *Ovid. Metam.* 10. v. 162. *et sequentib.* Certamen disci describit *Stat.* 6. *Theb.* a vers. 646. ¶ *Discum audire malle quam philosophum,* proverbium est apud *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 5. de iis, qui ludum et levia rebus gravissimis anteponunt. ¶ A figuræ similitudine *discus* est apud *Vitruv.* l. et cap. 9. *the discus on a plane.* ¶ Item lanx, disci figura similis, cibis continendis. *a platter. Apul.* l. 2. *Metam.* Cœnarum reliquiis discus ornatus. *Augustin. enarr. in Psalm.* 96. discum appellat linteum illud, quod per visum Petro oblatum fuit, variis animalibus refertum. [*DISCUS.* Ad hanc vocem sequentia adnotavit *Sibiliatus.* Vidi olim discoboli simulacrum eo statu, posituque corporis, ut non in altum jacere, sed in longum emittere discum cerneretur; ac sollicitor putare, hac una olim ratione jactari consuevisse.]

DISCUSSE, adverb. cum examine. *Martian. Capell.* l. 9. *circa princ.* Ab ipsa virgine explorandæ discussius.

DISCUSSĬO, onis, f. *a shaking,* actus discutiendi, concussio. *Senec.* l. 6. *quæst. natur.* c. 19. In dolio cantantis vox per totum cum quadam discussione percurrit, et resonat. ¶ Translate est scrutatio, examen. *an examination, inquiry. Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 16. Sequitur illa discussio, quid sit, &c. *Symmach.* l. 5. ep. 74. (*al.* 76.) Bonoso optimo viro, discussionem pontis, ac basilicæ novæ præceptio Augusta mandavit. *the revision. Impp. Valens, Valent. et Gratian.* lib. 10. *Cod.* tit. 30. leg. 1. Inique discussionem fuisse confectam. *the revision of the public accounts.* Adde *Jul. Firmic.* l. 3. c. 12. sect. 6. et V. vocem sequent.

DISCUSSOR, oris, m. *an examiner, reviser,* qui discutit: et translate qui scrutatur, perpendit, examinat. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 21. Diligens rerum discussor inveniet, quod requirat. ¶ *In Cod.* lib. 10. tit. 30. *discussores* sunt hi, qui rationes fisci, vel reipubl. in provinciis per alios tractatas recognoscebant, exigebantque, ne quid fraudis committeretur. *revisers or superintendants of the public accounts, tellers.*

DISCUSSORĬUS, a, um, qui discutit, ut Vis discussoria. *Plin.* l. 30. c. 8. *extr.* Cinis inanium cochlearum discussoriam vim habet. V. infra usum verbi *Discutio* apud Medicos.

DISCUSSUS, a, um, *shaken off, driven away, dispersed,*

διαφορηθείς. Virg. 12. Æn. v. 669. Discussæ umbræ. Lucan. l. 5. v. 700. Discussa nox. Stat. l. 5. silv. 3. v. 282. Discussa plebs. Valer. Flacc. l. 5. v. 175. Discussa nix. Ovid. 15. Metam. v. 70. Discussa nubes. et lib. 5. v. 292. Discussa ossa oris. *dislocated or broken.* Virg. Æn. 9. v. 810. Discussæque jubæ capiti. Cels. l. 2. c. 17. Discussæ febres. ¶ Translate Valer. Flacc. l. 4. v. 700. Discussa formido. *banished, dispelled.* Lucret. l. 4. v. 994. Discussi terrores. Lucan. l. 1. v. 119. Morte tua discussa fides. h. e. dissoluta. Curt. l. 8. c. 6. Animi corporisque sopore discusso. Petron. in fragm. Tragur. c. 73. Burm. discussa ebrietas.

DISCUTIO, ŭtis, ussi, ussum, a. 3. *to shake, drive, cast or beat down, shake off, drive away, disperse, dispel, dissipate,* διασείω, in omnes partes concutio, huc illuc jacio, dissipo, dispello, disjicio, everto: a *dis*, et *quatio*. Cæs. l. 2. B. Civ. c. 9. et Liv. l. 21. c. 12. Ne saxa ex catapultis lateritium murum discuterent. Ovid. 2. Metam. v. 625. dextra libratus ab aure Tempora discussit claro cava malleus ictu. Lucret. l. 6. v. 417. de Jove. delubra, suasque Discutit infesto præclaras fulmine sedes. Juvenal. sat. 10. v. 145. sterilis mala robora ficus Discutiunt saxa. h. e. diffindunt, laxant, et disjiciunt. Lucil. apud Non. c. 6. n. 41. im Percutio, dentesque adversos discutio omnes. h. e. excutio. Plin. l. 28. c. 8. ad fin. Percussam aquam discuti, ut quæ intus sint, omnia appareant. Id. l. 18. c. ult. ad fin. Contectus ignis ex se favillam discutit. *shakes off, removes.* Propert. l. 3. el. 8. v. 13. pura somnum tibi discute lympha. *shake off sleep.* Virg. 3. Georg. v. 357. Sol discutit umbras. *dispels, dissipates, scatters.* Plin. lib. 11. c. 17. extr. Dimicatio apum injectu pulveris, aut fumo discutitur. h. e. separatur, dirimitur. ¶ Frequentis est usus apud Medicos, quibus *discutere* est collectum aliquid in corpore digerere, dissolvere, exinanire, antequam ad suppurationem veniat. *to discuss.* Cels. l. 5. c. 11. Ad discutienda ea, quæ in corporis parte aliqua coierunt, maxime possunt abrotonum, helenium, &c. Scribon. Larg. compos. 264. Malagma discutit vomicas, aut aperit. et compos. 43. Discutere parotidas. et 214. duritiem. et 263. strumas. Adde Plin. qui in Hist. nat. mille pæne locis hoc sensu usurpat. Huc et illa pertinent ejusd. l. 20. c. 9. Discutere crapulam. et cap. 6. ebrietates. et lib. 23. c. 1. a med. fastidia. *want of appetite, loathing of food, inappetency, nauseousness, squeamishness.* et lib. 35. c. 15. concretum sanguinem. et lib. 30. c. 15. coagulationem lactis. *to resolve, dissolve.* Id. l. 23. c. 4. sudores. *to promote sweat.* Cels. l. 3. c. 15. ad fin. febrem. *to remove, diminish.* Id. l. 4. c. 2. dolorem. ¶ Translate elegantes habet usus, dispellendi, removendi, tollendi. Poll. ad Cicer. Fam. 10. ep. 33. Si ad Lepidum venissem, omnem ejus cunctationem discussissem. Cic. Attic. l. 2. ep. 24. ad fin. Modo cædem timueramus, quam oratio fortissimi senis discusserat. Id. pro Mur. c. 39. Periculum consilio discutere, et comprimere. Id. 4. Acad. c. 15. Ut occurrere possimus interrogationibus eorum, captionesque discutere. *obviate, solve.* paulo ante *captiones dissolvere* dixerat. Id. 3. de Orat. c. 57. Discutienda sunt ea, quæ obscurant, et ea quæ sunt eminentia et prompta, sumenda. Cels. l. 3. c. 18. circa med. Discutere tristes cogitationes. Lucret. l. 1. v. 148. terrorem animi. Plin. l. 28. c. 7. ad fin. metum. Tacit. 2. Hist. c. 9. Gliscentem in dies famam fors discussit. *put a stop to.* Valer. Max. l. 5. c. 6. extern. 4. Discutere injuriam. Sueton. in Cæs. c. 79. infamiam affectati regii nominis. Id. in Domit. c. 2. Discussa res est. *came to nothing.* Curt. l. 3. c. 8. extr. Destinata salubriter, omni ratione potentior fortuna discussit. h. e. turbavit, impediit, irrita reddidit. Vellei. l. 2. c. 48. Coalescentis conditiones pacis discutere ac rumpere. Flor. l. 3. c. 18. Nefas proditione discutere. h. e. detegere, et irritum reddere. Propert. l. 2. el. 20. v. 20. mihi discussit talia visa metus. ¶ Pro dissipare, in fugam dare, disjicere. Cic. pro Dom. c. 21. Eorum advocationem manibus, ferro, lapidibus discussisti. *you have discomfited.* Liv. l. 2. c. 28. Discutere cœtus nocturnos. Justin. l. 2. c. ult. Consilia proditionis. Vellei. l. 2. c. 81. seditionem. et cap. 75. Bellum sepelire atque discutere. Flor. l. 3. c. 18. sub fin. Cato discutit Etruscos, Gabinius Marsos. *routed, subdued.* ¶ Apud Paul. Dig. lib. 24. tit. 1. leg. 2. discutere matrimonia est dissolvere. Al. tamen leg. distrahere. Caius ibid. tit. 2. leg. 2. Discutere sponsalia. ¶ Si quis velit uti hoc verbo pro examinare, *to examine, discuss,* habet aliquid, quo se tueatur in Discusse, Discussio, et Discussor. [¶ Particip. discutiens, discussurus apud Vellei. l. 2. c. 12. Continuatis honoribus rempublicam lacerantium, et gladiis quoque, et cæde comitia discutientium. Liv. l. 2. c. 28. Momento temporis discussurum illos cœtus fuisse.]

DISDIAPĀSON. V. Diapason.

DISĒMUS, δίσημος, duo signa, seu duas syllabas habens. Martian. Capell. l. 9. pag. 330. Disemus appellatur pes, qui per arsim et thesim primus constare dicitur, ut est Leo. ¶ Hinc *trisemus, tetrasemus, pentasemus,* tres, quatuor, quinque syllabas habens. Id. ibid.

DISERTE, *clearly, expressly,* distincte, expresse, plane, φραδῶς, διαῤῥήδην. Plaut. Amph. 2. 1. 30. Satin' hoc plane, satin' diserte, here, nunc videor tibi locutus? Liv. l. 21. c. 19. In Lutatii fœdere diserte additum est, id ita ratum fore, si, &c. Id. l. 39. c. 28. ad fin. Disertissime planissimeque in eo scriptum est. Adde Afran. apud Non. c. 11. n. 2. ¶ Item facunde, eloquenter, *eloquently, elegantly,* ἐλλογίμως. Cic. 1. de Orat. c. 10. sub fin. Ut prudentibus diserte, stultis etiam vere dicere videaris. Martial. l. 3. epigr. 38. Causas, inquis, agam Cicerone disertius ipso.

DISERTIM, idem quod diserte, plane, expresse. Plaut. Stich. 1. 3. 87. Disertim id fuit nomen tibi. Liv. Andron. apud Non. c. 11. n. 3. Mihi narrato omnia disertim. Adde Titinn. ibid. et Fest.

DISERTIŌNES, *divisions of landed property,* divisiones patrimoniorum inter consortes. Festus. ubi notat Scalig. antique dictum esse pro *dissortiones.*

DISERTITŪDO, inis, f. *eloquence,* facultas diserti hominis, facundia, eloquentia. Hieronym. ep. 51. ad Domn. a med. Det nobis occasionem respondendi disertitudinis suæ. et ep. 61. ad Pammach. c. 4. Nisi tibi disertitudinis tuæ fluvius inundasset. Adde lib. 3. in Rufin. c. 3. Ubique autem per irrisionem et contemptum loqui videtur.

DISERTUS, a, um, *eloquent, copious, clear, expressive,* λόγιος, facundus: a *dissero*, ut Festus docet. Varro quoque, ut olitor (inquit lib. 5. L. L. c. 7.) disserit in areas sui cujusque generis res, sic in oratione qui facit, disertus. ¶ Differt ab eloquente. Nam *disertus* est ille (inquit M. Anton. apud Cicer. l. 1. de Orat. c. 21.) qui potest satis acute atque dilucide apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere; *eloquens* vero, qui mirabilius et magnificentius augere potest, atque ornare quæ velit, omnesque omnium rerum, quæ ad dicendum pertineant, fontes animo ac memoria continet. Hinc M. Antonius in quodam suo libello scripsit, disertos se cognosse nonnullos, eloquentem adhuc neminem, ut ibid. et in Orat. c. 5. habetur. Quintil. in proœm. l. 8. Disertis satis putat, dicere quæ oporteat; ornate autem dicere proprium esse eloquentissimi. ¶ Neque tamen semper id servatur religiose discrimen: sed non raro universim pro facundo, copioso, eloquenti, eleganti ponitur. Cic. Phil. 2. c. 43. Disertissimum novi avum tuum, at te etiam apertiorem in dicendo. Cic. hic loquitur de M. Antonio, qui suo ipsius judicio summus orator fuit; et simul significat propriam notionem verbi (qua notat eum qui plane, et aperte, et dilucide loquitur, ut dictum est) subdendo *apertiorem.* Sic Id. 1. de Orat. c. 54. Disertissimus orator Lysias. Ita Catull. carm. 49. ad Cicer. Disertissime Romuli nepotum, Quot sunt, quotque fuere, Marce Tulli. ¶ Promiscue sæpe usurpatur. Cic. l. 1. de Orat. c. 9. Diserti et ornate dicentes. et l. 3. c. 32. Eloquentior fuit et disertior Socrates, et copiosior, et melior orator. Id. de clar. Orat. c. 26. Historia non ineleganter scripta, quæ neque nimis est infans, neque perfecte diserta. Id. l. 1. de Orat. c. 54. Illam orationem disertam sibi et oratoriam videri; fortem et virilem non videri. Id. 7. Attic. ep. 2. extr. Tuæ disertissimæ epistolæ non rescripsi. Ovid. 3. ex Pont. ep. 5. v. 8. Dicta tibi pleno verba diserta foro. Martial. l. 6. epigr. 14. Versus disertos scribere. *neat, elegant.* Senec. ep. 21. Apertior ista sententia est, quam ut interpretanda sit; et disertior, quam ut adjuvanda. h. e. copiosior. Horat. l. 1. ep. 5. v. 19. Fecundi calices quem non fecere disertum? Ovid. 3. Trist. el. 11. v. 21. In causa facili cuivis licet esse diserto. Nepos in Alcib. cap. 2. Hipponicus omnium Græcæ linguæ eloquentia disertissimus. Martial. l. 4. epigr. 55. Arpos vocat disertos, quia in ejus urbis finibus natus est Horatius. ¶ In illo Terentii Eun. 5. 7. 10. At etiam primo callidum et disertum credidi hominem. *disertum* intellige ingeniosum, astutum, *sagacious, sharp, cunning.* neque enim eo loco facundus, aut dilucide loquens ad rem faceret. ¶ Cum genitivo, ut videtur, Catull. carm. 12. v. 8. ad Asin. est enim leporum Disertus puer, ac facetiarum.

DISGLUTĪNO, as, a. 1. *to unglue, disunite,* disjungo, dissolvo. Hieronym. epist. 26. ad Pammach. c. 5. sub fin. Conjuncta disglutinamus, unita dissuimus.

DISGRĔGO, as, a. 1. separo, sejungo, divido. Martian. Capell. l. 3. pag. 71. probabilis Hic ordo rebus, quique disgregabitur In bina demum.

DISGRĔGUS, a, um, dissimilis, dispar. Martian. Capell. l. 9. pag. 302. Modo dispares numero, nec disgregæ venustate.

DISHIASCO, is, n. 3. *to begin to chink or chap,* hio, findor, scindor. Cato R. R. c. 12. Confibulas ligneas, qui arbores comprimat, si dishiascent.

DISJECTO, as, frequent. a disjicio. Lucret. l. 2. v. 553. Disjectare solet magnum mare transtra, guberna, Antennas, proram, &c.

DISJECTUS, us, m. dissipatio. Lucret. l. 3. v. 941. Major enim turbæ disjectus materiai Consequitur letho.

DISJECTUS, a, um, *dissipated, dispersed,* διεῤῥιμμένος, dispersus, dissipatus. Auct. ad Herenn. l. 4. c. 2. Res varias et dispares in tot poematibus et orationibus sparsas, et vage disjectas. Varr. apud Gell. l. 3. c. 14. Scyphus in duas partes disjectus. *broken, shattered.* Pompei. ad Domit. po: ep. 12. l. 8. ad Attic. Nos disjecta manu pares adversariis esse non possumus; contractis copiis spero &c. *with our forces scattered about.* et Hirt. l. 8. B. Gall. c. 7. extr. Pabulatio propter anni tempus cum exigua, tum disjecta. Nepos in Timol. c. 3. Urbium mœnia disjecta reficere. *overthrown, pulled down.* Id. in Milt. c. 2. Barbarorum copiæ disjectæ. *routed, discomfited, dispersed.* Ovid. Metam. 12. v. 366. fœdo disjectus vulnere. *mangled.* et vers. 252. disjectisque ossibus oris, Acta retro naris, medioque infixa palato est. *the bones of the face being battered in.* Id. 3. Fast. v. 525. Plebs venit, ac virides passim disjecta per herbas Potat, et accumbit, &c. *scattered, dispersed.* Id. Heroid. ep. 12. v. 63. Disjecta comas. *dishevelled.* Plin. l. 2. c. 49. Procella fit, disjecta nube verius, quam rupta. Tacit. 1. Ann. c. 32. Quod neque disjecti, vel paucorum instinctu, sed pariter ardescerent. *not disunited, or divided, but,* &c.

DISJICIO, ĭcis, jeci, jectum, a. 3. *to cast asunder, overthrow, disperse, scatter, rout, discomfit, put to flight,* διαῤῥίπτω, καταβάλλω, in diversas partes jacio, dejicio, dispergo, dissipo. Hirt. de B. Alex. c. 63. Postulat, ut munitiones disjicerentur, sibique liber exitus daretur. Nepos in Timol. c. 3. Arcem a fundamentis disjecit. Sallust. in Catil. c. ult. Pauci, quos medios cohors prætoria disjecerat, paulo diversius conciderant. Id. Orat. 2. ad Cæs. de republ. ordin. Inimicorum arma inermis disjecit. Nepos in Milt. c. 2. Barbarorum copias disjicere. Tacit. 1. Ann. c. 65. Disjicere obvios, proterere jacentes. Id. in Agric. c. 37. hostes in fugam. Virg. 1. Æn. v. 47. Disjecitque rates, evertitque æquora ventis. et vers. 74. disjicere corpora ponto. Tacit. 2. Ann. c. 23. Auster rapuit, disjecitque naves in aperta oceani. Ovid. 1. Metam. v. 328. Disjicere nubila. Id. ibid. l. 11. v. 386. capillos. *to have her hair dishevelled.* ¶ Translate est disturbare, dissolvere, irritum reddere, *to disturb, break, dissolve, make of none effect, destroy.* Virg. 7. Æn. v. 339. Disjice compositam pacem, sere crimina belli. Nepos in Attic. c. 8. Sic ille consensionis globus hujus unius dissensione disjectus est. Liv. l. 2. c. 35. Primo tentata res est, si dispositis clientibus, absterrendo singulos a coitionibus, disjicere rem possent. Id. l. 25. c. 14. consilia ducis. Sueton. in Cæs. c. 42. exspectationem novarum tabularum. Vellei. l. 1. c. 10. Cogitationem regis Romana constantia disjecit. *thwarted the designs of.* ¶ Rem disjicere, *to squander away his fortune,* apud Cic. pro Cæl. c. 16. sed dubia est lectio. Sic disjicere pecuniam eodem sensu, Valer. Max. l. 3. c. 5. n. 2. extr.

DISJUGATĬO. V. Dijugatio.

DISJUGĀTUS, a, um, disjunctus, divisus. Arnob. l. 7. circa init. Qui sunt ab his longe natura disjugati. Adde sub fin. l. 4.

DISJUNCTE, *separately, distinctly, disjunctively,* separatim. Festus in Sacram viam. Nec ita appellari debere, ait Verrius, sed disjuncte.

DISJUNCTIM, *disjunctively, separately,* separatim, seorsum, κατὰ διάζευξιν. Modestin. Dig. lib. 35. tit. 1. leg. 49. Sub diversis conditionibus disjunctim positis liber esse jussus. Adde Paul. lib. 28. tit. 7. leg. 5.

DISJUNCTĬO, onis, f. *a separation, disjunction, disagreement,* διάζευξις, separatio, divisio. Cic. pro Sext. c. 21. In tanto luctu meorum, tanta disjunctione, tanta acerbitate. Id. 2. Agrar. c. 6. Animorum disjunctio dissensionem facit. Id. de provinc. Consul. c. 17. Ut in disjunctione sententiæ conjuncti tamen amicitia maneremus. *in the midst of a diversity of opinion.* ¶ Item, apud Dialecticos, enuntiatio, in qua membra disjunctive ponuntur: quæ et *disjunctum* dicitur. Id. 1. de nat. Deor. c. 25. In omnibus disjunctionibus, in quibus *aut etiam, aut non* poneretur, alterutrum verum esse. Adde 4. Acad. c. 30. de Fato, c. 16. et in Top. c. 14. ¶ Item apud Rhetores figura verborum (ἀντίζευγμα, Græcis, quia opponitur τῷ ζεύγματι: item διαζευγμένον) in qua eorum, de quibus dicimus, aut utrumque, aut unumquodque certo concluditur verbo, sic: Populus R. Numantiam delevit, Carthaginem sustulit, Corinthum disjecit, Fregellas evertit. Ita Auct. ad Heren. l. 4. c. 27. Etiam Cic. 3. de Orat. c. 54. inter ornamenta verborum disjunctionem recenset.

DISJUNCTĪVUS, a, um, *disjunctive,* qui disjungendi vim habet. *Disjunctivum proloquium* apud Gell. l. 5. c. 11. ad fin. est enuntiatio ipsa, quæ *disjunctio* dicitur a Dialecticis. V. Disjunctio. ¶ *Disjunctivæ conjunctiones* apud Grammaticos sunt *aut, vel, nec, sive,* &c. Ascon. in orat. Cicer. pro M. Scauro. Neque est conjunctio disjunctiva, et semper postulat, ut rursus inferatur. Sic Papinian. Dig. lib. 35. tit. 1. leg. 76. Disjunctivo modo conditiones adscriptæ. h. e. cum particulis *aut si, vel si,* &c. et African. lib. 45. tit. 1. leg. 63. Disjunctivæ conditiones. h. e. disjunctivo modo adscriptæ. et Procul. lib. 50. tit. pænult. leg. 124. Disjunctivum est, veluti cum dicimus, aut dies, aut nox est: quorum posito altero, necesse est tolli alterum: item sublato altero, poni alterum.

DISJUNCTUS, a, um, *disjoined, separated, divided, removed, remote, distant, unlike,* διαζευχθείς, separatus, divisus, sejunctus, remotus. Cic. in Pison. c. 37. Ætolia procul a barbaris disjuncta gentibus. Id. pro leg. Manil. c. 4. Loca disjunctissima et maxime diversa. Id. Verr. 6. c. 53. Fons munitione ac mole lapidum a mari disjunctus. Id. 1. Fam. ep. 7. Intervallo locorum et temporum disjuncti su-

mus. *Id. in fragm.* apud *Hieron.* epist. 2. *ad Nepotian.* Quorum ætates non annis, sed sæculis scimus esse disjunctas. *Id. Verr.* 7. c. ult. Natura et genere disjunctum esse. *Colum.* l. 6. c. 15. Boves opere disjuncti. *h. e.* ab jugo, et opere soluti. *unyoked. Al. leg.* ab opere. *Horat.* l. 1. ep. 14. v. 28. bovemque Disjunctum curas, et strictis frondibus exples. ¶ Translate *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 14. Vita maxime disjuncta a cupiditate, et cum officio conjuncta. *Id. pro Cæl.* c. 21. Mores longissime a tanti sceleris atrocitate disjuncti. *Id. de Harusp. resp.* c. 25. Quorum mentes et res sunt perditæ, longeque a communi salute disjunctæ. *Id.* 4. *Acad.* c. 20. Nihil est ab ea cogitatione disjunctius. *Id.* 1. *de Orat.* c. 3. Quod longissime est ab imperitorum intelligentia, sensuque disjunctum. *Id. de Amic.* c. 12. Populus a Senatu disjunctus. *h. e.* alienatus. ¶ *Enuntiatio disjuncta,* quæ et *disjunctio* dicitur, apud Dialecticos est, quæ effertur per particulas disjunctivas *aut, vel,* &c. *Cic.* 4. *Acad.* c. 30. ¶ Eadem dicitur etiam *disjunctum. Gell.* l. 5. c. 11. Non ratum id, neque justum disjunctum esse ait. ¶ *Disjunctus Orator* apud *Auct. dial. de Orat.* (quem quidam *Tacit.* putant) cap. 18. videtur esse is, qui conciso dicendi genere utitur, neque longis comprehensionibus colligato et connexo. Sic enim ibi cap. 18. Calvum Ciceroni visum exsanguem et attritum, Brutum autem otiosum (*al.* odiosum) atque disjunctum. ¶ *Martian. Capell.* l. 5. pag. 176. appellat *disjunctum* etiam eam figuram dicendi, de qua in *Disjunctio* dictum est. ¶ Apud JCtos *disjuncti* dicuntur, quibus eadem res separatim et diversa oratione relicta fuit, hoc modo : *Titio hominem Stichum do, lego: Seio Stichum lego,* ut *Justin. in Institut.* lib. 2. tit. 20. docet. His opponuntur *conjuncti,* quibus eadem oratione eadem res legatur. *Ulpian. Dig.* lib. 30. leg. 34. Si conjuncti disjunctique commixti sint, conjuncti unius personæ potestate funguntur.

DISJUNGO, is, xi, ctum, a. 3. *to disunite, disjoin, separate, divide, remove,* διαζεύγνυμι, separo, sejungo, removeo. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *a med.* Agnos a mamma disjungere. *Al.* dijungere. *Sallust. in Jug.* c. 47. Flumen, quod Jugurthæ, Bocchique regnum disjungebat. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 13. n. 12. Qua in parte Cappadocia ab Armenia disjungitur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 256. Italis longe disjungimur oris. *we are removed.* ¶ *Disjungere jumenta,* et *disjungere* absolute est a jugo solvere. *to unyoke. Cic.* 2. *de Divin.* c. 36. *extr.* ubi al. leg. *dijungere:* et *Juvenal.* sat. 5. v. 119. Sic disjungere boves ab opere, *Plin.* l. 18. c. 27. et *Colum.* l. 6. c. 14. Et, Disjungere, absolute, *Colum. ibid. in fin.* Et, Disjungere opere, sine præposit. *Id. ibid.* c. 15. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 7. Qui honesta a commodis non nomine, sed genere toto disjungerent. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *ad fin.* Ab orationibus disjungo (*al. dijungo*) me fere, referoque ad mansuetiores Musas. *Id.* 2. *Phil.* c. 10. Pompeium a mea familiaritate disjunxit. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 85. Atque ea res multo maxime disjunxit illum ab illa. *h. e.* alienavit. *Auson.* ep. 24. v. 34. Pirithoo disjungere Thesea posses. ¶ Apud Dialecticos *disjungi* dicuntur ea, quæ efferuntur per *disjunctionem,* ut in ea voce explicatum est. *Gell.* l. 5. c. 11. *ad fin.* et lib. 16. c. 8. *a med.*

[*DISJURGIUM, ii, n. idem fere ac jurgium, contentio, et levior quædam lis, etiam inter cognatos et amicos. *Inscript.* optimæ notæ reperta Romæ ann. 1790, quæ legitur apud *Marinium Fratr. Arval.* p. 712. A. Memmio Claro A. Memmius Urbanus conliberto eidem consorti carissimo sibi. Inter me et te, sanctissime mi conliberte, nullum unquam disjurgium fuisse conscius sum mihi.]

DISŎMUS, a, um, δίσωμος, duorum corporum capax : δὶς, bis, et σῶμα, corpus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 51. n. 11. P. Ælius Venerianus hoc vas disomum sibi, et Felicitati suæ posuit. V. *Bisomus.*

DISPĀLANS, DISPALĀTUS. } V. *Dispalor.*

DISPALESCO, is, n. 3. *to be proclaimed or published,* errantium instar dispergor, item divulgor, palam fio. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 123. Periisse suavius est, quam illud flagitium vulgo dispalescere.

DISPĂLOR, aris, atus sum, dep. 1. *to wander up and down, wander about, straggle, stray,* περιφέρομαι, διασπείρομαι, in omnes partes palor, huc illuc vagor, erro. *Nonius* cap. 2. n. 50. ponit *dispalo, as,* activum, quod separare significet. Sed cum simplex *palor* deponens in usu sit, satius est, compositum ei esse simile. *Sisenna* apud *Non. ibid.* Dispalati ab signis, digressi omnes ac dissipati. *Id. ibid.* Tanto plures passim dispalantur. *Nepos in Lysand.* c. 1. Dispalati in agris, hostium venerant potestatem. *Id. in Annib.* c. 5. Multitudinem magnam jumentorum dispalatam immisit. *Ammian.* 15. c. 3 (*al.* 7.) Incomposito agmine milites huc et illuc dispalantes. *Id.* l. 31. c. 2. (*al.* 4.) Omnes sine sedibus fixis, absque lare, vel lege aut ritu stabili dispalantur. *Dispalatus* passive dispersus, divisus. *dispersed, scattered. Hilarius. illust.* orat. 2. *ad Cæs. de republ. ordin. ante med.* Multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in varias artes vitasque varias dispalata, nullo modo inter se congruens.

DISPANDO, is, di, ansum, a. 3. *to stretch out, spread abroad,* διατείνω, extendo, expando. *Lucret.* lib. 6. vers. 598. Neu distracta suum late dispandat hiatum. [L. Verus apud Fronton. l. 2. ep. 2. An igitur debeas illa omnia corripere, an vero paulo altius dicere, nec tamen ita, ut mox nostra dispandere (debeas), ipse dispicies. *h. e.* pluribus verbis aperire, nota facere, amplificare.]

DISPANSUS, a, um, *extended, spread, or stretched out,* expansus. *Plin.* l. 9. c. 4. Arbor vastis dispansa ramis. *Sueton. in Domit.* c. 19. Dispansa manus. *Lucret.* l. 1. v. 306. Dispansæ vestes in sole serescunt.

DISPAR, is, *unequal, dissimilar, unlike, different,* ἀνόμοιος, inæqualis, dissimilis : a par. *Cic. de Amic.* c. 20. Dispares enim mores disparia studia sequuntur. *Id. de Senect.* c. 21. Dispar sui atque dissimile. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 30. Sunt his alii multum dispares. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 28. Dispares inter se motus. *Id.* 2. *de Fin.* c. 3. *ad fin.* Dispares colores. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 31. Disparibus temporibus eadem spatia conficere. *Liv.* l. 1. c. 24. Fratres nec ætate, nec viribus dispares. *Sil.* l. 8. v. 570. Bruttius haud dispar animorum. *of equal courage.*

DISPARATĬO, onis, f. separatio, *a separation. Vitruv.* l. 2. c. 9. Ad disparationem procreationis.

DISPARĀTUS, a, um, *disjoined, separated,* ab aliis sejunctus, separatus. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 28. Disparatum est id, quod ab aliqua re per appositionem negationis separatur hoc modo, sapere, et non sapere. *Arnob.* l. 3. pag. 105. Ab omni turpitudinis labe disparata atque abjuncta divinitas.

DISPĀRENS, entis, particip. *Lactant.* l. 3. c. 10. Feræ mala cavent, pericula vitant, latibula sibi parant in plures exitus disparentia. *h. e.* aperta, et patentia. In edit. an. 1468. habetur *differentia. h. e.* in varias partes ferentia. [Meliores tamen editiones, *Heumanni* puta, *Bunemanni, Cellarii, Walchii* habent, et quidem rectius, *dispatentia.*]

DISPARĬLIS, le, idem quod dispar. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 36. Et ex disparili aspiratione terrarum. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 11. Propter loca et pabulum disparile, non usquequaque idem fit. *Plin.* l. 2. c. 45. Disparilis ictus.

DISPARILĬTAS, atis, f. *dissimilitude,* dissimilitudo. *Varr.* l. 9. *L. L.* c. 2. Disparilitas vocis. *Gell. in præfat.* Disparilitas rerum. *h. e.* varietas.

DISPARILĬTER, adverb. dissimiliter. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 6. *extr.* Hæc ad colendum dispariliter habent momentum. *Id.* l. 8. *de L. L.* c. 50. Ut in casus et in tempora dispariliter declinetur.

DISPĀRO, as, avi, atum, a. 1. *to separate,* διαζεύγνυμι, separo, sejungo : a par. *Plaut. in Rud. prol.* v. 10. Jupiter nos per gentes alium alia disparat. *h. e.* separat, et dimittit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 28. Disparandos, deducendosque ad suos curavit. *Gell.* l. et cap. 11. Varie, et lepide tot sententias in eandem rem disparavit. *h. e.* distinxit. *Prudent.* περὶ στεφ. 14. *in Rom.* v. 888. nexa nervis disparare vincula. *to untie, unloose.*

DISPARTĬBĬLIS, e, adject. *divisible,* divisibilis. *Tertull. advers. Hermog.* c. 39. Demutabilis et dispartibilis.

DISPARTĬO, et Dispartior. V. *Dispertio.*

DISPECTĬO, onis, f. actus dispiciendi. *Tertull. de resurr. carn.* c. 19. Hæc dispectio tituli, et præconii ipsius.

DISPECTO, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a dispicio. *Arnob.* l. 1. pag. 13. Non ex gratia, sed ex vero disceptationis hujus dispectare momenta.

DISPECTOR, oris, m. qui dispicit, et discernit. *Tertull. de Anim.* c. 15. Dispector cordis Deus.

DISPECTUS, us, m. *regard, consideration,* διάσκεψις. *Sen.* 2. *de Ira,* c. 9. Quod neglecto dispectu officiorum, ad lusus et ineptos æqualium jocos spectent. *Id.* ep. 109. *ad fin.* Quibus dispectum utilitatis timor excutit. Adde epist. 94. *a med.*

DISPELLO, is, uli, ulsum, a. 3. *to drive this way and that, to drive up and down, disperse, dispel, remove, chase away,* διελαύνω, huc illuc pello, disjicio, discutio, dissipo, removeo. Fere usurpatur in præteritis. *Virg.* 1. *Æn.* v. 515. ater quos æquore turbo Dispulerat. et vers. 542. Perque undas, superante salo, perque invia saxa Dispulit. *Id.* 5. *Æn.* v. 839. Aera dimovit tenebrosum, et dispulit umbras. *Liv.* l. 5. c. 33. Cum equitem passim liberi frenis dispulissent equi. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 88. densis thoracibus horrens Stat manus, ægisono quam nec fera pectore virgo Dispulerit. *could have discomfited. Flor.* l. 3. c. 5. Cum Eubœa, atque Bœotia præsidia regis dispulisset. ¶ Translate *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 26. Philosophia ab animo, tamquam ab oculis, caliginem dispulit. *Phædr.* l. 3. fab. 10. v. 42. Tenebras dispulit calumniæ. ¶ Extra præterit. rarioris est usus. *Stat.* 5. *Theb.* v. 335. ærata dispellens æquora prora Pelias. *cleaving or ploughing the waves. Senec. in Troad.* v. 452. Dispelle somnos.

DISPENDIŌSUS, a, um, *hurtful, prejudicial, dangerous, hazardous,* ζημιώδης, qui dispendium et damnum affert. *Colum.* l. 2. *R. R.* c. 21. Cum matura fuerit seges, celeriter demetatur. nam dispendiosa est cunctatio. *Nazar. in Paneg. ad Constantin.* c. 5. Dispendiosa revocatio.

DISPENDĬUM, ii, n. *expense, cost, charge, detriment, loss, damage,* δαπάνη, detrimentum, sumptus, damnum. *Varr.* l. 4. *de L. L. sub fin.* Dispendium ideo, quod in dispendendo solet minus fieri. *h. e.* dispendium esse dicit, ego dispendo (ducta locutione a more Romanorum, qui ante cusam monetam æs pendebant, non numerabant) cum ponderi detrahitur cum damno nostro. *Plaut. Men.* 3. 2. 20. Minore nusquam bene fui dispendio. *Terent. Hecyr.* 5. 2. 29. Ut gratiam ineat sine suo dispendio. *Id. Eun.* 5. 4. 7. Sine molestia, sine sumptu, sine dispendio. *Plin.* l. 36. c. 6. *sub fin.* Quod dispendium pauci intelligunt. *Colum.* l. 4. c. 24. Afferre dispendium alicui. *Lucret.* l. 2. v. 1125. Et plus dispendi faciant, quam, &c. *h. e.* majorem jacturam. *Prudent.* περὶ στεφ. 1. v. 23. Deum fateri sanguinis dispendio. *at the price of his blood.* ¶ Translate *Virg. Æn.* 3. v. 453. Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti. *loss of time. Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 452. Dispendia famæ. *loss of reputation. Lucan.* l. 8. v. 2. Hæmoniæ deserta petens dispendia silvæ. *h. e.* viam longiorem, ac difficiliorem, qua iter longius magno temporis dispendio fit : cui contrarium est *compendium.* Sic *Martial.* l. 9. epigr. 102. Tu qui longa potes dispendia ferre viarum. *Rutil.* l. 1. *Itiner.* v. 321. Vix circumvehimur sparsæ dispendia rupis. *h. e.* anfractus, et flexus viæ sinuosæ et obliquæ, quibus illa fit longior. *Apul. de deo Socrat. sub init.* Luna mensem suis auctibus, ac dehinc paribus dispendiis æstimans. *h. e.* decrementis. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 7. v. 25. In mea vesanas habui dispendia vires. *to my own cost. Auson. in gratiar. act.* c. 32. Sine dispendio disciplinæ esse lenissimum.

DISPENDO, is, endi, ensum, a. 3. proprie significat hinc et illinc pendere, et ponderare, ut fit in lancibus libræ : qua ratione sumitur a *Varron. loc. cit.* in voce præced. ¶ Hinc et pro suspendere poni videtur in illo *Plauti Mil.* a. 5. v. 14. Distendite hominem divorsum, et dispendite. Plerique alii aliter leg. V. *Dispenno.* ¶ Translate est distinere, occupatum tenere, *to occupy, employ, engage. Colum.* l. 8. cap. 2. Parandi modus est ducentorum capitum, quæ pastoris unius curam dispendant. *Al. leg.* distendant *rectius.*

DISPENNO, is, a. 3. est expandere : tractum a pennis et volatu avium. *Plaut. Mil.* a. 5. v. 14. Dispennite hominem divorsum, et distendite. Hæc *Non.* c. 1. n. 30. Alii dictum putant pro *dispendo, d* in *n* converso, a *dis,* et *pando,* et locum *Plauti* ita legunt : *Distendite hominem diversum, et dispennite.* Ut ut sit de origine, *dispennere hominem* videtur esse, expansis brachiis alligare, ut se movere amplius non possit.

DISPENSATĬO, onis, f. *a distributing, managing ; the charge, management, direction ;* actus dispensandi, administratio, distributio, διανομή. *Cic. in Vatin.* c. 15. Eripueras Senatui ærarii dispensationem. *Plin.* l. 11. c. 14. In eximendis favis necessaria est dispensatio, quoniam inopia cibi desperant. *Frontin. de aquæduct.* art. 78. Hæc dispensatio per nomina aquarum, et regiones Urbis partienda est. *h. e.* erogatio et distributio aquæ. *Liv.* l. 4. c. 12. *ad fin.* Revolutus ad dispensationem inopiæ, profiteri cogendo frumentum, et vendere quod usui menstruo superesset. *a division, distribution.* ¶ Item ipsum dispensatoris munus et officium. *the office of a steward or overseer. Cic. pro Rabir. Post.* c. 10. Si curationem et quasi dispensationem regiam suscepisset. *Sueton. in Oth.* c. 5. Servo Cæsaris pro impetrata dispensatione decies sestertium expresserat. *Id. in Vespas.* c. 23. Dispensationem petere.

DISPENSĀTOR, oris, m. *a slave who kept the accounts and managed the money matters of his master ; a steward, manager, dispenser, director,* οἰκονόμος, διανομεύς, servus, qui domus urbanæ rationes curat, et domini pecuniam administrat, expendit, exigit, collocat, nomina facit, rationes conficit, &c. Ita primum dicti sunt, teste *Festo,* et *Plin.* l. 33. c. 3. et *Varron. sub fin.* l. 4. *de L. L.* qui æra pensantes expendebant, non adnumerabant. Postea cusa pecunia, nomen mansit. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 3. n. 18. Quid tu, inquam, soles, cum rationem a dipensatore accipis, si æra singula probasti, summam, quæ ex his confecta sit, non probare? *Sueton. in Vespas.* c. 22. Cum perductæ sestertia quadraginta donasset, admonente dispensatore, quemadmodum summam rationibus vellet inferri, &c. *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 4. *in fi.* Dispensatorem Cæsar vocavit, et sestertium mille numerare Græculo jussit. *Martial.* l. 11. epigr. 40. te noster villicus horret, Te dispensator, te domus ipsa pavet. ¶ Etiam qui rusticarum rerum rationes dispensat, ibique habitat, et non multum abest a villico, dispensator esse potest, uti docet *Pompon. lib. ult. tit. pænult. Dig.* leg. 166. ¶ Inter officia domus Augustæ sæpissime *dispensatores* leguntur in antiquis Inscriptionibus, et alibi : ex quibus aliquot etiam publicam pecuniam jussu Imperatorum curasse videntur : quos appellare possis *cashiers, cash-keepers,* vel *treasurers :* ut apud *Plin.* l. 7. c. 39. dispensator Armeniaci belli, et lib. 33. c. 11. dispensator Hispaniæ citerioris. et apud *Reines.* class. 6. n. 86. dispensator Illyrici, et class. 9. n. 99. Augusti dispensator ad census provinciæ Lugdunensis, &c. et apud *Donium* class. et n. 17. C. Æmilius Aug. L. Epaphroditus Decurio Dispensatorum. Hi nimirum non solum pecunias privatas fisci Principis curabant, sed etiam stipendia militum (quod munus olim Tribunorum ærariorum, et Quæstorum fuit) aliasque belli impensas administrabant. Horum alii fuerunt ordinarii, alii extraordinarii,

ut constat ex *Sueton. in Galb.* c. 12. ubi ordinario dispensatori breviarium rationum offerenti Galba paropsidem leguminis pro diligentia porrexisse narratur. ¶ Dispensatores pro ratione muneris magna lucra fecisse, patet ex *Plinii* locis citatis: unde et pecunia talia officia emere solebant, quod discimus ex *Sueton. in Ot*. c. 5. et *in Vespas.* c. 23. ¶ Dispensatoris, qui servus non fuerit, aut libertus, sed ingenuus, exemplum habes *in vet. Inscript.* apud *Murator.* pag. 907. n. 8. M. Julio M. F. Fronto Ti. Claudii Cæsaris Aug. Germanici dispensatori. V. *eund.* pag. 883. n. 6. ubi plura affert in hanc rem.

DISPENSATRIX, icis, f. quæ rationes pecuniæ curat. Est apud *Hieronym. in quæstion. Hebr. in* 1. *Paralip.* et *in Inscript.* apud *Murator.* pag. 908. n. 9. Pandoræ bonæ dispensatrici Q. Camerius Catulinus, ut bene sit.

DISPENSATUS, a, um, *dispensed, distributed, divided*, distributus, divisus, διανεμηθείς. *Frontin. de aquæduct.* artic. 9. Aqua per vicem in dies, modulosque certos dispensata. *Stat.* l. 5. silv. 2. v. 74. pietasque per omnes dispensata modos. *Senec.* l. 1. *de benef.* c. 10. In petulantiam erumpet male dispensata libertas. *Plin. in Paneg.* c. 35. Quæ singula quantum tibi gratiæ dispensata adjecissent! at tu simul omnia profudisti. *h. e.* singillatim diversis temporibus concessa.

DISPENSO, as, avi, atum, a. 1. *to manage, direct, take care of*, διανέμω, οἰκονομέω, dispensatorem ago, curo. De primo ac propria ejus vi diximus in *Dispensator. Cic. Attic.* l. 11. ep. 1. De domesticis rebus acerbissime afflictor, quod qui eas dispensavit, neque adest, neque, &c. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 47. Ducentis philippeis usus est, qui dispensentur Ilio capto, ut &c. *Nepos in Con.* c. 4. Eligere aliquem ad dispensandam pecuniam. *to make a treasurer, or chamberlain.* ¶ Item generatim distribuere, *to disperse, distribute, divide. Plin.* l. 18. c. 22. Fons certis horarum spatiis dispensatur inter incolas. *Id.* l. 13. c. 13. *extr.* Factumque jam, Tiberio principe, inopia chartæ, ut e Senatu darentur arbitri dispensandæ. *Colum.* l. 4. c. 24. Vitis æqua portione succum proli suæ dispensat. *dispenses, affords. Juvenal.* sat. 3. v. 286. breve lumen Candelæ, cujus dispenso et tempero filum. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Orat.* c. 31. Inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam atque judicio dispensare atque disponere. *to order, dispose, regulate. Horat.* l. 1. sat. 2. v. 74. si modo recte Dispensare velis, ac non fugienda petendis Immiscere. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 3. quæ dispensant mortalia fila sorores. *regulate, determine. Id.* 6. *Metam.* v. 278. ordine nullo Oscula dispensat natos suprema per omnes. *Liv.* l. 27. c. 50. *ad fin.* Dispensare lætitiam inter aliquos. Al. aliter leg. *Id.* l. 38. c. 47. Dispensare victoriam. *h. e.* constituere, quo jure, et qua ratione victoria utendum sit erga singulos ex victis hostibus. *Albinov. ad Liv.* eleg. 1. v. 371. Fortuna arbitriis tempus dispensat iniquis. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 10. extr. In metus, et in dolores humanum pectus dispensandum. *h. e.* animi virtus ita distribuenda est, ut ad plures metus doloresque ferendos sufficiat. *Justin.* l. 7. c. 6. Bella, quæ ex diversis locis uno tempore confluebant, dispensanda ratus, alia componit, alia redimit, &c. *Plin.* l. 16. c. 26. Quo mense nux ea decerpitur, eodem maturescit alia: et sic dispensatur, ut nullo non mense maturescant. *Pacat. in Paneg. ad Theodos. sub fin.* Quæ reversus urbibus Galliarum dispensabo miracula! *h. e.* singillatim narrabo. ¶ Veteres olim usurparunt etiam *dispensor*, aris, deponentis forma, teste *Capro* apud *Priscian.* l. 8. pag. 796. *Putsch.*

DISPENSUS, a, um, expansus, distentus: a *dispenno*, vel a *dispendo.* Sunt qui putant esse a *pendo*, quasi æqua lance pensus. *Cic. in Arat.* v. 105. Taurus in cælo late dispensus. *Auson.* vel ut quidam putant *Q. Cic. in Eclogar. Auson. de signis mensium*, v. 8. Autumni reserat portas, æquatque diurna Tempora nocturnis dispenso sidere Libra. *Lucret.* l. 3. v. 1002. novem dispensis jugera membris obtineat. *Al. leg.* dispersis. *Prudent.* l. 1. *cont. Symmach.* v. 584. Et quos panis alit gradibus dispensus ab altis. *dispensed, distributed.*

DISPERCUTĬO, ŭtis, a. 3. *to beat or dash out*, percutiendo disjicio, dissipo, diffringo. *Plaut. Casin.* 3. 5. 18. Jam tibi istuc cerebrum dispercutiam, excetra tu.

DISPERDITĬO, onis, f. *destruction*, ἀνάστασις, destructio. *Cic. Phil.* 3. c. 12. Ad interitum nostrum, et ad disperditionem urbis.

DISPERDĬTUS, a, um, adject. idem quod perditus. *abandoned, lost, worthless. Plaut. Pœn.* 4. 2. 96. Dii hunc disperditum lenonem volunt.

DISPERDO, is, didi, ditum, a. 3. *to throw away, lose, spend, consume, waste, destroy, spoil, squander*, διαφθείρω, omnino perdo, male perdo, absumo, dissipo. *Plaut. Trinum.* 2. 2. 53. Animi causa aliquantum in deliciis disperdidit. *Id. Casin.* 2. 3. 32. Bibe, es, disperde rem. *Cic. Agar.* 1. c. 1. Ut a majoribus nostris possessiones relictas disperdat et dissipet. *Vatin. ad Cicer. Fam.* 5. ep. 10. Qui tot cives R. occidit, arripuit, disperdidit. *Virg. Ecl.* 3. v. 27. solebas Stridenti miserum stipula disperdere carmen. *Lucret.* l. 2. v. 830. Disperditur color. *Gell.* l. 15. c. *ult.* Imaginem incendio ædium facto, disperdere.

DISPERĔO, is, ii, n. 4. *to perish, go to ruin, be utterly lost or undone*, διαφθείρομαι, διαπόλλυμαι, omnino pereo. *Lucret.* l. 4. v. 639. serpens hominis quæ tacta salivis Disperit. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 11. Minora cum sunt tecta, quam postulat fundus, fructus solent disperire. *Cic. Agrar.* 2. c. 29. Unum ne fundum pulcherrimum populi R. caput vestræ pecuniæ, fundamentum vectigalium disperire patiemini? *Catull.* carm. 14. *ad Calv. Licin.* v. 11. Dispereunt tui labores. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 22. Male partum male disperit. *dilabitur* diceret *Cic.* Est autem proverbium. ¶ *Disperii* exclamatio est desperantis, ut *perii, interii*, actum est de me, *I am ruined, lost, or undone. Terent. Heaut.* 5. 2. 17. Disperii! scelestus quantas turbas concivi insciens! Adde *ibid.* 2. 4. 24. et *Adelph.* 3. 3. 1. et *Plaut.* sæpe. ¶ *Dispeream* jurantis est, et malum sibi imprecantis, *may I die! may I perish! Propert.* l. 2. el. 17. v. 9. Dispeream, si quidquam aliud, quam gloria de te Quæritur. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 47. dispeream, ni Summosses omnes.

DISPERGO, is, ersi, ersum, a. 3. *to scatter on all sides, scatter different ways, disperse*, διασκεδάζω, in diversas partes spargo. *Cic.* 4. *Acad.* c. 38. Cur mortifera tam multa perniciosa terra marique disperserit. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 26. *ex Poeta.* membra articulatim dividit, Perque agros passim dispergit corpus. *Colum.* l. 5. c. 6. *sub fin.* Vitem in ramos diducere, et traducibus dispergere. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 21. Partes rei gestæ dispergere in causam. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 23. Exornationes in causa tota varie dispergere. *Terent. Adelph.* 3. 2. 18. Capite in terram statuerem, ut cerebro dispergat viam. et 5. 2. 7. An tibi mavis cerebrum dispergi? *he knocked out. Cels.* l. 2. c. 6. Brachia et crura inæqualiter dispergere. *h. e.* jactare, agitare. *Silius* l. 4. v. 646. flumen rivis dispergere per rura. *Virg. Æn.* 11. v. 617. vitam dispergit in auras. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 76. Phœbus diem dispersit in undas. *Plin.* l. 34. c. 3. Mummius Corinthum quidem diruit, sed compluribus Achaiæ oppidis simul æra dispersit. *Id.* l. 18. c. 23. Dispergere fimum, priusquam arescat. *Lucan.* l. 1. v. 384. Aries (*militaris*) dispergit saxa. *h. e.* disjicit. ¶ Translate *Virg.* 11. *Æn.* v. 795. voti Phœbus succedere partem Mente dedit, partem volucres dispersit in auras. *Curt.* l. 10. c. 9. Primum collegere vires, deinde disperserunt. *h. e.* divisere. *Calpurn. Ecl.* 3. v. 47. excusso dispergit lumina somno. *h. e.* huc illuc oculos circumfert. *Tacit. Ann.* 4. c. 24. Dispergere rumorem. *to spread abroad or disseminate a report.* et absolute eod. sensu *Id.* 2. *Hist.* c. 1. Vulgus fingendi avidum disperserat, accitum in adoptionem. ¶ *Dispergier* paragoge pro *dispergi* est *Prudent. in Apoth.* v. 542. ¶ Legitur et *dispargo. Tertull. advers. Gnost.* c. 5. et *Sidon.* l. 1. ep. *ad fin.* ubi alii aliter. [¶ Particip. *dispergendus* apud *Val. Max.* l. 9. c. 2. n. 1. Sulla quinque millia Prænestinorum interficienda, protinusque per agros dispergenda curavit.]

DISPERNO, is, a. 3. sperno, vel valde sperno. *Juvencus* l. 2. v. 257. Dispernens veterum Samaritum jussa. ¶ Hinc particip. *dispretus. Gell.* l. 7. c. 18. *ad fin.* Ut contempti vulgo, dispretique sint. Al. leg. *discerpti.* h. e. conviciis et probris lacerati.

DISPERSE, adverb. *in different places, scattered all over, scatteredly, here and there, asunder*, σποράδην. *Cic. Verr.* 6. c. 52. Quæ disperse a me multis locis dicentur, ac dicta sunt. *Id.* 1. *de Invent.* c. 52. Res disperse et diffuse dictæ.

DISPERSIM, idem ac disperse. *Varr. de R. R.* l. 1. c. 1. Qui Græce scripserunt, dispersim alius de alia re. *Sueton. in Cæs.* c. 80. Consilia dispersim antea habita in unum omnes contulerunt.

DISPERSĬO. V. *Dispersus, us.*

DISPERSUS, a, um, *scattered abroad, dispersed*, διεσπαρμένος, σκεδαστός, sparsus, diffusus, disjectus, variis locis positus. *Cic. pro Flacc.* c. 13. Prædones toto mari dispersi vagabantur. *Id. pro. leg. Manil.* c. 12. *sub fin.* Bellum longe lateque dispersum. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 42. Quæ nunc conclusa sunt artibus, dispersa et dissipata fuere. *Q. Cic. de petit. Consul.* c. 1. Dispersa et infinita. *Cic. pro Sext.* c. 42. Homines fusi per agros ac dispersi vagabantur. *Ovid. Metam.* 11. v. 35. jacent dispersa per agros Sarculaque, rastrique. *Plin.* l. 12. c. 4. Arbor tota India dispersa. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 40. Dispersos hostes adoriri. et lib. 6. c. 33. In omnes partes dispersa multitudo. et cap. 34. Multos ex fuga dispersos excipere. *Sallust. in Jug.* c. 55. Dispersi a suis, pars cedere, alii insequi. *Id. ibid.* c. 45. Plebis vis soluta, atque in multitudinem dispersa. *Plin.* l. 11. c. 37. *extr.* Venæ in prætenues fibras subter totam cutem dispersæ. *Lucret.* l. 4. v. 909. gruum clamor dispersus in nubibus. *Plin.* l. 16. c. 30. Arbos in plures dispersa ramos. *dispersed, divided. Id.* l. 6. c. 26. Mesopotamia vicatim dispersa. *h. e.* in vicos divisa. *Lucan.* l. 10. v. 84. laceros dispersa capillos. *Claudian.* l. 1. *de rap. Proserp.* v. 55. Incultas dispersa comas. *dishevelled.* ¶ Item respersus, *sprinkled, besprinkled. Senec. in Herc. Fur.* v. 1007. Cerebro tecta dispersa madent. Al. leg. *disperso.*

DISPERSUS, us, m. dispersio. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 9. Dispe[illegible] enim illorum actio de pace sublata est. Al. leg. *disper[illegible]ne*, al. *discessu.*

DISPERTĬO, is, ivi, et ii, itum, a. 4. et Dispertior, iris, itus sum, dep. *to divide, distribute, give part to one and part to another*, διανέμομαι, διαμερίζω, in diversas partes divido, distribuo, distinguo: item huic et illi partes do: a *dis*, et *partior. Cic.* l. 2. *de Nat. Deor.* c. 39. Dispertire et dividere aliquid. *Id. pro Mur.* c. 35. *ad fin.* Qui tempora voluptatis laborisque dispertiunt. *Id.* 3. *de Orat.* c. 29. Conjecturam in quatuor genera dispertiunt. *Id.* 4. *Catil.* c. 4. Conjuratos municipiis dispertiri jubet. *Id. pro Cluent.* c. 25. Dispertire pecuniam judicibus. *Liv.* l. 29. c. 1. Dispertire exercitum per oppida. *Nepos in Agesil.* c. *ult.* Secundam mensam servis dispertiit. *Cic.* 2. *Offic.* c. 11. Æquabiliter dispertire prædam. *Hirt. de B. Afric.* c. 46. Tirones dispertire inter legiones. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 181. Quæ ad mortales pertinent, quadrifariam dispertierim, in homines, in loca, in tempora, in res. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 3. Dispertire obsonium bifariam. *Id. Curcul.* 1. 3. 33. Etiam dispertimini? *do ye at length part from your embraces? Id. Aulul.* 2. 5. 5. Injuria dispertivisti: pinguiorem agnum isti habent. *Id. Pseud.* 1. 5. 25. Quod damni, et quod fecisti flagitii, populo viritim potuit dispertirier. παραγωγὴ pro *dispertiri.* ¶ Deponentis forma, *Cic.* 2. *de Leg.* c. 19. Quod positum est in una cognitione, id in infinita dispertiuntur. ¶ Scribitur et *dispartio*, et *or*, æque recte.

DISPERTĪTUS, et Dispartitus, a, um, *divided, distributed*, partitus, divisus, distributus, διαμεμερισμένος. *Atticus* apud *Cic.* 9. *Attic.* ep. 10. *a med.* Satius esse existimo, vos dispertitos et in speculis esse. *Id. sub fin. Verr.* 7. Exempla humanitatis hominibus data et dispertita. *Lucret.* l. 3. v. 590. Dispertita animæ natura. *Hirt. de B. Afric.* c. 67. Trinis castris dispartitæ copiæ.

DISPESCO, is, a. 3. *to separate, divide*, διείργω, proprie est, teste *Festo*, pecus a pastione deducere: vel ut alii volunt, in diversa pascua diducere: a *dis*, et *pasco.* Translate est dividere, sejungere, separare, dirimere. *Plin.* l. 5. c. 9. Nilus Africam ab Æthiopia dispescens. *Id.* l. 2. c. 68. Mare Africam, Europam, Asiamque dispescit. *Apul. in Florid.* n. 15. (*al.* l. 2. *ad fin.*) Samos est exadversum Mileto, nec ab ea multo pelagi dispescitur. *Id. de Deo Socrat.* Cum habitacula summa ab infimis tanta intercapedo fastigii dispescat. Apud *Priscian.* l. 10. pag. 885. *Putsch.* hic locus ita legitur: Cum habitacula summa ab infimis tanta intercapedine fastigii dispescant. *h. e.* distent, neutrorum more. ¶ Præteritum *dispescui* agnoscitur a *Prisciano* ibid. ¶ De supino *dispescitum* V. in fine verbi *Compesco.*

DISPESSUS, a, um, *stretched wide or asunder, open*, expansus, explicatus: a *dis*, et *passus*, *a* in *e* mutata, ut *Gell.* l. et cap. 15. docet. *Plaut. Mil.* 2. 4. 7. Dispessis manibus patibulum habebis.

[DISPESTUS, a, um, particip. a *dispesco*, separatus, disjunctus, dissectus. *Apul.* l. 4. *Met.* pag. 296. *Oudendorp.* Sed ad instar Athracidis, vel Protesilai dispestæ, disturbatæque nuptiæ. Alii legunt *dispectæ* ab inusit. *dispeciscor*, pactum divello.]

DISPĬCĬO, is, exi, ectum, a. 3. *to look this way and that, look attentively, behold, see, discern*, διαθρέω, διασκοπέω, huc illuc aspicio, diligenter intueor, oculos intendo. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 25. Hoc age, ad terram aspice, et dispice, oculis investigans, &c. *Lucret.* l. 3. v. 564. avolsus radicitus nequit ullam Dispicere ipse oculus rem. *Id.* l. 6. v. 648. longe cunctas in partes dispiciendum. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 30. Cum gravi vulnere exanimari se videret, ut primum dispexit, quæsivit, &c. *opened or turned his eyes. Tacit. in Agric.* c. 10. Dispecta est et Thyle, quam hactenus et nix et hyems abdebant. *has been discovered or seen.* ¶ Sæpe refertur ad animum. *to perceive, discover, consider. Cic.* 2. *de Divin.* c. 39. Imbecilli animi verum dispicere non possunt. *Id.* 2. *Q. Fr.* ep. 2. *ad fin.* In ea re Pompeius quid velit, non dispicio. *Id.* 6. *Attic.* ep. 8. Nunc velim dispicias res Romanas, videas, quid, &c. *Id.* 2. *Attic.* ep. 20. Si dispicere quid cœpero, scribam ad te apertius. *Liv.* l. 40. c. 10. Dispice insidiatorem, et petitum insidiis. *examine, consider. Terent. Andr.* 3. 5. 16. Sine, paululum ad me redeam: jam aliquid dispiciam. *h. e.* videro, providebo, excogitabo. *Plin.* l. 2. ep. 10. Dispice, ne sit parum providum, sperare, &c. *Id.* l. 1. ep. 18. Dispice, an tu quoque, &c. *Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. 1. leg. 1. Dispicere de aliqua re. *h. e.* considerare, examinare. [¶ Particip. *dispecturus* apud *Plin.* l. 10. epist. 48. Cogor petere a te, mittas architectum, dispecturum, utrum, &c.]

DISPLĀNO, as, a. 1. complano. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 66. Rutro caput displanat.

DISPLICĀTUS, a, um, *scattered or spread abroad*, dispalatus, disjectus. *Varr. R. R.* l. 3. c. 16. Apes si quando displicatæ sunt, cymbalis et plausibus reducunt in locum unum.

DISPLICENTĬA, æ, f. *a being displeased; dislike, dissatisfaction, discontent*, δυσαρέστησις. *Senec. de Tranquill.* c. 2. Hinc illud tædium et displicentia sui.

DISPLICĔO, es, ui, icitum, n. 2. *to displease*, ἀπαρέσκω, non placeo. *Cic. de clar. Orat.* c. 57. Mihi placebat Pomponius maxime, vel dicam, minime displicebat. *Id.* 1. *de Orat.* c. 34. In ea exercitatione non sane mihi displicet

adhibere istam rationem. *Id. Attic.* 13. ep. 21. Hoc vehementer displicet. *Id. pro Dom.* c. 20. Ut populo de Cyprio rege placeret, de exsulibus displiceret. *Senec. de brevit. vitæ*, c. 2. Inconstans et sibi displicens levitas. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 1. v. 49. securus famæ, liber, ire memento, Nec tibi sit lecto displicuisse pudor. *Justin.* l. 2. c. 7. Si quid pro altero tulisset, alteri displiciturum videretur. ¶ *Displicitus est* pro *displicuit. Gell.* l. 1. c. 21. Cum ei displicita esset insolentia et insuavitas illius. ¶ *Displicere sibi* dicitur, qui non bene valet. *Cic. Phil.* 1. c. 5. Cum de via languerem, et mihimet displicerem. *felt myself unwell. Id.* 2. *Attic.* ep. 18. Displiceo mihi, nec scribo sine summo dolore. *I am dissatisfied with myself. Hoc loco refertur ad animum. Scribon. Larg. compos.* 188. Aconitum potum protinus facit corpus grave, et displicens.

DISPLICĪNA, æ, f. displicentia. *Plaut. Cist.* 1. 1. 18. Nisi hæc displicina apud te quicquam fuit. Ita legit et tuetur *Meursius.* Alii *disciplina.*

DISPLŌDO, is, osi, osum, a. 3. *to burst or break asunder with a great noise*: a *dis*, et *plaudo*, est hinc inde diducere ictu aut compressione. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *de bubulo pecore.* Rectis genibus, pedibus non latis, neque ingredientibus qui displodantur. *Id. ibid.* cap. 9. *de canib.* Pedibus magnis et altis, qui ingredienti ei displodantur.

DISPLŌSUS, a, um, *burst with a loud noise*, ictu aut compressione diductus, diruptus, dissolutus cum sonitu et fragore. *Lucret.* l. 6. v. 130. et *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 46. Vesica dat pariter sonitum displosa repente. *Lucret. ibid.* v. 184. Cæli templa displosa. ¶ *Displosæ nares*, sunt apertæ et dilatatæ. *Arnob.* l. 3. pag. 108. Hos displosis naribus esse, illos resimis.

DISPLUVIĀTUS, a, um, *made shelving so as to carry the rain off on both sides. Vitruv.* l. 6. c. 3. *de cavis ædium.* Displuviata sunt, in quibus deliquiæ arcam sustinentes stillicidia rejiciunt. *h. e.* valde compluta, inquit *Bald. in Lex.* Aliter *Philander*, et *Turneb.* ibid.

DISPOLIABŬLUM. V. *Desidiabulum.*

DISPOLIATĪO, onis, f. spoliatio. *Paulin. Nolan.* epist. 29. (*al.* 10.) c. 1. Primorum patrum dispoliatio. Adde *Impp. Gratian. Valentinian.* et *Theodos.* lib. 9. *Cod. Theodos.* tit. 18. leg. 6.

DISPOLIĀTUS, a, um, adject. *spoiled, plundered. Senec. de consol. ad Marc.* c. 24. Dispoliatus oneribus alienis. *Apul. in Apolog.* Pudore dispoliato. *h. e.* deposito.

DISPOLĪO, as, avi, atum, a. 1. spolio, *to spoil, rob*, ἀποδύω. *Cic.* 6. *Verr.* c. 20. Ut etiam una cum ceteris Siculis dispoliaretur. Adde *Terent. Andr.* 4. 5. 21. sed utroque loco alii leg. *despoliare*, quod est quidem certe usitatius. *Lactant.* l. 6. c. 11. Hominis se appellatione dispoliat.

DISPOLĪO, is. V. in fine verbi *Depolio.*

DISPONDEUS, i, m. δισπόνδειος, pes constans ex duobus spondeis, ut *oratores*, et *contendebant. Diomed. Grammat.* l. 3. pag. 476. *Putsch.*

DISPŌNO, is, sui, situm, a. 3. *to place here and there, place or set in order, dispose, order, methodize, arrange, distribute*, διατίθημι, res plures diversis locis ordine pono, ordino, distribuo. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 34. Pisistratus primus Homeri libros, confusos antea, sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus. *Plin.* l. 17. c. 11. In disponendis arboribus quincuncialis ordinum ratio necessaria. *in setting. Flor.* l. 3. c. 10. Disponere insidias in valle. *to station. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 55. præsidia custodiasque ad ripas Ligeris. et cap. 34. milites in præsidiis. et l. 3. *B. Civ.* c. 18. cohortes castris præsidio. et cap. 5. omni ora maritima classem. et lib. 1. c. 17. tormenta in muris. et cap. 14. Legiones in Apulia hibernorum causa disposuerat. *had distributed throughout Apulia. Liv.* l. 39. c. 14. *sub fin.* Disponere vigilias per urbem. *Plin.* l. 9. c. 8. *ad fin.* et *Tacit.* 2. *Hist.* c. 41. aciem. *Plin.* l. 35. c. 2. expressos cera vultus singulis armariis. *Colum.* l. 12. c. 2. Suo quidque loco disponere. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 45. aliquid in ordine. *Senec. in Hippol.* v. 1257. in ordinem. *Sueton. in Tiber.* c. 11. ægros per valetudinum genera. *Plin.* l. 22. c. 12. Divinitas disponit auxilia in genera, in causas, in tempora. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 58. Ministeria principatus in equites R. disponere. *to distribute amongst the equites. Martial.* l. 12. epigr. 84. comas. *Id.* l. 5. epigr. 21. tempus. *to divide, parcel out.* Sic *Plin.* l. 9. ep. 36. *Sueton. in Tiber.* cap. 11. et *Senec. de consol. ad Polyb.* c. 25. *extr.* Item. Sic *Pers.* sat. 5. v. 43. opus et requiem. *Plin.* l. 4. ep. 19. Disponit, qui nuntient, quem assensum tulerim. *appoints persons to report.* ¶ Pro statuere, *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 29. leg. 3. *a med.* Non alienum erit disponi, apud quem puer interim educetur. *Jabolen.* lib. 10. tit. 3. leg. 3. Ut fundus hereditarius non hereditario serviat, arbiter disponere non potest. [¶ Particip. *disponens* apud *Propert.* l. 3. el. 5. v. 9. Corpora disponens mentem non vidit in arte.]

DISPOSĬTE, adverb. *distinctly, orderly, methodically*, τάκτως, distincte, apte, ordinate, commode. *Cic.* 6. *Verr.* 40. *extr*, Non possum disposite istum accusare. *Lactant.* 3. c. 17. Ordinate et disposite mundus effectus est. *don.* l. 5. ep. 11. Dispositissime ædificare.

DISPOSITĬO, onis, f. *a putting in order, disposition, arrangement*, διάταξις, ordinatio, rerum in ordinem collocatio. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 42. Ordo et dispositio argumentorum. *Colum.* l. 12. c. 2. Quis dubitet nihil esse pulcrius in omni ratione vitæ dispositione atque ordine? ¶ Est item secunda pars officii Oratoris. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 7. Dispositio est rerum inventarum in ordinem distributio. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 2. Dispositio est ordo et distributio rerum, quæ demonstrat, quid quibus in locis sit collocandum. ¶ Accipitur et pro administratione, aut regimine. *Capitol. in Gordiano tertio*, c. 27. *in orat. ipsius Gord.* Cujus ductu et dispositione et hæc transegimus, et cetera transigemus. Adde *Sidon.* l. 3. ep. 6. *extr.* et *Capitolin. in Maximin.* c. 9. ¶ Item pro consilio, et ratione. *Veget.* l. 3. *de re milit.* c. 26. *a med.* Magna dispositio est, hostem fame magis urgere, quam ferro. ¶ In pictura dispositio est ordo et situs figurarum, quæ in tabula fiunt, *the comparting, grouping. Plin.* l. 35. c. 10. Apelles cedebat Amphioni de dispositione, Asclepiodoro de mensuris.

DISPOSĬTOR, oris, m. qui disponit. *Senec.* l. 5. *natur. quæst.* c. 18. Dispositor ille mundi Deus aera ventis exercendum dedit. Adde *Lactant.* l. 4. cap. 9.

DISPOSĬTRIX, icis, f. quæ disponit, et administrat. *Fortunat.* l. 7. carm. 6. v. 22. Floret et egregia dispositrice domus.

DISPOSITŪRA, æ, f. *a disposition*, dispositio, ordo. *Lucret.* l. 1. v. 1025. Tandem deveniunt in tales dispositturas. et lib. 5. v. 193. in tales dispositturas Deciderunt.

DISPOSĬTUS, a, um, *disposed, set in order, arranged, distributed, placed*, διατεταγμένος, ordinatus, distributus. *Cic. Verr.* 3. c. 19. Signa ad columnas, et omnibus intercolumniis disposita sub dio vidimus. *Lactant. de Ira Dei*, c. 10. *a med.* Mundo nihil potest esse nec dispositius ad ordinem, nec aptius ad utilitatem. *Senec. in præfat. quæst. nat. ad fin.* Animo neque formosius est quidquam, nec dispositius. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 27. Custodiæ in muro dispositæ. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 101. Nuntii allati per dispositos equites. *posted in various places. Nepos in Iphicr.* c. 2. Dispositi milites. *arranged or drawn up in battle-array. Stat.* 5. *Theb.* v. 7. Dispositi in turmas. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 16. Dispositæ comæ. ¶ Translate *Plin.* l. 3. ep. 1. Hominum vita disposita. *ordered, regulated. Id.* l. 2. ep. 11. *a med.* Vir subtilis, dispositus, acer, disertus. *h. e.* qui in dicendo ordinem servat. *Q. Cic. de petit. Consul.* c. 5. *ad fin.* Ut iis, quos devinctos tenes, descriptum ac dispositum suum cuique munus sit. *Cic. pro Mur.* c. 14. Studia ad honorem disposita. *which serve for ladders to, &c.* Alii aliter leg. ¶ *Ex disposito*, ex composito, *by agreement. Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 7. An altius quiddam, cui remotis arbitris opus sit, cogitaturi ex disposito convenistis?

DISPOSĬTUS, us, m. *a placing in order, disposition*, idem ac dispositio. In sexto casu sing. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 5. Dispositu provisuque rerum civilium peritus. τῇ εὐταξίᾳ.

DISPRĒTUS. V. *Disperno.*

DISPŬDET, debat, impers. 2. *to be greatly ashamed*, ἐπαισχύνομαι, valde pudet. *Terent. Eun.* 5. 1. 16. Dispudet, mihi sic data esse verba. Adde *Plaut. Mostell.* 5. 2. 44.

DISPULSUS, a, um, *driven up and down, dispersed, dispelled*, hinc illinc pulsus, disjectus, dissipatus. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 7. *ad fin.* Pecudes dispulsæ, sui generis sequuntur greges. *Liv.* l. 26. c. 17. *ad fin.* Dispulsa sole nebula aperuit diem. Al. leg. *depulsa.*

DISPULVĔRO, as, a. 1. *to pulverize, reduce to dust*, κονιορτόω, in pulverem redigo. *Nævius* apud *Non.* c. 2. n. 206. Saxa, silvas, lapides, montes disjicis, dispulveras.

DISPŬMO. V. *Despumo.*

DISPUNCTĬO, onis, f. *an examining or sorting of accounts*, dati et accepti collatio, recognitio. *Ulpian.* lib. 42. *Dig.* tit. 5. *leg. ult.* Utrum recognitio et dispunctio concedenda sit creditoribus. ¶ Translate *Tertull. in Apolog.* c. 18. Suscitatis omnibus et recensitis ad utriusque meriti dispunctionem. *h. e.* examen, et judicium. et lib. 5. *advers. Marcion.* c. 12. Dispunctio boni et mali operis. ¶ Dispunctio vitæ, apud *eundem de testimon. anim.* c. 4. et *de anim.* c. 33. *ad fin.* est vitæ consummatio, *h. e.* ipsa mors.

DISPUNCTOR, oris, m. qui dispungit, examinat, æstimat. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 17. *a med.* Judex et dispunctor meritorum.

DISPUNCTUS, a, um. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion* c. 10. Specialis medicinæ dispuncta Prophetia. *h. e.* comprobata, confirmata, quasi collatis rationibus probata et recognita. *Id. de anim.* c. 57. Animæ prompta humanatione dispunctæ. *h. e.* separatæ, remotæ a corpore.

DISPUNGO, is, xi, ctum, a. 3. *to mark or score off, calculate, reckon*, supputare, sive numerare, quasi puncto notare. *Senec. de brevit. vitæ*, c. 7. Dispunge, et recense vitæ tuæ dies. ¶ Inde *dispungere rationes* pro examinare, *to examine or adjust his accounts. Papin. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 56. Dispungere est conferre accepta et data. *Senec.* l. 4. *de Benef.* c. 32. *extr.* Dispungere rationes expensorum et acceptorum. ¶ Eleganter *Vellei.* l. 1. c. 13. Neque quisquam Scipione elegantius intervalla negotiorum otio dispunxit. *h. e.* distribuit, distinxit, quasi diligentem iniens rationem horarum et temporis. V. *Cicer. initio* l. 3. *de Offic.* ¶ Pro examinare, et quasi collatis rationibus perpendere, *Tertull. in Apolog.* c. 44. Qui sententiis elogia dispungitis. ¶ Et pro absolvere, quasi rationes jam collatas conficere, *Id. advers. Jud.* c. 9. *ad fin.* Dispungamus ordinem cœptum. [¶ Particip. *dispungendus* apud *Ulpian. Dig.* lib. 40. tit. 7. leg. 6. sect. 6. Ad examinandas rationes et dispungendas atque excutiendas factum habet.]

DISPUTABĬLIS, le, *that may be disputed, disputable, controversial*, qui disputari potest. *Senec.* ep. 88. *sub fin.* An omnis res in utramque partem disputabilis sit.

DISPUTATĬO, onis, f. *a disputation, arguing, reasoning, debating; a dispute, discourse*, διάλεξις, actus disputandi. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 2. Solesque nonnunquam hac de re a me in disputationibus nostris dissentire. *Id.* 5. *Fin.* c. 26. Hæc omittamus. habent enim et bene longam, et satis litigiosam disputationem. *Id.* 4. *Attic.* ep. 16. Instituere disputationem de republ. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 30. Habere disputationem in utramque partem. ¶ Proprie dicitur de rebus ad rationem vivendi pertinentibus. *Cic. in fi.* cap. 24. lib. 2. *de Orat.* ¶ Aliam notionem V. in *Disputo.*

DISPUTATIUNCŬLA, æ, f. *a short discourse, small or trivial dispute*, dimin. brevis disputatio. *Sen.* ep. 117. *a med.* Disputatiunculis inanibus subtilitatem vanissimam agitare. Adde *Gell.* l. 1. c. 3. *sub fin.*

DISPUTĀTOR, oris, m. *a disputer, disputant*, διαλεκτικός, qui disputat. *Cic.* 1. *Offic.* c. 1. *a med.* Disputator subtilis, Orator parum vehemens.

DISPUTATORĬE, adverb. disputando. *Sidon.* l. 9. ep. 9. Disputatorie argumentosus.

DISPUTĀTRIX, icis, f. *a female disputant*, quæ disputat. A *Quintil.* l. 2. c. 20. Dialectica dicitur.

DISPUTĀTUS, a, um, utrinque putatus, collatus, initus. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 55. Ubi disputata est ratio cum argentario. *after I shall have made up my accounts.* ¶ Item disserendo tractatus, *disputed*, διαλεχθείς. *Cic.* 1. *Offic.* c. 2. Multa accurate copioseque a philosophis disputata.

DISPŬTO, as, avi, atum, a. 1. *to discourse, treat of, debate, dispute, argue, discuss*, διαλέγω, διαλογίζομαι: a *dis*, et *puto*, quasi hinc et inde puto, ex utraque parte dissero, sententiam profero, discepto. Quare sicut *putare rationem* dixit *Plaut. Cas.* 3. 2. 25. ita et *disputata ratio* legitur apud *eund. Aulul.* 3. 5. 55. et *disputatio* pro computatione, in mensuris agrorum, adhibetur a *Colum. in fi.* cap. 1. lib. 5. ¶ Sumitur autem universim pro disserere, dicendo certare cum alio, vel etiam solum tractare de aliqua re, sermonem habere: et fere de rebus dicitur ad rationem vivendi pertinentibus, ut ex *Cicer.* l. 2. *de Orat.* c. 24. *extrem.* colligimus. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. a *putus* pro *purus* derivat. Sic, inquit, is sermo, in quo pura disponuntur verba, ne sit confusus, atque ut diluceat, dicitur disputare. Ita *Varr.* sed hæc Grammaticum sapiunt. *Cic. in fi.* l. 3. *de nat. Deor.* Ea quæ disputavi, disserere malui, quam judicare. *Id. Phil.* 13. c. 10. Dum de singulis sententiis breviter disputo. *Id.* 3. *Fam.* ep. 8. Idque me arbitror pro tribunali multis verbis disputavisse. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 9. Non inscite Dionysius ad ea disputat, quæ, &c. *Id.* 1. *de Orat.* c. 34. Disputare de omni re in contrarias partes. *Id.* 11. *Fam.* ep. 27. *ad fin.* In utramque partem de aliqua re disputare. *Id.* 1. *de Orat.* c. 25. Neque hæc in eam sententiam disputo, ut, &c. *Id. Verr.* 7. c. 3. *sub fin.* Durum hoc fortasse videatur: neque ego ullam in partem disputo: tantum intelligo, &c. *Martial.* l. 9. epigr. 79. Quod optimum sit disputat convivium Facunda Prisci pagina. *treats of, shows, lays down. Plaut. Men. prol.* v. 50. Ut hanc rem vobis examussim disputem. *to relate in a word.* [¶ Particip. *disputans* apud *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 10. Acute autem disputantis illud est.]

DISQUĀMO. V. *Desquamo.*

DISQUĪRO, ris, a. 3. *to search or inquire diligently, investigate, examine*, ἐξετάζω, per omnes partes quæro, perquiro, inquiro. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 7. Verum hic impransi mecum disquirite.

DISQUISITĬO, onis, f. *an inquiry, examination, diligent search*, ἐξέτασις, disceptatio, inquisitio. *Cic. de Harusp. resp.* c. 7. Quanquam ad facinoris disquisitionem interest, adesse quamplurimos. *Liv.* l. 26. c. 31. In disquisitionem venit, quid ego fecerim. *Id.* l. 8. c. 23. Vitio ne dictator creatus esset, in disquisitionem venit. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 26. Vitiosum est pro argumento sumere quod in disquisitione positum est. *Sueton. in Ner.* c. 2. Ad disquisitionem Senatus vocavit. *impeached him.* accusavit.

DISRAPĬO. V. *Dirapio.*

DISRĀRO, as, a. 1. *to cut away here and there, thin*, ἀραιόω, castro, et diversis modis, quod densum erat, rarum facio. *Colum.* l. 4. c. 32. *de arundineto.* Potest intercidi, et disrarari, quod opus rustici castrationem vocant. V. etiam *Diradio.* [¶ Legitur etiam *diraro, as*, eodem ferme sensu ac *disraro* apud *Cœl. Aurel. Acut.* l. 1. c. 15. Non aliter et vinum plurimam nutrimenti partem resolvere et dirarare, et tenuem facere. *Ibid.* Aliqui phreniticorum, di-

rarato corpore motus causa, deficiunt. *h. e.* nimis transpirante. Adde *ibid.* c. 11.]

DISRUMPO. V. *Dirumpo.*

DISSAVIOR. V. *Dissuavior.*

DISSĔCO, as, cui, ectum, a. 1. *to cut or otherwise divide into two parts, cut in pieces, cut off, dissect*, σχίζω, in duas partes divido. *Sueton. in Calig.* c. 27. Medios homines serra dissecuit. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 70. *Hard.* Lacedæmonii pectus dissecuere causa videndi. *Id.* l. 29. c. 4. Caput viperæ dissecant inter aures ad eximendum lapillum. *Apul.* l. 8. *Metam.* Ancipiti ferro sua quisque brachia dissecant. *h. e.* concidunt, exsecant. ¶ Scribitur et *dissico.*

DISSECTĬO. V. *Dissectio.*

DISSECTUS, a, um, *cut in two, cut in pieces*, bifariam sectus. *Plin.* l. 30. c. 9. Mures dissecti impositi. *Id.* l. 32. c. 9. *sub fin.* Ranas dissectas imponere. *Id.* l. 9. c. 35. *ad fin.* Unio dissectus. *Id.* l. 7. c. 2. *ad fin.* Pisces unguibus dissectos sole torrere.

DISSEMINATĬO, onis, f. *a disseminating*, διασπορὰ, actus disseminandi. Translate *Apul. sub fin.* l. 11. *Metam.* Nec extimescerem malevolorum disseminationes. ¶ In bonam partem *Tertull. de fuga in persecut.* c. 6. Disseminatio Evangelii.

DISSEMINĀTUS, a, um, *disseminated, scattered abroad, promulgated, proclaimed*, sparsus, divulgatus. *Cic. pro Planc.* c. 23. Disseminatus dispersusque sermo. *Id.* 4. *Catil.* c. 3. Malum latius opinione disseminatum.

DISSEMĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to spread abroad, promulgate, proclaim, publish*, διασπείρω, spargo, divulgo. *Cic. pro Arch. c. ult.* Spargere ac disseminare in orbis terræ memoriam. *Justin.* l. 12. c. 13. Amici causam morbi intemperiem ebrietatis disseminaverunt. *Apul. in fi.* l. 5. *Metam.* Venus passim cupidines populis disseminans.

DISSENSĬO, onis, f. *a disagreement, dissension, difference, variance*, διχόνοια, voluntatum et sententiarum contrarietas. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 56. Quibus in causis fuit inter peritissimos homines summa de jure dissensio. *Id. Agrar.* 2. c. 6. Animorum disjunctio dissensionem facit. *Id. de clar. Orat.* c. 49. *extr.* Nunquam de bono oratore doctis hominibus cum populo dissensio fuit. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 25. Qualis fuit inter P. Africanum, et Q. Metellum sine acerbitate dissensio. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 1. Qui deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate ac dissensione, ut, &c. *Id.* 2. *Agrar.* c. 2. Commovere dissensionem. ¶ Translate est dissimilitudo. *Senec.* ep. 20. Ut ipsa inter se vita unius, sine actionum dissensione, coloris sit. ¶ Pro seditione, rixa, discordia. *strife, discord. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 1. Timor novarum tabularum, qui fere bella et civiles dissensiones sequi consuevit. *civil broils. Hirt. de B. Alex.* c. 42. Provincia finitimo bello, et dissensionibus vastata.

DISSENSUS, us, m. idem quod dissensio. *Stat. Theb.* 10. v. 558. Urbem scindunt dissensu vario. *Claudian. de B. Gild.* v. 300. Dissensus acerbus. *Id.* l. 2. *in* I. *Consul. Stilich.* v. 86. mediis dissensibus aulæ. *Paul. Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 65. Dissensu solvitur societas.

DISSENTANĔUS, a, um, *disagreeing, different, opposite, contrary*, dissentiens, contrarius. *Cic. in Partit.* c. 2. Similia aut dissimilia, consentanea aut dissentanea. Adde *Nigid.* apud *Non.* c. 2. n. 240.

DISSENTĬO, is, ensi, ensum, n. 4. *to be of a contrary opinion, dissent, disagree*, ἀντιγνωμονέω, aliter atque alii sentio, discors sum, dissideo, discrepo. *Cic. in Orat.* c. 63. *ad fin.* Quem Aristoteles ut optimum probat, a quo dissentio. *Id. de Orat.* c. 2. Soles nonnunquam hac de re a me in disputationibus nostris dissentire. *Id. de Harusp. resp.* c. 25. Dissensit cum Mario L. Sulla. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 11. Cum videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire. *Senec.* epist. 98. *prope fin.* Dissentiamus cum Epicuro, ubi dicit, &c. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 6. *ad fin.* Illi enim inter se dissentiunt. *Id.* 12. *Phil.* c. 11. Cives gravissime dissentientes. *Id. de Amic.* c. 9. Longe dissentire ab aliquo. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 78. nisi quid, tu docte Trebati, dissentis. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 1. Non verbis Stoicos a Peripateticis, sed universa re et tota sententia dissentire. *Quintil.* l. 9. c. 4. In quibusdam paulum fortasse dissentiam. *Gell.* l. 3. c. 11. *a med.* De patria Homeri multo maxime dissensum est. ¶ *Dissentire a se* est inconstantem esse. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 27. Me non quærere, quid virtus possit efficere, sed quid constanter dicatur, quid ipsum a se dissentiat. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 13. Vitiositas est habitus aut affectio in tota vita inconstans, et a se ipsa dissentiens. ¶ Translate est dissimilem esse. *Cic. pro Font.* c. 9. *ad fin.* Hæ nationes a ceterarum gentium more ac natura dissentiunt. *Plin.* l. 31. c. 7. *a med.* Flos salis odore dissentiens a sale. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Cum dissentit ab interrogatione responsum. *Id. ibid.* c. 6. (*al.* 10.) *Lepus*, et *lupus* simili positione, casibus, numerisque dissentiunt. ¶ Cum dativo, *Senec.* ep. 20. Ne orationi vita dissentiat. *Horat.* l. 3. od. 5. v. 14. mens provida Reguli Dissentientis conditionibus Fœdis. ¶ Pro in seditionem ire, *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 20. Ab his primo Marsi dissentire incipiunt, eamque oppidi partem occupant. *Auct. de B. Hisp.* c. 37. Cæsar reliqua oppida oppugnat, quæ propter Pompeium dissentire cœperant. ¶ Olim et *dissentior* deponentis forma usurpatum fuit, ut *assentior. Cœl.* apud *Priscian.* l. 8. p. 801. *Putsch.* Qui intelligunt, qui faciunt, dissentiuntur. [¶ Particip. *dissensurus* apud *Plin.* l. 8. epist. 14. Nec contra absolventes mox dissensuri congregarentur.]

DISSEPARATĬO, onis, f. separatio, divisio. *Auct. declam. in Catil.* (qui *Porcius Latro* a nonnullis creditur) c. 31. Disseparationi eorum neque solem orientem unquam neque occidentem intervenisse.

DISSEPARĀTUS, a, um, separatus, divisus. *Nazar. in Paneg. Constant.* c. 2. Quæ temporibus disseparata sunt, animorum præsumptione junguntur. Al. leg. *disparata.*

DISSEPIMENTUM, i, n. id quo aliquid dissepitur, et dividitur, ut membranula in nuce. *Festus in Naucus.*

DISSEPĬO, ēpis, epsi, eptum, a. 4. *to separate, divide*, διαφράττω, sepiendo dirimo, discludo, distermino. *Lucret.* l. 1. v. 997. Aer dissepit colles, atque aera montes. *Ovid. Metam.* 1. v. 69. Vix ea limitibus dissepserat omnia certis. Alii leg. *discreverat*, alii *descripserat*, alii aliter. *Sil.* l. 11. v. 458. ut liquidi dissepset stagna profundi. pro *dissepsisset*: sed lectio valde dubia est.

DISSEPTĬO, onis, f. idem quod disseptum. *Vitruv.* l. 2. c. 8. *sub fin.* Nonnullos celeritas, aut inopia, aut in pendenti loco disseptio cogit. *h. e.* paries cratitius in loco pendenti ducendus dissepiendi gratia. Ita legitur locus hic in principe editione, et in omnibus ferme MSS.

DISSEPTUM, i, n. id quo aliquid dissepitur, et discluditur, ut paries, qui cubicula in ædibus dividit, &c. *Lucret.* l. 6. v. 951. Denique per dissepta domorum saxea voces Pervolitant, permanat odos, frigusque, vaposque. ¶ Item membrana dividens cor et pulmones a cetero ventre, διάφραγμα, septum transversum. *the diaphragm. Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. *a med.* ubi alii leg. *dissiptum*, ea ratione, qua *consiptum* pro *conseptum* dixit *Ennius*, teste *Festo.*

DISSEPTUS, a, um, *separated, divided*, disclusus, diremptus, separatus. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 33. Circum cavum ædium erant uniuscujusque rei utilitatis causa parietibus dissepta, ubi, &c. *Senec. in Med.* v. 335. Bene dissepti fœdera mundi Traxit in unum Thessala pinus. ¶ Item non septus, disjectus, discissus, eversus, apud *Stat.* 10. *Theb.* v. 880. disseptoque aggere rursus Utitur, et truncas rupes in templa domosque Præcipitat. *the wall which was broken down.*

DISSERĒNAT, abat, impers. 1. *it clears up*, γαληνιᾷ, serenum fit. *Liv.* l. 39. c. 46. Cum undique disserenasset. Alii *conserenasset* legunt. *Plin.* lib. 18. cap. 35. *a med.* Si cacumina pura fient, disserenabit.

DISSĔRO, is, evi, itum, a. 3. *to sow, plant*, διασπείρω, idem quod sero, aut variis in locis sero. *Colum.* l. 11. c. 3. *ante med.* Cæciliana lactuca mense Januario recte disseritur. et cap. 2. *ante med.* Semina in areolas disserere. *Varr.* lib. 5. *de L. L.* cap. 7. Disserere areas. et *ibid.* Olitor disserit in areas sui cujusque generis res. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. Taleæ in terram defodiebantur, mediocribusque intermissis spatiis, omnibus locis disserebantur. ¶ Translate *Tacit.* 3. *Ann.* c. 40. Disserere seditiosa per conciliabula et cœtus. *to scatter, disseminate. Id.* 1. *Ann.* c. 4. Pauci bona libertatis incassum disserere. *h. e.* mentionem bonorum libertatis apud multos facere. ¶ Præteritum est *dissevi*, si rationem sequaris: tamen et *disserui* invenitur. *Suevius* poeta apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 14. Hoc genus arboris in prælatis finibu' Grais Disseruere, novos fructus mortalibu' dantes. Al. leg. *deseruere* a *desero*, unde *desertus*, et *desitus*, plantatus, *planted.*

DISSĔRO, is, erui, ertum, n. 3. *to discourse, debate, reason, argue, dispute, treat of, discuss*, διαλέγομαι, sermonem instituo de re aliqua, dico, disputo, tracto. Alii ducunt a verbo præced. per metaphoram: alii specialem huic originem tribuunt, ut in *Consero*, erui, dictum est. *Cic.* 3. *de nat. Deor. in fin.* Ea, quæ disputavi disserere malui, quam judicare. *Id. pro Flacc.* c. 17. *in fin.* De hoc teste disseruit et subtiliter, et copiose Hortensius. *Id. de Amic.* c. 10. Ea quæ sæpissime inter me, et Scipionem de amicitia disserebantur. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 5. Disserere contra omnia. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 3. de omnibus rebus in contrarias partes. *Id. Attic.* l. 9. ep. 4. *sub fi.* Disserens in utramque partem tum Græce, tum Latine. *Id.* 1. *de Orat.* c. 13. et 4. *Acad.* c. 6. *a med.* Disserere cum aliquo. *Gell.* l. 19. c. 1. *ad fin.* super aliqua re. *Quintil.* l. 10. c. 6. Ideoque aliqua mihi in illum locum disserenda sunt. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 38. Ars bene disserendi. *h. e.* dialectica: quam vocat *de Fato*, c. 1. rationem disserendi. et l. 1. *de Orat.* c. 15. subtilitatem disserendi. ¶ Cum accusativo pro exponere, enarrare, *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 30. *extr.* De quo in libris suis Marius loquitur, cum Adriani disserit vitam. ¶ Cum dativo, *disserere alicui*, h. e. apud aliquem, vel coram aliquo, est *Senecæ* ep. 52. *a med.*

DISSERPO, is, n. 3. in diversas partes serpo, disseminor. *Lucret.* l. 6. v. 546. Quippe cadunt toti montes, magnoque repente Concussu late disserpunt inde tremores.

DISSERTATĬO, onis, f. *a dissertation, discourse, disquisition, treatise, essay*, διαλογισμὸς, sermo, disputatio. *Plin.* l. 10. c. 68. Quapropter ingenium prædictorum, et reliqua subtexetur dissertatio. *Harduin.* in suis MSS. *edissertatio* reperit. *Gell.* l. 10. c. 4. Res in philosophiæ dissertationibus celebris. *Id.* l. 14. c. 3. Turpiter eos mentiri, qui dissertationes istiusmodi Socrati attribuerent. *Id.* lib. 17. cap. 13. Hoc est longioris dissertationis. *Id.* lib. 1. c. 2. Jussit proferri dissertationum Epicteti secundum librum. *Id.* l. 19. c. 12. In ea dissertatione hujuscemodi sensus est. Al. leg. *dissertione* eod. sensu. Eadem varia lectio reperitur etiam lib. 17. c. 19. Nempe sicut *dissertatio* a *disserto* fit, ita *dissertio* a *dissero.*

DISSERTĀTOR, oris, m. qui disserit, et disputat. *Prudent. in Apotheos.* v. 850. Occurrit dubitans hic dissertator, et illud Objicit.

DISSERTĬO. V. *Dissertatio.*

DISSERTO, as, n. 1. frequent. a Dissero. *Cato* apud *Fest.* in *Citeria*: Quid ego cum illo dissertem amplius? *Gell.* l. 7. c. 14. Seorsum quisque ostentandi gratia magno conventu hominum dissertaverunt. Adde *Plaut. Men.* 5. 2. 58. ¶ Pro enarrare, exponere, *Tacit.* 4. *Hist.* c. 69. Vim Romanam, pacisque bona dissertans, sapientissimum quemque metu continuit.

DISSERTOR, oris, m. idem quod dissertator. Utitur eo *Nonius* c. 4. n. 253. ubi interpretem exponit obscuri dissertorem.

DISSERTUS, a, um, particip. a *dissero*, enarratus, disputatus. *Hieronym. in Isai.* c. 11. l. 4. Quam prophetiam per partes volumus explanare, ne simul proposita atque disserta lectoris confundat memoriam.

DISSICĬO, is, a. 3. vult *Pareus in Lex. Crit.* idem esse quod *disjicio*, h. e. disseco, discindo, divido. Affert autem primum verba *Prisciani* lib. 14. pag. 1002. *Putsch.* in quibus recensendo verba, quæ a *dis* componuntur secundum ordinem consonantium, post *displiceo*, *disputo*, *disperdo* ponit *dissicio*, *distraho*, &c. quod quamvis in libris *disjicio* legatur, apparet tamen ex ipsa serie ita legendum esse. Secundo *Plauti Curcul.* a. 3. v. 54. Clypeatus elephantum ubi machæra dissicit. Tertio *Lucretii* l. 3. v. 639. vis animai discissa simul cum corpore dissicietur. Quarto subtexit loca ex *Cicer. pro Cœl.* c. 16. ex *Virg. Ovid. Valer. Flacc. Liv. Sueton. Stat. Valer. Max.* &c. quæ sane omnia dubia sunt: et fere ubique *disjicio* ab aliis substituitur. Nolim tamen omnino ex Latinarum vocum albo expungi, tum propter auctoritatem *Prisciani*, quæ momenti aliquid certe habet; tum propter multorum MSS. consensum.

DISSĪDENS, entis, adject. *disagreeing, differing, discordant*, dissentiens, discors, διϊστάμενος. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 2. Opiniones tam variæ, tamque inter se dissidentes. *Horat.* l. 2. od. 2. v. 18. Virtus dissidens plebi. *Plin.* l. 8. c. 25. Cuncta animalia sciunt non sua modo commoda, verum et hostium adversa: norunt sua tela, partesque dissidentium imbelles. *of their enemies.* Sic *Nepos in Dion.* c. 8. Quod inimici ejus dissidenti suos sensus aperturi forent.

DISSIDENTĬA, æ, f. idem ac dissidium. *Plin.* l. 29. c. 4. *circa med.* Dominante illa eadem rerum dissidentia. Adde *Arnob.* l. 3. pag. 120.

DISSIDĔO, es, edi, essum, n. 2. *to be at a distance, be distant*, στασιάζω, ἀνδίσταμαι: a *dis*, et *sedeo*. Proprie est sedibus distare, remotum esse. *Propert.* l. 1. el. 12. v. 4. Tam multa illa meo divisa est millia lecto, Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano. *Senec. in Thyest.* v. 124. Isthmi si quis amat regna Corinthii, et portus geminos, et mare dissidens. *h. e.* utrinque positum, Isthmo intermedio. *Sil.* l. 7. v. 736. qui partitis dissederat ante maniplis. *h. e.* in alium locum se contulerat. Al. leg. *discesserat.* ¶ Translate est sententiis discrepare, discordem esse, *to disagree, differ, be of a different way of thinking, be at variance, be contrary to. Cic. Attic.* l. 7. ep. 6. Mihi non rectum, me in tantis rebus a Pompeio dissidere. *Id.* 1. *de Legib.* c. 20. *ad fin.* Qui de re una solum dissident, de ceteris mirifice congruunt. *Id. Verr.* 7. c. 71. Quasi natura et genere disjuncti sint, ita dissident a nobis animo ac voluntate. *Id. pro Balbo*, c. 13. Nullam esse gentem tam dissidentem a populo R. odio quodam atque dissidio, &c. *Id. pro Marcell.* c. 10. Non consiliis solum et studiis, sed armis etiam et castris dissidebamus. *Phædr.* l. 3. fab. 3. v. 7. Variis dissident sententiis. *Nepos in Annib.* c. 10. Dissidebat ab eo Pergamenus rex, bellumque inter eos gerebatur, &c. *Plin.* lib. 10. cap. 74. Dissident olores, et aquilæ. *are at enmity. Tacit. Ann.* 1. c. 46. Dissidet miles. *the soldiers are in a state of mutiny.* et cap. 55. Hostis dissidebat in Arminium, et Segestem. *were divided into factions, one favouring Arminius, the other Segestes. Horat.* l. 3. od. 8. v. 19. Medus infestis sibi luctuosus Dissidet armis. *are divided by civil discords. Cic. Attic.* l. 1. ep. 13. et 4. *Acad.* c. 47. Inter se leviter dissident. *Id.* 4. *Acad.* c. 47. Cum Cleanthe doctore suo quam multis rebus Chrysippus dissidet. *Id.* 1. *de Fin.* c. 18. Dissidere a se ipso, secumque discordare. et cap. 13. Cupiditates intus in animis inclusæ inter se dissident atque discordant. *Id.* 2. *Offic.* c. ... *ad fin.* Temeritas a sapientia dissidet plurimum. *Plin.* ... 29. c. 1. Dissederunt hæ diu scholæ. *Id.* l. 18. c. 2... Auctores qui in eadem regione dissedere. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 36. Matris ab ingenio dissidet ille suæ. *is different, differs.* ¶ Cum dativo *Horat.* l. 2. od. 2. v. 18. D...

sidens plebi virtus. ¶ *Dissidere* aliquando dicuntur, qui tantummodo alieni sunt, et diversæ ditionis, aut imperii. *Virg.* 7. *Æn.* v. 369. Omnem equidem sceptris terram quæ libera nostris Dissidet, externam reor. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 31. Ut a sententia scriptum dissideat. *Auct. ad Herenn.* c. 9. l. 2. Cum voluntas scriptoris cum scripto dissidere videbitur. *Plin.* l. 37. c. 4. Adamas dissidet cum magnete. *Id.* l. 24. c. 1. Quercus et olea pertinaci odio dissident. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 662. Fama non dissidet a vera fide. *does not differ from the truth.* *Id.* 1. *ex Ponto ep.* 6. v. 6. Feritas dissidet a studiis tuis. *is foreign from.* *Id.* 15. *Metam.* v. 648. Dissidet et variat sententia. *opinions are different and various.* *Gell.* l. 13. c. 24. Duo hæc verba idem significant, neque ulla re aliqua dissident. *h. e.* differunt. ¶ Pertinet aliquando ad divortia matrimoniorum. *Sueton. in Tiber.* c. 7. Cum Julia primo concorditer et amore mutuo vixit: mox dissedit, et aliquanto gravius, ut etiam perpetuo secubaret. ¶ *Toga dissidet impar*, apud *Horat.* l. 1. epist. 1. v. 96. *h. e.* male sedet humeris, plus una, quam alia parte dependens. ¶ Passive impersonaliter *Sueton. in Tiber.* c. 37. Capita factionum et histriones, propter quos dissidebatur, relegavit. Adde *Flor.* l. 3. c. 17.

DISSIDĬUM, ii, n. *dissension, disagreement, discord,* διάστασις, discordia animorum, dissidentia, dissensio. *Cic. pro Balb.* c. 13. Odio atque dissidio dissidere ab aliquo. *Id. Attic.* l. 1. ep. 14. *a med.* Ut quod una non estis, non dissensione ac dissidio vestro, sed voluntate ac judicio tuo factum esse videatur. ¶ Item separatio, disjunctio, *a separation.* *Cic.* non uno in loco, *Propert.* et alii. Verum hac notione rectius *discidium* scribitur (quamquam libri variant) ut in ea voce admonuimus.

DISSIGNO, &c. V. *Designo.*

DISSILĬO, is, ilui, et ivi, ultum, n. 4. *to leap or bound this way or that, leap or burst asunder,* ἀναπηδάω, hinc et illinc salio, in diversas partes salio, findor, diffringor. *Plin.* l. 36. c. 18. Tusculanum silicem dissilire igni. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 6. v. 20. Uva pressa pede dissilit. *Virg.* 3. *Georg.* v. 363. *de vi frigoris.* Æraque dissiliunt vulgo. *Id.* 12. *Æn.* v. 740. Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu Dissiluit. *flew in pieces.* De freto Siciliæ *Id.* 3. *Æn.* v. 414. Hæc loca vi quondam, et vasta convulsa ruina Dissiluisse ferunt. *Sil.* l. 16. v. 548. impius ignis Dissiluit. *divided itself into two flames.* *Plin.* l. 22. c. 22. Boves dissilire degustata bupresti. *h. e.* dirumpi, *burst.* Sic lib. 29. c. 4. *a med.* Si prægnans momordit, protinus dissilit. *Senec.* ep. 113. *ad fin.* Dissilio risu, cum mihi propono, solœcismum animal esse. ¶ Translate *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 41. Gratia sic fratrum geminorum Amphionis atque Zethi dissiluit. *h. e.* repente dissoluta est. [¶ Particip. *dissiliens* apud *Sil.* l. 5. v. 616. Immugit penitus convulsis ima cavernis Dissiliens tellus.]

DISSIMĬLIS, le, *unlike, dissimilar, different,* ἀνόμοιος, non similis, absimilis, diversus. *Cic. Fam.* 10. ep. 6. *ad fin.* Qui te ab impiorum civium, tui dissimillimorum, societate sejungas. *Id.* 2. *de Orat.* c. 19. Artificium non dissimile ceterorum. *Id. in Bruto*, c. 93. Sui dissimilior videbatur fieri quotide. *Id.* 4. *de Fin.* c. 6. Hoc sic expositum dissimile est superiori. *Id de clar. Orat.* c. 56. Nihil tam dissimile, quam Cotta Sulpicio. *Id. pro Sull.* c. 49. Erat huic judicio longe dissimilis illa contentio. *Id.* 3. *de Orat.* c. 7. Una est ars ratioque picturæ; dissimillimique tamen inter se Zeuxis, Aglaophon, Apelles. et lib. 2. c. 29. Cum inter vos in dicendo dissimillimi sitis. *Id. pro Planc.* c. 28. Dissimilis est pecuniæ debitio et gratiæ. *Id.* 2. *Attic.* ep. 3. Quod non est dissimile, atque ire in Solonium. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 25. *sub fin.* Motus tarditate et celeritate dissimillimi. *Plin.* l. 6. cap. 27. Dissimilis colore. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 39. Ætate et forma haud dissimili in dominum erat. *Gell.* l. 18. c. 4. Res diversæ ac dissimiles.

DISSIMILĬTER, adverb. ἀνομοίως, diverse, *differently, in a different manner.* *Liv.* l. 27. c. 48. Incerti, quorum essent, haud dissimiliter navibus sine gubernaculo vagis. *like to ships,* &c. (hoc loco casum regit, ut adjectivum.) *Sallust. in Jug.* c. 94. Oppidum Thalam ceperat, haud dissimiliter situm munitumque. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 13. Res simili de causa dissimiliter judicatæ. *Paul. Dig.* lib. 41. tit. 2. leg. 3. *a med.* Dissimiliter, atque si sub custodia mea sit.

DISSIMILITŪDO, inis, f. *unlikeness, dissimilitude,* ἀνομοιότης, diversitas, differentia. *Cic. de Divin.* l. 2. c. 46. Incredibilis varietas et dissimilitudo. *Id. de Amic.* c. 20. Morum dissimilitudo dissociat amicitias. *Id.* 2. *de Divin.* c. 46. Dissimilitudo locorum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 59. Hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem, quod, &c. *Id.* 2. *Fam.* ep. 13. Genus institutorum meorum dissimilitudinem habet cum illius administratione provinciæ. *Id.* 5. *de Fin.* c. 7. Bonorum malorumque dissimilitudo. *Id.* 2. *de Divin.* c. 45. Quarum rerum tantæ dissimilitudines sæpe sunt, ut, &c.

DISSIMULAMENTUM, i, n. *a pretence,* simulatio. *Apul. in Florid.* n. 3. (*al.* l. 1.) Musæ cum Minerva dissimulamenti gratia judices adstitere. *Id. in Apolog.* Dissimulamenti causa et deridiculi.

DISSIMULANTER, *with dissimulation,* εἰρωνικῶς, dissimulatim. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 35. Id tamen dissimulanter facere, ne sibi ille aliquid proficere videatur, prudentia est. *dissemblingly, by pretending any thing rather than that.* *Liv.* l. 40. c. 23. Herodorus in custodiam est conjectus, et Demetrius dissimulanter asservari jussus. *Cic. de clar. Orat.* c. 79. Nec vero hæc soluta, nec diffluentia, sed adstricta numeris, non aperte, nec eodem modo semper, sed varie dissimulanterque conclusis. *Id.* 1. *Fam.* ep. 5. *sub fin.* Partim sunt obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati.

DISSIMULANTĬA, æ, f. idem ac dissimulatio. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 67. Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus præstitisse.

DISSIMULĀTIM, idem ac dissimulanter. *Quintil.* l. 10. c. 1. Sæpe præparat dissimulatim insidias Orator. *Al. leg.* dissimulat, insidiatur.

DISSIMULATĬO, onis, f. *a dissembling, cloaking, concealing, disguising; dissimulation, fallacious appearance,* εἰρωνεία, actus dissimulandi. Quomodo a simulatione differat, V. in *Dissimulo.* *Cic.* 3. *Offic.* c. 15. Ex omni vita simulatio dissimulatioque tollenda est. *Id.* 2. *de Orat.* c. 68. Valde ridentur, quæ a prudentibus, quasi per dissimulationem non intelligendi, subabsurde salseque dicuntur. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 25. Nero veste servili in dissimulationem sui compositus. *in order to prevent himself from being known.* *Id.* 11. *Ann.* c. 26. Abrumpere dissimulationem. ¶ Est Latina appellatio figuræ ironiæ. *Cic.* 4. *Acad.* c. 5. Socrates libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant. Adde 3. *de Orat.* c. 53. Monet tamen *Quintil.* l. 9. c. 2. *ante med.* hoc nomine parum totius ironiæ vires ostendi. ¶ Inter ea, quæ risum movent, *dissimulatio* est, cum quis parum se aut aliud omnino intelligere fingit. *Quintil.* l. 6. c. 3. et *Cic.* 2. *de Orat.* c. 68. ¶ Item cum alia dicuntur, ac sentias. *Cic. ibid.* c. 67. [¶ Significat etiam negligentiam, incuriam. *Veget. de re mil.* l. 1. c. 18. Quem usum usque ad hanc ætatem, licet jam cum dissimulatione, pervenisse manifestum est. *Veget. alter de re vet.* l. 4. *init.* Solemnis excusatio negligentium est, dispendia ex dissimulatione venientia Deo imputare vel casibus.]

DISSIMULĀTOR, oris, m. *a dissembler, one who makes as though that were not, which is,* εἴρων, qui dissimulat, et celat aliquid. Quomodo a *simulatore* differat, V. in *Dissimulo.* *Sallust. in Catil.* c. 5. Animus subdolus, varius, cujuslibet rei simulator, et dissimulator. *Quintil.* l. et cap. 2. Nec tamen eorum, quæ emendanda erunt, dissimulator. et cap. 18. Antonius dissimulator artis fuit. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 61. et veri non dissimulator amoris. *Horat.* l. 1. ep. 9. v. 9. Dissimulator opis propriæ.

DISSIMULĀTUS, a, um, *dissembled, feigned, pretended, disguised, concealed,* tectus, celatus, εἰρωνευθείς. *Terent. Andr.* 1. 1. 105. Dissimulatus et celatus amor. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 850. et lib. 6. v. 90. Pietas dissimulata ira. *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 9. v. 40. Verbaque profectu dissimulata carent. *pretended not to be heard.* *Id.* 2. *Trist.* v. 437. modo dissimulata Perillæ Nomine, nunc legitur dicta Metella suo. *concealed under the name of Perilla.* ¶ Cum accusativo, more deponentium, *Id.* 6. *Fast.* v. 507. et *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 13. Dissimulata deam. *h. e.* celans divinitatem. *Ovid.* 1. *de art. amand.* v. 690. *de Achille.* Veste virum longa dissimulatus erat. *Id. in Ibin*, v. 354. Locris in ancillæ dissimulata necem. *h. e.* tecta, abscondita. ¶ Dissimulatus consulatus alicujus apud *Tacit.* 2. *Hist.* c. 71. est omissus, præteritus, tanquam si ille consul designatus non fuisset. ¶ *Ex dissimulato*, dissimulanter. *Senec.* l. 4. *quæst. natur. in præfat. ante med.* Non est occulte, nec ex dissimulato blandiendum.

DISSIMŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to dissemble, cloak, disguise, conceal, counterfeit, feign that the thing is not, which is,* εἰρωνεύω, diligenter et astute celo, occulto, fingo non esse, quod re vera est. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 18. Nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 31. Dissimulare et occultare aliquid. et lib. 1. c. 19. Res diutius tegi dissimularique non potuit. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 1. *extr.* Dissimulare non potero, mihi, quæ adhuc acta sunt, displicere. *Id. Catil.* 1. *c. pænult.* Nonnulli sunt, qui ea, quæ vident, dissimulant. *Hirt. de B. Alex.* c. 48. Difficulter dissimulare odia. *Tacit.* 11. *Ann.* c. 32. metum. *Terent. Hecyr.* 4. 2. 2. et *Phorm.* 2. 3. 82. sedulo aliquid. *Sallust. in Catil.* c. 48. Vulturcius primo fingere alia, dissimulare de conjuratione. *Plaut. Mil.* 4. 2. 2. Dissimulabo, hos quasi non videam. et 2. 2. 105. Quem hominem investigando summam operam, hinc dissimulavero. *Ovid. in Ibin*, v. 52. Teque brevi, qui sis, dissimulare sinam. *Cic. pro Sext.* c. 15. Silentio dissimulare aliquid. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Consonantium quædam, insequente vocali, dissimulantur. *are not pronounced fully.* *Paul. Dig.* lib. 40. tit. 13. leg. 4. Dissimulare de conditione sua. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 56. Taurus dissimulans deum. *h. e.* divinitatem celans. (Adde 5. *Fast.* v. 504.) *Id.* 4. *Trist.* el. 9. *extr.* Dissimulare nomen suum. *to keep secret; make a secret of, conceal.* *Id. Heroid.* ep. 5. v. 84. Non tamen ut Priamus Nymphæ socer esse recuset, Aut Hecubæ fuerim dissimulanda nurus. *h. e.* ut Hecuba dedignaretur me nurum suam agnoscere. *Id. ibid.* ep. 9. v. 84. Factaque narrabas dissimulanda tibi. *h. e.* quæ tacere debuisses. ¶ Cum infinito, *Valer. Flacc.* l. 2. v. 372. Zephyrosque audire vocantes Dissimulant. ¶ Pro assimilare, imitari, *Ovid. Metam.* 2. v. 373. canæque capillos Dissimulant plumæ. ¶ *Dissimulo*, et *simulo* hoc differunt, quod illud de iis, quæ re ipsa sunt, usurpatur, ut dictum est; hoc de iis quæ nulla sunt. [† Norunt tirones illud: Quod *non est* simulo, dissimuloque quod *est.*] *Planc. ad Coss.* &c. lib. 10. *Fam.* ep. 8. *circa med.* Multa me et simulasse invitum, et dissimulasse cum dolore. [¶ Particip. *dissimulaturus* apud *Tacit. Ann.* l. 13. c. 49. Magnarum rerum curam non dissimulaturi.]

DISSIPABĬLIS, le, *that may be scattered or dispersed,* qui dissipari, et dispergi potest. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 12. *ad fin.* Ignis et aer natura cedens est maxime, et dissipabilis.

DISSIPATĬO, onis, f. *a scattering, dispersing,* διασκέδασις, dispersio. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 25. Ne interitus et dissipatio consequatur. *Id. Phil.* 13. c. 5. Dissipatio prædæ. *h. e.* quæ prædando fit.

DISSIPĀTOR, oris, m. qui dispergit, et dissipat. *Prudent. præfat. Psychom.* v. 34. Abram triumphi dissipator hostici.

DISSIPĀTUS, a, um, *scattered, spread abroad, dispersed, dissipated,* διασκεδασθείς, dispersus, disjectus, solutus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 25. Qui dissipatos homines congregavit, et ad societatem vitæ convocavit. *Id. pro Dom.* c. 7. Copiæ hostium depulsæ et dissipatæ. *routed, discomfited.* *Id. pro Sext. c. ult.* Eversa domus est, fortunæ vexatæ, dissipati liberi, raptata conjux. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 24. Cum equites, funditores, Numidas diversos, dissipatosque in omnes partes fugere vidissent. *Liv.* l. 28. c. 20. Quam urbem Punici exercitus e dissipata passim fuga reliquiæ tutabantur. *Id.* l. 8. c. 39. Hostes dissipati in fugam. *Cic. Attic.* 15. ep. 11. *ad fin.* Prorsus dissolutum offendi navigium, vel potius dissipatum. *Id. post redit. in Sen.* c. 9. *ad fin.* Ut cuncti ad me unum hominem fractum, et prope dissipatum, restituendum et defendendum venirent. *Liv.* l. 28. c. 3. Dissipatum passim bellum. *extended and scattered all over.* *Cic. pro Flacc.* c. 6. Sermo est tota Asia dissipatus, Pompeium contendisse, &c. *spread abroad, proclaimed, published.* *Id.* 1. *de Orat.* c. 42. Omnia, quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt. ¶ Translate *Id. de clar. Orat.* c. 59. *extr.* Curio cum tardus in cogitando, tum in instruendo dissipatus fuit. *immethodical in arranging his thoughts.* *Id. in Orat.* c. 65. *extr.* Dissipata, et inculta, et fluens oratio. *h. e.* quæ caret numeris. ¶ Tmesi dividitur a *Lucret.* l. 1. v. 650. Languidior porro disjectis, disque sipatis. Al. leg. *supatis* V. originem verbi *dissipo* in voce sequenti.

DISSĬPO, as, avi, atum, a. 1. *to scatter here and there, disperse, dissipate,* διασκεδάζω, dispergo, diffundo, disturbo, disjicio: ab obsoleto *sipo*, vel *supo*, quod, teste *Festo*, significat jacĕre: unde *dissipare* disjicere (quod *dissupare* aliquoties apud *Lucret.* legitur) *insipare* injicere, *obsipare* objicere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 15. Ignis quocumque invasit, cuncta disturbat ac dissipat. *Stat.* l. 12. *Theb.* v. 773. auras Dissipat hasta tremens. *Vitruv.* l. 1. c. 5. *a med.* Turres quadratas machinæ celerius dissipant. *h. e.* perfringunt, evertuntque. *demolish, overthrow.* *Cic.* 1. *de Divin.* c. 34. *extr.* Simia et sortes ipsas, et cetera, quæ erant ad sortem parata, disturbavit, et aliud alio dissipavit. *Id. in Pison.* c. 38. Statuam deturbare, affligere, comminuere, dissipare. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 9. Qui discedere animum censent, alii statim dissipari, alii diu permanere. *Liv.* l. 30. c. 5. Ignis extemplo totis se dissipavit castris. *spread itself.* *Cic. pro leg. Man.* c. 9. Medeam fratris sui membra in iis locis dissipavisse. *Ovid. Metam.* 2. v. 800. piceumque per ossa venenum Dissipat. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 5. *extr.* Magna parte amissa suorum, dissipantur in finitimas civitates. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 34. Dissipare, ac perterrere hostes. *to put to flight.* *Liv.* l. 6. c. 12. *extr.* ordines pugnantium. *to throw into confusion, discomfit.* *Lentul. ad Cic. Fam.* 12. ep. 14. classem. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 232. *de apro.* Fulmineo celeres dissipat ore canes. *scatters, routs.* *Valer. Flacc.* l. 7. v. 626. Dissipare nexus ac vincula galeæ. *h. e.* raptim dissolvere, aut scindere. *Senec. in Troad.* v. 468. Cervice fusa dissipans latam comam. *Cic.* 1. *Agrar.* c. 1. Possessiones a majoribus relictas disperdere ac dissipare. *to squander away, consume, waste.* *Crassus* apud *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 35. Nihil superest: libidines totum patrimonium dissipaverunt. *Cic.* 14. *Phil.* c. 6. Dissipare famam. *to scatter abroad, disseminate, publish.* et 3. *Verr.* c. 6. *ad fin.* Cum sermones hujuscemodi dissipassent, me, &c. et absolute *Cæl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 1. *ad fin.* Te sub rostrani dissiparant periisse. ¶ Hactenus in malam partem: sed aliquando et in bonam sumitur. *Colum.* l. 2. c. 10. et 26. Vehes stercoris in jugerum disponere, et dissipare. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 6. Cum Cæsar satis haberet convenientes manus dissipare, ne quod initium belli nasceretur. *h. e.* variis locis disponere. *Lucret.* l. 2. v. 210. Sol etiam summo de vertice dissupat omnes Ardorem in partes. ¶ A Medicis ad-

hibetur eo fere sensu, quo *discutio*, et *digero*. *Cels.* l. 5. c. 23. sect. 7. Dissipare humorem. *Scribon. Larg. compos.* 263. Dissipare futuram suppurationem. ¶ Translate *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 56. Sævus ubi e puppi longo clamore magister Dissipat amplexus. *h. e.* dividit, distrahit. *Horat.* l. 2. od. 11. v. 17. dissipat Evius curas edaces. *Cic. de Amic.* c. 7. Amicitia omnia contrahit, discordia dissipat.

DISSIPTUM. V. *Disseptum.*

DISSĬTUS, a, um, *scattered up and down, dispersed,* ἀπαχθεὶς, dispersus, disseminatus: a *dissero. Lucret.* l. 3. v. 144. Pars animæ per totum dissita corpus. ¶ Aliquando est etiam remotus. *distant. Apul. in princip. Florid.* Neque longule dissita, neque proxime adsita possumus cernere. [¶ Est etiam diductus, divaricatus, et a se invicem remotus. *Id.* 7. *Met.* pag. 491. *Oudend.* Possim trucem amatorem istum atque insuavem dissitis femoribus emasculare. Alii male legunt *dissectis.*]

DISSOCIABĬLIS, le, qui sociari, conjungique non potest. *Tacit. in vita Agric.* c. 3. Et quanquam primo statim beatissimi sæculi ortu res olim dissociabiles miscuerit, principatum et libertatem. *irreconcileable. inconsistent.* ¶ *Horat.* l. 1. od. 3. v. 21. Deus abscidit Oceano dissociabili terras. *h. e.* Oceano dissociante, distinente, separante. *Bentleio* hæc interpretatio videtur inficeta: itaque legit *dissociabiles.* h. e. terras dissociatas, et dissitas.

DISSOCIĀLIS, le, dissociabilis. *Rutil. in Itiner.* l. 1. v. 384. *de Judæis.* Humanis animal dissociale cibis. *h. e.* cibum capere cum gentibus fugiens.

DISSOCIATĬO, onis, f. *a separation,* διάλυσις, disjunctio. *Plin.* l 22. c. 21. Adiantum aquas respuit, perfusum mersumque sicco simile est: tanta dissociatio deprehenditur. *repugnance, contrariety, unwillingness to combine.* et lib. 7. c. 13. Est quædam privatim dissociatio corporum: et inter se steriles, ubi cum aliis junxere, gignunt, sicut Augustus, et Livia. *Id.* l. 6. c. 1. Dissociatio terrarum. *h. e.* divisio et separatio in Bosphoris. *Tacit. Ann.* 16. c. 34. Dissociatio spiritus et corporis.

DISSOCIĀTUS, a, um, *disjoined, separated, divided,* disjunctus, separatus, divisus. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 19. Dissociati a Socrate, deserti a doctis. *Nepos in Attic.* c. 2. Dissociati animi civium. *discordant, divided into factions. Ovid.* 1. *Metam.* v. 25. elementa Dissociata locis concordi pace ligavit. *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 32. dissociata profundo Bruttia Sicanium circumspicit ora Pelorum. *Rutil. in Itiner.* v. 330. Longinquo dissociata mari.

DISSOCĬO, as, a. 1. *to dissolve or break fellowship with, disjoin, sever, separate, divide,* διαζεύγνυμι, a societate disjungo, separo, dissolvo. *Cic. de Amic.* c. 20. Morum dissimilitudo dissociat amicitias. *Lucret.* l. 3. v. 810. arctas partes dissociare. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 5. Continui montes, ni dissocientur opaca Valle. *Tacit. Ann.* 12. c. 55. Dissociare copias Barbarorum. *to disunite.* et 1. *Ann.* c. 28. Tironem a veterano, legionem a legione dissociant. *Id.* 4. *Hist.* c. 37. Dissociare causam. *to leave one party in favour of another, go over to a different party. Martial.* l. 7. epigr. 23. Et Ledæ poteras dissociare genus. *breed enmity amongst.*

DISSOLUBĬLIS, le, *dissoluble, capable of separation,* εὔλυτος, qui facile dissolvi potest. *Cic. de nat. Deor.* l. 3. c. 12. Mortale igitur omne animal, et dissolubile, et dividuum sit, necesse est. et lib. 1. c. 8. Coagmentatio dissolubilis.

DISSOLVO, is, olvi, lutum, a. 3. *to dissolve, loose, untie, unloose, disjoin, disunite,* διαλύω, solvo, resolvo, disjungo quod ligatum, aut conjunctum erat. *Cic. in Orat.* c. 71. Facilius est apta dissolvere, quam dissipata connectere. *Id. de Senect.* c. 20. Opus ipsa suum eadem, quæ coagmentavit, natura dissolvit. *Id. in Orat. c. ult.* Dissolvere scopas. *Lucret.* l. 6. v. 355. nodos. et vers. 351. Fulmen dissolvit æs. *melts, dissolves, fuses.* et vers. 936. Sol dissolvit glaciem. et l. 5. v. 364. Valida plaga aliquid dissolvere. et l. 2. v. 951. Discutere ac dissolvere aliquid. *Plin.* l. 14. c. 20. Resina omnis dissolvitur oleo. *is dissolved, softened, melted. Valer. Flacc.* l. 1. v. 123. pinus gracili dissolvere lamna. *to cut into planks. Phædr.* l. 4. fab. 21. v. 9. Tempestas et vetustas dissolvit navem. *destroys. Varr.* l. 5. *L. L.* c. 8. Luce dissolvuntur tenebræ. *is thinned, dispersed. Petron. in Satyr.* c. 24. Dissolvere risu ilia. *to be ready to burst with laughing.* ¶ Apud Medicos eum habet usum, quem discutio, digero, dissipo. *Plin.* l. 24. c. 6. Hammoniaci natura mollit, calefacit, discutit, dissolvit. *Id.* l. 20. c. 12. Dissolvere inflationes et ructum. et l. 24. c. 9. lassitudines. et *ibid.* dolorem capitis. et lib. 27. c. 8. *ad fin.* stranguriam. et l. 32. c. 9. tenesmum. et l. 28. c. 8. *ad fin.* Jocinere chamæleonis amatoria dissolvi. ¶ Translate *Cic. pro Cæcin.* c. 4. Dissolvere argentariam. *to exhaust. Quintil.* l. 6. c. 3. Urbanitate invidiam criminis dissolvere. *to do away the odium of the accusation. Sueton. in Aug.* c. 32. Dissolvere collegia. *Id. in Galb.* c. 12. cohortem. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 13. societatem. et *pro Rosc. Amer.* c. 39. amicitiam. *Id.* 3. *Offic.* c. 32. Fraus adstringit, non dissolvit perjurium. *Id. in Orat.* c. 70. Compositi oratoris bene structam collocationem dissolvere permutatione verborum. *Liv.* l. 40. c. 29. religiones. *h. e.* infirmare, aut tollere. Sic *Cic.* 1. *Phil.* cap. 8. leges, λύειν τοὺς νόμους. et *Tuscul.* l. 1. c. 11. harmoniam. et *Agrar.* 2. c. 13. *ad fin.* judicia publica. et *pro Mur.* c. 31. severitatem. *Hirt. de B. Alex.* c. 65. disciplinam. *Nepos in Lysand.* c. 3. regiam potestatem. *Sallust. in Catil.* c. 50. Mors cuncta mortalium mala dissolvit. *h. e.* aufert, vel finit. *Id. in Jug.* c. 20. Senectus plerosque dissolvit. *the greater part die of old age. Cic. in fragm.* apud *Serv. ad Eclog.* 9. v. 7. Ex alto in campos dissolvi. *h. e.* demitti in planitiem. *to be levelled, made flat.* ¶ Est etiam argumento respondere, ejusque vim infirmare. *Id.* 2. *de Divin.* c. 4. Mentientem, quem ψευδόμενον vocant, dissolvere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 38. Dialectici reperiunt ea, quæ jam non possunt ipsi dissolvere. *solve, refute. Id.* 4. *Acad.* c. 15. Dissolvere interrogationes. *to answer. Quintil.* l. 5. c. 13. *circa med.* Per partes dissolvitur, quod contextu nocet. ¶ Item expedire. *to let go, liberate. Terent. Heaut.* 3. 1. *in fin.* Dissolvi me, otiosus operam ut tibi darem. *Plaut. Merc.* 1. 2. 54. Obsecro, dissolve jam me: nimis diu animi pendeo. ¶ Pertinet etiam ad æs alienum. *to pay, discharge. Cic. Verr.* 5. c. 75. An pecuniam publicam tenueris omnem, neque quidquam ulli dissolveris civitati. *Id. pro Sull.* c. 20. Æs alienum dissolvere. *Cæs.* l. 1. *B. Civ. c. ult.* Militibus pecuniam pro iis rebus dissolvit. *Cic. Verr.* 7. c. 13. Dissolvere damna. *to pay the costs. Id. Tuscul.* 1. c. 42. pœnam. *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 38. vota. ¶ A Poetis sæpe solvitur per diæresim. *Lucret.* l. 5. v. 361. discedere, dissoluique. et l. 2. v. 945. Dissoluuntur enim, &c. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 8. v. 18. In cava ducuntur quassæ navalia puppes, Ne temere in mediis dissoluantur aquis. *Catull. loc. cit.* Pristina vota novo munere dissoluo. *Tibull.* l. 1. el. 8. v. 2. Stamina non ulli dissoluenda deo. et el. 11. v. 62. ornatus dissoluisse comæ.

DISSOLŪTE, *negligently, carelessly,* ἀνειμένως, remisse, negligenter, ignave. [† opponitur τῷ severe. *Ern.*] *Cic.* 14. *Attic.* ep. 13. *ad fin.* Dissolute et turpiter scribere de restitutione alicujus. *Brutus ad Cicer.* ep. 4. Neque crudeliter quidquam eripui, neque dissolute quidquam remisi. *Cic. Verr.* 5. c. 39. *ad fin.* Dissolute decumas vendidisti. *for almost any price. Id. Phil.* 6. c. 1. Minus severe rem conficere, non tamen dissolute. *Id. pro Cæcin. c. ult.* Jus suum dissolute relinquere. *Id. Verr.* 7. c. 8. Clementer factum, ut dissolute factum criminari. ¶ Dissolute dicere, apud *Cicer. in Orat.* est figura dissolutionis uti in dicendo: c. 39. *a med.* Cum demptis conjunctionibus dissolute plura dicuntur.

DISSOLUTĬO, onis, f. *a dissolving, loosing, dividing, separating,* διάλυσις, actus dissolvendi. *Tacit. Ann.* 14. c. 5. Dissolutio navigii. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 31. et l. 5. c. 11. Mors est dissolutio naturæ. ¶ Dissolutio stomachi, *weakness,* cum cibus non retinetur, aut non concoquitur. *Plin.* l. 20. c. 22. *a med.* Vomitiones, singultus, tormina, stomachi dissolutiones cohibere. ¶ Translate est responsio ad crimina, vel argumenta. *a reply, refutation. Cic. pro Cluent.* c. 1. Criminum dissolutionem ab oratore quærere. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 3. Confutatio est contrariorum locorum dissolutio. ¶ Item infirmatio, vel abrogatio. *Cic. Verr.* 6. c. 59. *extr.* Post judiciorum dissolutiones. *h. e.* postquam judicia severa Romæ fieri desierunt, ut *ibid.* paulo supra dicitur. *Id.* 1. *Phil.* cap. 9. Hæc utrum tandem lex est, an legum omnium dissolutio? *Tacit. Ann.* 13. c. 50. Dissolutionem imperii docendo, si fructus, quibus respubl. sustineretur, deminuerentur. *the ruin, fall.* ¶ Item remissio animi, mollities, negligentia. *Cic. Fam.* 5. ep. 2. *a med.* Si humanitas appellanda est, in acerbissima injuria remissio animi et dissolutio. ¶ Item mollities, languor, infirmitas. *Senec.* ep. 3. *ad fin.* Hæc non est quies, quæ motum omnem molestiam judicat, sed dissolutio et languor. *Id. de constant. Sap.* c. 4. Tanta est animorum dissolutio et vanitas, ut quidam nihil acerbius contumelia putent. *Trebell. Poll. in XXX. Tyrann.* c. 23. Cum dissolutionem Gallieni pernoctantis in publico ferre non posset. *the dissoluteness.* ¶ In re oratoria est figura, quæ conjunctionibus verborum e medio sublatis, partibus separatis effertur, hoc modo. Gere morem parenti, parce cognatis, obsequere amicis, obtempera legibus. Hæc *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 30. Græce est Asyndeton, Dialyton, et Brachylogia, quæ V. *Cic. in Partit.* c. 6. Constructio verborum tum conjunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur. *Quintil.* l. 9. c. 3. docet aptam esse hanc figuram, cum quid instantius dicimus.

DISSOLŪTOR, oris, m. qui dissolvit. *Impp. Theodos. et Valent.* lib. 5. *Codic.* tit. 17. leg. 8. et *Imp. Constant.* lib. 3. *Cod. Theodos.* tit. 16. leg. 1. Si sepulcrorum dissolutorem maritum suum esse probaverit.

DISSOLŪTRIX, icis, f. quæ dissolvit, ut Mors corporis dissolutrix, apud *Tertull. de Anim.* c. 42.

DISSOLŪTUS, a, um, *loosed, unloosed, untied,* solutus, non ligatus, disjunctus, διάλυτος. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 20. Ubi dissolutus tu sies, ego pendeam. *Plin.* l. 28. c. 7. Capillus cinctusque dissolutus. *Id.* l. 28. c. 9. Dissoluta sparta navium. *Cic.* 15. *Attic.* ep. 11. Dissolutum navigium. *ready to fall to pieces. Vitruv.* l. 2. c. 8. Coagmentorum dissolutæ juncturæ. ¶ Item maceratus, dilutus, *liquefied, dissolved. Plin.* l. 28. c. 11. Collyria aqua dissoluta inungere. et cap. 12. Fel tauri aridum aqua calida dissolutum. ¶ *Dissolutus stomachus* est, qui cibos non retinet, vel non concoquit. *Id.* l. 20. c. 23. Semen stomachum dissolutum adstringit. ¶ Translate *Tacit.* 14. *Ann.* c. 7. Collegia dissoluta. *dissolved. Cic.* 1. *de Orat.* c. 42. Adhibita est ars, quæ rem dissolutam divulsamque conglutinaret, et quadam ratione constringeret. *Id.* 2. *de Legib.* c. 12. Institutum Pontificum negligentia dissolutum est. *has fallen into disuse.* ¶ Aliquando ad æs alienum pertinet, *paid, liquidated. Plin.* l. 33. c. 3. Dissolutum æs alienum. *Cic. Verr.* 7. c. 13. Damna dissoluta et compensata. ¶ Sæpe est incuriosus, negligens, non attentus, *negligent, careless, thoughtless, inattentive. Cic.* 1. *Offic.* c. 28. Negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam dissoluti. *Id.* 5. *Verr.* c. 56. Verres omnium hominum dissolutissimus. *Nepos in Alcib.* c. 1. Luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans. *Cic. pro Quint.* c. 11. Quis tam dissolutus in re familiari fuisset, quis tam negligens, qui, &c? *Id. ad Brut.* ep. 3. Liberalitas dissolutior. *h. e.* quæ largitur sine discrimine et cura. *Senec. in præfat.* l. 5. *controv.* Exstant libelli, qui cum fama ejus pugnant, multoque dissolutiores ipsis actionibus. *h. e.* majori negligentia conscripti, et minore studio. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 11. Quis tam dissoluto animo est, qui hæc cum videat, tacere ac negligere possit? ¶ Item remissus, languidus, non severus, *lax, easy, remiss. Id.* 7. *Verr.* c. 40. Potero ne in eos esse vehemens, qui, &c. in eum dissolutus, qui, &c. *Id. Verr.* 5. c. 57. Ecquod judicium Romæ tam dissolutum, tam perditum, tam nummarium fore putasti? *Id. Attic.* l. 1. ep. 19. *a med.* Nihil a me asperum in quemquam fit; nec tamen quidquam populare ac dissolutum. *Id. Verr.* 7. c. 3. Maluit crudelis in animadvertendo quam in prætermittendo dissolutus videri. *Quintil.* l. 1. c. 8. (*al.* 14.) Sit lectio non quidem prosæ similis, non tamen in canticum dissoluta. *Id.* l. 2. c. 2. Non austeritas ejus tristis, non dissoluta sit comitas. *too indulgent; too easy.* ¶ Item corruptus, depravatus, a legibus solutus et recta vivendi disciplina. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 20. *extr.* O pertubatam rationem! o libidinem refrenandam! o consilia dissoluta atque perdita! *Id.* 4. *Tuscul.* c. 25. Adolescens perditus ac dissolutus. *dissolute, profligate. Id. pro Flacc.* c. 9. Dissoluta Græcorum consuetudo, impudensque licentia. *depraved, corrupt, licentious. Tacit.* 15. *Ann.* c. 49. Dissoluta luxu mens, et proinde vita somno languida. *Phædr.* l. 1. fab. 2. v. 12. Dissolutos mores vi compescere. *irregular, lawless.* ¶ *Dissoluta* dicuntur a *Quintil.* l. 9. c. 3. *circa med.* quæ per figuram Dissolutionem dicuntur. ¶ *Dissoluta et hians oratio* est apud *eund.* l. 8. c. 6. *ad fin.* quæ non est vincta numeris oratoriis. Adde lib. 11. c. 2. *a med.* ¶ *Disolutus* simplici *s*, et prima correpta, habes apud *Paulin. Nolan. in Nat. XI. S. Fel. edit. Murator.* v. 272.

DISSONANTĬA, æ, f. *dissonance, discrepancy,* discrepantia. *Claud. Mamert.* l. 2. *de statu anim.* c. 21. et *Hieronym. de Script. Eccles. de S. Petro.*

DISSŎNO, as, ui, itum, n. 1. discrepo, discordo, *to be discordant, differ, jar, disagree,* διαφωνέω, ἀπᾴδω. *Colum.* l. 1. c. 1. An universa hujus temporis culturæ respondeant, an aliqua dissonent. *Quintil.* l. 8. c. 6. Dissonare ab aliqua re. ¶ Item *to echo, resound,* κατηχέω. *Vitruv.* l. 5. c. 8. *a med.* Dissonantes loci sunt, in quibus vox prima, cum est elata in altitudinem, offensa superioribus solidis corporibus, repulsaque resiliens in imum, opprimit insequentis vocis elationem.

[* DISSONŌRUS, a, um, adject. idem ac dissonus. *Terentian. de metr.* v. 190. Compressio porro est in utraque dissonora.]

DISSŎNUS, a, um, *discordant, dissonant, jarring, different,* διάφωνος, dissimiliter sonans, discrepans. *Liv.* l. 4. c. 28. Circum agenti se ad dissonos clamores, ac subitos tumultus. *Id.* l. 1. c. 18. Dissonæ sermone gentes, et moribus. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 457. Sparsa et dissona moles. *h. e.* Græci universi variis loquendi dialectis, item moribus, et institutis, et locis differentes. *Plin.* l. 36. c. 10. Solis cursus dissonus. *h. e.* varius, inconstans. *Stat.* l. 2. silv. 2. v. 114. Seu nostram quatit ille chelin, seu dissona nectit Carmina, sive minax ultorem stringit iambum. *h. e.* carmen elegiacum, in quo alterni versiculi ab alternis discrepant. *Sil.* l. 11. v. 45. collidens dissona corda Seditio. ¶ *Vapor dissonus* apud *Plin.* l. 2. c. 43. est, qui in nube accensus inconditum sonum edit, qualis est ferri candentis in aquam demersi.

DISSORS, ortis, qui dissimilis sortis est, diversus, differens. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 132. Quæ torvum ligno decepi adultera taurum, Dissortemque utero fetum tulit. *of a different kind from herself, different from human. h. e.* semibovem, et semivirum. *Senec. in Med.* v. 773. Typhœu membra quæ dissors tulit. *h. e.* humano trunco pedes anguineos habens. ¶ Item qui est extra sortem, exsors. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 12. v. 11. At mea seposita est, et a omni milite dissors Gloria: nec titulum muneris alter habet. *detached from the soldiers, in which the soldiers have* [illegible]

share. *h. e.* miles nullam habet partem gloriæ meæ. *Bentlei.* addit locum ex *Horat.* l. 3. od. 29. v. 28. et *Heins. in* eleg. 3. *Sabini*, v. 35 alia congerit: sed ubique alii *discors* substituunt.

DISSORTĬŌNES. V. *Disertiones.*

DISSUADĔO, es, uasi, uasum, a. 2. *to dissuade, advise to the contrary,* παραπείθω, dehortor. *Cic.* 3. *Offic.* c. 27. Qui non modo non censuerit captivos remittendos, verum etiam dissuaserit. *Id. ibid.* c. 30. Cum de captivis dissuasurus esset. *Id. Agrar.* 2. c. *ult.* Dissuadere legem. *Gell.* l. 1. c. 6. Dissuadere et absterrere. *Id.* l. 7. c. 2. Dehortari et dissuadere. *C. Gracch.* apud *eund.* l. 11. c. 10. Qui prodeunt dissuasuri, ne hanc legem accipiatis. *Senec. in Herc. Œt.* v. 929. Quicumque misero dissuadet mori, crudelis est. [¶ Particip. *dissuadens, dissuadendus* apud *Vellei.* l. 2. c. 31. Cum dissuadens legem in concione dixisset. *Liv.* l. 30. c. 37. Cum Gisgo ad dissuadendam legem processisset.]

DISSUASĬO, onis, f. *a dissuading, advising to the contrary,* ἀποτροπή. *Cic. pro Cluent.* c. 51. In dissuasione rogationis ejus, quæ contra Coloniam Narbonensem ferebatur. *Senec.* ep. 94. *a med.* Dissuasiones et adhortationes.

DISSUĀSOR, oris, m. *a dissuader,* μεταπείθων, qui dissuadet. *Cic. ad Brut.* ep. 15. Cum Etesiarum diebus Auster me in Italiam, quasi dissuasor mei consilii, retulisset. *Id.* 2. *de Orat.* c. 65. Dissuasor legis. *Lucan.* l. 4. v. 248. justi gladius dissuasor.

DISSUAVĬOR, et Dissavior, aris, dep. 1. *to kiss ardently,* καταφιλέω, cum lætitia et voluptate exosculor. *Q. Cic. ad Tiron. ep. ult. Fam.* Tuos oculos dissuaviabor.

DISSUESCO, is, n. *to be unaccustomed,* desuesco. *Alcim. Avit.* l. 4. v. 46. Disciplinatos dissuescit promere fructus.

[* DISSULCO, as, a. 1. idem ac desulco. Translate usurpat *Fortunat. in vita S. Martin.* l. 4. v. 242. Cælitus est oculis descendere visa columna, Molliter aerio dissulcans nubila lapsu. Alii scribunt *disulcans.*]

DISSULCUS porcus dicitur, cum in cervice setas dividit, et veluti sulcum pilorum facit. *Festus.* Al. scribunt *Disulcus.*

DISSULTO, as, avi, atum, n. 1. *to leap different ways, leap asunder, fly in pieces, shiver,* διαχορεύω, diverse, vel frequenter salto: ex *dis*, et *salto*. *Plin.* l. 37. c. 4. Ut ferrum utrinque dissultat. *Virg. Æn.* 12. v. 923. Nec fulmine tanti dissultant crepitus. *Id.* 8. *Æn.* v. 240. Dissultant ripæ, refluitque exterritus amnis. *tremble, quake, shudder, stagger. Sil.* l. 7. v. 143. Sicut aquæ splendor, radiatus lampade solis, Dissultat per tecta. *darts here and there with a tremulous motion.*

DISSŬO, is, ui, utum, a. 3. *to unstitch, rip,* ἀπορράπτω, quod consutum est, discindo, suturas dissolvo. Translate est paulatim dirimere. *Cic. de Amic.* c. 21. et lib. 1. *Offic.* c. 33. Tales igitur amicitiæ sunt remissione usus eluendæ, et ut Catonem dicere audivi, dissuendæ magis, quam discindendæ. *to be dropped gradually.*

DISSŬPO. V. *Dissipo.*

DISSŪTUS, a, um, *unstitched, unripped,* ἀπορραφείς. Item diductus, apertus, solutus. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 408. Altera dissuto pectus aperta sinu. *Pers.* sat. 3. v. 58. laxumque caput, compage soluta, Oscitat hesternum, dissutis undique malis.

DISSYLLĀBUS. V. *Disyllabus.*

DISTABESCO, is, bui, n. 3. idem ac tabesco, *to consume or melt away. Cato de R. R.* c. 24. Sinito cum musto sal distabescat. *Fest.* in *Monstrum.* Jecur cum distabuit in coquendo. ¶ Translate *Augustin.* l. et cap. 3. *Confession.* In quantas iniquitates distabui!

DISTÆDET, ebat, impers. 2. *to be wearied or tired, be loath,* διαπορεῦμαι, valde tædet. *Plaut. Amph.* 1. 3. 5. Haud quod tui me, neque domi distædeat. *Terent. Phorm.* 5. 8. 22. Me cum hoc ipso distædet loqui.

DISTÆSUS. V. *Distisum.*

DISTANS, antis, *distant, remote, at a distance,* διεστατός, longe positus, remotus, disjunctus. *Cic. Tuscul.* 5. c. 24. Sidera multum inter se aut altitudine, aut humilitate distantia. *Id.* 2. *de nat. Deor. c. pænult.* Terræ ab hujusce, quam incolimus continuatione distantes. *Id.* 2. *Phil.* c. 27. Tot res tam dissipatæ, tam distantibus in locis positæ. *Liv.* l. 4. c. 45. Servitia, urbem ut incenderent distantibus locis, conjurarunt. *in various places. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 23. Trabes distantes inter se binos pedes. *Curt.* l. 3. c. 1. Urbs pari intervallo Pontico et Cilicio mari distans. *Plin.* l. 13. c. 4. Laxe distans. *Ovid. Metam.* 5. v. 54. jaculo quamvis distantia misso Figere doctus erat. *Gell.* l. 1. c. 11. Ire ad hostem in conspectu longinquo procul distantem. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 54. spatio distantia longo Tempora. ¶ Translate est dissimilis, differens, diversus. *unlike, differing, different. Horat.* l. 2. ep. 1. v. 71. sed emendata videri, Pulcraque, et exactis minimum distantia, miror. *Cic. in Orat.* c. 16. Genera dicendi multum inter se distantia. *Id. Ibid.* c. 10. Quid tam distans, quam a severitate comitas. *Plin.* l. 29. c. 4. *circa med.* Salamandra nihil aconito distans.

DISTANTĬA, æ, f. *distance, space between,* διάστημα, intervallum. *Plin.* l. 2. c. 15. Longissimi distantiæ fines. ¶ Translate est differentia, diversitas. *Quintil.* l. 7. c. *ult.* et *Gell.* l. 2. c. 26. Distantiæ coloris. *Cic. de Amic.* c. 20. Tanta est inter eos, quanta maxima esse potest, morum studiorumque distantia.

DISTECTUS, a, um, adject. idem quod detectus, *uncovered. Alcim. Avit.* l. 4. v. 408. Distectum petiit misero spectamine corpus.

DISTĔGUS, i, *two stones high,* δίστεγος, ædes duas habens contignationes, a στέγη, tectum. Legitur in *Inscriptionib.* apud. *Donium* class. 2. n. 187. et 188. et apud *Gruter.* pag. 827. n. 6. ubi absolute ponitur, et neutrum esse videtur: et alia pag. 383. n. 4. ubi est adjectivum. V. *Armarium.*

DISTENDO, is, endi, ensum, a. 3. *to stretch or reach out, extend,* διατείνω, in diversas partes tendo, extendo. *Plaut. Mil.* a. 5. v. 14. Distendite hominem divorsum, et dispennite. *Lucan.* l. 4. v. 140. Distendere pontem in agros. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 99. aciem. *Ovid.* l. 4. *Metam.* v. 490. brachia. *Quintil.* l. 1. c. 11. (*al.* 19.) Ne immodicus hiatus rictum distendat. *Sueton. in Tiber.* c. 62. Ut larga potione oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum simul, urinæque tormento distenderet. ¶ Est etiam implere, *to fill*: tractum ab utre, qui cum plenus est, ex omni parte tenditur; vacuus vero laxatur, et contrahitur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 437. dulci distendunt nectare cellas. *distend. Plaut. Cas.* 4. 1. 19. Senem cupiunt extrudere incœnem ex ædibus, ut ipsæ solæ ventres distendant suos. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 83. gaudete coloni: Distendet spicis horrea plena Ceres. *Virg.* 3. *Georg.* v. 124. omnes Impendunt curas denso distendere pingui Quem legere ducem, et pecori dixere maritum. *to fatten. Plin.* l. 32. c. 7. Rana viridis, si forte hauriatur, ventres boum distendit. *swells, puffs up, bloats up.* ¶ Translate est distinere, distrahere, impeditum tenere, cum duo simul res diversis partibus curam injiciunt. *Liv.* l. 27. c. 40. Consules diversis itineribus profecti, veluti in duo pariter bella, distenderant curas hominum. *Id.* l. 3. c. 23. Ut distenderent hostium copias. *to occupy the attention generally. Id.* l. 9. c. 12. *ad fin.* Distendit ea res Samnitium animos. *renders perplexed and uncertain.* Est qui malit *distinuit. Albinov.* eleg. 1. v. 5. Nec tua te pietas distendit amore duorum. *h. e.* dividit amorem tuum in duos. [¶ Particip. *distendens* apud *Lucan.* lib. 9. v. 721. Oraque distendens avidus spumantia Prester.]

DISTENNO pro distendo ab Æolico τέννω pro τείνω, est qui legit apud *Plaut. Mil.* a. 4. v. 14. Qua de re plura *Voss. in Etymol.* in *Antenna.*

DISTENSĬO, onis, f. *a stretching,* actus distendendi, διάτασις. *Augustin.* l. 11. *Confess.* c. 23. *extr. et* 29. sed utroque loco alii leg. *distentio.* V. *Distentio*

[* DISTENSUS, a, um, particip. a *distendo*, extentus, explicatus. *Hirt. de bell. Alex.* c. 45. Cum propius Tauridem accessisset, distensis suis navibus, navem instructam propugnatoribus animadvertit.]

DISTENTĬO, onis, f. *a stretching out,* διάτασις, σπασμός, actus distendendi. *Scribon. Larg. compos.* 89. Terna catapotia in noctem dare ad inflationes, in ipsa distentione, *h. e.* cum quidpiam inflatione distenditur. *Cels.* l. 2. c. 4. et 8. et l. 8. c. 4. *et ult.* Distentiones nervorum. *h. e.* cum præter naturam distenduntur. *convulsive motions.* His *Celsi* locis al. leg. *distensio.*

DISTENTO, as, avi, atum, a. 1. idem quod distendo, vel ejus frequentativum. *Virg. Eclog.* 9. v. 31. Sic cytiso pastæ distentent ubera vaccæ.

DISTENTUS, us, m. *a stretching out, swelling,* distentio. In sexto casu singulari, *Plin.* l. 8. c. 38. Sufflatæ cutis distentu ictus hominum, et morsus canum arcent.

DISTENTUS, a, um, *stretched out, extended,* διάτονος, extentus: a *distendo*. *Gell.* l. et cap. 15. Diductis atque distentis manibus. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 209. distenta suis umbracula virgis. *Id.* 4. *Metam.* v. 457. Tityos novem jugeribus distentus. ¶ Accipitur etiam pro pleno, *full*, ut in *Distendo* dictum est. *Virg. Ecl.* 4. v. 21. lacte domum referent distenta capellæ Ubera. et *Eclog.* 7. v. 3. distentæ lacte capellæ. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 110. Capella gerit distentius uber. *Plin. in Paneg.* c. 49. Distentus cœna. ¶ Translate est distractus, duplici cura occupatus, implicatus, ut in *Distendo* adnotavimus. Rectius tamen in hac significatione a *Distineo* ducitur, *busied, engaged, occupied, taken up, employed. Cic. Attic.* l. 15. ep. 18. Intelligo te distentissimum esse qua de Buthrotiis, qua de Bruto. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 8. Distentus cum opera, tum animo sum multo magis. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 8. Tot tantisque negotiis distentus, ut respirare libere non possit. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 39. Mens divina distenta, cælum versans, terram tuens, maria moderans. *Tacit. Ann.* 16. c. 8. Distentus circa aliquid. *Auct. de B. Hispan.* c. 23. Dum in opere nostri distenti essent.

DISTERMINĀTOR, oris, m. qui disterminat, et separat. *Apul. de Mundo post princip.* Axis divisor et disterminator mundi, orbem terræ in medietate constituens.

DISTERMINĀTUS, a, um, adject. separatus. *Plin.* l. 4. c. 20. Disterminati ab Asturia Vettones.

DISTERMĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to separate, divide,* διορίζω, separo, vel diversas res termino. *Cic. in Arat.* v. 94. Quas intervallum binas disterminat unum. *Plin.* l. 12. c. 21. Arabia Judæam ab Ægypto disterminat. *Id.* l. 3. c. 3. Pyrenæi montes Hispanias Galliasque disterminant. *Paul. Dig.* l. 10. tit. 1. leg. 4. *sub fin.* Prædia urbana communibus parietibus plerumque disterminantur.

DISTERMĪNUS, a, um, adject. disterminatus, distans. *Silius* l. 5. v. 399. Audit Tartessos latis distermina terris.

DISTERNO. V. *Distratus.*

[* DISTERNO, is, avi, atum, ere, a. 3. *to strew,* sterno, substerno. *Apul.* 10. *Met.* pag. 749. *Oudend.* Et jam accuratissime disternebatur lectus. Alii legunt *desternebatur* eodem sensu. Hinc particip. *distratus*, quod V. apud *Forcellinum.*]

DISTĔRO, is, trivi, itum, a. 3. *to bruise small, bruise as in a mortar,* κατατρίβω, multum, sive crebro tero, subtiliter et minutim tero. *Cato de R. R.* c. 75. Casei pondo duo bene disterat in mortario: ubi bene distriverit, farinæ libram indito. ¶ Translate *Petron. in Satyr.* c. 34. Eum basiis distrivit.

DISTĪCHUS, a, um, adject. δίστιχος, duos habens ordines: a δίς, bis, et στίχος, ordo, versus. Hinc *hordeum distichum* appellat *Colum.* l. 2. c. 9. *ad fin.* cujus spica duos habet granorum ordines, et *hexastichum*, quæ sex: ab ἕξ. sex. ¶ *Distichon* absolute, *a distich, couplet, couple of verses,* breve est carmen duobus versiculis absolutam sententiam complectens. *Martial.* l. 8. epigr. 29. Disticha qui scribit, puto, vult brevitate placere. *Id.* l. 3. epigr. 11. Cur in te factum distichon esse putas? ¶ Vet. lap. apud *Fabrett.* c. 9. n. 234. p. 627. M. Lancius M. L. Prosper. distichum ornavit cal. Mai. Asinio Pollio. et C. Antistio Vet. Cos. *Distichum* est ædificium, aut sepulcrum duas habens contignationes, aut cellarum ordines. Lapis inscriptus est anno undecimo Tiberii.

DISTĪCO. V. *Destico.*

DISTILLARĬUS, ii, m. Legunt aliqui apud *Senec.* epist. 56. Et botularium, et distillarium, et omnes popinarum institores. et probat *Cœl. Rhodig.* l. 16. c. 46. qui ait, distillationem etiam dici liquaminis genus, quo ad condiendum utimur, et qui id conficiant et vendant Distillarios vocari. Verum emendatiores libri in *Senecæ* textu *Crustularium* habent.

DISTILLATĬO, et Destillatio, onis, f. *a distilling, distillation, dropping, rheum, catarrh,* κατασταγμός, κατάῤῥους, defluxio humoris a capite in fauces, in nares, in pulmones, stomachum, ventrem, &c. Quare videtur rectius per *de* scribi, qua præpositione melius, quam *di*, descensus significatur. *Cels.* l. 1. c. 2. Ne modo frigus, modo calor moveat: quæ res gravedines, destillationesque concitat. (V. *eund.* lib. 4. cap. 2. sect. 4.) *Plin.* lib. 22. cap. 13. Distillationes ventris. *Scribon. Larg. compos.* 90. et 93. Destillatio pectoris. *Plin.* l. 20. c. 17. Distillationem narium discutere. *Senec.* ep. 78. *a med.* Destillationes, et vis continuæ tussis egerens viscerum partes. *h. e.* tabes, *a phthisick, consumption.* Adde epist. 120. *a med.* et epist. 77.

DISTILLO, et Destillo, as, avi, atum, n. 1. *to distil, drop,* καταῤῥέω, stillando defluo, stillatim descendo. Dicitur tum de humore defluente, tum de re ipsa humorem stillatim demittente. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 22. Et ideo sudando assum distillat calore. *Virg.* 3. *Georg.* v. 281. lentum distillat ab inguine virus Hippomanes. *Cels.* l. 4. c. 2. Distillat humor de capite in nares. *Claudian. in Consul. Prob. et Olybr.* v. 222. *de Tiberi flu.* Distillant per pectus aquæ. *Plin.* l. 6. c. 31. Distillantibus arboribus odore miræ suavitatis. *Tibull.* l. 2. el. 2. v. 7. Distillent tempora nardo. *Lucan.* l. 8. v. 777. lentum Magnus destillat in ignem. *h. e.* cadaver Magni rogo impositum. *Id.* l. 9. v. 772. nigra distillant inguina tabe. *Senec.* ep. 78. Succubui, et eo perductus sum, ut ipse destillarem. *h. e.* liquescerem, et φθίσει, consumerer. ¶ Cum accus. *Plin.* l. 15. c. 19. Ficus distillant gummi modo lacrimam. *Harduin. ex MSS.* edidit: *gummium lacrima.* ¶ Malunt Critici per *de* scribi, quam per *di*, quia per *de* longe aptius deorsum fluendi motus significatur: quod et alibi adnotavimus.

DISTĬMŬLO. V. *Destimulo.*

DISTINCTE, *distinctly, plainly, clearly, methodically, expressly, precisely,* διωρισμένως, rem unam ab alia accurate distinguendo et separando, atque adeo ordinate, distribute, explicate. *Cic.* 2. *Tuscul.* cap. 3. Se neque distincte, neque distribute, neque eleganter, neque ornate scribere. *Id.* 3. *de Orat.* c. 14. Distincte, explicate, abundanter, illuminate dicere. *Id. in Orat.* c. 28. Partite, definite, distincte dicere. *Id.* 1. *de Leg.* c. 13. Quæ fuse olim disputabantur ac libere, ea nunc articulatim distincteque dicuntur. *Id.* 2. *Phil.* c. 13. Nonenim fortasse satis, quæ distinctius dicuntur, intelligis. *Plin. in Paneg.* c. 88. Nec magis definite distincteque designat, qui Trajanum, quam qui Optimum appellat. *Id.* l. 3. ep. 1. Nihil est illo vitæ genere distinctius. *h. e.* ordinatius. ut actiones dici sua quæque hora, et ordine apte distribuantur.

DISTINCTĬO, onis, f. *a dividing, separating, distinguishing, distinction, difference,* διορισμός, actus distinguendi, divisio, discretio, discrimen. *Senec.* l. 7. *de benef.* c.

9. Video elaboratam scrupulosa distinctione testudinem. *Plin.* l. 9. c. 33. Conchæ distinctione virgulata, crinita, crispa. *Id.* l. 10. c. 11. Volucrum distinctio prima pedibus maxime constat. Aut enim aduncos ungues habent, aut, &c. *Id.* l. 18. c. 25. Distinctio anni quadripartita. *Id.* l. 17. *c. ult.* Distinctio mensuræ. *Quintil.* l. 11. c. 3. *sub fin.* Distinctionibus uti in loquendo. *h. e.* mora, et pausa. Sic *Auson. Edyll.* 4. v. 49. distinctio sensum Auget, et ignavis dant intervalla vigorem. *Plin.* l. 18. c. 3. Distinctio honesque civitatis. *h. e.* qua civium Tribus in Rusticas, et Urbanas dividebantur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 5. Distinctio, pulcritudo, ordo siderum. *Id.* 2. *de Leg.* c. 5. *sub fin.* Lex est justorum injustorumque distinctio. *Id.* 1. *Offic* c. 2. *ad fin.* Facilis est distinctio ingenui et illiberalis joci. *Id. de Fato, c. pænult.* Causarum distinctio ac dissimilitudo. *Id.* 1. *de Fin.* c. 19. *extr.* Veri a falso distinctio. *Ulpian. Dig.* l. 47. tit. 2. leg. 44. Hæc sententia cum distinctione vera est: ut si hac mente dederit, &c. quod si ita det, &c. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 54. Ejusdem verbi crebrius positi quædam distinctio. *h. e.* mutatio. intelligit autem traductionem, figuram verborum oratoriam. *Id.* 2. *de Orat. c. ult.* Ut ipse instrumentum oratoris exponeret, tibi ejus distinctionem atque ornatum relinqueret. *h. e.* dispositionem, atque distributionem rerum inventarum. *Quintil.* l. 9. c. 3. *post med.* appellat *distinctionem*, παραδιαστολήν, speciem contrapositi, qua duo contraria distincte et explicate exponuntur, ut, Odit populus R. privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. ¶ Apud Grammaticos *distinctio* est interpunctio, seu appositio puncti in signum finiti sensus, vel pendentis, *a pointing between words and sentences; interpunction*: estque triplex, finalis, media, et ima: prior sensum terminat; altera respirandi spatium legenti dat; tertia lectionis interruptum tenorem, aliud adhuc illatura, suspendit. *Diomed.* l. 2. p. 431. *Putsch.* et *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.*

DISTINCTOR, oris, m. qui distinguit. *Gloss. Cyrilli*: distinctor, διαστίκτης. *Ammian.* l. 22. c. 3. Judices justorum injustorumque distinctores. Adde lib. 28. c. 4. (*al.* 19.) et *Augustin. Tract.* 20. *in Joann. ad fin.*

DISTINCTUS, us, m. idem ac distinctio. In sexto casu singulari. *Tacit.* l. 6. *Ann.* c. 28. Ore ac distinctu pennarum a ceteris avibus diversum. [*Stat.* 1. *silv.* 2. v. 40. Viridis cum regula longo Synnada distinctu variat.]

DISTINCTUS, a, um, adject. *distinguished, separated*, διεσταλμένος, διωρισμένος. *Cic. in Orat.* c. 16. Distincta et interpuncta intervalla, moræ, respirationesque delectant. *Liv.* l. 9. c. 19. Macedonum phalanx immobilis, et unius generis; Romana acies distinctior, ex pluribus constans. ¶ Item ornatus, variatus. *adorned, variegated. Cic. Verr.* 6. c. 27. Pocula ex auro, gemmis distincta clarissimis. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 37. Cælum astris distinctum. *Id. pro Flacc.* c. 12. Provincia cincta mari, portibus distincta. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 266. innumeris distinctas floribus herbas. *Id. Heroid.* ep. 5. v. 19. Retia maculis distincta. et *Metam.* 3. v. 221. nigram medio frontem distinctus ab albo. *marked, distinguished.* ¶ Transfertur et ad orationem. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 12. Oratio composita, et ornata, et artificio quodam, et expolitione distincta. *Id.* 2. *de Orat.* c. 80. Narratio distincta personis, et interpuncta sermonibus. et lib. 3. c. 48. Continuatio verborum articulis membrisque distincta. *Auct. Dial. de Oratorib.* c. 18. Graccho politior Crassus, distinctior Cicero. *h. e.* magis perspicuus. *Quintil.* l. 5. *c. ult. sub fin.* Sermo purus, dilucidus, distinctus. et *ibid.* Argumenta distincta et perspicua. *Id.* l. 11. c. 3. *post med.* Distinctus gestus.

DISTINĔO, es, inui, entum, a. 2. *to keep separate, keep asunder*, hinc et inde teneo, ἀνθέλκω. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. Tigna binis utrinque fibulis ab extrema parte distinebantur. *Vitruv.* l. 3. c. 3. Intervalla (*stereobatarum*) solidanda fistucationibus, uti distineantur. ¶ Item distermiuare, separare, dividere, *to keep away, separate, divide. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 59. Legiones a præsidio atque impedimentis interclusas maximum flumen distinebat. *Horat.* l. 4. od. 5. v. 12. Distinere aliquem a domo. *Virg.* 11. *Æn.* v. 381. distinet hostem ager murorum. *Ovid. Heroid.* ep. 8. v. 69. Qua duo porrectus longe freta distinet Isthmos. *Lucret.* l. 5. v. 204. Et mare, quod late terrarum distinet oras. ¶ Translate est hinc inde impeditum occupatumque tenere, distrahere, *to distract the attention of, keep employed. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 50. et lib. 3. *B. Civ.* c. 52. Distinere manum hostium. *to distract the forces of. Cic.* 7. *Fam.* ep. 2. *extr.* Multitudine, et celebritate judiciorum, et novis legibus ita distinemur, ut &c. *occupied, engaged, busied. Id.* 2. *Attic.* ep. 23. Ex eo colligere poteris, quanta occupatione distinear. et *Fam.* 12. *ep. ult.* Maximis occupationibus distineri. ¶ Item divido, dirimo, in diversa traho. *Liv.* l. 2. c. 15. *ad fin.* Ne quid meam vobiscum pacem distineat. *prevent, hinder. Cic. pro Planc.* c. 33. Distineor tamen, et divellor dolore. *Liv.* l. 5. c. 20. Duæ Senatum distinebant sententiæ. *h. e.* ambiguum tenebant, in diversa trahebant. *perplexed, embarrassed. Id.* l. 7. c. 21. Fenebris res distinere unanimos videbatur. *Ovid. de remed. amor.* v. 485. Ergo assume novas, auctore Agamemnone, flammas, Ut tuus in bivio distineatur amor. Al. minus recte leg. *detineatur.* ¶ Item universim impedire, morari, *to hinder, detain, stop. Cic. Phil.* 12. c. *ult.* Ne militum multitudo per me pacem distineri putet. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 37. Unam esse Æduorum civitatem, quæ certissimam Galliæ victoriam distineat. *Liv.* l. 44. c. 35. *a. med.* Ut distineret regem ab circumspectu rerum aliarum. *Id.* l. 37. c. 12. Rem distinebat, quod utrum armati an inermes emitterentur regii, parum conveniebat. [¶ Particip. *distinendus* apud *Cæs. de Bell. Gall.* l. 3. c. 11. Mittit, qui eam manum distinendam curet.]

DISTINGUO, is, inxi, inctum, a. 3. alii derivant a *tingo*, et antique *tinguo*, ut proprie sit tingendo et colorando discriminare, separare: alii a *stingo*, quod a *stigo*, quod a στίζω, pungo, ut proprie sit dispungere, *h. e.* punctis rem a re discriminare. Significat autem secernere, separare, discrimen apponere, *to distinguish, discriminate, separate, part, divide*, διορίζω. *Cic. Verr.* 6. c. 41. Unum hoc crimen videtur esse: plura sunt; sed ea quo pacto distinguere ac separare possim, nescio. *Id. in Pison.* c. 28. Distinguere atque dividere aliquid. *Id. in partit. c. ult.* Vera a falsis dijudicare et distinguere. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 29. vero distinguere falsum. *Plin.* l. 8. c. 54. Simiæ caudis inter te distinguuntur. *Colum.* l. 1. c. 6. *circa med.* Sed et lacubus distinguuntur granaria, ut separatim quæque legumina ponantur. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 48. Numerum in cadentibus guttis, quod intervallis distinguuntur, notare possumus. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 10. Quid inter naturam et rationem intersit, non distinguitur. *Tacit. Ann.* 11. c. 38. Nuntiatum Claudio, periisse Messalinam, non distincto, sua an aliena manu. *it being not distinctly ascertained. Cic. Parad.* 4. *a med.* An tu civem ab hoste, natura ac loco, non animo factisque distinguis? *Id. de clar. Orat.* c. 19. Oratorum genera distinguere ætatibus. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 47. Aliquid numero eodem distinguere. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 27. Ut discretus labor fortes ignavosque distingueret. *Id.* 1. *Hist.* c. 38. Insignibus suis distingui. *to be contradistinguished. Lucan.* l. 5. v. 399. Distinguere sæcula in fastos. *Plin.* l. 35. c. 8. Articulis membra distinguere. *Id.* l. 33. c. 5. Indocta opificum turba eam tribus generibus distinguit. et lib. 37. c. 7. Distinguit mares austeritas. *Juvenal.* sat. 1. v. 127. Ipse dies pulcro distinguitur ordine rerum: Sportula deinde forum, &c. *is portioned out. Id.* 13. v. 288. qui navem mercibus implet Ad summum latus, et tabula distinguitur unda. *is separated from the deep by a single plank. Martial.* l. 2. epigr. 5. Duo sunt, quæ nos distinguunt, millia passuum. ¶ Refertur et ad argumenta. *Cic. de clar. Orat.* c. 41. et *in Orat.* c. 4. et lib. 1. *de Fin.* c. 7. Ambigua distinguere. *Gell.* l. 18. c. 2. Fraudes captionum distinguere et resolvere. ¶ Vocem distinguere lingua, *to articulate words*, apud *Sil.* l. 1. v. 75. ¶ *Distinguere comam* est pectere, separare, et suis discriminibus ordinare. *to part. Senec. in Troad.* v. 884. et *Apul.* l. 2. *Metam.* Sic *Claudian. de nupt. Honor. et Mar.* v. 284. caput acu distinguere. ¶ Apud Grammaticos *distinguere* est interpungere, *to punctuate*, *h. e.* notam distinctionis et separationis inter verba appingere, ut punctum, comma, &c. *Diomed.* l. 2. pag. 432. *Putsch.* V. *Distinctio.* Hinc *distinguere* dicitur etiam qui legit, cum suis locis moratur, prout sententia postulat. *Quintil.* l. 1. c. 8. (*al.* 14.) Ut puer sciat, ubi suspendere spiritum debeat, quo loco versum distinguere, &c. ¶ Hinc etiam ponitur pro finire, terminare, tollere, quasi puncto adscripto. *Apul.* l. 2. *Metam.* Hanc cunctationem adolescentis sermo distinxit. ¶ *Distinguere lites* est dijudicare et decidere. *to decide, determine. Lamprid. in Alex. Sev.* c. 22. Pontificibus tantum detulit, ut quasdam causas a se finitas, iterari, et aliter distingui pateretur. Adde *Imp. Valentin. Valent. et Grat.* lib. 3. *Cod.* tit. 12. leg. 5. ¶ Est etiam quibusdam veluti notis, aut punctis, aut coloribus certo intervallo appositis, rem variare, atque adeo ornare. *to variegate, adorn. Horat.* l. 2. od. 5. v. 10. jam tibi lividos Distinguet autumnus racemos Purpureo varius colore. *Senec. in Med.* v. 573. Gemmarum nitor distinguit aurum. *Id. in Herc. Œt.* v. 665. Mæonia acu distinguere. *to braid. Plin.* l. 37. c. 10. Gemma candorem lineis ex auro distinguit. et *ibid.* Distinguentibus eam venis rubentibus. *Curt.* l. 3. c. 4. Planitiem crebri rivi distinguunt. *h. e.* intersecant. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Invent.* c. 15. Distinguere et illustrare orationem. *Id.* 2. *de Orat.* c. 9. Formare orationem, eamque variare et distinguere quasi quibusdam verborum sententiarumque insignibus. et cap. 13. Distinguere historiam varietate locorum. *Plin.* l. 7. ep. 9. Occupationes curasque carmine distinguere. *to interrupt and intermix. Id.* l. 3. ep. 1. Frequenter comœdis cœna distinguitur, ut voluptates quoque studiis condiantur.

DISTĪSUM, et Pertisum dicebant, quod nunc distæsum, et pertæsum, inquit *Festus. Massur. Sabin.* apud *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 6. Postquam artis distisus suæ est.

DISTĪTO, as, n. 1. frequentat. a disto. *Colum.* l. 6. c. 2. Distitent inter se aliquanto spatio, ne in colluctatione alter alteri noceat. Ita Lexicographi quidam. sed melior lectio, et vulgatior exhibet: *distentque inter se.*

DISTO, as, n. 1. *to be distant or apart*, διΐσταμαι, ἀπέχω, absum, remotus sum, intervallo disjungor: a *di*, et *sto*. In præteritis non videtur esse in usu. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 72. Ut fossæ solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant. et *ibid.* Quæ pedes octoginta inter se distarent. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 362. Cum tantum Phrygia Gallica distet humus. *Hirt. de B. Alex.* c. 7. Cum hi tam parvo spatio distarent ab ipsis. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 48. foro nimium distare Carinas. *Virg.* 3. *Æn.* v. 116. Longo distant cursu. *Plin.* l. 13. c. 4. Laxe distare. ¶ Refertur etiam ad tempus. *Horat.* l. 3. od. 19. Quantum distet ab Inacho Codrus. *Quintil.* l. 12. c. 10. Zeuxis, et Parrhasius non multum ætate distantes. ¶ Translate est differentem et diversum esse, differre, *to differ, be different. Cic.* 1. *de Orat.* c. 49. *ad fin.* Multum inter se distant istæ facultates, longeque sunt diversæ, atque sejunctæ. *Id.* 2. *Offic.* c. 4. Hominum vita distat a vita et cultu bestiarum. et lib. 3. c. 17. *a med.* Prudentia abest a malitia, distatque plurimum. *Cels.* l. 4. c. 20. Distat tamen hic casus, eo quod, &c. *Plin.* l. 19. c. 6. Distant sapore. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 23. Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis. *the difference between chalk and cheese.* et ep. 18. v. 4. infido scurræ distabit amicus. *Id.* l. 2. sat. 3. v. 219. Stultitia ne erret, nihilum distabit, an ira. *Id.* l. 1. ep. 17. v. 44. distat, sumas ne pudenter, an rapias. *there is a difference.* Eodem modo lib. 2. ep. 2. v. 195. locutus est. *Lucan.* l. 8. v. 487. sidera terræ Ut distant, ut flamma mari, sic utile recto.

DISTORQUĔO, es, orsi, ortum, a. 2. *to set awry, distort, writhe, twist*, διαστρέφω, in diversum torqueo. *Terent. Eun.* 4. 4. 3. Ah! illud vide, os ut sibi carnifex distorsit. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 65. Distorque oculos. *Quintil.* l. 1. c. 11. (*al.* 19.) Distorquere labra. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 287. perverso distorquere ora cachinno. ¶ Item torquere, *to torment, torture. Sueton. in Domit.* c. 10. Conscios novo quæstionis genere distorsit, immisso per obscena igne. *Senec.* l. 7. *de Benef.* c. 19. Non contentus simplici morte, distorsit. ¶ Transfertur ad animum. *Senec.* ep. 74. Illum videbis alienæ uxoris amore cruciari: illum suæ: non deerit, quem repulsa distorqueat. [¶ Particip. *distorquens* apud *Horat.* 1. sat. 9. v. 65. Distorquens oculos.]

DISTORTĬO, onis, f. *a wresting or writhing*, διαστροφή. *Cic.* l. 5. *Fin.* c. 12. In quibus si peccetur distortione et depravatione, aut motu statuve deformi, &c. *Cels.* l. 4. c. 2. n. 2. Distortio oris.

DISTORTUS, a, um, particip. a *distorqueo. Senec.* epist. 67. Nemo votum solvit, quod flagellis cæsus esset, aut podagra distortus, aut equuleo longior factus. ¶ Item adjectivum *distorted, misshapen, crooked, deformed, monstrous*, διάστροφος, male tortus, perversus, monstrosus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 66. Ostendit Gallum distortum, ejecta lingua, buccis fluentibus. *Id. pro Mur.* c. 29. *ad fin.* Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 47. Distorta crura. *Sueton. in Galb.* c. 21. Manus et pedes articulari morbo distortissimi. *Quintil.* l. 2. c. 13. Quid tam distortum et elaboratum, quam est ille Discobolos Myronis? *that displays such vital energy.* ¶ Translate *Cic. de Fato*, c. 8. *ad fin.* Multa genera sunt enuntiandi, nec ullum distortius, quam hoc. *Petron. in fragm. Tragur.* cap. 55. *Burm.* Distorta cogitatio.

DISTRACTĬO, onis, f. *a drawing asunder, separating dividing*, διασπασμός, actus distrahendi, revulsio, separatio, divisio. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 11. Pythagoras, qu censuit, animum esse per naturam rerum omnium com meantem, ex quo nostri animi carperentur, non vidit, dis tractione animorum discerpi et lacerari deum. *Plaut Pseud.* 1. 1. 67. Harum voluptatum mihi omnium dis tractio, discidium, vastities venit. *Senec.* epist. 30. *ad fi* In ipsa distractione animi corporisque. *h. e.* in mort *Gell.* l. 12. c. 1. Vis morbi faciebat distractionem cruc atumque membrorum. ¶ Item venditio, qua merces hu illuc distrahuntur, *a selling away, sale. Ulpian. Dig.* lil 14. tit. 3. leg. 5. *a med.* Præponere aliquem ad merciu distractionem. *Id.* lib. 2. tit. 15. leg. 8. *circa med.* Di tractio fundi. ¶ Item dissidium, alienatio. *Cic.* 3. *Offic.* 6. *ad fin.* Nulla nobis societas cum tyrannis, sed poti summa distractio est. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 158. Di tractione civium elanguescit bonum civitatis.

DISTRACTOR, oris, m. qui distrahit, et vendit. D tractores argenti sunt argentarii, et collybistæ. *Imp. J tinian.* lib. 8. *Cod.* tit. 13. *leg. ult.* et lib. 12. tit. 35.

[*DISTRACTUS, us, m. apud Jurisconsultos est re lutio contractus. *Justinian.* lib. 3. *Institut.* tit. 28. sect. Ut magis ex distractu, quam ex contractu possit dici ligatus esse; nam qui solvendi animo pecuniam dat, hoc dare videtur, ut distrahat potius negotium, qu contrahat.]

DISTRACTUS, a, um, *drawn or pulled asunder, vided, dispersed, scattered, dissipated*, διασπασθεὶς, in di sas partes tractus, dispersus, dissipatus. *Cic. pro Dom* 25. *extr.* Ex quo judicare potestis, quanta vis illa fu oriens et congregata, cum Pompeium terruerit jam tracta et exstincta. *Lucret.* l. 4. v. 694. Odor distra in aeris auras. *Id.* l. 3. v. 591. Animæ natura distr corpore in ipso. et vers. 493. Vis morbi distracta per tus. et lib. 4. v. 958. Et divisior inter se, ac distra intus. ¶ Item divulsus, separatus. *torn asunder, separ divided. Cic. pro Marcell.* c. 1. Socius et comes a me

tractus. *Cn. Magn. ad Domit. post* epist. 12. l. 8. *ad Attic.* Ne distracti pares esse adversario non possimus. *Cic. Fam.* 4. ep. 7. *ante med.* Qui non idem consilium secuti sunt, eos video in duo genera esse distractos. ¶ Item alienatus. *alienated, estranged. Balb. ad Cicer. post* epist. 15. l. 8. *ad Attic.* Ut Cæsarem et Pompeium, perfidia hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas. ¶ Item distentus, diversis negotiis occupatus. *occupied, engaged, taken up, employed. Cic. pro leg. Manil.* c. 4. Vos ancipiti contentione distracti, de imperio dimicaretis. *Id.* 3. *de Orat.* c. 2. Ambitionis labore vita distracta. *Utroque loco al. leg.* districtus. *Vellei.* l. 2. c. 114. Tanquam distractissimus ille tantorum onerum mole huic uni negotio vacaret animus.

DISTRĂHO, is, axi, actum, a. 3. *to draw different ways, draw or pull asunder, tear in pieces*, διασπάω, in diversas partes traho, discerpo. *Cic. pro Quint.* c. 11. *extr.* Lacerare et distrahere. *Id. pro Sull.* c. 20. *ad fin.* Membra alicujus divellere ac distrahere. *Id.* 3. *de nat. Deor.* cap. 12. Dirimere, vel distrahere corpus. *Liv.* l. 25. c. 36. Vallum distrahere et diripere. *Id.* l. 1. c. 28. *ad fin.* Ut animum ancipitem gessisti, ita jam corpus passim distrahendum dabis. *Plaut. Curcul.* 2. 1. 21. Renes dolent, pulmones distrahuntur, cruciatur jecur. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 8. v. 112. Distrahere alicui genas. *to scratch his face. Plin.* l. 6. c. 26. *ad fin.* Euphrates fluit ultra Babylonem continuo alveo, priusquam distrahatur ad rigua. *Id.* l. 5. c. 26. Fluvius distrahitur in paludes. *Gell.* l. 2. c. 6. Huc atque illuc distrahi, raptari, ferri. ¶ Item separo, disjungo, divido. *to separate, divide, disjoin. Plin.* l. 5. c. 27. Taurus mons mediam distrahens Asiam. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 92. Distrahere aciem. *h. e.* diducere, et ordines turbare. *Cic. pro Planc. c. ult.* Qui a me mei servatorem capitis divellat ac distrahat. *Id. pro Dom.* cap. 37. Distrahi a complexu suorum. *Id.* l. et cap. 3. *Offic.* Qui hæc natura cohærentia, opinione distraxissent. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 6. *a med.* Parvula semina, et quorum exilitas in commissura lapidum locum invenit, in tantum convalescunt, ut ingentia saxa distrahant. *h. e.* disjiciant, divellant. *Cic. in Orat.* c. 45. Distrahere voces. *h. e.* ita ponere, ut diductæ proferantur concurrentes vocales, neque per synæresin elidantur. ¶ Transfertur ad animum. *Cic.* 1. *Offic.* c. 3. In deliberando sæpe animi in contrarias sententias distrahuntur. *are drawn into opposite ways of thinking; are perplexed. Id.* 4. *Acad.* c. 43. *ad fin.* Distrahor: cum hoc mihi probabilius, tum illud videtur. *I am distracted between two things. Id.* l. 1. *de Orat.* c. 59. Oratoris industriam in plura studia distrahere nolim. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 60. Obsessos hinc fides, inde egestas inter decus ac flagitium distrahebant. ¶ Significat et alienare, inimicum reddere. *to alienate, estrange. Cic.* 2. *Phil.* c. 10. Posteaquam Pompeius se totum Cæsari tradidit, quid ego illum ab eo distrahere conarer? ¶ Item dirimere, decidere. *Cic. pro Cæcin.* c. 2. Judicia distrahendarum controversiarum causa reperta sunt. Adde *Sueton. in Cæs.* c. 85. ¶ Item distinere, distendere, pluribus rebus impeditum tenere. *to occupy, engage. Senec.* ep. 2. Distrahit animum librorum multitudo. V. *Distractus.* Hinc *distrahere hostem* est diversis partibus aggredi, quo infirmior sit. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 6. Cæcinam cum cohortibus, distrahendo hosti, ad flumen mittit. *to distract the enemy's attention, make a diversion.* ¶ Item dissolvere, dissociare, dirimere. *to untie, unloose, dissolve. Cic.* 3. *Offic.* c. 6. Quæ sententia omnem societatem distrahit civitatis. *Sueton. in Cæs.* c. 42. Distrahere collegia. *Al. leg.* detrahere. *Terent. Phorm.* 3. 2. 33. Horum amorem distrahi, poterin' pati? *Caius Dig.* lib. 24. tit. 2. leg. 2. Distrahere matrimonium. ¶ Item impedire, disturbare, abrumpere. *to disturb, disarrange, thwart. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 33. Subjicitur Metellus trib. pleb. ab inimicis Cæsaris, qui hanc rem distrahat, reliquasque res, quascumque agere instituerit, impediat. ¶ Item pluribus alienare, vendere. *to sell, vend. Gell.* l. 20. c. 1. Bona venum distrahuntur. *Sueton. in Vespas.* c. 16. Coemendo quædam tantum, ut pluris postea distraheret. *Justin.* l. 9. c. 1. *a med.* Captis navibus, mercibusque distractis, inopiam recreavit. Adde *Tacit. Ann.* 6. c. 17. et *JCtos in Dig.* sæpe, et *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 138. ¶ Item dispergere, dissipare. *to disperse, scatter, put to flight. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 27. Ut pars ad scopulos allisa interficeretur, pars a nostris distraheretur. *Flor.* l. 3. c. 19. Qui per fugitivarios distrahi debuissent, prætorios duces profugos prœlio ipsi sequebantur. *Cic.* 4. *Fam.* ep. 13. Careo familiarissimis multis, quos aut mors eripuit nobis, aut fuga distraxit. ¶ *Distrahi fama* est differri, male audire. *Tacit. Ann.* 3. c. 10. Haud fallebat Tiberium moles cognitionis, quaque ipse fama distraheretur.

DISTRĀTUS, a, um, idem quod stratus. *Apul.* l. 2. *Metam.* Nam et pueris extra limen humi, quam procul, distratum fuerat. *h. e.* strati lectuli.

DISTRIBŬO, is, ui, utum, a. 3. *to divide, distribute*, διανέμομαι, diversis hominibus, vel diversis modis tribuo, divido, partior. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 10. Partiendum sibi, ac latius distribuendum exercitum putavit. *Id.* 5. *B. Gall.* c. 24. Distribuere exercitum in civitates. *Sallust. in Catil.* c. 31. *extr.* Decrevere, ut familiæ gladiatoriæ Capuam, et in cetera municipia distribuerentur. *Plin.* l. 10. ep. 38. Milites in numeros distribuere. *to embody into companies. Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 55. Sanguis a corde in totum corpus distribuitur. *Id.* l. 7. *Attic.* ep. 14. Commode Pompeius gladiatores distribuit binos singulis patribus familiarum. *Id. pro Cluent.* c. 27. Pecuniæ summam in singulos judices distribuere. *Senec. de Benef.* l. 7. *c. pænult.* Dii bona sua per gentes populosque distribuunt. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 28. Orbem in duodecim partes distribuere. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 23. Designare aliquid verbis, generibus illustrare, partibus distribuere. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 42. Distribuere causam in crimen et in audaciam. *Id.* 1. *Catil.* c. 4. et 3. c. 4. Describere et distribuere partes Italiæ. *Senec.* l. 7. *de Benef.* c. 2. Regula honesti vitæ opera distribuere. *Ulpian. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 3. *ad fin.* Distribuere aliquid inter aliquos. [¶ Particip. *distributurus* apud *Apul.* 4. *Met.* pag. 244. *Oudend.* Rebar, latrones dorsi mei sarcinam duobus ceteris jumentis distributuros. Adde *Justin.* l. 12. c. 5.]

DISTRIBŪTE, *distinctly, particularly*, διανεμητικῶς, distribuendo, ordinate, distincte. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 3. Se neque distincte, neque distribute scribere. *Id.* 2. *de Invent. c. ult.* Sin distributius tractare quis volet, partiatur in animum et corpus.

DISTRIBUTĬO, onis, f. *a distribution, division*, διανομή, divisio. *Cic. pro Cluent.* c. 1. Itaque mihi certum est hanc eandem distributionem invidiæ et criminum sic in defensione servare. *Q. Cic. de petit. Consul.* c. 12. Ne videar aberrasse a distributione mea. *the division of my subject*, quam *Auct. ad Herenn.* l. 1. cap. 10. constare ait enumeratione, et expositione. *Vitruv.* l. 1. c. 2. *sub fin.* Distributio est copiarum locique commoda dispensatio, parcaque in operibus sumptus cum ratione temperatio. *economy.* ¶ Apud Rhetores est figura sententiarum, in qua quibusdam positis, unicuique sua redditur ratio. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 53.

DISTRIBŪTOR, oris, m. *a divider or distributor*, διανομεύς, qui distribuit. *Apul. in Trismeg. ad Asclep.* pag. 92. *Elmenhorst.* Deus distributor dispensatorque est bonorum. Addunt et *Cicer.* locum in *Pison.* c. 15. Vos rogatores, vos distributores, vos custodes fuisse tabularum. Sed al. leg. *diribitores.*

DISTRIBŪTUS, a, um, *divided, distributed*, partitus, divisus, tributus, διαδοθείς. *Terent. Adelph.* 3. 4. 7. Argentum distributum sane est ex sententia. *Cic. pro Flac.* c. 26. Leges Atheniensium in omnes terras distributæ. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 67. Equitatus in tres partes distributus. *Curt.* l. 6. c. 5. Miles distributus in supplementum.

DISTRICTE, stricte: et translate non solute, non remisse, severe, acriter. *severely, sharply. Plin.* l. 9. ep. 21. Acrius severiusque corripui, districte minatus, nunquam me postea rogaturum. *Ulpian. Dig.* lib. et tit. 3. leg. 13. Hæc neque passim admittenda sunt, neque districte deneganda. *rigorously. Tertull. de Idolol.* c. 5. Districtius repercuti potest. *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch. de custod. Virgin.* sect. 11. Districtius vivere.

DISTRICTĬO, onis, f. *hinderance, difficulty*, angustiæ, difficultas. *Paul. Dig.* lib. 4. tit. 8. leg. 16. Quod sine ulla districtione ipsius interdum futurum est.

DISTRICTUS, a, um, *bound fast*, idem quod strictus, aut valde strictus, παρεσφιγμένος. *Ascon.* ad illud *Cicer. Verr.* 2. c. 9. *Me hoc judicio districtum, atque obligatum futurum:* Districtus potest et sine vinculis manu ducentium ferri: obligatus, etiam nodis vinculorum in loco intelligitur. Plus est ergo obligatum esse, quam districtum. ¶ Districtus gladius. *drawn, unsheathed, in the attitude to strike*, manu strictus feriendi causa. *Cic.* 3. *Catil.* c. 1. Gladios in rempubl. districtos retudimus. V. *Destringo.* ¶ Proprie est varie, et non uno vinculo, et hinc inde constrictus. *Senec. de vita beata*, c. 16. *in fin.* Alii alligati sunt, alii adstricti, alii districti quoque. ¶ Translate est propter negotia in angustias redactus, distentus, distractus, occupatus. *straitened or oppressed with business, occupied, engaged, taken up. Cic. pro leg. Manil.* c. 4. Ancipiti contentione districti. *Id. ad Q. Fr.* l. 2. *ep. ult.* Sic habeto, nunquam me a causis et judiciis districtiorem fuisse. *Nepos in Annib. c. ult.* Hic tantus vir tantisque bellis districtus, nonnihil temporis tribuit litteris. *Valer. Max.* l. 8. c. 7. n. 15. *extern.* Maximarum rerum cura districtus. *Flor.* l. 4. c. 12. Districtum circa mala sua imperium. ¶ Item severus, austerus, rigidus, nempe soluto, remisso, indulgenti contrarius. *rigorous, hard, severe. Tacit.* 4. *Ann.* c. 36. Ut quis districtior accusator, velut sacrosanctus erat. *Imp. Valent. Theodos. et Arcad.* lib. 1. *Cod.* tit. 55. leg. 6. Probatissimi quique, et districtissimi defensores adsint disciplinæ. *Valer. Max.* l. 8. c. 2. n. 2. Ex amica obsequenti subito districtam feneratricem agere cœpit. *Id.* l. 2. c. 9. n. 6. Districta censura. ¶ Item ambiguus, anceps, utrinque distractus. *in a strait, perplexed. Cic. Fam.* 2. ep. 15. Districtus mihi videris esse, quod et bonus civis, et bonus amicus es.

DISTRINGO, is, inxi, ictum, a. 3. *to bind fast*, παρασφίγγω, arte stringo. *Cic.* 3. *Offic.* c. 32. Fraus distringit non dissolvit perjurium. *Al. leg.* adstringit. *Senec.* l. 6. *de Benef.* c. 34. Huic pervenire usque ad distringendam libertatem licet, cujus vulgare et publicum verbum, et promiscuum ignotis, Ave, non nisi suo ordine emittitur? *to draw close the ties of.* ¶ *Distringere ensem*, V. in *Destringo:* ubi et alia invenies huc pertinentia. ¶ Item stringendo conterere, comminuere. *to rub, crumble, squeeze. Colum.* l. 12. c. 8. Exiguum aridi thymi, et cunilæ aridæ super lac distringito. ¶ Translate est distinere, distrahere, pluribus partibus urgere, et premere aliquem. *Liv.* l. 35. c. 18. *extr.* Annibalem mittendum in Africam esse ad distringendos Romanos. *to make a diversion. Id.* l. 44. c. 35. Populatione maritimæ oræ distringere copias regias. *Flor.* l. 4. c. 2. Distringere incendiis urbem. *h. e.* tot locis Urbis ignem injicere, ut cives distracti, incertique quo accurrerent, exstinguere non possent. *Plin.* l. 8. c. 26. Innumera rusticos cura distringit. (Adde *Curt.* l. et cap. 3.) *Plin. alter* l. 7. ep. 15. Quo nosti, distringor officio: amicis deservio, studeo interdum. *Id.* l. 3. ep. 5. *ad fin.* Ego tantum, quantum amicorum officia non distringunt, vaco. *do not engage my attention. Id. in Paneg.* c. 94. Non te distringimus votis. *h. e.* plura et diversa simul petentes fatigamus. ¶ *Distringere frontem* eodem sensu dicitur, quo perfricare, et audaciam sumere. *Quintil.* l. 12. c. 6. Ut neque præpostere distringatur immatura frons, &c. nam et contemptus operis innascitur, et fundamenta jaciuntur impudentiæ. [¶ Particip. *distringens*, apud *Plin.* l. 34. c. 8. Dædalus, et ipse inter fictores laudatus, distringentes se fecit. *h. e.* strigili sese defricantes, sudoremque ac sordes detergentes.]

DISTRUNCO, as, avi, atum, a. 1. *to cut to pieces, mangle*, κολοβόω, mutilo, vel in partes disseco. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 53. Ego te hic medium distruncabo.

DISTRŬO, is, a. 3. διασκευάζω, separatim, vel seorsum struo. *Sueton. in Calig.* c. 41. Distructis, ac instructis, pro loci dignitate, compluribus cellis. Ita quidam Lexicographi. Verum emendati libri habent, *distinctisque et instructis.* Ceterum *distruo*, pro destruo, legitur in antiq. libris quibusdam eorum Scriptorum, quos in *Destruo* et *Destructus* attulimus.

DISTURBATĬO, onis, f. *a casting down, demolishing, destroying*, καταβολή, disjectio, demolitio. *Cic.* 3. *Offic.* c. 11. Utilitatis specie in republ. sæpissime peccatur, ut in Corinthi disturbatione nostri.

DISTURBĀTUS, a, um, adject. eversus, dirutus, *pulled down, overthrown*, ut Disturbata porticus, apud *Cicer.* l. 4. *Attic.* ep. 3. Disturbatos arcus ductus aquæ Virginis a fundamentis novos fecit, *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 176. n. 5.

DISTURBO, as, avi, atum, a. 1. *to throw down, over throw, demolish, destroy*, ἀνασπατόω, disjicio, everto. *Cic. pro Dom.* c. 37. Se videre distrahi a complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas. *Id. ibid.* c. 39. Disturbare porticum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 26. Rates perrumpere, atque opera disturbare. *to break up, demolish. Lucret.* l. 1. v. 559. Tempus disturbans dissolvensque frangit omnia. *Senec. in Hippol.* v. 1011. Auster disturbat freta. *h. e.* miscet, turbat, *turns topsy-turvy, causes to boil. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 15. Ignis, quocumque invasit, cuncta disturbat ac dissipat. *h. e.* penetrat, dividit, disjicit. *Id. pro Mil.* c. 33. *ad fin.* Concionem gladiis disturbare. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* Si qua in vineis fossor disturbavit, vinitor restituere debet. ¶ Translate *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 38. Qui fidem lædit, quantum in ipso est, disturbat humanæ vitæ societatem. *h. e.* evertit, *destroys, does away with. Id.* 2. *Agrar. c. ult.* Legem disturbare ac pervertere. *to pervert, do away with. Id. pro Sull.* c. 5. et 25. Judicium ambitus tollere ac disturbare. *Id. Fam.* 11. ep. 21. *ad fin.* Cum quidam agrariam curationem ligurirent, disturbavi rem, totamque vobis integram reservavi. *h. e.* impedivi, sustuli. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 137. Disturba, quas statuisti machinas. *h. e.* consilia fraudulenta abjice, depone. *Sallust. in Orat. Philippi contra Lepid.* Bello disturbare concordiam. [¶ Particip. *disturbaturus, disturbandus* apud *Cic. Phil.* 5. c. 7. Huc nisi venirem, fabros se missurum, et domum meam disturbaturum esse dixit. et *in fragm. orat. pro C. Cornel. I.* Qui aliquod institui exemplum disturbandorum judiciorum perniciosissimum cupierunt.]

DISULCUS. V. *Dissulcus.*

DISUNĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to disunite, disjoin*, unita separo. *Arnob.* l. 3. pag. 116. Disuniuntur tenacium matrimoniorum nexus.

DISYLLĂBUS, a, um, *consisting of two syllables, disyllabic*, δισύλλαβος, duas habens syllabas. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Vox disyllaba. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 103. Dicere, tute vide, atque disyllabon elige quodvis.

DITĀTOR, oris, m. qui ditat. *Augustin.* 5. *Confession.* c. 5. Spiritus S. consolator et ditator Fidelium.

DITĀTUS, a, um, adject. dives factus, *enriched. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 53. Urbs triumphis ditata. *Ovid. ex Pont.* l. 2. ep. 7. v. 62. Ditata est spoliis perfida turba meis.

DITE, adverb. V. *Ditius, Ditissime.*

DITESCO, is, escere, n. 3. *to grow rich*, πλουτέω, dives fio: ab inusitato *diteo. Lucret.* l. 4. v. 1246. Partu pos-

sunt ditescere dulci. *Id.* l. 5. v. 1248. feras interficere, et ditescere præda. *Claudian. de Consul. Mall. Theodos.* v. 309. largo ditescat arena sanguine. *h. e.* abundet.

DITHYRAMBICUS, a, um, adject. *dithyrambic*, ad Dithyrambum pertinens, ut Dithyrambicum poema. *Cic. de opt. gen. Orat. in princip.*

DITHYRAMBUS, i, m. *a poem written in honour of Bacchus; a dithyrambic, dithyramb: any poem written with wildness and enthusiasm*, διθύραμβος, versus in honorem Bacchi, qui Dithyrambus dicitur. a δὶς, bis, et θύρα, janua, quia binis foribus sit egressus, quippe bis natus, primum e Semele matre, deinde e femore Jovis, vel quia educatus sit in antro διθύρῳ, idest bifori. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 10. Seu per audaces nova dithyrambos Verba devolvit, numerisque fertur Lege solutis. ¶ Erat autem hoc genus carminis ita compositum, ut inventione, dictione, ac numeris a communi carminis ratione abiret longius, et miram licentiam audaciamque referret, utpote quod a Bacchi furore percitis cantari solitum. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 48. Inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambus. V. *Scalig.* l. 1. *Poet.* c. 44. et *Voss. institution. Poetic.* l. 3. c. 16. Exemplum ejus habes apud *Senec. in Œdip. in Choro Actus* 2. *seu a* vers. 403. [† De Dithyrambo consulas *Bentleium, Dissertation upon Phalaris*, p. 295. Primam τοῦ *dithyrambus* syllabam ubique longam esse patet ex nota *Porsoni* ad *Eurip. Orest.* 5. insignes duos trochaicos *Archilochi* illic loci citantis: Ὡς Διωνύσοι ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος Οἶδα διθύραμβον, οἴνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας. Quorum priorem versum ita olim emendaverat *Bentleius*. *Porsoni* de *Bentleii* emendatione errorem notatum reperies apud *Schweighaeuserum* ad *Athen.* p. 628. *a.* qui tamen mox ipse sibi, ut videtur, fraudi fuit, cum non Διονύσοι (ut ait ille) sed Διωνύσοι *Bentleius* plane dederit. Addas iambum *Epicharmeum*: Οὐκ ἔστι διθύραμβος, ὄκχ᾽ ὕδωρ πίνῃς.]

DITIO, onis, f. *rule, power, dominion, empire, authority*, ἐπικράτεια, locus, regio, ubi quis jus, vel imperium exercet, item ipsum imperium, vel dominium. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 7. Ditione atque numine deorum geruntur res. *Id. pro Font.* c. 1. Sub imperium ditionemque alicujus cadere. *Id. de Prov. Consul.* c. 13. Redigere in ditionem nostram totam Galliam. *Id.* 5. *Verr.* c. 21. Urbes sub imperium populi R. ditionemque subjungere. et cap. 38. Tenere aliquem in sua potestate ac ditione. *Id. Agrar.* 2. c. 27. *extr.* Redigere aliquid in suam ditionem ac potestatem. *Id. Divin. Verr.* c. 21. Nationes, quæ in amicitiam populi R. ditionemque sunt. et *Verr.* 6. c. 27. Esse in regno ac ditione alicujus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 240. et 626. Ditione tenere aliquam regionem, aut populum. *Id.* 7. *Æn.* v. 737. Late ditione premere populos. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 33. Æduos in servitute, atque in ditione Germanorum teneri. *Curt.* l. 6. c. 5. Permittere se ditioni alicujus. *Id.* l. 4. c. 1. Regionem urbi appositam ditioni ejus adjecit. et cap. 4. Mare suæ ditionis fecit. *Sueton. in Vespas.* c. 8. Commagenem ditionis regiæ usque ad id tempus, in provinciarum formam redegit. *h. e.* quæ regia consuetudine ac legibus ab uno regebatur. [¶ Ex allatis scriptorum locis, numquam veteres *ditionem* appellasse videntur locum ipsum regionemve, ubi quis jus imperiumve exerceret (quod tamen *Forcellinus* ceteros secutus supra affirmavit), sed potestatem sive dominium semper hac voce significasse. Optime id animadvertit *Morcellus in Inscript.* pag. 14. illudque addit: Quare qui hodie *Venetam ditionem*, vel *ditionem Pontificiam* dicere solent, cum provincias intelligi volunt, quæ Venetæ olim reipublicæ, quæ Pontifici Maximo parent, non eos consuetudinem Latinam sequi existimamus. Idem tamen Cl. *Auctor* in quodam titulo Senogalliæ posito, quique legitur earum *Inscriptionum*, pag. 363. de Pio VI. Pont. Max. Romam ex Germania redeunte, dixit: Inde ad ditionis suæ fines, incredibili omnium ordinum lætitia, reversus.] ¶ Dicitur aliquando de privato dominio ac potestate. *Gell.* l. 5. c. 19. Tutoribus in pupillos tantam esse potestatem fas non est, ut caput liberum alienæ ditioni subjiciant. ¶ Odiose dicit *Cic. pro Quint.* c. 30. *ad fin.* Si fas est respirare Quintium contra nutum ditionemque Nævii. ¶ Translate *Sil.* l. 7. v. 506. sed enim ditione carere Virtutem, et pœnas vincentibus esse repostas. *h. e.* imperio, auctoritate, potestate, jure. Sunt verba vulgi obtrectantis Fabio cunctatori, qui Minucium magistrum equitum pugnare, se absente, vetuerat. ¶ Negant Grammatici, *Serv.* ad 1. *Æn.* v. 744. *Diomed.* l. 1. pag. 288. *Putsch.* et pag. 316. *Priscian.* l. 11. v. 924. et alii, hujus vocis rectum casum singularem in usu esse. ¶ In quibusdam *Gloss.* scribitur *dicio*, quasi sit a δίκη, jus, judicium. *Voss.* autem derivat a *dite* pro *divite*.

DITIOR, et Ditissimus. V. *Dis.*

DITIS. V. *Dis.*

DITISSIME, adverb. *most profusely, most splendidly. Apul. de Deo Socrat.* Domos ditissime exornare.

DITIUS, *more richly*, adverb. comparativum. *Stat.* l. 1. silv. 5. v. 30. non unquam aliis habitastis in antris Ditius.

DITO, as, a. 1. *to enrich*, πλουτίζω, divitem facio. *Liv.* l. 21. c. 60. Castra militem ditavere. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 145. Mellis honos Torinis: ditant sua mulctra Satarchen. *Horat.* epod. 1. v. 32. Satis superque me benignitas tua ditavit. *Id. in ar. Poet.* v. 56. cum lingua Catonis, et Enni Sermonem patrium ditaverit. *h. e.* auxerit. *Claudian. de Consul. Mall. Theodos.* v. 29. Mœnia quæ quondam famulus ditavit Hydaspes. *h. e.* Macedonia, quam Persæ et India debellata ab Alexandro spoliis et præda ditavit. [¶ Particip. *ditandus* apud *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 72. Tecum prælarga vocavit Ditandas ad dona tribus.]

DITROCHÆUS, i, m. διτρόχαιος, pes constans ex duobus trochæis, idem ac dichoreus, ut *Civitate, dimicare. Diomed.* l. 3. pag. 477. *Putsch.*

DIU, *in the day-time, by day*, καθ᾽ ἡμέραν, die, diei tempore. *Plaut. Cas.* 4. 4. 5. Noctuque et diu viro subdola sies. *Id. in fragm.* et *Titinn.* apud *Non.* c. 2. n. 230. Nec noctu, nec diu quietus. *Sallust.* apud *Charis.* l. 2. pag. 185. *Putsch.* Noctu diuque stationes, et vigilias tentare. ¶ Sæpe significat multorum dierum continuationem, et ponitur pro longo tempore, *long, for a long time, a long while. Cic. de Senect.* c. 19. Quamquam, o dii boni, quid est in hominis vita diu? *Id. pro Marcell.* c. 9. Quid est enim omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum? *Id. pro Cluent. in fi.* Hic satis diu in miseriis fuit. *Id. pro Quin.* c. 31. Sæpe ac diu jacuit. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 27. At jam bibes, *Ant.* diu fit. *I have been waiting some time. Cic.* 13. *Phil.* c. 5. et l. 1. *de Orat.* c. 33. et in *Orat.* c. 1. et 4. *Attic.* ep. 13. Diu multumque. *Id.* 2. *Agrar.* c. 32. De Capua multum est, ac diu consultum. *Id. de Senect.* c. 2. *ad fin.* Cum multum diuque vixeris. *Plaut. Pseud.* 2. 3. 21. Nimis diu et longum loquor. *Terent. Adelph.* 4. 5. 15. Neque diu huc commigrarunt. *it is not long since, &c. Plaut. Merc.* 3. 1. 44. Nam illi quidem haud diu est, cum dentes exciderunt. *it is not long since, &c.* ¶ Habet et suos gradus. *Cic.* 3. *Verr.* c. 13. Ne diutius teneam. *Id. in Pison.* c. 37. Quod te diutissime torsit. *Id. de Amic.* c. 1. Qui diutissime senex fuit. *Id. Attic.* l. 7. ep. 3. Ne diutius anno in provincia essem. *more than a year.* ¶ Pro jamdiu, *a great while ago. Varro* apud *Non.* c. 2. n. 71. Quod arci, quos summo opere jecerat, fessi pondere diu facti, celeriter corruissent. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 30. Omnia, quæ diu cupimus. *Brut. ad Cicer.* 11. *Fam.* 13. *extr.* Copiæ, quas diu simulatione reipubl. comparabant. ¶ *Jamdiu*, et *Jam diu* longius tempus designat, quam *diu*, et ad præteritum tempus refertur, *long ago*, πάλαι. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 19. *ad fin.* Conventus, qui initio celebrabantur, jamdiu fieri desierunt. *Terent. Eun.* 5. 7. 1. Numquam quidquam jamdiu, quod magis vellem evenire, mihi evenit. ¶ Quoties actio adhuc durat, cum præsenti jungitur. *Cic. in Divin. Verr.* c. 8. Quod populus R. jam diu flagitat. *have long since begun to demand.* et *Verr.* 6. c. 47. De quorum religione jamdiu dicimus. ¶ *Jamdiu est*, sequente *cum*, *it is some time since*: raro sequente *quod*, rarius *ut*. *Plaut. Asin.* 2. 1. 3. Jamdiu est factum, cum discesti ab hero. *Id. Amph.* 1. 1. 146. Agite pugni: jam diu est, quod ventri victum non datis. *Jam diu est, ut* habet *Augustin.* l. 1. *Retract.* c. 1. et epist. 71. *ad Hieron.* ¶ *Jamdiu est, postquam* huc pertinet. *Plaut. Pers.* 5. 2. 41. Jamdiu factum est, postquam bibimus.

DIVA. V. *Divus.*

DIVĂGOR, aris, atus sum, dep. 1. *to wander to and fro*, πλανάομαι, vagor, huc atque illuc oberro. *Lactant.* l. 4. c. 3. *ad fin.* Animus in multa dispersus huc illuc divagatur. *Id. de Ira Dei*, c. 9. *extr.* Ne longius divagetur oratio. Ubi alii leg. *devagetur*. *Imp. Justin. in præfat. de emendat. Cod.* n. 2. Constitutiones, quæ extra corpus ejusdem Codicis divagabantur.

DIVĀLIS, le, adject. idem quod divinus. *Spartian. in Carac. c. ult.* Divale nomen. *Justin. in præfat. de emendat. Cod.* n. 4. Divales constitutiones. *h. e.* Imperatorum, qui *divi* appellari solebant. *Coripp.* l. 1. v. 42. Divalis origo. ¶ *Divalia, um*, dies festus Romæ XII. cal. Jan. ut est in veteri Calendar. apud *Gruter.* pag. 133. qui idem putatur esse atque Angeronalia.

DIVARICATUS, a, um, *straddling, splayfooted*, diductus, distentus, extensus. *Vitruv.* l. 10. c. 2. Tigna a capite fibula conjuncta, et in imo divaricata. *Prudent. Peristeph.* 2. *de S. Vincent.* v. 252. Divaricatis cruribus. *Ammian.* l. 22. c. 11. (*al.* 28.) Divaricatis pedibus.

DIVĀRĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to stride, straddle, spread wide, set asunder, or at a distance*, διασκελίζω, diduco, in hanc et illam partem distendo, distraho, disjungo. Dictum est autem, inquit *Non.* c. 1. n. 147. ab his, qui vitio naturæ ita sunt pedibus discretis, ut eos in diversum habeant separatos. *Cic. Verr.* 6. c. 40. In ea (*statua*) hominem divaricari, ac deligari jubet. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Nec cujus ungulæ divaricent. (*subaudi se*) *h. e.* diducantur. *Cato. R. R.* c. 45. Ternas taleas ponito, easque divaricato super terram.

DIVELLO, is, elli, (*sæpius quam vulsi*) vulsum, a. 3. *to pull asunder or in pieces, separate, disjoin*, διασπάω, distraho, disjungo, separo. *Cic. Offic.* 3. c. 18. *extr.* Res a natura copulatas divellere. *Id. pro Sull.* c. 20. *ad fin.* Qui tanto amore suas possessiones amplexi tenebant, ut ab his membra divelli citius, ac distrahi posse diceres. *Id. pro Quint.* c. 6. Divellere affinitatem. *Sallust. in Catil.* c. 50. Divellere liberos a parentum complexu. *Curt.* l. 3. c. 5. Divellere et abripere aliquem. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 38. Quæ postquam rapuere feræ, cornuque minaci Divellere boves. *h. e.* dissiparunt, disperserunt. *Hirt. de B. Afric.* c. 88. Dum medicus familiaresque vulnus obligare cœpissent, ipse suis manibus vulnus crudelissime divellit, atque se interemit. *tears open, tears the bandages from. Gell.* l. 15. c. 16. Quercum discidit divellitque. *Virg.* 4. *Æn.* v. 600. Non potui abreptum divellere corpus, et undis Spargere? *tear or rend in pieces, mangle.* Sic *Ovid.* 8. *Metam.* v. 877. suos artus lacero divellere morsu. *Senec. in Hippol.* v. 1173. Membra taurus divulsit. ¶ Cum ablat. sine præposit. *Horat.* l. 1. od. 36. v. 19. nec Damalis novo divelletur adultero. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 115. ramumque suo divellere trunco. ¶ *Capitolin. in Pertin.* c. 8. Pix divellendis hominibus ac lævigandis. *h. e.* pilis corporis evellendis. ¶ Est etiam tollere, adimere. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 18. divellit somnos cura. *Cic.* 2. *Offic.* c. 23. *ad fin.* Commoda civium non divellere. ¶ Translate *Cic. pro Planc.* c. 33. Distineor tamen, et divellor dolore, et in causa dispari offendi te a me, doleo. *I am distracted with grief.* ¶ Est etiam dirimere, dissociare. *Cic. pro Quint.* c. 6. Divellere affinitatem. *Senec.* epist. 6. amicitiam. [¶ Particip. *divellens* apud *Stat.* 2. *Theb.* v. 603. Et instat, Spicula divellens.]

DIVENDĬTUS, a, um, *sold. Liv.* l. 1. c. 53. Præda divendita. *Alii leg.* divendenda. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 17. Bonis damnatorum divenditis. *Liv.* l. 2. c. 13. Divenditis omnibus bonis.

DIVENDO, is, didi, ditum, a. 3. *to sell up and down to different persons, hawk about, sell in different parcels*, διαπιπράσκω, idem quod vendo, vel pluribus et varie vendo. *Cicer.* 1. *Agrar.* cap. 3. Bona populi R. divendere.

[*DIVERBERĀTUS, a, um, particip. a *diverbero, struck*, percussus. *Curt.* l. 4. c. 4. Bellua diverberatis fluctibus allevans semet, utrimque conspecta est. *Lactant.* l. 2. c. 7. *prope fin.* Antronius Maximus quidam diverberatum servum medio circo ad supplicium duxerat.]

DIVERBĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to strike, beat, cut, cleave*, καταπαίω, idem quod verbero; vel ex hac atque illa parte verbero; vel verberando dirimo. *Virg.* 5. *Æn.* v. 503. Sagitta volucres diverberat auras. et lib. 6. v. 294. frustra ferro diverberet umbras. *Lucret.* l. 2. v. 151. aerias sol diverberat undas.

DIVERBĬUM, ii, n. *the colloquial part of a comedy, as opposed to the chorus*, pars est Comœdiæ in qua diversorum personæ versantur. In Canticis enim una tantum debet esse persona, aut si duæ fuerint, una ex occulto audiat, nec colloquatur. Ita *Diomed.* l. 3. pag. 489. *Putsch.* V. *Canticum*. Quare diverbia soli histriones pronunciabant: Cantica vero temperabantur modis, non a Poeta, sed a perito musicæ artis factis, ut *Donat. in prolegom. ad Terent. sub fin.* docet. *Liv.* l. 7. c. 2. Inde ad manum cantari histrionibus cœptum, diverbiaque tantum ipsorum voci relicta. ¶ Hinc patet *diverbium* dici, quia in eo diversi verba faciunt. ¶ Diverbii partes sunt actus, et scenæ: item protasis, epitasis, et catastrophe, de quibus V. *Voss.* l. 2. *Poetic. institution.* c. 5. ¶ Primus ejus inventor fuit Æschylus, qui, cum ante unicus foret histrio, adhibuit duos. *Aristoteles, Horat.* et ex his *Voss. loc. cit.* cap. 12. ¶ Apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 64. *Burm.* legitur *deverbium*.

DIVERGĬUM, ii, n. locus, ubi amnis in diversum vergit, divortium. *Siculus Flacc. de condit. Agror.* apud *Goes.* pag. 24. Territoria inter civitates alia fluminibus finiuntur, alia summis montium jugis, ac divergiis aquarum.

DIVERRO. V. *Deverro.*

DIVERSE, adverb. *in different parts, diversely*, κεχωρισμένως, diversis partibus, vel diverso modo. *Hirt. de B. Afric.* c. 40. Horum corpora toto campo prostrata diverse jacebant. *Sallust. in Catil. c. ult.* Pauci paulo diversius conciderant. *Terent. Andr.* 1. 5. 25. Quæ meum animum diverse trahunt. *different ways. Sueton. in Tiber.* c. 66. Quibus diversissime afficiebatur. *Gell.* l. 7. c. 17. *a med.* Virgilius verbo isto utitur, a tua sententia diverse. ¶ Olim *divorse* dictum fuit: et apud *Terent.* al. leg. *diversæ*, scil. curæ.

DIVERSICŎLOR, oris, *of various colours, parti-coloured*, qui variis est coloribus, ποικιλόχροος. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 6. Diversicolor fluentorum discrepantium unda. et lib. 8. pag. 274. Metalla diversicoloria.

DIVERSĬTAS, atis, f. *diversity, variety, difference*, διαφορὰ, dissimilitudo, varietas. *Plin.* epist. 30. l. 7. Quantum diversitas ingeniorum pateretur. *Quintil.* l. 10. c. 5. Multiplex personarum, causarum, dictorum diversitas. *Plin. alter* l. 6. c. 26. *ad fin.* Inconstantiam mensuræ diversitas auctorum facit. et l. 20. c. 5. *ad fin.* Reliqua inter medicos mira diversitas. *variety of opinion. Frontin. de aquæduct.* artic. 24. Diversitas inter unciam et digitum.

DIVERSĬTO. V. *Deversito.*

DIVERSĬTOR. V. *Deversitor.*

DIVERSOR, aris. V. *Deversor.*

DIVERSOR, oris. V. *Deversor.*

DIVERSORIŎLUM, i, n. *a little inn or lodging*, dimin. a diversorium. *Cic.* l. 12. *Fam.* ep. 20. Sinuessanum diversoriolum contempsisti. Adde 14. *Attic.* ep. 8.

DIVERSORĬUM, et Deversorium, ii, n. *an inn, lodg*

ing, πανδοχεῖον, hospitium, locus, in quem non habitandi, sed ad tempus commorandi causa divertimus (ut fit in itinere, aut cum amicos visimus, et apud eos commoramur) sive publicus sit, sive privatus, sive meritorius, sive non. *Cic.* 6. *Fam.* ep. 19. Nam et villa, et amœnitas illa, commorationis, non diversorii. *Id.* 2. *de Orat.* c. 57. *extr.* Defessus jam labore, atque itinere disputationis, requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno diversorio. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 46. Si domus hæc habenda est potius, quam officina nequitiæ, et diversorium flagitiorum omnium. *Id. Fam.* 7. ep. 23. *circa med.* Libentius emerim diversorium Tarracinæ, ne semper hospiti molestus sim. *a villa, or country-house.* Et *Liv.* c. *ult.* l. 21. Diversorium hospitale. Adde *Cic. Phil.* 2. c. 41. *de Senect.* c. *ult.* et 4. *Attic.* ep. 12. et *Petron. in Satyr.* c. 9. ubi de meritorio hospitio sermo est. Ubique autem alii per *de* scribunt. V. in fine verbi *Diverto.*

DIVERSORĬUS, a, um, *belonging to an inn or lodging*, ad divertendum, seu hospitii causa commorandum pertinens, ut Diversoria taberna apud *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 2. *a med.* et *Sueton. in Ner.* c. 27. *a lodging, booth.* V. *Deversorium.*

DIVERSUS, (*olim* Divorsus) a, um, *turned another way*, (et cum de pluribus sermo est, *turned different ways*,) in aliam partem versus, huc et illuc versus, in varias partes versus. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 13. Omnium primum diversæ, state, neve inter vos significetis. *Id. Mil.* a. 5. v. 14. Distendite hominem divorsum. *h. e.* divaricatis cruribus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 855. et l. 5. v. 166. Cur, inquit, diversus abis? huc dirige gressum. *Id.* l. 9. v. 415. Diversi circumspiciunt. *in different directions. Id.* l. 1. v. 70. submersas obrue puppes, Aut age diversas. *drive them to and fro. Nepos in Datam. cap. ult.* Cum aliquandiu in colloquio fuissent, et diversi discessissent. *Liv.* l. 44. c. 43. In silvam ventum est, ubi plures diversæ semitæ erant. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 24. Cum Numidas diversos dissipatosque, in omnes partes fugere vidissent. ¶ Item variis in locis positus, dissitus, oppositus. *Sallust. in Catil.* c. 20. Sed ego quæ mente agitavi, omnes jam antea diversi audistis. *some in one place, some in another; separately.* et *Cic. Verr.* 6. c. 52. *sub fin.* Portus, qui cum diversos inter se aditus habeant, in exitu conjunguntur, et confluunt. *access on different sides. Id. in Somn. Scip.* c. 6. Duo cinguli terræ maxime inter se diversi. *h. e.* duo circuli polares. *entirely opposite to one another. Liv.* lib. 4. cap. 22. Diversissimis locis subeundo ad mœnia, ab sensu operis hostes avertebat. *Tacit. Ann.* 3. c. 59. Diverso terrarum distineri. *h. e.* longe abesse. *to be engaged in remote countries. Cic. pro leg. Manil.* c. 4. Loca duo disjunctissima, maximeque diversa. et cap. 16. Loca tam longinqua, tamque diversa. *Id. de clar. Orat.* c. 74. Confluxerunt in hanc urbem multi ex diversis locis. *Id.* 2. *Agrar.* c. 32. Corinthus duo maria, maxime navigationi diversa, pæne conjungit, cum pertenui discrimine separentur. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 2. Etiam quorum diversa oppida, tamen obvii. *out of the way.* ¶ Item adversus, contrarius. *opposite, contrary. Liv.* l. 1. c. 28. In diversum iter concitati equi. *in opposite directions. Sueton. in Cæs.* c. 20. Diversa factio. *Liv.* lib. 34. cap. 4. Diversa duo vitia, avaritia et luxuria. *Sueton. in Aug.* c. 51. Diversarum partium multi venia donati. *Id. de Grammat.* cap. 9. Diversæ partis advocatus. *Cicer.* 4. *Acad.* cap. 32. Certa cum illo, qui a te totus diversus est; noli mecum, qui hoc quidem certe tibi assentior. *Calpurn. Eclog.* 4. v. 9. nec te diversus Apollo Respicit, o juvenis. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 57. Victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere. *h. e.* aciem hostium. ¶ Item dissimilis, differens. *different, unlike*, ἀλλοῖος. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. *pænult.* Varia et diversa studia. *Id.* 1. *de Invent.* c. 33. Diversa et dissimilis pars. *Id.* 5. *Phil.* c. 18. Longissime diversa ratio. *Quintil.* l. 9. c. 2. *ante med.* Verba verbis diversa, et sermoni sensus. *Vellei.* l. 2. c. 75. Diversa præsentibus, et contraria exspectatis sperare. *Cic. de clar. Orat.* c. 90. Hæc videntur esse a proposita ratione diversa. *Tacit. in Agric.* c. 32. Exercitus contractus ex diversissimis gentibus. *Plin.* l. 12. c. 19. *extr.* Pretia nulli diversiora. ¶ Cum genit. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 19. Ut par ingenio, ita morum diversus. *Id. Hist.* l. 4. c. 84. Qui diversus animi, modo pavescere, modo &c. *h. e.* ambigens et varie animo agitatus. ¶ Sequente *ac*, et *quam*, *Plin.* l. 10. c. 12. Diversa in hac, ac supradicta alite quædam. *Id.* l. 19. c. 8. *circa med.* Eruca diversæ est, quam lactuca, naturæ. Adde *Quintil.* l. 1. c. 4. (al. 8.) *sub fin.* ¶ *Diversa mens*, agitata, et cogitatione se in omnes partes versans. *Stat.* 1. *Achill.* v. 199. quibus abdere terris Destinet, huc illuc diversa mente volutat. ¶ *Diversi homines* sunt multi et varii. *Cic.* 4. *Phil.* c. 37. Sunt ea innumerabilia, quæ a diversis emebantur. *by various persons.* ¶ In diversum. *on the other hand. Plin.* l. 11. c. 45. Cetera animalia in diversum posterioribus articuli pedibus, quam prioribus. *Liv.* l. 25. c. 11. *extr.* Utrum priore anno, an hoc facta sit, in diversum auctores trahunt. *diversly, variously.* Adde *Tacit. Ann.* 12. c. *ult.* ¶ E diverso. *on the contrary. Sueton. in Domit.* c. 9. Imo e diverso magna sæpe abstinentiæ et liberalitatis experimenta dedit. *Plin.* 23. c. 4. Oleum e diverso, quam in cibos, eligitur. *different from that, which,* &c. *Id.* l. 17. c. 22. Ut vites binas accipiant e diverso. *opposite to each other. Justin.* l. 30. c. 4. Cum in aciem exercitum, instructis e diverso hostibus, produxisset. *in front.* ¶ Ex diverso. *on different sides. Senec. de brevit. vitæ*, c. 8. Vires ventorum ex diverso furentium. ¶ Item e contra, e diverso. *Arnob.* l. 4. pag. 138. Sed ex diverso nescio nescio quis, unde, inquit, scimus? &c. ¶ Per diversum, *Plin.* l. 36. c. 25. Necessarium binas per diversum coassationes substerni. *across.* ¶ Comparativum *diversius* habent etiam *Lucret.* l. 3. v. 804. et *Gell.* l. et capit. 6. et lib. 20. c. 1.

DIVERTICŬLUM, i, n. *a bye-road, bye-path, side-way, lane*, ἐκτροπή, semita transversa, quæ a latere est viæ militaris, locus, ubi iter deflectimus. *Cic. in Pison.* c. 22. *ad fin.* Quos tu Mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diverticula, flexionesque quæsisti? *Terent. Eun.* 4. 2. 7. Ubi ad ipsum veni deverticulum, constiti. *Frontin. de aquæduct.* artic. 5. Concipitur Appia via Prænestina, diverticulo sinistrorsum passum septingentorum octoginta. *to the left of the high-road.* ¶ Diverticulum fluminis est, ubi a recto alveo deflectit, vel ubi pars aquarum ejus alio derivatur. *Martian. Dig.* lib. 44. tit. 3. leg. 7. et *Papinian.* lib. 41. tit. 3. leg. 44. *extr.* ¶ Item locus, in quem e via divertimus, diversorium, hospitium. *an inn, lodging. Liv.* l. 1. c. 51. *ad fin.* Cum gladii abditi ex omnibus locis diverticuli protraherentur. (Paulo supra *diversorium* dixerat.) *Tacit.* 13. *Ann.* c. 25. Nero itinera urbis, et lupanaria, et diverticula veste servili pererrabat. ¶ Translate *Liv.* l. 9. c. 17. Ut plus justo ab rerum ordine declinarem, et legentibus velut diverticula amœna quærerem. *Quintil.* l. 9. c. 2. *post med.* Rectum genus approbari, nisi maximis viribus, non potest: hæc diverticula et anfractus suffugia sunt infirmitatis. *Id.* l. 10. c. 1. Depulsi a recta via, necessario ad eloquendi quædam diverticula confugiunt. ¶ Est etiam declinatio a proposito in dicendo. *a digression. Juvenal.* sat. 15. v. 72. A diverticulo repetatur fabula. *Rutil. in Itiner.* l. 2. v. 61. Sed diverticulo fuimus fortasse loquaces: Carmine proposito nunc repetamus iter. ¶ Item suffugium, asylum, *a retreat, refuge, shelter, recourse, shift, subterfuge, evasion, trick. Plaut. Capt.* 3. 3. 8. Nec confidentiæ usquam hospitium est, nec diverticulum dolis. *Cic. in Partit.* c. 39. Ne diverticula peccatis darentur. [*th. e.* viæ effugiendi pœnas.] *Quintil.* l. 12. c. 3. *ad fin.* Ad diverticula desidiæ confugere. *Plin.* l. 10. c. 50. Diverticulum inventum in fraudem legum. ¶ Aquarum calidarum diverticula *Plin.* l. 29. c. 1. *ad fin.* vocat artes medicorum, qui per varias aquarum et medicamentorum vias sanitatem corporibus quærunt, quæ simplici rectaque via parari potest. ¶ Diverticulum significationis *Gell.* dicit l. 4. c. 9. cum a nativa propriaque significatione ad aliam in voce quapiam usurpanda transitur. ¶ Multis placet scribi *deverticulum*, ut in fine verbi *Deverto*, et *Diverto* dicitur.

DIVERTO, (*olim* Divorto) is, erti, ersum, a. 3. et Divertor, eris, ersus sum, *to turn aside or out of the way; to take lodging or bait*, ἐκτρέπομαι, de via deflecto, commorandi paulisper causa ab recto itinere decedo, apud aliquem hospitor. Activum est, et accusativum *me, te, se* habet, qui fere omittitur, et subauditur. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 27. Cum duo una iter facerent, et Megaram venissent, alter ad cauponem divertit, ad hospitem alter. *Id. Attic.* l. 10. ep. 16. *ad fin.* Hortensius venerat, et ad Terentiam salutatum diverterat. *Id.* 2. *Offic.* c. 18. *extr.* Quicumque Laciades in villam suam divertisset. *Id. pro Mil.* c. 19. Ad villam suam divertere. *Id.* 13. *Phil.* c. 6. Se, Pompeii conveniendi causa, divertisse Massiliam. *Liv.* l. 42. c. 1. *a med.* Diverti apud aliquem. *Id.* l. 44. c. 43. et *Plin. in Paneg.* c. 52. *extr.* Divertere via. *Curt.* l. 4. c. 9. Ab Ægypto divertere in Africam. et *sub fin. ejus lib.* Divertere longius. ¶ Passive *Cic. Attic.* 3. ep. 7. Itineris causa ut divertar, primum est devium, &c. Al. aliter leg. *Id. pro Fontei.* c. 5. Si qui Cobiamacho diverterentur, neque Tolosam ire vellent. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 60. Ut divortatur ad me in hospitium optimum. *Id. Mil.* 2. 2. 85. Divortier hospitio apud aliquem. ¶ Translate est a re proposita deflectere, *to digress, make a digression, go off to another subject, go from his purpose. Liv.* l. 35. c. 40. Consulibus designatis (inde enim diverteram) Quintius, et Domitius in provincias profecti sunt. *Cic.* 12. *Fam.* ep. 25. *a med.* Sed redeamus ad illud, unde divertimus. *Plin.* l. 2. c. 7. *extr.* In hæc divertisse non fuerit alienum. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 425. quid ad medicas, Erato, diverteris artes? *Id.* 9. *Metam.* v. 62. Inferior virtute meas divertor ad artes. *I recur.* ¶ Sumitur et pro discedere, *to depart from, quit, leave. Sueton. in vita Persii, sub fin.* A schola et magistris divertere. *Papinian. Dig.* lib. 5. tit. 1. leg. 42. Si uxor a legato diverterit. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 27. *ad fin.* Sive diverterit, sive nupta est adhuc. *h. e.* divortium fecerit. *Gell.* l. 4. c. 3. Matrimonia divertentia. *h. e.* quæ per divortium dissolvuntur. ¶ Et pro, alio, vel in diversas partes vertere. *Lucan.* l. 2. v. 469. victor fugientibus instat, Divertitque acies. *routs, discomfits, puts to flight.* ¶ Item abducere, avertere, *to withdraw, remove, divert, turn off. Id.* l. 6. v. 317. Tentavere suo comites divertere Magnum Hortatu. et vers. 591. Quæque suo ventura potes divertere cursu. ¶ Item ire, proficisci, *to go, direct his course any whither. Terent. Phorm.* 2. 1. 81. Deos penates hinc salutatum domum divertar. *Gell. extr.* cap. 1. l. 12. Divertere ad domum. ¶ Item translate dissimilem ac diversum esse. *Plaut. Epid.* 3. 3. 22. Divortunt mores virgini longe, ac lupæ. ¶ Malunt Critici sane multi (et nos in *Deverto* monuimus) hoc verbum, ejusque derivata *diverticulum, diversor,* &c. per *de* scribere, quod ita habeatur in opt. MSS. plurimis, et quod quædam deflectendi, et deorsum tendendi actio ubique significetur. Verum quia etiam separatio, et disjunctio, et discessio quædam a recto itinere in eo inest, quæ rectius per *di*, quam per *de* exprimitur; per *di* quoque recte scribetur. Tu neutrum damnaveris, neutrum prætuleris. [¶ Particip. *diversurus* apud *Apul.* in *Apol.* Ni impetrarem, diversurum me ab ea comminatus sum.]

DIVES, divitis, adject. *rich, wealthy, opulent*, πλούσιος, qui rerum copia instructus est, locuples, abundans, copiosus, opulentus, affluens. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 17. Dives a divo, qui, ut deus, nihil indigere videtur. *Cic. Parad.* 6. c. 1. Quem enim intelligimus divitem, aut hoc verbum in quo homine ponimus? opinor, in eo, cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit. *Id. ibid.* c. 3. Uter est divitior, cui deest, an cui superat? et *in fin.* Non modo non copiosi ac divites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt. *Ovid. Heroid.* epist. 16. v. 34. Oppida sunt regni divitiora mei. *Virg. Eclog.* 2. v. 20. Dives pecoris. *Id.* 2. *Georg.* v. 468. opum variarum. *Id.* 9. *Æn.* v. 26. exercitus omnis Dives equum, dives pictai vestis, et auri. *Horat. in ar. Poet.* v. 421. Dives agris, dives positis in fœnore nummis. *Ovid. Her.* ep. 11. v. 100. Filia dote dives. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 204. dives ab omni armento. ¶ Absolute more substantivi, *Ovid.* 3. *Amor.* el. 7. v. 50. Dives avarus. ¶ Item qui multi est pretii, *valuable, of great value, precious. Virg.* 6. *Æn.* v. 195. *de ramo aureo.* ubi pinguem dives opacat Ramus humum. *Plin.* l. 7. c. 29. Ut pretiosissimum humani animi opus (*Homeri libri*) quam maxime diviti opere servaretur. *h. e.* scrinnio gemmis, auro, et margaritis pretioso. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 70. externo marmore dives opus. *Id.* 2. *Fast.* v. 535. Munus dives. *Propert.* l. 3. el. 3. v. 26. Dives gemma. *Ovid.* 1. *Heroid.* ep. 16. v. 189. Parca sed est Sparte: tu cultu divite digna es. *Lucan.* l. 9. v. 659. partu Danaes, et divite nimbo Ortus. *h. e.* imbre aureo. V. *Danae.* ¶ Item quacumque re abundans. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 636. Dives ager. *fertile, fruitful, abounding. Ovid.* 5. *Fast.* v. 731. Amphitrite dives aquis. *Lucan.* l. 3. v. 216. arbustis palmarum dives Idume. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 102. Dives copia flendi. *abundant cause for complaint. Virg.* 10. *Æn.* v. 201. Mantua dives avis. *h. e.* cujus majores conditoresque multi fuerunt. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 121. Dives lingua. *eloquent. Id. in ar. Poet.* v. 409. Vena dives. *a fertile understanding. Id.* l. 1. ep. 15. v. 19. Spes dives. *h. e.* quæ multa promittit. Sic *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 65. Munera tanta quidem promittit epistola dives. *h. e.* larga in pollicendo. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 48. Inde ille licentior, et divitior fluxit dithyrambus. *h. e.* verbis copiosior. *Non.* quoque ita legit cap. 2. n. 252. ¶ Pro *divitior* et *divitissimus* (quod multi leg. apud *Cic.* 1. *de Divin.* c. 36. et lib. 2. *Offic.* c. 17. et *Nepot. in Phoc.* c. 1.) usitatiora sunt *ditior*, et *ditissimus*, quæ V. in *Dis.* ¶ In ablativo *divite* habet, et *diviti*, ut Diviti cultu, apud *Plin.* l. 3. c. 1.

DIVEXO, as, avi, atum, a. 1. *to vex many ways, harass, infest, pillage, plunder*, varie vexo, huc illuc pro libitu veho, asporto, diripio: a *di*, et *vexo*, quod a *veho* frequentativum est. *Enn.* apud *Cicer.* 1. *Tuscul.* c. 44. Heu, relliquias semiassi regis, denudatis ossibus, Per terram sanie delibutas fœde divexarier. *Cic.* 11. *Phil.* c. 2. Omnia divexare et diripere cupiens. et *Phil.* 13. c. 9. Agros divexat civium optimorum. *Plaut. Pers.* 5. 2. 4. Rem meam divexavit. ¶ Item *to vex, disquiet, afflict, trouble*, varie jacto, affligo. *Sueton. in Ner.* c. 34. Neque divexanda matre quidquam pensi habuit.

DIVEXUS, a, um, divaricatus, decussatus, hinc inde inclinatus, ut *devexus* deorsum inclinatus. *Augustin.* l. 10. *Confession.* c. 34. Jacob nepotibus suis ex Joseph divexas mystice manus imposuit. V. *Genes.* 48. 14.

DIVIĀNA, eadem quæ Diana, seu Luna: eo quod *divia*, seu duas vias habens *in altitudinem et latitudinem*, ut docet *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 10. ex lectione *Scaligeri*.

DIVIDĬA, æ, f. *discontent, grief, trouble, sorrow, pain, vexation*, molestia, dolor, λύπη, δυσχέρεια. *Plaut. Bacch.* 4. 6. 1. Nimio illæc res est magnæ dividiæ mihi, subterfugisse sic mihi hodie Chrysalum. et *ibid.* 9. 110. Cave, tibi ducenti nummi dividiæ fuant. *lest it should go hard with you having to pull out*, &c. *Id. Stich.* 1. 1. 19. Hæ mihi dividiæ ac senio sunt. et 3. 1. 40. Venire in dividiam. Adde *Mercat.* 3. 4. 54. et *Varron.* cujus verba in *Desiduo* attulimus. *Fulgent. de prisco serm.* exponit tristitiam (quod est priori affine) affertque versiculum *Propertii*: Dividias mentis conficit omnis amor. Sed *Petronio* alii tribuunt, quia inter *Propertii* carmina non legitur. Refertur autem inter fragmenta *Petronii pag. ult. Burmanni.* ¶ *Nonius* c. 2. n. 214. allatis *Accio*, et *Turpilio*, tædium interpretatur. Sed hoc quoque priori simile est. At *ibid. n.* 254. et *Fest.*

discordiam significare docent, nempe a *divido*. *Acc.* apud *Non. ibid.* Ne horum dividiæ et discordiæ dissipent et disturbent tantas et tam optimas civium divitias. ¶ Dicendum igitur, hanc esse propriam hujus vocis vim: priores illas metaphoricas, quia omnis dolor, et tædium dissensio quædam et discordia animi est, a re molesta refugientis.

DIVIDICŬLA, dicuntur castella, ex quibus a rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit: a dividendo. *Fest.*

DIVIDO, is, isi, isum, a. 3. *to divide, part, separate,* διαιρεῖν, διαμερίζειν, in partes seco, partior, separo: a *dis*, et *iduo, as*, quod Etrusca lingua dividere est, ut *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 15. *a med.* docet. Videntur enim Latini olim *dividuo* dixisse, postea *divido*. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 1. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. *Hirt. de B. Afr.* c. 17. Dividere aliquid medium. *Lucan.* l. 5. v. 495. Dividere aliquid ex æquo. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 2. Vicus in duas partes flumine dividitur. *Cic. in Orat.* c. 33. Dividere et partiri genus universum in species certas. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 12. Secare aliquid, ac dividere. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 14. Bona dividere tripertito. *Id. in partit.* c. 9. Quæ ad faciendam fidem pertinent, in confirmationem, et reprehensionem dividuntur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 19. Dividere causam. *Nepos in Thrasyb.* c. 1. Cum plurimorum bona publicata inter se divisissent. *Plaut. Stich.* 5. 4. 15. Dividere aliquid cum alio. ¶ *Dividere sententiam, to consider each particular of a complex opinion by itself*, locutio est Curiæ, quam *Ascon.* ita exponit *in orat. pro Mil.* c. 6. Cum aliquis in dicenda sententia duas pluresve res complectitur, eæ si non omnes probantur, postulatur, ut dividat, id est ut de rebus singulis referatur. Non est ei, qui hoc postulat, oratione longa utendum, ac ne consurgendum quidem utique est. multi enim sedentes hoc unum verbum pronuntiant, *divide*: quod cum auditum est, liberum ei, qui facit orationem, dividere. Hæc *Ascon. Cic. ibid.* Divisa sententia est, postulante nescio quo. Adde *Fam.* 1. ep. 2. et *Plin.* l. 8. ep. 14. Hinc *Senec.* ep. 21. Quod fieri in Senatu solet, faciendum ego in philosophia quoque existimo. Cum censuit aliquis, quod ex parte mihi placeat, jubeo illum dividere sententiam, et sequor. Adde *de vita beata*, c. 3. ¶ Est etiam distrahere, divellere, dissitum facere, *to pull or tear asunder, cut off, sever*. *Stat.* 3. *Theb.* v. 165. non dextras miseris complexibus ausim Dividere. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 9. v. 48. Atque tuis toto dividor orbe rogis. *Virg.* 3. *Æn.* v. 383. Longa procul longis via dividit invia terris. *Id.* 12. *Æn.* v. 45. quem nunc mœstum patria Ardea longe dividit. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 3. v. 73. Dividor haud aliter, quam si mea membra relinquam. ¶ Item diffindere, *to cut or divide asunder, cleave, split*. *Horat.* l. et sat. 1. v. 99. at hunc liberta securi Divisit medium. *Sil.* l. 2. v. 96. Ille vagam cælo divisit sæpe volucrem. *scil.* sagitta. *Virg.* 9. *Æn.* v. 750. Et mediam ferro gemina inter tempora frontem Dividit. *Plin.* l. 36. c. 5. Dividere marmor cuneis. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 18. *extr.* Ut ab his perrumpatur et dividatur crassus hic aer. *Horat.* l. 1. od. 34. v. 6. Diespiter igni corusco nubila dividens. *riving*. *Virg.* 2. *Æn.* v. 234. Dividere muros. *Prudent.* περὶ στεφ. 8. *de S. Agnete*, v. 81. dividere januas. *to open the gate*, aperire fores. ¶ Item distinguere, et ornare. *Virg.* 10. *Æn.* v. 144. Qualis gemma micat, fulvum quæ dividit aurum. *Plin.* l. 8. c. 48. *ad fin.* Scutulis telam dividere. ¶ Item distinguere, et dignoscere, *to distinguish*. *Cic.* 1. *de Leigb.* c. 16. Nos legem bonam a mala nulla alia, nisi naturæ norma, dividere possumus. ¶ Item distribuere, *to distribute, portion out, allot, give*. *Cic. pro Sull.* c. 15. Tabulas illas dividi passim, et pervulgari, atque edi populo R. imperavi: divisi toti Italiæ, emisi in omnes provincias. *Horat.* l. 1. od. 36. v. 5. Caris multa sodalibus dividere oscula. *Virg.* 1. *Æn.* v. 201. Vina dividere sociis. *Id.* 1. *Georg. de Libra cælesti*, v. 209. Et medium luci atque umbris jam dividit orbem. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 20. *ad fin.* Bona viritim dividere. *Plaut. Aulul.* 1. 2. 30. Dividere argenti nummos in viros. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 671. dividere liba per populum. *Nepos in Eumen.* c. 8. In regione Persidis hyematum copias divisit. *distributed into winter-quarters*. *Justin.* l. 14. c. 4. *sub fin.* Antigonus domitores illos orbis exercitui suo divisit. *distributed, and embodied with his troops*. ¶ Habet etiam obscenum sensum apud *Petron. in Satyr.* c. 11. ut quidam putant, et apud *Plaut. Aulul.* 2. 4. 4. et 7. V. *Divisor*. ¶ Translate *Virg.* 4. *Æn.* v. 285. Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc. *turns and applies*. Sic *Catull. in carm. nupt.* 61. v. 14. Nos alio mentes, alio divisimus aures. *Horat.* l. 1. od. 15. v. 14. grataque feminis Imbelli cithara carmina divides. *h. e.* alternabis carmina sonitu citharæ. *Id.* epod. 11. v. 16. Dividere aliquid ventis. *h. e.* spargere, dissipare. *Lucan.* l. 2. v. 689. Buccina dividit horas. *sounds, and signifies the hour*. ¶ *Divisse* pro *divisisse*, *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 169. ubi al. *didisse*. [¶ Particip. *divisurus, dividendus* apud *Liv.* lib. 2. c. 41. Agri dimidium Latinis, dimidium plebi divisurus consul erat. *Suet. in Cæs.* c. 14. Solus municipatim dividendos custodiendosque, publicatis bonis, censuit.]

DIVIDUĬTAS, atis, f. idem quod divisio. *Caius Dig.* lib. 35. tit. 2. leg. 79. *sub fin.* Legata, quæ dividuitatem non recipiunt, tota ad legatarium pertinent.

DIVIDUS, a, um, *divided*, divisus. *Acc.* apud *Non.* c. 2. n. 205. Nosque ut seorsum dividos, leto offerres.

DIVIDŬUS, a, um, *that may be divided, divisible*, διαιρετός, qui dividi potest. *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 12. Omne animal et dissolubile, et dividuum sit, necesse est. *Id. de Univ.* c. 7. Idque interjecit inter individuum, atque id quod dividuum esset in corpore. ¶ Item divisus, *divided, separated, parted, halved, dividual*. *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 49. Et mihi dividuo findetur munere quadra. *Senec. epist.* 121. *ad fin.* Non vides, quanta sit apibus dividui laboris obeundi concordia? *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 487. In furias agitantur equæ, spatioque remota In loca dividuos amne sequuntur equos. *Id.* 1. *Amor.* el. 5. v. 10. Coma dividua. *Id.* 1. *Fast.* v. 292. Insula, dividua quam premit amnis aqua. *h. e.* in duos ramos findente se flumine, et insulam efficiente. *Plin.* l. 2. c. 97. Dividua Luna. *the half-moon*. *h. e.* cum dimidium sui orbis ostendit. *Id.* l. 16. c. 30. Arbores dividuæ. *h. e.* trunco bifurco. *Terent. Adelph.* 2. 2. 33. Dividuum face. *halve the matter*. ¶ *Dividuum nomen* apud *Priscian.* l. 2. p. 581. *Putsch.* est, quod a duobus vel pluribus ad singulos habet relationem, vel ad plures in numeros pares distributos, ut *uterque, alteruter, quisque, singuli, bini, terni, centeni*.

[* DIVINĀLIS, e, adject. ad res divinas pertinens. *Isidor.* 2. *Orig.* c. 24. Divinalis philosophia dicitur, quando aut ineffabilem naturam Dei, aut spiritales creaturas ex aliqua parte profundissima qualitate disserimus.]

DIVINATĬO, onis, f. *the foreseeing or predicting of future events; divination*, μαντεία, μαντική, scientia futurorum, quam Chrysippus apud *Cic.* 2. *de Divin.* c. 63. definit vim cognoscentem, et videntem, et explicantem signa, quæ a diis hominibus portendantur. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 1. Versari quandam inter homines divinationem, quam Græci μαντικὴν appellant, idest præsensionem, et scientiam rerum futurarum. et *ad fin.* c. 5. Divinatio est earum rerum, quæ fortuitæ putantur, prædictio atque præsensio. ¶ Dicitur etiam *divinatio*, judicium, sive cognitio, quæ circa constitutionem accusatoris, vel subscriptoris consistit, cum scilicet ex duobus, pluribusve accusationem ambientibus deligendus est, qui maxime sit idoneus. Ratio nominis est, quia in aliis judiciis judex ea, quæ testibus, tabulis, vel argumentis probata sunt, sequi debet: cum autem accusator est eligendus, ex rei futuræ indiciis et conjecturis judicare debet, et pæne divinare, quis maxime sit idoneus ad accusandum. Alii ideo putant divinationem dici, quod injurati judices in hac causa sedeant, ut quod velint, præsentire de utroque possint. Alii quod res agatur sine testibus, et sine tabulis; et his remotis argumenta sola sequantur judices, et quasi divinent. Hinc prima inter *Verrinas* divinatio inscripta est. Nam in accusatione Verris certamen erat inter Ciceronem, et Cæcilium, uter in accusando deberet preferri. Adde *Quintil.* l. 3. c. 10. *ad fin.* et *Ascon.* initio *Divin. in Verr.* et *Gell.* l. 2. c. 4. *the sentence of a court, determining who shall be the principal accuser in a criminal cause*.

DIVINĀTOR, oris, m. *a diviner, soothsayer*, προφήτης, divinus. *Jul. Firmic.* l. 5. c. 5. *sub fin.* Erunt divinatores, vates, sortilegi.

DIVINĀTRIX, icis, f. *a divineress, she that divines*. *Tertull. de Anim.* c. 46. Præsidia divinatricum artium, et disciplinarum.

DIVINĀTUS, a, um, *divined, guessed, deemed*. *Ovid. de Nuce*, v. 80. Ut divinatas auferat Augur opes.

DIVĪNE, *as it were by inspiration*, divinando, futura præsentiendo, θείως. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 4. Cum cogito, me de republ. nunquam, nisi divine, cogitasse. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 55. Plura divine præsensa et prædicta reperiri. ¶ Item excellenter, divinitus, *divinely, excellently*. *Quintil.* l. 11. c. 1. *a med.* Duo tamen, quæ sola supererant, divine Cicero servavit. *Id.* l. 1. c. 6. (al. 10.) Quæ Tullius in Oratore divine, ut omnia, exsequitur. *Cic. de Senect.* c. 13. *circa med.* Divine enim Plato escam malorum voluptatem appellat. Al. leg. *divinus*.

DIVINICONTUMACĬA, videtur δι' ἓν dictum ab *Apuleio in Agolog.* pro contemptu rerum divinarum.

DIVINIPŎTENS, entis, θεοκρατής, qui in divinis potestatem habet. *Apul.* l. 9. *Metam.* Saga et divinipotens.

DIVINISCĬENS, entis, sciens rerum divinarum. *Apul. in Apolog.* Magia colendi deos pergnara, pia scilicet, et divinisciens.

DIVINĬTAS, atis, f. *godhead, divinity, the divine nature*, θεότης, deitas, numen, majestas divina, potestas divina. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 13. Modo enim menti tribuit omnem divinitatem: modo mundum ipsum deum dicit esse. *Id.* 2. *de Divin.* c. 38. Placet igitur, humanitatis expertes habere divinitatis auctores? ¶ Item ipse deus. *God, the deity*. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 13. Tantum mihi divinitas faveat, quantum verum est illud, quod dico. ¶ Item vis et facultas divinandi. *divination*. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 58. Mentis divinatate et conjunctione cum externis membris cerni, quæ sint futura. *Plin.* l. 2. c. 68. Majoris miraculi divinitatem Anaxagoræ fuisse. ¶ Item eximia et singularis excellentia. *excellence*. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 74. Mementote non me de perfecti oratoris divinitate quadam loqui, sed, &c. *Id. in Orat.* c. 19. Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit. ¶ In plur. numero *Vitruv.* l. 9. c. 4. *circa med.* Divinitates splendoresque astrorum.

DIVINĬTUS, *from God, from heaven, by divine providence or influence*, θεόθεν, a Deo, munere Dei. *Cic. in Partit.* c. 23. Si quid cui magnum aut incredibile acciderit, maximeque si id divinitus accidisse, potuerit videri. *Virg.* 1. *Georg.* v. 415. quia sit divinitus illis Ingenium, et rerum fato prudentia major. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 46. Non partum per nos, sed divinitus ad nos delatum videtur. *Sueton. in Claud.* c. 13. *extr.* Casu quodam, an divinitus, signa convelli non potuere. *or by the will of heaven*. ¶ Item vi et facultate divinandi, præsensione, præscientia a deo data. *Cic. pro Sull.* c. 15. In quo ego multa divinitus, non mea sponte providi. *Id.* 1. *de Orat.* c. 7. Multa divinitus a tribus illis consularibus deplorata, et commemorata. *by divine inspiration*. ¶ Item excellenter, et supra humanas vires, *divinely, excellently*. *Id. post redit. in Sen.* c. 12. Homines de me divinitus meriti. *Id.* 1. *Fam.* ep. 9. *ante med.* Quæ sunt apud Platonem nostrum scripta divinitus. Adde l. 1. *de Orat.* c. 11. *sub fin.*

DIVĪNO, as, a. 1. *to divine, foresee or predict future events, foretell things to come, dive into futurity*, μαντεύομαι, futura præsagio: a *divinus*, quia divinum quiddam, et supra mortalis sagacitatis sortem est, futura prædicere, aut occulta in lucem proferre. *Cic. de Senect.* c. 4. *extr.* Quasi jam divinarem, id, quod evenit, illo extincto fore, unde discerem, neminem. *Id.* 1. *de Divin.* c. 23. Est profecto quiddam etiam in barbaris gentibus præsentiens atque divinans. et l. 2. c. 21. Quædam casu videntur sic evenire, ut prædicta sunt a divinantibus. *Id. Fam.* 6. ep. 1. *a med.* Neque ego ea, quæ facta sunt, fore cum dicebam, divinabam futura. *Id. ad Brut.* ep. 18. *extr.* et *Nepos in Agesil.* c. 6. Divinare de aliqua re. *Plin.* l. 7. c. 55. Divinare immortalitatem alicui.

DIVĪNUS, a, um, *relating to the Deity, divine, heavenly*, θεῖος, ad Deum pertinens: a *divus*. *Cic. pro Mil.* c. 30. Qui nullam vim esse ducit, numenque divinum. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 23. Divina bonitas erga homines. *Id. Fam.* 13. ep. 4. *extr.* Quasi divino consilio isti negotio præpositus est. *Id. de Amic.* c. 4. Animos hominum esse divinos. *h. e.* a deo originem ducere. ¶ *Res divina* est sacrificium, et ceterus deorum cultus, *a sacrifice, prayer, solemnity, religious ceremony; divine worship*. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. Cui deæ rem divinam facere solemus. *Id.* 6. *Verr.* c. 8. Res illum divinas apud eos deos in suo sacrario prope quotidie facere vidisti. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 46. Rei divinæ operam dabo. *Plin.* lib. 18. cap. 2. Far non esse purum ad rem divinam nisi tostum. Adde *Nepot. in Annib.* cap. 2. ¶ *Divina scelera* apud *Liv.* lib. 3. cap. 19. *ad fin.* sunt admissa in deos. *impiety, irreligion*. ¶ *Divina verba* interdum sumuntur pro piacularibus verbis, quibus prodigia procurantur. *Cato R. R.* c. 14. Si de cælo villa tacta siet, de ea re verba divina uti fiant. Al. omitt. *divina*. ¶ Est etiam *divinus* divinandi et præsentiendi vim habens. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 10. Imbrium divina avis imminentum. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 37. *extr.* Melancholicos habere aliquid in animis præsagiens atque divinum. et c. 29. *extr.* Nihil illo Atinati somnio fieri posse divinius. *Sil.* l. 3. v. 344. Fibrarum, et pennæ, divinarumque sagacem Flammarum misit dives Gallæcia pubem. ¶ Hinc *divinus* absolute, et *divina* qui divinat, *a diviner, soothsayer, prophet*. *Cic. de Fato*, c. 8. Falli sperat Chaldæos, ceterosque divinos. *Petron. in Satyr.* c. 7. Divinam ego putabam. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 113. Fallacem Circum, vespertinumque pererro Sæpe forum: assisto divinis: inde domum me, &c. Adde *Liv.* l. 1. c. 36. ¶ Sæpe est eximius, excellens, quasi deo dignus, aut par, *excellent, superhuman, divine*. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 10. Divinus homo in dicendo, et c. 38. Antonii incredibilis quædam, et prope singularis, et divina vis ingenii. *Id. ad Quirit. post redit.* c. 3. Pisonis divina quædam, et inaudita auctoritas, atque virtus. *Id. Phil.* 5. c. 11. Illæ cælestes divinæque legiones, Martia et quarta. *Id. pro Mil.* c. 33. *extr.* Vir divina et incredibili fide. *Id.* 5. *de Fin.* c. 13. *ad fin.* Ratione nihil est in homine divinius. *Id.* 2. *de Leg.* c. 18. Divinissima dona. *h. e.* maxime diis digna. ¶ Temporibus Imperatorum Romanorum *divinum* dicebatur de iis rebus, quæ ad eos pertinebant, quoniam non solum defunctis iis, sed etiam vivis divorum titulos atque honores per turpem adulationem tribui soliti sunt. Hinc *divinæ jussiones, aures, sanctiones, divini apices, divinum rescriptum*, et similia his quamplurima *in Cod. Just.* et *Theodos.* passim leguntur. Sic *divina indulgentia* apud *Jabolen. Dig.* lib. 1. tit. 4. leg. 3. et *divina domus* est familia Augustorum, apud *Phædr.* l. 5. fab. 7. *in fi.* et *Inscript.* apud *Gruter.* p. 29. n. 14. p. 30. n. 1. p. 31. n. 2. &c.

DIVIPŎTES, θεοὶ δυνατοὶ, dii potentes, ac domi... Hoc nomine designari peculiariter videntur dii Cabiri, de quib. V. suo loco. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 10. ubi al. leg. divisim *Divi potes*.

DIVĪSE, *distinctly, separately*, dividendo, separatim, δίχα. *Gell.* l. 7. c. 2. Versus separatim ac divise legendus. Adde l. 1. c. 22. et *Tertull. de carne Christi*, c. ...

DIVISIBĬLIS, le, *divisible*, qui dividi et distrahi potest, dividuus, διαιρετός. *Tertull. de Anim.* c. 14. Anima neque dissolubilis, neque divisibilis.

DIVĪSIM, divise. *Apul. ad Asclep.* p. 87. *Elemenhorst.* Creduntur esse quidem plurima divisim, adunata vero unum, vel potius duo. Illud tamen *divisim* quidam delendum putant.

DIVĪSĬO, onis, f. *a dividing, division, separation*, διαίρεσις, partitio. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 3. Quadripartita fuit divisio tua. *Ascon. in orat. pro Mil.* c. 6. Postulare divisionem. *h. e.* ut sententia dividatur, ut in *Divido* est dictum. *Quintil.* l. 7. c. 9. Divisio verborum. *Id.* l. 7. c. 1. Sit igitur divisio, rerum plurium in singulas: partitio, singularum in partes discretus ordo, et recta quædam locatio, prioribus sequentia annectens: dispositio, utilis rerum ac partium in locos distributio. *Cic. in Top.* c. 5. Definitiones aliæ sunt partitionum, aliæ divisionum: partitionum, cum res ea, quæ proposita est, quasi in membra discerpitur, *&c.* divisionum autem definitio formas omnes complectitur, quæ sub eo genere sunt, quod definitur, &c. (V. *Partitio.*) *Quintil.* l. 4. c. 5. Divisionem in digitos diducere. *to divide or arrange on the fingers.* ¶ Item distributio. *Justin.* l. 11. c. 13. Darius vix denis armatis singulos hostes, si divisio fieret, evenire dicebat. ¶ et erogatio, quæ fit singulis civibus, ut in congiariis, et similibus. *Marcell. Dig.* lib. 33. tit. 1. leg. 23. Cum quidam decurionibus divisiones dari voluisset die natalis sui. *Paul. ibid.* lib. 30. leg. 119. Quod ad divisionem singulorum civium, vel epulum relictum fuerit. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 1106. n. 6. . . . . ob cujus statuæ dedicationem Decurionib. Augustalib. epulantibus, et populo viritim divisionem dedit. ¶ Habet etiam obscenum sensum. V. *Intercapedo.*

DIVĪSOR, oris, m. *a divider*, μεριστής, δατητής, qui dividit. *Cic.* 11. *Phil.* c. 6. Nucula, et Lento Italiæ divisores. (Adde *Phil.* 5. c. 7. *extr.*) *Apul. de Mundo, post init.* Axis divisor et disterminator mundi. ¶ Habet etiam obscenum sensum, ut et de *Divido* dictum est. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 22. *a med.* ubi al. leg. *divisio.* ¶ Speciatim *divisor* erat apud Romanos, qui tributim distribuebat pecunias a Candidatis ad aucupanda suffragia. *a person employed to distribute money amongst the citizens of each tribe for the purpose of bribing them. Cic. pro Planc.* c. 19. Doce, per quem sequestrem, quo divisore corrupta sit. ¶ Hinc Nummius quidam, qui id ministerii susceperat, cognomen accepit Divisoris. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 63. ¶ Porro istiusmodi homines infames habebantur, ut qui ambitu inserviebant, rei legibus damnatæ. *Cic.* 5. *Verr.* c. 69. In furis ac divisoris disciplina educatus. Adde *Sueton. in Aug.* c. 3.

DIVĪSŪRA, æ, f. *a division; a cleft*, divisio, intercisio. *Plin.* l. 16. c. 30. Abieti subrecta divisura, ramique in cælum tendentes, non in latera proni. *h. e.* ramorum e trunco exeuntium. *Id.* l. 25. *c. ult. a med.* Caput ejus (*herbæ*) numerosa dividitur lanugine, inter divisuras exeunte. et cap. 5. Folia scissa divisuris.

DIVĪSUS, us, m. *a dividing, division*, divisio. *Liv.* l. 45. c. 30. Quanta Macedonia esset, quam divisui facilis ignorabant. *Id.* l. 33. c. 46. Vectigalia publica prædæ ac divisui principum erant. Adde lib. 1. c. 54. *sub fin.* [*Gell.* l. 20. c. 1. *ad fin.* Neque pejus ullum facinus existimatum est quam si cui probaretur clientem divisui habuisse. *h. e.* divisisse cum altero quæstus causa.]

DIVĪSUS, a, um, *divided*, in partes distributus, διαιρεθείς. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 3. Fluvius divisus æqualiter in duas partes. *Senec. in Thyest.* v. 760. Ipse divisum secat in membra corpus. *Lucret.* l. 4. v. 958. Et divisior inter se, et distractior intus. *In distich. quod Virg. tribui solet.* Divisum imperium cum Jove Cæsar habet. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 32. Divisum Senatum, divisum populum. *divided into different factions.* Sic *Sueton. in Ner.* c. 20. Divisi in factiones. ¶ Item sejunctus, separatus. *severed, separated, cut off. Virg. Ecl.* 1. v. 67. toto divisos Orbe Britannos. *Propert.* l. 1. el. 12. v. 3. Tam multa illa meo divisa est millia lecto. ¶ Item distributus. *Terent. Andr.* 3. 1. 18. Non sat commode divisa sunt temporibus tibi, Dave, hæc. *Nepos in Dione*, c. 7. Bona militibus divisa. *Sueton. in Ner.* c. 10. Divisi populo nummi quadringeni viritim. *Virg.* 2. *Georg.* v. 116. Divisæ arboribus patriæ. *h. e.* sua cuique arbori patria est.

DIVITĬÆ, arum, f. opulentia, amplæ fortunæ, opes, copiæ, omnium rerum abundantia, *riches, wealth*, πλοῦτος. *Cic.* 1. *Offic.* c. 8. Expetuntur autem divitiæ tum ad usus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. *Plaut. Pers.* 4. 4. 101. Divitias facere ex aliqua re. *Id. Trin.* 3. 2. 56. In divitiis esse. *Nepos in Dione*, c. 1. Augere divitias. *Id. in Themist.* c. 2. Ornare aliquem divitiis. *Lucret.* l. 6. v. 12. Affluere divitiis. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 26. Augere divitiis aliquem. *Id.* 1. *Attic.* ep. 4. *extr.* Quod si assequor, supero Crassum divitiis. *proverbium. Liv.* l. 26. c. 11. Templum inclytum divitiis. *h. e.* donariis magni pretii. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 135. Aurea marmoreo redimicula solvite collo, Demite divitias. *h. e.* inaures, armillas, anulos, ceteraque pretiosa mulierum ornamenta, et præcipue margaritas, quæ, ut ait *Plin.* l. 9. c. 35. principium sunt culmenque omnium rerum pretii. *Sallust. in Catil.* c. 21. Viget ætas, animus valet: contra illis, annis atque divitiis omnia consenuere. *Nepos in Epam.* c. 4. Orbis terrarum divitias accipere nolo pro patriæ caritate. *I would not take all the gold in the world. Lucret.* l. 5. v. 1117. Divitiæ grandes homini sunt, vivere parce Æquo animo. γνώμη. *Plin.* l. 5. c. 25. Palmira urbs nobilis situ, divitiis soli, et aquis amœnis. *for the fruitfulness of its soil. Ovid.* 1. *Fast.* v. 689. *de segete.* neque pinguior æquo Divitiis pereat luxuriosa suis. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Orat.* c. 35. In oratione Crassi divitias atque ornamenta ejus ingenii perspexi. ¶ In singulari num. *Accius* apud *Non.* c. 7. n. 64. Æternabilem divitiam partissent.

DIVITATĬO, onis, f. ditandi actus, *the act of enriching. Petron. in Satyr.* c. 117. Genus divitationis sibi non displicere confessus est. Al. leg. *divinationis.*

DIVĪTO, as, a. 1. *to enrich*, πλουτίζω, divitem facio: unde est *dito* per syncopen. *Accius* apud *Gell.* l. 14. c. 1. *ad fin.* et *Non.* c. 2. n. 201. Augures verbis aures divitant alienas, suas ut auro locupletent domos. *Turpil. ibid.* Dii me divitant.

DIUM, n. *the open air, the sky*, aer, cælum. *Sub dio* Latini dicunt, hoc est sub cælo. Cælum enim Græci τὸν Δία dicunt: ita *Ascon. in Verr.* 3. c. 19. et confirmat *Varro* l. 4. *de L. L.* c. 10. Habet autem accusativum tantummodo et ablativum, tametsi *Ascon. ibid.* ejus declinationem affert per omnes casus singularis numeri: *hoc dium, hujus dii, huic dio, hoc dium, o dium, ab hoc dio. Cic.* apud *Colum. in præfat.* l. 12. Necessarium fuit, foris et sub dio esse, qui labore et industria victum compararet; intus qui tectis reconderet, atque custodiret. *Colum. ibid.* c. 12. Aquam cælestem vasis includunt, et sub dio in sole habent. *in the open air, under the canopy of heaven. Claudian.* l. 1. *de laudib. Stilich.* v. 123. et tardi flabra Bootæ Sub dio Rhiphæa tulit. ¶ Dicitur et *divum*: et quidem in opt. lib. et MSS. hoc sæpius, quam illud legitur: quemadmodum et *dius*, et *divus* h. e. divinus, dicitur, et hoc secundum frequentius. digammate Æolico inserto. *Horat.* l. 2. od. 3. v. 23. sub divo moreris. et lib. 3. od. 2. v. 5. Vitamque sub divo, et trepidis agat in rebus. et lib. 1. od. 18. v. 12. nec variis obsita frondibus Sub divum rapiam. *h. e.* proferam, divulgabo. et *Sueton. in Cæs.* c. 72. Humi ac sub divo cubare. et *Cels.* l. 1. c. 2. Ambulatio melior est sub divo, quam in porticu. ¶ In recto casu, Grammatice tamen, non secundum usum. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 10. Fidii perforatum tectum, ut videatur divum, idest cælum.

[* DIVOLVO, is, ere, a. 3. jacto. Translate *Ammian.* l. 26. c. 4. Multa secum ipse divolvens. *h. e.* reputans.]

DIVORTĬUM, ii, n. *a bye-road, bye-way, turning, passage*, ἐκτροπή, idem quod diverticulum, hoc est locus, in quo a via militari divertimus: a *diverto*, pro quo etiam *divorto* est dictum. *Virg.* 9. *Æn.* v. 379. Objiciunt equites se se ad divortia nota. *Tacit. in Agric.* c. 19. *ad fin.* Divortia itinerum, et longinquitas regionum indicebatur. *the turns of the roads, or places where two roads meet.* Hic al. leg. *devortia.* ¶ Item ubi aquæ in diversas partes defluunt, divergia, ut sunt cacumina montium. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 20. Amanus, qui Syriam a Cilicia ima aquarum divortio dividit. et 2. *Fam.* ep. 10. Amanus divisus aquarum divortiis. *Liv.* l. 38. c. 45. Prope ipsis jugis ad divortia aquarum castra posuisse. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 19. Ut ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientum jugo sunt doctrinarum facta divortia. *h. e.* varietates, et dissimilitudines. *Colum.* l. 4. c. 27. *divortium veris et hiemis* vocat eos dies, quibus hiems desinit, ver incipit, quia inter hiemem et ver medii sunt: qua ratione *Tacitus Ann.* 12. c. 63. *divortium arctissimum* appellat fretum Bosphori Thracii, quod medium est, ac dividit ab Asia Europam. ¶ De discessione conjugum, et dissolutione matrimonii, *a divorce*, διαζύγιον. Quomodo a repudio differat V. *Repudium. Cic.* 3. *de Orat.* c. 40. Si res suum nomen et proprium vocabulum non habet, ut pes in navi, ut nexum, quod per libram agitur, ut in uxore divortium; necessitas cogit, quod non habeas aliunde sumere. *Id.* 8. *Fam.* ep. 7. Valeria divortium sine causa fecit. *Id.* 2. *Phil.* c. 28. Illam suam suas res sibi habere jussit, ex duodecim tabulis; claves ademit, forasque exegit, *&c.* cujus ex omni vita nihil est honestius, quam quod cum mima fecit divortium. ¶ *Servius ad Æn.* 3. v. 139. ex quorundam sententia tradit, ut Veneri conjugia, ita Cereri divortia faciendi potestatem dicatam: fortasse quia per conjugium Plutonis filiam Proserpinam amisit. ¶ Divortii faciendi formula erat: *res tuas tibi habeto*, vel *tuas res tibi agito*, ut refert *Caius Dig.* lib. 24. tit. 2. leg. 2. et *Cic.* 2. *Phil.* c. 28. cujus hæc vis est: dotem tuam, et mundum muliebrem tecum aufer: rem tuam familiarem tu tibi administra ac tuere, et discede. *Juvenal.* sat. 6. v. 145. Collige sarcinulas, dicet libertus, et exi. Translate *Plaut. Trin.* 2. 1. 31. Apage sis, amor: tuas res tibi habe. Sunt qui priorem illam formulam ita legunt: *res tuas tibi: abeo.* quod placere quidem certe non potest.

DIURETĬCUS, a, um, *diuretic*, qui per urinam facile transit, ut Vina diuretica, apud *Pallad. in Octobr.* tit. 14. *a princ.* a διουρητικὸς, urinam ciendi vim habens. Sic Diuretica medicamenta, *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 4. sect. 117.

[* DIURNARĬUS, ii, m. ἡμερολόγος, qui diurna efficit seu perscribit. *Cod. Theodos.* l. 8. tit. 4. leg. 8. Subscribendarii vero, tabularii, diurnarii post emensum munus curiis aggregentur.]

DIURNO, as, n. 1. *Claud. Quadrigar.* apud *Non.* c. 2. n. 243. et *Gell.* l. 17. c. 2. Deteriores sunt incolumiores; neque dii optimum quemquam inter nos sinunt diurnare. *Gell. ibid.* Inusitate dixit diurnare pro diu vivere.

DIURNUS, a, um, *of or pertaining to the day, diurnal, daily*, ἡμερινὸς, ad diem pertinens: a *die*, vel *diu*, sicut *nocturnus* a *noctu*. *Cic. de Senect. c. ult.* An censes, me tantos labores diurnos nocturnosque suscepturum fuisse? *Id.* 3. *Offic.* c. 21. Diurni et nocturni metus. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 11. Nocturno certare mero, putere diurno. *Sueton. in Ner.* c. 36. *extr.* Diurnum victum quærere. *Plaut. Men.* 1. 2. 62. Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus. *h. e.* usque ad exortum Luciferi, qui et ante auroram in cælo apparet, et multo die durat. *Prudent. in Apoth.* v. 697. nox diurna. *h. e.* tenebræ medio die exorientes, quales fuerunt in morte Christi. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 3. Diurna actorum scriptura. *a diurnal, day-book, diary, journal, book or register in which are noted down the occurrences of the day*, ephemeris, liber, in quo omnium dierum acta perscribuntur; qui et *diurna, orum*, absolute dicitur, subaudiendo acta, et *diurnum*, i: sive de publicis, sive de privatis ac domesticis rebus sermo sit. *Id. Ann.* 16. c. 22. Diurna populi R. per provincias curatius leguntur. *Juvenal.* sat. 6. v. 482. longi relegit transacta diurni. *Sueton. in Claud.* c. 41. *extr.* Exstat talis scriptura in plerisque libris, ac diurnis, titulisque operum. ¶ Si de publicis sermo sit, differunt ab annalibus, quod in his res illustres, diurnis vero leviores scriptis mandantur, ut idem *Tacit. Ann.* 13. c. 21. docet. ¶ Est etiam *diurnus*, qui diem tantummodo durat. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 35. Terrigenas populos civili marte peremptos Implesse ætatis fata diurna suæ. ¶ Hinc *diurnum* dicitur victus unius diei, quod demensum servis datur, diarium. *the allowance, or provision, given daily to slaves. Senec.* ep. 80. *a med.* Diurnum accipit, in centunculo dormit. ¶ Pro diuturnus, quasi omnibus diebus factus. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 30. *extr.* Cogitatio igitur diurna, nihil esse in re mali, dolori medetur, non ipsa diuturnitas. *et paulo sup.* Hanc vim non esse in die positam, sed in cogitatione diurna. Ita in quibusdam MSS. Alii leg. *diuturna.*

DIUS, a, um, *divine*, Θεῖος, divinus: a deo ortus, ut *Fest.* docet, a Διὸς, *Jovis*, unde Δίιος, et δῖος, (Unde Dius Fidius est Jovis filius, apud *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 10.) vel ab allato δεῖος. Interjecto digammate Æolico, factum est *divus*, quod frequentioris est usus. *Varr.* l. 6. *L. L.* cap. 3. Casmillus nominatur in Samothraces mysteriis dius quidam administer diis magnis. ¶ *Dea dia* in Inscript. apud *Gruter.* p. 121. est Ops, magna deum mater. *Guther. de jure Man.* l. 1. c. 4. ¶ Etiam Juno *dea dia* vocatur in alia Inscript. fratr. Arval. apud *Philipp. a Turre de monum. Ant.* p. 389. [Male sibi cohæret *Forcellinus*, nam in V. *Dea* dixerat, *Deam Diam* esse Cererem, quod certissimum esse probat *Marinius Fratr. Arval.* pag. 10. et 368. sed hic deceptus a *Guthero* et *Sponio*, qui eam Opim, et a *Philippo a Turre*, qui Junonem esse putabat, contrariam et falsam amplexus est sententiam.] ¶ Quibusdam videtur olim *dius* dictus esse pro deus (unde *dii* in plurali numero) præsertim si Jovem intelligas. Quare leg. apud *Varron.* l. 5. *de L. L.* c. 2. Toto cælo mundus conjunctus dio. *et mox.* Id ab hoc dio dies appellatur. Al. *deo* utrobique substituunt. ¶ *Dium fulgur*, inquit *Fest.* appellabant diurnum, quod putabant Jovis, ut nocturnum Summani: quia diei Jupiter, Summanus tenebrarum et noctis pater est. Ex quo non illud infertur, *dium* significare diurnum, sed a Jove ortum, qui diurni temporis est præses. ¶ *Dium profundum*, h. e. sacrum mare, quidam leg. apud *Ovid. Metam.* 4. v. 536. ¶ Ponitur et pro diis simillimo, excellenti, eximio, ut *divinus. godlike, noble, excellent. Virg.* 11. *Æn.* v. 657. dia Camilla. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 32. sententia dia Catonis. *Pers.* sat. 1. v. 31. Dia poemata. *Lucret.* l. 2. v. 172. Dia voluptas. et l. 5. v. 942. Pabula dia. et vers. 1386. Otia dia. et l. 1. v. 22. in dias luminis auras. ¶ Pro cælesti. *Prudent. Cathemer. ult.* v. 89. Regnum, quod ambit omnia, Dia, et marina, et terrea. ¶ Si *Nonio* credimus c. 2. n. 248. dixit *Varr.* motibus diis veget. *h. e.* diutinis et jugibus vegetat: quasi *dius* adjectivum Latinum sit a *diu*. Sed locus *Varronis* dubius valde est, et varie agitatus.

DIUSCŬLE, diutule, diminutiv. *Augustin. de Trinit.* l. 11. c. 2. Cum diuscule attenderimus.

DIUTĪNE, *a long time, a great while*, diu. *Plaut. Rud.* 4. 7. 15. Diutine uti bene licet partum bene.

DIUTĪNO, diutine. *Apul. in Apolog.* In faciundis imaginibus opera diutino sumitur. Al. leg. *diutina.*

DIUTĪNUS, a, um, *long, durable, lasting, continual*, πολυχρόνιος, qui diu durat, diuturnus. *Cic. Fam.* 11. ep. 8. Odio diutinæ servitutis. *Plaut. Mil.* 2. 6. 22. Suppliciam virgarum longum, diutinumque a mane ad vesperum. *long continued. Liv.* l. 25. c. 1. Inculti diutino bello agri. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 50. *extr.* Diutina lætatio. Adde *Nepot. in Timoth.* c. 2. ¶ Pænultima certe est brevis, ut patet ex *Terent. Phorm.* 5. 8. 23.

DIUTĬOR *of longer duration*, longiore durans tempo-

re, diuturnior. *Liv.* l. 38. c. 40. Terror diutior alter, sed segnior. Al. leg. *diutinus.*

DIUTIUS, et Diutissime V. in *Diu.*

DIUTULE, aliquamdiu diminut. a *diu.* *Gell.* l. 5. c. 10. Cum diutule auditor Protagoræ fuisset. et lib. 11. c. 16. Cum diutule tacitus in cogitando fuissem. Adde *Macrob.* 7. *Saturn.* c. 11. et 13. *a med.*

DIUTURNE, *a long time, long*, diu. *Cic.* 6. *Fam.* ep. 10. *ad fin.* Spondeo, tibi istam acerbitatem et injuriam non diuturne fore. Al. leg. *diuturnam.* *Sidon.* l. 2. *ep. ult.* Suspicor diuturnius te moraturum.

DIUTURNITAS, atis, f. *length of time, long continuance, long duration, lastingness, diuturnity*, χρονιότης, longitudo temporis. *Cic.* 2. *Offic.* c. 7. Malus custos diuturnitatis metus. *Id.* 2. *de Leg.* c. 10. Animi labes diuturnitate non vanescit. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 2. Opinio confirmatur diuturnitate temporis. *Id.* 1. *de Orat.* c. 28. Nihil est tam ad diuturnitatem memoriæ stabile, quam, &c. *so likely to be remembered lastingly.* *Id. ibid.* c. 4. Diuturnitas pacis. *Nepos in Timol.* c. 3. belli. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 4. pugnæ. *Plin.* l. 18. c. 30. frumenti. *Id.* l. 13. c. 2. odorum. *Colum.* l. 3. c. 2. Confert ad diuturnitatem stirpis. ¶ In plur. numero *Arnob.* l. 6. p. 202. Salutares moras signorum diuturnitatibus commodare.

DIUTURNUS, a, um, *of long duration or continuance, long, lasting, continual*, πολυχρόνιος, qui diu durat. *Cic. de Senect.* c. 8. Quasi diuturnam sitim explere cupiens. et c. 19. Mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur, in quo est aliquid extremum. *Id.* 2. *Phil.* c. 44. Dum istis consiliis uteris, non potes esse diuturnus. *Id. pro Sull.* c. 27. Magni et diuturni morbi. *Id. de provinc. Consul.* c. 3. Diuturna pax. *Id. Fam.* 6. ep. 13. Diuturniores molestiæ. *Oros. in fin.* l. 5. Bellum Mithridaticum longe omnium diuturnissimum. ¶ De eo, qui diu vivit. *long-lived.* *Albinov.* eleg. 1. v. 104. Accusatque annos, ut diuturna, suos. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 219. sitque precor nostris diuturnior annis Filia. *Varr.* 2. *R. R.* c. 7. Alternis qui admittunt, diuturniores equos fieri dicunt.

DIVULGATIO, onis, f. *a publishing abroad*, actus divulgandi. *Tertull. de testimon. anim.* c. 5. Numquid credendum est, ante litteraturam, et divulgationem ejus mutos homines vixisse?

DIVULGATUS, a, um, *open to all, common, easily gained*, vulgo expositus, in vulgus prolatus, is cujus copia omnibus facta est. *Cic. post. redit. in Sen.* c. 5. Primum tempus ætatis palam ad omnium libidines divulgatum. *abandoned, given up to.* *Id.* l. 10. *Fam.* ep. 26. Magistratus levissimi et divulgatissimi præpropera festinatio. ¶ Item notus vulgo factus, disseminatus, diffusus. *published or spread abroad, divulged.* *Lucret.* l. 6. v. 7. *de Epicuro.* Cujus et exstincti, propter divina reperta, Divolgata vetus jam ad cælum gloria fertur. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 11. Ne divulgata atque incredibilia, avide accepta, veris antehabeant. *Id.* 12. *Ann.* c. 49. Fama divulgatus.

DIVULGO, as, avi, atum, a. 1. *to make public, make common to all, publish, divulge*, ἐκφέρω, διαφημίζω, in vulgus edo, commune omnibus facio, vulgo notum facio. *Cic.* 12. *Attic.* ep. 40. Volo eum librum divulgari. *Plin.* lib. 17. cap. 9. Fimum Augeas rex in Græcia excogitasse traditur, divulgasse vero Hercules in Italia. *Cic.* 2. *Phil.* c. 4. Quam multa joca solent esse in epistolis, quam multa seria, neque tamen ullo modo divulganda? *Id. pro Font.* c. 5. Rem sermonibus divulgare. *Sueton. in Claud.* c. 39. Identidem divulgavit, neminem unquam, &c. *Justin.* l. 12. c. 5. Divulgatur opinio in Macedoniam.

DIVULSIO, onis, f. *a taking or pulling off*, actus divellendi. *Hieron.* ep. 47. *ad matr. et fil.* Quod desperem in istiusmodi copula divulsionem.

DIVULSUS, a, um, *pulled or torn off, pulled asunder, torn or rent in pieces*, avulsus, distractus, discerptus, διασπασθείς. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 9. v. 27. divellit, divulsaque membra per agros Spargit. *Id.* 8. *Metam.* v. 138. divulsaque remis Unda sonat. *Plin.* l. 21. c. 11. Si œnanthe divulsa crebro prohibeatur in semen abire. *Id.* l. 29. c. 4. *ad fin.* Lacerta divulsa, mus divulsus. ¶ Translate *Cic. de Harusp. resp. c. ult.* Auctoritas principum cecidit, consensus ordinum est divulsus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 42. Adhibita est ars, quæ rem dissolutam divulsamque conglutinaret. et l. 3. c. 6. Qui hæc facilius divulsa et quasi discerpta contrectant. *Horat.* l. 1. od. 13. *in fin.* Amor querimoniis divulsus. *h. e.* dissociatus, disjunctus. ¶ Olim et *divolsus* dictum est.

DIVUM, V. *Divus.*

DIVUS, i, *a God, deity*, et Diva, æ, *a goddess*, Θεὸς, Θεὰ, idem quod deus, dea, a *dius*, Æolico digammate inserto. *Liv.* l. 7. c. 26. Si divus, si diva esset, qui sibi præpetem misisset, volens propitius adesset. *Id.* l. 25. cap. 12. *a med. in vet. carm.* Nam is divus exstinguet perduelles vestros. *Horat.* l. 1. od. 3. v. 1. Diva potens Cypri. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 2. Præsentiam sæpe suam divi declarant. *Virg. Ecl.* 1. v. 42. præsentes cognoscere divos. *Id.* 10. *Æn.* v. 2. Divum pater atque hominum rex. pro *divorum*: quod sæpe apud *Virgil.* qui non semel et *divom* dixit eodem casu, Græca positione. Quin et *divos* in recto singulari pro *divus*, eadem positione legitur in nummo C. Cæsaris, et quibusdam marmoribus: quod non est mirum, cum Græca vox sit origine, Latina usu tantum. ¶ Inter *Divos* et *Deos* discrimen facit *Varro* apud *Serv.* ad 5. *Æn.* v. 45. dicens *divos* esse perpetuos, *deos* ex hominibus factos. Quod confirmare videtur *Virg.* 12. *Æn.* v. 138. Turni sic est affata sororem, Diva deam. Ubi *diva* est Juno, *dea* Juturna in Deas relata. Contra tamen *Servius ad utrumque Virg. loc.* deos perpetuos, divos ex hominibus consecratos. Revera idem omnino utraque vox significat, excepto quod *deus* frequentioris est usus Latini, quam *divus.* ¶ *Divi* appellati sunt præcipue Imperatores Romani, post mortem in deos relati: cujus rei passim suppetunt exempla, præsertim in eorum nummis. ¶ *Divi fratres*, qui sæpissime in libris JCtorum appellantur, sunt M. Ælius Antoninus Philosophus, et L. Ælius Commodus Verus, aliis L. Annius Antoninus Verus, qui simul per annos undecim, primique omnium rei Romanæ ambo præfuerunt, cum usque ad ea tempora singuli tantum Imperatores fuissent. Fratres autem dicti sunt non sanguine, sed adoptione. V. *Spartian. in Ælio Vero*, c. 5. *Eutrop.* l. 8. c. 9. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 16. ¶ Aliis etiam nominibus in Digestorum libris appellantur. *D. Marcus et Lucius Impp. Antoninus et Verus, et Fratres Impp. et Divi Marcus et Commodus*, &c. ¶ Quoties legitur *D. Cæsar, D. Claudius, divus pater.* &c. τὸ *divus* non est adjectivum, sed substantivum, ut si dicas *deus Cæsar, deus pater*, &c. Nihilominus adjective quoque adhibetur, eadem vi ac divinus. *divine, holy, sacred.* *Nævius* apud *Non.* c. 3. n. 45. Res divas edicit, prædicit castus. *Prudent. in Psychom.* v. 76. Diva caro. *Alcim. Avit.* l. 5. v. 64. divæ vocis Anubis.

DO

DO, pro domum, per apocopen, dixit *Enn.* apud *Diomed.* l. 2. p. 436. *Putsch.* et *Auson. in fin. Monosyllab.* endo suam do. Græcos imitati, qui similiter δῶ pro δῶμα, et pro δώματα dixere. *V. Cal.*

Do, das, dedi, datum, a. 1. *to give, bestow, grant*, δίδωμι, tribuo, trado, defero, præbeo: a δόω, quod idem significat. Est prope infiniti usus. *Cato R. R.* c. 157. *a med.* Dato, edat, si poterit, sine pane. *et mox.* Dato, vinum atrum bibat. *Senec. in Herc. Fur.* v. 1229. huc ensem date: Date huc sagittas: stipitem huc vastum date. *give me here.* *Cic.* 7. *Verr.* c. 32. Dare alicui prætoris potestatem, honorem, auctoritatem. *Vetus Poeta* apud *eund.* 3. *de nat. Deor.* c. 26. Iram omnem recludam, atque illi perniciem dabo. *Id. pro Planc. c. ult.* Nolite dare lætitiam gloriantibus, vos jam oblitos mei. *Id.* 1. *de Orat.* c. 26. Multitudo litium dat locum vel vitiosissimis oratoribus. *Id.* 3. *Catil.* c. 5. *et Attic.* l. 11. *ep. ult.* Dare alicui litteras ad quempiam. *h. e.* alicui tradere, alteri perferendas. Sic *Cn. Magnus ad Domit. post* epist. 12. l. 8. *ad Attic.* Dare mandata alicui ad aliquem. *Terent. Phorm.* 4. 3. 28. Quid vis tibi dari in manum, ut, &c? (Ubi *Donat.* Datur ei in manum, qui furtim accipit sine arbitro, aut interprete, ut prævaricator, aut judex corruptus. *to slip into his hand.*) *Cic.* 3. *de Orat.* c. 15. Dare quempiam alicui comitem ad bellum. *Id.* 2. *Phil.* c. 7. Dare corpus ad sepulturam. *to allow burial to* &c. *Id.* 13. *Attic.* ep. 50. Ad me scripsit, ut juberem mancipio dari servo suo, pro mea parte, Hetereio cuidam fundum Brinnianum. *Plaut. Capt.* 2. 3. 89. Dare alicui viaticum a trapezita. *h. e.* a trapezita sumptum. *Id. Men.* 3. 3. 21. Da sodes abs te. *pay it as coming from yourself.* *Cic. ad Anton. post.* ep. 13. l. 14. *ad Attic.* Puero quoque hoc a me dabis. *on my behalf, in my name.* *Id. Catil.* 4. c. 5. Dare aliquem in custodiam. *to imprison, incarcerate.* *Id. pro Cluent.* c. 64. *extr.* Dare alicui servum ad supplicium. *Id.* 5. *Verr.* c. 41. Dare quempiam ad injurias alterius. *to expose, or submit him.* *Id.* 13. *Attic.* ep. 23. *ad fin.* Dare servos in quæstionem. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 22. Qui nunc? dolet ne? hem! sic datur, si quis herum servus spernit. *h. e.* sic agitur, sic feritur. ¶ Cum altero dativo *Plin.* l. 14. cap. 16. Dare uvam cibo gallinaceo generi. *Cels.* l. 2. c. 13. Dare potui medicamentum. *Plin.* l. 27. *cap. ult.* etiam *dare potu* dixit. ¶ *Dare se* est offerre, exhibere: item animum intendere. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 594. Det mihi se: faxo, triplici quid cuspide possim, Sentiat. *let him present himself before me.* *Cic. Verr.* 7. cap. 33. Dare se alicui in conspectum. *to appear.* et 5. *Verr.* c. 19. Dare se populo ad coronam. *Id. in Pison.* c. 28. Dare se in consuetudinem alicujus. *Id. Verr.* 6. c. 43. *ad fin.* Dare se in fugam. *to run away, flee:* *Id. Attic.* 7. ep. 23. *a med.* Dare se fugæ. *Id.* 14. *Fam.* ep. 12. in viam. *to set out on a journey.* *Id. in Bruto*, c. 89. Scævola nemini se ad docendum dabat. *did not submit to be instructed by any one.* *Id. in Divin. Verr.* c. 2. ad defendendos homines. *Id.* 13. *Fam.* ep. 1. ad lenitatem. *to incline to mercy.* *Id.* 3. *de Orat.* c. 16. Socrates quam se cumque in partem daret, omnium fuit facile princeps. *to whatever subject he applied himself.* *Id.* 1. *Offic.* c. 34. Dare se jucunditati. *Id.* 4. *Tuscul. c. ult.* ægritudini. *Id.* 1. *Offic.* c. 21. doctrinæ. &c. ¶ Dare se alicui, *to put himself in the power of, place himself under the protection of, submit to.* *Cic. Attic.* l. 7. ep. 11. An iis me dem, qui tenent, qui potiuntur? *Id.* 2. *Fam.* ep. 8. Da te homini, complectetur mihi crede. ¶ Item *to be familiar with.* *Terent. Eun.* 3. 3. 9. Ipsa accumbere mecum; mihi se se dare; sermonem quærere. ¶ *Res se dat*, se offert, præbet, occurrit. *Terent. Hecyr.* 5. 3. 20. Omnibus nobis ut res dant se se, ita magni atque humiles sumus. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 23. *extr.* Tu ad me velim proximis litteris, ut se initia dederint, perscribas. ¶ *Dii se dant*, h. e. propitios præbent. *Sil.* l. 3. v. 150. Dent modo se Superi, Thybris tibi serviet omnis. ¶ Cum duobus dativis est etiam adscribere, imputare. *to ascribe, impute, allege.* *Cic. Offic.* 1. c. 21. Iis non modo non laudi, sed etiam vitio dandum puto. *Id. in Divin. Verr.* c. 10. Id ne alteri crimini dabis, quod tu ipse fecisti? ¶ In disputationibus est concedere, admittere, *to allow, grant, concede.* *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 32. Eo concesso, id certe non dant, ut &c. *Id.* 4. *Acad.* c. 16. Quis enim tibi dederit, aut deum omnia posse, aut, &c? *Id.* 5. *de Fin.* c. 28. Dato hoc, dandum erit illud. *Id.* 5. *Verr.* c. 94. Do vobis, et concedo, esse multos, &c. ¶ In ludo pilæ, calculorum et similium *dare* est ejus, qui aut pilam jacit, aut calculum promovet. *Ovid.* 2. *de ar. aman.* v. 204. et V. *Datus.* ¶ In re obscena est copiam sui facere. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 4. v. 64. *Martial.* l. 4. epigr. 71. ¶ *Dare pœnas* est luere, *to suffer punishment* (*where punishment is understood* as a fine paid.) *Cic. Attic.* l. 9. ep. 10. Do pœnas temeritatis meæ. ¶ *Dare* absolute pro dare sententiam. *Sueton. in Claud.* c. 15. Absentibus secundum præsentes facillime dabat. *Plin.* l. 7. ep. 6. Finem cognitioni quæstio imposuit, quæ secundum reos dedit. Adde *Tacit.* 4. *Ann.* c. 43. et *Senec. in proœm.* l. 3. *controv.* ¶ Et pro dare litteras. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 8. *sub fin.* Et ego fortasse discedens ad te aliquid dabo. ¶ *Do, dico, addico* tria solemnia Prætoris verba, V. in *Addico.* ¶ Significat interdum conjicere, impellere, *to force, drive, throw.* *Sueton. in Aug.* c. 96. Aquila duos corvos afflixit, et ad terram dedit. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 49. Celeriter hostes dat in fugam. *Terent. Andr.* 1. 3. 9. Præcipitem me in pistrinum dabit. *Id. Heaut.* 4. 6. 3. Hæc deambulatio me ad languorem dedit. *hath reduced.* *Phædr.* l. 1. fab. 22. v. 9. Dare aliquem leto. *to kill, slay.* Novum est illud *Valer. Flacci* l. 2. de Neptuno Typhœum comis trahente, vers. 27. implicuitque vadis, torquentemque anguibus undas Sicanium dedit usque fretum. *h. e.* traxit, impulit usque in fretum Sicanium. ¶ Item facere, edere, *to make, do, cause.* Sic enim exponit *Serv.* illud *Virg.* 2. *Æn.* v. 482. ingentem lato dedit ore fenestram. Sic vers. 310. dedit ampla ruinam, Vulcano superante, domus. et 3. *Georg.* v. 247. Ursi dant stragem. et 12. *Æn.* v. 575. animis pariter certantibus omnes Dant cuneum, densaque ad muros mole feruntur. *form.* *Liv.* l. 4. c. 28. Fabius cum equitatu impetum dederat. ¶ Item dicere, narrare, *to tell, set forth, relate, show.* *Terent. Heaut. prol.* v. 10. Quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. *Cic.* 1. *Acad.* c. 3. Sed da mihi nunc, satis ne probas? *Virg. Ecl.* 1. v. 19. iste deus qui sit, da, Tityre, nobis. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 434. pius Æneas eripuisse datur. *Stat.* 7. *Theb.* v. 315. Asopos genuisse datur. Adde *Claudian.* l. 3. *de rapt. Pros.* v. 337. ¶ Item obsequi, gratificari, *to flatter, soothe, gratify.* *Sulpic. ad Cic.* 4. *Fam.* ep. 5. *sub fin.* Da hoc illi mortuæ, da amicis, da patriæ. *Trebon. ad Cic.* 12. *Fam.* ep. 16. Noli putare, me hoc auribus tuis dare. ¶ Item sinere, permittere, *to allow, permit.* *Plin.* l. 1. ep. 10. et *in Paneg.* c. 29. Quantum mihi cernere datur. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 32. Est quadam prodire tenus, si non datur ultra. *Plin alter* l. 10. c. 63. Neque datur intervenire sine pernicie. ¶ Item afferre, *to bring on, occasion.* *Cic. Parad.* 4. *circa med.* Reditum mihi gloriosum injuria tua dedit, non exitum calamitosum. *Id. Attic.* 7. ep. 13. Dare alicui dolorem. ¶ Item offerre, translate, *Liv.* l. 3. c. 69. *sub fin.* Insequens dies hostem in conspectum dedit. ¶ Item reperire, aut ostendere. *Cic. Verr.* 5. c. 77. *ad fin.* Unum, inquam, da mihi ex istis aratoribus, qui dicat, &c. *give me, show me, point out to me.* ¶ Ponitur et pro reddere. *to render.* *Terent. Heaut* 5. 1. 78. Si vivo, adeo exornatum dabo, adeo depexum ut dum vivat, meminerit semper mei. *Plaut. Trin.* 4. 2. 3. Cum juratori recte rationem dedi. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 9. Si quis pro se sive altero dare rationem volet. ¶ Et pro attribuere. *Quintil.* l. 6. c. 1. *circa med.* Cicero quamquam preces non dat Miloni, tamen, &c. *h. e.* non inducit precantem. *Id.* l. 12. c. 10. Dare vocem carentibus. ¶ Et pro mittere, vel tollere. *Plin.* l. 11. c. 20. Apes spatiatæ in aperto, et in altum datæ, gyris volatu editis, &c. ¶ Et pro vertere. *Quintil.* l. 2. c. 13. Terga etiam dedisse simulata fuga proderit. ¶ Et pro edere. *Lucret.* l. 6. v. 10[illegible] Carbasus Dat crepitum malos inter jactata trabesque. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 583. lingua tales icto dedit aere voces. ¶ Cum infinito fere poeticum est, et a Græca consuetudine. *Virg.* 5. *Æn.* v. 248. argenti magnum dat ferre talentum. et *Æn.* 9. v. 362. suo moriens dat habere nepoti. pro *ferenda*, et *habenda.* et *Æn.* 1. v. 323. dederatque comam diffundere ventis. *Sil.* l. 4. v. 347. dederatque lacus transmittere nando. *Stat.* 4. *Theb.* v. 178. Huic parere dati. *h. e.* hujus imperio subjecti. et l. 1. v. 177. semper ne vicissim Exsulibus servire dabor? ¶ *Dare, donare,*

care formula est, quæ adscribi solebat in monumentis votivis rei alicujus dicatæ et donatæ, per tres D. D. D. vel per duos. [Non ego subscribam *Forcellino*, sed potius Cl. *Morcello* neganti tres D. D. D. legi hoc sensu in antiquis, sed tantum significari *Datum Decreto Decurionum*, vel simpliciter *Decreto Decurionum*. *Morcellus* rem sola asseveratione confectam putat; mihi non una suppetit probabilis ratio, quæ huic sententiæ exploratior fides accedat. Fatendum tamen est, quandoque, ut probat doctiss. *Marinius Fratr. Arval.* pag. 556. tres D. D. D. significare etiam *Donum Dederunt*.] Integra autem legitur apud *Cicer.* 6. *Verr.* c. 29. *extr.* ubi additur quarta vox *consecrare*. ¶ *Dare, facere*, in stipulationibus. *Cic.* 3. *Offic.* c. 16. Arbitrum illum adegit, quidquid sibi dare, facere oporteret ex fide bona. *Paul. Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 71. Ea, quæ supra scripta sunt, ea ita dari, fieri, &c. ¶ *Duim, is, it, int*, pro dem, vel dederim, est antiquum, et comicum: legiturque apud *Plaut.* sæpe, et *Terent.* itemque apud *Liv.* l. 10. c. 19. in veteri formula votiva. Sic *duitor* pro *dator* imperat. passiv. apud *Plin.* l. 21. c. 3. ex leg. XII. *Tab.* ut quidem legit *Harduin.* Cum *do* sit a Græco δόω, ut dictum est, prisci Latini fortasse dixerunt *duo*, ex quo *duim* remansit. Quin et ipsum *duo* quidam leg. apud *Plaut. Aulul.* 4. 4. 8. ¶ *Dano* quoque, *is*, pro *do* Prisci dixere, prima correpta: unde *danunt*, pro *dant*, habent *Pacuv. Næv. Cæcil.* apud *Non.* c. 2. n. 220. et aliquoties *Plautus*: apud quem *Trucul.* 2. 4. 22. quidam leg. etiam *dane?* pro *das ne?* et *Cas.* 2. 6. 22. *danam* pro *dabo*. ¶ *Dasi* pro *dari*, teste *Festo*, ea ratione dictum fuit, qua *Papisii, Fusii*, pro *Papirii, Furii*. V. *Cicer.* 9. *Fam.* ep. 21. ¶ *Dor* prima persona passivi, nullum habet, quod sciam, exemplum. Vidisse se, raro tamen, scribit *Diomed.* l. 1. pag. 375. *Putsch.* ¶ *Datu iri* pro *datum iri*, V. in fine verbi *Præsto, as.*

DOCĔO, es, cui, ctum, a. 2. *to show, point out, inform, tell, declare, apprise, advertise, acquaint*, διδάσκω, ostendo, monstro, cognitionem alicujus rei trado. Videtur esse a δοκέω, mutata tamen significatione. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 2. Nihil arbitror fore, quod reprehendas: si qua erunt, doce me, quo modo ea effugere possim. *Id.* 3. *Fam.* ep. 6. *a med.* Ne litteras quidem ullas accepi, quæ me docerent, quid ageres. *Id. pro Planc.* c. 18. Hæc doce, hæc profer, huc incumbe, decuriasse Plancium, conscripsisse, &c. *Id. pro Quint.* c. 19. Docui, quod primum pollicitus sum, causam, cur postularet, non fuisse. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 29. Quantasvis magnas copias sustineri posse, munitis hibernis, docebant. et l. 7. c. 10. Præmittit ad Boios, qui de suo adventu doceant. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 21. Silii causam te docui. *Id.* 2. *de Orat.* c. 17. Cum docendus est judex, aut dedocendus. *Id.* 6. *Verr.* c. 51. Docere judices de injuriis alicujus. *Id. Fam.* 5. ep. 3. Docere, et commonefacere aliquem de aliqua re. *Id.* 1. *Offic.* c. 28. *extr.* Docere, et explanare quid faciendum sit. ¶ Sæpe ad institutionem refertur, et significat erudire, instituere, *to teach, instruct. Cic.* l. 1. *Offic.* c. 44. Studiosos dicendi erudire atque docere. *Id.* 2. *de Divin.* c. 2. Docere atque erudire juventutem. *Id. de Senect.* c. 9. Adolescentulos docere, instituere, ad omne officii munus instruere. *Id.* 2. *Phil.* c. 4. Invideo magistro tuo, qui te tanta mercede nihil sapere docuit. *Id. Agrar.* 3. c. 2. Ut doceam Rullum tacere. *Id.* 2. *de Fin.* c. 5. Græce loqui docendus sum. *Id.* 9. *Fam.* ep. 22. Docere aliquem fidibus. *Liv.* l. 29. c. 1. Docere aliquem equo armisque. Al. leg. *equo tradito. Nepos in præfat.* Docere aliquem musicam. *Cic. in Pison.* c. 30. aliquem litteras. *Plin.* l. 16. c. 36. *a med.* aliquem canere. *Colum.* l. 6. c. 2. Docere boves composite ambulare. *Virg.* 3. *Georg.* v. 116. atque equitem docuere sub armis Insultare solo, et gressus glomerare superbos. ¶ Translate *Virg.* 5. *Æn.* v. 523. docuit post exitus ingens. *Cels.* l. 2. c. 7. Ubi pluribus diebus non descendit alvus, docet febriculam instare. *Plin.* l. 2. c. 104. Experimenta docent. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 1. v. 17. Epistola, cui sit missa, docet. *Terent. Heaut.* 4. 1. 35. Male docet te mea facilitas multa. ¶ *Docere* absolute, *to keep a school, teach. Cic.* 2. *Q. Fr.* ep. 4. Tyrannio docet apud me. (Adde in *Orat.* c. 42.) *Sueton. de Grammat.* c. 23. Postea manumissus docuit Romæ. ¶ *Docere fabulam*, διδάσκειν δρᾶμα dicuntur Poetæ fabularum auctores, sicuti *discere* histriones earum actores. *to publish or exhibit a play.* Hinc *Plaut. Pœn.* 3. 2. 3. Fac modo, ut condocta tibi sint dicta ad hanc fallaciam. *Co.* Quin edepol condoctior sum, quam tragœdi, aut comici. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 29. Cum Orestem fabulam doceret Euripides, primos tres versus revocasse dicitur Socrates. Adde *Horat. in ar. Poet.* v. 288. et *Gell.* l. 17. *c. ult. ad fin.* Hac ratione dixit *Horat.* l. 2. od. 19. Bacchum in remotis carmina rupibus Vidi docentem, Nymphasque discentes, &c. ¶ Simpliciter pro dicere, *to say. Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 147. At non sunt similes, neque dant: quid si dare vellent? Acciperes ne? doce. ¶ Refertur Poetice ad res inanimas. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Proser.* v. 145. Insolitisque docet galeam mitescere sertis.

DOCHĬMUS, i, pedis genus in numeris oratoriis, qui constat ex iambo et cretico, ut *reipublicæ, perhorrescerent. Cic. in Orat.* c. 64 Dochimus autem e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, ut est hoc *Amicos tenes*, quovis loco aptus est, dum semel ponatur; iteratus, aut continuatus numerum apertum, et nimis insignem facit. [† ubi *Ernesti* scribi jubet *Dochmius*.] Adde *Quintil.* l. 9. c. 4. Græce est δόχμιος: et *dochmios* appellatur a *Diomed.* l. 3. pag. 479. *Putschii.*

DOCIBĬLIS, le, qui facile docetur. *Tertull. de Monogam.* c. 12. ¶ *Priscian.* l. 18. p. 1125. *Putsch.* Docilis est, qui facile docetur: docibilis, qui facile discit.

DOCĬLIS, le, *apt to learn or to be taught, quickly taught, docile*, εὐμαθής, qui facile docetur, vel discit. *Cic. Fam.* 7. ep. 20. O medicum suavem, meque docilem ad hanc disciplinam! *Quintil.* l. 4. c. 2. *ante med.* Judex docilior et intentior. *Plin.* l. 10. c. 42. Habebant luscinias Græco atque Latino sermone dociles. *Juvenal.* sat. 14. v. 40. dociles imitandis turpibus. ¶ Genitivo interdum jungitur, more Græco. *Horat.* l. 4. od. 6. *extr.* Docilis modorum. *Sil.* l. 3. v. 233. Fallendi docilis. *Id.* l. 16. v. 360. Equus docilis freni. ¶ Translate *Ovid.* 1. *Amor.* el. 14. v. 13. Capilli dociles, et centum flexibus apti. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 237. *de hasta.* docilis relegi, docilisque relinqui. *Plin.* l. 33. c. 5. Chrysocolla bibula et docilis. ¶ Infinito junxit etiam *Sil.* l. 13. v. 120. Cerva docilis accedere mensis. ¶ Pro facilis. *Silius* l. 4. v. 8. Adstruit auditis, docilis per inania rerum Pascere rumorem vulgi, pavor. ¶ Superlat. *docilissimus* agnoscitur a *Charis.* l. 2. p. 160. *Putsch.*

DOCILĬTAS, atis, f. *aptness to learn or to be taught, docility*, εὐμάθεια, apprehendendæ doctrinæ facilitas. *Cic. pro Sext.* c. 42. Ii perspecto genere humanæ docilitatis atque ingenii. *Sueton. in Tit.* c. 3. Docilitas ad omnes fere tum belli, tum pacis artes. ¶ Item lenitas, mansuetudo, mitis animus. *Eutrop.* l. 10. c. 7. Affectator justi amoris, quem omnino sibi et liberalitate et docilitate quæsivit.

DOCILĬTER, adverb. agnoscitur a *Diomed.* l. 1. p. 401. *Putsch.*

[* DOCĬMEN, inis, n. idem ac documen. *Terentian. de metr.* v. 1932. Livius ille vetus Graio cognomine suæ Inserit Inonis versu puto tale docimen.

* DOCIS, idis, f. a δοκίς trabs, genus quoddam phænomeni cælestis in trabis formam, *a meteor. Apul. de Mundo* pag. 51. *Elmenh.* Flammæ quædam ostensæ oculis nostris, quas Græci cometas, et docidas, et bothynos appellant. *Id. ibid.* p. 64. V. *Docus* apud *Forcellinum.*]

DOCĬSMUS, i, m. Legitur apud *Senec.* l. 2. *controv.* 11. *sub fin.* et exponitur a quibusdam ἐνέργεια, h. e. evidentia, illustratio, cum apto verbo rem penitus significamus, atque ob oculos ponimus. Verum quia unde sit ignoratur, ideo alii substituunt *idiotismus.*

DOCTE, adverb. *learnedly, skilfully*, ἐπισταμένως, erudite, scite. *Martial.* l. 7. epigr. 45. Mæonioque cupis doctius ore loqui. *Sallust. in Jug.* c. 100. Doctissime eruditus litteris Græcis atque Latinis. ¶ Item sapienter, prudenter, cate, callide. *Plaut. Epid.* 3. 3. 23. Docte et sapienter dicis. *Id. Mil.* 3. 1. 162. Ut docte et perspecte sapit! *Id. Stich.* 4. 1. 55. Docte versutus. *Id. Pseud.* 4. 1. 31. Docte meditari dolos. *Id. Pœn. prol.* v. 111. Docte atque astu. et 1. 1. 3. Sapienter, docte, et cordate, et cate facere aliquid. *Id. Bacch.* 4. 4. 43. Senem doctum docte fallere. ¶ Item bene, perite. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 32. pingimus atque Psallimus, et luctamur Achivis doctius unctis. *better.*

DOCTICĀNUS, a, um, adject. qui docte canit. *Martian. Capell.* l. 2. p. 30. Docticanis solers ludere sensibus.

DOCTIFĬCUS, a, um, doctos faciens. *Martian. Capell. initio* l. 6. Virgo armata, decens rerum sapientia, Pallas, Ingenium mundi, prudentia sacra Tonantis, Ardor doctificus, &c.

DOCTILŎQUUS, a, um, adject. qui docte loquitur, *speaking well. Enn.* apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 3. Oratores doctiloqui. *Martian. Capell.* l. 9. p. 306. Doctiloquum caris juvenem complexa lacertis. Adde *Sidon.* carm. 22. v. 82.

DOCTISŎNUS, a, um, adject. qui docte sonat. *Sidon.* carm. 15. v. 180. Doctisonæ artes.

DOCTIUSCŬLE, adverb. *Gell.* l. 6. c. 16. Cum esset verbum *deprecor* doctiuscule positum in Catulli carmine. *h. e.* aliquanto eruditius, quam ut a vulgo intelligatur.

DOCTOR, oris, m. *a teacher, instructor, master*, διδάσκαλος, qui docet, magister, præceptor. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 6. Græci dicendi artifices et doctores. et c. 19. De qua nihil rhetorici isti doctores in præceptis suis reliquissent. *Id.* 7. *Fam.* ep. 19. Libri juris civilis, quamquam plurimi sunt, doctorem tamen desiderant. ¶ Doctores fabularum sunt ipsi Poetæ, qui eas scribunt, ut in *Doceo* dictum est. *Donat. in proleg. ad Terent. dramatic poets.* ¶ Etiam lanistæ, qui gladiatores ad ludum instituunt, *doctores* appellantur. *teachers or trainers of gladiators, fencing-masters.* (Hos in militia, Armorum doctores *Veget. de re milit.* l. 1. c. 13. appellat. *drill-serjeants.*) *Valer. Max.* l. 2. c. 3. n. 2. Ex ludo Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum arcessitis, &c. Adde *Inscript.* apud *Fabrett.* c. 3. n. 434. et 613. et *Quintil.* declam. 302. ¶ Item qui athletas et aurigantes docent. *Inscript.* apud *eund. ibid.* n. 160. Aurelio Heraclidæ doctori factionis, &c. ¶ In vet. Inscript. apud *Reines.* class. 11. n. 123. legitur *doctor librarius*: et videtur significare eum, qui scribendi artem librarios docet: vel qui artem docet libros compingendi. Ipse tamen *Reines.* mallet legi *structor.*

DOCTRĪNA, æ, f. *the art of teaching, instruction, education*, διδασκαλία, eruditio, actus docendi. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 31. Institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili. et l. 1. c. 59. Jus civile summatim percipi sine doctrina potest. ¶ Hæc passive de institutione, qua docemur: active de ea, qua erudimus alios. *a way of teaching, theory. Id. pro Sext.* c. 56. Sed mihi sumpsi hoc loco doctrinam quandam juventuti, qui essent optimates. *Id.* 1. *de Orat.* c. 48. Illa non sunt aliqua mihi doctrina tradita, sed in rerum usu causisque tractata. ¶ Est etiam ipsa ars, scientia. *learning, science, erudition. Cic. Fam.* 6. ep. 12. *extr.* Est unum perfugium, doctrina ac litteræ, quibus semper usi sumus. *Id.* 4. *Fam.* ep. 3. *a med.* Te ab initio ætatis memoria teneo summe omnium doctrinarum studiosum fuisse. *arts, sciences. Id.* 5. *Verr.* c. 88. Homo disertissimus, et omni doctrina et virtute ornatissimus. *Id. in Orat.* c. 10. In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ. *Id.* 2. *de Legib.* c. 15. Malis studiis malisque doctrinis totas civitates evertere. ¶ Item munus ipsum docendi. *Cic.* 1. *Offic.* c. 42. *a med.* Quibus artibus non mediocris utilitas quæritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum, hæ sunt iis, quorum ordini conveniunt, honesta.

[* DOCTRINĀLIS, e, adject. ad doctrinam pertinens. *Isidor.* 2. *Origin.* c. 24. Doctrinalis philosophia.]

DOCTRIX, icis, f. quæ docet, *an instructress, directress, tutoress. Serv. in Virg. Æn.* 12. v. 159. Quidam etiam afferunt exemplum ex *Apul. de Philos. Mor.* sed alia optima exemplaria habent *ducatrix.*

DOCTUS, a, um, *taught, instructed, learned, skilled, well-versed, well-read*, πεπαιδευμένος, doctrina imbutus, eruditus, litteratus, intelligens. *Cic. in Bruto*, c. 46. Doctus et Græcis litteris et Latinis. *Id. pro Mil.* c. 4. Ad quam legem non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus. *Id. in Bruto*, c. 25. Doctus ex disciplina Stoicorum. *Ovid. Heroid. ep. ult.* v. 182. Doctus in carmine. *Id.* 2. *Trist.* v. 256. carmine ab omni Ad delinquendum doctior esse potest. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 6. Ea, quæ scriberit, neque ab indoctissimis, neque ab doctissimis legi velle. *Sueton. de clar. Grammat.* c. 7. Nec minus Græce, quam Latine doctus. ¶ Cum genitivo, et accus. et infinito, more Græcorum. *Gell.* l. 13. c. 12. Labeo legum atque morum populi R. jurisque civilis doctus apprime. (Addunt *Stat. Horat.* et *Plin.* sed in his dubia est lectio.) *Virg.* 10. *Æn.* v. 225. Doctissima fandi. *Stat.* 2. *Theb.* v. 692. doctus omina. *Gell.* l. 19. c. 9. Græci homines nostras quoque litteras docti. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 38. Proles docta versare glebas. *practised, tutored, inured, habituated.* et l. 1. od. 29. v. 9. Doctus sagittas tendere. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 300. Corpora docta tolerare imbres. *used, accustomed.* ¶ Sæpe dicitur de perito in Poesi, et in musicis. *Horat.* l. 3. od. 9. v. 10. Dulces docta modos. *Id.* l. 4. od. 13. v. 7. Docta psallere. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 4. v. 28. doctæ manus. *h. e.* in lyra pulsanda. *Claudian. in Consul. Mall. Theodos.* v. 273. docti riserunt floribus amnes. *h. e.* fontes Aganippes, unde qui potant, poetæ fiunt. ¶ Differunt *doctus*, et *eruditus*, si vim vocum spectes, in eo, quod *eruditus* est, qui simpliciter ruditatem exuit: *doctus* cui præterea accessit institutio et doctrina. Si vero usum, *eruditus* plus est, quam *doctus*, quod præter doctrinam in schola acquisitam, multarum sibi rerum cognitionem lectione et studio comparavit. Præterea *doctus* intelligi potest in gravioribus disciplinis, *eruditus* in litteratura: tametsi hæc perpetua non sunt. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 22. Græculus otiosus, et loquax, et fortasse doctus atque eruditus. *Id. de clar. Orat.* c. 30. Doctus vir, et Græcis litteris eruditus. ¶ Universim *doctus* dicitur in sua quisque arte peritus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 50. Quibus rebus nostri, usu docti, hæc reperiebant remedia, ut alio loco ignes facerent, alio excubarent. *taught by experience. Colum.* l. 2. c. 16. Patruus meus doctissimus et diligentissimus agricola. *Petron.* c. 84. Veteranus latro, et ipsis lenonibus doctior. Adde *Horatii*, et *Ovidii* loca supra allata. ¶ Aliquando est sapiens, prudens, callidus, catus. *Plaut. Pers.* 4. 3. 70. Te de aliis, quam alios de te suavius est fieri doctos. *Terent. Eun.* 4. 7. 21. Nunquam accedo ad te quin abs te abeam doctior. *without being the wiser for it. Plaut. Pseud.* 2. 4. 35. Malus, callidus, doctus. *subtile, cunning. Id. ibid.* 2. 3. 12. Centum doctum hominum consilia. pro *doctorum.* ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 210. Verba ferens doctis insidiosa notis. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 5. v. 52. Docta vox. *h. e.* facundia. *Plaut. Mil.* 2. 93. Doctus dolus. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 131 Docta prece blandus. *Martial.* l. 7. epigr. 28. Docti libelli. *Tibull.* l. 2. el. 3. v. 20. ausæ rumpere mugitu carmina docta boves. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 60. Brachia docta movent. *h. e.* perita texendi. Sic *Claudian. in Consul. Prob. et Olybr.* v. 177. et pollice docto Iam parat auratas trabeas. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 7. v. 24. docta manus in capillis comendis. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 122. Docta bipennis. *Propert.* l. 2. el. 15. v. 12. falx.

DOCŬMEN, inis, n. *a document, warning, lesson,*

idem quod documentum. *Lucret.* l. 6. v. 391. Documen mortalibus acre.

DOCUMENTUM, ti, n. *a document, example, pattern, lesson, warning,* δεῖγμα, id quo docemur, admonitio, exemplum. *Cic. pro Rabir. Post* c. 10. Ille P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis, prudentiæ. *Id. pro Mil.* c. 8. *extr.* Dederas enim, quam contemneres populares insanias, jam ab adolescentia documenta maxima. *Id. Phil.* 11. c. 2. Ex quo documentum nos capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum. *Id. ad Brut.* ep. 15. *ad fin.* Statuere documentum, ne quis velit, &c. *Id. in fin.* 1. *Agrar.* Habere aliquem sibi documento, quæ via facillime ad dignitatem perducat. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 60. Miseriarum patientiæque documentum fuere. *Curt.* l. 8. c. 14. Esse documentum ceteris, ut, &c. *Cæs.* lib. 7. *B. Gall.* cap. 4. *extr.* Esse documento reliquis. ¶ In malam partem. *Cic. pro Dom.* c. 48. Homo omnium scelerum flagitiorumque documentum. ¶ Indicium, specimen. *a proof, instance, specimen, essay, trial. Vellei.* l. 2. c. 42. Documentum tanti mox evasuri viri. *Flor.* l. 4. c. 10. Cum Crassus, et Pacorus utrimque virium mutuarum documenta fecissent. *Liv.* l. 32. c. 7. *a med.* Nec per honorum gradus documentum sui dantes, nobiles homines tendere ad consulatum. *Tacit. Ann.* 1. c. 30. Pars a centurionibus cæsi: quosdam ipsi manipuli, documentum fidei, tradidere. *to prove.* ¶ Item signum, monumentum, quo aliquid comprobatur. *Impp. Theodos. et Valens* l. 8. *Cod.* tit. 54. leg. 29. Idoneis documentis aliquid comprobare. *Impp. Honor. et Theodos. ibid.* l. 2. tit. 21. leg. 2. Verissima documenta.

DOCUS, i, f. *a beam or block of wood; a meteor in the form of a beam,* δοκὸς, trabs, tignum. Dicitur de aeris impressione, ob trabis similitudinem. *Plin.* l. 2. c. 26. Emicant et trabes simili modo, quas docos vocant. *Harduin.* Græce δοκοὺς scripsit.

DODECATEMORĬON, ii, n. *the twelfth part of any thing,* duodecima pars alicujus rei, δωδεκατημόριον: a δώδεκα duodecim, et μόριον, pars. Dicitur ab Astrologis duodecima pars Signi alicujus cælestis; et usurpatur a *Manil.* l. 2. v. 694. Dodecatemoria in titulo signantia causas. Adde vers. 699. 711. et alibi.

DODECATHĔON, i, n. *a kind of herb with leaves like a lettuce,* δωδεκάθεον, genus herbæ: quasi herba duodecim deorum. *Plin.* l. 25. c. 4.

DODŌNA, æ, et Dodone, es, f. Δωδώνη, urbs Epiri, in Molossia, seu in Thresprotia, in Thessaliæ confinio, ex quo Thessalica dicebatur, juxta fluvium Dodonem, qui postea cadit in Acheloum. Dicta est a fluvio Dodone, vel a Nympha marina hujus nominis, vel a Dodone Jovis, et Europæ filia. Ibi ingens silva fuit, tota querna, et templum Jovis, et oraculum, et fons, qui faces exstinctas accendebat, et accensas exstinguebat. *Plin.* l. 2. c. 103. *Pompon. Mela* l. 2. c. 3. et *Serv. ad Virg.* 1. *Georg.* v. 148. et *Æn.* 3. v. 466. Ibi duæ fuere columnæ, in quarum altera pelvis ærea, in altera signum pueri flagellum tenentis, quod vehementiori vento impulsum pelvim feriebat: quod et ex *Varron.* apud *Plin.* l. 36. c. 13. *sub fin.* colligimus. *Lucan.* l. 6. v. 426. Nec quæsisse libet, primis quid frugibus altrix Ære Jovis Dodona sonet. ¶ *Servius loc. cit.* scribit, in eo nemore columbas fuisse, quæ oracula petentibus respondere consueverant. Alii quercus ipsas respondisse dicunt: unde et navem Argo ex his compactam, fatidicam fuisse. Alii ex murmure fontis petita aiunt, vate anu interpretante. *Claudian. de III. Consul. Honor.* v. 117. Celsaque Dodone stupuit, rursusque locutæ In te Chaoniæ moverunt carmina quercus.

DODONÆUS, a, um, *relating to Dodona, Dodonean,* Δωδωναῖος, ad Dodonam pertinens. *Plin.* l. 4. c. 1. et *Pompon. Mela* l. 2. cap. 3. Dodonæus Jupiter. *Ovid.* l. 7. *Metam.* v. 623. quercus de semine Dodonæo. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 4. Dodonæa quercus. *Id.* l. 1. *de Divin.* cap. 1. Oraculum Dodonæum. *Virg.* 3. *Æn.* v. 466. Dodonæosque lebetas. *h. e.* æreos, quales sunt Dodonæ in templo, aut nemore Jovi sacro. Vel ita appellavit, quod ibi æs optimum funderetur. *Serv.*

DODONĬDES NYMPHÆ, Δωδωνίδες, Jovis nutrices fuisse dicuntur, habitantes inter quercus, quæ in nemore sunt Dodonæo. Earum nomina recenset. *Hygin.* fab. 182.

DODONIGĔNA, æ, m. Dodonigenæ populi apud *Sidon.* l. 6. *ep. ult. a med.* sunt homines glande vesci soliti, priusquam fruges a Cerere monstrarentur. Fuit enim glandis copia apud Dodonam.

DODŌNIS, idis, adject. f. Δωδωνὶς, quæ ad Dodonam pertinet. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 32. Dodonida quercum, Chaoniique vides famulam Jovis. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 716. Dodonida terram. *Id.* 6. *Fast.* v. 711. qua tu, Dodoni Thyene, Stabis, &c. Hæc est una ex Nymphis Dodonidibus, quas *Hygin.* refert. V. *Dodonides.*

DODONĬUS, a, um, adject. Dodonæus. *Claudian.* l. 1. *de rapt. Pros.* v. 31. Cesserit inventis Dodonia quercus aristis.

DODRA, æ, f. potionis genus, quæ ex novem rebus fiebat, aqua, vino, jure, oleo, sale, pane, herba, melle, pipere: a *dodrans* mensura novem unciarum. *Auson.* epigr. 86. et 87.

DODRĀLIS, le, ad dodram pertinens. *Dodralis potio* legitur in lemmate epigr. 86. *Auson.* ubi dodram describit.

DODRANS, antis, m. *nine ounces,* novem unciæ: ita dictum a *de* et *quadrans,* quia ad as conficiendum quadrans deest. V. *As.* ¶ Item cujuslibet summæ, quæ in duodecim partes dividatur, partes novem. *nine-twelfths, or three-fourths of any thing. Martial.* l. 8. epigr. 9. Solvere dodrantem nuper tibi, Quincte, volebat Lippus Hylas: luscus vult dare dimidium. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 14. *sub fin.* Argiletani ædificii reliquum dodrantem emit. *Nepos in Attic.* c. 5. Heredem fecit ex dodrante. *he made him heir to three-fourths of his estate.* ¶ Item alicujus mensuræ novem partes, v. g. pedis, qui duodecim continet uncias, jugeri, &c. *Plin.* l. 36. c. 9. Obeliscus centum viginti quinque pedum, et dodrantis. *Frontin. de aquæduct.* artic. 65. Fiunt areæ pedes octo, dodrans. *Colum.* l. 5. c. 1. Dodrans jugeri. *Plin.* l. 2. c. 14. Dodrans horæ. *h. e.* minuta 45. *Colum.* l. 2. c. 4. *a med.* Jugerum commode proscinditur duabus operis, una iteratur, tertiatur dodrante. *Id.* l. 3. c. 13. Sulcus altus dipondio et dodrante. ¶ Speciatim est palmus major, seu spithama. *three quarters of a foot; a span. Plin.* l. 7. c. 2. *a med.* Pygmæi ternas spithamas longitudine, hoc est ternos dodrantes non excedentes.

DODRANTĀLIS, le, *of nine ounces; of three-fourths of a foot or nine inches,* dodrantem continens. *Plin.* l. 15. c. 30. Ramos spargit a radice dodrantales. *Colum.* l. 5. c. 6. *ante med.* Stirpem dodrantalem relinquas.

DOGA, æ, f. *a boat called a dogger; also a cup made in the form of such a boat,* δοχὴ, vas, quod βούττης in Glossis dicitur. Alii intelligunt non certum quoddam vas, sed certam v. g. vini quantitatem, vel quantum cupa, aut navis capere potest. Vox est cadentis Latinitatis. *Vopisc. in Aureliano,* c. 48. Facta erat ratio dogæ, cuparum, navium, et operum.

DOGMA, atis, n. *an established principle, doctrinal notion, received opinion, dogma,* ψήφισμα, δόγμα, scitum, placitum, decretum. Speciatim dogmata sunt uniuscujusque sectæ decreta, quæ, ut ait *Cicero,* prodere scelus est, non minus, quam patriam; sine quibus nec sectæ Philosophorum, nec Religionum vires constare possunt. Unde *Laert.* ait, sectam eam non appellari, quæ dogmata non habet. *Cic.* 4. *Acad.* c. 9. Græce: at Latine, si libris credimus, utitur cap. 43. et lib. 2. *de Fin.* c. 32. et *Martial.* l. 1. epigr. 9. et lib. 9. epigr. 48. et *Juvenal.* sat. 13. v. 121. et *Lactant.* c. 1. *de mortib. persecut.* ¶ *Dogma, æ,* f. *Laber.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 679. *Putsch.* Nec Pythagoream dogmam doctus. V. *Schema.*

DOGMATĬCUS, a, um, *dogmatic, dogmatical, in the manner of a philosopher laying down the first principles of a sect,* ad dogmata, seu placita et decreta Philosophorum pertinens. *Auson. Edyll.* 17. v. 15. Hinc etiam placitis schola consona disciplinis Dogmaticas agitat placido certamine lites.

DOGMATĬZO, as, a. 1. *to dogmatize, assert dogmatically,* δογματίζω, dogmatis alicujus auctor sum, dogmata trado. Est *Augustini* ep. 57. c. 8. *extr.*

DOLABELLA, æ, f. *a little axe or hatchet,* parva dolabra. *Colum.* l. 2. c. 24. Circa crus vitis dolabella dimovenda terra est. *et paulo post.* Si cavata vitis est, dolabella conveniet expurgare quidquid emortuum est. ¶ Est etiam cognomen Romanæ familiæ in gente Cornelia. P. Cornelius Dolabella fuit Ciceronis gener, Consul suffectus post C. Cæsarem occisum, hostis reipubl. occupata per fraudem Asia et Syria, tandem Laodiceæ obsessus servo suo cervicem præbuit. *Vellei.* l. 2. c. 69.

DOLABELLIĀNUS, a, um, ad Dolabellam pertinens. *Dolabelliana pyra* longissimi pediculi, memorantur a *Plin.* l. 15. c. 15. et *Colum.* l. 5. c. 20. *a med.* et in generosissimis recensentur. nempe a quodam Dolabella vel illata in Latium, vel insita peculiariter, et exculta.

DOLĀBRA, æ, f. *an axe, chip-axe, pick-axe,* ferramentum ex una parte acie acuta, ex altera fossoria, longo manubrio instructum, ad cædendum, et perfringendum. *Lips. in fin.* l. 1. *Poliorcet.* dicit, fuisse forma securis, sed una et simplici acie, parte altera in mucronem acuminata, ut illa ad cædendum, hac ad deruendum uterentur. Est a supino *dolatum* verbi *dolo:* quare semper est pænult. prod. *Curt.* l. 5. c. 6. Dolabris pretiosæ artis vasa cædebant. *Id. ibid. ad fin.* Dolabra glaciem perfringere. et lib. 8. c. 4. Dolabris sternere silvas. et lib. 9. c. 5. Dolabris perfringere murum. *Liv.* l. 21. c. 11. Afros cum dolabris ad subruendum ab imo murum mittit. Nec erat difficile opus, quod cæmenta interlita luto, &c. *Id.* l. 9. c. 37. Dolabræ calonibus dividuntur ad vallum proruendum fossasque implendas. *Juvenal.* sat. 8. v. 248. munire castra dolabra. ¶ Est dolabræ usus etiam rusticis, quoties runcando cædendæ sunt stirpes, radices, cetera hujusmodi. *Pallad. in Februar.* tit. 21. Hoc tempore rosaria circumfodiuntur sarculis, vel dolabris, et ariditas universa reciditur. Adde *in Januar. tit. ult.* V. *Dolabella.* ¶ *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 18. in instrumento lanionis etiam dolabras enumerat. Quo fortasse referenda Dolabra pontificalis, quam memorat *Fest.* in *Scena:* nempe qua victimæ secabantur.

DOLABRARIUS, ii, m. qui dolabras facit, vel qui dolabra ligna cædit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 358. n. 6. Centuria centonar. dolabrar. scalarior.

DOLABRĀTUS, a, um, *cut, hewn, or chipped with an axe,* dolabra cæsus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. Truncis arborum abscissis, atque horum dolabratis, atque præacutis cacuminibus perpetuæ fossæ ducebantur. ¶ *Pallad. in Januar. tit. ult.* in instrumento agrestium recenset etiam *secures simplices, vel dolabratas,* nempe altera parte dolabram referentes.

DOLĀMEN, inis, lævigatio dolando facta. *Apul. in princ. Florid.* Truncus dolamine effigiatus.

DOLATĬLIS, le, adject. qui facile dolari potest, ut Dolatiles lapides. *Auctor de Limitib.* apud *Goes.* pag. 270.

DOLATORĬUM, ii, n. *vel* Dolatoria, æ, f. *a tool to hew or plane with,* λαξευτήριον, ferramentum, quo lapides dolantur. *Hieronym. in fin.* epist. 135. *ad Sun. et Fretell.*

DOLĀTUS, us, m. idem quod dolamen. *Prudent. Psychom.* v. 836. Multoquæ forata dolatu Gemma relucenti limen complectitur arcu.

DOLĀTUS, a, um, adject. lævigatus, politus, dolabratus, *cut or hewen smooth with an axe, rough-hewn. Cic. Acad.* 4. c. 31. *sub fin.* Non e saxo sculptus, aut e robore dolatus. *Juvenal.* sat. 12. v. 57. Dolato confisus ligno. *Propert.* l. 4. el. 2. v. 59. Stipes properanti falce dolatus. *Petron. in Satyr.* c. 135. Sincipitis vetustissima particula, mille plagis dolata. *h. e.* ex qua millies aliquid cædendo detractum fuerat. ¶ *Dolĭtus,* pro *dolatus,* dixit *Varr.* apud *Non.* cap. 2. n. 235. et cap. 5. n. 55. Scyphus cælo dolitus artem ostentat Mentoris. Sed fortasse *Non.* male legit; nam *dolatus* id genus carminis postulat.

DOLENDUS, a, um, partic. passiv. *Cic. Fam.* 12. ep. 23. A te non ulciscenda sunt, etiam si non sunt dolenda. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 8. Quæ venit indignæ pœna, dolenda venit.

DOLENS, entis, *grieving, sorrowing, repining, in pain, afflicted,* qui dolorem capit. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 53. auriculæ collecta sorde dolentes. *Virg.* 4. *Æn.* v. 393. Solando lenire dolentem. *Cic. Parad.* 5. c. 1. Ut nihil faciat invitus, nihil dolens. ¶ Item dolorem afferens, *dolorous, painful. Sallust. in Jug.* c. 86. Dictitare alia magnifica pro se, et illis dolentia. *Ovid. Metam.* 4. v. 245. Nil illo fertur volucrum moderator equorum Post Phaëthonteos vidisse dolentius ignes. *Nisi malis esse adverb.*

DOLENTER, adverb. *sorrowfully, grievously. Cic. Phil.* 8. c. 7. Dolenter hoc dicam potius, quam contumeliose. *Id. pro Sext.* c. 6. Dolentius deplorare. *Plin.* l. 1. ep. 5. Dolenter ferre aliquid. *h. e.* ægre ferre.

DOLENTĬA, æ, f. dolor. *Nævium* Poetam antiquissimum usurpasse, testatur *Gell.* l. 19. c. 7. *Arnobium* quoque plus vice simplici usum esse, tradunt.

DOLĔO, es, lui, olitum, n. 2. *to grieve, sorrow, be sad or sorry, be in pain,* ἀλγέω, λυπέομαι, dolore afficior: et refertur tum ad animum. *Afran.* apud *Cicer.* 4. *Tusc.* c. 20. et 25. Cum dissolutus filius, *Heu ne miserum!* tum severus pater: *Dummodo doleat aliquid, doleat quod lubet.* (Adde *Cic. Attic.* l. 16. ep. 2.) *Cic. pro Marcell.* c. 1. Dolebam enim, et vehementer angebar, cum viderem, &c. *Id. pro Mur.* c. 20. Cui placet, obliviscitur; cui dolet, meminit. *Id. pro Sext. c. ult.* Quia meum casum luctumque doluerunt. *Id.* 8. *Attic.* ep. 15. *extr.* Ut meam vicem doleres, cum me derideri videres. *Virg. Æn.* 1. v. 673. et nostro doluisti sæpe dolore. *Liv.* l. 39. cap. 43. *extr.* Ignominia ne sua quempiam doliturum censeret. (*doliturus* habet etiam *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 89.) *Cic. Fam.* 5 ep. 8. Homines laude aliena dolentes. *Id.* 6. *Attic.* ep. 6 De Hortensio te certo scio dolere. *Horat.* l. 1. ep. 14. v 7. Insolabiliter rapto de fratre dolentis. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* cap. 14. Quo gravius homines ex commutatione rerum doleant. et lib. 5. c. 52. Tantum se deperdidisse gravissime dolebant. *they took it exceedingly to heart. Cic. de Clar. Orat.* c. 1. Si id dolemus, quod eo frui nob[is] non licet. *Lucei. ad Cicer.* 5. *Fam.* ep. 14. Doleo, qu[i] doles. *Terent. Adelph.* 2. 4. 8. Hoc mihi dolet, nos pæ[ne] sero scisse. *Id. Eun.* 3. 1. 40. Dolet dictum impruden[ti] adolescenti. *Brut. ad Attic. inter epist. ad Brut. sub fi[n.]* Dolet mihi, quod tu non stomacharis. ¶ Tum ad corp[us.] *Plaut. Cist.* 1. 1. 62. Doleo ab animo, doleo ab ocul[is,] doleo ab ægritudine. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 19. Pes dol[et,] dolent oculi, latera, pulmones. *Plin.* l. 24. c. 5. Si cap[ut] a sole doleat. *Id.* l. 17. c. 23. *sub fin.* Diu dolent ta[lia] ulcera. *Id.* l. 20. c. 21. Deus dolet. *Plaut. Trucul.* 4. 55. Si stimulos pugnis cædis, manibus plus dolet. ¶ *Dolitus est* pro doluit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 793. 4. et 794. n. 2. De qua nihil aliud dolitus est, præ[ter] mortem. Sic *doleatur* pro doleat. Alia *ibid.* pag. 676. 11. Necesse est doleatur. Adde aliam apud *Mura[tor.]* pag. 748. n. 1. Quæ non sunt imitanda. ¶ Passive *S[tat.]* l. 2. silv. 6. v. 97. Eximius licet ille animi, meritus[que] doleri. *worthy of being lamented.*

DOLIĀRĬS, e, ad dolium pertinens. *Vinum doliare* [di]citur ad differentiam amphorarii. *wine in the cask. Ulp[ian.]* *Dig.* lib. 18. tit. 6. leg. 1. *ad fin.* Si doliare vinum em[eris.] *Plaut. Pseud.* 2. 2. 64. Apud anum illam doliarem, [clau]dam, crassam, Chrysidem. *h. e.* ventriosam instar d[olii.]

as big as a tun, gorbellied, with a belly like a cask or barrel. Al. leg. *diobolarem.* ¶ *Opus doliare* in multis Incriptionib. figlinarum apud *Murator.* pag. 497. *et sequentib. et alios,* est quidquid a figulis venit, dolia, tegulæ, lateres, amphoræ, vasa fictilia omne genus.

DOLIARĬUS, a, um, ad dolium pertinens. Servus doliarius (*doleurius* habet Inscript. apud *Gruter.* pag. 583. n. 1.) est qui doliis vinum condit, et in cella servat. ¶ *Doliarius, ii,* qui dolia facit. *a cooper, one who makes casks or barrels. Plin.* l. 3. c. 6. Ænaria Græcis Pythecusa dicta, non a simiarum multitudine, sed a figlinis doliariorum. *Harduin.* legit *doliorum* ex MSS. ¶ *Doliarium, ii,* est cella, ubi plura sunt dolia. *a cellar in which casks of wine are kept. Caius Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 35. *ad fin.* Si ex doliario pars vini venierit.

DOLICHĒNUS, epitheton est Jovis in *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 20. n. 4. 5. 6. &c. ab urbe Dolichene in Commagene provincia, ubi cultus fuit. Apud *Spon. in Miscell. erud. ant.* pag. 79. legitur in marmore *Dolichenius* : et *Steph. de urbib.* Δολιχαῖον appellat.

[* DOLĬDUS, a, um, adject. molestus, dolorem afferens. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 3. c. 3. Omnis motus dolidus est tumore oppressis.]

DOLIŎLUM, li, n. *a small cask or barrel,* κεράμιον, βικίον, parvum dolium. *Colum.* l. 12. c. 43. *ante med.* Doliola nova, sine pice, in sole siccant. *Liv.* l. 5. c. 40. Sacra condita in doliolis, sacello proximo ædibus flaminis Quirinalis, ubi nunc despui religio est, defodere. *Festus,* et *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. *a med.* docent illum ipsum locum, de quo *Liv.* postea fuisse *doliola* appellatum. ¶ *Doliola florum* vocat *Plin.* calyculos florum, qui instar dolioli turgent in medio, et rotundi sunt. lib. 11. c. 13. et 15. ¶ *Servius ad Æn.* 6. v. 238. scribit *Doliola* appellatum esse etiam lacum Avernum prope Cumas. Cujus rei rationem aliquis viderit.

[* DOLIONĬUS, a, um, adject. ad Dolionidem urbem, seu Cyzicum pertinens. Urbis mentionem facit *Plin.* l. 5. c. 32. Oppidum Milesiorum Cyzicum, antea vocitatum Arctonnesos, et Dolionis, et Dindymis, cujus a vertice mons Dindymus. Hinc *Valer. Flacc.* l. 5. v. 6. Cælataque multa Arte Dolionii donat velamina regis. *h. e.* Cyzici, qui urbem cognominem condidit.]

DOLĬTO, as, avi, atum, n. 1. frequent. a doleo, *to grieve frequently. Cato R. R.* c. 157. *ante med.* Omnia sana faciet, intro quæ dolitabunt.

DOLĬTUS, V. *Dolatus,* et in fine verbi *Doleo.*

DOLĬUM, ii, n. *a cask, barrel, tub ; a tun, butt, pipe, or hogshead ; any great vessel,* κέραμος, vas e majoribus, quibus vinum conditur, et in cellis servatur, capax, rotundum, et ventriosum. Veteres vinum recens in doliis condebant : ubi esset defæcatum, in amphoras et cados diffundebant, ut docet *Proculus Dig.* lib. 33. tit. 6. leg. 15. Hinc *Senec.* ep. 36. Vinum non pati ætatem, quod in dolio placuit. *Propert.* l. 2. eleg. 1. v. 69. Dolia virgineis idem ille repleverit urnis. ¶ Primo dolia fuere fictilia : unde *Juvenal.* de dolio Diogenis loquens, sat. 14. v. 311. Sensit Alexander, testa cum vidit in illa Magnum habitatorem, &c. ¶ Ea in Cellis vinariis defossa plerumque tenebantur, et solo adhærentia, terra aggesta, quo essent tutiora ; et pice intus illita, ut est apud *Colum. Terent. Plin.* et non unis *Digestor.* locis. *Pallad. in Septembr.* tit. 11. In doliis picandis hic modus erit : ut dolium ducentorum congiorum duodecim libris picetur. ¶ Deinde lignea fieri cœpere, et capaciora, asseribus vimine constrictis, ut hodieque apud nos. Ita enim figura dolii e saxo antiquo exhibetur apud *Reines.* class. 11. n. 62. videturque hac ratione idem esse, quod cupa. Quod vero lignea fuerint, docet etiam *Plin.* l. 8. c. 6. ubi rates memorat doliorum consertis ordinibus impositas. Adde *Flor. sub fin.* cap. 20. l. 3. ¶ *Trebat.* apud *Procul. Dig.* lib. 33. tit. 6. leg. 15. negabat, dolia in vasis vinariis esse numeranda. Cujus opinionis ratio esse potest, quia ad alios quoque usus destinari possunt, ut condendo oleo, frumento, uvisque, cotoneis, et aliis hujusmodi ad cibos. In militia adhibita quoque sunt plena saxis, aut pice accensa, quo per declive devolverentur in hostes. Quin defunctos se multi fictilibus doliis condi maluere, sicut M. Varro, teste *Plin.* l. 35. c. 12. quamquam *soliis* ibi legit *Harduin.* ex MSS. *Ulpian.* tamen docet in vinario instrumento habenda esse, si vinum habeant, *Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 206. si non habeant, non esse. ¶ De doliis curtis V. *Curtus.* ¶ Dolia, in quibus conclusi aluntur glires in consepto villæ, memorat *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 12. ¶ Dolia plumbea memorantur a *Jabolen. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 27. ¶ *In dolium pertusum ingerere aliquid,* proverbio est operam perdere. *to put water into a sieve, toil idly, lose one's labour. Plaut. Pseud.* 1. 3. 135. V. *Pertusus.* ¶ Apud *Cicer. de clar. Orat.* c. 83. *ad fin.* Num igitur qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet ? minime : sed quandam sequatur ætatem. *h. e.* vinum recens factum, et sine nota anni. Nam in dolia tali mente vina conjicimus, inquit *Procul. Dig.* lib. 33. tit. 6. leg. 15. ut ex his postea vel in amphoras et cados diffundamus, vel sine ipsis doliis veneant. Cadis autem et amphoris adscribebatur nota Consulum, doliis non item.

¶ A similitudine dicuntur *dolia* in cælo globi ignei, de quibus V. in *Pitheus. Manil.* l. 1. v. 340. tumidis exæquat dolia flammis Procero distenta utero. *meteors so called from their resembling casks.*

DOLO, as, avi, atum, a. 1. *to cut smooth, hew roughly, chip, square,* πελεκέω, dolabra, sive ascia cædo, lævigo. *Cic. de Divin.* l. 2. c. 41. Quis robur illud decidit, dolavit, inscripsit. *Cato R. R.* c. 31. Dolare materiem. *Id.* cap. 45. Taleas oleagineas dolare, aut secare. ¶ Translate, fuste dolare aliquem, apud *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 22. *to cudgel, belabour, bastinade, beat.* Dolare dolum. *to carry a trick through, succeed in a piece of knavery. Plaut. Mil.* 3. 3. 64. ¶ Obsceno sensu *Martial.* l. 7. epigr. 66. ubi alii aliter leg. et *Pompon.* apud *Non.* c. 2. n. 742. V. *Dedolo.* ¶ *Dolĕre* in infinito, ut sit 3. conjug. quidam leg. apud *Lucret.* l. 5. v. 1266. Hinc *dolitus* : de quo V. in *Dolatus.* [¶ Dolare vermes est necare fricando. *Auct. Priap.* carm. 46. Dolemque Cunni vermiculos scaturientes.]

DOLO, onis, m. *a staff with a little rapier in it ; a little sword, skean, tuck ; a sort of spear.* Vox Græca. *Hesych.* Δόλωνες· ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα. *Servius ad Virg.* 7. *Æn.* v. 664. Dolo est aut flagellum, intra cujus virgam latet pugio ; aut, secundum Varronem ingens contus cum ferro brevissimo. Dolones autem a fallendo dicti sunt, quod decipiant ferro, cum speciem præferant ligni. *Virg. ibid.* Pila manu, sævosque gerunt in bella dolones. *Alfen. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 52. Flagello, quod in manu habebat, in quo dolo inerat, verberare tabernarium cœperat. Apud *Torrentin.* legitur *dolor* : ex quo suspicio est, *dolon* esse in MS. Nam et hanc positionem in recto casu huic nomini quidam tribuunt, cum Græce quoque habeat. ¶ *Phædr.* ad muscæ aculeum translulit. *the sting of a fly,* lib. 3. fab. 6. v. 3. Vide, ne dolone collum compungam tibi. ¶ In navi est minus velum, fortasse quod nunc *the foremast sail* appellant. *Pollux* l. 1. c. 9. Ὁ δὲ ἐλάττων ἱστὸς, δόλων. *Hesych.* Δόλωνες οἱ μικροὶ ἱστοὶ ἐν τοῖς πλοίοις. *Liv.* l. 36. c. 44. Dolonibus erectis altum petere intendit. et c. 45. Sublatis dolonibus effuse fugere intendit. Adde lib. 37. c. 30. Ubique autem de re subita sermo est, cum majora vela expandere celeritas non sinit, ideoque minora tantummodo explicantur.

DOLOPĒIS, idis, f. Δολοπηῒς, quæ ad Dolopes pertinet, ut Dolopeis urbs, *h. e.* Ctimene urbs Thessaliæ apud *Hygin.* fab. 14.

DOLOPEĬUS, a, um, adject. ad Dolopes pertinens. *Valer. Flacc.* l. 2. *Argon.* v. 10. Vidisse putant Dolopeia busta.

DOLŎPES, um, m. Δόλοπες, pop. Thessaliæ, in Epiri confinio, seu in Epiro, quorum regio Dolopia, inter Peneum ad Or. et Acheloum ad Mer. *Plin.* l. 4. c. 2. et *Virg.* 2. *Æn.* v. 7. 29. &c.

DOLOR, oris, m. *grief, pain, distress, sorrow, anguish, dolour,* λύπη, ἄλγος, acerbus animi, vel corporis sensus, cruciatus, mœror. Corporis dolorem ita definit *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 15. Dolor est motus asper in corpore, alienus a sensibus. Animi vero ita, 4. *Tuscul.* c. 8. Dolor est ægritudo crucians. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 25. Dolor corporis, cujus est morsus acerrimus. *Id. Attic.* l. 1. ep. 5. *extr.* Terentia magnos articulorum dolores habet. *Id.* 3. *Tusc.* c. 25. *extr.* Dolor animi pungit. *Id.* 1. *de Fin.* c. 7. Dolorem suscipere pro patria, pro suis. *Id. pro Dom.* c. 36. et *Phil.* 11. c. 1. Accipere dolorem ex aliqua re. et *pro Dom. c. ult.* Sustinere perpetuum dolorem. *Id.* 4. *Catil.* c. 1. Omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusque perferre. *Id. Fam.* 1. ep. 5. Affici summo dolore. et ep. 6. Capere dolorem in re aliqua. et l. 4. ep. 6. *ad fin.* ab aliqua re. *Id. pro Cæl.* c. 24. haurire acerbissimum. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. *extr.* afferre alicui. et lib. 7. *Attic.* ep. 13. dare. et *Phil.* 11. *c. ult.* inurere. et *Attic.* l. 12. ep. 18. efficere. et lib. 12. ep. 8. facere alicui. *Id.* 6. *Verr.* c. 21. *extr.* Hæc magnum dolorem commovent. *Id.* 1. *de Fin.* c. 11. Esse in dolore. et *Fam.* 4. ep. 3. Dolore angi. et ep. 13. *a med.* Abjicere omnem dolorem. et lib. 4. ep. 6. deponere. et *ibid.* Dolori resistere. *Id. de Harusp. resp.* c. 18. Hoc est mihi dolori. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. *sub fin.* Sed omnis dolor est, quod optime factis pœna est maxima constituta. ¶ De dolore parturientium. *the pains of child-birth. Terent. Andr.* 1. 5. 33. et *Adelph.* 3. 5. 40. ¶ De ira, quæ dolor est cum appetitu vindictæ. *rage, chagrin, vexation. Cic. in fragm.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 689. *Putsch.* Uxor pellicatus dolore concitata. *Nepos in Lysand.* c. 3. Incensus dolore. *Serv. ad Æn.* 11. v. 732. monet, Veterum more dolorem dici etiam studii alicujus ardorem, et promptam gloriæ cupiditatem, quo sensu, et πόνον Græce usurpari. *Virg. Æn.* 10. v. 397. Arcadas accensos monitu, et præclara tuentes Facta viri, mixtus dolor, et pudor armat in hostes. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 62. Genus hoc orationis detrahit dolorem actionis, aufert humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem et fidem. *Id.* 3. *de Orat.* c. 25. Ut oratio admirabilis sit, ut polita, ut sensus, ut dolores habeat. ¶ De re, quæ dolorem infert. *Ovid.* 3. *ex Ponto,* ep. 3. v. 73. Quidquid id est (neque enim debet dolor ille referri.) Non potes, &c. *Metonymia.*

DOLORŌSUS, a, um, adject. *causing sorrow, dolorous,* dolorem afferens. *Veget. mulomed.* l. 4. c. 22. Dolorosi loci. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 4. c. 5. Exstantia resistens et dolorosa.

DOLŌSE, *craftily, cunningly, deceitfully, fallaciously,* δολερῶς, cum dolo, versute, subdole. *Cic.* 3. *Offic.* c. 15. Dolose, aut malitiose agere aliquid. *Ascon. in Verr.* 3. c. 38. Cupidius accusare, et dolosius.

DOLŌSUS, a, um, *cunning, crafty, deceitful, treacherous, artful, arch, sly,* δολερὸς, doli plenus, subdolus, versutus, malitiosus, fallax. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 2. Pulsus regno Ptolemæus dolosis consiliis. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 70. Dolosa mulier. *Ovid. Metam.* 15. v. 473. Artes dolosæ. *Phædr.* l. 1. fab. 13. v. 11. Dolosa vulpes. ¶ Translate *Pers. in prol.* Dolosus nummus. *fallacious wealth.* Et cum infinito *Horat.* l. 1. od. 35. v. 26. diffugiunt cadis Cum fæce siccatis amici, Ferre jugum pariter dolosi. *h. e.* qui videbantur quidem fidi, sed versa fortuna fallentes. *Id.* l. 2. od. 1. v. 8. incedis per ignes Suppositos cineri doloso.

DOLUS, li, m. *a device, crafty purpose, artful contrivance, trick, wile,* δόλος : Græca vox, mediæque significationis. Antiqui enim, teste *Festo,* etiam in bonis rebus utebantur : unde adhuc dicimus *sine dolo malo,* nimirum quia solebat dici et bonus, *h. e.* solertia, maxime si adversus hostem, latronemve quis machinaretur, ut est apud *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 3. *qui est* de dolo malo, leg. 1. *Labeo ibid.* Dolus malus est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. *Cic.* 3. *Offic.* c. 14. *sub fin.* et *in Top.* c. 9. Cum ex Aquilio quæreretur, quid esset dolus malus, respondebat, cum aliud esset simulatum, aliud actum. *Liv.* l. 38. c. 11. *in formula pacis.* Imperium majestatemque populi R. gens Ætolorum conservato, sine dolo malo. *Terent. Eun.* 3. 3. 9. Erat suspicio, dolo malo hæc fieri omnia. Ubi *Donat.* Quod addidit *malo,* aut ἀρχαϊσμὸς est, quia sic in XII. Tab. a Veteribus scriptum est, aut ἐπίθετον doli est perpetuum ; aut diastole est, quia est et bonus, quo a medentibus falli ægros, non tamen decipi, Lucretius testatur initio libri 4. v. 11. ¶ Sæpissime absolute adhibetur. *guile, deceit, treachery, cunning, fraud. Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 29. *extr.* Doli, machinæ, fallaciæ, præstigiæ. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 13. Per dolum atque insidias pacem petere. *Sallust. in Catil.* c. 29. Parare dolum alicui. et cap. 10. Dolis atque fallaciis contendere. et cap. 14. Dolis aliquem capere. *Terent. Andr.* 3. 2. 13. fallere. *to inveigle.* et 3. 4. 4. deludere. *Sallust. in Jug.* c. 73. Quærere dolum ad perniciem alterius. et cap. 40. Bellum socordia magis, quam dolo trahere. *Nepos in Timol. c. ult.* Dolo aliquem interficere. *Id. in Annib.* c. 10. Dolo erat pugnandum, cum par non esset armis. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 292. Movere dolos. et lib. 2. v. 568. volutare. et lib. 8. v. 410. sentire. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1467. struere. et *in Phœniss.* v. 119. nectere. *Virg.* 2. *Æn.* v. 62. versare. &c. ¶ Interdum *doli* dicuntur res ipsæ, quibus alteri dolus paratur. *Ovid. in Halieut.* v. 25. Emicat, atque dolos saltu deludit. *h. e.* retia. ¶ Inter *dolum,* et *fraudem* hoc interest, quod *dolus* est omnis callida machinatio, sive in verbis, sive in factis, circumveniendi causa : *fraus* detrimentum aliquod importat, et damnum. Itaque omnis *fraus* est *dolus,* non contra. *Cic. pro Dom.* c. 14. Ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. ¶ Apud Poetas *Dolus* est deus, ut Discordia, Pavor, Letum, &c. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 204.

DOMA, atis, n. *a sollar, or flat roof of a house,* δῶμα. *Hieronym.* ep. 135. *ad Sun. et Fretell. post med.* In Ægypto et Palæstina non habent in tectis culmina, sed domata, quæ Romæ vel solaria, vel mœniana vocant, idest plana tecta, quæ transversis trabibus sustentantur. Hinc in Evangelio (*Matth.* 10. 27.) Quæ auditis in aure, dicetis super domata *h. e.* divulgabitis, palam omnibus dicetis, quia domata omnium oculis exposita sunt. κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων. *Id.* ep. 13. *ad Paulin. sub fin.* Canere in domatibus, quod in cubilibus cognovisses.

DOMABĬLIS, le, *that may be tamed or subdued, tameable, conquerable,* qui domari potest. *Horat.* 4. *Carm.* od. 14. v. 41. Te Cantaber non ante domabilis miratur. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 253. Atque immune necis, nullaque domabile flamma.

DOMĀTOR, oris, m. *a tamer, subduer,* idem ac domitor. *Tibull.* l. 4. *ad Messal.* v. 116. Conversus terga domator, &c. *Ammian.* l. 21. c. 5. (*al.* 10.) Domator gentium et regum.

DOMĀTUS, a, um, *tamed, subdued,* domitus. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 74. *Burm.* Curabo, domata sit Cassandra.

DOMEFACTUS, a, um, adject. domitus, ut, Terra aratro domefacta nitet, *Petron. in Satyr.* c. 99.

DOMESTICĀTIM, adverb. *house by house, through different houses, from house to house,* per varias domos, item per domesticos. *Sueton. in Cæs.* c. 26. Ea quæ ad epulum pertinerent, quamvis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparabat.

DOMESTĬCE, adverb. *domestically. Symmach.* l. 10. ep. 36. *ad fin.* (*al.* 43.) Libellus domestice confectus. Adde *Tertull. de Pall.* c. 4. *ad fin.*

DOMESTICUS, a, um, *of or pertaining to a house or home, domestic, familiar, private*, οἰκιακὸς, οἰκεῖος, ad domum et familiam pertinens, privatus, familiaris. *Cic. in Vatin.* c. 13. Quis unquam in luctu domestico, quis in funere familiari cœnavit cum toga pulla? *Id.* 7. *Fam.* ep. 14. Qui gravere litteras ad me dare, homini præsertim prope domestico. *Id. Catil.* 1. c. 6. Ruinæ fortunarum, quæ ad domesticam tuam difficultatem pertinent. *Id. pro Deiot.* c. 2. Dicere intra domesticos parietes. *Id. Fam.* 5. ep. 13. *a med.* Ergo domestica feremus, ut censes; et publica paulo etiam fortius, quam, &c. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 1. Res domesticas ac familiares nos melius tuemur: rem vero publicam nostri majores, &c. ¶ *Domestica vestis*, qua domi utimur: *a garment worn in the house. Sueton. in Vitell.* c. 8. ¶ In illo *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 127. Pransus non avide, &c. domesticus otior. *h. e.* domi manens otior. *remaining at home.* ¶ Item intimus, amicus, *intimate, familiar, friendly, Id. pro Rosc. Amer.* c. 6. Cum Metellis erat ei non modo hospitium, verum etiam domesticus usus et consuetudo. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 3. v. 15. Ille ego convictor densoque domesticus usu. ¶ Item ad nostram civitatem pertinens. *Cic. pro Font.* c. 10. Potestis igitur ignotos notis, iniquos æquis, alienigenos domesticis anteferre? *foreigners to our own countrymen. Id.* 2. *Offic.* c. 8. Externa libentius in tali re, quam domestica recordor. *Id.* 5. *Fam.* ep. 2. Urbem a domesticis insidiis, et ab intestino scelere defendere. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 9. Domesticum bellum. *h. e.* intestinum, civile. *intestine broils; civil discords.* et l. 2. *B. Civ.* c. 5. Domesticis opibus, vel externis auxiliis de salute urbis confidere. ¶ *In Cod. Theodos.* lib. 1. *tit. et leg. ult.* dicuntur *domestici* qui circa aliquem sunt, neque ab ejus latere discedunt. Sic apud *Vopisc. in Numer.* c. 13. sunt *domestici* milites, qui circa Principem custodiam corporis agunt. *the prince's body-guard.*

DOMICILIUM, ii, n. *a house, habitation, place of abode, residence, lodging*, οἰκητήριον, domus, sedes domestica, habitatio certa, et diuturna. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 29. Ædificium circumdatum silva, ut sunt fere domicilia Gallorum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 37. Si essent, qui sub terra semper habitavissent, bonis et illustribus domiciliis. *Id. pro Arch.* c. 4. Cum hic domicilium Romæ multos jam annos haberet. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* cap. 30. et lib. 2. c. 29. Deligere sibi locum aliquem domicilio. *Nepos in Themist.* c. 10. Domicilium Magnesiæ sibi constituit. *Cic.* 4. *Verr.* c. 3. Sedes ac domicilium collocare in provincia. *Liv.* l. 3. c. 57. Carcer, domicilium plebis Romanæ. *scil.* quia ibi multi diu detinebantur. Sic *Cic. Verr.* 7. c. 55. Carcer ille, quæ Lautumiæ vocantur, in istius imperio domicilium civium R. fuit. *Plin.* l. 9. c. 32. Cochleæ exserentes se domicilio. *from their shell. Gell.* l. 7. c. 16. vocat *domicilia ciborum* regiones, in quibus cibus alicujus generis optimi nascuntur, ut pavones Sami, attagenæ in Phrygia, hædi in Ambracia, &c. ¶ Translate *Nepos in Attic.* c. 3. In ea urbe natus est, in qua domicilium orbis terrarum esset imperii, *the receptacle, repository. Cic.* 1. *de Orat.* c. 23. In hoc domicilio imperii et gloriæ. *h. e.* Romæ. *Id.* 2. *Agrar.* c. 35. Coloni Capuæ, in domicilio superbiæ, atque in sedibus luxuriæ collocari. *Id. pro Balb.* c. 5. Cn. Pompeii sic late longeque diffusa laus, ut ejus gloriæ domicilium communis imperii finibus terminetur. *Vellei.* l. 2. c. 69. In Vatinio deformitas corporis cum turpitudine certabat ingenii, adeo ut animus ejus dignissimo domicilio inclusus videretur. *Gell.* l. 17. c. 15. Corrupti in stomacho humores ad domicilia usque animi redundant. *h. e.* ad caput. ¶ Illæ fortasse alicui paulo audaciores metaphoræ videantur, *Fam.* 16. ep. 17. Verbo *fideliter* domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multæ. et *in Pison.* c. 31. Suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus Pompeii collocaverunt.

DOMICŒNIUM, ii, n. *a supper at home, or in one's house*, οἰκοσιτία, cœna, quæ fit domi. *Martial.* l. 5. epigr. 79. Si tristi domicœnio laboras. *Id.* l. 12. epigr. 78. Afficere clientem domicœnio trinoctiali.

DOMIDŪCUS deus dictus est, qui sponsæ ad mariti domum ducendæ præerat. *Augustin.* l. 6. *de Civ. Dei*, c. 9. ¶ Juno quoque *Domiduca* dicta est, et *Iterduca*, quasi præses pueris iter facientibus, et domum redeuntibus: et puellis ad mariti domum pergentibus. *Id. ibid.* l. 7. c. 3. item *Martian. Capell.* l. 2. pag. 37. apud quem al. leg. *interduca.*

DOMĬNA, æ, f. *a mistress, patroness*, δέσποινα, quæ in aliqua re dominatur. *Cic.* 3. *Offic.* c. 6. Justitia omnium est domina et regina virtutum. et lib. 2. c. 10. Voluptates, blandissimæ dominæ. *Id. pro Marcell.* c. 2. Illa ipsa rerum humanarum domina, Fortuna. *Id. Parad.* 5. c. 3. Cupiditas honoris, quam dura est domina, quam imperiosa, quam vehemens! ¶ Dicitur de matrefamilias, *a matron, dame, lady, Sueton. in Claud.* c. 39. et *Terent. Heaut.* 4. 1. 15. et *Virg.* 6. *Æn.* v. 397. Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. Ubi *Serv.* aut de Græco tractum, qui uxorem δέσποιναν dicunt. *Ovid.* quoque dominam vocat uxorem suam, 4. *Trist.* eleg. 3. v. 9. et 5. *Trist.* el. 5. v. 1. ¶ Item de amica, *a mistress, sweetheart, Terent. Heaut.* 2. 3. 60. *Ovid. in amatoriis* sæpissime, *Petron. Propert. Martial.* l. 6. epigr. 71. &c. ¶ Deæ quoque sic aliquando appellantur. *Virg.* 3. *Æn.* v. 113. Et juncti currum dominæ subiere leones. Ubi *Serv.* dominam proprie matrem deum dici, Varro, et ceteri affirmant. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 84. n. 2. Dominæ Isidi Victrici. ¶ Urbs domina *Martiali* l. 12. epigr. 21. est Roma. *the mistress of the world.* ¶ In dativo plur. *Curt.* l. 3. c. 12. Ut armatos conspexere, rati esse actum de dominis, &c. *h. e.* matre, et uxore Darii captivis. V. dicta in *Asina.*

DOMĬNANS, antis, *ruling, swaying, lording over; a ruler, lord*, dominus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 30. Vetat dominans ille in nobis deus. *Lucret.* l. 3. v. 397. Et magis est animus vitai claustra coercens, Et dominantior ad vitam, quam vis animai. *Tacit. Ann.* 14. c. 56. Qui finis omnium cum dominante sermonum. *with the prince. Id.* 4. *Hist.* c. 74. Vitia dominantium tolerare. *of those in power.* ¶ Translate *Horat. de Art. Poet.* v. 234. inornata et dominantia nomina. *h. e.* propria, ab omnibus passim usurpata, et quodammodo in sermone vulgi dominantia, et obtinentia. *words in common use, proper terms.*

DOMINATIO, onis. f. *dominion, rule, authority, power, sway, lordship, sovereignty, usurpation, tyranny, despotism, despoticalness, domination*, δεσποτεία, imperium, dominium, dominatus. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 54. Temperantia est rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi, firma et moderata dominatio. ¶ Fere intelligitur dominium unius in multos: quod in libera republica est odiosum: atque ideo Latine sæpissime in malam partem accipitur. *Cic.* 8. *Attic.* ep. 3. *a med.* Idem fecero, quod in Cinnæ dominatione Philippus. *Id. Phil.* 3. c. 14. Non modo crudelem superbamque dominationem nobis, sed ignominiosam etiam et flagitiosam esse ferendam. *Asin. Poll. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 31. Erudire me potuit, quam jucunda libertas, et quam misera sub dominatione vita esset. *Nepos in Lysand.* c. 1. Atheniensium impotentem dominationem refringere. *Cic.* 2. *Verr.* c. 12. Quoniam hæc te omnis dominatio, regnumque judiciorum tantopere delectat. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 19. *ad fin.* Ne fortuna magnam in nos habeat dominationem. ¶ In plur. num. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 26. Postquam exui æqualitas, et pro modestia vis incedebat, provenere dominationes. *Id. Ann.* 13. c. 1. Segnis et dominationibus aliis fastiditus. *h. e.* aliis dominantibus: vel *under other rulers.*

DOMINĀTOR, oris, m. *a master, lord, governor, ruler*, αὐτοκράτωρ. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 2. Dominator rerum deus, et omnia nutu regens.

DOMINĀTRIX, icis, f. *a mistress, female ruler*, κυρία. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 2. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas. *Senec. in Hippol.* v. 85. Magna vasti Creta dominatrix freti.

[* **DOMINĀTUS**, a, um, particip. sensu activo imperium habens. *Virgil.* 2. *Æn.* v. 363. Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos.]

DOMINĀTUS, us, m. *mastership, rule, authority, lordship, sovereignty, power*, κράτος, imperium, dominatio, et fere in malam partem, ut de *Dominatio* dictum est. *Cic. pro Deiot.* c. 11. Fit in dominatu servitus, in servitute dominatus. *Id.* 1. *de Divin.* c. 25. Urbs ab Alexandro tyranno crudeli dominatu tenebatur. *Id. pro Rabir. Post.* c. 14. Esse in superbissimo dominatu. *Id. Phil.* 11. c. 14. Alicui dominatum et principatum dari. *Id. Parad.* 5. c. 3. Cum dominatus cupiditatum excessit. *Prudent. in Hamartig.* v. 517. quorum (*Dæmonum*) dominatibus humidus iste obtemperat aer. ¶ In bonam *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 11. Omnium rerum potestate dominatuque dignissimus. et cap. 60. Terrenorum commodorum omnis est in homine dominatus. ¶ In dativo *dominatu* pro *dominatui* dixit *C. Cæsar* apud *Gell.* l. 4. c. 16. Unius arrogantiæ, superbiæque, dominatuque. V. *Aspectus.*

DOMINĪCUS, a, um, *pertaining to a lord or master*, κυριακὸς, ad dominum pertinens. *Varro* l. 2. *R. R.* c. 10. *ad fin.* Is sine litteris idoneus non est, quod rationes dominicas pecuarias conficere non potest. *Petron. in Satyr.* c. 31. Vinum dominicum ministratoris gratia est. *Senec.* epist. 47. Obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est. *Colum. in proœm.* l. 9. Dominicæ habitationes. ¶ Quod Imperatores *domini* appellabantur, *dominicus* ad eos aliquando refertur. *Imp. Constantin.* lib. 3. *Cod.* tit. 26. leg. 7. Dominici coloni. Adde lib. 7. tit. 38. qui inscribitur, Ne rei dominicæ, vel templorum vindicatio temporis præscriptione submoveatur. ¶ *Domnicus* syncope est. Vetus lapis apud *Donium* class. 7. n. 7. Adiut. a cognitionib. Domnicis. *h. e.* Imperatoris. ¶ Similiter *domnus* et *domna* pro *dominus.* [† et *domina.*] [† V. *Dominus.*] *Inscript.* apud *Murator.* pag. 201. n. 1. L. Lucreti ..... domnæ meæ sanctissimæ, &c. [¶ Dominicum pro *Cœna dominica*, seu *Communione Eucharistiæ. Cyprian. de opere et eleemos.* pag. 203. Locuples et dives dominicum celebrare te credis, quæ *corbanam* omnino non respicis, quæ in dominicum sine sacrificio venis, quæ partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis?]

DOMINIUM, ii, n. *lordship, rule, dominion, authority, empire, signiory, right of property*, δεσποτεία, dominatus, imperium, dominatio, sed rarioris usus. *Varr.* 2. *de R. R.* c. 6. In mercando emptionibus, traditionibus dominium mutant. *Al. leg.* dominum. *Sueton. in Tiber.* c. 59. Impatientes dominii. *impatient of rule.* Adde *Valer. Max.* l. 4. c. 4. et *JCtos in Dig.* sæpe, et *Plin.* l. 37. c. 8. *extr.* ¶ Quia *dominus* interdum dicitur, qui convivium exhibet, *dominium* pro convivio poni, *Non.* c. 4. n. 125. docet. *a feast where one presided, who was styled* dominus. Melius dixisset, pro munere et officio domini convivii. *Lucil. ibid.* Primum dominia, et sodalitia omnia tolluntur. (Hoc sensu magisteria dixit *Cic. de Senect.* c. 14. quod *Dousa* ad *Lucil.* adnotavit.) ¶ Pro loco convivii, *Cic. Verr.* 5. c. 4. *ad fin.* Hujus argento dominia vestra, hujus signis et tabulis forum comitiumque ornari. Ita legit *Lips.* l. 1. *Saturn.* c. 19. *sub fin.* Alii *domus vestras.*

DOMĬNOR, aris, atus sum, dep. 1. *to be lord and master, rule, bear rule, reign, domineer*, δυναστεύω, κυριεύω, dominum ago, imperium habeo, dominationem exerceo. Refertur tum ad loca, tum ad personas. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 14. Dominatus est Alexandriæ. *Id. de Senect.* c. 11. Senectus honesta est, si usque ad extremum spiritum dominatur in suos. *Id. pro Quint.* c. 30. In capite fortunisque hominum honestissimorum dominari. *Cæs.* 2. *B. Gall.* c. 31. Ab his interfici, inter quos dominari consuessent. *Virg.* 2. *Æn.* v. 327. incensa Danai dominantur in urbe. *lord it.* et lib. 1. v. 285. victis dominabitur Argis. et 6. *Æn.* v. 766. Longa dominabitur Alba. et lib. 7. v. 70. summa dominarier arce. παραγωγή. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1590. nulla dominetur aula. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 143. toti dominabere mundo. *Plin.* l. 4. c. 10. Macedonia in Bactris, Medis, Persis dominata. ¶ Passive *Enn.* apud *Cic.* 1. *Offic.* c. 39. O domus Anci, heu quam dispari domino dominaris! *Nigid.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 798. *Putsch.* Ut curari, et dominari possit. *Lactant. de mort. persecut.* c. 16. Hic est vetus triumphus, cum dominatores dominantur. ¶ Translate *Crassus* apud *Cic. in Orat.* c. 65. Ubi libido dominatur, innocentiæ leve præsidium est. *Cic. de Orat.* l. 2. c. 8. Usus dicendi in omni libera civitate dominatur. *Plin.* l. 29. c. 4. *circa med.* Dominante eadem illa rerum dissidentia. *Quintil. in proœm.* l. 8. Affectus per omnem quidem causam, sed maxime tamen in ingressu ac fine dominantur. *Cic.* apud *eund.* l. 11. c. 3. Unam in dicendo actionem dominari. *Senec.* ep. 101. Quam stultum est ætatem disponere! ne crastino quidem dominamur. *we are not even masters of the morrow. Virg.* 1. *Georg.* v. 153. interque nitentia culta Infelix lolium, et steriles dominantur avenæ.

DOMINŬLUS, li, m. *a lordling, lording*, diminutiva vox, et blandiendi causa usurpata, legitur apud *Scævol. Dig.* lib. 32. leg. 41. sect. 4.

DOMĬNUS, i, m. *a master of a house, master of slaves, proprietor of any thing, possessor, owner, lord, ruler*, δεσπότης, κύριος, proprie est, qui domui præest, et in familiam imperium habet: a *domus.* Late autem qui in regnum aut civitatem imperium habet, et cui populi subsunt. *Cic.* 1. *Offic.* c. 39. Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. *Id. pro Planc.* c. 4. Hic princeps populus, et omnium gentium dominus ac victor. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 28. Dominum esse in aliquem. *Id.* 13. *Phil.* c. 8. Imponere alicui dominum. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 848. Recusare dominum. *h. e.* dedignari, et nolle servire. *Curt.* l. 7. c. 8. Alienigenam dominum pati. *Senec. in Troad.* v. 974. Dare alicui dominum. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 21. Liberari gravissimis dominis. ¶ Item maritus. *a husband.* Ita enim intelligunt *Non.* c. 4. n. 125. et *Serv.* illud *Virg.* 4. *Æn.* v. 214. et dominum Ænean in regna recepit. Adde *Ovid.* 1. *de art. aman.* v. 314. V. *Domina.* ¶ Item amasius, amator, in blanditiis. *a lover, sweetheart. Ovid.* 3. *Amor.* el. 7. v. 11. &c. et *Non. loc. cit.* ¶ Item herilis filius. *the son of the master of the house, or young master. Plaut. Capt. prol.* v. 18. Domo quem profugiens dominum abstulerat, vendidit. ¶ Item exhibitor convivii, *h. e.* herus, qui convivium præbet. *the master of a feast. Varr.* apud *Non. ibid.* Discumbimus mussati: dominus matura ova ad cœnam committit. *Sallust. in fragm.* apud *Non. ibid.* Discubuere, &c. alter scriba Mæcenas in imo, medius inter Tarquitium, et dominum Perpennam. *Cic. in Vatin.* c. 13. Cum ipse epuli dominus, Q. Arrius, albatus esset. Adde *Liv.* l. 23. c. 8. *Varr.* apud *Gell.* l. 13. c. 11. et *Petron. in Satyr.* c. 34. ¶ Item universim qui cuicumque rei præest. *Plaut. Asin. prol.* v. 2. Quæ mihi atque vobis res vertat bene, gregique huic, et dominis, atque conductoribus. *to the leading comedians. Sueton. in Ner.* c. 22. Domini factionum. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 338. n. 2. M. Aurelio Libero domino et agitatori factionis Prasinæ. *Cic. pro Quint.* c. 15. ita appellat eos, qui præsunt bonis alicujus auctionandis: et lib. 2. *ad Attic.* ep. 19. muneratorem, qui munus gladiatorium dat. ¶ Est etiam epithetum Dei summi, qui est dominus omnium: item reliquorum deorum. *Cic.* 4. *Acad.* c. 41. Itaque cogimur, dissensione sapientum, dominum nostrum ignorare. *Id.* 4. *de Fin.* c. 5. Summus rector et dominus. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 12. in dominos jus habet ille deos. ¶ In libera republica odiosa fere vox fuit: quare prisci Latini dominum familiæ patremfamilias appellaverunt: uti docet *Senec.* ep. 47. et forma reipubl. mutata, qui boni Imperatores haberi voluerunt, aversabantur, ut de Au-

gusto refert *Sueton. in ejus vita* c. 53. et de Tiberio, c. 27. et de Alexandro Severo, *Lamprid.* c. 4. Paulatim tamen, adulatione procedente, passim domini appellati, ut patet ex epistolis *Plin.* l. 10. V. etiam *Sueton. in Domit.* c. 13. *Phædr.* l. 2. fab. 5. v. 21. et *Martial.* l. 5. epigr. 8. &c. ¶ Pro dominicus. *Stat. Theb.* 5. v. 578. Implorantem animam dominis adsibilat aris. ¶ Officiosæ salutationis consuetudine *domini* appellabantur quicumque obvii. *a term of respect, much the same with Sir in English.* *Senec.* ep. 3. Sic illum amicum vocasti, quomodo omnes candidatos, bonos viros dicimus; quomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus. ¶ Item fratres. *Senec.* epist. 104. ¶ Blandientis etiam compellatio fuit. *Sueton. in Claud.* c. 21. Ut sæpe hortando, rogandoque ad hilaritatem homines provocaret, dominos identidem appellans. *Martial.* l. 5. epigr. 58. Cum voco te dominum, noli tibi, Cinna, placere: Sæpe etiam servum sic resaluto meum. ¶ *Domnus* per syncop. Lapis inscriptus apud *Donium* class. 8. n. 74. Domno B. sacrum. *h. e.* Domino Beleno.

DOMIPORTA, f. *carrying its shell, or house, upon its back*, epithetum cochleæ, quod domum suam perpetuo circumferat. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 64. *ex vet. Poeta.* Ut sumat terrigenam, tardigradam, domiportam, sanguine cassam.

DOMIREDITĬO, onis, f. *a returning home*, reditus domum. *Hygin.* fab. 125. ubi alii aliter leg.

DOMISĔDA, dicitur matrona domi sedens, et sibi vivens, in *Inscript.* apud *Fabrett.* c. 4. n. 35. et *Donium* class. 15. n. 49. Hic sita est Amymone pia, pudica, frugi, casta, domiseda.

DOMITIĀNUS, i, *Domitian*, T. Flavius, Vespasiani filius, Romanorum Imperator duodecimus, crudelitate nobilis, muscas per cubiculum venari, et stylo præacuto configere solebat. Ejus vitam habes apud *Sueton.* et *Aurel. Vict.* ¶ In ejus honorem mutata sunt duorum mensium nomina, et September *Germanicus*, propter triumphatos Germanos; October *Domitianus*, quod eo mense natus esset, est dictus, ut *Sueton.* c. 13. narrat: tametsi eæ appellationes non diu obtinuere. *Martial.* l. 9. epigr. 2. Dum Janus hiemes, Domitianus autumnos, Augustus annis commodabit æstates.

DOMITIĀNUS, a, um, ad Domitium pertinens, quod est nomen civis R. proprium, ut Domitiani milites, apud *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 16. et 22. ¶ *Domitiana via* a Domitiano Imp. strata, fuisse dicitur ad latus Appiæ, et mari propior, quæ Sinuessa, (quo loco ab Appia flectebat, triumphali arcu ornabatur) Puteolos usque per Liternum ducebat. Ejus meminit *Stat. in præfat.* l. 4. *silvar.* describit autem, et laudat *ibid.* silv. 3.

DOMITĬUS, a, um, ad Domitium pertinens, quod est nomen civis R. proprium. *Domitia via*, de qua *Cic. pro Font.* c. 4. fuit in Gallia provincia: dictamque putant a Cn. Domitio proconsule, qui eam muniverit. ¶ *Domitia gens* Romana, plebeia, in Calvinos, et Ahenobarbos divisa fuit. Ex his fuit Nero sextus R. Imp. omnium mortalium turpissimus, et crudelissimus. *Sueton. in ejus vita.*

DOMĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to tame, subdue, break in*, frequent. a domo. *Virg.* 1. *Georg.* v. 285. Et prensos domitare boves. *Id.* 7. *Æn.* v. 163. Domitantque in pulvere currus. *h. e.* equos sub curribus. Adde *Plin.* l. 8. c. 8.

DOMĬTOR, oris, m. *a tamer, subduer, vanquisher, conqueror*, δαμαστής, qui domat. *Liv.* l. 21. c. 43. Domitor Hispaniæ. *Cic.* 1. *Offic.* c. 26. Domitor equorum. *a breaker in.* (Sic intelligendus videtur lapis apud *Gruter.* pag. 1118. n. 3. T. Virio Liberali domitori T. Virius Proclus patri de se b. m. &c.) *Id. pro Mil.* c. 13. Vexatorem furoris, domitorem armorum suorum. *Senec. in Med.* v. 2. Tiphys domitor freti. *Id. in Herc. Œt.* v. 1989. Hercules domitor ferarum. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 76. *extr.* Firmatus usu miles, et belli domitor externi. *Senec. in Agamemn.* v. 75. Somnus curarum domitor. et *in Herc. Fur.* v. 65. Domitor malorum somnus. *Plin. in Paneg.* c. 55. Infinitæ potestatis domitor ac frenator animus.

DOMĬTRIX, icis, f. *she that tameth or subdueth*, quæ domat. *Virg.* 3. *Georg.* v. 44. Domitrixque Epidaurus equorum. *Plin.* l. 36. c. 16. Ferrum, domitrix illa rerum omnium materia.

DOMITŪRA, æ, f. *a taming or breaking*, δάμασις, domandi actus. *Plin.* l. 8. c. 45. Domitura boum in trimatu. Adde *Colum.* l. 6. c. 2.

DOMĬTUS, a, um, *tamed, subdued, vanquished*, δεδαμασμένος. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 64. Belluæ domitæ, et condocefactæ. *Cic. pro Font.* c. 1. Bello domitus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 44. Domitas habere libidines. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 11. v. 5. domitum pedibus calcamus amorem. *Plaut. Mil.* 2. 6. 80. Hominem servum suos domitos habere oportet oculos, et manus, orationemque. *Liv.* l. 21. c. 30. Domita fluminis vis. *Plin.* l. 34. c. 9. Æs attritu domitus, et consuetudine nitoris veluti mansuefactus. *Id.* l. 18. c. 13. Rapa sinapis acrimonia domita. *Sever. in Ætna*, v. 10. Domita arva. *h. e.* arata, et exculta. Sic *Juvenal.* sat. 11. v. 89. Erectum domito referens a monte ligonem.

DOMĬTUS, us, m. idem ac domitura. In sexto casu sing. *Cic. de nat. Deor.* l. 2. c. 60. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.

[*DOMNÆDĬUS, ii, m. *a landlord*, dominus ædium, aut is, qui in ædibus a se conductis habitat, ὁ σταθμοῦχος; per syncopen a *dominædius*, quæ integra vox legitur apud *Paulin. Nolan.* carm. 20. v. 104. et in fine sui Lexici inter non probatas recensetur a *Forcellino.* In *Gloss. Græc. Latin. Domnædius* dicitur *Cœnacularius*, *h. e.* qui cœnaculum conduxit. Quamvis autem verbum hoc in *Notis*, quæ *Tironi* tribuuntur, reperiri dicatur, illudque in quibusdam Codicibus *Rhetor. ad Herenn.* l. 4. c. 51. a se visum testetur *Salmasius* in *adnot.* ad *Histor. August.* pag. 142. et alibi, nos tamen locum illi fecimus in hac *Appendice* ex quodam optimo *Lapide* in *Ephemerid. Florentin.* ann. 1757. col. 421 et apud *Marinium Inscript. Alban.* pag. 82. Domnædius, possessor, colonus sequens, et tu, viator, precor, parce tumulum Narcissi. *Inscriptio* hæc ita construenda et explicanda. Narcissus colonus, sive conductor prædii, aut agri, in quo sepulcrum sibi paraverat, rogat dominum, sive conductorem domus ejus prædii, rogat possessorem ejusdem prædii, rogat colonum; cui post ipsum prædium illud colendum tuendumque erit, rogat viatorem, ut suo sepulcro parcant, neve se jam mortuum inquietent. V. *Marinium loc. cit.* Hujus igitur Lapidis auctoritate integra quoque vox *Dominædius* aliquatenus probari potest.]

DOMNĬCUS. } V. *Dominicus.*
DOMNUS. }

[* DOMNIFUNDA, æ, f. *a landlady*, vox composita a *domina*, et *fundus*. *Inscript.* apud *Marin. Fratr. Arval.* pag. 644. Euporas filio benemerenti fecit ex auctoritate Cæsoniæ Ledæ domnifundæ. V. *ibidem Marinium* de hac voce disputantem.]

DOMO, as, ui, *raro* avi, itum, a. 1. *to subdue, conquer, overcome, vanquish, break or tame wild animals*, δαμάω, jumenta, vel homines, vel rem aliquam feritate, contumacia, vel duritia resistentem vincere, subigere, mansuefacere, mollire: a voce Græca allata. *Cic.* 2. *Offic.* c. 4. Domare belluas. *Plin.* l. et cap. 8. Fame domare elephantos. *Colum.* l. 6. c. 22. Tauros domare aratro. *Cic. pro Marcell.* c. 3. Domuisti gentes immanitate barbaras. *Id. de Provinc. Consul.* c. 13. Acerrimas nationes contrivit, domuit, compulit, imperio populi R. parere assuefecit. *Plin.* c. 1. l. 36. Montes natura fecerat ad impetus fluminum domandos. *Id.* l. 35. c. 15. Sulphure plurima domantur. et lib. 36. c. 27. Igne ferrum domatur. *Id.* l. 20. c. 1. Pastillos elaterii in novo fictili igne lento in aceto domare. *h. e.* macerare, mollire. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 649. resecat de tergore partem Exiguam, sectamque domat ferventibus undis. *Sil.* l. 8. v. 501. et *Plin.* l. 29. c. 4. *circa med.* Carnibus gallinaceorum appositis venena domantur. *Id.* l. 12. *c. ult.* Pinguis lacryma abietis ad domandum oleum. *h. e.* cogendum, et spissandum, victo nimio ejus fluore. *Virg.* 9. *Æn.* v. 608. Terram domare rastris. *Stat.* 1. *Achill.* v. 328. impexos certo domat ordine crines. ¶ Translate *Plin.* l. 37. c. 10. Domare iracundias. *Horat.* l. 2. od. 2. v. 9. Latius regnes avidum domando spiritum, quam si, &c. *Claudian. in Consul. Prob. et Olybr.* v. 38. virtutibus ille Fortunam domuit. *got the better of.* *Stat.* l. et silv. 2. v. 125. qui pectore magno Spemque metumque domas, vitio sublimior omni. *Id.* l. 2. *Theb.* v. 31. Domare lumina somno. *Virg.* 3. *Georg.* v. 538. acrior illum cura domat. *gnaws him.* *Valer. Flacc.* l. 1. v. 600. ingenti gaudens domat æquora velo. *h. e.* navigat, mare, quod antea invium, pervium faciens. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 84. lacte novo domare cruorem. *h. e.* temperare, miscere. *to temper, soften.* ¶ Pro altero præterito *avi*, Vetus Poeta (et creditur *Ennius*) apud *Charis. sub fin.* l. 4. non quod draconis sævi sopivi impetum, Non quod viros domavi, et segetis armatæ manus. Hinc *domatus* et *domator*, quæ V. suis loc. [¶ Particip. *domiturus* apud *Virgil. Georg.* 4. v. 102. Mella premes durum Bacchi domitura saporem.]

DOMUITĬO, onis, f. *a going or returning home*, reversio domum: a *domus*, et *itio*. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 330. Desistat exercitum morari, ne me a domuitione arceat. *Cic.* 1. *de Div.* c. 32. Classi propinquum reditum ac domuitionem dari. *Auct. ad Herenn.* poetæ verba referens l. 3. c. 21. Jam domuitionem reges Atridæ parant. *Apul.* l. 2. *Metam.* *sub fin.* Domuitionem capessere. Adde lib. 1. 3. 4. 10. et 11. Apud *Cicer.* al. leg. *domum itionem.* ¶ Reperitur etiam *domutio*, extrito *i*. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 209. Domutionem dedit. *Lucil. ibid.* Domutionis cupidi. Al. hic quoque leg. *domuitio.*

DOMUNCŬLA, æ, f. *a small house, cottage*, οἰκίον, οἰκίδιον, parva domus. *Vitruv.* l. 6. c. 10. Dextra ac sinistra domunculæ constituuntur, habentes proprias januas, &c. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 12. leg. 3. *extr.* et *Valer. Max.* l. et cap. 4. n. 8.

DOMUS, us, ui, et mi, mo, f. 4. et 2. *a house, home, habitation, lodging, dwelling, place of abode*, οἶκος, δόμος, locus ad habitandum, ædes, domicilium: a δέμω, ædifico, extruo. *Cic.* 1. *Offic.* c. 39. Præclaram ædificavit, et plenam dignitatis domum. *Liv.* c. 34. l. 45. Galli domos abiere. *Cic. in Pison.* c. 7. Me domo mea expulistis, Pompeium domum suam compulistis. *Id.* 7. *Verr.* c. 29. Domi apud se esse dixit. *Plaut. Amph.* 1. 1. 253. Cur non intro eo in nostram domum? *Terent. Eun.* 2. 3. 90. In domum meretriciam deduci. *Cic.* 1. *Catil.* c. 4. Te priori nocte venisse in M. Leccæ domum. *Id. pro Flacc.* c. 6. Qui domo exire nolebant: qui domi stare non poterant. *Liv.* l. 45. c. 34. Excire aliquem ex domo. *Cic. pro Dom.* c. 40. Sacrificium, quod alienæ domi fieret, invisere. et 5. *Tuscul.* c. 39. Diodorus multos annos domi nostræ vixit. *Id. Attic.* l. 1. ep. 12. Deprehensus domi Cæsaris. et lib. 2. ep. 7. Cum in domo Cæsaris unus vir fuerit. *Nepos in Alcib.* c. 3. *extr.* Quod in domo sua mysteria facere dicebatur. *Cic.* 2. *Verr.* c. 9. Siculis denuntiatum esse, domum ad illum ut venirent. *that they should repair to his house.* *Id. Fam.* 3. ep. 8. *sub fin.* Neque domum unquam ad me litteras mittam, quin adjungam eas, quas tibi reddi velim. *home.* *Id.* 9. *Fam.* ep. 5. Qui se domo non commoverunt. *have not stirred from home.* *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 5. Cibaria sibi quemque domo afferre jubent. *from home.* *Nepos in Dione*, c. 9. et *Cic. pro Dom.* c. 3. Tenere se domi. *to remain at home.* Al. apud *Cicer.* leg. *domo.* *Cic. post redit. in Sen.* c. 11. Tenere se domo. ¶ Aliquando speciatim dicitur de domicilio urbano. *Colum.* l. 1. c. 1. *sub fin.* Qui agrum parabit, domum vendat, ne malit urbanum, quam rusticum larem colere. ¶ Item de sacris ædibus. *a temple.* *Virg.* 6. *Æn.* v. 81. Ostia jamque domus patuere ingentia centum Sponte sua, vatisque ferunt responsa per auras. ¶ Item de sepulcro. *a tomb.* *Tibull.* l. 3. el. 2. v. 22. Atque in marmorea ponere sicca (*ossa*) domo. Hinc *domus æterna* eleganter dicitur in Inscriptionib. apud *Gruter.* pag. 790. n. 5. pag. 903. n. 6. et pag. 913. n. 6. ¶ Item de quacumque sede, habitaculo. *any habitation or place of resort.* *Virg.* 2. *Georg.* v. 209. Antiquasque domos avium. *nests.* *Stat.* 1. *Theb.* v. 367. pecorum domos. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 12. Domus Albuneæ resonantis. *Virg.* de labyrintho, 6. *Æn.* v. 27. Hic labor ille domus, et inextricabilis error. *Cornea domus* dicitur a *Phædro* l. 2. fab. 6. v. 5. testa, qua munitur testudo. ¶ Metonymice ponitur pro familia. *a family, household.* *Cic. Attic.* l. 4. ep. 12. Domus te nostra tota salutat. *Virg.* 1. *Æn.* v. 288. Cum domus Assaraci Phthiam, clarasque Mycenas Servitio premet. *h. e.* Romani, qui a Trojanis oriundi. *the race, descendants.* V. *Assaracus.* *Senec.* epist. 29. *ad fin.* Idem hoc omnes tibi ex omni domo conclamabunt, Peripatetici, Academici, Stoici, Cynici. *h. e.* ex omni familia et secta philosophorum. *a sect, class.* Sic *Cic.* 1. *Acad.* c. 4. Antiocho magis licuerit remigrare in domum veterem e nova, quam nobis in novam e vetere. *h. e.* sectam Academicam. ¶ Per synecdochen dicitur de patria. *one's country.* *Virg.* 8. *Æn.* v. 114. Qui genus? unde domo? et lib. 10. v. 141. Mæonia generose domo. et vers. 183. Qui Cærete domo. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 520. n. 3. C. Aninius C. F. Pomp. Gallus domo Arretio, &c. *Sueton. in Vitell.* c. 2. P. Vitellius domo Nuceria. *Cic.* 3. *Verr.* c. 17. *Sallust. in Catil.* c. 17. et *Curt. sub fin.* l. 3. Domi nobilis. *h. e.* inter suos. Sic *Liv.* l. 7. c. 19. Vir domi non solum, sed etiam Romæ clarus. *h. e.* in patria. et *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 14. *ad fin.* Hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum. ¶ Huc pertinet *domi bellique, domi et militiæ*, in pace, et in bello, *in peace and in war.* *Terent. Adelph.* 3. 5. 49. Una semper militiæ et domi fuimus. *Vellei.* l. 2. c. 27. Vir domi bellique fortissimus. V. *Bellum.* ¶ *Domi habere* dicitur, qui aliqua re abundat, neque ex aliis quidpiam foris quærere opus habet. *Terent. Adelph.* 3. 4. 49. Domi habuit unde disceret. *he had not far to go to learn that.* *Plaut. Mil.* 2. 2. 36. Domi habet animum falsiloquum, domi dolos, domi delenifica facta, domi fallacias. *Terent. Phorm.* 3. 2. 19. O fortunatissime Antipho, cui quod amas, domi est. *at hand, in your power.* *Cic. Attic.* l. 10. ep. 14. Quidquid habes ad consolandum, collige; et illa scribe non ex doctrina, neque ex libris: nam id quidem domi est: sed, &c. Sic *Juvenal.* sat. 11. v. 117. Illa domi natas, nostraque ex arbore mensas Tempora viderunt. *Cic. Fam.* 9. ep. 3. Sed quid ego nunc hæc ad te, cujus domi nascuntur? Γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας. ¶ *Domo pecuniam solvere* apud *Plaut. Curcul.* 5. 3. 7. est ex arca domestica, non aliunde mutua sumpta. Sic *domo afferre* apud *Quintil.* l. 10. c. *ult. ad fin.* est meditata et parata afferre: quibus opponuntur, quæ subita, atque ex tempore dicimus. ¶ *Domum revocare* in re forensi est fori exceptione uti, et eum qui nos in judicium alibi vocavit, ad judicem in loco, ubi degimus, revocare. *Ulpian. Dig.* lib. 5. tit. 1. leg. 2. Dicimus etiam *revocare forum.* *Id. ibid.* leg. 7. ¶ Genitivi *domi*, et *domus* hoc differunt, quod ille locum designat, in quo habitamus, ut ex allatis exemplis apparet: *domus* vero ædificium ipsum significat. *Horat.* l. 2. sat. 6. *extr.* seu fundi, sive domus sit emptor. ¶ Pro quo *domuis* Prisci dixere. *Varr.* apud *Non.* c. 8. n. 66. Perexit in interiores partes domuis. *Gell.* l. 4. c. 16. *Nigidium* quoque ita loquutum esse testatur. *Augustus* vero *domos* dicere solebat pro *domus* eodem casu, teste *Sueton. in ejus vita*, c. 87. ¶ Illud tamen discrimen non est perpetuum. *Terent.* alludens ad illud *domi belloque* *Eun.* 4. 7. 45. Sanga, ita ut fortes docet milites, domi focique fac vicissim ut memineris. *Plaut. Trin.* 4. 3. 20. Non fugitivus est hic homo: commeminit domi. ¶ In dativo est *domui*, et *domo*. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 66. Cum fieret paries domui communis utrique. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 13. Ponendæque domo quærenda est area primum. *Cato R. R.*

c. 134. Uti sies propitius mihi, domo familiæque meæ. ¶ In abl. est aliquando *domu* pro *domo*. *Plaut. Mil.* 2. 1. 48. Ait se se Athenas fugere ex hac domu. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 599. n. 8. L. Flavi Aug. lib. de domu Aug. ¶ *Domo* pro *domi*, *Plaut. Amph.* 2. 2. 7. Ego id nunc experior domo, atque ipsa de me scio. ¶ In genitivo plur. est *domorum*, et *domuum*. *Virg.* 2. *Æn.* v. 445. turres, ac tecta domorum Culmina convellunt. *Juvenal.* sat. 3. v. 72. Viscera magnarum domuum. *Plin.* l. 8. c. 57. Mures incolæ domuum. ¶ Etiam in accus. plur. pro *domos* invenitur *domus*. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 17. c. 2. Domus suas quemque ire jubet. Adde *Accium* apud *eund.* l. 14. c. 1. ¶ In recto, dat. et ablat. plur. est tantummodo quartæ declinat. quod et *Priscian.* adnotavit l. 7. pag. 744. *Putsch.*

DOMUSCŬLA, æ, f. diminut. domuncula. *Apul.* l. 4. *Metam.* Mecum nutritus individuo contubernio domusculæ. Al. leg. *domunculæ.*

DOMUTĬO, V. *Domuitio.*

DONABĬLIS, le, adject. *that may or ought to be presented with.* *Plaut. Rud.* 3. 2. 45. Infortunio hominem prædicas donabilem. *h.e.* donandum, tradendum infortunio.

DONARĬUM, ii, n. *a gift, donative,* δῶρον, idem quod donum: sed caret singulari numero. *Tacit. Ann.* 1. c. 44. Citatus ab Imperatore, nomen, patriam, numerum stipendiorum, et cui erant donaria militaria, edebat. ¶ Speciatim quæ diis offeruntur in templis, *votive offerings to the gods; gifts offered to the gods, and placed or suspended in their temples.* *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 35. Fanum Soli magnificum constituit, donariis ornans opulentis. *Gell.* l. 2. c. 10. Ubi reponi solerent signa vetera, et alia quædam religiosa e donariis consecratis. ¶ Item locus in templo, ubi donaria ipsa suspenduntur; vel ipsa templa. *the places where such offerings were suspended.* *Lucan.* l. 9. v. 515. Non illic Libycæ posuerunt ditia gentes Templa, nec Eois splendent donaria gemmis. *Virg.* 3. *Georg.* v. 533. ductos alta ad donaria currus. *to the lofty temples.* ¶ Pro altaribus ponere videtur *Ovid.* 3. *Fast.* v. 335. Si tua contigimus manibus donaria puris.

DONATĬCUS, a, um, adject. qui dono datur, ut Donaticæ coronæ, quibus victores in ludis donabantur, *Fest.* Et Donaticæ hastæ, *Cato* apud *eund.* in *Optionatus.*

DONATĬO, onis, f. *a giving or bestowing freely; a donation, allowance,* δόσις, actus donandi, et proprie secundum *Julian. Dig.* lib. 39. tit. 5. leg. 1. dicitur, cum quis ea mente dat, ut statim velit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reverti, et propter nullam aliam causam facit, quam ut liberalitatem et munificentiam exerceat. Quod si sub conditione fiat, non est vera donatio. *Cic. de opt. gen. Orat.* c. 7. Ut corona aurea donaretur, eaque donatio fieret in theatro. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 9. Furta, rapinæ, donationes. *Paul. Dig.* lib. 31. leg. 89. *ad fin.* Avia donationibus in nepotem patrimonium exinanivit.

DONATĪVUM, i, n. *a donative, largess, or dole given by the Emperor to his soldiers,* munus, quod a Principe, vel Imperatore militibus donatur. *Sueton. in Domit.* c. 2. An duplum donativum militi donaret. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 19. Postulare donativum. ¶ Differt a congiario, quod populo datur. *Sueton. in Ner.* c. 7. Populo congiarium, militi donativum proposuit. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 26. Congiarium populo ter dedit, donativum militibus ter. V. *Congiarium.* ¶ Adjective *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 421. n. 1. Impendium bigæ, quam populus ex collatione legativi ac donativi epuli offerebat, remisit. V. *Legativum.*

DONĀTOR, oris, m. *a giver, donor,* δοτὴρ, δότης, qui donat. *Senec. in Hippol.* v. 1217. Donator atræ lucis, Alcide, tuum Diti remitte munus. *Paul. Dig.* lib. 42. tit. 1. leg. 49. Pinguius donatori succurrere debemus, quam, &c.

DONĀTRIX, icis, f. *she that gives or bestows.* *Prudent. peristeph.* 4. *de S. Hippolyto,* v. 171. Illa Sacramenti donatrix mensa. Adde *Impp. Dioclet. et Maxim.* lib. 8. *Cod.* tit. 54. leg. 20.

DONĀTUS, a, um, *presented with a gift,* δωρηθεὶς, dono affectus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 2. Agro a Senatu, et vacatione donatus. *Nepos in Datam.* c. 3. Magnifice donatum, ad exercitum misit. *loaded with presents.* *Liv.* l. 25. c. 18. *extr.* Magnifice laudatus, et donis donatus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 305. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. *without a gift.* ¶ Item dono datus, *bestowed, given, granted,* δωρητός. *Id. Ecl.* 3. v. 14. Et cum vidisti puero donata, dolebas. *Cicer. de Harusp. resp.* c. 4. P. Scipio divino munere donatus reipublicæ. *Id.* 3. *de Fin.* c. 5. Membrorum corporis alia propter usum a natura donata, ut manus, crura: alia ad quendam ornatum, ut cauda pavoni. *Brut. ad Cicer.* ep. 6. *extr.* Dyrrhachini sibi donatum æs alienum a Cæsare dicunt. *their debts remitted, or forgiven.* ¶ *Donatum facere* est donare. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 1114. n. 5. Si quis hoc monumentum sociorum vendiderit, sive donatum fecerit, &c.

DONATUS, i, Grammaticus doctissimus, D. Hieronymi præceptor. Scripsit de octo partibus orationis (quem librum emendatum operi suo adjunxit *Diomedes Grammaticus*) et alia quædam. ¶ Idem Hieronymus testatur, se audivisse Donatum exponentem fabulas Terentii: quamquam *Erasmus* dubitat, utrum is fuerit, an alius, qui Hieronymum docuit, Terentiumque explicavit.

DONAX, acis, m. δόναξ, *a reed or cane,* calamus crassiore ligno et tenui foramine, longissimis internodiis, quem totum fungosa replet medulla, in aquaticis nascens, sagittis aptissimus. *Plin.* l. 24. c. 11. arundinem Cypriam. et l. 32. c. 10. *sub fin.* calamum Cyprium vocat, quod in ea insula maxime proveniat. Describit autem l. 16. c. 36. ¶ Est etiam nomen piscis marini, qui onyx etiam, et dactylus dicitur. *Id.* l. 32. c. *ult.* ¶ Apud *Terent. in Eun.* 4. 7. 4. est nomen militis, fortasse a staturæ longitudine.

DONEC, *until, while, whilst, as long as,* ἕως, μέχρι, quoad, quousque, tandiu, dum: videturque esse a *donicum*: et jungitur cum omnibus fere temporibus. *Liv.* l. 6. c. 13. Donec armati, confertique abibant, peditum labor in persequendo fuit: postquam, &c. *Plaut. Amph.* 2. 1. 50. Neque credebam primo mihimet, donec ille fecit sibi uti crederem. *Liv.* l. 4. c. 13. Increpare Coss. quod expectassent, donec tanta res ad Senatum deferretur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 277. donec regina sacerdos Marte gravis, geminam partu dabit Ilia prolem. ¶ Jungitur et cum *usque.* *Cato R. R.* cap. 88. Id quotidie facito, usque adeo donec sal desiverit tabescere. *Horat. in art. Poet.* v. 155. usque Sessuri, donec cantor, vos plaudite, dicat. *Terent. Andr.* 4. 1. 38. Nunquam destitit suadere, orare, usque adeo donec perpulit. ¶ Ponitur et pro quamdiu: quæ notio facile cum priori confunditur. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 9. v. 6. Donec eris felix, multos numerabis amicos. *Liv.* l. 2. c. 24. *ad fin.* Ne quis militis, donec in castris esset, bona possideret. *Horat.* l. 1. od. 9. v. 17. Donec virenti canities abest.

DONĬCUM, *until,* ἕως, idem, quod donec: sed aliquanto rarius. *Nepos in Amilc.* c. 1. Donicum aut vicissent, aut victi manum dedissent. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 19. Si respexis, donicum ego te jussero. *Cato* apud *Charis.* l. 2. p. 178. *Putsch.* Donicum ille tibi interdixit. *Lucret.* l. 2. v. 1114. Donicum ad extremum crescendi perfice finem Omnia perduxit. *Ciceronem* quoque hac voce usum volunt quidam: sed quæ afferunt ejus verba, dubiæ sunt lectionis. ¶ Etiam pro dummodo usurpatum fuisse, *Charis.* significat *loc. cit.* p. 200. sed nullo prolato exemplo.

DONIFICANTES, *exchanging presents, h.e.* dona invicem dantes, dictum est ab *Hygino* fab. 112. Cave usurpes.

DONO, as, avi, atum, a. 1. *to give liberally, bestow freely, present,* δωρέομαι, δίδωμι, dono, largior, liberaliter tribuo, munere afficio. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 8. *extr.* Non pauca suis adjutoribus large effuseque donabat. *Id. in Pison.* c. 3. Mihi populus R. æternitatem immortalitatemque donavit. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 32. Donare munera civibus. Adde *Liv.* l. 27. c. 19. *in fi.* ¶ Cum infinito *Virg.* 5. *Æn.* v. 262. loricam donat habere viro. *Enn.* apud *Prob. ad Ecl. Virg.* 6. v. 31. Atque Anchises doctu', Venus quem pulcra dearum Fari donavit, divinum pectus habere. ¶ Eleganter ponitur pro remittere, condonare. *to forgive, remit, pardon, excuse.* *Cic.* 5. *Fam.* ep. 4. Tuas inimicitias ut reipubl. donares, te vicisti. *Senec. in præfat.* l. 5. *controv. a medio.* Multa donanda ingeniis puto: sed donanda vitia, non portenta sunt. *Justin.* l. 32. c. 2. Donare filio patrem. *h. e.* patri ignoscere in gratiam filii. Sic lib. 38. c. 6. Victum filium donare memoriæ patris. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 51. Culpa gravis precibus donatur sæpe suorum. *Brut. ad Cicer.* ep. 6. *extr.* Donare alicui æs alienum. *Petron. in Satyr.* c. 18. Donare legem. *h.e.* remittere actionem lege datam. ¶ Ad remittendi significationem pertinet etiam, cum dicimus *donare alicui laborem, molestiam, aut malum aliquod.* h. e. remittere alicui, ne subeat, *to spare, save, exempt, exonerate.* *Justin.* lib. 32. c. 2. Donare alicui causam. *h. e.* remittere curam causæ dicendæ. *Sil.* l. 1. v. 487. nivalem Pyrenen Alpesque tibi mea dextera donat. *Id.* l. 2. v. 325. Quantum, heu, Carthago, donat tibi sanguinis Annon! *Valer. Flacc.* l. 1. v. 473. Donat et Iphiclo pelagus, juvenumque labores Æsonides. Adde *Lucan.* l. 9. v. 1016. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 85. et *Stat.* 7. *Theb.* v. 556. ¶ Pro assignare, attribuere, *Phædr.* l. 4. fab. 4. v. 38. Agros, vites, et pecora cum pastoribus Donate mœchæ. *to ascribe, assign.* ¶ Pro simplici dare, concedere, tribuere. *to give, give up, yield.* *Sil.* l. 11. v. 408. discatque Lyæo Imbellem donare diem. *Horat.* l. 1. ep. 15. v. 32. Quidquid quæsierat, ventri donaret avaro. *Sil.* l. 2. v. 608. Donare flammis prædam. ¶ Translate *Horat.* l. 4. od. 12. v. 19. Cadus spes longas donare largus. *Id.* l. 1. ep. 6. v. 36. Scilicet uxorem cum dote, fidemque, et amicos, Et genus, et formam regina pecunia donat. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 3. v. 12. Me tibi donat Amor. ¶ Sæpissime effertur cum accus. personæ, et ablat. rei, *to present, honour.* *Cic.* 5. *Verr.* c. 80. Donare aliquem annulo. *Id. pro Arch.* c. 3. Tarentini hunc civitate, ceterisque præmiis donarunt. *Liv.* l. 29. c. 35. et *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 54. Massinissam insignibus donis donat. *Justin.* l. 11. c. 6. *ad fin.* Eos qui cecidere, statuis equestribus donavit. *Cic. in Pison.* c. 11. Donare aliquem statua inaurata. *Plaut. Aulul.* a. 5. v. 11. Dii immortales, quibus, et quantis me donatis gaudiis! *Vellei.* l. 2. c. 100. Donare aliquem incolumitate. *to grant him his life.* *Tibull.* l. 3. eleg. 1. v. 21. meritam longa donate salute. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 9. Pindarus laurea donandus Apollinari. *Gell.* l. 9. *cap. ult.* Vir fortis præmio donetur. [¶ Absolute sine accusativo. *Martial.* l. 4. epigr. 56. v. 7. Quid sit largiri, quid sit donare, docebo: Si nescis, dona, Gargiliane, mihi. ¶ Cum genitivo. *Apul.* 5. *Met.* pag. 330. *Oudend.* Si ille novæ nuptæ sorores auri vel monilium donare concessit. *h. e.* concessit novæ nuptæ donare sorores suas auro vel monilibus. ¶ Particip. *donaturus* apud *Apul.* 5. *Met.* pag. 375. *Oudend.* Velim scias, me ei donaturam istas pinnas, et flammas, et arcum, et istas sagittas.]

DONŌSUS, a, um, adject. *apt to give freely, liberal, generous,* liberalis, qui facile donat. *Plaut. Epid.* 2. 3. 14. Argentum accipiam ab donoso sene. *Id. Trucul.* 1. 1. 63. Postquam alium repperit, qui plus daret, donosiorem. Utroque in loco al. leg. *danosus,* al. *damnosus.*

DONUM, i, n. *a gift, free gift, present, offering, bribe,* δῶρον, est id, quod propitiando deo datur, aut hominibus ex animi liberalitate: a voce Græca allata. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 9. Impios ne audeto placare donis iram deorum. *Virg.* 3. *Æn.* v. 439. dominamque potentem Supplicibus supera donis. *Nepos in Pausan.* c. 1. Ejus victoriæ ergo Apollini donum dedisse. (Hinc illæ notæ in veterib. monum. D. D. *donum dedit* vel *dono dedit*: et D. P. *donum posuit,* vel *dono posuit,* apud *Gruter.* p. 691. n. 2. et pag. 80. n. 5. et 81. n. 4. et 9. &c.) *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 31. Principes civitatum donis pollicitationibusque alliciebat. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 54. Militaribus donis amplissime donare aliquem. *Cic. Phil.* 1. c. 13. Donum aliquod reipubl. afferre. *Id. in fragm.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 792. *Putschii.* Aggredi aliquem donis. *Curt.* l. 5. c. 10. Donis excipere aliquem. et cap. 12. Donum ferre hosti caput regis. et lib. 7. c. 1. Donis honorare. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 32. Donis honestis ornare. *Terent. Eun.* 1. 2. 83. Dona dare. *Id. ibid.* v. 29. et *Heaut.* 5. 5. 6. Dono dare alicui quidpiam. *to give, present.* *Id. Eun.* 1. 2. 55. Emit virginem dono mihi. *he bought her as a present for me.* *Tacit. Ann.* 15. c. 27. Regnum dono accipere. *to receive as a gift.* *Sueton. in Vitell.* c. 7. Libens eum excepit, velut dono deum oblatum. *Plaut. Pseud.* 4. 6. 13. Habeto mulierem dono tibi. *take her as a gift.* *Terent. Eun.* 5. 9. 27. Quodvis donum et præmium a me optato. Ubi *Donat.* donum, ut a largo homine, præmium ut a præclaro facinore. *Id. ibid.* docet, donum deorum esse, præmium virorum fortium, munus hominum. Unde *dona ferre* sæpissime dicitur de sacrificiis, et oblationibus deo factis. Exempla habes, præter supra allata, apud *Ovid.* 8. *Metam.* v. 445. et 2. *Fast.* v. 545. et l. 5. v. 425. et alibi: item apud *Virgil.* 7. *Æn.* v. 86. et l. 9. v. 626. *Lucret.* l. 4. v. 123. et *Senec. in Hippol.* v. 105. ¶ *Ultima dona* sunt funera et exsequiæ. *funeral rites, obsequies.* *Ovid.* 3. *Amor.* eleg. 9. v. 50. *Val. Flacc.* l. 2. v. 471. et *Senec. in Hippol.* v. 1273. ¶ Aliud discrimen tradit *Paul. Dig.* l. *ult.* tit. *pænult.* leg. 194. Nam *donum* esse genus Labeo ait, *munus* speciem: et *munus* esse donum cum causa, ut natalitium, nuptiale: *donum,* quod nulla necessitate, jure, officio, sed sponte præstatur, ut et *Martian. ibid.* leg. 214. confirmat. *Ulpian.* l. 1. tit. 16. leg. 6. *sub fin.* Ne donum, vel munus proconsul accipiat. ¶ Non tamen crediderim ad hæc respexisse *Cic.* (neque enim vera; certe perpetua non sunt.) cum ait l. 2. *de Orat.* c. 71. Cincius legem de donis et muneribus tulit. et *pro Cluent.* c. 24. Tantum donis datis muneribus que perfecerat, ut, &c. et *pro Arch.* c. 8. Poetæ quas deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videntur. Adde *de Senect.* c. 12. et *Plaut. Mil.* 3. 1. 120. Certe quidem *Ovid.* confundit l. 3. *de ar. am.* v. 653. Munera, crede mihi, capiunt hcminesque deosque: Placatur donis Jupiter ipse datis. *Donum munus* non raro junguntur in Pandectis, v. gr. lib. 38. tit. 1. leg. 7. 37. 47. V JCtos. ¶ *Donum* de re perniciosa, per ironiam, *Virg.* [illegible] *Ecl.* v. 79. Quas illi Philomela dapes, quæ dona parari[illegible]

DONȲSA, et Donusa, æ, f. nunc *Donussa,* insula parv[illegible] Maris Ægæi, marmore viridi abundans, inter Icariam, [illegible] Gyarum. *Virg.* 3. *Æn.* v. 125. et *Tacit.* 4. *Ann.* c. 30.

[* DORCADĬON, i, n. herba eadem, quæ draconte[illegible] vel dictamnus. *Apul. de herb.* c. 14. et c. 62.]

DORCAS, adis, f. *a doe,* δορκὰς, dama, caprea, gen[illegible] capræ silvestris: a δέρκω, video, quia acutissime vid[illegible] *Martial.* l. 13. epigr. 99. Delicium parvo donabis dorc[illegible] da nato. *Id.* l. 10. epigr. 65. Dorcas fugax. ¶ Est etia[illegible] *dorca, æ,* m. *Gratius in Cyneg.* v. 200. pavidosque ju[illegible] compellere dorcas.

DORCĔUS, i, m. canis dorcades persequens: quas[illegible] δέρκω, perspicio. Numeratur ab *Ovid. Metam.* 3. v. 2[illegible] inter canes Actæonis.

DORES, um, m. nunc, *the people of Livadia,* Δω[illegible] populi Doridis in Græcia, dicti a Doro Neptuni, et El[illegible] pis filio, ut *Isidor.* l. 9. *Orig.* c. 2. tradit, qui eos D[illegible] vocat. At *Dores* appellat *Cic. pro Flacc.* c. 27. et *Prisci*[illegible] l. 2. et 6. Hunc Dorum Hellenis et Optices Nymphæ[illegible] um facit *Vitruv.* l. 4. c. 1. atque Achaia, et Pelopon[illegible] tota regnasse. ¶ Item Doridis in Asia prope Cariam. [illegible] *rodot.* V. *Doris.*

DORĬCE, Δωρικῶς, Doricorum more. *Sueton. in Ti*[illegible] c. 56. Dorice Rhodii loquuntur.

DORĬCUS, a, um, *Doric,* Δωρικὸς, ad Dores pop[illegible] pertinens, sive in Græcia, sive in Asia. *Plin.* l. 6. c[illegible] Dorica gens in Asia. ¶ *Dorica dialectus,* de qua sæpis[illegible]

Grammatici, dicta est a Doribus Græciæ. *the Doric dialect.* Et *Dorici* vocantur qui ea utuntur. *Gell.* 2. c. 26. Spadica Dorici vocant avulsum e palma termitem cum fructu. ¶ Ab iisdem sunt et *Doricæ columnæ*, quæ sextam partem altitudinis in crassitudine ima habent. *Doric columns.* *Plin.* l. 36. c. 23. et *Vitruv.* l. 4. c. 6. Sic Doricum genus architecturæ, *the Doric order*, et Dorica ædes, et Dorica symmetria, &c. *Vitruv. ibid.* ¶ Per synecdochen Doricus ponitur pro Græco. *Virg.* 2. *Æn.* v. 27. Castra Dorica. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 573. Dorica nox. *h. e.* qua Græci Trojam incenderunt. Sic *Senec. in Agamemn.* v. 611. Dorici ignes.

DORIENSIS, se, Δωριεύς, idem quod Doricus, et *Dorienses* iidem qui Dores. *Justin.* l. 2. c. 6. Erant inter Athenienses, et Dorienses simultatum veteres offensæ.

DORIS, idis, f. Δωρίς, Oceani, et Tethyos filia, quæ Nereo fratri nupsit, eique ingentem vim marinarum Nympharum peperit, quæ Nereides dictæ sunt. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 268. ipsum quoque Nerea fama est, Doridaque et natas tepidis latuisse sub antris. ¶ Nomina filiarum ejus, ad quinquaginta, recenset *Hygin. in præfat.* ¶ Metonymice sumitur pro mari. *Virg. Ecl.* 10. v. 5. Doris amara suam non intermisceat undam. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 678. hac hyades Dorida nocte petunt. Adde *Stat.* l. 3. sil. 2. v. 89. ¶ Est præterea *Doris*, hod. *a part of Livadia*, regio medit. Achaiæ, inter Phocidem ad Or. et Epirum ad Occ. versus montes, et fontes Cephisii fl. a Doro Neptuni filio, vel a Doride filia Oceani et Tethyos. Sed alii scribunt, Dores Achivos fuisse, qui ex bello Trojano regressi, seditione juvenum recepti non fuere, sed acti in exsilium, postea a Dore quodam congregati in patriam deducti sunt, ab illo Dores dici cœpisse, et regionem Doridem appellavisse, in qua habitaverunt. *Plin.* l. 4. c. 7. et *Pompon. Mela* l. 2. c. 3. ¶ Item regio Asiæ minoris, ad mare Carpathium, post Cariæ fines, ubi Halicarnassus. *Plin.* l. 5. c. 27. et 28. ¶ Adjective *Doris* est Dorica, Doriensis. *Sueton. in Tiber.* c. 56. Cum interrogasset, quænam illa tam molesta dialectos esset, et ille respondisset Doridem. ¶ *Doris tellus* apud *Senec. in Herc. Fur.* v. 81. est Sicilia, quia in ea plurimæ fuerunt Græcorum coloniæ, et Dorum maxime. ¶ Sumitur et latius pro Græca. *Lucan.* l. 9. v. 36. Dorida tunc Malean, et apertam Tænaron umbris, Inde Cythera petit. ¶ Denique *Doris* est herba anchusæ similis, lanuginosior, et minus pinguis, tenuioribus foliis, et languidioribus, pseudanchusa etiam dicta. *Plin.* l. 22. c. 20. ¶ Apud *Petron. in Satyr.* c. 126. nomen est ancillæ.

DORĬUS, a, um, *Dorian, Doric*, idem quod Doricus, et Doriensis. *Plin.* l. 2. c. 23. Dorius phthongus. *h. e.* sonus gravis, et bellicosus, quali delectati sunt Dores, sicuti acuto Phrygii, medio Lydii. *Id.* l. 7. c. 56. Lydios modulos invenit Amphion, Dorios Thamyras Thrax. *Horat.* epod. 9. v. 5. Sonante mixtis tibiis carmen lyra, Hac Dorium, illis Barbarum. *Apul.* l. 10. *Metam.* At pone tergum tibicen Dorium canebat bellicosum, et permiscens bombis gravibus tinnitus acutos, in modum tubæ, saltationis agilis vigorem suscitabat. V. *Lydius.*

DORMĬO, is, ivi, et ii, itum, n. 4. *to sleep, be asleep*, κοιμάομαι, somnum capio. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 30. Jacet enim corpus dormientis, ut mortui. *Id.* l. 10. *Attic.* ep. 13. Ad horas tres dormiit. et lib. 2. *de Invent.* c. 4. Postquam illos arctius jam, ut fit ex lassitudine, dormire sensit. *Juvenal.* sat. 1. v. 17. Altum dormire. *to sleep soundly.* *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 30. In medios dormire dies. *to sleep till mid-day.* *Id.* l. 1. ep. 18. v. 34. in lucem. *Id.* l. 1. sat. 5. v. 48. Ire dormitum. *to go to bed.* *Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 57. Dormire cum aliquo. *Id. de remed. amor.* v. 727. thalamo dormivimus isto. *Plin.* l. 21. c. 21. Dormire in molli thymo. ¶ Passive *Catull.* carm. 5. *ad Lesb.* Nox est perpetua una dormienda. *Martial.* l. 13. epigr. 59. Tota mihi dormitur hyems. *is spent in sleep.* ¶ *Non omnibus dormio* proverb. videtur natum a Cipio quodam, qui Pararenchon (παραρέγχων, a ῥέγχω, rhoncum edo, sterto) dictus est, quod simularet dormientem, quo impunitius uxor ejus mœcharetur. Usus est *Lucil.* apud *Fest.* in *Non*, et *Cic. Fam.* 7. ep. 24. ¶ Dormire in utramque aurem, V. *Auris.* ¶ Translate est cessare, inertem esse. *to be at ease, be unemployed, slumber.* *Propert.* l. 3. el. 4. v. 34. Noctibus illorum dormiet ipsa Venus. *Martial.* l. 10. epigr. 62. Ferulæque tristes, sceptra pædagogorum Cessent, et Idus dormiant in Octobris. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 66. Hoc vide, ut dormiunt pessuli pessimi, nec mea gratia commovent se ocyus. *Terent. Adelph.* 4. 5. 59. Quid? credebas dormienti hæc tibi confecturos deos? Adde *Cic. Verr.* 7. c. 70. ¶ Item securum esse, et nullam de re aliqua cogitationem suscipere. *Terent. Phorm.* 5. 8. 15. Clam te uxorem duxit, et inde filiam suscepit unam, dum tu dormis. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. *ep. ult.* Vos dormitis, nec hæc adhuc mihi videmini intelligere. ¶ *Dormibo* pro *dormiam*, antiquum: et est in verbis 4. conjugat. non infrequens positio. *Plaut. Trin.* 3. 2. 100. Dormibo placide in tabernaculo. *Cato R. R.* c. 5. Valebit rectius, et dormibit libentius. [¶ Particip. *dormiturus* apud *Cels.* l. 5. c. 25. n. 9. Bona catapotia noctu dormituro dantur.]

DORMISCO. V. *Condormisco.*

DORMITĀTOR, oris, m. *a sleeper, sluggard, drowsy sluggish person; one who robs by night and sleeps by day.* videtur a *Plauto* usurpari pro nocturno fure, qui interdiu dormitat, et noctu vigilat, *Trinum.* 4. 2. 20. Mira sunt, ni illic homo est aut dormitator, aut sector zonarius. Alii exponunt amatorem, ob eandem causam.

DORMITĬO, onis, f. *a sleeping, going to sleep*, κοίμησις, dormiendi actus. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 239. Quid mihi cum somno, si dormitio tollitur? et *ibid.* O stulta nostri pectoris dormitio! vigilabis. V. *Cubitio.* ¶ Apud Christianos Scriptores *Tertull. de Patient.* c. 9. *Hieron.* epist. 27. *epitaph. Paulæ*, c. 7. et *Augustin.* l. 9. *Confession.* c. 9. *extr.* sumitur pro morte. Adde Inscript. vet. *in Mus. Veron.* pag. 367. n. 15. ubi ponitur pro quiete cadaveris in sepulcro.

DORMĪTO, as, avi, atum, n. 1. *to sleep a little, be sleepy, slumber*, νυστάζω, dormire cupio, vel leviter dormio: frequent. a *dormio.* *Plaut. Amphitr.* 2. 2. 175. Te dormitare aiebas: mensa ablata est: cubitum hinc abiimus. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 16. Cœnato mihi, et jam dormitanti, prid. Cal. Maias epistola illa est reddita. ¶ Item dormio, *to sleep.* *Id.* 1. *de Divin.* c. 28. Cum magnam partem noctis vigilasses, ad lucem denique arcte et graviter dormitare cœpisse. ¶ Translate est negligentem esse, otiose agere. *to be careless, listless, or off one's guard.* *Plaut. Epid.* 1. 2. 58. Non nunc tibi dormitandum, neque cunctandi copia est. *Horat. de ar. Poet.* v. 359. bonus dormitat Homerus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 33. Oscitans et dormitans sapientia. ¶ Dormitans lucerna *Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 195. est languens, deficiens, et jam jam lumen amissura, atque adeo ad dormiendum invitans.

DORMĪTOR, oris, m. *a long sleeper*, qui dormit, dormitator. *Martial.* l. 10. epigr. 4. Quid tibi dormitor proderit Endymion?

DORMITORĬUS, a, um, *that pertaineth to, or serveth for, sleep*, ad dormiendum pertinens, κοιμητικός, ut Dormitorium cubiculum, *a bed-chamber*, *Plin.* l. 5. ep. 6. dormitorium membrum, *a dormitory, dorture, place to sleep in*, *Id.* l. 2. ep. 17. Et absolute *Plin. alter* l. 30. c. 6. Jubent eum in pariete dormitorii ejus tectorio includi.

DORON. V. *Didoron.*

DORSĬFER. V. *Clunifer.*

DORSUĀLIS, le, *belonging to the back*, ad dorsum pertinens. *Apul.* l. 11. *Metam.* Equus, quem diverse distractum, notæ dorsualis agnitione recuperaverant. *Ammian.* l. 22. c. 15. (*al.* 37.) Ferarum dorsuales crustæ. *Solin.* c. 12. (*al.* 22.) Dorsuales pinnæ. ¶ *Dorsualia, ium*, ἐπινώτια, tegumenta, quæ jumentis imponuntur, *horse-cloths, pack-saddles.* *Trebell. Poll. in Gallien.* c. 8. Boves dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes.

DORSUARĬUS. V. *Dossuarius.*

DORSUM, i, n. *raro* Dorsus, i, m. *the whole back part of the body; the back of a man or beast*, νῶτος, tergum, posterior corporis pars a cervice usque ad clunes: dicta, si *Festo* credimus, quod devexa sit deorsum. Tribuitur tum hominibus, tum brutis. *Plaut. Mil.* 2. 4. 44. Timeo, quid rerum gesserim hic: ita dorsus totus prurit. *Id. Epid.* 1. 1. 85. Ubi senex senserit, sibi data esse verba, virgis dorsum despoliet meum. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 20. ut iniquæ mentis asellus, Cum gravius dorso subiit onus. *Plin.* l. 11. c. 39. *ad fin.* Quadrupedum dorsa pilosa, ventres glabri. *Id. ibid.* c. 37. *sub fin.* Spina dorsi. *the back-bone, spine.* ¶ Item aliis rebus. *Liv.* l. 1. c. 3. Urbs porrecta in dorso Albani montis. *the ridge.* *Sueton. in Cæs.* c. 44. Viam munire per Apennini dorsum. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 44. Dorsum ejus jugi esse prope æquum. *Plin.* l. 25. c. 5. Folia nigriora, et canalium dorso rubescentia. *h. e.* parte convexa folii. *Avien. in Perieg.* v. 217. Dorsa maris. *h. e.* extima pars, superficies. ¶ De scopulo in mari sive latenti, sive exstante, vel cumulo arenæ altiore, quam sit reliquus fundus, *a sand-bank, shelf:* qui *pulvinus* etiam dicitur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 113. Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus, aras, Dorsum immane mari summo. et lib. 10. v. 303. Puppis inflicta vadis dorso dum pendet iniquo. *Plin.* l. 6. ep. 31. *sub fin.* Eminet et apparet saxeum dorsum, impactosque fluctus in immensum elidit, et tollit. *a promontory, ridge of rocks.* ¶ Duplici dentalia dorso, *Virg.* l. 1. *Georg.* v. 172. h. e. latere utroque in dorsi figuram exstante, et lato. ¶ *Dorso, onis*, cognomen fuit Romanum in gente Fabia, ut M. Fabius Dorso, apud *Liv.* l. 7. c. 28. C. Fabius Dorso, *ibid.* l. 5. c. 46.

DORSUŌSUS, a, um, adject. *having a back or ridge*, dorsum habens. *Ammian.* l. 22. c. 8. (*al.* 20.) Pontus consurgit in brevia dorsuosa. *shelvy.* *Al. leg.* tortuosa. *Solin.* c. 27. (*al.* 40.) Mare in brevia crescit dorsuosa.

DORUS, a, um, Δῶρος, idem quod Doricus, Dorius. *Propert.* l. 3. el. 7. v. 44. Et cecinisse modis, Dore poeta, tuis. *h. e.* Græce. Callimachum alloquitur. Alii *dure* leg. alii *Coe*, alii *pure*: sed *Dore* a *Scriverio*, *Broukhus.* et *Vulp.* defenditur.

DORYCNĬUM, ii, n. *the herb rock-rose*, δορύκνιον, herba est sic dicta, quod lancearum cuspides ea tingerentur in prœliis: a δόρυ, cuspis, hasta. *Plin.* l. 21. c. 31. et lib. 28. c. 7.

DORYPHŎRUS, i, m. *a life-guard*, δορυφόρος, miles hastatus, cujusmodi sunt satellites, et custodes corporis: a δόρυ, hasta, et φέρω, fero. Apud *Cicer. de clar. Orat.* c. 86. et *Plin.* l. 34. c. 8. nomen est statuæ talem militem referentis. Legitur et *doryferus* in quibusd. Lapidib. et apud *Gruter.* pag. 403. n. 7. etiam *doriferus.*

DOS, dotis, f. *a marriage-portion, dowry; money, goods or lands given with a wife in marriage*, προίξ, in quod datur puellæ, quæ in matrimonium collocatur, ad alendos liberos: a δόω, do. *Cic. pro Quint.* c. 31. Cum ipse filiæ nubili dotem conficere non posset. *Id.* 2. *de Legib.* c. 16. Clisthenes Junoni Samiæ, cum rebus timeret suis, filiarum dotes credidit. *Nepos in Arist. in fi.* Dare dotes filiis de communi ærario. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 18. Accipere pecuniam ab uxore dotis nomine. *as a dowry.* *Plaut. Cist.* 2. 3. 19. Tibi talenta viginti pater det dotis. *Plin.* l. 2. ep. 4. Conferre nubenti in dotem centum millia. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 149. Accipere aliquid in dotem. *Triphonin. Dig.* lib. 23. tit. 3. *qui est* de jure dotium, leg. 78. *ad fin.* Dare fundum in dotem. *Julian. ibid.* leg. 49. Facere alicui dotem. et *ibid.* Ea pecunia est in dotem *African. ibid.* leg. 50. Habere fundum in dotem. *Modestin. ibid.* leg. 62. Fundum doti dare. *h. e.* in dotem. Sic *Labeo* leg. 79. Doti promittere. *Papinian.* leg. 69. Promittere in dotem. ¶ Dotem dicere, *to name, or assign a portion*, est pronuntiare, et decernere, quæ in dotem dare quis vult: pertinet autem vel ad patrem puellæ, vel ad ipsam sponsam, vel ad debitorem ejus. Hi enim proprie olim dicebantur *dotem dicere*, eaque dictione obligabantur, uti docet *Caius* lib. 2. *Institution.* tit. 17. et *Ulpian.* tit. 6. *Regular.* Differunt autem *dicere*, et *promittere*, quia illud fit certis quidem verbis, v. gr. *tot tibi erunt*, sed nulla interrogatione præcedente, seu stipulatione: hoc vero cum interrogatione et stipulatione. *Ulpian. loc. cit.* Dos aut datur, aut dicitur, aut promittitur. *Afran.* apud *Non.* c. 4. n. 122. Vicino suo perpauperi, cui dicat dotis paululum. *Cic. pro Cæcin.* c. 25. *extr.* Deberi viro dotem, quam mulier nullo auctore dixisset. *Terent. Heaut.* 5. 1. 64. Quid dotis dicam te dixisse filio? *Plin.* l. 2. ep. 4. Cum ego nubenti tibi in dotem centum millia contulerim, præter eam summam, quam pater tuus quasi de meo dixit. ¶ Dicimus etiam *dicere doti*, et *in dotem.* *Cic.* pro *Flacc.* c. 34. *extr.* Doti Valeria pecuniam omnem suam dixerat. *Terent. Heaut.* 5. 1. 69. Me mea omnia bona doti dixisse illi. *Caius loc. cit.* Si pecuniam debitor in dotem dixerit. ¶ Translate *Cic. Phil.* 11. c. 5. *ad fin.* His quasi præter dotem, quam in civilibus malis acceperant, agrum Campanum est largitus Antonius. *Vellei.* l. 2. c. 67. Velut in dotem invitamentumque sceleris, Antonius avunculum, Lepidus fratrem proscripserant. ¶ *Dotes fundorum* sunt res quædam comparatæ ad tolerandos sumptus ipsorum fundorum colendorum, ut dotes instituuntur ad toleranda onera matrimoniorum. *Colum.* l. 4. c. 30. Pedaminum, jugorumque, et viminum prospiciendorum tradenda ratio est. hæc enim, quasi quædam dotes, vineis ante præparantur. *Id.* l. 3. c. 3. *a med.* Vineæ cum sua dote, id est cum pedamentis et viminibus. *Papinian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 2. Dotes prædiorum, quæ Græco vocabulo ἐνθῆκαι appellantur, cum non instructa legantur, legatario non præstantur. Adde *Scævol. ibid.* leg. 20. &c. ¶ Translate *dos* sumitur pro omni eo, quod alicui datum est vel a natura, vel ab industria, vel a fortuna. Unde dotes animi sunt virtutes, litteræ, &c. corporis pulcritudo, robur, incolumitas, &c. *a property, endowment, nature, advantage, quality, of mind or body.* *Cic.* 1. *de Orat.* c. 55. Artem juris civilis cum indotatam esse atque incomptam videres, verborum eam dote locupletasti, et ornasti. *Plin.* l. 3. ep. 3. Naturæ fortunæque dotes. *Vellei.* l. 1. c. 12. Omnibus belli ac togæ dotibus. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 716. Dos formæ. *Id. ibid.* l. 5. v. 562. Dos oris. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 112. dotes ingenii. *Id. Heroid.* ep. 15. v. 146. dos erat ille loci. *h. e.* pretium, et ornamentum. *Id.* 1. *Amor.* el. 10. v. 60. Est quoque carminibus meritas celebrare puellas, Dos mea. *Plin.* l. 9. c. 35. Dos omnis unionum in candore, magnitudine, orbe, &c. *Id.* l. 22. c. 24. Suæ mulso dotes constant. *Id.* l. 19. c. 8. Teneritas in dote est. ¶ Genitivus pluralis est *dotium*, ut apparet ex titulo 3. lib. 23. *Digest.* qui *de jure dotium* inscribitur, ut et supra dictum est.

DOSSUARĬUS, a, um, *used to carry loads on the back*, dicitur de jumentis, quæ dorso portant. Olim enim *dossum* pro *dorsum* dictum fuisse videtur. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 6. *extr.* Aselli dossuarii. et cap. 10. Jumenta dossuaria. *beasts of burden.*

DOTĀLIS, le, *of or belonging to a dowry, dotal*, προίκειος, ad dotem pertinens. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 20. Hæ sunt mercedes dotalium prædiorum. *Plaut. Mil.* 4. 4. 30. Dotales ædes. ¶ Dotalis servus dicebatur, quem uxor una cum dote ad maritum adducebat; qui ideo non erat in potestate mariti, sed matronæ. *Plaut. Asin.* 1. 1. 72. Hinc *Senec.* controv. 21. l. 3. Eligitur maritus (*servus*) quem sanus pater dotalem dedissit. *had added to his daughter's portion.*

DOTĀTUS, a, um, *that hath a portion or dowry, dowered, portioned*, qui dotem habet, ἐπίπροικος. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 13. *a med.* Dotata Aquilia. *Horat.* l. 3. od. 24. v.

19. Dotata regit virum conjux. *Plin.* l. 18. c. 28. Dotata vite ulmus. *married, wed.* ¶ *Dotata* cognomen habuit quædam Megullia matrona R. quia cum L. millibus æris marito domum intravit: cum iis temporibus X. aut XI. millia summa dos esset. *Valer. Max.* l. 4. c. 4. n. 10. ¶ Item qui aliquibus bonis animi, aut corporis præditus est. *Ovid. Metam.* 11. v. 302. Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma Mille procis placuit. *richly endowed or gifted.*

DOTO, as, a. 1. *to endow, give a dowry,* ἐκπροικίζω, dotem do. *Sueton. in Vespas.* c. 14. Vitellii hostis sui filiam splendidissime maritavit, dotavitque etiam, et instruxit. *Virg.* 7. *Æn.* v. 318. Sanguine Trojano, et Rutulo dotabere virgo. ¶ Translate *Plin.* l. 12. c. 17. *a med.* In Arabia et olea dotatur lacrima, qua medicamentum conficitur. *h. e.* in pretio habetur, magni æstimatur propter lacrimam. *Pallad. de Insit.* v. 63. Et steriles spinos, et inertem fetibus ornum Dotat. [¶ Particip. *dotandus* apud *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 648. Nurus toto dotanda mari.]

D R

DRACÆNA, æ, f. δράκαινα, de dracone femina, tanquam Latinum agnoscunt *Priscian.* l. 5. pag. 647. et lib. 6. pag. 684. *Putsch. Donat.* edit. 2. pag. 1747. et *Cledon.* pag. 1896. Sed nullo præterea firmant Latino Scriptore. Græcam vocem esse, notavit etiam *Servius ad* 3. *Georg.* v. 245. ut *leæna.*

DRACHMA, æ, f. *a drachm, weight consisting of the eighth part of an ounce,* δραχμή, ὁλκή, pondus constans dimidio sicilico, *h. e.* ternis scriplis, seu scrupulis, estque unciæ pars octava, vel, ut alii volunt, septima. Hoc pondere cudebatur Athenis nummus argenteus, qui minæ Atticæ centesimam partem valebat. *an Attic coin of that weight.* Hæc *Rhem. Fann. de ponderib.* v. 17. et *Plin.* l. 21. *c. ult.* et V. dicta in *Denarius.* Drachma autem fere denario Romano respondebat, et quatuor sestertiis, sive de pondere loquamur, sive de moneta. *Scribon. Larg. in epist. ad Callistrat. sub fin.* Erit autem nota denarii unius pro Græca drachma. *Plin. loc. cit.* Drachma Attica denarii argentei habet pondus: eademque sex obolos pondere efficit. *Enn.* apud *Cic.* 1. *de Divin. c. ult.* Quibus divitias pollicentur, ab iis drachmas ipsi petunt. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 17. Quod scribis ad me de drachmis CCCLIII, nihil est, quod in isto genere cuiquam possim commodare. Loquitur *Cicero* de pecunia Asiatica. nam de Romana Latinis nominibus usus fuisset. ¶ *Drachuma* per epenthesim, eo modo quo *Alcumena* pro *Alcmena*, dicitur a *Plauto Trinum.* 2. 4. 23.

DRACO, onis, m. *a dragon, sort of large serpent,* δράκων, serpens annosus, qui multa ætate in insolitam magnitudinem excrevit: a δέρκω, video, quia acutissimi est visus. In deliciis a Veteribus habitos fuisse, eos præsertim, quos Epidaurios vocabant, veneno scilicet carentes, exempla reperies apud *Sueton. in Tiber.* c. 72. *Senec.* l. 2. *de Ira,* c. 31. et *Martial.* l. 7. epigr. 86. V. etiam *Plin.* l. 8. c. 17. ¶ Juxta *Servium in Æn.* 2. v. 204. draco dicitur in templis, serpens in terra, anguis in aqua. ¶ Dracones a Poetis thesaurorum custodiæ præesse finguntur, ut aureo velleri Colchidis, hortis Hesperidum, &c. V. *Phædr.* l. 4. fab. 9. ¶ Tribuuntur etiam Æsculapio, qui vigilantissimi putantur: quæ res medicinæ maxime necessaria est. *Festus.* ¶ Erat draco signum in singulis cohortibus, sicut aquila erat primum signum totius legionis. *the ensign to the Roman cohort. Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 13. Hinc *Prudent. Cathemer.* 5. v. 56. signaque bellica Prætendunt tumidis clara draconibus. ¶ Est etiam nomen signi cælestis, de quo V. in *Anguis. Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 42. ¶ Draco marinus piscis est *Plinio* l. 9. c. 27. et lib. 32. *c. ult. a quaviver, kind of sea-serpent.* ¶ Translate dicitur de vase tortuoso ad aquam calefaciendam. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 24. Facere solemus dracones, et miliaria, et complures formas, in quibus ære tenui fistulas struimus per declive circumdatas, ut sæpe eundem ignem ambiens aqua per tantum fluat spatii, quantum efficiendo calori sat est. ¶ Item de palmite in vitibus: *an old hardened vine-branch:* de quo ita *Plin.* l. 17. c. 23. Nuper repertum, draconem serere juxta arborem: ita appellamus palmitem emeritum, pluribusque induratum annis. Hunc præcisum quam maxima amplitudine, tribus partibus longitudinis deraso cortice, quatenus obruatur (unde et rasilem vocant) deprimere sulco, reliqua parte ad arborem erecta (*unde ratio nominis*) ocyssimum in vite. Hæc *Plin.* qui ejus meminit et *cap. præced.* et lib. 14. c. 1. V. *Mergus.* ¶ *Accius* apud *Charis.* l. 1. pag. 101. *Putsch. dracontem* dixit pro *draconem*, a recto *dracon, ontis,* Græca forma. Idem *Accius* apud *Non.* c. 5. n. 17. Ab dracontis stirpe armata exortus. Sic *Leonte Macharensi* dixit *Cic. Verr.* 7. c. 6. *extr.* pro *Leone*, ut quidem legit *Priscian.* l. 6. pag. 690. *Putsch.* nam alii aliter.

DRACONARIUS, ii, m. *the bearer of the ensign to the cohort,* signifer, qui vexillum portat dracone insignitum. *Ammian.* l. 20. c. 4. (*al.* 9.) Torquem, quo ut Draconarius utebatur, capiti Juliani imposuit. Adde *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 7. et 13.

DRACONIGĔNA, æ, *dragon-born*, a dracone genitus. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 865. Thebas vocat *Draconigenam urbem, sprung from the teeth of a serpent or dragon*, quia conditæ fuerunt a Cadmo, de quo V. suo loco. *Sidon.* carm. 2. v. 80. Quæque draconigenæ portas non clauserat hosti, Tum demum Babylon nimis est sibi visa placere. *h. e.* Alexandro M. cujus mater Olympias eum se ex serpente ingentis magnitudinis concepisse dicebat, uti narrat *Justin.* l. 11. c. 11. et lib. 12. c. 16.

DRACONTARĬUM, ii, n. *Tertull. de cor. mil. c. ult.* Quid caput strophiolo, aut dracontario damnas? *h. e.* corona militari, quam gestare solebant draconarii, ut ex *Ammiano* patet in voce *Draconarius*: vel convolutam in spiram anguium more.

DRACONTĬA, æ, Dracontites, æ, f. *a precious stone, said to be taken out of the brain of a dragon whilst alive,* δρακοντία, et δρακοντῖτις, gemma, quæ in capite draconum reperiri dicitur, si viventi cerebrum excutiatur. *Plin.* l. 37. c. 10.

DRACONTĬAS, æ, m. genus tritici, de quo *Plin.* l. 18. c. 7.

DRACONTĬOS VITIS memoratur a *Columella* l. 3. c. 2. *ad fin.* fecunditate et generositate celebris. Fortasse ita dicta est a tortuositate ramorum. *a kind of generous vine.*

DRACONTĬUM, ii, n. *dragon-wort,* δρακόντιον, herba aro similis, vel eadem cum aro. Triplicem ejus descriptionem refert *Plin.* l. 24. c. 16.

DRACUNCŬLUS, i, m. *a small dragon, dragonet,* parvus draco. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 14. Mater ejus somniavit, se purpureum dracunculum parere. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 70. n. 8. et *Donium* class. 1. n. 91. Deo Æsculapio .... torquem aureum ex dracunculis duobus. ¶ Item herba radice subrutila, et draconis convoluti modo. *a kind of yarrow, with a root twisted like a dragon's tail; dragon-wort, dragon. Plin.* l. 24. c. 16. ¶ Item piscis aculeos in branchiis habens, ad caudam spectantes, et sic ut scorpio lædens, dum manu tollitur. *Id.* l. 32. *c. ult.*

DRAGANTUM, i, n. *gum-dragant,* vox corrupta ex tragacanthe, τραγακάνθη, significat herbam succo quodam manantem, cujus est aliquis in medicina usus. *Veget. de re veterin.* l. 1. c. 32. et *Theod. Priscian. de diæta*, c. 9.

DRAMA, atis, n. *the representation of a play,* δρᾶμα, est actio comœdiæ, aut tragœdiæ: a δράω, facio. histriones enim *agere* dicuntur. Item ipsum poema comicum, aut tragicum, aut hujusmodi: in quibus Poetæ persona non admiscetur, sed soli actores colloquuntur. *a dramatic poem, drama, poem accommodated to action. Auson.* ep. 18. v. 15. Protulit in scenam quot dramata fabellarum.

DRAMATĬCUS, a, um, *relating to the drama, dramatic,* δραματικός, ad drama pertinens. *Diomed.* l. 3. pag. 480. *Putsch.* Dramatici poematis, vel activi genera sunt quatuor: apud Græcos Tragica, Comica, Satyrica, Mimica: apud Romanos Prætextata, Tabernaria, Atellana, Planipes.

DRANCÆUS, *vel* Drangæus, a, um, ad Drancas, vel Drangas pertinens, qui *Plinio* l. 3. c. 23. sunt populi Persidis, prope Caramaniam. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 106. Drancæa phalanx. et vers. 507. Drancæa legio. Al. leg. utroque loco *Drangæa.*

DRAPĔTA, æ, m. *a fugitive, runaway slave,* δραπέτης, servus fugitivus. Vox Græca a δράω, fugio. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 11. Conferunt sermones inter se se drapetæ.

DRAUCUS, i, m. ὁ κίναιδος, qui alios conficit: a δράω, ago, facio. *Martial.* l. 9. epigr. 98. &c.

DRENSO, as, n. 1. est proprium vocis cygnorum. *Auct. carm. de Philom.* v. 23. Cycni prope flumina drensant.

DREPĀNIS, is, f. *a sea-swallow,* avis quædam imbecillimis brevissimisque pedibus. *Plin.* l. 11. c. 47.

DREPANITĀNUS, a, um, ad Drepanum pertinens. Est autem Drepanum, nunc *Trapani*, urbs Siciliæ maritima in ora occidentali, non longe a Lilybæo promontorio: quo cum pervenisset Carthagine Æneas, Anchisem patrem vita functum ludis et justis funebribus prosequutus est, ut est apud *Virg.* 3. *Æn.* v. 707. et *post init.* l. 5. Dictum est autem a δρέπανος, falx, vel quod litus habet in modum falcis curvatum; vel quod Saturnus, post amputata virilia Cælo patri, illuc falcem projecerit; vel a falce Cereris, quam ibi, cum Proserpinam quæreret, amisit. *Cato* autem *hæc Drepana* pluraliter dicit. Hæc ex *Servio ad citat.* loc. 3. *Æn.* Ad dictos Æneæ ludos respiciens *Sidon.* l. 2. ep. 2. *sub fin.* Moris, inquit, fuit senioribus nostris, agonem Drepanitanum Trojanæ superstitionis imitari. *Cic. Verr.* 4. c. 57. et 6. c. 17. Pupillus Drepanitanus.

DREPĀNUM. V. in voce præced.

DRILOPŌTA, æ, m. δριλοπότης, qui vitreo Priapo bibit. Vetus Interpr. *ad Juvenal.* sat. 2. v. 95. ubi al. leg. *veretillopota*, alii *phallopota* eodem sensu.

DRIMYPHAGIA, æ, f. δριμυφαγία, esus ciborum acrem saporem habentium. Vox Græca a δριμύς, acrem gustum habens, et φάγω, comedo. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 2. c. 1.

DRINDIO, is, n. 4. verbum exprimens vocem mustelæ. *Auct. carm. de Philom.* v. 61. mustelaque drindit.

DROMAS, adis, m. *a runner*, cursorius: a δρόμος, cursus. Dromades dicti sunt cameli cujusdam generis, ceteris quidem minores, sed aptiores ad cursum, quos dicunt octingenta stadia uno die conficere. *dromedaries; a kind of swift camel. Liv.* l. 37. c. 40. Cameli, quos appellant dromadas. *Vopisc. in Aurelian.* c. 28. Cum fugeret camelis, quos dromadas vocitant. Adde *Curt.* l. 5. c. 2.

DROMEDARII, orum, m. iidem qui dromades. *Hieronym. in vita Malchi, sub fin.* Vidimusque camelos, quos ob nimiam velocitatem dromedarios vocant.

DROMO, onis, m. genus piscis, ita dicti a velocitate. nam δρόμος est cursus. *Plin.* l. 32. *c. ult.* ¶ Apud *Terent. in Andr. Heaut.* et *Adelph.* et *Plaut. Aulul.* 2. 9. 1. est nomen servi, *lackey.* ¶ Est etiam hoc nomine genus navis longæ, transvectionibus aptæ, a celeritate dictæ, *a brigantine, cutter, yacht, carvel:* cujus mentio fit in *Cod.* lib. 1. tit. 27. leg. 2. et apud *Cassiod.* l. 5. ep. 17. ¶ Legitur et *dromon* in recto casu.

DROMON. V. vocem præced.

DROMOS, *vel* Dromus, i, m. *speed,* δρόμος, cursus. Græca vox a δρέμω, curro. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 339. n. 2. Q. Rapidio Q. F. Lem. Sepullio procuratori dromi factionis Venet. &c.

DROPAX, acis, m. *a medicine, or ointment, to take away hair,* δρώπαξ, unguenti genus ad evellendos e corpore pilos: a δρέπω, decerpo, carpo. Fortasse magnam partem resina constabat. *Martial.* l. 3. epigr. 74. Psilothro faciemque lavas, et dropace calvam. Adde lib. 10. epigr. 65.

DRUENTĬCUS, a, um, ad Druentiam pertinens, qui est fluvius Provinciæ in Rhodanum influens. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 977. n. 4. Aur. Septimius Demetrianus nauta Druenticus vivus sibi posuit.

DRUĬAS, adis, et idis, f. Δρυϊάς, mulier in Druidibus. *Vopisc. in Numer. sub fin.* Druias dixisse fertur: Diocletiane, jocari noli, &c. Adde *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 60.

DRUĬDÆ, arum, et Druides, um, m. *the Druids, priests of Britain and Gaul,* Δρυΐδαι, magi seu philosophi, et sacerdotes veterum Gallorum, de quibus multa *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* a cap. 12. *Lucan.* l. 1. a vers. 450. et *Ammian.* l. 15. c. 9. *extr.* (*al.* 24.) Dicti sunt a δρῦς, robur, arbor, ut quidam putant. *Plin. sub fin.* l. 15. Nihil habent Druides (ita suos Galliæ appellant magos) visco, et arbore, in qua gignatur, si modo sit robur, sacratius. Jam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine ea fronde conficiunt: ut inde appellati quoque interpretatione Græca possint Druides videri. Adde *Tacit. Ann.* 14. c. 30. ¶ Pænultima longa est, si Græcam scriptionem spectes. Corripi tamen videtur a *Lucan.* l. 1. v. 451. Sacrorum Druidæ positis repetistis ab armis. Nisi recurras ad synæresim, aut diphthongum impropriam. ¶ Legitur et *Dryides*, ut *Sylla* pro *Sulla.*

DRUNGUS, i, m. cuneus, sive globus in acie. *Vopisc. in Probo*, c. 19. et *Veget.* l. 3. *de re milit.* c. 16. Nihilominus vox Barbara est.

DRUPA, æ, f. *an olive gathered at the period when its colour begins to turn,* δρυπετής, oliva incipiens nigrescere, vel, ut est apud *Colum.* l. 12. c. 52. cum primum decolorari cœperit, nec tamen adhuc varia fuerit: quæ optima est ætas ad decerpendum, oleoque exprimendo. *Plin.* l. 15. c. 1. et 7. et lib. 17. cap. 24. et lib. 19. c. 5. ubi *olivas drupas* quasi adjective appellat. ¶ Græci dicunt drypetas, teste *eod. citat.* lib. 15. c. 1. unde *drupa* facta est: a δρῦς, quercus, arbor, et πέτω, cado: quia maturescentes tunc sunt præcipue caducæ, ut *Plin. citat.* lib. 17. c. 24. scribit. ¶ Legitur et *druppa*, et Græce δρύππα. *Plin.* l. 12. c. 27.

DRUSIĀNUS, *et* Drusīnus, a, um, ad Drusum pertinens, quod est nomen proprium R. hominis. *Fossa Drusiana* apud *Tacit.* 2. *Ann.* c. 8. et *Drusina* apud *Sueton. in Claud.* c. 1. est in inferiori Germania a Rheno fluvio ad Iselam, ut quidam putant: ducta a Druso Germanico Liviæ filio, et Claudii Imper. patre, cum expeditionem in Frisios pararet.

DRYĂDES, dum, f. *the Dryads or Nymphs of the woods* Δρυάδες Nymphæ nemorum incolæ, et præsides: a δρῦ quercus, arbor. V. *Hamadryas. Virg.* 1. *Georg.* v. 11 Ferte simul Faunique pedem, Dryadesque puellæ. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 453. Naidas, et Dryadas mediis inceder silvis. ¶ In singulari num. *Martial.* l. 9. epigr. 62. Sæp sub hac latuit rustica fronde Dryas. ¶ In dativo plura *Dryasin* pro *Dryadibus* positione Græca ταῖς Δρυάσιν, dix *Propert.* l. 1. el. 20. v. 12. Similique ratione vers. 3 *Hamadryasin*, et vers. 34. *Thyniasin.* Sic *ethesin* dix *Varro* ab *ethos*: et *schemasin* a *schema, atis.*

DRYANTĪDES, æ, m. Δρυαντίδης, Dryantis filius, qu lis fuit Lycurgus rex Thraciæ, qui cum Liberum Patre regno fugasset, quem negabat esse deum, vinumque l bisset, ebrius factus matrem violare conatus est, arrep deinde securi, vites recidere cœpit, quod malum medic mentum esse diceret, quo mentes hominum immutarent

Tandem furore a Libero Patre objecto, uxorem et filium interfecit, et a pantheris demum in Rhodope Thraciæ monte discerptus est, vel secundum *Hygin.* fab. 242. se ipse interfecit. Alii tradunt, dum vites amputare vellet, inter cædendum in crus sibi securim impegisse. Alii in mare præcipitatum, quod primus aquam vino miscuisset, et rem haustu sinceram venenis corrupisset. Alii insanum factum, quod cum matre concubuisset, altero pede nudo incesisse: quare et μονοκρηπὶς dictus est. *Ovid. in Ibin,* v. 347. Utque Dryantidæ Rhodopeia regna tenenti, In gemino dispar cui pede cultus erat. Adde *Serv.* ad. 3. *Æn.* v. 14.

DRYAS. V. *Dryades.*

[*DRYĪTIS, is, f. gemma, e truncis arborum sic dicta, quæ et ligni modo ardet, ut auctor est *Plin.* l. 37. c. 11.

*DRYŎPE, es, f. filia Euryti, soror Iolæ, ab Apolline amata Amphissum genuit, mox Andremoni nupsit; dum vero quadam die prope lacum aquaticæ loti flores carpit, ipsa in loton arborem est conversa. *Ovid.* 9. *Met.* v. 331. ¶ Alia fuit Dryope nympha, quæ ex Fauno Tarquitum peperit. *Virgil.* 10. *Æn.* v. 551.]

DRYOPEĬUS, a, um, adject. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 751. Non tamen abstinuit ferrum Dryopeius, &c. *h. e.* Erisichthon filius, vel nepos Dryopis regis Thessaliæ. Alii leg. *Triopeius* a Triope, vel Triopa patre, Neptuni filio: quod magis placet. Hinc *Triopeïs, idis,* Metra Erisichthonis filia. *Ovid. ibid.* v. 872. Sæpe pater dominis Triopeida vendit: at illa, &c.

DRYŎPES, um, m. pop. Epiri, quorum regio Dryopis, vel Dryopia, hod. *Aldradina:* vel Phocidis juxta Parnassum montem, vel Thessaliæ juxta Oetam montem. *Plin.* l. 4. c. 1. ¶ Dryopum rex circa Parnassum montem fuit Thiodamas, qui cum eos contra Herculem, qui fame concitus sibi aranti bovem abstulerat, et devoraverat, concitasset, una cum suis omnibus ab illo internecione cæsus est. *Ovid. in Ibin,* v. 489. Tamque cadas domitus, quam quisquis ad arma vocantem Juvit inhumanum Thiodamanta Dryops. ¶ *Serv.* ad 4. *Æn.* v. 146. scribit, Dryopes subactos ab Hercule, atque Apollini donatos fuisse.

DRYOPHŎNON, i, *an herb like oak-fern,* δρυόφονον, herbæ genus, cauliculis tenuibus, cubitalibus, circumdatis utrinque foliis pollicari amplitudine, qualia oxymyrsines, sed candidioribus, mollioribusque, flore candido sambuci. Cauliculi decocti sunt edules: semen vicem piperis præstat. *Plin.* l. 27. c. 9.

DRYOPHȲTES. V. *Diopetes.*

DRYOPTĔRIS, *the herb oak-fern or petty-fern,* δρυοπτερίς, herba filici similis, in arboribus nascens, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. Vis ei caustica est: ideo psilothrum est radix tusa. *Plin.* l. 27. c. 9.

DRYOS HYPHĔAR, *a kind of misletoe,* δρυὸς ὑφέαρ, *h. e.* viscum quercus. *Plin.* l. 16. c. 44. ubi *Harduin.* testatur, in MSS. aliter legi.

DRYPĔTES, δρυπετής. V. *Drupa.*

DU

DUA. V. *Duo.*

DUĀLIS, le, *relating to two, dual,* δυϊκὸς, duo continens vel significans. *Dualis numerus* apud Grammaticos significat duos. *the dual number.* De quo ita *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *a med.* Fuerunt, qui nobis quoque adjicerent dualem, *scripsere, legēre:* quod evitandæ asperitatis gratia mollitum est, ut apud Veteres pro *male mereris, male merere:* ideoque quod vocant duale, in illo solo genere consistit, cum apud Græcos et in verbi tota fere ratione, et in nominibus deprehendatur; apud nostrorum vero neminem hæc observatio reperiatur, &c. Adde *Serv.* ad illud *Virg.* 2. *Æn.* v. 1. Conticuere omnes. *Lactant. de opific. Dei,* c. 10. *de naso.* Ex quo intelligitur, quantum dualis numerus, una et simplici compage solidatus ad rerum valeat perfectionem.

DUBĒNUS apud antiquos dicebatur, qui nunc dominus. *Festus.* Est qui legit *Dubienus, qui nunc dubius.*

DUBĬE, adverb. *doubtfully, dubiously,* dubitanter, ἀμφιβόλως. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 55. Ut aliquod signum dubie datum pro certo sit acceptum. *Id. Fam.* 15. ep. 1. Etsi non dubie mihi nuntiabatur, Parthos transisse Euphratem. *Sallust. in Jug.* c. 108. Consul haud dubie jam victor. *Liv.* l. 2. c. 23. *ad fin.* Nec dubie ludibrio esse miserias suas.

DUBIĒNUS. V. *Dubenus.*

DUBIĔTAS, atis, f. *doubt,* dubitatio. *Ammian.* l. 20. c. 4. (*al.* 6.) Absentia magistri equitum faciente dubietatem. *Eutrop.* l. 6. c. 19. Cum sine dubietate aliqua deferretur.

DUBĬO, as, n. 1. *to doubt,* dubito. *Festus:* dubiat, dubitat.

DUBIŌSUS, a, um, *doubtful, dubious, uncertain,* ἄπορος, dubius. *Gell.* l. 3. c. 3. Fabulas a ceteris segregavit, quoniam dubiosæ non erant, sed consensu omnium Plauti esse censebantur. *Id.* l. 5. c. 10. *ad fin.* Judices dubiosum hoc, inexplicabileque esse rati.

DUBITABĬLIS, le, *dubitable, admitting of doubt, doubtful,* dubius. *Ovid. Metam.* 1. v. 223. Nec erit dubitabile verum. *Id.* 13. *Metam.* v. 21. si virtus in me dubitabilis esset. ¶ Pro eo qui dubitat, *Prudent. in Apoth.* v. 649. Dubitabile pectus.

DUBITANDUS. V. in *Dubito.*

DUBITANTER, adverb. *doubtingly, with doubt,* dubie, dubitando, ἀμφιβόλως. *Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 3. Sine ulla affirmatione, dubitanter unumquodque dicemus. *Id. de clar. Orat.* c. 22. Verecunde et dubitanter recipere. *Asin. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 31. Pericula non dubitanter adire.

DUBITĀTIM, adverb. dubie. *Sisen.* apud *Non.* c. 2. n. 231. Hostem non dubitatim cum scalis iter facere cernebat. Adde *Cœl. in Annal. ibid.*

DUBITATĬO, onis, f. *a doubting; doubt, uncertainty, hesitation, dubitation,* ἀπορία, actus dubitandi, dubium, hæsitatio. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 50. Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio tractusque verborum? et lib 2. c. 49. Pro his omnibus sine ulla dubitatione respondeo. *Id.* 1. *Offic.* c. 41. Ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines. *Id.* 1. *Agrar.* c. 4. Si fœdus illud habet aliquam dubitationem. *Id.* 3. *Fam.* ep. 5. Itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, visurus ne me sis in provincia. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 14. Dare alicui dubitationem. *Cic.* 2. *Offic.* c. 5. Hic locus nihil habet dubitationis, quin, &c. et lib. 3. c. 2. Alterum potest habere dubitationem, adhibendum ne fuerit, &c. et cap. 4. Si quando dubitatio accidit, quale sit id, &c. *Id.* 15. *Fam.* ep. ult. Nullam apud me reliquisti dubitationem, quantum me amares. *Id. pro Cluent.* c. 28. Injicere alicui scrupulum, et quandam dubitationem, quidnam, &c. *Id.* 12. *Attic.* ep. 4. *extr.* Tollere alicui omnem dubitationem. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 46. expellere. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 17.) eximere. *Cic.* 4. *Verr.* cap. 30. Æstuare dubitatione. ¶ Est hoc nomine Rhetorica figura sententiarum, cum Orator dubitare videtur, an sibi dicendum, quid potissimum dicendum sit, unde incipiendum, ubi desinendum, &c. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 53. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 29. et *Quintil.* l. 9. c. 2. *post init.* ¶ Cum in paucis verbis consistit, inter figuras verborum est enumeranda, ut, Sive me malitiam, sive stultitiam dicere oportet. *Quintil. ibid.* c. 3. *ad fin.*

DUBITATĪVE, dubitanter. *Tertull. de carne Christi,* c. 23. *extr.* Dubitative pronuntiare.

DUBITATĪVUS, a, um, *doubtful,* dubitationem habens. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 25. *sub fin.* Dubitativum exprimens sensum. ¶ Dubitativæ particulæ apud Grammaticos sunt v. g. *forsan, fortassis,* &c. *Priscian.* l. 15. pag. 1021. *Putsch.*

DUBITĀTOR, oris, m. *a doubter,* qui dubitat. *Tertull. advers. Hæret.* c. 33. Negatores, et dubitatores resurrectionis.

DUBITĀTUS, a, um, *doubted. Ovid.* 2. *Metam.* v. 20. Venit, et intravit dubitati tecta parentis. *Albinov. ad Liviam,* el. 1. v. 84. En concors pietas, nec dubitatus amor. *Stat.* l. 1. silv. 4. v. 3. dubitataque sidera cernit Gallicus. *scil.* qui ex graviori morbo convaluerat.

DUBĬTO, as, avi, atum, n. 1. *to doubt, be in doubt, be uncertain, hesitate, scruple,* ἀπορέω, dubius sum, hæsito, ambigo, in dubium venio. *Cic.* 4. *Acad.* c. 17. Dubitant, hæsitant, revocant se interdum, iisque quæ videntur, imbecillius assentiuntur. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 8. Nihil tam verens, quam ne dubitare aliqua de re videretur. *Id.* 3. *Offic.* c. 19. Turpe est dubitare philosophos, quæ ne rustici quidem dubitant. *Id. Attic.* 10. ep. 1. Non dubito quid nobis agendum putes. *Virg. Æn.* 9. v. 12. Quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poscere currus. *Vellei.* l. 2. c. 15. Consule dubitante, quanti se venderet. ¶ Ἀξίωμα est illud apud *Plin.* l. 1. ep. 18. Quod dubitas, ne feceris. ¶ Translate *Liv.* l. 21. c. 44. *sub fin.* Vobis necesse est aut vincere, aut si fortuna dubitavit, in prœlio potius, quam in fuga mortem oppetere. *h. e.* si anceps et dubia erit. ¶ Cum infinito, præcedente negativa, vel cum interrogatione. *Cic. Catil.* 4. c. 5. Homo mitissimus non dubitat Lentulum æternis vinculis mandare. *Nepos in Alcib.* cap. 9. Neque dubitabat, facile se consecuturum, &c. *Virg.* 6. *Æn.* v. 807. Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? *Plin.* l. 10. cap. 2. Quem falsum esse nemo dubitaret. *Id.* l. 2. cap. 39. Quis enim æstates et hyemes siderum motu fieri dubitet? ¶ Et sine interrogatione, aut negatione, *Curt.* l. 4. c. 5. Si forte dubitaret, quod offerret, accipere. et lib. 10. c. 8. Iisdem mandatum, ut occiderent, si venire dubitaret. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 250. dubitatque agnoscere matrem. *h. e.* dubitat, an agnoscat. ¶ Et sequente *quin, Cic. Fam.* l. 5. ep. 20. *a med.* Illud cave dubites, quin ego omnia faciam, quæ interesse tua existimem. *Id. Attic.* 6. ep. 2. *ante med.* Non dubitabat, quin ei crederemus. ¶ Et sequentibus aliis particulis dubitativis. *Nepos in Thrasyb.* c. 1. Si per se virtus sine fortuna ponderanda sit, dubito, an hunc primum omnium ponam. *I know not whether I ought. Curt.* l. 9. cap. 1. *a med.* Dubitabant Macedones, deseruissent ne urbem incolæ, an fraude se occulerent. *they did not know whether,* &c. *Plin.* l. 6. ep. 27. Dubito, num idem tibi suadere debeam. ¶ Cum infinito negatione præcedente, fere importat fiduciam, constantiam, audaciam, nullumque timorem ejus, qui aliquid facit. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 40. Cum Mancinus domum revenisset, neque in Senatum introire dubitasset. *Nepos in Pelop. c. ult.* Non dubitavit, simul ac conspexit hostem, confligere. *Justin.* l. 1. c. 9. Non dubitavit, post sacrilegia etiam parricidium facere. *Plin.* l. 6. ep. 21. *extr.* Neque enim dubito, futurum, ut non deponas, si semel sumpseris. *I am sure you will not lay it down.* ¶ Cum accusativo, *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 5. Dubitare pudicitiam filiæ erubescebat. ¶ Passive *Ovid.* 6. *Metam.* v. 208. An dea sim, dubitor. *Plin. sub fin.* l. 27. Ne illud quidem dubitatur, radicum vim minui, si, &c. *Id.* l. 11. c. 17. De iis video dubitari. *Cic. Attic.* l. 4. *a med.* Pompeius Scauro studet: sed utrum fronte, an mente, dubitatur. *Id. pro Cæcin.* c. 13. *ad fin.* In quo judicio non de armis dubitatum, sed de verbis quæsitum esse dicatur. ¶ Hinc particip. *dubitandus. Virg.* 3. *Æn.* v. 169. hæc lætus longævo dicta parenti Haud dubitanda refer. *Rutil. in itin.* l. 1. v. 433. Sic dubitanda solet gracili vanescere cornu Luna. *h. e.* adeo tenuis, ut dubitent oculi, neque clare constanterque cernant. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 183. Visa etiam medio, populis mirantibus, audax Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuso. ¶ Eleganter ponitur pro cogitare, quærere, deliberare. *Virg.* 9. *Æn.* v. 191. percipe porro, Quid dubitem, et quæ nunc animo sententia surgat. *Cic. pro Rosc. Amer.* cap. 31. Restat igitur, ut hoc dubitemus, uter potius Sex. Roscium occiderit. *that we discuss this point. Terent. Adelph.* 4. 5. 57. Hæc dum dubitas, menses abierunt decem. ¶ Interdum cunctari, supersedere. *to waver. Curt.* l. 10. c. 4. Itaque rursus (nam parumper, quibus imperatum erat, dubitaverant) mergi in amnem jussit. *Plaut. Men.* 5. 7. 6. Quid statis? quid dubitatis? jam sublimem raptum oportuit. ¶ Interdum timere. *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 757. Lumina torva videns, et adhuc dubitantia figi. ¶ Dubitantia lumina apud *Sil.* l. 10. v. 154. sunt oculi moribundi. [¶ Particip. *dubitaturus* apud *Cic. pro Milon.* c. 23. Arbitrabantur, non dubitaturum fortem virum, quin cederet.]

DUBĬUS, a, um, *doubtful, dubious, uncertain, hesitating, wavering,* ἀμφίβολος, ἐνδοιάσιμος, incertus, quid e duobus, aut pluribus eligat, ambigens, hæsitans, anceps: a *duo,* quemadmodum et Græci a δύο, et poetice δοιὼ formant δοιάζω, dubito. *Cic. pro Leg. Manil.* c. 10. Quæ res est, quæ cujusquam animum in hac causa dubium facere possit? *Plaut. Epid.* 4. 1. 17. Sin est is homo, sicut anni multi me dubiam dant. *make me doubt. Liv.* l. 4. c. 40. Equites procul visi ab dubiis, quinam essent, mox cogniti. *Curt.* l. 5. c. 12. Haud dubius, quin vera deferrentur. *Id.* l. 9. c. 7. *a med.* Haud dubius interfici posse. *Horat.* epod. 5. v. 85. Dubius unde rumperet silentium. *Id.* 1. l. 1. sat. 9. v. 40. Dubius sum, quid faciam. *Virg.* 1. *Æn.* v. 222. Spemque metumque inter dubii. *Sallust. in Jug.* c. 115. Dubius atque hæsitans. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 13. v. 1. non dubios inter memorande sodales. *h. e.* certos, fidos. ¶ Cum genitivo *Virg.* 3. *Georg.* v. 289. Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum Quam sit. *Hirt. de B. Alex.* cap. 56. Erat dubius animi, utrum mallet, &c. *Lucan.* l. 7. v. 611. Dubius fati. *Liv.* l. 33. c. 25. sententiæ. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 572. mentis. ¶ *Dubius* etiam dicitur, qui est in periculo. *in danger. Val. Flacc.* l. 4. v. 271. Pollux sic providus ictus Servat, et Œbalia dubium caput eripit arte. *Ovid.* 2. *Fastor.* v. 101. dubium rege, navita, pinum. *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 4. v. 8. Ad medicam dubius confugit æger opem. (Adde *Juvenal.* sat. 13. v. 124.) Et cum genitivo. *Id.* 3. *Trist.* el. 3. v. 25. Dubius vitæ. ¶ Præterea *dubium* dicitur id omne, de quo dubitari potest. *Liv.* l. 2. c. 21. Quia collega dubiæ fidei fuerit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 80. Dubia victoria pugnare. *Plin.* l. 1. ep. 20. Dubius et quasi languidus dies. *not clear, gloomy. Juvenal.* sat. 5. v. 22. Sideribus dubiis. *h. e.* diluculo, cum sidera non plene apparent, et jam jam condenda sunt luce solis. *Virg.* 1. *Georg.* v. 252. Dubium cælum. *cloudy, overcast. Ovid.* 15. *Metam.* v. 754. Dubia lanugo. *h. e.* barba modo incipiens, et vix apparens. *Martial.* l. 3. epigr. 77. Dubius petaso. *h. e.* corruptioni proximus. *Plin.* l. 18. c. 31. *sub. fin.* Vina dubia. *which they are uncertain whether or not it will prove good. Ovid.* 12. *Metam.* v. 61. dubio auctore susurri. *that they know not from whence they come. Liv.* l. 37. c. 16. Fluctibus dubiis volvi cœptum est mare. *h. e.* inæqualibus, atque, adeo periculosis. *Sallust. in Jug.* cap. 99. Quæ dubia nisui videbantur, potissimum tentare. *h. e.* ascensu difficilia. Sic *Propert.* l. et el. 4. v. 81. Mons erat ascensu dubius. *Terent. Hecyr. prol.* v. 8. Dubia fortuna. *Vellei.* l. 2. c. 45. Dubio Marte pugnare. et c. 71. Dubiam spem armorum tentare. *Martial.* l. 3. epigr. 68. Schemate non dubio, sed aperte nominat illam. *not ambiguous, not amphibological. Sueton. in Cæs.* c. 4. Nutantes et dubiæ civitates. *h. e.* ad defectionem propensæ. ¶ *Dubia cœna* apud *Terent. Phorm.* 2. 2. 28. est, in qua ob multitudinem ferculorum, tu dubites, quid sumas potissimum, ut ipsemet exponit. Possis etiam intelligere periculosam valetudini, cui varietate et multitudine ciborum nocetur plurimum. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 76. vides, ut pallidus omnis Cœna resurgat dubia? *Auson. in Mosell.* v. 120. *de salmone.* dubiæ facturus fercula cœnæ. *h. e.* medium saporem habens inter carnem, et piscem. ¶ *Dubiæ res* sunt

adversæ, difficiles, improsperæ, in discrimine positæ. *troubles, adversity, peril.* *Liv.* l. 2. c. 30. *extr.* Dubiis rebus populi R. sæpe domi bellique maximum futurum auxilium. *Plaut. Epid.* 1. 2. 10. Is est amicus, qui in re dubia re juvat, ubi re est opus. *Sallust. in Catil.* c. 10. Qui labores, pericula, dubias res facile toleraverant. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 35. Animus secundis temporibus, dubiisque rectus. *Lucan.* l. 6. v. 596. Mens dubiis percussa pavet. ¶ Dubia cervix apud *Sil.* l. 10. v. 458. est languentis, et jam jam morituri. ¶ Dubium est, *it is a matter of doubt, it is doubtful.* *Cic.* 4. *de Fin.* cap. 24. Illud dubium est, ad id, quod summum bonum dicitis, ecquænam fieri possit accessio. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 3. Non est dubium, quin totius Galliæ plurimum Helvetii possint. *there is no doubt but that,* &c. *Cic.* 4. *Acad.* c. 41. Ergo credere dubium est, uter nostrum sit verecundior? *Id. Attic.* 11. ep. 6. *ad fin.* De Pompeii exitu mihi dubium nunquam fuit. *I never had the least doubt.* *Id. pro Cæcin.* c. 11. An dubium vobis fuit, utrum esse vis aliqua videretur, necne? *Plin. in Paneg.* c. 8. An dubium est, ut dare posset imperium imperator, qui reverentiam amiserat? ¶ Cum infinito *Plaut. Mil.* 2. 5. 9. An tibi dubium est, eam esse hanc? Adde *Manil.* l. 4. v. 884. ¶ Omisso *est* eleganter sermoni interseritur, et servit dubitationi. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 4. v. 69. Quo postquam, dubium, pius, an sceleratus, Orestes Venerat. *I know not, whether,* &c. *Sueton. in Cæs.* c. 58. In obeundis expeditionibus dubium, cautior, an audentior. *Flor.* l. 1. c. 1. Cujus dum irridet angustias Remus, dubium, an jussu fratris, occisus est. ¶ Dubium habere, *to doubt.* *Plaut. Capt.* 4. 2. 112. An tu dubium habebis, etiam sancte cum jurem tibi? ¶ In dubium. *in doubt, in question.* *Cic. pro Cæcin.* c. 27. Bona, fortunas, possessiones in dubium incertumque revocare. *Id.* 2. *de Orat.* c. 34. In generum causis, atque naturis sita esse, quæ in dubium vocarentur. *h. e.* in quæstionem caderent. *Asin. Poll. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 31. Nemo vocabit in dubium, me pro concione dixisse, &c. *Cic. pro Quint.* c. 2. Non eo dico, quo mihi veniat in dubium fides tua. *Liv.* l. 3. c. 13. Summam pecuniæ quantam æquum esset promitti, veniebat in dubium. *h. e.* dubitabatur. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 6. Se se suas fortunas in dubium non devocaturum. *h. e.* in discrimen. ¶ In dubio, *in doubt, in a state of uncertainty.* *Terent. Andr.* 1. 5. 55. Dum in dubio est animus. et 2. 2. 10. Mea certe in dubio vita est. *h. e.* in discrimine. *in danger.* Sic *Sallust. in Catil.* c. 54. Libertas et anima nostra in dubio est. *Lucan.* l. 7. v. 247. Mens stetit in dubio. *Liv.* l. 34. c. 5. Ponere in dubio, utrum, &c. *Plin.* lib. 25. cap. 5. *a med.* Æstate potius, quam hyeme dandum, non est in dubio. *there can be no doubt whether we ought to give,* &c. In dubium esse, pro in dubio, *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 138. In dubium Veneris palma futura fuit. V. *In.* ¶ Sine *et* procul dubio, *without doubt, beyond a doubt, doubtless.* *Cic.* 2. *Fam.* ep. 18. Et hercle sine dubio erit ignominia. *Lucret.* l. 1. v. 811. Dubio procul. *Plin.* l. 18. c. 21. Utilissimum procul dubio est. ¶ Haud dubio, *without doubt.* *Liv.* l. 34. cap. 2. Haud dubio ad culpam magistratuum pertinens. Al. leg. *dubie.* ¶ Quotiescumque huic voci particula negativa præponitur, non solum significat rem minime incertam esse, sed absque omni controversia certissimam. *Virg.* 2. *Æn.* v. 359. Vadimus in mortem haud dubiam. *Curt.* l. 3. c. 9. Haud dubium robur exercitus. *Adde cetera exempla supra allata.*

DUCĀLIS, le, ad ducem seu imperatorem pertinens. *Valerian. Imp.* apud *Vopisc. in Aurelian.* cap. 13. Tunicas ducales russas quatuor.

DUCALĪTER, adverb. ducis more. *Sidon.* l. 5. ep. 13. Ducaliter antecessurus. et lib. 8. ep. 6. Ferunt, nullum rem militarem ducalius C. Cæsare administrasse.

DUCATĬO, onis, f. ductio. Ducatio necessitatis. *Tertulliano* a quibusdam tributur *de cor. mil.* cap. 11. sed ibi alii aliter.

DUCĀTOR, oris, m. dux: a *ducare* pro ducere. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 29. *a med.* Aut in gubernatorem, aut in ducatorem actionem competere damni injuriæ Alphenus ait. Ita *Torrentin.* at *Haloander* habet *ductorem.*

DUCĀTRIX, icis, f. quæ ducit. *Apul. de doctr. Platon.* l. 2. *post princip.* Vitiorum ducatrices iracundia et libido.

DUCĀTUS, us, m. *the office or command of a general, generalship, command,* ἡγεμονία, officium, et munus ducis, imperium militare. *Sueton. in Tiber.* cap. 19. Confidens ostento sibi, ac majoribus suis in omni ducatu expertissimo. *Justin.* l. 2. *c. ult.* Ducem exercitui deligunt Pausaniam, qui pro ducatu regnum Græciæ affectans, &c. *Flor.* l. 3. cap. 21. Ducatum sceleri præbere. *to become a leader in the civil war.* *Sueton. in Ner.* c. 35. Crispinum impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus et imperia ludere, mergendum mari servis ipsius demandavit. *h. e.* pueriliter fingendo imperia militaria, et collusoribus, qui ludo vicissent, deferendo.

DUCĒNA, æ, f. dignitas ejus, qui ducentis præest in schola Agentium in rebus. *Imp. Leo,* lib. 12. *Cod.* tit. 20. *leg. ult.* V. *Centenus.*

DUCENĀRĬUS, a, um, *of two hundred,* διακοσιοστὸς, qui ducenta continet. *Plin.* l. 7. c. 20. Salvius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, et ducenaria duo humeris contra scalas ferebat. *two weights of two hundred pounds.* ¶ *Ducenarius* in militia est, qui duabus militum centuriis præest. Hic olim erat primus hastatus. *Veget.* l. 2. *de re milit.* cap. 8. ¶ *Protector ducenarius* memoratur in duob. lapidib. apud *Gruter.* pag. 530. n. 9. et pag. 531. n. 2. ¶ Sunt qui putant nomen habere a stipendio ducenum H.S. ut est apud *Capitolin. in Pertin.* c. 2. si modo ibi de militari officio sermo est. ¶ *Ducenarii procuratores* nomen habuere a stipendio ducentorum millium nummum, quod habebant pro exigendis reditibus publicis, aut fisci Principis. Ita *Torrentius* ad illud *Sueton. in Claud.* c. 24. Ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis indulsit. [Hinc *Apul.* 7. *Met.* pag. 455. *Oudend.* Nam procuratorem principis ducenaria perfunctum fueram aggressus. *h. e.* dignitate ducenaria jam functum.] ¶ Similes his fuere, qui postea *ducenarii* vocabantur in schola Agentium in rebus, de quibus mentio fit *in Cod.* lib. 12. tit. 20. leg. 3. quamquam alii volunt, ita dictos, quia ducentis officialibus in sacro Palatio præerant, ad similitudinem Ducenariorum militarium. V. *Centenus.* Sunt etiam qui putent, quia in eodem *Cod.* lib. 10. tit. 19. leg. 1. mentio fit Ducenariorum in tributis exigendis, dictos esse Ducenarios, qui vectigal exigebant *ducentesimæ,* de qua in *Centesimus* dictum est: sed hi nihil omnino differunt a Ducenariis Agentium in rebus, quorum munus, inter alia, fuit etiam tributa exigere. V. *Agens.* ¶ A censu ducentenum mill. H.S. (*from being rated at two hundred thousand sesterces,*) nominati sunt *ducenarii judices,* quos Augustus ad tres judicum decurias, ex inferiore censu addidit, qui de levioribus summis judicarent, uti *Sueton. in ejus vita* narrat: censum autem inferiorem censu equestri intelligit, qui erat quadringentorum mill. Itaque ex iis, qui minimum ducenta habebant, decuriam judicum Augustus novam instituit.

DUCĒNI, æ, a, *two hundred,* διακόσιοι, numerus ducentorum distributivus. *Liv.* l. 9. c. 19. Censebantur ejus ætatis lustris ducena quinquagena millia capitum. *Plin.* l. 7. cap. 2. *ad fin.* Gentem ducenos annos vivere. *Id.* l. 9. c. 3. Pristes ducenum cubitorum. ¶ Extra distributionem *Plin.* l. 6. c. 26. Muri ducenos pedes alti.

DUCENTESĬMUS, a, um, *the two hundredth,* διακοσιοστὸς, unus ex ducentis. *Ducentesima* (subaudi *pars*) vectigal fuit, de quo in *Centesimus* dictum est. *Tacit. Ann.* 2. c. 42. Fructibus ejus levari posse centesimæ vectigal, professus Cæsar, ducentesimam in posterum statuit.

DUCENTI, æ, a, *two hundred,* διακόσιοι, bis centum. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 13. Ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. *a med.* Fundus ducentum jugerum. *pro* ducentorum.

DUCENTĬES, adverb. *two hundred times,* διακοσιάκις, bis centies. *Cic.* 2. *Phil.* c. 16. Amplius ducenties acceptum retuli. Adde *Cels.* l. 2. c. 14. *ad fin.*

[* DUCIĀNUS, a, um, adject. ad ducem aliquem pertinens. *Cod. Theodos.* lib. 15. tit. 11. leg. 2. Officium ducianum. *h. e.* ducis. *Ibid.* lib. 11. tit. 25 leg. 1. Adparitores duciani. *h. e.*. adparitores ducum rei militaris. *Cod. Just.* lib. 7. tit. 62. leg. 38. Judicium ducianum. ¶ Hinc *ducianus.* *h. e.* officialis ducis alicujus in *Cod. Theodos.* lib. 7. tit. 16. leg. 3. et plural. *duciani* in *Cod. Justin.* lib. 1. tit. 27. leg. 2. sect. 8. Nullum dispendium a ducibus, vel ducianis prædicti limitanei sustineant.]

DUCO, is, xi, ctum, a. 3. *to draw,* ἕλκω, ἐρύω, traho. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 2. Ducere aquam per fundum alterius. *Varr.* 2. *R. R.* c. 3. Naribus spiritum ducere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 6. *extr.* Aer, quem spiritu ducimus. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 48. Ducere funem. *Id.* l. 3. od. 11. v. 13. tigres comitesque silvas. *Id.* l. 4. od. 1. v. 21. tura naribus. *Cic. pro Mil.* c. 28. parietem per vestibulum alterius. *Plin.* l. 35. c. 10. lineam. ¶ Illa quoque huc pertinent *Virg.* 7. *Æn.* v. 634. Aut leves ocreas lento ducunt argento. *h. e.* extendunt, inquit *Serv.* et lib. 6. v. 849. vivos ducent de marmore vultus. *Plin.* l. 7. cap. 37. Ducere Alexandrum ex ære. *to take his likeness in brass.* *Vitruv.* l. 2. c. 3. lateres. *to form bricks.* *Quintil.* l. 6. c. 3. *post med. et Paul. Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 4. colaphum, pugnum alicui. *to fetch a blow.* *Sil.* l. 11. v. 359. Ducere alicui ferrum per viscera. *Phædr.* l. 5. fab. 3. Sibi gravem duxit alapam. *Martial.* l. 11. epigr. 40. suspiria. *to heave sighs.* *Virg. Æn.* 4. v. 463. longas in fletum ducere voces. *h. e.* edere. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 33. Ducere sortes. *to draw lots.* *Ovid.* 4. *Metam.* v. 34. lanas. *to card wool.* *Juvenal.* sat. 12. v. 65. pensa manu. *to spin.* ¶ Translate *Ovid.* 5. *Trist.* el. 12. v. 63. Nec possum, et cupio non ullos ducere versus. et lib. 1. el. 11. v. 18. Carmina manu trementi ducere. *to write, compose.* *Juvenal.* sat. 7. v. 237. Exigite, ut mores teneros ceu pollice ducat. *h. e.* effingat, instituat. *to form, fashion, model.* *Propert.* l. 1. el. 7. v. 1. Dum tibi Cadmeæ ducuntur, Pontice, Thebæ. *h. e.* carmine conduntur, et celebrantur. Al. leg. *dicuntur.* ¶ Aliquando est haurire, extrahere, bibere. *Scribon. Larg. compos.* 133. Ad hydropicos bene facit chamælea. Largiter enim aquam ducit. *draws off.* et *compos.* 158. Ducit enim sanguinem, et dolorem levat. *Horat.* l. 1. od. 17. v. 21. Ducere pocula Lesbii innocentis. *to quaff.* *Valer. Flacc.* l. 4. v. 536. Ducere oblivia. *h. e.* oblivisci. ¶ Item protrahere, *to protract.* *Nepos in Themist.* c. 7. Dedit operam, ut quam longissime tempus duceret. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 3. Suadere institui, ut bellum duceret. *Martial.* l. 12. epigr. 36. aureolos, Possint ducere qui duas calendas. *to put on, and last for two months.* *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 61. Ducere bellum in hyemem. et lib. 1. *B. Gall.* c. 17. Ubi se diutius duci intellexit. et *ibid.* Diem ex die ducere. *to defer from day to day.* ¶ Item gerere. *Virg.* 8. *Æn.* v. 55. Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina. *wage, carry on.* *Servius:* aut gerunt, aut in longum trahunt. Sed secundæ interpretationi τὸ *assidue* obstat. *Nepos in Datam.* c. 8. *extr.* Cum bellum duci majore regis calamitate, quam adversariorum videret, ad pacem hortatus est. ¶ Item agere. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 202. Ducere ætatem. *to spend, pass.* *Virg.* 2. *Æn.* v. 641. vitam. *Id.* l. 4. v. 560. somnos. *Plin.* l. 6. ep. 31. *a med.* noctem jucundissimis sermonibus. ¶ Item contrahere, crispare. *to contract, wrinkle.* *Martial.* l. 1. epigr. 41. Qui ducis vultus, et non legis ista libenter. ¶ Item contrahere, attrahere. *Virg. Ecl.* 9. v. 49. Duceret apricis in collibus uva colorem. *would draw, contract, acquire, get, derive.* *Colum.* l. 3. c. 18. Ut malleolus decisus celeriter cicatricem ducat. *Quintil.* l. 1. cap. 2. (*al.* 3.) Ducere situm. *to become mouldy.* *Horat.* l. 4. od. 2. *extr. de vitulo.* Qua notam duxit, niveus videri, Cetera fulvus. *h. e.* a matre traxit. ¶ *Ducere os,* variis modis os vultumque agitare et distorquere, *to draw or fashion the mouth in speaking,* ad varios animi motus significandos. *Cic. in Orat.* c. 25. *extrem.* Actio vultu multa conficiens, non hoc, quo dicuntur os ducere, sed illo, quo significant ingenue, quo sensu quidque pronuntient. *Quintil. sub fin.* cap. 3. l. 9. Ducere os exquisitis modis, et frontis ac luminum inconstantia trepidare. ¶ *Ducere alvum* apud *Celsum* est subducere, hoc est clystere per inferna injecto, elicere, et purgare. *Lib.* 2. c. 12. Plerumque alvus lotionibus ducenda est. *Id.* l. 4. c. 4. *a med.* Liquanda alvus, interdum etiam ducenda. et cap. 10. Solvere alvum: si aliter non respondet, etiam ducere. Adde cap. 3. et lib. 6. c. 14. ¶ Ad trahendi notionem pertinet et illud *Cicer.* 1. *Acad.* c. 11. Ducere nomen ex aliqua re. *Id.* 2. *de nat. Deor.* cap. 21. *extr.* Ducere principium disputationis ab aliquo. *Id.* 5. *de Fin.* c. 7. Ducere exordium vitæ ab aliqua re. *Horat.* l. 3. od. 17. v. 5. Ducere originem ab aliquo. *Cic. in Orat.* cap. 39. Ab eodem verbo sæpius ducere orationem. *to commence, begin.* ¶ Pro educere, *to draw forth.* *Sil.* l. 8. v. 342. vagina ducitur ensis. *Virg.* 12. *Æn.* v. 378. et auxilium ducto mucrone petebat. ¶ Pro ferre, vel ferendo trahere. *Albinov.* el. 2. v. 77. *de Hercule.* Lydia te tunicas jussit lasciva fluentes Inter lanificas ducere sæpe suas. *to draw after you, or wear the dress of a female.* Alii exponunt nere, vel texere. ¶ Et pro percipere, consequi, *to reap, gain.* *Ovid.* 10. *Met.* v. 680. Præterita est virgo: duxit sua præmia victor. ¶ Aliquando ita sumitur pro trahere, ut significet trahere volentem, *traho* vero invitum, ac per vim. *Senec.* ep 107. *in vers.* Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Sic *Donat. ad Terent. Adelph.* 3. 3. 4. Ducimus volentes, abducimus invitos. ¶ Sæpe significat agere, *to take, lead, conduct,* ἡγέομαι, ἄγω. *Nepos in Amilc.* c. 3. Effecit, ut imperator in Hispaniam mitteretur, eoque secum duxit filium Annibalem. *Id. in præfat.* Uxorem in convivium ducere. *Id. in Datam.* cap. 3. Feram bestiam captam ducere. *Virg. Ecl.* 9. v. 1. Quo te, Mœri, pedes? an, quo via ducit, in urbem? *Id.* 8. *Æn.* v. 665. castæ ducebant sacra per urbem Pilentis matres in mollibus. ¶ Ducere se, *to betake himself, depart, go.* *Plaut. Amph.* 4. 3. 8. Ad regem recta me ducam. *I will straightway hie me to the king.* *Id. Bacch.* 4. 2. 11. Ducere se ab ædibus. *Asin. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 32. Balbus quæstor duxit se a Gadibus. *withdrew,* subduxit, aufugit. *Plaut. Aulul.* 4. 8. 8. Ducere se deorsum de arbore. *to descend.* ¶ Refertur interdum ad nuptias, *to marry.* *Cic. pro Sext.* c. 3. Duxit uxorem optimi viri filiam. et *paulo supra.* Duxit honestissimi viri, C. Albini filiam. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 9. Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat. ¶ De viris tantum dicitur, ut *nubere* de feminis: reperitur tamen etiam de his. *Imp. Antonin.* lib. 5. *Codic.* tit. 18. leg. 3. Si ignoran[s] statum Erotis, ut liberum duxisti, et dotem dedisti, &c [† Conf. *Mart. Epigr.* 9. 6. 10. 8. 8. 12. et 12. 42. ¶ Frequenter ad rem militarem pertinet, *to command a[s] a general, lead,* ducem, imperatorem esse. Hinc Ducer[e] exercitum, h. e. præesse, apud *Cicer. pro Mur.* cap. 9. [et] *Nepot. in Eum. c. ult.* Sic *Cic. ad Brut.* ep. 8. Creten[si] bello, Metello imperatore, octavum principem duxit. [et] *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 35. Primum pilum ducere. et *Cic.* [...] *Phil.* c. 8. Ordines ducere. *Nep. in Epamin.* c. 7. Cum i[n] Peloponnesum exercitum duxisset adversus Lacedæm[o]nios. ¶ Hinc *ducere familiam* dicitur, qui caput famili[æ] est. V. *Familia.* Sic *ducere classem,* apud *Quintil.* l. [...] c. 2. (*al.* 3.) classis principem esse. ¶ Item ad funebre [...] Ducere alicui funus, *to discharge the last duties to any on[e]* et dicitur proprie de iis, qui in pompa funeris præeu[nt] quales fuisse parentes, conjuges, consanguineos, *Meu[...]* docet. *Plin.* l. 8. c. 42. Defuncto bucefalo Alexand[er] duxit exsequias. *Cic. pro Quint.* cap. 15. Huic acerbis[si]mum vivo, videntique funus ducitur. ¶ Eadem ratio

ducere choros dicitur, qui præest. *Horat.* l. 1. od. 4. v. 5. Jam Cytherea choros ducit Venus. Sic *pompam ducere*, apud *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 152. Sic *Tacit.* 1. *Ann.* c. 51. Pars equitum, et auxiliariæ cohortes ducebant: mox prima legio. *formed the vanguard.* ¶ Item ad supplicium, aut vincula, *to lead to execution; to throw into prison. Nepos in Phoc. c. ult.* Cum ad mortem duceretur. *Sueton. in Calig.* 2. 27. A calvo ad calvum duci imperavit. *Senec.* l. 1. *de Ira*, c. 16. Cum iratus duci jussisset eum, qui, &c. *Nævius* apud *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 63. Quanti addictus? mille nummum. Nihil addo: ducas licet. *h. e.* in vincula ducas. Est enim sermo de eo, qui ob æs alienum alteri addicitur, donec solvat. *Liv.* l. 6. c. 20. Quorum bona venire, quos duci addictos prohibuisset. V. *Addictus.* ¶ Translate est adducere, inducere, allicere, *to lead on, induce. Cic.* 2. *Tuscul.* c. 18. Me ad credendum tua ducit oratio. ¶ *Duci* est impelli, moveri, trahi. *Nep. in Cim.* c. 1. Non magis amore, quam more duci. et *in Alcib.* c. 5. Duci caritate patriæ. *Id. in Dion. c. ult.* falsa suspicione. *Id. in Attic.* c. 12. studio philosophiæ. *Cic. in Orat.* c. 32. laude eloquentiæ. *to be led or influenced. Id.* 1. *Offic.* c. 41. errore. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 3. quæstu et lucro. *Id. pro Rosc. Amer.* cap. 41. Litteris eorum et urbanitate Chrysogonus ducitur, ut, &c. ¶ Frequentissime significat putare, existimare, habere. *to esteem, hold, deem, think, consider, account*: qua notione *Fest.* vult esse a δοκῶ, puto. *Cic.* 3. *de Fin.* cap. 3. Nihil præter virtutem in bonis ducere. *Id. Fam.* 1. ep. 6. Quæ ne tu quidem unquam timenda duxisti. et lib. 4. ep. 7. Quæ non aliena esse ducerem a dignitate tua. *Id.* 7. *Verr.* c. 25. et *Cæs.* 6. *B. Gall.* c. 31. Ducere aliquem in numero hostium. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 8. Parvi aliquid ducere. *Id. Verr.* 4. c. 41. Cum docuissem, hanc damnationem duci non oportere. *that no account ought to be taken of this condemnation*, vel, *that they ought not to consider this in the light of a conviction.* et cap. 16. Pro nihilo ducere. *Sallust. in Catil.* c. 12. Innocentia pro malevolentia duci cœpit. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 20. Neminem præ se ducit hominem. *Liv.* l. 8. c. 31. Ducere se magistrum equitum. *to account himself*, &c. *Nep. in Agesil.* c. 3. *extr.* Ut omnium opinione victor duceretur. *should be considered as conqueror. Cic. pro Flacc.* c. 27. Si quis despicatui ducitur. *Virg.* 6. *Æn.* v. 690. Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum. *Plin.* l. 31. cap. 6. Plerique in gloria ducunt, plurimis horis perpeti calorem earum. *count it glorious to suffer*, &c. ¶ Ducere se esse pro aliquo, *Plauti* modus loquendi est, *Capt.* 2. 3. 76. et *Stich.* 4. 1. 65. h. e. gerere se pro aliquo. *to pass himself off for*, &c. ¶ Ducere laudi. *to ascribe*, laudi dare, laude dignum putare. *Nep. in præfat.* Laudi in Græcia ducitur adolescentulis, &c. *Terent. Adelph. prol.* v. 5. Laudin' an vitio duci id factum oporteat. ¶ *Ducere rationes*, et *ducere* absolute. *to calculate, compute, reckon*, supputare. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 130. Age nunc summam ducat sui æris simul, atque alieni. *Gell.* l. 1. c. 20. Sicuti fit, cum ter terna ducuntur. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *a med.* Diem statuo satis laxam, quam ante si solverint, dico, me centesimas ducturum; si non solverint, ex pactione. *h. e.* computaturum. ¶ Translate *Cic. ad Pompei. post.* ep. 11. l. 8. *Attic. ad fin.* Cum pacis conditiones ad te afferri viderem, duxi meam rationem, quam tibi facile me probaturum arbitrabar. *Id. Fam.* 7. ep. 3. Malui famæ cedere, quam salutis meæ rationem ducere. *h. e.* habere. *Id. pro Sext.* c. 10. Officii rationem in omni vita, non commodi esse ducendam. ¶ *Ducere dictis* est irretire, aut fallere. *to wheedle, cajole. Terent. Andr.* 4. 1. 20. Etiam nunc me ducere istis dictis postulas? *to lead me by the nose.* vel *to make me heed what you say. Idem Phorm.* 3. 2. 15. Ut phaleratis dictis ducas me. *Propert.* l. 2. el. 13. v. 57. Mentiri noctem; promissis ducere amantem. ¶ Pro adducere, afferre, conciliare, *Tibull.* l. 1. el. 1. v. 65. Nam neque tum plumæ, nec stragula picta soporem, Nec sonitus placidæ ducere possit aquæ. ¶ In imperativo habet *duc*, ut dico *dic*, facio *fac*. Sed ἀρχαϊκῶς etiam *duce* dictum est a *Plaut. Epid.* 3. 3. 18. Duce istam intro mulierem. Adde *Mostell.* 1. 4. 11. &c. ¶ *Duxti* pro *duxisti* syncope *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 130. [¶ Particip. *ducens* apud *Ovid.* 9. *Met.* v. 358. Nec sequitur ducentem lacteus humor.]

DUCTABILĬTAS, atis, f. *aptness to be duped*, animi imbecillitas, qua quis se facile circumduci, et ductari sinit. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 626. Eo plectuntur poetæ, quam suo vitio, sæpius ductabilitate vestra, aut perperitudine.

DUCTARĬE, ductando, cunctando, remisse, et dicis causa agendo. *Plaut. in fragm.* apud *Fest.* in *Navus.* Nave agere oportet quod agas, non ductarie. Al. exponunt, nave et remis, non fune trahendo. Al. le. *ductarier.*

DUCTARĬUS, a, um, *that draws or guides*, idem ac ductilis, ut Ductarius funis, qui per orbiculos trochleæ trajicitur, et inde ad ergatam. *Vitruv.* l. 10. c. 2. 3. et 5. *a rope running in pullies.*

DUCTĬLIS, le, *easy to be drawn, easily beaten or hammered out, ductile, malleable*, ἐλατὸς, qui facile duci atque extendi potest. *Plin.* l. 34. c. 8. *ad fin.* Æs regulare obsequitur malleis, ab aliis ductile appellatum. ¶ Ductile flumen aquæ riguæ, apud *Martial.* l. 12. epigr. 31. est rivus a flumine derivatus ad irrigandos hortos. ¶ Ductilem scenam *Serv.* ad 3. *Georg.* v. 24. vocat, cum tractis tabulatis hac atque illac, species picturæ nudabatur interior.

DUCTIM, adverb. *as it were by drawing, by little and little, leisurely*, ducendo. *Colum.* l. 4. c. 25. Major pars operis in vineam ductim potius, quam cæsim facienda est. *h. e.* ductu falcis, non ictu, ut mox ipsemet exponit. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 12. Invergere in me liquores tuos sino ductim. *h. e.* ἀπνευστὶ, non respirando: quod aviditatem bibendi notat, et copiam. nos dicimus *a good draught.* Alii exponunt cum mora, et paulatim, ut diutior sit voluptas.

DUCTĬO, onis, f. *a drawing, conveying*, ducendi actio, ut ductiones et reductiones rudentium, *Vitruv.* l. 10. c. 19. *Id.* l. 1. c. 1. Aquarum ductiones. *h. e.* deductiones, derivationes, *aqueducts. Cels.* l. 4. c. 24. *extr.* et lib. 2. c. 12. Alvi ductio. *h. e.* subductio. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 29. leg. 3. Hoc interdictum pertinet ad ductionem, ut ducere quis possit eos, in quos habet jus ductionis. *h. e.* redigendi in suam potestatem.

DUCTĬTO, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a *duco.* *to lead quickly away. Plaut. Rud.* 2. 7. 26. Venales illic ductitavit, quisquis est. *h. e.* mangonis artem exercuit. *Id. Pœn.* 1. 2. 60. Quasi bella sit, quasi eampse reges ductitent. *would be for keeping. h. e.* uxorem ducant, vel ducere cupiant. *Id. Epid.* 3. 2. 15. At ego follitim ductitabo. *h. e.* ductabo, fallam, folle argenti fraudabo. *to cheat, decoy.*

DUCTO, as, avi, atum, a. 1. per syncopen a *ductito* factum, est sæpe ducere, vel huc illuc ducere. *to lead frequently, draw along. Plaut. Mostell.* 3. 2. 157. Istum, puer, circumduce hasce ædes, et conclavia. nam egomet ductarem, nisi, &c. *conduct him. Terent. Adelph.* 4. 7. 34. Tu inter eas restim ductans saltabis. V. *Restis. Id. Phorm.* 3. 2. 15. et *Plaut. Pœn.* 4. 2. 46. Ductare amicam. *h. e.* ducere, et secum habere. *to keep. Plaut. Pers.* 4. 4. 85. Omne pro nihilo esse ducto, quod fuit. *h. e.* nihili duco. *Id. Mil.* 2. 1. 6. Labiis ductare aliquem. *h. e.* deridere, ducendo os, et distorquendo. *to make faces at. Id. Capt.* 3. 4. 109. et 3. 5. 97. Ductare quem dolis. *h. e.* decipere, fallere. *to wheedle, decoy.* ¶ *Ductare exercitum, to lead or command an army*, h. e. præesse, ducem esse, dixere *Sallust. in Catil.* c. 11. 17. et 19. et *in Jug.* c. 42. et 73. et *Tacit.* 2. *Histor. c. pænult.* de qua loquendi ratione ita *Quintil.* l. 8. c. 3. Vel hoc vitium sit, quod κακόφατον vocatur: sive mala consuetudine in obscenum intellectum sermo detortus est, ut *ductare exercitus*, et *patrare bellum*, apud Sallustium dicta sancte, et antique, ridentur a nobis, si diis placet: quam culpam non scribentium quidem judico, sed legentium, &c. Hæc *Quintil.* Et quidem in altera phrasi cacophatum facile deprehenditur, si τὸ bellum de pusione intelligas: at in priore non satis patet, nisi dicas *ductare* ideo in obscenis habitum esse, quia frequenter dicebant *ductare amicam, scortum*, ut est apud *Plaut. Asin.* 1. 3. 12. et 5. 2. 13. et *Terent. Phorm.* 3. 2. 15. vel si respiciatur ad locum *Juvenal.* sat. 6. v. 237. Sunt qui putant latere obscenum in τῷ *exercitum*, quasi notari possit ὁ κίναιδος ἐν τοῖς παιδικοῖς exercitatus: vel ut sit supinum verbi *exerceo*: unde *exercere scortum* dixit *Plaut. Amph.* 1. 1. 132.

DUCTOR, oris, m. *a leader, commander, captain, general*, ἡγεμὼν, στρατηγὸς, qui præest exercitui, dux belli, qui ordines in militia ducit. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 37. Non modo ductores nostri, sed universi exercitus ad non dubiam mortem concurrere. *Virg.* 6. *Æn.* v. 334. Ductor classis. *Id.* 4. *Georg.* v. 88. Ductores apum. *the kings. Stat.* l. 3. silv. 5. *extr.* Tibris ductor aquarum. *the head, or king of rivers.* ¶ *Ductor ferreus insularis* apud *Auctor. Priapeor.* carm. 32. est qui ferrum ducit, et elaborat in insulis, ubi metalla ferraria sunt, v. gr. in Ilva insula maris Tyrrheni, ad quam fortasse *Auctor* iste respicit.

[* DUCTRIX, icis, f. *a conductress*, quæ ducit. *Ulpian. Dig.* l. 14. tit. 1. leg. 1. sect. 12. Quædam naves ἐπιβατηγοὶ, id est vectorum ductrices sunt. Modo tamen hæc Græcæ vocis interpretatio *Ulpiani* sit.]

DUCTUS, us, m. *a leading, conducting*, ἀγωγὴ, ἡγεμονία, ductio. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 1. Ductus aquarum, quos isti nilos et euripos vocant. (*ductum* absolute pro *aquæductu* sæpissime usurpat *Frontin. de aquæduct.*) *Id.* 2. *de Fin.* c. 17. Qui ductus oris, qui vultus in quoque sit. *the expression of the countenance. Quintil.* l. 1. c. 1. *a med.* et *Plin.* l. 8. c. 3. Ductus litterarum. *forms, figures. Lucret.* l. 4. v. 427. Porticus æquali quamvis est denique ductu. *in a straight line*, æquali parietum, et columnarum distantia. *Plin.* l. 37. c. *ult.* Purgatam puramque glebam artificum ingenio varie distribui in venas ductusque macularum. *rows, lines, figures.* ¶ Sæpe dicitur de gubernatione, præsertim exercitus. *Cic. Fam.* 3. ep. 11. *a med.* Omnes vires civitatis se ad Pompeii ductum applicaverunt. *Id. pro leg. Manil.* c. 21. Pompeius rem optime suo ductu gessit. *Id. de Harusp. resp.* c. 2. Qui ductu suo et imperio supplicia a sociorum mœnibus prohibere non potuerunt. *Vellei.* l. 2. c. 78. Virtute et ductu Ventidii. *Hirt. de B. Alex.* c. 43. Res secundas ductu ausuque suo gesserat. *Plaut. Amph.* 1. 1. 41. Gessit rempubl. ductu, imperio, auspicio suo. *Curt.* l. 6. c. 3. Quorum alia ductu meo, alia imperio, auspicioque domui. *some in person, others through the medium of my captains.* V. *Auspicium. Vellei.* l. 2. c. 115. Non jam ductu, sed manibus atque armis ipsius Cæsaris. *h. e.* non jam præsentia et consilio solum, sed opera, labore, virtute pugnandi. ¶ Translate *Quintil.* l. 4. c. 2. *circa med.* Est quidam etiam ductus rei credibilis qualis in comœdiis, et in mimis. *h. e.* connexio apta rerum, quarum una aliam consequitur, eique cohæret. ¶ Pertinet apte ad cædentes, secantesque. *Senec.* ep. 47. Alius pretiosas aves scindit, pectus et clunes, certis ductibus circumferens eruditam manum, in frusta excutit. *Colum.* l. 4. c. 25. *extr.* Utilior putatio est, quæ ductu falcis, non ictu conficitur. ¶ Eleganter *Valer. Flacc.* de dracone aureum vellus custodiente, lib. 7. v. 167. Qui nemus omne suum, quique aurea (respice porro) Vellera tot spiris circum, tot ductibus implet. *with so many folds.*

DUCTUS, a, um, *led on, drawn, conducted*, tractus, actus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. Succus is, quo alimur, permanat ad jecur per quasdam a medio intestino usque ad portas jecoris ductas et directas vias. *Valer. Flac.* l. 6. v. 125. Magnanimis mos ductus avis, haud segnia mortis Jura pati. *it is a practice derived from their ancestors*, &c. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 29. *extr.* Libera contumacia, a magnitudine animi ducta, non a superbia. *generated, derived. Id. de clar. Orat.* c. 60. Sermo ductus e percunctatione filii. *drawn. Tacit.* 6. *Ann.* c. 2. Ex queis triginta sorte ducti. *drawn by lot. Plaut. Capt.* 4. 2. 7. Hic ille est senex ductus, cui verba data sunt. *h. e.* deceptus. *Al. leg.* doctus. *Cic. de clar. Orat.* c. 51. Benevolentia ductus. *moved. Ovid.* 3. *Metam.* v. 257. Domus ab Agenore ducta. *descended.* V. alia in *Duco.*

DUDUM, adverb. *but lately, a while ago, not long since*, πάλαι, nuper, jam, antea. Volunt esse a *diu* pro, *die*, et *dum.* Dicitur autem de exiguo tempore præterito, sed incerto (ut *Donat.* docet *ad Terent. Andr.* 3. 4. 3.) *Cic.* 11. *Attic.* ep. 24. Quæ dudum ad me, et quæ etiam ante bis ad Tulliam de me scripsisti, ea sentio esse vera. *Id.* 2. *de Orat.* c. 65. Dixi dudum, materiam aliam esse joci, aliam severitatis. *I said just now. Terent. Andr.* 5. 1. 5. Oro, Chreme, ut beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes. *Plaut. Amph.* 2. 2. 50. Quid tu me derididiculi gratia sic salutas, atque appellas, quasi dudum non videris? *as though you did not see me but a moment ago.* ¶ Item de tempore præterito paulo longiore. *Terent. Andr.* 3. 4. 3. Dudum nonnihil veritus sum, Dave, abs te, ne faceres idem, quod volgus servorum solet, dolis ut me deluderes. *I have been for some time apprehensive, lest*, &c. *Cic.* l. 4. ep. 5. Dudum enim circumrodo, quod devorandum est. *Plaut. Pers.* 4. 3. 28. *To.* E Persia ad me allatæ sunt modo istæ. *Do.* quando? *To.* haud dudum. *not long ago. Id. Pœn.* 1. 2. 105. Non dudum ante lucem. *a little before day-light.* ¶ Quam dudum? *how long ago? how long? Plaut. Stich.* 2. 1. 38. Vide, quam dudum hic adsto, et pulto! *Terent. Eun.* 4. 4. 29. *Do.* Venit Chærea. *Ph.* frater ne? *Do.* ita. *Ph.* quando? *Do.* hodie. *Ph.* quam dudum? *Do.* modo. *Id. Andr.* 5. 2. 9. Modo introii. *Si.* quasi ego, quam dudum, te rogem. *how long ago.* Et omissa interrogatione, *Cic.* 14. *Attic.* ep. 12. *sub fin.* Quam dudum nihil habeo, quod ad te scribam: scribo tamen. Al. aliter leg. ¶ Jamdudum, et jam dudum, *for some time:* et longius spatium designat, quam *dudum*, et certius: semper tamen de non longo tempore dicitur: et significat rem jam esse inceptam, ac nondum desitam. *Cic. pro Cluent.* c. 23. Vocat me alio jamdudum tacita vestra exspectatio. *Id. de Amic.* c. 22. Ea, quam jamdudum tractamus, stabilitas amicitiæ. *Plaut. Trinum.* 4. 3. 3. Jamdudum factum est, cum abiisti domo. *it is a great while ago, since*, &c. *Priscian.* l. 15. pag. 1018. *Putsch.* adverbium *dudum* refert inter ea, quæ diversorum temporum sunt, ut *olim, quondam.* Itaque de præsenti etiam tempore dicitur, ut in illo *Virg.* 2. *Æn.* v. 103. Jam dudum sumite pœnas. quod *Serv.* exponit, modo, vel quamprimum. Sic *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 317. ingenti jamdudum de grege duci Jussit. *immediately, instantly, quickly, soon.* et lib. 2. v. 457. Candida jamdudum cingantur colla lacertis. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 456. visa jamdudum prosilit altis Diva toris. Adde *Senec. in Med.* v. 191. ¶ Et de futuro pro *mox. Stat. Theb.* 6. v. 855. *de cupressu.* urgentes cervicem inclinat in Austros, Vix se se radice tenens, terræque propinquat, Jamdudum ætherias eadem reditura sub auras. *presently.*

DUELLA, æ, f. pars tertia est unciæ, et duas sextulas continet: unde nomen. *Rhem. Fann. de ponderib. et mensur.* v. 23. Sextula cum dupla est, veteres dixere duellam.

DUELLĀTOR, oris, m. *a warrior.* idem ac bellator: a *duellum*, bellum. *Plaut. Capt. prol. v. ult.* Domi, duellique duellatores optimi. *brave both at home and abroad.*

DUELLĬCUS, a, um, *warlike, martial*, bellicus. *Lucret.* l. 2. v. 660. Equorum duellica proles. *Plaut. Epid.* 3. 4. 14. Quem memorant arte duellica divitias magnas indeptum.

DUELLIS, is, m. *an enemy*, hostis apud Vet. *Arnob.* l. 1. pag. 10. Cur duelles cum pereunt, lævum augurium non sum?

DUELLŌNA, æ, f. Bellona. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 10. et lib. 6. c. 3.

DUELLUM, i, n. *war*, πόλεμος, idem ac bellum. Veteres enim *du* ponebant pro *b*. Sic legitur *duonum* pro *bonum*, et *duis*, pro *bis*, ut ait *Cic. in Orat.* c. 45. V. etiam *Quintil.* l. 1. c. 4. Hinc *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 7. Græcia Barbariæ lento collisa duello. *Id.* l. 1. od. 14. v. 18. Et cædum Marsi memorem duelli. *Cic.* l. 2. *de Legib.* cap. 13 Æs atque ferrum duelli instrumenta. *Plaut. Asin.* 3. 2. 13. Quæ domi duellique fecisti. *Horat.* l. 4. od. 15. v. 8. Vacuus duellis Janus. Adde *Liv.* l. 36. c. 2. ubi al. leg. *bellum*: et lib. 22. cap. 10. ex veteri formula rogationis. ¶ Pro *prælio*, *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 97. Cædimur, et totidem plagis consumimus hostem Lento Samnites ad lumina prima duello. ¶ *Duellum* pro *duellorum*. *Enn. in fragment. collect. a P. Merula.* Horrida Romuleum certamina pango duellum.

DUELLUS, a, um, idem quod bellus, apud Veteres, ea ratione, qua dictum est in voce præced. *Titinn.* apud *Non.* c. 3. n. 117. item *Quintil.* l. 1. c. 4. sed utrobique alii aliter leg. Addunt quidam verba hæc *Nævii*: Facies virginis duellæ.

DUICENSUS, census, seu census cum altero, *h. e.* cum filio; a duis, bis. *Festus.*

DUIDENS, hostia bidens. *Fest.*

DUIM, is, it. V. in fine verbi *Do, as.*

DUIS, bis, apud Veteres. *Festus.*

DUITÆ, arum, Hæretici Marcionis sectatores, qui duos deos esse docuerunt, bonorum auctorem alterum, alterum malorum. *Prudent. in præfat. Hamartigen.* v. 37. Docet Duitas discrepare a spiritu.

DUĪTAS, atis, f. numerus duorum. *Labeo* apud *Jabolen. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 242. Viduam sic dictam esse putat, quasi vecors, vesanus, qui sine corde, aut sanitate est: similiter viduam esse dictam sine duitate. Cave usurpaveris.

DUĪTOR, dator, vetus imperativum a *duo, is,* pro *do*, de quo V. in fine verbi *Do. In* XII. *Tab.* apud *Plin.* l. 21. c. 3. Qui coronam parit ipse, virtutis ergo duitor ei. Al. aliter leg.

DULCACĪDUS, a, um, *having a compound taste of sweet and sour; bitter-sweet*, γλυκύπικρος, mixtum quendam saporem habens ex dulci, et acido. *Seren. Sammonic. de Med.* cap. 11. vers. 151. Crudaque dulcacido miscebis rapa liquori. Adde cap. 32. vers. 607.

DULCĀTOR, oris, m. qui dulcat, *a sweetener. Paulin. Nolan.* carm. 23. *Nat.* 8. *S. Fel.* v. 237. dulcator fontis amari.

DULCĀTUS, a, um, adject. *sweetened, dulcorated*, dulcis factus. *Sidon.* carm. 2. v. 105. Ferunt exorto flumina melle Dulcatis cunctata vadis.

DULCE, adverb. *sweetly, pleasantly, charmingly, delightfully*, γλυκερῶς, dulciter, et translate jucunde, suaviter. *Cic. de clar. Orat.* c. 19. *extr.* Historia scripta dulcissime. *Stat.* 4. *Theb.* v. 274. Dulce rubens, viridique genas spectabilis ævo. *Id.* l. 3. *silv.* 4. v. 8. Dulce nitentes comæ. *Propert.* l. 1. el. 2. v. 14. Et volucres nulla dulcius arte canant. *Horat.* l. 1. od. 22. v. 23. Dulce ridens, dulce loquens. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 1239. n. 10. M. Annæus M. F. Esq. Longinus Maccus vixit dulcissime cum suis.

DULCĒDO, edinis, f. *sweetness*, γλυκύτης, sapor dulcis. *Liv.* l. 5. c. 33. Dulcedo frugum. *Plin.* l. 14. c. 22. Dulcedo vini. *Id.* l. 25. c. 6. Radix amara cum quadam dulcedine. ¶ Transfertur ad quamcumque suavitatem, et jucunditatem. *pleasantness, delightfulness, fondness, desire. Cels.* l. 6. c. 6. Oculi magnam partem ad vitæ simul et usum, et dulcedinem conferunt. *Plin.* l. 8. c. 25. Dulcedo scabendi. *delight, pleasure.* et cap. 57. furandi. *Id.* l. 29. c. 1. *a med.* sperandi pro se. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. *ad fin.* vivendi. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. iracundiæ. *Matius ad Cicer. Fam.* 11. ep. 28. Honoris et pecuniæ dulcedine capi. *Cic. pro Arch.* c. 10. Dulcedine gloriæ commoveri. *Plin.* l. 2. ep. 5. *extr.* Dulcedo loquendi cum aliquo. *Gell.* l. et cap. 9. Verba non translatitia, sed nativæ cujusdam dulcedinis. *Liv.* l. 2. c. 42. Dulcedo agrariæ legis. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 21. Dulcedo avium. *the harmony, melody, music. Cic.* 3. *de Orat.* c. 40. orationis. *Ovid.* 1. *ex Ponto*, ep. 2. v. 119. linguæ. *Id.* 1. *Metam.* v. 709. vocis. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 15. Dulcedine (*cantus*) et corruptela depravati mores. *Id.* 2. *de Fin.* c. 34. Sensus omnes dulcedine quasi perfusi. *Liv.* l. 5. c. 13. Dulcedo invasit plebeios creandi. ¶ De scabie, vel prurigine, quia scalpendo dulcedinem quandam experimur, *Grat. in Cyneg.* v. 408. si deformis lacerum dulcedine corpus Persequitur scabies. Al. aliter leg. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 17. *extr.* Blanditiis voluptatis corrupti, quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac et scabie carent, non cernimus satis. ¶ In plurali num. *Vitruv. in præfat.* l. 7. Reges Attalici magnis philologiæ dulcedinibus inducti.

DULCĔO, es, cui, n. 2. *to grow sweet*, γλυκαίνομαι, dulcis fio, dulcesco. *Paulin. Nolan.* carm. 17. v. 30. unda misso Dulcuit ligno. ¶ Pro *dulceo* dixere *dulco*, ut pro *ferveo, fervo, strideo strido*, et alia: vel potius hæc ipsa *dulceo, ferveo, strideo* in quibusdam personis ac temporibus usurparunt in tertia conjugatione. *Lucret.* l. 2. v. 473. Humor dulcit, ubi per terras crebrius idem Percolatur. *Est qui legit* dulcis: *item qui* dulcet.

DULCESCO, is, n. 3. *to become sweet*, γλυκαίνομαι, dulcis fio. *Cic. de Sen.* c. 15. Primo est peracerba gustui, deinde maturata dulcescit. *Plin.* l. 31. c. 7. Omnis sal pluvia dulcescit. [¶ Particip. *dulcescens* apud *Plin.* l. 5. c. 18. Dulcescente mari.]

DULCĬA, orum, n. *sweetmeats, dulcet cates*, placentæ dulces. *Lamprid. in Heliogab.* c. 27. Dulciarios, et lactarios tales habuit, ut illi modo de dulciis, modo de lactariis exhiberent. *et infra* cap. 32. Alia de pomis, alia de dulciis, alia de opere lactario. Adde *Prudent. in Psychom.* v. 429.

DULCIARĬUS, ii, m. *a pastry-cook, confectioner*, qui panes, et mellita concinnat edulia. *Lamprid. in Heliogab.* c. 27. Dulciarios, et lactarios tales habuit, ut, &c. Adde *Trebell. Poll. in Claud.* c. 14.. et *Veget.* l. 1. *de re mil.* c. 7. ¶ Revera adjectivum est, et subintelligitur *pistor*, vel *coquus*, vel *artifex*, &c. *In lemmate* epigr. 222. l. 14. *Martial.* et *Apulei.* l. 10. *Metam.* Pistor dulciarius.

DULCICŬLUS, a, um, *sweet to the taste, dulcet, luscious*, diminut. a dulcis. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 19. Demus scutellam dulciculæ potionis. ¶ In blanditiis amantum *Plaut. Pœn.* 1. 2. 177. Dulciculus caseus.

DULCĬFER, a, um, adject. dulcis. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 18. Cantharum dulciferum propinare. *Enn.* apud *Charis.* l. 1. pag. 103. *Putsch.* Dulciferæ fici.

[* DULCIFLŬUS, a, um, adject. γλυκύῤῥοος, dulciter et suaviter fluens. *Dracont. Hexaem.* v. 49. Pars dat dulcifluis undantis fontibus agri.]

DULCILŎQUUS, a, um, *sweetly-talking*, ἡδυεπής, dulcia loquens. *Auson. Edyll. ult.* v. 4. Dulciloquos calamos Euterpe flatibus urget. [*Sidon.* l. 8. *epist.* 11. *ante med.* Dulciloqua ars Orphei.]

DULCIMŎDUS, a, um, adject. *sweetly-sounding*, dulcisonus. *Prudent. in Psychom.* v. 664. resultant Mystica dulcimodis Virtutum carmina psalmis.

DULCINERVIS, e, adject. ut Dulcinervis arcus, apud *Martian. Capell.* lib. 9. pag. 310.

DULCIŎLA, orum, *confects, sweetmeats*, crustula parvæ placentæ. *Apul.* l. 4. *Metam.* Mellitis dulciolis ventrem saginare.

DULCIORELŎQUUS, a, um, adject. qui dulci ore loquitur. Ita *Næv.* Nestorem dixit apud *Gell.* l. 19. c. 7.

DULCIS, ce, *sweet, pleasant, luscious, delicious*, γλυκύς, γλυκερός, suavis: ab antiquo *delicis*, quia delicit, *h. e.* allicit, delectat. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 13. Sentit igitur calida et frigida, et dulcia et amara. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 795. Matura dulcior uva. *Hirt. de B. Alex.* c. 8. et 9. Aqua dulcis. *Plin.* l. 25. c. 9. Herba gustu dulcis. *Id.* l. 18. c. 10. Dulcissimus panis. ¶ Transfertur ad omnia, quæ quoquo modo jucunda et grata sunt. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 69. Tempus in agrorum cultu consumere dulce est. *it is delightful. Id.* 5. *Trist.* el. 4. v. 29. O dulcior illo Melle, quod in ceris Attica ponit apis. *Id.* 2. *Amor.* el. 19. v. 17. Blanditiæ et dulcia verba. *charming. Cic.* 7. *Verr.* c. 63. Nomen dulce libertatis. *Claudian. in Consul. Prob. et Olyb.* v. 69. genas dulces flos juvenilis inumbrat. *h. e.* teneras, læves. *Horat.* l. 1. od. 1. v. 2. Dulce decus. *Id.* l. 2. od. 13. v. 38. Dulcis sonus. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 13. Dulcissima epistola. *Id.* 1. *Offic.* c. 1. Orator parum vehemens, dulcis tamen. *Id. de clar. Orat.* c. 21. Oratione Lælii nihil est dulcius. *Vellei.* l. 1. c. 17. Dulces facetiæ. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 11. Optime et dulcissime frater. *dearest. Martial. de spectac.* epigr. 20. Non potuit melius litem finire jocosam. O dulce invicti principis ingenium! *Horat.* epod. 2. v. 40. Dulces liberi. *Id.* l. 1. od. 37. v. 11. Dulcis fortuna. *Nep. in Attic.* c. 18. Quibus libris nihil potest esse dulcius iis, qui, &c. *h. e.* nihil lectu, et cognitu jucundius, et delectabilius. *Gell.* l. 16. c. 3. Homo fandi dulcissimus. ¶ Pro comi, et facili, *Cic. Fam.* 3. ep. 8. *ad fin.* Me esse acerbum sibi, ut sim dulcis mihi. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 61. Dulce amarumque una nunc misces mihi. *a bitter sweet*, γλυκύπικρον. ¶ Cum accusat. Græca ratione, *Sen. in Hippol.* v. 302. Dulcior vocem moriente cygno. ¶ Substantive *Ovid. Metam.* 5. v. 449. lymphamque roganti Dulce dedit, tosta quod coxerat ante polenta. *h. e.* vel mustum vel mulsum, aut quippiam simile. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 50. Si opus siet, ut dulce promat indidem, ecquid habet?

DULCISŎNUS, a, um, adject. *sweetly-sounding, harmonious, melodious*, γλυκύφωνος, dulce sonans. *Sidon.* carm. 6. v. 5. Dulcisonum quatitur fidibus dum pectine murmur.

DULCĬTAS, atis, f. idem ac dulcedo. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 215. Dulcitas conspirantis animæ. *Apul. de Mundo.* Dulcitas fici.

DULCĬTER, adverb. idem ac dulce. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 6. Quæ sensus dulciter ac jucunde movet. *Quintil.* l. 4. c. 2. *ante med.* Invidiose, graviter, dulciter, urbane dicere.

DULCITŪDO, nis, f. idem ac dulcedo. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 25. Quique dulcitudine præter ceteros sensus commovetur. *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 9. leg. 10. *circa med.* Dulcitudo usurarum. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 752. n. 3. M. Æmilius M. F. Januarius Catiliæ Marcianæ conjugi incomparabili, cum qua vixit annis XIII. cum magna dulcitudine. Adde aliam apud *Fabret.* c. 4. n. 4. pag. 250.

DULCO, as, a. 1. *to sweeten, dulcorate, dulcify*, γλυκαίνω, dulce efficio. *Sidon.* l. 5. epist. 4. Offensæ amaritudinem politis affatibus dulcare non desinant.

DULCOR, oris, m. dulcedo. *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 5. Montes destillaturos dulcorem.

DULCŌRO, as, a. 1. *to dulcorate, sweeten*, γλυκαίνω, dulcem reddo. *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch. de custod. Virg.* sect. 9. Dulcorare amaritudinem.

DULĪCE, adverb. δουλικῶς, serviliter. *Plaut. Mil.* 2. 2. 58. Astitit dulice, et comœdice. Alii leg. *dulce.*

DULICHĬUS, a, um, Δουλίχιος, ad Dulichiam, seu Dulichium pertinens, quæ est insula maris Ionii, una Echinadum, in qua Ulysses habitavit, regnavitque. *Plin.* l. 4. c. 12. *Pompon. Mela* l. 2. c. 7. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 5. v. 67. Nec mihi Dulichium domus est, Ithaceve, Sameve. *Propert.* l. 2. el. 11. v. 4. Nec sic errore exacto lætatus Ulysses, Cum tetigit caræ litora Dulichiæ. ¶ Sæpe dicitur de rebus ad Ulyssem pertinentibus. *Virg. Ecl.* 6. v. 76. Dulichias vexasse rates. *Stat.* l. 5. *silv.* 1. v. 58. Dulichii proci. *h. e.* Penelopes, cujus vir Ulysses. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 425. Dulichiæ traxere manus. et lib. 14. v. 226. Dulichius dux. *Id. de remed. amor.* v. 699. Dulichio more. *Sil.* l. 2. v. 603. Dulichia Zacynthus. *h. e.* in qua Ulysses regnavit. (V. l. 1. v. 290.) *Id.* l. 1. v. 379. Dulichii nepotes. *h. e.* posteri cujusdam Murri patre Rutulo nati, matre Saguntina. Saguntos autem aucta dicitur a Zacynthiis, quorum rex fuit Ulysses.

DUM, *whilst, whilst that*, μέχρι τοῦ, adverb. temporis, et modo pro *quando* ponitur. *Plin.* l. 7. c. 53. Nullis evidentibus causis obiere, dum calceantur matutino duo Cæsares. ¶ Modo pro *donec. until. Terent. Eun.* 1. 2. 126. Exspectabo, dum venit. *Nep. in Pausan.* c. 3. Exspectandum, dum se res ipsa aperiret. *Liv.* l. 4. c. 21. Virginius, dum collegam consuleret, moratus. Adde *Lucan.* l. 5. v. 411. ¶ Modo pro *quamdiu. so long as, as long as. Cic.* l. 1. *de Legib.* c. 1. Dum Latinæ loquentur litteræ, quercus huic loco non deerit. ¶ Est etiam conjunctio, et significat *modo*, vel *dummodo. provided. Sallust. in Catil.* c. 5. Neque id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. *so he could but.* ¶ Eleganter ei præponitur alia particula *vix, tantisper. Terent. Heaut.* 1. 1. 54. Ego te meum dici tantisper volo, dum quod te dignum est, facies. *Liv.* l. 28. c. 14. Vix dum satis certa luce. *scarcely yet. Cic. Attic.* lib. 9. epist. 2. *ad fin.* Vix dum epistolam tuam legeram, cum ad me Curtius venit. ¶ *Nihil dum*, nihil adhuc. *Liv.* l. 24. c. 20. Simulata lenitas nihil dum profuerat. ¶ *Necdum*, non adhuc. *Id.* l. 21. c. 6. Legatione decreta nec dum missa. ¶ *Nullus dum*, nullus adhuc. *Ascon. in argum. Milonianæ ante med.* Cum mense Januario nulli dum neque Coss. neque Prætores essent. *Liv.* l. 7. c. 33. *a med.* Atrox cædes circa signa, fuga ab nulla dum parte erat. Adde l. 3. c. 50. *in fi.* et l. 29. c. 11. ¶ *Dum ne*, dummodo ne. *Brut. Cicer.* l. 11. *Fam.* ep. 10. Interpellent me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellent, quo minus Respubl. a me administrari possit. ¶ Eodem sensu *dum quidem ne* dixit *Plaut. Aulul.* 2. 2. 34. ¶ Aliquando verbis ipsis, quibusdam adverbiis, et nominibus etiam adjungitur, vimque habet quandam excitandi. *Terent. Andr.* 1. 1. 1. Sosia, ades dum: paucis te volo. *Cic. pro Sull.* c. 26. Age dum, conferte nunc cum illius vita vitam P. Sullæ. *Id. Attic.* l. 14. ep. 14. Itera dum eadem ista mihi. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 67. Sine dum. *Id. Men.* 2. 2. 73. Tace dum. *Id. Cas.* 2. 6. 32. Mone dum. *Terent. Andr.* 3. 2. 39. Facito dum, eadem hæc memineris. *Id. ibid.* 2. 1. 24. Eho dum dic mihi. ¶ *Qui dum* pro *cur* vehementius interrogat. *Plaut. Amph.* 4. 2. 12. *Epid.* 2. 2. 114. et *Men.* 1. 2. 51. ¶ Aliquando redundat. *Plaut. Trin.* 1. 2. 61. Primum dum omnium male dictitatur tibi. ¶ In illo *Catulli in carm. nuptiali* 61. v. 45. Sic virgo dum innupta manet, dum cara suis est. *Quintil.* l. 9. c. 3. *ante med.* priore loco *dum* ait significare, quoad: posteriore, usque eo: ita enim legit eum versum: alii posterius *dum* in *tum* mutarunt. ¶ *Nedum, usque dum*, &c. V. suis locis.

[* DUMĀLIS, e, adject. dumis obsitus, dumosus. Translate *Martian. Capell.* l. 4. pag. 95. *Grot.* Verum femina dumalibus hirta setis nescio quid vulgo inexplanabile loquebatur.]

DUMECTA, antiqui, quasi dumiceta, appellabant quæ nos dumeta. *Fest.*

DUMESCO, is, n. 3. dumis obducor. Agnoscitur tanquam Latinum, a *Diomed.* l. 1. p. 335. sed nulla confirmatur auctoritate.

DUMĒTUM, ti, n. *a place set thick with bushes or brambles; a brake, thicket*, ἀκανθών, locus dumis obsitus, fruticetum. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 23. Septum undique, et vestitum vepribus, et dumetis. *Horat.* l. 3. od. 29. v. 22. Jam pastor umbras quærit, rivumque, et horridi dumeta Silvani. *Virg.* 1. *Georg.* v. 14. cui pinguia Cææ Tercentum nivei tondent dumeta juvenci. ¶ Translate *Cic.* 4. *Acad.* c. 35. Cum sit campus, in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias, et in Stoicorum dumeta compellimus

intricacies, perplexities, thorny speculations or distinctions. Adde lib. 1. *de nat. Deor.* c. 24. *extr.*

DUMIA Tribus R. unde dicta sit, non constat. Videtur autem esse una ex iis, quæ bello Sociali antiquis Tribubus additæ fuerant. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 772. n. 3. (ubi pro *Dum.* alii leg. *Lem.*) et p. 920. n. 8. et p. 975. n. 11.

DUMICŏLA, æ, qui in dumis degit. *Avien. Perieg.* v. 906. Dumicolas Arienos.

DUMMŏDO, adverb. *provided, so that,* modo. *Cic.* 3. *Offic.* c. 21. Dummodo potentiam consequantur. *Id.* 3. *de Orat.* c. 48. Dummodo ne continuum sit. *Id. de clar. Orat.* c. 82. Dummodo sit polita, dum urbana, dum elegans. *Propert.* l. 3. el. 15. v. 17. Dummodo purpureo spument mihi dolia musto. ¶ Dividitur etiam, interjecto verbo. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 265. nec vulgi cura tyranno, Dum sua sit modo tuta salus.

DUMŌSUS, a, um, *full of bushes, brambles, or briers, bushy, braky, bosky, thorny,* ἀκανθώδης, dumis obsitus, vepribus plenus. *Fest.* exponit, frondosus. *Virg. Ecl.* 1. v. 77. Dumosa rupes. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 535. Dumosa saxa. *Colum. in fi.* l. 4. Dumosi glareosique montes.

DUMTAXAT, *only, alone,* μόνον, solum, tantum. *Priscian.* l. 15. p. 1015. *Putsch.* docet esse ab adverbio compositum, et verbo: scilicet a *dum,* et *taxo,* ut sit *dum taxetur hoc unum,* h. e. æstimetur, inquit *Voss. in Etymol. Cic. Attic.* l. 4. ep. 3. *sub fin.* Nos animo dumtaxat vigemus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 40. Peditatu dumtaxat procul ad speciem utitur; equites in aciem mittit. ¶ *Non dumtaxat* est non solum. *Paul. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 11. Cum tutor non rebus dumtaxat, sed etiam moribus pupilli præponatur. *Liv.* l. 37. c. 53. Nec animum dumtaxat fidelem præstitit, sed omnibus interfuit bellis, quæ gessistis. ¶ Pro utique, aut certe quidem. *to wit. Cic.* 5. *Att.* ep. 10. *ad fin.* Valde me Athenæ delectarunt; urbs dumtaxat, et urbis ornamentum, &c. ¶ Pro hactenus. *Id. in Bruto,* c. 82. Sin autem jejunitatem, dummodo polita sit, in Attico genere ponunt, hoc recte dumtaxat. ¶ Pro dummodo. *Senec.* epist. 58. *sub fin.* Morbum morte non fugiam, dumtaxat sanabilem, nec officientem animo. ¶ Pro saltem, aut ad minimum. *at least, so far. Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 58. *ad fin.* Cur ego non iidem in jure civili satis instructi esse possumus, ad hoc dumtaxat, ne in nostra patria peregrini esse videamur? *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 202. Cum in testamento scriptum esset, ut heres in funere dumtaxat aureos centum consumeret; non licet minus consumere: si amplius vellet, licet, neque ob eam rem contra testamentum facere videtur. ¶ Reperitur et *duntaxat* per *n*: sed per *m* multo frequentius est in antiquis monumentis. In his etiam *dum taxat* divisum aliquando legitur, ut in tabula ænea apud *Gruter.* p. 507. *a med.*

DŪMUS, i, m. *a bush; a brier, thorn, brumble; any thorny rough shrub,* βάτος, ἄκανθα, spinus, rubus, sentes, vepres. Proprie dici videtur de spino fruticante, et silvescente. Volunt autem esse a δρυμός, silva querna: a quo per metathesim factum sit *durmus,* deinde *dusmus, dumus* denique. Sane *dusmoso in loco* pro *dumoso* dictum fuisse a *Liv. Andron. Festus* testatur. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 23. Animadverti columellam non multum e dumis exstantem. *Virg.* 3. *Georg.* v. 315. Horrentesque rubos, et amantes ardua dumos. *Id.* 8. *Æn.* v. 657. Galli per dumos aderant, arcemque tenebant. et l. 11. v. 570. in dumis, interque horrentia lustra. et l. 9. v. 381. Silva horrida dumis atque ilice nigra.

DUO, æ, o, *two,* δύο, nomen numerale, quod in genit. et accusat. mascul. et neutr. est secundæ declinationis *duorum, duos:* in dat. et ablat. in omni genere, tertiæ *duobus, duabus:* quæ exemplis confirmare supervacaneum est. ¶ In genit. mascul. et neutr. reperitur et *duum,* quod *Priscian.* l. 7. p. 744. *Putsch.* docet in neutris dici differentiæ causa: sed hoc verum non est. *Nævius* apud *Charis.* l. 1. p. 101. Salvi et fortunati duo duum nostrum patres. *Accius* apud *Cic. in Orat.* c. 46. Video sepulcra duo (al. leg. *dua:* de quo mox) duorum corporum. *Id. ibid.* Mulier una duum virum. ¶ Habet locum præsertim, quando aliud nomen numerale subjungitur. *Lentul. ad Coss. Fam.* 12. epist. 15. *ante med.* Naves duum millium amphorum. ¶ Sæpe etiam apud *Plin.* legitur *duum cubitorum, duum pedum, denariorum, obolorum,* &c. ¶ In accus. plural. mascul. sæpe *duo* pro *duos* dictum est. *Accius* apud *Charis. loc. cit.* Martes duo. *Terent. Adelph.* 5. 3. 23. Illos duo. Ita legit *Charis. ibid.* Al. duos. *Cic. ad Cæs.* post ep. 11. l. 9. *ad Attic.* Vos duo delegi. *Al. leg.* duos. *Varr.* 1. *R. R.* c. 18. *a med.* Duo villicos. *Liv.* l. 35. c. 21. Duo pontes evertit. Al. leg. *duos.* Sed certæ lectionis sunt, quæ sequuntur: *Virg.* 11. *Æn.* v. 285. Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros. *Ovid.* 3. *Trist.* eleg. 4. v. 54. Quidquid et hæc nobis post duo dulce fuit. [Dele locum *Ovidii,* nam hic *duo* est accusat. plur. neutrius, non masculini generis.] *In Cenotaph. Pis. C. Cæs. a med.* duo viros creare. [¶ *Duo* reperitur etiam indeclinabile pro *duabus. Procul. Dig.* l. 17. tit. 2. leg. 80. Ut alter ex millesima parte, alter ex duo millesimis partibus socius esset. ¶ Etiam pro *duas. Paul. Dig.* l. 38. tit. 10. leg. 10. sect. 17. Personas autem complectitur triginta duo.] ¶ Græci Poetæ pro δύο scribunt et δύω: unde ultima produci etiam potest. *Virg. Ecl.* 5. v. 66. en quatuor aras: Ecce duas tibi, Daphni, duoque altaria Phœbo. *Pier.* in antiq. aliquot codicib. invenit etiam *duo altaria:* in aliis *duas altaria.* h. e. duas aras tibi, et duas, quæ sint altaria, Phœbo. nam majoribus diis, et superis altaria debentur. *Servius.* Produxit etiam *Auson.* ep. 19. v. 13. Europamque, Asiamque, duo vel maxima terræ Membra. Qui produci posse negant, recurrunt in his ad cesuram. ¶ Etiam *dua* pro neutro *duo* olim usurpatum fuit. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *Dua,* et *tre,* et *pondo* diversorum generum sunt barbarismi: at *duapondo,* et *trepondo* usque ad nostram ætatem ab omnibus dictum est, et recte dici, Messala confirmat. *Vitruv.* l. 10. c. 17. Quæ balista duapondo saxum mittere debet. *Scribon. Larg. compos.* 45. Spumæ argenteæ pondo dua. et *compos.* 245. Ceræ P. dua bes.

[* DUODĔCAS, adis, f. δυωδεκὰς, aliquid duodenarium numerum continens. *Tertullian. de præscript.* c. 49. Hæc esse æonum triacontada, quæ sit in pleromate ex octoade et decade, ac duodecade. Alii legunt *dyodecade.*]

DUODECEMVIR, iri, m. qui est in magistratu duodecim virorum. *Vet. Lap.* apud *Fabrett.* c. 10. p. 720. n. 419. M. Aur. Consio Quarto..... iterum Duodecemviro, &c.

DUODECENNIS, e, *et contract.* Duodennis, *of twelve years, twelve years old,* δωδεκαετής, qui duodecim annos habet. *Sulpic. Sever. Dial.* 3. c. 2. Duodecennem ab utero mutam puellam. et *Dial.* 1. c. 10. Puer duodennis. Ita enim reperiri etiam in MSS. monet *Jo. Vorstius.*

DUODECĬES, *twelve times,* δωδεκάκις. *Liv.* l. 38. c. 28. Tiberis duodecies Campum Martium, planaque Urbis inundavit.

DUODĔCIM, *twelve,* δώδεκα. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 23. Discebamus enim pueri duodecim, ut carmen necessarium. *h. e.* duodecim Tabularum leges. *et paulo supra.* Qui post duodecim in urbe sepulti sunt. ¶ In libris notis fere numeralibus scriptum legitur, XII. Intelliguntur autem leges Solonis Atheniensis, et aliarum Græciæ civitatum instituta, mores, et jura, quæ duodecim tabulis descripta Romani in usum suum per Decemviros transtulerunt: de quibus V. *Liv.* l. 3. c. 31. 33. 34. et 37. et *Cicer.* 1. *de Orat.* cap. 43. et 44. Harum legum pauca nunc admodum fragmenta restant. [¶ *Duodecim scripta* fuit lusus quidam apud Veteres, cujus mentio est apud *Cic. de orat.* l. 1. c. 50. et *Quintil.* l. 11. c. 2. V. *Scriptum* in fin. apud *Forcellinum.*]

DUODECĬMO, adverb. *the twelfth time. Capitolin. in Anton. Pio,* c. 1. Natus est sub Domitiano duodecimo, et Corn. Dolabella Coss.

DUODECIMVĬRI, um, m. magistratus duodecim virorum. In singul. num. Vet. lapid. apud *Murator.* pag. 1024. n. 1. M. Aurelio Consio Quarto juniori Correctori Flaminiæ et Piceni..... Duodecimviro Anconitani et Fanestres clientes Patrono.

DUODECĬMUS, a, um, *the twelfth,* δωδέκατος, num. ordinis, a duodecim. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 25. Duodecima legio. et cap. 2. Duodecimo die.

DUODEMILLESĬMUS, a, um, adject. *the nine hundred and ninety-eighth,* nongentesimus nonagesimus octavus. *Proculus Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 80. Ex duodemillesimis partibus socius. *Al. aliter leg.*

DUODENARĬUS, a, um, *of twelve,* duodecim continens, a duodenus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 4. Multa antiqui duodenario numero finiebant.

DUODĒNI, æ, a, *twelve by twelve,* num. distrib. a duodecim. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 14. Uxores habent deni, duodenique inter se communes. ¶ Sæpe accipitur pro duodecim, sine distributione. *twelve. Virg.* 1. *Georg.* v. 232. Orbem per duodena regit mundi Sol aureus astra. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 36. Fossa duodenum pedum.

DODENNIS. V. *Duodecennis.*

DUODENONAGINTA, *eighty-eight. Plin.* l. 3. c. 16.

DUODEOCTOGINTA, *seventy-eight. Plin.* l. 3. c. 5.

DUODEQUADRAGĒNI, æ, a, *thirty-eight,* duodequadraginta. *Plin.* l. 36. c. 15. Duodequadragenum pedum.

DUODEQUADRAGESĬMUS, a, um, adject. *the eight-and-thirtieth,* trigesimus octavus. *Liv.* l. 1. c. 40. Duodequadragesimo ferme anno.

DUODEQUADRAGINTA, *thirty-eight,* triginta octo. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 20. *Liv.* l. 35. c. 40.

DUODEQUINQUAGĒNI, æ, a, *forty-eight,* duodequinquaginta. *Plin.* lib. 2. cap. 8.

DUODEQUINQUAGESĬMUS, a, um, *the forty-eighth,* idest quadragesimus octavus. *Cic. in Brut.* c. 44. *Colum.* l. 9. c. 14.

DUODEQUINQUAGINTA, *forty-eight,* quadraginta octo. *Colum.* l. 9. c. 14. et l. 12. c. 5.

DUODESEXAGESĬMUS, a, um, *the fifty-eighth,* quinquagesimus octavus. *Vellei.* l. 2. c. 53. *Colum.* l. 9. c. 14.

DUODESEXAGINTA, *fifty-eight,* quinquaginta octo. *Plin.* l. 11. cap. 9.

DUODETRICESĬMUS, a, um, adject. *the twenty-eighth,* vigesimus octavus. *Varr.* apud *Gell.* l. 3. c. 10.

DUODETRICĬES, adverb. *twenty-eight times. Cic. Verr.* 5. c. 70. ubi alii aliter legunt.

DUODETRIGINTA, *twenty-eight,* viginti octo. *Auson. in Eclogar. Quoteni dies,* &c. v. 7. Unus erit tantum duodetriginta dierum. Adde *Suet. in Tiber.* c. 1. et *Liv.* l. 33. c. 36.

DUODEVICĒNI, æ, a, adject. distribut. *eighteen,* decem et octo. *Liv.* l. 21. c. 41. Duodevicenis denariis æstimati hostes.

DUODEVICESĬMUS, et Duodevigesimus, a, um, decimus octavus, *the eighteenth. Varr.* et *Cato* apud *Non.* c. 2. n. 242. Sic *Plin.* l. 12. c. 1. Epulari cum duodevicesimo comite. *h. e.* cum comitibus duodeviginti. ¶ Dividitur etiam per tmesim. *Id.* l. 35. c. 8. Duo enim devicesima Olympiade interiit Candaules.

DUODEVIGINTESĬMUS, a, um, duodevicesimus. *In monum. Ancyr.* n. 3. apud *Gruter.* pag. 231. sed sculptoris error habendus videtur.

DUODEVIGINTI, *eighteen,* nom. num. decem et octo. *Auson. in Parentalib.* n. 24. *in fin.* Duodeviginti functus Olympiadas. In τῷ duo syneresis est. Adde *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 5. *extr.* Sic *Eutrop. lib. ult. c. pænult.* Annis mille centum et duobusdeviginti.

DUOETVICESIMANI, dicti sunt milites legionis vigesimæ secundæ, apud *Tacit.* 5. *Histor.* c. 1. *the soldiers of the twenty-second legion.*

DUOETVICESĬMUS, a, um, adject. *the twenty-second,* vicesimus secundus. *Fabius Pictor* apud *Gell.* l. 5. c. 4. Duoetvicesimo anno, postquam Galli Romam ceperunt.

[* DUOMILLESĬMUS, vel duo millesimus, a, um, bis millesimus. *Procul. Dig.* l. 17. tit. 2. leg. 80. V. supra *Duo* in *Appendice.*]

DUŌNUS, a, um, *good,* idem quod bonus, *Festo* teste. V. *Cerus.*

DUŏVIR, &c. V. *Duumvir.*

DUPLĀRIS, re, *twice as much, double,* διπλοῦς, duplum continens. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. et lib. 2. c. 1. Duplaris numerus est, cum de duobus numeris minor bis in majore numeratur, ut sunt quatuor ad duo. ¶ *Duplares milites* dicuntur a *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 7. qui præmii loco binas annonas consequuntur, *soldiers receiving double pay, or double allowance, as a reward for having distinguished themselves:* sicuti *simplares,* qui singulas. [† V. *Duplicarii.*] Sic *torquati duplares,* qui virtutis ergo torque donati, insuper duplam annonam percipiebant. *Id. ibid.* Vet. lap. apud *Gruter.* pag. 448. n. 8. M. Pedius L. F. Pal. Albinus eques duplaris.

DUPLATĬO, onis, f. *a doubling,* διπλασιασμὸς, duplicatio. *Paul. Dig.* lib. 9. tit. 4. leg. 31. Duplationis rationem habendam. Ita *Torrentin.* at *Haloander* edidit *duplicationis.*

DUPLEX, icis, adject. *double, twofold, twice as much,* διπλοῦς, qui rem aliquam bis continet, duplus, geminus: a *duo. Cic. Tuscul.* 1. c. 30. Duas esse vias, duplicesque cursus animorum e corpore excedentium. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 20. Duplices similitudines esse debent, unæ rerum, alteræ verborum. *Liv.* l. 39. c. 5. *extr.* Militibus ex præda vicenos quinos denarios divisit, duplex centurioni, triplex equiti. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 34. Duplicem fossam duodenum pedum a majoribus castris ad minora perduxit. *two ditches of twelve feet together. Id.* 3. *B. Civ.* c. 63. Duplicem eo loco vallum fecerat. et cap. 53. Duplici stipendio milites donare. Sic *Liv.* l. 7. c. 37. Milites duplici frumento in perpetuum donati. *Colum.* l. 1. c. 8. *ante med.* Duplicia ferramenta, quam numerus servorum exigit. *Plin.* l. 19. c. 1. Ideo duplex, quam ceteris, pretium. *Id.* lib. 16. cap. 24. Folia palmæ duplicia. *h. e.* latera bifidata habentia, ut *Id.* l. 13. c. 4. loquitur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 97. duplices tendens ad sidera palmas. *both his hands. Gell.* l. 6. c. 12. Verbum duplex. *h. e.* e duobus compositum. *Vitruv.* l. 5. c. 9. Uti porticus duplices sient. *h. e.* duos habentes columnarum ordines, exteriores, et medianas. ¶ Duplices tabellæ, ita dictæ sunt, quod duabus tabellis constarent, quæ complicatæ conscripta arcana claudebant, tegebantque. V. *Diptychus. Ovid. de remed. amor.* v. 667. Et manus, et duplices manibus cecidere tabellæ. Adde lib. 1. *Amor.* el. 12. v. 27. ¶ *Duplex Hylæus* dicitur a *Stat. Theb.* 4. v. 140. qui Centaurus erat, dimidius homo, dimidius equus. ¶ *Duplices leges* vocat *Quintil.* quæ duas habent partes, lib. 7. c. 7. *in fi.* Duplices leges, sicut duæ, colliduntur. ¶ Duplex vas, δίπλωμα, dicitur, cum vas aliquod minus in patentius aqua ferventi plenum immittitur, ut quæ sunt in minori lenius coquantur, quod nostri dicunt, *to boil in a steamer. Scribon. Larg. compos.* 73. Per duplex vas coquitur, donec mellis habeat spissitudinem. Adde *compos.* 66. ¶ *Duplex* pro duplicato, curvato, inflexo, *Valer. Flacc.* l. 6. v. 509. Semineces, duplicesque inter sua tela, suosque Inter equos, sævam misero luctamine versant Congeriem. *bent double.* ¶ *Duplicia* quoque dicuntur, quæ densiora, et crassiora sunt, latiora, vel ampliora, *broad, large, coarse. Horat.* l. 1. ep. 17. v. 25. Duplex pannus. *Cato R. R.* c. 20. Clavi duplices. *hob-nails. Virg.* 1. *Georg.* v. 172. duplici aptantur dentalia dorso. *Nep. in Datam.* c. 3. Agresti duplici amiculo circumdatus. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 426. Cum in Gymnasio duplici corpus siccassem pila. *Hæc alii aliter interpretantur. Horat.* l. 2. sat. 2. v. 122. nux ornabat

mensis cum duplice ficu. *h. e.* majore quam ceteræ. ¶ Translate est fallax, dolosus. *crafty, subtile, wily, insidious. Horat.* lib. 1. od. 6. v. 7. Duplex Ulysses. *Catull.* carm. 76. *ad Manl.* v. 51. Duplex Amathusia. Alii aliter hæc duo loca interpretantur. Ad hanc tamen significationem respexisse videtur *Ovid.* de duplicibus tabellis loquens 1. *Amor.* el. 12. v. 27. Ergo ego vos rebus duplices pro nomine sensi ¶ *Duplex judicium* in causis quibusdam Centumviralibus, est, quod ab una Centumvirorum hasta ad aliam transferri poterat, *h. e.* cum peracto uno judicio apud unam hastam (quatuor enim erant) appellabantur ad aliam. *Quintil.* l. 11. c. 1. *ad fin.* In centumviralibus judiciis duplicibus. *Id. sub init.* cap. 2. l. 5. hæc appellat judicia divisa in duas hastas.

DUPLICARII, orum, *soldiers that received double pay for their services. Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 16. Duplicarii dicti, quibus ob virtutem duplicia cibaria ut darentur, institutum. [† V. *Duplarius.*] *Liv.* l. 2. c. 59. *extr.* Centuriones duplicariosque virgis cæsos securi percussit. Adde *Inscript.* apud *Murator.* tom. 1. pag. 45. [¶ In allato *Varronis* loco legendum videtur *Duplicarii*; vox enim hæc melius respondet origini *duplicia cibaria*. Apud *Livium* pariter *loco cit.* legendum *dupliciarios*; eamdem enim vocis hujus derivationem agnoscit *Livius*, qui lib. 24. c. 47. Hispanis, inquit, duplicia cibaria dari jussa. Lectionem vero hanc confirmat optimæ notæ *Inscriptio* inventa anno 1758, in qua etiam vox hæc gemina littera *p* scribitur. A. Arrius Chrysanthus marmorarius Augustal. Puteol. duppliciar. &c. Eam vide apud *Giovennazzium, Della Città di Aveja*, pag. 126.]

DUPLICATIO, onis, f. *a doubling*, διπλασιασμός, actus duplicandi. *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 8. Radii solis a terra resiliunt, et in se recurrunt. horum duplicatio proxima quæque a terris calefacit. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 8. Duplicatio temporis. *Martian. Capell.* l. 7. pag. 246. et 257. Duplicatio numeri. ¶ Est etiam repetitio exceptionis. V. *Quadruplicatio.*

DUPLICĀTO, adverb. *Plin.* l. 2. c. 17. Stella Veneris quindecies pluribus subit: rursus Saturni, et Jovis duplicato digrediuntur: Martis etiam quadruplicato. *twice as long.*

DUPLICĀTOR, oris, m. *a doubler*, qui duplicat. *Sidon.* l. 3. ep. 13. Sinistrarum opinionum duplicatores.

DUPLICĀTUS, a, um, *doubled, made twice as many or great*, duplex factus, duplus. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 549. inducta piceis e nubibus umbra Omne latet cælum, duplicataque noctis imago est. *Plin.* l. 18. c. 3. Duplicatus in longitudinem. *Cic. pro Dom.* c. 35. *extr.* Duplicata gloria. ¶ *Duplicata verba* sunt, quæ per conduplicationem iterantur, ut in illo *Cic. pro Mil.* c. 27. Occidi, occidi non Sp. Mælium, &c. *Id. in Partit.* c. 6. Verba geminata, atque duplicata, vel etiam sæpius iterata. ¶ *Duplicata* dicuntur etiam verba composita, ut *androgynus.* V. *Duplico.* ¶ Præterea *duplicatus* est curvatus, flexus. *bent, bowed, bent double. Virg.* 12. *Æn.* v. 926. incidit ictus Ingens ad terram duplicato poplite Turnus. *Stat.* 3. *Theb.* v. 89. ingentem nixu duplicatus in ictum Corruit. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 293. duplicataque vulnere cæco est. *Valer. Max.* l. 5. cap. 1. n. 1. *extern.* Corpus frigore duplicatum. Al. leg. *complicatum.* ¶ Item auctus. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 9. v. 11. Flumina duplicata nimbo. *swollen by the rain.*

DUPLICĬTAS, atis, f. duplicatio. *Lactant. de Opif. Dei*, c. 8. Duplicitas aurium. *h. e.* binarius numerus aurium. Et cap. 10. narium.

DUPLICĬTER, adverb. *doubly, for two causes, on two accounts*, διττῶς, duobus modis, vel causis. *Cic.* l. 9. *Fam.* ep. 20. Dupliciter delectatus sum tuis litteris. *Id.* 4. *Acad.* c. 32. Dupliciter dici, assensus sustinere sapientem, uno modo, &c. altero, &c. *Brut. ad Attic.* inter *Cicer.* ep. *ad Brut.* n. 17. Quæ in ipsum dupliciter recidunt, quod et plures, &c. *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 10. *a med.* Curionem video se dupliciter jactaturum, primum ut, &c. inde ut, &c. ¶ Ambigue et quasi duplici sententia latente. *ambiguously. Arnob.* l. 5. pag 182. Res dupliciter conscriptæ, et ambifaria obtentione velatæ.

DUPLĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to double, make twice as many or great*, διπλόω, duplicem facio, gemino. *Nep. in Iphicr.* c. 1. Hastæ modum duplicavit, gladios longiores fecit. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 22. Duplicare numerum dierum. *Id. Attic.* l. 5. ep. 18. Duplicare exercitum. *In monum. Ancyr.* tab. 4. apud *Gruter.* pag. 232. lin. 15. Aquam, quæ Martia appellatur, duplicavi, fonte novo in rivum ejus immisso. ¶ *Duplicare verba* est componere. *to compound. Liv.* l. 27. c. 11. Quos androgynos vulgus (ut pleraque faciliore ad duplicanda verba Græco sermone) appellat. ¶ Item repetere per figuram conduplicationem. *to repeat. Cic. in Orat.* c. 39. Cum duplicantur, iteranturque verba, aut breviter commutata ponuntur. V. *Duplicatus.* ¶ Ponitur etiam universim pro augere. *to add to, increase, enlarge. Sallust. in Orat. Cottæ ad pop.* Senectus, per se gravis, curam duplicat. *Lucei. ad Cicer.* l. 5. *Fam.* ep. 14. Non intelliges duplicari solicitudines, quas elevari tua te prudentia postulat? *Virg. Ecl.* 2. v. 67. Et sol crescentes decedens duplicat umbras. *Cic. fil. ad Tiron. Fam.* 16. ep. 21. Ut in dies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio. ¶ Et pro renovare. *Sallust.* apud *Serv. ad Virg. loc. cit.* Marius victus duplicaverat bellum. ¶ Pro incurvare, flectere. *to bow, bend. Stat.* 6. *Theb.* v. 858. ingentes artus præcelsus Agylleus Sponte premit, parvumque gemens duplicatur in hostem. *Virg. Æn.* 11. v. 644. latos huic hasta per armos Acta tremit, duplicatque virum transfixa dolore. Al. aliter leg. V. *Duplicatus.*

DUPLĬO, onis, m. *the double of any thing*, τὸ διπλοῦν. Duplionem, inquit *Fest.* antiqui dicebant, quod nos duplum. *Lex XII. Tab. eund.* in *Vindiciæ.* Fructus duplione damnum decidito. Alia apud *Plin.* l. 18. c. 3. Impubem Prætoris arbitratu verberari, noxiamque duplione decerni. *the paying double the trespass.*

DUPLO, as, a. 1. *to double*, duplum facio, duplico. *Festus*: duplabis, duplicabis. Habent præterea *Ulpian. Dig.* lib. 40. tit. 12. leg. 22. *Caius* lib. 38. tit. 10. leg. 3. et *Paul.* lib. 11. tit. 3. leg. 14. &c.

DUPLŌMA. V. *Diploma.*

DUPLUS, a, um, *double, twice as much, twice as large*, διπλοῦς, bis tantus. *Cic. de Univ.* c. 7. Dupla et tripla intervalla explere. *Plaut. in fragm.* apud *Priscian.* l. 7. p. 751. Scrobes effodere duplos sexagenos in dies. ¶ *Duplam agninam* quam vocat *Plaut. Capt.* 4. 2. 39. non absurde quidam intelligunt carnem agninam vetustiorem, utpote agni grandioris, atque adeo duriorem in cibis, et coctu difficilem. *lamb so big that it may be called mutton.* ¶ *Duplum, i,* absolute. *the double, as much more. Plaut. Pœn.* 1. 1. 56. Fur dupli. *Cato in præfat. R. R.* Furem condemnare dupli. *Plin.* l. 27. c. 11. Herba foliis duplo majoribus, quam rutæ. *Id.* l. 2. c. 21. A terra ad Lunam CXXVI. millia stadiorum esse, ab ea usque ad Solem, duplum. *Cic.* 3. *Offic.* c. 16. Dupli pœnam subire. *Id. pro Flacc.* c. 21. Ut si judicatum negaret, in duplum iret. *h. e.* caderet in pœnam dupli solvendi. *Ulpian. Dig.* lib. 40. tit. 12. leg. 20. Habere actionem in duplum. ¶ *Dupla, æ,* est duplum pretii: *simpla* simplex pretium. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 10. Solet, si mancipio non datur, dupla promitti; aut, si ita pacti, simpla. *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 31. *a med.* Si duplæ venditor mancipii non caveat. *Jabolen. ibid.* tit. 2. leg. 6. Nihil venditor præstabit præter simplam evictionis nomine.

DUPONDĬUS. V. *Dipondius.*

DURABĬLIS, le, *durable, enduring long, of long continuance, lasting*, διαρκής, qui durare potest. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 89. Quod caret alterna requie durabile non est. *Colum.* l. 12. c. 38. *ad fin.* Liquor durabilis. *Apul. in Apolog.* Durabilior materies.

DURABILĬTAS, atis, f. *durability, lastingness. Pallad.* lib. 1. tit. 36. et lib. 12. tit. 7. Durabilitate præcipua esse.

DURACĪNUS, a, um, qui durum aliquid habet: a *durus*. Nam *cinus* est productio vocis. [† Cum *uvarum* præcipue epitheton sit, cur non derivetur potius ex *durus* et *acinus*?] Sic duracina persica. *peaches that will not easily part from their stones*, vel quæ dura carne sunt. *Plin.* l. 15. c. 12. Sed persicorum palma duracinis. ¶ *Duracinæ uvæ* dicuntur, quæ duram, et firmam corticem habent: a duritie corticis, vel a duris acinis. *grapes with firm or hard berries. Plin.* l. 14. c. 1. Uva non aliunde gratior callo, ut inde possit invenisse nomen duracina. Adde *Sueton. in Aug.* cap. 76. ¶ Sic Duracina cerasa *Plin.* l. 15. c. 25. quæ sunt pulpa duriore.

DURĀMEN, inis, n. *hardness, firmness, constancy*, durities. *Lucret.* l. 6. v. 527. Et vis magna geli, magnum duramen aquarum. *hardening, congealing. h. e.* glacies. ¶ *Duramen* quoque dicitur, itemque *duramentum*, durius ac firmius sarmentum in vite, ex ipso trunco procedens, ex quo palmites teneriores subinde enascuntur. Etiam *brachium vitis* appellant. *the arm of a vine, a vine-branch. Colum.* l. 4. c. 22. Considerandum erit, cujus longitudinis sint duramina. *et mox.* In medio spatio duorum duraminum. Mox *ibid.* et *cap. præced.* vocat. *duramentum*: quod et *Plin.* facit l. 17. c. 23. *circa med.* et *Pallad. in Februar.* tit. 16.

DURAMENTUM, i, n. brachium vitis, idem ac *duramen*. V. ¶ Translate est firmitas, confirmatio. *firmness, consistency. Senec. de tranquill.* c. 1. Tenera esse virtutum principia, tempore ipsis duramentum et robur accedere.

DURATĔUS, a, um, *wooden, of wood*, δουρατεὺς, δούριος, ligneus: a δοῦρον, lignum. *Lucret.* l. 1. v. 476. Nec clam durateus Trojanis Pergama partu Inflammasset equus nocturno Grajugenarum. *the Trojan horse.* ¶ Dicitur etiam, *dureus*, et *durius. Fest.* in *Epeus.* Epeus nomen cujusdam fabri, qui equum dureum fecit. Al. leg. *durium* rectius. V. *Durius.* [† V. *Athen.* p. 610. c. *Aristoph. Av.* 1128. et *Schol.* ad l. *Hesych.* in Δουράτεον et Δούριος ἵππος, ibique *Albert. Pausan. Att.* 1. 23. *Suid.* in Δουράτειος ἵππος et Δούρειος; *Phavorin.* in Δουράτεον ἵππον et Δούριος ἵππος; *Eustath.* ad *Iliad.* Γ. 145. *Homer. Odyss.* Δ. 272. Θ. 493. et ad utrumque locum *Eustath. J. Meurs. Cecrop.* c. 11. *Pet. Victor. Var. L.* l. 19. c. 18. *Eurip. Troad.* 14. ad quem locum sic *Scholiasta* a nobis jamjam evulgandus: Ψυχρῶς ἐτυμολόγησε τὸν ἵππον ἀπὸ τῶν δοράτων. ἄμεινον γὰρ παρὰ τὰ δοῦρα πεποιῆσθαι ἤγουν τὰ ξύλα. Ὅμηρος (*Odyss.* Θ. 493.) δουράτεον ὅ ἐστι ξύλινον.]

DURĀTOR, oris, m. qui durat. *Pacat. in Paneg. Theodos.* cap. 33. Hos minax Caucasus, et rigens Taurus, et ingentium corporum durator Ister effuderat. *h. e.* laboribus ferendis apta reddens.

DURATRIX, icis, f. quæ durat, seu durare facit, ut Duratrix firmitas. *Plin.* l. 14. c. 1. *ad fin.*

DURĀTUS, a, um, *indurated, hardened*, σκληρυνθεὶς, durus factus. *Liv.* l. 21. c. 11. Cæmenta durata calce. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 85. Coit duratus frigore pontus. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 156. Tellus durata in glaciemque, nivemque. *Plin.* l. 29. c. 3. Durata in aqua ova. *Id.* l. 6. c. 30. *ad fin.* Locustæ igne et sale duratæ. *Curt.* l. 3. c. 2. *ad fin.* Hastæ igne duratæ. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 576. Duratæ cuti increscunt squamæ. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 364. Stygiis durata fontibus harpe. *tempered.* ¶ Translate *Liv.* l. 30. c. 28. Exercitus duratus omnium rerum patientia. *Id.* l. 42. c. 52. Tot subacti atque durati bellis. *Id.* l. 38. c. 17. *ad fin.* Durati tot malis, et exasperati. *Id.* l. 7. c. 29. *ad fin.* usu armorum. *Colum. in præfat. circa med.* laboribus. *Tacit. Histor.* 4. c. 59. ad omne facinus. *Phædr. in epil.* lib. 2. v. 18. Fatale exitium corde durato feram.

DURE, *hardly*, σκληρῶς, firmiter, rigide. *Ovid. de remed. amor.* v. 337. Durius incedit: face inambulet. ¶ Translate *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 66. Quædam nimis antique, pleraque dure dicere. *harshly, unpleasantly. Gell.* l. 18. c. 11. Quædam a poetis ficta dure et rancide. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 22. quærere amabam, Quid sculptum infabre, quid fusum durius esset. *roughly. h. e.* inelegantius, et minus exprimendo lineamenta: scilicet contrarium τῷ spirantia mollius æra, apud *Virg. Æn.* 6. v. 848. ¶ Sæpe refertur ad animum. *Cic. pro Ligar.* c. 6. Scelus tu illud vocas alii errorem appellant: alii timorem: qui durius, spem, cupiditatem: qui gravissime, temeritatem. *Id. Attic.* l. 1. ep. 1. *a med.* Durius accipere hoc mihi visus est, quam vellem, et quam homines belli solent. *Id. Fam.* 11. ep. 27. *ad fin.* Malevolentia nominum facit, ut nonnulla durius, quam a te facta sint, proferantur. *Id. ad Brut.* ep. 3. *extr.* Nihil disserui durius, cum nominatim de C. Antonio decernerem. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 14. leg. 1. Durissime punire. *Senec.* ep. 8. Corpus durius tractandum est, ne animo male pareat.

DURĔO. V. vocem sequent.

DURESCO, is, durui, n. *to grow hard, harden*, σκληρύνομαι, durus fio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Itaque et Aquilonibus, reliquisque frigoribus adjectis durescit humor. *freezes. Virg. Ecl.* 8. v. 80. Limus ut hic durescit. *Ovid. Metam.* 2. v. 831. Oraque duruerant. ¶ Translate *Quintil.* l. 2. c. 5. In Gracchorum, et Catonis lectione durescere. *h. e.* duræ et insuavi illorum dicendi rationi assuescere. ¶ *Dureo* est a *dureo, es*, a quo præteritum mutuatur. *Dureo* autem, ut Latinum agnoscitur a *Priscian.* l. 8. pag. 800. et 837. *Putsch.* et a *Serv. ad* lib. 1. *Georg.* v. 91. nullo tamen allato Latini Scriptoris exemplo.

DURĒTA, æ, f. *a wooden chair used in a bath to sit and bathe in. Sueton. in Aug.* c. 82. Contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio, quod hispanico verbo *Duretam* vocabat, manus ad pedes alternis jactaret.

DURĔUS. V. *Durateus.*

DURICORDĬA, æ, f. *hardness of heart*, durities cordis, σκληροκαρδία. *Tertull. advers. Marcion.* l. 5. c. 4. et 13. ex *Deuteron.* 10. 16. [† Al. legunt *duricordium.*]

DURICORĬUS, a, um, *having a hard skin*, σκληρόδερμος, qui est duri corii, ut *Ficus duricoriæ*, quæ habent durum corticem. *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 16. ex *Cloatio.*

DURĬCUS. V. *Durius.*

DURIENSIS, e, ad Durium pertinens. Est autem Durius Hispaniæ amnis, qui Lusitanos a Braccarensi tractu disterminat, nunc *Douro. Cic. pro Balb.* c. 2. Acerrimis illis prœliis et maximis Sucronensi et Duriensi interfuisse. V. *Flor.* l. 3. c. 22. et *in fragm. Sallust.* l. 3. *Hist. epist. Cn. Pomp. ad Senat.*

DURĬTAS, atis, f. *hardness, harshness, durity*, idem ac durities. *Cic. in Orat.* c. 16. Alii duritatem et severitatem quandam verbis, et orationis quasi mœstitiam sequuntur. *Id. de Senect.* c. 18. Quanta in altero duritas, in altero comitas. *churlishness, roughness, asperity.*

DURĬTER, *hardly, harshly, roughly, rigorously, unpleasantly, cruelly, severely*, idem quod dure. *Vitruv.* l. 10. cap. 1. *sub fin.* Juga premunt duriter colla *boum.* ¶ Et i[n] *fin.* cap. 15. Bracchia quo longiora sunt, mollius; qu[o] breviora, durius ducuntur. ¶ Translate *Auct. ad Heren.* l. 4. c. 10. Nova aut prisca verba, aut duriter aliund[e] translata. *Gell.* l. 17. c. 10. *ad fin.* Globos quoque flammarum, quod ille κρουνοὺς dixerat, duriter et ἀκύρως transtulit. ¶ Transfertur ad animum, et significat aspere, nim[is] parce, crudeliter. *Terent. Adelph.* 4. 5. 28. Factum a v[o]bis duriter, immisericorditerque. Ubi *Donat.* quasi du[ra] mente, id est inflexibili, et quod Græci dicunt ἀτενές. *I[d.] ibid.* 1. 1. 20. Parce ac duriter se habere. Ubi *Don[at.]* parce, ad servandum; duriter, ad laborem referendum e[st.] *Id. Andr.* 1. 1. 47. Parce ac duriter vitam agere. [...] *Donat.* duplex tradit discrimen inter *dure*, et *duriter*: [al]terum quod *dure* refertur ad sævitiam, *duriter* ad labore[m.] Alterum quod *dure* in alterum, *duriter* in nos aliquid fa[ci]mus. Neutrum tamen a Scriptoribus servatur. *Cæcil.* ap[ud] *Non.* c. 11. n. 21. Educare aliquem duriter atque aspe[re.] Adde *Nov.* et *Afran. ibid.*

DURITĬA, æ, f. *hardness, callousness*, σκληρότης, σκληρία, duritas, duritudo. *Cels.* l. 5. c. 28. n. 11. Abscessus rubens cum calore et duritia. *Plin.* l. 23. c. 7. Lac caprifici coactum in duritiam. *Id.* l. 37. c. 11. Duritia adamantina. *Id.* l. 35. c. 15. *ad fin.* Duritias cicatricum sanare. ¶ Duritia vini est austerus vini sapor. *harshness, roughness. Plin.* l. 14. c. 7. Dulci admixto, vini duritia suavitatem accipit. ¶ In corpore duritia est, ubicumque morbosum aliquid collectum est, et in duritiam coactum. *Plin.* l. 28. c. 19. Duritiam ventris emollire. *Id.* l. 31. c. 3. Cisternæ alvo duritias facientes. *obstructions. Sueton. in Ner.* c. 34. Duritia alvi. *costiveness. Plin.* l. 23. c. 4. *a med.* Collectiones omnes duritiasque lenire. *Id.* l. 28. c. 19. emollire. et l. 21. c. 18. discutere. et lib. 25. c. 5. *a med.* concoquere et purgare. et l. 2. c. 25. mitigare. et l. 23. c. 4. diffundere. et l. 27. c. 9. *sub. fin.* sanare. ¶ Translate *Cic. pro Dom.* c. 36. Eam animi duritiam, sicut corporis, quod cum uritur, non sentit, stuporem potius, quam virtutem putarem. *numbness of soul.* ¶ Pro asperitate vitæ, et patientia in laboribus. *hardiness, living hard. Nep. in Alcib. sub. fin.* Sic duritiæ se dedisse, ut parsimonia victus atque cultus omnes Lacedæmonios vinceret. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 74. et *Trucul.* 2. 2. 55. Parsimonia et duritia disciplinæ aliis eram. *Cato* apud *Fest.* in *Repastinari.* Ego jam a principio in parsimonia, atque in duritia, atque industria omnem adolescentiam meam abstinui. *Tacit.* 6. *Annal.* c. 34. Duritiæ et patientiæ insuescere. *duritiæ* hic ad corpus, *patientiæ* ad animum refertur. *Cic. Tuscul.* 5. c. 26. Nec vero illa sibi remedia comparavit ad tolerandum dolorem, firmitatem animi, consuetudinem patiendi, duritiam virilem. ¶ Item pro impudentia. *Senec. de constant. Sap.* c. 17. Si ille hoc potuit duritia oris, qui assiduis conviciis depudere didicerat. ¶ Item pro severitate, acerbitate, animo, qui nulla re flectitur, aut mitigatur. *cruelty, severity. Terent. Heaut.* 3. 1. 26. Timet, ne tua duritia antiqua illa etiam adaucta sit. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 8. v. 46. Duritiæque mihi non agerere reus. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 23. Duritia imperii. *Id.* 1. *Ann.* c. 35. operum militarium. *Id. Ann.* 13. c. 35. Duritiam cæli militiæque multi abnuebant. *Sueton. in Claud.* c. 14. Duritiam, lenitatemve legum moderari. *the rigour.* ¶ Item pro robore, et firmitate. *brawniness, firmness. Plin. in Paneg.* c. 82. Duritia corporis et lacertorum. ¶ Refertur etiam ad docendi severitatem, et austeritatem præceptorum philosophiæ. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 17. Ab Antisthene, qui patientiam et duritiam in Socratico sermone maxime adamarat, Cynici primum, deinde Stoici manaverunt.

DURITĬES, ei, f. idem quod duritia, ejusdemque usus. *Lucret.* l. 4. v. 268. Durities saxi. *Cels.* l. 3. c. 24. præcordiorum. *Plin.* l. 28. c. 15. Duritie lapillis similes. ¶ Translate *Cic. pro Dom.* c. 38. An ego tantam aut animi duritiem habere, aut oculorum impudentiam possim, ut, &c. *numbness, stupidity, insensibility. Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 137. Duritie ferrum ut superes, adamantaque, teque. *inflexibility. Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 20. A parvulis labori ac duritiei student. *h. e.* asperitati vitæ, patientiæ, parco cultui. *hardiness.*

DURITŪDO, inis, f. duritia. *Gell.* l. 17. c. 2. *ad fin.* Cato in L. Veturium, duritudinem, quam duritiam, dicere, gravius putabat. *Qui illius*, inquit, *impudentiam norat*, et *duritudinem.* Hæc eadem habet *Non.* c. 2. n. 244.

DURĬUS, a, um, *of wood, wooden*, δούρειος, idem quod durateus, hoc est ligneus: a δοῦρον, [† δόρυ,] lignum. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 573. manet immotis nox Duria lustris. *h. e.* in qua equus ligneus Græcorum (qui Δούρειος ab *Aristophane* dicitur *in Avib.* v. 1128.) viros edidit, qui Trojam exscidere. *Aurel. Vict. de orig. gentis R.* c. 1. E qua illud in secundo Æneidos, de enumeratione eorum, qui equo durio digrediebantur. Al. apud *Valer. Flacc.* leg. *Durica* eodem sensu, eademque vocis origine. Alii vero plerique, multo verius aptiusque, *Dorica.* [† Sed vide omnino in *Duruteus.*] ¶ De Durio Hispaniæ amne V. in *Duriensis.*

DURIUSCŬLUS, a, um, dimin. a durus, *somewhat hard, a little hard, hardish. Plin. in præfat. Histor. nat.* Permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit. *Plin. alter* l. 1. epist. 16. Inserit data opera duriusculos quosdam versus. *somewhat hard or uncouth.*

DŪRO, as, avi, atum, a. 1. *to harden, make hard, indurate*, σκληρύνω, durum, solidum, firmum facio. *Colum.* l. 6. c. 37. *sub. fin.* Annicula mula montibus, aut feris locis pascitur, ut ungulas duret. *Plin.* l. 34. c. 15. Ferrum accensum igni, nisi duretur ictibus, corrumpitur. *Id.* l. 12. c. 19. Guttæ durabantur in grana. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 72. Uvam fumo durare. *to dry in the smoke. Cels.* l. 2. c. 14. Frictione, si vehemens sit, durari corpus; si lenis, molliri. *h. e.* adstringi. Sic l. 2. *in fi.* Quæ vehementer et reprimunt, et refrigerant, durant; quæ autem calefaciunt, et digerunt, ea emolliunt. ¶ *Durare* etiam dicuntur fullones, qui vestes calcando cogendoque conciliant. Hinc apud *Plaut. Asin.* 5. 2. 57. eum dixisset mulier afflicta, *non queo durare*; subdit Parasitus: Si non didicisti fullonicam, non est mirandum. ¶ Tacito accusativo more neutrorum, *Virg. Ecl.* 6. v. 35. Tum durare solum, et discludere Nerea ponto. ¶ Significat etiam assuefacere labori, et malis, ut ea vel minus, vel nihil sentias. *to inure to hardships, make hardy or strong. Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 27. Hoc se labore durant adolescentes. *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) Qui objurgatione non corrigitur, is etiam ad plagas, ut pessima quæque mancipia, durabitur. *Albinov. ad Liv.* el. 1. v. 197. iratus vota insuscepta reliquit, Duravitque animum. *h. e.* obfirmavit. *Petron. in Satyr.* c. 105. Cujus tam crudeles manus in hoc supplicium durassent? *h. e.* insensibiles factæ essent ad tantam crudelitatem. *had become callous. Tacit.* 1. *Annal.* c. 6. In nullius unquam suorum necem duravit. *he never had the heart to*, &c. ¶ Item confirmare, firmum reddere, et perseverans. *Vellei.* l. 2. c. 78. Cæsar patientia periculorum, bellique experientia durabat exercitum. *Quintil.* l. 1. c. 1. (*al.* 3.) *extr.* Multa linguæ vitia nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum pravitate durantur. ¶ Absolute neutrorum more sæpe sumitur pro obfirmari, obdurari, tolerare, patienter ferre, quasi consuetudine et diuturnitate durus factus sit animus, et mala non sentiat. *Virg.* 1. *Æn.* v. 211. Durate, et vosmet rebus servate secundis. *bear up, take heart. Ovid.* 3. *Amor.* el. 11. v. 27. His, et quæ taceo, duravi sæpe ferendis. *Terent. Adelph.* 4. 2. 15. Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic sit, potest. *no one can hold out, stand firm, bear up. Plaut. Trucul.* 2. 3. 5. Non quis parumper durare, opperirier? *Di.* Quin hercle lassus jam sum durando miser. *with waiting. Id. Mil.* 4. 6. 34. Durare nequeo, quin eam intro. *I cannot contain myself. Liv.* l. 23. c. 18. Exercitus adversus omnia humana sæpe ac diu durans. *Id.* l. 10. c. 46. Nives jam omnia oppleverant, nec durari extra tecta poterat. *nor could any one remain. Quintil. declam.* 6. c. 3. Quamlibet duraveris animo, non ferres tamen ista, si videres. ¶ Addito accusativo, *Horat.* l. 1. od. 14. v. 6. ac sine funibus Vix durare carinæ Possunt imperiosius æquor. *h. e.* perferre, sustinere, *hold out.* Sic *Virg.* 8. *Æn.* v. 577. patiar quemvis durare laborem. *to endure, go through. Valer. Flacc.* l. 7. v. 338. heu! primo potes hoc durare sub ævo? *Stat.* l. 5. silv. 2. v. 153. Durabis quascumque vias, vallumque subibis. ¶ Frequenter etiam refertur ad tempus, et ponitur pro superstitem esse, persistere, permanere, *to remain, last, continue. Lucan.* l. 4. v. 52. Non duraturæ conspecto sole pruinæ. *Cic.* 2. *Offic.* c. 16. Durare ad breve tempus. Al. aliter leg. *Plaut. Trin.* 2. 2. 13. Lacrimas hæc mihi eliciunt, quia ego ad hoc genus hominum duravi. *h. e.* vixi usque ad hoc genus hominum. *Liv.* l. 1. c. 9. Res Romana hominis ætatem duratura erat. *Vellei.* l. 2. c. 85. Illis, etiam detracto capite, in longum fortissime pugnandi duravit constantia. et cap. 79. In tantum duravit odium, ut, &c. *Sueton. in Ner.* c. 38. Quidquid memorabile ex antiquitate duraverat. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 76. Centenis durare annis. *Id.* l. 31. c. 9. Durant per sæcula. *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 49. Si maneo, qualis Troja durante manebam. *while Troy stood. Petron. in Satyr.* c. 96. Ego, durante adhuc iracundia, non continui manum. ¶ Cum infinito, *Lucan.* l. 4. v. 519. Victurosque dei celant, ut vivere durent, Felix esse mori. *Sil.* l. 10. v. 653. miranti durarunt prodere Pœno. *they were bold enough to*, &c. et l. 11. v. 75. Romuleis durastis, ait, succedere muris? *ye have dared.*

DŪRUS, a, um, *hard, solid, firm*, σκληρὸς, solidus, firmus. Quidam putant esse a δοῦρον, lignum. *Horat.* epod. 5. v. 30. Duri ligones. *Virg.* 4. *Æn.* v. 366. Duræ cautes. *Plin.* l. 26. c. 8. Ladanum durissimum tactu. *Id.* l. 22 c. 23. Fungi, qui in coquendo duriores fiunt. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 27. Dura alvus. *costive.* Apud *Cels.* l. 6. c. 18. sect. 9. est dura alvus, quæ dura excernit. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 9. *extr.* Durior oris equus. *a hard-mouthed horse.* ¶ Absolute *durum* in vite est materia ætate jam indurata, et robusta, ut truncus, et vetus sarmentum, cui opponitur viridis, et tenella. *Colum.* l. 5. c. 6. *a med.* et alibi. [† V. *Duramen* et *Duramentum.*] ¶ *Dura vox* est, quæ non flectitur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 58. ¶ Dicitur sæpe de iis, quæ lædunt corpus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 5. Duri dolores. *cruel. Plaut. Men.* 5. 2. 119. Morbus acer ac durus. et *ibid.* 6. 10. Durum frigus. *bitter, keen.* ¶ Pro acri, *Seren. Sammon.* c. 3. v. 40. et cap. 20. v. 351. Durum acetum. *harsh, sour, tart. Colum.* l. 12. c. 6. Dura muria. *h. e.* salsissima, atque adeo diu durans. *Virg.* 4. *Georg.* v. 102. Durus Bacchi sapor. *h. e.* vinum asperrimum. *Cato R. R.* c. 156. *ad fin.* Vinum atrum durum. *Pallad. in Octobr.* tit. 14. Suave vinum de duro fieri docent, si, &c. *hard, harsh, stale.* ¶ *Dura aqua* est, quæ tarde putescit, inquit *Cels.* l. 2. c. 30. *hard water.* ¶ Translate est laboriosus, *h. e.* qui cum multo labore fit, difficilis, arduus, *toilsome, laborious, arduous. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 10. Ne ab re frumentaria, duris subvectionibus, laboraret. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 307. Duri venatus. *Id. Heroid.* ep. 7. v. 106. Duræ viæ. *Id. Metam.* 13. v. 296. Duri munera belli. *Terent. Phorm.* 1. 2. 22. O Geta, provinciam cepisti duram. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 6. *extr.* Providete, ne duriorem vobis conditionem statuatis. *Plaut. Amph.* 1. 1. 12. Dura servitus. *Id. Merc.* 4. 6. 1. Lege dura vivunt mulieres. *rigorous, cruel, severe.* ¶ Item qui laboris, et malorum patiens est, eaque minus sentit vel consuetudine vel natura. *hardy, clownish, boorish, rustic. Liv.* l. 27. c. 48. Ligures durum in armis genus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 43. Fortes et duri Spartiatæ. *Virg. Æn.* 3. v. 94. Dardanidæ duri. *Horat.* epod. 3. v. 4. Dura messorum ilia. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 5. v. 51. Durus Ulysses. *Plin.* l. 33. c. 4. Nisi quod inter omnia auri fames durissima est. V. integr. loc. ¶ Item qui parco, ac tenui victu cultuque utitur. *Ovid.* l. 3. *de ar. am.* v. 109. Si fuit Andromache tunicas induta valentes, Quid mirum? duri militis uxor erat. ¶ Item difficilis, calamitosus, adversus, noxius, asper, molestus. *Liv.* l. 34. c. 5. Ut legem latam per bellum temporibus duris, in pace, et florente ac beata republica abrogaretis. *Cic. pro Dom.* c. 6. Annona in reditu meo facta erat durior. *Terent. Adelph.* 5. 4. 5. Duram vitam vivere. *Horat.* l. 2. od. 13. v. 27. dura navis, Dura fugæ mala, dura belli. *Hirt. de B. Alex.* c. 14. et 25. Si durior accidisset casus. *Cic. Fam.* 12. ep. 25. *extr.* De Cn. Minucio rumores duriores erant. *they did not speak well of.* ¶ Absolute *Senec. in Œdip.* v. 208. Ubi læta duris mixta in ambiguo jacent. ¶ Item rudis, impolitus, sine arte. *rough, unpolished, rude, uncouth. Ovid.* 3. *Fast.* v. 517. Et ducunt posito duras cratere choreas. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 20. Attilius, Poeta durissimus. *Id.* 4. *de Fin.* c. *ult.* Stoici horridiores, asperiores, duriores et oratione et moribus. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 8. Lucilius durus componere versus. *Plin.* l. 35. c. 11. Mechopanes pictor durus in coloribus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 34. Sive beatitas, sive beatitudo dicenda est: utrumque omnino durum; sed usu mollienda nobis verba sunt. ¶ *Ingenium durum*, quod tardum est, aut aridæ venæ. *Senec.* ep. 58. *ante med.* ¶ *Dura memoria*, quæ res difficile complectitur, et servat. *Quintil.* l. 12. c. 3. *ad fin.* ¶ Item immitis, asper, rigidus, qui nulla re flectitur. *inflexible, inexorable, obstinate, unmoveable, unfeeling, cruel, austere. Terent. Phorm.* 3. 2. 12. Adeon' ingenio esse duro te, atque inexorabili, ut neque misericordia neque precibus molliri queas? *Id. Heaut.* 4. 1. 52. Duro animo esse. *Cic.* 7. *Verr.* c 46. Quis tam fuit durus et ferreus, quis tam inhumanus? *Id. pro Arch.* c. 8. Quis tam animo agresti ac duro fuit, ut Roscii morte non commoveretur? *savage. Id.* 2. *de Fin.* c. 19. *a med.* Varius, qui habitus est judex durior. *Anton. ad Cicer. post.* ep. 13. l. 14. *ad Attic.* Duriorem se præbere miseræ et afflictæ fortunæ alicujus. *Cic.* ep. 7. *ad Brut.* (*ex recentiorib.*) *sub fin.* Si cui parcimus, duri fuimus in Dolabella. *Virg.* 3. *Gorg.* v. 258. Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem Durus amor? *Cic.* 1. *Offic.* c. 35. *a med.* Ne quid effeminatum, aut molle, et ne quid durum, aut rusticum sit. *Virg. Georg.* 2. v. 369. Dura imperia exercere. *Ovid.* 3. *ex Ponto*, ep. 1. v. 166. Duro vultu lacrimas alicujus aspicere. ¶ *Durus ad aliquid* est, qui alicujus rei nulla delectatione capitur. *Cic. pro Arch.* c. 9. Ipsi illi C. Mario, qui durior ad hæc studia videbatur, jucundus fuit. ¶ *Os durum* est impudens. *Terent. Eun.* 4. 7. 36. et *Ovid.* 5. *Metam.* v. 451. duri puer oris et audax. Sic *durus homo*, qui duri est oris, *an impudent fellow. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 20. Atque ipsis, ad quorum commodum pertinebat, durior inventus est Cœlius. ¶ *Durum* adverbii vice positum, *Martial.* l. 3. epigr. 89. Utere lactucis, et mollibus utere malvis. Nam faciem durum, Phœbe, cacantis habes. V. *Nitens.* [¶ *Duras dare* est ellipsis pro *duras contumelias*, vel *lites*, vel *partes dare. Terent. Heaut.* 2. 4. 22. Imo, ut patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit. Simile id esse videtur illi *Terent.* loco *Eun.* 2. 3. 62. Duras fratris partes prædicas. Hoc vero translate ex auctoribus scenicis ductum videtur. *Anton.* inter *epist. Cic. ad Att.* l. 10. ep. 8. Quod judicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione tua.]

DUSĬI, Gallorum lingua sunt Dæmones incubi, Silvanis, et Faunis similes. *Augustin. de civ. Dei*, c. 23. lib. 15.

DUSMŌSUS. V. in *Dumus.*

DUUMVIR, viri, m. δυάδαρχος, unus ex Magistratu Duumvirorum: a *duo*, et *vir*, quod duo viri in eo officio essent. *Valer. Max.* l. 1. cap. 1. n. 13. M. Tullium Duumvirum culleo insutum in mare abjici jussit. *Frontin. de aquæduct.* artic. 6. Curius intra quintum diem, quam erat Duumvir creatus, decessit. V. *Quindecemviri.* ¶ *Duumviri perduellionis* Magistratus fuit duorum virorum, qui creabantur, ut judicarent, si quis in Rempubl. se instar hostis gessisset. Raro admodum creabantur, cum judicia de perduellione, et de parricidio usque ad annum DCIV. plerunque vel a Quæsitoribus, vel a P. R. fierent, post eum annum vel a populo, vel a Prætoribus quæstionum perpetuarum. ¶ *Duumviri capitales*, vel parricidii illi erant, qui quæstionibus de homicidio præerant, et carceris reorum capitalium custodiam agebant. Progressu temporis unus additus est. Hinc triumviri fuere appellati. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 4. et *Liv.* l. 1. c. 26. ¶ *Duumviri navales* erant, qui classis ornandæ reficiendæque causa creabantur. *Liv.* l. 9. c. 30. et lib. 40. c. 18. 26. et 42. et l. 41. c. 1. ¶ *Duumviri Sacrorum* erant, qui Oracula Sibyllina custodiebant, et interpretabantur, et sacrarum cæremoniarum antistites erant. Quoties prodigia magnos aliquos rerum eventus portendentia accidissent, Duumvirum erat libros Sibyllinos inspicere et interpretari, et lectisterniis ad pulvinaria deorum factis, obsecrationibus et sacrificiis eos placare, ut illorum minas averterent. Scitis etiam P. R. interpretandis præerant. Ali-

quando etiam data illis est cura corrigendorum Fastorum. *Liv.* lib. 4. c. 21. *Valer. Max. loc. cit.* ¶ Primum duo creati sunt. Sed cum Plebs de suo quoque corpore creari Consules instaret, neque ad id satis haberet virium, obtinuit tandem, ut qui Duumviri sacrorum in eam diem creati fuissent, Decemviri crearentur, quinque ex Patribus, totidem ex Plebe. Quare ex Duumviris Decemviri appellari cœpti sunt. Denique ad Quindecemviros res devenit. ¶ Fuere præterea alii Duumviri extraordinarii, ut aquæ perducendæ, *Frontin. de aquaduct.* artic. 6. ædi sacræ faciendæ, aut locandæ, *Liv.* l. 7. c. 28. et l. 22. c. 33. item dedicandæ, *Id.* l. 2. c. 42. et l. 35. c. 41. &c. Sed dedicationis causa vel unus tantummodo creabatur, qui nihilominus appellabatur *duumvir*: vel si duo, unus tantummodo adhibebatur, ut est in modo citatis *Livii* locis. ¶ In Municipiis, et Coloniis Duumvirorum magistratus similis fuit Consulum Romæ: nempe penes eos erat summa reipubl. administratio; eligebanturque ex corpore Decurionum. Eorum imperium durabat alibi quinque, alibi sex menses, annum alibi. Horum mentio fit a *Cicer.* 2. *Agrar.* c. 34. et *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 23. et 30. et *Vellei.* l. 2. c. 19. ¶ Legitur et *Duovir. In cenotaph. Pis. C. Cæsaris* apud *Noris.* Utique cum primum per legem Coloniæ duo viros creare et habere potuerimus, ii duo viri, qui primi creati erunt, &c. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 152. n. 2. M. Arrius M. F. M. Sextius M. F. Duoviri de S. viam faciund. et reficiund. curav. Adde pag. 166. n. 6. Et in singulari pag. 445. n. 5. C. Ofillio Sex. F. Gal. Duo Vir. iterum quinquennali. ¶ Etiam *Duomviri* antiquo more est in alia Inscript. pag. 43. n. 5. et pag. 394. n. 5.

DUUMVIRALICIUS, et Duumviralitius, a, um, ad Duumviros pertinens. *Duumviralitius vir* Duumviratu functus. *In Tab. Canus.* apud *Fabrett.* pag. 598. col. 2.

DUUMVIRĀLIS, le, *relating to the office of a* duumvir, ad Duumviratus munus pertinens, ut Vir Duumviralis, qui aliquando Duumviratum gessit. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 3. leg. 1. Inter Duumvirales antiquissimus quisque prior. ¶ Dicitur et *Duoviralis. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 207. *sub fin.* Hoc opus omne facito arbitratu Duovir. et Duoviralium. Al. leg. *Duoviratium* a recto *Duovirates.*

DUUMVIRALĪTAS, atis, f. Duumviratus. *Imp. Constantin.* lib. 5. *Cod.* tit. 27. leg. 1.

DUUMVIRĀTUS, us, m. *the office of a* duumvir, dignitas Duumvirorum. *Plin.* l. 4. ep. 22. Hunc agonem Trebonius in Duumviratu suo tollendum curavit. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 3. leg. 1.

DUX, ducis, m. et f. *a leader, guide, conductor, general, captain*, ἀγωγός, ἡγεμὼν, qui alium ducit, ductor, imperator. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 324. Dare ducem eunti. *Curt.* l. 5. c. 4. Sibi quisque dux itineris cœperat fieri. *Cic.* 3. *Catil.* c. 9. Diis ducibus hanc mentem voluntatemque suscepi. *Id.* 3. *de Orat.* c. 17. Auctor publici consilii, dux regendæ civitatis, sententiæ princeps in Senatu. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 52. Ad hostiam diligendam potest esse dux vis quædam sentiens. *Id. Fam.* 10. ep. 6. Præbere se auctorem, principem, ducem alicui. *Id.* 5. *Verr.* c. 21. Dux et magister ad faciendum aliquid. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 88. Sedulius dux et princeps Lemovicum. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 2. Belli duces præstantissimi. *Nepos in Aristid.* c. 2. Pausanias, quo duce Mardonius erat fugatus. *Horat.* lib. 1. od. 7. v. 27. Nil desperandum Teucro duce, et auspice Teucro. *Cic. Verr.* 7. c. 34. Dux et præfectus classis. *Id. pro Mur.* c. 25. Dux et signifer calamitosorum. *Id. de Amic.* c. 12. Duces impietatis. *Ovid. de remed. amor.* v. 767. nisi dux operis vatem frustratur Apollo. *Id.* 4. *Fast.* v. 715. Dux lanigeri pecoris. *h. e.* aries. *Plin.* l. 11. c. 4. Apes rempublicam habent, ac duces. *their kings.* ¶ De imperatore Romano. *Phædr.* l. 2. fab. 5. v. 23. Tum sic jocata est tanti majestas ducis. *h. e.* Tiberii. ¶ Jungitur et cum vocibus femininis. *Cic. de Amic.* c. 5. Natura, optima bene vivendi dux. *Id.* 2. *de Divin.* c. 40. Ad rem gerendam habere rationem ducem. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 12. Mors clariis viris dux in cælum solet esse. *Virg.* 1. *Æn.* v. 368. Dux femina facti. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 396. Hac duce ferte gradus. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 121. Cum duce Cumæa fallit sermone laborem. *Flor.* l. 4. c. 11. Prima dux fugæ regina. *Stat.* 4. *Theb.* v. 778. Dux tarda. et lib. 12. v. 226. vesana. ¶ Duces et mari, et terra dicuntur a *Nepote in Aristid.* c. 2. et *in Timoth.* c. 2. θαλαττοκράτορες, ii scil. populi, ex quibus in bellis Græcorum duces dabantur exercitibus ex universa Græcia comparatis. ¶ In re militari minus est quam *imperator.* Hic enim est, quem penes summa belli, et auspicia sunt: ille potest dux dici, quamvis ab imperatore secundus. *Cic.* 3. *Offic.* c. 26. *a med.* Atilius Regulus cum in Africa ex insidiis captus esset, duce Xanthippo Lacedæmonio, imperatore autem patre Annibalis Hamilcare.

DY

DYAS, adis, f. *the number two*, numerus binarius, δυάς. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. et 12. et *Augustin.* l. 4. *Confession.* c. 15.

DYMÆI, orum, Δυμαῖοι, populi Achaiæ, quorum urbs Dyme, Romanorum colonia. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 1. *Plin.* l. 4. c. 5.

DYMANTIS, idis, f. Δυμαντὶς, Hecuba Dymantis filia, secundum *Homer.* ut *Hygin.* fab. 111. et *Serv. ad Virg. Æn.* 7. v. 320. docent. *Ovid. Metam.* 13. v. 620. Ergo aliis, latrasse Dymantida, flebile visum. [† V. *Cisseus.*]

DYNĂMIS, is, *power, plenty, store*, vox Græca. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 77. Dynamin olivi habent domi maximam. *h. e.* vim, seu copiam. Alii aliter leg. V. *Olivina.* ¶ Ab Arithmeticis vocatur *dynamis* numerus quadratus: cur vero, ipsos consule. *Arnob.* l. 2. pag. 60. Percontare, quid sit cubus, aut dynamis, &c.

DYNASTES, et Dynasta, æ, m. *a prince, lord, ruler, governor, potentate, king*, δυνάστης, qui dominatum in aliquo loco habet, princeps, dominus, regulus: intellige apud externas nationes: a δύναμαι, possum. Dici autem videtur proprie de iis, qui non tam amplam habent ditionem, ut reges appellari mereantur. *Cic. Phil.* 11. c. 12. et *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 3. Ceteri reges, tetrarchæ, dynastæque. *Nep. in Agesil.* c. 7. Munera ei ab regibus, et dynastis, civitatibusque conferrentur. *Id. in Datam.* c. 2. Thyus dynastes Paphlagoniæ, regi dicto audiens non erat. *Id. ibid.* c. 3. hunc eundem Thyum nobilem regem appellat: ex quo apparet, *dynastæ* nomine regem quoque significari posse.

DYŌTA. V. *Diota.*

DYRRACHĪNUS, a, um, ad Dyrrachium pertinens: quod est oppidum Macedoniæ cum portu ad mare Adriacum, colonia Romanorum. *Plin.* l. 3. c. 23. ¶ Dicitur a *Catullo* carm. 36. *in annal. Volusi*, v. 15. Adriæ taberna, quia ex Macedonia in Italiam transeuntibus, vel contra, diversorium erat commodissimum. ¶ *Dyrrachini, orum*, sunt ejus urbis cives. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 22. ¶ Legitur et *Dyrracheni. Paul. Dig. lib. ult.* tit. 15. *leg. ult.*

DYRRACHĬUM, Δυῤῥάχιον, V. vocem præced.

DYSENTERĬA, æ, f. *a dysentery, bloody flux*, morbus intestinorum, quæ exulcerata sanguinem reddunt, torminibusque excruciant. V. *Cels.* l. 4. c. 15. qui tamen Græce usurpat, ut et *Cic.* 7. *Fam.* ep. 26. est enim a δὺς, male, et ἔντερον, intestinum. Latine *Plin.* l. 28. c. 9. Si urat dysenteria. *Id.* l. 26. c. 8. Aizoi succus alvum sistit, et dysenterias.

DYSENTERĬCUS, a, um, *afflicted with a dysentery*, δυσεντερικός, ad dysenteriam pertinens. *Pallad. in Februar.* tit. 31. Dysenterica passio. ¶ Item qui dysenteria laborat. *Plin.* l. 22. c. 24. *ad fin.* Mel datur in sorbitione dysentericis. Adde *Scribon. Larg. compos.* 85.

DYSĔROS, δυσέρως, infelix in amore. Græca vox a δὺς, male, et ἔρως, amor. *Auson.* epigr. 92. Suasisti, Venus, ecce, duas dyseros ut amarem.

DYSPEPSĬA, æ, f. *a difficulty of digestion, dyspepsy*, δυσπεψία, ægra et difficilis ciborum concoctio, cruditas: a δὺς, male, et πέπτω, coquo. *Cato R. R.* c. 127. Ad dyspepsiam et stranguriam mederi malum punicum.

DYSPHORĬCUS, a, um, δυσφορικὸς, infelix: item male patiens. *Firmic.* l. 8. c. 12. Dysphorici ac miseri infeliciter moriuntur.

DYSPNŒA, f. δύσπνοια, spirandi difficultas, *a difficulty of breathing, hardness or shortness of breath, pursiveness, dyspnœa. Plin.* l. 26. c. 7. Dyspnœæ medetur centaurium majus. *Id.* l. 23. c. 4. Balsaminum unguentum dyspnœas lenit.

DYSPNOĬCUS, a, um, *labouring under a dyspnœa*, qui dyspnœa laborat. *Plin.* l. 24. c. 6. Ammoniacum prodest dyspnoicis, pleuriticis, &c.

DYSPROPHĔRON, δυσπρόφερον, vitium sermonis, cum voces dictu asperæ adhibentur, ut *persuasitrices, præstigiatrices, atque inductrices tigres.* Ita *Martian. Capell.* l. 5. pag. 167. Est autem Græca vox, a δὺς, male, et προφέρω, profero.

DYSURĬA, æ, f. *a suppression of urine, difficulty of making water, dysury*, δυσουρία, difficultas et suppressio urinæ: a δὺς, quod notat difficultatem, et οὖρον, urina. *Cic.* Græcis litteris scripsit l. 10. *Attic.* ep. 10. At Latinis *Cæl. Aurelian. Chronicor.* l. 5. c. 4.

DYSURĬACUS, i, *afflicted with a dysury*, qui dysuria laborat. *Jul. Firmic.* l. 4. c. 8. Dysentericos, pleuriticos, hydropicos, dysuriacos.

DE LITTERA E.

E QUINTA Latinorum Littera, et inter vocales secunda, a Veteribus interdum pro *i* usurpata fuit, ut *here* pro *heri, Vergilius, Deana* pro *Virgilius, Diana*, &c. ¶ Transit in quibusdam verbis in *a*, ut *Reor, ratus sum*: in quibusdam in *o*, ut *tego, toga.* ¶ Variam fuisse rationem pronuntiandi per *e*, et per *æ*, satis testatur *Varro*, qui, l. 6. *de L. L.* c. 5. scribit, alios dixisse *sceptrum*, alios *sceptrum*, partim *fænus*, partim *fenus.* Posterioribus tamen temporibus hæc pronuntiandi ratio penitus amissa est. Hinc apud Auctores quosdam infimæ Latinitatis non solum *e* pro *æ* scribebatur, sed etiam corripiebatur, ut *heresis* apud *Prudent. erumna* apud *Paulin.* &c. V. suis locis.

E, præpositio. V. *Ex.* eosdem enim usus habet, nisi quod *e* nunquam ante vocales adhibetur.

EA, *that way, through that place*, per eum locum. *Liv.* l. 21. c. 32. *a med.* Gallisque ad visenda loca præmissis, postquam comperit, transitum ea non esse, &c. [† *Cæs. B. C.* 1. 64. Ea transire flumen, qua transductus esset equitatus.]

EĀLE, fera est in Æthiopia, magnitudine equi fluvialis, cauda elephantis, colore nigra, vel fulva, maxillis apri, majora cubitalibus cornua habens, et mobilia. *Plin.* l. 8. c. 21.

EĀNUS, i. Quidam Jani vocem ab eundo derivant. Hinc *Cornific.* apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 9. docet a *Cicerone* non Janum, sed Eanum nominatum fuisse.

EAPROPTER, *vel* Ea propter, *therefore, on which account*, propterea, quapropter. *Solin.* c. 35. (*al.* 48.) Lignum attrectatum ferro sine mora emoritur: eapropter vitro, aut cultellis osseis vulneratur. *Colum.* l. 8. c. 14. *extr.* Hoc modo duobus mensibus pinguescunt: et ea propter etiam tenerrima, &c. *Lucret.* l. 4. v. 313. Dextera ea propter nobis simulacra remittunt.

EAPSE, *the very same woman, she herself*, ea ipsa: et *eampse*, eam ipsam, ut *Fest.* interpretatur. *Scip. African.* apud *eund.* in *Reque.* Opera, factis, consiliis, reque eapse bene meritus. *Plaut. Aulul.* a. 5. v. 7. Eampse anum. *Id. Cistell.* 1. 3. 22. Ut eampse audistis confiterier.

EARĬNUS, a, um, *relating to the spring, vernal*, ἐαρινός, ad ver pertinens: vox Græca ab ἔαρ, ver. *Tertull. de habitu mul.* c. 8. Si non potuit Deus purpureas, et earinas oves nasci jubere. V. *Aerinus.* ¶ Fuit *Flavius Earinus* nomen pueri delicati Imperatoris Domitiani, de quo multa *Martial.* l. 9. epigr. 12. 13. 14. et 18. et *Stat.* l. 3. silv. 4.

EATĔNUS, *so far, so long, to such an extent*, ἐφ' ὅσον, usque eo, usque ad eum terminum: cui respondet *qua, quatenus, quoad*, &c. *Colum.* l. 4. c. 7. Neque enim eatenus plaga consistit, qua vestigium fecit acies, sed latius inarescit. *Id.* l. 12. c. 9. Caules depurgati eatenus, qua tenera folia videbuntur. *Cels.* l. 2. c. 10. *a med.* Ex ulterioribus locis eatenus sanguis sequitur, quatenus emittitur. *Id.* l. 6. c. 6. sect. 38. Mel adjiciunt eatenus, ne ex specillo destillet. *Cic. de Univ.* c. 11. Qui eatenus nobis declarantur, quo ipsi volunt. ¶ Urbane *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 3. Si quis forte esset sordidior, ferres eatenus, quoad per se negligeret eas leges, &c. non ut, &c. *Id. de opt. gen. Orat. in fi.* Verba persequens eatenus, ut ea non abhorreant a more nostro. *Sueton. in Tiber.* c. 33. Eatenus interveniebat, ne quid perperam fieret. ¶ Absolute *Plaut. Mostell.* 1. 2. 48. Ad legionem cum itant, adminiculum eis danunt tum aliquem cognatum suum. Eatenus abeunt a fabris. *h. e.* in hoc dissimiles sunt fabrorum. *Capitolin. in Gordian.* III. cap. 22. Gordianus adolescens, qui Cæsar eatenus fuerat, a militibus, et populo, et Senatu Augustus est appellatus. *hitherto, to that time.*

EB

EBACCHOR, aris, dep. 1. valde bacchor. *Lamprid. in Heliogab.* c. 7. Matris etiam deum sacra accepit, et adeo ebacchatus est, ut, &c. Al. leg. *debacchatus, Salmasius* ita leg. Matris etiam deum sacra accepit, et taurobolìatus est, ut, &c.

EBENĪNUS, a, um, *of ebony*, ἐβένινος, qui est ex ebeno. *Hieron. in Ezech.* c. 27. v. 16. Hebenina ligna, quæ nigri coloris pretiosissima sunt. et *mox.* Hebenini dentes nigri coloris, qui non possunt suam mutare nigredinem.

EBĔNUS, i, f. et Ebenum, i, n. *the ebon tree; ebony*, ἔβενος, [etym. ab Hebraico אֶבֶן *eben* petra; sic vocatur propter ejus duritiem et pondus.] arbor non solum Indica, ut vult *Virg.* sed etiam Æthiopica, et Lybica, lignum habens sine medulla, intus nigri splendoris, extra buxi colore, adeoque solidum et grave, ut in aqua subsidat. *Plin.* l. 16. c. 40. Spississima ex omni materie, ideo et gravissima, judicatur ebenus, et buxus: neutra in aquis fluitat &c. *Virg.* 2. *Georg.* v. 117. sola India nigrum Fert ebenum: solis est turea virga Sabæis. *Plin.* l. 6. c. 30. Sic est Æthiopia ab oriente hiberno ad occidentem hibernum Meridiano cardine silvæ ebeno maxime virent. *Ovid.* 11 *Metam.* v. 610. torus est ebeno sublimis in atra Plumeus *Lucan.* l. 10. v. 304. Læta comis ebeni Meroe. et ver. 117. ebenus Mareotica. ¶ Est qui scribit *hebenus*: sed in Græca voce nulla aspiratio est.

EBIBĪTUS, a, um, *drunk up*, bibendo exhaustus. *Si don.* carm. 9. v. 39. Atque hunc, fluminibus satis pro fundis Confestim ebibitis, adhuc sitisse.

EBĬBO, is, bi, a. 3. *to drink out of, drink up, exhaust by drinking*, ἐκπίνω, bibendo exhaurio: ab *e*, at *bibo. Teren. Heaut.* 2. 3. 14. Ædes nostræ vix capient, scio. Qui comedent! quid ebibent! *Petron. in Satyr.* c. 20. Soli tantum medicamentum ebibisti? *Plin.* l. 8. c. 12. Elephantos a draconibus ebibi. *h. e.* eorum sanguinem sugendo exhauriri. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 342. Ubera que eb berant avidi lactantia nati. *had sucked dry.* ¶ Transla *Plaut. Curcul.* 1. 2. 65. Quæ mihi misero amanti ebil sanguinem. *sucks, exhausts, drains. Plin.* l. 5. c. 15. A la amnis ebibitur. *h. e.* totus excipitur. *Id.* l. 9. c. 38. Qu nis lana potat horis, rursusque mergitur carminata, don

omnem ebibat saniem. *sucks up, imbibes. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 122. Filius, aut etiam hæc libertus ut ebibat heres. *hoc est* absumat. ¶ Ebibere imperium alicujus, apud *Plaut. Amph.* 2. 1. 84. est oblivisci. V. *Bibo.*

EBĬTO, is, n. 3. V. in *Beto.*

EBLANDĪOR, iris, itus sum, dep. 4. *to gain by flattery, compass by fair words, coax, charm, wheedle,* ἐξαρέσκομαι, est blanditiis aliquid impetrare, vel exprimere, extorquere. *Cic. ad Capiton. sub fin.* l. 16. *ad Attic.* Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice, ut, &c. *Liv.* l. 27. c. 31. Neque enim omnia emebat, aut eblandiebatur, sed vim etiam adhibebat. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 37. Nec defuit, qui unum consulatus diem, magno cum irrisu accipientis, tribuentisque eblandiretur. *Plin.* l. 9. c. 8. *a med.* Arion eblanditus, ut prius caneret cithara. ¶ Translate *Id.* l. 16. c. 27. *de arboribus.* Quin et protinus moriuntur aliqua, cælo fecunditatem omnem eblandito. *h. e.* postquam cæli et aeris bonitas fecunditatem ex iis omnem, veluti invitando alliciendoque expressit. *Colum.* l. 7. c. 5. *a med.* Lac infusum tantum valet, ut eblandiatur igneam sævitiam. *h. e.* evocet, mitiget. *Vitruv.* l. 7. c. 5. Cum aspectus ejus scenæ eblandiretur omnium visus. ¶ Passive *Colum. de pavonib. educandis loquens* l. 8. c. 11. Sed ne hæc tamen aliena est agricolæ captantis undique voluptates acquirere, quibus solitudines ruris eblandiantur. *h. e.* quasi blanditiis leniantur, et gratiores fiant. *may be soothed, mitigated, or beguiled.* Est qui malit *eblandiatur.*

EBLANDĪTUS, a, um, particip. ab eblandior. *Prudent. in Psychom.* v. 328. Eblanditæ virtutes. *h. e.* fucatæ, simulatæ. ¶ Passive pro eo, quod precibus, et blanditiis impetratum est. *obtained by flattery or fair words. Cic. pro Planc.* c. 4. Eblandita illa, non enucleata suffragia. *gained by solicitation. Plin. in Paneg.* c. 70. *sub fin.* Urbana conjuratione eblanditæ preces. *obtained by coaxing or wheedling. Gell.* l. 11. c. 13. Aures cadentis apte orationis modis eblanditæ. *h. e.* voluptate perfusæ.

EBORARĬUS, ii, m. artifex eboris, *a carver of ivory. Imp. Constantin.* lib. 10. *Cod.* tit. 64. leg. 1. et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 640. n. 8. et apud *Reines.* class. 11. n. 93. 94. et 122. et apud *Murator.* pag. 947. n. 6. ubi legitur *Eburarius.* [† *Inscript. Flor.* apud *Spon. Misc. Erud. Ant.* Q. Considius. Eumolpus. Faber. Eburar. *Plin. Hist.* 1. p. 25. Eboraria, *sc.* ars. Unde patet adjectivum esse, ut *ærarius, ferrarius, tignarius,* &c.]

EBORĀTUS. V. *Eburatus.*

EBORENSIS, se, ad Eboram pertinens, quæ est urbs Hispaniæ ulterioris inter Anam et Tagum, nunc *Evora. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 199. n. 4.

EBORĔUS, a, um, *of ivory, like ivory,* ἐλεφάντινος, qui est ex ebore, eburneus. *Plin.* l. 36. c. 5. *ad fin.* Jovem fecit eboreum in Metelli æde. *Quintil.* l. 6. c. 3. *circa med.* Oppida eborea in triumpho Cæsaris.

EBOSIA, æ, *vel* Ebusia, æ, f. insula eadem quæ Ebusus, de qua V. in *Ebusitanus. Stat.* l. 1. silv. 6. v. 15. Et quas percoquit Ebosia cannas. Al. aliter leg.

EBRIA. V. *Bria.*

EBRIĂCUS, a, um, idem ac ebrius, apud vet. *Plaut. Aulul. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 306. Homo ebriacus somno sanari solet. Al. aliter leg.

EBRIĀMEN, inis, n. μέθυσμα. Vertit *Tertull.* ex S. Script. *lib. de Jejun.* c. 9. his verbis: De Samuele mater: Vinum, inquit, et ebriamen non bibet.

EBRIĔTAS, atis, f. *drunkenness, inebriation, ebriety,* μέθη, status ebriosi, cum quis scilicet ebrius est. *Plin.* l. 30. c. 15. *ad fin.* Ebrietatem arcet pecudum assus pulmo præsumptus. *Ovid.* 1. *de ar. aman.* v. 597. Ebrietas ut vera nocet, sic ficta juvabit. *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 16. Quid non ebrietas designat? operta recludit, Spes jubet esse ratas, &c. ¶ Translate *Plin.* l. 13. c. 4. *a med. de caryotis.* Rumpit se pomi ipsius ebrietas, calcatis similis. *h. e.* nimia succi copia. ¶ In ebrietatem multa luculenter *Senec.* epist. 83. *a med.*

EBRĬO, as, avi, atum, a. 1. *to inebriate, intoxicate, make drunk,* ebrium reddo, μεθύσκω. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 6. *a med.* Mulieres raro ebriantur. ¶ Translate *Id. in Somn. Scip.* c. 12. *circa med.* Priusquam materialis influxio in corpus venientes animas ebriaret.

EBRIOLĀTUS, *vel* Ebriulatus, a, um, adject. ebrius. *Laber.* apud *Non.* c. 2. n. 306. Ebriolati mentem hilarem accipiunt. Adde *Plaut. in fragm. ibid.* ubi *Non.* habet *ebriacus,* alii *ebriatus.*

EBRIŎLUS, a, um, dim. ab ebrius. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 15. Tristes atque ebrioli incedunt. *Id. ibid.* 1. 3. 36. Etiam me vocas, ebriola?

EBRIOSĬTAS, atis, f. *habitual drunkenness, ebriosity,* φιλοινία, propensio in ebrietatem. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 12. Inter ebrietatem, et ebriositatem interest, aliudque est esse amatorem, aliud amantem.

EBRIŌSUS, a, um, *drunken, sottish, often drunk, given to drunkenness, addicted to drinking,* οἰνόφλυξ, qui sæpe fit ebrius. *Cic. de Fato,* c. 5. Hunc scribunt ipsius familiares et ebriosum, et mulierosum fuisse. *Senec.* ep. 83. Plurimum interesse concedes inter ebrium et ebriosum: Potest et qui ebrius est, tunc primum esse, nec habere hoc vitium, et qui ebriosus est, sæpe extra ebrietatem esse. *Catull.* carm. 27. *ad puer. suum.* Posthumiæ ebriosa acina ebriosioris.

EBRĬUS, a, um, *drunk, intoxicated, inebriated,* μεθύων, nimio vini potu alienatus, vinolentus, temulentus. Volunt esse a *bria*: de qua V. suo loco. *Cic.* 2. *Phil.* c. 41. Personabant omnia vocibus ebriorum, natabant pavimenta vino, madebant parietes. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 582. Anus ebria. *Senec. in Med.* v. 69. Huc incede gradu marcidus ebrio. *Claudian.* l. 1. *de rapt. Pros.* v. 19. Ebria Mæonio firmat vestigia thyrso. *Tibull.* l. 3. el. 6. v. 36. Verba ebria. *Propert.* l. 1. el. 3. v. 9. Ebria cum multo traherem vestigia Baccho. *Martial.* l. 10. epigr. 47. Nox ebria. *h. e.* quam ebrius quis transigit. *Id.* l. 13. epigr. 1. Ebria bruma. *h. e.* quibus diebus perpotari solet. *Claudian. in Consul. Probi et Olybr.* v. 250. jam profluat ebrius amnis Mutatis in vina vadis. ¶ Translate *Horat.* l. 1. od. 37. v. 12. Regina fortuna dulci ebria. *Martial.* l. 14. epigr. 154. Ebria Sidoniæ cum sim de sanguine conchæ, Non video quare sobria lana vocer. *h. e.* optime imbuta. *soaked, drenched, dyed. Id.* l. 13. epigr. 82. Ebria Baiano veni modo concha Lucrino. *h. e.* bene pasta. *Id.* l. 10. epigr. 38. Lucerna ebria nimbis Nicerotianis. *h. e.* probe perfusa. *Plin.* l. 14. *sub fin.* Ebrius jam sanguine civium, et tanto magis eum sitiens. *gorged with the blood of his fellow-citizens. Plaut. Capt.* 1. 1. *in fi.* Aperitur ostium, unde saturitate sæpe ego exii ebrius. *filled, satisfied, satiated.* et *Cas.* 3. 6. 18. Facite cœnam mihi ut ebria sit. *h. e.* lauta, abundansque. *Lucret.* l. 3. v. 1065. Ebrius multis curis. *h. e.* obrutus. *Catull.* carm. 45. v. 11. Et dulcis pueri ebrios ocellos. *h. e.* amoris plenos. ¶ Discrimen inter *ebrium,* et *ebriosum* dabit *Senec.* allatus in *Ebriosus.*

EBULLĬO, is, ivi, et ii, a. 4. *to boil out or over,* ἀναζέω, bulliendo emitto. *Ebullire animam* est mori. *Senec. in Apocoloc. ante med.* et *Petron. in fragm. Tragur.* c. 42. et 62. *Burm.* ¶ *Pers.* sat. 2. v. 10. o si Ebullit patrui præclarum funus! *h. e.* prodit pompa sumptuosa funeris patrui: quod est dicere, utinam patruus moriatur. Al. leg. *ebullet,* ut sit ab *ebullo, as,* dissolvor, erumpor, ad modum bullæ evanesco: ut respiciatur ad illud *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 1. Homo est bulla. ¶ Translate est prædicare, jactare, ostentare. *to boast of, brag of. Cic.* 5. *de Fin.* c. 27. Dixerit hoc idem Epicurus, semper beatum esse sapientem: quod quidem solet ebullire nonnunquam. *Id.* 3. *Tuscul.* 3. 18. Qui si virtutes ebullire volent, et sapientias, nihil aliud dicent, nisi eam viam, &c. ¶ Simpliciter pro fervendo bullas emittere. *to boil or bubble up, ferment. Cato R. R.* c. 105. Ubi ebullibit vinum, ignem subducito. *ebullibit* ἀρχαϊκῶς pro *ebulliet.* Sed alii leg. *bullabit.* [¶ Singulare est illud *Apul.* 2. *Met.* pag. 166. *Oudend.* Dum risus ebullit. *h. e.* fervescit cachinnatio.]

EBŬLUM, i, n. *wall-wort, dane-wort, dwarf-elder,* χαμαιάκτη, frutex sambuco similis folio, et bacca, non tamen æque crescens, neque arborescens. *Virg. Ecl.* 10. v. 27. Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem. *Cato* apud *Plin.* l. 17. c. 9. *ad fin.* E segete evellito ebulum, cicutam. *Plin.* l. 26. c. 8. *post med.* Ebulum teneris cum foliis tritum, ex vino potum calculos pellit: impositum testes sanat.

EBUR, eboris, n. *ivory,* ἐλέφας, dens elephanti avulsus: qui candore et spissitudine materiæ in operibus valde commendatur. Dictum putant quasi *e barro. Virg. Georg.* 1. v. 57. India mittit ebur, molles sua tura Sabæi. *Cic. Parad.* 1. c. 4. Marmorea tecta, ebore et auro fulgentia. *Id. de clar. Orat.* c. 73. Minervæ signum ex ebore. ¶ Per synecdochen dicitur de rebus ex ebore factis. *any thing made of ivory. Stat.* l. 1. silv. 2. v. 2. Cui, Pæan, nova plectra moves, humeroque comanti Facundum suspendis ebur? *h. e.* lyram eburneam. *Virg.* 1. *Georg.* v. 480. Et mœstum illacrimat templis ebur, æraque sudant. *h. e.* sigilla, et statuæ deorum. et lib. 2. v. 193. Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras. *h. e.* tibiam. *Ovid. Metam.* 4. v. 148. ense vidit ebur vacuum. *h. e.* vaginam ebore ornatam. et 5. *Fastor.* v. 51. Ebur curule. *h. e.* sella curulis ebore distincta. Et absolute eodem sensu. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 5. v. 18. Conspicuum signis cum premet altus ebur. ¶ *Ebur atramento candefacere* proverbium apud *Plaut. Mostell.* 1. 3. 102. significat rem per se pulcram ornando corrumpere. *to spoil nature by art.* ¶ *Ebur* dicebatur candidius fieri in Tiburtinis collibus, et frigore illius cæli. Testes sunt *Martial.* lib. 7. epigr. 12. et lib. 8. ep. 28. et *Silius* lib. 12. v. 229. [¶ Per metonymiam ponitur pro elephanto. *Juvenal.* sat. 12. v. 112. Quin illud ebur ducatur ad aras. *h. e.* elephas immoletur, cujus dentes eburnei.]

EBURARĬUS. V. *Eborarius.*

EBURĀTUS, et Eboratus, a, um, *adorned or inlaid with ivory,* ἐλεφαντικός, ebore ornatus. *Plaut. Stich.* 2. 2. 53. Lecti eburati, aurati. *Id. Aulul.* 2. 1. 46. Eburata vehicula. *Lamprid. in Heliogab.* c. 4. Sella eborata, an argentata. Adde *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 254.

EBURNEŎLUS, a, um, diminut. ab eburneus. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 60. Servum cum eburneola solitus est habere fistula.

EBURNĔUS, et Eburnus, a, um, *of or like ivory, adorned with ivory,* qui est ex ebore, vel ebore ornatus, ἐλεφάντειος. *Cic.* 6. *Verr.* c. 1. Signum eburneum. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 104. Eburni lecti. *Virg.* 3. *Georg.* v. 7. humeroque Pelops insignis eburno. V. *Pelops. Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 4. v. 35. Eburnus currus. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 203. Numeros eburnos jactare. *the dice. Virg.* 11. *Æn.* v. 11. Ensis eburnus. *h. e.* capulum habens, vel vaginam eburneam. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 41. Porta eburna. *h. e.* qua vana somnia exeunt. (V. *Virgil. in fi.* l. 6. *Æn.* et *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 289.) *Id.* l. 2. od. 11. v. 22. Eburna lyra. ¶ Item candidus instar eboris. *white as ivory, snow-white. Ovid.* 3. *Amor.* el. 7. v. 7. Eburnea brachia. *Id.* 3. *Metam.* v. 422. colla. *Id. Heroid.* ep. 20. v. 57. cervix. *Id.* 10. *Metam.* v. 592. terga. ¶ Item elephantinus. *of an elephant. Liv. cap. pænult.* l. 37. Tulit in triumpho eburneos dentes mille ducentos viginti. ¶ *Eburnus* cognominatus est Q. Fabius Ambustus a candore cutis. *Fest.* in *Pullus.*

EBUSITĀNUS, a, um, ad Ebusum pertinens, quæ est insula maris Iberici contra Dianium promontorium Hispaniæ, nunc *Ivica. Plin.* l. 3. c. 5. *sub fin.* Ebusitana terra.

E C

ECASTOR, *by Castor! by my faith!* adverb. jurandi, et significat *per Castorem.* Videtur esse factum ex *Mecastor,* ablato *m*: vel ex *e,* et *Castor,* ut illud *e* hoc loco vim habeat τοῦ *per,* ut in *epol* per Pollucem, *ejuno* per Junonem, *equirine* per Quirinum, *eccere* per Cererem, &c. Sunt qui scribunt *Æcastor,* quasi *per ædem Castoris. Terent. Hecyr.* 4. 3. 5. Spero ecastor. *Plaut. Amph.* 1. 3. 39. Ecastor condignum donum. *Id. Truc.* 2. 6. 22. Salve ecastor Stratophanes. ¶ Fuit juramentum fere a mulieribus usurpatum. Nam in veteribus scriptis, teste *Gell.* l. 11. c. 6. neque mulieres R. per Herculem, neque viri per Castorem dejurant: quod *Charis.* l. 2. pag. 183. *Putsch.* confirmat. Apud *Plaut.* tamen ita jurant Argyrippus adolescens, *Asin.* 5. 2. 80. et Olympio villicus, *Cas.* 5. 4. 13.

ECAUDES versus vocat *Diomed.* l. 3. pag. 499. *Putsch.* (quasi sine cauda, ut *enodis*) qui in ultima conclusione oratiuncula, vel syllaba fraudantur, vel tempore deficiunt, Græce μείουροι, et σκάζοντες.

ECBĂSIS, is, f. ἔκβασις, figura est, Latine excursus, seu digressio, cum ab oratione instituta obiter ad alia excurritur. *Serv. ad* 2. *Georg.* v. 209.

ECBŎLA, æ, f. *a missile weapon, javelin,* ἐκβολή, telum missile: ab ἐκβάλλω, ejicio. *Pacuv.* apud *Varron. sub fin.* l. 6. *de L. L.* Ecbolas quassant, ejiciunt.

ECBŎLAS, adis, f. ἐκβολάς, genus uvæ Ægypti, abortum faciens: ab ἐκβάλλω, ejicio. *Plin.* l. 14. c. 18.

ECCA, ECCAM. V. in voce sequenti.

ECCE, *lo! see! behold!* ἰδού, adverbium demonstrandi, post se tum nominativum, tum accusativum habens. *Terent. Adelph. in fin.* Ecce me, qui id faciam vobis. ¶ Sæpe adhibetur ad repentinum aliquid, atque improvisum ostendendum. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 16. Ecce tuæ litteræ de Varrone. *Id. pro Cluent.* c. 5. Ecce autem subitum divortium. *Id. Attic.* l. 8. ep. 3. *ad fin.* Sed ecce nuntii, scribente me, ecce litteræ, Cæsarem ad Corfinium esse. *Id.* 2. *de Fin.* c. 30. Ecce miserum hominem. *Phædr.* l. 3. *fab. ult. extr.* Putabat, se post mortem securum fore: Ecce aliæ plagæ congeruntur mortuo. *but see, how,* &c. ¶ Eleganter additur dativus *tibi,* quod quidem redundat, sed addit tamen demonstrandi vim. *Cic.* 3. *Offic.* cap. 21. Ecce tibi, qui rex populi R. esse concupierit. *Id.* 2. *de Orat.* c. 22. *extr.* Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium. Adde *pro Cluent.* c. 28. ¶ Componitur in familiari sermone, præsertim apud Comicos, cum variis pronominibus, ut *ecca, eccum, am, os, eccillam, am, eccistum, am,* idest *ecce ea, eum, am, os; ecce illum, ecce istum. Varr. in fin.* l. 3. *R. R.* At strepitus a dextra: et eccum recta candidatus noster designatus ædilis. *Plaut. Men.* 1. 2. 66. Ab se ecca exit. *Id. Aulul.* 4. 4. 14. Ostende huc manus. *St.* eccas. *Id. Bacch.* 3. 2. 19. Sed eccos video incedere patrem et magistrum. *Id. Curcul.* 5. 2. 12. Eccum quem quærebam. *Id. Amph.* 2. 2. 146. Hem tibi pateram: eccam. *Id. Merc.* 2. 3. 98. Eccillum, video. *Id. Rud.* 2. 7. 18. Tegillum eccillud mihi unum arescit. *Id. Mil.* 3. 1. 194. Habeo, eccillam, meam clientam. *Id. Curcul.* 5. 2. 17. Certe eccistam video. ¶ Pro *eccillum* leges et *ellum,* per syncopen inde factum. *Terent. Andr.* 5. 2. 14. Nescio qui senex modo venit: ellum: confidens, catus. Sic *ellam* pro *eccillam* apud *Priscian.* l. 12. p. 949. *Putsch.* ¶ Hæc interdum dicuntur etiam de absentibus, ostendendo scilicet locum, ubi sunt. *Plaut. Amph. prol.* v. 120. Pater intus nunc est, eccum, Jupiter. *Terent. Adelph.* 3. 4. 25. Ellam intus. ¶ Interdum interseruntur sermoni eo modo, quo *opinor, obsecro, amabo,* &c. *Plin. in fin.* lib. 36. Adeo in rebus damnatis quoque sunt aliqua remedia, ut in carbone ecce, et cinere. Adde *Terent. Andr.* et *Plaut. Mil.* et *Rud.* et *Curcul.* &c. modo allatos.

ECCENTROS, i, *out of the centre,* ἔκκεντρος, extra centrum positus. *Martian. Capell.* l. 8. pag. 287. Quo fit, ut terra solaris circuli centrum non sit, sed eccentros habeatur. Adde pag. 299.

ECCĔRE, *vel* Ecere, νὴ τὴν Δήμητρα, adverb. jurandi, et significat per Cererem: sed aliquibus est adverb. demonstrandi, *Festo* teste: quasi *ecce res,* vel *ecce rem. Plaut.*

Amph. 2. 1. 4. Eccere jam tuatim facis, ut tuis nulla apud te sit fides. *Id. Men.* 2. 3. 50. Eccere, perii misera! ¶ In illis quidem certe pro *ecce* ponitur. *Mil.* 2. 2. 52. Eccere autem capite nutat. et *Pers.* 2. 4. 29. Eccere autem, quem convenire maxime cupiebam, egreditur intus. ¶ Sunt qui scribant *accere*, quasi sit *per ædem Cereris*.

ECCHEUMA, tis, n. ἔκχευμα, effusio, a χέω, fundo. *Plaut. Pan.* 3. 3. 87. Ibi te replebo unguentum eccheumatis. Al. leg. ἐκχεύμασιν litteris Græcis.

ECCILLA. }
ECCILLUM. } V. in *Ecce*.
ECCISTUM. }

ECCLESIA, æ, f. *an assembly, congregation, meeting of people*, ἐκκλησία, apud Græcos præsertim est cœtus et congregatio populi convenientis ad audiendum de republ. Latina *concio*: ab ἐκκαλέω, evoco, convoco. *Plin.* l. 10. ep. 111. Denariorum circiter undecim millia donata ei publice, et bule, et ecclesia consentiente. *h. e.* et Senatu, et populo. *Caius in epit. Institution.* tit. 1. Si aut testamento, aut in ecclesia, aut ante Consulem manumittantur. ¶ Et cœtus quilibet. *Auson.* epist. 24. v. 93. tum prata virentia, tum nemus umbris Mobilibus, celebrique frequens ecclesia vico. ¶ Apud Christianos Scriptores Ecclesia, *the church*, est congregatio Fidelium. *Tertull. Lactan. Augustin.* &c. ¶ Item locus, quo orandi causa conveniunt, *a church, place of religious worship*, *Aurelian. Imp. in quadam epist.* apud *Vopisc.* c. 20. Quasi in Christianorum Ecclesia, non in templa deorum omnium tractaretis. *Ammian.* l. 21. cap. 2. (*al.* 4.) *extr.* Progressus in eorum Ecclesiam, solemniter numine orato, discessit. Adde *sub fin.* l. 28. ¶ Non imitandus *Venant. Fortun.* qui secundam syllabam corripuit, nisi confugias ad synæresim, l. 3. carm. 6. v. 24. Ecclesiæ juncto corpore crescit honor. Neque *Paulin. Nolan.* qui extrito altero *c* primam corripuit in *Nat.* XIII. *S. Felicis edit. Murator.* v. 32. Intra Romuleos veneratur Eclesia fines. Adde *in poem. ult.* v. 153. *et in carm.* 15. v. 117.

[† ECCLESIASTERIUM, ii, n. ἐκκλησιαστήριον, locus conventibus celebrandis destinatus. *Vitr.* 7. 5. v. *Bald.*

ECCLESIASTES, concionator, ἐκκλησιαστής. *Tertull. de Monog.* c. 3.]

ECCLESIASTĬCUS, a, um, adject. *ecclesiastical*, ad Ecclesiam pertinens. *Tertull. de Pudic. c. ult.* Pacem ecclesiasticam alicui reddere.

ECCUM, ECCOS. V. in *Ecce*.

ECDĬCUS, i, m. *a syndic, proctor, solicitor of a community*, ἔκδικος, ultor, vindex, defensor, assertor. *Ecdici* in Municipiis erant, qui Romæ Tribuni plebis, qui scilicet plebis causam adversus injuriam Optimatum, vel suarum civitatum jura apud Magistratus populi R. tuebantur. *Cic.* l. 13. *Fam.* ep. 56. Se curaturum, ut Ecdici Milesii Romam mitterentur. Adde *Plin.* l. 10. ep. 111. [Hi Latine dicuntur *defensores civitatum* in lemmate *Cod.* l. 1. tit. 55. et *ibid.* leg. 2. et 7. Ibidem agitur de eorumdem conditione, electione et officiis.]

ECFĀTUS, pro effatus est *Ennii* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 20. et *Non.* c. 4. n. 196. ubi tamen libri alii *effatus*.

ECFĔRO, pro effero *Pareus* testatur legi in quibusdam MSS. non modo apud *Plaut. Mil.* 2. 5. 53. et *Aulul.* 4. 5. 4. &c. sed etiam apud *Cicer. Fam.* 9. ep. 2. et *Attic.* l. 8. ep. 3. *a med.* Sic *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 176. mysteria ecferre foras. ¶ Eadem ratione *ecfodere* pro *effodere* dictum est. V. *Effodio.*

ECFODĬO. V. *Effodio.*

ECHĒA, *vel* Echeia, orum, n. ἠχεῖα, vasa ærea in theatris collocata ad reddendam vocem agentium fabulas, vel canentium, et consonantiorem faciendam: ab ἦχος, sonus. *Vitruv.* l. 5. c. 5. sed Græca vox est.

ECHENĒIS, is, f. *a small fish which, by sticking to the keel or rudder of a vessel, was supposed to stop its sailing*, ἐχενηΐς, genus pisciculi, quem Latini remoram appellant, ab ἔχω, habeo, retineo, et νηῦς, Ionice, pro ναῦς, navis, quia per aquam navem sistere credita est, ei adhærens, quamvis immensam, et velo et remis concitatam, ne possit iter institutum peragere. *Plin.* l. 9. c. 25. et l. 32. c. 1. *Lucan.* l. 6. v. 674. puppim retinens, Euro tendente rudentes, In mediis echeneis aquis. *Ovid. in Halieut.* v. 99. Parva echeneis adest (mirum) mora puppibus ingens.

ECHIDNA, æ, f. ἔχιδνα, vipera femina, uti mas *echis* Græce, παρὰ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῇ τὴν γονὴν ἄχρι θανάτου, quod continet in se fetum usque ad mortem, idest donec pulli nimiam moram pertæsi, eroso matris utero, parenteque necata, erumpant. Nam et Latine *vipera* vocatur a quibusdam, quia *vi parit.* *Ovid.* 13. *Metam.* v. 313. Stipite te Stygio, tumidisque afflavit echidnis E tribus una soror. ¶ Accipitur etiam pro quovis serpente, et præcipue pro hydra illa Lernæa, quæ ab Hercule interfecta est. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 405. Sanguine centauri Lernææ sanguis echidnæ Mixtus.

ECHIDNÆUS, a, um, ad echidnam pertinens. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 409. Illud Echidnææ memorant e dentibus ortum Esse canis. *h. e.* Cerberi. Al. leg. *Echidnæi*: alii *Lernæi*: alii per echidnæam canem ipsam Hydram intelligunt.

ECHINADES, dum, f. hod. *Curzolari*, vel *Cozzulari*, insulæ quinque parvæ maris Ionii, ante os sinus Corinthiaci, inter ostia Acheloi fluvii Acarnaniæ, et Araxum promontor. Peloponnesi. Harum una Dulichium, alia Same nominatur. *Plin.* l. 2. c. 85. et lib. 4. c. 12. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 588. Continuam diduxit humum, partesque resolvit In totidem, mediis quot cernis Echinadas undis.

ECHINĀTUS, a, um, adject. *covered or set with prickles, echinated*, operculo spinoso veluti echini tectus. *Plin.* l. 15. c. 23. Castaneis armatum echinato cortice vallum est. *Id.* l. 27. c. 9. In cacumine capitula sunt echinata spinis. et lib. 22. c. 9. Echinata folia.

ECHINOMĒTRA, æ, f. ἐχινόμητρα, echinorum genus, spinis longissimis, calycibus minimis, colore rufo, vel vitreo. *Plin.* lib. 9. c. 31.

ECHINOPHŎRA, æ, f. genus conchæ. *Plin.* l. 32. c. 11.

[* ECHINŎPOS, odis, ἐχινόπους. V. *Chenopos* in *Appendice.*]

ECHĪNUS, i, m. *a sea-urchin*, ἐχῖνος, piscis quidam ex cancrorum genere, cui spinæ pro pedibus sunt, cui ingredi est in orbem volvi: a Græca voce allata. Capitur fere inter saxa. *Plin.* l. 9. c. 31. ¶ Item animal terrestre, spinis undique vestitum, *al.* erinaceus, *a hedge-hog, urchin, echinus*, quod *Isid.* l. 12. c. 6. marino nomen dedisse putat. *Claudian. de hystrice*, v. 18. Sed non hæc acies ritu silvestris echini Fixa manet. ¶ Item ornamentum in capitulis columnarum Ionicarum, et Doricarum, quia castanearum ordinatim in patentes echinos dispositarum imaginem præ se ferunt, *a member or ornament in architecture, so called from its resembling the thorny coat of a hedge-hog, or the prickly rind of a chestnut.* *Vitruv.* l. 4. c. 3. et 7. V. *Anulus* in fin. ¶ Item genus vasis, quod alii æreum volunt esse, in quo calices lavantur, alii ollam fictilem, alii vas salis, alii lignum cum uncinis, in quo calices ponuntur, alii ampullam vitream, alii scorteam, a rotunditate echini se in pilam colligentis, vel quod echini in eo sculpi consueverint. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 117. Astat echinus Vilis, cum patera guttus, Campana supellex. ¶ Item cortex spinosus castanearum. *the rough prickly rind of chestnuts.* *Calpurn.* eclog. 2. v. 83. Maturis nucibus virides rumpentur echini. Adde *Pallad. de insit. tit. de amygd.* et *Serv. ad Ecl.* 7. v. 53.

ECHĬON, ἔχιον, medicamentum ex vipera (quæ Græce ἔχις) combusta, feniculo, ture, ad suffusiones oculorum, et caligines. *Plin.* l. 29. c. 6.

ECHIONĪDES, æ, m. Ἐχιονίδης, filius Echionis, qui fuit unus e Cadmi sociis in Thebis condendis, ut *Ovid.* 3. *Metam.* v. 125. narrat. *Id. ibid.* v. 513. Pentheus Echionides. *Stat.* 4. *Theb.* v. 568. illum (*Penthea*) Flet pater, et lacerum componit corpus Echion.

ECHIONĬUS, a, um, ad Echionem pertinens, de quo in voce præced. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 345. Echionio cuspis contorta lacerto. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 301. Sævus Echionia ceu Penthea Bacchus in aula Deserit. *Id.* l. 8. v. 343. Echionius hydrus. *h. e.* quem Cadmus Thebarum auctor interfecit: ex cujus satis dentibus Echion natus est. *Id.* l. 7. v. 554. Echionii dentis semina. V. *Cadmus.* ¶ Sumitur et pro Thebano. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 5. v. 53. Echioniæ arces. *Stat. Theb.* 1. v. 169. Echionia plebs. Adde *Virg.* 12. *Æn.* v. 515. Sic Echionius Bacchus, *Pallad. de insit.* v. 45. h. e. qui Thebis præcipue colebatur, et matrem habuit Semelem Cadmi Thebanorum regis filiam.

ECHĬOS, f. herba duplicis generis: alia pulegio similis foliis coronata: alia lanugine spinosa distincta, cui capitula viperæ similia sunt. *Plin.* l. 25. c. 9. *wild borrage, or vipers' bugloss.*

ECHĪTES, æ, m. ἐχίτης λίθος, lapilli species, qui vipereas habet maculas, colore viridi subobscuro. *Plin.* l. 37. c. 2. ¶ Item herba, quæ morsibus viperinis medetur, similis scammonio. *Plin.* l. 24. c. 15. *a herb like scammony.*

ECHĪTIS, is, f. gemma a vipera nomen habens, quæ ἔχις dicitur. *Plin.* l. 37. c. 11.

ECHO, us, f. *the return or repercussion of any sound, an echo*, ἠχώ, soni, vel vocis repercussio: ab ἠχέω, sono, resono. Latinis dicitur *imago.* *Horat.* l. 1. od. 12. v. 4. Quem deum, cujus recinit jocosa nomen imago? ¶ Poetæ fabulantur, Echo Nympham fuisse, hanc a Junone brevissimo vocis usu esse punitam, quod eam longo sermone tenere solita esset, ne Nymphæ a Jove amatæ ab illa deprehenderentur: cum deinde a Narcisso, cujus amore deperibat, spreta fuisset, longo mœrore contabuisse, et corpore demum in saxum converso, nihil nisi vocem retinuisse. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 339. *et sequentib.* ¶ Fit præcipue in convallibus, et locis concameratis, ubi resultat aer, et acceptæ voces numerosiore repercussu multiplicantur. Non enim ibi liberum habet vagandi campum, sed rerum objectu reflectitur. In quibusdam locis etiam pluries multiplicantur. Ex. g. in urbe Cyzico turres septem acceptas voces multiplicant: et Olympiæ porticus fuit, quam Heptaphonon appellabant, quoniam septies, eadem vox ibi reddebatur. *Plin.* l. 36. cap. 15.

ECHOĬCUS, a, um, adject. ad Echo pertinens, ut Echoici elegi, apud *Sidon.* l. 8. ep. 11. *post carmen.* Ita legit *Sirmond.* antea enim *Eschoici* legebatur. Tale esse putat *Sirmond.* illud cujusdam *Pentadii* distichon: *Per cava saxa sonat pecudum mugitibus Echo, Vocque repulsa jugis per cava saxa sonat.* ¶ In Centimetro *Servii* pag. 1826. *Putsch.* Echoicum metrum est, quoties sonus ultimæ syllabæ congruit pænultimæ, ut *Exercet mentes fraternus gratia rara.*

ECLIGMA, atis, n. *an electuary, eclegma, lohock, lingtus, lambative, medicine to be sucked or licked*, ἔκλειγμα, medicamentum, quod fit lingendi gratia, non edendi, aut devorandi, ut cum aliquid in ore tenetur, et paulatim distillando transmittitur: a λείχω, lambo, lingo. *Plin.* l. 21. c. 21. *de thymo.* In ecligmate faciles exscreationes facit, cum aceto et sale. *Id.* l. 24. c. 7. Pix exscreationes pectoris adjuvat ecligmate.

ECLIGMATĬUM, ii, n. parvum ecligma. *Theodor. Priscianus* l. 1. c. 17.

ECLIPSIS, is, f. *an eclipse*, ἔκλειψις, deliquium, defectio: ab ἐκλείπω, deficio. Eclipsis Lunæ cum sol per interpositionem terræ ita Lunæ opponitur, ut illam illuminare non possit: eclipsis Solis, cum Luna inter Solem, et nostrum aspectum interponitur. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 22. Solis eclipses magis mirantur quam Lunæ, quia hæ crebriores sunt. V. *Senec.* l. 5. *de benef.* c. 6. *circa med.* ubi Solis eclipsim describit. ¶ Quoties in oratione aliquid deest, quod facile subintelligi possit, *eclipsis* dicitur: quod quidam vitium esse putarunt; *Quintil.* l. 8. c. 6. figuram: quod certe verum est, si nullam pariat obscuritatem. Hinc eclipsis est illud *Virg. Æn.* 1. v. 139. Quos ego. ubi deest *affligam*, aut *ulciscar*, ut ait *Servius ibid.* et *ad vers.* 69.

ECLIPTĬCUS, a, um, *pertaining to an eclipse*, ἐκλειπτικός, ad eclipsim pertinens. *Plin.* l. 2. c. 16. Stationes stellarum fieri in mediis latitudinum articulis, quæ vocant ecliptica. scilicet quia ibi contingere eclipses solent. *Manil.* l. 4. v. 816. et 846. Ecliptica signa. *h. e.* quæ eclipsim patiuntur. *Serv. ad Virg.* 10. *Æn.* v. 216. Sol cursus agit per Eclipticam lineam, quæ Zodiacum bifariam dividit. *the ecliptic; an imaginary line in the heavens, in which the sun was supposed to perform his annual course.*

ECLŎGA, æ, f. ἐκλογή, electio, delectus: item ipsa res delecta et selecta: ab ἐκλέγω, eligo, deligo. Hoc nomine Scriptores nonnulli appellarunt singula poemata breviora, quæ edebant in vulgus, quasi essent electa e multis, quæ in eo genere scripsissent, et non edidissent. *an eclogue; any short poem.* *Plin.* l. 4. ep. 14. *ad fin.* Proinde sive epigrammata, sive edyllia, sive eclogas, sive, ut multi, poemata, seu quod aliud vocare malueris, licebit voces: ego tantum hendecasyllabos præsto. *Varr.* apud *Charis.* l. 1. pag. 97. *Putsch.* Eclogas ex Annali descriptas. *Stat. in præfat.* l. 3. *silvar.* Summa est ecloga, qua mecum secedere Neapolim Claudiam meam exhortor. et *in præfat.* l. 4. Juncta est ecloga ad municipem meum Julium Menecratem, cui gratulor, &c. *Auson. in epist. præfixa Edyll.* 6. Quid ego huic eclogæ studiose patrocinor? *Id. in epist. præfixa Edyll.* 11. eclogam vocat odem decimam nonam lib. 3. *Horatii.* Sic *Auctor vitæ Horat.* (qui vulgo *Sueton.* creditur) *a med.* Expressitque eclogam, cujus initium est, Cum tot sustineas, et tanta negotia solus. *h. e.* epistolam primam libri secundi. *Al. leg.* elogium. *Sidon.* l. 9. ep. 1. carm. 1. Vernans per varii carminis eclogas, Verborum violis multicoloribus. *h. e.* per varia carminum genera. *Virgilii* quoque Bucolica *Eclogæ* inscribuntur: quarum exemplo factum est, ut omnia poematia pastoralia hoc nomine hodieque vocentur. [† V. *Edyllium.*

ECLOGARĬUS, a, um, adject. *Eclogarium* inscripsi[t] *Auson.* unum ex libris suis, in quo est collectio breviorum poematum, excerptorum, atque selectorum ex pluribus quæ in eo genere ipse composuerat: ab ἐκλογή, delectus ¶ *Eclogarii*, quorum mentio apud *Cicer.* lib. 16. *ad Attic.* ep. 2. *extr.* videntur aliis servi litterati, veluti anagnostæ qui ex libro qui recitabatur, celeriter selecta quædam, [e]t notatu digniora excipiebant, excerpebantque: aliis ips[i] qui in libro interloquentes inducebantur. Sed locus *Cicero*nis obscurior est, et lectio varia. [Ponamus ipsius *Cicero*nis verba, quo facilius, quid significent, cognoscatur. I[n] Gloria (*h. e.* opus de Gloria) misi tibi. Custodies igitu[r] ut soles; sed notentur eclogarii, quos Salvius, bonos a[u]ditores nactus, in convivio duntaxat legat. Ex iis appar[et] *eclogarios* esse locos insigniores, quod quidem bene respo[n]det iis, quæ idem *Cic. ad Att.* l. 16. ep. 11. habet. N[os]trum opus (de Gloria) tibi probari lætor; ex quo ἄν[θη] ipsa posuisti, quæ mihi florentiora visa sunt tuo judic[io]. Si vero *eclogarios* servos fuisse admittas, tunc *Grono*[vii] emendationem recipias oportet, qui legit *notent ecloga*[rii]: sed quomodo cohærent ea quæ sequuntur? *quos Salviu*[s in] *convivio legat.* Tu videris, quænam ex hisce interpreta[tio]nibus sit admittenda.]

ECNEPHĬAS, æ, m. *a tempestuous wind issuing from* [a] *cloud; a tornado, hurricane*, ἐκνεφίας, ου, ὁ, ventus ex n[ube] discissa erumpens: ab ἐκ, et νέφος, nebula. Sic dic[itur] procellæ genus, quam pluribus describunt *Senec.* l. [5.] *quæst. nat.* c. 12. et *Plin.* qui sic habet l. 2. c. 48. V[e]ni majore illati pondere incursuque, si late siccam rupere [nu]bem, procellam gignunt, quæ vocatur a Græcis ecneph[ias].

sin vero depresso sinu arctius rotati effregerint, sine igne, hoc est sine fulmine, vorticem faciunt, qui typhon vocatur, idest vibratus ecnephias.

E CONTRA. V. in *Contra*.

ECPHŎRA, æ, f. *a jutting out in building*, ἐκφορά, prominentia, projectura. *Vitruv.* l. 6. cap. 2. Columnarum projecturæ, mutulorum ecphoræ. *Id. sub fin.* l. 3. Omnes ecphoræ venustiorem habent speciem, quæ quantum altitudinis, tantundem habent projecturæ.

ECPHRASTES, æ, m. ἐκφραστής, qui edisserit, enarrat, interpretatur, ex una in aliam linguam vertit. Vox Græca, ab ἐκφράζω, edissero. Opusculum *Fulgentii Planciadis* in editione *Gothofredi* ita inscribitur: Libellus de prisco sermone ad Chalcidium Grammaticum Timæi Platonis ecphrasten.

ECPYRŌSIS, is, f. ἐκπύρωσις, a πῦρ, ignis, Græce est inflammatio. Latinis litteris scripta legitur in verbis *Nigidii* apud *Serv. ad Virg. Ecl.* 4. v. 10. et *ad Ecl.* 6. v. 41. ubi mundi totius inflammatio significatur.

ECQUANDO, adverb. *when? at what time? whether at any time?* ἤ ποτε, quando, an aliquando, num aliquando? *Cic. Agrar.* 2. c. 7. Quæro a populari Tribuno plebis, ecquando nisi per triginta tribus creati sint. *Liv.* l. 3. c. 67. *ad fin.* Ecquando unam urbem habere licebit? *Cic.* 4. *Verr.* c. 17. Quæ, malum, ista fuit amentia? ecquando te rationem factorum tuorum redditurum putasti? ecquando his de rebus tales viros audituros existimasti? *Propert.* l. 2. el. 7. v. 39. Ecquando ne tibi liber sum visus? an usque In nostrum jacies verba superba caput? *when did I ever appear free?*

ECQUIS, ecquæ, ecquod, ecquid, *who? what? any*, ἦτις, nunquis, vel an aliquis, ab *et*, et *quis*: vel ab *en*, et *quis*, ut *Prisciano* l. 1. pag. 556. *Putsch.* placet. *Cicer. Attic.* l. 7. ep. 8. Quod quæris, ecquæ spes pacificationis sit. *Id.* 4. *Acad.* c. 26. *extr.* Ecquæ poterit in agnoscendo esse distinctio? *Id.* 2. *de Invent.* c. 12. *extr.* Ecquæ consuetudo, ecquæ actio, ecquod artificium. *Terent. Eun.* 5. 9. 1. Ecquis me vivit fortunatior? *where is the man, who,* &c. *Cic. Verr.* 5. c. 57. Ecquod judicium Romæ tam dissolutum? *Id. pro Mur.* c. 33. Eccui non proditur revertenti? *Id. Fam.* 8. ep. 15. Ecquem Cæsare acriorem audisti? *Id.* 4. *Verr.* c. 27. *ad fin.* Ecquam rem putatis esse in Sicilia, &c.? *Id. ibid.* c. 62. Rogato, ecquid in tuam statuam contulerit? *what, if any thing.* et 7. *Fam.* ep. 11. Heus tu, quid agis? ecquid fit? *are you about any thing or nothing?* ¶ In recto masculino dicitur et *ecqui*. Sic enim habent opt. edit. apud *Cicer. Verr.* 6. c. 8. Ecqui pudor est? ecqui metus? Adde *pro Sext.* c. 52. ¶ Et in feminino etiam *ecqua*. *Plaut. Men.* 1. 2. 26. Ecqua in istac pars inest præda mihi? et *Mil.* 3. 1. 199. Ecqua ancilla est illi? *Ovid.* 4. *Fast.* v. 488. hac gressus ecqua puella tulit? *Al. leg.* siqua. Adde non unum ex allatis *Cicer.* locis, item *Verr.* 6. c. 8. et 11. in quibus alii reponunt *ecqua*. nec analogia repugnat: nam et *aliqua*, et *siqua* dicitur. ¶ In plurali num. *Stat.* 10. *Theb.* v. 215. Ecqui aderunt, quos ingenti se attollere fama non pigeat? ¶ *Ecquid* interdum ponitur pro num, numquid, an non. *Cic. Fam.* 7. ep. 17. Quid agatis, et ecquid in Italiam venturi sitis hac hieme, fac plane sciam. *is it your intention to visit Italy,* &c. *Terent. Andr.* 5. 2. 30. Age Pamphile, exi Pamphile: ecquid te pudet? *Ovid.* 3. *Trist.* el. 3. v. 47. Ecquid, ut audieris, tota turbabere mente? *Liv.* l. 4. c. 3. Ecquid sentitis in quanto contemptu vivatis? *do ye not perceive? Ovid.* 3. *Trist.* el. 7. v. 11. Tu quoque, dic, studiis communibus ecquid inhæres? *Cic. Attic.* l. 2. ep. 2. Sed heus tu, ecquid vides, calendas venire, Antonium non venire? Adde *Liv.* l. 27. c. 10. ¶ *Ecqui* pro *ecquid*. *Cic. Tuscul.* 1. cap. 8. Ecqui ergo intelligis, quantum mali de humana conditione dejeceris? Al. leg. *ecquid*.

ECQUISNAM, ecquænam, ecquodnam, ecquidnam, *what, whether any man, woman, or thing*, idem quod ecquis, addita solum majori quadam vi interrogandi. *Cic. in Vatin.* c. 16. Audire a te cupio, ecquid audieris, ecquisnam tibi dixerit, C. Cæsarem dixisse, &c. *Id.* 4. *de Fin.* c. 24. Illud dubium, ad id, quod summum bonum dicitis, ecquænam fieri possit accessio. *Id. in Top.* c. 21. *ad fin.* Cum quæritur, ecquidnam honestum sit, ecquid æquum. *Catull. carm.* 28. *ad Verann. et Fabull.* v. 6. Ecquidnam in tabulis patet lucelli Expensum? *Auct. ad Herenn.* l. 2. ep. 17. *ad fin.* Quærendum erit, ecquonam modo obsisti potuerit.

ECQUO, *whither, to what*, quonam, ποῖ. *Cic. Phil.* 13. c. 11. Ecquo te tua virtus provexisset? ecquo genus?

ECSTASIS, is, f. *excessive joy, ecstacy, rapture*, ἔκστασις, excessus mentis extra se positæ. Vox Græca. *Tertull. de Anim.* c. 45. Hanc vim ecstasim dicimus, excessum mentis, et amentiæ instar. *Augustin. de Gen. ad litt.* c. 12. Quando avertitur, atque abripitur animi intentio a sensibus corporis, ecstasis est. *Hieron. in proœm.* l. 1. *Commentar. in Esaiam.* Neque vero, ut Montanus somniat, Prophetæ in ecstasi sunt locuti. ¶ Scribitur et *extasis*.

ECTASIS, f. ἔκτασις, productio, extensio: ab ἐκτείνω, extendo. Ita dicitur figura poetica, qua syllaba correpta contra rationem producitur. *Charis.* l. 4. p. 249. *Putsch.* et *Diomed.* l. 2. p. 436. sed uterque Græce: Latine *Servius ad Æn.* 10. v. 473.

ECTHLIPSIS, is, f. ἔκθλιψις, apud Grammat. est figura poetica qua littera *m* simul cum vocali præcedenti ob vocalem, vel diphthongum sequentem eliditur, ut in illo *Pers.* sat. 1. O curas hominum, o quantum est in rebus inane! Vox Græca, ab ἐκ, et θλίβω, tero. *Charis.* et *Diomed. loc. citatis* in voce præced.

ECTRŌMA, atis, n. abortus: a τιτρώσκω, lædo. Vox Græca, qua utitur *Tertull. advers. hæret.* c. 7. [*ECTROMA, atis, n. Delenda quæ sequuntur, et hæc reponenda.* Vox Græca, a τιτρώσκω lædo, vulnero, quam quidam interpretantur *abortum*. Translate videtur usus hoc verbo *Tertullian. advers. hæret.* c. 7. Et quod proxime Valentinus proposuit, unde Deus? scilicet de enthymesi, et ectromate: *to wit an invention of caprice and distorted fancy*.

ECTRŎPA, æ, f. ἐκτροπή, diverticulum viæ: a τρέπω, verto. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 422. Et, ne erraremus, ectropas esse multas; omnino tutum esse, sed spissum iter.

ECTȲPUS, a, um, *engraven with relief or rising work, embossed*, ἔκτυπος, insculptus, ut imago exstet. Sunt qui *ectypa* intelligunt, quæ ἐκ τύπου, hoc est quæ non scalpello, sed typo, seu forma premendo, calcandoque imprimuntur, sive deinde depressa appareant, sive exstantia. Verum si de gemmis sermo sit, non videntur hæ facile, et sola impressione, sine scalpro figurari posse. *Senec.* l. 3. *de Benef.* cap. 26. Cœnabat Paulus prætorius, imaginem Tiberii Cæsaris habens ectypam, et eminente gemma. *Al. leg.* ectypa. *Plin.* l. 37. c. 10. *post med.* Hæ sunt gemmæ, quæ ad ectypas scalpturas aptantur. *Id.* l. 35. c. 12. Primus personas extremis tegularum imbricibus imposuit, quæ inter initia protypa vocavit. Postea idem ectypa fecit. Hoc postremo *Plinii* loco non est sermo de imaginibus scalpello efformatis, sed typo, seu forma in cera, aut ligno, aut creta impressis.

ECULĔUS. V. *Equuleus*.

E D

EDACĬTAS, atis, f. *voracity, greedy eating, gormandizing, devouring, edacity*, πολυφαγία, ingluvies, voracitas. *Cic. ad Q. Fr.* l. 3. *ep. ult. extr.* Edacitatem pueri pertimesco. *Plaut. Pers.* 1. 2. 7. Neque edacitate eos quisquam poterat vincere.

EDAX, acis, *eating much, voracious, gluttonous*, ἀδδηφάγος, vorax, ab edo. *Cic. pro Flacc.* c. 17. Edacem hospitem amisisti. *Colum.* l. 6. c. 2. *ad fin.* Boves multi cibi edaces. *Senec.* ep. 60. Vastissimorum, edacissimorumque animalium aviditatem vincere. ¶ Sumitur sæpe translate, ut Curæ edaces, *Horat.* l. 2. od. 11. v. 18. *h. e.* quæ habentes macerant, et consumunt. *wasting, consuming.* Sic Livor edax, *Ovid.* 1. *Amor.* el. 15. v. 1. tempus edax rerum, *Id.* 15. *Metam.* v. 234. Et eod. sensu Edax senium, *Prudent. in Apoth.* v. 1141. Ignis edax, *Virg.* 2. *Æn.* v. 758. ¶ Est etiam idem quod rapax. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 420. Cervos petit Umbro venator edaci. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 6. v. 33. Edax vultur. *ravenous, rapacious.*

EDEĀTRÆ, qui præsunt regiis epulis, ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων. *Festus.* Alii scribunt *edeatræ* a recto plural. ἐδέατροι.

EDECIMĀTUS, et Edecumatus, a, um, *chosen, select*, electus, præstans: quasi e decem selectus. *Festus:* Edecimata, electa. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 5. *extr.* Probavere omnes Q. Aurelii judicium, quo edecumatos elegit sodales. et lib. 2. c. 1. Joci ex multijugis libris decumati.

EDECĬMO, *et* Edecumo, as, a. 1. *to pick out every tenth person, decimate, choose, select*, eligo, seligo, quasi ex decem. *Symmach.* l. 5. ep. 81. (*al.* 83.) Ut equos ex Hispania lectissimæ nobilitatis edecument. Adde lib. 9. ep. 21. (*al.* 23.)

EDENTĀTUS, a, um, *having the teeth drawn out, edentated*, ἀποδοντωμένος, dentibus privatus. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 3. Scommata minus aspera, quasi edentatæ belluæ morsus.

EDENTO, as, a. 1. *to deprive of teeth, strike or knock out the teeth*, ἀποδοντόω, edentulum facio excussis dentibus. *Plaut. Rud.* 3. 2. 53. Nimis velim, improbissimo homini malas edentaverint.

EDENTŬLUS, a, um, *with few or no teeth, toothless*, ἀνόδους, qui sine dentibus est. [*Martian. Capell.* l. 4. pag. 116. *Grot.* Edentulum non illum dicimus, qui dentes non habet, sed cui natura inest, ut habeat ex illo tempore, quo natura permittit, ut habeat. Nam neque lapidem recte dicimus edentulum, qui nunquam dentes habet; neque infantem, qui quamvis aliquando habere possit, nondum tamen illo tempore ut habeat, natura permittit. Sed tamen etiam de infantibus dixit *Arnob.* l. 3. pag. 108. Edentulos Deos esse parvulorum ritu credendum est? ¶ De vetulis *Plaut.* &c.] *Plaut. Casin.* 3. 2. 20. Propter operam illius improbi edentuli. *Id. Mostell.* 1. 3. 118. Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt. *Prudent. in Rom. peristeph.* 10. v. 305. Edentularum cantilenæ. ¶ Translate Vinum edentulum, apud *Plaut. Pœn.* 3. 3. 86. dicitur, quod vetustissimum est, vel potius quod vires non habet ad inebriandum. *old, racy.* Sic *Alexis* apud *Eustath. ad Odyss.* B. Οἶνον τὸν παλαιότατον σπουδάζομεν, ὅτι οὐ δάκνει, ἀλλὰ ἱλαροὺς ποιεῖ.

EDĔPOL, *et* Ædepol, *by Pollux, by my faith*, νὴ τὸν Πολυδεύκη, adverb. jurandi per Pollucem, pro *medepol*, h. e. *me deus Pollux adjuvet*: vel si diphthongus placeat, *per ædem Pollucis.* Fuit juramentum olim feminarum proprium, ex initiis Eleusiniis acceptum: paulatim vero, ex inscitia antiquitatis, a viris quoque usurpatum, ut *Varr. Gell.* l. 11. c. 6. docet. *Terent. Andr.* 1. 2. 5. Quæso edepol Charine. *Id. Hecyr.* 1. 2. 8. *Sy.* Salve mecastor Parmeno. *Pa.* et tu edepol Syra. *Id. Phorm.* 5. 1. 8. Certe edepol meæ nutricem gnatæ video. *Plaut. Mil.* 4. 1. 41. Edepol hæc quidem bellula est. *Id. Mostell.* 5. 1. 34. Imo edepol negat profecto. *Id. Asin.* 3. 2. 14. Næ illa edepol memorari possunt. ¶ Pro *edepol* dictum est etiam *epol*, ut *ejuno, ecastor* &c. Itaque *epol* a multis legitur variis in locis *Plauti*, et *Terentii*, et *Cæcil.* apud *Non.* c. 2. n. 354. tametsi ubique dubia est lectio.

EDĔRA. V. *Hedera*.

EDĪCO, is, ixi, ictum, n. 3. *to declare publicly, tell or speak plainly, speak out, relate*, παραγγέλλω, διαγορεύω, ab *e*, et *dico*, quasi extra dico, publice et aperte dico, expono. *Terent. Eun.* 5. 5. 20. Dico, edico vobis, nostrum illum esse herilem filium. *Cic. de Amic.* c. 16. Alius igitur finis veræ amicitiæ constituendus est, si prius, quid maxime reprehendere Scipio solitus sit, edixero. *Id. Attic.* l. 1. ep. 18. *extr.* Ne absens censeare, curabo edicendum et proponendum locis omnibus. *Sallust. in Catil.* c. 49. Jussus a consule, quæ sciret, edicere. ¶ Item jubeo. *to command, order. Terent. Eun.* 4. 7. 33. Miles, edico tibi, ne vim facias ullam in illam. ¶ Sæpissime dicitur de Magistratibus aliquid publice jubentibus. *to order by an edict, publish by edict:* et præcipue de Prætoribus jus publice dicentibus. *Cic.* 4. *Verr.* c. 27. Si quis eum pulsasset, edixit, se se judicium injuriarum non daturum. *Id.* 3. *Offic.* c. 20. Id, quod communiter compositum fuerat, solus edixit. *Id. in Pison.* c. 8. Consulem edicere, ut Senatus Senatusconsulto ne obtemperet. *Id.* 6. *Phil.* c. 1. Edicere justitium. *Id.* 2. *Q. Fr.* ep. 2. Comitia a. d. XI. cal. Februar. *Liv.* l. 2. cap. 52. Duo millia æris damnato multam edixerunt. *Id.* l. 3. c. 38. *sub fin.* Senatum in diem posterum edicunt. Al. aliter leg. *Id.* l. 8. c. 36. *ad fin.* Dictator prædam omnem edixerat militibus. *Id.* l. 31. c. 11. Edicere exercitui diem ad conveniendum. *Id.* l. 26. c. 18. diem Comitiis. et *in fi. libri.* Tarraconem omnibus sociis edixerat conventum. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 91. Edicere de cæremoniis. *Sueton. in Calig.* c. 26. de natali. *Liv.* l. 10. c. 36. Edicto, ut quicumque ad vallum pergeret, pro hoste haberetur. ¶ Cum infinito. *Sil.* l. 7. v. 313. Cornibus arentes edicam innectere ramos. et vers. 527. propere capere arma maniplis edicit. ¶ *Edicere* dicebantur Prætores, qui initio Magistratus proponebant, ac denuntiabant, qua formula, et quibus de rebus in jus eo anno essent dicturi. V. *Edictum. Cic.* 2. *de Fin.* c. 22. *a med.* Est enim tibi edicendum, quæ sis observaturus in jure dicendo. ¶ *Edice* in imperativo pro *edic* habent *Virg.* 11. *Æn.* v. 463. et *Stat.* 12. *Theb.* v. 598. ¶ *Exdeico* legitur in veteri S. C. de Bacchanalib. prisco et obsoleto scribendi more. [¶ Particip. *editurus* apud *Liv.* l. 22. c. 33. Se in eum diem comitia edicturum.]

EDICTĀLIS, le, ad edictum pertinens, ut Edictalis lex, Edictalis bonorum possessio, *h. e.* edicto delata &c. apud *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 6. leg. 1.

EDICTĬO, onis, f. idem ac edictum. *Plaut. Capt.* 4. 1. 31. Basilicas edictiones atque imperiosas habere. Adde *Pseud.* 1. 2. 10.

EDICTO, as, avi, atum, a. 1. *to declare, pronounce, publish, tell, inform, make known*, ἐπιφάσκω, eloquor, enuntio: frequent. ab *edico*, quod interdum pro simplici accipitur. *Plaut. Epid.* 1. 2. 2. Atque amorum summam edictavi tibi. et *Amph.* 2. 2. 184. Tute edictas facta tua, ex me quæris quid deliqueris.

EDICTUM, i, n. *an edict, proclamation, mandamus, ordinance, order, charge, injunction*, διάταγμα, jussum, litteræ Consulum, Prætorum, et Ædilium Curulium, Tribunorum plebis, et aliorum Magistratuum, quibus aliquid imperatur: ab *edico*, quod est promulgare, jubere. *Cicer. pro Quint.* c. 19. Quod Prætor non fieri, sed ex edicto suo fieri jubet. *Id. ibid.* c. 23. Si ex edicto possedisti. *Id. pro Flacc.* c. 28. Sanxit edicto, ne frumentum ex Asia exportari liceret. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 239. Edicto vetare. *Cic. Verr.* 3. c. 41. Hereditatem alicui condonare edicto. *Liv.* l. 28. cap. 25. Proponere edictum, ut &c. ¶ Nomine Edicti potissimum Edicta Prætorum intelliguntur. Hi, ut scirent cives, quod jus de quaque re dicturi essent, et quomodo dicturi essent, formulam quandam Kal. Jan. proponebant, quæ *Edictum Prætoris* dicebatur. Primis temporibus hæc Edicta mutare Prætoribus licuit. Sed tamen id probri loco Verri *Cicero* objecit, cum dixit, eum ne ex Edicto quidem suo jus semper dixisse. Post lege C. Cornelii Tribuni pleb. anno U. C. DCLXXXVI. cautum est, ut ex Edictis suis perpetuis Prætores jus dicerent, ut narrat *Ascon. in argum. orat. pro C. Cornel.* Quare quod semel Edictum promulgaverant Prætores Urbani, id iidem sine reprehensione mutare in provincia, siquam postea obtinuissent, non potuerunt. Porro præter Edictum hoc perpetuum, erant Edicta Prætoris peculiaria, quæ in re peculiari dabantur: quorum

passim in libris *Digest.* exempla leguntur. *Pers. in fin.* sat. 6. His mane edictum, post prandia Callirhoen do. *h. e.* mando, ut mane in foro versentur, in litibus et actionibus forensibus occupati. [¶ Nomine *Edicti Perpetui* significantur Leges et Edicta collecta a *Salvio Juliano* jussu *Adriani* imperatoris ann. a Christo nato CXXXI. Cum enim tunc temporis alii aliter in provinciis jus dicerent, iidemque prætores inter se pugnantia sæpe sancirent, communem veluti judiciorum regulam Imperator proposuit; estque propterea *Edictum Perpetuum* totius Romanæ jurisprudentiæ fundamentum; nihilque ex eo immutatum usque ad tempora Constantini imperatoris. Hujus fragmenta in editione *Digestorum* collegit *Dionysius Gothofredus*; idemque *Edictum Perpetuum* restituit *Guilelmus Ranchinius.* De eo multa *Heineccius*, aliique. *M. Salvio Juliano* titulum posuerunt Mediolanenses, quem vide apud *Murator.* pag. 338. De hoc titulo alii alia, *Marinius* tamen *Fratr. Arval.* pag. 220. eum vocat *apertamente finto.* (*a plain forgery.*)] ¶ Est etiam edictum privati hominis, *a command. Terent. Heaut.* 4. 1. 10. Primum hoc te oro, ne quid credas me adversus edictum tuum facere esse ausum. ¶ Ponitur interdum pro simplici enunciatione. *Senec.* ep. 117. *ante med.* Non corpus est, quod nunc loquor, sed enunciativum quiddam de corpore, quod alii effatum vocant, alii enunciatum, alii edictum.

EDICTUS, a, um, *proclaimed, pronounced, published, declared publicly*, denuntiatus, indictus. *Plin.* l. 12. c. 19. Edicto mercatu rex vendit. *Cic.* 2. *Q. Fr.* ep. 2. Comitia edicta.

EDILIS, le, *eatable*, ἐδώδιμος, ad esum pertinens. *Gell.* l. 17. c. 11. Ut edilia quidem omnia defenderet ab arteria. Al. leg. *edulia.*

EDISCO, is, edidici, a. 3. *to learn thoroughly, learn by heart, commit to memory*, ἐκμανθάνω, memoriæ mando. *Cic.* 1. *Tuscul.* cap. 11. Ut non legantur modo, sed etiam ediscantur. *Senec. in fin.* ep. 123. Hæc discenda, imo ediscenda sunt. *Cic.* 4. *Acad.* cap. 44. Ediscendus ad verbum libellus. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 368. Ediscere vultus alicujus. *to mark, observe, take notice of.* ¶ Edidici, memoria teneo, *recollect. Tibull.* lib. 2. eleg. 2. v. 12. Jam reor hoc ipsos edidicisse deos. Adde *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 7. v. 4. ¶ Pro simplici disco, perdisco, *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 179. dum tempore, et usu Fortiter edisco tristia posse pati. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 144. veræ numerosque modosque ediscere vitæ. ¶ Pro intelligere vel audire, *Ovid.* 13. *Metam.* v. 246. Edidici, quid perfida Troja pararet.

EDISSERĀTOR, oris, qui edisserit, et explanat. *Auson. in prol. septem Sep. in fin.* sed si memoria Rebus vetustis eludit, veniet ludius Edisserator harum, quas teneo minus. Al. leg. *Edissertator.*

EDISSERĀTUS. V. *Edissertatus.*

EDISSĔRO, ris, erui, ertum, a. 3. *to declare, tell in order, set forth, explain*, plane dissero, διεξίημι, explano, declaro. *Cic. de clar. Orat.* c. 17. Quis docendo edisserendoque subtilior? *Id.* 2. *de Leg.* c. 22. Neque necesse est edisseri a nobis, quæ finis funestæ familiæ, &c. *Liv.* l. 27. c. 7. Productus in concionem Lælius eadem edisseruit. Al. aliter leg. *Id.* l. 34. cap. 52. Senatus Quintio ad res gestas edisserendas datus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 149. mihique hæc edissere vera roganti. *h. e.* ordine cuncta narra. *Servius.* [¶ Particip. *edisserens, edisserturus* apud *Tacit.* 3. *Hist.* c. 52. Cunctandi utilitates edisserens. *Justin.* l. 31. c. 5. Professus est, se viam gerendi belli edisserturum.]

EDISSERTATĬO. V. *Dissertatio.*

EDISSERTĀTOR. V. *Edisserator.*

EDISSERTĀTUS, a, um, *set forth, explained, treated of*, explanatus, expositus. *Arnob.* l. 1. pag. 34. Illa sunt ab hominibus scripta, mortalibus edissertata sermonibus. *Tertull. de resurr. carn.* c. 33. Nullam parabolam non ab ipso invenias edissertatam. Al. leg. *edissertam*, alii *edisseratam.*

EDISSERTĬO, onis, f. edissertatio, dissertatio. *Hieron. in* cap. 21. *Matth.* Vestis Apostolica vel doctrina virtutum, vel edissertio Scripturarum intelligi potest. V. *Dissertatio.*

EDISSERTO, as, a. 1. frequent. ab edissero. *to tell or declare plainly or particularly. Plaut. Amph.* 2. 1. 52. Ordine omne, uti quidque actum est, edissertavit.

EDISSERTUS, explanatus. V. *Edissertatus.*

EDITĬO, onis, f. *a putting out, setting forth, publishing*, ἔκδοσις, actus edendi, seu publicandi, omniumque oculis exponendi. *Cic. pro Planc.* c. 15. et 16. Editio judicum vel tribuum. *the nominating, naming, or declaring.* V. *Edo. Liv.* l. 4. c. 23. In tam discrepanti editione et Tubero, et Macer libros linteos auctores profitentur. *naming of consuls. Tacit. Ann.* 3. cap. 37. Diem editionibus, noctem conviviis trahere. *exhibitions of games. h. e.* editionibus ludorum: quo sensu usurpant etiam *Vopisc. in Carino*, c. 20. et *Symmach.* l. 4. ep. 8. et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 404. n. 2. ¶ De emissione librorum, *an editing, publishing. Senec.* l. 4. *de benef.* c. 28. *a med.* Monumenta ingeniorum publicavit editio. *Quintil. in epist. ad Tryphon.* Horatius in arte poetica suadet, ne præcipitetur editio. *not to publish too hastily. Id.* l. 5. c. 11. *sub fin.* Versus Homeri, qui tamen non in omni editione reperitur. *in every edition. Plin.* l. 3. ep. 15. Libelli editione digni. *worthy of publication.* Adde lib. 1. ep. 2. ¶ Editio partus, apud *Tertull. advers. Jud.* c. 1. est ipsa pariendi actio. Sic Editio fetus apud *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 1. leg. 70. Apud JCtos *editio* est exhibitio, et ostensio actionis, qua actor reum in jure convenit. *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 13. *qui est* de edendo, leg. 1. Editiones sine die et consule fieri debent. Sic *Id. ibid.* leg. 4. Editio rationum. *a show, statement.* ¶ Editio operarum, apud *Nerat. Dig.* lib. 38. tit. 1. leg. 30. est exhibitio, et præstatio operarum, quæ quis alicui debet, inserviendo ei, cui obnoxius est, et sui artificii munus fungendo.

EDITITIUS, *vel* Editicius, a, um, *named, allowed, set forth, published*, qui editur, hoc est promulgatur, aut exhibetur. *Edititii judices* apud *Cicer. pro Planc.* c. 15. et pro *Mur.* c. 23. sunt, inquit *Serv. ad Ecl.* 3. *Virg.* v. 50. quos una pars eligit. *judges, or umpires, chosen by one party.* Plenius autem ita dicuntur, qui in causa sodalitatis (de qua *pro Planc.* sermo est) ab accusatore delecti ex omni populo exhibebantur reo, ut judicarent. Lege enim Licinia cautum erat, ut in crimine sodalitatis a solo accusatore judices ederentur, neque delecti ex solo ordine judicantium, ut in ceteris causis, sed ex omni populo, præsertim vero ex iis Tribubus, quæ a reo largitionibus corruptæ esse dicerentur: qui judices, sine ulla rejectione a reo facta, judicarent, ut colligitur ex *Cicer. pro Planc.* c. 15. 16. et 17. quam rem Ser. Sulpitius etiam in causa ambitus contra Murenam tentaverat, ut *Id. pro Mur.* c. 23. docet.

EDĪTOR, oris, m. *he who puts forth*, qui edit, h. e. emittit. *Lucan.* l. 2. v. 423. Nocturnæ editor auræ. Loquitur de fluvio nebulas gignente. ¶ Editores munerum, sive ludorum *Vopisc. in Carino, c. ult. exhibiters.* Quo futuros editores pudor tangeret, ne patrimonia sua mimis et balatronibus deputarent. *Capitolin. in Anton. Philos.* c. 23. Populi R. voluptates curari vehementer præcepit per ditissimos editores.

EDĪTUS, us, m. editio, ejectio. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 55. *a med. in sexto casu sing.* In quibusdam provinciis editu boum ad hanc rem utuntur. *h. e.* stercore.

EDĪTUS, a, um, adject. altus, excelsus, *high, lofty*, ὑψηλός. *Cic.* 6. *Verr.* c. 48. Locus præcelsus atque editus. *Cæs.* l. 1. c. 7. *B. Civ.* Locis editioribus occupatis. *Hirt. de B. Alex.* cap. 31. Editissimus locus. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 46. Edita montium. ¶ Ex edito, *from on high. Plin.* l. 31. c. 3. *a med.* Quod ex edito quidam speculantur. ¶ In edito, *on an eminence. Sueton. in Aug.* c. 72. Erat illi locus in edito singularis. ¶ Accipitur etiam pro exhibito, promulgato, *published, uttered, declared, exhibited, spread abroad, promulgated*, ἔκδοτος. *Vellei.* l. 2. c. 94. Editis virtutum experimentis. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 29. Editus in vulgus. *Cic. Tuscul.* 3. c. 1. Editus in lucem. ¶ Item pro electo, ut Editi judices, *Cic. pro Planc.* cap. 17. V. *Edititius.* ¶ Viribus editior *Horatio* l. 1. sat. 3. v. 110. est superior. *superior in strength.* ¶ Est etiam editus, natus, *born, sprung, descended. Horat.* l. od. et vers. 1. Atavis edite regibus. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 10. Edita de magno flumine Nympha. ¶ *Edita* absolute, mandata, edicta, jussa. *commands, injunctions, mandates. Id.* 11. *Metam.* v. 647. Morphea, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus Eligit. ¶ *Edita ætas* apud *Gell.* l. 3. c. 15. est acta, decursa, confecta: *past, spent, gone through*: ea ratione, qua *edere vitam* pro finire, dixit *Cic.* 5. *de Fin.* c. 2. Sunt tamen, qui apud *Gell.* aliter legunt.

ĔDO, is, et es, edit, et est, edi, esum, a. 3. *to eat*, ἐσθίω, φάγω, ἔδω, comedo, vescor. Multas personas, et tempora similia habet verbi *sum*: quæ hic subjicientur. *Cicer. Attic.* l. 13. *ep. ult.* Itaque edit, et bibit ἀδεῶς, et jucunde. *Cels.* l. 4. c. 17. *extr.* Edisse etiam lupinum et allium prodest. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 61. Bibite, este, effarcite vos. *Id. Cas.* 2. 3. 32. Bibe, es, disperde rem. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 57. Quinquennes oleas est, et silvestria corna. et vers. 116. Non ego (narrantem) temere edi luce profesta Quidquam præter olus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 3. Mergi pullos in aquam jussit, ut biberent, quoniam esse nollent. *Terent. Eun.* 3. 4. 2. Ut de symbolis essemus. *Cato R. R.* c. 156. Brassicam esto vel coctam, vel crudam. *Valer. Max.* l. 4. c. 3. *extr.* Si Dionysium adulare velles, ita non esses. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 35. Herbas in alvum congerunt formidolosas dictu, non esu modo. *Id. Stich.* 1. 3. 29. Nulli negare soleo, si quis esum me vocat. *invites me to dinner.* ¶ Significat etiam absumere, consumere, corrodere. *to waste, consume, eat up, prey upon, corrode. Virg.* 1. *Georg.* v. 151. ut mala culmos Esset rubigo. *Id.* 5. *Æn.* v. 683. lentusque carinas Est vapor. ¶ Translate *Id.* 4. *Æn.* v. 66. Est mollis flamma medullas. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 364. pulcrum longissima quando Robur cura ducis, magnique edere labores. *Martial.* l. 11. epigr. 92. Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi. *Sil.* l. 13. v. 665. nec edunt oblivia laudem. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 39. si quid est animum, differs, &c. *Virg.* 12. *Æn.* v. 801. Nec te tantus edat tacitam dolor. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 1. Nimium libenter edi sermonem tuum. *h. e.* attente et avide audivi, hausi, devoravi. Græci quoque dicunt φαγεῖν ῥήματα. ¶ Infinitum *esse* pro *edere* ponitur pro passivo *edi*, et cum aliis infinitis passivis jungitur in illo *Plauti Mostell.* 4. 2. 42. et 43. Triduum unum haud est intermissum hic esse, et bibi, scorta duci, pergræcari. Sunt tamen, qui cum *Lambino* leg. *essi et bibi.* ¶ *Estur* passive pro *editur*, *Cels.* l. 5. c. 27. sect. 3. Colubra ipsa tuto estur. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 1. v. 69. Estur ut occulta vitiata teredine navis. ¶ Alias præterea personas similes verbi *sum* afferunt Grammatici, *es* pro *edis*, *estis* pro *editis*, *estote edite*, *essem ederem.* Docent etiam, quæ ab *edo* declinata usurpantur, Veterum esse: quæ verbi *sum* similia, recentiorum, et magis usitata. *Diomed.* l. 1. pag. 357. *Putsch. Priscian.* l. 10. pag. 893. et *Serv. ad Virg. cit.* lib. 4. *Æn.* ¶ Particip. *esurus*, *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 37. Inter serpentes, aprosque, avidosque leones Jactor, et esuros terna per ora canes. Adde *Plaut. Rud.* 1. 2. 93. ¶ Aliud particip. *esus, a, um*, agnoscitur a *Gell.* l. 9. cap. 6. ¶ *Eserim* pro *ederim* tribuitur *Apuleio* l. 4. *Metam.* Quamquam hordeum jurulentum semper eserim. Al. leg. *ederim.* ¶ *Esus sum* in præter. pro *edi*, *Solin.* c. 17. (*al.* 27.) *ad fin.* Quas (*carnes*) ubi esæ sunt (*tigres*) fauces earum angina obsidentur. ¶ In supino *estum* quoque dici pro *esum*, docet *Priscian. loc. cit.* ¶ *Edim, is, it*, pro *edam* Comicum est. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 16. *Pœn.* 3. 1. 34. (ubi *edimus* pro *edamus*) et 4. 2. 45. *Capt.* 3. 1. 1. et alibi: item *Cæcil. Nov.* (qui *editis* dixit pro *edatis*) et *Pompon.* apud *Non.* c. 10. n. 18. Tribuitur et *Virg. Æn.* 12. v. 801 item *Horat.* epod. 3. v. 3. sed dubia lectione. *Cic.* dixit *comedim.* V. [¶ Particip. *edens* et *edendus* apud *Ovid.* 2. *Met.* v. 768. Videt intus edentem Vipereas carnes. et *Heroid.* epist. 11. v. 90. Viscera montanis ferret edenda lupis.]

ĒDO, is, edidi, editum, a. 3. *to utter or put forth*, ἐκδίδωμι, ab *e*, et *do*, quasi extra do, emitto, profero. *Cic.* 2. *de Divin.* cap. 23. Edere magnum clamorem. *Id.* 2. *Q. Fr.* ep. 10. miros risus. *Colum.* l. 5. cap. 6. Ulmus edit frondem. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 444. dulces modos. *to sing. Id.* 4. *Metam.* v. 587. questus. *to plain, lament. Id.* l. 9. v. 207. gemitus. *to groan.* et lib. 4. v. 450. latratus. *to bark.* et lib. 2. v. 669. hinnitus. *to neigh. Valer. Flacc.* l. 5. v. 457. Cum se Sole satus patriis penetralibus edit. *h. e.* exit. *Al. leg.* infert. *Liv.* l. 38. c. 13. Meander ex arce Celænarum ortus, in sinum maris editur. *h. e.* erumpit, influit. *Colum.* l. 2. cap. 15. *de stercore.* Quod gallinæ ceteræque volucres edunt. *h. e.* egerunt. *Plin.* l. 28. c. 4. Edere urinam. ¶ Edere corpus in equum, est attollere. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 114. Ipse tamen velox celerem super edere corpus Gaudet equum. *to spring upon his horse.* Hinc *editus*, altus. ¶ Pro *mori* eleganter dicimus cum *Tullio Phil.* 12. cap. 9. Extremum vitæ spiritum edere. et *pro Sext.* c. 38. animam. et 5. *de Fin.* c. 2. vitam. ¶ Pro parere. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 52. Edere partum. Et poetice *Virg.* 7. *Æn.* v. 660. quem partu sub luminis edidit oras. *brought into the light. Ovid.* 6. *Metam.* v. 336. edidit geminos. *bore. Virg.* 8. *Æn.* v. 137. Electram maximus Atlas edidit. *h. e.* genuit. *Vetus Poeta* apud *Cicer.* 2. *de Divin.* c. 30. Edere luci. Alius apud *eund.* 1. *Tuscul.* c. 48. Edi in lucem. *to be born.* ¶ Pro ferre, gignere. *to bear, yield, produce. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Oves nullum fructum edere ex se, sine cultu hominum, et curatione potuissent. *Sueton. de Grammat.* c. 23. Vitem manu ejus institutam satis constat trecenta sexaginta vasa edidisse. ¶ Pro fari, dicere. *to speak. Virg.* 5. *Æn.* v. 799. Saturnius hæc edidit. *spoke thus.* et 7. *Æn.* v. 194. Atque hæc ingressis placido prior edidit ore. *Valer. Flacc.* l. 4. v 24. tales edere voces. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 8. Quas hic voce apud Sophoclem in Trachiniis edit? *into what lamentations does he not break out? Ovid.* 4. *Fast.* v. 318. Ho edit, crine jacente, sonos. et vers. 910. Edidit hæc Fla men verba. ¶ Ponitur etiam sæpe pro dicere, narrare exponere, proferre. *to declare, show, tell, relate, set forth Cicer.* 3. *de Leg. cap. ult.* Edant et exponant, quid in ma gistratu gesserint. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 61. Quid tame ista velit sibi fabula, si licet, edam. *Id. ibid.* sat. 4. v. 1(et *Ovid.* 3. *Metam.* v. 580. Edere nomen et patriam al cujus. *Ovid. in Ibin*, v. 61. quis sis, nondum quærentibu edo. *Id.* 3. *Fast.* v. 855. Mittitur ad tripodas, certa q voce reportet, Quam sterili terræ Delphicus edat ope *h. e.* monstret. *Cic.* 2. *de Legib.* cap. 7. *extr.* Leges ede tur a me non perfectæ, sed summæ rerum. *h. e.* proferar recitabo. *Liv.* l. 5. c. 36. et *Curt.* l. 10. cap. 8. *a me* Edere mandata alicujus. *to execute his commission. Cic. Offic.* c. 22. Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nu re alia, nisi avaritia perituram. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 91. Ede causam, cur, &c. *Id.* 1. *Amor.* el. 1. v. 1. Arma et be edere. *h. e.* describere, dicere, canere. ¶ Pro exhibe dare. *Liv.* l. 28. c. 21. Munus gladiatorium edere. *to e hibit. Tacit.* 1. *Ann.* c. 15. proprio sumptu ludos. *Id. A* 14. c. 17. et *Sueton. in Cæs.* c. 44. spectaculum. *Suet in Galb.* cap. 6. elephantos funambulos. *h. e.* spectar exhibere. *Id. in Cæs.* cap. 39. venationes. ¶ Pro di gare. *to publish, put out, give out, spread abroad. Cic. clar. Orat.* c. 5. Ut illos de republica libros edidisti. 4. *Acad.* c. 4. Edere librum contra aliquem. *Id. pro Sul* 15. Tabulas dividi passim, et pervulgari, atque edi pop imperavi. *Nep. in Datam.* c. 6. Edit in vulgus, suo ju

Mithrobarzanem profectum. ¶ Pro præbere, ostendere. *Terent. Eun.* 5. 7. 21. Uterque in te exempla edent. *h e.* novis, dirisque cruciatibus, quæ pro exemplis narrentur, aut quæ documenta sint ceteris, te punient. *Donatus. Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. cap. 2. Edere exemplum severitatis. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 31. Omnia exempla cruciatus edere in aliquem. Adde *Liv.* l. 29. cap. 9. *extr.* ¶ Pertinet etiam ad rem forensem. *Edere* enim dicuntur, qui vel formulam actionis proferunt, qua jus suum sunt persecuturi, vel tabulas, testes, rationes exhibent judicii causa. *to present, produce, shew. Cic. pro Quint.* c. 20. Judicium quin acciperet in ea ipsa verba, quæ Nævius edebat, non recusasse. *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 13. *qui est* de edendo leg. 1. Edere est copiam describendi facere, vel in libello complecti, et dare, vel dictare. Adde *ibid.* sexcenta in hanc rem. Huc pertinent illa *Plin.* l. 10. ep. 22. Annos et censum alicujus edere. *h. e.* profiteri. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 3. *a med.* Edere rationes alicui. *to make a reckoning or account. Id. pro Quint.* c. 24. et 29. aliquem sibi socium. *h. e.* publice vel scripto, vel coram magistratu aliquem sibi socium esse profiteri. ¶ *Edere judices* est, judices nominare et seligere, qui in aliqua causa sententiam ferant: *edere tribum* est nominare tribum, ex qua judices deligantur. Speciatim vero in causa sodalitatis, tribum et judices edere dicebatur accusator, ut in *Edititius* dictum est. *Cicer. pro Planc.* c. 15. 16. et 17. ¶ Aliquando est dare, præstare. *Liv.* l. 5. c. 4. Annua æra habes, annuam operam ede. *Id.* l. 3. c. 63. Castigati fortium statim virorum operam edebant. ¶ Item frequenter facere, patrare, committere. *to do, achieve,* quoniam et do hanc vim habet. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 13. *extr.* Edere minas. *Id. pro Sext.* c. 27. scelus in aliquem. *Liv.* l. 5. c. 13. *sub fin.* cædem. et lib. 21. c. 43. certamen. et lib. 25. c. 16. *ad fin.* pugnam. *Virg.* 9. *Æn.* v. 785. strages. et vers. 527. funera. ¶ Denique pro extra dare, hoc est expellere. *Hygin.* fab. 192. Quas Lycurgus ex insula Naxo ediderat. [¶ Particip. *edens, editurus, edendus* apud *Ovid.* 9. *Met.* 207. Sæpe illum gemitus edentem, sæpe frementem videres. *Suet. in Tib.* c. 14. Cum Livia, an marem editura esset, variis captaret ominibus. *Cic.* 1. *ad Fam.* epist. 9. *ad fin.* Quos libros jam pridem ad te misissem, si edendos putassem.]

EDO, onis, mas. *a great eater, glutton, gormandizer,* φάγος, edax, manduco. *Varr.* apud. *Non.* cap. 1. n. 237. Edones Romam, ut turba incendat annonam.

EDOCENTER, adverb. διδασκαλικῶς, docendi more, ad docendum utiliter. *Gell.* l. 16. cap. 8. In eo nihil edocenter, neque ad instituendum explanate scriptum est.

EDŎCĔO, es, cui, ctum, *to teach, instruct carefully,* διδάσκω, diligenter doceo. *Sallust. in Catil.* c. 49. Eadem fere, quæ Vulturcius, de paratis incendiis, de cæde bonorum, de itinere hostium Senatum edocet. *Liv.* l. 24. c. 24. Ordine omnia edocere. ¶ Item *to direct, shew. Cic.* 3. *Tuscul. c. penult.* Edocuit tamen ratio, &c. *Sallust. in Catil.* c. 16. Juventutem multis modis mala facinora edocebat. Adde *Sutton. de Grammat.* cap. 3. et 18. et *Plin. in Paneg.* c. 26.

EDOCTUS, a, um, *taught, instructed, informed, apprized, certified. Liv.* l. 25. c. 40. Edoctus belli artes sub magistro. *Sallust. in Catil.* c. 45. Edoctus omnia per legatos. *Lucan.* l. 1. v. 587. Fulminis edoctus motus, venasque calentes Fibrarum, &c. *skilful, practised, versed, conversant. Liv.* l. 38. c. 36. Rogationi cum tribuni intercederent, edocti, populi esse non Senatus jus, destiterunt incepto.

EDOLĀTUS, a, um, perfecte dolatus. *Colum.* l. 8. c. 11. Partes summæ lingulas edolatas habent. ¶ Translate *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 422. Vix duo homines decem mensibus edolatum unum reddunt puerum: contra una pestilentia puncto temporis immanes acervos facit.

EDŎLO, as, avi, atum, a. 1. *to cut smooth, hew plain, polish, finish, make perfect,* καταξέω, perfecto dolo, polio: et translate perficio. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 47. Quod jusseras, edolavi. *Varr.* apud *Non.* c. 6. n. 1. Ego unum libellum non edolem, ut ait Ennius?

EDOMĀTOR. V. *Enodator.*

EDOMĬTUS, a, um, adject. omnino domitus. *tamed, subdued, brought into subjection. Ovid.* l. 3. *de ar. am.* v. 114. Domiti Orbis opes possidere. *Plin.* l. 33. c. 3. *extr.* Æs edomitum igni. *Colum.* l. 9. c. 4. *a med.* Agrestis pastinaca, et ejusdem nominis edomita. *h. e.* sativa. *Sil.* l. 3. v. 531. edomiti labores. *overcome, surmounted.*

EDŎMO, as, ui, itum, a. 1. idem quod domo, vel omnino domo. *to tame, subdue, conquer. Cic. de Fato,* cap. 5. Vitiosam naturam ab eo sic edomitam, et compressam esse doctrina. *Horat.* l. 4. od. 5. v. 22. Mos et lex maculosum edomuit nefas. *h. e.* delevit, sustulit. *Plin.* l. 17. c. 19. Ramum oleæ edomari omni tempore, meditatione curvandi. [¶ Particip. *edomandus* apud *Symmach. orat. in Gratian.* c. 6. Audio in edomandis equis equites inscios aptius essedis colla conjungere.]

EDON, onis, m. Ἠδὼν, ῶνος, mons Thraciæ, scilicet pars Hæmi, Edonis Thraciæ populis vicina. *Serv. ad Æn.* 12. v. 365. ¶ *Plinio* est *Edonus, i,* l. 4. c. 11. *ad fin.* ¶ Est qui scribit *Ædon.*

EDŌNI, orum, Ἠδωνοὶ, populi Thraciæ. *Plin.* l. 4. c. 11. Hinc *Horat.* l. 2. od 7. v. 27. Non ego sanius bacchabor Edonis. *scilic.* quia in Thracia Bacchi Orgia frequentabantur.

EDŌNIS, idis, f. Ἠδωνὶς, mulier ex Edonorum populo, seu ex Thracia. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 69. Protinus in silvis matres Edonidas omnes, &c. ¶ Dicitur et de Baccha, quia Threissæ mulieres Orgia Baccho maxime celebrabant. *a Bacchanal, Bacchanalian. Propert.* l. 1. el. 3. v. 5. Nec minus assiduis Edonis fessa choreis. ¶ Pænultimam corripuere per figuram systolen, *Sil.* l. 4. v. 778. Edonis ut Pangæa super trieteride mota It Juga, et inclusum suspirat pectore Bacchum. et *Lucan.* l. 1. vers. 675. qualis vertice Pindi Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo.

EDONĬUS, a, um. V. in voce sequenti.

EDŌNUS, a, um, Ἠδωνὸς, ad Edonos Thraciæ populos, et universim ad Thraces pertinens. *Virg.* 12. *Æn.* v. 365. Edoni Boreæ. *Ovid.* 4. *Trist.* el. v. 42. Dum stupet Edonis exululata jugis. *Id. de remed. amor.* v. 593. Edonus Bacchus. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 340. Edoni venti. *Stat.* 5. *Theb.* v. 78. Edonæ hiemes. *Id.* 12. *Theb.* v. 733. Edonus currus Martis. (Al. leg. *Edonii* tum hic, tum apud *Virg. loc. cit.* sed minus recte.) *Senec. in Herc. Œt.* v. 198. Edonæ silvæ. ¶ Pænultima potest etiam corripi. V. *Edonis.*

EDOR, olim dictum est ipsum ador, teste *Festo* in ea voce. V.

EDORMĬO, is, ivi, itum, n. 4. *to sleep much,* vel *to sleep soundly, take his fill of sleep,* κατακοιμάομαι, dormio ad satietatem. *Cic.* 4. *Acad.* c. 17. Cumque edormiverunt illa visa quam levia fuerint intelligunt. ¶ Edormire vinum, sive crapulam, est dormiendo concoquere. *to sleep away, sleep out, digest by sleeping. Cic.* 2. *Phil.* c. 12. Edormi, inquam, crapulam, et exhala. *Gell.* l. 6. c. 10. *extr.* Opperiri, donec discipuli nocturnum omne vinum edormiant. ¶ Edormire tempus. *to sleep away his time. Senec.* ep. 99. *ante med.* Ex hoc (tempore) quantum lacrimæ, quantum sollicitudines occupant! quantum valetudo, quantum timor! dimidium ex hoc edormitur. Sic *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 61. Cum Ilionam edormit. *h. e.* agit Ilionam edormiendo.

[*EDORMISCO, is, ere, n. 3. idem ac edormio. *Plaut. Rud.* 2. 7. 28. Abeo hinc, ut edormiscam hanc crapulam. *Id. Amphitr.* 2. 2. 64. Paulisper mane, dum edormiscat unum somnum. *h. e.* dum excutiat se a somno. *Terent. Adelph.* 5. 2. 11. Aliquo abeam, atque edormiscam hoc villi. *h. e.* concoquam dormiendo paululum hoc vini, quod bibi.]

EDŪCA. V. *Edulica.*

EDUCATĬO, onis, f. *a breeding up, fostering, nourishing, nurturing, rearing; education, instruction, learning,* ἀγωγὴ, ἐκτροφὴ, actus educandi, institutio et disciplina puerilis. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 31. Institutus liberaliter educatione doctrinaque puerili. *Id.* 3. *de Leg.* c. 13. Cum omni vitio carere lex jubeat, id difficile factu est, nisi educatione quadam et disciplina. *Plin.* l. 1. ep. 8. Libenter educationis tædium, laboremque suscipere. *Tacit. de Germ.* c. 10. Dominum ac servum nullis educationis deliciis dignoscas. ¶ Dicitur et de sola nutritione puerorum. *Plin.* l. 37. c. 10. *circa med.* Galactitis in educatione nutricibus lactis fecunditatem facere dicitur. ¶ Item arborum et pomorum. *Id.* l. 16. c. 25. Pariunt arbores, cum florent: educatio in pomo est. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 7. *a med.* Insertiones surculorum, pomorumque educationes. ¶ Item bestiarum. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 19. Bestiarum in fetu et in educatione labor. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 22. *extr.* Etiam feras inter se partus atque educatio conciliat.

EDUCĀTOR, oris, m. *he who brings up; a foster-father,* τροφεὺς, nutritor. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 34. Omnium autem rerum, quæ natura administrantur, seminator, et sator, et parens (ut ita dicam) atque educator, et altor est mundus. *Id. pro Planc.* c. 33. Quis, cui non educatores, cui non magistri sui, atque doctores cum grata recordatione in mente versentur. *Tacit. Ann.* 14. c. 3. Pueritiæ Neronis educator.

EDUCĀTRIX, icis, f. *she that brings up; a nurse,* quæ nutrit, atque educat. *Colum.* l. 8. c. 11. *a med.* Pulli pavonini cum educatrice transferantur in caveam. *Inscript.* apud *Donium* class. 14. n. 39. M. Curatius Zephyrinus fecit Barroniæ Galenæ educatrici. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Legib. c. ult.* Earum rerum parens est, educatrixque sapientia.

EDUCĀTUS, a, um, *educated, brought up,* ἐκτραφεὶς, ἐκπαιδευθεὶς, nutritus, institutus. *Cic. in Bruto,* c. 58. Filios Corneliæ apparet non tam in gremio educatos, quam in sermone matris. *Id.* 1. *de Orat.* c. 31. Homo ingenuus et liberaliter educatus. *Id.* 7. *Verr.* c. 19. Homo in Fecialium manibus educatus. et *Verr.* 5. c. 24. In dedecore natus, ad turpitudinem educatus. *Hirt. de B. Alex. c. ult.* Disciplinis regiis educatus. ¶ Item simpliciter nutritus. *Phædr.* l. 1. fab. 27. *extr.* Canis trivio conceptus, atque educatus stercore. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 13. *sub fin.* Educata hujus nutrimentis eloquentia, ipsa se postea colorat, et roborat.

EDUCĀTUS, us, m. idem ac educatio. *Tertull. in Resur. carn.* c. 60. in sexto casu singulari.

EDŪCO, as, avi, atum, a. 1. *to foster, maintain, bring up, nurture, educate,* ἐκτρέφω, nutrio. *Varr.* apud *Non.* c. 5. n. 105. Educit obstetrix, educat nutrix, instituit pædagogus. *Id. Non. cap. eod.* n. 5. Alere, inquit, est victu temporali vitam sustentare; educare autem, ad satietatem perpetuam educare. Hinc *Plaut. Men.* 1. 1. 22. Ille homo homines non alit, verum educat, recreatque. *Curt.* l. 8. c. 1. Hellanice, quæ Alexandrum educaverat, haud secus quam mater a rege diligebatur. *Plin.* l. 9. c. 13. Vitulus marinus educat mammis fetum. ¶ Accipitur sæpe pro nutriendo instituere. *to instruct, train, form. Plaut. Cistell.* 1. 3. 24. Educavit eam sibi pro filia bene ac pudice. *Quintil.* l. 1. *in proœm.* Si mihi tradatur educandus orator. ¶ Tribuitur et aliis rebus. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 97. Herbæ, quas humus educat. *produces.* et lib. 8. v. 830. et 1. *ex Pont. ep. ult.* v. 9. Quod mare, quod tellus appone, quod educat aer. *Catull.* carm. 62. *nupt.* v. 50. Vitis educat uvam. *Plin.* l. 16. c. 37. Licet populi vitibus placeant, et cæcuba educent. *Valer. Flacc.* l. 6. c. 712. si quis aquis, et fertilis ubere terræ Educat oleam. *Plin.* l. 10. c. 23. Ciconiæ genitricum senectam invicem educant. *h. e.* alunt, sustentant.

EDŪCO, is, uxi, ctum, a. 3. *to draw or lead forth,* ἐξάγω, extra duco, produco, extraho. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 4. Gladium e vagina educere. *Id.* 4. *Verr.* c. 51. Educere sortem. *to draw. Senec. in Phœniss.* v. 175. Educere oculos. *h. e.* eruere. *Cic.* l. 1. *Tuscul.* c. 29. Educi e custodia. *Id.* 1. *de Orat.* c. 40. Educere aliquem de Senatu. *Liv.* l. 8. c. 15. exercitum ab urbe. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 33. exercitum in expeditionem. *Cato* apud *Gell.* c. 13. l. 15. exercitum cohortatum foras. *Nepos in Milt.* c. 5. copias ex urbe. et *in Eumen.* c. 3. exercitum in aciem. *Cic.* 5. *Verr.* c. 47. aliquem in jus. (Et absolute eod. sensu 5. *Verr.* c. 65. Aditum est ad Metellum: eductus est Apronius: eduxit C. Gallius Senator.) *Id.* 3. *Q. Fr.* ep. 3. *sub fin.* Si nobiscum eum rus aliquo eduxerimus. *Sueton. in Aug.* c. 89. Quem grandem natu Apolloniam quoque secum ab Urbe eduxerat. *Plin.* l. 18. c. 19. *extr.* Colliciæ in fossas aquam educunt. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 8. Nisi si ad tintinnaculos voltis vos educi viros. *h. e.* duci ad carnifices, ad supplicium. ¶ Cum ablat. sine præposit. quæ latet in ipso verbo, *Virg.* 10. *Æn.* v. 744. Eduxit corpore telum. *he drew. Id.* 11. *Æn.* v. 20. pubemque educere castris. *Plin.* l. 2. c. 12. classem portu. *Id.* l. 7. c. 2. Milonem athletam, cum constitisset, nemo vestigio educebat. *h. e.* eo loco movebat, quo pedem posuerat. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 453. Educere aliquem leto. *h. e.* liberare. ¶ Et cum dativo. *Senec. de vita beata,* c. 2. *ad fin.* Ut me multitudini educerem, et aliqua dote notabilem facerem. ¶ Educere se, *h. e.* se proripere. *Terent. Hecyr.* 3. 3. 4. Qua me propter exanimatum citius eduxi foras. ¶ Significat etiam traducere, agere, *to lead, spend, pass. Valer. Flacc.* l. 1. v. 251. et *Stat.* 2. *Theb.* v. 74. Ludo educere noctem. *Propert.* l. 2. el. 7. v. 97. si forte pios eduximus annos. *Sil.* l. 11. v. 405. sub hiberno somnos educere cælo. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 371. nimbosque educere luxu. ¶ Item erigere, attollere, *to raise, rear. Virg.* 6. *Æn.* v. 177. aramque sepulcri Congerere arboribus, cæloque educere certant *Plin.* l. 19. c. 8. Thyrsus asparagi caulem educens. ¶ Item exhaurire, ebibere. *to empty, exhaust. Plaut. Stich.* 5. 5. 18. et 5. 6. 1. Educere poculum. *Id. Amph.* 1. 1. 174. hirneam vini meri educere. ¶ Item alere, educare, *to bring up, maintain, educate. Cic.* 2. *de Orat.* c. 28. Non est boni parentis, quem procrearit et eduxerit, eum non et vestire, et ornare. *Virg.* 8. *Æn.* v. 413. parvos educere fetus. *Terent. Adelph.* 1. 1. 23. Hunc adoptavi mihi, eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 32. Bene ego istam eduxi meæ domi, et pudice. ¶ Item gignere. *Senec. in Apocoloc. ante med.* Quæ patria, quæ gens mobile eduxit caput? ¶ Translate *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 90. Aurave distinctos educit verna colores. ¶ *Educe* pro *educ* habet *Plaut. Pers.* 4. 1. 11. et *Stich.* 5. 6. 1. *Educier* pro *educi*, paragoge est apud *Plaut. Trucul.* a. 5. v. 16. [¶ Particip. *educturus, educendus* apud *Cæs. de B. Gall.* l. 5. c. 47. Quanto cum periculo legionem ex hibernis educturus esset. *Cels.* l. 7. c. 7. n. 14. Postea educenda recta acus est.]

EDUCTĬO, onis, f. *a leading forth or out. Cato* apud *Fest.* in *Properam.* Tertia e castris eductio celeris, properaque est. Adde *Lactant.* l. 4. c. 10. *ante med.* ¶ *Pallad. in Jun.* tit. 7. Si apes unius uberis eductione pendebunt, noris, unum regem esse universis: si vero duo, vel plura ubera suspendens se populus imitatur, &c. *h. e.* conformatione examinis in modum uberis.

[*EDUCTOR, oris, m. *a foster-father,* idem ac educator. *Antonin.* apud *Fronton.* ep. 12. Sæpe audivi ex his, qui mihi eductores, aut magistri fuerunt.]

EDUCTUS, a, um, *drawn forth,* ἐξαχθεὶς, extra ductus, extractus. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 44. Lacus ita eductus, ut ad mare pervenire non possit. *drained. Ovid. Metam.* 11. v. 455. Pinus educta navalibus. ¶ Item erectus, sublatus, altus, *raised aloft, lofty. Virg.* 2. *Æn.* v. 460. summisque sub astra Eductam tectis turrim. *Senec. in Herc. Œt.* v. 494. Ultra nubes eductus Othrys. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 61. Instar montium eductæ pyramides. ¶ Ad illud *Virg.* 6. *Æn.* v. 630. Cyclopum educta caminis mœnia; V. dicta in *Cyclops.* ¶ Item altus, educatus, *educated, nourished, maintained, brought up. Terent. Andr.* 5. 4. 8. Adolescentuli libere

educti. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 15. Cassius severa patris disciplina eductus. Adde *Liv.* l. 21. c. 43. *a med.*

EDULCO, as, avi, atum, *to sweeten, dulcorate*, γλυκαίνω, dulce facio. *Cn. Mattius Poeta* apud *Gell.* l. 15. c. 25. et *Non.* c. 2. n. 295. Quapropter edulcare convenit vitam, Curasque acerbas sensibus gubernare.

EDULĬCA, æ, f. Dea, quæ pueris escam præbet. *Augustin.* 4. *de Civ. Dei*, c. 11. ubi al. leg. *Educa.* Eadem esse videtur cum *Edusa*, de qua infra. [Hæc eadem Dea vocatur Edulia a *Donato ad Terent. Phorm.* 1. 1. 15.]

EDULIS, le, *good to eat, eatable*, βρώσιμος, esui aptus. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 43. Vinea submittit capreas non semper edules. ¶ *Edulia, um*, res edules, *meat, food; any thing good to eat:* videntur autem significari omnia, quæ cibi gratia apponuntur, præter panem. *Afran.* apud *Non.* cap. 1. num. 117. Commercatis conquisite edulibus. *Varro* quoque habet l. 5. *de L. L.* c. 8. et *Gell.* lib. 7. c. 16. ¶ Dicitur etiam *edulium, ii. Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. Syncerastum est omne edulium, antiquo Græco vocabulo. *Gell.* l. 19. c. 9. Ubi eduliis finis, et poculis, mox sermonibus tempus fuit. *Sueton. in Calig.* c. 4. Pro eduliis, quæ tota urbe venirent, certum statumque exigebatur. *Apul. sub init.* l. 5. *Metam.* Eduliorum variorum fercula copiosa.

EDULĬUM. V. in voce præced.

EDŪRE, adverb. *very hardly, obstinately, unkindly*, dure. *Ovid.* 3. *de art. am.* v. 476. Nec tamen edure, quod petit illa, nega. *Alia lectio habet:* Nec tamen eduro, quod petit, ore nega.

EDURESCO, is, n. duros fio. Est *Cælii Aurelian. Acut.* lib. 2. cap. 34.

EDŪRO, as, avi, atum, a. 1. *to harden, harden greatly*, σκληρόω, valde durum facio, ad laborem assuefacio *Colum.* l. 11. c. 1. A pueritia rusticis operibus edurandus futurus villicus. Alii leg. *educandus.* ¶ Est etiam neutrum pro perdurare, *to last, endure. Senec. de brevitate vitæ*, c. 1. Ut quina, aut dena sæcula edurent. Al. leg. *educerent. Tacit. de Germ.* c. 45. Solis fulgor in ortus edurat. *Gell.* l. 14. c. 1. *ante med.* Ut neque tanto ævo potuerint edurare.

EDŪRUS, a, um, *hard, very hard*, σκληρὸς, durus, valde durus. *Virg.* 4. *Georg.* vers. 144. Eduramque pyrum, et spinos jam pruna ferentes. ¶ Translate *Ovid.* 2. *de art. am.* v. 527. Postibus eduræ supplex blandire puellæ. Al. leg. *et duræ. hard-hearted.* ¶ Quidam apud *Serv.* ad. 2. *Georg.* v. 65. *edurum* interpretantur, non durum, ut *enodis* est sine nodis. Sed deest his certus ad confirmandum Scriptoris locus.

EDŪSA, æ, f. Dea, quæ esui præerat, sicut Potina, Dea potus, Cuba Dea cubandi. Hisce tribus pueros initiare solebant, ubi primum e cunis, et a lacte transierant. *Varr.* apud *Non.* cap. 2. n. 310.

EDYLLIUM, et Idyllium, ii. n. *an idyl, short poem (chiefly pastoral)*, εἰδύλλιον, ab εἶδος, species, est poematium, quo aliquid describitur, et poeticis coloribus pingitur. Sic appellantur varia opuscula, brevia illa quidem, epigrammatis tamen longiora, singula singulis de rebus tractantia, ita ut unum ad alterum non referatur. Ita sua inscripsit *Ausonius*, in quibus varii argumenti carmen composuit, versus Paschales, Epicedion in patrem, suæ villulæ descriptionem, &c. [†V. *Ecloga.*] ¶ Rectius prima syllaba per *e* scribitur, quam per *i*, quia Græca dipthongus sæpius in illam, quam in hanc vocalem vertitur.

EETĬON, onis, m. Ἠετίων, pater Andromaches, qui apud Thebas Ciliciæ regnavit. Hinc

EETIONĒUS, a. um, adject. possess. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 110. Eetioneas implevi sanguine Thebas.

E F

EFFABĬLIS, le, adject. qui dici potest. *Apul.* in *Apolog.* Paucis cogitabilis, nemini effabilis. Adde *Virg. loc.* in *Affabilis.*

EFFÆCĀTUS, a, um, *purified from the dregs.* fæcibus purgatus. *Apul.* l. 2. *de doctr. Plat.* Purgata et effæcata animi voluptas.

EFFAFILĀTUM, exsertum, quod scilicet omnes exserto brachio sint exfilati, idest extra vestimentum filo contextum. Hæc *Festus:* ubi alii aliter legunt. V. *Expapillatus.*

EFFĀMEN, inis, n. dictio, pronunciatio, effatum. *Martian. Capell. in princ.* l. 4. Hæc quoque contortis stringens effamina nodis.

EFFARCĬO, *vel* Effercio, is, rsi, rtum, a. 3. *to stuff hard, cram*, σάττω, impleo, vel valde impleo. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 23. Intervalla hæc grandibus saxis effarciuntur. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 62. Bibite, este, effercite vos, saginam cædite.

EFFĀRI, atus sum, dep. 1. *to speak, speak out, utter*, φωνέω, ab *ex* et *fari*, loquor, dico. Ex *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 38. discimus, inter prisca, aut poetica enumerandum esse, ita tamen, ut aliquando in oratione dignitatem habeat, si loco ponatur. *Virg.* 4. *Æn.* v. 76. Incipit effari, mediaque in voce resistit. et vers. 456. Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori. *Id.* 6. *Æn.* v. 560. Quæ scelerum facies? o virgo, effare. et *Æn.* 10. v. 523. Et genua amplectens effatur talia supplex. *Liv.* l. 5. c. 15. *ad fin.* Celanda effando nefas contrahi. *h. e.* evulgando. *Lucret.* l. 5. v. 105. Sed tamen effabor: dictis dabit ipsa fidem res. *Plin.* l. 3. c. 21. Populorum pauca effatu digna, aut facilia nomina. *Lucan.* l. 8. v. 347. Nil animis fatisque tuis effabere dignum. Præterea *Effamini* habet *Arnob.* l. 7. pag. 248. *effaris, Apul.* l. 7. *Metam.* et *effantur, Id. de Mundo*, et *effantes, Id. ibid.* et *effor* dictum fuisse a Veteribus, testatur *Diomed.* l. 1. pag. 375. *Putsch.* ¶ Est etiam verbum Dialecticum, et significat pronuntiare, certis verbis efferre. *Cic.* 4. *Acad.* c. 30. Ut verum esse concedat, quod ita effabimur: aut vivet cras Hermachus, aut non vivet. (Hinc *effatum.*) *Id. pro Dom.* c. 55. *extr.* Neque institutas cæremonias persequi, neque verbum ullum solemne potuit effari. ¶ *Effari templum* dicuntur Augures, cum certis verbis ejus fines designant, et consecrant, ut *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. significare videtur. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 42. *extr.* Opinor augures nihil habere ad templum effandum. V. *Effatus.*

EFFASCINATĬO, onis, f. *a charming, bewitching*, idem ac fascinatio. *Plin.* lib. 37. cap. 10. Eam contra effascinationes auxiliari volunt. Adde lib. 19. c. 4.

EFFASCĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to charm, bewitch, fascinate*, βασκαίνω, idem quod fascino. *Plin.* l. 7. c. 2. Esse in Illyriis, qui visu quoque effascinent, interimantque quos diutius intueantur. *Gell.* l. 9. c. 4. Hominum familiæ voce atque lingua effascinantium.

EFFATĬO, onis, f. actus effandi. Affertur a *Servio ad Æn.* 3. v. 463. tanquam vox usitata in loquendo.

EFFĀTUM, i. n. *a dialectical proposition, maxim, axiom, avowed rule*, λεκτὸν, ἀξίωμα, pronunciatum, dictum. *Cic.* 4. *Acad.* c. 29. Fundamentum Dialecticæ est, quidquid enuntietur (id autem appellant ἀξίωμα, quod est quasi effatum) id verum esse aut falsum. *Senec.* ep. 117. *ante med.* Enuntiativum quiddam de corpore, quod alii effatum vocant, alii enuntiatum, alii edictum. ¶ *Effata vatum* sunt dicta, et vaticinia. *prophecies. Cic.* 2. *de Legib.* c. 8. Interpretari fatidicorum, et vatum effata incognita. ¶ *Effata augurum* sunt eorum certa verba, et preces, quibus locum aliquem sacrum esse effantur. *the solemn prayers of the augurs. Varr.* l. 5. *L. L.* c. 7. et *Serv.* ad 6. *Æn.* v. 197.

EFFĀTUS, a, um, particip. ab *Effari*, locutus. *having spoken. Virg.* 3. *Æn.* v. 463. Quæ postquam vates sic ore effatus amico est. ¶ Passive. *Liv.* l. 1. c. 24. Multis verbis fœdus peragit, quæ longo effata carmine non operæ est referre. *h. e.* pronuntiata, dicta. *expressed, uttered. Alii leg.* effatus. ¶ *Effatum templum* est ab Augure certis verbis, ac precibus definitum, designatum, et consecratum. *dedicated or consecrated by a set form of words. Cic.* 2. *de Legib.* c. 8. Urbemque, et agros, et templa liberata, et effata habento. *Fest.* in *Minora.* Templum est locus ita effatus, aut ita septus, ut ex una parte pateat, &c. *Liv.* l. 10. c. 37. *extr.* Fanum, idest locus templo effatus. *Gell.* l. 13. c. 14. Pomœrium est locus intra agrum effatum, per totius urbis circuitum, &c. et *ibid.* Intra effatos fines urbis includere. *Serv.* ad 6. *Æn.* v. 197. Effatus ager dicebatur, ubi captabantur auguria. *Id. ad Æneid.* 3. v. 463. Effata dicuntur loca sacra, id est ab auguribus inaugurata. ¶ *Ecfatus* quoque scriptum legitur.

EFFĀTUS, us, m. *an address, discourse*, affatus, sermo. *Apul.* l. 4. *Metam.* Effatu sanctæ vaticinationis accepto. *Al. leg.* affatu. *Tertull. de Anim.* c. 6. Ab anima est impingi pedes in incessum, oculos in conspectum, linguam in effatum.

EFFECTE, adverb. *perfectly, entirely*, perfecte. *Ammian.* l. 16. c. 5. (*al.* 6.) Cum hæc effecte pleneque colligeret. *Apul. in Florid.* n. 16. *extr.* (*al.* l. 3.) Sed de hoc tum ego perfectius, cum vos effectius. *h. e.* cum vos rem magis ad effectum perducetis. V. *Effete.*

EFFECTĬO, onis, f. *an effecting, causing, making*, ἀποτέλεσμα, actus efficiendi, efficientia. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 14. Quemadmodum opportunitas non fit major productione temporis, sic recta effectio (κατόρθωσιν enim ita appello, quoniam rectum factum κατόρθωμα) recta igitur effectio, item convenientia, denique ipsum bonum crescendi affectionem nullam habet. et cap. 7. Artis effectio. et 1. *Acad.* c. 2. Materia ea, quam fingit et format effectio.

EFFECTĪVE, *effectively, efficiently*, ποιητικῶς, efficiendo, opus aliquod edendo. *Quintil.* l. 2. c. 18. (*al.* 19.) Sed effective quoque aliquid simile, scriptis orationibus, vel historiis consequetur.

EFFECTOR, oris, m. *an effecter, causer, maker, doer*, qui efficit, ποιητής. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 33. Stilus est præstantissimus dicendi effector et magister. *Id. de Univ.* c. 5. *extr.* Effector mundi, molitorque Deus. et cap. 11. Horum operum parens et effector.

EFFECTRIX, icis, f. *she that effects or causes. Cic. de Fin.* l. 2. cap. 17. Pecunia est effectrix multarum et magnarum voluptatum. *Id. de Univ.* c. 10. Terra diei noctisque effectrix.

EFFECTUM. V. *Effectus, a, um.*

EFFECTUS, us, m. *an effect, result*, ἀποτέλεσμα, res effecta. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 9. Ut peccatum est patriam prodere, parentes violare, fana depeculari, quæ sunt in effectu; sic timere, mœrere, in libidine esse peccatum est, etiam sine effectu. *Planc. ad Coss. &c. Fam.* 10. ep. 8. Multa me, ut ad effectum horum consiliorum pervenirem, et simulasse invitum, et dissimulasse cum dolore. *to arrive at the end which I had in view. Liv.* l. 31. c. 46. *ad fin.* Opera in effectu erant circa Oreum. *the works were completed. Id.* l. 33. c. 33. *extr.* Hoc spe concipere, audacis animi fuisse; ad effectum adducere, virtutis. *to put in effect, put in execution. Id.* l. 40. c. 22. *extr.* Omni genere laboris, sine ullo effectu, fatigatis militibus. *without producing any effect. Ovid.* 2. *Amor.* el. 3. v. 16. Non caret effectu quod voluere duo. *it is not without effect, it comes to a conclusion. Phædr.* lib. 5. fab. 20. v. 5. Effectus impedit segnis mora. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 1. Effectus eloquentiæ est audientium approbatio. *Propert.* l. 3. el. 7. v. 27. Et tibi ad effectum vires det Cæsar. *h. e.* ut possis efficere. et eleg. 22. v. 10. Tabellæ semper effectus promeruere bonos. *have always produced a good effect. Senec.* l. 7. *de Benef.* c. 17. Quædam ejus conditionis sunt, ut effectum præstare debeant: quibusdam pro effectu est, omnia attentasse, ut efficerent. *Pallad. in Mart.* tit. 12. Si in primordiis effectui sibi cessisse senserit. *that an effect is produced.* ¶ Apud JCtos *cum effectu* est facto ipso, re ipsa. *Ulpian. Dig.* l. 2. tit. 2. leg. 1. Hæc verba, quod statuerit; cum effectu accipimus, non verbo tenus. *Paul.* l. 40. tit. 7. leg. 1. Fraus cum effectu, lege Ælia Sentia, accipitur. ¶ Est item *effectus* vis efficiendi, quæ in quaque re inest. *virtue, force, power, influence, efficacy. Cic.* 2. *de Divin.* c. 20. *extr.* Scammoneam, aristolochiamque radicem, quorum causam ignorares, vim et effectum videres. *Plin.* l. 36. c. 22. *a med.* Cotes aqua trahentes aciem acerrimo effectu. et *sub fin.* l. 27. Omnes herbæ vehementiores effectu, viribusque sunt in frigidis locis. *Id.* l. 20. c. 21. *extr.* Bulapathon, effectu erga dysentericos. *good for. Ovid.* 15. *Metam.* v. 329. fluit effectu dispar Lyncestius amnis. *Plin.* l. 26. c. 8. Eosdem effectus præstat. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 15. v. 35. Seu tamen effectus habitura est gratia, seu me, &c.

EFFECTUS, a, um, *made, done, brought to pass, dispatched, accomplished, finished, completed*, factus, perfectus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 47. Urbs effecta ex latere et cæmento. *Plin.* l. 8. ep. 4. Non posse perinde inchoata placere, ut effecta. *Id.* l. 2. ep. 3. Syllogismi circumscripti, et effecti. *h. e.* absoluti et perfecti. *Terent. Andr.* 4. 2. 2. Effectum aliquid reddere. *h. e.* efficere. Sic *Eun.* 2. 1. 6. Effectum dare. *Apul. in Florid.* n. 15. (*al.* l. 2.) Statua, qua nihil videor effectius cognovisse. *more complete, more finished. Quintil.* l. 12. c. 10. *a med.* Aures nitidius aliquid, atque effectius postulantes. Al. aliter leg. ¶ *Effectæ res* sunt ipsi effectus. *Cic. in Top.* c. 4. Ab effectis rebus argumentum ducere. ¶ *Effectum, ti*, n. absolute. *an effect, matter effected. Id. ibid.* c. 3. et *Quintil.* l. 6. c. 3. et l. 7. c. 3.

EFFECUNDO, as, a. 1. *to make fruitful*, fecundo, fecundum reddo. *Vopisc. in Probo*, c. 21. Cum Sirmium venisset, ac solum patrium effecundari cuperet, et dilatari.

EFFEMINĀTE, *softly, effeminately, delicately*, muliebriter, molliter, languide, μαλακῶς. *Cic.* 1. *Offic.* c. 4. Ne quid indecore, effeminateve faciat. *Senec. de consol. ad Polyb.* c. 36. Molliter et effeminate ferre aliquid. *Valer. Max.* l. 2. c. 7. n. 9. Effeminate timere mortem.

EFFEMINATĬO, onis, f. *effeminacy*, mollites, μαλακία, ἀπογυναίκωσις. *Tertull. de Spectac.* c. 25. et *Jul. Firmic.* l. 7. *Mathes.* c. 16.

EFFEMINĀTUS, a, um, *soft, delicate, nice, effeminate*, μαλακὸς, γυναικικὸς, muliebri et molli animo præditus, delicatus, mollis. *Cic.* 1. *Offic.* c. 35. Ne quid effeminatum et molle, et ne quid durum aut rusticum sit. *Id. Tuscul.* 4. c. 30. Videndum, ne quid humile, summissum, molle, effeminatum, fractum, abjectumque faciamus. *Id. pro Planc.* c. 35. Vox nefariis stupris effeminata. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ad fin.* Compositio effeminata et enervis. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 22. Opinio effeminata et levis. *Plin. in Paneg.* c. 46. Effeminatæ artes. et c. 54. Effeminatis vocibus, modis, gestibus frangi. *Valer. Max.* l. 9. c. 3. *extr.* Multitudo Cypriorum effeminatior. *Q. Cic. ad Tiron. Fam.* 16 *ep. ult.* Quos ego novi libidinis, et languoris effeminatissimi animi plenos. ¶ De eo qui muliebria patitur, *Sueton in Aug.* c. 68. [et *Auct. Priapeor.* carm. 58. v. 2.]

EFFEMĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to make feminine* ἐκθηλύνω, feminam reddo. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 26. *de aere.* Effeminarunt autem eum, Junonique tribuerunt quod nihil est eo mollius. *they have made the word* äer o[f] *the feminine gender.* ¶ Translate est enervare, molle[m] instar feminæ reddere. *to render soft or effeminate. Sallus[t.] in Catil.* c. 11. Pecunia quasi venenis malis imbuta, co[r]pus animumque virilem effeminat. (V. ad hæc verba *Gel[l]lium* l. 3. c. 1.) *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 1. Quæ ad effem[i]nandos animos pertinent. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 29. Forti[tu]dinis præcepta sunt, quæ effeminari virum vetant in d[o]lore. *Quintil. in* l. 8. *proœm.* Translucida et versicol[or] elocutio res ipsas effeminat. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* 9. trabeata per urbem Ostentatur anus, titulumque eff[e]minat anni. *h. e.* dedecorat. ¶ Alii scribunt *effœmino. Femina.*

EFFERASCO. V. *Efferesco.*

EFFERĀTE, *cruelly, savagely*, ferarum more, crudeliter. *Lactant.* l. 5. c. 20. Sæviunt efferate adversus non colentes.

EFFERĀTĬO, onis, f. *fierceness, ferocity*, feritas. *Tertull. de Pœnit. c. ult.* Unguium aquilinum in modum efferatione, et capilli incuria horrorem præferente.

EFFERĀTUS, a, um, adject. *made wild or fierce, savage, cruel, unruly*, efferus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 23. Gentes immanitate efferatæ. *Liv.* l. 5. c. 27. Odio iraque efferati. et l. 34. c. 24. Moribus ritibusque efferatioribus, quam ulli barbari. *Petron. in Satyr.* c. 94. Ex dolore in rabiem efferatus. *Senec.* ep. 121. Affectus efferatissimos inhibere. *Curt.* l. 6. c. 3. Efferatos mollior consuetudo permulcet. *Id.* l. 3. c. 11. Equi confossi hastis, et dolore efferati. *Senec. in Herc. Fur.* v. 397. efferatas rabida voces amove. *Petron. in Satyr.* c. 82. Dum attonito vultu, efferatoque nil aliud, quam cædem cogito.

EFFERCĬO. V. *Effarcio.*

EFFERESCO, is, ferus fio, *to grow savage or cruel. Ammian.* l. 18. c. 7. (*al.* 17.) Efferescere immanius. Al. leg. *efferascere.*

EFFERĬTAS, atis, f. *ferocity, savageness*, feritas, sævitia. *Lactant. de mortib. persecut.* c. 9. *de Maximiano.* Inerat huic bestiæ naturalis barbaries, efferitas a Romano sanguine aliena. Al. leg. *et feritas* rectius.

EFFĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to make fierce or cruel, render wild or savage, enrage*, θηριόω, efferum, vel crudelem instar feræ facio, feritatis speciem induco. *Liv.* l. 2. c. 23. Promissa barba, et capilli efferaverant speciem oris. *Sueton. in Calig.* c. 50. Vultum natura horridum ac tetrum, etiam ex industria efferabat, componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem. *Liv.* l. 25. c. 27. Postremo ita assuetudine mali efferaverant animos, ut, &c. *Curt.* l. 9. c. 19. Solitudo efferat ingenia. et l. 8. c. 2. Ferocia ingenia veniæ desperatio efferaverat. ¶ Efferare argentum *Apulei.* dixit l. 5. *Metam. sub init.* in ferarum speciem conformare. ¶ Translate *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. Homines quasi cultores terræ constituti, non patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, nec stirpium asperitate vastari. *Plin.* l. 26. c. 14. Efferantia se ulcera. τὰ θηριώδη ἕλκη. *aggravated, exasperated, maddening.*

EFFĔRO, ers, extuli, elatum, a. anom. *to bring forth, carry forth or out*, ἐκφέρω, extra fero, profero, produco. *Plaut. Amph.* 2. 1. 82. Ex navi efferantur quæ imperavi. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 78. Ab Ilerda efferre frumentum. *Terent. Hecyr.* 4. 1. 48. Efferre puerum extra ædes. *Colum. in fi.* l. 8. Piscem de custodia. *Grat. in Cyneg.* v. 373. a Stigia letum Proserpina nocte Extulit. *Plaut. Mil.* 2. 3. 53. Machæram huc effer. *Id. Epid.* 5. 1. 27. et *Trucul.* 3. 1. 16. Efferre argentum ad aliquem. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 8. Qui pedem porta non plus extulit, quam domo sua. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 19. Efferre pedem ædibus. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 7. Efferre se vallo. *h. e.* exire, erumpere. *Liv.* l. 3. c. 5. Legatum longius extulit cursus. *carried, transported.* ¶ Sæpe est extra domum, aut urbem ferre sepeliendi causa, *to carry out to be burnt or buried; to bury:* quia mos erat extra urbem ferre cadavera. *Nepos in Arist. extr.* In tanta paupertate decessit, ut qui efferretur, vix reliquerit. *Plaut. Mostell.* 4. 3. 9. Unum vidi mortuum efferri foras: modo eum vixisse aiebant. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 32. Cur Maximus extulit filium consularem? *Nepos in Eumen.* c. 4. Pro hominis dignitate, amplo funere extulit, ossaque in Macedoniam uxori remisit. *buried him magnificently.* ¶ Significat etiam producere, gignere, *to produce, yield. Cic. in Bruto*, c. 4. Ager cum multos annos quievit, uberiores efferre fruges solet. *Virg.* 2. *Georg.* v. 167. Hæc (*Italia*) genus acre virum, Marsos, pubemque Sabellam Extulit: hæc Decios, Marios, &c. *Phædr. in Epil.* l. 2. v. 16. Sinistra quos in lucem natura extulit. Adde *Cicer.* 5. *Verr.* c. 47. et 84. Sic lib. 2. *de nat. Deor.* c. 33. *extr.* Ea, quæ efferunt ex se aliquid, perfectiores habere naturas, quam ea, quæ ex iis efferantur. ¶ *Efferri aliqua re*, veluti extra se ferri, abripi, vehementer commoveri, affici; tum in bonam, tum in malam partem. *to be transported, elevated, hurried away, carried beyond bounds. Cic. Attic.* 1. ep. 8. In eo genere sic studio efferimur, ut abs te adjuvandi, ab aliis prope reprehendendi simus. *we are transported with so great a desire. Id. de Senect. c. ult.* Efferor studio patres vestros videndi. *I am transported with the desire of*, &c. *Id. pro Deiot.* c. 9. Efferri lætitia. *Id. de Harusp. resp.* c. 2. dolore et iracundia. *to be transported or inflamed. Sueton. in Ner.* c. 53. Efferri popularitate. (Absolute *Cic. pro Cæl.* c. 9. Læsi dolent, irati efferuntur. *Id.* 2. *Agrar.* c. 35. *ad fin.* Non continebuntur: progredientur longius, efferentur. *this will give a loose to their zeal.*) *Cic. de Harusp. resp.* c. 8. Si me efferret aliquando ad gloriam animi quidam dolor. *should transport me, elevate me.* et lib. 2. *de Orat.* cap. 21. Volo se efferat in adolescente fecunditas. *should shew itself.* ¶ Est etiam divulgare, edere, *to publish, spread abroad, proclaim. Cic.* 1. *de Orat.* c. 24. Petamque a vobis, ne has meas ineptias efferatis. *Terent. Phorm.* 5. 7. 65. et *Cic. Phil.* 10. c. 3. Vides tuum peccatum esse elatum foras. *Cic. de Orat.* l. 3. c. 1. Quo in loco multa a Crasso divinitus dicta efferebantur. *Plin.* l. 2. c. 12. Efferre aliquid in vulgus. ¶ Item explicare, exponere. *to expound, set forth, explain, express. Cic. in Orat.* c. 44. Quamvis suaves gravesque sententiæ, tamen si inconditis verbis efferuntur, offendunt aures. *Varr. initio* l. 7. *de L. L.* Verba inter se ratione conjuncta sententiam efferunt. *Terent. Adelph. prol.* v. 11. Verbum de verbo expressum extulit. ¶ Item dicere, proferre, enuntiare, *to pronounce, speak, utter. Varr.* l. 8. *L. L.* c. 27. Si qua perperam declinavit verba consuetudo, ut ea aliter efferri non possint sine offensione multorum. *Quintil.* l. 9. c. 3. *sub init.* Pleraque utroque modo efferuntur, luxuriatur, luxuriat; fluctuatur, fluctuat. *Id.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Pluralia singulariter, et singularia pluraliter efferre. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 20. Similiter cadens, cum duo, aut plura sunt verba, quæ similiter iisdem casibus efferuntur. *Cic. in Orat.* c. 67. Quæ incisim, aut membratim efferuntur, ea vel aptissime cadere debent. *Id. in Partit.* c. 27. Dissuadentibus autem aut utilitas labefactanda est, aut efficiendi difficultates efferendæ. *h. e.* afferendæ, allegandæ. ¶ Item tollere, extollere, *to raise, lift up, exalt. Plaut. Amph.* 1. 1. 73. Clamorem utrinque efferunt. *Tacit. Ann.* 2. c. 19. Unum latus paludis lato aggere extulerant. *Id.* 3. *Hist.* c. 27. Efferre scuta super capita. (Nota, hac extollendi significatione sæpius in præteritis usurpari, et in supino *elatus*, quam in aliis temporibus.) *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 6. Multi extulerunt eorum pretia, ita ut ova eorum denariis veneant quinis. ¶ *Efferre laudibus*, et *efferre* absolute, est laudibus ad cælum ferre, impense laudare. *to extol, praise exceedingly. Cic.* 2. *Offic.* c. 10. Itaque eos viros suspiciunt, maximisque efferunt laudibus. *Id.* 3. *de Orat.* c. 14. Efferre aliquem verbis. *Id. Fam.* 9. ep. 14. Summis laudibus aliquem ad cælum efferre. *Nepos in Dione*, c. 7. Laudibus in cælum efferre. *Cic. Verr.* 6. c. 56. Nimium forsitan hæc illi mirentur atque efferant. ¶ *Efferre se*, jactare, dictitare. *Sueton. in Vespas.* c. 23. Ingenuum se, et Lachetem, mutato nomine, cœperat efferre. *to boast of himself as, give himself out as, profess to be.* ¶ Item se extollere, superbire. *Terent. Heaut.* 4. 3. 31. Huic quidem consilio palmam do: hic me magnifice effero. *I pride myself, extol myself.* et *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 17. Nec bonum illud esse, quod adeptus efferas te insolentius. *carry yourself high, be so elated.* et *Nep. in Alcib.* c. 7. Secunda fortuna, magnisque opibus efferri. *Liv.* l. 30. c. 20. Exsultare, atque efferre se. ¶ *Efferre aliquem*, provehere, evehere, *to raise, advance, promote. Cic.* 1. *Catil.* c. 11. Præclaram vero populo R. refers gratiam, qui te tam mature ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit. *Id. pro Rosc. Com.* c. 11. Quæ res extulit eum? una commendatio hujus. *Tacit. Ann.* l. 1. c. 3. Agrippam, ignobilem loco geminatis consulatibus extulit. *Nepos in Dione*, c. 6. Fortuna sua mobilitate, quem paulo ante extulerat, demergere est adorta. ¶ In malam partem *Tacit. Hist.* 4. c. 42. Regulum subversa Crassorum domus in summum odium extulerat. ¶ Pro ferre, tolerare, *Lucret.* l. 1. v. 141. quemvis efferre laborem. *Al. leg.* perferre. *Vetus Poeta* apud *Cicer. pro Sext.* c. 48. Si tu laborem summa cum cura efferas nullum. [¶ Particip. *efferens, elaturus, efferendus* apud *Hirt. de B. Hispan.* c. 23. Gloria se efferentes. *Liv.* l. 40. c. 28. Ut certum esset, hostes extra vallum signa non elaturos. *Plaut. Aul.* 3. 6. 31. Tum tu idem optumum est loces efferendum, nam jam, credo, mortuus est.]

EFFERTUS, a, um, *stuffed full, crammed*, fartus, impletus, refertus. *Plaut. Capt.* 3. 1. 6. Neque jejuniosiorem, neque magis effertum fame vidi. et 4. 1. 8. Hereditatem sum aptus effertissimam. *Id. Asin.* 2. 2. 16. Maximas opimitates gaudio effertissimas. ¶ Apud *Plaut.* est qui legit *offertissimam* eod. sensu, ut sit ab *offercio* pro *effercio.*

EFFERVENS, entis, fervens, vehemens. *Gell.* l. 2. c. 27. Lætitia dicitur exsultatio quædam animi cum gaudio efferventiore rerum expetitarum. Al. aliter legunt.

EFFERVĔO, es, bui, et ervi, n. 2. et in quibusdam temporibus etiam 3. *to be very hot, boil over, rage, ferment*, ὑπερζέω, vehementer ferveo, ebullio. *Virg.* 4. *Georg.* v. 556. Et ruptis effervere costis. *Stat. Theb.* 4. v. 664. pulverea Nemeen effervere nube Conspicit, et solem radiis ignescere ferri. *h. e.* fumare, exercitu adventante. ¶ Translate *Tacit.* 1. *Ann.* c. 74. Incautius efferbuerat. *h. e.* iratus fuerat. *Cic. pro Cæl.* c. 31. *ad fin.* Si cui nimium effervisse videtur hujus vel in suscipiendis, vel in gerendis inimicitiis vis, ferocitas, pertinacia. *h. e.* extulisse se, et sævisse.

EFFERVESCO, is, n. 3. *to begin to boil; to be ready to boil over, be very hot, boil*, incipio effervere. *Col.* l. 12. c. 25. Ut in effervescendo vinum se bene purget. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 2. In fretum sæpe concurrit æstus, atque effervescit. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Aquæ, quæ effervescunt subditis ignibus. ¶ Translate *Id. de clar. Orat.* c. 70. Effervescens in dicendo stomacho sæpe iracundiaque vehementius. *raging. Id.* 2. *de Orat.* c. 21. Oratione celeri et concitata, quod erat ingenii: et verbis effervescentibus, et paulo nimium redundantibus, quod erat ætatis. *inflated language. Gell.* l. 1. c. 26. *de irascente.* Effervescere in spumam ruboremve. *Id.* l. 2. c. 24. *extr.* Effervescentis luxuriæ æstus coercere. ¶ Pro fervere desinere, *Cic. Fam.* 9. ep. 2. *a med.* Latendum tantisper, dum effervescit hæc gratulatio. Al. aliter leg. [† Recte *Ernest.* post *Græcium* habet *defervescit.*]

EFFĔRUS, a, um, *very fierce, cruel, savage, wild, outrageous*, θηριώδης, valde ferus. *Virg. Æn.* 8. v. 5. Sævitque juventus effera. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 798. Effera corda. *Id.* l. 5. v. 517. ira. et lib. 4. v. 318. Ponti loca. et lib. 2. v. 648. virtus Bebrycis. *Senec. in Phœniss.* v. 264. Efferum facinus. *Id. in Hippol.* v. 1246. Effero laniatu dispersa membra.

EFFĒTE, adverb. *Martial.* l. 2. epigr. 27. Effete, graviter, cito, nequiter, euge, beate. *h. e.* mature, sapienter, ut quidam interpretantur. *Al. leg.* effecte.

EFFĒTUS, a, um, *having brought forth young*, qui fetum edidit *Colum.* l. 7. c. 12. *ad fin.* Primus effetæ partus amovendus est, quoniam tiruncula nec recte nutrit, &c. *Id.* l. 8. c. 5. *a med.* Ova silentia removenda sunt, ne incubans inani spe detineatur effeta. *Lucan.* l. 9. v. 285. effetas linquunt examina ceras. *h. e.* quæ apes emisere. ¶ Item partu editus, *brought forth. Columel. loc. cit.* Cum grex (*pullorum*) fuerit effetus, hoc modo deponitur. ¶ Item exhausta partu, et lassata, fetibus edendis defecta viribus. *Plin.* l. 10. c. 53. *de gallinis.* Aliquæ quotidie pariunt, aliquæ bis die, aliquæ in tantum, ut effetæ moriantur. *past laying eggs.* ¶ Tribuitur et aliis rebus. *Virg. Georg.* 1. v. 81. Effetos immundum cinerem jactare per agros. *worn out by producing frequent crops.* ¶ Translate *effetus* dicitur, qui suos complevit labores. *Id.* 2. *Georg.* v. 417. Jam canit extremos effetus vinitor antes. ¶ Item viribus exhaustus, infirmus, defectus, *worn out, exhausted, decayed, weak, feeble. Cic. de Senect.* c. 9. Intemperans adolescentia effetum corpus tradit senectuti. *Virg.* 5. *Æn.* v. 396. frigent effetæ in corpore vires. *Id.* 7. *Æn.* v. 440. Senectus effeta veri. *h. e.* amplius verum non videt; amens, cassa judicii. *barren of truth, apt to tell stories. Stat.* 6. *Theb.* v. 873. Flatibus alternis, ægroque effetus hiatu. *h. e.* fatigatus, defessus. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 300. Spes effeta. *h. e.* vana, irrita. *Plin.* l. 6. ep. 21. Natura lassa et effeta. *Apuleius in Florid. in fi.* Nec oratio argumentis sit effetior, nec sententiis rarior. ¶ Scribitur et *effœtus.*

EFFICACĬA, æ, f. *force, efficacy, strength, influence, virtue*, ἐνέργεια, vis ad aliquid efficiendum. *Plin.* l. 11. c. 5. Quos efficaciæ, industriæque tantæ comparemus nervos. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 465. n. 6. C. Sallio Aristæneto, &c. promoto X viro stlitibus judicand. oratori maximo Decuriones, et Plebs Coloniæ Anconitanorum propter humanitatem, abstinentiam, efficaciam. *h. e.* strenue agendi virtutem, et negotia perficiendi.

EFFICACĬTAS, atis, f. vis efficiendi, efficacia. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 13. Itemque viribus corporis, et nervis, et efficacitati similes similibus verbis animi vires nominantur. Q. *Cic. de petit. Consul.* c. 3. Qui tantum habet audaciæ, tantum nequitiæ, tantum denique in libidine artis, et efficacitatis, ut, &c.

EFFICACĬTER, adverb. *effectually, with effect, powerfully*, ἐνεργῶς, cum effectu seu efficientia, acriter, potenter. *Plin.* l. 28. c. 11. Capitis ulcera manantia urina tauri efficaciter sanat. *Id.* l. 26. c. 12. Efficacissime sanare. *Id.* l. 24. c. 6. Auribus purulentis efficaciter infunditur. *with advantage; with safety and effect. Plin. alter* l. 6. ep. 6. Efficacius rogare. *Senec. in proœm.* l. 3. *controv.* Affectus efficaciter movere. *Senec. alter de brevit. vitæ*, c. 6. Ausus est et pupillus adhuc, et prætextatus judicibus reos commendare, et gratiam suam foro interponere, tam efficaciter, ut quædam judicia constet ab illo rapta.

EFFĬCAX, acis, *effectual, efficacious, powerful, forcible, influential, having forcible agency, operative, active, vigorous*, ἐνεργής, qui ad agendum aliquid vim habet, qui multum efficit. *Cœl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 10. Nosti Marcellum, quam tardus, et parum efficax sit. *Liv.* l. 1. c. 9. *extr.* Blanditiæ, quæ maxime ad muliebre ingenium efficaces preces sunt. *Horat.* epod. 3. v. 17. Hercules efficax. *h. e.* nihil non perficiens. *Id.* l. 4. od. 12. v. 20. Cadus amara curarum eluere efficax. *h. e.* qui certo eluit. *Id.* epod. 17. v. 1. Efficax scientia. *h. e.* potens, et maximæ virtutis. *Senec.* 2. *de benef.* c. 7. *in fi.* Ratio efficax ad hominum improbas cupiditates pudore reprimendas. *Liv.* l. 41. c. 15. Rebus peragendis continuatio ipsa efficacissima est. *Plin. in Paneg.* c. 84. Utrum sit efficacius ad recte vivendum. *Plin. alter* l. 24. c. 15. Herba efficacissima adversus venena. *a most effectual remedy against*, &c. *Id.* l. 13. c. 21. Frutex efficacissimus contra sagittarum ictus. *Id.* l. 27. c. 13. Herba in dolore stomachi efficax. *Id.* l. 28. c. 14. Nec minus efficax fimi cinis utrique vitio. et lib. 27. c. 9. Oculorum fluxionibus efficax.

EFFĬCĬENS, entis, *making, causing, effecting, efficient*, qui efficit, ποιητικός. *Cic. in Top.* c. 14. Proximus est locus rerum efficientium, quæ causæ appellantur, deinde rerum effectarum ab efficientibus causis. *Id.* 3. *Offic. c. ult.* Virtus efficiens est voluptatis. et lib. 1. c. 20. Causa et ratio efficiens magnos viros.

EFFICIENTER, adverb. *with influence or effect*, idem ac efficaciter. *Cic. de Fato*, c. 15. Non sic causa intelligi

debet, ut quod cuique antecedat, idem causa sit, sed quod cuique efficienter antecedat.

EFFICIENTIA, æ, f. *influence, power, efficiency*, ἐνέργεια, vis efficiendi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 37. Cum aspexissent solem, ejusque tum magnitudinem pulcritudinemque, tum etiam efficientiam cognovissent. Adde *de Fato*, c. 9

EFFICIO, is, eci, ectum, a. 3. *to bring to pass, do, effect, fulfil, accomplish, complete, finish*, ἀπεργάζομαι, διαπράττω, ἐπιτελέω, idem quod facio, vel potius faciendo assequor, præsto, perficio, ad effectum perduco. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 1. Feci igitur, atque effeci, ut &c. Al. aliter leg. et lib. 16. ep. 13. *ad fin.* Quæ nec institui, nec effici potest sine tua ope. *Id.* 2. *de Orat.* c. 28. Hoc primus in nostros mores induxit, maxime auxit, solus effecit. *Id. de Amic.* c. 16. Eniti, et efficere, ut amici jacentem animum excitet. *Auct. Dial. de Orat.* c. 11. In causis agendis efficere aliquid, et eniti possum. *Cic. ad Capiton. sub fin.* l. 16. *ad Attic.* Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice, ut, &c. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 48. Tundendo, atque odio denique effecit senex. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 13. Caveamus quantum efficere, et consequi possumus, ut ne, &c. *Ovid. de remed. amor.* v. 31. Effice, nocturna frangatur janua rixa. ¶ Pro simplici facio. *Cic.* 3. *Verr.* c. 56. Efficere columnam novam ab integro. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 19. Ut tantum hostibus noceretur, quantum labore atque itinere legionarii milites efficere poterant. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 102. Quantum itineris equitatu efficere poterat. *Cic. Attic.* 13. ep. 26. Heri etiam effeci epistolam ad Cæsarem. *Id.* 2. *Phil.* c. 42. Efficere mirabilia facinora. *Id. de clar. Orat.* c. 78. Tantos progressus efficiebat, ut evolare videretur. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 166. Efficere aliquid suum. *to appropriate to himself, make his own. Plin.* l. 6. c. 33. Quæ computatio efficit centena quadraginta millia passuum. ¶ Cum infinito. *Vitruv.* l. 2. c. 6. Vehementer efficit ea coire, et soliditatis percipere virtutem. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 2. leg. 14. *ad fin.* Causam perorari usque ad sententiam effecit. *Id.* l. 47. tit. 11. leg. 7. *extr.* Chomata etiam et diacopi, qui in aggeribus (*Nili*) fiunt, plecti efficiunt eos, qui id admiserint. ¶ Ponitur et pro comparare, conficere. *to form, get, obtain, procure. Plaut. Bacch.* 2. 2. 55. Aliquam machinabor machinam, unde aurum efficiam herili filio. *Terent. Heaut.* 3. 3. 23. Efficere argentum. *Liv.* l. 23. c. 25. exercitus. *Nepos in Themist.* c. 2. classem. *Cic.* 8. *Fam.* ep. 5. *sub fin.* Neque adhuc frequentem Senatum efficere potuit. ¶ Item pro exsequi. *to perform, execute. Cic. Attic.* l. 1. ep. 14. *sub fin.* Mandata effice, quæ recepisti. *Al. leg.* confice. *Id.* 1. *de Leg.* c. 5. Cujus muneris colendi efficiendique causa nati simus. *Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 53. jussa parentis effice. ¶ Item pro facessere, exhibere. *Lentul. ad Cicer. Fam.* 12. ep. 14. Ut non possit Dolabella durius vobis efficere negotium. ¶ Et pro conciliare. *Terent. Andr.* 3. 4. 16. Efficere alicui nuptias. ¶ Et proficere. *Quintil.* l. 2. c. 1. Non id est æstimandum, cujus quisque sit ætatis, sed quantum in studiis jam effecerit. *what progress he hath made.* ¶ Item pro reddere. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 84. Quæ res in dies confirmatiorem efficiebat exercitum. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 654. Efficere aliquem patientem mortis. et lib. 8. v. 634. paupertatemque ferendo Effecere levem. ¶ Significat etiam, in causa esse, ut aliquid fiat. *to cause, occasion. Cic.* 1. *de Orat.* c. 33. Efficere admirationes. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 3. Efficiam clamores, si &c. *I will make them cry out with astonishment.* V. *Clamor. Hirt. de B. Alex.* c. 5. Aqua limosa et turbida varios morbos efficit. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 29. Quæ dies æstus maximos in oceano efficere consuevit. ¶ Item disputando concludere, colligere, probare. *to make out, prove. Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 13. Innumerabilia sunt, ex quibus effici cogique possit, nihil esse, quod sensum habeat, quin id intereat. *Id. in proœm. Parad.* Cato minutis interrogatiunculis, et quasi punctis, quod proposuit, efficit. ¶ Item consequi, sequi. *Id.* 3. *Offic.* c. 5. Ex quo efficitur, hominem homini nocere non posse. *from which it follows.* et l. 1. c. 17. Efficiturque id, quod Pythagoras vult in amicitia, ut unum fiat e pluribus. ¶ Item supplere, aut præstare. *Plin.* l. 23. c. 4. *extr.* Nuclei palmarum cremati spodii vicem efficiunt. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 379. Tu modo, quæ desunt fruges, superesse putentur, Effice. *cause it to be believed, that,* &c. ¶ Item parere. *Colum.* l. 7. c. 6. *a med.* Pessima est fetura, cum matres bimæ ternos hædos efficiunt. ¶ Item creare. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 21. Cum sibi negotium daret Antonius, ut eum dictatorem efficeret. ¶ *Effexis* pro *effeceris*, vel *efficies* est *Plauti Casin.* 3. 5. 63. et *Pœn.* 1. 3. 19. [¶ Particip. *effecturus, efficiendus* apud *Cæs. de B. Gall.* l. 7. c. 26. Non magna jactura suorum sese effecturos sperabant. et *de B. Civ.* l. 1. c. 65. Quod fuit illis conandum, atque omni ratione efficiendum.]

EFFICTIO, onis, f. *an expressing, representing, forming, fashioning*, actus fingendi. Figura eadem ac Ethopœia vel species Ethopœiæ. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 49. Effictio est, cum exprimitur et effingitur verbis corporis cujuspiam forma, quoad satis sit ad intelligendum.

EFFICTUS, a, um, adject. *formed, fashioned, expressed*, expressus, efformatus, repræsentatus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 16. Hæc conficta arbitror a Poeta esse, ut effictos nostros mores in alienis personis expressamque imaginem nostræ vitæ videremus. *represented.*

EFFIGIA, æ, f. idem ac effigies. *Plaut. Rud.* 2. 4. 7. Veneris effigia quidem est. Habet etiam *Afran.* apud *Non.* c. 8. n. 77. et *effigiæ* in plur. *Lucret.* l. 4. v. 46. 83. et 103.

EFFIGIATUS, us, m. actus effigiandi. *Apul. in Florid.* n. 15. (*al.* l. 2.) Magna vis artis, vario effigiatu.

EFFIGIATUS, a, um, adject. *formed, fashioned, modelled. Apul. in Apolog.* Imagines variis artibus effigiatæ. [*Ammian.* l. 26. c. 7. Numi effigiati.]

EFFIGIES, ei, f. *an image, representation, resemblance, likeness, portrait, effigy*, εἰκὼν, imago, simulacrum, signum, figura ad vivam alterius similitudinem, vel ad veritatis imaginem effecta, tam in picturis, quam in sculpturis: ab *effingo. Cic. Verr.* 4. c. 65. Effigiem simulacrumque Mithridatis. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 37. Deus effigies hominis et imago. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 3. *in fi. de Venere Paphia.* Simulacrum deæ non effigie humana, continuus orbis latiore initio, tenuem in ambitum metæ modo exsurgens. ¶ Usurpatur etiam translate de animo, virtutibus, &c. *Cic. de Fin.* l. 2. c. 18. Reliquit effigiem et humanitatis, et probitatis suæ filium. *Id. pro Arch. c. ult.* Consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem debemus summis ingeniis expressam et politam. ¶ De spectro, et umbra mortui apparentis. *Sil.* l. 13. v. 778. Elysio tendentem limite cernens Effigiem juvenis castam. *the shade, ghost, apparition.* Adde *Ovid. Metam.* 14. v. 358. ¶ In plurali num. *Virg.* 3. *Æn.* v. 148. Effigies sacræ divum. *Sil.* l. 17. v. 398. Cælarat patrui spirantes prœlia dura Effigies. ¶ Aliquando ponitur pro instar. *after the manner, like, in form and fashion like. Plin.* l. 21. c. 5. In latitudinem se laxans effigie calathi. *Id.* l. 5. c. 10. Metatus est Alexandriam Dinochares ad effigiem Macedonicæ chlamydis. *Sil.* l. 5. v. 4. restagnans gurgite vasto Effigiem in pelagi lacus.

EFFIGIO, as, a. 1. *to portray, form, fashion*, εἰκάζω, ad effigiem formo. *Sidon.* l. 6. *epist. ult.* Quem Græcia effigiavit imaginibus. *Prudent. Cathemer.* 10. v. 4. Deus, qui hominem effigiasti.

EFFIGURO. V. *Affiguro.*

EFFINDO, is, a. 3. *to divide, cleave, cut*, idem quod findo. *Manil.* l. 4. v. 283. Et frenare ratem, fluctusque effindere rectos.

EFFINGO, is, inxi, ictum, a. 3. *to fashion, form, represent, portray, express, describe*, διατυπόω, effigiem rei alicujus ad vivum exprimo, ad alterius formam fingo. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 25. Quæ tam immensa magnitudo, quæ illa multa possit effingere? *Virg.* 6. *Æn.* v. 32. Casus aliquos effingere in auro. *Id.* 10. *Æn.* v. 640. Dat sine mente sonum, gressusque effingit euntis. *imitates. Cic.* 2. *de Orat.* c. 43. *ad fin.* Mores oratoris effingit oratio. *represents. Id. ibid.* c. 86. Quæ memoria tenere velis, effingenda sunt animo. *h. e.* eorum species animo formanda. *Quintil.* l. 1. c. 1. Nutricum verba puer effingere imitando conabitur. *to express. Id.* l. 10. c. 1. *a med.* Cicero effinxit vim Demosthenis, copiam Platonis, &c. *copied, portrayed, imitated, equalled. Plin.* l. 1. ep. 3. Effinge aliquid et excude, quod sit perpetuo tuum. *h. e.* scribe, compone, para. *Lucan.* l. 5. v. 713. Grues effingunt varias casu monstrante figuras. *form.* ¶ Interdum significat extergere. *Cato R. R.* c. 67. Fiscinas spongia effingat. *Cic. pro Sext.* c. 35. Corporibus civium Tiberim compleri, cloacas referciri, e foro spongiis effingi sanguinem. Ita legunt cum *Serv.* ad 8. *Æn.* v. 634. multi: vulgo *effundi.* ¶ *Effingere manus* apud *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 134. et 137. est leniter tractare, mulcere: qua ratione etiam *fingo* usurpatur. Est tamen qui utroque loco aliter legit. Simili notione *effingere manus* cadaveris apud *Albinov. ad Liv.* el. 1. 2. 137. est apte componere, extendere, apte collocare. [¶ Particip. *effingens* apud *Sil.* l. 1. v. 404. Horrentes effingens crine galeros.]

EFFIO, is, pro Fio, is. *Plaut. Pers.* 5. 1. 9. Hæc mihi facilia factu facta sunt, quæ volui effieri.

EFFIRMO, as, a. 1. confirmo, firmum reddo. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 64. Tu te ipse effirma, et compara.

EFFLAGITATIO, onis, f. *an earnest request*, actus efflagitandi. *Cic.* l. 5. *Fam.* ep. 19. Admonitio, vel potius efflagitatio ad coeundam societatem.

EFFLAGITATUS, us, m. *an earnest or urgent request*, vehemens postulatio. In sexto casu sing. *Cic.* 7. *Verr.* c. 29. Coactu atque efflagitatu meo.

EFFLAGITATUS, a, um, *earnestly required or requested. Sueton. in Ner.* c. 38. Collationes non receptæ modo, verum et efflagitatæ.

EFFLAGITO, as, avi, atum, a. 1. *to require earnestly, ask urgently, demand, importune*, λιπαρέω, vehementer flagito. *Cic.* l. 2. *Q. Fr.* ep. 11. Epistolam hanc convicio efflagitarunt codicilli tui. *Id.* 3 *Verr.* c. 24. Cum iste a Dolabella efflagitasset, ut &c. *Id. pro Mil.* c. 34. Efflagitare misericordiam alicujus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 759. notumque efflagitat ensem. ¶ Translate *Auct. de B. Hispan.* c. 29. Æquitas loci adversarios efflagitabat. *h. e.* invitabat, hortabatur. [¶ Particip. *efflagitans* apud *Sueton. Vespas.* c. 5. Suppliciter, nec non et minaciter efflagitantes.]

EFFLAMMANS, antis, flammas emittens. *Martian. Capell.* l. 2. pag. 45. Stellæ efflammantes.

EFFLATUS, a, um, flando emissus. *Sueton. in Aug.* c. 99. Unum omnino ante efflatam animam signum alienatæ mentis ostendit.

EFFLATUS, us, m. emissio per flatum. *Senec.* l. 5. *quæst. natur.* c. 14. Aliquod apertum ad hos efflatus iter occupent. Al. leg. *afflatus.*

EFFLEO, es, evi, etum, a. 2. *to waste away by weeping*, flendo consumo. *Quintil.* 6. *Decl.* c. 4. Cognita clade, rarissimi uxor exempli, et prorsus talis filii mater, totos efflevit oculos. *wept his eyes out, wept until he was blind.*

EFFLICTE, adverb. vehementer, impense, q. d. affligendo, *beyond measure, vehemently, desperately, excessively,* ut Efflicte diligere, *Symmach.* l. 1. epist. 84. (*al.* 90.) *Apul.* l. 5. *Metam.* Amo te efflicte quicumque es. Al. leg. *efflictim.*

EFFLICTIM, idem quod efflicte. *Plaut. Amph.* 1. 3. 19. Efflictim amare. Adde *Cas. prol.* v. 49. et *Merc.* 2. 3. 107. et *Næv.* apud *Charis.* l. 2. p. 178. *Putsch.* ubi *Probus* efflictim amare exponit, usque donicum effligatur.

EFFLICTO, as, avi, atum, a. 1. idem quod afflicto, *to afflict, distress. Plaut. Stich.* 4. 2. 26. Non tu scis, quam efflictentur homines noctu hic in via.

EFFLICTUS, a, um, adject. idem quod afflictus. *Capitol. in Vero,* c. 4. ex lectione *Salmasii*: Sæpe efflictum livida facie rediisse. V. etiam *Afflictus, a, um,* in fine.

EFFLIGO, is, ixi, ictum, a. 3. *to strike, kill, destroy,* idem quod affligo, percutio, occido, perdo. *Plaut. Cist.* 2. 1. 49. Nisi pedatu tertio omnes efflixero. *Cic.* l. 9. *ad Attic. ep. ult.* Misit filium ad effligendum Pompeium. *Al. leg.* affligendum. *Plaut. Asin.* 4. 2. 9. Quam tu propediem, nisi illa ante occupassit te, effliges, scio. *Senec.* l. 1. *de Ira,* c. 15. Rabidos canes effligere. *to knock on the head.* et l. 2. c. 31. Effligere viperas, et natrices. *to crush.*

EFFLO, as, avi, atum, a. 1. *to breathe out*, ἐκπνέω, flando ejicio, emitto. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 194. Efflare rosas ab ore. *Id. Metam.* 2. v. 85. Ignem ore et naribus efflare. *Plin.* l. 9. c. 6. Ora balenæ habent in frontibus, ideoque in sublime nimbos efflant. *Id. sub fin.* l. 29. Efflare pulverem. *Lucret.* lib. 6. v. 699. Atque efflare foras, ideoque extollere flammas. et vers. 680. quibus modis flamma vastis Ætnæ fornacibus efflet. *h. e.* exeat, neutrorum more. et lib. 5. v. 651. Sol efflat ignes suos. *Stat.* 5. *Theb.* v. 209. Efflare somno vina. *de ebrio dormiente, et crapulam exhalante. Lucret.* l. 5. v. 904. Chimæra ore foras acrem efflaret de corpore flammam. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 12. Bestiolæ, si quæ prope nascuntur, efflantur. *are blown away by the wind.* ¶ Efflare animam, *to breathe his last; to die,* mori. *Cic. pro Mil.* c. 12. et *Nep. in Pausan.* c. 5. Sic, Efflare vitam, *Sil.* l. 17. v. 557. et, Efflare extremum halitum, *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 9. *ex Poeta.* ¶ Efflare colorem, apud *Lucret.* l. 2. v. 831. est amittere. *to lose.*

[* **EFFLOREO**, es, n. 2. idem ac effloresco. *Tertullian.* seu potius *Cyprian. de judic. Domini* v. 209. Talia florigeris numquam nascuntur in hortis Lilia, nec nostris efflorent talia campis.]

EFFLORESCO, is, ui, n. 2. valde floreo, *to blow as a flower, spring up, flourish, flourish greatly*, ἐξανθέω. Translate *Cic. pro Cæl.* c. 31. Laudibus ingenii efflorescere. et lib. 1. *de Orat.* c. 6. Ex rerum cognitione efflorescat, et redundet oportet oratio. *Id. de Amic.* c. 27. Utilitas efflorescit ex amicitia. *Id.* 1. *de Fin. c. pænult.* Cum usu progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem efflorescere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 78. *extr.* Apparebit res eas non modo non esse communes, sed penitus ex ea causa, qua tum agatur, effloruisse. *h. e.* emanasse, egerminasse, u[t] flores ex plantis. *Augustin. in lib. quæst.* 83. *quæst.* 9[.] Corpus in juventam efflorescit.

EFFLUENTIA, æ, f. *a flowing over*, ἐκροή, effluvium. *Plin.* l. 26. c. 10. Inhibet non solum Venerem, sed effluentiam geniturae. Meliores tamen libri habent *affluentiam*

EFFLUO, is, uxi, uxum, n. 3. *to flow or run out, flow forth*, ἐκρέω, ἐκφέρομαι, extra fluo, effundor. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 24. Cum una cum sanguine vitam effluere sentire[t]. *Plin.* l. 24. c. 8. Humor e cavis populi nigræ effluen[s]. *Id.* l. 37. c. 2. *a med.* Succina petris effluere. *et pau[lo] post.* Amnis effluens in Oceanum. ¶ Tribuitur et aliis r[e]bus. *Id. cap. ult.* l. 27. Si capilli effluxerint. *should f[all] off. Ovid.* 6. *Metam.* v. 669. neque adhuc de pectore c[a]dis Effluxere notæ. *are gone, have vanished or disappeare[d].* et lib. 3. v. 39. Effluxere urnæ manibus. *fell from th[e] hands.* et *in Ibin,* v. 426. per medias effluat usque man[us]. *Curt.* l. 8. *sub fin.* Telum, quod unum forte non efflu[xe]rat, contorsit in eum. *had not escaped from his hand. S[ue]ton. in Aug.* c. 97. Ictu fulminis ex inscriptione stat[uæ] ejus prima nominis littera effluxit. *was erased or ob[lite]rated.* ¶ Translate *Cic. pro Dom.* c. 46. Effluunt multa vestra disciplina. *go forth, proceed. Id. de Senect.* c. Præterita ætas, quamvis longa, cum effluxisset. *whe[n it] had gone by. Id.* 12. *Attic.* ep. 43. *extr.* Ne æstas effl[uat]. *should not pass away.* et *Ovid. de remed. amor.* v. 646. [...] lius sic ulciscere tacendo, Dum desideriis effluat ille t[...]

shall cease to be an object of regret. ¶ Eleganter refertur ad oblivionem. *Cic. Fam.* 7. ep. 14. Antequam plane ex animo tuo effluo. *am entirely forgotten. Id. de clar. Orat.* c. 61. Ex tempore dicenti solitam effluere mentem. *his recollection failed him. Sil.* l. 2. v. 627. dulcesque marito Effluxere tori, et subiere oblivia tædæ. ¶ Illa quoque eleganter translata sunt, *Terent. Eun.* 1. 2. 41. Utrumque hoc falsum est: effluet. *it will be out; it will go abroad. Liv.* l. 7. c. 33. Cum effluere jam lassitudine vires sentirent. *to fail. Sil.* l. 6. v. 245. viso mens ægra effluxit hiatu. *his heart drooped; his courage failed him. Lucan.* l. 9. v. 106. Effluere in lacrimas. *to give a loose to tears. Pers.* 3. v. 20. quid istas Succinis ambages? tibi luditur. effluis amens, Contemnere. *you lose your time, you pass your time idly.* ¶ Cum accusativo, Græca syntaxi, *Claudian. in Consul. Prob. et Olybr.* v. 51. Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis Effluxere decus.

EFFLUVĬUM, ii, n. *a flowing or running over*, ἐκχυσις, effluendi actus, magna vis alicujus rei. *Plin.* l. 7. c. 51. Profundi humoris e corpore effluvium. *Tacit. Ann.* 12. c. 57. Convivium effluvio lacus appositum. *h. e.* loco unde lacus effluebat.

EFFLŬUS, a, um, adject. *flowing over*, qui effluit. *Avien. in Prognost. Arat.* v. 1717. Si flammis emicet ignis Effluus. *Id. in Perieg.* v. 1162. In pontum cadit effluus amnis.

[* EFFLUXĬO, onis, f. *a drain*, emissarium, et id quod per id effluit. *Papinian. Dig.* lib. 43. tit. 10. *init.* Ædiles studeant, ut quæ secundum civitates sunt viæ, adæquentur, et effluxiones non noceant dominis.]

EFFŌCO, as, a. 1. *to suffocate*, ϖνίγω, suffoco. *Flor.* l. 2. c. 11. Cum effocandas invicem fauces præbuissent. *Senec. de brevit. vitæ*, c. 2. Donis suis effocantur.

EFFODĬO, is, odi, ossum, a. 3. *to dig out, dig up*, κατασκάπτω, fodiendo eruo. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 42. *extr.* Frumentum omne conquisitum, spoliatis, effossisque eorum domibus, comportaverat. *Sueton. in Domit.* c. 4. Effodere lacum. *Plin.* l. 9. c. 51. *extr.* scrobem in terra. *Petron. in Satyr.* c. 88. Donum promittit, si thesaurum effoderit. *Plin.* l. 35. c. 6. *a med.* Carbones e sepulcris effodere. *Id.* l. 36. c. 22. Lapides speculares effodiuntur puteis. *Juvenal.* sat. 16. v. 38. Aut sacrum effodit medio de limite saxum. ¶ Effodere alicui oculos, *to tear out the eyes. Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 39. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 4. *Plaut.* aliquoties, et *Terent. Eun.* 4. 6. 2. ¶ Pro confodere, *to transfix. Ovid.* 2. *Amor.* el. 14. v. 27. Vestra quid effoditis subjectis viscera telis? ¶ Translate *Cic. pro Marcell.* c. 4. Omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit. Al. leg. *offudit.* At *effodit* tuetur, atque ita explicat *P. Victor.* l. 34. *Variar. lect.* c. 9. *effodit*, inquit, id est aperuit, μεταφορικῶς. memoria et subita recordatio Marcellorum patefecit sibi viam in animum meum. V. *Offundo.* ¶ Apud *Petron. in Satyr.* c. 4. verba atroci stilo effodere, est severe, rigide, censorie examinare, expungere, et quasi confodere. ¶ *Effodiri* antique pro *effodi* dictum est a *Plauto Mil.* 2. 3. 44. ¶ *Effodint* antique pro *effoderint*, ab eodem *Capt.* 3. 5. 66. ubi al. leg. *effodant.* V. *Fodo.* ¶ *Ecfodere* scriptum reperitur in multis *Taciti Codd. Ann.* 11. c. 20. et *exfodere* apud *Plaut. Aulular.* 4. 8. 9. et in *fragm.* apud *Non.* c. 3. n. 207. Ego ecfodiebam in die denos scrobes.

EFFŌDO. V. *Fodo.*

EFFŒMINĀTUS, &c. V. *Effeminatus.*

EFFŒTUS. V. *Effetus.*

EFFŌRO, as, a. 1. *to bore, perforate*, idem ac perforo. *Colum.* l. 9. c. 1. Compluribus locis per latus efforatur stipes.

EFFOSSĬO, onis, f. *a digging out*, actus effodiendi. *Impp. Gratian. Valens, et Theodos.* lib. 11. *Cod.* tit. 6. leg. 3. Qui venam laboriosis effossionibus persequuntur.

EFFOSSUS, a, um, adject. *dug out or up*, ἐξορυχθείς. *Virg.* 4. *Georg.* v. 42. Effossis latebris sub terra fovere larem. *Plin.* l. 30. c. 5. Effossum cum sua terra gryllum illinire. *Petron. in Satyr.* c. 128. effossa protulit aurum In lucem tellus. *Vellei.* l. 2. c. 52. Effossum alterum imperii lumen.

EFFRACTARĬUS, rii, m. *a burglar, house-breaker*, qui effringit, effractor. *Senec.* ep. 68. Vile videtur quidquid patet: aperta effractarius præterit.

EFFRACTOR, oris, m. qui fracto ostio, aut sera in ædes, vel arcam alienam irrumpit. *Paul. Dig.* lib. 1. tit. 15. leg. 3. Cognoscit Præfectus Vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus.

EFFRACTŪRA, æ, f. effractoris effectus. *Paul. loc. cit. in voce præced.* [Effracturæ fiunt plerumque in insulis, in horreisque, ubi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt.]

EFFRACTUS, a, um, *broken, broken down, broken open. Horat.* l. 1. ep. 17. v. 54. Cista effracta. *Stat. Theb.* 9. v. 556. effractamque aperit victoribus urbem. ¶ Effracti montes, apud *Martial.* l. 1. epigr. 50. videntur esse prærupti.

EFFRENĀTE, adverb. *rashly, fiercely, impetuously*, ἀχαλινώτως, dissolute. *Cic. de Senect.* c. 12. Cujus voluptatibus avidæ libidines temere et effrenate ad potiundum incitantur. *Id. Phil.* 14. c. 9. Effrenatius in hostem irrumpere.

EFFRENATĬO, onis, f. *unbridled impetuosity*, dissolutio. *Cic.* 5. *Phil.* c. 8. Quæ effrenatio impotentis animi?

EFFRENĀTUS, a, um, *unbridled, unrestrained, fierce*, ἀχάλινος, cui frenum detractum est. *Liv.* l. 40. c. 40. Id cum majore vi equorum facietis, si effrenatos in eos equos immittitis. ¶ Item qui frenum detrectat, et pro arbitrio nostro regi non potest: et translate dicitur de re, quæ omnem egreditur modum. *Cic. de Haruspic. resp.* c. 1. Cujus ego de effrenato et præcipiti furore quid dicam? *rash, impetuous. Id.* 1. *Offic.* c. 26. Homines secundis rebus effrenati. *Id.* 3. *de Orat.* c. 53. Vox quædam libera, atque etiam effrenatior. *Senec.* ep. 88. *ante med.* Affectibus effrenatissimis abstrahi. *loose, unruly. Cic. pro Cluent.* c. 6. Libido effrenata et indomita. *Id. pro Dom.* c. 44. Projecta et effrenata cupiditas. ¶ Scribitur et *effrænatus.*

EFFRĒNO, as, avi, atum, a. 1. *to free from the bridle, unbridle*, dempto freno dimitto, immitto, freno liberum abire sino. Translate *Sil.* l. 9. v. 495. Regnantem Ætolis Vulturnum in prœlia campis Effrenat.

EFFRĒNUS, a, um, et Effrenis, ne, *unbridled, free from the bridle, unrestrained, let loose*, ἀχάλινος, carens freno, cui frenum detractum est. *Liv.* l. 4. c. 33. Effreno equo in medios ignes infertur. ¶ Translate dicitur de indomito, et rectorem recusante. *Virg.* 3. *Georg.* v. 382. Gens effrena virum Riphæo tunditur Euro. *unruly. Ovid.* 6. *Metam.* v. 465. Effreno captus amore. *Priscian.* l. 9. pag. 868. *Putsch.* legit *inopino. Stat.* 1. *Achill.* v. 277. Equus effrenæ tumidus igne juventæ. *Stat.* l. 5. *silv.* 3. v. 101. sive orsa libebat Aoniis vincire modis, seu voce soluta Spargere, et effreno nimbos æquare profatu. *h. e.* soluta oratione, ac libera. Pro altera positione quidam leg. *effreni equo* in loco *Livii* allato. Sic *Plin.* l. 8. c. 44. Mula effrenis, et tarditatis indomitæ.

EFFRICĀTUS, a, um, *rubbed*, fricatus. *Apul.* l. 4. *Metam.* Vinum probe calicibus effricatis affluenter immissum.

EFFRĬCO, as, cui, a. 1. *to rub off*, fricando excutio. *Senec.* ep. 95. *circa med.* At illis diu rubigo animorum effricanda est. ¶ Scribitur et *exfrico. Apul.* l. 1. *Metam.* Equi sudorem curiose fronte exfrico. ¶ Præteritum *effrixi*, pro *cavi*, aut *cui*, legitur apud *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 12. *ex Lucæ* 6. Esurierant discipuli, et spicas decerptas manibus effrixerant.

EFFRĬNGO, is, egi, actum, a. 3. *to break, break open, break in pieces*, διαῤῥήγνυμι, vi quadam, et impetu frangere. *Cic.* 6. *Verr.* c. 23. Cum viderent effringi multorum fores, revelli claustra. *Plaut. Amph.* 4. 2. 3. Pæne effregisti, fatue, foribus cardines. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 21. Effringere carcerem. *Flor.* l. 4. c. 2. ærarium. *Sueton. in Aug.* c. 67. crura alicui. et cap. 43. Questus nepotis casum, qui et ipse crus effregerat. *had broken. Senec. in Phœniss.* v. 159. Effringe corpus, corque evelle. *tear open my breast. Id. in Herc. Œt.* v. 1449. Stipite ingesto impiam effringere animam. ¶ Absolute *Sil.* l. 1. v. 646. Spumeus hic, medio qui surgit ab æquore, fluctus, Si prohibere piget, vestras effringet in urbes. *h. e.* impingetur et franget se.

EFFRONDĔO, es, ui, n. 2. *to put forth leaves*, frondes emitto. *Vopisc. in Prob.* c. 19. Totusque Circus ad silvæ consitus speciem, gratia novi viroris effronduit.

EFFRONS, ontis, impudens, temerarius, quasi sine fronte, *bold, impudent, bare-faced, shameless. Vopisc. in Numer.* c. 13. Consilii semper alti, numquam tamen effrontis, sed prudentis.

EFFRUTĬCO, as, avi, atum, fruticem emitto, pullulo, produco. *Tertull. de Anim.* c. 27. Semina hominem ex utraque substantia effruticant. et lib. 1. *ad Nation.* c. 5. Ut nævus aliquis effruticet, aut verrucula exsurgat.

EFFUGĬA, æ, f. dicebatur hostia, quæ effugisset ab aris. *Serv. in Virg. Æn.* 2. v. 140. V. in fine vocis *Effugium.*

EFFUGĬO, is, ugi, n. 3. fugio, evado, elabor, *to fly, fly away, escape*, ἐκφεύγω, idem ac fugio. *Cic. pro leg. Manil.* c. 9. Effugere e manibus. et *Phil.* 2. c. 29. Effugere de prœlio. *Plaut. Merc.* 3. 4. 75. Clam patrem patria hac effugiam. *Cic. pro Sext.* c. 54. *ad fin.* A quibus vix vivus effugit. *Terent. Eun.* 5. 5. 3. Huc effugi foras. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 35. Effugit inde cum paucis Luterius. *Curt.* l. 4. c. 15. Vix tentato certamine, effugit ad regem. *Phædr.* l. 4. fab. 1. v. 17. Effugere laqueos. *to flee from.* Et *Nepos in Pausan.* c. 2. Effugisse simulans ex vinculis publicis. *Plin.* l. 35. c. 10. Lineæ visum effugientes. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 406. Arctophylax mergetur, visus effugietque tuos. *Petron. in Satyr.* c. 118. Effugiendum est ab omni verborum, ut ita dicam, vilitate. ¶ Est etiam vitare. *to avoid, shun, escape. Cic. Attic.* l. 7. ep. 24. Non dubito, quin Cnæus in fuga sit: modo effugiat. *if he can but escape. Cæs.* 2. *B. Civ.* c. 41. Numidæ celeritate impetum nostrorum effugiebant. *Id.* l. 4. *B. Gall.* c. 35. periculum. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 3. adventum alicujus. *Curt.* l. 4. c. 14. *extr.* mortem. *Cic. Verr.* 3. c. 40. Offensionem negligentiæ vitare atque effugere. *Nepos in Chabr.* c. 3. invidiam. *Plaut. Amph.* 1. 1. 295. infortunium. *Cic. Attic.* 16. ep. 7. *a med.* vituperationes. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) cavillationem. *Nævius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* c. 1. Nunquam hodie effugies, quin mea manu moriare. *Cic. de clar. Orat.* c. 46. Tulisse eum moleste, se non effugere hospitis speciem, cum ætatem ageret Athenis. *could not avoid being taken for a foreigner. Id. ibid.* c. 8. Dum versum effugeres, modum tamen et numerum quendam oportere servari. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 36. Hæc morte effugiuntur, etiamsi, &c. ¶ Effugit me aliquid. *hath escaped my memory;* elabitur. *Cic. de Orat.* l. 2. c. 34. *extr.* Ubi eum locum omnem cogitatione sepseris, nihil te effugiet; atque omne, quod erit in re, occurret atque incidet. ¶ Pro aspernari, rejicere. *Grat. in Cyneg.* v. 276. Effuge, qui lata pandit vestigia planta.

EFFUGĬUM, ii, n. *a flying away, escape, means of escaping, place to escape to*, ἀποφυγὴ, ratio et via effugiendi, et locus ipse, qua effugere quis potest. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Bestias alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. *Id. Verr.* 7. c. 64. *extr.* Assequi effugium mortis. *Lucret.* l. 3. v. 525. Effugium præcludere alicui. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 21. Præstruere omnia effugio alicujus. *Hirt. de B. Alex.* c. 16. Neque terra neque mari effugium dabatur victis. *Liv.* l. 24. c. 26. Si effugium patuisset in publicum. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 63. Senile corpus et tenuatum lenta effugia sanguini præbebat. et lib. 16. c. 15. Effugia villæ claudere. *Id.* 3. *Ann.* c. 42. Milites effugia insederant. ¶ Item fuga. *Virg.* 2. *Æn.* v. 139. Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent Effugia. Ubi *Serv.* Dicendo *effugia*, verbo sacrorum, et ad causam apto usus est. nam hostia, quæ ad aras adducta est immolanda, si casu effugeret, *effugia* vocari vetere more solet; in cujus locum quæ supposita fuerat, *succidanea* &c.

EFFULGĔO, es, ulsi, n. 2. *to shine forth, glitter*, ἀποστίλβω, idem quod fulgeo, aut valde fulgeo. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 144. effulget tenebris aurora fugatis. *Virg.* 5. *Æn.* v. 132. ipsique in puppibus auro Ductores longe effulgent. *Liv.* l. 22. c. 1. Ingens lumen effulsisse. ¶ Translate *Plin.* l. 4. *init.* Omnis Græciæ fabulositas, sicut et litterarum claritas, ex hoc primum sinu effulsit. ¶ In infinito aliquando est 3. conjugat. *Virg.* 8. *Æn.* v. 677. Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus. [¶ Particip. *effulgens* apud *Sil.* l. 3. v. 694. Ante aras stat veste sacerdos Effulgens nivea.]

[* EFFULGŬRO, as, are, n. 1. idem ac effulgeo, splendeo. *Ennod.* l. 1. epist. 8. In quibus litterarum commerciis ad unguem politi sermonis splendor effulgurat.]

EFFULTUS, a, um, adject. fultus, *propped up, supported, sustained*, ὑπερειςμένος. *Virg.* 7. *Æn.* v. 94. Atque harum effultus tergo stratisque jacebat Velleribus. *Id.* 8. *Æn.* v. 368. Effultus foliis, et pelle Libystidis ursæ. (V. *Fultus.*) *Stat.* l. 3. *silv.* 1. v. 5. Graiis effulta metallis culmina. *Apul.* l. 2. *Metam.* Effultus in cubitum.

EFFUMIGĀTUS, a, um, fumo expulsus. *Tertull. ad Martyr.* c. 1. Tanquam coluber excantatus, aut effumigatus.

EFFŪMO, as, n. 1. fumum emitto. *Sever. in Ætna*, v. 497. Effumat moles.

EFFUNDO, is, udi, usum, a. 3. *to spill, pour out, shed*, ἐκχέω, extra fundo, emitto, profundo, et dicitur proprie de humoribus. Hinc in titulo 3. lib. 9. *Dig. qui dejecerint*, solida dejecisse, *vel effuderint*, liquida effudisse intelligendi sunt. *Juvenal.* sat. 3. v. 277. patulas effundere pelves. *Cic. pro Planc.* c. 42. Lacrimæ, quas tu plurimas effudisti. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 45. Mare neque redundat unquam, neque effunditur. *overflows. Plin.* l. 2. c. 180. Ganges se in Eoum Oceanum effundit. *disembogues itself. Curt.* l. 8. c. 13. Procella imbrem effuderat. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 28. Age, effunde hoc cito in baratrum. *h. e.* hoc poculum ebibe. ¶ Transfertur ad alia. *Cic. pro Flacc.* c. 28. Vox in coronam turbamque effunditur. *Id. de clar. Orat.* c. 9 Hæc enim ætas effudit hanc copiam. *Id. in Orat.* c. 15 Segetes fecundæ non solum fruges verum etiam herbas effundunt. *produce. Virg. Æn.* 7. v. 522. Troia pubes As canio auxilium castris effundit apertis. *pours forth. Cic Fam.* 12. ep. 25. *a med.* Effundere furorem vinolentum in aliquem. *to vomit forth. Liv.* l. 39. c. 34. iram in aliquem. *to vent. Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 139. carmina. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 149. saccos nummorum. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 566. tenebras. *Virg.* 5. *Æn.* v. 723. tales voces. *h. e.* talia verba dare. et vers. 780. tales effundit pectore questus. *to utter.* ¶ Pro jacere, emittere. *to hurl, discharge. Id.* 9. *Æn.* v. 509. telorum effundere contra Omne genus Teucri. Adde *Liv.* l. 27. c. 18. ¶ Pro remittere, laxare. *to slacken, loosen, remit, relax. Virg.* 5. *Æn.* v. 818. et lib. 12. v. 499. Effundere habenas. ¶ Pro abjicere, *to throw or cast away. Plin.* l. 18. c. 31. Vina priora effundere. ¶ Pro sternere. *to overthrow, lay prostrate. Virg.* 11. *Æn.* v. 485. Pronum sterne solo, portisque effunde sub altis. *Id.* 12. *Æn.* v. 531. Murrhanum ingentis turbine saxi Excutit, effunditque solo. ¶ Pro expellere. *to drive out, expel. Id.* 9. *Æn.* v. 67. qua via clausos Excutiat Teucros vallo, atque effundat in æquor. ¶ Pro excutere. *to throw down or out. Id.* 10. *Æn.* v. 574. *de equis territis.* Effunduntque ducem, rapiuntque ad litora currus. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 357. fluctu puppis labefacta reverso Solvitur, effunditque viros. *Liv.* l. 22. c. 3. et *Curt.* l. 8. c. 14. Equus effundit equitem. *throws.* ¶ Pro ejicere. *to strike*

out. Ulpian. Dig. lib. 19. tit. 2. leg. 13. Effundere alicui oculum. ¶ In illo *Celsi*, l. 7. c. 7. sect. 4. Homo sic aversus collocandus est, ut in gremium ejus (medici) caput resupinus effundat. *h. e.* inclinet ac deponat. ¶ Refertur ad eos, qui omnia dicunt, quæ in animo habent, et ad copiose loquentes. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 7. *a med.* Effudit illa omnia, quæ tacuerat. *Id.* 1. *de Orat.* c. 34. *extr.* Effudi vobis omnia, quæ sentiebam. *Id. pro Flacc.* c. 17. *a med.* Testis effudit, quæ voluit omnia. ¶ Item ad profundentes bona. *to spend, squander, waste, consume, run through. Cic. Phil.* 3. c. 2. C. Cæsar adolescens divina mente atque virtute, firmissimum exercitum comparavit, patrimoniumque suum effudit: quamquam non sumus usi eo verbo, quo decuit. non enim effudit, sed in salute reipublicæ collocavit. *Justin.* l. 6. *c. ult.* Reditus publicos in classem exercitusque effundere. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 2. Pecuniam per luxuriam effundere atque consumere. *Id. Agrar.* 1. c. 5. Effundere ærarium. ¶ Et absolute *Terent. Adelph.* 5. 9. 34. Effundite, emite, facite quod vobis lubet. ¶ Et translate *Cic. Fam.* 2. ep. 16. Ut me existimares tam inconstantem, ut collectam gratiam florentissimi hominis effunderem. *h. e.* abjicerem, perderem. ¶ Sumitur et generatim pro large, aut sine modo conferre, dare. *Id. ad Brut.* ep. 15. *a med.* Eos per ipsos dies effudi, si ita vis, honores in mortuos. ¶ *Effundere se*, et *effundi* dicitur de multitudine hominum alicunde simul exeuntium, et aliquem in locum concurrentium. *to rush forth in crowds. Cic. ad Brut.* ep. 3. Timore quodam perculsa civitas tota ad te se cum conjugibus et liberis effundebat. *Liv.* l. 34. c. 8. Major frequentia mulierum se se in publicum effudit. *Id.* l. 26. c. 19. Legationes ad famam adventus ejus, ex omni se provincia effuderant. *Id.* l. 38. c. 6. Omnibus portis ad opem ferendam effunduntur. *Tacit. Ann.* 15. c. 23. Omni Senatu Antium effuso. *Vellei.* l. 2. c. 112. Effundere se obviam alicui. ¶ Item de iis, qui latius evagantur. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 19. Cum equitatus noster liberius, vastandi causa, se in agros effunderet. ¶ Item de iis, qui in aliqua re liberius se gerunt, aut modum non servant. *Cic. Parad.* 3. c. 1. An temperantem eum dices, qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? *Liv.* l. 34. c. 6. Effundi ad luxuriam. *Sueton. in Aug.* c. 99. in jocos. *to be disposed to merriment. Id. in Calig.* c. 32. in cachinnos. *to laugh immoderately. Tacit.* 1. *Ann.* c. 54. in amorem alicujus. *to give himself up to the love of. Id.* 12. *Ann.* c. 47. in amplexus. *to run into the embraces.* ¶ Absolute *Valer. Flacc.* l. 1. v. 700. Sævit atrox Pelias, inimicaque vertice ab alto Vela videt, ne qua se ardens effundere possit. *vent itself. Cic. Attic.* l. 4. ep. 9. In nos suavissime est effusus. *hath treated me with the most marked attention.* ¶ Huc pertinent illa *Plin.* l. 23. c. 1. *a med.* Quorum stomachus in vomitiones effunditur. *h. e.* sæpe cibum rejicit. *Id.* l. 17. c. 2. Terra effunditur in herbas. *h. e.* fertiliter herbas gignit. ¶ *Effundere curam sui* apud *Senec.* l. 2. *de Ira*, c. 35. Est abjicere. ¶ *Effundere orationem*, perturbate, atque adeo obscure dicere. *Senec.* ep. 100. Fabianus mihi non effundere videtur orationem, sed fundere: adeo larga est, et sine perturbatione, non sine cursu tamen veniens. ¶ Effundere animam apud *Virg.* 1. *Æn.* v. 102. vitam, *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 181. extremum spiritum, *Cic. Phil. ult.* c. 12. est mori. ¶ *Effundere gradum*, vel *frena*, apud *Stat.* 9. *Theb.* v. 182. dicitur de eo, qui vel pedes, vel eques concito cursu fertur. ¶ *Effundere vires* est omnes vires expromere. *to summon, muster, exert. Ovid. Metam.* 1. v. 278. vires effundite vestras. ¶ Item vires consumere, exhaurire. *Id. ibid.* l. 12. v. 106. manus est mea debilis ergo, Quasque, ait, ante habuit vires, effudit in uno. Sic *Cic.* 1. *Fam.* ep. 9. *a med.* Illud odium effudisse me omne arbitrabar. et *Senec.* ep. 11. Omnem verecundiam effundere. ¶ In illo *Pers. Sat.* 1. v. 64. ut per læve severos Effundat junctura ungues: *effundat* est ire sinat, non remoretur, (V. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 87.) apte conjuncta, et nulla rima diducta. [¶ Particip. *effundens, effusurus, effundendus* apud *Lucan.* l. 1. v. 188. Turrigenos canos effundens vertice crines. *Val. Max.* l. 7. c. 7. n. 6. Cum effusurus se in nostras provincias Parthorum rex Phraates videretur. *Cels.* l. 7. c. 15. Per hanc membranam effundendus humor est.]

EFFUSE, *in a scattered manner, without restraint, freely, excessively, vehemently*, effundendo se, et late vagando: atque adeo libere, effrenate, licenter, immodice. *Sallust. in Jug.* c. 113. Qui temere et effuse euntes, numerum ampliorem efficiebant. *Liv.* l. 34. c. 16. Effusius, ut sparsis hostibus fuga, prædati sunt. *Id.* l. 1. c. 10. Effuse vastantibus fit obvius Romulus. *Id.* l. 3. c. 22. Effuse fugere. *in disorder, precipitately. Curt.* l. 9. c. 8. Effuse sequi hostem. *furiously, impetuously. Liv.* l. 30. c. 11. Effuse invehens se se hostis. *Senec.* epist. 99. *a med.* effusissime flere. *Cic. in Pison.* c. 5. Nemo tam effuse petulans conatus est. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 6. Cum inaniter et effuse animus exsultat. *Id. pro. Cæl.* c. 16. *extr.* Si vidua libere, proterva petulanter, dives effuse viveret. *Plin.* l. 1. ep. 20. *a med.* Non minus non servat modum, qui adstrictius, quam qui effusius dicit. *h. e.* nimis redundanter. *Cels.* l. 6. c. 6. n. 8. Effuse bibere. *immoderately.* ¶ Item large, profuse. *profusely, largely, prodigally. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 8. *extr.* Non pauca suis adjutoribus large effuseque donabat. ¶ *Effuse amare* est impense, vehementer. *passionately. Plin.* l. 6. ep. 26. Amo quidem effuse: judico tamen: et quidem tanto acrius, quanto magis amo. *Id.* l. 7. ep. 30. Cum omnes quos probas, effusissime diligas. et epist. 24. Habebat pantomimos, fovebatque effusius, quam principi feminæ conveniret. *Sueton. in Ner.* c. 22. Rogatus, ut cantaret super cœnam, exceptusque effusius. *with great applause. Tacit.* 1. *Hist.* c. 19. Effusius favere.

EFFŪSĬO, onis, f. *a pouring out*, ἔκχυσις, actus effundendi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio. *Colum.* l. 3. c. 2. Vitis vel ad escam, vel ad effusionem deponitur. *h. e.* ut calcetur, et effundatur vini causa. V. *Eliquesco.* ¶ Translate est prodigalitas, consumptio. *prodigality, profusion. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 46. Quos sumptus quotidianos, quas effusiones fieri putatis? ¶ Item irruptio, vel eruptio. *Cic. in Pison.* c. 22. Effusiones hominum ex oppidis. ¶ Effusio animi in lætitia, apud *eund. Tuscul.* 4. c. 31. est quædam animi quasi dilatatio, qua effert se, et effundit: cui opponitur *ibid.* contractio in dolore.

EFFŪSOR, oris, m. qui effundit. *Augustin.* serm. 27. *de divers. in fi.* Redemptor tuus, effusor pretii, &c.

EFFŪSŌRĬE, *in a riotous manner*, effuse. *Ammian.* l. 31. *sub fin.* Exinde digressi sunt effusorie per Arctoas provincias.

EFFŪSUS, a, um, *poured out, overflowing*, ἔκχυτος, fusus, extra fusus, defusus: et proprie de liquoribus dicitur. *Virg.* 6. *Æn.* v. 686. Effusæ genis lacrimæ. *Id.* 4. *Georg.* v. 312. æstivis effusus nubibus imber. et vers. 288. effuso stagnantem flumine Nilum. *Liv.* l. 1. c. 4. Tiberis effusus super ripas. *Plin.* l. 4. c. 15. Rhenus effusus in ostia. *Id.* l. 16. c. 1. Effusus in immensum Oceanus. *Id.* l. 29. c. 3. Ovum effusum in fictili novo. ¶ Transfertur et ad res alias. *Id.* l. 22. c. 25. Lens trita, et per cribrum effuso furfure. *h. e.* secreto, et rejecto. *Id.* l. 8. c. 5. Effusæ stipes in sinum. *h. e.* collatæ, congestæ. *Id.* l. 9. c. 33. Margo conchæ foris effusus. *h. e.* explicatus, dilatatus. *Liv.* l. 30. c. 12. et *Virg. Æn.* 10. v. 892. Effusus eques. *thrown from his horse.* Sic *Plin.* l. 8. c. 42. Effusus auriga. *Virg.* 6. *Æn.* v. 339. mediis effusus in undis. *thrown into the water. Sil.* l. 16. v. 361. Sinuare axem effusum. *h. e.* volantem currum extra tramitem flectere. et vers. 443. Jubæ effusæ per colla equi. *spread, hanging loose. Stat.* 5. *Theb.* v. 95. erecta genas, aciemque effusa. *with eyes ready to start out. Virg.* 4. *Georg.* v. 337. Nymphæ effusæ cæsariem per colla. *h. e.* habentes cæsariem effusam. ¶ Apud *Senec. de constant. Sap.* c. 13. reliquiæ, et effusa sunt excrementa, et urina. ¶ *Effusa loca* apud *Tacit. de Germ.* c. 30. sunt vasta, plana, et patentia. Sic apud *Vellei.* l. 2. c. 43. effusissimus sinus maris Adriatici. ¶ Est etiam emissus, immissus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 317. Corripiunt spatia (*cursores*) effusi nimbo similes. *Id.* 3. *Georg.* v. 104. ruunt effusi carcere currus. ¶ Item laxatus, remissus, *let loose, slackened. Liv.* l. 37. c. 20. Effusissimis habenis stationem hostium invadit. ¶ Item frustra impensus, *expended to no purpose. Virg.* 4. *Georg.* v. 492. ibi omnis effusus labor. ¶ Item large impensus, profusus, *profuse, abundant. Plin.* l. 7. c. 25. Effusæ opes. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 24. Sumptus effusi cum probro atque dedecore. *Nepos in Milt.* c. 6. Populi nostri honores quondam fuerunt rari, et tenues; nunc autem effusi, atque obsoleti. ¶ Item largus, vel prodigens, *prodigal, lavish, bounteous, generous. Cic. pro Cæl.* c. 6. Quis in rapacitate avarior? quis in largitione effusior? *Vellei.* l. 2. c. 41. Cæsar vigore animi acerrimus, munificentiæ effusissimus. ¶ Et universim qui quacumque in re multus est ac vehemens, et propensus, aut immodicus: sive de rebus, sive de personis sermo sit, *excessive, immoderate. Liv.* l. 44. c. 1. Effusa licentia. *Id.* l. 35. c. 43. *extr.* Lætitia effusa. *Sueton. in Ner.* c. 40. Effusissimo studio athletas spectare. *Liv.* l. 42. c. 30. Principum pars ita in Romanos effusi erant, ut, &c. *inclined towards, partial to. Virg.* 2. *Georg.* v. 352. Effusi imbres. *Petron. in Satyr.* c. 139. Amplexu effusissimo invadere aliquem. *Liv.* l. 3. c. 5. Effusa fuga. *precipitate. Plin.* l. 6. ep. 20. *circa med.* Effusus cursus. *h. e.* citatus. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 45. Effusi in lacrimas. et *Virg.* 2. *Æn.* v. 651. Effusi lacrimis. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 54. Effusus in amorem alicujus. *Justin.* l. 12. c. 13. Totus in lætitiam effusus. *Gell.* l. 1. c. 26. in iram. *Quintil.* l. 2. c. 2. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus. *Liv.* l. 29. c. 23. Numidæ effusi in Venerem. *Id.* l. 44. c. 31. *sub fin.* Postremo ad preces lacrimasque effusus, in potestatem se se dedit. *giving a loose to entreaties and tears.* ¶ Dicitur et de turba hominum turmatim alicunde exeunte. *Liv.* l. 1. c. 14. Plenis portis effusi hostes. *pressing forward in crowds. Id.* l. 30. c. 5. Ad restinguendum ignem effusi. *flocking together in great numbers. Virg.* 6. *Æn.* v. 305. Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat. *Justin.* l. 32. c. 1. Populus obviam effusus. ¶ *Effusiora corpora* apud *Calpurn. Flacc.* declam. 2. sunt fusa et ampla: quibus opponuntur collectiora. ¶ *Effusa membra* apud *Stat. Theb.* 6. v. 841. sunt plana, æquabilia, multa scilicet carne et sanguine plena, non torosa, aut rugosa. *Liv.* l. 38. c. 21. fusa dixit.

EFFUTĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to prate or speak foolishly, blab out, babble*, ψυχρολογέω, proprie est effundo, a *futio* (quod idem significat) teste *Priscian.* l. 4. pag. 631. *Putsch.* Et transfertur ad eos, qui silere tacenda nequeunt, aut inaniter, temereque loquuntur. *Terent. Phorm.* 5. 1. 18. Ne vos forte imprudentes foris effutiretis, atque id porro aliqua uxor mea rescisceret. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 37. Certe ita temere de mundo effutiunt, ut mihi quidem nunquam hunc admirabilem cæli ornatum suspexisse videantur. et lib. 1. c. 30. Quam bellum erat, confiteri potius, nescire quod nescires, quam ista effutientem nauseare? et 5. *Tuscul.* c. 31. Nec hæc sic agit, ut ex tempore quasi effutire videatur. *Lucret.* l. 5. v. 908. Multa licet simili ratione effutiat ore. *Gell.* l. 5. c. 1. Obvias, vulgatasque laudes effutire. *Horat. de ar. Poet.* v. 231. Effutire leves indigna Tragœdia versus. ¶ *Nonius* c. 2. n. 272. exponit cum mendacio dicere: sed rem non conficiunt, quæ affert exempla: sunt autem ea ipsa, quæ hic a nobis afferuntur.

EFFUTITĬUS, *vel* Effuticius, a, um, qui effutitur, ac temere loquendo effunditur. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. Euax verbum nihil significat, sed effutitium naturaliter est. Al. leg. *effutitum.*

EFFUTĪTUS, a, um, *foolishly or rashly uttered*, temere loquendo effusus. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 55. Quorum partim ficta aperte, partim effutita temere, nunquam ne mediocri quidem cuiquam probata sunt.

EFFŬTŬO, is, a. 3. In *carm. joceso in Cæsarem* apud *Sueton. in ejus vita*, c. 51. Aurum in Gallia effutuisti. *h. e.* scortando dilapidavisti.

E G

EGELĀTUS, a, um, particip. ab egelo. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 4. c. 3. Non frigidum, sed leviter egelatum.

EGELĬDO, as, avi, atum, a. 1. *to thaw, dissolve*, quod gelatum est, dissolvo. *Sidon.* l. 4. ep. 1. Egelidarentur fibræ glaciales.

EGELĬDUS, a, um, *tepid, lukewarm, having the cold taken off*, χλιαρὸς, qui de summo gelu aliquid remisit. *Cels.* l. 4. c. 18. *extr.* Potio debet esse egelida, et frigidæ propior. *Id.* l. 6. c. 18. *extr.* Ulcus, si hiems est, egelida, si aliud tempus, frigida aqua fovendum. *Sueton. in Aug.* c. 82. Perfundebatur egelida aqua, vel sole multo calefacta. *Catull.* carm. 46. *ad seips.* Jam ver egelidos refert tepores. *Colum.* l. 10. v. 282. Nunc ver egelidum, nunc est mollissimus annus. ¶ Item frigidus, *cold, very cold*: nempe qui gelu quidem caret, frigus tamen habet. *Virg.* 8. *Æn.* v. 610. egelido secretum flumine vidit. *Plin.* l. 31. c. 2. Albulæ aquæ egelidæ: sed Cutiliæ gelidissimæ. *Strabo* l. 5. ψυχρὰ Ἄλβουλα. Adde *Cels.* l. 3. c. 22. *ad fin.* ¶ Item gelu adstrictus, *frozen, congealed. Auson. in Cæsarib.* n. 21. Impiger egelido movet arma Severus ab Histro. ¶ Postremam hanc, ac primam significationem conjunxit *Ovid.* l. 2. *Amor.* el. 11. v. 10. Egelidum Borean, egelidumque Notum: ut adnotavit *Voss.* l. 5. *Institut. oratoriar.* c. 2. sect. 2. quam ob rem ab amicis reprehensus fuit, uti narrat *Senec.* l. 2. controv. 10. *in fi.* Al. tamen aliter leg. V. *Semibos.*

EGĒLO, as, avi, atum, a. 1. de summo gelu aliquid remitto. *Cæl. Aurelian.* l. 3. *Acut.* c. 5. Cum ex aliqua parte corporis frigidus torpor visus fuerit egelari.

EGENS, entis, *needy, in want, poor*, ἐνδεὴς, qui re aliqua eget, cui desunt necessaria ad vivendum. Dicitur, si *Festo* credis, quasi *exgens.* h. e. cui ne gens quidem sit reliqua. *Cic. de Amic.* c. 7. Quocirca et absentes adsunt, et egentes abundant, et imbecilli valent. *Id. Attic.* l. 6. ep. 1. Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius. *Id.* l. 9. *ad eund.* ep. 7. *a med.* Egestates tot egentissimorum hominum. *Id.* 6. *Fam. ep. ult.* Egens rebus omnibus. *Plaut. Rud.* 1. 5. 16. Egentes opum. *Horat.* l. 4. od. 8. v. 10. Animus deliciarum egens. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 31 Animo egens. *h. e.* mentis, et consilii inops. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 8. *sub fin.* Qui in sua re fuisset egentissimus erat, ut fit, insolens in aliena. *Id. pro Cluent.* c. 59. *a med* Est hic Ennius egens quidam, calumniator, mercenariu[s] Oppianici. ¶ Item carens, *without, deprived of, wanting Ovid.* 1. *Metam.* v. 17. Lucis egens aer. et lib. 11. v. 119 mensas posuere ministri Instructas dapibus, nec tostæ frugis egentes. ¶ *Egens*, et *inops* in eo differre videntu[r] quod *egens* ideo talis est, quia *inops.* inopia enim egestate[m] parit. Itaque egens magis laborat, quam inops. *Sueton.* [*d*]*e Grammat.* c. 8. Adeo inops atque egens, ut coactus si[t] &c. V. *Egestas.*

EGENŬLUS, a, um, diminut. ab *egenus.* Est *Paulin[i] Nolani* epist. 29. (*al.* 10.) cap. 12.

EGĒNUS, a, um, *in want, needy, destitute*, ἄπορος, ἐνδεὴ[ς], idem quod egens, sed magis Poetis, atque Historicis fam[i]liare. *Liv.* l. 9. c. 6. Omnium egeni corpora humi pr[o]straverunt. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 12. Commeatibus non eg[e]nus. *Id. ibid.* c. 3. Egena aquarum regio. *with little wat[er]* ¶ Item carens, *wanting, void of. Id.* 4. *Ann.* c. 30. Ege[na] aquæ insula. *Id.* 1. *Ann.* c. 53. Omnis spei egena. [S…] l. 6. v. 304. Nulla viro species, decorisque et frontis eg[e]num Corpus. *Lucret.* l. 3. v. 1026. lucis egenus Tartar[i] ¶ *Res egenæ* sunt res afflictæ. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 1. R[es] multas tibi mandavi dubias, egenas, inopiosas consilii. *b[…] affairs. Id. Capt.* 2. 3. 45. Neque unquam deserui te

bus in dubiis, egenis. *in your misfortunes. Virg.* 6. *Æn.* v. 91. cum tu supplex in rebus egenis Quas gentes Italum, quas non oraveris urbes! ¶ *Egenus* et *inops* quid differant, in *Egens* dictum est. *Petron.* in *Satyr.* c. 133. *in carm.* inops, et rebus egenus Attritis.

EGĔO, es, ui, n. 2. *to need, want, be in want of, stand in need of*, ἀπορέω, alicujus rei inopia laboro. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 8. Egebat? imo locuples erat. *Id.* 9. *Fam.* ep. 3. Gravitas morbi facit, ut medicinæ egeamus. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 2. Nec bibliothecis quidem Græcis egebimus. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 54. *extr.* Cum res non egent longæ orationis. *require. Cic. ad Brut.* ep. 15. *sub fin.* Etiam Themistoclis liberi eguerunt. *were poor.* ¶ Cum accusativo *Sallust. in Jug.* c. 103. Locus magna parte editus et præceps pauca munimenta egebat. Al. aliter leg. *Plaut. Men.* 1. 2. 12. Lanam, aurum, vestem bene præbeo: nec quicquam eges. ¶ Metonymice est appetere, cupere, velle. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 10. Utque sacerdotis fugitivus, liba recuso, Pane egeo, jam mellitis potiore placentis. Adde *in ar. Poet.* v. 154. ¶ Item carere, *to be without. Cic. in Bruto*, c. 67. C. Macer auctoritate semper eguit. *Liv.* l. 6. c. 27. Censoribus quoque eguit annus. *Cato* apud *Gell.* l. 13. c. 23. Si quid est, quod utar, utor: si non est, egeo. Vitio vertunt, quia multa egeo: at ego illis, quia nequeunt egere. *Stat.* l. 5. sil. 4. v. 2. Crimine quo merui, donis ut solus egerem, Somne, tuis? ¶ Particip. *eguiturus* habetur apud *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 24. Ita enim ibi legit *Sciopp.* in *not.* Alii *egiturus.* [¶ Passive impersonaliter. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 39. Amatur, atque egetur acriter.]

EGERĬA. V. *Ægeria.*

EGERĬES, ei, f. ab egero; excrementorum emissio, vel ipsa excrementa. *Solin.* c. 40. (al. 53.) *de Bonaso animali*: Cum in fugam vertitur, fimum egerit, cujus ardor quidquid attigerit, adurit: ita egerie noxia summovet insequentes. *Paulin. Nolan. carm.* 32. (al. 15.) v. 281. per egeriem, qua se se animalia purgant.

EGERMĬNO, as, idem ac germino. *Colum.* l. 4. c. 17. Quæ infra trunci caput egerminaverint. Adde cap. 27. et 32.

EGĔRO, is, essi, estum, a. 3. *to bear or carry out, cast forth*, ἐκφέρω, ἐκκομίζω, extra gero. *Plin.* l. 33. c. 4. Egerere silices humeris. *Id.* l. 31. c. 2. Fons egerens saxa. *Liv.* l. 6. c. 3. Victorem vagum invenit, prædam ex hostium tectis egerentem. ¶ Item extrahere, *to draw out, extract. Hirt. de B. Alex.* c. 22. Egerere ex mari lapides. *Curt.* l. 7. c. 10. *ad fin.* Nec tamen, humo alte egesta, exsistebat humor. *Id.* l. 5. c. 1. *a med.* Limo penitus ad fundamenta jacienda egesto. *Ovid Metam.* 11. v. 488. Egerere fluctus *e navi.* ¶ Item asportare, *to carry off, pilfer. Liv.* l. 30. c. 39. *ad fin.* Pecuniam ex ærario scribæ, viatoresque clam egessisse comperti, damnati sunt. ¶ Item emittere, *to send out, discharge*: et fere dicitur de vomentibus, aut alia ratione e corpore expellentibus. *Curt.* l. 7. c. 5. Aquam vomitu egerere. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 664. Egerere dapes. *Plin.* l. 9. c. 63. Scolopendræ interanea evomunt, donec hamum egerant. *Id.* l. 31. c. 6. Phthisi affecti, aut sanguinem egerentes. *Id.* l. 29. c. 5. Qui in urinam canis suam egesserit. *Id.* l. 7. c. 11. Abortu puerperia egerere. *Solin.* c. 40. (al. 53.) Egerere fimum ventris. ¶ Item exhaurire. *to empty, exhaust, spoil. Propert.* l. 4. el. 6. v. 34. Egessitque avidis Dorica castra rogis. *Stat.* 1. *Theb.* v. 37. egestas alternis mortibus urbes. ¶ Translate *Ovid.* 4. *Trist.* el. 3. v. 38. Expletur lacrimis, egeriturque dolor. *is allayed, mitigated, alleviated, carried off. Lucan.* l. 2. v. 63. tales pietas peritura querelas Egerit. *h. e.* effundit. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 454. tota querelis Egeritur, fletuque dies. *h. e.* impenditur, transigitur. *Tacit. in Agric.* c. 31. Bona fortunasque in tributum egerunt, in annonam frumentum. *they force away, convey. Quintil. declam.* 5. c. 17. Egerere totos census in exsequias. *h. e.* effundere, impendere, profundere. *to expend.* et cap. 18. Egerere animam. *Senec.* ep. 66. *post init.* Multi nobis sermones fuerunt, quos subinde egeram, et ad te mittam. *shall publish.* et ep. 91. Gravitas cæli egerit populos. *h. e.* expellit, migrare cogit. [¶ Particip. *egerendus* apud *Liv.* l. 21. c. 37. Tantum nivis effodiendum atque egerendum fuit.]

EGERSĬMON, ἐγέρσιμον, vox Græca, ab ἐγείρω, excito, expergefacio, usurpatur a *Martiano Capell.* l. 9. pag. 308. de carmine suavi, excitandis animis, oblectandisque idoneo.

[* EGESTA, æ, f. filia Hippotæ Trojani, quam ne marinæ belluæ ob perjuria Laomedontis secundum Apollinis responsa traderetur, pater impositam naviculæ misit quo sors tulisset; quæ tamdem ad Siciliam delata, a Criniso fluvio in canem converso compressa Acestem peperit. Hic ex matris nomine urbem Trojanis condidit, quæ ante Egesta, post Segesta dicta est. *Serv. ad Æn.* l. 1. v. 550.]

EGESTAS, atis, f. *want, poverty, indigence, beggary*, ἔνδεια, indigentia, paupertas: ab *egeo. Virg.* 1. *Georg.* v. 146. duris urgens in rebus egestas. *Serv. ad hunc loc.* differre ait a paupertate, quod paupertas levior est, et honesta esse potest: egestas gravior, et turpis. *Virg.* 6. *Æn.* v. 276. turpis egestas. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 459. crudelis. *Juvenal. sat.* 15. v. 96. dira. *Senec. in Thyest.* v. 303. tristis. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 36. infelix. *Plaut. Asin.* 3. 3. 81. Quidvis egestas imperat. *Id. Trinum.* 2. 2. 57. Tolerare egestatem alicujus. *Cic. Parad. ult.* c. 1. *extr.* Itaque istam paupertatem, vel potius egestatem, ac mendicitatem tuam nunquam obscure tulisti. *Id. Attic.* l. 9. ep. 7. *a med.* Sustinere libidines, audacias, sumptus, egestates tot egentissimorum hominum. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 49. *extr.* Degere vitam in egestate. *Id. ibid.* c. 5. Afferre egestatem alicui. ¶ Differt ab inopia, ut a causa effectus. Ex illa enim hæc nascitur: atque adeo hæc illa gravior. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 47. Propter inopiam in egestate esse. ¶ Translate *Id. in Pison.* c. 11. Non capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit levitas ista, non egestas animi tantam personam. *Lucret.* l. 5. v. 1210. Egestas rationis. *h. e.* ignoratio rationis, et causæ. *Plin.* l. 4. ep. 18. Inopia, vel potius, ut Lucretius (lib. 1. v. 831.) ait, egestas patrii sermonis. ¶ Pro carentia *Tacit. Ann.* 6. c. 23. Asinii Galli mors vulgatur, quem egestate cibi peremptum, haud dubium: sponte vel necessitate incertum habebatur. *inedia.*

EGESTĬO, onis, f. *a carrying out*, actus egerendi. *Plin.* l. 6. ep. 6. *ante med.* Hæc liberalitatis materia gratissima, si Pallantis facultates adjuvare publicarum opum egestione contingeret. *h. e.* effusione. *waste, profusion.* Egestio ventris et urinæ *Cælio Aurel.* est emissio, lib. 5. *Tard.* c. 10. [¶ Asportationem etiam significat. *Sueton. in Nerone*, qui urbem paulo antea incenderat, c. 38. Pollicitus cadaverum et ruderum gratuitam egestionem.]

[* EGESTĪVUS, a, um, adject. qui egerit. *Macer de anetho*, v. 14. Unde minor fieri vis egestiva videtur.]

EGESTUŌSUS, a, um, egenus. *Aurel. Vict. in Epit.* c. 12. Puellas, puerosque natos parentibus egestuosis sumptu publico ali jussit. Al. leg. *egestosis.*

EGESTUS, us, m. *a carrying out, voiding, laying out*, actus egerendi, egestio. *Stat.* l. 4. *silv.* 3. v. 42. alto Egestu penitus cavare terras. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. *ult.* Quemadmodum corpora nostra ad egestum venter exhaurit.

EGESTUS, a, um, *carried, or cast out*, ἐκκομισθεὶς. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 243. et *Colum.* lib. 2. c. 2. *a med.* Scrobibus egestam humum recondere, et recalcare. ¶ Item emissus. *voided. Plin.* l. 37. c. 3. *sub fin.* Egesta urina. ¶ Item exhaustus. *drained, emptied, exhausted. Stat.* 1. *Theb.* v. 37. egestas alternis mortibus urbes. ¶ Item transactus. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 298. Tristior, at nunquam tantoque paventibus ulla Nox Minyis egesta metu. *passed.*

EGGĔRO, pro Egero, (ab *ex* et *gero*, mutato *x* in *g*) legitur bis l. 1. c. 9. *Lactantii.*

EGIGNO, is, a. 3. *to put forth, produce*, extra gigno, produco, effero. *Lucret.* l. 2. v. 702. altos Interdum ramos egigni corpore vivo.

[* EGLECOPĂLA, æ, f. verbum Celticum, cujus etymon ignoratur ab ipso *Plin.* l. 17. c. 8. Columbinam terram Galliæ suo nomine eglecopalam appellant.]

EGNATIĀNUS, a, um, ad Egnatium pertinens, quod est nomen Romani hominis, ut Egnatianum scelus, *Vellei.* l. 2. c. 93. V. *ibid.* c. 91. *Senec. de Clement.* l. 1. c. 9. et *de brevit. vitæ*, c. 5. et *Sueton. in Aug.* c. 19. ubi narratur, M. Egnatium Rufum contra vitam Augusti conspirasse, detectum pœnas dedisse.

EGO, *I*, ἐγὼ, pronomen primæ personæ, utriusque generis, a Græcis sumptum, etiam in obliquis casibus, parva mutatione. Sunt autem obliqui casus *mei, mihi, me*: et in plur. num. *nos, nostrum*, vel *nostri, nobis. Plaut. Stich.* 5. 4. 49. Ego tu sum, tu es ego: unanimi sumus. *Cic. Catil.* 4. c. 1. Ego sum ille Consul, cui non forum, non campus, non domus vacua periculo fuit. *Virg.* 11. *Æn.* v. 392. Pulsus ego? aut quisquam merito, fœdissime, pulsum Arguet? *Cic. Fam.* 12. ep. 18. *extr.* Nihil mihi tam deesse scito, quam, &c. et *Fam.* 13. ep. 56. Cluvius valde me observat. *Terent. Adelph.* 2. 4. 7. Quasi norimus nos inter nos. ¶ Vocativo caret. Nam cum dicimus, *o ego lævus! o nos felices!* sunt recti casus, in quibus non vocandi ratio inest, sed exclamandi. ¶ Jungitur et aliis pronominibus. *Cic. Catil.* 1. c. 3. Dixi ego idem in Senatu, &c. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 17. Ego enim ipse cum eodem ipso non invitus erraverim. *I myself. Id. Fam.* 1. ep. 8. Ego is sum, cui vel maxime concedant. *Terent. Adelph.* 5. 4. 12. Ego ille agrestis, sævus, tristis, parcus, duxi uxorem. *Virg.* 5. *Æn.* v. 846. Ipse ego paulisper pro te tua munera obibo. ¶ *Egone* est interrogantis. *Cic.* 1. *de Leg.* c. 13. *Att.* hac tu de re quæro quid sentias. *M.* Egone? *I? Terent. Heaut.* 5. 5. 6. Egon' mea bona ut dem Bacchidi dono sciens? *what? I give*, &c? ¶ Initio orationis ponitur ad significandum, de re graviori nos dicere, vel altius aliquanto incipere. Ter hac ratione usurpatur a *Cicer. Fam.* 1. ep. 9. Adde *Terent. Andr.* 3. 4. 3. ubi hoc idem notat *Donat.* ¶ Addita syllaba *met* majorem habet vim designandi. *Cic. Verr.* 7. c. 17. Eam navem nuper egomet vidi Veliæ. *I myself. Terent. Phorm.* 1. 3. 20. Nostri nosmet pœnitet. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 19. *sub fin.* Cariorem esse patriam nobis, quam nosmetipsos. *Id. pro Quintil.* c. 10. Brevitas mihimet ipsi amicissima est. ¶ Cum *vero* frequentissime jungitur. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 14. *Att.* excipis, credo, illa, quibus ipsi initiati sumus. *M.* ego vero excipio. *indeed I do.* ¶ Cum *autem* rarius. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 9. Ego autem, quamquam memet mei pœnitet, &c. (Adde 9. *Attic.* ep. 15.) *Liv.* l. 21. c. 18. Ego autem non censeo quærendum, &c. ¶ Aliquando redundat. *Plaut. Trin.* 4. 2. 5. Viden', egestas quid negotii dat homini misero mali! qui ego nunc subigor trium nummorum causa, ut dicam, &c. *who for my part*, &c. ¶ Sæpe emphasim habet, cum *vidi* junctum, præsertim apud Poetas. *Virg.* 3. *Æn.* v. 623. Vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro Prensa manu magna medio resupinus in antro Frangeret ad saxum. *I have seen with these eyes. Tibull.* l. 1. el. 4. v. 29. Vidi ego jam juvenem, premeret cum serior ætas, Mœrentem stultos præteriisse dies. Adde *Ovid. de remed. amor.* v. 101. *Propert.* l. 1. el. 13. v. 14. *Sil.* l. 2. v. 340. &c. ¶ Dativus *mihi* aliquando significat ad meam utilitatem, vel damnum. *Terent. Adelph.* 1. 2. 35. Si quid peccat, mihi peccat. ¶ Interdum quantum ad meum judicium. *Id. ibid.* 5. 6. 5. Is mihi profecto est servus spectatus satis, cui dominus curæ est. ¶ Cum participiis in *dus* ponitur pro, *a me. Terent. Heaut.* 3. 1. 89. Syrus est prehendendus, atque exhortandus mihi. ¶ Aliquando in oratione ponitur solius elegantiæ causa. Habet enim quandam festivissimam urbanitatem. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 38. Tu mihi cum in circulo decipiare adversarii stipulantiuncula, ego tibi ullam causam majorem committendam putem? et lib. 2. c. 20. Sit enim mihi tinctus litteris, audierit aliquid, legerit. *Virg.* 1. *Georg.* v. 45. Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro Ingemere. *Catull.* carm. 24. *ad Juvent.* Mallem, divitias mihi dedisses Isti, cui &c. ¶ Per apocopen *mi* pro *mihi* dicitur. *Varr.* 2. *R. R.* c. 5. Veni mi advocatus. Adde *Lucret.* l. 3. v. 106. et *Virg.* 6. *Æn.* v. 104. ¶ *Min'* est mihi ne? *Pers.* sat. 1. v. 2. Min' tu istud ais? ¶ *Mihipte* est mihi ipsi. *Cato* apud *Fest.* ¶ *A me* est de meo. *Plaut. Trin.* 1. 2. 145. A me argentum dedi. *from my own pocket.* ¶ *Ad me* est ad meos, domum meam. *Cic. Fam.* 3. ep. 8. *sub fin.* Neque domum unquam ad me litteras mittam, quin adjungam, &c. *Terent. Eun.* 3. 5. 64. Eamus ad me. ¶ *Meme* pro *me*, aut *memet. Sil.* l. 9. v. 651. meme ad graviora reservat. ¶ *Me* pro *mihi* posuerunt antiqui, ut *Ennius* cum ait l. 2. Si quid me fuerit humanitus. Et *Lucil.* Nunc ad te redeo, ut quæ res me impendet agatur. Hæc *Fest.* in *Me. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. Hereditate me cessa. V. *Cessus.* Iidem dixerunt etiam *mehe* pro *me*, ut *mihi* pro *mi* hodieque dicimus. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* c. 9.) *ante med.* *Mehe* quoque pro *me* apud antiquos, tragœdiarum præsertim Scriptores, in veteribus libris invenimus. ¶ Non solum *me* in sexto casu, sed et *se, te* præpositioni *cum* anteponitur: *mecum* enim dicimus, *secum, tecum*, ut *Cic. in Orat.* c. 45. docet: neque *cum me, cum se, cum te* dici sine solœcismo potest. Eadem ratione *cum nobis* non dicimus, quia obscenius concurrerent litteræ, ut ait *Cic. ibid.* sed *nobiscum*: et ut huic sit simile, etiam *vobiscum*, non *cum vobis*: tametsi hoc si dicas, nullum cacophaton sit: sed ita usus postulat. ¶ *Mecum* interdum est intra me, cum animo meo. *within me, in my own mind.* μετ᾽ ἐμαυτοῦ. *Terent. Hec.* 1. 2. 32. Ut tacita mecum gaudeam. *Cic. post redit. in Sen.* c. 12. *extr.* Multa mecum ipse reputavi. ¶ Interdum apud me. *Phædr.* l. 2. fab. 5. *extr.* Multo majoris alapæ mecum veneunt. *Terent. Adelph.* 3. 2. 49. Testis mecum est anulus, quem amiserat. ¶ Jungitur cum *una*, et *simul. Plaut. Bacch.* 3. 5. 2. Ut eum mecum ad te adducam simul. *Terent. Hec.* 1. 2. 56. Ut colloqui mecum una posset. *Id. Heaut.* 5. 1. 34. Clinia hæc fieri videbat? *Me.* quid ni? mecum una simul. ¶ *Mecum* pro *me* accusandi casu. *Plaut. Asin.* 3. 3. 72. Hanc, cui daturus hanc, jube petere, atque orare mecum. V. *Tecum* in *Tu.* ¶ *Med* pro *me*, V. in *Erga.* ¶ *Mepte* pro *me ipsum* dixit. *Id. Men.* 5. 8. 10. ¶ Genitivus pluralis duplex est: *nostrum* quod ponitur fere post adjectiva partitionis, aut his similia, ut *uterque nostrum* apud *Cic.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 4. et *omnium nostrum* apud *eund. Agr.* 2. c. 32. Et *nostri*, quod post verba, ut *nostri miserere* apud *Virg. Ecl.* 2. v. 7. aut post substantiva verborum vicem præstantia, ut *amor nostri* apud *eund.* 4. *Georg.* v. 324. et *cura nostri* l. 2. *Æn.* v. 595. et *nuntius nostri* 4. *Æn.* v. 237. et *nostri cupido* 7. *Æn.* v. 263. aut post adjectiva alia, quæ partitiva non sint, ut *Id.* 7. *Æn.* v. 438. nec regia Juno Immemor est nostri. ¶ Reperitur etiam *vestrum* post nomina, quæ partitiva non sunt. *Cic. Phil.* 4. c. 1. Frequentia vestrum incredibilis. V. alia huc pertinentia apud *Gell.* l. 20. c. 6. et *Voss. de Grammat.* l. 5. c. 57. *ad fin.* ¶ Porro in locis omnibus, quæ modo attulimus, *nostri* per synecdochen pro *mei* positum est: cum τὸ *nostrum* de pluribus tantummodo dicatur, neque de uno, ne per synecdochen quidem usurpari unquam possit. Atque hoc posterius discrimen inter hosce duos genitivos certius multo est, quam primum: quamquam non ausim affirmare esse perpetuum. Quæ de *nostrum* et *nostri* dicimus, de *vestrum* quoque et *vestri* dictum puta. ¶ Quid differant *nostrum*, et *nostrorum*, V. in *Noster.* ¶ *Nobiscum* pro *nos* in accusativo. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 24. Quasi tu nobiscum adveniens hodie oraveris, ut, &c. Sed ἀρχαϊσμὸς est non imitandus.

[* EGRANĀTUS, a, um, particip. ab inusitat. *egrano*, granis privatus. *Plin. Valer.* l. 3. c. 14. Caricæ egranatæ. Alii legunt *ægre natæ.*]

EGREDĬOR, eris, essus sum, dep. 3. *to go out*, ἐκβαίνω, extra gradior, exeo: ab *e*, et *gradior*. *Terent. Andr.* 1. 3. 21. Egreditur ab ea. *h. e.* ab domo ejus. *Id. Adelph.* 5. 7. 25. Egredi foras. *Liv.* l. 1. c. 16. obviam. *Plin.* l. 2. c. 42. Liquor egreditur in sublime. *Justin.* l. 2. c. 9. Egredi in prœlium. *Cic. pro Quint.* c. 10. extra fines. *Id.* 6. *Attic.* ep. 8. e portu egrediens. et lib. 13. ep. 16. Pedem e villa adhuc egressi non sumus. *Id. pro Ligar.* c. 2. Domo egredi ad bellum. *Sueton. in Tib.* c. 40. et *in Claud.* c. 23. ab urbe. et *in Aug.* c. 53. urbe oppidove. *Curt.* l. 8. c. 5. convivio. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 21. et 24. navi. *to disembark. Cic. in Vatin.* c. 5. e navi. *Liv.* l. 1. c. 29. *sub fin.* et l. 3. c. 57. *sub fin.* et l. 22. c. 55. *sub fin.* urbem. *Plin.* l. 6. ep. 20. tecta. *Id. in fi. ep. ult.* l. 7. Historia non debet egredi veritatem. *to go beyond, violate, outstep. Quintil.* l. 8. c. 6. *ante med.* Copia modum egressa vitiosa est. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 277. medios egressa metus. *Lucan.* l. 5. v. 511. Egressus tentoria. Adde *Curt.* l. 9. c. 6. ¶ Est etiam verbum navigantium, pro descendere, *to disembark, debark, land. Cic.* 7. *Verr.* c. 51. Egressus in terram, ut milites in navibus collocaret. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 23. Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum. Adde *Nepot. in Datam.* c. 4. *Liv.* l. 1. c. 1. et *Ovid. Heroid.* ep. 21. v. 91. ¶ Item pro portu egredi, solvere, sublatis anchoris. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 10. v. 6. *de navi.* Occupat egressas quamlibet ante rates. ¶ Ponitur et pro superare, transcendere, evadere, *to go beyond, surpass. Tacit.* 3. *Hist.* c. 30. Tecta altitudinem mœnium egressa milite complet. *Id.* 16. *Ann.* c. 10. Muliebri ejulatu, aliquando sexum egressa, voce infensa clamitabat. *Vellei.* l. 2. c. 40. Pompeius per omnia fortunam hominis egressus. *Quintil. in procem.* l. 6. Filius quintum annum egressus. *having passed.* ¶ Item pro digredi, *to digress, go from the main subject. Cic. de clar. Orat.* c. 21. Ut egrederetur a proposito, ornandi causa. *Quintil.* l. 2. c. 4. *ante med.* Ut eo revertar, unde sum egressus. ¶ Item pro ascendere, evadere, *to ascend, mount, climb. Sallust in Jug.* c. 98. Paulatim prope ad summum montis egressus est. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 135. Altius egressus cælestia tecta cremabis. ¶ *Egredier* paragoge pro *egredi* est apud *Plaut. Pœn.* 3. 4. 32.

EGREGIĀTUS, us, m. dignitatis gradus in eo, qui egregii titulo decoratus est. *Imp. Constantin.* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 3. et lib. 10. tit. 7. leg. 1. et *Imp. Constant. ibid.* tit. 20. leg. 1. et rursus *Imp. Constantin. ibid.* lib. 12. tit. 1. leg. 5. V. *Egregius.*

EGREGĬE, *remarkably, excellently, egregiously, eminently, notably, transcendently, surpassingly*, ἐξαιρέτως, eximie, excellenter, præclare. *Terent. Andr.* 1. 1. 31. Horum ille nihil egregie præter cetera studebat: et tamen omnia hæc mediocriter. *Cic. de clar. Orat.* c. 73. *extr.* Pauci pingere egregie possunt, aut fingere. *Id. ibid.* c. 9. Egregie subtilis scriptor, atque elegans. *Id.* 2. *de Fin.* c. 6. *sub fin.* Cum uterque Græce egregie loquatur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 66. Egregie fortis et bonus imperator. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 6. Si quis est ex servis egregie fidelis. *Id.* 14. *Attic.* ep. 20. *a med.* Hoc mihi egregie placet. et lib. 2. ep. 22. Quod egregie iis gratum esse sentimus. *Pers.* sat. 6. v. 49. Res egregie gestæ. *noble exploits. Plin.* l. 32. c. 10. Purgat egregie profluvia. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 9. et 20. Locus egregie et natura, et opere munitus. *Curt.* l. 3. c. 11. Egregie se tueri. *to make a gallant defence. Horat.* l. 2. sat. 5. v. 106. Funus egregie factum. *Gell.* l. 4. c. 3. Egregie diligere aliquem. *dearly.* ¶ Adhibetur in approbationibus, et plausu. *Sueton. in Vitell.* c. 10. Egregie prorsus atque magnifice. *Plin. in Paneg.* c. 38. Egregie, Cæsar, quod lacrimas parentum vectigales esse non pateris. ¶ Aliquando ponitur pro valde, *very. Gell.* l. 13. c. 30. Verbum illud egregie vetus. *Al. leg.* e Græcia. *Lucret.* l. 1. v. 735. inferiores Partibus egregie multis, multoque minores. ¶ In illo *Livii* l. 9. c. 26. *sub. fin.* Primique rei facti, adversus nobilium testimonia egregie absolvuntur. *egregie* est cum egregia laude innocentiæ. ¶ Sumitur et in malam partem. *Terent. Heaut.* 3. 1. 11. Profecto ingenio egregie ad miserias natus sum. *Gell.* l. 20. c. 1. L. Veratius egregie homo improbus. ¶ Comparat. *egregius*, *Juvenal.* sat. 11. v. 12. Egregius cœnat, meliusque miserrimus horum. ¶ Proprie *Senec.* l. 5. *controvers. in procem. ante med.* Declamavit non quidem populo, sed egregie. *h. e.* auditoribus paucis, et quasi e grege selectis.

EGREGĬUS, a, um, *excellent, remarkable, eminent, surpassing, egregious, notable, noble*, ἐξαίρετος, excellens, præstans, singularis, quasi *e grege lectus*, ut ait *Fest.* in *Abgregare. Cic.* 1. *de Orat.* c. 29. Egregia quædam, ac præclara indoles. et cap. 3. Minima copia poetarum egregiorum exstitit. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 36. Opus magnum et egregium. *Tacit.* 1. 4. *Hist.* c. 34. Egregium facinus. *Nepos. in Agesil.* c. 3. Egregia industria. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* cap. 28. virtus. et cap. 19. fides. et lib. 5. c. 4. et *Cic.* 1. *Phil.* c. 1. voluntas alicujus in aliquem. *Cic. pro Sext.* cap. 53. Animus constans, et egregius. *Id. de clar. Orat.* c. 21. Vir egregius in laude bellica. *eminently distinguished. Virg.* 11. *Æn.* v. 417. Egregius animi. *Sil.* l. 5. v. 77. linguæ. *Stat. Theb.* 3. v. 99. fati. et lib. 2. v. 152. Egregii juvenum, quos non sine numine regnis Invexit nox dextra meis. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 49. Athis egregius forma. *Id.* l. 5. *Trist.* el. 13. v. 14. et *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 67. Egregium corpus. *exceedingly beautiful. Terent. Phorm.* 1. 2. 50. Virgo egregia facie. *of singular beauty. Cic.* 2. *de Fin.* c. 20. Egregius color. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 24. Egregias domos mercari. *Hirt. de B. Alex.* c. 9. Loca egregia ad tenendas ancoras. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 40. Egregium tempus resumendæ libertati. *Id.* 1. *Hist.* c. 15. Egregium est mihi hoc facere. *h. e.* honorificum. ¶ *Egregium publicum* apud *Tacit.* 3. *Ann.* c. 70. *extr.* est publicum decus, publica majestas, *the public honour, national credit*: ea ratione qua dicitur *bonum publicum*, et qua *pessimum publicum* dixit *Liv. initio* lib. 2. ¶ Absolute *egregia* pro virtutibus, *Tacit.* 14. *Ann.* c. 60. Postquam cuncta scelerum suorum pro egregiis accipi videt. ¶ Habet etiam suos gradus, sed perrari usus. *Lucret.* l. 4. v. 468. Nam nihil egregius est, quam, &c. *Pacuv.* apud *Priscian.* l. 3. pag. 600. *Putsch.* Mulier egregiissima forma. ¶ Temporibus Imperatorum R. *egregii* dicti sunt, qui ad certum dignitatis gradum, (qui *egregiatus* dicebatur) post militiam sacri Palatii, vel administrationem provinciæ, evehebantur, inferiores iis, qui *clarissimi*, et qui *perfectissimi* vocati sunt. *Imp. Constantin.* lib. 6. *Cod. Theodos.* tit. 22. leg. 1. Hinc *Lactant.* l. 5. c. 14. *ad fin.* Nemo Deo egregius, nisi qui bonus; nemo clarissimus, nisi qui opera misericordiæ largiter fecerit; nemo perfectissimus, nisi qui omnes gradus virtutis impleverit. ¶ *Gell.* l. 14. c. 5. litem refert duorum Grammaticorum, quorum alter in vocativo *egregi* contendebat dici debere, alter *egregie*. Sed ab hoc standum. ¶ Olim etiam *exgregius* scriptum fuit. Hinc *Festus* Exgregiæ, id est e grege lectæ.

EGRESSĬO, onis, f. *a going out*, ἔξοδος, actus egrediendi. *Apul.* l. 8. *Metam.* Castellum unde nos incolæ nocturna prohibebant egressione. ¶ Translate est digressio in dicendo, *a digression. Quintil.* l. 3. c. 9. (*al.* 11.) Egressio vero, vel quod usitatius esse cœpit, excessus, sive est extra causam, &c. *Id.* l. 4. c. 3. *a med.* Hanc partem παρέκβασιν Græci vocant, Latini egressum, vel egressionem. *Id.* l. 11. c. 3. *post med.* Egressiones fere lenes, et dulces, et remissæ sunt.

EGRESSUS, us, m. *a going out*, ἔξέλευσις, egressio. *Cic. in Pison.* c. 13. *extr.* Frequentia sua vestrum egressum (*in provinciam*) ornando. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 53. Cæsar rarus egressu, domo, aut hortis clausus. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 138. Janitor egressus, introitusque videt. *Id.* 11. *Metam.* v. 748. Arcere aliquem egressu. ¶ Item egressus e navi, *a disembarking or landing. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 8. Ut eam partem insulæ caperet, qua optimum esse egressum cognoverat. *Hirt. de B. Afric.* c. 3. *extr.* Fortuito oblatam occasionem egressus aucupabatur. ¶ Item locus unde egredi licet. *an outgate, egress. Petron. in Satyr.* c. 91. Tenebrosus et sordidus egressus. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 189. Solus ad egressus missus septemplicis Istri. *the mouths. Tacit. Ann.* 16. c. 10. Obsidere egressus. ¶ Item digressio in dicendo. V. locum *Quintil.* in voce præced.

EGRESSUS, a, um, particip. V. *Egredior.*

EGRĒTUS, *et* Adgretus ex Græco sunt ducta, a surgendo (ἐγείρομαι) et proficiscendo. Unde et Nyctegresia, quasi noctisurgium. *Festus.*

EGŬLA, æ, f. sulfuris genus, lanis suffitu mollitiem, candoremque inducens. *Plin.* l. 35. c. 15.

EGURGĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to draw out, empty, disgorge*, evomo, effundo. *Plaut. Epid.* 4. 2. 12. Egurgitare domo argentum. ¶ Legitur et *exgurgito.*

EH et I

EHE, *vel* Hehe, [† ἒ, ἔ, ἒ, ἔ,] *ah! alas!* interjectio mentis consternatæ. *Enn.* apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 5. Hehe! ipse clypeus cecidit. *Scalig.* monet in antiquis libris scriptum esse hebæ, ut sit αἰβοῖ, quod idem sonat.

EHEM, *hah!* ὦ, interjectio subito aliquid deprehendentis. *Terent. Eun.* 1. 2. 6. Quis hic loquitur? ehem, tu ne eras hic, mi Phædria? *hah! what are you here? Id. Adelph.* 2. 4. 2. Ehem, opportune: te ipsum quærito. et 3. 4. 9. Ehem Demea, haud aspexeram te. *ahah!*

EHEU, *ah! alas! ah, well-a-day!* αἶ, interjectio dolentis. *Virg. Ecl.* 2. v. 58. Eheu, quid volui misero mihi! *Terent. Phorm.* 1. 4. 10. et *Sallust. in Jug.* c. 15. Eheu me miserum! *Id. Heaut.* 5. 4. 20. Eheu, quam ego nunc totus displiceo mihi! ¶ Scribitur et *heheu.*

EHO, *ho! hoa! holla! soho!* ὦ, interjectio vocantis, excitantis, admonentis. *Terent. Andr.* 3. 2. 20. Eho, an tute intellexti hoc adsimularier? et 4. 1. 44. Eho, dic mihi. *Id. Hecyr.* 4. 4. 97. Eho puer, curre ad Bacchidem. *Plaut. Merc.* 1. 2. 77. Eho tu, eho tu, quin cavisti, ne eam videret, verbero? ¶ *Ehodum* majorem vim habet. *Terent. Andr.* 3. 5. 10. Ehodum bone vir, quid ais? et 1. 2. 13. Ehodum ad me. *ho! come hither to me.*

EHODUM. V. in voce præced.

EI pro ii. V. in *Is.*

EJA, *et* Heja, *ho! away! on!* disyllab. εἶα, adverb. excitantis, adhortantis, corrigentis. *Virg.* 4. *Æn.* v. 569. Eja age, rumpe moras. *Id.* 9. *Æn.* v. 38. Hostis adest, eja. *Plin. initio* ep. 29. l. 4. Eja tu, quoquo modo veni. *Terent. Eun.* 5. 9. 35. Eja, haud sic decet. *fie! O! fie. Plaut. Epid.* 2. 2. 77. Eja vero, age, dic. ¶ Repetentis, *Id. Amph.* 3. 2. 17. *Alc.* Ita ingenium meum est: inimicos semper osa sum obtuerier. *Jup.* Eja autem inimicos? *Alc.* sic est: vera prædico. ¶ Consolantis, *Id. Bacch.* 4. 3. 16. Eja, bonum habe animum. *come!* ¶ Admirantis, *Terent. Heaut.* 5. 5. 19. Eja, ut elegans est! ¶ Ironiæ quoque inservit. *Plaut. Rud.* 2. 3. 9. Tuus herus ubi, amabo, est? *Tr.* eja vero, quasi non sit intus. *marry! well said.* ¶ Ultima syllaba brevis est. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 110. eja, per ipsum Scande, age, et adverso gressus, ait, imprime dorso. *Sidonium* habebit auctorem, si quis producat, carm. 14. v. 6. Eja, Calliope, nitente palma. [Exemplum *Sidonii* de *a* in *eja* producta, præterquam quod scriptoris est non admodum luculenti, nihil probat, eo quod in carmine phaleucio pro spondæo non infrequenter adhiberi choreus consuevit, atque etiam iambus, præsertim a *Catullo*, cujus audito nomine poetarum chorus assurgit. *Eja* igitur choreus, sive trocheus semper esto.]

ĒJACŬLO, as, a. 1. *et usitatius* Ejaculor, aris, dep. 1. *to shoot, dart, or cast afar off, hurl, throw*, ἐκβάλλω, emitto, seu longe jaculor. *Gell. in fi.* l. 16. Se in salum ejaculaverat. *Plin.* l. 4. c. 12. In cujus forum solstitio Athos ejaculatur umbram. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 122. Non aliter quam cum vitiato fistula plumbo Scinditur, et tenues stridente foramine longe Ejaculatur aquas. et lib. 6. v. 259. Sanguis se ejaculatus in altum Emicat.

EJECTAMENTUM, ti, n. *any thing cast out*, excrementum. *Tacit. de morib. German. de succino*, cap. 45. Diu quin etiam inter cetera ejectamenta maris jacebat.

EJECTĀTUS, a, um, adject. *cast or thrown forth*, ejectus, ut Ejectata favilla, *Ovid.* 2. *Metam.* v. 231.

EJECTĬO, onis, f. *a casting out*, ejiciendo actio, expulsio, ἐκβολή. *Cic.* l. 2. *Attic.* ep. 18. Mortem et ejectionem timemus. *banishment.* ¶ Ejectio articuli, apud *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 2. c. 1. est, cum luxatur. *a dislocation.* V. *Ejectus.* [¶ *Ejectio sanguinis* apud *Vitruv.* est morbus, quem nos *a spitting of blood* dicimus.]

EJECTITIUS, a, um, *cast out, casting its burden before the time*, ἐκβόλιμος. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 84. *Hard.* Vulva ejecto partu melior, quam edicto: Ejectitia vocatur illa.

EJECTO, as, avi, atum, a. 1. *to cast out, vomit forth*, frequentat. ab ejicio, ἐκβάλλω, expello. *Ovid.* l. 5. *Metam.* v. 353. Arenas ejectat. *Sil.* l. 10. v. 320. Aufidus undis Ejectat, redditque furens sua corpora ripis. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 89. Quidquid ab auriferis ejectat Iberia fossis. Adde *Lucan.* l. 3. v. 658.

EJECTUS, a, um, *cast out, thrown off, ejected, expelled*, expulsus. *Lucret.* l. 4. v. 920. Anima perturbata, ejectaque foras. *Id.* l. 5. v. 982. et *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 7. Ejectus domo. *Id.* l. 3. v. 578. extra. *Nepos in Themist.* c. 8. e civitate. *Sueton. in Aug.* c. 80. Calculi per urinam ejecti. *discharged. Cic.* 2. *de Orat.* c. 66. Distortus, ejecta lingua, buccis fluentibus. ¶ Sæpe refertur ad naufragos. *Plaut. Rud.* 2. 3. 78. Timidas, egentes, humidas, ejectas, exanimatas accepit ad se. *Virg.* 4. *Æn.* v. 373. ejectum litore, egentem Excepi. *ship-wrecked. Ovid. Metam.* 13. v. 536. Ejectum Polydori in litore corpus. *Senec.* ep. 9. *a med.* Ejectus in desertum litus. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 89. Ejectus fluctibus. *thrown up. Id. ibid.* v. 174. Ejecta ratis. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 26. Commune est mare fluctuantibus, litus ejectis. ¶ Item ad pauperes, et mendicos, ut naufragi esse solent. *Id. pro Quint.* c. 19. *sub fin.* Credo aliquem ejectum hominem, egentem, litigiosum, improbum. *an out-cast.* ¶ Item ad pulsos civitate. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 2. Hoc incolumi, non arbitratur *&c.* damnato et ejecto, sperat, &c. ¶ Ejectum articulamentum, *dislocated, out of joint*, apud *Scribon. Larg. compos.* 206. quo pertinet illud *Virg.* 10. *Æn.* v. 894. Tollit se arrectum quadrupes, effusumque equitem super ipse ejectus Implicat, ejectoque incumbit cernuus armo. ¶ *Ejectus die* apud *Stat.* 4. *Theb.* v. 617. de cæco dicitur, qui est exclusus a lumine.

EJECTUS, us, m. *a casting out*, idem quod ejectio. *Lucret.* l. 4. v. 957. Animai altior atque largior ejectus.

EJERATĬO, ejuratio. Apud *Tertull. de Spectac.* c. 4.

EJĔRO, eras, idem quod ejuro, legitur apud *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 70. et *Tertull. de Spectac.* c. 24. et *de Idol.* c. 18. V. *Ejuro.*

EJICĬO, is, jeci, jectum, a. 3. *to cast or throw out, eject, expel, throw off*, ἐκβάλλω, extra jacio, expello, exturbo. *Senec.* ep. 54. *extr.* Ejici est inde expelli, unde invitus recedas. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 58. Extrudere et ejicere aliquem in viam. *Id. de Senect.* c. 12. Ejicere aliquem e Senatu. *Id.* 2. *Q. Fr.* ep. 5. de collegio. et 3. *Offic.* cap 23. de navi. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 19. amorem ex animo. *Plaut. Cas. prol.* v. 23. et *Liv.* l. 30. c. 13. ex animo curam, atque alienum æs. *Plin.* l. 37. c. 2. *ad fin.* Succinum, Oceano exæstuante, ad promontoria Pyrenæi ejici. *Cic.* 2. *Catil.* c. 7. Ejicere in exsilium. *Id. pro Quint.* cap. 26. aliquem præcipitem a suis diis Penatibus. *Luc.*

apud *Non.* c. 4. n. 177. Ejicere abs se amorem. *Lucret.* l. 3. v. 57. voces pectore ab imo. *Cic. pro Cœl.* c. 24. *ad fin.* Nonne ipsam domum metues, ne quam vocem ejiciat? *Al. leg.* eliciat. *Plaut. Asin.* 1. 3. 9. aliquem domo. ¶ Cum ablat. sine præposit. *Id. Mil.* 3. 2. 31. Ejici sagina cellaria. *Id. Asin.* 1. 2. 1. Foras ædibus ejicere aliquem. ¶ Interdum significat e civitate ejicere, in exsilium pellere. *to banish. Cic. pro Mil. c. pænult.* Memoriam Milonis retinebitis, ipsum ejicietis? *Id.* 14. *Fam.* ep. 3. Ejicere nos magnum fuit: excludere facile est. ¶ Item abortu fetum expellere. *to miscarry. Ulpian. Dig.* l. 9. tit. 2. leg. 27. *a med.* Si mulier pugno, vel equa ictu a te percussa ejecerit. ¶ Item vomere. *to vomit forth, discharge, throw up. Cic. Fam.* 14. ep. 7. χολὴν ἄκρατον noctu ejeci. *Cels.* l. 1. c. 3. Qui quotidie ejiciendo vorandi facultatem moliuntur. *Plin.* l. 24. c. 10. Ejicere sanguinem. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Ejecto modo vomitu declamare. ¶ Item luxare. *to dislocate, put out of joint. Hygin.* fab. 57. Decidisse dicitur in campos Aleios, una etiam coxas ejecisse. V. *Ejectus* in fine. ¶ *Ejicere se* est impetu exire, erumpere. *to burst forth, rush forth, sally forth, break out. Cic. Catil.* 1. *c. pænult.* Si se ejecerit, secumque suos eduxerit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 28. *et alibi sæpe.* Ejicere se ex oppido. *Liv.* l. 6. c. 3. Cum pro se quisque tenderent ad portas, si qua forte se in agros ejicere possent. *Id.* l. 40. c. 46. *extr.* Secundani se porta ejecere. *Cic.* 7. *Verr.* c. 35. Jam se se in terram e navi ejecerat. *Id. pro Cœl.* c. 31. Voluptates, quæ inclusæ diutius, et prima ætate compressæ et constrictæ fuerunt, subito se nonnunquam profundunt atque ejiciunt universæ. Qua ex vita emersit, totumque se ejecit atque extulit. ¶ Pertinet etiam ad naufragium. *Liv.* l. 44. c. 28. Pars velis datis ad Chium naves ejecere. *ran aground. Id.* l. 23. c. 34. *extr.* Classis fœda tempestate vexata, ad Baleares insulas ejicitur. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 28. Gubernatorem in terram navem ejicere cogunt. V. *Ejectus.* ¶ Est etiam abjicio, rejicio. *to throw aside, reject. Cic.* 1. *de Orat.* c. 32. Non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum: quod tamen, ut ante dixi, non ejicio. ¶ *Lucret.* l. 3. v. 891. et l. 4. v. 1265. ex *ejicit* alterum *j* exterit, et *eicit* disyllabum facit.

EJULATĬO, onis, f. *a wailing, lamenting,* ὀλολυγμὸς, planctus cum vociferatione. *Plaut. Capt.* 2. 1. 7. Ejulatione haud opus est. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 33. Lessus, quasi lugubris ejulatio.

EJULĀTUS, us, m. idem ac ejulatio. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 23. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro: ejulatus vero ne mulieri quidem. *Gell.* l. 1. c. 26. Querimonias, gemitus, ejulatusque facere.

EJULĬTO, as, n. 1. frequent. ab ejulo. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 78. Hic rudet e rostris, atque ejulitabit. Al. aliter leg.

EJŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to wail, lament,* ὀλολύζω, est voce in altum sublata plorare: a sono, idest, ab *ei*, vel ab *eheu*. Quidam *hejulo* dici malunt, ut sonus magis exaudiatur, a voce plorantium, *hoi, hei. Cic.* 2. *Tuscul.* c. 7. Herculem viderat in Œta magnitudine dolorum ejulantem. *Gell.* l. 12. c. 5. *post med.* Ejulans, atque lamentans. ¶ Cum accusat. *Apul.* l. 3. *Metam. sub init.* Fortunas meas ejulabam. et lib. 4. Altius ejulans se se, et assiduis singultibus ilia quatiens.

EJUNCESCO, is, n. 3. in juncum evado, tenuis fio, gracilesco. *Plin.* l. 17. c. 22. Vitis ejuncescit. Ita legit *Harduin.* ex MSS. alii *evanescit.* Sed non est opus hac varietate lectionis, ut apparet ex voce sequenti.

EJUNCĬDUS, a, um, *lean, slender, dwindled away, feeble, weak,* tenuis instar junci, junceus. *Gloss. Gr. Lat.* Ejuncidum, ἐκλεπτωθέν. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 31. Sarmentum ejuncidum. et l. 2. c. 10. Mulieres ejuncidæ, et contemnendæ. *Plin.* l. 17. c. 22. Vitis gracilis, atque ejuncida. ¶ Vox est *juncidus*, adhibito veteri more, *ei*, pro *i*, ut in *eitur* pro *itur*, *eidem* pro *idem*. Itaque non est opus variis lectionibus, quas interpretes in *Varron.* et *Plin.* induxerunt. Idem dic de *ejuncesco.* [† V. *Junceus.*]

EJŪNO, formula jurandi per Junonem. *Charis.* l. 2. pag. 183. *Putsch.* V. *Ecastor.*

EJURATĬO, onis, f. *a renouncing, forswearing, protesting against; the resignation of an office,* abdicatio. *Valer. Max.* l. 2. c. 7. n. 7. Ignominiosa Consulum ejuratione. *Festus:* Ejuratio significat, id, quod desideretur, non posse præstari. Plautus: ejuravit militiam. *Senec. de vita beata,* c. 26. *a med.* Odisse, et lacessere virtutem, bonæ spei ejuratio est. *h. e.* rejectio et abdicatio spe de acquirenda virtute. V. *Ejuro.*

[* EJURĀTUS, a, um, particip. ab *ejuro, protested against with an oath,* jurando recusatus, detrectatus. *Auson. Edyll.* 2. v. 31. Vitati cœtus, ejuratique tumultus. *Stat.* 2. *Achill.* v. 187. Ejurata fides, domitorque inimicus.]

EJŪRO, as, avi, atum, a. 1. *to refuse, or reject by swearing,* ἐξόμνυμαι, jurando recuso, detrecto. *Ejurare forum iniquum* est jurisdictionem fori alicujus declinare, interposito juramento, se in eo jus suum obtinere non posse: *to reject the judgment of a court as being inimical to him. Ejurare judicem iniquum,* rejicere aliquem judicem, jurando eum sibi iniquum esse. *to reject, or protest against, by swearing that he is inimical. Cic.* 5. *Verr.* c. 60. Negotiatores putant esse turpe, id forum sibi iniquum ejurare, ubi negotientur: Prætor provinciam suam totam sibi iniquam ejurat. *Id. Phil.* 12. c. 7. Me iniquum ejurabant, de me querebantur. ¶ Dicitur etiam *ejero, as. Cic.* 2. *de Orat.* c. 70. Ejero: iniquus est. *et mox.* Non ego mihi illum iniquum ejero, verum omnibus. ¶ *Ejurare bonam copiam* est recusare impensam sumptumque facere, aut æs alienum solvere, jurando sibi non suppetere copiam, aut facultates. *to declare on oath that he has not wherewithal to pay his debts. Cicer. Fam.* 9. ep. 16. *a med.* Tu autem quod mihi bonam copiam ejures, nihil est. Apud *Varron. sub fin.* l. 6. *de L. L.* habetur *jurare bonam copiam*: sed *Manut.* tum ex his, quæ nos quoque hic subjicimus, tum ex *Festi* verbis, quæ V. in *Ejuratio*, corrigendum *Varronis* locum putat, *ad cit.* l. 9. *Fam.* Alii tamen τὸ *jurare* in *Varrone* retinendum putant, sed contraria sententia. Nam sicut *ejurare bonam copiam* est jurare, non esse sibi satis æri alieno dissolvendo; ita *jurare bonam copiam* est jurare, esse sibi tantam copiam rei familiaris, qua creditoribus satisfiat. Hoc vero aut idem est, quod *credere bonis*, aut valde simile. Confirmatur hoc ex veteri Tabula ænea apud *Mazoch.* p. 423. quam *Manut.* videre non potuit. *Qui bonam copiam juravit, juraverit: qui sponsoribus creditoribusve suis renuntiavit, renuntiaverit, se soldum* (solidum) *solvere non posse.* Prius membrum cessionem quandam bonorum significat: alterum professionem, se solvendo non esse. Congruunt itaque *Varronis* verba cum verbis Tabulæ, et nihil in iis mutandum. Locus autem *Ciceronis* contrariam habet sententiam, ut dictum est. Fuse de his *Mazoch.* p. 431. ¶ *Ejurare imperium, militiam,* &c. est deponere, quasi jurando se imparem oneri esse. *to resign (with the usual oath that he had discharged his duty.) Plaut. in fragm.* apud *Fest.* in *Ejuratio.* Ejuravit militiam. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 4. et *Plin.* l. 1. ep. 23. *ad fin.* Adactus Silanus ejurare magistratum. *Id.* 3. *Hist.* c. 37. Inire, et ejurare consulatum. et c. 68. *extr.* Ejurare imperium. ¶ Dimittere, deserere. *to abandon, give up, relinquish. Id.* 4. *Histor.* c. 28. Actæ utrobique prædæ: infestius in Ubiis, quod gens Germanicæ originis, ejurata patria, Romanorum nomen, Agrippinenses vocarentur. *Justin.* l. 12. c. 4. A Philippo illum patre tantum degeneravisse, ut etiam patriæ nomen ejuraret, moresque Persarum assumeret. *Senec. de consol. ad Marciam,* c. 19. Ejurare liberos. *h. e.* abdicare. *Id. de benef.* l. 6. c. 4. Aversari, et ejurare patrem. *h. e.* non agnoscere, nec pro tali habere.

EJUSDEMMŎDI, *of the same sort or kind*: voces duæ in unam coalescentes, ut ejusmodi. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 4. Quod non et iis, et si quis est alius ejusdemmodi, committi rectissime putem. *Id.* 4. *Acad.* c. 24. Nullum tale esse visum a vero, ut non ejusdemmodi etiam a falso possit esse. *Id.* 4. *Verr.* c. 12. Ejusdemmodi totum jus prætorium, ejusdemmodi omnis res judiciaria fuit in Sicilia per triennium, Verre prætore.

EJUSMŎDI, *such like, of the same sort, such,* τοιοῦτος, talis, duo genitivi in unam vocem coalescentes, et adjectivi indeclinabilis naturam induentes. *Cic. pro leg. Manil.* c. 2. Genus belli est ejusmodi, quod maxime vestros animos excitare debet. *Id.* 4. *Fam.* ep. 11. Reliqua sunt ejusmodi, quibus ego æquo animo carebam: hoc vero ejusmodi esse statuo, ut &c. *Id.* 5. *Attic.* ep. 1. *a med.* Fuisse ejusmodi, qualem ego vidissem. *Id. in Orat.* c. 32. Cum compresserat digitos, pugnumque fecerat, et dialecticam aiebat ejusmodi esse. ¶ Præstat etiam vicem adverbii, et ponitur pro adeo. *Cic. pro Cœl.* c. 7. Est ejusmodi cupidus, ut, &c. *Al. leg.* cupidinis. ¶ Item pro ita, sic. *Id. Verr.* 3. cap. 59. Quam tu viam tensarum atque pompæ ejusmodi exegisti, ut &c. *Id.* 4. *Tuscul. c. pænult.* Ii sunt ejusmodi constituti, quasi mala valetudine animi. *Al. leg.* ii sunt constituti, quasi, &c. ¶ Inseritur aliquando particula *ce* syllabica. *In lemmate* cap. 14. lib. 3. *Gellii.* Alia ejuscemodi qui dicat. *Apul.* l. 10. *Metam.* Pullorum, piscium, et ejuscemodi pulmentorum. [¶ Peculiari quodam sensu a *Nep.* in *Dion.* c. 7. Id ejusmodi erat, ut, cum milites reconciliasset, amitteret optimates. h. e. *from thence it arose, that,* &c.]

E L

ELĀBOR, eris, apsus sum, dep. 3. *to slide or slip away, glide away, fall out, escape,* ἀποφεύγω, ἐξολισθαίνω, effugio, evado. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* cap. 11. Quidquid incidit, fastigio musculi elabitur. *fastigio* est sextus casus. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 63. Elaborque viro, longum formatus in anguem. *viro* est dativus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 244. flexu sinuoso elabitur anguis Circum, perque duas in morem fluminis Arctos. *Id.* 1. *Æn.* v. 245. mediis elapsus Achivis. et l. 2. v. 318. telis elapsus Achivum. et vers. 526. elapsus de cæde. *Vellei.* l. 2. c. 41. Mutata veste urbe elapsus est. *Liv.* l. 1. c. 53. Inter tela, et gladios patris elapsus. *Cic.* 1. *Attic.* ep. 16. *ante med.* Elabi de manibus. *Id. ibid.* l. 10. ep. 4. e manibus. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 36. ex prœlio. ¶ Cum accus. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 61. Pugnam, aut vincula elabi. *Id.* 4. *Ann.* cap. 64. vim ignium. *Id.* 3. *Hist.* cap. 59. custodias. ¶ *Id.* l. 4. *Hist.* c. 81. Elapsi in pravum artus. *limbs dislocated or out of joint.* ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 50. Nihil unquam vidi, quod tam e manibus elaberetur, quam mihi tum est elapsa illa causa. *Id. pro Dom.* c. 39. Ex isto ore religionis verbum excidere, aut elabi potest? *Id.* 4. *Verr.* c. 58. Ex tot tantisque criminibus elapsus est. *Id.* 3. *Q. Fr.* ep. 4. Quid essem, si, me agente, esset elapsus? *h. e.* damnationem effugisset. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 11. *ad fin.* Dum lego, assentior: cum posui librum, assensio omnis illa elabitur. *Lucan.* l. 9. v. 80. elapsus felix de pectore Magnus. *h. e.* obliviscor. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 22. Res e memoria elabuntur. *Cic.* 3. *Verr.* c. 39. *ad fin.* Homo stultissime, satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si, &c. *Quintil.* l. 3. c. 1. *ad fin.* Tullius rhetoricos suos (*libros*) adolescenti sibi elapsos esse dicit. *h. e.* festinantius, quam vellet, editos. *Senec.* ep. 77. *ante med.* Quamvis enim mortem sibi consciverit, tamen mollissime excessit, et vitæ elapsus est. ¶ Ponitur aliquando pro ascendere, ut evado, egredior, *to climb, mount, ascend. Virg.* 2. *Georg.* v. 305. ignis Robora comprendit, frondesque elapsus in altas, Ingentem cælo sonitum dedit. ¶ Pro simplici labor, cado, delabor. *Virg.* 12. *Æn.* v. 356. Semianimi, elapsoque supervenit. Ita *Servius.* Alii leg. *lapsoque. Gell.* l. 10. c. 12. Fallax illecebra admirationum, qua pleraque capiuntur, et ad perniciem elabuntur ingenia.

ELABORATĬO, onis, f. *labour, industry, diligence,* diligens labor, et cura. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 22. *extr.* Hæc non videntur fieri posse sine elaboratione, et operæ consumptione.

ELABORĀTUS, us, m. idem quod elaboratio. In sexto casu singulari *Apul. in Florid.* n. 9. (*al.* l. 2.) Elaboratu mirandus.

ELABORĀTUS, a, um, *elaborate, laboured, done with great care, requiring pains, finished,* ἐκπονηθεὶς, factus cum labore, et diligentia, politus, excultus, exornatus. *Cic. pro Leg. Man.* cap. 1. Nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere. *Justin.* l. 1. c. 11. Filius contentus elaborato a parentibus imperio, belli studia deposuit. *h. e.* laboribus parentum parto. *Cic. de clar. Orat.* c. 90. *extr.* Causæ diligenter elaboratæ. *Id. in Orat.* c. 11. Ornati et elaborati versus. *Horat. Epod.* 14. v. 12. Flevit amorem Non elaboratum ad pedem. *h. e.* versibus inexcultis. *Plin.* l. 35. c. 12. Elaborata ars. *h. e.* studiose exculta. *Id.* l. 7. cap. 3. Effigies magnorum artificum ingeniis elaboratæ.

ELABŌRO, as, avi, atum, a. 1. *to labour greatly, take pains, struggle or endeavour after, strive to compass,* ἐκπονέω, multum laboris pono, enitor, sedulam operam do, contendo. *Cic. Agrar.* 2. cap. 25. *ad fin.* Quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret? *Id. de Senect.* c. 8. Elaborare in litteris. et cap. 11. *ad fin.* Desudare, atque elaborare in aliqua re. *Id. ad Capiton. sub fin.* l. 16. *ad Attic.* Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. cap. 14. Contende atque elabora, ut &c. *Mamertin. in fin. gratiar. action. ad Julian.* Eniti, elaborare, efficere. *Cic.* 2. *de Orat.* cap. 72. *extr.* Non tam ut prosim causis, elaborare soleo, quam ut ne quid obsim. *Id. de clar. Orat.* c. 27. *ad fin.* Studio, et usu elaborare. *Id. Fam.* 2. ep. 6. *sub fin.* In hac petitione non modo contentione, sed etiam dimicatione elaborandum est. ¶ Passive impersonaliter. *Id. in Orat.* c. 12. De industria, non ex insidiis, sed aperte ac palam elaboratur, ut verba verbis respondeant. ¶ *Elaborare aliquid* est studiose, et cum labore aliquid conficere. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 18. non Siculæ dapes Dulcem elaborabunt saporem. *to afford, procure. Plin.* l. 6. ep. 31. *ad fin.* Portus brachium sinistrum firmissimo opere munitum est, dextrum elaboratur. *is carrying into effect. Plin. alter* l. 34. c. 3. Privatim Ægina candelabrorum superficiem dumtaxat elaboravit. *Valer. Max.* l. 8. cap. 10. n. 2. Hortensius pæne plus studii in corporis decoro motu elaborando, quam in ipsa eloquentia affectanda impendit. ¶ Et passive *Cic. Fam.* 3. ep. 13. Hæc mihi ampliora multo sunt, quam illa ipsa, propter quæ hæc elaborantur. Al. leg. *laborantur.* Hinc Elaborata oratio, Elaborati versus. V. *Elaboratus.* [¶ Particip. *elaborans* apud *Cic. de Senect.* c. 11. *ad fin.* In his desudans atque elaborans.]

ELACĂTA, æ, f. *vel Græca positione* Elacate, es, *a kind of tunny; the distaff-fish,* ἠλακάτη, nomen piscis ex genere thynnorum, salsamentis apti: ita dicti, quod colum muliebrem figura refert, quæ Græce id nomen habet. *Colum. sub fin.* l. 8. ¶ A *Plin. sub fin.* l. 32. dicuntur hi pisces elacatenes, ἠλακατῆνες. Unde *elacatena* dicitur a *Festo* genus salsamenti, quod appellatur vulgo melandrya.

ELACATĒNA. V. in voce præced.

ELACTESCO, is, n. 3. *to whiten, become white as milk,* λευκαίνομαι, est album fieri ad modum lactis. *Plin.* l. 20. c. 21. Addensari sub dio, atque elactescere. Melior lectio habet *lactescere.*

ELÆEMPORĬA, æ, f. ἐλαιεμπορία, olei coemendi cura, mercatura olearia, *a buying of oil, trafficking in oil.* Vox Græca ab ἔλαιον, oleum, et ἐμπορία, mercatura. *Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 4. leg. 18. *a med.* Elæemporia, ut hospitatura, apud Alexandrinos patrimonii munus existimatur.

ELÆOMĔLI, n. indeclin. ἐλαιόμελι, oleum saporis mellei: ab ἔλαιον, oleum, et μέλι, mel. *Plin.* l. 15. c. 7.

sub fin. Sponte nascitur in Syriæ maritimis, quod elæomeli vocant: manat ex arboribus pingue, crassius melle, resina tenuius, sapore dulci. *Id.* l. 23. c. 4. Elæomeli, quod in Syria ex ipsis oleis manare diximus, sapore melleo, non sine nausea, alvum solvit, bilem detrahit, &c.

ELÆON, onis, *a place abounding in olives*, ἐλαιὼν, locus oleis consitus: ab ἐλαία, olea. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 39. *extr.*

ELÆOTHESIUM, ii, n. *an apartment in which they used to be anointed by the* aliptæ *after bathing*, ἐλαιοθέσιον, membrum balinei, in quo oleum, et ceroma reponebatur, et loti, aut certaturi ungebantur: ab ἔλαιον, oleum, et τίθημι, pono. *Vitruv.* l. 5. c. 11.

ELÆUS. V. *Eleus.*

ELAMENTABĬLIS, le, *lamentable*, lamentis et querelarum plenus. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 24. Si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur: sin erit elamentabilis, si imbecillus, si abjectus, &c. *Al. leg.* lamentabilis.

ELANGUESCO, is, gui, n. 3. idem quod langueo, vel valde langueo, ἐκκάμνω, *to languish, grow faint, feeble, or remiss. Aurel. Vict. de Vir. illustr.* c. 42. *de Annib.* Cum Urbem capere posset, in Campaniam devertit, cujus deliciis elanguit. *Liv.* l. 33. c. 45. Non esse elanguescendum. *Gell.* l. 3. c. 1. Omnis vigor animi elanguescit, et effeminatur. *Id.* l. 16. cap. 3. Post inediam tridui omnis appetitio elanguerit. *Curt.* l. 4. c. 15. Prœlium, quod elanguerat, accendit. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 572. Hæsit uterque polo, dubiisque elanguit alis *Plin.* l. 9. c. 30. Elanguescit vis. *Vellei.* l. 2. c. 111. *extr.* Viribus hostis elanguescit. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 42. Elanguimus, P. C. nec jam ille Senatus sumus, qui, &c. *Liv.* l. 5. c. 26. Differendo deinde elanguit res. [¶ Particip. *elanguescens* apud *Sil.* l. 4. v. 140. Elanguescens, et jam casura cornus.]

ELANGUĬDUS, a, um, adject. valde languidus. *Fortunat.* l. 1. *de vita S. Martini*, v. 296. Paulatimque focis elanguida ligna resorbet.

[† ELAPE, es, et

ELAPS, is, V. in *Hellops.*]

ELAPHOBOSCON, i, n. *the herb called by botanists* pastinaca latifolia sativa; *wild parsnep; (according to others) sage*, ἐλαφόβοσκον, herba (al. pabulum cervi) ferulacea, geniculata, digiti crassitudine, semine corymbi, dependentibus foliis olusatri, commendata in cibis contra serpentium morsus: ab ἔλαφος, cervus, et βόσκω, pasco. *Plin.* l. 22. c. 22.

ELAPIDĀTUS, a, um, *freed from stones*, lapidibus purgatus. *Plin.* l. 18. cap. 16. Solum elapidatum purgatumque subigitur. Adde lib. 17. c. 10.

ELAPSUS. V. *Elabor.*

ELAQUEĀTUS, a, um, *disentangled*, laqueis expeditus. *Ammian.* l. 30. cap. 1. (*al.* 3.) Quem elaqueatum fidem rupturum existimabat.

ELAQUĔO, as, a. 1. *to extricate from snares*, expedio, laqueis exsolvo. *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 147. Elaqueanda animi constantia, ne retinaclis prematur. *Sidon.* l. 8. ep. 9. A vinculo incursi angoris elaqueat.

ELARGĬOR, iris, itus sum, dep. 4. *to bestow liberally, give largely, lavish*, διανέμομαι. *Pers.* sat. 3. v. 70. Patriæ carisque propinquis Quantum elargiri deceat. Adde *Cic.* 1. Fam. ep. 5. ubi tamen plerique alii leg. *largior.* Idem dicito de alio loco *Livii initio* lib. 3. ubi multo rectius *et largiendo*, quam *elargiendo* legitur.

ELASSESCO, is, *to grow weary*, idem ac lassesco, lassitudine deficio. *Plin.* l. 16. c. 25. In arboribus tamen nimia germinatio elassescit.

ELĀTE, es, f. *a kind of date-tree*, ἐλάτη, genus arboris. *Plin.* l. 12. c. 28. Est præterea arbor, quam alii elaten vocant (quod nos abietem) alii palmam, alii spathen. Laudatur Hammoniaca maxime, mox Ægyptia, dein Syriaca, dumtaxat in locis sitientibus odorata, pingui lacrima, quæ in unguenta additur ad domandum oleum.

ELĀTE, *sublimely, in a lofty style, loftily, haughtily*, ἀνατατικῶς, alte: ab elatus. Translate *Cic. de opt. gen. Orat.* cap. 4. Ut Demosthenes certe possit submisse dicere, elate Lysias fortasse non posit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* cap. 79. De prœlio ad Dyrrachium facto, elatius inflatiusque multo, quam res erat gesta, fama percrebuerat. *Nepos in Pausan.* c. 2. Pari felicitate in ea re usus, elatius se gerere cœpit, majoresque appetere res. *h. e.* ut *Florus* loquitur *in fin.* lib. 1. altius se et incivilius efferre. *Gell.* l. 9. cap. 15. Præfatur arrogantius et elatius, quam ætati ejus decebat.

ELATEĪUS, a, um, Ἐλάτειος, et Ἐλατήϊος. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 189. Proles Elateia. *h. e.* Cænis filia Elati Magnesii, filii Arcadis ex Callisto. et vers. 497. Elateius Cæneus. *Hygin.* hunc Elatum memorat fab. 14. 173. et 242.

ELATERĬUM, ii, n. ἐλατήριον, medicamentum ex succo expresso ex semine cucumeris silvestris, et in pastillos redacto: ab ἐλάω, seu ἐλαύνω, pello, depello, moveo, quia inter alia vim habet evocandi, et educendi. *Cels.* l. 5. c. 12. et l. 6. cap. 5. *Scribon. Larg.* compos. 70. et 224. et qui fusius de eo agit, *Plin.* l. 20. c. 1.

ELATĪNE, f. *the herb buck-wheat or bind-corn; fluellin, speedwell, dog-burr*, ἐλατίνη, herba, quæ folia helxinæ habet, pusilla, pilosa, rotunda, semipedalibus ramis quinis, senisve, a radice statim foliosis, acerba gustu. *Plin.* l. 27. c. 9.

ELATIO, onis, f. *a lifting or taking up; elevation, loftiness, sublimity, augmentation, increase*, actus efferendi, ἔπαρσις. *Vitruv.* c. 8. l. 10. Suculæ cardines porrecti in cheloniis, versando faciunt onerum elationes. *h. e.* onerum egressus in altum, ut paulo ante dixerat. *Plin.* l. 7. c. 20. Austor est Varro in prodigiosa virium elatione. *h. e.* ubi prodigiosas vires magnificat, et in cælum effert. *Cic.* in *Top.* cap. 18. Parium comparatio nec elationem habet, nec submissionem. *Id.* 1. *Offic.* cap. 19. Elatio et magnitudo animi. *Id. de clar. Orat.* c. 17. Elatio atque altitudo orationis. *Id.* 3. *de Fin.* c. 10. *extr.* Lætitia, gestientis animi elatio voluptaria. *transport.* Sic dicitur efferri dolore, lætitia, &c. V. *Effero.* ¶ Alio sensu *Ulpian. Dig.* lib. 11. tit. 7. leg. 14. Si quid impensum est in elatione mortui. *in the burial; in performing the funeral rites.* ¶ Superbia. *Arnob.* l. 2. pag. 88. Si arrogantia, si typhus, si elatio abesset a vobis. [¶ Est etiam actus ferendi foras. *Inscript. Fratr. Arval.* n. 42. Piaculum factum ob ferri elationem, et n. 43. Immolavit ob ferri elationem. *h. e.* ut liceret ferrum ex luco, et per lucum ferre, quod, nisi piaculo facto et ab nemorensibus Diis petita venia, fieri nequaquam poterat.]

ELATĪTES LAPIS, *a kind of blood-stone*, ἐλατίτης, ex genere hæmatitarum, dictus est a colore elates arboris. *Plin.* l. 36. c. 20.

ELATORIE, per amplificationem, vel per hyperbolen. *Ascon. Pedian. in Divin. Verr.* c. 1.

ELĀTRO, as, n. 1. *to bark aloud*, idem ac latro, vel valde latro. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 18. Ut non acriter elatrem.

ELĀTUS, a, um, adject. altus, excelsus, ἐπαρθεὶς, *raised, lofty. Colum.* l. 2. c. 4. *ad fin.* Modo in elatiora, modo in depressiora clivi agi sulcum oportebit. *Tertull. in Apol.* c. 53. Elatissimæ lucernæ. ¶ Metaphorice est inflatus, superbus. *elated, puffed up, proud, haughty. Cic. Agar.* 2. c. 35. Quibus illi rebus elati et inflati. *Id. in Orat.* cap. 36. Elatis verbis intensa oratio. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* cap. 59. Elati barbara arrogantia despiciebant suos. ¶ In bonam partem pro magno, excelso. *elevated, exalted, noble, dignified, great. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 40. Quam me delectat Theramenes! quam elato est animo! *Id.* 1. *Offic.* c. 18. Splendidissimum videtur, quod animo magno elatoque factum est. ¶ Item sepultus. *Manil.* l. 4. v. 71. Ex ipsis quidam elati rediere sepulcris. *Senec.* ep. 97. *a med.* Non gaudet ægro medicus elato. ¶ Item evulgatus. *Nepos in Dion.* c. 8. Res, multis consciis, elata refertur ad Aristomachen. ¶ Item sublatus. *Liv.* l. 7. c. 26. Corvus e conspectu elatus Orientem petit. ¶ Item extra modum abreptus. *transported, ravished. Cic.* 1. *de Divin.* c. 24. Elatus cupiditate respexit. *Id.* 1. *Offic.* cap. 29. *ad fin.* Ne elati voluptate in aliquam turpitudinem delabamur. *Id. de Harusp. resp.* c. 2. Qui dolore me elatum, et iracundia longius prope digressum arbitrabantur. ¶ Item dictus, pronuntiatus. *expressed. Cicer. in Orat.* c. 22. Eadem res sæpe aut probatur, aut rejicitur, alio atque alio elata verbo. [¶ Item prolatus. *Lactant. de opif. Dei*, c. 6. Adjugatis corporibus elata soboles. *h. e.* procreata. ¶ Item foras latus. *Inscript. Fratr. Arval.* n. 43. Piaculum factum ob ferrum de æde elatum. V. supra *Elatio* in *Appendice.*]

ELAUDĀRE, plus est, quam nominare, inquit *Festus.*

ELĀVO, as, elavi, a. 1. *to wash out or away, wash clean*, lavando aufero, probe lavo. *Elavisse bonis* dicitur qui bona amisit: sumptum a naufragis. *Plaut. Asin.* 1. 2. 9. In mari reperi, hic elavi bonis. *I have spent my fortune. Id. Rud.* 5. 2. 20. Hac proxima nocte in mari elavi. nam confracta navis est: perdidi quidquid erat, miser ibi omne. V. *Eluo.*

ELAUTUS, a, um, adject. *well washed*, bene lotus. *Plaut. Rud.* 3. 3. 37. Quæ ambæ elautæ sumus opera Neptuni. *Id. Pœn.* 1. 2. 22. Nam quæ elauta est, nisi perculta est, meo quidem animo, quasi illauta est.

ELECĔBRA, æ, f. *an allurement, lure; a coaxer, wheedler*, quæ elicit, aufert, spoliat, emungit. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 82. Mala es, atque eadem, quæ soles, elecebra. *Al. leg.* illecebra. *Id. Men.* 2. 3. 26. Sunt hic meretrices omnes elecebræ argentariæ. *Festus:* Elecebræ argentariæ, meretrices ab eliciendo argento dictæ. ¶ Scribitur et *exlecebra. Plaut. Bacch.* 4. 9. 20. Excidium, exitium, exlecebra fiet hic equus hodie auro senis.

ELECTARĬA medicamenta dicuntur a Medicis, quæ linguntur, vel sorbentur. *electuaries. Cœl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 4. *a med.*

ELECTE, adverb. cum electione, *with a choice selection, choicely, nicely, distinctly. Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 30. discrete, et electe digeremus. *Gell.* l. 18. cap. 7. Veteres, qui electius locuti sunt.

ELECTIBĬLIS, le, electus, selectus. *Apul.* l. 10. *Metam.* Electibiles partes nusquam comparent.

ELECTĬLIS, le, adject. selectus, *choice, dainty. Plaut. Mostell.* 3. 2. 41. Vino et victu, et piscatu probo, et electili vitam colitis.

ELECTIO, onis, f. *an election, choice, selection*, ἐκλογὴ, selectio, approbatio, *Cicer. in Orat.* c. 20. *ad fin.* Id autem est judicium, electioque verborum. *Vellei.* l. 2. cap. 72. Electionem dare. *Plin.* l. 10. ep. 4. loci alicui offerre. *Auct. dial. de Orat.* cap. 35. Vitiatarum electiones.

ELECTO, as, avi, atum, a. 1. *to invite, allure, cajole, wheedle*, frequentativum ab *elicio*, et ejusdem significationis, ut *Festus* docet. *Plaut. Asin.* 2. 2. 29. Quæ illæc præda est? ibo advorsum, atque electabo quidquid est. *h. e.* blande alliciendo exquiram, extundam, et resciscam. *Id. Merc.* 1. 2. 111. Ne te opprimeret imprudentem, atque electaret. *get the secret from you.* ¶ Item frequentativum ab *eligo*, is. *Id. Trucul.* 2. 6. 27. Jamne electat legionem, quam spoliare velit?

ELECTOR, oris, m. *a chooser*, αἱρέτης, qui eligit. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 4. Quam aliorum boni electores existimentur.

ELECTRA, æ, f. Ἠλέκτρα, filia Atlantis, et Pleiones, sive Oceanitidis, mater Dardani primi Trojanorum regis, ex Jove: et Jasi ex Corytho rege Italiæ, cui nupserat. Hæc post mortem in cælum translata dicitur, et esse una ex Pleiadibus, quæ ob dolorem amissi filii, et Trojani regni excisi apparere desiit, et lucem amisit: tametsi alii hoc de Merope ejus sorore tradunt. *Serv. ad Æn.* 7. v. 207. et *ad* lib. 10. v. 272. et *Hygin.* fab. 155. et 192. *Virg.* 8. *Æn.* v. 135. et *Ovid. Fast.* 4. v. 31. ¶ Alia fuit Agamemnonis et Clytemnestræ filia, Orestis et Iphigeniæ soror, uxor Pyladæ Orestis amici. Hæc fratrem Orestem neci subtraxit a matre intentatæ, ipsamque postea matrem, et Ægysthum ut occideret, auctor fuit et adjutrix. *Vellei.* l. 1. cap. 1. *Serv. ad Æn.* 4. v. 471. et *Hygin.* fab. 117. et 122. Hinc *Ovid.* 2. *Trist.* v. 395. Qui legis Electran, et egentem mentis Oresten. *Electran* accusativus est Græcæ positionis. ¶ Alia filia Danai, quæ sponsum Hyperantum prima nuptiarum nocte occidit. *Hygin.* fab. 170. ¶ In recto casu *Electre* Græca positione legitur apud *Propert.* l. 2. el. 11. v. 5. Non sic Electre, salvum cum aspexit Orestem.

ELECTRĔUS, a, um, adject. *made of amber*, ex electro factus. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 25. Alexandri habitu nummos figuravit, et quidem electreos aliquantos, sed plurimos tamen aureos. Al. leg. *electrinos.*

ELECTRĬFER, a, um, adject. *producing amber, rich in amber*, electri ferax. *Claudian. in Fescen.* carm. 12. v. 14. Et Padus electriferis Admoduletur alnis.

ELECTRĪNUS, a, um, adject. electreus, ut Electrina patera, *Trebell. Poll. in XXX. Tyrann.* c. 13. Electrina vasa, *Paul. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 33. *circa med.* Electrini anuli, *Marcell. Empir.* c. 8. *ante med.* Adde *Hieronym.* epist. 128. *ad Fabiol. post med.*

ELECTRIS, idis, ἠλεκτρὶς, ab electro. *Electrides* vocaverunt Græci insulas duas maris Adriatici, falso putantes, electriferas esse: neque tamen quænam essent designantes. *Plin. sub fin.* l. 3. et lib. 37. c. 2. *a med.* V. *Electrum.* ¶ *Electrides petræ* in Britannia fuisse creditæ sunt, ex quibus electrum flueret. *Plin. cit.* lib. 37. c. 2.

ELECTRĪUS, a, um, ad Electram pertinens. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 431. Electria tellus, Threiciis arcana sacris. *h. e.* Samothrace ita dicta ab Electra Dardani matre.

ELECTRIX, icis, f. quæ eligit, vel elicit. Affertur locus *Plauti in Mil.* 3. 1. 194. Sed lectio varia est.

ELECTRUM, i, n. *amber*, ἤλεκτρος, et ἤλεκτρον, gummi quoddam ex certis arboribus fluens, Latine *succinum.* De variis Græcorum circa id opinionibus, deque ejus natura fuse multa *Plin.* l. 37. c. 2. *ad fin.* et cap. 3. ¶ Dictum est ab ἠλέκτωρ, sol, quia solis instar elucet. Hinc fabulæ origo, Solis Filias Phaetontis sorores in ripis Padi in populos conversas, ex quibus electrum defluat; et in ostiis ejusdem amnis insulas duas esse, electri feracissimas. *Plin ibid.* ¶ *Tacit. de German.* c. 45. scribit, solos Æstyos ultimæ Germaniæ populos electrum e mari colligere, *glesum* ab his dictum. ¶ Est etiam metalli genus, scilicet aurum cui quinta argenti portio inest. Est autem duplicis generis: fossile, cui ea ratione argentum natura est admixtum et factitium, cui arte portio illa argenti admiscetur, u *Plin. ibid.* et lib. 9. c. 40. docet. Ejus natura est, ad lu cernarum lumina clarius argento splendere. Quod est na tivum, et venena deprehendit. Namque discurrunt in ca licibus arcus, cælestibus similes, cum igneo stridore. *Pli loc. prius cit.* ¶ De electro metallo. *Virg.* 8. *Æn.* v. 40 Quod fieri ferro, liquidove potest electro. et v. 624. Tu leves ocreas electro, auroque recocto, &c. Adde *Martia* l. 8. epigr. 51. *Stat.* 4. *Theb.* v. 270. et *Sil.* l. 1. v. 22 et *Juvenal.* sat. 14. v. 307. ¶ De succino *Virg. Ecl.* 8. 54. Pinguia corticibus sudent electra myricæ. *Id. in Ci* v. 439. Coralio fragili, ac electro lacrimoso. *Ovid.* 2. *M tam.* v. 364. stillataque sole rigescunt De ramis electra r vis. Adde lib. 15. v. 316. Omnes autem ubique pro cunt primam. Si quis corripere velit, credat oportet qui ita legunt illud *Virg.* cit. 8. *Æn.* Quod fieri ferro, quidove potestur electro.

ELECTUS, us, m. electio. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 1 In necis electu parva futura mora est. Al. leg. *electum.*

ELECTUS, a, um, *chosen, picked out, selected, cho excellent*, ἐκλεκτὸς, lectus, selectus, atque adeo exim egregius, quia optima quæque eligi solent. *Cic.* 2. *Ag* c. 35. Conquisiti ab Rullo, atque electi coloni. *Id.* 3. *V*

c. 34. Myoparonem pulcherrimum, de decem navibus electum, L. Magio vendidit. *Id. pro Quint.* c. 2. Viri electissimi civitatis. *Id.* 3. *de Fin.* c. 8. Electissimis verbis ornare. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 26. *in fin.* Ut cum ad electius verbum accedas, insigniorem rem facias. *Augustin.* l. 20. *de civit. Dei.* c. 29. Potest sensus alius, idemque electior inveniri. ¶ In malam partem. *Catull.* carm. 36. *in ann. Volus.* v. 6. Electissima pessimi poetæ scripta. ¶ Cum infinito. *Stat.* l. 3. silv. 4. v. 60. Care puer, Superis qui prælibare verendum Nectar, et ingentem toties contingere dextram Electus. *Id.* 2. *Achill.* v. 336. Electus formæ certamina solvere pastor.

ELEEMOSȲNA, æ, f. *alms*, ἐλεημοσύνη, miseratio, beneficium pauperibus præstitum, stips pauperibus data: ab ἐλεήμων, miser. *Tertull. de patient.* cap. 7. et *Augustin.* l. 21. *de Civit. Dei, cap. ult.*

ELĔGANS, antis, *nice, dainty, particular, trim, spruce, fine*, φιλόκαλος, κομψός, qui studiose conquirit ea, quæ ad vitam cultumque pertinent: ab *eligendo* dictus, ut docet *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 28. quasi *eligens* quod præstantissimum est in re qualibet. Quare in antiquis libris *eligans, eligantia* scriptum invenitur. Olim usque ad ætatem Catonis vitii, non laudis fuit, ut *Gell.* lib. 11. cap. 2. tradit. *Cato ibid.* et apud *Non.* c. 6. n. 98. Avaritiam omnia vitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, irritus qui habebatur, is laudabatur. *Plaut. Trin.* 2. 1. 14. Harpago, mendax, cuppes, avarus, elegans, despoliator. ¶ Ex his apparet elegantem dictum antiquitus non ob ingenii elegantiam, sed qui nimis lecto, amœnoque cultu, victuque esset. Postea reprehendi quidem desiit: sed laude nulla dignabatur, nisi cujus elegantia erat moderatissima. Sic M. Tullius L. Crasso, et Q. Scævolæ non meram elegantiam, sed parsimonia mixtam laudi dedit. *Crassus*, inquit (*de clar. Orat.* c. 40.) *erat elegantium parcissimus, Scævola parcorum elegantissimus.* Hæc *Gell.* Adde *Non.* cap. 6. n. 68. ¶ Universim accipitur pro mundo, concinno, lauto, et qui judicio, et electione comparat, quæ ad victum cultumque necessaria, considerans ubique, quid deceat, et mundum sit. *elegant, fit, proper. Cic. in Orat.* c. 25. Ut in epularum apparatu a magnificentia recedens, non se parcum solum, sed etiam elegantem videri volet. *Id. in fragm. in Clod.* apud *Non.* c. 6. n. 98. Tu vero festivus, tu elegans, tu solus urbanus, quem decet muliebris ornatus, qui levare vultum, mollire vocem potes. *Id.* 1. *de Divin.* c. 30. Epicurus sentit nihil unquam elegans, nihil decorum. *Ter. Eun.* 5. 4. 13. Mundus, compositus, elegans. *Valer. Max.* l. 4. c. 3. n. 3. *extern.* Mulier formosa, et elegans. *elegantly dressed, handsome, neat, polite. Nepos in Attic.* c. 13. Elegans, non magnificus, splendidus, non sumptuosus, omni diligentia munditiem, non affluentiam affectabat. *Plin.* l. 34. c. 2. Vasa Corinthia, quæ isti elegantiores modo in esculenta transferunt, modo in lucernas, aut trulleos, nullo munditiarum respectu. ¶ Tribuitur et rebus ipsis. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 41. Pueri ex tot elegantissimis familiis lecti. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 25. A quibus mansuefacti, et exculti, a necessariis artificibus ad elegantiora defluximus. *Plin.* l. 15. c. 8. Amurca æramenta ungi coloris gratia elegantioris. *prettier. Tacit.* 11. *Ann.* c. 4. *extr.* Eleganti temperamento inter conjugalem amorem, et senatoriam necessitatem. *Gell. in lemmate* cap. 5. l. 13. Elegans verecundia. ¶ *Elegans solum* est ager pulcher visu ob culturam, et fertilitatem. *Plin.* l. 14. c. 4. Neglecta per indiligentiam prædia paraverat, ac ne in pessimis quidem elegantioris soli. ¶ *Elegans pictor* est qui venuste pingit. *Id.* l. 35. c. 10. *a med.* Annumeratur his Nicophanes, elegans, et concinnus, ita ut venustate ei pauci comparentur. ¶ Refertur et ad judicium, quo quis pollet in discernendis quæ optima sunt in quoque genere. *nice, discerning, having a correct taste. Terent. Eun.* 3. 5. 8. Cum ipsum me noris, quam elegans formarum spectator siem. et 3. 1. 18. Regem elegantem narras. Ubi *Donat.* qui eligere sciat, aut qui ipse sit eligendus. *Vellei.* l. 1. c. 13. Scipio tam elegans liberalium studiorum, omnisque doctrinæ admirator fuit, ut &c. *Cicer. Fam.* 7. ep. 23. Intelligo te hominem in omni judicio elegantissimum, quæ me digna putaris coemisse. (*Intelligens* eodem sensu dicitur ab *eod.* 6. *Verr.* cap. 2.) *Id. Verr.* 6. c. 44. *ad fin.* Vide, ne ille non solum temperantia, sed etiam intelligentia te, atque istos, qui se elegantes dici volunt, vicerit. ¶ Sæpissime ad dicendi rationem, et est is, qui electis verbis, propriis, aptis, concinnaque, et pura oratione utitur. *Cic.* 2. *de Orat.* cap. 59. Perspicitis, hoc genus quam sit facetum, quam elegans, quam oratorium, *apt, neat, choice, elegant. Id. de clar. Orat.* c. 68. Elegans in dicendo. *Id. Attic.* 16. ep. 13. Elegantissima epistola. *Id. in fragm.* apud *Sueton. in Cæs.* cap. 55. Quis verbis aut ornatior, aut elegantior? *Nepos in Attic.* c. 12. Elegantissimus poeta. *Gell.* l. 17. c. 2. Verba et sententiæ elegantes. et lib. 5. cap. 20. Hujus vocis elegantior in hoc loco sonus est. *Cic.* 1. *Offic.* cap. 29. Duplex jocandi genus: unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. *Quintil.* l. 5. c. 13. Jucundum et elegans ingenium. ¶ Est etiam commodus, aptus, conveniens, rectus, honestus, decens. *M. Antonius* apud *Cicer. Phil.* 13. c. 18. Animadvertite, utrum sit elegantius, et partibus utilius, Trebonii mortem persequi, an Cæsaris. Reprehendit quidem *Cic.* ibi hanc loquendi rationem, sed odio id hominis fecisse magis videtur *P. Victorio* l. 22. *variar. lect.* cap. 8. quam ratione: eodem enim sensu usurpasse *Livium* l. 37. (cap. 1. V. in voce sequ.) adverb. *eleganter*, et *Demosth. pro Ctesiph.* dixisse, σκόπει, πότερον κάλλιον, καὶ ἄμεινον τῇ πόλει, &c.

ELEGANTER, *elegantly, choicely, nicely*, φιλοκάλως, κομψῶς, cum delectu ac judicio (ut in *Elegans* dictum est) convenienter, apte, concinne, laute, munditer. *Cic. de Senect.* c. 5. Est enim quiete, et pure, et eleganter actæ ætatis placida et lenis senectus. *Liv.* l. 35. c. 31. Vir magnæ ob eleganter actam vitam auctoritatis. *Plin.* l. 25. c. 5. Herba scapo pedali, sine ramis, ex omni parte singulis foliis rotundis eleganter vestita. *Cic. Attic.* 13. *ep. ult.* Liberti lautiores eleganter accepti. *Sallust. in Catil.* c. 26. Saltare elegantius, quam necesse est probæ. *Liv.* l. 37. cap. 1. *a med.* Elegantius facturos, dixit, si judicio patrum, quam sorti eam rem permisissent. *with greater discernment, better.* Sic *Ulpian. Dig.* lib. 10. tit. 3. leg. 7. *a med.* Eleganter dicitur, non esse audiendum, nisi, &c. ¶ Sæpe refertur ad eloquentiam, et significat adhibito verborum delectu, *elegantly, purely, neatly. Cic.* 2. *Tuscul.* c. 3. Distincte, distribute, eleganter, ornate scribere. *Id. de clar. Orat.* c. 22. Causam accurate, eleganterque dicere. *Id. ibid.* c. 72. Omnium loqui elegantissime. ¶ Reperitur et *eliganter*. V. in *Elegans.*

ELEGANTĬA, æ, f. *elegance, neatness, spruceness, politeness*, κομψότης, φιλοκαλία, munditia, lautitia, convenientia, cultus, ornatus ex delectu rerum ad victum vitamque pertinentium, ut in *Elegans* dictum est. *Cicer. Fam.* 9. ep. 20. Verrium tuum, et Camillum, qua munditia homines! qua elegantia! vocare (*ad cœnam*) sæpius audemus. *Id.* 3. *de Leg.* cap. 1. *de Attico.* Quid enim est elegantia tua dignius? cujus vita et oratio consecuta mihi videtur difficillimam illam societatem gravitatis cum humanitate. *Nepos* de eodem Attico, *in ejus vita* c. 19. Augusti familiaritatem consecutus est nulla alia re, quam elegantia vitæ, qua ceteros cœperat principes civitatis, dignitate pari, fortuna humiliore. *Tacit. Ann.* 5. c. 8. Pomponius multa morum elegantia, et ingenio illustri, dum adversam fortunam æquus tolerat, Tiberio superstes fuit. *genteel and easy manners. Cic. pro Sull.* cap. 28. *ad fin.* Vestra enim, judices, qui cum summa elegantia, et integritate vixistis, hoc maxime interest. *honourableness, honour. Flor.* l. 1. cap. 5. Tarquinius Priscus regnum petens, accipit ob industriam et elegantiam. *Phædr.* lib. 2. fab. 2. v. 3. Ætatis mediæ mulier, annos celans elegantia. *by the elegance of her manners. Plaut. Merc.* 1. 1. 19. Nimia elegantia. *pomp. Sueton. in Aug.* cap. 73. Instrumenti ejus et supellectilis parsimonia apparet etiam nunc, residuis lectis atque mensis, quorum pleraque vix privatæ elegantiæ sint. *such as would be used by persons in a humble station of life. Tacit. in Agric.* cap. 2. Elegantia conviviorum. ¶ In plur. numero, *Petron. in Satyr.* cap. 34. Laudatus propter elegantias dominus. *h. e.* elegantem supellectilem, et lautum apparatum convivii. ¶ Item judicium et facultas discernendi, quæ optima sunt. *discernment. Plaut. Mil.* 4. 6. 18. Metus me macerat, quod ille fastidiosus est, ne oculi ejus sententiam mutent, ubi viderit me, atque ejus elegantia meam extemplo speciem spernat. Hoc est, quod *Terent.* dixit *elegans formarum spectator.* ¶ De pulcritudine et venusta specie rerum selectarum, et apte compositarum, *grace, beauty, propriety. Plin.* l. 2. c. 4. Quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellavere, eum nos a perfecta absolutaque elegantia, mundum. *Id.* l. 36. c. 10. Elegantia capilli, venustas oris. *Id.* l. 13. c. 9. Materies crispioris elegantiæ. *h. e.* venis ligni crispioribus, et pulcris visu. *Id.* l. 16. c. 15. Acer operum elegantia ac subtilitate citro secundum. *Id.* l. 21. cap. 18. Elegantia vitilium. *the beauty of wicker-work. Id.* l. 26. c. 14. *extr.* Cicatrices cum elegantia ad colorem reducit ladanum. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 9. Contemnit disserendi elegantiam: confuse loquitur. *clearness, distinctness. Plin.* l. 14. c. 6. *ad fin.* Hispaniarum Laletana (*vina*) copia nobilitantur: elegantia vero Tarraconensia. *exquisite colour and flavour.* ¶ Sæpissime ad dicendi nitorem, et pulcritudinem orationis refertur, *elegance, neatness, beauty of expression. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 12. Elegantia est, quæ facit, ut unumquidque pure et aperte dici videatur: hæc distribuitur in Latinitatem et explanationem. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 7. Catulo non solum nos Latini sermonis, sed etiam Græci ipsi solent suæ linguæ subtilitatem elegantiamque concedere. *Id. in Orat.* c. 23. *sub fin.* Elegantia et munditia orationis. *Quintil.* l. 12. c. 9. Elegantia figurarum. ¶ In plurali num. *Gell.* l. 1. c. 4. Julianus rhetor veterum elegantiarum cura, et memoria multa fuit. *Id.* l. 2. c. 9. Vocum verborumque elegantias sectari. *Id.* l. 19. c. 4. Aristotelis libri, qui problemata inscribuntur, lepidissimi, et elegantiarum genus omne referti. *h. e.* quæstionum electarum et pulcrium.

ELEGĀTUS, i, m. piscis genus. *Auson.* ep. 4. v. 59. male tecti spina elegati. *Turneb. Adversar.* l. 1. c. 23. legit *Elacati*; quem reprehendit *Scal. in not. ad Auson.*

ELEGĪA, æ, f. *an elegy, mournful poem*, ἐλεγεία, ἐλεγεῖον, carmen flebile ex alternis versibus hexametris et pentametris: ab ἒ, ἔ, he, he, interjectio dolentis, vox flentis, quæ geminari solet, et λέγω, dico, vel ab ἔλεγος, luctus. Sed tamen etiam in rebus lætis, levioribus tamen, usurpari cœpit. *Horat. de Ar. Poet.* v. 75. Versibus impariter junctis querimonia primum, Post etiam inclusa est voti sententia compos. *Martial.* l. 5. epigr. 31. nec te facundi scena Catulli Detineat, cultis aut elegia comis. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 7. Vultu petulans elegia. *scil.* quæ lascivos amores tractat. ¶ *Elegia* quoque vocatur a quibusdam arundo obliqua, fruticis modo se spargens juxta terram. *Plin.* l. 16. c. 36. ¶ Poetæ sæpe pænultimam, quæ diphthongus est, solvunt, et quinque syllabarum vocem faciunt, *elegeia. Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 7. Flendus amor meus est: elegeia flebile carmen. *Id.* 3. *Amor.* el. 9. v. 3. Flebilis indignos, Elegeia, solve capillos: Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit. ¶ Sæpe etiam ut Dea, vel Musa, vel Nympha ab iis fingitur ac describitur, ut *Ovid.* 3. *Amor.* el. 1. v. 7. et *Stat. loc. cit.* ¶ Scribitur etiam *elegea.* In plurali num. neutro genere Græco more, τὰ ἐλεγεῖα, *Auson. in Parentalib. carm. pænult.* accipe questus, Debent quos cineri mœsta elegea tuo. *Al. leg.* debet. V. *Elegion.*

ELEGIĂCUS, a, um, *elegiac*, ad elegiam spectans, ut Elegiacum carmen, apud Grammaticos. *Diomed.* l. 3. pag. 507. *Putsch. Serv. in centimetr.* pag. 1824. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 168. &c.

ELEGIDARĬUM, ii, n. idem quod Elegidion. *Petron. in Satyr.* c. 109. Cœpit capillorum elegidarion dicere.

ELEGIDĬON, ii, n. *a short elegy*, ἐλεγίδιον, diminut. ab elegia. *Pers.* sat. 1. v. 51. Non si qua elegidia crudi Dictarunt proceres.

ELEGĪON, vel Elegeon pro elegidion, vel elegia, legitur apud *Auson.* epigr. 94. in zona textum elegion erat. *Græca positio.*

ELĔGO, as, a. 1. extra familiam lego, extraneis lego. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 43. *Burm.* Et ille stips, dum fratri suo irascitur, nescio cui terræ filio patrimonium elegavit.

ELĔGUS, i, m. *an elegiac verse; an elegy, mournful ditty*, ἔλεγος, versus elegiacus, elegia. *Horat.* l. 1. od. 33. v. 2. Neu miserabiles decantes elegos. Adde *Ovid. Tibull. Propert. Tacit.* &c. semper tamen in plurali numero.

ELĒIS, idis, f. Ἠλεῒς, ad Elidem pertinens. V. in voce sequenti.

ELELEĬDES, dum, f. mulieres bacchantes: ab ἐλελίζω, clamo, vociferor. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 47. Nunc feror, ut Bacchi furiis Eleleides actæ. Alii leg. *Eleides*, ut sit adject. ab Elide urbe Peloponnesi, Ἠλεΐδες. Quo sensu *in Catalect. Virg.* pag. 97. *Scalig.* Sæpe rubro Eleis sanguine fluxit humus.

ELĔLEUS, i, m. ἐλελεύς, cognomen Bacchi: ab ἐλελίζω, vociferor clamore bellico. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 15. Nycteliusque, Eleleusque parens, et Iacchus, et Evan. ¶ Eleleus dicitur etiam Sol, ab ἑλίσσω, volvo, quia æterno circa terram cursu volvitur. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. sed Græce.

ELELISPHĂCOS, i, m. *the herb sang, or according to others sage*, ἐλελίσφακος, herba lente levior, et folio minore, sicciore, odoratiore. Ea est sativa. Est et alterum genus, silvestrius, odore gravi, hæc mitior, folio mali cotonei effigie, sed minore, et candido. *Plin.* l. 22. c. 25. V. *Salvia.*

ELEMENTA, orum, n. *elements, first principles*, στοιχεῖα, sunt principia omnium rerum, ex quibus reliqua omnia componuntur, et in quæ resolvuntur. Quibusdam dicta videntur, quasi *alimenta*, quia viventia aluntur iisdem, ex quibus componuntur, et in quæ resolvuntur. *Cic.* 1. *Acad.* c. 7. Ergo illa initia, ut e Græco vertam, elementa dicuntur. *Senec.* l. 2. *de Ira*, c. 18. Cum elementa sint quatuor, ignis, aqua, aer, et terra, potestates pares his sunt, frigida, fervida, arida, atque humida. *the elements.* V. *eund.* l. 3. *quæst. nat.* c. 12. 13. et 14. ¶ Item notæ litterarum, quia sunt prima principia orationis. *the letters of the alphabet.* Nam ex litteris syllabæ, ex syllabis dictiones, ex dictionibus oratio conficitur. *Quintil.* l. 1. c. 1. cujus verba ita intelligere videtur etiam *D. Hieronym.* epist. 7. *ad Lætam, ante med.* ¶ Item prima principia artium, ut Geometriæ, Dialecticæ, &c. *the elements, rudiments, first principles.* Ex iis enim artes oriuntur, et in ea resolvuntur. *Cic.* l. 4. *Acad.* c. 28. *sub fin.* Elementa loquendi. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 26. Elementa prima discere. ¶ Translate *Sil.* l. 3. v. 77. Vagitumque gravem, atque irarum elementa mearum. *Juvenal.* sat. 14. v. 123. Elementa vitiorum. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 179. Parva fuit, si prima velis elementa referre, Roma. *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 140. annorum elementa tuorum. ¶ Per metonymiam *elementa* dicuntur primi puerorum conatus in litteris. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) *ad fin.* Vix enim se prima elementa ad spem tollere effingendæ, quam summam putant, eloquentiæ audebunt. ¶ De iis, quæ Logici *prædicamenta* vocant. *Quintil.* l. 3. c. 6. *ante med.* Aristoteles elementa decem constituit, circa quæ versari videatur omnis quæstio: οὐσίαν, qualitatem, quantitatem, &c. ¶ In singulari numero. *Juvenal.* sat. 15. v. 86. *de igne.* elemento gratulor. *Plin.* l. 31. c. 1. *de aqua.* Hoc elementum ceteris omnibus impe-

rat. Adde lib. 11. c. 56. et lib. 10. cap. 69. item lib. 31. cap. 7. *a med.* ubi etiam sal *elementum* vocat. ¶ De elementorum natura, et invicem conversione V. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 239.

ELEMENTARIUS, a, um, adject. *elementary*, ad elementum pertinens, ut Elementarius puer, qui scil. prima litterarum elementa discit. *an abecedarian.* Sic Elementarius senex, quem turpem et ridiculam rem esse, scribit *Senec.* ep. 36. *Capitolin. in Pertin.* c. 1. Puer litteris elementariis, et calculo imbutus.

ELEMENTITIUS, a, um, adject. *elementary, elemental*, elementarius. *Tertull. de Anim.* c. 32. Ex elementitiis substantiis censeri.

ELENCHUS, i, m. *a large pearl, oblong like a pear*, ἔλεγχος, unio procerior, fastigata longitudine, alabastrorum figura in pleniorem orbem desinens. Hujusmodi suspendere digitis, et binos ac ternos auribus, feminarum gloria est. Cum id fecere, crotalia appellant, ceu sono quoque gaudeant, et collisu ipso margaritarum. Hæc *Plin.* l. 9. c. 35. Hinc *Juvenal.* sat. 6. v. 458 Auribus extensis magnos commisit elenchos. ¶ Item tabula, index libri. *a table, syllabus, or index to a book.* quia ἔλεγχος, specimen, documentum, indicem significat. *Post præfat. Hist. nat. Plin.* C. Plinii Secundi historiarum mundi elenchos. Adde *Sueton. de Grammat.* c. 8. qui tamen locus dubiæ est interpretationis.

ELENTESCO, is, n. 3. lentus et tener fio. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 18. Panis elutus, et expressus, ut suæ densitatis positu elentescat.

ELEPHANTĬA, æ, f. *a kind of leprosy; the scurvy, elephantiasis*, idem quod elephantiasis. *Scribon. Larg. compos.* 250. Hoc etiam lepram, et quam dicunt elephantiam, sanat.

ELEPHANTIĂCUS, a, um, *infected with a leprosy, leprous*, ἐλεφαντιακὸς, qui morbo elephantiæ laborat. *Firmic.* l. 8. c. 19. *ad fin.*

ELEPHANTIĂSIS, is, f. *a kind of leprosy called elephantiasis, from covering the skin with incrustations like those on the hide of an elephant*, ἐλεφαντίασις, morbus hominum et armentorum, quo cutis maculatur, et inæqualiter crebris tumoribus exasperatur, similisque fit cuti elephanti, quæ naturaliter dura, et aspera est, ut *Veget.* l. 1. *rei Veterin.* c. 9. docet. Eum describit *Cels.* l. 3. c. 25. sed Græce appellat. Latine autem *Plin.* ipse quoque describens lib. 26. c. 1. Adde l. 20. c. 14. et alibi.

ELEPHANTĬCUS, a, um, adject. *infected with the elephantiasis*, qui elephantiasi laborat. *Jul. Firmic.* l. 8. c. 28.

ELEPHANTĪNE, es, f. ἐλεφαντίνη, insula Nili, Æthiopiæ vicina, et in ea urbs: quæ Elephantis a *Plin.* et *Pomp. Mela* dicitur. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 7. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 61.

ELEPHANTĪNUS, a, um, *of, or like ivory, adorned with ivory*, ἐλεφάντινος, qui est ex ebore, qui est dens elephanti: vel ebore distinctus et ornatus. *Vopisc. in Tacit.* c. 8. Habet bibliotheca Ulpia in armario sexto librum elephantinum, in quo hoc S. C. perscriptum est. [*h. e.* librum, qui ex tabellis eburneis totus constabat.] ¶ Emplastri cujusdam compositio ex cerussa et oleo, quia percandida est instar eboris, *elephantina* dicitur a *Celso* l. 6. c. 19. sect. 24. *a plaster so called from its whiteness.* Præterea atramentum ex ebore combusto ab Apelle inventum, *elephantinum* ab eo dictum est, uti narrat *Plin.* l. 35. c. 6. *a med.* ¶ Si reperias apud Latinos Scriptores *elephantina pellis, caro*, aut quid simile, quod ad ipsam belluam pertineat, *elephantĭnus* pænultima correpta adhuc efferes, quia non est hoc Latina ratione formatum, sed Græca. ἐλεφάντινος autem pænultimam corripit. *elephantine, pertaining to an elephant.*

ELEPHANTIŌSUS, a, um, adject. elephantiacus. *Veget.* l. 1. *de re Veterin.* c. 16. si sana ibi est lectio, et *Augustin.* l. 9. *de Genes. ad litt.* c. 10. *a med.*

ELEPHANTIS, idis, Poetria, quæ libellos scripsit, quibus varia genera concubitus complexa est. *Martial.* l. 12. epigr. 43. Nec molles Elephantidis libelli. Adde *Sueton. in Tiber.* c. 43. ¶ Item Nili insula, et urbs. *Plin.* l. 5. c. 9. *ad fin.* et *Vitruv.* l. 8. c. 2. *a med.*

ELEPHANTUS, ti, m. et f. *an elephant*, idem ac elephas, Latina forma. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. *extr.* Manus etiam data elephantis, &c. *Plaut. Stich.* 1. 3. 14. Solere elephantum gravidam perpetuos decem esse annos. ¶ De elephantis funambulis. V. in *Catadromus.* ¶ *Celerius elephanti pariunt*, proverb. cum res longius opinione protrahitur. *Plin. in præfat. Hist. nat. ad fin.* Homeromastigas audio parturire adversus libellos, quos de Grammatica edidi, et subinde abortus facere jam decem annis, cum celerius etiam elephanti pariant. ¶ Proverbii genus est et illud *Plauti. Mil.* 2. 2. 80. Herus meus elephanti corio circumtentus est, non suo: neque habet plus sapientiæ, quam lapis. *h. e.* bardus et hebes est. Est enim illi belluæ corium crassissimum, et impenetrabile. ¶ Metonymice pro ebore a Poetis ponitur. *ivory. Virg.* 3. *Georg.* v. 26. In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto Gangaridum faciam. *Id.* 3. *Æn.* v. 464. Dona dehinc auro gravia, sectoque elephanto. et lib. 6. v. 896. Candens elephantus. ¶ Sunt hoc nomine et marinæ belluæ. *Plin.* l. 9. c. 5. et lib. 32. *c. ult.*

ELĔPHAS, antis, m. *an elephant*, ἐλέφας, animal in Asia, et in Africa, omnium terrestrium maximum, idemque ingeniosissimum. Elephantes primum vidit Italia Pyrrhi Regis bello in Lucanis, et boves Lucas nominavit. Duos habet dentes exstantes, vel potius cornua, quæ ebur dicuntur, et ex quibus fiunt opera eburnea. Biennio utero gravescit, nec amplius, quam semel gignit, nec plures, quam singulos. Vivere dicitur annos CCC. Multa de ea *Plin.* l. 8. c. 1. et deinceps. *Martial. de spect.* epigr. 17. Quod pius et supplex elephas te, Cæsar, adorat. et epigr. 19. Dum facilem tolli sic elephanta putat. Adde *Plin. initio* lib. 8. *Lucan.* l. 6. v. 208. et lib. 9. v. 732. *Manil.* l. 4. v. 236. *Flor. sub fin.* l. 4. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 196. *Senec. in fi.* ep. 85. &c. Qui putant hac forma usum etiam *Ciceronem de Senect.* cap. 9. incerta lectione nituntur. ¶ *Elephas* etiam dicitur morbus, de quo in *Elephantiasis* dictum est. *a sort of leprosy; the elephantiasis. Lucret.* l. 6. v. 1112. Est elephas morbus, qui propter flumina Nili Gignitur Ægypto in media, &c. Adde *Seren. Sammon.* c. 10.

ELĒVI. V. *Elino.*

ELEVĀTIO, onis, f. *a lessening or disparagement*, schema oratorium, species ironiæ, qua rem aliquam dum videmur attollere, deprimimus et irridemus. *Quintil.* l. 9. c. 2. *circa med.* Et illæ elevationes, videlicet *O dii boni! Scilicet is superis labor est*: et ille pro Oppio locus: *o amorem mirum! o benevolentiam singularem!*

ELEVĬES. V. *Eluvies.*

ELĔVO, as, avi, atum, a. 1. *to raise, lift up*, ἐπαίρω, tollo, sursum levo: a *levo*, quod a *levis*. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 9. Quantum storearum demissio patiebatur, tantum elevabant. *et mox.* Rursus summam contabulationem, storeasque elevabant. *Apul.* l. 4. *Metam.* Lumbis elevatis in altum. ¶ Item tollo, aufero, demo. *to take away. Colum.* l. 3. c. 21. Necesse est, ut serum fructum cum præcoque elevet, aut si maturitatem serotini exspectet, amittat vindemiam præcoquem. ¶ Item leve reddo. *to lighten, make lighter. Claudian.* lib. 1. *in Eutrop.* v. 295. Elevat hunc pluma, squamis hunc fabula vestit. ¶ Translate *to ease, lighten, alleviate, assuage. Lucei. ad Cicer. Fam.* 5. ep. 14. Non intelliges duplicari sollicitudines, quas elevare tua te prudentia postulat? *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 16. Nihil est, quod tam obtundat, elevetque ægritudinem, quam, &c. ¶ Sæpe est pondus, et auctoritatem alicui rei dicendo detrahere, leve, futile, vile esse ostendere, atque adeo minuere, extenuare. *to diminish, lessen, extenuate, palliate, disparage. Liv.* l. 3. c. 21. Mirer, si vana vestra, ad plebem auctoritas est? Vos elevatis eam. *Cic. de Amic.* c. 24. Multæ causæ suspicionum offensionumque dantur, quas tum evitare, tum elevare, tum ferre sapientis est. *Sueton. in Calig.* c. 8. Elevare rei alicujus fidem. *Liv.* l. 28. c. 42. præclara facta alicujus. *Id. in fi.* l. 26. Famam captæ urbis elevare verbis. *Catull.* carm. 24. *ad Juvent.* v. 9. Abjicere et elevare aliquid. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 56. *extr.* Erant tanta gravitas in Domitio, tanta auctoritas, ut quod esset ab eo objectum, lepore magis elevandum, quam contentione frangendum videretur. ¶ *Elevare aliquem* est ejus dicta fidemque minuere, et levem hominem esse ostendere. *to bring into disrepute, dispraise, disesteem. Cic.* 2. *de Orat.* c. 58. Est plane oratoris movere risum, quod frangit adversarium, quod impedit, quod elevat, quod deterret, quod refutat. *Liv.* l. 26. c. 27. Elevabatur index, indiciumque: pridie eum verberibus castigatum ab dominis discessisse: per iram ac levitatem crimen commentum. *Propert. in fi.* eleg. 24. l. 2. Elevat assiduos copia longa viros. *h. e.* viliores facit. ¶ *Elevare perspicuitatem*, minuere. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 4. Si quid est evidens, argumentari non soleo: perspicuitas enim argumentatione elevatur.

ELĒUS, a, um, *of Elis, Elean*, Ἠλεῖος, ad Elidem pertinens, celebrem Peloponnesi urbem, in ora ejus occidentali sitam, in provincia cognomine, in qua, (vel prope quam) certamina Olympica, quinto quoque anno, tota affluente Græcia, cursu equorum, curruum, et hominum, lucta, disco, pugilatu, &c. in honorem Jovis Olympici celebrabantur. *Virg.* 3. *Georg.* v. 202. Eleus campus. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 166. Ut celer Eleo carcere missus equus. *Lucan.* l. 1. v. 264. Eleus sonipes. *Vet. poeta* apud *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 1. Eleus amnis. *h. e.* Alpheus. Sic *Ovid. Metam.* 5. v. 576. Eleum flumen. *Stat.* 2. *Theb.* v. 185. Eleæ valles. *Senec. in Agamemn.* v. 918. Elea palma. *Propert.* l. 3. el. 7. v. 17. Elea quadriga, et eleg. 1. v. 58. Jovis Elei carmen. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 227. Eleus parens. *h. e.* Jupiter. *Stat.* l. 2. silv. 6. v. 72. Eleum lustrum. *h. e.* quinque anni. ¶ *Elei, orum*, sunt Elidis populi. *Plin.* l. 10. c. 28. ¶ Sunt qui scribunt *Elæus*, sed minus recte.

ELEUSINIUS, *et* Eleusinus, a, um, adject. *Eleusinian. Eleusinia* sunt sacra Cereris, de quibus V. *Eleusis. Tertull. in Apolog.* c. 7. et *advers. Valent.* c. 1. *the Eleusinian mysteries.* ¶ Eadem *Justin.* l. 2. c. 8. Eleusina sacra vocat. ¶ *Eleusina mater* est Ceres. *Virg.* 1. *Georg.* v. 163. Tardaque Eleusinæ matris volventia plaustra. *Vitruv. in præfat.* lib. 7. *ad fin.* Eleusina Ceres.

ELEUSIS, *et* Eleusin, inis, f. [ἀπὸ τῆς ἐλεύσεως, ab adventu, propterea quod Ceres, post errores in quærenda filia, huc tamdem veniens conquievit.] *Lepsina*, Ἐλευσὶν, et Ἐλευσὶς, nunc oppidum marit. Atticæ inter Megaram, seu Nyssæam urbem, et Piræeum portum Atheniensium, in quo regnavit Eleusius (al. Celeus. V. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 507. et sequentib.) qui cum Cererem filiam quærentem liberalissime hospitio suscepisset, illa pro munere ostendit ei omne genus agriculturæ, filium etiam ejus Triptolemum recens natum per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit, cumque grandiusculus factus esset, currui suo, quem alati trahebant serpentes impositum per totum orbem misit ad usum frumentorum hominibus indicandum. Ob hujus beneficii memoriam Cereri templum dedicatum fuit, et solemnia sacra instituta, quæ sacra Eleusina, et Thesmophoria appellabantur, in quibus matronæ in curribus per jocum sibi mutuo, et libere conviciari solebant. *Hygin.* fab. 157. et *Serv. ad* lib. 1. *Georg.* v. 163. et alibi. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 67. Cerealis Eleusin. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 42. Omitto Eleusina sanctam illam, et augustam, ubi, &c. [*Hæc quæ sequuntur, repone:* ¶ Casus nomin. Eleusin est apud *Melam* l. 2. c. 3. *Plin.* l. 4. c. 7. *Ovid. Heroid.* 4. v. 67. et 7. *Met.* v. 439. et 4. *Fust.* v. 507. Genit. Eleusinis apud *Liv.* l. 31. c. 26. Accusat. Eleusinem apud *eumd. ibid.* c. 25. Eleusina apud *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 42. Ablat. Eleusine apud *Plin.* l. 35. c. 11. sect. 40. n. 29. Eleusi apud *Tacit.* 4. *Hist.* c. 83. ¶ *Eleusin* casu accusat. et pro *Cerere* dixit *Sidon.* carm. 9. v. 178. Non cum Triptolemo verendam Eleusin, Qui primas populis dedere aristas, Sonabo. At *Claudian. de rapt. Proserp.* l. 1. v. 11. *Eleusin* est *Ceres* casu nominat., licet quidam ibi legant *Eleusis*, quemadmodum et apud *Ovid. loc. cit.* 4. *Heroid.* v. 67. Eleusis est ipsa urbs Atticæ, quod etiam agnoscitur a *Prisciano* lib. 6. pag. 689. *Putsch.* Sed Eleusin, ut vidimus, est frequentius.] ¶ Apud *Sidon.* carm. 9. v. 178. Eleusin est ipsa Ceres. ¶ In recto casu apud *Ovid.* al. leg. *Eleusis*, quod agnoscitur etiam a *Prisciano* l. 6. pag. 689. *Putsch.* sed alterum est frequentius.

ELEUTHERĬA, orum, n. *feasts kept by slaves when set at liberty, in honour of* Jupiter Eleutherius, ἐλευθέρια, solemnia libertatis. Græca vox, ab ἐλευθέριος, liber. *Plaut. Pers.* 1. 1. 29. Basilice ago eleutheria. ¶ *Eleutheria, æ*, f. est ipsa libertas, vel libertatis dea. *Id. Stich.* 3. 1. 21. Volo me Eleutheriam capere advenientem domum.

ELEUTHERĬUS LIBER, Ἐλευθέριος, Athenis hoc cognomine colebatur. *Arnob.* l. 6. pag. 207.

ELIĂCUS, a, um, Ἠλιακὸς, ad Elidem et Eleos pertinens. *Eliaca* in quadam Inscriptione apud *Gruter.* pag. 1087. n. 4. sub Impp. Valente, et Valentin. jun. sunt sacra, quibus Elius Mithræ antistes initiabatur. Porro Elius est etiam ipsius Mithræ nomen, *h. e.* solis, Græce Ἥλιος. Idemque dicendum est de *Persicis*, quæ *ibid.* memorantur, nempe a Perse: a Πέρσης, Mithra.

ELĬAS, adis, Ἠλιὰς, fem. ab Elide urbe. *Virg.* 1. *Gerog.* v. 59. Eliadum palmas Epiros equarum. *h. e.* Epirus creat equas optimas, quæ apud Elidem palmas merentur in ludis Olympicis.

ELĬCES, um, m. *gutters or furrows to carry off water, drains*, ἀγωγοὶ, sulci aquarii, per quos aqua collecta educitur e liris, ut *Fest.* definit: ab *elicio*, extraho. *Colum.* l. 2. c. 8. Sulcos aquarios nonnulli elices vocant. *Id.* l. 11. c. 2. *post med.* Elices sulcosque aquarios convenit facere. *Plin.* l. 19. c. 11. Elices inducunt aquas.

ELICĬO, is, icui, et exi, icitum, a. 3. *to draw or bring out, fetch forth, entice out, elicit*, ἐξάγω, educo, extraho: ab e, et *lacio. Cicer.* l. 1. *Tuscul. c. pænult.* Iphigenia Aulide duci se immolandam jubet, ut hostium sanguis eliciatu[r] suo. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. Itaque ad pingendum, a[d] scalpendum, ad nervorum eliciendos sonos ac tibiarum apta est manus admotione digitorum. et *ibid.* E terræ ca[vernis] ferrum elicere. et cap. 9. Lapidum conflictu eli[ci] ignem videmus. *Id. de Senect.* c. 15. Terra elicit ex se[mine] herbescentem viriditatem. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 4[7]. Elicere cruorem ictu. *Plin.* l. 25. c. 11. *ad fin.* sudorem. *Id.* l. 19. c. 5. alvum. *h. e.* solvere, subducere. *Id.* l. 3[...] c. 15. purgationes feminarum. *Stat.* 1. *Achill.* v. 186. [de] *Chirone.* Elicit extremo chelyn, et solantia curas Fila m[o]vet. *to take up the harp. Plin.* l. 17. c. 22. *a med.* Si m[a]cra vitis idoneos palmites non habeat, ad terram reci[dere] eam, novosque elici utilissimum. *to be made to sprou[t].* ¶ Translate est evocare, adducere, inducere, extrahe[re]. *Liv.* l. 5. c. 15. Causatus, de portenti procuratione co[n]sulere velle, ad colloquium vatem elicuit. *he drew him [into] a conference. Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 21. Cum ab eo nu[n]quam discederem, verbum ex eo nunquam elicere po[tui] de ratione dicendi. *I could not get from his mouth. Id.* [ad Q.] *Fr.* l. 1. ep. 1. c. 2. Elicere aliquem blanditiis ad judiciu[m]. *to entice him. Liv.* l. 23. c. 27. hostem ad certamen. C[æs.] l. 7. *B. Gall.* c. 32. hostem ex paludibus et silvis. *to dec[oy].* et lib. 5. c. 48. in aliquem locum. et lib. 6. c. 7. hos[tem] citra flumen. et *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 12. hostes in [in]sidias. *to draw. Tacit.* 15. *Ann.* c. 13. in prœlium. *Li[v.]* 2. c. 62. ad prœlium. *Cic. pro Balb.* c. 9. Propositis p[ræ]miis elicere ex civitatibus sociorum fortissimum quem[que] ad subeunda pro salute nostra pericula. *Plaut. Men.* 5. 3. Elicere aliquem foras. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 42 aliquem [li]teris. *to induce him to come.* sed astu tamen quodam

dolo: qua ratione etiam l. 14. c. 4. locutus est. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 12. Velim mihi ignoscas, quod ad te scribo toties. tuas enim volo elicere litteras. et epist. 1. *a med.* Dabunt operam, ut eliciant sententiam meam. *to make me speak my sentiments. Liv.* l. 40. c. 23. Fide data, arcana ejus elicuit. *he was crafty enough to elicit. Cic. de clar. Orat.* c. 80. Ubi dolor? ubi ardor animi? qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces et querelas solet. *causes them to cry out and lament. Curt.* l. 8. c. 5. *sub fin.* Elicere iram alicujus. *Liv.* l. 8. c. 28. misericordiam. *Tacit.* 16. *Ann.* c. 14. cupidinem. et lib. 4. c. 45. veritatem. *h. e.* extorquere. et lib. 15. c. 53. favorem vulgi. *Plaut. Trin.* 2. 2. 13. lacrimas. *Horat.* l. 4. od. 12. v. 17. Nardi plenus onyx eliciet cadum. *h. e.* efficiet, ut ego promam cadum. ¶ Item eruere, investigare, invenire, *to investigate, find out, discover. Cic.* 1. *de Divin.* c. 8. Quis igitur elicere causas præsensionum potest? *Liv.* l. 1. c. 20. *extr.* Elicere procurationes prodigiorum ex mentibus divinis. *to elicit the discovery.* ¶ Ponitur et pro emittere, effundere, edere. *Cic. pro Cœl.* c. 24. *ad fin.* Nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem eliciat? *ejiciat* est unus et alter qui malit: ut et in illo 2. *Tuscul.* c. 24. Fauces, e quibus elici vocem, et fundi videmus. ¶ Est etiam verbum magicum, cum manes aut deos certa prece, certoque ritu sacri evocabant, exciebantque, consulendi causa de re arcana, aut veneficii faciendi. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 327. et *Plin.* l. 28. c. 8. Elicere Jovem cælo. *to call down. Arnob. post init.* l. 5. Jovem ad terras. *Cic. in Vatin.* c. 6. animas inferorum. *to raise up the ghosts of the dead. Tibull.* l. 1. el. 2. v. 45. manes sepulcris. *to summon from the tomb.* Adde *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 29. *Lucan.* l. 6. v. 733. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 28. et *Stat.* 4. *Theb.* v. 478. ¶ Elicere fulmina est precibus et sacris quibusdam impetrare, ut cælo decidant. *Plin.* l. 28. c. 2. V. etiam lib. 2. c. 35. ¶ *Elexi* in præterito pro *elicui* habet *Arnob. loc. cit.*

ELICĬTUS, a, um, *drawn or brought out, elicited,* extractus, expressus. *Vellei.* l. 2. c. 104. Elicitæ gaudio lacrimæ. *raised, excited. Stat.* 4. *Theb.* v. 414. Manes limite mortis eliciti. *Lucan.* l. 9. v. 932. Virus elicitum, jussumque exire. *h. e.* incantamentis evocatum.

ELICĬUS, ii, m. cognomen Jovis, ab eliciendo, quod eum Cælo Numæ rogatu Picus et Faunus quadam die elicuere, ut doceret ritum piandi fulminis. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 327. Eliciunt cælo te, Jupiter: unde minores Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant. *Liv.* l. 1. c. 20. *extr. de Numa.* Ad ea elicienda ex mentibus divinis, Jovi Elicio aram in Aventino dicavit. Adde *Varron. sub fin.* l. 5. *de L. L.* et *Plin.* l. 2. c. 53.

ELĪDO, is, isi, isum, a. 3. *to break or dash in pieces, crush, squeeze, stifle by squeezing, strangle, throttle,* ἐκθλίβω, frango, confringo, perstringendo effringo: ab *e*, quod hic est valde, et *lædo, is. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 47. Elidere herbas. *to bruise, pound. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 27. Tempestate naves eliduntur. *are dashed to pieces. Plaut. Pœn.* a. 2. v. 46. Elidam caput, nisi auscultas. *I will break your pate. Id. Mil.* 2. 12. Elidere alicui talos. *Id. Rud.* 3. 2. 45. Jube oculos elidere, itidem ut sepiis faciunt coqui. *to squeeze out. Curt.* l. 9. c. 7. *ad fin.* Elidere aliquem stipite. *to knock on the head. Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 154. In fauces invadere, animamque elidere alicui. *Virg.* de Hercule 8. *Æn.* v. 288. ut prima novercæ Monstra manu, geminosque premens eliserit angues. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 142. Vincla trahit galeæ, quæ presso subdita mento Elidunt fauces. *Plin.* l. 8. c. 11. Elephantus corruens pondere draconem elidit. *crushes. Stat.* l. 5. *Theb.* v. 394. Fulmen elidit nubes. *rends, tears asunder. Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 121. Complexos utinam Symplegades elisissent. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 21. Nec querulus, turba quamvis eliderer, essem. *h. e.* comprimerer, et pæne suffocarer. *Cels.* l. 1. c. 7. et *Plin.* l. 25. c. 3. Elidere partus. *h. e.* aboriri facere. *Cels.* l. 5. c. 28. sect. 1. et l. 4. c. 4. sect. 1. Elidere spiritum. *to straiten, take away, stop.* ¶ Ponitur et pro elicere, excutere, exprimere. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 86. Ossa ursis in tanta duritia, ut ignis elidatur, velut e silice. *Id. c. ult.* l. 18. *a med.* Lumina cum ex se se flammas elidunt. *Id. initio* l. 31. Quæ causa fulmina elidit. ¶ Item pro edere, emittere, ut *elidere sonum*, quia sonus fit collisu corporum. *Cels.* l. 4. c. 4. sect. 2. Propter angustias, per quas spiritus evadit, sibilum elidit. *Senec. in Œdip.* v. 734. Lituus adunco stridulos cantus elisit ære. *Plin.* l. 11. c. 51. Elephas citra nares, ore ipso sternutamento similem elidit sonum; per nares autem, tubarum raucitati. *Id.* l. 14. c. 22. *a med.* Nihil ad elidendum in pavimentis sonum ex vino reliquisse. ¶ *Elidere colores* est repercussu emittere. *Id.* l. 37. c. 9. *sub fin.* Irides, gemmæ, colores non nisi ex opaco reddunt, nec ut ipsæ habeant, sed ut repercussu parietum elidant. Sic *Lucret.* l. 4. v. 294. Imago planitiem ad speculi veniens recta retrorsum eliditur. *h. e.* repercussa redit, reflectitur. ¶ Translate *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 11. Poetæ nervos omnes virtutis elidunt. *h. e.* frangunt, et infirmant. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 6. Qui rebus his fractus ægritudine eliditur, potest tandem non esse miserrimus? *h. e.* angitur, opprimitur, obruitur. et *in fi.* l. 3. Stirpes ægritudinis, ipso trunco everso, omnes elidendæ sunt. *et mox.* Hæ sunt illæ fibræ stirpium persequendæ, et omnes elidendæ. Al. utroque loco leg. *eligendæ.* V. *Eligo. Horat.* l. 1. ep. 15. v. 6. Elidere morbum. *h. e.* ejus vim frangere, dissipare, tollere. *Cels.* l. 4. c. 4. sect. 3. Tussis, cum vetus facta est, vix eliditur. *is difficult to get rid of.* et l. 6. c. 6. sect. 37. Difficillime genus id imbecillitatis eliditur. *Paul. Dig.* lib. 2. tit. 14. leg. 27. Pactus, ne peteret, postea convenit, ut peteret: prius pactum per posterius elidetur. *h. e.* vincetur, abrogabitur. ¶ *Elidere litteras* apud Grammaticos est veluti comprimere, exprimere, et excludere. *to elide. Gell.* l. 5. c. 12. Quod est in elisis, aut immutatis quibusdam litteris *Jupiter*, id plenum atque integrum est *Jovispater. Id.* l. 16. c. 5. *Vetus* ab ætatis magnitudine compositum elisumque est. *h. e.* quasi *veætas.* [¶ Particip. *elidens, elisurus* apud *Senec. Herc. Fur.* v. 221. Et tumida tenera guttura elidens manu. *Curt.* l. 9. c. 7. Elisurus eo stipite victum, ni prohibitus esset a rege.]

ELĬGO, is, egi, ectum, a. 3. *to choose, select, pick out,* ἐκλέγω, deligo, seligo, lego, opto. *Cic. in Divin. Verr.* c. 14. Facere alicui potestatem et optionem, ut eligat, utrum velit. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 12. Permittere alicui arbitrium eligendi. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 135. Elige—quid optes: Optatis potiere tuis. *Cic.* 10. *Phil.* c. 2. Permitto, ut de tribus eligas, quem velis. *Id.* 3. *Phil.* c. 1. Ex malis eligere minima. *Id.* 2. *de Invent.* c. 2. A multis eligere commodissimum quodque. *Curt.* l. 8. c. 4. Eligere locum morti. *Nepos in Con.* c. 4. aliquem ad dispensandam pecuniam. *Plin.* l. 23. c. 4. Oleum elegitur in cibos. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 54. Uva non solum legitur ab bibendum, sed eligitur ad edendum. *Tacit. in Agric.* c. 9. *sub fin.* Haud semper errat fama: aliquando et eligit. *makes choice.* ¶ *Eligere herbas* aliquando est legendo evellere, eruere, *to select, gather, cull. Colum.* l. 4. c. 5. Herbas et præcipue gramina exstirpare, quæ nisi manu eliguntur, et in summum rejiciuntur, quantulacumque parte obruta sunt, reviviscunt. *Cic. in fi.* l. 3. *Tuscul.* Stirpes ægritudinis eligere. Al. leg. *elidere*: quod minus placet. [Particip. *eligens, electurus, eligendus* apud *Justin.* l. 26. c. 1. Honestiorem viam eligentes. *Liv.* l. 40. c. 35. Loca pacata me ad hibernacula electurum. *Cic. de Amicit.* c. 17. Sunt igitur firmi, et stabiles, et constantes amici eligendi.]

[† ELIGURIO, ire, *to consume, gormandize. Varroni* tribuitur. V. *Ligurio, Abligurio,* et *Obligurio.*]

ELIMATĬO, onis, f. purgatio: a *lima.* Translate *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 5. *sub fin.* Elimatio carnis. *h e.* detractio. *Justinian. in præfat.* 3. *de emendat. Cod.* Constitutiones nocte obscuritatis obductas, nova elimationis luce detegere.

ELIMĀTOR, oris, m. qui elimat, et purgat: a *limus. Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 35. Christus elimator humanarum macularum.

ELIMĀTUS, a, um, *filed, polished,* expolitus, lima abrasus. *Plin.* l. 34. *c. ult.* Alii elimatam scobem in fictili crudo coquunt. *filings.* Ita edit. vet. anni 1470, et 1472. Aliæ cum *Harduino* limatam. ¶ Translate *Cic.* l. 4. *Acad.* c. 20. Rationes latiore specie, non ad tenue elimatæ. *subtile reasonings, false arguments. Gell. in præfat. a med.* Qui nullis inter ejusdem Musæ æmulos certationibus disceptationibusque, percunctando, scribendo, elimati sunt. *h. e.* eruditi, edocti, politi. *Cœl. Aurel. sub fin.* l. 2. *Tard.* Elimatæ vires. *h. e.* deminutæ. ¶ a *limo* purgatus. Translate *Macrob. in fi.* cap. 12. l. 1. *in somn. Scip.* Ubi anima meruerit contagione vitiorum penitus elimata purgari.

ELIMINĀTUS, a, um, adject. *turned out of doors, expelled from home, banished, exiled,* limine, seu patria pulsus. *Sidon.* l. 4. ep. 10. Soli patrii finibus eliminatus.

ELIMĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to turn out of doors,* ἐκβάλλω, extra limen ejicio, excludo. *Pompon.* apud *Non.* c. 1. n. 179. Eliminabo extra ædes conjugem. *Pacuv. ibid.* Me miseram! quonam clam vos eliminat? ¶ Et tacito accus. (qui tamen facile subintelligitur) more neutrorum, pro exire, *to go out. Enn.* apud *eund.* c. 4. n. 156. Antiqua, herilis fida custos corporis, Quid sic extra ædes exanimata eliminas? *Accius ibid.* Egredere, exi, effer te, elimina urbe. ¶ Translate ponitur pro enunciare. *to publish abroad. Horat. in* ep. 5. l. 1. v. 25. Ne fidos inter amicos sit, qui dicta foras eliminet. ¶ *Quintil.* l. 8. c. 3. ubi ex *Accio* refert *gradus eliminat* (hoc est, ut videtur, effert pedem e limine) hoc verbum recenset inter ea, quæ novata a Poetis, vix usu recepta sunt.

ELĪMO, as, avi, atum, a. 1. *to file, polish,* καταῤῥινάω, lima abrado, polio. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 176. graciles ex ære catenas, Retiaque et laqueos, quæ lumina fallere possint, Elimat. ¶ Translate est absolvere, perficere. *to finish, complete. Gell.* l. 17. c. 10. Petivit a suis amicissimis, ut Æneida, quam nondum satis elimasset, adolerent. *Atticus* apud *Cicer.* l. 16. *Attic.* ep. 7. Velim σχόλιον aliquod elimes ad me, oportuisse te istuc facere. *Augustin.* l. 2. *contra Acad.* c. 7. Elimare animum. ¶ In illo *Tertull. de pœnitent. c. pænult.* Cedo acum crinibus distinguendis, et pulverem dentibus elimandis: *elimo* videtur esse a *limus*, ut elimare dentes sit eos purgare a sordibus, quæ limi instar, inter edendum, dentibus adhærescunt.

[* ELIMPIDO, as, are, a. 1. purum reddo. *Veget. veter.* l. 2. c. 27. Hoc collyrium omnia vulnera elimpidat atque persanat. *Id.* l. 4. c. 28. Tetrapharmacum, quod facit ad omnia vulnera elimpidanda et velocius curanda. Quidam hic legunt *elympidanda. Id.* l. 1. c. 26. Et cum bene elimpidaveris.]

ELINGO, is, inxi, inctum, a. 3. *to lick,* idem quod lingo. *Plin.* l. 25. c. 13. *ante med.* Hac commanducata, si oculus subinde elingatur, plumbum, quod genus est vitii, ex oculo tollitur.

ELINGUĀTUS, a, um, adject. Uno nititur adhuc *Cornelii Frontonis* testimonio, qui ut Latinam vocem agnoscit, et hæc habet (*de different. verbor.* pag. 2200. *Putsch.*) Elinguis habet linguam, sed usu ejus caret: elinguatus amisit.

ELINGUIS, gue, *dumb, speechless,* ἄγλωσσος, ἄφωνος, qui mutus est, et loqui non potest, etiamsi linguam habeat. *Cic. pro Flacc.* c. 10. Convicit, et elinguem reddidit. *Id. post. redit. in Sen.* c. 3. Mutum forum, elinguem Curiam, tacitam et fractam civitatem videbatis.

ELINGUO, as, avi, atum, a. 1. *to take out the tongue,* ἀπογλωττίζω, linguam extraho, lingua privo. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 72. Si ego te elinguandam dedero usque ab radicibus.

ELĬNO, is, evi, itum, a. 3. *Lucil.* apud *Non* c. 2. n. 273. Si hic vestimenta elevit luto. *Nonius* exponit, maculavit.

ELIQUĀMEN, inis, n. *fatness or gravy, dripping of meat, brine,* ἐκχυλισμὸς, quod eliquatum est ex re aliqua, ut ex carnibus, aut piscibus. *Colum.* l. 9. c. 14. Ut sunt salsamenta, et eorum omnia eliquamina.

ELIQUATĬO, onis, f. actus eliquandi. *Cœl. Aurel. Acut.* lib. 2. cap. 32. Cujusque materiæ corporis immoderata eliquatio. *h. e.* dissolutio.

ELIQUĀTUS, a, um, liquidus et mundus factus. *Colum.* l. 12. c. 27. Vinum a fæcibus eliquatum. *strained and purified.* et cap. 19. Donec videbitur eliquatum omni fæce mustum carere. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 26. *a med.* Fons fœda quædam turbidus ex intimo fundit, donec liberatus eliquatusque est.

ELIQUESCO, is, n. 3. *to grow liquid, melt,* liquidus fio. *Varr.* l. 1. *de R. R.* c. 55. Olea ut uva, per idem bivium redit in villam. Alia ad cibum elegitur, alia, ut eliquescat. *h. e.* in oleum exprimatur. Simile est illud *Colum.* l. 3. c. 2. Vitis vel ad escam, vel ad effusionem deponitur.

ELIQUĬUM, ii, n. *any thing drained,* quod eliquatur: a *liquo. Solin.* c. 18. (*al.* 28.) Sinus mediterraneos esse eliquia irrumpentis Oceani. ¶ Item defectus, deliquium: a *linquo. Id.* cap. 23. (*al.* 36.) *extr.* Meatus Oceani commoveri lunæ cursibus: adeo ut vicissitudines inter maciem aquarum, et plenitudinem, respiciant adauctus ejus, vel eliquia. *ebbing.*

ELĬQUO, as, avi, atum, a. 1. *to clarify or strain liquor,* ἐκτήκω, ad liquidum purgo, liquidum reddo, percolo, as. *Colum.* l. 12. c. 12. Cum sæpius cælestem aquam in alia vasa transfuderint, et eliquaverint. et cap. 50. Cum paululum in labris primis constiterit oleum, eliquare id capulator in secunda labra debebit, et deinde in sequentia usque ad ultima. nam quanto sæpius translatione exercetur, tanto fit liquidius, et amurca liberatur. ¶ Translate *Pers.* sat. 1. v. 34. vatum et plorabile si quid Eliquat et tenero supplantat verba palato. *h. e.* delicate et molliter pronunciat, et quasi eliquando, paulatim et veluti guttatim vocem effundit. ¶ Liquefacere. *to make liquid, melt, dissolve. Prudent. in Hamartig.* v. 260. eliquare metalla. [¶ Est etiam emittere liquidum quid. *Apul.* 10. *Met.* pag. 736. *Oudend.* Mons fluviales aquas eliquans. *Id. init.* l. 1. *Met.* pag. 13. Sensim proveho equum, quoad lassitudinis incommodum alvi solitum ac naturale præsidium (*corrige* residuum) eliquaret. *h. e.* donec alvi proluvies equi lassitudinem tolleret.]

ELIS, idis, f. Ἦλις, regio Peloponnesi, inter Arcadiam, et Achaiam, et mare Ionium, (quæ nunc *Belvedere*) cum urbe cognomine, celebri certaminibus Jovis Olympici. *Nepos in Alcib.* c. 4. Inde primum Eliden, deinde Thebas venit. *Plin.* l. 2. c. 71. et lib. 7. c. 20. Ex Sicyone Elim mille et ducenta stadia novem diei confecit horis. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 389. Et levis Elis equis, et fluctibus obvius Aulon. *Stat.* l. 2. silv. 6. v. 47. talem Ledæo gurgite pubem Educat Eurotas: teneri sic integer ævi Elin adit. *h. e.* init certamina Olympica: synecdoche. ¶ *P. Victor.* discrimen esse vult inter urbem, et regionem, quod illa frequenter non crescat in obliquis, hæc crescat. Itaque legit *Fam.* 13. ep. 26. *M. Mindio qui Eli negotiatus est.* et lib. 3. *de nat. Deor.* c. 23. *Venus prima, cujus Eli delubrum videmus.* Sed alii utroque loco *Elide* reponunt. Quod si in accusativo *Elin* dictum fuit, hoc est ideo, quia hujusmodi nomina in eo casu duplicem terminationem habent.

ELISĬO, onis, f. *a squeezing,* actus elidendi. *Senec.* ep. 99. *a med.* Hæ lacrymæ per elisionem cadunt, nolentibus nobis. *h. e.* per compressionem, et expressionem. V. integrum loc. ¶ Apud Grammaticos *elisio* litteræ est, cum littera excluditur, ut fit in syncope, vel cum vocalis a vocali absorbetur. *elision.* V. *Elido* in fine.

ELISSA, æ, Ἔλισσα, f. eadem quæ Dido: de qua V.

suo loco. *Virg.* 4. *Æn.* v. 335. nec me meminisse pigebit Elissæ. ¶ Scribitur et *Elisa*: sed *Elissa* præferunt *Heins. Dausqu.* et alii ex constantia MSStorum.

ELISSÆUS, a, um, ad Elissam pertinens: et ponitur pro Carthaginiensi, quia Elissa Carthaginem condidit. *Carthaginian. Silius* l. 6. v. 346. Elissæi patres. *Id.* l. 2. v. 239. Elissæus tyrannus. *h. e.* Annibal. *Id.* l. 15. v. 524. Spicula Elissæis nuper contorta lacertis. ¶ Scribitur et *Elisæus*. V. vocem præced.

ELISUS, a, um, *compressed, straitened, squeezed, strangled, throttled*, ἐκτεθλιμμένος, compressus, effractus, suffocatus. *Curt.* l. 9. c. 2. Flumina in angustiorem alveum elisa, torrentes aquas invehunt. *Virg.* 8. *Æn.* v. 260. Corripit in nodum complexus, et angit inhærens Elisos oculos. *forced out by squeezing. Ovid.* 14. *Metam.* v. 738. Atque onus infelix, elisa fauce, pependit. *Id.* 4. *Fast.* v. 371. Candidus elisæ miscetur caseus herbæ. *bruised, pounded.* Al. leg. *elixæ*. *Id.* 15. *Metam.* v. 538. Undæ elisæ. *tossed, agitated, dashed. Propert.* l. 4. el. 6. v. 73. Vinaque fundantur prelis elisa Falernis. *pressed. Sueton. in Tiber.* c. 39. Ingentia saxa desuperne delapsa, multique elisi. *crushed. Senec. in Troad.* v. 1111. Ossa gravi casu elisa. *Id. in Agamemn.* v. 495. Nube dirum fulmen elisa micat. *burst, rent asunder. Virg.* 3. *Æn.* v. 567. Ter spumam elisam, et rorantia vidimus astra. *h. e.* exclusam, expressam. *thrown up by dashing against the rocks. Servius.* ¶ Comprimendo emissus. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 696. Exsiliantque cavis elisi nubibus ignes. *forced or bursting from. Valer. Flacc.* l. 4. v. 663. Terrificique ruunt tonitrus, elisaque noctem Lux dirimit. Sic *Lucan.* l. 7. 475. stridulus aer Elisus lituis. *Quint.* l. 11. c. 3. *ante med.* Vox ultra vires urgenda non est: nam et suffocata, et majore nisu minus clara est: et interim elisa, in illum sonum erumpit, cui Græci κλωσμὸν nomen a gallorum immaturo cantu dederunt. *h. e.* cum conatu emissa. V. alia hujus rationis in *Elido*. ¶ Item repercussus, reflexus. *Lucret.* l. 4. v. 314. de speculo in speculum transfertur imago: Inde ad nos elisa bis advolat. et vers. 299. et elisam retro se se exprimat ipsa. ¶ *Elisa littera* apud Grammaticos est extrita, exclusa. *elided.* V. in fine verbi *Elido*.

ELIUS, a, um, ad Elidem pertinens. *Elii, orum*, sunt ejus regionis vel urbis incolæ. *Plin.* l. 4. c. 5. Haruspices Elii memorantur a *Cicer.* l. 2. *de Divin.* c. 12.

ELIX. V. *Elices*.

ELIXĀTIM, adverb. *Apic.* l. 5. *in fin.* Elixatim sumpto semine cum ovis. Adde l. 4. c. 3. Al. aliter leg.

ELIXATŪRA, æ, f. *any thing boiled.* res elixata. *Apic.* l. 9. c. 1. et *Macer sub fin.* l. *de herb. cap. de spica.*

ELIXĀTUS, a, um, *boiled*, elixus. *Apic.* lib. 2. c. 1. et lib. 3. c. 9.

ELIXO, as, avi, atum, a. 1. aqua coquo, *to boil*, ἕψω. *Apic.* l. 3. c. 6. Cucumeres rasos elixabis.

ELIXUS, a, um, *boiled, sodden*, ἑφθὸς, in aqua coctus. *Varro* l. 4. *L. L.* c. 22. Elixum est e liquore aquæ deductum. *Non.* cap. 1. n. 238. inde putat deduci, quod lixam aquam dixere Veteres. V. apud *Voss. in Etymol.* plura. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 73. simul assis miscueris elixa. *Plin.* l. 20. c. 6. *a med.* Allium coctum utilius est crudo, elixumque tosto. ¶ Translate *Varro* apud *Non loc. cit.* Elixi calcei. *h. e.* valde madefacti. *moistened, wet, soaked. Pers.* sat. 4. v. 39. Elixæ nates. et *Martial.* l. 3. epigr. 7. Balneator elixus. *h. e.* aqua et vaporibus perfusus, et prope coctus.

ELLEBŎRUM. V. *Helleborum*.

ELLIPSIS, is, f. *a figure of speech where something is wanting; an ellipsis*, ἔλλειψις, figura est, cum aliqua vox deest orationi: ab ἐλλείπω, deficio, ut illud *Virg.* 1. *Æn.* v. 6. Italiam fato profugus, Lavinaque venit Litora. Ubi deest *ad*, vel *in*. Sic *ambulo viam, Ægypto venio, ne hoc quidem*, quæ apud *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) solœcismi sunt per detractionem, apud alios ad ellipsim referuntur. Porro ipsa vox ut Græca est, ita Græce adhibenda potius, quam Latina forma.

ELLOPS. V. *Helops*.

ELLUM, ellam, &c. V. in *Ecce*.

ELLYCHNĬUM, ii, n. *the match of a lamp, wick of a candle*, ἐλλύχνιον, funiculus ille papyraceus, seu sparteus, canabinusve, aut stupeus in lychno, qui oleo affuso incensus flammam nutrit, et lumen præstat: a λύχνος, lucerna. *Plin.* l. 23. c. 4. Ellychnia claritatis præcipuæ. Adde *Stat.* l. 4. *silv. ult.* v. 29. et *Virtruv.* l. 8. c. 1. *a med.*

ELOCĀTUS, V. in *Eloco, as.*

ELŎCO, adverb. pro illico, quasi *e loco*, e vestigio, quidam leg. apud *Plaut. Cas. in fin.* sc. 3. a. 5. et *Trucul.* 2. 3. 87.

ELŌCO, as, avi, atum, a. 1. idem quod loco, *to let out, let to hire, let to farm*, ἀπομισθόω. *Cic. Verr.* 5. c. 22. Fundum elocatum esse dicebat. *Plin.* l. 21. c. 3. Elocare funus. *Id.* l. 26. c. 1. Elocare se se curandum. *Colum.* l. 1. c. 7. *ad fin.* Elocare boves. ¶ Putant etiam quidam idem significare ac *loco moveo*, confirmantque auctoritate *Ciceronis pro Flacco*, c. 28. *de gente Judæorum.* Quam cara Diis immortalibus esset, docuit, quod est victa, quod elocata, quod servata. Sed ibi nec una lectio est, et multiplex interpretatio. quod idem dicendum est de illo *Plauti Epid.* 1. 2. 41. Ni ante solem occasum hoc argentum eloces, &c. quod quidam interpretantur, ex aliquo loco eruas, et mihi conficias.

ELOCUTILIS, vel Eloquutilis, le, adject. ad eloquendum pertinens. *Apul.* lib. 11. *Metam.* Copia eloquutilis facundiæ.

ELOCUTIO, onis, f. *a fit and proper order of words and sentences; elocution, utterance, delivery, pronunciation*, tertia pars officii Oratoris, qua res inventæ, et in ordinem dispositæ ornamentis sententiarum et verborum illustrantur. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 7. Elocutio est idoneorum verborum et sententiarum ad inventionem accommodatio. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 12. Elocutio tres res in se debet habere, elegantiam, compositionem, dignitatem. *Quintil.* l. 8. c. 1. Quam Græci φράσιν, Latine dicimus elocutionem. Eam spectamus in verbis aut singulis, aut conjunctis. In singulis intuendum est, ut sint Latina, perspicua, ornata, et ad id, quod efficere volumus, accommodata. In conjunctis, ut emendata, ut collocata, ut figurata. V. ibi plura, et in proœmio ejus libri. *Id.* l. 2. c. 15. Inventio sine elocutione non est oratio. ¶ In plurali numero *Sueton. de Grammat.* c. 4. Instituisse et ipsos quædam genera institutionum ad eloquentiam præparandam, ut problemata, periphrases, elocutiones, ethologias. *phrases, or neat methods of expression*: vel potius *rhetorical figures.* Al. leg. *allocutiones.* ¶ Proprie *elocutio* est actus eloquendi, sermo, dictio. *Ulpian. Dig.* lib. 22. tit. 5. leg. 12. Pluralis elocutio duorum numero contenta est.

ELOCUTORĬUS, a, um, ad eloquendum pertinens. V. vocem sequent.

ELOCŪTRIX, icis, f. quæ eloquitur. Hanc et superiorem vocem, ut Latinas agnoscit *Quint.* ubi ait lib. 2. c. 14. (*al.* 15.) Oratoria sic efferetur, ut elocutoria; oratrix, ut elocutrix.

ELOCŪTUS, a, um, particip. ab *eloquor* de quo V. suo loco. ¶ Passiva significatione *Ulpian. Dig.* l. 3. tit. 2. leg. 13. Multum interest, causa cognita aliquid pronuntiatum sit, an quædam extrinsecus sint elocuta.

ELOGĬUM, ii, n. *a brief saying or sentence; a title, inscription, testimonial in praise or otherwise, elogy*, brevis titulus, seu inscriptio rei alicujus, quales sub statuis, aut in sepulcris fiunt, et quælibet brevis expositio, dictum, sententia in laudem cujuspiam, vel vituperationem. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 14. Quid ipsa sepulcrorum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? *epitaphs. Id.* 2. *de Fin. c. ult.* Non elogia monumentorum id significant, velut hoc ad portam? Uno ore cui plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. *Cato* apud *Gell.* l. 3. c. 7. Gloriam, atque gratiam claritudinis indutissimæ decoravere monimentis, signis, statuis, elogiis, historiis. *Sueton. in Claud.* c. 1. Elogium tumulo insculpere. *Virg. in Cul. in fi.* His tumulus super inseritur: tum fronte locatur Elogium, tacita format quod littera voce; Parve culex, &c. *Sueton. in Galb.* c. 2. Imagines, et elogia universi generis (*prosapiæ*) exsequi longum est. *Id. in Calig.* c. 24. Tres gladios in necem suam præparatos Marti ultori, addito elogio consecravit. *Auct. vitæ Horatii.* Mæcenas quantopere eum dilexerit, satis monstratur tali ad Augustum elogio: Horatii Flacci, ut mei, memor esto. Adde *Senec.* l. 2. controv. 15. ¶ Sumitur etiam in malam partem pro brevi inscriptione qua continetur culpa, aut res male gesta alicujus, aut contumelia, et vituperatio. *Cic. pro Cluent.* c. 48. Quod elogium recitasti de testamento Cn. Egnatii patris, idcirco se exheredasse filium, quod, &c. (Adde *Quintil.* l. 7. c. 4. *circa med.* et declam. 2. c. 15.) *Sueton. in Calig.* c. 27. Custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, a calvo ad calvum duci imperavit. *Modestin. Dig.* lib. 49. tit. 16. leg. 3. Desertorem auditum ad suum ducem cum elogio præses mittet. *with an abstract of the articles brought against him. Plaut. Merc.* 2. 3. 73. Molesti sint, occentent ostium, impleantur meæ fores elogiorum carbonibus. ¶ In lemmate declam. 326. earum quæ *Quintil.* tribuuntur. *elogium* est petitio, rogatio: Ita enim ibi habetur: Dives decessit, hærede instituto bonorum omnium paupere, et elogio tali: Peto, ut hanc hereditatem restituas ei, cui rogavi. ¶ *Ultima elogia*, ultimum testamentum, ultima voluntas perscripta. *a testament, will. Imp. Justinian.* lib. 3. c. *Cod.* tit. 28. *leg. ult. a med.* Super ipsis tantummodo rebus, quæ quasi castrensis peculii sunt, ultima condere posse elogia. ¶ In aliquo ex allatis *Ciceronis* locis sunt, qui lectionem sollicitant. Sunt etiam qui de origine vocis disputant, et de scriptione. Alii enim scribi volunt *eulogium*, ab εὐλογεῖν: alii *eliogium*, a simili Græca ἐλλόγιον: alii *eclogium*, ab ἐκλογεῖν: alii denique qui *elogium* retinent, ab hac quidem descendere, sed usu Latino *c* extritum esse. Atque hæc est usitatior scribendi ratio.

ELONGO, as, a. 1. *to protract, elongate*, παρέλκω, protraho, differo. *Gloss. Cyrilli*, et *Onomast.* Elongo, μακρύνω, et ἀφίστημι. Forum Romanum *Plinio* nescio cui tribuit illa verba: *Quo maximo tempore dies elongantur.* Noli temere uti.

ELOPS. V. *Helops*.

ELŎQUENS, entis, *speaking*, λέγων, qui eloquitur, et verbis exponit. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 53. Cum res muta aut informis fit eloquens et formata. *Apul. in Apolog.* Quis me hoc pacto eloquentior vivat, quippe qui nihil unquam cogitavi, quod eloqui non auderem? ¶ Item qui copiose loquitur, *eloquent. Varr.* l. 5. *L. L.* c. 7. ¶ Item sæpissime qui novit dicere apposite ad persuadendum, et ad rem, de qua agitur, *eloquent, an orator*, λόγιος. *Cic. in Orat.* c. 29. Is est eloquens, qui humilia subtiliter, et magna graviter, et mediocria temperate potest dicere. *et mox.* Is erit eloquens, qui poterit parva submisse, modica temperate, magna graviter dicere. et cap. 36. Is erit eloquens, qui ad id quodcunque decebit, poterit accommodare orationem. *Id.* 1. *de Orat.* c. 11. Eloquentes, et in dicendo suaves, atque ornati fuerunt. *Id. ibid.* c. 14. Eloquentem esse in aliqua re. *Id. ibid.* c. 5. Mirari desinamus, quæ causa sit eloquentium paucitatis. *Quintil.* l. 8. *in proœm.* M. Antonius disertis satis putat, dicere quæ oporteat: ornate autem dicere, proprium esse eloquentissimi. V. *Disertus.* [¶ Quoad gradum comparativum præter *Apuleii* habeas velim etiam auctoritatem *Quintil.* l. 12. c. 6. Itaque nonnullos reperias, qui sibi eloquentiores videantur. Quoad vero superlat. præter *Quintiliani* adest etiam locus *Cic. in Brut.* c. 39. Ut eloquentium jurisperitissimus Crassus, jurisperitorum eloquentissimus Scævola putaretur.]

ELOQUENTER, adverb. cum eloquentia, *eloquently*, λογίως, *Plin.* l. 3. ep. 18. Eloquentius scribere. *Id.* l. 2. ep. 11. *a med.* Eloquentissime respondere.

ELOQUENTĬA, æ, f. *eloquence, the faculty of speaking well*, λογιότης, εὐφραδία, facultas dicendi apposite ad rem, de qua agitur, dicendi vis et ratio admirabilis, et ut ait *Cic. in Partit.* c. 23. copiose loquens sapientia. Duplici autem ratione sumi potest: vel ut idem sit, quod elocutio, vel facundia, et copia verborum, nempe si ad vim vocis spectes. *Terent. in Phorm.* 4. 3. 24. Sudabis satis, si cum illo inceptas homine: ea eloquentia est. *he has such a command of language. Sallust. de Catil.* c. 5. Satis eloquentiæ, sapientiæ parum. *Nepos in Alcib.* c. 2. Hipponicus omnium Græciæ linguæ eloquentia disertissimus. *Sueton. de illustr. Rhetor.* c. 5. Sex. Clodius Latinæ simul Græcæque eloquentiæ professor. ¶ Vel ut significet universam vim facultatemque oratoris, quæ quinque rebus, seu partibus constat, inventione, dispositione, elocutione, memoria, et pronuntiatione, ut sumitur a *Cicerone in Bruto*, c. 6. *sub fin.* et alibi. *oratory. Id. in Orat.* c. 28. *extr.* Ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset, ut se dimitterem.

ELOQUĬUM, ii, n. *eloquence, eloquent speech, graceful delivery*, εὐφραδία, idem quod eloquentia, sed Historicis, Poetisque familiarius. *Vellei.* l. 2. c. 68. Cœlius vir eloquio animoque Curioni simillimus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 383. Tonare eloquio. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 9. v. 46. Quælibet eloquio fit bona causa tuo. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 51. Nitor eloquii. *Stat.* l. 4. silv. 4. v. 65. Potentis eloquii virtus. *Plin.* l. 11. c. 17. Suavitas prædulcis eloquii. Adde *Horat. in art. Poet.* v. 217. *Lucan.* l. 7. v. 63. *Juvenal.* sat. 7. v. 19. et *Sil.* l. 3. v. 619. ¶ Est etiam simpliciter sermo, *speech, discourse.* Siquidem definitur a *Diomed. initio* l. 2. Eloquium est humanæ pronuntiationis expressa significatio, facilem mentibus exhibens intellectum. ¶ Item colloquium. *Mamertin. in paneg. Maxim.* c. 9. Invictas dexteras contulistis: adeo fidum fraternumque fuit illud eloquium.

ELŎQUOR, eris, cutus, *vel* quutus sum, dep. 3. *to speak, speak out or plainly, declare, deliver*, ἀποφάσκω, dico, narro, expono, effero, quasi extra loquor, et quæ mente concepi, promo, atque ad audientes perfero, ut ait *Quintil. in proœm.* l. 8. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 38. Omne quod eloquimur, sic, ut id aut esse dicamus, aut non esse, &c. et lib. 1. c. 48. Nullum est periculum, ne quid tu eloquare, nisi prudenter. *Senec.* epist. 83. *ante med.* Per vinum eloqui arcana. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 19. *extr.* Eloqui res aliquas per hujuscemodi continuationes. *Plaut. Cistell.* 1. 58. Eloquere nobis utrumque, et quid tibi est, et quid velis nostram operam. *Terent. Heaut. prol.* v. 3. Id primum dicam, deinde quod veni, eloquar. *Senec. in Œdip.* v. 817. Eloquere nomen. *say the name. Plaut. Men.* 1. 4. 6. Elocuta sum convivas: ceterum cura tu: *I have given an account of the guests. Id. Amph. prol.* v. 51. Eloqui argumentum tragœdiæ. *to relate.* et 1. 1. 264. ¶ Elocutus est. *he hath spoken the truth. Id. Cistell.* 2. 3. 23. Eloqui de aliqua re. *Id. Epid.* 1. 2. 20. Eloqui syllabam. *to utter, pronounce. Id. Trucul.* 4. 2. 43. Uno verbo eloqui. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 34. Ille unum elocutus, ut memoria tenerent milites ea, quæ pridie sibi confirmassent, sequi se se jubet. *having charged the soldiers with one thing only, that, &c. Tacit. Ann.* 3. c. 65. Græcis verbis eloqui. *to speak in Greek. Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 129. Eloqui verba simillima veris. *to speak, utter. Cic.* 3. *Offic.* c. 15. Uterque (*emptor, et venditor*) si ad eloquendum venerit, non plus quam semel eloquetur. *h. e.* indicandum, et exhibendum pretium rei. *Quintil.* l. 8. c. 2. Verba, quæ plus significant, quam eloquuntur. *that signify more than they express. Id.* l. 3. c. 6. Quos recte sensisse, parum elocutos puto. *to have hardly explained their meaning.* ¶ Sæpe refertur ad facultatem oratoriam. *to speak as an orator. C. Cæsar* apud *Cicer. de clar. Orat.* c. 72. Cogitata præclare eloqui. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 11. *a med.* Oratori vis est, composite, ornate, copiose eloqui. ¶ Pro co[l]loqui. *Mamertin. in Genethl. Maxim.* c. 11. *in fi.* Qua[m]

junctim sedent! quam concorditer eloquuntur! ¶ *Eloqueret* pro *eloqueretur* quidam legunt in versibus *Ennii* apud *Gell.* l. 12. c. 4. Eloqueret, quæ tincta malis, et quæ bona dictu. Alii aliter.

ELORĬUS, a, um, Ἐλώριος, ad Elorum fluvium pertinens. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 477. Hinc Camerinan adit, Thapsonque, et Eloria Tempe. ¶ Scribitur et *Helorius.*

ELŌRUM, i, m. hod. *Acellaro,* Ἔλωρον, flumen Siciliæ in ora orientali inter Pachynum et Syracusas, campis se, more Nili, superfundens. *Plin.* l. 3. c. 8. ¶ Dicitur et Elorus, Ἔλωρος: fuitque olim eodem nomine oppidum ad eum fluvium. *Sil.* l. 14. v. 269. undæ clamosus Elorus.

ELŌTUS, a, um, *well washed,* adject. ab elavo, ut Elota oliva, *Colum.* l. 12. c. 50. *sub fin.* Elotus in balneis, *Plaut. Trin.* 2. 4. 5. elota cerussa, *Cels.* l. 6. c. 6. sect. 3.

ELPĒNOR, ŏris, m. unus ex sociis Ulyssis, qui a Circe in porcum mutatus, deinde recepta forma, scalis decidens temulentus, misere interiit. *Juvenal.* sat. 15. v. 22. Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis. *Ovid. in Ibin,* v. 487. Neve gradus adeas Elpenore cautius altos, Vimque feras vini, quo tulit ille modo.

ELUĀCRUM LABRUM, apud *Caton. R. R.* c. 10. et 11. Si sana est lectio, vas ingens significat ad eluendum. seu lavandum.

ELUCĔO, es, uxi, n. 2. *to shine forth, be bright,* ἐκφαίνομαι, idem quod luceo, vel valde luceo, lucendo appareo. *Cic. in Somno Scip.* cap. 3. Circulus splendidissimo candore inter flammas elucens. *Tibull.* lib. 4. carm. 1. v. 134. Lætior eluxit structos super ignis acervos. *Virg.* 4. *Georg.* v. 98. *de apib.* elucent aliæ, et fulgore coruscant Ardentes auro, et paribus lita corpora guttis. ¶ Translate *to be apparent or manifest, be conspicuous or notable, show itself, appear.* *Nepos in Pausan.* c. 1. Ut virtutibus eluxit, sic vitiis est obrutus. *Cic. Fam.* 4. ep. 3. Quasi lumen aliquod, extinctis ceteris, elucere sanctitatem, et prudentiam, et dignitatem tuam. *Id. de Amic.* c. 14. Si qua significatio virtutis eluceat. et *cap. ult.* Amicitia magis elucet inter æquales. *Id.* 2. *de Orat.* c. 13. Nemo studet eloquentiæ, nisi ut in causis atque in foro eluceat. *Id.* 1. *Offic.* c. 29. Ex quo elucebit omnis constantia, omnisque moderatio. *Id. in Partit.* c. 12. Ex quibus proprium quid sit eluceat. *Nepos in Epam.* c. 6. Sed maxime ejus eloquentia eluxit Spartæ. *Quintil.* l. 1. c. 1. Elucet spes. ¶ De malis rebus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 31. Tenuitas hominis ejusmodi est, ut dissimulari non queat, atque eo magis eluceat, quo magis occultatur. *Sueton. in Tiber.* c. 57. Sæva ac lenta natura ne in puero quidem latuit: sed aliquanto magis in principe eluxit.

ELUCESCO, is, n. 3. idem quod *eluceo.* *Lactant.* l. 7. c. 14. Cujus rei argumentum prius est enarrandum, quo rarior elucescat. *Al. leg.* eluceat. *Augustin.* l. 1. *Retract.* c. 13. *a med.* Quod apud eos elucesceret.

ELUCIFAÇIO. V. vocem sequent.

ELUCĬFĬCO, as, a. 1. *to deprive of light, darken, obscure,* ζοφόω, luce privo, elucum reddo: ab *elucus.* *Laber.* apud *Gell.* l. 10. c. 17. Sic ego fulgentis splendorem pecuniæ volo elucificare exitum ætatis meæ. Alii leg. *elucifacere,* ut *Non.* c. 2. n. 293.

ELUCTABĬLIS, le, adject. q. d. luctando superabilis. *that may be surmounted.* *Senec. quæst. nat.* l. 6. c. 8. Ita implicitæ aquis herbæ sunt, et aquæ nec pediti eluctabiles, nec navigio.

ELUCTATĬO, onis, f. *a struggling against,* actus eluctandi, conatus expediendi se ex re aliqua. *Lactant.* l. 3. c. 11. *a med.* Eluctatio adversus mala, quibus hæc vita plena est.

ELUCTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to struggle, strive, prevail by struggling, get out with difficulty,* ἐκπαλαίω, luctando et conando, et cum mora exeo. *Virg.* 2. *Georg.* v. 244. aqua eluctabitur omnis Scilicet, et grandes ibunt per vimina guttæ. *Tacit. in Agric.* c. 17. *extr.* Super virtutem hostium, locorum quoque difficultates eluctatus. *having surmounted.* *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 2. Nilus per angusta eluctatus. et *mox.* Tandemque eluctatus obstantia, in vastam altitudinem cadit. *Lucan.* l. 2. v. 219. *de fluvio.* Tyrrhenas vix eluctatus in undas. *Tacit.* 3. *Hist.* cap. 59. Vix quieto agmine nives eluctantibus patuit, quantum discriminis adeundum foret, ni, &c. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 183. altera ponti eluctanda via est. *h. e.* vi et labore aperienda. *Liv.* l. 24. c. 26. *a med.* Cum tot ac tam validæ eluctandæ manus essent. ¶ Translate *Tacit.* 4. *Ann.* c. 31. Ipse compositus alias, et velut eluctantium verborum. *struggling as it were for utterance.* *Stat.* 1. *Achill.* v. 524. *de vate æstro percito.* Tandem fessa tremens longis mugitibus ora Solvit, et oppositum vox eluctata furorem est. *Symmach.* l. 1. ep. (14. *al.* 21. *extr.*) Eluctari offensam. *h. e.* vitare, effugere. ¶ Olim *elucto, as,* activa positione dictum fuisse, tradit *Non.* c. 7. n. 6. sed locum affert *Plauti* dubiæ lectionis. *V. Delucto.*

ELUCUBRĀTUS, a, um, adject. *elaborate,* elaboratus, cum diligentia confectus. *Cic. in Bruto,* c. 90. *extr.* Orationes non minus diligenter elaboratas, quam elucubratas afferebamus. *q. d.* ad lucernam elaboratas.

ELUCŬBRO, as, a. 1. et Elucubror, aris, d. 1. *to compose by the light of a lamp,* νυκτογράφω, lucubrationibus, idest vigiliis conficio. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 19. Epistolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi. *Colum. in præfat.* l. 10. Quidquid est istud, quod elucubravimus, propriam sibi laudem non vindicat. *Auct. dial. de Orat.* c. 9. elucubrare librum.

ELŪCUS, ci, significat languidum ac semisomnum, *drowsy, half-asleep,* vel ut alii volunt, alucinatorem, et nugarum amatorem, sive halonem, idest hesterno vino languentem, quem ἕωλον vocitant Græci. Hæc *Festus.* Alii ducunt ab ἠλύγη, obscuritas, tenebræ, unde ἠλυγός. ¶ Idem *Festus* sub littera H *helucum* ab hiatu, et oscitatione dictum docet; quod est vino languentium. ¶ Alii substantivam vocem esse tradunt: et significare tarditatem quandam animi et stuporem, qui alucinantibus plerumque usu venit: ab ἀλύειν, unde *alucinor,* et *a* in *e* conversa, *elucus.* Hæc *Gell.* l. 16. c. 12. ex *Cloatio Vero.* Hoc sensu *Tertull. de cor. Mil.* c. 7. Hederæ natura est cerebrum ab eluco defensare.

ELŪDO, is, usi, usum, a. 3. *to make an end of playing,* proprie significat ludendi finem facere. Unde illa litoris definitio ab Aquilio data, apud *Cicer. in Top.* c. 7. *qua fluctus eluderet.* *Donat. ad Terent. Eun.* 1. 1. 10. Eludere gladiatorum est, cum vicerunt, et ludo finem imposuerunt. ¶ Sic dicimus *eludere aliquid,* cum ludendo vincimus, et aliquid obtinemus. *to get the better at play.* *Plaut. Curcul.* 5. 2. 30. Dicas, unde illum habeas annulum, Quem parasitus hic te elusit. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 139. Nam tibi victrices, quascumque labore parasti, Eludet palmas una puella tuas. *h. e.* extorquebit, eripiet. ¶ Eludere etiam dicuntur gladiatores, qui flexu corporis ictus adversarii evitant. *to elude, shun, avoid, parry off.* *Martial.* l. 14. epigr. 202. Callidus emissas eludere simius hastas. *Manil.* l. 5. v. 163. Ille cito motu rigidos eludere cæstus. ¶ Translate *Quintil.* l. 4. c. 5. *ad fin.* Cujus tamen divisionem in digitos diductam nonnunquam Cicero leviter eludit. *Sueton. in Aug.* c. 34. Eludere vim legis. *Cic.* 2. *Verr.* c. 10. Magnas accusatoris minas eludere. et *in Divin. Verr.* c. 14. Eludere aliquem, et omni ratione jactare. *h. e.* quasi prehendere cupientem vitare, atque adeo laborem negotiumque facessere. Quo sensu *Petron. in Satyr.* c. 97. Scrutantium eludere manus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 694. Orsilochum fugiens eludit gyro interior, sequiturque sequentem. ¶ Sæpe usurpatur pro decipere, illudere. *to delude, deceive,* διαπαίζω. *Cic.* 4. *Acad.* c. 39. Sed et vos ab illo irridemini, et ipsi vicissim illum eludetis. *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 19. Seges eludit messem fallacibus herbis. ¶ Pro simplici ludere, seu leviter aliquid facere. *Liv.* l. 27. c. 18. *a med.* Levis, et concursator hostis, atque intervallo tutus, cum procul missilibus pugna eluditur: instabilis idem ad cominus conserendas manus. ¶ Translate *Cic. de opt. gen. Orat.* c. 6. Non enim in acie versatur et ferro, sed quasi rudibus ejus eludit oratio. ¶ Pro irridere, illudere. *to mock, chouse, jeer, banter, ridicule.* *Liv.* l. 9. c. 6. Circumstabant armati hostes, exprobrantes, eludentesque. *Id.* l. 28. c. 45. *sub fin.* Eludere gloriam alterius, et suam verbis extollere. *Id.* l. 1. c. 36. artem auguris. *Terent. Eun.* 1. 1. 10. Eludet, ubi te victum senserit. [¶ Particip. *elusurus, eludendus* apud *Tacit. Ann.* l. 14. c. 41. Mox prævaricando ultionem elusurus. *Suet. in Cæs.* c. 59. Ad eludendas vaticinationes.]

ELUGĔO, es, uxi, n. 2. *to give over mourning, leave off mourning, cease lamenting,* καταθρηνέω, lugere desino, vel luctum depono, expleto tempore justi luctus. *Liv.* l. 34. c. 7. Quid aliud, cum eluxerunt, sumunt? *Cic.* l. 9. *Fam.* ep. 20. *extr.* Patriam eluxi jam et gravius, et diutius, quam mater unicum filium. *Gell.* l. 7. c. 5. Eum luctum cum satis visus est eluxisse, rediit ad quæstum artis. ¶ Item lugere aliquem toto tempore legibus, vel consuetudine definito. *to mourn the full time.* *Paul. Dig.* lib. 3. tit. 2. leg. 10. Quæ virum eluget, intra id tempus sponsam fuisse non nocet. *Ulpian. ibid.* leg. 11. Prætor ad id tempus se retulit, quo vir elugeretur: qui solet elugeri propter turbationem sanguinis.

ELVĪNA CERES apud *Juvenal.* sat. 3. v. 320. aliis est ita appellata ab Elvino, seu loco, seu fonte juxta Aquinum, ubi templum Ceres habuerit. Aliis ita dicta videtur, quasi *Eluina* ab *eluendo,* quod lavari mos erat, et purgari iis, qui sacra Cereris peragebant. Alii *helvinam* scribunt, hoc est flavam, ab helvo colore: et flava Ceres a *Virg.* et *Ovid.* dicitur. *Vetus Scholiast.* putat, appellationem ductam esse a Gallis, quod apud Aquinum colerentur earum dearum nomina, quæ Galli colebant. Alii denique legi volunt, *Me quoque Eleusinam Cererem:* quæ esset durior loquendi ratio.

ELUMBIS, be, *weak in the loins, broken-backed,* qui evulsum habet lumbum, vel qui præ lumbi debilitate se se erigere non potest. *Festus:* elumbem, evulso lumbo. ¶ Translate mollis, solutus, enervis in dicendo, apud *Auctor. dial. de Orat.* c. 18. *sub fin.* Ciceronem male audivisse a Bruto, ut ipsius verbis utar, tanquam fractum atque elumbem. *Prudent.* περὶ στεφ. 3. *de S. Laurent.* v. 216. elumbe virus contrahere. *h. e.* quod imbecilles facit.

[*ELUMINĀTUS, a, um, adject. *blinded,* lumine oculorum et visu privatus. *Sidon.* l. 8. epist. 11. *ad fin.* Quis ita gemino obtutu eluminatus, qui, exanimati cadavere inspecto, non statim signa vitæ colligeret extortæ?]

ELŬO, is, ui, utum, a. 3. *to wash, cleanse, rinse, make clean,* ἐκπλύνω, lavo, lavando aufero, purgo, abstergeo. *Plaut. Aulul.* 2. 3. 3. Vascula intus pure propera, atque elue. *Cels.* l. 7. c. 22. *sub fin.* Eluendum id est ex aqua, quæ salem adjectum habeat. *Colum.* l. 12. c. 50. *sub fin.* Debent aqua bis, aut ter elui. *Plin.* l. 15. c. 24. Tingunt manus succo mora matura, eluunt acerba. et lib. 20. c. 8. Eluere maculas vestium. et lib. 35. c. 6. *a med.* Atramentum aceto liquefactum ægre eluitur. *Cels.* l. 3. c. 4. *bis.* Eluere os. *h. e.* colluere. *to wash the mouth.* ¶ Translate est purgare, delere, diluere, tollere. *Cic.* 7. *Verr.* c. 46. Errabas, cum te maculas furtorum et flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare. *to wash away, wash out.* *Id. Phil.* 12. c. 6. Num elui prædicatio crudelitatis potest? *Sil.* l. 11. v. 199. hic denique solus Eluerit sanguis maculatas crimine mentes. *Gell.* l. 7. c. 3. *post med.* Quod Rhodiensibus objectum erat, mirifica responsionis figura elusit et eluit. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 141. Eluere crimen. *to wipe off, clear himself of.* *Horat.* l. 4. od. 12. v. 20. Cadus amara curarum eluere efficax. *Senec. in Hippol.* v. 893. Labem hanc pudoris eluet noster cruor. ¶ Eluere se bonis est naufragorum, ut in *Elavo* dictum est. *Plaut. Rud.* 2. 7. 20. Eho, an te pœnitet, in mari quod elavi, nisi hic in terra iterum eluam? *Id. Stich.* 5. 2. 21. Volo, eluamus hodie. *h. e.* quidquid peculii est profundamus. *Colum.* l. et cap. 8. *R. R. ad fin.* Quamquam vel hos magis tolerabiles putem, qui oblectamenta deliciarum, possidendi, habendique causa, gravi ære et argento pensent, quam illos, qui Ponticum Phasim, et Scythica stagna Mæotidis eluant. *h. e.* pretiosis avibus spolient, ut mensas onerent, et una comedant patrimonia mensa, ut ait *Juvenal.* sat. 1. v. 138.

ELUSCĀTUS, a, um, *made purblind,* ut Eluscatus servus, *Ulpian. Dig.* lib. 13. tit. 3. leg. 3. et lib. 10. tit. 4. leg. 17.

ELUSCO, as, a. 1. *to make purblind, put out one's eye,* πυρόω τὴν ὄψιν, est luscum facere, idest alterius oculi lumine spoliare. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 5. Aquilia teneri eum, qui eluscavit discipulum in disciplina. Adde *Marcell.* lib. 20. tit. 1. leg. 27.

ELŪSUS, a, um, *deceived, deluded, mocked,* deceptus. *Propert.* l. 2. el. 17. v. 13. a Dulichio juvene elusa Calypso. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 103. Europe elusa imagine tauri. et lib. 12. v. 102. Haud secus exarsit, quam Circo taurus aperto, Cum sua terribili petit irritamina cornu Puniceas vestes, elusaque vulnera sentit. *h. e.* sentit ictus suos irritos cecidisse. *Virg.* 12. *Æn.* v. 753. vividus Umber Hæret hians, jam jamque tenet, similisque tenenti Increpuit malis, morsuque elusus inani est.

ELUTĬA, orum, n. metalla auraria, quia aqua eluuntur. Hac enim immissa sordes abluuntur, et verum aurum comparet. *Plin.* l. 34. c. 16. ubi *Harduin.* aliter leg. ex MSS.

ELUTĬO, onis, f. eludendi actus. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 1. Panis calida elutione purgatus.

ELUTRĬO, as, a. 1. *poured out of one vessel into another,* μεταγγίζω, est diffundere, hoc est de vase in vas fundere: ab *eluo.* *Plin.* l. 14. c. 17. Suffervefactis decies, mox elutriatis. ¶ *Elutriare lintea* est purgare, quod fit de vase in vas mundioris aquæ transferendo. *Laberii* est: referturque a *Gell.* l. 16. c. 7. inter illa, quæ sunt ab eo prælicenter ficta. Hinc Elutriatum vellus, apud *Plin.* l. 9. c. 38. *well cleaned.*

ELŪTUS, a, um, adject. purgatus, lotus, *washed, cleansed, rinsed,* ἐκλυσθείς. *Colum.* l. 6. c. 3. Eluta et siccata vinacea. *Plin.* l. 22. c. 25. Alica eluta ex aqua mulsa. *Capitolin. in Pertin.* c. 8. Vasa eluto auro. *h. e.* probe excocto, et purgato. ¶ Translate est imbecillis, et tenuium virium. *watery, weak, insipid.* *Plin.* l. 34. c. 13. Hoc solum distat, quod hujus vis elutior est. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 15. Caule suburbano, qui siccis crevit in agris Dulcior: irriguo nihil est elutius horto. *h. e.* infirmius ad alendum: quia hortensia, cum frequenti irrigatione colantur, ut citius proveniant, saporem habent velut aqua elutum et insipidum: atque adeo imbecillioris alimenti. ¶ Purgatus. *Ammian.* l. 16. c. 12. *ante med.* (*al.* c. 28.) Elutis pristinis maculis, Romanæ majestati reddere proprium decus. *washed out.*

ELUVĬES, ei, f. *the washing away or removal of filth; a common sewer or sink,* defluxus sordium, ut fit in cloacis: ab *eluo, is.* *Plin.* l. 2. c. 82. Quod in certis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur (*terræ motibus*) crebris ad eluviem cuniculis cavata. *Pallad.* l. 1. tit. 40. *a med.* Ita constituantur balneæ, ut omnis earum per hortos decurrat eluvies. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 374. Ut si eluviem facere per ventrem velis. Al. leg. *elevem,* ducuntque a præterito *elevi* verbi *Elino.* *Aurel. Vict. in Epit.* c. 9. *in fi.* Ventris eluvie fessus. *a looseness.* Est qui legit *illuvie.* *Juvenal.* sat. 3. v. 32. Siccare eluviem. *h. e.* purgare cloacam. ¶ Item inundatio, excursus, effusio aquæ, *an inundation, overflowing of water.* *Tacit.* 13. *Ann.* c. 57. Eluvie maris arescente unda. ¶ Item aqua torrens, et decurrendo terram, saxa, stirpes secum rapiens, *a torrent.* *Ovid. Metam.* 15. v. 266. Quodque fuit campus, vallem decursus aquarum Fecit, et eluvie mons est deductus in æquor. ¶ Item locus ipse concursu aquarum cavatus, qua eluvies decurrit, *a bog, quagmire.* *Curt.* l. 5. c. 4. *ad fin.* Circuiri brevi spatio poterat

eluvies. et lib. 6. c. 4. *ad fin.* Torrentesque, et eluvies iter morabantur. et lib. 8. c. 11. Voragines eluviesque prærupta. ¶ Translate *Cic. pro Dom.* c. 20. *extr.* An, si in ipsa latione tua lapides jacti, si manus collata non est, idcirco tu ad illam labem, atque eluviem civitatis, sine summa vi pervenire potuisti?

ELUVIO, onis, f. *an inundation, deluge, overflowing of water, breaking or wasting away of the earth by great floods,* inundatio, vis aquarum omnia rapientium. *Cic. in Somn. Scip.* c. 7. Propter eluviones, exustionesque terrarum. Adde l. 2. *Offic.* c. 5.

ELUXĀTUS, a, um, *out of joint, put out of its place,* idem ac luxatus, loco motus. *Plin.* l. 20. c. 9. Sic enim fistulas eluxatas, et tumores revocari. Sed *Harduin.* legi jubet *Sic enim fistulas, et luxata, et humores evocari:* multo rectius. Quid enim sunt, inquit, *fistulæ eluxatæ?*

ELUXURIOR, aris, dep. 1. idem ac luxurior, vel valde luxurior. Translate *Colum. de arborib.* c. 3. Pampinis magis eluxuriabuntur. *will grow rank.*

ELYMÆI, orum, m. Ἐλυμαῖοι, populi Asiæ, quorum regio Elymais, juncta Susianæ, et Persidi. *Plin.* l. 6. c. 27. et lib. 12. c. 17. et *Tacit. Ann.* 6. c. 44.

[* ELYMPĬDO, V. *Elimpido* in *Appendice.*]

ELYSIUM, ii, n. *the Elysian fields,* Ἠλύσιον, in fabulis Poetarum est locus in medio Inferorum, omni felicitate plenus, amœnis viretis consitus, largaque luce perfusus, nempe sole suo, suisque sideribus illustratus, ubi piorum animæ habitant post mortem: quorum Pars in gramineis exercent membra palæstris, Contendunt ludo, et fulva luctantur arena: Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt, ut est apud *Virg. Æn.* 6. v. 638. Juxta Philosophorum Gentilium placita est nomen Insularum Fortunatarum, quæ μακάρων νῆσοι, beatorum insulæ dictæ sunt: secundum Theologos Gentiles est locus circa lunarem circulum piis destinatus, ubi aer purior est, et lux clarior. *Servius* ad illud *Virg.* 5. *Æn.* v. 734. non me impia Tartara habent, tristes umbræ: sed amœna piorum Concilia, Elysiumque colo. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 649. Elysium quietum. Adde *Martial.* l. 7. epigr. 13.

ELYSIUS, a, um, adject. *Elysian,* ad Elysium pertinens. *Virg.* 1. *Georg.* v. 38. Elysii campi. *Propert.* l. 4. el. 7. v. 60. Elysiæ rosæ. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 111. Elysiæ domus. *Id.* 3. *Amor.* el. 9. v. 60. Elysia vallis. et lib. 2. el. 6. v. 49. Elysius collis. *Martial.* l. 6. v. 58. Elysiæ plagæ. et lib. 10. epigr. 101. Elysius ager. *Lucan.* l. 3. v. 12. Elysiæ sedes. *Stat.* 4. *Theb.* v. 520. Elysium Chaos. *Martial.* l. 7. epigr. 39. Elysium nemus. et lib. 10. epigr. 24. Elysia puella. *h. e.* Proserpina. ¶ *Elysii, orum* (subaudi *campi,*) idem quod *Elysium. Martial.* l. 9. epigr. 52. Tu colis Elysios, nemorisque habitator amœni, &c. *Lucan.* l. 6. v. 698. et quos nulla meretur Thessalis, Elysios. ¶ Elysii populi Germaniæ, quos memorat *Tacit. de Germ.* c. 43. creduntur fuisse ad Vistulam, ubi nunc *Cracow.*

EM, pro eum, ab eo quod est *is. Festus:* Sic emem eundem. *Id.* Hinc in *Leg. XII. Tab.* apud *Gell.* l. 20. c. 1. *ad fin.* Quis endo em jure vindicit. *et mox.* Qui em vinetum habebit. [¶ Est etiam loco interjectionis *hem,* aut adverbii *en. Terent. Heaut.* 4. 8. 26. Em, istuc volueram. *Varro de R. R.* l. 1. c. 2. Em, ibi tu quidquam nasci putas posse? *Id. ibid.* c. 56. Ille, em quin adsum: venio, inquit, ad limen, fores aperi.]

EMACĔO, es, cui, n. 2. *to grow lean,* emacresco. *Cels.* l. 2. c. 2. Pejus signum est, ubi aliquis contra consuetudinem emacuit. *Al. leg.* emacruit. *Id. ibid.* c. 3. *sub fin.* Mulieri gravidæ si subito mammæ emacuerunt. Al. *emacruerunt:* alii *emarcuerunt.*

EMACERĀTUS, a, um, *made lean,* valde maceratus, subactus, attenuatus, consumptus. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 10. *ad fin.* Alios morborum variis generibus emaceratos, diu inter vitam mortemque medios detinebit. *exhausted, worn out, meagre.*

EMACIĀTUS, a, um, συντετηκὼς, adject. *emaciated. Colum.* l. 2. c. 10. Emaciatæ vineæ. et cap. 11. Emaciatum armentum.

EMACĬO, as, a. 1. *to emaciate, make lean,* ἐκτήκω, macrum, sive aridum reddo. *Colum.* l. 2. c. 14. Aliis juvari, et stercorari agros, aliis rursus peruri, et emaciari. *Id.* l. 7. c. 9. *a med.* Ne immaturis herbis citetur alvus, eoque vitio pecus emacietur. *Id.* l. 4. c. 24. *circa med.* Medio in brachio commodissime palmæ subjicientur, quæ nec spem vindemiæ destituant, nec emacient stirpem suam.

EMACĬTAS, atis, f. *too great a propensity to buy; a desire to be always buying,* ὠνητικὸν, cupiditas emendi. *Colum.* l. 4. c. 3. Quosdam emacitas in armentis, quosdam exercet in comparandis mancipiis cura. Adde *Plin.* l. 3. ep. 7.

EMACRESCO, is, ui, n. 3. valde macresco, *to grow lean, pine or fall away,* ἰσχναίνομαι. *Cels.* l. 2. c. 4. Mali morbi signum est, nimis celeriter emacrescere. Adde cap. 5. V. *Emaceo.*

EMĂCROR, aris, pass. 1. *to grow lean,* λεπτύνομαι, macer fio. *Plin.* l. 18. c. 10. Terram emacrari existimantes hoc satu. Lectio hæc tamen est dubia *Harduino.*

EMACULĀTUS, a, um, *having the spots taken out, made clean, purified,* purgatus. *Gell. sub fin.* c. 5. l. 6. Argentum, omnibus ex eo vitiis detractis, emaculatum et candefactum. *Macrob.* 7. *Saturn.* c. 13. *a med.* Pallium emaculatum. *Ammian.* l. 29. c. 1. (*al.* c. 7.) Domus emaculata odoribus Arabicis. *purified, perfumed.*

EMACŪLO, as, a. 1. *to take out a stain, make clean,* ὀμόργνυμι, est maculas auferre. *Plin.* l. 21. c. 19. Nigras vitiligines emaculant. *Apul. in Apolog.* Exotico pulvere dentes emaculare.

EMADĔO, es, ui, n. 2. *to become moist,* idem quod madeo, vel valde madeo. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 4. v. 40. Et te flente suos emaduisse sinus. Al. leg. *demaduisse,* al. *immaduisse.*

[*EMANĀTOR, oris, m. qui diffundit. *Cassiodor. de institut. divin. litter.* c. 20. Ambrosius lactei sermonis emanator.]

EMANCIPATĬO, onis, f. *a setting free or at liberty (properly of children out of their father's tuition); the act of emancipating, emancipation,* liberatio a potestate patria, cum quis filiusfamilias e potestate patris exit, et sit sui juris: quod fiebat olim per trinas imaginarias venditiones, adhibito patre fiduciario, atque ære et libra, vel per imperiale rescriptum: postea recta via per competentes judices, vel magistratus, ut lib. 1. *Institut.* tit. 12. *Justinian.* et tit. 6. *Institut. Caius* docent. *Quintil.* l. 11. c. 1. *a med.* Inter patres etiam filiosque, cum intervenisset emancipatio, litigatum scio. *Gell.* l. 1. c. 12. Vestalis simul est capta, eo statim tempore, sine emancipatione, e patris potestate exit. ¶ Item cujusvis rei alienatio cum translatione dominii in alterum, *the alienation, or surrendry, of an estate. Plin.* l. 10. ep. 3. Nam et fundos emancipavit, et cetera quæ in emancipatione implenda solent exigi, consummavit. ¶ *Emancipatio familiæ* apud *Gell.* l. 15. c. 27. erat inter tria, quæ ibi enumerat, testamentorum genera, cum imaginaria venditione paterfamilias hereditatem familiamque suam, omniaque bona, ac jura sua in alterum transferebat: quod dicitur testamentum per æs et libram. V. *Testamentum.*

EMANCIPĀTOR, oris, m. qui emancipat. *Gloss. gr. lat.* ἐξαγειρωτής. *Prudent. hymn. jejunant.* seu *Cathemer.* 7. v. 184. Emancipator servientis plasmatis.

EMANCIPĀTUS, a, um, *freed from the power of his father, emancipated, made free,* qui e patris potestate exiit. *Gell.* l. 1. c. 12. Quæ ipsa, aut cujus pater emancipatus sit. ¶ Item alterius dominio subjectus, ut cum filius in patris adoptivi potestatem veniebat. *Festus:* Emancipati duobus modis intelliguntur: aut ii, qui ex patris jure exierunt, aut ii, qui aliorum fiunt dominii: quorum utrumque fit mancipatione. ¶ Hinc translate est addictus, subjectus, et veluti in mancipium et servitutem deditus, et obligatus. *subjected voluntarily as a slave. Cic.* 2. *Phil.* c. 21. Iste venditum, atque emancipatum tribunatum consiliis vestris opposuit. *Horat. Epod.* 9. v. 12. Romanus (eheu posteri negabitis) Emancipatus feminæ Fert vallum, et arma miles, et spadonibus Servire rugosis potest. *Cic. de Senect.* c. 11. Ita senectus honesta est, si se ipsa defendit, si jus suum retinet, si nemini emancipata est. *Alii leg.* mancipata. *Apul.* l. 10. *Metam.* Nequissimus servulus, ad omne facinus emancipatus.

EMANCĬPO, as, avi, atum, a. 1. *to free from the power of his father, make free, emancipate,* ἐκποιέομαι, filium, quem in potestate habeo, sui juris efficio, et a me dimitto: quasi extra mancipium, hoc est dominium meum esse jubeo. *Cic. pro Dom.* c. 14. Adoptatum emancipari statim, ne sit ejus filius, qui adoptarit. *Plin.* l. 4. ep. 2. Regulus filium emancipavit, ut heres matris existeret. ¶ Emancipare alicui est filium a se emancipatum alterius adoptivi patris potestati subjicere. *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 7. L. Torquatus illam severitatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Silano emancipaverat, ut &c. ¶ *Emancipare agrum* est alienare, in alterius dominium transferre. e mancipio, idest possessione sua emittere, et alteri possidendum tradere, *to alienate, transfer:* sive venditione, sive donatione id fiat. *Suetøn. in Oth.* c. 4. Cuidam de parte finium cum vicino litiganti, adhibitus arbiter totum agrum redemit, emancipavitque. *Tacit.* hanc eandem rem narrans l. 1. *Hist.* c. 24. Universum vicini agrum sua pecunia emptum dono dedit. *Quintil.* declam. 298. Emancipare hereditatem. ¶ Translate *emancipare se alicui,* et veteri loquendi more *emancupare,* est se alteri totum tradere, addicere, et veluti in mancipium transferre, *to subject himself as a slave. Plaut. Bacch.* 1. 1. 60. Nunc ego, mulier, tibi me totum emancupo, tuus sum, tibi dedo operam. *Symmach.* l. 1. ep. 13. (*al.* 18.) Totum me, inquies, emancipavit sibi cura Prætorii. Utroque loco al. leg. *mancipo.* V. *Emancipatus.*

EMANCO, as, a. 1. *to cut off the hands, maim,* manus præcido, mancum facio. *Labien.* apud *Senec. Controv.* 33. l. 5. *sub fin.* Gaudeo me non omnes emancasse.

EMANĔO, es, n. 2. extra maneo. *Stat.* 7. *Theb.* v. 650. quibus (*lucis*) vetitus emansisse sacerdos. Est etiam verbum militare. Dicuntur emanere milites, qui diutius sine legitimo Imperatoris commeatu absunt a castris. *to truant, loiter, exceed the time of his furlough. Modestin. Dig.* lib. 49. tit. 16. leg. 3. Is, qui in exploratione emanet, hostibus insistentibus, capite puniendus est.

EMĀNO, as, avi, atum, n. 1. *to issue, flow, or run out, emanate,* ἐκῤῥέω, extra mano, effluo, exeo. *Colum.* l. 6. c. 32. Intertrigo sale cum adipe defricatur, dum saniei vis emanat. *Lucret.* l. 3. v. 584. ex imo, penitusque coorta Emanat diffusa animæ vis. *Cic.* vertens *Homeri* versus l. 2. *de Divin.* c. 30. Sub platano umbrifera, fons unde emanat aquai. *Gell.* l. 19. c. 5. Quædam quasi aura tenuissima exprimitur ex aqua, et emanat. *Apul.* l. 10. *Metam.* Per membra sudor emanat. ¶ Cum accus. *Plin.* l. 23. c. 3. Succus olearum utilis saniem emanantibus. *Harduin.* ex MSS. legit *sanie manantibus.* Idem dic de alio *Plinii* loco lib. 37. c. 10. *a med.* ¶ Translate est oriri, nasci, proficisci, *to come forth, proceed, grow out, arise, spring, originate, emanate. Cic.* 3. *de Orat.* c. 18. *ad fin.* Hinc hæc recentior Academia emanavit. et lib. 1. c. 42. Partes sunt, quæ generibus iis, ex quibus emanant, subjiciuntur. *Id. Attic.* l. 7. ep. 21. Mala nostra istinc emanant. ¶ Sæpe est vulgari, disseminari, in omnium notitiam venire, *to spread abroad, become known. Cæl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 6. Invidiosum tibi sit, si emanarit. *Q. Cic. de petit. Consul.* c. 5. Omnis fere sermo ad forensem famam a domesticis emanat auctoribus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 1. Oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. *Liv.* l. 42. c. 16. Ne indicium emanaret. *Id.* l. 3. c. 24. Multis emanabat indiciis, fratrem Volscii nunquam visum in publico. *Cic.* 3. *Verr.* c. 1. Fama emanavit. *went abroad. Id. de clar. Orat.* c. 65. Vereris, ne per nos hic sermo tuus emanet. ¶ Item diffundi, *to spread, be diffused. Flor.* l. 4. c. 9. Emanabat latius malum. [¶ Particip. *emanaturus* apud *Valer. Max.* l. 1. c. 6. *ext.* 3. Singularem eloquii suavitatem ore ejus emanaturam dixerunt.]

EMANSĬO, onis, f. Quid significet V. in *Emaneo,* et *Emansor. Arrius Menand. Digest.* lib. 49. tit. 16. leg. 4. *sub fin.*

EMANSOR, oris, m. *a truant, idler, one who exceeds the time of his furlough,* miles, qui ultra tempus commeatus ab imperatore impetrati abest a castris. *Modestin. loc. cit.* in *Emaneo,* et *Arrius Menand. ibid.* leg. 5. *sub fin.*

EMARCESCO, is, cui, n. 3. *to wither, pine, or fade away,* idem quod marceo, languidus fio. Translate *Plin.* l. 15. c. 29. Languida auctoritas Patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit majestas. V. etiam *Emaceo.*

EMARCUS, i, m. *vel* Emarcum, i, n. genus vitis, mediocris vini, a Gallis sic appellatæ. *Colum.* l. 3. c. 2. *a med.* [et *Plin.* l. 14. c. 2. sect. 4. n. 5.]

EMARGĬNO, as, a. 1. *to take away the scurf about the edges of wounds and ulcers,* est crustas, et margines ulcerum adimere. *Plin.* l. 28. c. 9. *ad fin.* Sanguis equarum, præterquam virginum, erodit, emarginat ulcera.

EMASCULĀTOR, oris, m. qui emasculat, corruptor. *Apul. in Apolog.* Emasculatoribus suis morigerus.

EMASCŬLO, as, a. 1. *to castrate,* εὐνουχίζω, castro, virilitatem aufero. *Apul.* l. 7. *Metam.* Dissectis femoribus emasculare asinum. [¶ Significat etiam inefficaces ad concubitum reddere. *Serv. ad Æn.* l. 6. v. 66. Herbis etiam quibusdam emasculabantur sacerdotes, unde jam coire non poterant.]

EMATHĬA, æ, Ἠμαθία, prov. Macedoniæ, ad Or. quæ etiam propria Macedonia dicitur, ab Emathione rege fratre Memnonis, qui fuit filius Auroræ, et Tithoni. Habet a Sept. Pelagoniam, et Mygdoniam, ab Aust. Thessaliam, ab Or. Pieriam, et sin. Thermaicum, ab Occ. mare Adriaticum. Sed aliqui Pieriam ei ad Aust. statuunt. *Plin.* l. 4. c. 10. et *Martian. Capell.* l. 6. pag. 211. ¶ A Poetis pro tota Macedonia, item pro Thessalia, et Pharsalia usurpatur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 492. et ibi *Serv.*

EMĂTHIS, idis, adject. f. Ἠμαθὶς, adject. femin. Emathia. *Lucan.* l. 6. v. 350. Emathis æquorei regnum Pharsalos Achillis. et vers. 580. Emathis tellus. [¶ Plural. Emathides, scilicet virgines puellæ, filiæ. *Ovid.* 5. *Met.* v. 669. Rident Emathides. *h. e.* Pierides, filiæ Pieri regis.]

EMATHĬUS, a, um, *Emathian, Macedonian,* Ἠμάθιος, ad Emathiam pertinens. *Cornel. Sever.* apud *Senec. Suasor.* 7. Emathius Perses. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 313. et *Lucan. initio operis.* Emathii campi. Sed *Ovid.* Macedonicos, *Lucan.* Pharsalicos intelligit. *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 117. Emathii manes. *h. e.* Alexandri. Sic *Ovid.* 3. *Trist.* el. 5. v. 39. Emathius dux. *h. e.* Alexander M. In illis *Lucani* l. 8. v. 531. Emathia acies. et lib. 9. v. 950. clades. et vers. 33. ruina. et vers. 245. Emathium ferrum, &c. respicitur ad Pharsalicam pugnam, qua Pompeius a Cæsare victus fuit. Apud *eund.* l. 10. v. 58. Emathia tecta sunt Alexandriæ, cujus conditor Emathius seu Macedonius fuit.

EMATURESCO, is, urui, n. 3. idem ac maturesco vel perfecte maturesco, *to grow fully ripe. Gell.* l. 2. c. 29. Et vides ne, inquit, hæc ematuruisse? *Plin.* l. 25. c. 4. *sub fin.* Si semen non ematuruit. ¶ Translate est mitescere. *to be at the highest, be past, be mitigated. Ovid. Trist.* v. 124. si modo læsi Ematuruerit Cæsaris ira.

EMATŪRO, as, a. 1. *to make ripe, ripen,* maturum facio. *Eumen. in gratiar. act. ad Constantin.* c. 10. Ve fruges elicit, calor ematurat.

EMAX, acis, m. et f. *fond of buying, ready to buy*

ἐμπτικός, cupidus emendi. *Cato R. R.* c. 2. *ad fin.* Patremfamilias vendacem, non emacem esse oportet. *Cic. Parad.* 6. c. 3. Non emacem esse, vectigal est. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 421. Institor ad dominam veniet discinctus emacem. ¶ Translate *Pers.* sat. 2. v. 3. non tu prece poscis emaci, Quæ nisi seductis valeas committere divis. *h. e.* quæ emere potius a diis videatur, quam petere bona, pollicendo iis donaria et victimas, si divitias et opes dederint.

EMBÆNETĬCA, æ, f. *the trade of a ship-master*, ars navicularia: ἀπὸ τοῦ ἐμβαίνειν, navim conscendere. *Cal. ad Cicer.* l. 8. *Fam.* ep. 1. Quint. Pompeium Baulis embæneticam facere. Al. aliter legunt.

EMBAMMA, atis, n. *all kinds of sauce or seasoning*, ἔμβαμμα, intinctus, condimentum, quod ad condienda obsonia fit, et orexim excitandam: ab ἐμβάπτω, immergo, intingo. *Colum.* l. 12. c. 55. Hoc sinapi ad embammata non solum idoneo, sed etiam specioso uteris. *Plin.* l. 20. c. 14. Mentæ sapor excitat aviditatem in cibis: ideo embammatum mixturæ familiaris. *Id.* l. 22. c. 22. *a med.* Sonchos albus utilis orthopnoicis lactucarum modo, ex embammate. ¶ Embammatis faciendi rationem docet *Colum.* l. 12. c. 34. ut in *Bambatæ* dictum est. Sermo est autem ibi de aceto, musti certa mensura mixto, quoniam acetum in embammate præcipuum locum obtinet. Hinc *Ulpian. Dig.* l. 18. tit. 1. leg. 9. Si vinum non acuit, sed ab initio acetum fuit, ut embamma.

EMBASICŒTAS, æ, f. ἐμβασικοίτης, genus poculi, de iis opinor, de quibus *Juvenal.* sat. 2. v. 95. vitreo bibit ille Priapo: et *Plin. in proœm.* lib. 33. In poculis libidines cælare juvit, ac per obscenitates bibimus. ¶ Item cinædus: ἀπὸ τοῦ ἐμβαίνειν τὰς κοίτας. *Petron. in Satyr.* c. 24. et 26. ubi perperam mihi videntur facere, qui basiatorem strenuum interpretantur: quasi vox hybrida sit, et dimidium Latinæ, dimidium Græcæ originis.

EMBĀTES, is, m. ἐμβάτης, modulus. *Vitruv.* l. 4. c. 3. Græce: at Latine l. 1. c. 2. sed dubia lectione. Est ab ἐμβαίνω, ingredior.

EMBĀTER, eris, *the hole or sight of a* balista *or cross-bow*, ἐμβατήρ, ballistæ foramen ita dictum, quia in illud aliquid ἐμβαίνει. *Vitruv.* l. 1. c. 2. ubi alii aliter leg.

EMBLĒMA, atis, n. *mosaic or tesselated work, inlaid with pebbles or small bits of marble of different sizes and colours*, ἔμβλημα, id quod alteri operi inseritur, atque illigatur, et opus ipsum, quod ex rebus insertis constat: ab ἐμβάλλω, conjicio, insero. Emblemata quædam *vermiculata* dicuntur, ut quæ in parietibus fiunt, quæ minutis quibusdam veluti vermiculis distincta sunt: quædam *tessellata*, ut quæ in pavimentis, quæ ex tessellis structa sunt: quædam *segmentata*, ut quæ in lignis, quæ constant ex segmentis. Sed sæpe confunduntur. *Lucil.* apud *Cicer. in Orat.* c. 44. et lib. 3. *de Orat.* c. 43. Quam lepide lexes compostæ, ut tesserulæ omnes Arte pavimento, atque emblemate vermiculato. *Cic. in Brut.* c. 79. Nullum nisi loco positum, et tanquam in vermiculato emblemate, ut ait Lucilius, structum verbum videres. ¶ Emblemata etiam ornamenta sunt in vasis argenteis, aureis, Corinthiis, quæ et inseri, et eximi poterant. *emblems, ornamental figures affixed to golden or silver vases, and removeable at pleasure.* *Cic. Verr.* 6. c. 23. *extr.* Vasa autem ad Verrem deferuntur, Cybiratæ fratres vocantur, pauca improbant; quæ probarent, iis crustæ, aut emblemata detrahebantur. *Id. ibid.* c. 22. Duo pocula cum emblematis. et cap. 17. Scaphia cum emblematis. et cap. 24. Tantam multitudinem collegerat emblematum. et *ibid.* Scite in aureis poculis emblemata illigare, et apte in sciphis aureis includere. ¶ Metaphorice ponitur pro ornamento orationis. *flowers in rhetoric.* *Quintil.* l. 2. c. 4. *a med.* Ut extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur. ¶ Quidam teste *Celso* apud *Priscian.* l. 6. pag. 680. *Putsch.* dixerunt *emblematum*, i: unde est dativus pluralis *emblematis* in allatis exemplis. Sed verius est, hujusmodi nomina in dativo plurali esse heteroclita. Sic *peripetasmatis, poematis, toreumatis, malagmatis, epigrammatis*, &c.

EMBŎLA, æ, f. *a cargo, ship-load of provisions*, ἐμβολή, illatio mercium in naves: ab ἐμβάλλω, injicio, navibus infero. *Impp. Theodos. et Valent.* lib. 1. *Cod.* tit. 2. leg. 10. Jubemus nullam navem, ante felicem embolam, vel publicarum specierum transvectionem, excusari posse. *h. e.* antequam navibus imponantur, et transvehantur publicæ species, et annonæ, quæ quotannis ex Egypto Romam onerariis navibus portabantur.

EMBOLIARĬUS, a, um, *belonging to an interlude*, ad embolium pertinens. Galeria Copiola emboliaria, apud *Plin.* l. 7. c. 48. aliis quidem fuit artifex scenica ex iis, qui mediæ Fabulæ interseri, atque introduci solebant, ut spectatores novo spectaculi genere recrearent ab ἐμβάλλω, insero, interpono. Alii putant τὸ *Emboliaria* fuisse illius mulieris cognomen. Alii leg. *embolaria*, et interpretantur meretricem, quæ in porticu degeret ab ἔμβολος, quod aliquando porticum significat; sicut aliæ erant, quæ in fornicibus habitabant. Alii denique *empolaria* ab ἐμπολή, lucrum, quæstus, ut significetur mulier scenica, quæ quæstum corpore faciebat. Legitur etiam in vet. Inscript. apud *Murator.* pag. 660. n. 4. Phœbe Vocontia emboliaria.

EMBOLĪCUS. V. *Anabolicus.*

EMBOLIMÆUS, a, um, *intercalary*, ἐμβολιμαῖος, intercalaris, insertus, interpositus. *Embolimæus dies* est, qui anno bissexto, Februario exeunte interseri solet: qua de re *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 13. et *Solin.* c. 1. *ante med.* (*al.* c. 3.) fuse disserunt. *Auson. in Eclogar. de rat. dier. ann. vertent.* quinto qui protinus anno, Mense Numæ extremo, nomen capit embolimæi.

EMBOLĪMUS, a, um, idem quod embolimæus, ἐμβόλιμος. *Solin.* cap. 1. *ante med.* (*al.* cap. 3.)

EMBOLĬUM, ii, n. *an interlude in a play*, ἐμβόλιον, pars fabulæ, cum aliquid interponitur: ab ἐμβάλλω, conjicio, intersero. Aliqui argumentum, et ingressum scenicum interpretantur. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. *sub fin.* Mirificum ἐμβόλιον cogito in secundum meorum librorum includere. *Id. pro Sext.* c. 54. Qui omnia sororis embolia novit. Alludit *Cic.* ad illas mulieres, de quibus dictum est in *Emboliarius*, vel quod soror Clodii corpus prostitueret, (quod cum fratre ipso certo fecisse, constat) more scenicarum, quarum omnia embolia nosse dici poterant, qui cum iis consuetudinem habebant; vel quod impudicis moribus occasionem populo multarum fabularum daret: vel denique fortasse, inquit *Grævius* quemadmodum ἔμβολον apud *Aristoph. in Thesmoph.* teste *Hesychio*, significat τὸ αἰδοῖον ἀῤῥενικὸν, ita ἐμβόλιον τὸ γυναικεῖον significare potest.

EMBŎLUM, i, n. *the beak, stem, or fore-part of a ship*, ἔμβολον, ornamentum in summa prora navis, quod Latine rostrum dicitur: ab ἐμβάλλω, injicio, quia proræ immittitur, et infigitur. *Petron. in Satyr.* c. 30. In postibus triclinii fasces erant cum securibus fixi, quorum imam partem quasi embolum navis æneum finiebat.

EMBŎLUS, i, m. *a screw, pin*, ἔμβολος, paxillus, cuneus, aut aliud quippiam, quod in foramen aliquod immitti, inducique ac reduci potest: qualia sunt, quibus clysteres injiciuntur a medicis. Tale quiddam est illud, de quo in descriptione machinæ Ctesibicæ ad extollendam aquam, *Vitruv.* l. 10. c. 12. Ita de supernis in modiolis emboli masculi, torno politi, et oleo subacti, conclusique regulis, et vectibus convolvuntur, qui ultro citroque frequenti motu prementes aerem, cogunt et extrudunt aquam in catinum. *the sucker of a pump.*

EMBRACTŬM, *a kind of panada or caudle*, intriti genus, cujus condiendi rationem docet *Apicius* l. 9. *in fine*, ubi alii legendum putant *emphractum*, ut intelligatur impensa ex rebus admixtis et coactis atque obduratis: ab ἐμφράττω, obstruo, obturo, infercio.

EMEĀTUS, a, um, *passed over, traversed*, emensus. *Ammian.* l. 29. c. 5. (*al.* 23.) Emeato mari cum classe, quam ductabat, defertur ad Mauritaniæ litus.

EMEĀTUS, us, m. idem quod meatus. *Ammian.* l. 17. c. 4. (*al.* 8.) ubi alii legunt *meatus.*

EMEDITĀTUS, a, um, valde meditatus, passive. *Apul.* l. 2. *Metam.* Emeditatis ad hæc illa fletibus, quam sanctissime adjurans, &c.

EMEDULLĀTUS, a, um, *having the pith and marrow taken out*, cui medulla est extracta. *Plin.* l. 22. c. 22. *a med.* Graveolentiam alarum emendat radicis emedullatæ uncia.

EMENDABĬLIS, le, adject. emendari qui potest, *emendable, that may be amended.* *Liv.* l. 44. c. 10. In errorem emendabilem lapsus. *Senec. de clement.* l. 2. *c. ult.* Aliquem verbis tantum admonebit, ætatem ejus emendabilem intuens. *capable of being reformed.*

EMENDĀTE, adverb. *correctly, purely, accurately, without fault*, ἐπανορθωτικῶς. *Cic. de opt. gen. Orat.* c. 2. Pure et emendate loquentes, quod est Latine. *Vitruv.* l. 10. c. 11. Emendate descriptus. *Plin.* l. 34. c. 8. Capillum non emendatius fecisse, quam rudis antiquitas instituisset. *with less faultiness.*

EMENDĀTĬO, onis, f. *a correction, emendation, reformation*, ἐπανόρθωσις, correctio. *Cic.* 4. *Fin.* c. 9. Hæc est correctio Philosophiæ veteris et emendatio. *Quintil.* l. 2. c. 4. Ingenia puerorum nimia emendationis severitate deficere. *Id.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Solœcismus unius emendatione verbi corrigi potest. *Plin.* l. 8. c. 41. *extr.* Emendatio morum. *Alter Plin.* l. 1. ep. 8. Emendatio libri. ¶ Est etiam inter exornationes rhetoricas, scil. species quædam præsumptionis, sive προλήψεως. Emendationem enim vocat *Quintil.* l. 9. c. 2. *ante med.* si quis dicat: *Rogo ignoscatis mihi, si longius sum evectus.*

EMENDĀTOR, oris, m. *a corrector, reformer, amender, emendator*, ἐπανορθωτής, corrector. *Cic. pro Balb.* c. 8. et 2. *Phil.* c. 17. O præclarum interpretem juris, auctorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem nostræ civitatis. *Id. de clar. Orat.* c. 74. Emendator sermonis. *Plin. in Paneg.* c. 6. Corrector emendatorque disciplinæ castrorum. *Id.* l. 6. ep. 5. Emendator Senatus. *Id.* l. 7. ep. 17. *a med.* Timor est emendator acerrimus.

EMENDATORĪUS, a, um, emendandi vim habens, purgatorius, ut Emendatorius ignis. *Augustin. in Psalm.* 37. *post init.*

EMENDĀTRIX, icis, f. *she that corrects*, ἐπανορθοῦσα, correctrix. *Cic.* 1. *de Leg.* c. 22. Vitiorum emendatricem legem esse oportet. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 32. Poetica, emendatrix vitæ.

EMENDĀTUS, a, um, adject. *corrected, amended, made better, improved, reformed, without fault*, mendis carens, politus, perfectus, ἐπανορθωθείς. *Cic. in Brut.* c. 74. Emendata locutio et latina. *Id. de Amic.* c. 17. Emendati mores. *Petron. in Satyr.* c. 126. Mulier omnibus simulacris emendatior. *more correctly formed.* *Plin.* l. 34. c. 8. Callimachi sunt saltantes Lacænæ, emendatum opus. *a faultless performance.* *Plin. alter* l. 8. ep. 22. Ego optimum et emendatissimum existimo, qui ceteris ita ignoscit, tanquam ipse quotidie peccet. *the freest from defect.* *Id.* l. et ep. 3. Vir emendatus et gravis. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 30. Sapiens et emendatus vir. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 3. leg. 11. Homo vitæ emendatioris. *Quintil. in epist. ad Tryphon.* Ut libri in manus hominum quam emendatissimi veniant. *Id.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) Verba barbara ab emendatis discernere. *Id. ibid.* c. 4. (*al.* 5.) Emendata lectio. *Id.* l. 11. c. 3. Emendata vox erit, id est vitio carebit, si fuerit os facile, explanatum, jucundum, urbanum. *Plin.* l. 36. c. 15. Aquæ corrivatæ, atque emendatæ.

EMENDICĀTUS, a, um, *got by begging*, mendicando impetratus, precarius, ἠρανισμένος. *Sueton. in Cæs.* c. 54. A sociis pecunias accepit, emendicatas in auxilium æris alieni. *Impp. Valentin. Gratian. et Theodos.* lib. 9. *Cod.* tit. 2. leg. 14. Emendicatis uti suffragiis.

EMENDĪCO, as, a. 1. *to beg, ask as a beggar*, ἐπαιτέω, more mendicantium aliquid peto. *Sueton. in Aug.* c. 91. Stipem quotannis die certo emendicabat a populo.

EMENDO, as, avi, atum, a. 1. *to amend, correct, improve, alter for the better, reform*, ἐπανορθόω, a menda, *h. e.* culpa et vitio purgo, corrigo. *Cic.* 2. *Attic.* ep. 16. *ad fin.* Me rogat, ut annales suos emendem, et edam. *Id. in Brut.* c. 75. Cæsar rationem adhibens consuetudinem vitiosam et corruptam pura et incorrupta consuetudine emendat. *Id. pro Mur.* c. 29. Conformare, et leviter emendare aliquid. *Id.* 3. *de Leg.* c. 13. Ut cupiditatibus principum et vitiis infici solet civitas; sic emendari et corrigi continentia. *Nep. in Themist.* c. 1. Vitia adolescentiæ multis emendare virtutibus. *Colum.* l. 6. c. 2. *a med.* Fame et siti cubitorem bovem emendare. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 3. Emendare legibus res Italas. *Id.* l. 2. sat. 8. v. 84. Fortunam arte emendare. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 596. Emendare facta priora novis. *Id. de medicam. fac.* v. 5. Cultus et in pomis succos emendat acerbos. *corrects.* *Plin.* l. 17. c. 5. *extr.* Terram terra emendari, super tenuem pingui injecta. *Propert.* l. 3. el. 20. v. 25. Emendare animum. ¶ Sæpe est vitia corporis tollere, curare, sanare. *to heal, cure, take away.* *Plin.* l. 32. c. 7. Emendare albugines oculorum. *Id.* l. 20. c. 13. dolores capitis et alopecias. et lib. 24. c. 10. dysentericos et alvum. et lib. 20. c. 16. tussim. et lib. 36. c. 21. cicatrices. et lib. 20. c. 5. sonitum et gravitatem aurium. et lib. 28. c. 8. sterilitatem, &c. [¶ Significat etiam punire. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 51. Idque per præconem, cum aliquem emendaret, dici jubebat. *h. e.* cum fustibus aut virgis aliquem coerceret. ¶ Particip. *emendans, emendaturus, emendandus* apud *Plin.* l. 9. ep. 36. Cogito ad verbum scribenti emendantique similis. *Horat.* 2. sat. 8. v. 85. Arte emendaturus fortunam. *Plin.* l. 5. ep. 13. Ipse præterea quædam emendanda annotavi.]

EMENSUS, a, um, *passed or gone over, traversed*, particip. ab *emetior*, passiva significatione. *Liv.* l. 21. c. 30. Postquam multo majorem partem itineris emensam cernant. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 181. cuncti pariter loca debita noscunt, Signaque commemorant, emensasque ordine gentes. *Id.* l. 4. v. 350. Exsilia pelagus emensa juvencæ. *h. e.* errores Ius mare tranantis sub forma vaccæ: *juvencæ* dativus est. *Apul. sub fin.* l. 9. *Metam.* Emensis protinus scalis. *mounted, climbed.* ¶ Alio sensu *Senec.* l. 4. c. 4. *quæst. nat.* Poteram me, peracta quæstione dimittere: sed bene emensum dabo. *h. e.* quasi cumulatam mensuram. *good measure.*

EMENTĬOR, iris, itus sum, dep. 4. *to lie*, ψεύδομαι, idem quod mentior, vel palam mentior. *Cic. in Partit.* c. 14. Alii ementiti sunt in eos, quos oderant. *Id.* 1. *de Divin.* c. 9. Videmus hæc signa nunquam fere ementientia. *Quintil.* l. 8. c. 6. *ad fin.* Hyperbole est ementiens superjectio. ¶ Cum accusativo, aut infinito adhibetur pro simulare, fingere, comminisci, excogitare quod non est, *to pretend falsely, feign, forge, counterfeit, falsify, belie.* *Cic. pro Dom.* c. 19. Me non esse ementitum auctoritatem hujus ordinis. *Id. pro Balb.* c. 2. Furari civitatem, genus suum ementiri. *Petron. in Satyr.* c. 82. Constantissime centurionem et legionem ementitus. *Liv.* l. 25. c. 3. Ementiri falsa naufragia. *Cic. pro Planc.* c. 30. Eo me beneficio obstrictum esse ementiar, cui ne referri quidem gratia posse videatur? *Curt.* l. 7. c. 5. Jussu Alexandri fecisse ipsos, ementiti. [¶ Particip. *ementiendus* apud *Liv.* l. 9. c. 18. Piget referre vanitatem ementiendæ stirpis.]

EMENTĪTUS, a, um, adject. pass. signif. *belied, falsified, feigned, forged*, ἐψευσμένος. *Cic. Phil.* 2. c. 35. Quod me de ementitis auspiciis putares esse dicturum. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 21. Ementita, et falsa, et plena erroris. *C. Memm.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 793. *Putsch.* Quam stulte conficta, quam aperte ementita sunt.

[* EMERCĀTUS, a, um, adject. passiv. significationis, *purchased*, emptus. *Ammian. Marcellin.* l. 26. c. 2. Id frustra creditum videbatur, quod non emercati, sed consoni totius multitudinis paria volentis clamores audiebantur.]

EMERCOR, aris, atus sum, dep. 1. idem quod mercor, *to buy, bribe with money.* Tacit. Ann. 13. cap. 44. Ingentibus donis adulterium, et ut omitteret maritum emercatur. et Ann. 16. c. 1. Principis aditum emercatus. [¶ Passiva significatione Ammian. Marcellin. l. 21. c. 6. Armeniæ et Hiberiæ reges cultu ambitioso indumentorum emercabantur et multiformibus donis, damna negotiis Romanis illaturi, si rebus tum etiam dubiis descivissent ad Persas.]

EMERĔO, es, ui, itum, a. 2. idem quod mereo, *to merit, deserve,* περιποιοῦμαι. Plaut. Aulul. 4. 10. 5. Quid ego emerui, adolescens, mali? Cic. Attic. l. 6. ep. 2. circa med. Annuæ mihi operæ a. d. 3. Cal. Sext. emerentur. h. e. annuam administrationem claudo. *my annual service is completed.* Respicit autem ad τὸ emereri stipendia, de quo V. Emeritus. ¶ Cum infinito Ovid. 3. de ar. am. v. 409. Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus, Contiguus poni, Scipio magne, tibi. Id. 4. Fast. v. 58. Emeruit vocis habere fidem. ¶ Pro lucrari. *to gain, accumulate.* Gell. l. 6. c. 7. Acca corpus in vulgus dabat, pecuniamque emeruerat ex eo questu uberem. ¶ Pro demereri, promereri, hoc est gratiam inire beneficium dando. *to gain the favour of.* Ovid. 2. Amor. el. 8. v. 24. Unum est e dominis emeruisse satis. Id. 4. Trist. el. 8. extr. At vos admoniti nostris quoque casibus este, Æquantem superos emeruisse virum. Adde Tibull. l. 1. el. 10. v. 60. et Valer. Max. in fi. cap. 2. lib. 5.

EMERĔOR, eris, itus sum, dep. 2. *to merit, deserve, win, get,* μισθοδοτοῦμαι, dignus fio re aliqua, commereo, lucror. Quintil. initio proœm. l. 4. Altior mihi solicitudo, quale judicium hominum emererer, accessit. ¶ Emeritus stipendia, V. Emeritus.

EMERGO, is, ersi, ersum, n. 3. *to swim, issue, or come out, rise up, emerge,* ἀναδύομαι, est ejus, qui in aqua mersus, rursus exit, exsisto, evado, exeo e profundo. Cic. 2. de nat. Deor. c. 49. Aves, quæ se in mari mergerent: quæ cum emersissent, &c. Id. 2. de Divin. c. 31. Equus ex flumine emersit. et lib. 1. c. 33. Ab infima ara subito anguis emersit. h. e. ab infima ara emersit e terra. Plin. l. 13. c. 18. Emergere extra aquam. Liv. l. 22. c. 3. de paludibus. ¶ Emergere se est exire, eo modo, quo erumpere se dicimus. Cic. de Harusp. resp. c. 25. extr. Ista serpens, quæ tum hic delitescit, tum se emergit, et fertur illuc. Severus in Ætna v. 118. torrentem imo se emergere hiatu. Manil. l. 5. v. 197. Cum jam vicesima Cancri, Septimaque ex undis pars se se emergit in astra. Avien. in descript. terr. v. 126. qua se lux rursus eoa Emergit pelago. ¶ Sol etiam et stellæ emergere dicuntur, quia e mari exoriri videntur. *to rise.* Plin. l. 2. c. 14. Stellæ emergunt. Tacit. de Germ. c. 45. Sol emergens. Valer. Flacc. l. 5. v. 1. Lux emersit Olympo. Cic. in Arat. l. 2. de nat. Deor. c. 44. se se ostendens emergit Scorpius alte. ¶ Pro oriri, nasci. *to grow, spring, come up.* Plin. l. 11. c. 51. Antequam totus infans emergat utero. Id. l. 21. c. 17. Emergit flos ex caule. Id. l. 10. c. 52. Ova emergunt. Id. l. 2. c. 82. Ventus emersit. Id. l. 31. c. 4. Fontes amnesque emergunt. Cic. de Senect. c. 15. Viriditas herbescens vaginis includitur, e quibus cum emerserit, &c. Colum. l. 11. c. 3. a med. Si radix super terram emerserit. ¶ Et universim pro ascendendo exire, egredi, *to ascend from, go out of.* Cic. pro leg. Manil. c. 3. Ut se non Cappadociæ latebris occultare velit, sed emergere e patrio regno. Id. l. 2. Attic. ep. 12. Emerseram commode ex Antiati in Appiam ad tres tabernas, cum, &c. Ovid. 14. Metam. v. 155. Sedibus Euboicam Stygiis emergit in urbem Troius Æneas. ¶ Translate Cic. de Harusp. resp. c. 23. Posteaquam emergere cœpit auctoritas vestra e fluctibus illis servitutis. Id. in Vatin. c. 9. Emergere ex mendicitate. *to extricate himself from.* Id. 3. Verr. c. 5. ex judicio peculatus. et Verr. 5. c. 69. ex paternis probris ac vitiis. Id. 5. Attic. ep. 8. incommoda valetudine. et epist. 10. ex aliquo negotio. Id. pro Cæl. c. 21. Emersit jam e vadis, et scopulos prætervecta esse videtur oratio mea. Id. 6. Verr. c. 58. Cum multa ex illo mari bella emerserint. Id. Attic. l. 9. ep. 10. Nunc emergit amor: nunc desiderium ferre non possum. et epist. 6. a med. Deinde emergit rursum dolor. Ulpian. Dig. lib. 14. tit. 4. leg. 6. extr. Si forte alii creditores emerserint. *should spring up, should show themselves.* et leg. 7. Si aliud domini debitum emerserit. Et cum accus. Nepos in Attic. c. 11. Quibus ex malis ut se emersit, &c. Terent. Andr. 3. 3. 30. Spero ex illis se se emersurum malis. ¶ Passive impersonaliter, Id. Adelph. 3. 2. 3. Tot res repente circumvallant, unde emergi non potest. ¶ Eleganter dicitur de iis, qui a vitiosa vita abstrahuntur, et ad bonam frugem reducuntur. Cic. pro Cæl. c. 12. Multos vidi, qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando, et se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse. ¶ Item de iis, qui ex paupere, aut obscuro statu ad divitias aut honores, opesque ascendunt. Id. Attic. l. 6. ep. 2. Nullus in imperio meo sumptus factus est: hac re incredibile est, quantum civitates emerserint. Vellei. l. 2. c. 65. Cum Antonius Cæsarem admoneret, quam inimicæ ipsi Pompeianæ partes forent, et in quod jam emersisset fastigium. Lucret. l. 2. v. 13. Emergere ad summas opes. Juvenal. sat. 3. v. 162. Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi. *Slow rises worth by poverty depress'd.* ¶ Pro elucere, apparere, Cic. pro Cluent. c. 65. Hoc uno modo sæpe multorum improbitate depressa veritas emergit. Id. 1. Offic. c. 31. Ex quo magis emergit, quale sit decorum illud. ¶ Active emergere aliquid est prodere, edere, palam facere, emittere. Ovid. 3. Fast. v. 367. Dum loquitur totum jam sol emerserat orbem. Al. aliter leg. Manil. l. 1. v. 116. Ut possim rerum tantas emergere moles.

EMERITENSIS, se, ad Emeritam pertinens, quæ est urbs Hispaniæ ulterioris, cognomine Augusta, quia ab Augusto colonia deducta fuit, ad Anam fluvium, nunc Merida. Plin. l. 4. c. 22. Emeritensis conventus. Inscript. apud Gruter. pag. 13. n. 16. Emeritensis colonia. ¶ Emeritenses ejus urbis incolæ. Tacit. 1. Hist. cap. 78.

EMERĬTUM, ti, n. *a reward, or bounty, given to soldiers who had served their time,* commodum, præmium, merces, quæ datur militibus post expletum militiæ tempus. Modestin. Dig. lib. 49. tit. 16. leg. 3. Qui militiæ tempus in desertatione explevit, emerito privatur. et mor. Si expleto tempore militiæ redeat, ut veteranus restituetur, et emerita accipiet.

EMERĬTUS, a, um, particip. dep. ab emereor, qui meruit. Miles emeritus stipendia, et emeritus absolute est, qui militiæ tempora explevit, et suo munere plene perfunctus, vacationem militiæ jam habet, ἀποστρατευσάμενος, *a soldier who has served out his time:* quod fere post annum vicesimum militiæ ei concedebatur, ut ex Tacit. Ann. 1. c. 78. colligitur. Valer. Max. l. 6. c. 1. n. 10. Cornelium fortissime stipendia emeritum vinculis oneravit. Lucan. l. 1. v. 344. Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabuntur, Quæ noster veteranus aret? quæ mœnia fessis? Ovid. 4. Trist. eleg. 8. v. 21. Miles ut emeritis non est satis utilis annis. h. e. annis, quibus a militia est solutus, non est bello utilis, quia senex est. ¶ Eleganter transfertur ad eos omnes, qui plene suo munere functi sunt. Plin. l. et cap. 11. Apes fessæ, et jam emeritæ. Id. l. 17. cap. 23. Palmes emeritus, pluribusque induratus annis. Ovid. 1. Fast. v. 665. Emeritum aratrum. Juvenal. sat. 6. v. 497. Emerita acus. Martial. l. 10. epigr. 85. Emerita puppis. Propert. l. 4. el. ult. v. 97. Rogus emeritus. h. e. qui ardere desiit, absumpto cadavere. Stat. l. 3. silv. 1. v. 58. ipsa coronat Emeritos Diana canes. Senec. in Thyest. v. 797. Solis cursus emeritos solvere. *having run their course.* scil. nocte adventante. Sic Ovid. 4. Fast. v. 688. Dempserat emeritis jam juga Phœbus equis. et Stat. 1. Theb. v. 336. emeriti confinia Phœbi. h. e. occidentis. Martial. l. 7. epigr. 62. Emeritos Musis et Phœbo tradidit annos. h. e. annos, quos in forensi palæstra insumpserat, et causas agere desierat. ¶ Refertur aliquando ad significandam longam ætatem, senectam. Propert. l. 4. eleg. 5. v. 16. Cornicum emeritas eruit ungue genas. h. e. oculos cornicum vetularum. Al. leg. immeritas. ¶ Absolute de eo, qui bene est de aliquo meritus. Ovid. 1. ex Pont. ep. 7. v. 61. emeritis referenda est gratia semper. ¶ Passive emerita stipendia sunt peracta, confecta, finita. Liv. l. 39. c. 19. Ut P. Æbutio emerita stipendia essent. Sueton. in Calig. c. 44. Commoda emeritæ militiæ. *the advantages, or rewards, due to such as had served out their time.* ¶ Et translate Cic. de Senect. c. 14. Animum, tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, cupiditatum omnium, secum esse, secumque vivere. Id. 6. Attic. ep. 5. Etsi annuum tempus prope jam emeritum habebamus. h. e. prope confeceramus annum administrationis provinciæ. Senec. in Agamemn. v. 908. Emeritus dies. Ovid. 3. Fast. v. 43. Emeriti cursus. Lucan. l. 3. v. 622. emerita jam morte. ¶ Dicitur et de his, quæ virtuti debentur. *deserved, earned, gained.* Sil. l. 7. v. 19. emerito sacrum caput insere cælo. Adde lib. 11. v. 464. Manil. l. 1. v. 404. et Sidon. carm. 2. v. 209.

EMERSUS, us, m. emergendi actus, *a rising up, coming forth, emersion.* Plin. l. 18. c. 25. de ortu et occasu heliaco: Emersum hoc melius, quam exortum, consuetudo dixisset, et illud occultationem potius, quam occasum. (Adde Colum. l. 7. c. 3. ad fin.) Vitruv. l. 10. c. ult. Neque certum locum scire poterant, quo emersum facturi fuissent hostes. *where they might rush out.* Plin. l. 9. c. 22. Ad emersus fluminis Mincii. h. e. ubi Mincius e lacu Benaco exit. Id. l. 22. c. 23. Ab emersu serpentium usque ab latebram. h. e. ab eo tempore, quo emergunt e terra serpentes, usque ad illud, quo se condunt.

EMERSUS, a, um, *having risen up or emerged,* qui emersit. Cicer. 2. de Divin. cap. 68. Emersus e flumine. Liv. l. 1. c. 13. Equus emersus e profunda palude. Tacit. 1. Ann. cap. 65. Emersus paludibus. Ovid. 3. Fast. v. 399. Tertia nox emersa suos ubi moverit ignes. Id. in Halieut. v. 35. Emersus in auras polypus. ¶ Translate Cic. in Vatin c. 7. Homo emersus e cœno. Id. pro Sext. cap. 9. subito e tenebris lustrorum. Liv. l. 8. c. 7. ad fin. ab admiratione animus. *being recovered.*

EMETĬOR, iris, ensus sum, dep. 1. *to measure out,* proprie est idem quod metiri, vel usque ad extremum metiri. Virg. 10. Æn. v. 772. Atque oculis spatium emensus, quantum satis hastæ. Gell. l. 16. cap. 18. Longitudines et altitudines vocis emetiri. ¶ Sæpius sumitur pro conficere viam, et quasi metiendo percurrere. *to go through, pass over.* Liv. l. 31. c. 24. Hemerodromos vocant Græci, ingens die uno cursu emetientes spatium. *performing.* Virg. 11. Æn. v. 244. Atque iter emensi casus superavimus omnes. Id. 5. Æn. v. 627. Cum freta, cum terras omnes, tot inhospita saxa, Sideraque emensæ ferimur. Plin. l. 7. c. 20. Longissimum iter vehiculis tribus emensus. Sil. l. 4. v. 53. Ingentesque duces, pelagi, terræque laborem Diversum emensi. ¶ Aliquando pro præstare, largiri, quasi metiendo cumulare, tradere. *to give, bestow.* Horat. l. 2. sat. 2. v. 104. cur, improbe, caræ Non aliquid patriæ tanto emetiris acervo? Cic. de clar. Orat. c. 4. Illud Hesiodium laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere jubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore si possis: ego autem voluntatem tibi profecto emetiar: sed rem ipsam nondum posse, video.

EMĔTO, is, a. 3. *to reap or mow down,* idem quod meto, vel metendo effero ex agris. Horat. l. 1. ep. 6. v. 21. Ne plus frumenti dotalibus emetat agris.

EMICANS, antis, *springing forward, rising up,* cum impetu, et celeritate exsiliens, repente exsistens. Liv. l. 44. c. 10. Qui in navibus erant, saxis tormento emicantibus percutiebantur. Plin. l. 18. c. 113. Ignium tot locis emicantium perpetua tot sæculis incendia. *breaking out, shining forth.* Id. l. 31. c. 10. Scatebra fonticuli semper emicans. Id. l. 19. c. 8. circa med. Asparagus viret thyrso emicante. Quintil. l. 8. c. 5. a med. Scintillæ inter fumum emicantes. ¶ Item exsistens, se attollens, eminens. Tertull. advers. Hermog. c. 29. Segregatis aquis in cavationem sinum, emicantior facta est arida, quæ ante aquis tegebatur.

EMICĀTIM, adverb. emicando, exsiliendo. Sidon. l. 2. ep. pœnult. sub fin. Emicatim prosiliens refugit.

EMICATĬO, onis, f. actus emicandi, et se se attollendi. Apul. de Mundo. Torrentium cursus, et humores undarum, emicationesque silvarum.

EMĬCO, as, cui, n. 1. *to shine forth, spring forward, sally forth,* ἐκπηδάω, extra mico, exsisto, erumpo, exeo. Virg. 6. Æn. v. 6. juvenum manus emicat ardens Litus in Hesperium. et lib. 5. v. 318. Primus abit, longeque ante omnia corpora Nisus Emicat, et ventis, et fulminis ocyor alis. Ovid. 10. Metam. v. 652. carcere pronus uterque Emicat. Valer. Flacc. l. 6. v. 550. Emicat in Sueten. *springs upon, attacks.* Virg. Æn. 12. v. 327. saltuque superbus Emicat in currus. *bounds, jumps, springs.* Plin. l. 12. c. 5. Superiores rami in excelsum emicant. *branch to a considerable height.* Colum. l. 4. c. 20. extr. Vitis emicat in jugum. Ovid. 15. Metam. v. 248. dempto quoque pondere, rursus In superos aer tenuissimus emicat ignes. *mounts, and becomes.* Virg. Æn. 2. v. 174. de Palladio. terque ipsa solo (mirabile dictu) Emicuit, parmamque ferens, hastamque trementem. Ubi Servius: exsiluit, quasi quæ consistebat invita, locumque damnaret. Vellei. l. 2. c. 50. Cum mucronem gladii admovisset mammillæ, ad eum ipsum locum, qua cor emicat. *beats, palpitates.* Plaut. Aulul. 4. 3. 4. Cor emicat in pectus. Plin. l. 11. c. 37. sect. 77. Harduin. Dracones emicuisse de extis. Id. l. 2. c. 65. extr. Aqua spiritu acta, et terræ pondere expressa, siphonum modo emicat. *spurts, gushes, issues forth.* Liv. l. 44. c. 33. Scaturigines aquæ emicabant. Ovid. Metam. 9. v. 130. sanguis per utrumque foramen Emicuit. Lucret. l. 4. v. 1042. illam Emicat in partem sanguis, unde icimur ictu. Plin. l. 27. c. 8. Multi calami ex una radice emicant. *spring, grow.* Petron. in Satyr. c. 126. Emicuere rosæ, violæque, et molle cyperon. Plin. l. 2. c. 88. Ex eo monte repente flamma emicuit. Lucan. l. 1. v. 532. Nunc jaculum longo, nunc sparso lumine lampas Emicuit cælo. *appeared, showed itself.* Curt. l. 8. c. 4. Ab omni parte cæli emicare fulgura. *to shine forth, flash.* Liv. l. 44. c. 10. Saxis tormento emicantibus percutiebantur. Ovid. 15. Metam. v. 67. Emicuit nervo penetrabile telum. Valer. Flacc. l. 1. v. 655. Emicuit dies. *appeared, broke out.* et lib. 4. v. 96. Sol emicuit super terras. Senec. in Œdip. v. 232. Emicat vasto fragore major humano sonus. *goes forth.* ¶ Translate Senec. ep. 79. a med. Cum (animus) vitia disjecerit, purusque ac levis in cogitationes divinas emicuerit. ¶ Ponitur et pro eminere, altum esse, excellere. Ovid. 9. Metam. v. 226. in Euboici scopulus brevi emicat alti Gurgite. *raises itself, projects forward.* Valer. Flacc. l. 6. v. 595. Aspicis, ut Minyas inter, proceresque Cytæos Emicet effulgens. ¶ Et pro elucere, splendere. Sueton. in Calig. c. 46. Altissimam turrim excitavit, e qua, ut ex Pharo, noctibus ad regendos navium cursus ignes emicarent. ¶ Translate Tacit. Ann. 13. cap. 16. Agrippinæ is pavor, ea consternatio mentis, quamvis vultu premeretur, emicuit, ut, &c. *manifested itself, appeared.* Justin. l. 2. cap. 9. Inter ceteros Themistoclis gloria emicuit. h. e. exstitit, effulsit. *shone, excelled, was conspicuous.* Curt. l. 7. cap. 6. a med. In queis et magnitudinem animi, et claritatem rerum longe emicuisse credebat. Plin. l. 13. c. 11. Emicuit longe ante omnes Euphranor. Plerique alii cum Harduino leg. eminuit. Solin. cap. 1. a med. (al. cap. 4. extr.) Milon Tarquinii Prisci temporibus emicuit. h. e. floruit. Ammian. l. 22. cap. ult. (al. cap. 4?) Inter quos Chalcenterus emicuit Didymus. Utroque loco alii leg. eminuit, aut emituit. ¶ Quintil. l. 1. cap. 6. (

10.) reprehendit eos, qui *emicavit* dicere malebant, quam *emicuit*, analogiam nimis religiose secuti.

EMIGRATĬO, onis, f. *emigration, change of habitation*, actus emigrandi, commigratio, ἐξοίκησις. *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 28. Detrimentum propter emigrationem inquilinorum.

EMĬGRO, as, avi, atum, n. 1. *to remove from one place to another, migrate*, idem ac migro, extra migro, commigro, abeo, ἐξοικέω. *Cic.* 4. *Verr.* c. 36. et *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 31. *ad fin.* Emigrare domo. *Cic. Verr.* 7. c. 12. e domo. *Id.* 2. *de Leg.* c. 19. e vita. *to die. Plaut. Men.* 5. 2. 7. Emigrare aliquo. *Stat.* lib. 4. silv. 8. v. 47. longe. *Val. Cato in Diris*, v. 100. Migrabunt casus aliena in corpora rerum, Quam tua de nostris emigret cura medullis. ¶ *Emigrare se* simile est τῷ *erumpere se*, et *emergere se. Titinn.* apud *Non.* c. 1. n. 1. Quot pestes, senia, et jurgia se se meis ædibus emigrarunt. ¶ *Emigrare Scripturas* apud *Tertull. de car. Mil.* c. 1. dictum videtur pro declinare, recedere, et nolle sequi: vel potius transilire, transgredi: qua ratione *migro* a *Cicer.* usurpatur.

EMINATĬO, onis, f. idem ac minatio, *a menacing, threatening. Plaut. Capt.* 4. 2. 19. Quæ illæc eminatio est?

EMĬNENS, entis, adject. *rising up, standing out or over, appearing aloft, eminent, high, lofty*, exstans, prominens, altus, editus, ἔξοχος, ἐξέχων. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 23. Columella non multum e dumis eminens. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 27. Species ut sit quædam deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis, sitque pura, levis, perlucida. *Id. in Vatin.* c. Repente te, tanquam serpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus, intulisti. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 9. Trabes paulo longiores atque eminentiores, quam extremi parietes. *Sallust. in Jug.* c. 98. Ramis modo, modo eminentibus saxis nisus. (Adde *Curt.* l. 5. c. 3. *ad fin.*) *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 69. *Hard.* Cor homini infra lævam papillam, turbinato mucrone, in priora eminens. *Sueton. in Calig.* c. 48. Statura eminens. *Id. in Aug.* c. 79. Nasus a summo eminentior, ab imo deductior. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 24. Jugum directum eminens in mare. *projecting.* et cap. 23. Duo eminentia promontoria. *jutting out. Flor.* l. 1. c. 7. Eminentia papaverum capita. et cap. 9. Eminentes ædes. *built on an eminence.* et lib. 4. c. 12. *a med.* Eminentissimus mons. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 57. Discutienda sunt ea, quæ obscurant: et ea, quæ sunt eminentia et prompta, sumenda. *h. e.* quæ magis exstant, et facile videntur aut percipiuntur. *Senec. de tranquill.* c. 9. Spes effrenatas, et animum in futura eminentem velut sub vinculis habere. *h. e.* inclinatum, et hiantem. *Quintil.* l. 10. c. 1. Paucos (*Auctores*) qui sunt eminentissimi excerpere in animo est. *eminent, distinguished. Vellei.* l. 1. c. 16. Eminentissima cujusque professionis ingenia. *Id.* l. 2. c. 107. Vir dignitate eminens. et cap. 72. Eminentissimæ ac nobilissimæ simplicitatis vir. *notable, remarkable.* et cap. 75. Livia, genere, nobilitate, forma eminentissima. *of singular beauty. Curt.* l. 4. c. 4. Quinqueremis velocitate inter ceteras eminens. ¶ Appellatio *eminentissimi* sub posterioribus Imperatoribus tribuebatur Præfectis Prætorio, et Magistris militum. *Imp. Constantin.* lib. 12. *Cod.* tit. 47. leg. 1. et *Impp. Diocl. et Maxim.* lib. 9. tit. 41. leg. 11. *et alibi.*

EMINENTER, adverb. *highly. Sidon.* l. 1. ep. 11. Non eminentius, quam municipaliter natus. *h. e.* non clariore genere.

EMINENTĬA, æ, f. exstantia, prominentia, altitudo, ἐξοχή. *Cic.* 4. *Acad.* c. 7. Quam multa vident pictores in umbris, et in eminentia, quæ nos non videmus? *h. e.* in partibus colore illustratis et exstantibus, *light and shade in a picture. Plin.* l. 37. c. 10. Myrmecias nigra habet eminentias similes verrucis. *protuberances. Apul. in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4.) Eminentia culminum. *height.* ¶ Translate. *Gell.* l. 5. c. 11. Eminentia quædam formarum. *excellence. Ulpian. Regular.* tit. 11. Tutores legitimi per eminentiam dicuntur, qui, &c. κατ' ἐξοχὴν, per excellentiam.

EMINĔO, es, ui, n. 2. *to rise or grow up, be raised above, stand out or over, stand or show itself above others, jut or lean forward, go out*, ἐξέχω, eminens sum, exsto, excedo, altus sum, promineo: quasi *extra maneo. Cic.* 1. *de Divin.* c. 42. Babilonii in camporum patentium æquoribus habitantes, cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cæli officere posset. *Sallust. in Jug.* c. 99. Saxa, et si quæ vetustate radices eminebant, laqueis vinciebat, quibus allevati milites ascenderent. *projected out. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. Ut stipites non amplius quatuor digitis ex terra eminerent. *Liv.* l. 8. c. 7. Manlius ab jugulo, ita ut per costas ferrum emineret, terræ affixit. *Ovid. Metam.* 5. v. 137. Torquet in hunc hastam, media quæ nare recepta, Cervice exacta est, in partesque eminet ambas. *Plin.* l. 9. c. 6. Ut emineret dorso multum supra aquas. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 18. n. 16. Axibus eminebant vernta binum pedum. *Lucan.* l. 2. v. 667. nullæ æquore rupes Emineant. *Plin.* l. 17. c. 21. Eminere extra terram. *Id. ibid.* c. 15. Ut gemmascere incipiens legatur calamus, nec plus quam binis ab insito emineret oculis. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 697. Eminere alte. *Liv.* l. 44. c. 11. in altum. *h. e.* in mare. ¶ Cum accus. *Curt.* l. 4. c. 2. Jamque paululum moles aquam eminebat. ¶ Pro emergere, exire, *to emerge, extricate himself. Plaut. Capt.* 3. 2. 4. Ita me miserum restitando, retinendoque lassum reddiderunt: vix ex gratulando miser jam eminebam. ¶ Translate *Cic. in Somn. Scip. in fin.* Si animus jam tum, cum erit inclusus in corpore, eminebit foras, et ea, quæ extra erunt contemplans, quam maxime se a corpore abstrahet. ¶ Sæpe est apparere, conspicuum esse, *to appear, be conspicuous. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 41. *extr.* Quo studiosius ab ipsis opprimitur, et absconditur, eo magis eminet et apparet. *Curt.* l. 4. c. 1. Aliorum studium, aliorum indignatio eminebat. et lib. 8. c. 1. *extr.* Eminebat etiam in voce sceleris, quod parabat, atrocitas. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 26. Amplitudo animi maxime eminet contemnendis doloribus. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 606. sed per confusa frementis Verba tamen vulgi vox eminet una, quis ille? *h. e.* altior est, et distinctius exauditur. *Id.* 3. *Fast.* v. 250. Eminet ante oculos quod petis, ecce, tuos. ¶ Item excellere, præstare. *to excel, be eminent or remarkable. Cic. in Orat.* c. 29. *ad fin.* Demosthenes unus eminet inter omnes in omni genere dicendi. *Flor.* l. 4. c. 2. Pompeius super utrumque eminebat. *surpassed both. Vellei.* l. 2. c. 127. Eminere dignitate. et cap. 130. claritudine. Et absolute *ibid.* c. 49. Cum sine invidia in republ. floruissent, eminuissentque sine periculo. *Quintil.* l. 3. c. 8. *sub fin.* Philippicæ Demosthenis iisdem eminent virtutibus. *are distinguished for. Ammian.* l. 17. c. 7. (*al.* 13.) Inter monumenta multiformium ærumnarum eminuere Nicomediæ clades.

EMĬNOR, aris, dep. 1. idem ac minor, *to threaten greatly, menace. Plaut. Capt.* 4. 2. 11. Eminor, interminorque, nequis mi obstiterit obviam.

EMINŬLUS, a, um, ἀνασπώμενος, parum eminens. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Rectis genibus, eminulis, distantibus inter se. *sticking out a little. Id. ibid.* c. 9. Spina neque eminula, neque curva. *rising somewhat in height.*

EMĬNUS, adverb. *from a distance, at a distance, far off, aloof*, πόῤῥωθεν, a longinquo loco: a *manus. Cominus* enim dicimus, cum gladiis pugnamus; *eminus*, cum lanceis, quia gladius a manu non recedit, lancea e manibus emittitur. *Cic. de Senect.* c. 6. Nec excursione, nec saltu, nec eminus hastis, aut cominus gladiis uteretur. ¶ Differt a *longe*, quia significat tacite quendam motum de loco. Non enim recte dixeris, *Eminus habito*, ut *Longe habito*, sed bene *Eminus jacula mitto. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 24. Fasces, atque aridam materiem de muro in aggerem eminus jaciebant. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 13. Qui aut cominus opprimebantur, aut eminus vulnerabantur. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 41. Oppugnationem urbis eminus incipere. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 406. licet eminus esse fortibus. *scil.* longe pugnando. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 6. v. 17. fer opem, precor, eminus unam. *nempe* mihi longe posito. *Sallust. in frag.* apud *Gell.* l. 2. c. 27. Quæ eminus facie sua ostentabat, aliquot adversis cicatricibus, et effosso oculo. ¶ Cum ablativo pro *longe a. Ascon. in Verr.* 3. *de Præt. urb.* c. 48. Eminus est Vulturnus Capua tria millia passuum.

EMĬROR, aris, atus sum, dep. 1. demiror, valde miror, *to wonder greatly at*, ἐπιθαυμάζω. *Horat.* l. 1. od. 5. v. 8. Nigris æquora ventis Emirabitur insolens. *Bentlei.* aliter legit, et verbum *emiror* toto Latio exsulare jubet.

EMISCĔO, es, a. 2. *to mix*, idem quod misceo. *Manil.* l. 5. v. 244. nec parce vina recepta Hauriet emiscens, et fructibus ipse fruetur. Al. aliter leg.

EMISSARĬUM, ii, n. *a sluice, sink, or other contrivance to let water out of a pond or river; a flood-gate, weir, water-gate*, διώρυξ, locus unde aqua emittitur. *Cic. Fam.* 16. ep. 18. Nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa. *Plin.* l. 33. c. 4. Emissaria in his piscinis quina linquuntur, et repleto stagno, excussis obturamentis, erumpit torrens tanta vi, ut saxa provolvat. *locks. Sueton. in Claud.* c. 20. Opera multa perfecit: in his emissarium Fucini lacus, portumque Ostiensem. *h. e.* montem perfodit (ut est apud *Plin.* l. 36. c. 15. *ad fin.*) ad lacum Fucinum emittendum. ¶ Translate *Scribon. Larg. compos.* 229. Emissarium vomicæ facere. Adde *compos.* 406.

EMISSARĬUS, ii, m. *an emissary, missionary, informer, spy, messenger*, προσαγωγεύς, qui clam submittitur ad aliquid explorandum, aut agendum nomine ejus, a quo mittitur: et fere accipitur in malam partem pro eo, qui ad explorandum deferendi, calumniandique causa subornatur, et emittitur. *Cic.* 4. *Verr.* c. 8. Itaque apponit, qui petat Veneri Erycinæ illam hereditatem: petit Nævius Turpio quidam, istius excursor et emissarius. Ubi *Ascon.* Sic vocantur conciliatores furtorum, quæ a magistratibus committuntur, atque internuntii. et *Verr.* 7. c. 41. *extr.* Quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcursorem habere solebat, et emissarium. *Id. Fam.* 7. ep. 2. *a med.* Persuaserat nonnullis invidis meis, se in me emissarium semper fore. *Vellei.* l. 2. c. 18. *extr.* Quin etiam consulis filium per emissarios factionis suæ interfecit. *commissioners.* ¶ *Emissarius* etiam dicitur palmes, qui emissus ex gemma, in putatione relinquitur, ut ascendat, quo placuerit. *a branch or young bough. Plin.* l. 17. c. 23. *circa med.* relicto emissario uno, qui subeat usque quo placuerit.

EMISSĬO, onis, f. *a sending out*, ἐκπομπή, actus emittendi. *Cic.* 2. *Tusc.* c. 24. Ut balistæ lapidum, et reliqua tormenta telorum eo graviores emissiones habent, &c. *a throw, stroke, blow. Id.* 2. *de Divin.* c. 29. *ad fin.* Emissio feminæ anguis. *a letting go. Gell.* l. 5. c. 16. Radiorum ex oculis in ea, quæ videri queunt, emissio. *a darting forth.*

EMISSITĬUS, *vel* Emissicius, a, um, *that is sent or cast out*, qui emittitur, ut *Oculi emissitii*, extra educti, et foras porrecti, vel qui huc et illuc aspectant, et veluti se se ejaculantur. *eyes staring and prying every where about. Plaut. Aulul.* 1. 1. 2. Exeundum hercle tibi hinc est foras, circumspectatrix, cum oculis emissitiis. *prying eyes.*

EMISSUS, a, um, adject. *sent forth*, ἐξαπεσταλμένος. *Virg.* 4. *Georg.* v. 58. Emissum caveis agmen. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 71. Et semel emissum volat irrevocabile verbum. *uttered. Cic. pro Planc.* c. 12. *ad fin.* Emissus e carcere. *Id.* 4. *Attic.* ep. 15. Lacus Velinus a Curio emissus. *Liv.* l. 5. c. 51. Vox cælo emissa.

EMITTO, is, isi, issum, a. 3. *to send forth or out*, ἐκπέμπω, ἐκδίδωμι, extra mitto, edo, foras mitto. *Cic.* 7. *Verr.* c. 9. Emittere aliquem de carcere. *to let go. Id.* 1. *Tuscul.* c. *ult.* Emitti e custodia. *Id. de Harusp. resp.* c. 1. Emittere telum. *to sling, hurl, throw, discharge. Id.* 2. *de Divin.* c. 19. Jupiter emittit fulmina. *Id. pro Cæl.* c. 12. Emittere aculeos in aliquem. *Id. Fam.* 7. *ep. ult.* Emittere aliquid dignum nostro nomine. *to publish. Liv.* l. 1. c. 54. *ad fin.* et *Petron. in Satyr.* c. 19. Nullam vocem, *aut* verbum emittere, *not to utter a single word. Cic. pro Planc.* c. 23. Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur. *Plin.* l. 25. c. 5. *a med.* Emittere venis sanguinem. *to draw, let out.* Sic *Colum.* l. 6. c. 14. Emittere sanguinem de aure. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 458. Emittere lacrimas. *to shed. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 25. Scutum manu emittere. *to throw, throw away.* et lib. 5. c. *ult.* Duabus portis omnem equitatum emittere. *to sally forth with. Liv.* l. 24. c. 1. Emittere equites in hostem. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 76. aliquos noctu per vallum. *Curt.* l. 7. c. 11. Collatæ aquæ per prona montis flumen emittunt. *Sueton. in Cæs.* c. 44. Emittere lacum. *to drain. Id. in Vitell.* c. 6. et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 11. *a med.* Manu emittere aliquem. *to make free*, manumittere: quod *emittere* absolute *Terent. Adelph.* 5. 9. 19. dixit. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 19. Emittere manu adoptatos. *to emancipate. Cic. pro Cæl.* c. 28. Emittere aliquem de manibus. et *Liv.* l. 28. c. 42. e manibus. *to let escape from his hands. Phædr.* l. 1. fab. 13. v. 10. Emisit caseum ore. *he let fall. Plin.* l. 11. c. 24. *sub fin.* Emittunt ova aranei. *lay. Id.* l. 10. c. 33. Emittunt pulli hirundinum foris saturitatem. *h. e.* ventrem extra nidum exonerant. *Id.* l. 18. c. 20. Emittere folia. *to put forth. Id.* l. 17. c. 22. Vitis emittit palmitem. et cap. 12. Ulmi emittuntur in ramos. *h. e.* sparguntur, diffunduntur. et lib. 16. c. 16. Buxum emittitur in metas. *h. e.* crescit in modum metæ. ¶ *Emittere se*, prodire, exire, erumpere. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 19. Si nubium conflictu ardor expressus se emiserit. [¶ Particip. *emittens, emissurus* apud *Cels.* l. 7. c. 29. Ore vulvæ non emittente, infans abrumpitur. *Justin.* l. 11. c. 15. Postremas voces emissurus.]

[* EMMĂNES, is, a Græco ἐμμανής, furibundus, herba eadem ac hyoscyamus. *Apul. de herb.* c. 4.]

EMO, is, emi, emptum, *vel* emtum, a. 3. *to buy, purchase*, πρίαμαι, ὠνέομαι, pretio aliquid mihi comparo, mercor, coemo. *Cic. pro Dom.* c. 44. Emit domum prope dimidio carius, quam æstimabat. *Id.* 13. *Attic.* ep. 31. Mille jugerum de M. Pilio emit. *he bought of M. Pilius. Id. pro Rosc. Amer.* c. 2. Bona Sex. Roscii de L. Sulla duobus millibus nummum se dicit emisse. *Id. Attic.* 10. ep. 5. Emere de Canuleio diversorium. *Plaut. Rud. prol.* v. 59. Adolescens, qui puellam ab eo emerat. *Cic.* 3. *Offic.* c. 14. Emit tanti quanti Pythius voluit. *Id. Attic.* 13. ep. 29. Emere magno aut parvo. *Id. Verr.* 6. c. 7. minoris aut pluris. et *Attic.* l. 1. ep. 13. *extr.* Bene emere. *at a cheap rate.* et lib. 2. ep. 4. male. *at a high price. Plin.* l. 12. c. 7. Piper pondere emitur. *by weight. Nepos in Attic.* c. 9. Emere aliquid in diem. *on credit.* ¶ Proverbium est, *malo emere, quam rogare*, apud *Cicer.* 6. *Verr.* c. 6. *extr.* cum aliquid minimo pretio, aut nulla difficultate haberi potest. tunc enim præstat emere, quam ad rogandum se demittere. Nulla enim res carius constat, quam quæ precibus empta est, inquit *Senec. de Benef.* l. 2. c. 1. ¶ Emere per æs et libram, V. in *Mancipium.* ¶ Translate, emere sententias judicum, fidem, jusjurandum, veritatem, officium, religionem, &c. apud *Cicer. pro Cluent.* cap. 36. *ad fin.* et *Verr.* 5. c. 62. est largitione corrumpere judices, aut alios, et sibi obnoxios facere. *Curt.* l. 4. c. 1. Emere percussorem in aliquem. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 57. animos militum. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 652. munere custodem. *to bribe the guard. Plaut. Asin.* 1. 1, 57. beneficiis aliquem. *to gain over. Claudian. de III. Consul. Honor.* v. 188. emitur sola virtute potestas. *is to be bought. Virg.* 1. *Georg.* v. 31. Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis. *make you her son-in-law, with the dominion of the sea for a portion.* et 9. *Æn.* v. 206.

Bene emitur honor vita. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 10. v. 32. Emere sanguine æternum nomen. *Stat. Theb.* 1. v. 163. furtisque immanibus emptum est Oedipodæ sedisse loco. *Sil.* l. 7. v. 620. vel morte emisse volebant Spectari Fabio. *Id.* l. 10. v. 237. quanti ne emptum velit Annibal, ut nos Vertentes terga aspiciat! *what would he give to see us fly! Plaut. Trin.* 4. 3. 49. Talento inimicum mihi emi, amicum vendidi *I have procured myself an enemy.* ¶ Antiqui accipiebant pro accipere, sumere, teste *Festo.* V. Abemere, *et* Redemptor. ¶ *Emissim* pro *emerim* antiquum est. *Plaut. Cas.* 2. 5. 39. quem locum referens *Fest.* in *Titivillitium*, habet *empsitem.* [¶ Particip. *emens, empturus, emendus* apud *Justin.* l. 11. c. 4. Captivorum pretium non ex ementium commodo, sed ex inimicorum odio extenditur. et l. 23. c. 2. Emptura periculo spiritus sui, ut extremos viri spiritus exciperet. *Cic. pro Cluent.* 36. Oppianicum judici ad emendas sententias dedisse pecuniam, judicatum est.]

EMODĔROR, aris, atus sum, dep. 1. *to moderate, govern*, idem quod moderor. *Ovid. de remed. amor.* v. 130. Ille dolor verbis emoderandus erit.

EMODŬLOR, aris, dep. 1. idem ac modulor, *to sing, tune. Ovid.* 1. *Amor.* el. 1. v. 30. Musa per undenos emodulanda pedes.

EMOLIMENTUM, i, n. molitio, opus, structura. *Impp. Valens, Gratian. et Valentin.* l. 15. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 19. Novum opus qui volet in urbe moliri, sua pecunia absolvat, non contractis veteribus emolimentis, non effossis nobilium operum substructionibus. *the old buildings.*

EMOLĬOR, iris, ītus sum, dep. 4. q. d. perfecte molior, ad finem perduco, conficio. *Plaut. Bacch.* 4. 5. 2. Magnum molior negotium; metuoque ut hodie possim emolirier. *bring it to a close, accomplish it.* ¶ Sæpius usurpatur pro exscreare, expellere. *Cels.* l. 4. c. 6. Sicca tussis, quæ nihil emolitur. *expectorates nothing. Colum.* l. 8. c. 5. *ad fin.* Per nares emoliri pituitæ nauseam. *to force out.* ¶ Emoliri fretum venti dicuntur, qui illud commovent, et exagitant, apud *Senec. in Agamemn.* v. 478. *to raise up, trouble.*

EMOLĪTUS, a, um, adject. *ground*, a *molo, is*, ut Emolitum hordeum, *Veget.* l. 3. c. 24. *de re Veterin.*

EMOLLESCO, is, n. 3. *to grow soft*, mollis fio. *Cels.* l. 5. c. 28. n. 14. Sine ulla vi clavus emollescit. Al. leg. *mollescit.*

EMOLLĪDUS, a, um, adject. *tender, soft. Liv.* l. 34. c. 47. Labor, et æstus emollida et fluida corpora Gallorum reddit. Al. leg. *mollia*: quod *Livium* magis decere videtur.

EMOLLĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to soften, make soft, mollify, μαλάσσω*, mollem reddo, tenerum facio. *Liv.* l. 37. c. 41. Humor arcus, fundasque, et jaculorum amenta emollierat. *Plin.* l. 10. c. 60. Ova aceto macerata in tantum emolliuntur, ut per annulos transeant. *Id.* l. 28. c. 19. Emollire duritiam ventris. et lib. 20. c. 2. et l. 27. c. 7. alvum. *to loosen.* et lib. 20. c. *ult.* articulos contractos. *Cels.* l. 8. c. 4. *circa med.* emplastrum adjecto cerato ex rosa. ¶ Translate *Ovid.* 2. *ex Ponto*, ep. 9. v. 47. ingenuas didicisse fideliter artes Emollit mores, nec sinit esse feros. *softens, civilizes. Tacit. in Agric.* c. 11. Plus ferociæ Britanni præferunt, ut quos nondum longa pax emollierit. *Lucan.* l. 8. v. 366. emollit gentes clementia cæli. *Liv.* l. 27. c. 3. Ne suum quoque exercitum nimia urbis amœnitas emolliret. *should effeminate. Plin.* l. 37. c. 10. Gorgonia gemma emollit maria. *assuages, pacifies, renders calm. Id.* lib. 35. c. 17. Cimolia veros, et pretiosos colores emollit. *h. e.* jucundiores reddit. *Aurel. Vict. in Epit.* c. 48. Emollire severa præcepta. *to soften, qualify.* et c. 1. auctoritatem principis. *to diminish, lessen, weaken.* [Particip. *emolliendus* apud *Cels.* l. 8. c. 4. Emolliendum id emplastrum.]

EMOLLĪTUS, a, um, *softened, μαλαχυνθεὶς*, mollis ac tener factus. *Plin.* l. 18. c. 7. *ad fin.* Triticum emollitum. *Id.* l. 26. c. 14. Plantago igni emollita. *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 34. *sub fin.* Emollitum ulcus. ¶ Translate *Liv.* l. 38. c. 49. Hostis degener, et emollitus Asiæ amœnitate. *effeminated, enervated.*

EMŎLO, is, ui, itum, a. 3. idem quod molo, *to grind. Pers.* sat. 6. v. 26. Messe tenus propria vive, et granaria (fas est) Emole. *h. e.* molendo exhauri, et liberaliter insumendo.

EMOLUMENTUM, ti, n. *utility, profit, advantage, benefit, availment, emolument, ὠφέλημα*, utilitas, lucrum, fructus. *Cic. pro Mil.* c. 12. Boni nullo emolumento impelluntur ad fraudem, improbi sæpe parvo. *Id. Fam.* 7. ep. 10. *ad fin.* Si tibi esse id emolumento sciam. *Id.* 3. *de Orat.* c. 85. Recte facta suscepta a viris fortibus sine emolumento ac præmio. *Id.* 3. *de Fin.* c. 20. Emolumenta et detrimenta, quæ ὠφελήματα, et βλάμματα appellant. *Gell.* l. 13. c. 8. Emolumenta philosophiæ. *Plaut. Trin.* 3. 2. 68. Emolumentum honoris. *Juvenal.* sat. 3. v. 21. artibus honestis Nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum. ¶ Ponitur et pro effectu, exitu, quia rerum utilitas et fructus in earum fine, et effectu positus est. *Justin.* l. 9. c. 1. Bellum Græciæ inferre statuit: ad cujus rei emolumentum pertinere ratus, si, &c. *success, prosperous issue. Impp. Sever. et Antonin.* l. 7. *Cod.* tit. 53. leg. 2. Rem judicatam præses provinciæ, etiam pignoribus captis ac distractis, ad emolumentum perduci jubebit. *Gell.* l. 11. c. 13. Ut consideramus, quæ vis, quodve emolumentum ejus sententiæ foret. ¶ Volunt quidam esse a *molo, is*, ut proprie dicatur de frugibus, quæ moluntur, summamque præstant vitæ utilitatem. *the grist of a mill.* Alii derivant a *molio*, et proprie significare rem operosam, et quæ multo molimine, apparatu, atque impensa fit. Hinc *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 34. Neque exercitum sine magno commeatu atque emolumento in unum locum contrahere posse. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 14. Nec de cochleis, ac gliribus quæro: neque enim magnum emolumentum esse potest. *h. e.* difficultas et labor eos alendi. Ita *P. Victor.* l. 12. *variar. lect.* c. 10. Alii apud *Cæs.* leg. *molimentum.*

EMORĬOR, eris, ortuus sum, dep. 3. *to die, ἀποθνήσκω*, idem quod morior, vel omnino morior. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 57. Nasci prius oportere, quam emori. *Id. Fam.* 2. ep. 15. Pro Pompeio emori possum. *Id.* 3. *Offic.* c. 32. Aut vincere, aut emori. *Plin.* l. 17. c. 24. Sorbus arbor emoritur. *Id.* l. 16. c. 6. Carbo emoriens, desinente flatu. *Vitruv.* l. 2. c. 2. *circa med.* Ulmus et fraxinus, simul vetustate sunt aridæ factæ, qui inest iis liquor stantibus, emoritur, fiuntque duriores. *h. e.* absumitur, siccatur. ¶ Dicitur et de membro aliquo sensum amittente. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 34. *extr.* Membrum, quod paulatim emoritur, abscindere. *decays, dies away.* et c. 28. n. 14. Clavum radere commodissimum, &c. si sanguinis quoque aliquid emissum est, sæpe emoritur. ¶ Translate *Cic. Parad.* 2. Quorum laus emori non potest. *Cels.* l. 2. c. 10. Emoritur vis, si quæ supererat. *Quintil.* l. 12. c. 10. *ad fin.* Evanescunt hæc atque emoriuntur comparatione meliorum. *Ovid. de remed. amor.* v. 654. Perque gradus molles emoriatur amor. ¶ *Emoriens terra* apud *Curt.* l. 4. c. 7. est, quæ veluti mortua, nullam vim habet progignendi. ¶ In infinito olim fuit quartæ conjugat. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 124. Haud te sinam emoriri, nisi argentum mihi reddi-tur. *Terent. Eun.* 3. 2. 42. Risu omnes, qui aderant, emoriri. *were ready to die with laughter.*

EMORSUS, a, um, *bitten*, morsus. V. locum *Plinii* l. 24. c. 11. in *Alysson.*

EMORTUĀLIS DIES, quo quis mortuus est. *the day of one's death. Plaut. Pseud.* 4. 7. 139. Certum est mihi hunc emortualem facere ex natali die.

EMORTŬUS, a, um, adject. idem quod mortuus, *dead, senseless. Plaut. Pœn.* 4. 2. 18. Emortuo verba facere. *Id. Aulul.* 4. 5. 1. Emortuum ego me mavelim leto malo. *Plin.* l. 20. c. 9. Emortuos partus pellere. *Id.* l. 35. c. 10. *a med.* Ne emortuo lacte sanguinem lambat. *Plaut. Epid.* 1. 2. 14. Auxilium emortuum. *h. e.* quod nullum est.

EMŌTUS, a, um, *moved away, removed, ἀποκινηθεὶς*, loco motus, amotus, remotus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 493. emoti procumbunt cardine postes. et vers. 610. magnoque emota tridenti Fundamenta quatit. *Colum.* l. 3. c. 18. Quidquid emoti soli vineis præparatur, consuetudo repastinatum vocat. *Liv.* l. 27. c. 3. Milites emoti ædificiis. *removed, excluded. Senec.* controv. 13. *ante med.* Differabatur distortis manibus, emotis articulis. *dislocated. Virg.* 6. *Æn.* v. 332. His dictis curæ emotæ, pulsusque parumper Corde dolor tristi. *In formula voti* apud *Liv.* l. 41. c. 21. Pestilentia ex agro Romano emota. *Id.* l. 38. c. 47. *sub fin.* Antiochus ultra juga Tauri emotus. *Id.* l. 45. c. 15. Emotus Senatu. ¶ Commotus, turbatus. *Sil.* l. 17. v. 284. Venus emoti facie conterrita ponti. *stirred, disturbed, troubled, agitated. Senec. sub fin. de consol. ad Polyb.* Emota mens. *h. e.* insana. V. *Motus, a, um.*

EMOVĔO, es, ovi, otum, a. 2. *to move out of its place, remove, ἀπάγω, ἀποκινέω*, loco moveo, amoveo, removeo. *Liv.* l. 6. c. 38. Lictores, qui de medio plebem emoverent, misit. *Id.* l. 25. c. 1. Emovere e foro multitudinem. *Al. leg.* removere. *Id.* l. 45. c. 15. Senatu emovere aliquem. *Id.* l. 30. c. 23. Emotis Curia legatis. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 28. Novus morbus veterem emovit. ¶ Apud *Valer. Max.* l. 2. c. 4. n. 5. emovere flammam spiritu, est excitare. *to blow up.* ¶ Emovere labia apud *Nigid. apud Gell.* l. 10. c. 4. est in anteriorem partem movere, projectis labiis aliquid pronuntiare, ut cum dicimus *vos.* ¶ *Emostis* syncope est pro *emovistis. Liv.* lib. 37. cap. 53. *ad fin.* Ultra Tauri juga Antiochum emostis. Al. leg. *emovistis.* ¶ Reperitur etiam *exmoveo. Plaut. Trucul.* 1. 1. 59. Suum nomen omne ex pectore exmovit meo.

EMPANDA, paganorum dea, apud *Fest.* Alii dictam putant, quod patentibus pagis, non clausis more urbium, præesset. Alii a *pane dando*, et intelligi Cererem.

EMPEDŎCLES, is, m. Ἐμπεδοκλῆς, Philosophus Agrigentinus, de rebus naturalibus versibus scripsit, et egregium poema fecit. Dixit ex concordia et amicitia elementorum cuncta constare, eorum discordia et inimicitia dissipari et dissolvi. De ejus morte narrant, illum clam, relictis sociis, Ætnam Siciliæ montem ascendisse, et in ardentem ejus craterem se conjecisse, eo consilio, ut, cum nunquam appareret, crederetur factus esse immortalis, sed ejectis impetu ignis ferreis ejus crepidis, rem fuisse deprehensam. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 50. *de Amic.* c. 7. et *Horat.* l. 1. 2. 1. ep. v. 20. et *in ar. Poet.* v. 464.

EMPEDOCLĒUS, a, um, adject. Ἐμπεδόκλειος, ad Empedoclem pertinens. *Cic.* l. 2. *Q. Fr.* ep. 11. Si Sallustii Empedoclea legerit. Adde 1. *Tuscul.* c. 17. *extr.*

EMPENETĬCA, æ, f. ἐμπεινητική, ars strenue esuriendi. Ita legit *Turneb. Advers.* l. 13. c. 20. locum *Cœlii* l. 8. *Fam.* ep. 1. quem supra retulimus in *Embænetica.*

EMPĔTROS, i, *the herb saxifrage, or according to others samphire*, herba eadem quæ calcifraga. *Plin.* lib. 27. cap. 9.

EMPHĂSIS, is, f. *a remarkable stress laid upon a word or sentence, particular force impressed by style or pronunciation; emphasis, ἔμφασις*, significatio: Græca vox, ab ἐν, et φημὶ, dico, qua notatur Figura Oratoria, cum verba ponimus, quæ plus significent, quam eloquuntur, ut ait *Quintil.* l. 8. c. 2. Ejus duæ sunt species: altera, quæ plus significat, quam dicit, ut in illo *Virg. Æn.* 2. v. 262. *demissum lapsi per funem.* Nam sic altitudo equi Trojani demonstrata est. Altera quæ etiam id quod non dicit, ut *Cic. pro Ligar.* c. 5. *Si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non esset, quantam tu per te, per te, inquam, obtines: intelligo, quid loquar*, &c. *Quintil.* l. 8. c. 3. *sub fin.* ¶ A Cic. l. 3. *de Orat.* c. 53. Latine dicitur *ad plus intelligendum, quam dixeris, significatio*: et inter figuras sententiarum enumeratur. Adde *in Orat.* c. 40. *extr.* Etiam *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 53. *Significatio est*, inquit, *quæ plus in suspicione relinquit, quam positum est in oratione.* V. ibi cetera. ¶ Ipsa autem vox *Emphasis* Latinis litteris legitur apud *Quintil. locis cit.* Sic *Ascon. in Verr.* 2. c. 9. Magna emphasi *divitias* dixit: et significat breviter, &c.

EMPHRACTUM. V. *Embractum.*

EMPHRACTUS, a, um, *covered over*, undique tectus, ab ἐμφράσσω, obstruo, obturo: ut *emphractæ naves*, h. e. tectæ, apud *Ulpian. Dig.* l. 14. tit. 1. leg. 1. *a med.* ubi tamen alii aliter.

EMPHRAGMA, atis, n. obturamentum, obex, ab ἐμφράσσω, obstruo. Apud *Veget.* l. 1. *de re Veterin.* c. 47. est morbus, quo jumentorum intestina obstruuntur, *a disease in beasts of burden when their intestines are obstructed; an obstruction.*

EMPHYTEUMA, atis, n. ἐμφύτευμα, plantatio, insitio, et præcipue opera diligens ejus, qui *Emphyteuta* est circa fundum emphyteuticum, vulg. *melioratio*: Vox Græca ab ἐμφυτεύω, planto. *Imp. Zeno* lib. 4. *Cod. tit. ult.* qui *de Jure emphyteutico* inscribitur, *leg. ult.* ubi alii Græce, alii aliter.

EMPHYTEUSIS, is, f. ἐμφύτευσις, insitio, sive plantatio, a φυτεύω, planto. Apud JCtos est contractus juris civilis, *the renting of land upon condition to plant it; a possessing of land in copyhold*, quo prædium quoad dominium utile alicui ad longum tempus, vel in perpetuum conceditur, ea conditione, ut certam pensionem solvat. Olim agri inculti, ac minus fructiferi hoc modo dabantur, ut plantatione et cultu meliores utilioresque redderentur. Postea usus obtinuit, ut etiam agri fecundi in emphyteusim darentur. *Imp. Zeno loc. cit. in voce præced.* leg. 1. et 2.

EMPHYTEUTA, æ, m. *a copyholder*, qui fundum, vel agrum alicujus in emphyteusim acceptum colit. *Imp. Zeno loc. cit.* in *Emphyteuma.*

EMPHYTEUTICARĬUS, a, um, idem quod emphyteuticus, ut Jus emphyteuticarium, *Imp. Zeno loc. sup. cit.* ¶ *Emphyteuticarius, ii*, idem qui Emphyteuta. *Imp. Constantin.* lib. 11. *Cod.* tit. 62. leg. 1.

EMPHYTEUTĬCUS, a, um, adject. ad emphyteusim pertinens; ut Emphyteuticum prædium, *a copyhold estate*, *Impp. Diocl. et Maxim.* lib. 5. *Cod.* tit. 71. leg. 13. Emphyteuticum jus, *the law of copyhold, Imp. Zeno* lib. 4. *tit. ult. leg. ult. Macer Dig.* lib. 2. tit. 8. leg. 15. Qui vectigalem, vel emphyteuticum agrum possidet, possessor intelligitur.

EMPIRĬCE, es, *et* Emperica, æ, f. *skill in physic obtained by mere practice, empiricism*, Medicinæ pars, quæ sola experientia curat: ab ἐμπειρία, peritia. *Plin.* l. 29. c. 1. Alia factio (ab experimentis cognominant Empiricen) cœpit in Sicilia. *the sect of empirics. Marcell. in carm. de Medicina*, v. 6. Quod logos, aut methodus, simplexque emperica pangit.

EMPERĬCUS, i, m. *an empiric, quack, physician by practice only; one whose knowledge of medicine is derived from experience merely, without trusting to theory or science*, qui sola experientia medetur, ab ἔμπειρος, usu peritus. *Cels. in præfat.* Qui se ἐμπειρικοὺς ab experientia nominant. *Cic.* 4. *Acad.* c. 36. Nec eo tamen aiunt Empirici notiora esse illa, quia, &c. ¶ *Emperica, orum*, sunt Empericorum dogmata. *Plin.* l. 20. c. 12. Diodotus in Empericis. ¶ Multa de Empericis *Cels. in præfat.*

EMPLASTRATĬO, onis, f. *a grafting, inoculating*, unctio per emplastrum. Translate dicitur de arboribus, cum cortex eximitur inoculationis gratia, ut aptari queat cortex par ex altera arbore. *Plin.* l. 17. c. 16. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* et lib. 5. c. 11. et *Pallad. in Jun.* tit. 5. &c. V. *Inoculatio.*

EMPLASTRĀTUS, a, um, *engrafted*, emplastratione insitus. *Pallad. in Novembr.* tit. 7. *de pomis, sub fin.* Emplastratis pluribus gemmis.

EMPLASTRO, as, a. 1. *to graft, inoculate,* emplastratione inserere. *Colum.* l. 5. c. 11. *a med.* Alterius arboris, quam emplastraturus es, nitidissimum ramum eligito. Adde lib. 11. c. 2. *ante med.* et *Pallad. in Novembr.* tit. 7. *de pomis, sub fin.*

EMPLASTRUM, i, n. *a plaster, emplaster, salve,* ἔμπλαστρον, medicamentum, quod ex variis rebus conflatur, et exterius imponitur: ab ἐμπλάσσω, illino. Differt a malagmate, quod maxime ex floribus, eorumve surculis fit: emplastrum vero plerumque ex metallicis. Differt a pastillo, quia pastillus tantummodo ex aridis fit, emplastrum utique liquati aliquid accipit. Hæc *Cels.* l. 5. c. 17. Utuntur præterea hac voce *Plin.* sæpe, et *Scribon. Larg.* ¶ Ad hujus medicamenti similitudinem *emplastrum* dicitur, et *emplastratio* insitionis genus, quo gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam arbor recipit. *a plaster of clay or wax to lay on a graft.* Plura de ea *Colum.* l. 5. c. 11. *de arborib.* c. 26. *Plin.* l. 17. c. 16. et *Pallad. in Februar.* tit. 17. V. *Inoculatio.* ¶ Translate *Laber.* apud *Gell.* l. 16. c. 7. *extr.* Quid est jusjurandum? emplastrum æris alieni. *Gell. ibid.* notat, quosdam sui temporis semidoctos dixisse *emplastra, æ,* f.

EMPLECTON, i, n. *work well knit and couched together,* ἔμπλεκτον, ab ἐμπλέκω, implico, innecto, intexo, structuræ muri genus, in quo frontibus tantummodo expolitis, interiora temere farciuntur et replentur. *Plin.* l. 36. c. 22. *sub fin.* et *Vitruv.* l. 2. cap. 8.

EMPLEUROS, ἔμπλευρος, plena et bona latera habens. Vox Græca a πλευρὰ, latus: quæ legitur apud *Lucil.* cujus verba V. in *Mamphula.*

[* EMPNEUMATŌSIS, is, f. ἐμπνευμάτωσις, inflatio, morbi genus. *Cœl. Aurel. Chron.* l. 3. c. 8. Conjicienda etiam inflationis medela, quam Græci empneumatosin vocant. Adde *Marcell. Empir.* c. 20.]

EMPORETĬCA CHARTA, *coarse paper used by merchants in packing goods,* est in qua merces a mercatoribus involvuntur, quæ scribendo inutilis est: ab ἐμπορητικὸς, ad mercaturam pertinens. *Plin.* l. 13. c. 12. Nam emporetica inutilis scribendo, involucris chartarum, segestriumque in mercibus usum præbet, ideo a mercatoribus cognominata. *et mox.* Emporeticæ brevitas sex digitos non excedit.

EMPORITĀNUS, a, um, ad Emporias pertinens, quæ est urbs Hispaniæ Tarraconensis ad mare, quam *Liv.* l. 34. c. 9. describit. *Emporitani, orum,* sunt ejus urbis incolæ. *Id. ibid.* c. 16.

EMPORĬUM, ii, n. *a place where things are sold, mart, market, emporium, market-town,* ἐμπόριον, locus mercatus, forum nundinarium, ubi res venales exponuntur: ab ἔμπορος, mercator, vel ab ἐμπορέω, negotior. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 2. Cum per emporium Puteolanorum iter facerem. *Plin.* l. 6. c. 20. Perimulæ promontorium, ubi est celeberrimum Indiæ emporium. *Liv.* l. 35. c. 10. *extr.* Ædiles porticum unam posuerunt extra portam Trigeminam, emporio ad Tiberim adjecto. *a market-place.* (Adde lib. 41. c. 27.) *Plaut. Amph.* 4. 1. 4. Apud emporium, atque in macello, in palæstra, atque in foro quæritando.

EMPŎROS, i, m. ἔμπορος, *a merchant,* mercator. Græca vox, quæ Latinis scripta litteris legitur apud *Plaut. Merc.* 1. 1. 9. Hinc *Auson.* ep. 22. v. 28. Novusque pollet emporus.

EMPSĬTO. V. *Emptito.*

EMPTĬO, *et* Emtio, onis, f. *a buying, purchase,* ὠνή. *Cic. pro Cæcin.* c. 6. emptionem facere. *Id. Attic.* l. 12. ep. 3. Tres habet conditiones, aut emptionem ab hasta, aut delegationem, &c. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 34. Aspernari emptionem mancipiorum. *Sueton. in Aug.* c. 24. Imminere emptioni. *to be eager to buy. Id. ibid.* c. 98. Absumere pecuniam in emptionem mercium. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. *ante med.* emptio equina similis fere, ac boum, et asinorum. *Gell.* l. 12. c. 12. *extr.* Competitores emptionis. *Plin.* l. 33. c. 3. emptiones, quæ mancipii sunt. V. *Mancipium.* ¶ Apud *Scævol. Dig.* lib. 32. *leg. pænult.* et *Ulpian.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. *sub fin.* emptiones sunt tabulæ, seu instrumenta emptionum, *inventories.* ¶ Formulam veterem emptionis ovium habes apud *Varron.* l. 2. *R. R.* c. 2. suum, cap. 4. boum, cap. 5.

EMPTIONĀLIS, le, adject. *Cic.* l. 7. *Fam.* ep. 29. Si inter emptionales senes venale proscripserit. Sed legendum est *Coemptionales;* quam vocem V. suo loco. Dicitur tamen legi non semel *in Codice Justin.*

EMPTITĀTUS, a, um, adject. frequent. *purchased. Colum.* l. 8. c. 10. *ad fin.* Ternis denariis singulis emptitati.

EMPTITĬUS, *et* Empticius, a, um, *that is or may be bought or hired for money,* qui est de numero eorum, quæ empta sunt, vel emi solent. *Varr.* l. 3. *de R. R.* c. 2. Hic aprum glans cum pascit emptitia, facit pinguem: illic gratuita exilem. *Petron. in fragm. Tragur.* cap. 47. *Burm.* Servus emptitius.

EMPTĬTO, *et* Emtito, as, a. 1. *to be in the habit of buying, buy often,* frequenter emo. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 41. Qui talem operam emptitasset, vendidissetque. *Plaut. Cas.* 2. 5. 39. Non ego istud verbum titivilitio emptitem. Alii leg. *empsitem.* Plures *emissim titivilitio. h. e.* emerim. Adde *Plin.* l. 6. ep. 19.

EMPTĪVUS, a, um, emptitius. *Emptivus miles* est mercenarius. *Festus.*

EMPTOR, *et* Emtor, ris, m. *a buyer, purchaser,* ὠνητὴς, qui emit. *Cic.* 3. *Offic.* c. 12. Ne quid omnino, quod venditor norit, emptor ignoret. *Id.* 2. *Q. Fr.* ep. 2. Tusculano emptor nemo fuit. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 167. Emptor Aricini quondam, Veientis et arvi, Emptum cœnat olus. *Id.* l. 1. sat. 2. v. 88. Emptor hians. *Id.* l. 3. od. 6. v. 32. Emptor pretiosus. *h. e.* qui magno pretio res coemit. *Sallust. in Jug.* c. 39. *extr.* Urbem venalem, et mature perituram, si emptorem invenerit. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 128. Invendibili merce, oportet ultro emptorem adducere: proba merx facile emptorem reperit, tametsi in abstruso sita est. ¶ *Emptores bonorum* sunt sectores, qui damnatorum, debitorum, et proscriptorum bona sub hasta venalia emunt: *purchasers of proscribed goods:* quod genus hominum semper male audivit. *Cic. pro Quint.* c. 15. *extr.* et *Sallust.* apud *Gell.* l. 18. c. 4. ¶ *Emptor familiæ* erat emptor imaginarius, qui adhibebatur in illo testamenti genere, quod *Gell.* l. 15. c. 27. appellat *per emancipationem familiæ,* seu per æs, et libram, in quo testator cuipiam res et familiam suam imaginaria venditione alienabat, hicque ære ac libra adhibita emere se simulabat, ob id solum, ut testator vivens quodammodo alienasse videretur, quæ demum post mortem ejus is, qui tum fictum emptorem agebat, tanquam legitimus heres acciperet. Aliquando tamen hujusmodi emptor alius erat ab herede, ut in testamento Augusti, de quo *Sueton. in Ner.* c. 4. Ex hoc Domitius nascitur, quem emptorem familiæ pecuniæque in testamento Augusti fuisse, mox vulgo notatum est.

EMPTRIX, *et* Emtrix, icis, f. quæ emit. *Modestin. Dig.* lib. 21. tit. 2. leg. 63. Cum emptrix non provocaverit.

EMPTURĬENS, entis, cupiens emere. *Varr. in proœm.* l. 2. *de R. R.* Propterea quod te empturientem in campos macros ad mercatum adducunt crebro pedes.

EMPTUS, *et* Emtus, a, um, *bought, purchased,* pretio comparatus, coemptus. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 168. emptum cœnat olus: emptis Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 20. Servi pretiis maximis empti. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 165. Femina procedit densissima crinibus emptis. *false, borrowed. Id.* 1. *Amor.* el. 10. v. 39. Turpe reos empta miseros defendere lingua. *hired. Sueton. de Grammat.* c. 13. Staberius hero suo emptus de catasta. *Id. in August.* cap. 64. Caium, et Lucium adoptavit domi, per assem et libram emptos a patre Agrippa. V. *Emancipatio,* et *Mancipium.* ¶ Translate est largitione corruptus. *bribed. Cic. Attic.* l. 16. ep. 15. Cum eam defendere cœpisset, non modo deseruit emptus pecunia, sed etiam evertit. *Id. in Pison.* c. 15. Duo tribuni plebis de lapide empti. V. *Lapis. Id. Attic.* l. 1. ep. 18. Emptum judicium. ¶ *Ex empto,* aut *vendito* aliquid agere, apud JCtos est ex contractu emptionis, aut venditionis agere. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 30. Quæ ex empto aut vendito, conducto aut locato, contra fidem fiunt. *Paul. Dig.* lib. 21. tit. 2. leg. 18. Ex empto conveniri. *Ulpian.* lib. 17. tit. 1. leg. 14. Teneri Judicio ex empto. *et ibid.* Ex empto obligatus. *Id.* lib. 10. tit. 1. qui *de actionib. empti, et venditi* inscribitur, leg. 14. Ex empto actione is, qui emit, utitur. ¶ Translate *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 55. Empta dolore voluptas. *h. e.* comparata, *procured.* et ep. 18. v. 48. pulmenta laboribus empta. *gained, gotten. Lucan.* l. 10. v. 107. Pax empta donis. et lib. 7. v. 282. aut emptum minimo vult sanguine quisquam Barbarus Hesperiis Magnum præponere rebus? *would any barbarian shed a single drop of blood for,* &c. *Virg.* 10. *Æn.* v. 503. Turno tempus erit, magno cum optaverit emptum Intactum Pallanta. *Sil.* l. 5. v. 601. seroque emptum volet impia Roma Non violasse, &c. ¶ Ad scriptionem quod attinet, qui *emptus* inserto *p* scribunt, nituntur antiquis Lapidibus ac monumentis, quæ multo plura sunt, quam quæ sine *p* exhibent, ut vel ipsi *Dausqu.* et *Cellar.* fatentur, quamvis hi conjuncti cum aliis multis Criticis ipsum *p* extritum velint. Nam tribus, aut quatuor pro se allatis lapidibus addunt auctoritatem Grammaticorum veterum, *Terentii Scauri,* et *Marii Victorini,* quibus *p* supervacua videtur. Addunt et rationem, quod ea littera in præsenti verborum *emo, sumo, como, demo* nulla sit: nullam ergo ne in supinis quidem esse debere. Quæ omnia id efficiunt, ut qui *emtus, sumtus, comtus* scribit, reprehendi non debeat. Sed qui antiquitatis consensum sequetur, quæ frequentius *emptus* &c. exhibet, mihi videtur laudandus magis.

EMUCĬDUS, idem quod mucidus. V. *Ejuncidus.*

EMUGĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to bellow out, cry or speak aloud,* ἐκμυκάομαι, idem quod mugio, vel cum mugitu profero. *Quintil.* l. 2. c. 12. *a med.* Clamant ubique, et omnia, levata (ut ipsi vocant) manu, emugiunt. *Sever. in Ætna,* v. 294. et longas emugit buccina voces.

EMULGĔO, es, ulsi, ulctum, a. 2. *to milk out, drain,* ἐξαμέλγω, mulgeo, mulgendo tollo. *Colum.* l. 7. c. 3. *a med.* Sed priusquam hoc fiat, exiguum emulgendum est, quod pastores colostram vocant.

EMULSUS, a, um, nom. ex particip. ab emulgeo. *Catull. carm.* 67. v. 110. *ad Manl.* Siccari emulsa pingue palude solum. *h. e.* exhausta.

EMUNCTĬO, onis, f. *a wiping of the nose,* actus emungendi. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Cum emunctio etiam frequentior non sine causa reprehendatur.

EMUNCTUS, a, um, emungendo purgatus, et dicitur proprie de naribus. Hinc translate *emunctæ naris homo* dicitur, qui est acris ingenii, ac judicii, solers, perspicax, acutus ad indagandum, dijudicandum, intelligendum: *of a correct taste; of a quick or nice discernment:* ducta ex eo metaphora, quia emunctæ nares acriorem sensum habent, et acutius distinctiusque odorantur. *Phædr.* l. 3. fab. 3. v. 4. Æsopus naris emunctæ senex, Natura nunquam verba cui potuit dare. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 7. *de Lucilio.* facetus, Emunctæ naris, durus componere versus. Nisi malis legere: *Emunctæ naris durus componere versus.* hoc est durus in componendis versibus emuncta nare factis. Ceterum etiam *acutæ naris,* et *obesæ naris homo* (de quibus V. in *Naris*) ad ingenium transferuntur. *Donat. ad Terent. Phorm.* 4. 4. 1. *emunctæ naris* interpretatur elegantem, et facetum: quasi ducatur metaphora ex eo, quod qui elegantiæ student, et munditiei, nunquam non emunctas nares habent. Sed hæc ad *Horatii,* aut *Phædri* sententiam non faciunt. ¶ Præterea *emunctus* dicitur, cui aliquid ablatum est, spoliatus, fraudatus, exhaustus. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 15. Sic miserum me auro esse emunctum! *cheated, bilked, choused. Horat. in art. Poet.* v. 238. audax Pythias emuncto lucrata Simone talentum. ¶ Item qui in dicendo pressus est, et purgata, nitida, nihilque supervacui aut sordidi habente oratione utitur: ducta translatione ab emunctis naribus, et sordium vacuis. *Quintil.* l. 12. c. 10. Attici limati quidem, et emuncti, nihil inane, aut redundans ferebant: Asiana gens tumidior alioqui, atque jactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata est.

EMUNDATĬO, onis, f. actus emundandi. *Tertull. de Baptism.* c. 5. et lib. 4. *advers. Marcion.* c. 9.

EMUNDĀTUS, a, um, adject. *cleansed, cleaned. Colum.* l. 3. c. 15. Seritur ergo prius in emundata pastinatione. *Id.* l. 11. c. 2. *a med.* Torcularia et fora diligenter emundata, lotaque.

EMUNDO, as, avi, atum, a. 1. *to clean, cleanse,* ἐκκαθαρίζω. *Colum.* l. 2. c. 15. Quædam pluviis diebus, ut bubilia, et ovilia, debent emundari. *Id.* l. 8. c. 4. Pulvere et cinere gallinæ plumas, pennasque emundant. *Id.* l. 11. c. 2. *post initium.* Emundare segetes. et lib. 12. c. 23. vinum. *h. e.* a fæcibus purgare. et cap. 50. *a med.* fæces et amurcam.

EMUNGO, is, nxi, nctum, a. 3. *to wipe the nose,* ἀπομύττω, nares purgo. *Varr.* apud *Non.* c. 7. n. 111. Eam sunt consecuti corporis siccitatem, ut neque spuerent, neque emungerentur. Localiter *Plaut. Cas.* 2. 6. 39. At tu ut oculos emungare ex capite per nasum tuos. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 54. Ut si salsamentarii filio dicas: quiesce tu, cujus pater cubito se emungere solebat. *scil.* hujusmodi artifices, cum sordentes habeant semper manus, si quando nares emungere opus est, cubito id facere coguntur. (Adde *Sueton. in vita Horatii.*) *Juvenal.* sat. 6. v. 146. Jam gravis es nobis, et sæpe emungeris: exi. *h. e.* vetula es, et pituita, stiriaque nasi laboras. ¶ Translate est fraudare, spoliare, fraude extorquere. *to cheat, chouse. Terent. Phorm.* 4. 4. 1. Emunxi argento senes. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 50. Emungam hercle hominem probe hodie. ¶ *Emunxti* syncope pro *emunxisti* legitur apud *Plaut. Mostell.* 5. 1. 59. [¶ Particip. *emungens* apud *Sueton. in vit. Horat.* Quoties ego vidi patrem tuum cubito emungentem?]

EMUNĬO, is, ivi, *et* ii, itum, a. 4. *to fortify, fence, enclose, secure,* καταφράττω, idem quod munio, vel probe munio. *Colum.* l. 5. c. 6. *a med.* Vites ab injuria pecoris caveis emuniri. *Senec.* l. 1. *de Clem.* c. 19. In adscensum arduos colles emunire. *Virg.* 8. *Æn.* v. 227. fultosque emuniit objice postes. ¶ *Emunire silvas* est purgare, pervias facere, et itineri aptas: *Emunire paludes,* siccare, et calcabiles reddere: quo sensu etiam *munire vias* dicimus. *Tacit. in Agric.* c. 31. Corpora ipsa ac manus silvis ac paludibus emuniendis, verbera inter ac contumelias conterunt. ¶ *Emunire toros* apud *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 518. est insternere, et discumbendi gratia parare. ¶ Translate *Senec.* l. 3. controv. 17. *a med.* Olim jam adversum hunc metum emunivit animum.

EMUNĬTAS, atis, f. immunitas. Usus est *Tertull. de Resurr.* c. 58. ubi alii aliter leg.

EMUNĪTUS, a, um, adject. *fortified, fenced, secured,* καταφρακτός. *Liv.* l. 24. c. 21. *extr.* Locus arcis in modum emunitus. *Id.* l. 21. c. 7. Murus supra ceteræ modum altitudinis emunitus. *Colum.* l. 1. c. 6. *a med.* Sic emunita sola, et latera horreorum prohibent curculionem. *h. e.* tectorio convestita, et amurca perfusa. *Liv.* l. 26. c. 46. Locus opere emunitus.

EMUSCO, as, a. 1. *to rid or clear from moss,* muscum adimo, purgo. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* Oleæ putantur, et emuscantur. Al. leg. *muscantur.*

EMUSSITĀTUS, *made or wrought by rule, made exactly,* adamussim factus. *Fest.* Adde *Plaut. Mil.* 3. 1.

38. ut quidem legit *Non.* c. 1. n. 28. et cap. 6. n. 48 et alii. Reponunt plerique omnes *amussitatus.* Est enim ab *amussis.*

EMUTĀTUS, a, um, adject. mutatus, *changed.* *Quintil.* l. 8. c. 2. *ad fin.* Emutatis in perversum dictis.

EMUTĬO, is, n. 4. *to mutter, make a noise like one that is dumb,* γρύζω, sileo. *Plaut. Merc.* 5. 2. 55. Etiam emutis? omnia commonstrabo. Ita quidam Lexicographi. At meliores libri habent, *etiam mutuis?* quod etiam magis consonum iis, quæ ibi dicuntur.

EMŪTO, as, avi, atum, a. 1. *to change,* idem quod muto. *Manil.* l. 5. v. 149. appositis caput emutare capillis. V. etiam locum *Quintil.* in *Emutatus.*

EMȲDES, um, f. ἐμύδες, a Græcorum nonnullis appellatur genus testudinum in dulci aqua viventium. *Plin.* l. 32. c. 4.

E N

EN, adverb. *lo! see! behold!* ἠνί, ecce: factum per apocopen a voce Græca allata. *Cic. pro Deiot.* c. 6. En crimen, en causa, cur regem fugitivus, dominum servus accuset. *Id. Fam.* 13. ep. 15. En, hic ille est de illis maxime, qui irridere me solitus est. *see, this is he,* &c. *Plin.* l. 21. c. 3. *sub fin.* En, ego sum illa, quam, &c. *Virg. Ecl.* 1. v. 72. En, quo discordia cives Perduxit miseros. *Id. Ecl.* 6. v. 70. hos tibi dant calamos, en accipe, Musæ. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 82. En, excetra tu, quæ tibi amicos tot habes, &c. ¶ Cum accus. *Virg. Ecl.* 5. v. 67. En quatuor aras, Ecce duas tibi, Daphni. *Plaut. in Suppos. Amph. scena, quæ incipit.* Di vostram fidem! vers. 54. En tectum, en tegulas, en obductas fores. ¶ Aliquando est hortantis, excitantis. *Virg.* 3. *Georg.* v. 42. en age segnes Rumpe moras. Adde *Sil.* l. 3. v. 179. ¶ Aliquando admonentis. *Virg.* 4. *Æn.* v. 534. En, quid ago? rursusne procos invisa priores Experiar? ¶ Interdum irridentis, et per ironiam loquentis. *Cic.* 3. *Verr.* c. 37. Hæc est istius præclara tutela. En, cui tu liberos committas: en memoria mortui sodalis: en metus vivorum existimationis. ¶ Et admirantis. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. En, ibi tu quicquam nasci putas posse, aut coli natum? ¶ Jungitur et ipsis verbis. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. En mediocri me dolore putas affici, cum, &c. Al. leg. *Et.* ¶ Et quibusdam adverbiis. *Id.* 3. *Phil.* c. 9. En, cur magister ejus ex oratore arator factus sit. *Al. leg.* Hem. *Id. pro Sext.* c. 27. En cur ceteri reges arbitrentur, &c. ¶ *En unquam* est ecquando, unquamne? *Liv.* l. 9. c. 10. En unquam futurum, ut congredi armatis cum Samnite liceat? *Virg. Ecl.* 8. v. 7. en erit unquam ille dies? Adde *Ecl.* 1. v. 68. et *Terent. Phorm.* 2. 2. 15. et 2. 3. 1. ¶ *En ecce* pleonasmus est: et majorem tamen habet vim demonstrandi. *Senec. in Œdip.* v. 1004. En ecce, rapido sæva prosiluit gradu. Sic Græci ἠνὶ ἰδοῦ, [† ἠνίδε,] aut ἠν' ἰδοῦ. Simile est illud *Ovidii* 3. *Metam.* v. 283. tostos en aspice crines. ¶ Quod legitur a quibusdam *Aspis en Argo* apud *Hygin. sub fin.* fab. 170. sunt ea Græca verba (si sana est lectio) Latine scripta, Ἀσπὶς ἐν Ἄργῳ, vel ut alii emendant, Ἀσπίδος, et illud *en* valet *in* præpositionem.

ENALLĂGE, *a figure of rhetoric, whereby some change is made in the common modes of speech; enallage,* ἐναλλαγή, scil. permutatio; figura est, qua pars pro parte ponitur, vel accidentia partium permutantur, ut *vivere* pro *vita, nullus* pro *non,* &c. Sed vox Græca est, et Græce adhibenda.

ENARRABĬLIS, le, *that may be declared or explained,* qui enarrari, seu dici potest. *Quintil.* l. 6. c. 3. (*al.* 4.) *sub init.* Non ratione aliqua, sed motu quodam, nescio an enarrabili, judicatur. *Virg.* 8. *Æn.* v. 625. clypei non enarrabile textum. Adde *Senec.* epist. 121. *a med.*

ENARRĀTE, *explicitly,* enarrando, explicando. *Gell.* l. 13. c. 12. Id ipsum postea in M. Varronis libro enarratius scriptum invenimus. *h. e.* fusius, explicatius, apertius. et lib. 10. c. 1. Quod Varro breviter et subobscure, Tiro Tullius enarratius scripsit.

ENARRATĬO, onis, f. *a plain declaration, minute exposition or interpretation,* actus enarrandi, explicatio. *Quintil.* l. 2. c. 5. Exigitur a Grammaticis Poetarum enarratio. Adde lib. 1. c. 4. (*al.* 5.)

ENARRĀTOR, oris, m. *one who declares or explains,* qui enarrat atque interpretatur. *Gell.* l. 13. c. 30. Satyrarum M. Varronis enarrator. et lib. 18. c. 4. enarrator Sallustii. et cap. 6. Idonei vocum antiquarum enarratores.

ENARRO, as, a. 1. *to tell at length, tell from beginning to end, relate fully, particularize, rehearse, declare, narrate,* ἐξηγέομαι, idem quod narro, vel plene planeque narro. *Terent. Adelph.* 3. 2. 53. Abi, atque Hegioni rem enarrato omnem ordine. *Cic. pro Marcell.* c. 2. Nulla est dicendi tanta vis, quæ non dicam exornare, sed enarrare, C. Cæsar, res tuas gestas possit. *Id.* 1. *de Divin.* c. 26. enarrare alicui somnium. ¶ Est etiam explicare, interpretari quæ intellectu difficilia sunt, pluribus verbis exponendo, quæ sunt dicta breviter. *Plin.* l. 36. c. 13. *de labyrintho.* Positionem operis ejus, singulasque partes enarrare non est. *to describe, expound, explain.* *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Si Grammaticus historias exponat, poemata enarret. *Gell.* l. 18. c. 9. Varronem quoque hunc versum Plauti sic enarrasse. *Id.* l. 13. c. 10. Ad enarrandam et illustrandam linguam Latinam. Adde lib. 3. c. 16.

ENASCOR, eris, atus sum, dep. 3. *to spring from, grow up, grow or spring out of a thing, be born of,* ἐκφύομαι, idem quod nascor, orior, nascendo exeo. *Varr.* l. 1. *R. R.* cap. 41. E quibus enasci coliculi vix queunt. *Tacit. Ann.* 2. c. 14. Enata humo virgulta. *Sueton. in Aug.* c. 94. Soboles ex arbore enata. *Id. in Domit. in fi.* Gibba enata pone cervicem. *Plin.* l. 28. c. 8. Crocodilea illita molestias in facie enascentes tollit. *Id.* l. 11. c. 37. *post init.* Cornua ceterorum ossibus adhærent, cervorum tantum cutibus enascuntur. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. Enati ex mento duo dentes. *Curt.* l. 2. c. 8. *extr.* Enata medio alveo insula.

ENĀTO, as, avi, atum, a. 1. *to swim out, swim to land, escape by swimming,* ἐκνήχομαι, natando evado. *Hirt. de B. Alex.* c. 18. Se in mare præcipitaverunt, et octingentorum passuum intervallum ad oppidum enataverunt. *Horat. in ar. Poet.* v. 20. si fractis enatat exspes Navibus. ¶ Translate *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 31. Reliqui habere se videntur angustius: enatant tamen. *h. e.* se expediunt. *they extricate or disentangle themselves.*

ENĀTUS. V. *Enascor.*

ENAVIGĀTUS, a, um, *sailed over or through,* navi trajectus. *Plin.* l. 9. cap. 3. Vastus sinus, duodecim dierum et noctium remigio enavigatus.

ENAVĀTUS, a, um, adject. diligenter confectus, *achieved.* *Tacit.* l. 3. *Hist.* c. 74. Præmia enavatæ operæ petebant. Vulgati libri multi habent, *navatæ.*

ENAVĬGO, as, avi, atum, a. 1. *to sail out of, sail through or over,* ἐκπλέω, navigando exeo, vel trajicio. *Plin.* l. 6. c. 17. *a med.* Alexandrum nullo die minus stadia sexcenta navigasse in Indo, nec potuisse ante menses quinque enavigare. *Horat.* l. 2. od. 14. v. 11. Unda omnibus enaviganda. *Sueton. in Tiber.* c. 11. Tantum non adversis tempestatibus Rhodum enavigavit. *reached.* *Scævola Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 122. enavigare de loco aliquo. ¶ Translate *Cicer.* 4. *Tuscul.* cap. 14. ex quibus, tanquam e scrupulosis cotibus, enavigavit oratio. *hath escaped or got out of.*

ENCÆNĬA, orum, n. *feasts celebrated annually on the days on which cities were built,* ἐγκαίνια, festus dies propter dedicationem alicujus novi operis celebratus: a καινός, novus. Usus est *Augustin.* tract. 84. *in Joann.* ubi ait. Quandocumque novum aliquid fuerit dedicatum, encænia vocantur. Jam et usus habet hoc verbum: si quis nova tunica induatur, encæniare dicitur, &c. Habet et *Quintil.* l. 7. c. 2. sed Græce.

ENCÆNĬO. V. in voce præced.

ENCARDĬA, f. gemma, in qua cordis effigies eminet: a καρδία, cor. *Plin.* l. 37. c. 10.

ENCARPI, orum, m. ἔγκαρποι, apud *Vitruv.* l. 4. c. 1. dicitur florum, frondiumque, et pomorum implexus, atque contextus, ornatus causa alicubi pictus, vel sculptus. Encarpis, inquit, pro crinibus dispositis frontes ornaverunt. *festoons; ornaments of carved work in the form of a wreath or garland of flowers, or leaves twisted together, or clusters of fruit, and engraven on the chapiters of pillars.* Est a καρπός, fructus.

[*ENCATHESMA, atis, n. ἐγκάθεσμα, collectio humoris. *Apul. de herb.* c. 38. n. 4. Hæc omnia teres, et encathesmatis impones. *Encathesmatis* est pro *encathesmatibus.*]

ENCAUSTĬCUS, a, um, *relating to the art of enamelling,* ἐγκαυστικός, ad encaustum, picturæ genus pertinens. *Plin.* l. 35. c. 11. Aliquanto vetustiores encausticæ picturæ exstitere. ¶ *Encaustica, æ,* absolute, est ipsa ratio encaustica pingendi, *the art of enamelling or variegating with colours fixed by fire,* ἐγκαυστική. *Id. ibid. paulo post.* Quod profecto non fecisset, nisi encaustica inventa.

ENCAUSTUS, a, um, *burnt in,* ἔγκαυστος, inustus: ab ἐγκαίω, inuro. Dicitur de picturæ genere a Veteribus artificibus usurpato, *enamel; a kind of picture done with fire:* quod triplex fuit, ut *Plin.* l. 35. c. 11. *sub fin.* docet: unum, quo pingebant ceris discoloribus tabulæ illitis, et igne admoto candefactis: alterum, quo stilo ferreo igne candefacto imagines faciebant in ebore: tertium, resolutis igni ceris, et penicillo inductis: quæ pictura in navibus nec sole, nec sale, ventisque corrumpitur. Hoc tertium genus (de quo verba facit etiam *Vitruv.* l. 7. c. 9.) distabat a primo in eo, quod in hoc tertio illinebant penicillo ceras igne liquefactas, deinde postquam refrixissent, rursus igne admoto æquabant, poliebantque: in illo ceras frigidas sine penicillo inducebant in tabulas cestro, seu viriculo insculptas, vel postquam induxissent, viriculo figuras insculpebant: deinde inurebant, et poliebant. De primo genere intelligendum est illud *Ovid.* 3. *Fast.* v. 831. Quique moves cælum, tabulamque coloribus uris! De primo item vel de tertio illud *Auson. in epigram.* n. 26. ceris inurens januarum limina. Verum hoc totum artificium jampridem usu desiit. *Martial.* l. 4. epigr. 47. Encaustus Phaeton tabula depictus in hac est. Quid tibi vis, dipyron qui Phaetonta facis? *Plin. loc. cit.* Encausta pingere, et docere. et Encausto pingendi duo genera, &c. ¶ *Imp. Leo* lib. 1. *Cod.* tit. 23. leg. 6. sacrum encaustum appellat confectionem coloris ex *cocto murice,* et *conchylii triti ardore,* quo utebantur Imperatores in suis rescriptis subscribendis.

ENCAUTARIUM, ii, n. tabularium, libri publici censuales civitatum, et provinciarum, in quibus scriptum erat encauto. *Impp. Gratian. Valentinian. et Theodos.* l. 13. *Cod. Theodos.* tit. 10. *leg. ult.*

ENCAUTUM, i, n. genus scripturæ, quæ fit per adustionem, et cestrum: a καίω, uro, a quo et καυστός fit, et καυτός. Eo utebantur rectores provinciarum in subscribendo. *Imp. Constantin.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 16. leg. 4. Rectores provinciarum manu propria perscribant, atque encauto nomina adnectant. *Id. ibid.* lib. 7. tit. 20. leg. 1. Encauto et cerussa conscribere.

ENCELĂDUS, i, m. Ἐγκέλαδος, filius Terræ, et Tartari, Gigantum maximus, quem Jupiter fulmine ictum Ætnæ monti supposuit, cujus corpore semiusto, pars ea, quæ vivit, ignem spirat præ ira ac furore. *Virg.* 3. *Æn.* v. 578. *Hygin. in præfat.* et *Claudian. in Edyll. de piis fratrib.* v. 32.

ENCHIRIDĬON, ii, n. *a manual or small book such as may be carried in the hand,* ἐγχειρίδιον, manuale, exiguus quivis libellus: ab ἐν, et χείρ, *manus,* quia manu nullo negotio circumferri potest. Exstat hujusmodi libellus *Augustini* ad Laurentium inscriptus. *Pomponius* quoque JCtus opusculum hoc nomine inscripsit, ut habetur *in lemmate legis* 2. tit. 2. lib. 1. *Digest.* ¶ Item gladiolus chirurgorum, *a lancet.* Sic enim Eruditi interpretantur in vet. Lap. apud *Gruter.* pag. 70. n. 8. *Murator. Donium* class. 1. n. 81. Græce quoque eodem sensu usurpatur.

ENCHORĬUS, a, um, regionalis, indigena, ἐγχώριος, Vox Græca, a χώρα, regio. Latinis litteris scripta legitur apud *Philargyr.* ad 4. *Georg.* v. 298.

[†ENCHUSA, æ, f. ἔγχουσα, *a kind of bugloss.* *Plin.* 22. 20.]

ENCHȲTUM, i, n. ἔγχυτον, genus placentæ, cujus meminit *Cato R. R.* c. 80. quæ ita dicta videtur, quod liquidior esset, et aliis cibis infunderetur: vel quod liquido ungüine perfunderetur: ab ἐγχέω, infundo. Al. leg. *encytum.*

ENCLĬMA, atis, n. ἔγκλιμα, inclinatio, curvatura, clima: ab ἐγκλίνω, inclino. *Vitruv.* l. 9. c. *ult.* Hemicyclium excavatum ex quadrato, ad enclimaque succisum Berosus dicitur invenisse.

ENCLITĬCUS, a, um, ἐγκλιτικός, inclinans, ut Conjunctiones encliticæ, (*enclitics,*) *que, ve, ne,* quoniam accentum a se inclinant, apud Grammat.

ENCOLPĬÆ, arum, m. *wind supposed to arise out of creeks and nooks,* ἐγκολπίαι, venti, qui e mari veniunt per sinus: a κόλπος, sinus. *Apul. de Mundo.* Habet etiam *Senec.* l. 5. *quæst. nat.* c. 8. sed Græce.

ENCOMBOMĂTA, um, n. *petticoats, kirtles,* ἐγκομβώματα, ab ἐγκομβόω, nodo constringo, significat genus vestis, quæ nodo substringebatur corpori. *Pollux* l. 4. c. 18. recenset inter ornatus Comicos servorum his verbis: Τῇ δὲ τῶν δούλων ἐξωμίδι καὶ ἱματίδιόν τι πρόσκειται λευκὸν, ὃ ἐγκόμβωμα λέγεται, ἢ ἐπίῤῥημα. *Varr.* apud *Non.* c. 14. *n. ult.* Ut puellæ habeant potius in vestitu chlamydas, encombomata, ac parnacidas, quam togas.

[*ENCOMIOGRĂPHUS, i, m. ἐγκωμιόγραφος, qui elogium, vel laudationem scribit. *M. Aurel.* apud *Fronton. ad eumdem* l. 12. ep. 1. Encomiographos istos audimus.]

ENCRINOMĔNOS, m. ἐγκρινόμενος, hoc est secretus, egregius, eximius, præ ceteris probatus: ab ἐγκρίνω, secerno, segrego: nomen est statuæ æreæ ab Alcamene Phidiæ discipulo factæ, qua pentathlon repræsentabatur. *Plin.* l. 34. c. 8.

ENCYCLĬOS, ii, ἐγκύκλιος, orbicularis, circularis: a κύκλος, orbis, circulus. *Encyclios disciplina,* Græca dicendi ratione, est doctrina ex omnium scientiarum cognitione collecta, quæ et ἐγκυκλοπαιδεία dicitur. *a circle of learning or of the sciences; an encyclopædia, encyclopedy.* *Vitruv. in præfat.* l. 6. Disciplina, quæ non potest esse probata sine litteratura, encyclioque doctrinarum omnium. Adde lib. 1. c. 1. *a med.*

ENCȲTUM. V *Enchytum.*

ENDELECHĪA. V. *Entelechia.*

ENDIĂDYS, *vel* Hendiadys. *a figure of speech, when, by means of a conjunction, two things are expressed where one only is meant,* apud *Serv. ad* 1. *Æn.* v. 65. est vox male conflata ex Græcis vocibus ἓν διὰ δυοῖν, *unum per duo,* quibus significatur figura Poetica, qua unum per duo nomina exprimitur, seu in duo dividitur, ut cum ait *Tibull.* l. 1. el. 7. v. 13. Tum succos herbasque dedi. *h. e.* succos herbarum. et *Virg.* 2. *Georg.* v. 192. pateris libamus et auro. *h. e.* pateris aureis. et 2. *Æn.* v. 627. ferro et bipennibus. *h. e.* bipennibus ferreis. et 1. *Æn.* v. 653. pallam signis auroque rigentem. *h. e.* aureis signis. et 3 *Æn.* v. 223. ipsumque vocamus In prædam partemque Jovem. *h. e.* in partem prædæ. et 1. *Æn.* v. 65. molemque et monte insuper altos Imposuit. *h. e.* molem montium. et 1. *Georg.* v. 56. maculis insignis et albo. *h. e.* albis maculis. et lib. 11. *Æn.* v. 554. libro et silvestri subere clausam, *h. e.* libro suberis. Sic apud *Quintil.* l. 8. c. 5. *a med.* Clavus e purpuræ loco insertæ. *h. e.* clavus purpureus. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 251. Placare deos precibus et murmure longo *h. e.* precibus submissa voce conceptis. Adde *Virg.* 4. *Æn.* v. 734. *Senec. in Agam.* v. 988. *Sil.* l. 3. v. 388.

Lucil. l. 29. apud *Non.* c. 4. n. 392. tecta et testudines. *h. e.* tecta testudinea. *Cic.* quoque est hoc modo locutus aliquando: v. gr. *Tuscul.* 3. c. 18. *extr.* Hunc sertis redimiri jubebis et rosa.

ENDO, præposit. a priscis Latinis usurpata pro *in:* vel ab ἐν τῷ, vel ab ἔνδον, intus. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 8. Quos endo cælo merita vocaverint. Al. aliter leg. *Enn.* apud *Gell.* l. 12. c. 4. endo foro lato, sanctoque senatu. Al. leg. *indu*, quod idem est. V. *Indu. Id.* apud *Charis.* l. 4. pag. 249. *Putsch.* et *Auson.* in *Monosyll.* seu *Grammaticomast.* v. 18. endo suam do. *h. e.* in suam domum. *In veteri rogatione* apud *Gell.* l. 5. c. 19. Uti ei vitæ necisque in eo potestas siet, uti pati endo filio est. *Et in veteri lege, ibid.* l. 20. c. 1. *a med.* Ni quis endo em jure vindicit. *h. e.* in eum. *Lucret.* l. 2. v. 1094. Endo manu. et lib. 4. v. 773. Endo statu. et l. 6. v. 890. endo mari. *Festus:* Endo procinctu.

ENDOCŒPTUS, a, um, inceptus. *Nævius* apud *P. Merul. ad fragm. Ennii*, pag. 192. Endocœpta per se temeriter face missa.

ENDOGRĔDI, *to enter*, idem quod ingredi, ab *endo*, et *gradior. Lucret.* l. 1. v. 82. viamque Endogredi sceleris. Adde lib. 4. v. 318. et 367. Al. leg. *indugredi* eodem sensu.

ENDOJACĪTO, injicito. *Lex* XII. *Tab.* apud *Fest.* in *Struere.* Si calvitur, manum endo jacito.

ENDOITĬUM, initium, apud Veteres. *Festus.*

ENDOMUNĪTUS, a, um, intus munitus, munitus. Legitur a quibusdam apud *Liv.* l. 5. cap. 39. *ad fin.* ubi alii *inde munitus.*

ENDOPEDĪRI, est impediri: ab antiquo *endo* pro *in. Lucret.* l. 4. v. 68. quanto minus endopediri pauca queunt. ¶ Sic *endopeditus* pro impeditus, *Id.* l. 1. v. 124. minus aut magis endopedita. Adde lib. 2. v. 101. et alibi. Alii autem legunt *indupediri, indupeditus*, sed eod. sensu.

ENDOPERĀTOR, oris, m. idem quod imperator: ab antiquo *endo* pro *in. Lucret.* l. 4. v. 964. et lib. 5. v. 1126. Endoperatores pugnare, ac prœlia obire. *Enn.* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 48. Omnis cura viris, uter esset Endoperator. Adde apud *Gell.* l. 18. c. 9. Utroque autem loco alii leg. *induperator:* quod habetur etiam apud *Juvenal.* sat. 4. v. 29. V. *Indu.*

ENDOPLORĀTO, implorato, quod est cum quæstione inclamare. *Festus. Gloss. vet.* Endoplorato, ἐπικάλεσον.

ENDOTERCĪSUS. V. *Intercisus.*

ENDOTUĔTUR, intuetur: ab antiquo *endo* pro *in. Enn.* apud *Non.* c. 4. n. 385. ubi alii leg. *inde tuetur.*

ENDOVELLĬCUS DEUS, numen est peregrinum, quod *Reines. in Append. ad Inscript. antiqu.* n. 6. ubi de hac voce multa disserit, Celtiberorum proprium fuisse dicit. Ejus mentio fit in *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 87. n. 9. 10. 11. 12. et pag. 88. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. in quibus legitur etiam *Endovelicus, Endovollicus, Enobolicus*, et apud *Reines. loc. cit. Endobolicus.*

ENDOVŎLANS, involans. *Enn.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 1. tamen endovolans secum abstulit hasta. Al. leg. *induvolans*, quod idem sonat: alii *inde volans.*

ENDROMIDĀTUS, a, um, *clothed in a thick shaggy mantle*, endromide vestitus. *Sidon.* l. 2. ep. 2. Tu endromidatus exterius, intrinsecus fasceatus.

ENDRŎMIS, idis, f. *a coarse shaggy garment*, vestis hirsuta longiore villo: a δρόμος, cursus, quod illa in cursu uterentur, ne scil. post exercitationem calefacta corpora refrigescerent. *Martial.* l. 4. epigr. 19. docet ejus usum fuisse in magno frigore, in exercitationibus trigonis, follis, harpasti, in cursu, et pluvio tempore: ne scilicet post ludum corpora nimis refrigescerent, ut dictum est, neve imber et venti iter facientem læderent. Ibi etiam in accusativo *endromida* dixit Græca positione pro *endromidem.* et lib. 14. epigr. 126. docet fuisse quidem parvi pretii, a divitibus tamen usurpatam. *Juvenal.* sat. 3. v. 102. igniculum brumæ si tempore poscas, Accipit endromidem. ¶ Fuerunt tamen etiam molliores et delicatiores endromides, e molli lana et purpura factæ, quas *Tyrias* appellat *Id.* sat. 6. v. 145. et a feminis quoque, in palæstra luxus causa se exercentes, usurpari solitas significat.

ENDYMĬON, onis, m. Ἐνδυμίων, Aethlii (Ἀεθλίου) filius formosissimus, qui primus Lunæ cursum invenit. Fabulantur hunc a Luna adamatum fuisse, et ab ea in Latmio Cariæ monte consopitum, ut eum dormientem oscularetur: et nondum experrectum adhuc dormire. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 38. Hinc *Eudymionis somnus* in proverbium abiit. *Id.* 5. *de Fin.* c. 20. Ne si jucundissimis quidem nos somniis usuros putemus, Endymionis somnum nobis velimus dari. ¶ Quæ de Endymione dicta sunt, ad Pana deum Arcadiæ transferre videtur *Virg.* 3. *Georg.* v. 392. ubi *Servius* narrat, spretum eum a Luna, candidissima pecora pavisse, et sic eam ad se illexisse. *Phylargyr.* vero, niveis velleribus se circumdedisse, ut illi formosus videretur, atque ita cepisse.

ENDYMIONĔUS, a, um, adject. Ἐνδυμιώνειος, ab Endymione. *Auson. Edyll.* 6. v. 41. Endymioneos solita affectare sopores, Cum face, et astrigero diademate Luna bicornis.

ENECĀTRIX, icis, f. *a murderess*, quæ enecat. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 29. *sub fin.* Duritia Pharaonis nascentium enecatrix.

ENECĀTUS, a, um, necatus. *Plin.* l. 30. c. 12. Mus araneus pendens enecatus. *strangled, stifled. Id.* l. 18. c. 13. Rapacia in horreis enecata. *h. e.* raporum cauliculi et folia in horreis constructa, et veluti suffocata, donec flavescant seu flaccescant.

ENĔCO, (*et* Enico *sæpe apud Comicos*) as, cui, ctum, et avi, atum, a. 1. *to kill, slay, stifle*, ἀποκτείνω, neco, occido, suffoco. *Terent. Phorm.* 5. 8. 5. Abi, tange: si non totus friget, me eneca. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 99. Abortioni operam dare, et enecare puerum. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 98. pisces ut sæpe minutos Magnu' comest, ut aves enecat accipiter. *Plaut. Amph.* 5. 1. 62. Puer ambo angues enicat. *Hirt. de B. Afric.* c. 84. Cum elephantus in lixam impetum fecisset, eumque pondere suo premeret atque enecaret. *Tacit. Ann.* 14. c. *pænult.* Præfervidi balnei vapore enecatur. *Plin.* l. 25. c. 13. Quos cicuta enecat, incipiunt algere ab extremitatibus corporis. *Id.* l. 23. c. 2. Vini fæci tanta vis est, ut descendentes in cupas enecet. *Sueton. de Grammat.* c. 3. In podagræ morbum incidit, cujus impatiens, veneno sibi perunxit pedes, et enecuit. *be deprived of all sense of feeling, or power of moving. Lucan.* l. 9. v. 434. exurit messes, et pulvere Bacchum Enecat. *Plin.* l. 18. c. 17. Est herba, quæ cicer enecat, et ervum, circumligando se. ¶ Translate est valde molestum esse, et gravem, obtundere vel nimis dicendo, vel expectantem ut dicas, fraudando. *to vex, plague, torture. Plaut. Merc.* 1. 2. 45. Lassitudinem verba tua mihi addunt: enicas. *you kill me. Terent. Andr.* 4. 1. 36. Cur me enicas? hoc audi. *Id. Eun.* 3. 5. 6. Qui me sequatur, quique jam rogitando obtundat, enecet. *Plaut. Asin.* 5. 2. 71. Me quidem miseram odio enicavit. *Id. Merc.* 3. 2. 14. Jurgio enicare aliquem. ¶ Vel hercle enica, non tacebo. *kill me, if you like: even that will not keep me from telling*, quoddam est imprecationis genus apud *Plaut. Rud.* 5. 3. 45. et *Aulul.* a. 5. *in fi.* ¶ *Enicasso* pro *enicavero, Id. Mostell.* 1. 3. 55. et 66. [¶ Particip. *enecandus* apud *Cels.* l. 6. c. 7. n. 5. Vermes medicamentis enecandi.]

ENECTUS, a, um, *killed, stifled*, enecatus. *Plin. sub fin.* l. 26. Radix in tantum purgat, ut partus enectos extrahat. *Id.* l. 7. c. 9. Enecta parente gigni. *h. e.* nasci cæso matris utero. *Senec. in Herc. Œt.* v. 916. Enecta serpens. *Sueton. in Ner.* c. 36. Enecti veneno aut fame. *Prudent.* περὶ στεφ. 13. (*al.* 8.) *in fi.* Enectus gladiis alter, et alter aquis. *Valer. Max.* l. 9. c. 12. n. 3. Nimio gaudio enectus. ¶ Macie confectus, et prope mortuus, *almost slain, almost dead, half-dead, worn out, exhausted, emaciated*, διεφθαρμένος, ἐκκακωθείς. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 35. Si avis inclusa in cavea, et fame enecta in offam pultis invadit. et cap. 69. Nonnullæ valetudinis significationes, ut hoc ipsum, pleni, enectine simus, &c. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 5. Siti enectus Tantalus. ¶ Translate *Id.* 6. *Attic.* ep. 1. Appius cum ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curarit, sanguinem miserit, quidquid potuit, detraxerit, mihi tradidit enectam. *exhausted, drained. Id. de Divin.* c. 29. Ea pars animi, quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluens.

ENĒMA, atis, n. *a clyster*, id quod clystere per anum injicitur, ἔνεμα: ab ἐνίημι, injicio. *Theodor. Priscian.* l. 2. c. 1.

ENERGĒMA, atis, n. ἐνέργημα, opus, effectus, efficacia, vis, seu ἀποτέλεσμα, quod operationem sequitur. *Tertull. de præscript.* c. 30. et *de car. Christi*, c. 34. Adde *Prudent. in Apotheosi*, v. 468. ubi *energima* scribitur, et pænultima, contra naturam syllabæ, corripitur.

ENERVĀTĬO, onis, f. *the state of being weakened, enervation*, debilitatio. *Arnob.* l. 3. pag. 105. Voluptatis enervatione languescere.

ENERVĀTUS, a, um, *deprived of the nerves*, nervis privatus, ἀπονευρωθείς. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 315. Dum spado Tiresias, enervatusque Melampus Reptet. *h. e.* castratus. *Aurel. Vict. in Epit.* c. 10. Enervatorum greges abire præcepit. *Apic.* l. 7. c. 7. Enervata cerebella. ¶ Translate *Cic. pro Sex.* c. 10. Cum hominibus enervatis atque exsanguibus consulatus, tanquam gladius, esset datus. *enervated, weak. Id. Attic.* l. 2. ep. 14. Usque eo sum enervatus, ut hoc otio, quo nunc tabescimus, malim ἐντυραννεῖσθαι, quam cum optima spe dimicare. *Id.* 1. *de Orat.* c. 52. Philosophus mollis, languidus, enervatus. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 17. Mollis et enervata oratio. *nerveless.* et lib. 2. c. 6. Enervata muliebrisque sententia. *Id. in Pison.* c. 33. Afflictus, infirmus, enervatus reus. *Gell.* l. 19. c. 12. *extr.* Ignava, et quasi enervata vita. *Senec. de provid.* c. 4. Enervata felicitas. *Liv.* l. 38. c. 34. Velut enervata civitas Lacedæmoniorum, diu Achæis obnoxia fuit.

ENERVIS, e, *without nerves or sinews; enervated, nerveless, weak, feeble, faint*, ἄνευρος, sine nervis, debilitatus, mollis, effeminatus. *Senec. in Thyest.* v. 176. Ignavus, iners, enervis. *Quintil. sub fin.* l. 9. Si sit necesse, duram potius atque asperam compositionem malim esse, quam effeminatam et enervem. *Plin. in Paneg.* c. 33. Spectaculum non enerve, nec fluxum, nec quod animos virorum molliret et frangeret, sed quod ad contemptum mortis accenderet.

ENERVO, as, avi, atum, a. 1. *to take out the nerves*, ἐκνευρίζω, nervos adimo. [*Apul.* 8. *Met.* pag. 588. *Oudend.* Fuit unus, qui poplites meos enervare securi sæva comminaretur.] *Apic.* l. 4. c. 2. Accipies cerebella quatuor, enervabis, coques. *et infra.* Tursionem enervabis, concides minutatim. ¶ Item debilitare, infirmum facere. *to enervate, weaken, enfeeble, debilitate. Cic. de Senect.* c. 10. Non plane me enervavit, nec afflixit senectus. *Horat.* epod. 8. v. 2. Enervare vires. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 286. Enervare et remollire artus. ¶ Translate *Id. de remed. amor.* v. 753. Enervant animos citharæ. *Petron. in Satyr.* c. 2. Enervare corpus orationis. ¶ Quoties primam hujus vocis syllabam corripit *Prudent.* ut *Cathemer.* 8. v. 64. Corpus enervans, et lib. 1. *contra Symmach.* v. 143. Robur enervatum gereret sine laude palæstræ: *Salmus. ad Spartian. in Vero*, cap. 1. *extr.* contendit *inervo* legendum esse, ex vet. lib. Quod tamen, ut verum sit, non est imitandum.

ENERVUS, a, um, enervis. *Apul. post init.* l. 1. *Metam.* Enervam et exossam saltationem explicat. Ita *Elmenhorst.* Alii *enervem et exossem.*

ENGIBĀTA, n. ἐγγείβατα, τά, apud *Vitruv.* l. 10. c. 12. dicuntur fuisse machinæ hydraulicæ, in quibus icunculæ et sigilla arcano aquarum impulsu varios motus ac miros ederent.

ENGONĂSI, *et* Engonasin, m. indeclin. *the name of a constellation*, vox conflata ex Græca præposit. ἐν, in, et γόνασι, vel γόνασιν, genibus: nomen est sideris undeviginti stellarum, qui in Fabulis dicitur esse Hercules, qui dextro genu nixus, sinistro pede caput draconis custodis Hesperidum opprimere conatur, sinistra manu projecta pellem leonis, dextra clavam tenens. Fabulantur ita dictum, quod in quodam prœlio cum Liguribus, cum eum tela defecissent, multitudine hostium defessus se ingeniculaverit. Jovem autem misertum, lapidum copiam ei suppeditasse, quibus tandem hostes fugaverit. Alii putant esse Theseum, qui Trœzone saxum extollere videtur, sub quo erat gladius, quem mater ejus a vate admonita fuerat, ut priusquam Athenas mitteret, patri referendum curaret. Alii Cetea Lycaonis filium, patrem Megistus, qui filiam in ursam conversam querens, genu nixus, palmisque extensis ad cælum, deos orare videtur, ut ei formam restituant. *Hygin.* l. 2. *Poet. Astron.* c. 6. et lib. 3. c. 5. ¶ Situm est in cælo inter circulum Arcticum, et Tropicum Cancri, Lyram habens ad dexteram, et Coronam caputque Ophiuchi ad lævam. Latina voce appellatur *Ingeniculus* et *Nixus. Cic. in Arat.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 42. Engonasin vocitant, genibus quia nixa feratur. *Manil.* l. 5. v. 645. Nixa genu species, et Graio nomine dicta Engonasi, ingenicla juvenis sub imagine constans. *Cic. in Arat.* v. 373. flexo confidens corpore Nixus. Adde *Ovid. Metam.* 8. v. 182.

ENGONATON, i, n. ἐγγόνατον, genus horologii Solaris portatilis, de quo *Vitruv.* l. 9. c. 9.

ENHÆMON, ἔναιμον, medicamentum ex olea Arabica, sistendo sanguini, et contrahendis vulnerum cicatricibus singulari effectu: ab αἷμα, sanguis. *Plin.* l. 12. c. 17. *a powerful styptic.*

ENHARMONĬCUS, a, um, *enharmonic*, idem quod hormonicus, ἐναρμονικός. *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 4. *ad fin.* Cum sint melodiæ musicæ tria genera, enharmonicum, diatonum, et chromaticum. Al. leg. *enharmonium*, quod idem est; et *enarmonium.*

ENHYDRIS, idis, *a kind of water-snake*, ἐνυδρὶς, colubra in aquis degens: ab ἐν, in, et ὕδωρ, aqua. *Plin.* l. 30 c. 3. et lib. 32. c. 7.

ENHYDROS, i, f. ἔνυδρος, gemma rotunditatis absolutæ, in candore lævis, sed ad motum fluctuat intus in ea velut in ovis liquor. *Plin.* l. 37. cap. 11.

ENĬCO. V. *Eneco.*

ENIM, *for; indeed*, γὰρ, nam, namque, etenim: conjunctio causalis, quæ fere post unum, aut alterum verbum ponitur. *Cic.* 11. *Attic.* ep. 14. Video difficile esse consilium. sum enim solus. *Id. pro Mil.* c. 1. Non enim corona consessus vester cinctus est, ut solebat. *Id.* 2. *de Orat.* c. 11. Ex his enim fontibus licebit, &c. *Id. Attic.* l. 14. ep. 6. Odiosa illa enim fuerant, legiones venire. *Liv.* l. 33. c. 30. Eas quoque enim placere liberas esse. *Id.* l. 27. c. 7. His quoque est enim prorogatum in Sicilia imperium. Al. leg. *his quoque enim*, ut lib. 45. c. 39. alii omittunt *enim. Lucret.* l. 1. v. 680. Nil referret enim quædam discedere. et lib. 3. v. 236. Rara quod ejus enim constat natura, necesse est, &c. ¶ *Nec* et *neque enim* sæpe ponitur pro *non enim. Cic. de Senect.* c. 10. Nec enim unquam sum assensus, &c. *Id. Parad.* 1. c. 2. Neque enim expletur unquam cupiditatis sitis. ¶ Reddit etiam causam rei non dictæ, sed quæ facile intelligi potest. *Cic. Verr.* 6. c. 11. Amicum enim nostrum in judicium vocabas. *h. e.* te non invitavimus, quia amicum nostrum in judicium vocabas. ¶ Eleganter locum habet in enumerationibus, quando plurium mentio facta est, et de postremo singulare quippiam est dicendum. *Liv.* l. 4. c. 3. *a med.* Quid enim de T. Tatio Sabino dicam, quem ipse Romulus, &c.

Dixerat prius de Numa, Tarquinio, et Ser. Tullio. ¶ Aliquando adhibetur tum ad afferendam causam, tum simul ad continuandam orationem. *Cic. Phil.* 2. c. 13. Attende enim paulisper, cogitationemque sobrii hominis suscipe. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 32. Desertos enim se a vobis dicunt, &c. *Cic. pro Leg. Man l.* c. 2. Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo esse dicendum. Genus est enim ejusmodi &c. Al. aliter leg. ¶ Interdum habet quandam vim affirmandi. *Plaut. Mostell.* 3. 1. 24. Quid tute tecum? *Tra.* nihil enim. *in truth, nothing.* et *Cas.* 2. 4. 1. Te uxor aiebat tua me vocare. *Sta.* ego enim vocare jussi. *yes: it was by my order that she did so. Terent. Adelph.* 2. 1. 14. At enim non sinam. *indeed I will not suffer it.* ¶ *At enim* servit etiam occupationibus. V. in *At.* ¶ Ponitur eleganter *enim* in responsione post occupationem. *Cic. Phil.* 11. c. 8. At enim Cæsari imperium extraordinarium dedi. Ille enim mihi præsidium extraordinarium dederat. ¶ Videtur etiam aliquando poni pro *autem*, aut *vero*. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 7. Ille enim revocatus resistere, ac se manu defendere cœpit. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 29. Lege, vel tabellas redde. *Pseud.* imo enim pellegam. *Id. Mostell.* 4. 2. 7. Qui parasitus sum? *Ser.* ego enim dicam. ¶ Interdum vacare, et redundare videtur: addit tamen elegantiam orationi. *Virg.* 3. *Georg.* v. 69. Semper erunt, quarum mutari corpora malis. Semper enim refice. *Id.* 1. *Æn.* v. 23. Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci Audierat. et l. 8. v. 84. in litore conspicitur sus, Quam pius Æneas tibi enim, tibi, maxima Juno, Mactat. *Plaut. Amph.* 2. 2. 34. Qui tibi istuc in mentem venit? *So.* quia enim sero advenimus. *Terent.* quoque *Heaut.* 1. 2. 14. et 4. 5. 52. *quia enim* dixit. et *Andr.* 5. 1. 4. immo enim. et *Cic.* 2. *de Orat.* c. 54. quippe enim. ¶ Reperitur etiam in principio positum. *Terent. Hecyr.* 2. 1. 41. Enim lassam oppido tum esse aiebant: eo admissa non sum. *h. e.* quia, &c. ideo, &c. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 26. Enim mihi quidem æquum est purpuram dari. *Lucret.* l. 6. v. 1275. nec Numina magni Pendebantur. enim præsens dolor exsuperabat. Addunt etiam *Cicer.* l. 4. *Attic.* ep. 11. et 4. *Tuscul.* c. 13. sed utrobique lectio est dubia: item *Senec.* l. 7. *de benef.* c. 5. probante *Lipsio*, ubi alii *enimvero.* ¶ Pro enimvero, profecto, *Liv.* l. 23. c. 45. *sub fin.* Romam vos expugnaturos jactabatis. Enim nunc minor est res. *Al. leg.* en. *Id.* l. 34. c. 32. Enim ut jam ita sint hæc, quid ad vos, Romani? *Al. leg.* at enim. *Plaut. Casin.* 5. 2. 14. Enim jam magis appropero. *Id. Bacch.* 4. 4. 51. Numquid nos vis facere? *Ch.* enim nihil, nisi ut ametis, impero.

ENIMVĒRO, *truly, of a truth, indeed, surely,* ἀλλὰ μὴν, certe, profecto. *Plaut. Pers.* 2. 2. 2. Ain' vero, verbereum caput? *Pæ.* Aio enimvero. *Cic.* 5. *Verr.* c. 25. Enimvero iste ridere, ac mirari, &c. ¶ Nonnunquam alicui verbo postponitur. *Cic. Verr.* 7. c. 39. Illi enimvero se ostendunt, quod vellet, esse facturos. *Liv.* l. 2. c. 36. Tum enimvero deorum ira admonuit. *Terent. Phorm.* 3. 2. 43. Siccine hunc decipis? *Do.* immo enimvero hic me decipit. *nay, faith! 'tis he that deceives me.* ¶ Junctum cum verbis negantibus vehementius negat. *Plaut. Amph.* 2. 2. 126. Tun' te abiisse hodie hinc negas? *Am.* nego enimvero. *Terentius Andr.* 1. 3. 1. Enimvero, Dave, nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ. Ubi *Donatus*, habet, inquit, significationem nimium permoti, atque irritati animi. *Liv.* l. 2. c. 45. *a med.* Enimvero non ultra contumeliam pati Romanus posse. *Cic.* 3. *Verr.* c. 26. Enimvero ferendum hoc non est. ¶ Habet etiam vim adversantis, ut *sed, at. Tacit.* 2. *Ann.* c. 64. Primo subdola concordia egere: enimvero audita mutatione principis, immittere latronum globos, &c. Adde *Flor.* l. 2. c. 7. *a med.* ¶ Pro scilicet, nimirum, *Cic. Verr.* 5. c. 60. Postulat a te, ut Romam rejicias. Hic enimvero tu exclamas, hominem improbum, &c.

ENĬPEUS, m. Ἐνιπεὺς, fluv. parvus Thessaliæ, qui ex Olympo monte profluit, Pharsalum urbem alluit. ac in Peneum Apidano mixtus delabitur. *Lucan.* l. 7. v. 116. Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus. ¶ In Fabulis est, amasse eum Nympham Tyro Salmonei filiam, vel potius ab ea fuisse adamatum: quæ cum ad ejus ripas sederet conquerens, a Neptuno sumpta Enipei forma, compressa est, duosque ei filios, Neleum et Pelian peperit. *Propert.* l. 1. el. 13. v. 21. et lib. 3. el. 17. v. 13. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 6. v. 43. et 6. *Metam.* v. 116. et *Hygin.* fab. 157. ¶ Scribitur et *Enipheus.*

ENĪSUS. V. in *Enitor.*

ENĬTĔO, es, tui, n. 2. *to shine, appear fair or bright,* διαλάμπω, idem quod niteo, vel valde niteo. *Virg.* 4. *Æn.* v. 150. tantum egregio decus enitet ore. *Catull.* carm. 60. *Epithal. Jul. &c.* v. 21. Floridis velut enitens Myrtus Asia ramulis. *Gell.* l. 19. c. 1. Ubi cælum enituit, et deferbuit mare. ¶ Translate emineo, clareo, eluceo, appareo, illustris ac nobilis sum, *to shine forth, be renowned or distinguished. Cic. pro Flacc.* c. 7. Athenæ non solum in Græcia, sed prope cunctis gentibus enitebant. *Id. Attic.* l. 2. ep. 1. In eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerat Demosthenes. *Id. pro Mur.* c. 14. et *Liv.* l. 4. c. 3. *a med.* Quo in bello virtus enituit egregia M. Catonis. *Id.* 1. *de Invent.* c. 3. Studia recta atque honesta, per otium concelebrata ab optimis, enituerunt. *Liv.* l. 22. c. 27. In tantum suam felicitatem virtutemque enituisse. ¶ Refertur etiam ad arva et segetes, quæ *enitere* dicuntur, cum culta, et læta sunt. *Virg.* 2. *Georg.* v. 211. rudis enituit impulso vomere campus. *Enn.* apud *Cicer.* 2. *Tuscul.* c. 5. Fruges enitent.

ENITESCO, is, ui, n. 3. idem quod eniteo, *to shine, appear bright. Colum.* l. 9. c. 14. Mel optimæ notæ enitescit autumni æquinoctio. *becomes clear.* ¶ Translate *Gell.* l. 17. c. *ult.* Jam fama virtusque felicitatis Romanæ apud exteras gentes enitescere incœptabat. *to shine forth, become famous. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 44. *ad fin.* Gloria cum summa laude quotidie magis enitescit. *Sallust. in Catil.* c. 57. *ad fin.* Bellum exoptabat, ubi virtus enitescere posset. *Quintil.* l. 2. c. 5. *ad fin.* Deterso rudis sæculi squalore, noster hic cultus clarius enitescet. *Id.* l. 10. c. 5. *a med.* Aliturque enitescit, veluti pabulo lætiore, facundia. V. similia in voce præced.

ENĪTOR, eris, enisus, *et* enixus sum, dep. 3. *to make an effort, strive, struggle, endeavour hard,* πειράομαι, σπουδάζω, idem quod nitor, aut valde nitor, elaboro, conor, contendo. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 6. Tantum Brutus celeritate navis enisus est, ut parvo momento antecederet. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 15. Tu nunc omni amore enitere, ut nos juves. *Id. Q. Fr.* l. 3. *ep. ult.* In quo enitar non minus, quam enisus sum in nostro. *Id.* 3. *Offic.* c. 10. et 9. *Fam.* ep. 13. *extr.* Eniti et contendere. *Id. ad Capiton. sub fin.* l. 16. *ad Attic.* Eniti et elaborare. *Id. Fam.* 13. ep. 29. *a med.* Enitere, contende, effice, ut, &c. *Id. Attic.* l. 14. ep. 14. *ad fin.* Omni ope atque opera eniti, ut, &c. *Id. Fam.* 3. ep. 10. *ante med.* Pugnare et eniti, ne, &c. *Id.* 2. *Phil.* c. 10. Nihil prætermisi, quantum facere enitique potui, quin, &c. *Id. de Amic.* c. 16. Eniti et efficere, ut &c. *Id.* 10. *Fam.* ep. 4. Quantum viribus eniti, consilio providere, auctoritate movere potuero. *Sueton. in Cæs.* c. 26. Precibus enitens, ut disciplinam singulorum susciperent. ¶ Cum accus. communi *Cic. Attic.* l. 16. ep. 6. Scribis, in cælum ferri profectionem meam, sed ita, si ante cal. Jan. redeam: quod quidem certe enitar. ¶ Cum infinito, *Terent. Andr.* 3. 4. 17. Corrigere mihi gnatum porro enitere. ¶ Passive impersonaliter *Sallust. in Jug.* c. 27. Ab iisdem summa ope enisum, ne tale decretum fieret. ¶ Significat etiam nitendo ascendere, *to mount, reach by climbing, reach with difficulty. Ovid. Metam.* 2. v. 63. Ardua prima via est, et qua vix mane recentes Enitantur equi. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 34. Adeo erat impedita vallis, ut in ascensu, nisi sublevati a suis, primi non facile eniterentur. *Plin.* l. 18. c. 28. Sol per ardua enisus. *Curt.* l. 7. c. 11. Nihil tam alte natura constituit, quo virtus non possit eniti. *et ibid.* Enituntur in verticem montis. *Vellei.* l. 2. c. 127. Quibus novitas familiæ haud obstitit, quo minus ad multiplices consulatus, triumphosque, et complura eniterentur sacerdotia. ¶ Cum accus. *Tacit. Ann.* 2. c. 20. Eniti objectum aggerem. ¶ Translate *Cic. de Orat.* c. 4. Nemo fere laudis cupidus adolescens non sibi ad dicendum studio omni enitendum putavit. ¶ Item nitendo exire, se expedire. *Tacit.* 16. *Ann.* c. 5. Dum per angustias aditus, et ingruentem multitudinem enituntur. *Id.* 1. *Ann.* c. 65. Enisæ legiones in aperta et solida. *having succeeded in gaining.* ¶ Item sæpe, parere, partu in lucem edere, quia multo id nisu fit, *to bring forth:* qua significatione particip. *enixus* magis est in usu, quam *enisus. Liv.* l. 40. c. 4. Archo Poridi nupsit, et apud eum plures enisa partus, decessit. *Curt.* l. 10. c. 6. Roxane prægnans est: optamus, ut marem enitatur. *Virg.* 3. *Æn.* v. 391. Sus triginta capitum fetus enixa. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 344. Enixa est utero infantem. *Colum.* l. 8. c. 11. *de matricibus pavonum.* Includendæ sunt enitentes, ne extra clausum fetum edant. [¶ Particip. *enisurus* apud *Liv.* l. 29. c. 15. Vix, si simplum ex formula imperetur, enisuros.]

ENIXE, adverb. *earnestly, vigorously, strenuously, with exertion,* φιλοτίμως, studiose et cum magno conatu. *Cic. pro Sext.* c. 16. Meam causam omnes boni proprie enixeque susceperant. *Sueton. in Cæs.* c. 5. Auctores restituendæ Tribunitiæ potestatis enixissime juvit. *Liv.* l. 23. c. 7. *a med.* Id non obedienter modo, sed enixe factum est. *Id.* l. 29. c. 1. Eoque enixius ad bellum adjuverunt. *Id.* l. 31. c. 11. Si quid opus esse judicasset, enixe id populum R. præstaturum. *Id.* l. 37. c. 16. Civitates imperata enixe fecerunt. *Id.* l. 6. c. 40. Enixe operam dare. et lib. 8. c. 17. Enixe dimicare. et lib. 36. c. 25. Enixe diem ac noctem aut in operibus aut in prœliis esse. *Justin.* l. 15. c. 1. Bellum terra marique enixe instruere.

ENIXIM, adverb. idem quod enixe. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 301. Enixim omnia facere ac dicere contra fortunas, atque honores hujus ordinis.

ENIXUS, us, m. partus, *the act of bringing forth. Plin.* l. 10. c. 63. Post unum diem ab enixu. *Id. ibid.* c. 64. Circumacto sub enixum fetu. *Id.* l. 7. c. 6. Oscitatio in enixu lethalis.

ENIXUS, a, um, particip. *Liv.* l. 6. c. 24. *sub fin.* Sensit eventus virtutis enixæ opem. *of the valour, which had made such an exertion to conquer.* ¶ *Enixa* est quæ peperit. *Plin.* l. 25. c. 8. Cervæ enixæ a partu. *h. e.* partu functæ, et fetu levatæ. V. *Enitor.* ¶ Passive *Justin.* l. 43. c. 2. In luco Martis enixi sunt. *brought forth.* ¶ Est etiam adject. et dicitur de iis rebus, quæ cum cura et conatu fiunt. *Plin.* l. 9. c. 8. *sub fin.* Sed enixioris operæ, quam in unum diei præmium, conscii sibi, opperiuntur in posterum. Adde *Senec.* l. 6. *de benef.* c. 17. ¶ Scribitur et *enisus.* Statuit *Diomed.* l. 1. pag. 371. discrimen inter *enisus*, et *enixus*, ut illud ad quemlibet virium conatum referatur, hoc ad partum tantummodo. Sed contra stant MSS. in quibus promiscue scribitur. V. *Nixus, a, um.*

ENNÆUS, a, um, ad Ennam pertinens, quæ est urbs mediæ Siciliæ, in monte, celebris templo Cereris, cujus filiam eo loco raptam a Plutone fabulantur (V. *Cicer.* 6. *Verr.* c. 48.) a quodam Enno Syracusano condita. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 385. Ennæa mœnia. *Sil.* l. 14. v. 245. Tum rapta præceps Ennæa virgine flexit. *h. e.* Proserpina. *Id.* l. 1. v. 93. Ennæa diva. ¶ *Hennæus* scribi malunt permulti Critici: sunt etiam qui *Ætnæus* hic mutant.

ENNAM, etiam ne. *Festus.*

ENNEACRŪNOS, ἐννεάκρουνος, novem habens scaturigines: ab ἐννέα, novem, et κρουνὸς, scaturigo. *Plin.* l. 4. c. 7. V. *Calliroe.*

ENNEAPHARMACUM EMPLASTRUM, *a medicine made up of nine ingredients,* ἐννεαφάρμακον, medicamentum ex novem rebus constans (ab ἐννέα, novem, et φάρμακον, pharmacum) quæ enumerat *Cels.* l. 5. c. 19. n. 10. ubi in lemmate Latine, at in textu Græce legitur.

ENNEAPHTHONGOS, ἐννεάφθογγος, novem habens sonos: ab ἐννέα, novem, et φθόγγος, sonus, ut Enneaphthongos chelys, *Martian. Capell.* l. 1. pag. 17.

ENNEAPHYLLON, i, n. ἐννεάφυλλον, herba naturæ causticæ, foliis longis novenis, lumborum doloribus et coxendicum utilissima: ab ἐννέα, novem, et φύλλον, folium. *Plin.* l. 27. c. 9.

[*ENNĔAS, ădis, ἐννὰς, novenarius numerus, spatium novem annorum. *Censorin. de die natal.* c. 14. Annus tertius et sexagesimus, quem vel hebdomades novem, vel septem enneades conficiunt.]

ENNEATĬCUS, a, um, *enneatical,* ἐννεαδικὸς, q. d. nonarius. *Anni enneatici* dicuntur a *Firmic.* l. 5. c. 3. qui post octavum quemque annum recurrunt: sicut *hebdomatici*, qui post sextum.

ENNEEMIMĔRIS, f. apud Grammat. est sectio versus Heroici, cum cæsura fit post quartum pedem, et in nonam fere syllabam incidit: ab ἐννέα, novem, ἥμισυς, semis, et μέρος, pars. Sed vox Græca est et Græce usurpanda.

ENNĒNSIS, se, idem quod Ennæus, ut Ennenses legati, *Cic.* 6. *Verr.* c. 51. Ennensis Ceres, *Id. in Orat.* c. 62. ¶ *Ennenses, ium,* sunt ejus urbis cives. *Id. ibid.* et *Verr.* 5. c. 83.

ENNIANISTA, æ, m. Ennii imitator. *Gell.* l. 18. c. 5. Eamus auditum nescioquem istum Ennianistam.

ENNIĀNUS, a, um, adject. possessiv. *of or belonging to the poet Ennius,* ab Ennio. *Senec.* apud *Gell.* l. 12. c. 2. *a med.* Ennianus populus. *h. e.* qui Ennii opera lectitant, et admirantur. *Id.* epist. 108. Enniani versus. *Ascon. in Verr.* 3. c. 18. Ennianum hemistichium. *Gell.* l. 5. cap. 15. *extr.* Ennianus Neoptolemus. *h. e.* ab Ennio inductus.

ENNĬUS, prænomine Q. Poeta Latinus vetustissimus (*antiquissimum vatem* appellat *Plin.* l. 18. c. 8.) natus est Rudiis, quod est oppidum Calabriæ, ubi nunc *Terra d' Otranto*, prope Tarentum: quare Tarentinus a quibusdam est creditus. Sed Rudinum fuisse testantur *Cic. pro Arch.* c. 10. *Sil.* l. 12. v. 396. *Pomp. Mela* l. 2. c. 4. et *Auson. in Monosyll.* seu *Grammaticom.* v. 17. Natus est, inquam, circa Annum U.C. DXI. aut DXIII. C. Mamilio Turino, Q. Valerio Faltone Coss. ut est apud *Cicer.* 1. *Tuscul.* c. 1. *extr.* et *in Bruto*, c. 18. vixitque usque ad annum septuagesimum. Ejus enim mors incidit in Consulatum Cn. Servilii Cæpionis, et Q. Marcii Philippi iterum, ut *Cic.* tradit *de Senect.* c. 5. et *in Bruto*, c. 20. Absumptus est podagræ morbo ex nimio vini meri potu contracto, relicto herede M. Pacuvio Poeta Tragico, sororis suæ filio, ut est apud *Plin.* l. 35. c. 4. sepultusque est via Appia intra primum lapidem, in sepulcro Corneliorum, in quo ejus statuam erigi jussit Africanus major, ut quidem putant *Cic. pro Arch.* c. 9. et *Liv.* l. 38. c. 56. affirmant vero *Plin.* l. 7. c. 30. *Valer. Max.* l. 8. c. 14. n. 1. et *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 409. In adolescentia stipendia fecit primum Bello Ætolico sub consule M. Fulvio Nobiliore, ut ait *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 2. a cujus filio Q. Fulvio, Triumviro coloniæ deducendæ, quem erudierat, civitate donatus fuit, ut *Cic. in Bruto*, c. 18. testatur: deinde in Sardinia sub T. Manlio Torquato munere Centurionis, ut docet *Sil. loc. cit.* ubi etiam addit, eum ex antiqua Messapi regis stirpe fuisse: quod idem de se dicere solitum ipsum Ennium, tradit *Serv. ad* 7. *Æn.* v. 691. Strenuam nihilominus litteris operam cum dedisset, et linguas tres apprime calleret, Græcam (quam Catonem in Sardinia docuit, teste *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 47.) Oscam, et Latinam (quare tria corda habere se dicebat, teste *Gell.* l. et c. 17.) specimenque illustre Poeticæ facultatis, summique ingenii exhibuisset principibus viris apprime carus, Romam venit, domum que habuit in Aventino, ut ex *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 34 colligitur. *Festus* in *Solitaurilia* scribit, ipsum induxisse consuetudinem duplicandi consonantes in scriptione: ut

pote Græcum, Græco more usum. Plurima scripsit, quæ longa vetustate perierunt, Comœdias, Tragœdias, Annalium libros, bellum Punicum secundum. Transtulit etiam e Græco *Euhemerum Agragantinum* de sacra historia, teste *Arnob.* l. 4. pag. 147. et *Lactant.* l. 1. c. 11. Sed horum omnium fragmenta tantummodo supersunt apud *Cicer. Quintil. Senec. Gell. Macrob. Fest. Non.* et veteres Grammaticos. Stilus ejus fuit horridior, incomptaque oratio, ut illis temporibus: ceterum legi dignus, et a quo multa disci possint. Apud Ciceronem (inquit *Senec.* apud *Gell.* l. 12. c. 2.) invenies etiam in prosa oratione quædam, ex quibus intelligas, illum non perdidisse operam, quod Ennium legit. *h. e.* multa fuisse imitatum: quod tametsi *Seneca* ibi reprehendit, pluris tamen apud nos Ciceronis ipsius judicium esse debet. Virgilium quoque, cum aliquando ipsum in manu haberet, rogatum, quidnam faceret, respondisse, se aurum colligere de stercore Ennii, narrat *Donat. in Virgil. vita a med.* De eo *Ovid.* 2. *Trist.* v. 424. Ennius ingenio maximus, arte rudis. et *Quintil.* l. 10. c. 1. Ennium, sicut sacros vetustate lucos, adoremus, in quibus grandia et antiqua robora jam non tantam habent speciem, quantam religionem. ¶ Alius fuit hoc posterior, qui de litteris, syllabisque, item de metris, et de augurandi disciplina scripsit. *Sueton. de illustr. Grammat.* c. 1.

ENNŒA, *an idea, notion*, ἔννοια, notio, intelligentia, insita et ante percepta cognitio, ut *Cic.* l. 4. *Acad.* c. 7. l. 3. *de Fin.* c. 6. l. 1. *Tuscul.* c. 24. et *in Top.* c. 7. definit, sed ubique Græce utitur. ¶ Apud *Tertull. advers. Valentin.* c. 7. unus est ex æonibus Valentiniani.

ENNOSIGÆUS, i, m. Ἐννοσίγαιος, Neptunus terram quassans: ab ἐνόω, moveo, et γαῖα, terra. *Juvenal.* sat. 10. v. 182. *de Xerse:* Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum. *Senec.* l. 6. *quæst. nat.* c. 23. *extr.* Quisquis primas litteras Græcas didicit, scit, Neptunum apud Homerum Ἐννοσίγαιον vocari. Meminit et *Ammian.* l. 17. c. 7. *ad fin.* (*al.* cap. 16.) ¶ Scribitur et εἰνοσίγαιος, enosigæus.

ENO, as, avi, atum, a. 1. *to swim out, escape by swimming*, ἐκνήχομαι, extra no, nando exeo, enato. *Plaut. Rud.* 1. 2. 81. At in vado est: jam facile enabit. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 19. Is, qui enat e concha. *Liv.* l. 44. c. 28. Pars eorum, qui propiores continenti litori erant, in Erythream enarunt. *Id.* l. 33. c. 41. Multæ naves ita haustæ mari, ut nemo in terram enaverit. ¶ Translate *Virg.* 6. *Æn.* v. 16. *de Dædalo.* Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos. *h. e.* volavit. Adde *Sil.* l. 12. v. 95. Sic *Lucret.* l. 3. v. 592. *de anima.* Quam prolapsa foras enaret in aeris auras. ¶ Cum accusativo *Valer. Flacc.* l. 5. v. 316. tantumque fretis enavimus orbem. *h. e.* navigando trajecimus. *Sil.* l. 3. v. 662. Has observatis valles enavimus astris. *h. e.* terrestri itinere transcucurrimus. *Id.* l. 15. v. 375. Forsan et enasset rapidi freta sæva pericli. *h. e.* evasisset. Al. leg. *evasset* syncope pro *evasisset*.

ENODĀTE, adverb. nodis sublatis, et translate sublatis difficultatibus intelligendi, clare, perspicue, δήλως, *clearly, plainly. Cic. de Invent.* l. 1. c. 21. *extr.* Sua diligenter et enodate narrando. *Id.* 5. *Fin.* c. 9. *extr.* Hæc nobis enodatius explicanda sunt. *Augustin.* l. 5. *Confess.* c. 6. Enodatissime expedire. Adde l. 2. *Retract.* c. 57.

ENODATĬO, onis, f. purgatio a nodis. Translate explicatio, expositio. *an explication, explanation, enodation. Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 24. Quid vos delectat illa explicatio fabularum, et enodatio nominum? Adde *in Top.* c. 7.

ENODĀTOR, oris, m. qui enodat, et explicat. *Tertull. de Pall. in fi.* Primus enodator vocis. Al. leg. *edomator.*

ENODĀTUS, a, um, *having the knots cut off*, a nodis purgatus. *Cato R. R.* c. 33. Vitem bene enodatam deligato recte. *h. e.* ab nodis atque superfluis ramis diligenter purgatam. ¶ Translate *explained. Cic.* 2. *de Invent.* c. 2. Præcepta perspicue conscripsit, atque enodata diligenter exposuit.

ENŌDIS, de, *without knots*, ἀνάμματος, sine nodo. *Virg.* 2. *Georg.* v. 78. Aut rursum enodes trunci resecantur. *Plin.* l. 5. c. 1. *a med.* Proceritas arborum enodi nitore spectabilis. ¶ Translate ponitur pro eo, quod sine difficultate est. *plain, clear, smooth, without difficulty. Plin. in epist.* 17. lib. 5. Scripta erant elegis fluentibus, et teneris, et enodibus, sublimibus etiam verbis. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 361. Quis magis enodes laterum detorqueat artus? *boneless*, quod est mollium, et effeminatorum.

ENŌDO, as, a. 1. *to free from knots, cut off the knots*, ἐξαμματόω, nodis purgo, nodis exsolvo. *Colum.* l. 5. c. 6. *ante med.* Ulmi summæ virgæ falce debent enodari. ¶ Per metaphoram accipitur pro explicare, declarare. *to explain, expound, elucidate, declare. Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 10. Contrariæ legis enodabimus voluntatem. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 24. In enodandis nominibus laboratis. *h. e.* in explicanda origine, atque etymo. *Gell.* l. 13. c. 10. Enodare laqueos juris. *Accius* apud *Non.* c. 1. n. 49. Tu autem quod quæro abs te, enoda, et, quis sis, explana. *Turpil. ibid.* Ab initio ut res sit gesta, enoda mihi. *Var. ibid.* Enodare aliquid subtilius. ¶ *Enodare arcum* apud *Apul. sub fin.* l. 5. *Metam.* est solvere, et adempto nervo inutilem reddere.

ENORCHIS, f. gemma, quæ divisa fragmentis, testium effigiem repræsentat: ab ὄρχις, testiculus. *Plin.* l. 37. c. 10.

ENORMIS, e, *without rule, measure, or proportion, disproportionate, unsymmetrical, abnormous, irregular, huge, vast, unwieldy, enormous*, ἄμετρος, qui est extra normam, aut mensuram: et fere dicitur de iis, quæ excedunt. *Plin.* l. 17. c. 12. Breves sunt umbræ, quamvis magnarum arborum, quæ in orbem ramos circinent, ut in malis, pyrisque: eædem enormes cerasis, lauris. *Id.*, l. 9. c. 35. Uniones enormes. *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 51. Enormes colossi. *Sueton. in Calig.* c. 50. Statura fuit eminenti, corpore enormi. *Id. in Vitell.* c. 17. Enormis proceritas. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 14. Enormes hastæ. *Id. in Agric.* c. 36. Enormes gladii. *Id. Ann.* 15. c. 38. Huc et illuc flexi, utque enormes vici. *h. e.* non directi, sed sine ordine tortuosi. V. *Liv. in fi.* l. 5. Rursus *Tacit. in Agric.* c. 10. Immensum et enorme spatium. *Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Togam rotundam esse, et apte cæsam velim: aliter enim multis modis fiet enormis. *Spartian. in Geta*, c. 6. Animis militum delinitis, enormibus etiam stipendiis datis. *extraordinary, exceeding great.* ¶ Translate *Plin.* l. 9. ep. 26. Omnis enim advertit, quod eminet, et exstat: sed acri intentione dijudicandum est, immodicum sit, an grande; altum, an enorme. *Petron. in Satyr.* c. 2. Ventosa et enormis loquacitas Athenas ex Asia commigravit. *Senec.* apud *Gell.* lib. 12. c. 2. *a med.* Virgilius duros quosdam versus, et enormes, et aliquid supra mensuram trahentes interposuit. *Spartian. in Æl. Vero*, c. 1. *extr.* Nec debet prologus enormior esse, quam Fabula. ¶ Apud *Apul.* lib. 9. *Metam.* enormis senecta est valde antiqua.

ENORMĬTAS, atis, f. *want of proportion or rule, disproportionateness, irregularity*, figura extra normam. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ante med.* In structura saxorum rudium etiam ipsa enormitas invenit, cui applicari, et in quo possit insistere. ¶ Item excessus a norma. *Senec. de constant. Sap.* c. 18. Exilitas crurum, enormitas pedum. *Spartian. in Carac.* c. 2. Enormitate stipendii militibus placatis. *with extraordinary and high pay.*

ENORMĬTER, *disproportionately*, sine mensura, extra normam, ἐκνομίως. *Plin.* l. 36. c. 10. Enormiter ejaculari umbram. et l. 37. c. 6. *ad fin.* Si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter. *Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 7. Virgula vitrea conatur quidem reddere imaginem solis, quia lævis est materia, et ad hoc habilis: sed non potest, quia enormiter facta est. *irregularly.*

ENOTESCO, is, tui, n. 3. *to become known*, γνωρίζομαι, notus fio. *Sueton. in Oth.* c. 3. Qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit. *Plin.* l. 2. ep. 10. Enotuerunt quidam tui versus, et invito te, claustra tua fregerunt. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 34. Quod ubi enotuit, &c. *as soon as it became known; as soon as it got abroad. Senec.* 3. *de benef.* c. 32. Ut eloquentia per gentes enotesceret.

ENOTĀTUS, a, um, *marked, observed*, notatus, animadversus. *Apul.* l. 9. *Metam.* Sorte unica casibus pluribus enotata. *et ibid.* Signis nostris enotatis, investigationi dabant operam.

ENŎTO, as, avi, atum, a. 1. idem quod noto, *to mark, observe, note down, take notes, make extracts from a book. Plin.* lib. 1. ep. 6. Meditabar aliquid, enotabamque. (Adde lib. 6. ep. 16.) *Quintil.* l. 1. c. 7. (al. 13.) Cui tribus, quas proposui, litteris enotamus.

ENOVĀTUS, a, um, adject. innovatus, *renewed. Petron. in Satyr.* c. 93. Et pictis anas enovata pennis. Alii aliter leg.

ENŎVO, as, avi, atum, a. 1. innovo, *to renew. Cic. Acad.* 1. c. 3. Hæc ne obsolescerent, enovabam, cum licebat, legendo. Al. leg. *renovabam.*

[* ENRHYTHMUS, et ENRHYTHMĪCUS, a, um, ἔνρυθμος, rhythmis et numeris constans. *Martian. Capell.* l. 8. pag. 327. *Grot.* Genus musicæ enrhythmon. *Id. ibid.* pag. 328. Tempora enrhythmica.]

ENS, entis, particip. præsentis temporis a verbo *sum.* Testatur *Priscian.* l. 18. pag. 1140. *Putsch.* Cæsarem hoc participium protulisse (in libris, opinor, de Analogia) et quidem non incongrue. Nam inde sunt *præsens, absens, potens. Quintil.* l. 8. c. 3. a Sergio Flavio rhetore scribit *ens*, et *essentia* formata fuisse: quæ tamen, inquit, dura admodum videntur. *Id.* l. 2. c. 14. huic eidem Flavio tribuit hæc duo *essentia*, atque *entia.* ubi τὸ *entia* videri potest substantivum. Utcunque se res habeat, non usurpaverim, quamvis *Priscian.* tam gravem Cæsaris auctoritatem interponat. De *essentia* V. infra suo loco.

ENSICŬLUS, li, m. *a little sword, rapier*, ξιφίδιον, parvus ensis. *Plaut. Rud.* 4. 4. 112. Ensiculus aureolus litteratus. ¶ *Probus* apud *Priscian. in fi.* l. 3. ponit etiam *ensicula, æ*: sed nullo adstruit exemplo.

ENSĬFER, a, um, *bearing a sword, armed with a sword*, ξιφηφόρος, qui ensem fert. *Ovid.* 2. *de art. am.* v. 56. Ensifer Orion aspiciendus erit. *Al. leg.* ensiger. *Lucan.* l. 1. v. 665. Ensiferi nimium fulget latus Orionis. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 406. Ensifer Celeneus. *Stat.* 4. *Theb.* v. 321. Ensiferæ catervæ. *Id.* 2. *Achill.* v. 414. Ensiferi tumultus. *h. e.* ad arma vocantium.

ENSĬGER, a, um, adject. ensifer, qui ensem portat. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 388. Ensiger Orion æquore mersus erit. Adde 2. *de ar. am.* v. 56. Utroque autem loco al. leg. *ensifer.*

ENSIPŎTENS, entis, adject. fortis, strenuus, qui ense valet. *Coripp.* l. 4. v. 333. Nec non ensipotens membrorum robore constans.

ENSIS, is, m. *a sword*, ξίφος, gladius militaris. Vox Poetica, in cujus assignanda origine, valde laborant Etymologi. [*Quintil.* l. 10. c. 1. Sunt autem alia verba hujus naturæ, ut idem pluribus vocibus declarent, ita ut nihil significationis, quo potius utaris, intersit; ut ensis, et gladius.] *Cic.* vertens Homeri versum, *in fragm.* apud *Gell.* l. 15. c. 6 Qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 17. Destrictus ensis. *Id.* l. 2. sat. 1. v. 40. vagina tectus. *Virg.* 7. *Æn.* v. 743. Micat æreus ensis. et vers. 526. late Horrescit strictis seges ensibus. et lib. 10. v. 387. Ensem alicui in pulmone recondere. *Horat. Epod.* 17. v. 71. Ense pectus recludere. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 181. armare manus. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 66. auferre alicui caput. *Albinov. ad Liv.* v. 235. perire arma inter et enses. *h. e.* in bello et acie. et vers. 312. Terga dare ensibus. *h. e.* aciei, armis, viribus et impetu militum. ¶ In illo *Virg.* 4. *Æn.* v. 261. atque illi stellatus iaspide fulva Ensis erat: *ensis* vel pro capulo, vel pro vagina ponitur: synecdoche. Simile est illud 11. *Æn.* v. 11. ensem collo suspendit eburnum. ¶ Per metonymiam usurpatur pro imperio, cujus est insigne inter alia et ensis. *power, command, rule. Lucan.* l. 5. v. 61. sævum in populos puer accipis ensem. ¶ Et pro bello et prœliis. *Stat.* l. 4. silv. 7. v. 45. Tu tuos parvo (*filio*) memorabis enses, Quos ad Eoum tuleris Orontem. *Sil.* l. 7. v. 167. ensibus ignotis. *h. e.* cum nulla bella essent: quod fuit aurea ætate. ¶ *Ensem tradere* est militem facere, apud *Stat.* l. 5. silv. 2. v. 177. ¶ Est *ensis* cæleste sidus, nempe Orion, qui a Poetis *ensifer* dicitur. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 67. quo sidere vibret Ensis, et Actæus niteat qua luce Bootes.

[* ENTATĪCOS, i. m. ἐντατικός, vim intendendi habens. Ita vocat *Apul. de herb.* c. 5. herbam satyrion, quod valeat ad intendendum penem.]

ENTELECHĪA, *vel* Endelechia, æ, f. *the soul so called by Aristotle, either as the perfection of nature or the principle of motion*, ἐντελέχεια, et ἐνδελέχεια, ab ἐντελεχής, perfectus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 10. Aristoteles, cum quatuor illa genera principiorum esset complexus, e quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam censet esse, e qua sit mens. Cogitare enim, et providere, et discere, et docere, &c. in horum quatuor generum nullo inesse putat: quintum genus adhibet vacans nomine: et sic ipsum animum ἐντελέχειαν appellat novo nomine, quasi quandam continuatam motionem, et perennem. *Tertull. de Anim.* c. 32. Si et atomos Epicuri tenerem, et numeros Pythagoræ viderem, et ideas Platonis offenderem, et entelechias Aristotelis occuparem. [† V. omnino *Ernest. Clav. Cic.* (*Ind. Græco-Lat.*) in v. ἐντελέχεια.]

ENTELLĪNUS, a, um, ad Entellam pertinens, quæ est urbs Siciliæ ad Crimisum amnem, condita ab Entello Trojano Æneæ comite. *Cic. Verr.* 5. c. 87. Entellinus Senatus. ¶ *Entellini, orum*, sunt ejus urbes cives. *Plin.* l. 3. c. 8.

ENTEROCĒLE, es, f. *a rupture of the groin or scrotum, hernia, burstenness, enterocele*, ἐντεροκήλη, hernia intestinorum, quando ea prolabuntur vel ad inguina, vel ad scrotum, et tumorem gignunt: ab ἔντερον, intestinum, et κήλη, tumor scroti. *Martial.* l. 10. epigr. 56. Enterocelarum fertur Podalirius Hermes. *Id.* l. 11. epigr. 85. Mitior implicitas Alcon secat enterocelas. *Plin.* l. 26. c. 13. Equisetum enterocelen cohibet.

ENTEROCELĬCUS, a, um, *afflicted with the enterocele*, qui enterocele laborat. *Plin.* l. 26. c. 8. *a med.* Quinquefolium enterocelicis dari, atque illini, utilissimum est. *Arnob.* l. 7. pag. 240. Deos lienosos, et enterocelicos dicere.

ENTHEĀTUS, a, um, *divinely inspired*, numine afflatus, divino furore percitus, entheus. *Martial.* l. 12. epigr. 57. v. 11. Nec turba cessat entheata Bellonæ. *h. e.* sacerdotes Bellonæ, qui se cultris feriebant, et furentes vaticinari credebantur.

ENTHĒCA, æ, f. *a coffer, chest*, ἐνθήκη, repositorium pecuniæ: Græca vox ab ἐντίθημι, infero. *Augustin.* serm. 42. *de divers.* Enthecam nobis habere non licet. Non enim est Episcopi servare aurum. ¶ Latius etiam sumitur pro dote prædii, de qua in *Dos* dictum est: habenturque non uno in loco hujus significationis testimonia in libris Digestorum: Græce tamen plerumque. Nam quod afferunt ex *Ulpiano* lib. 32. leg. 66. (al. 68.) Prædiis, cum his enthecis, quæ in ea possessione sunt, relictis, &c. *Haloander* edidit σὺν ταῖς ἐνθήκαις. ¶ *Impp. Valentinian. et Valens* lib. 15. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 12. vocant *enthecam populi R.* repositorium annonæ publicæ, seu potius ipsam annonam. *Iidem ibid.* lib. 14. tit. 3. leg. 7. *enthecam pistrinorum* omne instrumentum, et dotem pistrini.

[* ENTHECĀTUS, a, um, adject. *laid up*, repositus in theca. Translate *Fulgent. Mythol.* l. 1. Quidquid Helicon verbalibus horreis enthecatum possederat.]

ENTHĔUS, a, um, ἔνθεος, *inspired, sacred, fanatic, insane*, numine afflatus, divino numine plenus, percitus, furens, sacer, divinus: ab ἐν, in, et θεός, deus. *Martial.* l.

11. epigr. 85. Cum furit ad Phrygios enthea turba modos. *Stat.* l. 3. *silv. ult.* v. 97. Enthea fatidicæ templa Sibyllæ. et lib. 1. silv. 2. v. 227. Enthea lauro tempora premere. *Senec. in Med.* v. 382. Incerta qualis entheos cursus tulit, Cum jam recepto Mænas insanit deo. *Id. in Troad.* v. 674. Deo percussa Mænas entheo silvas gradu, armata thyrso terret. *Id. in Œdip.* v. 628. Enthea gnatos manu lacerare. ¶ *Enthea mater* apud *Martial.* l. 5. epigr. 42. est Cybele, sacerdotes suos in furorem vertens.

ENTHYMĒMA, atis, n. *an opinion, conception, thought, notion, reason, argument; an enthymeme*, ἐνθύμημα, ab ἐνθυμέομαι, in animo verso, perpendo, cogito, a θυμὸς, animus. *Quintil.* l. 5. c. 16. Enthymema (quod nos commentum sane, aut commentationem interpretamur, quia aliter non possumus, Græco melius usuri) unum intellectum habet, quo omnia mente concepta significat: alterum, quo sententiam cum ratione: tertium, quo certam quandam argumenti conclusionem, vel ex consequentibus, vel ex repugnantibus. ¶ Prima significatio tota Græca est: secunda refertur ad argumentum: tertia ad argumentationem, hoc est ad argumenti elocutionem, et figuram. *Id. ibid.* c. 14. Igitur enthymema et argumentum ipsum, idest rem, quæ probationi alterius adhibetur, appellant, et argumenti elocutionem. Eam vero dixi duplicem: ex consequentibus, quod habet propositionem, conjunctamque ei protinus probationem: *an argument consisting only of an antecedent and consequential proposition:* quale pro Ligario (cap. 6.) *Causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset: nunc melior certe ea judicanda est, quam etiam dii adjuverunt.* Habet enim propositionem, probationemque: non habet conclusionem. Ita est ille imperfectus syllogismus. Ex pugnantibus vero, quod etiam solum enthymema quidam vocant, fortior multo probatio est. Tale est Ciceronis pro Milone (cap. 29.) *Ejus igitur mortis sedetis ultores, cujus vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis.* Hactenus *Quintil.* ¶ Itaque cum enthymema dicitur imperfectus syllogismus, vel ideo dicitur, quia per pauca effertur, sive desit propositio, sive assumptio, sive conclusio: vel ideo quia non necessario concludit. *a syllogism where the major proposition is suppressed, and only the minor and consequence produced in words. Id.* l. 5. c. 10. Apodixis est evidens probatio. Hanc et ab Epicheremate differre Cæcilius putat solo genere conclusionis, et esse apodixim imperfectam, epicherema; eadem causa, qua diximus, enthymema a syllogismo differre. ¶ Enthymemata præcipue Rhetorum sunt, et ex contrariis fiunt. *arguments, or conclusions, drawn from contraries. Cic. in Top.* c. 13. Ex hoc illa Rhetorum sunt ex contrariis conclusa, quæ ipsi enthymemata appellant: non quod non omnis sententia proprio nomine enthymema dicatur; sed ut Homerus, propter excellentiam, commune Poetarum nomen efficit apud Græcos suum; sic cum omnis sententia enthymema dicatur, quia videtur ea, quæ ex contrariis conficiatur, acutissima, sola proprie nomen commune possidet. Ejus generis sunt: *hunc metuere, alterum in metu non ponere. Eam quam nihil accusas, damnas. Bene quam meritam esse autumas, dicis male mereri. Id, quod scis, prodest nihil; id, quod nescis, obest.* Hæc *Cic.* Adde aliud exemplum ex eodem apud *Gell.* lib. 1. c. 4. ¶ Neque vero ita solum Oratorum proprium est, ut non et a Philosophis dialecticis adhibeatur, uti docet *Cic. in Top.* c. 14. Quare *Juvenal.* Dialecticæ tribuit, sat. 6. v. 447. Non habeat matrona tibi quæ juncta recumbit, Dicendi genus, aut curtum sermone rotato Torqueat enthymema, nec historias sciat omnes.

ENTHYMĒSIS, is, f. ἐνθύμησις, animatio, animæ infusio: item cogitatio, inventum. *Tertull. advers. Valentin.* c. 9. *extr.* Totam enthymesin, idest animationem cum Passione, quæ insuper acciderat, exposuit. Adde *advers. Heretic.* c. 7.

ENUBILĀTUS, a, um, adject. *unclouded*, sine nubibus, serenus, clarus. *Paulin. ad Cyther.* carm. 21. v. 667. Enubilatam veritatem cernimus.

ENŪBĪLO, as, avi, atum, a. 1. a nubibus purgo, clarum facio. *Tertull. in Apolog.* c. 35. Clarissimis lucernis vestibula enubilabant. ¶ Translate *Augustin.* l. 4. *de doctr. Christ.* c. 10. *a med.* Sicut gratus est, qui cognoscenda enubilat; sic onerosus est, qui cognita inculcat. [¶ Particip. *enubilandus* apud *Tertullian. de anima* c. 3. Ea erunt Christianis enubilanda.]

ENŪBO, is, psi, ptum, *to marry out of her family or rank*, ἐκγαμίζω, est extra suum ordinem nubere. *Liv.* l. 10. c. 23. Virginiam A. F. patritiam plebeio nuptam L. Volumnio Cos. quod e patribus enupsisset, matronæ sacris arcuerant. Adde lib. 4. c. 4.

ENŬBRO, inhibenti. *Fest.* Videtur autem loqui de auspiciis, quæ contraria sunt, et aliquid fieri prohibent. *Gloss.* Enubra, ἐναντία. V. *Inebræ.*

ENUCLEĀTE, *clearly, plainly, subtilely, logically*, καθαρῶς, enucleando, aperte, nude, simpliciter. *Non.* quoque c. 1. n. 296. exponit purgate, exquisite, et sine asperitate, aut duritia: ab eo quod nucibus separatis, idest testis, nucleorum utilis usus habeatur. *Cic.* 3. *Q. Fr.* ep. 3. De aqua, et via nihil prætermisi quadam epistola, quin enucleate ad te perscriberem. *Id. de clar. Orat.* c. 30. Enucleate et polite dicere. *Id. ibid.* c. 9. Subtiliter, presse, enucleate dicere: nihil contra grande, incitatum, ornatum. *Id.* 4. *de Fin.* c. 3. Qui grandia ornate vellent, enucleate minora dicere. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 14. Quæ de perturbationibus enucleate disputabant Stoici, quæ logica appellant, quia disseruntur subtilius. *Augustin, in Enchirid.* c. 85. Enucleatissime disputare.

ENUCLEĀTUS, a, um, *having the kernel taken out*, cui nucleus est extractus, ut Enucleatæ baccæ juniperi, apud *Marcell. Empir.* c. 20. ¶ Translate est purgatus, purus, simplex, *pure, subtile, clear. Cic. pro Planc.* c. 4. Illud debes putare, comitiis ædilitiis studium esse populi, non judicium: eblandita illa, non enucleata esse suffragia. *given judiciously from a regard to merit, not to favour. Id. in Orat.* c. 26. *extr.* Genus dicendi enucleatum. *a subtile logical manner of speaking. h. e.* quo utitur summissus orator, et tenui stilo utens, in quo orationis ornamenta parcissime adhibentur. *pure, simple, thoroughly scrutinized, sifted and weighed.* (Adde 3. *de Orat.* c. 9.) *Gell.* l. 7. c. 3. *a med.* Neque tenues istas, et enucleatas voluntatum in rebus illicitis reprehensiones, qualia in Philosophorum otio disputantur magni facit. *h. e.* puras et nudas reprehensiones voluntatum nudarum et inanium, ut *ibid. mox* loquitur. V. integrum loc. [*Cicer. in fragm. pro Scauro novissime ab Angelo Majo editis* pag. 3. Non acu enucleata argumenta conquiram.]

ENUCLĔO, as, avi, atum, a. 1. *to take out the kernel*, id quod esui est e nuce aliisque pomis extraho, atque a putamine, aut nucleo purgo. *Apic. sub fin.* l. 4. Duracina purgas, enucleas. ¶ Translate est purgare, digerere. Quo spectat tit. 17. lib. 1. *Cod. Justin.* qui inscribitur *de veteri jure enucleando.* ¶ Item aperire, explicare, ab obscuritatibus, aut difficultatibus purgare. *to explain subtilely or logically. Cic.* 5. *Tuscul.* c. 8. Hæc nunc enucleare non ita necesse est. *Id. in Partit.* c. 17. Cito arescit lacrima, præsertim in alienis malis: nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum est. minuta est enim omnis diligentia: hic autem locus grandia requirit. *to examine minutely, sift or weigh thoroughly. Gell.* l. 19. c. 8. Quæri ista omnia, et enucleari, et excuti ab hominibus negotiosis non queunt.

ENŪDO, as, a. 1. *to make naked or bare, expound, lay open, unfold, explain*, idem ac nudo. Translate ponitur pro exponere, interpretari. *Cic.* 1. *de Leg.* c. 9. Et rerum plurimarum obscuras et necessarias intelligentias enudavit.

ENUMERATĬO, onis, f. *an enumerating, numbering, reckoning up, recounting, rehearsing*, ἐξαρίθμησις, actus enumerandi. *Cic.* 3. *de Leg.* c. 10. Enumeratio malorum. *Id. de clar. Orat.* c. 36. Versari in enumeratione oratorum. ¶ Speciatim est pars perorationis, in qua res disperse, et diffuse dictæ, unum in locum coguntur, et reminiscendi causa unum sub aspectum subjiciuntur, ut *Cic.* 1. *de Invent.* c. 52. definit, *a recapitulation*, ἀνακεφαλαίωσις. Adde *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 30. et *Quintil.* l. 6. c. 1. ¶ Item exornatio oratoria, qua pluribus rebus expositis, et ceteris infirmatis, una reliqua necessario confirmatur: ut si dicas; si iste occidit, aut inimicitiæ causa id fecit, aut spei, aut metus, alicujus amici gratia: aut si horum nihil est, non occidit. Constat autem, neque inimicitiam interfuisse, neque metum, &c. Ergo non occidit. *Cic. ibid.* c. 29.

ENUMERĀTUS, a, um, *enumerated, recounted, reckoned up*, numeratus, recensitus. *Liv.* l. 3. c. 58. Septem et viginti enumeratis stipendiis. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 105. Repetitis atque enumeratis diebus, quo die, &c.

ENUMĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to enumerate, recount, reckon up, recite*, ἐξαριθμέω, idem quod numero, vel plene, et usque ad ultimum numero, recenseo. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 46. Authepsa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est, ut qui prætereuntes pretium enumerari audiebant, fundum venire arbitrarentur. *Id. post. redit. ad Quir.* c. 2. Nemo est, qui vestrorum multitudinem beneficiorum non modo augere, aut ornare oratione, sed enumerare aut consequi possit. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Enumerare possum, qua sit in figuris animantium, et quam solers subtilisque descriptio partium, &c. *Propert.* l. 2. el. 1. v. 44. Enumerat miles vulnera, pastor oves. *Nep. in Lysand.* c. 2. Ne de eodem plura enumerando fatigemus lectores. *by recounting. Id. in Annib.* c. 5. Longum est enumerare prælia, &c. *Id. in Attic.* c. 18. Juniam familiam a stirpe ad hanc ætatem ordine enumeravit. *he described, gave an account of.* [¶ Particip. *enumerans, enumeraturus* apud *Curt.* l. 6. c. 3. Nescio, an enumeranti mihi quædam ipsarum rerum multitudo subduxerit. *Cic.* 3. *Verr.* c. 33. Dixi jam antea, me non omnia istius, quæ in hoc genere essent, enumeraturum.]

ENUMQUAM, ecquando. *Festus.* V. *En.*

ENUNDĪNO, as, avi, atum, a. 1. mercari, *to procure for hire. Tertull. de Idolol.* c. 9. Spiritum Sanctum enundinare.

ENUNTIATĬO, onis, f. *an explanation, exposition*, explicatio, expositio, ἀπόφανσις. *Quintil.* l. 7. c. 3. Finitio est rei propositæ propria, et dilucida, et breviter comprehensa verbis enuntiatio. ¶ Item manifestatio. *a manifestation, declaration, enunciation. Id.* declam. 272. Enuntiatio voluntatem habet, et animum non coactum: confessio expressam dolore multo necessitatem. ¶ Item propositio, enuntiatum, effatum. *a proposition, axiom. Cic. de Fato*, c. 10. Non omnis enuntiatio, quod ἀξίωμα dialectici appellant, aut vera, aut falsa erit. *Id. ibid.* c. 12. Hæc enuntiatio vera esse non potest: capiet Numantiam Scipio.

ENUNTIATĪVUS, a, um, *enunciative, declarative, expressive*, qui enuntiandi, seu manifestandi vim habet. *Senec.* ep. 117. *ante med.* Motus animorum enuntiativi corporum. Et *mox.* Dico, Cato ambulat: non corpus quidem est, quod nunc loquor, sed enuntiativum de corpore: quod alii effatum vocant, alii enuntiatum, alii edictum.

ENUNTIĀTRIX, icis, f. *she that declares*, quæ enuntiat. *Quintil.* l. 2. c. 15. *circa med.* Theodorus Gadareus ita dicit (ut ipsis eorum verbis utar, qui hoc ex Græco transtulerunt) Ars inventrix, et judicatrix, et enuntiatrix decente ornatu, &c. *h. e.* Rhetorica. *Prudent.* περὶ στεφ. 14. *de S. Rom.* v. 771. lingua interpres animi, enuntiatrix sensuum.

ENUNTIĀTUM, i. n. *a proposition, declaration*, enuntiatio, effatum, ἀξίωμα. *Cic. de Fato*, c. 9. Epicurus concedens omne enuntiatum aut verum aut falsum esse. Adde c. 12.

ENUNTIĀTUS, a, um, *uttered, expressed, pronounced, declared*, dictus, loquendo expressus, manifestatus, ἀποφασμένος. *Quintil.* l. 2. c. 5. Sermo rectus, et secundum naturam enuntiatus, nihil habere ex ingenio videtur. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 7. Gravissimæ sunt ad beate vivendum breviter enuntiatæ sententiæ. *Id. pro Mur.* c. 11. Si quid fuit in isto studio admirationis, id, enuntiatis vestris mysteriis, totum est contemptum. *proclaimed, made public, divulged. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 4. Res alicui per indicium enuntiata.

ENUNTĬO, as, avi, atum, a. 1. *to pronounce, proclaim, declare, express*, ἀποφαίνω, ἐκφέρω, pronuntio, dico, exprimo. *Cic.* 4. *Acad.* c. 29. Fundamentum dialecticæ est, quidquid enuntiatur (id autem appellatur ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut verum esse, aut falsum. *Id.* 3. *de Orat.* c. 42. Videtis profecto genus hoc totum, cum inflexo, commutatoque verbo res eadem enuntiatur, ornatius. *Id.* 1. *Acad.* c. 2. Quibusnam quisquam enuntiare verbis poterit hæc ipsa de vita, et moribus, &c.? *Cæsell.* apud *Gell.* l. 7. c. 2. Masculino genere *cor* enuntiavit Ennius. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 9.) Enuntiare litteras. *Id.* l. 12. c. 10. Quæ proprie signari poterant, circuitu cœperunt enuntiare. ¶ Item aperire, edere, evulgare, et, quod arcanum erat, detegere: *to publish, spread abroad, divulge, disclose, reveal. Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 8. Optimæ mentis cogitata jampridem, maturo tempore enuntiare. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 47. *ad fin.* Enuntiare mysteria dicendi. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* 30. Jurejurando, ne quis enuntiaret. et cap. 17. Consilia nostra hostibus enuntiare. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 66. Ne enuntiet id esse facinus ex te exortum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 4. Enuntiare alicui per indicium. [¶ Particip. *enuntiaturus, enuntiandus* apud *Liv.* l. 10. c. 38. Adigebatur jurejurando, quæ visa auditaque in eo loco essent, non enuntiaturum. *Sueton. in Tib.* c. 71. Per ambitum verborum rem enuntiandam censuit.]

ENUPTĬO, onis, f. *the right of marrying out of her family or rank*, actus enubendi. *Liv.* l. 39. c. 19. Ut Hispalæ Feceniæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita esset, &c. V. *Enubo.*

ENUTRĬO, is, ivi, itum, a. 4. idem quod nutrio, vel perfecte, et complete nutrio, *to nourish, feed, cherish, maintain, bring up*, ἐκτρέφω. *Colum.* l. 3. c. 3. Sata non ita enutriunt, ut convalescant. *Plin.* l. 12. c. 1. Ut mero infuso enutriantur. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 288. puerum diva Cythereide natum Naiades Idæis enutrivere sub antris.

ENUTRĪTUS, a, um, *nourished, brought up*, nutritus. *Plin.* l. 9. c. 37. Purpurarum genus lutense putri limo, et algense enutritum alga. ¶ Translate *Vitruv.* l. 2. c. 1. *ad fin.* Unde origines ædificiorum sint institutæ, et quibus rationibus enutritæ et progressæ sint gradatim ad has finitiones.

ENYALĪUS, ii, m. Mars, vel alius belli deus: ab ἐνύω, occido. Aliquibus dictus videtur Bellonæ filius: ab Ἐνυὼ, Enyo, et υἱὸς, filius. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 19. sed Græce.

ENYO, us, f. contract. Ἐνυὼ, Bellona dea belli: ab ἐνύω, occido. *Stat.* 8. *Theb.* v. 657. Et face mutata bellum integrabat Enyo. Adde *Sil.* l. 10. v. 203. ¶ Metonymice accipitur pro bello vel prœlio. *Martial.* l. *de Spect.* epigr. 24. Ne te decipiat ratibus navalis Enyo.

E O

EO, is, ivi, *et* ii, itum, n. anom. *to go, walk, travel*, ἴω, εἶμι, πορεύομαι, ambulo, vado, pergo, iter facio: a prima Græca voce allata. *Cic. Phil.* 2. c. 32. Celeriter isti, redisti. *Liv.* l. 44. c. 43. Celerius, quia recta expedita vi ierant, pervenerunt. *Id.* l. 42. c. 34. *a med.* A Ti. Graccho rogatus, in provinciam ii. *Plaut. Stich.* 2. 1. 20. Pedibus ire non queo. *proceed on foot. Senec. in Herc. Fur.* v. 196. Ire curru. *to ride in a chariot. Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 46 equis. *on horseback. Id.* l. 1. *de ar. am.* v. 214. Quatuor in niveis aureus ibis equis. *h. e.* quadrijugo curru vectus *Justin.* l. 41. c. 3. Ire super equos. *Martial.* l. 3. epigr. 47

in rheda. Ovid. Heroid. ep. 19. v. 180. puppibus. *to sail on board a ship.* Id. 1. Amor. el. 6. v. 10. tenebris. *to go by night.* et vers. 7. per excubias custodum. *amongst, through the midst of the guards.* Lucan. l. 8. v. 564. celsa de puppe carinæ In parvam jubet ire ratem. *to pass from,* &c. Terent. Eun. 3. 2. 42. Ire in via cum aliquo. Liv. l. 42. c. 36. per Italiam. Terent. Andr. 1. 1. in fin. Eamus nunc intro. Id. ibid. 3. 4. 15. Domum modo ibo. Id. Phorm. 5. 6. in fin. Ire ad mercatum. Id. Eun. 3. 2. 6. ad cœnam. Id. Phorm. 2. 1. 82. ad forum. et vers. 23. obviam alicui. Id. Andr. 3. 4. 20. ad aliquem. h. e. ad domum alicujus. Id. ibid. 1. 1. in fi. I præ, sequar. *proceed; I will follow.* Id. Phorm. 5. 7. 37. I in malam rem. *go and be hanged.* Pompei. ad Lentul. post epist. 12. l. 8. ad Attic. Ire subsidio alicui. Plaut. Trin. 3. 3. 4. Puella it in matrimonium sine dote. Liv. l. 34. c. 19. Ire in colloquium ad aliquem. Cic. 3. Verr. c. 48. in possessionem. *to go and take possession.* Plin. l. 26. c. 8. a med. in somnum. *to go to sleep.* Ovid. 5. Trist. el. ult. v. 44. Vela damus, quamvis remige puppis eat. *goes by oars.* Brut. ad Cicer. Fam. 11. ep. 13. Ille iit passim, ego ordinatim: quacumque iit ergastula solvit. *marched.* est enim sermo de iter faciente cum exercitu. ¶ Sæpe jungitur cum supinis aliorum verborum. Terent. Eun. 5. 2. 53. Nutricem arcessitum iit. Cato apud Fest. in Parsi. Quod uti prohibitum irem, meo labori non parsi. Liv. l. 32. c. 22. Neu pertinacia sua gentem universam perditum iret. Cic. pro Rosc. Amer. c. 23. Ire cubitum. *to go and lie down.* Horat. l. 1. od. 2. v. 15. dejectum. Plaut. Pœn. 3. 1. 9. operam datum alicui. Id. Cistell. 1. 1. 4. habitum honorem alicui. et vers. 39. depressum. Id. Mil. 3. 1. 27. opitulatum. *to go to any one's assistance.* Id. Bacch. 5. 2. 52. oppugnatum. Sallust. in Jug. c. 90. Bonorum præmia ereptum eunt. ¶ Cum infinito Propert. l. et el. 1. v. 12. Ibat et hirsutas ille ferire feras. et eleg. 6. in fin. Seu pedibus terras, seu pontum carpere remis Ibis. Stat. 3. Theb. v. 61. pudet ire fateri. h. e. pudet fateri. Adde Plaut. Mostell. 1. 1. 63. Terent. Hecyr. 1. 2. 114. et Stat. l. 5. silv. 3. v. 10. ¶ Et cum dativo Virg. 5. Æn. v. 451. It clamor cælo. *reaches the very heavens.* (Adde Valer. Flacc. l. 3. v. 277.) Propert. l. 1. eleg. 15. v. 8. Ut formosa novo quæ parat ire viro. et eleg. 20. v. 32. Hylas ibat Hamadryasin. Sil. l. 15. v. 327. Cogitur ire sorori germanus amatæ. *from his sister.* ¶ Et cum accusativo motus ad locum, vel per locum, Valer. Flacc. l. 3. v. 371. Ignotas jubet ire vias. h. e. per vias. Ovid. Heroid. ep. 10. v. 125. Ibis Cecropios portus. h. e. ad portus. Sil. l. 12. v. 368. Sardoos isse recessus. Grat. in Cyneg. v. 64. Ire freta. Stat. l. 5. Theb. v. 279. gemini qua brachia muri Litus eunt. h. e. procurrunt, atque extenduntur usque ad litus. ¶ Ire in aliquem est aggredi. *to proceed to attack.* Virg. 9. Æn. v. 423. simul ense recluso Ibat in Euryalum. Valer. Flacc. l. 3. v. 308. Ire in hostes. Ovid. Heroid. ep. 11. v. 92. et l. 1. Amor. el. 7. v. 64. inque meas unguibus ire genas. ¶ Et omissa præpositione. V. Cominus. ¶ Et sequente dativo. V. ibid. ¶ Cum ablativo est abire, discedere. *to depart, go away.* Ovid. 6. Metam. v. 201. Ite sacris, properate sacris, laurumque capillis Ponite. deponunt infectaque sacra relinquunt. ¶ Ponitur et pro incedere, ingredi. *to walk, proceed.* Petron. in Satyr. c. 129. Negant medici sine nervis posse ire. Virg. 6. Æn. v. 589. mediæque per Elidis urbem Ibat ovans, divumque sibi poscebat honorem. Plaut. Epid. 5. 1. 21. Ire otiose. Id Pseud. 1. 3. 13. placide. ¶ Item pro exire, *to go out.* Valer. Flacc. l. 3. v. 3. It tectis Argoa manus. ¶ Item pro venire, *to come,* quemadmodum venio pro ire adhibetur. Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 1. ante med. Cum aliquo exibimus, eat nobiscum, puerumque ducat. (Adde Attic. l. 10. ep. 16.) Plaut. Bacch. 5. 2. 56. I, i hac mecum intro. Terent. Eun. 2. 3. 13. Unde is? Ch. ego ne? nescio hercle, neque unde eam, neque quorsum eam. *whence come you?* Id. Andr. 3. 4. 1. Ad te ibam. Adde Liv. l. 28. c. 41. ad fin. Stat. 7. Theb. v. 229. et 433. l. 8. v. 514. et lib. 12. v. 360. et Virg. 2. Æn. v. 375. ¶ Translate est fluere, *to flow.* Stat. 4. Theb. v. 776. Langia perennes Servat aquas: solet et rapidi sub limite cancri Semper, et Icarii quamvis juba fulguret astri, Ire tamen. Virg. Æn. 8. v. 726. Euphrates ibat jam mollior undis. Id. 2. Æn. v. 173. salsusque per artus Sudor iit. ¶ Item præterire, transire, abire, *to pass by, go over.* Plaut. Pseud. 1. 3. 12. It dies: ego mihi cesso. Ovid. 3. de ar. am. v. 62. Eunt anni more fluentis aquæ. Id. Heroid. ep. 15. v. 61. Sex mihi natales ierant, cum, &c. ¶ Item procedere. Ovid. 1. de ar. am. v. 147. cum pompa frequens cælestibus ibit eburnis. Id. 2. Amor. el. 1. v. 24. Carmina revocant niveos solis euntis equos. ¶ Item vagari, discurrere. Id. 6. Metam. v. 146. Phrygiæque per oppida facti Rumor it. Juvenal. sat. 1. v. 145. It nova nec tristis per cunctas fabula cœnas. Quintil. l. 1. c. 8. (al. 14.) Comœdia it per omnes et personas et affectus. Id. l. 7. c. 1. extr. Nunc eamus per singulas causarum judicialium partes. ¶ Item abire, aut perire. Lucan. l. 2. v. 263. Nec tanta in cassum virtus eat. Lucret. l. 3. v. 527. hominem paulatim cernimus ire, Et membratim vitalem deperdere sensum. ¶ Res it, procedit, succedit. Cic. Attic. l. 14. ep. 20. ad fin. Hæc contra Antonium concio mihi profecisse permultum videtur: prorsus ibat res. *was going on well.* et ep. 15. Incipit res melius ire, quam putabam. et lib. 12. ep. 24. extr. De Attica, optime it. Tacit. 12. Ann. c. pænult. Vulgabat ire in melius valetudinem principis. Lucan. l. 4. v. 143. Omnia eunt fatis Cæsaris. Curt. l. 8. c. 5. a med. Dii propitii eodem cursu, quo fluxere, res ire patiantur. *grant, that matters proceed,* &c. Lucan. l. 2. v. 304. Sic eat. *proceed so, be thus, turn out so, come to this.* Simile est illud Liv. l. 1. c. 26. Sic eat quæcumque Romana lugebit hostem. ¶ Ire in aliquid est evadere, fieri, *to become, turn to.* Ovid. 10. Metam. v. 492. mediaque manente medulla, Sanguis it in succos, in magnos brachia ramos, In parvos digiti. Stat. 6. Theb. v. 234. lapsusque putres jam Mulciber ibat In cineres. Nemesian. in Cyneg. v. 29. Myrrha ivit in arboreas frondes. Colum. l. 2. c. 12. ad fin. et Plin. l. 18. c. 17. Seges it in articulum. Cato R. R. c. pænult. Asparagus it in semen. *goes to seed.* Quintil. l. 2. c. 10. Numquam hæc Poetica themata juvenibus pertractare permittemus, ut exspatientur, et gaudeant materia, et quasi in corpus eant? h. e. quasi pinguescant, *swell out.* Similia sunt illa Virg. 4. Æn. v. 413. et Stat. 11. Theb. v. 193. Ire in lacrimis. *to have recourse to tears; to weep, dissolve into tears.* Flor. l. 2. c. 4. in sudorem. *to break out into a profuse sweat.* Ovid. 5. Metam. v. 668. Ibimus in pœnas. h. e. *we will proceed to punishment.* ¶ Ire in duplum. V. Duplum. ¶ Ire inficias. V. Inficias. ¶ Ire in sententiam, et ire pedibus in sententiam est accedere ad sententiam alicujus, non verbo solum, sed etiam corpore. *to agree, or go over, to any one's opinion.* Hæc ratio inventa est in Senatu R. quod nonnunquam longum erat audire singulos, neque mos ferendi suffragia erat in Curia. Cum igitur duæ tresve sententiæ dictæ erant ab iis, qui primi rogabantur, ceteri in illorum, quibuscum sentiebant, subsellia transibant, ut res expeditius ageretur: cumque hoc modo sententiæ dicebantur, solebat Consul ita pronuntiare: Qui hæc sentitis, in hanc partem: qui alia omnia, in eam partem ite, qua sentitis, ut est apud Plin. l. 8. ep. 14. Hinc Liv. l. 5. c. 9. In quam sententiam cum pedibus iretur, &c. Cic. post redit. in Sen. c. 4. Ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset. Id. Q. Fr. l. 2. ep. 1. Ibatur in eam sententiam. V. Omnis. ¶ Hinc sunt illa ire, vel discedere, vel transire in alia omnia, h. e. ab auctore sententiæ alicujus dissentire, *to go into a contrary opinion.* Cic. Fam. 1. ep. 2. De tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. V. Discedo, et Discessio. ¶ Ire in sæcula, *to be remembered to posterity,* celebrari fama apud posteros. Plin. in Paneg. c. 55. Ibit in sæcula, fuisse principem, cui, &c. Sil. l. 12. v. 311. factoque in sæcula ituro Lætatur tribuisse locum. ¶ Est etiam verbum funebre. Nam ad illud Terent. Andr. 1. 1. 90. Effertur, imus: Donat. Efferri, inquit, dicuntur cadavera mortuorum, et ire proprie ad exsequias. Virg. 11. Æn. v. 24. Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere suo, decorate supremis Muneribus. Hinc ire exsequias. V. Exsequiæ, et ire pompam funeris apud Ovid. 6. Fast. v. 663. V. Pompa. ¶ Ire ad aliquid pro accedere, adjungi. Senec. in Herc. Fur. v. 1316. Eat ad labores hic quoque Herculeos labor. ¶ Ire ad arma, ad saga est ad arma, ad saga sumenda. Cæl. ad Cicer. Fam. 8. ep. 15. Cic. Phil. 14. c. 1. Elegans est illa loquendi ratio apud Terent. Eun. 1. 2. 75. At ego nesciebam, quorsum tu ires. h. e. quorsum tuis verbis tenderes: *what you were driving at.* et Adelph. 5. 6. 35. Mane: scio: istuc ibam. *that is what I meant.* ¶ Ite, si itis, formula loquendi similis atque fac, si facis, et age quod agis, et est hortantis, excitantis, urgentis: habeturque apud Plaut. Pœn. 5. 4. 67. ¶ I, et i nunc est adhortantis cum ironia, atque irridentis. Virg. 9. Æn. v. 634. i, verbis virtutem illude superbis. Ovid. Heroid. ep. 3. v. 25. pugnas, ne reddar, Achille. I nunc, et cupidi nomen amantis habe. *go to now.* Et Senec. sub init. consol. ad Polyb. Eat nunc aliquis, et singulas comploret animas. et mox. Eat aliquis, et fata sibi non pepercisse conqueratur. Adde Liv. l. 7. c. 6. ad fin. Martial. l. 1. epigr. 43. Petron. in Satyr. c. 115. Virg. 7. Æn. v. 425. Propert. l. 3. el. 16. v. 18. Ovid. 3. amor. el. 3. v. 1. et Juvenal. sat. 6. v. 305. ¶ Eat eodem sensu dixit Sil. l. 11. v. 392. et Sueton. in Ner. c. 35. ¶ Ire pro esse, exsistere. Senec. in Herc. Œt. v. 282. Non ibo inulta. Claudian. de IV. Consul. Honor. v. 108. Non dabitis murum sceleri: qui vindicet, ibit. ¶ Pro vendi, venire, Plin. l. 18. c. 23. Justum est, singulas vehes fimi denario ire. Claudian. in Eutrop. l. 1. v. 203. Tot Galatæ, tot Pontus eat, tot Lydia nummis. ¶ Passive impersonaliter Cic. 2. Attic. ep. 1. circa med. Non esse itum obviam, ne tunc quidem, cum iri maxime debuit. Virg. 6. Æn. v. 179. Itur in antiquam silvam. Petron. in Satyr. c. 119. Non viderunt viam, qua iretur ad carmen. Plaut. Trucul. 3. 1. 21. Ibitur: ne me morari censeas. Senec. in Med. v. 460. Eatur: regius jussit gener. ¶ Infinitum iri cum particip. præteriti temporis, futuri passivi vim habet. Cic. Attic. l. 2. ep. 20. Pompeius addit etiam, se prius occisum iri ab eo, quam me violatum iri. h. e. occidendum esse, &c. Id. ibid. l. 15. ep. 25. Brutum, ut scribis, visum iri a me, puto. Sallust. in Jug. c. 120. Neque hominem nobilem in hostium potestate relictum iri. h. e. fore, ut relinqueretur. Terent. Adelph. 1. 1. 45. Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet. Plaut. Rud. 4. 7. 16. Mihi istæc videtur præda prædatum irier. paragoge. ¶ Non semper tamen futuri significationem habet, sed aliquando etiam præsentis. Nam teste Gell. l. 10. c. 14. vulgo dicebatur, illi injuriam factum iri, et contumeliam dictum iri, hoc est ut ipsemet explicat, iri ad injuriam faciendam, seu operam dari, quo fiat. Cic. Attic. l. 9. ep. 18. Senatui non placere, in Hispanias iri, nec exercitus in Græciam transportari. *is not satisfied with their marching.* Cato autem paulo ab hoc usu remotius locutus est apud Gell. loc. cit. Atque evenit ita, Quirites, uti in hac contumelia, quæ mihi per hujusce petulantiam factum itur, rei quoque publicæ miserear. h. e. quæ paratur contra me. V. Gell. ibid. et de tota hac ratione loquendi Voss. l. 7. de Grammat. c. 54. multa contra Sciopp. disputantem. Insolentius est etiam illud Quintil. l. 9. c. 2. ad fin. Reus parricidii, quod fratrem occidisset, damnatum iri videbatur. Ubi qui damnatus reponi malunt, contra omnium librorum fidem facere, testatur Voss. loc. cit. ¶ Participia sunt iens, euntis, et iturus. Cic. Attic. l. 4. ep. 9. Iens in Pompeianum, bene mane hæc scripsi. et lib. 16. ep. 1. Postridie iens ad Brutum. Retroiens dixit Senec. l. 7. quæst. nat. c. 21. De obliquis casibis, ac de iturus exempla passim. Pro euntis aliquando ientis dictum est: non tamen imitandum. Vet. Lap. apud Murator. pag. 337. n. 5. et 439. lin. 11. in agro Volusi Basilides ientibus ab urbe parte sinistra, &c. ¶ Eundus passive usurpatur a Claudiano, ubi ait, l. 2. in Eutrop. v. 419. non explorantur undæ, Vitandæque viæ. ¶ Ceterum eundum est, h. e. ire oportet, vulgo passimque dicitur. Ovid. 3. Trist. el. 1. v. 24. Dicite, lectores, si non grave, qua sit eundum. ¶ Issem, es, et, et isse, syncope est pro ivissem, ivisse. Cic. Phil. 12. c. 12. et Verr. 3. cap. 44. Ovid. non semel, Propert. Plaut. Stat. Sil. &c. ¶ Isti pro ivisti est Turpilii apud Non. c. 4. n. 242. Et istis pro ivistis, habet Lucan. l. 7. v. 834. ¶ In futuro pro ibo, is, it, in compositis, iam, ies, iet, inveniri quidam putant, ut inietur apud Cicer. 2. Agrar. c. 25. extr. et transiet apud Tibull. l. 1. el. 4. v. 23. et iniet apud Senec. l. 2. de Benef. c. 1. et redies apud Apul. l. 6. Metam. exiet apud Tertull. advers. Jud. c. 13. ex Matth. 2. 6. item in veteri Inscript. apud Gruter. pag. 755. n. 1. quam affert Achill. Stat. ad loc. cit. Tibulli, et obiet apud eund. Gruter. pag. 1119. n. 4. et prodient apud Lactant. in fin. cap. 16. lib. 7. Verum hæc omnia loca dubiæ sunt lectionis (excepto Tertull. et Sapient. 16. 29. ubi habetur disperiet pro disperibit: et Inscriptione altera, quæ tamen optimæ notæ non est.) et cum probata consuetudine pugnant.

EO, *thither, to that place,* ἐκεῖ, ἐκεῖσε, ablativus pronominis is, id, adverbii more adhibitus, et multa significans. Primo enim est illuc, in eum locum. Cæs. l. 1. B. Gall. c. 25. Eo se recipere cœperunt. Liv. l. 1. c. 7. Ipsa vestigia quærentem dominum eo deductura erant. Varr. l. 3. R. R. c. 16. a med. Si apes eo transtuleris ubi, &c. Cic. Attic. 2. ep. 16. a med. Eo unde discedere non oportuit, revertamur. Id. pro Mur. c. 9. Ut eo, quo intendit, perveniat. Cato R. R. c. 18. Quod loci supererit, robore expleto: eo plumbum infundito: superiorem partem arborum digitos sex altam facito siet: eo capitulum robustum indito. Cæs. l. 1. B. Gall. c. 42. Statuit, omnibus equis Gallis equitibus detractis, legionarios eo milites imponere. h. e. in eos equos. ¶ Translate Cic. Fam. 10. ep. 21. Accessit eo, ut milites, &c. *add to this, that,* &c. Id. Attic. l. 1. ep. 11. Eo accedebat hortator assiduus Sallustius. ¶ Sæpe est, usque ad id, in tantum, *so far, to such a pitch, to such an extent, to such a pass,* εἰς τοῦτο, sequente ut. Liv. in proœm. Quæ ab exiguis profecta initiis eo crevit, ut magnitudine laboret sua. Cic. pro Rosc. Amer. c. 34. Eo rem jam adducam, ut nihil divinatione opus sit. Plin. in Paneg. c. 16. Eo insolentiæ furorisque processit, ut, &c. Flor. l. 3. c. 12. Eo magnitudinis crescere, ut &c. Liv. l. 25. c. 8. Eo consuetudinis adducta res est, ut &c. Justin. l. 3. c. 5. Eo usque desperationis Spartanos adduxit, ut &c. ¶ Item ad eum finem cum particulis quo, ut, ne. Nepos in Themist. c. 4. Hoc eo valebat, ut ingratiis ad depugnandum cogerentur. h. e. spectabat, tendebat. *tended to that end, that they were constrained.* Cic. Attic. l. 8. ep. 9. Eo scripsi, quo plus auctoritatis haberem. *to the end that I might have,* &c. Id. Fam. 16. ep. 1. Marionem ad te eo misi, ut, &c. Id. 3. de Orat. cap. 49. Eo te non interpellavi, ne quid de hoc tempore diminueretur. ¶ Item ideo, propterea, *on that account, for that reason, for that, therefore,* vel absolute, vel sequentibus particulis quo, quod, quia, &c. Liv. l. 23. c. 19. Nocte et mittebantur, et perveniebant: eo custodias hostium fallebant. *by that.* Cic. 2. de Divin. c. 20. Frater es: eo vereor. Id. Fam. 6. ep. 20. Dederam triduo ante litteras ad te: eo ero brevior. Id. pro Quint. cap. 2. Non eo dico, C. Aquilli, quo mihi veniat in dubium tua fides. *I do not say this, to the intent that,* &c. Plaut. Trin. 2. 2. 60. Non eo hoc dico, quin quæ tu vis, ego velim, et faciam lubens. Liv. l. 9. c. 2. Eo maxime, quod sermo inter omnes congruebat. Cic. Attic. l. 13. ep.

36. Eo mihi jucundius est, quod tu eo lætaris: certiusque eo est, quod a te dicitur. *Id. Fam.* 9. ep. 16. *ante med.* Quod eo nunc magis facit, quia &c. *Terent. Eun.* 3. 1. 25. Eo ne es ferox, quia habes imperium in beluas? *do you show your gallantry, because,* &c. *do you show yourself a fine fellow, because,* &c. ¶ *Eoque* in principio periodi, *and for that reason, and on that account,* habent *Vellei.* l. 2. c. 60. et 67. et *Plin.* l. 31. c. 3. In medio. *Tacit. Ann.* 1. c. 64. Cæcina secundarum, ambiguarumque rerum sciens, eoque interritus. ¶ *Eo quo* est tanto, quanto, cum comparativis, τοσούτῳ ὅσῳ. *Cicer. pro Rosc. Amer.* c. 9. Unde eo plus opis auferret, quo minus attulisset gratiæ. *so much the more, by how much the less. Id. Attic.* l. et ep. 11. Eo gravior est dolor, quo culpa major. *Cels.* l. 8. c. 4. Quo mitior ictus fuit, eo facilius os restitisse, credibile est. *Id. ibid. ad fin.* Eadem servanda sunt eo magis, quo periculosius hæc pars afficitur. ¶ Aliquando *eo* omittitur. *Plin.* l. 24. c. 14. *ad fin.* Sarcocolla melior, quo candidior. *Id.* l. 34. *c. ult.* Melior hæc, quanto magis aurei coloris. ¶ *Eo magis* continuat, augetque orationem. *Cic.* l. 2. *Offic.* c. 14. Si vero inest in oratione mixta modestiæ gravitas, nil admirabilius fieri potest: eoque magis, si ea sunt in adolescente. *and that the more, if,* &c. et lib. 10. *Attic.* ep. 11. Quæ scribis molesta sunt; eoque magis, quod ea tempora nostra sunt, &c. *and this the more, because,* &c. *Id.* 3. *Offic.* c. 22. *ad fin.* Eoque magis, quo illa ordinum conjunctio ad salutem reipubl. pertinebat. *Id. Attic.* l. 10. ep. 8. *sub fin.* Discedens dabo ad te aliquid: eo etiam magis, quod Tullia, &c. Sic *Id.* 2. *Offic.* c. 14. *sub fin.* Maxime autem gloria paritur defensionibus: eoque major, si quando accidit, &c. et *Nep. in Con.* c. 1. Sed tum abfuit: eoque pejus res administrata est. ¶ *Eo minus* contrarium est τῷ eo magis. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 9. Hoc tempore quod scriberem nihil erat: eoque minus, quod dubitabam, &c. et ep. 10. *ad fin.* Etsi ne antea quidem dubitavi, tamen nunc eo minus, evolare hinc. ¶ *Eo usque* (quod et *eousque* conjunctim scribitur) est usque ad eum locum, vel tempus, sequentibus particulis *dum, donec,* &c. *Colum.* l. 4. c. 30. Perticæ panguntur eo usque, dum ad solidum demittantur. *Liv.* l. 23. c. 19. Eo ne usque, dum ea nascantur, ad Casilinum sessurus sum? *Id.* l. 40. c. 8. *ad fin.* Eo usque me vivere vultis, donec, &c. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 49. Usque eo premere earum capita mordicus, dum, &c. *Colum. de arboribus,* c. 6. Si eo usque exaruit, ut curvari non possit. *so far, so long,* &c. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 13. Vulgus militum eo usque corrupisse, ut, &c. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 45. et *Oros.* l. 6. c. 1. *a med.* Et id quidem eo usque, quamdiu ad fines barbaricos veniretur. ¶ *Eo* pro *ibi* rarum videtur. *Cic. ad Brut.* ep. 2. Quinque cohortibus quid se nam facturum arbitratus est, cum tu eo quinque legiones haberes?

EŌDEM, *to the same place,* ὁμόσε, αὐτόσε, ablativus pronominis *idem* adverbii more usurpatum, et significat in eundem locum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 4. Omnes clientes suos eodem conduxit. *Cato R. R.* c. 108. Vini sextarium eodem infundito. *Nepos in Pausan. in fin.* Eodem inferri oportere, quo, &c. *Id. in Timoth.* c. 3. et *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 11. Eodem unde erat profectus, se recepit. ¶ Translate *Cic. de Amic.* c. 18. Addendum eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis. *to the same purpose. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 14. Quod tam diu se impune tulisse injurias admirarentur, eodem pertinere. *Liv.* l. 27. c. 34. *a med.* Eodem honores, pœnasque congeri. *h. e.* in eundem civem. *on the same person.*

EON, onis, f. *the tree of which the ship Argo was made. Plin.* l. 13. cap. 22. Alexander Cornelius arborem eonem appellavit, ex qua facta esset Argo, similem robori viscum ferenti, quæ nec aqua, nec igni possit corrumpi: nulli alii cognitam, quod equidem sciam. *Id.* l. 1. *in indice* lib. 13. sect. 39. Eon arbor.

EOPSE, eo ipso. *Plaut. Curcul.* 4. 3. 6.

EOS, f. *the morning,* ἠὼς, et ἑὼς, aurora. Græca vox. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 389. Proxima victricem cum Romam inspexerit Eos. *Senec. in Herc. Œt.* v. 614. Noctem submovet Eos. ¶ Translate *Lucan.* l. 9. v. 544. populi, quos miserat Eos. *h. e.* regiones Orientales. ¶ Obliqui casus singularis numeri (nam plurali caret) eadem erunt positione, qua *Dido.* V.

EŌUS, a, um, *relating to the morning, eastern, oriental,* ἠῷος, et ἑῷος, ad auroram pertinens, orientalis: ab ἠὼ, et ἑώ: vel ἠὼς, et ἑὼς, aurora: quare prima syllaba communis est. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 643. Eoa lux. *Id.* l. 5. v. 245. patriumque precatur Numen, et eoo surgentes litore currus. *Horat.* l. 1. od. 35. v. 35. et juvenum recens Examen eois timendum Partibus, Oceanoque rubro. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 6. v. 1. Eoi Indi. *Virg.* 2. *Georg.* v. 115. Eoæ domus Arabum. *Martial.* l. 3. epigr. 65. Eoum tus. *h. e.* quod in Arabia, quæ orientalis regio est, abunde provenit. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 33. Eoa germina. *h. e.* odoramenta, quæ mittit Oriens. ¶ *Eous, i,* est Lucifer. *Virg.* 1. *Georg.* v. 288. cum sole novo terras irrorat Eous. *Prudent. Cathemer.* 2. v. 67. Eoum sidus. ¶ Item orientis plaga. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 9. v. 22. Ibit ad occasum quidquid dicemus ab orta: Testis et Hesperiæ vocis Eous erit. ¶ Item unus ex equis Solis. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 153.

EOUSQUE. V. in *Eo,* adverb.

EP

EPACTÆ, arum, f. *the epacts,* ἐπακταὶ, (supple ἡμέραι) ab ἐπάγω, induco, adjicio. *Isidor.* l. 6. *Orig.* c. 17. *sub fin.* Epactas Græci vocant, Latini adjectiones annuas lunares, quæ per undenarium numerum usque ad tricenarium in se resolvuntur.

EPAGŌGE, es, f. ἐπαγωγὴ, Latine *inductio:* ab ἐπάγω, induco: figura est, quæ fit ex multarum rerum similium collatione. uti docet *Quintil.* l. 5. c. 10. *a med.* ubi tamen Græce usurpat. At Latine *Tiro* apud *Gell.* l. 7. c. 3. *a med.* Induxisse eum, quam dialectici epagogen appellant, &c. et ipse *Gell. ibid. paulo post.* Sed enim Cato non nudam, neque solitariam, neque improtectam hanc epagogen facit.

EPALIMMA. V. *Epilimma.*

EPANADIPLŌSIS, is, *a figure of speech, when a sentence begins and ends with the same word,* ἐπαναδίπλωσις, figura est repetionis, cum verbum aliquod, quod versus initium fuit, eundem claudit, ut in illo *Juvenal.* sat. 14. v. 139. *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* Vox Græca, et Græce usurpanda: ab ἀναδιπλόω, reduplico.

EPANALEPSIS, *a repetition of the same sentence or word after a long parenthesis,* ἐπανάληψις, repetitio sententiæ post aliqua interjecta. Exemplum habes apud *Virg.* 2. *Georg. in princ.* ubi ait: Huc pater o Lenæe, &c. Sed vox Græca est, et Græcis litteris scribitur a *Quintil.* l. 8. c. 3. (ubi tautologiæ affinem facit) a *Charis.* l. 4. pag. 250. *Putsch.* et *Diomed.* l. 2. pag. 440. ¶ Etiam cum verbum unum repetitur, epanalepsis dicitur, ut in illo *Horat.* l. 2. od. 14. Eheu fugaces, Postume, Postume, Labuntur anni. *Diomed. ibid.*

EPANAPHŎRA, æ, f. *a figure when different clauses begin with the same word,* ἐπαναφορὰ, (Græca vox) repetitionis species est, cum scilicet ab uno verbo plures sententiæ inchoantur. *Virg. Ecl.* 10. v. 42. Hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori, Hic nemus, &c. V. *Anaphora.*

EPANASTRŎPHE, es, f. *a figure by which the same word which closes a sentence commences the next,* ἐπαναστροφὴ, repetitio contigua, cum verbum in fine præcedentis, et in principio sequentis sententiæ repetitur. *Virg. Ecl.* 8. v. 55. Sit Tityrus Orpheus, Orpheus in silvis &c. Vox Græca et Græce scribenda: ab ἀναστρέφομαι, revertor, redeo.

EPANŎDOS, i, f. ἐπάνοδος, (vox Græca ab ἀνὰ, retro, et ὁδὸς, via) regressio est ad eandem vocem, diversum quiddam in partibus per πρόληψιν significans, ut *Virg. Æn.* 2. v. 434. Divellimur inde Iphitus, et Pelias mecum, quorum Iphitus ævo Jam gravior. *Quintil.* l. 9. c. 3. Ἐπάνοδος dicitur Græce, nostri regressionem vocant.

EPANORTHŌSIS, is, f. ἐπανόρθωσις, Correctio, qua interdum verbum, interdum sententia tollitur, ut *Cic. pro Planc.* c. 41. Brundusium, vel potius ad mœnia accessi. *Id.* 2. *Offic.* c. 22. Italiam ornare, quam domum suam maluit: quamquam Italia ornata domus ipsa mihi videtur ornatior. ¶ Vox Græca est, et Græcis litteris scribenda: ab ἀνορθόω, corrigo.

EPAPHÆRESIS, is, f. ἐπαφαίρεσις, apud Græcos est ablatio, detractio, ab ἀφαιρέω, tollo. Transfertur ad tonsionem capillorum. *a second clipping or cutting of the hair; a rounding or polling of the hair, and cutting it into slips. Martial.* l. 8. epigr. 52. Expingitque cutem, facitque longam Detonsis epaphæresim capillis.

EPAPHRODITIĀNUS, a, um, ad Epaphroditum pertinens, quod est nomen liberti Neronis, ejusdemque a libellis, ut est apud *Tacit.* 15. *Ann.* c. 55. et *Sueton. in Ner.* c. 49. et *in Domit.* c. 14. Hujus fortasse fuerunt *Epaphroditiani horti,* quos memorat *Frontin. de aquæduct.* artic. 68.

[*EPĂPHUS, i, m. Ἔπαφος, filius Jovis ex Io, vel Iside. Hic a patre Ægypti oppida communire, ibique regnare jussus, oppidum primum Memphin, et alia plura constituit, et ex Cassiopeia uxore procreavit filiam Libyen, a qua terra est appellata. *Hygin.* fab. 149. *Ovid.* 1. *Met.* v. 748.]

EPAR. V. *Hepar.*

EPASTUS, a, um, particip. dep. qui pastus est. *Ovid. in Halieut.* v. 119. Ut scarus epastus solas qui ruminat escas. Al. leg. *epastas solus* rectius ut sit passivum.

EPATĬCUS. V. *Hepaticus.*

EPENDYTES, æ, m. *a sort of outward garment,* ἐπενδύτης, genus vestis, quæ aliis superinduitur: ab ἐπενδύομαι, superinduo. *Hieronym. in vita Hilarionis sub init.* Pelliceum habens ependytem, quem illi Beatus Antonius proficiscenti dederat.

EPENTHĒSIS, is, f. *the insertion of a letter or syllable in the middle of a word; epenthesis,* ἐπένθεσις, ab ἐντίθημι, impono, insero: figura est, qua littera, vel syllaba in medio vocis inseritur, ut *trahea* pro *traha, navita* pro *nauta, Mavors* pro *Mars, relliquias* pro *reliquias. Serv. ad.* 1. *Georg.* v. 164. qui Latine, et *Donat. de Schematib.* pag. 1772. *Putsch.* qui Græce usurpat.

EPĒUS, i, Ἐπειος, nomen fabri, qui equum durateum Græcis ædificavit, ut est apud *Virg. Æn.* 2. v. 264. et *Fest.* Apud *Plaut. Bacch.* 4. 9. 15. est *Epius. Varro* l. 6. *de L. L.* c. 3. *ante med.* etiam coquum fuisse dicit: ideo *Plautum ibid.* fumificum appellare.

EPEXEGĒSIS, is, f. ἐπεξήγησις, Græce est narrationi juncta narratio: ab ἐπεξηγέομαι, insuper narro. Sumitur autem pro figura, qua plures voces ad idem significandum apponuntur: unde et *appositio* a nonnullis vocatur, ut *urbs Roma.* Hinc *Servius* epexegesim appellat illud *Virg.* 6. *Æn.* v. 7. pars densa ferarum Tecta rapit, silvas.

EPHALMĀTOR, oris, m. *a leaper, tumbler,* saltator: ab ἅλλω, salio. *Jul. Firmic.* l. 8. c. 15. Petaminarius, ephalmator, orchestropalarius.

EPHEBĀTUS, a, um, ephebus factus. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 552. Ephebatum mulieravit. Al. aliter leg.

EPHEBĒUM, i, n. *a place where young men wrestled and exercised themselves,* ἐφηβεῖον, locus in palæstra, ubi puberes exercebantur. *Vitruv.* l. 5. c. 11. Al. leg. *ephebium.*

EPHEBĪA, æ, f. *the age of puberty,* ἐφηβεία, et ἐφηβία. *Donat. ad Terent. Andr.* 1. 1. 24. Ephebia prima ætas adolescentiæ est; adolescentia extrema pueritiæ.

EPHEBĪCUS, a, um, adject. *of or belonging to a stripling,* ad ephebum pertinens, puerilis. *Apul.* l. 10. *Metam.* Adest luculentus puer nudus, nisi quod ephebica chlamyda sinistrum tegebat humerum.

EPHEBĪUM. V. *Ephebeum.*

EPHĒBUS, i, m. *a youth, stripling; one grown up to the age of puberty; a lad fourteen years old,* ἔφηβος, pubes, seu qui jam ad annos pubertatis pervenit: ex ἐπὶ, et ἥβη, pubes. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 28. E gregibus epheborum vix singuli reperiebantur. *Terent. Andr.* 1. 1. 24. Excedere ex ephebis. *to grow up to manhood. Horat.* l. 2. ep. 1. c. 171. Quo pacto partes tutetur amantis ephebi. ¶ *Censorin. de die natali,* c. 14. statuit, ephebum proprie dici a Græcis eum, qui decimum sextum annum attigerit.

EPHĔDRA, æ, f. *the herb horse-tail,* ἵππουρις, genus herbæ arbores scandens, et ex ramis propendens, folio nullo, cirris multis, radice pallida. *Plin.* l. 26. c. 7.

EPHĒLIS, idis, f. *a certain cuticular disease,* ἐφηλις, asperitas quædam cutis et durities mali coloris: ab ἐπὶ, in, et ἥλιος, sol, quia in sole potissimum contrahi solet. *Cels.* l. 6. c. 5. Pæne ineptiæ sunt, curare varos, et lenticulas, et ephelidas: sed eripi tamen feminis cura cultus sui non potest. et *ibid. ad fin.* Ephelidem tollit resina, cui, &c.

EPHEMĔRIS, idis, f. *a journal, day-book, diary, ephemeris,* ἐφημερὶς, diarium, acta diurna, liber in quo res gestæ per singulos dies scribuntur: ab ἐπὶ, et ἡμέρα, dies. *Cic. pro Quint.* c. 18. Ad ephemeridem revertitur, invenitur dies profectionis. *Propert.* l. 3. el. 22. v. 20. Et ponit duras inter ephemeridas. *Senec.* ep. 123. *a med.* Sic cœnas, tanquam ephemeridem patri approbaturus. *h. e.* parco sumptu cœnas, tanquam rationes impensarum in ephemeride perscriptas redditurus patri, et ostensurus frugaliter te vivere. ¶ Procurator ab ephemeride in *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 474. n. 4. est inter officia domus Augustæ.

EPHEMĔRON, i, *the herb hermodactyl, may-lilies, lily of the vallies or meadow-saffron,* ἐφήμερον, herba folia habens lilii, sed minora, caulem parem, florem cæruleum, semen supervacuum, radicem unam digitali crassitudine. *Plin. sub fin.* l. 25.

EPHESĪNUS, et

EPHESĬUS, a, um, *relating to Ephesus, Ephesian,* Ἐφέσιος, ad Ephesum pertinens, quæ fuit urbs Asiæ minoris in Ionia prope oram Caystri fluvii: condita ab Amazonibus, ut *Justin.* l. 2. c. 4. narrat: celebris templo Dianæ, quod inter septem orbis miracula numerabatur, impensis totius Asiæ, et opere CCXX. annorum exstructum: in quo fuere columnæ CXXVII. a singulis regibus factæ LX. pedum altitudine, ex quibus XXXVI. cælatæ, una a Scopa, ut est apud *Plin.* l. 36. c. 14. Incensum fuit a quodam Herostrato eadem nocte, qua natus est Alexander, teste *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 23. Hinc Ephesia Diana, *Cic. ibid.* Ephesia pecunia, *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 33. *h. e.* in templo Dianæ Ephesiæ deposita. ¶ *Ephesii, orum, the Ephesians,* sunt ejus urbis incolæ. *Plin.* l. 34. c. 8. ¶ *Ephesina mulier* affertur a quibusdam ex *Cicer. Phil.* 3. c. 6. sed plerique alii leg. *Ephesia.*

EPHIALTES, æ, m. Neptuni, aut Aloei filius, Oti frater: (V. *Aloeus.*) quos ambos, cum ingenti corporis mole et viribus confisi in cælum ascendere niterentur, Apollo, et Diana sagittis confixerunt. *Claudian. de B. Get.* v. 75. ¶ Ephialtes etiam dicitur incubus, h. e. morbus, quo dormientes vi quadam opprimi se, et pæne suffocari videntur: ab ἐπὶ, et ἅλλομαι, insilio. *the disease called the incubus or night-mare. Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 3. sed Græce, ut et *Serv. ad* 6. *Æn.* v. 776. ¶ *Ephialta* in recto casu dixit *Sidon. in præfat.* carm. 7. v. 25.

EPHIPPIĀTUS, a, um, *equipped for riding,* ephippio instructus. *Ephippiati equites* apud *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 2. sunt, qui sedent equis ephippio instratis.

EPHIPPĬUM, ii, n. *a horse-cloth, cloth laid on the back*

of a horse when one rode him, ἐφίππιον, stragulum equi, sedendi causa. (*stragulum* vocat *Martial*. l. 14. epigr. 86. cujus lemma est *Ephippium*) ab ἐπὶ, super, et ἵππος, equus. *Varr.* l. 2. *R. R.* cap. 7. *ad fin.* Aliter eligit equos quadrigarius, ac desultor: neque idem, qui vectarios facere vult, ad ephippium, aut ad rhedam. *for the horse-cloth, viz. to ride. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 2. Ephippiis uti. *Gell.* l. 5. c. 5. Equitatus frenis, ephippiis, monilibus, phaleris præfulgens. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 2. n. 312. ¶ Proverbium est apud *Horat.* l. 1. ep. 14. *v. pænult.* Optat ephippia bos, &c. V. *Bos. Cic.* 3. *de Fin.* c. 4. Puto concedi nobis oportere, ut Græco verbo utamur, si quando minus occurret Latinum, ne hoc ephippiis, et acratophoris potius, quam proegmenis, et aproegmenis, concedatur.

EPHŎDUS, i, f. ἔφοδος, Græce est insinuatio, h. e. oratio per simulationem, et circuitionem obscure subiens auditoris animum. ¶ *Jul. Firmic.* l. 6. c. 32. *in lemmate.* Generales cujusque genituræ ephodi. *h. e.* ingressiones, initia, institutiones.

EPHŎRI, orum, m. Magistratus Spartanorum a Theopompo institutus ad refrenandam potentiam regis et Senatus, ut apud Romanos Tribuni plebis Consulibus oppositi fuere: ab ἐφοράω, intueor, quod ad civitatis salutem oculos intentos haberent. Horum potestas tyrannica fuit, quæ tanta erat, ut nec regi assurgerent, ac regem etiam in vincula conjicere possent. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 7. et 1. *Tuscul.* cap. 42.

EPHȲRA, æ, et Ephyre, es, f. Corinthus primum dicta fuit, Ἐφύρα. [† *Ovid. Met.* 2. 240. queritur Bœotia Dircen, Argos Amymonen, Ephyre Pyrenidas undas.] *Plin.* l. 4. c. 4. Colonia Corinthus, antea Ephyra dicta. *Stat.* l. 2. silv. 2. v. 34. si subeas Ephyres Baccheidos altum culmen. [† V. *Hom. Il.* Z. 210.] ¶ Nomen traxisse volunt ab Ephyre Nympha, Oceani et Thetidis filia, quam *Virg.* memorat *Georg.* 4. v. 343. [† ¶ Item insula sinus Argolici, cum oppido cognomine. Steph. quem consule; plures enim hujus nominis urbes recenset. *C. Steph. Dict. Hist.* &c. *ed. N. Lloyd.*]

EPHYRÆUS. V. in *Ephyreius.*

EPHYREIĂDES, æ, m. Corinthius. *Stat.* 6. *Theb.* v. 651. duo gentis Acheæ, Tres Ephyreiadæ, Pisa satus unus, Acarnan Septimus.

EPHYREĬAS, adis, patronym. Corinthia. *Claudian. de B. Get.* v. 629. Scilicet Argolicas, Ephyreiadasque puellas Cœperat, et pulcras jam fastidire Lacænas.

EPHYREĬUS, Ephyræus, et Ephyrēus, a, um, adject. Corinthius. *Rutil. in Itiner.* l. 1. v. 319. Ephyreius Isthmos. *Lucan.* l. 6. v. 17. Ephyreaque mœnia servat. *h. e.* Dyrrhachium, quod coloni Corinthiorum Corcyræi condidere. *Virg.* 2. *Georg.* v. 464. Illusasque auro vestes, Ephyreiaque æra. *h. e.* æris Corinthii opera. *Stat. Theb.* 6. v. 253. Ephyræa litora. *Sil.* l. 14. v. 180. Ephyræa mœnia. *h. e.* Syracusæ, quam urbem coloni multi ex Corinthiis condidisse dicuntur ab *eod. ibid.* v. 52. et a *Tertull. sub fin.* c. 2. *de Pall.*

EPIBĂDES, um, f. vel potius Epibates, ut *Bayfius* censet, naves onerariæ, solis vectoribus transvehendis servientes: *passage-boats, transports, packets*: ab ἐπιβαίνω, navem conscendo. *Ulpian.* lib. 14. tit. 1. leg. 1. *circa med.* ubi tamen valde dubia, aut si certa, utique Græca est lectio.

EPIBĂTA, æ, m. *a marine, soldier employed on shipboard*, ἐπιβάτης, qui navi vehitur: ab ἐπιβαίνω, navem conscendo. Sumitur speciatim pro milite, qui in navi stipendia facit, Latine *classiarius. Hirt. de B. Alex.* c. 11. Omnes naves epibatis nudatæ. *Id. de B. Afric.* c. 63. Navis onusta remigum, epibatarumque. *Vitruv.* l. 2. cap. 8. *a med.* Celatis remigibus, et epibatis comparatis.

[† EPIBATHRA, æ, f. ἐπιβάθρα, *a ladder to go aboard a ship with*, scala nautica, qua in navem conscenditur. *Vitruv.* 10. 19.]

EPIBATĒGI, ἐπιβατηγοί. V. *Epibades.*

EPICEDĪON, ii, n. *a funeral song, dirge, elegy, epicedium*, ἐπικήδειον, carmen funebre, quod in laudem defuncti canitur: ab ἐπὶ, super, vel ad, et κῆδος, exsequiæ, funus. *Stat. in ep.* l. 2. *silvar.* Hujus amissi recens vulnus Epicedio prosequutus sum. *Id.* epicedion inscripsit *silvam* 3. lib. 5. qua mortem patris deflet, et 5. qua filii. *Serv. ad Ecl. Virg.* 5. v. 14. Epicedion est, quod dicitur, cadavere nondum sepulto, ut (vers. 20.) *Exstinctum Nymphæ crudeli funere Daphnin.* Epitaphion autem post completam sepulturam dicitur, ut (vers. 43.) *Daphnis ego in silvis hinc usque ad sidera notus.*

EPICHARMĬUS, a, um, Ἐπιχάρμειος, ad Epicharmum pertinens, qui fuit Philosophus Siculus Syracusanus, Pythagoræ auditor, et Poeta Comicus. Scripsit de natura rerum, et de medicina pecudum. *Q. Cicer. de petit. Consul.* cap. 10. Epicharmium illud teneto nervos atque artus esse sapientiæ non temere credere. Al. scribunt Græcis litteris. Adde *Gell.* l. 1. c. 15. *Cic.* 1. *Tuscul.* cap. 8. Epicharmum vocat *ut Siculum acutum, nec insulsum hominem.* Meminere hujus etiam *Colum.* l. 1. cap. 1. et lib. 7. cap. 3. et *Plin.* l. 20. cap. 9. &c. [† V. et *Cic. ad Att.* 1. 19. Siculus (dicta sunt *Ernesti*) dicitur, quia vix trimestris e patria in Siciliam venit. Est enim in insula Co natus. Pythagoricus fuit et simul comicus poeta et quidem veteris comœdiæ. Vixit tempore Hieronis tyranni. de eo v. c. *Jamblich. Vit. Pyth.* 29. &c. *Laert.* 8. 78. Plura, si lubet, videbis in Libello quodam Periodico scripta, dicto *the Sale-Room*; de quo V. supra in *Acrostichis.*]

EPICHIRĒMA, atis, n. *a proof of a proposition by argument*, ἐπιχείρημα, ab ἐπιχειρέω, argumentis adstruere et tueri conor: si vim nominis spectes significat conatum mentis excogitantis aliquid, quod probationem ac fidem faciat. Itaque *Valgius* apud *Quintil.* l. 5. cap. 10. aggressionem vocat. Est autem, si Logice accipiatur, argumentatio, quæ opponitur demonstrationi, quatenus demonstratio per propria et necessaria rem manifestat, epichirema per communia et probabilia. Differt porro ab enthymemate, quemadmodum demonstratio a syllogismo, quia scilicet demonstratio et epichirema proprie ad materiam referuntur, syllogismus et enthymema ad formam. *Quintil.* l. 5. c. 10. Ἀπόδειξις est evidens probatio. Hanc et ab epichiremate differre Cæcilius putat solo genere conclusionis: et esse apodixim imperfectam, epichirema: eadem causa, qua diximus et enthymema a syllogismo distare. Al. leg. perperam *esse apodixim, imperfectum epichirema.* Hinc apparet, cur Rhetores argumentationes suas enthymemata, et epichiremata vocent. Utroque enim nomine significatur argumentatio conclusionis non necessariæ: sed primum refertur ad formam, secundum ad materiam. Ceterum et alterum pro altero, et utrumque varia significatione ab iis adhibetur, ut est apud *eund. ibid.* c. 14. Celeberrima est illa, qua epichirema sumitur pro tota aliqua argumentatione, pluribus membris, eorumque probationibus conflata: unde est fortasse ratio nominis. V. *ibid.* ¶ Scribitur et *epicherema.*

EPICHȲSIS, is, f. *a kind of beaker; a large vessel or bowl out of which wine was poured into cups and glasses*, ἐπίχυσις, Græce est infusio, ab ἐπιχύω, infundo. Significat etiam genus poculi, quod *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 26. docet successisse una cum cyatho in conviviis et Græcia in locum simpuli. Videtur autem esse poculum, ex quo minutatim vinum sumitur, quia simpulum quoque tale fuit. *Plaut. Rud.* 5. 2. 32. Sinus, epichysis, cantharus, gaulus, cyathusque.

EPICITHARISMA, atis, n. ἐπικιθάρισμα, symphonia, quæ post Fabulam canitur. *Tertull. advers. Valentin.* c. 33. Producam denique, veluti epicitharisma post fabulam tantam, etiam illa, quæ, ne ordini obstreperent, hunc malui in locum distulisse.

EPICLINTÆ, *earthquakes moving side-ways*, ἐπικλινταὶ, ab ἐπικλίνω, incumbo, Græce appellantur terræ motus obliquis lateribus proxima quæque jactantes, et acutis angulis mobiles. *Apul. de Mundo*, ubi alii aliter leg.

EPICŒNUS, a, um, *common*, ἐπίκοινος: ab ἐπὶ, super, et κοινὸς, communis. Epicœna dicuntur a Grammaticis ea nomina (Latine *promiscua*) in quibus sexus uterque per alterum apparet, hoc est per aliam vocem, quæ illis adjungitur, ut cum dicimus *passer femina, lepus mas. nouns of the epicene gender. Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 7.) et c. 6. (*al.* 10.) Lepus epicœnum est, lupus masculinum. ¶ Differunt a communibus, quia communia duos habent articulos, ut *hic, et hæc sacerdos*: epicœna unum tantum. Neque enim dicimus *hæc passer, hæc lepus. Cledon. in Arte*, pag. 1862. *Putsch.* [† V. *Communis.*]

EPICŎPUS, a, um, *moved with oars*, ἐπίκοπος, adject. vox Græca. *Epicopus phaselus* in quibusdam editionib. apud *Cic.* l. 14. *ad Attic.* ep. 16. dicitur, qui in procinctu est ad navigandum. Al. leg. *episcopius*, et aliter explicant. V. *Episcopius.*

EPICRĂTES, is, m. Ἐπικράτης, nomen proprium Poetæ Comici Ambraciotæ: item Rhetoris, vel Philosophi Atheniensis, cujus meminit *Cic. fil. ad Tiron. Fam.* 16. ep. 21. ¶ Græce sonat omnia tenens, ab ἐπικρατέω, prævaleo, imperium obtineo. Quare hoc nomine Pompeium designare videtur *Cic.* scribens ad *Attic.* l. 2. ep. 3. Epicratem suspicor, ut scribis, lascivum fuisse.

EPICRŎCUM, i, n. *a saffron-coloured garment*, genus amiculi, croco tinctum, tenue, et perlucidum, ut *Festus* describit: ab ἐπὶ, et κρόκος, crocus. *Næv.* apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 3. *post med.* Diabathra in pedibus habebat, et erat amictus epicroco. *Varr.* ipse apud *Non.* c. 4. n. 227. Utrumque mulieres, et epicrocum viri quoque habitarunt. *h. e.* epicroco usi sunt. ¶ Adjective et translate *Plaut. Pers.* 1. 2. 15. Nisi cremore crasso est jus collyricum, nihil est maccum illud, epicrocum, pellucicum. *h. e.* tenue, ac liquidum jus instar epicroci amiculi.

EPICURĒUS, a, um, adject. *Epicurean*, Ἐπικούρειος, ad Epicurum pertinens, ut Epicurei Philosophi, Epicuri sectatores: et doloris medicamenta Epicurea, apud *Cicer.* 3. *Tuscul.* cap. 21. et 2. *Fin.* c. 7. ¶ Vulgo Epicurei male audiunt, ut voluptatibus unice dediti. *Sidon. Carm.* 15. v. 125. Ast Epicureos eliminat undique virtus. V. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 2. et 13. ¶ Abjecta diphthongi præpositiva in pænultima more Græcorum, potest ea corripi. *Auct. carm. in Priap.* Ut credas Epicurios citari. Al. tamen aliter leg.

EPICURĬUS. V. vocem præced.

EPICŪRUS, i, Ἐπίκουρος, Atheniensis, filius Neoclis et Chærestratæ, natus in pago, seu oppido Gargetto prope Athenas, quod ad Tribum Ægeidem pertinebat (unde et *Gargettius* dictus est) in Samo insula educatus dicitur: unde Athenas reversus decimo octavo ætatis anno, primo Grammaticam docuit: lectis deinde Democriti, atque Aristippi libris, ad Philosophiam adjecit animum, novamque in ea sectam instituit, novis inductis, vel probatis sententiis, præsertim de natura deorum, de summo bono, et fine hominis, de animorum mortalitate, &c. Maximus fuit voluptatis patronus, ejus quidem, ut aliis videtur, quæ sensibus corporis percipitur, ut aliis vero, quæ animo cum carentia doloris: quare illi dissolutum hominem fuisse tradunt, et delicias undique conquirentem: hi castum, honestum, temperatum, et frugi. V. *Cicer. Tuscul.* 3. c. 20. et *Senec. de vita beata*, c. 13. Sive igitur ipse luxu vivendi, et pravis doctrinis; sive ejus discipuli, qui multi et celebres fuere, scripta magistri prave interpretantes, et voluptuosi, effecere, ut Epicuri Schola hodieque male audiat. Multa de eo *Cic. de Fin. in Tuscul. de Legib.* &c. *Lactant.* l. 3. c. 17. item *Seneca* passim, et quidem sæpe cum laude: v. gr. *loc. cit.* In ea quidem ipse sententia sum (invitis hoc nostris popularibus dicam) sancta Epicurum, et recta præcipere, et si propius accesseris, tristia. voluptas enim illa ad parvum et exile revocatur: et quam nos virtuti legem dicimus, eam ille dicit voluptati. Jubet illam parere naturæ, &c. Maxime vero eum *Lucret.* suspexit, qui hæc de eo cecinit l. 3. v. 1056. Ipse Epicurus obit decurso lumine vitæ, Qui genus humanum ingenio superavit, et omnes Præstrinxit, stellas exortus uti ætherius sol. ¶ Dicitur valde hortorum cultu delectatus, ut qui olerum victu contentus fuerit. Cujus rei meminere *Juvenal.* sat. 13. v. 122. et sat. 14. v. 319. *Propert.* l. 3. el. 20. v. 26. et *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 94.

EPĪCUS, a, um, *epic, belonging to epic poetry*, qui est carminis heroici: ab ἔπος, carmen: et proprie hexametrum, seu heroicum: ut *Poeta Epicus*, qui versibus heroicis scribit, *an Epic poet*; *Poema Epicum*, quod heroicis carminibus contextum est. *an Epic poem. Cic. de opt. gen. Orat.* c. 1. Itaque licet dicere et Ennium summum epicum poetam, si cui ita videtur.

EPICYCLUS, i, m. *a little circle whose centre is in the circumference of the greater one; a small orb, which, being fixed in the deferent of a planet, is carried along with its motion, and yet, with its own peculiar motion, carries the body of the planet fastened to it round about its proper centre; an epicycle*, ἐπίκυκλος, circulus parvus apud Astronomos, qui deferenti infixus, motu illius circumagitur, et impactum sibi planetæ corpus peculiari suo motu circa proprium centrum circumducit. Græce sonat circulum supra circulum vel in circulo: ab ἐπὶ, in, *aut* super, et κύκλος, circulus. *Martian. Capell.* l. 8. pag. 297. Mercurii, et Veneris circulos epicyclos esse.

EPIDÆTĬA VENUS, ab ἐπιδαιτέομαι, epulor, quasi præses convivio, vel convivio superveniens, dicta est. Alexis, et Melibœe mutuo se amore cum diligerent, fidemque invicem matrimonii jurejurando dedissent, parentes puellæ eam alteri desponderunt. Amissæ itaque sponsæ impatiens Alexis, sponte exsulatum abiit: illa ne alteri nuberet, ipso nuptiarum die se de tecto præcipitavit: quo casu nil læsa, celeri fuga relicta domo, ad litus pervenit, ubi nacta naviculam, conscendit, solutisque sua sponte anchoris, voluntate deorum delata est eodem loci, ubi Alexis morabatur, eique forte convivium cum sodalibus agenti insperato supervenit. Ille voto potitus, Veneri templum constituit, quam, quod anchoræ sponte solutæ erant *automatam*; quod vero sponsa epulanti supervenerat, *epidætiam*, vel *epidæti*, quasi ἐπὶ δαιτὶ cognominavit. Hæc *Serv. ad Æn.* 1. v. 724.

EPIDAMNIENSIS, se, Epidamnius. *Plaut. Men.* 5. 7. 11. Epidamnienses subvenite cives.

EPIDAMNĬUS, a, um, adject. qui ex Epidamno est, ut Epidamnia natio, *Plaut. Men.* 2. 1. 33. Est autem Epidamnum nunc *Durazzo*, Ἐπίδαμνος, urbs Macedoniæ in Albania, in ora occidentali maris Ionii. Dicta est ab Epidamno rege conditore, et Dyrrhachium a Dyrrhacho ejus nepote ex filia, qui portum urbi adjecit. Porro a Romanis altero hoc nomine vocabatur, ad evitandum malum omen, quia quasi in damnum ituris, omen id visum est (a Græco ἐπὶ, in, et *damnum*) ut ait *Pompon. Mela* l. 2. c. 3. *ad fin.* Adde *Plin.* l. 3. c. 23. Hinc *Plaut.* jlocaliter *Men.* 2. 1. 42. Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum est, quia nemo ferme huic sine damno divortitur.

EPIDAURĒUS, a, um, Ἐπιδαύρειος, ad Epidaurum pertinens. *Avien. in Arat.* v. 207. Ture Epidaureæ fumant altaria sedis. ¶ Extrita præpositiva diphthongi, sit Ἐπιδαύριος, hinc *Epidaurius.*

EPIDAURITĀNUS, a, um, Epidaurius. *Epidauritani, orum*, Epidauri incolæ. *Hieronym. in vita Hilarion.* sect. 40.

EPIDAURĬUS, a, um, adject. possess. ab Epidauro urbe. *Stat.* 4. *Theb.* v. 123. Et qui rura domant Epidauria. *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 3. v. 21. Afferat ipse licet cunctas Epidaurius herbas. *h. e.* Æsculapius, qui Epidauri colebatur. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 27. tam cernis acutum, Quam aquila, aut serpens Epidaurius. *h. e.* draco. dicuntur autem dracones esse oculatissimi, unde et nomen ha-

bent. nam δέρκειν est videre. Addit autem *Epidaurius*, quia circa Epidaurum frequentes dracones erant: et Æsculapium sub forma draconis Epidauro Romam advectum fuisse, fabulose narrat *Epitome Liv.* l. 11. et *Ovid.* 15. *Metam.* v. 626. *et sequentib.* V. *Æsculapius.* ¶ Porro Epidaurus, vel Epidaurum, Ἐπίδαυρος, de quo hic sermo (nam plura sunt oppida eo nomine) urbs est Peloponnesi, in ora orientali, ad sinum Saronicum, ubi celebre templum Æsculapii fuit. *Plin.* l. 4. c. 5. *ad fin.* *Liv.* l. 45. c. 28. &c. ¶ Alia fuit in Dalmatia, de qua *Virgil.* 3. *Georg.* v. 44. domitrixque Epidaurus equorum. et *Lucan.* l. 2. v. 624. Illyris Ionias vergens Epidaurus in undas. *Al. leg.* Epidamnus. [Locus *Virgilii* perperam hoc loco usurpatur, cum, ut annotat *Servius*, Epiri civitas designetur ab epico Latino. Non laudo præterea *Forcellinum*, quod silentio transegerit nomen ejus urbis Dalmaticæ, nempe *Ragusa*, vel *Ragusi*, quæ sui olim juris, et reipublicæ caput fuit, maritimis opibus pollens ac felix *prole virûm*, quorum non paucos etiam de Latina lingua per quam optime meritos novimus.]

EPIDEMETĬCA, orum, n. ἐπιδημητικά, de quibus est *titulus* 41. lib. 12. *Cod. Justin.* sunt domus in urbe aliqua, vel earum domuum partes destinatæ pro hospitio militum aliunde advenientium: ab ἐπιδημέω, ad urbem advenio. Alii intelligunt pretia, quæ extorquebantur e militibus, vel ultro solvebantur ab incolis, ut ab onere præbendi hospitium essent immunes.

EPIDĒMUS, i, adject. *general, universal, epidemical,* ἐπίδημος, versans in populo: ab ἐπὶ, in, et δῆμος, populus. *Ammian.* l. 19. c. 4. (*al.* 7.) Prima species luis Pandemus vocatur (πάνδημος, *ad universum populum pertinens*) quæ efficit, in aridioribus locis agentes caloribus crebris interpellari: secunda Epidemus, quæ tempore ingruens, acies hebetat luminum, et concitat periculosos humores: tertia Læmodes (λοιμώδης, pestilens: a λοιμὸς, pestis.) quæ itidem temporaria est, sed volucri velocitate letabilis.

[* EPIDERMIS, idis, f. ἐπιδερμίς, *the scarfskin, epidermis,* cuticula sensu destituta, et veram hominum et animalium cutem tegens. Translate tamen usurpat *Veget. veter.* l. 2. c. 61. Sed commodius est, pulmunculum decussatim ferro secare et eximere, ita ut pellem admodum præcidas, ne, cum cicatricem duxerit, inveniatur epidermis. *h. e.* ulceri obducta crusta, ut vocat *Celsus*, quam Græci dicunt ἐφελκίδα.]

EPIDICAZOMĔNOS, ἐπιδικαζόμενος, is de quo in judicio contenditur. Erat apud Græcos ejus Comœdiæ titulus, quam *Terent.* Latine *Phormionem* inscripsit, ut habetur in ejus prologo, vers. 26.

EPIDICTĬCUS, a, um, *demonstrative,* ἐπιδεικτικός, demonstrativus: ab ἐπιδείκνυμι, ostendo. Eloquentia epidictica, seu genus dicendi Epidicticum est, quod versatur circa laudationes, vituperationes, suasiones, seu præceptiones, scriptiones, seu historias, et alia omnia præter quæstiones judiciales, et deliberativas. Dicta est a demonstrando, seu probando. Nam cum tria Orator debeat facere, docere, movere, et delectare, quemadmodum movere proprium est Eloquentiæ Oratoriæ, seu Forensis, ita docere, et delectare proprium est Eloquentiæ Epidicticæ. Denominata vero est a docendo, quia docere magis præcipuum est, quam delectare. *Cic. in Orat.* c. 11. et 61. sed Græce. Latine autem *ibid.* c. 13. *ad fin.* Dulce igitur orationis genus, et solutum, et effluens in illo epidictico genere, pompæ, quam pugnæ aptius, gymnasiis et palestræ dicatum, &c.

EPIDIPNĪDES, um, f. *collations or treats after dinner,* ἐπιδειπνίδες, quæ in extrema cœna inferuntur: ab ἐπὶ, post, et δεῖπνον, cœna. *Martial.* l. 11. epigr. 32. Has prima feret, alterave cœna: Has cœna tibi tertia reponet: Hinc seras epidipnidas parabit. ¶ In singulari num. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 69. *Burm.* Epidipnis est allata, turdis, siligine, uvis passis, nucibusque fartis.

EPĬDIXIS, is, f. ἐπίδειξις, specimen, demonstratio, ostentatio: vox Græca a δείκνυμι, ostendo, demonstro. Histriones artis suæ specimen dantes *epidixi ludere* dicuntur in vet. Inscript. apud *Maffeium in Mus. Veron.* pag. 127. n. 4.

EPIDRŎMUS, i, m. ἐπίδρομος, ab ἐπιδρομέω, discurro, percurro: funis est in imo et summo reti, quo per anulos discurrente ipsum tete aut contrahitur, aut expanditur. *a small running rope, used in extending and contracting nets.* *Plin.* l. 19. c. 1. Vidimus plagas tantæ tenuitatis, ut anulum hominis cum epidromis transirent, uno portante multitudinem, qua saltus cingerentur. ¶ *Cato R. R.* c. 13. inter torcularii, et cellæ oleariæ instrumenta enumerat *epidromum.* quem alii intelligunt lorum, aut funem, quo lectus subtenditur (ut *ibid.* c. 10. lectos loris subtentos) alii virgam ferream, per quam anuli velum sustinentes transmittuntur, a similitudine epidromi in reti; alii tignum transversum latum, per quod discurri possit ad varia munera olei faciendi.

EPIGLOSSIS, idis, f. *the cover or flap of the weasand or wind-pipe,* ἐπιγλωσσίς, membrana in modum operculi, qua asperæ arteriæ meatus obstruitur, dum cibum, potumve capimus, ne quid in eam incidat: ab ἐπὶ, super, et γλωσσὶς, rima seu foramen asperæ arteriæ. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 66. *Hard.* Sub uva minor lingua, epiglossis appellata, nulli ova generantium. V. *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. *Gell.* l. 17. c. 11. et *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 15.

EPIGŎNI, ἐπίγονοι, dicti sunt ii, quos susceperunt milites Alexandri M. ex Asiaticis feminis. *h. e.* postea nati: ab ἐπὶ, post et γίνομαι, nascor. *Justin.* l. 12. c. 4. ¶ Eadem ratione Epigoni sunt appellati, qui secundum bellum Thebanum suscepere, nempe filii, posterique eorum, qui priore bello ad Thebas occubuerant. Coacto enim exercitu, ut parentum mortem ulciscerentur, duce Alcmæone Thebas diruerunt. Hujus argumenti est Tragœdia *Accii*, quæ *Epigoni* inscribitur.

EPIGRAMMA, atis, n. *an inscription, title,* ἐπίγραμμα, proprie dicitur inscriptio, elogium, seu titulus, qui donis inscribebatur, quæ Diis sacrabant: ab ἐπὶ, et γράφω, scribo. *Nepos in Pausan.* c. 1. Cum ex præda tripodem aureum Delphis posuisset, epigrammate scripto, cujus hæc erat sententia: *suo ductu Barbaros esse deletos.* Hinc notæ illæ, quæ servis fugitivis inurebantur, *fugitivorum epigrammata* dicuntur a *Petron. in Satyr.* c. 103. Apud *eund.* c. 115. Epigramma mortuo facere. *to write an epitaph.* ¶ Quoniam autem hujusmodi tituli versibus plerumque constabant, hinc epigramma ponitur pro brevi aliquo poemate. *a short poem, sonnet, epigram.* *Cic. pro Arch.* c. 10. Epigramma in eum fecit tantummodo alternis versibus longiusculis. ¶ In dativo, et ablat. plurali habet *epigrammatis*, ut in *Emblema* dictum est. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *ad fin.* Epigrammatis tuis, quæ in Amaltheo posuisti, contenti erimus. ¶ In genitivo plurali *epigrammaton* Græca positione, ἐπιγραμμάτων, dixit *Martial. in epist.* l. 1. *ad lector.* et epigr. 1. et 118. at *epigrammatum* Latina *Sueton. in Aug.* c. 85.

EPIGRAMMATARĬUS, ii, m. *an epigrammatist, writer of epigrams,* qui epigrammata scribit. *Vopisc. in Florian.* cap. 3. Quidam epigrammatarius in eum ita lusit.

EPIGRAMMATĬCUS, a, um, adject. *epigrammatic,* ad epigramma pertinens. *Spartian. in Ælio Vero,* c. 5. Martialis epigrammaticus Poeta.

EPIGRAMMATĬON, ii, n. *a short epigram,* ἐπιγραμμάτιον, breve epigramma. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. Pomponii epigrammation, quod in adolescentem fecerat Cascam.

EPIGRAMMISTA, æ, m. idem ac epigrammatarius. *Sidon.* l. 4. ep. 1. Si quid heroicus arduum, comicus lepidum, epigrammista lascivum condiderunt. Al. leg. *epigrammatista.*

EPIGRUS, gri, m. *a pin to fasten two pieces of wood together,* clavus, quo lignum ligno adhæret, ut *Isidor.* l. et cap. 19. *Orig.* definit. *Pallad. in Novembr.* tit. 14. *circa med.* Si poma decurrant, oleastri epigrum terebratæ infige radici. *Augustin.* l. 15. *de Civ. Dei,* c. 27. Lignum ligno per subscudines, epigros, clavos, et gluten bituminis non potest adhærere. *epigros* clavos ligneos, *clavos* ferreos intelligit. De clavis socco suppactis, sive ferreis, sive argenteis, aureisve, *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 12. *extr.* Nisi in os Senatoris ingessisset imperator epigros suos. ¶ Volunt esse ab ἐπίκουρος, clavus ligneus, extrita diphthongo, et versa κ in γ. ¶ Ceterum apud *Pallad.* et *Augustin.* plerique alii leg. *epiurus.* Apud *Senec.* quoque *epiuros* quidam mallent: alii leg. *pigros*, quos *Turneb.* l. 9. *Adversar.* c. 30. ingeniose magis, quam vere, pedes ipsos Imperatoris interpretatur.

EPILEPSĬA, æ, f. *the epilepsy or falling sickness,* ἐπιληψία, morbus comitialis et sonticus, quo totius corporis constitutio convellitur, homo crebro et subito concidit, ex ore spumæ moventur, deinde interposito tempore ad se redit, et per se ipsum consurgit, ut *Cels.* l. 3. c. 23. describit: ab ἐπιλαμβάνω, occupo, invado, corripio. *Lamprid. in Heliogab.* c. 20. Quod qui ederet, ab epilepsia tutus diceretur.

EPILEUS, i, m. ἐπιλεῖος, genus accipitris, qui solus omni tempore apparet. *Plin.* l. 10. c. 8. *ex lect. Hard.* Nam alii aliter.

EPILIMMA, atis, n. genus vilissimi unguenti. *Fest.* ubi al. leg. *epalimma*, ut sit ab ἐπαλείφω, ungo.

EPILŎGUS, i, m. *the conclusion or winding-up of a speech, the peroration of an oration; the epilogue of a play,* ἐπίλογος, postrema pars orationis, qua congregantur et repetuntur ea, quæ dicta sunt: Latine peroratio, cumulus, conclusio: ab ἐπιλέγω, insuper dico, dictis addo, repeto. *Cic. de clar. Orat.* c. 33. Exstat ejus peroratio, qui epilogus dicitur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 69. Cum in epilogo misericordiam se movisse putaret. *Id. pro Planc.* c. 34. Ut miserabiliores epilogos possem dicere. *Id. Attic.* l. 4. ep. 15. Publius diserto epilogo criminans, mentes judicum moverat.

EPIMEDĬON, ii, n. ἐπιμήδιον, caulis est non magnus, hæderæ foliis denis, atque duodenis, nunquam florens, radice tenui, nigra, gravi odore: nascitur in humidis, et spissandi, refrigerandique vim habet. *Plin.* l. 27. c. 9.

EPIMĔLAS, anos, f. ἐπιμέλας, h. e. nigricans (ab ἐπὶ, super, et μέλας, niger) fit, cum candidæ gemmæ superne nigricat colos, inquit *Plin.* l. 37. c. 10.

EPIMĔLES, ἐπιμελής, *h. e.* diligens, accuratus. Ita inscribitur liber primus *Apicii*, in quo diligenter condimentorum genera perscribuntur.

[* EPIMELĪA, æ, f. ἐπιμέλεια, diligentia. Sed est nomen proprium apud *Martian. Capell.* l. 2. pag. 37. Cerno Epimelia et Agrypnia dilecta virgini (Philologiæ) mancipia.]

EPIMENĪDES, is, m. Ἐπιμενίδης, Poeta Epicureus fuit, patria Cretensis, ætate Pythagoræ, qui a patre Agisarcho in agrum ad custodiendum pecus missus in quodam autro obdormivit annos LVII. post somnum vates factus est. *Plin.* l. 7. c. 52.

EPIMENIDĒUS, *et* Epiminidius, a, um, ἐπιμενίδειος, tertium genus bulborum scyllæ, gratum in cibis, angustius folio, ac minus aspero. *a kind of onion.* *Plin.* l. 19. c. 5. *post med.* et *Theophrast. hist. plantar.* l. 7. c. 11. *a med.*

EPIMENĪUS, a, um, *of every month, monthly,* menstruus, ἐπιμήνιος: ab ἐπὶ, in, et μὴν, mensis. *Juvenal.* sat. 7. v. 119. siccus petasunculus, et vas Pelamidum, aut veteres, Maurorum epimenia, bulbi. *h. e.* bulbi qui sunt munera quot mensibus a Mauris missa. Africa enim bulborum copia abundat. Al. leg. *epimenida* syncop. pro *epimenidia.*

EPIMERISMUS, i, m. ἐπιμερισμὸς, h. e. repetita distributio, seu partitio: a μερίζω, distribuo, partior. Ita dicitur a *Martian. Capell. sub fin.* lib. 5. cum orator in media oratione, dubitans de memoria judicis, res summatim ac breviter rursus distribuit ac repetit.

EPIMĒTHEUS, i. m. Ἐπιμηθεύς, filius Iapeti et Climenes, pater Pyrrhæ ex Pandora, frater Promethei. *Hygin. in præfat.* et *fab.* 142.

EPIMĒTHIS, idis, f. Ἐπιμηθίς, Pyrrha filia Epimethei. *Ovid.* 1. *Metam.* vers. 390. Inde Promethides placidis Epimethida dictis Mulcet.

EPIMĔTRUM, i, n. ἐπίμετρον, quod supra mensuram modumve datur alicui. *Impp. Valentian. Valens, et Gratian.* lib. 12. *Cod. Theodos.* tit. 6. leg. 15.

EPIMŎNE, es, f. ἐπιμονή, h. e. perseverantia: ab ἐπιμένω, persevero. Hoc nomine appellatur figura quædam, qua ejusdem dictionis sine intervallo geminatio fit, cum impetu pronunciationis, ut *Virg.* 9. *Æn.* v. 428. Me, me; adsum qui feci; in me convertite ferrum. et *Æn.* 4. v. 660. Sic moriamur, ait, sic sic juvat ire sub umbras. ¶ Vox Græca est, et Græce adhibenda.

EPINEPHRIDĬUM, ἐπινεφρίδιον, pinguedo in renibus. *Ful.* 2. *Mythol.* c. 5. Epinephridia formandis fetibus opponuntur. Al. leg. *epomphalia*, h. e. medicamenta, quæ umbilico apponuntur: ab ὀμφαλός, umbilicus.

EPINICĬA, orum, n. *songs of victory, poems in praise of victory, triumphal songs,* celebritates pro parta victoria, ut ignes nocturni, solemnes supplicationes, carmina, &c. ab ἐπὶ, in, super, et νίκη, victoria. *Sueton. in Ner.* c. 43. Sequenti die lætum inter lætos cantaturum epinicia.

EPINYCTIS, idis, f. *a pustule rising in the skin by night.* ἐπινυκτὶς, pessima pustula, fabæ magnitudine, colore vel sublivida, vel subnigra, vel alba. Circa eam vehemens inflatio est, indeque acris dolor oritur; et cum aperta est, reperitur intus exulceratio mucosa, colore humori suo similis. Oritur in eminentibus partibus, et fere noctu, ut est apud *Cels.* l. 5. c. 28. n. 15. unde et nomen habet: ab ἐπὶ, in et νύξ, nox. vel quia noctu præcipue inquietat, ut *Plin.* l. 20. c. 6. docet. *Id. ibid.* c. 2. *sub fin.* Folia peponis cum melle epinyctidas sanant. ¶ Item ulcus alio nomine syce, in angulo oculi perpetuo humore manans. *a sore in the corner of the eye called epinyctis.* *Id. cit.* l. 20. c. 6.

EPIPACTIS, *the herb called* elleborine, ἐπιπακτὶς, frutex, quem alii elleborinen vocant, parvis foliis, quæ pota contra venena, et jocinoris vitia prosunt. *Plin.* l. 13. c. 20. et lib. 27. c. 9. ex *Dioscorid.* l. 4. c. 109.

EPIPĔTROS, i, f. ἐπίπετρος, herba quædam nunquam florens. *Plin.* l. 21. c. 15.

EPIPHONĒMA, atis, n. *a conclusive sentence not closely connected with the words foregoing; an epiphonema,* ἐπιφώνημα, figura sententiarum, qua summa acclamatio fit super aliqua re narrata, vel probata: ab ἐπιφωνέω, acclamo *Quintil.* l. 8. c. 5. Est enim epiphonema rei narratæ, ve probatæ summa acclamatio: (*Virg. Æn.* 1. v. 37.) *Tanta molis erat Romanam condere gentem.*

EPIPHŎRA, æ, f. *a defluxion of humours on the eyes or on other parts of the body; an epiphora,* ἐπιφορὰ, humoris destillatio, et in aliquam corporis partem impetus unde morbus et dolor: ab ἐπιφέρομαι, impetu feror, irruo *Cic. Fam.* 16. ep. 23. Balbus ad me scripsit tanta se epiphora oppressum, ut loqui non possit. *a cold.* *Plin.* l. 2[illegible] *c. ult. a med.* Incipientem epiphoram inungere. *Id.* l. 2[illegible] c. 12. *ad fin.* Epiphoræ oculorum. et lib. 21. c. 19. te[illegible]tium. et lib. 28. c. 14. Ad omnes epiphoras ventris illi[illegible] caseum suadent. Adde *Colum.* l. 5. c. 17. *sub fin.* [¶ E[illegible] etiam figura rhetorica cum nempe plurium sententi[illegible]rum unum atque idem novissimum verbum ponitur. *Rut[illegible] Lup. de fig. sentent. et eloc.* l. 1. Nos primum impu[illegible] Philippus, deinde deseruit nos Philippus, novissime s[illegible] censet idem Philippus.]

EPIRENSIS, se, adject. Epiroticus. *Liv.* l. 8. c. 1[illegible] Samnites bellum Alexandri Epirensis in Lucanos tra[illegible]

EPIRHEDĬUM, ii, n. *a waggon, cart,* vox hybri[illegible] ex Græco ἐπὶ, *in,* aut *super,* et Gallico *rheda:* qua tam nec Græci, nec Galli utuntur, inquit *Fab.* l. 1. c. 5. [illegible]

fin. (*al.* 9.) Romani suum ex alieno utroque fecerunt. Significat autem lorum, seu funem, et collare, quo equus ad rhedam alligatur. *the harness of a cart. Vet. Scholiast. Juvenal. ad* Sat. 8. v. 66. exponit ornamentum rhedæ, aut plaustrum. *Juvenal. ibid. de equis.* trito ducunt epirhedia collo Segnipedes, dignique molam versare Nepotis.

EPIRŎTÆ, arum, m. Epiri incolæ. *Liv.* l. 29. c. 12. et alibi passim. ¶ In singul. num. *Epirotes*, et *Epirota, æ*, Ἠπειρώτης. *Plin.* l. 3. c. 11. Alexander Epirotes. *Aurel. Vict. de Vir. illustr.* c. 33. Pyrrhum Epirotam Italia expulit. ¶ Abjecta præpositiva diphthongi, secundam corripuit *Auson. in Professorib.* n. 15. v. 13.

EPIROTĬCUS, a, um, Ἠπειρωτικός, ad Epirum, vel Epirotas pertinens. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 17. *a med.* Epiroticæ familiæ. et lib. 2. c. 9. Epirotici canes. *Colum.* l. 6. c. 1. Epirotici boves. *Cic. Fam.* 13. ep. 18. *extr.* Quibuscumque officiis in Epiroticis, reliquisque rebus Atticum obstrinxeris. *Id.* 12. *Attic. ep. ult.* Nisi te Epiroticæ litteræ impedient. *h. e.* vel missæ, vel acceptæ de negotiis, quæ multa habebat Atticus in Epiro: unde Epiroticas ejus possessiones memorat *Nepos in ejus vita*, cap. 14. ¶ Græci *Epirotica mala* appellant, quæ Latini *orbiculata*, quod in Epiro primum provenisse dicuntur. *Plin.* l. 15. c. 14. *ad fin.*

EPĪRUS, *et* Epiros, i, f. [† *Larta* et *Chimera* Harduin.] Ἤπειρος, ἡ, regio Græciæ inter Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, et mare Ionium, contra Corcyram. *Plin.* l. 4. c. 1. ¶ Ipsa vox Græce terram continentem significat. Quare ita primum a Corcyræis proxima continens appellata est: inde nomen ab aliis quoque est usurpatum. Fuit optimarum equarum ferax. *Serv.* ad illud 1. *Georg.* v. 59. Eliadum palmas Epiros equarum. *Cic.* 2. *Attic.* ep. 4. *ad fin.* Quo minus Epirum ipsam possidere videamur. Adde *Plin. loc. cit.*

EPISCENĬUM, ii, n. ἐπισκήνιον, et

EPISCĒNOS, i, ἐπίσκηνος, superior scenæ pars, id quod supra scenam exstruitur, idest columnationis, sive contignationum ordines: ab ἐπὶ, super, et σκηνή, scena. *Vitruv.* l. 7. c. 5. Præterea supra eam (*scenam*) nihilominus episcenium, in quo tholi, pronai, semifastigia, omnisque tecti varius picturis fuerat ornatus. et cap. 7. lib. 5. Si tertia episcenos futura erit, &c.

[† EPISCHIS, et

EPISCHIDION, i, n. ἐπισχίδιον, apud *Vitruv.* 10. 17. accipitur pro *cuneo*, quo ligna finduntur. V. *Bald. Ind.*]

EPISCOPĀLIS, le, *episcopal*, ad Episcopum pertinens, ut Episcopale solium, *Prudent. in Cyprian.* seu *Peristeph.* 5. v. 33. Adde *Sidon. in carm.* l. 4. ep. 11.

EPISCOPALĬTER, *like a bishop*, more Episcopi. *Augustin.* l. 5. *Confess.* c. *pænult.*

EPISCOPĀTUS, us, m. *a bishopric*, officium, vel dignitas Episcopi. *Ammian.* l. 27. c. 3. (*al.* 6.) Ad rapiendam Episcopatus sedem ardentes. *Alii leg.* Episcopalem sedem. *Tertull. de Baptism.* c. 17. Officium Episcopatus.

EPISCOPĬUS, a, um, adject. ut Episcopius phaselus, *a spy-boat, h. e.* exploratorius, ab ἐπισκοπέω, exploro, apud *Cicer. ad Attic.* l. 14. ep. 16. Alii aliter leg. V. *Epicopus.*

EPISCŎPUS, i, m. *an overseer, superintendant, governor*, ἐπίσκοπος, inspector, præses: ἐπὶ, super, et σκοπέω, video, dispicio. *Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 4. leg. 18. Item et episcopi, qui præsunt pani, et ceteris venalibus rebus, quæ civitatum populis ad quotidianum victum usui sunt, personalibus muneribus funguntur. *commissaries. Inscript.* apud *Murator.* pag. 626. n. 1. C. Memmio Macrino agonothetæ, episcopo Niciensium. *Cic.* quoque simili sensu utitur, sed Græce, *Attic.* l. 7. ep. 11. *sub fin.* Vult enim me Pompeius esse, quem tota hæc Campana, et maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus, et summa negotii referatur. ¶ Sic etiam nominantur Christiani sacri Antistites, seu Pontifices, qui alicujus Urbis ac territorii sacris præsunt. *a bishop. Tertull. Augustin. Hieronym.* &c.

[* EPISCYNĬUM, i, n. ἐπισκύνιον, supercilium. *Tertullian. de pall.* c. 4. Jamdudum censoriæ intentionis episcynio disperso. *h. e.* deposito supercilio nimis adstricto contractoque.]

EPISTĀTES, æ, m. *an overseer, president, steward, proctor*, ἐπιστάτης, præses, præpositus alicui rei: ab ἐφίστημι, præfectus sum. *Cato R. R.* c. 56. Familiæ cibaria. villico, villicæ, epistatæ, opilioni, tritici modios tres. *h. e.* servo, qui post villicum et villicam certis familiæ partibus præest, similis custodi apud *eund.* c. 67. 144. et 145. qui præerat factoribus olei. Sunt qui leg. *villicæ epistatæ* sine distinctione, ut una eademque persona designetur. ¶ In certaminibus athletarum epistatæ erant, qui certantibus præerant, et certaminum leges ferebant. Hinc translate *Tertull. ad Martyr.* c. 3. Epistates vester CHRISTUS IESUS, &c.

EPISTŎLA, æ, f. *a letter, epistle*, ἐπιστολή, litteræ, scriptum, quod ad absentes mittitur, alicujus rei significandæ causa. Vox quidem Græca tota est, sed usu Latina facta: ab ἐπὶ, ad, et στέλλω, mitto. Proprie significat ipsam chartam obsignatam, et alicui missam, seu ut aiunt Scholastici *materiale*: *litteræ* autem sensum ipsum, seu *formale* ipsius epistolæ. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 3. Venio nunc ad tuas litteras, quas pluribus epistolis accepi. *on many sheets.* ¶ Ceterum alterum frequenter pro altero usurpatur. *Cic. ibid.* l. 1. ep. 1. c. 13. Illud quod est epistolæ proprium, ut is ad quem scribitur, de iis rebus, quas ignorat, certior fiat, &c. *Id.* 2. *Fam.* ep. 4. Epistolarum genera multa esse non ignoras, &c. Reliqua sunt genera duo: unum familiare et jocosum, alterum severum et grave. *Id. Fam.* 9. ep. 21. Quid simile habet epistola aut judicio, aut concioni? *et ibid.* Epistolas quotidianis verbis texere solemus. *Id.* 6. *Attic.* ep. 5. *extr.* Facere epistolam longiorem. et lib. 13. ep. 26. efficere. et l. 15. ep. 1. exarare. *to write. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 46. deferre ad aliquem. *et ibid.* intercipere. *Curt.* l. 3. c. 7. *ad fin.* tradere alicui. et lib. 7. c. 2. accipere ab aliquo. *Nep. in Pausan.* c. 4. accipere ab aliquo ad aliquem. *Sueton. in Aug.* c. 50. signare. *to seal. Id. in Cæs.* c. 56. *extr.* ad aliquem mittere. *Cic. Attic.* 12. ep. 1. *a med.* complicare. *to fold.* et lib. 15. ep. 4. *a med.* solvere. et l. 10. ep. 12. concerpere. *Nepos in Pausan.* c. 4. Epistolæ vincula laxare. *to break open. Tacit.* 3. *Hist.* c. 63. Epistolas componere. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 13. *extr.* dictare. *to dictate. Terent. Phorm.* 1. 2. 17. Pellicere aliquem per epistolas. *Cic. Attic.* l. 1. *ep. ult.* Cincius eam mihi abs te epistolam reddidit, quam tu idib. Febr. dederas: ei epistolæ litteris his respondebo. *Id.* 6. *Attic.* ep. 3. *post med.* Q. Cicero legit epistolam inscriptam patri suo. *directed, addressed.* et lib. 2. ep. 12. O suaves epistolas tuas, uno tempore mihi datas, duas! et ep. 11. Isti puero da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum. *Sueton. in Cæs.* c. 56. Epistolæ quoque ejus ad Senatum exstant, quas primus videtur ad paginas, et formam memorialis libelli convertisse, cum antea Coss. et duces non nisi transversa charta scriptas mitterent. *Plin.* l. 7. c. 15. C. Cæsar solitus epistolas quaternas pariter librariis dictare. ¶ Quemadmodum *litteræ* plur. num. epistolam significant; ita hæc ipsa vox plur. num. interdum de unis litteris usurpatur. *Justin.* l. 1. c. 6. Lectis ille epistolis, &c. et lib. 11. c. 12. Scribit itaque et tertias epistolas. Adde lib. 17. c. 2. et *Plin.* l. 10. ep. 5. et 15. ¶ Dicitur *ab epistolis alicujus*, qui conscribendis epistolis illi inservit. *a private secretary.* Habetur in Inscriptionib. multis apud *Gruter. Reines.* et *Manut.* in quibus plerumque legitur *epistula*: quam scribendi rationem (quæ in Pandectis Florentin. dicitur esse perpetua) *Justus Fontanin.* l. 1. *de Antiquitatib. Hortæ* c. 8. contendit, usurpatam fuisse etiam optimis Latinæ linguæ temporibus. Nihilominus et librorum consensus, et vocis origo ipsa, et usus alteram per *o* scriptionem tuentur: quam præferunt etiam *Scalig. Lips. Manut. Dausqu. Cellar.* &c. ¶ Dicitur etiam *magister epistolarum*, sub se habens alios, qui ab epistolis sint. *Spartian. in Adrian.* c. 11. Suetonio Tranquillo, epistolarum magistro, successorem dedit. ¶ Imperatorum rescripta, et jussa, quod per epistolas plerumque edebantur, *epistolæ* dicuntur *Plin.* l. 10. ep. 66. et 71. *Frontin. de aquæduct.* artic. 105. et sæpe *in libris Digestor.*

EPISTOLĀRIS, re, adject. *relating to a letter, or to letter-writing, epistolary*, ad epistolam pertinens, ut Epistolaris charta, *Martial. in lemmate* epigr. 11. lib. 14. *letter-paper, writing-paper.* [*Augustin.* epist. 5. *ad Marcellin.* Epistolare colloquium.] ¶ Apud *Impp. Theodos. et Valentin.* lib. 7. *Cod.* tit. 42. leg. 32. *epistolares* sunt officiales conscribendis Imperatorum epistolis, rescriptis, actisque sacri Auditorii destinati.

EPISTOLĬCUS, a, um, *epistolary*, epistolaris, ut Epistolicæ quæstiones, *Gell.* l. 14. c. 7. et 8. ubi citat *Varronis* librum eo titulo. Item l. 7. c. 10. ubi eadem inscriptione librum *Catonis* appellat. Unde apparet ab illis quoque eam vocem fuisse usurpatam.

EPISTOLĬUM, ii, n. *a short letter*, ἐπιστόλιον, parva epistola. *Catull.* carm. 68. v. 2. Conscriptum hoc mittis epistolium.

EPISTOMĬUM, ii, n. *a cock or spout in a conduit; a tap, spiggot; a cork, bung, stopple*, ἐπιστόμιον, instrumentum æneum, vel alterius materiæ, in quo est vertibulum pertusum, quo prout hoc, aut illo modo versatur, claudantur, et aperiuntur ora salientium, ac fistularum: ab ἐπιστομίζω, os obstruo, quod ab ἐπὶ, et στόμα, os. *Senec.* epist. 86. Nisi aquam argentea epistomia effuderunt. Adde *Vitruv. sub fin.* l. 9. et lib. 10. c. 13. *Varron. R. R.* l. 3. c. 5. *sub fin.* et *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 1. leg. 17. *ad fin.* Ubique autem alii reponunt *epitonium*, et alicubi *epitomium.*

EPISTRŎPHE, es, f. ἐπιστροφή, figura est, cum in eadem verba plures desinunt sententiæ. Latine conversio dicitur. Græca vox, et Græce usurpanda: ab ἐπιστρέφω, converto. [Hac voce utitur *Jul. Rufinian. de schem. lex.*]

EPISTYLĬUM, ii, n. *that part of a column, which lies immediately upon the capital, and is the lowest member of the entablature; the architrave; the chapiter of a column*, ἐπιστύλιον, trabs, quæ summis columnis, superque earum capitulum transversa imponitur, et omnes tecti trabes sustinet: ab ἐπὶ, super, et στύλη, columna: item in lapideis architecturis membrum illud supra capitulum, quod eam trabem refert. *Vitruv.* l. 3. c. 5. *ad fin.* Membra omnia, quæ supra capitula columnarum sunt futura, idest epistylia, zophori, coronæ, tympana, &c. Adde *Varron.* l. 3. *R. R.* c. 5. *Plin.* l. 36. c. 14. et *Festum.*

EPISYNALŒPHE, es, f. ἐπισυναλοιφή, figura eadem, quæ synæresis, cum duæ vocales in unam contrahuntur, et quodammodo conglutinantur: ab ἐπὶ, et συναλοίφω, commisceo, confundo. Græca vox, et Græce adhibetur a *Charis.* l. 4. pag. 249. *Putsch.* et *Diomed.* l. 2. pag. 437.

EPITAPHIŎLUM, i, n. breve epitaphium. Legitur in Inscriptione Romana apud *Murator.* pag. 162. n. 2.

EPITAPHISTA, æ, m. epitaphiorum scriptor. *Sidon.* l. 11. ep. 9. *ad fin.* Epitaphistarum neniæ.

EPITAPHĬUM, ii, n. *an epitaph, inscription on a tomb*, ἐπιτάφιον, inscriptio, quæ sepulcris inciditur in laudem defunctorum: ab ἐπὶ, super, et τάφος, sepulcrum. *Auson. in Epitaph.* vertit titulos sepulcrales. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 12. Quid vero in epitaphio? quomodo idem? &c. Designat hic *Cicer.* opusculum *Platonis*, quod inscribitur Μενέξενος, ἢ ἐπιτάφιον, continens orationem in defunctos Athenienses, qui belli pro patria vitam dederant: [Animadvertas velim genitivum *belli* numquam adhiberi posse, nisi cum *domi* subsequatur. Vide in V. *Bellum* apud *Forcellinum.*] de qua loquitur et *in Orat.* c. 44. ¶ Quomodo differat ab *epicedio*, V. ibi.

EPITĂSIS, is, f. ἐπίτασις, intentionem, et emphasim significat apud Grammaticos. ¶ In Comœdiis dicitur illa pars turbulenta, et contentiosa ante Catastrophen. *the busiest part of a comedy immediately before the catastrophe.* Sed vox Græca est, et Græce scribenda: ab ἐπιτείνω, intendo. [Hac utitur voce *Pseudo-Donatus de Comœd. et Tragœdia.* Epitasis est incrementum processusque turbarum, ac totius, ut ita dixerim, nodus erroris.]

EPITHALAMĬUM, ii, n. *a nuptial song, epithalamium*, ἐπιθαλάμιον, carmen nuptiale; ab ἐπὶ, super, et θάλαμος, thalamus. Solebat autem cantari a puellis, sponsam in thalamum comitantibus. *Quintil.* l. 9. c. 3. Catullus in Epithalamio: dum innupta manet, dum chara suis est. Sumit hoc *Quintil.* ex carm. 61. qui inscribitur *Carmen nuptiale*, ubi vers. 45. nunc habetur, *dum intacta manet, tum chara suis: sed*, &c. *Trebell. Poll. in Gallien.* c. 11. Hujus est illud epithalamium, quod inter centum poetas præcipuum fuit. *et mox.* Cum omnes poetæ Græci, Latinique epithalamia dixissent.

EPITHĒCA, æ, f. ἐπιθήκη, additio, adjectio, *an addition, adjunct*: ab ἐπιτίθημι, adjungo. *Plaut. Trinum.* 4. 3. 18. Nisi etiam laborem ad damnum apponam epithecam insuper.

EPITHĔMA, atis, n. *an epithem, cordial application, liquid medicament applied externally*, ἐπίθεμα, medicamentum, quod exterius imponitur: ab ἐπιτίθημι, impono. *Scribon. Larg. compos.* 160. Epithemate uti oportet. Adde *Marcell. Empir.* c. 20.

EPITHEMATĬUM, ii, n. ἐπιθεμάτιον, parvum epithema. *Marcell. Empir.* c. 50. *circa med.* et cap. 27. *extr.*

EPITHERAPEUSIS, is, f. ἐπιθεράπευσις, nomen Rhetoricæ exornationis, qua dictum aliquod atrocius non emendatur, leniturve, sed subjecta ratione confirmatur. Exemplum affert *Ascon. in proœm. action. in Verr.* seu *Verr.* 2. cap. 9. *ad fin.* An me taciturnum tantis de rebus, &c. Græce possis ipsam vocem interpretari obsequium quasi orator tam sit veritatis amans, ut in ejus obsequium invidiam ejus quem dicto læserit, subire non dubitet.

EPITHĔTON, i, n. *an epithet, adjective*, ἐπίθετον, adjectivum, appositum, vox alteri addita explicandi, designandi, atque illustrandi gratia. V. *Appositum.* ¶ De epithetis Virgilianis multa *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 5. ubi et vocem Latine usurpat. ¶ Ne audias *Servium*, qui ad *Virgil. Eclog.* 3. v. 38. et ad *Æneid.* 3. v. 70. vitiosum esse ait in Latinitate, si duo epitheta uni substantivo jungantur. Multa collegit *Broukhus. ad Tibull.* l. 3. eleg. 5. v. 22. ex probatis auctoribus, qui nullum in ea re vitium agnoverunt.

EPITHȲMON, i, n. *a weed which winds about thyme, and hath a flower like it; dodder*, ἐπίθυμον, flos thymi. *Plin.* l. 26. c. 8. Alvum purgat epithymon, qui est flos e thymo, satureiæ simili. Adde c. 11. et 12.

EPITOGĬUM, ii, n. *a taberd or long garment worn over the toga*, amictus, qui supra togam gestatur. Vox hybrida ex Græco ἐπὶ, *super*, et Latino *toga.* Affert *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *ad fin.* in exemplum vocis ex duabus Græca, et Latina conflatæ.

EPITŎMA, æ, f. V. *Epitome.*

EPITŎMA, atis, n. V. vocem sequent.

EPITOMĀTUS, a, um, *epitomised, contracted into a narrower compass*, in epitomen redactus. *Veget.* l. 1. *de re milit.* c. 8. *extr.* Nihil mihi auctoritatis assumo, sed horum, quos supra retuli, quæ dispersa sunt, velut epitomata conscribo. *Januar. Nepotian. in epist. ad Victor.* (habetur in *Valer. Max.* ad us. *Delph.* et in *Biblioth. Fabric.* l. 2. c. 5.) et est proœmium epitomes *Valerii Max.* Et cum integra fere in occulto sint, præter nos duo, profecto nemo epitomata cognoscat. ¶ Ex duobus his locis alii *epitoma, atis*, n. adstruere conati sunt.

EPITŎME, es, *et positione Latina* Epitoma, æ, f. *an*

abridgment, abbreviation, abstract, epitome, ἐπιτομὴ, fit cum pluribus resectis, id, quod fuse pluribus dicebatur, paucis complectimur, et brevius facimus, summa tantum capita persequentes: ab ἐπιτέμνω, amputo, abbrevio. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 5. Conturbat me Bruti epitoma Fannianorum. *h. e.* historiæ Fannii. et l. 13. ep. 8. Epitomen Bruti Cœlianorum velim mihi mittas. *Colum.* l. 1. c. 1. *circa med.* Diophanes totum Dionysium, per multa diffusum volumina, sex epitomis circumscripsit. *Auson.* epist. 19. *post.* vers. 10. Cogere aliquid in epitomen. *Id. in proœm. ad perioch. Iliad.* In epitomæ speciem, belli Troici causam apparatusque retexere.

EPITŎMO, as, a. 1. *to abridge, epitomise,* in epitomen redigo. *Trebell. Poll. in* XXX. *Tyrann.* c. 30. *de Zenob. ad fin.* Historiæ Alexandrinæ ita perita, ut eam epitomasse dicatur.

EPITONĬUM, ii, n. ἐπιτόνιον, ab ἐπιτείνω, intendo, significat instrumentum, quo aliquid intenditur, quale est, quo in manubrio lyræ intenduntur fides, *the pin or peg with which the chords of a musical instrument are stretched,* aut lignum illud rotundum, quo in machinis involvuntur, atque intenduntur funes, *a capstan, wind-beam, draw-beam:* et a similitudine etiam verticillum, cujus conversionibus aqua e fistulis emittitur, aut clauditur. Postrema hac significatione legi putatur apud *Varron. Vitruv.* et *Ulpian.* locis citatis in *Epistomium.*

EPITOXIS, idis, f. *the notch in a cross-bow,* ἐπιτοξίς, a *Vitruv.* dicitur ea pars cava in catapulta, quæ telum suscipit, l. 10. c. 15. ¶ A τόξον, quod arcum significat, derivatur.

EPITRAPEZĬUS, a, um, ἐπιτραπέζιος, ab ἐπὶ, super, et τράπεζα, mensa. *Hercules epitrapezius* inscribitur *Silva* 6. lib. 4. *Statii,* in qua describitur, et laudatur mensarium vas, opus Lysippi referens Herculem dextra poculum, sinistra clavam tenentem, substrata pelle leonis. Laudatur etiam a *Martial.* lib. 9. epigr. 44. unde lux magna Statiano carmini accedit.

EPITRĪTUS, i, ἐπίτριτος. Numerus epitritus (qui a *Vitruv.* l. 3. c. 1. *tertiarius* dicitur: Al. autem leg. *adtertiarius,* ut Græcam vocem propius voluerit exprimere) est, qui habet totum aliquem numerum, et ejusdem partem tertiam, ut quatuor ad tres, duodecim ad novem, quadraginta ad triginta. Hæc *Gell.* l. 18. *c. penult.* et *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 1. ¶ *Epitritus pes,* qui et *hippius* dicitur, constat quatuor syllabis, quarum una est brevis, longæ reliquæ: quæ quidem brevis si priore loco sit, est epitritus primus, ut *sacerdotes:* si secundo, secundus, ut *innocentes:* si tertio, aut quarto, tertius, quartusque dicitur, ut *discordiæ, consolamur. an epitrite.* Hæc *Diomed.* l. 3. pag. 477. *Putsch.*

EPITROCHASMUS, ἐπιτροχασμός, est figura, qua res magnas diversasque celeritate quadam percurrimus: a τρέχω, curro. Tale est illud *Cæsaris* apud *Sueton.* c. 37. Veni, vidi, vici. Sed vox Græca est, et Græce scribenda.

EPITRŎPE, es, f. ἐπιτροπή, vox Græca, ab ἐπιτρέπω, committo, permitto, figura est, Latine *concessio,* qua orator alicui rei valde confidens, judici permittit, ut quemadmodum sibi visum fuerit, de ea constituat. Item cum orator ficte permittit judici aliquid, certo sciens non amplexurum. Item cum, re manifesta, permittit judici, ut quo nomine libuerit, appellet. Græce habet *Charis. in fi.* lib. 4.

EPITRŎPOS, i, m. *a factor, proctor,* ἐπίτροπος, procurator, villicus. Vox Græca ab ἐπιτρέπω, curæ alicujus trado. *Auson.* ep. 22. v. 1. Philon, meis qui villicatus prædiis, Ut ipse vult, Epitropos. Nam gloriosum Græculus nomen putat, Quod sermo fucat Doricus.

EPITȲRUM, i, n. *a kind of sallad made of preserved olives,* ἐπίτυρον, genus edulii ex oleis conditis. *Cato R. R.* c. 119. Epityrum album, nigrum, variumque sic facito. Ex oleis albis, nigris, variisque nucleos ejicito. Sic condito. Concidito ipsas. Addito oleum, acetum, coriandrum, cuminum, fœniculum, rutam, mentam. In orculam condito. Oleum supra siet: ita utitor. *Colum.* paulo aliter hoc idem describit l. 12. c. 47. additque hoc genus conditura in civitatibus Græciæ plerumque usurpari: quod scribit etiam *Varro* l. 6. *de L. L.* c. 5. ubi hæc affert verba *Plauti* (*Mil.* 1. 1. 24.) Si unum epityrum edam apud illum esuriens insane bene. ¶ Videtur esse a πιτυρίς, ἴδος, quod genus oleæ est. Alii putant ita dici, quod ἐστὶ τυρὸν, post caseum, vel una cum caseo, mensæ inferebatur.

EPIŪRUS, i, m. ἐπίουρος, apud Græcos inspectorem, et custodem significat. Translate est paxillus, qui alicujus rei servandæ, et sustentandæ causa affigitur. *a wooden peg or pin. Pallad.* l. 12. tit. 7. *de pruno.* Oleastri epiurum infige radici. V. *Epigrus.* In *Gloss.* ἐπίουρος est sudes.

EPIZEUXIS, is, f. ἐπίζευξις, figura est, quæ unam vocem sine intervallo repetit, cum vehementia affectus, et impetu pronuntiationis: Latine *conduplicatio,* ut illud *Horatii* epod. 6. v. 11. Cave, cave: namque in malos asperrimus Parata tollo cornua. Ab ἐπιζεύγνυμι, adjungo, conjungo. *Charis.* l. 4. pag. 250. *Putsch. Diomed.* l. 2. pag. 440. et *Donat. de Schematib.* pag. 1774. sed omnes Græce.

EPIZȲGIS, idis, f. *the hole in which the nut of the steel-bow lies,* ἐπιζυγίς, ab ἐπιζεύγνυμι, insuper innecto: apud *Vitruv.* l. 10. c. 17. volunt esse ferreum axiculum, qui orificio modioli appositus, transversos nervos continet, dum in ipsa modioli versione torquentur, atque intenduntur. *Bald. in Lex. Vitruv.*

EPŌDES, um, m. pisces marini, lati generis, quorum nude meminere *Ovid. in Halieut.* v. 126. et ex eo *Plin. sub fin.* lib. 32.

EPŌDOS, i, *an epode, kind of poem,* ἐπῳδός, ab ἐπὶ, et ἀείδω, cano. *Diomed.* l. 3. pag. 482. *Putsch.* Epodi dicuntur versus quolibet modo scripti, et sequentes clausulas habentes particularum, quales sunt Epodi Horatii, in quibus singulis versibus singulæ clausulæ adjiciuntur, ut (*Epod.* 15. v. 1.) *Nox erat, et cælo lucebat luna sereno.* deinde *Inter minora sidera.* et (*Epod.* 16. v. 1.) *Altera jam bellis teritur civilibus ætas.* deinde *Suis et ipsa Roma viribus ruit.* et quicumque sunt similes. Dicti autem Epodi συνεκδοχικῶς a partibus versuum, quæ legitimis, et integris versibus ἐπᾴδονται, idest accinuntur. Hæc *Diomed.* cui accedit *Terentian. de metr.* pag. 2422. Talis epodos erit: *Tibia docta, precor, tandem mihi dicere versus Desine Mænalios.* Hoc doctum Archilochum tradunt genuisse magistri: Tu mihi, Flacce, sat es. Aliter *Mar. Victorin.* l. 1. *Grammat.* pag. 2501. Antiqui deorum laudes carminibus comprehensas, circum aras eorum euntes, canebant: cujus primum ambitum, quem ingrediebantur ex parte dextra, στροφὴν, strophen vocabant: Reversionem autem sinistrorsum factam, completo primo orbe, antistrophen appellabant. Dein in conspectu deorum soliti consistere, cantici reliqua prosequebantur, appellantes id Epodon. Nam Epodos est tertia pars, aut periodus Lyricæ odes. Igitur quæ post στροφὴν strophen, et ἀντιστροφὴν antistrophen, ἐπῳδὸν dicebant. Ἐπᾴδειν quidem est supercanere. Hinc sumptum vocabulum in has Epodos, quæ binos versus impares habent. Nam ut illæ canticum finiebant, sic hæ sensum versu insequenti. Hactenus *Victorin.* Verum hæc, quod ad *Horat.* spectat, improbat *Scalig.* lib. 1. *Poet.* c. 44. Ideo autem ait, *Epodon* inscribi librum *Horatii,* quia post quatuor odarum libros illum addidit, quasi *post odas,* ab ἐπὶ post, et ᾠδὴ, ode. *Torrentius* vero rejecta *Scaligeri* sententia, quod constet multas priorum liborum, et omnes fere libri IV. odas post Epodon ab *Horatio* fuisse editas, opinatur, nomen habere ab incantationibus, quæ in eo libro (od. 5. 17. et 18.) describuntur. Nam ἐπῳδὸς Græce incantator dicitur, et ἐπαείδειν est etiam incantare. Alii putant, quod *Horat.* in prioribus libris Alcæum et Sapphonem imitatus sit, in isto autem Archilochum, qui primus dicitur Epodos invenisse. Dubium tamen est, *Horatius* ne, an alii titulum illum ei libro apposuerint. In eo quoque titulo lis est, utrum sit *epodon* ἐπῳδῶν genit., an *epodos* ἐπῳδός. *Victorinus* semel atque iterum effert feminino genere, *loc. cit. Ausonius* masculino epist. 16. ubi *paucos epodos* appellat carmen Iambicum constans centum amplius Iambis dimetris: cujusmodi sunt breviores versiculi in Epodis Horatianis. ¶ In recto casu sing. *epodos* habetur apud *Quintil.* l. 10. c. 1. cujus tamen loci dubia est lectio, et significatio.

EPOGDŎUS NUMERUS, ἐπόγδοος, *h. e.* super octavus, est qui intra se habet minorem numerum, et insuper ejus octavam partem, ut novem ad octo, quia in novem et octo sunt, et insuper octava pars eorum, idest unum. *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 1. *a med.*

EPOL. V. *Edepol.*

EPOLŌNOS dicebant antiqui, quos nunc epulones dicimus. *Festus.*

EPŌNA, æ, f. Dea equorum, asinorum, stabuli, et mulionum præses. *Juvenal.* sat. 8. v. 157. jurat Solam Eponam, et facies olida ad præsepia pictas. *Prudent. in Apotheos.* v. 265. Nemo Cloacinæ, aut Eponæ super astra deabus Dat solium, quamvis solidam persolvat acerram. Adde *Apul.* l. 3. *Metam. Minuc. Fel. in Octav.* c. 28. *Tertull. in Apolog.* c. 16. et tres *vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 87. n. 4. 5. 6. Quare frustra sunt, qui *Hippona* apud *Juvenal.* et alios substituunt: quamvis ab ea hæc derivari videatur, ab ἵππος, equus.

EPOPS, ŏpis, m. *a lapwing, puet, plover,* ἔποψ, upupa, avis in quam conversum fuisse Tereum Thraciæ regem, Fabulæ narrant. *Virg. in Cul.* v. 252. Orbus Epops mœret volucres evectus in auras. V. *Ovid. Metam.* 6. v. 671.

EPOPTA, et Epoptes, æ, m. *an inspector, overseer,* ἐπόπτης, inspector: ab: ἐπὶ, et ὄπτομαι, video. Hinc *epoptæ* in sacris Eleusiniis fuere quasi magistri cærimoniarum, qui inspiciebant, excludebantque eos, qui nondum erant ad interiora sacra admittendi. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 1. Cum epoptas ante quinquennium instituunt. Ita *Scalig.* Alii leg. *cum et portas ante,* &c.

EPOREDĬÆ, arum, m. appellantur a Gallis boni equorum domitores. *Plin.* l. 3. c. 17. ¶ *Eporedia, æ,* urbs est in Salassis ad Duriam fluvium, nunc *Lamporeggio,* et *Ivrea in Piemonte. Id. ibid.*

EPOS, n. ἔπος, Græca vox, qua significatur verbum, vox: ab ἔπω, dico. Item carmen heroicum: *an heroic poem:* unde *epicus. Diomed.* l. 3. pag. 480. *Putsch.* Hoc sensu *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 43. forte epos acer, Ut nemo, Varius ducit. *Martial.* l. 12. epigr. 96. Scribebamus epos: cœpisti scribere: cessi. *Auson. in Professorib.* 5. v. 10. Epos ligasti metricum. ¶ In reliquis obliquis casibus Latine non est, quod sciam, in usu.

EPŌTO, as, avi, atum, a. 1. *to drink up,* potando exhaurio. Translate *Martial.* l. 2. epigr. 29. Quæque Tyron toties epotavere lacernæ. *h. e.* purpura tinctæ fuerunt.

EPŌTUS, a, um, *drunk up, swallowed or sucked up,* potando haustus, ἐκπεπωμένος: ab *e,* et *potus. Cic. pro Cluent.* c. 60. Quem statim, epoto poculo, mortuum esse dixistis. *drunk off. Phædr.* l. 3. fab. 1. v. 1. Anus jacere vidit epotam amphoram. *Liv.* l. 8. c. 18. Epoto medicamento, suamet ipsæ fraude interierunt. *Juvenal.* sat. 10. v. 176. credimus, altos Defecisse amnes, epotaque flumina, Medo Prandente. *Martial. de spectac.* epigr. 3. epoto Sarmata pastus equo. *h. e.* epoto sanguine equi. Unde *Virg.* 3. *Georg.* v. 463. Et lac concretum cum sanguine potat equino. ¶ Translate *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 10. v. 28. *de Charybdi.* Ter licet epotum ter vomat illa fretum. *ingulphed, gorged, swallowed up.* Sic *Id. Metam.* 15. v. 273. *de Lyco fluvio.* Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatu, Exsistit procul hinc, alioque renascitur ore. *Lucret.* l. 5. v. 384. cum sol et vapor omnis, Omnibus epotis humoribus exsuperarint. *h. e.* exhaustis.

EPŬLÆ, arum, f. *food, victuals, any thing eatable,* edulium, dapes, cibus, esca, βρῶμα, δαίς. Volunt quidam ab *edendo* dici, quasi *edipulas. Plin.* l. 33. c. 1. *ad fin.* Rapiendæ comparantur epulæ, pariterque qui rapiant eas. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 1. v. 31. et *Sallust. in Jug.* c. 79. Onerari epulis et vino. *Cic.* 5. *Tusc.* c. 21. Mensæ conquisitissimis epulis exstruebantur. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 571. Epulis instruere mensas. *Virg.* 4. *Georg.* v. 378. onerare. *Id.* 1. *Æn.* v. 220. Epulis eximere famem. *Id.* 4. *Æn.* v. 484. Epulas draconi dare. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 118. cui stragula vestis, Blattarum ac tinearum epulæ, putrescat in arca. ¶ Sæpius dicuntur de lautiore cœna, convivio, sive publico, sive privato, *a feast, banquet,* εὐωχία. *Cic. de clar. Orat.* c. 19. Carmina cantitata in epulis a singulis convivis de clarorum virorum laudibus. *Id.* 2. *Offic.* c. 16. Epulis et visceerationibus pecunias profundere. *Id. pro Flacc.* c. 38. Sepulcrum epulis celebrare. *Liv.* l. 25. c. 23. *a med.* Epulas vino largius celebrare. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 4. v. 1. Adire epulas. *Cic.* 2. *de legib.* c. 25. inire. *Virg.* 1. *Æn.* v. 83. Epulis accumbere divum. *Horat.* l. 4. od. 8. v. 30. interesse. *Curt.* l. 9. c. 7. Invitare ad epulas. *Virg.* 5. *Æn.* v. 63. Adhibere aliquem epulis. *Sallust. in Jug.* c. 70. et *Curt.* l. 5. c. 12. Inter epulas facere aliquid. *Liv.* l. 26. c. 13. et *Senec. in Thyest.* v. 62. Epulas instruere et parare. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 27. Amplissimæ epulæ. ¶ Vitellius narrante *Sueton.* c. 13. epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in jentacula, et prandia, et cœnas, commissationesque. ¶ Translate *Cic. in Top.* c. 5. Avidum hominem ad has discendi epulas recepi. *Id.* 1. *de Divin.* c. 29. Animus saturatus bonarum cogitationum epulis. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 2. Oculis epulas dare. *to give a treat.* ¶ *Festus* docet, Antiquos *epulam* etiam singulariter posuisse. Sic et *delicia* pro *deliciæ* olim dictum est.

EPULĀRIS, e, *relating to a feast or banquet,* ad epulas pertinens, θοινητικός. *Cic. de Senect.* c. 23. Bene majores nostri accubitionem epularem amicorum, qui vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt. *Id.* 3. *de Orat.* c. 19. Ludorum epulare sacrificium facere. *h. e.* sacrificium cum epulo. *Sueton. in Domit.* c. 13. Epularis dies. *Apul.* l. 2. *Metam.* sermo. ¶ *Epulāres,* inquit *Festus,* appellabantur, qui in quibusdam ludis noctu epulabantur.

EPULATĬO, onis, f. *a feasting, banquetting,* actus epulandi, epulum. *Cic. in fragm.* apud *Colum.* l. 12. c. 3. Vasa, quæ ad mensam quotidianam, atque epulationem pertinerent. *Petron. in Satyr. c. ult.* Humanas edere carnes: nec quidquam aliud in hac epulatione captabant, nisi tantum, ne esurirent. Vetus lapis apud *Murator.* pag. 615. n. 4. Honesta epulatione universos prosecutus. *Sueton. in Calig.* c. 18. Panaria cum obsonio viritim divisit: qua epulatione, &c. Adde *Valer. Max.* l. 2. c. 5. n. 4. *extern.* et horum antiquissimum *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 87.

EPULĀTUS. V. *Epulor.*

EPŬLO, onis, m. *one of the priests whose duty it was to prepare the feasts at solemn sacrifices,* δαιτυμών, qui epulem præbet, qui epulo præest. Apud Romanos Tresviri Epulones erant, qui epulas indicendi Jovi ceterisque diis potestatem habebant, ut *Fest.* docet in *Epolonos.* In ipsis enim templis mos erat, diis majorum gentium Junoni, Minervæ, Neptuno, &c. tanquam epulaturis, mensas cibis instruere, et lectos sternere (unde *lectisternium*) eosque ad epulas solemni ritu invitare: idque placandæ deum iræ, malique alicujus averruncandi causa fiebat. Eas epulas ipsi sibi postea sacerdotes et ministri vorabant. Initio ipsi pontifices ad hæc curanda instituti a Numa fuere; sed propter sacrificiorum multitudinem, Tresviros Epulones esse voluerunt, ut *Cic.* docet 3. *de Orat.* c. 19. qui illud epulare sacrificium facerent: quod actum est, *Livio* teste, l. 33. c. 42. circa annum U. C. DLVI. iisque, ut pontificibus, lege datum togæ prætextæ habendæ jus. Procedente tempore Septemviri facti sunt, ut cognoscimus ex *Gell.* l. 1. c. 12. *Lucan.* l. 1. v. 602. et *Plin.* l. 2. ep. 11. ¶ In singulari num. *Ennius* apud *Varron.* l. 5. *de L. L.* c. 8. Vos epulo postquam spexit. *Liv.* l. 40. c. 42. P. Manlius triumvir epulo. ¶ Dicitur aliquando de ipsis convivis epulantibus. *Apul.* l. 2. *Metam.* Sic paratus cœ-

næ me committo. Frequens ibi numerus epulonum, &c. Adde lib. 10. Hinc *coepulonus* apud *Plaut.* ¶ Item de voratore, et heluone. *a glutton.* V. *Bibo, onis.*

EPULŌNUS, i, m. ut *coepulonus*, idem quod epulo, *h. e.* conviva. *Apul.* l. 9. *Metam.* Inter epulonos caseum dividere. Al. leg. *epulones.*

EPŬLOR, aris, atus sum, dep. 1. *to feast, banquet,* ἐσθίω, εὐωχέομαι, epulas sumo, cibum capio, convivor. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 66. *Hard.* Epiglossis arteriam in epulando operit, ne spiritus, &c. *Senec. in Thyest.* v. 1004. Epulatus ipse es impia gnatos dape. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 47. Epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse. *after they had supped. Id.* 2. *de Fin.* c. 28. Negat contemptissimis escis minorem voluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandum. *Nepos in Pausan.* c. 3. Epulabatur more Persarum luxuriosius, quam, &c. *Curt.* l. 8. c. 10. Ne epulantes quidem, et sopitos mero aggredi ausus est hostis. *Sueton. in Aug.* c. 35. Jus publice epulandi. *h. e.* sacras cœnas adeundi augurales, pontificales, triumphales, &c. *Liv.* l. 24. c. 7. *ad fin.* Epulari in publico. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 9. Saliarem in modum. *Id. de Senect.* c. 13. modice cum sodalibus. *Tacit.* 3. *Histor.* c. 38. et *Vellei.* l. 2. c. 101. apud aliquem. [*Hygin.* fab. 125. Polyphemus carnem humanam epulabatur. ¶ Particip. *epulaturus* apud *Val. Max.* l. 3. c. 6. n. 4. Quotiescumque C. Duilius epulaturus erat.] ¶ *Epulandus* passive. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 210. Sed quam danda neci, tam non epulanda fuerunt. *h. e.* comedenda. *Senec. in Troad.* v. 1108. gregibus membra Diomedes suis epulanda posuit. ¶ Veteres dixere etiam *epulo, as,* si fides *Prisciano* l. 8. pag. 797. *Putsch.*

EPŬLUM, i, n. *a feast, banquet,* ἑστίασις, θοίνη, convivium solemne, et publicum religionis causa susceptum, ut ea, quæ habebantur in dedicatione templi, in triumpho, in ludis, placandæ deum iræ, in funeribus, &c. *Cic. pro Mur.* c. 36. Cum epulum Q. Maximus, Africani patrui sui nomine, populo R. daret. *Id. in Vatin.* c. 12. Ut in epulo cum toga pulla accumberes. *et mox.* Epulum funebre. et cap. 13. Epulum magnificentissimum. *Liv.* l. 25. c. 2. *extr.* et l. 27. c. 36. Ludi plebeii per biduum instaurati, et Jovis epulum fuit ludorum causa. et l. 39. c. 46. Ludi funebres per triduum facti: post ludos epulum, in quo cum toto foro strata triclinia essent, &c. *Sueton. in Cæs.* c. 38. Adjecit epulum, ac viscerationem, et post Hispaniensem victoriam duo prandia. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 76. Epulum plebi, ob lætitiam recentis imperii, obtulerat. *Vellei.* l. 2. c. 56. Epuli per multos dies dati celebratio. *Plin.* l. 4. ep. 1. Diem dedicationis epulo celebrare. ¶ Dicitur et de quolibet convivio. *an entertainment, treat, regale. Sueton. in Aug.* c. 98. Ephebis exercentibus epulum in conspectu suo præbuit, permissa diripiendi licentia. *Juvenal.* sat. 3. v. 228. culti villicus horti, Unde epulum possis centum dare Pythagoræis.

E Q

EQUA, æ, f. *a mare,* ἵππος, et θῆλυς ἵππος, femina in equino genere. *Horat.* l. 2. od. 16. v. 35. tibi tollit hinnitum Apta quadrigis equa. *Id.* l. 3. od. 11. v. 9. latis equa trima campis Ludit exsultim, metuitque tangi. ¶ In dat. plurali (nisi discrimine opus sit ad ambiguitatem vitandam) habet *equis* magis Latine quam *equabus*, ut in *Asinæ* dictum est. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *a med.* Ex his equis qui nati pulli, non plus triennium vivunt. *Colum.* l. 6. c. *pænult.* Asinus a tenero conversatus equis, earum consuetudinem appetit. *Plin.* l. 11. c. 41. Lac tenuissimum camelis, mox equis. Adde *Ulpian. Dig. lib. ult.* tit. 13. leg. 2. ¶ *Equabus* tamen dixit *Pallad.* etiam ubi nullus erat ambiguitatis metus, *in Mart.* tit. 13. Admissarii generosi equabus admittendi sunt. et *paulo post.* Eadem in equabus consideranda sunt, &c.

EQUARĬUS, a, um, *pertaining to a horse,* ad equos pertinens, ἱππικός. *Valer. Max.* l. 9. c. 15. n. 2. Herophilus equarius medicus. *a farrier.* ¶ *Equarius, ii,* est equorum pastor, custos. *a groom. Solin.* c. 45. (*al.* 57.) *de bucephalo.* Cum ab equario suo alias etiam molliter sederetur. ¶ *Equaria, æ, a stud or herd of horses,* grex equorum. *Varr.* l. 2. *R. R. in extr. proœm.* Pecuarias habui grandes, in Apulia oviarias, et in Reatino equarias.

EQUES, itis, m. et f. *a horseman,* ἱππεύς, homo equo insidens. *Plin. initio* l. 10. Struthiocameli Africi altitudinem equitis insidentis equo excedunt. *Martial.* l. 12. epigr. 14. Quid te frena juvant temeraria? sæpius illis, Prisce, datum est equitem rumpere, quam leporem. ¶ Item ipse equus, cui homo insidet. *a horse:* uti quidem *Gell.* l. 18. c. 5. *Philargyr. Servius,* et *Macrob.* 6. *Saturn.* c. 9. censent. *Virg.* 3. *Georg.* v. 116. atque equitem docuere sub armis Insultare solo, et gressus glomerare superbos. Adde *Martial.* l. 11. epigr. 22. et *Enn.* apud *Gell.* et *Macrob. loc. cit. Ennii* verba sunt: Denique vi magna quadrupes eques, atque elephanti Projiciunt sese. Ubi apponitum *quadrupes* apertius ostendit, *equitem* de equo dici. Aliud simile fragmentum ex eod. *Ennio* affert *Non.* c. 2. n. 296. ¶ Sæpissime miles, qui equo meretur. *a horse-soldier, trooper. Cic. pro Deiot.* c. 10. Cum in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus. Adde *Cæs. Liv.* et historicos omnes passim. ¶ Per synecdochen dicitur de equitatu. *cavalry:* quemadmodum pro peditatu *pedes. Liv.* l. 33. c. 7. *extr.* Is longe tum optimus eques in Græcia erat. *Auct. de B. Hispan.* c. 15. Ita exiguo tempore eques pedestre, pedes equestre prœlium facere cœpit. *Curt.* l. 3. c. 2. Persarum erant centum millia, in queis eques triginta millia implebat. *Sueton. in Galb.* c. 12. Classiarios immisso equite disjecit. ¶ Ex quo Romulus trecentos equites, ex singulis curiis denos, h. e. tres centurias elegit, quæ corpus suum custodirent, qui primo *Celeres,* deinde *Flexumines,* postea *Trossuli,* denique communi nomine *Equites* sunt appellati: aucto valde eorum numero, et ad legiones translato, factus est secundus Ordo civium R. eorum nempe, qui equo publico a Censoribus accepto, ad omnes belli casus parati erant, et in legionibus treceni, (aliquando etiam plures) merebant. *knights,* Equites, (*a title of rank amongst the Romans.*) Hos Servius Tullus ex censu eligere cœpit, institutis duodecim centuriis ex primoribus civitatis, et sex aliis additis ad tres illas, quas Romulus instituerat, sub iisdem, quibus inauguratæ erant, nominibus, æreque ex publico attributo ad equos emendos alendosque. Insignia iis addita præter equum publicum, (quo discernebantur a ceteris, qui equo privato militabant, et ab equitibus auxiliaribus) anulus aureus, quo distinguebantur a Plebe, et angustus clavus, quo a Senatoribus. Post reges a Censoribus equum accipiebant, ut dictum est, et quotannis idibus Quintil. recensebantur, et si qua in re minus officio satisfecisse comperirentur, puniebantur pro modo culpæ, vel equi ademptione, vel translatione ad ærarios, vel ad pedestrem militiam, &c. Neque vero hic omnis Ordo belli tempore militabat, sed ex eo eligebantur, quot sat essent instruendis equitatu legionibus. Stipendium accipiebant fere triplex, cum simplex pediti daretur, duplex centurioni. Census eorum fuit minus duplo, quam Senatorius, ut in *Census* dictum est. Post primos illos a Servio institutos, ut quis in hoc Ordine censeri posset, et Eques Romanus haberi, satis erat, si ostenderet eum se censum habere: quod in Senatoribus non est item. hi enim quamvis Senatorium censum haberent, non erant tamen Senatores, nisi vel a Dictatoribus, aut Censoribus, aut Imperatoribus in Senatum eligerentur. Plerumque tamen ex Equitibus adsumebantur: quare Equites *seminarium Senatus* vocat Perseus apud *Liv.* l. 42. c. 61. Ex his quoque variis temporibus judices electi sunt, modo solis, modo una cum Senatoribus, &c. *Cic. pro Cluent.* c. 55. Equites ordini Senatorio dignitate proximi. *Id. pro Font.* c. 8. Illi equites R. quos nos vidimus, qui nuper in republ. judiciisque maximis floruerunt. ¶ Habuere Equites suum in Circo, et Theatro spectandi locum, medium inter Senatores, et plebem. Hinc *spectare in Equite,* h. e. in gradibus Equestri Ordini assignatis. *Sueton. in Domit.* c. 8. Licentiam theatralem promiscue in equite spectandi inhibuit. V. et *in Ner.* c. 11. et *Tacit.* 15. *Ann.* c. 32. et *Martial.* l. 5. epigr. 8. ¶ Per synecdochen *Eques* est Equester Ordo. *Sueton. in Aug.* c. 34. Abolitionem legis, publico spectaculo, pertinaciter postulante Equite. Adde *in Calig.* c. 26. et *Martial. loc. cit.*

EQUESTER, stris, stre, *pertaining to a horseman,* ἱππικός, ad milites equo utentes pertinens. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 2. Equestre prœlium committere. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 34. Equestres et pedestres copiæ. *Id. Phil.* 9. c. 6. Statua inaurata equestris. *Liv.* l. 8. c. 7. Equestria spolia. *Festus:* Equestre æs, quod equiti dabatur. *Tacit. de Germ.* c. 32. Tencteri equestris disciplinæ arte præcellunt. *Sueton. in Claud.* c. 25. Equestris militia. ¶ Item ad Ordinem pertinens Equitum R. *belonging to the* Equites *or knights; Equestrian. Cic. pro Planc.* c. 35. Aderat mecum cunctus equester Ordo. *the Equestrian rank; the Order of* Equites. *Id.* 1. *Agrar. extr.* Habeat me ipsum sibi documento, qui equestri ortum loco consulem videt. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. Homo levis ac sordidus, sed tamen equestri censu. *Liv.* l. 5. c. 7. Quibus census equester erat. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 53. Equestri anulo. *Plin.* l. 5. c. 1. Equestris ordinis vir. *Nepos in Attic.* c. 1. Equestris dignitas. ¶ *Equestria, ium,* sunt loca assignata Equitibus ad spectandum. *the rows of seats in which the* Equites *sat at the public spectacles, between the senators and the people. Senec.* l. 7. *de benef.* c. 12. Equestria omnium Equitum R. sunt: in illis tamen locus meus est proprius, quem occupavi. Adde *Sueton. in Calig.* c. 26. *Petron. in Satyr.* c. 126. et *Senec.* l. 3. controv. 18. *ad fin.* ¶ Item ad equum pertinens, equinus. *Senec. in Thebaid.* v. 395. Fumoque similes campus in cælum erigat Nebulas, equestri fracta quas tellus pede Submittit. ¶ De Neptuno Equestri V. *Neptunus.*

EQUĬDEM, adverb. *indeed, truly, in truth,* μέν τοι, καὶ δῆτα μέν, quidem, sane, certe: ab *ego,* et *quidem:* unde primis verborum personis sæpius jungitur. *Cic.* 6. *Attic.* ep. 3. *ante med.* Equidem doleo. *Id. Fam.* 2. ep. 10. Equidem nunquam domum misi epistolam, &c. et lib. 6. ep. 4. Equidem putabam. *Id.* 3. *de Fin.* c. 2. *ad fin.* Non equidem recuso. *Id.* 14. *Attic.* ep. 14. Quod demiror equidem. *Terent. Eun.* 2. 3. 86. Jocabar equidem. *Plin.* l. 2. c. 98. Quod equidem noverim. et cap. 25. Quod equidem sciam. [*Cic. pro Sext.* c. 57. *in fin.* Equidem audiebamus.] ¶ Jungitur et cum aliis personis. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 3. Adhuc equidem valde me pœnitet. *Al. leg.* quidem. *Id.* 2. *de Divin.* c. 70. Huic equidem Antipho, baro, inquit, &c. *Manut.* hic suspicatur de mendo. *Id. Attic.* l. 13. ep. 26. Equidem credibile non est, quantum scribam die. *Sallust. in Catil.* c. 55. *sub fin.* Quare vanum equidem hoc consilium est. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 18. Decet te equidem vera proloqui. *Id. Men.* 2. 2. 35. Insanit hic equidem. *Pers.* sat. 5. v. 45. Non equidem hoc dubites. Adde *Justin.* l. 38. c. 5. et lib. 39. c. 3. *a med.* et *Sueton. in Calig.* c. 6. ¶ Et cum plur. num. *Varr. R. R.* c. 5. lib. 1. Equidem innumerabiles mihi videntur. *Plin.* l. 18. *sub fin.* Equidem et montium sonitus prædicunt. ¶ Et cum aliis particulis affirmativis. *Virg. Ecl.* 9. v. 7. Certe equidem audieram. *Plaut. Amph.* 1. 1. 291. Equidem certo idem sum, qui semper fui. ¶ Et cum adverbiis jurandi. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 22. Equidem pol. *Id. Pœn.* 3. 1. 5. Equidem hercle. *Id. Men.* 4. 2. 94. Equidem ecastor. ¶ Cum *ego* est pleonasmus non improbandus. *Sallust. in Jug.* c. 10. Equidem ego regnum vobis trado firmum. et *Orat.* 2. *ad Cæs. de republ. ordin.* Equidem ego sic statuo. *Plaut. Merc.* 2. 1. 40. Amavi hercle equidem ego olim in adolescentia.

EQUIFĔRUS, ri, m. *a wild horse,* equus ferus. *Plin.* l. 28. c. 13. In primis efficax est potus equiferorum sanguinis. Adde cap. 10. *a med.*

EQUĪLA. V. *Equula.*

EQUĪLE, is, n. *a stable for horses,* ἱπποστασία, stabulum equorum. *Varr.* l. 2. c. 7. *R. R. ad fin.* Si frigus erit in equili, faciendus ignis. Adde *Cat. R. R.* c. 14. et *Sueton. in Calig.* c. 55.

EQUIMENTUM, ti, n. merces, quæ datur pro admissura equi. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 9. An si equam emisses quadrupedem, ut meo asino Ardeatino admitteres, quantum poposcissem, dedisses equimenti? Scribit *Non.* c. 2. n. 9. *æquimentum.*

EQUIMULGA, æ, *vel* Equimulgus, gi, m. [† ἱππομολγός, ἱππημολγός,] qui equum mulget. *Sidon.* l. 4. ep. 1. Equimulgas Gelonos. Alii leg. *equimulgos.*

EQUĪNUS, a, um, *of a horse,* ἱππικός, ad equum spectans. *Cic. Tuscul.* 5. c. 21. Gladius seta equina appensus. *by a single horse-hair. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. Pecus equinum. *et ibid.* Emptio equina. et cap. 11. Equinum lac. et lib. 1. c. 38. stercus. *Plin.* l. 4. c. 13. Homines equinis pedibus. *Horat. in ar. Poet.* v. 1. Equina cervix.

EQUĪO, is, n. 4. ἱππομανέω, de equis dicitur, cum coitum appetunt. *Plin.* l. 10. c. 63. Equas domitas sexaginta diebus equire.

EQUĪRĬA, um, n. ludi a Romulo instituti in honorem Martis, ab equorum cursu, quod in iis equi currebant. Duplicia fuere: Prima celebrabantur 3. Cal. Martii, altera pridie Idus. Fiebant in Campo Martio, vel in parte Montis Cœlii (qui *Campus minor* dicitur a *Catullo* carm. 55.) si Campum Martium aquæ occupassent. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 859. Ex vero positum permansit Equiria nomen. Adde 3. *Fast.* v. 519. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. et *Fest.* in *Equiria,* et in *Martialis Campus.*

EQUIRĪNE, adverb. jurandi per Quirinum. *Fest.* V. *Ecastor.*

EQUISĒTUM, i, *the herb horse-tail,* herba quædam folio pilis simili, vel potius equinis setis, unde et nomen traxit, hippuris a Græcis dicta, ἱππουρίς, h. e. cauda equina. *Plin.* l. 26. c. 13.

EQUĪSO, onis, m. *a horse-groom, groom of a stable, equerry,* ἱπποκόμος, equorum domitor et curator. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 288. Ut equiso doceat tollutim incedere. *Valer. Max.* l. 7. c. 3. *extern.* n. 2. Darius acumine equisonis sui prosperum exoptatæ rei effectum consecutus est. *Id. ibid.* n. 1. etiam agasonem aselli *equisonem* vocat. ¶ *Equisones nautici* dicuntur a *Varr. loc. cit.* et *Non.* c. 6. n. 15. qui fune navem per flumen trahunt. V. *Ambivium.*

EQUITABĪLIS, le, *fit for riding in, to be ridden over,* ἱππάσιμος, in quo equi facile inambulare possunt. *Curt.* l. 4. c. 9. Equitabilis, et vasta planities.

EQUITATĬO, onis, f. *a riding on horseback,* ἱππασία, actus equitandi. *Plin.* l. 28. c. 4. *ad fin.* Equitatio stomacho et coxis utilissima.

EQUITĀTUS, us, m. *riding,* ἱππευσις, equitatio. In sexto casu sing. *Plin.* l. 28. c. 15. *extr.* Femina equitatu atteri, et aduri, notum est. ¶ Item militum equo utentium numerus, *the cavalry; a body of horsemen, troop or squadron of horse,* ἱππικὸν στράτευμα. *Cic.* 9. *Attic.* ep. 13. Hunc ita paratum video peditatu, equitatu, classibus, &c. *Id. Fam.* 7. ep. 1. Armatura varia peditatus et equitatus. *Nepos in Annib.* c. 3. Equitatui omni præesse. Adde *Cæsar. Liv. Tacit. Curt.* &c. passim. ¶ In plurali num. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 61. *a med.* Hinc magnos equitatus, magnaque auxilia exspectabant. *Auct. de B. Hispan.* c. 37. Peditatibus et equitatibus ad persequendum celeriter iter faciens. Adde *Sallust. in Jug.* c. 50. et *Flor.* l. 3. c. 11. *a med.* ¶ Item ipsi equi, *the horses belonging to the cavalry. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 58. *ad fin.* Frumento atque hordeo equita-

tum tolerare. ¶ Item Equester Ordo, *the Equestrian Order, or body of* Equites. *Plin.* l. 33. c. 2. Equitum etiam nomen ipsum sæpe variatum est, in his quoque, qui ad equitatum trahebantur. *Auson. in Gripho,* seu *Edyll.* 11. v. 78. Martia Roma triplex, equitatu, plebe, senatu. ¶ *Equitatu præesse* pro *equitatui* quidam legunt apud *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 18. et 52. V. dicta in *Aspectus, us.*

EQUITĀTUS, a, um, *ridden over,* equitando percursus. *Claudian. de B. Get.* v. 192. equitataque summi Culmina Taygeti. *Sidon.* carm. 23. v. 249. fluxis equitata Bactra Parthis. ¶ *Equitata cohors,* equites habens peditibus admixtos. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 1122. n. 4. . . . . . Præf. Coh. III. Lingon. Equitatæ. V. *Cohors.*

EQUITIARIUS, ii, m. qui equitio præest, ἱπποκόμος. *Jul. Firmic.* l. 8. *Mathes.* c. 13. Aut mulomedicus, aut equitiarius.

EQUITĬUM, ii, n. *a herd of horses,* ἱπποφόρβιον, equorum armentum. *Tacit. de Germ.* c. 16. Mos est civitatibus ultro equitium conferre Principibus. Al. aliter leg. *Ulpian.* lib. 6. tit. 1. leg. 1. Idem de armento, et equitio, ceterisque, quæ gregatim habentur, dicendum est. Adde lib. 7. tit. 8. leg. 12. et alibi.

EQUĬTO, as, a. 1. *to ride,* ἱππεύω, equo iter facio. *Cic. pro Deiot.* c. 10. Cum is in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 248. Equitare in arundine longa. *Jabolen. Dig.* lib. 9. tit. 2. *leg. ult.* in equo. *Plin.* l. 23. c. 1. *a med.* Lassitudo equitandi. *Justin.* l. 41. c. 2. Et equitare, et sagittare magna industria docent. *to sit on horseback. Horat.* l. 1. od. 2. v. 51. Neu sinas Medos equitare inultos. *h. e.* discurrere equitatu, et loca vastare. et lib. 4. od. 4. v. 42. Dirus Afer per Italas urbes equitavit, ceu flamma per tædas, vel Eurus per undas Siculas. ¶ Passive *Plin.* l. 8. c. 13. *de camelis:* Omnes autem jumentorum ministeriis dorso funguntur, atque etiam equitantur in prœliis. *Hard.* leg. *equitatu.* ¶ *Flor.* l. 3. c. 4. Minutius toto vastavit Hebro, multis quidem amissis, dum perfidum glacie flumen equitatur. *h. e.* equitando transitur. Al. leg. *per perfidum,* ut sit deponens. ¶ *Equitare* etiam dicitur ipse equus incedens. *Lucil.* apud *Gell.* l. 18. c. 5. et *Non.* c. 2. n. 297. Currere equum nos, atque equitare videmus. ¶ Equitare dicebant Veteres, pro equo publico mereri. *Fest.* [¶ Equitare est etiam in obscenis. *Juvenal.* 6. sat. v. 311. *de impuris mulieribus.* Inque vices equitant, et luna teste moventur. ¶ Particip. *equitans* apud *Plin.* l. 8. c. 25. Dorso equitantium modo impositi.]

EQUŬLA, æ, f. *a little mare, filly,* parva equa. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 290. Quin summa diligentia eligat asinum, qui saliat equulam. Alii leg. *equilam. Plaut. in fragm.* apud *Priscian.* l. 3. pag. 613. *Putsch.* Adhinnire equulam.

EQUULĔUS, i, m. *a foal, horse-colt, young horse,* ἱππάριον, pullus equinus. *Liv.* l. 23. c. 31. *sub fin.* Ad Sinuessam bos equuleum peperit. *Cic. Verr.* 6. c. 20. Jactabit se, et in his equitabit equuleis. *Cic.* intelligit sigilla argentea equuleos referentia. ¶ Est etiam tormenti genus, nempe machina lignea in equi modum compacta, *an instrument of torture made like a horse,* in qua distendebantur, et torquebantur ii, de quibus alicujus criminis quæstio habebatur. *Curt.* l. 6. c. 10. Tot conscii, ne in equuleum quidem impositi, verum fatebuntur? *Cic. pro Mil.* c. 21. *extr.* Facti in equuleo quæstio est, juris in judicio. ¶ Scribitur et *eculeus.*

EQUŬLUS, li, m. *a little horse, nag, horse-colt,* dimin. ab equus. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 14. Omnia in perfectis et maturis docet esse meliora, ut in equo, quam in equulo, in cane, quam catulo. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. *ad fin.* Post annum et sex menses equulum domari posse.

EQUUMTUTĬCUM, Equustuticus, *vel* Equotuticus, oppidum Hirpinorum prope Calorem fluvium, et Beneventum urbem, de quo *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 87. Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est. *Cic.* 6. *Attic.* ep. 1. Litteræ Equotutico, et Brundisio datæ.

EQUUS, i, m. *a horse, steed,* ἵππος, animal quadrupes, quo vehimur sive itineris, sive militiæ causa, rhedas, currusque trahimus, &c. Multa, ac mira de equis *Plin.* l. 8. c. 42. Generosi equi notas *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. *Colum.* l. 6. c. 29. *Pallad. in Mart.* tit. 13. et *Virg.* 3. *Georg.* a vers. 75. recensent. *Cic. de Amic.* c. 19. Nemo est, qui non equo, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato et novo. *Id. pro Deiot.* c. 10. Optime uti equo. *to ride well.* et *ibid.* Hærere in equo. *to sit on horseback.* et *Verr.* 7. c. 10. *extr.* Sedere in equo. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 7. v. 14. Ire in equo. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 147. Equo fugere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 2. Castor et Pollux ex equis pugnare visi. *to fight on horseback:* quod *Propert.* dixit l. 3. eleg. 9. v. 13. ab equo oppugnare. *Id.* 2. *de Divin.* c. 68. Vehi in equo. et lib. 1. c. 21. Equo advectus ad fluminis ripam. *Nepos in Datam.* c. 4. Equo concitato vehi ad hostem. *at full speed. Liv.* l. 6. c. 7. Insilire in equum. et *Cic. de Senect.* c. 10. *ad fin.* Ascendere in equum. et *Auct. de B. Hispan.* c. 13. Equum conscendere. *to mount. Cic. ibid.* Ex equo descendere. et *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 2. desilire. et *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 5. Equo descendere. *to dismount, alight. Cic. loc. cit.* Equo iter ingredi. *Id. pro Cluent.* c. 62. Cadere ex equo. *Nepos in Pelop.* c. *ult.* Equum concitare in aliquem. et *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 22. admittere. et *Curt.* l. 7. c. 4. agere. *to prick forward, spur on. Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 732. admisso subdere calcar equo. *Cic.* 4. *Acad.* c. 29. Equum sustinere. *to stop. Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 29. *extr.* Inferre aliquem in equum. et *Cic. pro Deiot.* c. 10. tollere. et *Curt.* l. 3. c. 11. imponere. *to set on horseback. Sallust. in Catil.* c. 62. Equo circumire. *to ride round. Ovid.* 2. *Metam.* v. 118. et *Virg.* 3. *Georg.* v. 114. jungere equos. *to yoke to a car. Cic.* 6. *Attic.* ep. 1. *ad fin.* Rheda equis juncta. *Curt.* l. 3. c. 8. Equum frenare. *to bridle.* et lib. 4. c. 15. regere. et lib. 3. c. 11. mutare. *Petron. in Satyr.* c. 134. flectere. *to guide. Justin.* l. 41. *c.* 3. *de Parthis.* Equis omni tempore vectantur: super illos ire, consistere, mercari, colloqui. *Sueton. in Cæs.* c. 61. Equus patiens sessoris. *Cic.* 1. *Offic.* c. 26. ferocitate exsultans. *prancing. Nep. in Eumen.* c. 5. Equus calces remittit. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 9. v. 29. Acer equus. et lib. 4. el. 6. v. 3. animosus. *spirited, sprightly, mettlesome. Id.* 2. *Amor.* el. 9. v. 30. durior oris. et lib. 1. el. 2. v. 15. Asper equus duris contunditur ora lupatis. *Quintil.* l. 5. c. 11. optimus, generosissimus. *Ennius* apud *Cicer. de Senect.* c. 5. fortis. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 20. magnanimus. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 386. bellator. *a war-horse. Ovid.* 4. *Trist.* el. 8. v. 20. languidus. *Plin.* l. 8. c. 18. recens. *fresh.* ¶ Cognomina equorum ultra octoginta habentur in tabula marmorea apud *Gruter.* pag. 341. item pag. 337. et 338. ubi de ludis Circensibus agitur: nomina vero aliquot lib. 6. *Theb. Statii,* a vers. 461. ¶ *Mereri equo* est equo belli stipendia facere. *to serve in the cavalry. Ovid.* 3. *Fast.* v. 130. *Cic.* 1. *Phil.* c. 8. *Liv.* l. 5. c. 7. et *Sueton. de Grammat.* c. 9. ¶ Rescribere ad equum. *to enroll or rank among the cavalry. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 42. *extr.* ¶ *Stare,* vel *esse alicui ad equum* est quod nos dicimus. *at the stirrup. Cic. in fi.* l. 13. *ad Attic.* ¶ *Vir equo clarus* apud *Apul. initio* l. 8. *Metam.* est equestri genere natus. ¶ Equi bipedes sunt marini, qui priores pedes habere finguntur, et pro posterioribus caudam piscis. *Virg.* 4. *Georg.* v. 389. et in *pervigil. Vener.* v. 10. ¶ Equi alati Poetice finguntur venti. *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 52. cum se Memnonis Æthiopis Unigena, impellens nutantibus aera pennis, Obtulit Arsinoes Chloridos ales equus. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 610. fundunt se carcere læti Thraces equi, Zephyrusque, et nocti concolor alas Nimborum cum prole Notus. ¶ Equus ligneus *Plauto* est navis *Rud.* 1. 5. 10. Nempe equo ligneo per vias ceruleas estis vectæ. Hinc *aurigam* vocant gubernatorem navis *Ovid.* l. 1. *Trist.* el. 3. v. 118. et *vetus Poeta* apud *Charis.* l. 4. pag. 243. *Putsch.* et *habenas* classi tribuit *Virg.* 6. *Æn.* v. 1. *Homerus* quoque naves ἁλὸς ἵππους, *equos maris* esse hominibus dixit *Odyss.* 4. v. 708. ¶ Viris, equisque aliquid facere, est omni conatu agere, tentare omnia. *with all his might, might and main.* Simile est apud nos. *hand and foot, tooth and nail. Cic.* 3. *Offic. cap. penult.* Cum his, viris equisque ut dicitur, si honestatem tueri sententia est, decertandum est. Al. leg. *velis equisque:* quod nos dicimus. *by sea and land; by every possible means. Id. Fam.* 9. ep. 7. Dubitandum non est, quin equis, viris. (Al. hic quoque *equis, velis.*) Adde *Flor.* l. 2. c. 7. Huc pertinet illud ejusdem *Q. Fr.* l. 2. ep. 15. Cursu corrigam tarditatem tum equis, tum vero quadrigis poeticis. ¶ Equi donati dentes non inspiciuntur. *if a horse is given you, no matter about its age.* proverb. aliud *D. Hieron. in proœm. epist. ad Ephes.* ¶ Est hoc nomine machina bellica, postea *aries* appellata, ad muros urbium quatiendos: quam primus invenisse dicitur Epeus in obsidione Trojæ, ut *Plin.* l. 7. c. 56. tradit: cujus machinæ ferramenta Metapontinos ab Epeo conditos, olim in templo Minervæ ostentasse, auctor est *Justin.* l. 20. c. 2. Hinc *Propert.* l. 3. el. 1. v. 25. Nam quis equo pulsas abiegno nosceret arces? ¶ Hinc data occasio aliis equum ligneum Trojanum comminiscendi, in quo abditi viri, et in urbem recepti, noctu Græcis portas aperuerint, ut est apud *Virg.* 2. *Æn. Hygin.* fab. 108. et alios. Proverbiali locutione dicitur *Equus Trojanus* de occulta conjuratione, et latente pernicie. *Cic. pro Mur.* c. 37. Intus, intus, inquam, est equus Trojanus: a quo nunquam, me consule, dormientes opprimemini. ¶ *Equus Sejanus* aliud proverbium, V. *Sejanus, a, um.* ¶ Fuit equus Marti sacer propter usum belli, et quotannis ei Romæ immolabatur. Lacedæmonii eo faciebant Ventis, propter velocitatem: Sallentini Jovi, Rhodii Soli, integram quadrigam in mare jacientes. *Festus in October.* Sunt qui putant, non quotannis, sed quot lustris Romæ immolari solitum, ex illo *Propert.* l. 4. eleg. 1. v. 20. Qualia nunc curto lustra novantur equo. *Curtum* dicit, quia cauda ejus amputata deferebatur in regiam. *Fest. ibid.* V. et *Caviares.* Aliter tamen *Passerat. Propertii* locum intelligit. Etiam Persæ Soli sacrificare solebant, Ne detur celeri victima tarda Deo, inquit *Ovid.* 1. *Fast.* v. 386. ¶ In cælo est sidus hoc nomine, decem et octo, vel viginti stellis constans, inter Tropicum Cancri, et Arcticum circulum, Aquarii manum dexteram cervice sua conjungens. Hunc fabulantur esse Pegasum Neptuni et Medusæ filium, qui in Helicone fontem ungula aperuit, et Bellerophontem per aera vexit. *Hygin. Poet. Astron.* l. 2. c. 18. et l. 3. c. 17. *Plin.* l. 18. c. 26. et *Colum.* l. 11. c. 2. Duodecimo Cal. April. Equus mane occidit. ¶ *Equus fluviatilis* apud *Plin.* l. 8. c. 21. est hippopotamus. *the hippopotamus or river-horse.* ¶ *Equum* pro *equorum* habes in *Silio* lib. 12. v. 681. [¶ *Equus Hectoreus* translate vocatur ipse Hector, cum rem haberet cum uxore sua Andromacha novo quodam schemate. *Ovid. de art. am.* l. 3. v. 775. Nunquam Thebais Hectoreo nupta resedit equo. *Martial.* l. 11. ep. 105. Hectoreo quoties sederat uxor equo.]

E R

ERADICATĬO, onis, f. *a pulling up by the roots,* evulsio a radice. Translate *Tertull. de resurr. carn. c.* 27. *extr.* Post Antichristi eradicationem agitabitur resurrectio.

ERADICĀTUS, *et* Exradicatus, a, um, *torn up by the roots, eradicated,* a radice evulsus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 27. Quæ sunt ex terra enata, priusquam ex iis quid seminis cadat, ut sint exradicata. [¶ Translate *Plaut. Bacch.* 5. 1. 6. Perditus sum, atque etiam eradicatus sum, omnibus exemplis crucior.]

ERADĪCĬTUS, adverb. *from the root,* ῥιζόθεν, vim majorem videtur habere, quam *radicitus. Plaut. Mostell.* 5. 1. 62. Malefacta reperire non radicitus quidem, verum etiam eradicitus.

ERADĪCO, as, avi, atum, a. 1. *to pull up by the roots, root out or up, eradicate, extirpate,* ἐκριζόω, una cum radice evello. Translate *Terent. Heaut.* 3. 3. 28. Dii te eradicent. *h. e.* perdant funditus. *Plaut. Epid.* 3. 3. 52 Cum militabam, pugnis memorandis meis Eradicabam hominum aures, quando occœperam. *h. e.* obtundebam.

ERĀDO, is, si, sum, a. 3. *to scrape off, scrape away,* ἀποξύω, aufero, amputo, seco, cædo. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 31. Rastris eradere terram, atque eruere. *Colum. de arborib.* c. 9. Malleolum scindito, medullamque omnem eradito. *Plin.* l. 24. c. 7. Zopissam eradere navibus. ¶ Translate est delere, expungere. *to blot out, erase, efface, expunge. Tacit.* l. 4. *Ann.* c. 42. Merulam Senatorio albo erasit. *Horat.* l. 3. od. 24. v. 51. Eradenda elementa pravi cupidinis. *Senec.* ep. 11. Eradere vitia. *Id.* ep. 91. Nobilium civitatum vestigia quoque tempus eradet. *h. e.* delebit. *Phædr.* l. 3. *prol.* v. 21. Curamque habendi penitus corde eradere.

ERANISTA, æ, m. ἐρανιστής, curator erani. V. vocem sequent. Vet. lap. apud *Gud.* pag. 146. n. 5. L. Ælius Aug. Lib. Cynips. Eranista et Procurator, &c.

ERĂNUS, i, m. ἔρανος, Græce significat collectam pecuniæ, quam in multis Græciæ urbibus institutæ sodalitates adservare solebant, conferentibus ipsis sodalibus, ut si quis eorum egestate premeretur, sublevari ea posset: ita tamen, ut si quando ad pristinam rediret fortunam, tantundem sodalitati restitueret, quantum accepisset. Simile est, quod de Christianis narrat *Tertull. in Apolog.* c. 39. fuisse apud eos veluti sacrum ærarium, in quod singulis mensibus exiguam quisque pecuniam conferret, egenis alendis, humandisque, pueris et puellis parentibus destitutis, senibus, infirmis, naufragis, et hujusmodi sublevandis, &c. *Plin.* l. 10. ep. 93. Datum mihi publice libellum ad eranos pertinentem. *Trajan. ad Plin.* ep. 94. Si legibus istorum concessum est eranos habere. *Cic.* quoque habet, sed Græce, pro symbola, l. 12. *Attic.* ep. 5.

ERASĪNUS, i, nunc *Rasino,* fluvius Arcadiæ, qui a Stymphalide palude ortus (unde et Stymphalus dicitur) postquam terras subiit, rursus in Argolico agro erumpit, atque Erasinus appellatur. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 275. Sic modo combibitur, tecto modo gurgite lapsus Redditur Argolicis ingens Erasinus in arvis.

ERĀSUS, a, um, *scraped off or away, erased,* abrasus. *Plin.* l. 17. c. 21. *ad fin.* Erasa medulla. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 26. Erasæ genæ. *Plin. alter in Paneg.* c. 25. In locum erasorum subditi fuerant. *Senec. in Thyest.* v. 519 Ponatur omnis ira, et ex animo tumor erasus abeat.

ERĂTO, us, f. Ἐρατώ, una ex Musis; ab ἐράω, amo quod præsit rebus amatoriis. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 15 Nunc mihi, si quando, Puer et Cytherea, favete, Nunc Erato. nam tu nomen amoris habes. ¶ Pro quavis musa *Virg.* 7. *Æn.* v. 37. Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum, Qui Latio antiquo fuerit status, &c. Add *Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 282. ¶ Sunt qui docent non ab amatoriis nomen ei factum, sed ex eo, quo docti homines ab omnibus amentur: sunt qui ἀπὸ τοῦ ἐρεῖ vel ἐρεῖσθαι, interrogare ac respondere: sunt qui saltan præsidem faciunt. Hinc *Auson. Edyll. ult.* v. 6. Plect gerens Erato, saltat pede, carmine, vultu.

ERCISCO. V. *Hercisco.*

ERCTUS. V. *Herctus.*

EREBĒUS, a, um, Ἐρέβειος, ad Erebum pertinens. *Ovi in Ibin,* v. 29. Pectoraque unxerunt Erebeæ felle colubr

ERĔBUS, i, m. Ἔρεβος, [etym. ab Hebraic. ב *ereb,* vesper, tenebræ. Fabulæ occasionem dedisse Mos videtur, cum ait ex *ereb, h. e.* vespere et mane ortum di primum.] filius Demogorgonis, et terræ, vel ut *Hygin. præfat.* docet, Chaus et Caliginis; frater Noctis et Di idemque sororis suæ maritus. *Fest.* tamen ex *Varron.* Noc patrem facit. Est ab ἔρα, terra, quasi subterraneus, vel ἐρέφω, tego. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 17. Æther, et dies,

rumque fratres, et sorores: qui a genealogis antiquis sic nominantur, Amor, Dolus, Metus, Labor, Invidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebræ, Miseria, Querela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parcæ, Hesperides, Somnia: quos omnes Erebo, et Nocte natos ferunt. *Virg.* 4. *Æn.* v. 511. Tercentum tonat ore deos, Erebumque, Chaosque, Tergeminamque Hecaten. ¶ Significat etiam profunditatem Inferorum, et interiores densioresque Tartari tenebras, uti docent *Fest.* et *Serv.* ad illud 4. *Georg.* v. 471. At cantu commotæ Erebi de sedibus imis, &c. et *ad* 4. *Æn. citat.* Sic *Senec. in Œdip.* v. 160. Rupere Erebi claustra profundi Turba sororum face Tartarea. ¶ Ponitur et universim pro ipsis Inferis. *Erebus, Orcus, the infernal regions. Valer. Flacc.* l. 2. v. 120. *de Fama.* Non Erebi, non diva Poli. *Id.* l. 4. v. 407. Erebi virgo. *h. e.* Tisiphone. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1369. Rector Erebi. ¶ Legitur et *Herebus.*

ERECHTHEUS, *vel* Erichtheus, a, um, Ἐρεχθεῖος, adject. possess. ab Erechtheo rege Athenarum, ut Erechtheum litus, *Valer. Max.* l. 6. c. 1. n. *extern.* 1. Erechtheæ arces. *h. e.* Athenæ: ut legit *Heins.* apud *Ovid.* 8. *Metam.* v. 547. Erechthea domus, *Id.* 5. *Fast.* v. 204. ¶ Porro Erechthei, seu Erichthei (cujus rectus casus est trisyllab. Ἐρεχθεύς) regis meminit *Cic.* l. 5. *de Fin.* c. 22. l. 1. *Tuscul.* c. 48. et *pro Sext.* c. 21. cujus filias virgines pro salute civium mortem contempsisse, commemorat. Adde *Justin.* l. 2. c. 6. Ab aliis *Erichthonius* vocatur: ab aliis distinguitur. Fuit autem pater duorum filiorum, totidemque puellarum, quarum unam Orithyiam raptam Boreas in Thraciam transtulit, et Calais, Zethisque matrem fecit, ut est apud *Ovid. sub fin.* l. 6. *Metam.* ¶ Fuit etiam *Erechtheus* titulus tragœdiæ *Ennii*, cujus fragmentum affert *Gell.* l. 6. cap. 16.

ERECHTHIDÆ, arum, m. Ἐρεχθεῖδαι, Athenienses ab Erechtheo eorum rege. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 430. Nullus Erechthidis fertur celebratior illo Illuxisse dies.

ERECHTHIS, idis, f. Ἐρεχθὶς, Orithyia filia Erechthei. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 343. Nomine ceperunt Aquilonis Erechthida Thraces. [¶ Est etiam Procris filia Erechthei. *Ovid.* 7. *Met.* v. 726. Vix aditu per mille dolos ad Erechthida facto.]

ERECTE, adverb. *uprightly, boldly,* cujus comparativum habetur apud *Gell.* l. 7. c. 3. *sub fin.* Commodius, erectiusque de his meis verbis existimabit, judiciumque faciet,qui, &c. *h. e.* fidentius. *Ammian.* l. 15. c. 5. (*al.* 10.) Erectius loqui. *h. e.* liberius.

ERECTIO, onis, f. actus erigendi, *an erecting, erection,* ἀνάτασις. *Vitruv.* l. 10. c. 5. *extr.* Sine tignorum erectionibus.

ERECTUS, a, um, *erect, upright, standing up, raised high, elevated,* rectus, stans, sublatus, ἀνυψωθείς. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 56. Deus homines humo excitatos, celsos et erectos constituit. *Id. in Orat.* c. 59. Status erectus et celsus. *Cels.* l. 7. c. 16. Resupinandus homo est, coxis erectioribus. *Cic. de Senect.* c. 15. Herbescens viriditas culmo erecta geniculato. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 55. Sudans oculis ardentibus, erecto capillo. *standing an end. Senec. in Herc. Œt.* v. 707. Erectus horret crinis. *Sil.* l. 2. v. 668. Squalentemque erecta comam. *Al. leg.* arrecta. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 43. Serpens media plus parte leves erectus in auras. *Plin.* l. 17. c. 23. Palmes erectus ad arborem. *Virg.* 4. *Æn.* v. 504. Pyra erecta sub auras. *Stat.* 6. *Theb.* v. 502. Equus erectus in armos. *rearing. Liv.* l. 8. c. 7. Equus, prioribus pedibus erectis, excussit equitem. *Id.* l. 4. c. 22. Erecta in arcem via. *Curt.* l. 8. c. 11. Petra in metæ modum erecta. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 13. Proræ admodum erectæ. *Pallad.* l. 1. tit. 8. Prætorii situs sit loco aliquatenus erectiore, et sicciore. *higher. Claudian. in carm. de Apono,* v. 11. Alto colle minor, planis erectior arvis. *Petron. in Satyr.* c. 132. Erectus in cubitum. *raised up.* ¶ Pisces erecti apud *Colum.* l. 8. *c. ult. a med.* opponuntur prostratis, planis, cubantibus. V. *Jacens.* ¶ Translate *Cic. pro Font.* c. 11. Eos hic sagatos, bracatosque versari, animo demisso atque humili: hi contra vagantur læti atque erecti passim toto foro. *proud, haughty, bold, confident. Id. de Senect.* c. 20. Legiones nostras in eum sæpe locum profectas alacri animo et erecto, unde se nunquamredituras arbitrarentur. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 14. Vir celsus et erectus, et ea, quæ homini accidere possunt, omnia parva ducens. *Id. pro Deiot.* c. 13. Magno animo et erecto esse, nec unquam succumbere inimicis. *Id.* 4. *Phil.* c. 5. Ardentes et erecti ad libertatem recuperandam. *Id. ad Brut.* ep. 10. Erectior Senatus erat non sententiis solum nostris, sed etiam cohortationibus excitatus. *Petron. in Satyr.* c. 88. Erectus his sermonibus. *encouraged, comforted, consoled. Tacit.* 2. *Hist.* c. 74. Erectus in spem. *Cic.* 1. *Offic.* c. 30. Homo paulo erectior. *h. e.* superior voluptate corporis, neque se facile abjiciens atque prosternens ad turpia et flagitiosa. *Id.* 5. *Fam.* ep. 12. Cujus studium in legendo non erectum Themistoclis fuga redituque retinetur? *on the stretch, arrested, attentive. Liv.* l. 3. c. 47. Cum civitas in foro exspectatione erecta staret. *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) Mens erecta circa studia. *Id.* l. 11. c. 3. *sub fin.* Erecta et concitata voce dicere. *high, loud.* et cap. 1. *ante med.* Neque tam plenum et erectum, et audax, et præcultum eloquentiæ genus senibus convenit, quam pressum, et mite, et limatum.

EREMIGATUS, a, um, *sailed over,* remigando, seu navibus emensus. *Plin.* l. 2. c. 67. Parvo brevius quam totus, septemtrio eremigatus. *sailed or passed entirely over.*

EREMIGO, as, avi, atum, a. 1. *to row or sail over,* remigando, et navigando emetior. *Sil.* l. 14. v. 190. Innatat albus olor, pronoque immobile corpus Dat fluvio, et pedibus tacitas eremigat undas.

EREMITA, æ, m. *an anchorite, hermit, eremite, recluse, solitary,* ἐρημίτης, qui in eremo habitat. *Sulpic. Sever.* Dial. 1. c. 17. V. *Anachoreta.*

EREMITIS, idis, adject. femin. ἐρημιτὶς, quæ est ab eremo. *Sidon.* l. 9. ep. 3. Palæstra congregationis eremitidis.

EREMODICIUM, ii, n. *a nonsuit, default of appearance on the day appointed,* ἐρημοδίκιον, vadimonium desertum, vel desertio causæ negligentia partium facta, et pœna, quæ pro tali desertione infligitur, ab ἔρημος desertus, et δίκη, judicium. *Ulpian. Dig.* lib. 46. tit. 7. leg. 13. Ex eremodicio sententiam pati. et lib. 4. tit. 4. leg. 7. *extr.* In eremodiciis eis subvenitur. *Justin.* lib. 3. *Cod.* tit. 1. leg. 13. *ante med.* Eremodicium contrahere.

EREMUS, i, m. *a desert, wilderness,* ἔρημος, Græca vox adjectiva, desertum, solitarium, solum significans, et subintelligitur locus. *Tertull. de Idolol.* c. 5. Moyses in eremo simulacrum serpentis ex ære fecit. *Impp. Gratian. Valent. et Theodos.* lib. 11. *Cod.* tit. 57. leg. 4. Loca sterilia, atque erema, his quæ culta atque opima sunt, compensentur. Adde *Hieron. de vita Pauli pr. Erem.* et *Sulpic. Sever.* dial. 1. c. 15. ¶ Corripuit mediam non imitandus *Prudent. Cathemer.* 5. v. 89. *in Psychom.* v. 371. et *in Enchir.* n. 12.

EREPO, is, epsi, eptum, n. 3. *to creep out,* ἐξερπύζω, rependo exeo. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 15. Tota tectorio intrinsecus incrustatur, ne ex ea (*glis*) erepere possit. *Stat.* 11. *Theb.* v. 580. profundis erepsit tenebris. *Sil.* l. 15. v. 617. Erepit suspensa ferens vestigia castris. *Plaut. Aulul.* 4. 4. 1. Foras, lumbrice, qui sub terra erepsisti modo. *Juvenal.* sat. 6. v. 524. inde Superbi Totum regis agrum nuda ac tremebunda cruentis Erepet genibus. *h. e.* genibus rependo emetietur. *shall pass over the whole* Campus Martius *on her knees.* ¶ Item rependo ascendere, *to creep up. Sueton. in Tib.* c. 60. Quod is a tergo insulæ per aspera et devia erepsisset ad se. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 79. Montes quos nunquam erepsemus. *h. e.* transissemus. syncope pro *erepsissemus. to pass with difficulty.* ¶ Translate *Stat.* l. 2. silv. 2. v. 30. Inde per obliquas erepit porticus arces. *h. e.* ascendendo, et descendendo extenditur.

EREPTIO, onis, f. *a taking away by force. Cic. Verr.* 6. c. 5. Putabat ereptionem esse, non emptionem, cum venditori suo arbitratu vendere non liceret.

EREPTO, as, avi, atum, n. 1. frequentat. ab erepo. Translate *Senec.* ep. 101. *sub init.* Pecunia circa paupertatem plurimum moræ habet, dum ex illa ereptat. *h. e.* exit, expeditur.

EREPTOR, oris, m. qui eripit, *he who takes away; a pillager, robber, plunderer. Cic. pro Quint.* c. 8. Iste homo acerrimus bonorum possessor, expulsor, ereptor. *Id. pro Dom.* c. 30. *ad fin.* Ereptor civitatis. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 55. Terrarum ereptores.

EREPTUS, a, um, *taken away, snatched away, taken from,* raptus, ademptus, ablatus. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 50. Ereptus Galbæ consulatus. *Curt.* l. 9. c. 7. *ad fin.* Ereptus gladius alicui. *Nepos in Epamin.* c. 4. Ne si tibi sit pecunia adempta, aliquis dicat, ad me ereptum pervenisse, quod delatum accipere noluissem. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 7. v. 26. Ereptæ opes. *Virg.* 3. *Æn.* v. 330. Erepta conjux. *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 43. Ereptus oculis. *snatched from his sight. Id.* 15. *Metam.* v. 136. ereptæ viventi pectore fibræ. *drawn or pulled out.* ¶ Item morte raptus. *snatched away by death. Valer. Flacc.* l. 3. v. 316. primis conjux ereptus in annis. *Albinov. ad Liv.* el. 1. v. 65. Vidimus erepta mœrentem stirpe sororis. *Curt.* l. 10. c. 5. In flore ætatis ereptus rebus humanis. ¶ Item detractus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 679. Pellis erepta juvenco. *pulled off. Liv.* l. 23. c. 45. Ereptus ex equo. *pulled or dragged down. Ovid. Metam.* 10. v. 386. Erepta vincula collo. ¶ Item subductus, *withdrawn. Horat.* epod. 2. v. 60. Hædus ereptus lupo. *snatched from the mouth. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 51. Sex. Roscii vita erepta de manibus sectorum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall. c. pœnult.* Ereptus e manibus hostium. *rescued. Cic. Catil.* 1. c. 8. Vita multis suppliciis justis debitisque erepta. *Id. pro Arch.* c. 9. Urbs ex omni impetu regio, ac totius belli ore ac faucibus erepta. *Virg.* 1. *Æn.* v. 600. Æneas Libycis ereptus ab undis. *Propert.* l. 1. el. 21. v. 7. per medios ereptus Cæsaris enses. *Horat.* l. 4. od. 8. v. 25. Ereptus Stygiis fluctibus Æacus. *Virg.* 3. *Æn.* v. 711. tantis nequicquam erepte periclis. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 358. Ereptus fatis. *Justin.* l. 13. c. 1. Præsenti morte ereptus.

ERES, is, m. *a hedge-hog, urchin,* erinaceus, seu ericius. *Nemesian. in Cyneget.* v. 57. Implicitumque sinu spinosi corporis erem Ferre domum. Quidam agnoscunt etiam in *Plauto Capt.* 1. 2. 81. I modo, venare leporem, nunc erem tenes. Item *Men.* 3. 2. 28. Cui ego æque ac eres hæream. Sed utroque loco alii aliter leg. ¶ Scribitur et *heres.*

ERETINUS, a, um, ad Eretum pertinens, montem, et vicum Sabinorum. *Tibull.* l. 4. carm. 8. v. 3. An villa sit apta puellæ, Atque Eretino frigidus amnis agro? Al. aliter leg. ¶ De Ereto *Liv.* l. 3. c. 29. et lib. 26. c. 11. et 23. Nunc dicitur *Monte rotondo.*

ERETRIA, æ, f. genus coloris nativi, nomen habens a loco, ubi nascitur, nempe circa Eretriam Eubœæ. Est autem terra alba, et cinerea. *a kind of ceruse. Vitruv.* l. 7. c. 14. et *Plin.* l. 35. c. 6. ¶ Habet et in medicina varios usus. *Cels.* l. 5. c. 15. et lib. 6. c. 3. ubi *terram Eretriam* vocat, et *Plin. loc. cit.* qui *ibid.* et *in fi.* lib. 35. *Eretriam cretam* appellat.

ERETRIACUS, a, um, adject. Eretriaci philosophi denominati sunt a Menedemo, qui Eretriam Eubœæ, (ut est apud *Plin.* l. 4. c. 12. *ante med.*) patriam habuit, quique docuit, omne hominis bonum in mente positum esse et mentis acie, qua verum cernitur, uti docet *Cic.* 4. *Acad.* cap. 42. ¶ Iidem *Eretrici* dicuntur ab *eod.* l. 3. *de Orat.* c. 17. et lib. 5. *Tuscul.* c. 39. et ab *Senec.* ep. 88. *sub fin.*

ERETRIAS, atis, m. et f. qui est ex Eretria urbe Eubœæ. *Cic.* 4. *Acad.* c. 42. Menedemus, qui fuit Eretrias.

ERETRICI PHILOSOPHI. V. in *Eretriacus.*

ERETUM. V. in *Eretinus.*

ERGA, *over against,* e regione, versus, ἀντίον. *Plaut. Trucul.* 2. 4. 52. Tonstricem Suram novisti nostram, quæ modo erga ædes habet? *Al. leg.* quæ erga ædes se se habet. ¶ Item prope, vel circa. *Apul. de Dogmat. Plat.* l. 1. Sed et machinamenta, quibus sensus instructi sunt, ibidem erga regiam capitis constituta esse, in conspectu Rationis. ¶ Sæpe refertur ad personas. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 49. *sub fin.* Ut in meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissimus viderer. *towards. Terent. Hecyr.* 3. 5. 36. Quæ nunquam quidquam erga me commerita est, quod nollem. ¶ Sæpissime significat propensam voluntatem, studium in aliquem. *Cic. ad Planc. post* ep. 16. l. 16. *ad Attic.* Tua voluntas erga me, meaque erga te, par atque mutua. *Id. de Amic.* c. 16. Ut eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipsos. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 23. Id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. *Id.* 8. *Attic.* ep. 3. Merita Pompeii summa erga salutem meam. *Id. pro Dom.* c. 56. Omne erga meam dignitatem studium et judicium. *Id.* 1. *Offic.* c. 15. Habere benevolentiam erga aliquem. ¶ Postponitur interdum suo casui. *Terent. Heaut.* 1. 2. 15. Timet omnia, patris iram, et animum amicæ, se erga ut sit suæ. et 2. 3. 24. Est animus te erga idem ac fuit. ¶ Aliquando ponitur pro adversus. *against. Nep. in Datam.* c. 10. Odio communi, quod erga regem susceperant. *Id. in Alcib.* c. 4. Crudelitas erga nobiles. *Plaut. Epid.* 3. 3. 8. Quasi quid filius meus deliquisset med erga. Adde *Asin.* 1. 1. 5. Est autem illud *d* additum τῷ *me* ad vitandum hiatum, et elisionem vocalium. Sic *med esse, med amantem,* et alia hujusmodi apud *eund.* multis in locis: sic observatur in compositis *redeo, prodesse,* et similibus. V. initium litteræ D.

ERGASTERIUM, ii, n. *a shop,* ἐργαστήριον, officina, in qua artifices operantur: ab ἐργάζομαι, operor. *Imp. Constantin.* lib. 1. *Cod.* tit. 3. leg. 2. Quod ex eorundem ergasteriis, vel tabernis conquiri potuerit. Adde *Arcad. et Honor.* lib. 12. tit. 41. leg. 2.

[*ERGASTICUS, a, um, adject. ἐργαστικὸς, peritus operandi, efficax. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 231. *Grot.* Alia schemata dicuntur ergastica, alia apodictica; ergastica sunt, quæ faciendæ cujuslibet formæ præcepta continent.]

ERGASTULARIS, re, adject. ad ergastulum pertinens. *Sidon.* l. 7. ep. 9. *in conc. a med.* In tenebris ergastularibus constitutus.

ERGASTULARIUS, a, um, ergastularis. *Ammian.* l. 14. *sub fin.* Eunus quidam ergastularius servus ductavit in Sicilia fugitivos. ¶ *Ergastularii* absolute apud *Colum.* l. 1. c. 8. *a med.* sunt servi soluti, qui compeditis in ergastulo præsunt.

ERGASTULUM, i, n. *a workhouse; a place, commonly below ground, where slaves were made to work in chains,* ἐργαστήριον, carcer rusticus, locus scil. in agris, ubi servi ad faciendum opus vincti detinebantur: ab ἐργάζομαι, operor. *Apul. in Apolog.* Quindecim liberi homines, populus est; totidem servi, familia; totidem vincti, ergastulum. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 13. Quacumque iit, ergastula solvit, homines arripuit. *Cic. pro Cluent.* c. 8. Esse in ergastulo apud aliquem. *Liv.* l. 2. c. 23. Ducere aliquem in ergastulum et carnificinam. et lib. 7. c. 4. Dare quempiam in carcerem, atque in ergastulum. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 7. Etiam ille ex compedibus, atque ergastulo Gracchus. ¶ Per metonymiam ponitur pro ipsis servis, qui in ergastulo sunt. *Plin.* l. 18. c. 6. Coli rura ab ergastulis, pessimum est, et quidquid agitur a desperantibus. (Posset hoc et ad sequent. dictionem referri.) *Juvenal.* sat. 14. v. 24. Quem mire afficiunt inscripta ergastula.

ERGASTULUS, i, m. *a slave in an* ergastulum, servus, qui ergastulo inclusus, ex vinculis, seu compedibus opus facit. *Lucil.* apud *Non.* c. 5. n. 102. Ut nemo sententiam libere, quasi ergastulus possit dicere. *Nonius* interpretatur ergastuli custodem; sed improbat *Lipsius Elector.* l. 2. c. 15.

ERGĂTA, æ, m. ἐργάτης, machina tractoria, axe recto, ac stante, quæ ambientibus, et obnitentibus vectiariis versatur: et exonerandis præcipue navibus, aliisque magnis ponderibus trahendis inservit, Angl. *a capstan, wind-beam, draw-beam. Vitruv.* l. 10. c. 4. Alter funis refertur ad ergatam.

ERGO, *on account of, because of, for,* χάριν, διὰ, usurpatur loco ablativi *gratia,* aut *causa,* et significat propter. Regit autem genitivum, et suo casui semper postponitur. *Cic. de opt. gen. Orat.* c. 7. Eum donari virtutis ergo, benevolentiæque, quam erga populum Atheniensem haberet. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 25. *extr.* Ne mulieres lessum funeris ergo habento. *Nep. in Pausan.* c. 1. Ejus victoriæ ergo Apollini donum dedisse. *Virg.* 6. *Æn.* v. 670. illius ergo Venimus, et magnos Erebi tranavimus amnes. *Cic.* 3. *Attic.* ep. 23. Si quid contra alias leges ejus legis ergo factum sit. *Lucret.* l. 5. v. 1245. formidinis ergo. *for fear.* ¶ In hac significatione ultimam habet semper longam. Volunt enim esse ab ἔργῳ dativo τοῦ ἔργον, opus, res: quasi valeat *re vera.* ¶ Sæpius est conjunctio, qua unum ex alio inferimus, igitur, itaque, *therefore,* ἄρα, οὖν. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 9. Ergo instituto veterum, hinc capiamus exordium. *Id.* 4. *Acad.* c. 23. Num ergo is excæcat nos? *Terent. Phorm.* 5. 7. 56. Quid vos, malum! ergo me sic ludificamini? *Plaut. Pseud.* 1. 1. 38. Tace, dum tabellas pellego. *Ca.* ergo quin legis? *Cic. pro Quint.* c. 2. Quid ergo est? primum magnitudo periculi, &c. *Liv.* l. 2. c. 28. Correpti consules, cum, quid ergo se facere vellent, percunctarentur, decernunt, &c. *Id.* l. 23. c. 12. *extr.* Hostium quidem ergo adhuc nimis multum superest. ¶ Servit eleganter conquestioni, et indignationi. *Cœlius ad Cicer. Fam.* 8. *ep. ult.* Ergo me potius in Hispania fuisse tum, quam Formiis, cum tu profectus es ad Pompeium? *Ovid.* 2. *Amor.* el. 7. v. 1. Ergo ego sufficiam reus in nova crimina semper? *Tibull.* l. 3. el. 21. v. 1. Ergo tam doctæ nobis periere tabellæ. et el. 5. v. 1. Ergo sollicitæ tu causa, pecunia, vitæ. *Liv.* l. 2. c. 40. Ergo ego nisi peperissem, Roma non oppugnaretur? ¶ Aliquando, rarius tamen, ultimam habet brevem. *Juvenal.* sat. 13. v. 204. Redditit ergo metu, non moribus. et sat. 14. v. 64. Ergo miser trepidas, &c. ¶ *Ergo igitur* quasi *itaque re vera,* multoties ab *Apuleio* dictum est l. 2. 3. 4. 5. 7. et 9. *Metam.* quin et *Plaut. Trinum.* 3. 3. 27. Quo pacto ergo igitur? ¶ Interdum ponitur pro, merito. *with reason. Virg. Ecl.* 5. v. 58. Ergo alacris silvas et cetera rura voluptas, Panaque, pastoresque tenet. Ubi *Servius:* Antiqui *ergo* pro *merito* dicebant, sicut hic accipitur. Plautus in Persa (1. 1. 24.) *Sa.* Satin' tu usque valuisti? *To.* haud probe. *Sa.* Ergo edepol palles. Item in Milite (1. 1. 61.) Hiccine Achilles est, inquit, mihi? imo ejus frater, inquam. Innuit illarum altera: Ergo mecastor pulcher. Hæc *Servius:* item *Philargyr.* ad 2. *Georg.* v. 393. ¶ Post interjectam sententiam longiusculam, vicem gerit τοῦ *inquam. Cic. Phil.* 12. c. 9. Tres viæ sunt ad Mutinam, quo, &c. Tres ergo, ut dixi, viæ. *Id. Fam.* 15. ep. 10. Cum id accidit, quod mihi, &c. cum ergo ita accidit, ut, &c. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 7. Omne pronuntiatum (sic enim mihi, &c.) id ergo est pronuntiatum, &c. ¶ Pro *inquam* est etiam in illo *Terent. Andr.* 5. 2. 8. *Si.* Etiam tu hoc respondes? quid istic tibi negotii est? *Da.* mihi ne? *Si.* ita. *Da.* mihi ne? *Si.* tibi ergo. et *Plaut. Pœn.* 5. 2. 90. Nam mihi tuus pater, pater tuus ergo hospes Antidamas fuit. ¶ Reperitur et pro *sed, verum,* adversandi vi. *Albinov.* el. 2. v. 9. Nec mihi, Mæcenas, tecum fuit usus amici: Lollius hoc ergo conciliavit opus. et vers. 113. Redditur arboribus florens revirentibus ætas: Ergo non homini, quod fuit ante, redit. ¶ Et pro *at, atqui. Plaut. Bacch.* 1. 2. 17. Non hic placet mihi ornatus. *Pi.* nemo ergo tibi hoc apparavit: mihi paratum est, cui placet. *Id. Cas.* 3. 4. 9. nempe tute dixeras, Tuam arcessituram esse hinc uxorem meam. *Sta.* Ergo arcessivisse ait se se. ¶ Et pro *tum, deinde. Propert.* l. 3. el. 2. v. 27. Hic erat affixis viridis spelunca lapillis, Pendebantque cavis tympana pumicibus. Ergo Musarum, et Sileni patris imago Fictilis, et calami, Pan Tegeæe, tui. ¶ Et pro *vero, autem. Plaut. Men.* 2. 2. 51. Jam ergo hæc madebunt, faxo: nihil morabitur. ¶ Videtur et pro *sane, certe. Id. Amph.* 1. 1. 20. Ergo in servitute expetunt multa iniqua. Adde *Asin.* 2. 2. 49. Nisi malis, his et similibus locis continuandæ tantummodo orationi inservire. *Priscian.* l. 18. pag. 1170. *Putsch.* Similiter *nam, enim, ergo,* non solum causales vel rationales, sed etiam completivæ et confirmativæ inveniuntur, et præpositivæ et subjunctivæ, quomodo δὴ apud Græcos. et pag. 1192. Similiter nostri frequenter *ergo* repletivi loco accipiunt. Deinde ponit verba *Terentii* supra allata ex *Andr.* 5. 2. 8. Certe continuat orationem in illo *Virg. in Ciri,* v. 29. Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnæ. et *Grat. in Cyneg.* v. 105. Ergo illum primis nemorum dea finxit in annis.

ERGOLĂBUS, i, m. *a labourer,* operarius, qui opus aliquod faciendum conducit, redemptor: ab ἔργον, opus, et λαμβάνω, suscipio. *Imp. Zeno* lib. 4. *Cod.* tit. 59. Ædificiorum quoque artifices, vel ergolabi, aliorumque diversorum operum professores, &c.

ERICÆUM MEL, *a kind of wild honey,* ἐρεικαῖον μέλι, dicitur quod apes colligunt ex floribus erices arboris, serotinum, et minus probum. *Plin.* l. 11. c. 16.

ERĪCE, es, f. *heath, broom, ling,* ἐρείκη, et ἐρίκη, frutex non multum a myrice differens, colore rorismarini, et pæne folio. Adversari serpentibus tradunt. *Plin.* l. 24. c. 9. et lib. 11. c. 13.

ERICHTHĒUS, a, um, idem quod Erechtheus. *Virg. in Ciri,* v. 22. Qualis Erichtheis olim portatur Athenis. *Sidon. carm.* 2. v. 167. Quidquid Erichtheis Cynicorum turba volutat Gymnasiis.

ERICHTHEUS, i, m. V. in *Erechthĕus.*

ERICHTHO, us, f. Ἐριχθὼ, Saga celebris in Thessalia, cujus ope Pompeii M. filius usus est ad exploranda belli fata. V. *Lucan.* l. 6. v. 507. *et sequent.* Meminit etiam *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 139. vel hanc eandem intelligens, vel pro quavis Saga usurpans.

ERICHTHONĬUS, ii, m. Ἐριχθόνιος, vel Erichtheus, Ἐριχθεὺς, Atheniensium rex, e semine Vulcani in terram projecto editus: ab ἔρις, lis, et χθὼν, terra. Nam cum Vulcanus diis arma fecisset, eique Jupiter optionem dedisset præmii, quod vellet, postulandi, jurassetque per infernam paludem, se nihil negaturum, tum ille Minervæ nuptias postulavit. Hic Jupiter abnuere non potuit, Minervam tamen monuit repugnare, pudicitiamque defendere. In illa colluctatione Vulcanum in terram profudisse aiunt semen, atque inde editum esse puerum draconum pedibus nomine Erichthonium. Minerva puerum suscepit, educavit, et Atheniensibus regem dedit. Hinc Athenæ *Erichtheæ,* Athenienses *Erichthonii* dicti sunt. Cum adolevisset, ut pedum deformitatem tegeret, primus currus usum adinvenit. Filios reliquit Procrin, Orithyiam, Pandionem. Post mortem in cælum translatus est, factumque Sidus ex tredecim stellis constans: quod alio nomine *auriga* dicitur, de quo V. suo loco. *Hygin.* fab. 166. et *Serv.* ad illud *Virg.* 3. *Georg.* v. 113. Primus Erichthonius currus et quatuor ausus Jungere equos. ¶ Fuit etiam unus ex Trojanorum regibus, Dardani filius, Assaraci, vel ut alii volunt, Trois pater. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 31. et *Serv. ad Æn.* 8. v. 130. ¶ Hinc adjective Erichthoniæ arces, *h. e.* Troja, apud *Virgil. in Culice,* v. 335. Erichthonius populus, apud *Propert.* l. 2. el. 5. v. 4. est Atheniensis.

ERICHTHONĬUS, a, um, adject. V. in fi. vocis præced.

ERICĬUS, ii, m. *a hedge hog, urchin,* idem ac Erinaceus, ἐχῖνος. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 292. Gallum esse factum ericium pilis albis cum proboscide. Paulo aliter *Non.* refert hunc loc. c. 1. n. 241. ¶ Item machina militaris, scil. trabs prominentibus ferreis aculeis munita (ita dicta a similitudine ericii) quæ transversim portæ prætensa aditum præcludebat. *an engine of war full of sharp spikes. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 67. Erat objectus portis ericius. Adde *Sallust.* apud *Non.* c. 18. n. 16. ¶ Scribitur et *hericius.*

ERIDĂNUS, i, m. hod. *il Po,* Ἐρίδανος, et Ἠρίδανος, Græca appellatio est Padi, maximi Italiæ fluvii. Nisi obstet primæ syllabæ quantitas, duci possit ab ἐριδαίνω, contendo, quia violens admodum est, atque ægerrime propter immensam aquarum vim, intra aggeres continetur. *Virg. Georg.* 1. v. 481. Proluit insano contorquens vortice silvas Fluviorum rex Eridanus, camposque per omnes Cum stabulis armenta tulit. Adde lib. 4. v. 371. ¶ In fabulis est Phaethon Solis filius, qui impetrato patris curru, cum eum male regeret, ab Jove fulmine ictus, in Padum decidit, eique nomen dedit, ut *Serv.* narrat ad *Æn.* 6. v. 659. quo loco *Virg.* Eridanum ponit apud Inferos, idque ea de causa fingit, quia Padus oritur ab ea parte Alpium, quæ mare inferum spectant, ac usque ad superum tendit: vel quia omnia flumina ex terræ visceribus oriri putantur. *Serv. ibid.* ¶ Est etiam Sidus Austrinum in cælo, quod fabulantur Eridanum inter astra translatum esse propter multas utilitates, quas affert regionibus circa positis. Alii tamen putant esse Oceanum: alii rectius Nilum, qui Eridano major est, suisque regionibus longe utilior: præsertim cum non procul ab eo stella sit, quæ Canopos dicitur: quo nomine est insula Ægypti, quæ flumine Nilo alluitur. *Hygin. poet. Astron.* l. 2. fab. 32. et *Martian. Capell.* l. 8. pag. 282. Porro hoc sidus incipit ad femora Orionis prope Æquatorem, et flexuoso ambitu pectus Ceti alluens, usque ad Hydri caput, non procul ab Antarctico Circulo, se demittit.

ERIGĔRON, ontis, m. *the herb groundsel,* ἠριγέρων, Latine senecio, herba est trixaginis specie et mollitia, cauliculis subrubicundis: nascitur et in tegulis, et in muris. Nomen hoc ei Græci dederunt, quia vere canescit (ab ἦρ, ἦρος, ver, et γέρων, senex). Caput ejus numerosa dividitur lanugine, qualis est spinæ, inter divisuras exeunte. Hæc *Plin. cap. ult.* l. 25. qui lib. 22. *cap. ult. ante med.* in dativo *erigeronti* dixit.

ERIGĬDUS, a, um, *very stiff,* rigidus, vel valde rigidus. *Petron. in fragm. Satyr.* pag. 681. *Burman.* Erigidus strictis qui regnat in ossibus horror.

ERĬGO, is, exi, ectum, a. 3. *to raise up, set upright,* in rectum colloco: ab *e,* et *rego. Petron. in Satyr.* c. 136. Consurrexi equidem turbatus, anumque non sine risu erexi. *Curt.* l. 7. c. 3. Erigere jacentem. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 14. Ars agricolarum, quæ arborem circumcidit, amputat, erigit, extollit, adminiculatur. *Id. ibid.* c. 15. Conninituntur (*pueri*) ut se se erigant, et manibus utantur. *Id.* 1. *de leg.* c. 9. Cum natura ceteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit, ad cælique conspectum excitavit. *made erect.* ¶ Item tollo, extollo, excito. *to lift or set up, build up, elevate. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 26. Turres cum ternis tabulatis erigebat. *Lucret.* l. 4. v. 405. Aliquid alte erigere. *Plin.* l. 10. c. 21. in sublime. *Virg.* 3. *Æn.* v. 422. sub auras. et lib. 9. v. 240. Erigitur fumus ad sidera. *Quintil.* l. 2. c. 3. Statura breves in digitos eriguntur. *raised themselves on tiptoe.* Sic lib. 11. c. 3. Erigi in ungues. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 367. fundoque iterum violentus ab imo Erigitur. *Tacit. de Germ.* c. 46. Quidquid silvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant. *Colum.* l. 8. c. 15. Erigere in gradus. *to raise up by steps. Liv.* l. 32. c. 14. scalas ad mœnia. *Sil.* l. 3. v. 529. gradum. *h. e.* ascendere. *Liv.* l. 3. c. 18. aciem in clivum Capitolinum. ¶ Item dirigere, *to direct. Hirt. de B. Afric.* c. 51. Ab suis castris per medium campum duo brachia instituit duci, et ita erigere, ut ad angulum dextrum sinistrumque ejus oppidi convenirent. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 44. *extr.* Oratio non modo inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam adversantem et repugnantem capere potest. *Id. pro Planc.* c. 13. Ubi illa antiqua libertas, quæ malis oppressa civilibus, extollere jam caput, et aliquando recreata se erigere debebat? *Pompei. ad Domit.* ep. 3. *sub fin. post* epist. 12. l. 8. *ad Attic.* Possumus etiam nunc rempubl. erigere, si communi consilio negotium administrabimus. *reinstate, set up again. Cic. pro Cluent. c. pænult.* Spe vestræ æquitatis erigere animum, et paulum respirare a metu cœpit. *to take heart, be encouraged. Id. ibid.* c. 21. Animum demissum et oppressum erigere. *Id.* 5. *Verr.* c. 91. Provinciam afflictam et perditam erigere atque recreare. *Nepos in Themist.* c. 1. Quæ contumelia non fregit eum, sed erexit. *Cic. pro Dom.* c. 10. Civitatem fractam malis, mutam, debilitatam, abjectam metu ad aliquam spem libertatis, et pristinæ dignitatis erexit. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. *circa med.* Erige te, et confirma. *take courage.* sis fortis, ut *ibid. in fi.* dicitur. *Id. pro Deiot.* c. 14. Erigere se, et ab omni sollicitudine abstrahere. *to derive consolation or comfort. Tacit.* 1. *Hist.* c. 4. Erigere aliquem in spem. *Sallust. in Jug.* c. 25. Suos hortando ad virtutem erigere. *Curt.* l. 8. c. 13. Ea pugna multum fiduciam Pori erexit. *Lucan.* l. 8. v. 76. Erigere mentem. *h. e.* bene sperare: cui contrarium est *demittere mentem,* desperare, apud *Virg.* 12. *Æn.* v. 609. ut *Servius* docet. *Gell.* l. 1. c. 11. *ad fin.* Orationem aut jacentem erigere, aut ferocientem cohibere. *Cic. pro Cœl.* c. 12. Erigere, et emittere aculeos severitatis in aliquem. *to direct.* ¶ Absolute *erigi* est animum recipere, *to take courage. Horat.* l. 2. sat. 8. v. 57. Nos majus veriti, postquam nihil esse pericli Sensimus, erigimur. ¶ Item se ad audiendum parare. *Cic. in Orat.* c. 35. In quo aut concilietur auditor, aut erigatur, aut paret se ad discendum. ¶ *Erigere aures* est attente audire: ductum ab iis animalibus, quæ auriculas habent mobiles. *Cic. pro Sull.* c. 11. Erigite mentes, auresque vestras, et me de invidiosis rebus dicentem attendite. ¶ Ponitur et pro excitare, acuere. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 2. Auctoritas antiquorum erigit omnium cupiditates, et acuit industriam, cum spes injecta est, posse imitando Gracchi, aut Crassi consequi facultatem. *rouses, awakens. Stat.* 7. *Theb.* v. 670. Qualis ubi primam leo mane cubilibus atris Erexit rabiem. *Plin.* l. 8. ep. 3. Erigere exspectationem alicujus. ¶ Pertinet etiam ad eos, qui rebellant, quod eriguntur se, assurguntque adversus dominos. *Flor.* l. 2. c. 12. Dum aliæ, aliæque gentes Syriaci belli sequuntur ruinam, Macedonia se rursus erexit. *is in a state of open rebellion.* et cap. 15. Lusitanos Viriatus erexit. *hath caused to rebel.* [¶ Particip. *erigens* apud *Liv.* l. 21. c. 32. Erigentibus in primos agmen clivos apparuerunt imminentes montani.]

ERIGŎNE, es, f. Ἠριγόνη, filia Icarii, quæ patrem ab ebriis interfectum insepultumque, cane indicante cum invenisset, adeo doluit, ut suspendio se necaret. Ob quam pietatem in cælum translata est, factumque sidus, quod *Virginis* appellatur. *Hygin.* fab. 130. et 254. et *Serv.* ad illud lib. 1. *Georg.* v. 33. Qua locus Erigonen inter, chelasque sequentes Panditur. V. *Virgo.* In ejus inferiis oscilla suspendebantur. V. *Oscillum.* [¶ Alia fuit Erigone filia Ægisthi, et Clytæmnestræ, quam Diana ab imminente cæde rapuit, et in Attica sacerdotem fecit. *Hygin.* fab. 122. *Dyct. Cret.* l. 5. c. 2. et 4.]

ERIGONEĬUS, a, um, adject. ad Erigonen pertinens. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 723. Nocte sequente diem Canis Erigoneius exit. V. *Antecanis.*

ERIGŬO. V. *Erivo.*

ERINACĔUS, i, m. *a hedge-hog, urchin,* ἐχῖνος, animal spinis horridum, qui ubi venatores senserit, contractis ore, et pedibus convolvitur in formam pilæ, ne quid præter aculeos comprehendi possit. *Plin.* l. 8. c. 37. Præparant hiemi et erinacei cibos, ac volutati super jacentia poma, affixa spinis, unum amplius tenentes ore portant in cavas arbores. ¶ Scribitur et *Herinaceus* cum aspiratione.

ERINĔOS, i, f. ἐρίνεος, ἐρῖνος, herba est palmum alta, cauliculis quinis fere, ocimi similitudine, flore candido, semine nigro, parvo: decerpta manat lacte multo, et dulci. *Plin.* l. 23. c. 7.

ERINNYS, yos, f. *the name of one of the Furies*, Ἐριννύς, una ex infernalibus Furiis, quam in illo *Virg. Æn.* 2. v. 337. quo tristis Erinnys, Quo fremitus vocat, &c. *Serv.* interpretatur animi impatientiam, quæ in furorem impellit. Dicta videtur ab ἔρις, contentio, et νοῦς, mens, quia contentionibus bellisque gaudet. Hinc ἐριννύειν est indignari: quod est rixantium. Hinc etiam Helena dicitur a *Virg. ibid.* v. 573. Trojæ ac patriæ communis Erinnys, quia causa fuit belli Trojani: et *civilis Erinnys* apud *Lucan.* l. 4. v. 187. est ipsum bellum civile. Alii deducunt παρὰ τὸ ἀρὰς ἀνύειν, quod exsecrationes exaudiat, et impleat: alii ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ ἔρα ναίειν, quod in terra habitet, h. e. inter homines versetur. ¶ Sæpe accipitur ut commune nomen omnium Furiarum. *a Fury. Propert.* l. 2. el. 16. v. 29. Tunc me vel tragicæ vexetis Erinnyes. *Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 103. Ferte faces in me, quas fertis Erinnyes atræ. *Stat.* 11. *Theb.* v. 345. cæco nec Erinnyas ore rogavi. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 725. Horriferamque oculis, animoque objecit Erinnyn Pellicis Argolicæ. *Virg.* 7. *Æn.* v. 447. et 570. Erinnyn vocat ipsam Alecto.

ERIOPHŎROS, i, m. ἐριοφόρος: ab ἔριον, lana, et φέρω, fero: genus bulbi circa ripas amnium nascens, cujus inter summum corticem, eamque partem, qua vescuntur, est lanea natura, ex qua impilia, vestesque conficiant. *Plin.* l. 19. c. 2. *ex Theophrasto.*

ERIOXȲLON, i, n. ἐριόξυλον: ab ἔριον, lana, et ξύλον, lignum: est Græce genus lanæ, quæ ex quibusdam arboribus colligitur. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 70. sect. 9.

ERIPHĬA, æ, f. ἐριφία, herba, de qua V. locum *Plin.* in *Avena.*

ERIPHȲLA, æ, et Eriphyle, es, f. Ἐριφύλη, Talai filia, Adrasti soror, uxor vero Amphiarai, quæ accepto a Polynice Thebarum rege aureo monili, maritum latitantem, ne ad bellum Thebanum traheretur, ubi se moriturum sciebat, prodidit. Quare a filio Alcmæone post mortem patris interfecta est. *Hygin.* fab. 73. V. *Alcmæon. Propert.* l. 3. el. 11. v. 57. Tu quoque ut auratos gereres Eriphyla lacertos, Dilapsis nusquam est Amphiaraus equis. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 13. Si scelere Oeclides Talaionidæ Eriphyles Vivus, et in vivis ad Styga venit equis. Adde *Cic.* 6. *Verr.* c. 18. et lib. 1. *de Invent.* c. 50. et *Virg.* 6. *Æn.* v. 445. V. *Stat.* 2. *Theb.* a vers. 265. et l. 4. a vers. 205.

ERIPHYLÆUS, a, um, Ἐριφυλαῖος, ad Eriphylen pertinens. *Stat.* 4. *Theb.* v. 211. Sic Eriphyleos aurum fatale penates Irrupit, scelerumque ingentia semina movit. V. *Alcmæon.*

ERIPĬO, is, ui, eptum, a. 3. *to take away by force*, ἐξαρπάζω, ab *e*, et *rapio*, est vi tollere, rapere, et ut ait *Pompon.* apud *Paul. Dig.* lib. 2. tit. 7. leg. 4. de manibus auferre per raptum. *Cic. Parad.* 6. *sub fin.* Virtus nec eripi, nec surripi potest unquam. *Plaut. Pers.* 1. 2. 11. Ire aliena ereptum bona. *Id. Aulul.* 2. 4. 37. Pulmentum pridem eidem eripuit miluus. *Id. Cas.* 3. 5. 7. Eripite isti gladium, quæ sui est impos animi. *snatch away. Id. Capt.* 2. 2. 61. Libertatem alicui eripere. *Cic. pro Quint.* c. 11. Pecuniam, sanguinem, vitamque hominis propinqui eripere. *Id.* 2. *de Divin.* cap. 37. alicui regnum. *Id.* 2. *Agrar.* c. 7. *extr.* Id totum eripere vobis, atque e manibus extorquere conatus est. *Id. Fam.* 1. ep. 5. Vereor ne eripiatur nobis causa regia. *he snatched from our hands.* Est qui legit *a nobis*, ut *Terent. Eun.* 4. 6. 14. Hæc ea est, quam miles a me vi nunc ereptum venit. et vers. 1. Et illam a me eripiat. *to take her away from me.* Et *Acc.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 1. A me regnum fortuna atque opes eripere quivit. ¶ Significat etiam adimere, *to take away, withdraw. Attic.* 10. ep. 4. *a med.* Hæc si falsa sunt, me libente, eripies mihi hunc errorem. *Id. Catil.* 1. c. 7. *extr.* Discede, atque hunc mihi timorem eripe. ¶ Item extrahere, *to pull or drag out. Terent. Adelph.* 2. 1. 44. Domo me eripuit, verberavit. *Virg. Æn.* 4. v. 579. vaginaque eripit ensem. *Terent. Adelph.* 3. 2. 20. Eripere alicui oculos. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 608. linguam. *Id.* 15. *Metam.* v. 845. animam membris. et lib. 8. v. 457. torrem ab igne. et lib. 3. v. 71. hastile tergo. ¶ Item subducere, auferre, intercipere, *to take away, intercept. Virg.* 1. *Æn.* v. 92. Eripiunt subito nubes cælumque diemque Teucrorum ex oculis. *Id.* 8. *Æn.* v. 254. Eripere prospectum oculis. *Hirt. de B. Afric.* cap. 18. Terror hominibus mentem consiliumque eripit. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 433. Posse loqui eripitur. et lib. 12. v. 142. respiramen iterque animæ eripere. *to stifle.* et lib. 15. v. 282. nisi vatibus omnis Eripienda fides. *unless no credit at all is to be attached*, &c. *Plaut. Merc.* 1. 2. 64. Eripere alicui orationem ex ore. *to take the words from his mouth. Id. Mostell.* 3. 1. 63. Responsiones omnes hoc verbo eripite. *h. e.* facultatem respondendi. *Cicer.* 4. *Catil.* cap. 4. Eripere alicui spem. *Tacit. Ann.* 1. c. 6. Campum, quem hostis insederat, eripi jubet. *h. e.* occupari, hoste inde pulso. ¶ Sæpe est liberare, eruere, *to free, liberate, rescue, withdraw, extricate. Crassus* apud *Cicer.* 1. *de Orat.* c. 52. Eripite nos ex miseriis, eripite nos ex faucibus eorum, quorum crudelitas, &c. *Cic. Fam.* 9. ep. 13. Ut nulla ratione se ab illa miseria eripere posset. *Id. Verr.* 7. c. 6. Ex media morte eripere et liberare aliquem. *Id.* 2. *de Divin.* c. 10. Quod Sarpedonem filium a morte contra fatum eripere non posset. *Id.* 7. *Verr.* c. 67. *a med.* Si qua vis istum de vestra severitate eripuerit. *Id. pro Mur.* c. 38. Cum ego ex istorum insidiis ac mucronibus eripiar atque evolem. *Terent. Phorm.* 2. 2. 9. Eripere aliquem ex crimine. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 12. periculo. *Cic. pro Cluent.* c. 26. ex periculo. *Petron. in Satyr.* cap. 30. pœnæ. *Val. Flacc.* l. 4. v. 538. curis. *Cicer. in fragm.* apud *Quintil.* l. 8. c. 6. *a med.* Integritas tua te purgavit, pudor eripuit, vita anteacta servavit. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 17. Senatui aliquem eripere. *h. e.* judicio Senatus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 365. Eripe me his, invicte, malis. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 315. Equi colla jugo eripiunt. et lib. 1. v. 538. Eripi morsibus. et *Heroid.* ep. 10. v. 43. oculis. *to be withdrawn from the sight. Id.* 5. *Metam.* v. 11. Nec mihi te pennæ, nec falsum versus in aurum Jupiter eripient. *rescue you from my hands. Virg.* 12. *Æn. sub fin.* tu ne hinc spoliis indute meorum Eripiare mihi? *shall you escape from my hands?* &c. ¶ *Eripere se*, se subducere, *to withdraw himself, shun, avoid, flee away. Senec.* ep. 19. Si potes subduc te istis occupationibus: si minus, eripe. *Virg.* 2. *Æn.* v. 134. Eripere se leto. et vers. 289. teque his, ait, eripe flammis. *Cic. pro Sext.* c. 24. Cum ego me e complexu patriæ, conspectuque vestro eripuissem. *Sueton. in Ner.* c. 49. Eripere se contumeliis. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 4. Per eos, ne causam diceret, se eripuit. *Curt.* l. 5. c. 13. Fuga eripere se hosti. Adde *Liv.* l. 29. c. 32. Elegans est illud *Cicer. in Bruto, c. ult.* Effice, ut te eripias ex ea, quam ego congessi in hunc sermonem, turba patronorum. *h. e.* separes, distinguas a turba, tollas te supra vulgus patronorum. ¶ *Eripere fugam* est capere, arripere. *Virg. Æn.* 2. v. 619. Eripe, nate, fugam. *Ovid.* et *Valer. Flacc.* rapere fugam, dixere. V. *Rapio.* ¶ *Eripi*, immatura morte rapi. *Curt.* l. 6. c. 10. *ad fin.* Ego in ipso robore ætatis eripior. *am snatched away.* ¶ Eleganter pro extorquere, obtinere ab aliquo, *Horat.* l. et sat. 2. v. 23. Vix tamen eripiam, posito pavone, velis quin Hoc potius, quam gallina tergere palatum. *Tibull.* l. 1. el. 10. v. 35. Illis eriperes verbis mihi, sidera cælo Lucere, et puras fluminis ire vias. *h. e.* efficeres, ut negarem: auferres mihi scientiam rei exploratæ, quod sidera luceant, &c. [¶ Particip. *eripiens, erepturus* apud *Curt.* l. 4. c. 3. Velut eripientibus navigia classicis cessit. *Cæs. de B. Gall.* l. 1. c. 17. Neque dubitare debeant, quin una cum reliqua Gallia Æduis libertatem sint erepturi.]

[* ERIS, idis, seu idos, Ἔρις. Deæ nomen apud Romanos, eadem ac Discordia, quam vocem usurpat *Hygin.* fab. 92.]

ERISICHTHON, onis, m. Ἐρισίχθων, Thessalus quidam, qui cum nemus Cereri consecratum excidisset, unamque præcipue quercum, in qua illa habitabat, irata Cerere, tanta fame correptus fuit, ut sua ipsius membra comederet. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 738. *et sequentib.*

ERISMA, æ, f. et Erisma, atis, n. V. *Anterides.*

ERISTĂLIS, f. nomen gemmæ candidæ, quæ ad inclinationes rubescere videtur. *Plin.* l. 37. c. 10.

ERITHĂCUS, i, ἐρίθακος, avis genus ex iis, quæ formam simul coloremque mutant. Nam æstate *phœnicurus* vocatur. Quidam esse putant *a red-breast. Plin.* l. 10. c. 29. *extr.*

ERITHĂLES, n. ἐρίθαλες, h. e. vere pullulans, virens, ab ἔαρ, ver, et θάλλω, vireo, genus est aizoi minusculi, quod alii *trithales*, τρίθαλες, quia ter floreat, alii chrysothales, χρυσόθαλες, aureo colore virens, alii isoetes, ἰσοετὲς, (ab ἴσος, similis, et ἔτος, annus) appellant. *the herb sea-green or house-leek.* In muris, parietinisque nascitur, et tegulis, fruticosum a radice, et foliosum usque ad cacumen, foliis angustis, mucronatis, succosis, caule palmum alto. *Plin.* l. 25. c. 13.

ERITŪDO, servitudo. *Festus.*

ERĪVO, as, avi, atum, a. 1. *to draw away water by means of canals or drains*, rivis factis educo, evacuo. *Plin.* l. 17. c. 26. Etiam pluvias Autumni aquas erivari convenit. *Salmas. in Solin.* legit *eriguare*, eod. sensu a *rigo, as.*

ERNĔUM, i, n. placenta cocta in hirnea fictili. *Cato R. R.* c. 81. Erneum tanquam placentam facito: eadem indito, quæ in placentam: id permisceto in alveo. Indito in hirneam fictilem: eam demittito in aulam aheneam aquæ calidæ plenam: ita coquito ad ignem. Ubi coctum erit, hirneam confringito: ita ponito. ¶ Al. scribunt *herneum.*

ERO, onis. V. *Æro.*

ERŌDO, is, osi, osum, a. 3. *to gnaw off or away, cut into, consume*, ἀπεσθίω, ἐξεσθίω, rodendo aufero, abrodo. *Cels. sub fin.* l. 5. His vitiligo perungitur, deinde non ita multo post, ne nimis erodatur, eluitur. *Colum.* l. 10. v. 323. teneras audent erodere frondes Implicitus conchæ limax, hirsutaque campe. *Plin.* l. 31. c. 2. *ad fin.* Æs ac ferrum illa aqua eroditur. et lib. 34. c. 15. *sub fin.* Ad purganda vulnera, et omnem callum erodendum, et lib. 24. c. 11. Ebenum medici et inter erodentia assumunt.

EROGATĬO, onis, f. *a laying out, profuse spending, liberal distribution*, ἔκδοσις, actus erogandi, distributio, collatio, impensa. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 2. *sub fin.* Movere ista videntur, in primis erogatio pecuniæ. *Callistrat. Dig.* l. 50. tit. 4. leg. 14. Administratio reipubl. sive cum sumptu, sive sine erogatione. *without expense. Ulpian.* l. 25. tit. 1. leg. 3. Erogatio facta propter utilitatem agri. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 35. Necessariæ erogationes. *necessary expenses. Frontin. de aquæduct.* artic. 3. et 64. Erogationes aquarum. *h. e.* distributiones ex aquæductibus per fistulas certa mensura factæ. ¶ Apud *Tertull. de Idolol.* c. 5. *erogatio legis* est abrogatio, abolitio, quasi *exrogatio.*

EROGĀTOR, oris, m. *Erogator virginis* apud *Tertull. de Pudic.* c. 16. est qui virginem nuptui tradit. *Erogare* enim est pendere, rem dare, quæ ad nos reditura non sit: atque ita erogator virginis dici potest, qui ejus virginitatem quodammodo perdit, et alteri per matrimonium non amplius redituram concedit. V. in fine verbi *Erogo.*

EROGATORĬUS, a, um, ad erogandum, ac distribuendum pertinens. *Frontin. de aquæduct.* artic. 34. Cum in erogatorio modulo minus invenitur, in acceptorio plus, apparet non errorem esse, sed fraudem. *h. e.* quo aqua distribuitur, et conceditur privatis.

EROGĀTUS, a, um, *distributed liberally, laid out, expended*, distributus, datus, expensus. *Cicer.* 5. *Verr.* c. 71. et *pro Flacc.* c. 13. Pecunia publica ex ærario erogata in classem. *Paul. Dig.* lib. 20. tit. 1. leg. 29. Sumptus erogati in exstructionem ædificii. *Ulpian.* lib. 25. tit. 6. Alimenta in ventrem erogata. ¶ Item valde rogatus. *Apul.* l. 5. *Metam.* Supplicis anxiæ piis precibus erogatus.

EROGĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to ask earnestly, demand*, vehementer rogo, καταδέομαι. *Plaut. Capt.* 5. 1. 32. Ego ex hac statua verberea volo erogitare, meo minore quid sit factum filio. *Sil.* l. 10. v. 475. quinam ille sinistræ Depugnet morti juvenis, nomenque decusque Erogitat.

ERŌGO, as, avi, atum, a. 1. *to bestow, distribute freely, lay out, expend*, ἐκδίδωμι, expendo, impendo, insumo, distribuo, confero. Proprie dicitur tantum de pecunia, quæ publice impenditur, et distribuitur quasi *rogato* prius *populo*, ut id facere liceat. hæc enim eadem ratio in *abrogo, derogo*, et ceteris est a *rogo* compositis, ut a *rogando populo* eorum significationes desumantur. *Cic. in Vatin.* c. 12. Volo, uti mihi respondeas, erogaris ne pecunias ex ærario tuis legibus? *are you for procuring or getting money?* et Q. *Fr.* l. 1. ep. 2. c. 4. Mecum egit, ne se impedires, quo minus quod ad Q. Publiceni statuam decretum est, erogaretur. et lib. 2. ep. 1. *post med.* Nullum in mea provincia nummum, nisi in æs alienum erogari. et *Liv.* l. 1. c. 20. Quibus hostiis, quibus diebus sacra fierent, atque unde in eos sumptus pecunia erogaretur. ¶ Transfertur etiam ad privatas impensas. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 5. *extr.* Velim Tironem Curio commendes, ut ei, ut petii, si quid opus erit, in sumptum eroget. *might procure to defray. Ulpian. Dig.* lib. 15. tit. 3. leg. 7. Si odores, et unguenta servus emerit, et ad funus erogaverit. *Paul.* lib. 35. tit. 2. leg. 36. *extr.* Erogare aliquid in pretium servi. *Ulpian.* lib. 25. tit. 6. Erogare alimenta in ventrem. ¶ *Erogare in aliquem* est insumere ipsius causa, vel ei largiri. *Sueton. in Ner.* c. 30. In Tiridatem octingena nummum millia diurna erogavit. *he laid out. Tacit. Ann.* 16. c. 17. Scriptis codicillis, quibus grandem pecuniam in Tigellinum, generumque ejus Cossutianum erogabat. ¶ Aliquando significat exhaurire, consumere. *to exhaust, consume, waste, squander. Caius Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 68. Erogare bona sua in fraudem futuræ actionis. *Plin.* l. 10. ep. 111. Prope totas facultates erogasse. ¶ Sunt qui putant a *rogo* factum esse, et proprie dici de iis, quæ in rogum conjiciuntur, ut una cum cadavere crementur. Hinc a *Tertull.* non semel pro perdere adhibetur, ut *de Spectac.* ubi agit de gladiatoribus funerum, cap. 12. Quos paraverant armis, quibus tunc et qualiter poterant, eruditos, tantum ut occidi discerent, mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant. *h. e.* mactabant, perdebantque. *Id. in Apolog.* c. 44. Illam injuriam civitatis nullus expendit, cum tot justi impendimur, cum tot innocentes erogamur. *Id. de præscriptionib.* c. 2. Febris erogando homini deputata. [¶ Particip. *erogans, erogaturus* apud *Val. Max.* l. 4. c. 8. n. 1. Si ad calculos revocetur, parvum; si animo erogantis, omni pecunia majus. *Plin.* l. 5. ep. 16. Quod in vestes, margaritas, gemmas fuerat erogaturus, hoc in tura, et unguenta, et odores impenderetur.]

EROS, m. ἔρως, amor: vox Græca, qui inscribitur Ecloga quarta *Nemesiani*, ubi de duorum pastorum amoribus agitur.

EROSĬO, onis, f. *a gnawing away, corrosion*, actus erodendi, ἀπόβρωσις. *Plin.* l. 23. c. 3. Veteres lacrimationes sanat, et genarum erosiones. et lib. 27. c. 10. Stomachi erosiones.

ERŌSUS, a, um, *gnawed away, corroded*, rosus, abrosus. *Plin.* l. 12. c. 9. Arbores erosæ sale. *Id.* l. 24. c. 14. Erosi oculorum anguli. *Id. sub fin.* l. 25. Erosi dentes.

EROTĒMA, atis, n. *an interrogation, question*, ἐρώτημα, interrogatio. Vox Græca. V. *Pysma.*

EROTĬCUS, a, um, *amatory*, ἐρωτικός, amatorius: ab ἔρως amor. *Gell.* l. 19. c. 9. Ἐλεγεῖα quædam erotica, dulcia et venusta cecinerunt.

EROTOPÆGNĬON, ii, n. *an amatory poem*, ἐρωτο-

παίγνιον, opus, seu carmen ludicrum de amoribus puerorum: ab ἔρως, amor, et παίγνιον, lusus puerilis. *Gell.* l. 2. c. 24. Hujus legis *Lævius* poeta meminit in Erotopægniis. Adde *Auson. Edyll.* 13. *sub fin.* ubi *Erotopegnion* genit. plur. Græco habetur.

EROTUNDĀTUS, a, um, *rounded*, rotundus factus. Translate *Sidon.* l. 9. ep. 7. Structura verborum lubrica, et lævis, ac modis omnibus erotundata. *h. e.* elaborata, composita, et perfecta.

EROTYLOS, eadem amphicome, et hieromnemon, gemma est, quæ a Democrito laudatur in argumentis divinationum. *Plin.* l. 37. c. 10.

ERRABUNDUS, a, um, *wandering about, wandering much*, πλανώμενος, ἀλήμων, valde errans, vagabundus. *Liv.* l. 1. c. 29. Nunc in limitibus starent, nunc errabundi domos suas, ultimum eas visuri, pervagarentur. *Virg. Ecl.* 6. v. 58. Si qua forte ferant oculis se obvia nostris Errabunda bovis vestigia. *Hirt. de B. Afric.* c. 2. Naves vento dispersæ, atque errabundæ, diversa loca petierunt. *Curt.* l. 8. c. 4. Ordinibus solutis, per totum saltum errabundum agmen ferebatur.

ERRANS, antis, nom. ex particip. *wandering*. *Virg. Ecl.* 4. v. 19. Hederæ errantes. *Lucan.* l. 1. v. 253. Domus errantes. *an uncertain place of abode.* allusum ad Scythas, qui domos suas plaustris circumferunt. *Plin.* l. 2. c. 6. Sidera errantia. *the planets*, quos *Cic.* quoque 2. *de nat. Deor.* c. 20. et lib. 1. *Tuscul.* c. 25. stellas errantes appellat. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 561. Errantesque per altum Cyaneæ. *Cic. de Harusp. resp.* c. 17. Quod sacrificium tam occultum est, quam id, quod non solum curiosos oculos excludit, sed etiam errantes. *h. e.* qui huc illuc casu circumferuntur. *Enn.* apud *Cicer.* 1. *Offic.* c. 16. Homo, qui erranti comiter monstrat viam. *to him who hath lost his way.* ¶ Translate *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 1. Est enim et philosophi, et pontificis de diis immortalibus habere non errantem et vagam, sed stabilem certamque sententiam. *Id.* 2. *de Fin.* c. 22. Ut nostram stabilem conscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur. ¶ *Errantes genæ* apud *Valer. Flacc.* l. 8. v. 163. non ullus tibi tum color, ægraque verba, Errantesque genæ. *h. e.* oculi huc illuc circumlati et incerti, ut in nova magnaque perturbatione fit.

ERRANTĬA, æ, f. erratio. *Accius* apud *Non.* c. 3. n. 36. Neque ego errantia animi prave morigerabor.

ERRATĬCUS, a, um, *unfixed, wandering, straying, erratic*, πλανητικός, πλανητός, errans, errabundus. *Varr.* apud *Gell.* l. 3. c. 10. et *Senec.* l. 7. *quæst. nat.* c. 23. Stellæ erraticæ. *h. e.* planetæ. *Gell.* l. 9. c. 2. Erraticus homo. *h. e.* circumforaneus. *Plin.* l. 26. c. 13. Erraticus sanguis. *h. e.* erysipelas, vel impetigo. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 333. Erratica Delos. *h. e.* olim oras, et litora circum errans, ut Poetæ fabulantur. *Virg.* 3. *Æn.* v. 75. ¶ Dicitur de plantis, quæ sua sponte hic illic nascuntur: item quæ serpunt, et errabundo flexu huc illuc prorepunt. *Plin.* l. 19. c. 8. Intubum erraticum. *Id.* l. 20. c. 9. et *Cato R. R.* c. 157. Silvestris sive erratica brassica. *Plin. ibid.* c. 2. Cucumis anguinus, sive erraticus. *Cic. de Senect.* c. 15. Vitis serpens multiplici lapsu et erratico.

ERRATĬO, onis, f. *a wandering or going out of the way*, πλάνησις, actus errandi, vagatio. *Cic. de Univ.* c. 6. Motum dedit cælo eum, qui figuræ ejus sit aptissimus: sex autem reliquos motus ab eo separavit: itaque eum ab omni erratione liberavit. *Terent. Adelph.* 4. 2. 41. Sane hac multo propius ibis, et minor est erratio. *the way is more direct.* *Plaut. Rud.* 1. 2. 90. Errationis facere compendium. [¶ Translate *Lactant.* l. 5. c. 17. Stultitia igitur est in factis dictisque, per ignorantiam recti bonique erratio.]

ERRATUM, i, n. *a mistake, error; a fault, offence*, σφάλμα, error, peccatum. *Cic. Fam.* 16. ep. 21. Tantum mihi dolorem cruciatumque attulerunt errata meæ ætatis, ut, &c. *Id.* l. 6. *Attic.* ep. 1. *a med.* Illud de Flavio et fastis commune erratum est. *Id. pro Cluent.* c. 48. Nullam ob turpitudinem, nullum ob totius vitæ non dicam vitium, sed erratum. *Id. pro Sull.* c. 23. Petere errato alicujus veniam. *Id. pro Ligar.* c. 1. Errati veniam impetrare. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 3. v. 66. Diceris erratis ingemuisse meis. *Sallust. in Jug.* c. 109. Errata officiis superare.

ERRĀTUS, a, um, *wandered over*, errando emensus, pererratus. *Virg.* 3. *Æn.* v. 690. Talia monstrabat relegens errata retrorsum Litora Achæmenides. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 447. diversis erratus casibus orbis. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 573. immensum est erratas dicere terras: Præteritus Cereri nullus in orbe locus.

ERRĀTUS, us, m. *an erring, error*, erratio, erratum. *Plin.* l. 37. c. 5. Sed et vitia demonstrari oportet in tam proclivi erratu. *h. e.* cum errare tam facile sit. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 566. longisque erratibus actus Contigit Illyricos profuga cum conjuge fines.

ERRO, as, avi, atum, a. 1. *to wander up and down, wander about*, πλανάομαι, ἀλάομαι, incertus viæ, ignarusque huc illuc feror. *Cloatius Verus* apud *Gell.* l. 16. cap. 12. docebat esse ἀπὸ τοῦ ἔῤῥειν, quod est ægre ire, item inauspicato accedere. Confirmat *Varr. sub fin.* l. 5. *de L. L.* ut quidem *Scalig.* legit. *Cic. pro Cluent.* c. 62. Cum vagus et exsul erraret, atque undique exclusus Oppianicus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 336. ignari hominumque locorumque Erramus, vento huc et tempestatibus acti. *Hirt. de B. Afric.* c. 44. Navis una ab residua classe cum erravisset, delataque esset vento ad Thapsum, &c. *had strayed.* *Justin.* l. et cap. 2. Errare per incultas solitudines. *Ovid.* 4. *ex Pont. ep. ult.* v. 14. Ulyxen Errantem sævo per duo lustra mari. *Virg.* 2. *Æn.* v. 739. Errare via. *to lose his way, go out of the way.* *Id.* 3. *Æn.* v. 200. Excutimur cursu, et cæcis erramus in undis. et lib. 1. v. 36. Errabant acti fatis maria omnia circum. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 335. Errare huc illuc. ¶ *Errare* etiam dicuntur, qui libere, ultroque, et nullo sibi proposito itineris fine vagantur, *to wander about, stray, go about leisurely.* *Cic.* 8. *Attic.* ep. 9. Arpini volo esse prid. cal. deinde circum villulas nostras errare. *to go round.* *Virg. Ecl.* 1. v. 9. Ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum Ludere quæ vellem, calamo permisit agresti. *Id. Ecl.* 2. v. 21. Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. et *Ecl.* 6. v. 40. Rara per ignotos errant animalia montes. *Horat.* l. 3. od. 18. v. 13. Inter audaces lupus errat agnos. *Ovid. Metam.* 11. v. 357. Pars gradibus tardis illuc errabat et illuc. *paced about.* *Virg.* 7. *Æn.* v. 557. super ætherias errare licentius auras. ¶ Passive impersonaliter, *Virg.* 3. *Georg.* v. 249. Heu male tum Libyæ solis erratur in agris. ¶ Translate *Id.* 1. *Georg.* v. 452. *de Sole.* Ipsius in vultu varios errare colores. *to flit about.* *Valer. Flacc.* l. 6. v. 674. extremus roseo pudor errat in ore. *Virg.* 3. *Georg.* v. 14. tardis ingens ubi flexibus errat Mincius. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 391. Hic ubi nunc Fora sunt, lintres errare videres. *Id.* 9. *Metam.* v. 201. pulmonibus errat Ignis edax imis, perque omnes pascitur artus. *h. e.* discurrit. *Claudian. initio* lib. 2. *de raptu Proser. de Aurora.* tremulis vibravit in undis Ardor, et errantes ludunt per cærula flammæ. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 106. At non per dubias errant mea carmina laudes. *h. e.* versantur in dubiis laudibus canendis. *Virg.* 5. *Æn.* v. 435. erratque aures et tempora circum Crebra manus. *h. e.* manus crebris ictibus aures et tempora pulsat. *Stat.* 10. *Theb. de iis, qui gravi somno occupantur*, vers. 150. errare oculi, resolutaque colla, Et medio affatu verba imperfecta relinqui. *Liv.* l. 31. c. 12. *de prodigiis.* Fœda omnia et deformia, errantisque in alienos fetus naturæ visa. *h. e.* degenerantis. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 48. Ne vagari et errare cogatur oratio. *to go astray.* *Ovid.* 3. *Fast.* v. 543. Rumoribus errant. *h. e.* varios rumores spargunt, alii alia narrantes. ¶ Sæpe est a vero deflectere, labi, falli, *to err, mistake, go wrong.* *Cic. Phil.* 12. c. 2. Cujusvis hominis est errare: nullius, nisi insipientis, in errore perseverare. et 1. *Tuscul.* c. 17. Errare mehercule malo cum Platone, quam cum istis vera sentire. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 11. *sub fin.* Malo in hanc partem errare, ut quæ non desideras, audias, quam, &c. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 40. Errare eos dicunt, si, &c. *Terent. Heaut.* 1. 1. 53. Erras, si id credis. *Cic. Phil.* 2. c. 9. *extr.* In eo non tu quidem tota re, sed temporibus errasti. *Id.* 2. *de Orat.* c. 19. Quod hæc narrationis magis putant esse propria, quam totius orationis, valde mihi videntur errare. *Terent. Eun.* 2. 2. 14. Tota erras via. *you are grossly mistaken; you are totally and entirely in the wrong.* *Macrob.* 3. *Saturn.* c. *ult.* Toto cælo errasse Virgilium, cum, &c. *altogether, out and out.* *Plaut. Amph.* 3. 3. 20. Qui me Amphitruonem rentur esse, errant probe. *Sallust. in Jug.* c. 89. *sub fin.* Homines superbissumi procul errant. *Terent. Adelph.* 1. 1. 40. Longe errare. *Cic.* 4. *Acad.* c. 32. vehementer. *Lucret.* l. 1. v. 711. magnopere a vero. *Terent. Heaut.* 2. 3. 22. de aliqua re. *Plin.* l. 28. c. 2. Quoties precatio erraverit, sic repente extis adimi capita, vel corda. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 155. Errabant etiamnum tempora. *the seasons went on wrong.* ¶ Cum accus. communi, *Terent. Andr.* 3. 2. 18. Teneo, quid erret. *Id. Phorm.* 5. 3. 21. Hoc tu errasti. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 30. Mone, quæso, si quid erro. ¶ Pro ignorare, aut non intelligere. *Id. Mil.* 3. 1. 197. Erro, quam insistas viam. ¶ Passive impersonaliter, *Cic.* 4. *de Fin.* c. 20. *sub fin.* Si erratur in nomine. ¶ *Errato mihi*, pro, mihi, qui erravi, vel cum erravero, dictum putant a *Cicer. Agrar.* 2. c. 2. *extr.* Cum omnibus est difficilis et magna ratio, tum mihi præter ceteros, cui errato nulla venia; recte facto exigua laus proponitur. Simile esse aiunt illud *Terent. Hecyr.* 5. 1. 10. Jam ætate ea sum, ut non sit peccato mihi ignosci æquum. Al. tamen apud *Cic.* leg. *cum errato*, vel *cujus errato*, &c. V. etiam *Certatus, a, um.* ¶ Errandum est. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 109. Si fuit errandum, causas habet error honestas.

ERRO, onis, m. *a vagabond, wanderer, vagrant*, πλανήτης, vagabundus, errans, aberrans. *Tibull.* l. 2. el. 6. v. 5. Ure, puer, quæso, tua qui ferus otia liquit, Atque iterum erronem sub tua signa voca. *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 17. *a med.* Errones appellantur servi, qui non quidem fugiunt, sed frequenter sine causa vagantur, et temporibus in res nugatorias consumptis, serius ad dominum redeunt. *Colum.* l. 9. c. 10. *de apum rege.* Velut quadam compede retinebimus erronem ducem, detractis alis. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 113. teque ipsum vitas fugitivus, et erro. Adde *edictum Ædil. Cur.* apud *Gell.* l. 4. c. 2. ¶ *Nigid.* apud *Varron.* teste *Gell.* l. 3. c. 10. et lib. 14. c. 1. errones appellat stellas, quas alii erraticas, *the planets.*

ERRONĔUS, a, um, *wandering about, straying*, qui huc illuc errat, et vagatur, πλανήτης. *Colum.* l. 7. c. 12. *de canibus, ante med.* Maxime debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei sed assidui.

ERROR, oris, m. *a wandering, going out of the way*, πλάνη, deflexio a via, huc illuc vagatio, cum viæ ignari extra institutum iter deflectimus. *Justin.* l. 36. c. 3. Quoniam illa dies famem illis, erroremque finierat. *Curt.* l. 5. c. *ult.* Jumenta, nullo regente, decesserant militari via, et errore delata per quatuor stadia, &c. *Hirt. de B. Afric.* c. 11. Subito navium pars, de qua timebat, ex errore eodem conferebatur. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 29. neque tristis hiems, neque nos huc appulit error. *Id. Metam.* 8. v. 166. *de labyrintho.* ita Dædalus implet Innumeras errore vias. *Virg.* 6. *Æn.* v. 532. pelagine venis erroribus actus? et *in fine* lib. 1. Dicere errores suos. *of his wanderings.* et *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 10. v. 109. Longis erroribus actus. *Id. Metam.* 1. v. 582. amnes In mare deducunt fessas erroribus undas. ¶ Aliquando *error* dicitur id, in quo, vel cujus causa errari facile potest. *Virg.* 6. *Æn.* v. 27. Hic labor ille domus, et inextricabilis error. *Id.* 10. *Æn.* v. 391. simillima proles Indiscreta suis, gratusque parentibus error. Adde *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 115. ¶ Sæpissime refertur ad animum, qui decipitur, falsove opinatur, *a mistake, false opinion, error.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 28. Quæ res genuit falsas opiniones, erroresque turbulentos. et lib. 1. c. 1. In summo errore, atque in maximarum rerum ignoratione versari. *Id. pro Sull.* c. 14. In tantis tenebris erroris et inscitiæ. *Plin.* l. 37. c. 7. In magno errore sunt, qui, &c. *Cic.* 2. *de leg.* c. 17. Opinionibus vulgi rapimur in errorem, nec vera cernimus. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 1. Pæne cum lacte nutricis errorem suxisse videmur. et lib. 5. c. 27. Ægyptiorum mentes imbutæ pravitatis erroribus. *Id.* 1. *Offic.* c. 41. Nec quemquam hoc errore duci oportet, ut arbitretur, &c. *Id. Phil.* 12. c. 2. Eodem captos errore, quo nos. *Nep. in Annib.* c. 9. Ducere quempiam in errorem. *Cic. de clar. Orat.* c. 85. Imperitos in errorem inducere. *Id.* 3. *Q. Fr. ep. ult. sub fin.* Labi per errorem. *Quintil.* l. 4. c. 2. *ante med.* Errore labi. *Cic. pro Cæcin.* c. 25. Objicere alicui errorem. *to lead him into error.* (Sic *Senec.* ep. 67. *circa med.* Separa ista: nihil erit, quod tibi faciat errorem.) *Id.* 3. *Offic.* c. 21. Avertere (al. *avellere*) aliquem ab errore. *Id.* 2. *de Divin.* c. 28. Errorem depellere. *Id. sub fin. Phil.* 8. deponere. *Id. Attic.* 10. ep. 4. *a med.* eripere alicui. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 140. demere. *Plin.* l. 21. c. 6. corrigere. *Phædr.* l. 4. fab. 4. v. 33. solvere. *Virg.* 10. *Æn.* v. 110. Errore teneri. *to be in an error, labour under a mistake.* *Terent. Hecyr.* 5. 2. 26. errore exsolvere aliquem. ¶ Ponitur et pro ignorantia, imprudentia, *ignorance.* *Ovid.* 5. *Fast.* v. 361. Lumina restabant, quorum me causa latebat, Cum sic errores abstulit illa meos. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 72. Quidam militum errore veri, seu turbarum studio, certatim aggregabantur. *Nepos in Epamin.* c. 7. Cum dux esset electus belli imperitus, cujus errore eo esset deducta illa militum multitudo, ut omnes de salute pertimescerent. *Liv.* l. 24. c. 17. Id errore viarum, an exiguitate temporis exsequi non potuerit, incertum est. *from being ignorant of the road.* ¶ Item pro dolo, fraude, *deceit, guile, treachery.* *Virg.* 2. *Æn.* v. 48. Aut aliquis latet error: equo ne credite, Teucri. ¶ Item pro delicto, errato, peccato, *a fault, offence.* *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 8. v. 19. Sive velis, qui sint, mores inquiren[...] nostros; Errorem misero detrahe, labe carent. *Cic. i[n]* *fragm.* apud *Lactant.* l. 6. c. 24. Errorem pœnitendo corrigere. *Id.* apud *Augustin. sub fin.* l. 14. *de Trin.* Admiscere atque implicare se hominum vitiis, atque erroribus. *Horat. de art. poet.* v. 308. Quid deceat, quid non; qu[o] virtus, quo ferat error. ¶ Item pro furore, amentia, *fur[y,]* *frenzy, madness.* *Virg.* 3. *Georg.* v. 513. Dii melior[a] piis, erroremque hostibus illum. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 1[3.] Nam quod scribis, te audire, me etiam mentis errore e[t] dolore affici; mihi vero mens integra est. *Horat. de a[rt.]* *poet.* v. 454. Fanaticus error. ¶ Item pro timore, ac pe[r]turbatione animi. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 555. Diffugiunt Tyri[i,] quo quemque agit error, ut olim Amisso dubiæ rege v[a]gantur apes. ¶ Et pro amore. Amor enim errare p[l]rumque compellit, ut ait *Serv.* ad illud *Virg. Ecl.* 8. 41. Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error! ¶ Ite[m] pro peccato contra Grammaticam, Historiam, aut ej[us]modi, *an error in Grammar, History*, &c. *Quintil.* l. 1. 6. (*al.* 10.) Summorum in eloquentia virorum judici[o] pro ratione, et vel error honestus est magnos duces [se]quentibus. *Liv.* l. 4. c. 20. Qui si ea in re sit error, qu[od] veteres annales A. Cornel. Cossum consulem habea[nt,] &c. ¶ Item pro re ambigua, et incerta, de qua quærit[ur.] *Vulcatius Sedigit.* apud *Gell.* l. 15. c. 24. Multos incer[to] certare hanc rem vidimus, Palmam poetæ comico cui [de]ferant. Eum meo judicio errorem dissolvam tibi. ¶ P[o]tice *error oculorum* est eorum versatio, et circumact[io.] *Stat.* 12. *Theb.* v. 776. emicuit per mille foramina s[an]guis Impius. ille oculis extremo errore solutis Labi[tur.] *Valer. Flacc.* l. 6. v. 277. extremus cum lumina corri[pit] error, Voxque repressa gelu, percussaque vertice tellus

ERUBESCENTĬA, æ, f. verecundia, pudor, *a blushing for shame. Tertull. ad Nation.* l. 1. c. 16. Exemplum erubescentiæ scelerum. Adde *de Pœnitent.* cap. 10.

ERUBESCO, is, ubui, n. 3. *to grow red, blush*, ἐρυθραίνομαι, rubens fio, rubore suffundor. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 8. v. 16. Vidi te totis erubuisse genis. *Id.* 4. *Metam.* v. 329. pueri rubor ora notavit Nescia quid sit amor: sed et erubuisse decebat. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 36. Saxaque roratis erubuisse rosis. ¶ Translate est pudere, quia pudorem rubor oris sequitur, *to redden or blush with shame, be ashamed. Cic.* 1. *de Legib.* c. 19. Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia. *Id. Fam.* 5. ep. 12. Epistola enim non erubescit. *Id.* 1. *de Legib.* c. 14. *extr.* O rem dignam, in qua etiam agrestes erubescant! *Valer. Max. sub fin.* c. 2. l. 6. Tam facetam audaciam Dionysius punire erubuit. *Curt.* l. 10. c. 5. *a med.* Quæ Alexandro esse superstes erubuit. *Senec.* l. 2. controv. 11. *ante med.* Necesse est, de aliis querar, de aliis erubescam. *Spartian. in Sever.* c. 15. Cum de sorore multum Imperator erubesceret. ¶ Cum ablat. sine præposit. *Liv.* l. 40. c. 14. Non est res, qua erubescam, si &c. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 584. Dote corporis erubescere. *Id.* 2. *Fast.* v. 168. Erubuit falso virginis illa sono. *Curt.* l. 4. c. 5. Ubi paucitate suorum erubescendum sit. ¶ Cum genit. *Curt.* l. 5. c. 5. Dignum esse omni malo, qui erubesceret fortunæ. Al. rectius leg. *fortuita.* Nam et cum accusativo reperitur. *Propert.* l. 3. eleg. 12. v. 19. Inter quos Helene nudis capere arma papillis Fertur, nec fratres erubuisse deos. *Senec.* ep. 95. *ante med.* Grammaticus non erubescit solœcismum, si sciens facit: erubescit, si nesciens. *Virg.* 2. *Æn.* v. 541. jura fidemque Supplicis erubuit, corpusque exsangue sepulcro Reddidit Hectoreum. *h. e.* reveritus est, religiose servavit. Adde *Quintil.* l. 6. c. 4. *ante med.* ubi tamen incerta est lectio. *Cicero* quoque videtur active usurpasse lib. 1. *de nat Deor.* cap. 40. Se ne intelligere quidem ullum bonum, quod sit sejunctum a voluptatibus: quas quidem non erubescens, persequitur omnes nominatim. *Id. in Vatin.* c. *pœnult.* Cognati (*te*) respuunt, tribules exsecrantur, vicini metuunt, affines erubescunt. ¶ Hinc particip. *erubescendus* significatione passiva. *Horat.* l. 1. od. 27. v. 14. quæ te cumque domat Venus, Non erubescendis adurit ignibus. *a passion that you need be ashamed of.* ¶ Cum dativo habet *Tertull. de testim. anim.* c. 1. *extr.* ¶ Illud *Terentii Adelph.* 4. 5. 9. *Erubuit: salva res est*, in proverbium abiit, atque adhibetur ad significandam probitatem alicujus, tametsi quidpiam peccaverit. Nam qui male factis erubescit, ostendit se pœnitere, et damnare quæ admiserit, dum ea resciri ab aliis pudore suffunditur.

ERŪCA, æ, f. *a worm hurtful to pot-herbs; a caterpillar, palmer-worm, canker-worm*, κάμπη, genus vermis, qui in olerum folia repit, abroditque præsertim brassicas: a rodendo, vel a rugis, quia reptans se corrugat. *Colum.* l. 11. c. 3. *sub fin.* et lib. 10. v. 333. et *Plin.* l. 17. c. 24. ¶ Est etiam herba Venerem excitans: ab urendo quasi urica, vel ab erodendo, quia linguam rodit acrimonia sua. *the herb rocket. Colum.* l. 10. v. 110. et 372. *Plin.* l. 19. c. 8. *a med. Juvenal.* sat. 9. v. 134. *Martial.* l. 3. epigr. 75. et *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 51. ¶ Scribitur et *Æruca.*

ERUCTATĬO, onis, f. *eructation*, actus eructandi. *Apul. de Mundo.* Exhalatio terrenis eructationibus surgit. Adde *Firmic.* l. 4. *Mathes.* cap. 12. Apud *Apul.* est qui legit *reluctationibus.*

ERUCTO, as, a. 1. *to belch, throw up, eruct*, ἐξερεύγω, ructando aliquid ejicio, emitto: a *ructo.* sed aliqui censent, *eructo* simplex esse a Græco ἐρεύγω, et ex eo *ructo* fieri per aphæresin. *Festus* in *Erugere* docet esse verbum frequentativum. *Cic. in Pison.* cap. 6. Unde tu nos turpissime eructando ejecisti. *Virg.* 3. *Æn.* v. 632. *de Polyph.* Saniem eructans ac frusta cruento Per somnum commixta mero. ¶ Per translationem accipitur pro quovis modo ejicere. *Virg.* 6. *Æn.* v. 297. Atque omnem Cocyto eructat arenam. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 345. rigidos eructat Bosphoros amnes. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 4. Si propter odorem, quem eructat, pestilentior est fundus. *Lucret.* l. 3. v. 1026. Tartarus horriferos eructans faucibus æstus. ¶ *Eructare se*, se emittere, erumpere se. *Avien. in descript. Orb.* v. 345. Undique se totis eructent flumina terris. ¶ Absolute *Senec. in Thyest.* v. 909. Resupinus ipse purpura atque auro incubat, Vino gravatum fulciens læva caput: eructat. Adde *Plin. in Paneg.* c. 49. ¶ Translate *Cic.* 2. *Catil.* c. 5. Accubantes in conviviis Eructant sermonibus suis cædem bonorum, atque urbis incendia. *h. e.* inter ructandum meditantur, et jactant. ¶ *Eructuare* legitur a quibusdam apud *Tertull. de resurrect. carn.* c. 32.

ERUCTUS, a, um, *Gell.* l. 11. c. 7. Furfureum panem esitare, vinumque eructum et fœtidum potare. *h. e.* impurum, fæculentum, sordidum, corruptum, quasi ructu et vomendo emissum: ab ἐρεύγω, eructo. Alii lectionem sollicitant.

ERUDERĀTUS, a, um, adject. *freed or cleared from rubbish*, rudere purgatus, ut Eruderatum solum, *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 2. Et translate volumen de supervacuis sententiis eruderatum, *Sidon.* l. 5. ep. 15.

ERUDĔRO, as, a. 1. *to free from rubbish*, ἐξερειπιόω, ruderibus expurgo. *Sidon.* l. 5. ep. 7. Aures susurronum fæce completas opportunitate salsi sermonis eruderat. *h. e.* expurgat, metaphorice. V. *Eruderatus.*

[* ERUDIBĬLIS, e, adject. qui erudiri potest. *Fulgent. de contin. Virgil.* pag. 747. *Staver.* Neque enim eruditur, nisi quod erudibile nascitur.]

ERUDĬO, is, ivi, et ii, itum, a. 4. *to teach, instruct, inform, direct, bring up, educate*, παιδεύω, e rudi doctum facio, artibus expolio, instituo, ad humanitatem informo. *Cic.* 1. *Offic.* c. *pœnult.* Studiosos dicendi erudire atque docere. *Id.* 2. *de Divin.* c. 2. Docere atque erudire juventutem: *Id.* 5. *Verr.* c. 69. Filios instituere atque erudire ad majorum instituta, atque civitatis disciplinam, non ad tua flagitia, neque ad tuas turpitudines debuisti. *Id.* 1. *Fam.* ep. 7. *extr.* Lentulum, eximia spe adolescentem, cum ceteris artibus, tum in primis imitatione tui fac erudias. *Nepos in Iphicr.* c. 2. Erudire exercitum omni disciplina militari. *Id. in Attic.* c. 1. filium omnibus doctrinis. *Id. in Themist.* c. 10. Erudiri litteris et sermone Persarum. *Cic.* 1. *ad Q. Fr.* ep. 1. c. 3. His in rebus jam te usus ipse erudivit. *Id.* 1. *de Orat.* c. 59. *extr.* Oratorem erudire in jure civili. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 14. Laboribus erudiunt juventutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. *they inure to fatigue, the chase*, &c. et l. 1. c. 26. Philosophia nos ad deorum cultum, ad jus hominum, ad modestiam, magnitudinemque animi erudivit. *Ovid. Heroid.* ep. 1. *sub fin.* natus, qui mollibus annis In patrias artes erudiendus erat. *Id.* 3. *Fast.* v. 294. qua possint, erudit, arte capi. *Quintil.* l. 2. c. 17. *ad fin.* Gladiatores erudiri sub eodem magistro. *Sueton. in Cæs.* c. 26. Tirones per lanistas in ludo erudire. *Cic.* l. 2. *Fam.* ep. 12. Obviæ mihi velim sint litteræ tuæ, quæ me erudiant de omni republica. *may inform me, give me an account.* ¶ Cum duobus accusativis. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 49. nec me tantum Tritonia cursus Erudiit; sæpe ipsa manu dignata carinam. *Stat.* 10. *Theb.* v. 506. Et quæ te leges, præceptaque fortia belli Erudiit genitrix. ¶ Cum infinito *Ovid.* 3. *Fast.* v. 819. stantes radio percurrere telas Erudit. *Sil.* l. 11. v. 351. an tristia vincla, Et Decius non erudiunt componere mentem. *Plin.* l. 33. c. 11. *sub fin.* Erudita civitate amare etiam, non solum admirari opulentiam externam. ¶ Gerund. *erudiendi* passiva significatione. *Justin.* l. 17. c. 3. Athenas quoque erudiendi gratia missus, quanto doctior majoribus suis, tanto et gratior populo fuit. ¶ Translate *Ovid.* 1. *Amor.* el. 14. v. 30. Erudit admotas ipse capillus acus. *Id. de remed. amor.* v. 690. Ut flerent, oculos erudiere suos. *Plin.* l. 34. c. 8. Polycletus judicatur toreuticem sic erudisse, ut Phidias aperuisse. *to have brought to perfection.*

ERUDĪTE, adverb. *learnedly, skilfully. Colum.* l. 1. c. 1. Volumina duo composita facetius et eruditius posteritati tradenda curavit. *Cic. de Senect.* c. 1. Qui si eruditius videbitur disputare, &c. *Id. in Orat.* c. 52. Litteræ eruditissime scriptæ. *Quintil.* l. 1. c. 5. *circa med.* (*al.* c. 9.) Illud eruditius quæritur, an in singulis quoque verbis possit fieri solœcismus. *Gell.* l. 18. c. 5. *extr.* Erudite simul, et affabiliter dicere.

ERUDITĬO, onis, f. *a teaching, instructing*, παιδεία, actus erudiendi, institutio. *Quintil.* l. 2. c. 3. *ad fin.* Potiorem in scholis eruditionem esse, quam domi. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 4. *extr.* De ejus eruditione quod labores nihil est, quoniam ingenium ejus nosti, studium ego video. ¶ Item ipsa doctrina, quæ eruditione acquiritur. *learning, erudition, literature, knowledge. Cic. initio* l. 2. *de Orat.* Antonium omnis eruditionis expertem atque ignarum fuisse. *Id.* 1. *Offic.* c. 33. Præclara eruditione atque doctrina ornatus. *Id.* 1. *Acad.* c. 2. Quæ sine eruditione Græca intelligi non possunt. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 2. Summam eruditionem Græci sitam censebant in nervorum vocumque cantibus. *Sueton. in Aug.* c. 89. Eruditione varia repletus. *Id. de Grammat.* c. 6. Composuit variæ eruditionis aliquot volumina. *Id. in Calig.* c. 53. E disciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit. *Plin.* l. 35. c. 11. Athenion austerior in colore, et in austeritate jucundior, ut in ipsa pictura eruditio eluceat. ¶ In plur. numero *Gell. in præfat.* Quas breviter, et indigeste, et incondite eruditionibus, lectionibusque variis feceramus. *eruditionibus*, quæ ab aliis didicimus; *lectionibus*, quæ ipsi legimus. *Vitruv.* l. 1. c. 1. *a med.* Cum hæc disciplina sit abundans eruditionibus variis ac pluribus. ¶ In illo *Seneca* epist. 47. Libenter ex his, qui a te veniunt, cognovi, familiariter te cum servis tuis vivere. hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem decet: *Lips.* sapientiam intelligit, Stoicorum lingua, qui rudes, stultos habebant: quod pluribus illustrat *Id.* l. 2. *manuduct. ad Stoic. philosoph.* dissert. 1.

ERUDĪTOR, oris, m. *an instructor*, παιδευτής, qui erudit, doctor. *Hieronym. in vita Hilarionis*, et *Tertull. de Pall.* c. 4.

ERUDĪTRIX, icis, f. *an instructress*, quæ erudit. *Flor.* l. 2. c. 6. *a med.* Africa Annibalis eruditrix.

ERUDITŬLUS, a, um, diminut. ab eruditus, *Catull. in Mamur. et Cæs.* epigr. 57. Uno in lectulo erudituli ambo.

ERUDĪTUS, a, um, *taught, instructed, learned, skilful*, πεπαιδευμένος, institutus, litteratus, doctus. Quomodo a *docto* differat, V. *Doctus. Cic.* 1. *de Fin.* c. 7. *extr.* Vellem equidem, aut ipse doctrinis fuisset instructior (est enim non satis politus iis artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur) aut ne deterruisset alios a studiis. *Id.* 4. *Attic.* ep. 16. *a med.* Mancipia litteris, aut musicis erudita. *practised. Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 7. *extr.* Homo doctrina, atque optimarum artium studiis eruditus. *schooled. Id.* 3. *de Orat.* c. 34. Homines Socraticis disputationibus eruditi. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 3. Oratorem celeriter complexi sumus: nec eum primo eruditum, aptum tamen ad dicendum: post autem eruditum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 39. Scævola eruditissimus disciplina juris civilis. *Id. de clar. Orat.* c. 82. Calvus orator, litteris eruditior, quam Curio. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 5. Græci diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditi. *Id. pro Balb.* c. 20. Marius stipendiis, et legationibus bellicis eruditus. *Id. pro Planc.* c. 9. Eruditus artificio simulationis. *Id. Fam.* 5. ep. 14. Animus eruditus, qui semper aliquid ex se promit, quod alios delectet. *Quintil.* l. 8. c. 6. *Vario Marte pugnatum est*, eruditus est sermo. *Gell.* l. 2. c. 21. Eruditus Græcas res. *hellenismus.* Sic lib. 19. c. 12. *sub fin.* Fiduciam peccandi imitatione falsa eruditus. ¶ Cum infinito *Tacit. in Agric.* c. 18. Eruditus utilia honestis miscere. ¶ Tributur et rebus inanimis. *Cic. in proœm. Parad.* Alia est erudita, alia popularis oratio. et *Parad.* 5. c. 2. Nos quoque oculos eruditos habemus. *Id. Attic.* l. 12. epist. 18. Quantum his temporibus tam eruditis fieri poterit. *Quintil.* l. 10. c. 1. *ante med.* Illa Sallustiana brevitas, qua nihil apud aures vacuas atque eruditas potest esse perfectius. *Tacit. Ann.* 16. c. 18. Petronius habebatur non ganeo, et profligator, sed erudito luxu. *h. e.* eleganti. *elegant, correct. Colum.* l. 8. c. 16. Docta et erudita palata fastidiunt fluvialem lupum. ¶ *Eruditi* absolute. *the learned. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 49. *Hard.* Cerebrum aliud esse, quam medullam, eruditi docent. *Id.* l. 20. c. 11. Apud eruditos.

ERUDĪTUS, us, m. eruditio. In sexto casu singulari habet *Tertull. advers. Valentinian.* c. 29.

ERUGATĬO, onis, f. cutis extensio, rugis sublatis. *Plin.* l. 28. c. 12. Candorem, cutisque erugationem præstat. *removes the wrinkles from the skin.*

ERŪGO, as, a. 1. *to free from wrinkles, smooth*, ἐκρυτιδόω, est cutem extendere, et rugas tollere. *Plin.* l. 21. c. 19. Lilii radices erugant corpora. *Id.* l. 13. c. 12. *sub fin.* Charta erugatur, atque extenditur malleo.

ERŪGO, is, a. 3. *to belch*, ἐρεύγω. *Festus*: erugere semel factum significat, quod eructare sæpius. Illud enim perfectæ formæ est, hoc frequentativæ.

ERVĬLĬA, æ, f. *a kind of vetches*, ὦχρος, pisum minus, genus leguminis folio longiore, quam ceterorum, grano rotundo. *Colum.* l. 2. c. 14. *Plin.* l. 18. c. 7. et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 32. ubi al. leg. *ervila.* [En tibi etiam poetæ locus. *Seren. Samon.* v. 585. Resinas ex terebintho In speciem erviliæ parvos glomerabis in orbes.]

ERUMPO, is, upi, uptum, n. 3. *to break or burst forth, sally forth impetuously*, ἐξορμάω, celeriter, vi, et cum impetu exeo, prorumpo. *Cic. Catil.* 2. c. 1. Abiit, excessit, evasit, erupit. *Id.* 6. *Verr.* c. 48. Ignes, qui ex Ætnæ vertice erumpunt. *Plin.* l. 6. c. 22. Ex stagno duos amnes erumpere. *Ovid. in Ibin*, v. 155. Stygiis erumpere nitar ab oris. *Lucret.* l. 6. v. 888. Erumpere foras. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 5. Signo dato e castris erumpere. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 44. Ne quo loco erumperent Pompeiani, et nostros post tergum adorirentur. *Sallust. in Jug.* c. 104. erumpere portis. *Plin.* l. 2. c. 52. Fulmina terra erumpunt. *Lucan.* l. 6. v. 555. erumpit sanguis jugulo. *gushes or spouts forth. Sallust. in Catil.* c. c. 44. Simul, cæde et incendio perculsis omnibus, ad Catilinam erumperent. *h. e.* ex Urbe ad Catilinam celeriter se conferrent. *Curt.* l. 6. c. 3. ego vero ad penates meos, ad parentem, sororesque, vel renitentibus vobis, erumperem. *Id.* l. 3. c. 4. *ad fin.* Ne occultus hostis in subeuntes erumperet. *Curt.* l. 9. c. 9. Apes erumpunt ad pugnam. *rush forth. Sallust. in Jug.* c. 107. Solus inter tela hostium vitabundus erumpit. *escapes. Plin.* l. 22. c. 6. erumpere per castra hostium. *to force his way. Id.* l. 9. c. 8. Delphini solent in terram erumpere. ¶ Sumitur et simpliciter pro exire, emergere, nasci. *Plin.* l. 13. c. 6. Lentor resinosus e cortice erumpit. *Id.* l. 15. c. 14. *a med.* Geminum folium e latere erumpit. *grows or sprouts out. Id.* l. 18. c. 7. erumpit a primo satu hordeum die septimo, legumina quarto. *shoots up. Id.* l. 23. c. 6. Flosculi erumpentes. *Senec. de brevit. vitæ*, c. 6. Cum verba eruperunt, affectus ad consuetudinem relabuntur. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 64. Dentes erumpentes. *Id.* l. 20. c. 9. *ad fin.* Theodorus bulbis curat erumpentia in capite. *h. e.* ulcera erumpentia. *breaking out.* ¶ Translate *Cic. pro Sext.* c. 4. Cum illa conjuratio ex latebris atque ex tenebris erupisset. *Id. pro Sull.* c. 24. Furor incredibilis, biennio ante conceptus, erupit in meo consulatu. *broke out, manifested itself. Id. Catil.* 1. c. 3. Si illustrantur, si erumpunt omnia. *Id. pro Dom.* c. 24. erumpere in actum. *to come to effect.* Al. aliter leg. V. *Actus. Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Dolore erumpunt lacrimæ. *Liv.* l. 34. c. 61. Hoc mox in omnium perniciem erupturum est. *Cic. de Harusp. resp.* c. 3. Videbam, erupturum illud malum ad perniciem civitatis. *Sueton. in Ner.* c. 27. Nulla dissimulandi cura, ad ma-

jora vitia palam erupit. *Cic. pro Mur.* c. 23. Ut odia occulta civium in fortunas optimi cujusque erumperent. *Id. Phil.* 10. c. 9. erumpat aliquando vera, et me digna vox. *Id.* 2. *Attic.* ep. 20. *a med.* Hæc quo sint eruptura timeo. *Terent. Phorm.* 2. 2. 11. Vereor, ne istæc fortitudo in nervum erumpat denique. *should end in a prison.* *Quintil.* l. 8. c. 3. erumpere in aliquem voluntatis affectum. *to break out.* et lib. 11. c. 3. Vox elisa in illum sonum erumpit, qui &c. *Justin.* l. 10. c. 2. exacerbatus juvenis in jurgia patris erupit. *broke out; burst out into a violent fit of rage against.* *Solin.* cap. 1. *ad fin.* (*al.* c. 7.) Atys Crœsi filius, mutus ad id locorum, in vocem erupit vi timoris. *Symmach.* l. 4. ep. 1. Prior in verba salutationis erupi. *Minuc. Fel. in Octav. c. ult.* Cæcilius sic erupit. *spoke to this effect.* ¶ Active pro emittere, effundere, *to send forth*, cum accusativo. *Terent. Eun.* 3. 5. 2. Jam ne erumpere hoc licet mihi gaudium? *let loose.* *Cic. Attic.* 16. ep. 3. Ne in me stomachum erumpant, cum tibi sint irati. *should vent their passion.* *Id. in Arat.* v. 111. Æstiferos validis erumpit flatibus ignes. *Liv.* l. 36. c. 7. *circa med.* Ut erumpere diu coercitam iram in hostes communes posset. *Al. leg.* coercita ira. *Petron. in Satyr.* c. 124. Atque has erumpit furibundo pectore voces. *Al. leg.* inque has. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 86. Fontibus ut dulces erumpat terra liquores. ¶ Item pro exire cum accusativo loci. *Virg. Æn.* 1. v. 584. jamdudum erumpere nubem Ardebant. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 466. Admonet hic socios, nebulamque erumpit Jason. *Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. 5. leg. 3. *ante med.* erumpere vincula. *Exeo* quoque, et *evado* hac ratione usurpantur. Eandem exeundi vim, licet non cum accus. habet etiam in illo *Quintil.* l. 4. c. 3. *extr.* Qui ex media probatione erumpit, cito ad id redire debet, unde devertit. *h. e.* qui in media confirmatione digressionem facit. *Erumpere se* est cum impetu exire, ea ratione, qua *emergere se* dicimus. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 14. Portis se foras erumpunt. *they sally or rush forth.* *Virg.* 1. *Georg.* v. 445. media inter nubila se se Diversi erumpent radii. et lib. 4. v. 368. unde altus primum se erumpit Enipeus. *fluvius Thessal.* *Vatin.* apud *Non.* c. 1. n. 222. Ventique frigido se ab axe eruperant. Adde *Acc.* apud *Non.* c. 3. n. 235. et *Lucret.* l. 4. v. 1108. ¶ Hinc passive *Lucret.* l. 6. v. 581. incita cum vis Exagitata foras erumpitur. *Scribon. Larg. compos.* 84. Sanguinem cogunt magis erumpi per vulnus. ¶ Pro rumpere *Cato R. R.* c. 157. Brassica tumida concoquit: eadem erumpit. *causes the tumours to suppurate, and likewise bursts them.*

ERUNCO, as, a. 1. *to clear away the weeds*, ἐκβοτανίζω, herbas noxias, et spinas, frutetaque exstirpo: ab *e*, et *runco*. *Colum.* l. 2. c. 11. Omnes alterius generis herbas eruncato. *Id.* l. 11. c. 3. *post init.* eruncare areas.

ERŬO, is, ui, ŭtum, a. 3. *to pluck, root, or tear up*, ἐξερύω, ἐξορύττω, effodio, extraho: ab *e*, et *ruo*, quasi quæ terra obruta sunt, terram amoliendo educo. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 4. Qui sciet, ubi quidque positum sit, is etiamsi quid obrutum erit, poterit eruere. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 8. v. 53. Aurum terra eruere. *Vatin. ad Cicer. Fam.* 5. ep. 9. *extr.* Profecto tibi illum reperiam, nisi si in Dalmatiam aufugerit: et inde tamen aliquando eruam. *Plin.* l. 28. c. 8. *a med.* eruere alicui oculum. *Id.* l. 21. c. 11. herbam radicitus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 319. Venti eruunt segetem ab radicibus imis. *Plin.* l. 8. c. 30. eruit sepulcra hyæna, inquisitione corporum. *tears up.* *Valer. Flacc.* l. 5. v. 145. cubilia ferri. *to dig up from the mine.* et lib. 6. v. 101. glaciem securi. *Virg.* 2. *Æn.* v. 611. Neptunus tridenti totam a sedibus urbem eruit. *Senec. in Troad.* v. 663. et 685. Eruere busta funditus. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 268. Figitur huic duplici Gryneus in lumina ramo, Eruiturque oculos. *hellenismus.* et vers. 476. jactanti talia Ceneus Extentum cursu missa latus eruit hasta. *h. e.* haurit, perfodit, *pierces, transfixes.* ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 34. Scrutari locos, ex quibus argumenta eruamus. *Id.* 1. *Agrar.* c. 1. Indagare, invenire, e tenebris eruere. *to search or find out.* *Id. pro Mur.* c. 7. ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. *Id.* 2. *de Orat.* c. 41. Cura, et cogitatione eruere aliquid. *Stat.* 3. *Theb.* v. 555. eruimus, quæ prima dies, ubi terminus ævi, Quid bonus ille deum genitor, quid ferrea Clotho Cogitet. *h. e.* inquirimus, scrutamur. *we search or inquire.* Sic *Plin.* l. 2. c. 46. Ista plures sine præmio alio, quam posteros juvandi, eruerunt. *Senec. in Troad.* v. 580. Dolor pectore imo condita arcana eruet. *h. e.* prodet, eliciet, manifesta reddet. *Virg.* 2. *Æn.* v. 4. Trojanas ut opes, et lamentabile regnum Eruerint Danai. *h. e.* diruerint, everterint. *overthrew.* *Tacit.* 4. *Hist.* c. 72. eruere civitatem. *to ruin, destroy.* *Stat.* 5. *Theb.* v. 75. Cura viris tumidos adversa Thracas in ora Eruere, et sævam bellando frangere gentem. [¶ Particip. *eruturus* apud *Justin.* l. 5. c. 8. Negarunt se Spartani ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos.]

ERUPTĬO, onis, f. *a bursting forth*, ἐξόρμησις, ἔξοδος, actus erumpendi, exitus. *Plin.* l. 24. c. 15. Inhibere eruptiones sanguinis. *Id.* l. 8. c. 7. Elephanti universi eruptionem tentavere, circumdati clathris ferreis. *Id.* l. 16. c. 10. Omnia hæc genera accensa carbonem repente exspuunt, cum eruptionis crepitu. *Id.* l. 18. c. 17. Si cariosum fuit semen, cum sereretur, prima statim eruptione agnoscitur. *when it first springs up.* ¶ Sæpe est verbum Medicorum, quo significatur exitus pusularum, ulcerum, pituitæ, et similium, quæ alias exanthemata, tubercula, papulæ, pustulæ appellantur. *Plin.* l. 24. c. 9. Oris ulcera et eruptiones sanare. *eruptions.* *Id.* l. 23. *in proœm.* Œnanthe siccat manantes capitis eruptiones. *Id.* l. 20. c. 7. et 8. eruptiones papularum. et lib. 26. c. 11. *ad fin.* pituitæ. et lib. 28. c. 6. in corpore infantium. ¶ Item militare, *h. e.* egressio subita militum ex oppido aut castris, aggrediendorum hostium causa, *a sally, violent assault.* *Liv.* l. 3. c. 28. Per media castra eruptionem facere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 24. Duabus portis ab utroque latere turrium eruptio fiebat. et lib. 3. c. 5. Si, eruptione facta, extremum auxilium experirentur. et cap. 21. eruptionem tentare. et lib. 7. c. 24. Resistere eruptionibus. Adde *Cicer. Attic.* l. 7. ep. 14. *Liv.* l. 26. c. 4. *Nepot. in Thrasyb. in fin. Sallust. Tacit. Flor. Justin. Vellei.* &c. ¶ Item excursio, *an excursion.* *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 7. Magna coacta manu, eruptionem in provinciam facere contendit. ¶ Translate *Senec.* l. 1. *de clem.* c. 2. eruptio vitiorum.

ERUPTOR, oris, m. qui erumpit, seu eruptionem facit. *Ammian.* l. 24. c. 5. (*al.* 20.) Eruptores perterriti reverterunt.

ERUPTUS, a, um, *burst forth*, qui erupit, emissus. *Lucret.* l. 1. v. 724. *de Ætna.* Faucibus eruptos iterum vis evomat ignes. *Stat. Theb.* 7. v. 683. Eruptusque sinus vicit cruor. *Al. leg.* erumpensque. *Scribon. Larg. compos.* 84. Cum sanguis eruptus est.

ERŬTUS, a, um, *plucked or rooted up*, extractus, effossus, ἐξορυχθείς. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 27. *extr.* Mortuum erutum esse. *Virg.* 5. *Æn.* v. 449. radicibus eruta pinus. *torn up by the roots.* *Horat. Epod.* 5. v. 17. Sepulcris erutæ caprificus. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 352. Sata eruta ore suis. *Stat.* l. 4. *silv.* 7. v. 15. Fossor eruto concolor auro. *Martial.* l. 8. epigr. 28. Erythræis eruta gemma vadis. *Tacit. Ann.* 2. c. 69. Solo erutus. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 54. remis eruta canet aqua. *h. e.* convulsa, et ab imo agitata. *Plin.* l. 28. c. 8. Dentes de sinistra parte eruti. *Id.* l. 25. c. 8. eruti oculi. ¶ Item dirutus, *subverted, overthrown.* *Sil.* l. 3. v. 213. eruta convulsis prosternes oppida muris. ¶ Translate *Ovid.* 1. *Fast.* v. 7. Sacra recognosces annalibus eruta priscis. *Plin.* l. 18. c. 4. Causa rerum et ratio eruta. *Curt.* l. 4. c. 14. Viros fortes nunquam ignorari: at imbelles ex latebris suis erutos, nihil præter nomina afferre. *Stat.* 10. *Theb.* v. 817. sedet eruta multo Ungue genas. *torn, disfigured.* ἑλληνισμός.

ERVUM, i, n. *a kind of pulse like vetches or tares; the bitter vetch*, genus leguminis, siliqua cylindracea, fructu lignoso, quo armenta pinguescunt, ab ὄροβος, quod idem significat. *Colum.* l. 2. c. 11. *ad fin.* Ervum lætatur loco macro, nec humido, quia luxuria plerumque corrumpitur. *Virg. Ecl.* 3. v. 100. Eheu quam pingui macer est mihi taurus in ervo! Al. leg. *arvo*, quod *Pierius* improbat. [†V. *Plin.* l. 18. c. 12. *ad fin.* et c. 17. item l. 22. c. *ult. a med.* *Ovid. de medic. faciei*, v. 55.]

ERYCĪNUS, a, um, ad Erycem montem, et oppidum pertinens. V. *Eryx.* *Erycina* dicta est Venus, quod in eo oppido nobile templum habuit. *Cic.* 4. *Verr.* c. 8. Venus Erycina. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 57. Tu quoque, quæ montes celebras, Erycina, Sicanos. *Horat.* l. 1. od. 2. v. 33. Sive tu mavis, Erycina ridens. *Stat.* l. 1. *silv.* 2. v. 159. Non secus alma Venus, quam si Paphon æquore ab alto, Idaliasque domos, Erycinaque templa subiret. *Propert.* l. 3. el. 11. v. 6. Et venit e rubro concha Erycina mari. *h. e.* concha, ex qua sunt margarita. Fabulantur autem, Venerem e mari natam, concha marina ad Cypri litus delatam esse. ¶ *Erycini, orum*, sunt ejus oppidi cives. *Plin.* l. 3. c. 8. ¶ *Erycina thapsos* apud *Lucan.* lib. 9. vers. 919. est ferulago, cujus copia in Sicilia in Eryce monte. *the lesser fennel.*

ERȲCUS, i, idem ac Eryx mons Siciliæ. *Cic. Verr.* 4. c. 8. Qui Erycum montem obtinebat. *Tacit. Ann.* 4. c. 43. Ædes Veneris, montem apud Erycum vetustate delapsa.

ERYMANTHÆUS, *et* Erymanthius, a, um, Ἐρυμανθαῖος, et Ἐρυμάνθιος, adject. ab Erymantho, ut Erymanthius aper, *Cic. Verr.* 6. c. 43. *extr.* Erymanthæum monstrum, *Val. Flacc.* l. 1. v. 374. Erymanthia mater, *Stat. Theb.* 12. v. 805. *h. e.* Athalanta ex Tegea urbe Arcadiæ, mater Parthenopæi ex Meleagro. ¶ Scribitur et Erymanteus, Ἐρυμάντειος.

ERYMANTHĬAS, adis, f. ab Erymantho, ut Erymanthiades Nymphæ, apud *Stat.* 4. *Theb.* v. 329.

ERYMANTHĪNUS, a, um, Erymanthæus, ut Herculi Erymanthino in nummo Thesauri Regii, apud *Hard. ad Plin.* l. 6. c. 29. pag. 344. et apud *Mediobarb. in Postumo*, pag. 392.

ERYMANTHIS, idis, f. patronym. pro ipsa Arcadia. V. *Erymanthus.* *Ovid.* 2. *Metam.* v. 500. Nexilibus plagis silvas Erymanthidos ambit. Al. rectius leg. *Erymanthidas*, ut sit adject. ut apud eund. l. 1. *Trist.* el. 4. v. 1. Custos Erimanthidos ursæ. *h. e.* Arctophylax.

ERYMANTHĬUS. V. *Erymanthæus.*

ERYMANTHUS, i, m. Ἐρύμανθος, mons Peloponnesi in Arcadia, in cujus silvis Hercules aprum immanem ac furiosum interfecit. *Martial.* l. 11. epigr. 70. et *Serv.* ad illud *Æn.* 6. v. 802. Fixerit æripedem cervam licet, aut Erymanthi Placarit nemora. ¶ Item fluvius ex eo monte in Alpheum defluens. *Plin.* l. 4. c. 6. *Pompon. Mela* l. 2. c. 3. [¶ Est etiam fluvius in Perside, quo transmisso ex Arachosia in Drangianam iter est. *Plin.* l. 6. c. 23. Amnis Erymanthus præfluens Parabesten Arachosiorum. Ejus meminit etiam *Polyb.* l. 11. *extr.*]

ERYNGE, es, f. *et* Eryngion, ii, n. *the herb eringo, sea-holm, or sea-holly*, ἠρύγγη, ἠρύγγιον, herba est ex aculeatarum genere, dura, fruticosa, spinosis foliis, caule geniculato, cubitali et majore aliquanto, radice odorata. *Plin.* l. 22. c. 7. et *Scribon. Larg. compos.* 153. et 165.

ERYSĬMON, i, n. *wild cresses, winter-cresses, hedge-mustard, rock-gentle, or rock-gallant*, ἐρύσιμον, herba est in Asia, Græciaque, inter frumenta connumerata, eademque cum ea, quam Latini irionem vocant, nisi pinguius esset. *Plin.* l. 18. c. 10.

ERYSIPĔLAS, atis, n. *an eruption on the skin, called erysipelas or St. Anthony's fire*, ἐρυσίπελας, ἐρυθροπέλας, morbus, cum super inflammationem rubor ulcus ambit, isque cum dolore procedit, ab ἐρύω, traho, et πέλας, prope, quia attrahit partes vicinas: vel ab ἐρυθρὸς, ruber, et πελὸς, aut πέλιος, niger, lividus, quia rubedini nonnihil alterius admixtum coloris. *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 31. et 33. ubi Græce, et cap. 28. sect. 11. ubi Latine legitur.

ERYTHĂCE, es, f. *a kind of wax or honey; a red juice in the honeycombs of bees*, ἐρυθάκη, alio nomine sandaraca, et cerinthus, quiddam est ex rore verno, et arborum succo conflatum, et ab apibus congestum, earum cibus dum operantur: sæpe invenitur in favorum inanitatibus sepositus, amari saporis, ut *Plin.* l. 11. c. 7. narrat. *Varr.* l. 3. c. 16. *a med.* Erythacen vocant, quo favos extremos inter se conglutinant: itaque in hoc vim esse illiciendi: quocirca examen ubi volunt considere, eum ramum, aliamve quam rem oblinunt hoc admixto apiastro. Hæc *Varro.* ¶ Scribitur et *erithace.*

ERYTHĒA, *et* Erythia, Ἐρύθεια, insula in mari Gaditano, ex qua Geryoni armenta abduxit Hercules. *Propert.* l. 4. el. 9. v. 2. et *Plin.* l. 4. c. 22. *sub fin.* ubi addit, ita dictam esse, quia primi incolæ ab Erythræo mari orti ferebantur. Quidam volunt, fuisse Geryonis filiam, ex qua Mercurius Noracem genuit, quæ insulæ nomen dederit. Adjective *Sil.* l. 16. v. 195. Herculeas Erythia ad litora Gades. Al. leg. *Erythræa*, eod. sensu.

ERYTHĒIS, idis, f. patronym. ab Erythea. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 649. secumque boves Erytheida prædam Abstrahit. et lib. 1. v. 543. Ecce boves illuc Erytheidas applicat heros.

ERYTHĒOS, *et* Erythīus, a, um, Ἐρυθεῖος, ad Erytheam insulam pertinens. *Sil.* l. 16. v. 195. ipsas Gades *Erytheas* cognominat. Sunt enim, qui Erytheam, et Gades unam eandemque insulam faciunt.

ERYTHĪNUS, i, m. *a roach or rochet*, ἐρυθρῖνος, piscis marinus rubro colore: unde et *rubellio* Latine dicitur: ab ἐρυθρὸς, ruber. *Ovid. in Halieut.* v. 104. cæruleaque rubens erythinus in unda. *Plin.* l. 9. c. 16. In quodam genere omnino non sunt mares, sicut in erythinis, et chanis. ¶ Est qui leg. *Erythrinus.*

ERȲTHRÆ, arum, f. Ἐρυθραὶ, urbs Græciæ in Bœotia ad Cithæronem montem. *Plin.* l. 4. c. 7. Dites pecorum appellat *Stat.* l. 7. *Theb.* v. 265. Dictæ sunt ab Erythro filio Leuconis, Athamantis nepote. *Pausan. in Eliacis.* ¶ Item in Locride, in ora sinus Corinthiaci. *Liv.* l. 28. c. 8. ¶ Item Ioniæ ad Aleum fluvium, inter Clazomenas et Teon, urbes. *Plin.* l. 5. c. 29. et lib. 31. cap. 2.

ERYTHRÆUS, a, um, Ἐρυθραῖος, ad Erythras pertinens, ut *Erythræa Sibylla*, quæ ex Erythris Ioniæ fuisse dicitur. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 18. item *Varr.* apud *Serv. ad* 6. *Æn.* v. 36. ubi tamen non Erythras urbem, sed Erythram Asiæ insulam nominat. *Erythræa terra* apud *Liv. cap. ult.* l. 36. et *Erythræa* absolute l. 44. c. 28. *h. e.* Erythrarum Ioniæ. *Erythrææ triremes* ab eisdem Erythris dictæ, *Id.* l. 37. c. 11. et *Erythræi, orum*, ejusdem urbis cives, *Id.* l. 38. c. 39. ¶ Hæc vox Græce rubrum significat. *red*, ab ἐρυθρὸς, rubeus: unde *Erythrææ oves* dictæ sunt a rutilo vellere, teste *Plin.* l. 8. c. 48. Adde *Colum.* l. 7. c. 3. *extr.* Hinc etiam dictum putatur *Erythræum mare*, qui est sinus Arabicus, nunc *the sea of Mecca*, et *the Red sea*, item sinus Persicus, ubi nunc *the gulf*, aut *the sea of Arabia*, ἐρυθρὰ θάλασσα. De eo ita *Plin.* l. 6. c. 23. *extr.* Irrumpit deinde et in hac parte geminum mare in terras, quod Rubrum dixere nostri, Græci Erythræum, a rege Erythra (*filio Persei et Andromedæ. Sunt qui putant esse Esau, qui rufo pilo fuit.*) aut, ut alii, solis repercussu talem reddi colorem existimantes: alii ab arena, terraque: alii tali aquæ ipsius natura. Sed in duos dividitur sinus. Is qui ab oriente est, Persicus appellatur, &c. Rursus altero ambitur sinu, Arabico nominato, &c. *Curt.* l. 8. c. 9. Mare, quo alluitur India, ne colore quidem abhorret a ceteris. Ab Erythra rege inditum est nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt. Adde *Pompon. Mela* l. 3. c. 8. a quo diligenter describitur. *Mar-*

tial. l. 10. epigr. 16. Quidquid Erithræa niger invenit Indus in alga. *h. e.* margarita, quorum ferax illud mare esse dicitur. Porro Indos nominat, quia Indus in sinum Persicum influit. Sic *Id.* l. 5. epigr. 38. et *Stat.* l. 4. silv. 6. v. 18. Erythræi lapilli. *Martial.* l. 13. epigr. 101. Erythræus dens. *h. e.* ebur, dens elephanti, quo Indi abundant. *Stat.* l. 7. *Theb.* v. 566. Erythræis victor ab oris Liber. *h. e.* ab India. *Martial.* l. 8. epigr. 26. Erythræi triumphi. *h. e.* quos egit Liber de victis Indis. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 563. Erythræi smaragdi. *h. e.* qui circa sinum Arabicum reperiuntur. ¶ Erythræus color in mare ovium dicitur a *Colum.* qui ad rubrum accedit, l. 7. c. 2. *extr.*

ERYTHRAĬCON, *a species of the herb rag-wort*, ἐρυθραϊκὸν, genus satyrii cortice rubeo, ab ἐρυθρὸς, ruber. *Plin.* l. 26. c. 10.

ERYTHRĀNON, ἐρύθρανον, genus hederæ, acinis rubentibus: ab ἐρυθρὸς, ruber. *Plin.* l. 16. c. 34.

ERYTHRĪUS, a, um. *Erythrius pulvis* apud *Catull. in carm. nupt.* 60. v. 206. sunt arenæ Cyrenaicæ: ab *Erythro* ejus regionis parto. Al. aliter leg.

ERYTHROCŎMI FRONDES, ἐρυθρόκομοι, h. e. rubræ, in quodam malorum granatorum genere: sicut *leucocomi*, albæ, in alio ejusdem pomi genere: ab ἐρυθρὸς, ruber, et λευκὸς, albus. *Plin.* lib. 13. cap. 19.

ERYTHRODĂNOS, i, *the herb madder*, ἐρυθρόδανος, Latine rubia, herba est apta tingendis lanis, et coriis perficiendis. *Plin.* l. 24. c. 11.

ERȲTHROS, ἐρυθρὸς, ruber, genus veneni, de quo *Plin.* l. 21. c. 31. ¶ *Erythros rhus*, semen est fruticis, qui rhus vocatur: a colore sic dictum. *Plin.* l. 24. c. 11. *the seed of the sumach-tree.*

ERYX, ycis, m. Ἔρυξ, nomen est magni excelsique montis, et oppidi in eo positi in Sicilia, in ora occidentali prope Drepanum. Ibi fuit nobile templum Veneris, quæ inde *Erycina* dicta est. Nomen habuit ab Eryce Butæ sive Neptuni et Veneris filio, Siciliæ rege, qui advenas cæstibus provocabat, victosque perimebat: quo in certamine ab Hercule occisus fuit, atque in eo monte sepultus. *Serv. ad* l. *Æn.* v. 574. ubi *Erycis fines* vocat *Virg.* ipsam Siciliam, et *Æn.* 5. v. 412. Erycem germanum Æneæ dicit, quia uterque Veneris filii.

ES

ESAIĀNUS, a, um, ad Esaiam Prophetam pertinens. *Sulpic. Sever.* epist. 2. *ad Aurel.* Esaianum supplicium.

ESCA, æ, f. *meat, food, victuals*, ἔδεσμα, cibus: ab *esum* sup. verbi *edo*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 23. Dii nec escis, aut potionibus vescuntur. et cap. 64. Sus vero quid habet præter escam? *Ovid.* 2. *Amor.* el. 19. v. 26. dulcis esca. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 28. Contemptissimæ escæ et potiones. *Plaut. Pers.* 3. 1. 9. Libenter escis alienis studes. *you fancy other people's meat. Horat.* l. 2. sat. 2. v. 73. Esca simplex. et sat. 8. v. 5. Quæ prima iratum ventrem placaverit esca. *Martial.* l. 13. epigr. 87. Sanguine de nostro tinctas, ingrate, lacernas Induis: et, non est hoc satis, esca sumus. *we serve for food.* Murices loquuntur. *Colum.* l. 3. c. 2. Vitis vel ad escam, vel ad effusionem deponitur. *for eating. Varr.* l. 4. *L. L.* c. 13. Mergus, quod mergendo in aquam captet escam. ¶ *Escæ maximæ esse*, apud *Plaut. Men.* 1. 1. 24. est multi cibi esse, large cœnam parare. *to give a good supper, keep a good table.* ¶ Sæpe dicitur de cibo, quod projicitur avibus, feris, et piscibus, decipiendi gratia. *a bait to catch birds, fishes,* &c. δέλεαρ. *Petron. in Satyr.* c. 3. Sic eloquentiæ magister, nisi tanquam piscator, eam imposuerit hamis escam, quam scierit appetituros esse pisciculos, sine spe prædæ moratur in scopulo. *Martial.* l. 4. epigr. 56. Callida sic stultas decipit esca feras. *Plaut. Asin.* 1. 3. 67. Ædis nobis est area, auceps sum ego, esca est meretrix, amatores aves. *Cic. de Senect.* c. 13. Divine Plato escam malorum, voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo pisces. ¶ Translate *Liv.* l. 25. c. 39. Pars semisopitos hostes cædunt: pars ignis escas, stramenta arida tectis injiciunt. *Al. aliter leg.* ¶ *Escas* in genit. ut *familias, monetas, vias*, &c. *Liv. in Odyss.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 679. *Putsch.* Atque escas habemus mentionem.

ESCĀLIS, le, *pertaining to food or meat*, ad escam pertinens. *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 10. leg. 8. et argentum escale, et potorium legato contineri. V. *Captor.*

ESCARĪUS, a, um, *relating to food*, idem quod escalis. *Plin.* l. 36. c. 26. *a med.* escaria vasa. quæ *escaria* absolute *Juvenal.* sat. 12. v. 46. appellat. *plates, vessels to hold meat. Varr.* l. 4. *L. L.* c. 25. escaria mensa. *Paul.* ex *Festo*: escariæ mensæ quadratæ vocantur, in quibus homines epulantur. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 20. *post med.* Si cui escarium argentum legatum sit, solum debebitur quod ad epulandum in ministerio habuit, idest ad cibum et potum. *Paul. ibid.* leg. 33. Argento potorio vel escario legato. *Id.* lib. 33. tit. 10. leg. 3. Vitrea escaria et potoria. ¶ Item *good to eat, fit for eating. Plin.* l. 14. c. 3. *ad fin.* escariæ uvæ. *Plaut. Men.* 1. 1. 18. Istæc nimis lenta vincla sunt escaria: Quam magis extendas, tanto adstringunt arctius. *h. e.* alienus cibus, quo parasiti capiuntur.

ESCATĪLIS, le, *fit to eat*, escarius. *Tertull. de pœnit.* c. 5. Post mannæ escatilem pluviam. Adde lib. 1. *advers. Marcion.* c. 1.

ESCENDO, is, n. 3. pro ascendo, *to mount, ascend*, usurpasse optimæ notæ Auctores, sed in plerisque editionibus esse immutatum in *ascendere*, *Gruterus, Gronov. ad Liv.* l. 2. c. 28. et alii docti viri testantur. Itaque sic legendum censet ex MSS. apud *Nepot. in Themist.* cap. 8. Hic in navim omnibus ignotus escendit. et apud *Cic.* 3. *Offic.* c. 20. Ut omnes simul in rostra post meridiem escenderent. et *Plaut. Mil.* 4. 4. 14. Cum ex alto puteo ad summum escenderis. *Pareus* alia multa hujusmodi ex *Varr. Ovid. Cæs. Sallust. Gell.* congerit in *Lex. Crit.* ¶ Item pro descendere. *to descend. Liv.* l. 8. c. 10. *ad fin.* Ubi illud signum defossum erit, eo magistratum Romanum escendere, fas non esse. *Al. leg.* descendere. ¶ Et pro navi egredi. *Liv.* l. 29. c. 11. Legati Asiam petentes, Delphos cum escendissent. *having disembarked.*

ESCENSUS, us, m. ascensus. In sexto casu sing. *Tacit. Ann.* 13. c. 39. Capta escensu munimenta.

ESCHĂRA, æ, f. *a hard crust or scar made by hot applications; an eschar*, ἐσχάρα, crusta, quæ ferro ardenti, aut medicamento caustico cuti inducitur: item quæ sponte sua ulceribus adnascitur. Græca vox, quam Latine usurpat *Cœl. Aurel. Tard.* l. 5. c. 1. *ad fin.*

ESCHAROTICUS, a, um, *escharotic, caustic*, ἐσχαρωτικὸς, escharam inducens. *Cœl. Aurel. Tard.* l. 1. c. 1. *extr.*

ESCĪFER, a, um, *producing food*, escam et cibum ferens. *Paulin. Nolan.* carm. 15. (*al.* 19.) v. 223. Quamquam et ut Eliam, sic istum pascere posset, Esciferas volucres jejuna per avia mittens.

ESCIT, pro *erit*, dictum est, *Festo* teste. *Lucret.* l. 1. v. 612. Ergo rerum inter summam, minimamque quid escit? *Lex XII. Tab.* apud *Gell.* l. 20. c. 1. Si morbus, ævitasve vitium escit. ¶ Hinc sunt *obescit* oberit, *superescit* supererit, apud *eund. Fest.*

ESCO, as, a. 1. escam peto, aut vescor. *Solin.* c. 40. *extr.* (*al.* c. 53.) Ciconiæ serpentes escandi gratia insectantur.

ESCŬLA, æ, f. diminut. ab esca. *Plaut. Men.* 3. 1. 10. In dies qui singulas esculas edunt. Plerique omnes leg. *escas.*

ESCULENTUS, a, um, *eatable, that may be eaten, fit for eating, good to eat, good for food, esculent*, τρώξιμος, esui aptus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 56. In ea parte oris, qua esculentis et poculentis iter natura patefecit. *Id.* 2. *Phil.* c. 25. *extr.* Is vomens, frustis esculentis vinum redolentibus gremium suum, et totum tribunal implevit. *Colum.* l. 11. c. 3. *a med.* esculenta merx. *Plin.* l. 8. c. 55. Innoxia et esculenta animalia. *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch.* sect. 11. Non posse a vino, et esculentioribus cibis abstinere. *h. e.* delicatioribus, et magis alibilibus. *Plin.* l. 8. c. 25. Crocodilus ore semper esculento. *h. e.* cibi pleno.

ESCŬLUS cum derivatis. V. *Æsculus.*

ESERNĪA, &c. V. *Æsernia.*

ESIT, quod est in XII. *Tab.* V. in *Sum.*

ESITĀTUS, a, um, *frequently eaten*, frequenter comesus. *Gell.* l. 4. c. 11. De κυάμῳ non esitato.

ESĪTO, as, avi, atum, a. 1 *to eat frequently, eat often, be used to eat*, κατατρώγω, frequentativum ab *esus* particip. verbi *edo*, ut *Gell.* l. 9. c. 6. docet: et fere consuetudinem edendi significat. *Plaut. Capt.* 1. 2. 85. Asper meus victus sane est. *Par.* sentes ne esitas? *Id. Pseud.* 3. 2. 40. Vel ducenos annos poterunt vivere, meas qui esitabunt escas. *Plin.* l. 20. c. 9. ex *Cat. R. R.* c. 157. Urina ejus, qui brassicam esitaverit. *Gell.* l. 4. c. 11. Pythagoram non esitavisse ex animalibus.

[* ESOR, oris, m. *an eater*, qui edit. *Fronto de fer. Alsiens.* ep. 3. Scimus (Hadrianum) prandiorum opimorum esorem optimum fuisse.]

ESOX, ocis, m. *a large fish found in the Rhine, and by some supposed to be a salmon; a lax*, ἴσοξ, genus piscis, qui in Rheno insigni magnitudine crescit, alii Lucium, alii Salmonem esse putant. *Plin.* l. 9. c. 15. *Sulpic. Sever.* dial. 3. c. 10. ¶ *Isocem* vocat *Isidorus* l. 20. c. 2. *Orig.*

ESPECTO. V. in *Exspecto.*

ESPICĪO pro aspicio quidam leg. apud *Plaut. Trucul.* a. 5. v. 8. Si mihi rides, espice.

ESQUILĪÆ. V. *Exquiliæ.*

ESSEDARĪUS, ii, m. *the driver of an* essedum, *or he that fought from it*, qui essedum regit, et miles, qui ex essedo pugnat: quam pugnandi rationem *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 33. describit. *Cic. Fam.* 7. ep. 6. In Britannia ne ab essedariis decipiaris, caveto. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 19. essedarios ex silvis emittebat, et magno cum periculo nostrorum equitum, cum iis confligebat. [*Petron.* c. 45. Mulier essedaria.] ¶ Gladiatores quoque fuere, *essedarii* dicti, nempe e curru pugnantes. *Sueton. in Claud.* c. 21. et *in Calig.* c. 35. *gladiators that fought from chariots.* [† V. *Lips. Saturn.* 2. 12.] ¶ Item qui esseda facit. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 959. n. 8. C. Julius Jucundus essedarius.

ESSEDONĪUS, a, um, ad Essedones pertinens. Sunt autem Essedones, Ἰσσηδόνες, populi Scythiæ circa paludem Mæotin, Colchis contermini. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 750. ubi ferus Iber, Essedoniæque phalanges. Adde *Plin.* l. 6. c. 7. et 17.

ESSĔDUM, i, n. et Esseda, æ, f. *a kind of swift carriage used by the Belgæ and ancient Britons; a war-chariot*, vehiculum, birotum Gallorum et Britannorum, apud Belgas primo repertum, vehendis quidem hominibus, oneribusve aptum, sed a Gallis præcipue Britannisque usurpatum in bello, cum ex eo pugnare soliti essent: cujus pugnæ rationem *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 3. et lib. 5. c. 16. tradit. Paulatim transiit ad usum Romanorum, tum ad itinera, tum oneribus vehendis. *Virg.* 3. *Georg.* v. 204. Belgica vel molli melius feret esseda collo. *feret*, inquit, non *trahet*, quia cum sint binis tantum rotis instructa, partim quidem trahuntur ab equis, partim tamen etiam feruntur. [† Apud Belgas (ait *De la Cerda*) nunc quoque *hissen* est incitare ad cursum: et his *essedum* est *hessichdum*, quo sermone etiamnum aurigæ Belgici utuntur.] *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *ad fin.* Venit mihi obviam cum duobus essedis, et rheda equis juncta, et lectica, et familia magna. *Id. Phil.* c. 24. Vehebatur in essedo Tribunus plebis. (hoc dicit ad reprehensionem, quod civis R. peregrino luxu, et externis vitæ instrumentis uteretur.) *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 10. v. 33. Seu rate cæruleas picta sulcavimus undas, Esseda nos agili sive tulere rota. *Propert.* l. 2. el. 23. v. 43. Curve te in Herculeum deportant esseda Tibur? [† *Id.* 2. 1. 76. Esseda cælatis siste Britanna jugis. *Claudian. Epigr.* (*de mulabus Gallicis*) Esseda concordes multisonora trahunt] *Martial.* l. 10. epigr. 104. Altam Bilbilin, et tuum Salonem Quinto forsitan essedo videbis. *h. e.* quinto itineris die. *Sueton. in Calig.* c. 51. Essedo iter facere. *Id. ibid.* c. 26. Quosdam summis honoribus functos ad essedum sibi occurrere togatos, per aliquot passuum millia, passus est. et *in Galb.* c. 6. *extr.* Ad essedum Imperatoris per viginti passuum millia cucurrit. *Senec.* ep. 56. In iis, quæ me sine avocatione circumstrepunt, essedas transcurrentes pono. [† V. *Gorop. Becan. Gallic.* l. 1. *Scheffer. de re Vehic.* 2. 23. *Lips.* tom. 2. p. 232.] ¶ De oneribus vehendis *Sidon.* l. 4. ep. 18. Nulla sarraca, nulla esseda subvehendis oneribus attrahebantur.

ESSENTĪA, æ, f. *the being or essence of any thing*, οὐσία, φύσις, natura, ratio. *Quintil.* l. 8. c. 3. *ante med.* Multa ex Græco formata nova ac plurima a Sergio Flavio, quorum dura quædam admodum videntur, ut ens et essentia: quæ cur tantopere aspernemur, nihil video: nisi quod iniqui judices inter nos sumus, ideoque paupertate sermonis laboramus. *Id.* l. 3. c. 6. *ante med.* Οὐσία, quam Flavius *essentiam* vocat: neque sane aliud est ejus nomen Latinum. et lib. 2. c. 14. Hæc interpretatio non minus dura est, quam illa Flavii essentia, atque entia. *Macrob.* l. 1. *in somn. Scip.* c. 12. Et hæc est essentia, quam individuam, eandemque dividuam Plato in Timæo expressit. et lib. 2. c. 14. *a med.* Si animæ essentia motus esset, &c. *Apul.* l. 1. *de dogmat. Plat.* Τὰς οὐσίας, quas essentias dicimus, duas esse ait. ¶ *Cicero* pro *essentia* fere *naturam* dixit: aliquando tamen et illa voce usus est, teste *Seneca*, qui ep. 58. cupio, inquit, si fieri potest propitiis auribus tuis, *essentiam* dicere: sin minus, dicam et iratis. Ciceronem auctorem hujus verbi habeo, puto locupletem: si recentiorem quæris, Fabianum, disertum et elegantem, orationis ad nostrum fastidium nitidæ. Quid enim fiet, mi Lucili? quomodo dicetur οὐσία, res necessaria, naturam continens, fundamentum omnium? Rogo itaque, permittas mihi hoc verbo uti. Hæc *Seneca*, qui quem laudat Fabianum, idem est cum Flavio *Quintiliani*, nempe *Ser. Flavius Papirius Fabianus*. Etiam *Sidon. in epist. præfixa Carmini* 14. *ad fin.* Lecturus es hic etiam novum verbum, idest essentiam: sed scias hoc ipsum dixisse Ciceronem. nam essentiam, nec non indoloriam nominavit addens: *licet enim novis rebus nova nomina imponere.* et recte dixit. Nam sicut ab eo, quod est, v. gr. sapere et intelligere, sapientiam et intelligentiam nominamus; regulariter et ab eo, quod est, essentiam non tacemus. et *in ipso Carm.* v. 102. Invenit hic (*Plato*) princeps, quid prima essentia distet A summo sextoque bono.

ESSENTIALĬTER, *essentially*, οὐσιωδῶς, secundum essentiam. *Augustin.* l. 7. *de Trin.* c. 2. Sapientia essentialiter intelligitur.

ESTRIX, icis, f. *a woman that is a great eater*, quæ edit plurimum. *Plaut. Cas.* 4. 1. 17. Illæ autem senem cupiunt extrudere incœnem ex ædibus, ut ipsæ solæ ventres distendant suas. Novi ego illas ambas estrices.

ESTUR. V. in *Edo.*

ESURIĀLIS, le, ad esuriendum pertinens. Jlocaliter Parasitus apud *Plaut. Capt.* 3. 1. 8. *esuriales ferias* vocat dies, quibus ad cœnam vocatur a nemine, et esurire cogitur: *fast-days:* quemadmodum dicuntur *feriæ Novemdiales, denicales*, &c.

ESURIENTER, adverb. *hungrily. Apul.* l. 10. *Metam.* Esurienter escas appetere.

ESURĬES, ei, f. *a desire to eat; appetite, hunger,* actus esuriendi, esuritio, esurigo, πεῖνα. *Plin.* lib. 12. c. 7. Cui in appetenda aviditate, esurie non fuit satis. *Al. rectius leg.* esurire. *Hieronym.* ep. 4. *ad Rustic. ante med.* Quos nec esuries aliquando nec saturitas superavit. ¶ Item universim inopia, paupertas, ex quibus esuries est. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 1. *sub fin.* Ut ego misererer ejus esuriei. ¶ Translate *Sidon.* l. et ep. 6. Avidam nostræ ignorantiæ pascat esuriem.

ESURĪGO, inis, f. idem ac esuries. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 291. Quod esurigo findebat costas.

ESURĬO, is, ivi, itum, n. 4. *to desire to eat, be hungry,* πεινάω, cupio edere, cibum appeto, fame premor. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. *ep. ultim. extr.* Nostri valde depugnare, et facile algere, et esurire consuerunt. *Plaut. Stich.* 1. 3. 65. Ridiculus æque nullus est, quam dum esurit. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 92. positum ante mea quia pullum in parte catini Sustulit esuriens, minus hoc jucundus amicus Sit mihi? *Cic. Verr.* 7. c. 34. Ecce autem, ebrio Cleomene, esurientibus ceteris, nuntiatur, &c. *Juvenal.* sat. 3. v. 78. Græculus esuriens, in cælum jusseris, ibit. *Terent. Heaut.* 5. 2. 28. Spes est, nos esurituros satis. ¶ Passive *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 10. v. 9. Quod mare, quod tellus, appone, quod educat aer; Nil ibi, quod nobis esuriatur, erit. *h. e.* quod a me appetatur. ¶ Translate est avide appetere, concupiscere. *to desire earnestly, thirst after. Curt.* l. 7. c. 8. Quid tibi divitiis opus est, quæ te esurire cogunt. *Plin.* l. 33. c. 10. Nisi totum Parthorum esurisset aurum. *Id.* l. 17. c. 2. Arbores fetu exinanitas naturale est avide esurire. *Id.* l. 9. c. 39. *de conchylio.* Sic gignitur laudatus ille pallor, saturitate fraudata; tantoque dilutior, quanto magis vellera esuriunt. ¶ Futurum in *ibo* in hac conjugatione frequens est apud Veteres. *Pompon.* apud *Non.* c. 7. n. 90. Non esuribis diutius. *Novius ibid.* Mihi algebo, et mihi esuribo. Significat interdum esitare, sæpe comedere. *Plin.* l. 11. c. 54. Esuriendi semper inexplebilis aviditas animalium unicuique.

ESURĬO, onis, m. *a hungry person, one who desires to eat,* πειναλέος, qui esurit. Jlocaliter *Plaut. Pers.* 1. 3. 23. Nam esurio venio, non advenio saturio.

ESURITĬO, onis, f. idem ac esuries. *Gell.* l. 16. c. 3. Esuritionem faciunt inanes, patentesque intestinorum fibræ. *Catull.* carm. 23. *ad Furium,* v. 14. Sole, et frigore, et esuritione. et carm. 21. *ad Aurel.* Aureli, pater esuritionum. *h. e.* vehementer esuriens. *Gell. loc. cit.* Esuritionem depellere. *Martial.* l. 1. epigr. 100. abisti In tantam miser esuritionem, ut, &c. *h. e.* in tantam avaritiam.

ESURĪTOR, m. *one who is often hungry,* qui esurit. *Martial.* l. 3. epigr. 14. Romam petebat esuritor Tucius.

ESŪRUS. V. in *Edo.*

ESUS, us, m. *an eating,* actus edendi, cibus. *Esui esse* (neque enim extra hunc casum usum alium hujus vocis invenimus) est aptum edendo esse. *Gell.* l. 4. c. 1. *sub fin.* Non quæ esui tantum et potui forent, sed tus quoque, et cereos in penu esse. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 6. Oleas esui optime condi, scribit Cato. ¶ Apud Gallos *Esus* deus fuit, quem illi placabant humano sanguine. *Lactant.* l. 1. c. 21. et *Lucan.* l. 1. v. 445. Scribitur et *Hesus.*

ESUS, a, um, particip. ab *Edo, is.* Deponentis forma *Solin.* cap. 17. (*al.* 27.) *ad fin.* Aconito carnes illinunt: quas ubi esæ sunt (*pantheræ*) fauces earum angina obsidentur.

E T

ET, *and,* καὶ, atque, ac, conjunctio copulativa: a Græco τε, quod idem sonat, et Latino *que* respondet. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 3. Quis ignorat, quam recondita in arte, et multiplici, subtilique versentur? *Id.* 2. *Catil.* c. 5. Frigore, et fame, et siti, ac vigiliis perferendis. *Id. pro Domo,* c. 28. Populi R. populorumque, et gentium omnium. *Id. ad Planc. post* ep. 16. l. 16. *ad Attic.* Rogo te, et etiam oro, ut, &c. *Propert.* l. 2. eleg. 7. v. 69. Sed vobis facile est verba, et componere fraudes. ¶ Postponitur nonnunquam ut *que. Virg. Ecl.* 2. v. 10. Thestylis et rapido, &c. et 4. *Æn.* v. 418. Puppibus et læti nautæ, &c. *Sueton. de Gramm.* c. 21. Quare cito manumissus, Augusto et insinuatus est. ¶ Sententiæ inchoandæ aliquando inservit. *Terent. Phorm.* 1. 3. 19. Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum sentias. Ubi *Donat. Et* modo non connexiva, sed inceptiva conjunctio est. *Al. leg.* Quod si. *Quintil.* l. 1. c. 9. (*al.* 15.) Et finitæ quidem sunt partes duæ, quas hæc professio pollicetur. *Cels. in præfat. a med.* Et quidam methodici sæculi nostri contendunt, &c. ¶ Interdum sine necessitate, elegantiæ causa repetitur. *Cic.* 1. *Offic.* c. 30. *ad fin.* Quod in Catulo et in patre, et in filio, idemque in Q. Mucio Mancia vidimus. *both father and son. Plaut. Amph.* 2. 2. 91. Enimvero prægnanti oportet et malum, et malum dari. ubi luditur in ambiguo pomi, et mali. ¶ Interdum sequitur negativa particula; interdum præcedit. *Cic. pro Flacc.* cap. 20. Qui et rem agnoscit, neque hominem ignorat. *Id. Tuscul.* 1. cap. 24. Neque nata est, et æterna est. *Id. Fam.* 10. ep. 1. *ad fin.* Nec miror, et gaudeo ¶ *Et quidem* vim habet augendi. *Cic.* 2. *Phil.* c. 17. Duo millia jugerum rhetori assignasti, et quidem immunia. *and that too,* [† καὶ ταῦτα.] ¶ Etiam omisso *quidem* eandem habet sententiam. *Cic. Catil.* 2. c. 8. Sed cur tamdiu de uno hoste loquimur: et de eo hoste, qui jam fatetur, se esse hostem? ¶ *Et quidem* ad declarandum. *Id. Attic.* l. 14. ep. 11. *ad fin.* Modo venit Octavius, et quidem in villam Pompeii. ¶ Item ad comparandum. *Id. Phil.* 11. c. 4. Cruciatus est a Dolabella Trebonius: et quidem a Carthaginiensibus Regulus. *and so also, and in like manner, and likewise.* ¶ *Et, et quidem* habet etiam vim adversandi, pro *at, atqui, tamen. Cic.* 3. *de Legib.* c. 10. At aliquando incenditur: et quidem sæpe sedatur. *Id. de Senect.* c. 9. Omnino canorum illud in voce splendescit etiam, nescio quo pacto, in senectute: quod equidem adhuc non amisi: et videtis annos meos. *and besides. Horat.* l. 2. sat. 1. v. 23. Cum sibi quisque timet, quamquam est intactus, et odit. *Quintil.* l. 6. c. 3. *circa med.* Quamvis reus sum, et panem candidum edo. ¶ *Et quidem, et vero* sunt affirmantis. *Cic. de Amic.* c. 21. *a med.* Rarum genus: et quidem omnia præclara rara. *Id. ad Planc.* 2. *post* ep. 16. l. 16. *ad Attic.* Sæpe præsens et illi ostendisti, et vero etiam mihi. ¶ Et omisso *quidem,* aut *vero. Quintil.* l. 11. c. 2. Partem ab iis petere jubebatur: et persolverunt. *in fact they payed it.* ¶ Sæpe ponitur pro etiam. *also. Cic.* 3. *Offic.* c. 6. Verum autem primum: verum igitur et extremum. *Id. Attic.* l. 26. *ep. ult.* Pueri in Formiano videntur hiematuri: num et ego, nescio. Adde *Virg.* 2. *Æn.* v. 436. ¶ *Et quoque* interjecto verbo, pleonasmus est. *Nepos in Agesil.* c. 6. Agesilaus laudavit consilium adolescentulorum, et se id quoque fieri debere animadvertisse. *Liv.* l. 41. c. 24. *ad fin.* Ne interdictione finium nostrorum et nos quoque regno arceamus. *us too. Cels. in præfat. ad fin.* Et causæ quoque æstimatio sæpe morbum solvit. *Colum. in extr. præfat.* l. 12. Quoniam et villici quoque successerunt in locum dominorum. ¶ *Et* pro *etiam* emphasim quandam habet in his: *Cic. pro Deiot.* c. 10. Calamitosus Deiotarus, qui et ab eo, qui in iisdem castris fuerit, non modo apud te, sed etiam a suis accusetur. *Propert.* l. 3. el. 9. v. 29. *de Cleopatra.* Et modo quæ nostris opprobria vexerat armis, Et famulos inter femina trita suos. Adde *Valer. Flacc.* l. 8. v. 434. ¶ Reperitur etiam et *autem* interposito verbo. *Plin.* l. 15. c. 22. *extr.* Et hæc autem Vitellius in Italiam primus intulit. *and these too.* et lib. 16. c. 27. Et caprifici autem ab adversis foliis nascuntur. ¶ *Et* indignantis, aut admirantis. *Cic. pro Mil.* cap. 33. *a med.* Et sunt qui de via Appia querantur, taceant de Curia? *Id. pro leg. Manil.* c. 14. *extr.* Et quisquam dubitabit, quin, &c.? Adde *Virg.* 6. *Æn.* v. 807. ¶ Post adjectiva diversitatis ponitur loco τοῦ *quam. Cic. pro Cæl.* c. 28. Lux longe alia est solis, et lychnorum. ¶ Pro insuper, præterea. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 34. Id perniciabile reo, et Cæsar truci vultu defensionem accipiens. ¶ Interdum omittitur. *Cic. Fam.* l. 13. ep. 28. *a med.* Ut ipse judices, homini te gratissimo, jucundissimo benigne fecisse. et epist. 24. *ad fin.* Peto a te, ut eum tuis officiis, liberalitate complectare.

ETĔNIM, *for, truly, because that,* καὶ γὰρ, nam, enim, conjunctio causalis, quæ fere initio ponitur. *Cic. de clar. Orat.* c. 6. Etenim dicere bene nemo potest, nisi qui prudenter intelligit. *Id.* 5. *Verr.* c. 20. *extr.* Etenim, quoniam numerum injuriarum non possum exponere, genera ipsa cognoscite. *Id. pro Rabir. perduell. in fi.* Etenim si Scævæ servo libertas data est, &c. *Nepos in Eumen.* c. 3. Etenim semper habiti sunt fortissimi. *Terent. Heaut.* 3. 2. 37. Etenim quo pacto id fieri soleat, calleo. ¶ Interdum postponitur. *Cic. de Senect.* c. 9. *a med.* Libidinosa etenim, et intemperans adolescentia effetum corpus tradit senectuti. *Id. pro Cæl.* c. 3. Sunt etenim ista maledicta pervulgata in omnes. *Horat.* l. 4. od. 5. v. 17. Tutus bos etenim rura perambulat.

ETCOĬCUM METRUM. V. *Echoicus.*

ETEŎCLES, is, *et Græca positione* ocleos, m. Ἐτεοκλῆς, filius Œdipodis ex incesto Jocastæ ejus matris concubitu, frater Polynicis, cum quo pactus, ut Thebis regnarent alternis annis, cum Eteocles dictis non staret, ortum est bellum Thebanum, quod *a Statio in Thebaide* sua describitur, in quo post varias cædes ipsi inter se fratres singulari certamine congressi, mutuis vulneribus concidere. *Stat. ibid.* l. 7. v. 688. Nec segnem Argolicæ sensere Eteoclea turmæ. et l. 3. v. 214. multumque nefas Eteoclis acerbat. et lib. 12. v. 421. Cui torrere datum sævos Eteocleos artus. ¶ Scribitur et Etheocles, Ἐθεοκλῆς.

ETEOCLĒUS, a, um, ad Eteoclem pertinens, Ἐτεόκλειος. *Apul.* l. 10. *Metam.* Ne silentio procedens simultas, Eteocleas nobis contentiones pariat.

ETEREJĀNUS, a, um, ad Eterejum pertinens: quod est nomen liberti Corellii equitis R. ut Eterejana nux, *Plin.* l. et cap. 17. *h. e.* ab eo insitione inventa.

ETESIĂCA VITIS, est Arretii propria, fallax, et fecunditate cessans. *Plin.* l. 14. c. 3.

ETESĬÆ, arum, m. *periodical winds, that in Italy blow from the North for forty days after the setting of the dog-star,* ἐτησίαι, venti quidam statis temporibus quotannis flantes: ab ἔτος, annus, a quo ἐτήσιος, annuus. Aliqui deducunt ab αἰτέω, postulo, quasi αἰτήσιαι, eo quod Aristæus eos a Jove postulaverit. Est enim in fabulis, ut narrat *Hygin.* l. 2. *Astron.* c. 4. cum Atheniensium regio maximis Caniculæ caloribus adureretur, hominesque una cum satis omnibus nimio æstu conficerentur, Aristæum ita ab Apolline patre edoctum, ab Jove petiisse, ut quo tempore Canicula oriretur, per dies quadraginta ventum daret, quo flante æstus minuerentur; itaque factum Jove annuente. ¶ Hujusmodi ventos *Strabo* l. 3. Subsolanos vocat. *Aristoteles,* et *Plin.* l. 2. c. 47. Aquilones appellant. Testatur præterea idem *Aristoteles,* nonnunquam eos in Zephyros mutari: quare vere scripsit *Gell.* l. 2. c. 22. Etesias alia, atque alia parte cæli spirare: et *Phavorin.* apud *Apul. de Mundo.* Sunt, inquit, Etesiæ spirantes ex omni parte eo tempore æstatis, quo Canis oritur. ¶ Plerumque tamen ab Occidente perflant. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 98. Mare quoque Etesiarum flatu in orientem navigantibus secundum, inde adversum erat. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 107. Ipse Etesiis tenebatur, qui Alexandria navigantibus sunt adversissimi. Hinc *Cic.* l. 6. *Attic.* ep. 7. Rhodum volo puerorum causa; inde quamprimum Athenas, etsi Etesiæ valde reflant. Adde *Vitruv.* l. 1. c. 6. et *Liv.* l. 37. c. 23. ubi eosdem esse cum Favoniis significat: Favonii autem sunt *Zephyri.* ¶ Multa die flare incipiunt, et ad meridiem vergente. *Senec.* l. 5. *quæst. nat.* c. 11. Etesiæ ob hoc somniculosi a nautis, et delicati vocantur, quod mane nesciunt surgere. ¶ Incipiunt flare cal. Aug. inquit *Colum.* l. 11. c. 2. *circa med.* desinunt tert. cal. Septembr. Alii tamen aliter id tempus definiunt. ¶ Hæc vox per se adjectiva est. nam *Etesius* Græce annuum significat, ut dictum est. *Lucret.* l. 6. v. 730. Tempore eo fiunt, quo Etesia flabra aquilonum. [¶ Etesius lapis est apud *Plin.* l. 36. c. 22. *init.* Auctoribus curæ fuerunt lapides mortariorum quoque (*h. e. e quibus fierent mortaria*), nec medicinalium tantum, aut ad medicinam pertinentium. Etesium lapidem in iis prætulere ceteris. Sic apud *Harduin.* qui *Etesium* pro *Ephesium* probat ex Indice *Plinii,* et ex *Isidor.* lib. 16. *Orig.* c. 4. Lapides quoque medicinalium mortariorum et pigmentorum usibus apti, Etesius præcipuus.]

ETESĪUS. V. in voce præced.

ETHĬCE, es, *vel* Ethica, æ, f. *the doctrine of morality, moral philosophy, ethics,* pars Philosophiæ, quæ ad mores pertinet: ab ἦθος, mos. *Quintil.* lib. 12. cap. 2. *circa med.* Pars illa moralis, quæ dicitur Ethice, certe tota oratori est accommodata. *Lactant.* l. 3. c. 13. In sola Ethica totius philosophiæ vis continetur.

ETHICOS, *ethically,* ἠθικῶς, moraliter, mores exprimendo. Adverbium Græcum est Latinis litteris scriptum apud *Senec.* l. 2. controv. 11. *extr.* et 12. ab ἦθος, mos.

ETHĬCUS, a, um, *relating to morals, ethic, ethical,* ἠθικὸς, ad mores pertinens: ab ἦθος, mos. *Senec.* l. 2. controv. 10. *sub fin.* Declamabat Naso raro controversias, sed non nisi ethicas. *Gell.* l. 1. c. 2. Rem vero ethicam, naturamque humani ingenii, virtutumque origines, &c. nulli magis ea esse explorata quam sibi. *moral philosophy. Sidon.* l. 8. ep. 11. *circa med.* Ethicam dictionem pro personæ, temporis, et loci qualitate variabat. *h. e.* moratam orationem, seu mores exprimentem, ἠθικὸν λόγον. Cave imiteris *Prudent.* qui primam corripuit *in Hamartigen.* v. 583. Si licet ex ethicis quidquam præsumere, vel si De physicis exempli aliquid.

ETHNICĀLIS, le, adject. idem quod ethnicus. *Tertull. de Spectac.* c. 5. De instrumentis ethnicalium litterarum. Al. leg. *ethnicarum.*

ETHNĬCE, adverb. *ethnically,* ἐθνικῶς, more Gentium, ut Ethnice vivere, *Tertull. de Pudic.* c. 9.

ETHNĬCUS, a, um, *ethnic, heathen, pagan,* Gentilis, ἐθνικὸς: ab ἔθνος, gens. A Christianis Scriptoribus dicitur de iis, qui extra Ecclesiam, vel Synagogam sunt: ex eo ducta appellatione, quod Hebræi *gentes* appellabant eos, qui veri unius Dei cultum nesciebant, fictosque ac plures Deos venerabantur. Qua appellatione etiam Apostoli usi sunt, ut patet *Actor.* c. 13. 46. Hac ratione *Ethnici* intelligendi sunt apud *Tertull. de pudic.* cap. 9. *Hieronym. Augustin.* &c. Sic historici Ethnici apud *Sulpic. Sever.* l. 1. *sacr. Hist.* c. 1.

ETHOLOGĬA, æ, f. *the art of counterfeiting men's manners; mimickry,* ἠθολογία, morum, et affectuum cujusque personæ expressio: ab ἦθος, mos, et λόγος, sermo. *Quintilian.* l. 1. c. 9. (*al.* 15.) Sententiæ quoque, et Chriæ, et Ethologiæ, subjectis dictorum rationibus, apud Grammaticos scribantur. *Sueton. de Grammat.* c. 4. Genera quædam institutionum ad eloquentiam præparandam, ut problemata, paraphrases, elocutiones, ethologias. ¶ Aliis est idem quod ethopeia, de qua infra. V. etiam dicta in *Ætiologia.*

ETHOLŎGUS, i, m. *one who dexterously represented the manners of people; a buffoon, mimick,* ἠθολόγος, morum expressor, qui gestu ipso corporis, et sono vocis ita exprimit mores hominum, ut gestibus loqui videatur. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 59. Mimorum est enim, et ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscenitas. *Al. leg.* Mimorum est enim ethologorum. Adde cap. 60.

ETHOPŒIA, æ, f. *a figure of rhetoric, in which the manners, carriage, behaviour,* &c. *of persons is represented,* ἠθοποιία, apud Rhetores est figura sententiarum, Latin

Effictio, imago, qua vita et mores alicujus describuntur: ab ἦθος, mos, et ποιέω, fingo. *Cic. 2. Agrar. c.* 5. jam designatus, alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur: vestitu obsoletiore, corpore inculto et horrido, capillatior quam ante, barbaque majore, ut oculis et aspectu denuntiare vim Tribunitiam, et minitari reipubl. videretur. Sed vox Græca est, et Græcis litteris scribitur a *Quintil. l.* 9. *c.* 2. et cap. 3. *sub fin.*

ETHOS, i, n. *a manner or custom*, ἦθος, mores: item res ethica, *h. e.* philosophia morum. *ethics, moral philosophy. Sidon.* carm. 15. v. 101. Physica vel logico, logicum vel jungit ad ethos. *Varr.* apud *Non. c.* 4. n. 377. In argumentis Cæcilius poscit palmam, in ethesin Terentius, in sermonibus Plautus. τοῖς ἤθεσιν, positio Græca.

ETĬAM, *also, likewise, besides*, ἔτι, καὶ, quoque, item, vel: ab *et*, *et jam*, vel ab ἔτι allato. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 25. *ad fin.* Auctoritate tua nobis opus est, et consilio, et etiam gratia. *Id. de clar. Orat. c.* 75. Voce, motu, forma etiam magnifica. *even. Id. Verr.* 5. *in fi.* Quod si hæc feruntur omnia, etiam ne hæc nova debent edicta, rapinasque perferre? etiam ne frumentum gratis dare? etiam ne hæc tot detrimenta, &c.? ¶ Aliquando est imo, aut quin potius. *nay, nay rather. Id. Verr.* 7. *c.* 39. *sub fin.* Hasce ei tabulas nihil profuturas; etiam plus suspicionis in eo crimine futurum. *Id. in Orat. c. ult.* Ejusmodi infantia, ut qui ea utantur, non stulti homines haberi possint; etiam plerumque prudentes. ¶ Item adhuc. *yet, still. Varr. l.* 5. *L. L. c.* 7. Fano consumebatur omne, quod profanum erat, ut etiam fit. *as is frequently the case. Terent. Andr.* 1. 1. 89. Egomet quoque ejus causa in funus prodeo, nihil suspicans etiam mali. *as yet suspecting no harm.* et 3. 2. 23. Non satis me pernosti etiam, qualis sim. (Adde *Cicer. Tuscul.* 1. *c.* 6. *a med.*) *Id. Hecyr.* 5. 1. 19. Mane, nondum etiam dixi id, quod volui. ¶ Item etiamnum. *Plaut. Asin.* 3. 2. 40. Os opprime: is est: etiam subauscultemus. ¶ Item etiamsi. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 10. De quo etiam nihil scribente me, te non dubitare certo scio. *although I have not written myself. Plin. l.* 8. *c.* 39. Cochleæ adhærentes saxis, aut etiam injuria resupinatæ, non tamen exeuntes. ¶ Item secundo, iterum. *Plaut. Mostell.* 2. 2. 41. *Tr.* Circumspice dum, num quis est, sermonem nostrum qui aucupet. *Th.* tutum probe est. *Tr.* circumspice etiam. *look round again.* et *Cic. Verr.* 5. *c.* 75. *extr.* Cui pecuniam datam dicit? Dic etiam clarius. ¶ Vim habet interdum affirmandi. *Cic.* 4. *Acad. c.* 32. *a med.* Ut probabilitatem sequens, ubicumque hæc occurrat, aut deficiat, aut etiam, aut non respondere possit. *either may or may not. Id. pro Rosc. Com. c.* 3. Utrum cetera nomina habes, an non? Si non, quomodo tabulas conficis? si etiam, quamobrem, &c. *if so. Plaut. Mostell.* 4. 3. 7. Numquid processit ad forum hodie novi? *Si.* etiam. Adde *Plin. l.* 4. *ep.* 13. ¶ Est aliquando concedentis. *Plin. l.* 6. *ep.* 2. *sub fin.* At quædam supervacua dicuntur: etiam: sed satius est et hæc dici. *granted: but*, &c. *Cic. pro Mur. c.* 31. Misericordia commotus ne sis. etiam in dissolvenda severitate: sed tamen est laus aliqua humanitatis. ¶ Item imperantis, indignantis, increpantis. *Plaut. Mostell.* 4. 2. 28. Heus reclude: heus, Tranio, etiam aperis? *are you opening the door? Terent. Andr.* 5. 2. 8. Etiam tu hoc respondes? *are you answering me this question? Id. Eun.* 5. 7. 16. Quid dixisti pessima? etiam rides? *what? are you laughing? Id. Heaut.* 2. 2. 6. Etiam caves, ne videat forte hinc te a patre aliquis exiens? *be on your guard, for fear lest*, &c. ¶ *Etiam quoque* pleonasmus est. *Terent. Hecyr.* 5. 1. 7. Ego pol quoque etiam timida sum. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 119. Juravisti nempe conceptis verbis. *Ba.* etiam consultis quoque. Adde *Lucret. l.* 3. *v.* 293. ¶ *Etiam atque etiam* est iterum ac tertio, vel iterum ac sæpius. *over and over again, repeatedly.* Hinc *Cic. Verr.* 7. cum varios deos, atque in his Dianam invocasset, paulo post rursus invocans subdit *cap. ult.* Teque etiam atque etiam, Diana, quam Pergæ spoliavit. *Id.* 3. *Tuscul. c.* 28. Confitetur multa se ignorare, et multa sibi etiam atque etiam esse discenda. *again and again. Liv. l.* 38. *c.* 9. Ut etiam atque etiam, quid agendum esset, consulerent. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 28. Id igitur (puto enim, etiam atque etiam mihi dicendum esse) velim existimes, mihi te fecisse gratissimum. *et mox.* Te vehementer etiam atque etiam rogo. Adde *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 76. Hinc ponitur pro magnopere, majorem in modum. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 15. Cura te etiam atque etiam diligenter. ¶ Reperitur quoque *etiam et etium. Balb. ad Cicer. post* ep. 15. l. 8. *ad Attic.* Et non se totum etiam et etiam ab sermone nostro avertisset. Al. leg. *atque.* ¶ *Sed etiam, verum etiam* sequitur post *non solum, non modo. Cic. de Senect. c.* 11. Tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos. *Id. pro Mil. c.* 1. Neque auxilium modo, verum etiam silentium pollicentur. ¶ Et inverso ordine *Id.* 4. *Fam. ep. pœnult.* Secundas etiam res nostras, non modo adversas pertimescebam. *Id. l.* 3. *Offic. c.* 19. Quem Fimbria etiam, non modo Socrates, noverat.

ETĬAM DUM, *et* Etiamdum, adhuc. *Terent. Heaut.* 2. 1. 17. Neque etiam dum scit pater. *nor does he yet know it.*

ETĬAM NUM, *et* Etiamnum, adhuc, etiam dum. *Plaut. Men.* 3. 1. 15. Etiam num reliquiarum spes animum oblectat meum. *even yet.* Adde *Stich.* 5. 4. 16. [† *Ovid. Met.* 1. 557. Tenent etiamnum nubila mentem.] ¶ Et simpliciter pro etiam. *Plin. l.* 36. *c.* 5. Mars etiam num sedens, colosseus. *also in a sitting posture.* et lib. 37. *c.* 11. Est etiam num alia distinctio. *there is yet.* et lib. 18. *c.* 3. *ad fin.* Cincinnato viator attulit dictaturam, et quidem, ut traditur, nudo, plenoque pulveris etiam num ore.

ETĬAM NUNC, *et* Etiamnunc, etiam num, adhuc. *Cic. pro Rosc. Amer. c. pœnult.* Si vestra bonitas et misericordia manet, salvi etiam nunc esse possumus. *Id. Attic. l.* 3. *ep.* 17. Aut ad te conferam me, aut etiam nunc circum hæc loca commorabor. *or will remain yet. Id. Fam. l.* et ep. 10. Non modo non præteriit tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc fuit. *is not so even yet.* ¶ Respicit etiam tempus præteritum. *Asin. Poll. ad Cicer. Fam.* 10. *ep.* 32. *extr.* Epistolam quam Balbo, cum etiam nunc in provincia esset, scripsi, legendam tibi misi. *while he was still in the province.*

ETĬAM SI, *et* Etiamsi, *although, though*, εἰκαὶ, etsi, quamquam, licet. *Cic. de Amic. in fi.* Omnia brevia, tolerabilia esse debent, etiam si magna sint. *Id. de opt. gen. Orat.* cap. 2. Etiam si est in genere tolerabili, certe non est in optimo. *Id. Attic. l.* 3. *ep.* 24. *extr.* Ista veritas etiam si jucunda non est, mihi tamen grata est. *Cic. fil. ad. Tiron. Fam.* 16. *ep.* 26. Etiam si quod scribas, non habebis, scribito tamen. ¶ Aliquando dividitur interjecto verbo. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 33. Et etiam subito si dicat, tamen illa, &c.

ETĬAM TUM, *et* Etiamtum, *even down to that time, even then*, usque ad id tempus. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 22. Omnes etiam tum retinebant illum Pericli succum. *Sueton. in Tiber. c.* 42. In castris tiro etiam tum, propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio Biberius, *&c.* vocabatur.

ETĬAM UT, *although*, etiamsi, quamvis. *Cic. Attic. l.* 15. *ep.* 5. Etiam ut nullum periculum sit.

ETRURĬA, æ, f. nunc *la Toscana*, regio Italiæ mediæ, Tyrrheno mari, et Apennino, Macra et Tiberi fluviis terminata. *Plin. l.* 3. *c.* 5. *Virg.* 12. *Æn.* v. 232. Fatalisque manus, infensa Etruria Turno. *Id. l.* 8. *v.* 494. Ergo omnis furiis surrexit Etruria justis. ¶ Sunt qui scribunt *Hetruria* (et *Hetruscus*) quasi sit ab ἕτερος οὖρος, *alius terminus*, quod olim Tiberim habuerit pro termino Latium versus, deinde alius sit assignatus. Sunt etiam qui *Ethruria, Ethruscus*, quod sit ἀπὸ τῶν ὀρθρύων a montibus scilicet Apenninis. Sed omnem aspirationem omittunt veteres libri, lapides, et nummi, teste *Manut. in Orthogr.*

ETRUSCUS, a, um, *Tuscan*, ad Etruriam pertinens. *Virg.* 10. *Æn.* v. 238. forti permixtus Etrusco Arcas eques. *Id.* 8. *Æn.* v. 480. Lydia quondam Gens bello præclara jugis consedit Etruscis. et lib. 10. v. 180. Alpheæ ab origine Pisæ, Urbs Etrusca solo. *Sueton. in Aug. c.* 97. Etrusca lingua. *Cic.* 6. *Fam. ep.* 6. et *Plin. l.* 2. *c.* 82. Quod in Etruscæ disciplinæ voluminibus inveni. *h. e.* scientiæ, artisve expiandorum prodigiorum, haruspicinæ, et divinationis, quæ in Etruria olim maxime excultæ fuere, indeque ad Romanos cum multis aliis ritibus translatæ sunt. *Plin. l.* 21. *c.* 3. et lib. 33. *c.* 1. Etruscæ coronæ. *h. e.* quæ ex auro et gemmis constabant: quod confirmat *Tertull. de cor. Mil. c.* 13. ubi docet hujusmodi coronis ex gemmis, et foliis quercinis aureis usos in deducendis tensis. ¶ Etruscum aurum appellat *Juvenal.* sat. 5. v. 164. auream bullam, quam una cum prætexta nobiles pueri collo suspensam gestabant amuleti causa, more sumpto ab Etruscis. ¶ *Etrusci, orum*, sunt Etruriæ populi. *Plin. l.* 8. *c.* 48. &c. ¶ Etruscos coloratos, *h. e.* sole fuscatos, vocat *Martial. l.* 10. epigr. 68. ¶ De orthographia V. vocem præced.

ETSI, *though, although, albeit*, καί τοι, εἰ καὶ, quamvis, licet, etiam si. *Cic. init.* ep. 1. l. 1. *ad Q. Fr.* Etsi non dubitabam, quin hanc epistolam, *&c.* tamen existimavi, &c. et *init. orat. pro Mil.* Etsi vereor, Judices, ne, *&c.* tamen, &c. *Liv. l.* 38. *c.* 41. Etsi iniquo loco, prœlio tamen justo dimicandum erat. *et mox.* Iter etsi non infestum, suspectum tamen. *Id. l.* 25. *c.* 6. De nobis etsi non iniquum, certe triste senatusconsultum factum est. *Cic. pro Marcell. c.* 5. Etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, a scelere certe liberati sumus. *Liv. l.* 2. *c.* 43. Etsi non adhortatio invisi ducis, suum saltem flagitium, postmodo periculum cogere potuit gradum accelerare. ¶ Omisso *tamen. Plaut. Bacch.* 5. 2. 73. Age, id jam, ut ut est, etsi est dedecorum, patiar. Adde *Trinum.* 4. 2. 106. ¶ Servit eleganter correctioni, ut quamquam. *Cic. Attic. l.* 9. *ep.* 10. Do pœnas temeritatis meæ: etsi quæ fuit illa temeritas? *Id. Attic. l.* 16. *ep.* 7. Etsi, quamvis non fueris suasor profectionis meæ, approbator certe fuisti. et lib. 12. ep. 45. Etsi tamen ubicumque sum, illa mecum sunt. *although nevertheless.* ¶ Cum subjunctivo, *Plaut. Aulul.* 3. 2. 7. Pol etsi taceas, palam id quidem est. *Id. Capt.* 4. 2. 76. Ut tu cupias facere sumptum, etsi ego vetem. *Cic.* 6. *Fam. ep.* 4. Etsi idipsum nonnullis videatur secus. ¶ Aliquando valet *et quamvis*, ac disjunctim scribi debet. *Cic. de Amic. in fi.* Et si illis plane orbatus essem, magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solatium.

ETYMOLOGĬA, æ, f. *that part of grammar which treats of the origin and derivation of words, etymology*, ἐτυμολογία, oratio qua vera origo nominis et ratio exponitur: ab ἔτυμος, verus, et λόγος, sermo. *Quintil. l.* 1. *c.* 6. (*al.* 10.) Etymologia, quæ verborum originem inquirit, a Cicerone dicta est notatio, quia nomen ejus apud Aristotelem invenitur σύμβολον, quod est nota. nam verbum e verbo ductum, idest veriloquium, ipse Cicero qui finxit, reformidat. Sunt qui vim potius intuiti, originationem vocant. Hæc habet aliquando usum necessarium, quoties interpretatione res, de qua quæritur, eget: ideoque in definitionibus assignatur etymologiæ locus. Nonnunquam etiam barbara ab emendatis conatur discernere, ut cum Triquetram dici Siciliam, an Triquedram; meridiem an medidiem oporteat, quæritur. Continet autem in se multam eruditionem, &c. *Cic.* 4. *Acad. c.* 8. Verborum etiam explicatio probabatur, idest qua de causa quæque essent ita nominata, quam etymologiam appellabant. Adde *Varron. sub fin. l.* 6. *de L. L.* et *Gell. l.* 19. *c.* 15

ETYMOLOGĬCE, es, f. *the art of investigating the roots of words*, ἐτυμολογική, ars verborum origines inveniendi. *Varr. l.* 6. *L. L. sub init.* De originibus verborum qui multa dixerit commode, potius boni consulendum, quam qui aliquid nequiverit, reprehendendum: præsertim cum dicat etymologice, non omnium verborum posse dici causas. Adde *ibid. sub fin.*

ETYMOLOGĬCUS, a, um, *etymological*, ἐτυμολογικὸς, ad etymologiam pertinens. *Gell. l.* 1. *c.* 18. Vocabulum Græcum resolvit in voces Latinas ratione etymologica falsa.

E U

ETŸMON, i, n. *the etymon, origin, or primitive of a word*, vera nominis, sive appellationis ratio, vel quæ saltem pro vera affertur: ab ἐτὸς, vel ἐτεὸς, verus. *Varr. l.* 1. *de R. R. c.* 48. Videtur vocabulum etymon habere a glubendo. *Gell. l.* 18. *c.* 4. *extr.* Etyma harum vocum, et origines scriptas esse dicebat in libris Nigidianis. Adde *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 17. *a med.*

EU', *nobly done! well done! O brave! bravo!* particula approbantis, seu laudantis, et significat bene, recte, optime, εὖ. *Plaut. Mostell.* 1. 4. 26. Eu Philolaches, salve amicissime mihi hominum omnium. *Terent. Phorm.* 3. 1. 14. Eu Phormio. *Id. Eun.* 1. 2. 74. Eu noster, laudo, tandem perdoluit. Ita utroque *Terentii* loco legit *Agroet. de Orthogr.* pag. 2272. *Putsch.* nam alii hoc posteriore *heus*: priore *heu. Plaut. Mil.* 4. 4. 10. Eu, probe!

EVA, æ, f. *Eve*, Εὔα, prima omnium feminarum, uxor Adam, ex ejus costa efformata. *Tertull. de Virg. vel. c.* 5. *sub fin.* Si enim Eva mater viventium est, &c. *Prudent. in Hamartig. v.* 743. Traxerat Eva virum primæ ad consortia culpæ.

EVACUATĬO, onis, f. actus evacuandi, *an evacuation. Tertull. l.* 4. *advers. Marcion. c.* 24. Fidei evacuatio.

EVACUĀTUS, a, um, adject. sublatus, ut Evacuatæ obligationis vires reparare, *Imp. Gordian.* lib. 8. *Cod.* tit. 43. leg. 4. Adde *Venant. Fortun. in fi. carm. ult.* l. 1.

EVACŬO, as, avi, atum, a. 1. *to empty, evacuate*, κενόω, exinanio. *Plin. l.* 20. *c.* 6. et lib. 32. *c.* 9. Evacuate alvum. [¶ Particip. *evacuandus* apud *Plin. l.* 20. *c.* 6. Ad evacuandam alvum.]

EVADNE, es, f. Εὐάδνη, conjux Capanei, quem incredibili amore dilexit. Cum audisset, maritum apud Thebas cecidisse, fere in mortis stuporem diriguit, deinde cum celebraretur funus, se in rogum projecit. Filium Sthenelum reliquit. *Virg.* 6. *Æn.* v. 447. *Hygin.* fab. 243. et 256. ¶ Dicta est διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἕδνων, a copia munerum, quæ in nuptiis a sponso accepit. Ab *Hygino cit.* fab. 256. enumeratur inter castissimas. *Ovid.* 5. *Trist. el. ult.* v. 38. et lib. 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 111. appellat Iphiaden, hoc est Iphidis filiam. Alii tradunt, fuisse filiam Martis ex Thebe uxore Asopi.

EVĀDO, is, asi, asum, a. 3. *to go out, get away, run away, escape*, ἐξέρχομαι, ἀποφεύγω, extra vado, exeo, erumpo, aufugio, evolo. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. *sub fin.* Si apes ex alvo minus frequentes evadunt, ac subsidit aliqua pars, suffumigandum. *Cic.* 2. *Catil. c.* 1. Abiit, excessit, evasit, erupit. *Id. pro Cæl. c.* 27. Si evasissent subito ex balneis mulieris amici. *Liv. l.* 28. *c.* 26. et lib. 21. *c.* 33. Ut periculo prius evaderet. *Sallust. in Jug. c.* 60. Ni Marius evadere oppido properavisset. *Phædr. l.* 4. fab. 8. v. 11. puteo. *Virg.* 9. *Æn.* v. 99. undis. *Liv. l.* 22. *c.* 49. e manibus hostium. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 5. E morbo evasurum ægrotum, aut e periculo navem, aut ex insidiis exercitum. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 37. Ex illis abditis sedibus evadere in hæc loca atque exire potuissent. *Id.* 1. *Tuscul. c.* 41. Cum ab iis, qui se judicum numero haberi volunt, evaseris, ad eos venire, qui, &c. *Paulin. Nolan.* carm. 18. *Nat.* 6. *S. Fel.* v. 296. Non tibi celantur, nec de te evadere possunt. *Liv. l.* 29. *c.* 27. *extr.* Evadere in terram. *to debark, disembark. Virg.* 2. *Æn.* v. 531. Ut tandem ante oculos evasit et ora parentum. *h. e.* fugiendo pervenit. *Cæs. l.* 3. *B. Gall. c.* 19. Reliquos consectati paucos, qui ex fuga evaserant, reliquerunt. *who had escaped by flying.* ¶ Cum accusativo. *Apul. l.* 4. *Metam.* Vitam evasit. *he hath departed this life.* et *Tacit. Annal.* 12. *c.* 35. Amnem haud difficulter evadit. *passes. Colum. l.* 7. *c.* 9. *ad fin.* Porci si evaserint haram, miscent se. *Virg.* 2. *Æn.* v. 730. omnemque videbar Evasisse viam. *to have got over every part that was dangerous. Ovid.*

Metam. 3. v. 19. Jam vada Cephisi, Panopesque evaserat arva. *had passed beyond.* ¶ Significat etiam ascendere. *to ascend, mount, climb. Virg.* 1. *Æn.* v. 458. Evado ad summi fastigia culminis. *Liv.* l. 2. *c. ult.* Evadere in ardua. et lib. 4. c. 34. in muros. et l. 27. c. 18. *ad fin.* Evadere per iniquum locum. *Curt.* l. 7. c. 11. in cacumen. et l. 5. c. 3. super capita hostium. ¶ Cum accus. *Virg.* 4. *Æn.* v. 685. sic fata gradus evaserat altos. ¶ Item penetrare, transire. *to make their way, penetrate, pass. Sallust. in Jug.* c. 54. *extr.* Consueti Numidarum equi facile inter virgulta evadere. *Cels.* l. 4. c. 4. sect. 2. Propter angustias, per quas spiritus evadit, sibilum elidit. *Sueton. in Domit.* c. 19. In pueri præbentis pro scopo expansam manus palmam, sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue evaderent. *Virg.* 12. *Æn.* v. 906. lapis vacuum per inane volutus, Nec spatium evasit totum, nec pertulit ictum. *passed over.* ¶ Item effugere, cum accusativo. *to escape, shun, elude, evade. Id. Æn.* 9. v. 560. nostrasne evadere, demens, Sperasti te posse manus? *Id.* 5. *Æn.* v. 689. flammam. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 6. gravem casum. *Sueton. in Cæs.* c. 74. nocturnas insidias. *Phædr.* l. 4. fab. 5. v. 4. necem. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 157. ægritudinem. *Plin.* l. 2. ep. 1. Cæsares, quibus invisus virtutibus fuerat, evasit. *Plin. alter* l. 6. c. 31. Hirta feminarum corpora viros pernicitate evasisse. *escaped from the hands of the men. Id.* l. 9. c. 8. Delphini celeritatem nullus piscium evaderet. *Plaut. in Suppos. Amph. Sc. Tun' me mactes? in fi.* Nunquam evades, quin te sacrificem. ¶ Translate *Terent. Adelph.* 3. 5. 63. Nimia illæc licentia profecto evadet in aliquod magnum malum. *will end in, turn to.* Sic *Id. Andr.* 1. 1. 100. et *Nepos in Dione*, c. 8. Timeo, quorsum evadas. et *Plaut. Asin.* 1. 1. 69. Demiror, quid sit, et quo evadat, sum in metu. *h. e.* quo tendat, quid sibi velit. *Cic. Attic.* 14. ep. 19. *ad fin.* Nihil ante de profectione constituam, quam, ista quo evasura sint, videro. *how they shall turn out. Sallust. in Jug.* c. 15. Huccine, Micipsa pater, beneficia tua evasere, ut, &c? *have they ended in this,* &c? *Liv.* l. 27. c. 23. Pestilentia magis in longos morbos, quam in perniciales evasit. *terminated. Terent. Eun.* 3. 3. 11. Ubi friget, huc evasit, quam pridem pater mihi, et mater mortui essent. *it came to this, that I was asked, how long,* &c. *Cic. in Orat.* c. 27. E Philosophorum scholis tales fere evadunt. *come forth, proceed, turn out. Id.* l. 1. *de Orat.* c. 28. Cum mercede doceret, tamen non patiebatur, eos, quos judicabat non posse oratores evadere, operam apud se perdere. *come to, turn out, become. Id. de clar. Orat.* c. 35. Fuerat Athenis adolescens; perfectus Epicureus evaserat. *he had become a perfect Epicurean. Q. Cic. de petit. consul.* c. 9. Sic homines sæpe minutatim ex communibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores evadunt. *become. Liv.* l. 1. c. 39. Juvenis evasit veræ indolis regiæ. *Id.* l. 35. c. 47. Primum inane cœptum evasit. *the first attempt proved vain.* ¶ Pro eventum habere, contingere, evenire. *to happen, come to pass, occur. Cic.* 2. *de Divin.* c. 59. Totas noctes somniamus, et miramur, id quod somniarimus, evadere? et cap. 53. Quando aliquod somnium verum evaserit. et cap. 71. Quomodo distingui possunt somnia vera a falsis, cum eadem, et aliis aliter evadant, et iisdem non semper eodem modo? ¶ Pro ire, procedere. *Quintil.* l. 2. c. 17. *ante med.* Itaque potentissimis eorum breviter occurram, ne in infinitum quæstio evadat. *go on for ever.* ¶ Evasti (*you have gotten out,* absolute) syncope pro *evasisti*, et *evasset* pro *evasisset*, illud est *Horatii* l. 2. sat. 7. v. 68. et *Sil.* l. 15. v. 796. hoc ejusdem *Silii ibid.* v. 375. ubi al. leg. *enasset.* [¶ Particip. *evadens* apud *Curt.* l. 9. c. 2. *a med.* Quantumcumque flumen intervenit, idem futurum discrimen est evadentium in terram.]

EVAGĀTĬO, onis, f. *a wandering or roving about,* actus evagandi. *Plin.* l. 2. c. 17. Ac spatia longitudinis latitudinem evagatione pensant.

EVAGĀTUS. V. in *Evagor.*

EVAGĪNĀTĬO, onis, f. *the unsheathing.* Apud *Arnob.* l. 1. sumitur pro ulceris alicujus spatio, seu intercapedine. ait enim pag. 30. Contumaciam canceris sævi ad subeundam cicatricem, circumscriptis evaginationibus compulerunt. Al. leg. *evagationibus.*

EVAGĪNĀTUS, a, um, *unsheathed,* adject. e vagina eductus. *Justin.* l. 1. c. 9. Ipse gladio sua sponte evaginato vulneratus. *Hygin.* fab. 164. Evaginato gladio aliquem persequi.

EVĀGOR, aris, atus sum, dep. 1. *to wander, stray, or run abroad, rove about, ramble, roam,* περιφέρομαι, idem quod vagor, vel extra, aut latius vagor, exspatior. *Colum.* l. 8. c. 5. *a med.* Incubantibus gallinis juxta ponendus est cibus, ne longius evagatæ refrigerent ova. *Liv.* lib. 22. c. 47. Frontibus adversis concurrendum erat, nullo circa ad evagandum relicto spatio. *Plin.* l. 19. c. 8. *ad fin.* Cappari evagatur per agros, et cogit solum sterilescere. *Id.* l. 10. c. 33. Nilo evaganti molem opponere. *overflowing its banks.* ¶ Translate *Cic.* 1. *Offic.* c. 29. Nam qui appetitus longius evagantur, et tanquam exsultantes, sive cupiendo, sive fugiendo non satis a ratione retinentur, hi sine dubio finem et modum transeunt. *Liv.* l. 3. c. 7. Per ignota capita late evagata est vis morbi. *spread. Colum.* l. 5. c. 6. *post med.* Vitis prævalens in luxuriam evagatur. *grows. Quintil. sub fin.* l. 3. Cupiditate laudis, vel dicendi voluptate evagamur. *we wander from the subject; we digress. h. e.* deflectimus in alia a proposito. ¶ Cum accusativo, *Horat.* l. 4. od. 15. v. 9. ordinem Rectum evaganti frena licentiæ Injecit. [*h. e.* vaganti extra rectum ordinem.]

EVALESCO, is, lui, n. 3. *to grow strong, grow up,* ἐπισχύω, validus fio, vires sumo, convalesco. *Plin.* l. 16. c. 30. Ramorum aliqui cæci, qui non germinant: quod natura fit, si non evaluere. et lib. 17. c. 15. Cum evaluissent flagella pedes binos. *h. e.* crevissent. *Tacit.* 14. *Annal.* c. 58. Multa secutura, quæ ad usque bellum evalescerent. *Quintil.* l. 2. c. 8. Adjuta cura, natura magis evalescit. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 80. Tempus in suspicionem, causa in crimen, affectatio quietis in tumultum evaluit. ¶ Item posse. *to be able, have power. Horat.* l. 2. ep. 1. v. 200. nam quæ pervincere voces Evaluere sonum, referunt quem nostra theatra? *Claudian.* l. 3. *de rapt. Pros.* v. 91. ut dubio vix tandem agnoscere visu Evaluit, &c. *Stat.* l. 5. silv. 2. v. 78. illa letales componere succos evaluit. *Quintil.* l. 10. c. 2. Ut ne ipsa quidem natura in hoc ita evaluerit, ut, &c. *can prevail so far.* Adde *Virg.* 7. *Æn.* v. 757. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 77. et *Lucan.* l. 4. v. 84. ¶ Item pretium habere. *to be worth. Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 13. *ad fin.* Cum ipsa margarita centies sestertium sine contentione evaluerit.

EVALĬDUS, a, um. *evalidam hastam* quidam leg. apud *Sil.* l. 1. v. 552. ubi alii *et validam.*

EVALLEFACĬO, is, eci, actum, a. 3. expello, et quasi extra vallum ejicio. *Varr.* apud *Non*, c. 3. n. 158. Retrimenta cibi, quæ exierant per posticum, evallefecerunt.

EVALLO, as, avi, atum, a. 1. *to cast or drive out,* ἐκβάλλω, expello: quasi extra vallum ejicio. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 259. Donec foras nos intus evallaverunt. Adde *Titinn. ibid.*

EVALLO, is, a. 3. *to winnow corn, make it clean,* ἐκλέπω, tritici grana, et hujusmodi spoliare cortice, glumave, quæ sunt veluti vallum, quo ab externa injuria defenduntur. *Plin.* l. 18. c. 10. *a med.* Triticum ante perfundi aqua multa jubet, postea evalli, deinde sole siccatum pilo repeti. *et paulo post.* Et ipsa autem, quæ evalluntur, variam pisturarum rationem habent. Acus vocatur, cum per se pisitur spica, &c.

EVAN, antis, Εὔαν, unum ex cognominibus Bacchi: ab εὐὰν, quæ vox est, qua Bacchæ in sacris Baccho acclamabant. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 15. Nycteliusque, Eleleusque pater, et Iacchus, et Evan. *Lucret.* l. 5. v. 742. graditur simul Evius Evan. ¶ Hinc *Evans, tis,* est bacchans, furens, exsultans. *Virg.* 6. *Æn.* v. 517. Illa chorum simulans, evantes Orgia circum Ducebat Phrygias. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 386. Sæpe vagus Liber Parnassi e vertice summo Thyadas effusis evantes crinibus egit. *Sil.* l. 1. v. 101. Non ille evantis Massylæ palluit aras. *h. e.* Bacchæ Massyliæ. *Apul.* l. 8. *Metam.* Attollentes immanes gladios ac secures, evantes exsiliunt, incitante tibiæ cantu lymphaticum tripudium.

EVANDER, *et* Evandrus, i, m. Εὔανδρος, rex, vel potius unus ex nobilibus Arcadiæ. Patrem habuit Mercurium filium primi Jovis, matrem Nicostratam filiam Ionii regis Arcadiæ, quæ a Græcis Themis, a Latinis Carmenta, a rerum futurarum prædictione, vocitata est. Aliis scriptum est, eum fuisse vel filium, vel nepotem, vel pronepotem Pallantis regis Arcadiæ, dictum autem Mercurii filium, quod esset eloquentissimus, a Mercurio inventore et deo eloquentiæ. Filium genuit, quem appellavit Pallantem, et filiam nomine Pallantiam. Sed apud alios legas Pallantem Evandri nepotem fuisse, filiam vero Dynam esse appellatam. Cum patrem casu occidisset, seditione populi facta, patriam, quæ Pallantium urbs fuit, una cum matre reliquit LX. fere annis ante bellum Trojanum. Venit in Italiam, et humanissime a Fauno exceptus, habitavit non longe a Tiberi, in eo colle, qui postea Palatinus mons, et Palatium dictus est, ibique oppidum Pallantium, seu Pallanteum condidit. Post mortem in numero deorum habitus, et cultus fuit. Habuit aram apud Aventinum collem, non procul a porta Trigemina. *Virg.* 10. *Æn.* v. 515. Pallas, Evander in ipsis Omnia sunt oculis. et lib. 8. v. 100. tum res inopes Evandrus habebat. et lib. 11. v. 55. at non, Evandre, pudendis Vulneribus pulsum aspicies. ¶ Fuit etiam hoc nomine cælator et plastes, quem M. Antonius Athenis Alexandriam secum transtulisse dicitur. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 91. *Plin.* l. 36. c. 5.

EVANDRĬUS, a, um, Εὐάνδριος, ad Evandrum pertinens, ut Evandrius ensis. *h. e.* Pallantis Evandri filii, *Virg.* 10. *Æn.* v. 394. Evandria tecta, *Sil.* l. 7. v. 18. *h. e.* Romam, eo loci conditam, ubi Evander olim regnaverat. Sic Evandria Curia, *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 552. Evandrius mons, *h. e.* Palatinus, ubi quondam habitavit Evander, et postea Cæsares, *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 11. et Evandrius collis, *Stat.* l. 4. silv. 1. v. 7.

EVANESCO, is, nui, n. 3. *to vanish away, disappear, fade, decay, perish,* ἀφανίζομαι, vanus fio, in nihilum redigor, e conspectu abeo, vanesco. *Virg.* 9. *Æn.* v. 658. Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram. *Lucret.* l. 2. v. 827. Evanescere paulatim, stinguique colorem. et lib. 5. v. 536. Evanescere paulatim, et decrescere pondus. *Plin.* l. 13. c. 1. Odor celerrime evanescit atque defluit. *Id.* lib. 19. c. 6. *sub fin.* Allium et cæpa extra terram quoque germinant, et cauliculo acto evanescunt. *h. e.* vana fiunt, absumpto intus nucleo. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Non prius exigunt pastum, quam pruina evanuit. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 117. Cornuaque extremæ velut evanescere lunæ. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 57. Vinum et salsamentum vetustate evanescunt. *h. e.* vim amittunt, vapida fiunt, *become vapid, lose their spirit.* ¶ Translate *Id. in Bruto,* c. 27. Is et orationes reliquit, quæ jam evanuerunt. *h. e.* interciderunt, *are lost. Id.* 2. *de Orat.* c. 23. Omnis eorum memoria sensim obscurata est, et evanuit. *Id. Attic.* l. 3. ep. 13. Postea quam extenuari spem nostram, et evanescere vidi. *Id. de clar. Orat* c. 94. Cum jam pæne evanuisset Hortensius, et ego consul factus essem, revocare se ad industriam cœpit. *had lost as it were that influence, which as an orator he was wont to have.* V. cap. præcedens. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 356. evanuit omnis herbarum virtus. *Id. in Ibin,* v. 135. Evanescit dolor. *Liv.* l. 28. c. 25. Cum evanesceret temere ortus rumor. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 32. Multa bella impetu valida, per tædia et moras evanuisse. *Flor.* l. 3. c. 3. *sub fin.* Tigurinorum manus, in diversa dilapsi, fuga ignobili, et latrociniis evanuit. *dispersed, and disappeared. Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) Verum hæc jam inter ipsas ineptias evanuerunt. *are gone into disuse.* Sic *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. de voce *Adagio.* Quod verbum usque eo evanuit, ut Græcum παροιμία, pro eo positum, magis sit apertum. *hath so far become obsolete. Ulpian. Dig.* lib. 24. tit. 1. leg. 11. Evanescit donatio. *doth not hold, is of none effect.* et tit. 3. leg. 21. Dotis actio evanescit. ¶ *Evaniturus,* tanquam a supino *evanitum*, est *Lactant.* l. 5. c. 4. *extr.* Evaniturus brevi religiones falsas. [¶ Particip. *evanescens* apud *Sen. de benef.* l. 1. c. 12. Ipsæ res evanescentem memoriam excitent.]

EVANGELĬCUS, a, um, adject. *relating to the Gospel, evangelical,* ad Evangelium pertinens. *Tertull.* l. 4. *contr. Marcion.* c. 2. Evangelicum instrumentum Apostolos auctores habet. et cap. 39. *a med.* Evangelica scriptura. *Prudent. in Apotheosi*, v. 494. Laxavit Scythicas verbo penetrante pruinas Vox Evangelica.

EVANGELISTA, scriptor Evangelii, *an evangelist,* Εὐαγγελιστής. *Prudent. Cathemer.* 6. v. 77. Evangelista summi fidissimus Magistri.

EVANGELĬUM, ii, n. *the Gospel, Evangely,* Græce est bonus sive lætus nuntius: ab εὖ, belle, feliciter, et ἀγγελία, nuntius. Hinc Christiani Evangelium appellarunt Christi sermonem et doctrinam, quia in ea passim felicitas æterna iis annuntiatur. *Tertull.* l. 4. *contra Marcion.* c. 3. ¶ *Evangelia, orum,* sacrificia et supplicationes, quæ pro jucundo nuntio decerni consueverunt: item merces allati jucundi nuntii. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 3. et 12. et l. 13. ep. 40. sed Græce.

EVANGELIZĀTOR, oris, m. *a preacher of the Gospel,* qui Evangelium publice prædicat. *Tertull. de cor. mil.* c. 9. et *de præscriptionib.* c. 4.

EVANGĔLUS, i, m. *a bringer of good tidings,* εὐάγγελος, lætus nuntius. *Vitruv.* l. 10. c. 7. Nomen mutaverunt, ut pro Pixodaro Evangelus nominaretur.

EVANĬDUS, a, um, *vain, frail, apt to vanish or decay, perishable,* ἐξίτηλος, inanis, evanescens, rarus, non solidus, atque adeo cito periturus, caducus. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 435. Pectoraque in tenues abeunt evanida rivos. *Vitruv.* l. 2. c. 8. Vetustate evanida facta materia, cæmentorumque exacta raritate, proruunt monumenta, et dissipantur. *Id.* l. 7. c. 2. Calx evanida et siticulosa. *Id.* l. 2. *c. ult.* Arbores propter raritatem fiunt inanes et evanidæ, ideoque in ædificiis non possunt habere diuturnitatem. *Plin.* l. 37. c. 5. Quidam e smaragdis senescunt, paulatim viriditate evanida. *h. e.* colore viridi evanescente, *fading away.* ¶ Translate *Senec.* ep. 35. Gaudium leve et evanidum. *fickle, transitory. Ovid. de remed. amor.* v. 653. Fallat, et in tenues evanidus exeat auras, Perque gradus molles emoriatur amor.

EVANNO, is, a. 3. *to winnow corn, make it clean,* ἀπολικμάω, idem quod vanno, aut vannendo purgo, vanno agitando excerno. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 52. *extr.* Ita fit, ut quod levissimum est in eo, atque appellatur acus, evannatur foras extra aream; ac frumentum quod est ponderosum, purum veniat ad corbem. ¶ Translate est ejicere, amovere. *Pompon.* apud *Non.* cap. 1. n. 69.

EVANTES. V. *Evan.*

EVAPORATĬO, onis, f. *an evaporating, evaporation,* ἀναθυμίασις, humoris exhalatio. *Senec.* l. 1. *nat. quæst.* c. 1. Terræ omnis generis et varia evaporatio est, *Id.* lib. 6. c. 13. Semper aliqua evaporatio est e terra, quæ modo arida est, modo humido mixta.

EVAPORATĪVUS, a, um, adject. *apt to evaporate. Cæl. Aurel. Acut.* l. 3. c. 8. *post med.* Evaporativa virtus.

EVAPŌRO, as, avi, atum, a. 1. vaporem exhalo, *to evaporate, fly away in vapour,* ἐκχυμίζω. *Gell.* l. 19. c. 5. Id in ea levissimum est, quod evaporatur. *et mox.* Quod est salubrius, difflari, atque evaporari ex nive. ¶ *Evaporare* legitur apud *Tertull. de Pall.* c. 6. *extr.*

EVASTĀTUS, a, um, *laid waste, spoiled, destroyed,* vas-

tatus. *Liv.* l. 8. c. 37. Ager Apulus, Samniumque evastatum. *Id.* l. 32. c. 18. Evastata belli cladibus loca.

EVASTO, as, a. 1. *to lay waste, ravage, desolate, spoil, destroy*, ἐξερημόω, idem quod vasto, desolo, destruo, diripio, depopulor. *Liv.* l. 10. c. 15. Duo exercitus, diversis vagati partibus, omnia evastarunt. *Id.* l. 32. c. 33. Spoliare et evastare templum. *Id.* l. 28. c. 44. *ad fin.* Uratur evasteturque invicem Africa. Adde *Sil.* l. 12. v. 528. [¶ Particip. *evastandus* apud *Eumd.* l. 15. v. 184. Evastanda tibi tellus.]

EVĀSUS, a, um, *escaped, shunned.* Evasum malum, quod quis evasit. *Juvenal.* sat. 12. v. 17. Nam præter pelagi casus, et fulguris ictum Evasi, densæ cælum abscondere tenebræ.

EVAX, *hurra! huzza!* interjectio gestientis, et exsultantis. Videtur esse ab εὐάζω, Evantem, seu Bacchum inclamo. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 3. Ubi ubi est? prope me est! evax! habeo. *Id. Cas.* 4. 4. 13. Evax! nunc pol demum ego sum liber. *Id. Bacch.* 2. 3. 13. *Nic.* venit ne? *Chry.* venit. *Nic.* evax! aspersisti aquam. *Id. ibid.* 4. 4. 73. Evax nimis bellus, atque ut esse maxime optabam, locus! *O! the pretty place.*

EUBŒA, æ, f. hod. *Negroponte*, Εὔβοια, insula Græciæ, Achaiæ adjacens ad Or. ab ea angusto freto Euripo dicto divisa. Ponte jungitur continenti Achaiæ. Insignis est duobus promontoriis, Geresto ad Atticam vergente, et Caphareo ad Hellespontum. *Plin.* l. 4. c. 12. et *Ovid.* l. 13. v. 660. *Metam.*

EUBŒUS, a, um, Εὔβοιος, ab Eubœa, ut Plebs Eubœa, *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 136.

EUBOĪCUS, a, um, *Eubœan*, ad Eubœam pertinens, Eubœus. *Senec. in Herc. Œt.* v. 775. Euboica tellus. *Propert.* l. 2. el. 20. v. 36. Et Danaum Euboico littore mille rates. *h. e.* Aulide, quæ est contra Chalcidem Eubœæ. *Id.* l. 4. el. 1. v. 114. tu diruta fletum Supprime, et Euboicos respice, Troja, sinus. *the gulf of Negroponte*, ubi Caphareus. *Martial.* l. 9. epigr. 30. Euboica Sibylla. *h. e.* Cumana. Cumas enim ab Eubœa advenæ condidisse feruntur, ut *Liv.* l. 8. c. 22. et *Serv.* tradit ad illud *Virg.* 6. *Æn.* v. 2. Euboicis Cumarum allabimur oris. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 257. Carminis Euboici fatalia verba sacerdos Inspicit. *h. e.* Sibyllæ Cumanæ libros, qui Romæ asservabantur. *Stat.* l. 3. *silv. ult.* v. 12. Euboicos penates remeare. *h. e.* Neapolim, patriam, quæ Cumis vicina. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 4. Euboicus tumidarum cultor aquarum. *h. e.* Glaucus, deus marinus, filius Polybi ex Anthedone Bœotiæ urbe litorali contra Eubœam: quæ idcirco ab *eod. Metam.* 7. v. 232. et lib. 13. v. 905. Euboica dicitur. *Stat.* l. 1. silv. 4. v. 125. tu Troica dignus Sæcula, et Euboici transcendere pulveris annos. *h. e.* annos, quos Sibylla Cumana a Phœbo obtinuit: de qua *Ovid. Metam.* 14. v. 136. ego pulveris hausti Ostendens cumulum, quot haberet corpora pulvis, Tot mihi natales contingere vana rogavi. ¶ Euboicum talentum nummo Græco septem millium et quingentorum cistophorum est, nostro quatuor millium denariorum. *Festus.*

EUBŌIS, idis, f. Εὐβοΐς, Euboica. *Tellus Eubois* apud *Statium* est regio circa Neapolim, et Cumas, ut in voce præced. dictum est. Sic enim ille l. 1. silv. 2. v. 263. nitidum consurgat ad æthera tellus Eubois, et pulcra tumeat Sebetos alumna. At lib. 1. *Achill.* v. 413. quatitur navalibus ora Eubois: Eubœam ipsam Græciæ intelligit.

[* EUBOLĪON, i, n. idem quod dictamnus. *Apul. de herb.* c. 62.]

EUCHARISTĪA, orum, n. *thanksgivings*, εὐχαριστεῖα, ab εὐχαριστέω, grates ago, apud *Tertull. advers. Hæret.* c. 47. Ipsum introducunt ad benedicenda Eucharistia sua. (alii leg. *eucharistica*) h. e. oblationes pro gratiarum actione. ¶ *Eucharistia, æ*, f. pænult. correpta, (V. *Charistia*) Græce εὐχαριστία: ab eadem radice: a Catholicis Scriptoribus adhibetur pro augustissimo Sacramento Corporis et Sanguinis D. N. J. C. *Cyprian.* ep. 10. *the Eucharist, Sacrament of the Lord's supper.*

EUCHARISTĪCUS, a, um, *Eucharistical*, εὐχαριστικός, ad gratiarum actionem pertinens. V. vocem præced. ¶ *Eucharisticon* inscribitur carmen *Statii* l. 4. silv. 2. in quo gratias agit Domitiano, quod convivio ab eo fuerat admissus.

[* EUCNĒMOS, i, m. et f. εὔκνημος, habens pulcra crura. *Plin.* l. 34. c. 8. sect. 19. n. 21. Strongylion fecit Amazonem, quam ab excellentia crurum eucnemon appellant.

* EUDÆMON, is, εὐδαίμων, felix. Ita *Mela* l. 3. c. 8. vocat Arabiam, quam Latino vocabulo Felicem dicimus.]

EUDIÆON, lineum filum, quod medici extremo in clysterio relinquunt, per quod clysmos emittitur. *Fest.* Porro εὐδίαιον, aut εὐδίαιος Græce est foramen in navi, quo effluunt pluviæ aquæ, et quæ e sentina exhauriuntur: *a scupper-hole:* vel clavus seu cuneus ligneus, qui in id foramen infigitur: quo exempto, aquæ effluunt: a cujus similitudine lineum illud filum dictum est.

EVECTĪO, onis, f *a carrying aloft*, actus evehendi, sublatio. *Apul.* l. 5. *Metam.* Sublimis evectionis appendix miseranda. ¶ Item diploma, sive chartula, signo Principis obsignata, qua potestas alicui permittitur utendi equis cursui publico destinatis, *a post-warrant.* Nam sine licentia Principis nemini privato licebat cursum publicum currere, qui institutus fuerat solummodo ad Principis commoditatem, ut quam cito posset et nuntios mittere per provincias, et ea, quæ longe ab Urbe gerebantur, cognoscere, ut est apud *Sueton. in Aug.* c. 49. Vide *Cod.* lib. 12. tit. 51. qui est *de cursu publico*, ubi multa habentur de jure evectionum. *Symmach.* l. 4. ep. 6. Evectiones impetrasse me, gaudeo.

EVECTUS, us, m. *a carriage, conveyance by ship or otherwise*, actus evehendi. *Plin.* l. 18. c. 5. Ut operariorum copia prope sit, ut navigiorum evectus, vel itinerum. *h. e.* navigia ultro citroque commeantia, quæ merces evehant.

EVECTUS, a, um, *carried or brought out*, extra vectus, exportatus. *Cic.* 3. *Verr.* c. 20. Omnia ex fanis, ex locis publicis palam plostris evecta, asportataque esse. *Ulpian. Dig.* l. 39. tit. 4. leg. 15. Evectæ cotes. ¶ Translate *Quintil.* l. 6. c. 1. *ad fin.* Confragosis, atque asperis evecti, tota pandere possumus vela. ¶ Item sublatus. *raised aloft, exalted.* Translate *Vellei.* l. 2. c. 53. Vir in id evectus, super quod ascendi non potest. *Tacit. Ann.* 14. c. 52. Privatum modum evectas opes adhuc augere. ¶ Item provectus. *advanced, carried. Plin* l. 26. c. 4. Magicæ vanitates in tantum evectæ, ut abrogare herbis fidem cunctis possent. V. alia in *Eveho.*

EVĔHO, is, exi, ectum, a. 3. *to carry or conduct out*, ἐκκομίζω, ἐξάγω, extra veho, exporto. *Plin.* l. 6. c. 19. Alii tellurem exercent, merces suas alii evehunt. *export. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 16. *ad fin.* Quibus utrisque rebus evehi atque invehi, &c. *Liv.* l. 25. c. 27. *a med.* Duæ classes infestæ circa promontorium Pachynum stabant, ubi primum tranquillitas maris in altum evexisset, concursuræ. *Id.* l. 1. c. 38. *extr.* Infima urbis loca, quia ex planis locis haud facile evehebant aquas, cloacis e fastigio in Tiberim ductis siccat. *Plin.* l. 2. c. 103. Amnes aquas inferunt in lacus, et evehunt. ¶ Item in altum vehere, extollere. *to extol, exalt, promote, advance. Horat.* l. et od. 1. v. 5. palmaque nobilis Terrarum dominos evehit ad deos. *Juvenal.* sat. 1. v. 38. Evehere in cælum. *Virg.* 6. *Æn.* v. 130. quos ardens evexit ad æthera virtus. *Auct. dial. de Orat.* c. 13. Evehere aliquem ad consulatum. *Senec. in Hippol.* v. 1070. Quacumque pavidos equos evexit furor, hac ire pergunt. *transported.* ¶ Sæpe passive adhibetur, et significat procedere, progredi, provehi. *to proceed, advance, go.* diciturque de iis fere, qui navi, aut equo, aut curru vecti procedunt. *Liv.* l. 1. c. 48. Flectens carpentum, ut in collem Exquiliarum eveheretur. *Id.* l. 4. c. 33. Ipse calcaribus subditis evectus, effreno equo in medios ignes infertur. *Justin.* l. 2. c. 6. Ad regem Thessaliæ ratibus evecti sunt. *Curt.* sine præposit. l. 9. c. 9. Tum aliam insulam medio amni sitam evecti applicant classem. *h. e.* cum accessissent ad aliam insulam. et *ibid. in fi.* Evectusque os amnis, quadringenta stadia processit in mare. *h. e.* egressus ostia fluminis. et lib. 4. c. 4. Ea navis, quæ non cohærebat, libero impetu evecta, in aliud quinqueremis latus invehebatur. *Tacit. Ann.* 12. c. 14. Hostem longius evectum integer a tergo globus circumvenit. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 13. Ut semel e Piræeo eloquentia evecta est, omnes peragravit insulas. *had gone out.* Sic *Propert.* l. 3. el. 2. v. 21. Cur tua præscriptos evecta est pagina gyros? *Quintil.* l. 6. c. 1. *ad fin.* Confragosis atque asperis evecti, tota pandere possumus vela. *Vellei.* l. 2. c. 56. In summum evecti fastigium. *raised, promoted. Liv.* l. 42. c. 62. Spe vana evectus. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 36. Fama ejus evecta insulas, et proximas provincias pervagata. ¶ Reperitur etiam *exveho. Ulpian. Dig.* l. 10. tit. 4. leg. 5. Merces exvehendas conducere.

EVELĀTUM, eventilatum. *Festus:* Evelatum, eventilatum. unde velabra, quibus frumenta eventilantur. *Salmas.* recte corrigit: Evallatum, eventilatum. unde valli, quibus frumenta ventilantur.

EVELLO, is, elli, et ulsi, vulsum, a. 3. *to pull up or out, pluck up*, ἀποτίλλω, extra vello, extraho, exstirpo. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 31. Timide signifer evellebat, quod fidenter infixerat. *Id. pro Sext.* c. 28. Linguam se evellisse M. Catoni dixerunt. *Phædr.* l. 2. fab. 2. *extr.* nam funditus Canos puella, nigros anus evellerat. *Horat.* l. 1. ep. 14. v. 4. Spinas agro evellere. *Id.* l. 2. sat. 7. v. 27. cœno cupiens evellere plantam. *Plin.* l. 17. c. 9. E segete evellito ebulum, cicutam, &c. et lib. 8. c. 42. Relictum equum in cœno hærentem, ut se evellisset, secutum vestigia domini. *Gell.* l. 10. c. 16. *a med.* Si Hercules eum evellerit e petra. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 12. leg. 2. Statuam de monumento evellere. *Plin.* l. 30. c. 3. *ad fin.* Evellere dentes. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Orat.* c. 53. Omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus evellisset vis orationis tuæ. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 2. Hunc sibi ex animo scrupulum ut evellatis, postulat. *root out. Id. in Orat.* c. 28. Inserere novas opiniones, evellere insitas. *Id. pro Dom.* c. 13. Radicitus evellere actiones alicujus. *h. e.* rescindere, infirmare, irrita esse ostendere. *Id. pro Sext.* c. 14. Si appellandi sunt consules, quos nemo est, qui non modo ex memoria, sed etiam ex fastis evellendos putet. *Sil.* l. 7. v. 335. obsessa evellere castra. *to withdraw, remove, extricate. Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 10. Nutrix pueros a lacte non subito evellit. *h. e.* depellit, ut *Virg.* loquitur *Ecl.* 7. v. 15. ¶ Præterit. *evulsi* pro *evelli* agnoscunt multi Grammatici. et *Flor.* l. 4. *c. ult.* Tertiam aquilam signifer, priusquam in manus hostium veniret, evulsit. et *Marcell. Empir.* c. 8. Cum prius pilos evulseris. et *Quintil.* declam. 12. c. 8. Pecora cecidimus, campos evulsimus, silvas destruximus. Hinc *evulsus*, optimæ notæ vox. V. infra suo loco. [¶ Particip. *evellens* apud *Senec. Œdip.* v. 592. Luctus evellens.]

EVENĪO, is, eni, entum, n. 4. *to come out, come, proceed*, ἀποβαίνω, συμβαίνω, extra venio, accedo, pervenio. *Horat.* l. 4. od. 4. v. 65. Merses profundo, pulcrior evenit. *Plaut. Rud.* 3. 2. 17. Eamque eventuram exagogam Capuam, salvam, et sospitem. *Al. leg.* venturam. *Id. Cas.* 2. 8. 1. Sine modo, rus eveniat. *Al. leg.* veniat. ¶ Item evado, exitum habeo. *Id. Mostell.* 2. 1. 48. Istæc blanda dicta quo eveniant, madeo metu. *how they will end. Terent. Hecyr.* 1. 2. 118. Nisi sane curæ est, quorsum eventurum hoc siet. ¶ Sæpissime sumitur pro accidere, contingere tam in bonam, quam in malam partem, et fere impersonaliter. *to happen, fall out, occur, turn out. Cic. Fam.* 6. *ep. pænult.* Timebam, ne evenirent ea, quæ acciderunt. *Id. pro Planc.* c. 6. Nihil ut plerumque evenit, præter opinionem accidet. *Id.* 2. *de Divin.* c. 24. *extr.* Omnia fere contra, ac dicta sunt, evenisse. et lib. 1. c. 15. Auspicia, quæ sibi secunda evenerint. *Id. pro Mur.* c. 1. Ut ea res mihi, populo, plebique R. bene atque feliciter eveniret. *Id. pro Quint.* c. 15. Quod homini potest tantum evenire dedecus? *Brutus* apud *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 55. Forte evenit, ut in Privernati essemus. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 10. Vereor, ne idem eveniat in meas litteras. *Terent. Andr.* 5. 4. 4. Quid tu Athenas insolens? *Chre.* evenit. *so it happens: quite accidentally. Plaut. Men. prol.* v. 67. Illi tum divitia evenere maxime. *Id. Curcul.* 1. 2. 34. Mihi. haud sæpe tales eveniunt hereditates. *Id. Trinum.* 1. 2. 1. Larem, uxor, venerare, ut nobis hæc habitatio bona, fausta, felix, fortunataque eveniat. *Terent. Hecyr.* 3. 4. 1. Ain' tu, tibi hoc incommodum evenisse iter? *that you have been much put about by this voyage?* et 5. 4. 32. Spero hanc rem esse eventuram nobis ex sententia. *Id. Phorm.* 2. 1. 16. Quidquid præter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 39. Male illis eveniat. *h. e.* male sit. *ill betide them. Tibull.* lib. 2. el. 1. v. 25. Eventura precari. et eleg. 5. v. 11. et lib. 3. eleg. 4. v. 47. Procul eventura videre. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 51. Nostra interest scire, quæ eventura sunt. *the future.* ¶ *Si quid mihi eveniat* simile est ac *si quid mihi humanitus acciderit.* h. e. si moriar. *if any thing should happen to me; if I should die. Sueton. in Cæs.* cap. 86. Rempubl. si quid sibi eveniret, neque quietam fore, &c. *Vopisc. in Probo*, cap. 6. *extr.* Ut si quid sibi scienti prudentique eveniret, &c. *h. e.* si naturali fato fungi contingeret, et certus de obitu esset. ¶ Significat etiam sorte obvenire. *to fall by lot, fall to the lot of. Sallust. in Jug.* c. 39. et 47. Ipsi provincia Numidia, Minutio Macedonia evenerat. (Adde *Liv.* l. 2. c. 40. *extr.*) *Justin.* l. 11. c. 13. Darius vix denis armatis singulos hostes, si divisio fieret, evenire dicebat. ¶ Item provenire. *Sallust. in Catil.* c. 9. Duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat, æquitate seque remque publicam curabant. *Tacit. Ann.* 4. c. 33. Delecta ex his reipubl. forma laudari facilius, quam evenire, vel si evenit, haud diuturna esse potest. *Plaut. Capt.* 2. 3. 55. Merito tibi ea evenerunt a me. *Plin.* l. 9. c. 29. Polypum brachia sua rodere, falsa opinio est. id enim a congris evenit ei. *Colum.* l. 4. c. 32. *de arundinetis.* Bulbus anno celerius maturam perticam præbet; talea, et tota arundo serius prædicto tempore evenit. ¶ *Evenat* pro *eveniat*, antiquum. *Enn.* apud *Non.* c. 10. n. 20. Utinam mortem oppetam prius, quam evenat, &c.

EVENTILĀTUS, a, um, *winnowed, fanned, vanned, eventilated. Colum.* l. 1. c. 6. *sub fin.* Frumenta eventilata mundiora sunt, lapillisque carent, et glebulis. *h. e.* ventilando purgata. ¶ Translate *Sidon.* l. 1. ep. 9. Post imperii utriusque opes eventilatas. *h. e.* jactatas, et dissipatas.

EVENTĪLO, as, avi, atum, a. 1. *to winnow, fan, eventilate*, ῥιπίζω, ventum agitare, ventilare, ut fit flabellis, aut hujusmodi. *Plin.* l. 31. c. 3. *ad fin.* Fit altitudine ipsa gravior aer, quem emendant assiduo linteorum jactatu eventilando. *Justin.* l. 44. c. 1. *extr.* Huc accedunt et marinæ auræ undique versus assidui flatus, quibus eventilato terrestri spiritu, præcipua hominibus sanitas redditur.

EVENTUM, ti, n. *an occurrence, event, adventure, accident*, τὸ συμβαῖνον, quod casu, fortunave nobis ex aliqua re evenit, tam in bonum, quam in malum. Quæcumque enim fiunt aut *conjuncta* vocantur, aut *eventa.* Conjunctum (inquit *Lucret.* l. 1. v. 451.) est id, quod nunquam sine perniciali Discidio potis est sejungi, seque gregari, Pondus uti saxis, calor ignibu', liquor aquai, Tactus corporibus cunctis, intactus inani. Servitium contra, libertas, divitiæque, Paupertas, bellum, concordia, cetera, quorum Adventu manet incolumis natura, abituque, Hæc soliti sumus, ut par est, eventa vocare. *Accidentia* Scholastici

vocant. Adhibetur autem fere in plurali numero. nam in singulari generis est masculini. *Cic. in Partit.* c. 27. De incerto fortunæ statu, dubisque eventis rerum futurarum. *Id.* l. 1. *Fam.* ep. 7. *ad fin.* Ut te ex nostris eventis communibus admonendum putarem, ut considerares, &c. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 3. n. 85. Me adhortatus es, ut aliorum facta et eventa conquiram. ¶ Item effecta, quæ ex causis oriuntur. *effects. Id. in Top.* c. 18. Causarum cognitio cognitionem eventorum facit. (Adde lib. 1. *de Divin.* c. 6. *sub fin.*) *Id. pro Rabir. Post.* c. 1. Hoc plerumque facimus, ut consilia eventis ponderemus; et cui bene quid processerit, multum illum providisse; cui secus, nihil sensisse dicamus. *issue, success.* ¶ In singulari num. rarum est. *Cic. Attic.* lib. 3. ep. 8. *sub fin.* Existimato, me stultitiæ meæ pœnam ferre gravius, quam eventi. Adde *Lucret.* l. 1. v. 470.

EVENTUS, us, m. *an event, accident, issue, σύμβαμα, τέλος*, quidquid evenit ex re aliqua, quod cognosci, priusquam eveniat, non potest, eventum, exitus, casus. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 28. Eventus est alicujus exitus negotii, in quo quæri solet, quid ex quaque re evenerit, eveniat, eventurumque sit. *Id. Phil.* 14. c. 2. Spei fructum rei et eventui reservare. *Id.* 1. *de Divin.* c. 28. Mihi prædictum est, fore eos eventus, qui acciderunt. *Id.* 2. *de Leg.* c. 17. Sceleris est pœna tristis, et præter eos eventus, qui sequuntur, per se ipsa maxima est. *Id.* 1. *de Orat.* c. 26. Ut quisque optime dicit, ita maxime varios eventus orationis pertimescit. et c. 27. Nonnunquam summis oratoribus non satis ex sententia eventus dicendi procedit. *Curt.* l. et c. 7. Explorare sacrificiis eventum rerum. *Id.* l. 8. c. 1. *a med.* Intentum esse in eventum rei. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 3. *extr.* Rei eventum experiri. et lib. 7. c. 49. Eventum pugnæ exspectare. et lib. 5. c. 42. Hic dies hunc habuit eventum, ut eo die maximus numerus hostium interficeretur. *Id.* l. 2. *B. Civ.* c. 5. Neque erat quisquam omnium, qui non in ejus diei casu suarum omnium fortunarum eventum consistere existimaret. *Cic.* 9. *Attic.* ep. 6. *extr.* Quemvis eventum fortiter ferre. *Id. Fam.* 6. *ep. pænult.* Ad omnem eventum paratum esse. *Plin.* l. 11. c. 17. Ostenta sæpe expiata magnis eventibus. *with calamitous events. Alter* l. 5. ep. 20. Egi pro Vareno, non sine eventu. *with success. Lucan.* l. 4. v. 730. Fraudibus eventum dederat fortuna. *had crowned their treachery with success. Balb. et Opp. ad Cicer. post* ep. 8. l. 9. *ad Attic.* Amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate a plerisque probari solent. (V. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 85. et *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 489.) *Liv.* l. 22. c. 39. Eventus stultorum magister est. ¶ Ponitur aliquando pro fine. *Horat. de ar. poet.* v. 148. Semper ad eventum festinat, et in medias res auditorem rapit. ¶ Item pro effectu cujuslibet causæ. *Cic. in Partit.* c. 2. Aut causarum eventus, idest quæ sunt effecta de causis. et cap. 32. Accusatori hæc duo prima sunt, causa, et eventus. *Propert.* l. 4. el. 2. v. 47. *de Vertumno.* At mihi, quod formas unus vertebar in omnes, Nomen ab eventu patria lingua dedit. *from the effects.* ¶ Bonus Eventus inter Romanorum deos fuit, ab agricolis præcipue cultus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 1. Nec non etiam precor Lympham, ac Bonum Eventum, quoniam sine successu ac bono eventu frustratio est, non cultura. *Plin.* l. 34. c. 8. *a med.* Simulacrum Boni Eventus, dextra pateram, sinistra spicam ac papaver tenens. *Bono Evento* legitur *in Inscript.* apud *Murator.* To. 1. pag. 92. n. 1. at *Bono Eventui ibid.* n. 92. [† V. *Mem. de Litt.* 2. 448.]

EVĒNĪNUS, a, um, ad Evenum fluvium pertinens, qui Calydonem urbem alluit. *Ovid. Metam.* 8. v. 527. matres Calydonides Eveninæ. MSS. hoc loco mire variant.

EVĒNUS, i, m. hod. *Fidari*, Εὔηνος, fluvius Ætoliæ, qui ex Callidromo monte oritur, ac inter Ætolos, et Locros mare Ionium petit, haud procul ab ora sinus Corinthiaci, Calydonem urbem interluens. Dictus est ab Eveno filio Herculis, qui se in eundem præcipitavit. *Hygin.* fab. 242. *Ovid. in Ibin*, v. 515.

EVERBERĀTUS, a, um, adject. *beaten, buffeted. Senec.* l. 5. *Quæst. nat.* c. 12. Cum spiritus everberatus cursu parum libero incaluit. *Curt.* l. 4. c. 3. Remis pertinacius everberatum mare.

EVERBĔRO, as, a. 1. idem ac verbero, sæpe verbero, *to strike, beat, buffet. Quintil.* l. 2. c. 4. Qui os, oculosque hostis Galli rostro atque alis everberaret. *Virg.* 12. *Æn.* v. 866. Clypeumque everberat alis. *Ovid in Halieut.* v. 37. At mugil cauda pendentem everberat escam. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 737. pectusque suis everberat armis. *Curt.* l. 9. c. 4. Remis everberare fluctus. ¶ Translate *Gell.* l. 1. c. 23. et *Macrob.* l. 1. *Saturnal.* c. 6. *a med.* Silentium rei deberi puer affirmans, animum mulieris ad inquirendum everberat. *stimulates.*

EVERGANEÆ TRABES, quas memorat *Vitruv. sub fin.* cap. 1. l. 5. aliis ita dictæ sunt, quod sint affabre politæ, et compactæ, ab εὐεργής, quod idem significat: aliis, quod ea derivatio insolens videatur, sunt ab *evergendo*, quod in aliquam partem vergant, et propendeant.

EVERGO, is, a. 3. effundo, emitto, *to send forth*, ἐκβάλλω. *Liv.* l. 44. c. 33. Montes spem faciebant, quia nullos apertos evergerent rivos, occultos continere latices.

EVERRÆ, arum, f. dicuntur purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit per everriatorem, certo genere scoparum adhibito: ab extra verrendo dictæ. *Fest.* in *Everriator.* ubi alii scribunt *Exverræ*, et *Exverriæ*, et *Exvertæ*.

EVERRIĀTOR, oris, m. qui everrit. Apud *Festum*, dicitur, qui accepta hereditate justa facere defuncto debet: quæ si non fecerit, seu quid in ea re turbaverit, suo capite luat. Id nomen ductum est a verrendo.

EVERRICŬLUM, i, n. *a drag-net, draw-net, sweep*, σαγήνη, rete piscatorium a *verrendo* dictum, vel quod trahatur (nam *verrere* est trahere) vel quod si quid fuerit piscium nactum, everrat, ut *Non.* c. 1. n. 146. interpretatur. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 13. *a med.* Everriculum, quod Græci σαγήνην dicunt. *Varr. sub fin.* l. 3. *R. R.* Everriculo pisces educere in litus. *Apul. in Apolog.* Cum animadvertisset, a quibusdam piscatoribus everriculum trahi, fortunam jactus ejus emisse. ¶ Transfert ad Verrem expilatorem, simulque alludit ad nomen ejus *Cic.* 6. *Verr.* c. 24. Quod unquam, judices, hujusmodi everriculum in illa provincia fuit? *a pillager, plunderer, robber.* ¶ Et ad judicium de dolo malo, quod eo everruntur fraudes hominum e vita civili. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 30. Inde everriculum malitiarum omnium, judicium de dolo malo, quod C. Aquilius familiaris noster protulit.

EVERRO, is, erri, ersum, a. 3. *to sweep clean or away*, ἐκκορέω, extrahendo purgo (*verrere* enim est trahere) nitidum facio, scopis mundo. *Colum.* l. 7. c. 4. *a med.* Stabula frequenter everrenda et purganda. *Id. sub fin.* l. 8. Salsamentorum purgamenta, quæ cetariorum officinis everruntur. *Varr.* l. 5. *L. L.* cap. 4. Eo die ex æde Vestæ stercus everritur. *Id.* 2. *R. R.* c. 2. *ante med.* Solum stabuli oportet esse eruderatum, et proclivum, ut everri facile possit, ac fieri purum. *Senec.* l. 4. controv. 25. *a med.* Inter temulentas ebriorum reliquias humanum everritur caput. *Titinn.* apud *Non.* c. 4. n. 491. Everrite ædes, abstergite araneas. *Manil.* l. 4. v. 285. everrere retibus æquor. V. *Verro.* ¶ Translate est expilare, et asportare. *to pillage, rob. Plaut. Trucul. prol. in fin.* Is cum anima ad eam habentiam ἔξω everrerit. V. *Eversus.* [† ¶ Everrere sermones, i. e. *curiose excutere*, habet *Senec. de Ira*, 3.]

EVERSĬO, onis, f. *an overturning, overthrowing, eversion, subversion, ruin, overthrow, destruction*, ἀνάστασις, ἀνατροπή, actus evertendi, destructio, ruina, excidium. *Cic. Phil.* 1. c. 2. Eversio illius exsecratæ columnæ. *Id. de Harusp. respon.* c. 2. Excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem tectis atque agris inferre. *Flor.* l. 2. c. 17. Gracchus Celtiberos centum et quinquaginta urbium eversione multavit. *Plin.* l. 22. c. 17. Herba urceolaris contra lapsus, aut vehiculorum eversiones, singularis. *h. e.* cum quis vehiculo excussus læditur. ¶ Eversionem urbis oratorie amplificando describit *Quintil.* l. 8. c. 3. *post med.* ¶ Item expulsio, ejectio. *Flor.* l. 3. c. 13. Reduci plebs in agros unde poterat sine possidentium eversione? *without turning out the present occupiers.* ¶ Translate *Cic.* 4. *Acad.* c. 31. et 5. *de Fin.* c. 10. Omnis vitæ eversio. (V. 4. *Acad.* c. 10.) *Id. de Senect.* c. 12. Patriæ proditiones, rerumpublicarum eversiones. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 17. Eversio rei familiaris. (V. vocem sequent.) *Plin.* l. 10. ep. 111. Eversio dignitatis.

EVERSOR, oris, m. *an overthrower, subverter, destroyer*, καθαιρέτης, ἀναστατήρ, ἀνατροπεύς, qui evertit. *Virg.* 12. *Æn.* v. 545. Priami regnorum eversor Achilles. *Quintil.* l. 8. c. 6. Eversor Carthaginis et Numantiæ. *Cic. pro Sext.* c. 7. Quid dicam consules? hoccine ut ego appellem nomine eversores hujus imperii, proditores vestræ dignitatis? *Senec. in Hippol.* v. 894. Eversor decoris. *Plin.* l. 28. c. 1. Eversores juris humani. ¶ *Caius in epitom. Institut.* tit. 8. eversores vocat nepotes, et prodigos, qui bona sua dilapidant. *prodigals, spendthrifts.* Similiter in *Cod.* lib. 12. tit. 24. leg. 2. dicitur *eversor* interversor et interceptor pecuniæ publicæ: et *in Cod. Theodos.* lib. 12. tit. 6. leg. 1. *Imp. Constantin.* usurpat *evertere rationes* pro conturbare et dilapidare. Et *evertere patrimonium* eod. sensu *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 6. leg. 1.

EVERSUS, a, um, *overturned, overthrown, subverted, ruined, destroyed*, περιηρημένος, ἀνάστατος: ab *everto. Plin.* l. 16. c. 31. Annosa quercus eversa vi tempestatis. *Propert.* l. 4. el. 10. v. 8. Eversus equus. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 9. v. 7. Ecce, puer Veneris fert eversamque pharetram, Et fractos arcus, et sine luce facem. *inverted. Senec. in Agamemn.* v. 1006. Eversæ rates. *upset. Ovid.* 12. *Metam.* v. 222. mensæ. *Id. Heroid.* ep. 7. v. 42. eversas concitat Eurus aquas. *agituted, tossed.* (Adde *Senec. in Agamemn.* v. 475.) *Valer. Flacc.* l. 7. v. 75. everso campo jacere semina. *h. e.* vomere subacto. *turned up, ploughed. Stat.* 6. *Theb.* v. 107, non sic eversa feruntur Ismara, cum fracto Boreas caput extulit antro. *h. e.* curvatæ, et effractæ arbores Ismari montis, Borea perflante. *Terent. Heaut.* 2. 3. 131. Eversæ cervices. *h. e.* collum caputque inflexum ad aspiciendum clam aliquid. *Cic. pro Sext.* c. 15. *extr.* Urbs excisa et eversa. *rased.* ¶ Translate *Id. Attic.* l. 5. ep. 16. Perdita et plane eversa provincia. *Id. pro Quint.* c. 23. Ut per se afflictum atque eversum propinquum suum non modo bonis, sed etiam communi luce privaret. *Virg.* 1. *Georg.* v. 500. Hunc saltem everso juvenem succurrere sæclo Ne prohibete. *h. e.* afflictis ac perditis rebus totius orbis ob bella civilia. *Liv.* l. 8. c. 30. *ad fin.* Victa et eversa disciplina militaris. *Cic. pro Flacc.* c. 5. Spoliati, vexati, fortunis eversi. *Ovid. Heroid.* ep. 3. v. 76. Eversa domus. *Senec. in Herc. Fur.* v. 477. Teuthrantis eversi domus. *Sallust. in Orat.* 2. *ad Cæs. sub fin.* Eversam libertatem restituere. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 623. Eversa spes. *lost, gone, destroyed.* ¶ *Eversus* etiam dicitur, qui lapsu equi, vehiculi, aut hujusmodi læsus est, *injured by a fall from a horse, chariot,* &c. *Plin.* l. 26. c. 13. *ad fin.* Agaricum contusis et eversis potum duobus obolis in mulsi cyathis tribus. Adde lib. 21. c. 19. *ad fin.* ¶ Est etiam *eversus* ab *everro*, purgatus, mundatus; et translate spoliatus, expilatus. *robbed, pillaged, plundered. Cic.* 4. *Verr.* c. 21. *sub fin.* Quam tu domum, quam urbem adiisti, quod fanum denique, quod non eversum atque extersum reliqueris?

EVERTO, *et antiquo more* Evorto, is, erti, ersum, a. 3. *to overturn, turn upside down, turn topsy-turvy*, ἀνατρέπω, ἀνίστημι, in contrarium statum verto, inverto, subverto. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 38. Duorum scalmorum naviculam evertere. *Curt.* l. 4. c. 15. Equi crebra jactatione cervicum currus everterant. ¶ Item miscere, turbare, agitare, *to agitate, toss, trouble. Virg.* 1. *Æn.* v. 47. Disjecitque rates, evertitque æquora ventis. ¶ Item prosternere, demoliri, exscindere, *to beat down, overthrow, ruin, destroy. Cic. ad Brut.* ep. 15. *a med.* Nec tantum in statuenda Lepidi statua factum est mali, quantum in evertenda boni. *Virg.* 1. *Georg.* v. 256. silvis evertere pinum. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 34. castellum. *Sil.* l. 17. v. 376. funditus arces. *Cic.* 1. *Offi.* c. 24. Evertere et diripere urbes. ¶ Pro jacere, dejicere, *to cast, throw. Ovid. Metam.* 11. v. 554. si quis Athon, Pindumve revulsos Sede sua, totos in apertum everterit æquor. ¶ Translate *Cic.* 5. *Fam.* ep. 2. *a med.* Neque illi quidquam deliberatius fuit, quam me quacumque ratione posset, non judicio, neque disceptatione, sed vi, atque impressione evertere. *h. e.* de statu dejicere. *Id. in Pison.* c. 35. Evertisti miseras funditus civitates, quæ non solum bonis sunt exhaustæ, sed &c. *Id.* 3. *Verr.* c. 51. Per summam injuriam pupillum fortunis patriis evertere. *h. e.* expellere, spoliare. *Sallust. in orat.* 2. *ad Cæs. ante med.* Dignitate alios, alios civitate eversum ire. *Plaut. Trinum.* 3. 1. 15. Festinat, ut agro evertat Lesbonicum, quando evertit ædibus. *Cic.* 5. *Verr.* c. 18. *extr.* Labefactarat vehementer aratores jam superior annus, proximus vero funditus everterat. *Id. Verr.* 4. c. 19. Evertere leges, testamenta, voluntates mortuorum, jura vivorum. et 2. *de Fin.* c. 25. Præcepta, quæ didicisti, funditus evertunt amicitias. *Id.* 3. *de Fin.* c. 3. Honestum ipsum quasi virtutis lumen exstinguere, et virtutem penitus evertere. *h. e.* destruere, tollere. *Id.* 4. *Acad.* c. 6. *sub fin.* Ut retineamus eam definitionem, quam Philo voluit evertere. *Id. in Orat.* c. 35. Sua confirmare, adversaria evertere. *h. e.* infirmare, solvere. *Curt.* l. et cap. 8. Funditus evertere gentes. *h. e.* delere. *to extirpate, destroy. Sallust. in orat.* 2. *ad Cæs. ante med.* Dissensio civilis tot illustres familias ab stirpe evertit. et *in orat. Lepidi contra Sull. a med.* Tribunitiam potestatem eversum profecti sunt per arma. *Curt.* l. 8. c. 5. Opes regum assentatio sæpius, quam hostis evertit. *Cic.* 4. *Acad.* c. 5. *a med.* Constitutam philosophiam evertere. et cap. 10. Qui negant quidquam posse comprehendi, hæc ipsa eripiunt vel instrumenta, vel ornamenta vitæ, vel potius etiam totam vitam evertunt funditus. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 6. leg. 1. Ne cum plures furtum admittant, evertant domini patrimonium. (V. *Eversor.*) *Quintil.* declam. 388. *a med.* Evertere testem. *h. e.* ei fidem abrogare. [¶ Particip. *eversurus* apud *Liv.* l. 30. c. 32. Multa ante parta decora aut cumulaturi eo die, aut eversuri.]

EVESTIGĀTUS, a, um, adject. ab evestigo, *traced out, investigated, discovered. Senec. controv.* 9. *ante med.* Tu Crasse, post evestigata illa fugitivorum arma ditissimus. (V. *Vellei.* l. 2. c. 30. et *Flor.* l. 3. c. 20.) [† *Ovid. Met.* 15. 145. nec ingeniis evestigata priorum.] V. *Investigatus.*

EVESTIGĬO. V. *Vestigium.*

EVEXUS, a, um, adject. simile τῷ devexus: *Martian. Capell.* l. 8. pag. 275. Sicque habeatur, cum evexum, devexumque mundum dixero. *h. e.* rotunda forma sursum ascendentem.

[*EUGALACTON, i, n. εὐγάλακτον, herba, glaux postea dicta, cytiso et lenticulæ foliis similis: aversa candidiora. Rami in terram serpunt quini, senive, admodum tenues ab radice. Flosculi purpurei exeunt. Invenitur juxta mare. Coquitur in sorbitione similaginis ad excitandam ubertatem lactis. Hæc *Plin.* l. 27. c. 9.]

EUGANĒI, orum, m. populi Galliæ transpadanæ sub Alpibus, qui olim magno tractu ab Istriæ finibus Brixiam usque, et fortasse ultra obtinuere. Eorum oppida triginta quatuor *Cato* apud *Plin.* l. 3. c. 20. enumerabat. Inter eos

censebantur Triumpilini, ubi nunc *Val Trompia*, et Camuni, ubi nunc *Val Camonica*, teste *Plin. loc. cit.* Timavus quoque, qui fluit in Aquileiensi agro, *Euganeus* dicitur a *Martial.* l. 13. epigr. 89. Quod enim hic, non Medoacus, ista appellatione ab eo Poeta significetur, satis intelligitur ex *ejusd.* l. 4. epigr. 25. quamvis *Sidon.* carm. 9. v. 191. per Euganeum Timavum Medoacum intelligit. ¶ Præcipue vero *Euganei* dicti sunt, qui circa Patavinum agrum incoluere, ubi Euganei colles, nunc *i monti Euganei*, apud *Lucan.* l. 7. v. 192. inter quos Titulus, nunc *Teolo*, et Arquadum, nunc *Arquà*, celebres sunt, quod in eo T. Livius, in hoc F. Petrarca ædes et prædia ad rusticandum habuerunt. Ad Euganeorum collium radices fama est ipsorum populorum primariam urbem fuisse. Fuit etiam Geryonis templum a Græcis conditum. est item fons Aponi, nunc *i bagni d'Abano*: et Euganeæ oræ nunc *il territorio Padovano*, apud *Martial.* l. 10. epigr. 93. et Euganei lacus, nunc *le Lagune di Venezia*, quæ sunt in Euganeis oris, ubi Venetiæ, *Id.* l. 4. epigr. 25. ¶ Ea regio laudatissimis lanis hodieque abundat. Hinc *Juvenal.* sat. 8. v. 15. et Euganea quantumvis mollior agna. V. *Altinas, Altinum.* ¶ Quos secundo loco Euganeos diximus, expulisse fertur inde Antenor, et Trojanis suis, Henetisque, Patavio condita, locum fecisse: qui postea universi *Veneti* appellati sunt. *Liv.* l. 1. c. 1. ¶ Porro Euganei dicti sunt a nobilitate (quasi εὐγενεῖς) et antiquitate generis. Crediti sunt enim eorum patres fuisse Herculis socii, qui in ea loca cum duce suo cum pervenissent, sedes posuerunt. Hinc *Plin. loc. cit.* præstantes genere Euganeos appellat.

EUGE, *bravo! O! brave; well done!* εὖγε, interjectio variis inserviens affectibus: a Græca voce allata, quæ *recte, sane* significat. Sæpe enim est approbantis, et laudantis. *Terent. Phorm.* 5. 6. 30. Euge, Geta! *bravo! Id. Adelph.* 5. 7. 13. Euge! jam lepidus vocor. *good!* Adde *Martial.* l. 2. epigr. 27. ¶ Item plaudentis. *Plaut. Asin.* 3. 2. 9. Eas nunc legiones, vi pugnando perjuriis nostris, euge! potiti. *bravo!* Et cum ironia approbantis. *Id. Amph.* 2. 2. 17. *Alc.* lavisti. *Amph.* quid, posteaquam lavi? *Alc.* accubuisti. *So.* euge optime! *good! excellent! Id. Merc.* 3. 4. 41. Dii sciunt, culpam meam istam non esse ullam. *Cha.* Euge, papæ! deos absentes testes memoras: qui ego istuc credam tibi? *excellent! rare!* ¶ Item lætantis. *Id. Aulul.* 4. 6. 11. Euge, euge, dii me salvum et servatum volunt. ¶ Et metuentis. *Id. Cas.* 2. 6. 34. Euge, cave. ¶ Et hortantis. *Id. Mostell.* 3. 1. 59. Euge, strenue. ¶ Et animadvertentis ex improviso. *Terent. Andr.* 2. 2. 7. O Pamphile! te ipsum quæro: euge Charine! ambo opportune. *hah! is it you?* Adde *Plaut. Merc.* 2. 2. 12. ¶ Et gratulantis. *Id. Pers.* 1. 3. 10. Me dicit: euge! *Id. Rud.* 1. 2. 75. Euge, euge, perbene! ¶ Denique et insultantis, ut docet *Hieron. in Ezech.* c. 6.

EUGENIÆ, *vel* Eugeneæ, arum, f. *an excellent sort of grapes*, uvarum genus, quæ a nobilitate et generositate sic dictæ sunt. nam εὐγένεια est nobilitas. *Colum.* l. 3. c. 2. *ante med.* Frigidum ac roscidum solum et cælum commodissime sustinent eugeniæ, dum sunt in Albano colle. nam mutato loco, vix nomini suo respondent. ¶ Hinc *eugeneum vinum*, quod inde fit. *Cato R. R.* c. 6. et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 25. geminum eugeneum vocant: quare duplicis generis fuisse videtur.

EUGEPÆ, idem quod *euge*, ironice approbantis. *Plaut. Amph.* 4. 1. 10. Sed ædes occluserunt: eugepæ! Pariter hoc fit, atque ut alia facta sunt. *good, by my faith!* ¶ Exsultantis, *Id. Rud.* 1. 2. 81. At in vado est: jam facile enabit, eugepæ! *hurra!* ¶ Mirantis, *Id. Epid.* 1. 1. 11. Eugepæ! corpulentior videre, atque habitior. *wonderful! strange!* ¶ Sunt qui scribunt *eugepœ*, ut sit ab εὖγε, et ποι.

EUGIUM, ii, n. medium foramen τοῦ αἰδοίου γυναικείου, et ipsum αἰδοῖον: ab εὔγιος, fertilis, vel ab εὐδίαιον, eudiæon, quæ foramen significat. *Lucil.* et *Laber.* apud *Non.* cap. 2. n. 304. et cap. 8. n. 56.

EUHYAS, et Evias, adis, *a Bacchant, Bacchanal*, Εὐιάς, Baccha. De ratione scribendi V. in voce sequenti. *Horat.* l. 2. od. 25. v. 8. non secus in jugis Edonis stupet Evias Hebrum prospiciens, &c.

EUHYUS, *et* Evius, ii. Εὔιος, h. e. bonus filius, ab εὖ et υἱός, unum est ex cognominibus Bacchi. Nam in bello Gigantum fabulantur Bacchum in leonem se vertisse, ac strenuam Jovi patri navasse operam, uno ex Gigantibus interfecto: atque ab eo, macte virtute esse jubente, εὖ υἱὲ, εὖ υἱὲ, fuisse blande appellatum. Usu frequenti Poetarum Latinorum vox quoque ipsa Latina facta est, et paulatim Latino more *Evius* scribi cœpta. Alii tamen deducunt ab εὐοῖ, euoe, quæ vox est Bacchum invocantium: qua ratione nullus, est aspirationi locus. *Stat.* 2. *Theb.* v. 72. prærupti cum te, tener Evie, partus transmisere patri. *Horat.* l. 2. od. 11. v. 17. dissipat Evius curas edaces. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 563. Pars Hymenæe canunt, pars clamant, Evie, evœ! *Pers.* sat. 1. v. 101. lyncem Mænas flexura corymbis, Evion ingeminat. ¶ Adjective *Stat.* 2. *Achill.* v. 153. quater Evia pulsant terga manu *h. e.* tympana.

EVIBRO, as, avi, atum, a. 1. vibro, vel extra vibro, *to vibrate.* Translate *Gell.* l. 1. c. 11. Ut excitarentur atque evibrarentur animi, quod cornua et litui moliuntur. *h. e.* excitarentur, exstimularentur. *might be roused, stimulated.*

EVICTIO, onis, f. *dispossession by a judicial course, eviction*, ἐκνίκησις, actus evincendi. Apud JCtos est ejus rei, quam adversarius legitimo jure acquisierat, per judicem recuperatio. *Ulpian. Julian. Caius, Paulus*, &c. *Dig.* lib. 21. *toto* tit. 2. qui est *de evictione*, ubi illa sunt evictionem præstare, de evictione satis accipere ab aliquo, evictione aliquid amittere, de evictione teneri, aliquem in evictione vincere, *h. e.* in actione de evictione. Item actio de evictione, et pro evictione, evictionis nomine obligari, &c.

EVICTUS, a, um, *conquered, overcome, vanquished*, plane victus, expugnatus, debellatus, ἐκνικηθείς. *Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 155. *de Leandro.* evicta per æquora lapsus. ¶ Translate dicitur fere de iis, quæ aliquandiu resistunt, tandemque cedunt, ac succumbunt. *Virg.* 4. *Æn.* v. 474. ubi concepit Furias evicta dolore, Decrevitque mori. et vers. 548. Evicta lacrimis. *Id.* 4. *Georg.* v. 63. Arbor vulneribus evicta supremum congemuit. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 186. evictaque matrum Corda sacer Veneris gemitus rapit. *Ovid. Fast.* 3. v. 688. Evictas precibus vix dedit illa manus. *Tacit. Ann.* 11. c. 37. Evictus ad miserationem. *Id.* 12. *Ann.* c. 49. Evictus donis. *bribed. Sil.* l. 3. v. 580. Blando desidiæ veneno evicta virtus. ¶ *Evicti rogi*, apud *Propert.* l. 4. el. 7. v. 2. sunt exstincti. ¶ Est item convictus. *convicted. Cic.* 3. *Verr.* c. 1. Tam nefariis criminibus, tam multis testibus evictus. *Est qui legit* convictus.

EVIDENS, entis, *evident, clear, manifest, apparent, perspicuous*, σαφής, qui aperte videtur, manifestus, perspicuus, dilucidus, patens. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 4. Neque ego in causis, si quid est evidens, de quo inter omnes conveniat, argumentari soleo: perspicuitas enim argumentatione elevatur. *Id. in Top. c. ult.* Narrationes ut planæ sint, ut breves, ut evidentes, ut credibiles. *Id.* 4. *Acad.* c. 15. Perspicuæ et evidentes res. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 2. Quid enim est hoc evidentius? *Liv.* lib. 8. c. 9. Evidentissimum id fuit, quod, &c. *Hirt. de B. Alex.* c. 49. Neque ullum genus quæstus aut magni et evidentis, aut minimi et sordidi prætermittebatur. *Cels. in præfat.* l. 7. Medicinæ, quæ manu curat, est effectus inter omnes medicinæ partes evidentissimus. *Plin.* l. 21. c. 17. In lappa flos nascitur non evidens, sed intus occultus. *Id.* l. 6. c. 20. *ad fin.* Evidens demonstratio. *Id.* l. 9. c. 19. ratio. et lib. 2. c. 52. argumentum. et lib. 9. c. 2. causa. et lib. 19. c. 3. Id apud auctores Græciæ evidentissimos invenimus. h. e. certissimos.

EVIDENTER, adverb. *manifestly, evidently, clearly, plainly*, ἐμφανῶς, perspicue, manifeste. *Liv.* l. 6. c. 26. Cum tam evidenter pœnituerit. *Id.* l. 42. c. 29. *extr.* Cotys evidenter Macedonum partis erat. *Plin.* l. 13. c. 4. *a med.* Evidentissime est causa nominis. *Jabolen. Dig.* lib. 23. tit. 3. leg. 57. Nisi evidentissime contrarium approbetur. *Julian.* l. 18. tit. et leg. 5. Ut evidentius appareat.

EVIDENTIA, æ, f. *evidence, perspicuity, clearness*, ἐνάργεια, perspicuitas. *Cic.* 4. *Acad.* c. 6. Propterea, quod nihil clarius ἐναργείᾳ ut Græci: perspicuitatem aut evidentiam nos, si placet, nominemus. *Quintil.* l. 4. c. 2. *circa med.* et l. 6. c. 2. *a med.* Insequatur ἐνάργεια, quæ a Cicerone illustratio et evidentia nominatur: quæ non tam dicere videtur, quam ostendere. (*illustrem explanationem* habet *Cic.* 3. *de Orat.* c. 33.) *Id.* l. 9. c. 2. *ante med.* tradit, figuram hypotyposim a *Celso* evidentiam appellari.

EVIGILATUS, a, um, *passed or done without sleep or in watching*, vigilando confectus. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 12. At quam honesta! at quam expedita tua consilia? quam evigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua navigationis! *contrived, devised. Gell.* l. 1. c. 7. Homo lectione multa exercitus, cui pleraque omnia veterum litterarum quæsita, meditata, evigilataque erant.

EVIGILO, as, avi, atum, n. 1. *to awake, rise up from bed, get up*, ἐγείρομαι, expergiscor, vigil fio, de lecto surgo. *Plin.* l. 1. ep. 5. Evigilaveram: nuntius a Spurina. et lib. 9. ep. 36. Evigilo, cum libuit: plerumque circa horam primam. *Sueton. in Aug.* c. 78. Evigilare maturius. *Id. in Claud.* c. 33. Ante mediam noctem plerumque evigilabat. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 127. *de Palinuro.* puppe magister Excidit, et mediis miser evigilavit in undis. *h. e.* dormiens cecidit, et in undis experrectus est. ¶ Item insomnis sum, vigiliam ago. *to be watchful, pass the night without sleep. Tibull.* l. 1. el. 9. v. 64. Est mihi nox multis evigilanda modis. ¶ Translate est incumbere, elaborare, diligentem, attentumque esse. *to be vigilant or watchful about, study diligently. Cic. ad Brut.* ep. 15. Tanta est industria, tantumque evigilat in studio, ut, &c. *Id. Parad.* 2. Quid enim ego laboravi? aut in quo evigilarunt curæ et cogitationes meæ? ¶ Active cum accusativo est vigilando conficere, elucubrare. *to compose carefully. Ovid.* 1. *Trist.* el. 1. v. 108. Quos (*libros*) studium cunctos evigilavit idem. V. *Evigilatus.*

EVIGESCO, is, n. 3. vigorem amitto. *Tertull. de Anim.* c. 38.

EVIGILATIO, onis, f. *Augustin.* l. 1. *Soliloqu.* c. 1. Deus, pater evigilationis atque illuminationis nostræ.

EVIGORATUS, a, um, adject. vigore privatus. *Tertull. de Pall.* c. 4. et *in Apolog.* c. 17.

EVILESCO, is, lui, n. 3. vilesco, *to become vile or despicable*, φαυλίζομαι. *Sueton. in Claud.* c. 15. Usque eo eviluit, ut passim ac palam contemptui esset. *Valer. Max.* l. 5. c. 4. n. 7. Nullis sordibus pretium caræ pietatis evilescit.

EVINCIO, is, nxi, nctum, a. 4. idem ac vincio, vel valde vincio, circumdo, *to bind, tie about*, ἀναδέω. *Tacit. Ann.* 6. c. 42. Insigni regio Tiridatem evinxit. *h. e.* diadema imposuit. *Id.* l. 15. c. 2. Diademate caput Tiridatis evinxit.

EVINCO, is, ici, ictum, a. 3. *to overcome, conquer, surpass, excel, outstrip*, ἐκνικάω, idem quod vinco, vel plane vinco, supero. *Senec. in Herc. Œt.* v. 562. Cape hunc triumphum: solus evince Herculem. *Petron. in Satyr.* c. 79. Certaque liniamenta evincerunt spississimam noctem, et notabili candore ostenderunt errantibus viam. *Virg.* 2. *Æn.* v. 496. aggeribus ruptis cum spumeus amnis Exiit, oppositasque evicit gurgite moles. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 10. v. 33. *de navi se vehente.* Hæc (*litora Byzantia*) precor evincat. *pass.* Sic *Plin.* l. 9. c. 31. Cancri os Ponti evincere non valent: quamobrem regressi circumeunt. *Id.* l. 18. c. 21. Quoniam evincit herbas lupinum, runcatur tantum. *h. e.* affligit, ut *Pallad.* l. 2. tit. 9. seu perimit, ut *Colum.* l. 2. c. 12. *circa med.* loquitur. *Colum.* l. 6. c. 5. Evincere et propulsare morbos. *Horat.* l. 2. od. 15. v. 4. platanusque cælebs evincet ulmos. *Senec. in Hippol.* v. 457. Arbor celso vertice evincit nemus. *overtops, outstrips. Ovid.* 1. *Metam.* v. 685. molles evincere somnos. *Virg.* 4. *Æn.* v. 548. Evinci lacrimis. *to be prevailed on. Senec. de consol. ad Polyb.* c. 36. perferre, et evincere dolores. ¶ Item pervinco, obtineo, *to prevail, or gain his point. Liv.* l. 2. c. 4. Evincuntque instando, ut litteræ sibi ad Tarquinios darentur. *they prevail by importunity.* Adde lib. 4. c. 25. et lib. 3. c. 41. ¶ Item convinco, *to prove, evince. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 250. Si puerilius his ratio esse evincet amare. ¶ Apud JCtos *evincere* est rem ab aliquo jure acquisitam per judicem recuperare. *to evict, dispossess by a judicial course.* V. totum titulum secundum, qui est *de Evictione*, lib. 21. *Dig.* et dicta in *Evictio. Pompon. ibid.* leg. 16. Ut servum quisquam a me, aut ab eo, cui vendidissem, evinceret. [¶ Particip. *evincendus* apud *Colum.* l. 6. c. 5. Evincendi sunt quamvis pestiferi morbi.]

EVINCTUS, a, um, adject. vinctus, circumdatus, *bound, fastened or tied round*, ἀναδεδεμένος. *Virg. Æn.* 5. v. 364. evinctis attollere brachia palmis. *h. e.* cæstibus armatis. *Id.* 8. *Æn.* v. 286. evinctus tempora ramis. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 72. Evincti geminas ad sua terga manus. *Virg. Ecl.* 7. v. 32. purpureo suras evincta cothurno. *Stat.* 1. *Theb.* v. 554. Evinctus pudica fronde. *h. e.* lauro coronatus. *crowned.*

EVIOLO, as, a. 1. Adstruunt quidam huic verbo auctoritatem ex illo *Propert.* l. 1. el. 7. v. 16. Quod nolim nostros eviolasse deos. Verum ibi alii aliter. *Brouckhus.* præfert *evoluisse* ab *evolvo.*

EVIRATIO, f. *a gelding, castrating*, virilium exsectio. Metaleptice ponitur pro depilatione. *Plin.* l. 29. c. 1. *ad fin.* Eviratio pilorum. *a pulling off.*

EVIRATUS, a, um, *emasculated, gelded*, εὐνουχισμένος, castratus: et translate lascivus et effeminatus, *effeminate, wanton, lascivious, Martial.* l. 5. epigr. 42. Eviratior spadone. *Arnob.* l. 5. pag. 187. Eviratum corpus.

EVIRESCO, is, ui, n. 3. virorem amitto, expallesco. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 258. Atque exsanguibus dolore evirescat colos.

EVIRO, as, a. 1. *to emasculate, castrate, evirate*, εὐνουχίζω, castro, virilitatem adimo. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 17. Corpus evirastis Veneris nimio odio. ¶ Translate effeminatum reddo. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 223. Spatale eviravit omnes Venerivaga pueros.

EVISCERATUS, a, um, cui viscera exempta sunt, *embowelled. Cic. Tuscul.* 1. c. 44. *ex Ennio.* Ipse summis saxis fixus asperis, evisceratus latere pendens. ¶ Item qui ex visceribus alicujus rei extrahitur, ut Unio e concha evisceratus, *Solin.* c. 53. (*al.* 66.) *ad fin.*

EVISCERO, as, a. 1. *to embowel, eviscerate*, ἐξεντερίζω, exentero, viscera extraho. *Virg.* 11. *Æn.* v. 723. Accipiter columbam pedibus eviscerat uncis.

EVITABILIS, le, *avoidable*, qui evitari potest. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 234. Frena tamen dantem non evitabile telum Consequitur. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 50. Inevitabilia mala, aut evitabilia.

EVITATIO, onis, f. actus evitandi, *an avoiding, eluding, shunning*, εὐλάβεια, ut Evitatio incommodorum, *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 2. Al. leg. *vitatio.* Evitatio periculi, *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 39. Fastidii evitatio, *Vopisc. in Aureliano*, c. 22. Evitatio malorum, *Quintil.* l. 5. c. 10. *ante med.*

EVITATUS, a, um, *avoided, shunned, eluded. Horat.* l. 1. od. 1. v. 5. Metaque fervidis evitata rotis. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 122. nec fraxinus errat, Inque humero sonuit non evitata sinistro.

EVITO, as, avi, atum, a. 1. *to avoid, shun, elude, eschew, evade*, idem ac vito, effugio, caveo. *Cic. de Amic.* c. 24. Suspiciones et offensiones tum evitare, tum elevare, tum ferre sapientis est. *Catull. carm. ult. ad Gell.* nos

tela ista tua evitamus amictu. *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 4. leg. 7. *a med.* Evitare occursum creditoris. *Pers.* sat. 2. v. 27. Triste jaces lucis, evitandumque bidental. ¶ *Evito* etiam verbum antiquum est, compositum a *vita*, et significat vitam eripere, vita spoliare. *Enn.* apud *Cicer.* 3. *Tuscul.* c. 19. Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam evitari. [*Apul.* lib. 3. *Met.* pag. 187. *Oudend.* Nec verisimile est, hominem solitarium tres tam validos evitasse juvenes. *h. e.* unum hominem tres juvenes occidisse.]

EVIAS, EVIUS, V. *Euhyus.*

EUMÆUS, i, Εὔμαιος, subulcus Ulyssis, qui hunc redeuntem, licet non agnitum, hospitio tamen benigne excepit, ut est apud *Homer. Odyss.* l. 14. Hinc *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Meam gentem suillum cognomen non habere, nec me esse ab Eumæo ortum.

EUMĒCES, n. *a kind of balm*, balsami genus levi cortice, ab εὐμήκης, bene longus, quod ceteris sit procerius. *Plin.* l. 12. c. 25. ¶ Item gemma oblonga figura, silici similis, quæ capiti supposita, visa nocturna oraculi modo reddit. [*Id.* l. 35. c. 10. sect. 58.]

[* EUMĒDES, is, m. Εὐμήδης, præco Trojanus, et pater Dolonis. Hic ab Hectore in Græcorum castra speculatum missus, et præmium pactus currus, et equos Achillis, ab Ulysse et Diomede interfectus est. *Ovid.* 3. *Fast.* el. 4. v. 27. Non foret Eumedes orbus, si filius ejus Stultus Achilleos non adamasset equos. Adde 13. *Met.* v. 98. et 244.

* EUMENETĬCUS, a, um, adject. pertinens ad Eumeniam, urbem Phrygiæ majoris. *Plin.* l. 5. c. 29. Amnis Mæander Apamenam primum pervagatur regionem, mox Eumeneticam.]

EUMENĬDES, um, f. *the Furies*, Εὐμενίδες, Furiæ ita dictæ per antiphrasim quasi εὐμενεῖς, benevolæ, cum revera sint δυσμενεῖς, malevolæ, a μένος, animus. Ita *Serv. ad Æn.* 6. v. 375. qui *ad Æn.* 4. v. 609. Diras ait vocari in cælo, Furias in terris, Eumenides apud Inferos: tametsi hæc nomina Poetæ confundunt. Porro hoc nomen inde habere creduntur, quod Oresti, qui Palladis consilio illas placaverat, benignas se ac placabiles, postquam matrem occiderat, præbuere, uti ex *Sophocle in Œdip.* v. 477. colligitur. *Virg.* 4. *Georg.* v. 483. cæruleosque implexæ crinibus angues Eumenides. *Id.* 6. *Æn.* v. 250. Mater Eumenidum. *h. e.* Nox. et vers. 280. Ferreique Eumenidum thalami. Adde *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. ¶ In singulari num. *Sil.* l. 2. v. 559. disjectaque crinem Eumenis in medios irrumpit turbida cœtus. Adde *Stat.* 12. *Theb.* v. 423.

[* EUMETRĬA, æ, f. εὐμετρία, justa proportio. *Veget. veter.* l. 4. c. 2. Hæc eumetria equi convenit staturæ honestæ ac mediæ.]

EUMOLPĬDÆ, arum, m. Εὐμολπίδαι, Sacerdotes Athenis, præsides quorundam sacrificiorum nocturnorum, quos Eumolpus Musæi, vel Orphei, vel Neptuni et Chiones filius in honorem Bacchi, vel Cereris in ea urbe instituerat: cujus posteri in id sacerdotium jure quodam sanguinis initiabantur. Alii volunt eorum sacrorum Orphea habuisse magistrum. De Eumolpi etiam patria varia traduntur, aliis Thracem, aliis Atheniensem facientibus, aliis Ægyptium. Sunt etiam, qui unum Thracem fuisse dicunt, Neptuni filium, alium Eleusinium, vel Atheniensem, Musæi filium, Orphei discipulum. Meminere Eumolpi, et Eumolpidarum *Cic.* 2. *de Leg.* c. 14. *Nepos in Alcib.* c. 4. et *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 41. et *Metam.* 11. v. 93. ¶ Scribitur et *Eumolphus.*

EUNUCHĪNUS, a, um, adject. ad eunuchum pertinens, ut Eunuchina facies, apud *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch. de custod. virgin.* c. 12. (*al.* sect. 27. *extr.*)

[* EUNUCHĬON, i, n. lactucæ genus apud *Plin.* l. 19. c. 8. *ab init.* Quidam vocant eunuchion, quoniam hæc maxime refragetur Veneri.]

EUNUCHISMUS, i, m. eviratio, ut Eunuchismum facere, apud *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 4.

EUNUCHIZĀTUS, a, um, eunuchus factus. *Hieronym.* l. 1. *contra Jovinian.* c. 7. ex *Matth.* 19. 12.

EUNŪCHO, as, a. 1. *to castrate, geld, evirate, emasculate, eunuchate*, εὐνουχίζω, castro. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 289. Qui se eunuchat.

EUNŪCHUS, i, m. *an eunuch*, εὐνοῦχος, castratus. *Cic. in Orat.* c. 70. Multi eunuchi e Syria, Ægyptoque. *Juvenal.* sat. 6. v. 365. quas eunuchi imbelles, ac mollia semper Oscula delectent, et desperatio barbæ. *Id.* sat. 12. v. 34. imitatus castora, qui se eunuchum ipse facit. ¶ *Voss. in Etymol.* putat nomen esse officii, ab εὐνή, cubile, et ἔχω, curo, quasi lecti et cubiculi custos: et quia eviratis hominibus soliti sint principes hujusmodi custodiam mandare, inde factum ut pro castrato accipiatur. Alii ab εὖ, bene, derivant, νοῦς, mens, et ἔχω, habeo, quasi habens bonam mentem, quia res Venereæ amentiam inferant, et qui iis abstineant, valde sapere videantur. Alii denique deducunt ab εὖνις τοῦ ὀχεύειν, h. e. privatus, expers concubitus. ¶ *Eunuchum suam* feminino genere dixit *Terent. Eun. prol.* v. 32. Comœdiam intelligens, quæ *Eunuchus* inscribitur. V. *Centaurus.*

EVOCATĬO, onis, f. actus evocandi, ἔκκλησις, *a calling forth, summoning*, ut *inferorum evocatio*, apud *Plin.* l. 30. c. 1. et *evocatio deorum* ex urbibus obsessis, apud *Macrob. Saturn.* l. 3. c. 9. cujus ibi formulam, carmenque refert, multaque de eo antiquorum more disserit. *Hirt. de B. Alex.* c. 56. Edictum proposuerat, ut quibus pecunias imperasset, neque contulissent, se adirent. Quæ evocatio vehementer omnes turbavit. *summons.* ¶ *Evocatio* etiam dicebatur genus militis per tumultum in re subita collecti, ubi Dux alloquitur cives: Qui Rempubl. salvam vultis, me sequimini. *Donat. ad Terent. Eun.* 4. 7. 2. et *Serv. ad Æn.* 7. v. 614. Hinc *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 2. Vis decernitur per exercitus, classes, arma, tormenta, evocationes hominum, et alias hujusmodi res.

EVOCĀTOR, oris, m. qui evocat. Item qui tumultuarium, et subitum militem cogit, ut in voce præced. dictum est. *an enlister. Cic. Catil.* 1. c. 11. Principem conjurationis, evocatorem servorum et civium perditorum exire patieris?

EVOCATORĬUS, a, um, adject. qui evocat, ut Evocatoriæ litteræ apud *Sidon.* l. 8. ep. 12.

EVOCĀTUS, a, um, *called out, summoned*, ἔκκλητος, aliunde in aliquem locum vocatus, arcessitus. *Hirt. de B. Alex.* c. 34. Duas legiones in Ægyptum ad Cæsarem mittit, litteris ejus evocatas. *Sueton. in Calig.* c. 58. Pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas evocati. *Liv.* l. 23. c. 43. Evocati ad colloquium. *Id.* l. 39. c. 36. ad causam dicendam. V. *Evoco. Justin.* l. 13. c. 4. Evocatos de singulis manipulis seditiosos supplicio tradi jubet. *Id.* l. 12. c. 14. Se quoque a Macedonia non ad societatem militiæ, sed ad pœnam evocatum arbitrabatur. *Plin.* l. 6. ep. 31. Evocatus in consilium a Cæsare nostro ad Centum Cellas, maximam cepi voluptatem. ¶ In re militari *evocati*, ἀνάκλητοι, erant milites veterani, qui quamvis stipendia explevissent, nihilominus in gratiam consulum, aut imperatorum, ab iis largitione, litteris, precibus invitati, militiam resumebant, et honoratiore loco in ipsa constituebantur: cujus rei exemplum habes apud *Cicer.* 15. *Fam.* ep. 4. et *Sueton. in Aug.* cap. 10. *Hinc Cic.* 3. *Fam.* ep. 6. *ad fin.* Antonium præfectum evocatorum misi ad te, cui si tibi videretur, cohortes traderes. *Sueton. in Aug.* c. 56. Affuit et clientibus: sicut Scutario cuidam evocato quondam suo. ¶ Ad horum similitudinem, *evocatos* appellavit Galba equestris ordinis juvenes, qui manente anulorum aureorum usu, excubias circa cubiculum suum vice militum agerent, ut narrat *Sueton. in ejus vita* cap. 10.

EVŎCO, as, avi, atum, a. 1. *to call out, bid to come forth, invite, summon*, ἐκκαλέω, ex aliquo loco advoco, arcesso, vocando elicio, invito, provoco, pertraho. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 86. Juvenes stare ad januam duos quosdam, qui eum magnopere evocarent. *Id. Attic.* 2. ep. 24. Iis litteris sic te evocabam, ut nihil acrius, neque incitatius fieri posset. *Plaut. Asin.* 2. 3. 3. Atriensem Sauream, si est intus, evocato huc. *Id. Mil.* 4. 6. 33. et *Terent. Hecyr.* 5. 1. 7. Abi tu: illum evocato foras. *Plaut. Amph.* 3. 3. 12. Gubernatorem a navi huc evoca meis verbis. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 108. Exercitum a Pelusio clam Alexandriam evocavit. *Id.* l. 6. *B. Gall.* c. 34. Ad Germanos pervenit fama, diripi Eburones, atque ultro omnes ad prædam evocari. et lib. 5. *c. ult.* Magna contumelia verborum nostros ad pugnam evocant. *Sueton. in Aug.* c. 16. Evocare aliquem ex provincia in auxilium. *Ovid.* l. 1. *Amor.* el. 8. v. 17. mortuos sepulcris. *Virg.* 4. *Æn.* v. 242. animas Orco. ¶ Aliquando *evocare* est judicis, magistratus, et hujusmodi adesse jubentis ad testimonium, aut causam dicendam, *to summon with authority, as a magistrate does, to command to appear. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 108. Queri, atque indignari cœpit, regem ad dicendam causam evocari. *Cic. Verr.* 5. c. 28. Magistratus et quinque primi accitu istius evocantur. et *Verr.* 4. c. 67. Evocat ad se Centuripinum magistratum, et decemprimos. *Plin.* l. 5. ep. 20. Evocare testes. *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 12. leg. 1. Ne quis messium tempore adversarium cogat ad judicium venire, &c. sed si prætor per ignorantiam evocare perseveraverit, &c. ¶ *Evocare deos* quid sit, docet *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 9. ut in *evocatio* dictum est: item *Plin.* his verbis lib. 28. c. 2. Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credat, in oppugnationibus ante omnia solitum a Romanis Sacerdotibus evocari deum, cujus in tutela id oppidum esset, promittique illi eundem, aut ampliorem apud Romanos cultum. Et durat in Pontificum disciplina id sacrum: constatque, ideo occultatum, in cujus dei tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent. Hæc *Plin.* Simile est illud *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 8. leg. 9. Sacrarium est locus, in quo sacræ res ponuntur: quod etiam in ædificio privato esse potest: et solent, qui liberare eum locum religione volunt, sacra inde evocare. Habes et apud *Liv.* quiddam huc pertinens, in expugnatione Veiorum, l. 5. c. 21. et 22. ¶ In re militiari evocare est veteranos, qui stipendia expleverint, ad militiam precibus et præmiorum spe rursus pertrahere, ut in *Evocatus* dictum est: item quoscumque milites ad subitam et tumultuariam militiam vocare. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 7. Conclamant legionis decimæ tertiæ, quæ aderat, milites: hanc enim initio tumultus evocaverat, &c. et cap. 23. Erant complures adolescentes, et magnus numerus equitum R. et decurionum, quos ex municipiis Domitius evocaverat. ¶ Translate *Quintil.* l. 1. c. 1. *a med.* Contendat interim, et sæpius vincere se putet: præmiis etiam, quæ capit illa ætas, evocetur. *h. e.* alliciatur. *Cic. in fragm.* apud *Augustin.* l. 4. *contra Julian. Pelag.* c. 14. Quæ enim deformatio coloris et corporis, quod turpe damnum, quod dedecus, quod non evocetur atque eliciatur voluptate? *Senec. in Hippol.* v. 11. Prata rorifera mulcens aura, Zephyrus vernas evocat herbas. *causes to spring up. Sil.* l. 7. v. 501. Evocat e liquidis piscem penetralibus esca. *draws, attracts, induces. Plin.* l. 14. c. 1. Vites tonsura annua coercentur, et vis earum omnis evocatur in palmites. *is drawn, goes into. Id.* l. 17. c. 23. Quidam palmitem excæcant, supina falce auferendo oculos, ut longius evocent. *to make them grow longer. Cels.* l. 4. c. 14. Fricatione ad extremas partes materiam evocare. *to draw. Plin.* l. 23. c. 4. Oleum cicinum capillum evocat. *causes to grow. Cels.* l. 3. c. 25. Sudorem labore corporis evocare. *to promote. Plin.* l. 31. c. 10. Nitrum vomitiones evocat. *provokes, induces. Id.* l. 28. c. 19. Evocare abortus. *h. e.* educere, expellere. *Senec. in Med.* v. 754. aquas nubibus siccis. *to draw down; cause it to rain. Plin.* l. 28. c. 8. Adipis suffitu mulierum menses. *Id.* l. 2. c. 53. fulmina. *h. e.* elicere, impetrare. V. *Elicio* in fin. *Cic. pro Deiot. cap. pænult.* oratione misericordiam alicujus. *h. e.* implorare, elicere. *Solin.* l. 3. *de Ira*, c. 5. Ira lentos quoque natura et placidos in sævitiam ac violentiam evocat. *incites, provokes, stimulates, induces.* et lib. 2. *de benef.* c. 28. Boni consulere, et animum ejus, grate excipiendo, evocare. *h. e.* ejus qui beneficium dedit, liberalem animum ad insuper benefaciendum allicere, pertrahere. *Id.* ep. 29. Facetiæ, quæ risum evocare lugentibus possunt. *h. e.* elicere. *excite laughter even in those that weep. Plin.* l. 28. c. 4. *a med.* Evocare indicium. *to induce one to disclose.* et *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 8. iram. *Id. de constant. sapient.* c. 4. *extr.* lacrimas. *Id.* 2. *de Ira*, c. 21. aliquem in lætitiam. [¶ Particip. *evocandus* apud *Cels.* l. 5. c. 21. Ad sanguinem evocandum.]

EVŒ, et Euhœ, εὐοῖ, vox bacchantium, et Liberum Patrem inclamantium et invocantium: quasi εὖ οἷ, *bene sit illi.* Placet *Dausquio* aspirationem interscribi, *Vossio*, et aliis non placet. Vox est disyllaba: neque ullum adhuc vidimus Poetæ locum, ex quo necessario conficiatur, esse trisyllabam. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 61. Saxea ut effigies bacchantis prospicit evœ. et vers. 255. Evœ bacchantes, evœ capita inflectentes. *Horat.* l. 2. od. 19. v. 5. Evœ! recenti mens trepidat metu. et vers. 7. evœ! parce Liber. Adde *Virg.* 7. *Æn.* v. 389. et *Ovid. Metam.* 4. v. 522. ¶ Qui scribunt *euohe*, aut *heuœ*, male scribunt.

EVOLATĬCUS, a, um, adject. qui volat, ut Evolatici homines, apud *Plaut. Pœn.* a. 2. v. 27. Al. tamen leg. *volatici.*

EVOLĬTO, as, a. 1. *to fly out frequently*, sæpe evolo. *Colum.* l. et cap. 8. *de columbis.* Patentibus fenestris, per quas ad requirendos cibos evolitant.

EVŎLO, as, avi, atum, n. 1. *to fly out or away*, ἀφίπταμαι, extra, vel in altum volo. *Cic. in Bruto*, c. 78. Ut evolare, non excurrere, videretur. *Id.* 1. *de Leg.* c. 1. Aquila ex quercu evolavit. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. Evolare extra septa. ¶ Translate est erumpere. *to sally forth. Cæs.* l. 3. *B. Gall. c. pænult.* Subito ex omnibus partibus silvæ evolaverunt, et in nostros impetum fecerunt. ¶ Item progredi, ad honores altius evehi, ascendere. *to ascend, aspire. Cic.* 1. *Fam.* ep. 7. *a med.* Quem illi esse in principibus facile sunt passi, evolare altius certe noluerunt. Adde 2. *de Orat.* c. 52. ¶ Item eripere se, aufugere. *to run away. Cic. in Somn. Scip.* c. 3. Qui ex corporum vinculis tanquam e carcere evolaverunt. *q. d.* extra vincula evolaverunt. ¶ Item vitare, effugere. *to avoid, escape. Cic. de Provinc. Consul.* c. 6. Quam pœnam si tum aliorum opibus, non suis evolarunt, &c. *Id.* 3. *Verr.* c. 5. Evolet ex vestra severitate. ¶ Item fugere. *Id. Verr.* 7. c. 34. Evolarat jam e conspectu fere fugiens quadriremis. [¶ Particip. *evolans, evolaturus* apud *Plin.* l. 7. c. 52. Evolans ex ore anima. *Plin. alter* l. 9. ep. 28. Polliceris futurum te fugitivum rei familiaris, statimque ad nos evolaturum.]

EVŎLO, as, a. 1. *to rob, steal, plunder*, ἁρπάζω, est furari, rapere, quasi in volam recipere. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 65. Cistellam adolescens hic mihi evolavit. *Alii rectius leg.* Cistella mihi hic, mi adolescens, evolavit.

EVOLVO, is, olvi, olutum, a. 3. *to roll or tumble over, roll down or away*, ἀποκυλίω, deorsum, aut extra, aut de loco volvo. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 518. modo se super aera frustra Tollere conatur, jactasque evolvere silvas. *h. e.* a se rejicere. *Lucret.* l. 6. v. 140. *de vento.* Arbusta evolvens radicibus haurit ab imis. *Lucan.* l. 3. v. 481. nudis evolvunt saxa lacertis. *Id.* l. 6. v. 170. cadavera plenis Turribus evolvit, subeuntesque obruit hostes. *Tacit. de Germ.* c. 39. Evolvi per humum. *to be rolled along the ground. Cels.* l. 7. c. 16. Nonnunquam venter ictu aliquo perforatur, sequiturque ut intestina evolvantur. ¶ Dicitur et de aquis, quia volvendo se decurrunt. *Curt.* l. 5. c. 4. Araxes multorum aquas torrentium evolvit in Medum. *Virg.* 5. *Æn.* v. 807. In mare se Xanthus evolvit. *Plin.* l. 4. c. 12. Danubius in Pontum vastis sex fluminibu

evolvitur. ¶ Est etiam explicare, et quod involutum erat aperire. *to unfold, evolve.* *Petron. in Satyr.* c. 11. Opertum me amiculo evolvit. *h. e.* detexit. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 581. Evolvit vestes sævi matrona tyranni, Germanæque suæ carmen miserabile legit. *Id. Heroid.* ep. 12. v. 24. Evolvere fusos. *to unwind:* volvere usque dum omni filo spolientur. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 10. *circa med.* Evolvere volumen epistolarum. ¶ Hinc translate est digerere, explicare, narrare. *to cast or turn it in one's mind, find or search out, set forth, explain.* *Ovid.* 1. *Metam.* v. 24. Quæ postquam evolvit, cæcoque exemit acervo, &c. *Virg.* 9. *Æn.* v. 509. Et mecum ingentes oras evolvite belli. *Stat.* 1. *Theb.* v. 2. sontesque evolvere Thebas. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 10. *a med.* Totam hanc deliberationem evolvis accuratius in litteris VIII. cal. Mart. datis. *Id. Acad.* l. 4. c. 36. Exponere disciplinam sapientiæ, naturam rerum omnium evolvere. *Id. pro Cœl.* c. 23. Cujus ego neque principium invenire, neque evolvere exitum possum. *Id.* 3. *Offic.* c. 19. Animi sui complicatam notionem evolvere. ¶ Item legere. *to read, peruse:* ductum a voluminibus, quæ legi non possunt, nisi evolvantur. *Cic.* l. 1. *Tuscul.* c. 11. *a med.* Evolve diligenter ejus eum librum, qui est de animo. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 112. et *Ovid.* 1. *Fast.* v. 657. Evolvere Fastos. *Id.* 2. *Trist.* v. 307. versus. et vers. 238. jocos. ¶ Item secum meditari, versare animo, mente volvere. *to consider, meditate upon.* *Sil.* l. 3. v. 216. Promissa evolvit somni, noctemque retractat. *Virg.* 4. *Georg.* v. 509. et gelidis hæc evolvisse sub astris. *Senec. in Agam.* v. 116. Tecum ipsa evolve femineos dolos. ¶ *Evolvere se* est se expedire, exire: *to extricate or free himself:* ductum a cursu aquarum. *Terent. Eun.* 4. 4. 55. Hac re et te omni turba evolves, et illi gratum feceris. *Id. Phorm.* 5. 4. 5. Nullo possum remedio me evolvere ex his turbis. *Lucan.* l. 9. v. 876. Imus in adversos axes: evolvimur orbe. *h. e.* egredimur. ¶ Ab eodem aquarum cursu est et illud *Senecæ in Œdip.* v. 252. *de Sole.* Qui tarda celeri sæcula evolvis rota. *rollest, causest to roll.* et *in Med.* v. 402. Nitidusque certas mundus evolvit vices. ¶ Item illud *Valer. Flacc.* l. 4. v. 117. Ingemit, ac tales evolvit pectore questus. *h. e.* effundit. ¶ Interdum ponitur pro eruere. *to tear out.* *Senec. in Œdip.* v. 966. Radice ab ima funditus vulsos simul evolvit orbes. *h. e.* eruit oculos. Sic *Lucan.* l. 2. v. 184. ille cavis evolvit sedibus orbes. Translate *Plaut. Pseud.* 1. 3. 82. Ego in hoc triduo aut terra, aut mari alicunde evolvam id argentum tibi. *h. e.* eruam, extricabo, et tibi conficiam. ¶ Est nonnunquam deturbare, expellere. Hinc *evolutus bonis:* quod V. infra. *Liv.* l. 6. c. 15. Ut istos excubantes publicis thesauris ex præda clandestina evolvas. ¶ Apud Poetas diæresim interdum patitur. *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 74. Condita quin veri pectoris evoluam. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 24. Debuerant fusos evoluisse meos. [¶ Particip. *evolvendus* apud *Tacit. de orator. dial.* c. 29. Nec in evolvenda antiquitate satis operæ insumitur.]

EVOLŪTĬO, onis, f. evolvendi actio, explicatio, lectio. *Cic.* l. 1. *Fin.* c. 7. Quid historia cognitioque rerum, quid Poetarum evolutio? *a turning over, reading, perusing.*

EVOLŪTUS, a, um, adject. ἀναπεπτυμένος, *unfolded, evolved,* ut Evoluta serpens, et ex oculis elapsa, *Liv.* l. 26. c. 19. Evolutum furfure panicum, apud *Colum.* l. 2. c. 9. *extr.* *h. e.* exutum, purgatum. *purged.* ¶ Evolutus bonis, *h. e.* deturbatus. *Senec.* ep. 74. Evolutus sede patria, rebusque summis, *Tacit.* 13. *Ann.* c. 15. *h. e.* expulsus, ejectus. Evolutus tegumentis dissimulationis, et nudatus. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 86.

EVŎMO, is, ui, itum, a. 3. *to vomit forth, cast out,* ἐξεμέω, vomendo ejicio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 49. Easque cum stomacho concoxerit, evomere. ¶ Translate est emittere. *Cic. de Amic.* c. 23. Apud quem evomat virus acerbitatis suæ. *Terent. Adelph.* 3. 2. 14. Evomere iram in aliquem. *to vent forth.* *Cic.* 5. *Phil.* c. 7. In me absentem, orationem ore impurissimo evomuit. *Id. Catil.* 2. c. 1. *extr.* Urbs hæc lætari mihi videtur, quod tantam pestem evomuerit, forasque projecerit. *Plin.* l. 5. c. 9. Nilus multis faucibus in Ægyptium mare se evomit. *disembogues itself.* *Sil.* l. 17. v. 594. Evomuit pastos per sæcula Vesvius ignes. [¶ In bonam partem *Prudent. Apotheos.* v. 595. Pandite librum, Evomuit spirante Deo quem sanctus Esaias. ¶ Particip. *evomens, evomitus* apud *Tacit.* 12. *Ann.* c. 67. Ille tanquam nisus evomentis adjuvaret. *Cœl. Aurel. Chron.* l. 4. c. 8. Diocles inquit, evomitos lumbricos nihil alienum significare.]

EUONȲMUS, i, f. *the spindle-tree,* εὐώνυμος, arbor insulæ Lesbi, non absimilis Punicæ, inter eam et laurum folii magnitudine, figura vero et mollitie Punicæ, flore candidiore: siliquas fert sesamæ similes, in quibus granum quadrangula figura, spissum, letale animalibus: nec non in folio eadem vis. *Plin.* l. 13. c. 22. ¶ Item insula Siciliæ, minima Æoliarum, quæ nunc creditur *Lisca bianca.* *Plin.* l. 3. c. 9.

EUPATORĬA HERBA, *the herb eupatory, agrimony or liver-wort,* apud *Plin.* l. 25. c. 6. eadem est, quæ agrimonia. V. [¶ Fuit etiam urbs Eupatoria prope flumen Amisum in Ponto, sic cognominata a Mithridate ejus conditore, cui Eupatoris nomen fuit. *Plin.* l. 6. c. 2.]

[* EUPELĬOS, i, herba eadem quæ daphnoides, hypoglossion, et victoriola. *Apul. de herb.* c. 58.]

EUPETĂLOS, εὐπέταλος, pulcra habens folia: ab εὖ, bene, et πέταλον, folium. Dicitur de genere chamædaphnes, quod daphnoides vocatur, frutice ramoso, crassiore ac molliore, quam laurus, folio, cujus gustatu accenditur os atque guttur, baccis e nigro rufis. *Plin.* l. 15. c. 30. ¶ Item de gemma quatuor colores habente, cæruleo, igneo, minii, et mali. *Id.* l. 37. c. 10.

EUPHĒME, es, f. Εὐφήμη, nutrix Musarum, Croti mater: qui Crotus in cælo Sagittarius esse dicitur. *Hygin. Poet. Astron.* l. 2. c. 27.

EUPHEMISMUS, i, m. εὐφημισμός, h. e. bonum omen: ab εὐφημίζω, bene ominor, bona verba dico: est figura rhetorica, qua res ingratas et odiosas mitioribus vocabulis exprimimus, vel ironice, ut cum Furiæ Eumenides vocantur; vel extra ironiam, ut *Vellei.* l. 2. c. 93. Si quid accidisset Cæsari. *h. e.* si mortuus esset. Sed vox Græca est, et Græce adhibenda.

EUPHONĬA, æ, f. *an agreeable sound; euphony,* εὐφωνία, bonus sonus, suavis pronuntiatio. A grammaticis dicitur cum singula verba dulcem ac jucundum sonum edunt: quæ a *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *velut vocalitas* vertitur, *cujus in eo delectus est, ut inter duo, quæ idem significant ac tantumdem valent, quod melius sonat, malis.* De hac *Donat. in Edit.* 2. pag. 1751. *Putsch.* Meminerimus, euphoniam in dictionibus plus interdum valere, quam analogiam et regulam præceptorum.

EUPHORBĬA, æ, f. *euphorbium,* herba est specie thyrsi, foliis acanthinis, succum emittens lacteum, qui siccatus turis effigiem habet: inventa in monte Atlante ab Euphorbo medico Jubæ regis, ut *Plin.* l. 5. c. 1. *extr.* et lib. 25. c. 7. *ad fin.* docet. Dicitur etiam *euphorbium, ii,* n. ab *eod.* l. 25. c. 12. et lib. 26. c. 8.

EUPHORBUS, viri Trojani nomen a Menelao occisi, cujus animam Pythagoras, qui metempsychosim commentus est, habere se jactabat. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 160. et *Gell.* l. 4. c. 11. Hinc *sapiens Euphorbus* pro Pythagora sumitur ab *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 50. ubi alii pro *sapiens Euphorbus* legunt *sapiens, et fortis.*

EUPHORĬON, Poeta Chalcidensis, qui varia scripsit. Elegorum ejus testis est *Diomed.* l. 3. pag. 482. *Putsch.* Poema etiam aliud, in quo multa de agricultura, affert *Suid.* Quam ob causam forte *Varro,* et *Columella* eum inter scriptores rusticos celebrant, uterque l. 1. *R. R.* c. 1. Hujus Græca carmina Gallum Latine vertisse, auctor est *Serv.* ad illud *Virg. Ecl.* 10. v. 50. Ibo, et Chalcidico quæ sunt mihi condita versu, &c. V. *Quintil.* l. 10. c. 1.

EUPHRĀTES, is, m. Εὐφράτης, fluvius Asiæ. Oritur ex Niphate monte Armeniæ majoris, in Tigrim cadit, et cum ipso paulo post in sinum Persicum se exonerat. Dictus creditur ab εὐφραίνω, exhilaro, quia aquis suis agros circumjacentes fertilissimos reddit. *Plin.* l. 5. c. 24. ¶ Metonymice ponitur pro populis Orientis. *Virg.* 1. *Georg.* v. 509. Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum. ¶ In illo *Lucani* l. 8. v. 358. Signaque ab Euphrate cum Crassis capta sequentem: vel cæsuræ beneficio dic ultimam produci: vel cum *Prisciano* l. 7. pag. 768. *Putsch.* dativum esse Græcum positum pro ablativo Latino τῷ Εὐφράτῃ.

EUPHRĀTIS, idis, f. quæ ad Euphratem posita est, ut Ripa Euphratis, apud *Sidon. in carmine subjecto* ep. 9. l. 8. *ad fin.*

EUPHROSȲNE, es, f. Εὐφροσύνη, una Gratiarum ab hilaritate. V. *Gratiæ.*

EUPHROSȲNUM, *the herb borrage or bugloss,* εὐφρόσυνον, vocatur herba buglossos, cui præcipuum, quod in vino dejecta, animi voluptates auget: ab εὐφροσύνη, hilaritas. *Plin.* l. 25. cap. 8.

EUPLOCĂMUS, adject. εὐπλόκαμος, calamistratus: ab εὖ, bene, et πλόκαμος, cincinnus. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 155. Euplocamo digitos, discerniculumque capillo.

EUPŎLIS, idis, m. Εὔπολις, antiquus Poeta Comicus, in reprehendendis hominum vitiis liberrimus. Scripsit comœdias decem et septem, ex quibus novem victoriam meruerunt. Periit in prœlio navali inter Lacedæmonios et Athenienses commisso. Cujus mors quantum civitati luctum attulerit, illud ostendit, quod publico edicto cautum fuit, ne poetis in posterum militare liceret, uti apud *Suid.* legitur. *Plin.* l. 1. ep. 20. Summum oratorem Periclem sic a Comico Eupolide laudari. *Vellei.* l. 1. c. 16. Una ætas priscam illam et veterem sub Cratino, Aristophane, et Eupolide comœdiam illustravit. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 11. Quorsum pertinuit stipare Platona Menandro, Eupolin Archilocho? *Pers.* sat. 1. v. 124. Iratum Eupoliden prægrandi cum sene palles.

EURĪNUS, a, um, *relating to the east-wind, eastern,* ad Eurum pertinens. *Colum.* l. 11. c. 2. *post init.* Cal. Febr. Fidis incipit occidere: ventus Eurinus, et interdum Auster cum grandine est.

EURĬPĬCE, es, f. εὐριπική, genus junci, cujus semine somnum allici, scribit *Plin.* l. 21. c. 18.

EURĬPĬDES, m. Εὐριπίδης, Poeta Tragicus Atheniensis. Natus est eo die, quo Xerxis exercitus ab Atheniensibus fusus est. Fuit primum in Rhetorica Prodici discipulus, deinde Socratis in Philosophia: secutus est etiam Anaxagoram. Athenis discedens venit ad Archelaum Macedoniæ Regem, apud quem summo in honore fuit. Scripsit fabulas septuaginta quinque, ex quibus quinque tantum victoriam meruerunt. Castitate vitæ tanta fuit, ut vulgo μισογύνης, hoc est osor mulierum cognominatus sit. Duxit tamen uxores duas. Excessit noctu discerptus a canibus annum agens septuagesimum quintum. Ossa ejus regis jussu Pellam translata, repulsis Atheniensium precibus, qui sæpe per legatos tentaverant, ut civis sui reliquias sibi in patriam referre liceret. Hæc, et alia de eo *Gell.* l. 15. c. 20. et *Suidas.* ¶ Pænultima fere corripitur. Producitur a *Sidon.* carm. 23. v. 127. Cessissent Sophocles, et Euripides. Adde carm. 9. v. 235.

EURĬPĬDĒUS, *vel* Euripidius, a, um, *Euripidean,* Εὐριπίδειος, ad Euripidem pertinens. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 25. Euripideum carmen.

EURĪPUS, i, m. *an arm of the sea,* εὔριπος, fretum maris angustum, ubi aqua æstu vehementiore reciprocat: quale est Thracii Bosphori, et alibi. *Cic. pro Mur.* c. 17. Quod enim fretum, quem euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes, et quantos æstus habet ratio comitiorum? *Plin.* l. 6. c. 23. Inde vadosa navigatio palustri similis, per euripos tamen quosdam peragitur. ¶ Græci Etymologi ducunt ab εὖ, et ῥιπίζω, ventilo, quod mare iis locis ventilatur, agitaturque vehementius. ¶ Celebre est hoc nomine fretum inter Eubœam, et Bœotiam, qui et *Euripus* per antonomasiam dicitur (a *Liv.* l. 31. c. 24. &c.) ubi mare rapidum (inquit *Pompon. Mela* l. 2. c. 7. *ante med.*) et alterno cursu septies die, ac septies nocte, fluctibus invicem versis, adeo immodice fluit, ut ventos etiam, ac plena ventis navigia frustretur. *Plin.* vero l. 2. c. 97. septies die ac nocte reciprocare ait: cui adstipulatur *Seneca in Herc. Œt.* v. 779. Alii sexies tantum, scripsere. Denique *Liv.* l. 28. c. 6. non septies die, inquit, sicut fama fert, temporibus statis reciprocat, sed temere in modum venti, nunc huc, nunc illuc verso mari, velut monte præcipiti devolutus torrens, rapitur; ita nec nocte, nec die quies navibus datur. Ex recentioribus Scriptoribus prodidere quidam, bis tantum die, et nocte reciprocare. neque tamen id constanter, sed aliquando pluribus etiam vicibus. ¶ Ab horum similitudine *euripi* dicuntur alvei, fossæ, aut canales manu facti magnifico opere, qui aquas in morem fluviorum deducunt, *canals, conduits, water-pipes, aqueducts:* quod sicut in marinis fretis, ita in his aquæ ripis utrinque angustis inclusæ decurrant. Hujusmodi sunt, qui aquas in privatas domos deferunt, et qui tubis arctatam in sublime efferunt, tum usus causa, tum deliciarum. Dicuntur etiam *nili,* sed cum discrimine, quia *nili* exiliores sunt et angustiores, *euripi* ampliores. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 1. Magnificas villas, et pavimenta marmorea, et laqueata tecta contemno: ductus vero aquarum, quos isti nilos et euripos vocant, quis non, cum hæc videat, irriserit? Adde *Senec.* epist. 83. *Frontin. de Aquæduct.* artic. 84. *Plin.* l. 36. c. 15. *ad fin.* et *Plin. alter* l. 1. ep. 3. ¶ Item quæcumque lacunæ, vel fossæ vivam aquam, aut stagnantem continentes, *ditches, trenches, moats.* *Plin.* l. 5. c. 10. Mareotis lacus euripo e Canopico ostio mittitur. *Id.* l. 8. c. 26. Primus hippopotamum, et quinque crocodilos Romæ ædilitatis suæ ludis M. Scaurus temporario euripo ostendit. *in a temporary pool or stand of water.* Hujusmodi fuerunt quos aliquando in Circo effodiendos curavit C. Cæsar, metu ne elephanti dimicantes effugerent, ut *Plin.* narrat l. 8. c. 7. et *Sueton. in Cæs.* c. 39. Fertur Heliogabalus in euripis vino plenis navales circenses exhibuisse. *Lamprid. in Heliog.* c. 23.

EUROAUSTER, stri, m. ventus ab una parte habens eurum, ex alia austrum. *Isid.* l. 13. *Orig.* c. 11. *et in fragm. vet. columnæ Gruter.* pag. 137. Fortasse est, quem nos dicimus *a south-east wind,* spirans inter Phœnicem et Austrum: vel potius idem est cum Euronoto.

EURONŎTUS, i, m. *the south-east wind,* εὐρόνοτος, φοῖνιξ, ventus spirans inter ortum brumalem, et meridiem, qui et Phœnix dicitur. *Plin.* l. 2. c. 47. et *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* ¶ Alii docent spirare ab Oriente hiberno, eundemque esse cum Vulturno, Italis *Scirocco Levante:* Euronotum vero dici, quod inter Notum et Eurum sit (quæ tamen etymologia etiam in priori significatione e convenit.) Ita *Gell.* l. 2. c. 22.

EURŌPA, æ, *et* Europe, es, f. Εὐρώπη, filia Agenoris Phœnicum regis et Agriopes, soror Cadmi, quam Jupiter in bovem versus, dolose tergo exceptam per mare abduxit in Cretam, atque ex ea Sarpedonem, (*al.* Æacum) Minoem, et Rhadamanthum genuit. Fabulam fuse describit *Ovid.* l. 2. *Metam.* a vers. 836. Adde *Horat.* l. 3. od. 27. v. 25. et *Hygin.* fab. 155. et 178. ¶ Ex quorundam opinione scribit *Fest.* raptam fuisse Europam a prædonibus Cretensibus, qui nave usi sint effigiem tauri in puppi habente. Alii quæ *taurus* appellaretur. Alii a prædone, cui nomen *Taurus* fuerit. ¶ Ab ea denominata est tertia Orbis pars, (V. *Asia.*) et pulcherrima omnium: *Europe:* quæ a Septemtrione et Occidente Oceano clauditur, a Meridie mari Mediterraneo, quod eam ab Africa disterminat, ab Oriente aliqua ex parte Asiæ jungitur. *Plin. in proœm.* et

cap. 1. lib. 3. et *ult.* lib. 4. ¶ Hujus appellationis rationem alii inde ducunt, quod ob pulcritudinem regionis, per simulationem raptæ filiæ, ea terrarum pars ab Agenore et Phœnicibus occupata sit. *Fest.* ¶ Alii id nomen ductum esse a Phœnicibus, quorum lingua *Europa* terram λευκοπρόσωπον, *h. e.* homines habentem facie candida, significet. ¶ *Europai* in genit. sing. apud *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) diæresis est in versu usurpata, similis ut *terrai, aquai.* ¶ Si de filia Agenoris loquaris, utraque positione uti licet: si de parte Orbis, rectius Latinam usurpabis. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 81. miscere cruentas Europæque Asiæque manus. ¶ Romæ porticus amplissima in campo Martio, in qua picta erat fabula Europæ abductæ, frequentata multum otiosis hominibus, *Europe* dicitur *a Martial.* l. 2. epigr. 14. et lib. 3. epigr. 20. V. etiam lib. 11. epigr. 1.

EUROPÆUS, a, um, Εὐρωπαῖος, ad Europam Agenoris filiam pertinens, ut Europæus dux, apud *Ovid.* 8. *Metam.* v. 23. h. e. Minos Europæ filius. ¶ Item pertinens ad partem Orbis, *European. Nepos in Eumen.* c. 3. Illum opposuerat Europæis adversariis. *Curt.* l. 7. c. 7. Bactrianos Tanais ab Scythis, quos Europæos vocant, dividit.

EUROPENSIS, se, *European,* Europæus. *Vopisc. in Aurel.* c. 31. Aureliano rebus Europensibus occupato. *Al. leg.* Europiensibus. *Id. in Probo,* c. 13. Recepit omnes Europenses exercitus. V. *Hispaniensis.*

EURŌTAS, æ, m. hod. *Basilipotamo,* Εὐρώτας, fluvius Peloponnesi, lauris abundans in ripis: oritur in Arcadia, et per Laconiam in meridiem decurrit, et Lacedæmonem alluens in sinum Laconicum influit. *Plin.* l. 4. c. 5. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 247. et *Valer. Flacc.* l. 1. v. 430. ¶ Marmor Lacedæmonium significatur in illo *Statii* l. 1. silv. 5. v. 40. Vix locus Eurotæ, &c.

EUROTĬAS, æ, m. gemma, quæ situ (inquit *Plin.* l. 37. c. 10.) videtur operire nigritiam. Est ab εὐρὼς, situs, mucor, putredo.

EURŌUS, a, um, *relating to the East, eastern,* ad Eurum pertinens, Orientalis. *Virg. Æn.* 3. v. 533. Portus ab Euroo fluctu curvatur in arcum. *Pier. Valerian.* ita se legisse testatur in omnibus pæne codicibus antiquis, quos versaverit. Al. tamen *Eoo,* quod est magis usu receptum.

EURUS, i, m. *the south-east wind,* εὖρος, ventus spirans ab Oriente brumali, contra Corum, Latina appellatione *Vulturnus. Colum.* l. 11. c. 2. *a med.* Eurus, quem quidam Vulturnum appellant. *Senec.* l. 5. *quæst. nat.* c. 16. Ab oriente hiberno Eurus exit, quem nostri appellavere Vulturnum. Et Livius (l. 22. c. 46.) hoc nomine illum appellat, &c. Sed et Eurus jam civitate donatus est, et nostro sermoni non tanquam alienus intervenit. Adde *Plin.* l. 2. c. 47. *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 38. *Colum.* l. 5. c. 5. *a med.* et *Vitruv.* l. 1. c. 6. *a med.* ¶ Qui quatuor tantum ventos agnovere, non ab oriente brumali, sed æquinoctiali contra Zephyrum spirare affirmant, et alium a Vulturno esse, eundem vero cum Apeliote, et Subsolano. *the east-wind. Gell.* l. 2. c. 22. Qui ventus igitur ab oriente verno, id est æquinoctiali venit, nominatur eurus, ficto vocabulo, ut isti ἐτυμολογικοὶ aiunt, ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων, h. e. ab aurora flans. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 2. v. 27. modo purpureo vires capit Eurus ab ortu: Nunc Zephyrus sero vespere missus adest. Adde *Metam.* 1. v. 61. *et sequentib.* et *Manil.* l. 4. v. 589. ¶ Atque hac ratione accipi videtur a Poetis, qui interdum Eurum pro Oriente ponunt. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 538. regio, quæ virginis æquor ad Helles, Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro. *Claudian.* l. 2. *de laudib. Stilich.* v. 417. Unicus extremo Phœnix procedit ab Euro. ¶ Per synecdochen sumitur pro quovis vento. *Virg.* 3. *Georg.* v. 382. Gens effrena virum Rhiphæo tunditur euro. ¶ In plur. num. *Id.* 2. *Georg.* v. 339. hibernis parcebant flatibus Euri. et vers. 441. animosi Euri. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 9. v. 13. tumidi. et *Heroid.* ep. 15. v. 9. indomiti. et ep. 9. v. 9. truculentior Euris. *Furius* apud *Gell.* l. 18. c. 11. *extr.* Spiritus Eurorum virides cum purpurat undas.

EURYĂLE, es, f. Εὐρυάλη, fuit regis Minois filia, quæ Neptuno Orionem peperit. [*Hygin. Astron.* l. 2. c. 34.] ¶ Alia fuit Prœti Argivorum regis filia. ¶ Tertia una ex Gorgonibus. *Hygin. in præfat.* [¶ Alia fuit regina Amazonum. *Val. Flacc.* l. 5. v. 612.]

EURYDĬCE, es, f. Εὐρυδίκη, uxor Orphei, pro qua recuperanda ad inferos descendit. *Virg.* l. 4. *Georg.* v. 486. Redditaque Eurydice superas veniebat ad auras. Fabulam. V. in *Orpheus.* ¶ Latina positione est *Eurydica, æ,* ut habetur in versibus *Ennii* apud *Cicer.* 1. *de Divin.* c. 20.

EURYLŎCHUS, i, Εὐρύλοχος, socius Ulyssis, qui solus Circes pocula non gustavit, neque in suis figuram est transmutatus. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 287. Vidimus Eurylochum: solus data pocula fugit.

EURYMĔDON, ontis, Εὐρυμέδων, pater Peribœæ, ex qua Neptunus suscepit Nausithoum regem Phæacum, et Alcinoi patrem. ¶ Item filius Fauni, de quo *Stat.* 11. *Theb.* v. 32. ¶ Item fluvius, qui ex Tauri jugis ortus Pamphiliam secat. *Mela* l. 1. c. 14.

EURYMIDES, æ, m. filius Eurymi, Εὐρυμίδης, h. e. Telemus. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 771. et in *Ibin,* v. 272. et *Hygin.* fab. 125. et 128.

EURYNŎME, es, Εὐρυνόμη, Oceani et Tethyos filia, uxor Orchami Achæmeniorum regis, mater Leucothoes. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 210. ¶ Item Apollinis filia, quæ Adrastum Argivorum regem, et Eryphylem Amphiarai conjugem peperit. *Hygin.* fab. 69. ¶ Item mater Gratiarum. *Id. in præfat.*

EURYSTHEUS, trisyllab. m. Εὐρυσθεὺς, Stheneli Mycenarum regis filius, qui Junonis instinctu imperabat Herculi, ut varia monstra superaret, quo posset perire. Quare eum *Virg.* durum appellat 3. *Georg. in princ.*

EURYSTHĒUS, a, um, ad Eurystheum pertinens, Εὐρυσθεῖος. *Stat.* 6. *Theb.* v. 311. bella Eurysthea gerentem Amphitryontaden.

EURYTHMĬA, æ, f. εὐρυθμία, concinnitas, convenientia, apta dispositio. *Vitruv.* l. 1. c. 2. Architectura constat ex ordinatione, ex dispositione, eurythmia, et symmetria. *et paulo post.* Eurythmia est venusta species, commodusque in compositionibus membrorum aspectus. Hæc efficitur, cum membra operis convenientia sunt, altitudinis ad latitudinem, latitudinis ad longitudinem, et ad summam omnia respondent suæ symmetriæ. Adde lib. 6. c. 2. *extr.* Videtur autem, inquit *Bald. in Lex. Vitruv.* ea dictione exprimi quod Italice dicitur *garbato, grazioso. (graceful, fine.)*

EURYTIS, idos, f. Εὐρυτὶς, patronym. filia Euryti. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 133. Eurytidosque Ioles, atque insani Alcidæ. Adde *Metam.* 9. v. 395.

EURYTUS, i, m. Εὔρυτος, Oechaliæ rex, pater Ioles, ab Hercule victus, et occisus, cum filiam certaminis lege promissam nollet tradere. ¶ Item Mercurii filius, comes Argonautarum. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 438. et lib. 3. v. 471. et lib. 6. v. 569.

EUSCHĒME, adverb. *handsomely, properly,* εὐσχήμως, decore, speciose: præsertim si de vestibus, et habitu sermo sit. Vox Græca, qua utitur *Plaut. Mil.* 2. 2. 58. et *Trinum.* 3. 1. 24.

EUSTYLOS. V. *Diastylos.*

EUTERPE, es, f. Εὐτέρπη, una ex Musis, quæ *dulciloquis calamos flatibus urget,* ut est apud *Auson. Edyll. ult.* ab εὖ, bene, et τέρπω, delecto. *Horat.* l. et od. 1. v. 32. si neque tibias Euterpe cohibet.

EUTHYGRAMMUS, i, m. *an architect's rule,* εὐθύγραμμος, regula recta, qua utuntur architecti in operibus dirigendis: ab εὐθὺς, rectus, et γραμμὴ, linea. *Vitruv.* l. et cap. 1. Geometria euthygrammi et circini tradit usum, e quo maxime facilius expediuntur normarum, et librationum, et linearum directiones.

EUTHYOS, a, um, Εὔθυος, pulcre et rite sacrificans. *Accius* apud *Macrob.* l. 6. c. 5. O Dionyse, pater optime, vitisator, Semela genitus Euthia. *Voss.* leg. *Evie,* ut ad Bacchum referatur.

EVULGĀTUS, a, um, *made public, spread abroad,* vulgatus, editus. *Tacit. Ann.* 14. c. 14. Evulgatus pudor. *Id.* 1. *Hist.* c. 4. Evulgatum arcanum. *revealed.*

EVULGO, as, a. 1. *to publish, spread abroad,* ἐξαγορεύω, in vulgus edo. *Liv.* l. 9. c. *ult.* Civile jus repositum in penetralibus Pontificum evulgavit. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 19. Evulgare injurias.

EVULSĬO, onis, f. *a plucking out, pulling or drawing out,* ἔκσπασις. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 22. Qui primus purgationes alvi, dentisque evulsionem invenit.

EVULSUS, a, um, ab evello, *pulled or rooted up, plucked out, torn up,* ἐκσπασθεὶς. *Cic.* l. 15. *Attic.* ep. 4. Arbor excisa non evulsa. *Crass.* apud *eund.* 3. *de Orat.* c. 1. Evulsa lingua. *Curt.* l. 8. c. 10. *a med.* Evulsum spiculum. *Plin.* l. 34. c. 15. Clavi e sepulcro evulsi. *Id.* l. 26. c. 1. Acus evulsus pollice. *Id.* l. 8. c. 51. Seta dorso suis evulsa. *Id.* l. 30. c. 13. Ricini evulsi cani.

EUXĪNUS PONTUS, *the Euxine or Black sea,* mare illud, quod incipiens a Bosphoro Thracio vergit in Or. et Sept. et ad Cimmerium Mæotidi paludi jungitur. Prius ἄξενος, Axenus dictus est, scil. inhospitalis, propter immanitatem eorum, qui ejus maris litora incolebant. Illi enim hospites immolare solebant, et carnibus peresis ex calvis eorum sibi pocula conficere. Postea cum in locis maritimis Iones aliquot oppida condidissent, cohibito Scytharum assueto latrocinio, receptoque Græcorum hominum commercio, Euxinus, hoc est, hospitalis appellatus est. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 4. v. 55. Frigida me cohibent Euxini litora Ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. *Plin.* l. 4. c. 12. *post med.* Tota ab Hellesponto longitudo CCXXXIX M. pass. Dein vastum mare Pontus Euxinus, qui quondam Axenus, longe refugientes occupat terras, magnoque litorum flexu retro curvatus in cornua, ab his utrinque porrigitur, ut sit plane arcus Scythici forma. Medio flexu jungitur ostio Mæotii lacus. Cimmerius Bosphorus id os vocatur. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 197. Hactenus Euxini pars est Romana sinistri. *h. e.* pars sinistra Euxini maris. et lib. 5. el. 10. v. 13. Euxini mendax cognomine litus. et lib. 4. el. 8. v. 42. Euxinum mare. et lib. 2. *ex Pont.* ep. 6. v. 2. Euxinæ aquæ. et lib. 4. ep. 9. v. 2. Euxina vada. et ep. 3. v. 51. Euxinum litus.

EUZŌMON, *the seed of the herb rocket,* εὔζωμον, appellavere Græci semen erucæ herbæ, quia multæ est suavitatis in condiendis obsoniis: ab εὖ, bene, et ζωμὸς, jus esculentum. *Plin.* l. 20. c. 13.

EX

EX, *et* E, *from, out of,* ἐκ, ἐξ, ἀπὸ, una ex iis præpositionibus, quæ ablativum regunt. *Ex* præponitur omnibus verbis, sive a vocali incipiant, sive a consonante. *E* solummodo a consonante incipientibus. *Cic. de clar. Orat.* c. 46. *ad fin.* Cum percontaretur ex quadam anicula. *inquired of. Terent. Eun.* 3. 2. 38. E flamma petere cibum. *Plin.* l. 29. c. 4. et *Cels.* l. 2. c. 7. *ad fin.* Si pollices pedum pungantur, exque his guttæ referantur in faciem. ¶ Modo locum significat. *Terent. Eun.* 3. 2. 18. Ex Æthiopia est usque hæc. *Id. Andr.* 1. 1. 43. Ex Andro commigravit. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 21. Epicurei e Græcia. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 25. Laborare ex renibus. *Virg. Ecl.* 7. v. 13. eque sacra resonant examina quercu. ¶ Modo tempus, et significat post. *after. Cic. Phil.* 1. c. 1. Ex eo die, quo in Ædem Telluris convocati sumus. *from that day. Virg.* 2. *Æn.* v. 169. Ex illo fluere, et retro sublapsa referri Spes Danaum. *from that time. Cic. Attic.* l. 7. *ep. ult.* Diem ex die exspectare. *day after day. Id. Phil.* 14. c. 7. Ex cal. Jan. ad hanc horam invigilavi reipubl. *Id. de clar. Orat.* c. 92. Ex consulatu est profectus in Galliam. *Id. pro Sext.* c. 1. Ex hoc tempore. *Liv.* l. 28. c. 39. Ex quo in provinciam venerunt. *from the time that, since:* ex quo tempore. et lib. 3. c. 24. Ex quo semel fuit æger. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 53. et in *Agric.* c. 33. Quartusdecimus annus est, ex quo, &c. *Sueton. in Cæs.* c. 22. Ex eo se insultaturum omnium capitibus. *after that.* (Adde *Tacit.* 12. *Ann.* c. 7.) *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 70. Ex magnis rupibus nactus planitiem. *Terent. Eun.* 4. 2. 3. Aliam rem ex alia cogitare. *Id. Heaut.* 3. 3. 37. Ut aliud ex alio incidit. ¶ Modo materiam, ex qua fit aliquid. *Cic. pro Arch.* c. 9. Ennius in sepulcro Scipionum constitutus e marmore. *of marble. Id.* 4. *Verr.* c. 21. Statua ex ære facta. *Id.* 6. *Verr.* c. 27. Pocula ex auro. *et mox.* Vas vinarium ex una gemma prægrandi. ¶ Modo utilitatem. *Cic. ad Brut.* ep. 5. Ut tu si arbitrarere utile, eque republ. persequerere bello Dolabellam. *Id. Fam.* 5. ep. 8. *extr.* Statues, ut ex fide, fama, reque mea videbitur. *Terent. Phorm.* 5. 7. 76. Non hercle ex re istius me instigasti. ¶ Modo causam, occasionem, originem, unde aliquid est: et vim habet τοῦ propter, aut quamobrem. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 37. Ex quo etiam quidam, Numam fuisse Pythagoræum ferunt. *Id.* 1. *Offic.* c. 10. Ex quo illud, Summum jus summa injuria, factum est jam tritum sermone proverbium. (*e quo* pro *ex quo* dixit *Vitruv.* l. 1. c. 1.) *Id.* 2. *Fam.* ep. 10. Ex quo vereor, ne idem eveniat in meas litteras. *Id. pro Font.* c. 8. Inimicum esse alicui ex civilibus studiis, atque obtrectatione domestica. *Id.* 2. *de Invent.* c. 4. Ex lassitudine arctius dormire. *Id. pro Rabir. Post.* c. 9. Vir ex doctrina nobilis, et clarus. ¶ Interdum ponitur pro *a,* vel *ab. Quintil.* l. 6. c. 1. *a med.* Hinc puer, quem, quid fleret, interrogabat, ex pædagogo se vellicari, respondit. *Flor.* l. 3. c. 16. In eo tumultu regem ex satellitibus suis se appellatum, lætus accepit. ¶ Interdum pro *inter,* et refertur ad numerum, et copiam. *Plaut. Mostell.* 1. 4. 24. Illi ego ex omnibus optime volo. *Cic. ad Brut.* ep. 15. Solon sapientissimus ex septem, et legum scriptor solus ex septem. *Id. Fam.* 13. ep. 1. *a med.* Is non est ex istis. et epist. 3. Unus ex meis intimis. *Tacit. Ann.* 2. c. 1. Tutissima e præsentibus. ¶ Interdum pro *cum. Plaut. Merc.* 1. 2. 28. Resinam ex melle devorato. ¶ Et pro *in Plin.* l. 33. c. 5. Pulvis ex aceto maceratur. *Terent. Eun.* 5. 4. 17. Ex jure hesterno panem atrum vorare. *Cels.* l. 3. c. 19. Intrita ex vino. ¶ Et pro *de. Vellei.* l. 2. c. 10. Victoria ex Alvernis, et ex Allobrogibus. *Id. ibid.* c. 110. Aliquid ex negotio remittere. ¶ Et pro *sub. Id.* l. 1. c. 3. Nihil ex persona poetæ, sed omnia sub eorum, qui illo tempore vixerant, dixerunt. ¶ Sæpe pro *secundum,* aut *pro. Cic. Fam.* 2. ep. 13. *extr.* Decedere ex provincia ex Senatusconsulto. *by or owing to a decree of the Senate. Terent. Adelph.* 2. 1. 22. Ornatus esses ex tuis virtutibus. *according to. Cic. Fam.* 5. ep. 8. *a med.* Et, ut spero, statues ex nostra dignitate. *Terent. Eun.* 1. 2. 95. Utinam istuc verbum ex animo, ac vere diceres. *sincerely:* secundum animi sententiam. *Cic. Fam.* 2. ep. 7. *a med.* Feliciter et ex mea sententia rempubl. gessimus. *precisely as I could wish. Id.* 3. *Offic.* c. 29. Quod ex animi tui sententia juraris. *h. e.* secundum id, quod habebas in animo. *Plin.* l. 1. ep. 2. Ex consuetudine *according to custom.* Sic *Liv.* l. 42. c. 24. *extr.* Ex instituto. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 77. Ex æquo. *equally,* secundum æqualitatem. *Liv.* l. 42. c. 25. *a med.* Ex æquo fœdus facere. *h. e.* secundum æquitatem. *on equal terms. Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 45. Ex præscripto rem administrare. *Liv.* l. 5. c. 14. et lib. 1. c. 40. Ex composito. *according to agreement. Quintil.* l. 11. c. 1. Ex professo. *h. e.* secundum id, quod profitemur. *professedly. Sueton. in Galb.* c. 9. Ex fide. *faithfully.* secundum fidem. Innumera præterea sunt, quæ huc pertinent, *ex sponso, ex testamento,* e

fœdere, ex censu, ex lege, ex mandatis, ex empto, ex pactione, ex voluntate, ex arte, ex re, ex tempore, ex opinione, &c. *Cic. Nep. Cæs. Vellei.* et alii. ¶ Sæpe resolvit adverbia. *Justin.* l. 11. c. 4. *extr.* Ex continenti. *immediately. Quintil.* l. 10. c. 3. Ex integro. *afresh, anew. Id.* l. 9. c. 2. et *Plin.* l. 22. c. 25. Ex facili, *easily. Liv.* l. 1. c. 56. Ex industria. *on purpose, purposely. Cic.* 2. *de Orat.* c. 60. Ex tempore. *without taking thought beforehand, extempore, suddenly. Liv.* l. 28. c. 39. Ex insperato. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 48. Ex inopinato. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 158. Ex toto. *on the whole, altogether.* omnino. ¶ Interdum redundat. *Plaut. Merc.* 1. 2. 1. Ex summis opibus viribusque usque experiri, niti. *Flor.* l. 1. c. 9. Ex summo studio adnixus est. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 109. positæque ex ordine gemmæ. ¶ Jungitur nonnunquam aliis præpositionibus, ut *exadversum, exinde, exante.* V. *Adversus*, &c. ¶ Interponitur interdum adject. et substant. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 8. *a med.* Quo ex tempore. *Id. initio* l. 1. *Tuscul.* Magna ex parte. ¶ Et suo casui postponitur. *Lucret.* l. 3. v. 852. et 879. Hæc eadem, quibus e nunc nos sumus, ante fuisse. *Ovid. Heroid.* epist. 20. v. 121. Hostibus e si quis, &c. ¶ In compositione E ponitur ante, *b, d, g, j, v* consonantibus, *m, n* (*p* raro) *r, u*: ut *ebibo, edico, egero, ejuro, elargior, emano, enarro, epotus, erigo, evado.* Ex vero his perraro (*n*, et *r* exceptis, quibus nunquam) semper autem *c, f, p, q, s, t,* et vocalibus omnibus: verum ante *f* in eam suum *c* convertit, ut *excurro, effero, expedio, exquiro, exstinguo, extrico, exaudio, exedo, exinde, exonero, exuro.* Significant autem aliquando privationem, ut *exspes*: aliquando ordinem, ut *exinde*: aliquando augmentum, ut *exclamo*: et perfectionem, ut *exaudio*: et vim habent τοῦ extra, ut *ejicio, expono,* &c.

EXACERBĀTUS, a, um, adject. *irritated, exasperated. Liv.* l. 8. c. 33. Cum affirmarent infestius Papirium exarsurum, agitatum contentione ipsa, exacerbatumque. *Id.* l. 2. c. 43. *extr.* Odium irritatum exacerbatumque militum in ducem. *Sueton. in Tib.* c. 62. Auxit sævitiam exacerbatus indicio de morte filii. *Mamertin. in Genethl. Max.* c. 5. Exacerbatus injuriis.

EXACERBESCO, is, n. 3. *to be irritated or soured,* valde acerbus fio. *Apul. in Apolog.* Quis est tam mitis, quin exacerbescat?

EXACERBO, as, a. 1. *to irritate, exasperate, provoke, exacerbate,* παροξύνω, irrito, ad iracundiam provoco. *Sueton. in Galb.* c. 16. Atque eo quidem nomine omnes, qui ubique erant, exacerbavit. *Liv.* l. 2. c. 35. *extr.* Ut recenti aliqua ira exacerbarentur animi. et cap. 46. Contumeliis exacerbare hostes. ¶ De graviter dolente, *Plin.* l. 8. ep. 5. Habet quidem Macrinus grande solatium, quod tantum bonum tamdiu tenuit: sed hoc magis exacerbatur, quod amisit.

[* EXACERVANS, tis, particip. ab inusit. *exacervo,* sensu passivo idem ac coacervatus, acervatim congestus. *Ammian. Marcellin.* l. 23. c. 5. Retortis plebs universa cervicibus exacervantia in se tela declinans spargitur passim.]

EXACESCO, is, ui, n. 3. *to grow sour or tart,* ἀποξύνομαι, acidus fio. *Colum.* l. 12. c. 17. Deinde cum exacuit, et remisit liquorem.

EXACISCLO, as, a. 1. verbum conflatum ex præposit. *ex,* et *acisclus* per syncopem pro *acisculus,* qui est parvus malleus, vel ascia. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 1028. *n.* 2. et apud *Philip. a Turre de Colon. Forojuliensi,* pag. 351. Si quis hanc arcam, sive hoc moniment. vendere, aut emere, aut exacisclare volet, pœnæ nomine, &c. *Alia ibid.* et apud *Donium* class. 12. n. 27. Si quis hanc arcam aperuerit, aut exacisclaverit, et aliut corpus posuerit, &c. *h. e.* dissolverit, fregerit, destruxerit.

EXACON Galli vocant herbam, fel terræ Latinis dictam, quoniam omnia mala medicamenta potum e corpore exigat per alvum. *a kind of centaury. Plin.* l. 25. c. 6.

EXACTE, adverb. accurate, diligenter, *accurately, exactly,* ἀκριβῶς. *Sidon.* l. 7. ep. 9. Ut exacte perorantibus mos est. *Gell.* l. 1. c. 3. Theophrastus super hac re exactius, quam Cicero, disserit. *Sidon.* l. 5. epist. 11. Exactissime pascere. *Pompon. Mela in proœm.* lib. 1. Dicam alias plura, et exactius.

EXACTĬO, onis, f. εἴσπραξις, acerba et imperiosa petitio, cujusmodi est vectigalium et tributorum collectio, *an exaction. Cic.* l. 5. *Attic.* ep. 1. Ne extrema exactio nostrorum nominum exspectetur. *Asin. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 32. Magno pondere auri coacto de publicis exactionibus. Adde *Liv.* l. et cap. 38. ¶ Et quæcumque petitio crediti. *Scævol. Dig.* lib. 42. *tit. ult.* leg. 24. Si juste exegerit, ceteri creditores neglexerint exactionem. ¶ *Exactio operis* dicitur, cum certum pensum in singulos dies exigitur. *Colum.* l. 1. c. 8. *ante med.* Nulla est autem major vel nequissimi hominis custodia, quam operis exactio. ¶ Significat etiam ejectionem, expulsionem, *a driving out, expelling,* ut Exactio regum, apud *Cicer.* l. 1. *de Orat.* c. 9. ¶ Item operis absolutionem et perfectionem. *Vitruv.* l. 3. c. 1. Et etiam in operum perfectionibus, singulorum membrorum ad universam figuræ speciem habeat commensus exactionem. *Auson. in Gripho,* v. 5. plenique exactio partus.

EXACTOR, oris, m. qui aliquid exigit, *an exactor, collector of the public taxes,* εἰσπράκτωρ. *Cæs.* 3. *B. Civ.* c. 32. Erat plena lictorum, et imperiorum provincia, differta præfectis et exactoribus. Adde *Liv.* l. 28. c. 25. ¶ Item expulsor. *Liv.* l. 9. c. 17. Ita deinde exactores regum Junii, Valeriique. ¶ Item qui aliquid exigit, et peragit, ut Exactor supplicii, qui supplicium sumi imperat, apud *Liv.* l. 2. c. 5. Exactor ultionis, qui non mandat alteri, sed ipse exsequitur. *a demander of vengeance.* Sic Exactor operis. *Colum.* l. 3. *R. R.* c. 13. Opus est autem perito et vigilante exactore. Vetus lap. apud *Donium* class. 5. n. 139. Q. Annio Januario Exactori operum publ. et Theatri a fundamentis. *Alius* apud *Gruter.* pag. 594. n. 1. Cæsaris exactor prædiorum Lucilianorum. et n. 2. Exactor operum dominicorum. Sic Exactor studiorum, apud *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4) *ad fin.* qui instat, et pensum studiorum exigit. ¶ *Exactor auri* est, qui aurum exigit ad obrussam, et probat. V. *Officinator.*

EXACTRIX, icis, f. quæ exigit, et postulat. *Augustin.* ep. 135. Epistola mea nova rescriptorum exactrix fuit.

EXACTUS, a, um, *driven away, expelled,* expulsus. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 9. Exacti reges. *Horat.* l. 2. od. 13. v. 31. tyranni. *Plin. in paneg.* c. 29. Exactus hostis mari. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 56. *ad fin.* Exacti terris. et lib. 6. c. 3. curia et Italia. et *Annal.* 16. c. 17. in Sardiniam. *Terent. Hecyr.* prol. 2. v. 4. Fabulæ exactæ. *h. e.* exclusæ, ut quæ populo minime placuerunt. ¶ Item exagitatus, vexatus, *agitated, harassed, haunted. Ovid.* 4. *Trist.* el. 4. v. 70. Furiis exactus Orestes. ¶ Item adactus, trajectus, *driven, thrust, plunged. Senec. in Herc. Œt.* v. 845. Eat per artus ensis exactus meos. et *in Troad.* v. 1155. dextra ferrum penitus exacta abdidit. *Sil.* l. 1. v. 307. telum exactum per viscera. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 171. Non circumspectis exactum viribus ensem Fregit. *h. e.* vibratum. *Id. ibid.* v. 138. Torquet in hunc hastam, media quæ nare recepta, Cervice exacta est. *passed through the neck.* ¶ Item *demanded, required. Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 34. *extr.* et *in Pison.* c. 16. Exactæ pecuniæ. ¶ *Exactus pecuniam* est is, a quo pecunia exacta est. *Q. Metellus Numidic.* apud *Gell.* l. 15. c. 14. Socios questum venisse, sese pecunias maximas exactos esse. εἰσπεπραγμένους ἀργύριον. ¶ Item *sold, vended,* distractus, extrusus. *Colum.* l. 10. v. 317. Exactæ merces. ¶ Item præteritus, transactus, *passed, finished. Virg.* 3. *Georg.* v. 190. At, tribus exactis, ubi quarta accesserit æstas, &c. *Stat.* l. 2. *silv.* 2. v. 47. Exacta lux. *the day closed. Plin.* l. 2. c. 47. *sub fin.* Exacto quadriennio. *Horat.* l. 3. od. 22. v. 6. Per exactos annos. *at the end of every year. Plin.* l. 16. c. 25. *a med.* Exacto frigore. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 39. Exacta ætate mori. *Virg.* 6. *Æn.* v. 637. His demum exactis, perfecto munere divæ, &c. *Propert.* l. 2. el. 11. v. 3. Nec sic errore exacto lætatus Ulysses. ¶ Item completus, perfectus, elaboratus, politus, absolutus, *finished, completed, perfectly done. Propert.* l. 3. el. 1. v. 8. Exactus tenui pumice versus eat. et eleg. 7. v. 10. Exactis Calamis se mihi jactat equis. *h. e.* affabre et perfecte elaboratis. Fuit enim Calamis statuarius. *Plin.* l. 17. c. 22. et 27. Exacta falcis acies. *whetted, made sharp. Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 46. Exacta fides. *Liv.* l. 3. c. 5. *ad fin.* Difficile est, quot ceciderint, exacto affirmare numero. *precise. Frontin. de aquæduct.* artic. 89. Præstare exactissimam diligentiam. *Sueton. in Tiber.* c. 18. Curam exactiorem. ¶ Transfertur etiam ad homines. *Plin.* l. 8. ep. 23. Quod ille obsequium Serviano, exactissimo viro præstitit? *h. e.* accuratissimo, et exacte omnia facienti. *Martial.* l. 4. epigr. 87. moneoque te, libelle, Ut docto placeas Apollinari: Nil exactius eruditiusque est; Sed nec candidius, benigniusque. ¶ Et cum genit. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 383. Mamurius, morum, fabræne exactior artis, Difficile est dicere. ¶ Exquisitus, examinatus, perpensus, *Virg.* 1. *Æn.* v. 311. quas vento accesserit oras, Quærere constituit, sociisque exacta referre. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 36. Nec sibi cœnarum quivis temere arroget artem, Non prius exacta tenui ratione saporum. ¶ Item deliberatus. *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 177. Et libet, et timeo, nec adhuc exacta voluntas Est satis. *Grat. in Cyneget.* v. 259. tamen huic (*cani*) exacta voluntas. *h. e.* promptus, paratusque, et constans animus. ¶ *Exactum est,* constitutum est, certum est. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 637. Non tamen exactum, quid agat. *Id.* l. 3. *Amor.* el. 7. v. 16. Nec satis exactum est, corpus, an umbra forem.

EXACTUS, us, m. *a sale or utterance of ware,* sumitur pro venditione, quia merx, dum venditur, exigitur a nobis, idest emittitur. *Quintil. Declam.* 12. c. 12. Sacrosanctus mercator opportunum mercis exactum, puto, invenit. ἐξαγωγήν.

EXACŬO, is, ui, utum, a. 3. *to whet, sharpen, make a sharp edge or point,* idem quod acuo, aut valde acuo, ὀξύνω. *Colum.* l. 11. c. 2. *post init.* Ridicas dedolatas utraque parte exacuere. *Plin.* l. 34. c. 14. *ad fin.* In exacuendo oleares cotes, aquariæque differunt. *Virg.* 3. *Georg.* v. 255. dentesque Sabellicus exacuit sus. ¶ Tribuitur et aliis rebus. *Plin.* l. 19. c. 5. *ad fin.* Scilla nata aceto exacuendo. *to sharpen vinegar. Id.* l. 24. c. 11. *a med.* Ros marinum oculorum aciem exacuit. *sharpens quickens, renders keen, clears. Id.* l. 29. c. *ult. a med.* Scarabæi natura contuentium visum exacuit. ¶ Translate *Cic. de Legib.* l. 3. c. 9. Mucronem Tribunitium exacuere in aliquem. *Plin.* l. 20. c. 13. Nasturtium Venerem inhibet, animum exacuit. *h. e.* acutum ac perspicacem reddit, *revives the spirits. Cic.* 1. *de legib.* c. *pænult.* Exacuere aciem ingenii ad bona deligenda, et rejicienda contraria. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 10. v. 13. Sapor exacuit palatum. *sharpens the appetite.* ¶ Est etiam stimulare, incitare, cohortari, quasique pungere, *to goad on, stimulate, excite. Cic.* 12. *Attic.* ep. 36. Velim cohortere et exacuas Cluatium. *Horat. de art. Poet.* v. 402. mares animos in Martia bella Versibus exacuit. *Plin. in fi.* ep. 7. l. 3. Ἀγαθὴ δ' ἔρις, cum invicem se mutuis exhortationibus amici ad amorem immortalitatis exacuunt. *Nepos in Phoc.* c. 4. Plurimi ira exacuebantur, propter proditionis suspicionem. [¶ Particip. *exacuens* apud *Sil.* l. 7. v. 1. 2. Exacuens varia ad conamina mentem.]

EXACUTĬO, onis, f. *a whetting, sharpening,* actus exacuendi. *Plin.* l. 17. c. 14. Calami exacutio medullam ne nudet.

EXACŪTUS, a, um, *whetted, sharpened, pointed,* acutus factus, ὀξυνθείς. *Plin.* l. 28. c. 4. *a med.* Cos, qua ferramenta sæpe exacuta sunt. *Id.* l. et cap. 17. exacutus truncus. *Id. sub init.* c. 37. l. 11. Cornua in leve fastigium exacuta. *Id. sub fin.* l. 29. Blattæ exacuta clune. *Id.* l. et cap. 18. Latior cuspis, sed exacutior. *Harduin.* legit *et acutior* ex MSS.

EXADVERSUM, &c. V. *Adversus,* præposit.

EXADVOCĀTUS, i, m. qui advocati munere functus est. *Augustin.* l. 22. *de Civ. Dei,* c. 8.

EXÆDIFICATĬO, onis, f. *a building up, making perfect,* idem ac ædificatio, vel ædificationis absolutio. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 15. Ipsa autem exædificatio posita est in rebus ac verbis. *h. e.* constructio orationis.

EXÆDIFICĀTUS, a, um, *built up,* ædificatus. *Cic.* 4. *Acad.* c. 40. *extr.* Ne exædificatum quidem hunc mundum divino consilio existimo. *Sallust. in Catil.* c. 12. Domus et villæ in urbium modum exædificatæ. *Liv.* l. 30. c. 3. *sub fin.* Hibernacula, congesta temere ex agris materia, exædificata.

EXÆDIFĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to build up, finish, make perfect,* ἐξοικοδομέω, idem quod ædifico, vel ædificium absolvo. *Cæs.* l. 1. *B. Liv.* cap. 15. Quod oppidum Labienus constituerat, suaque pecunia exædificaverat. *Cicer.* 7. *Verr.* cap. 19. Capitolium exædificari atque effici potuit. ¶ Translate est quodcumque opus perficere. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 35. *extr.* Ne gravere exædificare id opus, quod instituisti. *Plaut. Trin.* 1. 2. 95. Qui exædificaret suam incohatam ignaviam. ¶ Pro domo ejicere, jocularier *Id. ibid.* 5. 2. 3. Nam exædificavisset me ex his ædibus.

EXÆQUATĬO, onis, f. *an equalling, levelling,* actus exæquandi, ἐξίσωσις. *Liv.* l. 34. c. 31. Hanc ipsam exæquationem non fero. ¶ Item id quod exæquatum est. *Vitruv. cap. ult.* l. 5. Deinde insuper eam exæquationem pila struatur. *upon that level.*

EXÆQUĀTUS, a, um, *made equal or even, rendered plane or level,* æquatus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 40. *sub fin.* Cortex cum cortice exæquatus. *Lucret.* l. 5. v. 1295. exæquata certamina belli. *Sallust. in Jug.* c. 105. Uti militibus exæquatus cum imperatore labor esset.

EXÆQUO, as, avi, atum, a. 1. *to make equal or even, make plane or smooth, level,* ἐξισόω, æqualem facio, adæquo. *Cic. post redit. ad Quirit.* c. *pænult.* Propterea quod superiorem esse contra improbos minus est negotii, quam bonis exæquari. *Id. de Amic.* c. 20. exæquare se cum inferioribus. *to put himself on an equality with. Id.* 4. *Verr.* c. 50. Iste, qui omnia jura pretio exæquavit, omniumque rerum delectum atque discrimen pecunia sustulit. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 4. Neminem dignitate secum exæquari volebat. ¶ Item æqualis sum. *to equal. Ovid.* 3. *Amor.* el. 8. v. 61. exæquet tetricas licet illa Sabinas. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 20. Ut longitudo aut plenitudo harum multitudinem alterius assequatur, et exæquet. ¶ Translate *Sallust. in Catil.* c. 3. Arduum videtur res gestas scribere, quod facta dictis exæquanda sunt. *must be made to tally with. Senec.* ep. 20. Unam semel, ad quam vivas, regulam prende, et ad hanc omnem vitam tuam exæqua. *adjust.* ¶ Quidam Lexicographi addunt *Exæquor, aris,* deponens allato exemplo *Auctoris Paneg. ad Pison.* (quod legitur inter opera *Lucani,* vel *Claud.*) v. 25. Sed ibi pro *exæquamur, exæquamus* al. leg.

EXÆSTUATĬO, onis, f. *a boiling over,* exæstuandi actus. *Solin.* c. 5. (*al.* 11.) *circa med.* In medio flumine subita exæstuatione fervescit. ¶ Translate *Non.* c. 6. n. 91. Exæstuatio animi.

EXÆSTŬO, as, avi, atum, *to boil, be in great ferment, boil over,* ἐκκυμαίνω, idem quod æstuo, aut valde æstuo, æstuando exundo, ebullio. *Justin.* l. 1. c. 2. Bitumen in illis locis passim e terra exæstuat. *Curt.* l. 4. c. 2. *a med.* Exæstuare semper fretum, quoque arctius volutetur, hoc acrius furere. *Sueton. in Aug.* c. 18. Fossæ, in quas Nilus exæstuat. *Virg.* 3. *Georg.* v. 240. ima exæstuat unda Verticibus, nigramque alte subjectat arenam. *Id.* 3. *Æn.* v.

577. *de Ætna.* fundoque exæstuat imo, ¶ Item æstu, seu calore laboro. *to be exceeding hot. Sueton. in Tiber.* c. 72. Et ut exæstuarat, afflatus aura in graviorem recidit morbum. *Justin.* l. 2. c. 1. Ægyptus torrente calore solis exæstuat. ¶ Translate *Virg.* 9. *Æn.* v. 798. mens exæstuat ira. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 1. v. 63. Strangulat inclusus dolor, atque exæstuat intus. *Lucan.* l. 5. v. 183. magnoque exæstuat igne, Iratum te, Phœbe, ferens. *De vate plena deo loquitur.* ¶ Cum accusat. *miseramque exæstuat iram* quidam leg. apud *Stat.* 11. *Theb.* v. 297. h. e. effundit, egerit. Alii *misera ira. Lucret.* l. 6. v. 816. Hos igitur tellus omnes exæstuat æstus. *h. e.* æstuando emittit. [¶ Particip. *exæstuans* apud *Curt.* l. 6. c. 4. Mare magna parte exæstuans stagnat.]

EXÆVIO. V. *Exsævio.*

EXAFFILĀTUS, V. *Effasilatum.*

EXAGGERANTER, exaggerando et amplificando. *Tertull. de carne Christi,* c. 19. Tam exaggeranter inculcavit.

EXAGGERATĬO, onis, f. *a throwing up of mounds,* σώρευσις, aggerum constructio. *Justin.* l. 2. c. 1. *sub fin.* Ægyptus sive exaggerationibus regum, sive Nili trahentis limum, terrarum recentissima videtur. ¶ Translate ponitur pro altitudine, et excellentia. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 26. Hoc tibi propone, amplitudinem, et quasi quandam exaggerationem quam altissimam animi, qui maxime eminet in contemnendis et despiciendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam. ¶ Item pro amplificatione oratoria, cum pluribus verbis una eademque res vehementer dicitur. *an exaggeration. Gell.* l. 13. c. 24. Num onerandi, vel exprobandi criminis causa exaggerationem aliquam speciosam facit? *et paulo post.* Apud Homerum ejusdem rei atque sententiæ luculenta exaggeratio est.

EXAGGERĀTOR, oris, m. *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch. de custod. Virg.* c. 12. Aut auctor aut exaggerator est famæ. *h. e.* amplificans, augens.

EXAGGERĀTUS, a, um, *heaped up, increased, amplified,* cumulatus, auctus, σωρευθεὶς. *Plin.* l. 36. c. 14. Æronibus arena plenis mollis clivus super capita columnarum exaggeratus. *Cic. Catil.* 4. c. 9. Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium, quanta deorum benignitate auctas exaggeratasque fortunas una nox pæne delerit. ¶ Translate *Cic. in fi. Parad.* 5. Si quidem animo excelso et alto, et virtutibus exaggerato sumus. *Id. in Orat.* c. 57. Neque humilem, neque abjectam orationem, nec nimis altam et exaggeratam probat. *heightened, aggravated, exaggerated. Id. in Bruto,* c. 17. Catonis luminibus obstruxit hæc quasi exaggerata altius oratio. *Gell.* l. 13. c. 24. *a med.* Neque ornatius fit, additis manubiis; neque exaggeratius, modulatiusve. *Petron. in Satyr.* c. 124. Exaggerata verborum volubilitate, unde, aut qui essemus, indicavimus. *with a great abundance of words.*

EXAGGĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to heap up,* σωρεύω, in aggerem extollo, coacervo, cumulo. *Plin.* l. 19. c. 8. *ante med.* Caulicolos a terra attollentes se, exaggerando aliam, accumules. *Colum.* l. 8. c. 11. *circa med.* Pluribus stramentis exaggerandum est aviarium. *Curt.* l. 6. c. 5. *a med.* Aggesta humo e montibus, planitiem exaggerare. *to raise. Vitruv. in fi.* l. 10. Locum operibus exaggerare. *h. e.* aggere circumdare. *to rampire. Auct. de B. Hispan.* c. 5. Mortem morti exaggerare. ¶ Item augere, amplificare. *to increase, amplify, enlarge. Phædr. in prol.* l. 3. v. 24. Magnas opes exaggerare. *to accumulate. Cic.* 1. *Offic.* c. 26. *a med.* Rem familiarem omni ratione exaggerantes. ¶ Translate *Id.* 3. *de Orat.* c. 27. Nihil est ad exaggerandam et amplificandam orationem accommodatius. *Id.* 1. *de Orat.* c. 55. Oratione exaggerare aliquid. *to heighten, amplify, set off. Id.* 2. *de Orat.* c. 72. Exornare et exaggerare. *Id. pro Planc.* c. 29. Exaggerare aliquid verbis. *Quintil.* l. 6. c. 2. *a med.* Exaggerare injurias suas. *h. e.* majores atrocioresque verbis facere. *Id.* l. 8. c. 3. *sub fin.* exaggerare indignitatem. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 18. Xenocrates exaggerans tantopere virtutem, extenuans cetera et abjiciens. *Vellei.* l. 2. cap. 129. Juventam alicujus exaggerare honoribus. *to aggrandize, advance, promote.*

EXAGITĀTOR, m. *a reprover, censurer,* qui exagitat, et insectatur. *Cic. in Orat.* c. 13. Plato quidem exagitator omnium Rhetorum, hunc miratur unum.

EXAGITĀTUS, a, um, *harassed, tossed to and fro, driven out, bandied or tossed about,* valde agitatus, vexatus, exercitus. *Cic. Verr.* 5. c. 18. Sedes suas patrias, istius injuriis exagitati, reliquerant. *Nepos in Themist.* c. 9. Ad te confugi exagitatus a cuncta Græcia. *Sallust. in orat. Philippi contra Lepid.* Scelerum conscientia exagitati. *Cic. in Somn. Scip. in fin.* Eorum animi, qui se corporis voluptatibus dediderunt, in hunc locum, nisi multis exagitati sæculis, non revertuntur. ¶ Item tractatus, disputatus. *agitated, discussed. Cic. pro Sull.* c. 21. Colonorum dissensio delata ad patronos est, cum jam inveterasset, ac multos annos esset exagitata. *Sallust. in Catil.* c. 30. Res jam antea vulgi rumoribus exagitata.

EXAGĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to harass, vex, agitate, disturb, bandy or toss about,* διαστρέφω, διώκω, valde agito, persequor, vexo, insector, divexo. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 141. Exagitant et Lar, et turba Diania fures. *Sil.* l. 16. v. 553. assueti lustra exagitare ferarum Venatu juvenes. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 54. Omnes dii exagitent me, si, &c. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 103. Exagitare aliquem toto mari. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *circa med.* Insectari et exagitare nummularios judices, *Propert.* l. 2. el. 7. v. 81. Exagitet nostros manes, sectetur et umbras, Insultetque rogis, calcet et ossa mea. *Sueton. in Ner.* c. 34. Confessus exagitari se materna specie, verberibus Furiarum, ac tædis ardentibus. *Sallust. in Catil.* c. 14. Quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat. *disquieted.* ¶ Item commovere, concitare, turbare. *to rouse, stir up. Stat.* 3. *Theb.* v. 514. Volucres planctum imitantibus alis Exagitant Zephyros. ¶ Translate *Id.* 5. *Theb.* v. 96. rabidis clamoribus urbem Exagitat. *Lucan.* l. 2. v. 688. ne litora clamor Nauticus exagitet, neu buccina dividat horas Præcepit sociis. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 7. Non faciam, ut enumerem miserias omnes, ne meum mœrorem exagitem. *h. e.* commoveam, et exasperem. *Sallust. in Catil.* c. 49. Tanta vis hominis magis leniunda, quam exagitanda videbatur. *h. e.* irritanda. *Lucan.* l. 8. v. 43. Tristes præsagia curas Exagitant. *h. e.* movent, excitant. *excite. Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 94. exagitans immiti corde furores. *h. e.* versans, concipiens. ¶ Est etiam explodere, improbare, rejicere. *to reject, disapprove. Cic. in Orat.* c. 8. *extr.* Quonam igitur modo audiretur Mysus, aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes exagitetur ut putidus? *Id.* 3. *de Orat.* c. 16. Inventi sunt, qui hanc dicendi exercitationem exagitarent, atque contemnerent. *Id. in Orat.* c. 44. Quod apud Lucilium scite exagitat in Albucio Scævola. ¶ Item impellere, agere. *to impel, drive on. Sallust. in Jug.* c. 67. At illum jam antea consulatus ingens cupido exagitabat. ¶ Item excutere, examinare. *to debate, discuss. Cic. pro Cluent.* c. 36. Exagitabatur omnes ejus fraudes atque fallaciæ: tota vita in ejusmodi ratione versata aperiebatur.

EXAGĬUM, ii, n. *a certain weight appointed as a standard to prevent fraud,* ponderatio, pondus, vel trutina, qua pondus examinatur et dignoscitur. *Gloss. Gr. Lat.* Ἐξάγιον, pensatio, Ἐξαγιάζω, examino. In quodam Edicto Turci Aproniani Præf. Urb. apud *Gruter.* pag. 647. n. 6. Sub exagio pecora vendere. *to sell by weight.*

EXAGŌGA, æ, *et* Exagoge, es, f. *an exporting of goods, carrying them abroad for sale,* ἐξαγωγὴ, evectio, exportatio: item ipsæ merces, quæ exportantur. Vox Græca ab ἐξάγω exporto. *Festus:* Exagogen, evectionem. *Plaut. Rud.* 3. 2. 15. Si speras, hoc anno multum futurum laserpitium, eamque eventuram exagogam Capuam salvam. *Id. Trucul.* 4. 2. 5. Hic interim restitrix his præsidebo, iste dum sic faciat domum ad te exagogam. ¶ *Exagoga, æ,* m. ἐξαγωγεὺς, *an exporter of goods,* qui exportat. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 1. Ite damnigeruli, foras-gerones, bonorum exagogæ. Al. leg. *hamaxagogæ.* h. e. quasi plaustro bona aliena asportantes: ab ἄμαξα, currus.

EXALBĀTUS, a, um, *whitened,* dealbatus. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 8.

EXALBESCO, is, ui, n. 3. *to grow white, whiten,* albesco, ἐκλευκαίνομαι. *Gell.* l. 12. c. 1. An quia spiritu multo et calore exalbuit, non idem sanguis est in uberibus, qui in utero fuit? ¶ Item *to grow pale or wan,* expallesco. *Cic.* 4. *Acad.* c. 15. Tremere et exalbescere objecta re terribili extrinsecus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 26. Exalbescere in principiis dicendi, et tota mente atque omnibus artubus contremiscere. *Ennius ibid.* l. 3. c. 58. Nemo est tam firmo ingenio, et tanta confidentia, Quin refugiat timido sanguen, atque exalbescat metu.

EXALBĬDUS, a, um, *somewhat white, whitish, pale,* albidus. *Plin.* l. 23. c. 1. Vina admodum exalbida. *Id.* l. 4. c. 19. Folia urticæ in medio exalbida. *Id.* l. 12. c. 17. Arbor exalbidis ramis.

EXALBO, as, a. 1. *to make white,* dealbo. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 10.

EXALBURNĀTUS, a, um, *having the white sap or inner bark taken out,* alburno spoliatus, ut Exalburnatum robur, *Plin.* l. 16. c. 40.

EXALTATĬO, onis, f. *an exaltation. Tertull. de cultu fem.* c. 3. Exaltatio non congruit professoribus humilitatis.

EXALTĀTUS, a, um, elatus, sublatus. Translate *Donat. in vita Virg. post med.* Quo cognito aliquandiu Bathyllus Romæ fabula fuit, Maro vero exaltatior.

EXALTO, as, a. 1. *to exalt, raise,* μετεωρίζω, in altum elevo, erigo. *Senec.* l. 3. *quæst. nat. in procem.* Deus alia exaltat, alia submittit. In lapide apud *Fabrett.* cap. 10. n. 555. *et Donium* class. 2. n. 55. Imp. M. Aurelius Antoninus, et L. Aurelius Verus terminos vestustate collapsos exaltaverunt, et restituerunt. ¶ *Exaltare fossam, sulcum,* est profundius cavare. *to deepen. Colum.* l. 3. c. 13. Fodiuntque (*sulcos*) et exaltant in tres pedes. *Id.* l. 4. c. 4. Dum exaltare fortius orbem ablaqueationis fossor studet, obliquam vitem plerumque sauciat.

EXALUMINĀTUS, a, um, *clear like alum, orient,* ad colorem aluminis accedens. *Plin.* l. 9. c. 35. *de unionib.* Summa laus coloris est exaluminatos vocari.

EXAMBĬO, is, ivi, itum, a. 4. per ambitum quærere, tentare, *to sue for, canvass. Arnob.* l. 3. pag. 114. Nunquid rex poli libamine aliquo exambitur, aut hostia? (Adde lib. 7. pag. 222.) *Symmach.* l. 7. ep. 49. Suffragium tui favoris exambio. *Mamertin. in gratiar. act. ad Julian.* c. 19. Nec viros quidem, sed mulierculas exambibant.

EXAMBĪTUS, a, um, ambiendo quæsitus. *Ammian.* l. 26. c. 7. (*al.* 19.) Araxius exambita regia Prætorio Præfectus accessit.

EXĀMEN, inis, n. *a swarm of bees,* ἑσμὸς, nova apum soboles, quam parentes ex suis alvearibus ad novas sedes quærendas exire cogunt: item quæcumque apum congregatio. De origine vocis, V. Etymologos. *Cic.* 1. *Offic.* a. *pænult.* Apum examina fingunt favos. *Id. de Senect.* c. 15. *extr.* Nec segetibus solum res rusticæ lætæ sunt, sed hortis etiam, et apum examinibus. ¶ Translate dicitur de quacumque multitudine. *Horat.* l. 1. od. 35. v. 30. Et juvenum recens examen. *Id.* epod. 2. v. 65. vernarum. *Lucret.* l. 5. v. 1363. examina pullorum. *Plin. in Paneg.* c. 26. infantium. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 284. vatum. *Plin.* l. 31. c. 1. piscium. et lib. 8. c. 10. muscarum. *Liv.* l. 42. c. 10. locustarum. *Arnob.* l. 2. pag. 46. malorum. et *initio* lib. 1. mœrorum. ¶ *Examen* item filum est, seu stylus, quo trutina regitur, *the beam of a balance,* al. stateræ lingua, quæ per mediam ejus ansam vertitur, et cum in neutram partem inclinatur, æquilibrium indicat. *the tongue or needle of a balance. Virg.* 12. *Æn.* v. 725. Jupiter ipse duas æquato examine lances Sustinet. ¶ Hinc translate ponitur pro exacto judicio, et pensiculata alicujus rei investigatione. *an examination, test, trial. Pers.* sat. 1. v. 6. examenve improbum in illa castiges trutina. Ubi *Vet. Scholiast.* examen est lingua, vel lignum, quod mediam hastam ad pondera adæquanda tenet: trutina vero est foramen, intra quod est ligula, de qua examinatio est. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 203. Viam morum, longæque examina vitæ Poscam. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 550. Jura senes norint, et quid liceatque, nefasque, Fasque sit, inquirant, legumque examina servent. *Solin. initio epist. ad Advent.* Dare alicui examen opusculi. *h. e.* deferre censuram et judicium. *Fest.* examen est judicii investigatio.

EXAMINĀTE, adverb. cum examine et judicio. *Ammian.* l. 25. c. 7. (*al.* 23.) Dum deliberatur examinatius, quid fieri deberet. *Tertull. de Præscriptionib.* c. 33. Examinate credere. Adde cap. 20.

EXAMINATĬO, onis, f. actus examinandi, et pensitandi. *Vitruv.* l. 10. c. 8. *de vecte.* Non poterit onus elevare, nisi examinatio vectis longius per caput, neque juxta onus fuerit facta. *the equilibrium.* et *de statera paulo post.* Scapi libratio, et examinatio longius a centro recedens. ¶ Translate est investigatio, censura, judicium, *an examination, inquiry. Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 5. leg. 7. Si post examinationem reprobatæ fuerint compensationes. *Id.* lib. 47. tit. 14. leg. 1. Qui pecora abegit, ad examinationem civilem remittendus est.

EXAMINĀTOR, oris, m. qui ponderat. *Cassiod.* l. 6. *Variar.* n. 18. *sub fin.* Panis pondera æquus examinator intende. ¶ Translate qui inquirit, et judicat. *Tertull. in Apol.* c. 9. et *Augustin.* l. 3. *contra Crescon. Grammat.* cap. 73.

EXAMINATORĬUS, a, um, ad examinandum pertinens. *Tertull. advers. Gnost.* c. 7. Martyria examinatoria fidei.

EXAMINĀTUS, a, um, *balanced, poised, weighed,* ponderatus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 19. Tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem movetur. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 12. Utuntur taleis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. ¶ Translate est inquisitus, consideratus, *examined, tried, weighed, considered. Papiniam. Dig.* lib. 30. leg. 58. Ædificiorum ætatibus examinatis. *Ulpian.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. *sub fin.* Ceteris patris facultatibus examinatis. *Augustin.* l. 7. *Confess.* c. 6. Examinatissima diligentia.

EXAMĬNO, as, n. 1. (ab apum examine) dicitur de apibus, cum vernant, et per novos fetus crescunt, atque in colonias abeunt, *swarm, breed swarms as bees do. Colum.* l. 9. c. 14. Ab exortu Vergiliarum ad solstitium fere examinant alvi: quo tempore custodiri debent, ne novæ soboles diffugiant. ¶ Ab examine libræ, est expendere, et alicujus rei pondus inquirere, active cum accus. *to weigh,* σταθμάομαι. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 38. Non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. ¶ *Examinare* dicitur statera, vel libra, cum duo pondera æque utrinque extollendo, examen rectum habet, et æquilibrium facit. *Vitruv.* l. 10. c. 8. *de vecte.* Caput vectis, faciundo motus circinationis, cogit pressionibus examinare paucis manibus oneris maximi pondus. *requires very little force to adjust the balance, and raises a very heavy weight.* ¶ Translate est inquirere, perpendere, considerare, *to examine, weigh, ponder, consider, search, try. Horat.* l. 2. sat. 2. v. 8. male verum examinat omnis Corruptus judex. *Cic. in Orat.* c. 8. Diligenter examinans verborum omnium pondera. *Id. pro Planc.* c. 32. *extr.* Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non solum quid cuique debeam, sed etiam quid cujusque intersit. *Valer. Max.* l. 2. c. 2. n. 7. Tribuni pl. decreta Patrum attentissima cura examinabant. *Gell.* l. 16. c. 18. Syllabarum longarum et brevium junctura aurium mensura examinatur. *Plin.* l. 29. c. 1. *a med.* Decuriæ (*judicum*) pro more censuris Principum examinantur. *Papinian. Dig*

lib. 22. tit. 1. leg. 32. Si interpellatus opportuno loco, non solverit: quod apud judicem examinabitur. *Modestin. ibid.* tit. 5. leg. 2. In testimoniis fides, dignitas, mores, gravitas examinanda est. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Emendate loquendi regula vitia orationis examinat.

EXAMPLEXOR, aris, atus sum, dep. 1. amplexor, complector. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 52. Et tu per deos, inquit, hunc examplexare.

EXAMURCO, as, avi, atum, a. 1. *to cleanse from the dregs or lees*, ἀπαμοργίω, est sublata amurca oleum defæcatum reddere. Ad alia transfert *Apul.* l. 4. *Metam. de corio ursæ detracto:* Soli siccandum tradimus: ac dum cælestis vaporis flammis examurcatur, &c.

EXAMUSSIM, adverb. *exactly, by rule, perfectly, completely*, perfecte, ad amussim. *Plaut. Amph.* 2. 2. 213. Examussim est optima. *Id. Mostell.* 1. 2. 18. Ædes expolitæ, factæ probe, examussim. *Id. Men. prol.* v. 50. Ut hanc rem vobis examussim disputem. *Gell.* l. 1. c. 4. Judicium examussim factum.

EXANCILLATUS, a, um, particip. qui ancillæ modo alicui servit. *Tertull. in Apolog.* c. 27. *ad fin.* Anima falsis diis exancillata.

EXANCLATUS. V. *Exantlatus.*

EXANGUIS. V. *Exsanguis.*

EXANIMABILITER, adverb. *Næv.* apud *Non.* c. 4. n. 384. Ubi vidi, exanimabiliter timidis pedibus protinam me dedi. *I fled half-dead with fear.*

EXANIMALIS, le, *without life, dead*, ἄψυχος, qui est sine anima, exanimis. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 6. Neque Bellona mihi unquam, neque Mars credant, ni illum exanimalem faxo. ¶ Item letalis, *deadly. Id. Rud.* 1. 4. 2. Ita male vivo, atque ita mihi multæ in pectore sunt curæ exanimales.

EXANIMATIO, *trouble, disquiet, perturbation of mind, consternation, stupefaction occasioned by fear*, ἔκπληξις, vehemens animi perturbatio. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 6. Declinatio a malis, cum exanimatione humili atque fracta, nominetur metus. et cap. 8. Exanimatio est metus subsequens, et quasi comes pavoris. *Id.* 1. *Offic.* c. 36. Ne in perturbationes atque exanimationes incidamus. ¶ Exanimationes vulvarum, apud *Plin.* l. 32. c. 3. sunt, quas *Id.* l. 20. c. 5. et lib. 26. c. 15. suffocationes appellat.

EXANIMATUS, a, um, *half-dead, deprived of life, dead, terribly frightened*, mortuus, occisus. *Liv.* l. 22. c. 7. *sub fin.* Alteram, mœstam sedentem, ad primum conspectum filii gaudio nimio exanimatam. *Lucret.* l. 6. v. 1254. Exanimi pueri super exanimata parentum Corpora. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 27. Scorpione transjectus, et exanimatus concidit. *terribly frightened, Sueton. in Cæs.* c. 39. Præ turba elisi exanimatique sunt plurimi. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 51. Ductus in carcerem Priscus, ac statim exanimatus. ¶ Item spiritu intercepto confectus, delassatus. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 19. Huc magno cursu contenderunt, exanimatique pervenerunt. *tired out, out of breath, wearied, fatigued, half-dead.* et lib. 2. c. 23. Milites cursu et lassitudine exanimati. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 23. Qui doloris speciem ferre non possunt, abjiciunt se, atque ita afflicti et exanimati jacent. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 38. *extr.* Et verberibus exanimatum corpus securi feriretur. ¶ Item consternatus, exterritus, *greatly alarmed, disheartened, terrified, frightened greatly, struck dead as it were, panic-struck. Cic.* 4. *Catil.* c. 2. Neque meam mentem non domum sæpe revocat exanimata uxor, abjecta metu filia. *Id. Verr.* 4. c. *pænult.* Itaque illum in jure, metu conscientiaque peccati multum atque exanimatum, ac vix vivum relinquo. *Terent. Phorm.* 3. 3. 31. et *Curt.* l. 7. c. 3. Exanimatus metu. et l. 10. c. 3. Exanimati pavore, attonitis similes. *Stat.* 4. *Theb.* v. 759. Tu refugas vires, et pectora bello Exanimata reple. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 26. Adolescentulus sic initio accusationis exanimatus sum, ut, &c. *Plaut. Cas.* 3. 5. 8. Timidus atque exanimatus. ¶ Item qui est corpore præsens, animo absens, *out of his mind, distracted. Plaut. ibid.* 3. 3. 9. Rogitare oportet, adsitne animus ei, necne adsit: si neget adesse, exanimatum amittat domum. ¶ Transfertur ad alia. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 11. Nolo verba exiliter exanimata exire, nolo inflata, et quasi anhelata gravius. *languid, feeble, dying away as it were.* ¶ Quod discrimen tradit *Donat.* ad illud *Terent. Andr.* 1. 4. 7. Sed quidnam Pamphylum exanimatum video? ut *exanimatus* perturbatum, *exanimus* mortuum significet, jam satis patet, aut nullum esse, aut saltem a Scriptoribus non servari.

EXANIMIS, e, *lifeless, dead*, ἄψυχος, exanimatus, mortuus. *Liv.* l. 25. c. 16. *sub fin.* Exanimem eum Mago ad Annibalem misit. *Virg.* 5. *Æn.* v. 481. Sternitur, exanimisque tremens procumbit humi bos. *Quintil.* l. 4. c. 2. Exanime corpus. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 336. Exanimes artus. *Id. in Ibin*, v. 144. Umbra exanimis. *Stat.* 12. *Theb.* v. 739. Exanimis et projecta præda. et ver. 418. gelidæ exanimesque favillæ. *put out, extinguished.* et lib. 7. v. 86. Ut si quando ruit, debellatasque reliquit Eurus aquas, pax ipsa tumet, pontumque jacentem Exanimis jam volvit hiems. *h. e.* tempestas cessante vento (qui *anima* dicitur) adhuc volvit mare. ¶ Translate est exterritus, perturbatus, quasique, præ timore, aut dolore, anima privatus. *greatly alarmed, terrified, half-dead with fear, thunderstruck. Virg.* 4. *Æn.* v. 672 Audiit exanimis, trepidoque exterrita cursu. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 76. Exanimis metu. et lib. 2. sat. 6. v. 113. Pavidi, magisque exanimes trepidare. ¶ Item pallidus, exsanguis: *pale, wan:* quæ sunt metus indicia. *Lucan.* l. 6. v. 657. ipsumque trementem Conspicit, exanimi defixum lumina vultu. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 7. v. 53. Exanimes artus, et membra trementia vidi. *Id.* 1. *de art. aman.* v. 540. Nullus in exanimi corpore sanguis erat.

EXANIMO, as, avi, atum, a. 1. *to deprive of life, kill, slay*, φονεύω, anima privo, occido. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 30. Cum ipse gravi vulnere exanimari se videret. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 15. Circumventi flamma exanimantur homines. et cap. 30. *extr.* Cum laborem belli ferre non posset, taxo se exanimavit. *Curt.* l. 7. c. 3. Multos exanimavit rigor insolitus nivis. *Nepos in Epamin.* c. 9. *extr.* Tum ferro extracto, confestim exanimatus est. ¶ Item animam, h. e. respirationem adimo, lassitudine conficio. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 92. Simul fore, ut duplicato cursu, Cæsaris milites exanimarentur, et lassitudine conficerentur. *should be out of breath.* ¶ Translate est perturbare, exterrere, dolore, aut metu percellere. *to terrify, alarm greatly, kill as it were with fear*, ἐκπλήττω. *Terent. Andr.* 1. 5. 16. Oratio hæc me miseram exanimavit metu. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 9. Adventus Philotimi exanimavit omnes, qui mecum erant. nam ipse obdurui. et lib. 11. ep. 6. *a med.* Tulliæ meæ morbus et imbecillitas corporis me exanimat. *Id. Parad.* 2. *sub fin.* Te metus exanimat judiciorum atque legum. *Id. pro Mil.* c. 34. Me quidem exanimant et interimunt hæ voces Milonis. *Cœl. ad Cicer.* l. 8. *Fam.* ep. 16. Exanimatus sum tuis litteris. *I was quite thunderstruck. Horat.* l. 2. od. 17. v. 1. Cur me querelis exanimas tuis? *kill, stun. Id.* l. 2. ep. 1. v. 177. Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru, Exanimat lentus spectator, sedulus inflat. *deprives as it were of his breath; takes away his courage.* ¶ Pro exspirare, difflari, dispergi. *Plin.* l. 23. c. 2. *a med. de vini fæce usta.* Celerrime exanimatur, loco non incluso condita. *h. e.* exspirat. *evaporates, loses its spirit*, διαπνεῖται. ¶ Exanimare folles apud *Sever. in Ætna*, v. 560. est comprimere, ut animam, seu ventum emittant efflentque.

EXANIMUS, a, um, *dead*, ἄψυχος, mortuus. Idem est quod *exanimis:* nisi quod translate aut rarius, aut fortasse nunquam adhibetur. *Virg.* 11. *Æn.* v. 110. Pacem me exanimis, et Martis sorte peremptis Oratis? *Tacit. Ann.* 1. c. 32. Tum convulsos laniatosque, et partim exanimos, ante vallum projiciunt. *Id.* 16. *Ann.* cap. 13. Domus corporibus exanimis, itinera funeribus complebantur. *with dead bodies. Colum.* l. 12. c. 45. Mel exanimum corpus hominis per annos plurimos innoxium conservat. Adde *Senec. in Hippol.* v. 585. et *Plin.* l. 10. c. 3.

EXANIO. V. *Exsanio.*

EXANTE. V. *Ante.*

EXANTHEMATA, um, n. *pustules or eruptions on the skin*, ἐξανθήματα, sunt varii generis pustulæ in cute enascentes, ut quæ ex urticæ tactu, ex morbillis, ex sole, ex natatu, ex frigore, ex variis, lividæ, pallidæ, nigræ, rubentes, in pueris præsertim erumpunt, ac veluti efflorescunt: ab ἐξανθέω, effloresco. Græce habet *Cels.* lib. 5. cap. 28. sect. 15. Latine autem *Marcell. Empir.* cap. 19. et *Æmil. Macer de herb. cap. de camomilla.*

EXANTLATUS, *et* Exanclatus, a, um, *drawn out, emptied, exantlated*, exhaustus. *Plaut. in fragm.* apud *Non.* cap. 4. n. 155. Sæpe exantlatum merum scitissime. *Plauti* locus videtur esse *Stich.* 1. 3. *in fin.* ubi habetur: Sæpe exantlavit submerum scitissime. *Nonius* tamen affert tanquam ex fragment. *Pænuli.* ¶ Translate *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 8. vertens carmina *Sophoclis.* Quæ corpore exantlato, atque animo pertuli. *h. e.* exhausto, confecto. *worn out with toil.* ¶ Item toleratus. *endured, suffered. Id.* 4. *Acad.* c. 34. Herculis quendam laborem exantlatum a Carneade. Adde *Apul.* l. 6. 7. *et* 11. *Metam.* V. *Exantlo.*

EXANTLO, *et* Exanclo, as, a. 1. *to draw or empty out, exantlate*, exhaurire, ut *Fest.* et *Non.* c. 4. n. 155. interpretantur: a Græco ἀντλεῖν, quod idem significat. [† *Lex. Seguer.* apud *Bekker. Anecd. Græc. vol.* 1. p. 411. Ἀντλία: ὅπου τὸ ὕδωρ τὸ ἐν τῷ πλοίῳ γινόμενον ἀπαντλοῦσιν εἰς θάλασσαν. καὶ νῦν ὁ καλούμενος καδῖσκος. *Eustath.* ad *Odyss.* M. 411. λέγεται δέ φησι καὶ γαῦλος ἡ ἀντλία. ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὸ ἀγγεῖον ᾧ ἀντλεῖται τὸ τοιοῦτον ὕδωρ ἀντλίον φασὶν ἐκαλεῖτο. Ἀντλεῖν igitur proprie est *navis sentinam exhaurire*, Anglice *to pump out the bilge-water.* Quæ res cum sæpius multi sit laboris, ἀντλεῖν et ἐξαντλεῖν metaphorice valent *perferre, perpeti.* Locutio est Attica, hominum scilicet mari pollentium, phrasiumque eam ob causam nauticarum studiosorum.] Qui malunt *Exanclo*, deducunt ab obsoleto *anculo*, et per syncop, *anclo*, ministro: unde *ancula*, et *ancilla*, ut *furcula, furcilla.* In MSS. et edit. libb. varie scribitur, modo per *c*, modo per *t.* Sed si usus spectatur, exhauriendi significatio ei magis convenit, et per *t* rectius scribitur. *Plaut. Stich.* 1. 3. *in fin.* Vinum poculo pauxillulo sæpe exanclavit. *Enn.* apud *Non. loc. cit.* Nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerer. *Pacuv. ibid.* Non potest, Menalippe, hic sine tua opera exantlari clavus. *he cannot draw that nail.* Est autem locutio allegorica, et proverbialis, h. e. non potest hoc negotium perfici. ¶ Translate est tolerare, perpeti, perferre. *to bear, endure, go through, suffer. Cic.* vertens *Homeri* versum l. 2. *de Divin.* c. 30. Tot nos ad Trojam belli exanclabimus annos. *h. e.* transigemus, hauriemus laborem (ut *Horat.* loquitur lib. 1. sat. 2. v. 78.) belli decem annos. *Homer.* hoc loco (*Iliad.* 2. v. 328.) habet πτολεμίξομεν. *Id. in fin.* l. 1. *Tuscul.* Cum exanclavisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum. *Accius* apud *Non. loc. cit.* Pertolerarem vitam, cladesque exanclarem impatibiles. *Id. ibid.* Fere exantlavimus tyranni sævum ingenium, atque exsecrabile. *Enn. ibid.* Cum ærumnis illum exantlavi diem. Adde *Apul.* l. 1. et *initio* l. 8. *Metam.* ¶ Sunt qui putant, nullam esse metaphoram, cum pro perpeti ponitur, quod in ea significatione sit a Græco ἀνατλάω, et ἀντλάω, perfero: ne si placeat quidem *exanclo* scribi, quia quemadmodum a πλήττω fit *plecto*, inquit *Budæus*, *t* in *c* mutata, ita ab ἀνατλῶ, *anclo* fieri posse: sed vereor, ut verum sit, *plecto* esse immediate a πλήττω, ac non potius a πλήκτης, percussor, quod est ab ejusdem verbi præterito passivo. ¶ Hoc verbum inter ea reponit *Quintil.* l. 1. c. 6. *extr.* (*al.* c. 11.) quæ *ab ultimis, et jam oblitteratis sunt repetita temporibus*, quamquam *Cic.* bis in prosa oratione usurpaverit, ut hic supra, et in *Exantlatus* retulimus. Nam *Apulei.* antiquitatis affectatorem nihil moror.

EXAPERIO, is, a. 4. prorsus aperio. *Augustin. cap. ult.* l. 2. *Confession.* Quis exaperit istam tortuosissimam, et implicatissimam nodositatem?

EXAPTO, as, a. 1. idem quod apto, ἐξάπτω. *Apul.* l. 11. *Metam.* Visus est quiete proxima, dum magno deo coronas exaptat, &c. *h. e.* apte imponit, vel apte nectit dei capiti imponendas.

EXAPTUS, a, um, *joined or appended to*, aptus, junctus, connexus, ἐξημμένος, συνημμένος. *Lucret.* l. 4. v. 827. Brachia tum porro validis exapta lacertis Esse, manusque datas utraque a parte ministras, Ut facere ad vitam possimus quæ foret usus. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 3. Pellicula extrema exaptum pendere onus ingens. *Plin.* l. 36. c. 13. *sub fin.* Ex quo pendeant exapta catenis tintinnabula. *connected by.*

EXAQUESCO, is, n. 3. *to become aqueous*, in aquam solvor, aqua fio. *Censorin. de die nat.* c. 18. *a med.* Nam his alternis temporibus (*æstatis, et hiemis*) mundus tum exignescere, tum exaquescere videtur.

EXARATIO, onis, f. *a ploughing*, actus exarandi, seu arando eruendi. *Martian. Capell.* l. 9. pag. 204. Hetruria Tagetis exaratione celebrata. *h. e.* qua in agro Tarquiniensi, inter arandum Tages ille exstitit, de quo *Cic.* 2. *de Divin.* c. 23. ¶ Translate est scriptio, poema. *a writing, composition. Sidon.* carm. 9. v. 335. Isti qui valet exarationi Districtum bonus applicare theta.

EXARATUS, a, um, *ploughed, ploughed up*, arando erutus. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 23. Cum multa in eo loco sepulcra fuissent, exarata sunt. *Id.* 2. *de Divin.* c. 23. et 38. Est ne quisquam ita desipiens, qui credat, exaratum esse deum? *Paul. Dig.* lib. 10. tit. 1. leg. 4. Termini dejecti, vel exarati. *Plin.* l. 18. c. 7. *sub fin.* Exaratæ radices. ¶ Translate est scriptus. *Sueton. in Ner.* c. 52. Versus non excepti, sed plane quasi a cogitante, atque generante exarati. *written.*

EX ARCHIATRIS, dicitur is, qui Archiatri dignitate functus est. *Imp. Constantin.* lib. 10. *Cod.* tit. 52. leg. 6.

EXARCHUS, i, m. ἔξαρχος, h. e. princeps eximius, excellens inter proceres. Fuit quondam hoc nomine gradus dignitatis in militia. *Inscript.* parum vetus, apud *Gruter.* pag. 528. n. 7. Aurelio Januario signif. ex numer. Dalmat. fort. et Aurelio Valentiano exarcho posuit Aurelius Just. &c.

EXARDESCO, is, arsi, n. 3. *to grow hot, become enflamed, blaze, be on fire*, ἐκπυρόομαι, accendor, inflammor, conflagro. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 45. *extr.* Nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quæ, nisi admoto igni, ignem concipere possit. *Plin.* l. 35. cap. 15. Sulphur exardescens. *Martial.* l. 3. epigr. 67. Exarsit dies. *h. e.* inflammatus est, sole in meridiem verso. ¶ Dicitur et de colore flammeo. *Plin.* l. 37. c. 7. Fulgorem carbunculi debere candidum esse positi, si attollatur, exardescentem. *glowing.* ¶ Translate *Cic. de Harusp. resp.* cap. 21. *extr.* Excepi flammam illorum temporum, et pro patria solus exarsi. *Id. pro Ligar.* c. 1. Bellum subito exarsit. *was kindled, broke out. Id. de Amic.* c. 21. Nisi quædam admodum intolerabilis injuria exarserit. *h. e.* velut ignis exorta sit. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 27. Seditio exarserat. et cap. 38. Prima inter patres plebemque exarsere certamina. *Cicer. pro Rabir. Post.* c. 6. Quamquam tum propter multorum delicta, etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat. *Id. pro Sull.* cap. 27. Repente tanta ista importunitas inauditi sceleris exarsit. ¶ Sæpe transfertur ad animi affectus, amorem, iram, cupiditatem, dolorem. *Id. de Amic.* c. 9. Admirabilis quædam exardescit benevolentiæ magnitudo. *Id.* 4. *Verr.* c. 20. Exarsit iracundia et stomacho. *Virg.* 7. *Æn.* v. 445. Talibus Alecto dictis exarsit in iras. et *Æn.* 11. v. 376. exarsit violentia Turni. *Liv.* l. 40. c. 35. *a med.* Milites, si quis impense retineret in provincia, in perniciosam seditionem exarsuri. *Cic. Phil.* 10. c. 9. *extr.* Tota Italia desiderio libertatis exarsit. et *Phil.* 11. c. 2. Ipsi vestra sponte exarsistis ad liberta-

tis recuperandæ cupiditatem. *Plin.* l. 37. *in proœm.* Admiratio gemmarum in tantum exarsit. *hath become so prevalent.* et lib. 33. c. 3. Paulatim exarsit rabie quadam, non jam avaritia, sed fames auri. *Virg.* 8. *Æn.* v. 219. Hic vero Alcidæ furiis exarserat atro Felle dolor. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 4. *extr.* Qui ante inimico in nos animo fuisset, multo gravius hoc dolore exarsit. *Liv.* l. 10. c. 23. Brevis altercatio in contentionem animorum exarsit. *Id.* l. 35. c. 10. Ambitio magis, quam unquam alias, exarserat. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 25. Tiberius fœdissimis criminationibus exarsit. *was enraged; broke out into the most violent accusations; loaded her memory with the foulest imputations.* et cap. 1. Indomitis libidinibus exarserat. *h. e.* impotenter accensus fuerat. ¶ Absolute *Cic.* 3. *Verr.* c. 25. Homo sic exarsit ad id, quod nunquam viderat. *was seized with so strong a desire,* &c. *Id.* 3. *de Orat.* c. 1. Non tulit ille, et graviter exarsit. *was violently enraged. Id.* 5. *Tuscul.* c. 29. Carneadis ingenium contra Stoicos exarserat. *Id. in Orat.* c. 29. In omni genere amplificationis exarsimus. *I have been warm, or vehement. Tacit. Ann.* 1. cap. 51. Exarsere animis, unoque impetu, &c. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 248. Totaque jam sparsis exarserat insula monstris. *h. e.* cædibus et strage arserat. ¶ Transfertur et ad alia. *Sueton. in Tiber.* c. 34. Corinthiorum vasorum pretia in immensum exarsisse. *have greatly increased.* Eadem ratione et *incendo* adhibetur. *Lucan.* l. 7. v. 139. cotibus asper exarsit mucro. V. *in fine verbi* Ardesco.

EXAREFĪO, is, n. *to become dry, be made dry,* ἀποξηραίνομαι, aridus fio, exaresco. *Plin.* l. 26. c. 10. *extr.* Fucus marinus omnibus articulorum morbis impositus antequam exarefiat.

EXARĒNO, as, a. 1. *to purge from sand or gravel,* ab arena purgo. *Plin.* l. 31. c. 3. *extr.* Æs postea exarenatur, an satis recoctum sit, splendore deprehendente.

EXARESCO, is, arui, n. 3. *to become dry, be or grow dry,* ἀποξηραίνομαι, aridus fio, siccor. *Colum.* l. 3. c. 12. Raram terram sole ac vento penitus siccari atque exarescere. *Sueton. in Galb.* c. 1. Silva omnis exaruit radicitus. *Cic. in Pison.* c. 33. Si montes resedissent, amnes exaruissent. *Plaut. Rud.* 2. 7. 20. Vestimenta madida exarescunt. *grow dry.* ¶ Translate *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 34. Aliquando reipubl. rationes, quæ malitia nocentum exaruerant, virtute optimatium reviruere. *Cic. in Bruto,* c. 4. Sic omnis fetus repressus, exustusque flos siti veteris ubertatis exaruit. *Id.* 10. *Attic.* ep. 16. Miror, eas lacrimas tam diuturna miseria non exaruisse. *Id. de clar. Orat.* c. 21. Hujus orationes exiliores sunt, et redolentes antiquitatem: itaque exaruerunt, vix jam ut appareant. *have fallen into decay; are grown out of use. Id. Fam.* 8. ep. 18. Illa ipsa facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulissem, exaruisset. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 31. Illa opinio tum non appellabatur recens, cum vetustate exaruit. *Plaut. Mil.* 3. 1. 45. Amoris aliquantum habeo, humorisque meo etiam in corpore, neque dum exarui ex amœnis rebus et voluptariis.

EXARĬDUS, a, um, omnino aridus. *Tertull. de resurrect. carn.* c. 30.

EXARMĀTUS, a, um, adject. *disarmed, unarmed,* ἀφωπλισμένος, armis spoliatus. *Stat.* 3. *Theb.* 2. 303. pallentes agar exarmatus ad umbras. Sic Exarmata veneno serpens, *Calpurn. ad Nemesian.* ecl. 5. v. 94. Exarmata navis, *Senec. de consol. ad Helv. c. ult.* Exarmati leones, *h. e.* sine unguibus et dentibus, *Lamprid. in Heliogab.* cap. 21. ¶ Translate *Claudian.* epigr. 35. *de portu Smyrnensi.* Hic exarmatum terris cingentibus æquor Clauditur, et placidam discit servare quietem.

EXARMO, as, avi, atum, a. 1. *to disarm,* ἀφοπλίζω, arma detraho, armis spolio. *Lucan.* l. 5. v. 355. Exarmare dextras. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 76. cohortes. *Lucan.* l. 8. v. 387. nam Medos prœlia prima Exarmant, vacuæque jubent remeare pharetræ. *Paul. Dig.* l. 14. tit. 2. leg. 2. Si conservatis mercibus deterior facta sit navis, aut aliquid exarmaverit. *h. e.* aliquod ex armamentis amiserit. *hath lost any of its rigging.* Hac ratione loqui videtur etiam *Senec.* ep. 30. ¶ Translate *Petron. in Satyr.* c. 105. Giton mirabili forma exarmaverat nautas. *h. e.* flagella et iram deponere coegerat. *Sil.* l. 1. v. 411. serpentem diro exarmare veneno Doctus. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 596. alium dehinc turbida Colchis Exarmat taurum. *h. e.* incantationibus debilitat. *weakens. Plin.* l. 3. ep. 9. *a med.* Exarmare accusationem. *h. e.* infirmare, testibus subtractis.

EXĀRO, as, avi, atum, a. 1. *to plough or dig up,* ἐξαρόω, arando eruo. *Cato R. R.* c. 61. et *Plin.* l. 17. c. 18. Tenuissimas radices exarare. *Paul.* l. 5. *Sententiar.* tit. 22. Qui terminos effodiunt, vel exarant. ¶ Ponitur et pro simplici aro, vel probe aro, *to plough. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 10. et *Plin.* l. 18. cap. 3. Jugum vocabatur, quod uno jugo boum in die exarari posset. *Paul. Dig.* lib. 43. tit. 10. leg. 4. Qui viam publicam exaraverit, ad munitionem ejus solus compellitur. ¶ *Exarare frumentum* est arando agros, colendoque serere, et colere, *to cultivate, sow. Cic. Verr.* 7. c. 38. Aratorum liberi, quorum patres tantum labore suo frumenti exarabant, ut populo R. suppeditare possent. Adde *Verr.* 5. cap. 18. Sic *Pallad. in Februar.* tit. 20. exarare vites. ¶ Translate *Horat.* epod. 8. v. 3. rugis vetus Frontem senectus exarat. *wrinkles, furrows.* ¶ Sæpe est scribere, facere: ducta metaph. a stilo, quo tabellæ ceratæ, sulcis veluti ductis, perscribuntur, *to write, compose. Cic. Attic.* 12. ep. 1. Undecimo die, postquam a te discesseram, hoc litterularum exaravi. et lib. 16. ep. 6. *extr.* Itaque statim novum procœmium exaravi. et lib. 13. ep. 38. Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo et opera exaravi nescio quid ad te. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 90. Ad fratrem scriptas exarat illa notas. *Plin.* l. 7. ep. 4. Id ipsum, quod me ad scribendum solicitaverat, his versibus exaravi. *Phædr. in prol.* l. 3. Librum exarabo tertium Æsopi stylo.

[* EXARSUS, a, um, particip. ab *exardesco. Cod. Justin.* lib. 9. tit. 1. leg. 11. Data opera partis adversæ res vestras incendio exarsas esse asseverantes. *h. e.* exarsisse, incensas esse.]

EXARTŪĀTUS, a, um, dissectus. Quidam afferunt locum *Cicer.* l. 7. *Attic.* ep. 2. ubi valde incerta est lectio.

EXASCIĀTUS, a, um, *roughly hewn,* ascia dolatus. Translate *Plaut. Asin.* 2. 2. 93. Jam hoc opus exasciatum est. Al. leg. *exasciandum est.* V. Interpretes.

EXASPERATĬO, onis, f. actus exasperandi. *Scribon. Larg. compos.* 222. Lipara ad intertrigines, et exasperationem mirifica. Adde *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 16. *a med.*

EXASPERĀTUS, a, um, *made rough or sharp,* asper factus. *Plin.* l. 22. c. 23. Silphii radix prodest arteriis exasperatis. *Cels.* l. 5. c. 13. Lævant id, quod exasperatum est, spodium, hebenus, &c. *Senec.* l. 1. controv. 3. Stat moles abscissa in profundum, frequentibus exasperata saxis. *rough, rugged, uneven. Liv.* l. 37. c. 12. *extr.* Exasperato fluctibus mari jactari cœperunt. ¶ Translate *irritated, exasperated. Colum.* l. 9. c. 15. Neque convenit æstu medio exasperatas apes lacessiri. *Liv.* l. 28. c. 25. Ad quorum primum adventum exasperati animi, mox ipsis placido sermone permulcentibus, leniti sunt.

EXASPĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to make sharp or rough; to sharpen, roughen,* ἀπαγριόω, aspero, asperum reddo. *Cels.* l. 1. c. 3. *de vomitu.* Si vomitus fauces exasperavit. *Plin.* l. 31. c. 6. *a med.* Nervos excalefacit, et corpus non exasperat. et lib. 23. c. 4. *sub fin.* Exasperare tussim. *Quintil.* l. 11. c. 3. *post init.* Faucium vitio vox exasperatur. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 6. fretum sæva quietum Ventorum rabies motis exasperat undis. *Claudian. in III. Consul. Honor.* v. 192. Brontes innumeris exasperat ægida signis. *h. e.* signis exstantibus exornat. *Sil.* l. 4. v. 19. saxoque exasperat ensem. *sharpens, edges.* Sic *Lucan.* l. 7. v. 139. cotibus asper Exarsit mucro. ¶ Translate *Quintil.* l. 4. c. 2. *a med.* Adjecit invidiam, rem verbis exasperavit. *h. e.* atrociorem fecit. *Liv.* l. 40. c. 20. *extr.* Exasperare criminibus animum alicujus. *to exasperate, irritate, provoke. Curt.* l. 8. c. 1. Cum animo videretur imperaturus, si finem procaciter orto sermoni Clitus imponeret; nihil eo remittente, magis exasperabatur. *Valer. Max.* l. 6. cap. 5. n. 3. Cum ob nimis severe gestam Censuram, majorem civitatis partem exasperassent. *Eumen. in Paneg. ad Constantin.* c. 10. Ut mallent amicitiam colere Romanam, quam exasperare justitiam. [¶ Particip. *exasperaturus* apud *Cels.* l. 3. c. 5. Si qua sunt, quæ exasperatura eorum animos sunt.]

EXATĬO. V. *Exsatio.*

EXATŪRO. V. *Exsaturo.*

EXAUCTORĀTUS, a, um, adject. quasi auctoramento privatus. *discharged from military service. Exauctorati milites* dicebantur, qui a militia removebantur, data missione honesta, vel ignominiosa. V. Exauctoro. *Liv.* l. 36. c. 4. *extr.* Postero die concione advocata, de rebus abs se gestis cum disseruisset, milites exauctoratos dimisit. *dismissed, discharged, disbanded.* (Adde lib. 41. c. 5.) *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 20. Exauctorati per eos dies Tribuni. *cashiered.* ¶ Translate *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 5. Verba, quæ cum in ore priscæ auctoritatis crebro fuerint, exauctorata tamen a sequenti ætate, repudiataque sunt. *rejected, dismissed.*

EXAUCTORĬTAS, atis, f. *exauctoration. Impp. Valens, Gratian. et Valentinian.* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 35. Militans exauctoritatem subibit. *h. e.* exauctorabitur.

EXAUCTŌRO, as, avi, atum, a. 1. *to dismiss from military service, exauctorate,* ἀφίημι, est ab auctoramento, idest obligatione militari, et juramento solvere, et liberare: et sæpe de ignominiosa missione intelligitur. *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 2. leg. 2. *a med.* Sed et si ita exauctoraverit, ut insignia militaria detraheret, inter infames efficit. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 12. narrat, eum Imperatorem *legiones tumultuantes exauctorasse.* Et apud *Plin.* l. 6. ep. 31. Trajanus Centurionem adulterii reum exauctoravit, atque etiam relegavit. *cashiered, dismissed.* Adde *Sueton. in Aug.* c. 24. ¶ Dicitur etiam de illa missione, cum expletis stipendiis honeste milites dimittebantur. *Justin.* l. 12. c. 12. Qua modestia obtinuerunt, ut undecim millia militum veteranorum exauctoraret. *discharged, disbanded. Liv.* l. 8. c. 34. *ad fin.* Sine commeatu vagi milites, immemores sacramenti, licentia sola se, ubi velint, exauctorent. Adde lib. 36. c. 40. ut in *Exauctoratus* retulimus. *Tacit.* 1. *Annal.* c. 36. *in fin.* Missionem dari vicena stipendia meritis, exauctorari qui senadena fecissent, ac retineri sub vexillo ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis. Describit hic *Tacit.* peculiare exauctorandi genus, militaris seditionis infringendæ causa usurpatum.

EXAUDIBĬLIS, le, qui exaudiri potest: dignus cujus preces exaudiantur. *Augustin.* l. 1. *Soliloqu.* c. 1. *ante med.* Deus, qui nos exaudibiles facis.

EXAUDĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to hear, hear perfectly, comprehend, understand,* ἐξακούω, idem quod audio, sentio, intelligo. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 8. Dic, oro te, clarius: vix enim mihi exaudisse videor. *Id. ibid.* l. 13. ep. 48. Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, cum diceres, te in Tusculanum venturum. *Id.* 1. *de Divin.* c. 33. Cum aliquantulum progressus esset, subito exaudivit hinnitum. *Id. pro Sull.* c. 11. Maxima voce, ut omnes exaudire possint, dico, semperque dicam. *Id. pro Ligar.* c. 3. Quantum potero voce contendam, ut hoc populus R. exaudiat. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 30. et lib. 3. *B. Civ.* c. 94. Vincite, inquit, si ita vultis: et id clariore voce, ut magna pars militum exaudiret. *Nepos in Dione,* c. 9. Fit strepitus, adeo ut exaudiri possit foris. *Plin.* l. 19. c. 1. *a med.* Surdis ictibus, et qui non exaudiantur, arborem cædi. *Id.* l. 9. c. 8. *ad fin.* Celeriter delphini exaudiunt desideria. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 144. et lib. 9. v. 122. Exaudi. *hearken, attend.* ¶ *Exaudire preces* est non audire solum, sed etiam annuere, *to give ear to, hearken or listen to, regard. Ovid.* 13. *Metam.* v. 855. *Senec. in Hippol.* v. 636. *Lucan.* l. 6. v. 706. et *Plin.* l. 28. c. 2. Sic, exaudire rogantem, *Ovid.* l. 2. *Amor.* el. 9. v. 51. Exaudire populi vota, *Senec.* l. 1. controv. 3. *a med.* Similiter *Plin. in Paneg. c. pænult.* Capitoline Jupiter, audisti quæ malo principi precabamur, exaudi quæ pro dissimillimo optamus. ¶ Translate est sentire. *Lucan.* l. 6. v. 715. licet has exaudiat herbas, Ad manes ventura semel. ¶ Item intelligere. *Cels. Dig.* lib. 33. tit. 10. leg. 7. Non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debere. *Id.* lib. 45. tit. 1. leg. 99. Etsi ambigua verba sunt, sic tamen exaudiuntur, si, &c.

EXAUDITĬO, onis, f. actus exaudiendi. *Augustin.* l. 21. *de Civit. Dei,* cap. 24. Eorum efficacior est oratio, et exauditione Dei dignior.

EXAUDĪTUS, a, um, *heard distinctly,* auditus. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 14. *circa med.* Tanti sonitus fuerunt, ut eos usque istinc exauditos putem. *Virg.* 1. *Georg.* v. 476. Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes. *Horat.* l. 1. ep. 20. v. 14. Monitor non exauditus. *Virg. Æn.* 11. v. 157. et *Stat.* 11. *Theb.* v. 616. nulli exaudita deorum Vota, precesque meæ. *regarded.*

EXAUGĔO, es, a. 2. *to increase greatly,* ἐξαύξω, idem quod augeo, aut valde augeo. *Plaut. Stich.* 2. 1. 9. et 32. Benefacta majorum tuorum exauge. *Terent. Heaut.* 2. 2. 3. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. *heighten my fears.*

EXAUGURATĬO, onis, f. *a profaning,* actus exaugurandi. *Liv.* l. 1. c. 55. Nam cum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aves, &c.

EXAUGŬRO, as, a. 1. *to unhallow, profane what was hallowed,* ex sacro profanum facio. nam sacræ res augurato consecrabantur. *Cato* apud *Fest.* in *Nequitum,* et *Liv.* l. 1. c. 55. Exaugurare fana sacellaque statuit. *Gell.* l. 6. c. 7. Si quadraginta annos nata sacerdotio abire, ac nubere voluisset, jus ei potestasque exaugurandi, atque nubendi facta est. [*Capitolin. in M. Aurel.* c. 4. Fuit in eo sacerdotio (Saliorum) et præsul, et vates, et magister, et multos inauguravit, atque exauguravit.]

EXAURĀTUS, a, um, *gilded,* inauratus, ut Exaurati crateres *in fragm. incerti Auctor. quæ post Censorin. edita sunt a Lindebrog.* et *Lud. Carr.*

EXAUSPĬCO, as, avi, atum, n. 1. *to do a thing with ill luck, Plaut. Capt.* 3. 5. 108. Exauspicavi ex vinculis: nunc intelligo Redauspicandum esse in catenas denuo. *h. e.* auspicium hujus itineris ex vinculis duxi: quare ut malo auspicio huc veni, ita ad vincula mihi denuo redeundum est, quasi ad auspicia repetenda. *I have come forth in an evil hour.*

EXBALLISTO, as, a. 1. *to overthrow by a blow of the* ballista, ballistæ ictu prosterno. Festive *Plaut. Pseud.* 2. 1. 9. Nunc inimicum ego hunc meum Ballionem exballistabo lepide. Sic *Bacch.* 4. 4. 58. De ducentis nummis primum intendam ballistam in senem.

EXBĪBO, is, a. 3. *to drink,* idem quod ebibo. *Plaut. Mil.* 3. 2. 19. ubi sunt qui aliter leg.

EXBŎLA, æ, f. fax, aut telum missile: ab ἐκβάλλω, ejicio. *Varro sub fin.* l. 6. *de L. L.* In Tunicularia: Exbolas quassant, ejiciunt: a Græco verbo ἐκβολή, dictum.

EXBUERES, exinteratas: sive Exbuæ, quæ ebiberunt, quasi epotæ. *Festus,* ubi V. Interpretes.

EXCÆCĀTOR, oris, m. *he that makes blind,* qui excæcat. *Augustin.* serm. 43. ex homil. 50. Diabolus fuerat excæcator.

EXCÆCĀTUS, a, um, *blinded, made blind.* Translate *excæcata* dicuntur quæ obstructa sunt, et abdita: quemadmodum *cæcas fossas* dixit *Colum.* quæ apertæ non sunt, *ditches that are stopped up,* et cæcam domum vocat *Cic.* quæ obscura est, et sine fenestris. *Ovid.* 15. *Metam.* v

271. antiquis tam multa tremoribus orbis Flumina prosiliunt, aut excæcata residunt. *Al. leg.* exsiccata. *Cels.* l. 7. c. 7. *sub fin.* Id signum est quasi excæcatorum itinerum, per quæ humor ferebatur. *h. e.* obstructorum. ¶ Apud *Plin.* l. 33. c. 9. *fulgor excæcatus* in argento est, cum argentum colore tingitur, suumque fulgorem obscurat.

EXCÆCO, as, avi, atum, a. 1. *to blind, make blind,* ἐκτυφλόω, idem quod cæco. *Cic.* 4. *Acad.* c. 23. Num ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus? ¶ Translate *Plin.* l. 17. c. 22. Quidam tunc excæcant eum (*palmitem*) supina falce auferendo oculos, ut longius evocent. *Colum.* l. 11. c. 3. *a med.* Stirpes præfractæ augunt oculos spongiarum, et quasi excæcant, nec patiuntur asparagum emittere. ¶ Est etiam obstruere, occludere. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 17. Scilicet ut limus venas excæcat in undis, Læsaque suppresso fonte resistit aqua. *stops, closes.* V. *Excæcatus.* ¶ Excæcare formam est, pulcritudinem velut obscurare, corrumpere. *Petron. in Satyr.* c. 128. Numquid ab aliquo naturali vitio formam meam excæco?

EXCALCEĀTUS, a, um, *bare-footed, without shoes,* calceis exutus, ἀβλαυτος, ἀπέδιλος. *Sueton. in Vespas.* c. 8. Jussit post hæc excalceatos cursitare. *Martial.* l. 12. epigr. 89. Excalceatus ire cœpit ad cœnam. *Senec.* ep. 8. Quam multa Publii non excalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt! *h. e.* non Mimis, et Comicis, qui soccis utuntur, sed Tragicis, qui cothurnis. *Excalceatos* vocat Comicos, quia pro cothurnis, qui altiores erant, et adhibebantur a Tragicis, habebant soccos multo humiliores, ita ut præ illis excalceati videri possent. Hinc *Id.* ep. 76. *ad fin.* Illi, quibus sceptrum et chlamydem in scena fabulæ assignant, cum præsente populo elati incesserunt, et cothurnati; simul exierunt, excalceantur, et ad staturam suam redeunt. ¶ Scribitur et *excalciatus.*

EXCALCĔO, as, avi, atum, a. 1. *to pull off one's shoes,* ἐμβάδας ὑπολύω, calceos detraho. *Vellei.* l. 2. c. 41. Neque unquam aut nocte, aut die aut excalcearetur, aut discingeretur. *Sueton. in Vitell.* c. 2. Ut sibi pedes præberet excalceandos. Adde *Senec. cit.* in voce præced. ¶ *Excalceor* deponentis forma. *Varr.* apud *Non.* c. 7. n. 86. Qui ibi ad Herculis introeat, nemo se excalceetur. ¶ Scribitur et *excalcio.*

EXCALDATĬO, onis, f. *a washing in warm water, scalding,* θερμολουσία, lavatio in aqua calida. *Anton. Phil. in epist.* apud *Vulcat. Gallic. in Avid. Cass.* cap. 5. Ille sane omnes excaldationes, omnes flores de capite, collo, et sinu militi excutiet. *h. e.* calida balnea. *Capitolin. in Albino,* c. 5. Testudinem infantulo ad excaldationes pueriles dicari jussit.

EXCALDĀTUS, a, um, adject. *scalded,* calida lotus, et calefactus. *Apic.* l. 4. c. 2. Excaldatus caseus. *Marcell. Empir.* c. 26. Amygdalæ excaldatæ.

EXCALDO, as, a. 1. calida perfundo, et calefacio. *Vulcat. Gallican. loc. cit.* in *Excaldatio.* Legiones totæ excaldantes se.

EXCALFACĬO, is, eci, actum, a. 3. *to make very hot,* idem ac calefacio. *Plin.* l. 21. c. 20. Magis excalfacit, quam crocum ipsum. *Id. ibid.* c. 21. Modice his tamen utendum est, quoniam excalfaciunt. Adde cap. 22. &c.

EXCALFACTĬO, onis, f. *a heating, making hot. Plin.* l. 31. c. 9. *extr.* Sal additur ad excalfactiones.

EXCALFACTORĬUS, a, um, *making hot, heating,* θερμαντικός, excalfaciendi vim habens. *Plin.* l. 25. c. 13. Natura vini excalfactoria. *Id.* l. 24. c. 11. *extr.* Excalfactorias vires habet. et lib. 21. c. 18. *ad fin.* Resina excalfactoria.

EXCALFACTUS, a, um, *made very hot. Plin.* l. 37. c. 10. Calorem tenet excalfacta igni. *Id. ibid.* c. 2. *sub fin.* Lacus Sole excalfactus.

EXCALFĪO, *et* Excalefio, is, *to become very hot,* θερμαίνομαι, calefio. *Plin.* l. 24. c. 7. *ad fin.* Cum quid siccari, excalfierive opus sit. *Scribon. Larg.* compos. 158. Priusquam excalefiant.

EXCALPO. V. *Exscalpo.*

EXCANDEFACĬO, is, eci, actum, a. 3. *to make very hot,* incendo. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. *ad fin.* Triumphus, et collegiorum cœnæ, quæ tunc innumerabiles, excandefaciebant annonam macelli. *raised the price. h. e.* pretium annonæ augebant, incendebant. V. *Incendo.* ¶ Dividitur per tmesim. *Id. ibid.* cap. 4. Excande me fecerunt cupiditate. *h. e.* inflammarunt.

EXCANDESCENTĬA, æ, f, *heat, excandescency, anger in a nascent state. Cic.* 4. *Tuscul.* c. 9. Ira sit libido puniendi: excandescentia sit ira nascens, et modo exsistens: quæ θύμωσις Græce dicitur. ¶ Item *irascibility. Apul. de Dogm. Plat.* l. 1. *sub fin.* Tripartitam animam idem dicit: primam ejus Rationabilem esse partem: aliam Excandescentiam, vel Irritabilitatem: tertiam Appetitum.

EXCANDESCO, is, ui, n. 3. *to grow very hot,* ἐκπυρόομαι, incendor, inflammor. *Cato de R. R.* c. 95. Nam si in tecto coquas, excandescet. *Plin.* l. 36. c. 26. *sub fin.* Vitreæ pilæ sole adverso in tantum excandescunt, ut vestes exurant. ¶ Translate accipitur pro irasci, quod ira, velut igne quodam, animus soleat incendi. *to be angry. Cœl. ad Cicer.* l. 8. *Fam.* ep. 12. Id postquam rescivit, excanduit. *Al. leg.* incanduit. *Colum.* l. 7. c. 12. *de canib. villaticis.* Ut etiam conservos iratius intueantur, semper excandescant in exteros. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 19. Hæc nullam vim habent, nisi ira excanduit fortitudo. *Quintil.* l. 5. c. 10. *circa med.* Excandescere verbis. *Petron. in Satyr.* c. 85. Tam vehementer excandui, ut, &c. *Sueton. in Vespas.* c. 14. In hunc deprecantem haud ultra verba excanduit. *Flor.* l. 2. c. 18. Etiam in ultionem excanduit. *Sueton. de clar. Rhetor.* c. 6. Cum ita excanduisset, ut, deplorato Italiæ statu, &c. *had expressed himself with so much warmth.*

EXCANTĀTUS, a, um, adject. *drawn from its place by incantations, charmed out of its place,* veneficiis, et magicis artibus elicitus, evocatus, arcessitus, obstrictus. nam incantamenta plerunque carminibus, et cantionibus fiunt. *Horat. Epod.* 5. v. 45. Quæ sidera excantata voce Thessala, Lunamque cælo deripit. *Lucan.* l. 6. v. 457. Excantata mens. *h. e.* de statu dejecta. *Id.* l. 9. v. 930. Pestis excantata fugit.

EXCANTO, as, avi, atum, a. 1. *to charm out of its place, remove from one place to another by enchantment,* ἐξάδω, incantationibus elicio, evoco, exire facio, traduco, transfero. *Propert.* l. 3. el. 2. v. 49. Et per te clausas sciat excantare puellas. *Lucan.* l. 6. v. 685. Tum vox Letheos cunctis pollentior herbis Excantare deos. *Plin.* l. 28. c. 2. et *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 7. Legum in duodecim tabulis verba sunt: Qui fruges excantasset. *h. e.* ex agro vicini in suum incantationibus transtulisset. id enim carminibus posse fieri, vulgo credebant, ut est apud *Virg. Ecl.* 8. v. 99. *Tibull.* l. 1. el. 9. v. 19. *Ovid. de remed. amor.* v. 255. et *Martian. Capell.* l. 9. pag. 314. Quo pertinet illud *Varron.* apud *Non.* c. 2. n. 260. Ubi vident, se cantando ex ara excantare non posse, deripere incipiunt. ¶ *Senec. loc. cit.* alio sensu videtur intelligere *excantare fruges,* nempe veneficiis corrumpere, imbres avertendo, grandines, aliasque noxias tempestates attrahendo. Nam et hæc carminibus fieri, credula putavit antiquitas. *to charm.* ¶ Translate *Plaut. in fragm.* apud *Non. loc. cit.* Nam tu quidem cuivis excantare cor facile potes. *Non.* exponit *excludere,* sed *elicere* vult *Brouckhus. ad* l. 3. el. 2. v. 49. *Propert.* unde hæc desumpsimus. ¶ Luxum excantare *in lemmate* c. 160. *Caton. de R. R.* est cantione sanare.

EXCAPĔRE pro excipere, est *Ennii* apud *Non.* c. 2. n. 769.

EXCARNIFICĀTUS, a, um, adject. *torn in pieces, quartered or cut in pieces, tortured by the executioner,* dilaniatus. *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 33. Anaxarchum Democriteum a Cyprio tyranno excarnificatum accepimus. *Senec.* l. 3. *de Ira,* c. 4. Age, si exaudire voces ac minas vacet, qualia excarnificati animi verba sunt! *h. e.* ira cruciati.

EXCARNIFĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to quarter or cut in pieces,* κατακρεουργέω, dilanio, carnem disseco, in partes divido. *Senec.* ep. 24. Mille instrumenta excarnificandi particulatim hominis. *Sueton. in Vitell.* c. 17. Minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est. ¶ Translate pro cruciare ponitur. *to torture, torment, vex. Terent. Heaut.* 4. 6. 9. Hujusmodi mihi res semper comminiscere, ubi me excarnifices.

EXCASTRĀTUS, a, um, adject. castratus, exsectus, *castrated, emasculated. Gell.* l. 9. c. 9. Auctore M. Varrone, is demum Latine caper dicitur, qui excastratus est. *Scribon. Larg. compos.* 9. Sinapi ex aceto tritum, et non excastratum. *h. e.* cui cortex non est ademptus, ita ut vim amitteret aliqua ex parte.

EXCAVATĬO, onis, f. actus excavandi, *a scooping or hollowing out; an excavation,* κοίλωσις. *Senec.* l. 4. *nat. quæst.* c. 3. Stillicidii casus lapidem cavat, et hæc ipsa excavatio rotunda fit.

EXCAVĀTUS, a, um, adject. cavatus, *hollowed or scooped out, excavated. Cic. Verr.* 6. c. 27. Trulla excavata cum manubrio aureo. *Plin. initio* l. 33. Vivimus super excavatam terram, mirantes dehiscere aliquando.

EXCAUDĬCO. V. *Excodico.*

EXCĂVO, as, avi, atum, a. 1. *to excavate, make hollow, hollow or scoop out,* κοιλόω. *Plin.* l. 10. c. 33. *de hirundinibus.* Tertium est earum genus, quæ ripas excavant. *Id.* l. 9. c. 27. Cavernam sibi rostro excavat. [¶ Obscena metaphora utitur *Auct. Priapeor.* carm. 51. v. 3. Cum quisquis in nos incidit, luat pœnas, Et usque curvos excavetur ad lumbos.]

EXCĒDO, is, essi, essum, n. 3. *to depart, go forth or out, retire, withdraw,* ἐκχωρέω, ἀπέρχομαι, exeo, egredior, ut et *Fest.* exponit, secedo, abeo. *Cic. initio Catil.* 2. Abiit, excessit, evasit, erupit. *Id. ad Brut.* ep. 15. *ante med.* Excedere urbe. *Id. Phil.* 8. c. 8. Priusquam ex illa circumscriptione excederet. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 25. Excedere prœlio. et lib. 4. c. 33. e prœlio. et lib. 3. c. 4. et *Nep. in Epamin.* c. 9. pugna. et *in Annib.* c. 6. ex acie. *Liv.* l. 30. c. 42. finibus. *Cæs. B. Gall.* l. 7. cap. 33. ex finibus. et cap. 66. Gallia. et lib. 1. *B. Civ.* c. 44. Pedem referre, et loco excedere. *Terent. Andr.* 4. 4. 21. ex loco. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 79. *extr.* ex itinere. *to go out of the way.* et lib. 5. *B. Gall.* c. 19. ex via. *Liv.* l. 24. cap. 20. via. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 13. et *de clar. Orat.* c. 75. *extr.* vita. *to die.* et *ibid.* c. 20. et lib. 1. *Offic.* c. 53. e vita. *Liv.* l. 32. c. 10. possessione. *Cic. pro Arch.* c. 3. ex pueris. *to grow up to manhood. Terent. Andr.* 1. 1. 24. ex ephebis. *Id. Hecyr.* 4. 3. 14. e medio. *to withdraw from public view,* e turba, e publico excedere. *Id. Phorm.* 5. 7. 74. e medio. (*Donat.* de medio) *to die. Id. Hecyr.* 3. 2. 12. Cura excessit ex corde. *Liv.* l. 26. c. 13. Excessit e memoria, quo tempore a populo R. defecerimus? *is it forgotten? Ovid.* 6. *Metam.* v. 669. de pectore cædis Excessere notæ. *Al. leg.* effluxere. *Vellei.* l. 2. c. 68. *extr.* Excedere natura sua. *to depart from his usual habits of clemency.* contra insitam clementiam agere. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 40. Jam excessit mihi ætas ex magisterio. *I am no longer subject to a schoolmaster. Triphonin. Dig.* lib. 1. tit. 5. leg. 15. Excedere de utero. *h. e.* nasci. ¶ Cum adverbiis et casibus motus ad locum. *Terent. Andr.* 4. 4. 21. Cave, quoquam ex istoc excessis loco, (pro *excesseris* syncope.) *Liv.* l. 31. c. 26. *extr.* Agro hostium in Bœotiam excessit. *Martian. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 4. Excedere in exsilium. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 30. *ad fin.* Næ ille lætus ex his tenebris in illam lucem excesserit. *Curt.* l. 4. c. 7. *a med.* Invictum fore, donec excederet ad deos. *h. e.* moreretur, et inter deos referretur. Adde *Vellei.* l. 1. c. 2. ¶ Cum accusativo, *Senec. in Œdip.* v. 23. Non ego penates profugus excessi meos. *Lucan.* l. 2. v. 271. nubes excedit Olympus. Adde vers. 236. lib. 8. Addunt alii *Cic.* 1. *Catil.* cap. 6. *Silium* l. 14. v. 493. et *Livium* multis in loc. sed ubique dubia est lectio. ¶ Passive impersonaliter, *Liv.* l. 24. c. 20. Neque usquam via excessum est. ¶ *Excedere* absolute est excedere vita, *to die. Tacit. Ann.* 1. c. 5. Excessisse Augustum, et rerum potiri Neronem, fama eadem tulit. *Plin.* l. 7. c. 13. Augustus neptis suæ nepotem vidit genitum, quo excessit anno. Adde *Sueton. in Aug.* c. 5. et *Valer. Flacc.* l. 1. v. 826. ¶ Significat etiam progredi, procedere, *to advance, proceed, go beyond. Cic. de Univ.* c. 5. Sic omnes partes collocatæ sunt, ut nulla excederet extra. *Cels. in fin. lib. ult.* Si nudum os eminet, impedimento semper futurum est: ideo quod excedit, abscindendum est. *h. e.* prominet, protuberat. *Id. ibid.* c. 9. *sub fin.* Si id, quod ex vertebra excedit, aliquo modo fractum est. *h. e.* si vertebræ processus. Al. perperam leg. *excidit. Plin.* cap. 1. l. 27. Excedentia in nubes juga. *Justin.* l. 1. c. 1. Quorum alter in Pontum, alter usque Ægyptum excessit. *Liv. initio* lib. 34. Intercessit res parva dictu, sed quæ studiis in magnum certamen excesserit. et lib. 25. c. 1. Primo secretæ bonorum indignationes exaudiebantur, deinde ad Patres etiam, et ad publicam querimoniam excessit res. *Vellei.* l. 2. c. 68. In hoc lacessiti principis ira excessit, ut censoria contentus nota, &c. *Liv.* l. 30. c. 26. Hæc eo anno in Africa gesta. Insequentia excedunt in eum annum, quo, &c. *happen, fall out.* ¶ Item degredi, exire a proposito, quasi de via decedere, *to digress, make a digression. Sen.* ep. 77. *circa med.* Excedere in fabellam. *Liv.* l. et cap. 29. Operæ pretium videtur, excedere paululum ad enarrandum, quam varia fortuna usus sit. *Plin. sub fin.* ep. 6. lib. 5. Ne reprehendar, si longior fuero in hoc, quo excessi. ¶ Active est superare, vincere, *to exceed, surpass. Tacit. Ann.* 1. c. 14. Excedere numerum. et lib. 4. c. 40. equestre fastigium. et lib. 2. cap. 24. Quanto violentior cetero mari Oceanus, tantum illa clades novitate et magnitudine excessit. *Plin.* l. 7. c. 2. *circa med.* Multos ibi quina cubita constat longitudine excedere. *Id.* l. 31. c. 7. Stagnum altitudine genua non excedens. *Id.* l. 8. c. 42. Triennium vitæ non excedunt. *Colum.* l. 6. c. 21. Cum excesserint annos decem, fetibus inutiles sunt. *Plin.* l. 13. c. 3. Excedunt quadragenos denarios libræ. *cost more than,* &c. *Id.* l. 18. cap. 7. Hordeum raro excedit quindecim libras. *weighs more than fifteen pounds. Id.* l. 7. c. 21. *Vellei.* l. c. 51. et *Ovid.* 7. *Metam.* v. 166. Excedere fidem. *to exceed belief. Liv.* l. 26. c. 19. et lib. 28. cap. 25. *Lucan.* l. 2. v. 142. *Curt.* l. 4. c. 11. et *Vellei.* l. 2. c. 122. modum. *to exceed all bounds. Justin.* l. 13. c. 2. Nemine tantum ceteros excedente, ut ei aliquis se submitteret. *h. e.* cum nemo tantum ceteros antecelleret, ceteris præstaret dignitate, virtute, fama. [¶ Particip. *excessurus* apud *Liv.* l. 8. c. 33. Quo ultra iram violentiamque ejus excessuram fuisse.]

EXCELLENS, entis, adject. præstans, insignis, *excelling, excellent,* περιέχων. *Cic. Acad.* l. 1. c. 3. Excellens omni genere laudis. *Id.* 3. *de Fin.* c. 2. *a med.* Vir cum omnibus excellens, tum mecum amicitia conjunctus. *excelling at all points. Nepos in Alcibiad. in princ.* Nihil Alcibiade fuit excellentius vel in vitiis, vel in virtutibus. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* cap. 2. Una excellentissima virtus, justitia. *Id. de clar. Orat. in fin.* Inter tot æquales unus excellens. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 20. Natura excellens atque præstans. *Id. Fam.* 4. ep. 3. *sub fin.* Tua scientia excellens ac singularis. *Vellei.* l. 2. c. 41. Forma omnium civium excellentissimus. *Sueton. in Ner.* c. 20. Insignes excellentissimo cultu. *Liv.* l. 2. c. 43. *sub fin.* Excellens ingenium. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 34. *extr.* Profiteri excellens studium. *a decisive partiality. Plin.* l. 14. c. 9. Excellens vinum. et lib. 29. c. 3. Excellentiora ova. et lib. 32. c. 7. Excellens garum. et lib. 37. c. 4. Excellentissi-

mum aurum. *Prudent. in Symmach.* l. 1. v. 572. excellentior ordo. *h. e.* senatorius. ¶ Est etiam altus, eminens, *high, lofty, rising. Vellei.* l. 2. c. 107. Homo corpore excellens. *Auct. de B. Hisp.* c. 8. Oppida excellentibus locis constituta. *Plin.* l. 13. c. 18. Excellentius frumentum.

EXCELLENTER, adverb. *excellently, transcendently,* singulari, ac præstanti ratione, ἐξόχως. *Cic.* 1. *Offic.* c. 18. Quæ magno animo, et fortiter excellenterque gesta sunt. *Id. pro Sext.* c. 45. In republ. excellentius se gerere. *Nepos in Attic.* c. 1. Non solum celeriter arripere, sed etiam excellenter pronuntiare.

EXCELLENTIA, æ, f. *excellence, transcendency,* ἐξοχὴ, præstantia, magnitudo, nobilitas. *Cic.* 1. *Offic.* cap. 28. Nobis autem personam imposuit ipsa natura magna cum excellentia, præstantiaque animantium reliquorum. et cap. 5. Animi excellentia et magnitudo. *Id. de Amic.* c. 19. Sæpe excellentiæ quædam sunt, qualis erat Scipionis in nostro, ut ita dicam, grege. *greatness, superiority. Plin.* l. 35. c. 14. Excellentia picturæ. *Id.* l. 34. c. 8. *a med.* Excellentia crurum. *beauty, neatness.* Et *Prudent. in Rom. peristeph.* 14. v. 52. Romanus, vir acris excellentiæ. *h. e.* magnitudinis animi.

EXCELLO, is, lui, n. 3. *to be high, be raised high,* proprie in altum moveri, seu tolli: ab obsoleto *cello*, moveo. Translate *Cato* apud *Gell.* l. 7. c. 3. et lib. 13. c. 24. Scio, solere plerisque hominibus, rebus secundis, atque prolixis, atque prosperis, animum excellere, superbiam atque ferociam augescere, atque crescere. ¶ Active pro in altum tollere. *Festus* in *Recellere.* Recellere, reclinare: et excellere, in altum extollere. ¶ Plerumque usurpatur pro præstare, eminere, excellentem esse, *to excel, outdo, outstrip, surpass, be eminent,* ὑπερέχω. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 18. *ad fin.* Ab ea virtute, quæ una ceteris excellebat, omnes nominatæ sunt. *Id.* 2. *de Orat.* c. 54. In jocis tu longe aliis, Cæsar, excellis. *Id. in Orat.* c. 2. In oratoribus autem admirabile est, quantum inter omnes unus excellat. *Id. pro leg. Manil.* cap. 14. Ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur. *Liv.* l. 28. c. 43. Excellere super ceteros. *Apul. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) ante ceteros. *Cic.* 4. *Acad.* c. 2. Ingenio scientiaque excellere. *Nepos in Aristid.* cap. 1. abstinentia. *Curt.* l. 9. cap. 1. sapientia. *Lucret.* l. 6. v. 13. bona fama. *Plin.* l. 37. c. 6. *a med.* candore. et lib. 16. c. 6. *ad fin.* altitudine. *Auct. dialog. de Orator.* c. 32. Eminere atque excellere. ¶ In malam partem, *Cic.* 1. *de Legib.* c. 19. Eos, qui singulis vitiis excellunt, aut etiam pluribus. ¶ Reperitur etiam *excelleo, es,* 2. conjugat. *Cic. in fragm.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 838. et lib. 10. pag. 896. *Putsch.* Quare effice et elabora, ut excelleas. *Macer Æmilius* apud *Diomed.* l. 1. pag. 371. Cum laude excellet omnes. Hinc *excellere aliquem re quapiam,* accusativo addito pro dativo, recte dici potest: quod quidam confirmant auctoritate *Lactant.* l. 7. c. 8. *sub fin.* ubi tamen in opt. lib. aliter se res habet. *Plinium* potius attulissent, qui lib. 19. cap. 8. *ante med. de brassicæ generib.* Est etiam sua gratia nuuquam plantæ habitum excellentibus. *h. e.* excedentibus. ¶ Ab *excelleo* est præterit. *excellui*, quod agnoscit præter alios *Priscian. loc. cit.* et usurpat *Gell.* l. 14. c. 3. *ad fin.* In quibus illi duo omnium judicio excelluerunt.

EXCELSE, *on high, highly, aloft,* ὑψηλῶς, alte, in sublime. *Colum.* l. 4. c. 1. Si vitis scandit excelsius, plus adjumenti desiderat. ¶ Translate est excellenter, sublimiter, magnifice. *loftily, haughtily. Cic. in Orat.* c. 34. Omnia profecto excelsius magnificentiusque et dicet et sentiet. *Plin.* l. 2. ep. 3. Pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelse. *Vellei.* l. 1. c. 6. Sparta excelsissime floruit.

EXCELSĬTAS, atis, f. *loftiness, height,* ὑψηλότης, altitudo, sublimitas. *Plin.* l. 2. c. 64. Montium excelsitas. *Id.* l. 21. c. 5. *de lilio.* Nec ulli florum excelsitas major. *Id.* l. 16. c. 36. Arundo ad excelsitatem nascens. ¶ Translate *Cic.* 3. *Offic.* c. 5. Excelsitas animi, et magnitudo. Est qui legit *celsitas*: verum *Non.* quoque c. 8. n. 22. *excelsitatem* agnoscit, hoc ipso loco allato.

EXCELSUS, a, um, *high, lofty,* ὑψηλὸς, altus, sublimis, editus. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 80. Mons excelsus. *Id.* l. 6. *B. Gall.* c. 25. Cornu excelsius. *Plin.* l. 10. c. 6. Excelsissimæ rupes. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 49. *Hard.* Cerebrum, excelsissimum viscerum. *Id.* l. 8. c. 33. Chamæleoni excelsiora crura. *Id.* l. 10. c. 59. Pavones in excelso cubantes. *Cic.* 4. *Attic.* ep. 16. *ad fin.* Excelsa porticus. *Id.* 6. *Verr.* c. 34. Statua posita excelsa in basi. et *ibid.* Amplum et excelsum signum. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 36. Ibes, aves excelsæ, cruribus rigidis. *Senec. in Phœniss.* v. 546. Excelsos rotis volitare proceres. *h. e.* sublimes in curribus. *Plin.* l. 6. c. 16. Excelsa urbis. *Id.* l. 17. c. 22. *circa med.* Vitis in excelsum emicat. *Cic.* 3. *Catil.* c. 8. Simulacrum Jovis in excelso collocare. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 165. Aspicere ab excelso. *from on high, from an eminence. Valer. Flacc.* l. 1. v. 405. Hasta excelsa. *long.* ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 34. Quem etiam (*oratorem*) quo grandior sit, et quodammodo excelsior, ut de Pericle dixi supra (cap. 4. et 9.) ne physicorum quidem esse ignarum volo. *lofty, sublime, grand, noble. Id.* 2. *Tuscul.* c. 4. Te natura excelsum quendam, et altum, et humana despicientem genuit. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 23. Animus excelsus et magnificus. et cap. 5. Animi excelsi atque invicti magnitudo ac robur. *Id. pro Mur.* c. 29. Magnus homo et excelsus, Cato. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 4. Neque eos quidquam excelsum magnificumque delectat. *Id.* 2. *Fam.* ep. 5. Excelso et illustri loco sita est laus tua. *Sallust. in Catil.* c. 50. Qui magno imperio præditi, in excelso ætatem agunt. *in posts of dignity. Id. initio Orat.* 2. *ad Cæs.* Rex, aut imperator, cujus opes in excelso sunt. *Vellei.* l. 2. cap. 96. Excelsissimæ victoriæ. *most signal.* et cap. 114. Excelsissimi duces. *Senec in Thyest.* v. 911. O me cælitum excelsissimum!

EXCENTŬRĬO, as, a. 1. ex centuria ejicio, exauctoro. Verbum fictum a *Plauto Curcul.* 4. 4. 29. Alii plerique leg. *centurio.*

EXCEPTACŬLUM, i, n. id quo aliquid excipitur, *a receptacle. Tertull. de spectac.* c. 2. *a med.* Non sumpsimus aures ad exceptaculum maliloquii.

EXCEPTĬO, onis, f. *an exception, clause, limitation, restriction, stipulation, proviso,* actus excipiendi, exclusio, pactum, conditio, lex, ἐξαίρεσις, παραγραφή. *Cic. de Amic.* c. 17. Sit inter eos omnium rerum, consiliorum, voluntatum, sine ulla exceptione communitas. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 13. Neque te patiar cum exceptione laudari. Omnes enim, qui istinc veniunt, ita de tua virtute commemorant, ut in tuis summis laudibus unam excipiant iracundiam. *Id. Fam.* 6. ep. 5. Polliceor ei studium meum et operam, sine ulla exceptione laboris, aut occupationis, aut temporis; gratiam autem atque auctoritatem cum hac exceptione, quantum valeam, quantumque possim. *Senec.* l. 4. *de Benef.* c. 39. Subest tacita exceptio, si potero, si debebo, si hæc ita erunt. *Plin.* l. 1. ep. 2. Nec est quod putes, me sub hac exceptione veniam postulare. *Id. in Paneg.* c. 38. *sub fin.* Tu quidem, Cæsar, illam exceptionem removisti, *Si modo filius,* &c. *Tacit. de Germ.* c. 44. Unus imperitat, sine ullis jam exceptionibus. *Quintil. sub fin.* cap. 15. lib. 2. Albutius, scientiam bene dicendi esse, consentit; sed exceptionibus peccat, adjiciendo, circa civiles quæstiones, et credibiliter. *Flor.* l. 2. c. 18. Cum Scipio veram vellet, et sine exceptione victoriam. *complete, entire.* ¶ In jure *exceptio* est quasi quædam exclusio, quæ interponi actioni cujusque rei solet, ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationemve deductum est, ut *Ulpian. Dig.* lib. 44. tit. 1. *qui est de* exceptionibus, *&c.* leg. 2. definit. *an exception required by the defendant, to be made in the form of a process or suit. Cic.* 1. *de Orat.* c. 37. Ut illi, unde peteretur, vetus atque usitata exceptio daretur, Cujus pecuniæ, &c. *et mox.* Petitor rursus cum peteret, exceptione excluderetur. *Id.* 2. *de Invent.* c. 47. *ad fin.* Non ergo omnia scriptis, sed quædam quæ perspicua sunt, tacitis exceptionibus caveri. *Id.* 1. *de Invent.* c. 33. Si addat exceptionem hanc: extra quam si quis, &c. ¶ Pro pacto, conditione. *a condition, stipulation. Petron. in Sat.* c. 86. Puero asturconem donabo, cum hac tamen exceptione, si ille non senserit. *Senec.* epist. 30. Vita cum exceptione mortis data est. *Id.* epist. 6. Si cum hac exceptione detur sapientia, ut illam inclusam teneam, rejiciam. *Plin.* l. 21. c. 31. Exceptionem addidere, ne diutius id fieret.

EXCEPTITĬUS, *et* Excepticius, a, um, *that is taken, received, or kept back,* qui excipitur, et excluditur. *Plin.* l. 18. c. 11. *sub fin.* Alica, quæ in cribro remansit, exceptitia appellatur.

EXCEPTIUNCŬLA, æ, f. *a small exception,* diminut. parva exceptio. *Senec.* ep. 20. Licet illam exceptiunculam non adjicias, ut rectum sit, quod velis.

EXCEPTO, as, avi, atum, a. 1. *to take or draw in, catch,* frequentativum ab *excipio,* accepto, recepto, capto, advenientem admitto et accipio. *Cic. Parad.* 5. c. 2. Barbatulos mullos exceptans de piscina, et pertractans. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 47. *extr.* Eos ipse singulos exceptans, in murum extulit. *Virg.* 2. *Georg.* v. 273. Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis, Exceptantque leves auras. *snuff up or in. Sil.* l. 9. v. 368. per pectora sævas Exceptat mortes, et leto dedecus arcet. ¶ Aliam quidam huic verbo significationem tribuunt, scil. eximium reddere: confirmantque loco *Senecæ de Benef.* Eloquentiæ exceptat pretium litium numerus. Est autem is locus lib. 6. c. 38. varie a variis vexatus, atque adeo valde incertus.

EXCEPTOR, oris, m. qui excipit, et speciatim qui dictata excipit, notarius, scriba, *a copyist, scribe,* ταχυγράφος. *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 19. *sub fin. Augustin.* ep. 152. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 372. n. 4. et *Jul. Firmic.* l. 3. *Mathes.* c. 6. *a med.* et cap. 12. ubi dicitur exceptor earum sententiarum, quæ de hominum capitibus proferuntur. ¶ Fuit nomen officii inservientium in Scrinio sacri Palatii, ut videre est in *Cod.* lib. 12. tit. 19. leg. 5. et 12. et alibi, et in *Cod. Theodos.* sæpe, et in *notit. dignit. Imperii,* ubi postremo loco fere ponitur, et infimi gradus officium fuisse videtur. Munus horum erat acta judiciorum, sententias judicum, eorum nomina, qui deferebantur, quæstiones reorum, et responsa, &c. describere. Utebantur autem notis, cum celeritate opus erat, ne dictantes morarentur. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 372. n. 4. L. Aurelio Marciano Aug. Liberto Exceptori, &c. ¶ In veteri Inscriptione sub Decio Imp. apud *Fabrett.* c. 10. n. 76. memorantur *argentarii, et exceptores, itemque negotiantes vini.* Hos *Fabrett.* putat fuisse publicorum vectigalium conductores. *custom-house officers, farmers of the public revenue.* suamque sententiam defendit contra *Reinesium,* qui class. 3. n. 88. legendum putat *excoctores.*

EXCEPTORĬUS, a, um, ad excipiendum, seu recipiendum pertinens. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 8. Quali vindemiatorii, exceptoriique, in quibus uvæ comportantur.

EXCEPTUS, a, um, *taken prisoner, surprised,* captus, circumventus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 173. Æmulus exceptum Triton, *&c.* Inter saxa virum spumosa immerserat unda. et lib. 11. v. 684. Hunc illa exceptum trajicit. ¶ Item *taken up. Tacit.* 4. *Ann.* c. 10. Exceptum poculum Druso tradidisse. *Martial.* l. 12. epigr. 84. Imputet exceptas ut tibi sæpe pilas. ¶ Item *taken up, received. Virg.* 10. *Æn.* v. 867. exceptus tergo (*equi*) consueta locavit membra. ¶ Item *copied, written out. Sueton. in Ner.* c. 52. Versus non translati, aut dictante aliquo excepti. ¶ Item *understood, taken, interpreted. Tacit. Ann.* 13. c. 54. Quod comiter a visentibus exceptum. Adde *Sueton. in Cæs.* c. 14. ¶ Item *supported, rested. Curt.* l. 9. c. 5. Exceptum poplitibus corpus. ¶ Item *hit, struck. Senec. in Thyest.* v. 144. Exceptus gladio parvulus. ¶ Item *received, welcomed. Curt.* l. 8. c. 10. Rex benigne exceptos sequi jussit. ¶ Item *excepted. Cic.* 1. *de Orat.* c. 9. Omnium mihi videor, exceptis, Crasse, vobis duobus, eloquentissimos audisse Ti. et C. Sempronios. ¶ Hinc ablat. *excepto,* quasi adverbialiter usurpatur. *except. Horat. in fin.* ep. 10. l. 1. Excepto, quod non simul esses, cetera lætus. *Pers.* sat. 5. v. 90. Excepto, si quid Masuri rubrica vetavit. ¶ Item *carried or dragged away. Liv.* l. 33. c. 23. Servitute excepti.

EXCEREBRĀTUS, a, um, *having the brains dashed out, brained,* cui cerebrum excussum est. Translate *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 11. *a med.* Excerebratus es novo vino. *you have lost your wits.*

EXCERNO, is, crevi, cretum, a. 3. *to separate by a sieve, sift, searce,* cernendo separo, purgo, secerno, ἐκκρίνω. *Vitruvius* l. 7. c. 6. Cæmenta marmorea pilis ferreis contunduntur, cribrisque excernuntur. *Colum.* l. 2. c. 21. In area detrita frumenta sic sunt aggerenda, ut omni flatu possint excerni. ¶ Item onus ventris dejicere, excrementa emittere. sic enim separantur ab utili alimento corporis supervacua et noxia. *Cels.* l. 2. c. 8. *ante med.* Si venter per se excernit mollia et figurata. *et paulo post.* Ea quæ per dejectiones excernuntur. et cap. 7. *ante med.* Sanguis cum urina excernitur. *Id.* l. 4. c. 1. Πυλωρὸς in inferiores partes ea, quæ excreturi sumus, emittit.

EXCERPO, is, erpsi, erptum, a. 3. *to pick, single, or take out, select, choose,* ἀπολέγω, ex multis pauca secerno, et colligo, decerpo, deligo. *Cic.* 3. *Offic.* c. 1. Non solum ex malis minima eligere oportere, sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid inesset boni. *Id.* l. 2. *de Invent.* c. 2. Omnibus in unum locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissime præcipere videbatur, excerpsimus. *August.* apud *Sueton. in ejus vita,* cap. 86. Verba, quæ Sallustius excerpsit ex originibus Catonis. *Plin.* l. 3. ep. 5. *de avunculo suo.* Liber legebatur: adnotabat, excerpebatque. nihil enim legit, quod non excerperet. Adde *Gell.* l. 17. c. 21. ¶ Item secernere, eximere, separare. *to separate, set aside, leave out, exempt, except. Terent. Phorm.* 4. 4. 18. Tu id, quod boni est, excerpis: dicis quod mali est. *h. e.* seligis, et abjicis. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 11. Excerpere de numero. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 39. Primum ego me illorum, dederim quibus esse poetis, Excerpam numero. *Senec.* ep. 5. Excerpere se consuetudini hominum. et epist. 18. Non excerpere se, nec insigniri, nec misceri omnibus. *not to withdraw himself entirely from all, nor to make himself singular; and yet not to be familiar with all.* et *de brevit. vitæ,* cap. 18. Excerpe te vulgo, et in tranquilliorem portum tandem recede. [¶ Particip. *excerpens* apud *Horat.* 2. sat. 3. v. 272. Excerpens semina pomis.]

EXCERPTĬO, onis, f. *a selecting, collecting,* σύλλεξις, actus excerpendi. *Gell.* l. 17. c. 21. Nunc excerptiones variis diversisque in locis factas cursim digessimus.

EXCERPTOR, oris, m. Elogium dedicatoris in Simulacro Fortunæ barbatæ, apud *Spon. in Miscell. erud. antiquit.* pag. 104. L. Aurelius Marcellianus Aug. libertus Excerptor. V. S. L. M. *Muratorius* hanc eand. referens pag. 81. n. 2. legit *exceptor,* et defendit.

EXCERPTUS, a, um, *chosen, singled, or picked out,* delectus, selectus, collectus. *Senec.* ep. 33. Non est, quod exigas excerpta, et repetita: continuum est apud nostros quidquid apud alios excerpitur. *Apul. in Apolog.* Verba sola excerpta, et ab ordine suo sejugata. [*Excerpta* absolute sunt flosculi, anthologiæ, *h. e.* ea quæ ex operibus alicujus excerpuntur, quæ meliora probatioraque videntur. *M. Aurel. apud Fronton. ad eumd.* l. 2. ep. 8. Feci tamen mihi per hos dies excerpta ex libris sexaginta in quinque tomis.]

EXCERVICATĬO, onis, f. ἐξαυχενισμὸς, contumacia pervicax. *Hieron. in Naum,* c. 3.

EXCESSUS, us, m. *a going out, departure,* ἐκχώρησις.

egressio, discessio: ab excedo. Speciatim ponitur pro morte. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 1. Certe non longe a tuis ædibus inambulans post excessum suum Romulus Julio Proculo dixerit, se deum esse. *Id.* 3. *Fin.* c. 18. In his excessum e vita, et in vita mansionem. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 12. Neque excessu vitæ sic deleri hominem. Al. leg. *e vita.* ¶ Item pro ossium processu, apud Anatomicos. *Cels.* l. 8. c. 1. *sub fin.* Os calcis quadam parte sinuatur, quadam excessus habet. ¶ Accipitur etiam pro digressione in oratione. *a digression. Plin.* l. 9. ep. 26. *De Demosthenis orat.* Quid audentius illo pulcherrimo, et longissimo excessu? *Quintil.* l. 3. c. 9. Egressio vero, vel quod usitatius esse cœpit, excessus, sive est extra causam, &c. ¶ Item pro peccato. *Valer. Max.* l. 8. c. 2. *in fi.* Verecundiam illius sæculi laudemus, in quo tam minuti a pudore excessus puniebantur. *Prudent.* l. 2. *in Symmach.* v. 990. excessus moderaminis.

EXCESSUS, a, um, *exceeded, surpassed. Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 5. Duo enim multitudo, unione jam excessa.

EXCĔTRA, æ, f. *the Lernæan hydra,* hydra Lernæa, quam Hercules occidit. *Servio* placet *ad* 6. *Æn.* v. 287. dictam esse ab *excresco,* quod uno ejus cæso capite, tria excrescebant. *Cic.* vertens locum Sophoclis, lib. 2. *Tuscul.* c. 9. Hæc dextra Lernam tetram, mactata excetra, Placavit: hæc bicorporem afflixit manum. Adde *Plaut. Pers.* 1. 1. 3. ¶ Est convicium in feminam nefariam, maleficam. *Liv.* l. 39. c. 11. Illius excetræ delinimentis et venenis imbutum, nec vitrici, nec parentis, nec deorum verecundiam habere. *Plaut. Cas.* 3. 5. 18. Jam tibi istuc cerebrum dispercutiam, excetra tu. *you viper!* Adde *Pseud.* 1. 2. 82.

EXCIDĬO, onis, f. eversio, excidium, *a destroying; ruin, destruction. Festus:* Excidionem urbis a cædendo dictam manifestum est. *Plaut. Curcul.* 4. 3. 2. Excidionem facere oppidis.

EXCIDĬUM, ii, n. *destruction, ruin; a subversion, overthrow,* ἀνάστασις, καταστροφὴ, ruina et eversio urbis, aut provinciæ, cum ferro et igni vastantur agri, cæduntur homines, mœnia solo æquantur: item strages exercitus, eversio familiæ, &c. ab *ex,* et *scindo,* extrito *s* (unde et *excindo* pro *exscindo* legitur, quemadmodum ex *exscidium* pro *excidium*) vel a *cado.* neque enim a *cædo* esse potest, cum secunda syllaba sit brevis. *Sallust. in fragm. in ep. Mithrid.* Cretenses impugnati semel jam, neque finem, nisi excidio, habituri. *Liv.* l. 27. c. 39. *ad fin.* Excidio urbis magnum terrorem ceteris injicere. *the sacking of the city. Id.* l. 29. c. 1. Carthaginis excidia agitabat animo. *Virg.* 10. *Æn.* v. 46. per eversæ fumantia Trojæ Excidia obtestor. *the smoky ruins. Id.* 8. *Æn.* v. 386. ferrum acuunt in me excidiumque meorum. *Horat.* l. 3. od. 16. v. 11. concidit auguris Argivi domus, ob lucrum demersa excidio. *Al. leg.* exitio. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 538. parare excidium. *Justin.* l. 8. c. 5. minari. *Sil.* l. 1. v. 12. moliri. *Virg.* 1. *Æn.* v. 26. Venire excidio Libyæ. *Stat.* 6. *Theb.* v. 96. aderat miserabile luco excidium. *Justin.* l. 32. c. 3. Quod sacrilegium causa excidii Cæpioni, exercituique ejus postea fuit. *Vellei.* l. 2. c. 98. Gentes ferocissimas, maximo cum earum excidio, nunc acie, nunc expugnationibus, in pristinum pacis redegit modum. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 80. Seditio prope urbi excidio fuit. ¶ Metonymice dicitur de bello et armis, quæ excidium inferunt. *Virg.* 2. *Georg.* v. 505. Petere excidiis urbem. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 394. Diluvio tali, paribusque Ariasmenos urget Excidiis. ¶ Pro casu, procidentia. *Plin.* l. 36. c. 21. (ut quidem ex MSS. legit *Harduin.*) Alioquin vulvæ excidium fit. ¶ Pro occasu. *Prudent. in Apotheosi,* v. 694. rota lurida solis Hæret, et excidium sentit jam jamque futurum.

EXCĬDO, is, excĭdi, n. 3. *to fall, fall from,* ἐκπίπτω, ex aliquo loco cado, decido, delabor: ab *ex,* et *cado. Plaut. Bacch.* 4. 4. 17. Num qui nummi exciderunt, here, tibi, quod sic terram obtuere? *Cic. Att.* l. 9. ep. 10. *ante med.* Sol excidisse mihi e mundo videtur. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 51. Cum animal ex utero elapsum excidit. *Id. in Pison.* c. 9. *ad fin.* Omnes illi nefarii gladii de manibus crudelissimis exciderunt. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 34. Excidit arce deus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 339. Exciderat puppi. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1163. Excidere equo. *Propert.* l. 4. el. 4. v. 20. Interque oblitas excidit urna manus. *Plin.* l. 25. c. 6. Cum Herculis pertractanti arma sagitta excidisset in pedem. *Ovid. in Ibin,* v. 540. Excidat ante pedes lingua resecta tuos. *Senec. in Thyest.* v. 51. Nox atra fiat, excidat cælo dies. ¶ Translate *excidere aliqua re* est ea frustrari, amittere, non potiri, privari. *to fail of, lose, be disappointed of. Terent. Andr.* 2. 5. 12. Herus, quantum audio, uxore excidit. *Curt.* l. 10. c. 5. *a med.* Se iterum captas, iterum excidisse regno. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 328. Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis. *he failed in a great attempt. Quintil.* l. 2. c. 17. *circa med.* Excidere fine. *Id.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *ante med. Gladia* qui dixerunt, genere exciderunt. *h. e.* lapsi sunt, peccarunt. *Senec.* 2. *de Clem.* c. 3. et *Sueton. in Claud.* c. 14. Excidere formula. ¶ Ponitur et pro concidere, deficere, perire. *to fail, perish, be forgotten. Propert.* l. 3. el. 1. *extr.* At non ingenio quæsitum nomen ab ævo Excidet: ingenio stat sine morte decus. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 601. Et pariter vultusque deo, plectrumque, colorque Excidit. *fell.* et lib. 1. *de ar. am.* v. 539. Excidit illa metu, rupitque novissima verba. *fell down from fear.* ¶ Item pro cadere, et mori. *Propert.* l. 3. el. 5. v. 7. primo miser excidit ævo. ¶ Et pro effugere, effluere. *to escape. Cic. ad Brut.* ep. 10. Deinde ita multa peccata, ut quodammodo victoria excideret e manibus. ¶ Pro elabi, exire. *Virg.* 4. *Georg.* v. 409. atque ita vinclis excidet. *shall escape from bondage.* ¶ Pro descendere, delabi. *Virg.* 9. *Æn.* v. 112. tum vox horrenda per auras excidit. ¶ Pro exire, egredi. *Id.* 6. *Æn.* v. 686. et vox excidit ore: Venisti tandem, &c. ¶ Hoc sensu sæpe dicitur de iis, quæ inconsulto ac temere effutiuntur, aut invitis nobis eduntur. *Id.* 2. *Æn.* v. 658. tantumque nefas patrio excidit ore? *came from, escaped from. Cic. pro Sull.* c. 26. et *pro Dom.* c. 39. Ex isto ore religionis verbum excidere, aut elabi potest? *Quintil.* l. 7. c. 2. Ne quis mihi putet temere excidisse, quod dixerim, &c. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 21. Quodam in libello, qui me imprudente et invito excidit. *has got abroad.* ¶ Pro verti, delabi, mutari in deterius. *Horat. in Art. Poet.* v. 282. in vitium libertas excidit. ¶ Sæpe refertur ad memoriam, et significat oblitum esse, curamve et cogitationem deposuisse. *Liv.* l. 27. c. 3. *sub fin.* Inter multas magnasque res, quæ occupabant cogitationes hominum, ne Tarentinæ quidem arcis excidit memoria. *Id.* l. 29. c. 19. *extr.* Carthaginem atque Annibalem excidisse de memoria. *Virg.* 1. *Æn.* v. 29. Necdum etiam causæ irarum, sævique dolores Exciderant animo. *Liv.* l. 34. c. 37. Exciderat pacis mentio ex omnium animis. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 4. v. 24. Excidere hæc credam pectore posse tuo. ¶ Et absolute *Cic. Fam.* ep. 13. Quæ cogitatio cum mihi non omnino excidisset (etenim penitus insederat) vi tamen, &c. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 5. v. 10. Excidit heu nomen quam mihi pæne tuum! *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 10. v. 8. Excidit tibi cura mei. *Id. Heroid.* ep. 12. v. 71. Nostin? an exciderunt mecum loca? *Senec. in Thyest.* v. 511. Excidunt odia animis. *Ovid. Metam.* 14. v. 139. Excidit, optarem juvenes quoque protinus annos. *it did not occur to me to ask:* pro *excidit, ut optarem.* ¶ *Excidens,* cui memoria excidit. *Quintil.* l. 11. c. 2. *ante med.* Nam etiam excidentes, unius admonitione verbi in memoriam reponuntur. ¶ Pro dissentire, *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 181. Metuo, ut fieri possit: egoque ab Archilocho excido.

EXCĪDO, is, idi, isum, a. 3. *to cut out or away, cut or hew down,* ἐκτέμνω, ἐκκόπτω, abscindo, exscindo, cædendo eruo: ab *ex,* et *cædo. Lucret.* l. 5. v. 1265. Excidere silvas. *Plin.* l. 17. c. 11. radicem. *Cels.* l. 8. c. 3. os. *Crass.* apud *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 1. *extr.* alicui linguam. *Quintil.* l. 9. c. 4. *sub init.* rubos arvis. *Cic.* 2. *Offic.* c. 3. *extr.* Lapides e terra. *Virg.* 1. *Æn.* v. 432. immanesque columnas Rupibus excidunt. *Colum.* l. 8. c. 17. Excidere stagnum in petra. *Plin.* l. 17. c. 16. Scalpro cortices excidere. *Marcell. Dig.* lib. 11. tit. 8. leg. 2. Partum mulieri excidere. *h. e.* dissecto ventre extrahere. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 361. Gallos, qui se excidere, vocamus. *h. e.* τὰ αἰδοῖα ἀπεκόψαντο. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 8. leg. 4. *extr.* ¶ Significat etiam diruere, evertere, excidio delere, *to overthrow, destroy, rase. Curt.* l. 4. c. 13. Terras urere, vicos excidere. *Cic. pro Dom.* c. 23. *extr.* Urbes hostium solemus excidere. *Id. pro Sext.* c. 44. Ædes sacras, domos inimicorum oppugnare, excidere, incendere. ¶ Translate *Cic. de Provinc. Consul.* c. 18. Medium illud tristissimum tempus si ex rerum natura non possem evellere, ex animo quidem certe excidere. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. *a med.* Qui illud malum exciderit, nihil, quo expleri possit eorum meritum, tributurum unquam populum R. *Plin.* l. 8. ep. 18. Excidere aliquem numero civium. *h. e.* eximere, expellere. [¶ Particip. *excidendus* apud *Cic.* 1. *Offic.* c. 22. Africanus in excidenda Numantia reipublicæ profuit. Alii legunt *exscindenda.*]

EXCĬEO, es, a. 2. *to call out,* ἐκκαλέω, excio, evoco. *Plaut. Pseud.* 5. 2. 1. Vox viri pessimi me exciet foras.

EXCINDO. V. *Exscindo.*

EXCĬO, is, ivi *et* ii, ĭtum, a. 4. *to raise, excite, rouse,* ἀνακινέω, foras moveo, elicio, excutio, commoveo. *Plaut. Cistell.* 1. 1. 114. Ut mihi excivisti lacrimas! *Virg.* 5. *Æn.* v. 789. Ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis Quam molem subito excierit, *h. e.* procellam excitaverit. *Ovid. Metam.* 10. v. 710. suem latebris excivere canes. *roused. Lucret.* l. 2. v. 329. Ære renidescit tellus, subterque virum vi Excitur pedibus sonitus. *Liv.* l. 3. c. 39. Excire tumultum. *Festus:* Exciet, excutiet. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 16. Eos ego si offendero, ex unoquoque eorum exciam crepitum polentarium. ¶ Item evoco, *to call out, summon,* ἐκκαλέω. *Cic. Phil.* 12. c. 7. Juventutem omnem ex Italia excivimus. *Virg. Ecl.* 8. v. 98. animas imis excire sepulcris. *Liv.* l. 3. c. 2. Indignitas rei magis, quam periculum, consulem ab urbe excivit. *Id.* l. 32. c. 13. Excire homines sedibus suis. *to remove, cause to depart from. Id.* l. 2. c. 30. Vastandis agris hostem ad dimicandum acie excivit. *Lucan.* l. 6. v. 11. Excire aliquem in pugnam. *to rouse, incite. Stat.* 4. *Theb.* v. 146. in arma. *Plaut. Trin.* 5. 2. 52. aliquem foras. *Liv.* l. 4. c. 27. ex somno aliquem. *to waken. Tacit.* 1. *Ann.* c. 51. Excivit ea cædes Bructeros, Tubantes, &c. *roused, put in motion. Lucret.* l. 4. v. 40. Quæ nos horrifice languentes sæpe sopore Excierunt. *Curt.* l. 8. c. 2. Liberiorem pœnitentiam solitudo exciebat. ¶ *Excibat* pro *exciebat* habet *Liv.* l. 32. c. 13. et *Sil.* l. 9. v. 182. quod in quartæ conjugat. verbis frequens est. [¶ Particip. *exciendus* apud *Liv.* l. 36. c. 7. Inter cetera, quæ ad exciendum in Græciam Antiochum dicere est solitus.]

EXCIPĬO, is, epi, eptum, a. 3. *to receive, take up,* ἐκδέχομαι, ἐκλαμβάνω, excepto, recipio, capio: diciturque fere de iis rebus, quas ad se motu aliquo accedentes, venientesque quis recipit: cum *capio,* et *arripio* de iis sint, quas ultro persecutus quis prehendit. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 11. Genus divinationis naturale, quod animus arripit, aut excipit extrinsecus ex divinitate. *Plaut. Rud.* 4. 4. 140. Sum ne ego scelestus, qui illunc hodie excepi vidulum? *have caught, taken. Colum.* l. 9. c. 15. *a med.* Favi subjectis duobus brachiis excipiendi, atque ita promendi. *Cic. de clar. Orat.* c. 11. Cum taurum immolavisset, excepit sanguinem patera. *caught.* et *pro Mil. in fi.* O terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit! *hath received, welcomed. Liv.* l. 30. c. 14. Benigno vultu excipere aliquem. *Senec.* ep. 21. *a med.* Hic te polenta excipiet, et aquam large ministrabit. *Tacit. de Germ.* c. 21. Excipere epulis. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 127. hospitio. *to entertain.* et ep. 18. v. 101. amplexu. *Cic.* 7. *Verr.* c. 36. Excipi clamore. *Virg.* 5. *Æn.* v. 575. plausu. *Cic. de prov. Consul.* c. 9. Subire, et excipere pericula. *to encounter, undergo. Id. pro Sext.* c. 10. vulnera. *to receive, bear. Id.* 4. *Verr.* c. 72. tela. *Lucret.* l. 2. v. 809. plagam in se. *Cic. pro Dom.* c. 24. Omnem impetum discordiarum, omnem vim improborum excepi meo corpore. *I have sustained. Id. pro Rabir. Post.* c. 15. Vim frigorum hiememque excipere. *to endure. Nepos in Datam.* c. 5. magnam invidiam aulicorum. *to be subject or exposed to. Cic. pro Rabir. Post.* c. 16. Labentem excipere, corruere non sinere. *to support, sustain.* ¶ *Excipere se in pedes* est pedibus se sistere, inniti. *Liv.* l. 4. c. 19. Quem cum ictum equo dejecisset, confestim et ipse hasta innixus se in pedes excipit. *recovered himself.* et *Curt.* l. 9. c. 5. Forte ita libraverat corpus, ut se pedibus exciperet. *lighted on his feet.* et *Senec.* ep. 66. *sub fin.* Succisis poplitibus in genua se excipit. *he raised or sustained himself on his knees.* ¶ Est etiam suscipere, *to undertake. Nepos in Dione,* c. 8. Excipit has partes ipse Callicrates. *Cic. de clar. Orat.* c. 69. Labores magnos excipere. *Propert.* l. 2. eleg. 20. v. 9. Quæ tum ego Neptuno, quæ tum cum Castore fratri, Quæque tibi, excepi tum, dea Leucothoe! *h. e.* vota suscepi, et in me recepi. ¶ Item audire, et percipere, *to attend or listen to; to heed. Cic. pro Planc.* c. 23. Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur. *Plin.* l. 4. ep. 19. Avidissimis auribus excipere. ¶ Item clam auscultare, et sermonem aliorum captare. *to overhear. Liv.* l. 2. c. 4. Sermonem eorum e servis unus excepit. et lib. 40. c. 7. Ad has excipiendas voces speculator missus. Adde *Cicer. pro Deiot.* c. 9. ¶ Item a dictante describere, *to copy or write down. Sueton. in Tito,* c. 3. Notis quoque excipere velocissime solitum, cum amanuensibus suis per ludum jocumque certantem. *Manil.* l. 4. v. 198. cursimque loquentis Excipiat longas nova per compendia voces. ¶ Item ferire, *to strike, hit. Curt.* l. 7. c. 5. *extr.* Adeo certo ictu destinata feriebat, ut aves quoque exciperet. *Senec. de provid.* c. 2. Si adolescens constantis animi irruentem feram venabulo excipit. *receives upon the point of; wounds with.* ¶ Item intercipere, nec opinantem capere, incautum opprimere, *to surprise, come upon unawares. Cic. ad Pompei.* 2. *post* ep. 11. lib. 8. *ad Attic.* A multis admoniti sumus, ut caveremus, ne exciperemur a Cæsare. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 34. Multos ex fuga dispersos excipiunt. *Virg.* 3. *Æn.* v. 332. Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras. Adde *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 23. *a med.* ¶ Item generatim captare. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 8. Præcepta posse quædam dari peracuta ad pertractandos hominum animos, et ad excipiendas eorum voluntates. ¶ Item intercipere, furari, *to steal, pilfer, filch. Virg. Ecl.* 3. v. 17. caprum excipere insidiis. ¶ Item extrahere, *to draw out, extract. Cic. in frag.* apud *Non.* c. 4. n. 158. Quos e mari, propter vim tempestatis, excipere non potuissent. *Cels.* l. 7. c. 12. Tum dens, si fieri potest manu; si minus, forcipe excipiendus est. ¶ Item consequi, percipere, *to obtain, reap, gain. Cic. Attic.* l. 1. ep. 14. Posteaquam vidit, illum excepisse laudem ex eo, quod, &c. ¶ Item sequi, succedere, *to follow, be consequent upon. Cic. pro Sext.* c. 68. *sub fin.* Herculis vitam et virtutem immortalitas excepisse dicitur. *Liv.* l. 5. c. 13. Tristem hiemem pestilens æstas excepit. *Id.* l. 2. c. 61. Turbulentior inde annus excepit. *Flor.* l. 1. c. 3. Excipit Pompilium Numam Tullus Hostilius. *Plin.* l. 21. c. 11. *ad fin.* Violis succedit rosa: rosam cyanus excipit, cyanum amarantus. ¶ Item rem ab alio interruptam, vel omissam suscipere, et continuare. *Liv.* l. 38. c. 22. Ut, primis forte deturbatis, secundi et tegant pulsos, et integri pugnam excipiant. *sustain, and continue the fight. Justin.* l. 11. c. 5. Excipere vices alicujus. *to sustain in turn, succeed to. Cic. de Senect.* c. 6. Sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes. *will continue to preserve.*

Cum infinito *Sil.* l. 13. v. 687. Excipit inde suos frater conjungere casus. *proceeds next to relate.* ¶ Præterea *excipi* dicuntur, quæ alteri rei miscentur. (*Cels.* l. 5. c. 18. n. 20. Calcis, spumæ nitri, piperis, &c. quæ excipiuntur cerato ex rosa facto. et cap. 23. sect. 5. Croci, anisi, myrrhæ, singulorum P. 1. miscentur, excipiunturque vino veteri. Adde sect. 6. et 12. ¶ Sæpe *excipere* significat subtrahere, eximere, *to withdraw, take away.* *Virg.* 9. *Æn.* v. 270. ipsum illum clypeum, cristasque rubentes Excipiam sorti. *Tacit. in Agric.* c. 15. Nihil jam cupiditati, nihil libidini exceptum. ¶ Item excludere. *to except, exclude.* *Cic.* 4. *Catil.* c. 7. Hosce ego homines excipio et secerno libenter. *Id. Agrar.* 2. c. 8. *ad fin.* Licinia est lex, quæ non modo eum, qui &c. sed etiam collegas ejus, cognatos, affines excipit, ne eis ea potestas, curatiove mandetur. (Adde *Cic.* l. 3. c. 30.) *Id. Q. Fr.* l. et ep. 1. c. 13. In summis tuis laudibus excipiunt unam iracundiam. *Id.* 1. *de Divin.* c. 39. *sub fin.* Excepi de antiquis, præter Xenophanem, neminem. *Plaut. Mil.* 2. 2. 12. Senex talos elidi jussit conservis meis: sed me excepit. ¶ Item nominatim includere, aut cavere. *Plin.* l. 29. c. 1. *circa med.* Et cum Græcos Italia pellerent, excepisse medicos. *Id.* l. 14. c. 1. Vites in tantum sublimes, ut vindemitor auctoratus rogum ac tumulum excipiat. *h. e.* caveat, et paciscatur, ut rogus sibi, ac tumulus impensa ejus paretur, cui vindemiando inservit: idque ob evidens periculum casus in tanta vitium altitudine. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 9. Cum nominatim lex exciperet, ut ad templum monumentumque (*pecunias*) capere liceret. *Cic.* l. 5. c. 14. Perinde ac si omnes candidati essent, non homines modo, sed deos etiam excipiebant. *h. e.* includebant, in suas partes trahebant, deos et religionem assumebant ad petitionem roborandam. Sunt qui lectionem sollicitant. ¶ Apud JCtos aliquando significat, exceptione uti, exceptionem opponere. V. *Exceptio. Cels. Dig.* lib. 22. tit. 3. leg. 9. Verum est, quod qui excipit, probare debeat quod excipitur. *Ulpian. ibid.* leg. 18. Imposita probatione, non ei, qui excepit, se non respondisse, sed actori. *Id.* lib. 44. tit. 4. leg. 4. *ante med.* In hac exceptione et de dolo servi excipere possumus. *African.* l. 16. tit. 1. leg. 17. Excipere adversus aliquem. *Papinian.* lib. 26. tit. 7. leg. 37. Excipere periculi societatem. *h. e.* opponere exceptionem periculi societatis. [¶ Particip. *excipiens, excepturus* apud *Cic.* 1. *ad Fam.* ep. 12. Nihil est, quod diuturnitas temporis, excipiente memoria, prodendisque monumentis, efficere atque assequi possit. *Liv.* l. 36. c. 5. Petebant, ne se temere in causam deduceret primos impetus Romanorum excepturos.]

EXCĬPŬLA, æ, f. *vel* Excipulum, i, n. (utroque enim modo in *Glossis* legitur) *a recipient, receiver,* ἐκδοχεῖον, vas aut quippiam simile, quod sit excipiendo aptum. *Plin.* l. 25. c. 7. *ad fin. de herba Euphorbia.* Vis tanta est, ut e longinquo succus excipiatur: incisæ conto subditis excipulis ventriculo hædino humor lactis videtur effluere. ¶ Item instrumentum, quo aliquid intercipitur, ut septum ex viminibus contextum, *a weel*; vel fossa depressior in ripa ad capiendos pisces. *Id.* l. 9. c. 22. *de anguillis.* Fluctibus glomeratæ volvuntur, in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis ejus fluminis, ob hoc ipsum fabricatis, singulorum millium globi reperiantur.

EXCĬPŬUM, quod excipitur, ut præcipuum, quod ante capitur. *Festus.*

EXCĪSĬO, onis, f. *a cutting down, demolishing, destroying,* ἐκκοπή, actus excidendi, eversio, excidio. *Cic. pro Dom.* c. *ult.* Bonorum direptio, tectorum excisio, depopulatio prædiorum. et *de Harusp. resp.* c. 2. Excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem tectis atque agris inferre.

EXCISORĬUS, a, um, ad excidendum pertinens, ut Excisorius scalper, *a lancet,* ἐκτομεύς. *Cels.* l. 8. c. 3. Tum excisorius scalper adactus id excidit.

EXCISSĀTUS, laniatus, vulneratus. *Plautus in fragm.* Capillo scisso, atque excissatis auribus. Ita *Non.* c. 2. n. 309. Alii malunt *excisatus* ab *excisus*.

EXCĪSUS, a, um, *cut off, cut down,* ἐκτετμημένος, cæsus, abscissus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 481. Trabs excisa bipenni. *Plin.* l. 33. c. 3. *ante med.* Excisum caput. *Ovid.* 3. *ex Ponto,* ep. 1. v. 96. Excisa pelta. *h. e.* circumcisa. *Vellei.* l. 2. c. 115. Excisi agri. *h. e.* cæsis arboribus vastati. et cap. 120. Excisus exercitus. *cut to pieces.* et cap. 122. Excisa Germania. *h. e.* multis belli cladibus affecta. *Senec. in Excerpt. controv.* l. 10. declam. 4. *sub fin.* Habere excisorum greges. *h. e.* marium exsectorum. ¶ Item excidendo elaboratus. *cut out, laboured or wrought by cutting.* *Plin.* l. 36. c. 9. Excisus obeliscus. et cap. 15. *extr.* Excisæ inter montes viæ. *Virg.* 6. *Æn.* v. 42. Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum. *Plin.* l. 33. c. 11. Vasa anaglypta in asperitatem excisa. *h. e.* ut *Virg.* ait 9. *Æn.* v. 263. aspera signis. ¶ Item dirutus, eversus. *demolished, destroyed.* *Horat.* l. 3. od. 3. v. 97. Murus excisus. *Cic. pro Sext.* c. 15. *extr.* Urbs excisa et eversa.

EXCĬTABĬLIS, le, ἐγερτικός, excitans. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 5. *ad fin.* Modulatio jucunda et excitabilis.

EXCĬTĀTE, adverb. vehementer. *Quintil.* l. 9. c. 3. Multa tamen hoc utroque excitatius junguntur interim schemata. *with greater force or vehemence, more briskly.* *Plin.* l. 37. c. 7. *sub fin.* Ex his autem (*gemmis*) mares excitatius fulgent, feminæ pigriores sunt, et crassius nitent. *with a brighter lustre.* *Ammian.* lib. 18. cap. 8. (*al.* 19.) Hostesque adesse, excitatius clamitantes. *with louder shouts.*

EXCĬTĀTĬO, onis, f. *a raising up, rousing,* ἐξέγερσις, actus excitandi. *Arnob.* l. 7. pag. 237. Quid sibi volunt excitationes illæ, quas canitis matutini, collatis ad tibiam vocibus?

EXCĬTĀTOR, oris, m. qui excitat, ἀλείπτης. *Prudent.* hymn. 1. *Cathemer.* v. 3. Nos excitator mentium Jam Christus ad vitam vocat.

EXCĬTĀTUS, a, um, *raised up, moved or stirred up, roused, excited, incited, stimulated,* ἐξεγερθείς, ἀπόστυτος, expergefactus, commotus, incitatus. *Nep. in Alcib.* c. 10. Sonitu flammæ excitatus. *Curt.* l. 7. *sub fin.* Velut ex alto sopore excitati. *Id.* l. 8. *c. ult.* Ad notam vocem excitatus. *Gell. sub fin.* l. 2. Fluctus ab aquilone excitati. ¶ In re venatica. *Phædr.* l. 2. fab. 8. v. 1. Cervus nemorosis excitatus latibulis. *roused, started,* expulsus. et *Senec. in Hippol.* v. 110. Juvat excitatas consequi cursu feras. V. *Excito.* ¶ Translate *Cic. ad Brut.* ep. 10. Erectior Senatus erat, non sententiis solum nostris, sed etiam cohortationibus excitatus. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 13. Tantis excitati præmiis. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 57. Spe libertatis excitati. et lib. 2. c. 4. Virginum precibus et fletu excitati, ut civitati subvenirent. *Cic. pro Cluent.* c. 62. Excitatus pietate ad accusandum. ¶ Item sublatus, erectus, elatus. *raised, exalted.* *Curt.* l. 7. c. 5. Caligo immodico terræ fervore excitata. *Id.* l. 8. c. 2. *a med.* Excitata moles. *Plin.* l. 30. c. 5. Excitata a talpis terra. *Id.* l. 7. c. 26. Excitata trophæa. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. *ad fin.* Excitatum verberibus corpus. *swelled.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 56. Deus homines humo excitatos, celsos et erectos constituit. ¶ Translate *Id.* 2. *Fam.* ep. 16. Qui ab excitata fortuna ad inclinatam et prope jacentem desciscerem. ¶ Item surgere jussus, et coactus. *Martial.* l. 5. epigr. 14. Bis excitatus, terque, transtulit castra. ¶ Translate est concitatus, vehemens. *loud, shrill, brisk, vehement.* *Cic. de Somn. Scip.* c. 5. Summus ille cæli stellifer cursus, cujus conversio est concitatior, acuto et excitato movetur sono. *Cic.* l. 4. c. 37. *a med.* Clamor excitatior crebriorque ab hoste sublatus, ab Romanis dissonus, impar, segnis. *Plin.* l. 20. c. 17. Gith optimum quam excitatissimi odoris. *brisk, lively, powerful.* *Quintil.* l. 12. c. 10. *a med.* Ac sunt, qui hæc excitatoria lumina a componendis orationibus excludenda arbitrentur. *h. e.* sententias, quæ feriunt animum, et uno ictu frequenter impellunt, ut *ibid.* ipse loquitur.

EXCĪTO, as, avi, atum, a. 1. (idem quod *excĭto*) frequentativum ab *excio, is, ivi, itum,* assertum eunt quidam illo *Silii* lib. 5. v. 191. ceu ductor ad arma Excitet Tyrius. At *exciret* reponunt ex MSS. *Heinsius,* et alii.

EXCĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to call out, rouse,* ἀποκινέω, ἐξεγείρω, extra moveo, evoco. *Plaut. Amph.* 1. 9. Herus me hoc noctis a portu ingratiis excitavit. *Id. Rud.* 1. 5. 2. Vox precantum me huc foras excitavit. *Cic. in Somn. Scip.* c. 2. *extr.* Quæso, ne me e somno excitetis. *do not awake.* *Curt.* l. 4. c. 13. Nempe excitare vigiles soles. *Catull.* carm. 17. *ad Colon.* v. 24. Excitare veternum. *h. e.* discutere. *Sil.* l. 7. v. 306. Excitare aliquem in curas. *Plin.* l. 10. c. 21. Gallos excitandis in opera mortalibus natura genuit. ¶ Et translate moveo, commoveo. *to move, stir or raise up, excite.* *Catull.* carm. 39. *in Egnat.* v. 3. cum orator excitat fletum Renidet ille. et carm. 40. v. 4. Excitare rixam. *Cic. Phil.* 3. c. 9. risum. *Id. pro Marcell.* c. 6. bellum civile. *Id. de Harusp. resp.* c. 3. tempestatem. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 10. varios sermones: *to cause to discourse on various topics.* *Id. pro Sext.* c. 18. suspicionem alicui. *to make him an object of suspicion.* *Id.* 1. *Offic.* c. 5. Facies honesti si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sapientiæ. *Id. pro Mil.* c. 7. Nunc ejusdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat! *Id. pro Sext.* c. 58. plausum. ¶ Et renovare, et quodammodo reviviscere facere. *to revive, renew.* *Cic. in Orat.* c. 10. *ad fin.* Excitare alicui memoriam illi caram. (Adde *Liv.* l. 10. c. 30.) *Id. in Top.* c. 1. *sub fin.* Ut mea diligentia mandatorum tuorum te quoque ad memoriam nostrarum rerum excitarem. ¶ Et *to raise up or summon from the dead.* *Id. Verr.* 7. c. 49. Quasi ego excitare filium ejus ab inferis possem. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 57. Aliquem dicendo a mortuis excitare. ¶ Proprie significat etiam expellere. *to drive out, expel.* *Quintil.* l. 3. c. 6. *ante med.* Si excitatus fuerit de spectaculis, et aget injuriarum. *Cic.* 3. *Offic.* c. 17. Excitare et agitare feras. *h. e.* de suis cubilibus ejicere, et persequi. *to start, rouse, put up.* Adde *Petron. in Satyr.* c. 131. et *Phædr.* l. 2. fab. 8. v. 1. ¶ Item surgere facere. *to cause to stand up.* *Cic.* 2. *de Orat.* c. 28. Non dubitavit excitare reum consularem, et ejus diloricare tunicam. Adde cap. 47. et *Liv.* l. 9. c. 8. ¶ Item erigere, ædificare. *to erect, build, fabricate.* *Cic. de Legib.* l. 2. *cap. ult.* Excitare sepulcrum e lapide. *Cæs.* lib. 5. *B. Gall.* cap. 39. Ex ea materia turres CXX excitantur. *Sueton. in Claud.* cap. 1. Exercitus honorarium ei tumulum excitavit. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 46. Vapores, qui a sole ex aquis excitantur. *Cels.* l. 8. c. 4. *ante med.* Altius excitare caput. *Senec.* ep. 52. Excitare ædificium. *Flor.* l. 1. c. 1. urbem. *Prudent. Cathemer.* 4. v. 70. Excitare faciem in cælum. ¶ Translate *Cic.* 4. *de Fin.* c. 7. Principiis a natura datis amplitudines quædam bonorum excitabuntur. *h. e.* superstruentur. *Id. pro Marcell.* c. 8. Omnia sunt excitanda tibi, C. Cæsar, uni, quæ jacere sentis, belli impetu perculsa, atque prostrata. *Id. de Amic.* c. 16. Amici jacentem animum excitare. *h. e.* confirmare, erigere, sublevare. *Id. Attic.* l. 1. ep. 13. *circa med.* Confirmare, excitare afflictos. ¶ Item suscitare, accendere. *to kindle up.* *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 24. Excitare ignem. *Juvenal.* sat. 3. v. 262. Bucca foculum excitat. *Virg.* 4. *Georg.* v. 549. monstratas excitat aras. *Lucan.* l. 8. v. 776. Excitat invalidas admoto fomite flammas. ¶ Et translate *Virg.* 2. *Æn.* v. 594. quis indomitas tantus dolor excitat iras? *Cic. pro leg. Manil.* c. 2. Excitare atque inflammare animos. *Id. Phil.* 7. c. 1. quæ provincia est, ex qua illa fax excitare non posset incendium? *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 46. Motus in animis hominum vel excitare, vel sedare. ¶ Sæpe est incitare, hortari, allicere, invitare, stimulos admovere. *to excite, incite, spur on, stimulate.* *Cic.* 6. *Fam.* ep. 1. *a med.* Me eum esse, quem solitus esses auctoritate tua cunctantem et diffidentem excitare. *Id.* 2. *Offic.* c. 6. Hominum studia ad utilitates nostras allicere atque excitare. *Id. pro Planc.* c. 24. *ad fin.* Excitare aliquem ad laborem, et laudem. et c. 28. *ad fin.* Ad alicujus salutem defendendam caritate stimulari atque excitari. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 80. Et laudis cupiditas, et timor ignominiæ ad virtutem excitabat. (Adde lib. 6. c. 13.) et l. 3. c. 26. Præmiis et pollicitationibus excitare. *Liv.* l. 1. c. 39. Erudire puerum iis artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. *Cic.* l. 5. *de Fin.* c. 24. Excitari sæpe gloria. *Al. leg.* spe gloriæ. *Id. Fam.* 15. *ep. ult. ad. fin.* Excitare et acuere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 79. Omnium animi ad lætitiam excitantur. et lib. 3. c. 10. ad bellum. ¶ Item acuere. *Plin.* l. 20. c. 5. Siser Stomachum excitat, fastidium absterget. et lib. 23. c. 1. Uvæ excitant os, stomachum, aviditatem. *sharpen the appetite.* *Id.* l. 14. c. 19. Sale excitare lenitatem vini. *to sharpen, make brisk.* *Id.* l. 27. c. 9. *extr.* ubertatem lactis. *to promote.* *Id.* l. 35. c. 5. colores. *to make them more lively.* *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 21. in vitibus nova sarmenta. V. *in fine verbi* Incito. [¶ Particip. *excitaturus* apud *Plin.* l. 6. ep. 20. Surgebam invicem, si quiesceret, excitaturus.]

EXCĪTUS, a, um, *incited, roused, stirred up,* excitatus, incitatus: ab *excieo.* *Virg.* 4. *Æn.* v. 301. Thyas commotis excita sacris. *Id.* l. 7. v. 376. furit ingentibus excita monstris. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 779. Nec fruitur somno vigilacibus excita curis. *Prudent.* περὶ στεφ. 9. *de S. Eulal.* v. 96. Prætor excitus in furias. *Sallust. in Catil.* c. 15. et 38. Conscientia mentem excitam vexabat. *Virg.* 7. *Æn.* v. 722. pulsuque pedum tremit excita tellus. ¶ *Excitus, a, um,* ab *excio,* evocatus, *called out, summoned, excited.* *Virg.* 10. *Æn.* v. 38. ventosque furentes Æolia excitos. *Auct. de B. Hispan.* c. 4. Pompeius litteris fratris excitus. *Lucan.* l. 5. v. 498. Excitus vocibus. *Sil.* l. 7. v. 634. nepotum excitus prece. *Curt.* l. 10. c. 8. *a med.* E regia Philippus excitus. et lib. 3. c. 2. Tot gentium excita sedibus suis moles. *Lucan.* v. 239. stratis excita juventus.

EXCĪTUS, us, m. *a calling out,* actus exciendi, evocatio. In sexto casu singul. *Apul.* l. 6. *Metam.* Quæ vocis excitu procurrens, &c. Al. aliter leg.

EXCLĀMĀTĬO, onis, f. *a crying out, exclamation,* ἐκφώνησις, actus exclamandi. *Auct. ad. Herenn.* l. 3. c. 12. Acutas vocis exclamationes vitare. ¶ Est etiam figura Rhetorum, quæ ut *Id.* l. 4. c. 15. definit, conficit significationem doloris, aut indignationis alicujus, per hominis, aut urbis, aut loci, aut rei cujuspiam compellationem. Nescio, an per adverbium *o* effertur, verum etiam sine eo. V. *ibid.* exempla, et apud *Plin.* l. 2. ep. 10. ¶ A *Cicer.* l. 3. *de Orat.* c. 54. et *in Orat.* c. 39. inter figuras verborum enumeratur: a *Quintil.* vero l. 9. c. 3. *sub fin.* inter sententiarum. *affectus enim est,* inquit.

EXCLĀMĀTUS, a, um, clamando vocatus. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. c. 6. Excitare aliquem suo nomine exclamatum.

EXCLĀMO, as, avi, atum, a. 1. *to cry or call out, exclaim,* ἀναβοάω, vociferari, et quasi e medio pectore vocem maximam emittere: quod aut doloris, aut admirationis, aut indignationis causa fieri solet. Absolute *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 23. *extr.* In studio cursores exclamant quam maxime possunt. et cap. 24. Qui volunt exclamare majus, num satis habent latera, fauces, linguam intendere? *Plaut. Mostell.* 2. 2. 57. Atque ille exclamat de repente maximum. *Id. Capt.* 3. 2. 11. Tandem hic exclamat, eum sibi esse sodalem. *Id. Trinum.* 3. 2. 79. Non enim possum quin exclamem: euge, euge, Lysiteles! facile palmam habes. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 6. Itaque mihi libet exclamare, ut Statius in Synephebis, Pro deum, &c. *Id. in Orat.* c. 50. Conciones sæpe exclamare vidi, cum apte verba cecidissent. *h. e.* acclamare. ¶ Cum accusativo *Quintil.* l. 2. c. 11. Qui multa memoria digna exclamaverunt. *h. e.* declamando recitarunt. *Plin.* l. 34. c. 18. Nero, lamina pectori imposita, sub ea cantica exclamans. *reciting with a loud voice.* ¶ *Exclamare aliquem* est exclamando vocare, *to call with a loud voice.* *Anton.* apud *Cicer.* 2. *Phil.* c. 12. M. Brutus cruentum pugionem tenens,

Ciceronem exclamavit. *Plaut. Amph.* 5. 1. 68. Voce clara exclamat uxorem tuam. ¶ Translate *Stat.* 6. *Theb.* v. 202. Jam face subjecta primis in frondibus ignis Exclamat. *h. e.* crepitat. *Juvenal.* sat. 6. v. 421. dominæ femur exclamare coegit. *h. e.* sonitum edere.

EXCLĀRO, as, avi, atum, a. 1. *to illuminate. Vitruv.* l. 1. c. 2. *ad fin.* Ea cæli regio neque exclaratur, neque obscuratur solis cursu.

EXCLŪDO, is, usi, usum, a. 3. *to shut out, exclude,* ἀποκλείω, ἐκκλείω, extra claudo, arceo, prohibeo. *Terent. Eun.* 1. 2. 18. Exclusit hunc foras. (Al. leg. *exclusti* pro *exclusisti*) et vers. 79. Ego excludor, ille recipitur. *Horat.* l. 2. od. 15. v. 9. spissa ramis laurea fervidos Excludet ictus. *h. e.* arcebit solem. *Cic. pro Balb.* c. 17. Gaditani Pœnos mœnibus excluserunt. *Pompei. ad Domit. post* ep. 12. l. 8. *ad Attic.* Ut te mecum conjungeres, priusquam Cæsar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere posset. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 15. Ipsæ illæ excludere me a portu et perfugio videntur. *Nep. in Themist.* c. 5. Ut reditu in Asiam excluderetur. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 78. Omni maritima ora hostem excludere. et lib. 7. *B. Gall.* c. 55. Re frumentaria Romanos excludere. *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 412. Exclusere diem telis, stant ferrea cælo Nubila. *h. e.* impedivere, sustulere lucem. ¶ Item separo, distermino, *to separate, divide. Plin.* l. 5. c. 24. Euphrates Armeniæ regiones a Cappadocia excludens. ¶ Item excipio, *to except, exclude. Cic.* 1. *Fam.* ep. 1. Crassus tres legatos decernit, nec excludit Pompeium. *Sueton. in Ner.* c. 23. Illos, ut sapientes et doctos viros, debere fortuita excludere. ¶ Item emitto, ejicio, effundo, *to drive out. Terent. Phorm.* 5. 7. 96. et *Plaut. Pseud.* 1. 5. 95. Excludito mihi oculum si dedero. *put or strike out. Scribon. Larg. compos.* 84. In utramque partem liquorem excludere. *to pour out. Paul. Dig.* lib. 10. tit. 4. leg. 6. Gemma inclusa auro vindicari non potest; sed ut excludatur, agi potest. *if it be extracted or drawn out. Cic. in Orat.* c. 15. Cum animos prima aggressione occupaverit, infirmabit, excludetque contraria. ¶ Hoc sensu sæpe dicitur de avibus incubantibus, et fovendo ova emittentibus pullos, *to hatch. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 52. Gallinæ avesque reliquæ, cum ex ovis pullos excluserint, ita tuentur, &c. ¶ Est etiam repellere, removere. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 11. Repelli oratorem a gubernaculis civitatum, excludi ab omni doctrina. et cap. 37. Petitor rursus cum peteret, exceptione excluderetur. *Id.* 2. *de Invent.* c. 19. Prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones. *Id.* 5. *Phil.* c. 7. Excludere consuetudinem libere dicendi. et cap. 11. Exclusit illum a republ. distraxit, segregavit scelus ipsius. *Id. pro Cluent.* c. 11. Excludi ab hereditate fraterna. *Id. pro Cœl.* c. 9. Si qui se in hoc judicium forte projecerint, excluditote eorum cupiditatem, judices, sapientia vestra. et cap. 17. *extr.* Excludere auribus omnem suavitatem. *to banish or shut out from the ear. Id. Agrar.* 2. c. 22. Qui honore decemviratus nominatim excluditur. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 180. Qua virtute servitutem excluserit. ¶ Pro impedire, *Cic.* 3. *Verr.* c. 56. *extr.* Locat circiter Idus Septembr. temporibus excludunttur omnes. V. *Exclusus.* ¶ Pro negare, *to deny, refuse, Cic. de Harusp. resp.* c. 21. Quod Metellus principi Pompeio sententiam dicenti excluserat. Al. leg. *principe dicente:* alii *excusserat.* ¶ Pro claudere, finire, *Stat. in epist. præfixa* lib. 2. *Silvar.* Excludit volumen Genethliacon Lucani. [¶ Particip. *exclusurus, excludendus* apud *Tibull.* l. 2. el. 3. v. 73. Nulla exclusura dolentes Janua. *Colum.* l. 8. c. 10. Quæ fovent ova, totum tempus fecunditatis aut excludendis, aut etiam educandis pullis consumunt.]

EXCLŪSĬO, onis, f. *a shutting out; exclusion,* actus excludendi, ἀπόκλεισις. *Terent. Eun.* 1. 2. 8. Ceterum de exclusione verbum nullum. *Vitruv.* l. 1. c. 6. Exclusio ventorum. *Ulpian. Dig.* lib. 44. tit. 1. leg. 2. Exceptio est quasi quædam exclusio, quæ interponi actioni cujusque rei solet.

EXCLŪSOR, oris, m. qui excludit. *Augustin.* serm. 37. *de verb. Dom.* c. 2. CHRISTUS dæmoniorum exclusor. *h. e.* expulsor.

EXCLUSORĬUS, a, um, *exclusory,* ad excludendum pertinens. *Ulpian. Dig.* lib. 44. tit. 1. leg. 2. Illud tenendum est, omnem exceptionem, vel replicationem exclusoriam esse: exceptio actorem excludit, replicatio reum.

EXCLŪSUS, a, um, *shut out, excluded,* ἀποκλεισθεὶς, extra clausus, prohibitus, separatus. *Cic. pro Cluent.* c. 62. Vagus, et exsul, et undique exclusus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 21. Exclusus Capua. *Virg.* 9. *Æn.* v. 726. Mœnibus exclusi. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 67. Exclusus fore. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 8. v. 78. Audiat exclusi verba receptus amans. *Plaut.* jlocaliter *Men.* 4. 3. 24. Abiit intro, occlusit ædes: nunc ego sum exclusissimus. ¶ Item impeditus, *hindered, prevented. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 11. Castris ante oppidum positis, diei tempore exclusus, in posterum oppugnationem differt. Adde lib. 6. c. 30. ¶ Item repulsus, prohibitus. *deburred, prohibited. Cic.* 7. *Verr.* c. 45. Matres ab extremo complexu liberum exclusæ. *Id. pro Balb.* c. 9. Socii exclusi præmiis et honoribus. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 106. animoque exclusa voluptas. ¶ Item emissus, editus. *Cic. de nat. Deor.* c. 48. et *Colum.* l. 8. c. 5. et 14. Exclusi pulli. *hatched.*

EXCOCTĬO, onis, f. *a boiling or baking thoroughly,* actus excoquendi. *Impp. Theodos. et Valent.* lib. 12. *Cod.* tit. 16. leg. 3. Excoctio calcis. *Impp. Arcad. et Honor. ibid.* tit. 39. leg. 1. Excoctio panis. Al. aliter leg.

EXCOCTUS, a, um, *thoroughly boiled or baked, excocted,* probe coctus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 22. Excoctum parum habet succi. *Terent. Adelph.* 5. 3. 63. Tam excoctam reddam (*ancillam*) atque atram, quam carbo est. *Gell.* l. 6. c. 5. *sub fin.* Argentum excoctum. *purified, refined. Plin. in Paneg.* c. 52. Truces horrendæque imagines abjectæ, excoctæque flammis. *melted, dissolved, destroyed. Plin. alter* l. 18. c. 7. *extr.* Excocta maturitas hordei. *h. e.* hordeum nimis maturum.

EXCODĬCO, as, a. 1. est circa vitium codicem dolabra terram aperire, et purgatis omnibus velut lacus efficere, ut Solis calore, et imbribus provocentur, ut exponit *Pallad.* l. 2. *in princip.* ¶ Latine est *ablaqueare,* quod Itali *excodicare* dicunt, teste *Pallad. ibid.* ¶ Apud *Fest.* in *Repastinari* dicitur *ager silvester excodicari,* latiori significatione, cum stirpes ex eo inutiles evelluntur. Hinc pro exstirpare usurpatur in veteri lege apud *Frontin. de Aquæduct.* artic. 129. ubi alii leg. *excorticare.* ¶ Legitur et *excaudico* apud *Tertull. de Pudic.* c. 16. [† V. *Ablaqueo.*] [et quidem sensu translato. *Tertullian. de pudicit.* c. 16. Quanta securi censura omnem silvam libidinum cædat, et eradicet, et excaudicet, nec quidquam de residuo fruticare permittat.]

EXCOGITATĬO, onis, f. *a contriving, devising, inventing,* actus excogitandi, ἐπινόησις. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 25. Quid illa vis, quæ tandem est, quæ investigat occulta, quæ inventio atque excogitatio dicitur? *Id.* 2. *de Orat.* c. 27. *ad fin.* Illa, quæ tota ab oratore pariuntur, excogitationem non habent difficilem. *h. e.* facilia inventu sunt.

EXCOGITĀTOR, oris, m. ἀλφηστής, qui excogitat, *a contriver, inventor. Quintil.* declam. 10. c. 7. Sic magum protinus, nescia matre, excogitator hic mortis alterius advocat. *Arnob.* l. 3. pag. 119. Verborum excogitator et nominum.

EXCOGITĀTUS, us, m. idem quod excogitatio. In sexto casu sing. *Gell.* l. 5. c. 10. *extr.* Captionis versutæ excogitatu frustratus. *Al. leg.* versute excogitatæ.

EXCOGITĀTUS, a, um, *devised, contrived, invented,* ἐπινενοημένος, cogitando inventus. *Cic. pro Cluent.* c. 13. Ratio excogitata Larini est: res translata Romam. *Curt.* l. 4. c. 2. Ferreæ manus, corvique, et alia tuendis urbibus excogitata. *Sueton. in Calig.* c. 22. Templum etiam numini suo proprium, et sacerdotes, et excogitatissimas hostias instituit. *h. e.* exquisitissimas, *rare, select, choice.*

EXCOGĬTO, as, a. 1. *to consider thoroughly, devise, contrive, invent, excogitate,* ἐξευρίσκω, ἐπινοῶ, cogitando invenio, cogitatione assequor. *Cic. Phil.* 8. c. 6. Excogitare, quæ tua ratio sit, Calene, non possum. *Id. in fragm. pro C. Cornel.* apud *Ascon.* Lex ad scribendum difficilis, aut ad excogitandum recondita. *Id.* 4. *Verr.* c. 54. Mira quædam excogitare genera furandi. *Id. pro Deiot.* c. 7. Quid igitur causæ excogitari potest, cur, &c? *Id.* 2. *Catil.* c. 4. Quid enim mali aut sceleris fingi, aut excogitari potest, quod non ille conceperit? *Nep. in Attic.* c. 8. Excogitatum est quibusdam, ut privatum ærarium constituerentur. *Curt.* l. 6. c. 10. Cur me ipse audire noluerit, non excogito. *I am thoroughly at a loss to comprehend. Cic. Attic.* l. 9. ep. 6. *extr.* Ad hæc igitur cogita, mi Attice, vel potius excogita. *find out some remedy. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 31. Omnia excogitantur, quare nec sine periculo maneatur, et periculum augeatur. *they contrive every means to show, that,* &c. *Plin.* l. 15. c. 19. *a med.* Fico vice casei vesci, nuper excogitatum est. [¶ Particip. *excogitans* apud *Curt.* l. 5. c. 12. Nova ludibria subinde excogitante fortuna.]

[* EXCŌGO, is, ere, a. 3. *Innocent. agrimens. apud Goes.* pag. 222. Si in monte fuerit constitutus, excogimus finem habere. *Id.* pag. 227. Terminos excogimus requirendos. *h. e.* colligimus, cogimus, argumentamur.]

EXCŎLO, is, ui, ultum, a. 3. *to cultivate,* percolo, diligenter colo, ἐξεργάζομαι. *Plin.* l. 14. c. 4. Excolere vineas. *Id.* l. 8. c. 47. Boves victum hominum excolunt. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 196. Excolere rura. *Ovid.* 2. *de art. am.* v. 220. Creditur et lanas excoluisse rudes. ¶ Item exornare. *to adorn, improve, deck. Plin.* l. 9. ep. 39. Emas marmora, quibus solum, quibus parietes excolantur. (Adde *Plin. alter* l. 35. c. 10. *ad fin.*) *Sueton. in Aug.* c. 28. Urbem excoluit adeo, ut jure sit gloriatus, marmoream se relinquere, quam lateritiam accepisset. et cap. 72. Prætoria sua non tam statuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xystis et nemoribus excoluit. *Martial.* l. 6. epigr. 52. vagos resecare capillos Doctus et hirsutas excoluisse genas. *to trim. Plin.* l. 35. c. 11. *circa med.* L. Paulus, devicto Perseo, petiit ab Atheniensibus, ut sibi quam probatissimum mitterent pictorem ad triumphum excolendum. *Flor.* l. 4. c. 12. Marcomanorum spoliis insignibus quendam editum tumulum in trophæi modum excoluit. ¶ Item perficio. *to finish, perfect. Plin.* l. 35. c. 8. *ad fin.* Quique inventa ejus (*pictoris*) excoluit, Cimonem Cleonæum. *Gell.* l. 13. c. 5. Complere et excolere studia doctrinarum. ¶ Translate *Cic. in proœm. Parad.* Nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione et tanquam excolatur. *is polished. Id. pro Arch.* c. 6. Animos doctrina excolere. *to improve. Virg.* 6. *Æn.* v. 663. Inventas aut qui vitam excoluere per artes. *Auct. dial. de Orat.* c. 22. Cicero primus orationem excoluit. *polished, brought to perfection. Cic. in fi.* 4. *Tuscul.* Demus nos philosophiæ excolendos. *Quintil.* l. 11. c. 2. Memoria excolendo augetur. *by practice. Curt.* l. 9. c. 6. *a med.* Excolere gloriam. *h. e.* extendere, augere. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 10. v. 15. Protinus excolimur pueri. *h. e.* erudimur, instituimur. *Cic. in Orat.* c. 9. Excolere victum hominum. *h. e.* a ferino more ad humanitatem traducere. *to civilize.* ¶ Est etiam venerari, vereri, observare, colere, prosequi. *to venerate, worship, revere, respect. Phædr.* l. 4. fab. 10. v. 10. verendos excolit pietas deos. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 7. v. 59. ut te non excolat ipsum, Jus aliquod tecum fratris amicus habet. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. *ult.* Excolamur et amemur. *Al. leg.* et colamur. ¶ Item instruere, augere, ditare. *Quintil.* declam. 8. c. 12. Fortuna hunc pressit paupertate, illum insperatis opibus excoluit.

EXCŌLO, as, 1. *to strain,* percolare, liquare, ἐκτήκω. *Pallad. in Jul.* tit. 8. Acetum diligentius excolabis. In *Vers. Vulg. Matth.* 23. 24. Culicem excolantes. *h. e.* vinum, in quod culex inciderit.

EXCOLŬBRO. V. dicta in *Colubra.*

[* EXCOMĔDO, is, ere, n. 3. idem quod comedo. *Apul. de herb.* c. 8. Herba scelerata excomedet putredinem.

* EX COMITE, indeclin. m. qui comes fuit. *Ammian. Marcellin.* l. 14. c. 7. Mandabat Domitiano, ex Comite Largitionum, præfecto, ut &c.]

EXCOMMUNICATĬO, onis, f. *excommunication,* ἀποκήρυξις, ἀνάθεμα, separatio a communione Ecclesiæ. *Augustin. de Fide, et operib.* c. 3. et alibi.

EXCOMMUNĬCO, as, a. 1. *to excommunicate,* ἀποκηρύττω, ab Ecclesiæ communione separo. *Hieronym.* l. 2. *advers. Rufin.* c. 5.

EXCONDO, is, a. 3. condo, facio, fingo, vel manifesto. *Tertull.* l. 5. *advers. Marcion.* c. 18.

EX CONSULE, indeclin. m. vir consularis, qui scil. aliquando consulatum gessit. *Imp. Justinian.* lib. 1. *Cod.* tit. 17. leg. 2. paragr. 9. Quæ omnia confecta sunt per virum excelsum, ex quæstore et ex consule, Tribonianum. *Sidon.* l. 1. *ep. ult. a med.* Magnus, olim ex præfecto, nuper ex consule. ¶ Dictum est etiam sequiori illo ævo *Exconsul, lis,* et *Exconsularis.* V. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 151. n. 6. ¶ Item *ex consulibus. Capitolin. in Gordian.* c. 22. V. *Ex duce.*

EXCONSULĀRIS, is, m. qui fuit consul, vel potius, qui consulari potestate in aliqua provinciali administratione functus est. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 151. n. 6. et *Spon. in Miscell.* pag. 150.

EXCŎQUO, is, oxi, octum, a. 3. *to boil thoroughly, excoct,* valde coquo, ἐξέψω. *Lucret.* l. 6. v. 962. terram sol excoquit, et facit are. *Plin.* l. 37. c. 12. Glebas melle excoquere. *to boil in honey.* et lib. 32. c. 4. Vino testudinem excoquere. *Id.* l. 34. c. 13. Lapis excoquitur in rubricam. *h. e.* usque dum rubrum colorem induat. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 7. Arenæ, admixto nitro, in vitrum excoquuntur. *Lucan.* l. 9. v. 420. Libyæ quod fertile terræ est, In nullas vitiatur opes, non ære, nec auro Excoquitur. ¶ Item coquendo purgo. *to boil out, force out by boiling. Virg. Georg.* 1. v. 87. illis omne per ignem Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 785. Omnia purgat edax ignis, vitiumque metallis Excoquit. ¶ Item concoquo. *to concoct, digest. Colum. in præfat. circa med.* Quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus. ¶ Translate *Plaut. Pers.* 1. 1. *in fin.* Usque ero domi, dum excoxero lenoni malum. *shall have hatched or devised. h. e.* machinatus fuero, paravero, excogitavero. *Senec. in Herc. Fur.* v. 105. Concutite pectus: acrior mentem excoquat, Quam qui caminis ignis Ætneis furit. *h. e.* agitet, excitet, vexet, ut *Virg.* 7. *Æn.* v. 345. curæque iræque coquebant.

[* EXCORDOR, aris, ari, dep. 1. excors sum, insanus. *Commodian. Instruct.* 21. Excordaris, homo, si putas &c.]

EXCORNIS, e, adject. *without horns,* ἀκέρατος. *Tertull. de Pall.* c. 5. Bestia exunguis et excornis.

EXCORS, ordis, *witless, foolish, silly, simple, senseless,* ἔκφρων, ἄφρων, stultus, amens, fatuus, vecors, quasi sine corde, in quo Veteres animum et sapientiam collocabant. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 9. Aliis cor ipsum animus videtur: ex quo excordes, vecordes dicuntur. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 2. Quæ anus tam excors inveniri potest, quæ illa extimescat? *Id.* 5. *Phil.* c. 2. Hoc qui non videt, excors est. *Id. pro Dom.* c. 18. *a med.* Neque tu eras tam excors, tamque demens, ut nescires, &c. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 25. Sub domina meretrice fuisset turpis et excors. *Gell.* l. 18. c. 4. sub fin. Stulti et excordes. *Plaut. Mil.* 2. 6. 63. Nunc demum scio, me fuisse excordem, cæcum, incogitabilem. *Id. Merc.* 1. 1. 26. Temeritas, incogitantia, excors immodestia, petulantia.

EXCORTĬCO. V. in *Excodico.*

EXCREMENTUM, ti, n. *the refuse of the sieve*, id quod excernendo, cribrandoque excernitur, cretura. *Colum.* l. 8. c. 5. *extr.* Vinacea præbenda (*gallinis*) quæ satis commode pascunt, adjectis interdum tritici excrementis. *greuts, pollar, bran.* ¶ Sæpius significat purgamentum, quod ex corpore animalis, ex superfluo alimenti excernitur, ut stercus, sputum, pituita, &c. *excrement, ordure, spittle*, &c. ἀφόδευμα, περίττωμα. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 81. Ut genas et oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. *Id. Ann.* 16. c. 4. Excrementa narium. *Plin.* l. 11. c. 26. Cicadis nullum ad excrementa corporis foramen. *Id.* l. 9. c. 45. Reddere excrementa. [¶ Est etiam a verbo *excresco*, et significat excrescens aliquid. *Sidon.* l. 1. ep. 2. *de Theodorico rege.* Aream dorsi humilior inter excrementa costarum spina discriminat. *h. e.* inter prominentes costas spina depressior est.]

EXCRĔMO, as, a. 1. idem quod cremo. *Tertull. de cultu femin.* c. 6.

EXCRĔO, &c. V. *Exscreo.*

EXCRESCENS, entis, qui excrescit. *Excrescentia* dicuntur a Medicis, quæ in corpore præter naturam excrescunt, ut in ulceribus, &c. *excrescencies*, σαρκώσεις, ἐκσαρκώματα. *Plin.* l. 22. c. 21. Heliotropium radicitus extrahit excrescentia in sedibus. *Id.* l. 34. c. 18. Usus plumbi usti contra inanitatem ulcerum, excrescentiave, rimasque sedis. et lib. 24. c. 5. Ulcera sordida, et excrescentia in iis cedri succo inungere. *Id.* l. 36. c. 17. Excrescentia erodere. *Id.* l. 29. c. 9. absumere.

EXCRESCO, is, crevi, n. 3. *to grow up, increase*, ἐκφύομαι, ἐπαυξάνομαι, idem quod cresco, aut valde cresco. *Tacit. de Germ.* c. 19. In hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excrescunt. *Colum.* l. 4. c. 21. *a med.* Novellis palmis semper vitis renovetur: quæ si satis excreverint, jugo superponantur. *Plin.* l. 19. c. 8. *ante med.* Cum ad semipedem lactucæ excreverint. *Id.* l. 16. c. 30. In longitudinem excrescunt abies, larix, palma. *Lucan.* l. 4. v. 11. Colle tumet modico, lenique excrevit in altum Pingue solum tumulo. *Frontin. de aquæduct.* art. 18. Colles propter frequentiam incendiorum excreverunt rudere. ¶ Sæpe dicitur de iis, quæ præter modum, aut contra naturam crescunt. *to grow to an unnatural size, increase beyond bounds. Quintil.* l. 4. c. 1. *post med. de exordio.* Nec minus evitanda est immodica ejus longitudo, ne in caput excrevisse videatur. *Plin.* l. 37. c. 2. Excrescit in dies ejus rei luxus. *Sueton. in Vespas.* c. 10. Litium series ubique majorem in modum excreverat. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 11. leg. 1. Si quando flumen imbribus ad tempus excrevit. ¶ A Medicis *excrescere* dicitur caro in corpore præter naturam crescens, ὑπερσαρκόω. *Sueton. in Galb.* c. 21. Excreverat in dexteriore latere ejus caro, propendebatque adeo, ut ægre fascia substringeretur. *he had an excrescence. Plin.* l. 23. c. 6. Carnes excrescentes cohibere. *Id. in fin.* lib. 34. Arsenicum tollit quidquid excrescit. V. *Excrescens.*

EXCRĒTUS, a, um, *well grown, grown up*, qui excrevit. *Virg.* 3. *Georg.* v. 398. Multi jam excretos prohibent a matribus hædos. *h. e.* validiores. *Serv.* Sic *Paulin. Nolan. in Nat. XII. S. Felic. edit. Murator. de vitula*, v. 392. Facta per excretum jam corpus idonea voto. *Lactant.* l. 2. c. 11. *a med.* Nisi forte animalia non tenera nata sunt, sed excreta. ¶ Item cernendo separatus, purgatus, rejectus. *sifted, bolted, searced. Colum.* l. 8. c. 4. Furfures modice a farina excreti. *Vitruv.* l. 7. c. 6. Cæmenta marmorea, sive assulæ dicuntur, pilis ferreis contunduntur, cribrisque excernuntur. Eæ autem excretæ, &c. Sunt qui leg. *excretiæ*: sed frustra. ¶ Absolute *Colum. loc. cit. et* cap. 8. Ubi annona est carior excreta tritici minuta commode dantur. *the bran, grouts, pollard.* ¶ Item secretus. *taken out, selected. Liv.* l. 28. c. 39. Ubique ex captivorum numero excretos Saguntinos in patriam remisit.

EXCRĪBO, &c. V. *Exscribo.*

EXCRUCIABĬLIS, le, qui excruciat: item dignus qui excrucietur. *worthy of being tortured. Plaut. Cistell.* 4. 1. 1. Nullam ego me vidisse credo magis anum excruciabilem. *Prudent. Peristeph.* 9. *de S. Eulalia*, v. 114. Ecce parata ministeria Excruciabilis exitii.

EXCRUCIATĬO, onis, f. cruciatus. *Augustin. Tract.* 27. *in Joann. sub fin.*

EXCRUCIĀTUS, us, m. *a torturing*, idem quod cruciatus. *Prudent.* peristeph. 8. *de S. Agnete*, v. 19. Corpusque duris excruciatibus Ultro offerebat.

EXCRUCIĀTUS, a, um, *greatly tortured*, βασανισθεὶς, valde cruciatus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 38. Ipsos crudeliter excruciatos interficit. *Cic.* 3. *Verr.* c. 17. Hominem ingenuum, fumo excruciatum, semivivum reliquit. *Id. pro leg. Manil.* c. 5. Legatum populi R. vinculis ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necavit. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 24. Mori me mavelim excruciatum inopia. *Tertull.* l. 2. *ad uxor.* c. 5. *extr.* Res excruciata. *h. e.* tormentis extorta.

EXCRUCĬO, as, avi, atum, a. 1. *to torture greatly, excruciate*, βασανίζω, valde crucio, torqueo, conficio. *Plaut. Mil.* 3. 2. 45. Perii! excruciabit me herus, cum hæc facta scibit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 19. Producit servos, quos fame vinculisque excruciaverat. *Hirt. de B. Alex.* c. 55. Minucium libertis transdit excruciandum. *Lucret.* l. 5. v. 1425. Frigus nudos excruciat. ¶ Sæpe refertur ad animum, et significat molestia, dolore afficere, vexare, vehementer angere. *to afflict, torment, distress, disquiet, harass, fret, vex. Cic. Attic.* 10. *ep. ult. extr.* Non loquor plura, ne te quoque excruciem. *Id. Fam.* 14. ep. 3. Conficior mœrore, mea Terentia; nec meæ me miseriæ magis excruciant, quam tuæ. *Id.* 1. *de Fin.* c. 16. Temeritas, et libido, et ignavia semper animum excruciant, et semper sollicitant. *Plaut. Cistell.* 1. 1. 61. Excrucior. mea Gymnasium, male maceror, doleo ab animo. *Id. Epid.* 2. 2. 8. Id ego excrucior. *h. e.* ob id. *Id. Rud.* 2. 3. 57. et 68. et *Mil.* 4. 2. 76. et *Terent. Phorm.* 1. 4. 10. Hoc se se excruciat animi, quia, &c. ¶ Habet usum in imprecationibus. *Plaut. Pers.* 5. 2. 50. Dii deæque te excrucient. ¶ *Excruciare diem*, apud *Plaut.* est male consumere. V. *Lacero.*

EXCUBATĬO, onis, f. *a watching, keeping watch*, actus excubandi, παννυχισμός, προφυλακή. *Valer. Max.* l. 4. c. 7. sect. 7. Pro dignitate et salute amicorum perpetua excubatio.

EXCUBĬÆ, arum, *a lying abroad all night*, extra ædes cubatio, παρακοιτία. *Plaut. Cas. prol.* v. 53. Is sperat, si ei sit data, sibi fore paratas clam uxorem excubias foris. ¶ Item *watch and ward, watches either by night or by day*, φρουρά, παρακοιτία, προφυλακή, vigiliæ et excubatio, quæ a militibus habetur diu noctuque, custodiæ causa, extra castra, vel saltem extra tentoria. *Cic. pro Marcell.* c. 10. *extr.* Non modo excubias et custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus, et corporum pollicemur. *Id. pro Mil.* c. 25. Si hæc arma, si Capitolinæ cohortes, si excubiæ, si vigiliæ, &c. *Sueton. in Aug.* c. 23. Excubias per urbem indicere. *Ovid.* l. 1. *Amor.* el. 6. v. 7. Per excubias custodum ire. *Virg.* 9. *Æn.* v. 159. Vigilum excubiis obsidere portas. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 58. et *Ovid.* 3. *Fast.* v. 245. excubias agere alicui. *h. e.* alicujus custodiendi causa. Eod. sensu *Tacit.* 13. *Ann.* c. 18. Excubiæ militares, quæ ut conjugi imperatoris olim, tum ut et matri servabantur. *Id.* 4. *Hist.* c. 11. Apparatu, incessu, excubiis vim principis complecti. ¶ Referuntur et ad alia. *Horat.* l. 3. od. 16. v. 2. vigilum canum tristes excubiæ. *Plin.* l. 10. c. 23. Grues excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes. *Virg.* 4. *Æn.* v. 200. Centum aras posuit, vigilemque sacraverat ignem, Excubias divum æternas. ¶ Ipsi quoque, excubias qui agunt, *excubiæ* dicuntur. *the sentry, guard. Sueton. in Claud.* c. 10. Inter excubias militum pernoctavit. *Claudian. de nupt. Honor. et Mariæ*, v. 80. Vinoque madentes excubiæ. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 44. Num excubias transiret, cubiculi fores recluderet? *pass through the guard unobserved.* ubi sermo est de privatis excubiis, quæ in potentiorum domibus ad cubiculi fores noctu a servis agebantur: quarum meminit etiam *Quintil.* declam. 1. c. 3.

EXCUBICULARĬUS, ii, m. qui cubicularii munere apud Impp. functus est. *Impp. Gratian. Valent. et Theodos.* lib. 10. *Cod.* tit. 47. leg. 12. Cubicularii omnes atque excubicularii ab omnibus sordidis muneribus vindicentur.

EXCUBĬTOR, oris, m. *a watchman, guard, sentinel*, qui excubias agit, πρόφυλαξ. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 69. *extr.* Hæc eadem noctu excubitoribus ac firmis præsidiis tenebantur. *Sueton. in Claud.* c. 42. Tribuno excubitori signum de more poscenti. *to the captain of the guard.* Adde *Senec. in Thyest.* v. 458. ¶ Translate *Colum.* l. 7. c. 12. *de canib.* Quis custos incorruptior? quis excubitor inveniri potest vigilantior? *Auctor Moreti*, v. 2. Excubitorque diem cantu prædixerat ales. *h. e.* gallus.

EXCUBITORĬUM, ii, n. *a post where guards were stationed*, σκοπή, locus, in quo miles excubias agit. Romæ excubitoria fuere totidem, quot regiones, nempe quatuordecim, in quibus excubabant cohortes Vigilum ab Augusto institutæ ad custodiam Urbis. *P. Victor de regionib. Urbis Ro. sub fin.*

EXCUBĬTUS, us, m. *a watching*, excubatio, excubiæ. In sexto casu sing. *Auct. de B. Hispan.* c. 6. Ut pedestres copiæ in statione et in excubitu castris præsidio esse possent.

EXCŬBO, as, ubui, itum, n. 1. *to sleep out of doors, lie abroad all night*, παρακοιτέω. Proprie significat extra domum, foris cubare. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 43. Atque etiam qui præerant Lacedæmoniis, non contenti vigilantibus curis, in Pasiphaæ fano, quod est in agro propter urbem, somniandi causa excubabant. et cap. 50. Moniti Lacedæmonii, ut urbem et tecta linquerent, armatique in agro excubarent. *Plin.* l. 11. c. 8. Apes noctu deprehensæ in expeditione excubant supinæ, ut alas a rore protegant. ¶ Quia vero in militia extra castra, vel saltem extra tabernacula, milites delecti stare diu noctuque solent custodiæ causa tum imperatoris, tum etiam totius exercitus, sæpius accipitur pro vigilare, custodias agere, *to watch, keep watch and ward, mount guard, be on guard, stand sentry*, προφυλάττω. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 24. Duæ semper legiones pro castris excubabant. et cap. 11. Duas legiones in armis excubare jubet. *Curt.* l. 6. c. 8. Ut qui ad prætorium excubabant, armati vigilarent. et lib. 8. c. 6. Excubabant, servatis noctium vicibus, proximi foribus ædis. et *ibid.* Ante fores cubiculi excubituri. et *ibid.* Excubantes ad cubiculi limen. *Sallust. in Jug.* c. 105. Excubitum in porta cohortes ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mittere. *Virg.* 9. *Æn.* v. 175. Omnis per muros legio, sortita periclum Excubat. ¶ Et universim vigilare, intentum esse. *to be vigilant, be on the alert. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 24. Cum Cæsar ad opus consuetudine excubaret, militesque cohortaretur. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 8. Ipse gravissima hieme in navibus excubabat, neque ullum laborem aut munus despiciens, &c. ¶ Transfertur ad res alias. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 11. v. 11. Ergo ego nescio cui, quem tu complexa tenebas, Excubui clausam, servus ut, ante domum. *have watched for I know not whom*, &c. *Tibull.* l. 1. el. 3, v. 72. Cerberus æratas excubat ante fores. *Cic. sub fin. Phil.* 6. Quamobrem, Quirites, consilio quantum potero, labore plus pæne quam potero, excubabo vigilaboque pro vobis. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 17. Sapiens semper animo sic excubat, ut nihil ei improvisum accidere possit. *Planc. ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 8. *a med.* Ex quo intelligi potest, curam reipub. summæ defendendæ jampridem apud nos excubare. *h. e.* curam apud nos et vigilantiam esse in republ. defendenda. *Justin.* l. 8. c. 4. Fœdum miserandumque spectaculum, Græciam orbis terrarum principem, alienis excubare sedibus, aut rogantem bellum, aut deprecantem. Angli diceremus, *to stand at the threshold of foreign Princes waiting with anxiety, and entreating*, &c. *Plin.* l. 35. c. 7. Rerum non animi pretiis excubatur. *h. e.* vigilatur, et cura habetur circa pretia rerum, divitias, pecuniam, non circa animi et ingenii opera. plus enim æstimatur pretiosa materia, quam artificium. *Id.* l. 35. c. 10. *sub fin.* Omnis eorum ars urbibus excubabat: pictorque res communis terrarum erat. *h. e.* operabatur, et intenta erat urbibus exornandis. *Id.* l. 16. c. 37. Alni contra erumpentium amnium impetum, riparum muro in tutela ruris excubant. *Id.* l. 15. c. 30. Laurus domos exornat, et ante limina excubat. *Horat.* l. 4. od. 13. v. 6. Cupido excubat in genis Chiæ. *h. e.* veluti excubitor vigilat ad feriendos capiendosque animos spectantium. *Valer. Max. init.* cap. 5. l. 5. Eosdem appellavi parentes, eadem pro me vota excubuerunt. *h. e.* donaria voti causa appensa stetere in deorum templis: vel voventes iidem pro me excubuerunt ad aras deorum. Simili ratione dixit *in fi.* lib. 4. Pro cujus salute vicinæ regiones votis excubabant. ¶ Pro incubare, *to hatch. Colum.* l. 8. c. 5. Novellæ gallinæ magis edendis, quam excubandis ovis utiliores sunt. Al. leg. *excludendis.* al. *incubandis.*

EXCŪDO, is, excudi, sum, a. 3. *to strike out, elicit by striking*, ἐκχαράττω, cudendo elicio. *Virg.* 1. *Æn.* v. 178. Ac primum silicis scintillam excudit Achates. ¶ Accipitur etiam pro cudendo conficere. *Virg.* 6. *Æn.* v. 848. Excudent alii spirantia mollius æra. *shall mould the breathing brass. Juvenal.* sat. 15. v. 168. Excudere gladios. *to forge.* ¶ Et universim pro conficere. *Virg.* 4. *Georg.* v. 56. hinc arte recentes Excudunt ceras, et mella tenacia fingunt. *they fashion, construct, build.* ¶ Translate est componere, studiose invenire. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 27. excudam aliquid ἡρακλείδειον, quod lateat in thesauris tuis. ¶ Item vi, vel precibus aliquid extorquere. *Colum.* l. 11. c. 1. excudit mihi, cultus hortorum prosa ut oratione conscriberem. ¶ Item excludere, *to hatch. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. De ovis, quemadmodum incubent, et excudant. et cap. 10. Anseres aliena ova non excudunt. *et mox.* Cum excudit, quinque diebus patiuntur esse cum matre. *Colum.* l. 8. c. 14. *circa med.* Pullis formandis excudendisque triginta diebus opus est.

EXCULCĀTOR, oris, m. qui exculcat. In Notitia Imperii Occident. memorantur inter auxilia Palatina *Exculcatores seniores, Exculcatores juniores*, &c. qui iidem putantur atque excursatores, aut proculcatores, qui hostium itinera explorant. *scouts.* Quare hanc vocem *Vegetio* l. 2. *de re milit.* c. 15. restituunt *Turneb. Stevvech.* et alii.

EXCULCĀTUS, a, um, *spurned at, exploded, obsolete*, obsoletus, rejectus, explosus, et quasi antiquitate protritus. *Gell.* lib. 11. cap. 7. Verbis obsoletis exculcatisque.

EXCULCO, as, a. 1. *to tread or trample upon, beat out*, calcando exprimo, excutio. *Plaut. Capt.* 4. 2. 30. ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo furfures. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. Singuli ab infimo solo pedes terra exculcabantur. *h. e.* calcando firmabantur.

EXCULPO. V. *Exsculpo.*

EXCULTOR, oris, m. qui excolit. *Tertull. de Monog.* c. 16. Florum excultor.

EXCULTUS, a, um, *cultivated*, probe cultus. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 130. Abstulit excultas pertica tristis opes. *h. e.* pinguia culta agrorum et ruris. *Plin.* l. 14. c. 4. excultæ vineæ. ¶ Translate *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 8. v. 1. Vir studiis excultus. *Cic. in Orat.* c. 15. Ingenia disciplinis exculta. *polished. Id.* 1. *Tuscul.* c. 2. excultus doctrina. *Id.* 2. *de Legib.* c. 14. ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus. *refined, civilized. Martial.* l. 12. epigr. 96. Fila lyræ movi doctis exculta Camenis. *Quintil.* l. 6. c. 3. *ante med.* exculta elegantia. ¶ Item ornatus, instructus, *adorned, furnished, accoutred, equipped. Sueton. in Cæs.* c. 84. Legionarii injecere flammæ arma sua, quibus exculti funus celebrabant. *Id. in Aug.* c. 29. Monumentis vel novis, vel re-

fectis, vel excultis urbem adornare. *Id. in Claud.* c. 21. Circus marmoreis carceribus, auratisque metis excultus. *Id. in Ner.* c. 28. Sporus Augustarum ornamentis excultus.

EXCULTUS, us, m. cultus. *Festus* in *Conitum.* Conitum Afranius pro ornatu, et excultu posuit. Al. leg. *cultu.*

EXCUNEĀTUS, a, um, cui non est locus sedendi in cuneis theatralibus, velut exclusus extra cuneum. *Apul. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) Serus adveniens amicis suis annuit, locum sessui impertiunt: extimus quisque excuneati queruntur.

EXCURĀTUS, a, um, *procured with care*, probe ac diligenter curatus. *Plaut. Cas.* 3. 6. 6. Lepide excuratus incessisti. *trimmed. Id. Pseud.* 5. 1. 8. excurato victu festive accepti. *choice, dainty, exquisite.*

EXCURĬO, as, a. 1. extra curiam ejicio. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 164. Appollonium ideo excuriant, quia nihil habebat.

EXCURRO, is, excurri, *et* excucurri, ursum, n. 3. *to run out, rush hastily*, ἐκτρέχω, extra curro, discurro, incurro. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 5. Quorum animi, spretis corporibus, evolant atque excurrunt foras. *Id. Verr.* 3. c. 26. Excurrat aliquis, qui hoc tantum mali filio suo nuntiet. *Id. Fam.* 3. ep. 7. *ante med.* Cum essent duæ viæ, altera Varronem, altera Leptam tibi obviam misi: mandavi utrique eorum, ut ante ad me excurrerent, ut tibi obviam prodire possem. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 125. Cum se excucurrisse illuc frustra, sciverit. *Id. Mostell.* 2. 1. 12. Ego dabo ei argentum, primus qui in crucem excucurrerit. *Senec.* l. 2. *de Benef.* c. 34. *sub fin.* Sine ratione in pericula excurrens. *h. e.* incurrens. *Curt.* l. 3. c. 1. Fons ex summo montis cacumine excurrens. *h. e.* decurrens. *Cic. Attic.* 10. ep. 15. *extr.* Ego, dum panes et cetera in navem parantur, excurro in Pompeianum. *proceed to*, &c. *Cæs.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 901. *Putsch.* excucurristi a Neapoli. ¶ In re militari significat excursionem facere, *to make an excursion. Liv.* l. 1. c. 15. In agrum R. excucurrerunt, populabundi magis, quam justi more belli. *Al. leg.* excurrerunt. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 32. Carthago excurrere ex Africa imminere fructuosissimis insulis populi R. videbatur. ¶ Item erumpere, *to sally forth. Liv.* l. 29. c. 34. Ne sparsi, sine signis, omnibus portis excurrerent. ¶ Translate *Cic. pro Mur.* c. 8. *extr.* Nullum vobis sors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoscique possit. *Id. in Orat.* c. 51. Quid est, cur insistere orationem malint, quam cum sententia pariter excurrere? *Id.* l. 3. *de Orat.* c. 49. Ne oratio insistat interius, ne excurrat longius. *run out to too great a length. Quintil.* l. 10. c. 5. *a med.* Ideo mihi videtur Tullius tantum intulisse eloquentiæ lumen, quod in hos quoque studiorum secessus excurrit. *h. e.* hæc quoque studia attigit. *Plin.* l. 17. c. 2. *a med.* Cum præcoces excurrere germinationes, evocatæ indulgentia cæli, secutis frigoribus exuruntur. *h. e.* cum arbores maturius germinaverunt. ¶ Pro præterire, omittere, *to pass over, omit. Senec.* l. 5. controv. 34. *a med.* Disertus homo et dicax, a quo multa improbe, sed venuste dicta, ne modum excedam, excurro, et ad Parrhasium revertor. ¶ *Excurrere* dicuntur, quæ protenduntur. *to extend, shoot out in length or breadth, branch forth. Plin.* l. 17. c. 23. *ad fin.* Pampini, qui a lateribus excurrunt. *Liv.* l. 26. c. 42. Ab intimo sinu pæninsula excurrit, tumulus is ipse, in quo condita urbs est. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 724. Sicania tribus excurrit in æquora linguis. *Curt.* l. 5. c. 3. Montes, quorum perpetuum dorsum in Persidem excurrit. *Plin.* l. 5. c. 5. Promontorium per Creticum mare excurrit. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 53. Animus aurium nuntio mutila sentit quædam (*in periodo*) et quasi decurtata; productiora alia, et quasi immoderatius excurrentia. ¶ In hac significatione refertur etiam ad tempus, et quantitatem. *Caius Dig.* lib. 24. tit. 1. leg. 10. Quia in hoc tempus excurrit donationis eventus, quo, &c. *extends, falls out. Paul.* lib. 16. tit. 3. leg. 26. Debetis mihi ex ratione patris vestri decem, et quod excurrit. *and something over; and something odd.* Vult *Budæus*, significari decem aureos, et aliquot præterea denarios, eo modo, quo nos dicimus *ten pounds or shillings*, non exprimentes id quod decem libras excedit, aliquid tamen esse significantes. *Veget. sub fin.* l. 1. *de re milit.* Viginti, et quod excurrit, annorum pax Romanos armorum desuetudine enervavit. *of twenty years and upwards.* [¶ Particip. *excursurus* apud *Justin.* lib. 13. c. 5. Excursurus cum valida manu fuerat ad Athenas deendas.]

EXCURSATĬO, onis, f. *an excursion, inroad*, idem quod excursio, καταδρομή. *Valer. Max.* l. 2. c. 3. n. 3. Cum crebris excursationibus equites nostri resistere non possent.

EXCURSĀTOR, oris, m. excursor. *Ammian.* l. 24. *sub init.* Excursatores quingentos et mille sensim præire disposuit. *scouts.*

EXCURSĬO, onis, f. *a running out, excursion*, ἐκδρομή, actus excurrendi. *Plin.* l. 1. ep. 3. An intentione rei familiaris obeundæ, crebris excursionibus avocaris? *Scævola Dig.* lib. 33. tit. 1. leg. 13. *extr.* Longinquæ, aut breves excursiones. ¶ Sæpe est discursio militaris, et irruptio in hostium fines. *an attack, inroad, invasion*, καταδρομή. *Cic. pro Deiot.* c. 8. Copiæ, quibus fines suos ab excursionibus hostium, et latrociniis tueretur. *Id. de provinc. consul.* c. 2. Via excursionibus Barbarorum infesta. *Liv.* l. 37. c. 14. Oram maris infestam regiæ naves excursionibus crebris faciebant. ¶ Item eruptio. *a sally. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 30. Primo adventu exercitus nostri crebras ex oppido excursiones faciebant. ¶ Item prima incursio militaris, qua prælium committitur. *a skirmish. Liv.* l. 30. c. 11. Castris in propinquo positis, primo pauci equites, ex tuto speculantes, ab stationibus progredi: inde jaculis summoti recurrere ad suos: inde excursiones invicem fieri. et cap. 8. Tumultuosæ hinc inde excursiones. Adde lib. 37. c. 18. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Divin.* c. 10. Sed hæc fuerit nobis, tanquam levis armaturæ, prima orationis excursio: nunc cominus agamus. *Quintil.* lib. 1. cap. 11. (*al.* 19.) Gestus plurimum aberit a scenico, nec vultu, nec manu, nec excursionibus nimius.

EXCURSOR, oris, m. *a scout, spy, skirmisher*, qui excurrit, ἔκδρομος. *Excursores* sunt milites infimi ordinis, et virtutis, qui huc illuc extra aciem excurrunt, vel prædandi causa, vel speculandi, vel prœlii committendi. *Cic. Verr.* 4. c. 8. Petit Nævius Turpio quidam, istius excursor et emissarius. Ubi *Ascon.* Sic vocantur conciliatores furtorum, quæ a magistratibus committuntur, atque internuntii. Hæc *Ascon.* sed appellatio a militia ducta est. (De eodem Nævio sic habet *Cic. Verr.* 7. c. 41. *extr.* Quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcursorem habere solebat, et emissarium.) *Valer. Max.* l. 7. c. 3. n. 7. Lucanum equitem, paratissimum pro nobis excursorem reddidit. *Cic. sub fin.* 4. *Phil.* Est igitur populo R. certamen cum excursore, cum latrone, cum Spartaco. *Al. leg.* percursore. *Apul. de Mundo.* Ex eo numero erant excursores, diurni atque nocturni exploratores. *Id. ibid.* excursores venti habentur, qui directo spirant.

EXCURSUS, us, m. *an excursion*, idem quod excursio. *Virg.* 4. *Georg.* v. 194. *de apib.* excursusque breves tentant, et sæpe lapillos Tollunt: his se se per inania nubila librant. *Quintil.* declam. 18. c. 9. Hæc quoque intra notos decurrunt juventutis excursus. *oversights, failings.* ¶ De excursione militari. *Cæs. de B. Civ.* l. 3. c. 92. Ut primus excursus, visque militum infringeretur. *attack, onset. Tacit. de Germ.* c. 30. Rari excursus et fortuita pugna. *skirmishing. Id. in Agric.* c. 20. Subitis excursibus populari. *incursions, inroads.* ¶ Est etiam extensio, processus. *extent. Plin.* l. 6. c. 2. Promontorium vasto excursu. *Id.* l. 4. c. 17. Ad Pyrenei montis excursum. ¶ Translate digressio in dicendo. *a digression. Plin.* l. 5. ep. 6. *sub fin.* Non enim excursus hic ejus, sed opus ipsum est.

EXCURSUS, a, um, *run out, passed over. Terent. Adelph.* 5. 4. 6. Vitam duram, quam vixi usque adhuc, prope jam excurso spatio, mitto. Al. leg. *decurso.*

EXCUSABĬLIS, le, *excusable, that may be excused*, συγγνωστός, excusatione dignus. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 7. v. 41. Quod nisi delicti pars excusabilis esset. *Valer. Max.* l. 8. c. 11. n. 5. Quo excusabilior est error equi.

EXCUSABILĬTER, excusate. *Augustin.* l. 14. *de Trinit.* c. 15. *extr.* Excusabiliter peccat.

EXCUSABUNDUS, a, um, se excusans. *Apul. in Apol.* Etsi magum me dixisset, posset videri excusabunda se, filio vim meam, quam voluntatem suam causari maluisse.

EXCUSAMENTUM, ti, n. excusatio. *Martian. Capell.* lib. 8. p. 272.

EXCUSĀTE, adverb. *with excuse, with reason, without blame*, cum excusatione, citra culpam. *Quintil.* l. 2. c. 1. *extr.* Et fieri id videtur excusate. *Justin.* l. 32. c. 2. Excusatius sacrilegia commissurum. *Quintil.* declam. 6. c. 10. Excusatius odisset virum, quam filium. *with less blame: with greater reason. Tacit.* 3. *Ann.* c. 68. Quo excusatius sub exemplo acciperentur. *Plin.* l. 9. ep. 21. Licebit rursus irasci, si meruerit: quod exoratus excusatius facies.

EXCUSATĬO, onis, f. *an excusing*, ἀπολογία, παραίτησις, actus excusandi, purgatio. *Cic. de Amic.* c. 11. Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaveris. *Id. pro Sull.* c. 16. Valent apud me excusationes injuriæ tuæ. *Id. in Pison.* c. 10. An potest ulla esse excusatio male sentienti consuli? ¶ Item ipsa causa, qua quippiam purgatur. *an excuse, plea, defence. Id.* 2. *de Orat.* c. 68. Cum excusationem oculorum a me non acciperet. *Id. pro Cæl.* c. 1. *sub fin.* Sed ego Atratino ignosco, qui habet excusationem vel pietatis, vel necessitatis, vel ætatis. et c. 18. *extr.* Vitia alicujus adolescentiæ excusatione defendere. *Id. in Pison.* c. 6. Uti excusatione valetudinis. *Id. pro Sull.* c. 9. Me neque honoris, neque ætatis excusatio vendicat a labore. *Id. pro Cæcin.* c. 11. Deprecari odium excusatione stultitiæ. *Id. de Amic.* c. 12. *ad fin.* Tegere consensionem improborum excusatione amicitiæ. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 3. Quærere familiaris funeris excusationem ad moram judicii. *as a pretext. Curt.* l. 6. c. 4. Satisfacere alicui excusatione, quod, &c. ¶ Promiscua. *Cic. in Pison.* c. 15. *ad fin.* Nemini civi ullam, quo minus adesset, satis justam excusationem esse visam. *Id. Fam.* 16. ep. 25. Ut excusatione justa idonea de intermissione litterarum. *Id. Fam.* 4. ep. 4. Uti excusatione, cur, &c. *Id. Phil.* 9. c. 4. Si excusationem Ser. Sulpicii legationis obeundæ recordari volueritis. *h. e.* quo minus legationem obiret. *Id. Phil.* 5. c. 5. *sub fin.* Habent excusationem legitimam, exsilii causa solum vertisse, nec esse postea restitutos. *Id. Verr.* 6. c. 57. Nam Sappho, quæ sublata de Prytaneo est, dat tibi justam excusationem. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 4. Præteriti temporis excusationem affero, quod te profectum audieram. *Petron. in Satyr.* c. 139. *extr.* Excusationem aliquam idoneam præparare. *Curt.* l. 5. c. 2. *extr.* Res digna excusatione. *Gell.* lib. 1. c. 12. Mereri excusationem. ¶ Excusatio a tutela est immunitas, liberatio. *Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 1. leg. 5. Sic excusatio tutelæ. *Id. ibid.* leg. 18. et 23.

EXCUSĀTOR, oris, m. *an excuser*, qui excusat. *Augustin.* l. 3. *de Civ. Dei*, c. 20. Defensores et excusatores deorum. *Id. Serm.* 3. *de divers.* c. 3. Cum vis esse excusator tuus, triumphat de te accusator tuus.

EXCUSĀTUS, a, um, *excused*, purgatus. *Cic.* 3. *Verr.* c. 40. His omnibus me vehementer excusatum volo, non fore, &c. *Martial.* lib. 2. epigr. 79. Excusatum habeas me, rogo. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 1. v. 1. Si qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis, Excusata suo tempore, lector, habe. *Plin.* l. 8. ep. 14. *ante med.* Hoc et ego excusatior, si forte sum lapsus, et tu laude dignior. *Id.* l. 4. ep. 5. Quo sit excusatius, quod librum ipsum extendimus. *Senec. de otio Sap.* c. 29. excusatissimus essem, etiamsi, &c. ¶ Item in excusationem adductus. *alleged in excuse. Tacit.* 1. *Hist.* c. 78. excusata necessitas præsentium. *Sueton. in Ner.* c. 41. excusatus languor faucium.

EXCŪSO, as, avi, atum, a. 1. *to excuse*, ἀπολογέομαι, purgo, culpam removeo, satisfacio. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 28. Atticæ meæ velim me ita excuses, ut omnem culpam in te transferas. *Id. Fam.* 11. ep. 15. Collegæ mandasti, ut te mihi per litteras excusaret. *Id.* 2. *de Orat.* c. 62. Titium, cum gregales, eum in campum non venisse, requirerent, excusavit Vespa Terentius, quod, eum brachium fregisse diceret. *Id. Attic.* l. 12. ep. 14. Excusare se apud aliquem. et epist. 13. Cura, ut excuser morbi causa in dies singulos. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 22. excusare se de re aliqua, quod, &c. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 2. in re aliqua. *Liv.* l. 31. c. 11. excusare errorem et adolescentiam. *Stat.* 6. *Theb.* v. 44. crimen lacrimis. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 26. *extr.* tarditatem litterarum. *Tacit. Ann.* 1. c. 44. Reditum Agrippinæ excusavit ob imminentem partum et hiemem. *h. e.* quod Agrippina non rediret. *Stat.* 2. *Theb.* v. 256. excusare toros. *h. e.* excusare quod nupseris. ¶ Item in excusationem affero. *to allege in excuse, plead as an excuse. Cic. Phil.* 8. c. 1. Antequam sententiam diceret, propinquitatem excusavit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 20. excusare inopiam et calamitatem suam, aut temporum. *Liv.* l. 26. c. 22. et lib. 6. c. 22. *sub fin.* valetudinem. *Sueton. in Tiber.* c. 6. imbecillitatem. *Justin.* l. 18. c. *ult.* necessitatem belli. *Tacit.* 3. *Ann.* cap. 11. Iis diversa excusantibus. *Cic. Phil.* 5. c. 5. Si citatus judex non responderit, excuseturque, Areopagites esse. *and excuses himself by saying, that*, &c. *Plin. cap. ult.* l. 37. Decussi fragmenti paulum, quod in lamina ferrea teratur, efficacissimum experimento excusant mangones gemmarum. *h. e.* afferunt tanquam certum experimentum, quod gemma fictitia non sit. ¶ Excusare aliquem re quapiam, *Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 1. leg. 9. et ab aliqua re, *Paul. ibid.* leg. 11. est liberare, absolvere, immunem reddere ab aliqua re præstanda. ¶ *Excusare se*, se defendere, protegere, *Pallad. in Novembr.* 7. Nec plantæ a se longe statuendæ sunt, ut invicem se a calore excusent. ¶ *Excusare se alicui rei* pro *ab aliqua re*, scil. ne eam suscipias, excusationem afferre. *Tacit.* 1. *Ann.* cap. 12. Nequaquam decorum pudori suo, legere aliquid, aut evitare ex eo, cui in universum excusari mallet. [¶ Particip. *excusaturus, excusandus* apud *Tacit. Ann.* l. 1. c. 59. Germanos hominem nunquam satis excusaturos. *Cic. ad Att.* l. 12. ep. 14. De me excusando apud Apuleium dederam ad te pridie litteras.]

EXCŪSOR, oris, m. *a coppersmith*, χαλκευτής, qui vasa ex ære, ferrove malleo excudit et fabricatur. *Quintil.* l. 2. c. *ult.* Si quæram, quæ sit materia statuarii, dicetur æs: si quæram, quæ sit excusoris, idest ejus fabricæ, quam Græci χαλκευτικὴν vocant, similiter, æs esse, respondeant.

EXCUSSABĬLIS, le, qui excuti, atque abjici potest. *Manil.* l. 2. v. 584. Ah quanta est scelerum facies per sæcula cuncta! Quamque onus invidiæ non excussabile terris! *Al. leg.* excusabile, *h. e.* a quo terræ, seu homines se defendere non possint. V. similem locum *Palladii* in *Excuso.*

EXCUSSĀTUS, a, um, excussus: et translate diligenter inquisitus, examinatus. *Paul. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 45. (*al.* 46.) *sub fin.* Non prius ad eos reverti pupillus potest, quam omnes tutores excussati fuerint. Ita *Torrentin.* at *Haloander* habet *excussi.*

EXCUSSE, adverb. excutiendo, ejiciendo, emittendo. *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 17. Si cum exercitato et docto negotium est, audacius pilam mittemus: si cum tirone et indocto, non tam rigide, nec tam excusse, sed languidius. *by throwing it with so much force.*

EXCUSSO, as, a. 1. frequentat. ab *excutio*, repello, removeo, discutio. *Tertull. de virginib. veland.* c. 7. Virginum flos etiam humanam libidinem excussat. Al. leg. *excusat.*

EXCUSSORIUS, a, um, *that shakes out*, ad excutiendum pertinens, ut Excussorium cribrum, quod transmittit excutitque farinam. *Plin.* lib. 18. c. 11. Cribrorum genera Galli ex setis equorum invenere, Hispani e lino excussoria et pollinaria. *bolting-sieves.*

EXCUSSUS, us, m. *a beating out, shaking off. Prudent. peristeph.* 2. *de S. Vincent.* v. 226. Scintillat excussus salis.

EXCUSSUS, a, um, *thrown out, shaken out*, ἐκσεσεισμένος, quatiendo ex aliquo loco ejectus, expulsus, dejectus. *Virg.* 10. *Æn.* v. 590. Excussus curru, moribundus volvitur arvis. et lib. 11. v. 640. excussus equo. et lib. 10. v. 777. hasta volans clypeo est excussa, proculque Egregium Antorem figit. *turned off in another direction.* et lib. 9. v. 476. excussi manibus radii. *dropped from her hand. Sueton. in Cæs.* c. 68. *ad fin.* excussus oculus. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 528. Agna ore excussa lupi. *shaken, dropped, or extricated from the mouth. Virg.* 5. *Æn.* v. 679. excussaque pectore Juno. *h. e.* excidit animo et mente. *Plin.* l. 4. c. 6. Tusci grandine excussi. *beaten with the hail.* quia grando e spicis grana excutit, e ramis poma decutit. *Sil.* l. 10. v. 447. His excussa incepta minis. *discomposed, disordered, thwarted. Cic. pro Sull.* c. 17. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari. *h. e.* extractos, evulsos, amissos. Sic *Id. Fam.* 9. ep. 10. Tu adeo mihi excussam severitatem veterem putas, ut, &c.? *h. e.* abjectam, depositam. *Virg. Æn.* 7. v. 299. excussus patria, *driven away, banished. Ovid.* 1. *Fast.* v. 547. excussus somno. *roused, awakened. Virg. Æn.* 3. v. 267. excussos laxare rudentes. *the cables loosened or slackened.* ¶ Cum accus. more Græcorum, *Sil.* l. 5. v. 54. et lib. 9. v. 644. excussus consul fatorum turbine mentem. *h. e.* extra se veluti positus, turbatus, amens. Sic *excussa mens* est de statu dejecta, perturbata apud *eund.* l. 2. v. 590. et *Stat.* 3. *Theb.* v. 93. ¶ Est item agitatus, jactatus, vibratus, *agitated, cast, flung, tossed, put violently in motion. Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 189. et lib. 5. *Metam.* v. 596. excussa brachia jactare per undas. *Id. Heroid.* ep. 4. v. 43. excusso jaculum vibrare lacerto. *Senec.* l. 2. *de Benef.* c. 6. Interest, utrum tela excusso lacerto torqueantur, an remissa manu effluant. *Petron. in Satyr.* c. 95. Os hominis palma excussissima pulsat. et cap. 22. Excussum forte altius poculum ancillæ caput fregit. *Curt.* l. 5. c. 3. *a med.* Fundis excussi lapides et sagittæ ingerebantur. ¶ Item spoliatus, privatus, vacuus. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 19. Aliena negotia curo Excussus propriis. *detached. Cic. de Harusp. resp.* c. 18. Quod te judices emiserunt excussum et exhaustum. *Virg.* 6. *Æn.* v. 353. navis excussa magistro. ¶ Item inquisitus, examinatus, agitatus, *examined, inquired into, discussed. Cic. pro Mur.* c. 13. Postea vero pervulgata, atque in manibus jactata et excussa, inanissima prudentiæ reperta sunt. *Quintil.* l. 8. c. 5. *a med.* Plerique minimis inventiunculis gaudent, quæ excussæ risum habent, inventæ facie ingenii blandiuntur.

EXCŪSUS, a, um, *hatched*, exclusus. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 6. et 9. excusi pulli. *Colum.* l. 8. c. 14. *circa med.* Ne noceri possit excusis anserculis. V. *Excudo.*

EXCUTĬA. V. *Aricia.*

EXCUTĬO, is, ussi, ussum, a. 3. *to shake off or out, strike or dash out*, ἐκσείω, ἐκτινάσσω, quatiendo ejicio, dejicio: ab *ex* et *quatio. Senec.* ep. 9. Si quis oculum casus excusserit. *Liv.* l. 8. c. 7. Cum equus, prioribus pedibus erectis, magna vi caput quateret, excussit equitem. *threw. Curt.* l. 3. c. 11. excutere curru. *Plaut. Men.* 1. 1. 10. Lapide clavum excutere. *Id. Capt.* 3. 4. 7. Lapide alicui excutere cerebrum. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 149. Digitis excutere pulverem. et *Petron. in Satyr.* c. 129. excutere vestem. *to shake off the dust from. Ovid.* 1. *Amor.* el. 6. v. 24. 32. 40. &c. Excute poste seram. *unloose the chain; undo the bolt. Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 2. leg. 53. *ante med.* Nummos aureos vel argenteos de manu alicujus excutere. *Plin. in Paneg.* c. 81. Lustrare saltus, excutere cubilibus feras. et cap. 11. excutere jugum. *to shake off the yoke:* metaphorice, detrectare imperium. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 624. Visceribus crescens excutiebat onus. *h. e.* abortum faciebat. *Pers.* sat. 3. v. 101. Tremor excutit poculum e manibus. *dashed, caused to fall. Curt.* l. 4. c. 4. Ut gubernator in mare excuteretur e puppi. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 280. excutere ignem de crinibus. *Virg.* 3. *Æn.* v. 200. excutimur cursu. *h. e.* a recto propositoque itinere repellimur: *we are driven out of the way.* ¶ Ponitur et pro concutere, jactare, *to shake. Ovid.* 4. *Metam.* v. 491. excutere cæsariem. *Virg.* 12. *Æn.* v. 7. *de leone.* gaudetque comantes Excutiens cervice toros. *Plin.* l. 10. c. 41. Gallinæ inhorrescunt, edito ovo, excutiuntque se se. ¶ Item pro vi elicere, *to force out. Nepos in Eumen.* c. 5. excutere sudorem. *Plin.* l. 16. c. 40. ignem. *to elicit. Al. leg.* excudere. *Plaut. Merc.* 3. 3. 15. alicui vomitum. *Terent. Heaut.* 1. 1. 15. et *Plaut. Capt.* 2. 3. 59. Lacrimas excussit mihi. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 34. excutere risum. ¶ Item pro jaculari, emittere, *to hurl, throw, discharge. Tacit.* 2. *Ann.* c. 20. excutere tela. *Curt.* l. 8. c. 13. In queis erant sagittarii gravioribus telis, quam ut apte excuti possent. *Senec. in Agamemn.* v. 536. Fulmen reducta Pallas excussit manu. *Stat. Theb.* 10. v. 69. excutere fulmen in Thebas. ¶ Et pro diruere, evertere, *to pull down, demolish, destroy. Id.* 3. *Theb.* v. 248. Ipse manu Thebas, correptaque mœnia fundo Excutiam. ¶ Et pro emittere, effundere. *Curt.* l. 4. c. 7. Largum imbrem excusserunt procellæ. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Labiorum impulsu subito spiritum excutere. *to blow out. Petron. in Satyr.* c. 115. Spiritum excussit. *h. e.* animam efflavit. ¶ Et pro turbare, instabilem reddere. *Pallad.* l. 1. tit. 9. Ne gradus ambulantium tremor fabricæ titubantis excutiat. ¶ Et translate *Virg.* 12. *Æn.* v. 158. Aut tu bella cie, conceptumque excute fœdus. *h. e.* turba, rumpe, discute. ¶ Sumitur item pro excitare. *Id.* 2. *Æn.* v. 302. et *Ovid. Her.* ep. 13. v. 111. Excutior somno. *I am roused from my sleep.* ¶ Et translate *Cic.* 3. *Offic.* c. 20. explica et excute intelligentiam tuam. *unfold, develope, rouse.* ¶ Item pro discutere, expellere, *to drive away. Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 171. Ipso cum domino calce omnes excutiamus. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 112. Valvarum strepitus lectis excussit utrumque. *roused from his bed. Virg.* 9. *Æn.* v. 68. excutere Teucros vallo. *Flor.* l. 2. c. 6. *a med.* excutere hostem oppidis et regionibus. *Lucan.* l. 1. v. 69. orbi pacem excutere. *to banish peace from the world.* Et *Plin.* l. 20. c. 6. *sub fin.* Allium potum quartanas excutit. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1076. Undis sitim excutere. ¶ Item pro abjicere, repellere, *to cast off, repel. Valer. Flacc.* l. 2. v. 185. præcipites excussit ab ubere natos. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 37. excutere aliquid in terram. ¶ Et translate *Horat.* l. 3. od. 9. v. 19. Si flava excutitur Chloe, Rejectæque patet janua Lydiæ? *h. e.* si deponitur amor Chloes. ¶ Est etiam concutere scrutandi, et explorandi causa, *to look upon, look into, search, examine. Phædr.* l. et fab. 5. v. 16. Sic porcelli vocem est imitatus sua, Verum ut subesse pallio contenderent, Et excuti juberent. *Plaut. Aulul.* 4. 4. 18. Dii me perdant, si ego tui quicquam abstuli: agedum, excutedum pallium. *Asin. Poll. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 31. *a med.* Sexcentis locis excutiuntur, deinde etiam retinentur tabellarii. *Sueton. in Claud.* c. 35. Culcitas et stragula prætentare et excutere. ¶ Translate *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 34. Nihil est Glaucia, quod metuas: non excutio te, si quid forte ferri habuisti: non scrutor. *Id.* 2. *Agrar.* c. 23. Si iniquum est, hos decemviros portitores omnibus omnium pecuniis constitui, qui etiam imperatores nostros excutiant. *Id. pro Cæl.* c. 28. Excutiemus omnes istorum delicias, omnes ineptias, si prodierint. *we shall search, discuss. Id. in Partit.* c. 36. Explicare et excutere aliquod verbum. *to examine. Quintil.* lib. 1. cap. 4. (*al.* 5.) Nec poetas legisse satis est: excutiendum omne scriptorum genus. *Plin.* l. 6. ep. 31. Excutere probationes. et lib. 10. ep. 48. rationem. *to examine. Ovid.* 4. *ex Pont.* epist. 8. v. 17. genus alicujus. *Ulpian. Dig.* lib. 17. tit. 1. leg. 42. vires hereditatis. *et mox.* vires ejus cui eram crediturus. *h. e.* inspicere, num habeat, unde sit solvendo. ¶ Illa quoque, alio sensu, translate eleganter sunt *Plin.* l. 1. ep. 18. et *Lucan.* l. 4. v. 536. Excutere alicui mentem. *h. e.* valde terrere, turbare. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 29. Mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta, soror: lapides loqueris. *make me go out of my head. Propert.* l. 4. el. 6. v. 52. Excutit arma pudor. *takes away by force. Petron. in Satyr.* c. 98. Excutere alia cui indicium. *h. e.* vi extorquere. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 8. *extr.* Conturbatio est metus excutiens cogitata. *banishing from the mind. Curt.* l. 7. c. 9. Periculi cogitationem præsentia ejus excussit. *took away the thought. Cic. pro Dom.* c. 28. Illa calamitas excussit hoc genus totum maledicti, ne quisquam audeat reprehendere consulatum meum. *hath entirely removed; hath discredited.* ductum opinor a grandine, quæ spicas excutit. Sic *Id. pro Sull.* c. 8. Qui si attulerint nervos et industriam, mihi crede, excutient tibi istam verborum jactationem. *will compel you to lay aside. Id.* 2. *Phil.* c. 29. Plus ille poterat. itaque excussis tuis vocibus et ad te, et ad prædes tuos milites misit. *Tibull.* l. 2. el. 6. v. 11. Magna loquor: sed magnifice mihi magna locuto Excutiunt clausæ fortia verba fores. Sic *Senec. in Troad.* v. 575. Magnifica verba mors prope admota excutit. (*Ovid.* 2. *Amor.* el. 1. v. 15. similem aliis verbis habet sententiam, qua hæc *Tibulli*, et *Senecæ* illustratur.) *Ovid.* 10. *Metam.* v. 426. Excutere amores. *to lay aside, dismiss. Id.* 1. *Fast.* v. 16. metum de corde. *Id.* 3. *Metam.* v. 689. corde metum. *Cicer.* 1. *Tuscul.* c. 46. *extr.* sibi radicitus opinionem aliquam. *to lay aside entirely, give up.* ¶ *Excussit* pro *excusserit* est *Plauti Bacch.* 4. 2. 16.

EXDEMETRĬCUS, titulus fuit unius ex Satyris Varronianis, teste *Gell.* l. 19. c. 8. *extr.*

EXDORSŬO, as, a. 1. *to split in the back. Plaut. Aulul.* 2. 9. 2. Congrum, murænam exdorsua, quantum potes. *Apul. in Apolog.* Desquamari et exdorsuari pisces. *Non.* c. 1. n. 61. exponit, dorso nudare: *Festus* dorsum confringere: alii apud ipsum, eximere.

EX DUCE, qui dux fuit, ut *ex consule*, qui fuit consul. *Capitolin. in Gordian.* c. 22. Duo ante ipsam aram a Gallicano ex consulibus, et Mæcenate ex ducibus interempti sunt. *Salmas.*

EXDŪTÆ, exuviæ. *Fest.* Videtur esse a Græco ἐκδύω, unde fit *exsuo.*

EXEBĔNUS. V. *Exhebenus.*

EXĔCO. V. *Exseco.*

EXĔCROR, &c. V. *Exsecror.*

EXECUTĬO, &c. V. *Exsecutio.*

EXEDENTŬLUS, a, um, *toothless*, ἀνόδους, edentulus. *Tertull. de Pall.* c. 5. *a med.* Bestia exedentula, exunguis, et excornis.

EXĔDO, is, *et* exes, it, *et* exest, edi, esum, a. 3. *to eat up, devour, consume, waste*, κατέδω, edo, rodo, corrodo, consumo. *Terent. Phorm.* 2. 2. 4. Tute hoc intristi: tibi omne est exedendum. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 63. Frumentum, quod curculiones exesse incipiunt. *Hygin.* fab. 55. Serpens, qui jecur ejus exisset. *Plin.* l. 33. c. 6. Argentum vivum exest ac perrumpit vasa, permanans tabe dira. *Lucret.* l. 5. v. 1251. flammeus ardor silvas exederat. *Senec. in Herc. Œt.* v. 914. Virus exedit artus. *præterit. Curt.* l. 4. c. 2. Nec ulla tam firma moles est, quam non exedant undæ per nexus operum manantes. *Id.* l. 3. c. 4. Multa monumenta vetustas exederat. ¶ Urbane *Terent. Heaut.* 3. 1. 53. Atque hæc una nox: quid te futurum censes, quem assidue exedent? *will eat you entirely up; will waste your property.* ¶ Translate est conficere, consumere. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 13. Ægritudo lacerat, exest animum, planeque conficit. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 470. quam te Exedit labor, et miseris festina senectus! *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 23. Cum penitus mœstas exedit cura medullas. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 319. exedere animum dolor iraque demens. *Id.* l. 2. *silv.* 1. v. 154. mors lenta jacentis exedit pueri decus. *wastes, consumes. Virg.* 5. *Æn.* v. 785. Exedisse urbem odiis. ¶ Absolute *Plaut. Epid.* 3. 1. 1. Exspectando exedor miser, atque exenteror. ¶ *Exedim, is, it*, antiquum est, et comicum. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 30. Non condimentis condiunt, sed strigibus, vivis convivis intestina quæ exedint. ¶ *Exedis, it* pro *exes, exest* rarum est; quod et in fine verbi *Edo* adnotavimus. *Seren. Sammon.* cap. 7. *de phrenes.* Sive calens febris jactatos exedit artus. [¶ Translato et obsceno sensu loquitur cinædus pathicus ad dominum suum de asino, quem pullulum, *h. e.* delicium suum vocat. *Apul.* 8. *Met.* pag. 577. *Oudend.* Cave, ne solus exedas tam bellum scilicet pullulum, sed nobis quoque, tuis palumbulis, nonnumquam impertias. Sic *Plaut. Pseud.* 4. 7. 24. *Ball.* Jam admordere hunc mihi libet. *Sim.* Jam ne illum comesurus es? *Ball.* Dum recens est, dum datur, dum calet, devorari decet. *Id. Curcul.* 1. 1. 45. Nimis formido ne exedat. *Ph.* Odiosus es. ¶ Particip. *exedens* apud *Cels.* l. 5. c. 19. sect. 18. Emplastra exedentia.]

EXĔDRA, æ, f. *a place for sitting and conversing in; a hall, parlour, piazza*, ἐξέδρα, locus apertus in porticu, vel etiam sub dio, solibus atque aeri pervius, in quo multæ circum positæ sellæ colloquendi causa: ab ἕδρα, sella, sedes, ab ἕζομαι, sedeo. Ejus usus ex his locis apparet, quæ subjicimus. *Vitruv.* l. 5. c. 11. Constituuntur in tribus porticibus exedræ spatiosæ, habentes sedes, in quibus philosophi, rhetores, reliquique, qui studiis delectantur, sedentes disputare possint. *Id.* l. 7. c. 9. Apertis locis, idest peristyliis, aut exedris, quo sol et luna possit splendores et radios immittere, &c. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 5. Cum in eam exedram venisset, in qua Crassus, lectulo posito, recubuisset. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 6. Cum ad eum venissem, offendi eum sedentem in exedra, et cum Velleio disputantem. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 3. leg. 5. Oportebit, prætorem æquitate motum dare actionem in eum, ex cujus cubiculo vel exedra dejectum est. *exedra* hoc loco videtur esse cubiculum in ipsis ædibus, sessioni, et confabulationibus destinatum, quod nos diceremus *a withdrawing-room.* ¶ Apud nos quoque *exedræ* dici possunt sedilia lignea, aut lapidea, quæ poni solent ante fores ædium: item cubicula ampliora in ædibus religiosorum hominum, quæ ipsi *Capitula* vocant. ¶ Scribitur et *exhedra:* tametsi aspirationem frequentior Latinus extrivit usus.

EXEDRĬUM, ii, n. ἐξέδριον, parva exedra. *Cic. Fam.* 7. ep. 23. *circa med.* Exedria quædam mihi nova sunt instituta in porticula Tusculani. *Exedria* hoc loco videntur potius significare sedilia, quæ in ipsa exedra poni solent.

EXĔDUM, i, n. *the herb mulary*, herba, quæ et nodia, et mularis, coriariorum officinis nota: vim habens contra veternum, nomas, et scorpiones. *Plin.* l. 24. c. 19.

EXEFFICĬO, is, a. 3. plane efficio, conficio, perficio. Legitur a nonnullis apud *Plaut. Curcul.* 2. 3. 85. et *Trucul.* a. 5. v. 17. ubi plerique alii *efficio.*

EXEGETĬCE, es, f. ἐξηγητικὴ, pars est Grammaticæ narrativa, quæ pertinet ad officia lectionis. *Diomed.* l. 2. pag. 421. *Putsch.*

EXEMPLAR, aris, n. *a copy, transcript*, ἀπόγραφον, id, quod ex autographo descriptum est. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 5. Cum igitur cuiquam misi prius? urgebar ab eo, ad quem misi, et non habebam exemplar. *Plin.* l. 4. ep. 7. Librum in exemplaria transcriptum mille, per totam Italiam dimisit. *Asin. Poll. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 31. *extr.* Ex litteris quas Pansæ misi, cognosces omnia. nam tibi earum exemplar misi. *Gell.* l. 7. c. 20. *extr.* In libros de corrupt[illegible] exemplaribus factos inciderunt. *Horat. de ar. poet.* v. 26[illegible] vos exemplaria Græca Nocturna versate manu, versate di[illegible] urna. *Plin.* l. 10. ep. 75. Exemplar testamenti. *Plin. alte*[illegible] l. 35. c. 11. Exemplar tabulæ, quod apographon vocan[illegible] *the copy of a picture.* ¶ Translate *Cic. de Amic.* c. 7. Ve[illegible] rum amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod ir[illegible]

tuetur sui. *Plin.* l. 35. c. 10. *de Timanthe pictore.* Sunt et alia ingenii ejus exemplaria, veluti Cyclops dormiens, &c. *copies, pictures, monuments, works.* ¶ Item id, quod ad imitandum nobis proponimus. *an example, exemplar, precedent, pattern, model, copy.* Inter hoc, et *exemplum* statuitur a *Festo* discrimen, ut *exemplar* sit, ex quo simile faciamus, et pertineat ad oculos: *exemplum,* quod imitando sequamur, aut vitemus, et pertineat ad animum. *Cic. de Univ.* c. 2. Si is, qui aliquod munus efficere molitur, eam speciem, quæ semper est eadem, intuebitur, atque eam sibi proponet exemplar. *Senec.* ep. 33. *a med.* Meminisse est rem commissam memoriæ custodire: at contra scire est et sua facere, nec ab exemplari pendere. *Id.* ep. 65. In statua id ex quo, æs est: id a quo, artifex est: id ad quod, exemplar est, quod imitatur is, qui facit. *Plin.* l. 36. c. 13. Hinc sumpsit Dædalus exemplar labyrinthi. *plan. Id.* l. 35. c. 12. Octavio equiti R. cratera facere volenti, exemplar e gypso factum talento. *the model.* ¶ Sæpe tamen promiscue usurpantur. *Cic. pro Mur.* c. 32. *sub fin.* Ad imitandum vero tam mihi propositum exemplar illud est, quam tibi. *Id. pro Cæcin.* c. 10. Falcula exemplar antiquæ religionis. *Plin.* l. 2. ep. 1. Exemplar vitæ prioris. et lib. 5. ep. 15. Cornuto quid melius, quid sanctius, quid in omni genere ad exemplar antiquitatis expressius? *Tacit.* 6. *Ann.* c. 32. Exemplar adulatorii dedecoris apud posteros. *Id.* 15. *Ann.* c. 23. Certamen ad exemplar Atticæ religionis decretum. *after the manner of. Horat.* l. 1. ep. 2. v. 18. quid virtus, et quid sapientia possit, Utile proposuit nobis exemplar, Ulyxem. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 37. Celeberrimæ luxu famaque epulæ fuere, quas a Tigellino paratas, ut exemplar referam, ne sæpius eadem prodigentia narranda sit. *that I may select this instance.*

EXEMPLĀRE, is, n. exemplar, apud vet. *Lucret.* l. 2. v. 122. Dumtaxat rerum magnarum parva potest res Exemplare dare, et vestigia notitiai. *Plin.* l. 35. c. 10. *ante med. de Timanthe.* Sunt et alia ingenii ejus exemplaria.

EXEMPLĀRIS, re, *according to a pattern,* adject. qui est secundum exemplar. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 8. Virtutes exemplares sunt, quæ in ipsa divina mente consistunt, a quarum exemplo reliquæ omnes defluunt.

EXEMPLARĬUM, ii, n. exemplar, seu exemplum. *Arnob.* l. 6. pag. 198. Phryna illa Thespiaca, cum in acumine ipso esset pulcritudinis, exemplarium fuisse perhibetur cunctarum, quæ in opinione sunt, Venerum. *Scævola Dig.* lib. 32. leg. 48. Binæ tabulæ testamenti eodem tempore exemplarii causa scriptæ. Adde *Hieronym. advers. Helvid.* c. 8. *sub fin.*

EXEMPLĀTUS, a, um, adject. ad exemplum factus, ut exemplatus libellus, apud *Sidon.* l. 4. ep. 16. *copied, transcribed.*

EXEMPLUM, i, n. *a copy, transcript,* ἀπόγραφον, id, quod ex alio descriptum est. De origine vocis V. Etymologos. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 7. v. 23. Quæ quoniam non sunt penitus sublata, sed exstant, Pluribus exemplis scripta fuisse reor. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 23. *extr.* et lib. 8. ep. 6. et 11. &c. Cæsaris epistolarum exemplum tibi misi. *Paul. Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 45. Actorum exemplum edere. *to furnish a copy,* &c. ¶ Item sæpius illud ipsum, quod aliqua scriptione continetur. *the sense, tenor, purport. Cic. Fam.* 4. ep. 4. Accipio excusationem tuam, qua usus es, cur sæpius ad me litteras uno exemplo dedisses. et lib. 9. ep. 16. De quo et tu mihi antea scripseras, bis eodem exemplo. *Id. Attic.* l. 9. ep. 6. Capua litteræ sunt allatæ hoc exemplo: Pompeius mare transiit, &c. *Id.* 2. *Agrar.* c. 20. Componere exemplum epistolarum. ¶ Refertur et ad res alias. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 20. Ædes probant: sibi quisque inde exemplum expetunt. *a design, model. Sueton. in Claud.* c. 20. *extr.* Superposuit altissimam turrim in exemplum Alexandrini Phari. *in the manner. Plaut. Pseud.* 1. 2. 56. Hic quoque exemplum reliquit mulieris. *the picture. Id. Trinum.* 4. 2. 76. *Ch.* Nomen patris quod ad exemplum est? *Sy.* ad hoc exemplum est. Char. *Ch.* an Chares? an Charmides? *what other name does it resemble? &c. it begins thus,* Car. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 6. Si quis purpuram vendens dicat, sume a me, sed hujus exemplum aliunde rogabo. *et mox.* Si acervos se dicant tritici habere, et eorum exemplum pugno non habeant. *a sample. Ovid.* 4. *Metam.* v. 621. Nunc huc, nunc illuc exemplo nubis aquosæ, Fertur. *in manner like,* &c. *Plaut. Mil.* 2. 4. 6. Credo, istoc exemplo tibi esse eundum extra portam. *in this manner, thus,* et *Pers.* 3. 1. 7. Ad hoc exemplum te exornavi. *after this fashion. Liv.* l. 31. c. 12. Quæstionem de expilatis thesauris eodem exemplo haberi, quo M. Pomponius prætor ante habuisset. *with the same ceremony.* ¶ Sæpe est propositio, seu narratio rei peculiaris, quæ ad faciendam fidem, aut ad explicandum quippiam affertur. *an example, instance,* παράδειγμα. *Auct. ad Herenn.* l. 4. cap. 49. Exemplum est alicujus facti aut dicti præteriti, cum certi auctoris nomine, propositio. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 30. Exemplum est, quod rem auctoritate, aut casu alicujus hominis aut negotii confirmat, aut infirmat. *Auct. ad Herenn.* l. 4. cap. 3. Hoc interest inter exemplum et testimonium: exemplo demonstratur, id quod dicimus, cujusmodi sit: testimonio esse illud ita, ut dicimus, confirmatur. *Sueton. in Tiber.* c. 21. Ex quibus in exemplum pauca subjeci. *for example's sake, by way of example. Cic.* 13. *Phil.* cap. 2. Exempli causa paucos nominavi. *for example.* et *pro Mur.* c. 12. Quia in alicujus libris, exempli causa, id nomen invenerant, putarunt, &c. *for instance. Plin.* l. 2. c. 17. Exempli gratia, in Martis sidere, &c. *Nepos in Lysandro,* c. 2. Cujus de perfidia satis est, unam rem, exempli gratia, proferre. *Quintil.* l. 10. c. 2. Assumere aliquid in exemplum. *to adduce by way of example. Id.* 1. *de Divin.* c. 20. et lib. 2. c. 3. Exemplis grandioribus uti, et claris, et illustribus. *Id.* l. 2. *de Invent.* c. 51. *extr.* Uniuscujusque constitutionis exemplum supponere non gravamur. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 30. Divinare morientes, etiam illo exemplo confirmat Possidonius, quo affert, Rhodium quendam sex nominasse, &c. *Plaut. Epid.* 1. 1. 7. Quid tu? agis ut velis? *Th.* exemplum adest. *h. e.* ecce exemplum, ac testimonium ejus rei, quam quæris. Al. leg. *exemplum habes:* quod eodem recidit. ¶ Item illud ipsum, quod in exemplum affertur, nempe res aliqua insignis, ad cujus similitudinem aliquid fieri potest, et quæ imitanda proponitur, tum in bonam, tum in malam partem. *Cic. Phil.* 10. c. 2. Proponere alicui exempla ad imitandum. *patterns. Id. pro Deiot.* cap. 10. Eum virum, unde pudoris pudicitiæque exempla peterentur. *Id.* 3. *de Legib.* cap. 14. Vitiosi principes plus exemplo, quam peccato nocent. *by setting forth a bad example. Id.* 1. *de Orat.* c. 53. Cum esset ille vir exemplum innocentiæ. *a model, pattern. Terent. Adelph.* 5. 1. 5. disciplinæ. et *Andr.* 1. 1. 65. continentiæ. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. Cupiisse te, quoniam Smyrnæ duos insuisses in culleum, simile in superiori parte provinciæ edere exemplum severitatis tuæ. *Terent. Eun.* 5. 5. 4. Quæ futura exempla dicunt in eum indigna! et vers. 6. Quid ais? in quem exempla fient? *h. e.* tam graves animadversiones et supplicia, ut exemplo futura sint, vel quæ narranda sint tanquam exemplum sævitiæ. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 31. Omnia exempla cruciatus edere in aliquem. *Terent. Heaut. prol. extr.* Exemplum statuite in me, ut adolescentuli vobis placere studeant potius, quam sibi. *Id. Andr.* 4. 1. 27. Capere exemplum de aliquo. *h. e.* ab aliquo eum imitando. *Id. Adelph.* 3. 3. 52. Ex aliis sumere exemplum sibi. *Id. Heaut.* 5. 1. 47. Non tibi ego exempli satis sum? *am not I example enough? Id. ibid. prol.* v. 20. Habet exemplum bonorum: quo exemplo sibi licere id facere, quod illi fecerunt, putat. *Quintil.* l. 10. c. 2. Intueri aliquid in exemplum. *h. e.* imitandi causa. *Cic. Fam.* 4. ep. 3. Quod exemplo fit, id etiam jure fieri putant. *fit to imitate. Nepos in Agesil.* c. 4. Exemplum alicujus sequi. *Vellei.* l. 2. c. 116. Adolescens in omnium virtutum exempla genitus. *Plin.* l. 3. ep. 1. Uxor singularis exempli. *Id.* l. 9. ep. 13. *extr.* Vera ne hæc, affirmare non ausim; interest tamen exempli, ut vera videantur. et lib. 8. ep. 22. *extr.* Quem insignire, exempli non nihil; non insignire, humanitatis plurimum refert. *Id.* l. 6. ep. 29. Suscipiendas esse causas aut amicorum, aut destitutas, aut ad exemplum pertinentes. *Id. in Paneg.* c. 6. Inducere pessimum exemplum. *to set a very bad example. Trajan. ad eund.* l. 10. ep. 98. Res pessimi exempli est. *Plin. alter* l. 7. c. 16. Cum dentibus nasci, in feminis inauspicati fuit exempli. *likely to be productive of inauspicious consequences.* ¶ Cum infinito. *Sil.* l. 17. v. 141. tum vincla viro . . . . . Addita, et, exemplum non unquam fidere lætis, Sceptriferas arcta palmas vinxere catena. ¶ In *Gloss. Philox.* est instrumentum ad eximendas ex aheno carnes coctas, κρεάγρα. Latine scribens ne usurpaveris.

EXEMPTĬLIS, e, *that may be easily taken away,* qui eximi potest, ἐξαιρέσιμος. *Colum.* l. 8. c. 11. Hæ perticæ idcirco sunt exemptiles, ut cum res exigit, a paxillis deductæ liberum aditum converrentibus stabulum præbeant. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 25. sect. 11. Margarita, vel alii lapides exemptiles.

EXEMPTĬO, onis, f. *a taking out or away,* ἐξαίρεσις, actus eximendi. *Varr.* l. 3. *R. R.* cap. 17. *ad fin.* Exemptionem alvi apiarii facere. *h. e.* mel eximere, quod *castrare favos Colum.* dixit. *Colum.* l. 3. c. 18. *ad fin.* Cum per exemptionem imæ partes (*seminum, seu malleolorum*) perfractæ sunt. *h. e.* extractionem. Adde cap. 19. *Pompon. Dig.* lib. 19. tit. 5. leg. 16. Si post exemptionem cretæ fossam replevero. *Paul.* l. 2. tit. 7. leg. 4. et *Ulpian.* leg. 5. Exemptio ejus, qui in jus vocatus est. *h. e.* cum quis vi, aut dolo detinetur, quo minus in jus vocatus eat: qua de re toto eo titulo agitur.

EXEMPTOR, oris, m. qui aliquid eximit. *Plin.* l. 36. c. 15. Exemptores quoque affirmant, compleri sponte illa montium ulcera. De lapidum fodinis loquitur, et *exemptores* vocat eos, qui lapides seu marmora eruunt, *a stonehewer, hewer of stones out of quarries.*

EXEMPTŬS, us, m. idem quod exemptio, ablatio. *Vitruv.* l. 9. c. 9. Cuneorum adjectus aut exemptus perficere cogit.

EXEMPTUS, *et* Exemtus, a, um, *taken out or away,* ἐξῃρημένος, extractus, sublatus, ablatus, detractus. *Horat.* l. et ep. 2. v. 212. Quid te exempta levat spinis de pluribus una? *Marcell. Dig.* lib. 41. tit. 1. leg. 8. Lapis terra exemptus. *Plin.* l. 28. c. 8. Lapillos ventre crocodili exemptos. et cap. 4. Exemptus dens. *extracted, drawn. Id.* l. 13. c. 4. Exempta medulla vivunt palmæ. *Apic.* l. 8. c. 7. *ad fin.* Exemptæ cochleæ. *taken out of the shell. Sueton. in Tiber.* c. 73. Exemptum annulum alicui tradere: dein rursus aptare digito. *Virg.* 1. *Æn.* v. 220. Exempta fames epulis. *Justin.* l. et cap. 11. Illi aucta insolentia, exempta comitas. *laid aside. Curt.* l. 7. c. 1. Exemptus supplicio. *exempted. Plin.* l. 2. ep. 12. Exemptus honoribus. *h. e.* cui ad honores interclusus est aditus. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 626. Jus exemptum restituere. *h. e.* ademptum. *Al. leg.* ereptum. *In Edicto Præt.* apud *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 6. leg. 1. et 26. Exempta actio. *h. e.* adempta, cum scil. quis desiit posse agere. *Pompon.* lib. 45. tit. 2. *leg. ult.* Cum duo eandem pecuniam deberent, si unus capitis deminutione exemptus est. *h. e.* liberatus obligatione solvendi. *Lucret.* l. 1. v. 974. ut exempta concedas fine patere. *h. e.* sine fine ac termino. *Senec. sub init.* l. 3. *quæst. natur.* Damna ætatis male exemptæ labor sarciat. *h. e.* subtractæ gravioribus studiis. ¶ Item exactus, transactus, *passed, transacted. Pallad. in Octobr.* tit. 15. Exemptis quadraginta diebus, melle addito, uteris. *et in Novembr.* tit. 20. Postea, tribus diebus exemptis, auferunt. *et in Februar.* tit. 17. *sub fin.* anno exempto. et tit. 26. quarto exempto mense pariunt.

EXENTERĀTUS, a, um, adject. *exenterated, having the entrails taken out,* visceribus spoliatus, ἐντερευθείς. *Justin.* l. 1. cap. 5. *extr.* Epistola exenterato lepori inseritur. *Voss. in Etymol.* testatur, in quibusdam vet. codicib. legi *exinteratus,* quasi sit ab *intus.*

EXENTĔRO, as, a. 1. *to exenterate, eviscerate, embowel,* ἐξεντερεύω, eviscero, interiora aufero, ab ἔντερον, intestinum. V. *Exenteratus.* ¶ Translate evacuare. *Plaut. Epid.* 2. 2. 2. Acutum cultrum habeo, qui seni exenterem marsupium. ¶ Item pro cruciare. *Id. ibid.* 3. 1. 1. Exspectando exedor miser, atque exenteror. ¶ Legitur et *exintero.*

EXĔO, is, ivi, *et* ii, itum, *to go out,* ἐξέρχομαι, extra eo, egredior. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 65. Exire de triclinio, de cubiculo. *Id. Attic.* 2. ep. 7. *sub fin.* de navi. *Nepos in Themist.* c. 8. ex navi. *Cic.* 1. *Fam.* ep. 9. *ante med.* et *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 6. et 12. domo. *Cic. in Pison.* c. 14. a patria. *Al. leg.* e patria. *Id.* 4. *Fam.* ep. 1. *extr.* ex urbe. *Curt.* l. 8. cap. 1. *extr.* de convivio. *Terent. Andr.* 1. 2. 3. et *Plaut. Cas.* 2. 5. 42. foras. *Terent. Eun.* 3. 4. 7. ab aliquo. *h. e.* domo alicujus. *Senec.* l. 1. *de benef.* c. 1. Verba maligna, et vix exeuntia. [¶ Inter *exeo,* et *emigro* differre aliquando aliquid (nam fere promiscue semper usurpantur) monet nos *Ciceronis* locus *Verr.* 4. c. 36. Domo ejus emigrat Verres, atque adeo exit, nam jam ante migrarat. Ex loci hujus sententia emigrare est alio se ad habitandum conferre, vasis tamen relictis; exire vero significat universa sua discedendo secum asportare. ¶ *Exire de nomine familiæ,* vel absolute *de nomine* dicebantur monumenta sepulcralia, quæ exteros heredes e diversa familia ortos recipiebant. *Inscript.* apud *Brisson. de formul.* pag. 680. Hoc monumentum cum ædificio neque veniet, neque donabitur, neque pignori obligabitur, sed nec ullo modo alienabitur, ne de nomine exeat familiæ suæ. *Marin. Inscript. Alban.* pag. 66. Vivus sibi, uxori, fratri etc. fecit, ita ne de nomine exeat.] ¶ Cum casibus motus ad locum. *Plin.* l. 9. c. 57. Exire ad pabula. et lib. 10. c. 44. in pascua. *Cic.* 1. *Offic.* c. 17. in alias domos tanquam in colonias. et cap. 32. in solitudinem. *Curt.* l. 9. c. 4. et *Liv.* l. 44. cap. 39. in aciem. *Virg.* 4. *Georg.* v. 67. et *Liv. ibid.* ad pugnam. *Lucr.* l. 1. v. 170. in luminis oras. *h. e.* nasci. *Cic.* 7. *Verr.* cap. 51. et *Nepos in Alcib.* c. 8. *extr.* in terram. *to disembark, debark, land. Cicer. Fam.* 2. ep. 16. ex Italia ad bellum civile. *Plin.* l. 11. c. 10. ad opera. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 33. Cum omnem Galliam occupassent, in Provinciam exirent. *had passed over. Terent. Hecyr.* 4. 1. 6. Exire ad aliquem. *h. e.* domo ad aliquem visendum. *Stat.* 11. *Theb.* v. 353. a nostris in fratrem amplexibus exis. *h. e.* postquam me amplexus es, prodis ad pugnandum contra fratrem. ¶ Cum accus. *Terent. Hecyr.* 3. 3. 18. Exire limen. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 52. donec Avernas exierit valles. Adde *Valer. Flacc.* l. 4. v. 698. ¶ Cum infinito *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 238. Exierant dare veris opes, divæque severas Fronde ligare comas. ¶ Absolute *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 6. Paludati, votis nuncupatis, exeunt Consules. *h. e.* ex urbe ad bellum proficiscuntur. Sic *Nep. in Agesil.* c. 6. Cum a plerisque ad exeundum premeretur, exire noluit. *Id. in Alcib.* c. 3. Priusquam classis exiret. *went out of harbour:* et *in Themist.* c. 6. Solus profectus est: reliqui legati ut tum exirent, præcipit, cum, &c. *Cic. Fam.* 9. ep. 6. Exire Ostiæ. *to disembark at Ostia. Senec. de Benef.* l. 3. c. 16. Feminæ exeunt matrimonii causa. *h. e.* domo et familia. ¶ Translate *Cic. de Amic.* c. 4. Exire de vita. *to die. Id. de Fin.* l. 1. c. 15. e vita. *Nep. in Timol.* cap. 4. Nihil unquam neque insolens, neque gloriosum ex ore ejus exiit. *escaped, proceeded. Cic.* 2. *de Orat.* c. 22. *extr.* Isocrates magister istorum omnium, cujus e ludo, tanquam ex equo Trojano, meri principes exierunt. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 630. Exire modum. *to exceed. Senec.* l. 3. *de Benef.* c. *ult.* Opus laudabile, nunquam a memoria hominum exiturum. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 5. Exisse ex potestate dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine aut iracundia. *et mox.* Qui exisse ex potestate dicuntur, id circo dicuntur, quia non

sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est. *Petron. in Satyr.* cap. 90. Quotiescumque cœperis a te exire, sanguinem tibi a capite mittam. *to be beside yourself.* *Cic.* 4. *Verr.* c. 25. Cum omnes perspicerent, ad istum illos nummos, qui per simulationem ab isto exierant, revertisse. *had gone from the hands of that person.* *Vellei.* l. 2. c. 82. Fugam suam, quia vivus exierat, victoriam vocabat. *because he had escaped with his life.* *Cic. pro Dom.* c. 14. Exire e patriciis. *h. e.* ex ordine patricio ad plebeium transire. ¶ Interdum est vitare, declinare, *to shun, avoid.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 438. Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit. *Lucret.* l. 5. v. 1329. feros exibant dentis adactus. *Id.* l. 6. v. 1215. procul absilicbat, ut acrem exiret odorem. *Virg.* 11. *Æn.* v. 750. vim viribus exit. *h. e.* viribus suis vim impetumque hostis avertit. Adde *Stat.* 6. *Theb.* v. 802. ¶ Interdum liberari, *to be freed or liberated.* *Cic. Phil.* 11. cap. 6. Ære alieno exire. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 164. exire ex ærumna. ¶ Interdum ascendere, erigi, in altum ferri. *Lucret.* l. 6. v. 886. ignem exspirare foras, exireque in auras. *Virg.* 2. *Georg.* v. 81. ingens Exiit ad cælum ramis felicibus arbos. *Plin.* l. 13. c. 4. Palmis religant comas, ut in altitudinem exeant. *Stat. Theb.* 6. v. 858. sic grandibus alte Insurgens humeris hominem super improbus exit. ¶ Interdum vulgari, emanare. *Nep. in Annib.* c. 9. Magnam secum pecuniam portabat, de qua sciebat exisse famam. *had gone forth.* *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 1. Nequaquam similiter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. *Id. Attic.* l. et ep. 13. Libri quidem ita exierunt. *were published.* *Nep. in Datam.* c. 6. Si in turbam exisset, ab homine tam necessario se relictum. *Sueton. in Galb.* c. 20. Exierat in vulgus. *Id. in Ner.* c. 53. Exiit opinio. ¶ Item terminari, desinere, *to terminate, end.* *Plin.* l. 16. cap. 23. Populo albæ folia vetustiora in angulos exeunt. *Id.* l. 7. c. 19. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam torvitatemque naturæ. *Id.* l. 37. c. 6. Vitium opali, si color in florem heliotropii exeat. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *a med.* Nomina, quorum prima positio in easdem, quas *Castor*, litteras exit. (Alio sensu *Id. ibid. cap. sequenti.* Dummodo per eandem litteram in infinito exeant. *h. e.* eandem litteram in pænultima infiniti habeant.) *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 25. Quinto anno exeunte. *at the end of the fifth year.* *Liv.* l. 4. cap. 30. *ad fin.* Induciarum dies exierat. *had expired.* *Senec.* ep. 8. Nullus mihi per otium dies exit. *is passed, passes.* *Lucan.* l. 5. v. 409. rapiendi tempora belli In segnes exisse moras. *Plin. in Paneg.* cap. 68. Securus tibi et lætus dies exit. *Quintil.* l. 8. c. 6. Continuus metaphoræ usus in allegoriam et ænigmata exit. *passes, goes, is changed into, becomes.* et lib. 1. c. 5. *extr.* (*al.* c. 10.) Verba repudiata etiam in jocos exeunt. *they pass into ridicule.* ¶ Interdum germinare, pullulare. *Plin.* lib. 25. cap. 4. Folia a radice exeunt. *sprout out,* vel *grow.* *Id.* l. 11. c. 30. Formicæ semina arrosa condunt, ne rursus in fruges e terra exeant. *sprout.* *Id.* lib. 18. cap. 7. Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 549. Exit messis. ¶ Item extendi, proferri. *Senec. de brevit. vitæ,* cap. 6. Vestra vita, licet supra mille annos exeat, in arctissimum contrahetur. *Plin.* l. 2. ep. 11. *a med.* Probationes in tertium diem exierunt. *are protracted even to; are continued to,* &c. *Plin. alter* l. 33. c. 7. Nonaginta annis ante Praxibulum: quod tempus exit in Urbis nostræ ducentesimum sexagesimum nonum annum. *falls out about, agrees or coincides with.* *Ovid.* 5. *Fast.* v. 189. Circus in hunc exit mensem. *comes to a close, terminates.* *Lucan.* l. 8. v. 461. Emensus Cypri scopulos, quibus exit in Austrum. *extends southward.* Sic. lib. 5. v. 380. Appulus Adriacas exit Garganus in undas. *Quintil.* l. 4. c. 2. Si tamen adhibitis his quoque artibus, in longum exierit ordo rerum, &c. *should become long.* ¶ Item dicendo egredi a proposito, *to digress, turn off from the main subject.* *Id.* l. 11. cap. 2. More Poetis frequentissimo digressus, in laudes Castoris et Pollucis exierat. ¶ Pertinet etiam ad sortitiones. *Cic.* 1. *Attic.* ep. 19. Cum de consularibus mea prima sors exisset. *Id.* 4. *Verr.* cap. 51. Cujus nomen exisset. ¶ Item ad flumina in mare influentia. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 13. v. 10. *de Nilo.* Per septem portus in maris exit aquas. *disembogues itself.* *Valer. Flacc.* l. 8. v. 187. *de Istro.* septem exit aquis, septem ostia pandit. ¶ *Exire in aliquem,* infesto anime ire. *Stat.* 11. *Theb.* v. 724. in hunc odiis, et regni viribus exis. et lib. 2. v. 490. exit in unum Plebs ferro jurata caput. Sic lib. 5. v. 151. ferroque omnes exire per annos. *h. e.* sævire in omnis ætatis homines. ¶ Exire in iram, *Lucan.* l. 3. v. 112. irasci. ¶ Passive impersonaliter. *Cato R. R.* c. 1. Uti inde exiri possit. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. *ad fin.* In Velabro, qua in novam viam exitur. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* cap. 67. Non posse clam exiri. *Plaut. Cæs.* 4. 3. 15. Crepuit ostium: exitur foras. ¶ Particip. *exeundum.* *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* cap. 69. Nemo erat adeo tardus, quin statim castris exeundum putaret. ¶ *Exeit* pro *exibit,* V. in fine verbi *Eo.*

EXEQUĬÆ. V. *Exsequiæ.*

EXĔQUOR, &c. V. *Exsequor.*

EXERCĔO, es, ercui, ercitum, a. 2. ab *ex,* et *arceo,* quia quæ exercentur, hoc est excoluntur, sub certa lege ac ratione coercentur, continenturque. Alii volunt esse ab ἐξεργέω (simili τῷ εἰσεργέω) idem significante, ab ἔργον, opus. Itaque significat colere, excolere, tractare, opere versare. *to labour, work, ply,* διαπονέω. *Virg.* 8. *Æn.* v. 424. Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 145. exercet aranea telas. *Virg.* 10. *Æn.* v. 141. Pinguia culta exercere. *to cultivate.* *Id.* 1. *Georg.* v. 219. humum in messem. *Id.* 7. *Æn.* v. 798. vomere colles. *Sil.* l. 1. v. 373. *de falarica.* Dum penitus pluteis Vulcanum exercet adesis. *h. e.* applicat, et quodammodo in pluteis comburendis laborare facit, fatigat. *Plin.* l. 1. ep. 20. Vineas, arbusta, campos curare et exercere. ¶ Et translate *Sallust.* orat. 2. *ad Cæs. circa med.* Malitia præmiis exercetur: ubi ea dempseris, nemo gratuito malus est. ¶ Item in opere detinere. *to practise, train, inure to labour, keep actively employed, exercise.* *Virg.* 1. *Georg.* v. 210. Exercere tauros. *to break in.* *Nepos in Dione,* c. 9. Navem in portu agitari jubet, ut si exercere remiges vellet. *Sueton. in Aug.* c. 16. Exercere milites in aliqua re. *Id. de Rhetorib.* c. 1. Discipulos. *to instruct.* *Catull.* carm. 60. *epithal. Jul. et Manl. in fin.* juventam. *Plaut. Pœn. prol.* v. 13. et *Cic.* 1. *de Orat.* cap. 33. vocem, et vires suas. *Virg.* 6. *Æn.* v. 642. In gramineis exercent membra palæstris. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 8. v. 41. animos in armis. *Id.* 6. *Metam.* v. 375. linguas litibus. *Plaut. Amph.* 1. 1. 168. pugnos in aliquo. *Cic. de Senect.* cap. 11. memoriam. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 21. ingenium. *Cic. in Somn. Scip. in fin.* animam, mentem in optimis rebus. *Id. in Bruto,* cap. 64. *extr.* adolescentem multos annos in studio laudis. *Id. in Orat.* c. 14. *extr.* Aristoteles adolescentes in thesi, ad copiam rhetorum, in utramque partem exercuit. *Id.* 1. *Catil.* c. 10. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit. *Id. pro leg. Manil.* cap. 10. Quod genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna reipublicæ? *Id.* 2. *de nat. Deor.* cap. 64. Exerceri in venando. *Id.* l. 6. *Attic.* ep. 1. *circa med.* Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur. *Id. in Bruto,* cap. 90. A Diodoto studiosissime in Dialectica exercebar. *Id.* 1. *de Orat.* c. 57. In hoc genere pueri apud magistros exercentur omnes. ¶ Exercere se. *to be well versed or practised.* *Cic. ad Brut.* ep. 15. Gravi judicio multaque arte se exercuit in verissimo genere dicendi. *Id. Attic.* l. 9. ep. 4. Exercere se in consultationibus. *Id.* 1. *de Orat.* cap. 34. Exercere se ad Ennii versus. *to make himself familiar with.* *Id. in Bruto,* c. 71. Se quotidianis commentationibus acerrime exercuit. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 17. Subduc cibum unum diem athletæ: Jovem Olympium, eum ipsum, cui se exercebit, implorabit. ¶ Et omisso accusativo. *Id.* 2. *de Orat.* c. 71. Cum ceteris in campo exercentibus, in herba ipse recubuisset. ¶ Est etiam factitare, tractare, versari in aliquo munere administrando. *to do, practise, be employed upon.* *Virg.* 1. *Georg.* v. 268. etiam festis quædam exercere diebus, Fas et jura sinunt. *Cic. pro Cluent.* c. 63. *extr.* Instructam ei, medicinæ exercendæ causa, tabernam dedit. *Virg.* 4. *Æn.* v. 87. Exercere arma. *to practise himself in the art of war.* *Valer. Flacc.* l. 3. v. 161. Exercere pharetram et arcum. *to use, employ.* *Virg.* 1. *Æn.* v. 503. choros. et 9. *Æn.* v. 62. agni balatum exercent. *know how to bleat.* et lib. 1. *Georg.* v. 403. exercet noctua cantus. *Cic. pro leg. Manil.* c. 6. Exercere vectigalia. *to collect the public revenue.* *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 9. leg. 1. navem, cauponam, stabulum. *to exercise the profession of a sailor, of a vintner, or of a stableman.* *Id.* lib. 7. tit. 1. leg. 13. fodinas auri, argenti, sulphuris. *to work.* *Id.* lib. 28. tit. 5. leg. 35. *extr.* pecunias. *h. e.* fenus, ut loquitur *Paul.* lib. 26. tit. 7. leg. 48. vel in merces insumere, unde augeantur. *Horat. in fin.* ep. 14. l. 1. artem. *Plin.* l. 12. c. 14. commercium turis. *Liv.* l. 31. c. 26. populationem. *Cic.* 2. *de Fin.* cap. 16. quæstionem inter sicarios. *Id.* 1. *de Legib.* c. 4. jus civile. *to act the part of an advocate, vel of a manager between parties.* et *pro Arch. in fin.* judicium. *to sit in judgment.* quod est prætoris, aut judicis quæstionis. *Plin.* l. 10 c. 21. regnum. *to reign.* *Ovid. Metam.* 9. v. 275. Exercere odium in aliquo. *Plaut. Amph.* 1. 1. 168. Exerciturus pugnos in aliquem. *Cic. Phil.* 11. c. 3. Exercere crudelitatem suam in aliquo. *to vent, break.* *Id. in divin. Verr.* c. 4. inimicitias. *Id.* 1. *Offic.* c. 25. *a med.* facilitatem et lenitudinem animi. *to use, practise.* *Sallust. in Catil.* cap. 9. Jurgia, discordias, simultates cum hostibus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 543. pœnas. *to put into effect.* *Liv.* l. 29. c. 17. scelus, libidinem, avaritiam in socios. *Brutus* apud *Cicer. ad Brut.* ep. 2. iracundiam in superatos. *Liv.* l. 6. c. 22. victoriam in captis. *to use.* *Cic.* 1. *Offic.* c. 25. juris æquabilitatem. *Plin.* l. 1. ep. 10. *ad fin.* justitiam. *Julian. Dig.* lib. 39. tit. 5. leg. 1. liberalitatem et munificentiam. *to display.* *Catull.* carm. 68. *ad Manl.* v. 69. amores ad aliquem *h. e.* erga aliquem. *Virg.* 2. *Georg.* v. 370. imperia. *h. e.* imperare. ¶ Item agitare, vexare. *to agitate, vex, trouble.* *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 9. Indomitis ignem exercentibus Euris Fertilis accensis ignibus ardet ager. *Horat.* l. 4. od. 14. v. 20. Indomitus undas exercet Auster. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 165. *de Mæandro.* Et nunc ad fontes, nunc in mare versus apertum Incertas exercet aquas. ¶ Et translate vexare. *to harass, distress, disquiet.* *Cic.* 5. *Tuscul.* cap. 1. Eos casus, in quibus me fortuna vehementer exercuit, &c. *Lucret.* l. 5. v. 1422. aurum et purpura curis Exercent hominum vitam. *Virg.* 4. *Æn.* v. 622. Tum vos, o Tyrii, stirpem et genus omne futurum Exercete odiis. *Id.* l. 4. *Georg.* v. 453. Non te nullius exercent numinis iræ. *visit.* *Id.* 6. *Æn.* v. 739. Exerceri pœnis, veterumque malorum supplicia expendere. *Liv.* l. 39. c. 40. Simultates nimio plures exercuerunt eum, et ipse exercuit eas. *Cic. Attic.* 13. ep. 22. Te de prædio aviæ exerceri, moleste fero. *Terent. Adelph.* 4. 2. 48. Ego te exercebo hodie, ut dignus es, silicernium. *I will trounce you, as you deserve.* *Plin.* l. 7. ep. 6. Pertinacissime exercere optimum virum. ¶ Item detinere. *to occupy.* *Virg.* 2. *Georg.* v. 415. incultique exercet cura salicti. *Sallust. in Catil.* c. 11. Primo magis ambitio, quam avaritia, animos hominum exercebat. ¶ Exercere victum, vel sumptum suum, h. e. exercendo se in aliqua arte, victum sumptumve sibi necessarium vitæ parare. *Terent. Heaut.* 1. 1. 91. ubi al. aliter leg. ¶ Exercere diem, h. e. exercendo et laborando transigere. *Virg.* 10. *Æn.* v. 808. ¶ Exercere curas, est agitare, in curis versari, *Sil.* l. 11. v. 374. ¶ Exercere nomen patris. *to use the name of father, act in the capacity of father.* *Plin. in Paneg.* cap. 21. ¶ Exercere pacem et hymenæos, *Virg.* 4. *Æn.* v. 99. h. e. facere, jungere. ¶ Exercere verba, *Senec.* ep. 40. *circa med.* h. e. exercere se ad copiam verborum, et ad orationem extemporalem. ¶ Exercere formam, *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 166. h. e. alere, fovere, excolere. ¶ Exercere vitam separatam a ceteris civibus, *Justin.* l. 20. c. 4. h. e. agere. ¶ Exercere sitim, *Sil.* l. 1. v. 260. est ipsam quodammodo sitim vexare, non explendo, sed tolerando.

EXERCĬO. V. *Exsarcio.*

EXERCITAMĔNTUM, ti, n. exercitatio. *Apul. in Florid.* n. 15. (*al.* l. 2.) Mentium documenta, corporum exercitamenta.

EXERCITĀTE, *with practice,* cum exercitatione. *Senec.* ep. 90. *a med.* Quæ ab imprudentissimis aut æque fieri videmus, aut peritius, aut exercitatius. *Peritius* ad scientiam pertinet: *exercitatius* ad usum. *Arnob.* l. 3. pag. 113. Neque enim traditor alicujus esse scientiæ potis est, ut non ejus, quod tradit, rationem teneat exercitatissime comprehensam.

EXERCITATĬO, onis, f. *exercise, use, custom, habit, practice,* γυμνασία, μελέτη, actus exercendi se in re aliqua, usus, consuetudo, tractatio, meditatio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Corpora nostra motu atque exercitatione recalescunt. *Id. in Divin. Verr.* c. 15. Hominem non ætate, sed usu forensi, atque exercitatione tironem. *Id. de Senect.* c. 11. *ad fin.* Exercitationes ingenii, curricula mentis. et cap. 3. Artes, exercitationesque virtutum. *Id. pro Cæl.* c. 5. Exercitatio, ludusque campestris. et cap. 22. Exercitatio, ususque dicendi. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 18. Capere consuetudinem exercitationemque rei alicujus. *Id.* 2. *de Divin.* c. 46. Naturæ vitium meditatione atque exercitatione tollere. *Id.* l. 1. *Fam.* ep. 9. *sub fin.* Studia et exercitationes. *Id.* 3. *de Fin.* c. 12. Vir egregia exercitatione in dialecticis. *Id. in fin.* l. 2. *de nat. Deor.* Exercitationes rhetoricæ. *rhetorical exercises.* et lib. 1. c. 37. Pueri, etiam cum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur. *Id.* 2. *Catil.* c. 5. Catilina stuprorum et scelerum exercitatione assuefactus.

EXERCITĀTOR, oris, m. *an exerciser,* ἀσκητής, qui alium in re quapiam exercet. *Plin.* l. 23. c. 7. Pythagoras exercitator primus ad carnes athletas transtulit. et lib. 35. cap. 11. Lecythion agilitatis exercitator. *Inscript.* apud *Donium* class. 6. n. 49. et *Gruter.* pag. 1102. n. 4. Exercitator equitum Pr.

EXERCITĀTRIX, icis, *she that exercises,* quæ exercet. *Quintil.* l. 2. c. 15. *a med.* Duas partes civilitatis corpori assignat, medicinam, et quam interpretantur exercitatricem. *h. e.* artem gymnasticam.

EXERCITĀTUS, a, um, *exercised, versed, trained, practised, habituated, accustomed, inured,* μελετηρός, ἐκπεπονημένος, qui se in re aliqua diu et multum exercuit. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 149. Exercitatis videri somnum suavem. *to those that have laboured much.* *Cic. pro Cluent.* c. 19. Homo in uxoribus necandis exercitatus. *Id.* 2. *Agrar.* c. 31. Illi miseri, glebis subigendis exercitati. *Id.* 4. *Acad.* c. 34. Si res, in quibus versatus exercitatusque sit, nescire se dicat. *Id. in Somn. Scip. in fin.* Agitatus et exercitatus animus optimis curis. *Nep. in Epamin.* c. 5. Exercitatus bello. *Cic.* 2. *Offic.* c. 15. Paratiores erunt, et tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. *Id. Verr.* 7. c. 54. Lictores valentissimi, et ad pulsandos verberandosque homines exercitatissimi. *Nepos in Agesil.* cap. 3. Ornatissimum et exercitatissimum exercitum habere. *Id. in Iphicr.* c. 2. Nullæ neque exercitatiores copiæ, neque magis dicto audientes fuerunt. ¶ Item agitatus, vexatus, exercitus. *agitated, tossed, troubled.* *Horat Epod.* 9. v. 31. Syrtes exercitatæ Noto.

EXERCĬTE, adverb. *Apul. ad fin.* l. 11. *Metam.* Me cum ipsas cogitationes exercitius cogitabam. *h. e.* frequentius et attentius.

EXERCITĬO, onis, f. *exercise,* exercitatio: ab *exercitu* ut *Fest.* docet. *Cato* apud *Gell.* l. 11. c. 2. *extr.* Inerti

plus detrimenti facit, quam exercitio. *Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. 1. leg. 1. *a med.* Ad summam reipubl. navium exercitio pertinet. *Papinian.* lib. 1. tit. 20. (*al.* 21.) leg. 1. Magistratus publici judicii habent exercitionem.

EXERCITĬUM, ii, n. *exercise, practice,* exercitatio. *Sallust. in fragm.* apud *Veget.* l. 1. *de re milit.* c. 9. *extr.* Frequentibus exercitiis præparate milites ad prœlia. *Gell.* l. 3. cap. 1. *ad fin.* Alicujus rei vel studio vel exercitio teneri. *Vellei.* l. 2. c. 109. Perpetuis exercitiis ad Romanæ disciplinæ formam redactus. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 55. Exercitio equitum interesse.

EXERCĬTO, as, a. 1. *to exercise,* frequentat. ab *exerceo. Pompon. Mela* l. 2. cap. 1. *ante med.* Achilles ibi se ac suos cursu exercitavisse dicitur. [*Sallust.* orat. 2. *de rep. ordin.* c. 10. (*al.* 18.) Corpus atque ingenium quisque exercitabat.]

EXERCĬTOR, oris, m. *an exerciser,* exercitator, qui in re aliqua quempiam exercet. *Plaut. Trin.* 4. 3. 9. Curculio est exercitor: is hunc hominem cursuram docet. et 2. 1. 2. Egomet me macero et defatigo: magister mihi exercitor animus hinc est. *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 14. *a med.* Exercitor corporum valentiam luctatoribus præstat. ¶ Item qui quæstus causa artem aliquam exercet. *Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. 1. leg. 1. Exercitor navis. *h. e.* ad quem obventiones, et reditus omnes locatæ navis perveniunt; sive is dominus navis sit, sive a domino navem per aversionem conduxit: ut *Id. ibid.* definit. *Caius* lib. 44. tit. 7. leg. 4. *extr.* Exercitor cauponæ, aut stabuli. *a vintner, or a stableman. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 492. n. 5. Exercitores ratium.

EXERCITORĬUS, a, um, ad exercendum pertinens. *Tertull. de pœnit. c. ult.* Exercitoria jacula. ¶ Item ad exercitorem, seu negotiatorem pertinens, ut exercitoria actio, *African. Dig.* lib. 14. tit. 1. (qui de hac ipsa re inscribitur) *leg. ult.* h. e. quæ datur v. gr. naviganti in exercitorem navis, &c.

EXERCITUĀLIS, le, ad exercitum pertinens. *Ammian.* l. 23. cap. 5. (*al.* 14.) Etrusci haruspices, prolatis libris exercitualibus, ostendebant, signum hoc esse prohibitorium. *h. e.* qui de ostentis tractabant, quæ ad expeditiones militares pertinent. Al. leg. *ritualibus.*

EXERCĬTUS, a, um, *exercised, trained, practised,* exercitatus. *Flor.* l. 1. c. 3. Mirum in modum exercita juventute, provocare ausus Albanos. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 20. Impiger manu, exercitus militia. *Plaut. in fragm.* apud *Non.* cap. 3. n. 54. Ad rem aliquam exercitus. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 193. manus parvis exercita furtis. ¶ Item agitatus, *agitated, moved violently. Virg.* 3. *Georg.* v. 529. Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu Flumina. ¶ Item fatigatus, *wearied, tired:* quod fatigatio ex exercitio nascitur. *Sallust. in Jug.* c. 74. Exercito corpore fessus, in lecto quiescebat. ¶ Item vexatus, jactatus, *troubled, harassed, distressed. Cic. pro Mil.* c. 2. Quid nobis duobus laboriosius, quid magis sollicitum, magis exercitum dici potest? *Id. Attic.* l. 1. ep. 11. Candidati exerciti omnibus iniquitatibus. *Virg.* 3. *Æn.* v. 182. Nate Iliacis exercite fatis. *Id.* 5. *Æn.* v. 779. Venus exercita curis. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 5. v. 49. adversis probitas exercita rebus. *tried, approved. Plaut. in fragm.* apud *Non.* c. 1. n. 16. Quæ sodalem atque me exercitos habet. ¶ Item laboriosus, gravis, *laborious, irksome. Tacit.* 1. *Ann.* c. 35. Finem tam exercitæ militiæ orabant. *Plin.* l. 7. ep. 2. Æstatem inquietam exercitamque transcurrere. ¶ Gradus sunt *exercitior, exercitissimus,* quibus usos Veteres *Fest.* in *Exercitionem* testatur. *Plinio* quoque l. 9. c. 15. *exercitissimus* a quibusdam tribuitur: at *Harduin.* ex MSS. *exercitatissimus.*

EXERCĬTUS, us, *olim* ti, m. *an army,* στρατὸς, militum copiæ: ab *exerceo,* quia, ut ait *Varro* l. 4. *L. L.* cap. 16. exercitando fit melior. *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 2. leg. 2. Exercitum, non unam cohortem, neque unam alam dicimus, sed numeros multos militum. *Cic. pro Mur.* cap. 15. Maximus et fortissimus exercitus. *Nepos in Eumen.* cap. 4. Pedester exercitus. *infantry. Virg.* 11. *Æn.* v. 598. equitum exercitus. *cavalry. Cic. pro leg. Manil.* c. 21. Exercitum difficili reipubl. tempore conficere. *Id.* 5. *Phil.* cap. 13. et *Phil.* 4. c. 3. conscribere et comparare contra aliquem. et *Phil.* 5. cap. 8. paucis diebus facere *Liv.* l. 2. c. 43. scribere. *to enlist. Cic.* 4. *Phil. c. ult.* conflare. *to raise. Sallust. in Catil.* c. 30. parare. *Id. in Jug.* c. 10. cogere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 34. contrahere. *Cic. de provinc. consul.* c. 2. *extr.* superbissimo delectu et durissima conquisitione colligere. *Id. pro Mur.* c. 9. ducere. *to lead, command. Sallust. in Catil.* cap. 11. et 17. ductare. *Curt.* l. 8. c. 4. movere ex hibernis. et lib. 4. c. 9. trajicere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 13. transducere. *Cic. pro leg. Manil.* c. 21. Exercitui præesse. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 16. præire. *Id. ibid.* l. 5. c. 4. Exercitum fugare. *Liv.* l. 2. c. 12. fundere. *Valer. Max.* l. 3. c. 2. n. 8. hostium rumpere. *Cic. Fam.* 15. ep. 4. dissipare. et *ibid.* dimittere in hiberna. et *ibid.* in vicis captis collocare. *Liv.* l. 2. c. 9. Infesto exercitu Romam venit. et lib. 1. c. 10. Hostibus fit obviam cum exercitu Romulus. ¶ Interdum de solo peditatu dicitur. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* cap. 11. Insidias veritus, exercitum equitatumque castris continuit. ¶ Interdum de multitudine urbana. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 9. Ad comitia tum vocatur populus, ideo quod alia de causa hic magistratus non potest exercitum urbanum convocare. Multa hac de re *Gronov.* lib. 1. *observat.* cap. 1. ¶ Item de quacumque multitudine. *Virg.* 1. *Georg.* v. 382. Corvorum increpuit densis exercitus alis. *a host. Id.* 5. *Æn.* v. 824. Phorcique exercitus omnis. *tribe, host. Sil.* l. 11. v. 413. Mittit se cælo niveis exercitus alis. *h. e.* turba Cupidinum. ¶ *Exerciti* in genitivo. *Varr.* apud *Non.* c. 8. n. 14. Pro salute exerciti. *Accius ibid.* Quo revoces summam exerciti. Adde *Næv.* apud *Charis.* l. 1. pag. 103. *Putsch.* et nummos Aureliani, Curi, et Carini Impp. apud *Mediobarb.* et *Musel.* ¶ *Non. ibid.* ponit etiam *exercituis,* sed nullo exemplo confirmat. ¶ Legitur aliquando pro *exercise, practice,* γυμνασία. *Plaut. Rud.* 2. 1. 7. Pro exercitu gymnastico et palæstrico hoc habemus: echinos, ostreas captamus, &c. ¶ Et pro labore, angore, cruciatu, *pain, trouble, vexation. Plaut. Cistell.* 1. 1. 60. Noli, obsecro, lacrimis tuis mihi exercitum imperare. Alii aliter. V. *Gronov. loc. sup. cit.*

EXĔRO. V. *Exsero.*

EXERRATĬO, onis, f. Legitur a quibusdam apud *Gell.* l. 15. cap. 2. ubi alii *exercitio,* alii *exercitatio.*

EXERRO, as, n. 1. extra erro, deerro, aberro. *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 444. dum non cohibente magistro, Spargitur in gyros, dexterque exerrat Arion. *h. e.* ad dexteram deflectit. *Arion* est nomen equi.

EXERTUS. V. *Exsertus.*

EXERŪGO, is, a. 3. *to belch out.* Vetus quidam Grammaticus apud *Hieron. Column.* asserens *eructo* ab *erugo* derivari, producit hunc *Ennii* versum: Contempsit fontes, quibus exerugit aquæ vis. *Al. mallent* exaruvit *pro* exaruit.

EXĒSOR, oris, m. *a waster,* qui exedit. *Lucret.* l. 4. v. 220. Æstus ab undis Æquoris exesor murorum litora circum.

EXESTO, extra esto. Sic enim lictor in quibusdam sacris clamitabat: hostis, vinctus, mulier, virgo exesto. Scilicet interesse prohibebantur. Hæc *Fest.*

EXĒSUS, a, um, *eaten up, corroded, consumed,* adesus, ambesus, corrosus, ἐξεδηδομένος. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 23. Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum, dimidiatis fere. *Cels.* l. 7. cap. 12. Dens exesus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 495. Exesa scabra robigine pila. et lib. 2. v. 214. nigris exesa chelydris creta. et lib. 4. v. 44. exesæ arboris antrum. *Colum.* l. 1. cap. 6. Exesæ curculionibus fruges. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 495. specus exesi structura pumicis asper. *Senec. in Agamemn.* v. 763. Et vestis atri funeris Cingit exesa ilia. ¶ Translate *Valer. Flacc.* l. 2. v. 136. Eurynome exesa curis, castumque cubile Servans. *Lucan.* l. 5. v. 547. Luna orbis medii puros exesa recessus. *h. e.* quasi detrita, atque adeo lucidior.

EXFIBŬLO, as, a. 1. *to unclasp, untie, unloose,* fibula solvo. *Prudent. in Psychom.* v. 633. et avulsis exfibulat ilia zonis Vestis, et usque pedes descendens defluit imos.

EXFILĀTUS, exsertus. V. *Effafilatum.*

EXFIT, purgamentum: unde adhuc manet suffitio. *Festus:* ad quæ verba adnotant Critici, illud *exfit* esse a θύω, sacrifico: unde *exfio* inusitat. et *suffio,* et *suffimentum.* Porro *exfit* nominis vice ponitur: estque genus suffimenti ex sale sordido, sed excocto purgatoque: unde *purgamentum* a *Festo* dicitur. *Fabius Pictor* apud *Non.* cap. 3. n. 197. Exfit est sale sordidum, quod ustum est, et in ollam fritilem (al. *fitilem*) objectum est: postea id sal Virgines Vestales serra ferrea secant. Hæc *Fabius.* Hoc idem sal videtur esse, de quo *Fest.* in *Muries* hæc tradit: Muries dicebatur sal in pila tunsum, et in ollam fictilem (al. *fitilem*) conjectum, quo dehinc in aquam misso Vestales Virgines utebantur in sacrificio. *Serv. ad Ecl.* 8. *Virg.* v. 82. sal coctum appellat: eoque admixto cum farre tosto, tunso, et molito molam ter in anno fieri a Vestalibus docet.

EXFODĬO, pro *effodio* quidam leg. apud *Plaut. Aulul.* 4. 8. 9.

EXFOLĬO, as, a. 1. *to strip off the leaves,* folia decerpo. *Apic.* l. 4. c. 2. Exfoliare rosas.

EXFRĬCO. V. *Effrico.*

EXFUNDĀTUS, a, um, *rased to the ground,* funditus eversus. *Cœl. Antipater* apud *Non.* c. 2. n. 307. Exfundato pulcherrimo oppido.

EXFŪTI, exfusi (h. e. effusi) ut mertat pro mersat. *Fest.*

EXFUTŪTUS, a, um, futuendo exhaustus. *Catull.* carm. 6. *ad Flavium,* v. 13.

EXGREGĬÆ, egregiæ, idest e grege lectæ. *Festus.* V. *Egregius.*

EXGRUMĬNANS, vel

EXGRŪMANS, antis, grumos eruens, vel ex grumis exsiliens. *Varr.* l. 3. *R. R.* cap. 14. *de cochleis.* Ipsæ exgruminantes ad propolam vitam diu producunt. Al. leg. *exgrumantes,* alii *exruminantes.*

EXGURGĬTO. V. *Egurgito.*

EXHÆRĒDO, &c. V. *Exheredo.*

EXHALATĬO, onis, f. *an exhalation, fume, vapour,* ἀτμὸς, actus exhalandi, exspiratio, vaporis tenuis emissio; itemque ipse vapor emissus, et in aera sublatus. *Cic.* 1. *Tuscul.* cap. 19. Cælum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod et humidum et caliginosum est, propter exhalationes terræ. *Plin.* l. 31. c. 3. Exhalatio nebulosa. Adde *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 10.

EXHALĀTUS, a, um, *breathed out, exhaled,* exspiratus, efflatus. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 43. in ventos anima exhalata recessit. *Varr.* l. et cap. 2. *R. R. a med.* Pruina jam exhalata, propellunt in pabulum. *h. e.* cum evanuit.

EXHĀLO, as, avi, atum, a. 1. *to breathe out, exhale,* ἐξατμίζω, halando emitto, exspiro, effluo. *Virg.* 2. *Georg.* v. 217. terra, Quæ tenuem exhalat nebulam fumosque volucres. *Ovid. Metam.* 11. v. 595. nebulæ exhalantur humo. *Plin.* l. 2. c. 42. Humidam a terra exhalari caliginem, certum est. et cap. 113. Scrobes mortiferum spiritum exhalantes. *Lucret.* l. 2. v. 417. Exhalare odores. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 343. *de Ætna.* Spiramenta locis flammam exhalantia multis. *Cic.* 2. *Phil.* cap. 12. et 5. *Verr.* cap. 11. *extr.* Edormire et exhalare crapulam. et *Phil.* 2. c. 17. Exhalandi vini causa declamitare. *to cause to evaporate; to digest. Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 733. exhalas acidos ex pectore ructus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 562. Exhalare vitam. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 247. animam. *Sil.* l. 10. v. 153. supremam lucem in auras. *to breathe out his life.* [¶ Absolute etiam et sine ullo casu usurpat *Ovid.* 7. *Met.* v. 582. Hic illic ubi mors deprenderat exhalantes, subintellige *animam, spiritum,* ut etiam apud Anglos *to expire.*] ¶ Absolute neutrorum more. *Stat.* 10. *Theb.* v. 108. exhalant vestes, et corpore pigro Strata calent. *Lucret.* l. 3. v. 433. ubi cernimus alta Exhalare vapore altaria, ferreque fumum. *to steam.*

EXHAURĬO, is, hausi, haustum, a. 4. *to draw out,* ἐξαντλέω, extra haurio, extraho. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 41. Manibus sagulisque terram exhaurire cogebantur. *Horat. Epod.* 5. v. 30. Veia ligonibus duris humum exhauriebat. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 36. Cum omnem pecuniam ex ærario exhausissetis. *had drained.* ¶ Translate *Id.* 2. *Phil.* c. 25. Tantum vini exhauseras, ut tibi necesse esset vomere. *h. e.* ebiberas, *you had swallowed down. Id. pro Sext.* c. 21. *extr.* Vitam sibi manu exhaurire. *to lay violent hands on himself.* Sic *ibid.* c. 37. Plaga una illa extrema defuit, quæ si accessisset, reliquum spiritum exhausisset. *it would have deprived him of the life that was left. Id. in Pison.* c. 21. Præda, quam ex fortunis publicanorum, ex agris urbibusque sociorum exhauserat. *had plundered, pillaged. h. e.* extorserat, abstulerat, eripuerat. *Id. Fam.* 9. ep. 14. *circa med.* Libentius omnes meas laudes ad te transfuderim, quam aliquam partem exhauserim ex tuis. *h. e.* detraxerim, deminuerim. *withhold, detract. Id. Attic.* l. 2. ep. 21. *circa med.* Tantus fuit amor, ut exhauriri nulla posset injuria. *h. e.* tolli, auferri, deleri. *Id. Fam.* 5. ep. 16. *circa med.* Non facile exhauriri tibi istum dolorem posse universum puto. *h. e.* adimi, levari. *Id. Attic.* l. 1. ep. 18. Multa sunt, quæ me solicitant, anguntque, quæ mihi videor, aures nactus tuas, unius ambulationis sermone exhaurire posse. *h. e.* effundere, atque enarrare omnia, atque adeo, te consilium consolationemque præbente, levari. ¶ Metonymice significat vacuum facere, exinanire, *to empty, drain. Cic. de Senect.* c. 6. Exhaurire sentinam. *to pump out. Id. pro Cluent.* c. 11. poculum. *Id. in Vatin.* c. 2. ærarium, rempubl. compilare. *Lucan.* l. 3. v. 181. Exhausit totas quamvis delectus Athenas. *drained of men.* ¶ Hyperbolice *Stat.* 2. *Theb.* v. 633. singultibus arctum Exhaurit thoraca dolor. *h. e.* pæne vacuefacit, contrahente se pectore propter singultus. ¶ Translate *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 2. Non itineribus tuis perterreri homines, non sumpto exhauriri. *to be exhausted or impoverished. Liv.* l. 37. c. 19. Exhaurire commeatibus præbendis socios. *to drain, exhaust. Nepos in Annib.* c. 6. Exhaustis jam patriæ facultatibus. *consumed, wasted, drained, exhausted. Justin.* l. 5. c. 9. Miseras urbis reliquias cædibus et rapinis exhauriunt. *they consume, destroy. Stat.* 10. *Theb.* v. 167. trepidas incerto sanguine reddit, Exhauritque genas. *makes pale and bloodless.* et vers. 295. jam tædet inanes Exhaurire minas. *to vent. Lucan.* l. 4. v. 622. Exhaurire virum. *to exhaust, weaken.* Rursus *Stat.* l. 1. silv. 1. v. 33. citius genitrix Sipyleia fertur Exhausisse genas. *h. e.* vacuasse lacrimis, et flere desiisse. *Plin.* lib. 5. ep. 1. *a med.* Heredem legatis ita exhaurire, ut non amplius, quam pars quarta remaneat. *Id.* l. 3. ep. 19. Exhaurire vires. *to enervate, debilitate.* ¶ *Exhaurire laborem,* apud *Plin.* l. 3. ep. 9. et *Sil.* l. 17. v. 351. est excipere, subire, exsequi, ea ratione, qua dicimus *exanclare labores. Stat.* 6. *Theb.* v. 236. posito donec cum sole labores Exhausti. *h. e.* peracti. *finished, gone through. Tacit.* 4. *Hist.* c. 32. Pericula, quæ per viginti annos in castris exhausisset. *had undergone. Curt.* l. 5. c. 9. Major belli moles superest, quam exhausta sit. ¶ *Exhaurire ictum* est vacuum irritumque reddere. *Stat.* 5. *Theb.* v. 562. nam mollia colla refusus In tergum serpens venientem exhauserat ictum. ¶ *Exhaurire mandata* est omnia ad unum exsequi, et quasi persequendo et conficiendo consumere. *to execute his commissions fully. Cic. Attic.* l. 5. ep. 13. *ad fin.* Deinde exhauri mea mandata; maximeque si quid potest, de illo domestico, scrupulum, quem non ignoras. *and especially dispatch me that doubt,* &c. et *ibid.* ep. 6. Mandavi omnia: quæ quidem tu, ut polliceris, exhauries. ¶ Pœnarum exhaustum satis est, *Virg.* 9. *Æn.* v. 356. h. e. captum est, cæde facta hostium. ¶ *Exhaurire æs alienum* est dissolvere. *Liv.* l. 7. c. 21. *ad fin.*

EXHAUSTANT, efferunt. *Festus.*

EXHAUSTIO, onis, f. actus exhauriendi. Adhibetur a *Serv. ad* 2. *Georg.* v. 398. Aspera tamen vox est (vel ipso fatente) si in carmine usurpetur.

EXHAUSTUS, a, um, *drawn out*, ἐξηντλημένος, ἐκκενωθείς, hauriendo extractus. *Propert.* l. 4. el. 9. v. 63. exhausto jam flumine vicerat æstum. ¶ Substantivi more. *Virg.* 2 *Georg.* v. 398. *de vite.* Cui nunquam exhausti satis est. *h. e.* effossio terræ circa eam. ¶ Item hauriendo vacuefactus. *emptied, exhausted, drained.* *Cic. pro Cluent.* c. 11. Exhaustum poculum. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 443. Exhausta pharetra. *Cic.* 5. *Verr.* c. 70. Inops et exhaustum ærarium. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 43. Fons perennis exhaustus. *dried up.* Sic *Stat.* 3. *Theb.* v. 259. exhausti solibus amnes. *Curt.* l. 4. c. 14. Ordines raros, cornua extenta, mediam aciem vanam et exhaustam. ¶ Translate *Liv.* l. 6. c. 5. plebs exhausta impensis. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. Provincia sumptibus et jacturis exhausta. *impoverished, drained.* et l. 4. ep. 2. *sub fin.* Amicorum benignitas exhausta est in ea re, quæ, &c. *Sueton. in Cæs.* c. 79. Exhausta delectibus Italia. *Virg.* 1. *Æn.* v. 603. Omnibus exhaustos jam casibus, omnium egenos. *Vellei.* l. 2. c. 21. Exhaustus bello exercitus. ¶ Est etiam fatigatus, absumptus viribus, confectus, defectus, effetus. *worn out, wearied, tired, fatigued, weakened, debilitated.* *Curt.* l. 8. *c. ult.* Exhaustæ erant vires, deficiebatque sanguis. et *sub fin.* l. 4. Manus fatigatas tantoque cursu corpora exhausta. *Lucan.* l. 4. v. 638. exhausti sudoribus artus. et lib. 9. v. 171. Exhausta lacrimis. et l. 2. v. 340. Visceribus lassis, partuque exhausta revertor. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 10. Scurra exhausto rubore. *h. e.* qui omnem pudorem abjecit. *Stat.* 5. *Theb.* v. 420. pariterque exhausta quierant Flamina. et l. 10. v. 383. exhaustasque dolent pallere tenebras. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 26. In quo tanta commoveri actio non posset, si esset consumpta superiore motu, et exhausta. ¶ Item exantlatus, toleratus, peractus. *tolerated, gone through, endured.* *Stat.* 10. *Theb.* v. 36. exhaustos iterare labores. *Virg.* 5. *Æn.* v. 14. bella exhausta canebat. et lib. 10. v. 57. tot exhausta pericula. *Lucan.* l. 5. v. 44. nostrum exhausto jus clauditur anno. *finished, gone by.* *Tacit.* 4. *Hist.* c. 29. *extr.* Sic exhausta nocte, novam aciem dies aperuit.

EXHEBĔNUS, i, f. ἐξέβενος, gemma. *Plin.* l. 37. c. 10. Exhebenum Zoroastres speciosam et candidam tradit, qua aurifices aurum poliunt. *Harduin.* scribit *exebenus.*

EXHĔDRA. V. *Exedra.*

EXHERBO, as, a. 1. *to stub up herbs or weeds*, ἐκβοτανίζω, est herbas extirpare. *Colum.* l. 11. c. 3. *post init.* Cum sationis appropinquabit tempus, ante quintum diem exherbandus erit locus. *Id.* l. 4. c. 31. Salix cum germinavit, crebro foditur, atque exherbatur.

EXHEREDATĬO, onis, f. *a disinheriting*, ἀποκλήρωσις, hereditatis privatio. *Quintil.* l. 7. c. 1. *a med.* (*al.* c. 2.) Tu impie fecisti, cum exheredationem meruisti. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 9. leg. 1. Notam exheredationis mereri.

EXHEREDĀTUS, a, um, *disinherited*, ἀποκληρωθείς, hereditate privatus. *Nep. in Themist.* c. 1. A patre exheredatus. *Terent. Dig.* lib. 37. tit. 14. leg. 21. Liberi liberti exheredati facti.

EXHEREDITĀTUS, a, um, *disinherited*, exheredatus. *Papinian. Dig.* l. tit. 2. *leg. ult.* Exhereditatum quoque filium luctum habere patris memoriæ placuit. Ita *Haloander.* at *Torrentin.* habet *exheredatum.*

EXHERĒDO, as, avi, atum, a. 1. *to disinherit*, ἀποκληρόω, hereditate privo, exheredem facio. *Cic. Phil.* 2. c. 16. Igitur fratrem exheredans, te faciebat heredem. *Id. pro Cluent.* c. 48. *ad fin.* Ut, cum eum filium exheredaret, quem oderat; et filio coheredes homines alienissimos conjungeret, quem diligebat. ¶ Translate *Plin.* l. 37. c. 2. *ante med.* T. Petronius moriturus, invidia Neronis principis, ut mensam ejus exheredaret, trullam myrrhinam trecentis talentis emptam fregit. *h. e.* ut mensæ Neronis auferret, scilicet ne heres Nero trullailla in mensa uteretur.

EXHĒRES, edis, comm. gen. *one who is disinherited*, ἀπόκληρος, qui privatus est hereditate, quæ ad eum pertinebat. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 38. *extr.* Posset ne paternorum bonorum exheres esse filius, quem pater testamento neque heredem neque exheredem scripsisset. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 77. Ut ego exheredem meis bonis me faciam, atque hæc sit heres. *Quintil.* l. 7. c. 1. *a med.* Qui reo patri non affuerit, exheres sit. *Paul. Dig.* lib. 28. tit. 2. leg. 19. In cetera parte exheres mihi erit. *et mox.* Fundi exheres esse jussus. ¶ Jlocaliter *Plaut. Bacch.* 4. 8. 8. Neque Bellona mihi unquam creduat, ni illum exheredem fecero vitæ suæ. *h. e.* occidero.

EXHIBĔO, es, ibui, ibitum, a. 2. *to present, produce, offer, give, show, display, exhibit, evince, set forth*, ἀποφαίνω, παρίστημι, quasi *extra habeo*, est extra secretum habeo, vidiendi tangendique aliquid facultatem præbeo, ut ait *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 28. leg. 3. produco, profero, ostendo, offero. *Cic.* 7. *Verr.* c. 25. Quæstori suo custodes misit, ut omnia sibi integra quam primum exhiberentur. *Id. pro Sext.* c. 50. Pompeius se non solum auctorem meæ salutis, sed etiam supplicem populo R. exhibuit. *Phædr.* l. 4. fab. 23. *extr.* Quorum virtus exhibet solidum decus. et fab. 25. v. 9. Exhibe vocis fidem. *make your words good.* *Sueton. in Vitell.* c. *penult.* Exhibere se ministratorem alicui. *h. e.* præstare ministratoris operam. *Id. in Calig.* c. 22. Exhibere se adorandum adeuntibus. *Colum.* l. 11. c. 1. fidem ac benevolentiam alicui. *Curt.* l. 6. c. 10. *a med.* veritatem. *Sueton. in Tiber.* c. 48. munificentiam. *Plin. in Paneg.* c. 33. liberalitatem et justitiam. et cap. 63. *extr.* Exhibere se religioni deorum, et judiciis hominum. *Id. in. ep.* 25. l. 1. alicui spectaculum memorabile. *Sueton. in Ner.* c. 12. Exhibuit ad ferrum quadringentos senatores, sexcentosque equites. *h. e.* inarenam produxit ludorum causa. ¶ In re forensi est ante judicem sistere, et facere potestatem ei, qui agit, ut experiundi sit copia. *to produce or bring up to receive judgment.* *Cic. pro Mil.* c. 12. Exhibe, quæso, Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum. *Petron. in Satyr.* c. 15. Invaserat pallium, exhibiturumque crastino die affirmabat. *Cic. pro Flacc.* c. 15. Cedo tabulas: non deportavi. Fratres saltem exhibe: non denuntiavi. *Paul. Dig.* lib. 2. tit. 4. leg. 17. Exhibere aliquem apud acta. *Ulpian.* lib. 11. tit. 4. leg. 1. Fugitivos exhibere apud magistratus. *Paul.* lib. 12. tit. 2. leg. 28. Exhibere debitorem in judicium. *Scævola* lib. 40. tit. 5. leg. 41 *extr.* rationes. *to exhibit or produce his accounts.* *Sueton. in Vitell.* c. 14. tabulas testamenti. Adde *Dig.* lib. 10. tit. 4. *qui est* ad exhibendum, lib. 43. tit. 28. de libero homine exhibendo, tit. 5. de tabulis exhibendis, tit. 29. de liberis exhibendis, &c. ¶ Interdum sumitur pro præstare. *Plin.* l. 23. c. 7. Spodii vicem exhibet fruticum cinis. *African.* l. 22. tit. 6. leg. 16. Codicilli vicem testamenti exhibent. *Ulpian. Dig.* l. 44. tit. 4. leg. 4. *ante med.* Honorem, reverentiam alicui exhibere. ¶ Interdum præstare, alio sensu. *Id. ibid.* lib. 13. tit. 6. leg. 5. In deposito dolus solus præstatur: nisi forte et merces accessit. tunc enim et culpa exhibetur. *Caius* lib. 18. tit. 6. leg. 2. Exhibere diligentiam. *Plaut. Asin.* 2. 4. 51. Da meo periculo: rem salvam exhibebo. *I'll see that all is right.* *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 5. v. 34. Exhibere vias tutas. *to render, maintain, secure.* ¶ Interdum repræsentare. *to represent, exhibit, imitate.* *Ovid.* 6. *Metam.* v. 215. et exhibuit linguam sceleratam paternam. *Colum.* l. 5. c. 2. Ager plurium angulorum formam exhibet. *Plin.* l. 15. c. 13. Pruna nucibus insita faciem parentis, succumque adoptionis exhibent. ¶ Interdum emittere, edere. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 11. v. 53. monstratis crudeliter ignibus ustus Exhibuit querulos ore gemente sonos. ¶ Item exercere. *Plaut. Cas.* 2. 6. 57. Si quidem me vivo mea uxor imperium exhibet. ¶ Sæpe facessere, comparare, creare. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. Exhibere molestiam alicui. *to cause him trouble.* *Id.* 3. *Offic.* c. 31. negotium cuipiam. *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 61. curam. *Colum.* l. et cap. 5. difficilem laborem. ¶ Significat etiam tolerare, alere, sustentare. *to sustain, support, maintain, keep.* Hæc autem notio inde oritur, quod qui alit, ejus, quem alit, præsentiam, et statum exhibet ac præstat. *Justin.* l. 9. c. 2. Sterilitas terræ non patrimonia ditat Scythas, sed vix alimentis exhibet. *Id.* l. 11. c. 10. et lib. 22. c. 1. Exhibere vitam. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 12. leg. 1. Maxime si ægros se esse dicant, desiderentque a libertis exhiberi. *Id.* lib. 25. tit. 3. leg. 5. Si quis a liberis ali desideret, vel liberi ut a parente exhibeantur. Adde *Paul.* lib. 3. tit. 5. leg. 33. &c.

EXHIBITĬO, onis, f. *a showing, producing, exhibiting*, παράστασις, actus exhibendi. *Gell.* l. 14. c. 2. Probari debere pecuniam datam consuetis modis, expensi latione, chirographi exhibitione, testium intercessione. *Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. 3. leg. 3. *ad fin.* Exhibitio tabularum testamenti. ¶ Significat interdum alimenta et victum, quo vita exhibetur, hoc est sustentatur, ut in fine vocis præced. dictum est. *maintenance, support, livelihood.* *Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 2. leg. 3. Quod exhibitioni frugaliter sufficit, modum alimentis dabit. Adde *Papinian.* lib. 26. tit. 2. leg. 26. *ad fin.* et *Tertull. de Idolol.* c. 6. et alibi.

EXHIBĬTOR, oris, m. παραστάτης, qui exhibet. *Arnob.* l. 7. pag. 247. Ludorum exhibitor magistratus.

EXHIBITORĬUS, a, um, ad exhibendum pertinens, ut Exhibitorium interdictum, *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 5. *qui est* de tabulis exhibendis, leg. 3. et tit. 29. *qui est de* liberis exhibendis, leg. 3. h. e. quod jubet exhiberi aliquid, et sisti judicio, ut quid juris in eo sit, decernatur.

EXHIBĬTUS, a, um, *produced, brought forward, shown, exhibited*, productus, prolatus, oblatus. *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 192. Hypsipyle testis, testis Minoia virgo, In non exhibitis utraque lusa toris. *h. e.* non oblatis, sed furto quæsitis, atque adeo illegitimis.

EXHILARATĬO, onis, f. *a rejoicing*, actus exhilarandi. *Augustin.* l. 8. *de Gen. ad litt.* c. 8. Exhilaratio voluntatis.

EXHILARĀTUS, a, um, adject. *made glad, gladdened, exhilarated.* *Cic.* l. 9. *Fam. ep. ult.* Exhilarata servitus. *Colum.* l. 6. c. 24. Pecudes pabulo exhilaratæ. *refreshed.*

EXHILĂRO, as, avi, atum, a. 1. *to gladden, cheer, revive, exhilarate*, εὐφραίνω, hilarem reddo, lætifico. *Martial.* l. 8. epigr. 50. Exhilarant ipsos gaudia nostra deos. *Colum.* l. 11. c. 1. *a med.* Variisque exhortationibus in opere ipso exhilaret laborantes. *encourages.* ¶ Translate *Plin.* l. 16. c. 25. Neque ilex, picea, larix, pinus ullo flore exhilarantur. *Id.* l. 22. *c. ult. ad fin.* Colorem hominis frequentiores in cibo lupini exhilarant. *freshen the colour.*

EXHINC, et Ex hinc, *next, then, after that*, ex hoc tempore, deinde, exinde. *Lucret.* l. 3. v. 161. Exhinc corpus propellit, et icit. Ita *Priscian.* legit l. 10. pag. 886. *Putsch.* Alii *exin.* *Sueton. in Tiber.* c. 9. Exhinc Rhœticum bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. *Al.* [*leg.* exin. *Apul.* l. 11. *Metam.* Exhinc festivissimum celebravi natalem sacrorum.

EXHONŌRO, as, a. 1. *to dishonour*, inhonoro, ἀτιμάζω. *Augustin.* tract. 36. *in Joann.* c. 4. Christum ab hominibus exhonorari. *Id.* ep. 118. c. 3. Exhonorare corpus et sanguinem Domini.

EXHORRĔO, es, n. 2. *to dread*, valde horreo, metu contremisco. Cum accus. *Colum.* l. 10. v. 154. *de planta.* Nec mutata loco siccos exhorreat æstus.

EXHORRESCO, is, horrui, n. 3. *to become horrent or horrid*, περιφρίττω, valde horresco, horridus fio. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 134. oraque buxo Pallidiora gerens, exhorruit æquoris instar, Quod tremit, exigua cum summum stringitur aura. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 380. Verbere candentes quoties exhorruit armos. κατὰ subintellige, Græcorum more. *Id.* l. 7. v. 527. atque omnis spiris exhorruit arbor. ¶ Metonymice est præ timore, ira, aut admiratione turbari, et contremiscere, horrore perfundi, *to dread, be sore afraid.* *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 13. *a med.* Non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 13. Sapientia nos exhorrescere metu non sinit. *Id.* 3. *de Orat.* c. 14. In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur? ¶ Cum accus. more Græco, *Virg. Æn.* 7. v. 265. vultus neve exhorrescat amicos. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 52. nec Nymphæ geminos exhorruit angues. *Sil.* l. 3. v. 146. Nec tamen incautos laudum exhorresce furores. ¶ Cum infinito. In fragm. orat. Claudii Imp. apud *Gruter.* pag. 502. col. 1. lin. 4. Deprecor, ne quasi novam istam rem introduci exhorrescatis.

EXHORTAMENTUM, i, n. exhortatio. *Non.* c. 2. n. 637. Excursum et exhortamenta moderari.

EXHORTATĬO, onis, f. *an encouraging, exhortation*, adhortatio, hortamen, παραίνεσις, προτροπή. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 7. Quæ et tua exhortatione excepi, et mea affirmatione tibi recepi. *Colum.* l. 11. c. 1. *a med.* Variisque exhortationibus in opere ipso exhilaret laborantes. *Justin.* l. 38. c. 3. *ad fin.* Milites variis exhortationibus ad bellum incitare. *Tacit.* 1. *Histor.* c. 36. Strepere cuncta clamoribus, et tumultu, et exhortatione mutua. ¶ *Rutilius*, et *Celsus* inter figuras sententiarum et *exhortationem* posuerunt: sed excludit *Quintil.* l. 9. c. 2. *sub fin.*

EXHORTATĪVUS, a, um, adject. *exhortative*, ad exhortandum pertinens. Ita vertit *Quintil.* Græca verba προτρεπτικὸς, et παραινετικὸς, l. 3. c. 6. ubi de Statu agit.

EXHORTĀTOR, oris, m. προτρέπων, *an exhorter, encourager.* *Tertull. de fuga in persecut. in fi.* Exhortator omnium tolerantiarum.

EXHORTATORĬUS, a, um, *exhortatory*, παραινετικὸς, exhortativus, ut Exhortatoria epistola, *Hieronym.* ep. 2. *ad Nepotian.* et *Augustin.* ep. 209.

EXHORTĀTUS, a, um, *having exhorted or encouraged*, particip. *Virg.* 12. *Æn.* v. 159. sic exhortata reliquit Incertum. ¶ Passive, *exhorted.* *Cic. de Senect.* c. 12. *ad fin.* Exhortatus in convivio a scorto est, ut, &c. *Al. leg.* *exoratus* rectius.

EXHORTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to exhort, encourage*, προτρέπω, παραινέω, vehementer hortor. *Virg.* 7. *Æn.* v. 472. Certatim Rutuli se se exhortantur in arma. *Ovid. Metam.* 13. v. 234. Cives exhortari in hostes. et l. 7. v. 35. Tauros exhortari in aliquem. *to incite.* et l. 5. v. 402. et nomine quemque vocatos Exhortatur equos. *Petron. in Satyr.* c. 140. et *Auct. dial. de Orat.* c. 14. Exhortari aliquem, ut, &c. Et *omisso* ut, *Plin. in Paneg.* c. 69. Nec segnius juvenes nostros exhortatus es, consulatum circumirent, senatui supplicarent. *Plin. alter* l. 2. c. 107. Milites ad ultionem exhortans. *stimulating.* *Petron. in Satyr.* c. 109. Exhortantibus universis, odia detumescunt. *Quintil.* l. 10. c. 7. *a med.* Exhortandis in hanc spem, qui foro præparantur, utile exemplum. *Gell.* l. 13. c. 23. Plus hercle promovet ad exhortandam parsimoniam, sustinendamque inopiam, quam, &c.

EXHYDRĬÆ, m. vocantur venti Atticorum lingua, cum imber effusus conciet flabra, ἐξυδρίαι ἄνεμοι. *Apul. de Mundo.*

EXIBĬLO, V. *Exsibilo.*

EXICCO. V. *Exsicco.*

EXICĬA. V. *Aricia.*

EXĬCO. V. *Exseco.*

EXIGNESCO, is, n. 3. *to become ignited*, ignem, seu calorem concipio, ignis fio. *Censorin. de die nat.* c. 18. *a med.* Mundus tum exignescere, tum exaquescere videtur.

EXĬGO, is, egi, actum, a. 3. *to lead out*, ἐξάγω, extra ago, educo: ab *ex*, et *ago*. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 3. Desistente autumno, exigunt a grege in campos. et cap. 4. Hiberno tempore non prius exigunt pastum, quam pruina evanuit. ¶ Item emitto, *to send forth or out.* *Cels.* l. 5. c. *ult.* sect. 14. Μυρμήκια, quæ radices altius exigunt. *strike.*

Et *Colum.* l. 3. c. 2. et 6. Vitis fecunda uvas complures exigit. *Cels.* l. 8. c. 1. *ante med.* Vertebræ ab utroque latere processus duos exigunt. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 114. Et sacer admissas exigit Hebrus aquas. *h. e.* propellit in mare. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Dilucida erit pronuntiatio, si verba tota exegerit, quorum pars devorari, pars destitui solet. ¶ Item expello, *to drive out. Cic.* 2. *de Orat.* c. 48. Neque reges ex hac civitate exigi sine nobilium dissensione potuisse. *expelled. Liv.* l. 3. c. 61. Pulsum hostem exigere e campo. et lib. 37. c. 41. *extr.* Exigere campo. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 381. ferroque morantes Exigere hinc animas. *Senec.* l. 1. *de Ira*, c. 6. Exigere aliquem vita. *to slay, destroy.* et *Nævius* apud *Non.* c. 4. n. 152. Indigne exigor patria innocens. *Plin.* l. 2. c. 68. Exigere accolas ultra fines. *Plaut. Aulul.* 3. 1. 7. Itaque omnes exegit foras. *Liv.* l. 39. c. 11. Domo exigere aliquem. *Sil.* l. 16. v. 234. Exigere e stratis corpus. *to jump out of bed. Horat.* l. 4. *od. ult.* v. 18. Custode rerum Cæsare, non furor Civilis, aut vis exiget otium. *shall disturb or violate. Terent. Hecyr.* 2. 1. 45. Exigere uxorem. *to put away, divorce. Plaut. Mil.* 4. 6. 62. Tua causa exegit virum a se. *Id. Capt.* 5. 4. 4. Ex corpore lassitudinem exigere. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 152. Vestimentis frigus exigere. ¶ Item injicio, immitto, adigo, *to drive in. Virg.* 10. *Æn.* v. 815. validum namque exigit ensem Per medium Æneas juvenem, totumque recondit. *drove, thrust, plunged. Flor.* l. 4. c. 2. *a med.* Gladium per viscera exegit. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 16. Exigere tela in aliquem. Adde *Stat.* 6. *Theb.* v. 717. ¶ Item transfodio, *to transfix, run through. Valer. Flacc.* l. 6. v. 572. illum exigit hasta, Hunc fugat. ¶ Item duco, ultra duco, produco, transmitto, *to conduct or lead beyond. Valer. Flacc.* l. 2. v. 75. cum primus equis exegit anhelis Phœbus Athon, mediasque diem dispersit in undas. *Propert.* l. 3. el. 19. v. 3. Tu quoque, qui æstivos spatiosius exigis ignes, Phœbe, moraturæ contrahe lucis iter. *Stat.* 2. *Theb.* v. 41. ubi prona dies, longos super æquora fines Exigit umbra. *h. e.* extendit, producit. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 5. v. 1. Æstus erat, mediamque dies exegerat horam. *h. e.* adduxerat, vel transierat. ¶ Item trajicio, transcurro, *to pass through or beyond. Plin.* l. 12. c. 19. Troglodytæ hibernum mare exigunt circa brumam, Euris tum maxime flantibus. ¶ Item transigo, ago, *to pass, lead, spend. Petron. in Satyr.* c. 115. Cibis corruptis utcumque curati, tristissimam noctem exegimus. *Plin.* l. 3. ep. 1. Nescio, an ullum tempus jucundius exegerim. *Terent. Heaut.* 2. 3. 39. Quo studio vitam suam te absente exegerit. *Virg.* 7. *Æn.* v. 776. et *Ovid. Metam.* 12. v. 208. Solus ubi in silvis Italis ignobilis ævum Exigeret. *Plaut. Capt.* 5. 4. 12. Tu cujus causa hanc ærumnam exigo. *h. e.* tolero, perfero. ¶ Item perficio, absolvo, *to finish, complete, perform. Horat.* l. 3. *od. ult.* v. 1. Exegi monumentum ære perennius. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 117. Perque hiemes, æstusque, et inæquales autumnos, Et breve ver spatiis exegit quatuor annum. *h. e.* complevit, composuit. ¶ Item distrahere, venale aliquid extrudere, *to sell, vend, dispose of. Liv.* l. 34. c. 9. *a med.* Mercari et ipsi ea, quæ externa inveherentur, et agrorum exigere fructus volebant. *Colum.* l. 10. v. 315. Mercibus exactis, &c. ¶ Sæpe est reposcere, flagitare, in re pecuniaria: itemque exigendo obtinere, *to exact, demand, require, enforce. Cic. Fam.* 13. ep. 11. Ad eas pecunias exigendas, quæ a colonis debentur, legatos misimus. *Id. in Divin. Verr.* c. 10. *ad fin.* A civitatibus pro frumento pecunias exegerunt. *Id. pro Font.* c. 5. Quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 32. Acerbissime exigere pecunias imperatas. et cap. 12. obsides ab aliquo. *Petron. in Satyr.* c. 8. Pro cella assem exigere. *Cic. Fam.* 3. ep. 7. tributa. et lib. 6. ep. 18. pensionem. *Id.* 3. *Verr.* c. 10. nomina sua. *Id. de Amic.* c. 21. mercedem. ¶ Extra rem pecuniariam. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 6. Ne id quod petat, exigere magis, quam rogare videatur. et lib. 15. ep. 16. Longiores litteras exspectabo, vel potius exigam. *Id. extr.* l. 4. *de Fin.* Hanc exigam a te operam, ut audias me. et l. 2. *de Fin. extr.* Exigerem ex te, cogeremque, ut responderes. et cap. 22. Omnibus ex rebus voluptatem, quasi mercedem, exigit. *Id.* 1. *de Leg.* c. 1. Non ut a poeta, sed ut a teste veritatem exigunt. ¶ Et qui exigendo obtinet, *exigere* dicitur. *Liv.* l. 42. c. 3. Sarta tecta exigere sacris publicis, et loca tuenda more majorum. *Ascon. in Verr.* 3. c. 59. Exigere viam dicuntur magistratus, cum viciniam cogunt munire quam diligentissime sumptu facto. *Cic. ibid.* Quam tu viam thensarum atque pompæ ejusmodi exegisti, ut, &c. *Sueton. in Claud.* c. 12. Ut rata essent, quæ procuratores sui statuerent, precario exegit. *Ovid. de remed. amor.* v. 333. Exige quod cantet, si qua est sine voce puella. *Id.* 14. *Metam.* v. 477. antiquo memores de vulnere pœnas Exigit alma Venus. *h. e.* pro vulnere. *Flor.* l. 3. c. 19. *extr.* et *Ovid.* 8. *Metam.* v. 531. Exigere supplicium, pœnas de aliquo. *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 12. ab aliquo. *Liv.* l. 29. c. 18. *ad fin.* Exigere ab aliquo gravia piacula. ¶ Invenitur etiam *exigere pœnas alicui. to punish. Ovid.* 4. *Fast.* v. 230. huic pœnas exigit ira deæ. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 113. Ense Thyestiadæ pœnas exegit Orestes. *Id. de B. Get.* v. 194. Tandem supplicium cunctis pro montibus Alpes Exegere Getis. ¶ Necessitas exigit, ratio, usus exigit, apud *Quintil.* l. 4. c. 1. *Colum.* l. 7. c. 12. *a med.* et *in proœm.* l. 9. Ut res exigit, prout res exigit, *as need requires*, apud *Plin.* l. 27. c. 4. et lib. 31. c. 6. Sic *Quintil.* l. 10. c. 3. Illic opes reconditæ, unde ad subitos casus, cum res exiget, proferantur. ¶ Præterea significat examinare, redigere, ponderare, explorare. *to try, prove, weigh, examine, measure, adjust. Cic.* 3. *Verr.* c. 5. Nisi forte vis ad perpendiculum columnas exigere. *Plin.* l. 36. c. 25. Materia crassitudine bipedali ad regulam et libellam exigitur. *Sueton. in Cæs.* c. 47. Margaritarum pondus sua manu exigere. *Plin.* l. 7. c. 21. Exigere aliquid mensura. *to measure out.* Hinc translate *Liv.* l. 34. c. 31. *a med.* Nolite ad vestras leges et instituta exigere ea, quæ Lacedæmone fiunt. *estimate by the standard of*, &c. *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 6. Si ad illam summam veritatem legitimum jus exegeris, cavendum tibi erit, ne &c. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 502. Exigere opus ad vires suas. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Illa non nisi aure exiguntur, quæ fiunt per sonos. *are judged of, calculated.* et cap. 4. (*al.* 5.) An cujuslibet auris est exigere litterarum sonos? *Martial.* l. 7. epigr. 27. Exige, sed certa, quos legis, aure jocos. *h. e.* examina, perpende versiculos jocosos. *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 5. Si omnia argumenta ad obrussam cœperimus exigere, silentium indicetur. *Virg.* 4. *Æn.* v. 476. Decrevitque mori: tempus secum ipsa modumque Exigit. *weighs, examines, considers. Quintil.* l. 1. c. 9. (*al.* 15.) Æsopi fabellas narrare sermone puro; deinde eandem gracilitatem stilo exigere condiscant. *h. e.* imitari, assequi, exacte assimilare, ad eam gracilitatem stilo se conformare. *Senec. in fi.* ep. 11. Opus est aliquo, ad quem mores nostri se ipsi exigant. *h. e.* se conforment, dirigant. ¶ *Exigere quippiam cum aliquo*, agere, tractare, deliberare, cum aliquo rem examinare et quasi ad regulas rationis et prudentiæ exigere. *to treat, manage, consult, act. Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 24. *ad fin.* De his rebus ut exigeret cum eo, Furnio mandavi. *Senec.* ep. 27. In secretum te meum admitto, et te adhibito, mecum exigo. *Plin.* l. 6. ep. 12. Sentio, quanto opere me diligas, cum sic exegeris mecum, ut solebas cum filio tuo. *you have all along dealt with me. Id. in fi.* ep. 26. l. 9. Dummodo destines diem, quo et de his coram exigere possimus. *Liv.* l. 22. c. 49. *a med.* Hæc exigentes prius turba fugientium, deinde hostes oppressere. *while this was going on.* Al. aliter leg. ¶ *Exigere ab aliquo*, quærere, exquirere. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 85. Exactum est a Labeone, cur ultionem omisisset. *they demanded why he did not cause punishment to be inflicted.* ¶ Exigere aliquem, vocare, impellere. Jupiter apud *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 215. quonam usque nocentum Exigar in pœnas? ¶ Passive *Metell. Numid.* apud *Gell.* l. 15. c. 14. *se se pecunias maximas exactos esse* dixit, *h. e.* pecunias a se maximas exactas. et *Cæcil. ibid.* et apud *Non.* c. 2. n. 294. *Ego exigor portorium*, h. e. exigitur de me portorium: quas loquendi rationes nove dictas ait *Gell.* et Græcæ rationis; Græci enim dicunt εἰσεπράξατό με ἀργύριον, exegit me pecuniam. Simili modo locuti sunt *Plaut. Trin.* 2. 4. 26. *Jabolen. Dig.* lib. 23. tit. 4. *leg. ult. extr.* [¶ Particip. *exacturus* apud *Val. Max.* l. 1. c. 1. n. 14. Exacturi justa piacula.]

EXIGŬE, adv. *very little*, μικρῶς, ὀλίγως, exiguo modo, parum, leviter, tenuiter. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 36. Cum de duabus primis celeriter exigueque dixisses. *briefly. Id. Attic.* l. 11. ep. 16. Epistola exigue scripta. *h. e.* quæ pauca continet, eaque inania. *Terent. Heaut.* 1. 2. 33. Exigue sumptum præbent. *sparingly, scantily. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 71. Ratione inita, frumentum se exigue dierum triginta habere, sed paulo etiam longius tolerare posse parcendo. *h. e.* vix: *hardly corn enough to last thirty days. Cic. de Amic.* c. 16. Hoc quidem est, nimis exigue et exiliter ad calculos revocare amicitiam. *too narrowly. Gell.* l. 19. c. 3. Turpius esse exigue atque frigide laudari, quam insectanter ac graviter vituperari. *slightly. Id.* l. 9. c. 9. *extr.* Virgilius hunc Homeri versum exigue secutus est. *h. e.* parum expressit.

EXIGUĬTAS, atis, f. *smallness, shortness, paucity*, ὀλιγότης, μικρότης, paucitas, parvitas. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 12. In quibus, propter earum exiguitatem, obscuratio consequitur. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 23. et *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 10. Exiguitas copiarum. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 21. et 33. et *Liv.* l. 24. c. 17. temporis. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 30. Paucitatem militum ex castrorum exiguitate cognoscere. et cap. 1. *extr.* Exiguitas pellium. *Justin.* l. 43. c. 3. terræ. *scantiness. Sueton. in Claud.* c. 28. fisci. *poverty, scarcity. Colum.* l. 7. c. 5. *ante med.* cibi maciem facit.

EXIGŬUS, a, um, *small, brief, slender, scanty, slight*, parvus, exilis, tenuis, μικρός, ὀλίγος. De origine V. Etymologos. *Nep. in Agesil.* c. 8. Exiguus, et claudus altero pede. *short of stature. Virg.* 1. *Georg.* v. 181. Exiguus mus. *tiny. Cic.* 2. *de Divin.* c. 16. Possum suspicari, contactum aliquo morbo, bovis exile, et exiguum, et victum cor fuisse. *Id. pro Rabir. Perduell.* c. 3. Exigua et angusta pars. *Id. Parad.* 6. c. 3. Exiguus sumptus. *Martial.* l. 12. epigr. 84. Exigui capilli. *h. e.* rari. *thinly scattered. Cic.* 3. *de Orat.* c. 19. Ex ingenti campo in exiguum gyrum compellere. *Id. pro Quint.* c. 1. Exiguæ amicorum copiæ. *Nepos in Milt.* c. 4. *extr.* Exiguis copiis dimicare. *Lucan.* l. 3. v. 182. Exiguæ puppes. *a small fleet. Cic.* 1. *de Orat.* c. 4. *extr.* Exiguus oratorum numerus. et cap. 20. *ad fin.* Exiguum tempus. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 20. Exigua pars æstatis. et lib. 5. c. 47. Exigua castra. et lib. 7. c. 17. Civitas exigua et infirma. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 2. *extr.* Exigua laus. *Id. Fam.* 5. ep. 7. Litteræ tuæ exiguam significationem tuæ erga me voluntatis habebant. *Id.* 1. *de Fin.* c. 19. Exiguam fortunam intervenire sapienti. *that fortune has but little to do with the actions of a wise man. Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 115. De fratrum populo pars exiguissima restas. *Plin.* l. 7. ep. 24. Exiguissima legata. *Colum. de arborib.* c. 28. *sub fin.* Cytisum aridum si dabis, exiguius dato. *Frontin. de aquæduct.* artic. 32. Vicenariam exiguiorem faciunt diametro digiti semisse. *Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. 5. leg. 1. *a med.* Licet alii validioris vocis sint, alii exiguioris. *Id.* lib. 43. tit. 11. leg. 1. *a med.* Ut aqua exiguior facta minus sit navigabilis. et lib. 30. leg. 14. *extr.* Exiguius esse præstandum. ¶ Cum genitivo. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 381. Abundans corporis, exiguusque animi. ¶ Substantive *Ovid.* 5. *Trist.* el. 2. v. 20. Exiguum pleno de mare demat aquæ. *Plin.* l. 28. c. 9. *a med.* Exiguum mellis adjiciunt. et lib. 25. *c. ult. ad fin.* Cum croco, et exiguo aquæ frigidæ trita. *Sil.* l. 4. v. 248. Exiguum salutis. *Plin.* l. 7. ep. 27. temporis. ¶ Adverbialiter *Id.* l. 3. ep. 6. In hac certe perquam exiguum sapio. *Plin. alter* l. 10. *c. ult.* Exiguum dormire. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 141. exiguum misero contingis amanti. *h. e.* exiguo tempore. *Lucan.* l. 5. v. 431. Exiguum tument vela. ¶ *Exiguo* pro *exigue. Scribon. Larg. compos.* 240. Exiguo oras ulceris tangere. ¶ *Exiguo post*, paulo post. *Plin.* l. 31. c. 2. Exiguo post obitum ipsius. ¶ Vilem aliquando significat, parvique pretii. *Spartian. in Severo*, c. 19. Tam exiguis vestibus usus est, ut vix tunica ejus aliquid purpuræ haberet.

EXILĬCA CAUSA, quæ adversus exsulem agitur. *Festus.*

EXILĬO. V. *Exsilio.*

EXĪLIS, le, *slender, slight, thin, mean, small, empty*, λεπτός, tenuis, subtilis, gracilis. *Festus* derivat a tenuitate *inarum*, τῶν ἰνῶν, hoc est fibrarum, seu subtilium venularum in chartis intercursantium. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 13. Eadem hora aliæ pecudis jecur nitidum atque plenum est, aliæ horridum et exile. *lean. Id.* 2. *Agrar.* c. 25. *a med.* Quod solum tam exile et macrum est, quod aratro præstringi non possit? *h. e.* arenosum, vel exigui fundi. *poor. Lucan.* l. 3. v. 204. glebis exilis Arisbe. *h. e.* macri soli. *Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 1. *ante med.* Ignes tenuissimi iter exile designant. *Plin.* l. 13. c. 4. *ad fin.* Poma macro corpore exilia. *Ovid.* 1. *ex Ponto, ep. ult.* v. 27. Exiles artus. *Valer. Max.* l. 9. c. 12. n. 8. *extern.* Tenues et exiles virium reliquias fovere. *Plin.* l. 11. c. 37. *extr.* Exilis humor. *Id.* l. 24. c. 6. Exilia folia. *Id.* l. 15. c. 13. Exilior prunorum caro. *Id.* l. 11. c. 51. Feminis vox exilior, quam maribus. *finer, more shrill. Horat.* l. 1. od. 4. v. 17. vocat *exilem* domum Plutoniam, in qua sunt manes sine corpore, et tenues umbræ. ¶ Translate *Cic.* 4. *de Fin.* c. 3. *sub fin.* Ista ipsa, quæ tu breviter, a te quidem apte et rotunde, habes enim a rhetoribus: illorum vero ista ipsa quam exilia de virtutis vi. *h. e.* inornata, subtilia, sicca, tenuia. *Id.* 2. *de Orat.* c. 38. Genus sermonis non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum ac minutum. *poor, mean.* et cap. 77. *extr.* Exile exordium. et lib. 1. c. 18. Spinosa et exilis oratio. *Plaut. Stich.* 4. 1. 21. Ita, me absente, familiarem rem uxor curavit meam: omnium me exilem atque inanem fecit ægritudinum. *h. e.* exsortem, immunem, nulla ægritudine circumdatum, omni cura spoliatum. *free from, void of. Nepos in Eumen.* c. 5. Exiles res animi magnitudinem etsi non frangebant, tamen imminuebant. *h. e.* tenues, imminutæ, adversæ et calamitosæ. *Gell.* l. 14. c. 2. Argumentis admodum exilibus nitebatur. *weak, feeble. Horat.* l. 1. ep. 6. v. 45. Exilis domus est, ubi non et multa supersunt, &c. *h. e.* pauper, tenuis. *Plin. in Paneg.* c. 40. Parva et exilis hereditas. *Apul.* l. 10. *Metam.* Exilis metus. *slight fear.* ¶ *Exile* adverbii ritu pro exiliter. *Stat.* 7. *Theb.* v. 262. redit, atque exile profatur.

EXILĬTAS, atis, f. *smallness, slenderness, scantness*, λεπτότης, tenuitas, gracilitas. *Plin.* l. 11. c. 2. Exilitas aculei apum. *Id.* l. 24. *c. ult.* Folia fastigantur in exilitatem. *Id.* l. 18. c. 17. *a med.* et *Colum.* l. 8. c. 16. Exilitas soli. *poorness. Quintil.* l. 1. c. 11. (*al.* 19.) Femineæ vocis exilitas. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Orat.* c. 12. Qui discernes eorum, quos nominavi, ubertatem in dicendo et copiam, ab eorum exilitate, qui hac dicendi varietate non utuntur? *Id. in Bruto*, c. 82. Atticum se Calvus noster dici oratorem volebat. inde erat illa exilitas, quam, &c. *Quintil. loc. cit.* Quarundam litterarum vel exilitate, vel pinguitudine nimia laboramus.

EXILĬTER, *faintly, slightly, slenderly*, λεπτῶς, tenuiter, graciliter. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 11. Nolo, verba exiliter exanimata exire; nolo inflata, et quasi anhelata gravius. ¶ Translate *Id.* 1. *de Orat.* c. 11. *sub fin.* Iisdem de rebus jejune quosdam et exiliter disputavisse. *h. e.* tenui,

et inornato stylo. *meagerly. Id. in Bruto*, c. 27. *extr.* Annales sane exiliter scripti. *Varr. sub init.* l. 4. *de L. L.* De quibus duabus rebus in his libris promiscue dicam, sed exilius de posteriore. *h. e.* parcius, brevius.

EXILIUM. V. *Exsilium.*

EXIMIE, adv. *choicely, remarkably, excellently*, ἐξαιρέτως, excellenter, egregie. *Cic. pro Arch.* c. 9. Marius L. Plotium eximie dilexit. *Juvenal.* sat. 11. v. 1. Eximie cœnare. *sumptuously. Liv.* l. 25. c. 40. Eximie ornatum templum. *splendidly, richly. Id.* l. 42. c. 29. Antiochus omnia per suos legatos senatui eximie pollicitus erat. *Gell.* l. 15. c. 8. Eximie atque verissime opinari. et lib. 11. c. 13. Eximie et unice delectare. *Plin.* l. 29. c. 6. *a med.* Eximie prodesse. et lib. 20. c. 22. Eximie utilis. et lib. 29. *c. ult. ad fin.* Oculis eximie medetur. et lib. 27. c. 12. *a med.* Proserpinaca anginam eximie curari.

EXIMIĔTAS, atis, f. præstantia. *Symmach.* l. 3. ep. 3. Spondeo tuam eximietatem reperire posse multa, quæ tacui. Adde *Augustin.* ep. 32. 231. et 237.

EXIMĬUS, a, um, *excellent, choice, select, remarkable, notable*, ἐξαίρετος, excellens, egregius, quasi exemptus, et extra ceteros positus. Hinc *Cic. in divin. Verr.* c. 16. Neque esset verisimile, cum omnibus Siculis faceret injurias, te illi unum eximium, cui consuleret, fuisse. *Liv.* l. 9. c. 34. Tu unus eximius es, in quo hoc præcipuum et singulare valeat? *Terent. Hecyr.* 1. 1. 9. Utin' eximium neminem habeam? *h. e.* ut neminem eximam, excipiam. ¶ Proprie dicebatur de animalibus ad sacrificium electis, quia in sacrificiis optimum pecus e grege eximebatur, teste *Festo*, et *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 5. et adhuc magis proprie de porcis majoribus, qui ad sacrificandum excepti liberius pascebantur. Nam boves, qui ad hoc electi erant, *egregii* dicebantur, et oves *lectæ*. *Donat. ad Terent. Hecyr.* 1. 1. 9. Sed hæc nomina sæpe indifferenter usurpantur. *Virg.* 4. *Georg.* v. 538. Quatuor eximios præstanti corpore tauros. ¶ Universim autem, et lato usu accipitur pro excellenti, insigni, singulari, præstanti, ut dictum est. *Cic. pro leg. Manil.* c. 1. *extr.* Pompeii singularis eximiaque virtus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 28. *extr.* Hæc ipsa semper in te eximia et præstantia fuere. *Id.* 1. *Offic.* c. 20. Ea quæ eximia plerisque et præclara videntur, parva ducere. *Id.* 1. *de Fin.* c. 13. Eximiæ pulcræque virtutes. *Id.* 7. *Verr.* c. 31. Mulier eximia facie. *Plin.* l. 7. c. 12. Eximios forma pueros. *Cic.* 6. *Fam.* ep. 5. Eximium ingenium. et lib. 1. ep. 7. *extr.* Lentulus eximia spe et summæ virtutis adolescens. *Plin.* l. 21. c. 5. Eximius candor. *Id.* l. 27. c. 12. *a med.* Proserpinaca est eximii adversus scorpiones remedii. *Id.* l. 5. c. 4. Regio fertilitatis eximiæ. *Id.* l. 2. c. 63. Eximia merita. *Id.* l. 24. c. 16. Herba eximii usus ad vulnera. *Id.* l. 8. c. 44. *de mulis.* Animal viribus in labores eximium. *Id.* l. 21. c. 2. *ad fin.* Caligines oculorum succo inungi, eximium habetur. *Lucan.* l. 3. v. 696. Eximius in aliqua re. ¶ Cum infinito, *Id. ibid.* pugna fuit unus in illa Eximius Phoceus animam servare sub undis, Scrutarique fretum. ¶ Cum genitivo, Græco more. *Stat. Theb.* 6. v. 15. Eximii regum. ¶ In malam partem. *Lucret.* l. 2. v. 593. Eximiis vero fuit ignibus impetus Ætnæ. ¶ Pro *maximus*. *Liv.* l. 42. c. 15. Harpalus quanta eximia celeritate poterat, regressus in Macedoniam. Pleriq. omn. leg. *quanta maxima.*

EXĬMO, is, emi, emptum, *vel* emtum, a. 3. *to take out or away, take or draw from*, ἐξαιρεῖν, extraho, educo, eruo: ab *ex*, et *emo*, quod olim accipere significabat, *Festo* teste in *Abemito*. *Cato R. R.* c. 112. Ubi triduum præterierit, eximito de dolio. et cap. 28. Oleas, ulmos bene cum radicibus eximito, cum terra sua quamplurima. *Plin.* l. 26. c. 11. *a med.* Medullam e caule eximere. *Id.* l. 30. c. 6. *a med.* Cani viventi lien eximere. *Id. extr.* l. 19. Eximere acetum opsoniis apio. *Cels.* l. 6. c. 9. et *Sueton. in Vespas.* c. 5. Eximere alicui dentem. *Cic. Verr.* 4. c. 52. unum diem ex mense. *Horat.* l. 2. od. 2. v. 18. aliquem numero beatorum. *to exclude from the number of the happy. Curt.* l. 6. c. 11. *a med.* se hominibus. *to withdraw himself from men: not to suffer himself to pass for a man.* ¶ Item adimo, aufero, tollo, *to take away, withdraw. Horat.* l. 1. ep. 5. v. 18. Solicitis animis onus eximit. *Id.* l. 3. od 14. v. 14. Eximere curas. *Justin.* l. 30. c. 3. Quæ res omnem cunctationem belli Senatui exemit. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 12. *ad fin.* Illud, quod me angebat, non eximis. *Id. de Amic.* c. 7. Eximere ex rerum natura benevolentiæ vinctionem. *Liv.* l. 4. c. 31. religionem. *to remove every scruple. Sueton. in Claud.* c. 11. aliquid memoriæ. *to put out of remembrance. Plaut. Merc.* 1. 2. 17. alicui lassitudinem. ¶ Item subtraho, libero, *to free, deliver, release. Cic. in Orat.* c. 23. Eximere aliquem e vinculis. *Id.* 2. *de Invent.* c. 7. *sub fin.* aliquos ex culpa. *Liv.* l. 38. c. 15. obsidione. *Cic. Fam.* 5. ep. 6. ex obsidione. *Id. Verr.* 4. c. 40. *ad fin.* aliquem ex reis. *to withdraw from the number of. et Verr.* 6. c. 19. absentem de reis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 67. *extr.* aliquem ex ærariis. *Nepos in Attic.* c. 10. quempiam de numero proscriptorum. *to take out from. Liv.* l. 6. c. 40. *a med.* se arbitrio alterius. et cap. 24. *a med.* reum crimine. *Id.* l. 28. c. 39. *ad fin.* cives servitio. *Tacit. Ann.* 14. c. 48. morti. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 256. Exime nos sceleri, pater, et miserere piorum. *Gell.* l. 4. c. 20. Notæ jam destinatæ exemptus est. *Plaut. Rud.* 1. 4. 13. Eximere aliquem ex metu. *Liv.* l. 5. c. 15. rem miraculo. *h. e.* efficere, ut res miraculo tribuenda non sit. ¶ In re forensi *eximere diem* est extrahere, protrahere, et sic judicio auferre. *to waste the time in speaking, and so to prevent a decree from being passed. Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 1. *a med.* Clodius rogatus, diem dicendo eximere cœpit. [† Id fiebat in senatu, cum in sententia dicenda data opera multum temporis consumebant, et aliena quoque dicebant, ut sol occideret ante, quam SCtum fieri posset: quod SCtum fieri non poterat post solis occasum. *Ernest.*] *Id. Attic.* l. 4. ep. 3. Metellus calumnia dicendi tempus exemit. *Plin.* l. 5. ep. 21. Dimittuntur centumviri, eximitur dies. Adde *Liv.* l. 1. c. 50. *ad fin.* ¶ Translate *Sueton. in Oth.* c. 6. Medium quoque tempus religio et Seleucus exemit. [¶ Particip. *eximendus* apud *Liv.* l. 24. c. 29. Id eximendum de fœdere est.]

EXIN, per apocopen pro *exinde*, metri causa dici, ait *Festus*. Legitur autem apud *Virg.* 6. *Æn.* v. 891. lib. 7. v. 341. et alibi, *Enn.* apud *Cic.* 1. *de Divin.* c. 48. *Plaut. Epid.* 1. 1. 47. et *Pœn.* 3. 5. 9. &c. ¶ Sed et a prosæ scriptoribus usurpatur. *Cic. in Orat.* c. 45. *ad fin.* Dein etiam sæpe, et exin, pro deinde et exinde dicimus. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 26. Exin cuidam rustico visus est venire, &c. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 36. Exin promptum, quod, &c.

EXĬNANĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to empty, exhaust*, ἐκκενόω, evacuo, inanem reddo. *Cic.* 7. *Verr.* c. 25. Nox illa tota exinaniunda navi consumitur. *Id. Verr.* 5. c. 50. Vastare et exinanire agros. *Id. in Divin. Verr.* c. 4. Civitates vastare, domos exinanire, fana spoliare. *Hirt. de B. Afric.* c. 20. Omnem regionem exinanire frumento. *Plin.* l. 26. c. 8. Radix et alvum, et bilem, et pituitam exinanit. *Id.* l. 25. c. 5. Exinanire lienem. *to consume, waste. Id.* l. 7. c. 20. onusta vehicula. *to unload. Id.* l. 24. c. 8. *ad fin.* hydropicos. *to draw off the water from; to tap. Id.* l. 18. c. 22. Nisi multiplici partu exinaniatur ubertas, pereunt luxuria singuli fructus. *Paul. Dig.* lib. 31. leg. 89. *ad fin.* Patrimonium suum donationibus exinanire. *to waste away, run through. Plaut. Trucul.* 4. 2. 2. Ama rem tuam: istum (*amatorem*) exinani. *h. e.* emunge, exhauri, spolia. [¶ Particip. *exinaniens* apud *Plin.* l. 36. c. 14. Paulatim exinaniens imos.]

EXINANITĬO, onis, f. *an emptying, evacuation*, evacuatio, ἐκκένωσις. *Plin.* l. 13. c. 22. Succurrit aliquando præceps alvi exinanitio. *Id.* l. 17. c. 2. Exinanitio florescendi. *h. e.* emissio florum, qua vires arborum exhauriuntur.

EXINANĪTUS, a, um, adject. *emptied, exhausted*, ἐκκενωθείς. *Cic. Agrar.* 2. c. 27. Regibus atque omnibus gentibus exinanitis. *Id. Verr.* 7. c. 40. Habet constratam navem, et minus exinanitam. *Sisen.* apud *Non.* c. 2. n. 302. Exinanitis castris. *Plin.* l. 32. c. 5. Exinanita clysteribus corpora. *Id.* l. 17. c. 2. Exinanitæ fetu arbores. *h. e.* viribus exhaustæ.

EXINDE, *then, after that*, ἐντεῦθεν, ex eo tempore, postea, deinde, et ordinem significat tum loci, tum temporis. Loci, *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. *ad fin.* Exinde mari finitimus aer, &c. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 84. Ostium ubi prospexi, exinde me illico protinam dedi. *thence.* ¶ Temporis, *Virg.* 6. *Æn.* v. 743. exinde per amplum Mittimur elysium. *next. Liv.* l. 31. c. 4. Prætores exinde facti Q. Minutius, &c. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 63. Postquam alium reperit, qui plus daret, me exinde amovit loco. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 16. leg. 4. *extr.* Videri legatum habere jurisdictionem, non exinde, ex quo mandata est, sed ex quo, &c. *from the time when.* ¶ Significat etiam ex ea re, *from that, by that. Plaut. Pseud.* 2. 3. 13. Proinde ut quisque fortuna utitur, ita præcellet; atque exinde sapere eum, omnes dicimus.

EXINFULĀBAT, exserebat. infulas enim sacerdotum, filamenta vocabant. *Festus.*

EXINTĔRO. V. *Exentero.*

EXJŎCOR, aris, dep. 1. idem quod jocor, ludo. *Catull.* carm. 21. *ad Aurel.* v. 5. nam simul exjocaris una Hærens ad latus, omnia experiris. Sunt qui aliter leg. aut interpretantur.

EXISONA. *Vitruv.* l. 4. c. 7. Uti reliqua exisona, quæ solent esse in frontibus, ad latera sunt translata. *Barbarus* vertit *le altre parti uguali*, (*the other equal sides*,) quasi sit ab ἴσος, æqualis, et *Vitruv.* scripserit ἐξίσου, ex cujus corruptione exstiterit paulatim illud *exisona*: quæ conjectura est *Baldi* in *Lex.* ubi addit, placere *Turnebo* lectionem mutari, et *ex his omnia* legi.

EXISTIMABĬLIS, le, qui existimari potest, probabilis, veri similis. Est *Cœlii Aurel. Acut.* l. 2. c. 5. et 35. et lib. 3. c. 17. *ad fin.*

EXISTIMATĬO, onis, f. *an estimation, esteem, opinion, judgment*, ἐκτίμησις, actus existimandi, opinio, judicium. Differt ab *æstimatione*, quod hæc fere ad pretia refertur; *existimatio* ad cetera. Præterea *æstimatio* est de re perpensa et cognita judicium: *existimatio* est de re putata et probabili. Contra alii putant, *æstimationem* esse cogitationis et opinionis, *existimationem* perfecti omnino judicii. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 15. Non est tibi his solis utendum existimationibus, ac judiciis, qui nunc sunt, hominum, sed iis etiam, qui futuri sunt. *Liv.* l. 4. c. 20. Qui si in ea re sit error, communis existimatio est. *every one may form his own judgment. Plin.* l. 11. c. 16. Propior vero prior existimatio fieret, ni, &c. *the former opinion would be more probable, provided, &c. Vitruv.* l. 7. c. 5. *a med.* Indecens status signorum publice civitati vitium existimationis adjecit. *a want, defect, or ignorance of good taste.* et *Cic.* 5. *Verr.* c. 82. In hoc genere facilior est existimatio, quam reprehensio. et cap. 58. Omnium existimationi satisfacere. *Sueton. in Tiber.* c. 58. *extr.* Dictum factumve alicujus existimatione aliqua lædere. *by disapproving of it in any way. Ascon. in Cicer. pro Mil.* c. 12. Complures alias, nimia etiam, ut existimatio est, asperitate usus, damnavit. *as is generally thought.* ¶ Sæpius est passivæ significationis, et sumitur pro bona fama, opinione, auctoritate, honestate, dignitate, *good opinion, reputation, character, credit, honour, fair fame*, εὐδοξία, δόξα, ἐπιτιμία. *Callistrat. Dig.* lib. 50. tit. 13. leg. 5. Existimatio est dignitatis illæsæ status, legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto nostro, auctoritate legum, aut minuitur, aut consumitur. *Cic. Fam.* 5. ep. 20. Nihil eum fecisse scientem, quod esset contra aut rem, aut existimationem tuam. *Id. pro Flacc.* c. 22. Homo egens, sordidus, sine honore, sine existimatione, sine censu. *Id.* 2. *de Orat.* c. 49. Nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere posse. *Id. pro Rosc. Com.* c. 6. Judicia summæ existimationis, et pæne dicam capitis. *Id. pro Flacc.* c. 15. Homo fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus. *Id.* 13. *Fam.* ep. 73. Alicujus existimationem violare. *to injure. Id. pro Planc.* c. 2. offendere. *Id. Fam.* 3. ep. 10. *a med.* oppugnare. *to assail, oppugn. Sueton. in Cæs.* c. 75. lacerare. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 1. venire contra. et *ibid.* Inopem esse ab amicitia et existimatione. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 10. Perdere existimationem. *Nepos in Cat.* c. 2. Detrimentum existimationis facere. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 5. Alicujus existimationi consulere. et cap. 4. *extr.* Committere alteri existimationem suam. *Sueton. in Ner.* c. 12. Existimationis integræ vir. *Nepos in Agesil.* c. 4. Bonam existimationem regno præponere. *Id. in Attic.* c. 15. Suam existimationem in ea re agi putabat.

EXISTIMĀTOR, oris, m. *one who gives his opinion; a judge of the goodness of an opinion*, δοξαστής, qui existimat, censet. *Cic. in Orat.* c. 31. Ut existimatores videamur loqui, non magistri. *Id.* 3. *de Orat.* c. 22. Stultus alieni artificii existimator. *Id. de clar. Orat.* c. 93. Existimator doctus et intelligens. *Gell.* l. 20. c. 1. Existimator non levis. ¶ Quid ab *æstimatore* differat, collige ex dictis in voce præced.

EXISTIMĀTUS, a, um, *reputed, judged, considered, determined. Cic. de Harusp. resp.* c. 13. Deiotarus a Senatu regali nomine dignus existimatus. *Plin.* l. 18. c. 12. Faba hebetare sensus existimata. *Gell.* l. 1. c. 9. Pro existimato captu solertiæ. *Id.* l. 10. c. 23. Cato non solum existimatas, sed multatas quoque a judice mulieres refert. *censured, reprimanded.*

EXISTĬMO, *et antique* Existŭmo, as, avi, atum, a. 1. *to judge, think, repute, esteem, determine*, δοκέω, νομίζω, puto, opinor, censeo: ab *ex*, et *æstimo*: a quo quid differat, in *Existimatio* diximus. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 33. Si majores nostri existimassent, quemquam Rulli similem futurum. *Id. Fam.* 15. *ep. ult.* Non possum existimare, plus quemquam a se ipso, quam me a te amari. *Id. ad Brut.* ep. 4. Quanta sim lætitia affectus, facilius est tibi existimare, quam mihi scribere. *Id.* l. 1. *de Leg.* c. 2. De scriptoribus, qui nondum ediderunt, existimare non possumus. *form an opinion. Id.* 2. *de Orat.* c. 66. P. Cornelius, homo, ut existimabatur, avarus et furax. *as he was generally accounted. Id. Fam.* 1. ep. 7. Ex eventu homines de tuo consilio existimaturos videmus. *Id. de clar. Orat.* c. 21. Orationes, ex quibus existimari de ingeniis oratorum potest. et cap. 36. *extr.* Ego sic existimo, hos oratores fuisse maximos. *Id.* 6. *Attic.* ep. 2. et 2. *Offic.* c. 10. Bene aut male existimare de aliquo. *Id.* 5. *Verr.* c. 82. Existimare aliquem avarum. *Nepos in Phoc.* c. 2. Qui bene de republica mereri existimabantur. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 13. Huic millia passuum DCCC in longitudinem esse, existimatur. *Plin.* l. 6. c. 13. Capillus juxta feminis virisque existimatur in probro. *Id.* l. 24. c. 15. Chamæcissos cum floret, existimari potest alba viola. *Id.* l. 6. c. 22. Tabrobanen alterum orbem terrarum esse, diu existimatum est. *Liv.* l. 23. c. 15. *a med.* Existimatu facile est. ¶ Videtur aliquando poni pro *æstimo*. *Sallust.* l. 3. *Histor. in orat. Macri Lic. Trib. pleb.* Si, Quirites, parum existumaretis, quid interesset, &c. *Id. in Jug.* c. 88. Nunc vos existumate, facta, an dicta pluris sint. *Terent. Phorm.* 1. 1. 11. Haud existumans, quanto labore partum. *not taking into the account. Id. Heaut.* 2. 3. 41. Ea res dedit existumandi copiam quotidianæ vitæ consuetudinem. ¶ *Bene*, aut *male existimare de aliquo* non solum est bene aut male opinari, sed etiam per metonymiam bene aut male loqui. *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 22. Quid facilius fuit Antigono, quam duos manipulares duci jubere, qui incumbentes regio tabernaculo faciebant, quod homines et periculosissime, et libentissime faciunt, de rege

suo male existimabant? *traducet.* et epist. 68. Quid autem tecum loquaris? quod homines de aliis libentissime faciunt: de te apud te male existima.

EXISTO. V. *Exsisto.*

EXITIABĬLIS, le, exitium ferens, exitialis. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 4. Bellum terra et mari comparat, suis civibus exitiabile. *Liv.* l. 29. c. 17. Exitiabilis tyrannus. *Sueton. in Aug.* c. 23. Clades pœne exitiabilis. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 257. Telum exitiabile. *Tacit. Ann.* 6. c. 24. Exitiabilis in suos, infensus reipubl. animus. *Vellei.* l. 2. c. 112. Exitiabilis fames.

EXITIABILĬTER. V. *Exitialiter.*

EXITIĀLIS, le, *destructive, pernicious, hurtful, fatal, mischievous, dangerous,* ὀλέθριος, exitium afferens, perniciosus, exitiosus. *Cic. Verr.* 7. c. 6. Perditæ civitates, desperatis omnibus rebus, hos solent exitus exitiales habere, ut damnati in integrum restituantur. *Virg.* 2. *Æn.* v. 31. Donum exitiale. *Id.* 6. *Æn.* v. 511. Scelus exitiale. *Plin.* l. 10. c. 71. Animalia venenata magis exitialia, si, &c.

EXITIALĬTER, perniciose. *Augustin.* l. 6. *Confession.* c. 7. Quia Circum exitialiter amabat. Al. leg. *exitiabiliter,* quod idem sonat.

EXITĬO, onis, f. exitus, *a going out. Plaut. Trucul.* 2. 6. 30. Quid illi ex utero exitio est?

EXITIŌSE, perniciose. *Augustin.* epist. 8. c. 3. Videtur mihi exitiosissime credi.

EXITIŌSUS, a, um, *destructive, pernicious, hurtful, deadly,* ὀλέθριος, exitium afferens, exitialis. *Cic.* 4. *Catil.* c. 3. Exitiosa conjuratio. *Id. pro Planc.* c. 36. Reipublicæ exitiosum fuisset. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 31. Otho luxu, sævitia, audacia reipublicæ exitiosior ducebatur. *Tertull. de anim.* c. 34. Helena exitiosissima Priamo.

EXITĬUM, ii, n. *ruin, mischief, perdition, destruction, death,* ὄλεθρος, pernicies, ruina, extrema calamitas, interitus. Exitium, inquit *Fest.* antiqui ponebant pro exitu: nunc exitium, pessimum exitum dicimus. *Cic.* 4. *Catil.* c. 5. Cum de pernicie populi R. exitio hujus urbis tam acerbe, tamque crudeliter cogitarit. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 4. *a med.* Ego omnibus meis exitio fuero. *Horat.* l. 1. od. 16. v. 17. Iræ Thyestem exitio gravi Stravere. *Lucret.* l. 5. v. 96. et *Senec. in Med.* v. 1001. Dare aliquem exitio. et *in Agamemn.* v. 523. Mittere exitio Doricum genus. *Id. in Phœniss.* v. 342. Rapere in exitium omnia. *Id. in Med.* v. 513. Trahere in exitium quempiam. *Tacit. Ann.* 1. c. 22. Armare quempiam in exitium alterius. et cap. 32. Dedere ad exitium. et cap. 43. Iras civiles in exitium hostibus vertere. *Plaut. Cistell.* 4. 1. 11. Quovis exitio interire. *Plin.* l. 19. c. 10. Formicæ non minimum hortorum exitium. *pest. Virg.* 7. *Æn.* v. 123. Ponere modum exitiis. *misfortunes. Cic. pro Mil.* c. 2. Quos P. Clodii furor rapinis, et incendiis, et omnibus exitiis pavit. ¶ Pro exitu, fine, interitu. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 809. date fallaci pudibunda senectæ Exitia, indecoresque obitus. ¶ *Exitium* pro *exitiorum* dixit *Pacuvius* apud *Cicer. in Orat.* c. 46. et lib. 1. *de Divin.* c. 31.

EXĬTUS, a, um, particip. pass. ab exeo, apud vet. *Fest. in Ad.* Ad exitam ætatem, ad ultimam ætatem.

EXĬTUS, us, m. *a going out, exit,* ἔξοδος, actus exeundi. *Cic. Parad.* 4. circa *med.* Reditum mihi gloriosum injuria tua dedit, non exitum calamitosum. *Lucret.* l. 6. v. 493. Exitus introitusque elementis redditus per spiracula mundi. et vers. 727. fit liber minus exitus amni. ¶ Item locus unde exitur. *an out-gate. Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. Exitum non habet, ac pervium non est iter. *Nepos in Annib.* c. 12. Ut in omnibus partibus ædificii exitus haberet. *Liv.* l. 39. c. 51. Septem exitus e domo fecerat. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 28. Cum angusto exitu portarum se ipsi premerent. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 718. et lib. 8. v. 185. Exitus Istri. *the mouths. Plin.* l. 2. c. 103. In exitu paludis. et cap. 63. Spiritui exitum quærere. *Id.* l. 21. c. 14. Alvorum, cum mel eximitur, illinere exitus. *Colum.* l. 6. c. 30. *ad fin.* Obsessos naturales exitus adaperire. *h. e.* intestinorum canales. Sic *cibi exitum* appellat *Plin.* l. 11. c. 34. foramen sedis. ¶ *Exitus vitæ,* et *exitus* absolute est vitæ finis, mors. *death. Nepos in Eumen. c. ult.* Eumenes talem exitum vitæ habuit. *Id. in Phoc. in fi.* Hunc exitum plerique clari viri habuerunt. *came to this end. Vellei.* l. 2. c. 7. Hunc Gracchi vitæ mortisque habuere exitum. *Plin.* l. 8. c. 48. *sub fin.* Duravere usque ad Sejani exitum. ¶ Dicitur etiam de fine et eventu cujuscumque rei. *an event, issue, end. Plin.* l. 17. c. 22. Exitu veris. *the departure, end. Liv.* l. 30. c. 26. Exitu superioris anni. *Cic. pro Marcell.* c. 5. *extr.* Incertus exitus, et anceps fortuna belli. *Id. pro Mur.* c. 37. *extr.* In exitu est meus consulatus. *drawing to a close. Id. de clar. Orat.* c. 34. Bonis initiis orsus tribunatum tristes exitus habuit consulatus. *Id. pro leg. Manil.* c. 1. *extr.* Hujus orationis difficilius est exitum, quam principium invenire. *Id. Fam.* 3. *ep. pænult.* Quemadmodum expediam exitum hujus institutæ orationis, non reperio. *I do not see how to bring it to a termination. Id. de Fato, c. pænult.* Utrique ad eundem exitum veniunt. *end in the same way. Id.* 5. *Phil.* c. 16. Fuga exitum non habebat. *h. e.* non patebat fugiendi locus. *Liv.* l. 57. c. 19. Rei exitum imponere. *to put an end to. Id.* l. 35. c. 10. In exitu jam annus erat. *was drawing to a close. Cic.* 5. *Tuscul.* c. 6. Adducere quippiam ad exitum. *to bring to a close. Id. Fam.* 10. ep. 22. Cum propter tarditatem sententiarum ea, quæ consulebantur, ad exitum non pervenirent. *Id.* 2. *de Divin.* c. 24. Responsa haruspicum, quæ aut nullos habuerunt exitus aut contrarios. *were either not verified, or proved quite contrary. Id. ad Brut.* ep. 10. *sub fin.* Eam rempubl. quam virtute magis, quam eventis rerum liberasti, exitu libera. *h. e.* re ipsa. *in effect; in very deed.* Sic l. 6. *Fam.* ep. 1. *a med.* Si mihi alterutrum de eventu atque exitu rerum promittendum est. *Planc. ad Coss.* l. 10. *Fam.* ep. 8. Ut quæ reipubl. polliceremur, exitu præstaremus. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 565. Exitus accessit verbis. *his actions kept pace with his professions.* ¶ Exitum facere. *h. e.* habere. *Sueton. in Ner.* c. 46. Daturos pœnas sceleratos, ac brevi dignum exitum facturos. Adde *Petron. in Satyr.* c. 2. et *Senec.* ep. 115. *a med.* ¶ *Exitus acta probat* apud *Ovid. Heriod.* ep. 2. v. 85. genus proverbii est. *the result justifies the deed.* Quod tamen a sapientibus improbatur. Nam eventus est stultorum magister, ut ait *Liv.* l. 22. c. 39. et *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 489. Improbat etiam *Ovidius ibid.* ¶ *Exitus verborum* est eorum positio extrema. *the termination, ending. Cic. in Orat.* c. 49. Verba, quæ casus habent in exitu similes. *Varr.* l. 9. *de L. L.* c. 3. *a med.* Habent exitus aut in *a,* aut in *e,* &c.

EXJŪRO, as, a. 1. *to swear solemnly,* ἐξόμνυμι, idem quod juro, aut valde juro. *Plaut. Amph.* 3. 3. 18. Quando istæc omnia exjurasti te mihi dixe per jocum. Ita *Non.* c. 2. n. 286. sed in plerisque Editionib. *Plauti* hic versus deest.

EXLÆTUS, a, um, valde lætus. *Apul.* l. 3. *Metam.* Tandem Fotis mea advenit, non exlæta facie, sed, &c. Al. divisim scrib. *ex læta.*

EXLECĔBRA. V. *Elecebra.*

EXLEX, egis, comm. gen. *without law, lawless,* ἄνομος, qui nulla lege tenetur, qui supra leges est: sive quia non debet, sive quia non vult subjici legibus. *Cic. pro Cluent.* c. 34. Non quod illi exlegem esse Sullam putarent. *Liv.* l. 9. c. 34. An hoc dicis, lege populum teneri, te unum exlegem esse? *Al. leg.* extra legem. *Horat. in art. Poet.* v. 224. Spectator potus, et exlex. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 33. Postremo quæro, parebis legibus, an non? anne exlex solus vives? Adde *Lucil.* et *Sisen. ibid.*

EXMENS, entis, demens, amens. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 59. qui non moderabitur iræ, Infectum volet esse, dolor quod suaserit exmens. Pleriq. omn. leg. *et mens.*

EXMOVĔO. V. *Emoveo.*

EXOBRŪTUS, a, um. *drawn out, disinterred,* erutus. *Apul.* l. 9. *Metam.* Dolium exobrutum protinus tradatur emptori.

EXOBSĔCRO, as, a. 1. *to entreat earnestly,* λιπαρέω, valde obsecro. *Plaut. Asin.* 1. 3. 93. Supplicabo, exobsecrabo, ut quenque amicum videro.

EXOCHADĬUM, ii, n. tuberculum in ano. *Marcell. Empir.* c. 31. Exochadia aceto illinere. Adde *Theod. Priscian.* l. 2. c. 30. ¶ Est ab ἐξοχὴ, eminentia.

EXOCŒTUS, i, m. ἐξώκοιτος, piscis ita dictus, quod in siccum dormiendi causa exeat, apud *Plin.* l. 9. c. 19. ab ἔξω, extra, et κοῖτος, cubile, vel somnus.

EXOCULASSO. V. *Exoculo.*

EXOCULĀTUS, a, um. adject. *eyeless, sightless,* cui oculi effossi sunt, cæcus. *Apul.* l. 7. *Metam.* Cæcam et prorsus exoculatam esse fortunam. Adde lib. 8.

EXOCŬLO, as, a. 1. *to pull or put out the eyes,* ἐξοφθαλμίζω, est privare oculis, excæcare. *Plaut. Rud.* 3. 4. 26. Si ne ei caput exoculassitis, ego vos virgis circumvinciam. pro *exoculaveritis.* ¶ Quidam ex hoc *Plauti* loco male formant *Exoculasso, is.*

EXODIARĬUS, ii, m. in fine fabulæ intrabat, recitabatque aliquid extra rem, ad exhilarandos animos tragicis affectibus turbatos, ut *vetus Scholiast. Juvenal. ad* sat. 3. v. 175. docet. *Ammian.* l. 28. c. 4. (*al.* 26.) Exodiario, venatori, aurigæ, et histrionum generi omni. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 637. n. 1.

EXODĬUM, ii, n. *a dramatical entertainment introduced at the end of a regular play; a farce, interlude,* ἐξόδιον, Græce est canticum, quod in exitu fabulæ canebatur: ab ἔξοδος, exitus, finis. A Latinis exodia (quæ initio ab honestis adolescentibus actitabantur, ut est apud *Liv.* l. 7. c. 2. postea Mimis relicta) dicta sunt ridicula intexta versibus, quæ fabellis potissimum Atellanis conserebantur, ad risum movendum. Aliud omnino fuere posterioribus temporibus, nempe fabulæ breviores (ut ex *Sueton. in Domit.* mox afferendo colligitur) quæ præcipue agebantur in fine Tragœdiarum, ut quidquid lacrimarum atque tristitiæ spectatores coegissent ex Tragicis affectibus, hujus spectaculi risus detergerent, ut ait *vetus Scholiast. Juvenal.* ad illud sat. 3. v. 174. tandemque redit ad pulpita notum Exodium, cum personæ pallentis hiatum In gremio matris formidat rusticus infans. *Id.* sat. 6. v. 71. Urbicus exodio risum movet Atellanæ. *Sueton. in Tiber.* c. 45. Exodium Atellanicum. et *in Domit.* c. 10. Quod scenico exodio, sub persona Paridis et Œnones, divortium suum cum uxore taxasset. ¶ Si verbi vim spectes, *exodium* est exitus, finis, *the end of any thing,* ut *Non.* docet c. 1. n. 111. et *Festus* confirmat: apud quem alii leg. *exodum.* Quo sensu *Varr.* apud *Non. ibid.* Cum Socrates bibisset κώνειον in exodio vitæ. et. Ab origine ad exodium. et. Quod cœperas narrare, ad exodium ducas. ¶ Pro insigni aliqua sententia. *a remarkable saying, apophthegm. Hieronym.* ep. 12. *ad Gaudent.* Ut secundum præclari Oratoris exodium, spes in ea (*infantula*) magis laudanda sit, quam res. Respicit illud *Cicer. in fragm.* apud *Serv. ad* 6. *Æn.* v. 877. Fanni, causa difficilis laudare puerum. non enim res laudanda, sed spes est.

EXODORĀTUS, a, um, adject. odore privatus. *Tertull. de Pall.* c. 4. Exuvias bestiæ exodoratas.

EXŎDUS, i, m. *a going out, end,* exitus, ἔξοδος, *Festus.* V. *Exodium.* Hinc Exodus inscribitur liber Moysis, in quo Israelitarum ex Ægypto exitus narratur. *Tertull. advers. Jud.* c. 11.

EXOLĔO, oles, n. 2. ut Latinum agnoscitur a *Prisciano sub fin.* l. 9. pag. 872. *Putsch.* sed nulla adstruitur auctoritate Latini Scriptoris. Præteritum habet *exolevi,* quod V. in dictione sequenti.

EXOLESCO, is, evi, n. 3. *to fade, grow stale,* παρακμάζω, proprie est crescere desino: sed dicitur de iis, quæ non solum crescere desinunt, sed deficiunt etiam, atque evanescunt. *Colum.* l. 2. c. 18. Multa sunt, quæ negligentia exolescunt, et fiunt sterilia. *Sueton. in Aug.* c. 7. Pæne jam exolescentibus litteris. ¶ Item de iis, quibus homines uti, vel quorum meminisse desierunt, *to grow out of use, grow out of date, be effaced, be forgotton, be lost, perish. Plin.* l. 29. c. 1. Quonam modo exoleverint in medicinæ usu, quæ tam parata erant. *Id.* l. 34. c. 2. Exolevit fundendi æris ratio. et lib. 35. c. 2. Exolevit in totum. *Tacit.* 11. *Ann.* c. 15. Ne vetustissima Italiæ disciplina per desidiam exolesceret. *Id. Ann.* 6. c. 25. Nondum is dolor exoleverat. et *Ann.* 4. c. 10. Rumor adeo validus, ut nondum exolescat. *Liv.* l. 2. c. 52. Cum patris favor haud dum exolevisset. *Quintil.* l. 1. c. 6. Prima positio, etiamsi vetustate exoleverat, apparebat, *pago. Stat.* l. 1. silv. 6. *sub fin.* Quos ibit procul hic dies per annos! Quam nullo sacer exolescet ævo! *Curt. in fi.* lib. 3. In omnium animis memoriam majestatis suæ exolevisse cernebat.

EXOLĒTUS, a, um, *that hath done growing,* qui crescere desiit, ut et *Festus* interpretatur. *Plaut.* apud *Priscian. sub fin.* l. 9. pag. 872. *Putsch.* Domi reliqui exoletam virginem. *adult, grown up.* ¶ Hinc exoleti dicuntur pueri meritorii adultæ jam ætatis: et universim quicumque pueri impudici, et alienæ libidini inservientes. *Cic. pro Mil.* c. 21. et *Martial.* l. 3. epigr. 82. ¶ Adjective *Vellei.* l. 2. c. 28. In qua civitate petulantis convicii judicium histrioni exoleto redditur. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 37. Remiges exoleti. ¶ Item qui in desuetudinem, vel oblivionem venit, *out of use, out of date, antique, obsolete. Liv.* l. 2. c. 35. *extr.* Exoletum jam vestustate odium. *Id.* l. 27. c. 8. Exoleta vetustate annalium exempla. *Sueton. in Aug.* c. 86. Exoletas et reconditas voces aucupari. *Id. in Galb.* c. 4. Vetus et exoletus mos. *Quintil.* l. 8. c. 2. Exoletos auctores scrutari.

EXOLVO. V. *Exsolvo.*

EXŌMIS, idis, f. *a kind of garment without sleeves,* ἐξωμὶς, vestis substricta, et brevis, propria veterum Romanorum, et comicorum, sine manicis, ab ὦμος, humerus, sive quod ex ea humeri exsererentur, sive quod illa ex humeris penderet. *Fest.* et *Gell.* l. 7. c. 12. sed hic Græce utitur.

EXOMĬUM, ii, n. idem quod exomis, ut Exomium pullum, apud *Quintil.* l. 5. c. 10. *a med.* ubi alii leg. *exordium.*

EXOMOLOGĒSIS, is, f. *a confession,* ἐξομολόγησις, Græca vox confessionem significans. *Tertull. de Pœnit.* c. 9. et *de Oratione,* c. 7.

EXONERATĬO, onis, f. *a discharge,* ut Exoneratio mercedis, *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 9. leg. 15. *ad fin.*

EXONERĀTOR, oris, m. *one who frees from any heavy charge,* qui exonerat. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1117. n. 5. Sex. Cornelio Vitalioni exoneratori calcariario, homini dulcissimo, &c.

EXONERĀTUS, a, um, *exonerated, unloaded, disburdened,* onere levatus. *Plin.* l. 9. c. 29. Emissa omni aqua, velut exoneratus sentina, facile navigat. ¶ Item depositus. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 2. Exundantem per Ægyptum multitudinem proximas in terras exoneratam.

EXONĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to unload, disburden, lighten, exonerate,* ἀποφορτίζω, onere levo. *Plaut. Stich.* 4. 1. 26. Exonerare navem. *Plin.* l. 11. c. 10. Apes onustæ remeant: excipiunt eas ternæ quaternæque, et exonerant. *Id.* l. 8. c. 26. Profluvio sanguinis morbidum corpus exonerat. *Petron. in Satyr.* c. 27. Exonerare vesicam. *to empty. Plin.* l. 10. c. 44. alvum. *Senec.* l. 4. *excerpt. controv.* n. 4. jactu navigia. *Martial.* l. 10. epigr. 48. Malvæ exoneraturæ ventrem. *to ease. Petron. in Satyr.* c. 103. Acclinatus lateri navis exonerabat stomachum nausea gravem. *Plin.* l. 3. c. 16. Amnes et lacus in Padum se se exonerantes. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 818. Exonerare colos. *h. e.* nendo colus pensum detrahere. ¶ Translate est levare, auferre. *Id.* 1. *Trist.* el. 3. v. 36. hanc odiis exonerate fugam. *Liv.* l. et cap. 2. Exonerare civitatem metu. *to free. Id.* l. 42. c. 13. *extr.* Liberare atque exonerare fidem suam. *Curt.* l. 4. c. 13. Exonerare animum solicitudine. *to ease.* et lib. 6. c. 8. conscientiam suam. *to ease, lighten.* et eod. sensu

cap. 9. Exonerare se. *h. e.* arcanum detegendo. Sic *Senec.* ep. 3. Quidam quæ tantum amicis committenda sunt, in quaslibet aures exonerant. *Petron. in Satyr.* c. 123. Exonerare dolorem convicio. *to vent.* *Senec. in Hippol.* v. 445. Curas Bacchus exonerat. *Tacit. Ann.* 3. c. 54. *a med.* Exonerari laborum meorum partem fateor. *Id.* 4. *Hist.* c. 40. Fastos adulatione temporum fœdatos exonerare. *to purify.* *Plaut. Epid.* 3. 4. 34. Ut eam ex hoc exoneres agro. *h. e.* abducas, alio amandes. [¶ Particip. *exonerandus* apud *Suet. in Claud.* c. 33. Ut pinna in os inderetur ad exonerandum stomachum.]

[*EXOPĬNO, as, are, n. 1. idem ac opinor. *Petron. in frag. Tragur. Burmann.* c. 62. Si aliter exopinassent. Alii legunt *exopinissent.*]

EXOPTABĬLIS, le, *desirable*, desiderabilis. *Sil.* l. 11. v. 387. Nec Venerem interea fugit exoptabile tempus. *Plaut. Stich.* 2. 3. 66. Nuncius exoptabilis.

EXOPTĀTUS, a, um, adject. valde optatus, *greatly wished or longed for*, εὐγμένος. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 7. Exoptatum nuncium afferre. *Id.* l. 5. *Attic.* ep. 15. Nihil exoptatius adventu meo, nihil carius. *Id. ibid.* l. 4. ep. 1. Exoptatissima gratulatio. *Terent. Heaut.* 2. 4. 28. Antiphila, maxime animo exoptata meo. *Plaut. Trin.* 4. 3. 65. O mi here exoptatissime, salve.

EXOPTO, as, a. 1. *to wish or desire greatly*, ἐπεύχομαι, valde opto, expeto, valde desidero. *Cic.* 1. *Offic.* c. 32. *extr.* Quæ majori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant. *Id.* 4. *Fam.* ep. 6. *ad fin.* Multis de causis te exopto quamprimum videre. *Id.* 2. *Fam.* ep. 7. Ut sempiternæ laudi tibi sit iste tribunatus, exopto. ¶ Ponitur et pro imprecari. *Cic. in Pison.* c. 40. Omnes te oderunt, tibi pestem exoptant. ¶ Item pro eligere. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 3. Illum exoptavit potius? habeat. *Id. Asin.* 3. 3. 133. Exopta id, quod vis maxime tibi evenire: fiet. *Id. Men.* 5. 2. 64. Si intra ædes hujus penetravi pedem, omnium exopto ut fiam miserorum miserrimus. *I am content to become*, &c. [¶ Particip. *exoptans*, apud *Liv.* l. 9. c. 25. Jampridem exoptantes Samnitium adventum.]

EXORABĬLIS, le, *to be moved by entreaty, exorable*, παραιτητὸς, qui exorari potest, et a quo facile obtinemus, quod petimus. *Cic. ad Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 13. *extr.* Iracundiæ si exorabiles, summa est lenitas. *Senec.* l. 1. *de Clem.* c. 20. In suis, quam in alienis, exorabilior injuriis. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 178. metit Orcus Grandior cum parvis, non exorabilis auro. *Sil.* l. 5. v. 131. Nulli exorabilis. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 3. Experiri aliquem in se minus exorabilem. ¶ Item qui facile exorat. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 782. Stygiasque supremo Obsecrat igne domos, jam jam exorabile retro Carmen agens.

EXORABŬLA, orum, n. *motives to move, arguments to persuade*, argumenta, preces, illecebræ, quibus aliquis exoratur. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 5. Quot amans exemplis ludificetur, quot modis pereat, quotque exoretur exorabulis. *Apul. in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4.) Exorabula judicantium, decipula adversantium, artificia dicentium.

EXORATĬO, onis, f. actus exorandi. *Auct. declam. quæ inscribitur* Trib. Marianus, *quam olim quidam* Quintiliano *adtribuebant*, cap. 8. Quid nocentissimo parricidæ manium prodest exoratio paternorum? Al. leg. *manuum exauctoratio paternarum.*

EXORĀTOR, oris, m. *an entreater, intercessor*, qui exorat, seu orando impetrat, καταδεόμενος. *Terent. Hecyr.* prol. 2. v. 1. Orator ad vos venio ornatu prologi: sinite exorator sim.

EXORĀTUS, a, um, adject. valde oratus, *greatly entreated*, αἰδεσθείς. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 698. Dea sum auxiliaris, opemque Exorata fero. ¶ Item precibus victus. *prevailed upon or persuaded by entreaty.* *Propert.* l. 4. el. 11. v. 6. Non exorato stant adamante viæ. *Cic. de Provinc. Consul.* c. 17. *ad fin.* Sive iratus mihi, sive exoratus. ¶ Item qui orata meruit, *hearkened to.* *Stat.* 1. *Theb.* v. 666. at tu stupefacti a limine Phœbi Exoratus abis.

EXORBĔO. V. *Exsorbeo.*

EXORBITATĬO, onis, f. actus exorbitandi, a recta alicujus rei ratione digressio. *Tertull. de Idololat.* c. 14. Exorbitatio disciplinæ.

EXORBITĀTOR, oris, m. qui exorbitat. *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 6. *extr.* Judaismi exorbitator et destructor.

EXORBĪTO, as, n. 1. *to go out of the way or road, deviate from the regular track*, ab orbita recedo, a recto tramite aberro. *Augustin.* l. 22. *de Civit. Dei*, c. 8. *a med.* Exorbitantes boves, qui vehiculum trahebant. *Luctant.* l. 2. c. 5. Stellis exorbitare a præstitutis itineribus non licet. ¶ Translate *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 2. Suspectum habebitur omne, quod exorbitarit a regula. [*Sidon.* l. 8. ep. 11. *ad fin.* Quisque præsumpserit interdicta, secreta, vetita rimari, vereor hujusmodi a catholicæ fidei regulis exorbitaturum.] ¶ Active *Sidon.* l. 5. ep. 16. Nec animum tuum a tramite communium gaudiorum vicinæ obsidionis terror exorbitat. *h. e.* expellit, dejicit.

EXORBO. V. *Exsorbeo.*

EXORCISMUS, i, m. *exorcism*, ἐξορκισμὸς, obtestatio, adjuratio, cum Dæmoni magico carmine, vel efficacibus sacræ Scripturæ verbis necessitas parendi imponitur. *Tertull. de Cor. Mil.* c. 11. Exorcismis fugare dæmones.

EXORCISTA, æ, m. *an exorcist, exorciser*, ἐξορκιστὴς, qui exorcizat. *Impp. Valer. Valens, et Gratian.* lib. 1. *Cod.* tit. 3. leg. 6. et *Jul. Firmic.* l. 3. *Mathes.* c. 5. sect. 9. et cap. 9. *ad fin.*

EXORCĪZO, as, a. 1. *to exorcise, drive away evil spirits by certain forms of adjuration*, ἐξορκίζω, obtestari, per divina dæmonem adjurare. Græca vox. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 13. leg. 1. Si incantaverit, si imprecatus est, si (ut vulgari verbo in posterum utar) exorcizavit.

EXORDĬOR, iris, orsus sum, dep. 4. *to lay the warp (as weavers do)*, προκατάρχομαι, idem quod ordior, incipio: et proprie de textoribus dicitur telam texere incipientibus. Hinc allegorice *Cic.* 2. *de Orat.* cap. 33. *extr.* Pertexe, Antoni, quod exorsus es. *Plaut. Pseud.* 1. 4. 6. Neque exordiri primum, unde occipias, habes, neque ad detexundam telam certos terminos. ¶ Translate est incipere, inchoare. *to commence, begin.* *Id. Asin.* 1. 1. 102. Et ibi consilia exordiar. *Id. Bacch.* 1. 2. 19. Etiam me adversus exordire argutias? et *ibid.* 4. 4. 71. exordiri facinus. *Liv.* l. 4. c. 17. Ab causa tam nefanda bellum exorsi. *Nepos in Pelop.* c. 1. *extr.* De quo scribere exorsi sumus. *Sueton. in Cæs.* c. 32. Ingenti spiritu classicum exorsus. ¶ Sæpe ad initium orationis refertur. *to open a speech.* *Cic.* 2. *de Divin.* c. 48. Tum ego rursus quasi ab alio principio exorsus sum dicere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 79. Ab ipsa re exordiri. *Id. ibid.* c. 19. Jubent ita exordiri, ut eum, qui audiat, benevolum nobis faciamus, et docilem, et attentum. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 6. exordiri a dicto adversarii. *to commence his speech.* *Tacit. Ann.* 3. c. 50. Lepidus in hunc modum exorsus est. et *Ann.* 6. c. 6. His verbis exorsus est.

EXORDĪTUS, a, um, particip. pro *exorsus*, et passiva significatione. *Fest.* in *Ordiri.* Ordiri est rei principium facere: unde et togæ vocantur exorditæ.

EXORDĬUM, ii, n. *the warp of a web; the beginning, commencement*, ἀρχὴ, initium, origo, principium. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 7. A qua totius vitæ ducat exordium. *Lucret.* l. 3. v. 31. cunctarum exordia rerum, et vers. 381. exordia prima animai. *Virg.* 7. *Æn.* v. 40. primæ revocabo exordia pugnæ. *Sueton. in Claud.* c. 11. *extr.* exordium principatus. *Id. in Vespas.* c. 8. Ab exordio Urbis. *from the building of the City.* *Plin.* l. 3. c. 11. *extr.* Aliunde aliis exordium mensuræ est. et lib. 6. c. 23. Unde ceperunt exordium. *Pallad. in Aug.* tit. 8. Aquæ sub terris exordium de monte sumunt. ¶ Speciatim dicitur de principio sermonis, aut orationis, *a preface, preamble, proem, introduction to a discourse, exordium*, προοίμιον. *Virg.* 4. *Æn.* v. 283. quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu? quæ prima exordia sumat? *Plin.* l. 18. c. 6. Hoc exordio præcepta pandere ingressus. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 26. Summos oratores in dicendi exordio permoveri. *Id.* 2. *de Orat.* c. 77. *extr.* Uti exordio. et *ibid.* exordium exile, nugatorium, vulgare, commune. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 3. exordium est principium orationis, per quod animus auditoris aut judicis constituitur, vel apparatur ad audiendum. ¶ *Colum.* l. 5. c. 11. *ad fin.* lib. 7. c. 5. et 12. et *in præfat.* l. 10. et *in fi.* cap. 3. lib. 11. sumit *exordium* non pro initio sermonis, sed pro integro tractatu, seu libro. *a book, treatise.* *Primi* loci verba sunt: Ne longiore exordio legentem fatigemus. *Secundi*: Quamquam pars hæc exordii pæne tota jam exhausta sit, cum de medicina majoris pecoris disputaremus. *Tertii*: Et exordio priore sum pollicitus. *Quarti*: Isque, sicut instituerам, prosa oratione prioribus subnecteretur exordiis: *Quinti*: Quamvis villicum eruditum omni opere rustico esse oportere, prima parte hujus exordii censuerim. Adde lib. 4. c. 1.

EXORĬENS, entis, adject. qui exoritur, *rising*, ut Sol exoriens, *Virg. Georg.* 1. v. 438. Amnis exoriens, *Lucret.* l. 6. v. 723. Annus exoriens, *Tibull.* l. 3. el. 1. v. 2. ¶ Absolute *Colum. de arborib.* c. 3. Plantaria facito ab exoriente. *towards the east.* *Albinov.* el. 2. v. 56. ad extremos exorientis equos. *h. e.* Solis. Sic *Propert.* l. 3. el. 3. v. 49. Qua venit exoriens, qua deficit.

EXORĬOR, ĕris, ortus sum, dep. 3. *to rise, arise, spring up*, ἀναφαίνομαι, ἀνατέλλω, idem quod orior, nascor, existo, erumpo. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 44. Post solstitium Canicula exoritur. *Id. Agrar.* 2. c. 33. Non ante exstingui atque opprimi posset, quam plane exortum ac natum esset. *Lucret.* l. 2. v. 506. Namque aliis aliud præstantius exoreretur. (Adde lib. 1. v. 180. et V. *Orior.*) *Plaut. Amph.* 5. 1. 40. Exorti utero dolores. *Virg.* 12. *Æn.* v. 583. Exoritur trepidos inter discordia cives. et lib. 4. v. 625. Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor, qui, &c. *Terent. Hecyr.* 2. 1. 16. Tu sola exorere, quæ perturbes hæc tua impudentia. *start up.* (Ubi *Donat.* Verbum hoc impudentiam notat. *Cicero* (*pro Deiot.* c. 1. *extr.*) Exortus est servus, qui quem in eculeo appellare non posset, eum accuset solutus. *Id. Agrar.* 3. c. 3. Repentinus Sulla nobis exoritur.) *Cic.* 3. *Offic.* c. 9. *de Gyge.* Sic repente anuli beneficio rex exortus est Lydiæ. *h. e.* evasit, factus est, exstitit. *started up king of Lydia.* *Terent. Hecyr.* 4. 4. 10. A Myrrhina hæc sunt exorta omnia. *h. e.* profecta sunt. *Cic.* ep. 5. l. 1. *Fam.* Subito exorta est nefaria Catonis promulgatio. *Id.* 5. *de Fin.* c. 23. Honestum, quod ex virtutibus exoritur. *springs.* *Liv.* l. 6. c. 21. *sub fin.* De Prænestinorum defectione fama exorta est. *Cic.* 3. *Offic.* c. 12. Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 12. Nullam exoriri moram posse, quo minus diriperentur. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 26. Ego nunc paulum exorior, et maxime quidem iis litteris, &c. *h. e.* respiro, recreor, mœstitia levor. *revive, derive consolation.*

EXORMISTON, i, n. ἐξορμιστὸν, inter pisces regium genus, compar murænis corpore, colore distans, naribus setosis, saporis jucundi, qui cum spumis fluctuantibus inter aeris confinia cœperit enatare, nescit ad cubilia redire, quæ deserit, ferturque super undas velut corpus exanime. Hæc, et alia *Cassiod.* l. 12. ep. 14. Est autem ab ἐξορμίζω, quod significat navem e portu in altum ducere, quia similiter hic piscis e fundo maris, atque imo cubili in altum se erigit, et summis undis innatat.

EXORNATĬO, onis, f. *an adorning, ornament*, κόσμησις, exornandi actus, ornamentum. *Cic. in fragm. Œconom.* apud *Colum.* l. 12. c. 3. Quæ ad lavationem, quæ ad exornationem, quæ ad mensam quotidianam, atque epulationem pertinerent. ¶ Speciatim de oratione dicitur. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 13. Hæc in verborum et sententiarum exornationem dividitur. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 3. *extr.* Exponere aliquid simpliciter sine ulla exornatione. *embellishment, elegancy.* ¶ Ipsa quoque schemata, quibus exornatur oratio, *exornationes* dicuntur. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 8. 14. 16. 22. 23. 24. 29. et alibi sæpe. ¶ Etiam demonstrativum genus hoc nomine appellatur. *Cic. in Partitionib.* c. 3. *extr.* Tria sunt genera, judicii, deliberationis, exornationis, quæ quia in laudationes maxime confertur, proprium habet jam ex eo nomen. ¶ Denique *exornatio* pars est argumentationis rhetoricæ. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 18. Absolutissima argumentatio est ea, quæ in quinque partes est distributa, propositionem, rationem, rationis confirmationem, exornationem, complexionem. et *mox.* Exornatio est, qua utimur rei honestandæ et collocupletandæ causa, confirmata argumentatione. Deinde *cap. sequ.* hujus rei exemplum proponit.

EOXRNĀTOR, oris, m. *he who adorns*, κοσμητὴς, qui exornat. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 12. *extr.* Ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.

EXORNĀTUS, a, um, adject. *adorned, decked, furnished, equipped*, ἐπικεκοσμημένος, valde ornatus. *Terent. Eun.* 4. 4. 16. Exornatus varia veste. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 47. Exornatissima cithara, auro et ebore distiucta. *Cic.* 5. *Verr.* c. 34. Domum ejus exornatam atque instructam iste reddiderat nudam atque inanem. *Id. de Harusp. resp.* c. 21. Nisi eum mulieres exornatum ita deprehendissent. *Sallust. in Jug.* c. 19. Regio ædificiis exornata. *Plin.* l. 7. c. 43. L. Fulvius eodem honore exornatus. *h. e.* consulatu. ¶ Jocose *Terent. Heaut.* 5. 1. 775. Adeo exornatum dabo, adeo depexum, ut, dum vivat, meminerit mei. *well trounced.* *h. e.* probe verberatum. ¶ *Exornatam, et naufragam.* *h. e.* ornatu privatam, dixit *Tertull. de cultu femin.* c. 9. [¶ Comparat. *exornatior* apud *Auctor. elegiæ ad Virgin. nimis cultam in Anthol. Latin. Burmann.* Tom. 1. pag. 691. v. 25. Ornatu nullo potes exornatior esse.]

EXORNO, as, avi, atum, a. 1. *to adorn splendidly, deck or dress out, embellish*, κοσμέω, idem quod orno, aut valde orno. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 23. Ea signa emere soleo, quæ ad similitudinem gymnasiorum exornent mihi in palestra locum. *Plaut. Stich.* 5. 5. 3. et *Mostell.* 1. 3. 135. Me vobis exornavi. *I am decked out at your service.* mulier loquitur. *Id. Trinit.* 3. 3. 38. Exornari in peregrinum modum. *to dress like a foreigner.* *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 5. Philosophiam falsa gloria exornare. *Id.* 3. *de Orat.* c. 38. Illustrare atque exornare orationem. *Id. Verr.* 6. c. 27. Exornare ample magnificeque triclinium. *Curt.* l. 8. c. 13. *ad fin.* Veste regia exornare aliquem. *Propert.* l. 4. el. 5. v. 19. Exornare opus verbis. *Stat.* l. 3. silv. 1. v. 133. aliquem donis. ¶ Item instruo, apparo. *Sallust. in Jug.* c. 9. et *Curt.* l. 8. c. 5. Exornare convivium omni opulentia. *Sallust. in Jug.* c. 95. Pro rei copia satis providenter exornare. et cap. 56. exornare aciem. *to equip.* et *in Catil.* c. 37. milites armis. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 65. Hominem exornavit, mulierem qui arcesseret. *Id. Aulul.* 4. 10. 54. exornare nuptias. *Justin.* l. 5. c. 6. classem maximam industria. *to fit out.* *Phædr.* l. 4. fab. 21. v. 23. veste, nummis, familia aliquem. *to provide with clothes*, &c.

EXŌRO, as, avi, atum, a. 1. *to entreat earnestly*, ἐξικετεύω, vehementer oro, obsecro. *Ovid.* 4. *ex Ponto*, ep. 8. v. 21. si quid agi sperabis posse precando, Quos colis, exora supplice voce deos. *Plaut. Stich.* 1. 2. 22. Exorando, haud adversando sumendam operam censeo. ¶ Item orando impetrare, cum accus. rei. *to gain by entreaty, obtain by prayer.* *Id. Trinum.* 2. 2. 44. Res quædam est, quam volo ego me abs te exorare. *Virg.* 3. *Æn.* v. 369. cæsis de more juvencis, exorat pacem divum. *h. e.* litat *Terent. Andr.* 3. 4. 13. Gnatam ut det oro, vixque id exoro. ¶ Translate *Ovid.* 3. *Amor.* el. 11. v. 43. Facta movent odium: facies exorat amorem. *wins.* ¶ Et cum altero accus. personæ. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 82. Hanc veniam illis sine te exorem. *Id. Capt.* 2. 1. 17. Unum exorare vos sinite nos. *Stat.* l. 2. silv. 7. v. 121. Unum, quæso, diem deos silentum exores. ¶ *Exorare aliquem* est

orando inducere ad faciendum, quod petitur. *to overcome or persuade by entreaty.* *Cic.* 1. *de Orat.* c. 29. Nunc te exoremus necesse est, ut nobis explices, &c. *Id. pro Rosc. Com.* c. 16. Quem ego, ut mentiatur, inducere possum, ut pejeret, exorare facile potero. *Hirt. ad Cicer. post* ep. 6. l. 15. *ad Attic.* Brutus et Cassius utinam, quam facile a te de me impetrare possunt, ita per te exorentur, ne quod callidius ineant consilium. *be prevailed upon.* *Cic. post redit. ad Quir. c. pœnult.* Benemeritos quin colas, exorari fas non est. *Id. pro Mur.* c. 29. Viri non esse neque exorari, neque placari. *Terent. Heaut.* 5. 5. 5. Da veniam, Chreme: sine, te exoret. *Id. Andr.* 1. 1. 140. Restat Chremes, qui mihi exorandus est: et spero confore. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 167. Amabo te, mea voluptas, sine, te exorarier. ¶ Ponitur et universim pro placare, reconciliare. *to appease, mitigate, conciliate.* *Ovid.* 2. *Trist.* v. 22. Exorant magnos carmina sæpe deos. et lib. 3. el. 13. v. 23. tura nihil exorantia divos. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 155. exoret Pelias nostris cum matribus undas. *Plin.* l. 2. ep. 5. Si quis exstiterit, qui putet, nos lautius fecisse, quam orationis severitas exigat, hujus, ut ita dixerim, tristitiam reliquæ partes actionis exorare debebunt. *Sueton. in Tiber.* c. 11. Officii duxit, exorare filiæ patrem frequentibus litteris. *Justin.* l. 9. c. 7. Aliquem a filii cæde ægre precibus exorare. *h. e.* deterrere, pervincere, ne filium occidat. ¶ *Exorare causas*, orare, agere. *to plead.* *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *post med.* Turpe esse causas exoranti jus, in quo versaretur, ignorare. [¶ Particip. *exoraturus* apud *Claudian.* edyll. 6. v. 87. Parcarumque colos exoratura serenas Flumina.]

EXORS. V. *Exsors.*

EXORSUS, a, um, particip. ab exordior, *having begun.* *Cic. pro Cœl.* c. 15. Quid clamore exorsa, verbis parvam rem magnam facis? ¶ Passive *commenced, begun.* *Plaut. Bacch.* 2. 3. 116. Exorsa hæc tela non male omnino mihi est. Adde *Visell.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 793. *Putsch.* ¶ *Exorsa, orum* absolute, sunt exordia, initia rerum, aut dicendi. *Virg.* 2. *Georg.* v. 45. non hic te carmine ficto, Atque per ambages, et longa exorsa tenebo. *a long preamble.* *Id.* 10. *Æn.* v. 111. sua cuique exorsa laborem, Fortunamque ferent. *enterprises, undertakings.*

EXORSUS, us, m. *a beginning*, idem ac exordium. *Cic. pro leg. Manil.* c. 4. *extr.* Quoniam is est exorsus orationis meæ.

EXORTĪVUS, a, um, qui ad ortum spectat. *Plin.* lib. 7. cap. 49. Quenquam nonaginta partium exortivam mensuram transgredi. ¶ Ponitur et pro orientali. *eastern.* *Id.* l. 18. c. 34. A parte exortiva solstitialem habebit exortum. *Id.* l. 37. c. 2. *ad fin.* A Septentrione in exortivum Oceanum. ¶ Absolute *Id.* l. 6. *c. ult.* Narbonensis Galliæ exortiva.

EXORTUS, a, um, adject. *having arisen or come forth*, ab *Exorior*, ut Exorta pestis, *Plin.* l. 10. c. 50. Jubare exorto, *Virg.* 4. *Æn.* v. 130. Arbusta exorta e terra, *Lucret.* l. 1. v. 187.

EXORTUS, us, m. ἀνατολὴ, actus exoriendi, *a rising.* *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 22. Solis exortus, cursus occasum nemo admiratur. *Plin.* l. 12. c. 11. Aperire florem incipit solis exortu. *Id.* l. 2. c. 15. Stellæ faciunt, *aut* edunt exortus matutinos, *aut* vespertinos. *Id.* l. 7. c. 2. exortus aquilonis. et lib. 14. c. 21. æquinoctialis. *Id.* l. 31. c. 6. Aqua subit altitudinem exortus sui.

EXOS, exossis, comm. 3. *without bones, boneless*, ἀνόστεος, sine osse. *Lucret.* l. 3. v. 722. Exos, et exsanguis tumidos perfluctuat artus.

EXOSCULATĬO, onis, f. *a kissing fondly*, καταφίλησις. *Plin.* l. 10. c. 34. *de columbis.* Mox in satisfactione exosculatio. *billing.*

EXOSCULĀTUS, a, um, particip. activæ significationis ab exosculor. *having kissed.* *Petron. in Satyr.* c. 91. Exosculatus pectus sapientia plenum. *Gell.* l. 2. c. 26. *sub fin.* Tum Favorinus scientiam rerum uberem, verborumque ejus elegantiam exosculatus, absque te, inquit, &c. *h. e.* blande approbans, et admirans. ¶ Passive *kissed.* *Apul.* l. 11. *Metam.* exosculatis vestigiis deæ. et lib. 4. Manu ejus exosculata. Adde *Ammian.* l. 22. c. 7. (*al.* 9.)

EXOSCŬLOR, aris, dep. 1. *to kiss fondly*, καταφιλέω, arcte, et amanter osculor. *Sueton. in Vitell.* c. 7. Quosque militum obvios exosculans. *Id. in Calig.* c. 33. Quoties uxoris collum exoscularetur. *Id. in Oth. in fi.* Cum fletu manus jacentis exosculati. Adde *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 45. et l. 2. c. 49.

EXOSSĀTIM, adverb. sine ossibus. V. *Exossatus.*

EXOSSĀTUS, a, um, adject. ossibus privatus, *deprived of the bones, boneless, exossated*, ἐξοστισμένος. *Plaut. Amph.* 1. 1. 162. Exossatum os esse oportet, quem probe percusseris. *Id. Aulul.* 2. 9. 2. Murænam exdorsua, atque omnia exossata fac sient. *Lucret.* l. 4. v. 1264. Atque exossato ciet omni pectore fluctus. *h. e.* pectore ita inflexo, et incurvato, ut sine ossibus esse videatur. Alii leg. *exossatim*, quod eundem facit sensum. ¶ *Exossatus ager* est probe cultus, et lapidibus purgatus, qui sunt velut ossa terræ, ut apud *Ovid.* 1. *Metam.* v. 393. legitur *Pers.* sat. 6. v. 51. Non adeo, inquis, Exossatus ager juxta est. *cleared of stones and rubbish.* Alii aliter interpr.

EXOSSIS. V. *Exossus.*

EXOSSO, as, a. 1. *to take out the bones*, ἐξοστίζω, ossa detraho: ab *exos.* *Terent. Adelph.* 3. 4. 14. Congrum istum in aqua sinito ludere; ubi ego venero, exossabitur. *Plaut. Amph.* 1. 1. 163. Hic me quasi murænam exossare cogitat.

EXOSSUS, a, um, et Exossis, se, *boneless, without the bones, exosseous*, exos. *Apul. in Apolog.* Lepus marinus, cum sit cetera exossis, duodecim ossa in ventre habet. *Id. ibid.* In juventute saltandis fabulis exossis plane, et enervis. *h. e.* corpore adeo flexibili, ut sine ossibus esse videatur. *Id.* lib. 1. *Metam.* Puer flexibus tortuosis enervem et exossam saltationem explicat. *Al. leg.* exossem. *Plaut.* eod. sensu dixit *Mil.* 3. 1. 73. Ad saltandum non cinædus malacus æque est, atque ego.

EXOSTRA, æ, f. ἐξώστρα, est pons, qui de turri lignea in murum obsessæ urbis repente protruditur, et protenditur, uti docet *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 21. ἐξωθέω, extrudo, expello. ¶ Item machina lignea in theatro, qua quæ intus geruntur et fiunt, versatione rotarum spectatoribus ostenduntur. *Cic. de Provinc. Consul.* c. 6. *extr.* Quibuscum jam in exostra helluatur: antea post siparium solebat. *h. e.* qui ante clanculum, velut cum histrionibus in scena post siparium, solitus erat helluari, id jam propalam facit. Hæc *Turneb.* l. 20. *adversar.* c. 9. [† Citat *Ernesti Scalig. R. Poet.* 1. 12. p. 88. &c.] Alii apud *Cicer.* leg. *orchestra*, alii *exedra.* Dicitur autem fuisse sedes sublicis elata, et strata longuriis, super quibus sella. Ita enim describit *Pollux* l. 4. c. 19. n. 128. τὸ ἐγκύκλημα, quod idem cum ἐξώστρα fuisse affirmat.

EXŌSUS, a, um, *hating*, qui odio habet. *Virg.* 5. *Æn.* v. 687. Si nondum exosus ad unum Trojanos. Adde l. 12. v. 517. ¶ Aliquando passive sumitur, *hated, hateful, odious.* *Gell.* l. 2. c. 18. Non omnes omnimodis diis exosos esse.

EXOTERĬCUS, a, um, ἐξωτερικὸς, extra positus, communis, vulgaris. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. *ad fin.* et *Gell.* l. 20. c. 5. V. *Acroaticus.*

EXOTĬCUS, a, um, *from a strange country, foreign, exotic*, ἐξωτικὸς, peregrinus, adventitius: ab ἔξω, extra. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 41. Non omnes possunt olere unguenta exotica. *Id. Men.* 2. 1. 11. magnam Græciam *exoticam* vocat, quod Græci ipsi ἐξωτικοὺς et barbaros vocabant Græcos Italos, tanquam a se divisos, et aliis moribus utentes. *Gell.* l. 13. c. 5. Exoticum vinum. *Apul. in princip.* l. 1. *Metam.* Exoticus sermo. et lib. 10. Pisces exotico jure perfusi. ¶ Apud *Plaut. Epid.* 2. 2. 48. *exoticum* est vestimenti genus peregrinum, et ab alterius gentis more invectum.

EXPALLĔO, es, n. 2. vel

EXPALLESCO, is, lui, n. 3. *to grow or turn pale; to fear*, ἀπωχριάω, pallidus sum, pallidus fio. *Plin.* ep. 5. l. 1. expalluit notabiliter, quamvis palleat semper. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 5. Expalluisse, signum est conscientiæ. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 32. Viden' ut expalluit? ¶ Cum accus. *Horat.* l. 1. ep. 3. v. 10. Pindarici fontis qui non expalluit haustus.

EXPALLIĀTUS, a, um, *deprived of his cloak*, pallio spoliatus. *Plaut. Cas.* 5. 3. 6. Expalliatus sum, miser.

EXPALLĬDUS, a, um, adject. *exceeding pale or wan*, valde pallidus. *Tertull. de resur. carn.* c. 57. Corpus frigidum et expallidum. *Sueton. in Calig.* c. 50. Statura fuit eminenti, expallido colore. Al. leg. *pallido.*

EXPALPO, as, avi, atum, a. 1. valde palpo, blandior, blandiendo extorqueo, *to flatter greatly, fawn upon, obtain by stroking or flattery.* *Plaut. Pœn.* 1. 2. 144. Exora, blandire, expalpa. *Pompon.* apud *Non.* c. 2. n. 277. Si quid expalpare possim ab illo. ¶ Deponentis forma *Plaut. in fragm.* apud *Non. ibid. et* cap. 7. n. 74. Nunc servus argentum a patre expalpabitur.

EXPALPONĬDES NUMMORUM dicitur a *Plauto Pers.* 4. 6. 22. qui blanditiis et fallaciis nummos ab aliquo extorquet. Quin *nummorumexpalponides* jlocalariter conjunctis vocibus ibi dicitur.

EXPANDĬTOR, oris, m. qui expandit. *Plin. in Paneg.* c. 30. *de Nilo.* neque enim solum vagus ille et expanditor amnis intra usurpata semper collium substiterat, atque hæserat. *idest*; qui se extra alveum suum expandit et effundit. *that overflows its banks to a great extent.*

EXPANDO, is, andi, assum, *et* ansum, a. 3. *to lay open, spread out, display, expand*, ἐκπετάννύω, extendo, explico, aperio. *Colum.* l. 12. c. 13. Hæ herbæ diligenter purgantur, et sub umbram expanduntur. et cap. 15. Ficus in sole expandere. *Plin.* l. 10. c. 38. Grues expandunt alas. ¶ Translate sumitur pro explicare, idest declarare. *to show, explain.* *Lucret.* l. 1. v. 126. Et rerum naturam expandere dictis.

EXPANGO, is, a. 3. figo, constituo. *Plin.* l. 2. c. 26. Ac sidera ad normam expangere. *Harduin.* ex MSS. legit *expungere.*

EXPANSĬO, onis, f. *expansion*, actus expandendi. *Cœl. Aurel.* l. 5. *Tard.* c. 11. Expansio corporis.

EXPANSUS, a, um, adject. idem ac expassus: ab expando. *Plin.* l. 2. c. 103. Supra fontem frigidum expansæ vestes accenduntur. *Id.* l. 9. c. 33. In obliquum, in rectum expansa. et lib. 31. c. 6. *ad fin.* Expansa vellera circa navim. ¶ *Gell.* l. 15. c. 15. negat Veteres *expansus* dixisse, *expassus* affirmat.

EXPAPILLĀTUS, a, um. *Plaut. Mil.* 4. 4. 44. Palliolum habeas ferrugineum: id erit connexum in humero lævo, expapillato brachio, præcinctus. *h. e.* usque ad papillam renudato, ut *Non.* c. 2. n. 266. exponit: vel brachio exserto: quod cum fit, papilla nudatur, ut *Fest.* quod eodem recidit. Al. apud *Plaut.* aliter leg. Huc pertinet *Effafilatum* apud eund. *Fest.*

EXPARTÆ pecudes sunt, quæ jam pepererunt. *that have borne young.* *Gloss.* Exparta, partu vacua. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Uti sint hæ pecudes ætate potius ad ferendos fructus integræ, quam jam expartæ. Ita legit *Scalig.* Alii *expertæ.* Etiam *parta* hoc sensu usurpatur. *Colum.* l. 7. c. 4. Et parta nutrici consociata minus laboret in educatione fetus sui.

EXPASSUS, a, um, nom. ex particip. ab expando, *opened, laid or thrown open, expanded.* *Tacit.* 5. *Hist.* c. 13. Expassæ delubri fores. *Cæcil.* apud *Gell.* l. 15. c. 15. et *Non.* c. 4. n. 364. Flammeum expassum. *Gell.* ipse *ibid.* Ab eo quod est *pando* Veteres *passum* dixerunt, non *pansum*, et cum præpositione *expassum*, non *expansum.*

EXPATĬOR. V. *Exspatior.*

EXPATĀRE, in locum patentem se dare, sive in spatium se conferre. *Festus.*

EXPATRICĬUS, ii, m. qui patriciam dignitatem deposuit. *Imp. Zeno* lib. 3. *Cod.* tit. 24. leg. 3.

EXPĀTRO, as, a. 1. *Catull.* carm. 29. v. 16. an hæc sinistra liberalitas Parum expatravit? an parum helluatus est? *h. e.* libidinibus effudit, absumpsit? Habet enim et *patro* huic similem obscenum sensum. Simile est etiam illud cujusdam Poetæ apud *Sueton. in Cæs.* c. 51. Aurum in Gallia effutuisti.

EXPAVEFACĬENS, entis, *terrifying, making afraid*, exterrens. *Senec. sub fin.* ep. 85. Sævissima animalia, ad occursum expavefacientia hominem, docent pati jugum. *Al. leg.* exterrentia, *al.* expaventia.

EXPAVEFACTUS, a, um, *terrified, scared, afraid, alarmed*, exterritus. *Hygin.* fab. 47. Mugitu tauri equi expavefacti Hippolytum distraxerunt. *having taken fright.*

EXPAVĔO, es, avi, n. 2. *to be greatly afraid; to fear*, ἐκπλήττομαι, valde paveo, timeo. Vel absolute, vel cum accus. usurpatur. *Stat. in præfat.* l. 3. *silvar.* Cum hanc audaciam stili nostri frequenter expaveas. ¶ Ejus frequens usus est in præteritis, et cum accusativo. *Liv.* l. 6. c. 34. Cum ad id, moris ejus insueta, expavisset minor Fabia. *Horat.* l. 1. od. 37. v. 22. Nec muliebriter expavit ensem. *shuddered at.* *Petron. in Satyr.* c. 26. Nec puella expaverat nuptiarum nomen. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 76. Nec speciem adulantis expaveris. *Stat.* 11. *Theb.* v. 316. primam expavit famam. et lib. 8. v. 637. subito cum pigra tumultu Expavit domus. *Sil.* l. 3. v. 464. acres Expavit moles Rhodanus.

EXPAVESCO, is, n. 3. *to become greatly afraid*, περιφοβέομαι, valde pavesco. *Plin.* l. 23. c. 1. *a med.* Neque expavescentibus repente, nec spasticis, aut rursus torpentibus. *Id.* l. 10. c. 75. Ad tumultum aliquem expavescere. *Id.* l. 21. c. 11. Anseres a primo conspectu ejus expavescunt. ¶ Cum accus. est valde timere, *greatly to fear, be scared at.* *Sueton. in Aug.* c. 90. et *in Tib.* c. 69. Tonitrua præter modum expavescebat. *Senec. in Œdipo*, v. 27. Cuncta expavesco, meque non credo mihi. *Plin.* l. 9. c. 8. Delphinus hominum non expavescit. *Id.* l. 25. c. 2. *ad fin.* Miles a morsu canis incipiens aquas expavescere. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ante med.* Non tamen, id, ut crimen ingens expavescendum est. ¶ De præterito *expavi*, V. vocem præced.

EXPAVĬDUS, a, um, adject. valde pavidus. *Gell.* l. 1. c. 8. *extr.* Expavidus, ictusque pecuniæ magnitudine.

[* EXPAUSĀTUS, a, um, *refreshed*, delassatus. *Veget. veter.* l. 5. c. 38. Expausatum jumentum. *h. e.* quod a labore requievit.]

EXPECTO, as. V. *Exspecto.*

EXPECTO, is, a. 3. *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) Ut *ex* præpositionem si verbum *specto* sequeretur, adjecta *s* littera *exspecto*; sed si *pecto*, remota *s*, *expecto* scriberemus.

EXPECTŎRO, as, a. 1. *to throw out or discharge from the breast; to expectorate*, ἀποστηθίζω, extra pectus ejicio. Prisca vox. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 8. *ex Ennio.* Tum pavor mihi sapientiam omnem exanimato expectorat. *Acc.* apud *Non.* c. 1. n. 52. Eloquere propere, ac pavorem hunc meum expectora. et *ibid.* Desertum a fortuna, abjectum, afflictum ex animo expectorant.

EXPECULIĀTI servi peculio exhausti. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 21.

EXPEDĬO, is, ivi, *et* ii, itum, a. 4. *to free, quit, discharge, rid, liberate, loose, unloose, disentangle, disengage, extricate*, ἀπολύω, solvo, libero, extrico, quasi pedem ligatum libero: cui contrarium est *impedio.* *Cic.* 4. *Verr.* c. 42. Videte in quot se laqueos induerit, quorum ex nullo se unquam expediret. *Id. Attic.* l. 5. ep. 21. Tum hic nodus expediatur. *Horat.* l. 1. od. 27. *extr.* Vix illigatum te triformi Pegasus expediet Chimæra. *Id.* l. 3. od. 24. v. 8. Non mortis laqueis expedies caput. *Plin.* l. 32. c.

10. Cancri menstruas purgationes expediunt. *facilitate, promote.* *Plaut. Capt.* 2. 3. 95. Expedivi e servitute filium. *I have rescued.* *Terent. Adelph.* 4. 4. 5. Quomodo me ex hac expediam turba tanta? *Ovid.* 4. *Fast.* v. 609. Expedit errantem nemori gratissima conjux. *puts into the road.* *Colum.* l. 2. c. 2. Expedire agrum saxosum lectione lapidum. *to clear, purify.* *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 86. Expedire aditum. *to make himself a way.* *Liv.* l. 38. c. 2. *sub fin.* Per invias atque ignotas rupes iter fugæ non expediebant. *they could not find or make their way.* *Virg.* 2. *Æn.* v. 632. ducente deo flammam inter et hostes Expedior. ¶ Expedire discum, jaculum, *to throw, cast, hurl, discharge.* *Horat.* l. 1. od. 8. v. 12. sæpe disco, Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito. ¶ Translate *Cic. in Pison.* c. 30. Hærerem, nisi tu me expedisses. *hadst delivered.* *Id. Attic.* l. 2. *ep. ult.* expedies nos omni molestia. *release.* et l. 3. ep. 20. expedire se ab omni occupatione. *Terent. Hecyr.* 5. 1. 29. se crimine. et 3. 1. 8. ærumnis. *Id. Phorm.* 5. 4. 4. cura. *to free himself.* *Id. Hecyr.* 3. 1. 17. Impeditum in ea expedivi animum meum. *Horat.* l. 4. od. 4. *extr.* quas curæ sagaces Expediunt per acuta belli. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 276. Pelopis duros prior Hippodamia labores Expediit. *expedited, brought to a close.* et lib. 1. 2. 217. per quot discrimina rerum expedior? *h. e.* evado. ¶ Significat etiam rem alioqui difficilem conficere et absolvere, *to dispatch, finish, put an end to, accomplish, manage, settle.* *Cic. Attic.* l. 11. ep. 18. Cum Antonio loquare, velim, et rem, ut poteris, expedias. *Id. Fam.* 3. ep. 12. Itaque quemadmodum expediam exitum hujus institutæ orationis, non reperio. *Id. de clar. Orat.* c. 42. expedire et conficere res. *Id. Fam.* 13. ep. 26. explicare et expedire negotia. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 36. De obsessione non prius agendum constituit, quam rem frumentariam expedisset. *before he had laid in a supply of provisions.* *Cic. Attic.* l. 16. ep. 6. Nomina mea, per deos, expedi, exsolve. *pay my debts.* *Id. pro Mil.* cap. 4. Si vita nostra in insidias, in vim, in tela latronum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. *of consulting one's safety; of defending one's life.* *Tacit.* 6. *Ann.* c. 43. Illuvie obsitus et alimenta arcu expediens. *sustaining himself by his bow and arrow.* *Id. Ann.* 14. c. 55. Qui me non tantum prævisa, sed etiam subita expedire docuisti. *to speak on sudden occasions.* *Id.* 3. *Hist.* cap. 73. expedire consilia sua. *to have resources in himself.* *Plaut. Capt. prol.* v. 40. expedire fallaciam. ¶ Pertinet sæpe ad loquendum, et significat rem obscuram implicitamque tum evolvere dictis et explicare, tum paucis exponere. *to explain, declare, relate, tell, show, set forth.* *Terent. Eun.* 4. 4. 26. agedum, hoc mihi expedi primum: istam, quam habes, unde habes vestem? *Id. Phorm.* 2. 3. 52. Dilucide expedire. *Virg.* 4. *Georg.* v. 286. altius omnem Expediam prima repetens ab origine famam. *Id.* 3. *Æn.* v. 377. Pauca tibi e multis, &c. expediam dictis. et *Æn.* 11. v. 314. quæ sit dubiæ sententia menti, Expediam, et paucis (animos adhibete) docebo. *Phædr.* lib. 3. fab. 14. v. 6. expedi, quid fecerim. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 1. Nunc originem, mores, et quo facinore dominationem raptum ierit, expediam. *Id.* 4. *Hist.* c. 48. Ea de cæde quam verissime expediam. *Terent. Phorm.* 1. 4. 20. Quid portas, obsecro? atque id, si potes, verbo expedi. ¶ Est præterea depromere, educere, proferre, parare. *to bring forth, get ready, prepare.* *Cicer.* 7. *Verr.* cap. 62. Hominem nudari, et virgas expediri jubet. *Virg.* 1. *Æn.* v. 705. Cereremque canistris Expediunt. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 422. Institor expediet merces suas. *set out, expose.* *Id. Heroid.* ep. 17. v. 200. expedire vela. *to trim.* *Valer. Flacc.* l. 2. v. 341. mediis famulæ convivia tectis Expediunt. *Sisen.* apud *Non.* c. 4. n. 165. Funes expediunt, claustra foribus imposita periclitantur. ¶ Sæpe hoc sensu ad rem militarem pertinet. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 18. *Virg.* 4. *Æn.* v. 592. et *Tacit.* 2. *Ann.* c. 79. Arma primo expediere: dein mutua formidine, non ultra jurgium processum est. *they took up.* *Id. Ann.* 13. c. 7. copias. *Liv.* l. 24. c. 26. ferrum. *to draw, unsheath.* *Hirt. de B. Alex.* c. 25. Classem expedire atque instruere. *to equip, furnish.* *Liv.* l. 28. c. 25. *ad fin.* expedire tela animosque equitibus jussis. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 302. clypeos et tela trabalia dextris Expediunt. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 165. expedire pecuniam. *h. e.* conficere, colligere, et expendere. ¶ *Expedire aliquid* est conari, tentare, moliri, ut res ad exitum perducatur. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 667. Advertere dei, defixaque numina ponto, Quid scopulis præclusa ratis, quid dura juventus Expediat. ¶ *Expedire se*, ad exitum perduci. *Id.* l. 8. v. 583. expediant donec Junonia se se Consilia, atque aliquem bello ferat anxia finem. ¶ Alio sensu expedire se. *to get ready, prepare, betake himself.* remotis impedimentis paratum se, promptumque præbere. *Liv.* l. 38. c. 21. expedire se ad pugnam. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 99. Cæcinam, et Valentem expediri ad bellum jubet. *Plaut. Amph.* 1. 1. 152. Cingitur: certe expedit se. ¶ Absolute *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 10. Nimiæ voluptates, cum vacaret; quoties expedierat, magnæ virtutes. *h. e.* expedierat se ad bellum, in expeditionem ierat. *Id. ibid.* c. 88. Multos consularium Otho, comitum specie, secum expedire jubet. *to take the field with him.* ¶ *Expedit*, impersonaliter, utile est, conducit, prodest. *it is convenient, profitable, or convenient.* *Cic. Attic.* l. 7. ep. 22. Nihil minus Cæsari expedit ad diuturnitatem dominationis. *Id. pro Marcell.* c. 10. Multi dubitabant, quid sibi expediret. *Id.* 3. *Offic.* c. 19. Facere quod utile sit, quod expediat. *utile sit*, emolumentum, lucrum; *expediat*, facilitatem, et prosperitatem significat. *Id. Phil.* 13. cap. 8. Omnibus bonis expedit salvam esse rempublicam. *Terent. Heaut.* 2. 4. 8. expedit bonas esse vobis. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 2. *extr.* Tu, si ita expedit, velim quamprimum conscendas. *Justin.* l. 41. c. 3. *extr.* Fides promissis nulla, nisi quatenus expedit. *Id.* l. 34. c. 1. Expedire omnibus dicunt, ut singulæ civitates suas leges habeant. *Justinian.* lib. 1. *Institution.* tit. 8. Expedit reipublicæ, ne sua re quis male utatur. *Plaut. Trin.* 2. 1. 10. Amoris artes eloquar, quemadmodum expediant. *Id. Amph.* 1. 3. 23. Nequiter pæne expedivit primo parasitatio. *h. e.* pæne nocuit. *Al. leg.* expetivit. ¶ *Expedibo* pro *expediam* antiquum est. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 36. Item *Pacuv. Acc. Enn.* apud *Non.* c. 7. n. 78. et cap. 10. n. 5.

EXPEDĪTE, *quickly, expeditiously, readily, easily,* ῥᾳδίως, προχείρως, facile, plane, celeriter, sine difficultate. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 12. *extr.* Res celeriter expediteque percipere. *Id. de clar. Orat.* c. 67. Expedite explicans quod proposuerat. *Id. Fam.* 6. ep. 20. Ex quo te, quocunque opus erit, facillime et expeditissime conferas. *Id.* 2. *de Invent.* c. 23. Non implicite et abscondite, sed patentius et expeditius. *Id. Attic.* l. 6. ep. 8. Expeditius navigare. *Colum. de arborib.* c. 11. Putatio expeditius fit. *Sueton. in Aug.* c. 89. Expedite loqui. *easily, without restraint.* *Plaut. Men.* 1. 2. 63. Expedite fabulatus est. *he hath stated the matter distinctly.*

EXPEDĪTĬO, onis, f. *an expediting, dispatching; speedy performance, dispatch,* actus expediendi, absolvendi, perficiendi, confectio. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 54. *sub fin.* Habet paucis comprehensa brevitas multarum rerum expeditionem. ¶ Item exornatio rhetorica, cum rationibus compluribus enumeratis, quibus aliqua res aut fieri, aut non fieri potuerit, ceteræ tolluntur, una relinquitur, quam nos intendimus. *Id. ibid.* c. 29. ¶ Sæpe est apparatus ad rem bellicam, iter militare ab bellum, ipsaque belli exercitatio. *a military expedition,* στρατεία. *Cic.* 1. *Divin.* c. 33. Educere exercitum in expeditionem. *Sueton. in Claud.* c. 17. Suscipere expeditionem. *Senec. in fin.* ep. 96. Expeditiones periculosissimas obire. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 10. Tripartito milites equitesque in expeditionem misit. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 34. Nonnunquam expeditionibus nocturnis castella nostrorum adoriuntur. *Curt.* l. 7. c. 9. *a med.* Hæc expeditio deficientem Asiam domuit. *Plin.* l. 12. c. 6. Sydracis, expeditionum Alexandri terminus. *Id.* l. 7. c. 12. *a med.* Expeditionem eam ternis mensibus confici. *Sueton. in Aug.* c. 29. Cum expeditione Cantabrica lecticam ejus fulgur præstrinxisset. ¶ Translate *Plin.* l. 11. c. 8. Apes noctu deprehensæ in expeditione, excubant supinæ.

EXPEDĪTĬŌNĀLIS, le, adject. ad militarem expeditionem pertinens. *Spartian. in Nigro*, c. 10. Jussit omne argentum submoveri de usu expeditionali. *Ammian.* l. 31. c. 16. (*al.* 47.) Ad sortem expeditionalium rerum habilis.

EXPEDĪTUS, a, um, *freed, liberated, extricated, released, disengaged,* ἀπόλυτος, solutus, liberatus, non impeditus. *Cic. pro Quint.* c. 6. Cum ceteris quæ habebat vadimonia, differt, ut expeditus in Galliam proficisci posset. *Id. Fam.* 14. ep. 19. Sed me multa impedierunt, quæ ne nunc quidem expedita sunt. *Id.* 4. *Acad.* c. 33. Expedita res, soluta, libera, nulla re implicata. *Horat.* lib. 1. od. 22. v. 11. Expeditus curis. [† ¶ Expeditus (ait *Ernesti*) in re pecuniaria, est *certus*. *Cic. Att.* 13. 29. Expeditum nomen. *a sure debt, or that will be soon paid.* *Ibid.* 11. 1. Fidem expeditam relinquere. *to establish his credit by answering all demands, or by clearing all debts.*] ¶ Item promptus, paratus. *ready, prepared, prompt, equipped.* *Cic. pro Mil.* c. 10. Obviam fit ei Clodius expeditus in equo. *Id. Phil.* 11. c. 10. *ad fin.* Expedito nobis homine, et parato opus est. *Id. de clar. Orat.* cap. 8. *ad fin.* T. Junius facilis et expeditus ad dicendum. *Id.* 2. *Agrar.* c. 30. Expeditus ad cædem. *Id.* 2. *de Orat.* cap. 30. ad pronuntiandum. ¶ Item facilis. *easy, fluent.* *Id. de Amic.* c. 4. Reditum in cælum patere optimo et justissimo cuique expeditissimum. *Id. de clar. Orat.* cap. 63. Expedita, et perfacile currens oratio. et cap. 61. Expedita ac profluens dicendi celeritas. *Id. ibid.* cap. 76. Inops ad ornandum, sed ad inveniendum expedita Hermagoræ disciplina. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 5. *sub fin.* Parva sunt, quæ desunt, et ea sunt ad explicandum expeditissima. *very easy to dispatch.* et *pro Flacc.* c. *pænult. extr.* Cum illam viam sibi videant expeditiorem ad honores. *Id.* 10. *Fam.* ep. 25. Rationes expeditas habere. *an easy way; easy means.* *Plin.* l. 3. ep. 12. Veniam ad cœnam; sed jam nunc paciscor: sit expedita, sit parca. *h. e.* parata facilis, et parvi sumptus. *Plin. alter* l. 13. c. 1. Expeditissimum unguentorum. ¶ In re militari *expeditus* dicitur, qui minus habet impedimenti ad iter, ad pugnam, ut levis armaturæ miles, aut sine viatico, solis armis instructus, aut sine impedimentis et sarcinis. *Sisen.* apud *Non.* c. 1. n. 285. Inermos armati, impeditos expediti interficiunt. *light-armed, unincumbered, free from baggage.* *Cic. Attic.* l. 8. ep. 9. *extr.* Pompeius expeditus præcesserat legiones Luceriæ. *Liv.* l. 38. cap. 4. *sub fin.* Cum mille expeditis Ambraciam profectus. ¶ Cum genitivo. *Id.* l. 30. c. 9. Cum omni equitatu expeditisque militum. Al. leg. *expeditissimisque.* ¶ *In expedito esse*, in promptu esse, et ad manum. *to be at hand.* *Senec.* ep. 94. *ante med.* Quædam sunt quidem in animo, sed parum prompta: quæ incipiunt in expedito esse, cum dicta sunt. *Quintil.* l. 10. *c. ult. a med.* Prompta res et in expedito posita. Adde *Plin.* l. 4. *c. ult.*

EXPELLO, is, puli, pulsum, a. 3. *to drive out or away, expel,* ἐκβάλλω, extra pello, ejicio, exturbo. *Cic. in Pison.* c. 7. Me domo mea expulistis, Pompeium domum suam compulistis. *Id. Attic.* l. 10. ep. 4. Nisi me civitate expulissent. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 21. Expellere humiliores possessionibus. et l. 4. c. 3. hostes finibus. et l. 7. c. 55. Romanos ex provincia. et l. 3. *B. Civ.* cap. 110. aliquem regno. *Liv.* l. 41. c. 3. Ab litore naves in altum expellere. *Cic. Fam.* 6. ep. 6. Expellere aliquem ex republica. *Id. pro Quint.* c. 7. Expelli et ejici e prædio. *Id. pro Sext.* c. 13. Expellere cives a patria. *Id.* 2. *Agrar.* c. 30. *extr.* Exturbari et expelli plebem ex agris. *Nep. in Epamin.* c. 10. Præsidium ex arce expulerunt. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 703. in auras. *Sueton. in Calig.* c. 1. quempiam ad componendum Orientis statum. *h. e.* Roma mittere, compellere. Sic *Plin.* l. et c. 11. Apes fucos in opera expellunt. *they drive or compel to work.* *Cic. pro Mur.* c. 16. *a med.* Expellere aliquem vita. *to put out of existence.* et *Lucret.* l. 3. v. 359. Expelli ævo. *h. e.* mori. *Tacit. Ann.* 16. c. 19. Expellere vitam. *to kill himself hastily.* *Ovid.* 6. *Metam.* v. 617. per vulnera mille Sontem animam expellam. et lib. 8. v. 381. arcu sagittam expellere. *h. e.* emittere, jaculari. *Id. Heroid.* ep. 14. v. 72. Expulerunt somnos hæc mea dicta tuos. *h. e.* abstulerunt. *Id.* 6. *Fast.* v. 245. Spem metus expulerat. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 137. Expulit helleboro morbum bilemque meraco. *Petron. in Satyr.* c. 10. Quæstibus paupertatem expellere. *Plin.* l. 8. ep. 14. *extr.* Expellere sententiam. *h. e.* rejicere. *Lucret.* l. 5. v. 51. Vitia ex animo dictis expellere. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 34. memoriam beneficiorum. *Plaut. Trin.* 3. 2. 24. corde desidiam. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 46. *extr.* omnem dubitationem. *Lucan.* l. 3. v. 53. curas pectore. *Catull.* carm. 76. *ad seips.* ex omni pectore lætitias. *Justin.* l. 9. c. 5. uxorem propter stupri suspicionem. *to divorce, repudiate.* *Plaut. Bacch.* 4. 9. 41. Expuli me periculo. *h. e.* erui, elicui, evasi. [¶ Particip. *expellens*, *expellendus* apud *Suet. in Vespas.* c. 14. Quidam ex officio admissionis eum expellens. *Justin.* l. 38. c. 1. Auxilia sorori ad expellendum Cappadocia Nicomedem mittit.]

EXPENDO, is, endi, ensum, a. 3. *to weigh, measure by weight,* σταθμάομαι, pondero, pendo, vel pendendo examino. *Plaut. Asin.* 2. 2. 34. *Le.* Quot pondo te esse censes nudum? *Li.* non edepol scio. *Le.* at pol ego, qui te expendi, scio. *Cels.* l. 5. c. 19. sect. 12. Quoties baccam, aut nucem posuero, scire oportebit, antequam expendatur, ei summam pelliculam esse demendam. *Plaut. Rud.* 4. 4. 43. Aurum auro expendetur, argentum argento exæquabitur. *h. e.* compensabitur. *Id. Bacch.* 4. 4. 1. Hunc hominem decet auro expendi. *h. e.* auro contra æstimari. *to be accounted worth his weight in gold.* ¶ Item impendo. *to lay out, expend, pay,* quod olim ante pecuniam cusam, æs pondere solvebatur per libram. *Justin.* l. 12. c. 11. Viginti millia talenta in hos sumptus expensa. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 105. Cautos nominibus certis expendere nummos. *to put out to usury.* *Paul. Dig.* l. 19. tit. 1. leg. 47. Usuras gravissimas expendere. *to pay.* ¶ Translate a prima significatione est examinare, considerare, *to examine, weigh, consider.* *Cic. in Orat.* cap. 15. Nec vero utetur imprudentur hac copia, sed omnia expendet ac seliget. *Id. post redit. in Sen.* c. 6. *sub fin.* Iidem expendunt atque æstimant voluptates, sententiamque dicunt, et judicant, &c. *Id.* 2. *de Orat.* c. 76. Argumenta non tam numerare, quam expendere. *Id. pro Flacc.* cap. 5. Testem diligenter expendere. *Virg.* 12. *Æn.* v. 20. tanto me impensius æquum est Consulere, atque omnes metuentem expendere casus. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 150. meritis expendere causam. *Id.* 3. *Amor.* el. 5. v. 34. Animo aliquid expendere. *Tacit.* 1. *Hist.* cap. 87. Belli consilia expendere. *Id.* 13. *Ann.* c. 3. Arte verba expendere. ¶ Translate a secunda est luere, solvere, dare. *Virg. Æn.* 11. v. 257. infanda per orbem Supplicia et scelerum pœnas expendimus omnes. *we have suffered punishment; we have atoned for.* [† *Accius* apud] *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 10. Pœnas Jovi fato supremo expendere. *Sil.* l. 13. v. 697. dignas pro talibus ausis Carthago expendat pœnas. *Tacit.* 12. *Ann.* cap. 19. Capite pœnas expendere. *Virg.* 2. *Æn.* v. 229. Expendere scelus. *h. e.* pœnas sceleris. *Sil.* l. 7. v. 712. Pœnoque ob mitia facta Dignum expendamus pretium. *Id.* l. 6. v. 587. nimium vivacis dura senectæ Supplicia expendi.

EXPENSA, æ, f. *expense, charge, cost, disbursement,* sumptus, impensa, δαπάνη. *Claudian. in* 1. *Consul. Stilich* v. 145. non indecores æraria lassant Expensæ. *Ulpian. Dig.* lib. 27. *tit. ult.* leg. 1. Qui neque tempus, neque finem expensarum habet, sed bona sua profundit.

EXPENSE, impense, vehementer. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 2. *a med.* Cum me expense e sua villa, numquid vel-

lem, rogasset. Al. aliter leg. *Theodor. Priscian. de diæta*, c. 15. Cœliacos expense desiccant.

EXPENSILATĬO, *et divisim* Expensi latio, onis, f. respondet acceptilationi, et significat, cum in codice expensi perscribit aliquis, se pecuniam expendisse, et alteri numerasse: *a noting down of money lent:* vel cum stipulatur, et alteri adsentienti declarat, se pecuniam dedisse. *Gell.* l. 14. cap. 2. Probari debere pecuniam datam consuetis modis, expensi latione, mensæ rationibus, chirographi exhibitione, &c.

EXPENSĬO, onis, f. actus expendendi, sumtus. *Impp. Valens, Gratian. et Valentinian.* lib. 6. *Cod. Theod.* tit. 4. leg. 24. Ne quis semel præstitutæ expensionis transeat modum. *Symmach.* l. 5. ep. 74. (*al.* 76.) Cessantibus novis expensionibus.

EXPENSO, as, a. 1. frequentativum ab *expendo*, ejusdemque fere significationis, *scil.* pondero, examino, numero. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 31. Res rationesque heri curo, argentum accepto, expenso, et cui debet, dato. *Scævola Dig.* lib. 40. tit. 5. leg. 41. *circa med.* Tutores Cupito servo exactionem commiserunt: isque nummos redactos expensavit eisdem tutoribus. *counted out, paid.* ¶ Pro dispensare, distribuere, *Macrob.* l. 1. *Saturn.* cap. 13. Alternisque annis binos et vicenos, alternis ternos et vicenos dies intercalares expensabant intercalationibus quatuor.

EXPENSUS, a, um, *weighed, reckoned*, pondere examinatus, numeratus: ea ratione, qua in *Expendo* dictum est. *Cic. pro Flacc.* c. 28. Ante pedes Prætoris in foro expensum est auri pondo centum. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 146. Bene igitur ratio accepti et expensi inter nos convenit. *the account of debtor and creditor.* ¶ Item æstimatus. *Id. Merc.* 2. 4. 20. Achillem orabo, aurum mihi det, Hector qui expensus fuit. ¶ *Expensum ferre*, et *pecuniam expensam ferre*, frequens locutio in rationibus, et scribere v. gr. in codice expensi, se pecuniam expendisse, numerasse, dedisse, ut ait *Ascon. in Cicer. Verr.* 3. c. 39. *to write himself down as creditor to such an amount: to mark down in his book of expenses money as given to any one*, ἀπογράφω, ἀπολογίζομαι. V. *Acceptus. Cic. loc. cit.* Quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quam Verres illi expensum tulit. *et paulo post.* Satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres. *Id. pro Rosc. Com.* cap. 5. Hæc pecunia necessse est, aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit. *entered as layed out, promised. Hirt. de B. Alex.* cap. 56. Arcessit omnes, qui sibi pecunias expensas tulerant, acceptasque eas jubet referri. ¶ Urbane *Cic. Fam.* l. 9. ep. 10. Nisi forte scire vis, me inter Niciam nostrum, et Vidium judicem esse. Profert alter duobus versiculis expensum Niciæ: alter Aristarchus hos ὀβελίζει. Ego, tanquam criticus antiquus, judicaturus sum, utrum sint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι. *produces a loan made to Nicias in two verses: the other, like a second Aristarchus, denies the truth of it.* Loquitur hoc modo *Cic.* quia hi Grammatici erant. ¶ Neque solummodo præscriptionem pecuniæ expensæ significat, sed etiam ipsam pecuniæ numerationem, ac præstationem. *Liv.* l. 6. c. 20. Homines prope quadringentos protulisse dicitur, quibus sine fenore pecunias expensas tulisset. *h. e.* quibus pecuniam credidisset sine fenore. ¶ Transfertur et ad alia. *Cœl. ad Cicer.* l. 8. *Fam.* ep. 4. Mentio facta est de legione ea, quam expensam tulit C. Cæsari Pompeius. *h. e.* tradidit, uti legitur apud *Hirt.* l. 8. *B. Gall. c. pænult.* ¶ Translate *Ulpian. Dig.* lib. 36. tit. 4. leg. 3. Ipsam enim facilitati suæ expensum ferre debere, quæ minus idoneos fidejussores acceperit. *ought to ascribe. Scævola* lib. 42. *tit. ult.* leg. 24. Alii creditores suæ negligentiæ expensum ferre debent. ¶ Dicitur etiam *expenso ferre. Jabolen.* lib. 33. *tit. ult.* leg. 10. Qui vestem omnem, et res plurium generum supellectilis nomine expenso ferre solitus erat. *to register as household property.* [¶ *Expensus gradus* est quasi numeratus, lentus, compositus, muliebri quadam segnitie. *Propert.* l. 2. el. 4. v. 6. Ibat et expenso planta morata gradu. Fortasse est, quod *Terent. Phorm.* 5. 6. 27. dixit *ire suspenso gradu*.]

EXPERGEFACĬO, is, eci, actum, a. 3. *to awaken, stir up, excite*, ἀνεγείρω, excito e somno, et generatim excito. *Cic.* 7. *Verr.* c. 15. Si forte expergefacere te posses. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 34. Hic Italiam tumultus expergefecit terrore subito. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 42. Magnum flagitium probrumque, Phædrome, expergefacis. *h. e.* excitas, admittis, perpetras.

EXPERGEFACTĬO, onis, f. excitatio a somno. *August. de vera Relig.* c. 50. A somno expergefactio.

EXPERGEFACTUS, a, um, *awakened, excited*, διεγερθείς. *Sueton. in Calig.* c. 6. Expergefactus e somno Tiberius est gratulantium vocibus. *Id. in Claud.* c. 8. Ut repente expergefactus faciem sibi confricaret. ¶ Translate *Lucret.* l. 2. v. 412. musea mela, per chordas organiciquæ Mobilibus digitis expergefacta figurant. *h. e.* soni musici, quos excitatos chordarum pulsatione, organici varie modulantur.

EXPERGEFĪO, is, expergiscor. Agnoscitur a *Diomed.* l. 1. pag. 372. *Putsch.* unde particip. *Expergefactus.*

EXPERGIFĬCO, as, a. 1. expergefacio, *to awaken. Gell.* l. 17. cap. 12. Ingenio expergificando idoneæ res.

EXPERGIFĬCUS, a, um, adject. qui expergefacit, *that awakeneth. Apul. in Florid.* n. 13. (*al.* l. 2.) Galli expergifico carmine occinunt.

EXPERGISCO, is, a. 3. idem ac expergefacio. *Plin.* l. 22. c. 13. Urtica lethargicos expergiscit tactis cruribus. Alii rectius leg. *expergisci.* ¶ Videtur etiam usurpatum neutraliter, *to awake. Pompon. Agam.* apud *Non.* c. 7. n. 40. Cum tam clare tonuerit, ut si quis dormitaret, expergisceret.

EXPERGISCOR, eris, experrectus sum, dep. 3. *vel* pass. 3. *to awake, rouse or bestir one's self*, ἐξεγείρομαι, e somno excitor. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 33. Ut te ipsum serves, non expergisceris? *Cic. Attic.* l. 13. ep. 38. Cum simul cum sole experrectus essem. ¶ Translate *Terent. Adelph.* 4. 4. 21. Cessatum usque adhuc est: nunc porro, Æschine, expergiscere. *Plaut. Asin.* 2. 1. 1. Nunc te melius est expergiscier, atque argento comparando fingere fallaciam. παραγωγὴ pro *expergisci. Sallust. in Catil.* c. 21. Quin igitur expergiscimini? en illa, quam sæpe optastis, libertas. *Id.* orat. 2. *ad Cæs. de republ. ordin. ante med.* Ut omnes expergiscantur ad libertatem.

EXPERGĬTE, adverb. *watchfully, heedfully. Apul.* l. 8. *Metam.* Expergite auscultare. et lib. 2. Expergite munus obire.

EXPERGĬTUS, a, um, *awakened*, particip. ab *expergor*, ut docet *Diomed.* l. 1. pag. 372. *Putsch.* idem significans quod *experrectus. Lucret.* l. 3. v. 943. nec quisquam expergitus exstat, Frigida quem semel est vitai pausa secuta. *Lucil.* apud *Diomed. loc. cit. et Priscian.* l. 10. pag. 888. E somno pueros cum mane expergitu' clamo. Al. leg. *cum mane, expergite, clamo*, ut pertineat ad *expergo. Apul.* l. 2. *Metam.* Tum demum Diophanes expergitus, sensit imprudentiæ suæ labem. ¶ *Diomed. ibid. et Fest.* discrimen tradunt inter *expergitus*, et *experrectus*, ut *expergitus* dicatur, qui satiatus somno sponte evigilat, *experrectus* a quiete impeditus, seu ab alio excitatus. Apud *Fest.* alii leg. *exporrectus.*

EXPERGO, is, experrexi, a. 3. *to awaken, rouse from sleep*, ἀνεγείρω, a somno excito. *Acc.* apud *Non.* c. 2. n. 278. Heu vigiles properate, expergite pectora tarda sopore: exsurgite. *Sanctra ibid.* omnes vocis expergit sono. ¶ Translate est excitare, *to excite, stimulate. Gell.* l. 6. c. 10. Cum aliis salubribus exemplis hortabatur ad philosophiam capessendam, tum vel maxime ista re animos juvenum expergebat. ¶ De præterito V. vocem præced. ¶ *Expergo* a *spargo.* V. *Exspergo.*

EXPERĬENS, entis, particip. qui experitur, πειρώμενος. *Plin.* l. 8. c. 32. *a med.* Cervi cornua ad arbores subinde experientes. *proving, making trial of. Id.* l. 16. c. 12. Nihil non experiente vita. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 414. Inde genus durum sumus, experiensque laborum. *made to endure toil.* ¶ Item navus, strenuus, industrius, omnia experiens, *prompt, active, industrious, expert. Cic.* 6. *Verr.* c. 17. Promptissimus homo, et experiens. *Id. pro Cluent.* c. 8. Vir fortis et experiens. *Liv.* l. 6. c. 34. Vir acer et experiens. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 9. v. 32. desidiam quicumque vocavit amorem, Desinat: ingenii est experientis amor. *Id.* 3. *ex Ponto*, ep. 7. v. 11. Ne gravis uxori dicar, quæ scilicet in me Quam proba, tam timida est, experiensque parum. ¶ Item qui multa expertus est, callidus, peritus, *experienced, knowing by experience. Cic. Verr.* 5. c. 21. Homo gnavus et industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 159. comes experientis Ulyssis.

EXPERIENTĬA, æ, f. *experiment, trial, proof*, πειρασμός, actus experiendi, experimentum, periclitatio. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 18. *ad fin.* Quæ si adventus meus represserit, agam gratias fortunæ constantiæque meæ, quæ ad hanc experientiam excitavit. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 16. Equitem R. non libidine, non turpibus impensis cupiditatum atque jacturis, sed experientia patrimonii amplificandi labentem excepit. *h. e.* dum tentat patrimonium augere. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 18. *sub fin.* Nos debemus et imitari alios, et aliter ut faciamus, experientia tentare quædam. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 225. hæc illi placet experientia veri. *h. e.* hoc modo placet illi verum explorare. *Vellei.* l. 2. c. 78. Cæsar crebris expeditionibus, patientia periculorum, bellique experientia durabat exercitum. *exercise. Id. ibid.* c. 57. Laudandum experientia consilium Pansæ est. *on account of its issue or success.* ¶ Est etiam scientia et cognitio ex multis experimentis acquisita, *practice, experience*, ἐμπειρία. *Colum.* l. 10. v. 338. Ipsa novas artes varia experientia rerum, Et labor ostendit miseris, ususque magister Tradidit agricolis, &c. *Tacit. Ann.* 1. c. 4. Agrippa non ætate, neque rerum experientia tantæ moli par. et cap. 46. Vir longa experientia. *Virg.* 1. *Georg.* v. 4. apibus quanta experientia parcis. *h. e.* solertia. *Manil.* l. 1. v. 61. artem experientia fecit, Exemplo monstrante viam. *Cels. in præfat. post med.* Ad curandi rationem nihil plus confert, quam experientia.

[* EXPERIMENTĀTUS, a, um, particip. ab inusitato *experimento*, experimento probatus. *Theodor. Priscian.* l. 3. c. 5. Omnibus experimentatum usibus remedium.]

EXPERIMENTUM, i, n. *an experiment, trial, proof*, πεῖρα, δοκιμασία, experientia, tentamentum, argumentum. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 30. *ad fin.* Hoc maximum est experimentum, cum constet, ægritudinem vetustate tolli, hanc vim non esse in die positam, sed in cogitatione diurna. *Sallust. in Jug.* c. 50. Metello experimentis cognitum erat, genus Numidarum infidum esse. *Tacit. Ann.* 13. c. 24. Ut plebs experimentum daret, an, amotis custodibus, molestiam retineret. *Vellei.* l. 2. c. 94. Præcipua omnium virtutum experimenta edere. *Quintil.* l. 6. c. 2. *a med.* Quæ non aliquo tradente, sed experimento meo accepi. *Id.* l. 3. c. 8. *a med.* Facillime ad consentiendum homines ducuntur experimentis. *Plin. in Paneg.* c. 43. Probatur experimento, sit ne feracius, &c. *Plin. alter* l. 5. c. 1. *a med.* Id plerumque fallacissimum experimento deprehenditur. *Id.* lib. 29. cap. 1. *a med.* Medici experimenta per mortes agunt. *Id.* l. 13. c. 2. Unguentorum experimentum inversa manu capitur. *Id.* l. 17. c. 2. Credere experimentis.

EXPERĬOR, riris, expertus sum, dep. 4. *to try, attempt, prove, experience*, πειράομαι, probo, tento, periculum facio: ab antiquo *periri*, quod, erat conari, factum a πειράω, vel πειράομαι, ut *Voss.* docet. *Virg. Ecl.* 3. v. 28. Vis ergo, inter nos, quid possit uterque, vicissim Experiamur? *Plin.* l. 3. ep. 14. Abjiciunt in fervens pavimentum, ut experirentur, an viveret. *Liv.* l. 25. c. 38. Experiri libet, quantum audeatis, duce vestro auctore. *Plaut. Trin.* 4. 2. 93. Lubet experiri, quo evasurus est. *Petron. in Satyr.* c. 31. Experiri volui, an tota familia cantaret. *Curt.* l. 6. c. 11. *a med.* Ut experiremur, utrum vino gravatus, &c. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 562. Expertique simul, si tela artusque sequantur. *Terent. Phorm.* 3. 3. 5. Rursum ei beneficium experiamur reddere. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 26. In me ipso experior, ut exalbescam, &c. ¶ Jungitur cum accusat. et varia significatione. *Nep. in Hamilc. in fin.* Ut interire, quam non Romanos experiri mallet. *h. e.* explorare commisso prœlio. *Terent. Andr.* 2. 1. 11. Omnia experiri certum est, priusquam pereo. *h. e.* tentare. *Sallust. in Catil.* c. 27. Extrema experiri. Sic experiri fidem alicujus, vim veneni, terram facilem colendo, et sexcenta alia. *to make trial of, put to the test. Plaut. Virg. Cic.* &c. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. *ad fin.* Experiar et tentabo omnia. *Quintil.* l. 5. c. 7. Experiri animum alicujus. et lib. 11. c. 2. memoriam. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 814. Magna fides avium est: experiamur aves. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 46. Quadringenta et septuaginta millia annorum in periclitandis experiundisque pueris, quicumque nati essent, Babylonios posuisse. *in ascertaining the nativity. Id. Phil.* 12. c. 2. De me experior, cujus idem consilium, quod tuum, sentio quam reprehendatur. *I take experience from myself. Ovid.* 3. *Trist.* el. 2. v. 27. Experiri deos iniquos. *to experience, find.* ¶ *Experiri jus*, et *experiri* absolute, est jus suum ad rem aliquam in judicio exponere. *Paul. Dig.* lib. 2. tit. 4. leg. 1. In jus vocare, est juris experiundi causa vocare. *Ulpian.* lib. 47. tit. 8. leg. 4. Cum primum de ea re experiundi potestas fuerit. ¶ Huic affine est, *Experiri legibus*, vel *jure. to try by the law, have recourse to the law*, judicio agere. *Nep. in Timol.* c. 5. Hanc enim speciem libertatis esse, si omnibus, quod quisque vellet, legibus experiri liceret. *Cic. pro Quint.* c. 11. Si quid in controversiam veniret, aut intra parietes, aut summo jure experiretur. ¶ Absolute *Id. ibid.* c. 23. A me diem petivit: ego experiri non potui: latitavit. Adde *Liv.* l. 40. c. 29. *ad fin.* ¶ *Experiri cum aliquo*, universim pro contendere. *Plaut. Cistell.* 2. 1. 11. Maritimis moribus mecum experitur. ¶ *Experiri libertatem*, apud *Sallust. in Jug.* c. 33. est libertate uti. ¶ *Experiri imperium* est utendo in discrimen adducere. *Liv.* l. 2. c. 59. Monentes, ne utique experiri vellet imperium, cujus vis omnis in consensu obedientium esset. ¶ Particip. *experiens* V. suo loco. ¶ *Experiendus* passive. *P. Nigid.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 793. *Putsch.* Experienda ratio. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 367. Cæstibus, et jaculis, et missi pondere saxi Brachia per lusus experienda dabant. *h. e.* exercenda, experimentum virium dando. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 319. tecta petenda Urbis, et ignoti mens experienda tyranni. ¶ Experiendo *Cic. Fam.* 1. ep. 7. *ad fin.* Experiendo magis, quam discendo cognovi. *Liv.* l. 44. c. 41. Pleraque nova commenta experiendo, sine ullo effectu evanescunt. *by putting in practice; by trying.* ¶ Experiendum est. *trial must be made, the experiment must be made. Cic. de Amic.* c. 17. Judicare difficile est, nisi expertum. experiendum autem est in ipsa amicitia: ita præcurrit amicitia judicium, tollitque experiendi potestatem. ¶ *Expertum est*, experimento compertum est. *it is ascertained by experience; experience shows us. Gell.* l. 15. c. 7. Observatum in multa hominum memoria, expertumque est in senioribus plerisque. ¶ *Experturus. Plaut. Trucul.* 2. 4. 44. Se se experturum, quanti se penderem. ¶ *Experiturus* pro *experturus*, apud *Caton. R. R.* cap. 157. Valetudinis causa experiturus. Al. aliter leg. ¶ *Experio* pro *experior. Catull.* carm. 21. *ad Aurel.* v. 5. nam simul exjocaris una, Hærens ad latus, omnia experibis. Al. aliter leg.

EXPERĪTUS, imperitus, quasi qui peritiam exsuit. *Fest.*

EXPERJŪRO, as, a. 1. valde juro. *Afran.* apud *Non.* c. 7. n. 45. Experjurabant, exsecrabant se, ac suos.

EXPERRECTUS, a, um, adject. excitatus, *awakened, exited*, διεγερθείς. V. *Expergitus.* Translate sumitur pro vigilanti, attento, acri. *Cic. pro Rosc. Amer.* cap. 49. Ex-

perrecta virtus rempubl. recuperavit. *Colum.* l. 9. c. 7. Ut sint apes experrectiores : nam frigus ignaviam creat.

EXPERS, ertis, *not concerned in, free from, devoid, void of, without, destitute,* ἄμοιρος, qui alicujus rei nullam habet partem, privus, vacuus, immunis, tum in bonum, tum in malam partem : ab *ex*, et *pars.* Fere genitivum regit. *Cic. Verr.* 4. *c. ult.* Ut nulla ejus vitæ pars summæ turpitudinis esset expers. *Id. Attic.* l. 8. ep. 8. Omnes nos expertes sui tanti consilii relinquebat. *Id.* 2. *de Orat.* c. 1. Omnis eruditionis expers atque ignarus. et c. 19. Homines expertes veritatis. *Id.* 1. *Offic.* c. 16. Feræ rationis et orationis expertes. *Id.* 4. *Fam.* ep. 14. *ad fin.* Omnium periculorum expers. *Id.* 2. *de Divin.* c. 38. *extr.* Humanitatis expertes. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 83. Expertem te amoris nati habui. *h. e.* celavi te amorem nati. *Id. Asin.* 3. 1. 2. Expers imperii matris. *h. e.* non parens, negligens imperium matris. *Stat.* l. 5. silv. 5. v. 60. Expers imperii Fortunæ. *h. e.* qui adversam fortunam non est expertus. *unexperienced in the vicissitudes of fortune. Senec. in Troad.* v. 675. Expers sui. *h. e.* sui minime compos. *out of his senses.* ¶ Cum ablat. *Plaut. Pers.* 4. 3. 40. Ea res me domo expertem facit. *Id. Amph.* 2. 2. 81. Eo more expertem te offendi. *Id. Asin.* 1. 1. 31. Expers metu. *Sallust. in Catil.* c. 34. Fama atque fortunis expertes. *without either character or fortune. Turpil.* apud *Non.* c. 9. n. 10. et 13. expers malitiis. ¶ Est qui putet, etiam contrario sensu usurpari, ut participem significet, et *ex* non privandi, sed augendi vim habeat : afferuntque locum *Catulli* carm. 65. *de coma Beren.* v. 76. et *Persii* sat. 6. v. 39. Vide.

EXPERTĬO, onis, f. verbale ab *experior*, experimentum, probatio, *a proof. Vitruv.* l. 8. c. 5. Expertiones et probationes eorum sic sunt providendæ.

EXPERTOR, oris, m. qui tentat et experitur. *Sil.* l. 12. v. 502. Turbarum expertor. Sed Viris doctis valde suspectus est locus. V. *Dausqu. Barth.* et *Heins.* apud *Drakemborch.*

EXPERTUS, a, um, *having tried or made proof of; having experienced,* πειράσας, particip. ab *experior. Virg.* 1. *Georg.* v. 118. hæc cum sint hominumque boumque labores Versando terram experti. *Cic. pro Planc.* c. 9. Omnia quæ dico de Plancio, dico expertus in nobis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 17. Dicam enim tibi, Catule, non tam doctus, quam (id quod est majus) expertus. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 674. Si juvat expertis credere, numen habet. *Plin.* l. 9. ep. 13. Expertus usu, non esse consulendos, &c. ¶ Passive *tried, experienced, proved.* experimento probatus. *Liv.* l. 1. c. 34. *extr.* Ut per omnia expertus, postremo tutor etiam liberis regis testamento institueretur. et c. 17. Libertatis dulcedine nondum experta. *having not yet tasted the sweets of liberty.* et l. 3. c. 44. Vir acer, et pro causa plebis expertæ virtutis. *Sueton. in Vespas.* c. 4. Experta industria. *Cic. pro Balb.* c. 6. *extr.* Virtus experta atque perspecta. *Sueton. in Tib.* c. 19. Confidens ostento sibi ac majoribus suis in omni ducatu expertissimo. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 76. et *Virg.* 10. *Æn.* v. 173. Miles vetus expertusque belli. *Id.* 3. *Ann.* c. 17. Artes tam feliciter expertas vertere in aliquem. *Plin.* l. 29. c. 1. Populus R. expertam medicinam damnavit. Adde *Propert.* l. 1. el. 3. v. 18.

EXPES. V. *Exspes.*

EXPETESSO, *vel* Expetisso, is, a. 3. *to desire*, antique pro expeto : a *petisso*, vel *petesso. Plaut. Mil.* 4. 1. 13. Tuam expetissit pulcritudinem. *Id. Trin.* 2. 1. 4. Artem expetessam. *Id. Mil.* 4. 6. 14. Quem amo, quemque expetesso. *Id. Rud.* 1. 5. 1. Qui sunt, qui a patrona mea preces expetessunt ? *h. e.* patronam meam precantur. V. in *Expeto.*

EXPETIBĬLIS, le, adject. optabilis, *desirable. Tacit. Ann.* 16. c. 21. Parum expetibilem operam præbuerat.

EXPETISSO. V. *Expetesso.*

EXPETĪTOR, oris, m. qui aliquid expetit. *Symmach.* l. 8. ep. 45. (*al.* 46.) Jamdudum hoc animus meus vestri expetitor efflagitat.

EXPETĪTUS, a, um, adject. valde petitus, optatus, quæsitus, *desired greatly, longed for, wished for. Senec. in Thyest.* v. 509. Complexus mihi redde expetitos. *Plin.* l. 6. c. 29. Fons expetitus navigantibus. *Id.* l. 8. c. 10. Manus elephanti expetiti soporis in callo. *Id.* l. 9. c. 36. Purpuræ flos tingendis expetitus vestibus. *Id.* l. 16. c. 10. Abies expetita navigiis.

EXPĔTO, is, ivi, itum, a. 3. *to desire much or greatly, long for, covet,* ἐπιθυμέω, ἐφίεμαι, valde peto, quæro, adscisco, volo, opto. *Cic.* 1. *Offic.* c. 20. Nihil hominem, nisi quod honestum sit, aut admirari, aut optare, aut expetere debere. *Id. pro leg. Manil.* c. 2. Deposcere, atque expetere aliquem. et cap. 19. Expetere ac postulare. et cap. 11. Italia ab hoc auxilium absente expetivit. *sought for, required. Id. in Orat.* c. 20. In concionibus tracta quædam et fluens expetitur oratio. *Id.* 1. *Offic.* c. 8. Expetuntur divitiæ cum ad usus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. *Curt.* l. 6. c. 6. Paulatimque servilibus ministeriis tot victores gentium imbuere expetebat. *Plaut. Cas. prol.* v. 12. Intelleximus studiose expetere vos Plautinas Fabulas. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 48. Erechthai filiæ cupide mortem expetivere pro vita civium. *gladly met with. Id.* 2. *de Orat.* c. 40. Pecunia tantopere expetitur. *Id.* 6. *Verr.* c. 49. Summa cupiditate expetere aliquid. *Plaut. Amph.* 5. 1. 75. Pacem Jovis multis hostiis expetere. *Id. Rud.* 1. 4. 20. Videre te expeto. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 276. Dii me etsi perdunt, tamen esse adjutam expetunt. *Plin.* l. 6. c. 23. Emporium Indiæ non expetendum, propter vicinos Piratas. *h. e.* non adeundum. *Id.* l. 25. c. 8. *a med.* Herba, quæ mire capris expetitur. *Id.* l. 12. c. 24. Radix aspalati mire unguentis expetitur. *h. e.* ad unguenta conficienda. ¶ Pro sciscitari. *to demand, inquire. Valer. Flacc.* l. 5. v. 577. Ipse autem tantis concita furoribus arma Expetit Æsonides, et amicos ordine reges. ¶ *Expetere consilium, h. e.* capere. *Plaut. Mostell.* 4. 1. 3. Servi, qui nihil metuunt, postquam sunt malum meriti, stulta sibi expetunt consilia : exercent se ad cursuram, fugiunt, *take foolish steps ; adopt mad resolutions.* et *Cas.* 2. 7. 7. Id non tam ægre est, jam vicisse villicum, quam id expetivisse opere tam magno senem. ¶ Significat etiam repetere, exposcere, sumere, ubi de pœna aut jure sermo est. *Liv.* l. 3. c. 40. Rempublicam, si a volentibus nequeat, ab invitis jus expetituram. *will demand justice. Cic.* l. 6. *Fam.* ep. 17. Alicujus promissum expetere. *Id. pro Marcell.* c. 6. Dii pœnas a populo R. ob delictum expetiverunt. *have inflicted punishment upon. Id. pro Flacc.* c. 38. Nunc a Flacco Lentuli pœnæ per vos expetuntur. *Liv.* l. 1. c. 23. In omne Albanum nomen pœnas expetere ob bellum impium. *Id.* l. 22. c. 13. Expetere supplicium. ¶ Item impetere, lacessere, aggredi. *Cic. pro Deiot.* c. 11. Expetere vitam alicujus. ¶ Item recidere, incidere, neutra significatione. *to light, fall. Liv.* l. 1. c. 22. *extr.* Ut in eum omnes expetant hujusce clades belli. *may fall. Plaut. Amph.* 1. 2. 32. Deum non par videtur facere, delictum suum suamque culpam expetere in mortalem ut sinat. et 3. 2. 14. Insonti mihi illius ira in hanc, et maledicta expetent. et 2. 1. 42. Cujus hodie in tergum saxo ista expetant mendacia. ¶ Item accidere, usu venire, *to happen, occur, befal. Id. ibid.* 1. 1. 20. In servitute expetunt multa iniqua. *Id. Mil.* 2. 4. 40. Satin' eadem in vigilantes expetunt, quæ in somnis visa memoras ? ¶ *Expetere preces* est precari. *In epist. Corneliæ matr. Gracchor.* inter fragm. *Nepotis.* Non pudet te eorum deum preces expetere, quos, &c. ? Adde *Plaut. in Expetesso.* ¶ *Expetere ætatem* est durare, ætatem ferre. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 22. Malo si quid benefacias, id beneficium interit : Bono si quid malefacias, ætatem expetit. [¶ *Expetere aliquem* est ad aliquem se conferre. *Sever. Sulpic. de vita B. Martin.* c. 5. Hilarium Pictavæ episcopum civitatis expetivit, et aliquandiu apud eum commoratus &c. *Paulin. Petrocor. de vita S. Martini* l. 1. v. 179. Doctorem fidei per tot documenta probatum expetit Hilarium.]

EXPIABĬLIS, le, *that may be expiated, expiable,* qui expiari potest. *Cic.* 13. *Phil.* c. 1. *a med.* Videndum, an sit aliquod bellum expiabile. Pleriq. omn. leg. *inexpiabile.*

EXPIATĬO, onis, f. *a purging, or atoning, by sacrifice ; an atonement, expiation, satisfaction,* ἁγνισμός, purgatio. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 14. At vero scelerum in homines, atque impietatum nulla expiatio est. *Liv.* l. 9. c. 1. Fœderis rupti expiatio. *Cic. de Harusp. resp.* c. 10. Diis violatis expiatio debetur.

EXPIĀTOR, oris, m. qui expiat, et purgat. *Tertull. de Pudic.* c. 15. *extr.* Impuritatis expiator.

EXPIATORĬUS, a, um, *expiatory,* ad expiandum pertinens, purgatorius. *Augustin. de Civit. Dei,* lib. 21. c. 13. Expiatoriæ pœnæ.

EXPIĀTRIX, icis, f. quæ lustrat, et expiat. *Festus* in voce *Piatrix* : Piatrix erat sacerdos, quæ expiare erat solita, quam alii expiatricem vocant.

EXPIĀTUS, us, m. idem ac expiatio. *Tertull. advers. Valentin.* c. 13. Continet hic ordo enthymeseos et conjunctæ passionis expiatum.

EXPIĀTUS, a, um, *expiated, atoned for,* purgatus, sacrificiis a scelere liberatus, καθαρθείς. *Cic. Phil.* 1. c. 12. Expiato foro, dissipato concursu impiorum. *Horat.* l. 2. od. 1. v. 4. Arma nondum expiatis tincta cruoribus. *Flor.* l. 1. c. 13. *ad fin.* Civitas expiata et lustrata. ¶ Translate *Id.* l. 1. c. 12. Ea clades ingentibus expiata victoriis. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 48. Expiato suo dolore. *satisfied, vented.*

EXPICTUS, a, um, adject. pictus, *painted or drawn to the life. Cic.* 3. *Tuscul.* cap. 39. *a med.* Motus hominum expicti.

EXPILATĬO, onis, f. *a pillaging, plundering,* περισύλησις, actus expilandi. *Cic.* 2. *Offic.* c. 21. *extr.* Tanta sublatis legibus et judiciis expilatio direptioque sociorum. Adde lib. 3. c. 8.

EXPILĀTOR, oris, m. *a pillager, spoiler, plunderer, ravager,* συλητής, fur, prædator, direptor. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 18. *qui est* de effractorib. et expilatorib. leg. 1. expilatores vocat atrociores fures, et Græce λωποδύτας : qua voce significantur qui vestibus spoliant. *Cic. ad Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 2. *extr.* Cum domus hospitem, non expilatorem recepisse videatur.

EXPILĀTUS, a, um, particip. ab expilor, *plundered, pillaged. Cic. pro Cluent.* cap. 64. Armarium expilatum, pecunia ablata. *Id.* 6. *Verr.* c. 27. *sub fin.* Regem spoliatum expilatumque dimisit. ¶ Quoties hereditariæ res a quopiam surripiuntur, antequam hereditas adeatur, vel post aditam, antequam res ab herede possessæ sint actione furti non agitur, sed actione *expilatæ hereditatis,* uti docent *Martian. Ulpian. Paul.* &c. *Dig.* lib. 47. tit. 19. *qui* expilatæ hereditatis *inscribitur.*

EXPĪLO, as, a. 1. *to rob, plunder, pillage, ransack,* περισυλάω, diripio, deprædor. *Cic. Parad.* 6. c. 1. Si socios spolias, ærarium expilas. *Id. pro leg. Manil.* c. 19. Ad expilandos socios diripiendasque provincias. *Petron. in Satyr.* c. 22. Expilare lagenam. *h. e.* furtim exhaurire. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 562. Expilatque genas oculis. *h. e.* spoliat, privat. Al. leg. *exspoliatque* : alii aliter. *Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. 2. leg. 21. Rem hereditariam expilans. V. *Expilatus.* [¶ Particip. *expilaturus* apud *Petron. Satyr.* c. 22. Duo Syri expilaturi lagenam.]

EXPINGO, is, inxi, ictum, a. 3. idem quod pingo, vel cum quadam majore vi, cum *ex* augeat, *to paint to the life, give a faithful picture of. Plin.* l. 35. c. 7. Quoniam et pericula expingimus, ne quis miretur et rogos pingi. *Tertull. de cultu femin.* c. 12. Thamar se expinxerat, et ornaverat. *had decorated herself.* Simili sensu dixit *Martial.* l. 7. epigr. 82. et l. 8. ep. 52. expingere genas, cutem : de tonsore loquens.

EXPINSO, is, a. 3. *to bruise or pound in a mortar,* idem quod pinso, contundo, tero. *Cato* c. 2. *R. R.* Spinas runcari, expinsi far, munditias fieri.

EXPĬO, as, avi, atum, a. 1. *to expiate, atone for, purge by sacrifice,* ἁγνεύω, ἀφοσιόω. Est verbum sacrorum, et significat rem pollutam scelere, aut vitio aliquo purgare, lustrare, mundam ac puram, diisque gratam reddere : ab *ex*, et *pio, as,* quod idem valet. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 63. Procurare atque expiare aliquid. *Id. de Harusp. resp.* c. 16. Nomen populi R. tanto scelere contaminavit, ut id nulla re possit, nisi ipsius supplicio expiari. *Id. Attic.* l. 1. ep. 17. *a med.* Quæ violata sunt, expiabuntur ; quæ sunt sanctissime conservata, religionem suam obtinebunt. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 4. Expiare forum a nefarii sceleris vestigiis. *Id.* 2. *de Legib.* c. 9. Sacrum commissum, quod neque expiari poterit, impie commissum esto : quo expiari poterit, publici sacerdotes expianto. *Id. de Harusp. resp.* c. 11. Expiare errata. *Horat.* l. 1. od. 2. v. 29. scelus. *Id. Epod.* 5. v. 90. dira detestatio Nulla expiatur victima. *h. e.* avertitur, averruncatur. *Liv.* l. 1. cap. 26. Imperatum patri, ut filium expiaret pecunia publica. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis, &c. *Pers.* sat. 2. v. 31. cunis Exemit puerum, frontemque atque uda labella Infami digito, et lustralibus ante salivis Expiat. ¶ Metonymice est placare, *to appease. Petron. in Satyr.* c. 105. Ut Tutela navis expiaretur, placuit, quadragenas utrisque plagas imponi. ¶ Translate *Cic. in Pison.* c. 7. A me etiam pœnas expetistis, quibus conjuratorum manes mortuorum expiaretis. *Senec. in Octav.* v. 859. Expiare iram. *Cic. in Pison.* c. 35. Tua scelera dii immortales in nostros milites expiaverunt. *scil.* nostros milites puniendo. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 11. *extr.* Asiaticus libertus malam potentiam servili supplicio expiavit. *Plin.* l. 8. ep. 10. Quem errorem magnis detrimentis expiavit, in summum periculum adducta. *paid for.* (Adde *Liv.* l. 37. c. 45.) *Id. in Paneg.* c. 33. Miseras voluptates unco et ignibus expiavit. *Juvenal.* sat. 6. v. 519. Ut quidquid subiti, et magni discriminis instat In tunicas eat, et totum semel expiet annum. *h. e.* a calamitatibus purget, ac liberet. *Justin.* l. 3. c. 2. Supplicio alicujus regni infamiam expiare. *h. e.* purgare, delere. *Flor.* l. 1. c. 12. Cladem ingentibus victoriis expiare. *Liv.* l. 1. c. 14. Legatorum injurias, regisque cædem expiare. *Cic. de Provinc. Consul.* c. 1. *ad fin.* Cujus illi salutem pro pignore tradiderunt, ad expiandas suas cupiditates. *h. e.* ut satisfacerent cupiditatibus, et eas quasi placarent. Al. leg. *explendas.* [¶ Particip. *expiaturus* apud *Val. Max.* l. 1. c. 7. n. 3. Id luce proxima consulibus sacrificio expiaturis.]

EXPĪRO. V. *Exspiro.*

EXPISCĀTŌR. V. *Explicator.*

EXPISCOR, aris, atus sum, dep. 1. *to fish out, search out,* diligenter inquiro, indago. *Cic. Fam.* 9. ep. 19. Nescis me ab illo omnia expiscatum ? *Terent. Phorm.* 2. 3. 35. Proinde expiscare, quasi non nosses.

EXPLANABĬLIS, le, adject. explanatus, distincte prolatus, *intelligible. Senec.* l. 1. *de Ira,* c. 3. Vox est quidem, sed non explanabilis, et perturbata, et verborum inefficax.

EXPLANĀTE, adverb. *clearly, plainly, distinctly, intelligibly,* σαφῶς, aperte. *Cic. in Orat.* c. 33. Ut definire rem possit ; neque id faciat presse et anguste, sed cum explanatius, tum etiam uberius. *Gell.* l. 16. c. 8. In eo commentario nihil edocenter, neque ad instituendum explanate scriptum est.

EXPLANATĬO, onis, f. *an explanation, declaration, interpretation, exposition,* δήλωσις, explicatio, interpretatio, expositio. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 51. Somniis, vaticinationibus, oraculis, quod erant multa obscura, explanationes adhibitæ sunt interpretum. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 16. Uniuscujusque propositionis explanatio. *Plin.* l. 10. c. 68.

Res arduæ explanationis. *difficult to explain. Id.* l. 11. c. 51. *extr.* Explanatio animi, quæ nos distinxit a feris. *Id.* l. 7. c. 16. Dentes cum defuere, explanationem omnem adimunt. *the articulation of words.* ¶ Speciatim est virtus orationis, quæ eam apertam ac dilucidam reddit. Ea comparatur duabus rebus, usitatis verbis, et propriis. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 12. ¶ A *Cic.* 3. *de Orat.* c. 53. enumeratur inter lumina sententiarum *commoratio una in re, et illustris explanatio:* qua re hypotyposim significare videtur.

EXPLANĀTOR, oris, m. *an explainer, interpreter,* σαφηνιστής, qui interpretatur, et exponit. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 51. Sunt enim explanatores, ut Grammatici Poetarum.

EXPLANATORĬUS, a, um, adject. qui explanat, *explanatory, declaratory. Cœl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 1. Liber explanatorius Aphorismorum Hippocratis.

EXPLANĀTUS, a, um, *made plain or smooth,* explicatus, expansus. *Plin.* l. 16. c. 8. Suberi cortex præcrassus, ac renascens, atque etiam in denos pedes undique explanatus. ¶ Translate *Cic.* 1. *Acad.* c. 5. In pedibus celeritatem, vim in manibus, claritatem in voce, in lingua etiam explanatam vocum impressionem. *an articulate and distinct pronunciation.*

EXPLĀNO, as, avi, atum, a. 1. *to make plain or smooth,* ὁμαλίζω, καταλεαίνω, planum facio. Translate est explicare, illustrare, exponere. *to explain, interpret. Cic.* 1. *Offic.* c. 27. Qualis differentia sit honesti et decori, facilius intelligi, quam explanari potest. *Id.* 2. *de Fin.* c. 19. Explanare aliquid, apertiusque dicere. *Id. de clar. Orat.* c. 41. Rem explanare interpretando. *Id.* 2. *de Orat.* c. 19. et lib. 1. *Offic.* c. 28. *extr.* Docere et explanare. *Id.* 2. *de Orat.* c. 69. Conjectura explanare aliquid. *Terent. Phorm.* 2. 3. 33. Quem amicum tuum ais fuisse istum? explana mihi. *Sallust. in Catil.* c. 4. *extr.* De cujus hominis moribus pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam. *something must be related. Plin.* l. 6. c. 23. Juxta quod flumen, aut ubi fuerit, non satis explanatur. *Plin. alter in Paneg.* c. 64. Expressit explanavitque verba, quibus caput suum deorum iræ consecraret. *pronounced distinctly.* [¶ Particip. *explanaturus* apud *Cels.* l. 7. c. 17. *in fin.* Eam partem explanaturus, hanc quoque eo differo.]

EXPLANTO, as, a. 1. *to pull up what is set or planted, root out,* ἀπορίζω, plantas evello. *Colum.* l. 4. c. 14. Ne ventis explantentur. *Id. ibid.* c. 27. *extr.* Quidquid inter brachia viret, explantare. *to pluck up, displant.*

EXPLAUDO, is, si, sum, idem quod explodo, plaudendo ejicio. *Lucret.* l. 4. v. 711. Quin etiam gallum noctem explaudentibus alis Auroram clara consuetum voce vocare. *Explaudere noctem* est quod dixit *Valer. Flacc.* lib. 8. v. 82. excutere somnos. *Auson. in* VII. *Sapient. de Thalete, in fin.* Pars plaudite ergo, pars offensi explaudite.

EXPLEBĬLIS, le, *that may be filled or satisfied,* qui expleri porest. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 9. Indigentia libido explebilis. Plerique al. leg. *inexplebilis.*

EXPLEMENTUM, i, n. idem ac expletio. *a filling, satisfying. Senec.* ep. 110. *a med.* Si scieris, cacumina arborum explementum esse ventris. *Plaut. Stich.* 1. 3. 19. Inanimentis explementum quærito. *h. e.* inanem ventrem explere appeto. *Senec. Suasor.* 2. *ad fin.* Messala aiebat, hic Virgilium debuisse desinere: quod sequitur, Et in decimum *&c.* explementum esse. *a complement, supplement.*

EXPLENDESCO. V. *Exsplendesco.*

EXPLĒNUNT, explent. *Festus.*

EXPLĔO, es, evi, etum, a. 2. *to fill, fill up, glut,* ἐκπληρόω, omnino impleo, compleo: a Græco πλέος, plenus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 79. Fossam aggere explent. *Plaut. Curcul.* a. 3. v. 40. Dum scribo, explevi totas ceras quatuor. *I have filled or covered. Cic. de Univ.* c. 3. Deus bonis omnibus explevit mundum. *Id. in Orat.* c. 69. Neque inferciens verba, quasi risi rimas expleat. *Id.* 2. *de Fin.* c. 13. Explere aliquid cumulate. *Plin.* l. 35. c. 6. Eretria terra explet vulnera. et lib. 36. c. 21. Explere cicatrices. et lib. 34. *in fin.* alopecias. *Id.* l. 18. c. 27. Cum pampini quatuor digitos longitudine expleverint. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 4. Explere numerum militum. *to complete. Plin.* l. 14. c. 8. mensuram. ¶ Pro saturare. *to satisfy, satiate. Plaut. Curcul.* a. 3. v. 16. et *Cels.* l. 1. c. 2. *sub fin.* Explere se. *to be satiated. Virg.* 3. *Georg.* v. 429. anguis piscibus atram Improbus ingluviem, ranisque loquacibus explet. *Phædr.* l. 4. fab. 17. v. 5. Explere famem. *Cic. de Sen.* c. 8. diuturnam sitim. *to quench. Lucret.* l. 4. v. 874. Sic expletur jejuna cupido. ¶ Plus est tamen satiare, quam explere. *Cic. in fragment.* apud *Non.* c. 5. n. 13. Libidines infinita quædam cogunt atque imperant, quæ quia nec expleri, nec satiari ullo modo possunt, ad omne facinus impellunt. *Lucret.* l. 3. v. 117. animi ingratam naturam pascere semper, Atque explere bonis rebus, satiareque nunquam. ¶ Est etiam complere, conficere. *to complete, accomplish, arrive at. Plin.* l. 7. c. 48. Quosdam in Ætolia ducentos annos explere. *Virg.* 12. *Æn.* v. 763. Quinque orbes explent cursu, totidemque retexunt. *Tibull.* l. 1. el. 4. v. 63. Et tercentenas erroribus expleat urbes. *h. e.* percurrat. et eleg. 3. v. 53. fatales explevimus annos. *Tacit.* 6. *Ann.* c. *pœnult.* Interclusa anima, creditus est mortalitatem explevisse. *Stat.* 9. *Theb.* v. 753. alio geminatum lumine vulnus Explevit tenebras. *completed his blindness. Vellei.* l. 2. c. 110. Nationum, quæ rebellaverant, omnis numerus amplius octingenta millia explebat. *amounted to more than,* &c. et cap. 23. Plurimum laborem explere. *h. e.* perferre, et conficere. ¶ *Non explere tribum, centuriam* dicuntur candidati, cum eum non ferunt obtinentque suffragiorum numerum, qui ad honorem obtinendum necessarius est. *Liv.* l. 3. c. 64. et lib. 37. c. 47. Sic *explere damnationem* apud *Cic. pro Cæcin.* c. 10. est eum numerum judicum conficere, qui ad condemnandum sint satis. ¶ Significat etiam supplere. *to supply. Plin.* l. 31. c. 2. Fons explens olei vicem. *Vellei.* l. 2. c. 129. Senatorum censum libenter explevit. et *Cic. de clar. Orat.* c. 42. Habet, quod uterque eorum habuit: et explevit, quod utrique defuit. ¶ Alios præterea translate usus habet. *Terent. Andr.* 2. 2. 2. Explere animum gaudio. *Cic. in Orat.* c. 13. Dilatare verbis, et mollioribus numeris explere sententias. *Id.* 2. *Fam.* ep. 1. Non enim vereor, ne non scribendo te expleam. *I am not afraid of satisfying you.* et *in Partit.* c. 27. Explere cupiditates, satiare odium. *Liv.* l. 4. c. 32. *extr.* Factis dictisque explere odium. et lib. 1. c. 9. *extr.* desiderium. et lib. 31. c. 24. se cæde diu optata. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 3. v. 38. Expletur lacrimis, egerituque dolor. *vents itself. Cic. pro Rosc. Amer. c. pœnult.* Avaritiam pecunia explere. *Justin.* l. 9. c. 2. Nullas tibi opes esse, quibus tantum regem expleat. et lib. 22. c. 8. Carthaginem captam spem omnium expleturam. *would crown. Virg.* 1. *Æn.* v. 713. Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo. *cannot satisfy.* et *Æn.* 8. v. 265. nequeunt expleri corda tuendo. *Caius Dig.* lib. 17. tit. 1. leg. 27. Explere mandatum. *to execute his commission fully.* et *Cic.* 16. *Fam.* ep. 25. officium. *to fulfil his duty.* et *de Provinc. Consul.* c. 14. susceptum munus. *to discharge.* et lib. 1. *de Orat.* c. 47. Omnem exspectationem desiderii nostri expleris. *pro* expleveris. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. *a med.* Explere alicujus meritum. *h. e.* digne remunerari. *Paul. Dig.* lib. 40. tit. 7. leg. 4. conditionem. *to fulfil. Liv.* l. 3. c. 68. damna. *to make amends for.* et lib. 30. c. 5. Quantum nox providentiæ adimat, tantum diligentia explere. *to supply. Justin.* l. 5. c. 4. Explent contumelias honoribus, detrimenta muneribus, exsecrationes precibus. *Terent. Heaut.* 1. 1. 76. Tot mea solius soliciti sunt causa, ut me unum expleant. *to please, gratify, humour. Id. Andr.* 1. 2. 17. Dum tempus ad eam rem tulit, sivi, animum ut expleret suum. *should do as he pleased; should humour himself. Id. Hecyr.* 5. 1. 29. et 2. 19. Explere alicui animum. *to satisfy, humour, gratify.* Sic *Cic. pro Dom.* c. 17. Explevi animos invidorum, placavi odia improborum, saturavi perfidiam proditorum. ¶ Contrario sensu pro deplere, exhaurire, vacuare. *to empty out, exhaust. Enn.* apud *Serv. ad Æn.* 6. v. 545. Navibus explebant se se, terrasque replebant. *Serv.* et *Non.* c. 4. n. 169. huc trahunt et illud *Virg. ibid.* Discedam, explebo numerum, reddarque tenebris. *h. e.* minuam discedendo. *Donat.* (si salva ibi lectio) illud *Terent. Hecyr.* 5. 1. 29. Exple animum iis. *h. e.* curis exonera. Alii et illud *Horat.* l. 2. od. 7. v. 21. Oblivioso levia Massico Ciboria exple. Sed excepto *Ennii* loco, in ceteris possumus aliter interpretari. ¶ *Explerier* paragoge pro *expleri* est apud *Lucret.* l. 6. v. 20. [¶ Particip. *explendus* apud *Curt.* l. 7. c. 5. Avidus explendi supplicii.]

EXPLETĬO, onis, f. *a filling, completing, perfecting,* ἐκπλήρωσις, impletio, satietas. *Cic.* 5. *Fin.* c. 14. In eaque expletione naturæ summi boni finem consistere.

EXPLETĪVUS, a, um, ad explendum pertinens, ἀναπληρωματικός. *Expletivæ conjunctiones* dicuntur a Grammaticis *quidem, equidem, quoque, autem,* et hujusmodi, quæ tum significant aliquid, tum explent orationis numerum. *expletives. Charis.* l. 2. pag. 199. *Putsch.* et *Donat. ibid.* pag. 1763.

EXPLĒTUS, a, um, adject. *filled up, satiated, completed, accomplished, finished,* τέλειος, ἐκπεπληρωμένος. *Virg.* 3. *Æn.* v. 630. Expletus dapibus. *Stat.* l. 2. *silv.* 1. v. 15. Flendi expleta voluptas. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 13. Perfectus expletusque omnibus suis numeris et partibus. *complete. Lucret.* l. 6. v. 1201. Sanguis expletis naribus ibat. *Al. leg.* pletis ex. *Stat.* l. 5. *silv.* 1. v. 260. expletis humani finibus ævi. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* 2. 267. spectando Thessala pubes expleta. *satisfied, satiated. Cic. de Harusp. resp.* c. 20. Expleta intemperantia. *Id.* 5. *de Fin.* c. 13. Animi corporisque virtutibus expleta vita.

EXPLICABĬLIS, le, *explicable,* qui explicari potest. *Plin.* l. 4. c. 13. Haud explicabili mensura.

EXPLICABILĬTER, adverb. explicabili ratione. Refert agnoscitque, ut Latinum, *Diomed. Grammat.* l. 1. c. *de Adverb.* pag. 401. *Putsch.*

EXPLICĀTE, adverb. *clearly, plainly, distinctly,* δήλως, clare, et aperte. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 14. Qui distincte, qui explicate, qui abundanter et rebus, et verbis dicunt.

EXPLICĀTĬO, onis, f. *an unfolding, unrolling, untwisting,* ἀνάπτυξις, actus explicandi. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 59. Sed est quasi rudentis explicatio. ¶ Translate sumitur pro declaratione. *an explication, interpretation, exposition. Cic.* 3. *de Fin.* c. 4. Multumque ad ea, quæ quærimus, explicatio tua ista profecerit. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 24. Explicatio fabularum, et enodatio nominum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 27. Explicatio illustris et perpolita.

EXPLICĀTOR, oris, m. *an interpreter, explainer,* qui aliquid explicat. *Cic. in Orat.* c. 9. Sed ita ut rerum explicator prudens, severus, gravis. Adde lib. 2. *de Invent.* c. 2. et *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 356. ubi al. leg. *expiscator.*

EXPLICĀTRIX, icis, f. quæ explicat. *Cic.* 1. *Acad.* c. 8. Huic quasi ex altera parte oratoria vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ ad persuadendum accommodatæ.

EXPLICĀTUS, us, m. idem ac explicatio. *Plin.* l. 8. c. 42. *extr.* Sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 39. *extr.* Quam esset obscura, et quam difficiles explicatus haberet.

EXPLICĀTUS, a, um, *unfolded, spread out, smooth,* expansus, effusus, apertus, ἀνάπτυκτος. *Cic. Agrar.* 2. c. 35. Capua planissimo in loco explicata. *Id.* 1. *de Orat.* c. 35. Non explicata veste, neque proposito argento, neque tabulis propalam collocatis, sed his omnibus constructis ac reconditis. ¶ Translate explanatus, apertus, expeditus. *easy, clear, explained, plain. Cic.* 1. *Acad.* c. 2. Philosophia diligentissime Græcis litteris explicata. *Id. pro Planc.* c. 2. Facilis et explicata causa. *Id. Attic.* l. 16. ep. 3. *ad fin.* Rationes aut negotia explicata. *debts settled, accounts put into a proper train. Id. de Provinc. consul.* c. 14. *extr.* Rem prope jam explicatam perturbare atque impedire. *Id. Fam.* 6. ep. 1. Habere explicatam aut exploratam rationem salutis suæ. *an easy and certain method of securing his own safety. Id.* 1. *Offic.* c. 24. Si plus adipiscare re explicata boni, quam addubitata mali. *Id.* 2. *de Orat.* c. 87. Uti locis illustribus explicatis, &c. *Id. Attic.* l. 9. ep. 7. Litteræ tuæ, quibus nihil potest esse explicatius, nihil perfectius. *Id. ad Brut.* ep. 7. *ex recentiorib. a med.* Mihi non erat explicatum, quid agerem. *my mind was not made up; I did not see clearly. Augustin.* epist. 34. (*al.* 31.) *sub fin.* Explicatissima responsa.

EXPLĬCIT, *h. e.* desinit, completus est, *it is completed or finished.* Frequens est vox in fine librorum, præsertim manu scriptorum, ut *Explicit liber, Explicit feliciter,* &c. Videtur autem esse ab *explico,* quod significat etiam ad finem adducere, complere: vel potius a forma librorum apud Veteres in volumen complicatorum, quos adeo, ut legi possent, evolvere, atque explicare necesse erat. Hinc *Car. du Fresn. in Glossar.* notat, elegantioris notæ codices adscriptum ferre *Explicitus est liber,* &c. Qua ratione *Orosius in fin.* l. 7. apposuit *Explicui, adjuvante Christo,* &c. *Hieronym.* ep. 138. *ad Marcell.* Solemus, completis opusculis, ad distinctionem rei alterius sequentis, medium interponere *Explicit,* aut *Feliciter,* aut aliquid istiusmodi. [† Cf. *Mart. Ep.* 11. 108. 14. 1.]

EXPLICĬTUS, a, um, *declared,* particip. ab explicor. *Cic. Attic.* lib. 9. ep. 7. Quanquam a te ejus quoque rei justa defensio est explicita. Al. leg. *explicata.* ¶ Interdum ponitur pro absoluto. *finished, completed. Martial.* l. 14. epigr. 1. Versibus explicitum est omne duobus opus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 75. His explicitis rebus. *h. e.* expeditis, peractis. et lib. 1. c. 78. Ex propositis consiliis duobus explicitius videbatur Ilerdam reverti. *h. e.* facilius, expeditius. *Scævola Dig.* lib. 34. tit. 1. leg. 17. Ex eo tempore, quo templum explicitum fuerit. *was built up.* et *Ulpian.* lib. 36. tit. 1. leg. 1. Explicito tractatu, qui ad fideicommissa pertinet, transeamus nunc, &c. ¶ Item pro liberato, erepto. *Quintil.* declam. 2. c. 2. Explicitus flammis. *freed, rescued, liberated, extricated. Senec. de Tranquill.* c. 2. Ex longa et gravi valetudine explicitus. *Petron. in Satyr.* c. 79. Cum hora pæne tota per omnes scrupos traxissemus cruentos pedes, tandem expliciti sumus acumine Gitonis. *we were extricated or disentangled.* ¶ Item pro expanso, extenso. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 561. Stetit explicito prius agmine pubes. *arranged, drawn up.* Et pro porrecto ad terram. *Stat.* l. 1. *Theb. de* pythone a Phæbo interempto, v. 568. Cyrrhæique dedit centum per jugera campi Vix tandem explicitum. V. *Explico.*

EXPLĬCO, as, avi, atum, *et* icui, icitum, a. 1. *to unfold, unfurl, open, spread out, expand, develop,* ἐκπτύσσω, ἀναπτύσσω, aperio, extendo, evolvo, dilato, expono: et dicitur proprie de rebus, quæ contractæ, involutæ, complicatæ sunt. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 35. Veniat modo: explicet suum volumen illud. *Petron. in Satyr.* c. 14. Explicuimus mercem. *Martial.* l. 1. epigr. 56. Ante focum plenas explicuisse plagas. et *de spectac.* epigr. 2. diffusas ubi porticus explicat umbras. *Id.* l. 4. epigr. 54. Explicare fusos. *h. e.* evolvere, et exonerare. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 6. v. 55. Explicat ipsa tuas ales Junonia pennas. *Lucan.* l. 10. v. 109. Explicuitque suos magno Cleopatra tumultu Luxus. *displayed. Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 29. Pectine explicare capillum. *to comb out. Sallust. in fragm.* l. 6. *Histor.* apud *Arusian. Mess.* Explicare pontem. *to cast or throw over. Hirt. de B. Alex.* c. 14. Explicare classem, naves. *to draw up in battle-array.* et *de B. Afric.* c. 59. equitatum. et *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 93. Equites se turmatim explicare cœperunt. *Virg.* 2. *Georg.* v. 280. cum longa cohortes Explicuit legio. *Liv.* l. 37. c. 23. Ut ordo omnium navium ad terram explicari posset. *Albinov.* el. 1. v.

231. in longum spatiosas explicat undas. *Virg.* 2. *Georg.* v. 335. Pampinus frondes explicat omnes. *Plaut. Mil.* 4. 6. 7. Explicare velum. *Lucan.* l. 4. v. 19. et lib. 3. v. 377. Explicat hinc tellus campos diffusa patentes. *extends itself in open champaigns.* Sic *Plin.* l. 5. c. 29. *ad fin.* Explicant se montes. *Stat.* 1. *Theb.* v. 146. Atria congestos satis explicitura clientes. *large enough to hold. Lucret.* l. 2. v. 880. Ignis arida ligna explicat in flammas. *reduces.* ¶ *Explicare orbes* apud *Ovid.* 15. *Metam.* v. 720. dicitur serpens, qui in longum porrigitur. Hac ratione *Lucan.* l. 5. v. 80. adhuc rudibus Pæan pythona sagittis Explicuit. *h. e.* occidit, et multa porrectum extendit arena, ut ait *Virg. Æn.* 9. v. 589. ¶ *Explicare ædificium* est late construere, ampliare, *to widen. Cic. Attic.* l. 4. ep. 16. *ad fin.* Forum laxare, et usque ad atrium Libertatis explicare. ¶ Et translate *Plaut. Pœn.* 3. 5. 5. Explicavi meam rem post illa lucro. *h. e.* amplificavi, *I have improved my condition.* ¶ *Explicare convivium* apud *Martial.* l. 1. epigr. 100. est instruere, apparare, *to furnish, set out.* ¶ *Explicare frontem* est exhilarare, contractam curis frontem tranquillam reddere, *to smooth, free from wrinkles. Horat.* l. 3. od. 29. v. 16. et lib. 2. sat. 2. v. 125. ¶ *Explicare mare* est turbatum, et veluti plicis corrugatum complanare, atque adeo tranquillum reddere. *Senec. in Herc. Œt.* v. 455. concussi fretum, Cessante vento: turbidum explicui mare. ¶ Significat etiam expedire, *to disentangle. Cic. Verr.* 7. c. 58. Si ex his laqueis te exsueris, ac te aliqua ratione explicaris. *Plin.* l. 11. c. 18. Apes difficile se a lanis ovium explicantes. *Cn. Magnus ad Domit.* 3. *post* ep. 12. l. 8. *ad Attic.* Da operam, ut te explices, huc quamprimum venias. ¶ Et translate, remotis impedimentis expedire, ad exitum perducere, conficere, per difficultates vadentem absolvere, *to dispatch, finish, complete. Cic. Fam.* 13. ep. 26. et lib. 5. *ad Attic.* ep. 12. Ut ejus negotia explices et expedias, cum jure et potestate, tum etiam auctoritate et consilio tuo. *Pompon. Dig.* lib. 27. tit. 7. leg. 1. Ea, quæ per defunctum inchoata sunt, per heredem explicari debent. *Flor.* l. 1. c. 17. Fabius periculosissimum bellum sine periculo explicavit. *Martial.* l. 1. epigr. 104. Explicat et cœnas unica mensa duas. *one provision serves for two meals. Plin.* l. 8. ep. 1. Iter commode explicui, excepto quod, &c. *Phædr.* l. 4. fab. 6. v. 15. Medea per artus fratris explicuit fugam. *found means to escape.* Etiam *Liv. in fi.* cap. 30. lib. 1. eodem modo locutus est. *Plin.* l. 7. epist. 4. Transii ad elegos: hos quoque feliciter explicui: addidi alios, facilitate corruptus. *Cic. pro leg. Manil.* c. 11. Provinciam multis cinctam periculis explicavit. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 4. Explicare rem frumentariam. *to find means to procure provisions without interruption. Id. de B. Alex.* c. 34. Pecunia necessaria ad explicandos sumptus rei militaris. *to defray the expenses. Callistrat. Dig.* lib. 42. tit. 1. leg. 31. Si qui debitores, quia non possint explicare pecuniam, differant solutionem. *pay in ready money. Caius* lib. 30. leg. 68. *a med.* Explicare rationes. *to settle, liquidate, adjust. Cic. Fam.* 13. ep. 29. Si Faberius nobis nomen illud explicat, noli quærere, quanti. *h. e.* solvit mihi, quam debet, pecuniam. *pays me that debt.* et *ibid.* Si Faberianum explicas, emamus vel magno. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 78. Ibi se reliquum consilium explicaturos. *h. e.* expedituros, exequuturos. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 170. nihilo plus explicet, ac si, &c. *h. e.* efficiat, assequatur, obtineat. ¶ Item excitare, proferre. *Cic.* 3. *Offic.* c. 20. Explica atque excute intelligentiam tuam, ut videas, quæ sit, &c. ¶ Aliquando est narrare, exponere, *to tell, show, relate. Nepos in fi. præfat.* Ut ea explicem, quæ exorsus sum. *Id. in Pelop.* c. 1. Si res explicare incipiam. *Vitruv.* l. 10. c. *ult.* De scorpionibus et catapultis, a quibus essent inventa, et quemadmodum fieri deberent, explicui. *Cels.* l. 4. c. 2. Quæ vero auxilia sint capitis, eo loco explicitum est. *Cic. in Divin. Verr.* c. 8. Vitam alterius totam explicare, et in oculis omnium exponere. *Id. Attic.* l. 8. ep. 3. Quid in utramque partem mihi in mentem veniat, explicabo brevi. *I will explain briefly. Id. in fi.* l. 1. *de Fin.* Explicavi sententiam meam, tuum judicium ut cognoscerem. *I have stated my opinion. Virg.* 2. *Æn.* v. 361. Quis funera fando explicet? *who could recount?* ¶ Sæpissime est rem intellectu difficilem explanare, expedire, declarare, *to explain, declare,* δηλόω. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 2. Explicare philosophiam. *Id.* 1. *de Orat.* c. 34. Summorum oratorum Græcas orationes. *to translate. Id. in Partit.* c. 36. Explicare et excutere verbum. *Id. Fam.* 5. ep. 12. causas rerum. *Id. pro Flacc.* c. 4. Explicare se dicendo. *Id.* 4. *Verr.* c. 64. *extr.* Apertissime planissimeque explicare. *Id.* l. 3. *de Fin.* c. 10. Definitione explicare aliquid. *Id. de clar. Orat.* c. 67. Explicare expedite quod proposueris. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 35. Dilatare atque explicare aliquid. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 6. Non de ægritudine solum, sed de omni animi perturbatione explicabo. ¶ Item exsequi, *to execute, perform. Cic.* 3. *de Orat.* c. 26. *ad fin.* Ipsa ad ornandum præcepta quæ dantur, ejusmodi sunt, ut ea quamvis vitiosissimus orator explicare possit. ¶ Notat *Gell. in fi.* cap. 7. l. 1. præteritum *explicui* tempore Ciceronis usitatius esse cœpisse, quam *explicavi.*

EXPLŌDO, is, osi, osum, a. 3. *to throw out forcibly,* ἐκκρούω, pulsando ejicio. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 10. Alios per incerta nudos jactabit maria, et luctatos cum fluctibus ne in arenam quidem, aut litus explodet, sed in alicujus ventrem immensæ beluæ decondet. *Afran.* apud *Non.* c. 2. n. 897. In Arpinos, quantum pote, explodam hominem, ut villicetur. ¶ Est etiam rem, quæ non placuit, manibus plaudendo improbare, rejicere, *to disapprove by clapping of the hands; to explode, reject. Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 61. Æsopum, si paulum irrauserit, explodi video. *Id. Parad.* 3. *sub fin.* Histrio si paulum se movit extra numerum, exsibilatur et exploditur. *Id. pro Rosc. Com.* c. 11. E scena non modo sibilis, sed etiam convicio explodebatur. ¶ Et generatim damnare, improbare. *Id.* 2. *de Divin.* c. 41. Hoc genus divinationis vita jam communis explosit. *Id. pro Cluent.* c. 31. Explodere et ejicere aliquid.

EXPLORANTER, adverb. explorate, explorando. *Ammian.* l. 16. c. 5. (*al.* 6.) Exploranter curabat. *Al. leg.* explorate.

EXPLORĀTE, *for a certainty, with certainty, certainly, securely,* δεδοκιμασμένως, re explorata et comperta, certo, plane. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 15. *ad fin.* Hæc ita sentio, judico, ad te explorate scribo. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 1. Res satis explorate percepta et cognita. *Id. Fam.* 16. ep. 8. Ne naviges, nisi explorate. *Planc. ad Coss. &c. Fam.* 10. ep. 8. Non solum bene sperare, sed explorate judicare volumus. *Cic. Fam.* 6. ep. 1. *a med.* Cum exploratius possem promittere.

EXPLORATĬO, onis, f. actus explorandi, observatio. *Colum.* l. 3. c. 9. *circa med.* Quidquid moræ est, in exploratione surculi absumitur. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 54. Nec exploratione occulta fallere Antonium tentavit, sed mandata imperatoris professus, ut cuncta viseret, postulat.

EXPLORĀTOR, oris, m. *a spy, scout,* δοκιμαστής, qui explorat: et præsertim in re militari, qui hostium res exploraturi præmittuntur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 12. Per exploratores Cæsar certior factus. *Curt.* l. 3. *c. ult.* Forte in exploratores ab eo præmissos incidit. *Sil.* l. 16. v. 80. prænuntius affert Explorator eques. *Festus* in *Explorare* discrimen statuit inter *exploratorem*, et *speculatorem*, quod *speculator* hostilia silentio perspicit, *explorator* pacata clamore cognoscit. *h. e.* ex rumore, sermonibus, et actionibus hostium cognoscit, quæ in pace fiunt. Quæ differentia minus vera videtur. ¶ Extra militiam, *Sueton. in Tib.* c. 60. In quodam itinere lectica vepribus impedita, exploratorem viæ plane ad necem verberavit. *the precursor, harbinger. Plin.* l. 6. c. 29. *ad fin.* Exploratores Neronis renuntiavere his modis: a Syene mill. pass. &c. Adde *Plaut. Pseud.* 4. 7. 71. ¶ Adjective *Claudian. in præfat. ad III. Consul. Honor.* v. 11. *de pullo aquilæ.* Exploratores oculis qui pertulit ignes, Nutritur volucrumque potens et fulminis heres. *Martial.* l. 8. epigr. 51. nec odit Exploratores nubila massa focos.

EXPLORATORĬUS, a, um, adject. ad explorandum pertinens. *Sueton. in Calig.* c. 45. Coronas distinctas solis ac lunæ siderumque specie, exploratorias appellavit. *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 37. Scaphæ exploratoriæ. V. *Speculatorius.*

EXPLORĀTUS, a, um, *well or certainly known, known for certain, ascertained, undoubted, examined, tried, sure,* πρόδηλος, δοκιμασθείς, compertus, perspectus, certo cognitus, manifestus, certus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 19. Deus habet exploratum, fore se semper in æternis voluptatibus. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 5. Pro explorato habebat, Ambiorigem prœlio non esse certaturum. *Cic. Fam.* 2. ep. 16. *ad fin.* De quo mihi exploratum est, ita esse, ut scribis. *Id. post redit. ad Quirit.* c. 6. Cum mihi esset exploratissimum, P. Lentulum proximo anno consulem futurum. *Id. Acad.* l. 4. c. 17. Cui possit exploratum esse de sua sanitate? *Id. Attic.* l. 3. ep. 15. *sub fin.* Fac, ut omnia ad me perspecta et explorata perscribas. *Liv.* l. 42. c. 13. Res non incertis jactatæ rumoribus, sed compertæ et exploratæ. *Cic. pro Mur.* c. 24. Ut ei jam exploratus, et domi conditus consulatus videretur. *Vellei.* l. 2. c. 84. Longe ante, quam dimicaretur, exploratissima fuit victoria. *Brut. ad Cicer.* ep. 17. Quid mihi exploratius esse potest, quam illius animum in rempublicam? *Cic. Attic.* l. 3. ep. 17. Litteræ exploratæ a timore. [† *h. e.* quæ me timore liberarent.] *calculated to dispel every fear. Stat.* l. 3. *silv.* 5. v. 44. Fides tot explorata per usus. *tried, proved.*

EXPLŌRO, as, avi, atum, a. 1. *to view or search diligently, pry into, scrutinize, explore, examine,* σκοπέω, δοκιμάζω, inquiro, indago, observo. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 8. Explora rem totam, ut consilium capere possimus. *Nep. in Annib.* c. 2. Ad quem cum legati venissent Romani, qui de ejus voluntate explorarent, &c. *Cic.* 7. *Verr.* c. 17. Prospectare exsilium, atque explorare fugam domini videbatur. *Petron. in Satyr.* c. 116. Cum diligentius exploraremus, qui homines inhabitarent. *Plin.* l. 5. c. 1. Explorare ambitum Africæ jussus. *Sil.* l. 11. v. 216. Explorare, an urbs pateat. *Colum.* l. 12. c. 2. Explorare, utrum, &c. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 455. Nutricisque manum læva tenet: altera motu Cæcum iter explorat. *seeks out the way by groping in the dark. Sil.* l. 5. v. 60. mentesque deorum Explorant super eventu. *Virg.* 9. *Æn.* v. 169. trepidi formidine portas explorant. *h. e.* observant diligenter, an firmæ, et probe clausæ sint. *Id.* 3. *Georg.* v. 537. lupus insidias explorat ovilia circum. *h. e.* locum insidiis quærit. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 49. Explorato, jam profectos amicos, noctem non insomnem egit. *h. e.* comperto. ¶ Sæpe ad rem militarem refertur, et dicitur de iis, qui res et consilia hostium indagaturi præmittuntur: unde *Exploratores. to spy out, scout. Liv.* l. 23. c. 42. *a med.* Ante explorato, et subsidiis positis, et sub signis ad populandum ducebant. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 47. *extr.* Speculatoribus in omnes partes dimissis, explorat, quo commodissime itinere vallem transire posset. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 18. Explorare consilium hostium. *Cic. pro leg. Manil.* c. 12. Nondum tempestivo ad navigandum mari, Siciliam adiit, Africam exploravit. *explored, searched. Sallust. in Jug.* c. 39. Itinera, egressusque ejus, postremo loca, atque tempora cuncta explorat. ¶ Est etiam experiri, periculum facere, *to try, prove, put to the test. Colum.* l. 1. c. 8. *ad fin.* et *Tacit. Ann.* 12. c. 66. Panis potionisque bonitatem gustu explorare. *to taste. Pallad.* l. 1. tit. 9. Regula explorare æquale. *Virg.* 1. *Georg.* v. 175. Et suspensa focis explorat robora fumus. *h. e.* probat, an sint optima: quod ex eo noscitur, si fumo siccata rimas non contrahant. *Lucan.* l. 2. v. 603. Taurus in adversis explorat cornua truncis. et lib. 8. v. 582. Explorare fidem alicujus. *Liv.* l. 37. c. 7. et *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 456. animos. *Sil.* l. 11. v. 358. Hoc jugulo dextram explora. *h. e.* experire vires tuas in hoc jugulo. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 15. Secundæ res acrioribus stimulis animos explorant. *h. e.* tentant, excitant. ¶ Olim ut *Fest.* docet, pro exclamare, aut valde plorare usi sunt Veteres. Huc afferunt quidam Lexicographi hæc *Varronis* verba: *Gemit, explorat, turbam omnem concitat.* Quæ unde eruerint, nondum mihi compertum est. [¶ Particip. *explorans, explorandus* apud *Liv.* l. 37. c. 28. Inde ex propinquo explorans, quid hostes agerent. et l. 22. c. 55. Hæc exploranda noscendaque per impigros juvenes esse.]

EXPLOSĬO, onis, f. actus explodendi, *an exploding, rejecting. Cœlius Ciceroni* l. 8. *Fam.* ep. 11. Multa transi, in primis ludorum explosiones et funerum, &c.

EXPLŌSUS, a, um, adject. *exploded, rejected. Horat.* l. 1. sat. 10. v. 76. non satis est equitem mihi plaudere, ut audax, Contemptis aliis, explosa Arbuscula dixit. *driven off by the clapping of hands, or (as we say) hissed off the stage. Cic.* l. 5. *Fin.* c. 8. Explosæ ejectæque sententiæ.

EXPOLĬO, as. V. *Exspolio.*

EXPOLĬO, ōlis, ivi, itum, a. 4. proprie est verbum fullonum, vestes, pannosque concinnantium. Translate *Plaut. Pœn.* 1. 1. 60. *Ag.* placet consilium. *Mi.* imo etiam ubi expolivero, magis, &c. V. dicta in *Concilio, as, Plin.* l. 8. c. 37. Herinacei cute expoliuntur vestes. ¶ Universim ponitur pro perpolire, excolere, exornare. *to polish well, furbish, smooth, finish, adorn, embellish,* ἀποξέω, κατακοσμέω. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 10. Ex industria ambæ nunquam concessavimus lavari, fricari, poliri, expoliri, pingi. *Plin.* l. 24. c. 4. Unguium scabritias expolire. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Invent.* c. 1. *extr.* Nihil omni ex parte perfectum natura expolivit. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 45. Expoliunt, docent litteras, jura, et leges. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 34. Dionem Plato doctrinis omnibus expolivit. et lib. 2. c. 10. Nox te, inquit, Antoni, expolivit, hominemque reddidit. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 18. Fere non difficile est invenire: difficillimum vero est, inventum expolire. ¶ In malam partem *Plaut. Trucul.* 2. 7. 3. Expolire se improbis artibus. *h. e.* instruere. Al. aliter leg. [¶ Particip. *expoliendus* apud *Plin.* l. 1. ep. 10. Illi te expoliendum limandumque permittas.]

EXPOLĬTĬO, onis, f. *a polishing, burnishing, finishing, embellishment,* ἐκλείανσις, ἐπεξεργασία, actus expoliendi, exornatio. *Vitruv. in fi.* l. 6. et lib. 7. *in fi. præfat.* Expolitiones parietum, pavimentorum. *h. e.* cum tectorium, et marmoratum inducitur: de quibus intelligendum et illud *Cicer. ad Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 2. *extr.* Urbanam expolitionem urget ille quidem, et Philotimus. Adde epist. 3. Rursus *Vitruv.* l. 7. c. 9. Si quis voluerit, expolitionem miniaceam suum colorem retinere. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 55. In verbis inest quasi materia quædam: in numero autem expolitio. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 12. Composita oratio, et ornata, et artificio quodam et expolitione distincta. *Id.* 1. *de Invent.* c. 40. *extr.* Argumentatio est inventi artificiosa expolitio. ¶ Speciatim in re oratoria *expolitio* est, cum in eodem loco manemus, et aliud atque aliud dicere videmur. Ea dupliciter fit, si aut eandem plane rem dicemus, aut de eadem re. Eandem rem dicemus non eodem modo (nam id quidem obtundere auditorem est, non rem expolire) sed commutate. Commutabimus tripliciter, verbis, pronuntiando, tractando, &c. Hæc et alia multa *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 42. *et sequentib.*

EXPOLĪTUS, a, um, *polished, adorned, embellished,* ἐπεξειργασμένος, politus, exornatus, perfectus. *Catull.* carm. 1. v. 2. Libellus arida modo pumice expolitus. et carm. 39. *in Egnat.* v. 20. Dens expolitior. *Vitruv.* l. 7. c. 9. Expolitus paries. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 18. Ædes expolitæ, factæ probe, examussim. *Scipio* apud *Gell.* l. 2. c. 20. Agri optime culti, et villæ expolitissimæ. ¶ Item purgatus. *purified, clean. Colum.* l. 2. c. 21. *ad fin.* Frumenta quanto sunt expolitiora, minus a curculionibus exeduntur. ¶ Trans-

late *Cic. de clar. Orat.* c. 25. Vir omni vita, atque victu excultus atque expolitus. *Gell.* l. 15. c. 11. Græca doctrina expolitus.

EXPŌNO, is, sui, (*raro* exposivi) itum, a. 3. *to put out, set forth, expose*, ἐκτίθημι, extra pono, explico, profero, propono. *Cic.* 3. *Offic.* c. 12. Advexi frumentum, exposui: vendo meum, &c. *I have exposed it to sale. Id. pro Mur.* c. 36. Stravit pelliculis hædinis lectulos, et exposuit vasa Samia. *exposed to view. Colum.* l. 12. c. 28. Herbam in sole exponere, aut in furno, ut siccescat. *Plin.* l. 35. c. 7. Pingi gladiatoria munera, atque in publico exponi cœpta. *Gell.* l. 9. c. 7. Exponi ad oculos, et ad solem. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 49. Exposuit mea me populo fortuna videndum. ¶ Item abjicio, dejicio, a me removeo. *to put away, remove, reject. Plaut. Cas.* 4. 4. 27. Ut valentula est! pæne exposivit cubito. *Id. Trucul.* 3. 1. 14. Istos mundulos amasios hoc ictu exponam, atque omnes ejiciam foras. ¶ Hinc *exponere filios suos* dicebantur parentes, qui eos educare nollent, nec tanquam filios habere: quod extra limen ædium eos humi abjicere solebant. *to expose, leave to perish. Plaut. Cistell.* 1. 3. 18. Dat puellam servo exponendam ad necem. *Liv.* l. 1. c. 4. In proxima alluvie pueros exponunt. *Sueton. in Claud.* c. 27. Claudiam quamvis ali cœptam, exponi tamen ad matris januam, et nudam jussit abjici. Adde *Terent. Heaut.* 4. 1. 37. et *Justin.* l. 1. c. 4. ¶ Etiam nautæ cum e navi dimittunt, *exponere* dicuntur. *to disembark, land. Nep. in Themist.* c. 8. Ephesum pervenit, ibidemque Themistoclem exponit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 29. Quibus regionibus exercitum exposuisset, et quid militum transvexisset. *Justin.* l. 22. c. 5. Exponere in litore. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 31. in terram. *Id.* l. 5. *B. Gall.* c. *pænult.* milites ex navibus. *Virg.* 10. *Æn.* v. 287. socios de puppibus altis Pontibus exponit. ¶ Ad hunc, et superiorem simul verbi usum pertinet illud *Sueton. in Claud.* c. 25. Cum ægra et affecta mancipia in insulam Æsculapii, tædio medendi, exponerent, omnes qui exponerentur, liberos esse sanxit. ¶ Significat etiam objicere. *to expose, subject, leave open or unprotected. Tacit.* 3. *Hist.* c. 5. Ne inermes provinciæ barbaris nationibus exponerentur. *Flor.* l. 3. c. 11. Exercitum hosti exponere. ¶ Item vulgare, prostituere. *Lactant.* l. 1. c. 7. Sciant tamen, quo nomine appellari debeant, ne deum verum violent, cujus nomen exponunt, dum pluribus tribuunt. ¶ Item exhibere, proponere. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 375. Vitam suam exponere ad imitandum juventuti. ¶ Frequentissime est dicere, narrare, disserere. *to explain, tell, relate, declare, set forth. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 5. Ab initio, res quemadmodum gesta sit, vobis exponemus. *Id. in Orat.* c. 62. Exponere narrationem. *Id.* 2. *de Orat.* c. 12. mandata in Senatu, aut ad Imperatorem, aut ad Regem, aut ad populum aliquem. *Id. in Divin. Verr.* c. 8. Vitam alterius totam explicare, atque eam non modo in animis judicum, sed etiam in oculis conspectuque omnium exponere. *Id.* 3. *de Orat.* c. 20. Exponere artes rhetoricas. *Id.* 3. *Catil.* c. 6. Ex memoria vobis, Quirites, quid Senatus censuerit, exponam. *Id.* 4. *de Fin.* c. 1. Tam multa memoriter, tam obscura dilucide exposuisti. *Liv.* l. 30. c. 17. Omnia exposuit ordine Patribus. *Nep. in Attic.* c. 18. Versibus exposuit, qui honore ceteros populi R. præstiterunt. *Cic.* 3. *Fin.* c. 4. *ad fin.* Rem pluribus verbis exponere. *Id. in Pison.* c. 3. *extr.* et *Catil.* 3. c. 1. Breviter exponere. *Id.* 1. *de Orat.* c. 22. Hoc de quo modo exposuit Antonius. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *circa med.* De quo cœperam exponere. *Nep. in Dione*, c. 3. De hoc in meo libro plura sunt exposita, qui de historicis conscriptus est. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 53. Quam orationem in Originibus suis exposuit Cato. *h. e.* scripsit atque edidit. ¶ *Quintiliano* l. 4. c. 2. *exponere* idem est quod narrare, in actione oratoria: sicut *expositio* idem quod oratoria narratio. [¶ Particip. *expositurus* apud *Tacit. Annal.* l. 15. c. 72. Quasi gesta bello expositurus.]

EXPOPULATĬO, onis, f. populatio, *a laying waste, sacking. Colum.* l. 3. c. 2. *circa med.* Quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur. [Optimæ tamen editiones, et sic *Schneideri*, habent *populationem*.]

EXPORGO. V. *Exporrigo.*

EXPORRECTUS, a, um, adject. idem fere quod *experrectus.* Nam ita leg. nonnulli apud *Fest.* verba, quæ supra retulimus in *Expergitus.* Dicitur autem a porrigendo se, quod facimus recentes a somno. Hinc *Prudent. Hamartig.* v. 858. Illic purpureo latus exporrecta cubili. *h. e.* prostrata. *stretched out, extended. Pers.* sat. 3. v. 82. exporrecto trutinantur verba labello. *h. e.* protenso. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 229. Si in somnum recideris, et οὐδέποτε eris iterum exporrectus. [† *Colum.* 9. 7. Ut exporrectiores sint apes; nam frigus ignaviam creat. *more lively or brisk. Al.* legunt *experrectiores.* V.]

EXPORRĬGO, *et per syncop.* Exporgo, is, exi, ectum, a. 3. *to stretch out, extend*, παρεκτείνω, extra porrigo, extendo. *Fest.* derivat a *porro*, et *ago*: alii a *porro*, et *rego*. *Plaut. in fi. prol. Pseud.* Exporgi melius est lumbos, atque exsurgier. *h. e.* extendi lumbos, quia sedentibus complicati sunt lumbi, stantibus extensi. *Hirt. de B. Afric.* c. 42. Propius eorum aciem instituit exporrigere munitiones. *to extend the line.* et cap. 78. Suos equites exporrigere cœpit in longitudinem. *Plin.* l. 9. c. 30. Polypi resupinati exporrigunt se. *Id.* l. 18. c. 10. *ad fin.* Sesamam exporrigere in sole super lintea. *Id.* l. 11. c. 48. Crura exporrigentia se verius, quam crescentia. *Pompon. Mela* l. 1. c. *ult.* Hinc orti montes longo se jugo exporrigunt. *stretch forth.* ¶ Translate *Senec. de brevit. vitæ*, c. 9. Quid in tanta temporum fuga lentus, menses tibi et annos, et longam seriem exporrigis? *Terent. Adelph.* 5. 3. 53. Da te mihi hodie: exporge frontem. *h. e.* explica, et ad hilaritatem compone. *clear up, cheer.*

EXPORTATĬO, onis, f. *a carrying out, exportation*, ἐξαγωγή, actus exportandi. *Cic.* 2. *Offic.* c. 3. *ad fin.* Jam vero earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, et earum, quibus egeremus, invectio certa nulla esset. ¶ Interdum sumitur pro exsilio. *Senec. de Tranquill.* c. 11. Quæ dignitas, cujus non prætextam, et augurale, et lora patritia comitentur et sordes, et exportatio? *banishment.*

EXPORTĀTUS, a, um, *carried out*, elatus. *Justin.* l. 11. c. 15. Darius clauso vehiculo per noctem exportatus. *Sueton. in Domit.* c. 17. Corpus populari sandapila per vespillones exportatum nutrix in suburbano suo funeravit.

EXPORTO, as, a. 1. *to carry out, convey away, export*, ἐκφέρω, extra porto, aufero. *Cic.* 6. *Verr.* c. 10. Per istos, quæ volebat, in navem clam imponenda, occulte exportanda curabat. *Id. pro Flacc.* c. 28. Cum aurum quotannis ex Italia, et ex omnibus provinciis Hierosolymam exportari soleret. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Taurus, qui exportavit per mare e Phœnice Europam. *Virg.* 4. *Georg.* v. 225. tum corpora luce carentum Exportant tectis, et tristia funera ducunt. *Cic. in fragm.* apud *Non* c. 5. n. 34. Phœnices mercaturis inexplebiles cupiditates omnium rerum exportaverunt in Græciam. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 56. Quæ nunc ad vos jam exportatur. *Id. ibid.* 1. 2. 1. Asservate ædes, ne qui manus attulerit steriles intro ad nos, gravidas foras, exportet. ¶ Item in exsilium agere, deportare. *to banish. Cic.* 3. *Verr.* c. 15. O portentum in ultimas terras exportandum!

EXPOSCO, is, expoposci, a. 3. *to ask or require earnestly, request, beg, entreat*, ἐξαιτέω, enixe peto. *Cic. pro Mil.* c. 34. Misericordiam ipse non implorat, ego autem repugnante hoc, et imploro, et exposco. *Liv.* l. 1. c. 16. Exposcere precibus pacem. *Id.* l. 7. c. 40. Quod deos immortales inter nuncupanda vota expoposci. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 5. Victoriam ab diis exposcere. *Virg.* 4. *Æn.* v. 78. Iliacos iterum audire labores Exposcit. *Curt.* l. 4. c. 14. *a med.* Opem, misericordiam, fidem alicujus exposcere. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 19. Acriter exposcere. ¶ Aliquando significat ad pœnam poscere. *to demand to be delivered up to punishment. Nep. in Themist.* c. 8. Cum ab Atheniensibus exposceretur publice, supplicem non prodidit. Adde *in Annib.* c. 7. *Liv.* l. 38. c. 31. et 33. Sic *Tacit.* 1. *Hist.* c. 58. Exposcere ad pœnam. [¶ Particip. *exposcens*, *exposcendus* apud *Justin.* l. 18. c. 6. Pacem Deorum sanguine eorum exposcentes. *Val. Max.* lib. 1. c. 1. n. 1. Cum aliquid exposcendum est.]

EXPOSĬTE, adverb. *clearly*, explanate, explicate. *Gell.* l. 3. c. 2. Non exposite et aperte ostendere, sed recondita significatione.

EXPOSITĬO, onis, f. *an exposition, explication, declaration*, ἐξήγησις, actus exponendi. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 10. Distributio dividitur in duas partes, enumerationem, et expositionem. Expositio est, cum res, de quibus dicturi sumus, exponimus breviter, et absolute. *Id. ibid.* c. 3. Narratio est rerum gestarum expositio. *Et* confirmatio est nostrorum argumentorum expositio cum asseveratione. et lib. 2. cap. 2. Simplex et dilucida expositio. ¶ In illis verbis *Ciceronis* 3. *de Orat.* c. 53. et rogatio, atque huic finitima quasi *percunctatio*, *expositioque sententiæ suæ*, describitur subjectio, figura sententiarum, qua orator seipsum interrogat, sibique respondet. ¶ *Quintil.* l. 3. c. 9. et lib. 4. c. 1. et 2. narrationem oratoriam *expositionis* nomine appellat. ¶ *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 20. primam propositionem syllogismi oratorii.

EXPOSITIUNCŬLA, æ, f. brevis expositio. *Hieronym.* l. 1. *advers. Jovinian.* sect. 37. In Salomonis exemplis breves expositiunculas subdidi.

EXPOSITITĬUS, *vel* Expositicius, a, um, adject. expositus, abjectus, ut Expositītia puella, *Plaut. Cas. prol.* v. 79. V. *Expono.*

EXPOSĬTOR, oris, m. *an expounder*, explanator. *Jul. Firmic.* l. 5. c. 13. sect. 5. Sortilegi, astronomi, somniorum expositores.

EXPOSĬTUS, a, um, *exposed, brought out, set forth*, ἔκθετος, propositus, extra positus. *Cic.* 6. *Verr.* c. 16. Ab hoc abaci vasa omnia, ut exposita fuerant, abstulit. *Id.* 3. *de Orat.* c. 57. Hi sunt actori, ut pictori, expositi ad variandum colores. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 12. Expositus ante oculos. *Id.* 1. *de Orat.* c. 41. Expositæ a Cn. Flavio primum actiones. *published.* ¶ Item patens, apertus, *open, obvious to all. Stat.* l. 1. silv. 2. v. 34. licet expositum per limen aperto Ire, redire gradu. *Id.* l. 2. silv. 2. v. 152. Expositi census. *h. e.* in usum omnium patentes, non sepositi ad avaritiam. ¶ Item objectus. *exposed. Plin.* l. 15. a. 5. Expositus solibus locus. *Sueton. in Cæs.* c. 49. Ad omnium convitia expositus. *Plin.* l. 11. c. 19. Tot hostibus, tot casibus expositus. *Petron. in Satyr.* c. 115. Piscibus, beluisque expositus. ¶ Item e navi dimissus, *landed, disembarked. Vellei.* l. 2. c. 79. Legiones expositæ in terra. ¶ Item abjectus, ac derelictus. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 72. Qui liberi nati, expositi, deinde sublati a quibusdam in servitute educati sunt. *Sueton. in Calig.* c. 5. Partus conjugum expositi. V. *Expono.* ¶ Item propositus, *propounded. Cic. de clar. Orat.* c. 44. Plura etiam dicta, quam scripta sunt: quod ex quibusdam capitibus expositis, nec explicatis intelligi potest. ¶ Item vulgaris, plebeius, communis, publicus. *common, vulgar. Juvenal.* sat. 7. v. 53. Sed vatem egregium, cui non sit publica vena, Qui nihil expositum soleat deducere, &c. ¶ Item dicendo explicatus, enarratus. *set forth, related. Cic. in Orat.* c. 7. Ille sermo noster, qui est expositus in Bruto. *Varr. init.* l. 7. *de L. L.* Prima parte exposita, de secunda incipiam hinc. ¶ Interdum sumitur pro comi, affabili, facili, omnibus obvio. *open to all, easy of access, affable, courteous. Stat.* l. 5. silv. 3. v. 246. Quid referam expositos, servato pondere, mores? *Plin.* l. 1. ep. 10. Amari ab eo laboravi: etsi non erat laborandum. est enim obvius et expositus, plenusque humanitate. ¶ Per syncopen *expostus* dicitur. *Virg.* 10. *Æn.* v. 694. Obvia ventorum furiis expostaque ponto. Adde *Stat.* l. 7. *Theb.* v. 197.

EXPOSTULATĬO, onis, f. *an expostulation*, ἐξαίτησις, actus expostulandi, postulatio, petitio cum querela, aut criminatione. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 1. Fuere nonnulli aculei in Cæsarem, contumeliæ in Gellium, expostulationes cum absente Pompeio. *Id. pro Cluent.* c. 59. Expostulationem facere. *Id. pro Dom.* c. 7. Flagitabar bonorum expostulatione. *Tacit. Ann.* 1. c. 13. Fessus clamore omnium, expostulatione singulorum, flexit paulatim, &c. *Liv.* l. 35. c. 17. Dum suas quisque nunc querelas, nunc expostulationes inserit. *sometimes complaints, sometimes demands.* ¶ *Donat. ad Terent. Andr.* 4. 1. 15. et *Hecyr.* 1. 2. 105. ita distinguit inter *postulationem*, et *expostulationem*, ut hæc sit querela facta apud eum ipsum, qui injuriam intulit; illa apud quemvis alium.

EXPOSTULĀTUS, us, m. *a complaint*, expostulatio. *Symmach.* l. 9. ep. 13. Expostulatibus modum facere. Al. aliter leg.

EXPOSTULĀTUS, a, um, enixe postulatus, et cum criminatione. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 73. Expostulata ad supplicium Galvia Crispinilla.

EXPOSTŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to demand as a right, expostulate*, ἐξαιτέω, vehementer postulo, querela adhibita, aut criminatione. Quid a *postulo* differat, ex *Donato* in *Expostulatio* est dictum. *Cic. Fam.* 5. ep. 2. *a med.* Lenis a te, et facilis existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem. *Id. pro Sull.* c. 15. Iracundius et vehementius expostulare. *Terent. Andr.* 4. 1. 15. Adeam ne ad eum, et cum eo injuriam hanc expostulem? *Plaut. Mil.* 3. 1. 102. Obstetrix expostulavit mecum, parum missum sibi. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 37. Mittebat oratores, qui suo nomine expostularent, cur, redintegrata amicitia, vetere possessione depelleretur. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 5. Expostulare et queri, se esse relictum. *Id. pro Planc.* c. 24. Ne illum quidem Juventium tecum expostulavi, quem, &c. *h. e.* non accusavi factum Juventii, illudque falsum esse, ostendi. ¶ Pro simplici postulo, flagito, *to require earnestly, demand. Plaut. Pers.* 4. 3. 25. Expostulare auxilium. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 17. Quidpiam expostulare ab aliquo, et impetrare. *Plin. in Paneg.* c. 75. Qua contentione, quo nisu, quibus clamoribus expostulatum est, ne affectus nostros, ne tua merita supprimeres! *Vellei.* l. 2. c. 77. Ex postulante consensu populi, pax inita. *Tacit. Ann.* 15. c. 17. Armeniam præsidiis vacuam fieri, expostulabat. *he demanded that Armenia should be evacuated*, &c. et cap. 53. Primas sibi partes expostulare. *Id.* 12. *Ann.* c. 46. Ut Iberi obsidio decedant, expostulat. *Id.* 1. *Hist.* c. 45. Expostulare aliquem ad supplicium. *h. e.* exposcere, deposcere. *Id.* 1. *Ann.* c. 19. Si tenderent in pace tentare, quæ ne civilium quidem bellorum victores expostulaverint. *had pretended to. Colum.* l. 12. c. 2. Quo facilius, cum quid expostulabit usus, recipere possit. *when need requires.*

[*EXPŌTUS, a, um, adject. potando haustus, exhaustus. Translate *Plaut. Trinum.* 2. 4. 5. Quid factum est eo? (argento). Comesum, expotum, exunctum, elotum in balineis. *h. e.* comedendo, potando, exungendo, lavando consumptum.]

EXPRÆFECTUS, i, *vel* Expræfecto, qui præfectus fuit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 151. n. 6. Exquæst. Expræf. Præt. &c. *Capitolin. in Maxim.* c. 20. Maximum Pupienum expræfecto urbi, ignobilem genere, sed virtutibus clarum, &c.

EXPRÆPOSĬTUS, i, *vel* Expræposito, qui præpositus fuit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 152. n. 8. *sub Theodorico*, et pag. 161. n. 1. *sub Justiniano.*

EXPRÆTORĬUS, a, um. Vet. lap. apud *Gruter.* pag. 524. n. 8. C. Atucio Albano veterano expraetorio, et Æliæ Sabinæ uxori, &c. Alius apud *Murator.* pag. 845. n. 6. Titius Acceptus Veteranus Ex Præt. &c. Potest hic legi etiam *ex prætore.*

EXPRESSE, adverb. *by pressing*, presse, pressa manu. *Scribon. Larg. compos.* 198. Oleo caldo subinde artus per-

unctos expressius fricare. ¶ Translate est *expressly, clearly, properly, aptly, explicitly*, plane, aperte, significanter. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 7. In præcipiendo expresse conscripta ponere oportet exempla. *Colum.* l. 11. c. 1. *ad fin.* Quod ipsum expressius Hesiodus hoc versu significavit. *Plin.* l. 2. ep. 14. Ut mihi Attilius noster expresse dixisse videatur, sic pueros, &c. *Valer. Max.* l. 8. c. 7. n. 1. *extern.* Demosthenes cum artis, quam affectabat, primam litteram dicere non posset, vitium tanto studio expugnavit, ut ea a nullo expressius efferretur.

EXPRESSIM, idem quod expresse. *Paul. Dig.* lib. 46. tit. 3. leg. 98. *ante med.* Si hoc ipsum expressim agebatur. *Modestin.* lib. 49. tit. 1. leg. 19. Expressim contra juris rigorem data sententia.

EXPRESSĬO, onis, f. *a pressing or squeezing out*, ἐκπιεσμὸς, actus exprimendi. *Vitruv.* l. 9. c. 9. Ex tactu cæli, et expressionibus spiritus vocesque nasci. *Pallad. in Jun.* tit. 7. Nobilius mel erit, quod ante expressionem secundam velut sponte profluxerit. *Vitruv.* l. 1. c. 1. et lib. 8. c. 7. Expressiones aquarum. *h. e.* quibus in altum aquæ exprimuntur in aquæductibus. V. *Expressus, us.* ¶ Præterea *expressiones* appellat idem *Vitruv. in fi.* cap. 4. l. 4. eminentes partes, seu prominentias in aliquo opere, *parts rising up in relief.*

EXPRESSOR, oris, m. qui exprimit, et extrahit. *Tertull. in Apolog.* c. 46. Veritatis integrator et expressor.

EXPRESSUS, us, m. *Vitruv.* l. 8. c. 7. expressum vocat violentum aquarum ascensum per fistulas. Ejus verba sunt: Ita per fistulas plumbeas aquam qui ducent, his rationibus bellissime poterunt efficere et decursus, et circumductiones, et ventres, et expressus.

EXPRESSUS, a, um, *pressed or squeezed out*, premendo elicitus, vi extractus, ἐκπεπιεσμένος. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 19. Si nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. *Plin.* l. 7. c. 44. Fauces intortæ, et expressus per aures sanguis. *forced out. Id.* l. 31. c. 3. Aqua expressa in altum. (Adde *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 82.) *Id. in fin.* l. 12. Succus nuci expressus. *Id.* l. 20. c. 1. Succus expressus e semine. et lib. 13. c. 1. Oleum amygdalis amaris expressum. *Lucret.* l. 5. v. 488. Expressus de corpore sudor. ¶ Item pressus, compressus, *compressed, pressed. Plin. sub fin.* l. 31. Spongiæ expressæ inter duas tabulas. *Id.* l. 29. c. 2. Lana ex vino vel aceto expressa. *Id.* l. 12. c. 27. Olea adhuc alba expressa. Adde *Colum.* l. 6. c. 11. ¶ Item exstans, eminens, prominens, *standing out, prominent. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 27. Species deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis: sitque pura, levis, perlucida. *Quintil.* l. 8. *in procem.* Corpora sana, et exercitatione firmata et colorata, et adstricta, et lacertis expressa sunt. *h. e.* exstantes habentia lacertorum toros. ¶ Translate est extortus, erutus, *Cic.* 4. *Verr.* c. 69. Pecunia vi expressa et coacta. *extorted. Sueton. in Galb.* c. 10. Expressa cruciatu confessio. *Liv.* l. 8. c. 2. Deditionem ultima necessitate expressam aspernari. ¶ Item manifestus, apertus, evidens, quasi exstantibus lineamentis efformatus, *evident, express, manifest, clear, certain. Cic. pro Cæl.* c. 5. Habuit Catilina permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 22. Exstent oportet expressa sceleris vestigia. *Petron. in Satyr.* c. 118. Curandum ne sententiæ emineant extra corpus orationis expressæ, sed intexto vestibus colore niteant. *Cic.* 3. *Offic.* c. 17. Nos veri juris germanæque justitiæ solidam et expressam effigiem nullam tenemus: umbra et imaginibus utimur. *express image. Quintil.* l. 9. c. 4. *ad fin.* In procemiis plerumque summissi, in narratione pleni atque expressi, in argumentis citati. *clear, distinct. Cic. Fam.* 1. ep. 7. *ad fin.* Hæc profecto vides quanto expressiora, quantoque illustriora futura sint. ¶ Item imitando formatus, descriptus, delineatus, *drawn, copied, delineated, represented, pourtrayed. Curt.* l. 3. c. 3. Deorum simulacra ex auro expressa. *Plin.* l. 35. c. 2. Expressi cera vultus. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 54. Reliquit expressam in cera ex anulo suo imaginem. *the impression of his seal. Horat.* l. 2. ep. 1. v. 248. Nec magis expressi vultus per ahenea signa, Quam per vatis opus mores animique virorum Clarorum apparent. *Cic. pro Flacc.* c. 22. Fateantur in Mæandrii persona expressam faciem civitatis. *Id. pro Arch.* c. 6. *ad fin.* Multas nobis imagines fortissimorum virorum expressas scriptores Græci et Latini reliquerunt. *Id.* 3. *de Orat.* c. 12. *extr.* Vitia imitatione ex aliquo expressa. *Id. pro Arch. c. ult.* Consiliorum ac virtutum effigies summis ingeniis expressa et polita. *Id. Attic.* l. 9. ep. 15. Omnem illius, meumque sermonem, omnibus verbis expressum, statim mittam. *word for word. Id.* 2. *de Legib.* c. 5. *extr.* Lex est justorum injustorumque distinctio, ad illam antiquissimam expressa naturam, ad quam, &c. *made according to the model of*, &c. *Plin.* l. 15. ep. 3. Cornuto autem quid melius, quid sanctius, quid in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expressius? *more exactly resembling the manners of the ancients?* ¶ Græca constructione *Valer. Flacc.* l. 1. v. 398. casusque tuos expressa, Phalere, Arma geris. *h. e.* quæ casus tuos insculptos descriptosque habent. et lib. 2. v. 655. Pocula bellorum casus expressa recentum. ¶ Expressa arbusto convicia, apud *Horat.* l. 1. sat. 7. v. 29. sunt petita, deducta, hausta ex more vinitorum, et rusticorum. ¶ Est etiam ab uno in alium sermonem translatus, *rendered, translated. Terent. Adelph. prol.* v. 11. Verbum de verbo expressum extulit. *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 2. Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas legere. ¶ Item distincte prolatus. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 37. Sonus erat dulcis: litteræ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obscurum esset, aut putidum. *pronounced too fully.* (Hoc loco in vitio ponitur: in laude *Quintil.* l. 1. c. 11. (*al.* 19.) Vitia, si qua sunt, oris emendet, ut expressa sint verba, ut suis quæque litteræ sonis enuntientur.) *Plin.* l. 10. c. 42. Minor nobilitas, sed expressior loquacitas generi picarum est. *a more articulate voice.*

EXPRĒTA antiqui dicebant, quasi expertia habita. *Festus.* Est autem *expreta* per metathesim dictum pro *experta*: hoc vero ab *experita* factum per syncopen videtur. V. *Experitus. Plaut. Bacch.* 3. 3. 42. It magister quasi lucerna, uncto expretus linteo. V. Interpretes varie explicantes, et verba quoque *Festi* alium aliter legentes.

EXPRĬMO, is, essi, essum, a. 3. *to press strongly, squeeze, compress, strain*, ἐκπιέζω, valde premo, comprimo, stringo. *Plin.* l. 11. c. 11. Regias imperatoribus futuris exstruunt separatas, tuberculo eminentes, quod si exprimatur, non gignuntur soboles. *Id.* l. 21. c. 18. *extr.* Rosæ folia exprimere. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 224. Venus madidas exprimit imbre comas. *wrings and dries. Cels.* l. 4. c. 24. *circa med.* Spongia imposita, quæ subinde ex oleo, vel aceto, vel aqua frigida exprimitur. ¶ Item premendo elicio, extraho. *to press, wring, strain, or squeeze out. Ovid.* 12. *Metam.* v. 437. liquor rari sub pondere cribri Manat, et exprimitur per densa foramina. *Martial.* l. 7. epigr. 36. Exprimere rorantem frigore nasum. *h. e.* emungere. *Plin.* l. 6. c. 28. Vinum palmis exprimere, oleum sesamæ. *palmis*, et *sesamæ* dativi sunt. Sic lib. 27. *c. ult.* exprimitur succus radici. *Id.* l. 12. c. 19. Succum flore exprimere. *Id.* l. 12. c. 26. Ex malobathro exprimitur oleum ad unguenta. *Id.* l. 28. c. 9. *a med.* Medullæ liquatæ per lintea exprimuntur. *are strained. Tacit. Ann.* 15. c. 57. Fasciæ in modum laquei indidit cervicem, et spiritum expressit. *squeezed the breath out of his body. Quintil.* l. 8. c. 3. Pulcher aspectu athleta, cujus lacertos exercitatio expressit. *hath caused to appear or stand out.* ¶ Translate est elicere, extorquere. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 19. *ad fin.* Blanditiis ab aliquo nummulorum aliquid exprimere. *to squeeze out. Sueton. in Vespas.* c. 4. et *in Oth.* c. 5. Exprimere alicui pecuniam. *Liv.* l. 2. c. 13. Expressa est Romanis necessitas obsides dandi. *the Romans were constrained*, &c. *Id.* l. 25. c. 16. *extr.* Exprimere alicui confessionem. *to extort. Lucan.* l. 6. v. 599. verum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 32. Cum ab iis sæpius quæreret, neque unam omnino vocem exprimere posset. *could get out. Curt.* l. 6. c. 7. Expressit, ut polliceretur. *with much ado he prevailed*, &c. *Cic.* 5. *Verr.* c. 47. Expressi, ut, conficere tabulas se, negaret. *Hirt. de B. Alex.* c. 56. Victoriæ nuntius lætitiam exprimebat. *Nepos in Thrasyb.* c. 4. Huic corona a populo data, quod amor civium, non vis expresserat, nullam habuit invidiam. *Plin.* l. 4. ep. 7. *extr.* Risum magis potest exprimere, quam gemitum. *occasion laughter rather than tears. Terent. Eun.* 1. 1. 23. Oculos terendo falsam lacrimulam vi exprimere. *Lucret.* l. 5. v. 1028. Utilitas expressit nomina rerum. *hath imposed.* ¶ Significat etiam extollere, in altum educere (cui contrarium est *deprimere*) ut fit in aquis, quæ per angusta tubulorum fluere coactæ, in exitu in altum ascendunt. *to heighten, raise to a certain height. Vitruv.* l. 8. c. 7. *ante med.* Aqua exprimatur in altitudinem summi clivi. *Senec. de const. Sap.* c. 4. Quæ nervo tormentisve in altum exprimuntur. *Hirt. de B. Alex.* c. 6. Aquæ magnam vim ex mari rotis ac machinationibus exprimere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 22. Turrium altitudinem quantum has quotidianus agger expresserat, adæquabant. Adde *Senec. de const. Sap.* c. 4. ¶ Sæpe est effingere, imitari. *to represent, express, portray, imitate, describe. Horat. in ar. poet.* v. 32. ungues Exprimet, et molles imitabitur ære capillos. *Plin.* l. 34. c. 14. Cum exprimere vellet Athamantis furorem, æs ferrumque miscuit, ut rubigine ejus per nitorem æris relucente, exprimeretur verecundiæ rubor. et c. 8. *ante med.* Alexandrum, amicorumque ejus imagines summa omnium similitudine expressit. *drew to the life.* et lib. 35. c. 12. Hominis imaginem gypso e facie ipsa exprimere. *et mox.* De signis effigiem exprimere. *Id.* l. 37. c. 10. Meconites gemma papaver exprimit. *represents, resembles.* et *ibid.* Idæi dactyli pollicem humanum exprimunt. *Tacit. de Germ.* c. 17. Vestis stricta, et singulos artus exprimens. *showing distinctly.* ¶ Translate *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 49. Exprimere et effingere verbis corporis cujuspiam formam. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 43. Exprimere oratione mores alicujus. *Id.* 2. *de Fin.* c. 2. *in fi.* Diligenter exprimi oportet, quæ vis subjecta sit vocibus. *Id.* 3. *de Orat.* c. 4. In Platonis libris omnibus fere Socrates exprimitur. et *pro Rabir. Post.* c. 2. Tum magnitudine animi, tum liberalitate vitam patris et consuetudinem expresserat. ¶ Pro explicare, manifestare. *to explain, express. Sueton. in Aug.* c. 86. Sensum animi quam apertissime exprimere. *Plin.* l. 5. ep. 16. et lib. 10. ep. 2. Exprimere verbis non possum, quantum, &c. ¶ Et absolute *Vellei.* l. 2. c. 124. Quid tunc homines timuerint, mihi exprimere non vacat. *Plin.* l. 5. ep. 15. Exprimere non possum, quanto sim gaudio affectus. *Id.* l. 9. ep. 26. Sunt enim maxime periculosa, utque Græci magis exprimunt, παράβολα. *express it more forcibly.* et *in fi. ep. ult.* lib. 4. Mihi abunde est si satis expressi. *if I have explained myself sufficiently.* ¶ *Exprimere aliquid* apud JCtos sæpe est disertis verbis palam aperteque significare, declarare, demonstrare. *to express, signify, declare. Julian. Dig.* lib. 34. tit. 5. leg. 14. *a med.* Si quis interroget, *eorum quid, quæ tibi objiciuntur, fecisti?* ille neget; hoc exprimit, *eorum quid, quæ objiciuntur, non feci*, id est *nihil horum feci. Ulpian.* lib. 32. leg. 11. *ante med.* Hæc verba non satis exprimunt fideicommissum. *Modestin.* lib. 31. leg. 34. Exprimere testamento, a quibus legata præstari velis. ¶ *Exprimere* etiam dicuntur, qui ex una in aliam linguam transferunt. *to render, translate. Plin.* l. 4. ep. 18. Quædam epigrammata æmulari Latine, et exprimere tentavi. *Cic.* 4. *Acad.* c. 10. Κατάληψιν verbum e verbo exprimentes, comprehensionem dicemus. V. *Expressus, a, um.* ¶ Et qui distincte verba proferunt. *to pronounce, utter, articulate. Plin.* l. 11. c. 37. *sect. Harduin.* 65. Septimo ferme anno lingua sermonem exprimit. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 11. Exprimere litteras putidius, aut obscurare negligentius. *to pronounce in an affected manner. Quintil.* l. 9. c. 4. et lib. 11. c. 3. Exprimere verba. [¶ Particip. *exprimendus* apud *Cic. in orat.* c. 55. Oratio ad sensus exprimendos reperta.]

EXPROBRĀTĬO, onis, f. *an upbraiding*, ὀνειδισις, actus exprobrandi. *Terent. Andr.* 1. 1. 17. Istæc commemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficii. *Justin.* l. 38. c. 9. Exprobratio levitatis puerilis. et l. 1. c. 8. Exprobratio crudelitatis. *Plin.* l. 19. c. 4. Gari desideria etiam in exprobratione erant. *became a subject of reproach.* ¶ Cum dativo. *Liv.* l. 23. c. 35. Ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunæ discordiam inter ordines sereret.

EXPROBRĀTOR, oris, m. qui exprobrat, *an upbraider. Senec.* l. 1. *Benef.* c. 1. Exprobratores, et exactores. et *Controv.* 21. l. 3. *ad fin.* Oderant me patres, quasi exprobratorem.

EXPROBRĀTRIX, icis, f. quæ exprobrat. *Senec.* l. 7. *Benef.* c. 22. Ut hæc minima et exprobratrix memoria subsideret, oblivisci eum, qui dedit, jussimus.

EXPROBRĀTUS, a, um, *upbraided, reproached*, vitio tributus. *Plin.* l. 2. c. 63. *extr.* Velut exprobrato furore.

EXPRŎBRO, as, avi, atum. *to upbraid, reproach, reprove*, ὀνειδίζω, beneficium alteri objicio: item vitio quidpiam tribuo, probro objicio. *Cic. de Amic.* c. 20. Aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant. *et mox.* Odiosum genus hominum officia exprobrantium. *Liv.* l. 37. c. 40. Prope exprobrantes virtutem suam in Philippi bello. *Cic. Fam.* 5. ep. 15. Litteræ ipsæ quasi exprobrare videntur, quod in ea vita maneam, in qua, &c. *Id.* 7. *Verr.* c. 50. Num casus bellicos tibi exprobrare, aut objicere videor? *to charge you with. Nepos in Epamin.* c. 5. Desine de uxore mihi exprobrare. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 44. Supplices, et vera exprobrari fatentes orabant, puniret noxios, &c. [¶ Particip. *exprobraturus* apud *Curt.* l. 8. c. 1. Exprobraturus sibi fuisset vitam a semetipso datam.]

EXPROMISSĬO, onis, f. actus expromittendi, serio facta promissio. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 3. leg. 7. *ad fin.* Si patronus nolit expromissionem ipsum manumissum accipere. Ita *Haloand.* alii rectius *expromissorem.*

EXPROMISSOR, oris, m. *a surety*, qui pro se, vel pro altero quocumque modo promittit. *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 1. leg. 4. Idoneum expromissorem habere. *Caius* lib. 18. tit. 1 leg. 53. Expromissore, aut pignore dato. Adde *Ulpian.* lib. 4. tit. 3. leg. 7.

EXPROMITTO, is, isi, issum, a. 3. *to promise strongly*, ἐγγυῶμαι, idem quod promitto, recipio vel pro me, vel pro altero. *ex* enim auget. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 2. Cum emptor dixit: tanti sunt mi emptæ? et ille respondit, sunt: et expromisit nummos. *Al. leg.* exprompsit. *Ulpian. Dig.* lib. 23. tit. 3. leg. 36. Debitor mulieris jussu ejus pecuniam viro expromisit. *Paul.* lib. 16. tit. 1. leg. 22. Si mulieri dederim pecuniam, ut eam creditori meo solvat, vel expromittat.

EXPRŌMO, is, ompsi, *vel* omsi, omptum, *vel* omtum, a. 3. *to draw out, draw or bring out*, extra promo, depromo, effero, educo, προφέρω. *Plaut. Mil.* 3. 2. 18. Heminas octo exprompsi in urceum. *Plin.* l. 10. c. 72. Simia condidit in thesauros maxillarum cibos, mox inde sensim ad mandendum manibus expromit. *Plaut. Mil.* 3. 1. 72. Vel hilarissimum convivam hinc indidem expromam tibi. *will provide you with a boon-companion. Virg.* 2. *Æn.* v. 280. mœstas expromere voces. ¶ Translate *Cic. Attic.* l. 2. ep. 12. Deinde suum exprompsit odium. *Id. pro Mil.* c. 13. In meo inimico crudelitatem exprompsisti tuam. *have shown, displayed, vented, wreaked. Id.* 2. *Catil.* c. 10. Quorum omnis industria vitæ, et vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur. *h. e.* profertur, adhibetur. *Id. in Orat.* c. 36. Cum causa ea inciderit, in qua vis eloquentiæ possit expromi. *Senec. in Troad.* v. 106. Nunc vires exprome dolor tuas. *Catull.* carm. 64. *ad Ortal.* v. 3. Nec potis est dulces Musarum expromere fetus Mens animi. *h. e.* edere. *bring forth, produce. Plaut. Mil.* 4. 2. 6[illegible]

Exprome benignum ex te ingenium. *Id. Bacch.* 4. 4. 9. Ubicumque opus siet, pectore expromat suo. ¶ Sæpe significat exponere, narrare, enuntiare, dicere. *to tell, relate, manifest, explain, express, declare. Cic. in fi.* l. 2. *de Divin.* Conferre causas, et quid in quamque sententiam dici possit expromere. *Terent. Heaut.* 3. 3. 14. Expromere occulta sua apud aliquem. *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 223. multas expromam mente querelas. *Tacit. Ann.* 12. c. 9. Expromere sententiam. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 725. causas. *Liv.* l. 29. c. 1. et *Curt.* l. 4. c. 10. Quid sentirent, expromere jubet. *Tacit. Ann.* 16. c. 1. Expromit repertum in agro suo specum altitudine immensa. *he relates.* [¶ Particip. *expromens* apud *Vellei.* l. 2. c. 19. Magno ejulatu expromens indignationem casus tanti viri.]

EXPROMPTUS, *vel* Expromtus, a, um, in medium prolatus, *drawn forth, displayed. Terent. Andr.* 4. 3. 8. Nunc opus est tua mihi ad hanc rem exprompta malitia, atque astutia.

EXPROPERĀTUS, a, um, valde properatus. Vetus epitaph. apud *Gruter.* pag. 669. n. 10. Hic Aquilæ cineres miserabilis urna sepultos Contegit: et fatis exproperata nimis Occidit, &c.

EXPROXĬMUS, i, m. qui Proximatus dignitate functus est. *Impp. Theod. et Valent.* lib. 12. *Cod.* tit. 9.

EXPUDORĀTUS, a, um, adject. qui omnem pudorem exsuit, *shameless, barefaced. Petron. in Fragm. Tragur.* c. 39. *Burm.* Habet frontem expudoratam.

EXPUGNABĬLIS, le, *that may be taken by assault*, εὐπολέμητος, qui expugnari potest. *Liv.* l. 33. c. 7. Urbs terra marique expugnabilis est. ¶ Translate *Stat.* 4. *Theb.* v. 836. *de fluvio.* tuus et nulli ruis expugnabilis astro. *h. e.* nulla canicula exsiccari potes. *Id.* 9. *Theb.* v. 103. situ non expugnabile robur. *h. e.* quod corrumpi non potest. *impregnable.*

EXPUGNANS, antis, adject. qui expugnat. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 21. Sive expugnantior herba est. *h. e.* efficacior. Al. leg. *expugnatior.*

EXPUGNATĬO, nis, f. ἐκπολιόρκησις, actus expugnandi, *a taking by assault, carrying by storm, expugnation. Cic. pro Leg. Manil.* c. 5. Ut ipsorum adventus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differant. *Id. Attic.* l. 11. ep. 23. Nocturnæ (*ædium*) expugnationes. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 36. De expugnatione urbis desperavit. *Sueton. in Claud.* c. 21. Edidit in Martio campo expugnationem direptionemque oppidi. *Vellei.* l. 2. c. 98. Gentes ferocissimas nunc acie nunc expugnationibus in pristinum pacis redigit modum.

EXPUGNĀTOR, oris, m. *one who takes by force; a conqueror*, πολιορκητής, qui expugnat. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 50. Expugnator urbis. *Plin.* l. 7. c. 38. Rex Demetrius, expugnator cognominatus. πολιορκητής. ¶ Translate *Cic.* 3. *Verr.* c. 3. Non adulterum, sed expugnatorem pudicitiæ. *Stat.* 4. *Theb.* v. 363. pecoris lupus expugnator opimi.

EXPUGNATORĬUS, a, um, ad expugnandum pertinens. *Tertull. de anim.* c. 57. Expugnatoria dominatio.

EXPUGNĀTUS, a, um, adject. *taken by storm, carried by assault, vanquished, subdued, conquered*, καταπεπολεμημένος, ut Expugnata mœnia mundi, *Lucret.* l. 2. v. 1144. Loca multa expugnata, *Nepos in Agesil.* c. 3. Mens expugnata fatiscit, *Stat. Theb.* 4. v. 187. Tot militares viri cum tot cohortibus expugnati et capti, *Tacit. in Agric.* c. 41. Expugnata paupertas, *Petron. in Satyr.* c. 126. *superata*, victa aucto patrimonio.

EXPUGNAX, acis, *powerful, efficacious*, qui valde expugnat. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 20. sive aliquid regni est in carmine, carmen Ore move sacro; sive expugnacior herba est, Utere tentatis operosæ viribus herbæ. Al. leg. *expugnantior*: alii alio modo.

EXPUGNO, as, avi, atum, a. 1. *to take by storm, force, or assault; to conquer, vanquish, subdue, overcome*, καταπολεμέω, pugnando vinco, aut capio. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 12. Id oppidum ex itinere oppugnare conatus, expugnare non potuit. et lib. 3. c. 15. Singulas naves nostri consectati, expugnaverunt. *took. Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 55. Nonnullas urbes per vim expugnavit. *carried by storm, stormed. Curt.* l. 6. c. 6. *a med.* Ad expugnandos eos, qui edita montium occupaverant, redit. et lib. 9. c. 4. Inclusos mœnibus expugnat. *Justin.* l. 3. c. 5. Messenii cum virtute non possent, per insidias expugnantur. *Id.* l. 7. c. *ult.* Thessaliam improvisus expugnat. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 25. Expugnare præsidium. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 76. Expugnare carcerem. *Terent. Eun.* 4. 7. 3. ædes. ¶ Translate *Cic. pro Cluent.* c. 13. Expugnare fortunas alicujus. *to take forcible possession of. Id. pro Cæl.* c. 20. pudicitiam. *to violate by force. Liv.* l. 37. c. 56. *ad fin.* pertinaciam legatorum. *Colum. in præfat.* l. 10. Propositum meum expugnavit frequens postulatio tua. *Martial.* l. 13. epigr. 123. Cum tua centenos expugnet sportula cives. *h. e.* tibi conciliet. *Flor.* l. 3. c. 1. Jugurta in Scauro ipsos R. imperii mores expugnaverat. *h. e.* Scaurum pecunia corrumpendo. *Cic. Parad.* 4. c. 1. Sapientis animum vincere et expugnare. *Id.* 2. *Verr.* c. 2. Nihil tam sanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. *Plin.* l. 6. c. 27. *a med.* Flumina id oppidum expugnavere. *carried away. Id.* l. 5. c. 24. Euphrates Taurum montem expugnat. *h. e.* irrumpit, perfringit, permeat. *Id.* l. 28. c. 10. *ad fin.* Lacte equino venena et toxica expugnantur. ¶ Significat etiam vi obtinere, extorquere, pervincere, *to obtain by force. Cic. Verr.* 4. c. 52. *extr.* Certe aliqua ratione expugnasset iste, ut dies tollerentur. et *Verr.* 3. c. 16. Quanta iste cupiditate illam sibi legationem expugnavit. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 7. Expugnavi herili filio aurum ab suo patre. *Petron. in Satyr.* c. 108. Ægre expugnavit, ut, &c. *he obtained with much ado*, &c. ¶ Reperitur etiam pro oppugno. *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 777. ut præceps cumulo salit unda minantes In scopulos, et fracta redit; sic ille furentem Circuit expugnans. ¶ Pro perficere, *Ovid.* 9. *Metam.* v. 617. Nam primum (si facta mihi revocare liceret) Non cœpisse fuit, cœpta expugnare secundum. ¶ *Expugnassere* pro *expugnaturum esse*, prisco dicendi modo, est *Plauti Amph.* 1. 1. 54. Sin aliter sient animati, se se summa vi eorum oppidum expugnassere.

EXPULSĀTUS, a, um, adject. pulsatus, vexatus, afflictus. *Ammian.* l. 23. c. 6. (*al.* 20.) Seleucia per duces expulsata. *h. e.* expugnata.

EXPULSIM, adverb. *by driving away*, antiqui dixerunt pro expellendo, ut *cæsim* pro cædendo. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 281. Videbis pueros pila expulsim ludere. *to keep up the ball from the ground.*

EXPULSĬO, onis, f. ἔξωσις, actus expellendi, *a driving out, expulsion. Cic. in Parad.* 6. cap. 2. Qui expulsiones vicinorum, qui latrocinia in agris, &c.

EXPULSO, as, a. 1. *to beat to and fro, bandy about*, frequenter pulsando excutio: frequent. ab *expello. Martial.* l. 14. epigr. 46. Si me mobilibus scis expulsare sinistris, Sum tua: si nescis, rustice, redde pilam.

EXPULSOR, oris, m. *an expeller*, ἐλατής, qui expellit. *Cic. pro Quint.* c. 8. Iste homo acerrimus bonorum possessor, expulsor, ereptor, annum, et sex menses nihil petit. *Nep. in Dione, in fi.* Expulsor tyranni.

EXPULSUS, a, um, adject. *driven out, expelled. Cic. pro Cluent.* c. 5. expulsa atque exturbata filia. *Virg.* 1. *Æn.* v. 624. Finibus expulsus patriis. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 4. Expulsi agris. *Hirt. de B. Alex.* cap. 47. Classis ex illo sinu expulsa. *Senec. in Med.* v. 900. Expulsus pudor. *Tacit. in Agric.* c. 12. Margarita expulsa colligere. *h. e.* ad litus ejecta. *cast up. Curt.* l. 9. c. 4. Navigia expulsa in ripam. *cast ashore. Ovid.* 2. *Trist.* eleg. 2. v. 17. Procul expulsus. *banished afar off.*

EXPULTRIX, icis, f. *she that drives away*, quæ expellit. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 2. O vitæ Philosophia dux, o virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum.

EXPUMĬCO, as, a. 1. pumice polio. *Tertull. advers. Valentin.* c. 16. Ab omnibus injuriis passionis expumicat.

EXPŪMO. V. *Exspumo.*

EXPUNCTĬO, onis, f. actus expungendi. *Tertull. de Idolol.* c. 16. Operæ meæ expunctio. *h. e.* præstatio. V. *Expungo.*

EXPUNCTOR, oris, m. qui expungit, et delet, διαγέτης. *Tertull. de Orat.* c. 1. Expunctor totius retro vetustatis.

EXPUNCTUS, a, um, adject. deletus, amotus, expulsus, *crossed or put out, effaced, cancelled, expunged. Plaut. Curcul.* 4. 4. 29. Miles pulcre centuriatus expuncto in manipulo. *disbanded.* ¶ Alio sensu *Hermogen. Dig.* lib. 44. tit. 3. leg. 4. Reipubl. rationes subscriptæ, et expunctæ. *h. e.* dispunctæ, examinatæ, confectæ.

EXPUNGO, is, nxi, nctum, a. 3. *to blot out, efface, expunge*, ἐξαλείφω, quod scriptum est deleo. Hinc milites expungi dicuntur a militia, cum nomina eorum ex albo eraduntur, et ipsi a militia removentur: Item judices dicuntur expungi, quando amoventur a judicando, velut erasi ex albo judicum: id enim fiebat punctis circumscriptis. *Plaut. Cistell.* 1. 3. 41. Volo persolvere, ut expungatur nomen, nequid debeam. *Tarant. Patern. Dig.* lib. 49. tit. 16. *leg. pænult.* Ex causa desertionis notatus, temporis, quo in desertione fuit, stipendiis expungitur. *h. e.* privatur stipendiis ejus temporis. ¶ Translate est extrudere, expellere, loco movere. *Pers.* sat. 2. v. 12. Pupillumve utinam, quem proximus heres Impello, expungam. ¶ Expungere rationes, est ultimam manum calculo imponere. *Hermogen. Dig.* lib. 44. tit. 3. leg. 4. Reipublicæ rationes subscriptæ et expunctæ, adversus eum quidem, qui administraverit, ultra viginti, adversus vero heredem ultra decem annos retractari non possunt. ¶ Apud *Plaut. in suppositis Amph. Di vostram fidem*, v. 27. expungere gloriam partam, est auferre. ¶ Expungere milites, apud *Tertull. de Coron. mil. in princ.* legitur alio sensu, quam supra dictum est. Inquit enim: Proxime facta est liberalitas præstantissimorum Imperatorum: expungebantur milites laureati. *h. e.* donabantur ab Imperatoribus milites; eorum autem nomina, qui donativum accepissent, notabantur, ne bis quis acciperet. Atque hoc sensu sæpe usum ipsum hunc Auctorem, notant ibi Interpretes. Sic apud *Sueton. in Claud.* c. 15. Decurias judicum expungere, est discutere, et ordinare, qui retinendi essent, quive dimittendi, ducta metaphora ab expungendis rationibus; de quo modo diximus. Quo pertinet et illud *Senecæ in fi.* ep. 9. Quam vocem tu boni consule, etiamsi hunc diem jam expunxi. *h. e.* persolvi quod hoc die debebam: atque adeo hujus diei nomen rationesque confeci. *I have balanced my accounts for to-day.* et illud lib. 4. *de Benef. sub fin.* Rejiciendi genus est, protinus aliquid invicem mittere, et munus munere expungere. *h. e.* beneficio accipiendo, dandoque paria facere. et *Plin.* l. 2. c. 26. Ausus est annumerare posteris stellas, ac sidera ad nomen expungere. *h. e.* descriptis astrorum nominibus, eorum singula veluti appellare, et eorum nominum rationes conficere. ¶ *Expungere* pro *pungere* legunt nonnulli apud *Martial.* l. 7. epigr. 82. et lib. 8. epigr. 52. sed utrobique alii *expingere.*

EXPŬO. V. *Exspuo.*

EXPURGATĬO, onis, f. actus expurgandi, *a cleansing. Plaut. Amph.* 3. 3. 10. Habui expurgationem; facta pax est. *h. e.* excusationem. *an apology.* Adde *Mercat.* 5. 3. 4. V. *Expurgo.*

EXPURGO, as, avi, atum, a. 1. *to purge, cleanse, purify*, ἀποκαθαίρω, idem quod purgo, aut omnino purgo. *Colum.* l. 4. c. 23. Si trunci pars peraruit, aut cavata vitis est, dolabella conveniet expurgare quidquid emortuum est. et lib. 2. c. 9. *circa med.* Cum amplior messis provenerit, quidquid exteretur, capisterio expurgandum erit. *Plin.* l. 26. c. 14. Aristolochia sordida ulcera expurgat. *Id.* l. 23. c. 7. Caprificus lepras, psoras, lichenas, lentigines expurgat. ¶ Translate *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 52. sed, quod non desit, habentem Quæ poterunt unquam satis expurgare cicutæ, Ni, &c? *Cic. de clar. Orat.* c. 74. expurgare sermonem. *Plaut. Capt.* 3. 4. 87. et *Mil.* 2. 6. 17. Me expurgare tibi volo. *to clear, justify, exculpate, excuse. Tacit. Ann.* 16. c. 24. Requirens objecta, et expurgaturum asseverans. *that he would clear himself, and repel the accusation. Gell.* l. 7. c. 3. Legatos miserunt, qui temeritatem quorundam popularium suorum deprecarentur, et fidem consiliumque publicum expurgarent. *excuse, justify.*

EXPUTĀTUS, a, um, *lopped off, cropped*, putando cæsus. *Colum.* l. 11. c. 2. *post init.* Palos una opera cædere, et exputatos acuere centum numero potes.

EXPŬTO, as, avi, atum, a. 1. *to lop off, prune*, ἀποτέμνω, est ramos superfluos ex arboribus, vel sarmenta ex vitibus resecare: ab *ex*, et *puto. Colum.* l. 3. c. 15. Velut veteranam vitem totam exputare. Adde lib. 5. c. 6. *ante med.* ¶ Translate ponitur pro cogitare, mentem volvere, perpendere, ratiocinari. *to ponder, weigh, consider. Planc. ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 24. *a med.* Quæ mens eum, aut quorum consilia a tanta gloria avocarint, exputare non possum. *I cannot comprehend. Plaut. Trin.* 2. 1. 8. Sic faciam, opinor: utramque rem simul exputem, judex sim. *I will examine, or weigh well.*

EXPUTESCO. V. in voce sequenti.

EXPUTRESCO, is, utrui, n. 3. *to rot, become putrid, putrify*, κατασήπομαι, penitus putrefio. *Plaut. Curcul.* 2. 1. 26. Dum intestina exputrescunt tibi. *Al. leg.* exputescunt.

EXQUÆRO, is, a. 3. *to inquire, ask*, exquiro. *Plaut. Capt.* 2. 2. 43. Ego ex hoc quæ volo, exquæsivero. *Id. Stich.* 1. 2. 50. Quid istuc est, quod huc exquæsitum mulierum mores venis?

EXQUÆSTOR. V. in *Exconsule.*

EXQUILĬÆ, arum, f. nunc *monte di S. Maria maggiore*, unus ex septem Urbis Romæ collibus prope Viminalem, vicinos habens lucum Fagutalem, et lucum Mephitis, et Junonis Lucinæ, ut *Varro* l. 4. *de L. L.* c. 8. docet: adjectus urbi, vel cultu auctus a Servio Tullio, qui ibi quoque habitavit, teste *Liv.* l. 1. c. 44. Appellantur plurali numero, quia olim duo montes habiti, quorum alter Cispius mons suo antiquo nomine etiam nunc in sacris appellatur, inquit *Varr. ibid.* Dictæ sunt vel ab *excubiis* regis, vel ab eo, quod *excultæ* a rege Tullio essent (ex quo patet rectius *Exquilias*, quam *Esquilias* scribi: quod tamen et ipsum frequenter invenitur in libris. V. *Exquilinus.*) quam secundam etymologiam magis probat *Varr. ibid.* priorem vero *Ovid.* ubi ait l. 1. *Fast.* v. 245. Adde quod excubias regi Romanus agebat, Qua nunc Exquilias nomina collis habet. *Propert.* l. 4. eleg. 8. Disce, quid Exquilias hac nocte fugarit aquosas. *h. e.* Exquiliarum incolas. metonymia. *aquosas* dicit, quia ad radices Exquilini montis locus erat humilis atque humidus. ¶ Nomen dederunt regioni Urbis, *Exquilinæ* dictæ, item portæ cognomini, unde via Prænestina incipiebat. ¶ Aliquando informis locus fuit, et sepulcris, atque ossibus cadaverum pauperiorum, et damnatorum seu projectis, seu combustis obsitus, ut notat *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 16. unde idem *atras* appellat sat. 6. l. 2. v. 32. et *Exquilinas alites*, scilicet cadavera consectantes vultures, nominat *Epod.* 5. v. 100. et *Exquilinum veneficium*, *Epod. ult.* v. 58. quod hujusmodi loca a veneficis, et sagis frequentari solent. Postea vero purgatus, et excultus, et aliquot jugera donata Mæcenati ab Augusto ad hortos exstruendos. *Horat.* l. 1. sat. 8. *cit.* et *Sueton. in Tiber.* cap. 15. Quare saluberrimus ad incolendum habitus est, præsertim ob frigiditatem. Hinc *Juvenal.* sat. 11. v. 50. Cedere namque foro jam non tibi deterius, quam Exquilias a ferventi migrare Suburra. ¶ Extremis Exquiliis, juxta Mæcenatis tumulum Horatius sepulcrum habuit. *Auct. vitæ Horat. in fine.*

EXQUILIARIUS, a, um, Exquilinus. *Liv.* l. 1. c. 48. Ut in collem Exquiliarium eveheretur. *Al. leg.* Exquiliarum.

EXQUILĪNUS, *et* Esquilinus, a, um, ad Exquilias pertinens, ut *Exquilina porta, Exquilinæ alites, Exquilinum venetum*, de quibus in *Exquiliæ* dictum est. *Exquilina Tribus* aliis secunda, aliis quarta ex Urbanis, a loco nomen habuit. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 9. *Plin.* l. 18. c. 3. et *Inscript.* apud *Gruter.* p. 201. n. 10. p. 331. n. 7. et pag. 391. n. 1. &c in quibus modo per s scribitur, modo per x. Quin apud *Liv.* l. 45. c. 15. etiam *Esquilina* legere est in quibusdam libris. ¶ *Exquilinus campus* ad Exquiliarum radices extra portam Exquilinam fuit, in quo de noxiis supplicia sumebantur. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 32. In P. Marcium Coss. extra portam Exquilinam, more prisco advertere. *Sueton. in Claud.* c. 25. Civitatem R. usurpantes in campo Exquilino securi percussit.

EXQUILIUS, a, um, Exquilinus. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 435. Monte sub Exquilio, &c.

EXQUĪRO, is, sivi, itum, a. 3. *to search out, inquire diligently into, examine, ask, explore*, ἐξετάζω, diligenter inquiro. *Cic.* 4. *Acad.* c. 3. Neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus. *Id. pro leg. Manil.* c. 17. exquirere veritatem. *Id. Verr.* 6. c. 5. Noli ejus facta ad antiquæ religionis rationem exquirere. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 70. Exquire, sit ne ita, ut ego prædico. *Cic. pro Deiot.* c. *ult.* Exquire de Blesamio, num quid ad regem contra dignitatem tuam scripserit. *inquire about:* inquire ab aliis de Blesamio. *Sueton. in Calig.* c. 33. Exquisiturum se vel fidiculis de Cæsonia sua, cur, &c. *h. e.* a Cæsonia: *that he would search out even by the rack*, &c. *Terent. Hecyr.* 5. 2. 7. exquirere cruciatu. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 12. A te nihil dum certi exquiro, sed quid videatur. *Id.* 2. *de Divin.* c. 20. Cum ex te causas divinationis exquirerem. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 3. Concilio convocato, sententias exquirere. *Tacit. Ann.* 6. c. 8. Exquirere abditos sensus alicujus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 41. Itinere exquisito per Divitiacum. *being informed of the road. Cic.* 1. *Offic.* c. 41. Secum, et cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirere. *Id. Phil.* 4. c. 2. Singulares honores alicui exquirere. *h. e.* in aliquem conferendos. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 23. Mens rationibus agitandis exquirendisque alitur. *Plaut. Capt.* 3. 4. 105. Satis istuc mihi exquisitum est, fuisse hunc servum. *I am accurately informed, that*, &c. *Id. Amph.* 2. 1. 81. et 2. 2. 159. Mi istuc primum exquisito est opus. *h. e.* opus est, me hoc exquirere. ¶ Urbane *Cic. Attic.* l. 7. ep. 18. Sed hæc non nimis exquiro a Græcis. *h. e.* non exspecto, non postulo. [¶ Particip. *exquirens* apud *Cic. de Fato* c. 1. Exquirentes ea consilia, quæ ad pacem pertinerent.]

EXQUISĪTE, *carefully, exactly, nicely, accurately*, ἐξητασμένως, ἀκριβῶς, diligenter perquirendo, atque adeo accurate, exacte, studiose, cum cura. *Cic. de clar. Orat.* c. 80. Cum de eo crimine accurate et exquisite disputavisset. et cap. 93. Exquisitius studere litteris. *Id.* 1. *Tuscul. c. pænult.* Rationes eæ, quæ exquisitius a philosophis colliguntur. *Quintil.* l. 8. c. 2. *ad fin.* Id demum eleganter atque exquisite dictum putant, quod interpretandum sit. *Gell.* l. 13. c. 7. Aristoteles libros de animalibus exquisitissime composuit. *Tiro Tull.* apud *Gell.* lib. 10. cap. 1. Eam rem Pompeius exquisitissime retulit ad doctissimos civitatis.

EXQUISĪTIM, idem quod exquisite. *Varr.* apud *Non.* cap. 11. n. 35. Æger medicos exquisitim convocabas, ut convalesceres.

EXQUISĪTIO, onis, f. *research, inquiry*, inquisitio, investigatio. *Imp. Justinian.* lib. 5. *Cod.* tit. 9. leg. 9. *extr.* Neque aliam in ea re exquisitionem fieri. Adde lib. 7. tit. 17. leg. 1.

EXQUISĪTUS, a, um, *diligently sought after, much searched for, rare, nice, choice, exquisite, accurate, exact*, ἐξητασμένος, diligenter quæsitus, atque adeo eximius, singularis, excellens, lectus. *Cic.* 1. *de Orat.* cap. 58. *ad fin.* Ipsi omnia, quorum negotium est, consulta ad nos, exquisita deferunt. *carefully examined. Id. in Orat.* c. 49. Verba legenda sunt bene sonantia, sed ea non, ut poetæ, exquisita ad sonum, sed sumpta de medio. *Id. de clar. Orat.* c. 27. Semper habuit exquisitos e Græcia magistros. *choice, select.* et c. 79. Reconditæ exquisitæque sententiæ. *Id.* 1. *Offic.* c. 37. Uti exquisito judicio litterarum. *fine. Id.* 1. *de Fin.* c. 9. Exquisitis rationibus quidpiam confirmare. *Id.* 2. *de Orat.* c. 41. Non est exquisitæ artis præscribere, sed mediocris ingenii judicare. *Id.* 1. *de Fin. in princ.* Summis ingeniis, et exquisita doctrina philosophi. *Id. de clar. Orat.* c. 82. Accuratius et exquisitius dicendi genus. *Id.* 4. *Phil.* c. 3. Laudare quempiam exquisitissimis verbis. *Id.* 1. *Offic.* c. 36. Munditia non odiosa, neque exquisita nimis. *Id.* 3. *Offic.* c. 27. Ad crudelissimum hostem, et ad exquisita supplicia proficisci. *Plin.* l. 9. c. 35. *a med.* exquisitis epulis saginari. *Id.* l. 6. c. 33. *ad fin.* Sententia exquisitissimæ subtilitatis.

EXRĀDICĀTUS. V. *Eradicatus.*

EXROGARE, est ex lege aliquid eximere per novam legem. *Festus.* V. *Abrogo.*

EXRUMĪNANS. V. *Exgrumans.*

EXSACRIFĬCO, as, avi, atum, a. 1. idem quod sacrifico. *Vetus Poeta* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 21. Exsacrificabat hostiis balantibus.

EXSÆVIO, *et* Exævio, is, vii, itum, n. 4. sævire desino, *to give over raging. Liv.* l. 30. c. 39. Stetit ibi, dum reliquum tempestatis exsæviret.

EXSANGUINĀTUS, *et* Exanguinatus, a, um, adject. exsanguis, imbecillus, *bloodless. Vitruv.* l. 8. *in proœm.* Animalia si fuerint sine humoris potestate exsanguinata, et exsucta.

EXSANGUIS, *et* Exanguis, e, *without blood, bloodless; pale, wan; lifeless*, ἄναιμος, sine sanguine, sive ex vulnere aut morbo, sive ex metu et pallore. *Virg.* 6. *Æn.* v. 401. exsangues umbræ. *h. e.* animæ defunctorum. *Liv.* lib. 29. c. 9. Ipsum hostiliter lacerant, et prope exsanguem, naso auribusque mutilatis, relinquunt. *exhausted with loss of blood. Cic. pro Sext.* c. 37. Jacens et concisus plurimis vulneribus, extremo spiritu exsanguis, et confectus. *Id.* 7. *Verr.* c. 49. Exsanguium corpora mortuorum. *Id. in Pison.* c. 36. Exsanguis et mortuus concidisti. *Id. pro Sext.* cap. 10. Homines enervati atque exsangues. *Id. de Harusp. resp.* c. 1. Exsanguis atque æstuans se ex curia repente prorupit. *Virg.* 2. *Æn.* v. 212. Diffugimus visu exsangues. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 224. Exsanguis metu. et lib. 4. v. 267. Exsangues herbæ. *Vetus. Poeta* apud *Cicer.* 3. *Tuscul.* cap. 12. Lacrimæ peredere humore exsangues genas. ¶ Translate *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 11. Aridum et exsangue orationis genus. *weak, feeble, insipid. Gell.* l. 13. c. 20. Muta, ut *urbis* dicas: nimis exilis vox erit, et exsanguis. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 18. Calvum Ciceroni visum exsanguem et attritum. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 18. Exsangue cuminum. *h. e.* quod pallidos et exsangues reddit, ut *Plin.* l. 20. c. 14. *sub fin.* docet. Sic *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 130. exsanguis Rufinum perculit horror. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 627. Pallidaque exsangui squalebant corpora tabo. *Id.* 3. *Trist.* el. 1. v. 55. Aspicis exsangui chartam pallere colore? *Stat.* 11. *Theb.* v. 323. exsangues crudescunt luctibus anni. *h. e.* anni senectutis. et lib. 5. v. 325. Exsangue imperium, et mœstam sine culmine Lemnon. *h. e.* ubi domini occisi sunt.

EXSANĬO, as, a. 1. *to draw or squeeze out corruption*, saniem extraho, ἐκπυόω. *Cels. sub init.* cap. 27. l. 5. Si sal aridus vulneri imponitur, superque id duobus digitis verberatur, exsaniat enim. *Colum.* l. 12. cap. 53. *de salsura carnis.* Compositis tergoribus aut frustis vasta pondera imponito, ut exsanietur. ¶ Translate *Id. ibid.* c. 47. Patimur pondere pressam baccam velut exsaniari. et cap. 55. Ut omnem amaritudinem et pallorem exsaniet. *h. e.* emittat, et purgetur.

EXSARCĬO, *et* Exarcio, *vel* Exsercio, is, arsi, artum, a. 3. a *sarcio*, et fere ejusdem cum eo significationis, *to repair, amend. Festus:* Exsercirent, sarcirent. *Terent. Heaut.* 1. 1. 91. Servos, nisi eos qui opere faciundo facile sumptum exarcirent (vel, ut leg. *Muretus*, exsercirent) omnes vendidi. Al. leg. *facile victum exercent. Q. Cic. de petit. Consul.* c. 12. Cum id petitur, quod honeste promittere non possumus, belle negandum est, ut ostendas necessitudinem, demonstres, quam moleste feras, aliis te id rebus exsarturum persuadeas. Al. aliter leg.

EXSATIĀTUS, a, um, adject. *satiated, sated, glutted. Ovid.* 8. *Metam.* v. 542. Partoniæ tandem Letoia clade Exsatiata domus. *Curt.* l. 9. c. 6. Exsatiatæ laudi modum facere. *Liv.* l. 40. c. 28. Exsatiati cibo vinoque.

EXSATĬO, *et* Exatio, as, avi, atum, a. 1. *to satiate, sate, glut, cloy*, idem ac satio, κορέννυμι. *Liv.* l. 38. c. 54. Ne morte quidem alicujus exsatiari. *Sil.* l. 7. v. 535. Multo cruore exsatiare enses. et *Stat.* 9. *Theb.* v. 14. Exsatiare tela.

EXSATURĀTUS, a, um, *sated, satiated, cloyed*, exsatiatus. *Virg.* 7. *Æn.* v. 296. odiis exsaturata quievi. *Cic. Tuscul.* 5. c. 35. Sardanapalus jussit incidi in busto: Hæc habeo, quæ edi, quæque exsaturata libido Hausit. [*Stat.* 6. *Theb.* v. 176. Vulnere justo Exsaturata oculos.]

EXSATŬRO, *et* Exaturo, as, avi, atum, a. 1. exsatio, saturo, κορέω, *to satiate. Cic. Verr.* 7. c. 26. Animum exsaturare alicujus supplicio. [¶ Particip. *exsaturandus* apud *Ovid.* 5. *Met.* v. 19. Bellua exsaturanda visceribus meis.]

EXSCALPO, *et* Excalpo, is, psi, ptum, a. 3. scalpo, excavo, ἐγγλύφω, *to scratch or scrape out; to excavate. Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. Terram unde exscalpserat, fossam vocabant. *Quintil.* lib. 2. c. 19. Si Praxiteles signum aliquod ex molari lapide conatus esset exscalpere. Al. leg. *exsculpere.* ¶ Contraria significatione, V. in *Exsculpo.*

EXSCALPTUS, a, um, *excavated, hollowed out*, scalpendo excavatus. *Cato R. R.* c. 18. Foramina arborum exscalpta digitos sex.

EXSCENDO, is, n. 3. *to descend, dismount, disembark*, καταβαίνω, descendo, de iis præsertim, qui navi in terram exeunt. *Liv.* l. 29. c. 11. Legati Asiam petentes, protinus Delphos cum exscendissent, oraculum adierunt. Al. leg. *escendissent.*

EXSCENSĬO, onis, f. *a debarkation, landing*, κατάβασις, descensus, eorum præsertim, qui navi egrediuntur. *Liv.* lib. 44. c. 10. *ad fin.* Classis exscensionem ad populandum fecit. *Id.* l. 28. c. 8. Quinqueremibus septem ad Erythras exscensionem fecit. *Curt.* l. 9. c. 4. Exscensione facta, ducenta stadia processit, depopulatusque regionem, &c. Adde *Liv.* l. 37. c. 17. ubi alii *descensionem*, et l. 27. c. 29. et lib. 29. c. 28. et lib. 8. cap. 17. ubi alii *excursionem* reponunt: item lib. 22. c. 20. ubi pro *exscensione ab navibus in terram facta*, al. leg. *exscensu facto.*

EXSCENSUS, us, m. idem quod exscensio. V. in voce præced.

EXSCINDO, *vel* Excindo, is, idi, issum, a. 3. *to cut off, extirpate, destroy*, τέμνω, excido, diruo, destruo. *Virg.* 2. *Æn.* v. 177. Exscindere urbem telis. et 12. *Æn.* v. 643. domos. *Stat.* l. 3. silv. 1. v. 123. rupes et saxa negantia ferro. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 50. portas. *Virg.* 9. *Æn.* v. 137. Gentem aliquam ferro exscindere. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 25. Populari et exscindere. ¶ Translate *Idem in Agric.* c. 19. Causas bellorum exscindere. *Plin. in Paneg.* c. 34. exscidisti intestinum malum, et provida severitate cavisti, &c. ¶ *Exscidere* pro *exscindere* quidam leg. apud *Sil.* lib. 7. vers. 643. ut sit a *cædo.*

EXSCREABĬLIS, le, adject. qui exscreari potest, ἐκπτυστός, *that may be hawked up or spit out. Plin.* l. 20. c. 14. Pulmonum vitia exscreabilia facit.

EXSCREATĬO, onis, f. actus exscreandi cum vi quadam, *a hawking or spitting*, ἔκπτυσις, ut Exscreatio sanguinis, Exscreatio cruenta, *Plin.* l. 27. c. 12. et lib. 28. c. 12.

EXSCREĀTUS, us, m. idem quod exscreatio. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 2. c. 11. Cum quodam exscreatu despuitur.

EXSCRĔO, *et* Excreo, as, avi, atum, a. 1. cum impetu et sonitu exspuo, *to hawk or spit up*, ἀποπτύω, ἐγχρέμπτομαι. *Plaut. in suppositis Amph.* Tun'ne mactes, v. 7. Ut cum dentibus linguam exscrees. *Ovid.* ep. 21. v. 24. Exscreat, et ficta dat modo signa nota. *Cels.* l. 4. c. 6. Per tussim exscreatur, si tolerabilis morbus est, pituita; si gravis, sanguis.

EXSCRĪBO, *et* Excribo, is, psi, ptum, a. 3. *to write out of one book into another; to copy, transcribe*, describo, ex aliquo exemplari scribo, ἀπογράφω. *Cic. Verr.* 4. c. 77. Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *sub fin.* Exscribere de libris alicujus. *Gell.* l. 3. c. 3. Ex Plauti comœdia duos versus exscribere. ¶ De eo qui pingendo describit, *to imitate, pourtray, draw, Plin.* l. 4. ep. 28. Magni æstimat in bibliotheca sua ponere imagines Cornelii Nepotis, et Titi Cassii; petitque, si sunt istic, exscribendas pingendasque delegem. ¶ Translate *Id.* l. 5. ep. 16. *ad fin.* Amisit filiam, quæ non minus mores ejus, quam os vultumque referebat, totumque patrem mira similitudine exscripserat.

EXSCRIPTOR, oris, m. qui exscribit, *a copier, copyist, transcriber.* Hinc *Licinius* apud *Cicer. Fin.* l. 1. c. 2. de *Attilio* ita loquitur: Ferreum scriptorem virum opinor, exscriptorem tamen, ut legendus sit. Al. aliter leg.

EXSCRIPTUS, a, um, adject. *copied out, transcribed. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *ad fin.* Complura exscripta e Magonis libris. ¶ Item simpliciter perscriptus. *Plaut. Rud. prol.* v. 15. Eorum referimus nomina exscripta ad Jovem. et vers. 21. Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.

EXSCULPO, is, psi, ptum, a. 3. *to engrave, carve*, διαγλύφω, perfecte sculpo. *Cic.* l. 13. *ad Attic.* ep. 28. Exsculpere aliquid e quercu. *Quintil.* l. 2. c. 19. Exsculpere signum ex lapide. ¶ Allegorice *Id. ibid.* c. 4. Materiam esse volo vel abundantiorem: sit modo, unde excidi possit, et quod exsculpi. Erit autem, si non ab initio tenuem nimium laminam duxerimus, et quam cælatura altior rumpat. ¶ Significat etiam extrahere, extorquere, *to draw out, elicit, extort. Terent. Eun.* 4. 4. 44. Possum ne hodie ex te exsculpere verum? *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 262. Leoni esurienti ex ore exsculpere prædam. (hoc potest esse proverb. de re valde difficili.) *Plaut. Cistell.* 2. 2. 6. In quæstione vix exsculpsi, ut diceret. ¶ Apud *Nepotem* sumitur pro delere quod insculptum est, abradere. *to efface, erase.* Ita enim in *Pausan.* c. 1. Cum tripodem aureum Delphis posuisset, in quo erat hæc sententia..... hos versus Lacedæmonii exsculpserunt. *Al. leg.* exscalpserunt. ¶ Exsculpere alicui oculum, apud *Terent. Phorm.* 5. 7. *in fine*, est ejicere. Alii tamen leg. *excludere.*

EXSCULPTUS, a, um, *hollowed out*, exscalptus. *Varr. R. R.* l. 3. c. 9. In pariete exsculpta sint cubilia earum. *et mox.* Cubilia gallinarum in parietibus aut exsculpta, aut affecta firmiter.

EXSĔCO, *et* Execo, as, ui, ctum, a. 1. *to cut out or away*, ἀποτέμνω, excido, extra seco. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. *a med.* Non minus esset probanda medicina, quæ sanaret vitiosas partes reipubl. quam quæ exsecaret. *Id. pro Cluent.* c. 64. Armarii fundum exsecuit, et pecuniam abstulit. *cut a hole in. Colum.* l. 5. c. 11. Serra exsecare. *Cic. pro Sext.* c. 65. Exsecare pestem aliquam, tanquam strumam civitatis. *Id. Agrar.* 2. c. 33. nervos reipubl. ¶ Pro castrare *Martial.* l. 6. epigr. 2. immeritos exsecuisse mares. ¶ Legitur etiam *exsico. Plaut. Rud.* 1. 2. 34 Quin tu in paludem is, exsicasque arundines, qui pertegamus villam, dum sudum est? ¶ Quidam hoc a *sica* deducunt, et pænultimam protrahunt.

EXSECRABĪLIS, le, adject. exsecratione dignus, de-

testabilis, *execrable, detestable, accursed*, κατάρατος. *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 15. Exsecrabile ac dirum solum. *Plin.* l. 9. c. 48. Sed nihil exsecrabilius, &c. ¶ Item qui cum exsecratione conjunctus est, ut Odium exsecrabile, *Liv.* l. 9. c. 26. Exsecrabile carmen, *Id.* l. 31. c. 17.

EXSECRABILĬTAS, atis, f. abominatio. *Apul.* l. 2. *Dog. Plat.* Vitia pariunt exsecrabilitatem.

EXSECRABILĬTER, cum exsecratione. *Augustin.* l. 8. *Confess.* c. 7. Tanto exsecrabilius me oderam.

EXSECRAMENTUM, ti, n. idem ac exsecratio. *Tertull. in Apol.* c. 22. et *advers. Jud.* c. 5. sed utrobique alii aliter leg.

EXSECRANDUS, a, um, adject. *detestable, execrable*, ἐπάρατος. *Cic. Phil.* 2. c. 26. Exsecrandus populo et detestabilis. *Plin.* l. 17. c. 13. Pessima et exsecranda res.

EXSECRATĬO, onis, f. *the imprecation or execration added to an oath; an oath*, ἀρὰ, κατάρα, actus exsecrandi, sacramenti genus, quo quis diras sibi, vel alteri imprecatur, si fallat. *Cic.* 3. *Offic.* c. 13. Quod Athenis exsecrationibus publicis sancitum est. *Id. Verr.* 7. c. 40. Ubi fides? ubi exsecrationes? ubi dextræ complexusque? *Sallust. in Catil.* c. 23. Humani corporis sanguinem in pateris circumtulisse, inde cum post exsecrationem omnes degustavissent, sicuti in solemnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum. *Cic. pro Sext.* c. 7. Hunc Pompeius omni cautione, fœdere, exsecratione devinxerat, nihil contra me esse facturum. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 15. Barbaro ritu et patriis exsecrationibus universos adigit. Adde *Liv.* lib. 26. cap. 25. ¶ Et universim imprecatio, detestatio. *an imprecation, curse. Cic. pro Sext.* c. 33. Exierunt malis ominibus atque exsecrationibus duo vulturii paludati. *Id. in Pison.* c. 19. Thyestea ita exsecratio est, ut tu naufragio expulsus, &c. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 25. Sævissimi belli exsecratio. *Plin.* l. 19. *in proœm.* Nulla exsecratio sufficit contra inventorem. *Sueton. in Claud.* cap. 12. Diris exsecrationibus incessere aliquem. *Vellei.* lib. 2. cap. 22. Precatus deos in exsecrationem Cinnæ partiumque ejus.

EXSECRĀTOR, oris, m. qui exsecratur, et detestatur. *Tertull. de Pudic.* cap. 15. Exsecrator impuritatis. Adde *Augustin.* epist. 166. *sub fin.*

EXSECRĀTUS, a, um, particip. præteriti temporis ab exsecror. *Valer. Max.* l. 3. c. 2. n. 20. Seipsum et suos exsecratus. ¶ Passive est exsecrabilis, *execrable, detestable*, κατάρατος. *Cic. Phil.* 1. c. 2. Eversio exsecratæ columnæ. *Plin.* l. 28. c. 2. Exsecratissima auguria. *Cato* apud *Priscian.* l. 8. pag. 792. *Putsch.* Exsules duo lege publica exsecrati. καταρασθέντες, ut *Priscian.* exponit, diris devoti, ea ratione, qua in *Exsecratio* dictum est.

EXSĔCROR, *et* Execror, aris, atus sum, dep. 1. *to curse, execrate, detest, imprecate*, καταρᾶομαι, male alicui precor, diris devoveo, detestor, abominor: ab *ex*, et *sacer*, quasi, sacrum esse, et iræ deorum obnoxium declaro. *Cic. in Pison.* c. 14. Exsecrari, et male precari. et cap. 40. Te oderunt, tibi pestem exoptant, te exsecrantur. *Id.* 1. *Tuscul.* cap. 44. Exsecratur Thyestes, ut naufragio pereat Atreus. *Liv.* l. 30. c. 20. et lib. 39. cap. 51. *extr.* Exsecratus in se ac suum caput, quod militem Romam non duxisset. *Sallust. in Catil.* c. 49. Exsecrari consilia Catilinæ. *Justin.* l. 13. c. 1. severitatem nimiam et assidua belli pericula. et lib. 39. c. 1. superbiam regis. *Liv.* l. 1. c. 59. *extr.* Tullia domo profugit, exsecrantibus, quacumque incedebat, invocantibusque parentum furias viris mulieribusque. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 105. semianimi verba exsecrantia lingua Edidit. ¶ Activa positione *Afran.* apud *Non.* c. 7. n. 45. Experjurabant, exsecrabant se ac suos. Confirmat *Priscian.* l. 8. pag. 797. *Putsch.*

EXSECTĬO, onis, f. ἀποκοπὴ, actus exsecandi, *a cutting out*, ut Exsectio linguæ, *Cic. pro Cluent.* c. 67. Et cap. 64. Cum exsectio illa fundi in armario animadverteretur. *a cutting a hole in the bottom. Arnob.* l. 5. pag. 165. Exsectiones mammarum.

EXSECTOR, oris, m. qui exsecat, seu castrat. *Apul.* l. 8. *Metam.* Detestabilis exsector virilitatis.

EXSECTUS, a, um, *cut off*, amputatus, excisus, desectus, ἀποτμητός. *Cic. pro Cluent.* c. 66. Stratonem in crucem actum exsecta scitote lingua. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 59. Frons cornu exsecto. *Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 2. leg. 12. Filius exsecto ventre editus. *Plin.* l. 8. c. 55. Fetus ventri leporis exsectos vel uberibus ablatos in cibatu habere. ¶ *Exsecti* absolute dicuntur, quibus amputata virilia sunt. *eunuchs. Hirt. de B. Alex.* c. 70. Neque infectis amissam vitam, neque exsectis virilitatem restituere posse. *Lucan.* l. 10. v. 133. infelix ferro mollita juventus, Atque exsecta virum. *hellenismus.* ¶ Translate *Plin.* l. 2. ep. 12. Quid enim miserius, quam exsectum et exemptum honoribus senatoriis, labore et molestia non carere?

EXSECUTĬO, onis, f. *execution, performance*, actus exsequendi, præstandi, perficiendi, ἀπεργασία. *Plin.* l. 35. c. 8. Instituti operis exsecutio. *Tacit. Ann.* 3. c. 31. Exsecutionem negotii suscipere. *h. e.* administrationem, et confectionem. *Frontin. de Aquæduct. in fi.* Exsecutio legis. *Ulpian. Digest.* lib. 47. tit. et leg. 1. Exsecutio quorundam delictorum heredibus data est. *h. e.* persecutio in judicio, donec puniantur. Sic *Id.* lib. 50. tit. 16. leg. 131. *extr.* criminis, sive delicti exsecutio. ¶ Alio sensu. *Senec. in præfat.* l. 3. *controvers.* Erat et illud in argumentatione vitium, quod quæstionem, non tanquam partem controversiæ, sed tanquam controversiam implebat. Omnis quæstio suam probationem habebat, suam exsecutionem, suos excessus, suas indignationes, epilogum quoque suum. *h. e.* amplificationem, qua pluribus verbis argumenta exsequebatur. *Id.* epist. 52. *sub fin.* Differam hoc in præsenti. desiderat enim propriam, et longam exsecutionem, quemadmodum populo disserendum, quid sibi apud populum permittendum sit. *a particular discussion and at some length.* requirit, ut longiore sermone prosequar explicando, quemadmodum, &c. *Plin.* l. 8. ep. 14. Quæ potestas referentibus, quod censentibus jus, quis dicendi modus, quæ distinctio pugnantium sententiarum, quæ exsecutio prioribus aliquid addentium. *h. e.* ratio exsequendi, et disserendi addendo priori sententiæ aliquid.

EXSECŪTOR, oris, m. qui exsequitur. *Sueton. in Vespas.* cap. 14. Offensarum inimicitiarumque minime memor, exsecutorve. *h. e.* ultor. *an avenger, punisher. Vellei.* l. 2. c. 45. Clodius malorum propositorum exsecutor acerrimus. *executer.* et *Apul.* l. 7. *Metam.* et *Macer. Digest.* lib. 49. tit. 1. leg. 4. Ab exsecutore sententiæ appellare non licet. *Imp. Constantin.* lib. 8. *Cod.* tit. 17. leg. 7. Exsecutores a judice dati ad exigenda debita ea, quæ civiliter poscuntur. *collectors.*

EXSECŪTUS, *vel* Exsequutus, a, um, particip. verbi Exsequor. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 12. Cur non omnes fatum illius exsecuti sumus? *h. e.* secuti. ¶ Passiva significatione *Justin.* l. 7. c. 3. Executo regis imperio. *executed.*

EXSENSUS, a, um, adject. qui est sine sensu, *senseless.* Unde *exsensam mentem* dixit *Nævius* apud *Gell.* l. 19. cap. 7. et *Non.* cap. 4. n. 345. sed non est imitandus.

EXSĔQUENS, entis, qui exsequitur, studiosus. *Gell.* l. 10. cap. 12. Favorinus philosophus, memoriarum veterum exsequentissimus.

EXSEQUĬÆ, arum, f. *a funeral procession, funeral; funeral obsequies or solemnities*, ταφὴ, κῆδος, ἐκφοραὶ, pompa funeris, comitatus eorum, qui ad sepulturam elatum cadaver sequuntur. Hinc *Tacit.* 4. *Hist.* c. 62. Silens agmen, et velut longæ exsequiæ. *Exsequor* etiam comitandi ad sepulcrum significationem habet. *Cic. pro Mil.* c. 13. Clodii cadaver spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa, laudatione. *Id.* 2. *de Legib.* cap. 17. Sepultura et justis exsequiarum carere. *Id. pro Quint.* c. 15. Funus, quo amici conveniunt ad exsequias cohonestandas. *Id. pro Cluent.* c. *ult.* Prosequi exsequias funeris. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 847. Ferre aliquem in exsequias. *to carry out to be buried. Albinov.* el. 1. v. 218. Exsequias alicui reddere. *Curt.* l. 10. c. 5. *Sil.* l. 16. v. 306. et *Plin.* l. 8. c. 42. Ducere exsequias alicui. *to attend, perform. Id.* l. 11. c. 18. comitari. *Liv.* l. 25. cap. 17. celebrare. *Virg.* 7. *Æn.* v. 5. solvere. *Sueton. in Tib.* c. 32. frequentare usque ad rogum. *Justin.* l. 38. *in fin.* et *Ovid.* 1. *ex Ponto*, ep. 9. v. 52. alicui facere regio more. *Id.* 4. *Fast.* v. 849. dare. *Id.* 2. *Fast.* v. 818. parare. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 6. Exsequiis adesse. *Justin.* l. 9. c. 7. Currere ad exsequias. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 48. Mortem alicujus publicis exsequiis frequentare. *Id.* 14. *Ann.* c. 9. Exsequiis vilibus cremare. *Flor.* l. 3. c. 20. Ducum funera imperatoriis exsequiis celebrare. *Plin.* l. 10. c. 43. Funus innumeris exsequiis celebratum. *h. e.* innumero comitatu. ¶ *Ire exsequias*, apud *Ovid.* 2. *Amor.* el. 6. v. 2. et *Sil.* l. 15. v. 395. est ire ad exsequias. *to attend a funeral*: ductum a formula vocandi ad exsequias, cujus maximam partem ita refert *Terent. Phorm.* 5. 8. 37. Exsequias Chremeti quibus est commodum ire, hem, tempus est: ollus effertur.

EXSEQUIĀLIS, le, *funeral*, ἐντάφιος, ad exsequias pertinens. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 430. Carmina jam moriens canit exsequialia cygnus. *Stat.* 11. *Theb.* v. 610. justa exsequialia.

EXSEQUĬOR, aris, dep. 1. exsequias facio. *Varr.* apud *Non.* cap. 2. num. 298. Ipsum propter vix liberti semiatrati exsequiantur.

EXSEQUĬUM, ii, n. idem quod silicernium. *Festus.* V. *Silicernium.*

EXSĔQUOR, *et* Exequor, eris, equutus, *et* ecutus sum, dep. 3. *to follow, pursue*, ἀκολουθέω, ἐπιτελέω, idem quod sequor, vel usque ad finem sequor, subsequor. *Cic.* 2. *Phil.* c. 22. Exsequi fugam alicujus. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 15. Sectam meam exsequutæ, duce me. *Plaut. Epid.* 4. 2. 3. Quæ exanimata exsequitur adspectum tuum. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 12. Cur non omnes fatum illius exsequuti sumus? *Id. de Univ.* c. 2. Æternitatem exsequi. *Liv.* l. 5. c. 40. Suam quisque spem, sua consilia, communibus deploratis, exsequentes. ¶ De iis, qui cadaver ad sepulturam prosequuntur, unde *Exsequiæ. Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 235. Funus exsequuti laute ad sepulcrum. Al. leg. *exsequiati*, ut ad *Exsequior* pertineat. *Massur. Sabin.* apud *Gell.* l. 10. c. 16. Funus tamen exsequi, non est religio. ¶ Absolute *Cic.* vertens *Euripidis* versus *lib. Tuscul.* 1. c. 48. At qui labores morte finisset graves, Hunc omnes amicos laude et lætitia exsequi. ¶ Est etiam persequi. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 4. Cum civitas ob eam rem incitata armis jus suum exsequi conaretur. ¶ Item ulcisci. *to revenge. Sueton. in Cæs.* c. 67. Delicta neque observabat omnia, neque pro modo exsequebatur. *Inscript.* optimæ notæ apud *Murator.* pag. 1043...... Jul. Valerianus frater mortem ejus exsecutus. *Liv.* l. 3. c. 25. *extr.* Deorum hominumque simul violata jura exsequi. e lib. 5. c. 11. publicum privatumque dolorem. *to take part with, mitigate, allay. Plin.* l. 3. ep. 4. injurias accusationibus. ¶ Absolute *Senec.* l. 1. *de Ira*, c. 12. Pater cæditur? defendam: cæsus est? exsequar. ¶ Item pergere, et quasi protelo continuare, et usque ad finem perficere, absolvere rem inchoatam. *to follow up, prosecute, go through, continue, finish. Plaut. Men.* 5. 2. 72. Inceptum hoc itiner perficere exsequar. *Id. Trucul.* 2. 5. 9. Nullam rem oportet dolose aggredi, nisi astute exsequare. *Cic. pro Rab. Post.* c. 2. *extr.* Id est difficile, quod cum magna spe sis ingressus, id non exsequi usque ad extremum. *Liv.* l. 30. c. 4. *a med.* Incepta exsequi. *Tacit. Ann.* 4. c. 29. Retractus exsequi accusationem adigitur. *Liv.* l. 6. c. 14. et l. 9. c. 16. Exsequebantur quærendo, ubi tantæ rei furtum occultaretur. ¶ Item præstare, facere. *to execute, accomplish, perform. Cic.* 9. *Phil.* c. 4. Exsequi mandata. *Terent. Heaut.* 4. 1. 22. imperium. *Tacit. Ann.* 15. c. 53. destinata. *Curt.* l. 4. c. 3. jussa metu mortis. *Id.* l. 3. c. 4. et lib. 10. c. 7. consilium. *Liv.* l. 29. c. 25. ministeria. *Justin.* l. 42. c. 1. Ultionem. *Curt.* l. 3. c. 11. Jubet, quod is imperasset, impigre exsequi. *Plaut. Trin.* 2. 2. 5. Exsequi sermonem cum alio. *to discourse, converse, talk. Cic. de Senect.* c. 10. *extr.* omnia regis officia et munera. *Id. ibid.* c. 9. Quod si ipse exsequi nequeas, possis tamen Scipioni præcipere. et cap. 20. Munus officii exsequi, et tueri. *Terent. Andr.* 1. 5. 24. Quid primum exsequar? tot me impediunt curæ, &c. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 17. Mihi exsequi certa res est hoc, ut abeam hinc ad forum. *Tacit. Ann.* 15. c. 4. Partho ad exsequendas obsidiones nulla audacia. *Curt.* l. 8. c. 6. Occasio exsequendi sceleris. *Cic.* 1. *Offic.* c. 23. In exsequendis negotiis. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 38. Exsequi mortem. *h. e.* sibi consciscere. ¶ Item dicere, exponere, narrare, seu potius sequi, pergere, continuare dicendo. *to relate, tell, explain. Liv.* l. 35. c. 14. Quærenti Africano, quem fuisse maximum crederet, respondisse, &c. quærenti deinde, quem secundum, dixisse, &c. exsequenti, quem tertium, &c. *continuing to ask*, &c. *Cic. Fam.* 11. ep. 27. *a med.* Habeo multa occultiora, quæ vix verbis exsequi possum. *Liv.* l. 27. c. 27. *ad fin.* Multos circa unam rem ambitus fecerim, si quæ de Marcelli morte variant auctores, omnia exsequi velim. *Curt.* l. 7. c. 4. Consilium habes fidele, quod diutius exsequi supervacuum est. *Sueton. in Galb.* c. 3. Imagines et elogia universi generis exsequi, longum est. *Liv.* l. 3. c. 5. *ad fin.* Exsequi subtiliter numerum. *to tell the precise number. Plin.* l. 20. c. 9. laudes brassicæ. *Virg.* 4. *Georg.* v. 1. Protinus aerii mellis cælestia dona Exsequar. *Phædr.* l. 3. fab. 10. v. 59. Hæc exsecutus sum propterea pluribus, Brevitate nimia quoniam quosdam offendimus. *Tacit. Ann.* 3. c. 65. Exsequi sententias haud institui, nisi insignes. *Id.* 4. *Ann.* c. 4. Quod mihi quoque exsequendum reor, quæ tum copia in armis, qui socii reges, &c. *Gell.* l. 2. c. 22. *a med.* Sunt alii venti, quos ipse quoque exsecuturus fui, nisi, &c. *h. e.* recensuissem. ¶ Item cogitando persequi, versare, meditari assequendi causa. *Plin. initio* l. 7. Si quidem exsequi omnia humanus animus queat. *Liv.* l. 35 c. 28. Quem locum ipse capturus esset, cogitando, aut quærendo exsequebatur. ¶ Item subire, ferre, quasi sequendo subjici. *to undergo, suffer, endure. Plaut. Capt.* 2. 1. 1. Si dii voluere, vos hanc ærumnam exsequi, decet id pati æquo animo. *Id. Trin.* 3. 2. 60. Egestatem exsequi. *Id. Trucul.* 2. 5. 8. probrum. ¶ Passive *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 1. leg. 19. Quærebatur, an prioris judicis sententia exsequi posset. *Solin.* c. 17. (*al.* 27.) *extr.* Pardi noti satis, nec latius exsequendi. V. *Exsecutus.*

EXSĔRO, *et* Exero, is, rui, ertum, a. 3. *to thrust, or put forth, draw out*, ἐξείρω, ἐξαίρω, extraho, profero, emitto: ab *ex*, et *sero. Liv.* l. 7. c. 10. Gallus linguam ab irrisu exserens. *Id.* l. 8. c. 9. Manum subter togam ad mentum exserere. *to stretch out. Plin.* l. 9. c. 42. Rana eminentia sub oculis cornicula turbato limo exserit. *Ovid. Metam.* 13. v. 838. cæruleo nitidum caput exsere ponto. *raise or lift up.* et lib. 10. v. 503. creverat infans, Quærebatque viam, quæ se exsereret. *Id.* 3. *Trist.* el. 12. v. 12. herba Exserit e tepida molle cacumen humo. *Lucan.* l. 5. v. 598. Corus ab Oceano caput exserit. et lib. 9. v. 438. Solum raras exserit herbas. *Plin.* l. 9. c. 32. Cochleæ exserentes se domicilio. *Colum.* l. 12. c. 56. Priusquam olusatrum coliculum agat, radicem ejus exserito. *h. e.* evellito. *Id.* l. 8. c. 8. *extr.* Dum vincula exserere conantur. *h. e.* crura e vinculis. ¶ Translate *Plin.* l. 8. ep. 7. Sumam personam magistri, exseramque in librum tuum jus, quod dedisti. *Senec. in Herc. Œt.* v. 255. Secreta mentis ore confuso exserit. *h. e.* expromit. *Phædr.* l. 1. fab. 12. Laudatis utiliora quæ contempseris Sæpe inveniri, hæc exserit narratio. *h. e.* aperit, exponit. Est qui legit *asserit. Ovid.* 1. *Fast.* v. 299. Credibile est, illos pariter vitiisque locisque Altius humanis exseruisse

caput. *h. e.* extulisse. Ita *Sil.* l. 1. v. 29. magnanimis Romam caput urbibus alte Exserere.

EXSERTE, *with a loud and clear voice*, vocem exserendo. *Apul.* l. 1. *Metam.* Exserte clamitans. *Tertull.* l. 2. *ad Uxor.* c. 1. Jam non suadet, sed exserte jubet. *Spartian. in Severo*, c. 3. Tribunatum severissime exsertissimeque agit. *h. e.* exserendo jus omne, et potestatem. Al. hic aliter leg.

EXSERTO, as, avi, atum, a. 1. *to bare, make bare*, frequentativum ab *exsero*. *Stat.* 1. *Theb.* v. 412. tum vero erectus uterque Exsertare humeros, nudamque lacessere pugnam. *h. e.* detracta veste nudare. *Virg.* 3. *Æn.* v. 425. Scyllam ora exsertantem, et naves in saxa trahentem. *h. e.* subinde undis proferentem.

EXSERTUS, *et* Exertus, a, um, *put out or forth, drawn out*, prolatus, extractus, eductus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 496. Aurea subnectens exsertæ cingula mammæ. *h. e.* nudatæ et prominenti. *Plin.* l. 9. c. 27. Exserta per os lingua. *Id.* l. 11. c. 57. sect. 61. *Hard.* Exserti dentes apro, elephanto, &c. *standing out.* *Liv.* l. 8. c. 9. Manus subter togam ad mentum exserta. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 814. Ensibus exsertis bellica læta dea est. *drawn, unsheathed.* *Stat.* 1. *Achill.* v. 346. humeros exsertaque brachia velat. *h. e.* nuda. *Sil.* l. 8. v. 587. Exsertus humero. *h. e.* nudatus. *bare.* Et cum accus. more Græco. *Stat.* 4. *Theb.* v. 235. Exserti ingentes humeros. *naked.* et *Virg.* 11. *Æn.* v. 649. Unum exerta latus pugnæ pharetrata Camilla. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 207. truces exserta manus. ¶ Absolute *Lucan.* l. 2. v. 543. exsertique manus vesana Cethegi. *h. e.* altecincti, brachia humerosque nudatos habentis, et expeditos ad pugnam. *Stat.* 9. *Theb.* v. 681. *de Latona.* sævis ubi quondam exserta sagittis Fecundam lasso Nioben consumpserat arcu. *with her arms bare.* ¶ Translate *Stat.* l. 5. *silv.* 2. v. 38. quod tempus amicum Fraudibus, exserto quænam bona tempora bello. *h. e.* aperto Marti, et signis collatis. *Pacat. in Paneg. ad Theod.* c. 35. Quanto exsertiorem operam navabat tyranno frater. *h. e.* apertiorem, acriorem, impensiorem.

EXSIBILO, *et* Exibilo, as, avi, atum, a. 1. *to hiss*, ἐκσυρίττω, sibilum emitto, more anguium. *Senec.* l. 3. *de ira*, c. 4. Trementia labra, interdumque compressa, et dirum quiddam exsibilantia. ¶ Translate *Petron. in fragm. Tragur.* c. 64. *Burm.* Opposita ad os manu, nescio quid tetrum exsibilavit, quod postea Græcum esse, affirmabat. *Prudent. peristeph.* 2. *de S. Vincent.* v. 174. Cui Prætor ore subdolo Anguina verba exsibilat. ¶ Est etiam sibilis explodere. *to hiss off the stage.* *Cic. sub fin. Parad.* 3. Histrio si paulum se movit extra numerum, exsibilatur et exploditur. Adde *Sueton. in Aug.* c. 45. [¶ Est etiam ventorum sibilo asportare. *Apul.* 5. *Met.* pag. 340. *Oudend.* Confestim præsentiam nostram gravata, propelli et efflari, exsibilarique jusserit. *h. e.* quasi flatu venti et sibilo asportari, nam ultra domum Psyches sorores ejus a Zephyro spirante fuerant asportatæ.]

EXSICCĀTUS, a, um, adject. *dried up*, ξυρανθείς. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 14. Arbores hyemali tempore exsiccatæ. *Q. Cic. ad Tiron. Fam.* 16. ep. 26. Lagenæ furtim exsiccatæ. *emptied, drank.* ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 84. Acutum prudens, et idem sincerum, et solidum, et exsiccatum orationis genus. *h. e.* purgatum, defæcatum, castumque: cui opponitur nova, et quasi de musto ac lacu fervida oratio, *ibid.* c. 83.

EXSICCESCO, is, n. 3. *to grow dry*, aridus fio. *Vitruv.* l. 2. c. 9. Uti per eam exsiccescat stillando succus.

EXSICCO, *et* Exicco, as, avi, atum, a. 1. *to dry up*, omnino sicco, ξυραίνω. *Plin.* l. 28. c. 26. Sulcos insecuti æstus exsiccant. *Gell.* l. 12. c. 5. Cum vulnera ejus a medicis exsiccarentur. ¶ Jocosa translatione ponitur pro exhaurire. *Horat.* l. 1. od. 31. v. 10. Dives aureis mercator exsiccet cululli s vina. *to drain, drink.* ¶ Exsiccare ebrietatem. *Senec.* l. 3. *quæst. natur.* c. 20. *sub fin.* Ebrietas, donec exsiccetur, dementia est.

EXSICO. V. *Exseco.*

EXSIGNĀTUS, a, um, *sealed*, signatus, consignatus, obsignatus. *Liv.* l. 1. c. 20. Pontifici sacra omnia exscripta exsignataque attribuit.

EXSIGNĬFER, ri, m. qui signifer fuit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1159. n. 14. C. Senilio Pervinc. Veter. Exsignifero Leg. III. Italicæ.

EXSIGNO, *et* Exigno, as, a. 1. signo, consigno, obsigno. *Plaut. Trin.* 3. 2. 29. Omnia ego istic quæ dixisti, scio; vel exsignavero. V. Interpretes.

EXSILĬO, *et* Exilio, is, lui, *et* lii, n. 4. *to leap out of or from, spring or bound forth*, ἐκπηδάω, extra salio, prosilio, erumpo, me proripio. *Plaut. Mostell.* 5. 1. 16. Intra limen adstate illic, ut cum extemplo vocem, continuo exsiliatis. *Id. Cas.* 3. 5. 8. Quid est, quod hæc huc timida atque exanimata exsiluit foras? *Id. Amph.* 5. 1. 63. Citus e cunis exsilit. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 98. domo levis exsilit. *Cic.* 4. *Verr.* c. 30. *extr.* Properans de sella exsiluit. *Virg.* 3. *Georg.* v. 433. Anguis stagna colens exsilit in siccum. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 107. turba canum Exsilit ad lituos, pugnasque capessit heriles. *Stat.* 1. *Achill.* v. 522. exsiliunt crines, rigidisque laborat Vitta comis. *h. e.* arriguntur. *Id.* 6. *Theb.* v. 422. gelida non crebrior exsilit Arcto grando. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 35. Exsiluit stratis. et lib. 6. v. 696. Exsiliuntque cavis elisi nubibus ignes. et lib. 12. v. 252. Exsiluere oculi, disjectisque ossibus oris, &c. *were ready to start from his head.* *Stat.* 9. *Theb.* v. 110. Ipse nec ire retro, nec in obvia concitus arma Exsilit. *h. e.* fertur in hostem. et lib. 2. v. 55. fusca volucer deus obsitus umbra Exsilit ad superos. *h. e.* revolat. *Senec. in Herc. Œt.* v. 818. In cælum exsilit arundo. *h. e.* sagitta. *Terent. Heaut.* 4. 1. 44. Illico cognovi, ad te exsilui. *I made the best of my way to you.* *h. e.* properavi. *Plin.* l. 31. c. 10. E medio laci exsiliens fonticulus. *springing.* ¶ Translate *exsilire* dicimur in aliquo vehementiore affectu. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 27. Protinus exsilui, tunicisque a pectore ruptis, &c. *Q. Cic. ad fratrem, Fam.* 16. ep. 16. Tuis litteris perlectis, exsilui gaudio. *I leaped for joy.* ¶ Alterum præteritum *exsilii* legunt quidam apud *Ovid.* 9. *Metam.* v. 314. *Sil.* l. 7. v. 46. &c. sed ubique lectio variat. Itaque *exsilui* tutius, et usitatius.

EXSILIUM, *et* Exilium, ii, n. *escape, flight*, actus exsiliendi, fuga, evitatio. *Plaut. Capt.* 3. 3. 4. Neque exsilium exitio est, neque spes. ¶ Item multo sæpius *banishment from one's native soil*, privatio soli patrii sive ultro subeatur ad pœnam vitandam, vel mutandæ sedis gratia; sive lege et damnatione inferatur: ab *ex*, et *solum*, quasi extra solum, vel ab *exsul*. *Martian. Dig.* lib. 48. tit. 22. leg. 5. Exsilium (*pœnale*) triplex est, aut certorum locorum interdictio; aut lata fuga, ut omnium locorum, præter certum locum; aut relegatio in insulam. *exile.* *Cic. Parad.* 4. *a med.* Sceleratos exsilio afficere. *Id. pro Cæcin.* c. 34. Maleficium exsilio multare. *Id. Catil.* 1. c. 8. Ire, et proficisci in exsilium. et *Catil.* 2. c. 7. Ejicere in exsilium. *Id.* 2. *de Orat.* c. 13. In exsilium pellere. *Plin.* l. 7. c. 30. et *Tacit.* 4. *Ann.* c. 63. agere. *Nep. in Phoc.* c. 2. expellere. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 23. Exsilium irrogare alicui. *Vellei.* l. 2. c. 62. In exsilio vivere. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 32. Esse in exsilio. *Id. Attic.* l. 9. ep. 14. De exsilio reducere. *Liv.* l. 27. c. 34. revocare. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 28. Ab exsilio revocare. *Id.* 6. *Ann.* c. 18. Statuere exsilium in aliquem. *Plaut. Merc.* 5. 2. 106. Exsilio redire. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 71. Viginti annis exsilium tolerare. *Virg.* 2. *Æn.* v. 638. pati. ¶ De loco extra patriam, quem quis ultro eligit, et patriæ præfert, *Curt.* l. 3. cap. 7. Erat in exercitu Sisines Perses, quondam a prætore Ægypti missus ad Philippum: donisque et omni honore cultus, exsilium patria sede mutaverat. ¶ *Exsilii causa solum vertere* est in exsilium proficisci, et dicitur fere de iis, qui metu pœnæ ultro sibi exsilium consciscunt. *Cic.* 5. *Phil.* c. 6. *Liv.* l. 3. cap. 38. *sub fin.* &c. ¶ Translate *Plin.* l. 35. c. 4. Satius fuisset tabulas omnes signaque publicare, quam in villarum exsilia pelli. *confine them, shut them up within the walls of a* villa. ¶ Aliquando dicitur de ipso loco exsilii. *Virg.* 3. *Æn.* v. 4. Diversa exsilia, et desertas quærere terras. *Curt.* l. 6. c. 4. Multa exsilia patere fugienti. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 55. Tutum exsilium orabant. *Id.* 4. *Hist.* c. 44. Octavium, et Antistium egressos exsilium, in easdem insulas redegit. ¶ *Exsilia* pro exsulibus, *Tacit.* 1. *Hist.* c. 2. Plenum exsiliis mare. *of exiles.*

EXSINCERĀTUS, a, um, adject. corruptus, labefactatus. *Plaut. Mostell.* 4. 1. 11. Libet cavere malam rem prius, quam ut meum tergum exsinceratum fiat. *h. e.* verberibus laceratum, fœdatum, corruptum.

EXSINUĀTUS, a, um, expansus. *Paulin. Nolan.* epist. 49. (*al.* 36.) c. 3. Velum exsinuatum in contos suos.

EXSINŬO, as, avi, atum, a. 1. *to unfold*, sinum collectum explico, expando, vel e sinu emitto. *Auson. Edyll.* 14. v. 29. Collectos illa exsinuabat amictus. *Prudent. peristeph.* 4. *de S. Hippol.* v. 222. Qui laterum seriem jugiter exsinuent.

EXSISTO, *et* Existo, is, exstiti, *et* extiti, n. 3. *to come forth or out, proceed, appear*, ἐξέρχομαι, prodeo, appareo, exeo. *Cic.* 6. *Verr.* c. 48. Spelunca infinitæ altitudinis, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exstitisse. *Id.* 1. *de Divin.* c. 33. Equus submersus voraginibus non exstitit. *Id.* 3. *Verr.* c. 37. et *Liv.* l. 25. c. 21. Qui, signo dato, simul omnes e latebris exsisterent. *Id.* l. 39. c. 37. Quid exspectas? an dum ab inferis ille Malleolus exsistat? *Cic.* 1. *de Divin.* c. 45. Vocem ab æde Junonis ex arce exstitisse, ut, &c. *Lucret.* l. 2. v. 870. vivos exsistere vermes Stercore de tetro. *Id. ibid.* v. 213. Sponte sua nequeunt liquidas exsistere in auras. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 34. Quæ a bruma sata sunt, quadragesimo die vix exsistunt. *come up, grow.* *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 27. Ex luxuria exsistat avaritia, necesse est, ex avaritia erumpat audacia. *come, proceed, arise, spring.* *Id. de clar. Orat.* c. 8. Hujus ex uberrimis sermonibus exstiterunt doctissimi viri. *Id. de Amic.* c. 19. Exsistit hoc loco quæstio subdifficilis. *starts up, arises.* *Id. pro Balb.* c. 20. Exsistat ille vir parumper cogitatione vestra, quoniam re non potest. *have existence, be pictured.* ¶ Sæpe ponitur pro *esse*, ita tamen, ut aliquem semper motum adsignificet exeuntis, apparentisve, *to be, exist, become.* *Cic. Fam.* 10. ep. 6. *a med.* Quorum nemo consularis habitus, nisi qui animo exstitit in rempubl. consulari. *Id.* 2. *de Orat.* c. 2. Talem exsistere eloquentiam, qualis fuerit in Crasso, &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 2. His de causis ego huic causæ patronus exstiti. *Id. Attic.* l. 10. ep. 11. *a med.* Exsistere crudelem in aliquem. *Id. pro Rabir. Post.* c. 1. Si exstitisset in rege fides, nihil sapientius Postumo. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 15. Idque in maximis ingeniis exsistit maxime, et apparet facillime. *Id.* 1. *de Divin.* c. 29. *ad fin.* Illa pars animi, in qua irarum exsistit ardor, sedata atque restincta. *Id.* 2. *de Orat.* c. 46. *extr.* Poetam bonum neminem sine inflammatione animorum exsistere posse. *Senec.* ep. 91. Inter placidissima terror exsistit: mala, unde minime exspectabantur, erumpunt. ¶ Particip. *exstaturus.* *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 4. leg. 8. Si diu incertum sit, heres exstaturus, necne sit. Ita *Torrentin.* at *Haloand.* exstiturus. V. *Exsto.*

EXSŎLENS. V. *Exsulans.*

EXSOLESCO, is, n. 3. desuesco: ab *ex*, et *soleo*. *Tertull. de Virg. veland.* c. 17. Ne sic a disciplina velaminis exsolescatis. Al. leg. *exolescatis.*

EXSOLVO, *et* Exolvo, is, olvi, lutum, a. 3. *to loose, unloose, unbind*, ἀπολύω, ἐκλύω, idem quod solvo, aut omnino solvo, dissolvo. *Plaut. Capt.* 2. 3. 37. Properans exsolvi restim. *Lucret.* l. 1. v. 220. Exsolvere nexus. *Plaut. Amph.* 2. 2. 153. cistulam obsignatam. *Stat.* l. 1. silv. 5. v. 53. amictus. *h. e.* exsuere. *to rip open.* *Plaut. Trucul.* 4. 3. 10. Si verum mihi eritis fassæ, vinclis exsolvemini. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 68. Exsolvere pugionem a latere. *Lucret.* l. 6. v. 878. Ignis exsolvit glaciem. *Tacit. Ann.* 15. c. 63. Brachia ferro exsolvere. *h. e.* venas brachiorum incidere. *Lucret.* l. 3. v. 697. Animæ exsolvunt se omnibus e nervis, atque ossibus, articulisque. *scil.* in morte. Sic *Virg.* de Camilla moriente, *Æn.* 11. v. 828. tum frigida toto Paulatim exsolvit se corpore, &c. ¶ Translate est expedire, liberare, *to free, release, rid, deliver.* *Cic. Fam.* 7. ep. 1. *ad fin.* Si me occupationibus relaxaro. nam ut plane exsolvam, non postulo. *Virg.* 4. *Æn.* v. 652. meque his exsolvite curis. *Martial.* l. 6. epigr. 47. Exsolvere se votis virgine porca. *Liv.* l. 24. c. 16. *a med.* et lib. 26. c. 31. *ad fin.* Exsolvere fidem. *to perform, fulfil.* fidem liberare, promissa præstando. *Id.* l. 24. c. 18. jusjurandum. *eod. sensu.* et lib. 3. c. 20. populum religione. et lib. 6. c. 14. *ad fin.* ære alieno aliquem. *Plin.* l. 1. ep. 22. *ad fin.* aliquem solicitudine. *Terent. Hecyr.* 5. 2. 26. Illas errore, et te simul suspicione exsolves. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 39. Exsolvere obsidium. et lib. 14. c. 12. aliquem pœna. *to free from.* et lib. 6. c. 44. *extr.* pudore proditionis. et lib. 12. c. 46. Exsolvi custode. et lib. 13. c. 36. contumelia. *Lucan.* l. 5. v. 259. Exsolvere metus. *h. e.* deponere, abjicere. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 565. Exsolvitque rudem genitrix digressa pudorem. *relieved him from.* ¶ Significat etiam æs alienum dissolvere, satisfacere, *to pay, discharge.* *Cic.* 5. *Verr.* c. 22. Ille vi adductus, tantum decumanis, quantum iste imperavit, exsolvit. *Id. Attic.* 16. ep. 6. Nomina mea, per deos, expedi, exsolve. *Plaut. Men.* 5. 6. 26. Exsolvere pretium. *Liv.* l. 6. c. 14. multiplicem sortem. *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 56. dotem uxori venditis possessionibus. *Plin.* l. 3. ep. 11. æs alienum. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 36. *extr.* legata. ¶ Translate *Liv.* l. et cap. 21. et *Plaut. Amph.* 3. 2. 67. Exsolvere vota Herculi. *to pay his vows.* *Cic.* 3. *Offic.* c. 2. *a med.* De tertio genere se scripsit dicturum, nec exsolvit quod promiserat. *but did not keep his promise.* *Tibull.* l. 4. el. 7. v. 5. promissa. *Liv.* l. 26. c. 40. Civitatum principibus pro cujusque merito præmia pœnasque exsolvere. *to award.* *Id.* l. 28. c. 25. Recte factis alicujus gratiam exsolvere. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 18. beneficia. *h. e.* æquare remunerando. *to requite.* *Stat.* l. 5. *silv. ult.* v. 45. et *Valer. Flacc.* l. 7. v. 284. et *Tacit.* 14. *Ann.* c. 13. grates. *to render, give.* *Valer. Flacc.* l. 5. v. 291. nullos Minyis exsolvet honores. *h. e.* præstabit, reddet. *Tacit.* l. 4. *Hist.* c. 3. Proclivius est injuriæ, quam beneficio vicem exsolvere. *to requite.* *Id.* 1. *Ann.* c. 10. et *Vellei.* l. 2. c. 88. Pœnas morte exsolvere. *to suffer the punishment of death*, luere. ¶ A Poetis interdum metri causa per diæresim disjungitur. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 534. Longamque imprudens exsoluisse famem. *h. e.* jejunium rupisse. *Lucret.* l. 1. v. 809. vita quoque omnis Omnibus e nervis atque ossibus exsoluatur. [¶ Particip. *exsoluturus, exsolvendus* apud *Tacit. Hist.* lib. 1. c. 46. Fiscum suum vacationes annuas exsoluturum promisit. et 3. *Ann.* c. 39. Ipse robur peditum ad exsolvendum obsidium ducit.]

EXSOLŪTE, absolute. *Auct. de casis litter.* pag. 241. *Goes.* Rivus finem exsolute facit.

EXSOLUTĬO, onis, f. *payment*, ut Exsolutio vectigalis, *Scævola Dig.* lib. 20. tit. 1. leg. 31. totius debiti, *Id.* lib. 32. leg. 33. *a med.* ¶ Item liberatio, ut exsolutio contractæ religionis, *Fest.* in *Propudianus.*

EXSOLŪTUS, a, um, *loosed, released*, solutus, expeditus. *Sueton. in Ner.* c. 49. Exsolutus vinculis. *Stat.* l. 1. silv. 6. v. 4. Compede exsoluta. *Tacit.* 13. *Ann.* cap. 15. Venenum exsoluta alvo transmisit. *lax, loose.* ¶ Translate *Id.* 3. *Ann.* c. 28. Exsoluti legis nexus. *h. e.* obscuritates explanatæ. *explained.* *Plin. in Paneg.* c. 79. Exsolutus curis. *freed, liberated.* *Liv.* l. 8. c. 9. *ad fin.* Exsoluti religione animi.

EXSOMNIS, e, adject. insomnis, vigilans, *sleepless*

waking, ἄυπνος. *Virg.* 6. *Æn.* v. 556. *de Tisiphone.* Vestibulum exsomnis servat noctesque diesque. *Vellei.* l. 2. c. 88. Vir sane exsomnis, ubi res vigiliam exigeret, et cap. 127. Animo exsomnis. Adde *Sil.* l. 9. v. 5.

EXSŎNO, *et* Exono, as, ui, itum, n. 1. *to resound,* persono, *Petron. in Satyr.* cap. 19. Omnia mimico risu exsonuerant. Adde c. 109.

EXSORBĔO, *et* Exorbeo, es, bui, a. 2. *to suck or drink up, swallow,* ἐκῥοφέω, sorbendo exhaurio. *Plin.* l. 28. c. 2. Ut quisque ova exsorbuerit. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 145. *de strigibus.* Pectoraque exsorbent avidis infantia linguis. *Apul. in Apolog.* Continuatio litterati laboris habitudinem tenuat, succum exsorbet. *drains, consumes.* ¶ Translate *Plaut. Bacch.* 4. 8. 28. Illorum ego animam amborum exsorbebo. *h. e.* extraham, illos occidam. *Cic. de Harusp. resp.* c. 27. Quantas iste Byzantiorum prædas exsorbuit. *h. e.* devoravit. *Id. Phil.* 2. cap. 29. Gustaras civilem sanguinem, vel potius exsorbueras. *Id. pro Mur.* c. 9. Multorum stultitiam perpessus est, arrogantiam pertulit, difficultates exsorbuit. *h. e.* tulit, toleravit. *Turpil.* apud *Non.* c. 2. n. 264. Jam ego istam tibi tristitiam exsorbebo. *h. e.* eximam. ¶ Obsceno sensu. *Juvenal.* sat. 10. v. 223.

EXSORDESCO, *et* Exordesco, is, ui, n. 3. valde sordesco, in sordibus jaceo. *Gell.* l. 9. c. 2. Nomen philosophiæ illustrissimum in hominibus deterrimis exsordescere.

EXSORS, *et* Exors, ortis, *given by choice, extraordinary,* qui est extra sortem, qui sorti non committitur, ἄκληρος. *Virg.* 8. *Æn.* v. 551. Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arva: Ducunt exsortem Æneæ. *h. e.* electum de industria, non qui sorte ei contigerit. *Id.* l. 5. v. 534. exsortem ducere honorem. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 340. exsortia terga Laconi Præcipiunt pecudum. ¶ Item non particeps, expers. *having no share in, free from, deprived of. Liv.* l. 23. c. 10. Exsors amicitiæ et fœderis. *Id.* l. 22. c. 44. Omnis culpæ exsors. *Plin.* l. 5. cap. 8. Matrimoniorum exsortes. *Virg.* 6. *Æn.* v. 428. Dulcis vitæ exsortes. *Tacit. Ann.* 6. c. 10. Ne feminæ quidem exsortes periculi. *Horat. in Ar. Poet.* v. 304. fungar vice cotis, acutum Reddere quæ ferrum valet exsors ipsa secandi. *incapable of cutting.* ¶ Cum dativo. *Sidon.* l. 8. ep. 12. *sub fin.* Hospitem meum conflictui huic facies exsortem.

EXSORTĬUM, ii, n. privatio sortis, seu hereditatis. *Apul. de Deo Socrat.* Incerta vacatione, ceu quodam exsortio punitur. Al. aliter leg.

EXSPARGO. V. *Exspergo.*

EXSPATĬOR, *et* Expatior, aris, atus sum, dep. 1. *to walk, wander, or stray abroad, roam or wander up and down at pleasure,* παρεκβαίνω, extra spatium vagor, excurro, evagor. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 202. Exspatiantur equi, nulloque inhibente, per auras Ignotæ regionis eunt. *rush out, wander from their course. Id. Metam.* 15. v. 453. Ne oblitis ad metam tendere longe Exspatiemur equis. *go out of the way, range at large, expatiate.* et l. 1. v. 285. Exspatiata ruunt per apertos flumina campos. *Sil.* l. 17. v. 95. Ignes exspatiantur in auras. *Plin.* l. 16. c. 30. Arbores latissima umbra exspatiantes. *spreading over a large space.* et lib. 3. c. 5. *post med.* Exspatiantia tecta. ¶ Translate *Quintil.* l. 2. c. 16. Finis non erit, si exspatiari parte in hac, et indulgere voluptati velim. *enlarge on this head.* et c. 10. Poetica themata juvenibus pertractare permittemus, ut expatientur, et gaudeant materia.

EXSPECTABĬLIS, le, qui exspectatur. *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 16. Nomen Iesu non tam exspectabile apud Judæos. Quidam addunt *Tacit. Ann.* 16. c. 21. ubi al. leg. *expetibilis.*

EXSPECTĀMEN. V. *Aspectamen.*

EXSPECTATĬO, onis, f. *an expecting, expectation,* προσδοκία, ὑπομονὴ, actus exspectandi. *Cic. pro Rab.* c. 5. Harum rerum non solum eventus, sed etiam exspectatio indigna cive R. est. *Id. in Bruto,* c. 76. *extr.* Præteritorum recordatio est acerba, et acerbior exspectatio reliquorum. *Id. Attic.* l. 8. ep. 5. Pendeo animi exspectatione Corfiniensi, in qua de salute reipubl. decernitur. *Curt.* l. 4. c. 12. *ad fin.* Macedones sive alacritate, sive tædio expectationis, &c. *Liv.* l. 5. c. 19. Profectus cum exercitu expectatione hominum majore, quam spe. *Hirt. de B. Afric.* c. 14. Cum utrinque exspectatio fieret, neque Cæsar se moveret. *h. e.* cum utrinque acies exspectarent. *Id.* l. 8. *B. Gall.* c. 9. Sive certaminis periculo, sive exspectatione nostri consilii, copias instruunt. *Curt.* l. 4. c. 10. Multiplici exspectatione commotus. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 40. Contra omnium exspectationem. *contrary to the expectation of all. Cic.* 2. *de Orat.* c. 70. Præter exspectationem. *unexpectedly. Id. Agrar.* 2. c. 25. Suspensum et incertum obscura spe, et cæca exspectatione pendere. *Id. ad Attic.* l. 3. ep. 13. Plenus sum exspectatione de Pompeio, quidnam, &c. *Id.* 2. *de Orat.* c. 71. Exspectationibus decipiendis risus movetur. *Plaut. Mil.* 4. 6. 64. Vide ne sis exspectationi. *take care that you are not waited for.* ¶ Sæpe in bonam partem accipitur, quando scilicet cum desiderio, aut spe alicujus boni conjuncta est: tum active, tum passive. *Nep. in Alcib.* c. 6. Tanta fuit exspectatio visendi Alcibiadis, ut, &c. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 14. Quantam tu mihi moves exspectationem de sermone Bibuli! *how greatly I desire to learn.* &c. et ep. 12. Quantam mihi exspectationem dedisti convivii istius! et l. 1. ep. 4. Crebras exspectationes nobis tui commoves. *Id.* 2. *de Orat.* c. 18. Major me exspectatio tenet, quibusnam rationibus ea tanta vis compararetur. *Id.* 3. *Offic.* c. 2. Sustines enim non parvam exspectationem imitandæ industriæ nostræ, magnam honorum, nonnullam fortasse nominis. *you are under no small obligation to,* &c. *Id. Fam.* 2. ep. 1. Tanta est exspectatio vel animi, vel ingenii tui, ut ego te obsecrare non dubitem, sic ad nos conformatus revertare, ut quam exspectationem tui concitasti, hanc sustinere tuerique possis. *maintain, verify. Id.* l. 1. *de Orat.* c. 47. Ea si paulo latius dixeris, expleris omnem exspectationem desiderii nostri. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 17. Adducere quempiam in summam exspectationem. *Id.* 4. *Acad.* c. 4. Facere magnam exspectationem sui. *Id. Attic.* l. 3. ep. 18. Afferre alicui magnam exspectationem. et ep. 15. *ante med.* Varronis sermo facit exspectationem Cæsaris. *h. e.* facit, ut de Cæsare bene speremus. *Sueton. in Cæs.* c. 42. Novarum tabularum exspectatione dejecta. ¶ *Esse in exspectatione* active est exspectare. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 4. Sum in exspectatione omnium rerum, quid in Gallia, quid in urbe geratur. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 17. Magna esse in spe atque exspectatione. ¶ Passive est exspectari. *Cic. ad Pompei.* 2. *post* ep. 11. l. 8. *ad Attic. a med.* Cum res in summa exspectatione esset. ¶ Sic *habere exspectationem* dicitur et res quæ exspectatur, et is qui exspectat. *Cic. Fam.* 5. ep. 12. *a med.* Viri excellentis ancipites casus habent admirationem, exspectationem, lætitiam, &c. *Id. Attic.* l. 7. ep. 16. Nunc has exspectationes habemus duas: unam, quid Cæsar acturus sit, alteram quid Pompeius agat. ¶ Inter spem et exspectationem hoc interest, inquit *Donat. ad Terent. Eun.* 1. 2. 115. quod exspectatio certorum est, spes incertorum: exspectatio propinquarum rerum, spes longinquarum: exspectatio destinat tempus, spes non destinat.

EXSPECTĀTOR, oris, m. *a spectator,* spectator. Nam et *exspecto* pro *specto* reperitur. *Paulin. Nolan.* ep. 6. (*al.* 42.) c. 3. Fructus, quo pascuntur oculi temporalium exspectatores. et ep. 31. (*al.* 11.) c. 5. *extr.* Illico inter exspectatores suos redivivus incessit. Ita utroque loco MSS. et editi nonnulli. Al. *spectatores. Senec. in Med.* v. 28. Spectat hoc nostri sator Sol generis! exspectator et curru insidens, &c. Ita in Cod. MSS. apud nos: alii aliter. Apud *Augustin.* quoque in MSS. non semel *exspectator* pro *spectator* legi, testantur nonnulli Critici.

EXSPECTĀTRIX, icis, f. quæ exspectat. *Tertull. advers. Marcion.* lib. 4. cap. 16. Proinde patientiam docet vindictæ exspectatricem.

EXSPECTĀTUS, *et* Expectatus, a, um, *expected,* προσδεδοκημένος. *Ovid. de nuce,* v. 120. Non exspectata cum venit imber aqua. *unexpected. Curt.* l. 8. c. 9. Exspectatam mortem pro dedecore vitæ habent. ¶ Item exoptatus, quæsitus, *wished or longed for, desired,* ἐλπισθεὶς. *Virg.* 2. *Æn.* v. 282. quibus Hector ab oris Exspectate venis? *Liv.* l. 26. c. 40. Consul in Siciliam, veteribus novisque sociis exspectatus, cum venisset. *Cic. Fam.* 16. ep. 17. Carus omnibus exspectatusque venies. *Id. Attic.* l. 4. ep. 4. Mihi tuum adventum suavissimum exspectatissimumque esse. *Id. Fam.* 10. ep. 5. Ut ad me mihi exspectatissimæ litteræ perferrentur. *Id. de Senect.* c. 19. Fratres tui exspectati ad altissimam dignitatem. *Plaut. Mostell.* 2. 2. 12. Nimio ille potuit exspectatior venire, qui te nunciaret mortuum. *Catull.* carm. 61. *nuptiali,* v. 2. Diu exspectatus. *looked for. Valer. Flacc.* l. 4. v. 437. longum exspectatus. ¶ In illo *Terent. Adelph.* 1. 2. 29. Ubi te exspectatum ejecisset foras. *exspectatum* est odiosum, gravem, et cujus mors exspectatur. ¶ *Exspectata* absolute sunt res exspectatæ. *Vellei.* l. 2. c. 75. Sperare aut timere contraria exspectatis. ¶ Exspectato maturius. *sooner than is expected. Id.* l. 2. c. 123. Ille ad patrem patriæ exspectato revolavit maturius. ¶ *Ante exspectatum,* eodem sensu. *unexpectedly. Virg.* 3. *Georg.* v. 348. et hosti Ante exspectatum positis stat in agmine castris. Adde *Ovid.* 4. *Metam.* v. 789. et l. 8. v. 5. ¶ *Non exspectato,* adverbii ritu, idem. *Sil.* l. 16. v. 500. Non exspectato, subitusque erumpit.

EXSPECTO, *et* Expecto, as, avi, atum, a. 1. *to look for, wait for,* ἐφοράω, προσδοκάω, præstolor: ab *ex,* et *specto,* quia dum aliquid exspectamus, sæpe aspicimus. *Plin.* l. 9. c. 35. *ad fin.* et *Curt.* l. 10. c. 2. Exspectante Antonio quidnam esset actura. *waiting to see. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 9. et l. 2. *B. Civ.* c. 34. Paludem si nostri transirent, hostes exspectabant. et l. 3. c. 24. Quid hostes consilii caperent, exspectabat. *Terent. Andr.* 1. 1. 7. Exspecto, quid velis. *I am waiting your pleasure. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 6. Neque exspectant, ut de eorum imperio ad populum referatur. *Id.* l. 4. *B. Gall.* c. 13. et *Cic.* 4. *Acad.* c. 7. Exspectare dum hostium copiæ augerentur, summæ dementiæ esse judicabat. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 28. Ne utile quidem est, quin mox judicium fiat, exspectare. *h. e.* differre. *Trajan. ad Plin.* l. 10. *ep. ult.* Si exspectasses, donec me consuleres. *Propert.* l. 2. el. 22. v. 13. Hæc te non meritum totas exspectat in horas. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 83. Exspectare ad mediam noctem. *Cic. Attic.* l. 7. *ep. ult.* diem ex die. et l. 2. ep. 21. transitum tempestatis. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 9. adventum hostium. et l. 7. c. 49. eventum pugnæ. et lib. 1. *B. Civ.* cap. 5. responsum suis postulatis. ¶ Dicitur etiam *exspecto te, ut hoc facias,* pro *exspecto, ut tu hoc facias. Liv.* l. 42. c. 40. Exspectari nos arbitror, ut respondeamus litteris tuis. ¶ *Exspectato* ablat. absol. *Tacit.* 11. *Ann.* c. 26. Nec ultra exspectato, quam dum &c. Adde 12. *Ann.* c. 7. ¶ Aliquando timorem includit. *to apprehend, fear. Cæs. initio* l. 6. *B. Gall.* et l. 7. c. 43. Multis de causis majorem Galliæ motum exspectans. *Terent. Phorm.* 1. 4. 16. Nescio quod magnum hoc nuntio exspecto malum. *Id. Hecyr.* 3. 4. 8. Semper mortem exspectabam miser. *Lucan.* l. 5. v 671. Dum metuar semper, terraque exspecter ab omni. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 12. Quo dedecus majus a philosopho nullum exspecto. ¶ Sæpe spem ac desiderium. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 85. Romani si rem obtinuerint, finem laborum omnium exspectant. *Terent. Phorm.* 1. 3. 9. Dum exspecto, quam mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem. ¶ Hinc sæpe ponitur pro cupere. *to long for, hope or wish for, desire. Terent. Adelph.* 5. 4. 20. Illum, ut vivat, optant; meam autem mortem exspectant scilicet. (Jocus in ambiguo est in illo apud *Quintil.* l. 9. c. 3. Cum Proculus quereretur de filio, quod is mortem suam exspectaret; et ille dixisset, se vero non exspectare: imo, inquit, rogo, exspectes.) *Id. Phorm.* 5. 8. 36. Quid mihi affers, quamobrem exspectem, aut sperem, porro non fore? *Cic.* 14. *Phil.* c. 1. Avidissime exspectare aliquid. *Id. ad Planc. in fin.* l. 16. *ad Attic.* Cum magna spe exspectare. ¶ Videtur inesse discrimen aliquod inter *exspectare,* et *optare.* Nam qui exspectat, optat quidem, nihil tamen facit, quo potiatur: at qui optat, magis anxius est. *Senec.* l. 5. *de benef.* c. 17. Quis non patri suo supremum diem, ut innocens sit, optat; ut moderatus, exspectat; ut pius, cogitat? ¶ Eleganter *exspectare* dicitur, qui beneficium sperat ab aliquo. *Cic. Fam.* 11. ep. 5. A te hoc civitas, vel omnes potius gentes non exspectant solum, sed etiam postulant. *Id. Fam.* 3. ep. 10. Omnia volo a me et postules, et exspectes: vincam meis officiis cogitationes tuas. et ep. 12. *ad fin.* Dixi Servilio, ut omnia a me majora exspectaret. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 28. His pauca ad spem largitionis addit, quæ ab sua liberalitate exspectare deberent. ¶ Item illud, quod imminet, aut futurum est: quo sensu etiam *maneo* adhibetur. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 57. seu me tranquilla senectus Exspectat, seu mors atris circumvolat alis. ¶ Item quæ requirunt, aut indigent. *Virg.* 2. *Georg.* v. 21. Silvarumque aliæ pressos propaginis arcus Exspectant. et vers. 420. non ulla est oleis cultura, neque illæ Procurvam exspectant falcem, rastrosque tenaces. ¶ Metonymice est morari, otiosum esse, tempus terere. *Virg.* 4. *Æn.* v. 224. Dardaniumque ducem, Tyria Carthagine qui nunc Exspectat, fatisque datas non respicit urbes, Alloquere. ¶ Pro simplici specto. *Stat.* l. 5. *silv.* 2. v. 21. qualis per jugera Circi Cum pulcher visu, titulis generosus avitis Exspectatur equus, &c. Illum omnes acuunt plausus, &c. *Plaut. Aulul.* 4. 8. 6. Multo prius me collocavi in arborem, indeque exspectabam, ubi aurum abstrudebat senex. Al. leg. *spectabam,* vel *aspectabam. Petron. in Satyr.* c. 17. Attoniti exspectavimus lacrimas ad ostentationem doloris paratas. Al. leg. *spectavimus.* Adde *Paul. Dig.* l. 41. tit. 1. leg. 26. ubi edidit *Torrentin.* exspectaretur, *Haloander* spectaretur. Huc pertinere videtur et illud *Ovid. Metam.* 14. v. 417. Et frustra conjux oculis animoque Canentis Exspectatus erat. ¶ Quidam hoc sensu scribunt *especto* in locis Plauti, et Petron. allatis. [¶ Particip. *exspectaturus, exspectandus* apud *Liv.* l. 36. c. 43. Classis ibi aptius exspectatura hostem. *Cels.* l. 2. c. 10. Exspectanda ergo remissio est.]

EXSPERGO, *et* Expergo, is, ersi, ersum, a. 3. *to sprinkle,* aspergo, madefacio. V. vocem sequent. ¶ Item dispergo, dissipo, spargo. *Lucret.* l. 3. v. 828. Exspergi quo possit vis animai. *h. e.* dilatari, diffundi. ¶ Legitur etiam *exspargo,* seu *expargo. Id.* l. 5. v. 371. Nec porro natura loci, spatiumque profundi Deficit, exspargi quo possint mœnia mundi.

EXSPERSUS, a, um, *sprinkled, besprinkled,* conspersus. *Virg. Æn.* 3. v. 625. sanieque exspersa natarent Limina. Ubi *Serv.* Hæc fuit vera lectio, idest madefacta. nam si *aspersa* dixeris, idest inrorata, Tapinosis, et Hyperbole junguntur.

EXSPES, *et* Expes, adject. *without hope, hopeless, desperate,* ἀνέλπιστος, extra spem positus, desperatus. *Horat. de ar. poet.* v. 20. si fractis enatat exspes Navibus. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 217. Solus, inops, exspes. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 24. Ubi exspes vitæ fuit. *Accius* apud *Non.* c. 1. n. 39. Ille orbus, exspes liberum. ¶ In obliquis casibus exempla nondum vidimus.

EXSPIRATĬO, onis, f. *a breathing out,* ἐκπνευσις, actus exspirandi. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 33. Terræ exspirationibus aer alitur. *exhalations.*

EXSPIRĀTUS, a, um, *breathed out,* spirando emissus. *Hirt. de B. Afric.* c. 88. Anima nondum exspirata.

EXSPĪRO, *et* Expiro, as, avi, atum, a. 1. *to breathe out, expire,* ἐκπνέω, spiritum emitto. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 178. Exspirans animam pulmonibus æger agebat. *Ovid.* 3.

Metam. v. 120. exspirat, modo quas acceperat, auras. *breathes out his latest breath.* et lib. 5. v. 106. medios animam exspirat in ignes. *Virg. Æn.* 1. v. 48. Exspirare flammas pectore. *Lucret.* l. 2. v. 354. Sanguinis exspirans calidum de pector ctlumen. et lib. 4. v. 121. Exspirare acrem de corpore odorem. *Plin.* l. 9. c. 35. *a med.* Uniones senescere, coloremque exspirare. *Sil.* l. 9. v. 284. unda freti fundo emota minaces Exspirat per saxa sonos. *Stat.* l. 5. silva 2. v. 70. nescia falcis Silva comas tollit, fructumque exspirat in umbras. *h. e.* luxurians exit in frondes umbrosas pro fructu. ¶ *Exspirare* absolute, *to breathe out his life, expire, die.* *Plin.* l. 7. c. 45. *a med.* Destinatio exspirandi, et quatridui inedia major pars mortis in corpus recepta. *of dying.* et *Liv.* l. 2. c. 20. Inter primam curationem exspiravit. *Id.* l. 28. c. 19. Exspirare inter verbera et vincula. *Curt.* l. 9. c. 8. *a med.* Barbari veneno tinxerant gladios: itaque saucii subinde exspirabant. *Virg.* 10. *Æn.* v. 731. atram Tundit humum exspirans. ¶ Translate *Plin. in Paneg.* c. 57. Libertate jam exspirante. ¶ Passive impersonaliter. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 67. *Hard.* Quoniam membrana cerebri incisa, statim exspiretur. ¶ Significat etiam spirando exire, *to pass off in breath, smoke or vapour.* *Lucil.* apud *Non. loc. cit.* Distento corpore exspiret vis. *Lucret.* l. 6. v. 886. exspirare foras, exireque in auras. et vers. 639. per fauces montis ut Ætnæ Exspirent ignes interdum turbine tanto. *Id.* l. 3. v. 720. cadavere rancenti jam viscere vermes Exspirant. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 299. Vis fera ventorum, cæcis inclusa cavernis, Exspirare aliqua cupiens. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 493. patriique exspirat Averni Halitus. *Plin.* l. 13. c. 3. Unguenta illico exspirant. *evaporate.* ¶ Translate *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 194. Iræ pectoris exspirantes. Al. aliter leg. ¶ Apud JCtos *exspirare* dicuntur, quæ finiuntur, solvunturve. *Martian. Dig.* lib. 48. tit. 17. leg. 1. *extr.* Criminis causa exspirat. *Paul.* lib. 45. tit. 1. leg. 58. Prior obligatio exspirat. *Ulpian.* lib. 24. tit. 3. leg. 19. Redintegrato matrimonio, judicium exspirat. [¶ Particip. *exspiraturus* apud *Liv.* l. et c. 28. Si ego morerer, mecum exspiratura respublica erat.]

EXSPISSĀTUS, a, um, *thickened,* ut Exspissatum lac, *Plin.* l. 20. c. 7. ubi alii plerique leg. *spissatum.*

EXSPISSO, as, avi, atum, a. 1. spissum facio, *to thicken, inspissate,* πυκνόω. *Plin.* l. 25. c. 13. Necat, sanguinem exspissando. Al. leg. *spissando.*

EXSPLENDĔO, es, ui, n. 2. et

EXSPLENDESCO, *et* Explendesco, is, endui, n. 3. *to shine forth, grow bright, glitter,* valde splendesco. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 23. Ignis, qui exsplendescat, nec exsiliat. ¶ Translate *Nepos in Attic.* c. 1. Clarius explendescebat, quam generosi condiscipuli æquo animo ferre possent. *became eminent.* *Sueton. in Tito,* c. 3. In puero statim animi dotes exsplenduerunt.

EXSPOLIĀTĬO, onis, f. *a spoiling, plundering,* actus exspoliandi. *Augustin.* l. 20. *de Civit. Dei,* c. 8. *extr.*

EXSPOLĬO, *et* Expolio, as, avi, atum, a. 1. idem ac spolio, seu omnino spolio, *to spoil, rob, strip, plunder,* σκυλεύω. *Cic.* l. 10. *Attic.* ep. 1. Exspoliare aliquem provincia et exercitu. *Sallust. in Catil.* c. 50. Exspoliare fana atque domos. *Cic. pro Deiot.* c. 9. Auctionatus est, seseque exspoliare maluit, quam tibi pecuniam non subministrare. *be reduced to beggary.* *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 50. Omni honore et dignitate exspoliare aliquem. *to strip, deprive.* *Ovid.* 13. *Metam.* v. 561. digitos in perfida lumina condit, Exspoliatque genas oculis. ¶ Deponentis forma, *Claud. Quadrigar.* apud *Non.* c. 7. n. 100. Ita per sexennium agrum Campanum exspoliabantur. *Vetus Poeta* apud *Donat. de Barbar.* pag. 1769. *Putsch.* Exspoliantur eos, et corpora nuda relinquunt.

EXSPUĬTĬO, onis, f. *a spitting out,* ut Exspuitio sanguinis, *Plin.* l. 23. c. 1. *ante med.*

EXSPŪMO, *et* Expumo, as, avi, atum, n. 1. *to froth, foam,* ἐξαφρίζομαι, spumando emano. *Cels.* l. 6. c. 7. sect. 8. Donec inde humor aliquis exspumet.

EXSPŬO, *et* Expuo, is, ui, utum, a. 3. *to spit out, spit,* ἐκπτύω, salivam, vel aliud quidpiam ore emitto. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 3. *ad fin.* Cum ille gustasset, et exspuisset. *Plin.* l. 30. c. 2. Exspuere in mare fas non putant. *Id.* l. 14. c. 22. Non respirasse in hauriendo, neque exspuisse. *Id.* l. 7. c. 23. Exspuit linguam in os tyranni. et lib. 35. c. 16. Prosunt sanguinem exspuentibus. *Scribon. Larg. compos.* 194. Ab ore sanguinem exspuere. ¶ Translate est emittere, ejicere. *Plin.* l. 16. c. 10. Tædæ carbonem repente exspuunt cum eruptionis crepitu. *Id.* l. 9. c. 36. Purpuras cum testa vivas frangunt, ita demum rorem eum exspuentes. et lib. 2. c. 98. Circa Messanam fimo similia exspuuntur in litus purgamenta. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 154. Quænam te genuit sola sub rupe leæna? Quod mare conceptum spumantibus exspuit undis? *vomited forth, spewed up.* *Plin.* l. 30. c. 6. Argentum vivum optime purgat aurum, ceteras ejus sordes exspuens crebro jactatu. ¶ Parum concinnæ translationes videntur, tametsi frequentes sunt, *Terentii in Eun.* 3. 1. 16. Illam ubi exspueret miseriam ex animo. *to throw off.* et *Lucretii* l. 2. v. 1038. Desine quapropter, novitate exterritus ipsa, Exspuere ex animo rationem; sed magis acri Judicio perpende. et *Senecæ in fi.* l. 3. *de Ira.* Jam ipsum spiritum exspuimus, interim dum trahimus. et *Valer. Flacc.* l. 3. v. 107. purpuream singultibus exspuit auram. et *Seneca in Thyeste,* v. 245. Ferro peremptus spiritum inimicum exspuat. Adde in *Herc. Œt.* v. 1469. et in *Troad.* v. 1169. ¶ Neque imitanda est illa *Plauti* abusio, *Pseud.* 1. 1. 73. Pumiceos oculos habeo: non queo lacrimam exorare ut exspuant unam modo.

[* EXSPŪTUS, a, um, particip. sputo emissus, sed translate apud *Sidon.* l. 1. ep. 7. *sub fin.* In insulam conjectus est, ubi usque ad inimicorum dolorem devenustatus, et a rebus humanis veluti vomitu fortunæ nauseantis exsputus vitam trahit, uncum et laqueum per horas turbulenti carnificis horrescens.]

EXSTANS, *et* Extans, antis, *standing out, raised, elevated,* ἐξέχων, extra stans, eminens. *Virg.* 6. *Æn.* v. 668. humeris exstans suspicit altis. *Ovid. in. Halieut.* v. 235. signis exstantibus asper crater. *embossed.* *Stat.* 9. *Theb.* v. 455. Amnis super ripas utroque exstantior ibat Aggere. *rising higher.* *Plin.* l. 17. c. 14. *ad fin.* Duos digitos exstans. *Id.* l. 6. c. 22. *ad fin.* Ædificia modice ab humo exstantia. *rising, elevated.* *Gell.* l. 19. c. 13. Brevi atque humili corpore homines, paulum supra terram exstantes. *Plin.* l. 35. c. 11. Magna prorsus arte in æquo exstantia ostendens, et in confracto solida omnia. *the parts that stand out.* ¶ Item qui durat, superstes. *Id. ibid.* c. 4. Hodieque pulcris ejus operibus Veronæ exstantibus.

EXSTANTĬA, *vel* Extantia, æ, f. ἐξοχή, prominentia, *a standing out or up.* *Colum.* l. 5. c. 5. *circa med.* Capita sine ulla exstantia neque aratro, neque bubus obnoxia. *Cœl. Aurelian. Tard.* 1. c. 5. Ventris exstantia. *a swelling.*

EXSTERNĀTUS, a, um, adject. consternatus, *terrified, frightened.* *Ovid.* 11. *Metam.* v. 77. Exsternata fugam frustra tentabat. [† Adde *Metam.* 1. 641.] *Id. in Ibin,* v. 432. Exsternati equi. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 164. Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris, Exsternata malo?

EXSTERNO, *et* Externo, as, avi, atum, a. 1. præ consternatione dementem facio, *to terrify.* *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 71. Ah miseram, assiduis quam luctibus exsternavit Spinosas Erycina serens in pectore curas! ¶ Pro externum facere, seu exheredare. *Apul. in Apolog.* Filiam Rufini heredem non reliquit, &c. ut intelligeretur potius externare, quam oblitus præteriisse. Al. leg. *extraneasse.* In hac significatione est ab *extra,* et scribendum est sine *s.* Quamquam et in priore *s* omitti potest, si non a *sterno,* sed ab *externus* ducatur, ut significet externum, et alienatum a mente reddere.

EXSTILLO, *et* Extillo, as, avi, atum, n. 1. *to drop out, trickle down,* ἐκσταλάζω, guttatim defluo. *Colum.* l. 12. c. 48. Atque omnem amurcam exstillare. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 29. Sinapi, oculi ut exstillent, facit. *Terent. Phorm.* 5. 7. 82. Exstillare lacrimis. *to melt into tears.*

EXSTIMULĀTOR, oris, m. *an inciter,* qui exstimulat, et excitat, ut Acerrimus exstimulator rebellionis, *Tacit.* l. 3. *Ann.* c. 40.

EXSTIMULĀTUS, a, um, *stimulated, incited,* valde stimulatus, κεντηθείς. *Plin.* l. 9. c. 37. Aculeo exstimulatus. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 165. Tigris exstimulata fame.

EXSTIMŬLO, *et* Extimulo, as, avi, atum, a. 1. *to stimulate greatly, incite, spur on,* κεντέω, valde stimulo, pungo, incito. *Colum.* l. 6. c. 27. Id præcipue armentum libidinis exstimulatur furiis. *is goaded on.* *Sil.* l. 1. v. 32. Corda exstimulare furore bellandi. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 588. His solita est dictis exstimulare virum. *Id.* 3. *Trist.* el. 2. v. 29. Exstimulare fata cessantia. *h. e.* facere ut mors cito sequatur. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 65. Exstimulare milites, et impellere in eversionem. *Id. Ann.* 15. c. 50. animum.

EXSTINCTĬO, onis, f. *a putting out, extinction,* ἀπόσβεσις, actus exstinguendi. *Cic.* 1. *Tusoul.* c. *ult.* Supremus ille dies non exstinctionem, sed commutationem affert loci.

EXSTINCTOR, oris, m. *an extinguisher, destroyer,* σβεστήρ, qui exstinguit. *Cic. in Pison.* c. 11. *extr.* Prope a meis ædibus sedebas, non exstinctor, sed auctor incendii. *Justin.* l. 16. c. 1. Cassander exstinctor regiæ domus. ¶ Translate *Cic. pro Dom.* c. 38. Non exstinctor conjurationis, sed auctor et dux. *Id. de Harusp. resp.* c. 23. Exstinctor belli. *Id. pro Sull.* c. 31. Exstinctor patriæ. *h. e.* eversor.

EXSTINCTUS, us, m. exstinctio. In sexto casu singulari. *Plin.* l. 7. c. 5. Cum plerumque abortus causa fiat odor a lucernarum exstinctu.

EXSTINCTUS, *et* Extinctus, a, um, *put out, extinguished,* ἀποσβεσθείς, ad lumen, ignemve refertur. *Cic. Fam.* 4. ep. 3. Exstinctum lumen. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 9. Refrigeratus et exstinctus calor. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 425. Exstinctus cinis. et lib. 2. v. 712. Exstincti ignes. et 1. *Trist.* el. 3. v. 44. foci. *Plin.* l. 28. c. 7. *a med.* Carbo in sanguine exstinctus. *Vitruv.* l. 2. c. 5. Calx exstincta. *slacked or slaked.* ¶ Item ad vitam. *Cic. de clar. Orat.* c. 1. Vir egregius alienissimo reipubl. tempore exstinctus. *cut off.* *Virg. Ecl.* 5. v. 20. Exstinctus crudeli funere Daphnis. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 14. Exstinctus amabitur idem. *Plin.* l. 35. c. 4. Extinctus nuper in longa senecta. *Id.* l. 9. c. 8. Exstinctus morbo. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 7. subita morte. *Sallust. in Jug.* c. 100. et *Tacit.* 4. *Ann.* c. 33. Familiæ exstinctæ. *extinct.* *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 9. *extr.* Exstinctis enumerare aliquem. ¶ Item ad alia. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 569. Exstincta sitis. *Liv.* l. 23. c. 45. spes. *Cic. de Amic.* c. 21. amicitia. *Id. pro Cœl.* c. 25. consuetudo. *Id. ibid.* c. 30. Memoria non exstincta, sed repressa vetustate. *Plin.* l. 34. c. 2. Exstincta artis auctoritas. *Cic. de clar. Orat.* c. 96. vox. *Id.* 3. *de Orat.* c. 1. virtus. *Id. pro Dom.* c. 35. Exstinctum maledictum crudelitatis. *Id.* 3. *Offic.* c. 1. Exstinctus Senatus, deleta judicia. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 60. *ad fin.* Rumores exstincti de auxiliis legionum. *Plin.* l. 7. c. 26. Exstinctum bellum civile. *suppressed.* *Virg.* 4. *Æn.* v. 322. Exstinctus pudor. *Petron. in Satyr.* c. 140. Matrona anus, et floris exstincti. *whose beauty is decayed; with the remains of beauty still about her.* et *Sallust. in Jug.* c. 100. Sulla gentis patriciæ nobilis fuit, familia prope jam exstincta majorum ignavia. *h. e.* in qua pauci honores fuerant, et jamdiu cessaverant. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 1. leg. 1. *a med.* Si ante litem contestatam decesserit animal, exstincta erit actio. *Modestin. Dig.* lib. 20. tit. 1. leg. 9. Jus pignoris exstinctum est.

EXSTINGUIBĪLIS, le, *extinguishable,* qui exstingui potest. *Lactant.* l. 7. c. 20. Ut si animæ non exstinguibiles in totum, tamen cruciabiles fiant.

EXSTINGUO, *et* Extinguo, is, inxi, inctum, a. 3. *to put out, extinguish, quench,* ἀποσβέννυμι, opprimo, restinguo, deleo: ab *ex,* et *stinguo,* quod idem significat: vel ab *ex,* et *tinguo* pro *tingo,* ut proprie dicatur de igne, qui aqua tinctus opprimitur: qua ratione sine *s* scribi oportebit. Refertur itaque primo ad ignem, et lumen. *Cic. de Senec.* c. 19 Sua sponte consumptus ignis exstinguitur. *Id.* 4. *Fam.* ep. 13. Exstinguere incendium. *Id. de Somn. Scip.* c. 7. Deficere sol hominibus exstinguique visus est. *to be blotted out.* *Plin.* l. 2. c. 103. Fons immersas faces exstinguit. *Id.* l. 31. c. 3. *ad fin.* Exstinguere lucernam. *Vitruv.* l. 2. c. 5. calcem. *h. e.* postquam excocta est, aqua perfundere. *to slake, slack.* ¶ Secundo ad vitam. *Cic. pro Cœl. in fin.* Nolite, hunc jam natura ipsa occidentem, velle, maturius exstingui vulnere vestro. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 9. Exstincto calore occidimus ipsi, et exstinguimur. *Terent. Adelph.* 3. 2. 16. Seni animam primum exstinguerem ipsi, qui illud produxit scelus. *would squeeze out the life of.* *Liv.* l. 8. c. 3. Invictum bellis juvenem fortuna morbo exstinxit. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 470. Exstingui in ævo primo. *to be cut off in the prime of life.* ¶ Tertio ad alia plurima, et significat delere, destruere, tollere, evertere, perdere. *Plin.* l. 20. c. 23. Semen cannabis genituram virorum exstinguit. *h. e.* tollit, sistit. *Id.* l. 23. c. 2. *sub fin.* Exstinguere mammas. *h. e.* exsiccare. Sic *Curt.* l. 6. c. 4. Vel modico tepore succus exstinguitur. *Plin.* l. 20. c. 17. Exstinguere venena. et lib. 19. c. 6. *a med.* odorem allii. *Cic.* 4. *Verr.* c. 70. Ut, si posset, quæ antea scripserat, ea plane exstingueret. *Liv.* l. 5. c. 16. *sub fin.* Aquam emissam per agros rigare, dissipatamque rivis exstinguere. *Cic.* 7. *Verr.* c. 43. Non posse Verrem, testes interficiendo, crimina sua exstinguere. et *Verr.* 3. c. 18. religionem. *Id.* 4. *Catil.* c. 4. nomen populi R. *Id. pro Mil.* c. 2. salutem alicujus. *Id. de provinc. consul.* c. 9. inimicitias. *Id. de Amic.* c. 10. familiaritates. *Id. pro Mil.* c. 27. memoriam publicam. *Liv.* l. 27. c. 16. famam proditionis. *Cic. de Harusp. resp.* c. 4. Pestem comprimere, exstinguere, funditus delere. *Id. in Divin. Verr.* c. 8. Improbitatem exstinguere, atque delere. *Petron. in Satyr.* c. 94. iram. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 569. sitim. *Senec.* ep. 18. famem. *Cic. Phil.* 6. c. *ult.* furorem alicujus. *Id. pro Balb.* c. 6. invidiam. *Id.* 4. *Verr.* c. 69. infamiam. *Id.* 3. *Agrar.* c. 2. Tyrannis institutis, leges omnes exstinguuntur atque tolluntur. *Liv.* l. 39. c. 8. Discrimen omne pudoris exstinguere. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 13. Intolerandam potentiam exstinguere atque opprimere. *Id. Fam.* 10. ep. 25. reliquias belli. *Matius ad Cicer. Fam.* 11. ep. 28. causam dissensionis nascentem. *Auct. ad Herenn.* c. 27. l. 4. et *Terent. Phorm.* 1. 2. 58. formam. *they would have marred her beauty at once.* *Nep. in Themist.* c. 1. contumeliam. *Quintil. in proœm.* l. 6. Fortuna vires ingenii exstinguit. *Cic. in Somn. Scip.* c. 7. *extr.* Sermo oblivione posteritatis exstinguitur. *Id. Attic.* 15. ep. 1. *a med.* Rumor exstinguitur. *Liv.* l. 23. c. 22. Vocem hominis temerariam silentio exstinguere. *Id.* l. 28. c. 20. Vestigia quoque urbis exstinguere. *Petron. in Sat.* c. 126. Pedum candor Parium marmor exstinxerat. *surpassed in whiteness.* *Cic. Fam.* 1. ep. 1. Gratiam nostram exstinguit hominum suspicio. *Id.* 1. *de Orat.* c. 14. Admovere orationem ad motus animorum vel inflammandos, vel etiam exstinguendos. V. in *Extinctus* alia huc pertinentia. ¶ Illa sunt JCtorum propria: *Ulpiani Dig.* lib. 47. tit. 2. leg. 42. Exstinguitur actio. *h. e.* evanescit, intercidit, tollitur. et lib. 32. leg. 11. *circa med.* Exstinguere fidei commissum. et *ibid.* Exstinguitur constantia debiti. *Neratii* lib. 34. tit. 3. leg. 21. Exstinguitur legatum. et *ibid.* Confusione perinde exstinguitur obligatio, ac solutione. *Caii* lib. 7. tit. 1. leg. 3. usus fructus. *Pauli* lib. 46. tit. 7. leg. 8. stipulatio, &c. ¶ *Exstinxit* pro *exstinxerit.* *Plaut. Trucul.* 2. 6. 43. Ne, ille priusquam spolia capiat, hic nos exstinxit fames. ¶ [Par-

ticip. *exstincturus* apud *Liv.* l. 10. c. 24. Eum ignem se exstincturum ait.]

EXSTIRPATĬO, onis, f. *a plucking or stubbing up by the roots, rooting out, extermination, extirpation*, actus exstirpandi, eradicatio, ἀποῤῥίζωσις. *Colum.* l. 2. c. 2. Filicis exstirpatio frequens, quæ aratro fieri potest.

EXSTIRPĀTUS, a, um, *plucked up by the roots, eradicated, extirpated*, stirpitus evulsus. *Prudent. in Hamartig.* v. 241. Et cadit immodicis silva exstirpata procellis. ¶ Translate *Cic. de Amic.* c. 13. Nisi ex ejus animo exstirpatam humanitatem arbitremur.

EXSTIRPO, *et* Extirpo, as, avi, atum, a. 1. una cum stirpe seu radice evello, *to pull up by the root, root out, eradicate, extirpate*, ἀποῤῥιζόω. *Colum.* l. 11. c. 2. *circa med.* Silvestris ager decrescente luna utilissime exstirpatur. *Curt.* l. 7. c. 8. Arbores magnas diu crescere, una hora exstirpari. *Martial.* l. 6. epigr. 56. Exstirpa, mihi crede, pilos de corpore toto. ¶ Translate est funditus evertere, omnino tollere. *Cic. de Fato*, c. 5. Vitia ex naturalibus causis nata exstirpari, et funditus tolli. *Id. Tuscul.* 4. c. 19. Perturbationes exstirpandas putamus. *Senec.* l. 1. *de Ira*, *c. ult. a med.* Exstirpare nomina inimica libertati. *h. e.* tollere, vetando, ne quis deinceps nomen habeat ejus, qui libertatem violavit, ut in Manlio Capitolino factum narrat *Liv.* l. 6. c. 20.

EXSTO, *et* Exto, as, stiti, atum, n. 1. *to stand out, stand or stick up, appear or be above*, ἐξέχω, extra sto, emineo, promineo. *Virg.* 3. *Georg.* v. 370. summis vix cornibus exstant. *Colum.* l. 5. c. 11. Surculos sic inserito, ut semipede, nec amplius de arbore exstent. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 128. exstabat ferrum de pectore. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 18. Cum milites capite solo ex aqua exstarent. *Tacit. Ann.* 1. c. 70. Modo pectore, modo ore tenus exstantes. *Ovid. Metam.* 11. v. 358. celsoque exstant super æquora collo. et lib. 8. v. 804. Ossa sub incurvis exstabant arida lumbis. *stuck out. Id.* 5. *Trist.* el. 11. v. 14. Navis exstat aquis. *floats.* et *Heroid.* ep. 13. v. 103. Sive latet Phœbus, seu terris altior exstat. ¶ Cum accusativo. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 116. quantum egomet Nereidas exsto. *h. e.* procerior sum. ¶ Translate *Valer. Flacc.* l. 5. v. 252. Excubias, Gradive, tene: præsentia luco Arma tubæque sonent: vox et tua noctibus exstet. *be heard.* vincat vox tua armorum tubarumque sonum. *Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 232. Lene fluit Nilus, sed cunctis amnibus exstat Utilior. ¶ Sæpe est superesse, exsistere, durare, apparere, esse. *to remain, be extant, exist, appear, be conspicuous. Cic. pro Balb.* c. 5. Qui locus est, in quo non exstent hujus fortitudinis impressa vestigia? *Id. Attic.* l. 2. ep. 4. Curabo, ut hujus peregrinationis aliquod tibi opus exstet. *Liv.* l. 1. c. 18. Auctorem doctrinæ ejus, quia non exstat alius, Pythagoram edunt. *Cic. pro Planc.* c. 1. Video hoc in numero neminem, cujus non exstet in me suum meritum. *Id.* 1. *de Invent.* c. 39. Si litteræ non exstarent. *Id.* 2. *Offic.* c. 14. Exstant epistolæ Philippi ad Alexandrum. *Cato* apud *Cic. pro Planc.* c. 27. Clarorum virorum non minus otii, quam negotii rationem exstare oportet. *Id.* 1. *de Divin.* c. 32. Sine oculis non potest exstare officium et munus oculorum. *Id. Fam.* 1. ep. 8. *extr.* Studium nostrum exstabit in conveniendis magistratibus. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 55. Sarmenti domina exstat. *is alive. Plaut. Trin.* 2. 4. 142. Nemo exstat, qui ibi sex menses vixerit. *Nep. in Timol.* c. 2. Ejus benignitatis memoriam volebat exstare. ¶ Præteritum *exstiti* cum *exsisto* commune est. ¶ A supino *exstatum* fit *exstaturus. Plin.* l. 17. c. 22. Exstatura vitis duabus gemmis. *Pompon. Dig.* lib. 47. tit. 2. leg. 78. Si rei dominus nemo exstaret, nec exstaturus esset.

EXSTRUCTĬO, onis, f. *a building up*, κατασκευή, actus exstruendi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. Exstructio tectorum. *Id. Phil.* 14. c. 13. Eaque exstructione, quæ sit ad memoriam æternitatis. *Vitruv.* l. 7. c. 1. *circa med.* Pavimenta struantur sive sectilibus, sive tesseris: cum ea exstructa fuerint, et fastigia exstructiones habuerint, ita fricentur, ut nulli gradus exstent. *h. e.* exstructiones habuerint fastigia, h. e. prominentias. ¶ Apud *Tertull.* accipitur pro exornatione, et cultu corporis, lib. 2. *ad Uxor.* c. 3.

EXSTRUCTORĬUS, a, um, adject. qui exstruit. *Tertull. de Carne Christi*, c. 17. Dei Verbum exstructorium vitæ.

EXSTRUCTUS, a, um, *built or raised up*, struendo eductus. *Nep. in Themist.* c. 6. Cum satis altitudo muri exstructa videretur. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 16. Exstructi tumuli. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 546. Dido asserat exstructis in sua fata rogis. *Apul. de Deo Socrat. sub fin.* Species ædificiorum amœnissimæ, exstructissimæ, ornatissimæ. ¶ Item cumulatus, instructus. *heaped or piled up, furnished, equipped. Ovid. Metam.* 11. v. 119. Mensas exstructas dapibus. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 104. fercula quæ exstructis inerant hesterna canistris. *Id.* l. 2. od. 3. v. 19. exstructis in altum Divitiis potietur heres. *accumulated, heaped.*

EXSTRŬO, *et* Extruo, is, uxi, uctum, a. 1. *to build up, raise, rear, pile up*, κατασκευάζω, struendo educo, excito. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 27. Exstrui vetat sepulcrum altius, quam, &c. *Id. pro Dom.* c. 47. Ad cælum exstruxit villam in Tusculano. *Sallust. in Catil.* c. 21. Divitias profundere in exstruendo mari. *h. e.* jactis in altum molibus, in mari ædificando. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 1. Aggerem in altitudinem pedum octoginta exstruit. *Id.* l. 3. *B. Gall. c. ult.* Omnem eam materiam pro vallo ad utrumque latus exstruebat. *heaped up. Tibull.* l. 2. el. 5. v. 99. festas exstruet alte Cespitibus mensas, cespitibusque torum. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 39. Exstruere hi montes ad sidera summa parabant. *Cic. in Fin.* l. 3. *de Fin.* Exstruere rogum. *Colum.* l. 6. c. 3. Stramenta in acervum exstrui debent. *Horat. Epod.* 2. v. 43. Lignis focum exstruere. *h. e.* ingerere ardenti grandia ligna foco, ut *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 22. ait. *Cic. Tuscul.* 5. c. 21. Mensæ conquisitissimis epulis exstruebantur. *were furnished or heaped up.* ¶ Translate *Petron. in Sat.* c. 84. Solas exstruere divitias curant. *to hoard up, accumulate. Cic.* 5. *de Fin.* c. 24. Exstrue animo altitudinem excellentiamque virtutum. *Petron. in Sat.* c. 118. Exstruere poema. *to construct, compose. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 32. Verba, sicut a poetis, in quendam exstruere numerum. *h. e.* construere, componere. *Gell.* l. 13. c. 24. Crimen unum vocibus multis atque sævis exstruere. *h. e.* exaggerare, *to amplify, exaggerate.* [¶ Particip. *exstructurus* apud *Tacit.* 3. *Annal.* c. 72. Pompeii theatrum, igne fortuito haustum, Cæsar exstructurum pollicitus est.]

EXSUCCĬDUS, a, um, exsuccus, sine succo. *Tertull. de anim.* c. 32. Arida et exsuccida.

EXSUCCO, as, avi, atum, a. 1. succum extraho, exsicco. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 2. c. 14. Exsuccare marrubium.

EXSUCCUS, *et* Exuccus, a, um, *without juice or sap, sapless, dry*, ἄχυμος, sine succo. *Senec.* ep. 30. Scis, illum semper infirmi corporis et exsucci fuisse. Plerique omnes leg. *exhausti. Tertull. de Anim.* c. 51. Corporis substantia exsuccior. ¶ Translate *Quintil.* l. 12. c. 10. Oratores aridi, et exsucci, et exsangues.

EXSUCTUS, *et* Exuctus, a, um, adject. ab exsugo, *sucked out, exhausted. Gell.* l. 20. c. 8. Luna nunc videlicet senescit; ea re ostrea quoque tenuis, exsuctaque est. *Colum.* l. 1. *in præfat.* Exsucto sudore sitim quærimus. *Vitruv. in proœm.* l. 8. Animalia exsanguinata et exsucta. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. Restibiles segetes sunt exsuctiores.

EXSUDĀTUS, a, um, adject. ut Exsudati labores. *h. e.* sudore exantlati, *Sil.* l. 3. v. 531. et *Ammian.* l. 15. c. 5. (*al.* 13.)

EXSŪDO, *et* Exudo, as, avi, atum, a. 1. *to sweat out, sweat*, per sudorem emitto, ἀφιδρόω. *Colum.* l. 12. c. 48. Cum oliva, quidquid habuit amurcæ, exsudavit. ¶ *Exsudare labores* est labores sudando perferre, apud *Liv.* l. 5. c. 5. Et *exsudare causas*, pro magno labore agere, apud *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 28. Et *exsudare certamen*, apud *Liv.* l. 4. c. 13. ¶ Neutrorum etiam modo usurpatur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 88. omne per ignem Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor. *exudes, transpires.*

EXSUFFLO, as, a. 1. sufflando ejicio. Usurpatur a *Sulpic. Sev.* dial. 3. c. 8. sed ipso quoque fatente, parum Latine dici. Habent tamen et *Augustin.* ep. 105. *sub fin.* et *Tertull. de Idolol.* c. 11.

EXSŪGO, *vel* Exugo, is, uxi, uctum, *to suck out, drink or dry up*, ἐκθηλάζω, sugendo elicio. *Colum.* l. 4. c. 24. Ab uno latere exsugitur. *Plaut. Pœn.* 3. 2. *in fi.* Nunc ego illi egredienti sanguinem exsugam procul. *Cels.* l. 5. c. 27. sect. 3. Quisquis, exemplum Psylli secutus, id vulnus exsuxerit. *Vitruv.* l. c. 8. Exsugere liquorem de materia. ¶ Reperitur et fut. *exsugebo*, quasi ab *Exsugeo, es*, 2. conjugat. *Plaut. Epid.* 2. 2. 5. Atque eorum exsugebo sanguinem, Senati qui columen cluent. Adde *Caton.* in *Exurgeo.*

EXSUL, *et* Exul, ulis, com. gen. *one banished from his country, an exile*, φυγάς, ex patria ejectus, exsilio multatus, extorris, quasi extra solum, ut *Fest.* docet in *Solicitare:* et *Non.* c. 1. n. 40. Quare melius interjecto *s* scribitur: quod et *Cellar.* probat. De tribus exsulum generibus in *Exsilium* dictum est. *Cic. pro Dom.* c. 27. Quid est enim exsul? ipsum per se nomen calamitatis, non turpitudinis. Quando igitur est turpe? re vera, quando est pœna peccati; opinione autem hominum, etiam si est pœna damnati. *Id. in Parad.* 4. *a med.* Omnes scelerati atque impii, quos leges exsilio affici volunt, exsules sunt, etiamsi solum non mutarunt. *Id.* 2. *de Orat.* c. 18. Cum Annibal Carthagine expulsus, Ephesum ad Antiochum venisset exsul. *Id. pro Cluent.* c. 62. Cum vagus et exsul erraret, atque undique exclusus. *Id.* 1. *Phil.* c. 1. Restituere exsules. *Id. Fam.* 12. ep. 1. reducere. *Nepos in Attic.* c. 20. Exsul his terris. *Horat.* l. 2. od. 16. v. 19. Exsul patriæ. *Lucan.* l. 8. v. 837. Exsul adhuc jacet umbra ducis. *Tacit. Ann.* 14. c. 63. Alia exsul. *Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 129. Exsul Hypermnestra. ¶ Translate *Ovid. Metam.* 9. v. 410. Attonitusque malis, exsul mentisque domusque. *Publ. Syr.* apud *Petron. in Sat.* c. 55. Ciconia avis exsul hiemis. *h. e.* quæ æstate apud nos degit, hieme alio migrat, ut *Plin.* tradit l. 10. c. 23.

EXSŬLANS, antis, *banished from his country, living in exile*, exsul. *Cic. Tuscul.* 5. c. 37. Jure exsulantem consolari non oportet. et lib. 3. c. 18. Pulsus patria, exsulans, atque egens. *Exsulantes animalibus* apud *Tertull. de cultu fem.* c. 9. sunt abstinentes animalium carne in cibis. Al. leg. *exsolentes*, h. e. solitum et usitatum usum esus carnium abdicantes.

EXSULĀRIS, re, *relating to exile*, ad exsulem, seu ad exsilium pertinens. *Ammian.* l. 14. c. 5. (*al.* 11.) Exsularis mœror. et lib. 15. c. 3. (*al.* 4.) Exsularis pœna.

EXSULATĬO, onis, f. *a living in exile*, exsilium. *Flor.* l. 1. c. 22. Clarissimos principes exsulatione multavit.

EXSULĀTUS, us, m. exsulatio, exsilium. *Messala Corvin. de prog. Aug.* c. 29. Tarquinius Junii Bruti opera pulsus, in exsulatum cum scelesta conjuge ac filiis fuga perrexit.

EXSULĬUM pro *exsilium*, antique dictum fuit.

EXSŬLO, *et* Exulo, as, avi, atum, n. 1. *to live in exile, be an exile*, ἄπολίς εἶμι, φεύγω, exsul sum, in exsilio sum: quasi extra solum eo, vel sum. *Cic. Parad.* 4. *sub fin.* De te privilegium tulit, ut si in opertum Bonæ Deæ accessisses, exsulares. *Id.* 1. *de Orat.* c. 39. Qui Romam in exsilium venisset, cui Romæ exsulare jus esset. *Id. Fam.* 4. ep. 8. Aptissimus ad exsulandum locus. *Liv.* l. 2. c. 35. Damnatus absens, in Volscos exsulatum abiit. *Terent. Eun.* 3. 5. 62. Domo exsulo nunc. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 41. Mente tamen, quæ sola loco non exsulat, utar. *Id.* 3. *Trist.* el. 14. v. 11. per extremas profugus pater exsulat oras. *Curt.* l. 5. c. 8. Exsulare in regno. *Plaut. Pers.* 4. 4. 7. Exsulare ex patria. *Justin.* l. 26. c. 1. In perpetuum cum viris exsulaturæ. *Id.* l. 2. c. 10. Exsulare apud aliquem. ¶ *Exsulare a patria* affertur ex *Plaut. Mostell.* 3. 1. 69. sed varia ibi lectio est, et incerta. *Martial.* tamen habet *de Spectac.* epigr. 4. Exsulare ab urbe Ausonia. ¶ Translate *Cic. Parad.* 4. *a med.* Cum omnes meo discessu exsulasse rempubl. putent. *Plaut. Pers.* 4. 4. 7. Perfidia ex urbe, et avaritia si exsulant. *Id. Mercat. prol.* v. 42. Amare cœpi meretricem: illico res exsulatum ad illam abibat clam patris. ¶ *Exsulare* active, in exsilium pellere. Hinc passive *Hygin.* fab. 26. *de Medea.* Tunc iterum exsulatur. *Dict. Creten.* l. 5. c. 4. *extr.* Decernitur, Antimachum ex omni Phrygia exsulandum. *Cave imiteris.*

EXSULTABUNDUS, a, um, adject. *exulting*, exsultans. *Solin.* c. 5. (*al.* 11.) Exsultabundus ad cantum elevatur. *Justin.* l. 18. c. 7. Aususne es mœsta ac lugentia castra velut exsultabundus intrare?

EXSULTANS, antis, adject. qui exsilit, *leaping, frisking, bounding, springing forth*, ἐκπηδῶν. *Cic.* 1. *Offic.* c. 26. Equi ferocitate exsultantes. *prancing. Id.* 2. *de Divin.* c. 70. *extr.* Exsultantes loligines. *Plin.* l. 18. *in fi.* Pecora exsultantia, et indecora lascivia ludentia. *Lucret.* l. 2. v. 195. Sanguis emicat alte exsultans e corpore. ¶ Translate significat superbientem, et successu aliquo elatum, *exulting, greatly rejoicing, glorying, vaunting, triumphing. Cic. de Senect.* c. 4. Annibalem juveniliter exsultantem patientia sua molliebat. *Id. de Harusp. resp.* c. 1. Hominem furentem exsultantemque continui. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 6. Elatus levitate, inanique lætitia exsultans, et temere gestiens. *Id. in Top.* c. 22. Exsultantem lætitiam comprimere. *Id. pro Sext.* c. 44. Furorem exsultantem reprimere. *furious rage. Virg.* 2. *Æn.* v. 386. successu exsultans animisque Corœbus. *Gell.* l. 12. c. 5. Affectiones animi exsultantes opprimere, et obterere. *insolent, arrogant, bold.* ¶ De oratione, et verbis. *Quintil.* l. 9. c. 4. *a med.* Exsultantissimum verbum. *h. e.* quo veluti subsultat oratio. Hujusmodi sunt, quæ plures syllabas breves habent, quæ, ut *Id. ibid. paulo sup.* dixerat, si miscentur quibusdam vocibus longis currunt; si continuantur, exsultant. *Id.* l. 12. c. 10. M. Tullium suorum homines temporum incessere audebant, ut tumidiorem, et in compositione fractum, exsultantem, ac pæne viro molliorem. *h. e.* nimis oratione lascivientem, et petulantem. *Id.* l. 10. c. 2. Fiunt pro grandibus tumidi, pressis exiles, lætis corrupti, compositis exsultantes. *florid, bold.*

EXSULTANTER, adverb. *boldly, floridly*, σκιρτητικῶς. *Plin.* l. 3. ep. 18. *sub fin.* Cum ea potius, quæ pressius et adstrictius, quam illa, quæ hilarius et quasi exsultantius scripsi, possint videri arcessita.

EXSULTANTĬA, æ, f. actus exsultandi, exsultatio. *Gell.* l. 12. c. 5. Cum petulantia morbi dolorisque exsultantia colluctantem. *acrimony, malignity, virulence. Paulin. ad Cyther.* carm. 21. (*al.* 13.) v. 564. ludibrium hostilis exsultantiæ.

EXSULTATĬO, onis, f. *a leaping, bounding, frisking*. ἐκπήδησις, actus exsultandi. *Plin.* l. 8. c. 54. Simias lunæ cava tristes esse, novam exsultatione adorare. *Colum.* l. 7 c. 3. *a med.* Agnum claudi oportebit, ne velut puerili nimia exsultatione macescat. *Quintil.* l. et cap. 2. Proni atque succincti, ad omnem clausulam non assurgunt modo, verum etiam excurrunt, et cum indecora exsultatione conclamant. ¶ Translate *Hirt. de B. Afric.* c. 31. *extr.* Constituerat, gloriam exsultationemque eorum pati, donec, &c. *exultation, excessive rejoicing; petulance, insolence. Tacit.* 1. *Hist.* c. 72. Par exsultatio, impetrato Tigellini exitio. *Gell.* l. 2. c. 27. Lætitia dicitur exsultatio quædam animi cum gaudio efferventiore. *Senec. de Tranquil. sub fin.* Animus in exsultationem libertatemque extrahendus.

EXSULTIM, skittishly, saltando, exsultando. Horat. l. 3. od. 11. v. 10. Quæ, velut latis equa trima campis, Ludit exsultim, metuitque tangi.

EXSULTO, et Exulto, as, avi, atum, n. 1. to leap, frisk, bound, ἐκπηδάω, exsilio, salio, immoderate, et veluti extra limites salto: ab ex, et salto. Nep. in Eumen. c. 5. Equos verberibus cogebat exsultare, et calces remittere. Senec. l. 6. quæst. nat. c. 10. sub fin. Pila cum cecidit, exsultat, ac sæpius pellitur. Ovid. 2. Metam. v. 864. de tauro. Et nunc alludit, viridique exsultat in herba. Tacit. 14. Ann. c. 34. Hostis exsultare per turmas et catervas. wheeled about, caracoled. Virg. 3. Æn. v. 557. Exsultantque vada, atque æstu miscentur arenæ. et l. 7. v. 464. Exsultant æstu latices. boil, bubble. Lucret. l. 2. v. 631. Exsultare in numerum. to dance. Id. l. 3. v. 142. In corde exsultat pavor et metus. h. e. trepidat, salit: the heart beats or palpitates with fear. Plin. l. 18. c. 19. sub fin. Scamna inter duos sulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exsultent. Id. l. 17. c. 22. circa med. Sic coercetur impetus materiæ, densioresque circa pampini exsultant. grow, spring up. Sic Id. l. 31. c. 10. ante med. Nitrum uritur in testa opertum, ne exsultet. ¶ Translate Cic. 4. Acad. c. 35. et in Orat. c. 8. Cum sit campus, in quo exsultare possit oratio, cur eam in tantas angustias compellimus? Id. Attic. l. 1. ep. 16. circa med. Alacris exsultat improbitas in victoria. wantons, leaps with joy. Quintil. l. 9. c. 4. Verba exsultant. V. Exsultans. ¶ Hinc sæpe est immodice jactare se gaudio, gestire, efferri, immoderate gaudere, to rejoice greatly, exult. Cic. Attic. l. 6. ep. 1. a med. Græci exsultant, quod peregrinis judicibus utuntur. Id. 2. Phil. c. 27. Exsultare gaudio. Id. Attic. 15. ep. 21. et pro Cluent. c. 5. et Liv. l. 27. c. 2. Exsultare lætitia, et triumphare gaudio. Quintil. l. 6. c. 4. a med. vana spe. Cic. pro Rosc. Amer. c. 6. victoria. Id. pro Balb. c. 26. in ruinis alterius. Id. 1. de Divin. c. 29. Exsultare, immoderateque jactari. to boast. Id. in fragm. de republ. apud Non. c. 4. n. 178. In omni crudelitate sic exsultat, ut vix hominum acerbis funeribus satietur. Tacit. in Agric. c. 8. Nec Agricola unquam in suam famam gestis exsultavit: ad auctorem et ducem, ut minister, fortunam referebat. suffer himself to grow proud or be puffed up. ¶ In bonam partem Stat. l. et silv. 4. v. 37. Te quoque flammabit tacite repetita parumper Desidia, et solidos novus exsultabis in actus. h. e. alacer accedes ad res magnas agendas. ¶ Cum accusativo Tacit. 11. Ann. c. 28. Dum histrio cubiculum Principis exsultaverit, dedecus quidem illatum, &c. h. e. adulterio infamaverit, contaminaverit, quasique fabulam, ceu in scena, saltaverit. Al. aliter leg.

EXSŬO. V. Exuo.

EXSUPERABĬLIS, le, that may be surmounted or overcome, qui superari potest, superabilis. Stat. 1. Theb. v. 214. nec exsuperabile diris Ingenium mortale. ¶ Item active qui superare potest. Claud. Quadrigar. apud Gell. l. 17. c. 2. Cujus operam apud Gallos cum prime fortem atque exsuperabilem respublica sensit. Servius huc trahit illud Virg. 3. Georg. v. 39. Immanemque rotam, et non exsuperabile saxum. scil. Sisyphi: non quod, inquit, superari non potest, sed quod superare non valet summum montis cacumen.

EXSUPĔRANS, antis, excelling, surpassing, exceeding, ὑπερέχων, qui exsuperat, præstans, excellens. Ovid. 1. Trist. el. 5. v. 56. Materia vires exsuperante meas. Sil. l. 1. v. 56. Annibal exsuperans astu, sed devius æqui. h. e. abundans. Gell. l. 6. c. 8. Mulier exsuperanti forma. Id. l. 14. c. 3. extr. De iis apud alios, uter esset exsuperantior, certabatur. Inscript. apud Spon. in miscell. erud. antiq. pag. 71. J. O. M. summo, exsuperantissimo. Adde aliam apud Donium class. 3. n. 31. ¶ Item superfluus. Gell. l. 1. c. 22. Abundans nimis, et affluens, et exsuperans.

EXSUPERANTĬA, æ, f. excellence, pre-eminence, superiority, ὑπεροχή, excellentia, præstantia, quæ intra mediocritatem non continetur, sed rara est, et singularis. Cic. 5. Tuscul. c. 36. An non ita fit omni in populo? nonne omnem exsuperantiam virtutis oderunt? Aristides nonne ob eam causam expulsus est patria? Gell. l. 4. c. 18. Sunt hæc duo exempla ejus (Scipionis Africani) fiduciæ, atque exsuperantiæ ingentis. Id. l. 14. c. 1. ante med. Eos planetas cernere homines non possunt propter exsuperantiam vel splendoris, vel altitudinis. on account of their remarkable splendour, or their exceeding great height.

EXSUPERATĬO, onis, f. exsuperantia, superlatio. Auct. ad Herenn. l. 4. c. 53. Significatio per exsuperationem fit, cum plus dictum est, quam patitur veritas. Al. leg. exuberationem.

EXSUPERĀTOR, oris, m. superator, victor. In numo Constantini M. apud Mediobarb. pag. 469. Exsuperator omnium gentium. In alio Commodi, ibid. pag. 251. 253. 254. Jovi exsuperatori.

EXSUPERATORĬUS, a, um. Lamprid. in Commodo, c. 11. Menses quoque in honorem ejus, pro Augusto Commodum, pro Septembri Herculem, pro Octobri Invictum, pro Novembri Exsuperatorium, adulatores vocabant. et cap. 12. Appellatus Imperator V. cal. Exsuperatorias. Commodus autem dici se ὑπεραίροντα, quod idem significat, unice gaudebat. Salmas. ex Dione.

EXSUPERĀTUS, a, um, surmounted, surpassed, overcome, superatus, victus. Lucret. l. 2. v. 232. corpus aquæ, naturaque tenuis Aeris haud possunt æque rem quamque morari, Sed citius cedunt gravioribus exsuperatæ. Plin. initio l. 36. Alpes ab Annibale exsuperatæ.

EXSUPĔRO, et Exupero, as, avi, atum, a. 1. to surpass, excel, exceed, go beyond, overcome, ὑπερβάλλω, idem quod supero, aut longe supero, vinco. Virg. 12. Æn. v. 19. quantum ipse feroci Virtute exsuperas, tanto me impensius æquum est Consulere. Ovid. 6. Fast. v. 372. arma capessant, Et si non poterunt exsuperare, cadant. Id. 1. Trist. el. 5. v. 56. Materia vires meas exsuperat. Virg. 7. Æn. v. 591. Exsuperare cæcum consilium. h. e. furentem populi reprimere impetum. Vetus Poeta apud Cicer. 4. Tuscul. c. 36. impudentia aliquem. Plin. l. 2. c. 11. latitudine aliquid. Id. l. 17. c. 13. Reditum impendia exsuperant. Liv. l. 28. c. 43. Laudes alicujus non solum assequi, sed etiam exsuperare. Ovid. 4. Trist. el. 4. v. 2. Exsuperas morum nobilitate genus. ¶ Est etiam præterire. to pass over. Val. Flacc. l. 2. v. 622. Jam juga Percotes, Pariumque infame fragosis Exsuperant, Pityamque vadis. Plin. l. 6. c. 17. Exsuperare amnem. ¶ Item ascendere. to mount, climb, gain, reach. Senec. ep. 31. Surge, et respira, et clivum istum uno, si potes, spiritu exsupera. Virg. 11. Æn. v. 905. Exsuperatque jugum, silvaque evadit opaca. Id. 2. Æn. v. 759. exsuperant flammæ, furit æstus ad auras, et vers. 206. Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubæque Sanguineæ exsuperant undas. tower above the waves. Plin. l. 14. c. 1. Vites ulmos exsuperant. ¶ Item excedere. Plin. l. et cap. 18. Nilus exsuperavit sedecim cubita. Id. l. 9. c. 17. Binas libras ponderis raro exsuperant. ¶ Item superesse, superstitem esse. to survive. Cic. post redit. ad Quirit. c. ult. Dum anima exsuperabo mea. Al. rectius leg. spirabo. Valer. Max. l. 5. c. 9. extr. Tu vero, pater, vive, et me quoque exsupera. Plin. l. 14. c. 2. ad fin. Vitis vino, quod genuit, æstatem non exsuperans. h. e. ultra æstatem non durans.

EXSUPPŪRO, as, a. 1. pus amoveo. Tertull. de Pall. c. 5. extr. Non facile quis has purulentias civitatis eliciet, et exsuppurabit. Al. leg. exvaporabit.

EXSURDĀTUS, a, um, adject. deafened, stunned, dorred, ut Exsurdatus clamoribus, Senec. ep. 94. a med.

EXSURDO, et Exurdo, as, avi, atum, a. 1. to deafen, ἐκκωφόω, surdum reddo. Plin. l. 32. c. 10. extr. Paniculæ flos si aures intraverit, exsurdat. Valer. Max. l. 2. c. 2. n. 3. Græcis actionibus aures Curiæ exsurdantur. ¶ Translate Horat. l. 2. sat. 8. v. 38. Fervida quod subtile exsurdant vina palatum. h. e. hebetant. blunt the quick relish of the palate.

EXSURGO, et Exurgo, is, urrexi, rectum, n. 3. to rise, rise up, ἐξανίστημι, idem quod surgo, consurgo, erigor. Cic. in fi. l. 1. de Orat. Et cum exsurgeret, simul arridens, &c. Id. pro Planc. c. ult. Huc exsurge tamen, quæso: retinebo, et complectar. get up, and come hither. Plaut. Mil. 2. 1. 3. Qui auscultare nolit, exsurgat foras. let him rise up and take his departure. Id. Bacch. 4. 4. 105. Ubi erit accubitum semel, ne quoquam Exsurgatis. do not move any where else. Id. Rud. 4. 2. 10. De nocte multa, impigreque exsurrexi. Id. ibid. l. 5. 22. Exsurgite a genibus ambæ. rise up from embracing. Liv. l. 27. c. 41. Tempus exsurgendi ex insidiis, et aggrediendi hostem. ¶ Exsurgere etiam dicuntur, quæ attolluntur. Liv. l. 6. c. 4. Et Roma cum frequentia crescere, tum tota simul exsurgere ædificiis. Plin. l. 5. c. 27. Ubi Taurus ab Indico mari exsurgit. Id. l. 24. c. 19. Inde alii ramuli exsurgunt. Sil. l. 7. v. 274. Qua nemorosa juga, et scopulosi vertice colles Exsurgunt. Tacit. 2. Hist. c. 14. Acies ita instructa, ut pars in colles exsurgeret, &c. appeared to rise, or was posted, on the hills. Senec. in Troad. v. 536. Generosa in ortus semina exsurgunt suos. h. e. enascuntur, crescuntque. Id. in Hippol. v. 1012. furenti pontus exsurgit sinu, regnante Coro. surges. ¶ Translate est erigi, recreari, confirmari. to recover strength, take courage. Cic. 2. Agrar. c. 32. Hæc non solum afflixerunt, sed etiam, ne quando recreata exsurgere atque erigere se possent, funditus sustulerunt. Id. Phil. 13. c. 18. Si causa Pompeianorum esset jugulata, nunquam exsurgeret. Id. Fam. 12. ep. 10. extr. Auctoritate vestra respublica exsurget, et in aliquo statu tolerabili consistet. Albinov. el. 1. v. 353. Alta mane, supraque tuos exsurge dolores. ¶ Item insurgere, crescere. Senec. in Med. v. 49. Gravior exsurgat dolor. Petron. in Satyr. c. 2. Grandis, et ut ita dicam, pudica oratio non est maculosa, nec turgida, sed naturali pulcritudine exsurgit. ¶ Passive impersonaliter. Plaut. Pseud. prol. in fi. Exporgi melius est lumbos, atque exsurgier. paragoge pro exsurgi.

EXSUSCĬTATĬO, onis, f. a stirring or awakening, actus exsuscitandi. Translate Auct. ad Herenn. l. 4. c. 42. Si sententiam trajiciemus aut ad sermocinationem, aut ad exsuscitationem. et cap. 43. Mutatur res tractando, si traducitur ad exsuscitationem, cum et nos commoti dicere videamur, et auditoris animum commovemus.

EXSUSCĬTO, et Exuscito, as, avi, atum, a. 1. idem quod suscito, addita ex intensiva, ἀνεγείρω, to stir up, awaken, rouse, excite, raise. Liv. l. 21. c. 3. extr. Parvus ignis magnum incendium exsuscitat. Ovid. 5. Fast. v. 507. Ipse genu posito flammas exsuscitat aura. Cic. pro Mur. c. 9. sub fin. Te gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitat. ¶ Translate Auct. ad Herenn. l. 3. c. 21. Si naturalem memoriam exsuscitaverimus hac notatione. Cic. 1. Offic. c. 4. Quæ cura exsuscitat animos, et majores ad rem gerendam facit. strengthens, confirms, stablishes, encourages. Brutus ad Cicer. epist. 16. extr. Magis tu te exsuscita, ut, &c.

EXTA, orum, n. the entrails, bowels, σπλάγχνα, viscera, ac præsertim cor, pulmo, jecur, lien. Festus, Exta, inquit, dicta, quod ea Diis prosecentur, quæ maxime extant, eminentque. Alii deducunt ab exsecando, quasi exsecta. Plin. l. 28. c. 5. Hippocrates tradit, non prandentium exta celerius senescere. Id. l. 11. c. 37. sect. 77. Hard. Exta serpentibus et lacertis oblonga. et ibid. Exta homini ab inferiore viscerum parte separantur membrana. Plaut. Pœn. 3. 6. 9. Extis satur sum factus probe. I am crammed with tripe. ¶ Ab extis multa solebant divinare Veteres. Inspiciebantur enim cæsæ hostiæ viscera, quæ si felicia essent (felicissima autem habebantur, si duplicia apparerent; item si integra, sana, &c. contra vero tristia, si aliqua confecta tabe, aut si eorum aliquid deesset) coquebantur in foco, deinde secabantur partes, quæ Diis essent immolandæ, et quæ ad vescendum sacrificulis relinquendæ. Caput in extis quid sit, in Caput dictum est. Cic. 2. de Divin. c. 12. Si est in extis aliqua vis, quæ declaret futura, necesse est, &c. et mox. Non dicam gallinaceum fel (sunt enim, qui vel argutissima hæc exta esse dicant) sed tauri opimi jecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale, quod declarare possit, quid futurum sit? et cap. 13. Extis exquirere aliquid. et ibid. Exta inspicere. et cap. 15. Tristissima exta sine capite. Curt. l. 7. c. 7. et lib. 9. c. 4. spectare. Virg. 4. Æn. v. 63. pecudumque reclusis Pectoribus inhians, spirantia consulit exta. Sueton. in Aug. c. 1. prosecare. et ibid. et Virg. 2. Georg. v. 194. reddere Marti pandis lancibus. h. e. offerre. Reddi enim exta dicebantur, ut hoc loco Serv. docet, cum probata et elixa aræ superponebantur. Simile est illud Liv. in fin. cap. 23. l. 26. C. Claudius flamen Dialis, quod exta perperam dederat, flaminio abiit. Dare enim exta est ea ita distribuere, ut ritus postulat sacrificii: nempe quædam in extis abscindebantur, et projiciebantur; quædam diis in ara offerebantur; quædam a sacerdote et populo consumebantur, ut ex Festo in Porriciam colligitur. Veran. apud Macrob. l. 3. Saturn. c. 2. Exta porriciunto, diis danto in altaria, aramve, focumve, eove, quo exta dari debebunt. Martial. l. 11. epigr. 58. Exta Jovi dare. Plaut. Pseud. 1. 3. 31. Si sacrificem summo Jovi, atque in manibus exta teneam, ut porriciam. (V. Porricio.) Id. Pœn. a. 2. v. 18. Omnibus in extis aiebat portendi mihi malum damnumque. Sueton. in Cæs. c. 77. Exta lætiora. Cic. 2. de Divin. c. 17. Primis extis minari, bene promittere secundis. et ibid. Exta bona, aut non bona. Id. in Top. c. 20. Præsensio per exta. Tibull. l. 3. el. 4. v. 5. ventura nuntia sortis Vera monent Tuscis exta probata viris. ¶ Muta exta appellabant, in quibus nihil divinationis animadvertebant. Fest. in Muta. Hinc fibræ loqui dicuntur, cum significant, ac portendunt. V. Fibra. ¶ Regalia exta appellantur, quæ potentibus insperatum honorem pollicentur; privatis et humilioribus hereditates; filio familiæ dominationem. Id. in Regalia. ¶ Extorum tristium notæ quæ fuerint omnes, habes apud Senec. in Œdip. a vers. 353. et Lucan. l. 1. a vers. 608. ¶ Arietum exta non in veru, sed in olla coqui solita in sacrificiis, docet Varr. l. 4. L. L. c. 19. ¶ Extum pro extorum dure dixit Pacuv. apud Cicer. in Orat. c. 46. [¶ Exta æ, feminini generis legitur in Inscript. Fratr. Arval. n. 41. lin. 18. Deinde reversus ad aram extas reddidit porcili ares. Item in Circo extam vaccinam reddidit. et n. 42. lin. 12. Quorum extæ redditæ sunt. et n. 43. lin. 22. Extas reddit ad aram.]

EXTABESCO, is, tabui, n. 3. to pine or waste away, tabe consumor, liquefio, contabesco, ἐκτήκομαι. Cic. 3. Tuscul. c. 12. ex vetere Poeta. Refugere oculi, corpus macie extabuit, Lacrimæ peredere humore exsangues genas. Sueton. in Galb. c. 7. Fame extabuit. ¶ Translate Cic. 2. de nat. Deor. c. 2. Videmus ceteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuisse. h. e. evanuisse. to have fallen into contempt.

EXTÆNIATUS. V. Extenuatus.

EXTĀLIS, lis, m. in Gloss. exponitur ἀρχός, quod tum podicem, tum intestinum rectum podici commissum significat. Veget. l. 3. de re Veterin. c. 11. pro intestino recto, quod morbo aliquo ex podice exstet, accipere videtur.

EXTANS. V. Exstans.

EXTANTĬA. V. Exstantia.

EXTĀRIS, re, adject. ad exta pertinens. Plaut. Rud. 1. 2. 47. Semper petunt aut cultrum, aut veru, aut aulam extarem. h. e. ollam extis coquendis. [† Liv. 25. 16. Ollæ extares.]

EXTEMPLO, immediately, quickly, soon, αὐτίκα, statim, continuo, cito. Cic. pro Rosc. Com. c. 3. Quid respondeat, nescit; quid fingat extemplo, non habet. Terent. Andr. 3. 2. 37. Cum intellexeras, id consilii capere, cur non dixti extemplo Pamphilo? Id. Hecyr. 3. 3. 13. Postquam introii, extemplo ejus morbum cognovi. Liv. l. 40. c. 48. Extemplo fusi, fugati; mox intra vallum compulsi; po-

stremo exsumuntur castris. *Virg.* 1. *Æn.* v. 96. Extemplo Æneæ solvuntur frigore membra. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 663. Extemplo somnus abit. Adde *Plaut.* plurimis in locis, *Næv. Cæcil. Enn. Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 2. c. 19. 23. et 26. et lib. 9. c. 13. ¶ *Cum extemplo* est simul ac, *as soon as. Plaut. Bacch.* 2. 3. 70. Quom extemplo a portu ire nos cum auro vident, subducunt lembum. *Id. Mostell.* 1. 2. 18. Ædes quom extemplo sunt paratæ, expolitæ, laudant fabrum. ¶ Pro *at first sight*, primo aspectu. *Stat.* l. 2. *Achill.* v. 88. sed nox, illataque fallunt Lumina: et extemplo latuit mensura jacentis. ¶ Videtur quibusdam dictum esse per syncopen ab *extempulo*, quod eodem sensu usurpatur a *Plauto Cistell.* 1. 1. 99. et 2. 3. 30. *Bacch.* 4. 9. 44. *Mil.* 2. 5. 51. et *Pœn.* 1. 1. 55. Itaque *extemplo* idem esse putant, quod ex tempore, ut a *tempus* factum sit *tempulum*, inde *extempulo, extemplo.* Verius est tamen, illud *u* per epenthesim interjectum esse metri causa, quia semper in fine versus a *Plauto* adhibetur in eo metri genere, quod pænultimam syllabam brevem habet. ¶ Ceterum *extemplo* (omissis variis etymologorum sententiis) idem omnino est, ac *ilico*, teste *Meursio.* Ut enim hoc ab *e loco* factum est, ita illud ab *ex templo:* templum enim et ipsum locum aliquando significat. Itaque ut *e vestigio* dicimus pro statim; ita *ilico*, h. e. e loco, et *extemplo.* Porro hac ratione ab auguriis fortasse traxit originem, in quibus augures, auspicio impetrato, continuo ex templo capto discedebant, deum exploratam voluntatem nuntiaturi.

EXTEMPORĀLIS, le, *sudden, immediate, without premeditation, done on the moment, done or spoken extempore, extemporal, extemporary*, αἰφνίδιος, qui ex tempore fit: et fere ad dicendum refertur. *Quintil.* l. 2. c. 4. Extemporalis garrulitas, nec exspectata cogitatio, circulatoriæ vere jactationis est. *Id.* l. 10. c. 7. Extemporalis actio auditorum frequentia excitatur. et cap. 6. Si aliquis inter dicendum affulserit extemporalis color. et lib. 11. c. 2. Extemporalis oratio. *Petron. in Satyr.* c. 6. declamatio. *Auct. dial. de Orat.* c. 6. audacia. *Sueton. in Aug.* c. 84. facultas. *Martial.* l. 5. ep. 55. rhetor. *Plin.* l. 1. ep. 20. Extemporales figuræ.

EXTEMPORALĬTAS, atis, f. *extemporiness*, αὐτοσχεδιασμὸς, facultas ex tempore aliquid dicendi, faciendive. *Sueton. in Tito*, c. 3. Latinæ, Græcæque linguæ vel in orando, vel in fingendis poematibus promptus, facilisque vel ad extemporalitatem usque.

EXTEMPORALĬTER, adverb. *extemporally, extempore*, extemplo. *Sidon.* l. 9. ep. 14. Extemporaliter scribere.

EXTEMPŌRE. V. *Tempus.*

EXTEMPŬLO. V. in *Extemplo.*

EXTENDO, is, di, nsum, *et* ntum, a. 3. *to stretch out, extend, continue, lengthen, enlarge*, ἐκτείνω, extra, seu ultra tendo, porrigo, explico. *Colum. de arborib.* c. 17. Oleæ, quæ in proceritatem extenduntur, evanidæ fiunt. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 43. Jussit et extendi campos, subsidere valles. *Senec.* l. 4. *de Benef.* c. 13. Sol diem extendit, et contrahit. *Plin.* l. 32. c. 6. Extendere cutem. *Id.* l. 13. c. 12. *sub fin.* malleo chartam. *Id.* l. 10. c. 64. crura in longitudinem. *Petron. in Satyr.* c. 20. lodiculam in pavimento. *Plaut. Men.* 1. 1. 19. vincula. *to stretch. Plin.* l. 9. c. 59. lineam. *Curt.* l. 4. c. 13. *ad fin.* cornua aciei. et lib. 3. c. 9. *ad fin.* agmen ad mare. et *ibid.* latius aciem. *Virg.* 12. *Æn.* v. 909. cursum. *to shape his course, proceed, advance.* currendo progredi. Sic *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 77. Magnis itineribus se extendere. *Virg.* 10. *Æn.* v. 407. Ignis extenditur per campos. *spreads. Horat.* l. 1. *ep. ult.* v. 21. Majores pennas nido extendisse. *h. e.* majora ausum esse, quam domestica fortuna ferebat. *Id. in ar. poet.* v. 208. Extendere agros. *to extend, enlarge*, agros agris adjungere. *Plin.* l. 3. ep. 5. *extr.* Extendere epistolam. *h. e.* longiorem facere. l. 2. ep. 13. preces. et lib. 7. ep. 9. *extr.* Immodice epistola me extendi. *I have gone to an immoderate length. Lucret.* l. 6. v. 434. trudere, et extendere aliquid in undas. *to thrust, drive, immerge.* ¶ Sæpe refertur ad tempus. *Liv.* l. 27. c. 2. Extendere pugnam ab hora tertia ad noctem. *to continue. Sueton. in Tito*, c. 7. ad mediam noctem comissationes. *to prolong. Martial.* l. 4. ep. 8. labores in horam quintam. *Virg.* 2. *Georg.* v. 405. curas venientem extendit in annum. *extends his thoughts to the business of the coming year. Sil.* l. 3. v. 95. Extendere ævum. et *Stat.* l. 3. silv. 1. v. 172. colos. *to spin out, lengthen. Plin. in Paneg.* c. 49. tempus. et cap. 61. consulatum. ¶ Ponitur et pro sternere, prostrare, *to lay prostrate, stretch at full length. Virg.* 5. *Æn.* v. 374. Perculit et multa moribundum extendit arena. *Curt.* l. 9. c. 5. *ad fin.* Cœpit linqui animo, et veluti moribundus extendi. *Virg.* 6. *Æn.* v. 423. Fusus humi, totoque ingens extenditur antro. *Curt.* l. 4. c. 9. Si qua eminebant, jussit æquari, totumque fastigium extendi. *to be rased or levelled.* ¶ Item pro augere, *to increase, enhance. Justin.* l. 11. c. 4. et *Sueton. in Calig.* c. 38. Pretium rerum extendere. *Martial.* l. 12. epigr. 6. Breves census extendere. ¶ Translate *Virg.* 10. *Æn.* v. 468. famam extendere factis. *to spread far and wide. Horat.* l. 3. od. 3. v. 45. nomen in ultimas oras. *h. e.* diffundere. *Liv.* l. 28. c. 43. Longius, quam quantum vitæ humanæ spatium est, cupiditas gloriæ extenditur. et lib. 34. c. 4. Extendere se supra vires. *to exert himself beyond his strength. Id.* l. 24. c. 48. In Africam quoque spem extenderunt. *Quintil.* declam. 3. c. 13. Ad altiorem se honorum gradum extendere. *to ascend, climb up, be promoted. Petron. in Satyr.* c. 140. per hanc successionem artem suam perseverabat extendere. *to continue. Plaut. Bacch.* 3. 3. 26. Extendere ætatem suam in exercitio aliquo. *to pass, lead, spend. Quintil.* l. 10. c. 1. *ante med.* Extendere verba, aut corripere. *to lengthen:* producere aliquid addendo per prosthesin, epenthesin, aut paragogen. ¶ Illa sunt JCtorum, *Modestin. Dig.* lib. 32. leg. 33. *extr.* Nisi specialiter defunctus ad ulteriores voluntatem suam extenderit. *Callistrat.* lib. 48. tit. 10. leg. 15. *a med.* Quod ad liberas personas extendi non debet. *Scævola* lib. 20. tit. 4. *leg. ult.* Ad lapidum venditionem officium suum extendit. [¶ Particip. *extendens* apud *Sueton. in Calig.* c. 31. Pretium extendens.]

EXTENĔBRO, as, a. 1. e tenebris educo, in lucem profero. *Varro:* Atque omnes adeo perquirit, atque extenebrat artes. Ita refert *Gevartius ad Stat.* l. 2. silv. 3. v. 71. quem penes sit fides unde enim hoc fragmentum eruerit, non comperi.

EXTENSE, late, ample. *Tertull. de Idolol.* c. 2. Dominus extensius ista disponit.

EXTENSĬO. V. *Extentio.*

EXTENSĬPES, apud *Diomed.* l. 3. pag. 475. *Putsch.* nomen est pedis Molossi, qui tribus longis constat.

EXTENSĪVUS, a, um, qui extenditur, vel extendi potest. *Paul. Dig.* lib. 36. tit. 17. leg. 6. Cum verba extensiva sunt, pœnitentia ejus usque ad annum admittenda est.

EXTENSUS, a, um, adject. *extended, stretched. Cic.* 4. *Acad.* c. 47. Extensis digitis adversam manum ostenderat. *Quintil.* l. 11. c. 3. Manus extensiores. *Liv.* l. 21. c. 32. Castra quam extensissima potest valle collocat. ¶ *Extensus, us*, substant. V. *Extentus, us.*

EXTENTE, adverb. extendendo. *Ammian.* l. 23. c. 4. (*al.* 7.) *de balista.* Quadratus eminet stylus extentius. Al. leg. *extensus.*

EXTENTĬO, onis, f. *a stretching, extension*, ἔκτασις, actus extendendi. *Vitruv.* l. 9. c. 4. *circa med.* Radii solis extentionibus porrecti. Al. leg. *extensionibus.*

EXTENTO, as, avi, atum, a. 1. experior, *to put to the stretch, try, make trial of, exert:* ab *ex*, et *tento.* Potest etiam duci ab *extendo*, tanquam ejus frequentativum. *Plaut. Bacch.* 4. 2. 2. Quænam istæc est pultatio? Quæ te mala crux agitat, ad istum qui modum Alieno vires tuas extentes ostio? *Id. Mostell.* 3. 1. 65. Quid tu te homo omnium teterrime venisti huc extentatum? *h. e.* ut vires laterum tuorum clamando experireris, atque ostenderes? ¶ Ab *extendo* quidem certe est in illo *Lucretii* l. 3. v. 491. extentat nervos, torquetur, anhelat. et *Ammiani* l. 22. c. 14. (*al.* 32.) Ridebatur, ut homo brevis humeros extentans angustos.

EXTENTUS, us, m. extentio. *Sil.* l. 4. v. 618. immensosque per armos (*elephanti*) Et laterum extentus venit atra cuspide vulnus. Al. leg. *extensus* eod. sensu. significantur enim spatia laterum.

EXTENTUS, a, um, *extended, stretched out, lengthened, continued*, ἐκταθεὶς, extensus, intensus, prolatus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 59. Extento brachio, paulum etiam de gestu addidit. *Vellei.* l. 2. c. 70. Extentam cervicem præbere. *Plin.* l. 34. c. 12. *a med.* Restes super piscinas ligneas extentæ. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 6. v. 9. extentis tumet uva racemis. *h. e.* musto distentis. *Horat.* l. 2. od. 15. v. 3. Stagna latius extenta. *Solin.* c. 52. (*al.* 65.) Extentissima spatia. *Liv.* l. 30. c. 19. Extentis itineribus ire. *h. e.* intento gradu, celeriter, *by long marches. Curt.* l. 4. c. 14. Ordines rari, cornua extenta, media acies vana, et exhausta. *Plin.* l. 10. c. 29. Sonus acutus, creber, extentus. *lengthened out, continued. Horat.* l. 2. od. 2. v. 5. Extento ævo vivere. *a long life.* Sic *Vellei.* l. 1. c. 11. Extentum vitæ spatium. ¶ *Per extentum funem ire posse* proverbiali locutione dicitur is, qui quamvis rem arduam, difficilem, mirabilem aggredi potest, et perficere. *to walk on the tight rope. Horat.* l. 2. ep. 1. v. 210. Ille per extentum funem mihi posse videtur Ire poeta, meum qui pectus, &c.

EXTENUATĬO, onis, f. *an extenuation, diminution*, λέπτυνσις, actus extenuandi. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 57. Aera aut motus extenuat, aut extenuatio incendit. *Plin.* l. 17. c. 26. Vitium extenuatio, et domitura palmitum. ¶ Est hoc nomine figura rhetorica sententiarum, qua res extenuamus dicendo, et imminuimus: Græcis ἐλάττωσις, μείωσις, ἐξουθενισμός. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 53. Et distincte concisa brevitas, et extenuatio.

EXTENUĀTUS, a, um, adject. *extenuated, diminished, lessened, reduced, weakened*, λεπτυνθεὶς, attenuatus, diminutus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. Aer extenuatus sublime fertur. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 295. Extenuata vestigia. *lightly printed. Plin.* l. 18. c. 7. Panici paulatim extenuatus culmus, pæne in surculum. *Liv.* l. 21. c. 62. Cære sortes extenuatæ. *Lipsius* mallet *extæniatæ*, h. e. tæniis, quibus involvebantur, solutæ: sed aliis Criticis non placet. *Brutus ad Cicer. Fam.* 11. ep. 13. Copiolæ meæ sunt extenuatissimæ, et inopia omnium rerum pessime acceptæ. *Liv.* l. 31. c. 22. Media acies, diductis cornibus, extenuata. *weakened. Cic.* l. 2. *de Legib.* c. 23. *a med.* Sumptus extenuatus. *expense diminished.*

EXTENUISSĬME, adverb. superl. Legitur a quibusdam apud *Senec. in fi.* controv. 4. l. 1. sed lectio admodum varia est.

EXTENŬO, as, avi, atum, a. 1. *to make small or slender*, καταλεπτύνω, tenuem ac subtilem facio. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 40. *sub fin.* Falce lignum extenuare. *Plin.* l. 18. c. 16. *sub fin.* Arescit et in pulverem extenuatur. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 429. Extenuari in aquas. *Plin.* l. 31. c. 3. Aquæ cursu percussuque ipso extenuantur. *become lighter. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. Dentibus manditur, extenuatur, et molitur cibus. *Plin.* l. 15. c. 3. Serenitas corpus oleæ extenuat. *Liv.* l. 5. c. 38. Extenuare aciem. *h. e.* ita disponere, ut in longum tantummodo protendatur. *to widen the ranks. Plin.* l. 31. c. 9. *extr.* Extenuare, et lævare cutem. *to soften. Curt.* l. 7. c. 7. Modicus cibus, et cervicis dolor extenuabat vocem. *made faint or feeble.* ¶ Est etiam verbum medicorum, quo minuere, attenuare, discutere significant. *Plin.* l. 26. c 4. Extenuare morbos. *Id.* l. 29. *c. ult.* albugines. et lib. 21. c. 21. distillationes. *Cels.* l. 6. c. 6. sect. 8. pituitam. *Plin.* l. 22. c. 23. nervorum vitia. *Id.* l. 20. c. 6. raucitatem. *Id.* l. 32. c. 10. scabiem. *Id. ibid.* c. 4. cicatrices. ¶ Translate. *to diminish, lessen, extenuate. Cic. Verr.* 4. c. 53. Locupletissimi cujusque census extenuarant, tenuissimi auxerant. *Id.* l. 2. *de Legib.* c. 23. *a med.* Extenuare sumptus. *Id.* 2. *Offic.* c. 20. Neque verbis auget suum munus, sed etiam extenuat. *Id. Attic.* l. 3. ep. 13. Spes nostra extenuatur, et evanescit. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 16. Quæ cogitatio una maxime molestias omnes extenuat et diluit. *Id. Verr.* 7. c. 40. Si hoc crimen extenuare vellet. nam omnino tolli posse, non arbitrabatur. *Liv.* l. v. c. 37. famam belli. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 46. consensum multitudinis. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 3. v. 57. mala ferendo. *to make lighter. Id.* l. 1. *ex Ponto*, ep. 3. v. 26. curas mora longa. *Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 9. leg. 13. *circa med.* Expedire pecuniam ad extenuandum æs alienum. *to reduce. Callistrat.* lib. 50. tit. 6. leg. 5. *a med.* Extenuare facultates. [¶ Particip. *extenuans* apud *Cels.* l. 6. c. 6. n. 8. Vitatis tamen omnibus pituitam extenuantibus.]

EXTER, et Extĕrus, a, um, *of another country, foreign*, ἀλλότριος, externus, extraneus, alienus: ab *extra.* Cum de personis sermo est, significatur is, qui alienus est vel civitate, vel ditione, vel familia, vel collegio, &c. *Papinian. Dig.* lib. 29. tit. 2. leg. 83. Exterus heres institutus. *Id.* lib. 31. leg. 69. Si duos de familia heredes scripserit, et partem quartam extero legaverit. *Virg.* 4. *Æn.* v. 350. et nos fas extera quærere regna. *Lucret.* l. 2. v. 277. Extera vis multos pellit. *Cic.* 2. *Catil.* c. 13. Ab extero hoste atque longinquo. *Id. pro Font.* c. 11. *extr.* Exteris nationibus ostendere. *Id. in Divin. Verr.* c. 5. Jus nationum exterarum. *Plin.* l. 18. c. 3. Apud exteros. *Id.* l. 2. c. 67. Noscere extera Europæ. *countries out of Europe. Id.* l. 22. c. 23. Laser ad extera corporum indubitatas confessiones habet. *for external injuries.* ¶ Rectus casus *exter* agnoscitur a *Priscian. sub init.* l. 3. qui ita legit illud *Statii* 11. *Theb.* v. 428. Sed quid apud tales, queis nec sua pignora curæ, Exter honos? Verum hodie in libris aliter legitur: ut et illud *Ennii* apud *Fest.* Et quis exter erat Romæ regnare quadratæ. *Papinian. Dig.* lib. 31. leg. 71. Quod exter etiam heres præstare cogeretur. *Paulin. ad Cyther.* carm. 21. (*al.* 13.) v. 507. Nunc iste vobis exter, et vester manet. Adde vers. 816. ¶ Gradus *Exterior*, et *Extremus.* V. suis locis.

EXTERĔBRO, as, a. 1. *to extract by boring; to bore, pierce*, ἐκτρυπάω, terebrando extraho. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 24. Ex eo auro, quod exterebratum esset. ¶ Translate est extorquere. *to extort, force. Plaut. Pers.* 2. 2. 55. Nunquam hercle exterebrabis, tu ut sis pejor, quam ego siem. ¶ Nonnunquam perscrutari, curiosius quærere. Ita *Non.* c. 1. n. 315. ubi id confirmat exemplo *Plauti*, quod nihil ad rem facit.

EXTEREBRONĬDES. V. *Argentiexterebronides.*

EXTERGĔO, es, *et* Extergo, is, ersi, ersum, a. 2. et 3. *to wipe off, wipe, wipe clean*, ἀπομόργνυμι, ἐκκαθαίρω, tergendo purgo. *Cato R. R. c. ult.* Extergeto spongia bene. *Vitruv.* l. 7. c. 3. Coronæ puræ fieri debent, ut eæ facilius extergeantur. *Plaut. Rud.* 5. 2. 14. Quanto magis extergeo, tenuius fit. *Id. Men.* 2. 3. 40. Peniculus, qui extergentur baxeæ. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. *circa med.* Spongiæ, quibus columnæ, pavimenta, podia extergantur. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 110. Linteo extergere manus. *Petron. in Satyr.* c. 9. pollice lacrimas manantes.

EXTERĬOR, rius, oris, *more outward, outer, exterior*, ἐξώτερος, comparativum ab *exter*, sed positivi fere significationem habens: cui contrarium est *interior. Cic. de Univ.* c. 7. Exteriorem amplexus orbem. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 74. Pares munitiones contra exteriorem hostem perfecit. et cap. 79. Colle exteriore occupato. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 15. Qui quamvis perjurus erit, sine gente, cruentus Sanguine fraterno, fugitivus; ne tamen illi Tu comes exterior, si postulet, ire recuses. *h. e.* comitari loco inferiore,

ita ut, tanquam minor, tegas latus, et obsequare. *on the side farthest from the wall; on the left side.* V. *Interior.*

EXTERIUS, adverb. *without, on the other side,* ἔξω, ab exteriori parte, extrinsecus. *Colum* l. 12. c. 43. Vasa intrinsecus, et exterius crasse picare. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 420. Urbes exterius sitæ.

EXTERMINATOR, oris, m. *one who drives out or banishes,* qui exterminat, atque expellit. *Cic. pro Dom.* c. 55. Respublica quamquam erat exterminata mecum, tamen obversabatur ante oculos exterminatoris sui. Al. leg. *extinctoris* Adde *Hieronym.* epist. 27. *ad Eustoch. epitaph. Paulæ*, sect. 10. *extr.*

EXTERMINATUS, a, um, adject. *driven out, banished,* extra terminos missus, ut ait *Non.* c. 1. n. 110. expulsus, ejectus, amandatus. *Cic. pro Dom.* c. 55. Respublica exterminata mecum. [¶ Cum genitivo. *Apul.* 3. *Met.* pag. 214. *Oudend.* Sic exterminatus animi vigilans somniabar. *h. e.* extra terminum mentis meæ positus, quemadmodum loquitur idem. *Apul.* l. 5.]

EXTERMINIUM, ii, n. eversio, expulsio, *banishment, exile. Tertull. advers. Jud.* c. 8. Exterminium civitatis Jerusalem.

EXTERMĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to drive out, banish,* ἐξορίζω, ex terminis, seu finibus ejicio, expello, exsulare jubeo, cum vi, impetu extrudo. *Cic. pro Sext.* c. 4. Marcellum exterminandum ex illa urbe curavit. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 23. Protagoras Atheniensium jussu, urbe atque agro est, exterminatus. *Id. pro Balb.* cap. 22. Oppugnatores reipublicæ de civitate exterminari. *Id. pro Sext.* c. 13. Exterminabit cives R. edicto consul a suis diis penatibus, expellet a patria. *Id. pro Mil. c. penult.* Ex urbe expelli, exterminari, projici. *Id.* 3. *Offic.* c. 11. Peregrinos urbibus uti prohibere, eosque exterminare. ¶ Item universim ejicere, abigere, depellere. *Cic. de prov. consul.* c. 1. Auctoritatem Senatus e civitate exterminare. *Id. Phil.* 13. c. 1. Ex finibus humanæ naturæ exterminare. *Id.* 3. *Offic.* cap. 6. *sub fin.* Genus pestiferum atque impium ex hominum communitate exterminandum. *Id.* 4. *Acad.* c. 41. Quæstiones physicorum exterminandas puto. *Id. post redit. ad Quirit.* c. 6. Neque, republica exterminata, mihi locum in hac urbe esse duxi. *Colum.* l. 9. c. 15. Fucos in totum exterminare. *Plin.* l. 31. c. 10. Exterminare morbum. *Harduin.* legit *extenuare* ex MSS.

EXTERMĬNUS, a, um, adject. qui est extra terminum, exsul, expulsus. *Tertull. in carm. de Sodom.* cap. 3. Atque hinc exterminus ito.

EXTERNO, &c. V. *Exsterno.*

EXTERNUS, a, um, *outward, external,* qui est extra, exterior: cui *internus* opponitur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Nec enim ille externus et adventitius habendus est tepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus. (Adde 2. *de Divin.* c. 58.) *Id. in Somn. Scipion. sub fin.* Inanimum est omne, quod pulsu agitatur externo. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 86. teres, atque rotundus, Externi ne quid valeat per læve morari. ¶ *Externa bona* sunt, quæ non sunt in nobis ipsis, sed extra, nosque circumstant, ut divitiæ, honores, gratia, et hujusmodi. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 3. v. 35 mercede caret, per seque petenda est Externis virtus incomitata bonis. *Cic. in Top.* c. 23. Externa commoda vel incommoda. *Id.* 5. *Tuscul.* cap. 9. Fortuna, domina rerum externarum. ¶ Sæpissime *externus* dicitur de iis, quæ peregrina sunt, et extranea, seu alterius ditionis, patriæ, civitatis, familiæ, nationis. *of another country, foreign, alien. Cic. ad Brut.* ep. 10. Nec externis hostibus magis, quam domesticis laboramus. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Canum tam amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos. *Id.* 2. *Offic.* c. 18. *sub fin.* Per hospites apud externos populos valere opibus et gratia. *Id. Fam.* 4. ep. 9. *extr.* In externis locis minor est ad facinus verecundia. *Virg.* 3. *Æn.* v. 43. non me tibi Troja Externum tulit. *Id.* 7. *Æn.* v. 255. externa ab sede profectus. *from a foreign country.* et vers. 367. externa gens. et vers. 370. externa terra. et vers. 68. externus vir. et vers. 424. externus heres. *Cic.* 6. *Verr.* c. 51. Externa et aliena religio. *Nep. in Amilc.* c. 2. Diuturnitate externi mali exarsit intestinum bellum. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *a med.* Externa verba et nostra. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 5. Vel domesticis opibus, vel externis auxiliis. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 15. Externas gratias quærere. *Id.* 11. *Ann.* c. 16. Externi mores. *Curt.* l. 8. c. 5. Morum mutatio externa. *h. e.* ab externis petita. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 102. Externus amor. *h. e.* quo externus vir amatur. *Plin.* l. 22. c. 24. *extr.* Externus orbis. *h. e.* Africa, aut Asia. ¶ Absolute. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 647. Arcebatque suis externos finibus omnes. *Sallust. in orat. Lepidi contra Sull. a med.* Arma ab externis in nosmet versa. ¶ De discrimine inter externum, et alienigenam. V. *Alienigena.*

EXTĔRO, is, trivi, itum, a. 3. *to beat or rub out, bruise,* ἐκτρίβω, idem quod tero, vel terendo excutio. *Plin.* l. 18. c. 30. Messis alibi tribulis in area, alibi equarum gressibus exteritur. *Varr.* l. 1. *R. R.* cap. 52. Jumentorum ungulis e spica exteruntur grana. *Colum.* l. 2. c. 9. Cum amplior messis provenerit, quidquid exteretur, capisterio expurgandum erit. *h. e.* terendo colligetur. *is threshed out. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. Alvus calorem multum habet exterendo cibo. *h. e.* comminuendo, conficiendo. *digesting. Phædr.* l. 1. fab. 21. v. 9. Calcibus frontem exterit. *strikes, pierces, wounds.* Al. leg. *extudit. Stat.* 10. *Theb.* v. 478. gravis exterit artus Ungula. *h. e.* proterit, obterit. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 9. v. 12. congestas exteret ille nives. *will tread or walk upon.* ¶ Item terendo aufero. *to rub or wear away. Plin.* l. 37. c. 10. Gemma politur ex marmore, ut inutilia exterantur. *Id.* l. 31. c. 6. Marinæ aquæ rubiginem ferro celerrime exterunt. *Id.* l. 34. c. 13. Digitis scabritiem spodi exterunt. *Quintil.* l. 10. c. 4. Opus poliat lima, non exterat. *polish, not impair.* ¶ Item delere, eximere, extrahere. *to strike or blot out, erase. Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 19. Armenta aramenta dicta: postea tertia littera extrita. et lib. 6. c. 3. Casmena, carmena: r postea extrito, camena factum. *Id.* 2. *R. R.* c. 1. Oves beelare, vocem efferentes: a quo belare dicunt, extrita littera. ¶ Item consumere. *to consume. Plin.* l. 34. c. 11. Tabes mercium, aut fraus Seplasiæ sic exteritur.

EXTERRANĔUS, a, um, adject. *foreign,* qui est ex alia terra. *Festus.* ¶ *Exterraneus* etiam dicitur, qui ante tempus natus, vel potius ejectus est, quod eum mater exterrita alvo ejecit. *Idem.* Al. tamen leg. *Exterricineus.*

EXTERRĔO, es, ui, itum, a. 2. valde terreo, *to terrify, frighten greatly,* καταφοβέω. *Cic.* 2. *Offic.* c. 10. Dolorum cum admoventur faces, præter modum plerique exterrentur. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 233. socerumque exterruit ingens Vox. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 11. Improvisa simul species exterret utrumque. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 35. *de Jove.* Hic ubi detonuit, strepituque exterruit orbem. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 41. Ne milites repentino hostium incursu exterrerentur. et lib. 2. c. 4. Vehementius exterreri. *Sueton. in Cæs.* c. 45. Per somnum exterreri. *Tacit. Ann.* 1. c. 42. Exterrere vultu. *to intimidate, frighten from doing a thing.* et cap. 57. Fuerat animus Cheruscis juvare Cattos: sed exterruit Cæcina, huc illuc ferens arma. *deterred them from it.* et lib. 15. c. 11. Vi ac minis alares exterruit, legionarios obtrivit. *confounded.*

EXTERRICINĔUS. V. *Exterraneus.*

EXTERRĬTUS, a, um, *greatly alarmed, dismayed, terrified,* valde territus, ἐκπλαγείς. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 36. Quo aspectu exterrita nutrix clamorem sustulit. *Liv.* l. 4. c. 23. Veientes exterriti metu similis excidii. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 75. Repentino periculo exterriti. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 28. Innocens et falsa exterritus. Ψευδῆ ἐκπεπληγμένος, rebus falsis exterritus. *Al. leg.* falso. *Plin.* l. 1. ep. 5. Exterritus conscientia. *Virg.* 3. *Georg.* v. 149. Exterrita silvis diffugiunt armenta. *Id.* 3. *Æn.* v. 307. magnis exterrita monstris Diriguit visu in medio. *Id.* l. 5. v. 505. timuitque exterrita pennis Ales. *Id.* 3. *Georg.* v. 434. anguis Sævit agris, asperque siti, atque exterritus æstu. *h. e.* furens, rabidus, quasi extra se ob æstum. *Enn.* apud *Cicer.* 1. *de Divin.* c. 20. Anus lacrimans exterrita somno. *terrified out of her sleep.* In illo *Virg.* 5. *Æn.* v. 215. *de columba:* Fertur in arva volans, plausumque exterrita pennis Dat tecto ingentem: *Servius* recte monet, non timorem columbæ significari, sed crebram alarum agitationem, qualis in timore esse solet.

EXTERSUS, a, um, adject. ab extergeo, *wiped clean, cleansed, scoured, furbished. Plin.* l. 34. c. 9. Extersa æra rubiginem celerius trahunt. *Cic.* 4. *Verr.* c. 21. Eversum atque extersum relinquere fanum. *plundered.*

EXTERSUS, us, m. actus extergendi. *Plaut. Curcul.* 4. 4. 22. Linteumque extersui. *h. e.* ad extergendum aptum. Al. leg. *extersum.*

EXTĔRUS. V. *Exter.*

EXTEXO, is, ui, xtum, a. . *to unravel, unweave,* καταλύω, retexo, destruo quod textum est. Translate *Plaut. Bacch.* 2. 3. 5. Extexam ego illum pulcre jam, si Dii volunt. *h. e.* auro eum spoliabo: vel omnia ejus consilia et rationes pervertam et destruam.

EXTILLO. V. *Exstillo.*

EXTIMATĬO pro existimatio legitur a nonnullis apud *Macrob.* l. 7. c. 6. *Saturn.* ubi al. leg. *æstimatio.*

EXTIMĔO, es, a. 2. valde timeo. *Tacit.* 15. *Ann.* cap. 71. Quasi principem non quidem odissent, sed tamen extimerentur. Al. aliter leg.

EXTIMESCO, is, mui, a. 3. *to be greatly afraid, fear greatly,* περιφοβέομαι, valde timeo. *Terent. Hecyr.* 5. 3. 26. Extimui illico. *Cic. pro Deiot.* c. 1. De fortunis communibus extimescere. et *Phil.* 7. c. 1. Ab Antonio majus periculum extimescendum est. *Id.* 4. *Acad.* c. 38. *extr.* Si quid adversi acciderit, extimescere, ne id jure evenerit. *Id. Fam.* 9. *ep. ult. extr.* Nihil est quod adventum nostrum extimescas. *Stat.* 9. *Theb.* v. 155. tamen ille loquentis Extimuit vultus, admiraturque timorem. ¶ Aliqua re extimescere, h. e. propter aliquam rem. *Cic. pro Sext.* c. 59. *a med.* Equi ipsi gladiatorum, repentinis sibilis extimescebant. ¶ Passive perrari est usus. Singulare enim puto illud *Tacit.* 11. *Ann.* c. 16. Si filius Arminii in regnum venisset, posse extimesci.

EXTĬMO, as, pro existimo. *Tacito,* et *Macrobio* tribuitur a nonnullis, illi quidem *Ann.* 13. c. 17. huic vero l. 7. *Saturn.* cap. 2. et 6. Verum alii ubique *æstimo* reponunt, aut *existimo.* Quod idem puta de loco *Phædri,* quod V. in fine verbi *Æstimo.*

EXTIMŬLO. V. *Exstimulo.*

EXTIMUS, a, um, *the uttermost, outmost, or last,* qui est extra omnes, extremus, ἐξώτατος: superlat. ab *exter. Cic. in Somn. Scip.* c. 4. Novem orbes, quorum unus est extimus, qui reliquos omnes complectitur. *Lucret.* l. 4. v. 648. Extima membrorum circumtextura. *Plin.* l. 5. c. 1. Promontorium Oceani extimum. *Id.* l. 2. cap. 78. Extimæ gentes. *h. e.* quæ extremas orbis terras incolunt. *Id. sub fin.* l. 6. Apuliæ extima. *the confines, borders. Sil.* l. 7. v. 590. Et modo claudentes aciem, nunc extima, cingens, &c. *the last ranks; the rear ranks. Plaut. in fragm.* apud *Priscian.* l. 3. pag. 609. Bona perdidi; mala reperi; factus sum extimus a vobis. *h. e.* ejectus, expulsus, extorris.

EXTINGUO, &c. V. *Exstinguo.*

EXTIRPO. V. *Exstirpo.*

EXTISPEX, icis, *a soothsayer, diviner; a priest who inspected the entrails, and from thence drew presages of futurity,* qui exta inspicit auguriis capiendis, σπλαγχνοσκόπος, ἡπατοσκόπος. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 18. Hac extispicum divinatione sublata, omnis haruspicina sublata est. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 53. Hostias extispici disputanti relinquo.

EXTISPICIUM, ii, n. *the art of predicting future events from inspecting the entrails,* extorum inspectio, haruspicium. *Sueton. in Ner.* c. 56. Attendit et extispicio, nec unquam litavit.

EXTISPĬCUS, i, idem qui extispex. Vet. Lapis apud *Murator.* pag. 171. n. 7. et *Donium* class. 4. n. 42. L. Veturius Rufio avispex extispicus Sacerdos privatus.

EXTO. V. *Exsto.*

EXTOLLO, is, tuli, elatum, a. 3. *to lift or hold up, raise up,* ἐξαίρω, in altum tollo, effero, erigo. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 10. Qui onera extollere in jumenta possint. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 14. Erigere, extollere vites. *Id.* 2. *Phil.* c. 12. Cruentum alte extollens pugionem. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* cap. 47. Eos singulos exceptans in murum extulit. *Hirt. de B. Afric.* c. 84. Elephantus militem proboscide circumdat, atque in sublime extollit. *Petron. in Satyr.* c. 120. Extollere molem. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 41. ædificium. *Virg.* 2. *Æn.* v. 688. oculos ad sidera. *Horat. Epod.* 2. v. 17. decorum mitibus pomis caput Autumnus arvis extulit. *Virg. Ecl.* 1. v. 25. inter alias caput extulit urbes. *Flor.* l. 4. c. 10. Extollere se: *to raise himself up.* (Eod. sensu festive dixit *Plaut. in fin. Epid.* Extollere lumbos.) *Cic. pro Marcell.* c. 3. Extollere jacentem. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 41. Extollere liberos. *h. e.* tollere, educare. *to rear, educate.* V. *Tollo. Novius* apud *Non.* c. 7. n. 49. pedes. V. *Tollo.* ¶ Translate *Cic. in Pison.* c. 18. Vos meam fortunam deprimitis, vestram extollitis. *Nepos in Dione,* c. 6. Fortuna quem paulo ante extulerat, demergere est adorta. *had exalted. Cic. pro Planc.* c. 13. Libertas, quæ malis oppressa civilibus, extollere jam caput, et aliquando recreata, se erigere debebat. *Id. de Harusp. resp.* c. 22. Quempiam in cælum laudibus extollere. *to extol. Id. Fam.* 12. ep. 25. *extr.* Aliquem ad cælum extollere laudibus. *Id. pro Planc.* c. 40. meritum alicujus verbis. *to praise, extol. Tacit.* 4. *Ann.* c. 17. honoribus aliquem ad superbiam. et 6. *Ann.* c. 8. quempiam supra ceteros. *Quintil.* l. 11. c. 1. se supra modum, premere et despicere alios. *Id.* l. 12. c. 10. Amplificationibus orationem extollere. *Cic. in Partit.* c. 23. et *Lucan.* l. 8. v. 345. Extollere animos, *to grow haughty.* ¶ Absolute pro amplificare, augere, *to increase, enlarge, aggrandize. Curt.* l. 7 c. 4. Suas vires extollere, hostium paucitatem spernere. *Tacit. in fin.* 2. *Ann.* Vetera extollimus, recentium incuriosi. *Liv.* l. 28. c. 31. et *Plin.* l. 3. ep. 11. Extollere aliquid in majus. *Justin.* l. 12. c. 6. Rerum suarum magnitudinem cælo tenus extollere. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 21. Mavis vituperari falso, quam vero extolli? *be praised.* ¶ Pro differre, *to put off, defer, protract. Plaut. Pœn.* a. 2. v. 51. Res serias omnes extollo ex hoc die in alium diem. (Adde *Mil.* 3. 2. 47.) *Cæcil.* apud *Non.* c. 4. n. 168. Hodie extollat nuptias. [¶ Particip. *elaturus* apud *Liv.* l. 40. c. 28. Certum est hostes extra vallum signa non elaturos.]

EXTORPĔO, es, n. 2. obtorpesco. *Venant. Fortun.* l. 1. *de vita Martin.* v. 240. Obvia turba riget, gressuque extorpuit ægro.

EXTORQUĔO, es, orsi, ortum, a. 2. torquendo et trahendo evello, extraho. *Petron. in Sat.* c. 136. Pedem mensulæ extorsi, cœpique pugnacissimum animal armata elidere manu. *pulled or wrenched off.* ¶ Item luxo. *Senec.* ep. 104. Fregit aliquis crus, aut extorsit articulum. *put out of joint.* ¶ Item torqueo, tormentis adigo verum dicere, *to torture, put upon the rack. Terent. Adelph.* 3. 5. 36. Hunc abduce, vinci, quære rem. *Ge.* immo hercle extorque, nisi ita factum est. Adde *Senec.* epist. 24. *circa med.* ¶ Sæpius est *to take away by force, wrest,* ἐκβιάζομαι, vi quidpiam elicere, exprimere, eripere. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *ad fin.* A Cæsare per Herodem talenta Attica quinquaginta extorsistis. *Id. de prov. Consul.* c. 3. Nihil exprimere ab egentibus, nihil ulla vi a miseris extorquere. *Id. de clar. Orat.* c. 2. Extorquere arma e manibus civium. *to wrest, take away forcibly. Id.* 1. *Catil.* c. 6. Extorquere alicui sicam de manibus. *Flor.* l. 2. c. 6. *sub fin.* Sic factum est, ut inhærentem atque incubantem Italiæ extorqueret Annibalem. *h. e.* extraheret, expelleret, venire cogeret. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 18. Sententias de manibus

judicum vi quadam orationis extorquere. *Id. 2. de Fin.* c. 5. Extorquere ex animis cognitiones verborum, quibus imbuti sumus. *h. e.* evellere. *Liv.* l. 25. c. 4. Extorquere per vim suffragium populi. *to obtain by forcible means.* *Lucret.* l. 6. v. 1222. Extorquet vitam vis morbida membris. *h. e.* expellit, eripit. *Cic. pro Ligar.* c. 5. *extr.* Suam citius abjiciet humanitatem, quam extorquebit tuam. *h. e.* coget te, ut humanitatem abjicias. Sic *Senec. de Clement.* l. et cap. 1. Temeritas hominum, et contumacia, quæ sæpe tranquillissimis pectoribus patientiam extorsit. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 7. Extorsisti, ut faterer. *you have constrained me to confess.* *Id. in Orat.* c. 48. Extorquere alicui veritatem. *Id. de Senect. sub fin.* errorem. *to compel him to own and give up.* Sic *Id. pro Cluent.* c. 2. Si quam opinionem jam vestris mentibus comprehendistis, eam ratio convellet, veritas extorquebit. *Petron. in Sat.* c. 9. Extorquere alicui pudorem. *h. e.* pudicitiam. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 56. anni euntes Eripuere jocos, venerem, convivia, ludum; Tendunt extorquere poemata. *Flor.* l. 4. c. 2. Deditionem fames extorsit Antonio. *h. e.* ad deditionem compulit.

EXTORRĔO, es, *to parch, dry, burn up*, valde torreo. *Cels.* l. 3. c. 7. n. 2. Si vero ardens febris extorret, nulla medicamenti danda potio est.

EXTORRIS, re, *exiled, banished*, ἄπολις, ἐξόριστος, exsul: quasi extra terram patriam pulsus. *Cic.* 5. *Verr.* cap. 51. Hinc centum triginta septem patresfamilias extorres profugerunt. *Liv.* l. 5. c. 30. Ne exsulem, extorrem populum R. ab solo patrio ac diis penatibus in hostium urbem agerent. *Id.* l. 27. cap. 37. Extorris agro Romano. *Sallust. in Jug.* c. 15. Extorris patria, domo. *Liv.* l. 26. cap. 41. *post med.* Brevi extorre hinc omne Punicum nomen, &c. *Id.* l. 32. c. 13. *ad fin.* Extorre agmen sedibus suis. *Sueton. in Aug.* cap. 12. Nursinos grandi pecunia, et quam pendere nequirent, multatos, extorres egit oppido. *Turpil.* apud *Non.* c. 1. n. 48. Extorrem aliquem facere. *Gell.* l. 2. c. 12. Is domo, patria, fortunisque omnibus careto; exsul extorrisque esto.

EXTORTOR, oris, m. *one who takes away by force; a robber, extortioner*, qui vi rapit, et aufert. *Terent. Phorm.* 2. 3. 27. Bonorum extortor, legum contortor.

EXTORTUS, a, um, *distorted, dislocated*, distortus, luxatus. *Plin.* l. 8. ep. 18. *a med.* Omnibus membris extortus et fractus, tantas opes solis oculis obibat. *Senec.* ep. 66. *a med.* Per longam nervorum contractionem extorti minutatim. Adde *Juvenal.* sat. 8. v. 33. ¶ Item torquendo excruciatus, *tortured.* *Liv.* l. 32. c. 38. *ad fin.* In servilem modum lacerati atque extorti. Adde lib. 34. c. 25. *ad fin.* ¶ Item vi expressus, ereptus, *wrested, forced, extorted*, ἐκβιασθείς. *Cic. in Pison.* c. 35. Si quidem potest vi et metu extortum, honorarium vocari. *Id. pro Cluent.* c. 28. *extr.* Pecunia extorta atque erepta. *Id. pro Mil.* c. 7. Extorta alicui sica de manibus. *Id. in Orat.* c. 48. Extorta alicui veritas. *Claudian.* l. 2. *in Ruf.* v. 170. extortas invito principe voces. *Plin.* l. 3. ep. 9. Cum ea prærepta et extorta defensioni suæ cerneret, in quibus omnem fiduciam reponebat.

EXTRA, *without, outside of, on the outside, not included in*, ἔξω, præposit. quæ cum casum post se habeat, accusativum regit: cui contraria est *intra*, et *intus*. *Cic. in somn. Scip. in fin.* Animus inclusus in corpore, et ea, quæ extra sunt, contemplans. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 69. Cum extra, et intus hostem haberent. *Id.* l. 1. *B. Gall.* c. 10. Hi sunt extra provinciam trans Rhodanum primi. *Plin.* l. 6. c. 32. *extr.* Abunde orbe terrarum extra, intra indicato. *Id.* l. 25. c. 5. *sub fin.* Helleborum medetur extra corporis eruptionibus pituitæ, &c. *h. e.* externis corporis vitiis. *Id.* l. 31. c. 9. Sal extra faucibus illitus. *Id.* l. 8. c. 27. Ut extra fiat membranæ, quod fuerat intus. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 31. Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 21. Et in corpore, et extra sunt quædam bona. *Liv.* l. 38. c. 8. Extra orbem terrarum. et cap. 9. Ut Cephallenia insula extra jus fœderis esset. *had not been comprehended.* *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 11. Vox extra modum absona. *exceedingly.* *Id.* 1. *Offic.* c. 39. Extra modum sumptu prodire. *h. e.* præter modum. *Id.* 7. *Verr.* c. 51. Esse extra culpam. *blameless.* *Id. Attic.* l. 11. ep. 24. Extra periculum belli. *Id. pro Sull.* c. 13. *sub fin.* Extra conjurationem, *h. e.* non esse ex conjuratis. *Id. pro Cæc.* c. 32. Extra causam id est. *foreign to the purpose.* *Quintil.* l. 11. c. 3. *ad fin.* Minus contentionis habent ea, quæ sunt extra quæstionem. *Id.* l. 4. c. 1. Ad causam extra pertinet tempus, locus, habitus. Nihil enim horum est in causa: ad causam tamen pertinet. *Cic. pro Dom.* c. 8. Extra ordinem. *extraordinarily.* *Id. Fam.* 7. ep. 16. Extra jocum. *joking apart, seriously, in right earnest.* *Tacit. Hist.* 1. c. 49. Ipsi medium ingenium, magis extra vitia, quam cum virtutibus. *without vices.* ¶ Aliquando adhibetur pro præter, *except, besides.* *Cic. Fam.* 7. ep. 3. Extra ducem, paucosque præterea, reliqui rapaces, crudeles. *Terent. Phorm.* 1. 2. 48. Neque illi benevolens, extra unam aniculam, quisquam aderat. *Liv.* l. 26. c. 34. Ipsos et conjuges vendendas, extra filias, quæ, &c. ¶ *Extra quam si* in exceptionibus, *excepting that.* *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *a med.* Habeo exceptionem ἰσοδυναμοῦσαν, sed tectiorem, ex Q. Mucii edicto Asiatico, extra quam si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat. *Liv.* l. et c. 38. Neve navigato citra Calycadnum, extra quam si qua navis pecuniam portabit. Adde *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 33. et lib. 2. c. 57. *ad fin.* ¶ Et omissa particula *si*. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 20. (si sana est lectio) Postulat is, quicum agitur, a prætore exceptionem: extra quam in reum capitis præjudicium fiat. *Liv.* l. 26. c. 34. Campanos omnes, extra quam qui eorum apud hostes essent, liberos esse jusserunt. ¶ Pro sine. *Titinn.* apud *Non.* c. 2. n. 199. Desuevi, ne quo ad cœnam iret extra consilium meum.

EXTRACLŪSUS, a, um, nom. ex particip. relictus, non assignatus, ut agger, vel locus extraclusus, *Frontin.* apud *Goes.* pag. 39. et *Aggenus ibid.* pag. 60. Extraclusa regio, *Hygin. ibid.* pag. 189.

EXTRACTORĬUS, a, um, adject. *that draws or can draw, drawing*, ἐξελκτικός, qui extrahit. *Plin.* l. 24. c. 11. Vulgaris arundo extractoriam vim habet.

EXTRACTUS, a, um, *drawn out, extracted*, ἀφελκυσθείς, eductus, elicitus. *Plin.* l. 30. c. 12. Extractæ testis cochleæ. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 11. rure extractus in urbem. *Sueton. in Vitell.* c. 10. Extractus e latebra. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 7. Extractum e corpore telum. *Sueton. in Tiber.* c. 73. Extractus alicui anulus. *drawn or taken off.* ¶ Item protractus, productus, prolatus, *protracted, prolonged.* *Cic. Fam.* 1. ep. 4. Res ab adversariis nostris extracta est variis calumniis. *Liv.* l. 4. c. 41. Usque ad noctem extractum certamen. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 28. Simulatione deditionis extractum primum noctis tempus. *Tacit. Ann.* 4. c. 73. Pugna in posterum extracta.

EXTRĂHO, is, axi, actum, a. 3. *to draw out, extract*, ἐξέλκω, extra traho, educo, evello, elicio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Cervices boum natæ ad jugum, tum vires boum natæ ad jugum, tum vires humerorum et latitudines ad aratra extrahenda. *Plaut. Rud.* 2. 5. 4. Extrahere aquam. *scil.* e puteo. et 4. 4. 124. rete ex aqua. *Nepos in Agesil.* c. 3. copias ex hibernaculis. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 119. telum de vulnere. *Horat. de ar. poet.* v. 34. vivum puerum alvo. *Id.* l. 2. sat. 5. v. 94. turba aliquem. *Cic. pro Cluent.* c. 13. domo quempiam. *Liv.* l. 26. c. 13. senatores vi in publicum. et lib 8. c. 29. hostes invitos in aciem. *Plin.* l. 28. c. 18. *ad fin.* et lib. 7. c. 2. spinas, venena corpori. *Senec. in Thyest.* v. 1. ab sede infausta inferorum. *Senec. de Tranquill.* c. 3. Extrahere candidatos. V. *Candidatus.* ¶ Translate est extricare, liberare, eripere. *to free, rescue, liberate, extricate.* *Nepos in Eumen.* c. 5. Se, ac suos omnes extraxit incolumes. *Cic. pro Sext.* c. 4. Urbem ex periculis maximis extrahere. *Senec. in Phœniss.* v. 5. Inveniam viam, quæ me ab hac vita extrahat. *Id. in Troad.* v. 657. Aliquem pœnæ extrahere. *to withdraw.* *Senec.* epist. 95. *circa med.* Imbecilliores adjuvabit, malisque opinionibus extrahet. *Terent. Hecyr.* 5. 4. 36. Nescis, Parmeno, ex quanta ærumna extraxeris. ¶ Item evellere, delere. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 43. Epicurus ex animis hominum extraxit radicitus religionem. *Id.* 4. *Acad.* c. 34. Ex animis extrahere temeritatem. ¶ Item producere, educere, publicare. *Liv.* l. 39. c. 16. *ad fin.* Extrahere scelera ex occultis tenebris in lucem. *Senec. in Hippol.* v. 884. Secreta mentis verberum vis extrahit. ¶ Item in longum trahere, protrahere, *to defer, protract, prolong.* *Liv.* l. 34. c. 46. Tergiversando, rem in adventum consulis extrahere. *Id.* l. 2. c. 23. Jam vero eludi atque extrahi se, multitudo putare. et lib. 3. c. 2. Extractum in tertium annum bellum est. *Tacit. de Germ.* c. 22. Somnum plerumque in diem extrahunt. *Quintil.* l. 4. c. 1. Extrahere aliquid in infinitum. *to lengthen out.* et *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 5. *in fin.* diem de die extrahere. *to put off.* *Stat.* 1. *Theb.* v. 322. spes anxia mentem Extrahit, et longo consumit gaudia voto. *h. e.* suspensum tenet, et cruciat animum. Sic lib. 3. v. 574. Bisseno premit ora die, populumque ducesque Extrahit incertis. ¶ Item trahendo consumere, transigere, *to consume, waste, pass away.* *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* cap. 32. Dicendi mora diem extrahere. et cap. 33. Triduum disputationibus extrahitur. *Curt.* l. 10. c. 2. Prolatando aliquantum extraxerant temporis. *Liv.* l. 32. c. 9. Ne, misso e manibus hoste, sine ullo effectu æstas extraheretur. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 277. noctem dulci testudine vates extrahit. [¶ Particip. *extracturus* apud *Liv.* lib. 38. c. 44. Et tempus eum morando extracturum diceret.]

EXTRAMUNDĀNUS, a, um, *extramundane*, ut Extramundana intelligentia, *Martian. Capell.* l. 9. pag. 308.

EXTRAMURĀNUS, a, um, qui extra murum est, cui opponitur intramuranus. *Lamprid. in Heliogab.* c. 27. Exoleti extramurani, et intramurani. *Ascon. Pedian. in Verr.* 4. c. 6. Magistratus intramuranus.

EXTRANATURĀLIS, le, ad naturam non pertinens. *Tertull. de anim.* c. 43. Naturalium et extranaturalium discretio.

EXTRANĔO, as. V. *Exsterno.*

EXTRANĔUS, a, um, *extraneous, foreign*, extrarius, externus: ab *extra*. ἀλλόγνωτος. *Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 56. et 59. Utilitas aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus. *Id. in fragm.* apud *Colum.* l. 12. *in præfat.* (si modo ea *Ciceronis* verba sunt, et non solæ sententiæ.) A natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam; viri autem ad exercitationem forensem et extraneam. *done out of doors, taking place abroad.* *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 1. Propter aliquam extraneam causam. ¶ Item qui ex alia familia est, aut patria, aut gente, *strange, foreign.* *Sueton. in Aug.* c. 69. Filiam extraneorum cœtu adeo prohibuit, ut, &c. *Id. in Claud.* c. 4. *extr.* Ne heredem quidem, nisi inter tertios, ac pæne extraneos nuncupavit. *Tacit. in Agric.* c. 43 Finis vitæ ejus nobis luctuosus, amicis tristis, extraneis etiam ignotisque non sine cura fuit. *Justin.* l. 1. c. 10. Ut non tam in extraneum translatum, quam in familiam reversum videretur. Adde *Plin.* l. 28. c. 4.

EXTRAORDINARĬUS, a, um, *extraordinary, contrary to common order or custom*, ἔκτακτος, qui est extra ordinem, qui præter consuetum morem, cursumve rerum fit. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *extr.* Extraordinariæ fructuum species duæ accedunt magnæ, quarum una est tonsura, altera de lacte et caseo. *h. e.* præter ordinarium, qui est ex fetibus. *Cic. Phil.* 11. c. 8. At enim C. Cæsari extraordinarium imperium mea sententia dedi: ille enim mihi præsidium extraordinarium dederat. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 32. Se nullum extraordinarium honorem appetisse: sed exspectato legitimo tempore consulatus, eo fuisse contentum. *Cic. de clar. Orat.* c. 63. Extraordinaria consulatus petitio. *Id. Verr.* 7. c. 14. Extraordinariæ cupiditates. et *Verr.* 3. c. 39. pecuniæ. *h. e.* quæ neque de redditibus, neque de annonis, neque de aliqua legitima accessione videntur adjectæ, ut ait *Ascon.* sed ex sordidis lucris et furtis. *Liv.* l 40. cap. 31. Equites extraordinarii sinistræ alæ. et cap 27. et lib. 34. c. 47. Extraordinariæ cohortes. *h. e.* alariæ, ex militibus sociorum selectæ, qui erant extra ordinem ac numerum legionum. Vel legionariæ quidem, sed extra legionum aciem, separato ordine dispositæ. et *ibid.* Extraordinaria porta erumpere. *h. e.* prætoria, inquit *Gronov.* ubi tendebant extraordinarii. Non ideo tamen ita dicta, quia ibi tenderent, sed quia illa porta extra ordinem erumpere jussi sunt, qua robur legionum exire mos erat, non cohortes aliquot extraordinarias. *Lips.* vult, mendum esse, et *ordinaria* reponi, eandem prætoriam intelligendo. ¶ *Extraordinaria* a JCtis dicuntur ea, de quibus nihil lege est constitutum, sed eorum cognitio et judicium extra ordinem ad prætorem pertinet, ejusque arbitrio subjicitur. Hinc titulus 11. lib. 47. *Dig.* de extraordinariis criminibus inscribitur: et 13. lib. 50. de extraordinariis cognitionibus. *Ulpian.* l. 47. tit. 20. leg. 2. Coercitio extraordinaria.

EXTRARĬUS, a, um, *outward, external, extrinsical*, exterior, externus: ab *extra*, ἐξωτικός. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 13. Absoluta juridiciali constitutione utemur, cum ipsam rem jure factam dicemus, sine ulla assumptione extrariæ defensionis. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 56. Utilitas aut in corpore posita est, aut in extrariis rebus. *Al. leg.* extraneis. *Lucret.* l. 4. v. 277. Extraria lux oculos perterget. *coming from without.* ¶ Item alienus, non domesticus, hoc est qui non est ex nostra domo, patria, gente, aut ditione, *foreign, strange, not domestic.* *Terent. Phorm.* 4. 1. 13. Hanc conditionem si cui tulero extrario. *Al. leg.* extraneo. *Sueton. in Vespas.* c. 5. Canis extrarius e trivio. *Quintil.* l. 7. c. 4. Sub extrario accusatore prodesse nunquam potest, in domesticis disceptationibus potest. *Al. leg.* extraneo. *Javolen. Dig.* lib. 38. tit. 2. leg. 36. Libertus, præterito patrono, extrarios reliquit heredes. *Afran.* apud *Non.* c. 2. n. 268. Extrarium esse ab aliquo. ¶ *Fest.* inter extrarium, et extraneum sic distinguit, ut *extrarius* sit, qui extra focum, sacramentum, jusque sit; *extraneus* ex altera terra, quasi exterraneus.

EXTREMISCO, is, mui, n. 3. tremisco, *to tremble greatly.* *Sedul.* l. 4. v. 286. Extremuit lethale chaos. Al. leg. *et tremuit.* Quidam tribuunt etiam *Minucio Felici* cap. 28. sed alii leg. *contremiscunt.*

EXTREMĬTAS, atis, f. *the end or extremity of any thing*, τὸ ἔσχατον, id quod in quaque re extremum est. *Cic.* 2. *Fin.* c. 31. Infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas. *Id. de Univ.* c. 6. Mundus globosus est fabricatus: quod σφαιροειδὲς Græci vocant: cujus omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur. *the circumference, or superficies.* Sic *Plin.* l. 2. c. 17. Extremitas circuli. *Id.* l. 35. c. 10. Extremitas picturæ. *the edge, frame.* *Id.* l. 6. c. 30. Extremitates Æthiopiæ. *the confines.* *Id.* l. 31. c. 7. Extremitates lacuum tantum inarescunt. *Id.* l. 28. c. 6. Extremitates corporis, vel aurium. *Id.* l. 23. c. 1. *a med.* Febrium accessiones cum frigore extremitatum. *of the extremities.* *Cic.* 4. *Acad.* c. 36. *a med.* Extremitas et quasi libramentum, *h. e.* extima superficies, ἐπιφάνεια.

EXTRĒMUS, a, um, *extreme, last, final*, ὕστατος, ἔσχατος, extimus, ultimus, postremus, novissimus, summus: superlat. ab *extra*, vel *exter.* *Cic.* 2. *de Divin.* c. 43. Cælum ipsum, quod extremum atque ultimum mundi est. *the utmost boundary.* *Id. pro Cluent.* c. 65. *extr.* Ne in extrema quidem, aut media, aut in aliqua quidem parte quæstionis. *Id. Attic.* l. 6. ep. 1. *a med.* In extrema fere parte epistolæ. *almost at the close.* *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 204. Extremi primorum. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 42. Extremus dominorum. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 21. *extr.* Mensis extremus anni Februarius. *Id.* 7. *Verr.* cap. 45. Matres ab extremo complexu liberum exclusæ, quæ nihil aliud orabant, nisi

ut filiorum extremum spiritum ore excipere sibi liceret. *the last, latest.* *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 45. Impiger extremos curris mercator ad Indos. *farthest, remotest.* h. e. positos in extremis terræ regionibus, longe dissitos, remotissimos. Sic l. 3. od. 10. v. 1. Extremum Tanaim bibere. *Cic. de clar. Orat.* cap. 33. Extrema manus non accessit ejus operibus. *the finishing hand; the last finish.* *Id.* 4. *Fam.* ep. 13. Extremum illud est, ut te orem et obsecrem. *it remains only, that,* &c. vel *the last thing that I urge, is, I entreat you,* &c. et *Attic.* l. 11. ep. 16. *ad fin.* Extremum est, quod te orem, si putas rectum esse, cum Camillo communices. ¶ *Extremus liber, extrema oratio, epistola,* et similia, non solum significat ultimum e multis libris, ultimam e multis epistolis, &c. sed ejusdem libri, aut epistolæ partem ultimam. *Cic.* 3. *Offic.* c. 2. In extremo libro tertio. *at the end of the third book.* *Id.* 1. *de Orat.* c. 10. In extrema oratione. *Id. Verr.* 3. cap. 36. In codicis extrema cera. *Id.* l. 14. *Attic.* ep. 8. Litteræ, quibus in extremis erat, sibi insidias fieri. et lib. 13. ep. 45. Epistolam attulit, in qua extrema scriptum erat, &c. ¶ Hujus generis sunt illa quoque. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 28. In extremo ponte turrim constituit. *at the head of the bridge.* *Cic.* 15. *Fam.* ep. 4. In extrema Cappadocia. *on the borders.* et *pro leg. Manil.* c. 12. *extr.* Extrema hieme. *at the close of winter.* et cap. 10. Extrema pueritia. *in the last years of boyhood.* et *pro Cœl.* c. 12. Extremis digitis attingere. *with the tips of the fingers.* et *Sil.* l. 7. v. 172. et lib. 14. v. 8. Extremus dies. h. e. vesper, et regio occidentalis, ubi sol vespere occidit. et *Liv.* l. 2. c. 64. Extremo anno. *at the end of the year.* et *Nepot. in Con.* c. 1. Prætor fuit extremo Peloponnesio bello. *at the close of the war.* *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 2. *sub fin.* Extrema luna. h. e. extremus lunæ dies. ¶ Dicitur de iis rebus, quas ultra nulla est spes, desperatis, in præcipiti positis. *Cic. pro Quint.* c. 15. Ad extrema, et inimicissima jura cupide descendere. *to the utmost rigour of the law.* *Sueton. in Ner.* c. 6. *extr.* Rursusque extremis suis rebus frustra requisivit. *when circumstances drove him to it.* *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 25. In extremis suis rebus. *Julian. Dig.* lib. 40. tit. 5. leg. 47. In extrema valetudine esse. *in a bad state of health.* *Liv.* l. 22. c. 29. Qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, extremi ingenii est. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 27. et 33. Hostes in extrema spe salutis tantam virtutem præstiterunt, ut, &c. et lib. 7. c. 40. In extrema fortuna deserere patronos. et lib. 3. c. 5. Res ad extremum adducta casum. *to the last pass.* et *ibid.* Eruptione facta extremum auxilium experiri. *Sallust. in Jug.* c. 3. Neque aliud, se fatigando, nisi odium quærere, extremæ dementiæ est. *the height of madness.* *Justin.* l. 35. c. 1. Subornant quendam sortis extremæ juvenem. h. e. incertæ stirpis, ignotum, egenumque rerum omnium. *Senec.* epist. 70. *sub fin.* Extrema mancipia. *slaves of the very lowest order.* *Tacit. Ann.* 6. c. 24. Orare extrema vitæ alimenta. h. e. cibos vel vilissimos, dummodo vita trahatur. *Apul.* l. 3. *Metam.* Extremi latrones. h. e. pessimi, nequissimi. ¶ Huc pertinent illa *Flori* l. 4. c. 5. Compellere ad extrema deditionis. *to surrender at discretion.* *Poll. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 33. *a med.* Descendere ad extrema. *to have recourse to extremities, or desperate measures.* *Curt.* l. 4. c. 14. *a med.* Ad extrema perventum est. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 59. Famem, ferrum, et extrema pati. *Id.* 2. *Hist.* c. 47. Plura de extremis loqui, pars ignaviæ est. h. e. de morte. *Julian. Dig.* lib. 40. tit. 5. leg. 47. Esse in extremis. *in a conflict between life and death.* *Sallust. in Catil.* c. 55. Respublica est in extremo. *is reduced to the last extremity.* Sic *Tacit.* 14. *Ann.* c. 61. Vita in extremum adducta. *into extreme danger.* ¶ *Extremum* absolute est extremitas, finis. *the end, close, extremity of any thing.* *Cic.* 2. *de Divin.* c. 50. Quod finitum est, habet extremum. *Sil.* l. 4. v. 88. Sub extremum noctis. *Sallust. in Jug.* c. 24. Extremum diei. et cap. 95. æstatis. et cap. 41. in extremo montis. *on the summit.* *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 68. *Hard.* Summum gulæ fauces vocantur, extremum stomachus. *Liv.* l. 35. c. 11. Extremo anni. *Tacit. Ann.* 4. c. 74. Extrema imperii. *the frontiers of the empire.* *Flor.* l. 3. c. 3. Extrema Galliæ. *the remotest parts of Gaul.* *Plin.* l. 8. c. 10. Extrema Africæ, qua confinis Æthiopiæ est. ¶ Aliquando adverbii loco ponitur. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 3. v. 15. Alloquor extremum mœstos abituros amicos. *for the last time.* *Id.* 14. *Metam.* v. 431. extremum tenues liquefacta medullas Tabuit. *at the last, finally.* ¶ *In extremum* est usque ad finem. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 111. Durare in extremum. ¶ *Ad extremum* est in extrema parte. *Liv.* l. 21. c. 8. *ad fin.* Missile telum hastili oblongo, et cetera tereti, præterquam ad extremum. ¶ Item omnino, vel perdite. *in the extreme.* *Id.* l. 23. c. 2. Improbus homo, sed non ad extremum perditus, cum mallet incolumi, quam eversa republica dominari. ¶ Item usque ad extremum. *to the very last.* *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 9. v. 28. Ne sit ad extremum Cæsaris ira tenax. Adde lib. 3. ep. 7. v. 20. ¶ Sæpius pro tandem, denique sumitur. *at length, at last.* *Cicer. Attic.* l. 2. ep. 21. Cum diu occulte suspirassent, postea jam gemere, ad extremum vero loqui omnes, et clamare cœperunt. *Id.* 2. *de Orat.* c. 19. Inventa disponere, deinde ornare verbis, post memoriæ mandare, tum ad extremum agere. *Cæs.* l. 4. cap. 4. *B. Gall.* Complures annos Suevorum vim sustinuerunt: ad extremum agris expulsi, &c. ¶ *Extremo* eod. sensu. *Nep. in Amilc.* c. 2. Sed extremo Amilcarem imperatorem fecerunt. *Cic. in fragm. in Pison.* apud *Ascon.* Prius Gallus, deinde Gallicanus, extremo Semiplacentinus. *Modestin. Dig.* lib. 32. leg. 81. Qui extremo mortuus est. ¶ Comparat. *extremior,* et superlat. *extremissimus:* illud est *Apuleii* l. 1. et 7. *Metam.* hoc *Tertull. in Apolog.* c. 19.

EXTRICĀTUS, a, um, *freed, extricated, disentangled,* exsolutus, expeditus, explicatus. *Horat.* l. 3. od. 5. v. 31. Extricata densis cerva plagis. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 27. *ad fin.* Si cum maritus uxori margaritas extricatas dedisset in usum, ea invito vel inscio viro perforasset, ut pertusis in linea uteretur. h. e. solutas, nullo funiculo colligatas.

EXTRĪCO, as, avi, atum, a. 1. *to free, extricate, disentangle, clear,* ἐξελίττω, explico, libero: a *tricis.* Translate *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 26. Putas, eos non citius tricas Atellanas, quam id extricaturos? *Vatin. ad Cicer.* 5. *Fam.* ep. 10. De Dionysio tuo adhuc nihil extrico. *Plaut. Epid.* 1. 2. 49. Aliqua ope exsolvam, extricabor aliqua. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 88. Mercedem aut nummos unde unde extricat. h. e. parat, expedit, eruit. *gets, procures.* *Phædr.* l. 4. fab. 22. Qui magna cum minaris, extricas nihil. *accomplishest nothing:* magna jactans, pollicitusque, nihil expedis, nihil præstas.

EXTRILĪDUS, a, um, adject. *fearless, dauntless,* impavidus, quasi qui extra læsionem est: ab *extra,* et *lædo.* *Gell.* l. 19. c. 1. Hominem conspicimus impavidum et extrilidum. Alii *extrilidum* interpretantur exalbidum, timore pallentem. V. ipsum *Gellii* locum. Alii denique ipsam lectionem sollicitant.

EXTRINSĔCUS, adverb. *from without, on the outside, extrinsically,* ἔξωθεν, ab exteriori parte. *Cic.* 4. *Acad.* c. 40. *ad fin.* Irrumpunt extrinsecus in animos nostros per corpus imagines, nobis dormientibus. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. Pulmones et cor extrinsecus spiritum adducunt. *Liv.* l. 2. c. 33. Extrinsecus imminens bellum. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 24. Columna extrinsecus inaurata. *Cels.* l. 4. c. 1. Jecur intrinsecus cavum, extrinsecus gibbum. *Id. initio* cap. 26. l. 5. Extrinsecus, aut intra se. *Colum.* l. 2. c. 9. *a med.* Extrinsecus albidum, intus candidum. *Lucret.* l. 1. v. 528. plagis extrinsecus ictus. *Senec.* ep. 33. Extrinsecus auscultare. *standing on the outside.* ¶ Pro extra rem. *foreign to the purpose.* *Colum.* l. 1. c. 6. *a med.* Hæc etsi extrinsecus, non tamen intempestive videor hoc loco retulisse. ¶ Adjective *Tertull. de Pall.* c. 1. Pallii extrinsecus habitus et ipse quadrangulus. *outward, exterior.* Sed non est imitandus.

EXTRĪTUS, a, um, exterendo elicitus, expressus. *struck out, elicited.* *Lucret.* l. 5. v. 1097. Exprimitur validis extritus viribus ignis. ¶ Item contritus, elisus. *Senec.* ep. 57. *a med.* Animam hominis magno pondere extriti permeare non posse. ¶ Item extractus, exemptus, ut Extrita syllaba, *Varr. sub fin.* l. 9. *de L. L.* V. *Extero.*

EXTRO, as, n. 1. *to go out,* exeo, apud vet. *Afran.* apud *Non.* c. 2. n. 279. Simul limen intrabo, illi extrabunt illico.

EXTRUCTĪO. V. *Exstructio.*

EXTRŪDO, is, usi, usum, a. 3. *to thrust or drive out, thrust off, extrude,* ἐξωθέω, extra trudo, per vim expello. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 5. Me extrusisti ex ædibus. et vers. 31. Decies die uno sæpe extrudit ædibus. *Cic.* 7. *Verr.* c. 15. Domo aliquem extrudere. *Terent. Eun.* 4. 5. 11. Extrudere foras. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 12. Mare aggere ac molibus extrudere. *to exclude, drive off, repel.* *Pompon. Mela* l. 2. c. 7. Eubœa ad meridiem promontorium Geræston, et Capharea extrudit. *pushes out, causes to jut out.* ¶ Item compello aliquem celeriter proficisci, quadam vi, et veluti manu adhibita. *to hasten or send away with speed; to compel to go.* *Cic.* 2. *de Orat.* c. 58. Non nimis liberale hospitium meum dices. nam te in viam, simulac perpaulum gustaris, extrudam et ejiciam. *Id. Fam.* 14. ep. 6. Pollicem, si non est profectus, quamprimum fac extrudas. Adde *ad Brut.* ep. 14. Sic *Terent. Hecyr.* 1. 2. 98. Eo invitum Pamphilum extrusit pater. *hath compelled to go thither.* et *Cic. Phil.* 10. cap. 5. Extrudi a Senatu in Macedoniam. ¶ *Extrudere merces* est cupide vendere, et quasi invitis emptoribus distrahere. *to put off, vend, utter.* *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 10. Multa fidem promissa levant, ubi plenius æquo Laudat venales, qui vult extrudere merces. ¶ *Extruderint* pro *extruserint* legitur apud *Vitruv.* l. 6. c. 11.

EXTRŪSUS, a, um, *thrust out,* expulsus. *Lucret.* l. 3. v. 978. Cedit enim rerum novitate extrusa vetustas. *Tacit. in Agric.* c. 33. A latebris suis extrusi hostes.

EXTRŬO. V. *Exstruo.*

EXTUBERATĪO, onis, f. *a bunch, swelling, extuberance,* ὑπερσάρκωσις, caro ex morbida causa alicubi in corpore excrescens. *Plin.* l. 31. c. 9. *ad fin.* Luxatis imponitur: item extuberationibus.

EXTUBERĀTUS, a, um, adject. *filled, crammed, swelled out.* *Ammian.* l. 22. c. 15. (*al.* 38.) Aviditate nimia extuberatus venter. *Solin.* c. 27. (*al.* 40.) *circa med.* Enormi corpulentia extuberatus.

EXTUBĔRO, as, avi, atum, n. 1. *to bunch out, swell,* ἐπιφυσσάω, intumesco, excresco. *Plin.* l. 21. c. 16. Radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat. *Id.* l. 37. c. 8. Gemma velut oculi figura extuberans. ¶ Nonnunquam active ponitur pro tumescere facio. *to cause to swell.* *Senec.* l. 6. *nat. quæst.* c. 4. Defert montes, subrigit plana, valles extuberat.

EXTŬLO, is, dicebant Antiqui pro extra fero. Itaque legunt nonnulli *in Plaut. Mostell.* 1. 2. 41. Extulunt, parant sedulo, &c. Alii *extollunt.*

EXTUMĔO, es, ui, n. 2. *to swell greatly,* ἐξοιδέω. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 96. Uterum illi nunquam extumere sensi.

EXTUMESCO, is, ui, n. 3. idem quod extumeo. *Plin.* l. 37. c. 5. Smaragdi extumescentes.

EXTUMĬDUS, a, um, *swollen, that swells or rises,* idem ac tumidus. *Varr. de R. R.* l. 1. c. 51. Aream potissimum rotundam, et mediam paulo extumidam.

EX TUNC, adverb. ex illo tempore, *from that time.* *Apul.* l. 7. *Metam.* Ex tunc pœnæ reservatus. Al. aliter leg. Addunt quidam locum *Valer. Max. in fine* capitis 5. lib. 1. sed ibi *et tunc* est legendum.

EXTUNDO, is, tŭdi, tusum, a. 1. *to beat, knock, thump,* ἐκκόπτω, idem quod tundo, aut valde tundo. *Senec.* l. 5. *controv.* c. 33. Alium distorquet, alium delumbat, alterius diminutas scapulas in deforme tuber extundit. *Phædr.* l. 1. fab. 21. v. 9. calcibus frontem extudit. *Al. leg.* exterit. ¶ Item tundendo expello, excutio. *to beat, hammer, or force out.* *Cels.* l. 4. c. 4. sect. 5. Frequens tussis sanguinem quoque extundit. *forces out.* ¶ Metaphorice *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 14. Cum labor extuderit fastidia. *shall have driven away.* *Bentlei.* aliter vult legi. *Auct. Paneg. ad Pison.* v. 164. Illo dulce melos Nereius extudit heros Pollice, terribilis quo Pelias ibat in hostem. h. e. chelyn pulsando elicuit sonum. ¶ Sæpe translate sumitur pro tundendo, hoc est precibus instando, aut alia quapiam ratione obtinere, extorquere ab invito, *to extort, gain by prayer or importunity.* *Plaut. Mostell.* 1. 3. 63. Eundem animum oportet nunc mihi esse gratum, ut impetravi, atque olim, priusquam id extudi. *Sueton. in Vespas.* c. 2. Latum clavum diu aversatus est, nec, ut tandem appeteret, compelli, nisi a matre, potuit. Ea demum extudit magis convicio, quam precibus, vel auctoritate. *Valer. Max.* l. 1. c. 4. n. 4. Corvi duo in os ejus adversum, velut iter impedientes, advolaverunt; vixque extuderunt, ut domum rediret. *Id.* l. 5. c. 2. n. 10. Perseveranti postulatione extuderunt, ut, &c. *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) Quosdam continet metus, quosdam debilitat: alios continuatio extundit, in aliis plus impetus facit. h. e. extorquet, exprimit ab iis, ut litteras addiscant. ¶ Item pro excutere inveniendi causa, studiose quærere, expiscari, excogitare, *to find out, discover.* *Virg.* 4. *Georg.* v. 315. Quis deus hanc, Musæ, quis nobis extudit artem? et vers. 326. hunc vitæ mortalis honorem, Quem mihi vix frugum et pecudum custodia solers Omnia tentanti extuderat, &c. h. e. pepererat, comparaverat. *Gell.* l. 17. c. 20. Eloquentiæ unius extundendæ gratia Athenas venisse. h. e. acquirendæ, addiscendæ. ¶ Item moliendo facere, conficere. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 9. Ut cum toto anno, per omnes dies, magna noctium parte, unum librum extudit, et elucubravit, rogare ultro cogatur, ut sint qui dignentur audire. *Lombardi* dicunt *ha buttato fuori.* (*hath put out.*)

EXTURBĀTUS, a, um, adject. expulsus, dejectus, *thrust or driven out.* *Cic. Verr.* 6. c. 30. Antiochus præceps provincia exturbatus. *Acc.* apud *Non.* c. 1. n. 48. Extorris regno, exturbatus mari. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 108. Pinus radicibus exturbata. *Cic. pro Cluent.* c. 5. *extr.* Expulsus atque exturbatus.

EXTURBO, as, avi, atum, a. 1. *to drive or thrust out,* ἐξωθέω, ἐκβάλλω, per vim ejicio, expello, excutio. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 168. Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigiæ exturbo oculos atque dentes. *Plin.* l. 20. c. 10. Radix ex vino pota calculos quoque exturbat. *Plaut. Trin.* 3. 3. 76. Cunctos exturba ædibus. et 1. 2. 100. et 2. 4. 200. Eum exturbasti ex ædibus. et 4. 3. 77. Nos exturbavit foras. *Id. Curcul.* 2. 1. 9. Exturbare ex animo ægritudinem. *Justin.* l. 14. c. 3. ex animo facti memoriam. *Cic. pro Sul.* c. 25. *ad fin.* homines e possessionibus. *to dispossess, deprive of.* *Id. pro Muren.* c. 22. hominem e civitate. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 175. cæde nefanda Exturbare animas. h. e. ex corporibus ejicere. *Cic. pro Quint.* c. 31. exturbari fortunis omnibus. h. e. spoliari. et cap. 15. Exturbare quempiam ex numero vivorum. *Id. pro Cluent.* c. 5. *extr.* Expellere, et exturbare. *Id.* 2. *Agrar.* c. 31. exturbare, et expellere. *Tacit. Ann.* 11. c. 12. In Silium ita exarserat, ut Juniam matrimonio ejus exturbaret, vacuoque adultero potiretur. ¶ Item dejicere, evertere, *to beat down, overthrow.* *Ascon. in argum. Milonianæ.* Milo exturbari tabernam jussit. *to force the gates.* *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 108. Pinum radicibus exturbare. ¶ Translate *Brut. ad Cicer.* ep. 16. *sub fin.* Cicero judicium suum tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 4. Multa convenerunt, quæ mentem exturbarent meam. h. e. de statu dejicerent. *to trouble.* ¶ Est etiam valde turbare, miscere, perturbare, *to confound, disturb.* *Plaut. Mostell.* 4. 3. 38. Nunquid Tranio turbavit? *Th.* imo exturbavit omnia. *Stat.*

1. *Theb.* v. 441. Exturbare odiis tranquilla silentia noctis.

EXTUSSĬO, is, ivi, a. 4. *to cough up, void by coughing*, est tussiendo aliquid ejicere. *Cels.* l. 2. c. 8. *a med.* Vomicam excitat, sic ut extussiatur. *Plin.* l. 23. c. 3. Sanguinem ejicientibus et suppurata extussientibus.

EXTUSSĪTUS, a, um, adject. tussiendo ejectus, ut Extussita sputa, *Cœl. Aurel. Acut.* 2. c. 16.

EXVAPŌRO. V. *Exsuppuro.*

EXUBĔRANS, antis, *exuberant, abounding greatly*, uberius abundans. *Gell.* l. 3. c. 9. Vigoreque et colore exuberantissimo. *Lactant.* l. 4. c. 29. Fons exuberans. *Pacuv.* apud *Varron.* l. 6. c. 2. Calydonia altrix terra exuberantium virum. *h. e.* multorum: vel fortium, magnorum, illustrium, virtute exuberantium.

EXUBERANTĬA, æ, f. *exuberance, superabundance*, exuberatio. *Gell.* l. 2. c. 26. Phœniceus color exuberantiam splendoremque significat ruboris. *Id. in titulo* cap. 7. l. 8. Exuberantia memoriæ.

EXUBERATĬO, onis, f. abundantia. *Vitruv.* l. 1. c. 4. Exuberationibus, aut defectionibus laborare.

EXUBĔRO, as, n. 1. *to abound, be very fruitful*, εὐθηνέω, superabundo: ab adject. *uber. Virg.* 2. *Georg.* v. 516. pomisque exuberat arbor. et lib. 1. v. 191. luxuria foliorum exuberat umbra. *Id.* 7. *Æn.* v. 465. alte spumis exuberat amnis. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 234. sanguis exuberat ulna. *h. e.* abunde exit. *Sueton. in Calig.* c. 40. Lucrum exuberat. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 30. Ex multa eruditione, ex pluribus artibus exundat et exuberat eloquentia. *Gell.* l. 7. c. 22. Luxuriare, et exuberare. ¶ Reperitur etiam active. *Colum.* l. 9. c. 4. Quæ favorum ceras exuberant. *h. e.* uberes reddunt. *Id.* l. 2. c. 16. Materiam meliorem vindemiis exuberandis.

EXUCCUS. V. *Exsuccus.*

EXUCTUS. V. *Exsuctus.*

EXŪDO. V. *Exsudo.*

EXVĔHO. V. in fine verbi *Eveho.*

EXVELĀTUS, a, um, detectus. *Propert.* l. 3. el. 13. v. 3. prætextæ pudor exvelatus amictu. Al. leg. *est velatus.*

EXVERRÆ. V. *Everræ.*

EXVERTO, is, erti, sum, n. 3. *to get the start of*, prævenire, præoccupare. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 52. Cito homo exverti potest. Optimi Codices habent, *perverti.*

EXŪGO. V. *Exsugo.*

EXVIBRISSO, as, n. 1. idem ac vibrisso. *Titinn.* apud *Fest.* in *Vibrisso.* Si erit tibi cantandum, facito usque exvibrisses.

EX VICARIO, qui Vicarius fuit. *Ammian.* lib. 22. cap. 11. (*al.* 27.)

EXUL, &c. V. *Exsul.*

EXULCERATĬO, onis, f. *a soreness, festering, exulceration*, ἕλκωσις, plaga. *Plin.* l. 20. c. 3. Et interaneorum, vesicarumque exulcerationibus. *Cels.* l. 4. c. 22. Si nulla exulceratio est. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 1. Verebar, ne hæc non consolatio, sed exulceratio esset. *h. e.* doloris renovatio. *a fretting, provoking.*

EXULCERATORĬUS, a, um, *causing blisters to arise; fretting, provoking*, exulcerandi vim habens. *Plin.* l. 23. c. 7. Exulceratorium medicamentum.

EXULCERĀTRIX, icis, quæ exulcerat. *Plin.* l. 27. c. 12. Vis ei styptica et exulceratrix.

EXULCERĀTUS, a, um, *exulcerated, made sore. Cels.* l. 4. c. 16. Cutis exulcerata. *Plin.* l. 28. c. 13. Exulceratus stomachus. *Id.* l. 23. c. 2. Acetum cavendum exulceratis. ¶ Translate *Cic. pro Dom.* c. 11. Tot suspicionibus certorum hominum, et scelere exulceratus. *provoked, fretted, galled, aggravated.* Sic *pro Deiot.* c. 3. Ut in exulcerato animo facile fictum crimen insideret. *Liv.* l. 9. c. 14. Ira exulceratos ignominia stimulabat animos. *Cic.* 1. *Fam.* ep. 1. Ut in rebus ab ipso rege, et ab intimis Pompeii clam exulceratis, deinde palam a consularibus exagitatis, et in summam invidiam adductis; ita versamur. *Petron. in Satyr.* cap. 111. Cetera, quibus exulceratæ mentes ad sanitatem revocantur. *h. e.* ægræ, afflictæ, mœrentes.

EXULCĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to make sore, exulcerate*, ἐξελκόω, ulcus induco. *Varr.* 2. *R. R.* c. 9. *ad fin.* Perungunt aures, et inter digitos, quod muscæ et ricini solent ea exulcerare. *Cels.* l. 4. c. 15. Omnis agitatio exulcerat. *Plin.* l. 26. c. 12. Caustica vi exulcerat cicatrices. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 42. Ut ea non modo non exulcerare vestram gratiam, sed etiam conciliare videatur. *to displease, disgust, offend.* et lib. 2. *de Orat.* c. 75. Cur aut adversariorum adjumenta confirmant, aut ea, quæ sanare nequeunt, exulcerant? *fret. Plin.* lib. 1. epist. 12. Exulcerare dolorem. *to imitate, exasperate, provoke.* [¶ Particip. *exulcerandus* apud *Cels.* l. 3. c. 21. *a med.* Ferramentis andentibus venter exulcerandus est.]

EXŬLO. V. *Exsulo.*

EXULTO, &c. V. *Exsulto.*

EXULULĀTUS, a, um, *invoked with howlings*, ululando clamatus. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 507. Ista jube faciant, quorum Cybeleia mater Concinitur, Phrygiis exululata modis. ¶ Deponentis forma, qui exululat. *Id.* 4. *Trist.* el. 1. v. 41. Usque suum Bacchis non sentit saucia vulnus, Dum stupet Edonis exululata jugis. ἐξολολύσασα.

EXULŬLO, as, n. 1. *to howl or cry out, make to resound with howling*, ἐξολολύζω, valde ululo. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 233. nactusque silentia ruris Exululat, frustraque loqui conatur. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 171. Sic genitrix, similique implet soror omnia questu Exululans. *Sil.* l. 12. v. 598. sparseque solutis Crinibus exululant matres.

[* EXUNCTUS, a, um, particip. ab exungo. *Plaut. Trin.* 2. 4. 5. Quid factum est eo? (argento.) Comesum, expotum, exunctum, elotum in balineis. *h. e.* unguentis emendis absumptum.]

EXUNDATĬO, onis, f. *an overflowing, diffusing, inundation*, κατακλυσμὸς, supereffluentia. *Plin.* lib. 19. cap. 3. Nisi exundatione fluminum invecto semine a Tiaris.

EXUNDO, as, avi, atum, n. 1. *to overflow, break out from its proper channel, diffuse itself, exundate*, ἐκπλημμυρέω, κατακλύζω, extra undo, abunde effluo. *Colum.* l. 8. c. *ult.* Rivis, per quos exundat piscina, præfigantur ænei cancelli. *Plin.* l. 2. c. 103. Fons tertia noctis hora in sextam exundat. *Senec. in Agamemn.* v. 222. alto sanguine exundans solum. et vers. 903. Trunco cruor exundat. *Tacit. de Germ.* c. 45. Tura balsamaque in proximum mare labuntur ac vi tempestatum in adversa litora exundant. *h. e.* fluunt, feruntur, exeunt in litus. ¶ Tribuitur et aliis rebus. *Sil.* l. 3. v. 314. in Libyam dirum fluxisse cruorem: Inde Medusæis terram exundasse chelydris. *Id.* l. 14. v. 62. Flammarum exundat torrens. *Stat.* 12. *Theb.* v. 431. exundant diviso vertice flammæ. *Sil.* l. 5. v. 456. Spiritus exundans perflavit campum. *h. e.* morientis anima exiens. *Senec. in Œdip.* v. 924. Mersus alte magnus exundat dolor. *Id. in Med.* v. 492. Exundat furor. *boils over. Auct. dial. de Oratorib.* c. 30. Exundat et exuberat eloquentia. *Juvenal.* sat. 10. v. 119. Exundans ingenii fons. *Senec.* l. 1. *de Ira*, c. 7. Temperare iram: eoque detracto, quod exundat, ad salutarem modum cogere. ¶ Cum accus. *Sil.* l. 2. v. 630. densum qua turbine nigro Exundat fumum piceus caligine vertex. Al. leg. *exundat fumans.*

EXUNGO, is, a. 3. *to anoint, besmear all over*, idem ac ungo. *Plaut. Rud.* 2. 7. 22. Eluas tu, an exungare, ciccum non interduim.

EXUNGUIS, e, adject. qui ungue caret. *Tertull. de Pall.* c. 5. Bestia edentula, et exunguis, et excornis.

EXUNGŬLO, as, a, 1. ἐξονύζω, ungues aufero. Affertur locus ex *Plaut. Trucul.* 2. 2. 57. sed ibi mira est lectionis varietas. ¶ *Exungulare*, neut. signif. pro ungues amittere, habet *Veget. rei Veterin.* l. 2. c. 57. Si exungulaverit jumentum.

EXŬO, is, ui, utum, a. 3. *to strip off, put off*, ἀποδύω, ἐκδύω, indumenta, aut quidpiam aliud corpori adhærens detraho, aut depono, spolio. Est ab allato ἐκδύω, quasi *ecduo*, ut *Voss.* docet, et probat *Cellar.* Sunt, qui ab *ex*, et *suo* ducunt, et *exsuo* scribunt. *Virg.* 5. *Æn.* v. 423. Et magnos membrorum artus, magna ossa, lacertosque Exuit. *bares. Sueton. in Ner.* c. 32. Veste aliquem exuere. *Plaut. Men.* 1. 3. 16. Exuere pallam. *Horat. Epod.* 17. v. 15. membra pellibus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 693. Amor exuit alas. *lays aside.* et lib. 5. v. 420. Trojanos exue cæstus. *Martial.* l. 14. epigr. 109. Exuere digitos. *scil.* anulis. *Apul.* l. 1. *Metam.* manticam humero. *Ovid. Heroid.* ep. 13. v. 147. alicui clypeum. *Id.* 2. *Metam.* v. 419. pharetram humero. *Id.* 7. *Metam.* v. 773. jamdudum vincula pugnat Exuere ipse sibi. *Cicer. Ver.* 7. c. 58. se ex laqueis. *Liv.* l. 35. c. 17. jugum. et lib. 34. c. 13. *extr.* se jugo. *Ovid. Metam.* 9. v. 52. amplexus. *to be released or extricate himself from.* ¶ Passive, et Græca constructione. *Id. ibid.* l. 7. v. 317. minuuntur corporis artus, Cornuaque exuitur, necnon cum cornibus annos. ¶ Pro extrahere, educere. *to pull or draw out. Stat.* 9. *Theb.* v. 287. Sed miseratur equum, magnoque e vulnere telum Exuit. ¶ Pro detegere. *to uncover. Martial.* l. 9. epigr. 60. mensas et opertos exuit orbes. ¶ Exuere vagina ensem. *to unsheath the sword. Stat.* 9. *Theb.* v. 76. Simile est illud *Ovid. de medic. faciei*, v. 54. hordea Exue de palea, tegminibusque suis. *strip or deprive of, clear from.* ¶ Translate est spoliare, detrahere, privare, auferre. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 14. Impedimentis exuere hostem. *Sallust. in Jug.* c. 93. et *Liv.* l. 34. c. 28. armis. *Sallust. in fragm. in epist. Mithrid.* classe. *Vellei.* l. 1. c. 9. et *Liv.* l. 31. c. 42. et lib. 41. c. 12. castris. *Senec.* ep. 90. *a med.* Sapientia vanitatem exuit mentibus. *h. e.* detrahit, expellit. *Juvenal.* sat. 13. v. 188. Paulatim vitia atque errores exuit omnes Prima docens rectum sapientia. *Tacit. Ann.* 13. c. 51. Avitis bonis aliquem exuere. *Id. Ann.* 13. c. 39. hostem sedibus. *to drive, remove.* ¶ Item deponere, abjicere. *to put or cast off, lay aside. Cic. pro Ligar.* c. 14. Si clamare cœpisses, Cæsar cave ignoscas, cave te fratrum misereatur, nonne omnem humanitatem exuisses? *Juvenal.* sat. 11. v. 188. ante meum, quidquid dolet, exue limen. *Virg.* 4. *Æn.* v. 319. Exue mentem. *put away, lay aside. Id.* 2. *Georg.* v. 51. Exuere silvestrem animum. *Martial.* l. 10. epigr. 30. curas. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 622. metum omnem. *Petron. in Satyr.* c. 122. *in carm.* moras omnes. *to remove every source of delay. Ovid.* 14. *Metam.* v. 777. animam. *to die. Id.* 3. *Amor.* el. 4. v. 43. vultus severos. *Id.* 3. *Fast.* v. 281. feritatem. *Liv.* l. 27. c. 8. mores antiquos. *Id.* l. 34. c. 7. *ad fin.* servitutem. *Sil.* l. 7. v. 496. mente monita. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 75. virtutes. et *Ann.* 6. c. 25. vitia. et cap. 8. amicitiam alicujus. et lib. 4. c. 72. pacem. *to break, interrupt.* et lib. 12. c. 14. fidem. *to change parties, become a turn-coat.* et lib. 6. c. 43. pacta. *to forego, not abide by.* et *Ann.* 13. c. 44. promissa. *to break his word.* et cap. 13. obsequium in matrem. et 3. *Histor.* c. 5. jus fasque. et *Ann.* 14. c. 52. magistrum. *to forsake, not to heed.* et lib. 5. *Hist.* c. 5. patriam. *to forget, lose sight of, lay aside all affection for.* et *Ann.* 11. c. 19. jussa. *to disobey.* ¶ Illa quoque eleganter translata sunt *Livii* l. 2. c. 23. Exuere se agro paterno. *scil.* divendendo æris alieni causa. *Sen.* ep. 11. Exuere se omnibus vitiis. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 12. Fugere plane ipse se, et hominem ex homine exuens, naturam odisse videatur. *Stat.* l. 4. silv. 3. v. 50. Exuere montes. *h. e.* spoliare arboribus. [¶ Particip. *exuendus* apud *Tacit.* 12. *Annal.* c. 14. Exuendam ad fidem hostes emercari.]

EXUPĔRO cum derivat. V. *Exsupero.*

EXURDO. V. *Exsurdo.*

EXURGĔO, es, a. 2. *to squeeze or crush out*, exprimo, elicio: ductum a spongia, quæ ut humorem reddat, urgetur et comprimitur. *Plaut. Rud.* 4. 3. 69. Ego te, itidem quasi penicillus novus exurgeri solet, exurgebo quidquid humoris tibi est. *Cato R. R.* cap. 156. In linteum exurgeto succum. Al. leg. *exsugeto*, ab *exsugeo.* V. *Exsugo.*

EXURGO. V. *Exsurgo.*

EXŪRO, is, ussi, ustum, a. 3. *to burn, set on fire*, κατακαίω, idem quod uro, aut valde uro, peruro. *Hirt. de B. Afric.* c. 26. Villas exuri, agros vastari, pecus diripi. *Cic.* 3. *Verr.* c. 27. Domi suæ vivus exustus est. *Virg.* 1. *Æn.* v. 43. Exurere classem Argivum. *Curt.* l. 4. c. 7. Fervido solo exurente vestigia. *blistering.* Sic *Tibull.* l. 2. el. 3. v. 9. Nec quererer, quod sol graciles exureret artus. et *Plin.* l. 30. c. 4. Si ferventia os intus exusserint. *Id.* l. 17. c. 9. *sub fin.* Hæc omnia segetem exurunt. *Phædr.* l. 1. fab. 6. v. 7. Sol omnes unus exurit lacus. *dries up.* ¶ Translate *Tibull.* l. 4. el. 2. v. 5. Illius ex oculis, cum vult exurere divos, Accendit geminas lampadas acer Amor. *h. e.* amore accendere. *to inspire with love. Petron. in Satyr.* c. 121. *in carm.* nec enim minor ira rebellat Pectore in hoc, leviorve exurit flamma medullas, *h. e.* stimulat, ad furorem incitat. *Senec. in Agam.* v. 665. Magis exurunt, quos secretæ lacerant curæ. *h. e.* pungunt, angunt. *gall. Lucret.* l. 3. v. 931. et *Curt.* l. 4. c. 16. Sitis exurit fatigatos. *Curt.* l. 10. *extr.* Vim veneni talem esse constat, ut ferrum quoque exurat. *corrode, consume.* et *Sil.* l. 8. v. 273. quos plurima passos Tertius exurit lacrymosis casibus annus. *troubles, galls, afflicts.* ¶ Pro delere, tollere. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 3. Mihi quidem ex animo exuri non potest, esse deos. *I cannot divest myself of the idea that there are gods.* Al. aliter leg. ex conjectura.

EXUSCITO. V. *Exsuscito.*

EXUSTĬO, onis, f. *a burning, setting on fire*, καῦσις, ustio. *Cic. in somn. Scip.* c. 7. Propter eluviones, exustionesque terrarum. *Plin.* l. 17. c. 24. Exustio solis.

EXUSTUS, a, um, adject. *burnt*, ut Exustus ager, apud *Virg.* 1. *Georg.* v. 107. Sole exustus caseus, apud *Colum.* l. 7. c. 8. Exusta palus, *dried up, Virg. Georg.* 3. v. 432. Loca exusta solis ardoribus, *scorched, parched, burnt up, Sallust. in Jug.* c. 22. et *Sil.* l. 5. v. 606. Clausus ubi exusto liquor indignatur aeno. *h. e.* ferventi. ¶ Allegorice *Cic. de clar. Orat.* c. 4. Sic omnis fetus repressus, exustusque flos siti veteris ubertatis exaruit.

EXŪTUS, a, um, *stripped, divested, deprived*, ἀποδυσθεὶς, spoliatus, detractus. *Martial.* l. 10. epigr. 4. Exutus puer pennis labentibus. *h. e.* Icarus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 153. Sustulit exutas vinculis ad sidera palmas. ¶ Translate *Plin.* 35. c. 11. Herculem exuta mortalitate, in cælum euntem. *Tacit. Ann.* 3. c. 17. Exuta dignitas. *Cic. Tuscul.* 5. c. 25. Mens exuta vitiis. Al. aliter leg. *Tacit. Ann.* 16. c. 33. Omnibus fortunis exutus. *Flor.* l. 3. c. 1. Hostis exutus urbibus. *Curt.* l. 4. c. 15. impedimentis. *deprived of his baggage. Virg.* 11. *Æn.* v. 395. armis. *Liv.* l. 41. c. 3. *extr.* castris. *Sueton. de Grammat.* c. 11. patrimonio. *Sallust. in fragm. in orat. Lepidi.* imperio, gloria. ¶ Absolute *Tacit.* 1. *Ann.* c. 2. Exutus Lepidus. *h. e.* spoliatus auctoritate et potentia. ¶ Cum accus. more Græcorum. *Virg.* 4. *Æn.* v. 518. unum exuta pedem vinclis. *Stat.* 9. *Theb.* v. 163. Exutus canos lacero diademate crines. et lib. 11. v. 460. vittis exuta comam. ¶ Translate *Martial.* l. 5. epigr. 7. exuta est veterem nova Roma senectam. *Sil.* l. 6. v. 100. Exutus senium. et lib. 5. v. 15. castumque exuta pudorem. *h. e.* quæ abjecit. ¶ Insignis est hypallage in illo *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 111. hirsuti costas exuta leonis Aspera texerunt vellera molle latus. *h. e.* vellera detracta costis leonis. Usitata hypallage erat, *costæ exutæ vellera.*

EXUVĬÆ, arum, f. *clothes put off or left*, ἐνδύματα, vestes aliudve quippiam corpori adhærens, quo quis se exuit: ab *exuendo*, ut *Fest.* docet. Singulari numero omnino caret: *Virg.* 8. *Ecl.* v. 91. Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit. et *Æn.* 4. v. 496. pyram Erige, et arma viri, thalamo quæ fixa reliquit Impius, exuviasque omnes . . . . superimponas. *Fest.* in *Tensa.* Exuviæ deorum. *h. e.* ornamenta, insignia deorum. *the ornaments or insignia.* Sic *Sueton. in Aug.* c. 94. Cum fulmine et sceptro, exuviisque Jovis. ¶ Exuviæ capitis apud *Senec. in Hippol.*

v. 1181. et *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 62. sunt capilli. *hair cut off.* ¶ Quod ait *Plaut. Men.* 1. 3. 9. *induvia tua, atque uxoris exuviæ:* intelligit vestem surreptam a Menæchmo uxori, et amicæ delatum. et vers. 13. *exuvias facere* est se spoliare ad amicam vestiendam. ¶ Dicuntur et de pelle detracta animalibus. *a skin. Virg.* 2. *Æn.* v. 473. *de angui pellem exuente.* Cum positis novus exuviis, nitidusque juventa, &c. *his slough.* et 9. *Æn.* v. 307. pellem horrentisque leonis exuvias. et lib. 11. v. 577. Tigridis exuviæ. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 19. et lib. 8. v. 65. Exuviæ sacræ pecudis. *h. e.* vellus aureum. *Id. ibid.* v. 358. bovis exuvias multo frangere olivo. *the hide.* Festive *Plaut. Mostell.* 4. 1. 26. lora ex corio bubulo, quibus cæduntur servi, *exuvias bubulas* vocat. ¶ Item sæpe de iis, quæ victo detrahuntur hosti, ut arma, vestes, ceteraque spolia omnia, *the spoils taken from an enemy,* λάφυρα, ἔναρα. *Cic. pro leg. Manil.* c. 18. *extr.* Rostra ornata exuviis nauticis et classium spoliis. *Virg.* 10. *Æn.* v. 423. Hæc arma, exuviasque viri tua quercus habebit. et lib. 2. v. 275. Hector, qui redit exuvias indutus Achillis. *Tibull.* l. 1. el. 1. v. 54. Ut domus hostiles præferat exuvias. *Juvenal.* sat. 10. v. 133. Bellorum exuviæ. Adde *Liv.* l. 30. c. 38. ¶ *Exuvium, ii,* n. singulare, quod ponitur a quibusdam Lexicographis, caret adhuc idoneo Latino auctore.

DE LITTERA F.

F Littera a *Prisciano* lib. 1. pag. 542. et 560. et 569. *Putsch.* inter mutas numeratur, quod vim mutæ habeat, tametsi, quia in proferendo a vocali incipit, prolationem habeat semivocalis: a *Diomede* lib. 2. pag. 417. et 419. et aliis inter semivocales. Pronuntianda est non tam fixis labris, ut *ph*, ut *Priscian.* docet *ibid.* pag. 543. hoc enim inter illas differt, quod nostra *f* minore spiritu exprimitur, quam Græca *ph*. Habet autem vim *v* consonantis vocalibus præpositæ, sed aliquanto pleniorem: qua de re *Quintil.* l. 12. c. 10. Illa, quæ sexta est nostrarum, pæne non humana voce, vel omnino non voce potius, inter discrimen dentium efflanda est: quæ etiam cum vocalem proximam accipit, quassa quodam modo, utique quoties aliquam consonantium frangit, multo fit horridior. ¶ Figuram habet Græci digammatis: et aliquando pro illo adhibita fuit, ut in *Digamma* dictum est. Appingi quoque mos erat loco aspirationis, *fordeum, trafo, vefo,* pro *hordeum, traho, veho. Priscian. ibid.* pag. 560. et *Fest.* in *Fedus.* His adde *fostia, fostis, folus, Formiæ, fircus:* quæ V. suis loc. ¶ Aliquando et pro *b* usurpata est, ut in *sifilare* pro *sibilare,* teste *Non.* c. 12. n. 49. V. si lubet *Lips. de recta rat. pronunc. Lat. ling.* cap. 12. ¶ Præponitur duabus liquidis *l,* et *r,* ut *fleo, frigus.* ¶ In notis Romanorum sæpe *filium* significat. In illo tamen *Cicer. de clar. Orat.* c. 48. Festivitate et facetiis C. Julius L. F. et superioribus, &c. illud F fratrem significare quidam putant. Nam C. et L. Julios Cæsares fratres fuisse, tum ex *Ascon. in orat.* pro *Scauro,* tum ex ipso *Cicer.* constat 3. *de Orat.* c. 3. ¶ In Inscriptionibus præsertim sepulcralibus valet *facere.* ut V. F. *vivens fecit:* F. I. *fieri jusit:* F. C. *faciendum curavit,* &c.

FA

FABA, æ f. κύαμος, genus leguminis. Qui accurate de plantis scripsere, putant, fabam Veterum, Græce κύαμον, non esse eam, quæ a nobis *a bean* dicitur, sed aliud legumen fructu rotundo, et multo minore, quam nostra est. Hanc autem nostram *phaselum* fuisse dictam. Viderint alii. *Plin.* l. 18. c. 12. Inter legumina maximus honos fabæ, quippe ex qua tentatus sit etiam panis. *Id.* l. 19. c. 3. et lib. 27. c. 5. Faba fracta, *aut* fresa. *pottage made of beans broken and bruised together. Cic.* 1. *de Divin.* c. 30. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis, quærenti vera, contrariam. *Plin. loc. cit.* Faba hebetare sensus existimata, insomnia quoque facere: ob hæc Pythagorica sententia damnata: ut alii tradidere, quoniam mortuorum animæ sint in ea. *Gell.* l. 4. c. 11. Aristoxenus nullo sæpius legumento Pythagoram dicit usum, quam fabis, quoniam is cibus et subduceret sensim alvum, et levigaret. *Fest.* et *Plin. loc. cit.* et *Fab. Pictor* apud *Gell.* l. 10. c. 15. Fabam neque tangere Diali mos est, neque nominare: quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam et lemuralibus jacitur larvis, et parentalibus adhibetur sacrificiis, et in flore ejus luctus litteræ apparere videntur. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 436. nigras accipit ante fabas, Aversusque jacit: sed dum jacit hæc ego mitto, His, inquit, redimo meque meosque fabis. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 513. Quibus temporibus in sacris fabam jactant noctu, et dicunt, se lemures domo extra januam ejicere. ¶ *Plaut. Aulul.* c. 5. v. 9. Quid reperisti? *Stro.* non quod pueri clamitant in faba se reperisse. *h. e.* non rem nihili, puta hilum, aut curculionem, aliumve similem vermiculum, sed rem pretiosam. ¶ *Istæc in me cudetur faba,* h. e. hoc malum in me recidet: proverb. apud *Terent. Eun.* 2. 3. 39. vel inde ductum, quod quidam olim male coctam fabam supra caput coqui saxo comminuerit: vel quia cum faba cuditur, solum laborat, in quo cuditur. *Donat.* Alii ducunt ex eo, quod antiqui fabam peccantibus in manum cudebat: unde usus inoleverit, fabam pro culpa, aut pœna dici. Alii scuticam servilem significari aiunt, cujus extremum nodos haberet in modum fabæ. Sed postremum hoc non placet. ¶ *Tam perit, quam extrema faba, h. e.* omnino, certoque perit, quod faba, quæ est in etxremo agro plerumque aut proteritur, aut decerpitur a prætereuntibus. *Fest.* in *Tam.* ¶ In veteri Calendario apud *Gruter.* pag. 139. legitur in mense Decembr. Vineas sterc. faba serentes, materias deicientes. ut sint *faba, orum,* neutr. gen. Sed illud incertæ admodum auctoritatis est. ¶ Transfertur et ad alius generis grana. *Plin.* l. 18. c. 10. Fertilissima tritici genera, ramosum, aut quod centigranium vocant. Inventus est jam et scapus unus centum fabis onustus. *h. e.* spicis. *Id.* l. 19. c. 12. In fabis caprini fimi singulis cavatis si porri, erucæ, lactucæ, nasturtii semina inclusa serantur, mire provenire. *h. e.* globulis fimi fabæ magnitudine.

FABACĔUS, *et* Fabacius, a, um, *relating to beans, fabaceous,* fabalis, κυάμειος. *Pallad. in Novembr.* tit. 1. Ager, qui calamos fabaceæ messis eduxit. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. *a med.* Carnæ deæ pulte fabacia et larido sacrificatur. ¶ Absolute *Plin.* l. 18. c. 12. Quin et prisco ritu fabacia suæ religionis diis in sacro est. *h. e.* fabacia puls. ¶ Fabaciæ virides, apud *Apic.* l. 5. c. 6. sunt caules, et siliquæ virides fabarum.

FABAGĬNUS, a, um, fabalis, fabaceus. *Cato R. R.* c. 54. Paleas triticeas, acus fabaginum, viciam dato.

FABĀLIS, le, *of a bean, belonging to beans,* κυάμειος, ab fabam pertinens, fabaceus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 725. stipulasque fabales. ¶ *Fabalia, um,* n. sunt culmi fabales, ex quibus siliquæ pendent, *bean-straws, bean-stalks. Cato R. R.* c. 37. Stercus unde facias, stramenta, lupinum, paleas, fabalia, acus. *Plin.* l. 22. c. 25. Fabalium siliquarumque cinis. Adde *Varron. R. R.* l. 1. c. 23. et *Colum.* l. 2. c. 10.

FABĀRIS, is, m. nunc *Farfaro,* Italiæ fluvius per Sabinos transiens, et in Tiberim influens. *Virg.* 7. *Æn.* v. 715. Qui Tiberim Fabarimque bibunt.

FABARĬUS, a, um, adject. fabalis, ad fabam pertinens, ut Fabaria insula in Oceano Germanico contra ostia Amasis fluvii, nunc *Ems,* apud *Plin.* l. 4. c. 13. ita dicta a frugis similitudine sponte ibi proveniente. ¶ *Fabariæ calendæ* dicebantur Juniæ, quod in iis fabæ recentes rebus divinis adhibebantur. *Macrob. Saturn.* l. 1. c. 12. ¶ Pilum fabarium (scil. fabis tundendis) et farrearium inter agrestia instrumenta enumerat *Cato R. R.* c. 10. *extr.*

FABATARĬUM, ii, n. vas amplum, in quo fabata reponuntur, *h. e.* fabarum grana, ut in *Gloss.* ea vox exponitur. *Lamprid. in Heliogab.* cap. 20. Barbas mullorum jubebat exhiberi plenis fabatariis et discis.

FABĀTUS, a, um, fabaceus. *Fabata puls* ex faba. *Festus* in *Refriva.* In sacrificiis publicis, cum puls fabata diis datur, nominatur refriva. ¶ Est cognomen Romanum, ut L. Roscius Fabatus, apud *Patin. de famil. Rom.* pag. 240. C. Calpurnius Fabatus, apud *Gruter.* pag. 282. n. 6. C. Clodius Fabatus, *ibid.* pag. 772. n. 8.

FABĔA. V. *Favia.*

FABELLA, æ, f. *a short fable; a fable,* μυθάριον, dimin. a *fabula,* narratiuncula commentitia, anilis, et longe a vero remota. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 77. aniles fabellas garrire. *Id.* l. 2. epist. 1. v. 199. surdo asello narrare fabellam. *(proverb.) Cic.* 2. *de Divin.* c. 38. Nihil debet esse in philosophia commentitiis fabellis loci. *Id. Q. Fr.* l. 2. *ep. ult.* Quamquam a te actam fabellam video esse festive. *Phædr.* l. 4. fab. 6. *extr.* Quid ergo possum facere tibi, lector Cato, Si nec fabellæ te juvant, nec fabulæ? *h. e.* nec Æsopiæ breves, humilesque fabulæ, nec longiores grandioresque narrationes, cujusmodi in Tragicis argumentis tractantur. ¶ Dicitur etiam de narratione vera, *a brief tale or story. Sen.* ep. 77. *circa med.* In fabellam excessi non ingratam tibi. exitum enim amici tui cognosces non difficilem, nec miserum. *Phædr.* l. 2. fab. 5. v. 5. Hanc emendare, si tamen possum, volo Vera fabella.

FABER, fabri, m. *one who works in wood, iron, brass, marble, or other hard materials; a forger, smith, artificer, handicraftsman,* τέκτων, τεχνάστης, omnis artifex, qui e quavis duriore materia facit aliquid: a *facio.* Nam qui ex gypso, argilla, aut cera aliquid conficit, *plastes* vocatur. Habet amplam significationem, quæ tamen limitatur ex significatione adjectivi adjuncti, ut *faber ferrarius,* qui aliquid ex ferro conficit, *a blacksmith, tignarius,* qui tigna ad ædificia concinnat, *a carpenter, aurarius,* qui ex auro aliquid excudit, *a goldsmith,* et sic de ceteris. *Cic. in Bruto,* c. 73. Ego me Phidiam esse mallem, quam vel optimum fabrum tignarium. ¶ In genit. plurali usitatius est *fabrum,* quam *fabrorum. Cic. in Orat.* c. 46. Fabrum, et procum audeo dicere, non fabrorum, et procorum. *Cæs. ad Oppium post* ep. 8. l. 9. *ad Attic.* Jam duo præfecti fabrum Pompeii in meam potestatem venerunt. *Liv.* l. 1. c. 43. Duæ fabrum centuriæ. *Plin.* l. 34. c. 1. Ærariorum fabrum collegium. *coppersmiths, braziers.* ¶ Reperitur tamen etiam *fabrorum. Cic.* 3. *Verr.* c. 56. Quantum paucæ operæ fabrorum tulerunt. *Plin.* l. 10. ep. 42. Collegium fabrorum instituere. *Plin. alter* l. 35. c. 15. Ferrariæ fabrorum officinæ. *Inscript.* apud *Donium* class. 9. n. 9. Collegio Fabrorum D. D. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 54. Frugi usque, et probus fui, in fabrorum potestate dum fui. Adde *Vitruv. in fi.* cap. 1. lib. 10. ¶ Translate *Sallust. ad Cæs. de Republ. ordin.* orat. 1. Res docuit, id verum esse, quod in carminibus Appius ait, fabrum esse quemque fortunæ suæ. *the framer, maker.* ¶ *Faber* est etiam piscis genus, alio nomine Zeus, proprium Atlantici, et Gaditani maris. *the dory. Plin.* l. 9. c. 18. et *Colum.* l. 8. c. 16. *ad fin.* ¶ *Fabrum cædere, cum ferias fullonem,* proverb. apud *Arnob.* l. 6. pag. 195. de iis dictum, qui dum quippiam quæritant, in aliud deterius incidunt. Al. leg. *cadere.* ¶ Adjective *Prudent. in Apoth.* v. 1102. Solus homo emeruit Domini formabile dextra Os capere, et fabro Deitatis figmine nasci. *Al. aliter leg.*

FABER, a, um, adject. fabrilis, ad fabrum pertinens, *ingenious, workmanlike, artificial. Ovid.* 8. *Metam.* v. 159. Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis. *Apul. in Florid.* n. 8. *(al.* l. 2.) Annulus aureus faberrimo signaculo.

FABERIĀNUS, a, um, ad Faberium pertinens, quod est nomen propr. R. civis. *Cic. ad Attic.* l. 13. ep. 29. Faberiana causa. et epist. 31. Faberianum negotium. Adde lib. 12. ep. 31.

FABIĀNUS, a, um, ad aliquem e Fabiis pertinens. *Nep. in Iphicr.* c. 2. Ut quemadmodum quondam Fabiani, milites Romani appellati sunt, sic Iphricatenses apud Græcos in summa laude fuerint. ¶ *Fabiani* sunt homines Tribus Fabiæ. *Sueton. in Aug.* c. 40. ¶ *Fabiana actio, Fabianum judicium,* a quodam Fabio auctore denominatum, quo revocantur ea, quæ in fraudem patroni a liberto quoquo modo alienata sunt, *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 14. leg. 16. et alibi, ubi ali leg. *Favianus,* quia facile *v,* et *b* commutantur. Eadem *Fabiana formula* appellatur a *Paulo* lib. 3. *Sentent.* tit. 3. ¶ *Fabianus fornix,* cujus meminit *Cic.* 2. *Verr.* c. 7. *vel arcus,* ut est apud *Senec. de const. Sap.* c. 1. fuit Romæ juxta Regiam, in sacra via, a Fabio censore constructus, qui a devictis Allobrogibus Allobrox cognominatus est, ibique statua ejus propterea erecta fuerat. *Ascon. ad Cicer. ibid.* ¶ *Fabiani,* et *Quintiliani* appellabantur, temporibus Romuli, luperci a Fabio, et Quintilio præpositis suis. *Fest. suo loco,* et in *Quintiliani.* Fuerunt *Fabiani* Remi socii, *Quintiliani* Romuli. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 377.

FABĬI, orum, m. gens Romæ nobilissima, dicta a *fabæ* satione, quod eo tempore, quo Romani pæne omnes agriculturam exercebant, primus qui hoc nomine appellatus est, in faba serenda excelleret, teste *Plin.* l. 18. c. 3. Alii volunt dictos esse a *fovea,* seu antiquo *favia,* vel *favea,* quod Hercules matrem ejus, unde genus hoc cœpit, ad foveam compresserit. V. *Fovii.* Porro primi Fabii matrem Evandri filiam fuisse ex Hercule hospite, tradunt. Hinc *Tirinthia proles,* et *Herculei* dicuntur a *Sil.* l. 2. v. 3. et lib. 8. v. 218. et lib. 7. v. 43. V. etiam lib. 6. v. 633. ¶ Fabiorum tanta Romæ potentia fuit, ut bellum adversus Veientes soli cum suis clientibus, et servis in se receperint. Sed cum ex levibus aliquot prœliis sæpius victoriam reportassent, tandem ad Alliam flu. insidiis circumventi, ad unum omnes cæsi sunt. Erant autem sex et trecenti. Ex tanta clade unus tantum superfuit, qui nondum armis per ætatem idoneus, in Urbe relictus erat, ex cujus sanguine per longam nepotum seriem natus Fabius ille Maximus, qui Dictator adversus Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Romanam, aliorum Imperatorum temeritate labefactatam, primus restituit. *Liv.* l. 2. c. 48. et *sequentib.* et lib. 22. *passim,* et lib. 30. c. 26.

FABĬUS PICTOR, Patricius Romanus, peritissimus Juris Civilis, litterarum, et antiquitatis, citatur a *Plin. Liv. Gell.* et aliis.

FABĬUS, a, um, ad Fabiorum aliquem pertinens. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 6. v. 9. Fabiæ lux, Maxime, gentis. *Cic. pro Planc.* c. 7. Fornix Fabius. V. *Fabianus. Propert.* l. 4. eleg. 1. v. 26. Fabius lupercus. V. *Fabianus.* ¶ *Fabia lex* duplex fuit: altera de ambitu, quæ definiebat numerum sectatorum, qui candidatos in campum petendi gratia deducerent. Ejus mentio fit a *Cicer. pro Mur.* c. 34. Altera de plagiariis, ne quis servum alienum, invito vel insciente domino, celaret, vinctum haberet, emeret sciens dolo malo: item ne quis hominem liberum aut alteri subjiceret, aut oblatum acciperet. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 3. et *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 15. qui inscribitur *Ad legem Fabiam de plagiariis,* ubi al. leg. *Favia,* ob societatem litterarum *b* et *v*: alii corrupte *Flavia. Id.* lib. 17. tit. 2. leg. 51. Si plagium fecit, vel suppressit, Fabia tenebitur. ¶ *Fabia Tribus* una ex Rusticis a Fabia gente denominata est, quæ numerosissima fuit, ut in *Fabii* dictum est. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 52. hic multum in Fabia valet, ille Velina. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 226. n. 3. C. Julio C. F. Fab. Scapt. Cæsari Augusto. *h. e.* Fabia, Scaptia. In Scaptia enim fuit ratione originis e gente Octavia: in Fabia vero ex adoptione in gentem Juliam, quæ Fabiana erat, ut constat ex *Inscript. ibid.* pag. 235. n. 8. Hinc

Fabianos, et Scaptienses tribules suos agnoscebat, ut est apud *Sueton. in ejus vita*, c. 40.

FABRATERĬA, æ, f. hod. *Favateria, Falvaterra*, Col. et opp. Volscorum in Latio, prope Lirim flu. in ditione Pontificia, et in ipso confinio regni Neapolitani, inter Aquinum, et Fregellas. *Cic. Fam.* 9. epist. 24. *Juvenal.* sat. 3. v. 224. et *Sil.* l. 8. v. 298. Hic Fabrateriæ vulgus; nec monte nivoso, &c.

FABRATERNUS, a, um, ad Fabrateriam pertinens. *Fabraterni, orum*, ejus urbis incolæ. *Plin.* l. 3. c. 6. et *Liv.* l. 8. c. 19.

FABRE, adverb. *artificially, cunningly, skilfully, ingeniously*, κατατεχνικῶς, artificiose: a *faber*. *Plaut. Men.* 1. 2. 23. Hoc factum est fabre. *Sil.* l. 14. v. 320. Trabs fabre teres, atque crasis undique nodis. *Apul.* l. 11. *Metam.* Navis faberrime facta.

FABREFACĬO, is, a. 3. *to make or build skilfully*, τεκταίνομαι, ædifico, artificiose compono. *Aurel. Vict. de Vir. illustr.* c. 38. Classem magis validam, quam decoram fabrefecit.

FABREFACTUS, a, um, *skilfully wrought or devised*, fabre et artificiose factus. *Apul. in Florid.* n. 22. (*al.* l. 4.) Navis bona, fabrefacta. Al. scrib. divisim. *Ammian.* l. 29. c. 1. (*al.* 7.) Lanx ex diversis metallicis materiis fabrefacta. ¶ Translate *Plaut. Cas.* 5. 1. 7. Nec fallaciam astutiorem ullus fecit Poeta, atque ut hæc est fabrefacta a nobis. Al. leg. *fabre facta*.

FABRĬCA, æ, f. *a shop, place to work in*, ἐργαστήριον, proprie est fabri officina. Hinc quas *officinas armorum* dixit *Cæsar* l. 1. *B. Civ.* c. 34. eas *Veget.* l. 2. c. 11. *fabricas armorum* vocat, quas publicas per singulas provincias Romani habebant; privatim enim exercere vetitum erat, ut ex *Notit. Imperii*, et *Novell.* 85. constat. Qui hujusmodi fabricas exercebant ad arma publica cudenda, *Fabricenses* dicebantur, quique præerant, *Præfecti fabrorum*. *Veget. loc. cit.* et *Stevvech. ibid.* ¶ Est etiam *fabrica* ipsa ars fabrilis. *the art of framing or forging*. *Vitruv.* l. 1. c. 1. Fabrica est continuata ac trita usus meditatio, quæ manibus perficitur e materia, cujuscumque generis opus est, ad propositum deformationis. Hinc *fabrica materiaria, æraria, ferrea*, &c. apud *Plin.* l. 7. c. 56. *h. e.* ars ducendi ferrum, &c. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 13. Pictura, et fabrica, ceteræque artes habent quendam absoluti operis effectum. *Id. ibid.* l. 1. c. 20. Natura effectum esse mundum: nihil opus fuisse fabrica. *Id. ibid.* l. 2. c. 60. Omnis fabrica æris et ferri. *Justin.* l. 36. c. 4. Tradere se fabricæ ærariæ artis. ¶ Item opus ipsum fabricatum. *the frame, construction, fabric*. *Cicer. ibid.* c. 47. Admirabilis fabrica membrorum animantium. *Pallad.* l. 1. tit. 9. In fabricis planis observandum est, ut æqualis et solida contignatio fiat, ne gradus ambulantium tremor fabricæ titubantis excutiat. ¶ Translate pro dolo, seu machinatione accipitur. *a device, trick, stratagem*. *Terent. Heaut.* 3. 2. 34. Nonne ad senem aliquam fabricam fingit? *Plaut. Cistell.* 2. 2. 5. Quot admœnivi illi fabricas, quot fallacias! Adde *Mil.* 2. 1. 69. ¶ Adjective *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 19. *extr.* Servus arte fabrica peritus.

FABRICATĬO, onis, f. *a making, framing, forging, fabricating*, κτίσις, actus fabricandi, item ipsa fabrica. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 53. Si erit tota hominis fabricatio perspecta. *Vitruv.* l. 2. c. 1. Fabricationes ædificiorum. *Id.* l. 9. c. 2. Pythagoras normam sine artificis fabricationibus inventam ostendit. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 42. Ne illa quidem traductio atque immutatio in verbo quandam fabricationem habet, sed in oratione. *h. e.* artificium, artem. *artifice.*

FABRICĀTOR, ris, m. *a maker, framer, forger, contriver*, τεχνάστης, qui fabricat. *Cic. de Univ.* c. 2. Utrum ille fabricator tanti operis sit imitatus exemplar. *Virg. Æn.* 2. v. 264. Doli fabricator. *Lucret.* l. 3. v. 473. Nam et morbus leti fabricator uterque est. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 6. sect. 9. Fabricatores deorum. *h. e.* qui deorum signa faciunt.

FABRICĀTRIX, icis, f. *she that makes or devises*, quæ fabricat. *Lactant.* l. 6. c. 22. Mortis fabricatrix voluptas. Adde lib. 7. c. 12. et *in Epitom.* c. 9. *ad fin.*

FABRICĀTUS, us, m. idem quod fabricatio. In sexto casu singulari. *Sidon.* l. 3. ep. 13. *ad fin.* Hoc fabricatu inimicitiarum culmen ædificat.

FABRICĀTUS, a, um, adject. *made, framed, forged, fabricated, contrived, devised*. *Virg.* 2. *Æn.* v. 46. in nostros fabricata est machina muros. *Id.* 9. *Æn.* v. 144. mœnia Trojæ Neptuni fabricata manu. *Ovid. Metam.* 8. v. 669. Pocula fabricata fago. *Vellei.* l. 2. c. 27. Cuniculi miro opere fabricati. *Cic. de Univ.* c. 6. Mundus gloriosus est fabricatus.

FABRICENSES, ium, m. qui in publicis fabricis ad arma cudenda exercentur. V. *Fabrica*. *Lib.* 11. *Cod. Justin.* tit. 9.

FABRICIĀNUS, a, um, ad Fabricium aliquem pertinens, ut Fabricianum venenum, *Cic. pro Cluent.* c. 67.

C. FABRICĬUS LUSCINIUS, civis Romanus, frugalissimus, exemplar paupertatis, in cujus domo ex argento patella tantum, et salinum fuit colendorum deorum causa, ita tamen, ut patella corneo pediculo sustineretur. *Valer. Max.* l. 4. c. 4. n. 3. A Samnitibus, quos universos in clientelam habebat, decem æris, et quindecim pondo argenti, totidemque servos sibi missos in Samnium remisit. *Id.* l. 4. c. 3. n. 6. *Gell.* l. 1. c. 14. Censor P. Cornelium Rufinum duobus Consulatibus, et Dictatura functum e Senatu ejecit, quod decem pondo vasa argentea comparasset. *Valer. Max.* l. 2. c. 9. n. 4. *Flor.* l. 1. c. 18. *Gell.* l. 17. *c. ult.* et lib. 4. c. 8. et *Juvenal.* sat. 9. v. 142. Legatus ad Pyrrhum profectus, cum apud eum Cyneam Thessalum narrantem audisset, quendam Atheniensem clarum sapientia suadere, ne quid aliud homines, quam voluptatis causa, facere vellent, pro monstro eam vocem accepit, continuoque Pyrrho, et Samnitibus istam sapientiam deprecatus est. *Valer. Max.* l. 4. c. 3. n. 6. Fuit præstantissimus Imperator. Adversus Pyrrhum, et Samnites gravissima bella gessit. Medicum Pyrrhi domini sui mortem per venenum pollicentem vinctum ad regem remisit. *Flor. loc. cit. Gell.* l. 3. c. 8.

FABRICĬUS, a, um, ad aliquem e Fabriciis pertinens. Pons Fabricius Romæ in Tiberi insulam Æsculapii Urbi jungit, dictus hodie *ponte di quattro capi*. Factus fuit a quodam L. Fabricio. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 36.

FABRĬCO, as, avi, atum, a. 1. *et frequentius* Fabricor, aris, atus sum, dep. 1. *to make, frame, forge, fabricate, construct, build*, τεκταίνομαι, fabrili arte quidpiam facio. *Cic.* 1. *Offic.* c. 41. Pictores, et ii, qui signa fabricantur, suum quisque opus a vulgo considerari vult. *Id.* 3. *de Orat.* c. 46. Capitolii fastigium illud non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. *Id. pro Rabir. Post.* c. 3. Qui fabricatus gladium est. *Id.* 2. *de Divin.* c. 19. Jovi fulmen fabricati Cyclopes. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 51. Pontes et scalas fabricati. *Id. Ann.* 14. c. 29. Naves fabricatur plano alveo. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 683. cratera fabricaverat Alcon. *Sueton. in Calig.* c. 37. Fabricavit et de cedris Liburnicas, gemmatis puppibus. *Phædr.* l. 4. fab. 6. v. 9. Fabricasset Argus opere Palladio ratem. *Vellei.* l. 2. c. 79. Speciosissima fabricata classe. *Apul.* l. 7. *Metam.* Prandium fabricatur opipare. *h. e.* instruit, apparat. ¶ Translate *Senec.* ep. 16. Philosophia animum format et fabricat. *forms and fashions*. *Manil.* l. 1. v. 772. Ætheriusque Platon, et qui fabricaverat illum, Damnatusque suas melius damnavit Athenas. *h. e.* instituerat, docuerat. *Cic.* 4. *Acad.* c. 6. Nihil est clarius ἐναργείᾳ, ut Græci: perspicuitatem, aut evidentiam nos, si placet, nominemus; fabricemurque, si opus erit, verba. *let us invent or form new words*. ¶ *Fabricor* passive. *Quintil.* l. 10. c. 7. Dum illa verba fabricentur, et vox præparetur. ¶ Pro machinari, excogitare fallaciam. *to contrive, devise, hatch*. *Plaut. Asin.* 1. 1. 89. Fabricare quidvis, quidvis comminiscere, perficito, argentum hodie ut habeat filius. *Id. in Bacch.* 4. 4. 42. Compara, fabricare, finge quod lubet. [¶ Particip. *fabricans, fabricandus* apud *Sueton. in Claud.* c. 19. Naves mercaturæ causa fabricantibus magna commoda constituit. *Sil.* l. 15. v. 197. Ad tela fabricanda.]

FABRĬCUS, a, um, adject. fabrilis. V. in fine vocis *Fabrica*.

FABRIFICATĬO, onis, f. *Tertull. in Apolog.* c. 12. Non sentiunt injurias et contumelias suæ fabrificationis dii vestri.

FABRĪLIS, le, τεκτονικὸς, ad fabrum pertinens. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *a med.* Erratum fabrile putavi. *Liv.* l. 27. c. 49. Fabrile scalprum. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 175. et quod opus fabrilis dextra tenebat, Excidit. *Id.* 1. *Amor.* el. 9. v. 39. Mars quoque deprensus fabrilia vincula sensit. *Plin.* l. 14. c. 1. Vinis gratiam affert fumus fabrilis. *Id.* l. 28. c. 11. *extr.* Fabrile glutinum. *Senec.* l. 6. *de Benef.* c. 38. Nullo igne lædantur tecta; jacebit opera fabrilis. ¶ *Fabrilia, ium*, res fabrorum. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 116. Tractant fabrilia fabri. *mechanics handle the tools of mechanics.* ¶ *Fabrilem uvam* dici ait *Cæl. Aurelian.* l. 4. *Tard.* c. 3. *post med.* quæ fumi vapore siccata est.

FABRILĬTER, adverb. artificiose, more fabri. *Prudent. in Apotheos.* v. 583. Opifex fabriliter aptans composuit.

[* FABRĬO, is, ivi, ire, a. 4. idem ac fabrico. *Venant. Fortun.* l. 2. carm. 12. v. 23. Quod nullus veniens Romana gente fabrivit, Hoc vir barbarica prole peregit opus.]

FABŬLA, æ, f. *a report or saying; the subject of common talk; hearsay, rumour*, λόγος, μῦθος, quod in ore omnium versatur, rumor populi, sermo pervagatus, res passim divulgata, sive sit vera, sive falsa: a *fari*. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 97. Fabula narrata est postquam vulgaris ab illo, Laudarunt omnes facta, piamque fidem. *Petron. in Satyr.* c. 92. Utcumque tamen, tanquam non agnoscerem fabulam, tacui. *as if I was a stranger to. Id. ibid.* c. 111. Una igitur in tota civitate fabula erat. *they talked of nothing else but that.* et *Plin.* l. 8. ep. 18. *sub fin.* Sunt omnes fabulæ Tullus. *all the conversation turns upon Tullus.* Et *Gell.* l. 19. c. 12. Ne id accidat, quod cuipiam Thraco venisse usu, fabula est. *as the saying is.* *Horat.* l. 1. ep. 13. v. 8. Asinæque paternum Cognomen vertas in risum, et fabula fias. *and become the town's talk. Id. Epod.* 11. v. 8. heu me, per urbem Fabula quanta fui! *a subject of common talk.* *Ovid.* 3. *Amor.* el. 1. v. 21. Fabula (nec sentis) tota jactaris in urbe. *you are talked of all over the city.* *Sueton. in Aug.* c. 70. Cœna ejus secretior fuit in fabulis. *was much talked of; was noised abroad.* *Martial.* l. 1. epigr. 91. tibi mœchum fabula nulla dabat. *no one ever traduced you as*, &c. Adde *Propert.* l. 2. eleg. 10. v. 14. *Martial.* l. 12. epigr. 52. *Lucan.* l. 8. v. 605. *Quintil.* l. 9. c. 2. *ad fin.* et *Auctor. dial. de Oratorib.* c. 3. ¶ Item confabulatio, sermo, qui privatim inter aliquos fit. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 2. Quos ego in judiciis non utrosque modo studiose audiebam, sed domi quoque, et in publico assectabar, ut fabulas quoque eorum, et disputationes, et arcana semotæ dictionis penitus exciperem. *private conversation.* *Lampridius in Heliogab.* c. 25. Cum inter fabulas privatas sermo esset ortus, quanti herniosi esse possent in urbe Roma. Adde *Lucan.* l. 4. v. 200. ¶ Interdum dicitur de re, cujus principium et ratio non intelligitur. *Terent. Andr.* 4. 4. 8. Quæ hæc est fabula? eho, Mysis, puer hic unde est? *what is the meaning of this business?* *Plaut. Pers.* 5. 2. 11. Sed quid ego aspicio? quæ hæc est fabula? ¶ Sæpissime de narratione rei fictæ. *a tale, story.* *Terent. Andr.* 5. 4. 22. Fabulam inceptat. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 55. Num igitur me cogis etiam fabulis credere? *Ovid.* 10. *Metam.* v. 561. non fabula rumor Ille fuit. *h. e.* non fuit fictus. *Horat.* l. 1. od. 4. v. 16. Jam te premet nox, fabulæque Manes. *the fabulous Manes.* ¶ Quomodo ab apologo differat V. *Apologus*. ¶ Adhibetur eleganter in responsionibus, ubi quis narranti non credit. *Terent. Andr.* 1. 3. 18. Ibi tum hanc ejectam Chrysidis patrem recepisse orbam, parvam. fabulæ. *mere stories! all false! stuff! nonsense!* *Id. Heaut.* 2. 3. 95. vera causa est. *Clit.* fabulæ. ¶ Speciatim fabulæ sunt narrationes rerum confictarum ad delectationem, et utilitatem inventæ: *fables:* cujusmodi sunt Æsopi, et Phædri, de quibus *Id. in prol.* l. 3. v. 33. Nunc, fabularum cur sit inventum genus, Brevi docebo, &c. ¶ Hujus generis sunt, quæ in Tragœdiis, et Comœdiis exhibentur. *the subject of a dramatic poem; a play.* *Cic. in Bruto*, c. 18. Atque hic Livius, qui primus fabulam C. Clodio Cæci F. et M. Tuditano Coss. docuit. *Id. de Senect.* c. 19. Neque histrioni, ut placeat, peragenda est fabula; modo in quocumque fuerit actu, probetur. ¶ Hujusmodi autem fabulæ diversa sortiuntur nomina pro habitu, et qualitate personarum, quæ in eis introducuntur. Aliæ enim *Togatæ* dicebantur, quarum personæ togis, et Romanorum cultu erant ornatæ. Aliæ *Palliatæ*, cum personæ Græco more palliis indutæ in scenam prodibant. Erat enim pallium Græcis peculiare, ut Romanis toga. Deinde togatarum genera quatuor erant, *Prætextatæ, Tabernariæ, Atellanæ, Planipediæ*. *Prætextatæ* erant, in quibus regum, vel magistratuum, qui prætexta induti erant, acta comprehendebantur. *Tabernariæ* illæ erant, quibus humiles, et privatæ personæ inducebantur, quales fere sunt mercatores, et institores, qui in tabernis merces suas vendere consueverunt. *Atellanæ* erant, in quibus ridiculæ personæ inducebantur jocis et salibus vellicantes: dictæ ab Atella Campaniæ oppido. *Planipediæ* dictæ sunt a planis histrionum pedibus, qui ob humilitatem argumenti, et vilitatem personarum neque cothurnis utebantur, neque soccis. ¶ *Docere fabulas* dicuntur, qui fabulas, seu comœdias componunt, et agendas dant histrionibus. *Cic. in Bruto*, cujus verba modo attulimus. V. *Doceo*. ¶ *Dare fabulam* eodem fere sensu dicitur. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 1. Annis fere DX. post Romam conditam Livius fabulam dedit. *Terent. in prol. Hecyr.* v. 1. Hecyra est huic nomen fabulæ; hæc cum data est nova, &c. ubi *Donatus*: Ita dicitur, data est fabula, ut data est cœna, datum est prandium. *et* dari dicitur fabula, cum agitur: stare, cum placet. ¶ *Facere fabulam* idem est, quod docere: *agere* ad histrionem pertinet. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 8. Poeta facit fabulam, et non agit: contra actor agit, et non facit. ¶ *Lupus in fabula* proverb. est, quo utimur, cum is ipse, de quo adhuc collocuti sumus, repente adest. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 23. *Terent. Adelph.* 4. 1. 21. ¶ Est etiam *fabula* diminut. a *faba*. *Plaut. Stich.* 5. 4. 8. Hoc convivium est, nucibus, fabulis, ficulis.

FABULĀRIS, re, *fabulous*, idem ac fabulosus, ut Historia fabularis, in qua multa falsa. *Sueton. in Tiber.* c. 70. Maxime tamen curavit historiæ fabularis notitiam.

FABULĀTOR, oris, m. *a teller of tales or stories*, facetus collocutor, sive vera, sive falsa narret. *Senec.* epist. 122. *a med.* Pedonem Albinovanum narrantem audieramus (erat autem fabulator elegantissimus) habitasse se, &c. *Sueton. in Aug.* c. 78. Lectoribus, aut fabulatoribus arcessitis, somnum resumebat. *Gell.* l. 2. c. 29. Æsopus ille e Phrygia fabulator. *a fabulist.*

FABULĪNUS, i, m. deus, qui pueris primo fari incipientibus præesse putabatur, cui etiam Romani sacrificabant, cum primum liberi eorum fari incipiebant. *Non.* cap. 12. n. 56. ex *Varrone*.

FABŬLIS, le, idem quod fabalis, ut *seges fabulis* apud *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 31. et *fabulia inarare*, h. e. fabæ segetem, *Id. ibid.* cap. 23. Alii tamen leg. *fabalis*, et *fabalia*.

FABŬLO, as, avi, atum, a. 1. idem quod fabulor. *Plaut. Mil.* 2. 4. 18. Quæ cum hoc insano fabulem. et *ibid.* 2. 5. 33. Stulta, quæ vobiscum fabulem. Alii tamen

his locis legunt *fabuler*. *Afran.* apud *Non.* c. 4. n. 1. De vita ac morte domini fabulavere advorsum fratrem illius, ac dominum suum. ¶ Hinc passive *fabularier*, per paragogen, pro dici. *Id. in supposit. Amph. sc. Dii vostr. fid.* v. 3. Verum est, quod olim est auditum fabularier.

FABŬLO, onis, m. congerro, qui nugas loquitur; item fabularum inventor, ut legitur in *Gloss. Isid. Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 1. Planipes, et fabulo impudica verba jaciens. Al. aliter leg. V. *Sabulo* in fi.

FABŬLŌR, aris, atus sum, dep. 1. *to speak, talk, converse, chat*, μυθέομαι, loquor, dico: a fari. *Plaut. Pœn.* 3. 4. 8. Age, ambula; ibi reliqua alia fabulabimur. *we will talk over. Id. Amph.* 1. 1. 144. Clare advorsum fabulabor: hic auscultet quæ loquar. *Id. Cistell. a.* 5. v. 1. Quid hoc negotii est, quod homines fabulantur per vias mihi esse filiam inventam? *Terent. Phorm.* 4. 3. 49. Sed mihi opus erat, ut aperte tibi nunc fabuler, aliquantulum quæ afferret, &c. *to speak frankly to you now. Gell.* l. 19. c. 13. Stabant forte una in vestibulo palatii Fronto, et Festus fabulantes. *Id.* l. 15. c. 1. Vir læta inter fabulandum venustate. *pleasing in his conversation. Plaut. Epid.* 2. 2. 53. Fabulari inter se. *Sueton. in Calig.* c. 22. Fabulari cum aliquo. ¶ Item rem falsam fictamque narrare, inepte garrire, *to talk idly, say the thing that is not. Plaut. Capt.* 3. 4. 2. Quid loquar? quib fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? *Id. Trucul.* 1. 2. 79. et 80. Non didici fabulari. *Liv.* l. 45. c. 39. *ad fin.* Tu miles, quid de imperatore Paulo Senatus decrevit potius, quam quid Servius Galba fabuletur, audi. *Plin.* l. 29. c. 1. Ars medendi, ictum fulmine Æsculapium, fabulata.

FABULŌSE, adverb. *fabulously*, μυθικῶς, cum fabula. *Plin.* l. 32. c. 11. Accedat his Taprobane, insulæque aliæ Oceani fabulose narratæ. *Id.* l. 5. c. 1. Colonia a Claudio Cæsare facta Lixos vel fabulosissime ab antiquis narrata. *Ammian.* l. 23. c. 6. (*al.* 25. *extr.*) Ut Homerus fabulosius canit. *Plin.* l. 7. c. 48. Hesiodus fabulose multa de hominum ævo referens; et reliqua fabulosius in phœnice.

FABULOSĬTAS, atis, f. *fabulous invention, fabulosity*, fabulantium vanitas. *Plin.* l. 7. c. 52. Corvi effigie, magna quidem fabulositate. et cap. 28. Si recipiatur poetica fabulositas.

FABULŌSUS, a, um, *fabulous, about which many things are feigned or many stories told*, μυθώδης, qui fabulis et figmentis celebratur, de quo multa finguntur, commentitius. *Horat.* l. 1. od. 22. v. 7. quæ loca fabulosus lambit Hydaspes. *Curt.* l. 3. c. 1. Marsyas amnis, fabulosis Græcorum carminibus inclytus. *Sueton. in Cæs.* c. 81. Res fabulosa aut commentitia. *Plin.* l. 11. c. 39. *extr.* Fabulosum arbitror de strigibus, ubera eas infantium immulgere. *Id.* l. 5. c. 1. Mons Atlas fabulosissimus. *Id.* l. 33. c. 1. Fabulosior annulus.

FABŬLUM, *vel* Fabulus, i, m. *vel n. a bean*, faba, vel fabæ granum. *Cato R. R.* c. 70. Rutæ folia tria, vitis albæ caules tres, fabulos albos tres. *Gell.* l. 4. c. 11. Pythagoram abstinuisse fabulo.

FACĔLA, æ, f. olusculum, quod aceto maceratum apponitur. *Epigram. incerti Poetæ* apud *Salmas. ad Lamprid. in Heliogab.* c. 20. Quem recreat fessum gillo, facela, melo. V. vocem sequent.

FACELĀRE, is, n. acetarium, *a salad, sallet. Lamprid. in Heliogab.* c. 20. Barbas mullorum pro nasturtiis, apiastris, et facelaribus adhibuit. Alii leg. *faselaribus*. h. e. faselis conditis. Quocumque autem modo legas, videtur vox a *faselis*, seu *faseolis* dicta. nam faseli una cum siliquis ex aceto apponebantur ad orexim initio cœnæ excitandam. Itaque etiam *facela* faselum, seu faseolum significare videtur.

FACELĪNUS. V. *Fascelinus*.

FACESSO, is, essi, et sivi, situm, ere, n. 3. *to do, perform, execute, accomplish*, facio, præsto, exsequor: frequentativum (παραγωγόν vocant *Diomed.* l. 1. pag. 375. et *Charis.* l. 3. pag. 227. *Putsch.* desiderativum alii.) a *facio*, ut *capesso* a *capio*. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 367. Mille facesse jocos: turpe est, nescire puellam Ludere. *Al. leg.* fac esse, *vel* face esse. *Virg.* 4. *Æn.* v. 295. Imperio læti parent, ac jussa facessunt. *Id.* 4. *Georg.* v. 548. matris præcepta facessit. *Enn.* et *Afran.* apud *Non.* c. 4. n. 196. Facessere dicta. *Plaut. Rud.* 4. 4. 17. Ego, opinor, qui rem facesso. *h. e.* qui litem facio, actionem intendo. Est qui legit *reum facesso*. ¶ Item exhibeo, creo, affero, *to bring on, occasion, cause, create*, in malam partem. *Cic. in Divin. Verr.* c. 14. Ipse profecto metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris. *Id. Fam.* 3. ep. 10. De temeritate eorum, qui tibi negotium facesserent. *trouble or vex you.* ¶ Et passive *Id. pro. Cluent.* c. 57. *ad fin.* Si cui forte hac lege negotium facessetur. *Id.* 6. *Ver.* c. 64. Cum audissent ei negotium facessitum. ¶ Item abire, discedere, recedere, *to retire, go away, depart. Terent. Phorm.* 4. 3. 30. Hæc hinc facessat: ut molestus ne sies. Ubi *Donatus*: pro *hinc se faciat*, id est abeat: *huc se faciat*, huc accedat, significat. *Liv.* l. 4. c. 58. Ni facesserent propere urbe finibusque. *make the best of their way. Id.* l. 6. c. 17. *extr.* Facesserent propere ex urbe, ab ore atque oculis populi R. et lib. 1. c. 47. Facesse hinc Tarquinios, aut Corinthum. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 13. *sub fin.* Ab omni societate reipubl. paulisper facessant, rogamus. *Enn.* apud *Non.* c. 4. n. 196. Vos ab hoc facessite. *Titinn. ibid.* Facessere ædibus. *Apul.* l. 2. *Metam.* cubiculo. et lib. 6. cubitum. *to go to rest.* et lib. 10. e conspectu. *Justin.* l. 34. c. 4. Facessere interim privatam amicitiam jubet, cum mandata patriæ intercedant. *Apul.* l. 3. *Metam.* Ignavia omnis facessat e pectore. ¶ Cum accus. pro removere, *Plaut. Men.* 2. 1. 24. Dictum facessas doctum, et discaveas malo. *go to with that saying of yours.* ¶ In illo *Taciti* 4. *Hist.* c. 43. Nulli umquam periculum facessisset: volunt quidam Grammatici *facessisset* esse pro *facessivisset* a præterito *facessivi*, quod simile est in *capesso*, et *lacesso*. Quod si verum est, etiam illud *facesseris*, quod ex *Cicer. in Divin. Verr.* attulimus, pro *facessiveris* dictum erit.

FACĒTE, adverb. *facetiously, pleasantly, humorously, jocosely, merrily, wittily*, κομψῶς, salse, venuste, urbane, eleganter. *Cic.* 6. *Verr.* c. 43. *extr.* Nunquam tantum mali est Siculis, quin aliquid facete et commode dicant. et *pro Rosc. Amer.* c. 44. Nosque ab isto nebulone facetius eludimur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 55. Facetissime tres libellos tribus legendos dedit. et lib. 1. c. 57. Non modo acute, sed etiam ridicule ac facete. *Id.* 1. *de Fin.* c. 11. Facete et urbane irridere Stoicos. *Plaut. Men.* 1. 2. 22. Facete verba dare. *Gell.* l. 2. c. 23. Præclare, et apposite, et facete scripsit. *Plin.* l. 14. c. 1. Facete ludere in aliqua re. *to jest on any subject. Plaut. Capt.* 1. 2. 73. et *Terent. Eun.* 2. 2. 57. Facete dictum! ¶ Significat etiam apte, commode. *Plaut. Mil.* 1. 1. 39. Facete advertis animum tuum ad animum meum. *Id. Pers.* 4. 1. 7. Hanc ego rem exorsus facete et callide: igitur proventuram bene confido mihi. *Id. Stich.* 1. 3. 114. Hoc vide, satin' ut facete, atque ex pictura hic adstitit! *with what grace and to the life!* et *Capt.* 1. 2. 72. Propterea te vocari ad cœnam volo. *Parasitus.* facete dictum. *well said.* Huc pertinet cum adhibetur in acclamationibus. *Terent. Eun.* 3. 1. 37. Facete, lepide, laute, nihil supra.

FACETĬÆ, arum, f. *facetiousness, pleasantry, wit, humour, drollery*, εὐτραπελίαι, dicta arguta et salsa ad delectandum, et risum movendum, deliciæ quædam sermonis, urbana dicta sine scurrilitate, joci, sales, lepores, urbanitates, argutiæ. *Cic. de clar. Orat.* c. 34. P. Scipio omnes sale facetiisque superabat. et cap. 48. Festivitate et facetiis præstare omnibus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 34. Libandus ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos. et cap. 5. Accedat oportet lepos quidam, facetiæque. et cap. 57. Sale, et lepore, et politissimis facetiis pellicere. et 1. *Attic.* ep. 13. Facie magis, quam facetiis ridiculus. *Vellei.* l. 1. c. 17. Dulces Latini sermonis facetiæ. *Tacit. Ann.* 14. c. 1. Per facetias incusare aliquem. et lib. 15. c. 68. Asperis facetiis illudere aliquem. et cap. 25. *extr.* Facetiis insectari quempiam. et lib. 5. c. 2. Acerbis facetiis irridere. *Plaut. Stich.* 5. 2. 7. Facetias facere. ¶ Duo sunt genera facetiarum, alterum æquabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum et breve: illa a veteribus superior, cavillatio: hæc altera dicacitas nominata est. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 54. ¶ Aliquando *facetiæ* dicuntur de solo illo priori genere. *Id. in Orat.* c. 26. Salium duo genera sunt: unum facetiarum, alterum dicacitatis, &c. ¶ In singulari numero *Plaut. Stich.* 5. 4. 47. Hæc facetia est, amare inter se rivales duos. (Hoc loco *facetia* non pro dicto, sed pro re singulari, admirabili ponitur.) *Gell.* l. 3. c. 3. Facetia sermonis. *Apul. in Apolog.* Nonnullos facetiæ sibi habere, res divinas deridere. *account it facetious.*

FACETĬOR, aris, dep. 1. facetiis utor. *Sidon.* l. 3. ep. 13. Qui, quod verbis inverecundis aurium publicarum reverentiam incestant, granditer sibi videntur facetiari.

FACETŌSUS, a, um, *jocose, full of mirth and pleasantry*, idem ac facetus. *Cic.* 2. *Fin.* c. 31. Et in quantam hominum facetosam urbanitatem incurratis. Ita quidam leg. sed *facetorum* omnino reponendum est cum optimis quibusque libris.

FACĒTUS, a, um, *facetious, merry, pleasant, witty, jocose, humorous*, εὐτράπελος, qui salibus, et sermonis urbanitate, citra scurrilitatem tamen, abundat, festivus, salsus, urbanus, scitus in dictis, venustus. A *facio* ducunt Etymologi: qua ratione, apud *Voss.* leges. Dicitur tum de personis, tum de rebus. *Cic.* 2. *Phil.* c. 8. At etiam quodam loco facetus esse voluisti. Quam id, dii boni, non decebat! *Id.* 1. *Offic.* c. 30. Dulcem, et facetum, festivique sermonis, atque in omni sermone simulatorem Socratem accepimus. et cap. 29. Duplex jocandi genus: unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. *Id. de clar. Orat.* c. 16. Homo acutus, elegans, facetus. et cap. 85. Ironia faceta et elegans. *Justin.* l. 39. c. 2. Faceti joci. *Plin.* l. 35. c. 10. *sub fin.* Argutiæ facetissimi salis. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 8. Facetus sermo. et lib. 2. c. 54. Facetus narrator. et cap. 56. Facetus et urbanus. et *ibid.* Facetus et salsus. et *de clar. Orat.* c. 47. Facetus cum aculeo et maledicto. et lib. 2. *de Legib.* c. 15. Aristophanes, facetissimus poeta veteris Comœdiæ. *Lucil.* apud *Fest.* in *Redarguisse.* Quo facetior videare, et scire plus quam ceteri. ¶ *Facetus* non tantum circa ridicula opinor consistere, inquit *Quintil.* l. 6. c. 3. Neque enim diceret Horatius (lib. 1. *Sat.* 10. v. 44.) facetum carminis genus natura concessum esse Virgilio. Decoris hanc magis, et excultæ elegantiæ appellationem puto. Ideoque in epistolis Cicero (*in fragm.*) hæc Bruti refert verba: Næ illi sunt pedes faceti, ac deliciis ingredienti molles. Quod convenit cum illo Horatiano: molle atque facetum Virgilio. Hactenus *Quintil.* Advertendum autem, facetum carmen *Virgilio* tribui ab *Horatio* præsertim in Bucolicis, et Georgicis. Ait enim: molle atque facetum Virgilio adnuerunt gaudentes rure Camenæ. Significat ergo amœnum, elegans, jucundum, eruditum, floribus poetici leporis respersum. Quo pertinet illud *Colum.* l. 1. c. 1. *a med.* Duo volumina similium præceptorum de vineis Julius Græcinus composita facetius et eruditius, posteritati commendavit. ¶ *Facetus victus* est elegans, et lautus. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 41. Non omnes possunt olere unguenta exotica, si tu oles; neque tam facetis, quam tu vivis, victibus. ¶ Præterea *facetus* est etiam qui blande loquitur, et ad voluntatem alterius. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 54. frater, pater, adde, Ut cuique est ætas, ita quemque facetus adopta. ¶ Item scurra, quique per turpia aut indecora risum captat. *Id.* l. 1. sat. 2. v. 25. Malchinus tunicis demissis ambulat: est, qui Inguen ad obscenum subductis usque facetus.

FACĬES, ei, f. *the face, countenance, visage*, πρόσωπον, pars anterior capitis humani, constans fronte, oculis, naso, malis, ore, mento. *Plin.* l. 11. c. 37. Facies homini tantum: ceteris os, aut rostra. *Id.* l. 7. c. 1. Jam in facie vultuque nostro cum sint decem, aut paulo plura membra, nullas duas in tot millibus hominum indiscretas effigies exsistere. *Cic.* 2. *Phil.* c. 16. Velim, mihi dicas, L. Turselius qua facie fuerit, qua statura. *Id. in Pison.* c. 32. *extr.* De facie nosse aliquem. *by sight. Terent. Eun.* 3. 2. 20. Homo facie liberali. *having the appearance of a gentleman. Id. Phorm.* 1. 2. 50. Virgo facie egregia. *of rare beauty. Juvenal.* sat. 3. v. 280. Cubare in faciem. *to sleep on his face. Id.* sat. 9. v. 146. Multas facies fingere. *many heads, or pictures.* ¶ Pro pulcritudine. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 105. Cura dabit faciem; facies neglecta peribit. ¶ *Perfricare faciem*, ut perfricare os, frontem, est pudorem abjicere. *Plin. in præfat. Hist. natur.* Perfricui faciem; nec tamen profeci. ¶ *Vertere se in omnes facies*, est facere, experiri omnia, ad Proteum respiciendo. *Virg.* 12. *Æn.* v. 891. Verte omnes te te in facies, et contrahe quidquid Sive animis, sive arte vales. *into every possible shape.* ¶ Aliquando latiore significatione accipitur pro universa forma, et modo, et factura corporis totius, uti docent *Gell.* c. 29. l. 13. et *Non.* c. 1. n. 262. Est enim a faciendo dicta, ab aspectu *species*, a fingendo ut *figura*. *form, fashion, figure, appearance, aspect, look, mein. Senec.* ep. 33. Non est formosa, cujus crus laudatur, aut brachium, sed illa, cujus universa facies admirationem singulis partibus abstulit. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 151. Earum nutrix qua sit facie, mihi expedi. *Mi.* statura haud magna, corpore aquilo, specie venusta, ore parvo, atque oculis pernigris. et *Pacuv.* apud *Gell. loc. cit.* et *Non.* c. 1. n. 262. Ætate integra, feroci ingenio, facie procera virum. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 9. Peregrina facies videtur hominis. *he has the look of a foreigner.* Translate *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *a med.* Quædam faciem solœcismi habent, et dici vitiosa non possunt. *carry an appearance with them. Id.* l. 8. c. 5. *a med.* Inventiunculis gaudent, quæ excussæ risum habent, inventæ facie ingenii blandiuntur. *have the appearance of ingenuity. Tacit. Ann.* 13. c. 38. Dum positis loricis et galeis, in faciem pacis veniretur. *as if it had been peace.* ¶ Hac ratione differt a vultu, qui de ore tantummodo dicitur. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 28. Non quæruntur ea, quæ nobis non possumus fingere, facies, vultus, sonus. *Sallust. in Catil.* c. 15. Prorsus in facie vultuque vecordia inerat. ¶ Aliud discrimen *vultus*, et *faciei* V. in *Vultus*. ¶ De rebus inanimis. *Plaut. Rud.* 4. 4. 105. et 111. Crepundia qua facie sunt? responde ex ordine. *Pa.* ensiculus est aureolus litteratus: post est securicula anceps, &c. *how are they made?* Eodem modo adnotante *Gell. loc. cit.* probe dicitur *montis*, et *cæli*, et *maris facies*. *Sallust. in fragm. ibid.* Sardinia in Africo mari, facie vestigii humani. *in the form of a man's footstep. Virg.* 4. *Georg.* v. 260. Unda curvata in faciem montis. *in the form of a mountain. Plin.* l. 2. ep. 17. *ad fin.* Intermissa tecta villarum, quæ præstant multarum urbium faciem. *present the appearance. Ovid.* l. 1. *Trist.* el. 3. v. 26. Hæc facies Trojæ, cum caperetur, erat. *Gell.* l. 15. c. 30. Faciem vehiculi ementitus est longe alienam falsamque. *has described the figure incorrectly. Plin.* l. 12. c. 14. Nec, arboris ipsius quæ sit facies, constat. *the form, figure. Id.* l. 6. c. 17. Alia illius cæli facies, alii siderum ortus. *aspect, look. Id.* l. 35. c. 4. *ad fin.* Tabulæ, quæ pictam belli faciem habent. *Id.* l. 25. c. 2. Herbæ quadripartitis varietatibus anni faciem mutant. *Gell.* l. 10. c. 18. Ossa contusa in faciem pulveris. ¶ Illa quoque translata sunt, et formam, conditionem, speciemque rei significant. *Cic. pro Flacc.* c. 22. Fateantur, in Mæandrii persona esse expressam faciem civitatis. *Id.* 8. *Phil.* c. 8. Senatus faciem legatus secum attulerat, auctoritatem reipubl. *Sallust. in Catil.* c. 32. Quibus permota civitas, atque immutata facies urbis erat. *the city had changed its aspect. Quintil.* l. 8. c. 2. *a med.* Interim ex pluribus efficitur illa, quam conamur exprimere, facies. *h. e.* imago, species alicujus rei descripta verbis per hypotyposim. ¶ Prima facie. *at first sight. Caius Dig.* l. 16. tit. 1. leg. 13. Cum prima facie quidem alienam, re

vera autem suam obligationem suscipit. ¶ *Facie alicujus rei* est specie, prætextu. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 54. Quod publici consilii facie discessum Mutina, desertæque partes forent. ¶ Dicitur et in quibusdam rebus, qua parte melius apparent, et conspiciuntur. *Plin.* l. 9. c. 35. *de margaritis.* Quibus una tantum est facies, et ab ea rotunditas, aversis planities, ob id tympania nominantur. *but one face.* ¶ Ponitur et pro ratione, modo. *manner, way. Plaut. Cist.* 1. 1. 73. Ad istam faciem est morbus, qui me macerat. ¶ In secundo, et tertio, seu sexto casu plurali, *facierum, faciebus* vix est in usu. *Cato* apud *Priscian. in fin.* lib. 7. Exempla earum facierum. ¶ Olim declinabant *facies*, hujus *facies*, et hujus *facii*, et in dativo huic *facie*: cujus rei testis est *Gell.* l. 9. c. 14. Sic *dies dii, fames famii*, &c. V. in fine vocis *Dies.*

FACĬLE, *easily, readily, without difficulty*, ῥᾳδίως, εὐχερῶς, nullo negotio, sine labore. *Cic. Fam.* 1. ep. 2. *sub fin.* Injuriis, quæ propositæ sunt a Catone, facile resistemus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 57. Facile ediscere aliquid. *Id. pro Cæl.* c. 9. Facillime fingere quidpiam. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 24. Facillime mederi inopiæ frumentariæ. et lib. 1. c. 11. Non facile ab oppidis hostium vim prohibere. et cap. 2. Minus facile finitimis bellum inferre. *Gell.* l. 1. c. 6. *sub fin.* Facile, et procliviter persuasit. *Nepos in Themist.* c. 1. Facile explicare oratione aliquid. *Id. in Alcib.* c. 9. Sperabat se facile consecuturum. *Id. in Con.* c. 3. Facile induci ad credendum. *Id. in Milt.* c. 6. Quo facilius intelligi possit. *Plin.* l. 2. c. 3. et *Curt.* l. 6. c. 7. *extr.* Non facile dixerim. ¶ Pro libenter, æquo animo. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 32. *extr.* Te aberrare a proposito facile patiebar. *Terent. Andr.* 1. 1. 35. Facile omnes perferre ac pati. *Cic. in Top.* c. 18. et *Nepos in Phoc.* c. 1. Facile carere aliqua re. *Id. in Epamin.* c. 3. Paupertatem adeo facile perpessus est, ut, &c. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 26. Locum habeo nullum, ubi facilius esse possim, quam Asturæ. *more gladly, with less inconvenience. Id. Verr.* 3. c. 36. Vina ceteraque, quæ in Asia facillime comparantur. *are met with in abundance.* ¶ Pro longe, certo, aut multo. *out and out, certainly, beyond dispute, unquestionably. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 33. Facile deterrimus. *Id.* 3. *de Orat.* c. 11. Eruditissimos Asiaticos quivis Atheniensis indoctus facile vincit. *Id. Fam.* 6. ep. 10. Tui ordinis facile princeps. *Plaut. Trin.* 3. 2. 80. Facile palmam habes: hic victus. *Terent. Andr.* 4. 3. 5. Facile hic plus mali est, quam illic boni. Ubi *Donatus*: adverbium confirmantis est, id est liquido, manifesto. Veteres dicebant *facile* pro certo. ¶ Pro valde, vel optime. *Plaut. Epid.* 3. 4. 66. Novistin' fidicinam? *Fi.* tam facile, quam me. *as well I do myself.* ¶ Pro bene, laute, beate, ex sententia. *Terent. Adelph.* 3. 5. 56. Quam vos facillime agitis, quam estis maxime potentes, dites, fortunati; tam maxime vos oportet, &c. *Plaut. Curcul.* 5. 2. 6. Nugas garris. *Curc.* soleo: nam propter eas vivo facilius. *Petron. in fragm. Tragur.* cap. 43. *Burm.* Facile est, ubi omnia quadrata currunt.

FACĬLIS, le, *easy, ready*, εὐχερής, ῥᾴδιος, qui fieri potest, qui est sine labore, expeditus, explicatus, proclivis: a *facio. Terent. Heaut.* 4. 6. 1. Nulla est tam facilis res, quin difficilis siet, quam invitus facias. et 4. 3. 26. Bonam rem imperas, et factu facilem. *Id. Hecyr.* 3. 1. 15. Cuivis facile scitu est, quam fuerim miser. *Nepos in Dione*, c. 9. Cuivis facile intellectu fuit. *Virg.* 3. *Æn.* v. 621. Nec visu facilis, nec dictu effabilis. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 39. Facilis corrumpi. *Lucan.* l. 2. v. 656. Roma capi facilis. *Terent. Adelph.* 5. 4. 8. Id esse verum, cuivis facile est noscere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 6. Iter multo facilius, atque expeditius. *Cic. in Partition.* c. 27. Res facilis et proclivis. *Id. pro Planc.* c. 5. Causa facilis et explicata. *Id. pro Cæcin.* c. 3. Facilius et commodius judicium. *Id.* 2. *de Orat.* c. 45. Materies facilis ad exardescendum. *easily set on fire. Id.* 2. *Phil.* c. 17. Materia facilis, in te dicta dicere. *Id. pro leg. Manil.* c. 14. Aditus faciles ad eum privatorum. *Virg.* 1. *Georg.* v. 79. Facilis labor. *Id.* 11. *Æn.* v. 771. quæ sit fortuna facillima, tentat. *Id.* 1. *Georg.* v. 40. Da facilem cursum. *prosperous, successful.* et vers. 122. colendi haud facilis via. *a method not unattended with difficulty.* et lib. 2. v. 460. Facilis victus. *h. e.* copiosus. et lib. 1. *Æn.* v. 449. Facilis victu gens. *h. e.* abundans, dives. *abounding. Petron. in Satyr.* c. 93. Afræ volucres placent palato, Quod non sunt faciles. *h. e.* non facile inveniuntur. Sic *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 119. Facilis et parabilis. *Lucan.* l. 1. v. 173. Iræ faciles. *h. e.* quæ facile accenduntur. *Virg.* 2. *Æn.* v. 646. Facilis jactura sepulcri. *h. e.* quæ æquo animo ferri potest. *Juvenal.* sat. 4. v. 63. facilis cardo. *h. e.* qui facile movetur, et vertitur. *Horat.* l. 2. od. 11. v. 8. et lib. 3. od. 21. v. 4. facilis somnus. *h. e.* qui facile capitur. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 109. faciles arcus. *h. e.* qui facile gestantur, vel flectuntur. *Curt.* l. 4. c. 6. Facilis humus. *h. e.* quæ facile effoditur. *Plin.* l. 16. c. 43. Fagus facilis. *easy to work with the tool.* et lib. 13. c. 4. Palmæ faciles ad scandendum. *Propert.* l. 4. el. 10. v. 4. Jugum facile. *of easy ascent. Nemesian. in Cyneg.* v. 50. facilis canis. *h. e.* agilis, celer: vel qui facile impellitur ad venandum, paratus, promptus. *Plin.* l. 8. c. 32. Feminæ faciliore utentes utero. *h. e.* facilius edente partum. ¶ Cum refertur ad personam, significat eum, qui facile quidpiam facit. *Cic. de clar. Orat.* c. 48. Facilis et expeditus ad dicendum T. Junius. *Sueton. in Tito*, c. 3. Latine Græceque vel in orando, vel in fingendis poematibus promptus et facilis, ad extemporalitatem usque. ¶ Item de eo, qui facile cedit, non repugnat, se dat alteri, et submittit. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 52. Etiamsi faciles nos ad concedendum habuerit. *Id. Fam.* 7. ep. 1. *a med.* Facilem populum habere. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 151. Haccine nos animæ faciles rate nubila contra Mittimur? *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 571. faciles grassatus cuspide turmas. *Lucan.* l. 2. v. 314. ad juga faciles populi. *Horat.* l. 2. od. 12. v. 26. Sævitia facilis. *h. e.* quæ facile placatur. ¶ Item de eo, qui mitis, lenis est, et humanus, affabilis, comis, communis, *easy of access, affable, courteous. Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 29. et *Terent. Heaut.* 2. 1. 5. Facilis et liberalis pater. *kind, good-humoured, indulgent. Id. Adelph.* 5. 9. 29. Facilem et festivum esse alicui. *Id. Hec.* 5. 1. 35. Facilem benevolumque lingua tua tibi me reddidit. *Cic. pro Balb.* c. 16. Comes, benigni, faciles, suaves homines. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 11. Facilem se in rebus cognoscendis, in hominibus audiendis admittendisque præbere. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 280. Sic habeas faciles in tua vota deos. *Virg. Ecl.* 3. v. 9. Nymphæ faciles. Ubi *Serv.* mites, exorabiles. ¶ *Facilis* pro agili, celeri, et facile se movente, *Virg.* 8. *Æn.* v. 310. et *Manil.* l. 1. v. 647. faciles oculos fert omnia circum. *moving easily, rolling.* ¶ Item pro navo, solerti, industrio, *Tibull.* l. 1. el. 1. v. 7. Ipse seram teneras maturo tempore vites Rusticus, et facili grandia poma manu. ¶ Res faciles sunt expeditæ, *in good condition. Cic. Fam.* 6. ep. 5. Res et fortunæ tuæ quotidie faciliores mihi, et meliores videntur. Adde *Liv.* l. 23. cap. 11. ubi al. leg. *feliciores.* ¶ Cum infinito, *Valer. Flacc.* l. 4. v. 723. Pontus et exorta facilis concrescere bruma. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 606. lecti juvenum, qui robore primi, Famam posthabita faciles extendere vita. *Lucan.* l. 2. v. 460. Terror facilis vertere mentes. et lib. 10. v. 310. Facilis cedere. *Sil.* l. 12. v. 163. Planities facilis adiri. ¶ Cum genitivo, *Liv.* l. 26. c. 15. Facilis impetrandæ veniæ Claudius. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 407. Rex alloquii facilis. *Claudian. de laudib. Serenæ*, v. 54. Hispania dives equis, frugum facilis. *h. e.* copiosa, fertilis. ¶ Cum ablativo, *Sallust. in Jug.* c. 100. Facundus, callidus, amicitia facilis. *h. e.* facile sibi amicos parans. ¶ Cum dativo *facilis alicui rei*, est aptus, idoneus. *Sil.* l. 15. v. 721. Milites nec soli faciles, longique laboris anhelos. *unaccustomed to endure the heat of the sun. Id.* l. 12. v. 464. audendi pravus, facilisque periclis. *Lucan.* l. 4. v. 506. Morti faciles animi. *h. e.* parati ad mortem subeundam. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 27. Juvenis improvidus, et facilis inanibus. *Virg.* 2. *Georg.* v. 223. Terra facilis pecori. *h. e.* quæ facile et abunde suppeditat alendo pecori. ¶ Passive *Quintil.* declam. 1. c. 16. Cæcus contumeliæ opportunus, injuriæ facilis. *h. e.* cui facile inferri injuria potest. ¶ Facile est, *it is an easy matter; it is no difficult thing*, sequente infinito, vel *ut* particula, et conjunctivo. *Curt.* l. 6. c. 10. Verba innocenti reperire facile est. *Plin.* l. 3. c. 5. Nec situs, originesque persequi, facile est. *Plin. alter in Paneg.* c. 44. et 87. Facilius est, ut esse aliquis successor tuus possit, quam ut velit. ¶ *Ex facili* est facile, *easily. Plin.* l. 30. c. 3. Cinis conjectus exesis dentibus, ex facili cadere eos cogit. *Cels.* l. 7. c. 9. *circa med.* Ita adducendum, ut ex facili subsequatur. *Colum.* l. 6. c. 1. Quæ in emendis bubus sequenda, non ex facili dixerim. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 356. Quod petis, e facili, si volet illa, feres. ¶ *In facili* idem significat. *Liv.* l. 3. c. 8. Cum exitus haud in facili essent. Al. aliter leg. *Triphonin. Dig.* lib. 26. tit. 5. leg. 8. Quod in facili est. ¶ *De facili* idem est, sed rarius. *Jul. Firmic.* l. 5. c. 6. De facili ab eis superabuntur.

FACILĬTAS, atis, f. *easiness, facility, readiness*, ῥαστώνη, habitus, quo quis facile quidpiam facit, promptitudo, facultas. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 12. *extr.* Hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis proclivitas. *Sueton. in Grammat.* c. *pænult.* Capiebat homines facilitate sermonis. *Quintil.* l. 1. cap. 12. (*al.* 20.) Facilitas puerilis ætatis. *h. e.* qua facile omnia discunt. *Id.* l. 10. c. *ult. a med.* Facilitas oris. *h. e.* pronuntiandi. *readiness in pronouncing. Senec.* ep. 11. Facilitas corporis. *h. e.* proclivitas ad erubescendum. *Plin.* l. 18. c. 19. Proscindi jugerum uno die, si sit facilitas soli. *Id.* l. 21. c. 24. Facilitas pariendi. *Id.* l. 16. c. 10. Picea tonsili facilitate. *Id.* l. 37. c. 5. Smaragdi sensim radiantes, et visum admittentes, ad crassitudinem sui facilitate translucida. *h. e.* facile penetrante lumine usque ad interna crassitudinis. ¶ In malam partem, *Sueton. in Claud.* c. 29. In XXXV. Senatores, et CCC. Equites R. tanta facilitate animadvertit, ut, &c. ¶ Translate est humanitas, lenitas, qua nos faciles præbemus, mites, exorabiles, benignos, *gentleness, courteousness, kindness, good humour. Cic. pro Mur.* c. 31. *extr.* Si illius comitatem et facilitatem tuæ gravitati severitatique asperseris. *Nep. in Attic.* c. 15. Ejus comitas non sine severitate erat; neque gravitas sine facilitate. *Sueton. in Cæs.* c. 72. Amicos tanta semper facilitate indulgentiaque tractavit, ut, &c. *Cic. pro leg. Manil.* c. 14. Ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur. *Id. Fam.* 12. ep. 1. *extr.* Immoderate et ingrate facilitate nostra abutuntur. et lib. 13. ep. 24. Pro tua facilitate et humanitate. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 7. Facilitas in audiendo, lenitas in decernendo. *Id. Attic.* l. 12. ep. 40. Quis congressum meum aut facilitatem sermonis desideravit? ¶ Etiam in plurali num. usurpari posse, colligi videtur ex *Quintil.* l. 9. c. 4. *a med.* ubi pro exemplo duplicis pedis uno verbo comprehensi ponit *facilitates, temeritates.*

FACILĬTER, *easily*, idem quod facile. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) Inhærent quidam molestissima diligentiæ perversitate, ut *audaciter* potius dicant, quam *audacter*, licet omnes oratores aliud sequantur. His permittamus et *audivisse*, et *scivisse*, et *tribunale*, et *faciliter* dicere. *Vitruv.* l. 1. c. 4. Ferrum percalefactum faciliter fabricatur. et l. 2. c. 1. Manibus et articulis, quam vellent rem, faciliter tractarent. Adde cap. 3. et *alibi.*

FACINORŌSUS, a, um, *wicked, villanous, atrocious, nefarious, diabolical*, κακοῦργος, qui mala facinora perpetrat, flagitiosus, scelestus. *Cic. Catil.* 2. c. 10. Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum. *Id. pro Sext.* c. 38. Respublica a facinorosissimis sicariis oppressa. *Id.* 1. *de Legib.* c. 14. Deterrere aliquem ab injuriosa facinorosaque vita. *Justin.* l. 2. c. 1. Impius et facinorosus animus. *Id.* lib. 16. cap. 4. Clearchus exsilio facinorosior redditus.

FACĬNUS, ŏris, n. *an action, deed, or exploit (either good or bad)*, ἀνδραγάθημα, insigne factum: a *facio.* Vox est mediæ significationis et in utramque partem sumitur tum de honesto ac laudabili, tum de malo pravoque. Prima significatione *Terent. Heaut.* 2. 1. 8. Is mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quæ narrat facinora! *Antonius* apud *Cic. Phil.* 13. c. 17. Qui judicaverint hostem Dolabellam ob rectissimum facinus. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 6. Id facinus pulcherrimum esse arbitrarer. *Auct. de Herenn.* l. 4. c. *pænult.* Quasi facinus præclarissimum fecisset. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 21. Rarum ea tempestate facinus. *Terent. Heaut.* 2. 3. 73. Non fit sine periculo facinus magnum et memorabile. *Sallust. in Jug.* c. 2. Ingenii egregia facinora. ¶ Altera notione, quæ frequentior est, *wickedness, villany, guilt, crime*, κακούργημα. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 249. Nondum Justitiam facinus mortale fugarat. *the wickedness of mortals. Cic.* 7. *Verr.* c. 66. Facinus est, vinciri civem R. scelus verberari; prope parricidium, necari: quid dicam in crucem tollere? *Id. pro Mil.* c. 27. Cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine. *Id.* 2. *Agrar.* c. 28. Homines ad vim, facinus, cædemque delecti. *Id. in fin. Verr. ult.* Inaudita et singularia facinora sceleris, audaciæ, perfidiæ, libidinis, avaritiæ, crudelitatis. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. Furiæ vindices facinorum et sceleris. *Id.* 2. *de Fin.* c. 29. Vide, ne facinus facias, cum mori suadeas. *Id.* 1. *Catil.* cap. 10. Obire facinus. *Id.* 3. *Fam.* ep. 10. committere. *Sallust. in Jug.* c. 34. suscipere. *Id. in Catil.* cap. 18. patrare. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 9. in se admittere. *Ovid.* l. 2. *Trist.* v. 207. Nec tamen est facinus molles evolvere libros. et l. 4. el. 4. v. 43. abfuit omne Peccato facinus consiliumque meo. et l. 1. el. 2. v. 98. A culpa facinus scitis abesse mea. *Id. Heroid.* ep. 16. v. 213. heu facinus! *O! shame!* Sic *Terent. Eun.* 1. 1. 25. et *Cic. Verr.* 6. c. 66. O indignum facinus! *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 6. per facinus. *h. e.* per scelus. ¶ Inter *flagitium*, et *facinus* hoc differt, quod *flagitium* est quidquid agit cupiditas indomita ad corrumpendum animum et corpus suum: *facinus*, quod agit, ut alteri noceat. Ita *Augustin.* l. 3. *de doctrin. Christ.* c. 10. Præterea flagitium infamiam semper habet, facinus non semper. *Liv.* l. 39. c. 13. Nihil facinoris, nihil flagitii prætermittere. *Sallust. in Catil.* c. 24. Homo flagitiis atque facinoribus coopertus. *covered with crime.* Adde *Cicer. Catil.* 1. c. 6. *Scelus* vero utrumque complectitur: et præterea significat ipsam turpitudinem, aut malitiam flagitii et facinoris. Ad hæc *facinus* etiam in bonam partem accipitur, *flagitium*, et *scelus* semper in malam. *Cic. Fam.* 9. ep. 3. Cum omnes in omni genere et scelerum et flagitiorum volutentur. *Id. pro Mil.* c. 16. Scelus, et facinus præ se ferens, et confitens. ¶ Universim *facinus* est quodcumque factum, aut res, *a deed, action, thing. Plaut. Mil.* 2. 4. 24. et 58. Nimis mirum est facinus, quomodo hæc hinc potuerit transire. *'tis a thing to be wondered at! Id. Rud.* 1. 2. 73. Quod facinus video! *Dæ.* quid vides? *Sc.* mulierculas video sedentes in scapha solas duas. *what ever is this that I see!*

FACĬO, is, eci, actum, a. 3. *to make, do, act*, ποιέω, ἐργάζομαι, efficio, ut aliquid sit, ago, conficio. Verbum est latissimæ significationis, atque usus; accommodaturque omnibus fere actionibus. *Papinian. Digest. lib. ult. tit. pænult.* leg. 218. Verbum *facere* omnem omnino faciendi causam complectitur, donandi, solvendi, judicandi, ambulandi, numerandi. *Cic. Fam.* 11. ep. 14. Ego plus, quam feci, facere non possum. *Id. de Senect.* c. 3. Faciam, ut potero, Læli. *Id. Attic.* l. 16. ep. 15. Noli putare, pigritia me facere, quod non mea manu scribam. *Id. ad Brut.* ep. 2. Quod scribis, statuisse te ducere exercitum in Cherronesum, facis ex tua dignitate, et e republ. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 3. Orabat, ut ad te scriberem: quod facio, et

vehementer rogo, ut, &c. Id. pro Quint. c. 8. Recte, aut perperam facere. *to do right or wrong.* Id. pro Rosc. Com. c. 7. Facere per malitiam. *maliciously.* Id. Attic. l. 12. ep. 27. Facere non possum, quin ad te mittam. *I cannot forbear sending.* et eodem sensu l. 11. Attic. ep. 21. et lib. 8. ep. 14. Non potuisti ullo modo facere, ut mihi illam epistolam non mitteres. Idem de Amic. c. 2. Amice facere. *to act in a friendly way.* Terent. Eun. 4. 1. 10. Facere alicui ægre. *to do that which shall displease; to vex, mortify.* Cic. 2. Q. Fr. ep. 1. Fecit humaniter Licinius, quod ad me venit. Id. Attic. l. 7. ep. 7. Bene hoc fecit, quod mihi sui cognoscendi facultatem dedit. *he hath done well in having given, &c.* Id. 12. Attic. ep. 24. Bene fecit Silius, qui transegerit. *hath done well to conclude.* Id. 1. de Legib. c. 1. Faciunt imperite, qui a poeta veritatem exigunt. *they evince but little knowledge, who are for insisting, &c.* Id. pro Sext. c. 13. et 3. Verr. c. 16. Quid hoc homine faciatis? *what must be done with this man?* Plaut. Bacch. 2. 3. 100. Nescit, quid faciat auro. *he does not know what to do; he is so rich.* et Cas. 5. 4. 6. Quid fecisti scipione? *what have you done with the stick?* modus interrogandi, re amissa. Sic vers. 9. Quin responde, tuo quid factum est pallio? Cic. pro Cæcin. c. 11. et Attic. l. 7. ep. 3. Quid tu huic homini facias? *what would you do with such a man?* et lib. 4. Acad. c. 30. Quid enim faceret huic conclusioni? si lucet, lucet, &c. cederet scilicet. *what could he answer? what could he say to, &c.?* Id. 1. Tuscul. c. 35. Pompeio nostro familiari, cum graviter ægrotaret Neapoli, melius est factum. *he hath recovered.* ¶ Facere cum aliquo, et ab aliquo est convenire, favere, stare ab aliquo: cui contrarium est facere adversus aliquem. Cic. pro Sull. c. 13. Si respondisset, idem sentire, et secum facere Sullam. *that he sided with him, was of his party.* Id. pro Quint. c. 3. Veritas cum illo facit. *is on his side.* et pro Cæcin. in fi. Auctoritas sapientissimorum hominum nobiscum facit. Ovid. 3. de ar. am. v. 762. Cum Veneris puero non male, Bacche, facis. *you are not at variance.* Cic. 1. de Invent. c. 48. Commune est, quod nihilo magis ab adversariis, quam a nobis facit. Id. pro Quint. c. 1. Facere contra aliquem. Id. 7. Attic. ep. 3. circa med. Omnes damnatos, omnes ignominia affectos illac facere. h. e. a Cæsare. Al. leg. illic, al. illuc. Nep. in Eumen. c. 8. Neque minus eos, cum quibus steterint, quam adversus quos fecerint. ¶ Facere ad aliquid, et facere absolute, in re medica est conferre, prodesse. *to avail, profit.* Colum. l. 7. c. 5. ante med. Facit autem commode ea compositio, quam, &c. et lib. 8. c. ult. a med. Facit etiam ex pomis viridibus adaperta ficus. Scribon. Larg. compos. 108. et 176. Medicamentum, quod adversus solutionem stomachi facit. et 122. Ad coli dolorem faciunt. Plin. l. 22. c. 18. Chamæleon facit ad difficultatem urinæ. *is good in case of.* ¶ Et translate Quintil. l. 6. c. 4. Plurimum facit, totas diligenter nosse causas. Ovid. 1. Amor. el. 2. v. 16. Frena minus sentit, quisquis ad arma facit. *is of use in war.* ¶ Facere alicui eod. sensu. Plin. l. 22. c. 19. Radix coronopi cœliacis præclare facit, in cinere tosta. Plin. Valer. l. 2. c. 1. Mirifice pulmoni facit. ¶ Absolute Ovid. 3. Trist. el. 8. v. 23. Nec cælum, nec aquæ faciunt, nec terra, nec auræ. *do not benefit me.* ¶ Facere alicui, et ad aliquem est etiam convenire, aptum esse. Propert. l. 3. el. 1. v. 19. Mollia, Pegasides, vestro date serta poetæ: Non faciet capiti dura corona meo. *does not sit well on.* Ovid. Heroid. ep. 16. v. 189. Parca sed est Sparte: tu cultu divite digna es; Ad talem formam non facit iste locus. ¶ Facere bene, vel male alicui, prodesse, vel nocere. Terent. Adelph. 5. 8. 25. et 5. 7. 19. et Plaut. Mostell. 3. 2. 22. et Capt. 5. 2. 23. ¶ Cum casibus pretii est æstimare. *to esteem, value.* Cic. Fam. 3. ep. 10. In quo perspicere posses, quanti te, quanti Pompeium, quem unum ex omnibus facio, ut debeo, plurimi, quanti Brutum facerem. et ep. 4. Te quotidie pluris feci. Id. 2. de Fin. c. 13. Voluptatem virtus minimi facit. et cap. 27. Dolorem nihili facere. *to set at nought; to despise.* Plaut. Pers. 2. 2. 42. Nihil facio scire. Al. leg. nihili. Sallust. in Jug. c. 89. Non sunt composita verba mea: parum id facio. Plaut. Stich. 1. 1. 42. Si illi improbi sint, atque aliter nos faciant, quam æquum est. ¶ Interdum est instituere, creare. Cic. 3. Verr. c. 43. Testamento fecit heredem filiam. *he appointed, nominated.* Id. de Senect. c. 5. Anno undevicesimo post ejus mortem hi consules facti sunt. Id. pro Mur. c. 21. sub fin. Alium faciam, quoniam sibi hic ipse desperat. Justin. l. 9. c. 6. Aliquem regem facere. ¶ Item pro componere, lucubrare. Cic. in Pison. c. 29. Facere poema. *to compose.* Id. pro Arch. c. 10. epigramma in aliquem. *to write.* Id. Q. Fr. l. 3. ep. 5. a med. versus. Id. 1. de Orat. c. 14. orationem. ¶ Item pro edere. Id. Attic. l. 15. ep. 10. Ludos vero non facere quid fœdius? Plaut. Mostell. 5. 1. 66. Exempla edepol faciam ego in te. ¶ Item pro emittere. Colum. in arborib. c. 54. Rapa, et napi antequam caulem, aut cymam faciant. Id. l. 2. c. 15. Maxime columbinum stercus probamus: secundum deinde, quod homines faciunt. Id. l. 6. c. 19. Facere urinam. ¶ Item pro exercere. *to practise, exercise.* Cic. post red. in Sen. cap. 5. Egestate et improbitate coactus piraticam fecit. Id. 7. Verr. c. 28. Facere mercaturas. et cap. 59. argentariam. Id. Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2. topiariam. Id. 6. Fam. ep. 8. haruspicinam, et præconium. ¶ Item pro cogere, colligere, conflare. Cic. 4. Verr. c. 6. Maximam pecuniam facere. Id. pro Cæcin. c. 11. Manum facere, copias parare. Sallust. in fragm. apud Senec. ep. 114. et Vellei. l. 2. c. 109. exercitum. *to raise, muster.* Tacit. 6. Ann. c. 33. auxilia mercede. Varr. l. 1. R. R. c. 7. Ex arvo male consito minus multum, et minus bonum faciebant vinum. ¶ Item pro afferre. Cic. 14. Fam. ep. 7. Statim ita sum levatus, ut mihi deus aliquis medicinam fecisse videatur. Plin. l. 30. c. 6. Facere remedium lieni. Colum. l. 2. c. 2. Ager pestilens mortem facit. *occasions, causes.* Tacit. 2. Hist. c. 70. Perniciem alicui facere. ¶ Et pro dare, concedere. Vellei. l. 2. c. 105. Ubi negotia fecissent otio locum. Virg. Ecl. 1. v. 6. deus nobis hæc otia fecit. Cic. 3. Catil. c. 5. Si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. ¶ Cum infinito. Id. 2. Phil. c. 3. Fac, potuisse. *let us suppose, that you were able; granted, that, &c.* Id. 1. Tuscul. c. 29. Quæ est animo natura? propria puto, et sua: sed fac igneam, spirabilem: nihil ad id, de quo agimus. *let us suppose, that it is of fire.* et cap. 34. Fac, quod isti volunt, animos non remanere post mortem. Virg. 4. Æn. v. 540. Quis me autem (fac velle) sinet? ¶ Item pro comparare, acquirere. Cic. pro Flacc. c. 37. Facere lucrum. Id. 3. Verr. c. 59. Qui manubias sibi tantas ex Metelli manubiis fecerit. Plaut. Pers. 4. 4. 100. Divitias facere ex re aliqua. ¶ Et pro reddere, efficere, in causa esse, ut aliquid fiat. Cic. 6. Phil. sub fin. Senatum bene firmum, firmiorem vestra auctoritate fecistis. Id. Verr. 4. c. 26. Omnes istius injurias rescindere, et irritas facere. Id. pro leg. Manil. c. 10. Quæ res est, quæ cujusquam animum in hac causa dubium facere possit? Id. 2. Phil. c. 39. Facere aliquem sanum, disertum. Id. 1. de Orat. c. 51. Iratum adversario judicem facere. Id. pro Deiot. c. 10. Quos concursus facere solebat! *what a concourse of people he used to draw around him!* ¶ Cum infinito. Liv. l. 22. c. 13. Casilinum pro Casino ducem accipere fecit. Al. leg. dux ut acciperet. Varr. l. 3. R. R. c. 5. Aspectus et desiderium arborum macrescere facit volucres inclusas. Colum. l. 12. c. 38. Mel ter infervere facito. Virg. 2. Æn. v. 538. qui nati coram me cernere letum Fecisti. Ovid. Heroid. ep. 17. v. 175. illum Securum probitas, forma timere facit. Sallust. in fragm. apud Senec. ep. 114. a med. Quæ audita Panormitanos dedere Romanis fecere. *constrained, induced.* ¶ Et cum conjunctivo et particula ut. Cic. 2. Attic. ep. 4. et Fam. 5. ep. 19. extr. Quidquid indagaris, facito, ut sciam. Id. Acad. 1. c. 2. Ea, quantum potui, feci, ut essent nota nostris. Id. pro Cluent. c. 60. extr. Fecisti, ut, ne cui innocenti mœror tuus calamitatem afferret? ¶ Et omisso ut. Id. Fam. 5. extr. Fac, cupidus mei videndi sis. et lib. 11. ep. 3. Fac, cogites. Terent. Eun. 3. 2. 53. Domi adsitis, facite. ¶ Ponitur et pro parere, metaphorice. Cic. in Orat. c. 34. Controversiam aut res facit, aut verba. ¶ Et pro excitare. Cic. de clar. Orat. c. 95. Hortensius utroque genere florens, clamores faciebat adolescens. ¶ Et pro fingere, inducere. Id. pro Planc. c. 27. Me unum ex iis feci, qui ad aquas venissent. *I have represented myself.* Id. Fam. 9. ep. 8. Feci sermonem inter nos habitum in Cumano. *I have introduced.* Id. de clar. Orat. c. 60. In eo libro, ubi se exeuntem e Senatu, et cum Pansa colloquentem facit. ¶ Et cum infinito. Id. 1. de nat. Deor. c. 8. Plato construi a deo, atque ædificari mundum facit. Plin. l. 25. c. 5. Hanc etiam (herbam) præcisos nervos glutinare faciunt. h. e. putant, docent, volunt. Cic. 15. Fam. ep. 18. Facio, me alias res agere. *I pretend that I heed not, that I am attending to something else.* Id. 3. de nat. Deor. c. 16. a med. Herculem Homerus conveniri apud Inferos facit ab Ulysse. Terent. Heaut. prol. v. 31. Qui nuper fecit, servo currenti in via decesse populum. Cic. Fam. 7. ep. 23. Fac, quæso, qui ego sum, esse te. *place yourself in my situation.* ¶ Cum conjunctivo. Stat. l. 2. Achill. v. 241. Fac, velit: ipsam illic matrem sprevisset Achilles. *suppose that he is willing.* ¶ Et pro addere, adjungere, conciliare. Cic. in Divin. Verr. c. 13. Facere audientiam orationi. Id. pro leg. Manil. c. 15. auctoritatem. Id. 7. Attic. ep. 8. fidem. Quintil. l. 4. c. 1. ante med. favorem. ¶ Hinc facere aliquem suum, sibi conciliare. *to gain over to himself, make his own, conciliate.* Terent. Adelph. 5. 6. 10. Paulatim plebem facio meam. Ovid. 2. de ar. am. v. 259. fac plebem (mihi crede) tuam. Stat. 2. Achill. v. 377. Paulatim fecere suam. ¶ Ponitur et pro inferre, afferre. Plaut. Merc. 2. 1. 11. et Cic. 10. Fam. ep. 16. Convicium alicui facere. Terent. Phorm. 5. 7. 9. contumelias. Cic. in Orat. c. 68. gravem plagam. Id. 9. Phil. c. 4. injuriam. Id. Attic. 11. ep. 8. dolorem alicui. ¶ Et pro exsequi. *to execute.* Id. pro Flacc. c. 20. extr. Cum judicatum non faceret, addictus Hermippo, et ab hoc ductus est. ¶ Et pro gignere, procreare. Varr. l. 3. R. R. c. 5. ante med. et 9. ad fin. Volucres ova et pullos faciunt. Plin. l. 11. c. 18. Apes faciunt sobolem. ¶ Et pro agere, degere, vivere. Senec. ep. 66. Quamvis paucissimos una fecerimus dies. Est qui legit egerimus, invito Gronovio. Ulpian. Dig. lib. 40. tit. 7. leg. 14. Is servus fugerat, et annum in fuga fecerat. Inscriptiones apud Gruter. pag. 838. n. 12. et 842. n. 7. Cojugi Karissimæ, cum qua fecit ann. IX. men. VI. dieb. XXV. Adde aliam pag. 447. n. 3. et quatuor apud Reines. class. 14. n. 119. et class. 20. n. 216. 311. et 445. ¶ Facere aliquid in aliquem, vel alicui, est statuere. Terent. Heaut. 1. 1. 55. Si id non facis, ego quod me in te sit facere dignum, invenero. et 1. 2. 24. Vereor, ne quid illum iratus faxit pater. Id. Eun. 5. 6. 31. Causam quærebat senex, quamobrem insigne aliquid faceret iis. ¶ Habet etiam vim patiendi, et subeundi. Cic. 6. Verr. cap. 9. Facere detrimentum. *to endure, sustain, suffer.* Id. de clar. Orat. c. 33. damnum. Id. 2. de Fin. c. 24. jacturam. Id. 9. ep. l. 16. Fam. naufragium. ¶ Pertinet sæpe ad rem divinam: ut facere sacrum, item facere absolute. *to perform a sacrifice.* Cic. 6. Verr. c. 8. Res illum divinas apud eos deos in suo sacrario quotidie facere vidisti. Sulpicia apud Tibull. l. 4. carm. 6. v. 14. Ter tibi fit libo, ter, dea casta, mero. [† quod exemplum proprie ad v. fio pertinet: sed fio passivum τοῦ facio appellat Forcellinus in l.] Cic. pro Balb. c. 24. Sacra pro civibus facere. Id. de clar. Orat. c. 14. Sacrificium publicum cum læna facere. Id. ad Brut. ep. 15. Larentiæ vos pontifices ad aram in Velabro facere soletis. Colum. l. 2. c. ult. Facere catulo. Virg. Ecl. 3. v. 77. Cum faciam vitula pro frugibus. ¶ Aliquando ad rem obscenam. Paul. Dig. lib. 2. tit. 14. leg. 27. a med. Petron. in Satyr. c. 87. Juvenal. sat. 7. v. 240. Ovid. Martial. &c. ¶ Refertur etiam ad positionem nominum, et verborum. Quintil. l. 1. c. 6. (al. 10.) Cur aper apri, et puter putris faciat. ¶ Eleganter circumlocutioni servit, et quodam pleonasmo pro curare, et efficere usurpatur. Cic. de Senect. c. 12. Invitus quidem feci, ut L. Flaminium e Senatu ejicerem. h. e. invitus quidem ejeci. Id. Fam. 6. ep. 12. Hoc Pansa, Hirtius, Balbus plane ita faciunt, ut me unice diligant. Id. Attic. l. 11. ep. 23. Acusius tardius iter faciebat. eo feci, ut celeriter eunti darem. In veteri Edicto Censorio apud Sueton. de clar. Rhetor. c. 1. Iis, qui eos ludos habent, videtur faciendum, ut ostendamus nostram sententiam, nobis non placere. ¶ In veteribus Inscriptionibus, præsertim sepulcralibus, passim legitur fecit, aut faciendum curavit, &c. sola F. littera adscripta, aut F. C. hoc est tumulum, sepulcrum construxit. Hinc ludit in ambiguo Martial. l. 9. epigr. 16. Inscripsit tumulo septem celebrata virorum, Se fecisse Chloe: quid pote simplicius? h. e. se tumulum fecisse, aut se fuisse, quæ veneno viros sustulerit. ¶ Fieri fecit, jussit, curavit. Inscript. apud Rader. ad Martial. lib. 1. epigr. 93. Q. Titio Pastorali filio naturali L. Axilius Museius pater amantissimo fil. fieri F. ¶ Cum variis accusativis innumeros prope usus habet: quorum hic aliquot subteximus. Quintil. l. 4. c. 1. circa med. Aditum sibi facere ad aliquem. *to find access to; to insinuate himself into the favour of.* Liv. l. 25. c. 11. ad fin. Senec. ep. 115. Facere alicui admirationem alicujus rei. h. e. ingerere. *to cause to prize or admire.* Cic. Attic. l. 13. ep. 46. Æs alienum facere. *to contract debt.* Plin. l. 6. ep. 17. aliquid in studiis. *to make progress.* Liv. l. 25. c. 11. alicui animum. *to encourage.* Sic l. 1. c. 3. Divitiæ animos faciunt. Horat. l. 4. od. 7. v. 21. Facere arbitrium de aliquo. *to give his opinion.* Alio sensu Liv. l. 43. c. 15. Alicui in re quapiam arbitrium facere. *to give him the choice.* et lib. 29. c. 34. audaciam hosti. *to give, add to, encrease.* et lib. 1. c. 34. et Horat. l. 1. ep. 1. v. 86. auspicium alicui. *to serve as an omen, put into his head to do a thing.* Terent. Adelph. 5. 8. 25. bene aliquid alicui. *to be of service to.* Sic Heaut. 4. 5. 15. cuipiam aliquid boni. et Plaut. Pœn. 5. 4. 46. multa bona alicui. Plin. l. 11. c. 16. a med. calorem. *to heat, excite heat.* Cic. 15. Fam. ep. 4. castra. *to pitch.* et Attic. l. 9. ep. 13. ad fin. cœnam. h. e. apparere et præbere, quod est heri cœna alios excipientis, *to give a dinner.* Liv. l. 1. c. 3. cognomen alicui. *to give.* et lib. 5. c. 15. commercium sermonis. *to confer with, have communication with.* Colum. l. 7. c. 6. conceptum. *to conceive, become pregnant.* Cæs. l. 4. B. Gall. c. 30. conjurationem. *to conspire.* et lib. 3. B. Civ. c. 106. concitationes. *to excite a tumult.* Cic. Fam. 13. ep. 24. consuetudinem alicui cum altero. *to form an intimacy.* Liv. l. 35. c. 42. consilium alicui. *to suggest a scheme.* Cic. pro Cæl. c. 25. constitutum cum aliquo. *to come to an agreement.* Id. 1. Offic. c. 38. contentionem cum aliquo. *to make a contrast or comparison.* Liv. l. 7. c. 13. militibus copiam pugnandi. *to give an opportunity.* Phædr. l. 3. fab. 7. v. 5. corpus. *to grow fat, become corpulent.* Justin. l. 11. c. 8. cursu quingenta stadia. h. e. conficere, explere. Liv. l. 3. c. 34. et lib. 7. c. 24. alicui desiderium rei cujuspiam. *to cause him to desire or wish for.* Ovid. 2. Fast. v. 375. et 3. v. 515. dicta. *to keep his word.* Quintil. l. 10. c. 3. difficultatem. *to make, start.* et lib. 7. c. 2. discrimen. *to make a difference.* Terent. Adelph. 2. 2. 33. dividuum. *to divide.* Quintil. l. 7. c. 1. dubium. *to make doubtful.* Senec. ep. 111. dulcedinem. *to please.* et ep. 67. errorem. *to cause to err.* et ep. 114. a med. ex Sallust. exercitum. *to set on foot, equip.* et ep. 115. a med. et Quintil. declam. 8. c. 3. exitum. *to make an end, finish.* Cic. 4. Verr. c. 73. alicui recte judicandi facultatem. *to give an occasion or opportunity.* Terent. Andr. 1. 3. 7. fallaciam. Quintil. l. 11. c. 2. ad fin. et lib. 12. c. 5. alicui famam ingenii. *to set forth.* Liv. l. 3. c. 1. fastidium. *to vex, trouble.* et lib. 42. c. 14. extr. favorem alicui. *to bring upon.* Plin. l. 10. c. 31. fetus. *to bring forth.* Cic. 3. Catil. c. 2. fidem alicui. *to convince.* et ad Planc. in fi. l. 16. ad Attic. finem. *to put an end.* Colum. l. 10. v. 123. fletum alicui.

to make him shed tears. Tacit. 3. *Hist.* c. 10. formidinem. *to terrify. Quintil.* l. 9. c. 2. et *Senec.* l. 1. controv. 8. fortiter. *to act gallantly, perform some glorious exploit. Liv.* l. 24. c. 22. et parare magnam fortunam. *to attain to a high estate. Plaut. Mil.* 2. 2. 9. et *Cic.* 4. *Attic.* ep. 12. fraudem legi, senatusconsulto. *to elude.* et *pro Dom.* c. 25. fugam. *to cause to fly.* Alio sensu *Liv.* l. 8. c. 9. *sub fin.* et *Terent. Eun.* 4. 7. 17. *to fly. Justin.* l. 9. c. 2. *extr.* genus equarum. *to breed. Plin.* l. 14. c. 1. *a med.* gloriam alicui. *to make renowned. Cic.* 2. *de Orat.* c. 61. gradum. *to make a step, walk.* et *Verr.* 4. c. 1. *ad fin. to advance, pass along. Liv.* l. 3. c. 56. et lib. 8. c. 34. gratiam alicujus rei. *to remit, pardon, forgive.* Alio sensu *Id.* l. 3. c. 56. *to grant leave. Cic. Fam.* 11. ep. 18. et *Senec.* ep. 6. gratulationem alicui. *to congratulate. Terent. Eun.* 4. 4. 55. gratum. *to do a pleasure or service to; to oblige. Cic. pro Balb.* c. 18. hospitium cum aliquo. *to entertain, enter into alliance or friendship with. Censorin. de die nat.* c. 2. hostiam. *h. e.* mactare: *to sacrifice. Auct. de B. Hispan.* c. 9. jactum. *to throw. Cic.* 3. *Verr.* c. 17. ignem ex lignis viridibus. *to make or light up a fire.* et lib. 1. *de Fin.* c. 10. et *Liv.* l. 25. c. 11. impetum in hostes. *to attack, rush upon.* et l. 3. c. 38. incursionem. *to make an incursion. Cic. Verr.* 13. c. 57. indicium. *to make a discovery, show clearly.* et 8. *Phil.* c. 7. inducias. *to make a truce. Id.* 2. *Agrar.* cap. 29. initium. *to make a beginning.* et *pro Mil.* c. 9. insidias. *to lay snares. Quintil.* l. 6. c. 1. iram. *to excite. Cic. Attic.* 3. ep. 1. et lib. 4. ep. 1. iter. *to travel.* et lib. 7. ep. 23. judicium. *to judge. Senec.* 2. *de Clement.* c. 1. juramentum. *to swear.* Al. aliter leg. *Liv.* l. 32. c. 13. jus alicui. *to grant leave. Ovid.* 1. *Fast.* v. 379. et *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 3. jussa, imperata. *to execute his commands. Cic.* 1. *de Fin.* c. 7. lætitiam. *to create, occasion.* et 3. *Tuscul.* c. 20. largitionem. *to bestow.* et 4. *Acad.* c. 2. *ad fin.* et *Plaut. Asin.* 4. 1. 22. litteram. *to write, compose. Justin.* l. 27. c. 2. litteras ad aliquem. *to write a letter. Plin.* l. 12. c. 25. *a med.* maculas. *to blot, stain. Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. valde magnum. *to do great things.* ironia. *Phædr.* l. 1. fab. 8. v. 9. et *Plaut. Men.* 1. 1. 23. medicinam. *to make, give, apply.* Alio sensu *Phædr.* l. 1. fab. 14. v. 2. *to exercise, practise. Quintil.* l. 11. c. 2. memoriam. *to improve the memory. Cic.* 2. *Q. Fr.* ep. 11. mentionem. *to make mention. Colum.* l. 2. c. 11. messem. *to reap. Tacit.* 6. *Ann.* c. 36. metum. *to cause fear. Justin.* l. 22. c. 3. *extr.* ministerium alicui. *to serve, wait upon. Cic.* 5. *Verr.* c. 58. Missum facere aliquem. *to dismiss, excuse. Liv.* l. 4. c. 50. modum iræ. *to govern. Cic.* 16. *Attic.* ep. 2. moram. *to stay, stop.* Alio sensu *Plaut. Mostell.* 1. 1. 72. moram alicui. *to retard, hinder, delay. Liv.* l. 35. c. 35. sibi morem alicujus rei. *to make it his custom.* et lib. 28. c. *ult.* motus. *to excite commotions. Cato* apud *Gell.* lib. 11. cap. 1. multam alicui. *to impose.* V. *Multa. Id. R. R.* c. 2. munditias. *to make clean. Cic. pro Sext.* c. 12. et l. 1. *Offic.* c. 33. mutationem. *to change. Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 5. multa alicui, quæ voluit. *to do many services. Justin.* l. 21. c. 4. et *Quintil.* l. 5. c. 12. negotium innocenti. *h. e.* facessere, exhibere. *to cause trouble to. Titinn.* apud *Non.* c. 4. n. 112. noctem de die. *to turn night into day. Liv.* l. 8. c. 15. nomen alicui. *to name, give a name to. Cic. Offic.* 3. c. 14. nomina. *to give security for the payment of money.* Alio sensu *Senec. de vita beata,* c. 24. *to lend or lay out money at interest.* pecuniam occupare, unde fenus lucreris. *Plin.* l. 20. c. 18. odium vitæ. *to cause him to hate life. Terent. Phorm.* 4. 5. 12. officium suum. *to do his duty. Cic. de Amic.* c. 10. omnia amici causa. *to exert himself to the utmost for his friend.* et *Attic.* l. 7. ep. 3. *circa med.* omnia, ne armis decernatur. *to have recourse to all possible means, rather than,* &c. *Id. in Divin. Verr.* c. 14. alicui opinionem. *to give to him the liberty of choosing. Nep. in Thrasyb.* c. 3. pacem inter aliquos. *h. e.* conciliare: *to make peace, produce a reconciliation.* Alio sensu *Id. in Dione,* c. 5. *extr.* et *Cic.* 3. *Offic.* c. 30. *to make peace with, be reconciled to. Nep. in Annib.* c. 11. palam. *to make public, proclaim. Cic.* 2. *de Orat.* c. 9. partes. *to part, divide. Id.* 7. *Verr.* c. 53. pecuniam. *to raise, acquire, gain. Terent. Eun.* 3. 2. 23. periculum. *to make trial, try, hazard, risk.* et *Tacit.* 16. *Ann.* c. 19. pericula. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 19. planum. *to make plain.* et *Catil.* 3. c. 5. potestatem. *to grant leave or permission. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 34. prædam. *to get booty, plunder. Nepos in Chabr.* c. 2. prædas ab aliquo. *to carry off. Cic.* 3. *Offic.* c. 25. promissum. *to keep. Vellei.* l. 2. c. 38. Siciliam provinciam. *to make a province of. Liv.* l. 3. c. 31. pudorem. *to cause to be ashamed.* et lib. 28. c. 39. ratum. *to ratify.* et *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 12. aliquid reliquum. *h. e.* relinquere. *to leave.* Sic *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 26. *extr.* Nihil reliqui sibi facere. *to leave nothing remaining. Terent. Adelph.* 2. 2. 12. et *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 65. rem. *to make a fortune. Cic.* 4. *Verr.* c. 38. aliquem reum rei capitalis. *to accuse, arraign, impeach. Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 9. et *Quintil.* l. 6. c. 1. risum. *to excite laughter. Quintil.* l. 10. c. 3. robur. *to gain strength, grow strong. Hirt. de B. Afric.* c. 85. salutationem. *to salute. Liv.* l. 2. c. 30. *extr.* lib. 35. c. 51. sanguinem. *h. e.* per cædes effundere. *to shed blood. Cic. pro Balb.* c. 1. et lib. 5. *Attic.* ep. 18. *extr.* et lib. 1. *de Orat.* c. 37. et *in Bruto,* c. 5. satis alicui. *to satisfy, content. Apul. sub init.* l. 5. *Metam.* se intra limen. *to present himself, go, enter. Liv.* l. 36. c. 41. alicui securitatem. *to assure him that all will be well. Plaut. Curcul.* 1. 1. 36. semitam per fundum. *to make a road; to walk. Cic. Verr.* 3. c. 26. sermonem. *to discourse. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 32. significationem. *to intimate. Liv.* l. 24. c. 7. *extr.* silentium. *to be silent.* V. *Silentium. Plin.* l. 20. c. 7. somnum. *to cause to go to sleep. Liv.* l. 39. c. 31. *ad fin.* speciem. *to represent. Cic. Attic.* 3. ep. 16. et *Liv.* l. 30. c. 3. et 4. spem. *to give hopes. Liv.* l. 30. c. 11. spiritus. *to give or inspire courage.* et lib. 5. c. 7. stipendia. *to serve as a soldier. Cic.* 1. *Fam.* ep. 9. *ante med.* stomachum. *to move to anger, displease. Plaut. Asin.* 4. 1. 53. suavium cuipiam. *to kiss. Cic. pro Flacc.* c. 33. suspicionem. *to occasion a suspicion. Liv.* l. 4. c. 57. *sub fin.* tædium rei alicujus. *to occasion a disgust or dislike.* et lib. 34. c. 11. *extr.* aliquem testem. *to call to witness.* Sic *Terent. Adelph.* 2. 1. 48. testes faciet illico, vendidisse me. *Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 5. leg. 35. *a med.* Facit quidem totum voluntas defuncti: nam quid senserit, spectandum est. *is all in all: the will of the deceased decides every thing. Liv.* l. 26. c. 25. alicui transitum. *to allow him to pass. Colum.* l. 11. c. 2. *plus semel.* Facere transitum in aliquem locum. *to allow to pass to any place. Terent. Eun.* 4. 1. 2. turbam. *to cause a bustle or disturbance. Cic. pro Quint.* c. 11. vadimonium. *to give bail for his appearance in court.* et 4. *Tuscul.* c. 4. *extr.* vela. *to spread the sails, set sail. Alfen. Dig.* lib. 8. tit. 5. leg. 17. Paries ventrem facit. *bellies or juts out,* intumescit media sui parte, ac ruinam minatur. *Plaut. Cas.* 3. 5. 15. et *Terent. Eun.* 3. 5. 47. ventulum alicui. *to fan.* et *Andr.* 1. 2. 7. et *Cic.* 6. *Verr.* c. 65. *extr.* verbum. *to speak.* et cap. 66. verba. *to speak, converse, discourse.* et *Id. in Orat.* c. 20. 24. et 52. et 3. *de Orat.* c. 38. *to invent or coin new words,* novare: quod fit vel conjungendis verbis ut *expectorat, versutiloquus,* vel sine conjunctione, ut *genitalis, incurvesco. Id. pro Rabir. Post. in fi.* vestigium. *to walk. Liv.* l. 3. c. 5. sibi viam. *to make or open.* et lib. 38. c. 24. et lib. 3. c. 5. vim alicui, et in aliquem. *to offer violence, force, violate. Quintil.* l. 10. c. 3. vires. *to gather, acquire. Plaut. Pers.* 4. 8. 4. bonam vitam cuipiam. *to make him lead a pleasant life, treat well. Cic. in Top.* c. 3. Parietes vitium faciunt. *suffer hurt, decay, go to ruin. Plin.* l. 19. c. 1. umbram. *to make a shade. Quintil.* l. 10. c. 3. usum. *to be accustomed. Ovid. Heroid.* epist. 21. vers. 210. vulnus. *to make a wound.* ¶ *Quid facerem? quid faciat?* formula est excusantis. *Virg. Ecl.* 1. v. 41. Quid facerem? neque servitio me exire licebat, &c. *what could I do?* et *Ovid. Metam.* 6. v. 572. Quid faciat Philomela? fugam custodia claudit. ¶ *Faciebat* mos fuit pingendi, fingendique conditoribus subscribere operibus suis: raro admodum *fecit. Plin. in præfat. Hist. nat. ad fin.* ¶ *Si quid me factum sit, if any thing should befal me, if any thing should happen to me,* ominis mali, et tristioris verbi vitandi causa dicitur, ea ratione, qua *si quid mihi acciderit,* h. e. si moriar. *Cic. pro leg. Manil.* c. 20. Si quid eo factum esset, in quo spem essetis habituri? Simile est illud *Plaut. Pœn.* 5. 1. 23. Eum fecisse aiunt, sibi quod faciundum fuit. *h. e.* obiisse. ¶ Similia sunt et illa, in quibus accidere, evenire significatur, *Plauti Capt.* 5. 1. 32. Volo erogitare, meo minore quid sit factum filio. *what is become of my younger son.* et *Mostell.* 3. 1. 101. Quid eo est argento factum? *what is become of that money?* Adde *Plin.* l. 8. c. 6. ¶ *Fac, si facis,* eodem fere sensu, quo *age quod agis,* formula est hortantis, instantisque cum querela, ut quod quis incepit, celeriter conficiat. *Senec.* l. 2. *de Benef.* c. 5. Inde illæ voces, quas ingenuus dolor exprimit: Fac, si quid facis, &c. *now is the time for action; what you do must be done now or never.* Adde *Martial.* l. 1. ep. 47. Sic *Plaut. Pers.* 1. 3. 66. Hoc si facturus, face. ¶ *Factum est* ad tempus refertur. *Plaut. Merc. prol.* v. 12. Biennium jam factum, postquam abii domo. *it is two years since.* et *Trin.* 4. 3. 3. Jamdudum factum est, cum abiisti domo. *it is some time since,* &c. ¶ *Face* in imperativo pro *fac,* præter *Plaut.* habet et *Ovid.* non semel, ut *de medicam. fac.* v. 60. in hæc solidi sexta face assis eat. et *Valer. Flacc.* l. 7. v. 179. Tu face, luciferæ citus ad delubra Dianæ Deveniat. [*Nep. in Pausan.* c. 2. Certum hominem ad eum mittas face, cum quo colloquatur.] ¶ *Faciem* pro *faciam* olim dictum fuit a *Catone,* teste *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) et legitur a quibusdam apud *Plaut. Asin.* 3. 3. 136. ¶ Item *facior* pro *fio.* (de quo V. infra suo loco.) *Nigid.* apud *Non.* c. 10. n. 19. Ποιεῖ, facit, ποιεῖται, facitur. *Titinn. ibid.* et apud *Priscian.* l. 8. pag. 801. *Putsch.* Ut parvi faciatur. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 71. *Burm.* Faciatur, si tibi videtur, et triclinia. *Al. leg.* faciantur. ¶ *Faxim, faxo,* &c. V. suo loco. [¶ Particip. *faciens* apud *Cic. de Divin.* l. 1. c. 33. Per agrum Leontinum iter faciens.]

FACTĬO, onis, f. *a making, doing; the power of making,* ποίησις, actus, seu facultas faciendi, confectio. *Cic. in Top.* c. 11. Tabulæ, quas is instituisset, cui testamenti factio nulla esset. *Id. Fam.* 7. ep. 21. Factionem testamenti non habere. ¶ Item ordo, societas, sodalitas, conspiratio plurium in idem consentientium, honestum initio vocabulum, inquit *Fest.* unde adhuc factiones histrionum, quadrigariorum, medicorum, divitum et nobiliorum, quibus suas quisque partes, sectatorum, clientium, fautorum copia tuentur, et se mutuo juvant. *a faction, party, side, order, sect. Plaut. Cistell.* 2. 1. 17. Neque nos factione tanta, quanta tu, sumus; neque opes nostræ tam sunt validæ, quam tuæ. *Plin.* l. 29. c. 1. Alia factio (ab experimentis cognominant Empiricem) cœpit in Sicilia. *Id.* l. 30. c. 1. *ad fin.* Est et alia factio Magices, a Mose, &c. *Cato* apud *Charis.* l. 2. pag. 198. *Putsch.* Utrinde iram, utrinde factiones tibi pares. *adherents, partisans.* ¶ De factione forensi, et ejus origine. V. *Liv. in fi.* lib. 9. ¶ Quatuor Romæ fuere nobiles aurigarum factiones, Alba, Russata, Veneta, Prasina, ab albo, rubeo, cæruleo, et viridi colore vestium, quibus in certamine utebantur, cognominatæ, quas quidam quatuor anni temporibus assimilarunt, Albam pruinoso autumno, Russatam æstati flammeæ, ac rubenti, Prasinam veri, cum virent omnia, Venetam nubilæ hyemi. Paulo aliter hæc leges apud *Tertull. de Spectac.* c. 9. Initio duæ tantum fuere, Alba, et Russata: deinde aliæ duæ additæ: quibus adjectæ postremo fuere totidem a Domitiano, Aurata, et Purpurea, ut *Sueton. in ejus vita,* cap. 7. narrat. Hæ in ludis Circensibus magno favore spectantium, ut cuique sua maxime placebat, cursus edebant suos, magna præmia plaususque referentibus, qui vicissent. V. *Auriga.* ¶ Sæpe in malam partem accipitur pro consensu et conspiratione eorum, qui omnia posse volunt in republica, etiam contra leges: item pro nimia potentia, et plus quam civili. *Sallust. in Jug.* c. 34. *extr.* Hæc inter bonos amicitia, inter malos factio est. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 10. In Gallia non solum in omnibus civitatibus atque pagis, sed pæne etiam in singulis domibus factiones sunt: earumque factionum sunt principes, qui, &c. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 22. Ut se, et populum R. paucorum factione oppressum in libertatem vindicaret. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 9. *a med.* Tenuisti provinciam per decem annos, non tibi a Senatu, sed a te ipso per vim et factionem datos. *Nep. in Attic.* c. 8. Officia amicis sine factione præstanda sunt. *Tacit.* 1. *Hist.* cap. 13. Circa consilium eligendi successoris in duas factiones scindebantur. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 2. Meam ne hic ut per vim retineat mulierem? quæ hæc factio est? *what arbitrariness is this?* ¶ Sumitur et pro caterva. *a company. Sueton. in Ner.* c. 20. Quinque millia e plebe robustissimæ juventutis undique elegit, qui divisi in factiones, plausuum genera condiscerent, operamque navarent cantanti sibi. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 59. *Burm.* Intravit factio statim, hastisque scuta concrepuit.

FACTIONARII, dicuntur, qui præsunt factionibus aurigarum. *Impp. Valentin. Valens, et Gratian.* l. 15. *Cod. Theodos.* tit. 10. leg. 1. Equos vendendi solitam factionariis copiam non negamus.

FACTIŌSE, *factiously,* per factionem. *Sidon.* l. 4. ep. 24.

FACTIŌSUS, a, um, *factious, seditious,* στασιώτης, qui factionem habet; qui homines sibi adjungit factionis comparandæ causa, qui princeps est factionis, qui factionibus se libenter adjungit: et plerumque in malam partem. *Plin.* l. 1. ep. 5. Est enim locuples factiosus: curatur a multis, timetur a pluribus. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 49. Venit hoc mihi in mentem, te esse hominem divitem, factiosum: me item esse hominem pauperum pauperrimum. *Nepos in Lysand.* c. 1. Cum antea semper factiosus audaxque fuisset. *Id. in Agesil.* c. 1. Homo factiosus et potens. *Sallust. in Catil.* c. 57. Non divitiis cum divite, neque factione cum factioso, sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore certabat. et cap. 51. Scelesti et factiosi homines. *Plin.* l. 4. ep. 9. Factiosissimum quemque offendere. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 21. Mulier factiosior. *h. e.* magis studiosa potentiæ sibi adsciscendæ. ¶ In illo *Plaut. Bacch.* 3. 6. 11. Quos cum censeas esse amicos, reperiuntur falsi falsimoniis, lingua factiosi, inertes opera, &c. *factiosi* sunt, qui verbo multa pollicentur se facturos, re nihil præstant. [† Quæ primaria, ut videtur, significatio est: ideoque a loco *Plaut. Bacch.* cœpisse debuit *Forcellinus.* Sed in hac re pluries peccavit.] *Tacit.* 1. *Hist.* c. 35. Ignavissimus quisque, et ut res docuit, in periculo non ausurus, nimii verbis, linguæ feroces. [locum *Taciti* in fine descriptum deleas per me licet, ad hanc enim vocem minime pertinet.]

FACTITAMENTA, sunt res factæ, apud *Tertull. de Anim.* c. 18. *sub fin.* ex *D. Paulo ad Rom.* 1. 20.

FACTITATĬO, onis, f. actus factitandi, ut Factitatio corporum, apud *Tertull. Advers. Hermog.* c. 31. et 32.

FACTITĀTOR, oris, m. qui factitat. *Tertull. advers. Prax.* c. 18. Idolorum factitatores atque cultores. Adde *in Apolog.* c. 21.

FACTITĀTUS, a, um, *done often, practised. Cic.* l. 2. *Offic.* c. 24. Hæc apud majores nostros factitata. *Id. in Orat.* c. 42. Alterum factitatum est, alterum novum.

FACTITĬUS, vel Facticius, a, um, *artificial, done or made by art, factitious,* τεχνικὸς, manu et arte factus: cui opponitur naturalis, nativus. *Plin.* l. 31. c. 7. Factitium sal. *Id.* l. 37. c. 7. Factitiæ gemmæ. et cap. 6. Factitii colores. *Id.* l. 12. c. 17. Terrenum ladanum friabile, fac-

titium lentum. ¶ *Factitium nomen* dicitur a *Prisciano* l. 2. pag. 581. *Putsch.* quod a proprietate sonorum per imitationem factum est, ut *tintinnabulum, turtur.*

FACTĬTO, as, avi, atum. a. 1. *to make, do or make often, practise,* [illegible], sæpe facio. *Terent. Eun.* 4. 7. 12. Ut hosce instruxit, ipsas sibi cavit loco. *Thr.* idem hoc jam Pyrrhus factitavit. *Plaut. Epid.* 3. 3. 50. Stultitia est, me illi vitio vortere, egomet quod factitavi in adolescentia. *Gell. in fi.* c. 5. l. 19. Factitare inducias cum aliquo. *Plin.* l. 37. c. 6. Geminæ tantæ magnitudinis, ut inde capulos factitarent. *Id.* l. 13. c. 9. Simulacra ex ea arbore factitavere. *Horat. de ar. Poet.* v. 470. Factitare versus. *to write, compose.* *Cic. Phil.* 2. c. 16. Quem palam heredem semper factitarat. *Id. de clar. Orat.* c. 17. Verba compone, et quasi coagmenta, quod ne Græci quidem veteres factitaverunt. et cap. 34. Iisdem temporibus M. Brutus accusationem factitavit. *Vetus Poeta* apud *Cicer. in Orat.* c. 43. Artem pudere proloqui, quam factites. *which you exercise or profess.* Sic *Quintil.* l. 7. c. 2. Factitare medicinam. et *Gell.* l. 5. c. 3. Vecturas onerum corpore suo factitare. *Sueton. in Vespas.* c. 1. Coactiones argentarias factitavit.

FACTO, as, a. 1. frequent. a *facio:* sed pro ipso *facio* usurpatur a *Plaut. Merc. prol.* v. 93. Omnes merces, ut volui, vendidi ex sententia, Lucrum ingens facto. et *Trucul.* a. 5. v. 23. Neque ruri, neque hic operis quicquam facto.

FACTOR, oris, m. *a maker, doer,* ποιητής, qui efficit. *Pallad.* l. 1. *R. R.* c. 6. Cuparum doliorumque factores. *Corrip.* l. 1. v. 340. Factor solis. *h. e.* creator, *scil.* Deus: quo sensu etiam a *Tertull. in Apolog.* c. 11. et a *Lactant.* l. 2. c. 8. *ante med.* usurpatur. *Arrius Menand. Dig.* l. 49. tit. 16. leg. 6 *extr.* Qui præpositum suum non protexit, cum posset, in pari causa factori habendus est. *h. e.* illi, qui fecit injuriam. *Macer* lib. 48. tit. 3. leg. 7. Solent præsides scribere ad collegas suos ubi factores agere dicuntur. *h. e.* rei, qui scelus fecerunt. *Ulpian.* lib. 29. tit. 5. leg. 1. *circa med.* Conscii, vel factores sceleris. ¶ Speciatim *factores* dicuntur qui oleas premunt, oleumque conficiunt. *Cato R. R.* cap. 64. Factores volunt, ut olea in tabulato diu sit, ut fracida sit, quo facilius efficiant. Adde *eund.* c. 13. et 66. [¶ Factor dicebatur, qui in pilæ ludo pilam ab alio datam excipiebat. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 18. Tum isti qui ludunt datatim servi scurrarum in via, et datores et factores omnes subdam sub solum.]

FACTORĬUM, ii, n. instrumentum, quo fit oleum, quod qui conficiunt, *factores* dicuntur. *Pallad. in Octobr.* tit. 10. Olivam quam recentissimam colligis, et expandis, ne calefiat. Ubi compleveris modum factorii, &c.

FACTUM, i, n. V. in *Factus, a, um.*

FACTŪRA, æ, f. *the making of any thing,* ποίησις, compositio rei, quam facimus. *Plin.* l. 34. c. 14. *a med.* Aliubi vena bonitatem ferri præstat, aliubi factura. *Gell.* l. 13. c. 29. Facies est forma omnis, et modus, et factura quædam corporis totius. ¶ Item opus ipsum factum. *Prudent. in Apotheos.* v. 860. Anima factura Dei est. Adde vers. 924.

FACTUS, i, *et* us, m. tanta olei quantitas, quanta uno tempore conficitur, ut *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 24. definit. *Plin.* tamen l. 15. c. 6. *factum* vocari ait modum olivarum centenos modios continentem. *Cato R. R.* c. 67. Factoribus det in singulos factus, olei sextarios. *Varr. loc. cit.* Hostum vocant, quod ex uno facto olei reficitur. *Colum.* l. 12. c. 50. *ad fin.* Cum unius facti mensuram rusticus sub tecto reposuerit. ¶ *Factus villæ* est structura. *Varr. extr.* c. 1. l. 3. *R. R.* Quo ornatior villa esse posset fructu, quam factu.

FACTUS, a, um, *made, done,* effectus, confectus, tam lata significatione, quam ipsum *facio,* πεποιημένος. *Cic. Verr.* 6. c. 18. Pocula Mentoris manu, summo artificio facta. *wrought, worked.* et cap. 12. Phaleræ pulcherrime factæ. cap. 18. Argentum optime factum. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 95. iter factum corruptius imbri. *Val. Flacc.* l. 4. v. 624. Factus finis. et l. 1. v. 210. facta silentia vati. *Virg.* 5. *Æn.* v. 763. Factus honos aris. *sacrifices offered on the altars.* *Quintil.* lib. 1. cap. 10. (*al.* 18. *sub fin.*) Prodigium divinitus factum. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 68. *a med.* Linum factum. *worked, dressed.* ¶ Translate *Nepos in Attic.* c. 13. Artifices domi nati, domique facti. *educated, formed.* *Horat.* lib. 1. sat. 10. v. 58. Versiculi magis facti, et euntes mollius. *more laboured and artificial.* *Cic.* 2. *Attic.* ep. 24. *circa med.* Qui illuc factus, institutusque venisset. *prepared and instructed.* *Liv.* l. 1. c. 56. Ex industria factus ad imitationem stultitiæ. *h. e.* compositus. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 48. Orationem, quæ quidem sit polita atque facta, non adstricte, sed remissius numerosam esse oportere. *Id. ibid.* c. 52. et 3. *de Fin.* c. 15. et in *Partition.* c. 21. Verba facta. *h. e.* de novo ficta, et inventa. V. *facere verba* in *Facio.* *Id.* in *Orat.* c. 42. Verbum factum. *a word coined or formed.* *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 33. Homo ad unguem factus. *h. e.* perfectus. ¶ Tabulæ publicæ rationum aliæ erant pecuniæ acceptæ et expensæ, aliæ *pecuniæ factæ.* Memorantur hæ in veteri Tabula ænea apud *Murator.* pag. 582. *circ. med.* et sunt pecuniæ paratæ et quæsitæ, nondum tamen numeratæ et acceptæ. Ita *Mazochius in commentar. ejus Tab.* pag. 344. ¶ *Factus ad aliquid* est natus, aptus, idoneus. *Cic. pro Mil.* c. 4. Est hæc non scripta, sed nata lex; ad quam non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus. *Id.* 1. *Offic.* c. 29. Neque ita generati a natura sumus, ut ad ludum et jocum facti esse videamur. *Id.* 14. *Attic.* ep. 18. Ego Erotem, ad ista expedienda factum, mihi videbar reliquisse. *the best person in the world; a man made purposely.* *Id. de clar. Orat.* c. 80. Sive quod non esset ita factus, sive quod non consuesset, sive quod non posset. *was not naturally formed for that.* ¶ *Factus,* creatus. *In Fast. Capitol.* apud *Gruter.* pag. 292. Cens. T. Manlius Torquatus, T. Fulvius Flacc. vitio facti abdicaverunt. ¶ *Factum velle* est affirmantis, et confirmantis. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 91. Serva tibi sodalem, et mihi filium. *Mnesil.* factum volo. ¶ *Factum velle alicui* est ejus causa cupere, favere, bona precari. *Terent. Adelph.* 5. 7. 20. Dii tibi benefaciant, cum te video nostræ familiæ tam ex animo factum velle. *Gell.* l. 7. c. 3. *ante med.* Cum et utiles essent, et vellent regi esse factum, nihil tamen adjuvandi ejus gratia fecerunt. ¶ *Facto est opus,* aut *usus,* faciendum est. *Terent. Andr.* 3. 2. 10. Non imperabat coram, quid opus facto esset puerperæ. et 4. 2. 32. Ita facto est opus. et *Phorm.* 5. 1. 35. Quid opus facto sit, vide. *Id. Hecyr.* 3. 1. 47. Non usus facto est mihi nunc intro sequi. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 62. Facto magis, quam consulto opus est. ¶ *Dictum factum* celeritatem rei significat. *Terent. Heaut.* 5. 1. 31. Dictum factum, huc abit Clitipho. *no sooner said than done.* ¶ *Factum bene, optime* sunt exclamantis ex lætitia, et gratulantis apud *Terent. Andr.* 1. 1. 78. et 3. 4. 14. et *Plaut. Pseud.* 4. 6. 37. Omisso *factum Martial.* l. 7. epigr. 14. O bene, quod silva colitur Tirynthius ista. ¶ *Factum male* est damnantis, et improbantis. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 1. *Plaut. Mostell.* 2. 2. 27. et *Terent. Phorm.* 5. 1. 24. ¶ *Factum,* h. e. Factum est, in responsionibus affirmat. *Terent. Eun.* 4. 4. 40. *Phæ.* Chærea tuam vestem detraxit tibi? *Do.* factum. *Phæ.* et ea est indutus? *Do.* factum. *just so; yes.* ¶ *Factum, i,* n. est actio, facinus, res gesta, *a deed, action, enterprise, adventure, exploit,* πρᾶξις, ἔργον, in utramque, partem. *Cic. pro Sull.* c. 26. Ecquod hujus factum, aut commissum, &c.? *Liv.* l. 6. c. 40. Neque ullum factum, dictumve nostrum contra utilitatem vestram vere referri posse. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 36. unoque duos ulciscere facto. *by one single deed.* *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 40. Dimidium facti, qui cœpit, habet. *half the deed.* *Virg.* 1. *Æn.* v. 368. dux femina facti. *Liv.* l. 45. c. 24. Distinguere voluntatem a facto. *Cic. pro Dom.* c. 36. Factum laudabile. *Id.* 2. *Phil.* c. 44. præclarum atque divinum. *Id. Fam.* 10. ep. 16. egregium. *Nepos in Arist.* c. 2. illustre. *Id. in Thrasyb.* c. 1. magnificentissimum. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 11. Facta illustria et gloriosa. *Curt.* l. 7. c. 1. fortia. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 237. splendida. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 14 Quod unquam eorum in republ. forte factum exstitit? Contra *Catull.* carm. 22. *ad Fur.* v. 10. Facta impia. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 248. fera. *Id. Heroid.* ep. 14. v. 16. nefanda. *Id.* 6. *Metam.* v. 533. dira. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 8.) turpia. *Juvenal.* sat. 13. v. 126. detestabile. *Senec. in Thyest.* v. 636. trux. ¶ Absolute *Virg.* 10. *Æn.* v. 468. famam extendere factis, Hoc virtutis opus. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 455. nostrive luant ea facta minores. *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 60. vacat insula cultu: Non hominum video, non ego facta boum. *work, labour.* ¶ Bonum factum est, *it is well.* *Plaut. Pseud.* 1. 2. 52. Nunc adeo hoc factum est optimum, ut nomine quamque appellem suo. ¶ In edictis *bonum factum* præfari mos fuit, ominis causa. Quem morem significat *Tertull. de Pudic.* c. 1. Hinc *Sueton. in Cæs.* c. 80. Peregrinis in Senatum allectis, libellus propositus est: Bonum factum: ne qui Senatori novo curiam monstrare velit. *Id. in Vitell.* c. 14. Exacerbatus, quod post edictum suum, quo jubebat, &c. statim libellus est propositus: et Chaldæos dicere, Bonum factum, ne Vitellius, &c. Quo pertinent illa *Plauti Pœn. prol.* v. 16. Bonum factum est, edicta ut servetis mea. et vers. 44. Hæc, imperata quæ sunt pro imperio histrico, Bonum hercle factum, pro se quisque ut meminerit. et *Aurelii Victor. de vir. illustr.* c. 49. Hac die Carthaginem vici. bonum factum: in Capitolium eamus, et diis supplicemus.

FACUL, idem quod facilis, vel faciliter, apud Veteres. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 331. Haud facul femina invenietur bona. et *Varr. ibid.* Utrum sit magnum, an parvum, facul, an difficul. Adde *Lucil. Afran.* et *Acc. ibid.* et *Fest.*

FACŬLA, æ, f. *a small torch,* λαμπάδιον, parva fax, seu frustum ligni aptum facibus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 31. Utuntur in vinea alligando fasces, incisos fustes, faculas. *Cato R. R.* c. 37. Palos siccos dolato, faculas facito. *split them into faggots.* *Propert.* l. 2. el. 22. v. 5. Quorum alii faculas, alii retinere sagittas. ¶ Translate *Plaut. Pers.* 4. 3. 46. Nequicquam tibi fortuna faculam lucrificam allucere vult. *h. e.* occasionem, viamque lucrandi præbere.

FACULTAS, tis, f. *power, ability, faculty, occasion, opportunity,* δύναμις, proprie est facilitas agendi: ab antiquo *facul* pro facilis. Hinc omnis ars facultas appellatur, quia dat regulas et rationem faciendi aliquid. *Terent. Andr.* 1. 4. 5. Dii date facultatem huic pariendi. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 27. *extr.* Facultates sunt, aut quibus facilius fit, aut sine quibus aliquid confici non potest. ¶ Sed *Plinius facultatem* a *facilitate* distinguit, illam vocans gratiam ac virtutem faciendi, hanc promptitudinem dumtaxat. Sic enim inquit ep. 29. l. 6. Quia nimia assiduitate facilitas magis, quam facultas, nec fiducia, sed temeritas paratur. ¶ Distinguit etiam *Fest.* in *Facul,* quod *facilitas* ad mores pertinet, *facultas* ad res, opes, artes. ¶ Ceterum universim significat commoditatem, potestatem, vim, occasionem faciendi aliquid, sive a natura sit, sive a fortuna, ab arte, ab ingenio, industria, &c. *Cic. pro Quint.* c. 2. Hortensius, cui summam copiam facultatemque dicendi natura largita est. *Id. pro Flacc.* c. 8. Libenter arripere facultatem lædendi, quæcumque detur. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 33. Videamus, ecqua facultas suscipiendi maleficii fuerit. *Id. Q. Fr.* l. 3. *ep. ult.* Cave, quidquam, quod ad meum commodum attineat, nisi maximo tuo commodo, et maxima tua facultate, cogitaris. *Id. pro Mil.* c. 17. Miloni manendi nulla facultas, exeundi etiam necessitas fuit. *Id. pro Font.* c. 6. Dare alicui facultatem ad dicendum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 84. Ut opes et copiæ non superbiæ videantur aut libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem et materiam dedisse. *Id. pro Cæcin.* c. 25. et *pro Rabir. perduell.* c. 6. Dare alicui facultatem, ut, &c. *Id. in Orat.* c. 32. et *Brut. et Cass. ad Anton. Fam.* 11. ep. 2. Habere facultatem alicujus rei faciendæ. *Cic.* 2. *Offic.* c. 16. Facultas sumptuum. *the means of meeting the expense.* et cap. 6. Assequi hanc facultatem, ut hominum studia complectamur. et 2. *de Orat.* c. 12. Comparare facultatem. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 6. Facultatem sui colligendi relinquere hostibus. *Cic. Verr.* 4. c. 73. Facere facultatem alicui honeste judicandi. *Id. Fam.* 1. ep. 7. *ante med.* Si res facultatem habitura videatur, ut, &c. *if the affair will admit of,* &c. *Id. Phil.* 2. c. 17. Quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum largitur. *Id. Catil.* 3. c. 2. Facultatem mihi oblatam putavi, ut, &c. *Id.* 1. *de Orat.* c. 14. Neque Asclepiades in eo ipso, quod ornate dicebat, medicinæ facultate utebatur, non eloquentiæ. *skill.* et cap. 31. Omnis oratoris vis ac facultas in quinque partes distributa est. et l. 2. c. 7. Artificium dicendi res mihi videtur esse facultate præclara, arte mediocris. *by ability, or the natural powers of the mind.* *Auct. dial. de Orat.* c. 33. Neque enim arte et scientia, sed longe magis facultate eloquentiam contineri. *consists in copiousness and fluency of expression.* *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 84. *ad fin.* Virtutes, quæ positæ sunt in aliqua ingenii facultate. *talent, ability.* (Adde *Nepot. in Epam.* c. 1.) et cap. 53. Omnium rerum in contrarias partes facultatem ex iisdem suppeditari locis. *h. e.* ut in utramque partem tractari possint. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 4. *ad fin.* Si facultas tui præsentis esset. *if I could but meet you face to face.* *Colum.* l. 4. c. 29. Si sit sarmentis alendis facultas. *if the vine-shoots have but the strength to,* &c. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 50. Hinc abite, dum est facultas. *whilst you can.* *Cic.* 2. *de Invent.* c. 3. Quoad facultas tulit. *as far as it was possible.* ¶ Cum infinito. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 16. tibi enim superum data, virgo, facultas Nosse animos rerumque vias. Adde *Stat.* l. 4. *Theb.* v. 513. et l. 12. v. 36. ¶ In plurali numero, *Cic. in Partition.* c. 35. Facultatum infirmatione utetur, si aut vires, aut animum, aut copias, aut opes abfuisse demonstrabit, aut alienum tempus, aut locum non idoneum, &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 33. Age nunc ceteras facultates quoque consideremus. *the other opportunities and means.* *Id. Attic.* l. 3. ep. 10. Ecquis unquam tam ex amplo statu, tam in bona causa, tantis facultatibus ingenii, consilii, gratiæ, concidit? ¶ Differt, si proprie loquaris, *facultas* a potestate. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 7. Aut potestas aliis defuisse demonstranda est, aut facultas, aut voluntas: potestas, si aut nescisse, aut non adfuisse dicetur: facultas, si ratio, adjutores, adjumenta defuisse demonstrabuntur. ¶ Sumitur sæpe pro copia et abundantia, *abundance, plenty,* vel *a copious supply.* *Cic. pro Quint.* c. 4. Romæ ubi numorum facultatem esse, quam, si saperet, communem existimaret. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 38. Omnium rerum, quæ ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido facultas. et lib. 3. c. 9. Habere facultatem navium. *Colum.* l. 8. c. 17. *a med.* Ut ex his aliqua, quorum erit facultas, præbeamus. *which they can have.* *Id. in fin.* cap. 38. l. 12. Si facultas ejus succi sit copiosior. ¶ *Facultates* sunt bona, patrimonium, *wealth, riches, property.* *Cic.* 2. *Offic.* c. 4. Effectumque, ut dando et accipiendo, mutandisque facultatibus et commodis, nulla re egeremus. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. *a med.* Quasi vero nunc me non tuæ facultates sustineant. *Quintil. in fi. proœm.* l. 6. Facultates patrimonii nostri aliis relinquemus. *Sueton. in Galb.* c. 3. Attritis facultatibus, urbe cessit. *Petron. in Satyr.* c. 112. Quidquid boni per facultates poterat, coemebat. ¶ Interdum *facultas* est quantum quisque potest re sua familiari. *Cic.* 2. *Offic.* c. 16. Facultas sumptuum. *the extent of his means.* [† exemplum hoc supra citatum; idque, quod mireris, alio sensu.] et lib. 1. c. 14. Videndum, ne major benignitas sit, quam facultas. *Al. leg.* facultates. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 18. Et suam rem familiarem auxisse, et facultates ad largiendum magnas comparasse. *Paul. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 11.

Mercedes præceptoribus pro facultate patrimonii constituet. ¶ A *Celso* l. 5. *in præfat.* et cap. 17. dicitur *facultas* virtus, quæ inest in medicamentis, herbis, aliisque rebus ad sanandum, *virtue, efficacy.* ¶ *Facultatium* in genit. plur. dixit *Paul. Dig.* lib. 32. leg. 78. (al. 76.) ut *Torrentin.* edidit.

FACULTATŬLA, æ, f. diminutivum. *Hieron.* ep. 27. *ad Eustoch.* c. 4. Pro facultatula sua, pecunia pauperibus distributa. Adde *Augustin.* ep. 45. *circa med.*

FACULTER antiqui dicebant pro facile. *Fest.* in *Facul.*

FACUNDE, adverb. *eloquently*, εὐφραδῶς, diserte. *Liv.* l. 28. c. 18. Ut hostem etiam infestissimum facunde alloquendo sibi conciliaret. *Plaut. Mil.* 4. 4. 5. Nimis facete nimisque facunde mala est. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 39. Quantum dedecoris adierit legio, facunde miseratur. et lib. 12. c. 58. Facunde exsequi aliquid. *Gell.* l. 13. c. 8. Vitia facundissime accusare. *Senec. Suasor.* 2. *a med.* Locum facundissime describere.

FACUNDĬA, æ, f. *eloquence*, λογιότης, facultas disserendi. *Sallust. in Catil.* c. 57. Facundia Græcos ante Romanos fuisse. *Horat.* l. 4. od. 7. v. 21. Cum semel occideris, non te facundia, non te Restituet pietas. *Plin.* l. 7. c. 30. Facundiæ Latiarumque litterarum parens Cicero. *Quintil.* l. 1. *in proœm. sub fin.* Alere facundiam, vires augere eloquentiæ. *Sallust. in Jug.* c. 32. Memmii facundia clara pollensque. *Gell.* l. 19. c. 14. Facundia præstanti vir. et lib. 18. c. 5. Vir facundiæ florentis. et lib. 19. c. 9. Clamator tantum, et facundia rabida jurgiosaque. *Sallust. in Jug.* c. 67. Græca facundia se exercere. *Id. in fragm.* apud *Lactant.* l. 6. c. 18. Caninam facundiam exercere. *Gell.* l. 11. c. 13. *ad fin.* Ne vos facile præstringeret modulatus aliquis currentis facundiæ sonitus. *a torrent of words. Id.* l. 4. c. 15. Facundia verborum Sallustii. *h. e.* vis significandi, verba valde exprimentia, et veluti gravida sententiæ. ¶ In plur. num. *Gell.* l. 3. c. 17. Facinus Græcarum facundiarum magniloquentia condignum. ¶ Differt quidem ab eloquentia, ut ex allato *Quintiliani* loco colligitur. Est enim *facundia* facilitas dicendi et copia: *eloquentia* addit insuper, ut bene apteque facilitas illa et copia adhibeatur. Facundi enim, docente *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 7. sunt qui facile fantur: eloquentes, qui facile et bene. Sæpe tamen pro eloquentia ponitur, ut apud *Sallust. loc. cit. Tacit. Ann.* 11. c. 6. *Petron. in Satyr.* c. 83. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 5. v. 55. &c.

FACUNDIŌSUS, a, um, facundus. Prisca et obsoleta vox. *Sempron. Asellio* apud *Gell.* 4. c. 9. *ad fin.* Facta sua spectari oportere, dicta non, si minus facundiosa essent.

FACUNDĬTAS, atis, f. idem quod facundia, sed minus usitatum. *Plaut. Trucul.* 2. 6. 13. Facile sibi facunditatem virtus argutam invenit.

FACUNDUS, a, um, *eloquent*, εὐφραδής, verbis copiosus, disertus, eloquens. Est a *fando*, ut *Varr.* docet *de L. L.* l. 5. c. 7. et proprie significat eum, qui facile loquitur, cuique verba non desunt: in quo differt ab *eloquente*, ut in *facundia* dictum est: tametsi aliquando cum eo confunditur. *Sallust. in Jug.* c. 100. Sulla facundus, callidus, et amicitia facilis. *Id. in fragm.* apud *Quintil.* l. 4. c. 2. et *Gell.* l. 1. c. 15. M. Atilius loquax magis, quam facundus. *Sueton. in Calig.* c. 53. Minimum eruditioni, eloquentiæ quamplurimum attendit, quamtumvis facundus et promptus. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 92. Facundus Ulyxes. *Horat.* l. 1. od. 10. v. 1. Mercuri, facunde nepos Atlantis. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 8. Rufus, vir facundus. *Quintil.* l. 12. c. 2. *a med.* In exemplum bene dicendi, facundissimum quemque proponet sibi ad imitandum, et cap. 10. *circa med.* In omnibus gentibus alius alio facundior habetur. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 45. Facunda vox. et lib. 5. v. 698. Facundum os. et *Heroid.* ep. 15. v. 195. Facunda pectora. et *Metam.* 13. v. 127. dicta. *Horat.* l. 4. od. 1. v. 35. Facunda lingua. *Sallust. in Jug.* c. 89. Facunda et composita oratio. *Martial.* l. 12. epigr. 43. Facundi versus.

FÆCARIÆ SPORTÆ, apud *Caton. R. R.* c. 11. sunt, quibus inclusa fæx prelo supponitur, ut vinum fæcatum exprimatur, quod explicatur ab *eodem* cap. 153. Al. leg. *securiæ*.

FÆCĀTUS, a, um, *made of dross, made from the dregs, not refined, dreggy*, τρυγώδης, e fæcibus expressus. *Cat.* c. 153. Vinum fæcatum sic facito. Adde *Plin.* l. 14. c. 10.

FÆCĬNÆ UVÆ, *vel* Fæciniæ, quæ plus quam ceteræ, fæcis afferunt. *grapes that yield more lees than other grapes.* Alio nomine a colore Rubellanæ, et a loco Nomentanæ vocantur. *Colum.* l. 3. c. 2. *ante med.* Hinc fæcinum vinum. *dreggy wine. Id.* l. 12. c. 45. *sub fin.* [¶ Hanc eamdem uvam *feceniam* vocat *Plin.* l. 14. c. 2. sect. 4. n. 3. sed fortasse legendum *feciniam*.]

FÆCŌSUS, a, um, *full of dregs or grounds, dreggy*, fæculentus, fæce abundans. *Martial.* l. 13. epigr. 102. Accipe fæcosum, munera chara, garum. *Garum* enim fæx quædam est liquore denso. quare quo magis fæce abundat, eo est pretiosius. Alii leg. *fastosum.* h. e. dite homine dignum.

FÆCŬLA, læ, f. genus liquaminis, et condimenti (quod *alec* dicitur) de quo V. in *Fæx. Lucret.* l. 2. v. 430. et quæ Titillare magis sensus, quam lædere possunt, Fæcula jam quo de genere est, inulæque sapores. ¶ Distincta ab alec, quamvis et ipsa liquamen et condimentum, est quæ *Coa* appellatur ab *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 9. sive quod in Co insula optima fiebat, sive quod ex Coi vini fæce constaret. Nam *Horat.* hoc loco ab alece distinguit, *siser, alec, fæcula Coa: sauce made of the dregs of Coan wine*: illam autem priorem cum eo conjungit sat. 4. v. 73. *ego fæcem primus et alec*, &c. (ea ratione qua *Virg.* dixit *pateris libamus et auro.*) item *Plin.* ut in *Fæx* dicemus. Quare *fæcula Coa* erit liquamen fæcula, seu fæce multo pretiosius, et sumptuosis cœnis aptum, qualis est, quæ ab *Horat.* in illa sat. 8. describitur, ut aper (animal propter convivia natum, ut ait *Juvenal.* sat. 1. v. 141.) et nobilia vina illata satis ostendunt.

FÆCULENTĬA, æ, f. fæcis abundantia. *Sidon.* l. 3. ep. 13. Fæculentia par cloacali, quæ quo plus commota, plus fœtida est. [¶ Translate est fœditas. *Fulgent. de contin. Virgil.* pag. 756. *Staver.* Dum quis in temporales gurgitis cœnositates morumque fæculentias transit.]

FÆCULENTUS, a, um, *of or belonging to lees or dregs, feculent*, τρυγώδης, fæcibus plenus. *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 19. Fæculentum pus. *Colum.* lib. 2. cap. 2. *a med.* Fæculentum vinum. *Solin.* c. 33. (*al.* 46. *a med.*) Fæculentior superficies. *Augustin. de vera relig.* c. 40. Quorum aliud fæculentissimum redditur terræ. *h. e.* excrementa. ¶ Sardonyches fæculentæ, apud *Plin.* l. 37. c. 6. *a med.* sunt colore veluti fæce conspurcato. ¶ De Orthographia V. in *Fæx.* [¶ Translate *Arnob.* l. 3. pag. 119. Liber fæculentæ hilaritatis dator.]

FÆNUM. V. *Fœnum* in fi.

FÆCUTĬNUS, a, um, idem quod fæcatus. *Valer. Prob.* apud *Gell.* l. 13. c. 20. Non eas finitiones prærancidas, neque fæcutinas Grammaticas spectaveris. Al. leg. *Fœtutinas*, a *fœteo.*

FÆSULĀNUS, a, um, ad Fæsulas pertinens, quod est oppidum Etruriæ, supra, nec longe a Florentia. *Cic. pro Mur.* c. 24. Fæsulani coloni. *Id. Catil.* 2. c. 6. Fæsulanus ager. ¶ Scribunt et *Fesulanus, Fesulæ*: sed *Manut.* diphthongum præfert.

FÆX, cis, f. *the dregs or lees of wine, sediment*, multarum rerum excrementum, præsertim liquidarum, purgamentum subsidens, aut supernatans, τρύξ. Sunt qui scribunt *fex*, sed contra *Priscian.* l. 2. pag. 572. *Putsch. Manut. Dausqu. Cellar.* qui diphthongum tuentur: non tamen ob eam rationem, quod ita distinguatur in dativo a præterito *feci*, quæ levis admodum est, et nugatoria. *Horat.* l. 3. od. 15. v. 16. Poti fæce tenus cadi. *Id. in ar. poet.* v. 277. perunctì fæcibus ora. *Id.* l. 2. sat. 4. v. 55. Falerna fæx. *Ovid. Metam.* 1. v. 68. Æther nihil terrenæ fæcis habens. *Plin.* l. 28. c. 16. Fæx aceti. *Id.* l. 23. c. 2. *extr.* sapæ. et lib. 31. c. 7. *ad fin.* salis. et l. 33. c. 6. plumbosissima stibii. et lib. 34. c. 13. æris. *Martial.* l. 14. epigr. 13. Si quid adhuc superest de nostri fæce locelli. *h. e.* de reliquiis pecuniæ. ¶ Est enim genus condimenti (idem quod *alec*) ex pisciculis quibusdam sale maceratis, et putrefactis, fæculento liquore innatante, *a kind of sauce or brine*: vitium gari a *Plin.* l. 31. c. 8. appellatur, quia est gari imperfecta nec colata fæx: sed primo a pauperioribus adhiberi cœptum, transiit paulatim in luxuriam, creveruntque ejus genera in infinitum. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 73. ego fæcem primus et alec, &c. V. dicta in *Alec. Ovid.* 8. *Metam.* v. 665. Conditaque in liquida corna autumnalia fæce. ¶ Item fuci, quo faciem pingunt mulieres, qui ab *Ovid. de medic. fac.* pluribus describitur. *paint, wash. Id.* 3. *de ar. am.* v. 211. Quem non offendat toto fæx illita vultu, Cum fluit in tepidos pondere lapsa sinus? ¶ Translate dicitur de vilioribus hominibus, et abjectis. *Cic.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 6. *a med.* Apud illam perditissimam atque infimam fæcem populi. *the dregs of the people; the lowest of the people.* et l. 1. *Attic.* ep. 16. *a med.* Apud sordem urbis et fæcem. et lib. 2. ep. 1. *ad fin.* Dicit enim tanquam in Platonis πολιτείᾳ, non tanquam in Romuli fæce sententiam. *Id.* 3. *Verr.* c. 39. Ex ea fæce legationis, quæstoriæque tuæ procurationis illa sunt nomina. *Lucret.* l. 5. v. 1140. Res itaque ad summam fæcem turbasque redibat. *h. e.* ad regimen infimæ plebis. ¶ *De fæce haurire* proverbium est de eo, qui viliora quæque et abjectiora persequitur. *Cic. de clar. Orat.* c. 69. Tu quidem de fæce hauris, idque jamdudum. *h. e.* infimos quosque oratores enumeras. ¶ *Dies sine fæce* est lux pura. *Martial.* l. 8. epigr. 14. Hibernis objecta notis specularia puros Admittunt soles, et sine fæce diem. *h. e.* sine pluvia, aut nive, quæ diei lucem quodammodo fœdant. ¶ In genitivo plur. *fæcum* habet, teste *Charis.* l. 1. pag. 114. *Putsch.* non *fæcium.*

FAFÆ, *foh! fugh!* interjectio, cum putoris aliquid perhorrescimus et aversamur. *Charis.* l. 2. pag. 213. *Putsch.* si sanus est ille locus.

FAGĔUS, a, um et

FAGINĔUS, a, um, et

FAGĬNUS, a, um, *of beech, beechen*, qui est ex fago arbore, φήγινος, φηγίνεος. *Plin.* l. 16. c. 44. Fageum nemus. et cap. 5. Fagea glans. *Cato R. R.* c. 21. Faginea materia. *Colum.* l. 12. c. 45. Arcula faginea. *Virg.* 3. *Georg.* v. 172. faginus axis. et *Ecl.* 3. v. 37. fagina pocula. ¶ *Faginus* pro *fagus. Calpurn. Ecl.* 2. v. 59. Inter pampineas ponetur faginus ulmos. Sic *humani* pro *homines* apud *Lucret.*

FAGUS, i, f. *a beech-tree*, φηγός, arbor glandifera, quales præter eam sunt tres aliæ, robur, quercus, æsculus. Dicta est a φήγω pro φάγω, comedo, quia glandes primis mortalibus cibus fuisse dicuntur. *Virg. Ecl.* 1. v. 1. patulæ recubans sub tegmine fagi. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 12. Materia cujusque generis in Britannia est, præter fagum et abietem. *Plin.* l. 16. c. 5. Dulcissima omnium fagi glans, ut qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio, tradat Cornelius Alexander. *Id. ibid.* c. 6. eam accurate describit: *lib.* vero 24. c. 5. ejus, et foliorum usus in medicina exsequitur. ¶ Reperitur etiam in quarta declin. *Virg. in Fulice*, v. 139. Umbrosæque manent fagus, hederæque ligantes Brachia.

FAGŪTAL, locus Romæ in Exquiliis, ubi fagus fuit, Jovi sacra, et sacellum ejus, qui inde Fagutalis cognominatus est. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 32. *Plin.* l. 16. c. 10. et *Fest.* et lucus Fagutalis, *Varr. ibid.* cap. 8.

FAGŪTĀLIS. V. in voce præced.

FALA, æ, f. *a kind of round tower erected on the walls of cities to discharge weapons from*, turris lignea militaris, unde missilia jaciebantur: unde *falarica.* Dicta est, inquit *Fest.* ab altitudine, scil. a *falando*, seu *falanto*, quod apud Etruscos cælum significat. Possis etiam ducere a Græco φάλαι, quæ sunt ὄρη, σκοπιαί, ut *Hesych.* docet, *h. e.* montes, arces, speculæ. Quare aliis placet, *phala* scribi, et *phalarica.* Quamquam apud *Hesych.* alii aliter leg. *Enn.* apud *Non* c. 2. n. 351. Malos defindunt, fiunt tabulata, falæque. *Plaut. Mostell.* 2. 1. 10. Isti, qui hastis trium nummorum causa subeunt sub falas. *h. e.* gravissima subeunt pericula, ut qui sub hostium turres ligneas accedunt. ¶ Hujusmodi erant tabulata altiora in modum turrium, quæ in Circo propter spectatores e lignis erigebantur. *Non. ibid.* et *Serv. ad Æn.* 9. v. 705. sed hic videtur (si sana ibi lectio est) non spectatorum causa, sed ludicræ pugnæ, quæ in Circo sæpe edebatur, falas ibi exstructas dicere. De his *Juvenal.* sat. 6. v. 589. Consulit ante falas, delphinorumque columnas. ¶ Translate ponitur pro machina, fallacia. *Nov.* apud *Non.* c. 2. n. 316. Me non vocavit: ob eam rem hanc feci falam. Alii scribunt *fallam*, quasi a *fallo, is*, ducatur.

FALĂCER, cris, m. unus ex quindecim Flaminibus, quos Romani, aucta civitate, atque adeo et sacerdotiis, constituerunt. Nomen habet a Falacre, qui pomorum deus creditur, quia in ejus sacris operabatur. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 15. Flamen Falacer a divo patre Falacre. Adde lib. 6. c. 3. ¶ In vet. lapide apud *Murator.* pag. 100. n. 6. Falacra dea habetur.

FALARĬCA, æ, f. *a kind of missive weapon, used to be thrown from the* fala, φαλαρική, χειροβαλίστρα, genus teli ad modum hastæ, valido ferro præfixum: a *falis*, unde jaciebatur. *Festus*, et *Non.* cap. 18. n. 20. Alii derivant a φαλός, splendidus: et *phalarica* scribunt. ¶ Describit *Liv.* lib. 21. cap. 8. Saguntinorum falaricam in obsidione Annibalis his verbis: Erat missile telum hastili abiegno, et cetera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum exstabat: id, sicut in pilo, quadratum stuppa circumligabant, linebantque pice: ferrum autem tres in longum habebat pedes, ut cum armis transfigere corpus posset. Sed id maxime, etiam si hæsisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat, quod cum medium accensum mitteretur, conceptumque ipso motu majorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus præbebat. Hæc *Liv.* cui addendus *Silius*, cujus illa sunt de iisdem Saguntinis, lib. 1. v. 350. Armavit clausos, ac portis arcuit hostem Librari multa consueta falarica dextra, Horrendum visu robur, celsisque nivosæ Pyrenes trabs lecta jugis, cui plurima cuspis, Vix muris toleranda lues; sed cetera pingui Uncta pice, atque atro circumlita sulphure fumant. Fulminis hæc ritu, summis e mœnibus arcis Incita, sulcatum tremula secat aera flamma. *et mox.* Hæc ictu rapido pugnantum sæpe per auras, Attonito ductore, tulit fumantia membra. Hæc vastæ lateri turris ceu turbine fixa, Dum penitus pluteis Vulcanum exercet adesis, Arma, virosque simul pressit flagrante ruina. Adde *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 18. et *Serv.* ad *Virg. Æn.* 9. v. 705. ¶ Duplex fuit: una major, quæ catapulta; altera minor, quæ manu mittebatur. De hac *Virg. loc. cit.* Tum Bitiam sternit, non jaculo: neque enim jaculo vitam ipse dedisset: Sed magnum stridens contorta falarica venit, Fulminis acta modo. et *Grat. in Cyneg.* v. 342. Terribilemque manu vibrata falarica dextra Det sonitum. et *Liv.* l. 34. c. 14. Ut emissis soliferreis falaricisque, gladios strinxerunt. Adde *Enn.* apud *Non.* c. 18. n. 20.

FALCARĬUS, ii, m. *a scythe-maker*, qui falces conficit, δρεπανοποιός. Hinc factum nomen vico cuidam Romæ, quod ibi falcarii habitarent. *Cic. Catil.* 1. c. 4. et *pro Sull.* c. 18. Dico te priori nocte venisse inter falcarios.

[* FALCASTRUM, i, n. a similitudine falcis vocatum. Est autem ferramentum curvum cum manubrio longo ad densitatem veprium succidendam. Hæc *Isidor. Orig.* l. 20. c. 14.]

FALCĀTUS, a, um, *like a scythe or sickle, bent like a scythe, hooked, curved*, δρεπανοειδής, formam falcis habens. *Plin.* l. 10. c. 21. In sublime caudam quoque falcatam erigens. *Id.* l. 17. c. 10. Serendas (*amygdalas*) quam maxime falcatas, et e novella. *h. e.* quæ maxime altera sui parte in

modum falcis curvatæ sint. Sic *Id.* l. 15. c. 24. Digitorum omnis longitudo illis (prædulcibus siliquis, *to carobs*) et interim falcata. *Sil.* l. 3. v. 378. Falcatus ensis. *a crooked sword, falchion, scimitar. Ovid. Metam.* 11. v. 224. Est sinus Hæmoniæ curvos falcatus in arcus. *bent in the form of a bow.* et lib. 3. v. 681. *de delphinis.* falcata novissima cauda est. *crooked like a sickle.* ¶ Item est falcibus instructus, armatus, *armed with hooks or scythes,* ut Falcati currus, quadrigæ, axes, apud *Liv.* l. 37. c. 41. *Curt.* l. 4. c. 9. *Hirt. de B. Alex.* c. 75. et *Valer. Flacc.* l. 6. v. 105. et 387. Horum curruum usus fuit in prœliis, concitatis equis in medias acies permittendo, ut prominentibus a temone hastis, ad axes falcibus et ad rotarum radios, quidquid incurrerent, abscinderent, lacerarentque. Pluribus eos describunt *Liv.* et *Curt. locis cit.*

FALCICŬLA, æ, f. parva falx. *Pallad.* l. 1. *tit. ult.* Falciculas brevissimas tribulatas, quibus filicem solemus abscindere. Adde *Arnob.* l. 6. pag. 209.

FALCIDĬA LEX, lata fuit a P. Falcidio Trib. pl. in Triumviratu Augusti, ut ne liceret testamento legare ultra dodrantem, idest novem uncias, adeo ut semper quarta pars hereditatis heredi conservaretur, quod si testator dodrantem excessisset, liceret heredi minuere legata, et quartam suam implere. *Paul. Dig.* lib. 35. tit. 2. *qui inscribitur* ad legem Falcidiam, leg 1.

FALCIDIĀNUS, a, um, ad Falcidium pertinens, quod est nomen propr. Romani hominis, ut Falcidianum crimen, *Cic. pro Flacc.* c. 36. *a med.*

FALCĬFER, a, um, *bearing a scythe,* falcem ferens. *Sil.* l. 17. v. 418. Agmina falcifero circumvenit arcta covino. *h. e.* falcato. ¶ Speciatim est cognomen Saturni, quod primus in Italia agriculturæ usum credatur indicasse: vel quod tempus omnia metat, exsecet, et incidat, ut *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 7. et 8. docet. Hinc *Ovid.* falciferum senem vocat *in Ibin,* v. 218. Sic *Martial.* l. 5. epigr. 16. Falciferi defendere templa Tonantis.

FALCĬGER, a, um, adject. idem ac falcifer, et eodem usu. *Auson. in Eclogar. de Fer. Rom.* v. 36. Falcigerum placant sanguine sanguine Cæligenam.

FALCIPEDĬUS, a, um, *bandy-legged,* qui pedes habet in modum falcis curvatos, vel crura, simulant quæ cornua Lunæ, ut *Martial.* l. 2. epigr. 35. jocatur. *Petron. in fragm. Tragur.* cap. 75. *Burm.* ubi alii aliter leg.

FALCO, onis, m. *a falcon,* ἱέραξ, avis ex accipitrum genere, quod ungues more falcis habeat introrsum flexos. *Serv. ad Æn.* 10. v. 145. ¶ *Falcones* etiam illi homines dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intro sunt curvati, a similitudine falcis. *Fest.* et *Serv. ibid.*

FALCŬLA, æ, f. *a small hook or pruning-knife,* δρεπάνιον, parva falx. *Cato R. R.* c. 11. Falculæ vineaticæ, ruscariæ. *Colum.* l. 12. c. 18. Falculæ, et ungues parandi, et exacuendi sunt. ¶ A similitudine falculæ, appellantur curvæ acutæque ungues quorundam animalium, ut felium, pardorum, &c. *crooked claws, talons. Plin.* l. 8. c. 15. *extr.* Pardos, pantheras, leones, et similia, condito in corporis vaginas unguium mucrone, ne refringatur hebeteturve, ingredi; aversisque falculis currere, nec nisi appetendo protendere. ¶ Est cognomen R. ut C. Fidiculanius Falcula. *Cic. pro Cluent.* c. 37. et *pro Cæcin.* c. 10.

FALĒRE, is, n. *a pile or buttress,* verbum est architecturæ. *Varr. de R. R.* l. 3. c. 5. *ad fin.* Subter columnarum stylobatem est lapis, a falere pedem et dodrantem altus: ipsum falere ad duos pedes altum a stagno, latum ad quinque. Ad quem loc. *Scalig.* Falere vocat id, quod magis proprie esset pila. χηλὴν vocat Thucydides, *Virgil.* saxeam pilam. Sustinet autem falere omne peristylii onus, et stagno oppositum, et oppilatum est. Itaque pilæ litoribus immolitæ a veteribus *Faleria* dicuntur, quia ante *Haleria* dicerentur παρὰ τὴν ἅλα, sal. Argumento, quod Falerii populi ita dicti sunt, quia apud eos sal fieret; antea Halerii dicti, auctore *Festo.* Nisi sit, quod omnia alta φάλαρα vocabant Græci. Hæc *Scalig.*

FALERĪNA Tribus rustica, in Campania posita, dicta est ab agro Falerno, descripta et constituta anno U. C. CCCCXXXV. *Liv.* l. 9. c. 20. ubi alii leg. *Falerna.* al. *Faleria,* al. *Ferentina.* Adde multas *Inscript.* apud *Gruter.* in quibus *Fal.* legitur.

FALERNUS, a, um, adject. Falernus ager fuit in Campania, inter Calenum et Sinuessam, incipiens a ponte Campano (cui nunc vicinus pagus appellatur *S. Giovanni a ponte Campano*) Savoni fluvio imposito, læva petentibus Urbanam coloniam Syllanam, Capuæ contributam, uti docet *Plin.* l. 14. c. 6. Finiebatur autem ad radices Massici montis. In hoc agro generosissimum et Latinis celebratissimum vinum fiebat, secundæ nobilitatis a Cæcubo, maxime quod in campis Faustianis (nunc *Falciano,* incolis *vino Razzese,* inquit *Harduin.*) colligebatur. Trium generum fuit, austerum, dulce, tenue. Sed austerum præcipue, ac vetus laudant *Horat.* qui *ardens* appellat l. 2. od. 11. v. 19. et *severum,* l. 1. od. 27. v. 9. et *forte* l. 2. sat. 4. v. 24. et *Martial.* qui *immortale,* l. 9. epigr. 95. maxime enim omnium ferebat ætatem, et *Tibull.* qui *fumosos Falernos, h. e.* Falerni cados, l. 2. el. 1. v. 27. et *Pers.* ac *Lucan.* qui *indomitum,* ille sat. 3. v. 3. hic l. 10. v. 163. et *Juvenal.* qui *acre,* sat. 13. v. 216. &c. Ejus enim tanta vis fuisse dicitur, ut solum vinorum flammam accenderet, teste *Plin. loc. cit.* ut hodieque facit quæ dicitur *acquavite* (*spirits of wine*). Ideo ditiores, et delicatiores Chio, quod dulce erat, solebant miscere, ut est apud *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 24. et *Tibull. loc. cit.* ¶ Hinc Falernæ vites, *Horat.* l. 1. od. 20. v. 10. uvæ, *Id.* l. 2. od. 6. v. 19. cellæ, *Virg.* 2. *Georg.* v. 96. prela Falerna, *Propert.* l. 4. el. 6. v. 73. musta, *Martial.* l. 13. epigr. 120. &c. Apud *Flor.* l. 2. c. 6. Falerni saltus. et lib. 1. c. 16. Falernus mons. *h. e.* qui Falerno agro est junctus, et aliquando cum Massico confunditur. ¶ De origine hujus vini fabellam texit *Sil.* l. 7. v. 162. *et sequentib.* forte in eam regionem venisse Bacchum in Hispaniam proficiscentem, hospitioque exceptum, cum vina in cœna nulla essent, fecisse, ut subito pocula vino plena apparerent, tum dedisse agro vicinoque monti Massico eam vim, ut sequenti luce vites racemis onustæ exsisterent, quarum bonitas paulatim experta omnibus, in eam auctoritatem transit, ut palmam facile inter vina consecuta sit. ¶ *Falerna pyra* genus pyrorum sunt, succi magna vi abundans, qui *lacte* vocatur. *Harduin. ad Plin.* l. et cap. 15. dici ait Gallice *poire sucre*: Lexicographi Etrusci vertunt *pere bergamotte* (*the burgamot*). *Plin. loc. cit.* Cunctis Crustumia gratissima: proxima iis Falerna, a potu, quoniam tanta vis succi abundat: lacte hoc vocatur, &c.

FALISCUS, a, um, adject. *Falisci, orum,* populi Etruriæ inter Ciminum montem, et Tiberim: quorum urbs Falisca, Romanorum colonia, apud *Plin.* l. 3. c. 5. ab Haleso Argivo condita, teste *Solin.* c. 2. (*al.* 8.) et *Ovid.* 3. *Amor.* el. 13. v. 32. vel Halisco, ut apud *Serv. ad Æn.* 7. v. 695. legitur. Æquos *Virgil. ibid.* appellat, quia populus R. missis Decemviris, ab ipsis jura Fecialia, et nonnulla supplementa XII. Tabularum accepit, ut *Serv. ibid.* docet. ¶ Faliscus ager pascuis optimus: unde Faliscam herbam laudat *Ovid.* 3. *Amor.* el. 13. v. 14. et 1. *Fastor.* v. 84. et 4. *ex Ponto,* ep. 4. v. 32. et ep. 8. v. 41. laudat, inquam, ob id maxime, quod candida armenta gignebat, et propterea apta victimis: quod *Plin. loc. cit.* virtuti aquarum ejus regionis adsignat. ¶ Quas *Cato R. R.* c. 4. memorat *bonas præsepes, feliscas clathratas,* et cap. 14. *præsepes bubus hibernas, æstivas faliscas,* putat *Turneb. adversar.* l. 14. c. 2. intelligendas esse præsepes lignis in clathri modum intervallo distinctis confectas, in quibus pabulum gramineum et herbaceum bubus apponitur: ideoque asdem dici *æstivas,* quia æstate fœnum herbæque dantur: cum hibernas perpetuo ligno in modum canalis constare oporteat, quia hieme pabulum minutum iis datur, hordeum, lupinum, ervum, et hujusmodi, quæ clathratis lignis contineri non possent. Porro *Faliscas* vel dictas esse a *falis,* vel potius a Faliscis populis, qui hujusmodi præsepibus usi sint. Alii putant dici, quasi *paliscas,* a palis, seu lignis, quibus clathri constant. ¶ *Faliscus venter,* et *faliscus* absolute est venter suillus, aut alterius animalis, farcimine plenus, conditusque more a Faliscis usurpato. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 22. *Stat.* l. 4. *silv. ult.* v. 35. et *Martial.* l. 4. epigr 46. ¶ *Faliscum metrum* constat tribus dactylis, et pyrrhichio, ut est hoc, Docta Falisca Pheronyme paras. *Serv. in Centimetr.* pag. 1824. *Putsch.* ¶ Scribitur et *Phaliscus.*

FALLA. V. *Fala.*

FALLACĬA, æ, *deceit, trick, artifice, craft,* ἀπάτη, δόλος; quidquid ad fallendum fit, aut dicitur, præcipue vero cum aliud promittitur, aliud præstatur. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 7. A fando falli, falsum, fallacia, quæ propterea quod fando quem decipit, ac contra quam dixit, faciat. Itaque si quis re fallit, in hoc non proprio nomine fallacia, sed translatione, ut a pede nostro pes lecti, ac pes betæ. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 29. *extr.* Doli, machinæ, fallaciæ, præstigiæ num sine ratione esse potuerunt? *Id. pro Rosc. Com.* c. 7. Ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 46. Nihil est opus simulatione et fallaciis. *Id. Attic.* l. et ep. 1. Prensare sine fuco et fallaciis. *Hirt. de B. Alex.* c. 24. Fallaciis aliquem eludere. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 15. Per malitiam, et per dolum et fallaciam. *Id. ibid.* 4. 7. 97. Fallaciis ab aliquo mulierem abducere. *Id. Asin.* 2. 1. 2. et 4. Fingere fallaciam. *Id. Cas.* 5. 1. 6. et *Terent. Andr.* 1. 3. 7. astutam fallaciam facere. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 29. componere. *Terent. Heaut.* 3. 2. 2. intendere in aliquem. et 3. 3. 36. invenire. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 67. et *Pseud.* 2. 4. 75. Fallaciam ferre. *h. e.* inferre, adhibere. Sic *Terent. Andr.* 2. 6. 1. portare alicui. *Plaut. Cistell.* 2. 2. 5. Admœnire fabricas et fallacias. *Phædr.* l. 3. fab. 16. v. 10. Fallacia aggredi aliquem. et lib. 1. *fab. ult.* v. 5. Consilium vertere ad fallaciam. *Petron. in Satyr.* c. 125. Fallaciam proditione detegere, *aut* detexere. *to discover.* ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Colum.* l. 11. c. 2. *circa med.* Nonnulli gustu explorare uvæ maturitatem tentaverunt: sed hæc ipsa res habet aliquam fallaciam. ¶ De fascinatione, et præstigiis magicis, *Prop.* l. 1. el. 1. v. 19. At vos, deductæ quibus est fallacia lunæ, Et labor in magicis sacra piare focis.

FALLACĬES, ei, f. *deceit. Apul.* l. 5. *Metam.* Fallacie germanitatis inducta.

FALLACĬLOQUENTĬA, æ, f. *deceitful language,* sermo fallax. *Accius* apud *Cicer.* 4. *de Fin.* c. 25. ut quidem legit *Non.* c. 2. n. 345. Nam alii *fallacis loquelæ,* alii *fallaciloquæ.*

FALLACIŌSUS, a, um, *deceitful, full of deceit,* ἀπατηλὸς, fallaciis plenus. *Gell.* l. 14. c. 1. *ad fin.* Quibus hujusmodi ambages fallaciosæ confutantur. *Id.* lib. 7. cap. 3. *a med.* Argumenta vafra et fallaciosa. *Apul.* l. 8. *Metam.* Fallaciosa promissio. et lib. 9. Fallaciosa mulier.

FALLACĬTER, *deceitfully, fallaciously,* δολερῶς, per fallaciam, dolose. *Cic. pro Dom.* c. 29. Qui non ficte et fallaciter populares, sed vere et sapienter fuerunt. *Id.* 3. *Offic.* c. 17. Ne quid insidiose, ne quid simulate, ne quid fallaciter. *Id.* 1. *de Divin.* c. 18. Fallaciter portenta interpretari. *Id. in Partition.* c. 25. Voluptas boni naturam fallaciter imitando adulterat. *Id. de Harusp. resp.* c. 28. Fallacissime se venditare alicui. *Plin.* l. 12. c. 16. Myrrha fallacissime adulteratur.

FALLAX, acis, adject. *deceitful, evasive, fallacious, treacherous, hollow, false,* ἀπατηλὸς, qui fallit, h. e. promittit, et non præstat, vel aliud promittit, aliud præstat, dolosus, mendax. Dicitur tum de personis, tum de rebus. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 19. Astrologi vani atque fallaces. *Id. pro Dom.* c. 9. Homo teterrimus, crudelissimus, fallacissimus. *Id. Phil.* 12. c. 2. *extr.* Spes falsa atque fallax. *Id.* 4. *Acad.* c. 15. Fallaces et captiosæ interrogationes. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 30. Malitia est versuta et fallax nocendi ratio. *Id.* 4. *Acad.* c. 46. Fallax imitatio simulatioque virtutis. *Id. pro Rabir. Post.* c. 14. Merces fallaces et fucosæ. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 186. tenebris fallacibus acti. *Ovid. de remed. amor.* v. 687. At tu nec voces (quid enim fallacius illis?) Crede, nec æternos pondus habere deos. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 43. Oculorum fallacissimo sensu judicant ea, quæ ratione atque animo videre debebant. *Id. de Amic.* c. 19. Ut tanquam in herbis non fallacibus, fructus appareat. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 401. Non semper credenda Ceres fallacibus arvis. *Virg.* 1. *Georg.* v. 195. Siliquæ fallaces. *Id.* 5. *Æn.* v. 850. Credere fallacibus Austris. *Plin.* l. 8. c. 8. Convallis manu facta, et longo tractu fallax. h. e. quæ exitum habere videtur, sed re vera non habet. *Id.* l. 5. c. 31. Fallacia vada. *Id.* l. 3. c. 6. Planaria insula a specie dicta, æqualis freto, ideoque navigiis fallax. *Virg. Ecl.* 4. v. 24. fallax herba veneni. *h. e.* quæ non videtur, et est venenata. ¶ Absolute *Plin.* l. 36. c. 25. Subdialia pavimenta Græci invenere, talibus domos contegentes tractu tepente: sed fallax, ubicumque imbres gelant. ¶ Cum genitivo. *Tacit. Ann.* 16. c. 32. Homines specie bonarum artium falsi, et amicitiæ fallaces. ¶ *Fallacum* in genit. plur. pro *fallacium* habet *Catull.* carm. 30. *ad Alfen.* v. 4. Nec facta impia fallacum hominum cælicolis placent.

FALLO, is, fefelli, falsum, a. 3. *to deceive,* ἐξαπατάω, ψεύδω, decipio, induco. Proprie videtur esse ejus, qui verbis decipit: latius vero ejus, qui quacumque ratione. Nam *Varro* lib. 5. *L. L.* c. 7. ducit a *fando.* V. *Fallacia.* Alii a σφάλλω, supplanto, everto. Refertur tum ad res, tum ad personas. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 40. Induxit, decepit, destituit, omni fraude et perfidia fefellit. *Terent. Eun.* 2. 3. 93. Referam gratiam, atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur. *Id. Andr.* 3. 2. 13. Fallere aliquem dolis. *to trick, cozen. Id. Heaut.* 3. 1. 61. Falli te sinas technis per servulum. *to be duped. Virg.* l. 1. *Georg.* v. 139. et *Ovid. Metam.* 15. v. 474. volucrem viscata fallere virga. *Curt.* l. 4. c. 9. Cum lubrica saxa vestigium fallerent. *Horat.* lib. 1. ep. 5. v. 31. Atria servantem postico falle clientem. *Plin.* l. 10. c. 42. Falli memoria. *to forget. Stat.* l. 4. silv. 3. v. 117. Falli visu. *to be deceived as to the appearance of a thing. Gell.* l. 20. c. 1. Nisi me fallit memoria. *unless my memory proves false; unless my memory fails me. Cic. Fam.* l. 1. ep. 6. et *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 86. Opinionem alicujus fallere. *Auct. declam.* 12. *Sallust.* c. 1. Longe opinione falli. *Nepos in Agesil.* c. 3. In quo eum opinio fefellit. *Id. in Alcib.* c. 8. Neque ea res illum fefellit. *Cic. pro Sull.* c. 4. Nam id me multum fefellit. *Plin.* l. 33. c. 1. Fallit plerosque, quod arbitrantur, &c. *Terent. Hecyr.* 5. 1. 2. Nec pol me multum fallit, quin quod suspicor, sit quod velit. *nor am I much deceived. Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 450. dominum sterilis sæpe fefellit ager. *Horat. Epod.* 16. v. 45. Germinat et nunquam fallentis termes olivæ. *Phædr.* l. 3. fab. 5. v. 9. Spes fefellit impudentem audaciam. *Cicer.* 12. *Phil.* c. 8. *extr.* Is enim sum, nisi forte me fallo, qui vigiliis, curis, periculis perfecerim, ut, &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 17. Permultos et ego novi, et (nisi me fallit animus) unusquisque vestrum. *Id. Attic.* l. 8. ep. 7. Nisi me omnia fallunt, deseret. *unless I am egregiously mistaken. Senec.* ep. 95. *a med.* Omnia me fallunt, nisi &c. *Cic. Fam.* 5. ep. 20. *a med.* Nisi quid me fallit. Jocose *Terent. Phorm.* 1. 4. 44. Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit. ¶ Absolute *Cic. Attic.* l. 14. ep. 12. Qui quidem semper erunt clari: sed nos nisi me fallit, jacebimus. *Id. ad Brut.* ep. 18. *sub fin.* Maximus autem (nisi me forte fallit) in republ. nodus est, inopia rei pecuniariæ. ¶ Passive *Virg. Æn.* 5. v. 49. Jamque dies, ni fallor, adest. *if I am not mistaken. Valer. Flacc.* l. 4. v. 674. sequor o, quicumque deorum, Æsonides, vel fallor, ait. et lib. 8. v. 351. Fallor? an hos nobis magico nunc carmine ventos Ipsa

movet? *Horat. in ar. Poet.* v. 42. Ordinis hæc virtus erit, et venus, aut ego fallor. *Nep. in Epam.* c. 5. Quod me Agamemnonem æmulari putas, falleris. ¶ Cum infinito. *Lucan.* l. 7. v. 288. cælumque tremens cum lancea transit, Dicere non fallar, quo sit vibrata lacerto. *I shall not err in declaring.* ¶ Eleganter *fallere* dicuntur quæ latent, et scientiam visumve nostrum effugiunt. *to be concealed, escape notice or observation. Curt.* l. 4. c. 16. Nulla adeo avia lacuna erat, quæ vestigantium sitim falleret. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 85. Fallere custodes nocte silenti. *to elude the vigilance of.* et lib. 13. v. 462. Mors tantum vellem matrem mea fallere posset. *Id.* 1. *Trist.* el. 2. v. 98. acta deos nunquam mortalia fallunt. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 45. Exilis domus est, ubi non et multa supersunt. Et dominum fallunt. *Quintil.* l. 8. c. 2. Fallunt etiam verba vel quibusdam regionibus familiaria, vel artium propria. *h. e.* ignorantur. *Horat.* l. 3. od. 14. v. 19. Spartacum si qua potuit vagantem Fallere testa. *h. e.* latere. Sic *Liv.* l. 22. c. 33. Speculator Carthaginiensium, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus. *had lain concealed; had escaped notice. Ovid.* 4. *Trist.* el. 2. v. 17. Nos procul expulsos communia gaudia fallunt. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 627. Littera fallit oculos. *Cic. Attic.* 3. ep. 23. In lege nulla esse ejusmodi capita, te non fallit. *you know very well that,* &c. *Id.* 1. *de Frat.* c. 60. Neque enim hoc te Crasse, fallit, quam multa sint genera dicendi. *Plin.* l. 2. c. 103. Quem fallit? *who does not know it? Terent. Heaut.* 3. 2. 3. Num me fefellit hosce id struere? *did I not tell him? Plaut. Bacch.* 2. 3. 64. Non me fefellit: sensi: eo exanimatus fui. *Plin.* l. 9. c. 50. Tanta celeritate, ut visum fallant. *as to escape the eye; as not to be perceptible.* ¶ Fallere pro aliquo. *to pass off unobserved for another,* videri esse aliquem. *Gell.* l. 7. c. 14. Plerumque inflati atque tumidi (*in dicendo*) fallunt pro uberibus. ¶ Proverbium est *vivens falle,* λάθε βιώσας, quo monemur vitare turbam, abstinere a republ. et nobiscum habitare. *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 10. Nec vixit male, qui natus, moriensque fefellit. *has been unnoted or obscure.* ¶ Cum genitivo. *Plaut. Epid.* 2. 2. 55. Nec satis exaudiebam, nec sermonis fallebar tamen. *nor yet did it escape me what they were talking about. Lucret.* lib. 5. v. 98. Nec me animi fallit, quam res nova, miraque menti Accidat. ¶ Translate *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 114. Vino et somno fallere curam. *to beguile. Ovid.* 14. *Metam.* v. 121. sermone laborem. et lib. 8. v. 651. sermonibus horas. *to beguile, pass away agreeably. Id. Heroid.* ep. 1. v. 9. spatiosam fallere noctem. *to beguile or cheat. Id.* 3. *Trist.* el. 2. v. 16. Fallebat curas ægraque corda labor. et l. 5. el. 7. v. 39. Detineo studiis animum, falloque dolores. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 319. tenui luctum solamine fallens. *Plin.* l. 27. c. 7. Absinthium pueris dedere in poculo sicca, ut amaritudinem fallerent. *that they may not taste.* ¶ Interdum ponitur pro violare, scil. non præstando, quod exspectabatur. *Cic.* 1. *Offic.* c. 13. Fidem alicui datam fallere. *to violate or break his promise. Curt.* l. 7. c. 10. promissum. *not to perform. Tacit.* 1. *Ann.* c. 73. Jovem perjurio. *Horat.* l. 2. od. 8. v. 9. matris cineres opertos, et toto signa cum cælo. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 84. legitimi fallere jura tori. *to violate the rights of marriage. Plin.* l. 7. c. 37. Fefellit imperium militaris imprudentia. *h. e.* non exsecuta est. *failed to execute the orders given him. Ovid.* 9. *Metam.* v. 696. mandata alicujus. *not to obey. Id.* 2. *Fast.* v. 837. Brutus adest, tandemque animo sua nomina fallit. *h. e.* contra agit, ac suum nomen Bruti significabat. ¶ *Si sciens fallo, tum me Jupiter,* &c. formula est jurantis, et sibi mala precantis, si fidem fefellerit. *Cic.* l. 7. *Fam.* ep. 1. *Plin. in Paneg.* c. 64. et *Fest. in Lapidem.* Sic *Propert.* l. 2. el. 16. v. 15. Ossa tibi juro per matris, et ossa parentis. Si fallo, cinis heu sit mihi uterque gravis. Adde l. 4. el. 7. v. 53. et *Liv.* l. 21. c. 45. ¶ *Fallere* pro fraudare. *Ovid. Metam.* 5. v. 480. [illegible]vaque jussit Fallere depositum, vitiataque semina fecit. *to refuse to return what is deposited. Accius* apud *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* c. 29. Aut tu illum fructu fallas, aut, &c. ¶ Et pro evitare, effugere. *to avoid, shun, elude, escape. Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 190. Fallere casses, et vers. 45. [illegible]tia. ¶ Et pro fingere, simulare decipiendi causa. *Virg. Æn.* 1. v. 687. Tu faciem illius noctem non amplius unam falle dolo, et notos pueri puer indue vultus. ¶ Et pro abscondere, tegere. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 22. Et sua divina furta fefellit ope. *Propert.* l. 4. el. 5. v. 14. Et sua nocturno fallere terga lupo. *h. e.* formam suam sub forma lupi tegere. ¶ *Fallier* pro *falli*; est apud *Pers.* sat. 3. v. 50. Præteritum passivum *falsus sum* V. in *Falsus*: pro [illegible] *fefellitus sum* habetur in *fragm. Tragur. Petron.* c. [illegible] *Burm.*

FALSARĬUS, ii, m. *a forger, or signer of false deeds or writings,* μεταγράφων, qui decipiendi gratia scripta publica corrumpit, ut testamenta, &c. *Sueton. in Ner.* c. 17. Adversus falsarios tum primum repertum, ne tabulæ, nisi pertusæ, ac ter lino per foramina trajecto obsignarentur. *Id. in Tito,* c. 3. Imitari chirographa, quæcumque vidisset, ac profiteri, se maximum falsarium esse potuisse.

FALSATĬO, onis, f. *a falsifying. Hieronym.* l. 2. in *Ruf.* c. 5. Falsatio Apostolorum ab Hæreticis.

FALSĀTUS, a, um, adject. *falsified, counterfeited, adulterated,* corruptus, adulteratus. *Hieronym.* l. 2. *in Rufin.* c. 5. *a med.* Liber Hilarii falsatus ab Hæreticis.

FALSE, adverb. *falsely,* ψευδῶς, fallaciter, inaniter. *Cic. in Acad.* l. 4. c. 46. Assentiri false alicui rei. *Augustin. Confess.* l. 10. c. 13. Quæ adversus hæc falsissime disputantur. *Sisenn.* apud *Charis.* l. 2. p. 179. *Putsch.* Judicium false factum.

FALSIDĬCUS, a, um, *speaking falsely, lying,* ψευδολόγος, qui falsa consuevit dicere. *Plaut. Capt.* 3. 5. 13. Me, meamque rem tuis scelestis falsidicis fallaciis dilaceravisti. Adde *Trin.* 3. 3. 40. et *Acc.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 709. *Putsch.* [*Auson.* epigr. 118. v. 17. Falsidici vates, temerant qui carmine verum.]

FALSIFICĀTUS, a, um, falsus, falsificus. *Prudent. Hamartig.* v. 551. Nil de pestiferis opibus, aut falsificatis Terrarum spoliis stulto oblectamine libans.

FALSIFĬCUS, a, um, *that acts falsely, working deceit,* ψευδοποιὸς, qui facit fallacias. *Plaut. Mil.* 2. 2. 36. Domi habet animum falsiloquum, falsificum, falsijurium.

FALSIJURĬUS, ii, m. qui falsa jurat, *that swears falsely,* ψευδομνύων. V. vocem præced.

FALSILOQUĬUM, ii, n. *falsehood,* mendacium. *Augustin. in proœm. lib. Retractat. ad fin.* Ex multiloquio incidunt in falsiloquium.

FALSILŎQUUS, a, um, ψευδολόγος, qui falsa loqui consuevit. V. *Falsificus.* Adde *Prudent. in Apotheos.* v. 175.

FALSIMONĬA, *vel* Falsimonium, *a trick, imposition,* ἐξαπάτη, fraus, fallacia. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 12. Quos cum censeas tibi amicos, reperiuntur falsi falsimoniis.

FALSIPĂRENS, tis, *owning a wrong father,* qui falsum habet parentem, id est cujus pater is esse creditur, qui minime est. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 111. Quod quondam cæsis montis fodisse medullis Ausus falsiparens Amphitryoniades. *the reputed son of Amphitryo.*

FALSĬTAS, atis, f. *falsehood,* ψεῦδος, vitium, quo id asserimus esse quod non est: item ipsa res falsa. *Cic. pro Cluent.* cap. 2. Etenim sicut aliis in locis parum firmamenti, et parum virium falsitas habet, &c. [In optimis tamen editionibus, ut et *Ernesti,* legitur *veritas habet.*] *Arnob.* l. 1. p. 33. Inditæ scriptis falsitates.

FALSO, as, a. 1. *to falsify,* falsum facio. *Modestin. Dig.* l. 48. tit. 10. leg. 32. Qui pondera aut mensuras falsassent.

FALSO, adverb. *falsely, untruly,* ψευδῶς, non vere. *Cic. pro leg. Manil.* c. 14. Hoc incredibile omnibus, et falso memoriæ proditum videbatur. *Nep. in Alcib.* c. 9. Alcibiades in Thraciam se abdidit, sperans ibi facillime fortunam suam oculi posse. Falso: nam Thraces insidias ei fecerunt, &c. *Cic.* 3. *Offic.* c. 18. Atqui in talibus rebus aliud utile interdum, aliud honestum videri solet. Falso. nam, &c. *Id.* 5. *Fam.* ep. 5. Ne forte id ipsum verbum ponam, quod abs te aiunt falso in me solere conferri. *Plaut. Amph.* 2. 2. 181. Vir ego tuus sim? ne me appella falso falso nomine. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 14. Falso nuntiare. *Curt.* l. 8. c. 8. Quod falso creditum est. *Plaut. Amphit.* 3. 2. 7. Falso insimulatus probri. et vers. 21. Falso aliquid dicere. *Id. Bacch.* 3. 6. 43. Habere aliquem falso suspectum. *Id. Mostell.* 1. 3. 21. et 22. Falso laudari, aut vituperari. *Tibull.* l. 3. el. 3. v. 20. falso plurima vulgus amat. *without reason, unjustly,* immerito. Sic *Sallust. initio B. Jugurth.* Falso queritur de natura sua genus humanum. et *Curt.* l. 5. c. 2. Vero ne an falso honos cuique haberetur, ignorari non poterat. *undeservedly.*

FALSUS, a, um, particip. passivum verbi *fallo. deceived, mistaken. Terent. Andr.* 4. 1. 23. Me miserum, qui tuum animum ex animo spectavi meo! *Pam.* falsus es. *you deceive yourself; you are mistaken. Plaut. Men.* 5. 2. 3. Id quam facile sit mihi, haud sum falsus. *Idem Aulul.* 2. 1. 4. Haud falsa sum, nos odiosas haberi. *Terent. Eun.* 2. 2. 43. Ut falsus animi est! *Sil.* lib. 13. v. 886. *de Annibale.* Assyrio famulus regi, falsusque cupiti Ausoniæ motus. ¶ Sæpe transit in nomen, et de eo dicitur, qui fallit, decipit, *deceitful, treacherous, faithless, false,* ψευδής. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 11. Testes aut casu veri, aut malitia falsi fictique esse possunt. *Catull.* carm. 30. *ad Alfen.* Alfene immemor, atque unanimis false sodalibus. *Sallust. in Catil.* c. 10. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit, aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua habere. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 67. falsæ perjuria linguæ. *lying.* ¶ Sæpissime est fictus, simulatus, vanus, inanis, mendax, *pretended, feigned, false, untrue. Sallust. in Catil.* c. 51. *extr.* Falsum aliquid pro vero credere. *Plaut. Rul. prol.* v. 13. Qui falsas lites falsis testimoniis petunt. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 39. Falsus honor juvat, et mendax infamia terret. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 38. Pro re certa spem falsam domum retulerunt. *Id.* 2. *de Divin.* c. 62. Falsa et mendacia visa. et *ibid.* Visa falsa et inania. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 21. Omnis ordo, veritas, ratio, constantia: quæque his vacant, ementita et falsa, plenaque erroris eunt, &c. *Id.* 2. *de Orat.* c. 45. Nihil nisi falsum, et imitatione simulatum. *Id. pro Flacc.* c. 17. Falsæ et corruptæ litteræ. *Id. Phil.* 12. c. 2. *extr.* Spe falsa atque fallaci errare. et *Phil.* 11. c. 2. Summæ benevolentiæ falsi indices. *Plin.* l. 16. c. 22. Falsa definitio. *Quintil.* l. 12. c. 10. *circa med.* ratio. *Id.* l. 5. c. 10. Falsæ opiniones. *Horat.* l. 3. od. 7. v. 14. Falsa crimina. *Terent. Hecyr.* 5. 4. 2. Falsum gaudium. *Id. Eun.* 1. 1. 22. Falsa lacrimula. *Colum.* l. 1. c. 6. *circa med.* Id autem falsissimum est. *Plin.* l. 33. c. 9. Falsa moneta, falsum denarium. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 25. Molliores sunt et delicatiores in cantu flexiones et falsæ voculæ, quam certæ et severæ. [† *h. e.* toni tam minuti, ut crebro percursitante διὰ πασῶν voce, pæne fallant audientem. *Strebæus.*] *counterfeited, sung in a false or feigned treble.* ¶ Cum genitivo. *Plin.* l. 12. c. 18. Felix appellatur Arabia, falsa et ingrata cognominis. ¶ De eo, qui videri vult, aut qui putatur is esse, qui re vera non est, *feigned, falsely reputed, spurious. Virg. Æn.* 3. v. 302. in luco, falsi Simoentis ad undam, Libabat cineri Andromache. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 265. neque enim fugit æquore raptor Jupiter, aut falsi sequimur vestigia tauri. *Stat.* 7. *Theb.* v. 739. Lernæum falso simulans Aliagmona vultu. ¶ *Falsum habere* est fallere, decipere. *Sallust. in Jug.* c. 10. Neque ea res falsum me habuit. ¶ Comparativum est *falsior*: de quo *Festus*: Falsius et falsior cum rationabiliter dici possint, non tamen sunt in consuetudine. *Petron.* tamen *in Satyr.* c. 132. *extr.* Nihil est hominum inepta persuasione falsius, nec ficta severitate ineptius. ¶ *Falsum, si,* res falsa, falsitas, *falsehood. Cic. Attic.* l. 7. ep. 14. De quibus ante ad te falsum scripseram. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 3. v. 11. Jurare falsum. ¶ *Falsa, orum,* sunt res falsæ. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 138. falsa addere veris. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 6. Acclinis falsis animus. ¶ *Crimen falsi* est, si quis chirographum alienum imitetur, aut libellum, aut rationes intercidat, vel describat, si falsam monetam cudat, testamentum supponat, pro advocatione, testibusve pecuniam accipiat, &c. de quibus JCti lib. 48. tit. 10. qui *ad leg. Cornel. de falsis* inscribitur. Hinc falsum facere, et committere *Martian. ibid.* leg. 1. accusare aliquem falsi, *ibid.* subjici pœnæ falsi, *ibid.* falsi reus, *Papinian. ibid.* leg. 12. et sexcenta hujusmodi. Absolute *Quintil.* l. 7. c. 2. *sub fin.* In falso quoque ratio similis: aut enim plures in culpam vocantur, aut unus. ¶ Tela in falsum jacere, *Tacito* 4. *Ann.* c. 50. *extr.* est in vanum, et sine ictu.

FALX, falcis, f. δρέπανον, ferramentum incurvum, seu aduncum, ad varios usus in re rustica: aliud est, quo segetes metuntur, *a sickle, reaping-hook, hook with which corn is cut;* aliud quo fœnum secatur, *a scythe;* aliud quo putantur arbores, *a pruning-knife, pruning-hook;* aliud quo vepres, rubi abscinduntur, *a hedging-bill. Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 31. Falces a farre, littera commutata: hæ in Campania seculæ, a secando: a quadam similitudine harum aliæ, et quod apertum, unde falces fœnariæ, et arboreæ; et quod non apertum, unde lumariæ falces, et sirpiculæ. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 23. Immissi cum falcibus multi purgarunt, et aperuerunt locum. *Varr. R. R.* l. 1. c. 22. *ad fin.* Falces silvaticæ, arborariæ, rustariæ. *Cato R. R.* c. 10. fœnariæ, stramentariæ. et cap. 11. vineaticæ. *Pallad.* l. 1. *tit. ult.* putatoriæ, messoriæ. ¶ Vinitoriæ, seu putatoriæ falcis figuram, partes, usum accurate describit *Colum.* l. 4. c. 25. Ad hanc pertinent illa *Plin.* l. 17. c. 14. Falce levigare truncum. et cap. 22. Vitem falce curare. et *ibid.* Supina falce oculos vitis auferre. *Horat.* l. 1. od. 31. v. 9. Falce vitem premere. *Colum. loc. cit.* Ductu falcis putationem conficere. *Quintil.* l. 2. c. 4. Frondibus adhibere falcem. *Virg. Ecl.* 3. v. 11. Vites falce incidere. ¶ Ad messoriam *Virg.* 1. *Georg.* v. 348. maturis falcem supponere aristis. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 10. v. 12. Falce subsecare. *Id. Fast.* l. 4. v. 914. Sata falcibus apta. *h. e.* matura. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 322. plena falce metere. ¶ Est enim bellica falx, similis, opinor, iis quas hastili oblongo, ferroque partim curvo, et falcato, partim acuto rectoque *a halberd* vocamus. *Cic. pro Mil.* c. 33. *ad fin.* Cum facibus ad Curiam cucurrerunt, cum falcibus ad Castoris, cum gladiis toto foro volitarunt. *Id. pro Sull.* c. 5. *sub fin.* Ille arma misit, cornua, tubas, falces, signa, legiones. *Curt.* l. 9. c. 2. Elephantos securibus falcibusque mutilare. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 14. Falces præacutæ, insertæ affixæque longuriis, non absimili forma muralium falcium. et lib. 7. c. 86. Falcibus vallum et loricam rescindunt. *with hooks or bills. Stat.* 2. *Achill.* v. 416. didici, quo Pæones arma rotatu, Quo Macetæ sua gæsa citent, quo turbine cæstum Sauromates, falcemque Getes, arcumque Gelonus, &c. Adde *Tacit. Hist.* 3. c. 27. et *Sisen.* apud *Non.* c. 18. n. 29. ¶ Falces murales, quas *Cæs.* memorat, erant majora ferramenta adunca, cuspide curvata et solida, ad perfodiendum aggerem, evellendos lapides, murumque subruendum. *Id.* l. 7. *B. Gall.* c. 22. Laqueis falces avertebant; quas cum destinaverant, tormentis introrsus reducebant. ¶ In genitivo multitudinis *falcium* habet non *falcum. Charis.* l. 1. pag. 114. *Putsch.*

FAMA, æ, f. *fame, report, rumour,* φήμη, idem ac rumor, idest quidquid de aliquo divulgatur, sive in bonum, sive in malum: a Dorico φάμα pro φήμη, quod a φημὶ, dico. *Cic. Attic.* l. 7. *ep. ult.* Bona de Domitio, præclara

de Afranio fama est. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 8. Constante fama, atque omnium sermone celebratum est. *Id.* 14. *Phil.* c. 6. Cum tristis a Mutina fama manavit. *Id. pro Flacc.* c. 6. Si quid audistis communi fama atque sermone. *Id. Attic.* l. 9. ep. 3. A Brundisio nulla adhuc fama venerat. *no news. Id.* 6. *Verr.* c. 30. Fama percrebuit. *Id. pro Mil.* c. 35. fines imperii peragravit. *Cal. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 8. magna illico surrexit. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 51. Ad Labienum de victoria Cæsaris fama perfertur. et lib. 6. c. 19. Si quis quid de republ. a finitimis rumore aut fama acceperit. (*Rumor* est res sine teste, sine indice, ut ait *Quintil.* declam. 18. c. 6. vel sine capite, sine auctore, ut *Cic. Fam.* 12. ep. 10. at *fama* est communis et consentiens opinio: tametsi hoc discrimen non est perpetuum.) *Id. ibid.* c. 20. Reliquos ne fama quidem acceperunt. *never heard of even by hearsay. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 37. Cum accepissent fama et auditione, esse, &c. *having learnt from report. Nepos in Agesil.* c. 2. Fama exierat, Artaxersem comparare classem. *Vellei.* l. 2. c. 95. Ut fama loquitur. *Justin.* l. 18. c. 4. Fama hanc rem loquebatur. *Id.* l. 2. c. 13. Fama in majus omnia extollens. *Plin.* l. 35. c. 10. Famam dispersit, se emere. *spread abroad. Cic. Fam.* 12. ep. 4. Fama nuntiabat, te esse in Syriam. *report said. Id. pro Sull.* c. 4. Vix ad aures meas istius suspicionis fama pervenit. *Nep. in Themist. c. ult.* Fama fuit venenum sua sponte sumpsisse. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 82. Contra opinionem famamque omnium. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 73. Esse in ore et fama. *to be talked of abroad.* ¶ In Fabulis Fama est Terræ filia, Cœi et Enceladi soror, in Gigantum ultionem a matre edita. nam per ipsam deorum crimina vulgata sunt, ut ait *Serv. ad* l. 4. *Æn.* v. 179. ubi *Virg.* eam describit pedibus celerem, et pernicibus alis, Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumæ, tot vigiles oculi subter, tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures, &c. Ejus domum describit *Ovid.* 12. *Metam.* v. 39. V. etiam *Valer. Flacc.* l. 1. v. 116. ¶ Sæpe dicitur de nominis celebritate, et existimatione, *fame, reputation, character, renown,* tum bona, tum mala. *Cic. pro Quint.* c. 15. Cujus bona ex edicto possidentur, hujus omnis fama et existimatio cum bonis simul possidetur. *Id. pro Sext.* c. 66. Bonam famam bonorum, quæ sola vere gloria nominatur, expetere. *the fair fame. Id.* 2. *Offic.* c. 20. *extr.* Perpetua commendatio et fama. *Id.* 1. *Fam.* ep. 9. *ante med.* Famam inconstantiæ pertimescere. et lib. 9. ep. 16. *ante med.* Abjicere famam ingenii. *Id. ad Brut.* ep. 18. Subire famam temeritatis. *Id.* 5. *Attic.* ep. 10. et *Nep. in Themist.* c. 1. Servire famæ. *Vellei.* l. 2. c. 115. et *Sallust. in Catil.* c. 50. consulere. *Quintil.* l. 3. c. 6. *a med.* studere. *Sallust. in Catil.* c. 26. et 56. parcere. *to regard his rank. Nep. in Lysand.* c. 1. Magnam sui famam relinquere, magis felicitate, quam virtute partam. *Cic. in Divin. Verr. c. ult.* Ante collectam famam conservare. *Quintil.* l. 7. c. 1. *a med.* Affectare famam eloquentiæ. et lib. 2. c. 12. quærere. *Plin. in præfat. Hist. nat. sub fin.* aucupare. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 83. captare. *Plin.* l. 36. c. 5. *extr.* consequi. *Cic. de clar. Orat.* cap. 74. conficere alicui. *Id.* 3. *Fam.* ep. 8. Detrahere de fama alicujus. *Plin.* l. 37. c. 3. et *Quintil.* l. 12. c. 5. Alicui famam facere. *Tacit. Ann.* 16. c. 18. Proferre quempiam ad famam. *to render famous. Sallust. in Jug.* c. 101. et *Plin.* l. 3. ep. 7. Famam lædere. *Id.* l. 4. ep. 9. *ad fin.* ferre justitiæ et constantiæ. *to bear. Plin. alter* l. 36. c. 21. magnam habere. ¶ Pro infamia, *infamy, scandal. Virg.* 4. *Æn.* v. 170. neque enim specie, famave movetur, Nec jam furtivum Dido meditatur amorem. *Ter. Adelph.* 2. 3. 10. Maledicta, famam, meum amorem, et peccatum in se transtulit. *Turpil.* apud *Non.* c. 4. n. 193. Opplere aliquem fama et flagitiis. ¶ In plurali num. *Sallust. in fragm.* apud *Senec.* ep. 114. *a med.* Inter arma civilia æqui boni famas petit. *Arruntius ibid.* Ingentes esse famas de Regulo. *Senec.* hoc in Arruntio reprehendit, ut nimis affectatum. *Plaut. Trin.* 1. 2. 149. maledictas famas ferunt. Al. aliter leg. *Arnob.* l. 7. v. 219. Inhonestas famas adjungere diis. ¶ Est etiam *fama* inveterata res, et firmata in opinione hominum, *opinion, belief. Virg.* 6. *Æn.* v. 14. Dædalus (ut fama est) fugiens Minoia regna, &c. *Cic. de Harusp. resp.* c. 10. Mitto illam veterem ab ipsis diis immortalibus, ut hominum fama est, Etruriæ datam disciplinam. *Virg. Æn.* 4. v. 218. nos munera templis Quippe tuis ferimus, famamque fovemus inanem. *Non.* c. 4. n. 193. interpretatur spem profuturi numinis.

[* FAMĀTUS, a, um, adject. idem ac diffamatus. *Cic. in fragm. orat. pro Scauro editis ab Angelo Majo* pag. 17. Hæc tota apud ignaros aut invidos famata causa est. Sed omnino legendum videtur *diffamata*, licet editor sic in Codice legi affirmet.]

FAMELICŌSAM TERRAM, terram palustrem vocabant. *Festus.* [Sunt qui recte corrigunt *famicosam*, quæ alibi scaturiginosa dicitur.]

FAMELĬCUS, a, um, *hungry, famished, starved,* βουλιμῶν, fame laborans, esuriens. *Terent. Eun.* 2. 2. 29. Ad cœnam vocant, adventum gratulantur. Ubi ille miser famelicus videt, &c. *Plaut. Rud.* 2. 2. 6. Salvete fures maritimi, famelica hominum natio. *Plin.* l. 10. c. 10. Milvus rapacissima et famelica semper ales. *Juvenal.* sat. 14. v. 146. Nocte boves macri, lassoque famelica collo Armenta ad virides hujus mittuntur aristas. *Apul. in fin.* l. 1. *Metam.* Famelicum convivium. *h. e.* nimis parcum, et famelicos dimittens convivas.

FAMELLA, diminutivum a fama. *Fest.*

FAMES, is, f. *hunger, fasting,* λιμὸς, edendi cupiditas. *Cicer. pro Cluent.* c. 25. Bestiæ fame dominante, plerumque ad eum locum, ubi pastæ aliquando sunt, revertuntur. *Id.* 2. *de Divin.* c. 35. Fame enectus. *famished to death. Id.* 7. *Verr.* c. 31. confectus. *Plin.* l. 37. c. 8. pressus. *Id.* l. 9. c. 8. concitus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 20. *extr.* consumptus. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 11. Cibo et potione famem sitimque depellere. *Id. pro Dom.* c. 23. Famem explere. *to satiate. Ovid.* 6. *Fast.* v. 530. et 4. *Metam.* v. 98. deponere. *Id. Heroid.* ep. 14. v. 96. levare. *to assuage. Valer. Flacc.* l. 2. v. 347. vincere sacris extis. *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 38. querna pellere glande. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 24. et *Colum.* l. 2. c. 10. propulsare. *Propert.* l. 4. el. 3. v. 22. pascere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 17. extremam sustentare. *Senec. in Thyest.* v. 64. solvere ad mensam. et vers. 165. accendere. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 87. tolerare. *Tibull.* l. 1. el. 6. v. 17. Fames stimulat. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 499. sævit. *Quintil.* declam. 12. cap. 9. urit. *Curt.* l. 9. c. 10. urget. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 6. dura. *Sil.* l. 7. v. 280. arcta. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 791. jejuna. et vers. 845. dira. *Quintil.* declam. 12. cap. 8. ignea. *h. e.* vehementissima. *Horat.* l. 1. od. 21. v. 13. misera. *Virg.* 6. *Æn.* v. 421. rabida. et lib. 9. v. 340. vesana. *Lucan.* l. 7. v. 413. insana. *Plin.* l. 30. c. 10. In fame vivere. *without eating.* et lib. 11. c. 18. mori. *of hunger.* et lib. 17. c. 24. laborare. *Cic.* 2. *Q. Fr.* ep. 3. Plebem fame necare. *to starve to death. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 20. excruciare. ¶ Famis poeticam descriptionem habes apud *Ovid.* 8. *Metam.* v. 788. et *sequentib.* et famelici hominis *ibid.* a vers. 823. ¶ Metonymice ponitur pro annonæ caritate. *dearth, famine. Cic. Attic.* l. 5. *ep. ult. ante med.* Fames, quæ tum erat in hac mea Asia: messis enim nulla fuerat. *Curt.* l. 10. c. 8. Fames esse cœpit. ¶ Et pro inopia, et paupertate. *poverty, wretchedness. Terent. Phorm. prol.* v. 18. Ille ad famem hunc ab studio studuit rejicere. ¶ Et pro abstinentia victus, quæ imperari a medicis solet. *diet. Cels.* l. 8. c. 10. sect. 7. Primis diebus fames: deinde liberalius alimentum. et *ibid.* In principio fame utendum. ¶ Metaphorice dicitur de quacumque vehementiori cupiditate. *Virg.* 3. *Æn.* v. 57. Auri sacra fames. *Horat.* l. 3. od. 16. v. 17. Crescentem sequitur cura pecuniam, Majorumque fames. *Flor.* l. 3. c. 21. Inexplebilis honorum Marii fames. ¶ Olim habuit in genitivo *famii*, et *fami.* Unde *Cato* apud *Gell.* l. 9. c. 14. Pueri atque mulieres extrudebantur fami causa. *Lucil. ibid.* Rugosum atque fami plenum. ¶ In sexto casu singulari *e* productum habet more quintæ declinationis: nisi velis ad cæsuræ jura recurrere. *Virg.* 6. *Æn.* v. 421. Objicit: ille fame rabida tria guttura pandens. Adde *Lucan.* l. 10. v. 158. *Juvenal.* sat. 15. v. 102. *Martial.* l. 1. epigr. 100. *Ovid. Tibull.* &c. ¶ In recto reperitur etiam *famis. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *a med.* Algor eas, et famis macrescere cogit. *Prudent. in Psychom.* v. 479. spoliatque suos famis impia natos.

[* FAMESCO, is, ere, n. 3. idem ac esurio. *Alcim. Avit. ad Fuscinam Soror.* v. 738. Ora famescentum satiet qui dura ferarum.

* FAMEX, icis, m. *a swelling. Schneiderus* in *Colum.* l. 6. c. 12. pro *saniem creabit* legit *famicem creabit*, fretus auctoritate codicis cujusdam Sangermanensis, et *Julii Pontederæ*, qui epist. 60. idem sentit. Deducitur autem hujusmodi nomen a Græco φῦμα *tumor*, hinc *fomica*, deinde levi mutatione *vomica*. Item apud *Veget. Veter.* l. 4. c. 19. et *Gargil. Martial.* legitur *famex* eodem sensu; in quibus tamen omnibus locis *Morgagnus in Epistol.* legit *ramicem.*]

FAMĬGER, m. *spreading reports or slander,* qui fert famam. *Varr.* l. 5. *de L. L.* cap. 7. ubi alii aliter leg.

FAMĬGERABĬLIS, le, *known by character*, celebris, clarus, fama notus. *Apul.* l. 1. *Metam.* Satis famigerabile spectaculum. et lib. 2. Provincia famigerabilis.

FAMĬGERATĬO, onis, f. *tale-bearing,* διαβόησις, famæ disseminatio. *Plaut. Trin.* 3. 2. 66. Hæc famigeratio te honestet, me conlutulet.

FAMĬGERĀTOR, oris, m. *a spreader of reports, tale-bearer,* qui fert famam, qui rei alicujus famam spargit. *Plaut. Trin.* 1. 2. 178. Ego de verbis eorum famigeratorum inscius prosilui.

FAMĬGERĀTUS, a, um, *famed, celebrated*, divulgatus, celebris. *Apul. in Florid.* n. 15. (*al.* l. 2.) Famigeratum antiquitus fanum. *Pompon. Mela* l. 2. c. 7. *ante med.* Multis famigerata fabulis.

FAMĬLĬA, æ, f. *the slaves belonging to one master; a retinue of slaves subject to one master,* δουλεία, οἰκία, si originem spectas, primo, et proprie significat servorum cœtum in aliqua domo. Est enim ab Osco *famel* servus (uti docet *Fest.* in Famuli) pro quo *famul* dixit *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 322. Hinc *Apul. in Apol.* Quindecim liberi homines, populus est: totidem servi, familia: totidem vincti, ergastulum. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 18. Familiam Cato dirigit ad duas metas: ad certum modum agri, et genus sationis. *Cato R. R.* c. 5. Villicus familiam exerceat: consideret, quæ dominus imperaverit, fiant. *Colum.* l. 11. c. 1. *a med.* Cultam vestitamque familiam utiliter magis habeat, quam delicate. *Phædr.* l. 3. fab. 19. Æsopus domino solus cum esset familia. *when Æsop was all the slave he had. Cic. ad Q. Fr.* l. 2. ep. 6. Tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum. *Id. in Bruto*, c. 22. Cum insimularetur familia, partim etiam liberi societatis ejus. *Liv.* l. 8. c. 15. Minucia Vestalis jussa sacris abstinere, familiamque in potestate habere. V. *Potestas. Nepos in Attic.* c. 13. Usus est familia, si utilitate judicandum est, optima; si forma, vix mediocri. ¶ Secundo extenditur ab liberos homines unius domus, partemque gentis significat: et ab aliis ejusdem gentis familiis cognomine distinguitur: v. gr. in Æmilia gente familiæ fuere Mamercorum, Barbularum, Scaurorum, Lepidorum, &c. Sunt, qui hanc esse primam hujus vocis notionem putant. confugiuntque ad Græcam originem ὁμιλία, et Æolice ϝομιλία, conversatio, consuetudo. *Festus* quoque, licet primum etymon probet, docet tamen, primo in liberis hominibus dici, postea in servis. Ut ut sit, complectitur hac ratione parentes, filios, nepotes, affines, &c. una in domo simul viventes. *a family; a part of a gens or clan:* quorum princeps et caput *pater, mater-familias* appellatur. *Nepos in Attic.* c. 18. Sic familiarum originem subtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines possimus cognoscere. *Cic. Phil.* 9. c. 2. Qui primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum. *Id. pro Mur.* c. 8. Ex familia vetere et illustri. et cap. 7. Amplæ et honestæ familiæ plebeiæ. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 32. Antiquissima familia natus. et cap. 37. amplissima. *Hirt. de B. Afric.* c. 57. Homo familia, dignitate, honoribusque præstans. ¶ Aliquando ita accipitur, ut omnes tum liberos, tum servos, qui unam aliquam domum constituunt, et sub uno patrefamilias sunt, complectatur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 4. Orgetorix ad judicium omnem suam familiam, ad hominum millia decem, undique coegit. ¶ Aliquando dicitur de ipsa gente. Nam *Liv.* l. 2. c. 48. et 49. narrans de Fabiis Veiens bellum suscipientibus, quam primo *gentem Fabiam* appellaverat, postmodum *familiam* dicit. *Tacit. in fin.* lib. 3. *Annal.* Viginti clarissimarum familiarum imagines antelatæ (*in funere.*) *Gell.* l. 13. c. 19. *extr.* Cum librum commentariorum de familia Porcia legeremus. Hæc duo loca *Spanhem.* affert *de præst. et usu Numism. p. m.* 145. ¶ Aliquando de tota re, et possessione familiæ. *a family estate or fortune. Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 56. et *pro Cæcin.* c. 7. Familiæ erciscundæ causam agere. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 195. Familiæ appellatio varie accepta est. nam et in res, et in personas deducitur. in res, ut puta in lege XII. Tab. his verbis: Agnatus proximus familiam habeto. Adde *Dig.* lib. 10. tit. 2. qui inscribitur *familiæ erciscundæ*, ubi de dividenda universa hereditate agitur, tum quæ in servis, tum quæ in pecunia, ceterisque bonis continetur. Huc pertinet illud *Terent. Heaut.* 5. 1. 36. Decem dierum vix mihi est familia. *I have hardly ten days to live.* ¶ Transfertur ad sectas Philosophorum, cœtum, corpus. *a sect, school. Cic.* 1. *de Orat.* c. 10. Et cum universi (*Philosophi*) in te impetum fecissent, tum singulæ familiæ litem tibi intenderent. Instaret Academia, &c. *Id.* 2. *de Divin.* c. 1. Tota Peripateticorum familia. *Id.* 4. *de Fin.* c. 18. Aristoteles, Xenocrates, tota illa familia non dabit. ¶ *Gladiatorum familia*, manus gladiatorum sub uno lanista, aut domino. *Sueton. in Aug.* c. 42. *Cic. pro Sull.* c. 19. ¶ *Familiam ducere* dicitur, qui princeps est in familia: ductum a familia venalium servorum, in cujus capite pulcriora et vendibiliora ponebantur. Hinc translate *Cic.* 5. *Phil.* c. 11. L. quidem frater ejus, utpote qui peregre depugnarit, familiam ducit. *Id.* 4. *de Fin.* c. 16. Sed primum illud vide, gravissimam illam vestram sententiam, quæ familiam ducit, honestum quod sit, id esse solum bonum, &c. *Id. Fam.* 7. ep. 5. *ad fin.* Accedit etiam quod familiam ducit in jure civili, singularis memoria, summa scientia. *h. e.* quod caput est. Alii ita distinguunt. Accedit etiam quod familiam ducit in jure civili: singularis memoria &c. ¶ Translatum est et illud *Quintil.* l. 1. cap. 4. (*al.* 5.) Grammatici versus censoria virgula notare, et libros, qui falso viderentur inscripti, tanquam subdititios, submovere familia, permiserunt sibi. ¶ Genitivus *familias*, ut *Monetas, Latonas, fortunas*, &c. antiquus est: hæretque adhuc tribus his vocibus *pater, mater, filius,* aut *filia.* V. suis loc.

FAMILIARESCO, is, n. 3. *to grow familiar. Sidon.* l. 7. ep. 2. Agnosci, innotescere, familiarescere. *Cave usurpes.*

FAMILIARICUS, a, um, *of a family*, ad familiam pertinens. *Vitruv.* l. 6. c. 10. Circum autem in porticibus triclinia quotidiana, cubicula etiam, et cellæ familiarica constituuntur. *h. e.* in quibus familia, h. e. servi habitant. *Cato R. R.* c. 14. cellas familiæ vocat. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 13. In eoque (*sterquilinio*) quidam sellas familiaricas ponunt. *h. e.* loca ventri exonerando. *family close-stools, water-closets.* Sunt qui *sellas* reponunt etiam in allatis *Vitruvii*, et *Catonis* locis: sed ibi hæ locum non habent, apud *Varron.* recte habent. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 23. apud *Torrentin.* (24. apud *Haloandr.*) Vestiment

familiarica sunt, quæ ad familiam vestiendam parata sunt. *Haloand.* habet *familiaria.*

FAMILIĀRIS, re, *of or belonging to the same* familia *or retinue of slaves,* οἰκεῖος, ad familiam pertinens: et refertur ad servos. Itaque *familiaris* dicitur, qui cum aliis ejusdem familiæ servus est. *Plaut. Epid.* 1. 1. (ubi duo conservi colloquuntur) v. 2. *Ep.* Heus adolescens. *The.* quis properantem me prehendit pallio? *Ep.* familiaris. *a fellow slave, slave of the household. Id. Amph.* 1. 1. 203. *Sosia.* me esse hujus familiæ familiarem prædico. *Senec.* ep. 47. *a med.* Majores nostri hominum, patrem familiæ appellaverunt: servos (quod etiam in mimis adhuc durat) familiares. ¶ Item ad liberos. *Plaut. Asin.* 2. 2. 1. Ubi nunc requiram familiarem filium? ¶ Item ad rem familiæ. *belonging to a family, familiar. Auct. ad Herenn. initio* l. 1. Negotiis familiaribus impediti. *with family affairs. Colum.* l. 11. c. 1. *a med.* Circa focum familiarem epulari. *Plaut. Stich.* 1. 2. 88. Rem familiarem curare. *h. e.* facultates, bona. *his family estate or private fortune.* Sic *Liv.* l. 2. c. 16. Copiis familiaribus adeo exiguis, ut funeri sumptus deesset. *private property. Tacit.* 4. *Ann.* c. 15. Pecuniæ familiares. et lib. 11. c. 7. curæ. et lib. 6. c. 16. rationes. *Cic.* l. 1. *Tusculan.* c. 1. Res domesticas et familiares tueri. *Id. in Vatin.* c. 13. Familiare funus. *Accius* apud *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* c. 26. Familiare parricidium. *h. e.* quo interficitur aliquis sanguine conjunctus. *Plin.* l. 31. c. 3. Familiare exemplum. *h. e.* quod domi capitur. *Plaut. Cist.* 4. 2. 6. Familiaris mœror. *of some one at home. Id. Asin.* 5. 2. 24. Fundum alienum arat, incultum familiarem deserit. *Liv.* l. 8. c. 9. Decio caput jecinoris a familiari parte cæsum haruspex dicitur ostendisse. *h. e.* ab ea parte, quæ *familiaris* ideo vocabatur, quia ex ea patebantur auguria rerum domesticarum, amicorum, et suæ reipublicæ: cum altera *hostilis* esset, ex qua quid hostibus portenderetur, consulebant. Ita enim dividebant haruspices vel jecur, vel omnia exta, vel totam victimam: tametsi de jecore præcipue hæc dici videntur. *Lucan.* l. 1. v. 622. Cernit tabe jecur madidum, venasque minaces Hostili de parte videt. *Senec. in Œdip.* v. 363. Hostile valido robore insurgit latus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 13. Fissum familiare, et vitale tractant: caput jecoris ex omni parte diligentissime considerant. ¶ Sæpissime *familiaris* dicitur, qui notus est, amicus, necessarius, intimus, cum quo sæpe, et libenter vivimus, *intimate, friendly, familiar. Nepos in Eumen.* c. 2. Alexandro mortuo, cum regna singulis familiaribus dispartirentur. *Sueton. in Tiber.* c. 55. Veteres amici ac familiares. *old and familiar friends. Cic. filius ad Tiron.* 16. *Fam.* ep. 21. Utor familiaribus et quotidianis convictoribus, quos Cratippus adduxit, hominibus probatissimis. *usual. Cic. pater Fam.* 3. ep. 1. Biduo factus est mihi familiaris. *became my intimate acquaintance.* et *ibid.* Valde hominem diligo: est ex meis domesticis atque intimis familiaribus. et *Fam.* 13. ep. 27. Unus est ex meis familiarissimis atque intimis. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 4. Intimus, proximus, familiarissimus quisque pertimuit. *Id. ad Capiton. in fin.* l. 16. *ad Attic.* Homo familiarissimus, et mihi omnibus rebus conjunctissimus. *on terms of the strictest intimacy with. Hirt. de B. Afric.* c. 68. C. Mutius, Scipioni familiarissimus. *the familiar friend of.* ¶ Translate *Liv.* l. 24. c. 5. Quibus solis aditus in domum familiarior erat. *h. e.* frequentior, et liberior tanquam familiaribus. et *ibid.* Jam inde a puero in omnia familiaria jura assuetus. *admitted to all the privileges of intimate friendship. Cic.* 2. *de Offic.* c. 11. Familiares sermones conferre. *Sueton. in Cæs.* c. 78. Minus familiari vultu aliquem respicere. *with a severe eye; with displeasure. Id. in Aug.* c. 61. et *Plaut. Pers.* 1. 3. 46. Interior ac familiaris vita. *domestic, private, homely. Cic.* 3. *de Orat.* c. 19. Hic, qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est, Demosthenes. *Colum.* l. 6. c. 2. *ante med.* Quo boves familiariores bubulco fiant. *Id.* l. 8. c. 15. Viridia aquæ familiaria. *h. e.* herbæ, quæ aquas amant. *Plin.* l. 34. c. 7. Ars statuaria familiaris Italiæ atque vetusta. *Id.* l. 33. c. 3. *ad fin.* Color argenti militaribus signis familiarior. *Id.* l. 16. c. 18. Facibus familiarissimæ carpinus et corylus. et cap. 31. Prostratas arbores restitui, vulgare est: et familiarissimum hoc platanis. *Id.* l. 2. c. 9. Luna terris familiarissimum sidus. *Plin. alter* l. 4. ep. 24. *extr.* Mihi familiare est, omnes cogitationes meas tecum communicare. *it is usual with me. Petron. in Satyr.* c. 100. Vox auribus meis familiaris. *h. e.* nota, alias sæpe audita. *well known, familiar.* ¶ In ablativo fere in *i* desinit. *Brutus* apud *Charis.* l. 1. pag. 105. *Putsch.* A Sceptio familiari meo. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 37. In Æsopo familiari tuo. ¶ Aliquando et in *e*, *Varr.* apud *Charis. ibid.* A Lare familiare. *P. Rutil. ibid.* Pro L. familiare veniebam.

FAMILIARĬTAS, atis, f. *familiarity, acquaintance, amity, familiar friendship, intimacy,* συνήθεια, consuetudo inter familiares, et amicos. *Cic.* 13. *Fam.* ep. 73. Cum Antipatro Derbete mihi non solum officium, verum etiam summa familiaritas intercedit. *Id. Offic.* 2. c. 8. Familiaritates fidas habere amantium nos amicorum. *Id. Fam.* 13. ep. 65. Summa familiaritas consuetudoque. *Id. pro Deiot.* c. 14. Familiaritatem consuetudo affert. *Id. Fam.* 7. ep. 15. Venire in familiaritatem alicujus. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 5. intrare penitus. *Id. pro Cæcin.* c. 5. se insinuare. *Id.* 4. *Verr.* c. 70. se se dare. *Id.* 2. *Phil.* c. 32. Recipere quempiam in familiaritatem. *Id. pro Cluent.* c. 16. Applicare se in familiaritatem alicujus. *Id. pro Balb.* cap. 26. Versari in alicujus intima familiaritate. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. Familiaritate devincire. *Plin.* l. 3. ep. 11. Aliquem arcta familiaritate complecti. *Nep. in Attic.* c. 19. Familiaritatem alicujus consequi. et cap. 9. Uti intima familiaritate alicujus. et cap. 12. Intima cuipiam familiaritate conjunctus. *Terent. Phorm.* 4. 1. 17. Familiaritas intercedit. *Id. Heaut.* 1. 2. 10. magna mihi cum eo fuit semper, jam inde usque a pueritia. *Id. Eun.* 5. 2. 35. magna conflata est. ¶ *Familiaritates* pro ipsis familiaribus. *Sueton. in Tiber.* cap. 51. Omnes amicitias et familiaritates, etiam quibus ea funeris curam moriens demandaverat, intra breve tempus afflixit. *familiar acquaintance.*

FAMILIARĬTER, *familiarly, as if he were one of the family, tenderly, intimately,* οἰκείως, amice, et libere more familiarium. *Cic. in divin. Verr.* c. 12. Jam hoc, extra hanc contentionem, familiariter tecum loquar. *Terent. Heaut.* 1. 1. 6. Audacter et familiarirer monere aliquem. *Id. Andr.* 1. 1. 108. Tum illa, ut consuetum facile amorem cerneres, rejecit se in eum flens quam familiariter. *Cic. Attic.* 9. ep. 4. Quæ soluto animo familiariter scribi solent. *Id. in divin. Verr.* c. 9. Cum aliquo familiarissime atque amicissime vivere. *on terms of the closest intimacy. Id. pro Cæl.* c. 23. Licentius, liberius, familiarius vivere cum aliquo. *Nep. in Phoc. in fin.* et *in Eumen.* c. 4. *extr.* Familiariter aliquo uti. *Plin.* l. 9. ep. 19. Familiariter aliquem diligere. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Fieri alicui familiariter amicum. *his familiar friend. Terent. Andr.* 1. 1. 84. Familiariter ferre alicujus mortem. *h. e.* ægre, graviter, ut nostrorum domesticorumque amissionem magis dolemus, quam alienorum. *Plaut. Epid.* 1. 1. 2. Odio es nimium familiariter. *it is that familiarity I detest you for. Quintil.* l. 5. cap. 7. Totas causas non diligenter modo, sed etiam familiariter nosse. *particularly, exactly, minutely, thoroughly,* eo modo, quo noscuntur res nostræ familiares. ¶ Per familias. *Frontin. de Colon.* pag. 119. *Goes.* Agros in montibus Romani acceperunt familiariter. ¶ Metaphorice *Colum. de arborib.* c. 1. *circa med. de vitib.* Quod ex longinquo petitur, parum familiariter nostro solo venit.

FAMILIŎLA, æ, f. *a small family,* parva familia. *Hieronym.* ep. 27. c. 1. *sub fin.* Familiola, quam de servis et ancillis in fratres sororesque mutaverat.

FAMĪNO, dicito. *Festus.* V. *Faris.*

FAMIS. V. in *Fames.*

FAMŌSE, adverb. cum fama. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* cap. 22. Quid de tali medico judicabis, qui nutriat morbum, quo pretiosius, aut famosius curet?

FAMOSĬTAS, atis, f. *infamy, ignominy. Tertull. de Spectac.* c. 23. Damnandi in quendam scopulum famositatis.

FAMŌSUS, a, um, *famous, much talked of, celebrated,* πολύφημος, celebris, qui famam habet. *Tacit.* l. 5. *Hist.* cap. 2. Sed quia famosæ urbis supremam diem tradituri sumus. *h. e.* Hierosolymorum. *Id.* 3. *Hist.* c. 38. Nota per eos dies Junii Blæsi mors, et famosa fuit. *Gell.* l. 7. c. 3. Cum superbia illa Rhodiensium famosissima multorum odio flagraret. *Flor.* l. 3. c. 7. *extr.* Nec quicquam amplius de tam famosa victoria, quam cognomen Creticum reportavit. *Apulei.* l. 11. *Metam.* Vir gravis, et sobriæ religionis observatione famosus. ¶ Sæpius in malam partem accipitur pro infami, *infamous, that hath an ill name, notoriously bad. Plaut. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 193. Qui etiam me miserum famosum facit flagitiis suis. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 5. Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui famosus. *Sallust. in Jug.* c. 18. Largitionem famosam impudentemque. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 68. Nam me ad famosas vetuit mater accedere. *prostitutes, courtesans. Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 78. Famosa hera. et vers. 134. Famosus Hymen. Adde 3. *Amor.* el. 6. v. 78. *Justin.* l. 22. c. 1. et *Martial.* l. 2. epigr. 39. et 47. ¶ Interdum in activa significatione sumitur, pro eo, quod vulgo dicitur diffamatorium. Hinc *famosi libelli,* qui alicujus famam lædunt. *scandalous publications, libels. Sueton. in Aug.* c. 55. Sparsos de se famosos libellos nec expavit. &c. *Id. in Cæs.* c. 73. Famosa epigrammata. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 31. Famosum carmen. *a lampoon, satire. Titulus* 10. lib. 46. *Digestor.* inscribitur *de injuriis, et libellis famosis,* ubi Prætor judicium se daturum profitetur in hujus criminis reos. *Impp. Valentinian. et Valens* lib. 9. *Cod. Justin.* tit. 36. et lib. 9. *Cod. Theodos.* tit. 34. leg. 7. capitali sententia eos puniunt.

FAMUL, idem quod famulus. *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 322. mortalem fortuna repente Reddidit, ut summo e regno famul infimus esset. Adde *Lucret.* l. 3. v. 1049. eadem fere verba repetentem. Simile autem est illis, *volup, facul, capital,* &c.

FAMŬLA, æ, f. *a female slave, maid servant,* serva, ancilla, θεραπαινίς. *Virg.* 4. *Æn.* v. 391. suscipiunt famulæ, collapsaque membra Marmoreo referunt thalamo. et lib. 1. v. 703. Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo Cura penum struere. *female attendants. Juvenal.* sat. 14. v. 81. Sed leporem aut capream famulæ Jovis, et generosæ In saltu venantur aves. *h. e.* aquilæ. ¶ Translate *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 1. Si virtus famula fortunæ est. *the hand-maid.* et lib. 1. c. 31. Res familiaris est ministra et famula corporis. ¶ Differt a serva, ut a servo famulus. V. *Famulus.* ¶ *Famulum* pro *famularum* habet *Valer. Flacc.* l. 3. v. 282.

FAMULABUNDUS, a, um, adject. famulatorius. *Tertull. advers. Marcion.* l. 3. c. 7. ex *Daniel.* c. 7. Omnis gloria famulabunda.

FAMŬLANS. V. in *Famulor.*

FAMULANTER, adverb. *in a servile way,* suppliciter, in modum famuli. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 332. Famulanter pete.

FAMULĀRIS, re, *of a slave, servile,* δούλειος, pertinens ad famulum, sive famulam. *Cic.* 1. *Tuscul. c. pænult.* Qui se in medios immisit hostes famulari veste. *Sen. in Troad.* v. 747. Famulare jugum collo subire. *Stat.* 2. *Achill.* v. 67. Turba famularis mensas instruit. ¶ *Jura famularia dare,* est imperare populo regia potestate. *Ovid. Metam.* 15. v. 597. Si Romam intrarit, famularia jura daturum. ¶ *Famulares hederæ* apud *Valer. Flacc.* l. 2. v. 268. sunt, quas Bacchæ Bacchi ministræ in ejus sacris capiti circumdabant. Porro *famulus* de ministro deorum sæpe dicitur. ¶ *Famulare,* adverbii more, servilem in modum. *Stat.* lib. 3. silv. 1. v. 40. Nec famulare timens.

FAMULATĬO, onis, f. *a retinue of slaves,* famulorum famularumque multitudo. *Apul.* l. 2. *Metam.* Et ecce mulierem quampiam frequenti stipatam famulatione. et lib. 6. Proximanti occurrit una de famulatione Veneris.

FAMULATORĬUS, a, um, adject. *of a slave, servile,* ut Famulatoria mendicitas, *Tertull.* l. 2. *ad Nation.* c. 14.

FAMULĀTRIX, icis, f. *a hand-maid,* quæ famulatur, serva. *Donat. ad Terent. Andr.* 1. 1. 3. Coquina medicinæ famulatrix est. *Sidon. carm.* 2. v. 128. Lusit venturas famulatrix penna coronas.

FAMULĀTUS, us, m. *the condition or service of a slave, servitude, slavery,* δουλεία, servitus. *Cic. de Amic.* c. 19. *sub fin.* Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis et generis in famulatu fuerint. *Id. Offic.* 3. *c. ult.* Quam miser virtutis famulatus servientis voluptati! *Sen. in Hippol.* v. 991. Famulatus gravis.

FAMULĀTUS, a, um, in famulatum redactus. *Tertull. de resurrect. carn.* c. 47. ex *D. Paulo ad Rom.* 6. Nunc vero liberi facti a delinquentia, famulati autem Deo, habetis fructum, &c.

FAMULĪTAS, atis, f. servitus. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 319. Postquam parvos vos oppressit famulitas. Adde *Pacuv. ibid.*

FAMULITĬUM, ii, n. servitus. Afferunt Lexicographi hæc verba *Varronis:* Apud ignavum dominum duro famulitio astrictus. Adde *Festum.* ¶ Item servorum copia. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 7. Unus e famulitio, cui provincia erat admittere volentes dominum convenire. Adde *Apul. in Apolog.* et lib. 8. *Metam.* [¶ *Spartian. in Sever.* c. 6. Occurrente omni famulitio aulico.]

FAMŬLOR, aris, dep. 1. *to serve, attend or wait upon,* λατρεύω, servio, famuli officio fungor. *Plin.* l. 2. c. 63. Terra omnibus cruciatur horis, multoque plus ut deliciis, quam ut alimentis nostris famuletur. *Cic.* 3. *de Rep.* apud *Non.* c. 2. n. 313. Est genus injustæ servitutis, cum hi famulantur, &c. *Catul.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 161. tibi jucundo famularer serva labore. ¶ Particip. *famulans, antis. Stat.* l. 3. *Silv.* 3. v. 58. famulantis fistula Phœbi. *Claudian. de B. Get.* v. 513. semper iniquos, Fortuna famulante, premit. ¶ Apud *Tertull.* legitur *famulo, as,* et accipitur pro famulos constituere, pro famulis uti: *in Apolog.* c. 21. Cum elementa ipsa Christus famularet.

FAMULŌSUS. Quidam tribuunt *Catoni* apud *Gell.* l. 9. c. 12. sed ea lectio valde dubia est.

FAMŬLUS, li, m. *a slave, servant, attendant,* ὑπηρέτης, minister, pedisequus, servus. Est ab Osco *famel,* teste *Festo:* unde et *familia. Cic.* 2. *Offic.* c. 7. Iis, qui vi oppressos imperio coercent, sit sane adhibenda sævitia, ut heris in famulos. *Id. de Amic.* c. 15. Parare pecuniam, equos, famulos. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 21. Hos, ut famulos, vinclis prope ac custodia arceamus. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 9. Idææ matris famuli. ¶ Ad usum quod attinet, differunt *servus* et *famulus,* quod hæc vox est Poetis familiarior, usitatiorque. *Virg.* 1. *Æn.* v. 701. Dant famuli manibus lymphas. *Horat.* l. 3. od. 17. v. 13. cras genium mero Curabis, et porco bimestri, Cum famulis operum solutis. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 77. Utque solent famuli, cum verbera sæva verentur, Tendere submissas ad tua crura manus. ¶ Est etiam discrimen, quod ad significationem attinet. Nam *famulus* dicitur etiam de ingenuo homine alteri inserviente, ac ministrante. Hinc *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 25. docet, *familiæ* nomine contineri omnes, qui in servitio sunt, etiam liberos homines, qui bona fide serviunt. Hinc etiam *famulus* sæpe dicitur de ministris deorum. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 20. Dindyma sanguineis famulum bacchata lacertis (pro *famulorum:* quod habet etiam lib. 1. v. 752. et *Stat.* l. 3. silv. 4. v. 57.) *Id.* l. 6. v. 642. Hinc puero cognomen erat, famulumque ferebant Phasidis, intonso nequicquam crine, parentes. *Ovid. Metam.* 3. v. 574. comes famulusque sacrorum. Adde *Senec. in Agam.* v. 255. et *in Herc. Fur.* v. 100. ubi Furias, famulas Ditis vocat. ¶ Item de heroibus, et locorum geniis. Singula

enim numina habent inferiores potestates ministras, ut Venus Adonim, Diana Virbium, Bacchus Silenum, ut docet *Serv. ad Æn.* 5. v. 95. Porro genios locorum credebant sub variis animalium formis apparere, anguium præcipue. *Horat. in art. poet.* v. 239. custos famulusque dei Silenus alumni. Multa *Heins.* hac de re ad illud *Silii* l. 13. v. 124. Numen erat jam cerva loci, famulamque Dianæ Credebant, ac tura deum de more dabantur. *Id.* l. 6. v. 288. *de angue.* famulumque sororum Naiadum violare manu. *Virg.* itidem *de angue loc. cit.* v. 95. Incertus, geniumne loci, famulumne parentis Esse putet. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 457. Libavitque dapes: placidi quas protinus angues, Umbrarum famuli, linguis rapuere coruscis. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 272. Sus erat, infestæ famulus vindexque Dianæ. [Hi omnes vocantur *Famuli Divi* in *Inscript. Frat. Arval.* n. 32. Famulis Divis immolavit verveces duos.]

FAMŬLUS, a, um, *of or belonging to a slave, servile, subject, submissive,* servilis, famularis, δουλικός. Vox peetica. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 286. Tradiderat famulas jam tibi Rhenus aquas. *Id.* 2. *ex Ponto*, ep. 2. v. 79. Nec dedignata est abjectis Illyris armis Cæsareum famulo vertice ferre pedem. *Sil.* lib. 13. v. 360. Famulæ turbæ. *Lucan.* l. 4. v. 207. Famulæ dextræ. *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 386. catenas famulas alicui imponere. *Id. de III. Consul. Honor.* v. 202. jam Bactra teneri Legibus, et famulis Gangem pallescere ripis. *Valer. Flacc.* lib. 1. v. 749. Quin rapis hanc animam, et famulos citus effugis artus? Adde *Sil.* l. 10. v. 647. et *Martial.* l. 9. epigr. 2.

FANA. V. *Fatua.*

FANATĬCE, adverb. furiose, *franticly, madly. Apul.* l. 8. *Metam.* Absonis ululatibus constrepentes, fanatice pervolant.

FANATĬCUS, a, um, ἱερατικὸς, ἔνθεος, proprie dicebatur de sacerdotibus, a *fanum*: item de iis, qui circa fana bacchari, et vaticinari solent. *inspired, enthusiastic, superstitious, fanatic. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 313. n. 1. Q. Cæcilio Apollinari, fanatico de æde Bellonæ. *Alia* apud *Spon. miscell. erud. antiqu.* pag. 30. L. Cornelio Januario fanatico, &c. Prior Inscriptio de Bellonæ fanaticis loquitur: de quibus et *Juvenal.* sat. 4. v. 123. sed ut fanaticus, œstro Percussus, Bellona, tuo. et *Lactant.* l. 1. c. 21. Sacerdotes Bellonæ non alieno, sed suo cruore sacrificant. Sectis namque humeris, et utraque manu districtos gladios exserentes, currunt, efferuntur, insaniunt. De ministris Cybeles *Juvenal.* sat. 2. v. 112. et crine senex fanaticus albo Sacrorum antistes. Adde *Prudent. peristeph. ult. de S. Romano*, v. 1061. et *Livium* l. 37. c. 9. De ministris Isidis est Lapis a *Sponio* allatus. ¶ De fanaticis non sacerdotibus *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 1. *a med.* Si servus inter fanaticos non semper caput jactaret, &c. *et mox.* Quamvis aliquando circa sana bacchatus, responsa reddiderit, &c. ¶ Quia vero hi Oraculum edituri, divino furore corripi putabantur, eamque opinionem crebra capitis quassatione, ac aliis insanientium indiciis adjuvabant, inde est, quod *fanaticus* etiam sumitur pro furioso, atque insano. *frantic, outrageous, mad, furious. Cic. pro Dom.* cap. 40. Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo fanatice, sacrificium, quod alienæ domi fieret, invisere? *Liv.* l. 39. c. 13. Viros velut mente captos, cum jactatione fanatica corporis vaticinari. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Jactare caput, et comas excutientem rotare, fanaticum est. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 57. Philosophi superstitiosi, et pæne fanatici. *crackbrained. Horat. in ar. poet.* v. 453. Ut mala quem scabies, aut morbus regius urget, Aut fanaticus error. *Liv.* l. 4. c. 33. Multitudo velut fanatico instincta cursu. *Flor.* l. 3. c. 19. Fanaticus furor. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 30. Fanaticum agmen. ¶ *Fanaticum carmen* est, quo quippiam vaticinando prædicitur. *Liv.* l. 38. c. 18. *a med.* Galli Matris Magnæ occurrere, vaticinantes fanatico carmine, deam Romanis viam belli et victoriam dare. ¶ *Fanatica* etiam dicitur arbor fulmine icta, quasi numine afflata. *Fest.*

FANDO.
FANDUS. } V. *Faris.*

FANESTER, et

FANESTRUM. V. in *Fanum.*

FANNĬA LEX, sumptuaria, quæ lata est a Fannio Consule anno U. C. DVIII. ad nimium conviviorum luxum compescendum. Hæc ludis Romanis, item ludis plebeiis, Saturnalibus, et aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos æris insumi concessit, decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos, ceteris omnibus diebus denos. *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 13. et *Gell.* l. 2. c. 24.

FANNIĀNUS, a, um, adject. a Fannio, quod est cognomen Romani hominis. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 5. Epitome Bruti Fanniana. *Plin.* l. 13. c. 12. Fanniana charta. *Cicero* loquitur de C. Fannio M. F. qui ante ipsum Ciceronem aliquot annis vixit, scripsitque Annales stilo neque nimis infanti, neque perfecte diserto, ut ait *Id. in Bruto*, cap. 26. Adde *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 21.

FANO, as, a. 1. dico. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. Atque inde Herculi decuma data ab eo est, quod sacrificio quodam fanatur, idest, ut fani lege sit, id dicitur. ¶ *Fanor, aris*, depon. furere, insanire: unde *fanaticus.* Tribuitur *Mæcenati* a *Lips. in not. ad Senec.* epist. 114.

FANS. V. *Faris.*

FANTŬA. V. *Fatua.*

FANŬLUM, i, n. parvum fanum. *Fest.* in *Hanula.* Hanula parva delubra, quasi fanula.

FANUM, ni, n. *a piece of ground consecrated; a temple, fane*, ἱερὸν, ναὸς, sacer locus, templum. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 7. Fana nominata, quod pontifices in sacrando fati sunt finem. *Fest.* Fana, quod fando consecrantur. *Id.* Fanum a Fano (al. *Fauno*) sive a fando, quod dum pontifex dedicat, certa verba fatur. *Ascon. in Verr.* 3. c. 20. Fanum, religiosissimum templum, unde fata petuntur. *Voss.* tamen ducit a Græco accus. ναὸν, a quo per metathesim sit ἀνὸν, et spiritu in *f* abeunte *fanum.* Sunt etiam qui a Fauno, vel quod is primus fana instituerit; vel quia ei primum instituta sint; vel quia (ut *Cinc.* et *Cass.* tradunt apud *Serv. ad* 1. *Georg.* v. 10.) cum *Faunus* nomen sit, quo Evander deos appellavit, inde templa diis facta *fana* sint dicta. Differt a templo, et delubro aliquid quidem certe: sed in quo sit discrimen, obscurum est. Videtur autem proprie significare quemvis locum diis sacrum, sive ædes sit aliqua, sive nihil adhuc exstructum sit. *Senec.* l. 7. *de benef.* c. 7. A sacris profana discerni, et non omnia licere in angulo, cui nomen fani impositum est, quæ sub cælo et conspectum siderum licent. *Cic. pro Rabir. perduell. c. pænult.* Pro patriis fanis atque delubris propugnare. *Id. Catil.* 4. *in fi.* De aris ac focis, de fanis ac templis. *Sueton. in Cæs.* c. 54. Fana templaque deum expilavit. ¶ Quæcumque tamen illa differentia sit, passim pro eodem sumuntur. *Cic. initio* l. 2. *de Invent.* Templum Junonis egregiis picturis locupletare. *et mox.* propter fani religionem. *Nep. in Lysand.* c. 3. Sacerdotes fani Jovis Hammonis. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 32. Fanum Dianæ Ephesi. *Sallust. in Catil.* c. 50. Fana expoliare. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 34. expilare. *Claud. Quadrig.* apud *Gell.* l. 17. c. 2. *a med.* violare. *Nep. in Timol.* c. 3. Fana deleta reficere. *Cic. Fam.* 5. ep. 20. Pecunia in fano deponere. ¶ *Fanum Fortunæ*, et absolute *Fanum* urbs est Umbriæ in ora maris Adriatici, colonia R. inter Senogalliam, et Pisaurum, nunc quoque *Fano. Tacit.* 3. *Hist.* c. 50. *Plin.* l. 3. c. 14. et absolute *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 11. Pisaurum, Fanum, Anconam singulis cohortibus occupat. *Vitruv.* l. 2. c. 9. Fanestrum vocat: et lib. 5. c. 1. et *Pompon. Mela* l. 2. c. 4. coloniam Juliam Fanestrem. *Fanester* enim, et *Fanestris* adject. sunt. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 433. n. 1. Curator Rerumpublicar. Pisaurens. et Fanest. *Alia* apud *Murator.* pag. 1046. n. 4. C. Virgifius C. F. Pamphilus Sex. Vir. Fanestrium. *Alia ibid.* n. 3. Camoniæ Severin. conjugi sine exemplo M. Plutius Fanester. Erit hic fortasse cognomen gentilitium: sed ad rem nostram adhuc pertinet. ¶ Etiam *fanus, i*, m. Latine dici contendit *Voss. ad Pompon. Melam*, quod in antiquissimo suo Codice legatur in *lib. Cicer.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. Eumenidum, quarum et Athenis fanus est.

FAR, farris, n. *a kind of wheat*, ζέα, alio nomine ador, adoreum, et semen adoreum, genus est frumenti omnium durissimum, et contra hiemes firmissimum, patiens frigidissimos locos, et minus subactos, vel æstuosos, sititentesque. Difficulter excutitur: ideoque convenit cum palea sua condi, stipula tantum et aristis liberatum. *Plin.* l. 18. c. 8. et 30. et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 63. ¶ Ejus quatuor genera recenset *Colum.* l. 2. c. 6. ¶ Fuit per trecentos annos Romanorum cibus, qui pultibus ex farre plurimum primis illis temporibus usi sunt. Præcipue vero vescebantur eo igni tosto, quoniam esset salubrius: et in sacris quoque, et nuptiis adhibebant: unde mola salsa. *Plin.* l. 18. c. 2. et 8. ¶ In plur. num. *Virg.* 1. *Georg.* v. 73. Farra flava. et vers. 101. lætissima. et vers. 219. robusta. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 180. dura. et lib. 2. v. 519. Farra tamen Veteres jaciebant, farra metebant: Primitias Cereri farra resecta dabant. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 448. tracto pars frangit adorea saxo Farra. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 693. passuraque farra bis ignem. *h. e.* semel cum torrentur, iterum cum facto pane coquuntur. ¶ Pro farina adhiberi videtur a *Colum.* (fortasse quia olim solam ex farre farinam noscebant) illis verbis lib. 8. c. 4. Possunt etiam objici gallinis furfures modice a farina excreti: qui si nihil habent farris, non sunt idonei, nec tantum appetuntur. *corn or grain of any kind. Id. ibid.* c. 11. *ad fin.* memorat *far hordaceum vino respersum*, et cap. 5. *ad fin. far triticeum:* ubique autem farinam intelligit. Agit enim de alendis pullis pavoninis recens natis. Hoc idem *Pallad.* l. 1. tit. 29. vocat *far hordei, cui vini imber aspergitur*, agens de cibo phasianis dando, primis, quibus nati sunt, diebus. Similiter *Varro* l. 3. *R. R.* farinam significat, cum ait cap. 14. *extr.* Ollam cum foraminibus incrustent sapa et farre. Apud *Caton.* discrimen est inter *farinam* et *far.* Ubi enim agit de villica, ait cap. 143. *R. R. extr.* Farinam bonam et far subtile sciat facere.

FARCĪMEN, inis, n. *a sausage*, ἀλλᾶς, intestinum varie ac minutim concisa carne refertum: a farciendo. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 22. A fartura in extis farcimina appellata. Adde *Laber.* apud *Gell.* l. 16. c. 7.

FARCIMINŌSUS, a, um, farcimino laborans. *Veget. de re veterin.* l. 1. cap. 7.

FARCIMINUM, i, n. *a disease in horses, &c. called the farcy*, genus morbi in jumentis, quo per totum corpus collectiones inflantur; rursusque sedatis prioribus, aliæ renascuntur. *Veget. loc. cit.* in voce præced.

FARCĬO, is, rsi, tum, a. 4. *to fill or cram with mingled ingredients*, σάττω, συμπληρόω, sine delectu, ac acervatim congerendo et inculcando impleo. *Vitruv.* l. 2. c. 8. *ante med.* Nostri celeritati studentes, erecta coria locantes, frontibus serviunt, et in medio farciunt, fractis separatim cum materia cæmentis. *Plin.* l. 36. c. 22. *extr.* Medios parietes farcire cæmentis: *to fill up with mortar. Apic.* l. 2. c. 3. Botellum sic facies: ex ovis vitellis coctis, nucleis pineis, &c. et sic intestinum farcies. *you shall make a sausage thus.* ¶ Item ingero, infercio, congero, inculco, *to stuff or cram into. Plin.* l. 25. c. 8. Ischæmon (*herba*) farcitur in nares. *Senec.* ep. 108. Edaces, et se ultra, quam capiunt, farcientes. *Id.* 3. *de Ira*, c. 19. Cum spongiæ non invenirentur, scindi vestimenta miserorum, et in os farciri pannos imperavit. *Id.* ep. 70. *a med.* Lignum id, quod ad emundanda obscena, adhærente spongia, positum est, totum in gulam farsit. ¶ Sumitur et pro saginare, quod fit congesto affatim cibo, *to feed, fatten. Cato R. R.* c. 89. Gallinas et anseres sic farcito. *et mox.* Bis in die farciat. *h. e.* cibum præbeat farciendi causa. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. *sub fin.* Gallinas ex triticeo pane intrito in aquam, mixto bono vino, farcire. et lib. 2. c. 5. Boves farcire ad victimas. *Colum.* l. 8. c. 7. Hæc fere communis est cura farcientium. ¶ Allegorice *Plaut. Epid.* 3. 4. 19. Hic non est locus: proin tu alium quæras, cui centones farcias. *h. e.* quem gloriosis mendaciis, et consarcinatis fabulis impleas, obtundas, obruasque.

FARCTUS, &c. V. *Fartus.*

FARFĂRUS, i, m. Sabinorum fluvius, idem qui Fabaris. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 330. et amœnæ Farfarus umbræ. ¶ Item herba, quæ et farfugium, et chamæleuce dicitur, nascens secus fluvios, folio populi, sed ampliore. *Plin.* l. 24. c. 15. *the white poplar.* ¶ Fortasse eadem est cum illa, de qua *Fest.* Farfenum, virgulti genus. Ubi al. leg. *Farferum. Plaut. Pœn.* a. 2. v. 32. prosternebant folia farferi. Quidam putant esse *ungulam cabullinam*, seu *populaginem.*

FARFĔRUS.
FARFUGĬUM. } V. vocem præced.

FARI. V. *Faris.*

FARĪNA, æ, f. *bread-corn, meal, flower*, ἄλφιτον, proprie est far tostum, pinsitum, molitumve, et in pulverem redactum. Ut enim far primus fuit Romanorum cibus; ita eo molito, farinæ nomen est factum. *Plin.* l. 18. c. 9. Farinam a farre dictam, nomine ipso apparet. ¶ Dicitur tamen de omnibus frumentis, quibus vescimur. *Plin. ibid.* Siliginea farina. *Id.* l. 20. c. 13. hordeacea. et lib. 22. c. 25. triticea. et *ibid.* avenacea. &c. *Martial.* l. 8. ep. 16. *de pistore.* Et panem facis, et facis farinam. *h. e.* rem tuam familiarem teris, et consumis. *Plin.* l. 18. c. 9. Quæ sicca moluntur, plus farinæ reddunt. *Pers.* sat. 3. v. 112. cribro decussa farina. *Plin.* l. 16. c. 5. Farinam molere. *Id.* l. 18. c. 16. Hordeum in subtilem farinam molere. ¶ Item de omnibus, quæ in pulverem teri possunt. *the dust or powder of any thing. Plin. sub fin.* l. 23. Folia myrti siccantur in farinam. *Id.* l. 36. c. 24. Gypsum resolvitur in farinam. et lib. 33. c. 7. Minium tunditur in farinam. et lib. 34. c. 18. Plumbum ustum terere in farinam. *Id.* l. 28. c. 9. Farina testæ salsamentariæ. et cap. 7. *ad fin.* caminorum. *soot.* et cap. 11. cornus cervini. et lib. 17. c. 20. tofi. et lib. 32. c. 7. marmoris. et lib. 22. c. 25. qua chartæ glutinantur. *glue. Ovid. de medic. fac.* v. 61. Jamque ubi pulvereæ fuerint confusa farinæ, Protinus in cribris omnia cerne cavis. *when they are reduced to dust, and mingled together.* ¶ Translate *Pers.* sat. 5. v. 115. cum foeris nostræ paulo ante farinæ. *h. e.* naturæ, et morum: cum fueris nobis omnino similis. *Sueton. in Aug.* c. 4. Cassius Parmensis, non tantum ut pistoris, sed etiam ut nummularii nepotem, sic taxat Augustum: Materna tibi farina: siquidem, &c.

FARINARĬUS, a, um, *of or relating to meal*, ad farinam pertinens. *Cato R. R.* c. 76. et *Plin.* l. 18. c. 11. *sub fin.* Farinario cribro secernunt.

FARINŌSUS, a, um, farinarius. *Veget. de re Veterin.* l. 2. c. 30.

FARINŬLA, læ, f. diminut. *Fest.* in *Insipere.* Farinulam jacere pultis.

FARINULENTUS, a, um, adject. farinosus. *Apul.* l. 9. *Metam.* Farinulento cinere sordide candidati.

FARĬO, onis, m. piscis in Mosella degens, qui media ætate sic appellatur, sequente Salmo, præcedente Salar. Quidam vocant *a trout:* dissimilem tamen puto esse nostratibus. *Auson. in Mosell.* v. 128. Teque inter species geminas, neutrumque, et utrumque, Qui nec dum Salmo, nec jam Salar ambiguusque Amborum, medio Fario intercepte sub ævo.

FARĬOR, aris, dep. 1. olim dictum fuisse videtur pro for, loquor. *Lex. XII. Tab.* apud *Gell.* l. 15. c. 13. *extr.* Ni testimonium fariatur. Al. aliter leg.

FARIS, fatur, fatus sum, fari, dep. 1. *to speak, utter an articulate sound*, λαλέω, φημὶ, λέγω, loquor, dico, narro a φάω, unde φημί. Verbum est defectivum, cujus usitata tempora, personæ, modi in subjectis apparent exemplis. Quod ad significationem attinet, vult *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 7. proprie dici de pueris, cum primum significabilem vocem ore emittunt: ab eo, antequam ita faciant pueri, *infantes* dici, cum id faciunt, jam *fari.* Hinc *Sueton.* in

Aug. c. 94. Cum primum fari cœpisset, obstrepentes ranas silere jussit. *Gell.* l. 5. c. 9. Filius Crœsi, cum jam per ætatem fari posset, infans erat. *Horat.* l. 4. od. 6. v. 18. fari nescios pueros. *Augustin.* l. 1. *Confess.* c. 8. Non enim eram infans, qui non farer. ¶ Dicitur tamen universim de omni ætate. *Cic. de Univ.* c. 11. Tum ad eos is deus, qui omnia genuit, fatur. *speaks, addresses himself to.* *Id.* vertens *Homeri* versus *Iliad.* 7. v. 90. apud *Gell.* l. 15. c. 6. Fabitur hoc aliquis: mea semper gloria vivet. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 184. cursu, quem fabor, eundum est. *Propert.* l. 4. el. 4. v. 1. Tarpeium nemus, et Tarpeiæ turpe sepulcrum Fabor, et antiqui limina capta Jovis. *Virg.* 1. *Æn.* v. 261. fabor enim, quando hæc te cura remordet. et *Æn.* 6. v. 389. Fare age, quid venias. et vers. 531. age, fare. et lib. 11. v. 242. ita farier infit. pro *fari*, paragoge. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 552. fare, an patriam spes ulla videndi. et lib. 2. v. 131. Adfore jam luxu turpique cupidine captos Fare viros. *Lucan.* l. 2. v. 241. farique his vocibus orsus. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 616. sociosque simul sic fatur ad omnes. et vers. 641. nil super Hercule fari. *Senec. in Troad.* v. 197. Hæc fatus alta voce. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 4. Prætor, qui tum fatus est. *Virg.* 2. *Æn.* v. 323. Vix ea fatus eram. et vers. 50. Sic fatus. *Id. Æn.* 12. v. 25. sine, me hæc haud mollia fatu Sublatis aperire dolis. *Solin.* c. 3. (*al.* 9.) *a med.* Lapis fatu dignissimus. *Virg.* 10. *Æn.* v. 225. fandi doctissima Cymodocea. et lib. 1. v. 524. data copia fandi. et lib. 4. v. 293. mollissima fandi tempora. ¶ *Fando* duplicem vim habet, activam, et passivam, ut adnotarunt *Diomed.* l. 1. pag. 333. *Putsch.* et *Priscian.* l. 9. pag. 811. Activam, ut in illo *Virg.* 2. *Æn.* v. 6. quis talia fando Temperet a lacrimis? et *Val. Flacc.* l. 4. v. 170. his fando si nuntius exstitit oris. *Stat.* 1. *Theb.* v. 655. quid fando tua tela manusque Demoror? ¶ Passivam (et dicitur de iis, quæ rumore et fama accipiuntur) ut apud *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 29. Ne fando quidem auditum est, crocodilum, aut ibim violatum ab Ægyptio. *from report.* *Plaut. Amph.* 2. 1. 41. neque fando unquam accepit quisquam. *Sil.* l. 10. v. 484. si Porsena fando Auditus tibi. Adde *Ovid.* 15. *Metam.* v. 497. ¶ Particip. *Fans, fantis.* *Plaut. Pers.* 2. 1. 7. Tu meum ingenium fans non edidicisti, atque infans. *Virg.* 6. *Æn.* v. 46. cui talia fanti. *Propert.* l. 3. el. 5. v. 19. Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus. ¶ *Fandus, a, um,* qui dici potest, dicendus. *Pacuv.* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 31. Neque me Apollo fatis fandis dementem invitam ciet. *Lucan.* l. 2. v. 176. inexpleto non fanda piacula busto. et lib. 1. v. 634. non fanda timemus, Sed venient majora metu. *Virg.* 1. *Æn.* v. 547. At sperate deos memores fandi atque nefandi. *h. e.* justi et injusti. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Theb.* v. 406. Omnia fanda, nefanda malo permixta furore Justificam nobis mentem avertere deorum. ¶ *Famino* imperativum, fare, dicito, *Festo* teste. *Cato R. R.* c. 141. Janum, Jovemque vino, prece famino. *h. e.* affare, adora. Al. leg. *vino præfamino.* ¶ Interdum fari est vaticinari, divinare. *Senec. in Œdip.* v. 328. Quid sit, parens, effare. *Tires.* Quid fari queam inter tumultus mentis attonitæ vagos? et vers. 291. Sacrate divis, proximum Phœbo caput, Responsa solve: fare, quem pœnæ petant. *Ennius* apud *Prob. ad* 6. *Ecl. Virg.* v. 31. Atque Anchises doctu', Venus quem pulcra dearum Fari donavit, divinum pectus habere. Adde *Pacuv.* apud *Cicer. supra cit.* ¶ *Fatur* passive, *h. e.* dicitur. *Sueton.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 793. *Putsch.* Fasti dies sunt, in quibus jus fatur. ¶ Primam et secundam personam *for, faris,* agnoscunt Grammatici, *Diomed.* l. 1. pag. 375. *Priscian. loc. cit.* pag. 791. et alii.

FARNĔUS, a, um, ad farnum pertinens, ut Farnei fungi, apud *Apic.* l. 7. c. 13. ubi alii leg. *faginei.*

FARNUS, i, f. *a kind of oak,* arbor de genere quercuum, quæ describitur ab *Aldrovand.* habens folia cerro similia, longiora tamen, angustiora, duriora, et ad atrum inclinantia, quibus incisuræ sunt minus latæ, cum asperitate aliqua in parte superna. Meminit hujus arboris *Vitruv.* l. 7. c. 1. Adde *Pallad.* l. 1. tit. 9. ubi tamen al. leg. *fraxinus:* dubitant etiam de loco *Vitruvii.*

FARRACĔUS, *et* Farracius, a, um, *of* far; *of corn,* ad far pertinens, farreus. *Plin.* l. 24. c. 7. Brutia pix cum polline farraceo. *Varr. R. R.* l. 1. c. 31. *ad fin.* Farracia seges.

FARRAGINARĬA, orum, n. farragines, seu varia frumentorum genera simul commixta ad pecora per hiemem pascenda. *Colum.* l. 11. c. 2. *post med.* Farraginaria quoque, pecori futura per hiemem præsidio. [Ita legitur in edit. *Gesneri,* sed *Pontedera* epist. 65. monuit hoc esse monstrum verbi, et multis argumentis rectissime probavit pro *farraginaria quoque* legendum *farrago hordeacea,* quam quidem lectionem in textum recepit *Schneiderus;* hinc supra allatam vocem toto Latio exulare jubemus.]

FARRĀGO, inis, f. *a mixture of* far *and other grains or herbs, given to cattle,* πολυμιγία, far, hordeum, vicia, et legumina viridia, cæsa, antequam spicam siliquamve gignant, admixtaque pabuli causa, ut *Varr.* l. *R. R.* c. 31. *ad fin.* docet. His enim equi et jumenta cetera per hiemem aluntur, purgantur, saginantur. Dicta est *farrago,* quia præcipue ex farre constat. Similis est quæ a nostris rusticis dicitur *mongcorn, miscellane or maslin.* *Fest.* Farrago appellatur id, quod ex pluribus satis pabuli causa datur jumentis. *Plin.* l. 18. c. 16. Farrago ex recrementis farris prædensa seritur, admixta aliquando et vicia. Eadem in Africa fit ex hordeo. V. *Colum.* l. 2. c. 11. ubi ejus serendæ rationem docet. *Virg.* 3. *Georg.* v. 205. Tum demum crassa magnum farragine corpus Crescere jam domitis sinito. *Nemesian. in Cyneg.* v. 283. Pasce igitur sub vere novo farragine molli Cornipedes. ¶ Translate *Juvenal.* sat. 1. v. 85. Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli. *h. e.* commixtio et compositio, materia, argumentum. *the miscellaneous matter or subject.* *Pers.* sat. 5. v. 77. et in tenui farragine mendax. *h. e.* in re levi, et parvi pretii, ut est farrago.

FARRARĬUS, a, um, ad far pertinens, ut Farrarius ager, *Scævola Dig.* lib. 7. tit. 1. leg. 58. ubi *Torrentin.* habet *farrariorum ager:* quod videtur locum denotare, in quo ager sit. Farraria fistula, *Cato R. R.* c. 10. ¶ *Farrarium* absolute. *Vitruv.* l. 6. c. 9. *ad fin.* Horrea, fœnilia, farraria, pistrina, extra villam facienda videntur. *h. e.* locus, ubi farrago, et similia jumentorum pabula, præter fœnum, conduntur.

FARRĀTUS, a, um, ad far pertinens, ut Farrata olla, in qua puls e farre cocta est. *a pot of pottage made of* far. *Pers.* sat. 4. v. 30. tunicatum cum sale mordens Cæpe, et farratam, pueris plaudentibus, ollam. *Juvenal.* sat. 11. v. 109. Ponebant igitur Tusco farrata catino Omnia tunc. *h. e.* omnes cibi, quos mensæ inferebant, erant e farre, ut in *Far* dictum est.

FARREARĬUS, a, um, farrarius, ut Farrearium pilum, quo far pinsitur. *Cato R. R.* c. 10.

FARRĔUM, i, n. *Festus.* Horream antiqui dicebant farreum a farre.

FARRĔUS, a, um, *made of* far *or other corn,* ex farre confectus. *Colum.* l. 7. c. 12. *a med.* Canes farreo, vel triticeo pane satiandi sunt. ¶ *Farreum, i,* absolute, est libi genus ex farre, ut *Fest.* docet. *a cake made of* far. *Plin.* l. 18. c. 3. In sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat: novæque nuptæ farreum præferebant. Adde *Ulpian. lib. regular.* tit. 9. ¶ Farreum spicum *Fest.* in *Restibilis* vocat semen quodlibet spicam ferens.

FARRICŬLUM, li, n. [est deminutivum a *far,* et significat libum farreum, seu libum ex farre factum.] *Pallad. in Octobr.* tit. 21. Ex novo tritico purgato farriculum facies, et ex musto curabis infundere, ita ut modio farris lagenam musti adjicias: deinde sole siccabis, et item similiter infundis ac siccas. Hoc cum tertio feceris, panes ex eo brevissimos ad modum facies musteorum; et in sole siccatos vasculis novis fictilibus recondis et gypsas. Pro fermento, quo tempore anni musteos facere volueris, hoc uteris. *a kind of cake or pudding.*

FARSĪLIS, le, adject. idem ac fartilis, ut Farsilis porcellus, apud *Apic.* l. 8. c. 7. h. e. variis condimentis fartus, coctusque cibi causa. [† Videtur potius idem significare quod *saginatus.* V. in *Fartilis.*]

FARSŪRA. V. *Fartura.*

FARSUS. V. *Fartus.*

FARTICŬLUM, li, n. *a little pudding,* parvum fartum. *Titin.* apud *Non.* c. 4. n. 270. Farticula, cerebellum, lactes agninas.

FARTĪLIS, le, *fattened, crammed in order to be made fat,* qui farciri, h. e. saginari potest. *Fartitia* enim sunt animalia, quæ cibi causa saginari solent, ut anseres, gallinæ, et hujusmodi. *Plin.* l. 12. c. 22. Fartilibus (*anseribus*) jecur in magnam amplitudinem crescit. *Apul. sub fin.* l. 3. *Metam.* Insutitius, et fartilis asinus. *h. e.* exenteratus, et vivæ puellæ corpore, mediæ alvo insuto fartus. ¶ Translate *Tertull. advers. Valentin.* c. 27. Fartilia nescio quæ commenti et hominum, et deorum suorum. *h. e.* animale quiddam et corporeum spirituali ac divinæ naturæ veluti infarcientes.

FARTIM, adverb. farciendo, implendo. *Apul.* l. 2. *Metam.* Suis dominis parabat viscum fartim concisum, et pulpam frustatim consectam. *h. e.* minutatim. nam quæ farciendo parantur, minutatim conciduntur, ut in botellis et lucanicis. *Id. sub init.* l. 3. Aditus etiam, et tectum omne fartim stipaverant. *h. e.* cumulatim, acervatim.

FARTOR, oris, m. *a maker of puddings or sausages,* ἀλλαντοπώλης, qui farcit, qui isicia et farcimina facit, ut *Donat.* docet ad illud *Terent. Eun.* 2. 2. 26. Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores, aucupes. Quæ verba *Cic.* quoque refert l. 1. *Offic.* c. 42. ubi fartorum artem inter eas recenset, quæ sunt ministræ voluptatum. Horum artificio fingebantur interdum ex farina animalia, avesque variæ nucibus, uvis passis, aliisque condimentis fartæ, qualis fuit epidipnis illa apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 69. *Burm.* *Plautus Trucul.* 1. 2. 11. De nostro sæpe edunt, quod fartores faciunt. *scil.* quia de iis, quæ ad eos deferimus, ut farcimina nobis conficiant, partem detrahunt sibi, et vescuntur. Adde *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 229. ¶ Item qui aves saginat, quæ fartiles dicuntur, *a fattener of fowls, poulterer,* σιτευτής, ὀρνεοτρόφος. *Colum.* l. 8. c. 7. Pinguem quoque facere gallinam, quamvis fartoris, non rustici sit officium, &c. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 580. n. 15. Antigonus Drusi Cæsaris avium fartor. Adde aliam apud *Reines.* class. 9. n. 12. ¶ Translate *fartores* dicti sunt nomenclatores, qui clam velut infarcirent nomina salutatorum in aurem candidati. *Festus.*

FARTUM, i, n. *et* Fatrus, us, m. *a stuffing or cramming,* quidquid farcit, ac implet. *Plin.* l. 28. c. 8. *ad fin. de chamæleone.* Intestina et fartum eorum, cum id animal nullo cibo vivat, &c. *and excrement.* *Colum. de Arborib.* c. 21. Ea res efficit uberiorem fructum, et fartum speciosius ac plenius. *Id.* l. 5. c. 10. *R. R.* Ea res efficit uberiorem fructum, et fartum fici pleniorem et meliorem. Quod hic *fartum fici* vocat, *Palladius in Martio* tit. 10. *sub fin.* pulpam fici appellat. ¶ *Fartum vestis* dicitur corpus ipsum vestitum. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 13. Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum. ¶ *Fartum facere,* est farcire. *Id. Mil.* 1. 1. 8. Machæra gestit fartum facere ex hostibus. *h. e.* ita minutatim concidere, ut solent coqui carnes dissecare farciminibus faciendis. Al. leg. *fratrem facere:* alii aliter. ¶ Legitur et *farctum.*

FARTŪRA, æ, f. *a cramming, stuffing, filling up,* quidquid ad farciendum implendumque congeritur, immittitur, et inculcatur. *Vitruv.* l. 2. c. 8. *ante med.* Tres suscitantur in structura (*parietum*) crustæ, duæ frontium, et una media farturæ. *et paulo ante.* Monumenta facta e marmore, intrinsecusque medio calcata farturis. Adde *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 22. ubi de intestinis farciendis in usum cibi verba fiunt. ¶ Item saginatio. *a fattening of fowls,* eo modo, quo in *Farcio* dictum est. *Colum.* l. 8. c. 9. Turtures farturæ destinantur. Adde cap. 7. *extr.* ¶ Scribitur et *farctura.* Quin apud *Tertull. advers. Valentin.* c. 27. etiam *farsura* legitur: ut et apud *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. dubia tamen lectione.

FARTUS, us. V. *Fartum.*

FARTUS, a, um, *stuffed, crammed,* farciendo impletus. *Cic.* 7. *Verr.* c. 11. Pulvinus perlucidus, Melitensi rosa fartus. *Plin.* l. 10. ep. 48. Parietes cæmento medii farti. *Plin. alter* l. 29. c. 4. Mustelæ ventriculus coriandro fartus. *Cic.* vertens versus *Æschyli,* 2. *Tuscul.* c. 10. Jecore opimo farta et satiata affatim. *gorged.* *Apul. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) Fartum totum theatrum. *Vitruv.* l. 2. c. 8. *circa med.* Neque is rex ab inopia hoc fecit: infinitis enim vectigalibus erat fartus. *h. e.* dives, abundans. ¶ Item accumulatus, congestus. *heaped up.* *Martial.* l. 3. epigr. 58. v. 6. Hinc farta premitur angulo Ceres omni. ¶ Scribitur et *farctus.* ¶ *Farsus* etiam legitur a quibusdam in *Epitom. Livii* lib. 50. apud *Hygin. Fab.* 126. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 69. *Burm.* et *Apic.* l. 4. c. 2. et lib. 8. c. 8.

FAS, neutr. indeclin. (in recto, quarto, et quinto casu) *divine law, what is just or right by the rules of religion; justice, equity, right,* quod justum, pium, licitumque est. Derivant Etymologi a *fando,* quasi fatum, h. e. dictum sit a diis, aut sacerdotibus. Nam *fas* ad deos ac religionem refertur; sicut *jus* ad homines, ut *Serv.* docet ad illud *Virg. Georg.* 1. v. 268. festis quædam exercere diebus, Fas et jura sinunt: rivos deducere nulla Relligio vetuit, &c. *Cic. de Harusp. resp.* c. 16. Oratores contra jus fasque interfectos. *contrary to all law both divine and human.* *Id.* l. 1. *ad Attic.* ep. 16. *ante med.* Delere omne jus fasque. *justice and religion.* *Liv.* l. 7. c. 31. Legatos, sicut fas jusque est, ad socios precatum mittemus. *Cic.* 7. *Verr.* c. 13. *extr.* Contra fas, contra auspicia, contra omnes divinas atque humanas religiones. *Virg. Æn.* 9. v. 95. Mortali ne manu factæ, immortale carinæ Fas habeant? *the privilege of immortality.* ¶ Hinc dicitur aliquando de ipsis Numinibus. *Senec. in Herc. Fur.* v. 658. Fas omne mundi, teque dominantem precor Regno capaci. *h. e.* omnes deos superos. Apud *Auson.* est ipsa Themis *in Technopægn.* edyll. 12. *de deis.* prima deum Fas, Quæ Themis est Graiis. In veteri formula publice repetentium res, apud *Liv.* l. 1. c. 32. Audi Jupiter, audite fines, audiat fas. *let Justice or Religion hear.* ¶ Frequentissime sumitur pro omni eo, quod licet, et justum est per quascumque leges, mores, voluntatemve hominum. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 7. Domitius, quod per cæremonias populi fieri non poterat, ratione assecutus est, ut id, quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret. *lawful, rightful, equitable, just.* *Id. pro Mil.* c. 16. Ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas esset, aut per leges liceret. *Id. pro Dom.* c. 13. *extr.* Factus es ejus filius, contra fas, cujus per ætatem pater esse potuisti. *Id. pro Cluent.* c. 5. Generi sui, contra quam fas erat, amore capta. *Horat.* l. 3. od. 29. v. 31. trepidare ultra fas. *Cic. pro Mur.* c. 37. Cives, si eos hoc nomine appellari fas est. *Id. pro Dom.* c. 35. Cum mihi uni opera mea hanc urbem esse salvam, jurato dicere fas fuisset. *Virg. Æn.* 5. v. 800. Fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis. *you have every right; there is every reason, why,* &c. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 13. Humanus animus cum alio nullo, nisi cum ipso deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 8. v. 55. Dii quoque carminibus, si fas est dicere, fiunt. *Plaut. Asin.* 3. 1. 11. Neque te accuso, neque me id facere, fas existimo. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 30. et *de Germ.* c. 9. et *Quintil.* l. 4. c. 8. fas habere. *to deem it*

lawful. Sic *Plaut. Trin.* 2. 2. 10. Quod manu non queunt tangere, tantum fas habent, quo manus abstineant. *h. e.* solum putant, fas esse abstinere manus ab iis, quæ tangere et rapere non possunt. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 205. Fas prohibet Latio, quemquam de sanguine natum, Cæsaribus salvis, barbara vincla pati. ¶ Fas gentium, apud *Tacit.* 1. *Annal.* c. 42. est *the law of nations.* et Fas armorum, *the law of war.* l. 4. *histor.* c. 58. Fas patriæ, *the law of the country,* quod patria a bonis civibus postulat, exigitque, l. 2. *Annal.* c. 10. Sic Fas disciplinæ, l. 1. c. 19. quod disciplinæ ratio postulat. ¶ Sæpe jungitur cum *nefas. Horat.* l. 1. od. 18. v. 10. Cum fas atque nefas exiguo fine libidinum discernunt. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 585. fas nefasque confundere. Adde 1. *de ar. am.* v. 739. et *Tacit.* 2. *Hist.* c. 56. Significatur autem hac ratione loquendi, nullam rationem, discrimenque haberi æqui et iniqui, honesti et inhonesti. ¶ Ad *fas* in universum et illa pertinent *Virg.* 3. *Æn.* v. 55. Fas omne abrumpere. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 5. exsuere. *Id.* 13. *Ann.* c. 5. Neque fas, neque fidem pensi habere. *Id.* 4. *Hist.* c. 67. Fas et fœdera respicere. ¶ *Fas est* aliquando significat, *it is possible,* fieri potest. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 151. Nec mihi tot positus numero comprendere fas est. *Virg.* 7. *Æn.* v. 692. Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 12. v. 41. Fas quoque, ab ore freti, longæque Propontidos undis Huc aliquem certo vela dedisse Noto. *it is possible, that,* &c. Fortasse ita quoque verti potest, quotiescumque cum *licet* jungitur. *Id.* 1. *Fast.* v. 25. Si licet, et fas est, vates rege vatis habenas. *Stat.* 8. *Theb.* v. 90. Si licet, et sanctis hic ora resolvere fas est Manibus. *Lucan.* l. 1. v. 359. Si licet, et fas est veras expromere voces. ¶ Aliquando adjectivi vim habet. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 134. Jupiter esse pium statuit, quodcumque juvaret: Et fas omne facit fratre marita soror. *makes every thing lawful.* ¶ Refertur et ad dies fastos, ut nefas ad nefastos. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 4. Dies, qui vocatur sic, Quando rex comitiavit, fas. *et mox.* Ad quod tempus est nefas, ab eo fas. *et mox.* Dies vocatur, Quando stercus delatum, fas.

FASCELĪNUS, a, um, ad Fascelidem Dianam pertinens. *Sil.* l. 14. v. 260. Thoanteæ sedes Fascelina divæ. *h. e.* Dianæ Tauricæ in Siciliam translatæ. Al. leg. *Facelina Dianæ,* et dictam docent a *face,* cum qua pingitur, propter quam et *Lucifera* cognominatur: vel a φάκελος, fasciculus, fascis, propter ea, quæ dicuntur in voce sequenti.

FASCĒLIS, idis, *et* Fascelitis, idis, f. cognomen Dianæ, ex eo sumptum, quod Orestes cum Iphigenia sorore simulacrum ejus e Taurica Chersoneso ut asportare tuto posset, in fasce lignorum involvit, et Ariciam in Italiam detulit; vel ut alii volunt, prope Syracusas in Siciliam. *Serv. ad Æn.* 2. v. 116. et *in proœm. ad Virg. Bucol.* ex quo descripsit *Hygin.* fab. 261. ¶ Alii malunt scribi *Phacelitis,* correpta secunda syllaba, et adjectivum *Phacelina,* a Græco φάκελος, fasciculus: quod sane magis placet: nam ex Latino *fascis* non apte formatur *fascelis, idis,* quod Græcam positionem sapit. *Lucil.* apud *Prob. de vita Virg.* freta Messanæ, et Rhegina videbis Mœnia, tum Liparam, et Phacelinæ templa Dianæ. Al. leg. *Phacelitidi'.*

FASCĬA, æ, f. *a swath, bandage,* ἐπίδεσμος, σπάργανον, pannus lineus, vel laneus, oblongus et angustus, ad obligandum, vestiendumve, quales sunt, quibus infantes, aut vulnera obvolvuntur. *Plaut. Trucul.* a. 5. v. 13. Puero fasciis opus est, pulvinis, cunis. *Cic. de clar. Orat.* c. 60. Devinctus erat fasciis, et multis medicamentis, propter dolorem artuum, delibutus. *Sueton. in Domit.* c. 17. Brachium lanis fasciisque obvolvere. *Id. in Galb.* c. 21. Latus fascia substringere. *Gell.* l. 16. c. 3. Fasciis ventrem strictissime colligare. ¶ Fuit fasciarum usus etiam vestiendi et obtegendi causa: ut quas adhibebant viri cruribus fovendis, amiciendo pedi, ne in calceo aut læderetur, aut nataret: et quas mulieres tegendo pectori et papillis: *stomachers:* quæ erant delicatiorum, et ægrotantium. De prioribus *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 14. n. 2. Cum vincirentur pedes fasciis, cum calanticam capiti accommodares. *shoes, stockings. Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Fascias, quibus crura vestiuntur, et focalia, et aurium ligamenta, sola excusare potest valetudo. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 3. Epicratem suspicor lascivum fuisse. etenim mihi caligæ ejus, ut fasciæ cretatæ, non placebant. De Pompeio loquitur, de quo et *Valer. Max.* l. 6. c. 2. n. 7. Candida fascia crus alligatum habenti, Favonius: Non refert, inquit, qua in parte corporis sit diadema. *Plin.* l. 8. c. 57. Fasciæ, quibus in calceatu utebatur. *Lamprid. in Alex. Severo,* c. 40. Fasciis semper usus est. *h. e.* pedulibus: de quibus multa ibi *Salmas.* disserit. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 25. Fasciæ crurales pedulesque loco vestium sunt. *Grat. in Cyneg.* v. 338. tegat imas fascia suras. Adde *Justin.* l. 38. c. 1. *ad fin.* et V. *Cruralis.* De alteris *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 274. Inflatum circa fascia pectus eat. *Propert.* l. 4. el. 9. v. 49. *de Hercule.* Mollis et hirsutum cepit mihi fascia pectus. Adde *Martial.* l. 14. epigr. 134. cujus lemma est *fascia pectoralis.* ¶ *Fascia* coronæ addita regium erat insigne, nempe diadema. *a diadem. Sueton. in Cæs.* c. 79. Cum quidam statuæ ejus coronam lauream candida fascia præligatam imposuisset, et Tribuni pleb. coronæ fasciam detrahi jussissent. *Senec.* ep. 80. *extr.* Vides illum Scythiæ regem, insigni capitis decorum? si vis illum æstimare, fasciam solve: multum mali sub illa latet. ¶ *Fascia junci* apud *Plin.* est involucrum e junco, lib. 15. c. 17. *ad fin.* Uvas sole siccas junci fasciis involvit, cadisque conditas gypso includit. ¶ Quas in publico epulo Caligulam pueris et feminis fascias purpuræ ac conchylii distribuisse, narrat *Suet.* c. 17. fuisse videntur institæ prætextendæ in ima toga, et fasciæ pectorales. ¶ *Fascias* lecti cubicularis memorat *Cic.* 2. *de Divin.* c. 65. et sunt, quibus culcita ipsa sustinebatur. *Martial.* l. 5. epigr. 63. Nulla tegit fractos nec inanis culcita lectos: Putris et abrupta fascia reste jacet. et lib. 14. epigr. 169. cui titulus *Tomentum Lingonicum.* Oppressæ nimium vicina est fascia plumæ. ¶ Aliquando corticem significat, inquit *Non.* c. 6. n. 18. afferens illud *Varronis:* Libyssa citrus fasciis cingit fores. Quæ verba affert etiam c. 2. n. 132. sed lectio incerta est. ¶ *Non es nostræ fasciæ,* h. e. nostræ sortis, conditionis, ordinis: proverb. apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 46. *Burm.* in quo alii respectum volunt ad fascias infantium, alii a mercatorum consuetudine, unius generis merces eadem fascia involvendi: alii a fasciis cruralibus, quas ditiores ex pretioso panno, ex sordido pauperes gestare solent. ¶ In architectura *fasciæ* per similitudinem dicuntur membra quædam oblonga, et angustiora in epistyliis longe eodem tenore procurrentia, et fasciæ instar extensa. Referunt enim speciem adpactarum regularum, *wreaths round the tops of pillars, listels. Vitruv.* l. 3. c. 3. *post med. Varr.* apud *Non. loc. cit.* Libyssa citrus fasciis cingit fores. ¶ Etiam zonæ in cælo *fasciæ* dicuntur. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 196. Orbis terræ in quinque zonas, sive melius fascias dico, discernitur. ¶ Nubes quoque in modum fasciarum protensæ. *Juvenal.* sat. 14. v. 294. Nil color hic cæli, nil fascia nigra minatur. ¶ Olim et *fascea* scriptum fuit.

FASCIĀTIM, *vel* Fasceatim (nam et *Fascea* olim scribebant) adverb. per fasces. V. in *Attractio.*

FASCIĀTUS, a, um, particip. a fascior, *swathed, bound with bandages. Martial.* l. 12. epigr. 57. Nec fasciato naufragus loquax trunco,

FASCICULARĬA, um, quæ in fasciculum colligantur, et fascis modo portantur. *Veget.* l. 2. c. 19. *extr.* Fascicularia tamen, id est lignum, fœnum, aquam, stramen, etiam legitimi milites in castra portabant.

FASCICŬLUS, li, m. *a small bundle,* δεσμίς, φάκελλος, parvus fascis. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 18. *extr.* Fasciculum (*florum*) ad nares admovere. *a nosegay, posy. Id.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 12. Fasciculum illum epistolarum, in quo fuerat et mea, et Balbi, totum sibi aqua madidum redditum esse. *a packet. Plin.* l. 19. c. 1. Linum in fasciculos manuales colligatum siccatur in sole. *Horat.* l. 1. ep. 13. v. 12. ne forte sub ala Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum.

FASCĬGER, a, um, fascem, vel fasces gerens. *Paulin. Nolan. in Nat. XIII. S. Fel. edit. Murator.* v. 321. fascigerum gessi primævus honorem. *h. e.* consulatum.

FASCINĀTĬO, onis, f. *enchantment, incantation,* βασκανία, actus fascinandi. *Plin.* l. 28. c. 2. Cur et fascinationibus adoratione peculiari occurrimus? et cap. 4. Fascinationes repercutere. et cap. 8. Fascinationibus resistere.

FASCINATORĬUS, a, um, ad fascinandum pertinens. Est *Servii ad Virg. Ecl.* 7. v. 28.

FASCĬNO, as, a. 1. *to enchant, bewitch, charm, fascinate,* βασκαίνω, malefico aspectu, aut alio quovis veneficio alicui noceo. *Virg. Ecl.* 3. v. 103. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. *Plin.* l. 13. c. 4. Contra fascinantes. *Catull.* carm. 7. *ad Lesb.* v. 11. Quæ (*basia*) nec pernumerare curiosi Possint, nec mala fascinare lingua.

FASCINŌSUS, a, um, bene peculiatus. *Auct. Priapeor.* carm. 79. Non est poeta fascinosior nostro. Al. leg. *sarcinosior* eod. sensu, sed prior lectio verior est.

FASCĬNUM, i, n. *enchantment, incantation, witchery,* βασκανία, quoddam incantationis genus, quo homines ita ligantur, ut liberi non sint, nec mentis compotes, sæpeque ad extremam maciem deveniant: a βάσκανος, ut *Cloatius Verus* apud *Gell.* l. 16. c. 12. docet. *Plin.* l. 7. c. 2. scribit ex *Cic.* mulieres omnes, quæ duplices habent pupillas, oculis fascinum circumferre. Translate *Symmach.* l. 1. ep. 7. (*al.* 13.) *sub fin.* Nullo fascino felicitas publica mordeatur. ¶ Usurpatur etiam pro veretro, quia veteres adversus fascinationem veretro utebantur. Nam omnia turpia malos invidorum oculos ab instituto avertunt atque avocant. Ut igitur aves inauspicatæ foribus affixæ amoliri infortunium credebantur, sic veretra, quorum in fascinando usus erat, fascinum etiam depellere censebantur. Hinc pueris figura veretri pro amuleto de collo suspendebatur. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 5. Hinc *Plin.* l. 19. c. 4. scribit, hortos, et fores adversus invidentium effascinationes dicari, et in remedio esse Satyrica signa, idest intenta veretra Satyrorum. et *Cœl. Rhod. Ant. Lect.* l. 4. c. 6. ex *Varr.* narrat, in sacris Bacchi veretrum magna celebritate plaustris per agros, et per urbes circumferri solitum fuisse, ut fascinatio a plantis, et segetibus, ab agnis, et aliis bestiis, ab hominibus averteretur. *Horat. Epod.* 8. v. 18. Minusve languet fascinum. ¶ Est etiam *fascinus, i,* m. g. *In catalect. Virg.* Non me vocabis pulcra per Cotyttia ad feriatos fascinos.

FASCĬNUS, i, m, dei nomen apud Veteres, de quo sic *Plin.* l. 28. c. 4. Religione mutatur et Fascinus, Imperatorum quoque, non solum infantium, custos, qui deus inter sacra Romana a Vestalibus colitur, et currus triumphantium sub his pendens defendit, medicus invidiæ, &c. V. *Fascinum.* [¶ Fascinus hic, hic Deus, de quo *Plinius loc. cit.,* veretrum erat, pendebat enim ejus figura sub triumphantium curribus, ut, quoniam magna erat eorum fortuna et gloria, invidentium fascinatio ab iis averteretur; quemadmodum adversus fascinationem eadem figura pueris e collo suspendebatur, ut dictum est superius in V. *Fascinum.*]

FASCĬO, as, a. 1. *to swathe, fasciate,* σπαργανόω, est fascia ligare. *Capitolin. de Anton. Pio, c. ult.* Tiliaceis tabulis in pectore positis fasciabatur, ut rectus incederet.

FASCĬŎLA, æ, f. *a small bandage or swath,* ἐπιδέσμιον, parva fascia. *Cic. de Harusp. resp.* c. 21. A muliebribus soleis, purpureisque fasciolis. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 29. Fasciola, qua capillum in capite colligarent. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 255. ponas insignia morbi, Fasciolas, cubital, focalia. *Vopisc. in Aurel.* c. 4. Vinctum fasciola Aurelianum aquila innoxie de cunis levavit.

FASCIS, is, m. *a bundle of wood, twigs, straw, reeds,* &c. *a faggot, fascine,* δέσμη, φάκελλος, lignorum, alteriusve rei congeries simul colligata. *Virg. Ecl.* 9. *sub fin.* ego hoc te fasce levabo. *bundle, load. Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 15. Fasces stramentorum ac virgultorum, per manus inter se transditos, ante aciem collocaverunt. *Plaut. Epid.* 1. 1. 26. Viminei fasces virgarum. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 35. Fascem lignorum portare. *Virg.* 3. *Georg.* v. 347. injusto sub fasce viam carpere. *h. e.* sub gravi pondere sarcinæ militaris: (quod illustrat *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 16.) *Id. ibid.* l. 4. v. 203. *de apib.* Sæpe etiam duris errando in cotibus alas Attrivere, ultroque animam sub fasce dedere. *h. e.* sub onere florum. Translate *Plin.* l. 3. ep. 9. Tot crimina, tot reos uno velut fasce complecti. *to make as it were one bundle of.* ¶ Apud Romanos *fasces* erant virgarum, seu bacillorum fasciculi, plerumque ex betulla arbore, quibus simul colligata erat securis, ferro ejus exstante. Hi a lictoribus præferebantur magistratibus, tanquam eorum insigne, atque animadversionum instrumenta: bini quidem Prætoribus Urbanis, seni Proconsulibus, et Prætoribus Provincialibus, duodeni Consulibus, vigintiquatuor Dictatori. Duumviris quoque municipalibus in suis municipiis, primo bacillos, deinde fasces binos cum securibus habere, mos fuit. V. *Cicer. Agrar.* 2. c. 34. et *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 10. *Cod.* tit. 31. leg. 53. Quæstores etiam in Provinciis fascibus usos, colligitur ex *eod. Cicer.* 4. *Verr.* c. 4. V. *Lictor.* Si castigatione opus erat, virgis; si graviori supplicio, securi utebantur: quamquam interdum virgis quoque ad necem usque cæsos quosdam legimus. Quod autem colligata hæc potestatis instrumenta instituta sint, eo pertinuit, ut intelligerent magistratus, eorum iram non debere esse in puniendo præcipitem: et ut dum solvuntur fasces, expediunturque secures, mora afferretur aliqua iratis animis, et cunctando res maturius deliberaretur, ut est apud *Plutarch. in quæst. Rom.* ¶ Præferebantur a lictoribus sublati in humerum: quod si forte majori magistratui in via minor occurreret, demittebantur ex humero, honoris habendi causa. Hoc dicebatur *fasces submittere:* quod primum fecisse Valer. Poplicolam Cos. qui submissis fascibus (et securi vacuefactis, ut est apud *Valer. Max.* l. 4. c. 1. n. 1.) in concionem ascendit, narrat *Liv.* l. 2. c. 7. gratum multitudini spectaculum, veluti confessionem, populi, quam Consulis, majestatem vimque esse majorem. Simile quiddam de Pompeio narrat *Plin.* l. 7. c. 30. Hinc *submittere fasces* translate est cedere, seque minorem fateri. *Cic. de clar. Orat.* c. 6. Cum tibi ætas nostra jam cederet, fascesque submitteret. ¶ Inter Consules ita comparatum aliquando fuit, ut non ambo, sed alter fasces imperiumque haberet, si ambo adessent, alternis aliquando diebus (ut et in eleg. fragm. antiquit. apud *Murator. in fi.* class. 8. pag. 610.) plerumque mensibus: altero vel securim tantummodo, vel fasces ipsos omnino domi attinente. Cui vero jus esset primi mensis fasces sumere, pluribus docet *Gell.* l. 2. c. 15. ex lege Julia. *Sueton. in Cæs.* c. 20. Antiquum etiam retulit morem, ut quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur. *Liv.* l. 8. c. 12. Æmilius, cujus tum fasces erant, collegam Dictatorem dixit. *Valer. Max. loc. cit.* Ad quem, quia major natu erat, priores fasces transferri jussit. ¶ A Poplicola jam laudato mos institutus, ut in Urbe Consules fascibus sine securi uterentur: cujus rei exemplum habes apud *Liv.* l. 24. c. 9. non item Dictatores, et Decemviri, quia sine provocatione erant: qua de re V. *eund.* l. 3. c. 36. et quæ diximus in *Dictator.* ¶ Fasces *laureati,* h. e. lauro coronati, erant insignia Imperatorum post reportatam victoriam, quemadmodum et litteras quas publice de hoste victo mittebant Romam, lauro exornabant. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 28. et 8. *ad Attic.* ep. 3. *a med. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 71. et *Tacit. Ann.* 13. c. 9. ¶ Metonymice *fasces* ponuntur pro magistratu, præsertim

vero pro Consulatu. *Virg. 2. Georg.* v. 495. Illum non populi fasces, non purpura Regum Flexit. *the magistracies or offices conferred by the people. Horat.* l. 1. sat. 6. v. 96. parentes honesti fascibus et sellis. *Id.* l. 1. ep. 16. v. 34. Deferre, et detrahere fasces indigno. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 61. alterna feretis Gaudia, tu fratris fascibus, ille tuis. *Juvenal.* sat. 5. v. 110. et titulis, et fascibus olim Major habebatur donandi gloria. *public offices, preferments.* Adde *Sil.* l. 11. v. 152.

FASĒLUS. V. *Phaselus.*

FASEŎLUS. V. *Phaseolus.*

FASSUS. V. *Fateor.*

FASTI, orum, m. *chronicles, annals, public registers; a calendar,* ἡμερολόγιον, libri, in quibus perscribebatur Romæ a Pontifice Max. itemque in aliis civitatibus, quid quoque anno, ac die accideret in republica, res gestæ tum belli, tum pacis, victoriæ, triumphi, honores ac præmia, templorum dedicationes, Consulum ceterorumque magistratuum nomina, ratio et ordo dierum festorum fastorumque, et forensis administrationis, sacra, epulæ, ludi, feriæ, &c. Hac ratione differunt ab Annalibus nihil. *Cic. ad Brut.* ep. 15. *circa med.* Ego D. Bruto liberato, cum lætissimus ille civitati dies illuxisset, decrevi, ut in Fastis ad eum diem Bruti nomen adscriberetur. *Id.* 6. *Verr. extr.* Illud in Syracusanis merito reprehenderetur, si cum diem festum ludorum de fastis suis sustulissent, &c. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 7. Sacra recognosces Annalibus eruta priscis. *Horat.* l. 4. od. 13. v. 14. tempora, quæ semel Notis condita fastis Inclusit volucris dies. et od. 14. v. 4. et lib. 3. od. 17. v. 4. memores fasti. et lib. 1. sat. 3. v. 112. Tempora si, fastosque velis evolvere mundi. ¶ Dicti sunt a *diebus fastis*, quorum præcipue ratio singulis annis diligenter describebatur, et suis deinde temporibus populo edicebatur: qua ratione ab *Annalibus* differunt, qui latius plura complectuntur. V. *Acta.* Hinc *Fastos* opus suum *Ovid.* inscripsit, in quo singulorum totius anni dierum festos dies, et sacra enumerat describitque, originem et causas exponit. Quod cum facit, illud simul efficit, ut sciatur, qui fasti dies sint, quive nefasti, quibus diebus lege agi in Foro liceat, quibus non liceat. Quæ ratio cum primis temporibus de industria in penetralibus Pontificum celaretur, quidam Cn. Flavius scriba Appii Cæci Pontificis Max. clam descripsit, et publicavit, tanta gratia apud populum, ut eum Ædilem Curulem creaverit, uti narrant *Cic. pro Mur.* c. 11. et *Liv.* l. 9. c. 46. ¶ Sæpe *Fasti* ea ratione usurpantur, qua magistratuum nomina continent: unde et *Consulares* dicuntur, et *Capitolini* ab Eruditis vocantur. *Cic. Fam.* 5. ep. 12. Etenim ordo ipse Annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione Fastorum. At viri sæpe excellentis ancipites casus habent admirationem, &c. *Liv. loc. cit.* c. 18. *a med.* Paginas in Annalibus magistratuum Fastisque percurrere licet, Consulum, Dictatorumque, quorum, &c. *Cic. pro Sext.* c. 14. Si appellandi sunt Consules, quos nemo est, qui non modo ex memoria, sed etiam ex Fastis evellendos putet. *Stat.* l. 4. silv. 1. v. 20. da gaudia Fastis Continua: hos humeros multo sinus ambiat ostro, &c. Adde *Plin. in Paneg.* c. 58. ¶ Sunt etiam *Fastus, uum*, 4. declin. *Varr.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 711. *Putsch.* Honoris causa Julii Cæsaris, qui Fastus correxit. *Lucan.* l. 10. v. 187. Nec meus Eudoxi vincetur Fastibus annus. *Colum.* l. 9. c. 14. *a med.* In hac ruris disciplina sequar nunc Eudoxi, et Metonis, antiquorumque Fastus Astrologorum. *calendars, almanacks.* Adde *Sil.* l. 2. v. 10. et *Claudian. in epist. ad Probin.* v. 15. ubi alii aliter leg. ¶ De fastis diebus V. *Fastus, a, um.*

FASTIDĪBILIS, le, adject. fastidium afferens, ut Fastidibilia judicia, *Tertull. de Anim.* c. 33. *ad fin.*

FASTIDIENTER, adverb. fastidiose. *Apul.* l. 5. *Metam.* Parentibus fastidienter appellatis.

FASTIDĬENS, entis, *disdaining, scorning,* fastidiosus, respuens, despiciens. *Gell.* l. 6. c. 15. Homo communium vocum respuens nimis, et fastidiens. et lib. 7. c. 16. Animus per luxum parata atque facilia fastidiens. *Senec.* ep. 2. Stomachus fastidiens. *loathing.*

FASTIDILĪTER, adverb. fastidiose. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 336. Quibus instabilis animus, ardens mutabiliter avet habere, et non habere, fastidiliter, inconstanti pectore.

FASTĪDĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to despise with a degree of haughtiness, disdain, abhor, scorn, dislike, loathe,* ἀποστρέφομαι, respuo, recuso, abhorreo, aversor, aspernor: a *fastus*, ut sit proprie cum fastu despicio, rejicio. *Plaut. Curcul.* 5. 2. 34. Ut fastidit gloriosus! *Id. Mostell.* 4. 2. 4. Vide, ut fastidit simia! *Cic. pro Mil.* c. 16. Non modo improbitati sæpe irascuntur candidatorum, sed etiam in recte factis sæpe fastidiunt. *Al. delent* in. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 21. et nisi quæ terris semota, suisque Temporibus defuncta videt, fastidit et odit. *Justin.* l. 14. c. 2. Argyraspides post Alexandrum omnes duces fastidiebant. *Curt.* l. 6. c. 10. Fastidire mores alicujus. *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 5.) tanquam parva, grammatices elementa. *Martial.* l. 3. epigr. 31. minores. *Liv.* l. 34. c. 5. *extr.* preces alicujus. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 43. pater ut gnati, sic nos debemus, amici Si quod sit vitium, non fastidire. ¶ Translate *Quintil.* l. 9. c. 4. *a med.* Aures et plena sentiunt, et parum expleta desiderant, clauda deprehendunt, redundantia et nimia fastidiunt. *Martial.* l. 5. *epigr.* 45. te Cum fastidierit popina dives, Antiquæ venies ad ossa cœnæ. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 21. somnus agrestium Lenis virorum non humiles domos Fastidit, umbrosamque ripam. *Claudian. in epithal. Pallad. et Celer.* v. 6. Æstus fastidit amictum. *Plin.* l. 16. c. 32. Fastidit balsamum alibi nasci. ¶ Cum infinito. *Petron. in Satyr.* c. 127. Ne fastidias hominem peregrinum inter cultores admittere. *Liv.* l. 10. c. 8. Ne fastidieris nos in sacerdotum numerum accipere. *Curt.* l. 4. c. 14. *a med.* An creditis, æquo animo iis servire, quorum reges esse fastidiant? *Phædr.* l. 4. fab. 6. v. 2. jocorum legere fastidis genus. *Ovid. de remed. amor.* v. 305. Diligit ipsa alios: a me fastidit amari. ¶ Cum genit. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 67. Abiit, neque me certiorem fecit: fastidit mei. *Titinn.* apud *Non.* c. 9. n. 3. Quo te avortisti? mei fastidis? *Lucil. ibid.* Tristes, difficiles sumu', fastidimu' bonorum. ¶ Sæpe refertur ad stomachum cibos respuentem. *Plaut. Stich.* 5. 4. 33. Bibendum hercle hoc est: quid hic fastidis? *what is it displeases you? Horat.* l. 1. sat. 2. v. 115. num esuriens fastidis omnia præter Pavonem, rhombumque? *Id.* l. 1. ep. 17. v. 15. olus. *Phædr.* l. 3. fab. 7. v. 23. pulmentarium. *Vetus epigr.* apud *Sueton. in Tib.* c. 59. vinum. *Senec.* ep. 2. Fastidientis stomachi est multa degustare. *Plin.* l. 21. c. 16. Cactos non fastidiunt in cibis, inveteratos quoque. *Colum.* l. 8. c. 16. Docta palata fastidiunt fluvialem lupum. ¶ Ad nares. *Plaut. Men.* 1. 2. 58. Olfacta igitur hinc. ut fastidis! *Plin.* l. 25. c. 7. *sub fin.* Succus fastidiendum odorem habet.

FASTIDIŌSE, adverb. *scornfully, disdainfully, loathingly, squeamishly,* ὑπεροπτικῶς, cum fastidio. *Cic. pro Planc.* c. 27. Huic ego jam stomachans fastidiose, Imo ex Sicilia, inquam. *Id.* 2. *de Orat.* c. 89. Quem ego paulo sciebam vel pudentius, vel invitius (nolo enim dicere de tam suavi homine, fastidiosius) ad hoc genus sermonis accedere. et lib. 1. c. 26. Diligenter et prope fastidiose judicare. *fastidiously. Id.* 2. *Attic.* ep. 1. Lente ac fastidiose probare. *Phædr.* l. 3. *prol.* v. 23. Fastidiose in cœtum recipi. *Petron. in Satyr.* c. 13. Tanquam mendici spolium, etiam fastidiose venditabat. *with contempt, without caring about the price.*

FASTIDIŌSUS, a, um, qui fastidit, abhorrens, difficilis, *fastidious, disdainful, scornful,* δύσκολος. *Cic. in Bruto*, c. 70. Fastidiosus litterarum Latinarum. *Id. ibid.* c. 57. Antonius facilis in causis recipiendis erat, fastidiosior Crassus. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 40. In æquos et pares fastidiosus. *Id. ibid.* c. 23. Aurium sensus fastidiosissimus. *Senec.* l. 1. *de Benef.* c. 11. Fastidiosus æstimator. *h. e.* qui pluris æstimat, quam res postulat. *Plin.* l. 8. ep. 6. *a med.* Fastidiosissimum mancipium. *h. e.* superbissimum. *Id.* l. 6. ep. 17. *ad fin.* Res difficilis, ardua, fastidiosa, et quæ eos, a quibus contemnitur, dedignatur. ¶ Cum genit. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 36. dominus terræ fastidiosus. *h. e.* fastidiens ædes, quas in terra habet, in mari ædificare parat. ¶ Item qui fastidium affert. *loathsome, causing satiety. Horat.* l. 3. od. 29. v. 9. Fastidiosam desere copiam. Respicit *Horat.* ad fastidium ciborum: de quo *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *ad fin.* Vaccæ cum parere cœperunt, secundum stabula pabulum servari oportet integrum, quod egredientes degustare possint: fastidiosæ enim fiunt. *squeamish.*

FASTIDĪTUS, a, um, *disdained, loathed,* fastidio habitus, rejectus, aspernatus, contemptus, καταφρονητός. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 6. v. 31. laudatus abunde, Non fastiditus si tibi, lector, ero. et lib. 2. v. 119. Turbaque doctorum Nasonem novit, et audet Non fastiditis enumerare viris. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 1. v. 19. oro, ne fastidita repellas Verba. *Lucan.* l. 7. v. 844. Latiæ pars maxima turbæ Fastidita jacet. *Plin. in præfat. ante med.* Res ardua vetustis novitatem dare, obsoletis nitorem, fastiditis gratiam.

FASTIDĬUM, ii, n. *loathing, squeamishness, fastidiousness, nauseousness, aversion, dislike, disgust, disdain, contempt,* καταφρόνησις, aversatio, tædium, offensio, contemptus. Fere dicitur de offensione stomachi, cibum respuentis, aut non retinentis: quæ et nausea appellatur. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 17. *extr.* Cibi satietas et fastidium aut subamara aliqua re relevatur, aut dulci mitigatur. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 78. Magna movet animo fastidia, seu puer unctis Tractavit calicem manibus, sive, &c. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 10. v. 7. Os hebes est, positæque movent fastidia mensæ: Et queror, invisi cum venit hora cibi. *Senec.* 3. *quæst. nat.* c. 18. Tantum in illis esse fastidium, ut nollent attingere, nisi eodem die captum piscem. *Juvenal.* sat. 14. v. 183. gratæ post munus aristæ Contingunt homines veteris fastidia quercus. *Plin.* l. 22. c. 24. Mel stomachum inflat, fastidium creat. *Id.* l. 14. c. 16. Fastidium alicui gignere uvas appetendi. *Colum.* l. 6. c. 8. Afferre fastidia cibo. *Plin.* l. 29. c. 5. Sentire fastidium. *Id.* l. 23. c. 9. abigere. et lib. 26. c. 7. *ad fin.* abstergere. et lib. 19. c. 8. auferre. et lib. 22. c. *ult. a med.* detrahere. et lib. 23. c. 1. discutere. et lib. 25. c. 8. Fastidium deducunt canes herba canaria. *scil.* vomendo. Sic l. 8. c. 27. purgare. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 25. Ea quæ specie prima acerrime commovent, ab iis celerrime fastidio quodam et satietate abalienamur. *Id.* 1. *de Fin.* c. 3. Insolens domesticarum rerum fastidium. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 10. Habere ad certas res vitiosam offensionem atque fastidium. *Id.* 1. *de Orat.* c. 61. Non tam ea, quæ recta sunt probari, quam quæ prava sunt, fastidiis adhærescere. et lib. 3. c. 50. Horum vicissitudines efficient, ut neque ii satientur, qui audient, fastidio similitudinis, nec, &c. *Plin.* l. 12. c. 17. *extr.* Nulla voluptas est, quæ non assiduitate fastidium pariat. *Cic. de opt. gen. Orat.* c. 4. Intelligentiam ponunt in audiendi fastidio. *h. e.* quo vix quidquam audiunt, quod placeat, velut qui vix cibum inveniunt, quod non fastidiant. *niceness, squeamishness.* Sic *Sueton. in Ner.* c. 44. Exegit pari fastidio et acerbitate nummum asperum, &c. et *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 214. qui se lectori credere malunt, Quam spectatoris fastidia ferre superbi. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 2. Rudem esse omnino in nostris poetis, aut inertissimæ segnitiæ est, aut fastidii delicatissimi. *Id. Phil.* 12. cap. 10. Non possum animo æquo videre tot, tam importunos, tam sceleratos hostes: nec id fit fastidio meo, sed caritate reipublicæ. *h. e.* superbia, aversatione, odio, contemptu. (Adde *Fam.* 2. ep. 16.) *Id.* 10. *Phil.* c. 9. Quorum, si essent arrogantes, non possem ferre fastidium. *Virg. Ecl.* 4. v. 14. tristes Amaryllidis iras, Atque superba pati fastidia. (V. *Fastus.*) *Sueton. in Aug.* c. 44. Cacozelos, et antiquarios pari fastidio sprevit. *Cic.* 1. *Offic.* c. 26. Superbiam, fastidium, arrogantiamque magnopere fugere. *Horat.* epod. 12. v. 13. Agitare verbis fastidia alicujus. *h. e.* movere, excitare, augere. *Plin. in præfat. ante med.* Adducere quidpiam in fastidium. *Sen.* ep. 9. *extr.* Omnis stultitia laborat fastidio sui. *Plin.* l. 11. c. 2. Fastidio damnare aliquid. *Id.* l. 7. c. 1. Ne sit fastidio Græcos sequi. *Curt.* l. 4. c. 10. Patriam fastidio esse, abdicari Philippum patrem. *Plin.* l. 12. c. 19. Esse in fastidio. *h. e.* rejici, contemni. *Id.* l. 10. c. 29. Parcere fastidio. *to avoid tiring or disgusting.* et *Macrob. in fi.* l. 5. *Saturn.* Si fastidium facere non timerem, ingentia poteram volumina de his implere. *to occasion disgust; to tire.* ¶ In arboribus *fastidium* est apud *Plin.* l. 16. c. 32. cum in aliam terram translata non proveniunt difficultate comprehendendi.

FASTIGATĬO, onis, f. actus fastigandi. *Plin.* l. 17. c. 14. Ut fastigatio lævi descendat cuneo. *Apul. in Florid.* n. 9. (*al.* l. 2.) Strigilecula, recta fastigatione clausulæ, flexa tubulatione ligulæ. Al. leg. *fastigiatione.* V. vocem sequent.

FASTIGĀTUS, *et* Fastigiatus, a, um, *narrowed gradually into a sharp point like the roof of a house, sloped, sloping,* in fastigii morem declivis, devexus, ut sunt tecta domorum, inclinata ad deferendam pluviam. *Liv.* l. 44. c. 9. Scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertiis magis, et quartis, postremis etiam genu nixis, fastigatam, sicut tecta ædificiorum sunt, testudinem faciebant. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. Tigna prona ac fastigiata, ut secundum naturam fluminis procumberent. *Plin.* l. 2. c. 25. Fastigiatus in mucronem. *Id.* l. 9. c. 35. Margaritas proceriores, elenchos appellant, fastigata longitudine. *coming gradually to a point. Vitruv.* l. 8. c. 7. Solum rivi libramenta habeat fastigiata, ne minus in centenos pedes semipede. *sloping, steep.* et lib. 7. c. 4. *sub fin.* Pavimentum fastigatum. ¶ Item erectus. *Liv.* l. 37. c. 27. *ad fin.* Collis in modum metæ in acutum cacumen a fundo satis lato fastigiatus. *elevated, rising.* et *Solin.* cap. 32. (*al.* 45.) *extr.* Pyramides turres sunt in Ægypto, fastigatæ ultra excelsitatem omnem, quæ fieri manu possit. *rising or tapering gradually.* ¶ Translate *Sidon.* carm. 2. v. 5. quamquam diademate crinem Fastigatus eas. *h. e.* diademate in modum coni erecto ornatus. *Id.* l. 2. ep. 4. Ita sibi videbitur ad arcem fastigatissimæ felicitatis evectus. et lib. 1. ep. 9. Duo fastigatissimi consulares. *h. e.* dignitate sublimes. ¶ Lis est inter Criticos ex duabus his vocibus retinenda sit. alterutram enim rejiciunt. Est qui excludit *fastigiatus*: est qui *fastigatus* expungit. Utraque sane in MSS. reperitur, sed posterior ista frequentius: quod et de *fastigo* et *fastigio* verbo dicendum est.

FASTIGĬUM, ii, n. *the top, or highest part, of a building, the topmost point, peak, summit; the roof of a house,* ἄκρα, κορυφή, ἀέτωμα, summitas, cacumen a latitudine surgens, et paulatim in acumen desinens. Dicitur primo de tectis sacrarum ædium, quæ olim ex una tantum parte inclinata erant, et in unum locum pluviam demittebant; postea inventum est, ut medio sui assurgerent altius, atque ex utraque parte pluviam dejicerent. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 46. Capitolii fastigium illud, et ceterarum ædium, non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. nam cum esset habita ratio, quemadmodum ex utraque tecti parte aqua delaberetur; utilitatem templi fastigii dignitas consecuta est: ut etiam si in cælo statueretur, ubi imber esse non posset, nullam sine fastigio dignitatem habiturum fuisse videatur. *Liv.* l. 40. c. 2. Atrox tempestas fastigia aliquot templorum a culminibus abrupta, fœde dissipavit. ¶ A sacris ædibus transiit ad Cæsarum domos, postquam divinos honores Romani illis tribuere cœperunt. *Cic. Phil.* 2. c. 43. *de Jul. Cæs.* Quem is majorem honorem consecutus erat, quam ut haberet pulvinar, simulacrum, fastigium, flaminem? *Flor. de eod.* l. 4. c. 2. *ad fin.* Omnes

unum in principem congesti honores: circa templa imagines, in theatro distincta radiis corona, suggestus in curia, fastigium in domo, mensis in cælo. ¶ Hujusmodi fatigia ornabantur signis fictilibus, æreis, lapideis, ut colligitur ex *Vitruv.* l. 3. c. 2. *Liv.* l. 26. c. 23. et *Plin.* l. 35. c. 12. et lib. 36. c. 5. [¶ Sed fastigii nomine appellata potius fuisse tegmina illa quasique umbracula, quæ statuis vel parvis Deorum ædibus aliquando veteres imponebant, probabilius censet *Muratorius*, cujus hæc sunt verba ad *Inscript. Tom.* 3. pag. 618. Nihil aliud fuisse mihi creditur *fastigium*, nisi ædicula, seu tegumentum ædiculæ, vel statuæ impositum, et quatuor columnis suffultum. Idem Auctor eodem nomine usos Christianos Scriptores ostendit, ut hæc nostra altarium culmina significarent. Ad hanc significationem referenda quibusdam videntur inferius citanda verba ex *Plin.* l. 36. c. 2. Fictilia Deorum fastigia.] ¶ Neque vero putes, in privatis ædium tectis nulla fuisse fastigia. Nam contra habes apud *Cicer.* 3. *Q. F.* ep. 1. c. 4. ubi de ædibus Q. fratris Romæ positis verba facit. Verum quod in sacris ædibus alia, peculiarique ratione efformata erant, et exquisitiore ornatu, et altiore ad dignitatem cacumine, et acroteriis impositis, quæ fere constabant fictilibus, vel æreis signis deorum; *fastigia* veluti per antonomasiam appellata sunt. Certe *Plin. cit.* l. 35. c. 12. *sub init.* ab ectypis signis fictilibus fastigia templorum orta fuisse, tradit: et lib. 36. c. 2. *fictilia deorum fastigia* appellat. ¶ Per synecdochen dicitur de tecto ipso. *Virg.* 8. *Æn.* v. 491. et lib. 9. v. 568. ignem ad fastigia jactant. ¶ Sumitur etiam pro quacumque summitate paulatim in angustum desinente. *Plin.* l. 10. c. 52. Aquatilium ova rotunda: reliqua fere fastigio acuminata. *terminating in a point. Id. sub init.* cap. 37. l. 11. Cornua in leve fastigium exacuta. et lib. 16. c. 33. Cupressus meta in fastigium convoluta. et cap. 36. *de arundine.* Gracilitas nodis distincta, leni fastigio tenuatur in cacumina. *tapers gradually. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 69. Colles pari altitudinis fastigio oppidum cingebant. *declivity, slope.* et cap. 73. Scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paulatim angustiore ad summum fastigio. *h. e.* summis earum parietibus angustioribus, quam imis. *Lucret.* l. 4. v. 825. Fastigia surarum, ac feminum pedibus fundata. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 553. fastigia muri. *Curt.* l. 4. c. 2. Opus nondum aquæ fastigium æquabat. *the height. Liv.* l. 1. c. 38. *sub fin.* Cloacis e fastigio in Tiberim ductis. *Al. delent* e: *slopingly. Plin.* l. 16. c. 40. Trabs e larice, longa pedes CXX, bipedali crassitudine æquali: quo intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo, fastigium ad mucronem æstimantibus. *reckoning from where it began to taper to a point.* ¶ Dicitur aliquando de ipsa declivitate fastigii, *a declivity, slope. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. Columellas inter se capreolis molli fastigio conjungunt. et lib. 1. c. 45. Declivis locus tenui fastigio vergebat, &c. *Curt.* l. 6. c. 6. *circa med.* Rupes leniore submissa fastigio. *Virg. Ecl.* 9. v. 8. hoc idem significaturus, *mollem clivum* dixit. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 14. Fossa ita idonea, si totam aquam, quæ e cælo venit, recipere potest, aut fastigium habet, ut exeat e fundo. ¶ Et de superficie. *Id. ibid.* cap. 20. Spectandum, quo fastigio sit fundus. in confragoso enim ac difficili hæc valentiora parandum. ¶ Item de profunditate. *Virg.* 2. *Georg.* v. 288. Forsitan et scrobibus quæ sint fastigia, quæras. Sic *altus* non sublimem solum, sed etiam profundum significat. ¶ Et de prominentia, exstantia. V. locum *Vitruvii* in *Exstructio.* ¶ Translate dicitur de dignitate, altoque fortunæ statu. *dignity, rank. Nep. in Attic.* c. 10. Tanta varietas fuit fortunæ, ut modo hi, modo illi in summo essent aut fastigio, aut periculo. *Vellei.* l. 2. c. 69. In consulare fastigium provectus. *Valer. Max.* l. 1. cap. 6. n. 1. Ad regium fastigium evehere aliquem. *Vellei.* l. 2. c. *ult.* Quidquid numinum hanc R. imperii molem in amplissimum terrarum orbis fastigium extulit. *Plin. in Paneg.* c. 52. Sic fit, ut dei summum inter homines fastigium servent. *the highest rank. Curt.* l. 3. c. 12. *ad fin.* Et præteritæ fortunæ fastigium capio, et præsentis jugum pati possum. *Nep. in Attic.* c. 14. Pari fastigio stetit in utraque fortuna. *h. e.* modo, et cultu vitæ. *Curt.* l. 9. c. 10. *a med.* Animus super humanum fastigium elatus. *Juvenal.* sat. 3. v. 39. Quales ex humili magna ad fastigia rerum Extollit, quoties voluit Fortuna jocari. *Plin.* l. 1. ep. 7. Vide, in quo me fastigio collocaris, cum, &c. *Quintil.* l. 12. c. 1. Stetisse Ciceronem in fastigio eloquentiæ, fateor. *Plin.* l. 30. c. 1. Magice in tantum fastigii adolevit, ut hodieque in magna parte gentium prævaleat. *grew into such esteem.* ¶ Item de fine ac termino cujusque rei. *Cic.* 3. *Offic.* c. 7. Quoniam operi inchoato, prope tamen absoluto, tanquam fastigium imponimus. ¶ *Fastigia summa rerum* sunt summa capita, *the heads, leading circumstances. Virg.* 1. *Æn.* v. 345. longa est injuria, longæ Ambages, sed summa sequar fastigia rerum. (*Serv.* exponit primordia.) Similiter apud *Varron.* l. 1. *R. R.* ponuntur *fastigia* pro generibus. Ait enim cap. 7. *post init.* E quibus tribus fastigiis simplicibus. *h. e.* tribus generibus agrorum, campestri, collino, et montano. et *a med.* Propter hæc tria fastigia formæ, discrimina quædam fiunt sationum. et *in fi.* Hæc, atque hujuscemodi tria fastigia agri, &c. ¶ Denique *fastigia* quidam Grammatici vocant accentus, qui verborum syllabis appinguntur, quod sint veluti quædam fastigia, vel fastigatæ lineolæ ipsis impositæ. *accents, accentual marks. Martian. Capell.* l. 3. pag. 60. et 63. et *Diomed.* l. 2. pag. 428. *Putsch.*

FASTĪGO, as, a. 1. *to narrow gradually into a sharp point,* ὀξύνω, acumino, in fastigium erigo. *Plin.* l. 18. c. 7. Frumenta hieme in herba sunt, verno tempore fastigantur in stipulam. *grow up into a straw with a sharp point. Id.* l. 24. *c. ult. circa med.* Folia in exilitatem fastigantur. *Sil.* l. 5. v. 48. Ore levem patulo texens de vimine nassam, Cautius interiora ligat, mediamque per alvum Sensim fastigans, compressa cacumina nectit. *contracting by little and little.* ¶ Translate *Sidon.* l. 3. ep. 6. Qui statum celsitudinis tuæ titulorum parilitate fastigat. *h. e.* extollit. ¶ Reperitur et *fastigio.* V. dicta in *Fastigatus* in fine.

FASTŌSUS, a, um, adject. superbus, fastu plenus, *proud, haughty, arrogant,* ὑπέρφρων. *Petron. in Satyr.* c. 131. Quid est, fastose? ecquid bonam mentem habere cœpisti? *Martial.* l. 10. epigr. 13. Ad nocturna jaces fastosæ limina mœchæ. *Auct. Paneg. ad Pison. inter op. Lucani* v. 107. Domus fastosa.

FASTUS, us, m. *pride, haughtiness, arrogance, disdain,* ἀλαζονεία, superbia, et elatio quædam animi, nimia sui existimatio cum contemptu aliorum. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 51. *Hard.* Supercilia maxime indicant fastum. *Id.* l. 9. c. 35. Superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 419. Fastus inest pulcris, sequiturque superbia formam. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 92. aspice primum, Quanto cum fastu, quanto molimine circumspectemus. *Propert.* l. 2. el. 19. v. 61. assumere fastus. et lib. 3. el. 11. v. 10. terere. *h. e.* procuicare. et eleg. 15. v. 3. compescere. et eleg. 17. v. 11. et eleg. 23. v. 35. pati alicujus. *h. e.* superbiam et repulsas amicæ: quo sensu *Id.* l. 4. el. 5. v. 42. *de Medea:* Nempe tulit fastus, ausa rogare prior. et *Virg. Ecl.* 4. v. 14. superba pati fastidia. et *Ovid.* 14. *Metam.* v. 761. O mea lentos Pone, precor, fastus, et amanti jungere, Nymphe. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 241. fastus exsuere. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 2. Fastus erga patrias epulas. *Petron. in Satyr.* c. 96. Fastum facere alicui. *h. e.* eum despicere, et a se repellere. Phrasis minus imitanda. ¶ *Fastus, uum,* in plur. num. sunt Fasti, in quibus magistratuum nomina perscribebantur. V. *Fasti* in fine.

FASTUS, a, um, adject. *lucky, prosperous, of good omen,* quod cum voce *dies* solum conjungitur, et dicitur de iis diebus, quibus lege agi licet, et forensem jurisdictionem exercere. *Ovid. Fast.* l. 1. v. 47. Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur: Fastus erit, per quem lege licebit agi. ¶ Dies fasti illi erant, quibus Prætoribus licebat lege agere, idest jurisdictionem exercere, et absolvere, ac condemnare: a *fando,* quod illis diebus permissum erat Prætoribus fari tria illa verba solemnia in jurisdictione exercenda, *Do, Dico, Addico.* Alii erant festi, alii profesti, alii Senatorii, alii non Senatorii, alii comitiales, alii non comitiales. Sed divisio celebrior est, qua in tres species dividuntur. Prima erat eorum, qui erant *Fasti proprie, et toti: proprie,* quia Prætor semper et poterat, et solebat lege agere, nisi cum casus aliquis extra ordinem interveniebat: *toti,* quia horis omnibus lege agere licebat. Hi simpliciter *Fasti* dicebantur, et in Calendario littera F. signabantur. Erant in toto anno XXXVIII. Secunda eorum erat, qui *proprie, sed non toti Fasti* erant, siquidem Prætor omnibus his diebus quidem, sed non omnibus horis poterat lege agere. Notabantur his litteris Fp. Np. En. Q. Rex C. F. Q. St. Df. idest *Fastus primo, Nefastus primo, Endotercisus, Quando Rex Comitio fugit, Quando stercus defertur.* Erant LXV. Tertia eorum, qui *non proprie, sed casu Fasti* erant, cujus generis erant Comitiales. Interdum enim Comitia non habebantur, et tunc lege agere licebat. Hi interdum erant Fasti toti, idest cum nulla Comitia habebantur, interdum ex parte, idest, cum Comitia fiebant, sed non toto die. Erant CLXXXIV. Ex *Manut.* De veterum dierum ratione. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 16. *a med.* tradit, lege Hortensia nundinas quoque *fastas* fuisse. V. in *Hortensius, a, um.*

FATA, æ, f. Parca: a *fatum.* Parcæ enim fatales deæ dicuntur. In numo Diocletiani apud *Mediobarb.* pag. 423. ex *Spanhem:* Fatis Victricibus. S. C.

FATĀLIS, le, *fatal, ordained by fate,* εἱμαρμένος, ex fato impendens, fato destinatus: et tam de iis dicitur, quæ exitium afferunt, quam de iis, quæ salutem. *Cic. Catil.* 4. c. 1. Meus Consulatus ad salutem reipubl. prope fatalis fuit. et *Catil.* 3. c. 4. Hic annus fatalis est ad interitum hujus Urbis. et *post rédit. in Sen.* c. 2. Ille annus, quem ego mihi, quam patriæ, malueram esse fatalem. et *Phil.* 6. *in fine.* Fuit aliquis fatalis casus.. . nunc si quis erit, erit voluntarius. *Id. in Partition.* c. 21. Si quæ accidisse videbuntur divina atque fatalia. *Id.* 1. *Acad.* c. 7. *extr.* Fatalis et immutabilis continuatio ordinis sempiterni. *Id. pro Marcell.* c. 10. Miserum fataleque bellum. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 20. Illa fatalis necessitas, quam εἱμαρμένην dicitis. *Id. de Fato,* c. 13. Tam fatale est, medicum adhibere, quam convalescere. *Ovid* 4. *Fast.* v. 257. Fatalia verba. *h. e.* fatum continentia. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 8. v. 64. Fatales deæ. *h. e.* Parcæ, quæ fatum suum cuique statuunt. ¶ *Fatalis mors* apud *Vellei.* l. 2. c. 6. et 49. est quæ fato, et secundum naturam venit: et opponitur violentæ. *a natural death.* Sic *fato mori* dixit *Tacit.* et *fataliter mori, Eutrop.* ¶ *Fatales libri* sunt, quibus vaticinia et fata continentur, cujusmodi erant Sibyllini. *Liv.* l. 5. c. 14. et 15. lib. 22. c. 9. et lib. 42. c. 2.

FATALĬTAS, atis, f. *fatality,* fati necessitas. *Imp. Zeno* lib. 4. *Cod. tit. ult.* leg. 1. Quod fatalitate ingruebat.

FATALĬTER, adverb. secundum fata, vel ex fatis, *fatally,* πεπρωμένως. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 7. Ex omni æternitate dicis definita esse fataliter. [*Ovid.* 12. *Met.* v. 67. Hectorea primus fataliter hasta, Protesilae, cadis.] *Fataliter mori,* apud *Eutrop.* l. 1. c. 11. est fato mori. *to die a natural death.* V. *Fatalis.*

FATĔOR, eris, fassus sum, dep. 2. *to confess, own, grant, acknowledge,* ἐξομολογέω, confiteor: et fere dicitur de iis, qui in culpa sunt, vel qui aut coacti, aut impulsi ea dicunt, quæ alioquin tacerent. *Plaut. Aulul.* 4. 4. 16. Facisne injuriam mihi, an non? *Eu.* fateor, quia non pendes, maximam: atque id quoque jam fiet, nisi fatere. *Stro.* quid fatear tibi? *Terent. Adelph.* 2. 1. 34. Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium. *Cic. pro Cæcin.* c. 9. Ita libenter confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur. (V. *Confiteor.*) *Id. pro Rabir. perduell.* c. 5. *sub fin.* Fateor, atque etiam profiteor, et præ me fero, te ex illa crudeli actione esse depulsum. *Cæs.* 3. *B. Civ.* c. 20. Qui se debere fateantur. *Terent. Adelph.* 1. 1. 52. Hoc qui nequit, fateatur nescire imperare liberis. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 10. Si verum mihi eritis fassæ, vinclis exsolvemini. *Liv.* l. 24. c. 5. et *Curt.* l. 6. c. 9. De se fateri, celare alios. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 26. De facto turpi aliquo, aut inutili, aut utroque fateri. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Hominum igitur causa eas rerum copias comparatas, fatendum est. *Id. in Partition.* c. 14. Multi in tormentis mori maluerunt falsum fatendo, quam inficiando dolere. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 633. paupertatemque fatendo Effecere levem. *Id. Heroid.* ep. 21. v. 204. Fateri sensus suos. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 147. quod quanto plura parasti, Tanto plura cupis, nulli ne fateri audes? *paragoge. Curt.* l. 6. c. 3. et *Plin.* l. 27. c. 1. Si verum fateri volumus. *Eumen. in gratiar. act.* c. 1. Ut verius fatear. ¶ Interdum sumitur pro indicare, prodere, manifestare. *to show, indicate, manifest, discover. Ovid.* 2. *Trist.* v. 525. Vultu iram fateri. *Plin.* l. 36. c. 26. Belus amnis non nisi refuso mari, arenas fatetur. *Id.* l. 9. c. 57. Patinarum calore pisces vitalem motum fateri. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 23. *circa med.* Laterensis nostri et fidem, et animum singularem in rempubl. semper fatebor. *h. e.* testabor, prædicabo. *Juvenal.* sat. 10. v. 172. mors sola fatetur, Quantula sint hominum corpuscula. ¶ Hinc *fatendi modus* in verbis est indicativus, apud Grammaticos. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 58. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) ¶ Participia sunt *fassus, fatens, fassurus, fatendus.* *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 23. Da veniam fasso. *Id.* 3. *Amor.* el. 9. v. 35. Ignoscite fasso. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 17. Nil oriturum alias, nil ortum tale, fatentes. *Stat.* 1. *Achill.* v. 664. multum facies mutata fatentis. *h. e.* arcanum manifestantis. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 573. oculos oculis spectare fatentibus ignem. *Id.* 3. *Amor.* el. 10. v. 24. Fassuram Cererem crimina nota puto. *Id.* 1. *Trist.* el. 9. v. 16. Sunt tamen eventu vera fatenda meo. ¶ *Fateor* passive. *Cic. Agrar.* 2. c. 21. *ad fin.* Quæ est ista æquitas, ceteros agros, etiam si privati sint, permittere, ut publici judicentur; hunc excipere nominatim, qui publicus esse fateatur? [† Sanam lectionem esse vix credit *Ernest.* etsi *confessus* passive dici tradit *Priscianus.* V. *Confessus.*] ¶ Impersonaliter. *Paul. Dig.* lib. 30. leg. 39. *ad fin.* Vulgo fatebatur, utique minorem eum legasse.

FATICĀNUS, a, um, *prophesying,* qui fata canit, idest, futura prædicit. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 417. Hæc ubi faticanô venturi præscia dixit Ore Themis. Al. leg. *faticino,* al. *fatidico,* al. *vaticino.*

FATICĬNUS, a, um, idem ac faticanus. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 436. Sic dicere vates, faticinasque ferunt sortes. Al. aliter leg. ut in voce præced.

FATIDĬCUS, a, um, *foretelling future events, prophetic,* χρησμολόγος. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 7. Qui futura prædivinando solent fari, fatidici dicti. *Virg.* 8. *Æn.* v. 340. Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima, futuros Æneadas magnos. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* cap. 8. Anus fatidica Stoicorum. *Plin.* l. 15. cap. 29. Fatidicum et memorabile augurium. *Id.* l. 2. c. 43. Fatidica fulmina. et cap. 93. Fatidici specus. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 640. fatidicos concepit mente furores. *Id.* 2. *Fast.* v. 262. Fatidicus deus. *h. e.* Phœbus. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 304. Fatidicæ silvæ. ¶ Absolute *Cic.* 2. *de Legib.* c. 8. Interpretari fatidicorum et vatum effata incognita.

FATĬFER, a, um, *fatal, destructive, deadly,* μόρσιμος, mortifer, fatum, idest mortem afferens. *Virg.* 3. *Æn.* v. 621. Fatiferumque ensem. *Id.* 9. *Æn.* v. 631. Fatifer arcus. *Al. leg.* lethifer. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 3. v. 27. fatifero Mavors accingitur ense. Adde 6. *Metam.* v. 251.

FATIGABĬLIS, le, *that may be wearied,* qui fatigari potest. *Tertull. de anim.* c. 32. Ascensu scalarum fatigabilis.

FATIGATĬO, onis, f. *weariness, fatigue,* κόπος, κάμα-

τος: plus est quam lassitudo. *Cels.* l. 1. c. 2. *a med.* Exercitationis finis esse debet lassitudo, quæ citra fatigationem sit. *Liv.* l. 32. c. 15. Fatigatio equorum atque hominum. *Curt.* l. 6. c. 8. Illum fatigatione resolutum somnus oppresserat. *Id.* l. 7. *c. ult.* Affectus fatigatione. *Colum.* l. 4. c. 18. Minuere fatigationem. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ad fin.* Fatigatione deficere. Adde *Tacit.* 2. *Hist.* c. 60. et *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 9. ¶ Item dictum jocosum, facetiæ, cavillatio, qua risus causa quempiam fatigamus, et ut Veneti dicunt. *facimo vogare.* (*let us go a rowing.*) *Sidon.* l. 1. ep. 8. Morari me Romæ gratularis: id tamen quasi facete, et fatigationum salibus admixtis. *Sulpic. Sever.* dial. 1. c. 4. *a med.* Aliquantum erubescens, dum fatigationem meam accepit. V. *Fatigo.*

FATIGATORĬUS, a, um, adject. *Sidon.* l. 5. ep. 17. Verba erant dulcia, jocosa, fatigatoria. *h. e.* faceta. V. *Fatigatio.*

FATĪGĀTUS, a, um, *wearied, harassed, fatigued, tired*, κατανοηθείς. Si *Servio* credere libet *ad Æn.* 8. v. 232. proprie refertur ad corpus, ut *fessus* ad animum: quamquam hæc sæpius confunduntur. *Cicer. in Top.* c. 20. Verberibus, tormentis, igni fatigati, quæ dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 42. Juga demere bobus fatigatis. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 83. fatigatis humero sub utroque lacertis. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* cap. 95. Milites magno æstu fatigati. *Nep. in Eumen.* cap. 12. Triduo fame fatigatus. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 11. Ludo et somno fatigatus. *wearied with play, and oppressed with sleepiness.* nam somnus, etiam adventans, vires capit. ¶ Translate *Ovid.* 3. *Amor.* el. 11. v. 2. Cede fatigato pectore, turpis Amor. *Id. Heroid.* ep. 13. v. 97. Inter mille rates tua sit millesima puppis: Jamque fatigatas ultima verset aquas. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 227. *de Hercule.* Ille fatigatæ perdendo monstra novercæ. *Sallust. in Jug.* cap. 11. Fatigatus a fratre. *h. e.* precibus exoratus. Adde cap. 70. et V. *Fatigo.*

FATĪGO, as, avi, atum, a. 1. *to tire, weary, fatigue*, κατακοπόω, κοπόω, vires urgendo, instandoque cuipiam adimo, lasso, ad lassitudinem deduco, domo. Esse volunt a *fatim ago*, hoc est valde ago, agito, vexo. *Nep. in Lysandr.* c. 2. Ne de eodem plura enumerando, fatigemus lectores. *Cic. Offic.* 3. c. 18. Sicarii, venefici, fures non verbis sunt, et disputatione philosophorum, sed vinculis et carcere fatigandi. *Sallust. in Catil.* c. 28. Neque insomniis, neque labore fatigari. *Liv.* l. 8. c. 10. Aliquandiu pugna atroci cum semet ipsi fātigassent. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 824. petit ille dapes sub imagine somni, Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat. *Virg.* 3. *Georg.* v. 132. cursu quatiunt, et sole fatigant. *Id. Æn.* 11. v. 306. quos nulla fatigant Prœlia, nec victi possunt absistere ferro. ¶ Translate *Id.* 6. *Æn.* v. 78. Bacchatur vates, magnum si pectore possit Excussisse deum: tanto magis ille fatigat Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo. *Sallust. in Catil.* c. 11. Secundæ res sapientium animos fatigant. *h. e.* eorum virtutem et constantiam vincunt. *Id. in Jug.* c. 60. Fatigare aliquem dolis. *Id.* orat. 2. *ad Cæs. de rep. ordin. a med.* Curis fatigatur animus. *Stat.* 9. *Theb.* v. 280. Mille modis leti miseros mors una fatigat. *Horat.* l. 4. od. 14. v. 18. Devota morti pectora liberæ Quantis fatigaret ruinis. *h. e.* urgeret, obrueret. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 348. Te ducente sequor: tua me grandæva fatigant Consilia, et monitis cedo minor. *h. e.* meam animi firmitatem vincunt. *Horat.* l. 2. od. 11. v. 11. quid æternis minorem Consiliis animum fatigas? *Tacit. Ann.* 15. c. 71. Fatigare dextram osculis. *to load with kisses:* vel dexteram osculis jaciendis lassare. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 635. miscent suprema paventes Verba alii, junguntque manus, atque ora fatigant. et vers. 120. l. 2. Fama terras fatigat. *h. e.* implet rumoribus suis, turbat, vexat. Sic *Virg.* 2. *Æn.* v. 280. aspera Juno, Quæ mare nunc, terrasque metu, cælumque fatigat. *h. e.* miscet, sollicitat, exercet. *vexes, troubles, harasses. Valer. Flacc.* l. 5. v. 142. arma fatigant Ruricolæ, Gradive, tui. *h. e.* ferramenta in usum belli fabricando, ictibus malleorum quasi fatigant. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 485. lolium tribulique fatigant Triticeas messes. *h. e.* obruunt, nec crescere sinunt. *mar, check the growth of.* et lib. 1. v. 573. fluvius sonitu plus quam vicina fatigat. *h. e.* molestia afficit. *deafens with the noise of its waters. Sil.* l. 12. v. 496. et lib. 1. v. 675. curasque ita corde fatigat: Quo mens ægra vocas? &c. *h. e.* agitat, versat. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 8. Fatigare curas artificum. *weary out with work. Virg.* 9. *Æn.* v. 605. Fatigare silvas. *h. e.* silvis veluti molestum esse venatu, clamoribus, agitatione ferarum: quod et *Valer. Flacc.* imitatus est lib. 3. v. 21. ¶ *Fatigare aliquem precibus* est adeo instare, obtundere, molestum esse, precare precando, donec victus se exorari sinat. *to importune. Liv.* l. 9. c. 20. et lib. 27. c. 45. *Justin.* l. 18. c. 1. *Horat.* l. 1. od. 2. v. 26. et *Valer. Flacc.* l. 8. v. 386. Sic fatigare questu, *Id.* l. 7. v. 311. gemitu mœstaque voce, *Stat.* 2. *Theb.* v. 244. deos in vota, *Valer. Flacc.* l. 4. v. 69. votis Jovem, *Martial.* l. 7. epigr. 59. lacrimis, *Tacit.* 3. *Hist.* c. 31. Sic *Virg.* 7. *Æn.* v. 582. Undique collecti coeunt, Martemque fatigant. *h. e.* flagitant, instanter rogant Martem, ut adsit: quod est, bellum deposcunt. *invoke the fight. Valer. Flacc.* l. 8. v. 86. atque omnem linguaque manuque fatigat Vim Stygiam. *h. e.* magicis verbis ac signis petit, arcessit, invocat. Nam dicimus etiam *fatigare* absolute pro fatigare precibus. *Sallust. in Jug.* c. 17. Quos ego audio maxuma ope niti, ambire, fatigare vos singulos, ne quid statuatis. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 29. Fatigare deos. ¶ Aliquando est impellere, stimulare, agitare, *to rouse, incite, stimulate, push on*, quia impulsi, et ad cursum incitati fatigantur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 320. qualis equos Threissa fatigat Harpalice, volucremque fuga prævertitur Hebrum. et lib. 11. v. 714. Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat. et lib. 9. v. 609. versaque juvencum Terga fatigamus hasta. et lib. 5. v. 253. jaculo cervos cursuque fatigat. ¶ Translate *Id.* l. 4. v. 572. Corripit e somno corpus, sociosque fatigat: Præcipites vigilate viri, &c. *Id.* 6. *Æn.* v. 533. quæ te fortuna fatigat, ut, &c.? et lib. 9. v. 63. collecta fatigat edendi Ex longo rabies. ¶ *Fatigare diem* est totum in opere occupando veluti lassare. *Virg.* 8. *Æn.* v. 94. Olli remigio noctemque diemque fatigant. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 602. Marte diem noctemque fatigat. ¶ Apud *Sidon.* l. 6. ep. 2. fatigari argutiis, est per argutias molestia affici, vexari. Sic *Sulpic. Sever. Dial.* c. 4. *ad fin.* Nullam occasionem omittis, quin nos edacitatis fatiges. et cap. 5. Sed supersedendum, ne Gallus se æstimet fatigari. V. *Fatigatio.* [¶ Particip. *fatigaturus* apud *Liv.* l. 38. c. 19. Tædio se fatigaturos hostem censebant.]

FATILĔGUS, a, um, adject. q. d. fatum, seu mortem colligens. *Lucan.* l. 9. v. 821. Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.

[* FATILOQUĬUM, ii, n. prædictio, prophetia. *Apul. de Deo Socrat.* pag. 46. *Elmenh.* Vel Sibyllæ fatiloquia versificet.]

FATILŎQUUS, a, um, *prophetic*, idem ac fatidicus. *Liv.* l. 1. c. 7. Carmenta mater, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam adventum miratæ hæ gentes fuerant.

FATĬM, adverb. abundanter, teste *Serv. ad Æn.* 1. v. 127. unde *affatim. Fulgent.* l. 2. *Mythol.* fab. 8. Conceptionem fatim subministrat. Al. aliter leg.

FATISCO, is, n. 3. *to chink, open or gape with chinks*, χαίνω, findor, aperior, hisco: a *fatim*, et *hisco*, ut *Serv.* docet ad illud *Virg. Æn.* 1. v. 127. Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt. *Id. Æn.* 9. v. 809. saxis solida æra fatiscunt. *Id.* 1. *Georg.* v. 180. Area pulvere victa fatiscit. et lib. 2. v. 249. Pinguis tellus haud unquam manibus jactata fatiscit, Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. *does not dissolve into dust. Solin.* c. 35. (*al.* 48.) *a med.* Pomum fatiscit in pulverem. *Tibull.* l. 1. el. 6. v. 31. Heu canimus frustra, nec verbis victa fatiscit Janua: sed plena est percutienda manu. *Al. leg.* patescit. *Plin.* l. 11. c. 45. *extr.* Camelo ungues in longiore itinere sine calceatu fatiscunt. ¶ Sæpe ponitur pro deficere, *to faint, droop, be exhausted. Colum.* l. 2. c. 14. Omni solo, quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit, una medicina est, ut stercore adjuves. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 598. ille fatiscens, In caput, inque humeros ipsa vi molis, et iræ Proruit. *Stat.* l. 5. *silv. ult.* v. 21. Fatiscere clamore. *Colum.* l. 7. c. 3. *ante med.* Ovis fatiscit post annum septimum. et cap. 9. *sub fin.* Scrota celerrime fatiscit, quæ plures educat. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 395. viri resides In lacrimas, humilesque metus, ægramque fatiscunt Segnitiem. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 10. Donec fatisceret seditio. *Id.* 14. *Ann.* c. 24. Ipse exercitusque per inopiam et labores fatiscebant. et lib. 6. c. 7. Scriptores copia fatiscunt. et lib. 16. c. 5. Manibus nesciis fatiscere. *to flag from their hands being unaccustomed to it.* ¶ Cum infinito *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 35. exsiccata fatiscet Mater Achilleis hiemes affrangere bustis. ¶ Passiva voce et significatione. *Lucret.* l. 5. v. 309. delubra deum, simulacraque fessa fatisci. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 197. et cap. 7. n. 91. Altera ira, altera vulneribus fatiscuntur. *Pacuv. ibid.* Si unquam fatiscar facere quod quibo boni. *Accius ibid.* Haud fatiscar, quin tuam implorem fidem.

FATOR, aris, dep. 1. multum loquor, frequent. a *fari. Fest.* Fatantur, multa fantur.

FATŬA, æ, f. eadem quæ Bona dea: a *fando. Cornel. Labeo* apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. V. *Bona. C. Bassus* apud *Lactant.* l. 1. c. 22. Sic nominatam tradit, quod mulieribus fata canere consuevisset, ut Faunus viris. ¶ *Martian. Capella* l. 2. pag. 41. Fatuas (quas etiam *Fantuas* appellari docet, et *Fanas*) enumerat inter longævos, et fatidicos, cujusmodi sunt Sibyllæ.

FATŬE, *foolishly*, more eorum qui fari nesciunt, stulte, insipienter. *Quintil.* l. 6. c. 4. (si sanus est locus) Alioquin et tacendum est sæpe, et aliis subjicientibus, plerumque studio loquendi fatue modo accedendum. *Varro* quoque hanc vocem agnoscit. l. 5. *de L. L.* c. 7. et a *fari* derivat.

FATUELLUS, li, m. deus idem qui Fatuus, et Faunus, et Inuus, et Græce Ἐφιάλτης. *Serv. ad Æn.* 6. v. 776. et *ad Æn.* 7. v. 47. ubi Fatuam ei uxorem assignat.

FATUĬTAS, atis, f. *folly, simplicity, fatuity*, εὐήθεια, insipientia, stultitia, stoliditas. *Cic. Attic.* l. 11. *ep. ult.* Ego hujus miserrima fatuitate conflictor. *Al. pleriq. leg.* facultate. *Id.* 2. *de Invent.* c. 32. Non hanc imprudentiam, aut casum, aut necessitudinem, sed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere.

FATUM, ī, n. *a prophecy, oracle, prediction*, dictum, effatum, quo quippiam futurum monstratur, ut sunt oracula et responsa vatum: a *fari. Cic. Catil.* 3. c. 4. et 5. Lentulum sibi confirmasse ex fatis Sibyllinis, haruspicumque responsis, se esse illum, &c. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 44. Ex fatis, quæ Veientes scripta haberent. *et mox.* In iisdem fatis scriptum Veientes habere. *Virg.* 5. *Æn.* v. 703. Oblitus fatorum. *Liv.* l. 5. c. 15. Interpres fatis oblatus. *Rutil.* l. 2. *Itiner.* v. 52. Sibyllinæ fata cremavit opis. ¶ Item (ut *Cic.* definit l. 1. *de Divin.* cap. 55.) ordo seriesque causarum, cum causa causæ nexa rem ex se gignit. Græce εἱμαρμένη: ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna, *fate, destiny; a series of causes, the course of nature; the appointment or determination of the Deity; the will of heaven.* Hoc fatum *physicum* nonnulli appellant. Sed est et *astrologicum*, seu *mathematicum*, ex astrorum præcipue vana observatione pendens, h. e. necessitas quædam ante deos, qua quippiam ex liberis causis fieri aliquando statutum est: idque necessario futurum est, ne ipso quidem Jove immutare (bene tamen differre ad decem annos, inquit *Serv. ad Æn.* 8. v. 398. ex *Haruspicinæ libris*, et *Sacris Acherontiis*) valente, ut Stoici docuere, qui scelera quoque necessitate patrari, putabant. (V. *Gell.* l. 6. c. 2. et *Cicer. in lib. de Fato.*) Quæ omnia tum aliorum Philosophorum sanior doctrina, tum certissima omnium Christiana veritas, falsa et insana esse demonstrat. Porro hæc ideo fata dicuntur, quia illa Jovem *fari*, et tradere Parcis fabulantur, quæ suo quæque tempore exsequenda curent. Quare ipsæ quoque *Fata* dictæ sunt, ut Græce μοῖραι, teste *Apul. de Mundo, in fin.* et dominas Fati, *Ovid.* 5. *Trist.* el. 3. v. 17. appellat. *Cic. de Fato*, c. 3. Si Daphitæ fatum fuit, de equo cadere. et cap. 12. Si fatum tibi est, ex hoc morbo convalescere. et cap. 15. Stoici omnia fato fieri dicunt. *Id.* 2. *de Divin.* c. 7. Omnia, quæ fiunt, fato contineri. et lib. 1. c. 1. Prædicere, quo quisque fato natus sit. *Id. pro Balb.* c. 26. Fuit hoc sive meum, sive reipubl. fatum, ut, &c. et *initio Phil.* 2. Quonam meo fato fieri dicam, ut, &c. *Id. pro Font.* c. 16. Ea conditione atque eo fato se in his terris collocatam esse, ne, &c. *Id. pro Marcell.* c. 5. Ad illa arma fato nescio quo misero funestoque compulsi. *fatality. Cæcin. ad Cicer. Fam.* 6. ep. 7. Qua quidem in re singulari sum fato. *I experience a remarkable fate. Horat.* epod. 7. v. 17. Acerba fata Romanos agunt. *Virg.* 5. *Æn.* v. 709. quo fata trahunt, retrahuntque, sequamur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 199. omnia fatis in pejus ruere. *by the order of the fates. Id.* 1. *Æn.* v. 43. vetari fatis. et vers. 36. agi fatis. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 7. v. 56. fuit in fatis hoc quoque, credo, meis. *Id.* 1. *Fast.* v. 481. Sic erat in fatis. *it was so fated or destined. Id.* 3. *Trist.* el. 2. v. 1. Ergo erat in fatis, Scythiam quoque visere, nostris? *ordained or predetermined by fate.* ¶ Aliquando *fatum* dicitur voluntas, et placitum deorum, ut *Non.* c. 6. n. 42. docet. *Virg.* 7. *Æn.* v. 293. Heu stirpem invisam et fatis contraria nostris Fata Phrygum! Adde vers. 50. ¶ Item res ipsa, qua fatum alicujus continetur. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 29. Ilio tria fuisse audivi fata, quæ illi forent exitio: signum ex arce si periisset: alterum etiam est Troili mors: tertium cum portæ Scææ limen superum scinderetur. *Justin.* l. 20. c. 1. *extr.* Herculis sagittæ, quæ fatum Trojæ fuere. ¶ Interdum casus, calamitas, infortunium, *a calamity, mishap. Cic. Catil.* 2. c. 5. Quibus ego confido impendere fatum aliquod, et pœnas jamdiu improbitatis debitas instare. Contra *Horat. in Carm. sæcul.* v. 27. bona fata, *h. e.* prosperas res dixit. Sic *Lucan.* l. 7. v. 252. Nil opus est votis: jam fatum arcessite ferro. *h. e.* bonam fortunam, victoriam. *Juvenal.* sat. 7. v. 189. exempla novorum Fatorum transi. ¶ Sæpe interitus, pernicies, mors, *destruction, death. Cic. pro Dom. c. pænult.* Si in illo pæne fato reipubl. objeci meum caput civium furori. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 39. Suum fatum queri, et commune periculum miserari. *Quintil.* l. 3. c. 7. Fato fungi. *Plin. in Paneg.* c. 11. concedere. *Liv.* l. 26. c. 13. cedere. *Modestin. Dig.* lib. 34. tit. 3. leg. 20. Concedere in fatum. ¶ Cum mortem significat, de illa intelligitur, quæ naturæ lege cuique obvenit, et violentæ atque inopinatæ opponitur, quod et *Gell.* l. 13. c. 1. observat. *Cic.* 1. *Phil.* c. 4. Multa autem impendere videbantur præter naturam, præterque fatum. *Id. pro Cœl. in fin.* Nolite hunc maturius exstingui vulnere vestro, quam fato suo. *Virg. Æn.* 4. v. 696. quia nec fato, merita nec morte peribat. *Tacit. Ann.* 6. c. 10. L. Piso pontifex, rarum in tanta claritudine, fato obiit. *died a natural death.* V. *Fatalis.* ¶ Metonymice de eo dicitur, qui perniciem, interitum affert. *Cic. pro Sext.* c. 43. Duo illa reipublicæ pæne fata, Gabinium et Pisonem. ¶ Eadem ratione *fata* reliquias funeris, ossa, cineres significant (quamque alii aliter explicant) in illo *Propert.* l. 1. el. 17. v. 11. An poteris siccis mea fata reponere ocellis? ¶ *Fato inscribere* apud *Tertull. de Anim.* c. 37. dicebantur Veteres eo die, quo filiis nomina imponebant, et *fata scribundo advocare, ibid.* c. 39. quia eo die quodcumque bonum omen arripere poterant, id ad filii futuram vitæ prosperitatem arripiebant. V. *Scalig.* l. 2. *lection. Auson.* c. 22. ¶ *Fata* pro diis habita ostendunt duo inscripti lapides apud *Gruter.* pag. 98. n. 1. et 2. quorum prior: *Fatis Q. Fabius Nysus ex voto.*

Videntur autem eadem esse cum Parcis. Et in nummo Diocletiani apud *Mediobarb.* pag. 423. *Fatis victricibus.* Figuræ enim tum hic, tum in allato lapide insculptæ tres exhibent mulieres manibus invicem connexas. Sic in lapide apud *Maffei. in Mus. Veron.* pag. 170. Debita cum fatis venerit hora tribus. *Procop.* l. 1. *B. Goth.* c. 25. *ad fin.* Τρία Φάτα Ῥωμαῖοι τὰς Μοίρας νενομίκασι καλεῖν.

FATŬOR, aris, dep. 1. est divino furore corripi, a Fatua uxore Fauni. *Justinus* l. 43. c. 1. Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ assidue divino spiritu impleta velut per furorem futura præmonebat: unde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur. ¶ Est item ineptire. *Senec. in Apocolocynth. ante med.* Audi me, et desine fatuari.

FATUS, a, um, particip. a *fari.* V. *Faris.*

FATUS, i, m. idem quod fatum. Legitur *in fragm. Tragur. Petron.* c. 42. *Burm.* malus fatus. et c. 77. fatus meus. et *in Inscript.* apud *Gruter.* pag. 661. n. 6. et pag. 663. n. 5. et apud *Fabrett.* cap. 3. p. 123.

FATUS, us, m. *a word, saying,* dictum, verbum: a *fari. Prudent. in Apoth.* v. 662. Promite secretos fatus.

FATŬUS, a, um, *foolish, silly, simple,* ἀνόητος, insipiens, stultus, insulsus: a *fando*, qua notat vaticinari. Nam veteres vates suos *Fatuos* a fatu vocabant, quomodo et ipsum nomen vates est a φάτης, sed quia vates furore correpti vaticinarentur, inde *Fatuus* pro vesano sumi cœpit. Fatuus, et stultus differunt, (ut quidam putant) quia stultus est obtusis sensibus, fatuus nullis. *Afran.* apud *Isidor.* l. 10. in *Stultus.* Ego meipsum stultum esse existimo, fatuum esse non opinor. *Terent. Eun.* 5. 9. 49. Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctesque et dies. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 2. Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. *Cic. pro Deiot.* c. 7. Non modo nequam et improbus, sed fatuus et amens es. *Plaut. Trin.* 2. 2. 18. Fatui mores et turbidi. *Cic. de Orat.* c. 24. Hoc præceptum est magis monitoris non fatui, quam eruditi magistri. ¶ *Fatuus, i,* et *Fatua, æ,* qui fatuus est, et risus causa in ditiorum domibus ali solet. *a fool, jester, buffoon. Senec.* ep. 50. Harpasten, uxoris meæ fatuam, scis, hereditarium onus in domo mea remansisse. Ipse enim aversissimus ab istis prodigiis sum: si quando fatuo delectari volo, me rideo. Hæc fatua subito desiit vivere. ¶ Translate de cibis dicitur, qui insipidi sunt. *tasteless, insipid, mawkish. Martial.* l. et epigr. 13. Ut sapiant fatuæ, fabrorum prandia betæ. ¶ Fortasse huc pertinet illud *Varronis* apud *Non.* c. 4. n. 291. Quod Cal. Jun. et publice, et privatim fatuam pultem diis mactat. *h. e.* sine sale: et fortasse intelligit libum ex farre, et faba, quod eo ipso die Carnæ deæ offerri solitum, tradit *Ovid.* 6. *Fast.* v. 170.

FAUCES, ium, f. *the larynx, top of the gullet,* superior, interiorque gulæ pars ad linguæ radices, ubi os contrahitur, et cibus incipit descendere in stomachum. Duæ sunt: altera, qua cibus in stomachum, quæ φάρυγξ: altera, qua spiritus ad pulmones fertur, quæ λάρυγξ dicitur. Præcipue tamen de priori a Latinis usurpantur. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 68. *Hard.* Summum gulæ fauces vocantur, extremum stomachus: quibus fauces non sunt, ne stomachus quidem est. *Cels.* l. 4. c. 1. Exigua in arteria sub ipsis faucibus, lingula est, quæ cum spiramus, attollitur. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 39. Lippiunt fauces fame. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 114. Sitis fauces urit. *Plaut. Asin.* 1. 1. 27. Excreare ex penitis faucibus. *Id. Curcul.* 1. 2. 25. Ingurgitare se in merum faucibus plenis. *Plin.* l. 27. c. 4. Mederi faucibus scabris. *Id.* l. 23. c. 8. Nuces videntur fauces exasperare. *Id.* l. 28. c. 9. Lac gargarizatur faucibus exulceratis utilissime. *Cels.* l. 5. c. 25. sect. 11. Fauces tussientes. ¶ Accipiuntur et pro ipsa gula, *the gullet, weasand. Id.* l. 7. c. 44. Intortæ fauces, et expressus per aures sanguis. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 62. Fauces alicui prehendere, atque enecare. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 378. Laqueo fauces innectere. *to strangle. Lucan.* l. 2. v. 154. Hic laqueo fauces, elisaque guttura fregit. ¶ Translate *Plaut. Cas.* 5. 3. 4. Omnibus modis occidi miser: manifesto faucibus teneor. *Cic. pro Cluent.* cap. 31. Istam conciliationem gratiæ Stalenus tum, recenti re, cum faucibus premeretur, excogitavit. *Id. Verr.* 5. c. 76. Timarchides premit fauces defensionis tuæ. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 6. *extr.* Cujus tu ex impurissimis faucibus inhonestissimam cupiditatem eripuisti. *Crass.* apud *Cicer.* l. 1. *de Orat.* c. 52. Eripite nos ex faucibus eorum, quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri. *from the jaws. Cic. pro Arch.* c. 9. Urbem Cyzicenorum ex omni impetu regio, ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse. *Apul.* l. 7. *Metam.* E mediis Orci faucibus ad hunc evasi modum. ¶ Sæpe dicitur de loco quovis augusto, unde in patentiorem exitus est. *Plin.* l. 5. c. 9. Nilus multis faucibus in Ægyptium mare se evomit. *through many mouths. Id.* l. 6. c. 1. Fauces Bosphori. *the straits of Constantinople. Cic.* 2. *Agrar.* c. 32. Corinthus posita in angustiis, atque in faucibus Græciæ. *at the mouth or entrance. Id.* 5. *Verr.* c. 62. Æmilius sedens in faucibus macelli. *Liv.* lib. 29. c. 32. Massinissam persecutus in valle arcta, faucibus utrinque obsessis, inclusit. *the outlets. Curt.* l. 7. c. 4. In Ciliciæ angustissimis faucibus. *in the narrow passes or defiles. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 25. Fauces portus angustissimæ. *the mouth of the harbour.* Fauces pictas *Enn.* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 48. vocat carceres, unde emittuntur quadrigæ in Ludis Circensibus. ¶ Usurpatur et in sexto casu singulari. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 98. Prægrave, compressa fauce, pependit onus. *Id.* 14. *Metam.* v. 738. Atque onus infelix, elisa fauce, pependit. *Horat. Epod.* 14. v. 3. Pocula arente fauce trahere. *Phædr.* l. 1. fab. 8. v. 4. Os devoratum fauce cum hæreret lupi. et fab. 1. v. 3. Lupus fauce improba incitatus. *h. e.* fame. Adde *Martial.* l. 7. epig. 36. ¶ In recto singulari *faux* non est, quod sciam, in usu: et dici posse, negant *Charis.* l. 1. p. 72. *Putsch.* et *Varr.* lib. 9. *de L. L.* cap. 4. *extr.* Sane omisit *Auson. in Technopagn.* ubi studiose conquisita membrorum nomina monosyllaba collegit.

FAVENTĬA, æ, f. *favour,* favor, εὐφημία. *Festus*: Faventia bonam ominationem significat. Nam præcones clamantes, populum sacrificiis favere jubebant. *Accius* apud *Non.* c. 3. n. 93. et cap. 4. n. 330. Edicite per urbem, ut omnes ominibus faustis augustam adhibeant faventiam, ore obscena dicta segregent. *h. e.* faveant linguis. V. *Faveo* ¶ Est etiam hoc nomine triplex oppidum: alterum in Hispania, quæ et Barcino, nunc *Barcellona*: secundum itidem in Hispania in conventu Cordubensi, alio nomine Vesci: tertium in Italia, in Æmilia, nunc *Faenza. Plin.* l. 3. c. 1. et 3. *Varr. extr.* l. 7. *de L. L.*

FAVENTĪNUS, a, um, ad Faventiam oppidum pertinens, ut Faventinus ager, *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. et *Colum.* l. 3. c. 3. Faventinis linis in Æmilia secundam palmam tribuit *Plin.* l. 19. c. 1. ¶ *Faventini, orum,* Faventiæ incolæ. *the Faventines. Id.* lib. 3. c. 15.

FAVĔO, es, favi, fautum, n. 2. *to favour, countenance, befriend,* συμπράττω, favore complector, prodesse cupio, studeo, amo. *Cic. Fam.* 12. ep. 7. Favebam et reipubl. cui semper favi, et dignitati ac gloriæ tuæ. et lib. 1. ep. 7. Favere laudi alicujus. et lib. 15. ep. 4. *a med.* voluntati. et *pro Planc.* c. 8. honoribus alicujus. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 23. sententiæ. *Nep. in Attic.* c. 2. et *Liv.* l. 45. c. 22. Dissociatis animis civium, cum alii Syllanis, alii Cinnanis partibus faverent. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 6. rebus Gallicis. et l. 1. c. 18. Favere, et cupere alicui. *Terent. Andr. prol.* v. 24. Favete, adeste æquo animo. *Cic. pro Planc.* c. 1. Invidos huic accusationi esse fauturos. ¶ Passive impersonaliter. *Id.* 2. *Offic.* c. 13. Non modo non invidetur illi ætati, verum etiam favetur. (Adde lib. 2. *de Orat.* c. 15.) *Spartian. in Pescen.* c. 2. Huic Romæ ita fautum est, ut, &c. ¶ *Favere linguis* præco jubebat in sacris publicis boni ominis causa. *favour me with your silence; abstain from words of ill omen. Cic.* 1. *de Divin.* c. 45. Omnia majores nostri, quia valere censebant, idcirco omnibus rebus agendis, *quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset,* præfabantur: rebusque divinis, quæ publice fierent, *ut faverent linguis,* imperabatur: inque feriis imperandis, *ut litibus et jurgiis se abstinerent.* Porro hæc loquendi ratio duo significat. *Fest. in Faventia.* Faventia bonam ominationem significat. Nam præcones clamantes, populum sacrificiis favere jubebant: *favere* enim est bona fari. At veteres poetæ pro silere usi sunt *favere.* Hæc *Festus. Enn.* apud *Philargyr. ad* 4. *Georg.* v. 230. Hic insidiantes vigilant, partim requiescunt, Protecti gladiis sub scutis, ore faventes. Itaque *favere linguis, ore, animis,* &c. est εὐφημεῖν, bona verba dicere, votis, faustis ominibus, precibus sacrum ipsum, et sacerdotem preces et vota concipientem comitari, aut sequi. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 71. Prospera lux oritur: linguis animisque favete: Nunc dicenda bono sunt bona verba die. *Tibull.* l. 2. el. 2. v. 1. Dicamus bona verba, venit Natalis, ad aras. Quisquis ades, lingua vir mulierque fave. *Al. leg.* venit Natalis. ad aras Quisquis ades, &c. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 677. Et, deus en, deus en: linguis animisque favete Quisquis ades, dixit: sis, o pulcherrime, visus Utiliter, populosque juves tua sacra colentes. Quisquis adest jussum venerantur numen, et omnes Verba sacerdotis referunt geminata, piumque Æneadæ præstant et mente et voce favorem. Adde 3. *Trist.* el. 13. v. 18. et lib. 5. el. 5. v. 6. ¶ Et in malam partem. *Id. in Ibin,* v. 97. peragam rata vota sacerdos: Quisquis ades sacris, ore favete, meis. Quisquis ades sacris, lugubria dicite verba, &c. Hinc *Lactant.* l. 1. c. 21. docet sacra Herculis non εὐφημίᾳ, bonis verbis, sed exsecratione et maledictis celebrari solita, et pro violatis haberi, si inter faciendum cuipiam vel imprudenti bonum verbum excidisset. ¶ Deinde significat etiam tacere, silentium sacris præstare, non quidem absolute, sed eatenus, quatenus abstinebatur profanis vocibus, et mali ominis, ne sacri religio violaretur, et publice precantibus obstreperetur. Aliquando enim favetur sacris bona verba dicendo, aliquando tacendo: quod et in Christianis sacris usuvenit. Hoc sensu videtur locutus *Plin.* l. 28. c. 2. Vidimus, certis precationibus obsecrasse Magistratus, et ne quid verborum prætereatur, aut præposterum dicatur, de scripto præire aliquem: rursusque alium custodem dari, qui attendat: alium vero præponi, qui faveri linguis jubeat: tibicinem canere, ne quid aliud exaudiatur. *Sil.* l. 16. v. 295. Mente favete pari, atque aures advertite vestras. *Senec. de vita beata,* c. 26. *extr.* Quoties mentio sacra litterarum intervenerit, favete linguis. Hoc verbum, non, ut plerique existimant, a favore trahitur: sed imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla mala voce obstrepente. Hæc *Senec.* ubi illa *hoc verbum,* et deinceps, nonnullos Criticos adscititia putare, et addita a nescio quo interpretandi causa, jam adnotavit *Lipsius. Aristoph. in Thesmoph.* v. 39. Εὔφημος πᾶς ἔστω λεὼς στόμα συγκλείσας. ¶ In alterutram partem trahi possunt illa *Prop.* l. 4. el. 6. v. 1. Sacra facit vates: sint ora faventia sacris. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 2. Favete linguis: carmina non prius Audita Musarum sacerdos Virginibus, puerisque canto. *Virg.* 5. *Æn.* v. 71. Ore favete omnes, et cingite tempora ramis. ¶ Interdum *faveo* ad Circum, et Theatrum pertinet, et significat non solum studiosum esse, sed etiam plaudere, fausta acclamare. *to applaud, utter acclamations. Cic. pro Planc.* c. 8. Quorum honoribus agri prope dicam ipsi montesque faverunt. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 2. v. 43. Aurea pompa venit: linguis animisque favete: Tempus adest plausus. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 148. Tu Veneri dominæ plaude favente manu. *Sil.* l. 16. v. 315. Fluctuat æquoreo fremitu rabieque faventum, Carceribus nondum reseratis, mobile vulgus. *Lamprid. in Commodo,* c. 15. Cum illi sæpe pugnanti, ut deo, populus favisset. Adde *Plin.* l. 9. ep. 6. et *Martial.* l. 14. epigr. 131. ¶ Interdum cupere, velle. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 99. adscribi factis procerumque, tuisque Se favet. *Enn.* apud *Serv. ad* 1. *Georg.* v. 18. Matronæ mœros complent, spectare faventes. ¶ *Venti faventes,* secundi, prosperi. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 49. ventisque faventibus æquor Navigat Ionium. ¶ *Claudian. in Consul. Mall. Theodos.* v. 179. Gleba, quæ favet frugibus. *h. e.* quæ fertilis est. ¶ *Charis. sub fin.* l. 5. p. 265. *Putsch.* æque Latine dici ait, *faveo tibi,* et *faveo te:* sed nulla auctoritate fulcit.

FAVĬA, æ, f. apud *Plaut. Mil.* 3. 1. 199. est nomen ancillæ. In Glossis vet. *Fabea* legitur, et exponitur παιδίσκη, et Fabeus παῖς. quasi sit omnium ancillarum nomen commune. Quidam leg. etiam apud *Juvenal.* sat. 6. v. 353. sed alii *flava.*

FAVILLA, æ. f. *ashes, cinders, soot,* cinis illa tenuior ac levior quæ, exstincto igne, remanet, fuligo, αἰθάλη, σποδός. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 79. Ut solet a ventis alimenta resumere, quæque Parva sub inducta latuit scintilla favilla, Crescere, et in veteres agitata resurgere vires. *Terent. Adelph.* 5. 3. 60. Atque ibi favillæ plena, fumi, ac pollinis coquendo sit faxo, et molendo. *Vitruv.* l. 8. c. 7. Coagmenta fistularum favilla oblinere. *Plin. sub fin.* l. 18. Cum contectus ignis ex se favillam discutit, scintillamve emittit. *Id.* l. 36. c. 25. Sabulo, calce, ac favilla mixtis. *Id.* l. 26. c. 11. *a med.* E carbone exstincto favilla digito sublata. Adde lib. 3. c. 8. et lib. 19. cap. 1. ¶ Sæpe dicitur de rogi cineribus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 227. Relliquias vino, et bibulam lavere favillam. *Tibull.* l. 3. el. 2. v. 10. Candidaque ossa super nigra favilla teget. *Horat.* l. 2. od. 6. *extr.* ibi tu calentem Debita sparges lacrima favillam Vatis amici. *Propert.* l. 1. el. 19. v. 19. Quæ tu, vita, mea possis sentire favilla. Adde *Lucan.* l. 6. v. 537. ¶ Est etiam ignis favilla tectus, cinis igne mixtus, scintilla, *hot ashes or embers, sparks of fire. Sueton. in Tiber.* c. 74. Cinis e favilla, et carbonibus ad calefaciendum triclinium illatus. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 2. ante rogos, et adhuc vivente favilla. *Sil.* l. 17. v. 105. Ardenti volitant per nubila summa favilla. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 670. Ovaque non acri leviter versata favilla. Sic *Martial.* l. 11. epigr. 53. ova tenui versata favilla. *Claudian. de B. Get.* v. 24. Et juga taurorum rapidis ambusta favillis. ¶ Translate *Propert.* l. 1. el. 9. v. 17. Nec dum etiam palles, vero nec tangeris igni: Hæc est venturi prima favilla mali. *h. e.* principium, indicium. ¶ *Favilla salis* apud *Plin.* l. 31. c. 7. *ad fin.* est pars ejus levissima, et candidissima.

FAVILLACĔUS, *et* Favillaticus, a, um, adject. a favilla, ut Fuligo favillacea, *Solin.* c. 35. (*al.* 48.) Favillatica humus, *Id.* cap. 27. (*al.* 40.) *a med.*

FAVILLESCO, is, n. 3. in favillas redigor. *Fulgent. de contin. Virg. ante med.* Amor sepultus in oblivionis cinere favillescit.

FAVISSÆ, arum, f. locum sic appellabant, inquit *Festus,* in quo erat aqua inclusa circa templa. Sunt autem qui putant, favissas esse in Capitolio cellis cisternisque similes, ubi reponi erant solita ea, quæ in templo vetustate erant facta inutilia. Hæc *Fest.* Etiam *Varro* apud *Gell.* l. 2. c. 10. et *Non.* cap. 2. n. 341. interrogatus, quid essent *favissæ Capitolinæ,* eadem tradit quæ *Festus.* Addit etiam ex *Valer. Sorano,* Græco nomine thesauros appellari: priscos Latinos *flavissas* dixisse, quod eo *flata,* signataque pecunia conderetur. Conjectare igitur se, detractam esse ex eo verbo secundam litteram, et *favissas* dictas esse cellas quasdam, et specus, quibus æditui Capitolini uterentur ad custodiendum res veteres religiosas.

FAVISSOR, oris, m. favitor. Legitur a quibusdam apud *Apul. in Apolog.* Ego quietis auctor, conciliator, favissor, suasor. Al. *favitor.* [*favisor* unico *s* habet *Symmach. orat. in putr.* c. 3. Illa (vetustas) tribus evocet libertina ac plebeia fæce pollutas, nos patricios favisores.]

FAVĬTOR, oris, m. *a favourer,* fautor: ab obsoleto supino *favitum* pro fautum. *Lucil.* apud *Non.* cap. 2. n. 326 Favitorem me tibi, amicum, amatorem putes. *Plaut*

Amph. prol. v. 78. Virtute ambire oportet non favitoribus. Sat habet favitorum semper, qui recte facit.

FAUNA, æ, f. eadem quæ Fatua, et Bona dea, filia Pici, soror et uxor Fauni: ita dicta a *fando*, quod vivens mulieribus fata canere consuevisset. Post mortem dea est habita, et culta. Alii tradunt, fuisse filiam Fauni, qui incesto ejus amore ardens, ut corrumperet, inebriavit, et repugnantem adhuc virgis myrteis cecidit. Alii narrant, ideo verberasse, quod eo inscio, vini amphoram ebibisset. Tandem in serpentem versus deceptam vitiavit. Ideo vini amphoram opertam in ejus sacris constitui solitam, virgas myrteas in ejus templum inferre nefas fuisse, in templo serpentes apparuisse, qui nec nocerent, nec extimescerent, &c. *Cornel. Labeo* scripsit hanc Maiam dictam fuisse, eandem esse ac Opim, seu Tellurem, seu Terram: dictam esse Fatuam a *fando*, quod infantes partu editi non prius vocem edunt, quam terram attigerint: Faunam, quod omni usui animantium *favet*: Opem, quod ipsius *ope* vita constet: Bonam Deam, quod omnium nobis ad vitam *bonorum* causa est. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. ubi plura in hanc rem. Adde *Lactant.* l. 1. c. 22. et *Arnob.* l. 5. pag. 168.

FAUNI, orum, Panes, Satyri, Sylvani, filii Fauni, vel Saturni, ut alii volunt, qui ab Ethnicis Dii agrorum, montium, silvarum habiti sunt, sed credebantur post longum tempus interire, quod et ipsi e terra geniti essent. Inter se sic distinguuntur, ut Fauni, et Panes essent Dii agrorum, Satyri silvarum campestrium, Sylvani silvarum, quæ sunt in montibus. Fortasse Fauno hi filii fuere, Faunus, Pan, Satyrus, Sylvanus, quorum filii Fauni, Panes, Satyri, Sylvani appellati sunt. Habiti autem sunt Dii agrorum, &c. quod in agris, montibus, silvis sibi a rege patre assignatis habitavissent. Sed verisimilius est, hos Deos Arcadum fuisse, dici autem filios Fauni, quod cum Picus Evandrum Arcadem excepisset, in causa fuit, ut hi Dii in Italia consecrarentur. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 392. ruricolæ silvestria Numina, Fauni, Et Satyri fratres. *Id. in Ibin*, v. 81. Vos quoque, plebs Superum, Fauni, Satyrique, Laresque. ¶ Faunos eosdem esse ac Incubos, credebant Antiqui, ab iisque infestari dormientes, et opprimi. *Augustin.* l. 15. *de Civ. Dei*, c. 23. *Serv. ad Æn.* 6. v. 776. et *Plin.* l. 25. c. 4. et lib. 8. c. 40. *sub fin.*

FAUNIGĔNÆ, arum, m. Italiæ, seu Latii pop. a Fauno Rege. *Sil.* l. 8. v. 358. Faunigenæ socio bella invasere Sicano, Sacra manus, Rutuli. ¶ In sing. num. *Id.* l. 5. v. 7. Quæ vada (*Trasimeni*) Faunigenæ regnata antiquitus Auno.

FAUNUS, i, Fatuus, Fatuellus, Pan, Ægipan, Sylvanus, Inuus, filius Pici, nepos Saturni, Rex Aboriginum: a φάνω, vel φάω, quod est fari, quoniam viris fata canere consuevisset, ut Fauna mulieribus. Ex uxore Fauna, vel Fatua, quam quidam illi etiam sororem, alii filiam fuisse aiunt, genuisse fertur Faunos, Panes, Satyros, et Sylvanos, item Acim ex Symetride Nympha, item Eurymedontem, item, ut aliqui volunt, Sentam Faunam, item Latinum ex Nympha Marica. *Justin.* l. 43. c. 1. scripsit, Latinum ex filia Fauni, et Hercule, qui eodem tempore victo Geryone armenta victoriæ præmia per Italiam ducebat, stupro procreatum fuisse. Post mortem Deus habitus est. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 137. Cornigerumque caput pinu præcinctus acuta Faunus. *Id.* 3. *Fast.* v. 84. Pinigerum Fauni caput. et lib. 5. v. 99. Bicornis Faunus. et vers. 101. Faunus semicaper. et lib. 2. v. 424. Faunus in Arcadia templa Lyceus habet. *Horat.* l. 3. od. 18. v. 1. Faune Nympharum fugientum amator, Per meos fines et aprica rura Lenis incedas, abeasque parvis Æquus alumnis. Si tener pleno cadit hædus anno, &c. *Proper.* l. 4. el. 2. v. 34. Faunus plumoso sum deus aucupio.

FAVONIĀNA PYRA, *Catherine pears*, genus pyrorum rubrorum, a quodam Favonio insitore. *Plin.* l. 15. c. 15. et *Colum.* l. 5. c. 10. *a med.* [¶ *Dalechampius* affirmat, aliquos putasse favoniana fuisse dicta, quod Favonio flante formentur.]

FAVONIUS, ii, m. *the West wind*, Ζέφυρος, ventus, al. Zephyrus, qui spirat ab Occasu æquinoctiali, contra Subsolanum: a *favendo*, quia favet genituræ, siquidem est spiritus genitalis mundi, quo plantæ hyberno frigore enectæ reviviscunt, et quo hausto quædam animalia concipere existimantur. Aliqui derivant a *fovendo*, quasi Favonium, quia foveat sata. *Plin.* l. 2. c. 47. et lib. 18. c. 34. *Senec.* l. 5. *nat. quæst.* c. 16. *Gell.* l. 2. c. 22. et *Vitruv.* l. 1. c. 6. ¶ Hujus ortum Latini rustici assignabant circa Id. Februar. teste *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 28. quod eo primum tempore tellus moveri, et plantarum non paucæ virere incipiant. Hinc *Id. ibid.* c. 29. In primo intervallo inter Favonium, et æquinoctium vernum hæc fieri oportet: Seminaria ut serantur, &c. *Cic.* 7. *Verr.* c. 10. Veris initium iste non a Favonio notabat; sed cum rosam viderat, &c. *Horat.* l. 1. od. 4. v. 1. Solvitur acris hiems grata vice veris, et Favoni. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 282. Aura parit flores tepidi fecunda Favoni *Lucret.* l. 1. v. 11. Genitalis aura Favoni. *Ovid.* l. 9. *Metam.* v. 660. Lene spirans Favonius. ¶ *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 38. Favonium eundem facit cum Iapyge, et ad dexteram Zephyri spirare ait. Hic autem ventus Corus, et Argestes dicitur, *the North-West wind*, ab occidente solstitiali.

FAVOR, oris, m. *favour, good-will, kindness, partiality, benevolence*, εὐφημία, voluntas, studium: a *faveo*. Vox hæc nova erat Ciceronis ætate. Ita enim legitur *in fragm. epist. ad Brut.* apud *Quintil.* l. 8. c. 3. Eum amorem, et eum, ut hoc verbo utar, favorem in consilium advocabis. *Id. pro Sext.* c. 54. Ei vero, qui pendet a rebus levissimis, qui rumore, et ut ipsi loquuntur, favore populi tenetur et ducitur, plausum immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est. *Sallust. in Jug.* c. 73. Imperatori nobilitas, quæ antea decori fuerat, invidiæ esse: at illi alteri generis humilitas favorem addiderat. et cap. 13. Ex maxuma invidia in gratiam et favorem nobilitatis Jugurtha venit. *Liv.* l. 7. c. 25. Triumphus a Popillio de Gallis actus, magno favore plebis. *Vellei.* l. 2. c. 54. Ingens partium Pompeii favor bellum excitaverat Africum. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 9. Ploravere, suis non respondere favorem Speratum meritis. *Quintil.* l. 4. c. 1. Est enim naturalis favor pro laborantibus. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 53. *extr.* et *Ann.* 15. c. 48. Favor militum in aliquem. *Flor.* l. 1. c. 9. Velificari favori civium. et lib. 3. c. 12. Plebis favorem conciliare. et cap. 13. Studium ac favorem populi aucupari. *Quintil.* l. 4. c. 1. emereri. et *ibid.* facere. *h. e.* parere, conciliare. et lib. 4. c. 1. captare ex aliqua re. *Tacit. Annal.* 15. c. 53. elicere. et lib. 1. c. 52. quærere. *Liv.* l. 2. c. 56. Amplecti favore aliquem. *Justin.* l. 27. c. 1. Favorem afferre alicui. et lib. 13. c. 6. Sollicitare quempiam in favorem sui. et lib. 33. c. 1. In favorem sui trahere. *Id.* l. 17. c. 2. Cum in gratiam memoriæ Ptolemæi, et in favorem ultionis Lysimachi ambitiosus apud populares esset. *Id.* l. 5. c. 1. *extr.* Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat. ¶ Sæpissime dicitur de studio et plausu spectantium in theatro, vel Circo, ἐπιβόησις, εὐφημία: et fortasse nova vox visa est Ciceroni in priori usu. Nam in hoc et ipse, sine ulla veniæ petitione, usurpat *pro Rosc. Com.* c. 10. Quod studium, et quem favorem secum in scenam attulit Panurgus? *Phædr.* l. et fab. 5. v. 25. Jam favor mentes tenet, Et derisuri, non spectaturi sedent. ¶ Hinc ponitur et pro plausu, et acclamationibus. *acclamation, applause. Sueton. in Claud.* c. 21. Cum essedario, magno omnium favore, indulsisset rudem. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 506. Plauditur, et magno palma favore datur. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 228. Nec sonat Œbalius caveæ favor. *Virg.* 5. *Æn.* v. 343. Tutatur favor Euryalum. *Stat.* l. 1. silv. 6. v. 81. Tollunt innumeras ad astra voces, Et dulci dominum favore clamant. *Vopisc. in Aurel.* c. 48. *extr.* Ipsum primum donasse oraria populo R. quibus uteretur populus ad favorem. *Macrob.* de plausu conviviali, l. 7. *Saturn.* c. 15. His dictis favor ab omnibus exortus est. ¶ In fabulis *Favor* deus est minorum gentium, teste *Martian. Capell.* lib. 1. pag. 16. eadem sorte, qua Invidia, Fortuna, &c.

FAVORABĬLIS, le, *favourably inclined, favourable*, active dicitur de eo, qui favorem affert. *Liv.* l. 22. c. 26. Auram favorabilis populi ex dictatoria invidia petiit. *Al. leg.* favoris popularis. *Plin.* l. 5. ep. 14. Ut deprecari magis (id enim favorabilius et tutius) quam defendi videretur. *Quintil.* l. 11. c. 10. *ad fin.* Jucundior ac favorabilis eloquentia. ¶ Passive de eo, qui favorem habet, *that is favoured, popular. Quintil.* l. 11. c. 1. *circa med.* Ut quisque honestus, humilis, invidiosus, favorabilis erit. *Id.* l. 12. c. 11. *ad fin.* Facilis et favorabilis causa. *Senec.* 3. *de Ira*, c. 2. Modo eloquio favorabilis habitus, iram suæ concionis excepit. *Plin.* l. 20. c. 8. Succo cichorii cum oleo perunctos, favorabiliores fieri, et quæ velint, facilius impetrare. *Plin. alter* l. 4. ep. 9. *sub fin.* Fecerat eum favorabilem renovata discriminum vetus fama. *Flor.* l. 4. c. 4. Octavius Cæsar ætate et injuria favorabilis.

FAVORABILĬTER, adverb. *favourably, with favour*, ἐσπουδασμένως, cum favore. *Quintil.* l. 4. c. 3. In aliquem lætum atque plausibilem locum, quam maxime possint, favorabiliter excurrere. *Sueton. in Ner.* c. 7. Trojam favorabiliter lusit. *Paul. Dig.* lib. 40. tit. 4. leg. 10. Tunc favorabilius respondetur, liberum fore.

FAUSTE, adv. *luckily, favourably*, εὐτυχῶς, feliciter, fortunate. *Cic. pro Mur.* cap. 1. Ut his hominibus ea res fauste, feliciter, prospereque eveniret.

FAUSTIĀNUM VINUM, quod in mediis collibus Falerni agri gignebatur. Nam quod in summis jugis nascebatur, Gauranum vocabant: quod in mediis collibus, Faustianum: quod in radice, Falernum. *Plin.* l. 14. c. 6.

FAUSTINIĀNUS, a, um, ad Faustinam pertinens. *Capitolin. in Pio*, c. 8. Puellas alimentarias in honorem Faustinæ, Faustinianas constituit. Adde *in Antonin. Philos.* c. 26.

FAUSTĬTAS, atis, f. *the goddess of good fortune, divine favour*, εὐτυχία, felicitas. *Horat.* l. 4. od. 5. v. 18. Nutrit rura Ceres, almaque Faustitas. Videtur *Horat.* significare deam feturis armentorum præsidem. Nihil enim rusticis hominibus faustius, quam si fetura gregem suppleret: et faustulum porcellum *Fest.* interpretatur feturam porcorum.

FAUSTŬLUS, la, um. *Festus*: Faustulum porcellum, feturam porcorum.

FAUSTUS, a, um, *lucky, auspicious, favourable, fortunate, prosperous*, εὐτυχής, prosper, felix, cui fortuna favet: a faveo. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 45. Idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur. *In formula Censoria* apud *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 9. Quod bonum, fortunatum, felixque, salutareque siet populo Romano Quiritium, &c. *Plaut. Trin.* 1. 2. 2. Ut nobis hæc habitatio bona, fausta, felix, fortunataque eveniat. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 27. Utile sit, faustumque, precor, quod imagine somni Vidimus. et lib. 1. v. 63. Faustus annus. *Id. Heroid.* ep. 21. v. 182. Faustum carmen. et ep. 19. v. 153. Fausti ignes. *Liv.* l. 7. c. 25. *a med.* Faustum omen. *a happy omen. Terent. Andr.* a. 5. sc. 4. *extr.* O faustum et felicem hunc diem! *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 37. i pede fasto, Grandia laturus meritorum præmia. *Lucret.* l. 1. v. 804. nisi tempestas indulget tempore fausto Imbribus. *h. e.* idoneo, opportuno.

FAUTOR, oris, m. *a favourer, furtherer, maintainer, promoter*, σπουδαστής, qui favet: syncope a *favitor. Lucil.* apud *Gell.* l. 9. c. 14. Qui te diligat, ætati, (*al.* ætatis) facieque tuæ se Fautorem ostendat, fore amicum polliceatur. *Cic. initio orat. pro Planc.* Cum multos et bonos viros ejus honori viderem esse fautores. *Id. Fam.* 12. ep. 25. Ego tuorum consiliorum auctor, dignitatisque fautor. et lib. 1. ep. 9. *ante med.* Cujus ego dignitatis ab adolescentia fautor, in consulatu adjutor etiam exstitissem. et lib. 10. ep. 12. *sub fin.* Tuæ dignitatis non modo fautor, sed etiam amplificator. et lib. 1. *ad Attic.* ep. 16. *circa med.* Studiosi et fautores illius victoriæ. *Id. pro Planc.* c. 23. Multi amici, multi cupidi tui, multi fautores laudis tuæ. *Liv.* l. 1. c. 48. Clamor ab utriusque fautoribus oritur. *from the partisans.* Sic *Id. in fi.* l. 9. Populus fautor et cultor bonorum. et *Sallust. in Jug.* c. 27. Fautores regis. et *Varr.* 3. *R. R.* c. 5. *extr.* Fautores competitorum. et *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 2. Quis tam Lucili fautor inepte est, ut, &c.? ¶ In malam partem. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 15. *a med.* Fautores illius flagitii. *Horat.* l. 1. ep. 15. v. 33. Nequitiæ fautores. ¶ De iis, qui in Circo, et theatro favent ac plaudunt. *Id.* l. 1. ep. 18. v. 66. Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum. *Plaut. Amph. prol.* v. 67. Si cui fautores delegatos viderint, ut his in cavea pignus capiantur togæ. Adde *Tacit. Annal.* 13. c. 25. et 28. et loca allata supra in *Favitor.*

FAUTRIX, f. *she that favours*, quæ favet. *Terent. Eun.* 5. 9. 22. Thais nostræ omni est fautrix familiæ. *Nepos in Agesil.* c. 8. Ut naturam fautricem habuit in tribuendis animi virtutibus; sic maleficam nactus est in corpore. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 20. Amicitiæ non modo fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt voluptatum, tam amicis, quam sibi. *Id. pro Planc.* c. 9. Tota illa nostra fidelis, et simplex, et fautrix suorum regio. *Terent. Hecyr.* prol. 2. v. 40. Facite, ut vestra auctoritas meæ auctoritati fautrix adjutrixque sit.

FAVUS, i, m. *a honey-comb*, κηρίον, loculus, quem apes fingunt multicavatum e cera, cum singula cava sena latera habeant, quot singulis pedes dedit natura. Ita *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *a med.* describit. *Cic.* lib. 1. *Offic. c. pænult.* Apum examina non fingendorum favorum causa congregantur, sed cum congregabilia natura sint, fingunt favos. *Varr. loc. cit.* Eximendorum favorum primum putant esse tempus vergiliarum exortu. *Colum.* l. 11. c. 2. *a med.* Nonnullis locis favi demetuntur. *h. e.* eximuntur, et mellatio fit. *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 50. apis complet dulci sedula melle favos. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 152. expressis mella liquata favis. *Virg.* 1. *Georg.* v. 344. Cui tu lacte favos, et miti dilue Baccho. *h. e.* mel, *metonymia. Vitruv.* l. 7. c. 1. *de pavimentis.* Ita fricentur, uti, si sectilia sint, nulli gradus in scutulis, aut trigonis, aut quadratis, seu favis exstent. *six-cornered tiles.* metaphora. ¶ *Crescere tanquam favum*, proverbio dicuntur ea, quæ feliciter, parvo impendio, et occulte augentur, ita ut prius crevisse intelligas, quam incrementi initia deprehenderis. *Petron. in fragm. Tragur.* cap. 43. et 76. *Burm.*

FAUX. V. Fauces in fi.

FAX, cis, f. *a torch, flambeau, link, taper, fire-brand*, δαΐς, λαμπάς, frustum ligni, ut pinus, tædæ, laricis, &c. cera, aut oleo inunctum, aut etiam per se solum; vel alterius materiæ igni concipiendo aptæ, ad lumen faciendum, ignemque circumferendum, frequenti usu præsertim apud rusticos: videturque esse a φάω, splendeo, unde φάος, lumen. *Plin.* l. 16. c. 18. Facibus carpinus, et corylus familiarissimæ. *Id.* l. 19. c. 2. Faces e sparto. *Id.* l. 18. c. 26. Reliqua opera nocturna maxime vigilia constant: qualos texere, faces incidere, ridicas præparare. *Virg.* 1. *Georg.* v. 291. seros hiberni ad luminis ignes Pervigilat, ferroque faces inspicat acuto. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 340. Cum a nova nupta ignis in face afferretur. ¶ *Fax prima noctis* est primum noctis tempus, cum faces accendi incipiunt. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 3. *sub fin.* Tempus diei occiduum, mox suprema tempestas, hoc est diei novissimum tempus: deinde vespera: ab hoc tempore prima fax dicitur, deinde concubia, &c. *Gell.* l. 3. c. 2. Post mediam noctem proficiscuntur, et post primam facem, ante mediam sequentem, revertuntur. Adde lib. 12. c. 1. et *Apul.* l. 2. *Metam.* ¶ Mos fuit, novæ nuptae ad sponsum transeunti facem e foco ejus accensam præferri, ab ingenuo puero patrimo, et matrimo, vel in honorem Cereris, quæ facibus filiam Proserpinam, a Plutone raptam, diu conquisivit; vel ut nova nupta, ignem, quod maxime necessarium est vitæ elemen-

tum, cum marito communicare videretur: vel quia (quod verius est) olim non nisi noctu nubentes ducebantur ab sponsis, ut *Varro* docet apud *Serv. ad Ecl. Virg.* 8. v. 29. Hæc autem fax auspicatissima erat ex spina alba, quoniam inde fecerant pastores, qui rapuerunt Sabinas, ut ex *Masurio Plin.* l. 16. c. 18. tradit, et *Fest.* in *Patrimi*, itemque *Varr.* apud *Non.* cap. 2. n. 340. ubi quod quidam leg. *fax e pinu ablata esset*, corrigendum *e spina alba esset.* ideo autem hæc arbor prælata ceteris, quia noxis pellendis aptissima habita est, ut ex *Ovid.* 6. *Fast.* v. 129. colligitur. Quamquam et alia materia nonnunquam adhibita est. *Virg. in Ciri*, v. 439. Pronuba nec castos accendet pinus odores. *Festus* in *Rapi* tradit, morem fuisse, ut raperetur fax, qua prælucente nova nupta deducta erat, ab utrisque amicis, ne aut uxor eam sub lecto viri ea nocte poneret, aut vir in sepulcro comburendam curaret: quo utroque mors propinqua alteriusutrius captari putabatur. *the nuptial torch.* ¶ Quidam tradunt, non unam, sed quinque faces præferri solitas, in honorem Jovis, Junonis, Veneris, Suadelæ, et Lucinæ. *Virg. Ecl.* 8. v. 29. Mopse, novas incide faces: tibi ducitur uxor. *Plaut. Cas.* a. 1. v. 30. huic lucebis novæ nuptæ facem. *Catull.* carm. 60. *Epithal. Jul. et Manl.* v. 98. viden? faces Aureas quatiunt comas: Prodeas nova nupta. ¶ Celebris est etiam fax funerea, qua defuncto conjunctior sanguine aversa facie rogum accendebat. *the funeral torch. Ovid.* 2. *Fast.* v. 561. Conde tuas, Hymenæe, faces, et ab ignibus atris Aufer: habent alias mœsta sepulcra faces. *Propert.* l. 4. el. 11. v. 46. Viximus insignes inter utramque facem. ¶ Funereæ quoque illæ erant, quæ adhibebantur in exsequiis eorum præsertim, qui immatura morte efferrentur: quia noctu efferri solebant, ut *Tacit.* 13. *Ann.* cap. 17. et *Serv. ad Æn.* 11. vers. 143. docent, ne funere immaturo sobolis domus funestaretur: quod præcipue servabatur in filiis eorum, qui erant in magistratu. *Senec. de Tranquill.* cap. 11. Totiens in vicinia mea conclamatum est: totiens præter limen immaturas exsequias fax cereusque præcessit. *Id. de brevit. vitæ, in fin.* Mehercule istorum funera, tanquam minimum vixerint, ad faces et cereos ducenda sunt. *Id.* ep. 122. Quantulum enim a funere absunt, et quidem acerbo, qui ad faces et cereos vivunt? *Virg. Æn.* 11. de funere Pallantis, v. 142. Arcades ad portas ruere, et de more vetusto Funestas rapuere faces. lucet via longo Ordine flammarum, &c. ¶ Facum usus plurimus est in inferendis incendiis. *Cic. Catil.* 1. c. *ult.* Malleolos et faces ad inflammandam urbem comparare. *firebrands. Sueton. in Galb.* c. 3. Illitis galbano facibus oppidum succendit. *Curt.* l. 5. c. 7. Subdere faces urbi. *to set fire to.* et *ibid.* Adgerere faces. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 60. Direptis castris faces injicere. *Cic. de Harusp. resp.* c. 18. Ardentes faces in vicinorum tecta jactare. *Id. in Pison.* c. 2. *extr.* Ego faces jam accensas ad hujus urbis incendium comprehendi, protuli, exstinxi. ¶ Translate *Id. pro Dom.* c. 5. *extr.* Ne in hanc tantam materiem seditionis ita funesta fax adhæresceret. *Id.* 2. *Phil.* c. 19. Antonius omnium Clodii incendiorum fax. *Plin.* l. 7. c. 8. Caius et Nero totidem faces generis humani. *h. e.* exitium, pernicies. *Plin. alter in Paneg.* c. 8. Irritamentum irarum, et fax tumultus. *Id.* ep. 9. l. 4. Princeps & fax accusationis, et origo. *h. e.* qui primus accusationem, quasi incendium aliquod, quo reus conflagraret, accendit et instituit. *Vellei.* l. 2. c. 25. Sertorius belli fax. *h. e.* auctor. et cap. 48. Subjicere facem bellis civilibus. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 24. Flagrantibus jam militum animis velut faces addiderat Mevius Pudens. *Cic. pro Mil.* c. 35. Subjicere faces invidiæ alicujus. *Lucret.* l. 3. v. 304. Fax iræ. *h. e.* ardor ac vis. *Cic.* 2. *Offic.* c. 10. Dolorum cum admoventur faces, præter modum plerique exterrentur. *Id.* 1. *Catil.* c. 6. Præferre alicui facem ad libidinem. *h. e.* incitare, ducem esse, viam ostendere. *to be a pander to his lust.* Sic *Tacit.* 2. *Hist.* c. 86. Acerrimam bello facem præferre. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 51. Neque parvis in rebus adhibendæ sunt hæ dicendi faces. *h. e.* ardens vis orationis, qua auditorum animi inflammantur. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 19. Cum corporis facibus inflammari soleamus ad omnes fere cupiditates. *h. e.* irritamentis ac stimulis, quibus animus aliqua cupiditate accenditur. *Sil.* l. 6. v. 332. traxitque virum fax mentis honestæ Gloria. *h. e.* stimulus, incitamentum. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 7. v. 28. Hortator studii, causaque faxque mei. *the guide, leader. Prudent. in Rom.* περὶ στεφ. 14. v. 67. incitator et fax omnium. ¶ Poetice soli, ac sideribus tribuitur. *Senec. in Hippol.* v. 379. Phœbea fax. *Id. in Thyest.* v. 835. Æternæ facis exortus. *Lucret.* l. 5. v. 974. Rosea fax solis. ¶ Item Cupidini. *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 82. et el. 5. v. 114. *Propert.* l. 3. el. 14. v. 16. *Ovid. de remed. amor.* v. 140. et 3. *Amor.* el. 9. v. 8. &c. De amore ipso. *Stat.* 1. *Achill.* v. 304. et 637. ¶ Item Furiis. *Virg.* 7. *Æn.* v. 337. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 393. et *Senec. in Herc. Œt.* v. 1014. ¶ Poetice item dicitur de pulcris oculis. *Propert.* l. 2. el. 2. v. 24. oculi, geminæ, sidera nostra, faces. *lights, love-darting eyes. Valer. Flacc.* l. 5. v. 38. Has ego credo faces, hæc virginis ora Dianæ. *Stat.* 1. *Achill.* v. 164. tranquillæque faces oculis. ¶ Sunt etiam *faces* ignes in aere apparentes, et brevi evanescentes. *Plin.* 1. 2. c. 26. Emicant et faces, non nisi cum decidunt, visæ. Duo genera earum: lampades vocant plane faces: alterum bolidas. Distant, quod faces vestigia longa faciunt, priore ardente parte: bolis vero perpetua ardens, longiorem trahit limitem. *Virg.* 2. *Æn.* v. 694. de cælo lapsa per umbras Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit. *Lucan.* l. 1. v. 528. cæloque volantes Obliquas per inane faces. Adde *Cicer.* 1. *de nat. Deor.* c. 5. et *Lucret.* l. 2. v. 206. et lib. 5. v. 1190. ¶ Olim in recto singulari *faces* dictum fuit, teste *Festo.* ¶ In genitivo plurali est *facum*, ut *Charis.* docet l. 1. pag. 113. *Putsch.* Sic *dux* habet *ducum*, et *vox vocum.* Neque tamen, si quis *facium* dixerit, damnare ausim.

FAXIM, *et* Faxo, is, it, *I will do or cause*, pro faciam, fecerim, et fecero, in aliquot personis usitata sunt, quæ in subjectis exemplis enumerantur. *Plaut. Amph.* 1. 3. 13. Ego faxim, te Amphitruonem esse malis, quam Jovem. *Id. Trin.* a. 1. sc. 2. *extr.* Pauci sint, faxim, qui sciant quod nesciant. *Terent. Andr.* 4. 4. 14. Unum præterquam quod te rogo, faxis, cave. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 8. Qui secus faxit, deus ipse vindex erit. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 40. Quos cum celamus, si faximus conscios, &c. *Liv.* in solemni precatione Scipionis solventis in Africam, l. 29. c. 27. Hostium ulciscendorum copiam faxitis. *Terent. Heaut.* 1. 1. 109. Utinam ita dii faxint. *Heaven grant it may be so. Cic.* 5. *Verr.* c. 35. Dii immortales faxint, ne sit alter. *Id. Fam.* 14. ep. 3. Dii faxint, ut tali genero mihi frui liceat. *would to Heaven, that I may be blest with,* &c. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 45. At ego jam faxo scies. *Terent. Phorm. in fi.* et 2. 1. 78. Jam faxo hic aderit. *I will take care that he shall be here immediately. Id. Heaut.* 2. 3. 100. Ademptum tibi jam faxo omnem metum. *Plaut. Curcul.* 4. 4. 31. Faxo reperias. *Virg. Æn.* l. 12. v. 316. ego fœdera faxo Firma manu. Adde *Enn.* apud *Non.* c. 10. n. 21. ¶ *Faxo* et *faxim* interdum est minitantis. *Virg.* 9. *Æn.* v. 154. Haud sibi cum Danais jam faxo, et pube Pelasga Esse putent. *Liv.* l. 6. c. 35. Faxo, ne juvet vox ista, veto. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 271. mater de Jove vult fieri: tanta est fiducia formæ. Fallat eam, faxo, et lib. 12. v. 594. Det mihi se: faxo, triplici quid cuspide possim, Sentiat. *I will make him know, what,* &c. *Plaut. Merc.* 4. 6. 10. Ecastor faxim, si itidem plectantur viri, plures viri sint vidui, quam nunc mulieres. *Sil.* l. 17. v. 236. Faxo, ut vallata revocetur Scipio Roma. *Al. omittunt* ut. *Faxim* habet etiam *Enn.* apud *Non.* c. 10. n. 22. ¶ Reperitur etiam *faxem* pro facerem, aut fecissem. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 84. Pistrinum in mundo scibam, si id faxem, mihi.

F E

FEBRESCO, is, n. 3. febri laboro. *Solin.* c. 19. *a med.* (*al.* 31.) Patuit, nunquam eos febrescere.

[* FEBRIBILIS, e, adject. ad febrem pertinens, febrem excitans. *Cæl. Aurel. Tard.* lib. 4. c. 8. *ante med.* Diocles lumbricos vivos, vel plenos, ac sanguinolentos febribiles dixit.]

FEBRICĬTO, as, n. 1. *to be ill of a fever, have an ague, febricitate,* πυρέττω, febri laboro, febri corripior. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 39. Surgam ad sponsalia, quia promisi, quamvis non concoxerim: sed non, si febricitavero. *Columl.* l. 6. c. 9. Febricitanti bovi convenit abstinere cibo uno die. *Cels.* l. 3. c. 6. Scire oportet, non febricitare eum, cujus venæ naturaliter ordinatæ sunt. *Id.* l. 2. c. 7. *ad fin.* Ab eo die, quo primum febricitavit aliquis. *Martial.* l. 11. epigr. 99. Febricitantem basiabit, et flentem.

FEBRICŌSUS, a, um, adject. *feverish. Veget.* l. 1. c. 38. *rei Veterin.*

FEBRICŬLA, æ, f. *a little or slight fever, feveret,* πυρέτιον, parva febris. *Planc. Cic. Fam.* l. 10. ep. 21. *ad fin.* Qui ex labore in febriculam incidit, assiduam, et satis molestam. *Cic. Attic.* 6. *ep. ult.* Febriculam habere. *Cels.* l. 2. c. 17. Lentis febriculis diu detineri.

FEBRICULENTUS, a, um, adject. febricosus. *Marcell. Empir.* c. 22. Febriculento potionem dare.

FEBRICULŌSUS, a, um, *febriculose,* πυρετώδης, qui sæpe habet febrem. *Catull.* carm. 6. v. 4. Verum nescio quid febriculosi Scorti diligis. *crazy, broken down. Gell.* l. 20. c. 1. Non morbus his febriculosus, aut nimium gravis.

FEBRIFUGĬA, æ, f. *the lesser centaury; feverfew,* herba vim habens fugandæ febris, alio nomine centaurea minor. *Apul. de herb.* c. 35.

FEBRĬO, is, ivi, itum, n. 4. *to be ill of a fever,* πυρέττω, febrem patior. *Cels.* l. 4. c. 4. sect. 2. Si non febrit, venter solvendus est. *Colum.* l. 6. c. *ult.* Febrienti mulæ cruda brassica datur. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 4. Febrienti simplicem cibum dare.

FEBRIS, is, f. *a fever,* πυρετὸς, est intemperies calida totius corporis: a *ferveo*, seu *ferbeo*, unde est *ferbis*, et per metathesin *febris*. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 225. Appellamus a calendo calorem, a fervore febrim. *Cic. ad Tiron.* l. 16. *Fam.* ep. 15. Is mihi nuntiavit, te plane febri carere. *Id. de Fato,* c. 8. Febrem habere. *Id. Attic.* 6. ep. 9. Te Romam venisse cum febri. *Id.* 1. *Catil.* c. *ult.* Æstu febrique jactari. *Plin.* l. 7. c. 51. Febre corripi. *Juvenal.* sat. 10. v. 218. calere. *Cels.* l. 2. c. 17. Liberari febre. *Plin.* l. 26. c. 11. A febre liberari. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. *ult.* v. 5. febribus uror anhelis. *Cels.* l. 3. c. 5. *ad fin.* Febris instat, incipit, augetur, consistit, decedit, finitur. et cap. 3. Febres aliæ ab horrore incipiunt, aliæ a frigore, aliæ a calore. et ibid. c. 4. Febris accedit, desinit, inhæret, se inclinat. et lib. 2. c. 14. remittit. et lib. 3. c. 9. remittitur. et cap. 14. ex toto intermittit. et lib. 2. c. 14. increscit. et ibid. levatur. et lib. 3. c. 6. conquievit. et ibid. decrescit. et cap. 7. sect. 2. ardens extorret. et cap. 9. intenditur. et cap. 3. Quotidiana, tertiana, quartana febris. *an ague.* et lib. 2. c. 8. ardens, continens, assidua. *constant.* et cap. 14. increscens. et cap. 5. l. 3. consistens. *remitting.* et cap. 9. lenta. *slow.* et cap. 4. recidiva. *a relapse.* et ibid. inclinata, sed tamen adhuc inhærens. et ibid. continua. et lib. 3. c. 7. tenuata aut levata. et cap. 8. Febris accessio et decessio. *the coming and departure of the fit.* et cap. 9. remissio. et cap. 12. circuitus. *the periodic return.* hinc periodicas febres, *Plin.* l. 20. c. 3. dixit. *Id.* l. 25. c. 9. Febres abigere. et cap. 4. *sub fin.* depellere. et lib. 28. c. 8. arcere. et lib. 24. c. 9. solvere. et lib. 28. c. 8. *ad fin.* sanare. *Cels.* l. 2. c. 17. tollere. *Quintil.* l. 2. c. 17. quiete et abstinentia mitigare. *Cels.* l. 3. c. 21. submovere. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 48. deducere corpore ægroto. et ep. 7. v. 9. adducere. *Cels.* l. 7. c. 18. *sub fin.* afferre. *Martial.* l. 2. epigr. 16. facere. ¶ Urbane *Plaut. Pseud.* 2. 2. 48. Scio, hoc tibi febrim esse, quia non licet hoc injicere ungulas. *h. e.* cruciare te instar febris. ¶ A Romanis ut dea culta est, ne noceret, ejusque Fanum in Palatio, alterum in area Marianorum monumentorum, tertium in summa parte Vici longi publice dedicatum fuit, teste *Plin.* l. 2. c. 7. et *Valer. Max.* l. 2. c. 5. *extr.* in eaque remedia, quæ corporibus ægrorum admota fuerant, deferebantur. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 97. n. 1. Febri divæ, Febri sanctæ, Febri magnæ Camilla Amata pro filio male affecto P. ¶ In quarto, et sexto casu singulari duplicem habet terminationem, in *e*, et in *i*: passimque occurrunt exempla: et quidem in quarto sæpius in *e*, in sexto sæpius in *i* desinit.

FEBRŬA, orum, n. *expiatory or purifying sacrifices offered to the Manes,* καθάρματα, dicebantur sacra expiatoria, et omne id, quod vim purgandi habere existimabatur: a *ferveo*, seu *ferbeo*, unde est *ferbuum*, et trajectis litteris *februum*. Nam lustratio fiebat plurimum igne, aut undis ferventibus. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 19. Februa Romani dixere piamina patres: Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem. Pontifices ab rege petunt, et flamine lanas, Queis veteri lingua Februa nomen erat. Quæque capit lictor domibus purgamina certis, Torrida cum mica farra, vocantur idem. Nomen idem ramo, qui cæsus ab arbore pura, Casta sacerdotum tempora fronde tegit. Ipse ego Flaminicam poscentem Februa vidi: Februa poscenti pinea virga data est. Denique quodcumque est, quo pectora nostra piamus, Hoc apud intonsos nomen habebat avos. Addit *Serv. ad Æn.* 8. v. 343. ipsam caprinam pellem, qua Luperci mulieres feriebant, *februum* dictam esse. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 725. Certe ego de vitulo cinerem, stipulasque fabales Sæpe tuli plena, februa casta, manu. et lib. 5. v. 423. pia Februa. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. Februum Sabini appellant purgamentum: et id in sacris nostris verbum.

FEBRUĀLIS. V. *Februlis.*

FEBRUAMENTUM, ti, n. expiatio, purgatio. *Censorin de die Nat.* c. 22.

FEBRUARĬUS, ii, m. *the month February,* Φεβρουάριος, unus est ex mensibus anni, dictus a *februis*, quod tum februaretur populus, idest expurgaretur. Nam Luperci primo die, qui *februatus* dicebatur, omnem urbem veterem, pelles caprinas in manibus gestantes, circumcursabant, idque piamen censebatur. Præterea duodecim diebus continuis pro defunctorum manibus februa, idest, sacrificia expiatoria fiebant. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 31. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 4. *extr.* et *Fest.* Sed aliqui dictum putant a Deo Februo, idest, Plutone, vel Plutonis patre, cui eo mense sacrificabatur. Nam Januarium Diis superis, Februarium Diis manibus consecraverunt, inquit *Isid.* l. 5. *Orig.* c. 33. Sed res eodem recidit. Nam *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 13. hunc tradit deum esse lustrationum potentem. V. *Ovid. initio* l. 2. *Fast.* a vers. 19. ¶ Adjective *Plin.* l. 17. c. 18. *a med.* Ab Idibus Februariis in æquinoctium. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 21. Februarius mensis.

FEBRUATĬO, onis, f. *an expiating, purifying,* lustratio, purgatio. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3.

FEBRUATUS, a, um, adject. *purified,* lustratus, purgatus. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. et *Festus* in *Februarius.*

FEBRŪLIS, *vel* Februalis dicta est Juno a Romanis, quod ipsi Februario mense sacra fiebant. *Fest.* et *Martian. Capell.* l. 2. pag. 37. ¶ Apud *Arnob.* l. 3. pag. 118. legitur *Februtis.*

FEBRŬO, as, a. 1. *to expiate, purify,* καθαρίζω, lustro, expio, purgo, expurgo: a februis. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 355. In eorum enim sacris, liba cum sint facta, injicere solent farris semina, ac dicere, se ea februare, idest pura facere.

FEBRŪTIS. V. *Februlis.*

FEBRŬUS, i, m. Pluto, vel pater Plutonis. V. in *Februarius*. ¶ *Februum*, purgamentum. V. *Februa*.

FECIĀLIS. V. *Fetialis*.

FECUNDE, *abundantly, fruitfully*, γονίμως, εὐφόρως, multo fetu, aut fructu. *Varr. sub init.* l. 6. *de L. L.* Fecundius ferre fructum. *Plin.* l. 16. c. 36. Arundo recisa fecundius resurgit. *Id.* l. 29. c. 4. *ad fin*, Cantharides nascuntur fecundissime in fraxino. *Apulei. de Mundo.* At quam pulcre, et fecunde Horæ procreantur! *Al. leg.* pulcræ, et fecundæ.

FECUNDĬTAS, atis, f. *fruitfulness, fertility, abundance*, εὐφορία, εὐγονία, copia fetuum, aut fructuum, feracitas, fertilitas. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. *extr.* Aquarum inductionibus terris fecunditatem damus. *Id.* 2. *Phil.* c. 24. O miseræ mulieris fecunditatem calamitosam! *Colum.* l. 3. c. 8. Natura parem legem fecunditatis dixit virentibus, atque, hominibus, ceterisque animalibus. *Justin.* l. 25. c. 2. Gallorum tantæ fecunditatis juventus fuit, ut Asiam omnem velut examine aliquo implerent. *Plin.* l. 37. c. 10. Galactitis nutricibus lactis fecunditatem facit. *Id.* l. 14. c. 18. Vinum fecunditatem feminis importat. *Id.* l. 28. c. 19. Fecunditatem afferre. *Id. in fi.* l. 16. dare. *Id.* l. 37. c. 10. *ad fin.* addere. *Id.* l. 10. c. 59. corrumpere. *Id.* l. 29. c. 4. *a med.* Fecunditas aliquarum plena liberis. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 21. Volo, se efferat in adolescente fecunditas. *h. e.* stili ubertas. *richness of style or expression. Plin. in præfat.* Fecunditas animi. *Id.* l. 35. c. 2. *a med.* Fecunditas voluminum M. Varronis. ¶ Fecunditati quasi deæ, templum Romæ exstructum fuit in gratiam Poppææ uxoris Neronis. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 23.

FECUNDO, as, avi, atum, *to fertilize, make fertile or fruitful*, εὐδαιμονίζω, fecundum facio. *Virg. Georg.* 4. v. 291. Et viridem Ægyptum nigra fecundat arena. *Claudian. in* I. *Consul. Stilich.* v. 239. Quod pulcro Mariæ fecundet semine regnum. *Pallad. in Febr.* tit. 9. Pampinarius in suo loco fecundatur a matre: translatus vero tenet sterilitatis vitium.

FECUNDUS, a, um, *fruitful, fertile, abounding*, γόνιμος, εὔφορος, qui fetu, aut frugibus abundat, uber, fertilis, ferax. *Cic. de Senect.* c. 15. *a med.* Fossiones agri repastinationesque, quibus fit multo terra fecundior. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 64. Sue, quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura fecundius. *Id. in Orat.* c. 15. Segetes fecundæ et uberes. *Justin.* l. 2. c. 1. Solum Ægypti ita fecundum, ut alimentorum nulla terra feracior fuerit. *Colum.* l. 9. c. 4. Regio fecunda fruticis exigui, et maxime thymi, aut origani. *Plin.* l. 19. c. 7. Nihil ocimo fecundius. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 220. et *Plin.* l. 33. c. 4. Tellus fecunda metallorum. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 65. Mons silvæ frequens, et fecundus. *Lucan.* l. 9. v. 696. sterilis tellus fecundaque nulli Arva bono. ¶ Translate *Tacit.* 6. *Ann.* c. 27. Æmilium genus fecundum bonorum civium. *Lucan.* l. 10. v. 303. nigris Meroe fecunda colonis. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 470. fecundaque monstris cingula. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 17. Fecunda culpæ sæcula. *Plaut. Cistell.* 1. 1. 71. Amor et melle, et felle est fecundissimus. *abounds largely in. Sil.* l. 13. v. 490. veri fecunda sacerdos. *Id.* l. 2. v. 498. Fecundum in fraudes hominum genus. *Plin.* l. 36. c. 10. Fecundum ingenium. et lib. 34. c. 8. Fecundissima ars. *Varr.* l. 7. *de L. L.* c. 3. Duo genera verborum: unum fecundum, quod declinando multas ex se parit disspariles formas: alterum sterile. ¶ Dicitur et de iis, quæ fecundant. *Plin.* l. 5. c. 9. Fecundus Nilus. *Ovid. Fast.* 2. v. 427. Excipe fecundæ patienter verbera dextræ. *h. e.* lupercorum ferientium pelle capræ mulieres, unde fecunditas iis dari credebatur. ¶ Ponitur et universim pro copioso, abundanti. *abundant, copious. Horat.* l. 1. ep. 5. v. 19. Fecundi calices quem non fecere disertum? *Cic. de Harusp. respons.* c. 20. Questus fecundus et uber. *Id. in Orat.* c. 4. Pericles uber et fecundus. *scil.* in dicendo copiosus. *Plin. in Paneg.* c. 31. Fecundissima gens. *h. e.* annona et frugibus dives. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 31. Specus uberibus fecundus aquis. et lib. 14. v. 791. Fecundus fons. ¶ Legitur et *fæcundus*: fuit etiam qui *fæcundus* scriberet: sed omnem diphthongum tollunt *Varr.* apud *Gell.* l. 16. c. 12. et apud *Non.* c. 1. n. 266. item *Manut.* et *Cellar. in Orthograph.* et *Voss. in Etymolog.* Nummos quoque *Cellarius* affert duos, in quibus *Fecunditas*, et *Fecundus* insculptum est. *Dausqu.* tamen *æ* retinet, cum *Scalig.* et *Pierio* qui allegat Nummum Faustinæ. Derivant autem Etymologi ab obsoleto *feo*: unde etiam *fetus*, et *fenus* oriri aiunt: eandemque esse in omnibus scribendi rationem.

FEDUM antiqui dicebant pro hedo. *Festus.* V. *Digammu.*

FEL, fellis, n. *gall*, χολὴ, bilis flava, quæ in corpore animalis vesicula continetur sub hepate. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 74. In jecore est fel, non omnibus datum animalibus. In Eubœæ Chalcide nullum pecori: in Naxo prægrande, geminumque. Equi, muli, asini, cervi, capreæ, apri, cameli, delphini non habent, &c. *Cels.* l. 4. c. 1. Jecur a dextra parte sub præcordiis: ex inferiore parte ei fel inhæret. *Cic.* 2. *de nat. deor.* c. 12. Fel gallinaceum. *Plin.* l. 31. c. 10. *ad fin.* Felle suffusorum pruritus nitrum comprimit. *of icterical persons.* ¶ Quod est amarissimi gustus, ita ut a canibus non attingatur, ut ait *Plin. loc. cit.* hinc translate *Plaut. Trucul.* 1. 2. 76. In melle sunt linguæ sitæ vestræ, atque orationes, lacteque: corda felle sunt lita, atque acerbo aceto. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 565. Candidus a salibus suffusis felle refugi. *from the malignant and slanderous. Id.* 2. *de ar. am.* v. 519. Litore quot conchæ, tot sunt in amore dolores: Quæ patimur, multo spicula felle madent. *Auson. in professorib.* carm. 2. v. 31. Nullo felle tibi mens livida. *h. e.* nullus tibi livor. *Tibull.* l. 2 el. 4. v. 11. Nunc et amara dies, et noctis amarior umbra est: Omnia jam tristi tempora felle madent. *h. e.* tristia sunt, adversa, calamitosa. *Martial.* l. 7. epigr. 24. Dulcia cum tantum scribas epigrammata semper, Et cerussata candidiora cute; Nullaque mica salis, nec amari fellis in illis Gutta sit; o demens, vis tamen ista legi! *h. e.* severitas, acrimonia, quæ dulcedinem veluti corrigat. *acrimony, rancour, bitterness, malignity.* ¶ Dicitur et de succis venenatis. *Virg.* 12. *Æn.* v. 856. Sagitta armata felle veneni. *Ovid.* 1. *ex Ponto*, ep. 2. v. 17. mortis sævo geminent ut vulnere causas, Omnia vipereo spicula felle linunt. Adde lib. 5. *Trist.* el. 7. v. 16. Scribit *Plin.* l. 29. c. 4. mustelarum silvestrium fel contra aspides efficax dici, cetero venenum esse. ¶ De ira, ut bilis. *Virg.* 8. *Æn.* v. 219. Hic vero Alcidæ furiis exarserat atro Felle dolor. ¶ Fel nigrum est atra bilis, insaniæ causa homini, morsque si totum reddatur. *Plin. loc. prius cit.* sect. 75. ¶ *Fel terræ* herba est, de qua V. *Centaureum.* ¶ In plurali num. *fella* habet. *Seren. Sammon.* cap. 19. v. 333. Lutea si crescunt, et cunctis noxia fella. Adde *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 19. et l. 1. *Tard.* c. 4. *ad fin.* et *Tertullian. de cor. mil.* c. *pænult. ad fin.*

FELES, *et* Felis, is, f. *a cat*, αἴλουρος, animal quadrupes domesticum, acutis unguibus, mira velocitate, oculisque etiam noctu cernentibus præditum, muribus, et avibus infestissimum. *Phædr.* l. 2. fab. 4. v. 2. Feles cavernam nacta, in media pepererat. *Plin.* l. 6. c. 29. Oppidum, in quo felis aurea pro deo colebatur. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 27. Ægyptii quamvis carnificinam prius subierint, quam aut felem, aut canem, aut crocodilum violent. *Plin.* l. 10. c. 73. Feles quidem quo silentio, quam levibus vestigiis obrepunt avibus! quam occulte speculatæ in musculos exsiliunt! Excrementa sua effossa obruunt terra, intelligentes odorem illum indicem sui esse. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 65. Felibus lingua imbricatæ asperitatis, ac limæ similis. et sect. 55. Felium in tenebris fulgent, radiantque oculi. ¶ Item fera illa, quæ et *martes* dicitur, a nostris *a marten, ferret, fulimart*, altilibus avibus infestissima, et præcipue gallinis. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 11. *de septo anatum.* Omnes parietes tectorio levigantur, ne feles, aliave quæ bestia introire ad nocendum possit. *Colum.* l. 8. c. 14. *ad fin. de anserib.* Ne coluber, ne vipera, felesque, aut etiam mustela possit aspirare. ¶ In Fabulis, metu Gigantum diis bellum inferentium, fele soror Phœbi, nivea Saturnia vacca, Pisce Venus latuit, ut est apud *Ovid.* 5. *Metam.* v. 330. h. e. in eas bestias se transformarunt. ¶ Translate dicitur de fure, raptore. *Auson.* epigr. 70. *ad Pythag.* feles nuper pullaria dictus. *Plaut. Pers.* 4. 9. 14. *de lenone.* Scelesta feles virginaria. *Id. Rud.* 3. 4. 43. Tu ne hic, feles virginalis, liberos parentibus sublectos habebis? ¶ Reperitur etiam *felles*: et aliquando etiam *fæles*.

[† FELICATUS, a, um, adj. V. in *Filicatus*.]

FELICĬTAS, atis, f. *felicity, happiness*, εὐδαιμονία, status, et conditio ejus, cui res omnes secundæ fluunt, bona fortuna, prosperitas, beatitudo. *Cic. in fragm.* apud *Ammian.* l. 21. c. 16. (*al.* 33.) Neque enim quidquam aliud est felicitas, nisi honestarum rerum prosperitas. *Id.* 2. *Phil.* c. 24. Fuit felix, si potest ulla esse in scelere felicitas. *Id. de clar. Orat. cap. pænult. de Hortensio.* Illum videtur felicitas ipsius, qua semper est usus, ab eis miseriis vindicasse. *Curt.* l. 6. c. 5. Perpetua felicitate florere. *Plin.* l. 10. ep. 7. Felicitas temporum. *Plin. alter* l. 7. c. 44. *extr.* Nulla est profecto solida felicitas, quam contumelia ulla vitæ rumpit. ¶ In plurali num. *Terent. Eun.* 2. 3. 32. Nec quemquam esse ego hominem arbitror, cui magis bonæ felicitates omnes adversæ sient. *all his good fortune.* ¶ Dicitur de imperatoris bona fortuna militari. *Cic. pro leg. Manil.* c. 10. In summo imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. et cap. 16. et *Nep. in Timol.* c. 2. Incredibili felicitate Dionysium tota Sicilia depulit. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 31. Felicitas rerum gestarum exercitus benevolentiam imperatoribus, et res adversæ odia conciliant. ¶ Item de fecunditate, ac fertilitate terræ, aut plantarum. *fertility, fruitfulness. Plin.* l. 3. ep. 19. Agri sunt fertiles, pingues, aquosi: sed hæc felicitas terræ imbecillis cultoribus fatigatur. *Plin. alter* l. 18. c. 18. Excellentius Thebaidis regionibus frumentum: similis ratio, sed felicitas major Babyloniæ Seleuciæ, Euphrate atque Tigri restagnantibus. ¶ Apud Romanos dea fuit, templo, ara, sacris culta. *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei*, c. 18. et 23. V. et *Sueton. in Tiber.* c. 5.

FELICĬTER, adverb. *happily, fortunately*, εὐδαιμόνως, prospere, beate, fortunate. *Cic. de Fin.* l. 3. c. 7. *extr.* Omnes sapientes semper feliciter, absolute, fortunate vivere. *Id.* 4. *Phil.* c. 15. Respublica et bene, et feliciter gesta. *Id. pro Mur.* c. 1. Ut ea res fausto, feliciter, prospereque eveniret. *Id.* 4. *Verr.* c. 38. Satis feliciter navigare. *Id. Fam.* 7. ep. 28. *in fi.* Sapienter hæc reliquisti, si consilio; feliciter, si casu. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 7. Rempublicam felicissime gessisse. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 166. Nam spirat Tragicum satis, et feliciter audet. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 247. niveum mira feliciter arte Sculpsit ebur. *Id. in Ibin*, v. 305. Nec tua, quam Pyrrhi, felicius ossa quiescant. *Id. Heroid.* ep. 7. v. 161. Ascaniusque suos feliciter impleat annos. ¶ *Feliciter*, frequens est acclamandi, et bene precandi formula. *auspiciously, luckily, prosperously. Phædr.* l. 5. fab. 1. v. 3. Ut mos est vulgi, passim et certatim ruunt, Feliciter, succlamant. *Cic. Attic.* 13. ep. 42. Feliciter velim, inquam, teque laudo. *Sueton. in Claud.* c. 7. Acclamanti populo, feliciter, partim patruo Imperatoris, partim Germanici fratri. Adde *in Domit.* c. 13. *Juvenal.* sat. 2. v. 119. et *Flor.* l. 3. c. 3. *sub fin.* Sic *feliciter quod agis* apud *Senec. sub fin.* ep. 67. ¶ Refertur aliquando ad feracitatem terræ, et facilitatem proveniendi in herbis, et arboribus. *abundantly, fruitfully. Virg. Georg.* 1. v. 54. Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ.

FELICĬTRA. V. *Volsgra*.

FELINĔUS, a, um, adject. *of a cat*, ut Felinei oculi, apud *Serv. in* 3. *Georg.* v. 82.

FELĪNUS, a, um, *of or belonging to a cat, feline*, felineus. *Cels.* l. 5. c. 18. n. 15. Malagma, quod habet visci, felini stercoris, resinæ, sulphuris pares portiones. Alii leg. *visci seminis, stercoris*, &c. [*Leonardus Targa* in 2.ª *Celsi* editione reposuit: *Quod habet visci semini, stercoris, resinæ* &c. Deinde in notis adjungit: Sub mendosa voce *simini* (quam habent plerique Codices atque editiones sex primæ et Manutianæ) sive *semini* latet adjunctum sequentis vocis stercoris, non tamen felini, ut Cæsariana, ceteræque editiones. Nam vox *felinus* apud nullum Latinum Scriptorem invenitur, ut monet *Facciolatus* in *Animadv. Crit. in Lex. Danetii*; nec apud veteres medicos quidquam occurrit de felis stercore ad malagmata et cataplasmata adhibito. Fortasse reponendum *suilli stercoris*, cujus aliquem fuisse in medicina usum ex iis colligitur, quæ de illo tradit *Plin.* l. 28. c. 17. sect. 70.]

FELIS. V. *Feles*.

FELIX, icis, *happy, fortunate, felicitous*, εὐδαίμων, μακάριος, is cui omnia succedunt, fortunatus, florens, beatus. *Cic. Phil.* 2. c. 26. Cæsar Alexandria se recepit, felix, ut sibi quidem videbatur: mea autem sententia, si quis reipubl. sit infelix, felix esse non potest. *Sallust. in Jug.* c. 100. Sulla felicissimus omnium ante civilem victoriam. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 10. In te retinendo fuit Asia felicior, quam nos in deducendo. *Id. de clar. Orat.* c. 16. Ille Græcus ab omni laude felicior. *Id. pro Font.* c. 15. Virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad consilia prudentem, ad casum fortunamque felicem. *Virg.* 6. *Æn.* v. 787. Felix prole virum. *Plin.* l. 34. c. 8. Praxiteles quoque marmore felicior: ideo et clarior fuit. *succeeded better as a sculptor.* ¶ Interdum est dives, beatus. *rich, wealthy, opulent. Ovid.* 1. *Amor.* el. 8. v. 27. Tam felix esses, quam formosissima, vellem: Non ego, te facta divite, pauper ero. ¶ Cum genitivo. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 9. o te, Bolane, cerebri felicem. *Sil.* l. 4. v. 359. Felix uteri. εὔτεκνος. et vers. 398. leti. et vers. 731. famæ. *Plin. in procæm.* lib. 14. Beatus felixque gratiæ. ¶ Cum infinito. *Virg. Æn.* 9. v. 772. quo non felicior alter Ungere tela manu, ferrumque armare veneno. *h. e.* peritior, inquit *Servius*. Significat autem, semper successum habuisse inferendæ necis tela ab eo venenis illita. Adde *Sil.* l. 13. v. 126. ¶ Cum de re dicitur, prosperum significat, secundum, utilem, commodum. *prosperous, auspicious, successful, advantageous. Cic.* 1. *de Divin.* c. 45. Omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 9. Quod bonum, fortunatum, felixque, salutareque siet populo R. &c. *Liv.* l. 22. c. 30. Quod tibi mihique sit felix, sub imperium tuum redeo. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 2. v. 51. Felicia arma. et lib. 1. *Trist.* el. 2. v. 103. sæcula. et 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 35. felix omen. *Plin.* l. 37. c. 9. Amethysti Indicæ absolutum felicis purpuræ colorem habent. *h. e.* præstantis, et pretiosæ, et quam habere, felix fortunatumque est. *Martial.* de librario suo defuncto, l. 1. epigr. 102. Illa manus quondam studiorum fida meorum, Et felix domino. Aliquando est propitius, seu qui alios facit felices. *favourable, propitious. Virg.* 1. *Æn.* v. 334. Sis felix, nostrumque leves quæcumque laborem. *Id. Ecl.* 5. v. 65. Sis bonus, o, felixque tuis. Adde *Propert.* l. 3. el. 11. v. 15. ¶ Interdum frugifer, ferax. *fruitful, fertile, productive. Festus*: Felices arbores Cato dixit, quæ fructum ferunt, infelices, quæ non ferunt. *Liv.* l. 5. c. 24. Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. *Horat. Epod.* 2. v. 13. Inutilesque falce ramos amputans, Feliciores inserit. *Plin.* l. 3. c. 5. Felix Campania. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 10. *in fi.* Felicior regio. *Valer. Flacc.* l.

6. v. 711. si quis aquis, et fertilis ubere terræ Educat, ac ventis oleam felicibus implet. *Claudian. in Consul. Mall. Theod.* v. 179. Quis felix oleæ tractus. ¶ In sacris *felices arbores* habebantur, quercus, æsculus, ilex, suber, fagus, corylus, sorbus, ficus alba, pyrus, malus, vitis, prunus, cornus, lotus: atque hæ diis superis sacræ erant. Contra *infelices* ficus atra, filix, acrifolium, ruscus, pyrus silvestris, rubus, sentes, alaternus, salix, et quæcumque baccam nigram, nigrosque fructus ferunt: quæ inferum deorum in tutela erant. Hæc ex *Veranio de verbis pontificalib.* et *Tarquinio Prisco Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 16. ¶ Nonnunquam *felix* dicitur de mortuo, ut Græce μακάριος, et μακαρίτης. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 28. Omnes composui: felices! nunc ego resto. V. *Beatus.* ¶ Sunt qui scribunt *fælix:* sed male. Contra enim sunt libri veteres, lapides, nummi, *Manut. Dausqu. Cellar.*

FELLĀTOR, oris, m. *a sucker*, qui fellat. Dicitur de corvo, quia corvos ore coire, et parere vulgus arbitratur, falso tamen, ut *Plin.* l. 10. c. 12. docet. *Mart.* l. 14. ep. 74.

FELLĔBRIS, e, adject. a fellando. *Solin.* c. 2. (*al.* 8.) *a med. de Boa serpente:* Uberibus bovis se innectit, suctuque continuo saginata, ita fellebri satietate extuberatur, ut &c. *h. e.* copioso lactis suctu. Alii *leg. celebri*, alii, *funebri.*

FELLĔUS, a, um, *of gall, bitter as gall*, χολώδης, ad fel spectans. *Plin.* l. 26. c. 12. Sudores felleos movent. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 3. c. 6. Urina fellea.

FELLĬCO, as, frequent. a fello, ut *vellico* a *vello. Solin.* c. 45. (*al.* 57.) *sub fin.* Nequaquam mater pullo ubera præbet fellicanda. Alii leg. *fellitanda*, vel *felitanda*, eodem sensu. *Arnob.* l. 2. pag. 70. Exsugerent fellicantes mammas. *Al. leg.* fellitantes. *Glossæ:* Fellitat, sugit.

FELLIDŪCUS, a, um, adject. a felle, ut Felliduca medicamenta, apud *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 3. c. 4.

FELLIFLŬUS, a, um, adject. felle fluens. *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 19. *de cholera.* Felliflua passio.

FELLĪTO, as, a. 1. frequent. a fello, ut *cœnito* a *cœno.* V. *Fellico.*

FELLĪTUS, V. in *Fellosus.*

FELLO, as, a. 1. *to suck*, θηλάζω, lac exsugo, ab Æolico φηλάω, pro θηλάω, mammam sugo. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 344. Tum eum lac humanum fellasse. *Id. ibid.* c. 4. n. 25. Lupam alumni fellarunt olim. ¶ Refertur et ad obscenam infandamque libidinem. *Martial.* variis in locis. γλωττοδεψέω. ¶ Sunt, qui contendant, *felo* scribendum esse.

FELLŌSUS, a, um, adject. felle imbutus, felle abundans. *Rufus Fest. Avien. ep. ad Flavian. Myrmec.* apud *Pythœum* l. 4. *Collect. epigr. vet.* fellitus amarans Ora sapor. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 4. c. 6. Fellosa, aut saniosa ventris egestio.

FELO, is, n. 3. verbum barbarum exprimens vocem pardi. *Auct. carm. de Philom.* (perperam *Ovidio* attributi) v. 50. Panther caurit amans, pardus hiando felit.

FELSĪNA, æ, f. eadem ac Bononia. *Plin.* l. 3. c. 15. Intus colonia Bononia, Felsina vocitata, cum princeps Etruriæ esset.

FELTRĪA, æ, f. nunc *Feltre*, urbs Venetiæ, seu Marchiæ Tarvisianæ, intra Alpes Tridentinas, ad Asonem fl. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 409. n. 8. Alia apud *Gud.* pag. 129. n. 2. ¶ Populi *Fertini* dicuntur a *Plinio* l. 3. c. 19. Ita enim in libris omnibus legitur, teste *Harduino.* At *Cassiod.* l. 5. ep. 9. *Feltrinos* vocat. *Feltrienses* etiam dici Latine possunt. *Inscript.* apud *Gud.* pag. 65. n. 5. Collegium Fabrorum Ferrar. Feltriens. et Altinatium Sacellum hoc perfecer. ¶ Dictum est etiam *Feltriæ, arum. Inscript.* apud *Murator.* pag. 782. n. 4. T. Apicius T. F. Men. Secundus Feltris Miles Coh. X. &c. (*pro* Feltriis.) Alia *ibid.* pag. 1095. L. Magius Statutus Feltris, L. Valerius Rufinus Roma, Sex. Pisonius Saturninus Capua, &c. Est fragmentum laterculi militaris, in quo singulis militibus sua patria adscribitur.

FELTRIENSIS } V. in voce præced.
FELTRĪNUS }

FEMELLA, æ, f. *a little woman, female*, γύναιον, parva femina. *Catull.* carm. 55. *ad Camer.* v. 7. Femellas omnes amice prendi.

FEMEN. V. *Femur.*

FEMĬNA, æ, f. *a woman; the female in all animals*, γυνὴ, idem quod mulier: latius tamen patet usus, cum æque dicatur de omnibus animalibus: mulier vero de homine tantum. [*Isidor.* 11. *Orig.* c. 2. ita appellatam esse ait a feminum partibus, quibus distinguitur a viro.] *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 34. Et mares deos, et feminas esse dicitis. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 12. Mors in claris viris et feminis. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 51. Bestiæ aliæ mares, aliæ feminæ sunt. *Id.* 2. *de Divin.* c. 29. Femina anguis. *Id.* 2. *de Legib.* c. 22. *extr.* Porco femina piaculum pati. *Colum.* l. 7. c. 9. Femina sus. *a sow. Plin.* l. 9. c. 50. et *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 482. Femina piscis. *Id.* l. 29. c. 5. *ad fin.* Sanguis feminæ anatis. *Cic. Phil.* 3. c. 6. Tua conjux bona femina. *Id.* 5. *Fam.* ep. 8. Præstantissima omnium feminarum uxor tua. *a most excellent woman.* et epist. 11. primaria. *Id. ad Brut.* ep. 18. prudentissima et diligentissima. *discreet and industrious. Id.* 3. *Phil.* c. 6. sanctissima atque optima. *virtuous. Id. pro Cæcin.* c. 4. probatissima. *Petron. in Satyr.* c. 111. singularis exempli. *Virg.* 4. *Æn.* v. 569. varium et mutabile semper, Femina. *woman is a fickle thing.* ¶ Etiam de gemmis usurpat *Plin.* l. 37. c. 7. ¶ Aliquando convicium est in virum effeminatum et mollem. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 470. *Justin.* l. 1. c. 3. *Sil.* l. 2. v. 361. *Curt.* l. 3. c. 10. *sub fin.* et lib. 6. c. 11. Quo pertinet illud *Virg.* 9. *Æn.* v. 617. O vere Phrygiæ; neque enim Phryges; et *Homeri*, Ἀχαιίδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί. ¶ *Femina turba* pro *feminea* dictum est a *Propert.* l. 2. el. 23. v. 4. ¶ Scribitur et *fæmina*, et *fœmina.* Priorem pauci: alteram plures cum *Dausquio:* nostram vero, qua diphthongum omnem excludimus, tuentur *Manut. Cellar.* et *Voss. in Etymol.* cum antiquis libris, et lapidib.

FEMĬNAL, alis, n. femineum pudendum. *Apul.* l. 2. *Metam.* et *in Apolog.*

FEMĬNALĬA, um, n. *bandages for covering the thighs*, παραμήρια, περισκελίδες, tegumenta feminum, et subligacula. *Sueton. in Aug.* c. 82. Hieme quaternis tunicis, et feminalibus (al. *femoralibus*) et tibialibus muniebatur. Ubi notat *Casaubon.* per *feminalia* et *tibialia* non intelligi quod hodie *braccas*, et *tibialia* dicimus (*breeches and stockings*) sed fascias quibus antiqui pedes, tibias, et femina tegebant vel valetudinis, vel mollitiei, vel inclementis cæli causa: neque enim tunc in usu fuisse, ut braccati, et calceati essent. Quæ omnia confirmat *Ferrar.* l. 2. *elector.* cap. 2.

FEMĬNĀTUS, a, um, *rendered effeminate, womanized. Cic.* vertens particulam *Trachiniar. Sophocl.* l. 2. *Tuscul.* c. 8. *extr.* Sic feminata virtus afflicta occidit. *h. e.* effeminata, infracta, perdomita.

FEMĬNĔUS, a, um, *of or belonging to a woman; womanly, like a woman, soft, delicate, feminine*, θηλυκὸς, ad feminam pertinens, muliebris. *Virg.* 2. *Æn.* v. 488. cavæ plangoribus ædes Femineis ululant. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 603. Femineæ catervæ. *Plin.* l. 36. c. 16. Femineus sexus. *the female sex. Ovid.* 6. *Metam.* v. 651. Feminea sors. *the condition of a woman; womanhood.* et lib. 12. v. 610. Marte femineo cadere. *by the hand of a woman. Id.* 3. *Amor.* el. 2. v. 40. Femineus amor. *h. e.* quo femina amatur. *Id.* 1. *Amor.* el. 13. v. 23. et *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 63. Femineus labor. *h. e.* lanificium. *Ovid. Metam.* 9. v. 151. Femineus dolor. *h. e.* quo femina dolet. et lib. 14. v. 341. Feminea vox. *Virg.* 2. *Æn.* v. 583. nullum memorabile nomen Feminea in pœna est. *h. e.* qua punitur femina. *Juvenal.* sat. 9. v. 53. Calendæ femineæ. *h. e.* cal. Martii. V. *Calendæ.* ¶ Sæpe est effeminatus, languidus, imbellis, mollis. *effeminate, womanish, delicate. Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 15. Si utemur amplificatione per conquestionem, femineo plangore, et capitis ictu uti oportebit. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 286. Sed leve nescio quid, femineumque sonent. *Id.* 13. *Metam.* v. 693. Pectus non femineum. *Plin.* l. 2. c. 101. Lunæ femineum ac molle sidus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 782. femineo prædæ et spoliorum ardebat amore. *h. e.* impotenti, nimio, quales sunt feminarum affectus.

FEMĬNĪNE, adverb. feminino genere. *Arnob.* l. 1. pag. 36. *Fest.* in *Petronia*, et *Charis.* l. 1. pag. 55. *Putsch.*

FEMĬNĪNUS, a, um, *of a woman, feminine, female*, femineus. *Varr.* 3. *R. R.* c. 5. Femininum nomen. *Plin.* l. 10. c. 68. Neque est iis (*salamandris*) genus masculinum, femininumve. *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 7.) Nomina quæ feminina positione mares, neutrali feminas significant.

FEMŎRALĬA. V. *Feminalia.*

FEMUR, feminis, *frequentius quam* femoris, f. *the thigh*, μηρὸς, membra duo in corpore animalis, crassa, et carnosa, post ossa imi ventris ad crus pertinentia. In quadrupedibus posteriora intelliguntur. *Cels.* l. 8. c. 1. *a med.* Ima spina in coxarum osse desinit, &c. Inde femina oriuntur. *Cic. de clar. Orat.* c. 80. Frons non percussa, non femur. *Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Femur ferire, et usitatum est, et indignantes decet, et excitat auditorem. *Cic.* 6. *Verr.* c. 43. Signum Apollinis pulcherrimum, cujus in femine nomen Myronis erat inscriptum. *Liv.* l. 21. c. 7. *extr.* Adversum femur tragula graviter ictus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. Teretes stipites feminis crassitudine. *Plin.* l. 28. c. 15. *extr.* Femina atteri adurique equitatu, notum est. *Colum.* l. 6. c. 2. Ventri quoque (*boum*) et sub femina manum subjicere, ut ricini, qui plerumque feminibus inhærent, eximantur. *Martial.* l. 6. epigr. 75. Femur leporis. *Id.* l. 2. epigr. 37. pulli. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. Galli feminibus pilosis, cruribus brevibus. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 64. Et corpus quærens femorum, crurumque, pedumque. (Adde *Lucan.* l. 9. v. 771.) *Virg. Æn.* 10. v. 788. ensem Eripit a femine. ¶ *Femur bubulum* appellatur herba, nervis et ipsa utilis, recens in aceto ac sale trita. Ita *Plin.* l. 27. c. 9. *ad fin.* nihilque de ea præterea neque ipse, neque alii. ¶ In architectura *femur* dicitur a *Vitruv.* l. 4. c. 3. Græce μηρὸς, pars triglyphi in zophoro Dorico, quandam habens cum humano femore similitudinem, *the* regula *or* femur. ¶ Lis est non una inter Grammaticos de hoc nomine. Negat primo *Charis.* l. 1. pag. 105. *Putsch.* in recto casu *femen* a Veteribus usurpatum: agnoscunt tamen, ut Latinum, *Caper* apud *Serv. ad Æn.* 10. v. 344. et v. 778. et *Priscian.* l. 6. pag. 701. quamquam in raro usu esse fateantur. Sunt etiam qui id legunt apud *Apul.* l. 2. *Metam.* sed ille locus est incertus. Deinde discrimen quidam inducunt hujusmodi, ut *femora* exteriores eorum partes, *femina* interiores molliores que significent. Sed hoc nullum est. Tertio sunt, qui scribunt *fæmen*, quos refellit *Dausq. in Orthogr.* [Etiam *femus* dici contendit *Oudendorpius* ad *Apul.* 8. *Met.* pag. 590. et 591.] ¶ Obliqui casus *femoris, femori*, &c. leguntur etiam apud *Tibull.* l. 1. el. 9. v. 26. et *Ovid.* l. 1. *Amor.* el. 4. v. 43. et lib. 3. el. 7. v. 10.

FENDICÆ, arum, f. *sausages. Arnob.* l. 7. pag. 230. Non enim placet fendicas nominare, quæ et ipsæ sunt hiræ, quas plebis oratio ilia (al. *hillas*) solet, cum eloquitur, nuncupare. *Fendicas* dictas quidam putant a *findo*, quod e fissis dissectisque carnibus fiant.

FENDO, is, a. 3. ad iram concito apud veteres. Verbum est obsoletum, cujus composita *offendo*, et *defendo* sunt in usu. *Priscian.* l. 11. pag. 923. *Putsch.* ¶ In Glossar. *Isid.* legitur *fensus*, iratus.

FENĔBRIS, *et* Fœnebris, e, *pertaining to usury*, δανειστικὸς, ad fenus pertinens. *Liv.* l. 35. c. 7. Cum multis fenebribus legibus constricta avaritia esset. *Suet. in Calig.* c. 41. Præbere alicui pecuniam fenebrem. *to lend on usury. Tacit.* 6. *Ann.* c. 16. Vetus urbi fenebre malum, et seditionum discordiarumque creberrima causa.

FENERALĬA, um, n. *Liv.* affertur pro hac voce, qua significari aiunt tempus, quo fenus cessabat, et finiebatur, lib. 35. c. 7. sed is locus dubiæ est lectionis.

FENERARĬUS, ii, m. fenerator. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 8. *sub fin.*

FENERATĬCUS, a, um, feneratorius. V. *Feneratitius.*

FENERATĬO, onis, f. *a lending on interest or usury*, actus fenerandi, δανεισμός. *Cic. pro Flacc.* c. 23. *extr.* Hæc pecunia ab honoribus translata est in quæstum et fenerationem. *Id.* 2. *de Fin. c. ult.* Nec enim, si tuam ob causam cuiquam commodes, beneficium illud habendum est, sed feneratio.

FENERATITĬUS, *et* Feneraticius, a, um, ad fenus pertinens, feneratorius. *Imp. Justin.* lib. 4. *Cod.* tit. 30. leg. 14. Feneratitia cautio. *Al. leg.* feneratica. et *ibid.* Feneratitium instrumentum.

FENERĀTO. V. *Feneratus.*

FENERĀTOR, *et* Fœnerator, oris, m. *a lender of money, usurer*, δανειστὴς, qui pecuniam dat fenori. *Cic.* 1. *Offic.* c. 42. Improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum. *Horat. in fi. Epod.* 2. Hæc ubi locutus fenerator Alfius, Omnem relegit Idibus pecuniam; Quærit Calendis ponere. *Cic.* 6. *Attic.* ep. 1. *ante med.* Acerbissimi feneratores.

FENERATORĬUS, a, um, *relating to usury*, ad fenus pertinens, fenebris. *Valer. Max.* l. 2. c. 6. n. 11. Avara et feneratoria Gallorum philosophia.

FENERĀTRIX, icis, f. *she that lends on usury*, quæ fenori dat. *Valer. Max.* l. 8. c. 2. n. 2. Ex amica obsequenti subito districtam feneratricem agere cœpit, numos petendo.

FENERĀTUS, *et* Fœneratus, a, um, *lent on interest or usury*, fenori datus. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 7. *ad fin.* Pecunia gravioribus usuris fenerata, quam pro consuetudine. *Scævola Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 46. Pecunia fenerata a tutoribus. Adde *Paul.* lib. 46. tit. 3. leg. 100. ¶ Item fenore multiplicatus, cum fenore redditus. *Terent. Phorm.* 3. 2. 8. Feneratum istuc beneficium tibi pulcre dices. *has been repaid with interest.* ¶ *Fenerato* adverb. *with interest*, sub fenore, ἐπὶ τόκῳ. *Plaut. Men.* 4. 2. 40. Næ illam mecastor fenerato abstulisti. *to your detriment and loss.* Sic *Asin.* 5. 2. 52. Næ ille ecastor fenerato funditat.

FENĔRO, *et* Fœnero, as, a. 1. *et* Feneror, aris, dep. 1. *to lend money on interest or usury*, δανείζω, pecuniam do sub fenore. *Cic.* 4. *Verr.* c. 70. Pecunias istius extraordinarias grandes suo nomine fenerabatur. *Martial.* l. 1. epigr. 86. nil debet: fenerat immo magis. *Paul. Dig.* lib. 22. tit. 1. leg. 11. Fenerare pecuniam sub usuris. *Cic.* 5. *Verr.* c. 70. Binis centesimis fenerari. Adde *in fin.* l. 2. *Offic.* ¶ Cum accus. personæ. *Martial.* l. 1. epigr. 77. numos habet arca Minervæ. Hæc sapit, hæc omnes fenerat una deos. ¶ Translate *Cic. de Amic.* c. 9. Benefici, liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam (neque enim beneficium feneramur) sed, &c. *we do not do a kindness in the hope of receiving a greater.* ¶ Significat etiam mutuam dare pecuniam, etiam sine usuris: et ita intelligendum videtur in verbis S. C. Macedoniani apud *Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. 6. leg. 1. Hinc translate. *Plin.* l. 2. c. 6. Sol suum lumen ceteris quoque sideribus fenerat. *h. e.* commodat, largitur. *lends, imparts. Senec. in fi. lib. Suasoriar.* Juba, et Petreius mutuis vulneribus concurrerunt, et morte feneraverunt. *fell each by the other's hands.* ¶ Significat etiam reddere cum fenore. *to repay with interest. Terent. Adelph.* 2. 2. 9. Metuisti, si de tuo jure concessisses paululum, atque adolescenti esses morigeratus, ne non tibi istuc feneraret? ¶ *Feneror* est etiam sub fenore accipio. *to re-*

ceive or borrow on usury. *Ulpian. Dig.* lib. 46. tit. 3. leg. 35. Si quis pecuniam dominicam a servo feneratus esset.

FENESTELLA, æ, f. *a little window, hole to let in light,* θυρίδιον, diminut. a fenestra. *Colum.* l. 1. c. 6. Granaria modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur. Adde lib. 8. c. 3. et lib. 9. c. 5. ¶ Lucius Fenestella historicus fuit Augusti tempore, obiitque extremo Tiberii principatu, ut *Plin.* l. 33. c. 11. qui ejus testimonio sæpe utitur. Dictus est a calvitie. Qui enim in medio capite calvi essent, eos antiqui Fenestellas appellabant, quod fenestræ similitudinem præ se ferrent. Ita *Alciatus* l. 12. *parerg.* c. 5. quem penes sit fides. ¶ Alter Fenestella, cujus tractatus exstat de Sacerdotiis et Magistratibus Rom. recentior est. *Plinium* enim ipsum citat; præterea meminit Episcoporum, et Archiepiscoporum: quæ voces *Plinio* ignotæ fuere. Sub hoc nomine latuit aliquandiu Andreas Dominicus Floccus, qui vixit sæculo Christi decimoquinto ejusque libri verus auctor est. ¶ *Porta Fenestellæ* Romæ fuisse dicitur, inde nomen sortita, quod dea Fortuna per fenestellam furtim ad Servium regem accesserit, et cum eo connubium inierit. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 571. Nocte domum parva solita est intrare fenestra: Unde Fenestellæ nomina porta tenet. *Al. leg.* Fenestralis.

FENESTRA, æ, f. *a window, opening in the wall of a house to admit light,* θυρίς, foramen in pariete ad ædem illustrandam: item valvæ, quibus id foramen clauditur: a φαίνω, luceo, quasi phænestra, vel ab aoristo ἔφανον, vel a φανίζω, quod a φανεῖν, unde φάνιστρα. *Cic. in Tuscul.* 1. c. 20. Eæ partes quasi fenestræ sunt animi. *Id.* 2. *Attic.* ep. 3. Fenestrarum angustias reprehendere. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 9. *extr.* Fenestras, ad tormenta mittenda, in struendo, reliquerunt. *a casemate, loop-hole. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 807. lucem in thalamos totis admitte fenestris. *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 5. bifores intrabat luna fenestras. *Id.* 14. *Metam.* v. 752. Patulæ fenestræ. *Juvenal.* sat. 6. v. 31. altæ caligantesque. *Horat.* l. 1. od. 25. v. 1. Junctas fenestras quatere. *shut, closed. Virg.* 2. *Æn.* v. 482. ingentem lato dedit ore fenestram. *made a large opening or gap. Paul. Dig.* lib. 8. tit. 2. *leg. penult.* Fenestram immittere. *h. e.* aperto pariete fenestram facere. *Juvenal.* sat. 1. v. 104. Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestræ Arguerint. *h. e.* foramina, e quibus inaures pendent. ¶ In illo *Plauti Cas.* 1. 1. 44. Quid facies? *Ol.* concludere in fenestram firmiter, Ut auscultare possis, cum, &c. *fenestra* videtur esse armarium excavatum in pariete cum valvis. Ut autem constet ratio illius versiculi, monent Critici, *festram* legi oportere. ¶ Translate ponitur pro aditu, via, et occasione. *an opening, inlet, occasion. Terent. Heaut.* 3. 1. 72. Hui quantam fenestram ad nequitiam patefeceris! *Tiberius* apud *Sueton. in ejus vita,* cap. 28. Si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis.

FENESTRĀLIS, le, qui est fenestræ. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 578. Porta fenestralis. Alii leg. *Fenestellæ.* V.

FENESTRĀTUS, a, um, *windowed, having windows,* πολυθυρωτός, fenestras habens. *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 14. Fenestrata triclinia. *Vitruv.* l. 10. c. 19. *circa med.* Turris ambulatorum decem, singulis partibus fenestratis. ¶ Translate *Id. in præfat.* l. 3. Oportuit hominum pectora fenestrata et aperta esse. *open, clear, frank.*

FENESTRELLA, æ, f. fenestella. *Pallad.* l. 1. tit. 14. ubi alii rectius leg. *fenestella.*

FENESTRO, as, a. 1. *to open or make a window,* fenestras aperio, fenestram facio. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 55. *Hard.* Media oculorum cornea fenestravit pupilla.

FENESTRŬLA, æ, f. fenestella. *Apul. sub fin.* l. 9. *Metam.*

FENUM, &c. V. *Fænum.*

FENUS, *et* Fœnus, oris, n. *usury, the interest of money,* τόκος, lucrum ex pecunia proveniens, cum creditur alteri pecunia ea lege, ut et aliquando tota restituatur, et interim, dum abest, aliquid ab eo, qui accepit, quotannis, aut quotmensibus creditori solvatur. Quis fenoris modus apud Romanos fuerit, *Tacit.* 6. *Ann.* c. 16. docet. *Varr.* apud *Gell.* l. 16. c. 12. et *Non.* c. 1. n. 266. Fenus dictum a fetu, et quasi fetura quadam pecuniæ parientis, atque increscentis. *Fest.* Fenus appellatur naturalis terræ fetus: ob quam causam et nummorum fetus fenus est vocatum, et de ea re leges fenebres. Addit *Varr.* Catonem, et ceteros antiquiores sine *o* littera *fenus* pronuntiasse, ut *fetus,* et *fecunditas.* Ex quo intelligimus rectius sine diphthongo scribi: quod *Manut.* et *Cellar.* probant, itemque *Voss. in Etymol.* qui ab obsoleto *feo* deducit, unde et *fecundus* et *fetus.* Alii ducunt a ποῖνος, merces, pretium, et scribunt *fenus, fætus, fæcundus:* quæ scriptio *Dausquio,* et aliis placet. *Cic. Attic.* l. 5. *ep. ult. ad fin.* Senatusconsultum factum est, ut centesimæ perpetuo fenore ducerentur. et lib. 6. ep. 3. Scaptius centesimis, renovato in singulos annos fenore, contentus non fuit. et lib. 4. ep. 15. Fenus ex triente Idib. Quint. factum erat bessibus. *Id.* lib. 6. ep. 1. *a med.* Græci solvunt tolerabili fenore. et ep. 16. ep 15. *ad fin.* Iniquissimo fenore versuram facere coactus est. *Id. pro Cæl.* c. 18. Fenore trucidari. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 22. lacerare homines. *Nepos in Attic.* c. 9. pecuniam sine fenore alicui credere. *without requiring interest. Cic. pro Flacc.* c. 21. Pecuniam adolescentulo, grandi fenore, fiducia tamen accepta, occupavisti. *Id. Verr.* 4. c. 70. Pecuniam alicui dare fenori. *Plaut. Curcul.* 4. 1. 19. Dare fenore. *Cic.* 5. *Verr.* c. 72. Fenus accipere ab aliquo. *Plaut. Asin.* 1. 3. 95. Si mutuas (*minas*) non potero, certum est, sumam fenore. *Id. Curcul.* 4. 1. 19. Accipere fenore. et *Men.* 4. 2. 14. Fenore rem partam habere. *Id. Asin.* 2. 4. 23. Quæritare argentum in fenus. *Id. Mostell.* 3. 1. 34. Dare alicui fenus, et sortem argenti. *Modestin. Dig.* lib. 12. tit. 1. leg. 33. Exercere fenus. *Ulpian.* lib. 17. tit. 1. leg. 12. *circa med.* Majoribus usuris fenus accipere. *Scævola* l. 26. tit. 7. leg. 46. Dare pecunias in fenus. *Ulpian.* lib. 32. leg. 11. *a med.* Certam summam usuris certis fenori dare. *Id.* lib. 16. tit. 3. leg. 7. Pecunias fenore apud numularios exercere. *Horat. in ar. Poet.* v. 421. Nummi positi in fenore. *lent on interest. Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. Pecunia, quæ est in fenore. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 80. Multis occulto crescit res fenore. ¶ Transfertur ad quodcumque lucrum, et accessionem significandam. *Tibull.* l. 2. el. 7. v. 3. spes sulcis credit aratis Semina, quæ magno fenore reddat ager. *Manil.* l. 5. v. 273. Seminaque in fenus sulcatis credere terris. *Plin.* l. 18. c. 17. *ad fin.* Sic quoque cum quinquagesimo fenore messes reddit exilitas soli: *fifty times as much:* verum diligentioribus cum centesimo. *a hundred-fold. Propert.* l. 1. el. 7. *extr.* Sæpe venit magno fenore tardus amor. et lib. 3. el. 1. v. 22. At mihi quod vivo detraxerit invida turba, Post obitum duplici fenore reddet honos. ¶ Etiam de ipsa sorte *fenus* dicitur. *the sum lent.* Translate *Plin.* l. 2. c. 63. Quam bona fide terra creditum fenus reddit!

FENUSCŬLUM, i, n. *a little interest or bribe,* parvum fenus, lucellum. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 52. Anabas? invenires mutuum, ad danistam devenires, adderes fenusculum.

FERA, æ, f. *a wild beast,* θήρ, animal non mansuefactum, et naturalem feritatem habens sive sævum sit, sive non, bellua, bestia: a voce Græca allata. V. *Bellua. Cic.* 1. *Offic.* c. 16. Neque ulla re longius absumus a natura ferarum. Sunt enim rationis et orationis expertes. *from the brute species. Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 27. Uri neque homini, neque feræ, quam conspexerint, parcunt. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 38. te sævæ progenuere feræ. (*de homine crudeli, duro, inexorabili.*) *Curt.* l. 6. c. 5. Ritu ferarum virgulta subire soliti. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 26. Feris corpus objicere. *Id.* 3. *Offic.* c. 17. Excitare et agitare feras. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 163. venari. et vers. 286. concitare. et 2. *Metam.* v. 498. sequi. et lib. 10. v. 546. lacessere. et 3. *de art. am.* v. 144. petere. *Senec. in Herc. Œt.* v. 725. domare. *Id. in Thyest.* v. 497. Umber vestigat feras. *Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 118. Feræ avidæ. et vers. 111. rapidæ. et epist. 9. v. 34. terribiles. *Senec. in Troad.* v. 566. immanes. *Id. in Herc. Œt.* v. 1295. horridæ. *Stat.* 8. *Theb.* v. 71. rabidæ. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 216. montanæ. *Lucret.* l. 2. v. 597. montivagæ. [† ¶ De volucribus, ut videtur, *Plin.* 10. 18. Vultur et feræ graviores nisi ex procursu non evolant. *birds of prey.*] ¶ De serpentibus dixit *Hygin. Poet. astron.* l. 2. c. 14. de formica *Martial.* l. 6. epigr. 15. ¶ *Ferai* pro *feræ* habet more suo *Lucret.* l. 1. v. 404.

FERABĪTE, positum pro agresti. *Sisenn. histor.* l. 4. Et partim ferabite, partim lauro et arbusto, ac multa pinu, ac myrtetis abundant. Ita *Non.* c. 2. n. 347. sed legendum est *fera vite.*

FERACĪTAS, atis, f. *fruitfulness, fertility,* εὐφορία, fertilitas, fecunditas. *Colum.* l. 3. c. 2. *sub fin.* Ubi nihil erit, quod proritet, feracitatem vitis potius sequemur.

FERACĪTER, *fruitfully,* εὐφόρως, fertiliter. *Liv.* cap. 1. lib. 6. Velut ab stirpibus lætius feraciusque renata urbs.

FERALĬA, ium, n. *sacrifices to the dead. Festus:* Diis manibus sacrata festa, a ferendis epulis, vel a feriendis pecudibus appellata. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. Feralia ab inferis, et ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulcrum, quibus jus ibi parentare. Celebrabantur mense Februario per aliquot dies, quorum ultimus erat dies decimus septimus, ut est apud *Ovid.* 2. *Fast.* v. 567. *Id. ibid.* v. 569. Hanc, quia justa ferunt, dixere Feralia lucem. Ultima placandis Manibus illa dies. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 14. Cæsarem a Corfinio profectum esse Feralibus. ¶ Alii dicunt fuisse diem decimum nonum, alii vigesimum primum, alii vigesimum tertium ejus mensis. Quod vero prima syllaba fere a Poetis producitur, mallet *Jos. Scalig.* legere apud *Ovid.* dicunt Feralia.

FERĀLIS, le, ad Feralia pertinens. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 34. placatis sunt tempora pura sepulcris, Tunc cum ferales præteriere dies. *Id.* 5. *Fast.* v. 486. Ferale tempus. *Colum.* l. 10. v. 191. feralis mensis. *h. e.* Februarius. ¶ Item universim ad mortuos pertinens, funebris, funestus, *deadly, mournful, dismal, belonging to funerals,* νεκρικός. *Ovid. in Ibin,* v. 103. Ferales vittæ. *Id.* 9. *Trist.* el. 13. v. 21. Feralis cupressus. et el. 3. v. 81. exstincto feralia munera ferre. *Virg.* 4. *Æn.* v. 462. Solaque culminibus ferali carmine bubo Visa queri. *boding. Petron. in Satyr.* c. 120. Enyo feralis. *Sil.* l. 10. v. 535. Ac, ferale decus, mœstas ad busta cupressos. *Id.* l. 3. v. 223. Letiferum murmur, feralique horrida cantu Buccina. *Plin.* l. 18. c. 26. Idus Mart. ferales Cæsari. *fatal. Sil.* l. 6. v. 216. Feralis aula. *h. e.* sedes, cubile immanis serpentis, in Africa ab exercitu occisi. *Tacit. Hist.* 5. c. 25. Ferale bellum *h. e.* exitiosum. *Id.* 4. *Ann.* c. 64. Feralis annus. *Prudent. peristeph.* 2. v. 312. *de S. Vincent.* feralis domus. *h. e.* carcer. *a dungeon.* ¶ *Ferale* adverbii ritu, feralem in modum. *Claudian.* l. 3. *de rapt. Proserp.* v. 130. Si buxos inflare velim, ferale gemiscunt.

[* FERALĪTER, adverb. more ferarum, *Fulgent. Mythol.* l. 3. c. 1. *a med.* Ut leo feraliter invadit.

* FERATRĪNA, æ, f. *a park, place where wild beasts are kept,* vivarium, locus, in quo feræ inclusæ servantur. *Non.* c. 1. n. 320. Moletrina a molendo, quod pistrinum dicimus, ut feratrina, ut fœtutina. Sunt qui legere malint *ferratrina. h. e.* locus, in quo ferrum; alii *seratrina, h. e.* ubi seræ elaborantur: sed prior lectio retinenda.]

FERAX, acis, *fruitful, fertile, abundant,* εὔφορος, fertilis, frugifer, uber, fecundus: a *fero. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 4. Agri feracissimi. *Horat.* l. 1. od. 31. v. 3. opimæ Sardiniæ segetes feracis. *Virg.* 2. *Georg.* v. 79. Feraces plantæ. ¶ Cum genitivo *Plin.* l. 2. ep. 17. Terra ferax arborum. *abounding in. Id.* l. 15. c. 24. Acini feraces musti. *Horat.* epod. 5. v. 22. Hiberia venenorum ferax. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 470. nitidæque ferax Peparethos olivæ. *Val. Flacc.* l. 6. v. 102. niveumque ferax Evarchus olorum. ¶ Cum ablat. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 16. v. 7. Terra ferax Cerere, multoque feracior uvis. Al. aliter leg. *Virg.* 2. *Georg.* v. 222. Illa ferax oleo est. Ita leg. *Non.* c. 9. n. 10. et ita in codice vetustissimo Romanæ notæ, et in Mediceo haberi testatur *Pierius:* al. leg. *oleæ.* ¶ Translate *Cic.* 3. *Offic.* c. 2. Nullus feracior in philosophia locus est, nec uberior, quam de officiis. *more rich in matter. Id. in Orat.* c. 15. Nihil est feracius ingeniis, iis præsertim, quæ disciplinis exculta sunt. *Horat. in carm. sæcul.* v. 19. prolisque novæ feraci lege marita. *Plin.* l. 4. ep. 15. Ferax sæculum bonis artibus. *Id. in Paneg.* c. 43. Sit ne feracius et uberius, non ad laudem modo, sed ad pecuniam principi, si, &c.

FERBŬI. V. *Ferveo.*

FERCTUM. V. *Fertum.*

FERCŬLUM, i, n. *a number of dishes served up at once upon a table; a mess, course, service,* missus ciborum, qui singulis vicibus mensæ inferuntur, sive ex pluribus lancibus constet patinisve, sive ex singulis tantum: a ferendo. [† Rectius disputat *Gesnerus* de prima vocis significatione, cum dicat instrumentum esse ferendi, ac deinde ut solet in talibus, pro ipsis rebus poni, quæ sic feruntur. *a frame on which several dishes were brought in at once, and set upon the table.*] *Petron. in Satyr.* c. 35. Laudationem ferculum est insecutum, plane non pro exspectatione magnum. Repositorium enim rotundum duodecim habebat Signa in orbe disposita, super quæ proprium convenientemque materiæ structor imposuerat cibum: super Arietem cicer arietinum, super Taurum bubale frustum, &c. et cap. 36. Videmus in altero ferculo altilia et sumina, &c. *Sueton. in Aug.* c. 74. Cœnam ternis ferculis, aut cum abundantissime senis præbebat. *consisting of three or six courses. Plin.* l. 33. c. 10. Ptolemæum mille convivas, totidem aureis potoriis, mutantem vasa cum ferculis, saginasse. *Juvenal.* sat. 1. v. 94. quis fercula septem Secreto cœnavit avus? *Id.* sat. 7. v. 184. Fercula docte componere. *Id.* sat. 11. v. 64. cuncta singillatim enumerat fercula cœnæ suæ. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 104. Multaque de magna superessent fercula cœna. *h. e.* multi cibi. *many dishes of meat.* ¶ Item machina, gestamen, quo signa deorum in pompa Circensi, et in triumphis simulacra oppidorum ac regionum, &c. et in exsequiis cineres, aut majorum imagines transvehebantur: plaustra appellat *Tertull. de Spectac.* c. 7. vehicula alii, *carrette* (*carriages, frames*) dicunt *Lombardi. Liv.* l. 1. c. 10. Spolia ducis hostium cæsi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens, in Capitolium ascendit. *Sueton. in Cæs.* c. 37. Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, Veni, vidi, vici. et cap. 76. Sedem auream in Curia, thensam et ferculum Circensi pompa, templa, aras, &c. recepit. (Adde *Valer. Flacc.* l. 3. v. 539.) *Id. in Calig.* c. 15. Matris fratrisque cineres Romam Tiberi subvectos, per splendidissimum quemque equestris ordinis, medio ac frequenti die, duobus ferculis mausoleo intulit. *biers. Cic.* 1. *Offic.* c. 36. Cavendum ne tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur. ¶ *Fercula funerum* sunt etiam ferales epulæ, quas Manibus placandis ad sepulcra afferre mos fuit. *Plin.* l. 10. c. 10. Milvus rapacissima et famelica semper ales nihil esculenti rapit unquam ex funerum ferculis.

FERE, adverb. *almost, within a little, nearly, well near, well nigh,* μικροῦ δεῖν, ferme, pæne, prope. *Cic.* 14. *Attic.* ep. 20. Eadem fere hora, qua veni. *Terent. Hecyr.* 5. 3. 24. Abhinc menses decem fere. *Nep. in Arist.* c. 1. Sexto fere anno post. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 6. Semper fere cum Scipione solitum rusticari. *Id.* 6. *Fam.* ep. 10. Omnes fere familiarissimi Cæsaris me observant. *Terent. Andr.* 1. 1. 77. Fere in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,

Chrysis moritur. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 31. Totidem fere verbis interpretatus sum. *Id. pro Cluent.* c. 16. In quibus quantus splendor sit, quam fere omnium constans ratio vitæ, nemo ignorat. *Id.* 1. *Offic.* c. 18. Ab iis rebus quemadmodum ducatur officium, satis fere diximus. *Id. sub fin.* l. 3. *de nat. Deor.* Hæc fere dicere habui de natura deorum. *Id.* 7. *Attic.* ep. 1. Hæc fere sunt in illa epistola, et epist. 6. Nec adhuc fere inveni, qui non concedendum putet Cæsari. *and as yet I have hardly found one person, who,* &c. *Terent. Heaut.* 1. 1. 3. Nec rei fere sane amplius quidquam fuit. *and in truth we have had no intercourse beyond this.* *Cic. pro Sext.* c. 24. Non fere quemquam invidia consecuta est. *hardly any one.* ¶ Item plerumque, *for the most part, commonly.* *Cic.* 1. *de Invent.* c. 29. Probabile est id, quod fere fieri solet. *Id.* 1. *Offic.* c. 18. *extr.* Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, quod statuas quoque videmus ornatu fere militari. *Id. pro leg. Manil.* c. 9. Hoc jam fere sic fieri solere accepimus. *Id. de Amic.* c. 1. Sermo, qui tum fere omnibus erat in ore. *Cels.* l. 6. c. 2. Fereque id in capillo fit: rarius in barba: aliquando etiam in supercilio. *Cic. in Top.* c. 21. Nec fere omnes locos incidere in omnem quæstionem. *and that generally all topics, or common places, will not,* &c. et cap. 16. Illud genus causarum errorem afferre non fere solet. *does not usually,* &c. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 18. Fere non difficile est invenire, quid, &c. ¶ Junctum cum *plerumque* pleonasmus est, non inelegans tamen. *Terent. Phorm.* 1. 2. 39. Hic solebamus fere plerumque eam opperiri. ¶ Habet etiam eandem vim cum *valde*, aut *omnino*. *Cic. in Bruto*, c. 40. *extr.* Ætates vestræ nihil, aut non fere multum differunt. *not very much.* *Terent. Heaut.* 1. 1. 70. Domum revertor mœstus, atque animo fere perturbato, atque incerto præ ægritudine. *altogether.* ¶ Secunda syllaba ab *Auson.* corripitur epigr. 105. *ad Gallum* præter morem veterum, meliorumque Poetarum.

FERENS, entis, *bearing, carrying,* φέρων, qui fert. *Virg. Æn.* 1. v. 193. cervi capita alta ferentes Cornibus arboreis. *Sil.* l. 9. v. 586. Clamantemque ferens calcata per agmina portat. *h. e.* sustinens. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 8. v. 77. Surda sit oranti tua janua, laxa ferenti. *h. e.* ferenti munera. *Virg.* 4. *Æn.* v. 430. et *Plin. in Paneg.* c. 31. Venti ferentes. *favourable, prosperous,* eo ferentes, quo tendimus. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 141. Animus spe finis dura ferens. *suffering, enduring.* *Tacit.* 5. *Hist.* c. 6. Corpora salubria, et ferentia laborum. *inured to, accustomed to bear.*

FERENTĀNI, orum, populi Apuliæ, quorum oppidum Ferentum, cujus meminit *Horat.* l. 3. od. 4. v. 16. nunc *Forenza.* *Cic. pro Cluent.* c. 69. ubi tamen alii leg. *Frentani.*

FERENTARĬUS, a, um, adject. *Ferentarii,* ἀκροβολισταί, levis armaturæ milites, a *ferendo*, quia ea tantum arma habebant, quæ feruntur, non quæ tenentur, quippe qui fundis, lapidibusque, vel arcu, et telis pugnabant, ut *Fest.* docet, itemque *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. et apud *Non.* c. 12. n. 8. Sed *Non.* c. 18. n. 15. Ferentarios vocat milites levis armaturæ auxiliatores, ense et telis instructos, a ferendo auxilio, quia, quicquid opus erat, opem ferebant, et tela pugnantibus ministrabant. *Sallust. in Catil.* c. 60. Postquam eo ventum est, ut a ferentariis prœlium committi posset. *Veget.* l. 1. *de re milit.* c. 20. Erant inter pedites, qui dicebantur funditores, et ferentarii, qui præcipue in cornibus locabantur, et a quibus pugnandi sumebatur exordium: sed hi et velocissimi, et exercitatissimi legebantur. *Varr. cit.* lib. 6. *L. L.* etiam equites ferentarios nominat. ¶ *Ferentarius amicus, Plaut. Trin.* 2. 4. 55. dicitur qui celer et expeditus est ad opem ferendam. Quod vero hunc eundem locum *Varro ibid.* referens, *ferentarium* exponit, inanem et sine fructu; censet *Turneb.* alludi ab eo ad levem ferentariorum armaturam, a *Plauto* vero ad vocem ipsam, nempe a *ferendo*. Certe quidem *Varronis* interpretatio ad *Plauti* integram sententiam minime facit.

FERENTINĀTES, tium, cives, et incolæ Ferentini, quod fuit oppidum Latii in finibus Hernicorum. *Liv.* l. 4. c. 51. et lib. 9. c. 43. et *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ *Ferentinatis* in recto sing. pro *Ferentinas.* *Titinn.* apud *Priscian.* l. 4. pag. 629. *Putsch.* Ferentinatis populus Græca studet.

FERENTĪNUS, a, um, ad Ferentinum oppidum pertinens, V. vocem præced. *Sil.* l. 8. v. 395. Sulla Ferentinis, Privernatumque maniplis, &c. ¶ *Aqua Ferentina* apud *Liv.* l. 1. c. 51. *extr.* alio pertinet. Nempe fuit prope Albam Longam, ubi et *Lucus Ferentinæ* (*ibid.* c. 50. et 52.) quæ creditur fuisse diva eadem cum Ægeria.

FEREŎLA VITIS. De ea sic *Colum.* l. 3. c. 2. *ad fin.* Nuper mihi cognitas pergulanam, et irtiolam, fereolamque, non facile asseverem, quo gradu habendæ sint.

FERETRĬUS, Φερέτριος, Jovis cognomen, quod illi a Romulo impositum est, non a pace *ferenda* (ut quibusdam visum est) sed a *ferendis* spoliis ducis: vel a *feriendis* hostibus, ut vult *Plutarch. in Romul.* et *Propert.* l. 4. eleg. 10. v. 46. Nam Romulus devictis Ceninensibus, hostium spolia, ferculo ad id facto, in Capitolium detulit, ibique ex quercu suspensa Jovi consecravit: eodem in loco Jovi Feretrio templum condidit, auctorque fuit posteris, ut eo capta ex regibus, ducibusque hostium opima spolia deferrent. *Liv.* l. 1. c. 10. *Flor.* l. 1. c. 1. ¶ Translate Vetus Poeta apud *Terentian. Maur.* p. 2442. *Putsch.* Opima adposui senex Amori arma Feretrio.

FERĔTRUM, i, n. *a bier or coffin,* φέρετρον, capulus, instrumentum, quo cadavera efferuntur ad sepulturam. Vox Græca est, sed usu Latina facta. *Virg.* 6. *Æn.* v. 222. pars ingenti subiere feretro Triste ministerium, &c. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 11. positumque feretro Congemuere. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 508. Jamque rogum, quassasque faces, feretrumque parabant. ¶ Item ferculum portandis imaginibus in exsequiis, spoliis in pompa triumphali, &c. *a frame for carrying images at funerals, or spoils in a triumph.* *Sil.* l. 10. v. 567. celsis de more feretris Præcedens prisca exsequias decorabat imago. et l. 5. v. 168. quis opima volenti Dona Jovi portet feretro suspensa cruento. et l. 17. v. 630. Ante Syphax, feretro residens captiva premebat Lumina. *Grat. in Cyneg.* v. 488. et viridi fumantia liba feretro. *h. e.* ferculo e frondibus composito. Apud *Liv.* quoque l. 1. cap. 10. hæc vox a nonnullis reponitur pro *ferculo*, ubi de Romulo spolia opima Jovi Feretrio dicanti sermo est: docentque fuisse truncum arboris ramosum, vel duo ligna transversa, e quibus suspendebantur arma hostibus capta in morem trophæi.

FERĬÆ, arum, f. *holidays, days on which no work was done and no courts of justice held, festive days,* ἑορταὶ ἡμέραι, dies cessationum ab opere. Aliquibus dictæ videntur a *feriendis* victimis: aliis ab epulis *ferendis*, quod in iis fiebant epulationes ex proventu fetus pecudum et frugum. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 12. Feriarum, festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium et jurgiorum, in servis operum et laborum. ¶ Aliæ erant cum festo, ut *Saturnalia*, quibus epulationes adjungebantur; aliæ sine festo, ut *Nundinæ*. Deinde aliæ erant publicæ, aliæ privatæ. Feriarum publicarum quatuor erant genera, *stativæ, conceptivæ, imperativæ, nundinæ*, de quibus V. suis loc. Privatæ feriæ erant vel propriæ quibusdam familiis, vel singulorum hominum. Feriæ propriæ familiarum erant, quas quæque familia ex usu domesticæ celebritatis observabat, ut *Feriæ Claudiæ, Æmiliæ*, &c. Propriæ singulorum erant, ut natalium dierum, quæ natalitiæ dicebantur, expiationes fulgurum, et funerum. *Liv.* l. 3. c. 5. Ferias indicere in triduum. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 22. *extr.* Habere triduum ferias. *Varr.* apud *Gell.* l. 1. c. 25. Feria belli. *a suspension of hostilities; a truce.* *Plaut. Capt.* 3. 2. 18. Venter gutturque resident esuriales ferias. *h. e.* jejunant. *Horat.* l. 4. od. 5. *extr.* Præstare Hesperiæ longas ferias. *h. e.* longam pacem. *Plin.* l. 35. c. 2. Custodire ferias. et *Macrob.* 1. *Saturn.* c. 16. observare. *to observe, keep.* *Petron. in Satyr.* c. 24. Agere ferias. *to keep holiday.* *Suet. in Calig.* c. 13. Solemnibus feriis celebrare victorias. *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 12. *extr.* Forenses feriæ. *public holidays.* ¶ *Feriis,* et *Per ferias*, diebus feriarum. *Cato R. R.* c. 2. Per ferias potuisse fossas tergeri, vias muniri. *Colum.* l. 2. c. *ult.* Feriis licet flumine abluere greges. *et mox.* Feriis ritus majorum illa permittit, far pinsere, faces incidere, &c. ¶ *Sine ullis feriis*, proverb. sine ulla intermissione. *Arnob.* l. 1. pag. 9. Nunquam omnino respirasse mortalia, et sine ullis, ut dicitur, feriis, multiplicium formas sustinuisse discriminum. ¶ In singulari numero *Festus*: Feria a feriendis victimis appellata.

FERIATĬCUS, a, um, adject. idem quod feriatus, seu festus, ut Feriatici dies, *Ulpian.* l. 2. *Dig.* tit. 12. leg. 2. ubi al. leg. *feriati.*

FERIĀTUS, a, um, *keeping holiday, doing nothing, living in repose, idle,* qui otiosus et quietus est, et nihil agit, vel in quo nihil agitur: a feriis. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 37. Deum sic feriatum volumus cessatione torpere. *Id.* 3. *de Orat.* c. 15. Feriatus a negotiis publicis. *at leisure, free, disengaged.* *Prudent. peristeph.* 10. *de SS. Martyrib. Fruct.* &c. v. 156. feriata freta. *h. e.* tranquilla. ¶ *Feriati dies* sunt, in quibus feriæ aguntur. *holidays.* *Plin.* ep. 24. l. 10. Et sequens mensis complures dies feriatos habet. Adde lib. 3. ep. 14. ¶ *Male feriatus* dicitur, qui intempestivo otio deditus est. *Horat.* l. 4. od. 6. v. 14. Male feriatos Troas, et lætam Priami choreis Falleret aulam. *foolishly keeping holiday or feasting to their hurt, when destruction threatened them.*

FERĪNUS, a, um, *of or belonging to a wild beast,* θήρειος, ad feras pertinens. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 2. Victu ferino sibi vitam propagare. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 523. Ferini vultus. *Id.* 5. *Trist.* el. 12. v. 55. Ferina vox. *Virg.* 11. *Æn.* v. 571. Ferinum lac. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 675. Sum nemorum studiosus, ait, cædisque ferinæ. *Lucret.* l. 5. v. 1417. Ferina vestis. *h. e.* ex pellibus ferarum. *Gell.* l. 19. c. 2. Ferinæ voluptates. *brutal sensuality.* *Plin.* l. 13. c. 4. *a med.* Pomum sapore ferino, quem ferme in apris novimus. *Id.* l. 6. c. 28. et *Sallust. in Jug.* c. 21. et 94. Ferina caro. *venison.* Et absolute eod. sensu. *Virg.* 1. *Æn.* v. 219. Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ.

FERĬO, is, a. 4. *to strike, smite, beat, hit, knock,* παίω, τύπτω, κόπτω, percutio, vulnus infero, cædo, pulso. *Cic.* 3. *Verr.* c. 3. Instat, ut quamprimum securi feriantur. *Sallust. in Catil.* c. 7. Hostem ferire. *Virg.* 12. *Æn.* v. 294. Telo trabali graviter ferire. *Horat.* l. 2. od. 10. v. 11. feriuntque summos Fulmina montes. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 755. Ille cadit præceps, et calce feritur aselli. *Id. in Ibin*, v. 483. venenato ab angue feriri. *to be wounded.* *Virg. Ecl.* 9. v. 25. Caper cornu ferit. *pushes, butts.* *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 85. ferit pede rusticus uvas. *stamps or treads.* *Sallust. in Jug.* c. 79. Murum ferire arietibus. *to batter.* *Cic. pro Cœl.* c. 24. parietem. *to strike the wall with his head.* *Id. Attic.* l. 1. ep. 1. frontem. *to smite his face.* *Ovid.* 4. *Metam.* v. 553. plangore pectora. *Cels. in fi.* cap. 7. l. 6. malleo tabulam. *Senec. in Herc. Œt.* v. 834. ore terram languidus prono ferit. *Lucan.* l. 4. v. 786. ferientia terram corpora. *Plaut. Men.* 1. 2. 63. Jam fores ferio? *Me.* feri. *to beat or thump at the door.* *Ovid.* 6. *Metam.* v. 57. subtemen inter stamina ductum Percusso feriunt insecti pectine dentes. *Senec. in Troad.* v. 833. Tinnulas plectro feriente chordas. *striking.* *Lucan.* l. 10. v. 244. Venti aquas assidue feriunt. *buffet.* *Virg.* 3. *Æn.* v. 290. Certatim socii feriunt mare. *h. e.* remis pulsant. *Calpurn.* ecl. 4. v. 128. Seu cantare juvat, seu ter pede læta ferire Gramina. *to dance*, ter pede humum pulsare, ut ait *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 112. (Al. leg. *lenta ferire carmina.* h. e. cantum carminum lenta saltatione exprimere, et sequi. Simile est illud *Ovid.* 4. *Trist.* el. 10. v. 50. *de Horatio.* Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.) *Id.* ecl. 2. v. 11. ales ferit aera pennis. *Ovid. sub fin. el. ult.* l. 1. *Trist.* cæruleis charta feritur aquis. et eleg. 2. v. 47. Nec levius tabulæ laterum feriuntur ab undis, Quam grave balistæ mœnia pulsat onus. *Horat.* l. 2. od. 17. v. 32. Nos humilem feriemus agnam. *will sacrifice.* *Lucan.* l. 9. v. 396. Me calor æthereus feriat. *Lucret.* l. 4. v. 260. Acre ferit frigus. ¶ *Ferire pecuniam* est cudere. *to stamp, coin.* *Plin.* l. 3. c. 3. Constitutumque, ut asses sextantario pondere ferirentur. Hinc illa in vet. monum. Triumvir A. A. A. F. F. *h. e.* auro, argento, ære flando, feriundo. [†Hinc *Juvenal.* 7. 55. Communi feriat carmen triviale moneta.] ¶ Translate *Senec. in Hippol.* v. 293. Cupido virginum ignoto ferit igne pectus. *Id. in Herc. Œt.* v. 1944. Sonus trepidas aures ferit. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 274. ferire verba palato. *h. e.* exprimere, loqui, lingua palatum veluti icente. *Lucan.* l. 7. v. 580. libertas ultima mundi, Quo steterit ferienda loco. *Id.* l. 5. v. 774. feriat dum mœsta remotas Fama procul terras. *h. e.* rumoribus suis impleat. *Lucret.* l. 6. v. 692. Res feriunt oculorum acies, visumque lacessunt. et vers. 242. Propterea fit, uti speciem quo vertimus, omnes Res ibi eam contra feriant forma atque colore. *h. e.* incurrant in oculos. *Cic.* 15. *Fam.* ep. 16. His spectris etiam si oculi possent feriri, animus qui possit non video. *Claudian. in Consul. Probi, et Olybr.* v. 122. *de hastæ cuspide.* tremulisque ferit splendoribus Hebrum. *Lucan.* l. 6. v. 742. pessime mundi Arbiter, immittam ruptis Titana cavernis, Et subito feriere die. *h. e.* percellam, perstringamque tuos oculos subita, tibique invisa luce. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 804. Sole fere radiis feriente cacumina primis. *Virg.* 5. *Æn.* v. 140. ferit æthera clamor. ¶ Aliquando est dolo fraudare, fallere, per fraudem quippiam alicui auferre, multare. *to gull, trick, cozen, deceive.* *Plaut. Trin.* 2. 1. 19. Ubi illa pendentem ferit, jam amplius orat. *Terent. Phorm.* 1. 1. 13. Porro autem Geta ferietur alio munere, ubi hera pepererit. *Propert.* l. 4. el. 5. v. 44. Cum ferit astutos comica mœcha Getas. *Id.* l. 3. el. 2. v. 50. Qui volet austeros arte ferire viros. ¶ *Ferire fœdus* est jungere, facere, *to make or ratify an agreement*, quia in fœderibus faciendis mactabatur victima, et cæsa jungebant fœdera porca, ut ait *Virg.* 8. *Æn.* v. 641. (V. *Liv.* lib. 1. c. 24.) *Id. Æn.* 10. v. 154. Tarchon jungit opes, fœdusque ferit. *Cic. pro Dom.* c. 50. Fœdera feriebantur provinciarum. *Id. pro Cœl.* c. 14. Amorum turpissimorum fœdera ferire. *to form illicit connexions.* ¶ Interdum ponitur pro contingere. *Horat.* l. 1. od. 1. *extr.* Sublimi feriam sidera vertice. *I shall reach.* *Valer. Flacc.* l. 1. v. 384. puniceo cui circumfusa cothurno Palla imos ferit alba pedes. ¶ Caret præterito et supino, et cum opus est, ab *ico*, aut *percutio* mutuatur. *Charis.* tamen l. 3. p. 222. *Putsch.* integram ejus conjugationem referens, *ferii, ferieram, ferierim, ferissem, ferisse, feritum ire* ei tribuit, sed sine exemplis. *Feriturus* usurpavit *Servius ad Æn.* 7. v. 498. *Feribo* pro *feriam* ponit *Charis loc. cit.* quæ positio est in verbis quartæ conjugationis apud antiquos usitata. ¶ *Ferinunt* pro *feriunt* antiquum est. *Festus* in *Nequinunt.*

FERĬOR, aris, atus sum, dep. 1. *to keep holiday, be vacant or free from work or study,* σχολάζω, ferias ago, ab opere cesso, otiosus sum. Usum habet maxime in præteritis. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. Qui Fornacalibus suis non fuerunt feriati. *Macrob.* lib. 1. *in Somn. Scip.* cap. 7. Achilles recenti lacessitus injuria, ab armis cum suo milite feriabatur. V. alia in *Feriatus.* ¶ Particip. *feriatur* usurpavit *Sidon.* l. 9. ep. 11. *a med.*

FERĬTAS, atis, f. *savageness, wildness, fierceness, cruelty, barbarity,* ἀγριότης, natura ejus, qui ferus est, h. e. nullo cultu mitigatus, aut mansuefactus, silvestris, non domitus, feræ similis, mores ferini, naturæ asperitas, inhumanitas, crudelitas. *Cic.* 1. *Offic.* c. *pænult.* Magnitud

animi, remota communitate conjunctioneque humana, feritas est quædam et immanitas. *Id. pro Sext.* c. 42. Ex feritate ad justitiam atque mansuetudinem traducere homines. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 25. Trevirorum civitas cultu et feritate non multum a Germanis differebat. *Ovid.* 2. *ex Ponto*, ep. 2. v. 112. Scythici loci feritas. *wildness of the climate.* Sic *Stat.* l. 2. silv. 2. v. 33. feritas inamœna viæ. *Plin.* l. 14. c. 20. Compescere nimiam musti feritatem. *Id.* l. 16. cap. 12. *extr.* Arbor feritatis paulum mitigatæ satu. *Colum.* l. 11. c. 3. *circa med. de menta.* Quæ res feritatem detrahit, atque domitam reddit. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 217. Feritas mollita. et vers. 103. deposita. et lib. 3. v. 281. Feritatem exsuere. ¶ Pro fertilitate videtur usurpari a *Tertull. in carm. de Sodoma*, scilicet a *ferendo.*

FERĪTANS, antis, frequentat. a ferens. *Solin. sub fin. cap. ult.* Palmeta caryotas feritantia.

FERME, *almost, nearly*, σχεδὸν, quasi, fere, propemodum. *Cic. ad Brut.* ep. 2. *sub fin.* De me possum idem, quod Plautinus pater in Trinummo (2. 2. 38.) Mihi quidem ætas acta est ferme. *Liv.* l. 30. c. 24. In conspectum ferme Africæ prospero cursu vectus. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 32. Illæ mulieres sunt ferme, ut pueri, levi sententia. *Id. Phorm.* 5. 7. 20. Ferme eadem omnia, quæ, &c. *Cic. de clar. Orat.* c. 43. *extr.* Ut nihil eo ferme quisquam possit addere. ¶ Item fere, plerumque. *for the most part, generally, usually*, præcedente negativa particula. *Terent. Andr.* 3. 1. 1. Fidelem haud ferme mulieri invenias virum. *in general you will hardly find*, &c. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 40. Facio, quod manifesto mœchi haud ferme solent, refero vasa salva. *Liv.* l. 22. c. 9. *ad fin.* Quod non ferme decernitur, nisi cum, &c. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 38. Sapientis cogitatio non ferme ad investigandum adhibet oculos advocatos. ¶ Et omissa negatione. *Tacit.* 2. *Ann.* cap. 2. Et accepere barbari lætantes, ut ferme ad nova imperia. et cap. 54. Certis e familiis, et ferme Mileto accitus sacerdos. ¶ Item circiter. *about. Liv.* l. 30. cap. 2. *extr.* Abest ab Carthagine quindecim millia ferme passuum. et cap. 10. *sub fin.* Sex ferme onerariæ abstractæ sunt. ¶ Item valde, aut omnino. *Liv.* l. 36. c. 43. Ita numero non ferme impares futuros. *Gell.* l. 14. c. 2. Eum constabat virum esse ferme bonum, notæque, et expertæ fidei, et vitæ inculpatissimæ.

[* FERMENTARĬUS, a, um, adject. idem ac fermentatus. *Isidor.* 20. *Orig.* c. 2. Panis fermentarius est fermentis confectus.]

FERMENTĀTUS, a, um, *leavened, fermented*, ζυμωθεὶς, fermento imbutus. *Plin.* l. 18. c. 11. Validiora esse corpora, quæ fermentato pane aluntur. Adde *Cels.* l. 2. cap. 25. et 29. ¶ Translate *Varr.* l. 2. *R. R. de notis optimorum canum*, c. 9. Debent esse pedibus magnis, digitis discretis, unguibus duris, solo nec ut corneo, nec nimium duro, sed ut fermentato ac molli. *h. e.* leviter intumescente simul, et lentescente, *plump. Colum.* l. 11. c. 3. Vis frigoris excoquit terram, fermentatamque solvit. *makes it ferment or swell, like leavened bread. Id.* l. 4. c. 1. Si deprimantur semina in regesto, quod est fermentatum plus dipondio semisse. *h. e.* solutum, laxumque, et velut fermento quodam intumescens, ut *ibid. paulo post* dicit, atque adeo in altitudinem crevit. ¶ *Fermentati mores* apud *Prudent. in Apotheosi*, v. 422. h. e. corrupti, mali. Fermentum enim ex corruptis rebus, et acescentibus fit, ut videre est apud *Plin.* l. 18. c. 11.

FERMENTESCO, is, n. 3. *to ferment, swell*, ζυμόομαι, est crescere, et rarescere, addito fermento, et proprie de pane dicitur. Translate de terra, cum densitas illa glebarum rarefit, et resolvitur. *Plin.* l. 17. c. 2. Tellus quoque illo modo (*h. e. ex nive diutius sedente*) fermentescit. Adde lib. 28. c. 8. *a med.*

FERMENTO, as, avi, atum, a. 1. *to leaven or ferment*, ζυμόω, fermento imbuo. Dicitur tum de pane, tum de aliis rebus, quæ resolvuntur, rarefiunt, et intumescunt. *Plin.* l. 18. c. 11. Cum fieret panis hordeaceus, ervi aut cicerculæ farina ipse fermentabatur. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 38. et *Colum.* l. 2. c. 15. De his præstare columbinum, quod calidissimum sit, et fermentare possit terram. *Colum.* l. 12. c. 17. Ficus viridis in amphoras conditur, et ibi sinitur fermentari: deinde cum exacuit, &c. ¶ Translate *Paulin. Nolan.* carm. 10. (*al.* 9.) v. 263. et male dulces Fermentare jocos satyræ mordentis aceto.

FERMENTUM, ti, n. *leaven, ferment, barm, yeast*, ζύμη, intritum ex farina aquæ subacta, et macerata sine sale, donec acescat, ut *Plin.* l. 18. c. 11. docet: a *fervendo*, quasi *fervimentum*, quia massam ad panificium subactam, cui injicitur, quasi fervefacit, et attollit, turgidamque reddit. *Plin. ibid.* c. 7. Spuma item concreta pro fermento utuntur. ¶ Translate dicitur de eo, quod terram resolvit, et raram, ac tumidam reddit. *Colum.* l. 4. c. 1. Repastinata humus, dum est recens, soluta, laxaque velut fermento quodam intumescit. *Plin.* l. 17. cap. 21. Solum apricum bidente pastinari debet, ternos pedes bipalio alto, marra rejici quaternum pedum fermento, ita ut in pedes binos fossa procedat. Ita *Hard.* legit ex MSS. (*al. ferramento*) et interpretatur: humus e fossa duum altitudinis pedum extracta, ad pedum quatuor altitudinem debet crescere, cum laxior facta est repastinationis ope. ¶ Apud *Virg.* 3. *Georg.* v. 379. et pocula læti Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis. *fermentum* est cervisia, quæ fit ex hordeo, aut frumento, in quandam similitudinem vini corrupto, ut ait *Tacit. de morib. Germ.* cap. 23. *fermented liquor.* ¶ Item dicitur de ira, quia animus ira, tanquam fermento et acescit, et turgescit. *Plaut. Merc.* 5. 3. 3. et *Casin.* 2. 5. 17. Mea uxor tota in fermento jacet. *in a ferment or passion. Juvenal.* sat. 3. v. 188. accipe et illud Fermentum tibi habe. *h. e.* causam irascendi, et indignandi. ¶ *Solin. in ep. ad Advent.* (*al.* c. 1.) Cui libro, si animum propius intenderis, velut fermentum cognitionis magis ei inesse, quam bracteas eloquentiæ deprehendes. *h. e.* res ejusmodi, unde cognitio multiplex augeatur, quemadmodum fermentum massæ farinæ adjectum eam crescere facit.

FERO, fers, tuli, latum, anom. *to carry, bear, bring*, φέρω, porto, gero, veho: a voce Græca allata. *Caius Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 235. *ferri* inquit proprie dicimus, quæ quis suo corpore bajulat: *portari* ea, quæ quis in jumento secum ducit: *agi* ea, quæ animalia sunt. *Liv.* l. 39. c. 54. Arma deinde sibi, et postremo omnia, quæ ferrent, agerentve, adempta. [† ex Græco ἄγειν καὶ φέρειν.] Hæc tamen discrimina inter *fero*, et *porto* non fere observantur. *Terent. Andr.* 2. 2. 32. Olera, et pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni. *Plaut. Asin.* 3. 3. 142. Pater nos ferre hoc jussit argentum ad te. *Cic. Phil.* 2. c. 41. Operta lectica latus est per oppidum. *Petron. in Satyr.* c. 122. Ferre aliquid humeris. *Ovid. Metam.* 2. v. 873. mediique per æquora Ponti Fert prædam. *Virg.* 8. *Æn.* v. 549. pars cetera prona Fertur aqua. *sail down the stream.* et *Æn.* 11. v. 730. Tarchon fertur equo. et *Æn.* 3. v. 490. et *Stat.* 1. *Achill.* v. 339. Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. *carried, had.* ¶ Sequente infinito, *Stat.* 1. *Achill.* v. 133. natum ad Stygios iterum fero mergere fontes. ¶ Ponitur et pro nunciare, narrare. *Terent. Phorm.* 5. 6. 18. Quod fers, cedo. *tell me what news you have. Virg.* 2. *Æn.* v. 160. promissis maneas, si vera feram. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 47. Tormentis servorum Macronem præsedisse, commentarii ad Senatum missi ferebant. ¶ Et pro jactare, prædicare. *Vellei.* l. 1. c. 11. Qui se Philippum, regiæque stirpis ferebat. *boasted, set himself up for.* ¶ Est etiam gignere, *to generate, produce. Cic.* 2. *de Leg.* c. *ult.* Terra fruges ferre, et cibos suppeditare potest. *Cato R. R.* c. 6. Si in loco crasso severis, ferundo arbor peribit. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 12. Hæc ætas prima Athenis oratorem perfectum tulit. ¶ Item auferre, *to bear or bear away. Virg. Ecl.* 9. v. 51. Omnia fert ætas, animum quoque. *impairs, mars, worsens.* et *Ecl.* 5. v. 34. postquam te fata tulerunt. *cut off.* ¶ Item diripere, et asportare, *to carry off, plunder, spoil, ravage. Virg.* 2. *Æn.* v. 374. alii rapiunt incensa, feruntque Pergama. *Liv.* l. 40. cap. 49. Cum ferret passim cuncta, atque ageret. [† V. Supra.] ¶ Item afferre, dare, *to bring, cause, occasion. Terent. Hecyr.* 4. 2. 17. Nihil pol jam mihi isthæc res voluptatis ferunt. *Cic. Fam.* 1. ep. 9. *a med.* Ea contentio mihi magnum fructum tulit. *Id. pro Cluent.* c. 64. *extr.* Mulieri crudelissimæ servum fidelissimum in quæstionem tulit. *gave.* et *Attic.* l. 8. ep. 1. Ut quemcumque fors tulerit casum, subeam. ¶ Item offerre, *to exhibit, show, offer. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 11. Hanc conditionem misero ferunt, ut optet, utrum malit, &c. Hinc sæpe ad sacra refertur, *offerire*, ut ferre liba, tura, preces, *Virg. Ovid. Tibull.* &c. quæ loca congessit *Broukhus. ad Tibull.* 1. 8. 54. ¶ Item inferre. *Justin.* l. 25. cap. 4. Nec quisquam Pyrrhum, qua tulisset impetum, sustinere voluit. ¶ Item consequi, reportare, *to gain, get, obtain.* in utramque partem. *Cic. pro Planc.* cap. 38. Fructus ex republica non lætos et uberes, sed magna acerbitate permixtos tulissem. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 37. Qui ab eo partem prædæ tulerunt. *Liv.* l. 39. c. 51. *a med.* Victoriam ex inermi ferre. *Id.* l. 3. c. 34. Jus incorruptum ferre a magistratibus. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 15. *circa med.* Palmam ferre. *to bear or carry off, win. Terent. Eun.* 5. 9. 27. Quodvis donum et præmium a me optato, id optatum feres. *Liv.* l. 4. c. 12. Gratiam et gloriam annonæ levatæ tulit. *Cic. de clar. Orat.* c. 49. Cotta, et Sulpicius omnium judicio facile primas tulerunt. *Id.* 2. *de Orat.* c. 60. et 5. *Tuscul.* c. 19. A vano populo repulsam tulit. *Id. pro Planc.* c. 20. et 22. et *Phil.* 2. c. 2. Ferre tribum, centuriam. *h. e.* consequi tribus, vel centuriæ suffragia. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 522. Multaque peccato damna tulere suo. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* cap. 62. Omnes interfecti sunt: eandem fortunam tulit Camulogenus. *had. Juvenal.* sat. 13. v. 105. Ille crucem pretium sceleris tulit, hic diadema. *Cic.* 1. *Catil.* c. 8. Id a me responsum tulit. *received that answer from me.* ¶ Item perferre, tolerare, *to tolerate, endure, support. Cic. Attic.* l. 6. ep. 3. *a med.* Qui potentissimorum hominum contumaciam nunquam tulerim, ferrem hujus asseclæ? *Terent. Heaut.* 4. 3. 14. Quid faciam, Syre mi? gaudeo: fer me. *bear with me; excuse me.* et 1. 2. 28. Quem ferret, si parentem non ferret suum? *brook. Cic.* 5. *Attic.* ep. 2. *extr.* Nondum satis huc erat allatum, quomodo Cæsar ferret de auctoritate perscripta. et lib. 6. ep. 8. Numquid moleste fers de illo, qui se solet anteferre, &c? *take it ill. Id. de Senect.* c. 1. et 4. *Tuscul.* c. 17. Ferre moderate, et modice, et sapienter aliquid. *Id. Fam.* 6. ep. 1. *ad fin.* moderato animo. *Id. Attic.* 15. ep. 26. *ad fin.* iniquo. *Id. Verr.* 7. cap. 48. Æquo animo ferre aliquid. *Id. Attic.* l. 14. ep. 13. fortiter ac sapienter. et lib. 1. ep. 2. humaniter. et lib. 6. ep. 1. clementer. et *Q. Fratr.* l. 3. *ep. ult.* levissime. *Id. Fam.* 4. ep. 6. toleranter. *Id. de Senect.* c. 1. facile. *Id. Verr.* 3. c. 58. graviter et acerbe. *Id.* 4. *Fam.* ep. 5. graviter molesteque. *Id.* 4. *Tuscul.* cap. 27. Ægre ferre, se pauperem esse. *to take it ill.* ¶ Item permittere, pati. *Horat. Epod.* 15. v. 12. Nam si quid in Flacco viri est, Non feret, assiduas potiori te dare noctes. ¶ Item subire, pati. *to suffer, endure. Ovid.* 4. *Trist.* el. 10. v. 107. Totque tuli terra casus, pelagoque, quot inter Occultum stellæ, conspicuumque polum. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 6. v. 6. Et mala me meritis ferre minora, doces. *Terent. Adelph.* 4. 2. 6. Me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis. *Virg.* 2. *Æn.* v. 144. miserere animi non digna ferentis. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* cap. 84. Satis se supplicii tulisse. ¶ Item sustinere, *to sustain. Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 19. Ut ne unum quidem nostrorum impetum ferrent. ¶ Item dicere, *to say, tell, relate*: et dicitur fere de iis, quæ non ab uno, sed vulgo in ore et sermone habentur. *Virg.* 2. *Æn.* v. 229. scelus expendisse merentem Laocoonta ferunt. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 11. Homo omnium in dicendo, ut ferebant, acerrimus et copiosissimus. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 23. Quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse. *Id.* 1. *de Orat.* c. 11. Si ornate locutus est, sicut fertur, et mihi videtur. *Horat.* l. 2. od. 19. v. 26. Non sat idoneus pugnæ ferebaris. *Virg.* 1. *Æn* v. 19. Quam Juno fertur coluisse. *Phædr.* l. 1. fab. 10. v. 8. Dixisse fertur simius sententiam. et fab. 27. v. 9. Fertur locutus. *Virg.* 7. *Æn.* v. 208. Threiciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur. *is called; is known by the name of.* ¶ Item ducere, deducere, *to lead. Cic.* 1. *de Orat.* c. 30. Studia nihil prosunt perveniendi aliquo, nisi illud, quod eo, quo intendas, ferat deducatque, cognoris. *Liv.* l. 1. c. 7. Pergit ad speluncam, si forte eo vestigia ferrent. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* cap. 27. Itinera duo, quæ extra murum ad portam ferebant. ¶ Item efferre, extollere, *to extol, exalt. Cicer. Fam.* 10. ep. 26. Tantæ laudes, quibus te omnes in cælum jure et vere ferunt. *Liv.* l. 7. c. 10. *extr.* Miris pro concione eam pugnam laudibus tulit. *Cic. in Orat.* c. 40. Sæpe rem dicendo subjiciet oculis; sæpe supra feret, quam fieri possit. *h. e.* hyperbole utetur. *Virg.* 10. *Æn.* v. 548. cæloque animum fortasse ferebat. ¶ Absolute *Cic.* 3. *de Orat.* c. 56. Quid fuit in Graccho, quod me puero tantopere ferretur? ¶ Item proponere aliquid deliberandum, decernendumque. Dicebatur enim Magistratus *ferre ad populum*, et *ferre* absolute, cum pro concione interrogabat, vellet ne, juberetque aliquid fieri: id si faceret in Senatu, referre dicebatur. *Cic. Phil.* 2. c. 43. Nescis, te ipsum ad populum tulisse, ut, &c? *proposed a bill. Id.* 2. *Offic.* c. 21. Perniciose Philippus in tribunatu, cum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari, facile passus est. *Id. sub fin. Parad.* 4. De te privilegium tulit, ut, &c. *proposed or passed an act of impeachment against. Id. Attic.* l. 7. ep. 6. Cum ut absentis ratio haberetur, ferebamus. ¶ Ferre legem alicui, apud *eund. pro Dom.* c. 30. *ad fin.* h. e. in favorem alicujus. ¶ Item ostendere, palam facere, *to show, indicate. Cic. pro Planc.* c. 14. Eum ipsum dolorem hic tulit paulo apertius. *Id.* 14. *Attic.* ep. 13. Lætitiam apertissime tulimus omnes. *Id. Phil.* 9. c. 3. Auctorem Senatus exstinctum, læte atque insolenter tulit. *Id. pro Cluent.* c. 19. *ad fin.* Neque id obscure ferebat, nec dissimulare ullo modo poterat. *Liv.* l. 31. c. 47. Haud clam tulit iram adversus prætorem, quod absente se rem gessisset. ¶ Pro ostendere, palam habere, sæpe dicimus *præ se ferre*, quod et conjunctim scriptum *præseferre* in omnibus personis reperitur. *to show, declare. Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* cap. 5. Cujus rei tantæ facultatem consecutum esse me, non profiteor: secutum me esse, præ me fero. et lib. 2. cap. 17. *extr.* Noli quæso præ te ferre, nos plane expertes esse doctrinæ. *Id.* 2. *Attic.* ep. 23. Non mediocres terrores jacit, et Sampsiceramo negat: ceteris præ se fert, et ostentat. *Id.* 2. *Agrar.* c. 2. Non tabellam, vindicem tacitæ libertatis, sed vocem vivam præ vobis, indicem vestrarum erga me voluntatum ac studiorum tulistis. ¶ Est etiam requirere, postulare, velle. *Cic.* 5. *Verr.* c. 23. Tamdiu pependit in arbore socius populi R. quamdiu voluntas Apronii tulit. et *Verr.* 7. c. 40. Dicit, se statuisse animadvertere in omnes navarchos: ita sui periculi rationes ferre, ac postulare. ¶ Huc quodammodo pertinent illa *ejusd. in Pison.* c. 2. Provinciam, quod ita existimabam tempora reipubl. ferre, in concione deposui. *to require it.* et *Agrar.* 2. c. 28. Paulisper si ita commodum vestrum feret, connivebo. et *Q. Fr.* l. 1. ep. 4. *ad fin.* Ad me ut, tempora nostra, non ut amor tuus fert, vere perscribe. et 1. *Fam.* ep. 7. *circa med.* In hac ratione quid res, quid causa, quid tempus ferat, tu perspicies. et *Terent. Andr.* 1. 2. 17. Dum tempus ad eam rem tulit, sivi, animum ut expleret suum. et *Planci ad Cicer. Fam.* 10. ep. 21. Si occasio tulerit. *if occasion shall require.* et *Cic. ad Brut.* ep. 9. Accusasti me gravioribus verbis, quam tua consuetudo ferebat.

than you are in the habit of doing. et. 4. *Verr.* c. 34. Prout Thermitani hominis facultates ferebant. *admitted of.* et *Terent. Adelph.* 1. 1. 28. Clanculum patres faciunt, quæ fert adolescentia. et *Cic. pro Cluent.* c. 60. Ut ætas illa fert. *as is usual at that time of life.* et *pro leg. Manil. in fin.* Si vestra voluntas feret. *if such be your pleasure.* et *Ovid.* 1. *Metam.* v. 1. Fert animus dicere. *inclines.* et *Cic. in somn. Scip.* c. 5. Natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent. *such is the nature of things.* et *Attic.* l. 2. *ep. ult.* Ut opinio, et spes, et conjectura nostra fert. *h. e.* ut opinor, spero, conjicio. ¶ Aliquando est impune ferre. *Plaut. Amph.* 1. 1. 152. Non feret, quin vapulet. *he shall not get off without,* &c. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 30. Cetera si reprehenderis, non tacitum feres. ¶ *Ferri* aliquando est circumferri, esse in manibus hominum. *to be turned over or perused. Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 186. Et sola ex multis nunc nostra poemata ferri. Cic. *de clar. Orat.* c. 7. Pericles cujus scripta quædam feruntur. ¶ Item laudari. *Cic. pro Arch.* c. 9. Quare quorum ingeniis hæc feruntur, ab iis populi R. fama celebratur. ¶ Cum variis accusativis multiplices habet usus. *Ferre se* est ire, incedere. *to go, proceed. Cic. pro Planc.* c. 40. Ferre se obviam alicui. *to meet. Nep. in Datum.* c. 4. Quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem, pertimescit. *Virg.* 2. *Æn.* v. 672. meque extra tecta ferebam. *Id. Æn.* 11. v. 779. captivo ut se ferret in auro. ¶ Etiam *ferri* hoc sensu dicitur, sed velocitatem, atque impetum plerumque significat. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 78. Timens, ne præoccuparetur, ad eum omni celeritate et studio incitatus ferebatur. *proceeded with all speed. Virg.* 9. *Æn.* v. 553. fera saltu supra venabula fertur. *rushes, springs.* et lib. 11. v. 530. Huc juvenis nota fertur regione viarum. *proceeds.* et lib. 2. v. 511. densos fertur moriturus in hostes. *rushes, throws himself.* Et translate *Nep. in Alcib.* c. 9. Ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione. *Id. in Attic.* c. 10. Tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut, &c *so great was his hatred of,* &c. *Cic. pro Cluent. c. pænult.* Mater, quam cæcam crudelitate et scelere ferri videtis. *Id. pro Quint.* c. 11. Fervere, et ferri avaritia. *Plin.* l. 10. c. 33. *a med.* Ferri rabie. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 30. Per mala præceps fertur. *Cic. in Orat.* c. 28. Eloquentia, quæ cursu magno sonituque fertur. ¶ Ferre acceptum alicui. V. *Acceptus.* ¶ Ferre arbitrium ad judicem, h. e. deferre. *Petron. in Satyr.* c. 91. ¶ arma. *to bear arms against, declare war. Nepos in Attic.* c. 4. Cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. *Liv.* l. 38. c. 11. Hostes eosdem habeto, quos populus R. armaque in eos ferto, bellum pariter gerito. ¶ auxilium, opem, præsidium alicui. *to bring assistance, aid, succour, help. Terent. Adelph.* 2. 1. 1. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 4. et *ad Brut.* ep. 18. ¶ Calumniam alicui. *to arraign, accuse. Cæl. ad Cicer.* l. et ep. 8. *Fam.* V. *Calumnia.* ¶ crimina in aliquem. *Tacit. itidem* pro accusare dixit *Ann.* 12. c. 4. ¶ complexum alicui. *to embrace. Liv.* l. 2. c. 40. Ab sede sua cum ferret matri obviæ complexum. ¶ expensum. V. *Expensus.* ¶ famam, et fama. *to report, spread abroad. Plaut. Pers.* 3. 1. 24. Nam inimici famam non ita, ut nata est, ferunt. *Liv.* l. 1. c. 42. Ut Servium conditorem posteri fama ferrent. ¶ fidem alicui rei, *h. e.* habere. *to give credit to, allow us to believe it. Virg. Æn.* 10. v. 792. Si qua fidem tanto est operi latura vetustas. ¶ finem. *to put an end to. Id.* 7. *Æn.* v. 117. ea vox audita laborum Prima tulit finem. ¶ fraudem. *to do a fraudulent action, inflict an injury. Cic. Attic.* l. 7. *ep. ult.* et *Liv.* l. 24. cap. 38. *ad fin.* ¶ gradum, gressus. *to walk. Plaut. Merc.* 5. 2. 41. et *Ovid.* 4. *Fast.* v. 483. ¶ grates, et laudem deo. *to return thanks and give praise. Sil.* lib. 16. v. 655. ¶ impune, aut inultum. *to carry off with impunity. Cæs.* lib. 1. *B. Gall.* cap. 14. et *Terent. Heaut.* 5. 1. 45. ¶ Ferre judicem. *to assign, appoint. Liv.* 8. cap. 33. Provoco ad populum, eumque tibi judicem fero. *Cic pro Rosc. Com.* c. 15. *extr.* Quem ego si ferrem judicem, refugere non deberet. Adde lib. 2. *de Orat.* cap. 70. et *Liv.* lib. 3. c. 24. ¶ Ferre laudibus, laude. *to praise. Plin.* lib. 8. ep. 18. Alii contra hoc ipsum ferunt laudibus, quod sit frustratus improbas spes hominum. *Virg.* 1. *Æn.* v. 629. Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat. ¶ Ferre manum. *to hold or stretch forth, extend. Plaut. Trucul.* 1. 2. 24. Et conserere, congredi. *to join hands, come to close quarters. Virg.* 5. *Æn.* v. 403. ¶ Ferre nomen alicujus. *to bear, have. Cic.* 3. *Offic.* cap. 18. et *Horat.* lib. 1. ep. 6. v. 15. ¶ aliquem in oculis. *to hold dear, be warmly attached to. Cic. Plin.* 6. c. 4. Oderat tunc, nunc fert in oculis. Adde *Q. Fr.* l. 3. ep. 1. cap. 3. et *de Harusp. resp.* c. 23. et *Q. Cic. ad Tiron.* l. 16. *Fam. ep. ult.* ¶ osculum. *to kiss, impart a kiss. Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 4, v. 50. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 193. *Plaut. Epid.* 4. 2. 4. et *Valer. Flacc.* l. 7. v. 216. ¶ partum. *to go with young. Plin.* l. 8. c. 32. Cervi octonis mensibus ferunt partus. ¶ pedem. *to go, walk, draw near, approach. Terent. Andr.* 4. 5. 13. *Virg.* 2. *Æn.* v. 756. et *Valer. Flacc.* l. 7. v. 112. ¶ personam alicujus. *to bear, represent, personate. Liv.* l. 3. c. 36. Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit. ¶ preces. *to pray, offer up his prayers. Virg.* 8. *Æn.* v. 6. Junoni fer rite preces. ¶ sacra. *to perform a sacrifice. Virg.* 3. *Æn.* v. 19. Sacra Dionææ matri, divisque ferebam. ¶ sententiam. *to pronounce, declare, state. Cic. pro Cluent.* c. 26. *extr.* et 6. *Verr.* c. 47. ¶ similitudinem. *to bear a resemblance to, be like. Plin.* l. 12. c. 7. *ad fin.* ¶ spem. *to have hope. Virg.* 9. *Æn.* v. 291. Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo, &c. ¶ suffragium. *to vote. Cic.* 11. *Fam.* ep. 27. et *post redit. in Sen.* c. 7. ¶ item consequi, obtinere. *to have a vote. Id. pro Planc.* c. 22. *extr.* ¶ tributum. *to pay. Curt.* lib. 3. cap. 1. *extr.* ¶ ventrem. *to be pregnant. Varr.* 2. *R. R.* cap. 1. *post med.* et *Liv.* lib. 1. cap. 34. ¶ veniam petere et ferre, apud *eund. Liv.* l. 8. c. 9. in formula devotionis Decii, est ea ratione dictum, qua *ferre preces, grates, vota,* estque velut synonymum τοῦ *petere.* ¶ vota diis. *to offer or pay his vows. Sil.* l. 12. v. 327. ¶ vetustatem, annos, ætatem. *to last, endure:* dicitur de vino, quod non fugit, sed durat. *Cic.* apud *Macrob.* lib. 2. *Saturn.* c. 3. et *de Amic.* c. 19. et *Quintil.* l. 2. c. 4. Hinc in multis Inscriptionib. præsertim apud *Fabrett.* c. 4. pag. 257. n. 83. et pag. 325. n. 452. et 453. idem est *tulit annos,* quod *vixit annos.* ¶ *Ferris* per syncopen pro *fereris,* h. e. diceris, est apud *Auson. epigr.* 114. ¶ Præteritum *tuli* ab obsoleto *tulo* accipit. Hinc et *tetuli* non semel apud Poetas legitur. Habet enim *tetuli Plaut. Amph.* 2. 2. 84. et alibi: *tetulit,* et *tetulissem Terent. Andr.* 5. 1. 13. et 4. 5. 13. *tetulero Plaut. Cist.* a 3. v. 19. *tetulisse Id. Rud.* 4. 1. 2. Adde *Acc.* et *Cæcil.* apud *Non.* c. 2. n. 839. ¶ Particip. *latus.* V. suo loco.

FEROCĬA, æ, f. *ferocity, fierceness, savageness,* idem ac ferocitas. *Cic. de Harusp. resp.* c. 1. Duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris, ferociamque compressi. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 8. n. 55. Effrenata ferocia. *Id.* 2. *Agrar.* cap. 33. Intoleranda ferocia. *Pacuv.* apud *Non. loc. cit. ferocitatem* et *ferociam* conjunxit, quasi illa naturam, hæc actionem significet. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 72. Exsuere ferociam. *Ovid. in Halieut.* v. 58. stolidæque ferocia mentis. *Vellei.* l. 2. c. 115. Ferocia ingeniorum. ¶ Accipitur etiam in bonam partem pro virtute. *valour, bravery, courage. Liv.* l. 9. c. 6. Habere Samnites victoriam, non præclaram solum, sed etiam perpetuam: cepisse enim non Romam, sed, quod multo bellicosius fuerit, Romanam virtutem ferociamque. Adde *Tacit.* 2. *Hist.* c. 76. et *Liv.* l. 37. c. 49. ¶ Translate *Plin.* l. 14. c. 19. Sapa infusa ferociam vini frangere. *harshness, roughness.*

FEROCĬO, is, n. 4. *to be fierce, cruel, or savage; to rage,* ἀγριόομαι, ferox fio, ferociam exerceo. *Quintil.* l. 10. c. 3. Ferocientes equos frenis coercere. *Gell.* l. 1. c. 11. Quam si permulcti sonis mitioribus non immodice ferocirent. *Id. ibid. ad fin.* Ferocientem sævientemque orationem cohibere. *Festus:* Ferocit apud Catonem, ferociter agit. Adde *Tertul. in Apolog.* c. 5.

FEROCĬTAS, atis, *ferocity, fierceness, savageness, cruelty,* natura ejus, qui ferox est, feritas, sævitia, ἀγριότης: a *ferus.* Dicitur proprie de brutis, translate de moribus hominum, aliisque rebus. *Cic.* 1. *Offic.* c. 26. Equos ferocitate exsultantes domitoribus tradere. et lib. 2. c. 11. Viriati Lælius ferocitatem ita repressit, ut, &c. *Id. de Vatin.* c. 1. Alicujus ferocitatem comprimere, et audaciam frangere. *Id. pro Marcell.* c. 6. Victoriæ ferocitatem extimescere. *Sueton. in Vitell.* c. 12. Gravari aliquem ob nimiam contumaciam et ferocitatem. Adde *Pacuv.* apud *Non.* c. 8. n. 55.

FEROCĬTER, adv. *fiercely, savagely,* ἀγρίως, cum ferocia. *Cic. pro Planc.* c. 13. Publicanorum in Q. Scævolam aspere, et ferociter, et libere dicta commemorem? *Id. ad Q. Fr.* l. 2. ep. 13. C. noster Lamia paulo ferocius exagitatus est. *Liv.* l. 23. c. 8. Cum qua ferocissime pro Romana societate adversum Punicum fœdus steterat. *Id.* l. 9. c. 22. Ferociter adequitare. *Sallust. in Jug.* c. 112. Ferocius decernere. *Plaut. Amph.* 1. 1. 58. Ferociter increpare. *Liv.* l. 2. c. 55. dictæ sententiæ. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 29. Hæc ferociter jactando, ipsum invadunt. *Curt.* l. 10. c. 2. *extr.* Ferocissime obloqui. et lib. 3. c. 1. Ferociter in lævum cornu hostium invehi. *Liv.* l. 3. c. 47. Strenue et ferociter facta in bello plura memorari possunt. *h. e.* fortiter. *valorously, bravely.*

FERŌCŬLUS, a, um, *somewhat fierce, surly,* diminut. a ferox. *Hirt. de B. Afric.* c. 16. Quid tu, miles tyro, tam feroculus es? *Turpil.* apud *Non.* c. 2. n. 60. Ne me attigas, atque aufer manum: eja, quam ferocula es!

FERŌNĬA, æ, f. Φερωνία, nemorum dea. Colebatur præsertim in Etruria, ubi locum habuit in Cimino monte, in Pomptinis paludibus, et in Lucensi agro. Origo hæc traditur. Lacedæmonii quidam, quo tempore Lycurgus leges condebat, illam legum severitatem moleste ferentes, ex urbe excesserunt, deinde longo maris tractu enavigato voverunt, quo terrarum primum appulissent, se ibi habitaturos: delati ad Campos Pomptinos agrum Feroniam vocarunt ab ipsa maris navigatione, in qua ipsis contigerat, ut illuc ferrentur, et Deæ Feroniæ templum erexere, cui vota nuncuparant. Hæc *Dionys. Halic.* l. 2. qui addit l. 3. a Græcis eam modo vocari ἀνθηφόρον, florigeram, modo φιλοστέφανον, sertis gaudentem, modo Περσεφόνην, Proserpinam: et suo tempore *Faroniam* dictitari. Tradunt, cum aliquando lucus arsisset fortuito incendio, et ob id transferre inde Deæ simulacrum incolæ vellent, nemus subito eviruisse, ut *Serv.* narrat ad illud *Virg.* 7. *Æn.* v. 800. viridi gaudens Feronia luco. Adde *Liv.* l. 1. c. 30. l. 22. c. 1. l. 26. c. 11. et l. 27. c. 4. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 24. *Plin.* l. 2. c. 55. *Sil.* l. 13. v. 84. ¶ Geographi tres ponunt Feroniæ lucos: quorum descriptionem apud illos quærito. Quamvis autem primam syllabam Græci per ε scribant, producitur a *Virgilio, Horatio,* et *Sil. loc. cit.* ¶ Fuit hæc etiam Dea libertorum, in cujus templo servi, raso capite, pileum libertatis insigne accipiebant. *Serv. ad Æn.* 8. v. 564. et colligitur etiam ex *Liv.* l. 22. c. 1. *ad fin.* V. *Pileus.* Addit *Servius* Varronem tradere, dictam esse quasi *Fidonium:* quæ notatio mihi videtur futilis. ¶ Hoc nomine etiam Juno virgo in Pomptino tractu colebatur, teste *Serv. ad citat.* 7. *Æn.* Hinc in antiqua Inscriptione apud *Fabrett.* pag. 451. Juno Feronia legitur. V. ibid. plura hac de re. ¶ Feroniæ imaginem videre est in numis gentis Petroniæ apud *Patin. de Fam. Rom.* pag. 205.

FEROX, ocis, adject. *insolent, fierce, bold, headstrong,* ἄγριος, qui nimium confidit, nihil metuit, atque adeo vehemens, insolens, superbusque est: a *ferus:* a quo ita quidam differre volunt, ut *ferox* ad mores referatur, *ferus* ad naturam, et dicatur proprie de brutis iis, quæ nullo septo servantur, nullaque cura mansuefacta sunt, quamvis sæva non sint. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 11. Indulgentia ferocem, atque arrogantem, et infestum facit. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 192. Vereor, ne ferociorem eum faciant tua tam præclara de eo judicia. *Id. Fam.* 4. ep. 9. Victoria civilis, etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotentioresque reddit. *Id. in Vatin.* c. 2. Nimium es vehemens feroxque natura. *Liv.* l. 7. c. 40. Ut potuerim tres et viginti annos natus consul Patribus quoque ferox esse, non solum plebi. *h. e.* in Patres, et plebem. *Tacit. Hist.* 3. c. 69. Miles ferox adversus pericula. *Liv.* l. 1. c. 7. Pastor nomine Cacus, ferox viribus. *Plaut. Mil.* 5. 4. 13. Mœchus, qui forma est ferox. *Liv.* l. 7. c. 5. Stolide ferox. *Sallust. in Jug.* c. 114. Ille animo feroci negat, se toties fusum Numidam pertimescere. et cap. 99. Secundis rebus ferocem esse. *Horat.* l. 1. od. 15. v. 13. Præsidio Veneris ferox. *Plaut. Mil.* 4. 8. 15. Quia tecum eram, propterea animo eram ferocior. *Flor.* l. 3. c. 10. *a med.* Ferocibus dictis ad jus pristinæ libertatis erexit. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 192. ferox oratio. *Gell.* l. 1. c. 3. *sub fin.* Duas ferocissimas affectiones amoris atque odii coercere. *Lucan.* l. 5. v. 211. Feroces oculi. ¶ Sequente infinito *Plaut. Asin.* 2. 4. 62. Ferox est viginti minas meas tractare se se. *h. e.* quia tractat, *he assumes airs, because,* &c. *Sil.* l. 11. v. 8. Atque odium renovare ferox in tempore Samnis. *h. e.* ferociter paratus. ¶ Cum genitivo *Ovid.* 8. *Metam.* v. 612. deorum Spretor erat, mentisque ferox Ixione natus. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 35. Ignavissimus quisque nimii verbis, linguæ feroces. *Id.* 4. *Ann.* c. 12. Ferox scelerum. *h. e.* propter scelera. ¶ Ponitur et pro forti, strenuo, bellicoso. *brave, warlike, gallant, valorous. Horat.* l. 1. od. 32. v. 6. Ferox bello. *Liv.* l. 1. c. 12. In eum hæc gloriantem, cum globo ferocissimorum juvenum Romulus impetum facit. *Tacit.* 2. *Histor.* c. 24. Ferocissimi auxiliarium. *Martial.* l. 14. epigr. 179. *de Minerva.* Dic mihi, virgo ferox, cum sit tibi cassis, et hasta, &c. Adde *Sil.* l. 9. v. 457. ¶ Item pro duro, immiti, indomito. *cruel, savage, ferocious. Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 189. o scopulis undaque ferocior illa. *Virg.* 10. *Æn.* v. 711. *de apro.* infremuitque ferox, et inhorruit armos. *Nep. in Eumen.* c. 11. Ferocissimus elephantus. *Plaut. Men.* 5. 2. 110. Equi indomiti, feroces. ¶ *Ferocum* pro *ferocium* in gen. plurali. *Albinov. ad Liv.* el. 1. v. 275. inque illa ferocum Invitis lacrimas decidere ora genis.

[* FERRĀGO, inis, f. quod ferro cæditur. Ita legendum putat *Pontedera* locum *Varronis R. R.* l. 1. c. 31. Viridia, quod ferro cæsa, ferrago dicitur. *Gesneri* editio habet: Viridia, quod far ferro cæsa, farrago dicta. *Schneiderus* in sua editione *Pontederæ* conjecturam probavit, et textum ad illius mentem refinxit.]

FERRAMENTARĬUS, ii, m. qui ferramenta conficit. *Firmic.* l. 3. c. 13. *sub fin.* Ærarios, ferramentarios, statuarios.

FERRAMENTUM, i, n. *an instrument or rod of iron; an edged or pointed weapon,* σιδήριον, quodvis instrumentum ex ferro. *Colum.* l. 2. c. 18. Ut necubi ferramentum fœnisecæ possit offendere. *Martial. in lemmate,* l. 14. epigr 36. ferramenta vocat instrumenta tonsoria. *Cic.* ferramenta pro armis posuit *Catil.* 3. c. 5. Pro securibus *Liv.* l. 1. c. 40. *Horat.* vero de fabrilibus instrumentis utitur l. 1. ep. 1. v. 86. Adde *Justin.* l. 20. c. 2.

FERRARIARĬUS. V. in voce sequenti.

FERRARĬUS, a, um, *of iron,* σιδηρικός, ad ferrum pertinens. *Plaut. Rud.* 2. 6. 47. Ferrarius faber. *a smith.* Inscript. apud *Gruter.* pag. 640. n. 2. et 4. negotiator. *Plin.* l. 35. c. 15. Ferrariæ fabrorum officinæ. *a smithy. Id.* l. 34. c. 14. Ferraria metalla. *an iron mine. Id.* l. 28. c. 16. Ferraria aqua. *h. e.* qua fabri ignita ferramenta extinguunt. ¶ *Ferraria* absolute est ferrifodina, *an iron mine. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 22. Apud eos magnæ sunt ferrariæ. Adde *Caton.* apud *Gell.* l. 2. c. 22. et *Liv.* l. 34. c. 21. ¶ *Ferrarius* (a *ferrum*) absolute est ferrarius faber, *a smith. Inscript.* apud *Spon. in miscell. erud. antiq.* pag.

65. Coll. Ferrarior. *Jul. Firmic.* l. 4. c. 7. *a med.* Caligarii, coqui, ferrarii. ¶ *Ferrariarius* (a *ferraria*) est qui in ferrifodinis operatur, quem nostrates dicunt *a miner.* Vet. lap. apud *Murator.* pag. 972. n. 10. D. M. Primionis ferrariar. Vitalis contuber.

FERRATĬLIS, le, *relating to iron. Plaut. Mostell.* 1. 1. 18. genus ferratile j級lariter vocat servos ferreis compedibus vinctos.

FERRĀTUS, a, um, *done with iron, hard as iron,* σιδηρόδετος, ferro munitus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 361. Ferrati orbes rotarum. *covered with iron. Liv.* l. 1. c. 32. *ad fin.* Ferrata hasta. *shod with iron. Virg.* 5. *Æn.* v. 208. Ferratæ sudes. et lib. 11. v. 714. Ferrata calx. *h. e.* stimulo ferreo armata. *armed with a spur. Horat.* l. 1. sat. 4. v. 61. Ferrati postes. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 90. Ferrata forma suum. *h. e.* ferrea imago. *Plaut. Bacch.* 4. 6. 11. Ferratus servus. *h. e.* ferreis compedibus vinctus. *bound with iron chains. Tacit. Ann.* l. 3. c. 45. In fronte statuerat ferratos, in cornibus cohortes. *h. e.* ferreis loricis indutos. Sic *Horat.* l. 4. od. 14. v. 30. Ferrata agmina. *completely armed. Rutil. in Itiner.* v. 365. lib. 1. ferratus Mars. *In vet. Lap.* apud *Murator.* pag. 823. n. 4. C. Julius Bruttianus (*miles*) Leg. VI. Ferrat. (Adde alias apud *Gruter.* pag. 45. n. 13. pag. 416. n. 6. pag. 457. n. 10. et alibi.) *Senec.* l. 3. *quæst. natur.* c. 2. Ferratæ aquæ. *h. e.* e ferri metallis erumpentes. *Virg.* 3. *Georg.* v. 398. excretos prohibent a matribus hædos, Primaque ferratis præfigunt ora capistris. *Serv.* exponit, duris: Alii ferreo aculeo armatis.

FERRĔUS, a, um, *of iron, ferreous,* σιδήρεος, qui est ex ferro. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* l. 13. Ferrei clavi. et l. 7. c. 73. Ferrei hami. *Curt.* l. 7. c. 11. Ferrei cunei. *Plin.* l. 8. c. 7. Clathri ferrei. *iron bars. Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 18. n. 28. Prægrediebantur equites cataphracti, ferrea omni specie. *covered all over with armour, barbed. Plin.* l. 37. c. 10. Ferreus color. *Id.* l. 7. c. 56. Ferrea fabrica. *the trade of a smith. Virg.* 12. *Æn.* v. 284. Ferreus imber. *iron sleet of arrowy shower. Id.* 3. *Æn.* vers. 45. Ferrea telorum seges. ¶ Translate est durus, inhumanus. *cruel, hard-hearted, unfeeling, barbarous. Cic.* l. 15. *Fam.* ep. 21. Ferreus essem, si te non amarem. *Id. Attic.* 13. ep. 30. O te ferreum, qui illius periculis non moveris! *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. Quem ego ferus, et ferreus e complexu dimisi meo. *Id.* 7. *Verr.* c. 46. Quis tam fuit durus et ferreus, quis tam inhumanus, qui, &c? *Id. de Amic.* c. 13. *sub fin.* Qui virtutem duram, et quasi ferream esse quandam volunt: quæ quidem est in amicitia tenera atque tractabilis. *Virg.* 2. *Georg.* v. 501. Ferrea jura, insanumque forum. *h. e.* leges, quæ nulla flectuntur misericordia. et vers. 341. Ferrea progenies. *Ovid. Heroid.* ep. 13. v. 64. Ferrea bella. et ep. 12. v. 183. Ferrea præcordia. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 2. Attilius ferreus scriptor. *h. e.* qui duro dicendi genere utitur. ¶ *Vetus Poeta* apud *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Ferrea proles. *h. e.* ferreæ ætatis homines. V. *Ætas.* Item impudens. *Cic. in Pison.* c. 26. Si os tuum ferreum senatus convicio verberari noluisti. *impudent, barefaced.* ¶ Item fortis, durus, validus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 625. et 2. *Georg.* v. 44. Non, mihi si linguæ centum sint, oraque centum, Ferrea vox, &c. *Stentorian lungs. Liv.* l. 39. c. 40. *sub fin. de Catone.* In parsimonia, in patientia laboris periculique, ferrei prope corporis animique. ¶ Item gravis, molestus. *Virg. Æn.* 10. v. 745. et lib. 12. v. 309. Olli dura quies oculos, et ferreus urget Somnus. χάλκεος ὕπνος. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 3. v. 28. me Ferrea sors vitæ, difficilisque premit. ¶ Item ater, ferrugineus. *Stat.* 1. *Theb.* v. 104. *de Tisiphone.* sedet intus abactis Ferrea lux oculis, qualis per nubila Phœbes Atracia rubet arte labor. *iron-coloured, gleaming a dusky brown.* et lib. 2. v. 31. *de Cerbero.* Ferrea tergemino domuisset lumina somno. *h. e.* atra, torva, rigida, et simul fortia, et contra somnum vigilacia.

FERRICREPĪNUS, a, um. *Ferricrepinæ insulæ* dicuntur joculariter a *Plaut. Asin.* 1. 1. 21. ergastula, ubi servi ferro vincti laborabant. Ibi enim assiduus compedum, catenarumque crepitus exaudiebatur.

FERRIFODĪNA, æ, f. *an iron mine,* ferraria, ubi ferrum foditur. Improbat hanc vocem *Varr.* l. 7. *de L. L.* c. 33. non quod sit contra analogiam, sed quod in usu non sit.

FERRITERĬUM, ii, n. *a prison, place where fetters clink,* locus, ubi ferrum teritur, *h. e.* ubi servi compedibus ferreis vincti asservantur. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 55. Inde in ferriterium, postea in crucem recta.

FERRITĔRUS, a, um, *a slave in chains,* servus vinctus ferreis compedibus, quia ferrum terit. *Plaut. Trin.* 4. 3. 14.

FERRITRĬBAX, acis, idem ac ferriterus. *Plaut. Most.* 2. 1. 9.

FERRUGĬNANS, antis, *tasting of iron,* adject. ferrum sapore referens. *Tertull. advers. Valent.* c. 15. Guttæ bituminosæ, ferruginantes, et sulphurantes.

FERRUGĬNĔUS, a, um, *of the colour of rust of iron, iron-coloured, black, dusky, ferruginous,* σιδηροειδής, colorem habens, qualis est ferri longa rubigine exesi, qui ex rufo, et nigro commixtus est, quem hodie colorem castaneum vocant. Interdum hic color dicitur *thalassicus,* quod nautæ, et piscatores eo uti soleant in mari. *Plaut. Mil.* 4. 4. 43. Palliolum habeas ferrugineum: nam is color est thalassicus. *Lucret.* l. 4. v. 73. Vela lutea, russa, ferruginea. *Virg.* 6. *Æn.* v. 303. *de Charonte.* Et ferruginea subvectat corpora cymba. *Id. ibid.* v. 410. hanc eandem *cæruleam puppim* vocat, quia affines hi valde colores sunt, fusci videlicet. V. *Cæruleus. Id.* 4. *Georg.* v. 183. Ferruginei hyacinthi. *Claudian.* l. 2. *de raptu Proserp.* v. 275. Ferrugineus Plutonis amictus. *Stat.* 2. *Theb.* v. 13. ferrugineum nemus Inferorum. et lib. 1. v. 600. ferruginea frons strigis. ¶ *Ferrugineus sapor* est ferri sapor, quem aquæ contrahunt ex ferri metallis erumpentes. *Plin.* l. 31. c. 2. Fons ferruginei saporis. *a chalybeate spring.* ¶ In allato *Lucretii* versiculo al. leg. *ferrugina,* ut metrum constet.

FERRUGĬNUS, a, um, ferrugineus. V. in fi. vocis præcedent.

FERRŪGO, nis, f. *rust of iron,* ἰὸς σιδήρου, rubigo ferri. *Plin.* lib. 23. cap. 8. Illitaque inde ferrugo incipientes lichenas sanat. ¶ Item color rufus nigrioris rubedinis, similitudine coloris ferrei rubigine exesi. *a deep red bordering upon purple; a dark murrey-colour or sad blue,* ipsaque res talem colorem habens. *Plin.* l. 15. c. 10. Fructus grandissimus pineis nucibus, intus exiles nucleos includit, vestitos alia ferruginis tunica. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 775. multa pallens ferrugine taurus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 467. Sol caput obscura nitidum ferrugine texit. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 789. vultum ferrugine Lucifer atra Sparsus erat. et *sub fin.* l. 13. *de Glauco deo marino.* Viridis ferrugine barba. *h. e.* colore fusco, aut cæruleo, qui marinis rebus tribuitur, ut in *Ferrugineus* dictum est. *Virg. Æn.* 9. v. 582. Pictus acu chlamidem, et ferrugine clarus Hibera. *h. e.* purpurea veste, vel purpureæ admodum simili. Nam purpuræ optimæ color ex rubro ad nigrum accedit. Sic lib. 11. v. 772. peregrina ferrugine clarus et ostro. ¶ Translate *Auct. Paneg. ad Pison.* v. 95. animusque mala ferrugine purus. *h. e.* ab invidia liber, quæ ita exest animum, ut rubigo ferrum.

FERRUM, i, n. *iron,* σίδηρος, metallum notissimum, et plurimi usus. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 18. Æs, atque ferrum, duelli instrumenta. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. E terræ cavernis ferrum elicere, rem ad colendos agros necessariam. ¶ Per synecdochen dicitur de gladio, ense, falce, aliisque hujusmodi ferreis instrumentis. *Nep. in Alcib.* c. 10. Ferro aggredi aliquem. *with a sword. Cic. pro Cæcin.* c. 9. In aliquem cum ferro invadere. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 33. Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat. *Liv.* l. 31. c. 7. *a med.* Urbes et agros ferro atque igni vastare. *to lay waste, ravage. Cic.* 11. *Phil. c. pænult.* Huic urbi ferro ignique minitantur. *Hirt. de B. Alex.* c. 60. Ferro flammaque agros consumere. *with fire and sword. Virg.* 12. *Æn.* v. 186. ferro hæc regna lacessent. *h. e.* bello, et armis. Sic *Lucan.* l. 7. v. 228. Atque omnis, Latio quæ servit, purpura, ferro. *h. e.* omnes reges, qui armis subacti, R. Imperio parent. *Virg. loc. cit.* v. 282. decernere ferro. *h. e.* prœlio, pugna. *Sueton. in Ner.* c. 12. Exhibuit ad ferrum etiam quadringentos Senatores. *h. e.* qui gladiis depugnarent. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 17. Quis mediocris gladiator, cum decubuisset, ferrum recipere jussus, collum contraxit? *Plin.* l. 10. c. 32. Halcyonum nidi ferro intercidi non queunt. *Horat.* l. 4. od. 6. v. 9. mordaci icta ferro pinus. *the axe. Virg.* 1. *Georg.* v. 50. æquor ferro scindere. *h. e.* ferrum vomere. *the ploughshare.* Sic *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 439. glebas proscindere ferro. *Senec. in Hippol.* v. 884. vincire aliquem ferro. *h. e.* catena. *with fetters. Virg.* 12. *Æn.* v. 100. crines vibratos calido ferro. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 181. ferro resecare capillos. ¶ Metaphorice est durities morum. *Id.* 9. *Metam.* v. 613. Nec rigidas silices, solidumve in pectore ferrum, Aut adamanta gerit. Adde *Trist.* l. 1. el. 8. v. 42. ¶ Item de patientia, ac duritia in malis. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 10. v. 3. Ecquos tu silices, ecquod, carissime, ferrum Duritiæ confers, Albinovane, meæ? ¶ *Ferrum meum in igne est* proverb. apud *Senec. in Apocoloc. a med.* h. e. mea nunc res agitur. Simili sensu Angli dicunt, *I am the theme now.*

FERRŪMEN, inis, n. *solder, glue, cement,* σιδήρου κόλλησις, σιδήρωμα, quoddam quasi gluten, junctura, qua ferrum ferro jungitur, et generatim qua etiam aliæ res consolidari solent. *Petron. in Satyr.* c. 102. Nec vestem atramento adhæsuram, quod frequenter, etiam non arcessito ferrumine, infigitur. *Plin.* l. 36. c. 23. Quod furto calcis sine ferrumine suo cæmenta componuntur. *Pompon. Dig.* l. 41. tit. 1. leg. 27. Cum partes duorum dominorum ferrumine cohærerent. ¶ Translate *Gell.* l. 13. c. 26. Esse videtur Homeri simplicior et sincerior, Virgilii autem νεωτερικώτερος, et quodam quasi ferrumine immisso, fucatior, Ταῦρον δ' Ἀλφειῷ, ταῦρον δὲ Ποσειδάωνι, Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo. τὸ *pulcher* ferrumen *Gell.* appellat. *a patch, make-weight.* ¶ Est etiam ferrugo, rubigo, aut color ferri. *Plin.* l. 37. c. 2. Crystalla infestantur plurimis vitiis, scabro ferrumine, maculosa nube, &c. Ita *Hard.* ex MSS. alii *ferrugine.*

FERRUMINATĬO, onis, f. *a soldering, cementing,* actus ferruminandi, συγκόλλησις. *Paul. Dig.* l. 6. tit. 1. leg. 23. Dicit enim, si statuæ ferruminatione injunctum brachium sit, unitate id majoris partis consumi. Non idem est in eo, quod applumbatum sit, quia ferruminatio per eandem materiam facit confusionem: plumbatura vero non idem efficit.

[† FERRUMINĀTOR, oris, m. *a solderer,* qui ferruminat, apud *Vitruvium* (ait *Gesnerus*) esse dicitur.]

FERRUMINĀTUS, a, um, *soldered, cemented, glued,* κολληθείς, ferrumine junctus. *Plin.* l. 35. c. 15. Bitumen calcis quoque usum præbuit, ita ferruminatis Babilonis muris. *Id.* l. 10. c. 33. Surculo super bina ova imposito, ac ferruminato alvi glutino. *Petron. in Satyr.* c. 32. Anulus totus aureus, sed plane ferreis veluti stellis ferruminatus.

FERRUMĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to solder, glue, cement, join, close,* συνάπτω, κολλάω, jungo, consolido: et dicitur proprie de ferro primum, aliisque rebus, quæ materia sua altera alteri conglutinantur: latius vero de aliis. *Plin.* l. 34. c. 11. Squama decussa vi clavis, in quos panes ærei ferruminantur. et l. 31. c. 7. Muros domosque massis salis faciunt, ferruminantes aqua. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 86. *Hard.* Cruribus canum fracta ossa non ferruminantur. *cannot be set. Id.* l. 36. c. 26. *extr.* Vitrum sulphuri concoctum ferruminatur in lapidem. *Pompon. Dig.* l. 41. tit. 1. leg. 27. Si tuum scyphum alieno plumbo plumbaveris, aut alieno argento ferruminaveris. *Plin.* l. 16. c. 36. Arundinis coma, ubi lignosiore callo induruit, contusa et interjecta navium commissuris ferruminat textus, glutino tenacior, rimisque explendis fidelior pice. *calks, stops up the leaks.* Festive *Plaut. Mil.* 4. 8. 25. Labra labellis ferruminant. [¶ Particip. *ferruminandus* apud *Plin.* l. 35. c. 6. Ferruminandæ fracturæ.]

FERTĀTUS. V. *Festatus.*

FERTĬLIS, le, *fertile, fruitful, rank, abundant, copious, rich,* εὔφορος, ferax, fecundus, uber, fructuosus. *Cic.* 5. *Verr.* c. 51. Agros lætos ac fertiles desererent. *Liv.* l. 5. c. 34. Fertilis hominum frugumque Gallia. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 349. Fertilior seges est alienis semper in agris. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 19. Opimi ac fertiles agri. et l. 1. *de Divin.* c. 42. Agri uberrimi, maximeque fertiles. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 14. Fertilis annus. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 31. Mare fertile testæ. *Id.* l. 2. od. 15. v. 7. Oliveta fertilia domino. *Sever. in Ætna,* v. 553. quantis fornacibus Ætna Uritur, a sacro nunquam non fertilis igne. *Plin.* lib. 6. cap. 23. Flumen auro fertile. et c. 22. Populi auri, margaritarumque fertiliores, quam Indi. et l. 5. c. 5. Ager a litore arboribus fertilis; intus frugibus tantum. *Id. ibid.* c. 19. Arenæ vitri fertiles. et l. 2. c. 78. Tractus fertilis ad omnia. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 240. Fertilis herba. *Plin.* l. 18. c. 7. Milium omnium frugum fertilissimum. *Id. in proœm.* l. 14. Fertilissimus quæstus. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 95. Fertilis serpens. *h. e.* Hydra, cui uno ex multis reciso capite, aliud statim renascebatur. *Id.* 5. *Fast.* v. 127. Fertile cornu nutricis. *h. e.* cornu copiæ. ¶ *Fertilia* etiam dicuntur, quæ fertilitatem inducunt. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 642. Dea fertilis. *h. e.* Ceres. *Plin.* l. 18. c. 6. *a med.* Majores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt. *Tibull.* l. 1. el. 8. v. 32. et *Valer. Flacc.* l. 7. vers. 608. Nilus fertilis. ¶ Translate *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 11. Fertile pectus habes, interque Helicona colentes Uberius nulli provenit ista seges. *Propert.* l. 4. el. 6. v. 75. Ingenium potis irritat Musa poetis: Bacche, soles Phœbo fertilis esse tuo. *Plin. in proœm.* l. 14. Priscorum cura fertilior, et industria felicior fuit. [¶ Quo securius superlativo utaris, habeas per me licet aurei scriptoris auctoritatem, *Livii* nempe l. 29. c. 25. Fertilissimus ager.]

FERTILĬTAS, atis, f. *fertility, fruitfulness, abundance, richness,* εὐφορία, feracitas, ubertas, fecunditas, abundantia. *Cic.* 1. *de Divin.* c. *pænult.* Quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. *Plin.* lib. 3. cap. 5. Frugum, et vitium, olearumque fertilitas. *Id.* l. 3. c. 20. Italia metallorum fertilitate nullis cedit terris. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 15. Virginibus Lacænis magis palæstra, Eurotas, sol, pulvis, labor, militia in studio est, quam fertilitas barbara. *h. e.* mollis luxus, et delicatus cultus, ornatusque corporis, quæ ex copia rerum, ac divitiis auri, gemmarum, ac pretiosarum vestium constant. ¶ Pro fecunditate prolis. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 201. Sæpe Rhea questa est, toties fecunda, nec unquam Mater, et indoluit fertilitate sua. *Plin.* l. 8. c. 42. *a med.* Fertilitas animalium ad generandum. ¶ Translate *Id.* l. 35. c. 11. *a med. de Protogene.* Artis ejus summa intentio, et ideo minor fertilitas. *h. e.* pauciora opera fecit.

FERTILĬTER, adverb. *fruitfully, abundantly. Plin.* l. 34. c. 17. *sub fin.* Derelicta metalla fertilius reviviscunt.

FERTĪNI. V. in *Feltria.*

FERTOR, oris, m. qui fert, vel fortasse qui ferto libat. *Varr.* l. 7. *de L. L.* cap. 32. In Glossis *Isid.* habetur: Fertores ferto libantes.

FERTORĬUS, a, um, adject. ad ferendum aptus, ut lectus, sella fertoria, *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 1. et l. 5. c. 1.

FERTUM, *seu* Ferctum, i, n. libi opimi genus: a *fertus,* seu *ferctus,* bonus, apud vet. vel a *fartum,* quod pluribus variisque rebus farciretur. *Pers.* sat. 2. v. 48. Attamen hic extis, et opimo vivere ferto Intendit. Al. leg. *farto.*

Adde *Fab. Pict.* apud *Gell.* l. 10. c. 15. *Caton. R. R.* c. 134. et 141. et *Fest.* V. *Strues.*

FERTUS, a, um, *rich, fruitful,* plenus, refertus, effertus. *Vetus Poeta* apud *Cicer. in Orat.* c. 49. Frugifera et ferta arva Asiæ tenet.

FERVEFACIO, cis, eci, actum, a. 3. *to make hot, heat, cause to boil,* θερμαίνω, fervere, et bullire facio. *Cato* c. 156. *R. R. a med.* Eodem addito et oleum, postea fervefacito. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 44. Eæ ipsæ se patinæ fervefaciunt illico. *Cels.* l. 4. c. 24. Muriam fervefacere. ¶ Per tmesim divisit *Cato R. R.* c. 157. *a med.* Postea ferve bene facito: ubi ferverit, in catinum indito.

FERVEFACTUS, a, um, *made hot, heated,* ἀνάβραστος, fervens factus, fervidus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 22. Fervefacta pix. et l. 5. c. 43. Fervefacta jacula in casas jacere cœperunt. *Plin.* l. 20. c. 3. Vinum cum colocynthide fervefactum. *boiled.*

FERVENS, entis, *hot, boiling, burning,* ζέων, qui fervet. *Colum.* l. 12. c. 50. *sub fin.* Baccæ eluantur non ferventissima aqua, verum modice calida. *boiling hot. Plaut. Capt.* 4. 2. 67. Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 8. v. 68. Fervens rota. *kindling. Id.* 4. *Metam.* v. 120. vulnus. *fresh, recent. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 45. *Hard.* cera. *Id.* l. 25. c. 8. In cinere ferventi leniter decoquere. *Id.* l. 30. c. 4. Si ferventia os intus exusserint. *Id.* l. 17. c. 22. *a med.* Ferventes horæ diei. *Id.* l. 25. c. 8. *a med.* Dictamnum fervens, et acre gustu. *Plaut. Amph.* 4. 2. 11. Quem pol ego hodie ob istæc dicta faciam ferventem flagris. *Justin.* l. 4. c. 1. Æstus fervens. *the sea boiling. Plin.* l. 2. c. 8. Sonus raucus in recurvis, resultans in duris, fervens in humidis. *bubbling, boiling.* Ferventis auri saccum *Martial.* dixit l. 10. epigr. 74. h. e. crumenam refertam aureis nummis recenter cusis, nitidis, radiantibus instar auri igne ferventis. ¶ Translate *Ovid.* 8. *Metam.* v. 466. Fervens ira oculis. *sparkling. Horat.* l. 1. od. 13. v. 4. Fervens jecur bile tumet. *Id.* l. 1. sat. 10. v. 62. Ingenium rapido ferventius amni. *Cic.* 1. *Offic.* c. 15. Fortis animus et magnus in homine non perfecto, nec sapiente, ferventior plerumque est. *too ardent and impetuous; too eager. Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 100. lucri cupidine fervens. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 23. Ut non quidquam impedimentorum ab illis ferventibus latronibus interciperetur.

FERVENTER, adverb. *hotly,* θερμαινόντως, cum fervore. *Cæl. Cic.* l. 8. *Fam.* ep. 8. Et de damnatione ferventer loqui est cœptum. *Id. ibid.* ep. 6. *ad fin.* Curio ferventissime concerpitur. *Augustin. de Genes. ad litter.* c. 5. l. 2. Moles, quæ celerius circulari motu agitur, utique ferventius.

FERVĔO, es, fervi, et ferbui, n. 2. *to be hot, boil, rage, be in a ferment,* ζέω, igni, vel æstu commoveor, agitor, æstuo, bullio, calefio, inflammor. In quibusdam personis, et in infinito præsenti aliquando est tertiæ conjugationis, præsertim apud Poetas. *Cato R. R.* c. 157. *a med.* Ferve bene facito: ubi ferverit, in catinum indito. *Pallad. in Januar.* tit. 20. Baccas bullire facies; et ubi diu ferbuerint, &c. *Stat.* l. 4. sil. 5. v. 15. exemptusque testa, Qua modo ferbuerat, Lyæus. *Plin.* l. 14. c. 9. Fervere mustum prohibetur: sic appellant musti in vina transitum. *Gell.* l. 2. c. 29. Sol fervit. *is hot. Plin.* l. 32. c. 3. Ossiculo in aquam ferventem dejecto, refrigerari vas, nec postea fervere, nisi exempto. *Id.* l. 5. cap. 1. *ad fin.* Loca inhabitabilia fervere, quamquam hiberno tempore. *Lucil.* apud *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) et apud *Non.* c. 10. n. 1. Fervit aqua, et fervet: fervit nunc, fervet ad annum. *Barth.* l. 56. *Adversar.* c. 9. hinc eruit discrimen inter *fervit,* et *fervet,* quod illud dicatur de aqua, quæ nunc æstuat, caletque; hoc de aqua, quæ fervorem diu retinet. *Quintil. ibid.* vult τὸ *fervit* esse simile non τῷ *legit,* sed τῷ *servit.* V. ¶ *Ferrat* etiam pro *ferveat* dixere *Pompon.* et *Accius* apud *Non.* c. 10. n. 3. et *fervitur* pro *fervit. Afran. ibid.* n. 8. Sed hæc perantiqua sunt. *Virg.* 1. *Georg.* v. 455. Omnia tunc pariter vento nimbisque videbis Fervere. non illa, &c. *h. e.* agitari, misceri, turbari. ¶ Translate refertur ad vehementiores perturbationes, quibus animus incalescit, agitaturque. *Acc.* apud *Non.* c. 10. n. 1. Cor ira fervet cæcum: amentia rapior, ferorque. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 602. animus tumida fervebat ab ira. *Id.* 2. *Fast.* v. 732. Et fervent multo linguaque corque mero. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 33. Fervet avaritia, miseroque cupidine pectus. *Cic. pro Quint.* c. 11. Usque eo fervet (*al.* fervit) ferturque avaritia, ut, &c. *Terent. Adelph.* 4. 1. 18. Cum fervet maxime, tam placidum, quam ovem reddo. *Priscian.* l. 9. pag. 866. *Putsch.* legit *fervit. Sil.* l. 17. v. 567. leti fervebat amore. ¶ Cum infinito *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 295. sceptrumque capessere fervet. *h. e.* vehementer cupit. et *de B. Gild.* v. 350. jam stagna secare fervet. ¶ Item ad ea, quæ studio diligentiaque fiunt. *Virg.* 4. *Georg.* v. 169. Fervet opus, redolentque thymo fragantia mella. *goes on busily.* ¶ Item de locis dicitur, quæ opere, et turba frequentantur. *Virg.* 4. *Æn.* v. 407. opere omnis semita fervet. *Martial.* l. 2. epigr. 64. fora litibus omnia fervent. *Ovid. Fast.* 1. v. 379. fervent examina putri De bove. *Virg. Æn.* 8. v. 677. totumque instructo Marte videres Fervere Leucaten. ¶ *Vulcat. Sedig,* apud *Gell.* l. 15. c. 24. Dein Nævius, qui fervet, pretio in tertio est. *h. e.* studiose passim legitur. Al. aliter leg. ¶ Alterum præteritum *ferbui* locum habet in compositis *deferbui, conferbui.*

FERVESCO, is, n. 3. *to grow hot,* incipio fervere. *Lucret.* l. 6. v. 851. Terræ fervescunt Sole. Adde vers. 427. et 1162. et 176. et lib. 3. v. 290. quibus omnibus locis al. leg. *fervisco. Plin.* l. 33. cap. 6. *a med.* Fervescentis materiæ spuma. *Plaut. Capt.* 4. 4. 9. Possent ne seriæ fervescere.

FERVĬDUS, a, um, *hot, boiling, burning,* ζεστὸς, θερμὸς, valde fervens, præcalidus. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 10. v. 72. Fervida musta. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Quarta pars mundi tota natura fervida est. *Curt.* l. 3. c. 5. Diei fervidissimum tempus. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 38. Fervidus æstus. *sultry. Virg. Georg.* 3. v. 107. volat vi fervidus axis. *kindling. Horat.* l. 1. od. 9. v. 10. Venti æquore fervido deprœliantes. *stormy, boisterous. Plin.* l. 20. c. 11. Herba sapore acri et fervido. *Horat.* epod. 11. v. 14. Fervidius merum. ¶ Translate est vehemens, acer, incensus, *furious, vehement, earnest, hot, eager, impetuous, hasty. Virg. in fi.* 12. *Æn.* ferrum adverso sub pectore condit fervidus. et vers. 325. subita spe fervidus ardet. et lib. 9. v. 736. mortis fraternæ fervidus ira. *Liv.* l. 27. c. 33. *sub fin.* Præproperum ac fervidum ingenium. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 485. Fervidus ingenio. *Horat. in ar. Poet.* v. 115. Maturusne senex, an adhuc florente juventa Fervidus. *Id.* l. 1. od. 30. v. 5. Fervidus puer. *hoc est* Cupido. *Cic. in Brut.* c. 68. *extr.* Fervidum quoddam, et petulans, et furiosum genus dicendi. et cap. 28. Appii volubilis, et paulo fervidior erat oratio. *Virg. Æn.* 12. v. 894. Fervida dicta. *h. e.* iræ plena et minarum. ¶ Cum genitivo *Sil.* l. 17. v. 414. Fervidus ingenii Masinissa, et fervidus ævi. *Liv.* l. 2. c. 52. *ad fin.* Fervidus animi vir. Al. leg. *fervidi.* ¶ *Fervida cura* est amoris plena. *Tibull.* l. 4. el. 12. v. 1. Ne tibi sim, mea lux, æque jam fervida cura. *h. e.* ne æque ferventer amer a te. ¶ *Fervida virtus* est ardens, vivida, studiosa. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 218.

FERŬLA, æ, f. *the herb or shrub called fennel-giant,* νάρθηξ, arbor est externa, ex genere earum, quæ corticis loco lignum forinsecus habent, ligni autem loco fungosam intus medullam, ut sambuci, vel inanem cavitatem, ut arundines. Nascitur calidis locis, atque trans maria geniculatis nodata scapis. Duo ejus genera: nartheca Græci vocant assurgentem in altitudinem: narthecyam vero semper humilem. A genibus exeuntia folia maxima, ut quæque terræ proxima. Cetero natura eadem, quæ anetho, et fructu similis. Nulli fruticum levitas major: ob id gestatu facilior (nempe a *fero* dicta, non a *ferio*) baculorum usum senectuti præbet. Hæc *Plin.* l. 13. c. 22. qui lib. 7. c. 56. ignem in ferulæ medulla asservare, inventum Promethei fuisse tradit (detulit enim in ferula Prometheus ignem e cælo in terras, ut est in fabulis, apud *Hygin.* fab. 144. et *Serv. ad Ecl.* 6. v. 42.) et lib. 24. c. 1. ferulas gratissimo asinis in pabulo esse, ceteris vero jumentis præsentaneo veneno: qua de causa id animal Libero Patri assignari, cui et ferulam. Ejus usus est etiam includendis ossibus fractis, dum conferveant. *Cels.* l. 8. c. 10. sect. 1. Ferulæ superacommodandæ sunt, quæ fissæ compositæque ossa in sua sede contineant. *splints used in the setting of broken bones.* ¶ Dicitur etiam de exilioribus ramis aliarum arborum. *Plin.* l. 7. c. 21. Vitium surculis, et quarundam arborum, quibus fungosior intus natura est, geniculati scaporum nodi intersepiunt medullam: ferulæ ipsæ breves, et ad summa breviores, &c. *Id.* l. 8. c. 32. *ad fin. ferulas* vocat parvos ramos cornuum cervinorum. ¶ Item de virga, qua cæduntur pueri a magistro in ludo litterario, *a rod, stick, or ferula, with which school-boys were wont to be corrected. Martial.* l. 14. epigr. 80. cujus titulus *Ferulæ.* Invisæ nimium pueris, grataque magistris, Clara Prometheo munere ligna sumus. *Id.* l. 10. epigr. 62. Ferulæque tristes, sceptra pædagogorum. *Juvenal.* sat. 1. v. 15. Et nos ergo manum ferulæ subduximus. *h. e.* jam in litteris aliquid profecimus: jam desiimus in ludo litterario versari: *we are no longer school-boys. Horat.* l. 1. sat. 3. v. 120. Ut ferula cædas meritum majora subire Verbera. ¶ Servos quoque in levioribus peccatis ferula cæsos colligitur ex *Juvenal.* sat. 6. v. 473. item jumenta ab equitantibus, aut agasonibus ex *Ovid.* 1. *de art. am.* v. 546.

FERULĀCĔUS, a, um, *relating to the shrub fennel-giant,* ad ferulam pertinens, ferulæ similis, ναρθηκοειδής. *Plin.* l. 19. c. 9. Cetera sunt ferulacei generis, ut fœniculum, &c. *Id.* l. 27. c. 10. Herba caule ferulaceo. ¶ Item e ferula factus. *Id.* l. 34. c. 18. Versare rudibus ferreis, aut ferulaceis.

FERULĀGO, inis, f. frutex ferula humilior, cetera omnino similis. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 12. Thapsia, quam nos ferulaginem dicimus.

FERULĔUS, a, um, adject. ex ferula factus. *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 2. c. 1. Alearis tabella, aut ferulea. *Plin.* l. 16. c. 48. Stamineam probant venam, et vocant ferulam argumento similitudinis, quoniam laciniose crispa. Ita *Hard.* quem consule.

FERVO, is, V. *Ferveo.*

FERVOR, oris, m. *a violent heat, fervour, boiling, raging,* ζέσις, agitatio, æstus, calor vehemens, qualis est ignis, vel Solis. *Cic. de nat. Deor.* l. 2. c. 11. Mundi fervor ille purior. *Id. de Prov. Consul.* c. 12. Fervor maris. *Lucan.* l. 4. v. 460. contorti verticis undæ Tauromenitanam vincunt fervore Charybdim. *Plin.* l. 14. c. 26. fervor musti. *Id.* l. 31. c. 9. febris. et lib. 37. *c. ult.* terebrarum. *Id.* l. 9. c. 16. et *Virg.* 3. *Georg.* v. 154. mediis fervoribus. *in the heat of the summer. Plin.* l. 15. c. 4. Fervores capitis, *inflammation of the head.* ¶ Translate sumitur pro impetu, amore, &c. *heat, passion. Horat.* l. 1. od. 16 v. 22. Me quoque pectoris tentavit in dulci juventa fervor. *Cic. de Senect.* c. 13. Fervor ætatis. et lib. 1. *de Orat.* c. 51. Fervor mentis. *Gell.* l. 20. c. 1. *circa med.* Leges pro vitiorum, quibus medendum est, fervoribus mutari atque flecti.

FERUS, a, um, *savage, wild, rude, uncultivated, untutored, uncivilized, boorish,* ἄγριος, agrestis, silvester, indomitus, nullo cultu mitigatus: cui opponitur cicur, mansuetus, domesticus: et dicitur de brutis, quæ domita non sunt, quamvis sæva non sint: item de hominibus, aliisque rebus incultis et agrestibus. Volunt esse ab Æolico φῆρ pro θὴρ, unde et *fera,* licet obstet prioris syllabæ modus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. Quæ vero, et quam varia genera bestiarum vel cicurum, vel ferarum! et cap. 64. Immanes et feræ beluæ. *Plin.* l. 30. c. 7. Palumbus ferus. *Virg.* 4. *Æn.* v. 152. Feræ capræ. *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 7. fera oliva. *h. e.* oleaster. *Virg. Georg.* 2. v. 36. fructusque feros mollire colendo. *Id. Ecl.* 5. v. 28. feri montes. *Festus:* Ferus ager, incultus. Sic *Catull.* carm. 62. *de Aty, sub fin.* fera nemora. *Plin.* l. 14. c. 20. Feræ arbores. *growing wild. Id.* l. 12. c. 17. Ferus odor, et quodammodo solitudinem redolens. *a kind of wild scent. Cic.* 3. *Phil.* c. 9. Cur tam subito mansuetus in Senatu fuerit, cum in edictis tam fuisset ferus. *Terent. Andr.* 1. 5. 43. Adeon' porro ingratum putas, aut inhumanum, aut ferum, ut, &c? *Cic.* 1. *de Orat.* c. 8. Homines a fera agrestique vita ad humanum cultum civilemque deducere. Adde *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 39. ¶ Item sævus, durus, crudelis, immitis, barbarus, *fierce, cruel, barbarous, savage.* Valde enim affinia sunt incultum esse, et sævum. *Cic.* 4. *Verr.* c. 21. Hostis ferus et immanis. *Nep. in Alcib.* c. 6. Ut nemo tam ferus fuerit, quin ejus casum lacrimarit. *Horat.* l. 2. od. 8. v. 14. ferus et Cupido Semper ardentes acuens sagittas Cote cruenta. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 516. ferus furor. *Virg.* 2. *Æn.* v. 326. ferus omnia Jupiter Argos transtulit. *Id.* 10. *Æn.* v. 12. fera Carthago. *Ovid. Heroid.* ep. 8. v. 60. fera ensis. et ep. 3. v. 123. fera bella. *Id.* 4. *Trist.* el. 2. v. 38. fera cædes. *Id.* l. 4. *ex Ponto, ep. ult.* v. 31. fera dicta. *Id.* 13. *Metam.* v. 454. fera sacra. et lib. 15. v. 85. Ingenium immansuetum ferumque. *Id.* 13. *Metam.* v. 317. feros requie lenire dolores. *Id.* 1. *Trist.* el. 1. v. 42. fera hiems. *a furious tempest. Horat.* l. 3. od. 29. v. 40. Fera diluvies quietos irritat amnes. ¶ In amatoriis *ferus* est, qui nulla re ad amandum trahi potest. *inflexible. Senec. in Hippol.* v. 272. Tentemus animum tristem et intractabilem: Meus iste labor est aggredi juvenem ferum, &c. *Tibull.* l. 2. eleg. 5. v. 5. Ure, puer, quæso, tua qui ferus otia liquit. Adde *Senec. loc. cit.* v. 415. ¶ Inter *ferum* et *ferocem* hoc statuit *Nonius* discrimen c. 20. n. 16. quod *ferus* sævum, *ferox* fortem significet: verius dixisset, *ferum* esse incultum, agrestem, non domitum, sive sævus sit, sive non, ut dictum est: *ferocem* vero supra ferum addere vim, impetum, fortitudinem, carentiam timoris. ¶ Pro feroci, in bonam partem *Prudent.* περὶ στεφ. 9. *de S. Eulal.* v. 36. Sed pia cura parentis agit, Virgo animosa domi ut lateat, Ne fera sanguinis in pretium Mortis amore puella ruat. ¶ *Ferus, i,* absolute, ut *fera,* de quavis bestia. De equo *Virg.* 2. *Æn.* v. 51. inque feri curvam compagibus alvum. *of the monster.* et lib. 5. v. 818. spumantiaque addit frena feris. De cervo *Id.* 7. *Æn.* v. 489. pectebatque ferum. De leone *Phædr.* l. 1. fab. 21. v. 8. Asinus ut vidit ferum impune lædi, &c. Adde *Ovid. Heroid.* epist. 9. v. 114. De apro *Phædr.* l. 4. fab. 3. v. 3. Sonipes iratus fero. De bobus *Ovid.* 1. *Fast.* v. 550. Traxerat aversos Cacus in antra feros. Al leg. *boves.* De serpente *Sil.* l. 6. v. 268.

[* FERVUNCŬLUS, i, m. idem ac furunculus, a fervendo dictus. *Arnob.* l. 2. pag. 49. Fervunculum, scabiem, aut inhærentem spinulam sanare. Alii legunt *furunculum.* Metuunt quippe ne quid peccatum sit ab insciente librario, sed etiam *Caper de verb. dubiis* pag. 2248. *Putsch.* hæc habet. Fervunculum a fervore, non furvunculum. Videtur igitur dictum olim fuisse etiam *fervunculum* pro *furunculo,* quorum quidem primum etymon melius servat.]

FESCENNINICŎLA, æ, m. et f. qui Fescennina colit, Fescenninos amans. *Sidon.* carm. 12. Quid me, etsi valeam, parare carmen Fescenninicolæ jubes Diones?

FESCENNĪNUS, a, um, ad Fescenniam pertinens, quod est oppidum Etruriæ ad Tiberim, teste *Plin.* l. 3. c. 5 cujus conditores ab Atheniensibus oriundos facit *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* v. 695. et Fescennium vocat: perperam autem in Campania ponit. *Virg. ibid.* Hi Fescenninas acies æquosque Faliscos, &c. ¶ Ab hoc oppido ortum habui genus quoddam carminis incompositi ac rudis, simulqu obsceni, jocosi, et dicteriis pleni, quod tum diebus festi

relaxandi animi causa, tum præcipue in nuptiis canebatur, ut *Serv. ibid.* docet. *Festus* tamen aliam etiam appellationis causam ponit, nempe a *fascino*, quod fascinum putabatur arcere. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 145. Fescennina per hunc inventa licentia morem Versibus alternis opprobria rustica fudit. *Liv.* l. 7. c. 2. Fescennino versu similem, incompositum temere, ac rudem alternis jaciebant. *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 4. Fescenninos scribere in aliquem. *Senec.* controv. 21. *ante med.* In nuptiales Fescenninos in crucem generi nostri jocabantur. *Catull.* carm. 60. *in epithal. Jul. et Manl.* v. 126. Nec diu taceat procax Fescennina locutio. *Plin.* l. 15. c. 22. Nuces nuptialium Fescenninorum comites. *Calpurn. Flacc.* declam. 44. Civis ergo, nisi faces accenderit, et Fescennina cecinerit, pater esse non poterit. *Sidon.* l. 8. ep. 11. In Fescennina materia vernans verbis. ¶ Hujus carminis exemplum in nuptiis Honorii Augusti edidit *Claudianus*. ¶ *Fescenninus homo*, ridicularius, obsceni sermonis, et dicax. *Cato* apud *Fest.* in *Spatiatorem*. In coloniam mehercules scribere nolim, si Triumvir sim, spatiatorem atque Fescenninum. ¶ *Fescenninus pes* apud *Diomed.* l. 3. p. 475. *Putsch.* est amphimacrus, constans longa, brevi, et longa, ut *divites*.

FESNOE vocabantur, qui depellere fascinum credebantur. *Festus* ubi al. aliter leg.

FESSONĬA, dea, quam propter fessos invocabant. *Augustin.* l. 4. *de Civit. Dei*, c. 21.

[* FESSŬLUS, a, um, diminut. a *fessus*. *Apul.* in Ανεχομ. v. 19. Trepida in decursu Venere, et anima fessula.]

FESSUS, a, um, *wearied, tired, fatigued*, κατάπονος, fatigatus, defessus. *Diomed.* l. 1. pag. 372. *Putsch.* suæ originis vocem esse putat. *Priscian.* l. 8. pag. 825. videtur tanquam particip. verbi *fatiscor* agnoscere. Sane participii formam ac vim habet in illo *Phædri* l. 1. fab. 21. v. 11. Qui postquam cæde fessus est, asinum evocat. ¶ Ceterum usu in nomen transiit. *weary*. *Cic.* 15. *Attic.* ep. 9. Rides, inquies, in talibus rebus? quid faciam? plorando fessus sum. *Id. pro Planc.* c. 10. Fessum inedia fluctibusque recreare. *Id. initio* l. 1. *Acad.* Fessus de via. *Id.* 1. *de Divin.* c. 44. *ad fin.* Veientes bello fessi. *Horat.* l. 3. od. 13. v. 11. Fessi vomere tauri. et lib. 2. od. 7. v. 18. Longa militia fessum latus deponere. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 69. Cereris munere fessas vires restituere. *Claudian.* l. 1. *de rap. Proserp.* v. 124. Fessaque post primos hæserunt viscera partus. *h. e.* exhausta. *Lucret.* lib. 2. v. 1036. fessus satiate videndi. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 274. fessus curaque viaque. et lib. 9. v. 293. malis. *Id.* 3. *Trist.* el. 3. v. 85. vox mihi fessa loquendo. ¶ Cum genitivo. *Virg.* 1. *Æn.* v. 182. fessi rerum. *h. e.* navigatione, tempestate, penuria, labore. *Stat.* 3. *Theb.* v. 395. fessus bellique viæque. *Sil.* l. 2. v. 234. Dum pavitant trepidi rerum, fessique salutis. *h. e.* defessi quærere et sperare salutem. ¶ Eleganter refertur ad morbos, et senium, quia utraque res vires adimit. *worn out*. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 439. fessus annis. *Virg.* 2. *Æn.* 596. ætate. *Liv.* l. 1. c. 25. *ad fin.* vulnere. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 2. valetudinibus. *Symmach.* l. 1. ep. 14. (*al.* 21.) *ad fin.* virium. *Plin.* l. 8. c. 1. Elephanti fessi ægritudine. ¶ Absolute pro ægroto. *Horat. in carm. sæcul.* v. 63. Phœbus, qui salutari levat arte fessos corporis artus. *Ovid. Heroid.* ep. 21. v. 14. Adjuvor et nulla fessa medentis ope. ¶ Et pro longævo. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 14. fessique senectus longa patris. *loaded with years, aged*. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 33. Fessa ætas. Translate *Lucret.* l. 5. v. 309. delubra deum, simulacraque fessa fatisci. *Virg.* 2. *Æn.* v. 29. Fessæ naves. *shattered*. *Plin.* l. 36. c. 15. *ad fin.* Cardines fessi et turbati. *Id.* l. 2. c. 7. Vespasianus fessis rebus subveniens. *h. e.* afflictis. *Stat.* l. et silv. 2. v. 48. fessa dies. *h. e.* nocti proxima. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 582. amnes In mare deducunt fessas erroribus undas. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 66. Fessa cum silvis juga. ¶ *Verrius* apud *Diomed. loc. cit.* discrimen statuit inter fatigatum, et fessum: quod ille sit ab alio laborare compulsus, ut *lassatus*: hic qui ultro laborans defícit, ut *lassus*.

FESTĀTUS, a, um, adject. q. d. ad festum paratus. *Fabius Pict.* apud *Gell.* l. 10. c. 15. Dialis quotidie festatus est. Al. leg. *fertatus*, h. e. ferto instructus: alii *feriatus*: alii etiam aliter.

FESTĪCE, adverb. læte. *Varr.* apud *Non.* c. 6. n. 22.

FESTINABUNDUS, a, um, adject. festinans. *Valer. Max.* l. 2. c. 8. n. 5. Festinabunda manu. *Augustin.* l. 1. *Confess.* c. 11. festinabunda mater.

FESTINANTER, adverb. *hastily, quickly, speedily*, διὰ σπουδῆς, celeriter, cito. *Cic.* 5. *Fin.* c. 26. Illud mihi a te nimium festinanter dictum videtur. *Plin.* l. 17. cap. 11. Quia festinantius germinant. *Augustin.* ep. 250. *sub fin.* Festinantissime respondisse.

FESTINĀTIM, adverb. festinanter. *Sisenn.* apud *Non.* c. 11. n. 37. Prætor festinatim de castellis ad castra maxima milites conducit. Adde *Pompon. ibid.*

FESTINATĬO, onis, f. *haste, speed, hurry, expedition, despatch*, σπουδή, properatio. *Cic.* 3. *Phil.* cap. 1. Mea festinatio non victoriæ solum avida est, sed etiam celeritatis. *Id. Fam.* 12. ep. 25. Ventis remis in patriam omni festinatione properavi. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 34. Quid hic incredibilis cursus, quid hæc tanta celeritas festinatioque significat? *Id. Attic.* 5. ep. 14. *extr.* Habes epistolam plenam festinationis et pulveris. *Id.* 1. *Offic.* c. 36. Cavendum, ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. *Nep. in præfat. extr.* Plura persequi prohibet festinatio, ut, &c. *Colum.* l. 11. c. 2. *post. init.* Adhibere festinationem. *Curt.* l. 8. c. 2. *a med.* Morari alicujus festinationem. *Petron. in Satyr.* c. 80. Conditionem præcipiti festinatione rapui.

FESTINĀTO, adverb. festinanter. *Quintil.* l. 4. c. 2. Nihil festinato fecisse videtur Milo. *Gell.* l. 10. c. 11. Quod non segnius, sed festinatius sit. *Justin. in fi.* l. 38. Cum equites festinato misisset.

FESTINĀTOR, oris, m. qui festinat. Legitur a quibusdam apud *Quintil.* declam. 2. c. 19. *ad fin.* ubi plures alii *festinatio*.

FESTINĀTUS, a, um, adject. *hastened, accelerated, done with speed or expedition*. *Quintil. in proœm.* l. 6. Festinata maturitas celerius occidit. *Lucan.* l. 8. v. 24. Honores festinati. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 5. v. 8. Festinatum iter. *Sueton. in Aug.* c. 69. Festinatæ nuptiæ. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 52. Festinata missio. *Martial.* l. 7. epigr. 39. Annis festinatis raptus. *h. e.* morte immatura.

FESTĪNE, adverb. idem ac festinanter. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 14. Festine odorari. Al. leg. *festive*.

FESTĪNIS, e, adject. festinus. *Titin.* apud *Non.* c. 8. n. 3. Hæc res me fecit festinem.

FESTĪNO, as, avi, atum, a. 1. *to hasten, make haste, be in a hurry*, σπεύδω, propero, accelero. Absolute *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 192. Esseda festinant, pilenta, petorrita, naves. *Cic. Fam.* 12. ep. 22. *extr.* Plura scripsissem, nisi tui festinarent. *Id. Phil.* 1. cap. 1. Ad singulare Antonii factum festinat oratio. *hastens to arrive at*. Sic *Quintil.* l. 4. c. 3. Judex ordine audito, festinat ad probationem. et lib. 6. c. 3. Contentio festinantium in provinciam. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 68. Festinare in re augenda. *Cic. Fam.* 7. ep. 23. *sub fin.* Ut tanto opere migrare festines. ¶ Cum accusativo est properare. *to accelerate, hurry, do speedily*. *Virg.* 4. *Æn.* v. 575. festinare fugam. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 61. pœnas. *Sil.* l. 8. v. 52. pyram. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 128. vestes. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 33. *extr.* Cædes, patibula, ignes, cruces festinare. *Id.* 4. *Ann.* c. 28. Festinare in se mortem. *to bring on speedily*. et *Sallust. in fragm.* apud *Serv.* ad 12. *Æn.* v. 425. Soleas festinate. *scil.* dare. *Ennius* apud *eund.* ad 9. *Æn.* v. 401. et 4. *Georg.* v. 171. Festivum festinant diem. *scil.* agere, celebrare. *Stat.* 2. *Theb.* v. 478. Festinare vias. *scil.* ire. ¶ *Festinare se*, properare. *Gell.* l. 14. c. 2. *ante med.* Viri exercitati, atque in patrociniis et in operis fori celebres, semperque se, circumundique distrahentibus causis, festinantes. ¶ Passive *Tacit.* 3. *Hist.* c. 37. *extr.* Consul uno die et ante fuerat Caninius Rebilus, cum belli civilis præmia festinarentur. et lib. 2. c. 82. Ea cuncta per idoneos ministros festinabantur. *Id. de Germ.* c. 20. Sera juvenum venus: nec virgines festinantur. *h. e.* festinato despondentur. ¶ Aliquando est trepidare, satagere ob metum, aut urgens negotium. *Terent. Eun.* 4. 3. 8. Quid istuc? quid festinas? aut quem quæris, Pythias? *Sallust. in fragm.* apud *Donat. ibid.* Festinantibus in summa inopia Patribus. *Horat.* l. 4. od. 11. v. 9. Cuncta festinat manus, huc et illuc Cursitant mixtæ pueris puellæ. *every hand is in motion*. ¶ *Festina lente*, σπεῦδε βραδέως, proverb. quo significatur, sedulitate quidem in rebus agendis opus esse, sed quæ tamen sit cum consilii maturitate conjuncta. Hoc Græce sæpe *Augustus* usurpabat, teste *Sueton. in ejus vita*, c. 25. V. *Mature*. Angli dicunt: *on slow; slow and sure*. ¶ Inter *properare* et *festinare* discrimen assignabat *Cato* apud *Gell.* l. 16. c. 14. et *Non.* c. 5. n. 81. et *Festus* in *Properare*, his verbis: Qui unum quid mature transigit, is properat: qui multa simul incipit, neque perficit, is festinat. Ipse vero *Non.* in eo differre ait, ut *properare* ad animum, *festinare* ad corpus pertineat. *Cic. Phil.* 9. c. 3. At ille properans festinansque, mandata nostra conficere cupiens, perseveravit, &c. ¶ Neutrum tamen discrimen perpetuum est. ¶ De vocis origine V. *Gell. loc. cit.* [¶ Particip. *festinaturus* apud *Plin.* lib. 4. epist. 1. Festinaturi, quantum itineris ratio permiserit.]

FESTĪNUS, a, um, *quick, speedy*, ταχὺς, festinans, properus. Vox fere Poetica. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 9. Festino enim simillimus decurro. *Al. leg.* σοφιστεύω enim simul ut rus decurro. *Virg. Æn.* v. 488. noctes festina diesque. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 347. cursu festinus anhelo. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 325. festinaque tædia vitæ. *h. e.* immatura. Sic *Stat.* 9. *Theb.* v. 716. cruda festinaque virtus. ¶ Cum genitivo. *Id.* l. 5. silv. 3. v. 135. Festinus laudum. *Id.* 6. *Theb.* v. 75. Festinus voti. ¶ *Festinæ cohortes* in fragmento *Sallustii* apud *Serv. ad citat.* 9. *Æn.* videntur esse levis armaturæ milites.

FESTĪVE, adverb. *in a pleasant manner, with a good grace, pleasantly, humorously*, τερπνῶς, lepide, facete, jucunde. *Cic.* l. 2. *ad Q. Fr. ep. ult.* Quamquam a te actam fabellam video esse festive. *Gell.* l. 9. c. 15. *extr.* Atque ibi Julianus festivissime, nolite quærere, inquit, &c. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 26. Quare, *bene* et *præclare* quamvis nobis sæpe dicatur: *belle* et *festive* nimium sæpe nolo. *Id. pro Deiot.* c. 6. *extr.* Quam festive crimen contexitur! *ironia*, quæ in sequentibus quoque inest 2. *de Divin.* c. 15. Quam festive dissolvitur. *scil.* argumentum. et 4. *Acad.* c. 28. *extr.* Dialectica primo progressu festive tradit elementa loquendi. ¶ Item hilariter, comiter, læte. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 9. In loco festivo sumus festive accepti.

FESTIVĬTAS, atis, f. *pleasantness, mirth, merriment, gaiety, festivity*, lætitia, jucunditas, qualis festis diebus haberi solet. *Plaut. Capt.* 4. 1. 1. Jupiter supreme, servas me, offers mihi laudem, lucrum, ludum, jocum, festivitatem, ferias. ¶ Hinc adhibetur in blandis appellationibus. *Id. Cas.* a. 1. v. 46. Mi animule, mea vita, mea festivitas. Adde *ibid.* 3. 3. 14. et *Pœn.* 1. 2. 176. ¶ Speciatim est *pleasantry, humorousness, jocoseness*, ἀστειότης, urbanitas, et lepor sermonis, jucunditas, gratia, lætitiam quandam, et facilitatem animi in verbis præseferens. *Cic. in Brut.* c. 48. Festivitate et facetiis C. Julius omnibus præstitit. *Id.* 2. *de Orat.* c. 56. Oratio lepore et festivitate condita. et lib. 1. c. 57. Dicendi vis egregia, summa festivitate et venustate conjuncta. *Id. Fam.* 9. ep. 15. Imago antiquæ et vernaculæ festivitatis. *Id. in Orat.* c. 52. Georgias his festivitatibus insolentius abutitur. ¶ Refertur etiam ad mores. *Terent. Eun.* 5. 9. 18. An fortunam collaudem, an mei patris festivitatem et felicitatem. *good humour*. ¶ Pro festo die, seu pro apparatu ludicro ac læto, qui festis diebus haberi solet. *a feast, festival*. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 63. Addita et festivitas matris nomine. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 15. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 3. Ne festivitatem impediant in cunctis oppidis celebrandam. *Iidem ibid.* l. 6. tit. 8. leg. 1. Solemnes festivitates frequentare. *Impp. Arcad. et Honor. ibid.* tit. 4. leg. 30. Festivitates natalium Principis.

FESTIVĬTER, *merrily, gaily*, festivo more, læte. *Næv.* apud *Non.* c. 11. n. 10. O domus parata pulcræ familiæ festiviter! ¶ Item jucunde, lepide, urbane. *pleasantly, with a good grace, humorously, jocosely*. *Gell.* l. 1. c. 2. Severe simul ac festiviter sejunxit a vero Stoico, qui esset ἀκώλυτος. et cap. 22. Festiviter respondere.

FESTĪVUS, a, um, *festive, festival, joyous, gladsome, pleasant, merry*, festus, hilaris, jucundus, lætus: item qui sermone, aut aspectu hilares facit. *Plaut. Mil.* 2. 1. 5. Nunc qua assedistis causa in festivo loco, Comœdiæ argumentum eloquar. *Id. Cas.* 4. 1. 2. Neque usquam ludos credo tam festivos fieri, quam, &c. *Id. Pœn.* 1. 2. 95. Facinus lepidum et festivum. et 3. 3. 82. Dare alicui hospitium festivum. *Cic.* 2. *Attic.* ep. 6. Libris me delecto, quorum habeo Antii festivam copiam. *entertaining books*. *Justin.* l. 38. c. 8. *extr.* Festivissimum convivium. *Gell.* l. 13. c. 13. Saturnalibus alea quadam festiva et honesta lusitabamus. ¶ Absolute *Lamprid. in Heliogab.* c. 11. *a med.* Ferunt multi, ab ipso repertum, ut in vindemiarum festivo multa in dominos jocularia dicerentur. *at the vintage-feast*. ¶ Aliquando refertur ad ea, quæ venusta sunt et jucunda visu. *neat, pretty*. *Cic. Parad.* 5. c. 2. Nonne igitur sunt illa festiva? sunt. nam nos quoque oculos eruditos habemus. *Plaut. Epid.* 5. 1. 16. Contempla, Epidice: usque ab unguiculo ad capillum summum est festivissima. *Plin.* l. 2. ep. 17. Area parvula sed festiva. ¶ Sæpissime dicitur de iis, qui urbani ac lepide sunt in sermone, jucundi, hilares, faceti, et lætitiam festivitatemque in verbis præ se ferunt: quod signum est facilitatis, comitatisque: item de dictis et factis hujusmodi, *jovial, jocose, pleasant, humorous*. *Terent. Adelph.* 5. 9. 27. O pater mi festivissime. *Cic.* 6. *Fam.* ep. 4. *circa med.* Pueri, quibus nihil potest esse festivius. *Id.* 6. *Verr.* c. 22. Festivum acroama. *Id.* 1. *Offic.* c. 30. *a med.* Festivus sermo.

FESTRA, æ, f. antiquis idem fuit, quod apud nos fenestra, teste *Festo*: non tamen quælibet, sed ostiolum minusculum in sacrario (intellige primis urbis temporibus) ut ex *Antonio Gniphone* docet *Macrob.* l. 3. *Satur.* c. 12. ubi et *Ennium* hac voce usum ait. *In fragm. Petron.* pag. 676. *Burman.* Deridet festram, Romuleamque casam.

FESTŪCA, æ, f. *a stalk, straw, stem*, κάρφος, herbæ, aut paleæ exile frustrum, stipula. *Colum.* l. 8. c. 15. *ad fin.* Festucæ surculique in aviariis passim spargendi sunt, ut colligere possint aves, quibus nidos construant. *Plin.* l. 10. c. 41. Gallinæ festuca aliqua se et ova lustrant. *Id.* l. 18. c. 27. Cum herba creverit in festucam, arcere aquas. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 31. Homo in pratis per fœnisecia rastello festucas abradit. ¶ *Festuca liber* dicitur, qui e servo in libertatem assertus fuit. Nam Romani, quos in libertatem vindicabant, eorum corporibus stipulam tenuem injiciebant, κάρφος αὐτῶν λεπτὸν ἐπιβάλλουσι τοῖς σώμασιν, ut *Plutarch. in opusc. de his, qui sero a numine puniuntur*, tradit. Alii *festucam* hic intelligunt virgam, per quam leviter pulsabantur ii, quos Prætor vindicta liberos esse jubebat. *Plaut. Mill.* 4. 1. 15. Quid? ea ingenuan', an festuca facta e serva libera est? *Pers.* sat. 5. v. 154. hic hic, quem quærimus, hic est, Non in festuca, lictor quam jactat ineptus. ¶ Est etiam hoc nomine herba, quæ et ægilops dicitur, quæ inter hordeum nata, ipsum enecat. *darnel*. *Plin.* l. 18. c. 17. ¶ De festuca machina, V. *Fistuca*.

FESTUCARĬUS, a, um, ad festucam pertinens. *Gell. in fi.* c. 10. l. 20. Conferens vim illam civilem et festucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret. *h. e.* vim et facultatem vindicandi in jure. V. caput totum *Gellii*.

FESTUCŬLA, æ, f. *a small stalk or straw*, tenuis festuca. *Pallad. in Apr.* tit. 8. Dorsa apum bibentium tangamus, illo liquore tincta festucula.

FESTUS, a, um, *festival, festive, joyful, jovial, merry, pleasant*, ἑορτάσιμος, feriatus, festivus, lætus, jucundus, cessatione ab opere, sacrificiis, aut ludis, aut conviviis, apparatuque lætitiæ, aut his omnibus simul celebratus. *Cic. in fi. Verr.* 6. Cum diem festum ludorum de fastis suis sustulissent celeberrimum et sanctissimum. et cap. 43. *extr.* Dies festos anniversarios agere. *Id. in Pison.* c. 22. Dies festos ac solemnes deorum immortalium celebrare. *Sallust. in Jug.* c. 70. Dies festus celebratusque per omnem Africam. *Ovidius* 5. *Trist.* el. 5. v. 12. Festa lux. *Id.* 6. *Fast.* v. 239. dies. *Cic.* 2. *Q. Fr.* ep. 1. Mense Decembri sub dies festos. *Nep. in Timol.* c. 5. Ejus natalem, festum habuit universa Sicilia. *Justin.* l. 24. c. 3. Diem festum urbi indicere in adventum alicujus. *Sil. in fi.* l. 12. et lib. 11. v. 272. Festa urbs. *gay, merry*. Sic *Horat.* l. 3. od. 18. v. 11. Festus in pratis vacat otioso Cum bove pagus. *Sil.* l. 7. v. 198. et *Valer. Flacc.* l. 3. v. 159. Festæ mensæ. *Arnob. init.* l. 5. Lætitias festas exercere. *Martial.* l. 3. epigr. 58. v. 23. Festi Lares. et lib. 1. epigr. 3. Festi lusus. *Virg.* 4. *Æn.* v. 459. Templum festa fronde revinctum. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 140. Festum tempus. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 111. Festa theatra. *Id.* 5. *Trist.* el. 12. v. 8. Festos choros agere. *Plin.* l. 2. ep. 17. *a med.* Tectum festis clamoribus personat. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 642. Festæ tædæ. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 598. Festa corona. *Claudian. de B. Get.* v. 206. Festæ aures. *h. e.* lætæ, lætis nuntiis imbutæ. *Stat. in fi. silv. ult.* l. 2. Festus dolor. *h. e.* publicus et solemnis. *Ovid. Metam.* 2. v. 795. et *Plin. initio* lib. 14. Festa pax. *Claudian. de III. Consul. Honor.* v. 3. Festior annus. *Vopisc. in Tacit.* c. 11. Festissimi dies. ¶ *Festus dies* est aliquando blanda amantis compellatio. *Plaut. Cas.* a. 1. v. 49. Mi animule, mea vita, meus festus dies. ¶ Et lætantis. *Terent. Eun.* 3. 5. 12. O festus dies hominis! amice, salve. ¶ *Festum* absolute est dies festus. *a festival, feast. Ovid.* 4. *Fast.* v. 877. Cur igitur Veneris festum Vinalia dicant, Quæritis? et lib. 1. v. 190. Pars mihi de festo ne labet ulla tuo. et lib. 4. v. 182. Idææ festa Parentis erunt. *Id.* 3. *Amor.* el. 13. v. 3. Casta sacerdotes Junoni festa parabant. *Id.* 4. *Metam.* v. 390. profanare festum. et v. 33. turbare festa. *Id.* 5. *Metam.* v. 328. vovere festa annua numinibus. *Id.* 6. *Fast.* v. 179. colere. *to keep, observe, celebrate.* ¶ In illo *ejusd.* 2. *Fast.* v. 247. Forte Jovi festum Phœbus solemne parabat: *festum* convivium significare videtur. ¶ Translate *Stat.* l. 2. *silv. ult.* v. 9. O nunquam data festa longa summis! *h. e.* res lætæ et prosperæ.

FESTUS. Sex. Pompeius Festus, homo Grammaticus, incertum cujus ætatis, certe quidem post *Martialem*, quem citat in voce *Vespa* (quamquam nonnullis locus ille suspectus est) immo sub Christianis Imperatoribus, ut *Voss.* censet; in compendium redegit libros *Verrii Flacc.* (qui sub Augusto floruit, nepotumque ejus præceptor fuit, ut est apud *Sueton. de Grammat.* c. 17.) *de verborum significatione*, in quibus plurima sunt, imo fere omnia utilissima linguæ Latinæ illustrandæ: sed integer ad nos non pervenit, mutilatus contractusque a Paulo Diacono, qui tempore Caroli M. alterum ex eo compendium conficere adortus, suis admixtis verbis pæne corrupit. V. *Andreæ Dacerii* præfationem in *Festum* a se editum, et illustratum.

FESULĀNUS, a, um, ad Fesulas pertinens, quod est oppidum Etruriæ, nunc *Fiesole*. *Cic.* 2. *Catil.* c. 6. Fesulanus ager. *Plin.* l. 7. c. 13. Fesulana plebs. Adde lib. 3. c. 5. ¶ Scribitur et *Fæsulæ*, probante *Dausquio. Inscript.* apud *Gud.* pag. 116. n. 1. T. Averrius Q. F. Scapt. Flaccus Eq. Rom. Fæsulanus.

FETIĀLIS, *et* Fecialis, is, m. *a herald*. Fetiales erant sacerdotes, vel legati populi Rom. quos penes rerum publice repetendarum, imperandæ decessionis ex finibus, belli indicendi suscipiendique, et jungendorum fœderum potestas erat, et administratio. Hi causas armorum inferendorum examinabant, consulebaturque eorum collegium a regibus, aut consulibus, juste ne posset bellum indici, quia bellum aliquod inire, quod pium non videretur, magna religio erat. Id indicturi, hastam ferratam in fines hostium jaciebant: pace comparata, fœdus feriebant. Quæ omnia colliguntur ex *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 15. et *Liv.* l. 1. c. 32. l. 4. c. 30. l. 7. c. 6. et 9. et l. 9. c. 5. et l. 10. c. 12. et l. 30. c. 43. et l. 31. c. 8. et l. 36. c. 3. ¶ Adjective *Cic.* 1. *Offic.* c. 1. Ac belli quidem æquitas sanctissime fetiali populi R. jure præscripta est. *by the laws of arms or heraldry. Liv.* l. 9. c. 11. *ad fin.* Legatus fetialis. ¶ Ad scriptionem quod attinet, per *t* scribunt *Manut.* et *Cellar.* ex consuetudine Græcorum, apud quos est φιτιάλεις, et φετιάλεις, et ex lapide, quem ipse *Manut.* affert: cui adde alium apud *Gruter.* pag. 457. n. 2. *Dausquio* placet per *c* ex etymologia, quam tradit *Fest.* nempe a *faciendo*: cui suffragatur lapis alius apud *Gruter.* pag. 1107. n. 4. ubi *fecialis* habetur. Adde pag. 360. n. 3.

FETĬFER, a, um, *prolific, fruitful*, fetificus, fecundus. *Plin.* l. 7. c. 3. Supra tergeminos nasci, inter ostenta dicitur, præterquam in Ægypto, ubi fetifer potu Nilus amnis.

FETIFĬCO, as, a. 1. *to be fruitful, breed, have young*, fetum edo, pario, εὐγονέω. *Plin.* l. 10. c. 58. Columbarum pulli quinquemestres fetificant. et cap. 8. Accipitres humi fetificant.

FETIFĬCUS, a, um, *fruitful, prolific*, εὔγονος, fecundus, fetifer. *Plin.* l. 9. c. 51. fetificus humor.

FETO, as, a. 1. *to bring forth young*, fetum edo, τίκτω. De avibus ova edentibus *Colum. sub fin.* c. 15. l. 8. Anates circa paludes plerumque fetant. et cap. 12. Gallinæ silvestres in servitute non fetant. Adde caput 8. ¶ Item fecundo, *to make fruitful. Augustin. de cons. Evangelist.* l. 1. c. 25. In fetandis feminis. *Id.* l. 5. *de Civ. Dei*, c. 7. Admittendis maribus, quibus equarum fetentur armenta.

FETUŌSUS, a, um, *fruitful, prolific*, ut a *fructus, fructuosus*, a *luctus, luctuosus*, &c. *Hieron.* l. 1. *advers. Jovinian.* c. 11. Liam deformem, atque fetuosam. Al. leg. *fetosam*.

FETŪRA, æ, f. *the being with young or bearing of young, pregnancy*, tempus, quo animal conceptum fetum gerit, usque ad partum, ut *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *a med.* definit. ¶ Item generatio, proles, fetus, *the bringing forth of young; the young or offspring of animals. Id. ibid.* c. 10. Quod ad feturam humanam pertinet pastorum, facile est, quod habeant conservam in villa, &c. *Virg. Ecl.* 7. v. 36. Si fetura gregem suppleverit. *Id.* 3. *Georg.* v. 62. bos feturæ habilis. *fit for breeding. Ovid.* 13. *Metam.* v. 827. Sunt, fetura minor, tepidis in ovilibus agni. *Plin.* l. 10. c. 53. Optima gallinarum fetura ante vernum æquinoctium. *Id.* l. 17. c. 22. *ante med.* Vitis in macro, etiamsi vires habebit, recisa intra jugum moretur, omnis fetura sub eo exeat. ¶ Translate *Id. in præfat.* Libros naturalis historiæ, novitium camenis Quiritium tuorum opus, natum apud me proxima fetura, &c.

FETURĀTUS, a, um. *Tertull. advers. Valentin.* c. 25. Semen feturatum in corpore. *h. e.* efformatum in fetum.

FETUS, et Fœtus, us, m. *the young or offspring of any creature*, γονὴ, id quod genitum est partumque. Volunt esse ab obsoleto *feo*, unde et *fecundus*, et *fenus*: scribuntque sine diphthongo: quod *Manut.* et *Cellar.* placet ex auctoritate *Varron.* apud *Gell.* l. 16. c. 12. et ex libris veteribus. Contra *Dausq.* cum *Scalig. Pier.* et aliis *fœtus* et ipsi ex antiquis MSS. &c. ut in *Fenus*, et *Fecundus* dictum est: ducuntque ἀπὸ τοῦ φοιτᾶν. Dicitur non solum de partu animalium, sed et de quovis plantarum ac terræ fructu. *Cic. de nat. Deor.* l. 2. c. 51. Quæ multiplices fetus procreant, ut sues, canes, his mammarum data est multitudo. *et mox.* Ova aqua sustinentur, et fetum fundunt. *Plin.* l. 8. c. 55. Fetus ventri exsecti, vel uberibus ablati. *Virg.* 1. *Georg.* v. 55. Arborei fetus alibi, atque injussa virescunt Gramina. *the fruit or produce of trees.* et lib. 2. v. 390. largo pubescit vinea fetu. et vers. 429. fetu nemus omne gravescit. et *Ovid.* 1. *Fast.* v. 693. Triticei fetus. *Virg. Georg.* 2. v. 69. fetus nucis. *h. e.* surculus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 30. Ager novatus et iteratus, quo meliores fetus possit et grandiores edere. ¶ Item ipse pariendi et gignendi actus, fetura. *a breeding, or bringing forth. Cic.* 1. *de Legib.* c. 8. Quæ frugibus atque baccis, terræ fetu profunduntur. *Id. de Fin.* c. 19. Labor bestiarum in fetu, et in educatione. *Plin.* l. 10. c. 12. Cornix inauspicatissima fetus tempore. *Id.* l. 12. c. 18. Annuo fetu. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* Secundi fetus pecudes signari oportet. *Plaut. Amph.* 1. 2. 25. Uno fetu. *at one birth.* ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 49. Nec ulla ætate uberior Oratorum fetus fuit. *more fruitful or abundant. Id.* 5. *Tuscul.* c. 24. Ex quo triplex ille animi fetus exsistet, unus in cognitione rerum positus, &c. ¶ *Fetis* pro *fetibus* dixit *Accius* apud *Non.* c. 8. n. 44. Cithæron frondet viridantibus fetis.

FETUS, *et* Fœtus, a, um, *big with young, pregnant*, ἔγκυος, fetum habens, fecundus, gravidus, plenus. *Virg. Ecl.* 1. v. 50. Non insueta graves tentabunt pabula fetas. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 62. Terra feta frugibus, et vario leguminum genere. *productive, fruitful. Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 7. v. 13. regio nec pomo feta, nec uvis. ¶ Item plenus. *full. Virg.* 1. *Æn.* v. 55. loca feta furentibus austris. et l. 2. v. 237. scandit fatalis machina muros Feta armis. *Sil.* l. 17. v. 448. colla serpentis feta veneno. ¶ Translate *Id. ibid.* v. 380. feta viri bello præcordia. et lib. 13. v. 592. feta furore Megæra. et lib. 11. v. 203. præcordia feta ira. ¶ Cum genitivo. *Claudian. de B. Get.* v. 25. fetasque novales Martis. ¶ Est etiam partu levatus. *newly delivered. Virg.* 8. *Æn.* v. 630. et *Ovid.* 2. *Fast.* v. 412. Venit ad expositos (mirum) lupa feta gemellos. *Id.* 13. *Metam.* v. 803. feta truculentior ursa. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 211. Veniebant ad fetam amicæ gratulatum. Adde *Colum.* l. 7. c. 3. *sub fin.* ¶ De ratione scribendi V. *Fecundus*, et vocem præced.

FEX. V. *Fæx.*

F I

FI, fi, *foh! foh!* vox est, qua fœtida abiguntur. *Plaut. Casin.* 3. 6. 7. Fi, fi, fœtet tuus mihi sermo. Al. aliter leg. ¶ *Fi*, imperativ. V. *Fio.*

FIBER, bri, m. *a castor, beaver*, κάστωρ, animal quadrupes, amphibium, de quo satis in *Castor* dictum est. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 13. *Plin.* l. 8. c. 30. et lib. 32. c. 3. *Sil.* l. 15. v. 490. et *Fest.* ¶ *Varr. loc. cit.* et *Fest.* inde docent hanc vocem derivari, quod ab extrema ora fluminis id animal soleat videri: *fibrum* autem antiquos extremum dixisse.

FIBLA, pro *fibula* legitur apud *Apic.* l. 8. c. 7. et in quadam non optimæ notæ inscript. apud *Gruter.* pag. 474. n. 4. ubi quidam libertus Severi Alexandri R. Imp. dicitur *præpositus a fiblis.*

FIBLATORĬUS. V. *Fibulatorius.*

FIBRA, æ, f. *the point or extremity of any thing*, ἲς, ἰνὸς, extremitas cujuscumque rei: ab obsoleto *fiber*, extremus, testibus *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 13. et *Festo.* Præsertim vero significat extremitatem quorundam extorum, ut pulmonis, jecoris, &c. *Cels.* l. 4. c. 1. Pulmo in duas fibras, ungulæ bubulæ modo dividitur. *et mox.* Jecur in quatuor fibras dividitur. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 10. Quid fissum in extis, quid fibra valeat, accipio. *Plin.* l. 8. c. 28. Pericula præmonent, non fibris modo extisque, sed alia quadam significatione. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 76. *Hard.* Ranarum rubetarum altera fibra (*scil.* jecoris) a formicis non attingitur. ¶ Significat etiam ipsa integra exta, seu viscera. *the entrails. Valer. Flacc.* l. 7. v. 355. Promethea fibra. *h. e.* jecur, quod a vulture carpitur. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 935. Tura focis, vinumque dedit, fibrasque bidentis. *Senec. in Thyest.* v. 1064. gracili trajectas veru Mugire fibras vidi. ¶ *Loqui*, et *significare* dicuntur fibræ in haruspicina, quod deorum mentem, et futura demonstrant. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 100. sibi commissos fibra locuta deos. *Sil.* l. 1. v. 138. fibræque repente Conticuere: latent casus, longique labores. *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 25. viden', ut felicibus extis Significet placidos nuntia fibra deos? et lib. 1. el. 9. v. 3. conscia fibra deorum. ¶ Translate *Pers.* sat. 1. v. 47. neque enim mihi cornea fibra est. *h. e.* non sum ita hebes, et duris præcordiis, ut laudis gustum non habeam. V. *Jecur.* Sic sat. 3. v. 32. Sed stupet hic vitio, et fibris increvit opimum Pingue. *Plin. init.* l. 33. Persequimur omnes terræ fibras. *the bowels of the earth*: de metallis enim loquitur. ¶ Sæpe dicitur de extremis venis, radicibusque in capillamenta quædam desinentibus, foliorumque oblongis, et laciniosis cacuminibus, &c. *small sprouts, or strings, like hairs, hanging at the roots of herbs; suckers at the roots of plants; filaments, fibres. Cic. de Senect.* c. 15. Viriditas herbescens, nixa fibris stirpium, sensim adolescit. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 6. Non solum ramos amputare, sed omnes radicum fibras evellere. *Plin.* l. 19. c. 2. Tubera undique terra circumdata, nullis nixa fibris, aut saltem capillamentis. et lib. 11. c. 37. *extr.* Venæ in prætenues postremo fibras subter totam cutem dispersæ, adeo in angustam subtilitatem tenuantur, ut, &c. *capillary veins. Colum.* l. 10. v. 112. jam teneris frondens lactucula fibris. *Id* l. 11. c. 2. Cum enata frumenta quatuor fibrarum esse cœperunt. et cap. 3. *ante med.* Cum ternas fibras emiserunt spicæ allii, sarriantur. *Pompon. Mela*, l. 3. c. 2. Peloponnesos, ob sinus et promontoria, queis, ut fibris, litora ejus incisa sunt, platani folio simillima. *Cic. in fragm.* apud *Serv. ad* 1. *Georg.* v. 120. Fibræ cincinnorum madentes. *Plin.* l. 32. c. 6. Ostrea spondylo brevi, atque non carnoso, nec fibris lacinioso. ¶ *Servius ad Virg.* 1. *Georg.* v. 120. et 484. venas quoque, et nervos per jecur decurrentes, *fibras* appellari tradit. *Plin.* quoque l. 2. c. 42. et lib. 11. c. 37. sect. 76. *Hard.* et lib. 29. c. 4. et *Lucil.* apud *Gell.* l. 20. c. 8. ubi tradunt, in murium jecinoribus fibras numero dierum lunæ congruere crescendo, et decrescendo, venulas in iis et nervos intercurrentes intelligere videntur. Neque enim de duabus illis extremitatibus, quas supra ex *Celso* diximus intelligi potest, ut earum numerus augeatur. *Gell.* quoque consimili significatione *fibras* usurpat, cum ait lib. 16. c. 3. Esuritionem faciunt inanes patentesque intestinorum fibræ, et cava intus ventris ac stomachi vacua et hiantia. [¶ Prima syllaba apud Poetas semper longa est, sed brevis apud *Manil.* lib. 1. v. 92. Consultare fibras, et rumpere vocibus angues.]

FIBRĀTUS, a, um, *fibrous*, fibras habens. *Plin.* l. 27. c. 12. Fibrata radix. *Hard.* legit *fimbriata* ex MSS. *Auct. Priap.* carm. 51. Acresque cæpas, alliumque fibratum. Ita legit *Scalig.*

FIBRĪNUS, a, um, *of the beaver*, ad fibrum pertinens. *Plin.* l. 32. c. 9. et 10. Fibrinæ pelles.

FIBRUM antiqui dicebant extremum: unde in sagis extrema, fimbriæ, et in jecore extremum, fibra. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 13.

FIBŬLA, læ, f. *a clasp, buckle*, πόρπη, ἐνετὴ, instrumentum, quo vestes subnectuntur, vel sagi, chlamidis, pallii, aut baltei pars alteri adnectitur. [vocis etymon fortasse derivatur a verbo *figo*, ut sit quasi *figibula*.] *Virg.* 4. *Æn.* v. 139. Aurea purpuream subnectit fibula vestem. *Id.* 5. *Æn.* v. 312. pharetra, lato quam circumplectitur auro Balteus, et tereti subnectit fibula gemma. et lib. 12. v. 274. laterum juncturas fibula mordet. et *in fin.* l. 7. v. 815. fibula crinem auro internectit. *Ovid. Metam.* 2. v. 412. Fibula vestem coercet. *Sidon.* carm. 2. v. 397. Fibula mordaci refugas a pectore vestes Dente capit ¶ Tales fibulæ ex auro, argento interdum fiebant, et gemmis item ornabantur. Recensentur a *Liv.* inter dona militaria l. 39. c. 31. et lib. 27. c. 19. et inter insignia equitum et nobiliorum a *Martial.* l. 5. epigr. 42. Adde *Plin* l. 33. c. 3. ¶ Alias est insigne pauperiorum, et infima

sortis hominum, ut in illo *Nemesiani ecl. ult. sub fin.* O utinam nobis non rustica vestis inesset! Vidissem propius mea numina: sed mihi sordes, Pullaque paupertas, et adunco fibula morsu Obfuerunt. ¶ Fuit usus fibulæ comœdis, et præconibus, conservandæ vocis causa, aliisque causa valetudinis, ad coercendam Venerem, præputio colligato: qua de re *Cels.* l. 7. c. 25. sect. 3. Adde *Juvenal.* sat. 6. v. 73. et 378. et *Martial.* l. 14. epigr. 215. [Erat autem hæc fibula annulus tenuissimus vel aureus, vel argenteus, vel æneus, qui præputio, sicut docuit *Celsus*, perforato inserebatur. Nec solum annulus, sed etiam subligaculum quoddam erat, quo histriones utebantur tum ad inguina tegenda, tum ut a coitu cohiberentur, ne vox eorum raucesceret. Hinc *Martial.* lib. 7. ep. 81. Menophili penem tam grandis fibula vestit, ut sit comœdis omnibus una satis. Hunc ego credideram (nam sæpe lavamur in uno) Sollicitum voci parcere, Flacce, suæ. Dum ludit media, populo spectante, palæstra, Delapsa est misero fibula, verpus erat. *h. e.* Judæus recutitus.] Hinc *Tertull. de cor. Mil.* c. 11. Voluntariis delictis laxare fibulam. ¶ Item constringendis vulneribus. *an instrument used by surgeons for drawing the lips of a wound together. Cels.* l. 5. c. 26. sect. 23. Si vulnus hiat, neque in unum oræ facile attrahuntur, sutura quidem aliena est: imponendæ vero fibulæ sunt (ἀγκτῆρας Græci nominarunt) quæ oras contrahant. *Id.* l. 7. c. 4. Excidendus callus est, superque fibulæ dandæ. *et mox.* Fibula oris cutis injicienda est. ¶ Hujusmodi chirurgorum fibulæ fiunt sæpe acia et acu: inter quas, et suturam hoc interest, quod sutura filo perpetuo constat, quo os vulneris totum consuitur, donec omnis hiatus committatur: in fibula quotiescumque filum per utrumque labrum vulneris, (sed per intervalla) trajectum est, nodo constringitur, et præciditur. *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 23. Comprehendi vero sutura vel fibula non cutem tantum, sed etiam aliquid ex carne oportebit. Utraque optima est ex acia molli, non nimis torta, *&c. et mox.* Fibulæ latius vulnus esse patiuntur, sutura oras jungit. *Id.* l. 7. c. 19. *ad fin.* Ubi fibulæ sunt, hæ incidendæ: ubi linamentum, id mutandum est. V. *Joann. Rhod. de Acia*, c. 10. *et seq.* ¶ *Fibula* quoque dicitur vinculum ferreum, vel ligneum colligandis inter se trabibus, aliave materie. *a brace for joining or fastening beams, &c. together*, περόνη. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. Trabes binis utrinque fibulis ab extrema parte distinebantur. *Vitruv.* l. 1. c. 5. In crassitudine perpetuæ taleæ oleagineæ ustulatæ quam creberrime instruantur, uti utræque muri frontes inter se, quemadmodum fibulis, his taleis colligatæ æternam habeant firmitatem. Quas memorat *Cato R. R.* c. 31. fibulas iligneas, ulmeas, ficulneas, videntur esse lignei circuli compingendis corbulis apti.

FIBULATĬO, onis, f. *a bracing or fastening together*, conjunctio et colligatio per fibulam. *Vitruv.* l. 10. c. 3. Eadem ratione in summo fibulationibus, in imo sucularum versationibus expediundum.

FIBULATORĬUS, a, um. *D. Claud. Imp. in quadam epist.* apud *Trebell. Pollion. in XXX. Tyrann.* c. 10. Duo saga ad me velim mittas, sed fibulatoria, cum ipse miserim de nostris. (Al. leg. *fiblatoria.*) h. e. fibulis instructa.

FIBULĀTUS, a, um, *furnished with clasps*, fibulis instructus. *Valerian. Imp. in quadam epist.* apud *Vopisc. in Probo*, c. 4. Huic dari jubebis pallia Gallica duo fibulata.

FIBŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to clasp or join together*, πορπάω, fibula necto. Translate *Colum.* l. 1. c. 6. *ante med.* Omnes parietum et soli juncturæ testaceis pulvinis fibulantur. *h. e.* connectuntur, committuntur.

FICARĬA, æ, f. *a place where fig-trees grow*, ficetum. *Pallad. in Mart.* tit. 10. *de ficu.* Aliqui inter ficarias caprifici arborem serunt, ut non sit necesse per singulas arbores pro remedio eadem poma suspendi.

FICARĬUS, a, um, *belonging to figs*, ad ficum pertinens. *Cato R. R.* c. 48. Eo sarmenta, aut crates ficarias imponito, quæ frigus defendant. *h. e.* quibus fici in Sole expansi conteguntur ea ratione, quam *Colum.* l. 12. c. 15. tradit. *Plin.* l. 11. c. 35. Ficarios culices caprificus generat. [†V. *Caprificus.*] *Festus* in *Orca*: Ficaria vasa.

FICEDŬLA, æ, f. *the beccafico or fig-pecker*, συκαλίς, avis quædam ita dicta, quod ficu pinguescit, ut *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 11. docet. *Martial.* l. 13. *distich.* 49. *cujus lemma* Ficedula: Cum me ficus alat, cum pascar dulcibus uvis, Cur potius nomen non dedit uva mihi? *Plin.* l. 10. c. 29. *sub fin.* Alia ratio ficedulis. nam formam simul coloremque mutant: hoc nomen autumno: non habent postea: melancoryphi vocantur. *Gell.* l. 15. c. 8. Præfecti popinæ atque luxuriæ negant, ullam avem, præter ficedulam, totam comesse oportere. *Petron. in Satyr.* c. 33. Pinguissimam ficedulam inveni piperato vitello circumdatam. ¶ Secunda syllaba in versu est communis. *Martial.* l. 13. epigr. 5. Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo Cum tibi forte datur, si sapis, adde piper. *Juvenal.* sat. 14. v. 9. Boletum condire, et eodem jure natantes Mergere ficedulas didicit, nebulone parente.

FICEDULENSIS, e, adject. a ficedula. Hinc Milites ficedulenses *Plaut.* appellat *Capt.* 1. 2. 60. jocose, et ambigue. *h. e.* gulosos, et ficedularum hostes. Quidam volunt, alludi ad *Ficedulam*, qui vicus Romæ fuerit, de quo tamen non constat.

FICĒTUM, ti, n. *a place where fig-trees grow*, συκών, locus, ubi ficus consitæ sunt. *Valer.* l. 1. *R. R.* c. 41. In locis frigidis ficeta fieri non possunt. Adde *Plin.* l. 15. c. 19. ¶ Translate ponitur pro obscenis partibus ficosis, idest multis ulceribus, quæ ficos vocant, obsitis. *Martial.* l. 12. epigr. 33. Nil, nisi ficetum, nunc Labienus habet.

FICĬTAS, atis, f. (ut *olivitas*) est ficorum fructuum abundantia. *Næv.* apud *Non.* c. 2. n. 317.

FICĬTOR, oris, m. συκολόγος, ficorum amator, seu ficorum collector. *Næv.* apud *Non.* c. 2. n. 317. Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

FICOLĔA, palus ficulneus. *Festus.*

FICŌSUS, a, um, *full of, or distressed with the piles*, ficis, *h. e.* ulceribus et tuberculis plenus. *Martial.* l. 7. epigr. 70. et ficosissimus *Auct. carm. Priap.* 41. et 50.

FICTE, adverb. *feignedly, falsely, fictitiously*, simulate, πεπλασμένως. *Cic.* l. 3. *Fam.* ep. 12. *extr.* Ne cui suspicionem ficte reconciliatæ gratiæ darem. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 4. Ficte et simulate, quæstus causa, in aures alicujus insusurrare. *Id. pro Dom.* c. 29. Non ficte et fallaciter, sed vere et sapienter popularem esse.

FICTILIARĬUS, ii, m. qui fictilia facit, figulus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 643. n. 1. Casato Caratio fictiliario Felici P. C.

FICTĬLIS, e, *made of earth or clay, earthen, fictile*, qui a figulo factus est, πλαστός. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 26. In ceris, aut fictilibus figuris fingere aliquid. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 10. Summanus fictilis. *Id. Attic.* l. 6. ep. 1. *circa med.* Fictilia vasa. *kitchen utensils.* Et absolute eod. sensu *Juvenal.* sat. 3. v. 168. Fictilibus cœnare pudet. et sat. 10. v. 25. nulla aconita bibuntur Fictilibus. *Plin.* l. 29. c. 2. In fictili crudo componere quidpiam. *a pan.* et lib. 12. c. 25. Balsamum novo fictili conditur. *a pot.* Jocula-riter *Plaut. Pœn.* 4. 2. 14. amphoras, cadosve vini plenos, quibus vini ætas, adscripto consule, inscripta est, litteratas fictiles epistolas appellat. ¶ Fictilium laudes habes apud *Plin.* l. 35. c. 12.

FICTĬO, onis, f. *formation*, ποίησις, actus fingendi et efformandi. *Quintil.* l. 6. c. 3. et lib. 8. c. 6. Fictio nominum, adjectis, detractis, mutatis litteris. *Gell.* l. 18. c. 11. Furium veterem poetam dedecorasse linguam Latinam hujuscemodi fictionibus vocum. *Lactant. de opific. Dei*, c. 12. Fictio (*animalis in utero*) a capite sumit exordium. *Id.* l. 4. c. 4. et lib. 2. c. 9. Fictio hominis. *h. e.* creatio. ¶ Item simulatio, *a feigning, counterfeiting. Quintil.* l. 9. c. 2. In ironia voluntatis fictio est. *a disguising, dissembling. Id. ibid.* c. 3. *ad fin.* et l. 11. c. 1. Fictio personæ. *h. e.* prosopopœia. *Lactant.* l. 1. c. 21. *ad fin.* Poetarum fictionibus credere. *the fictions, fables.* ¶ Item *imagination, supposition. Quintil.* l. 5. c. 10. *a med.* Utitur fictione: si miles, si infans sit, si reipubl. causa absit. ¶ *Fictio legis* dicitur cum per legem aliquam cuipiam conceditur, ut alia conditione censeatur, atque in præsenti est: v. gr. lex Cornelia sanxit, ut qui apud hostes morerentur, eorum testamenta perinde valerent, ac si in civitate decessissent. Itaque lex quodammodo fingit, eos in civitate testamentum condidisse, quamvis inter hostes fecerint. *Paul. Dig.* lib. 35. tit. 2. leg. 1. et 18. et lib. 41. tit. 3. leg. 15.

FICTITĬUS, *aut* Ficticius, a, um, *feigned, counterfeited, fictitious*, πλασματώδης, fictus, simulatus. *Plin. l. et cap. ult.* Fictitiis gemmis pusulæ in profundo apparent. *Id.* l. 14. c. 16. Fictitium vinum. *h. e.* quod ex alio, quam ex uva factum est. *Id.* l. 15. c. 7. Fictitium oleum. *Ulpian. regular. tit. pænult. extrem.* Fictitiæ actiones.

FICTOR, oris, m. *one who makes images of wax, clay, or melted metal; a founder, statuary*, πλάστης, qui fingit et format, figulus, statuarius. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 29. Deos ea facie novimus, qua pictores fictoresque voluerunt. *Id. in fragm.* apud *Lactant.* l. 2. c. 8. Faber non ipse facit materiam, sed ea utitur, quæ sit parata: fictorque item cera. ¶ Fictores etiam dicti, qui liba in sacris faciebant, teste *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 3. *circa med.* ex *Enn.* Ad hos, et ad superiores etiam pertinere potest illud in *vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1081. n. 1. In agro Aurelii Primiani fictoris Pontificum. Adde aliam apud *eund.* pag. 270. n. 6. Alii fictores Pontificum intelligunt, qui Pontificibus inserviunt deorum signis ornandis, aut faciendis. In alia *ibid.* pag. 311. n. 1. habetur Fictor V. V. *h. e.* Virginum Vestalium: sed est qui legit *lictor.* [Ex eo tamen quod docet *Servius ad Æneid.* l. 1. v. 116. et l. 4. v. 512. in sacris scilicet cum de animalibus, quæ difficile inveniuntur, sacrificandum esset, liba de pane, vel cera facta esse, et pro veris accepta et usurpata; probabilius multo est *Fictores Pontificum* eos esse dictos, qui hæc Pontificibus fingerent pararentque; quorum etiam officina quædam esset, in qua hujusmodi artem nonnulli addiscerent. Optima *Inscriptio*, quam ex *Fontanino* affert *Morcellus de stil. Inscript. Latin.* pag. 88. Statilio Dionysio discipulo fictorum Pontificum.] ¶ Translate *Plaut. Trin.* 2. 2. 84. Sapiens pol ipse fingit fortunam sibi. Eo ne multa (*h. e.* non multa) quæ nevolt, eveniunt, nisi fictor malus est. Multa est opera opus ficturæ, qui se fictorem probum vitæ esse agendæ expetit. *Id. Epid.* 3. 4. 85. Legum atque jurium fictor, conditor cluet. *Virg.* 9. *Æn.* v. 602. fandi fictor Ulysses. *a feigner, counterfeiter.* Ubi *Servius*: aut fallax, aut λογοδαίδαλος, id est qui dolum celat sermonis ornatu.

FICTRIX, icis, f. quæ fingit et format. *Cic. de nat. Deor.* l. 3. c. 39. Ejus universæ materiæ fictrix, et moderatrix Divina est Providentia.

FICTŪRA, æ, f. fictio, compositio. *Plaut. Trin.* 2. 2. 86. Multa est opera opus ficturæ, qui se fictorem probum vitæ esse agendæ expetit. *Gell.* l. 10. c. 5. *Avarus* ab uno solum verbo inclinatum, quod est *aveo*, eademque fictura, qua est *amarus.*

FICTUS, a, um, *made, formed, fashioned*, πλαστός, effictus, formatus: a *fingo. Cic. in Pison.* c. 25. Ex argilla et luto fictus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 25. Sunt quidam ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ut non nati sed ab aliquo deo ficti esse videantur. *Id. Fam.* 5. ep. 12. Picta, aut ficta imago. *drawn or modelled. Horat.* l. 1. ep. 1. v. 264. Fictus vultus in pejus. *badly drawn. Id. in ar. Poet.* v. 52. nova, fictaque verba. *coined.* Al. leg. *facta.* ¶ Item simulatus, præter verum excogitatus, *false, feigned, counterfeited, fictitious. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 28. Commentitii et ficti dii. *Id.* 3. *Offic.* c. 9. Ficta et commentitia fabula. *Id. pro Cæcin.* c. 5. Fictum officium et simulata sedulitas. *Phædr. in epil.* l. 2. v. 13. Fictæ arte fabulæ. *Martial.* l. 6. epigr. 57. Capilli ficti. *Horat. de ar. Poet.* v. 338. Ficta voluptatis causa sint proxima veris. *Virg.* 2. *Georg.* v. 45. Fictum carmen. *full of fiction, fabulous. Ovid.* 6. *Metam.* v. 565. Fictos gemitus dare. *Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 46. Cunctatione ficta ludificari aliquem. *by feigning delay.* ¶ *Fictum* absolute est res ficta. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 767. jam consumpserat omnem materiam ficti. *Virg. Æn.* 4. v. 188. ficti pravique tenax. ¶ Et adverbii vice est *ficte. Stat.* 6. *Theb.* v. 876. fictumque in colla minatus, Crura subit. ¶ Est etiam *fictus*, qui fingit, *a feigner, pretender. Horat.* l. 1. sat. 3. v. 61. pro bene sano, Ac non incauto, fictum astutumque vocamus. ¶ Item compositus, ornatus. *Plaut. Stich.* 5. 5. 4. Mulier bene cum lauta est, tersa, ornata, ficta est, infecta est tamen. *Id. Trucul.* 2. 2. 34. Ficti, compositi, crispi cincinni. ¶ Est etiam particip. a *figo*, pro fixus, *fixed. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 7. Intus ex omnibus partibus sub ordines singulos tabulæ fictæ, ut sint bipalmes, quo columbæ utantur vestibulo. *Lucret.* l. 3. v. 4. inque tuis nunc Ficta pedum pono pressis vestigia signis. Al. leg. *fixa.* V. *Confictus.*

FICULNENSIS via olim dicta est, quæ postea Nomentana. *Liv.* l. 3. c. 52. ubi al. leg. *Ficulensis*, al. *Figulensis.*

FICULNĔUS, *et* Ficulnus, a, um, *of a fig-tree*, σύκινος, ad ficum arborem pertinens. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *extr.* Cinis e ficulneis lignis. *Colum.* l. 6. c. 3. *sub fin.* Ficulnea folia. *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 1. Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.

FICŬLUS, i, m. *a small fig*, parvus ficus. *Plaut. Stich.* 5. 4. 8. Nucibus, fabulis, ficulis.

FICUS, i, *et* us, f. *a fig-tree*, συκῆ, arbor, quæ ficos fructus profert. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 69. Uxorem suam suspendisse se de ficu. *Plin.* l. 16. c. 31. Radices copiosæ fico, robori, platano. *et ibid.* Fici, quarum radices longissimæ. et cap. 27. Ficus biferæ. et lib. 7. c. 2. In India sub una ficu turmæ conduntur equitum. V. lib. 12. c. 5. ubi mira de Inda ficu tradit. ¶ Item ejus arboris fructus, *a fig*, σῦκον. In secunda declin. perraro est masculini generis: in quarta feminini tantum. *Cic. pro Flacc.* c. 17. Fiscinam ficorum alicui objicere. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 41. Fici semen naturale intus in ea fico, quam edimus. *et ibid.* Per ficos, quas edimus. *Cels.* l. 4. c. 7. Ficus arida incocta. *Martial.* l. 1. epigr. 66. Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci. *Macrob.* l. 2. *Saturn. c. ult.* Grossi appellantur fici, qui non maturescunt. *Hirt. de B. Afric.* c. 67. Magno invento hordei, olei, vini, fici numero, atque recreato exercitu, rediit in castra. ¶ Ficorum varia genera *Cloatius* enumerat apud *Macrob. loc. cit.* Ipse autem *Macrob. ibid.* addit, ficum, tanquam non pomum, secerni a pomis apud idoneos Scriptores. *Cic. in fragm. ibid.* Oleum, ficos, poma non habet. *Afran. ibid.* Pomum, olus, ficum, uvam. *Ovid.* tamen. 2. *Fast.* v. 253. Stabat adhuc duris ficus densissima pomis. et *Plin.* l. 16. c. 26. *sub fin.* Excepta fico, cui folium maximum, et supra id pomum. Adde lib. 12. c. 5. ¶ Præterea *ficus, i*, m. genus est ulceris, quod nascitur in capite tum in capillo, tum in barba, inque aliis etiam locis, quæ pilis integuntur, *emeroids, piles*, ita dictum, quia desuper fundit se ad similitudinem fici fructus. *Cels.* l. 6. c. 3. σύκωσιν Græce appellat. *Martial. loc. cit.* Dicemus ficos, Cæciliane, tuos. [*h. e.* filios, vel famulos tuos ficosos, nam *ficum* pro *ficoso* dixit. *Id.* l. 4. epigr. 52. Gestari junctis nisi desinis, Hedyle, capris, Qui modo ficus eras, mox caprificus eris.] ¶ Denique nomen est marini fruticis, sine foliis, rubro cortice. *Plin.* l. 13. *c. ult.* ¶ Grammaticorum lites de genere, et declinatione hujus nominis, præsertim qua morbum significat, V. apud *Voss. de Grammat.* l. 3. c. 14.

FIDĀMEN, inis, n. fiducia. *Tertull. carm. ad Senat.* v. 83. Corrige delictum fidamine.

FIDE, adverb. *faithfully, trustily*, fideliter, πιστῶς. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 16. *a med.* Quæ mihi a te ad timorem fidissime atque amantissime proponuntur.

FIDEDICTOR, oris, m. fidejussor. *Bonifacius in epist. ad Augustin.* apud *hunc* epist. 23. *a med.*

FIDEICOMMISSARIUS, ii, m. *a feoffee in trust, one to whom a feoffment is made*, qui fidei commissionem recepit. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 11. Fideicommissario restituere. et *ibid.* Si fideicommissarius ante decesserit. ¶ Est etiam adject. ut Fideicommissaria hereditas, quæ ex fidei commisso venit. *Papinian. Dig.* lib. 31. leg. 79. *a med.* ¶ Fideicommissarius prætor, qui de fideicommissis cognoscit. *Ulpian. regular.* tit. 25. *de fideicommissis.*

FIDEICOMMISSUM, i, n. *feoffment, a feoffment in trust, a trust*, species dispositionis ultimæ voluntatis, cum testator alicujus fidei aliquid committit, quod alteri traditurus sit. Dictum est fideicommissum, quia ex fide ejus, cui committebatur, pendebat. Sed postea fideicommissa, ut omnis fraudis humanæ occasio amputaretur, ab Augusto ad necessitatem juris sunt retracta, justisque legatis exæquata. V. JCtos *Dig.* lib. 30. 31. et 32. *et alibi.* Habet hanc vocem etiam *Quintil.* l. 3. c. 6. *a med.* ¶ *Per fideicommissa aliquid tradere* proverbiali locutione apud *Arnob.* l. 6. pag. 195. est ita tradere, ut non illi, cui tradimus, sed alteri detur, seroque ad illum, et fortasse nunquam perveniat: quemadmodum hereditas fideicommisso relicta, non ad illum, cui relinquitur, sed ad heredem pertinet, qui sero, et (si loquamur secundum veterum fideicommissorum jus) nunquam fideicommissario tradet, si noluerit.

FIDEICOMMISSUS, a, um, *infeoffed*, qui fideicommisso relictus est. *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 1. leg. 43. Fideicommissa libertas.

FIDEICOMMITTO, is, a. 3. *to feoff, infeoff, invest with a right*, fidei alicujus committo, fideicommissum do. *Scævola Dig.* lib. 32. leg. 36. Pater filium prædia alienare prohibuerat, sed conservare liberis, et ceteris cognatis, fideicommiserat. *Papinian.* lib. 35. tit. 2. leg. 14. Avia nepotibus fideicommisit, ut solida legata fratribus solverent. *Martian.* lib. 30. leg. 111. Quidam ab eo, cui fundum legaverat, fideicommiserat, ut eum fundum post mortem suam restitueret Sempronio.

FIDEJUBĔO, es, ssi, ssum, n. 2. *to be surety for, give bail for, give surety*, ἐγγυάομαι, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω, pro altero fide mea spondeo, fidem meam pro alio obligo. *Ulpian. Dig.* lib. 46. tit. 1. leg. 10. Filiusfamilias pro patre poterit fidejubere. ¶ Dicitur etiam divisim, *fide mea esse jubeo. Id.* lib. 45. tit. 1. leg. 75. *a med.* Fidejussores et ita interrogantur: id fide tua esse jubes? *Scævola* lib. 17. tit. 1. leg. 60. Scias quodcumque ab ea stipulatus fueris, id me mea fide jussisse, salvum te habiturum.

FIDEJUSSĬO, onis, f. *bail*, ἐγγύησις, obligatio fidei pro alio. *Jabolen. Dig.* lib. 46. tit. 1. leg. 20. Servus fidejussionis nomine obligari non potest.

FIDEJUSSOR, oris. m. *a surety for another*, ἐγγυητής, sponsor, qui pro alio aliquid promittit. *Donat. ad Terent. Eun.* 1. 2. 59. Fidejussor est auctor credendi. V. *Ulpian. Pompon. Paul.* et alios *Dig.* lib. 46. tit. 1. qui est *de Fidejussoribus.*

FIDEJUSSORĬUS, a, um, adjec. ad fidejussorem, seu fidejussionem pertinens, ut Fidejussoria causa apud *African. Dig.* lib. 46. tit. 3. leg. 38. *extr.*

FIDĒLE, adverb. idem ac fideliter. *Plaut. Capt.* 2. 3. 79. Fac, fidele sis fidelis. *Non.* c. 11. n. 25. adverbium agnoscit. Verum alii rectius leg. *Fac fideli sis fidelis. Prudent.* tamen *in Rom.* v. 428. Nunquam aliter precabor, quam fidele ut militent. Quæ potest esse Enallage, ut *dulce ridere.*

FIDELĬA, æ, f. *a pot, jar, jug, pipkin*, κεράμιον, genus vasis, plerumque fictilis, variis rebus servandis. *Pers.* sat. 3. v. 21. sonat vitium percussa, maligne Respondet viridi non cocta fidelia limo. *Id.* sat. 5. v. 183. tumet alba fidelia limo. *Colum.* l. 12. c. 56. Medullam radicis in fideliam vitream, vel novam fictilem conjicito. *Id. ibid.* c. 13. Hæ herbæ diligenter purgantur, deinde quarto die sal in fundis fideliarum substernitur, et separatim unaquæque componitur. *Plaut. Aulul.* 4. 2. 15. Si reperero, o Fides, mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. ¶ *Duos parietes de eadem fidelia dealbare*, proverb. apud *Curium ad Cicer. Fam.* 7. ep. 29. *h. e.* una opera duos velle demereri, vel universim duas res conficere. *Cic.* dixit *pro Rosc. Amer.* c. 29. Una mercede duas res assequi velle. Angli. *to kill two birds with one stone.* Simile est illud *Plauti Casin.* 2. 8. 40. Jam ego uno in saltu lepide apros capiam duos.

FIDĒLIS, le, *faithful, sincere, trusty, sure, that may be relied on*, πιστὸς, qui fidem præstat, cui credere tuto possumus, constans, fidus. *Cic. de Amic.* c. 15. Amicitiæ fideles. *Id. pro Cæl.* c. 6. Firmus ac fidelis amicus. *Sallust. in Jug.* c. 79. Amicitia societateque impetrata, semper boni fidelesque mansere. *Cic.* 5. *Attic.* ep. 18. Sociis multo fidelioribus utimur. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. *circa med.* Fidelissima conjux. *Sallust. in Catil.* c. 9. In suppliciis deorum magnifici, in amicis fideles erant. *Al. leg.* in amicos. *in their behaviour towards their friends.* et *Cic. pro Mil.* c. 10. Servi animo fideli in dominum. *Id. Phil.* 11. c. 13. Deiotarus fidelis populo R. *the faithful ally of. Id.* 2. *Agrar.* c. 2. *extr.* Fidele consilium. et *pro Cæcin.* c. 5. Fidelis opera. *Horat.* l. 3. od. 2. v. 25. Fidele silentium. *Id.* l. 1. od. 1. v. 27. Fideles canes. *Id. in art. poet.* v. 181. Fideles oculi. *Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 127. Fideles lacrimæ. *h. e.* veræ. et epist. 1. v. 104. Cura fidelis. ¶ Absolute *Cic.* 4. *Fam.* ep. 1. *a med.* Si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. Nam et doctrina, et domus, et ars, et ager fidelis dici potest, ut *Cic. Fam.* 16. ep. 17. docet. Sic *Ovid.* 4. *Trist.* el. 5. v. 5. fideles portus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 707. duplici squama lorica fidelis, et auro. *Plin.* l. 13. c. 6. Terebinthi materies fidelis ad vetustatem. *Id.* l. 28. c. 17. *ad fin.* Fidelissimum glutinum. *Id.* l. 16. c. 36. Glutino tenacior, rimisque explendis fidelior pice. *Claudian.* l. 1. *de rap. Proserp.* v. 167. fumoque fideli Lambit contiguas innoxia flamma pruinas. *Frontin. de aquæd. artic.* 123. Structura fidelis.

FIDELĬTAS, atis, f. *faithfulness, trustiness, fidelity*, πιστότης, virtus ejus, qui est fidelis, constantia in fide. *Cic.* 12. *Phil.* c. 9. Ubi me non solum amicorum fidelitas, sed etiam universæ civitatis oculi custodiunt. *Planc. ad Cicer.* l. 10. *Fam.* ep. 17. Illi fidelitas erga patriam non defuit. *Plaut. Trin.* 5. 2. 2. Fides fidelitasque erga amicum. *Fides*, et *fidelitas* differre dicuntur in eo, quod illa animo, hæc re spectetur.

FIDELĬTER, adverb. *faithfully, sincerely, honestly*, πιστῶς. *Liv.* l. 33. c. 35. Constanter et fideliter permanere in amicitia populi Rom. *Plin. in Paneg.* c. 56. Fidelissime narrare. *Cic.* 11. *Fam.* ep. 21. *extr.* Quo fidelius ad te litteræ perferantur. *Id.* 1. *Offic.* c. 26. *extr.* Vivere simpliciter, fideliter, vitæque hominum amice. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 9. v. 47. Discere fideliter artes ingenuas. *Id. Heroid.* ep. 15. v. 67. Fideliter monere. et 6. *Fastor.* v. 41. Fideliter iras ponere. *to lay aside with sincerity.* et *Plin.* l. 6. ep. 24. Fidelius judicare. *Gell.* l. 17. c. 12. Qui quartanam passus convaluerit, fidelius constantiusque postea valiturum. *Id.* l. 15. c. 2. *ad fin.* Fideliter continentem et temperantem esse. *Plin.* l. 33. c. 3. *ad fin.* Simulacrum fidelissime inauratum. *h. e.* magna cum fide, et sumptui nihil parcendo. *Flor.* l. 3. c. 5. *ante med.* Exstincta parum fideliter incendia majore flamma reviviscunt. *h. e.* parva cum cura, et non omnino. *Plin.* l. 7. ep. 31. Fideliter amicos colere. *Id.* l. 10. ep. 28. Mensuras fideliter agere. ¶ *Valetudini fideliter inservire* dixerat *Tiro Tullius ad Ciceronem* scribens, qui id velut ἄκυρον, *h. e.* improprium reprehendit *Fam.* 16. ep. 17. At non improprium, inquit *Cortius*, videbitur iis, qui de officiis erga se ipsum tam multa disserunt. Potest *Tiro* respexisse ad mandatum patroni, quod summa fide se executurum promittit: potest sumpsisse pro exacte, probe, ut, *Flor. loc. cit.* Simillimum *Tironis* est illud *Ovid.* l. 7. *Metam.* v. 563. *de pestilentia.* Quo propior quisque est servitque fidelius ægro, In partem leti citius venit. Denique ipse *Cic. ibid.* fatetur, multas esse hujus vocis migrationes in alienum: quod videtur non debuisse dicere, si ἄκυρον volebat ostendere.

FIDĒNÆ, arum, *et* Fidena, æ, f. nunc *Castel Jubileo*, oppidum et colonia Latii, nunc vicus Sabinæ provinciæ, ad Tiberim: condita ab Ascanio Æneæ filio, vel ab Ænea Silvio: capta et eversa a Dictatore Mamerco Æmilio, quod a Romanis rebellaverat. *Plin.* l. 16. c. 4. *Virg.* 6. *Æn.* v. 773. *Liv.* l. 1. 2. et 4. ¶ Prima ejus syllaba corripitur a *Virg. loc. cit.* producitur ab *Horat.* l. 1. ep. 11. v. 8. et *Juvenal.* sat. 6. v. 57. et sat. 10. v. 100.

FIDĒNAS, atis, adject. ad Fidenas pertinens. *Liv.* l. 1. c. 15. Belli Fidenatis contagione irritati Veientium animi. ¶ *Fidenates, ium*, sunt Fidenarum incolæ. *Liv. ibid.*

FIDENS, entis, *bold, confident*, θαρσαλέος, qui fidit. *Cic. Tuscul.* 3. c. 7. Qui fortis est, idem est fidens (quoniam confidens mala loquendi consuetudine in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis est) qui autem est fidens, is profecto non extimescit. *Id.* 1. *Offic.* c. 23. Animus prudentia consilioque fidens. *Id. Attic.* l. 6. ep. 6. *a med.* Puer bene sibi fidens. et lib. 10. ep. 8. Fidens rebus suis. *Virg.* 11. *Æn.* v. 351. fugæ fidens. et 3. *Georg.* v. 31. fidens fuga Parthus. *Cic. Tuscul.* c. 46. Fidenti animo gradietur ad mortem. *Id.* vertens *Homeri* versus 2. *de Divin.* c. 30. Tum Calchas hæc est fidenti voce locutus. *Plin.* l. 8. c. 16. *sub fin.* Dum fortuitu fidens non est contra feram. *hath not courage to oppose. Ammian.* l. 16. c. 12. (*al.* 31.) Romanus fidentior. *Id.* l. 27. c. 10. (*al.* 24.) Fidentissimo impetu acies motæ. ¶ Cum genit. *Virg.* 2. *Æn.* v. 61. Fidens animi. Adde *Tacit. Ann.* 4. c. 59. ¶ *Fidens*, h. e. fidem habens, credens. *Plaut. Asin.* 3. 2. 15. Ubi fidentem fraudaveris. [¶ Comparativo præter *Ammian. loc. cit.* usi sunt *Valer. Max.* l. 6. c. 3. n. 2. Nihil hac severitate fidentius, et *Apul.* 5. *Met.* pag. 321. *Oudend.* Paulo fidentior intra limen se se facit.]

FIDENTER, adverb. *boldly, confidently, with assurance*, τεθαῤῥηκότως, intrepide, cum fiducia. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 31. Timide fortasse signifer evellebat, quod fidenter infixerat. *Id. Attic.* 6. ep. 1. *post med.* Paulo vellem fidentius. *Ammian.* l. 17. c. 1. (*al.* 2.) Ausi omnes accedere fidentissime.

FIDENTĬA, æ, f. *boldness, confidence, assurance*, θάρσος, firma animi confisio, et fortitudinis pars, ut *Cic.* 2. *de Invent.* c. 54. definit, per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ certa cum spe collocavit. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 37. Et, si fidentia, id est, firma animi confisio, scientia quædam est, et opinio gravis, non temere assentiens, metus quoque est diffidentia exspectati, et impendentis mali.

FIDES, ei, f. *faith, truth, honesty, honour, veracity*, πίστις, virtus est consistens in constantia promissorum, itemque, ut ait *Donat. ad Terent. Andr.* 1. 1. 7. in commendatorum fida exsecutione, vel observantia. *Cic.* 1. *Offic.* c. 7. Fundamentum justitiæ fides, idest dictorum conventorumque constantia et veritas. ex quo, quamquam hoc videbitur fortasse cuipiam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sint ducta: credamusque, quod fiat quod dictum est, appellatum fidem. *Vossio* hæc derivatio non placet: ducitque a *fido*, hoc a πείθω. *Cic. in Partit.* c. 22. *extr.* Justitia in rebus creditis fides nominatur. *Terent. loc. cit.* Opus est fide et taciturnitate. *fidelity. Cic. Attic.* l. 16. ep. 7. Quid debet, qui consilium dat, præstare, præter fidem? *Id. in fin. Phil.* 12. Suam fidem reipubl. constantiamque præstare. *to discharge his duty firmly and loyally. Id. Catil.* 2. c. 11. Ex hac parte pudor pugnat, illic petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio. *Id. Fam.* 1. ep. 5. Ut meam erga te fidem et benevolentiam experirere. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 49. Si tibi optima fide sua omnia concessit, adnumeravit, appendit. *with the utmost punctuality. Id. in fi.* ep. 1. l. 1. *Fam.* Si esset in iis fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus. *firmness, reliance. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 52. Æduos præcipuo honore Cæsar habuit, pro vetere ac perpetua erga populum R. fide. et lib. 2. c. 14. Bellovacos omni tempore in fide atque amicitia civitatis Æduæ fuisse. *the allies and friends. Terent. Andr.* 1. 5. 55. Te oro per tuam fidem, ne, &c. *Id. Adelph.* 3. 4. 79. Homo antiqua virtute ac fide. ¶ Sæpe ponitur pro pollicitatione. *a promise, obligation, engagement, trust. Cic.* 2. *de Fin.* c. 20. Regulus sua voluntate, nulla vi coactus, propter fidem, quam dederat hosti, ex patria Carthaginem revertit. *Id. in Vatin.* c. 6. Servare in aliqua re fidem. *to keep his promise. Id.* 1. *Offic.* c. 13. Fidem datam hosti fallere. *to violate. Id.* 1. *Fam.* ep. 9 *ante med.* Fidem dare alicui de altero. *to pledge himself on behalf of another. Id. Phil.* 5. c. *pœnult.* Audebo obligare fidem meam vobis populoque R. *to plight my faith, pledge myself, engage. Plin.* l. 1. ep. 14. *extr.* Fide mea spondeo, futurum, ut, &c. *Cic. Fam.* 13. ep. 28. Te rogo, ut cures, ut illi satisdetur fide mea. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 10. Fidem violare. et *pro Rosc. Com.* c. 6. frangere. et *pro Rabir. perduell.* c. 10. In fide non stare. et *pro Dom.* c. 25. fide manere. *Sallust. in Jug.* c. 60. Fidem mutare. *to be a turn-coat. Liv.* l. 3. c. 19. et lib. 24. c. 16. *a med.* et lib. 27. c. 5. Fidem exsolvere. *h. e.* præstando promissa liberare. *to perform his promise.* Sic *Cic. Fam.* 12. ep. 7. et *pro Flacc.* c. 20. Fidem liberare. *Plin.* l. 7. c. 1. et *alter* l. 4. ep. 13. obstringere. *Nepos in Lysand.* c. 1. *extr.* Fide confirmare, se fore, &c. *Id. in Eumen.* c. 10. Fidem amittere. *h. e.* abjicere, perfidum esse. ¶ Interdum est promissio de securitate, et impunitate, vitam donando, pœnam remittendo. *an assurance of impunity, promise of pardon, public faith, security. Cic.* 3. *Catil.* c. 4. Introduxi Vulturtium: fidem ei publicam jussu Senatus dedi. *Id. Attic.* l. 2. ep. 24. Fidem publicam postulare. *Sallust. in Catil.* c. 28. Vulturtius ubi fide publica dicere jussus est, omnia aperit. *Cic. in Bruto*, c. 23. Lusitani contra interpositam fidem interfecti. *Liv.* l. 38. c. 33. Fide accepta ab Legatis, vim abfuturam. *Id.* l. 36. c. 16. et 17. Oppidani oratores veniam fidemque petentes miserunt. ¶ Hinc sæpe dicitur de patrocinio, defensione, tutela. *protection. Terent. Eun.* 5. 9. 9. Commendare se alicui in clientelam et fidem. *to commend himself to the protection of. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 57. Conferre se in fidem et clientelam alicujus. et *Fam.* 7. ep. 17. In amicitiam et fidem cujuspiam se conferre. *Liv.* l. 38. c. 31. Tradere aliquem in fidem et tutelam alicujus. et *ibid. in fi.* In fidem ditionemque populi R. oppidum accipere. *Cic.* 1. *Offic.* c. 11. Nationes devictas bello in fidem recipere. *Id. pro. Planc.* c. 41. Municipia, quæ in fide mea sunt. ¶ Et de ope, auxilio. *help, aid, assistance. Id. pro Mur.* c. 40. Fidem vestram oro atque obsecro, judices. et 3. *Verr.* c. 9. Deum atque hominum fidem implorabis. *Plaut. Cist.* 4. 1. 11. Dii, obsecro vostram fidem! servate nos. *Terent. Andr.* 4. 3. 1. Nihilne esse proprium cuiquam? dii vestram fidem! ¶ Inter negotiatores fides est constantia illa promissorum, quæ in creditis pecuniis adhibetur: unde est existimatio fidelitatis, qua facile invicem perficiuntur contractus, et pecuniæ mercesque creduntur, *credit. Cic. pro Leg. Manil.* c. 7. Scimus, Romæ, solutione impedita, fidem concidisse. *is ruined or sunk. Id.* 2. *Catil.* c. 5. Res eos jampridem, fides deficere nuper cœpit. *Cæs. initio* l. 3. *B. Civ.* Cum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur. ¶ *Bona fides* primo contraria est dolo, calliditati, fraudi, astutiis: *good faith*: contra *mala fides* hæc ipsa significat. *Augustin.* l. 2. *contra Acad.* c. 5 *ad fin.* Bona fides est, ex animi sententia. *Cic.* 3. *de nat*

Deor. c. 30. Tot judicia de fide mala. *African. Dig.* lib. 40. tit. 4. leg. 20. Ut bona fide, et citra fraudem tutoris id fiat. ¶ Deinde idem est, quod æquum et bonum. Hinc *judicia bonæ fidei* dicuntur a JCtis, in quibus judici non præscribitur formula, ex qua judicet, sed potestas permittitur, ut ex bono et æquo æstimet, quantum actori restitui debeat, ut *Justinian.* lib. 4. *Institut.* tit. 1. *a med.* docet. Quo pertinet illud *Cicer.* 3. *Offic.* c. 17. Scævola summam vim esse dicebat in iis omnibus arbitriis, in quibus adderetur, ex fide bona: fideique bonæ nomen existimabat manare latissime, idque versari in tutelis, societatibus, fiduciis, &c. V. *Arbiter.* Hinc *fides*, et *bona fides* dici potest, quam Angli dicunt *honesty, uprightness*, nempe studium et amor honestatis, et justitiæ, quo quis peccare metuit, et alterum injuria lædere: quemadmodum in judiciis bonæ fidei non præscriptum legis aut Prætoris Judex sequitur, sed quod sibi æquitatis ratio et conscientia dictat. *Cic.* 6. *Attic.* ep. 1. *a med.* Extra quam si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat, ex fide bona. *without fraud. Id. Fam.* 13. ep. 72. Peto, ut memineris, te omnia, quæ tua fides pateretur, mihi cumulate recepisse! *Plaut. Aulul.* 4. 10. 42. Dic bona fide: tu id aurum non surripuisti? *tell me honestly or conscientiously.* ¶ Tertio significat innoxiam ignorationem, qua quis aliquid sibi licere putat, quamvis revera non liceat: ut si quis rem, quam possidet, suam esse putet. Contra *mala fides* est in eo, qui sciens rem agit injustam, v. gr. possidet alienum, *good or bad faith. Pompon. Dig.* lib. 41. tit. 3. leg. 24. Ubi lex inhibet usucapionem, bona fides possidenti nihil prodest. *Paul. ibid.* tit. 2. leg. 1. Per eum, quem bona fide possidemus, quamvis alienus sit, possessionem acquirimus: quod si mala fide possideamus, non puto, &c. *Ulpian.* lib. 6. tit. 2. leg. 7. *a med.* Bonæ fidei emptorem esse. *Julian.* lib. 41. tit. 5. leg. 8. Bona fide emptorem esse. *Caius ibid.* tit. 1. leg. 9. Si bona fide possessor fuerit. *Ulpian.* lib. 11. tit. 7. leg. 14. Quia bonæ fidei possessor est. ¶ *Bona fide* translate, *really. Quintil.* l. 10. c. 3. *a med.* Neque enim se bona fide in multa simul intendere animus totum potest. ¶ Præterea *fides* dicitur de rebus inanimis, quæ sincera sunt, incorrupta, et veluti legitima, ut iis credi tuto possit. *Cic. pro Arch.* c. 5. Cum Gabinii levitas omnem tabularum fidem resignasset. *the authority of the records. Id. pro Flacc.* c. 9. Litteræ auctoritatem et fidem habent. *credit. Id.* 4. *Acad.* c. 18. Hæ res fidem nullam habent. *are entitled to no credit. Gell.* l. 1. c. 7. Liber spectatæ fidei, Tironiana cura atque disciplina factus. *Plin.* l. 36. c. 8. Lapis parum distans ab onyche in unguentorum fide. *h. e.* in unguentis incorrupte servandis. *Claudian.* l. 1. *de rapt. Proserp.* v. 165. *de Ætna.* Scit nivibus servare fidem. Adde *Frontin. de aquæd.* artic. 123. *in fin.* ¶ Sæpissime significat firmam opinionem ac persuasionem, quam habemus de aliquo, *faith, belief. Cic. in Partit.* c. 9. Narratio est rerum explicatio, et quædam quasi sedes et fundamentum constituendæ fidei. *Id. de clar. Orat.* c. 50. Credit iis, quæ dicuntur, qui audit oratorem: vera putat, assentitur: fidem facit oratio. *causes him to attach credit to. Id.* 2. *Agrar.* c. 8. *extr.* Fac fidem, te nihil, nisi populi utilitatem quærere. *show, prove, make it appear. Balb. et Opp. ad Cicer. post* ep. 8. l. 9. *ad Attic.* Statim quæ sentiemus, ad te scribemus: et tibi fidem faciemus, nos ea suadere, quæ nobis videntur tuæ dignitati esse utilissima. *and will convince you*, &c. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 37. Nuntiabantur hæc Curioni, sed aliquandiu fides fieri non poterat. *he could not be brought to believe. Ovid.* 9. *Metam.* v. 705. Res fidem habuit. *gained credit; passed as true. Id. Heroid.* ep. 18. v. 119. Si qua fides vero est. *Sueton. in Vespas.* c. 7. Fides est, rem successuram. *they believe. Plin. in Paneg.* c. 74. et *Ovid.* 2. *Fast.* v. 20. Dare fidem vocibus. *h. e.* dictis fidem facere. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 55. Adjungere fidem rebus commentitiis. *to give an air of credibility. Id.* 5. *Fam.* ep. 20. et *Verr.* 7. c. 57. Habere fidem. *to give credit to, believe.* Sic *Id. de Divin.* c. 3. Tribuere fidem. (*Adhibere fidem* pro *habere*, V. in *Adhibeo.*) *Plaut. Pers.* 5. 2. 8. Ei fidem non habui argenti. *h. e.* nolui ei credere argentum. *Cic. in Orat.* c. 34. Commemoratio antiquitatis et auctoritatem orationi affert, et fidem. *credibility. Id.* 2. *de Orat.* c. 37. *extr.* Imminuere alicujus rei fidem. *Id. pro Font.* c. 7. Derogare alicui fidem. *Ovid. Heroid.* ep. 21. v. 136. dictis fidem addere. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 10. et *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 22. Cuipiam fidem abrogare. *Plin.* l. 28. c. 4. *ad fin.* Excedit fidem impudens cura, qua, &c. *I cannot believe.* et lib. 34. c. 7. Supra humanam fidem. *beyond all belief. Plin. alter* l. 3. ep. 14. Fidem peractæ mortis implevit. *succeeded in making them believe that he was dead. Senec.* ep. 92. *circa med.* Hoc est extra fidem. *it is incredible. Id.* l. 4. *quæst. nat.* c. 3. Historici cum unam aliquam rem nolunt spondere, adjiciunt: penes auctores fides erit. ¶ *Est fides*, creditur, *they believe. Stat.* l. 7. *Theb.* v. 577. domus omnis, et omnia sacris Templa calent: ipsumque fides intrasse Lyæum. ¶ Nonnunquam *fides* dicitur id ipsum, quod fidem facit. *Petron. in Sat.* c. 97. In lance argentea indicium, et fidem præferebat. *Ovid.* 1. *ex Pont.* epist. 5. v. 32. Sumque fides hujus maxima vocis ego. ¶ Hinc partem illam orationis, quæ confirmatio dicitur, in qua ponuntur, quæ ad faciendam fidem pertinent, et πίστις dicitur ab *Aristot.* l. 3. *Rhetor.* c. 34. text. 295. et alibi; et *fides* a *Cicer. in Top.* c. 12. Quoniam in confirmationem et reprehensionem diviseras orationis fidem. *Terent. Andr.* 5. 2. 16. Tristis severitas inest in vultu, atque in verbis fides. *h. e.* vis persuadendi, et faciendæ fidei, ἀξιοπιστία. *Justin. extr.* c. 2. l. 9. Capta pecoris magna vis, auri argentique nihil. Ea primum fides inopiæ Scythicæ fuit. *the first proof given of the poverty of the Scythians. Liv.* l. 6. c. 13 *sub fin.* Pars maxima captivorum ex Latinis atque Hernicis fuit; nec hominum de plebe, sed principes quidam juventutis inventi: manifesta fides, publica ope Volscos hostes adjutos. *a plain proof, that*, &c. Adde *Stat.* 2. *Theb.* v. 417. ¶ *Mira fides!* formula admirantis, cum res narratur, quæ supra fidem esse videtur, *astonishing, admirable! Stat.* 2. *Achill.* v. 205. et lib. 4. silv. 4. v. 81. lib. 3. silv. 3. v. 21. &c. Sic l. 1. silv. 3. v. 20. miranda fides! ¶ *Fides* dea habita est Romanis, constantiæ dictorum, servandi promissi, removendæque fraudis ac doli præses: quam *Horat.* l. 1. od. 22. v. 21. albo panno velatam facit. ¶ *Per fidem*, jurandi formula, *by my faith! faith! Auct. dial. de Orator.* c. 35. Controversiæ, quales, per fidem, et quam incredibiliter compositæ! ¶ In genit. singul. *fide* pro *fidei*, eo modo quo *die* pro *diei*, *facie*, pro *faciei*, non caret exemplis. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 341. Prima fide, vocisque ratæ tentamina sumpsit Cærula Liriope. et lib. 6. v. 506. Utque fide pignus, &c. Sic enim utroque legit *Priscian.* l. 7. pag. 781. *Putsch.* et defendunt Critici. *Heins. Burman.* et alii ex MSS. alia ejusdem Poetæ loca congerentes lib. 7. v. 728. et 737. &c. *Plaut.* quoque *Aulul.* 4. 6. 1. *fide* pro *fidei* in dativo posuit, ut quidem leg. *Charis.* l. 1. pag. 53. *Putsch.* item *Sallust. in Jug.* c. 19. al. 16. sed lectio variat. ¶ Pænultimam in *fidei* producit *Lucret.* l. 5. v. 103. Nec jacere endo manus, via qua munita fidei. et *Ennius* (ut multi leg.) apud *Cicer. de Senect.* c. 1. Ille vir haud magna cum re sed plenu' fidei. Adde *Paulin. Nolan.* carm. 6. (*al.* 5.) v. 143. et carm. 15. (*al.* 19.) v. 127. et alibi.

FIDES, *et* Fidis, is, f. *a stringed instrument of music; a lyre, cithern, lute, violin, fiddle*, χορδὴ, κιθάρα, quodvis musicum instrumentum, in chordis habens harmoniam, lyra, cithara. [*Festus.* Fides genus citharæ dicta, quod tantum inter se chordæ ejus, quantum inter homines fides, concordent; cujus deminutivum fidicula est.] *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 139. Me fide conspicuus Trojæ munitor amavit. *h. e.* Apollo. et ep. 15. v. 23. Sume fidem, et pharetram: fies manifestus Apollo. *Id.* 5. *Fast.* v. 104. Inventor curvæ, furibus apte, fidis. *h. e.* Mercuri. *Id.* 11. *Metam.* v. 167. Instructamque fidem gemmis et dentibus Indis Sustinet a læva: tenuit manus altera plectrum. *Horat. Epod.* 13. v. 9. fide Cyllenea Levare duris pectora sollicitudinibus. *Id.* l. 1. od. 12. v. 11. *de Orpheo.* Blandum et auritas fidibus canoris Ducere quercus. *Id.* l. 2. ep. 2. v. 143. verba sequi fidibus modulanda Latinis. *h. e.* Lyrico carmine. *Sidon.* carm. 16. v. 5. Phœbum, et ter ternas decima cum Pallade Musas Sperne, fidis. ¶ Prosæ Scriptores utuntur solummodo in plurali numero. *Cic. de clar. Orat.* c. 54. Ut enim ex nervorum sono in fidibus quam scienter ei pulsi sint, intelligi solet; sic, &c. *Id.* 2. *de Legib.* c. 15. *extr.* Illa severa Lacedæmon nervos jussit, quod plures quam septem haberet, in Timothei fidibus demi. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 2. Fidibus canere præclare. et lib. 5. c. 39. Fidibus uti. *Id. de Senect.* c. 8. discere. *Id. Fam.* 9. ep. 22. docere aliquem. *Terent. Eun.* 1. 2. 53. scire. *Plaut. Epid.* 3. 4. 63. cantare. ¶ Interdum *fides* sunt chordæ, seu nervi in lyra contenti, *the strings of the lyre. Prudent. Cathemer.* 3. v. 81. Quæ veterum tuba, quæve lyra Flatibus inclita, vel fidibus, &c. ¶ *Nihil cum fidibus graculo*, proverbium, quo significatur, imperito homini, et a studiis ac doctrina imparato, nullum cum Musis commercium esse debere. Habet *Gell. in præfat. ad fin.* ¶ Est etiam nomen signi cælestis, quæ et *Lyra* dicitur. *Cic. in Arat.* v. 381. Cedit clara Fides Cyllenia, mergitur unda Delphinus. *Colum.* l. 11. c. 2. Cal. Febr. Fidis incipit occidere. et *ibid.* Tert. Id. Maias Fidis mane oritur. et *ibid. sub fin.* Non. Januariis Fidis exoritur mane. Adde *Sidon.* carm. 16. v. 5. ubi quoque *fidis* habetur: quod in recto videtur rectius. inde est enim *fidicula*, non *fidecula*.

FIDĬCEN, cinis, m. *one who plays on a stringed instrument of music; a minstrel, harper*, κιθαρῳδός, qui fidibus canit. *Cic.* l. 9. *Fam.* ep. 22. Socratem fidibus docuit nobilis fidicen. *Horat.* l. 4. od. 3. v. 23. Romanæ fidicen lyræ. *h. e.* poeta lyricus. Sic lib. 1. ep. 19. v. 33. Hunc ego, non alio dictum prius ore, Latinus Vulgavi fidicen.

FIDICĬNA, æ, f. *a music-girl*, κιθαρίστρια, quæ lyra canit, citharistria. *Terent. Phorm.* 1. 2. 59. et *Plaut.* multis in locis. V. *Psaltria.*

FIDICINĬUS, *vel* Fidicĭnus, a, um, ad fides, et fidicinem pertinens. *Plaut. Rud. prol.* v. 43. Eam vidit ire e ludo fidicinio domum. Al. leg. *fidicino.*

FIDICĬNO, as, n. 1. fidibus cano. *Martian. Capell.* l. 9. pag. 314. Megaris saxum ad ictum pulsus cujuscumque fidicinat.

FIDICŬLA, æ, f. *a small lyre or cithern*, λυρίον, parva cithara, diminut. a *fide*, seu *fidibus. Cic. de nat. Deor.* l. 2. c. 8. Quid, si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? ¶ Item signum cæleste. V. *Lyra. Colum.* l. 11. c. 2. *Plin.* l. 18. c. 26. ¶ *Fidiculæ, arum*, sunt nervi, aut chordæ tenuiores, quibus arcte constringuntur, ac torquentur rei, sive in eculeo, sive extra: a similitudine fidium. *an instrument of torture consisting of a number of strings.* Neque enim placere potest, quod *Isidor.* tradit l. 5. *Orig.* c. 27. inde dictas esse, quod iis rei in eculeo torquentur, ut *fides* inveniatur. *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 3. Apparatus illi reddendus est suus, eculei, et fidiculæ, et ergastula, et cruces. *Sueton. in Tiber.* c. 62. Excogitaverat etiam, ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum simul, urinæque tormento distenderet. *Id. in Calig.* c. 33. Exquirere fidiculis de aliquo. *Impp. Valentinian. Valens, et Gratian.* lib. 9. *Cod. Theodos.* tit. 35. leg. 1. Fidiculas perferre. ¶ *Fidicla* syncope est *Prudentii in Rom.* περὶ στεφ. 14. v. 481. et 550.

[*FIDICULARĬUS, a, um, qui fidicularum more flexilis et contortus est. *Fronto de oration.* l. 1. fragm. 1. Discere autem ceratinas, et soritas, et pseudomenus, verba contorta et fidicularia.]

FIDIS. V. *Fides, is.*

FIDIUS, ii, m. Dius Fidius et Deus Fidius est Jovis filius, quem *Sancum*, vel *Sangum* Sabina lingua, Herculem Græca appellari putabant, ut *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 10. docet. *Fest.* in *Medius:* Mediusfidius compositum videtur, et significare Jovis filium, idest Herculem, quod Jovem Græci Δία: ac fidium pro filio: quod sæpe antea pro L littera D utebantur. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 213. Quærebam, Nonas Sanco, Fidione referrem, An tibi, Semo pater; cum mihi Sancus ait: Cuicumque ex illis dederis, ego munus habebo. Nomina trina fero: sic voluere Cures. *Varr. loc. cit.* c. 8. Apud ædem dei Fidii in delubro. *Plaut. Asin.* 1. 1. 8. Per deum Fidium quæris. *Varr.* apud *Non.* c. 8. n. 93. Itaque domi rituis nostri, qui per deum Fidium jurare vult, prodire solet in compluvium. ¶ *Medius fidius*, et copulatis vocibus *Mediusfidius* vel *Medius Fidius* juramenti genus est, quod valet *me dius Fidius juvet*, vel *amet*, ut *mehercules, mecastor.* h. e. *me Hercules, me Castor juvet*, vel *amet:* nos dicimus simili sensu, *so help me Heaven!* Aliis illud *me* adverbium esse videtur, ut quod Græci μὰ Δία dicebant, hoc est per Jovem, Latini *medius* dixerint. *Cic. Fam.* 5. ep. 21. Unum medius fidius tecum diem libentius posuerim, quam, &c. *Plin.* l. 4. ep. 3. Hominem ne Romanum tam Græce loqui? non, mediusfidius, ipsas Athenas tam Atticas dixerim. *Festus loc. cit.* aliorum item opinionem refert, qui *mediusfidius* idem esse putabant, ac *per divi fidem:* et aliorum, qui *per diurni temporis*, idest *diei fidem.* Hoc juramentum est proprium virorum, ut notat *Charis.* l. 1. pag. 183. *Putsch.* ¶ Quia Græce Δῖος Πίστιος Dius Fidius dicitur, quidam putant τὸ *Fidius* non pro filio, sed pro fido et fideli accipiendum. nam πίστις fides est.

FIDO, is, n. 3. *to trust to, rely upon, put confidence in*, θαῤῥέω, fiduciam habeo, spem pono, confido. *Cic.* vertens *Arati* versus l. 4. *Acad.* c. 20. et lib. 2. *de nat. Deor.* c. 41. *de Cynosura.* Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto. *Id.* 1. *Offic.* c. 23. Animus magnus et excelsus, et prudentia consilioque fidens. [† quod exemplum V. suo loco.] *Virg.* 9. *Æn.* v. 378. celerare fugam in silvas, et fidere nocti. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 23. Qui sibi fidit. *Id.* l. 1. od. 14. v. 14. Nil pictis timidus navita puppibus fidit. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 545. fidere cursu. et lib. 9. v. 125. Haud tamen effugies, quamvis ope fidis equina. *Sallust. in Jug.* c. 120. Parum fidere alicui. *Plin.* l. 4. ep. 13. *extr.* Fidere ingenio suo. ¶ Cum infinito. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 44. fidis enim manare poetica mella te solum. *Lucan.* l. 4. v. 615. parum fidens pedibus contingere matrem. Adde *Sil.* l. 1. v. 432. ¶ Præteritum est *fisus sum. Charis.* l. 1. pag. 222. *Diomed.* l. 1. pag. 352. *Putsch.* et *Priscian.* l. 8. pag. 818. V. *Fisus.* ¶ *Fidebo* antique pro *fidam. Nævius* apud *Non.* c. 10. n. 36. Tibi cum fidebo, fidelis ero.

FIDŪCĬA, æ, f. *trust, confidence, reliance, dependence, boldness, assurance, hope*, opinio et spes certa, confidentia, securitas, θάρσος. Est autem plus, quam spes, major nimirum ac certior. *Senec.* ep. 16. Dicam tamen quid sentiam: jam de te spem habeo, nondum fiduciam. *Cic. de Amic.* c. 15. Hæc enim est tyrannorum vita, in qua nulla fides, nulla stabilis benevolentiæ potest esse fiducia. *Id.* 2. *Verr.* c. 14. Se habere hominem potentem, cujus fiducia provinciam spoliaret. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 9. Nunc propter te tuamque pravus factus est fiduciam. *h. e.* fiducia tui. *owing to the confidence he placed in you. Plin.* l. 4. ep. 29. Nihil est, quod in dextram aurem fiducia mei dormias. *by reason of any confidence you have in me. Liv.* l. 25. c. 37. *a med.* Mirabundi, unde tanta audacia, tanta fiducia sui victis ac fugatis. *Virg.* 1. *Æn.* v. 136. Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri? *Cic.* 2. *Q. Fr.* ep. 12. *ad fin.* Nihil esse, quod posthac arcæ nostræ fiducia conturbaret. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 19. Hoc se colle Galli, fiducia loci continebant. et cap. 76. Alacres et fiduciæ pleni. *Liv.* l. 34. c. 46. Stolidam fiduciam hosti augere. *Hirt.* l. 8. *de B. Gall.*

c. 10. Fiduciam alicui afferre. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 37. Habere magnam fiduciam rerum suarum. *Liv.* l. 6. c. 23 Superbam fiduciam ostentare. *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 2. insolentem arripere. *Quintil.* l. 5. c. 13. *a med.* præseferre. et lib. 4. c. 1. *ante med.* jactare. *Plin.* l. 3. ep. 9. *ante med.* omnem in re aliqua reponere. *Justin. sub fin.* l. 12. Alexander tantam fiduciam sui militibus fecit, ut illo præsente nullius hostis arma, nec inermes timuerint. *h. e.* attulit. *Quintil.* l. 12. c. 8. Fiducia memoriæ. *Propert.* l. 3. *el. ult.* v. 1. formæ. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 28. Tibi eam fiduciam diligentiæ habeo, ut, &c. *to confide so much in your diligence, that,* &c. ¶ Est etiam fidelitas, fides. *fidelity. Plaut. Trin.* 1. 2. 79. Quid tu adolescentem, qui tuæ mandatus est fidei et fiduciæ, quin eum restituis? ¶ In re forensi *fiducia* est res, quæ pignori datur creditori, ea lege, ut, soluta ad diem pecunia, restituatur: ita dicta, quod debitor creditoris fidei quodammodo commendat pignus, donec, soluta pecunia, ad se redeat. *a mortgage, pledge, put into the hands of the creditor. Cic. pro Flacc.* c. 21. Pecuniam adolescentulo grandi fenore, fiducia tamen accepta, occupavisti. Hanc fiduciam commissam tibi dicis: tenes hodie ac possides. *h. e.* dicis, hoc, quod fiduciæ et pignoris causa ab adolescentulo acceperas, tuum proprium factum esse, quia ille debitam pecuniam non solvit. V. *Commissus.* ¶ Præterea quælibet alienatio, aut venditio, traditiove rei, adjecta restituendi aliquando obligatione sub quibusdam conditionibus, *fiducia* dicitur, quia alterius fidei veluti servanda committitur. Præcipue vero locum habuit in emancipationibus liberorum, in quibus per trinam fictam venditionem a patre factam, et restitutionem ab emptore, manumissio fiebat. Dicebatur enim pater vendere sub spe ac fiducia, ut ab emptore sibi restitueretur. Sed de his consulendi Jurisconsulti. *Cic.* 3. *Offic.* c. 17. Scævola fidei bonæ nomen existimabat manare latissime, idque versari in tutelis, societatibus, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis. *contracts, when one's word is taken without any formal stipulation. Id. pro Cæcin.* c. 3. Qui per tutelam, aut societatem, aut rem mandatam, aut fiduciæ rationem fraudavit quempiam, &c. *the leaving by will, or the selling of a thing to a person, on condition of his giving that thing to some other person.* ¶ *Fiduciam accipere* dicitur is, qui quidpiam sub obligatione remittendi accepit. *Cic. in Top.* c. 10. Si tutor fidem præstare debet, si socius, si cui mandaris, si qui fiduciam acceperit; debet etiam procurator. ¶ *Judicia fiduciæ* sunt, in quibus agitur de violata fide ab eo, qui sub fiduciæ ratione, hoc est sub conditione restitutionis, aliquid accepit, neque, cum debuit, restituit, sed fraudavit. In iis solemnis erat illa formula, *ut inter bonos bene agier,* quam *Cic.* 3. *Offic.* c. 15. *in Top.* c. 17. et *Fam.* l. 7. ep. 12. commemorat. Porro gravissima hæc judicia habebantur, et pæne capitalia. Qua de re hæc habet *Id. pro Rosc. Com.* c. 6. Si qua sunt privata judicia summæ existimationis, et pæne dicam capitis, tria hæc sunt, fiduciæ, tutelæ, societatis. Æque enim perfidiosum et nefarium est fidem frangere, quæ continet vitam; et pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit; et socium fallere, qui se in negotio conjunxit.

FIDUCIALĬTER, cum spe ac fiducia. *Augustin.* l. 9. *Confess.* c. 13. Fiducialiter speramus.

FIDUCIARĬUS, a, um, ad fiduciæ contractum spectans. *Res fiduciaria* est, quæ alteri ea lege traditur, ut postea tradenti reddatur. *a thing given in trust to be restored again. Liv.* l. 32. c. 38. Eam urbem Nabidi veluti fiduciariam dare. Hinc *Cæs.* 2. *B. Civ.* c. 17. operam Legati vocat fiduciariam; quia Legatus potestatem suam ab Imperatore accipit, quam redeunti ad exercitum Imperatori debet cedere. *Curt.* l. 5. c. 9. Fiduciarium imperium. ¶ *Fiduciarius heres* est, qui nunc fideicommissarius dicitur, quod hereditatem velut fiduciam videtur accepisse, quam mox alteri traditurus sit. *a fiduciary heir; one to whose trust any thing is left to be given to some other person, in order to elude the* Voconian *law. Jabolen. Dig.* lib. 36. tit. 1. leg. 46.

FIDUCIĀTUS, a, um, adject. *mortgaged, pledged. Tertull. de Idolol.* c. 23. Sub pignoribus fiduciati. *Gloss. vet.* Fiduciatus, ὑποτιθέμενος.

FIDUCĬO, as, a. 1. fiduciæ contractu aliquid dare, *to pledge, mortgage.* Vox est cadentis Latinitatis. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 638. n. 4. M. Ulpius Aug. lib. .... fecit libertis libertabusque .... ea conditione, ne fiducient, ne vendant, neve alio quo genere id sepulcrum alienare ulli potestas sit. Adde aliam apud *Murator.* pag. 794. n. 1.

FIDUS, a, um, *faithful, trusty, to be relied on,* πιστός, is, cui fidi potest, fidelis. *Cic. de Amic.* c. 15. Se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos. *Id. Fam.* 14. ep. 4. *extr.* Mea Terentia, fidissima atque optima uxor. *Liv.* l. 40. c. 3. Fidiora hæc genera hominum fore ratus. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 43. Bonus atque fidus judex. *impartial.* et lib. 2. od. 12. v. 15. bene mutuis fidum pectus amoribus. *Nepos in Datam.* c. 8. Pax et amicitia fida. *Hirt. de B. Afric.* c. 79. Ne fidissimos suis rebus Thapsitanos amitteret. *Cic.* 2. *Offic.* c. 8. *sub fin.* Fidæ familiaritates. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Canum fida custodia. *safe, secure. Valer. Flacc.* l. 3. v. 710. Fida ministeria. *Virg.* 6. *Æn.* v. 524. Fidus ensis. *trusty. Ovid. Metam.* 10. v. 382. fidæ aures. et lib. 7. v. 192. Nox arcanis fidissima. et lib. 13. v. 319. Fida sententia. *Id. in Ibin,* v. 299. fida pocula. *h. e.* in quibus nulla veneni suspicio. *Claudian. in Consul. Mall. Theod.* v. 330. fida incendia. *h. e.* ignes arte facti, qui non exurunt. *Virg.* 2. *Æn.* v. 281. spes fidissima Teucrum. *h. e.* certissima. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 104. amnis ante alios Triviæ fidus. *h. e.* gratus, carus, dilectus. *Plin.* l. 11. c. 49. Camelino nervo arcus intendere, Orientis populis fidissimum. *h. e.* tutissimum. *Tacit.* l. 5. *Hist.* c. 6. Montem tantos inter ardores opacum et fidum nivibus. ¶ Cum genitivo pro nominativo, Græco more, et vice superlativi. *Stat.* 2. *Theb.* v. 483. juvenum fidos, lectissima bello Corpora sollicitat pretio, &c. ¶ Cum genitivo pro dativo. *Virg.* 12. *Æn.* v. 659. Regina tui fidissima. ¶ *Fidus animus* aliquando est fidens et constans. *Liv.* l. 25. c. 15. Inconditam Thurinorum turbam, nec satis fido animo, unde pugnabat, stantem, extemplo in fugam averterunt. ¶ Ex illo *Plauti Trin.* 4. 4. 4. Mea commendavi bona amico probo, et fideli, et fido, et cum magna fide; inter *fidum,* et *fidelem* quidam non unum discrimen statuunt, ut *fidus* dicatur in maximis, *fidelis* in minoribus: *fidus* sit amicus, *fidelis* servus: *fidus* natura sit, *fidelis* virtute ac studio: *fidus,* cui fidendum, *fidelis,* qui fidem præstat. Verum hæc discrimina vel nulla sunt, vel non servantur.

FIDUSTA, a fide nominata, ea, quæ maxime fidei erant (ut a *vetus vetustus,* ab *onus onustus.*) *Festus.*

FIGLĪNUS, a, um, *of or belonging to a potter,* ad figulum pertinens, figularis, κεράμεος. Est per syncopen a *figulinus. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. Ulcus oblinunt figlina creta. *Plin.* l. 35. c. 10. Zeuxis fecit et figlina opera. ¶ *Figlina* absolute est ars, et officina figuli. *the art or craft of a potter. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *a med.* Figlinas exercere. *Plin.* l. 3. c. 6. Inarime, Græcis Pithecusa, a figlinis doliorum. *Id.* l. 7. c. 56. Figlinas invenit Corœbus Atheniensis. Apud *Gud.* pag. 76. 77. et 78. multæ de figlinis, h. e. officinis Inscriptiones veteres leguntur. *potters' workshops.* ¶ *Figlinum* absolute, est opus figuli, v. gr. vas fictile. *Plin.* l. 31. c. 3. Si figlinum humidum, ruptumve reperiatur. ¶ Integrum *figulinus* legitur apud *Plin.* l. 31. *sub fin.* In cruda olla figulini operis. et *Arnob.* lib. 6. pag. 200. Simulacra fornacibus incocta figulinis.

FIGMEN, inis, n. *an image,* figmentum, simulacrum. *Prudent. in Apotheos.* v. 866. Factor utroque hominem meditans de figmine junctim Ædificare sui similem. Adde vers. 1103.

FIGMENTUM, ti, n. πλάσμα, proprie res ficta, et formata, simulacrum. *Gell.* l. 5. c. 12. Ejusque animalis figmentum juxta simulacrum stat. *Ammian.* l. 22. c. 9. (*al.* 22.) Figmento deæ cælitus lapso. ¶ Translate est commentum. *a fiction. Lactant.* l. 7. c. 22. Figmenta poetarum. *Apul.* l. 4. *Metam.* Figmenta somniorum. ¶ Figmenta verborum apud *Gell.* l. 29. c. 9. sunt novorum verborum formationes, qualia sunt illa *Cn. Matii,* ibid. *columbatim, venenare,* &c. ¶ Exempla autem, quæ afferunt quidam Lexicographi ex *Plin.* l. 10. c. 54. et ex *Cicer.* l. 2. *de Orat.* c. 45. nihil huc pertinent. Nam apud *Plin.* pro *figmentis* legendum est *fimetis;* apud *Cicer.* vero *pigmentis.*

FIGO, is, ixi, ixum, a. 3. *to fix, fasten, thrust in,* πήγνυμι, immitto, adigo, affigo. *Cic.* 14. *Phil.* c. 3. Dubitare, utrum mucrones in cive, an in hoste figantur. *Plaut. Mil.* 4. 4. 4. Figere palum in parietem. *Propert.* l. 2. el. 10. v. 2. Spicula pectore figere. *Virg.* 10. *Æn.* v. 701. vertice figere cristas. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 368. Figere aliquem sub aquis. *to plunge. Virg. Æn.* 7. v. 457. fumantes fixit sub pectore tædas. *Tibull.* l. 1. el. 9. v. 38. in collo figere dente notas. *to impress. Plin.* l. 17. cap. 14. *a med.* Figere cuneos. *Justin.* l. 38. c. *ult.* caligas auro. *h. e.* aurum suffigere caligis. *Cato R. R.* c. 21. Imbrices medias clavulis figere. *Martial.* l. 14. epigram. 24. Acus figit, et sustinet comas. *Virg.* 1. *Æn.* v. 316. in frusta secant, verubusque trementia figunt. *Id.* 4. *Georg.* v. 115. feraces figat humo plantas. *h. e.* serat, *let him sow. Cic.* 7. *Verr.* c. 6. Damnatis servis crucem figere. *Justin.* l. 21. c. 4. Figere aliquem in cruce. *to nail. Al. leg.* in crucem. ¶ Translate *Senec.* ep. 11. Figere in terram oculos. *Pers.* sat. 3. v. 80. Obstipo capite, et figentes lumine terram. ὑπαλλαγή, pro *lumina terræ.* et *Virg.* 12. *Æn.* v. 70. figitque in virgine vultus. *fixed his eyes.* et 6. *Æn.* v. 159. cui fidus Achates It comes, et paribus curis vestigia figit. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 116. vagus hos ibi fixerat error. *h. e.* stiterat, statuerat. *Id.* l. 7. v. 559. Figere gradus. *to support. Juvenal.* sat. 3. v. 2. sedem figere Cumis. *to fix his abode, take up his residence. Virg.* 1. *Æn.* v. 691. oscula dulcia figere. *Lucret.* l. 4. v. 1172. foribus miser oscula figit. *Horat.* l. 3. od. 15. v. 2. figere modum nequitiæ. *to set bounds. Cic. Fam.* 2. ep. 6. Ego omnia mea Studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi et locavi. *Stat.* 1. *Achill.* v. 380. Dum repetit monitus, arcanaque murmura figit Auribus. *inculcates, impresses. Virg.* 3. *Æn.* v. 250. Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta. *h. e.* memori pectore condite. *mark. Juvenal.* sat. 9. v. 94. Et tacitus nostras intra te fige querelas. *h. e.* reconde in animo tuo, ne vulgentur. *Senec. de Tranquill.* c. 15. Adeo penitus hoc se malum fixit, ut, &c. *h. e.* invaluit, obtinuit, radices egit. ¶ Est etiam ferire, vulnerare, trajicere, *to pierce, transfix, wound. Hirt. de B. Alex.* c. 30. *extr.* et *Virg.* 10. *Æn.* v. 382. Telis figere hostem. *Senec. de Provid.* c. 3. Figunt cutem clavi. *Virg. Ecl.* 2. v. 29. Figere cervos. *Martial.* l. 1. epigr. 61. figere vulnus. *to wound. Senec. in Herc. Œt.* v. 519. figere mortem. *h. e.* figendo mortem inferre. *to strike dead.* ¶ Translate *Cicer. in Orat.* c. 26. Tantummodo adversarios figet, nec eos tamen semper. *h. e.* dictis, et salibus feriet. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 34. Figere aliquem maledictis. ¶ Significat præterea affigere, suspendere, *to fix or set up. Virg.* 3. *Æn.* v. 287. clypeum postibus adversis figo. et lib. 12. v. 768. nautis venerabile lignum, Servati ex undis ubi figere dona solebant Laurenti divo. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 529. Quippiam Marti dono figere. In quodam S. C. apud *Plin.* l. 8. ep. 6. Figere aliquid ad statuam. ¶ *Figere arma* dicuntur milites defuncti jam bello, et gladiatores rude donati. *Virg.* 1. *Æn.* v. 251. Hic tamen ille urbem Patavi, sedesque locavit Teucrorum, et genti nomen dedit, armaque fixit Troia. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 4. Veianius armis Herculis ad postem fixis, latet abditus agro. Adde *Sil.* l. 15. v. 494. et 678. ¶ *Figere leges* est ferre, *to enact,* quia mos erat ære incisas publice suspendere, ut legi vulgo possent. Contra *refigere* est tollere, abrogare, rescindere. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 12. Antonius accepta grandi pecunia, fixit legem a Dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani. *Id. Phil.* 2. c. 36. Ne qua post Idus Martias immunitatis tabula figeretur. *Virg.* 6. *Æn.* v. 622. leges fixit pretio, atque refixit. ¶ Participia *fixus* et *fictus* V. suis locis. [¶ Particip. *fixurus* apud *Ovid.* 2. *Met.* v. 504. Vulnifico fuerat fixurus pectora telo.]

FIGULĀRIS, re, κεραμικὸς, ad figulum pertinens. *Plaut. Epid.* 3. 2. 35. Versutior es, quam rota figularis. *a potter's wheel. Colum.* l. 8. c. 2. et lib. 6. c. 17. Figularis creta. *potter's earth or clay.*

FIGULATĬO, onis, f. compositio. *Tertull. de Anim.* c. 25. Animam non in utero concipi, nec cum carnis figulatione compingi.

FIGULATŬRIT, Figulum (nomen civis R.) et Fimbriaturit, Fimbriam imitatur, aut coiit: voces sunt fictæ ab *Asinio* apud *Quintil.* l. 8. c. 3.

FIGULĀTUS, a, um, adject. efformatus, fictus. *Tertull. de car. Chr.* c. 9. Corpus hoc nostrum de limo figulatum.

FIGULĪNUS. V. *Figlinus.*

FIGULNENSIS. V. *Ficulnensis.*

[* FIGŬLO, as, are, a. 1. idem ac formo, fingo. *Tertullian. advers. Valentin.* c. 24. Figulat ita hominem Demiurgus, et de afflatu suo animat. *Id. de exhort. castit.* c. 5. Nam cum Deus hominem figulasset. Quidam hic scribunt *figurasset.*]

FIGŬLUS, li, m. *a potter or worker in clay,* κεραμεὺς, fictor, qui ex argilla opera facit: a fingo. *Plin.* l. 35. c. 12. Dibutades Sicyonius figulus primus invenit ex argilla fingere similitudines. *Juvenal.* sat. 10. v. 171. *de Alex. M.* Cum tamen a figulis munitam intraverit urbem, Sarcophago contentus erit. *h. e.* Babylonem cocto latere exstructam. Adde *Colum.* l. 11. c. 1. *ante med.* ¶ Fuit cognomen civis R. (V. *Nigidius*) ideo datum P. Nigidio, quod regressus a Græcia dixit se didicisse, Orbem ad celeritatem rotæ figuli torqueri. Ita *vet. Scholiast.* ad *Lucan.* l. 1. v. 639.

FIGŪRA, æ, f. *a figure, form, shape, make, fashion, image, likeness,* σχῆμα, conformatio rei, forma, species: a fingo. *Cic.* 3. *Offic.* c. 6. *extr.* Feritas bestiæ in figura hominis. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 22. Esse aliquem humana specie ac figura, qui tantum immanitate bestias vicerit. *Id.* 4. *Verr.* c. 35. Signum in muliebrem figuram habitumque formatum. et *Verr.* 3. c. 21. *ad fin.* Non solum numerum signorum, sed etiam magnitudinem, figuram, statum definire.] Ubi *Ascon.* figura est circa gestum, situmque membrorum, status circa ornatum et habitum vestis, insignium, et armorum. *Id. Verr.* 4. c. 36. Figura et lineamenta alicujus. *Id.* 5. *de Fin.* c. 12. Corporis nostri partes, totaque figura, et forma, et statura, quam apta ad naturam sit, apparet. *Id.* 1. *de Orat.* c. 25. Conformatio quædam et figura totius oris et corporis. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 32. Hoc dico, non ab hominibus formæ figuram venisse ad deos. *Nep. in Eumen.* c. 12. Homo non tam magno corpore, quam figura venusta. *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 134. Dii facerent, ut me summa de puppe videres: Movisset vultus mœsta figura tuos. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 25. Figura navium. *Justin.* l. 15. c. 4. anchoræ. *Plin.* l. 2. c. 25. doliorum. *Id.* l. 13. c. 4. *sub fin.* rotunditatis aut proceritatis. *Cæs. de B. Gall.* l. 6. c. 25. Bos cervi figura. *made like a stag. Plin.* l. 13. c. 22. Granum quadrangula figura. *Id.* l. 3. c. 16. Padus triquetram figuram inter Alpes, atque oram maris facere proditus. *Id.* l. 27. c. 12. *a med.* Semen nigrum, latum, ad lenticulæ dimidiæ figuram. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 8. Figuram imponere. *to give shape or figure.* et lib. 4. c. 22. Facere figuras. *to draw*

figures. Ovid. 11. *Metam.* v. 253. mentiri figuras centum. *to be transformed into.* et lib. 3. v. 399. lapidis figuram trahere. *to be changed into a stone.* et lib. 8. v. 615. Dii dant, adimuntque figuras. [¶ *Figuræ* dicuntur mortuorum umbræ, quas viventibus apparere putabant veteres. *Virgil.* 10. *Æn.* v. 641. Morte obita quales fama est volitare figuras, Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus. *Lucret.* l. 4. v. 38. Cum sæpe figuras Contuimur miseri, simulacraque luce carentum.] ¶ Translate *Cic.* 1. *de Invent.* c. 27. Majus et minus ex figura negotii, sicut ex statura corporis, consideratur. *Id.* 3. *de Orat.* c. 55. Ut figuram orationis plenioris, et tenuioris, et item mediocris, ad id, quod agimus, accommodatam deligamus. *h. e.* stilum, genus dicendi. et lib. 2. c. 23. Verborum gravitate, et elegantia, et copia suam quandam expressit quasi formam figuramque dicendi. *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 81. Occurrunt animo pereundi mille figuræ. *h. e.* modi. *methods, ways, means. Claudian.* l. 2. *de rap. Proserp.* v. 43. Figuram veri ducere. *h. e.* imaginem habere, verum imitari. *the appearance. Caius Dig.* lib. 39. tit. 6. leg. 30. Mortis causa capitur, cum propter mortem alicujus capiendi occasio obvenit, exceptis his capiendi figuris. *these cases. Mæcian.* lib. 35. tit. 2. leg. 30. *a med.* Id, quod non figura conditionis accipere jussus est. *h. e.* sub conditione, vel sub ratione conditionis. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 15. Figura vocis. *h. e.* conformatio, et forma. *Claudian.* 2. *de rapt. Proserp.* v. 131. Te quoque flebilibus mœrens, hyacinthe, figuris. *h. e.* notis, litteris. ¶ Apud Grammaticos, et Rhetoras *figura* est conformatio quædam orationis, remota a communi et primum se offerente ratione, ut *Quintil.* l. 9. c. 1. definit. Duplicis autem est generis, verborum, et sententiarum: illud in singulis verbis, hoc in integra sententia fit. Utriusque generis plurimas enumerat *Cic.* 3. *de Orat.* c. 53. et 54. et *in Orat.* c. 39. et 40. et *Quintil.* l. 9. c. 2. et 3. ¶ Differt a Tropo. V. *Tropus.* ¶ Dicitur aliquando de scommate, et dicto, *a scoff, taunt. Quintil.* l. 9. c. 2. *a med.* Nemo se tenuit, agens pro patre, quin figuras in filium faceret. *Sueton. in Vespas.* c. 13. Amicorum libertatem, causidicorum figuras, ac philosophorum contumaciam lenissime tulit. ¶ Apud Grammaticos significat etiam positionem, casum, *the termination, form. Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 8.) *extrem.* Quædam verba tertiæ personæ figura dicuntur, ut *licet, piget. Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 28. et lib. 9. c. 1. et 3. Figura verbi. et lib. 8. c. 36. Nomina, quod quinque habent figuras, habere quinque casus. ¶ Denique aliquando apud Rhetoras *figura* dicitur integra oratio, vel orationis bona pars, in qua aliquid describitur obliqua forma, et ex qua aliud intelligatur: unde *figuratis controversiis* nomen est factum: item descriptio artificiosa alicujus rei, vel ut magis placeat, vel ut plenius percipiatur, vel ut magis id conficiat, quod volumus: quo sensu cum *colore* nonnihil convenit. *Senec.* controv. 29. l. 4. *a med.* Totam hac figura declamavit: non sum, inquit, vobis dicturus, &c. et lib. 5. controv. 33. *a med.* Hoc genere insectatus sæculi vitia, egregia figura, inquinatum et infamem reum majorum criminum impunitate defendit. *Quintil.* l. 9. c. 2. *a med.* Quæsitum etiam est, quomodo responderi contra figuras oporteret: et quidam semper ex diverso aperiendas putaverunt, sicut latentia vitia rescinduntur. ¶ Similis est ironiæ, nisi quod ironia contrarium dicit, figura aliud. *Senec. de benefic.* l. 2. c. 11. Hæc ipsa non verniliter, nec ea figura, qua quidam rejiciunt, quæ magis ad se volunt attrahere.

[* FIGURALĬTAS, atis, f. figuratus dicendi modus. *Fulgent. de continent. Virgil. ante med.* Ergo sub figuralitate historiæ plenum hominis monstravimus statum.]

FIGURALĬTER, adverb. ἐσχηματισμένως, figurate. *Tertull. de testimon. anim.* c. 2. *Sidon.* l. 8. ep. 14. *a med.*

FIGURĀTE, *figuratively*, per figuras. *Ascon. Pædian. in Verr.* 2. cap. 6. Figurate dixit. *Sidon.* l. 5. ep. 8. Figuratius quem pungere.

FIGURATĬO, onis, f. *figure, form*, σχηματισμὸς, actus figurandi, itemque ipsa figura et conformatio. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 88. *Hard.* Nervi hic teretes, illic lati, ut in unoquoque poscit figuratio. *Vitruv.* l. 9. c. 4. Zona duodecim signis conformata exprimit depictam a natura figurationem. ¶ Item imaginatio. *Quintil.* declam. 6. c. 15. Si quisquam figuratione quadam in hac malorum conditione judicem ponat. et declam. 12. c. 17. Si spei figuratione tardius cadit. et declam. 6. c. 4. O vanæ figurationes, et pectora hominum alto errore confusa! *vain imaginations.* ¶ Item figurarum usus in dicendo, exornatio. *Lactant.* l. 1. c. 11. *ante med.* Officium poetæ est in eo, ut quæ gesta sunt vere, in aliquas species obliquis figurationibus, cum decore aliquo conversa, traducat. ¶ Item positio, casus. *Gell.* l. 17. c. 2. *a med.* Inusitate dixit *diurnare*, pro diu vivere: sed ex ea figuratione est, qua dicimus perennare.

FIGURĀTO, adverb. figurate. *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 14.

FIGURĀTOR, oris, m. qui figurat, et fingit. *Arnob.* l. 6. pag. 196. Vobis ducibus et figuratoribus, luna femina est.

FIGURĀTUS, a, um, *formed, fashioned*, conformatus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Boum terga declarant, non esse ad onus accipiendum figurata. *Tacit. de morib. Germ.* c. 9. Signum in modum liburnæ figuratum. *Petron. in Sat.* c. 33. Ova figurata ex farina pingui. ¶ Item simpliciter figuram habens: cui opponitur liquidus et fluens, *having figure. Cels.* l. 2. c. 3. *a med.* Venter ei, qui a periculo tutus est, reddit mollia, figurata. Adde cap. 8. *ante med.* ¶ Item figuris dicendi exornatus, *figurative, adorned with rhetorical figures*, ἐσχηματισμένος, ut Figurata oratio, *Quintil.* l. 9. c. 1. *ante med.* et Figuratum verbum, lib. 8. c. 1. ¶ Figuratæ controversiæ, ἐσχηματισμένοι λόγοι, sunt, in quibus tota oratione dissimulatio adhibetur, et causa non aperte et simpliciter, sed oblique agitur, et quasi furtim, ut per quandam suspicionem, quod non dicimus, intelligatur: quod fit, cum palam dicere vel tutum non est; vel non decet; vel si ea ratione major causæ venustas ac probabilitas acquiratur. Hujus rei exemplum volunt quidam esse Æschinis et Demosthenis orationem contra et pro Ctesiphonte. *Quintil.* l. 9. c. 2. pag. 786. *Burm.* Hinc *Hieronym.* ep. 66. *ad Rufin.* Præfatiuncula tua oblique, immo aperte petor. Poteram et ego, qui sæpissime figuratas controversias declamavi, aliquid de vetere artificio repetere, et tuo te more laudare. Sed absit a me, ut quod in te reprehendo, imiter.

FIGŪRO, as, avi, atum, a. 1. *to form, fashion, shape, figure*, σχηματίζω, figuram formamque induco, formo, effingo. *Cic. de Univer.* c. 6. Mundum ea forma figuravit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur. *Sen.* ep. 65. Figurare æs in habitum statuæ. *Petron. in Sat.* c. 102. Barbam peregrina ratione figurare. *Plin.* l. 16. c. 38. Ficis humor lacteus: huic ad caseos figurandos coaguli vis. *Id.* l. 36. c. 22. Medullæ in ossibus in lapidis naturam figurantur. *Id.* l. 8. c. 36. *de fetibus ursinis.* Hi sunt candida informisque caro: hanc lambendo paulatim figurant. *form them, give them shape. Lucret.* l. 4. v. 551. Lingua figurat voces. *forms, pronounces, utters.* ¶ Translate est informare, instituere. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 126. Os tenerum pueri balbumque poeta figurat. *forms, trains.* ¶ Item figuris rhetoricis exonare. *Quintil.* l. 9. c. 1. *ante med.* Tam translatis verbis, quam propriis figuratur oratio. *Senec. in proœm.* l. 3. *controvers.* Affectus efficaciter movit: figurabat egregie: præparabat suspiciose. ¶ Item imaginari, fingere. *to imagine, conceive. Senec.* l. 3. controv. 17. *ante med.* Qui in crepidine viderat Marium, in sella figuravit. *Senec. alter* l. 2. *de Ira*, c. 35. *post med.* Quales ad bella excitanda exeunt Furiæ, talem nobis iram figuremus. *Curt.* l. 7. c. 1. *ad fin.* Utinam prudentius esset sollicita pro filio, et non inanes quoque species anxio animo figuraret. *Quintil.* declam. 9. c. 6. *extr.* Figurare potestis, qui tunc animus mihi, quæ cogitatio fuerit. *you can figure to yourselves. Id.* declam. 12. c. 7. Figura tibi exesos vultus, decrescentem populum, jam præmortuas vires. ¶ *Prudent. in Psychom.* v. 66. matrona sub umbra Legis adhuc pugnans, dum tempora nostra figurat. *h. e.* typus et figura est nostrorum temporum.

FILĀTIM, *thread by thread*, per fila, vel filorum in modum. *Lucret.* l. 2. v. 828. Ut fit, ubi in parvas partes discerpitur aurum, Purpura, puniceusque color clarissimu' multo, Filatim cum distractus disperditur omnis.

FILĬA, æ, f. *a daughter*, θυγάτηρ, proles femina. *Cic. pro Cluent.* c. 64. Despondit ei filiam suam. *Terent. Phorm.* 4. 3. 40. filiam suam unicam locare. *Id. Adelph.* 3. 2. 3. herilis filia. *Id. Heaut.* 3. 3. 41. Filia adolescentula. *Id. Adelph.* 3. 5. 20. Filia virgo. ¶ *Filiafamilias* dicitur, quæ patrem vivum habet, et sub ejus potestate est. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 14. Tu filia familias locupletibus filiis ultro contulisti. *Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. 6. leg. 9. Filiæfamilias mutuum dare. et *ibid.* Hoc Senatusconsultum ad filias quoque familiarum pertinet. V. *Filius.* ¶ In dativo plurali habet *filiis. Liv.* l. 38. c. 57. Huic Graccho minorem ex duabus filiis nuptam fuisse convenit. Adde *Plaut. Stich.* 4. 1. 61. *Enn.* apud *Priscian.* l. 7. pag. 733. *Putsch.* et *Hirt. de B. Alex.* c. 33. ¶ Item *filiabus*, si distinctione opus sit, ut in *Asina* est dictum. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 750. n. 6. Bene sit filiis, filiabus meis, qui me bene coluerunt. ¶ Quamquam et ubi distinguere non est opus, *filiabus* usurpatum legitur. *Liv.* l. 24. c. 26. Cum duabus filiabus virginibus. *Cato* apud *Priscian. loc. cit.* Dotes filiabus suis non dant. Adde *Senec. sub fin.* l. 1. *quæst. natur.* ¶ Translate *Paulin.* carm. 21. *ad Cyther.* v. 305. posita Gallorum solo Massilia Graium filia. *h. e.* cujus cives a Graiis oriundi. *Horat.* l. 1. od. 14. v. 11. Pontica pinus, Silvæ filia nobilis. *Martial.* l. 13. epigr. 35. Filia Picenæ venio lucanica porcæ.

FILIASTER, tri, m. *a step-son*, privignus. Legitur in Inscriptionib. apud *Gruter.* pag. 645. n. 4. et 681. n. 8. et 682. n. 9. et apud *Murator.* pag. 1135. n. 1. et pag. 1152. n. 4. et apud *Maffei. in Mus. Veronen.* pag. 319. n. 2. et apud *Donium* class. 10. n. 67. Est tamen non probæ notæ verbum.

FILIATRA, *vel* Filiastra, æ, f. *a step-daughter*, privigna. Vox ejusdem notæ cum præcedenti. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 1958. n. 6.

FILICĀTUS, a, um, *embossed with the figures of ferns*, filicis folia insculpta habens. *Cic. Parad.* 1. c. 3. Minus ne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quam filicatas aliorum pateras arbitramur? *Id. Attic.* l. 6. ep. 1. *circa med.* In filicatis lancibus et splendidissimis canistris. ¶ Legitur et *felicatus.*

FILICŌNES, mali, et nullius usus: a filice dicti. *Festus.*

FILICTUM, i, n. *a place abounding with ferns*, locus filice obsitus. *Colum.* l. et cap. 2. Locus filictis, aliisque frutetis impeditus. *Pallad. in Aug.* tit. 3. Extirpare carecta atque filicta. ¶ Legitur et *filectum.*

FILICŬLA, æ, f. *an herb resembling fern; rock-fern, wall-fern, polypody*, parva filix, herba. *Plin.* l. 26. c. 8. *ante med.* Detrahit bilem polypodion, quam nostri filiculam vocant: similis enim est filici. Radix in usu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cavernosa, ceu polyporum cirri, subdulcis, in petris nascens, aut sub arboribus vetustis. Adde *Caton. R. R.* c. 158. ubi et *felicula* legitur.

FILIŎLA, æ, f. *a little daughter*, θυγάτριον, parva filia. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 46. Filiolam suam Tertiam animadvertit esse tristiculam. ¶ Dicitur per contemptum de homine imbelli ac molli. *Cic.* 1. *Attic.* ep. 14. *a med.* Totus ille grex Catilinæ, duce filiola Curionis. *h. e.* C. Curione C. F.

FILIŎLUS, li, m. *a little son*, τεκνίον, diminut. a filio. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 2. Filiolo me auctum scito. [adde etiam poetæ locum. *Juvenal.* sat. 9. v. 83. Quod tibi filiolus, vel filia nascitur.]

FILĬUS, ii, m. *a son*, υἱὸς, proles masculina, gnatus. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 38. Ut condemnaretur filius, aut nepos, si pater, aut avus deliquisset. *Id.* 2. *de Fin.* c. 18. Sex. Peducæus, qui hunc nostrum reliquit, effigiem et humanitatis et probitatis suæ filium. *Terent. Adelph.* 4. 5. 73. Quid hoc est negoti? hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse? *Id. Heaut.* 1. 1. 41. Filium unicum adolescentulum habeo. *Id. Phorm.* 2. 1. 23. Phædria, mei fratris filius. *my nephew. Cic. pro Dom.* c. 14. Qui filii tibi loco per ætatem esse potuit. *Id. post redit. in Sen.* c. 15. Frater, qui in me pietate filius, consiliis parens inventus est. *Quintil. in proœm.* l. 6. Filios eniti. *Id.* l. 4. c. 2. *ante med.* educare. *Cic. pro Dom.* c. 14. Adoptare sibi aliquem filium. et *ibid.* Aliquem filium instituere. *eod. sensu.* ¶ *Fortunæ filius* dicitur, cui omnia ad votum succedunt. *fortune's favourite. Horat.* l. 2. sat. 6. v. 49. Eod. sensu dicitur *albæ gallinæ filius* a *Juvenal.* sat. 13. v. 141. ¶ *Terræ filius*, cujus pater genusque ignoratur, ignobilis, obscurus; terra enim communis omnium parens est. *a mean obscure fellow. Cic. Attic.* l. 1. ep. 13. *ad fin.* Et huic terræ filio nescio cui committere epistolam tantis de rebus non audeo. Adde *Fam.* 7. ep. 9. et *Pers.* sat. 6. v. 59. ¶ contra *Cæli filius* de admirabili ac nobili viro dicitur. *Lactant.* l. 1. c. 11. *ex Minucio Fel.* Saturnum, cum fugatus esset a filio, in Italiamque venisset, Cæli filium dictum, quod soleamus eos, quorum virtutem miremur, aut repentino advenerint, de cælo cecidisse dicere: terræ autem, quod ignotis parentibus natos, terræ filios nominemus. Eadem habet *Tertull. in Apolog.* c. 10. *sub fin.* ¶ Apud *Catull.* carm. 37. *ad Contubern.* v. 18. Celtiberiæ filius. *h. e.* incola, civis, natione Celtiber. ¶ *Filiusfamilias* dicitur, qui sub patris adhuc est potestate. *Cic. pro Cæl.* c. 15. *sub fin.* Illum filiumfamilias, patre parco ac tenaci, habere devinctum non potes. ¶ In plur. numero *filii familias* videntur esse, qui sunt ejusdem familiæ. *filii familiarum*, qui plurium. *Sallust. in Catil.* c. 44. Uti filii familiarum parentes interficerent. ¶ Dicitur aliquando de brutis animalibus. *Colum.* l. 6. c. 37. Ejusmodi admissarius nepotibus magis, quam filiis, utilior est. ¶ *Filie* in vocativo pro *fili* obsoletum est. *Liv. Andron.* apud *Priscian.* l. 7. pag. 741. *Putsch.* Pater noster, Saturni filie.

FILIX, icis, f. *a fern or brake*, πτέρις, herba est, de qua ita *Plin.* l. 27. c. 9. Filicis duo genera nec florem habent, nec semen. Pterin Græci vocant, cujus ex una radice complures exeunt filices, bina etiam cubita excedentes longitudine, non graves odore. hanc marem existimant. Alterum genus thelypterin Græci vocant. est autem singularis, atque non fruticosa, brevior, molliorque, et densior, foliis ad radicem canaliculata. Folia utriusque lateribus pinnata: radices longæ in obliquum, nigræ, &c. *Virg.* 3. *Georg.* v. 297. filicumque maniplis Sternere humum. et lib. 2. v. 189. Filix invisa aratris. *scil.* quia radicibus remoratur. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 37. Neglectis urenda filix innascitur agris. [¶ Translate filicem vocat pilos circa genitalia *Pers.* sat. 4. v. 40. Non tamen ista filix ullo mansuescit aratro.]

FILUM, i, n. *a thread*, νῆμα, quod ex lino lanave trahendo ducitur: itemque aliud quidlibet huic simile. *Ovid. Metam.* 4. v. 36. levi deducens pollice filum. *Martial.* l. 6. epigr. 3. fila trahere. *Virg.* 6. *Æn.* v. 30. Cæca regens filo vestigia. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 445. Toga filo tenuissima. *of the finest drapery.* et vers. 267. pleno velamina filo. *of coarse cloth. Id.* 6. *Metam.* v. 68. lentum filis immittitur aurum. *is interwoven with. Cels.* l. 7. c. 16. Filum in acum conjicere. ¶ De re quapiam subtili, et filo simili. *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 364. Deducunt habiles gladios filo gracilento. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 372. solent canis frondes intexere filis Agrestes tineæ. *Id.* 1. *Fastor.* v. 342. fila croci. *Lucret.* l. 3. v. 384. aranei tenuia fila. *web. Martial.* l. 11. epigr. 53. porris fila resecta suis. *fibres. Colum.* l. 10. v. 375. asparagi corruda simillima filo. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 8. v. 60. Tractat inauratæ consona fila lyræ. *the chords or strings. Plin.* l. 36. c. 15. Filum aureum commissuris omnibus

politi lapidis subjecit artifex. *a fillet of gold.* *Id.* l. 21. c. 6. Foliorum exilitas usque in fila attenuata. *filaments, threads.* *Id.* l. 11. c. 15. Mel thymosum non coit, et tactu prætenuia fila mittit. ¶ *Filum* dicitur etiam velamen capitis Flaminis. V. *Apiculum.* ¶ Translate *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 3. v. 35. Omnia sunt hominum tenui pendentia filo: Et subito casu, quæ valuere, ruunt. *Enn.* apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 4. Hac noctu filo pendebit Etruria tota. *h. e.* in summo discrimine versabitur. *Valer. Max.* l. 6. c. 4. n. 1. Cum admodum tenui filo suspensa reipublicæ salus ex sociorum fide penderet. ¶ Sæpe dicitur de textura verborum, ac stilo. *the style or manner of speech.* *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 225. tenui deducta poemata filo. *composed in a simple style.* *Colum.* l. 10. v. 228. gracili connectere carmina filo. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 26. Silva rerum ac sententiarum comparanda est: hæc formanda filo ipso et genere orationis. *the thread of the discourse.* et lib. 2. c. 22. Omnes etiam tum retinebant illum Periclis succum, sed erant paulo uberiore filo. *Id.* 9. *Fam.* ep. 12. Oratiunculam pro Deiotaro tibi misi, quam velim sic legas, ut causam tenuem et inopem, nec scriptione magno opere dignam. Sed ego hospiti veteri et amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo. *h. e.* stilo tenui, et nihil elaborato, ut vestes, quæ crasso filo texuntur. Nam ut idem ait *in Orat.* c. 36. si tenues causæ, tum etiam argumentandi tenue filum, et in docendo, et in refellendo. ¶ A Poetis sæpe dicitur de stamine vitæ, quod nere Parcas fabulantur. *Virg. Æn.* 10. v. 815. extremaque Lauso Parcæ fila legunt. *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 8. v. 63. tibi nascenti Nerunt fatales fortia fila deæ. *Sil.* l. 4. v. 28. Grandævi senes ducentes ultima fila. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 3. quæ dispensant fatalia fila, Sorores, Debuerant fusos evoluisse meos. et epist. 15. v. 82. ita nascenti legem dixere Sorores: Nec data sunt vitæ fila severa meæ. *h. e.* mores severi. *Id.* 5. *Trist.* el. 10. v. 45. O duram Lachesin, quæ tam grave sidus habenti Fila dedit vitæ non breviora meæ! *Martial.* l. 11. epigr. 37. rupta Sororum fila. *h. e.* vita amissa. et lib. 10. epigr. 5. cum supremæ fila venerint horæ. Adde *Horat.* l. 2. od. 3. v. 15. ¶ Aliquando dicitur de figura et lineamentis, *form, make, fashion, shape.* *Plaut. Merc.* 4. 4. 15. Satis scitum filum mulieris. *Gell.* l. 1. c. 4. Mores naturasque hominum conjectatione quadam, de oris et vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu sciscitari. et lib. 14. cap. 4. Forma atque filo virginali, aspectu vehementi, &c. *Ammian. sub fin.* l. 14. Fuit forma conspicuus bona, decente filo corporis. *Petron. in fragm. Tragur.* cap. 46. *Burm.* Ingeniosus est, et bono filo. *h. e.* bona specie, bene habitus. Adde *Arnob.* l. 6. pag. 199. ¶ Interdum de figura, et textura cujusque rei. *Lucret.* l. 4. v. 85. formarum vestigia certa, Quæ vulgo volitant subtili prædita filo. *Id.* l. 2. v. 340. non omnia prorsum Esse pari filo, similique affecta figura. ¶ Etiam *filus, i,* m. usurpatum aliquando fuisse, testatur *Arnob.* l. 1. pag. 36.

FIMBRĬA, æ, f. *the extremity of any thing; the border, hem, selvage, guard, or welt of a garment; a fringe, flounce,* θύσανοι, κράσπεδον, extremitas vestis, aliusve rei, præsertim si incisuras habeat. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 13. Antiqui fibrum dicebant extremum: unde in sagis extrema, fimbriæ. *Plin.* l. 7. c. 51. Jam signa letalia, in furoris morbo risum, sapientiæ vero ægritudine, fimbriarum curam, et stragulæ vestis plicaturam. *Cels.* l. 2. c. 6. Mors denuntiatur, si quis in insania, in veste floccos legit, fimbriasve diducit. *Cic. in Pison.* cap. 11. Erant illi compti capilli, et madentes cincinnorum fimbriæ. *Apul.* l. 11. *Metam.* Palla ad ultimas oras nodulis fimbriarum decoriter confluctuabat.

FIMBRIĀNUS, a, um, ad Fimbriam pertinens, quod est nomen proprium R. ut Fimbriana seditio, *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 3. n. 151.

FIMBRIATŬRIT. V. *Figulaturit.*

FIMBRIĀTUS, a, um, *hemmed, guarded, fringed, flounced,* θυσανωτὸς, fimbrias habens, laciniosus. *Sueton. in Cæs.* c. 45. Usus est lato clavo ad manus fimbriato. *Plin.* l. 21. c. 15. *sub fin.* Urtica caule quoque mordaci, fimbriatis foliis. *indented.* *Id.* l. 18. c. 7. Milii comæ granum complexæ, fimbriato capillo curvantur. *Apul.* l. 8. *Metam.* Flagrum contortis tæniis lanosi velleris prolixe fimbriatum.

FIMĒTUM, ti, n. *a dunghill,* κοπρὼν, sterquilinium, quo fimus congeritur. *Plin.* l. 17. c. 9. *sub fin.* Fimeta sub dio, concavo loco, et qui humorem colligat. Adde lib. 24. *c. ult.*

FIMUS, i, m. *et* Fimum, i, n. *dung, ordure, compost,* κόπρος, excrementa animalium, quibus agri stercorantur. *Liv.* l. 38. c. 18. Fimo bubulo pro lignis utuntur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 80. arida tantum Ne saturare fimo pingui pudeat sola. *Colum.* l. 2. c. 15. Asinus bene confectum atque idoneum protinus arvo, fimum reddit. *Plin.* l. 30. c. 9. Palumborum fimus articulorum doloribus illinitur. *Id.* l. 28. c. 17. *ad fin.* Caprarum fimus sine cicatrice sanare dicitur. et cap. 11. Fimum asini recens cum rosaceo instillatur. et lib. 29. c. 5. Prodest et fimum gallinaceum, dumtaxat rufum, ex aceto impositum. ¶ In femin. genere *Apul. in fi.* l. 7. *Metam.* Liquida fimo strictim egesta. Ita *Elmenhorst.* et *Pricæus*: alii aliter leg. ¶ Dicitur et universim de luto, *dirt, clay, mire.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 332. pronus in ipso Concidit immundoque fimo, sacroque cruore. Adde vers. 358. ¶ Carere plurali numero docent *Diomed.* l. 1. pag. 314. *Phocas* pag. 1708. et *Beda de Orthograph.* pag. 2332. *Putsch.*

FINĀLIS, le, *relating to boundaries,* ad fines pertinens, ὅριος. *Papinian. Dig.* lib. 10. tit. 1. leg. 11. In finalibus quæstionibus vetera monumenta, et census auctoritas sequenda est. *h. e.* quæ de agrorum finibus instituuntur. Adde *Callistrat.* lib. 47. tit. 21. *leg. ult.* et *Sidon.* l. 8. ep. 14. ¶ Item ad finem pertinens, *final, ultimate,* τελικός. *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 5. *ante med.* Terram dividit Orizon, idest finalis circulus. *Augustin. de Civ. Dei,* l. 19. c. 4. *extr.* Finalis beatitudo. *Donat. ad Terent. Eun.* 5. 5. 18. *finalem causam* vocat controversiam status finitivi.

FINDO, is, fidi, fissum, a. 3. *to cleave, cut, split open, sever, divide,* σχίζω, scindo, diffindo, aperio, divido. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 3. Ventum in insulam est. hoc enim quasi rostro finditur Fibrenus, et divisus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit. *Cels.* l. 8. c. 4. *ante med. de calvaria fracta.* Solet etiam evenire, ut altera parte fuerit ictus, et os altera fiderit. *Virg.* 10. *Æn.* v. 295. inimicam findite rostris Hanc terram, sulcumque sibi premat ipsa carina. *Id.* 6. *Æn.* v. 540. Hic locus est, partes ubi se via findit in ambas. *Id.* 2. *Georg.* v. 353. hiulca siti findit Canis æstifer arva. et vers. 78. enodes trunci resecantur, et alte Finditur in solidum cuneis via. *Plin.* l. 36. c. 22. Specularis lapis finditur in quamlibet tenues crustas. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 671. vomere findere terras. *Horat.* l. et od. 1. v. 11. findere agros sarculō. *Id. Epod.* 13. v. 13. Assaraci tellus, quam frigida parvi Findunt Scamandri flumina, lubricus et Simois. *h. e.* interfluunt, intersecant. *intersect.* ¶ Translate *Id.* l. 4. od. 11. v. 15. Idus tibi sunt agendæ, Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilem. *divides into two.* *Ovid.* 4. *Metam.* v. 666. Et liquidum motis talaribus aera findit. *cleaves the air in his flight.* et *Heroid.* ep. 16. v. 31. et *Propert.* l. 3. el. 7. v. 35. fretum merces portante carina Findere. *to plough the sea.* et rursus *Ovid. ibid.* ep. 19. v. 208. spes est vicinæ pacis in undis: Tum placidas tuto pectore finde vias. *cleave as you swim.* et absolute l. 1. *Trist.* el. 4. v. 3. Ionium non nostra findimus æquor Sponte. *h. e.* navigamus, *we plough, or sail upon.* et *Stat. Theb.* 12. v. 255. *de tauro.* Nunc pede torvus humum, nunc cornibus aera findit. *Id.* l. 3. silv. 1. v. 155. nubila disco findere. ¶ *Findi* aliquando est præ ira rumpi. *Pers.* sat. 3. v. 8. turgescit vitrea bilis: Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas. *I am ready to burst with rage.* *Plaut. Bacch.* 2. 3. 17. Cor meum et cerebrum, Nicobule, finditur, istius hominis ubi sit mentio. *Ovid. de medic. fac.* v. 39. Marsis finduntur cantibus angues. *are charmed until they burst.* ¶ De præterito hæc habet *Priscian.* l. 10. pag. 890. *Putsch.* Findo quoque *fidi* facit: licet quidam *fisi* putaverunt. Deinde affert exempla de *diffindo.* [¶ Particip. *findens, findendus* apud *Curt.* lib. 8. c. 9. Ganges findens ripas, multas arbores cum magna soli parte exsorbet. *Cels.* l. 7. c. 26. sect. 3. Si quando autem calculus major non videtur nisi rapta cervice extrahi posse, findendus est.]

FINGIBĬLIS, le, qui fingi potest. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 4. sect. 104. Aurium tinnitus, vel præ oculis scintillarum fingibilis visus.

FINGO, is, finxi, fictum, a. 3. *to form, fashion, frame, make,* πλάττω, est verbum generale ad omnia, quæ ingenio, et manu artificiose formantur, et significat formare, rem veram imitatione exprimere, componere, efficere: a πήγω, seu πηγνύω. *Cic.* l. 5. *Fam.* ep. 12. *a med.* Ab Apelle pingi, a Lysippo fingi volebat. *have his statue made.* *Ovid.* 2. *Trist.* v. 489. de humo fingere pocula. *Cic.* 6. *Verr.* c. 13. Fingere e cera. *to model.* *Id.* 1. *Offic.* c. 44. Apes fingunt favos. *build.* *Id. pro Mur.* c. 29. Natura te finxit ad honestatem. *Virg.* 2. *Æn.* v. 79. nec, si miserum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget. *Horat. de ar. Poet.* v. 382. Fingere versus. *to compose.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 59. *ad fin.* Lingua vocem immoderate profusam fingit, et terminat. *forms.* ¶ Significat etiam simulare. *Cic.* 3. *Fam.* ep. 12. Suscipe meas partes, et eum te esse finge, qui ego sum. *suppose, feign.* *Sallust. in Catil.* c. 48. Fingere alia omnia. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 39. Neque vultum fingere, neque interdum lacrymas tenere poterant. ¶ Item docere, instituere. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 64. Fingit equum tenera docilem cervice magister Ire viam. *trains.* ¶ Item imaginari. *to imagine, conceive.* *Cic.* 4. *Acad.* c. 36. *ad fin.* Finge, aliquem nunc fieri sapientem. *Id. pro Mil.* c. 29. Fingere cogitatione. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 9. Homines antiqui, qui ex natura sua ceteros fingerent. *Ovid. Heroid.* epist. 4. *extr.* lacrymas finge videre meas. *picture to yourself.* ¶ Item excogitare, comminisci. *to devise, contrive.* *Terent. Eun.* 1. 2. 58. Fingit causas, ne det. *Plaut. Asin.* 2. 1. 2. Argento comparando fingere fallaciam. ¶ Item componere, ornare, excolere. *Ovid. de remed. Amor.* v. 341. Proderit et subito, cum se non finxerit ulli, Ad dominam celeres mane tulisse gradus. *Virgil.* 2. *Georg.* v. 407. falce vitem putando fingere. ¶ Et speciatim capillos comere. *Phædr.* l. 2. fab. 2. v. 8. Cum se putaret fingi cura mulierum, Calvus repente factus est. *Virg.* 4. *Æn.* v. 148. mollique fluentem Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 306. Quid toties positas fingis inepta comas? *Propert.* l. 3. el. 8. v. 14. Et nitidas presso pollice finge comas. Adde *Tibull.* l. 1. el. 5. v. 50. *Stat.* 5. *Theb.* v. 228. et *Senec. in Hippol.* v. 372. ¶ Item meditari, parare, struere. *Plaut. Capt.* 2. 1. 13. At fugam fingitis. *Ca.* nos fugiamus? *Senec. de consol. ad Marc.* c. 26. Nec parricidia aut fingi, aut cogitari. ¶ Item leniter tractare, mulcere. *Ovid. Fast.* 5. v. 409. Sæpe manus ægras manibus fingebat amicis. ¶ Item comparare, componere, accommodare. *Cic. in Orat.* c. 8. Omnes qui probari volunt, voluntatem eorum, qui audiunt, intuentur, ad eamque, et ad eorum arbitrium et nutum totos se fingunt et accommodant. ¶ In re oratoria aliquando *fingere* est proponere aliquid, quod si verum sit, aut solvat quæstionem, aut adjuvet: deinde id, de quo quæritur, facere illi simile. Ita *Quintil. post med.* cap. 10. l. 5. Nos dicimus *to suppose, make a supposition.* V. *Fictio.* ¶ Pro persuadere, *Sil.* l. 1. v. 440. Daunum etiam, grata quo non spectatior alter Voce movere fora, atque orando fingere mentes. [¶ Particip. *fingendus* apud *Justin.* l. 36. c. 4. Cerisque fingendis oblectabatur.]

FINĬENS, entis, qui finit. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 44. Illi orbes, qui cælum quasi medium dividunt, et aspectum nostrum definiunt, qui a Græcis ὁρίζοντες nominantur, a nobis finientes rectissime nominari possunt. *Senec.* l. 5. *nat. quæst.* c. 17. Hanc lineam, quæ inter aperta et occulta est, Græci ὁρίζοντα vocant, nostri finitorem dixere, alii finientem. *the horizon.*

FINĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to finish, terminate, end, put an end to,* τελέω, finem impono. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 51. Si acrius insequi voluisset, bellum eo die potuisse finiri. *Curt.* l. 4. c. 14. Hic dies imperium aut constituet, aut finiet. *Plin.* l. 18. c. 2. Honos is non nisi vita finitur. *Vellei.* l. 2. c. 33. Finire honores æquo animo. *h. e.* deponere. *Petron. in Satyr.* c. 99. Osculo finire iram. et cap. 122. Vix dum finierat. *scil.* loqui. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 566. Finierat Pæan. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 755. Finiturus eram: sed, &c. *Id.* 3. *Fast. in fin.* Luna finit tempora mensis. *Id. Metam.* 15. v. 602. Finire metum morte tyranni. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 6. v. 41. gladio finire dolorem. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 146. Si tibi nulla sitim finiret copia lymphæ, Narrares medicis. *Id.* l. 2. sat. 4. v. 22. Finire prandia moris. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 49. *ad fin.* Ut sententiæ verbis finiantur. *h. e.* verbis, non autem nominibus claudantur. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *a med.* Nomen Latinum, quod *o,* et *n* litteris finitur, non reperiebant. et *ibid.* Verbum acuto sono finire. *to pronounce with the accent on the last syllable.* *Nepos in Pausan. in fi.* et *Plin.* l. 6. c. 19. et lib. 8. c. 42. Voluntaria morte, aut inedia vitam finire. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 7. v. 49. Ense alicui vitam finire. *Id.* 7. *Metam.* v. 591. non exoratis animam finivit in aris. Et absolute *Tacit. Ann.* 6. *c. pænult.* Sic Tiberius finivit, octavo et septuagesimo ætatis anno. *Plin.* l. 1. ep. 12. Illis, qui morbo finiuntur. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ad fin.* Denique ut semel finiam, sic fere componendum, quo modo pronuntiandum erit. *to close the subject at once.* ¶ Refertur etiam ad fines locorum. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 16. Populi R. imperium Rhenum finire. *that the Rhine is the boundary,* &c. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 152. Tmolus Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypæpis. *Id.* 2. *Fast.* v. 222. Riparum clausas margine finit aquas. *keeps within their banks.* *Liv.* l. 1. c. 18. Signum contra, quo longissime conspectum oculi ferebant, animo finivit. *Vellei.* l. 2. c. 126. Quidquid meridiano aut septentrione finitur. ¶ Item ad tempus. *Cic.* l. 8. *Attic.* ep. 3. Finire provincias Gallias. *h. e.* præscribere tempus imperii in Gallia habendi. *Id. Fam.* 15. ep. 9. Ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi et senatusconsulto, et lege finisti. *have assigned to me.* *Sueton. in Aug. c. ult.* Quibus solvendis annuum diem finiit. *prescribed, appointed.* *Liv.* l. 1. c. 17. Quinque dierum spatio finiebatur imperium. ¶ Et ad numerum. *Curt.* l. 4. *c. ult.* Cecidere Persarum, quorum numerum victores finire potuerunt, millia XL. *Al. leg.* inire. ¶ Et ad modum. *Cic.* 2. *de Legib. c. pænult.* Sepulcris novis finivit modum. nam super terræ tumulum noluit quid statui. *Id.* 2. *de Fin.* c. 20. Cupiditates non Epicuri divisione finiebat, sed sua satietate. *Id. ibid.* c. 9. Illud ipsum non nimium probo, philosophum loqui de cupiditatibus finiendis. An potest cupiditas finiri? tollenda est atque extrahenda radicitus. *h. e.* intra certos fines circumscribendis. ¶ Ponitur etiam pro definire, seu explicare quid res sit. *Quintil.* l. 2. c. 15. Quid sit rhetorice, quæ finitur quidem varie, sed, &c. Adde lib. 6. cap. 3. *ad fin.* et lib. 7. cap. 3. ¶ Item pro statuere, definire, decernere. *Liv.* l. 40. c. 44. *a med.* De pecunia finitur, Ne major causa ludorum consumeretur, quam, &c. ¶ *Finiendi modus* est Indicativus. V. *Finitivus.*

FINIS, is, m. *et* f. *the end or conclusion of any thing,* τέλος, terminus, extremitas in unaquaque re, exitus, modus. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 34. Oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere. *as far as, &c.* *Id.* 4. *Verr.* c. 48. Modum aliquem et finem orationi nostræ, criminibusque faciamus. *Id.* 1. *Offi.* c. 29. Finem et modum transire. *Id. pro Cluent.* c. 3. Repe-

rire finem atque exitum rei cujuspiam. *Id. 2. de Orat.* c. 55. Facere finem scribendi. *Terent. Heaut. prol.* v. 34. facere maledictis. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 33. injuriis. *Quintil.* l. 12. *c. ult.* His dicendi virtutibus usus orator, finem quoque dignum et optimo viro, et opere sanctissimo faciet. *Cic.* 6. *Phil.* c. 1. Etiamsi ille dies vitæ finem mihi allaturus esset. *Id. de Somn. Scip. c. pænult.* Quod ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat, necesse est. *Terent. Andr.* 1. 1. 12. Rebus finem præscribere. *Cic.* 3. *Verr.* c. 2. constituere. *Virg.* 10. *Æn.* v. 106. et *Tacit.* 4. *Histor.* c. 3. Finem capere. *h. e.* habere, vel facere. *Virg.* 6. *Æn.* v. 76. finem dedit ore loquendi. et lib. 3. v. 145. fessis rebus finem ferre. et lib. 4. v. 639. curis imponere finem. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 40. *extr.* Finem vitæ sibi ponere. *to destroy himself. Lucret.* l. 2. v. 1114. ad finem perducere. et lib. 6. v. 24. finem timoris statuere. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 21. statuere orationi. *Plin.* l. 9. ep. 28. Polliceris in fine, te statim ad nos evolaturum. *at the end of the letter. Liv.* l. 30. c. 1. Scipioni non temporis, sed rei gerendæ fine prorogatum imperium est. ¶ *Quem ad finem* est quamdiu. *how long? Cic. Catil.* 1. c. 1. Quem ad finem se se effrenata jactabit audacia? *Id. Verr.* 7. c. 29. Piratam vivum tenuisti: quem ad finem? dum cum imperio fuisti. ¶ *Ad eum finem* est tamdiu. *so long as. Nep. in Epamin.* c. 2. Exercebatur plurimum currendo et luctando, ad eum finem, quoad stans complecti posset atque contendere. *Cic. de natur. Deor.* c. 51. *sub fin.* Amor bestiarum in educandis custodiendisque iis, quæ procreaverunt, usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere. Adde *Verr.* 2. c. 6. ¶ *Ad finem*, usque ad finem. *to the very end. Ovid. Metam.* 11. v. 750. ad finem servatos laudat amores. *Id.* 2. *Amor.* el. 7. v. 14. Et stetit ad finem longa tenaxque fides. *Liv.* l. 10. c. 32. Non venit ad finem tam audax inceptum. *did not effect its purpose.* ¶ *Fine* ablativus (quod et *fini*, ut *igne* et *igni*) est tenus, usque ad. *Hirt. de B. Afric.* c. 81. Per mare umbilici fine ingressi. *up to the navel. Sallust. in fragm.* apud *Arusian. Mess.* Fine inguinum ingrediuntur mare. *Cato R. R.* c. 113. Amphoras nolito implere nimium ansarum infimarum fini. ¶ *Nullo fine, dempto fine*, est sine fine. *without end. Plin.* l. 14. c. 1. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 9. v. 10. et 1. *ex Pont.* ep. 1. v. 74. et *Heroid.* ep. 1. v. 50. ¶ Interdum *finis* dicitur de fine vitæ. *death. Tacit.* 1. *Hist.* c. 37. Septem a Neronis fine menses sunt. Adde 15. *Ann.* c. 63. et *alibi sæpe*, et *Vellei.* l. 2. c. 123. ¶ Sæpe de causa et proposito, cujus gratia fit aliquid, et ad quod referuntur omnia. Est enim illud ultimum ac summum, quod ab operante quæritur. Dubitare quodammodo videtur *Cic.* hoc sensu usurpare. Sic enim loquitur l. 3. *de Fin.* c. 7. Cum enim hoc sit extremum (sentis enim, credo, me jamdiu, quod τέλος Græcus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum summum: licebit etiam finem pro extremo aut ultimo dicere) &c. ¶ Alibi vero sine dubitatione utitur, ut 1. *Offic.* c. 39. Domus finis est usus. et cap. 16. Liberalitas referenda est ad illum finem, &c. *Tacit.* 14. *Ann. c. pænult.* Quod ad eum finem memoravimus, ut, &c. *to the end that.* ¶ Sæpissime de limite, termino, et extremitate locorum. *a boundary, limit,* ὅρος. Hanc volunt quidam Etymologi esse primam ac propriam vim et significationem. Adhibetur autem fere in plurali numero. *Terent. Heaut.* 3. 1. 93. Vicini nostri hic ambigunt de finibus. *Cic. de Offic.* l. 1. c. 10. Terminare fines agrorum. *Id. de Provinc. Consul.* c. 12. Finium imperii propagatio. *Id. pro Deiot.* c. 8. Tueri fines ab excursionibus hostium. *Id. in Orat.* c. 41. Suas regiones finesque defendere. ¶ In singulari num. *Liv.* l. 33. c. 37. Redeuntes inde Ligurum extremo fine. et lib. 40. c. 16. Fere ad extremum finem provinciæ Galliæ. *Cic. pro Cæcin.* c. 8. Intra finem ejus loci, quem oleæ terminabant. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 6. v. 19. Tu potius ripis effuse capacibus amnis (Sic æternus eas) labere fine tuo. *run within your proper bounds.* ¶ Translate *Cic.* 1. *de Orat.* c. 49. Crassus mihi visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus, immensis pæne, describere. *Id. pro Quint.* c. 10. Certos mihi fines terminosque constituam, extra quos egredi non possim. *Id. de Harusp. resp.* c. 3. Illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem non posse arceri otii finibus. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 49. Intra fines naturæ vivere. ¶ Aliquando *fines* sunt ipsa regio. *a country or territory. Sallust. in Jug.* c. 15. Ego his finibus ejectus sum, quos majoribus meis populus R. dedit. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 2. *extr.* Fines Helvetiorum in longitudine millia passuum ducenta quadraginta, in latitudinem centum octoginta patebant. et lib. 6. c. 31. In mediis Eburonum finibus. et lib. 1. c. 6. Ut per suos fines eos ire paterentur. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 1. v. 21. Scythicique in finibus Istri Ille pharetrati lusor Amoris abest. ¶ *Finis* pro definitione. *Quintil.* l. 2. c. 15. (*al.* 16.) Est igitur frequentissimus finis rhetorices, vis persuadendi. *Sic pluries eo cap.* ¶ Feminino genere. *Virg.* 2. *Æn.* v. 554. Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum Sorte tulit. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 22. Necesse est edisseri a nobis, quæ finis funestæ familiæ, &c. *Gell.* l. 7. c. 3. *circa med.* Eo consilio, atque ea fini. *Id.* l. 1. c. 3. *sub fin.* et lib. 3. c. 20. Hac fini ames, tanquam, &c. *Liv.* l. 22. c. 57. Quænam futura finis tantis cladibus foret. Adde *Lucret.* l. 1. v. 107. et 551. *et alibi, Colum.* l. 5. c. 11. et *Varron. Sisenn. Cass. Hemin. Cæcil.* et *Accium* apud *Non.* c. 3. n. 90. ¶ *Fini, qua*, est eatenus, quatenus. *Papinian. Dig.* lib. 16. tit. 2. leg. 19. Obligatio pristina remanebit: sed dabitur ei compensatio peculii, fini, qua servus publicus habebit. ¶ Non semel apud eund. JCtum *finis* pro modo accipitur, ut lib. 20. tit. 1. leg. 1. *a med.* Placuit, ut fructus hypothecarum usuris compensaret, fini legitimæ usuræ. *Id.* lib. 21. tit. 2. leg. 66. *extr.* Finem pretii deminuere, vel excedere. *Id.* lib. 49. tit. 17. leg. 17. Cogetur ad finem peculii perpetuo legata præstare.

FINĪTE, adverb. intra certos fines. *Cic.* 2. *fin.* c. 9. Ergo et avarus erit, sed finite, et adulter, verum habebit modum. *Gell.* l. 14. c. 7. *a med.* Referri oportere ad Senatum aut infinite de republ. aut de singulis rebus finite. *or generally; or particularly.*

FINITĬMUS, a, um, *neighbouring, bordering upon, adjoining,* πρόσορος, vicinus, propinquus, proximus, qui fines nostros attingit. *Cic. pro leg. Manil.* c. 4. Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulasset. *Id. ibid.* c. 2. Regnum Ariobarzanis, quod finitimum est vestris vectigalibus. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 10. vers. 111. finitimis quamvis circumsoner armis. ¶ Translate ponitur pro simili, conjuncto. *Cic.* 4. *Acad.* c. 21. Ita finitima sunt falsa veris. *so closely allied. Id. de clar. Orat.* c. 42. Artium studiorumque quasi finitima vicinitas. *Id.* 2. *de Orat.* c. 44. Motus, qui finitimi sunt, et propinqui his animi perturbationibus. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 30. Ægritudini finitimus est metus. *Id. pro Sull.* c. 25. Autronii nomen finitimum maxime est hujus periculo et crimini. *Gell.* l. 1. c. 4. *extr.* Verbum verbo finitimum.

FINITĬO, onis, f. finium assignatio, circumscriptio, divisio. *Hygin. Poet. astron.* l. 1. c. 6. *extr.* Si non in triginta partes unumquodque hemisphærium dividatur, sed in alias quotlibet finitiones. *divisions.* ¶ Item finis, terminus, status. *a boundary, limit. Vitruv.* l. 2. c. 1. *ad fin.* Liber hoc non profitetur, unde architectura nascatur, sed unde origines ædificiorum sint institutæ, et quibus rationibus enutritæ et progressæ sint gradatim ad hanc finitionem. *Id.* l. 8. c. 1. Visum ad libratam altitudinem certa finitione designare. Adde lib. 5. cap. 4. *sub fin.* ¶ Item definitio. *a definition. Quintil.* l. 7. c. 3. Finitio est rei propositæ propria et dilucida, et breviter comprehensa verbis enuntiatio. Adde lib. 2. cap. 15. *et alibi.* et *Gell.* lib. 15. cap. 9. &c. Item propositio, regula. *Colum.* l. 5. c. 11. *ad fin.* Illam quasi finitionem, qua nos paulo ante usi sumus, veluti quandam legem sanxerunt, eos tantum surculos posse coalescere, qui sint cortice consimiles.

FINITĪVUS, a, um, adject. qui definit. Hinc *finitivus status* apud Rhetores dicitur, in quo quæritur, quid quis fecerit. *Quintil.* l. 3. c. 6. lib. 12. c. 1. et finitiva causa, l. 7. c. 3. *extr.* ¶ Apud Grammaticos *finitivus modus* verborum est, cum quasi definita et simplici utimur expositione, ut *accuso, accusabam*: qui et *indicativus* dicitur, et a *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) *finiendi modus* appellatur. *Diomed.* l. 1. pag. 328. *Putsch.*

FINĪTOR, oris, m. *a land-measurer,* ὁρίζων, terræ mensor, aut etiam alius arbiter, qui lite de agrorum finibus exorta, suos cuique limites præscribit. *Cic. Agrar.* 2. c. 13. *extr.* Quæstori permittant, finitorem mittant. ¶ *Finitor* etiam dicitur, qui cuicumque rei quocumque modo finem facit. *a finisher, ender. Stat.* 8. *Theb.* v. 91. *de Plutone.* O cunctis finitor maxime rerum. ¶ *Finitor circulus* est *the horizon.* V. *Finiens.* ¶ Translate *Plaut. Pœn. prol.* v. 48. Argumenti regiones, limites, confinia Determinabo: ei rei sum factus finitor. Pænultimam hic *Plaut.* corripit, quasi non a verbo *finio*, sed a nomine *finis* ducens, ut a *vino* est *vinitor*. Alii tamen ordinem verborum mutant.

FINĪTUS, a, um, *finished, ended, terminated,* qui cessavit, desiit, peractus est. *Justin. init.* l. 15. Finitum certamen. *Flor.* l. 2. c. 13. Finitum bellum. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 2. v. 17. Via finita. *Horat.* l. 1. od. 19. v. 4. Finiti amores. *Id.* l. 2. ep. 2. v. 104. Finita studia. *Plin.* l. 18. c. 27. Finiti frigoris indicium. *Id.* l. 19. c. 3. Finitus sudor. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) Nomina *us* littera finita. *Flor.* l. 2. c. 15. Carthago finita. *h. e.* eversa, sublata. ¶ *Finito*, re finita. *Plin.* l. 9. ep. 13. *a med.* Finito, incipit respondere Veiento. Al. leg. multo rectius: *Finio. Incipit respondere*, &c. ¶ Item certis finibus conclusus, certus, determinatus, definitus, circumscriptus. *circumscribed, limited, determined,* ὡρισμένος. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 59. In ore sita lingua est, finita dentibus. *Id. in Partit.* c. 18. Duo sunt quæstionum genera: quorum alterum finitum temporibus et personis: alterum infinitum, nullis neque personis neque temporibus notatum. *Plin.* l. 2. c. 53. Ventura finito die præcinere. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 65. finitaque certis Legibus est ætas, unde petatur honos. *Vellei.* l. 1. c. 10. Egredi finito arenæ circulo. ¶ Apud Grammaticos *finitus articulus* est, qui certum quippiam significat, ut *hic, hæc*: *infinitus*, qui incertum, ut *quis, quæ*. Ita *Varr.* l. 9. *L. L.* cap. 1.

FIO, fis, factus sum, n. passiv. anom. *to be made or done; to become,* γίνομαι, efficior, evado. Est passivum verbi *facio*, et æque late patet. Volunt Etymologi esse a φύω, nascor, sum. *Plaut. Amph.* 3. 1. 4. Interdum fio Jupiter, quando lubet. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 211. melior fis accedente senecta. *Nep. in Alcib.* c. 5. Ab exercitu recipitur, prætorque fit. *Id. in Dione*, c. 9. Fit strepitus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 7. Omnia quæ fiunt, quæque futura sunt. *et mox.* Nihil fieri potest, nihil accidere, nihil evenire. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 9. Ut urbe tota fletus gemitusque fieret. *Plaut. Rud.* 4. 3. 16. Dominus, cui furtum fiebat. *Id. Aulul.* 2. 4. 31. Ut det, qui fiamus liberi. *Terent. Heaut.* 5. 4. 14. Non patiar flagitiis tuis me infamem fieri. *Id. Andr.* 1. 3. 20. Mihi non fit verisimile. *in my opinion it is not likely.* ¶ *Fieri potest, fieri non potest* est quod minus Latine dicitur possibile, impossibile est, *it is possible; it is impossible. Crassus* apud *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 70. Potest fieri, ut iratus dixerit. *Cic. de Amic.* c. 21. Neque fieri potest, ut, &c. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 3. Fieri potest, ut recte quis sentiat, et id, quod sentit, polite eloqui non possit. ¶ Quandoque est æstimari. *Nepos in Datam.* c. 5. Illum unum pluris, quam se omnes, fieri videbant. *Cic. de Amic.* c. 16. Ut quanti quisque se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. *should be esteemed or valued.* ¶ Item rem divinam peragi. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 12. Cum pro populo fieret. ¶ Item esse, *to be. Cic.* 3. *Fam.* ep. 7. Scilicet contempsi te: nec fieri potest me quidquam superbius. *Plaut. Merc.* 4. 3. 1. Miserior mulier me nec fiet, nec fuit. ¶ Item gigni, produci, *to grow, be produced. Varr.* 3. *R. R.* c. 12. *a med.* Lepores in Gallia fiunt permagni, in Hispania mediocres. *Plaut. Trin.* 4. 2. 90. Arabia ubi absinthium fit, atque cunila gallinacea. ¶ Item evenire, accidere in tertiis personis, *to occur, happen, fall out. Cic. Attic.* l. 16. ep. 2. Fit sæpe, ut ii, qui debent, non respondeant ad tempus. *Id. de Amic.* c. 21. Si morum commutatio quædam (ut fieri solet) facta erit. et cap. 20. Ne intemperata quædam benevolentia (quod persæpe fit) impediat magnas utilitates amicorum. *Id. Attic.* l. 7. ep. 12. *ad fin.* Si ita factum esset, ut ille Senatum offenderet. ¶ Quid illo, *vel* de illo fiet? *what will become of him? Cic.* l. 14. *Fam.* ep. 4. Quid Tulliola mea fiet? *Id.* 4. *Acad.* c. 33. Quid fiet artibus? *Id. Attic.* l. 6. ep. 1. *circa med.* Quid illo fiet, quem reliquero? quid me autem, si non tam cito decedo? *Terent. Adelph. in fi.* De fratre quid fiet? *Plaut. Epid.* 1. 2. 48. Quid de illa fiet fidicina? ¶ *Si quid me factum sit*, V. in fi. verbi *Facio.* ¶ Fiet aliquid, *something will happen. Terent. Andr.* 2. 1. 13. Credo, impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis prodat dies: interea fiet aliquid, spero. *Plaut. Merc.* 2. 4. 25. Invenietur, exquiretur, aliquid fiet. *something will turn up.* ¶ *Fit nihil* dicitur, cum vanus est conatus, et opera luditur, nihil conficitur. *Plaut. Curcul.* 5. 3. 5. Postquam nihil fit, clamore hominem posco. *h. e.* argentum non redditur. *Cic. Fam.* 7. ep. 18. An hoc significas, nihil fieri, frigere te? *Gell.* l. 2. c. 29. Sol fervit, et fit nihil. ¶ *Ut fit, ita ut fit*, ut fieri solet, *as it happens; as is usually the case. Cic. in Orat.* c. 53. Præsertim cum, ut fit, fortuito sæpe aliquid concluse apteque dicerent. *Id.* 4. *Verr.* c. 23. Queri cum multis, ita ut fit, incipiunt. *Liv.* l. 3. c. 1. Fecit statim, ut fit, fastidium copia. ¶ Est etiam sequi, nasci, *to follow as a consequence. Terent. Andr.* 2. 3. 11. Ex ea re quid fiat, vide. *Plin.* l. 2. c. 75. Sic fit, ut longissimus dies duodecim horas colligat. *Nep. in Dion.* c. 2. Quo fiebat, ut uni huic maxime indulgeret. *Id. in Alcib.* c. 7. Ex quo fiebat, ut, &c. ¶ *Fiat* est concedentis, permittentis, annuentis, *well: let it be so. Plaut. Pseud.* 1. 5. 146. Fiat: geratur mos tibi. *Id. Mostell.* 1. 3. 44. I mecum hac, obsecro, una simul. *Si.* fiat. Adde *Senec. in fi. proœm.* ad lib. 3. *controvers.* ¶ *Fi, fite*, et *fitote*, voces sunt imperativi modi. *Plaut. Pers.* 1. 1. 39. Age, fi benignus, subveni. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 38. fi cognitor. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 63. fite causa mea Lydi barbari. *Id. Pœn. prol.* v. 8. saturi fite fabulis. *Id. in suppos. Amph. scena quæ incipit*, Quis tam, *sub fin.* Id si fuat, Amphitruones fitote gemini. Adde *Caton. Crassum, Livium in Odyss.* apud *Non.* c. 7. n. 62. ¶ *Fimus* legunt quidam apud *Terent. Heaut.* 3. 1. 74. Deteriores omnes fimus licentia. Al. *sumus.* Sed *Arnob.* l. 2. pag. 53. Causæ, quibus mali fimus, et pessimi. ¶ *Fiens* particip. ponitur a *Diomed.* l. 1. pag. 352. et 377. rarum tamen esse dicitur. Certe caret, quod sciam, exemplis. ¶ Olim et *fior* usurpatum fuit. *Cato* apud *Priscian.* l. 8. pag. 789. Postquam diutius fitur. *Id. ibid.* Græco ritu fiebantur Saturnalia. *Liv. in Odyss.* apud *Non.* c. 7. n. 62. fitum est.

FIRCELLĪNUS, a, um, ad Fircellium pertinens. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 4. Sexaginta millia (*turdorum*) Fircellina. Est autem Fircellius nomen propr. R. ut Fircellius Pavo apud *eund. ibid.* c. 2. et 6.

FIRCUS Sabinis est hircus. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 19.

FIRMĀMEN, inis, n. *a stay, support. Ovid.* 10. *Metam.* v. 491. Porrigitur radix, longi firmamina trunci.

FIRMAMENTUM, ti, n. *any thing that confirms or strengthens; a ground, stay, support, rest,* στερέωμα, id quo quippiam firmatur, ne vacillet, aut ruat. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 15. Ubi imbecillitas materiæ postulare videretur, pilæ interponuntur, transversaria tigna injiciuntur, quæ firmamento esse possint. *Gell.* l. 13. c. 22. Nervi sunt vincula et firmamenta membrorum. ¶ Translate *Cic.*

pro Cluent. c. 2. Parum firmamenti et parum virium veritas habet. Id. pro Mur. c. 28. Venio nunc ad M. Catonem, quod est firmamentum ac robur totius accusationis. Id. pro Planc. c. 9. Flos equitum Rom. ornamentum civitatis, firmamentum reipubl. publicanorum ordine continetur. Id. de Amic. c. 18. Firmamentum stabilitatis constantiæque ejus, quam in amicitia quærimus, fides est. Id. Tuscul. 4. c. 4. Firmamentum disciplinæ. Id. pro Flacc. c. 37. Si ullum firmamentum in illo teste poneres. ¶ Apud Rhetores *firmamentum* est illud, quod ab accusatore opponitur contra rationem defensoris: ad firmandam scilicet suam accusationem, quæ sine eo omnino corrueret. *Cic. in Partition.* c. 29. Distinguendi gratia rationem appellamus eam, quæ affertur a reo ad recusandum, depellendi criminis causa; quæ nisi esset, quid defenderet, non haberet: firmamentum autem, quod contra ad labefactandam rationem refertur, sine quo accusatio stare non potest. Eadem habet *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. *pænult.* ¶ Item *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 14. quæ adolescens multo ante scripserat, aliter *firmamentum* definit, ac in *Partitionibus*, nempe firmissimam argumentationem non accusatoris, sed defensoris. ¶ *Firmamentum* pro cælo, in quo stellæ fixæ sunt usurpatur ab *Augustin.* l. 2. *de Gen. ad litt. &c. the firmament.*

FIRMĀNUS, a, um, ad Firmum pertinens, quod est oppidum Italiæ in Piceno, hod. *Fermo*, colonia Romanorum. *Plin.* lib. 3. cap. 13. castellum Firmanorum vocat. Hinc Firmana cohors apud *Liv.* lib. 44. cap. 40.

FIRMĀTOR, oris, m. *a confirmer, establisher*, qui firmat. *Tacit.* l. 2. *Ann.* c. 46. Missus tamen Drusus pacis firmator. *Plin.* l. 10. ep. 38. Firmator disciplinæ militaris.

FIRMĀTUS, a, um, adject. *confirmed, established, made strong*, roboratus, confirmatus, στερεωθείς. *Plin.* l. 17. c. 23. *ad fin.* Vitium gracilitas firmata circumligatis hastilibus. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 1. Vetus opinio est, omnium gentium firmata consensu. *Id. pro Cluent.* c. 5. Animus consilio et ratione firmatus. *Id. pro Cæl.* c. 18. Firmata jam ætas. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 28. Firmata pax. *Sallust. in Fragment.* apud *Arusian. Mess.* Firmatus animi. *Plaut. Mil.* 2. 5. 43. Nisi das firmatam fidem, te huc intro ituram. *Liv.* l. 4. c. 7. Non tamen pro firmato jam stetit magistratus ejus jus, quia tertio mense, quam inierunt, honore abiere. *Curt.* l. 7. c. 5. Milites mature cibo ac potione firmati. *refreshed, revived.*

FIRME, *with firmness, firmly*, firmiter, stabiliter. *Plin.* l. 35. c. 12. *extr.* Ut firmius durent, calce addita. *Vitruv.* l. 5. c. *ult.* Pulvinus quam firmissime statuatur. *Sueton. in Calig.* c. 26. Firme insistere. *to stand firmly.* ¶ Translate *Cic.* 1. *de Fin.* c. *ult.* Firme graviterque aliquid comprehendere. et lib. 2. c. 2. Habere bene cognitam voluptatem, et satis firme conceptam animo. *Id. Attic.* l. 10. ep. 14. *ad fin.* Firmissime asseverare aliquid. *Id.* 3. *de Fin.* c. 9. Assensus suos firme sustinere. *Plin.* l. 6. ep. 13. Graviter et firme respondere. *Quintil.* l. 11. c. 2. Firme continere aliquid. *h. e.* optime meminisse.

FIRMIĀNUS, a, um. Firmiana vasa argentea, dicta sunt a quodam Firmio artifice. *Plin.* l. 33. c. 11. ubi alii leg. *Furniana.*

FIRMĬTAS, atis, f. *firmness, constancy, validity, stability*, stabilitas, soliditas, constantia, στερεότης, βεβαιότης. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 133. Age, specta, postes cujusmodi! quanta firmitate facti, et quanta crassitudine! *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 11. Ictum firmitas materiæ sustinet. *Vitruv.* l. 2. c. 6. Pulvis (*Puteolanus*) commixtus calce et cæmento ædificiis præstat firmitates. *Plin.* l. 35. c. 12. *ad fin.* Cois amphoris laus maxima, Adrianis firmitas. *Id.* l. 14. c. 3. Uva sine ullis vasis in vite servabilis: tanta est contra frigora, æstus, tempestatesque firmitas. *Id.* l. 19. c. 1. Ægyptio lino minimum firmitatis. *Id.* l. 20. c. 5. *sub fin.* Firmitas valetudinis. *Id.* l. 35. c. 12. *a med.* Fastigia templorum mira cælatura, et arte, ævique firmitate sanctiora auro. *durability.* Sic l. 14. c. 2. Firmitas vini. *Cic.* 2. *Phil.* c. 25. Gladiatoria totius corporis firmitas. *strength, vigour, robustness.* *Gell.* l. 2. c. 3. Firmitas et vigor vocis. ¶ Translate *Cic. pro Sext.* c. 44. Virtus et firmitas animi. *Id. Fam.* 9. ep. 11. Firmitatem et constantiam, si modo fuit aliquando in nobis, eandem cognosces quam reliquisti. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 24. Universus exercitus nomero amplissimus est, firmitate exiguus. *in valour; in prowess.*

FIRMĬTER, *firmly, steadfastly, strongly*, στερεῶς, firme. *Plaut. Epid.* 1. 1. 77. Nisi suffulcis firmiter, non potes subsistere. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 11. n. 24. Firmiter stabilita matrimonia. *Lucil. ibid.* Firmiter hoc, pariterque tuo sit pectore fixum. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 26. Neque ordines servare, neque firmiter insistere poterant. *stand firm.* *Plaut. Pseud.* 3. 2. 111. Firmiter alicui promittere. *Gell.* l. 13. c. 8. Firmiter meminisse.

FIRMITŪDO, inis, f. *firmness, constancy, strength, vigour*, στερεότης, firmitas. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 11. Firmitudinem vocis maxime natura comparat, nonnihil adauget, et maxime conservat exercitatio declamationis. *a powerful voice.* *Plaut. Asin.* 2. 2. 54. et *Cic.* 5. *Fam.* ep. 13. Firmitudo gravitasque animi. *Id. Attic.* l. 11. ep. 14. Salus ab isto data nihil habitura est firmitudinis. *stability.*

FIRMO, as, avi, atum, a. 1. *to make firm, strengthen, establish, confirm*, στερεόω, firmum stabilemque reddo, stabilio, ne vacillet, aut ruat. *Curt.* l. 4. c. 9. *a med.* Gradum firmare vix poterant, cum modo saxa lubrica vestigium fallerent, modo rapidior unda subduceret. *Virg. Æn.* 3. v. 659. Trunca manum pinus regit, et vestigia firmat. *Tacit. Ann.* 4. c. 73. Æstuaria aggeribus et pontibus, traducendo graviori agmini, firmat. *Plin.* l. 21. c. 31. Remedium ad dentium mobiles firmandos. *Id.* l. 18. c. 6. *sub fin.* Fossas in solutiore terra sepibus firmari, ne procidant. et lib. 35. c. 15. Bitumen æramentis illinitur, firmatque ea contra ignes. ¶ Est etiam munire, *to fortify*, *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 28. Præsidium pontis tuendi causa ponit, magnisque eum locum munitionibus firmat. *Sallust. in Jug.* c. 25. Turres exstruit, easque præsidiis firmat. *Hirt. de B. Afric.* c. 13. Sinistrum cornu magnis equitum copiis firmaverat. *Virg.* 11. *Æn.* v. 465. aditus urbis firmare. *to guard, strengthen with a garrison.* ¶ Item reficere, roborare, *to recruit, refresh, revive.* *Liv.* l. 27. c. 13. *extr.* Firmare cibo corpora. *Curt.* l. 9. c. 10. Vexatos milites quiete firmare. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 15. Corpora juvenum labore firmari. *are hardened.* *Id. de clar. Orat.* c. *ult.* Firmare vocem. *Colum.* l. 6. c. 27. *a med.* Major prægnantibus adhibenda cura est largoque pascuo firmandæ. *Virg.* 3. *Georg.* v. 209. non ulla magis vires industria firmat, Quam venerem et cæci stimulos avertere amoris. ¶ Item sistere. *to stay, stop, bind.* *Cels.* l. 1. c. 3. et *Plin.* l. 14. c. 18. Uva, quæ alvum solutam firmat. ¶ Item confirmare, securum reddere. *to console, encourage.* *Virg.* 3. *Æn.* v. 610. dextram Anchises Dat juveni, atque animum præsenti pignore firmat. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 65. Cujus adventus Pompeianos compressit, nostrosque firmavit, ut se ex maximo timore colligerent. *Justin.* l. 2. c. 11. Leonidas cum in bellum proficisceretur, ita suos firmaverat, ut ire se parato ad moriendum animo scirent. *Id.* l. 22. c. 4. Animos firmare in obsidionis patientiam. *Tacit. extr.* l. *ult. Ann.* Firmare animum constantibus exemplis. ¶ Item tutum, stabilem, et constantem reddere. *to secure, make sure.* *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 27. Complures civitates in fidem recipit, obsidibus firmat. *Cic. pro Sull.* c. 11. Qui filium suum vita privavit, ut in ceteris firmaret imperium. *Id.* 2. *Offic.* c. 11. *extr.* Alicujus opes firmare atque augere. *Virg. Æn.* 2. v. 691. Da deinde auxilium pater, atque hæc omina firma. *Horat.* l. 3. od. 5. v. 45. Donec labantes consilio patres Firmaret. *fixed, stablished.* *Quintil.* l. 1. c. 1. (*al.* 2.) et l. 2. c. 4. Firmare memoriam. ¶ Item rationibus probare, ostendere. *to confirm, show, prove.* *Cic. de Harusp. resp.* c. 14. Tabulis hoc censorum, memoria multorum firmabo ac docebo. *Id. de Fato*, c. 5. *extr.* Si vis et natura fati ex divinationis ratione firmabitur. *Id.* 2. *de Legib.* c. 7. Multa firmantur jurejurando. *Virg.* 12. *Æn.* v. 212. Talibus inter se firmabant fœdera dictis. ¶ Item ratum facere. *Terent. Andr.* 3. 1. 3. Pamphilus firmavit fidem. nam quod peperisset, jussit tolli. *hath kept his word or promise.* *Id. Hecyr.* 4. 2. 5. fidem alicui rei firmare. *h. e.* facere, ut magis credatur. ¶ Item affirmare, asseverare. *to affirm, declare, assert, promise.* *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 48. Seque ibi futurum, ubi præscripserit, et ea facturum, quæ imperaverit, obsidibus datis firmat. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 9 Paratis omnium animis, reversuros firmaverunt. *Pallad. in Octobr.* tit. 12. Alii amygdalo inseri posse firmarunt. Et passive *Id. in Septembr.* tit. 3. Sata bene provenire firmantur. *they say, that*, &c. [¶ Particip. *firmans, firmaturus* apud *Stat.* 4. *Theb.* v. 582. Nec jam firmanti baculo, neque virgine fida Nititur. *Justin.* l. 1. c. 10. Regalibus nuptiis regnum firmaturus.]

FIRMUM. V. *Firmanus.*

FIRMUS, a, um, *firm, steady, constant, stable, sure, solid*, βέβαιος, στερεός, qui non vacillat, aut ruit, qui dimoveri, aut labefactari non potest, stabilis, fixus, durus: ἀπὸ τοῦ ἕρματος, quod est fulcrum, *Festo* dictum videtur: aliis ab εἱρμός, nexus: aliis a βριμός, fortis, validus. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 4. v. 35. Nos fragili vastum ligno sulcavimus æquor: Quæ tulit Æsonidem, firma carina fuit. *Id.* 1. *Fast.* v. 370. firma vincula. *Id.* 2. *Amor.* el. 12. v. 3. janua. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 24. sera. *Id.* 2. *de ar. aman.* v. 652. arbor. *Virg.* 2. *Æn.* v. 481. firma robora. *Curt.* l. 5. c. 1. Firmum solum. *Plin.* l. 9. c. 33. Firmioris testæ murices. ¶ Refertur et ad vires corporis. *strong, stout, robust, able.* *Nepos in Eumen.* c. 11. Fuit viribus ad laborem ferendum firmis. *Cic. Fam.* 16. ep. 8. Effice ut valeas, et ut ad nos firmus ac valens quamprimum venias. et epist. 5. Mihi placebat, si firmior esses, ut te Leucadem deportares. *Id. Fam.* 11. ep. 27. Nondum satis firmo corpore cum esset, ad me mane venit. *Vellei.* l. 2. c. 84. Firmissimi remiges. ¶ Item ad ea, quæ diu durant. *lasting, durable.* *Virg. Georg.* 2. v. 97. Sunt etiam Amineæ vites, firmissima vina. *Plin.* l. 26. c. 3. Durabat antiquitas firma. ¶ Dicitur et de cibis, qui sunt solidioris alimenti, et vires addunt. *solid, substantial, nourishing, strengthening.* *Cels.* l. 2. c. 18. Firmius est triticum, quam milium: idipsum, quam hordeum: ex tritico firmissima siligo. et *ibid.* Firmior ex frumento potio. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. *ult.* Firmo cibo pasta pecus. ¶ Transfertur etiam ad vires militares, et robur reipublicæ. *Liv.* l. 23. c. 25. Exercitus satis firmos ad tantum bellum efficere. *efficient.* *Planc. ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 15. Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur. *strong in cavalry.* *Cn. Magnus ad Coss. post* ep. 12. l. 8. *ad Attic.* Domitius non satis firmus esset ad castra facienda. *Nepos in Eumen.* c. 3. Cum neque magnas copias, neque firmas haberet, quod inexercitatæ, et non multo ante erant contractæ. *to be depended upon; on which he could rely.* *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 10. Laus et caritas sunt vitæ sine metu degendæ præsidia firmissima. *Id. Fam.* 15. ep. 4. Evocatorum firma manus, et equitatus sane idoneus. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 52. Senones, quæ est civitas in primis firma. ¶ Sæpissime ad animi vires et constantiam, qua nulla re quis a proposito dimoveri potest. *firm, resolved, positive, constant, steady.* *Cic. sub fin. Phil.* 6. Senatum sua sponte bene firmum, firmiorem vestra auctoritate fecistis. *Id. pro Balb.* c. 27. Firmiorem esse in sententia. *Id. pro Mil.* c. 33. *ad fin.* Vir et in republica fortissimus, et in suscepta causa firmissimus. *Id. in Divin. Verr.* c. 9. Accusator firmus et verus. *Cic. fil. ad Tiron. Fam.* 16. ep. 21. Firmo constantique animo quippiam facere. *Virg.* 6. *Æn.* v. 261. Nunc animis opus, Ænea, nunc pectore firmo. *Plin.* l. 2. ep. 11. Vir egregius, et pro veritate firmissimus. *resolute in the cause of truth.* *Vellei.* l. 2. c. 63. Firmus proposito. *determined.* *Ovid.* 7. *Metam.* v. 457. firmissimus ira. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 26. Aut quia non firmus rectum defendis, et hæres. *h. e.* non es constans in defendendo. ¶ Item ad fidelitatem. *Cic. Fam.* 15. ep. 4. *ad fin.* Ut ex infidelissimis sociis firmissimos redderem. *Q. Cic. de petit. consul.* c. 7. Non brevis et suffragatoria, sed firma et perpetua amicitia. *Cic. pro Cæl.* et *Nep. in Lysandr.* c. 2. Firmus amicus ac fidelis. *Id. de Amic.* c. 17. Amici firmi, et stabiles, et constantes. ¶ Item ad alia. *Cic.* 1. *Offic.* c. 2. Præcepta officii firma, stabilia, conjuncta naturæ. *Id. de clar. Orat.* cap. 30. Opinio firma et stabilis. et cap. 78. Argumenta firma ad probandum. *Id.* 1. *Acad.* c. 11. *extr.* Firma et constans assensio. *Id. Attic.* l. 7. ep. 25. Attulit a te litteras hilariores, nec tamen firmas, ut soles. *h. e.* in quibus certæ res, atque exploratæ narrentur. et lib. 2. ep. 25. Firmissima benevolentia hominum munitum esse. *Id.* 6. *Fam.* ep. 5. *extr.* Spem firmissimam habere. *Id.* 4. *Acad.* c. 46. Illud ratum, firmum, fixum fuisse vis. *Id. in Orat. in fin.* Ne in maximis quidem rebus quidquam adhuc inveni firmius, quod tenerem, quam, &c. *Id.* 16. *Attic.* ep. 5. Nisi judicassem, hoc quod dico, firmum fore. *Id.* 7. *Verr.* c. 29. Utrum tandem tibi ad defensionem firmius fore putasti? *Terent. Heaut.* 2. 3. 96. Nihil satis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum. ¶ Cum infinito. *Horat.* l. 2. ep. 17. v. 47. Et fundus nec vendibilis, nec pascere firmus. *h. e.* non valens, non sufficiens.

FISCĀLIS, le, *fiscal, relating to the exchequer*, ad fiscum pertinens. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 8. leg. 2. Res fiscales quasi propriæ et privatæ principis sunt. *Vopisc. in Aurel.* c. 48. Fiscalia vina. *Papinian. Dig.* lib. 2. tit. 14. leg. 42. Fiscale jus. *Paul.* lib. 49. tit. 14. leg. 45. *a med.* Debitores fiscales. *Sueton. in Domit.* c. 9. Fiscales calumnias magna calumniantium pœna repressit. *h. e.* delationes, et pœnas, quibus in utilitatem fisci cives a delatoribus accusati afficiebantur. *false prosecutions concerning the revenue of the Prince, or, as we say, in the exchequer.* *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 41. Fiscales molestiæ severius pressæ. *h. e.* acerbæ exactiones rerum fiscalium. ¶ *Fiscalis cursus* est cursus publicus, privata fisci impensa institutus. *the public conveyances.* V. *Cursus.* *Spartian. in Adrian.* c. 7. Statim cursum fiscalem instituit, ne magistratus hoc onere gravarentur. ¶ Gladiatores fiscales, *h. e.* e fisco Principis alti. *Capitolin. in Gord.* III. c. 33. Gladiatorum fiscalium paria mille.

FISCARĬUS, ii, m. fisco aliquid debens. *Firmic.* l. 3. c. 13. *a med.* Annuæ fiscariorum præstationes.

FISCELLA, æ, f. *a little frail or basket*, θίβη, ταλαρίσκος, parvus fiscus, vas ex virgis salicis, aut junco, aliave materie textum: quale est, in quo caseus exprimitur, uvæ deferuntur, &c. *Virg. Ecl.* 10. v. 71. gracili fiscellam texit hibisco. *Tibull.* l. 2. el. 3. v. 15. Tunc fiscella levi detexta est vimine junci, Raraque per nexus est via facta sero. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 743. Libaque de milio milii fiscella sequatur. *Colum.* l. 12. c. 18. *de vindemia.* Si vineta grandia sunt, fabricandæ decimodiæ, et trimodiæ, et fiscellæ texendæ, et picandæ. ¶ A similitudine ita dicitur capistrum e vimine, aut funiculis, quo boum ora inter arandum coercentur. *a muzzle*, φιμός. *Cato R. R.* c. 54. *extr.* Boves fiscellas habere oportet, ne herbas sectentur, cum arabunt. *Plin.* l. 18. c. 19. Si inter arbores vitesque aretur fiscellis capistrari oportet, ne germinum tenera præcerpant

FISCELLUS, i, m. idem quod fiscella. *Colum.* l. 12 c. 38. *a med.* Baccas myrti fiscello ligneo inclusas exprimito. ¶ Ita etiam appellatur casei mollis appetitor: u catillones, catillorum liguritores. *Festus.*

FISCELLUS MONS, nunc *Monte Fiscello, Monte Norcia, Monte della Sibilla*, pars Apennini M. in Umbri juxta Piceni, et Sabinorum confinia, ex quo Nar fl. pr fluit, ubi etiam antrum Sibyllæ esse fertur. *Varr.* l. 2. *R.* 1 c. 1. et 3. *Sil.* l. 8. v. 519. et *Plin.* l. 3. c. 12.

FISCĬNA, æ, f. *a basket, frail, hamper, pannier*, τάλ

ρος, omne genus vasis ex vimine, junco, sparto, aliave materie contexti. *Cic. pro Flacc.* c. 17. Homini Phrygi, qui arborem fici numquam vidisset, fiscinam ficorum objecisti. *Virg.* 1. *Georg.* v. 266. Nunc facilis rubea texatur fiscina virga. *Nævius* apud *Serv. ad hunc loc.* Quod quæso ut in pectus tuum demittas, tanquam vindemiator in fiscinam. *Colum.* l. 12. c. 39. *ad fin.* In fiscina nova uvas premito. et c. 50. *ante med.* Baccam oleæ in fiscinis novis includi, prelisque subjici. *Martial.* l. 1. epigr. 44. Rustica lactantes nec misit fiscina metas. *h. e.* metam lactis. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 754. data est ægræ fiscina frondis ovi. *Plin.* l. 18. c. 31. Unus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in die justum habet. *Id.* l. 34. c. 8. Equus cum fiscinis. *a sumpter-horse.*

FISCUS, i, m. *a basket, frail,* τάλαρος, vas vimineum, junceum, aut ex simili alia materia, ad eos præsertim usus, quos in *Fiscina*, et *Fiscella* exemplis indicavimus, corbis, quasillus, cista, sporta. *Colum.* l. 12. c. 50. *sub fin.* Fiscis novis oleum premi oportebit. et cap. 52. Oleam in novo fisco adjicito, subjectamque prelo sic premito, ne vasa intorqueas. ¶ Mos fuit majoris summæ pecuniam in fiscos condi: quare *fiscus* sæpe loculum, arcam, saccellum, cophinum, follem pecuniæ significat. *a basket or bag for holding money, money-bag, purse, scrip. Cic.* 2. *Verr.* c. 8. Fiscos complures cum pecunia Siciliensi a quodam Senatore ad equitem R. esse translatos: ex his quasi decem fiscos ad Senatorem illum relictos esse. *Phædr.* l. 2. fab. 7. v. 2. Mulus ferebat fiscos cum pecunia. *Juvenal.* sat. 14. v. 259. ærata multus in arca Fiscus. ¶ Dicitur speciatim de pecunia publica, quia hæc majoris summæ est, quam privata. *the public chest. Cic. Verr.* 5. c. 85. Quaternos H-S, quos mihi Senatus decrevit, et ex ærario dedit, ego habebo, et in cistam transferam ex fisco. ¶ Sub Imperatoribus *fiscus* dicta est pecunia et patrimonium principis, sicut *ærarium* reipublicæ. *the Emperor's privy purse. Senec.* 7. *de benef.* c. 6. Cæsar omnia habet, fiscus ejus privata tantum ac sua. *Juvenal.* sat. 4. v. 54. Quidquid conspicuum pulcrumque ex æquore toto est, Res fisci est, ubicumque natat. *Paul. Dig.* lib. 39. tit. 4. leg. 9. *extr.* Fiscus ab omnium vectigalium præstationibus immunis est. *Suet. in Domit.* c. 12. Judaicus fiscus acerbissime actus est. *h. e.* exacta pecunia, quæ a Judæis fisco debebatur ex tributi impositione. ¶ Postea *fiscus* appellata est omnis pecunia publica, itemque jus ac dominium reipublicæ in agros, vectigalia, et ceteras res, unde reditus in publicum veniunt. *exchequer, revenue, fiscal.* Hinc *Eutrop.* l. 2. *c. pænult.* aperte fiscum pro ærario posuit.

FISSICŬLO, as, avi, atum, a. 1. findendo rimor. *Apul. de Deo Socrat.* Vel somniis confirmandis, vel extis fissiculandis.

FISSĪLIS, le, *that is or may be cleft, fissile,* qui findi potest, σχιστός. *Virg.* 6. *Æn.* v. 181. cuneis et fissile robur Scinditur. *Plin.* l. 16. c. 36. Arundo fissilis præacuta semper acie. et c. 39. Lignum nullis rimis fissile. et lib. 36. c. 17. Lapis fissili vena scinditur. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 25. Ad focum si adesses, non fissile haberes caput. *you would not have gotten a broken head.*

FISSIO, onis, f. *a cleaving,* σχίσις, actus findendi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Quibus cum terræ subigerentur fissione glebarum, &c.

FISSĪPES, edis, *cloven-footed, cloven-hoofed,* qui pedes seu ungulas fissas habet. *Auson.* ep. 5. v. 1. Fissipedes juvencæ. et ep. 7. v. 49. Fissipes calamus. *a pen to write with.*

FISSŪRA, æ, f. *a cleft, gap, chink, crevice, fissure,* σχισμή, rima, vel divisio, quæ fit findendo. *Plin.* l. 10. c. 63. Quorum in digitos pedum fissura divisa est. *Colum.* l. 4. c. 29. Totius obtruncatione vitis, et cum ejusdem resectionis fissura præcipit fieri. *Plin.* l. 33. c. 6. Lapis friabilis, fissurisque, non globis dehiscens. *Id.* l. 28. c. 12. Asini sevum labrorum fissuris cum adipe anserino.

FISSUS, a, um, *cloven, split, riven,* σχιστὸς, ἐσχισμένος, findendo scissus. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 65. Paries fissus tenui rima. et vers. 585. Lingua fissa in partes duas. *Cels.* l. 8. c. 10. Ferulæ fissæ circumpositæque ossa in sua sede contineant. *Plin.* l. 17. c. 27. Fissa radice inditur lapis. *Sueton. in Cæs.* c. 61. Equus ungulis fissis in modum digitorum. ¶ Translate *Prudent. in Psychom.* v. 760. fissa voluntas Confundit variis arcana biformia fibris. *h. e.* divisa, dissentiens. ¶ *Fissum, i,* est fissura, *a cleft, fissure. Cels.* l. 7. c. 30. Si qua fissa in ano vetustate indurruerunt, jamque callum habent. *cracks, chaps,* ῥαγάδες: fissuras ani diutinas. *Scribon. Larg. compos.* 223. vocat. V. *Rhagades.* ¶ *Fissum jecoris* apud haruspices est scissura et divisura, qua jecur in duas partes, seu λοβοὺς dividitur, quarum unam familiarem dicebant, hostilem alteram. (V. *Familiaris.*) *Cic.* 1. *de Divin.* c. 52. Non placet Stoicis, singulis jecorum fissis, aut avium cantibus interesse deum. et cap. 13. l. 2. Fissum familiare, et vitale tractant. et lib. 1. c. 10. Quid fissum in extis, quid fibra valeat accipio: quæ causa sit, nescio. Adde 3. *de nat. Deor.* c. 14.

FISTŪCA, æ, f. *a mallet, commander,* instrumentum utrinque ansatum, ponderosum, quo alte plurium manibus sublato pali magna vi terræ infiguntur: ab ἱστάω, statuo, ut videtur. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. Hæc tigna cum machinationibus demissa in flumen defixerat, fistucisque adegerat, &c. ¶ Item crassum lignum, aut ferrum, quo pavimenta paviuntur, areæ complanantur, calcantur, et solidantur, *a rammer, pavier's beetle. Plin.* l. 36. c. 25. Pavimenta in Italia fistucis pavita. *Cato R. R.* c. 28. Operito terra radicibus fini, deinde calcato pedibus bene: deinde fistucis vectibusque calcato quam optime poteris.

FISTUCATĬO, onis, f. *a driving or ramming down with a mallet or rammer,* actus fistucandi, calcatura, solidatio. *Vitruv.* l. 7. c. 1. Si congestitius locus fuerit, fistucationibus solidetur. et lib. 10. c. 3. Pali resupinati defodiantur, et circum fistucatione solidentur.

FISTUCĀTUS, a, um, *driven down or levelled with a mallet or rammer,* fistuca pavitus, calcatus. *Vitruv.* l. 7. c. 4. *ad fin.* et *Plin.* l. 36 c. 25. Solo fistucato inducitur rudus. ¶ *Fistucatum* est fistucatio. *Plin.* l. 17. c. 11. *sub fin.* Terram circa radices fistucato spissandam.

FISTŪCO, as, a. 1. *to drive piles into the earth, ram down stones in paving, drive down or level with a mallet or paving-beetle,* fistuca pavio, calco, solido. *Cato R. R.* c. 18. *a med.* Fundamenta primum fistucato, postea cæmentis struito. *Plin.* l. 36. c. 25. Rudus pedali crassitudine fistucari.

FISTŬLA, læ, f. *a shepherd's pipe,* σύριγξ, avena, musicum instrumentum pastorale, quod inflando sonum edit, ex pluribus calamis, imparibus, varii sonoris, cera compactis conflatum, cujus inventor Pan primus fuisse dicitur a *Virg. Ecl.* 2. v. 32. ab *Ovid. Metam.* 1. v. 690. *et sequentib.* et a *Plin.* l. 7. c. 56. Volunt esse quasi φύσηθλα, a φυσάω, inflo. Quid a tibia differat, ibi dicetur. *Tibull.* l. 2. eleg. 5. v. 31. Fistula, cui semper decrescit arundinis ordo: Nam calamus cera jungitur usque minor. *Virg. Ecl.* 2. v. 36. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. et *Ecl.* 3. v. 25. aut unquam tibi fistula cera Juncta fuit? *Ovid.* 13. *Metam.* v. 784. Sumptaque arundinibus compacta est fistula centum: Senserunt toti pastoria sibila montes. Adde *Cic.* 3. *de Orat.* c. 60. *Martial.* l. 14. epigr. 63. et *Lucret.* l. 4. v. 590. ¶ Potest etiam dici de tibia, quæ unius calami est. *a flute, flageolet. Macrob. in præfat.* l. 1. *Saturn. a med.* Vides, quam multorum vocibus chorus constet: una tamen ex his omnibus redditur. aliqua est illic acuta, aliqua gravis, aliqua media: accedunt viris feminæ, interponitur fistula. ¶ Est etiam tubus, canalis opertus, claususque, per quem aqua fluit. *a pipe for conveying water,* σίφων, σωλήν. *Cic. pro Rabir. perduell. in fi.* Fistulas, quibus aqua suppeditabatur Jovis O. M. templis ac sedibus, præcidi imperarat. *Plin.* l. 2. c. 103. Aquæ dulces juxta mare, ut fistulis, emicantes. Adde lib. 31. c. 6. ubi quinarias, octonarias, denarias fistulas describit: itemque *Frontin. de aquæduct.* artic. 25. *et sequentib.* ¶ Item quicumque cavatus tubus fistulæ similis, per quem quid defluit, ut in animalibus aspera arteria, intestinorum ductus, &c. in ossibus, cannisque foramen cavitasque medullæ, &c. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 66. *Hard.* Sub uva minor lingua, epiglossis appellata: opera ejus gemina, duabus interpositæ fistulis. *the weasand or aspera arteria.* (Adde *Gell.* l. 17. c. 11.) et sect. 72. Pulmo spongiosus ac fistulis inanibus cavus. *Id.* l. 9. c. 7. Hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent, balænis a fronte, delphinis a dorso. *Id.* l. 28. c. 8. *a med.* Extrema fistula intestini. *Id.* l. 31. *c. ult. a med.* Spongiarum alias mares existimavere, tenui fistula: alias feminas, majoribus fistulis, ac perpetuis: e maribus duriores alias, tenuissimis fistulis, atque densissimis. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 62. Dentes aspidi tenui fistula perforati. *h. e.* intus cavi ad modum calamorum in fistula. et cap. 28. *ad fin.* Muscarum generi lingua evidens fistula est. *h. e.* perforata, aculeus fistulosus. *Id.* l. 30. c. 3. *extr.* Ossiculis gallinarum in pariete servatis, fistula salva. *Id.* l. 19. c. 5. Cucumeres, in fistula flore demisso, mira longitudine crescunt. *h. e.* cannæ inserto, cui prius omnes nodos perforaveris, ut *Pallad. in Mart.* tit. 9. *ante med.* explicat. *Plin.* l. 12. c. 22. Fistula calami odorati. *h. e.* internodium intus pertusum. *Id.* l. 34. c. 11. et 12. *extr.* Impellere, et inspirare aliquid in aures flatu per fistulam. *through a pipe. Pers.* sat. 3. v. 14. *fistulam* vocat calamum scriptorium. et *Plin.* l. 17. c. 14. ferramentum sutorium, quo coria inciduntur. ¶ Quam *Cato* memorat *fistulam farrariam*, c. 10. *R. R.* est pilum præferratum multis ferramentis oblongis, obtusisque, et ad modum calamorum in fistula musicali, in capite pili infixis compactisque: simile opinor iis, quibus teruntur linei panni ad chartam faciendam. *Plin.* l. 18. c. 10. *a med.* Etruria spicam farris tosti pisit pilo præferrato, fistula serrata, et stella intus denticulata, ut nisi intenti pisant, concidantur grana, ferrumque frangatur. ¶ Denique *fistula* est ulcus oblongum, angustum, et profundum in corpore sive ex vitio, sive ex morbo, pus trahens, *a fistula, disease in the anus. Nep. in Attic. c. pænult.* Tanta vis morbi in unum intestinum erupit, ut extremo tempore per lumbos fistula putris eruperit. *Al. leg.* fistula puris. *Cels.* l. 7. c. 4. Adversus fistulas, si altius penetrant, si tortuosæ sunt, &c. et sect. 2. Solent inter costas fistulæ subter ire, &c. *Plin.* l. 20. c. 9. Fistulas et humores evocare. et lib. 24. c. 11. Laxare et siccare fistulas, &c. et cap. 8. Tumores sanant, extrahuntque per fistulas.

FISTŬLANS, antis, fistulatus, fistulosus, fistulam agens. *Plin.* l. 18. c. 11. Terra bibula, et pumicis vice fistulans. *Harduin.* legit *fistulosa* ex MSS.

FISTULĀRIS, re, adject. ad fistulam pertinens, ut Fistulare medicamentum, *Veget.* l. 2. c. 13. *rei Veterin.* ¶ *Fistularis versus* apud *Diomed.* l. 3. pag. 498. *Putsch.* dicitur qui ab una syllaba ad plures surgit.

FISTULARĬUS, ii, m. *a piper,* qui fistula canit. *Vet. Inscript.* apud *Fabrett.* pag. 625. n. 218. Q. Grisidio fistulario, cantori, &c.

FISTULĀTIM, adverb. q. d. per fistulas. *Apul.* l. 4. *Metam.* Fimus fistulatim excussus.

FISTULĀTOR, oris, m. *a player on a pipe or flute,* qui fistula canit, συρικτής. *Cic.* 6. *de Orat. c. ult.* Sed fistulatorem domi relinquetis.

FISTULATORĬUS, a, um, adject. ad fistulatorem pertinens, ut Fistulatoriæ artes, *Arnob.* l. 2. pag. 73.

FISTULĀTUS, a, um, adject. *made hollow like a pipe,* cavatus in morem fistulæ. *Arnob.* l. 2. pag. 84. Venæ fistulatæ, et commeabiles. *Sidon. in* carm. 2. *post* epist. 13. l. 9. Æra fistulata. Adde. *Sueton. in Ner.* c. 31. ex lectione *Salmas. ad Vopisc.* ubi alii aliter legunt.

FISTULESCO, is, n. 3. in fistulæ morem pertundor. *Fulgent.* l. 2. *Mythol.* c. 19. Crementis Lunæ abscissa ligna furfuraceis tinearum terebraminibus fistulescunt.

FISTŬLO. V. *Fistulans.*

FISTULŌSUS, a, um, *bored or hollowed out like a pipe, fistular,* in modum fistulæ intus cavatus, pertusus. *Plin.* l. 11. c. 2. Telum culicis fodiendo acuminatum, sorbendo fistulosum. et cap. 37. sect. 65. *Hard.* Quibus aculeus in ore fistulosus, iis nec lingua, nec dentes. ¶ Item fistulis, seu foraminibus oblongis abundans, *full of eyes or holes like a sponge. Colum.* l. 7. c. 8. Caseus neque fistulosus, neque salsus, neque aridus. *Plin.* l. 27. c. 8. *extr.* Spongia densitatis fistulosæ. et lib. 17. c. 5. Terra arida, fistulosa, scabra. et lib. 36. c. 23. Fistulosus lapis. ¶ Item fistulæ morbo laborans, *afflicted with a fistula; fistulous. Cato R. R.* c. 157. Fistulosus cancer.

FISUS, a, um, *trusting, confiding, relying,* confidens, a *fido, is. Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 78. Hic arcu fisos terruit ense Getas. *Id.* 15. *Metam.* v. 827. tædæ non bene fisa. *Lucan.* l. 5. v. 577. Fisus cuncta sibi cessura pericula, Cæsar.

FITILLA. V. *Fritilla.*

FIXE, figendo, inhærendo. *Augustin.* ep. 6. *extr.* Ubi tenacius habitabit, et fixius.

FIXŬLAS, fibulas. *Festus.*

FIXŪRA, æ, f. *a fixing, fastening. Tertull. advers. Gnost.* c. 1. *circa med.*

FIXUS, a, um, *fixed, fastened,* affixus, infixus. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 34. Arma fixa in parietibus. *Horat.* l. et ep. 1. v. 4. Arma fixa ad postem Herculis. *Virg.* 4. *Æn.* v. 495. arma fixa thalamo. *Enn.* apud *Cicer. in Pison.* c. 19. saxis fixus asperis. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 7. v. 19. fixo dare vulnera cultro. *Id.* 8. *Metam.* v. 382. Arundo fixa sub aure feri. *Id.* 5. *Fastor.* v. 598. Sagitta lævo pede fixa. *Plin.* l. 29. c. 4. Canes vivi in furca fixi. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 87. in vultu lumina fixa tenet. *Virg.* 1. *Æn.* v. 486. solo fixos oculos tenere. et lib. 11. v. 507. oculos in virgine fixus. ¶ Translate *Cic. pro Cluent.* c. 45. Id non ita fixum esse deberet, ut convelli non liceret. *Sil.* l. 2. v. 364. et lib. 3. v. 114. Fixum est hoc facere. *h. e.* certum est, statutum, omnino deliberatum. *Cic. pro Balb. in fi.* Illud fixum in animis vestris tenetote, vos de beneficio Pompeii judicaturos. *fixed, impressed. Id. pro Rabir. Post.* c. 9. Illud maneat, et fixum sit, quod neque moveri, neque mutari potest. *Lepid. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 34. *ad fin.* Quæ perpetuo animo meo fixa manebunt. *Virg.* 4. *Æn.* v. 15. Si mihi non animo fixum immotumque sederet, Ne cui me vinclo vellem sociare jugali. *Cic.* 4. *Acad.* c. 46. Ratum, fixum, firmum fuisse vis. *permanent. Id.* 4. *Acad.* c. 9. Decretum stabile, fixum, ratum. *Id. pro Mur.* c. 30. Dixisti quippiam: fixum et statutum est. *Id. Attic.* l. 8. ep. 14. Scito, labare meum consilium illud, quod satis jam fixum videbatur. *Arator* l. 1. *in Acta Apost.* v. 322. Arva tremunt concussa locis, tu fixior hæres. *more firmly and obstinately.* quo sensu *Virg.* quoque 2. *Æn.* v. 650. Talia perstabat memorans, fixusque manebat. ¶ Est etiam transfixus, *pierced, transfixed. Virg.* 12. *Æn.* v. 537. fixo stetit hasta cerebro. ¶ Translate *Id.* 7. *Æn.* v. 291. acri fixa dolore. ¶ Stellæ fixæ in cælo, quas *Cic.* appellat inerrantes, sunt de quibus *Manil.* l. 2. v. 35. Ceteraque ex variis pendentia casibus astra, Æthera per summum voluerunt fixa revolvi. *fixed stars.*

F L

FLABELLĬFER, a, um, adject. *bearing a fan.* Flabelliferæ ancillæ, quæ flabellum ferunt, et ventilationem faciunt. *Plaut. Trin.* 2. 1. 22. Flabelliferæ, sandaligerulæ, cantrices, &c.

FLABELLO, as. *Tertull. de Pall.* c. 4. Cum calor in affectationem flabellatur. *h. e.* flabello agitatur, et accenditur.

FLABELLŬLUM, i, n. *a little fan,* diminut. parvum flabellum. *Terent. Eun.* 3. 5. 50. ubi alii leg. *flabellum.*

FLABELLUM, li, n. *a fan,* ῥιπίδιον, instrumentum,

quo fit ventilatio ad refrigerandum, vel ad ignem excitandum: diminut. a flabrum. *Terent. Eun.* 3. 5. 47. Cape hoc flabellum: ventulum huic sic facito. *Martial.* l. 3. epigr. 82. prasino flabello ventilare frigus. ¶ Per similitudinem dicitur de cauda avium. *Propert.* l. 2. el. 18. v. 59. Et modo pavonis caudæ flabella superbi. ¶ Translate *Cic. pro Flacc.* c. 23. Cujus lingua, quasi flabello seditionis, illa tum est egentium concio ventilata. *an exciter.*

FLABĬLIS, le, *easy to be blown, airy*, spirabilis, aereus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 27. Nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum. [¶ Pro spirituali Christianorum significatione apud *Prudent. in Romana* περὶ στεφ. 10. v. 347. Ædem sibi ipse (Deus) mente in hominis condidit vivam, serenam, sensualem, flabilem, solvi incapacem posse, nec destructilem. Ita legitur in edit. Parmensi ann. 1788. V. *Sensualis*, qua in voce eamdem lectionem reposui; legebatur enim *habilem*.]

FLABRĀLIS, le, adject. flabilis, ad flabrum pertinens. *Prudent. in Apotheos.* v. 909. Cum libet, in gelidum flabrali frigore ventum Spiritus exsistit. Al. leg. *flabrare*, h. e. flare. *to blow*: a *flabro, as.*

FLABRO, as. V. in voce præced.

FLABRUM, i, n. *a blast, breeze, puff of wind*, πνοὴ, πνεῦμα, flatus, flamen venti. Vox Poetica. *Propert.* l. 2. el. 20. v. 70. neque hic Boreæ flabra, neque arma timet. *Lucret.* l. 6. v. 427. freta ferviscunt spirantibus incita flabris. *Virg.* 2. *Georg.* v. 293. non hiemes illam, non flabra, neque imbres Convellunt. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 665. Lenibus alludit flabris levis auster. ¶ In singulari num. exempla nondum vidimus: quod et *Serv.* adnotavit ad *Virg. loc. cit.*

FLACCĔO, es, cui, n. 2. *to wither, grow weak or feeble, droop, flag, decay, fade, fail, languish*, flaccus fio, langueseco, marcesco, παρακμάζω, μαραίνομαι. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 13. Stercus quod infertur recens, minus bonum: id cum flaccuit, melius. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 323. Lorum flaccet. *Lactant. de Opif. Dei*, c. 8. Aures pendulæ atque flaccentes. ¶ Translate *Afran.* apud *Non. loc. cit.* Disperii: perturbata sum: jam flaccet fortitudo. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 15. *sub fin.* Messala flaccet. *h. e.* languet, in petitione consulatus deficit. (V. *Attic.* l. 4. ep. 15. *a med.*) *Apul.* in *Apolog.* Oratio vestra rebus flaccet, spiritu viget.

FLACCESCO, is, n. 3. flaccere incipio, languesco. *Colum.* l. 12. c. 7. Fœniculum cum legeris, sub tecto exponito, dum flaccescat. *Vitruv.* l. 2. c. 9. flaccescente fronde. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 24. Cum otiosus stilum prehenderat, motusque omnis animi, tanquam ventus, hominem defecerat, flaccescebat oratio. *Arnob.* l. 4. pag. 142. Flaccescentium voluptatum ardorem restituere. *Id.* l. 7. pag. 237. Ad numerum cymbalorum mollita indignatione flaccescunt. *h. e.* iram ac vires deponunt, placantur, mitescunt. ¶ Legitur et *flaccisco*. *Pacuv.* apud *Non.* c. 8. n. 37. Flucti flacciscunt, silescunt venti.

FLACCIĀNUS, a, um, adject. ad Flaccum pertinens, quod est cognomen Romani hominis. *Valer. Max.* l. 6. c. 3. n. 1. Flacciana area diu penatibus vacua.

FLACCĬDUS, a, um, *withered, faded, feeble, weak, hanging down, drooping, flagging, flaccid, languid*, μαλθακὸς, χαλαρὸς, languidus, et ob debilitatem, aut lentitudinem pendulus. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *de canib.* et *Colum.* l. 7. c. 6. *de capro*, et *Plin.* l. 8. c. 51. *de sue.* Aures flaccidæ, et prægravantes. *Plin.* l. 15. *c. ult.* Flaccidum folium. *Lucret.* l. 5. v. 631. Flaccidiore turbine fertur. *h. e.* cursu remissiore, ac tardiore. *Apul.* l. 7. *Metam.* Vestis muliebris in sinus flaccidos abundans. Al. leg. *floccidos*, h. e. floccis abundantes. *Id. in Florid.* n. 23. (*al.* lib. 4.) Vela pendula et flaccida. ¶ Translate *Arnob.* l. 7. pag. 251. Argumentatio flaccida est. *h. e.* infirma, levis.

FLACCŬLUS, a, um, dimin. a *Flaccus*. *Trebell. Poll. in Gallien.* c. 8. Pugiles flacculis, non veritate pugnantes. *h. e.* pilis flaccidis et mollibus. *soft.* innoxium ictum inferentibus. Ita legit, et exponit *Salmas.* Alii *sacculis.*

FLACCUS, a, um, flaccidus. De homine dicitur, cui sint auriculæ solito majores, mobiles, ac pendulæ. *with the ears hanging down, flap-eared.* *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 29. Ecquos deos pætulos esse arbitramur? ecquos silos? flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis? ¶ Hinc factum cognomen Romanis gentibus non unis, ut Corneliæ, Horatiæ, Valeriæ, Fulviæ, &c. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 50. *Hard.* Aures homini tantum immobiles: ab iis Flaccorum cognomina.

FLAGELLATĬO, onis, f. *flagellation, scourging*, διαμαστίγωσις, actus flagellandi. *Tertull. ad Martyr.* c. 4. *ad fin.*

FLAGELLĀTUS, a, um, *whipped, scourged*, flagellis cæsus. *Plin.* l. 9. c. 30. Canes extremis polypi crinibus flagellati. ¶ Translate *Id.* l. 2. c. 45. Radiorum multiformi jactu flagellatus aer. *Stat.* 3. *Theb.* v. 36. Ima flagellatis, signum lugubre malorum, Ponderibus trepidavit humus. *h. e.* concussis, emotis, agitatis.

FLAGELLO, as, avi, atum, a. 1. *to whip, scourge, beat, lash, jerk*, μαστιγόω, flagello, virgis, fuste cædo. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 93. Pondere serpentis curvata est arbor, et imæ Parte flagellari gemuit sua robora caudæ. *Quintil.* l. 11. c. 3. *a med. ubi de gestu.* Repetito ultra lævum humerum gestu flagellare in tergum. *Plin.* l. 8. c. 16. *de leone.* In principio iracundiæ terra cauda verberatur: incremento terga, ceu quodam incitamento, flagellantur. *Id.* l. 25. c. 8. *sub fin.* Serpentes se se interimunt flagellando. *Id.* l. 18. c. 30. Messis alibi tribulis in area, alibi equarum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur. *Sueton. in Calig.* c. 26. Quæstorem suum in conjuratione nominatum flagellavit, veste detracta, subjectaque militum pedibus, quo firme verberaturi insisterent. ¶ Translate et poetice *Martial.* l. 4. epigram. 42. Lumina sideribus certent, mollesque flagellent Ora comæ: tortas non amo, Flacce, comas. *h. e.* prolixæ, extensæque comæ jactatu vultum verberent. Sic *Stat.* 10. *Theb.* v. 169. Sertaque mixta comis sparsa cervice flagellat. *h. e.* diverberat, agitat, concutit. *Pers.* sat. 4. v. 48. Si puteal multa cautus vibice flagellas. V. *Puteal.* ¶ *Flagellare opes* dicitur arca ditis avarique hominis, quæ multam pecuniam continet, coercet, premit, avareque custodit, ne aut insumatur, aut surripiatur. *to keep close locked up.* *Martial.* l. 2. epigr. 30. et lib. 5. epigr. 13. ¶ *Flagellare annonam* est vexare, arctare, continendo apud se, ne copia sit, et difficilis coemptio fiat. *to raise the price of grain.* *Plin. in fi.* l. 33. Pretia rerum, quæ usquam posuimus, non ignoramus, alia in aliis locis esse, et omnibus pæne annis mutari, prout navigationes constiterint, aut ut quisque mercatus sit, aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet.

FLAGELLUM, i, n. *a whip, scourge*, μάστιξ, lorum, seu aliud quodvis flexile verber, quo servos nudatos cædere solebant, quod pœnæ genus gravius erat, quam fustibus cædi: diminut. a *flagrum*. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 4. Porcia lex virgas ab omnium civium R. corpore amovit, hic misericors flagella retulit. *Marcell. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 10. Ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex his servus flagellis cædi, et domino reddi jubetur. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 41. flagellis ad mortem cæsus. *Id. Epod.* 4. v. 11. Sectus flagellis præconis ad fastidium. *Catull.* carm. 25. *ad Thall.* v. 10. ne laneum latusculum, natesque mollicellas Inusta turpiter tibi flagella conscribillent. *Ovid. in Ibin*, v. 185. tibi de Furiis scindet latus una flagello. *Juvenal.* sat. 6. v. 478. hic frangit ferulas: rubet ille flagellis. ¶ De mala conscientia. *Lucret.* l. 3. v. 1033. mens sibi conscia facti Præmetuens adhibet stimulos, torretque flagellis. *the stings of conscience.* *Juvenal.* sat. 13. v. 195. Occultum quatiente animo tortore flagellum. ¶ Dicitur etiam de scutica, qua aurigæ utuntur, quæ excussa clarum reddit sonum. *a lash.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 579. Signum clamore paratis Epitides longe dedit, insonuitque flagello. *Sil.* l. 4. v. 440. Quadrijugos atro stimulat Bellona flagello. *Colum.* l. 2. c. 2. *sub fin.* Boves admonere flagello. ¶ Item de summa palmitis parte, et de virgis flexilibus aliarum arborum. *the highest parts of the shoots of a vine*, βλαστός: a *flagellum*, qua notat lorum, quia sarmentorum et virgarum usus in cædendo fuit. *Varr.* l. 1. *de R. R.* c. 31. Ejuncidum sarmentum non potest ex se ejicere vitem, quam vocant minorem, flagellum; majorem, unde uvæ nascuntur, palmam. *Colum.* l. 4. c. 4. *circa med.* Nonnulli fructus avidius eliciunt, extrema et media flagella submittendo. *Virg.* 2. *Georg.* v. 299. neve flagella Summa pete, aut summa destringe ex arbore plantas. *Catull. in carm.* nupt. 61. v. 52. Jam jam contingit summum radice flagellum. *the top.* ¶ Item de crinibus, brachiisque polyporum. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 366. Utque sub æquoribus deprensum polypus hostem Continet, ex omni dimissis parte flagellis. *Sidon.* l. 1. ep. 2. Aurium legulæ crinium superjacentium flagellis operiuntur.

FLAGITATĬO, onis, f. *a request, earnest entreaty or desire*, actus flagitandi, αἴτησις. *Cic. in Top.* c. 1. *ad fin.* Nolui deesse ne tacitæ quidem flagitationi tuæ. *Justin.* l. 2. c. 4. Quindecim annis pacandæ Asiæ immorati, uxorum flagitatione revocantur. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 50. Crebræ populi flagitationes, immodestiam publicanorum arguentis.

FLAGITĀTOR, oris, m. *an importunate asker, demander, craver*, qui flagitat. *Cic. de clar. Orat.* c. 5. Hunc video flagitatorem, non illum quidem tibi molestum, sed assiduum tamen et acrem fore. *Liv.* l. 8. c. 12. *a med.* Triumphi ante victoriam flagitator. *Id.* l. 2. c. 45. *ad fin.* Flagitator pugnæ. ¶ Speciatim dicitur de creditore, qui debitum reposcit. *a dunner.* *Plaut. Casin. prol.* v. 23. Ejicite ex animo curam, atque alienum æs: ne quis formidet flagitatorem suum. *Id. Mostell.* 3. 2. 81. Quasi flagitator astans usque ad ostium. Adde *Gell.* l. 17. c. 6. *ad fin.*

FLAGITĀTRIX, icis, f. quæ flagitat. *Augustin.* ep. 140. Epistola vehemens flagitatrix.

FLAGITĀTUS, a, um, *demanded earnestly*, vehementer petitus. *Tacit. Ann.* 1. c. 32. Eo usque flagitatus est, donec ad exitium dederetur. ¶ *Flagitatus inter cutem* olim obscenum sensum habuit. *Fest.* in *Inter.* q. d. flagitium passus. Ita *Cato* apud *Priscian.* l. 6. pag. 719. *Putsch.* Intercutibus stupris flagitatus.

FLAGITIŌSE, *basely, infamously, wickedly, profligately, flagitiously*, βδελυρῶς, αἰσχρῶς, turpiter, inhoneste, fœde, cum infamia et probro. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 11. Quis animo æquo videt eum, quem impure et flagitiose putet vivere? *Id.* 2. *Verr.* c. 15. Patres conscriptos judicia male et flagitiose tueri. *Id. in divin. Verr. c. ult.* Ut turpissime, flagitiosissimeque discedat, nihil de suis veteribus ornamentis requiret. *Id.* 2. *Catil.* c. 4. Aliorum amori flagitiosissime servire. *Id. Attic.* l. 7. ep. 15. *ad fin.* Sumus enim flagitiose imparati cum a militibus, tum a pecunia. *Id. pro Font.* c. 11. Legationes flagitiose obitæ. *Id.* 5. *de Fin. c. pænult.* Flagitiose desciscere ab aliquo. *Arnob.* l. 4. pag. 141. Flagitiosius procreare liberos.

FLAGITIŌSUS, a, um, *infamous, flagitious, wicked, profligate, dissolute, abandoned*, βδελυρὸς, αἰσχρὸς, flagitiis contaminatus, vitiosus cum dedecore, turpis, fœdus, infamis, impurus. *Cic. Tuscul.* 4. c. 32. Ut turpes sunt, qui efferunt se lætitia, cum fruuntur Veneris voluptatibus; sic flagitiosi, qui eas inflammato animo concupiscunt. *Id. in fin. Verr.* 4. Homo flagitiosissimus, libidinosissimus, nequissimusque. et cap. 54. Flagitiosæ libidines. *Id.* 2. *de Fin.* c. 28. Vitiosa et flagitiosa vita. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 9. Bonorum emptio flagitiosa, flagitiosa possessio. *Sallust. in Jug.* c. 88. Quanto vita illorum præclarior, tanto horum socordia flagitiosior. et cap. 37. Flagitiosissima facinora facere. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 31. Egregiam Otho famam, Vitellius flagitiosissimam meruere. *Sallust. in Catil.* c. 5. Civitas paulatim immutata, ex pulcherrima pessima ac flagitiosissima facta est. *Id. in Jug.* c. 110. Regem armis, quam munificentia, vinci, minus flagitiosum. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 54. Tot a majoribus repertæ leges, tot, quas divus Augustus tulit, illæ oblivione, hæ (quod flagitiosius est) contemptu abolitæ.

FLAGITĬUM, ii, n. a *flagito*: proprie est acris, turpisque efflagitatio cum convicio ac tumultu. Hinc *Plaut.* flagitium vocat, cum puellæ causa protervi juvenes aliorum ostia occentant, et carbonibus elogia inscribunt, *Merc.* 2. 3. 82. Neque propter eam quicquam eveniet nostris foribus flagitii. Et acrem molestamque creditoris petitionem debiti, *Epid.* 3. 4. 77. Fides non reddis? abiero: flagitio cum majore post reddes tamen. *h. e.* efflagitatione, convicio, quo tibi usque molesta ero, usque donec reddas. V. *Voss. in Etymol.* [¶ Significat etiam strepitum, quæ quidem prima est vocis notio. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 32. Hæ fores fecerunt magnum flagitium modo. *Add.* Quid id est flagitii? *Co.* Crepuerunt clare.] ¶ Speciatim est appellatio virginis de stupro, ipsumque stuprum, ut est apud *Non.* c. 4. n. 215. Item quodvis facinus cum dedecore infamiaque conjunctum, præsertim libidinosum, impurum, sordidum, unde certissima infamia est, *a disgraceful or shameful crime; profligacy, dissoluteness, lewdness, flagitiousness*, βδελυρία, αἰσχρότης. *Augustin.* l. 3. *de Doctr. Christ.* c. 10. Quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum et corpus suum, flagitium vocatur: quod autem agit, ut alteri noceat, facinus dicitur. *Cic. de Senect.* c. 12. Stupra vero, et adulteria, et omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari, nisi voluptatis. *Tacit. de Germ.* c. 12. Scelera ostendi oportet, dum puniuntur, flagitia abscondi. *Cic. Verr.* 7. c. 10. *ad fin.* Noctis longitudo stupris et flagitiis conterebatur. *Id.* 4. *Tuscul.* cap. 34. *extr.* Quasi vero non propter libidinem tanta flagitia et faciat, et dicat. et cap. 33. Versari in flagitio. *Id. in fragm. contra C. Anton.* apud *Ascon.* Stupris se ac flagitiis contaminare. *Id. de clar. Orat.* c. 61. Flagitium committere. *Id. pro Cluent.* c. 46. Flagitium rei militaris admittere. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 9. Scelera et flagitia facere. *Terent. Phorm.* 5. 2. 5. Aliquid flagitii conficere. *Liv.* l. 39. cap. 16. Minus tamen esset, si flagitiis tantum effeminati forent; a facinoribus manus, mentem a fraudibus abstinuissent. (V. *Facinus.*) *Sallust. in Catil.* c. 14. et 38. Qui alienum æs grande conflaverat, quo flagitium aut facinus redimeret. et cap. 24. Flagitiis atque facinoribus coopertus. et in *Jug.* c. 90. Dedecorare se flagitiis. *Plaut. Casin.* 5. 3. 1. Flagitio ardere. *Cic. in Pison.* c. 18. Ingurgitare se in flagitia. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 30. Flagitiis se inquinare. *Terent. Heaut.* 5. 4. 14. Flagitiis infamem fieri. *Id. Adelph.* 1. 2. 32. Non est flagitium, facere hæc adolescentulum? ¶ De aliis rebus, quæ dedecus aliqua ratione afferunt. *Id. Heaut.* 5. 1. 49. Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare, foris sapere, tibi non posse auxiliarier? *is it not a shame and disgrace?* *Cic. de clar. Orat.* c. 61. vocat *flagitium*, cum quis in scriptis obliviscitur, quid paulo ante posuerit. et lib. 1. *de nat. Deor.* c. 24. Democriti *flagitia* appellat, quod atomos in philosophia invexerit, ex quibus mundus effectus sit: tanquam sit hoc immanis error, et opinio ejusmodi, quæ dedecus ipsi pepererit. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 18. Qui præesse agro colendo, flagitium putas, profecto illum Atilium hominem turpissimum atque inhonestissimum judicares. ¶ Per metonymiam dicitur de infamia, quæ flagitium consequitur, *infamy, disgrace, reproach.* *Cic. Attic.* l. 16. ep. 7. *circa med.* Id erat meum factum flagitii plenum et dedecoris. *Liv.* l. 42. c. 60. Consul moveri flagitio timoris fatendi. *Id.* l. 25. c. 15. *sub fin.* Flagitium imperio demere. *Nep. in Amilc.* c. 1. *extr.* Periturum se potius, quam cum tanto flagitio domum rediret. *Sallust. in Orat. Macri Licinii ad*

plebem ad fin. Neque gloria movemini, neque flagitio. ¶ *Flagitium hominis* apud *Plaut. Casin.* 2. 1. 8. *Men.* 3. 2. 24. et 5. 1. 9. est homo flagitiosissimus: Sic *Trucul.* 2. 7. 60. Scelus viri. *h. e.* scelestissimus. *a scoundrel.* ¶ *Flagitii stabulum* ab eodem dicitur, qui flagitiorum plenus est, *Trucul.* 2. 7. 31. Eodemque sensu *flagitii flagrantia, Rud.* 3. 4. 28. velut qui flagitiosis omnibus cupiditatibus ardet. ¶ In illo *Lucilii* l. 29. præbent rectius multo, et sine flagitio: *Non. loc. supra cit. flagitium* exponit periculum: quam recte alii viderint.

FLAGĬTO, as, avi, atum, a. 1. [cum strepitu quodam et convicio peto, quam notionem strepitus et vehementiæ ipsæ litteræ FL, ut et Græce φλ, indicare videntur. *Donat.* ad *Ter. Eun.* 2. 3. 90. Flagitatio a strepitu dicitur, unde *Flamma* et *Flagella* et *Flagitare*, id est personare, intelligimus dici. Nam hæc omnia sine strepitu crepituque non sunt.] *to ask importunely, demand earnestly, solicit,* ἐξαιτέω, plus est, quam *postulo*, et significat vehementer et acriter postulare, idque interdum cum clamore et convicio. *Cic. Fam.* 9. ep. 8. Metuo, ne te forte flagitent: ego autem mandavi, ut rogarent. *Id. pro Planc.* c. 19. Etiam atque etiam insto atque urgeo, insector, posco, atque adeo flagito crimen. *Id. de Harusp. resp.* c. 22. Cupientem Italiam, populum R. desiderantem, flagitantes vox excitavit. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 3. Alicujus auxilium implorare et flagitare. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 15. Mercedem ab aliquo flagitare. *Id. Verr.* 7. c. 4. Pater filium abs te flagitat. *Id. Fam.* 3. ep. 11. *a med.* A te tua promissa per litteras flagitabam. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 16. et *Cic. pro Dom.* c. 6. Me frumentum flagitabant. *Id.* 2. *de Orat.* c. 45. Hæc sunt illa, quæ me ludens Crassus flagitabat. *Plaut. Merc.* 1. 2. 66. Flagitas me, ut eloquar. *Cic.* 5. *Phil.* c. 11. Ut primum Senatus haberi potuit, semper flagitavi, ut convocaremur. *Id. pro Sext.* c. 11. Flagitabatur ab his quotidie, ut meam causam susciperent. *Id. Fam.* 15. ep. 18. *extr.* Sed flagitat tabellarius. *Id.* 1. *Fin.* c. 5. A philosopho, si afferat eloquentiam, non asperner: si non habeat, non admodum flagitem. *Plin.* l. 34. c. 8. Populus magnis theatri clamoribus, reponi Apoxyomenon, flagitavit. et lib. 35. c. 10. Flagitavit ostendi picturam. *Virg.* 2. *Æn.* v. 123. quæ sint ea numina divum, Flagitat. ¶ Passive *Cæs.* l. 1. *B. Civ. in fin.* Petreius atque Afranius, cum stipendium ab legionibus flagitarentur, Cæsar ut cognosceret, postulant. *Al. leg.* flagitaretur. *Cic. pro Dom.* c. 7. Flagitabar bonorum expostulatione. *Id. in Vatin.* c. 11. Ejus sceleris quæstio in te flagitatur. ¶ Est etiam requirere, exigere. *to exact, require. Cic. in fin. Phil.* 5. Facilius apparabitis ea, quæ tempus et necessitas flagitat. *Id. pro Quint.* c. 3. *extr.* Tametsi causa postulat; tamen quia postulat, non flagitat, præteribo. *Id. Fam.* 4. ep. 13. *circa med.* Quid acta tua vita, quid studia, quid artes, quibus a pueritia floruisti, a te flagitent, tu videbis. ¶ Dicitur et de creditoribus assidue et moleste, clamoribus, convicio debitum reposcentibus. *to dun. Plaut. Pseud.* 1. 5. 143. Si non dabis, clamore magno, et multum flagitabere. *Id. Pœn.* 3. 1. 36. Neque nos quemquam flagitamus, neque nos quisquam flagitat. *Id. Men. prol.* v. 46. Illum clamore vidi flagitarier. παραγωγή. *Cic.* 3. *de Orat.* cap. 5. Admonitum te venimus, non flagitatum. ¶ Pro arcessere. *Plin.* l. 19. c. 5. *a med.* Siser Tiberius nobilitavit, flagitans omnibus annis e Germania. ¶ Habet nonnunquam usum in re turpi, ut *flagitium*, et *flagitatus*, nempe ardenter ad stuprum sollicitare: immo stupro contaminare, corrumpere. *Apul.* l. 8. *Metam.* Juvenem exsecrandis uredinibus flagitabant. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 1. leg. 2. Si quis ancillam alienam subripuit, et flagitaverit. *Lactant.* l. 6. c. 23. Pudorem exstinxit, pudicitiam flagitavit. ¶ Aliquando est postulare ad judicium, accusare, *to accuse. Tacit.* 1. *Hist.* c. 53. Compertum publicam pecuniam avertisse, ut peculatorem flagitari jussit. [¶ Particip. *flagitandus* apud *Justin.* l. 22. c. 8. Stipendia illis non a se flagitanda esse, sed ab hoste quærenda.]

FLAGRANS, antis, adject. *burning, flaming, blazing,* qui flagrat, καιόμενος. *Virg.* 1. *Georg.* v. 331. ille flagranti Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo Dejicit. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 32. Noctu flagrantes onerarias, quas incenderant milites, videbatis. *Liv.* l. 44. c. 36. Flagrantissimo æstu. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 2. Bello flagrans Italia. ¶ Item splendidus, nitens. *glittering, shining. Virg. Æn.* 12. v. 167. sidereo flagrans clypeo. et vers. 65. flagrantes perfusa genas. *h. e.* rubore veluti accensas. *glowing, flushed, flagrant. Sil.* l. 12. v. 731. flagrantior æthere lampas. *h. e.* sol splendidior. ¶ Item cupidus, vehemens. *eager, earnest, vehement, ardent, flagrant. Juvenal.* sat. 13. v. 11. flagrantior æquo Non debet dolor esse viri. *Cic. pro Mur.* c. 31. Recentibus præceptorum studiis flagrantem usus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. *Id. Attic.* l. 7. ep. 4. Flagrans desiderio tui. *Id.* 2. *de Orat.* c. 45. odio. *Virg.* 11. *Æn.* v. 225. Hos inter motus medio in flagrante tumultu. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 19. Flagrans cupiditas. *Propert.* l. 1. el. 13. v. 23. amor. *Horat.* l. 2. od. 12. v. 25. Flagrantia oscula. *h. e.* cupida, amore ardentia. *Propert.* l. 3. el. 17. v. 13. Thessalico flagrans Salmonis Enipeo. *enamoured of, in love with. Cic. de Fato,* c. 2. Nec enim oratoria illa studia deserui, quibus etiam te incendi, quam quam flagrantissimum acceperam. *Tacit. Ann.* 11. c. 29. Flagrantissima gratia esse. *h. e.* maxime gratiosum et charum esse. ¶ *Justinian.* l. 9. *Cod.* tit. 13. §. 1. Ubi inventi fuerint in ipsa rapina, et adhuc flagranti crimine comprehensi. *in the very act:* in ipso crimine perpetrando.

FLAGRANTER, *ardently, eagerly, vehemently, earnestly,* φλεγομένως, ardenter, cupide. *Ammian.* l. 31. c. 10. (*al.* 26.) Germani exarsere flagrantius. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 3. Destinare consules, specie recusantis, flagrantissime cupiverat.

FLAGRANTĬA, æ, f. *a burning, blazing,* φλογμός, actus flagrandi, ardor. *Gell.* l. 17. c. 10. *de Ætna.* Quod de natura atque flagrantia montis ejus compositum est. ¶ Et translate *Id.* l. 12. c. 1. *ad fin.* Vigor maternæ flagrantiæ. *strong maternal affection. Plaut. Rud.* 3. 4. 28. Etiam vim opprobras, flagitii flagrantia? *h. e.* omnibus pravis cupiditatibus ac flagitiis flagrans. *Cic. pro Cæl.* c. 20. Flagrantia oculorum. *h. e.* amor vehemens, qui ex oculis, velut flamma emicat. *an eager or fond looking. Prudent. in Rom. peristeph.* 14. v. 734. sedare omnem pectoris flagrantiam. *h. e.* cupiditatem, desiderium.

FLAGRĀTOR, qui mercede flagris cædi se permittit. *Fest.*

FLAGRĬFER, a, um, adject. *bearing a lash or whip,* qui flagrum gestat. *Auson.* ep. 14. v. 10. Flagrifer Automedon.

FLAGRIŌNES, um, m. dicti sunt servi, quod flagris subjecti sint. *Afran.* apud *Non.* c. 1. n. 117.

FLAGRITRĪBA, æ, m. qui assidue vapulando flagra terit. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 5. Eo ingenio sunt flagritribæ.

FLAGRO, as, avi, atum, n. 1. *to burn, be on fire, be enflamed,* φλέγομαι, ardeo, accensus sum, conflagro. *Virg.* 2. *Æn.* v. 685. crinemque flagrantem Excutere, et sanctos restinguere fontibus ignes. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 35. geminis flagrantia cernens Corpora cara rogis. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 439. Flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes. *Plin.* l. 6. c. 7. Flocci molles et sine oleo flagrant. *Curt.* l. 7. c. 5. Arenas vapor æstivi solis accendit, quæ ubi flagrare cœperunt, &c. ¶ Translate *Cic.* 7. *Attic.* ep. 17. *a med.* Totam Italiam flagraturam bello, intelligo. *Senec. in Thyest.* v. 98. Flagrat incensum siti cor. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 347. flagrant quoque lumina Nymphes. *h. e.* ardent oculi. *glow, sparkle, are on fire. Cic.* 4. *Attic. ep. ult.* et *Verr.* 2. c. 2. Coss. flagrant infamia et invidia. *h. e.* ardent, valde laborant. *Sallust. in orat. Philippi contra Lepid.* inopia. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 125. rumore malo. *Flor.* l. 2. c. 18. ignominia et pudore. *Cic. pro Cæl.* c. 5. Flagrabant vitia libidinis apud illum: vigebant etiam studia rei militaris. *Id.* 6. *Verr.* c. 32. Convivia stupris flagitiisque flagrant. *are notorious. Sallust. in Catil.* c. 4. Ut cujusque studium ex ætate flagrabat. ¶ Cum accusativo *Propert.* l. 1. el. 13. v. 23. cælestem flagrans amor Herculis Heben. *h. e.* ardenter amans. Ἑλληνισμός. *Statius* l. 5. silv. 2. v. 119. novercales ibat venator in agros Ascanius, miseramque patri flagrabat Elisam. *h. e.* amore accendebat. ¶ *Flagrare cupiditate aliqua* dicitur, qui illa vehementer accensus est. *to burn with desire. Cic.* 5. *Attic.* ep. 11. Non dici potest, quam flagrem desiderio urbis. *Id.* 6. *Verr.* c. 34. Flagrare cupiditate atque amentia. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 33. *extr.* amore. *Id. de Orat.* l. 2. c. 45. odio. *h. e.* vehementer odisse. et lib. 1. c. 4. incredibili studio dicendi. *Colum.* l. 6. c. 27. ardore alicujus rei. *h. e.* cupiditate. *Id. in proœm.* l. 12. *a med.* æmulatione diligentiæ. *Suet. de illustr. Grammat.* c. *pænult.* libidinibus. *Ascon. in argum. orat. pro C. Cornel. a med.* magna infamia. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 460. vitio gentis suoque. *Sil.* l. 5. v. 589. dulcedine laudis. ¶ Cum infinito. *Claudian.* 2. *in Rufin.* v. 433. flagrant elidere saxis Prodigiale caput. *Stat.* 10. *Theb.* v. 221. flagrant comitari, et jungere casus.

FLAGRUM, i, n. *a whip, scourge, lash,* μάστιξ, lorum, scutica, flagellum ad cædendum: a *flagro,* quia flagris cæsus uritur. *Plaut. Amph.* 4. 2. 11. Quem pol ego hodie ob isthæc dicta faciam ferventem flagris. *Liv.* l. 28. c. 11. Cæsaque flagro est Vestalis, cujus custodia noctis ejus fuerat. *Juvenal. in fin.* sat. 5. nec dura timebis Flagra pati. *Sueton. in Oth.* c. 2. A prima adolescentia prodigus, et procax adeo, ut sæpe flagris objurgaretur a patre. *Plaut. Cas.* a. 1. v. 36. Ego te implebo flagris. *Id. Merc.* 2. 3. 81. Pinsere flagro aliquem. *Ulpian. Digest.* l. 47. tit. 10. leg. 9. servum flagris rumpere. *Plaut. Asin.* 2. 2. 31. Gymnasium flagri, salveto. ¶ Translate *Id. Pœn.* 1. 2. 177. *de amica.* Hujus colostra, hujus dulciculus caseus, hujus jecur, hujus studium, hujus flagrum. *h. e.* ardor, ignis, amor: vel flagellum, quo assidue in amore vapulat, et cruciatur. Al. leg. *savium.* ¶ Videtur proprie dici de eo, quo cæduntur servi, nam *Martial.* l. 14. epigr. 79. *cujus lemma* Flagrum: Ludite lascivi, sed tantum ludite servi. Hæc signata mihi quinque diebus erunt: *Juvenal.* sat. 10. v. 109. Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites, *h. e.* in servitutem redegit: *h. e.* Jul. Cæsar.

FLAMEN, inis, m. *a flamen, priest appointed to some particular god,* ἱερεύς, sacerdos apud Romanos. Dicti Flamines, testibus *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 15. et *Festo,* quod capite velato erant semper, et caput cinctum habebant filo, quasi *filamines.* Alii a pileo, quem gestabant, quasi *pileamines*: alii a flammeo (quod olim *flameo* scribebant) quod idem fere significat, dictos putant. De hoc ita *Serv. ad Æn.* 8. v. 664. Flamines in capite habebant pileum, in quo erat brevis virga, desuper habens lanæ aliquid: quod cum per æstus ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt. Verum festis diebus, filo deposito, pilea necesse erat accipere, quæ secundum alios ad ostendendam sacerdotii eminentiam sunt reperta. Alii dicunt, quia cum sacrificarent apud Laurolavinium, et eis exta frequenter aves abriperent, eminentia virgarum eas terrere voluerunt. Hæc *Servius.* ¶ Initio tres a Numa instituti fuere, Jovis, Martis, Quirini, ut est apud *Liv.* l. 1. c. 20. Deinde ad magnum numerum crevere paulatim, adscitis variis diis, ac religionibus: quin singulis Imperatoribus suos instituere mos fuit in deorum numerum relatis. Appellabantur autem cognomine ejus, cujus sacra curabant, ut Dialis, Martialis, Quirinalis, Floralis, Vulcanalis, &c. suberantque omnes Pontifici Maximo. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 8. Divis aliis alii sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunto. *Id.* 2. *Phil.* c. 43. Quem Cæsar majorem honorem consecutus erat, quam ut haberet pulvinar, simulacrum, fastigium, flaminem? *Id. pro Mil.* c. 10. Iter solemne Miloni esse Lanuvium ad flaminem prodendum. *Liv.* l. 27. c. 8. Inaugurare Flaminem.

FLAMEN, inis, n. *a puff of wind, blast, gale, breeze,* πνεῦμα, venti, aerisve flatus: a *flo, as.* Vox poetica. *Sil.* l. 7. v. 243. sinusque Destituat tumidos, subducto flamine, ventus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 832. ferunt sua flamina classem. et lib. 10. v. 97. ceu flamina prima, Cum deprensa fremunt silvis, et cæca volutant Murmura. et l. 4. v. 241. talaria, quæ sublimem alis rapido pariter cum flamine portant. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 732. Flamina conticuere: jacet sine fluctibus æquor. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 6. v. 54. Borea, surdas flamine tunde fores. *Id.* 3. *Fast.* v. 599. Figitur ad Laurens ingenti flamine litus Puppis. *Horat.* l. 3. od. 19. v. 19. cur Berecynthiæ Cessant flamina tibiæ? Adde *Nemesian.* ecl. 1. v. 16.

FLAMĬNA, æ, f. Flaminis uxor. *Inscript.* apud *Reines.* class. 5. n. 49. Flavia Flamina Flavial. [† V. *Flaminica.*]

FLAMINĀLIS, le, ad Flaminem pertinens. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 325. n. 3. C. Varino Flaminali Provinciæ Bæticæ. ¶ *Flaminalis vir,* qui Flaminio est functus. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 478. n. 2. Statua inter Flaminales viros posita.

FLAMINĀTUS, us, m. Flaminis munus. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 1096. n. 7. Functus Flaminatu provinciæ Hispaniæ citerioris.

FLAMINĬA, æ, f. *the house of a* flamen, domus Flaminis. *Fab. Pictor* apud *Gell.* l. 10. c. 15. Ignem e Flaminia, id est Flaminis Dialis domo, nisi in sacrum efferri jus non est. ¶ Item sacerdotula, quæ Flaminicæ Diali præministrabat: eaque patrem matremque adhuc vivos habebat. *Festus.*

FLAMINIĀNUS, a, um, adject. ad Flaminios pertinens, ut Flaminiana ostenta, *Cic.* l. 2. *de Div.* c. 31. quæ C. Flaminio consuli stragem exercitus ad Trasimenum lacum portenderunt.

FLAMINĪCA, æ, f. *the wife of a* Flamen, uxor Flaminis. *Massur. Sabin.* apud *Gell.* l. 10. c. 15. Eædem ferme cerimoniæ sunt, quas Flaminicas Dialis seorsum aiunt observitare. Adde *Fest.* in *Flaminia,* et in *Flameo.* [† *Tacit. Ann.* 4. 16. Sed lata lex, qua Flaminica Dialis sacrorum causa in potestate viri, cætera promiscuo feminarum jure ageret. *Macrob.* 1. 16. Flaminica omnibus nundinis in Regia Jovi arietem soletimmolare. V. *Flamina.*]

FLAMINĬUM, ii, n. *the office or dignity of a* flamen, dignitas Flaminis, sacerdotium, ἱερατεία. *Cic.* 13. *Phil.* c. 19. Cæsaris Flaminium cur reliquisti? *Liv.* l. 26. c. 23. *extr.* C. Claudius Flamen Dialis, quod exta perperam dederat, Flaminio abiit. *Massur. Sabin.* apud *Gell.* l. 10. c. 15. Flaminio decedere. *Tacit. Ann.* 4. c. 16. Flaminium apisci.

FLAMINĬUS, a, um, *of a* flamen, ad Flaminem pertinens, ἱερατικός. *Festus:* Flaminiæ ædes, domus Flaminis Dialis. *Id.* Flaminius camillus, puer ingenuus, qui Flamini Diali præministrabat. *Id.* Flaminius lictor, qui Flamini Diali sacrorum causa præsto est. ¶ Item ad Flaminium pertinens, quod est nomen proprium civis R. *Liv.* l. 3. c. 54. *extr.* Ea omnia in pratis Flaminiis acta, quem nunc Circum Flaminium appellant. et c. 63. *a med.* In prata Flaminia, ubi nunc ædes Apollinis est (Circum jam tum Apollinarem appellabant) avocavere Senatum. *Circus Flaminius* fuit in regione Urbis nona, dictus vel a Flaminio campo, in quo ædificatus fuit, ut *Varro* docet l. 4. *L. L.* c. 32. vel a C. Flaminio censore, qui consul iterum ad Trasimenum lacum ab Annibale cæsus fuit (ut est apud *Fest.*) qui illum in Censura vel exornaverat, vel ut est in *Epit. Liv.* l. 20. exstruxerat. Secundus fuit antiquitate et usu post Circum maximum, multis decoratus sacris ædibus, de quibus *Donat.* l. 3. *de Urbe Roma,* c. 14. et alii. Olim fuit extra Urbem, ut præter alia colligitur ex *Liv.* l. 39. c. 5. *extr.* Ibi fuit vitrorum officina, quibus parvi pretii pocula, et ferventibus aquis resistentia fiebant, teste *Martial.* l. 12. epigr. 75. ¶ *Flaminia via* ab eodem Flaminio censore dicta, strataque, a via lata Urbis, porta Flu-

mentana, et ponte Milvio, per Umbriam Ariminum usque pertinebat. In ea plurima erant Romanorum sepulcra. Hinc *Juvenal. in fin.* sat. 1. experiar, quid concedatur in illos, Quorum Flaminia tegitur cinis, atque Latina.

FLAMMA, æ, f. *a flame, blaze, flash or flake of fire*, φλὸξ, vapor accensus, qui ex re flagrante egreditur, mobilis ac splendens ignis. *Cic. de Orat.* c. 54. *extr.* Dicere aiunt Ennium, flammam a sapiente facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta teneat. *Nep. in Alcib.* c. 10. Sonitu flammæ excitatus. *the crackling of the flames. Horat.* l. 4. od. 11. v. 11. Sordidum flammæ trepidant rotantes Vertice fumum. *Virg.* 4. *Æn.* v. 670. flammæ furentes volvuntur per culmina. et *lib.* 1. *Georg.* v. 473. undantem ruptis fornacibus Ætnam Flammarum globos volvere. *floods of liquid fire. Id.* 1. *Æn.* v. 179. Suscepitque ignem foliis, atque arida circum Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam. *Senec. in Hippol.* v. 644. agilis altas flamma percurrit trabes. *Id. in Herc. Œt.* v. 121. Flamma rapax. *Virg.* 7. *Æn.* v. 74. omnem ornatum flamma crepitante cremari. *Liv.* l. 30. c. 6. Effusa flamma pluribus locis reluxit: dein per continua serpens, uno repente omnia incendio hausit. *the flames having spread,* &c. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 42. Cum undique flamma torrerentur. et lib. 6. c. 15. Circumventi flamma exanimantur homines. et lib. 2. *B. Civ.* c. 14. Uno tempore agger, plutei, testudo, turris flammam concipiunt. *Quintil. in proœm.* l. 6. Flammis aliquid injicere. *to commit to the flames. Senec. in Phœniss. in fin.* Flammis dare patriam, penates. *Virg.* 4. *Æn.* v. 640. permittere flammis. *Curt.* l. 4. c. 10. Tectis flammas injicere. *to set fire to. Senec. in Agamemn.* v. 602. Flamma muros populans. *Ovid.* 3. *de ar. aman.* v. 463. exstinguere flammas. *Id. Metam.* l. 10. v. 173. et *Quintil.* l. 5. c. 13. alere. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 507. exsuscitare aura. *Id. Heroid.* ep. 16. v. 229. compescere. *Id.* 2. *Metam.* v. 210. flammis corripi. *Liv.* l. 30. c. 7. conflagrare. *Horat. Epod.* 5. v. 24. aduri. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 3. v. 15. polo fixæ flammæ. *h. e.* sidera. *Id.* 3. *Fast.* v. 285. deum genitor rutilas per nubila flammas Spargit. *h. e.* fulgura, aut fulmina. *his fiery bolts.* ¶ Translate *Cic. Fam.* 16. ep. 11. et *Attic.* l. 16. ep. 7. Incidi in ipsam flammam civilis discordiæ, vel potius belli. *Id.* 3. *de Orat.* c. 3. Sulpicius, qui in eadem invidiæ flamma fuisset. *Id. de clar. Orat.* c. 24. Omnis illa vis, et quasi flamma oratoris exstinguitur. *fire as it were. Sallust. in Jug.* c. 4. Memoria rerum gestarum ea flamma egregiis viris in pectore crescit. *h. e.* ardor animi, cupiditas. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 23. Galba se tum eripuit flamma. *h. e.* judicii et damnationis periculum evasit. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 845. implacatæque vigebat Flamma gulæ. *h. e.* cupiditas, fames. ¶ De igneis oculis Charontis. *Virg.* 6. *Æn.* v. 300. stant lumina flamma. *his eyes shoot fire.* Al. leg. *flammæ.* ¶ De colore flammeo. *Plin.* l. 35. c. 6. *ad fin.* Reddit enim flammam excellentis purpuræ. *a flamy colour.* ¶ Sæpissime dicitur de amore, præsertim turpi. *love, passion. Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 92. cuncto concepit pectore flammam Funditus, atque imis exarsit tota medullis. *Cic.* 7. *Verr.* c. 35. Amoris turpissimi flamma conflagrare. *Horat.* l. 1. od. 27. v. 20. Digne puer meliore flamma. *Virg.* 3. *Georg.* v. 271. avidis subdita flamma medullis. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 17. Excute virgineo conceptas pectore flammas. *Id. de remed. Amor.* v. 485. novas flammas assumere. *Sil.* l. 17. v. 294. ignifero mentes furiabat in iram Hortatu, decorisque urebat pectora flammis. ¶ *Unda dabit flammas* dictum de re, quæ fieri non potest. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 8. v. 4. ¶ *E flamma cibum petere, to run any risk, stick at nothing,* proverb. de eo, qui quidlibet audeat, patiaturve cibi et victus causa: ductum ut videtur ab iis, qui præ paupertate rapiebant de rogo cœnam, ut *Catull.* loquitur carm. 59. *de Rufa, et Ruf.* V. *Cœnum.* ¶ *Flamma fumo est proxima: fumo comburi nihil potest, flamma potest,* alia proverb. apud *Plaut. Curcul.* 1. 1. 53. quibus monemur vitandam esse occasionem peccandi, et fugienda illa mala leviora, ex quibus gravius malum sequi fere solet. ¶ *Flammai* pro *flammæ* in secundo casu est apud *Lucret.* l. 1. v. 725. et lib. 5. v. 1098. ¶ Etiam *flama* in quibusdam codicibus scriptum legi (unde et *flameus* apud *Manut. in Orthogr.* et *flamearius*) notant *Voss. in Etymol.* et *Dausqu. in Orthogr.* sed hoc priscæ scribendi rationi tribuendum videtur, et antiquo mori litteras non geminantium. [¶ Flamma fuit etiam cognomen apud Romanos. *Tacit. Hist.* l. 4. c. 45. Antonius Flamma Cyrenensibus damnatur lege repetundarum.]

FLAMMABUNDUS, a, um, flammis abundans. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 22. Tunc subsellia flammabunda cœtum suscepere sidereum.

FLAMMANS, antis, *setting fire to, firing,* inflammans, accendens. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 568. et ingenti flammantem nubila sulco Direxit per inane facem. ¶ Item flammatus, ardens. *in flames, flaming, blazing, fiery. Propert.* l. 4. el. 4. v. 75. super raros fœni flammantis acervos Trajicit immundos ebria turba pedes. (de Palilibus loquitur. V. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 727. et 781.) *Virg.* 3. *Georg.* v. 434. flammantia lumina torquens. *Senec. in Med.* v. 241. Os tauri ferocis flammans. *h. e.* flammas emittens. *breathing flame.*

FLAMMĀTRIX, icis, f. quæ inflammat. *Martian. Capell.* l. 5. *sub init.* pag. 137.

FLAMMĀTUS, a, um, *set on fire, blazing, burnt,* qui flammas concepit, ignitus, accensus, φλογούμενος. *Lucret.* l. 2. v. 671. quæcumque igni flammata cremantur. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 291. sorores flammati Phaetontis. ¶ Translate *Virg.* 1. *Æn.* v. 54. Talia flammato secum dea corde volutans. *glowing with ire, enraged. Colum.* l. 10. v. 209. flammata cupidine tellus. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 300. sponsæ flammatus amore. *Id.* l. 1. v. 108. tela flammata veneno. *h. e.* veneno more ignis adurente. Al. leg. *armata.* ¶ Refertur et ad colores. *Martial.* l. 5. epigr. 20. Flammata toga. *of a flamy colour. Valer. Flacc.* l. 4. v. 655. flammata pudore juventus. *Senec. in Med.* v. 387. Flammata facies. *h. e.* rubore suffusa præ furore. [† ¶ *Cic. de Divin.* 1. 11. Principio ætherio flammatus Juppiter igni Vertitur. *h. e.* flamma vel fulmine armatus.]

FLAMMEARIUS, ii, m. *a dyer of cloths in flame-colour,* infector flammei coloris, vel potius flammeorum confector, aut venditor. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 35. Cinifiones, patagiarii, indusiarii, flammearii, violarii.

FLAMMĔO, es. V. *Flaveo.*

FLAMMEŎLUM, li, n. *a small veil,* diminut. a *flammeum. Juvenal.* sat. 10. v. 333. sedet illa parato flammeolo. ¶ Scribitur et *Flameolum.*

FLAMMEŎLUS, a, um, *somewhat of a flame-colour,* flammæ colorem habens, dilutiorem tamen, diminut. a flammeus. *Colum.* l. 10. v. 307. Pressaque flammeola rumpatur fiscina caltha.

FLAMMESCO, is, n. 3. *to become inflamed,* flammas concipio, ignesco. *Lucret.* l. 6. v. 669. Ignis abundare Ætnæus, flammescere cælum.

FLAMMĔUM, et Flameum, i, n. *a veil, worn by women when married, of a flame colour,* κρόκιος πέπλος, genus veli crocei, seu lutei, quo sponsæ utebantur, ne proderetur virginis pudor, aut si quis rubor animadverteretur, is e velo, non e genis esse putaretur. Dictum est quia flammæ colorem referret. Nonnullis placet dici a Flaminica Flaminis uxore, quæ, ut *Festus* ait, semper flammeo utebatur: hinc institutum fuisse, ut etiam novæ nuptæ hoc amiculi genus gestarent boni ominis causa, et in signum indissolubilis conjugii, quia Flamini non erat permissum cum uxore divortium facere. Aliqui dicunt fuisse albogalerum, seu velamentum capitis, quo Flamen Dialis utebatur: vocatum fuisse flammeum a flammeo colore; hujus coloris fuisse, quia erat sacerdos Jovis Tonantis, cui is color convenit propter telum fulminis: item vestimentum Flaminicæ Dialis, quæ et ipsa Jovi sacra faciebat. Aliis flammeum erat pileus, quem Flamines omnes generatim gestabant, et desinebat in conum: hic *apex* dicebatur, summum fastigium vocabant *tutulum*, infra mentum amenta pileum retinebant, quæ erant offendices. *Plin.* l. 21. c. 8. Lutei coloris video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum feminis concessum. *Lucan.* l. 2. v. 361. Lutea demissos velarunt flammea vultus. ¶ Apud *Non.* c. 14. n. 31. legitur *Flammeus, i,* gen. masc. ¶ Per unicam *m* in veterib. libris scriptum reperiri, testatur *Manut. in Orthogr.* V. in fine vocis *Flamma.* [Rectius tamen scribitur *flamea*, quam *flammea*, nam *Verrius Flaccus* inquit. Flameum nuptæ amiculum vocabant, non quidem a flammæ colore, sed quia flaminica (flaminis uxor), cui divortium facere non licebat, eo perpetuo utebatur. Eadem dicit *Festus*, additque: Unde, boni ominis causa, nubentes flameo velantur. V. etiam *Plin.* et *Lucan. loc. cit.* Ex quibus *Plinii* et *Lucani* locis apparet flameum, velum novæ nuptæ, non ignei coloris fuisse, sed lutei. *h. e. of a yellow colour.* ¶ *Flameum conterere* est divortium facere. *Juvenal.* sat. 6. v. 224. Permutatque domos, et flamea conterit. *h. e.* facto divortio sæpe aliis maritis nubit.]

FLAMMĔUS, a, um, *flaming, flamy, flammeous,* φλογερὸς, ignitus, accensus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 46. Sunt stellæ natura flammeæ. *Colum.* l. 5. c. 5. *a med.* Velut flammeo halitu fluctus uritur. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 107. Lumina flammea. *fiery eyes. Martial.* l. 10. epigr. 62. Albæ leone flammeo calent luces. *the dog-days.* ¶ Translate *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 337. Flammea prævortet celeris vestigia cervæ. *h. e.* concitata. *Sidon.* l. 1. ep. 7. Acres et flammei viri. *Enn.* apud *Non.* c. 1. n. 140. Flammei versus. *verses of fire.* ¶ Refertur et ad colores. *flame-coloured, of a flamy colour. Plin.* l. 21. c. 11. Viola alba, purpurea, flammea. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 361. flammea murice cerno tegmina.

FLAMMICŎMANS, antis, et

FLAMMICŎMUS, a, um, adject. flammeas comas habens. *Prudent. in Psychom.* v. 775. Flammicomi ignes. *Juvenc. in Matth.* 25. lib. 4. v. 202. Tædæ flammicomantes.

FLAMMICRĔMUS, a, um, adject. q. d. flammis crematus. *Fortunat.* l. 1. carm. 15. v. 47. Nullaque flammicremæ senserunt damna ruinæ.

FLAMMĬDUS, a, um, adject. idem quod flammeus. *Apul. de Mund.* Glacialibus flammida confundit. et lib. 11. *Metam.* Roseo rubore flammida.

FLAMMĬFER, a, um, *bearing a flame, flammiferous,* flammam ferens, inflammatus. *Cic.* 4. *Acad.* c. 28. *ex vet. Poet.* Pestem abige a me, flammiferam hanc vim, quæ me excruciat. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 4. Flammifero consedit Olympo. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 849. Flammiferumque trahens spatioso limite crinem, Stella micat. *Sil.* l. 5. v. 55. flammiferum tollentes æquore currum Solis equi. *Lucan.* l. 5. v. 400. Iliacæ numen quod præsidet Albæ Vidit flammifera confectas nocte Latinas. *h. e.* facibus illustrata: quia Latinæ noctu peragebantur.

FLAMMIGĔNA, æ, com. gen. *fire-born*, e flamma genitus. Flammigena fur *Sidonio* carm. 13. v. 9. est Cacus Vulcani filius, atros Ore vomens ignes, ut est apud *Virgil.* 8. *Æn.* v. 198.

FLAMMĬGER, a, um, *bearing flame*, ut Sol flammiger, *Valer. Flacc.* l. 5. v. 582. et *Lucan.* l. 1. v. 415. Flammiger ales, *h. e.* aquila, *Stat. Theb.* 8. v. 676.

FLAMMIGĔRO. V. *Flammigo.*

FLAMMĬGO, as, n. 1. *to flame, emit flames,* flammas emitto. *Gell.* l. 17. cap. 10. et qui ab eo exscripsit, *Macrob.* l. 5. *Saturn.* cap. 17. Interdiu fumare Ætnam, noctu flammigare. *Est qui legit* flammigerare.

FLAMMĬPES, edis, qui ignitos pedes habet. *Juvenc.* l. 2. *in Matth.* cap. 11. v. 554. Flammipedes quadrijugi.

FLAMMIPŎTENS, entis, Vulcani cognomen. *Arnob.* l. 3. pag. 112. Flammipotens Vulcanus fabricatur enses.

FLAMMIVŎLUS, a, um, adject. cum flammis volans. *Arator in Act. Apost.* l. 2. v. 531. Flammivolo sub sole jacet.

FLAMMIVŎMUS, a, um, *vomiting flame*, πυρεκβόλος, qui flammas vomit. *Juvencus in proœm.* v. 23. Flammivoma descendet nube coruscans Judex.

FLAMMO, as, avi, atum, a. 1. *to set on fire, burn,* φλέγω, incendo, inflammo. *Tacit. Ann.* 15. c. 44. Aut crucibus affixi, aut flammandi. *Apul. de Mundo.* Ignes illi immortalis Dei vivacitate flammantur. ¶ Translate *Stat.* 1. *Achill.* v. 297. Illius roseo flammatur purpura vultu. ¶ Pro incitare, accendere. *to stir up, incite. Sil.* l. 16. v. 305. Sic donis vulgum, laudumque cupidine flammat. et lib. 1. v. 55. juvenem facta ad Mavortia flammat. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 24. His inter se vocibus instinctos flammavere insuper allatæ a Vespasiano litteræ. et lib. 2. c. 74. Omnes exercitus flammaverat arrogantia venientium a Vitellio militum. *h. e.* ad iram incitaverat, offenderat, irritaverat. *had irritated, provoked. Stat.* 8. *Theb.* v. 390. flammantur in hostem cornipedes. ¶ Pro implere. V. *Incendo.*

[* FLAMMŌSUS, a, um, adject. idem ac ardens. *Cœl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 32. Febris celerrima et flammosa. *Id.* l. 3. c. 17. Carbones non flammosi.]

FLAMMŬLA, æ, f. *a little flame*, φλογίον, parva flamma. [*Cic.* 4. *Acad.* c. 25. Negat sibi unquam duas ex lucerna flammulas esse visas.] *Colum.* l. 9. c. 14. *ante med.* Papiliones dum circa flammulam volitant, aduruntur. ¶ *Flammulæ* inter signa militaria enumerantur a *Veget.* l. 3. *de re milit.* c. 5. sed locus ille lectionis suspectæ est. [Vanam hanc suspicionem movit *Stewechius*, qui hujusmodi scripturam contra veterum librorum auctoritatem sollicitat. Fuerunt autem *flammulæ* vexilla equitum ex contis suspensa, flammei seu purpurei coloris, *vexilla flammea* dicta *Ammiano Marcellin.* Afferamus itaque locum *Veget.* l. 2. c. 1. Equitum alii alares dicuntur, ab eo quod ad similitudinem alarum ab utraque parte protegant acies: quæ nunc vexillationes vocantur a velo, quia velis, hoc est, flammulis utuntur. *Id.* l. 3. c. 5. Muta signa sunt aquilæ, dracones, vexilla, flammulæ, tufæ, pinnæ.]

FLATĬLIS, le, adject. idem quod flabilis. *Ammian.* l. 30. c. 1. (*al.* 4.) Flatili sonitu. *h. e.* qui flando fit. *Prudent. in Hamartig.* v. 533. flatile virus. *h. e.* qui flatu immittitur. *Arnob.* l. 6. pag. 201. Laminarum flatilium crates. *h. e.* conflatilium.

FLATO, as, a. 1. frequentat. a flo. *Arnob.* l. 2. pag. 69. Cantores, tibia, calamoque flatantes.

FLATOR, oris, m. tibicen: a flo, quod tibias inflet. *Fest.* ¶ Item qui conflat. *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *circa med.* Æris, argenti, auri flatores.

FLATŪRA, æ, f. idem quod flatus. *Arnob.* l. 1. pag. 7. Ventos jamdiu non esse, et cæli conquievisse flaturas. *the storms.* ¶ Item conflatura. *a melting, casting. Vitruv.* l. 2. cap. 7. *a med.* In æris flatura. *Vetus Lapis* apud *Spon. in Miscellan.* pag. 214. et *Donium* class. 8. n. 16. P. Calvius P. F. Justus, manceps officinarum ærariarum quinque, item flaturæ argentariæ, &c. Adde duos apud *Murator.* pag. 319. n. 2. et 3.

FLATURĀLIS, le, adject. ad flandum pertinens. *Tertull. de Anim.* c. 10. Quædam spiritu carent, quia flaturalibus artubus structa non sunt.

FLATURARĬUS, ii, m. *a minter, coiner,* qui monetam cudit. hoc enim fit flando, et liquefaciendo metalla. *Imp. Constantius* lib. 9. *Cod. Theodos.* tit. 21. leg. 6. Flaturarios pecuniam, separato argento, ab ære purgare. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 638. n. 4. M. Ulp. Aug. lib. flaturarius auri et argenti. et n. 6. C. Junio C. Mæcenatis liberto, flaturario sigilliario. Adde aliam apud *Donium* class. 8. n. 15.

FLATUS, us, m. *a blast or gale of wind, breeze,* πνοὴ, flamen, spiritus, ventus. *Plin.* l. 36. c. 26. Flatu figuratur vitrum. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 428. Ipsa sui flatus ne sonet aura, cavet. *Virg.* 3. *Georg.* v. 111. humescunt spumis flatuque sequentum. *the breath.* et lib. 2. v. 339. hibernis

parcebant flatibus Euri. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 418. flatuque secundo Carbasa mota sonant. *Sueton. in Claud.* c. 32. Flatum crepitumque ventris emittere. ¶ De sonitu tibiæ *Horat. in ar. poet.* v. 205. et *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 14. ¶ Translate *Cic.* 2. *Offic.* c. 6. Cum prospero flatu fortunæ utimur, ad exitus pervehimur optatos: et cum reflavit, affligimur. ¶ Dicitur et de fastu ac superbia. *pride, haughtiness. Virg.* 11. *Æn.* v. 345. Det libertatem fandi, flatusque remittat. *Ovid.* 1. *de art. am.* v. 715. Si tamen a precibus tumidos accedere flatus Senseris, incepto parce, referque pedem. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 699. Non hi tum flatus, non ista superbia dictis, Cum, &c. *Stat.* l. 3. *Theb.* v. 192. magniloquos luit impia flatus. et lib. 1. v. 321. Attollit flatus ducis. ¶ De anima. *Prudent.* περὶ στεφ. 9. *de S. Eulal.* v. 168. Pax datur artubus exanimis, Flatus in æthere plaudit ovans.

FLATUS, a, um, adject. *blown. Hirt. de B. Afric.* c. 52. Pulvis vento flatus omnium prospectui offecit. ¶ Item conflatus, fusus. *cast, coined. Gell.* l. 2. c. 10. Flata signataque pecunia conderetur. *Varr.* l. 2. *de R. R.* c. 1. *ante med.* Æs flatum pecore. *h. e.* pecunia pecore signata.

FLAVENS, entis, *of a yellow colour, yellow*, ξανθίζων, flavescens, flavus. *Virg.* 4. *Georg.* v. 126. Qua niger humectat flaventia culta Galesus. et lib. 3. v. 350. Flaventes arenæ. et 4. *Æn.* v. 590. comæ. *Id.* 10. *Æn.* v. 324. Clytius flavens prima lanugine malas. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 35. Flavens amnis. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 670. Flaventes ceræ. et lib. 9. v. 688. spicis nitido flaventibus auro. *Colum.* l. 3. c. 21. Flaventes uvæ.

FLAVĔO, es, n. 2. *to be yellow*, ξανθίζω, flavus sum. *Colum.* l. 10. v. 311. Sed cum maturis flavebit messis aristis. In quodam MS. leg. *flammebit*, ut sit a *flammeo, es*: a quo *flammesco. Paulin. Nolan.* carm. 20. *Nat.* 7. *S. Fel.* v. 129. *de lychno.* Funditus albet aqua, super undam flavet olivo.

FLAVESCO, is, n. 3. *to grow or become yellow*, flavus fio, ξανθίζομαι. *Virg. Ecl.* 4. v. 28. Molli paulatim flavescet campus arista. *Martial.* l. 9. epigr. 24. O, cui virgineo flavescere contigit auro. *h. e.* decoratum esse aurea corona dono data in ludis Minervæ. *Id.* l. 7. epigr. 66. Flavescere haphe. Adde *Ovid.* 2. *Amor.* el. 5. v. 39. ¶ In illo *ejusd. Metam.* 8. v. 699. casa parva Vertitur in templum: furcas subiere columnæ: Stramina flavescunt: *are turned into gold*: *flavescere* est aureum, vel auratum fieri. ¶ *Flavescere* etiam dicuntur folia plantarum, quæ virorem amittunt, et ad ariditatem accedunt, aut corruptionem. Flavum enim tunc colorem induunt. *Plin.* l. 15. c. 29. Quæ (*myrtus*) postquam evaluit, flavescente patricia, &c. Ita *Harduin.* ex MSS. Alii *flaccescente. Id.* l. 16. c. 6. Folium fagi celerrime flavescens. *Id.* l. 19. c. 8. *a med.* Menta æstate viret, hieme flavescit.

FLAVIĀLIS, le, adject. Flamines Flaviales dicti sunt Sacerdotes Divorum Gentis Flaviæ. *Sueton. in Domit.* c. 4. Assidentibus Flamine Diali, et collegio Flavialium. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 359. n. 4. L. Appæo L. F. Pub. Pudenti Flamini Flaviali. Adde aliam pag. 96. n. 10. Ubi VI. Vir. Flavialis.

FLAVIĀNUS, a, um, adject. a Flaviis deductum, ut Flavianæ partes, apud *Tacit.* 2. *Hist.* c. 67. et lib. 3. c. 1. *h. e.* eorum, qui T. Flavio Vespasiano favebant. ¶ Jus civile Flavianum, apud *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *ante med.* est dictum a Cn. Flavio libertini filio, scriba Appii Claudii, a quo cum ad formam forenses actiones redactæ fuissent, ipse Flavius clam subreptas vulgavit in populum: cui adeo gratum fuit, posse, si quid jure agere vellent, non egere ope Juris consultorum, qui eas, tanquam mysteria, omnes celabant, ut ipsum Flavium et tribunum plebis, et Senatorem, et ædilem curulem fecerint. Plura V. apud *Liv.* lib. 9. c. 46. Adde *Cicer.* 1. *de Orat.* c. 41. *pro Mur.* c. 11. *Valer. Max.* l. 2. c. 5. n. 2.

FLAVICŎMANS, antis, et

FLAVICŎMUS, a, um, *with yellow or flaxen hair*, flavam comam habens, ξανθοκόμος. *Petron. in Satyr.* c. 110. Flavicomum corymbion. Al. aliter leg. *Prudent. in Apotheos.* v. 563. Armiger e cuneo puerorum flavicomantum.

FLAVĬDUS, a, um, adject. idem quod flavus, ut Fel flavidum, *Cæl. Aurelian. Acut.* 3. c. 20. Flavida rapacia, *Plin.* l. 18. c. 13. ut quidem legit *Harduin.* ex MSS. nam alii *fluccida*. V. *Flavesco.*

FLAVIENSIS, e, ad Flaviam urbem pertinens. *Flavia Æduorum* est Augustodunum, *Autun*, in Æduis, ita appellata ab *Eumen. in gratiar. act.* ad Flavium Constantinum Augustum cap. 1. ut ipsi Imperatori gratificetur. *Flavienses* autem sunt ejus cives, *ibid. in lemmate.*

FLAVINĬUS, a, um, ad oppidum Flavinium, seu Flavinam pertinens, in Faliscis Etruriæ, ad fines montis Soractis. *Virg.* 7. *Æn.* v. 696. Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva. *Sil.* l. 8. v. 492. Quique tuos, Flavina, focos, Sabatia quique Stagna tenent. *Serv. ad loc. cit. Virg.* vocat *Flavinium.*

FLAVISSÆ. V. *Favissæ.*

FLAVĬUS, a, um, *Flavia gens* Romana a Flaviis dicta est, quorum qui primus id nomen habuit, a flavis capillis duxisse videtur. De ea *Sueton. in Vespas.* c. 1. multa: unde Vespasianus, Titus, Domitianus Impp. prodiere. *Martial.* l. 9. epigr. 2. Manebit altum Flaviæ decus gentis. *Id.* l. 9. epigr. 4. et 35. Flavia templa. *h. e.* a Domitiano exstructa. *Juvenal.* sat. 4. v. 37. Cum jam semianimum laceraret Flavius orbem Ultimus. *h. e.* Domitianus. ¶ De Cn. Flavio, qui Fastos primus potulit, V. in *Fasti*, et in *Flavianus.* ¶ *Vetus Inscript.* apud *Gruter.* pag. 566. n. 5. C. Valerius C. F. Flavia Spectatus Siscia, Mil. coh. VIII. &c. Τὸ *Flavia* videtur nomen esse Tribus Romanæ, ex adjectis bello Sociali, ut de *Camilia* dictum est.

FLAVUS, a, um, *yellow, of the colour of gold*, ξανθός, qui eo colore est, qui in spicis maturis videtur, in auro, melle, et similibus. De hominibus etiam dicitur, qui comas habent flavas, et de fluviis, qui arenas, &c. *Virg.* 1. *Georg.* v. 96. Flava Ceres. et vers. 316. arva. *Id.* 1. *Æn.* v. 596. Flavum aurum. et *Æn.* 12. v. 605. Flavi crines. *Horat.* l. 1. od. 5. v. 4. Flava coma. *Id.* l. 4. od. 4. v. 4. Flavus Ganimedes, et lib. 2. od. 4. v. 14. Flava Phyllis. et *Sil.* l. 9. v. 414. flavusque comarum Curio. *Horat.* l. 1. od. 8. v. 8. Flavus Tiberis. *Martial.* l. 1. epigr. 56. Flava mella. *Virg.* 5. *Æn.* v. 309. Flava oliva. *h. e.* quæ ex viridi ad flavum colorem accedit. *Martial.* l. 12. epig. 66. de moneta Cæsaris decem flavos. *h. e.* aureos nummos. Al. leg. *Flavios*, h. e. Flavii Domitiani imagine percussos. ¶ Quia flavus color ex albo ad rubentem accedit, *flavus* dicitur a *Seneca* pudor, quo erubescimus, in *Hippol.* v. 652. Et ora flavus tenera tingebat pudor. ¶ Cognomen fuit R. in gente Lucretia, ut L. Lucretius Flavus, apud *Liv.* l. 5. c. 29.

FLEBĬLIS, le, *to be lamented or wept over, lamentable*, πολύδακρυς, fletu dignus, fletu plenus, lugubris, luctuosus: a *fleo.* Adhibetur tum passive de eo, qui fletur, vel flendus est. *Cic. Phil.* 11. c. 3. Ponite ante oculos miseram illam et flebilem speciem. *Id. pro Planc.* c. 42. O flebiles vigilias, o noctes acerbas! *Ovid.* 2. *Amor.* el. 1. v. 32. Flebilis Hector. *Horat.* l. 1. od. 24. v. 9. Multis ille bonis flebilis occidit, Nulli flebilior, quam tibi, Virgili. ¶ Tum active de eo, qui multum flet. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 6. v. 68. Spargebat tepidos flebilis imbre sinus. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 23. Flebili sponsæ raptus juvenis. ¶ Item de eo, qui alios flere facit. *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 67. Flebile cæpe. *causing tears. Ovid. Heroid.* ep. 13. v. 48. Hei mihi, quam multis flebilis ultor eris! *Sil.* l. 9. v. 502. Flebile dictu. ¶ Item de eo, qui est fletu plenus. *full of woe, doleful. Cic.* 2. *Tuscul.* c. 24. Si gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur: sin erit elamentabilis, si imbecillus, si abjectus, si flebilis; ei qui se dederit, vix eum virum dixerim. *Horat.* l. 2. od. 9. v. 9. Tu semper urges flebilibus modis Mysten ademptum. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 9. v. 3. flebilis elegia. *Quintil.* l. 11. c. 3. Vox flebilis. ¶ Neutrum *flebile* adverbii more ponitur. *Ovid. de remed. amor.* v. 36. exclusus flebile cantet amans. *Stat.* 12. *Theb.* v. 426. simulque Flebile gavisæ. *Sil.* l. 7. v. 648. medio sed (flebile!) mento Armigeri Cascæ penetrabilis hæsit arundo, *O lamentable!*

FLEBILĬTER, *lamentably, in a mournful manner*, cum fletu, θρηνητικῶς. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 17. Flebiliter respondeat. et cap. 21. lamentari. et lib. 1. c. 35. canere. *Horat.* l. 4. od. 12. v. 5. gemere. *Paulin. Nolan. de Natali S. Felicis*, carm. 7. v. 62. Dæmones flebilius ululant.

FLECTO, is, xi, xum, a. 3. *to bend, bow, turn*, κάμπτω, torqueo, detorqueo, inflexo. Videtur esse a πλεκτὸς, plexus. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 53. Animal omne membra quocumque vult, flectit, contorquet, porrigit, contrahit. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 33. Equos moderari ac flectere. *to guide. Hirt. de B. Alex.* c. 64. *extr.* Flectere navem, aut directam tenere. *to steer. Nepos in Eumen.* c. 9. Flectere iter. *to direct, shape. Liv.* l. 28. c. 16. Clauso transitu fluminis, ad Oceanum flexit. *h. e.* iter flexit. *Ovid.* l. 1. *Trist.* el. 10. v. 17. Fleximus in lævum cursus. *Cic.* 7. *Verr.* c. 30. Currum de foro in Capitolium flectere. *to drive. Virg.* 6. *Æn.* v. 788. Huc geminas, huc flecte acies. *turn, direct. Ovid.* 8. *Metam.* v. 864. in nullam lumina partem Gurgite ab hoc flexi. *Petron. in Satyr.* c. 126. Flexit se in daphnona. *he changed or turned himself. Curt.* l. 6. c. 5. Teneros ramos manu flectere. *Ovid. Metam.* 4. v. 302. Flectere arcus. *Plin.* l. 6. c. 26. *extr.* Euphrates ad meridiem flectitur. et cap. 17. *circa med.* Pars terrarum, qua flectitur in meridiem. *inclines. Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 24. Hercinia silva pertinet ad fines Dacorum, hinc se flectit sinistrorsus. *extends. Plin.* l. 18. c. 28. Sol ad Aquilonem scandens, ab ea (*Cancri*) meta incipit flecti, et digredi ad Austrum. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 718. Milvus flectitur in gyrum. *wheels. Plin.* l. 16. c. 36. *a med.* Tibia apertioribus ligulis ad flectendos sonos. *Lucret.* l. 5. v. 1405. Ducere multimodis voces, et flectere cantus. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 4. v. 25. Hæc dulce canit, flectitque facillima vocem. *tunes, modulates.* ¶ *Flectere promontorium* est navigando proram flectere ad promontorium superandum. *to turn, go round, pass. Cic.* 2. *de Divin.* c. 35. Cum in flectendis promontoriis ventorum mutationes maximas sæpe sentiant. *Id. Attic.* l. 5. ep. 9. Leucaten flectere molestum videbatur. ¶ Ponitur et pro vitare, viam alio dirigendo. *to avoid, steer clear of. Id. Attic.* l. 11. ep. 18. Intellexi ex Oppii sermone, quæ istorum via esset: sed ut eam flectas, te rogo. ¶ Item pro divertere. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 2. neque enim patrios cognoscere casus Juno sinit, mediis ardens ne flectat ab undis. ¶ Item pro avertere. *Lucret.* l. 5. v. 107. Omnia conquassari in parvo tempore cernes: Quod procul a nobis flectat natura gubernans. ¶ Sæpe translate sumitur. *Cic.* 1. *de Leg.* c. 10. Opinionum vanitas imbecillitatem animorum torquet et flectit. *Id. pro Balb.* c. 17. Ab omni studio sensuque Pœnorum mentes suas ad nostrum imperium nomenque flexerunt. *turned, directed. h. e.* converterunt. *Horat. in ar. Poet.* v. 163. Juvenis cereus in vitium flecti. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 1. v. 23. animos ad publica carmina flexi. *have turned or applied. h. e.* verti, et applicavi animum ad epistolas carmine scribendas. *Tacit. Ann.* 13. c. 3. Postquam ad providentiam sapientiamque flexit. *passed on, came to in his discourse. Id.* 4. *Ann.* c. 37. Arguebatur in ambitionem flexisse. *Id.* 6. *Ann.* c. 29. Additis versibus, qui in Tiberium flecterebantur. *were levelled at Tiberius. Terent. Hecyr.* 4. 3. 2. Qui ubicumque opus sit, animum possis flectere. *h. e.* advertere. *Liv.* l. 28. c. 22. Si quem a proposito spes mollitiave animi flexisset. *h. e.* deflexisset, deduxisset. et cap. 44. *circa med.* Oblata casu flectere ad consilium. *h. e.* vertere. ¶ Frequenter est movere, exorare. *to move, touch, persuade, prevail upon, appease. Cic. pro Sull.* c. 6. Quibus rebus ita flectebar animo, atque frangebar, ut etiam ex memoria, quas mihi ipsi fecerat insidias, deponerem. *Id.* 1. *Phil.* c. 14. Oratione aliquem flectere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 52. *extr.* Commutare animos, atque omni ratione flectere. *Sallust. in Jug.* c. 108. Ingenium alicujus aversum flectere. *Virg.* 2. *Æn.* v. 689. precibus si flecteris ullis. *Id.* 7. *Æn.* v. 312. Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo. ¶ Pro mollire. *to soften. Stat.* l. 5. silv. 1. v. 119. fovet anxia curas Conjugis, hortaturque simul, flectitque labores. *Id.* l. 3. silv. 5. v. 65. voce paterna Discendum Musis sonat, et mea carmina flectit. ¶ *Flectere syllabam* est circumflexo accentu notare. *to mark with the circumflex. Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) ¶ Flectere verbum de Græco, *h. e.* traducere, derivare. *to derive. Gell.* l. 4. c. 3. *extr.* Ut pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Græco flexum est. ¶ *Flecti* etiam dicuntur nomina et verba, cum in casus et personas declinantur. *to be declined. Varr.* l. 9. *L. L.* c. 1. *ad fin.* [¶ Particip. *flectens* apud *Claudian. de laud. Stilich.* l. 1. v. 67. Flectenti faciles Medus tibi cessit habenas.]

FLEGMA. V. *Phlegma.*

FLEMĬNA, um, n. *a swelling of the ancles, attended with a discharge of blood, occasioned by too much walking*, dicuntur, cum ex labore viæ sanguis effluit circa talos. *Fest.* ¶ Dicta sunt a φλεγμονὴ, tumor. Quidam censuere, idem esse ac varices, et dici quasi flegmina a *flectendo*, ut quæ flexuosa sint, et obtorta. *Plaut. Epid.* 5. 2. 5. Lassitudine invaserunt misero in genua flemina. *Plin.* l. 23. c. 1. *ante med.* Bryonia in jumento, homineque flemina, aut sanguinem, qui se ad talos dejecerit, circumligata sanat. Ita *Harduin.* ex MSS. alii *phlegma. Caper de Orthogr.* pag. 2243. *Putsch.* Flemina sunt, ubi abundant crura sanguine: plemina, cum in manibus, vel in pedibus callosi sulci sunt.

FLENDUS, a, um, *to be lamented, deserving of lamentation*, flebilis. *Senec. in Troad.* v. 412. Flenda pati. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 1. v. 122. Fortuna flenda. *Id. Heroid.* ep. 15. v. 7. Flendus amor.

FLĔO, es, evi, etum, a. 2. *to weep, shed tears, lament, bewail, plain*, δακρύω, lacrimas effundo. *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 45. Quid potius facerent, quam me mea lumina flerent? *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 20. Hæc cum pluribus verbis flens a Cæsare peteret. *Horat. Epod.* 5. v. 74. O multa fleturum caput! *Cic. Verr.* 3. c. 30. Flebat uterque non de suo supplicio, sed pater de filii morte, de patris filius. *Id.* 1. *de Orat.* c. 57. *extr.* Pater complexus esset filium, flensque eum centumviris commendasset: lapides mehercule omnes flere ac lamentari coegisset. *Id.* 2. *Phil.* c. 31. Cum mulier fleret uberius. *Catull.* carm. 3. *extr.* Flendo turgiduli rubent ocelli. *Propert.* l. 1. el. 12. v. 15. Felix qui potuit præsenti flere puellæ. *h. e.* coram puella. (Sic *plorare suæ Tibull.* lib. 2. el. 5. v. 103.) *Valer. Flacc.* lib. 5. v. 430. flebant Phaethonta sorores. et lib. 8. v. 94. seque suumque flevit alumnum. *Ovid. in Ibin*, v. 16. miseri funera flere viri. *Id.* 1. *Amor.* el. 12. v. 1. Flete meos casus. *Id. Metam.* 4. v. 426. inultos flere dolores. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 10. Quod filii necem flevisset. *Phædr.* l. 1. fab. 2. v. 6. Flere servitutem tristem. *Plaut. Capt.* 1. 2. 36. Ne fle. *Par.* egone illum non fleam? egone non defleam talem adolescentem? *Colum.* l. 10. v. 350. feralia carmina flere. *h. e.* flebiliter canere. ¶ Cum infinito *Valer. Flacc.* l. 1. v. 633. Hæc iterant, segni flentes occumbere leto. ¶ Passive *Terent. Andr.* 1. 1. 101. Ad sepulcrum venimus: in ignem posita est: fletur. *she is lamented; a lamentation takes place. Sil.* l. 5. v. 186. Nec jam ultra monitus, et verba morantia Martem Ferre valet: longo Æneadis quod flebitur ævo. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1835. Virtus Herculem fleri vetat. *Tibull.* l. 2. el. 4. v. 45. centum licet annos Vixerit, ardentem flebitur ante rogum. *Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 124. Mersaque roratis nata fleatur aquis. ¶ Translate est rorare, stillare, *to drop, distil, fall by drops, trickle. Lucret.* l. 1. v. 349. In

saxis ac speluncis permanat aquarum Liquidus humor, et uberibus flent omnia guttis. *Prudent. Cathemer.* 5. v. 24. Imbrem de madido flere cacumine. et περὶ στεφ. 14. *in Rom.* v. 705. plaga flet sanguinem. *Senec. in Thyest.* v. 702. Flevit in templis ebur. ¶ *Flesse* pro *flevisse* legitur apud *Liv.* l. 30. *c. penult.* et *Plin.* l. 9. c. 55. *flesset* pro *flevisset*, apud *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 145. *flesti* pro flevisti, apud *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 43. et 45. flerunt pro *fleverunt*, apud *Virgil.* 4. *Georg.* v. 461. *Stat. loc. cit.* v. 175. et in vet. Lap. apud *Don.* class. 10. n. 10.

FLETĬFER, a, um, qui flet: et translate stillans, rorans. *Auson. Edyll.* 6. v. 74. Gemmea fletiferi jaculatur succina trunci.

FLETUS, us, m. *weeping, wailing, lamenting, tears,* θρῆνος, ploratus, ejulatus cum lacrimis. *Cic.* 6. *Verr.* c. 21. *sub fin.* Quos putatis fletus mulierum, quas lamentationes fieri solitas in hisce rebus? *Id. pro Rosc. Amer.* c. 9. Quod usque eo visum est indignum, ut urbe tota fletus gemitusque fieret. *Id. pro Planc.* c. 31. Multas lacrimas, et fletum cum singultu videre potuisti. *Id. Attic.* l. 11. ep. 7. *ad fin.* Non possum præ fletu et dolore diutius in hoc loco commorari. *Id.* 1. *de Orat.* c. 53. Fletum populo movere. *Catull.* carm. 39. *in Egnat.* v. 3. excitare. *Albinov. ad Liv.* el. 1. v. 467. comprimere. *to check. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 32. Magno fletu auxilium petere. *Virg.* 4. *Æn.* v. 463. longas in fletum ducere voces. et lib. 2. v. 271. largos effundere fletus. et lib. 3. v. 344. longos fletus ciere. et lib. 6. v. 699. largo fletu ora rigare. *Petron. in Satyr.* c. 89. Fletibus manant genæ. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 341. lumina rumpere fletu. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 157. fletu verba scindere. *Id.* 2. *Metam.* v. 340. fletus et lacrimas dare. *Quintil.* l. 5. c. 11. *a med.* Fletibus natos prosequi, lætitia defunctos. *Virg.* 4. *Æn.* v. 439. nullis ille movetur Fletibus.

FLETUS, a, um, *wept, bewailed,* defletus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 481. multum fleti ad superos, belloque caduci Dardanidæ. *Stat.* 4. *Theb.* v. 105. Fletaque cognatis avibus Meleagria Pleuron. ¶ Item qui multum flevit. *Apul.* l. 7. *Metam. sub fin.* Mater pueri, mortem deplorans acerbam filii, fleta et lacrimosa. ¶ Item rorans, stillans. *Lucret.* l. 2. v. 631. *de Gallis Cybeles.* Ludunt, in numerumque exsultant, sanguine fleti. Al. leg. *pleti.*

FLEXANĬMUS, a, um, *that turns, or inclines, the mind, flexanimous,* animum flectens. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 44. Quæ recte a bono Poeta (*Pacuvio*, teste *Non.* c. 2. n. 349.) dicta est flexanima, atque omnium regina rerum, oratio. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 330. Quæ tibi flexanimo mentem perfundat amore. ¶ Item passiva significatione flexus animo, *h. e.* a recto statu deflexus, perturbatus, commotus. *Pacuv.* apud *Cicer.* 1. *de Divin.* c. 36. Flexanima, tanquam lymphata, ut Bacchi sacris commota, in tumulis Teucrum commemorans suum.

FLEXIBĬLIS, le, *that may be bent, pliant, flexible,* καμπτὸς, qui flecti potest. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 39. Materiam rerum totam esse flexibilem et commutabilem. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 3. v. 29. Flexibiles arcus curvare. *Plin.* l. 16. c. 18. Betulla circulis flexibilis, item corbium costis. et cap. 43. Ulmus ad curvus flexibilis. et lib. 36. c. 26. Excogitatum vitri temperamentum, ut esset flexibile. *ductile, pliable. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 58. Genera vocis permulta, canorum, fuscum: læve, asperum: grave, acutum: flexibile, durum. De voce flexibili V. etiam in *Flexus, a, um.* ¶ Translate est mollis, tener, mutabilis. *soft, tender, changeable, tractable. Cic. in Orat.* c. 16. Oratio mollis, et tenera, et ita flexibilis, ut sequatur, quocumque torqueas. *Id. Attic.* l. 10. ep. 11. Nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem, nihil, quod non, quo velis, uno sermone possis perducere. *Id. ad Brut. ep. ult.* Videtur in eo esse indoles: sed flexibilis ætas, multique ad depravandum parati. *Plin. in Paneg.* c. 45. Flexibiles quamcumque in partem ducimur a Principe, atque, ut ita dicam, sequaces sumus. ¶ Item inconstans, varius. *inconstant, variable, fickle, wavering. Cic. de Amic.* c. 25. Quid potest esse tam flexibile, tam devium, quam animus ejus, qui ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum convertitur?

FLEXIBILĬTAS, atis, f. *flexibility, flexibleness,* facilitas flectendi. *Solin.* c. 52. (*al.* 65.) *circa med.* Circumferunt cornua flexibilitate, qua volunt.

FLEXIBŪLA, f. Satyræ nomen apud *Varron.* aliquoties a *Non.* citatæ, ut cap. 1. n. 109. et 113. et alibi: quæ vox ex Latino *flectere*, et Græco βουλὴ coaluisse videtur, ut sit Flexibula, quasi consilium flectens. Sed alii aliter legunt.

FLEXĬLIS, le, *easy to be bent or bowed, pliant, pliable, flexible, flexile,* flexibilis, εὐκαμπτος. *Plin.* l. 16. c. 40. *extr.* Ulmus et fraxinus flexiles. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 67. *Harduin.* Cervix e multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis, ad circumspectum. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 14. v. 26. Sinus flexilis comæ. *h. e.* flexus, inflexus. *Sidon.* carm. 16. v. 79. cum solis torridus ignis Flexilibus rimis sitientes scriberet agros. *h. e.* flexuosis. *Ammian.* l. 22. c. 4. (*al.* 6.) Pluma et flexiles lectuli. *soft, downy.*

FLEXILŎQUUS, a, um, *ambiguous, equivocal,* qui ambigua et obscura loquitur. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 56. Oraculis partim falsis, partim casu veris, partim flexiloquis et obscuris.

FLEXIO, onis, f. *a bending, winding, turning, changing,* κάμψις, actus flectendi, flexura. *Cic. in Pison.* c. 22. Quos tu meandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diverticula flexionesque quæsisti! *h. e.* vias a recto itinere deflectentes. *Id. in Orat.* c. 18. Trunco toto se ipse moderans, et virili laterum flexione. *et ibid.* Flexiones vocis. *inflexion, modulation.* et 2. *de Leg.* c. 15. Flexiones modorum. et l. 3. *de Orat.* c. 25. Quanto molliores sunt, et delicatiores in cantu flexiones et falsæ voculæ, quam certæ et severæ!

FLEXĬPES, edis, *crook-footed,* qui flexis est, et curvis pedibus. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 99. Vos quoque flexipedes hederæ. *with bending or winding tendrils.*

FLEXIVĬCE, flexuose. *Pacuv.* apud *Non.* c. 4. n. 68. *a med.* Nihil conjectura quivi interpretarier, quorum flexivice contenderet.

FLEXO, as, a. 1. frequentativum a flecto. *Cato R. R.* c. 49. Vineam statuito, alligato, flexatoque.

FLEXUMĬNES, um, m. equites Romani erant, a flectendis equis dicti. *Plin.* l. 32. c. 2. *ad fin.* Celeres sub Romulo Regibusque appellati sunt, deinde Flexumines, postea Trossuli.

FLEXUŌSE, adverb. cum flexu, *with turnings or windings, crookedly. Plin.* l. 18. *c. ult. a med.* Si flexuose volitet flamma.

FLEXUŌSUS, a, um, *full of turnings or windings, crooked, winding, tortuous, flexuous,* στρεβλὸς, varios, vel multos habens flexus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Flexuosum iter habet auditus, ne quid intrare possit. *Plin.* l. 11. c. 37. *sect. Hard.* 79. Intestina flexuosissimis orbibus. *Id.* l. 10. c. 24. Hirundini flexuosi volatus. et lib. 5. c. 27. Taurus mons flexuosus. ¶ Translate *Prudent.* cathemer. 6. v. 143. Flexuosæ fraudes.

FLEXŪRA, æ, f. *a bending, winding,* flexio, flexus, curvatura, κάμψις. *Lucret.* l. 4. v. 312. Flexura lateris. *Senec.* ep. 71. *a med.* Virtus recta est: flexuram non recipit. *Sueton. in Ner.* c. 38. Offensus angustiis, flexurisque vicorum. *turnings.* ¶ Flexura nominum, aut verborum est eorum inflexio, et declinatio. *the flexion, inflexion, declining. Varr.* l. 9. *L. L.* c. 1. *post med.*

FLEXUS, us, m. *a bending, bowing, winding, turning,* κάμψις, flexio, flexura. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 58. Aures duros, et quasi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus. *Id. Attic.* l. 16. ep. 13. Cum venissem ad pontem Tirenum, in quo flexus est ad iter Arpinas. *Tacit. Ann.* 12. c. 12. Non cominus Mesopotamiam, sed flexu Armeniam petunt. *h. e.* flectendo iter. *Pers.* sat. 3. v. 63. Flexus metæ. *Quintil.* l. 9. c. 2. *a med.* Ut qui cursu parum valent, flexu eludunt. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 114. Labyrinthei flexus. *windings, mazes. Quintil.* l. 11. c. 3. *ad fin.* Flexus vocis, et flebilis suavitas, qua præcipue franguntur animi. *inflexion, modulation, tone.* [† Sed locus, ut videtur, paullo inferius detrudendus est.] *Id.* l. 8. c. 2. Vertex est contorta in se aqua: inde propter flexum capillorum, pars est summa capitis. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 14. v. 13. Capilli dociles et centum flexibus apti. *Plin.* l. 5. c. 29. Mæander ita sinuosus flexibus, ut sæpe credatur reverti. *Id.* l. 8. c. 15. Fera nullo suffraginum flexu. *Id.* l. 4. c. 12. *a med.* Pontus Euxinus medio flexu jungitur ostio Mæotii lacus. *Id.* l. 16. c. 10. Picea mollior flexu. ¶ Translate *flexus ætatis* est transitus ab una ætate ad aliam in decursu totius vitæ: ductum a Circo, ubi plures flexus faciendi erant, et sexies totum spatium percurrendum, antequam victoria contingeret: iique flexus erant tum in medio cursu, tum ad metam. *Cic. pro Cæl.* c. 31. In hoc flexu quasi ætatis fama adolescentis paulum hæsit ad metas. *stage. Id.* l. et cap. 1. *de Orat.* Si infinitus forensium rerum labor, decursu honorum, etiam ætatis flexu constitisset. ¶ *Flexus Autumni* est, cum incipit ad brumam vergere. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 23. Flexu Autumni, et crebris pluvialibus imbribus. ¶ *Flexus vocis* est ejus inflexio, et mutatio, *inflexion, modulation, variation, change. Quintil.* l. 1. c. 8. (*al.* 14.) Superest lectio, in qua puer ut sciat, ubi suspendere spiritum debeat, quo loco versum distinguere, quid quo flexu, quid lentius, quid concitatius dicendum, &c. *Id.* l. 7. c. 9. Ambiguitas fit per flexum: *Quinquaginta, ubi erant centum, inde occidit Achilles.* ¶ *Flexus verborum,* aut *nominum* est eorum per casus aut tempora declinatio ac positio. *a conjugating, declining. Id.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) Quid vero? quæ tota positionis ejusdem, in diversos flexus exeunt? cum *Alba* faciat *Albanos*, et *Albenses*; *volo, volui,* et *volari.* ¶ Sumitur etiam pro callida declinatione, et artificiosa vitatione rei difficilis: et cum non recta, sed quasi per anfractus aliquid petitur. *Id.* l. 5. c. 13. Quare indirecta fere, atque ut sic dixerim, clamosa est actio. Hinc mille flexus, et artes desiderantur.

FLEXUS, a, um, *bowed, bent, crooked, turned,* κεκαμμένος, inflexus, curvatus, declinans. *Virg. Æn.* 5. v. 500. flexos incurvant viribus arcus. *Id.* 4. *Georg.* v. 123. aut flexi tacuissem vimen acanthi. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 340. Flexum genu submittere. *to bend the knee. Juvenal.* sat. 6. v. 492. et *Martial.* l. 10. epigr. 65. et *Petron. in Satyr.* c. 126. Flexi crines, flexa coma. *crisped, curled, dressed.* Sic *Martial.* l. 3. epigr. 63. flexo qui digerit ordine crines. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 16. Flexus in vesperam dies. *growing late, inclining towards evening. Cic.* 5. *de Fin.* c. 12. Flexi fractique motus, quales protervorum hominum, aut mollium esse solent, contra naturam sunt. ¶ *Flexus onyx* apud *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 149. est marmor hujus nominis varie elaboratum. *wrought.* ¶ Translate *Valer. Flacc.* l. 3. v. 615. animum flexus dictis instantis Iason. *moved, touched, persuaded, overcome. Ovid.* 3. *Trist.* el. 5. v. 43. Neve hominum referam flexas ad mitius iras. *Tacit. Ann.* 3. c. 16. Cæsar flexo in mœstitiam ore, &c. ¶ *Flexa syllaba, a circumflexed syllable,* apud *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) et lib. 12. c. 10. *ante med.* est, quæ circumflexo accentu notatur, atque ita pronuntiatur, ut acuti pariter et gravis accentus vim habeat: v. gr. in voce *amarus* pænultima ita efferenda est, quasi duplex *a a* sit, et acuto prior extollatur accentu, posterior gravi deprimatur, et in longum producatur. Dicitur autem *flexa,* quia non uno rectoque tenore effertur, sed inflexo et mutato. Similiter *flexa vox* in ipsa oratione dicitur, quæ non uno eodemque sono emittitur, sed vario, mutato, et inflexo; partimque attollitur, partim deprimitur: quod præcipue fit in miseratione movenda. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Vox in metu contracta, adhortationibus fortis, disputationibus teres, miseratione flexa et flebilis. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 57. Vocis plura genera læve, asperum; contractum, diffusum; fractum, scissum, flexo sono, attenuatum, inflatum. et c. 58. Aliud vocis genus sibi sumat miseratio et mœror, flexibile, plenum, interruptum, flebili voce: *Quo nunc me vertam? quod iter incipiam ingredi? Domum paternam ne? anne ad Peliæ filias?* Et illa, *O pater, o patria, o Priami domus!* *Id. in Orat.* c. 17. *extr.* et lib. 2. *de Orat.* c. 46. *ad fin.* vocat *inflexam.* [¶ Comparat. *flexior* apud *Martian. Capell.* l. 8. pag. 297. *Grot.* Zodiacus circa Cancrum, Capricornumque flexior æquinoctialem pæne directum secat. ¶ *Flexum, i,* substantive idem ac *flexio* apud *Minuc. Fel. Octav.* c. 17. Quid loquar apte disposita erecta montium, collium flexa, porrecta camporum?]

FLICTUS, us, m. *a striking or dashing against, collision, afflictus,* collisio, παράτριψις, ἀραγμός. *Virg.* 9. *Æn.* v. 666. tum scuta cavæque Dant sonitum flictu galeæ: pugna aspera surgit. *Sil.* l. 9. v. 322. galea horrida flictu Adversæ ardescit galeæ, clypeusque fatiscit Impulsu clypei. *Pacuv.* apud *Serv. ad Virg. loc. cit.* Flictus navium.

FLIGO, is, ixi, ictum, a. 3. *to beat, strike, or dash against any thing,* θλίβω, percutio, affligo. *Liv. Andr.* apud *Non.* c. 2. n. 328. Ipse se in terram saucius fligit cadens. *Accius ibid.* Nec perdolescit, fligi socios morte, campos contegi. *et rursus.* Heu, civitatis stirpem funditus fligi studet! ¶ Item confligo, alii rei impingo. *Lucret.* l. 2. v. 85. Obvia cum flixere, fit, ut diversa repente Dissiliant.

FLO, as, avi, atum, a. 1. *to blow,* πνῶ, flatum emitto, spiro, exspiro. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 7. Corus ventus in his locis flare consuevit. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 2. Belle nobis flavit ab Epiro lenissimus ventus. *Plin.* l. 3. c. 9. Quinam flaturi sint venti. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 2. Hieme anima, quæ flatur, omnium apparet. *Ovid. Fast.* 4. v. 182. inflexo Berecynthia tibia cornu Flabit. *h. e.* sonabit. et vers. 341. Exululant comites, furiosaque tibia flatur. *h. e.* inflatur. *is blown or sounded.* ¶ Proverbium est de duabus rebus dissimilibus, et natura disjunctis, quæ simul eodem tempore fieri non possunt, illud *Plaut. Mostell.* 3. 2. v. 104. Simul flare sorbereque, haud facile est: ego hic esse, et illic simul haud potui. Angli dicunt, *to blow hot and cold with the same breath.* ¶ Ponitur et pro conflare, *h. e.* flando metalla igne mollire, et fundere. *to found, or cast, metal. Plin.* l. 36. c. 19. *extr.* Phrygius lapis uritur vino perfusus, flaturque follibus, donec rubescat. *Ulpian. Dig.* l. 48. tit. 10. leg. 9. Qui argenteos nummos adulterinos flaverit. Al. leg. *conflaverit.* Hinc Triumviri A. A. A. F. F. *h. e.* auro, argento, ære flando, feriundo. V. *Flatus, a, um.* ¶ Translate *Quintil.* l. 12. c. 6. *a med.* Omisso magna semper flandi tumore, in quibusdam causis loquendum est. *h. e.* inflate dicendi, et magnifice. *Prudent.* peristeph. 9. *de B. Eulalia,* v. 21. Spernere succina, flare rosas, Fulva monilia respuere. *h. e.* abjicere, projicere, contemnere.

FLOCCĬDUS. V. in *Flaccidus.*

FLOCCIFACTEON. Hanc vocem afferunt quidam ex *Cicer.* l. 1. *Attic.* epist. 16. *ad fin.* Quare, ut opinor, φιλοσοφητέον, et istud quod tu facis; et istos consulatus non floccifacteon. *h. e.* flocci faciendum: ut sit Latina vox joculariter efformata ad rationem Græcæ φιλοσοφητέον. Verum alii miras ibi varietates partim a MSS. partim ex conjectura comminiscuntur: neque est hac de re magnopere laborandum. [† *Ernest.* ex conjectura *Turnebi* " consulatus non flocci ἐατέον."]

FLOCCŌSUS, a, um, adject. floccis plenus. *Apul. de herb.* c. 62. Floccosis, vel lanugineis adnotationibus.

FLOCCŬLUS, i, m. *a small lock of wool,* dimin. a floccus. *Plin.* l. 16. c. 7. Nascuntur in robore pilulæ nucibus non absimiles, intus habentes flocculos molles. Alii leg *floccos.*

FLOCCUS, i, m. *a lock or flock of wool*, κροκὶς, lanarum particula divisa a velleribus inutiliter evolans. *Varr.* l. 2. *R. R. c. ult.* Diligentiores tegeticulis subjectis oves tondere solent, nequi flocci intereant. ¶ Dicitur etiam de vestium villis, idest de particulis quibusdam lanæ eminentioribus. *the nap of cloth.* Hinc *Celsus* scribit l. 2. c. 6. signum mortis esse, si quis in febre et acuto morbo, manibus in veste floccos legit, fimbriasque diducit. ¶ Translate dicitur de re nullius pretii. *Plaut. Trin.* 4. 2. 152. Tu qui sis, qui non sis, floccum non interduim. *I care not a straw.* Dixit *Id. Rud.* 2. 7. 22. ciccum non interduim. ¶ *Flocci facere*, aut *pendere* est parvi quidem, aliquo tamen pretio æstimare, non contemnere. *to set at nought, value at a rush, make little or no account of. Terent. Eun.* 2. 3. 10. Ut illum dii deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est; neque adeo, qui restiterim, tum autem qui illum flocci fecerim. Ubi *Donat.* notat *flocci fecerim* et *contemnere*, et *non contemnere* significare: ut nunc, qui illum *flocci fecerim*, deest *vel*, ut sit *vel flocci fecerim. Plaut. Men.* 5. 7. 5. Cave quisquam, quod illic minitetur, vestrum flocci fecerit. *Id. Mostell.* 3. 2. 121. Cave tu ullam flocci facias mulierem. ¶ *Non flocci facere*, aut *pendere* est nihili facere, ne tanti quidem, quanti floccus valet, contemnere. *not to care a fig for. Cic. Attic.* l. 13. ep. 50. Prorsus aveo scire, nec tamen flocci facio. et lib. 4. ep. 15. Intellectum est, τρεῖς ἀρειοπαγίτας ambitum, comitia, interregnum, majestatem, totam denique rempubl. flocci non facere. *Terent. Eun.* 3. 1. 20. Invidere omnes mihi, mordere clanculum: ego non flocci pendere. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 73. Neque quod dixi, flocci existimat. Al. leg. *æstimat.* ¶ Etiam omissa negatione est parvi admodum facere, *h. e.* tanti quanti floccus est. *Plaut. Cas.* 2. 5. 23. Unus tibi hic dum propitius sit Jupiter, Tu istos minutos deos flocci feceris. *Id. Epid.* 3. 2. 12. Dum tibi ego placeam, atque obsequar, meum tergum flocci facio. *Id. in Fragm.* apud *Fest.* in *Muneralis.* Rogata fuerint, nec ne, flocci æstimo. *Id.* apud *Fulgent.* in *exposit. serm. antiqu.* Flocci pendo, quid rerum gerat. ¶ *Flocco habere* idem significat. *Id. Asin.* 3. 3. 111. Perii! illic habebit flocco jam homo lumbos meos. In multis libb. hæc ibi verba desunt. ¶ Placet nonnullis junctim scribere *floccifacio, floccipendo.*

FLOCES, um, f. *the dregs or lees of wine*, στέμφυλα, fæx, et speciatim vini ex vinaceis expressa, quia ei insint flocci quidam, et panni. *Gell.* l. 11. c. 7. Hic Eques Romanus apludam edit, et floces bibit. *Cæcil.* apud *Non.* cap. 2. n. 354. Neque florem, neque floces volo mihi, vinum volo. *Gell. loc. cit.* ut nimis antiquam, et obsoletam desitamque vocem, damnat.

FLORA, æ, f. *Flora, the goddess of flowers*, Χλῶρις, Dea florum, tum qui in herbis, tum qui in arboribus, et segetibus nascuntur: a Græco nomine, vel a flore. *Ovid. Fast.* 5. v. 195. Chloris eram, quæ Flora vocor: corrupta Latino Nominis est nostri littera Græca sono. ¶ Hujus fabulam V. in *Chloris.* Historiam vero ita narrat *Lactant.* l. 1. c. 20. meretricem fuisse aiunt, quæ cum magnas opes corporis quæstu quæsivisset populum Rom. scripsit heredem, certamque pecuniam reliquit, cujus ex annuo fenore suus natalis dies celebraretur editione ludorum, qui appellarentur *Floralia*, vel *ludi Florales*; quod quia Senatui flagitiosum tractu temporis visum est, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur, et deam finxerunt esse, quæ floribus præesset, eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus, aut vitibus bene prospereque florescerent. Celebrabantur illi ludi omni cum lascivia, convenienter memoriæ meretricis. Nam præter verborum licentiam nudabantur, flagitante populo, meretrices, quæ mimarum functæ officio, in conspectu multitudinis ad satietatem usque impudicis motibus detinebantur. *Arnob.* l. 7. pag. 113. Flora illa genitrix, et sancta obscenitate ludorum, bene curat, ut arva florescant. *Martial.* l. 6. epigr. 80. Tantus veris honos, et odoræ gratia Floræ, Tantaque Pæstani gloria ruris erat. *Id.* l. 1. epigr. 3. jocosæ dulce sacrum Floræ, Festosque lusus, et licentiam vulgi, &c. ¶ Plura de hujus numinis vi et sacris *Ovid.* 5. *Fast.* v. 195. *et sequentib.*

FLORALĬA, um, n. *a festival, or games, in honour of* Flora, Ἀνθιστήρια, dies festi, ludique in honorem Floræ instituti. Celebrabantur fine Aprilis, et initio Maii. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 4. Varro Floralium, non Floraliorum ait, cum non ludos Florales illic, sed ipsum festum, Floralia, significaret. *Justin.* l. 43. c. 4. Solemni Floraliorum die. *Plin.* l. 18. c. 29. Prisci Floralia quarto Cal. Maii instituerunt, Urbis anno DXVI. ex oraculis Sibyllinis, ut omnia bene deflorescerent. *Varr.* l. et c. 1. *R. R.* Floræ ludi Floralia instituti. V. *Flora.* ¶ *Floralia* etiam dicuntur loca, in quibus sunt flores. *Varr.* l. 1. *de R. R.* c. 23. Ut quæ pomaria, ac floralia appellantur.

FLORĀLIS, e, adject. ad Floram pertinens, ut Floralis Flamen, *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. Florale sacrum, *Ovid.* 4. *Fast.* v. 947. Rursus *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. *sub fin.* Clivus proximus ad Florales usus versus.

FLORALITĬUS, *et* Floralicius, a, um, *relating to the* Floralia, ad Floralia pertinens. *Martial.* l. 8. epigr. 67. Et Floralitias lasset arena feras. *h. e.* quæ Floralibus in Circo dabantur.

FLORENS, entis, adject. *flourishing, blooming, blossoming*, ἀνθῶν, floridus. *Virg. Ecl.* 10. v. 25. Florentes ferulas et grandia lilia quassans. ¶ Translate qui aliqua re viget, et abundat. *prospering, in the height or prime, promising. Cic. Fam.* l. 2. ep. 13. M. Brutus florens ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, amicis. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 18. Majores nostri ex minima tenuissimaque republ. maximam et florentissimam nobis reliquerunt. et cap. 6. Gratia atque hospitiis florens hominum nobilissimorum. *Id. pro Dom.* c. 19. Cum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares. *Id. Parad.* 2. *extr.* Quidquid est laudabile, idem et beatum, et florens, et expetendum videri. *Id. pro Planc.* c. 35. Quos ego florentes atque integros sine ferro viceram. *Id. pro Quint.* c. 30. Ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam devolare. *Id.* 2. *de Orat.* c. 52. Invidere præstanti florentique fortunæ. *Id.* 1. *de Divin.* c. 33. Postumius florentissima Samnitium castra cepit. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 30. Helvetii florentissimis rebus, domos suas reliquerunt. et lib. 4. c. 3. Civitas ampla atque florens. ¶ Refertur etiam ad vigorem ætatis. *Virg. Ecl.* 7. v. 4. Florentes ætatibus. *in the flower of youth; in the prime of life. Lucret.* l. 5. v. 1073. florenti ætate juvencus. *Petron. in Satyr.* c. 132. Anni primo florentes vigore. *Horat. in ar. poet.* v. 115. Florens juventa. ¶ Et ad orationis ornatum. *flowery, exuberant. Cic. Attic.* 16. ep. 11. Nostrum opus tibi probari, lætor: ex quo ἄνθη ipsa posuisti, quæ mihi florentiora sunt visa tuo judicio. *Id.* 3. *de Orat.* c. 41. *de metaphora.* Modus autem nullus est florentior in singulis verbis, nec qui plus luminis afferat orationi. *Gell.* l. 19. c. 9. Florentis facundiæ homo. et lib. 15. c. 28. *ad fin.* Florens oratio. ¶ Ponitur et pro illustri. *Lucret.* l. 3. v. 911. Florentia facta. Al. aliter leg. ¶ Item pro nitido, splendenti. *Id.* l. 4. v. 451. florentia lumina flammis. *Stat.* l. 1. v. 210. arcano florentes lumine postes. et l. 2. v. 276. arcano florentes igne smaragdos. *Virg.* 7. *Æn.* v. 804. florentes ære catervas. Ubi *Servius:* Ennius, et Lucretius florere dicunt omne, quod nitidum est. *Gell.* l. et cap. 5. Exercitus insignibus argenteis et aureis florens. Sic *flos ignis* est splendor et nitor ignis. *Lucret.* l. 1. v. 898. flammai fulserunt flore coorto. A Græcis hæc sumpta sunt. *Hesychius:* Πυρὸς ἄνθος, τὸ λαμπρότατον. *Homer.* apud *Dan. Pareum* et *Gifan. in Lex. Lucret.* Αὐτὰρ ἐπεὶ πυρὸς ἄνθος ἀπέπτατο, παύσατο δὲ φλόξ. ¶ Item pro hilari, læto. *Gell.* l. 6. c. 13. Ἐνθυμήματα quædam lepida et minuta, et florentem vino animum lacessentia. ¶ De genis primam barbam emittentibus. *Martial.* l. 3. epigr. 6. Libat florentes hæc tibi prima genas. ¶ Denique dicitur de iis etiam, quæ variis coloribus picta sunt: v. gr. de avium plumis. *Nemesian. in Cyneg.* v. 318. illic sine fine greges florentibus alis Invenies avium.

[* FLORENTER, adverb. *Hieronym. in Chron. ad ann. Chr.* 358. Minervius Burdigalensis rhetor Romæ florentissime docet. *Id. ibid.* Alcimus, et Delphidius rhetores in Aquitania florentissime docent.]

FLORENTĪNUS, a, um, *Florentian*, ad Florentiam pertinens, quæ est urbs Etruriæ ad Arnum fluvium. Hinc *Florentini, orum*, ejus urbis cives: *the inhabitants of Florence:* quos *Plin.* l. 3. c. 5. *Fluentinos* appellat. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 79. Orantibus Florentinis, ne, &c. *Jul. Frontin. de Colon.* pag. 112. Goes. Colonia Florentina deducta a III viris, assignata lege Julia. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 156. n. 2. Imp. Cæsar Divi Trajani Parthici fil. Divi Nervæ nep. Trajanus Hadrianus Aug. Pont. Max. Trib. Pot. VII. Cos. III. viam Cassiam vetustate collapsam a Clusinor. finibus Florentiam perduxit.

FLORĔO, es, ui, n. 2. *to flourish, bloom, blossom, flower*, ἀνθέω, florem emitto, floresco. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 10. Hæc arbor una ter floret. *Virg. Ecl.* 8. v. 53. narcisso floreat alnus. *Id.* 2. *Georg.* v. 6. pampineo gravidus autumno floret ager. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 26. multis floreat Hybla thymis. *Id.* 5. *Fast.* v. 327. si bene floreat annus. et vers. 269. Vina quoque in magnis operose condita cellis Florent: et nebulæ dolia summa tegunt. *Plin.* l. 21. c. 1. Quæ spectatissime florent, celerrime marcescunt. ¶ Ponitur aliquando pro nitere, splendere. V. *Florens. Stat.* 1. *Theb.* v. 704. ætherii dono cessere parentes Æternum florere genas. *h. e.* imberbem et nitidum esse. Est enim de Phœbo sermo. *Cato* apud *Charis.* l. 2. pag. 185. *Putsch.* Omnem classem ventus Auster lenis fert: mare velis florere videres. ¶ Quia vero plantæ tum maxime vigent, cum flores emittunt; hinc sæpissime per translationem sumitur pro vigere, excellere, illustrem esse, abundare, prospere agere, *to be in repute or esteem, be conspicuous or esteemed, make a figure, be distinguished, shine, flourish. Cic.* 7. *Verr.* c. 49. In sua patria multis virtutibus, ac beneficiis floruit princeps. *Id.* 3. *de Orat.* c. 2. Privatis magis officiis et ingenii laude floruit, quam fructu amplitudinis, aut reipubl. dignitate. et cap. 35. Isocrates discipulorum nobilitate floruit. *Id. Fam.* 1. ep. 9. In sententiis senatoriis, et in omni actione et administratione reipubl. florere. *Id.* 4. *Acad.* c. 6. cum acumine ingenii, tum lepore dicendi. *Id.* 1. *de Orat.* c. 1. honoribus et rerum gestarum gloria. *Id. Fam.* 9. ep. 14. laudibus. et lib. 4. ep. 13. gratia, auctoritate. *et ibid.* studiis et artibus. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 3. Domus nostra semper floruit doctissimorum virorum familiaritatibus. *Id.* 2. *de Invent.* c. 1. Florere omnibus copiis. *Nepos de Regib.* c. 1. fama justitiæ. *Id. in Epamin.* c. 5. in re militari. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 81. ætate et forma. *Lucret.* l. 1. v. 255. lætas urbes pueris florere videmus. *h. e.* abundare. Sic l. 5. v. 1441. Tum mare velivolum florebat navibu' pandis. *h. e.* frequentabatur, celebrabatur. *Cic. pro Font.* c. 14. Præturæ, quæ et ceteris ornamentis, et existimatione innocentiæ maxime floruerunt. *Id. pro Sext.* c. 63. Meus ad urbem accessus incredibili hominum multitudine et gratulatione florebat. *Lucret.* l. 5. v. 330. tot facta virum Æternis famæ monumentis insita florent. *flourish, live. h. e.* vigent durantque in memoria hominum. *Plin.* l. 1. ep. 10. Urbs nostra floret studiis liberalibus. ¶ Absolute *Nepos in Eumen.* c. 1. Ea tempora, quibus Macedones florebant. *Cic.* 3. *Offic. e. ult.* Cyrenaicis obsoletis, floret Epicurus. *Horat. in art. poet.* v. 62. verborum vetus interit ætas, Et juvenum ritu florent modo nata, vigentque. *are in force.*

FLORESCO, is, n. 3. *to begin to flourish or blossom*, florere incipio. *Cic.* 2. *de Divinat.* cap. 14. Pulegium aridum florescere ipso brumali die. ¶ Translate *Id.* 3. *de Orat.* c. 3. Sulpicio ad summam gloriam eloquentiæ florescenti, ferro erepta vita est. *growing into repute. Id. pro Cœl. sub fin.* Nolite hunc nunc primum florescentem, firmata jam stirpe virtutis, tanquam turbine aliquo aut subita tempestate pervertere. *Id. pro Marcell.* c. 4. Hæc tua justitia et lenitas animi florescet quotidie magis. *h. e.* crescet, illustriorque fiet. *Lucret.* l. 2. v. 73. Illa senescere, at hæc contra florescere cogunt. *Plin.* l. 5. ep. 12. Patria nostra florescit. *flourishes, prospers.*

FLORĔUS, a, um, *flowery, adorned with, or made of, flowers*, qui est ex floribus, ἀνθεινός. Vox Poetica. *Plaut. Aulul.* 2. 8. 15. Floreæ coronæ. ¶ Item flores, *flourishing, blooming, bloomy*, ἀνθηρός. *Virg.* 1. *Æn.* v. 434. Florea rura. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 344. Florea juga Hymetti. ¶ Translate est pulcher, nitidus. *Servius* ad illud *Virg. Æn.* 12. v. 605. manu flavos Lavinia crines: hæc adscribit: Antiqua lectio *floreos* habuit, idest florulentos, pulcros: et est sermo Ennianus. Probus sic adnotavit: Neotericum erat *flavos.* ergo bene *floreos.* nam sequitur: Et roseas laniata genas. Accius in Bacchis: Nam florei crines vide ut propexi jacent. In iisdem: Et lanugo florea nunc demum irrigat: Pacuvius Antiopa: Cervicum floreos dispergite crines. Hæc *Servius.* Si *floreos* legis apud *Virg.* ad synæresim recurrendum est.

FLORICŎLOR, oris, qui est floridi ac vividi coloris. *In vet. epigr.* incertæ auctorit. *inter pseudepigr. Petron.* p. m. 217. Hoc sibi lusit opus de stamine floricolore Hesperies teneræ officiosa manus.

FLORICŎMUS, a, um, adject. *having the head, or hair, adorned with flowers*, floridas comas habens. *Auson.* ep. 4. v. 49. Floricoma Ætna.

FLORĬDE, adverb. *with flowers, beautifully. Apul.* l. 11. *Metam. ad fin.* Vestis floride depicta. *Lactant. de Mort. Persecut.* c. 3. Ecclesia clarius ac floridius enituit.

FLORIDŬLUS, a, um, *a little florid or blooming*, diminut. a floridus. *Catull. in Epithal. Juliæ*, carm. 60. v. 193. Ore floridulo nitens.

FLORĬDUS, a, um, *of flowers*, ἀνθεινός, floreus. *Tibull.* l. 1. el. v. 14. cum posti florida serta darem. Al. leg. *florea.* Eademque lectionis varietas est in illo *Ovid.* 6. *Fast.* v. 312. Et velant scabras florida serta molas. ¶ Item floribus plenus, *flowery, bloomy. Ovid.* 5. *Trist.* el. 6. v. 38. Florida quam multas Hybla tuetur apes. *Lucret.* l. 5. v. 783. Florida prata. ¶ Translate refertur ad pulcritudinem et ornatum. *beautiful, beauteous, charming. Ovid.* 13. *Metam.* v. 790. Galatea floridior pratis, longa procerior alno. *h. e.* pulcrior. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 16. Jucundum cum ætas florida ver ageret. et carm. 60. *Epithal. Jul. et Manl.* v. 57. Puellula florida. ¶ Et ad amœnum genus dicendi. *flowery, florid. Quintil.* l. 2. c. 5. *a med.* Floridius genus ad alenda primarum ætatum ingenia magis accommodatum. *Cic. in Bruto*, c. 82. Demetrius Phalereus est floridior, ut ita dicam, quam Hyperides. *Auson.* ep. 17. Floridissimus tui sermonis afflatus. ¶ *Floridus color*, ὀξὺ χρῶμα, color valde nitens, *brisk, gay, lively*: cui opponitur austerus. *Plin.* l. 35. c. 6. Sunt autem colores austeri, aut floridi. Floridi sunt minium, Armenium, cinnabari, chrysocolla, Indicum, purpurissum. Adde cap. 10. ¶ *Florida ætas*, adolescentia. *Sil.* l. 12. v. 482. Ævi floridior Fabius rapida arma ferebat. Sic Græci ἀνθῶν ἐν ὥρᾳ, et ἀνθῶν ἀκμήν, et ἥβης ἄνθος.

FLORĬFER, a, um, *bearing flowers*, ἀνθοφόρος, ferens flores. *Lucret.* l. 3. v. 11. Floriferis ut apes in saltibus omnia libant. *bloomy. Lucan.* l. 9. v. 289. *de apib.* studiumque laboris Floriferi repetunt. Al. leg. *florigeri.*

FLORIFERTUM, i, n. ἀνθοφορία, dies erat festus apud Romanos, ita dictus, quod eo die spicæ ad sacrarium Cereris ferebantur. *Fest.*

FLORĬGER, a, um, idem ac florifer. *Sedul.* l. 2. v. 2. Expulerat primogenitum sævissimus anguis Florigera de sede virum. Adde *Venant. Fortun.* l. 3. carm. 9. v. 1. et V. *Florifer.*

FLORILĔGUS, a, um, *gathering flowers*, ἀνθολόγος, qui

flores legit. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 366. Florilegæ nascuntur apes. *culling or extracting the sweets from flowers.*

FLORIPĂRUS, a, um, adject. qui flores parit, ut Floriparum ver, *Auson. in Technop. in Vere.*

FLORITIO, onis, f. *a blossoming, flowering*, florum emissio. Legitur in *Homil.* 2. *in Cantic.* quam ex *Orig.* vertit *Hieronymus.*

FLORIUS, a, um, Floralis, ad Floram pertinens. *Gell.* l. 9. c. 12. Inveniet apud M. Catonem de re Floria ita scriptum. *h. e.* in eo libro, ubi Floralium licentiam et flagitia insectatur.

FLORŬLENTUS, a, um, *full of flowers, flowery, florulent*, εὐανθής, floribus plenus. *Pervigil. Veneris de rosis* v. 19. In pudorem florulentæ prodierunt purpuræ. *Solin.* c. 7. (*al.* 12.) Florulentus Hymettus. [¶ Translate de scorto masculo in primo juventutis flore. *Prudent.* περὶ στεφ. 10. v. 191. Mox flevit impuratus occisum gravi Disco, et dicavit florulentum succubam. *h. e.* Hyacinthum puerum, Apollinis amasium ab eodem imprudenter disco percussum.]

FLORUS, a, um, adject. antiq. pro *Floreus. Pacuv.* apud *Fest.* in voce *Gena.* Nunc primum opacat flora lanugo genas. *Al. leg.* flore. *Decimus Laber.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 7. Florum cacumen nostræ famæ frangere. Al. leg. *floris.* Ita quoque legunt aliqui apud *Virg.* 12. *Æn.* v. 605. floros Lavinia crines, Et roseas lacerata genas. Al. *floreos:* al. *flavos.*

FLORUS, i. L. Annæus Florus (sunt qui L. Julium Florum vocant) origine Hispanus, domicilio Romanus, historicus, breviarium rerum Romanarum ab Romulo usque ad Augustum quatuor libris composuit cum laude concinnæ floridæque brevitatis. Et quia in multis Livium sequitur, ejus historiarum epitomen confecisse visus est, quamvis in multis etiam ab eo dissentiat. Vixit temporibus Trajani, et Hadriani Impp. nempe initio sæculi Christi II. Ejus stilus, ut historici, floridus est, amœnus, et ad Poeticum valde accedens: Latinitas vero hujusmodi, ut sit quis imitari velit (paucis quibusdam exceptis) non omnino sit pœnitenda.

FLOS, floris, m. *a flower, blossom*, ἄνθος, quidquid in herbis, et arboribus inter folia coloratum enascitur, fructus initium ac spem continens. *Plin.* pleni veris indicium, et gaudium arborum, l. 16. c. 25. appellat. *Cic. de Senect.* c. 17. Suavitates odorum, qui afflantur e floribus. *Id.* 6. *Verr.* c. 48. Lætissimi flores omni tempore anni. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 12. v. 7. Prataque pubescunt variorum flore colorum. *Id.* 5. *Fast.* v. 255. decerpere pollice florem. *Id.* 4. *Metam.* v. 315. legere. *Plin.* l. 24. c. 6. *sub fin.* Crocum folio florem expellit. *Id.* l. 20. c. 23. *sub fin.* Carduus florem purpureum mittit inter medios aculeos. *Horat.* l. 3. od. 15. v. 15. Flos purpureus rosæ. et od. 29. v. 3. Merum cum flore rosarum, et Pressa tuis balanus capillis Jamdudum apud me est. *Id.* l. 1. od. 4. v. 10. Flore impedire caput. *h. e.* corona florea. ¶ Florum nomina varia habes apud *Colum.* lib. 10. vers. 96. *Ovid. Fast.* 4. a vers. 435. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Pros.* a vers. 128. ¶ Dicitur translate de multarum rerum parte tenuiore, puriore, pulcriore, et præstantiore. *Plin.* l. 18. c. 9. Justum est e modio redire sextarios quatuor siliginis, præterea floris semodium, et cibarii sextarios quatuor, furfuris totidem. *bolted flower. Id.* l. 15. c. 6. *extr.* Flos olei. *h. e.* quod post molam primum est. et lib. 34. c. 11. æris. *h. e.* cum ære fuso, et in alias fornaces translato, ibi crebriore flatu excutiuntur velut milii squamæ: has enim vocant florem, ut *ibid.* dicitur. *Id.* l. 31. c. 7. *a med.* et *Cato R. R.* c. 88. salis. *h. e.* purissimum sal, et candidissimum. *Id.* l. 36. c. 17. lapidis Assii. *h. e.* veluti farina mollis ei adhærens. *Id.* l. 21. c. 14. ceræ. *h. e.* candidissimæ ejus particulæ. *Id.* l. 14. c. 20. et lib. 16. c. 11. resinæ. *h. e.* ipsa resina recens collecta, et nondum percocta. *Id.* l. 26. c. 4. visci. *h. e.* pars ejus levior, quæ coquendo supernatat. *Id.* l. 14. c. 21. Flos vini candidus probatur: rubens triste signum est, si non is vini color sit. *h. e.* spuma tenuis vino innatans. *Claudian. de consul. Prob. et Olybr.* v. 69. flos juvenilis. *h. e.* prima barba. *the down.* Sic Flos genæ, apud *Lucan.* l. 6. v. 562. *Virg.* quoque *Æn.* 8. v. 160. et *Pacuv.* apud *Fest.* in *Genas* eadem metaphora usi sunt. *Lucret.* l. 1. v. 898. Flos flammai. *h. e.* lux, et nitor. V. *Florens. Colum.* l. 12. c. 20. *extr.* flos marmoris, vel gypsi. *h. e.* farina tenuior, et purior. Sic *Pallad.* l. 1. tit. 41. calcis. *Cic. in Bruto,* c. 87. Volvendi sunt libri Catonis: intelliges, nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quæ inventa nondum erant, florem et colorem defuisse. *lustre, liveliness, briskness.* ¶ *Flos vini* est interdum vinum præstantissimum, ejusque vis, atque odor. *Lucret.* l. 3. v. 222. Bacchi cum flos evanuit, aut cum Spiritus unguenti suavis diffugit in auras. *Plaut. Cas.* 3. 5. 16. Nisi hæc meraco se uspiam percussit flore Liberi. (Adde *Pacuv.* apud *Non.* c. 9. n. 6.) *Id. Curcul.* 1. 2. 1. Flos veteris vini meis naribus objectus est. ¶ *Flos cœnæ* est præstantissimum cœnæ ferculum. *the chief course. Favorin.* apud *Gell.* l. 15. c. 8. ¶ Illa vero festiva et commoda sunt. *Cic. in Bruto,* c. 15. ad illud *Ennii: Flos delibatus populi:* Ingenii lumen est eloquentia, qua virum excellentem præclare tum illi homines florem populi esse dixerunt. *Liv.* l. 37. c. 12. Quod floris, quod roboris in juventute fuerat, amiserant. *Cic.* 2. *Phil.* c. 15. Flos nobilitatis et juventutis. *the flower of the nobility.* et *Phil.* 3. c. 5. Provincia Galliæ flos Italiæ, firmamentum imperii populi R. *Id. pro Balb.* c. 6. Virtuti invidere, velle ipsum florem dignitatis infringere. *Stat.* 1. *Achil.* v. 625. Primus flos animi. *h. e.* primus vigor et vis. *Liv.* l. 42. c. 15. Perseus jam bellum volebat, in flore virium se credens esse. ¶ Flos ætatis, et pueritiæ est pueritia, ejusque pulcritudo, vigor, et gratia. *Cic.* 2. *Phil.* c. 2. *Liv.* l. 20. c. 30. *Justin.* l. 42. c. 1. et *Curt.* l. 4. c. 8. Hinc *Plin.* l. 5. ep. 9. In flore primo tantæ indolis juvenis exstinctus est. *in the prime of life; in the flower of youth. Catull.* carm. 17. v. 14. Viridissimo flore puella. [¶ *Flos ætatulæ* est etiam ipsum pudendum muliebre. *Apul.* de nuda puella, Venerem imitante, et tenui tantum pallio bombycino pubem suam inumbrante, hæc habet lib. 10. *Met.* pag. 739. *Oudend.* Quam quidem laciniam curiosulus ventus lasciviens reflabat, ut dimota, pareret flos ætatulæ.] ¶ Interdum *Flos* significat decus virginitatis. *Catull.* carm. 61. *nuptiali,* v. 46. Cum castum amisit, polluto corpore, florem. ¶ Item prosperum statum, potentiam, splendorem. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 33. In ipso Græciæ flore. *while Greece was in its splendour.* ¶ *Flos animi* est senectus, apud *Senec.* ep. 26. quia sicut flore ætatis viget corpus, ita senectute animus. ¶ *Flores* aliquando dicuntur excerpta rerum pulcriorum. Græce *Cic. Attic.* 16. ep. 11. Nostrum opus tibi probari, lætor: ex quo ἄνθη ipsa posuisti: quæ mihi florentiora visa sunt tuo judicio. *Plin.* in *procem.* l. 14. E tantis, quæ retulit, flores modo rerum decerpsit. ¶ Item astra, poetice. *Manil.* l. 5. v. 726. Tum conferta licet cæli fulgentia templa Cernere seminibus densis, totisque micare Floribus. ¶ *In floribus ipsis* est in media voluptate, ac deliciis. *Lucret.* l. 4. v. 1126. medio de fonte leporum Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat. ¶ In architectura *Florem* vocant ornamentum summi tholi, referens rosam inversam, et cavum illum circum complectens et claudens. *Vitruv.* l. 4. c. 7. Quanta diametros totius operis futura erit, dimidia altitudo fiat tholi, præter florem. Flos autem tantam habeat magnitudinem, quantam habuerit in summo columnæ capitulum, præter pyramidem. ¶ Sunt etiam *Flores,* qui scalpuntur in singulis frontibus summi capituli columnarum, præsertim in ordine Corinthio: de quibus *Vitruv. sub fin.* cap. 1. lib. 4.

FLOSCELLUS, li, m. *a floweret,* diminut. flosculus. *Apul. de herb.* c. 49. Ad solis cursum floscelli se vertunt.

FLOSCŬLE, adverb. floride. *Cæl. Aurelian.* l. 1. *Acut.* c. 6. Corpus floscule vividum, et naturali habitudine plenum.

FLOSCŬLUS, li, m. *a little flower, floweret, blossom,* ἀνθύλλιον, diminut. a *Flos. Cic.* 2. *Offic.* c. 12. Ficta omnia celeriter, tanquam flosculi decidunt. *Id. pro Sext.* c. 56. Non sum tam ignarus, judices, causarum, ut omni ex genere orationem aucuper, et omnes undique flosculos carpam atque delibem. *Quintil.* l. 2. c. 5. *ad fin.* Ne recentis hujus lasciviæ (*in dicendo*) flosculis capti, voluptate quadam prava deliniantur. *Id. in procem.* l. 6. *circa med.* Non enim flosculos, sed jam decimum ætatis ingressus annum, certos atque deformatos fructus ostenderat. *Catull.* carm. 24. *ad Invent.* O qui flosculus es juvenculorum. *Gell.* l. 17. c. 21. Ut Noctes istæ quadamtenus his quoque historiæ flosculis leviter injectis aspergerentur. ¶ *Flosculos pomorum* vocat *Colum.* l. 12. c. 45. eorum vertices, ubi flos fuit: contra quos est pediculus. *the flowerets or tops; the parts where the blossom was, opposite to the pedicle.* Poma, inquit, sic componi, ut flosculi sursum, pediculi deorsum spectent.

FLUCTICŎLA, æ, m. et f. in fluctibus habitans. *Sidon.* carm. 10. Flucticolæ cum festa nurus Pegasæa per antra, &c.

[* FLUCTICŎLOR, oris, m. et f. *of a water-colour,* cæruleum colorem referens. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 18. *Grot.* Diadema, cui neque scythidis vireta, nec ceraunioram vibrans fulguransque lumen, nec flucticolor hyacinthi credebatur abesse profunditas. *h. e.* cui inerant virides smaragdi ignei, veluti carbones, carbunculi, et prægrandes cæruleique hyacinthi.]

FLUCTICŬLUS, i, m. *a little wave. Apul. in Apolog.* Quamlibet leviter motis flucticulis.

FLUCTĬFER. V. *Fluctiger.*

FLUCTIFRĂGUS, a, um, *breaking the waves,* fluctus frangens. *Lucret.* l. 1. v. 305. fluctifrago suspensæ in litore vestes.

FLUCTIGĔNA, æ, in fluctibus natus. *Martian. Capell.* l. 1. carm. 2. pag. 9. Fluctigena spectans qualis sub gurgite Nereus. Adde *sub init.* l. 9.

FLUCTIGĔNUS, a, um, adject. fluctigena. *Avien. in Arat.* v. 1157. Fluctigeni speciem monstri superinvehit Auster.

FLUCTĬGER, a, um, adject. *bearing the waves,* fluctum ferens, vel fluctuum patiens. *Ex Fragment. Cicer. refert Isidor.* hunc versum l. 19. *Orig.* c. 1. Tunc se fluctigero tradit mandatque paroni. Al. leg. *fluctifero.*

FLUCTĬO, onis, f. idem quod fluxio. *Plin.* l. 31. c. *ult. a med.* Spongiæ imponuntur et integris partibus, sed fluctione occulta laborantibus. *a flux, defluxion.* Ita *Harduin.* ex MSS. Al. *fluctuatione,* quod locum hic habere non videtur.

FLUCTISŎNUS, a, um, adject. *sounding or roaring with waves or billows,* fluctibus sonans et strepens. *Sil.* l. 12. v. 355. Insula fluctisono circumvallata profundo. *Senec. in Herc. Œt.* v. 836. Fluctisona litora.

FLUCTIVĂGUS, a, um, *wandering on the waves,* κυματοπόρος, qui fluctibus vagatur, aut agitatur, ut Nautæ fluctivagi, Unda fluctivaga, *Stat.* l. 3. silv. 1. v. 84. et *Theb.* 1. v. 271.

FLUCTUĀTIM, adverb. jactanter, solute. *Afran.* apud *Non.* c. 2. n. 333. Magnifice volo fluctuatim ire ad illum. [Ex eo sumptum, quod qui magnifice incedunt, laxam vestem undantem facere quassando solent, ut loquitur *Plaut. Epid.* 3. 3. *in fin.*]

FLUCTUATIO, onis, f. *a floating, wavering,* κύμανσις, actus fluctuandi: et translate perturbatio, confusio. *Liv.* l. 9. c. 25. In ea fluctuatione animorum opprimi incautos posse. *Senec.* 2. *de Ira,* c. 35. Tunc artus trepidi, inquietæ manus, totius corporis fluctuatio. *agitation, tremor.*

FLUCTŬO, as, avi, atum, n. 1. *to be tossed or driven by the waves,* κυματίζομαι, fluctibus agitor. *Cic. Verr.* 7. c. 35. Quadriremem in salo fluctuantem reliquerat. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 26. Quid tam commune, quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis? *Plin.* l. 2. c. 95. Quædam insulæ semper fluctuant. *float. Plaut. Rud.* 4. 1. 12. Fluctuare video vehementer mare. *to rise in waves.* ¶ Transfertur ad lumen repercussum, et huc et illuc motu rei repercutientis volitans. *Virg.* 2. *Georg.* v. 281. Directæque acies, ac late fluctuat omnis Ære renidenti tellus. *flashes, gleams.* ¶ Et ad turbam populi, more undarum alium alios impellentis. *Gell.* l. 10. c. 6. Exiens turba undique confluentis fluctuantisque populi. Adde *Tacit.* 1. *Histor.* cap. 40. ¶ Et ad comas vagantes solutasque. *Gell.* l. 5. cap. 14. Leo toris comisque cervicum fluctuantibus. ¶ Et ad aera commotum. *Lucret.* lib. 6. v. 366. Ignibus et ventis furibundus fluctuat aer. ¶ Et ad segetes vento agitatas. *Senec. in Herc. Fur.* n. 699. Adulta leni fluctuat Zephyro seges. *waves.* ¶ Item sæpe ad animum, et significat agitari, turbari, dubium esse. *to waver, be in suspense, fluctuate. Plaut. Merc.* 5. 2. 49. *Eu.* Potin' ut animo sis tranquillo? *Ch.* quid si animus fluctuat? *Eu.* ego istum in tranquillo et tuto sistam tibi. *Virg.* 10. *Æn.* v. 680. animo nunc huc nunc fluctuat illuc. et 4. *Æn.* v. 537. magnoque irarum fluctuat æstu. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 637. ingenti fluctuat ira. *Catull.* carm. 64. *ad Ortal.* v. 4. Mens animi fluctuat malis. *wavers, totters. Cic. Attic.* l. 1. *ep. ult.* Fluctuantem alicujus sententiam confirmare. *doubtful. Liv.* l. 6. c. 24. Fluctuans acies. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 11. Genus dicendi fluctuans et dissolutum, eo quod sine nervis et articulis fluctuat huc et illuc. *Cic.* 4. *Acad.* c. 9. *a med.* non debere Academicos in suo decreto fluctuare. *Augustus in quadam epist.* apud *Sueton. in Claud.* c. 4. Fluctuare inter spem et metum. *Senec.* ep. 52. inter varia consilia. ¶ Significat etiam fluitare, supernatare. *to float, swim. Plin.* l. 36. c. 16. *extr.* Lapidem integrum fluctuare, comminutum mergi.

FLUCTŬOR, aris, atus sum, dep. idem quod fluctuo. *Quintil.* l. 9. c. 3. *ante med.* Pleraque utroque modo efferuntur, luxuriatur, luxuriat; fluctuatur, fluctuat; assentior, assentio. *Senec. de vita beata,* c. 14. Deprehensi in mari Syrtico, modo in sicco relinquuntur, modo fluctuantur. *Plin.* l. 4. c. 12. Delos diu fluctuata. ¶ Translate *Liv.* l. 23. c. 33. et lib. 32. c. 13. Utrius populi mallet victoriam esse, fluctuatus animo fuerat. *h. e.* dubitaverat. *Senec.* epist. 111. Sive secundo cursu vita procedit, sive fluctuatur per adversa et difficilia. *Curt.* l. 4. c. 12. *a med.* Fluctuari animo rex, et modo suum, modo Parmenionis consilium perpendere. *Senec. in Agam.* v. 109. Quid, segnis anime, fluctuaris? *Plin.* l. 27. c. 4. *a med.* Ambrosia (*herba*) vagi nominis est, et circa alias herbas fluctuati.

FLUCTUŌSUS, a, um, *full of waves, boisterous, tempestuous, stormy,* κυματώδης, undosus, inquietus. *Plaut. Rud.* 4. 2. 5. In mari fluctuoso. ¶ Gemmæ fluctuosæ, quæ maculas habent fluctuum quandam similitudinem referentes. *wavy, veiny, streaked as it were with waves. Plin.* l. 37. c. 5. *de smaragdis.* Ii sunt fluctuosi, et rerum imagines complexi, ut verbi gratia, papaverum, aut avium, pinnarumque, vel catulorum, et similium.

FLUCTUS, us, m. *a wave, surge, billow,* κῦμα, unda, aquarum motus, et agitatio: a *fluo. Senec.* l. 5. *quæst. nat.* c. 1. Parum diligenter comprehendet quod vult, qui dixerit, Fluctus est maris agitatio: quia tranquillum quoque agitatur. At ille abunde sibi caverit, cujus hæc definitio fuerit: Fluctus est maris in unam partem agitatio. *Virg.* 3. *Georg.* v. 237. Fluctus ut, in medio cœpit cum albescere ponto, Longius ex altoque sinum trahit: utque volutus Ad terras, immane sonat per saxa, neque ipso Monte minor procumbit. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 26. Ita jactantur fluctibus, ut nunquam abluantur. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 24. Navibus desilire, et fluctibus consistere. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 16. Excitare fluctus. *Curt.* l. 8. c. 13. *extr.*

Navem fluctus petræ illiserat. *Virg.* ecl. 9. v. 43. insani feriant, sine, litora fluctus. *Id.* 4. *Georg.* v. 195. cymbæ instabiles, fluctu jactante, saburram tollunt. *Id.* 1. *Æn.* v. 107. procella fluctus ad sidera tollit. et vers. 70. mulcere fluctus, et tollere vento. et vers. 90. vastos volvere ad litora. et vers. 139. motos componere. *to quiet, still, assuage.* et lib. 1. v. 539. subito adsurgens fluctu nimbosus Orion. et 5. *Æn.* v. 2. fluctus atros Aquilone secare. et lib. 8. v. 672. fluctu spumabant cærula cano. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 137. Fluctibus immodicis æquora canent. *Id.* 11. *Metam.* v. 497. Fluctibus erigitur, cælumque æquare videtur Pontus. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 726. hiems tumido riget ardua fluctu. et lib. 8. v. 382. vastis mare fluctibus perfurit. *Manil.* l. 5. v. 147. tortos in fluctum ponere crines. *h. e.* undarum modo inflexos, undulatos. ¶ Translate est perturbatio, periculum. *Cic. pro Mil.* c. 2. Tempestates et procellas in fluctibus concionum subire. *Id. de Harusp. resp.* c. 23. Emergere auctoritatem vestram e fluctibus servitutis. *Id.* 1. *de Orat.* c. 1. Hoc tempus omne objecimus iis fluctibus, qui per nos a communi peste depulsi, in nosmetipsos redundarunt. *storms. Id. pro Flacc.* c. 26. Massilia cincta Gallorum gentibus, barbariæ fluctibus alluitur. *Plin.* l. 5. c. 17. Quos vita fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 83. rerum Fluctibus in mediis, et tempestatibus Urbis. *Nep. in Attic.* c. 6. Civilibus fluctibus se committere. *civil broils. Virg.* 12. *Æn.* v. 831. Irarum tantos volvis sub pectore fluctus. *Lucret.* l. 6. v. 33. Volvere curarum tristes sub pectore fluctus. *a sea of troubles. Id.* l. 5. v. 1289. fluctus belli miscere. ¶ A Poetis ponitur aliquando simpliciter pro mari. *the sea. Horat.* l. 3. od. 27. v. 43. ire per longos fluctus. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 265. currere fluctu. *Virg.* 3. *Æn.* v. 270. medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos. *Id.* 5. *Æn.* v. 182. salsos rident revomentem pectore fluctus. ¶ Dicitur et de fluxione, et profluvio. *a flowing, tide. Lucret.* l. 6. v. 553. aquæ fluctu terra vacillat. *Id.* l. 4. v. 675. res multas esse necesse est, Unde fluens volvat varius se fluctus odorum. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 572. atro volvens incendia fluctu. ¶ Olim fuit secundæ declinationis. *Accius* apud *Non.* c. 8. n. 37. Flucti cruoris. *Pacuv. ibid.* Flucti flacciscunt, silescunt venti, mollitur mare. ¶ Præterea *fluctuis* in genitivo singulari dixere *Varr.* et *Nigid.* teste *Gell.* l. 4. c. 16.

FLUENS, entis, *flowing, running,* ῥέων, qui fluit. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 62. eunt anni more fluentis aquæ. *Id. Heroid.* ep. 6. v. 63. lacrimæ fluentes in ora. *Lucan.* l. 8. v. 246. spirat de litore Coo Aura fluens. *Propert.* l. 2. el. 2. v. 43. comæ per levia colla fluentes. *Id.* l. 3. el. 15. v. 32. et *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 301. Vestes fluentes. *h. e.* amplæ, laxæ, et sinuosæ. *flowing garments.* Sic *Virg.* 1. *Æn.* v. 324. nodoque sinus collecta fluentes. *Id.* 5. *Æn.* v. 179. madidaque fluens in veste Menœtes. *dripping. Id.* 3. *Æn.* v. 626. membra atro fluentia tabo. *dropping with putrid gore. Ovid. Metam.* 9. v. 57. sudore fluentia multo Brachia. *Curt.* l. 8. c. 14. *a med.* Rex fluentibus membris, omissisque armis, vix sui compos. *h. e.* languentibus cadentibusque. *Martial.* l. 11. epigr. 42. Cedentes oneri ramos, silvamque fluentem Vicit. *h. e.* arborem mobilem, fluctuantem, se inclinantem. *Virg.* 2. *Georg.* v. 370. ramos compesce fluentes. *h. e.* latius et liberius excrescentes. *Id.* 2. *Georg.* v. 190. vites prævalidæ, multoque fluentes Baccho. *h. e.* vini feraces. *Virg.* 11. *Æn.* v. 828. ad terram non sponte fluens. *h. e.* cadens. Sic *Plin.* l. 27. c. 4. Capillum fluentem continere. *Lucan.* l. 9. v. 789. Letum fluens. *h. e.* lues pestifera, qua contactis membra tabefacta fluunt, et absumuntur. Sic *Id.* l. 7. v. 412. Fluentes morbi. *Cels.* l. 2. c. 6. Alvus fluens. *h. e.* cita, soluta. *Horat.* epod. 9. v. 35. Cæcubum fluentem nauseam coercet. ¶ *Fluentes morbi* apud *Cels. in præfat. a med.* sunt, in quibus fluit aliquid, ut sanguis, bilis, alvus, &c. vel noxius humor aliquo in membro erumpit: quibus opponuntur *compressi.* ¶ *Fluentes buccæ* sunt buccæ detumescentes, et laxata cute demissæ ac pendentes, *cheeks fallen in. Cic.* 2. *de Orat.* c. 66. Demonstravi digito pictum Gallum in Mariano scuto, distortum, ejecta lingua, buccis fluentibus. *Id. post redit. in Sen.* c. 6. Vini, somni plenus, madenti coma, composito capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce, et temulenta. *Id. in Pison.* c. 11. Erant illi compti capilli, et madentes cincinnorum fimbriæ, et fluentes cerussatæque buccæ, dignæ Capua, sed illa vetere. ¶ Translate *Cic.* 3. *Offic.* c. 26. Res prosperæ, et ad voluntatem nostram fluentes. *going on, succeeding, prospering. Tacit.* 3. *Hist.* c. 48. et *Justin.* l. 23. c. 3. Cunctis super vota fluentibus. *h. e.* succedentibus. *Vellei.* l. 2. c. 16. *extr.* Fluentem procumbentemque rempublicam restituere. *h. e.* labentem, et veluti prono cursu ad interitum properantem. *hurrying on to ruin. Cic. in Orat.* c. 20. Tracta quædam, et fluens, non contorta et acris oratio. *fluent, flowing freely. Quintil.* l. 9. c. 4. *post med.* Orationis contextus lenis et fluens. *et ibid.* In locis ac descriptionibus usi sumus ac fluentes. *Gell.* l. 19. c. 9. Fluentes carminum deliciæ. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 158. insignis cithara, canuque fluenti. *sweet, harmonious.* (liquidum vocat *Lucret.* l. 4. v. 978. liquefactum *Sil.* l. 11. v. 417.) *Tacit.* 14. *Ann.* c. 16. Species carminum non impetu et instinctu, nec ore uno fluens. *written in one strain. Horat.* l. 1. sat. 7. v. 28. Homo salsus multumque fluens. *h. e.* verbis et conviciis abundans. *Gell.* l. 11. c. 15. *extr.* Larga et fluens vis et copia. *copious. Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Pueri soluti ac fluentes. *h. e.* deliciis abundantes, molles, enervati, languentes, effeminati. *Senec. de tranquill. animi, c. ult.* Incessu ipso ultra muliebrem mollitiem fluentes. *Augustin. de Civ. Dei,* l. 7. c. 26. Madidis capillis, facie dealbata, fluentibus membris, incessu femineo. *Vellei.* l. 1. c. 6. et lib. 2. c. 88. Otio ac mollitiis pæne ultra feminam fluens.

FLUENTER, adverb. *flowingly,* fluendo. *Lucret.* l. 4. v. 225. Omnibus ab rebus res quæque fluenter Fertur. *Apul.* l. 2. *Metam.* Capillo fluenter undante. ¶ Nonnulli etiam *Ciceroni* tribuunt, l. 7. *Attic.* ep. 14. Cum fluenter lippirem has litteras dedi. Vulg. leg. *leviter.*

FLUENTĬA, æ, f. *fluency. Ammian.* l. 30. c. 4. (*al.* 12.) Eloquentiam inanis quædam imitatur fluentia loquendi.

FLUENTĪNI, orum, m. *the Florentines,* Italiæ populi, ita dicti, quod præfluenti Arno appositi sunt, ut ait *Plin.* l. 3. c. 5. ita enim ibi legitur in MSS. plerisque, librisque editis. Alii tamen leg. *Florentini.*

FLUENTISŎNUS, a, um, *sounding with waves,* fluctibus sonans. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 52. Litus fluentisonum.

FLUENTUM, ti, n. *a stream, river,* ῥεῦμα, ῥόος, aquæ decursus, flumen. Sæpius adhibetur plurali num. estque vox fere Poetica. *Virg.* 4. *Æn.* v. 143. Xanthique fluenta Deserit. *Id.* 6. *Æn.* v. 327. rauca fluenta Cocyti. et lib. 12. v. 35. Tiberina fluenta. *Lucret.* l. 5. v. 947. fluenta lubrica. *Flor.* l. 2. c. 8. Cum inter fluenta tibiis fidibusque concineret. *h. e.* ad ripam Euripi. ¶ In singulari num. usurpant *Auson. in Mosell.* v. 59. arcanique patet penetrale fluenti. et vers. 419. spatiumque novi metare fluenti. et *Avien. in Perieg.* v. 32. et inserto freta pellit vasta fluento. et *Prudent. peristeph.* 6. *de SS. Petro et Paulo,* v. 32. regio canens olivo, murmurans fluento. ¶ Dicitur et de fluxione aeris. *Lucret.* l. 5. v. 276. quodcumque fluit de rebus, id omne Aeris in magnum fertur mare: qui nisi contra Corpora retribuat rebus, recreetque fluentis, Omnia jam resoluta forent, et in aera versa.

FLUESCO, is, n. 3. *to dissolve, become liquid,* fluidus fio, liquesco. *Augustin.* l. 21. *de Civ. Dei,* c. 5. *ad fin.* Salem in aqua fluescere. et cap. 7. *a med.* Palea fluescere nivem non sinit.

FLUIBUNDUS, a, um, adject. fluidus, diffluens. *Martian. Capell. sub fin.* l. 1. pag. 21. Fluibunda luxu puella.

FLUĬDO, as, avi, atum, a. 1. fluidum reddo. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 5. *c. ult.* Liquore fluidantur.

FLUĬDUS, a, um, *fluid, moist, watery,* fluens, ῥευσταλέος. *Colum.* l. 8. c. 16. Piscium reditum alienissimum agricultoribus puto. quid enim tam contrarium, quam terrenum fluido? *Virg.* 3. *Georg.* v. 484. Fluidus liquor. et 3. *Æn.* v. 663. fluidus cruor. *Seren. Sammon.* c. 29. *extr.* Fluidam alvum morari. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 167. iterum Polyphemon, et illos Aspiciam fluidos humano sanguine rictus. *h. e.* unde fluit et stillat cruor comesorum cadaverum. *Lucret.* l. 2. v. 596. Fluidæ frondes. *h. e.* caducæ. *Ovid. Metam.* 15. v. 362. quæcumque mora, fluidove calore Corpora tabuerint, in parva animalia verti. *h. e.* calore corrumpente, macerante, et marcida fluentiaque corpora reddente. ¶ Item mollis, languidus, *weak, languid:* cui opponitur *solidus. Senec.* ep. 52. *ante med.* Fundamenta in mollem ac fluidam demissa humum. *Liv.* l. 34. c. 47. Labor et æstus mollia et fluida Gallorum corpora decedere pugna coegit. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 229. fletque Milon senior, cum spectat inanes Illos, qui fuerant solidorum mole tororum Herculeis similes, fluidos pendere lacertos. *Plin.* l. 9. c. 30. *extr.* Locusta, nisi viva ferventi aqua incoquatur, fluida carne non habet callum. *Auct. Paneg. ad Pison.* v. 90. Talis inest habitus, qualem nec dicere mœstum, Nec fluidum, læta sed tetricitate decorum Possumus. *h. e.* mollitie effusum. ¶ *Fluida vestis* est fluitans, laxa, ampla. *flowing, loose. Senec. in Œdip.* v. 422. Inde tam molles placuere cultus, Et sinus laxi, fluidumque syrma. Adde *Justin.* l. 41. c. 2.

FLUĬTANS, antis, *flowing, floating, swimming,* fluens, supernatans, fluctuans, ἐπιπολαστικός. *Cic. pro Sext.* c. 20. Navis fluitans in alto. *Curt.* l. 4. c. 9. *a med.* Cumuli sarcinarum passim fluitantes. *Liv.* l. 1. c. 4. Cum fluitantem alveum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset. *Plin.* l. 16. c. 36. Fluitantes insulæ. *Id.* l. 2. c. 88. Magna circa insulam multitudo piscium fluitans. *h. e.* confluens, adnatans. *Alter Plin.* l. 8. ep. 8. Jucundum utrumque per jocum ludumque fluitantibus. *h. e.* navigantibus. ¶ Translate *Ovid.* l. 2. *de ar. am.* v. 433. Fluitantia lora. *h. e.* laxata, remissa. *flowing, waving. Id. Metam.* 11. v. 470. Vela summo fluitantia malo. *Tacit. de German.* c. 17. Vestis non fluitans, sed stricta, et singulos artus exprimens. *h. e.* fluxa, laxa, ampla. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 68. Fluitans amictus. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 18. Prælongis hastis fluitantem labantemque militem eminus fodiebant. *h. e.* vacillantem, nutantem, dubium inter pugnam et fugam. *wavering, doubtful, uncertain. Claudian. de B. Gild.* v. 247. Fluitans fides.

FLUĬTO, as, avi, atum, n. 1. *to flow, float, swim,* ἐπιπολάζω, ἐπιῤῥέω, frequentativum a *fluo,* fluxu aquæ feror, fluctuo, supernato. *Plin.* l. 13. c. 7. Materies primo sidit, postea fluitare incipit. *Id.* l. 31. c. 2. *a med.* In lacu Apuscidamo omnia fluitant, nihil mergitur. *Senec. in Agam.* v. 503. Navis lacera et omni decore populato, levis fluitat. *Id. in Med.* v. 631. Orphei caput tristi fluitavit Hebro. *Plin.* l. 29. c. 3. *a med.* Fluitare contra aquas. *Id.* l. 16. c. 4. Ebenus in aquis non fluitat. *Id.* l. 28. c. 9. Fluitare in summo. *Petron. in Satyr.* c. 123. Jam classes fluitare mari. ¶ Translate est nutare, vacillare, fluctuare, dubium, aut inconstantem esse. *to waver, be doubtful or uncertain. Tacit.* 2. *Histor.* c. 93. *extr.* Unde primum creditur Cæcinæ fides fluitasse. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 110. ne fluitem dubiæ spe pendulus horæ.

FLUMEN, inis, n. *a stream,* fluxio, decursus aquæ, defluxus amnis, aqua decurrens: a *fluo. Liv.* l. 5. c. 16. *sub fin.* Aquam Albanam in mare manare suo flumine. *Enn.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 4. Tiberis flumen vomit in mare salsum. *disembogues itself. Virg.* 2. *Æn.* v. 305. rapidus montano flumine torrens. *Horat.* l. 2. od. 14. v. 16. ater flumine languido Cocytus errans. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 189. inde sequemur Ipsius amnis iter, donec nos flumine certo Perferat. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 788. Nymphæ venas et flumina fontis Elicuere sui. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 58. Secundo flumine iter facere. *down or along the stream.* et cap. 60. Adverso flumine proficisci. *against the stream.* et *Virg.* 2. *Æn.* v. 719. flumine vivo abluere se. *in the running stream.* ¶ Item amnis, fluvius, *a river,* ποταμός. Differt a *rivo,* ut major a minore: a *torrente,* quia flumen perpetuum est: torrens subinde siccatur. (Celebriora multorum fluminum nomina recitat *Ovid.* 2. *Metam.* a vers. 239.) *Cic.* 1. *de Divin.* c. 35. *extr.* Flumina in contrarias partes fluxerunt: in amnes mare influxit. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 1. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen dividit. et cap. 2. Continentur flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit. *h. e.* qui Rhenus, &c. *Horat. in ar. poet.* v. 18. Aut flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus. ¶ Poetice per hyperbolen ponitur pro fluxu copioso, *a flowing, copious discharge. Lucret.* l. 2. v. 354. Sanguinis exspirans calidum de pectore flumen. *Id.* l. 6. v. 255. persæpe niger quoque per mare nimbus Ut picis e cælo demissum flumen, &c. *Petron. in Satyr.* c. 123. rigido concussæ flumine nubes Exonerabantur. *h. e.* imbre, pluvia. *Virg.* 1. *Æn.* v. 469. Multa gemens, largoque humectat flumine vultum. *with a flood of tears. Lucret.* l. 6. v. 1062. Magnesii flumina saxi. *the particles that fly off from the load-stone.* Et *Sil.* l. 12. v. 185. Effusæque ruunt inopino flumine turbæ. *h. e.* eruptione instar fluminis exundantis. Simile est illud *Virg.* 2. *Georg.* v. 462. salutantum totis vomit ædibus undam. Et *Æn.* 11. v. 236. fluuntque ad regia plenis Tecta viis. ¶ Sæpe refertur ad ingenii copiam, et verborum ac dicendi vim. *copiousness, richness, exuberance. Cic. pro Marcell.* c. 2. Nullius tantum est flumen ingenii, nulla dicendi, aut scribendi tanta vis, tantaque copia. *Id.* 4. *Acad.* c. 38. Flumen orationis aureum fundens Aristoteles. *a golden tide of words. Id.* 2. *de Orat.* c. 45. Tantum est flumen gravissimorum optimorumque verborum. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 7. *sub fin.* Orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur. *Petron. in Satyr.* c. 5. *extr.* sic flumine largo Plenus, Pierio defundes pectore verba. et cap. 118. Neque concipere, neque edere partum mens potest, nisi ingenti flumine litterarum inundata. ¶ *Flumine vicino stultus sitit,* proverb. apud *eund. in fragm.* pag. 683. *Burm.* de iis, qui bonis, quibus affluunt, uti nesciunt. *to starve in the midst of plenty.*

FLUMENTĀNA PORTA, nunc *Porto del Popolo,* porta urbis Romæ, unde viæ Flaminia, Cassia, et Claudia incipiunt, quam Tiberis, urbem intrans, in sinistra ripæ parte relinquit, ita dicta, inquit *Festus,* quod pars Tiberis per eam partem, ubi nunc hæc porta sita est, fluxisse creditur.

FLUMINĀLIS, le, adject. flumineus, ut fluminalis navigatio, *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 1.

FLUMINĔUS, a, um, *of a river,* ποτάμιος, ad flumen pertinens, fluvialis. *Ovid. Heroid.* ep. 8. v. 67. Flumineus cygnus. *Id.* 2. *Fast.* v. 46. Aqua fluminea. et l. 5. v. 519. Fluminea ulva. Adde *Stat.* 9. *Theb.* v. 266. ¶ Translate *Claudian. in Fescenn. de nupt. Honor.* v. 28. Geminaque parte ductum Cæsareum flumineo Stemma recurrit ortu. *h. e.* perenni et non interrupto successionis cursu, tanquam fluminis. Al. aliter leg.

FLUO, is, uxi, uxum, n. 3. *to flow,* ῥέω, decurro, labor, mano, defluo: et dicitur de humoribus. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 35. *extr.* Tantos terræ motus factos esse, ut flumina in contrarias partes fluxerint. et cap. 43. *sub fin.* Fluvius atratus sanguine fluxit. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 6. Rhodanus inter fines Allobrogum fluit. *Horat. Epod.* 7. *in fi.* Fluxit in terram cruor. *streamed. Ovid.* 2. *Fast.* v. 820. fluunt lacrimæ more perennis aquæ. *Lucan.* l. 6. v. 61. sanguis terras fluxurus in omnes. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 656. madidis fluit unda capillis. *drips. Id.* 4. *ex Pont.* ep. 4. v. 2. Non intermissis ut fluat imber aquis. *Id.* 12. *Metam.* v. 435.

Perque cavas nares, oculosque, auresque cerebrum Molle fluit. et lib. 9. v. 173. fluit de corpore sudor. et lib. 12. v. 325. fluit e gutture sanguis in toros, et carchesia. *Id. de remed. amor.* v. 190. nudo sub pede musta fluunt. *Id.* 2. *Metam.* v. 251. fluit ignibus aurum. *melts, dissolves.* ¶ Item de aere et terra. *Lucret.* l. 1. v. 280. Venti fluunt, stragemque propagant. Adde *Cicer.* 1. *de nat. Deor.* c. 15. et V. *Fluens.* ¶ Item de igne discurrente. *Sil.* l. 17. v. 102. fluit undique victor Mulciber, et rapidis amplexibus arma virosque Corripit. *makes its way.* ¶ *Fluere* etiam dicuntur, quæ humore aliquo manant, madentve. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 360. pingui fluit unguine tellus. *Liv.* l. 38. c. 17. Fluunt sudore et lassitudine membra. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 343. Ille cruore fluens, cubito tamen allevat artus. *Cels.* l. 4. c. 19. Uno die fluere alvum, sæpe pro valetudine est. ¶ Item quæ decidunt, dilabuntur, dissipantur. *Plin.* l. 27. c. 4. et *Cels.* l. 6. c. 1. Capilli fluunt. *fall off.* *Lucret.* l. 4. v. 917. Dissolvuntur enim tum demum membra, fluuntque. *Lucan.* l. 9. v. 770. suræ fluxere: sine ullo Tegmine poples erat. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 14. v. 24. Quid poma vellis acerba manu? sponte fluent matura sua. *will drop off.* *Cic. Phil.* 12. c. 3. Excident gladii, fluent arma de manibus. ¶ Item quæ abundant, et diffluunt, ut vites, et oleæ, quarum fructus expressi mustum, et oleum reddunt. *Colum.* l. 12. c. 50. Acerbum oleum facere rationibus non conducit, quoniam exiguum fluit. *Id.* l. 3. c. 2. *a med.* Græculæ vites acinorum exiguitate minus fluunt. *yield little must.* et *post init.* Talis nobis eligatur vitis vel mediocriter fecunda: si modo is locus habetur, in quo gustus nobilis pretiosusque fluit. nam si sordidus aut vilis est, feracissimam quamque serere conducit. *h. e.* vinum generosi saporis provenit. ¶ Translate *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 23. tarda fluunt ingrataque tempora. *run on, pass away.* *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 20. Et carmen vena pauperiore fluit. *Cic. de Senect.* c. 10. Ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio. *Id.* 1. *Offic.* c. 26. Res prosperæ et ad voluntatem nostram fluentes. *Atticus* apud *Cicer.* l. 9. *Attic.* ep. 10. *circa med.* Videamus, et Cnæus quid agat, et illius rationes quorsum fluant. *what they will come to; how they will end.* *Cic. Tuscul.* 4. c. 1. Pythagoræ doctrina cum longe lateque flueret, permanavisse mihi videtur in hanc civitatem. *h. e.* diffunderetur. *was spread abroad.* et lib. 2. c. 22. Cum voluptate liquescimus, fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. *h. e.* labefactamur. *Curt.* l. 9. c. 3. Luxu omnia fluere. *h. e.* diffluere. *Tibull.* l. 2. el. 6. v. 33. Jam veniant prædæ, ... Ut mea luxuria Nemesis fluat. *Plaut. Mil.* 4. 8. 12. Fluere facetiis. *h. e.* abundare. ¶ Eleganter ponitur pro dilabi, præterire, evanescere, dissipari. *Cic. in Orat.* c. 3. Cetera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse uno et eodem statu. *pass or fade away.* *Id.* 2. *de Fin.* c. 32. Fluit voluptas corporis, et prima quæque avolat. *flies away.* *Id. pro Marcell.* c. 8. Omnia quæ dilapsa jam fluxerunt, severis legibus vincienda sunt. ¶ Item pro derivari, proficisci, ortum habere. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 11. Ab isto capite fluere necesse est omnem rationem bonorum et malorum. *to flow, spring, be derived.* *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 19. *extr.* Multa a luna manant et fluunt, quibus animantes aluntur. et lib. 3. c. 19. Hæc omnia ex eodem fonte fluxerunt. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 225. Perseos alter (*sanguis*) in Argos Scinditur, Aonias fluit hic ab origine Thebas. *Id.* l. et silv. 1. v. 2. cælone peractum fluxit opus. ¶ Vetustissimi *fluctum* in supino, pro *fluxum*, et *flucturus* pro *fluxurus* soliti sunt dicere, teste *Priscian.* l. 9. *sub fin.* pag. 871. *Putsch.* Hinc *fluctio, fluctus*, et *fluctuo.*

FLUONĬA, æ, f. Juno, quam mulieres colebant, quod sanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur. *Fest.* apud *Arnob.* pag. 118. est Fluvionia: apud *Martian. Capell.* l. 2. p. 37. Fluvonia.

FLUOR, oris, m. *a flowing*, fluxus, ῥοή. *Cels.* lib. 3. cap. 6. *sub fin.* Quisquis fluore æger est. *h. e.* ventris fluxu. *Scribon. Larg.* compos. 108. Solutio et fluor stomachi. *Apul. in Apolog.* Imagines jugi fluore a corporibus manantes. *Id. in Florid.* n. 10. *extr.* (*al.* l. 2.) Fluores amnium. *Solin.* c. 18. (*al.* 28.) Fluor maris. *Arnob.* l. 6. pag. 196. Ventos aeris esse fluorem. ¶ Item liquor. *Nemesian. in Cyneg.* v. 227. Mox lactis liquidos sensim superadde fluores. *streams.*

FLUSTRA dicuntur, cum in mari fluctus non moventur: quam Græci μαλακίαν vocant. *Festus.* Adde *Tertull. de Pall.* c. 2.

FLUTA, æ, f. a fluo: genus murænæ prægrandis et præpinguis, frequentisque in freto Siculo, et præ pinguedine in summa fere unda fluitantis, ut *Martial.* l. 13. epigr. 80. docet. *Varr.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 12. In Sicilia manu capi murænas flutas: quod hæ in summa aqua præ pinguitudine flutentur. *Al. leg.* flutent. *Id.* 2. *R. R.* c. 6. Murænæ optimæ flutæ sunt in Sicilia. *Colum.* l. 8. *c. ult.* Item flutas, quæ maxime probantur, murænas. *floating lampreys.*

FLUTO, as, n. 1. idem quod fluito. *Lucret.* l. 3. v. 190. Namque movetur aqua, et tantillo momine flutat. Al. leg. *fluctat* vel, *fluctuat.* V. et vocem præced.

FLUVĬA, æ, f. *a river*, fluvius: apud vet. *Sisenn.* apud *Non.* cap. 3. n. 100. Inter duas fluvias. *Id. ibid.* Transgressus fluviam, quæ, &c.

FLUVIĀLIS, le, et

FLUVIATĬCUS, a, um, et

FLUVIATĬLIS, le, *of a river, living in rivers*, ποτάμιος, ad flumen pertinens. *Virg.* 9. *Æn.* v. 70. Septus fluvialibus undis. *Id.* 2. *Georg.* v. 414. Fluvialis arundo. *Vitruv.* l. 1. c. 2. *sub fin.* arena fluviatica. *Colum.* l. 8. c. 15. Fluviatica animalia. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 48. Fluviatiles testudines. *Liv.* l. 10. c. 2. *a med.* Fluviatiles naves. *Colum.* l. 8. *c. ult.* Meminisse etiam in fluviatili negotio, quod in terreno præcipitur, *Et quid quæque ferat regio.*

FLUVIĀTUS, a, um, *steeped or soaked in water*, maceratus in flumine. *Plin.* lib. 16. cap. 39. *a med.* Hæc, qua diximus ratione, fluviata decorticatur.

FLUVĬDUS, a, um, idem ac *fluidus*, apud vet. ab antiquo præterito *fluvi* verbi *fluo.* *Lucret.* l. 2. v. 463. Sed quod amara vides eadem, quæ fluvida constant.

FLUVIONĬA, et

FLUVONĬA. V. *Fluonia.*

FLUVĬTO, as, pro fluito, legit *Salmasius in Solino*, c. 35. p. 578.

FLUVĬUS, ii, m. *a river*, ποταμὸς, amnis, flumen, a *fluo*, idest ab antiquo ejus præterito *fluvi.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 2. Cum ad fluvium Sagram Crotoniatas Locri devicissent. *Virg. Æn.* 1. v. 611. In freta dum fluvii current. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 86. Quisnam iste fluvius est, quem non recipiat mare? *proverbium.* *Id. Bacch.* 1. 1. 52. Fluvius rapidus. *Virg.* 8. *Æn.* v. 31. amœnus. et vers. 86. tumens. et lib. 12. v. 886. altus. et lib. 7. v. 36. opacus. et 1. *Georg.* v. 272. saluber. et 8. *Æn.* v. 78. corniger. V. *Cornu.* *Plaut. Trucul.* 2. 7. 12. De fluvio aquam derivare sibi. *Virg.* 1. *Georg.* v. 106. satis fluvium derivare. et 7. *Æn.* v. 494. fluvio secundo defluere. *down the stream.* et lib. 8. v. 651. fluvium innare. *Stat.* 9. *Theb.* v. 239. transmittere nando. ¶ Fluviorum varia nomina habet *Ovid.* 2. *Metam.* a vers. 242. ¶ Pro aqua fluente. *running water.* *Plin.* l. 34. c. 14. Perfusa certo fluvio terra. *Stat.* 9. *Theb.* v. 573. gelidas ibat Ladonis ad undas, Purgatura malum fluvio vivente soporem. *Virg.* 3. *Georg.* v. 301. Arbuta sufficere, et fluvios præbere recentes. *h. e.* aquam vivam. Adde vers. 126. ubi eadem ratione locutus est. ¶ *Fluvium* pro *fluviorum* habet *Valer. Flacc.* l. 6. v. 391.

FLUXE, *flowingly, copiously*, fluenter. *Varr.* l. 2. *R. R. c. ult. de lacte.* Quod fit ab hordeo et firmo cibo pecude pasta, id alibile: ad perpurgandum, id, quod a viridi pascuo; et eo magis fluxe ex herba, quæ ipsa sumpta perpurgare corpora nostra solet. *h. e.* eo magis fluenter purgat. ¶ Translate est remisse, lente, negligenter. *Ammian.* l. 18. c. 7. (*al.* 17.) More vitæ remissioris fluxius agens.

FLUXĬLIS, le, fluens, fluxus. *Tertullian. advers. Valentinian.* c. 24. Fusile et fluxile liquoris est qualitas.

FLUXĬO, onis, f. *a flowing, defluxion, flux*, ῥοή, διάῤῥοια, actus fluendi, fluor, decursus. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 49. Aquarum fluxiones. *Plin.* l. 22. c. 18. Contra fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant. *Id. sub fin.* l. 24. Sanguinis fluxiones e naribus. et lib. 28. c. 7. Fluxiones oculorum. et l. 23. c. 5. Fluxiones vulvæ et ventris sistere. et lib. 30. c. 7. Dysentericos recreant femina pecudum decocta: et si major fluxio sit, addunt, &c.

FLUXIPĔDUS. V. in voce sequenti.

FUXIPĬLA VESTIS videtur esse, quæ fluxo est, longoque pilo. *Avien. in Arat.* v. 287. *de sidere Virginis.* viduataque vertice summo Fluxipilæ vestis vestigia. Al. leg. *Fluxipedæ*, h. e. ad pedes fluentis: rectius.

FLUXŪRA, æ, f. fluxus, fluxio. *Colum.* l. 3. c. 2. *circa med.* Nam duæ lanatæ (*vites*) quamvis frondibus, et palmitum pari facie, fluxuræ qualitate sunt disparilès. *h. e.* musti fluentis, dum uva exprimitur.

FLUXUS, us, m. fluxio, fluor. *In lemmate* cap. 19. l. 4. *Celsi.* De ventris fluxu. *Plin.* l. 2. c. 43. Ventus non aliud intelligitur, quam fluxus aeris. *a current of air.* *Al. leg.* fluctus. *Id.* l. 9. c. 25. Fluxus gravidarum utero sistens. *Id.* lib. 23. cap. 1. *a med.* Picem meminisse debemus non aliud esse, quam combustæ resinæ fluxum. ¶ Translate *Senec.* ep. 52. *a med.* Impudicum et incessus ostendit, et manus mota, et relatus ad caput digitus, et fluxus oculorum. *Tertull. de Pall.* c. 4. *a med.* Mæandrico fluxu delicatam vestem humi protrahere.

FLUXUS, a, um, *flowing, running*, ῥευστὸς, qui fluit. *Plin.* l. 9. c. 38. *de purpuris.* Capi eas post canis ortum, utilissimum; quoniam cum cerificavere, fluxos habent succos. *Apul. de Mundo.* Elementa arida, atque fluxa, glacialia, et ignita. ¶ Translate *Tacit.* 2. *Hist.* c. 99. Lentum et rarum agmen, fluxa arma, segnes equi. *h. e.* quasi fluentia e manibus. *Sallust. in Catil.* c. 1. Divitiarum et formæ gloria fluxa atque fragilis est. *fleeting, transient.* et *in Jug.* c. 112. Res humanæ fluxæ et mobiles. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 19. Nihil rerum mortalium tam instabile et fluxum est, quam fama potentiæ. ¶ Fluxa fides est, quæ cito deficit. *unsteady, not to be depended upon.* *Sallust. in Jug.* c. 119. Fluxa fide uti. *to be treacherous.* *Plaut. Capt.* 2. 3. 79. fluxam fidem gerere. *Liv.* l. 28. c. 6. Fides fluxa et vana. *Id.* l. 40. c. 50. Veram pacem non fluxa, ut ante, fide Celtiberos fecisse. ¶ *Fluxus* etiam dicitur, qui defluxit, et decidit, vel qui prope est, ut decidat. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 22. Murorum neglecta, aut ævo fluxa cominus aggredi. ¶ Translate *Id.* 1. *Hist.* c. 21. Dum Galbæ fluxa auctoritas, Pisonis nondum coaluisset. *Id.* 6. *Ann.* c. 38. Fluxam senio mentem alicui objicere. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 2. et *ad Brut.* ep. 10. Res nostræ, ut in secundis, fluxæ; ut in adversis, bonæ. ¶ Sumitur et pro imbecillo, molli, enervi. *weak, feeble, languid.* *Tacit.* 2. *Hist.* c. 32. Germanos fluxis corporibus, mutationem soli cælique haud toleraturos. *Martial.* l. 5. epigr. 42. Spadone cum sis eviratior fluxo. ¶ Item pro laxo. *Sueton. in Cæs.* c. 45. Fluxiore cinctura cingi. *with a girdle that is slacker than those usually worn.* *Lucan.* l. 2. v. 362. Fluxos amictus adstringere. *hanging loose.* *Tacit. Ann.* 11. c. 31. Ipsa crine fluxo thyrsum quatiens. ¶ Translate pro remisso, languido, negligenti. *Sueton. in Tib.* c. 52. Drusus animi fluxioris, remissiorisque vitæ erat. *loose, dissolute.* *Tacit.* 3. *Hist.* c. 76. Duces non vigilias agere, non intuta mœnium firmare, noctu dieque fluxi, et amœna litorum personantes. *Sallust. in Catil.* c. 14. Animi molles, et ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. *pliant.* *Plin. in Paneg.* c. 33. Spectaculum non enerve, nec fluxum, nec quod animos virorum molliret et frangeret, sed quod ad pulcra vulnera, contemptumque mortis accenderet. *Gell.* l. 4. c. 20. *de oscitatione.* Indicium vagi animi, et alucinantis, et fluxæ atque apertæ securitatis. *h. e.* solutæ, et manifestæ confidentiæ. ¶ Passive *Apul.* l. 2. *Metam.* Fontanos latices de corporibus humanis fluxos crederem. ¶ Denique *fluxus* dicitur, qui humore fluit, manatque. *Lucret.* l. 6. v. 19. Fluxum pertusumque vas. *leaking, running out.* ¶ *Fluxi versus* dicuntur, qui soluto modo, et uberi metro vacillantes quatiuntur. *Diomed. Grammat.* l. 3. pag. 499. *Putsch.*

F O

FOCĀLE, is, n. *a bandage, or cravat, to keep the throat and neck warm*, προσγνάθιον, fascia, qua ægroti obvolvebant fauces, sive collum et aures: a *faux, faucis.* *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 254. ponas insignia morbi, Fasciolas, cubital, focalia. *Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Fascias, quibus crura vestiuntur, et focalia, et aurium ligamenta sola excusare potest valetudo. *Martial.* l. 14. epigram. 142. Hoc focale tuas asserat auriculas. ¶ *Cels.* l. 4. c. 2. *sub fin.* *Gell.* l. 11. c. 9. et *Martial.* l. 4. epigr. 41. et lib. 6. epigr. 41. qui *fauces* memorant *multa lana circumdatus*, focale intelligunt. Quare nihil dicunt, qui in loco *Horatii* allato legunt *fasciolas, cubitale, focalia* prima correpta, et a *focus* derivata, putantes, significari vestem, qua ægri ad focum uterentur.

FOCANĔUS PALMES, *a by-branch, or sprout*, [Italice *foccata*, ita vetustus interpres *Palladii*, quem Etrusci sermonis cultores suspiciunt, *Benedictus Del-Bene* tamen vertit *focugno.*] qui solet in bifurco medius prorepere: a *faux*, quod inter duo brachia, qua se dividit vitis, enatus velut fauces obsidet. Ita *Colum.* l. 4. c. 24. et lib. 5. c. 6. *ad fin.* et *Pallad. in Februar.* tit. 12.

FOCARĬUS, a, um, ad focum pertinens. *Focarius servus* est, qui circa focum ministrat, *a cook.* *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 9. leg. 1. *a med.* Caupones et stabularios æque eos accipimus, qui cauponam et stabulum exercent, institoresve eorum. Ceterum si quis opera mediastini fungitur, non continetur, ut puta atriarii, et focarii, et his similes. *Id.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. Instrumento putat contineri mulieres, quæ panem coquant: item molitores: item focariam et villicam. *Pompon. ibid.* leg. 15. Et in cauponia institores, et focaria. ¶ Volunt etiam amicam militis *focariam* dici, quia focum ei struit. *Imp. Antonin.* lib. 5. *Cod.* tit. 16. leg. 2. Donationis causa, focariæ tuæ nomine instrumentum emptionis esse conscriptum. ¶ *Focarius panis* dicitur ab *Isid.* l. 20. *Orig.* c. 1. qui in foco sub cinere coctus est.

FOCILLATĬO, onis, f. *Festus*: Focus, fomenta, focillationes, foculi a fovendo, id est calefaciendo dicta sunt.

FOCILLĀTUS, a, um, adject. *cherished, kept up*, fotus, recreatus, confirmatus. Translate *Sueton. in Aug.* c. 17. M. Antonii societatem semper dubiam et incertam, variisque reconciliationibus male focillatam abrupit.

FOCILLO, as, a. 1. *et* Focillor, aris, dep. 1. *to cherish, warm, refresh*, ἀναλαμβάνω, foveo, calefacio, recreo, instauro: a *focus.* *Senec. epist.* 13. *ad fin.* Pudet me sic tecum loqui, et tam levibus remediis te focillare. ¶ Translate *Varr.* apud *Non.* c. 7. n. 110. Non in commune spectant, sed suum diversi commodum focillantur. *h. e.* fovent, curant, student.

FOCĬLO, as, avi, atum, a. 1. idem quod focillo, foveo, θωπεύω. *Casaub.* derivat a faucibus, ut proprie sit ægras fauces apposita lana fovere. *Auct. Paneg. ad Pison.* quod *Lucano* tribuitur, v. 114. Sed miserum parva stipe focilat, ut pudibundos, &c. Ubi al. leg. *munerat.*

FOCŬLA, orum, n. τροφαὶ, nutrimenta ignis, teste *Nonio.* c. 1. n. 31. *Plaut. Pers.* 1. 3. 24. Intus ventris fumant focula. *Id. Capt.* 4. 2. 67. Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus. Alii rectius *foculos* intelligunt. Al leg. *coculis.* V. *Cocula.*

FOCŬLO, as, a. 1. est calorem foculo restituere, fo

vere. Ita *Non.* c. 1. n. 31. sed sine exemplo Latini Scriptoris.

FOCŬLUS, i, m. *a little hearth, small portable altar,* parvus focus: et metonymice parvus ignis. *Liv.* l. 2. c. 12. Dextram accenso ad sacrificium foculo injicit. *Cic. pro Dom.* c. 47. Bona Metelli consecravit, foculo posito in Rostris, adhibitoque tibicine. *Juvenal.* sat. 3. v. 262. patellas Jam lavat, et bucca foculum excitat. V. *Focula.* ¶ Item parvum vas coquinarium, ut *focus. a chafingdish. Plaut. Capt.* 4. 2. 67. Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus.

FOCUS, ci, m. *a hearth,* ἐσχάρα, id, quo ignis servatur: sive sit stabili loco in ædibus, sive qui possit quolibet circumferri. *Varr.* apud *Isid.* l. 20. c. 10. et *Fest.* a *fovendo* dictum putant. Sic *Ovid.* 6. *Fast.* v. 301. At focus a flammis, et quod fovet omnia, dictus. *Plin.* l. 19. c. 1. *a med.* Ardentes in focis conviviorum ex eo vidimus mappas. et lib. 18. c. 11. Offæ ferventi foco, vel fictili patina torrentur. *Tibull.* l. 1. el. 1. v. 4. Dum meus assiduo luceat igne focus. *Cic. de Senect.* c. 16. Sedere ad focum. *Horat. Epod.* 2. v. 43. Sacrum vetustis exstruat lignis focum. *Id.* l. 1. od. 9. v. 5. ligna super foco Large reponens. ¶ Per synecdochen dicitur de privatis domibus. *Horat.* l. 1. ep. 14. v. 2. Agellus habitatus quinque focis. *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 40. Certare pro aris et focis. *for the altars of the* Dii Penates *in the* Impluvium, *and of the* Lares *in the* Atrium; *for God and one's country. Id. pro Dom.* c. 40. Uniuscujusque vestrum sedes, aras, focos, deos penates subjectos esse libidini tribunitiæ. ¶ De ara, *an altar. Tibull.* l. 1. el. 9. v. 74. Nec prodest sanctis tura dedisse focis. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 637. Expedit esse deos, et, ut expedit, esse putemus. Dentur in antiquos tura merumque focos. Adde l. 4. *Metam.* v. 752. et 4. *Fast.* v. 935. *Propert.* l. 4. el. 5. v. 64. &c. [Quodnam sit discrimen inter aram et focum vel foculum statuere conatus est *Marinius Frat. Arval.* pag. 311. *et seq.* ibique multa docte et erudite disserens putat aram fuisse, quæ vel in publicis vel privatis templis ex quadrato plerumque lapide structa immobilis erat, focum vero vas ansatum ex creta vel ex metallo, quod et facillime transferri poterat, et vel aræ imponi, vel tripode sustineri solebat. Hinc negat, notissimam illam formulam *pro aris ac focis* ita esse interpretandam, ut voce *aris* religio, *focis* patria denotanda sit, cum, ut supra diximus, tam aræ quam foci et publice et privatim adhibiti passim fuerint. Ipse tamen fatetur, quandoque aram pro foco, et vicissim focum pro ara usurpatum fuisse a Latinis Scriptoribus. Num *Marinius* rem acu tetigerit, affirmare non ausim, licet, si loca auctorum, in quibus de focis sermo est, inter se comparemus, verosimilem esse illius conjecturam, quisque per se facile poterit existimare.] ¶ De rogo *Virg.* 11. *Æn.* v. 212. confusa ruebant Ossa focis, tepidoque onerabant aggere terræ. ¶ Pro vase ferreo, æneo, aut fictili, in quo cibi coquuntur, *Cato R. R.* c. 75. Panem in foco caldo sub testu coquito leniter. et cap. 76. Focum, ubi coquas, calfacito bene, et testum. (Adde cap. 10. et 11.) *Senec.* ep. 78. *ad fin.* Quia non circa cœnationem ejus tumultus coquorum est, ipsos cum obsoniis focos transferentium. hoc enim jam luxuria commenta est. Ne quis intepescat cibus, ne quid palato jam calloso parum ferveat, cœnam culina prosequitur. *a chafingdish. Petron. in Satyr.* c. 35. clibanum vocat. V. *Clibanus.* ¶ De igne aut flamma, *Propert.* l. 4. eleg. 9. v. 10. *de Caco.* Per tria partitos qui dabat ora focos. *Et eleg. ult.* v. 54. Exhibuit vivos carbasus alba focos. Priore loco est qui leg. sonos.

FODANS, antis, antique a *fodo* pro *fodio. Enn.* apud *Fest.* in *Sibinam.* Illyrici restant, sicis sibinisque fodantes. *h. e.* transfodientes, vulnerantes. Al. leg. *fodentes,* ut sit a *Fodo, is.*

FODĬCO, as, a. 1. *to pierce, bore,* νύττω, frequentat. a *fodio,* sed fere ponitur pro stimulare, pungere. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 51. Emamus, qui fodicet latus. *punch, push, jog.* Al. leg. *fodiat.* ¶ Per translationem pro angere, sive dolore afficere. *to sting, gall, vex. Cic.* 3. *Tuscul.* c. 16. Non est enim in nostra potestate, fodicantibus iis rebus, quas malas esse opinamur, dissimulatio vel oblivio. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 30. Eadem in usu, atque ubi periculum facias, aculeata sunt, animum fodicant.

FODĪNA, æ, f. *a pit, mine, quarry,* μέταλλον, locus, ubi quid effoditur. *Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 9. leg. 3. Si lapidicinas, vel aliqua metalla pupillus habuerit, vel si cretæ, argenti fodinas, &c. Sic *auri, ferri fodina,* quæ et junctis vocibus scribi solent.

FODĬO, is, odi, ossum, a. 3. *to dig, delve,* ὀρύττω, terram, aliudve quippiam eruo, effodio. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 65. Fodit: invenit auri aliquantum. *Plin.* l. 28. c. 2. Fodere fundamenta. *Plaut. Rud.* 2. 4. 19. puteum ferramentis. *Virg.* 1. *Georg.* v. 183. Aut oculis capti fodere cubilia talpæ. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. Scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur. *Terent. Heaut.* 1. 1. 16. Quin te in fundo conspicer fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique. *to dig, garden. Plaut. Pœn.* 5. 2. 59. Fodere hortum. *Liv.* l. 28. c. 3. Ager frugifer, argentum etiam incolæ fodiunt. *Plin.* l. 36. c. 24. Fodere e terra gypsum. *Sil.* l. 14. v. 359. fodere æquora remis. ¶ Significat etiam pungere, stimulare, transfodere, *to pierce, stab, goad, gall, prick,* νύττω. *Plaut. Men.* 5. 5. 48. At ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies. *Virg.* 6. *Æn.* v. 882. Seu spumantis equi foderet calcaribus armos. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 14. Pungit dolor: vel fodiat sane: si nudus es, da jugulum: sin tectus, resiste. *Martial. de Spectac.* epigr. 7. Vel domini jugulum foderat ense nocens. *Ovid. in Ibin,* v. 627. Sic tua conjectis fodiantur pectora telis. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 29. Hostem pugionibus fodere. ¶ Translate *Sil.* l. 5. v. 159. fodiant magnas quæ pectus in iras. *h. e.* ad iracundiam excitent, stimulentque. et lib. 7. v. 511. Patrum Saturnia mentes Invidiæ stimulo fodit. *Martial.* turpi sensu l. 7. *epigr. ult.* ¶ *Fodere latus,* et *fodere* absolute, est alicui latus leviter manu icere admonendi causa: quod præcipue fiebat a nomenclatoribus, cum salutationis officium alteri in via dictabant. *to push, punch, jog. Horat.* l. 1. ep. 6. v. 50. Mercemur servum, qui dictet nomina, lævum Qui fodiat latus, &c. *Terent. Hecyr.* 3. 5. 16. dic jussisse te. *Phid.* noli fodere: jussi. ¶ In infinito aliquando est quartæ conjugationis. *Cato R. R.* c. 2. Per ferias potuisse hortum fodiri. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* Seminaria commode fodiri possunt. *Plaut. Mil.* 2. 4. 21. Non possunt mihi minaciis tuis hisce oculi fodiri. *Ulpian. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 75. *ad fin.* Fossam fodiri, domum ædificari. [¶ Particip. *fodiens, fodiendus* apud *Claudian. de Consul. Prob. et Olyb.* v. 50. Sollicitis fodiens rimatur collibus aurum. *Hirt. de B. Alex.* c. 9. Dat centurionibus negotium, ut reliquis operibus intermissis, ad fodiendos puteos animum conferant.]

FODO, as, a. 1. pro fodio, is, dixere Veteres. *Fest.* Hinc *effodo, as,* legunt aliqui apud *Plaut. Capt.* 3. 5. 66. octonos lapides alii effodant. Al. *effodint* pro *effoderint.* V. *Effodio.* Hinc *Fodans, antis,* quod V. supra suo loco.

FŒCUNDUS cum derivatis, V. *Fecundus.*

FŒDĀTUS, a, um, *polluted,* pollutus. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 3. v. 93. Crines fœdati pulvere turpi. *Id.* 14. *Metam.* v. 190. Brachia tabo fœdata. ¶ Translate est contaminatus, violatus, corruptus, *contaminated, violated, spoiled. Cic. de Harusp. resp.* c. 15. Sanctissima sacella suffossa, incensa, inædificata, oppressa, summa denique turpitudine fœdata. *Virg.* 7. *Æn.* v. 575. fœdatique ora Galesi. *h. e.* cruentati, & cæsi. *disfigured, mangled. Tacit.* 3. *Hist.* c. 77. Julianus verberibus fœdatus, in ore ejus jugulatur. *Enn.* apud *Serv. ad Æn.* 3. v. 241. Ferro fœdati jacent. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 275. sine, fœdatum te funere pontus Expiet. *Tacit. Ann.* 4. c. 19. Fœdata per avaritiam victoria.

FŒDE, *basely, cruelly, foully, disgracefully,* turpiter, inhoneste, deformiter, flagitiose. *Liv.* l. 3. c. 51. Nova fama de Virginia adeo fœde ad libidinem petita motum accenderat. *Plaut. Trin.* 4. 1. 14. Absque te foret, distraxissent satellites tui me miserum fœde. *Id. Pers.* 2. 2. 48. Fœde servire. *Liv.* l. 25. c. 8. Tam fœde interempti. *Sallust. in Jug.* c. 33. Quam fœde, quamque inulti perierint vestri defensores. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 41. Ceteri crura brachiaque fœde laniavere. *Virg.* 10. *Æn.* v. 497. una sub nocte jugali Cæsa manus juvenum fœde. *Flor.* l. 1. c. 18. Legationem fœde, per obscenam turpemque dictu contumeliam, violare. *Liv.* l. 6. c. 1. Ad Alliam cum exitio urbis fœde pugnatum est. et lib. 2. c. 51. Fœdius inde pulsi, quam &c. *Cic.* 9. *Attic.* ep. 7. *circa med.* Causam fœdissime agere.

FŒDERATĬCUS, a, um, ad fœdera, vel fœderatos pertinens, ut fœderaticæ discussiones, fœderaticæ expensæ, *in novell. constitut. Justin.* 147. c. 2. et 148. c. 2.

FŒDERĀTUS, a, um, *confederate, leagued together, allied,* σύμμαχος, qui fœdere icto cum alio in societatem coivit. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 40. Siquis apud nos servisset ex populo fœderato. *Id. pro Arch.* c. 4. Siqui fœderatis civitatibus ascripti essent. *Id.* 6. *Verr.* c. 11. Mamertinorum fœderatum atque pacatum solum. *Id. pro Balb.* c. 8. Ut omnium beneficiorum nostrorum expertes faciat fœderatos. et *ibid.* Ut quibusdam populis sive fœderatis, sive liberis permittendum esse videatur. ¶ Fœderatæ Civitates, vel Fœderata Oppida erant, quæ cum populo Rom. amicitiam aliquo fœdere contraxerant, sed suis legibus, et magistratibus vivebant. Nam nullum aliud jus habebant, quam societatis et fœderis. Harum aliquæ erant omnino liberæ, aliquæ vectigales, aliquæ stipendiariæ. Deinde aliquæ erant fœderatæ fœdere seu jure Latii, ut Præneste, et Tibur; aliquæ fœdere Italico, ut Heraclea, Neapolis, Velia; aliquæ fœdere provinciæ Galliæ, ut Ravenna. Quælibet urbs fœderata suam rempubl. habebat ab aliis distinctam. Sed urbes fœderatæ provinciæ Galliæ minore erant libertate, et dignitate, quam Latii, et Italiæ. Nam præter suos magistratus communem Prætorem Romanum, vel Proconsulem habebant, qui imperium et jurisdictionem exerceret. V. *Sigon.* et *Panvin.*

FŒDĔRO, as, avi, atum, a. 1. fœdus facio, concilio. *Ammian.* l. 31. c. 4. (*al.* 12.) Cum fœderaretur concordia. et lib. 25. c. 7. (*al.* 24.) Fœderata pace. *Hieron.* ep. 6. *ad Florent.* Nascentes amicitias fœderemus reciprocis epistolis. *h. e.* firmemus.

FŒDIFRĂGUS, a, um, *breaking or violating, a league,* παράσπονδος, qui fœdera frangit. *Cic.* 1. *Offic.* c. 12. Pœni fœdifragi, crudelis Annibal. ¶ Ex *Gell.* l. 19. c. 7. videtur colligi, etiam *fœderifragus* dici posse.

FŒDĬTAS, atis, f. *ugliness, deformity, baseness, dishonour, foulness, filthiness,* αἰσχρότης, turpitudo, deformitas. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 50. *extr.* Multæ belluæ insectantes odoris intolerabili fœditate depellunt. *stench. Plin.* l. 36. c. 5. Hipponacti notabilis fœditas vultus erat. *Id.* l. 33. c. 6. *sub fin.* Fœditates cicatricum. *Id.* l. 11. c. 33. Fœditas, qua Sylla obiit. *Cic. Phil.* 12. c. 6. Cujus scelere in hac vestitus fœditate fuerimus. *h. e.* in sagis. Deforme enim erat (nisi belli legitimi causa intercederet) in Urbe sagis uti. *Liv.* l. 1. c. 28. *de Mettio quadrigis discerpto.* Avertere omnes a tanta fœditate spectaculi animos. *Cic.* 3. *Offic.* c. 29. *a med.* Si turpitudo in deformitate corporis habet aliquid offensionis, quanta illa depravatio et fœditas turpificati animi debet videri? *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Fœditas barbarismi ac solœcismi. *Liv.* l. 21. c. 58. Transeuntem Apenninum adeo atrox tempestas adorta est, ut Alpium fœditatem prope superaverit. *horridness.* Al. leg. *feritatem.*

FŒDO, as, avi, atum, a. 1. *to pollute, defile, foul, contaminate, disgrace, disfigure, mar, spoil,* μιαίνω, φθείρω, polluo, inquino, corrumpo. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 528. et *Virg.* 12. *Æn.* v. 99. Pulvere canitiem genitor, vultusque seniles Fœdat humi fusus. *Virg.* 3. *Æn.* v. 227. Harpyiæ contactu omnia fœdant immundo. et lib. 2. v. 502. Aras sanguine fœdare. *Plin.* l. 36. c. 23. Nulla tectoria eorum rimæ fœdavere. *Virg.* 11. *Æn.* v. 86. Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus ora. *Id.* 2. *Æn.* v. 241. obscenas ferro fœdare volucres. *h. e.* ferire. *Plaut. Amph.* 1. 1. 91. Fœdant et proterunt hostium copias. *Liv.* l. 3. c. 26. Fœdare agros. *to lay waste. Claudian. de VI. consul. Honor.* v. 538. aer assiduo noctem fœdaverat imbre. *Sallust. in fragm.* apud *Serv. ad Æn.* 2. v. 286. Nubes fœdavere lumen. ¶ Translate *Cato* apud *Plin.* l. 29. c. 1. Nos quoque dictitant barbaros, et spurcius nos, quam alios opicos, appellatione fœdant. *disgrace, dishonour. Plaut. Trin.* 3. 2. 30. Ut rem patriam, et gloriam majorum fœdarim meum. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 33. Vestis serica viros fœdat. *Id. de Germ.* c. 46. Peucini procerum connubiis mixtis, nonnihil in Sarmatarum habitum fœdantur. *Id.* 11. *Ann.* c. 6. Sordidis ministeriis fœdare eloquentiam. *Cic. in Pison.* c. 23. Romam ipsam fœdavit adventus tuus. *Id. de Harusp. resp.* c. 23. Domestici belli exstinctorem nefario scelere fœdavit. *h. e.* violavit, læsit. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 58. Si vobis non fuit cordi, hæc castra incorrupta et intemerata servari; at certe pollui fœdarique a Classico ne sinatis. et cap. 37. Egregia erga populum R. merita mox rebelles, fœdarunt. *Cic.* vertens *Æschyli* versus *Tuscul.* 2. c. 10. Qui me perenni vivum fœdat miseria. [¶ Particip. *fœdaturus* apud *Justin.* l. 29. c. 3. Videre se ait procellam magno cruoris imbre omnia fœdaturam.]

FŒDUS, a, um, *ugly, deformed, unseemly, unsightly, foul, loathsome, filthy, nasty,* αἰσχρὸς, μιαρὸς, turpis, maculosus, deformis, fœtidus, tæter, corruptus. *Quintil.* lib. 6. c. 3. *ante med.* Cum ipse fœdissimus esset, eum, contra quem aderat, ne faciem quidem liberi hominis habere dixit. (Adde *Terent. Eun.* 4. 4. 15. et *sequ.*) *Sallust. in Catil.* c. 55. Loca tætra, inculta, fœda, formidolosa. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 4. Fœda nigro simulacra fumo. *Id.* l. 1. sat. 5. v. 60. at illi fœda cicatrix Setosam lævi frontem turpaverat oris. *Id.* l. 2. sat. 3. v. 125. caput impexa fœdum porrigine. *Id. in ar. poet.* v. 392. homines victu fœdo deterruit Orpheus. *Plin.* l. 29. c. 4. Cimices fœdissimum animal. *Id.* l. 20. c. 16. Herba odoris fœdi. *Lucret.* l. 2. v. 401. Fœdus sapor. *Cic. in Pison.* c. 14. Immanissimum ac fœdissimum monstrum. *Liv.* l. 3. c. 32. Pestilentia fœda homini, fœda pecori. *Id.* l. 25. c. 7. et *Virg. Georg.* 1. v. 323. Tempestates fœdæ. *Liv.* l. 24. c. 47. *sub fin.* Fœdum incendium. *Ovid. Metam.* 9. v. 166. letiferam conatur scindere vestem: Qua trahitur, trahit illa cutem: fœdumque relatu, Aut hæret membris frustra tentata revelli; Aut laceros artus et grandia detegit ossa. *enough to make one startle with horrour.* ¶ Translate est inhonestus, turpis, pudendus, infamiam afferens. *base, shameless, disgraceful, vile, mean. Cic. Attic.* l. 15. ep. 10. Ludos vero non facere, quid fœdius? *Id. de Harusp. resp.* c. 24. Fœdior atque inquinatior in Pompeio accusando. *Id. Attic.* l. 8. ep. 11. *a med.* Nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil fœdius. *more shameful. Id.* 1. *Offic.* c. 34. Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. *Sallust. in Catil.* c. 19. Fœdum hominem a republica procul esse volebat. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 723. fuga fœda ducum. *base, dishonourable. Horat.* l. 3. od. 5. v. 14. Fœdæ conditiones. *Id.* l. 2. ep. 1. v. 236. scriptores carmine fœdo Splendida facta linunt. *Plin.* l. 18. c. 26. Fœda exprobratio. *a foul reproof. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 247. Fœdus pudor. *foul disgrace.* ¶ Aliquando ponitur pro crudeli simul, et turpi. *cruel, barbarous. Virg.* 7. *Æn.* v. 619. aversusque refugit Fœda ministeria. *h. e.* recludendi templum Jani, et belli indicendi. *Cic. in fin.* l. 7. *ad Attic.* Ego bellum fœdissimum futurum puto. *Terent. Eun.* 5. 5. 1. Facinus fœdum. *Liv.* l. 3. c. 69. Spoliati vulneratique in agris, fœdiora iis, quæ oculis subjiciebantur, nuntiabant. et lib. 23. c. 7. Æstu anima interclusa fœdum in modum exspirare. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 366. Fœdum vulnus. *h. e.* ingens, et horrendum. et lib. 1. v. 165. Fœda convivia. *h. e.*

in quibus humana caro infertur. *Flor.* l. 3. c. 5. *circa med.* Classem tempestas fœda strage laceravit. *boisterous, tempestuous.*

FŒDUS, eris, n. *a league, covenant, treaty,* σπονδὴ, pactio, fides, amicitia regum, et populorum lege et religione sancita. *Cic. de Senect.* c. 6. Cum sententia Senatus inclinaret ad pacem, et fœdus faciendum cum Pyrrho. *Justin.* l. 12. c. 3. Fœdus amicitiamque facere. *Cic. Phil.* 2. c. 35. Societatem fœdere confirmare. *Id. Agrar.* 1. c. 4. Agri, de quibus fœdere cautum est. *Id. pro Arch.* c. 4. Heraclea, quæ est civitas amplissimo jure ac fœdere. *Id.* 3. *Offic.* c. 31. Fœdere devincire fidem cum hoste. *Liv.* l. 26. c. 24. Fœdere jungi alicui. *Justin.* l. 24. c. 1. Alligari in fœdera societatis. *Virg.* 11. *Æn.* v. 330. firmare. et lib. 12. v. 822. jungere. et lib. 10. v. 902. pangere cum aliquo. et ibid. v. 15. componere. *Tibull.* l. 1. el. 10. v. 1. fœdera alicui dare. *h. e.* fœdere alicui fidem dare. *Cic. post redit. ad Quirit.* c. 5. sanguine sancire. *Virg. Æn.* 11. v. 292. coire in fœdera. et lib. 4. v. 334. venire in fœdera. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 2. Aliquem sibi societate et fœdere adjungere. *Liv.* l. 20. c. 19. Stare fœdere. *Sallust. in Jug.* c. 17. Fœdera nova accipere. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 641. servare. *Justin.* l. 43. c. 5. summa fide custodire. *Virg.* 10. *Æn.* v. 91. solvere. et lib. 12. v. 633. turbare. *Vellei.* l. 2. c. 90. rescindere. *Cic. pro Balb.* c. 5. *extr.* negligere, violare, rumpere. *Id. in Pison.* c. 12. frangere. *Id. pro Balb.* c. 4. Facere contra fœdus. *Cato* apud *Gell.* l. 10. c. 1. *extr.* De fœdere decedere. *to go off from. Plin.* l. 34. c. 5. Præstare aliquid ex fœdere. *according to agreement. Liv.* l. 20. c. 10. Res repetere ex fœdere. et cap. 18. Licet per fœdus hoc facere. ¶ *Icere, percutere, ferire fœdus* apud *Cic. pro Balb.* c. 15. et *pro Dom.* c. 50. et *Justin.* l. 42. c. 3. est facere, quia cæsa victima mos fuit fœdus jungere: cujus rei rationem, ac ritum habes apud *Liv.* l. 1. c. 24. et lib. 9. c. 5. et *Virg.* 12. *Æn.* v. 161. *et sequentib.* ¶ Tria fuere apud Romanos fœderum genera: primum inter victores, et victos, in quo his leges ab illis imponebantur: alterum inter pares, in quo leges et imponebantur, et accipiebantur: tertium inter eos, qui nunquam bostes fuerant, aut bello pares exstiterant, in quo utrinque pari jure societas et amicitia jungebatur. ¶ Alia fœderum genera, *pactio, sponsio,* et *fœdus* proprie dictum: de quibus V. in *Pactio.* Sed hæc communi *fœderis* significatione non raro denotantur. nam sponsionem Caudinam *Cic.* 2. *de Invent.* c. 30. *Gell.* l. 17. *c. ult. a med.* et *Florus* l. 2. c. 18. vocant *fœdus.* item Numantinam l. 3. *Offic.* c. 30. ¶ Translate dicitur de privatis cujuscunque rei pactionibus. *a bargain, stipulation, agreement. Cic.* 2. *de Fin.* c. 26. Fœdus quoddam inter se facere sapientes, ut quemadmodum sint in se ipsos animati, eodem modo sint erga amicos. *Id. pro Cœl.* c. 14. Fœdera amorum. *Justin.* l. 7. c. 3. Pignus ac fœdus hospitii. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 6. v. 1. amicitiæ. *Id.* 7. *Metam.* v. 403. thalami. *h. e.* conjugium, quod *Stat.* fœdera vitæ l. 2. *Theb.* v. 112. appellat: et fœdera, absolute, *ibid.* v. 166. Rursus *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 13. v. 43. communia fœdera studii. ¶ Item de lege et ordine certo rerum. *a firm order, settled decree. Virg.* 1. *Georg.* v. 60. Continuo has leges, æternaque fœdera certis Imposuit natura locis. *Id.* 1. *Æn.* v. 66. regemque dedit (*ventis*) qui fœdere certo, Et premere, et laxas sciret dare jussus habenas. *Colum.* l. 10. v. 220. secretaque fœdera cæli. ¶ *Fœdus* pro fœditate. *Ulpian. Dig.* lib. 23. tit. 2. leg. 47. Nec enim honos ei servatur, quæ se in tantum fœdus deduxit. Ita *Torrentin.* Al. *scelus.*

FŒLIX. V. *Felix.*

FŒMEN. V. *Femur.*

FŒMĬNA, &c. V. *Femina.*

FŒNARĬUS, a, um, *of hay,* χορτώδης, ad fœnum pertinens. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 31. Fœnariæ falces. *scythes.* [¶ Fœnarii dicebantur, qui fœnum in fœnilibus adservatum divenderent, quorum in urbe corpus erat constitutum. Apud *Gruter.* pag. 175. n. 9. M. Ulpius Aug. L. Æglus Proc. Mausolei imaginem Corintheam Trajani Cæsaris Colleg. Fœnarior. D. D.]

FŒNĔUS, a, um, adject. *made of hay. Cic. pro Cornel. de Majest.* apud *Ascon. Ped.* Homines fœneos in medium ad tentandum periculum projectos. ¶ Erant autem homines fœnei simulacra ex fœno facta ad irritandos tauros in spectaculis.

FŒNICULARĬUS, a, um, adject. ad fœnum pertinens. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 8. Utrum Cæsar in fœnicularium, an in Martium campum cogitet. *Manut.* putat, ita appellari a *Cicerone* campum Martium cum irrisione, quod imperante Cæsare, nulla jam esset Comitiorum auctoritas, et videretur fœno dumtaxat gignendo inservire. *Lipsius Elect.* l. 2. c. 20. ex *Strabone* contendit, Fœnicularium locum esse in Hispania, ubi fortasse Cæsar castra habebat. Alii aliter.

FŒNICŬLUM, i, n. *fennel,* μάραθρον, herbæ species. *Plin.* l. 20. c. 23. Fœniculum nobilitavere serpentes, gustatu senectam exsuendo, oculorumque aciem succo ejus reficiendo: Unde intellectum est, hominum quoque caliginem præcipue eo levari.

FŒNĪLE, lis, n. *a hay-loft, place for keeping hay,* χορτοδοχεῖον, locus, in quo asservatur fœnum. *Virg.* 3. *Georg.* v. 321. Nec tota claudas fœnilia bruma. Adde *Plin.* l. 18. c. 28. et *Colum.* l. 1. c. 6.

FŒNISĔCA, æ, m. idem ac fœnisex. *Colum.* l. 2. c. 18. Ut necubi ferramentum fœnisecæ possint offendere. ¶ *Pers.* sat. 6. v. 40. fœnisecas pro rusticis usurpat.

FŒNISECĬA, *seu* Fœnisicia, æ, f. idem ac fœnisecium. *Varr. de R. R.* l. 1. c. 49. Atque addere fœnisiciæ cumulum. Adde cap. 47. et 56.

FŒNISECĬUM, *vel* Fœnisicium, cii, n. *the cutting of hay, hay-harvest,* χορτοκοπία, fœni sectio, et veluti messis fœni. *Colum.* l. 2. c. 18. Altero tamen anno minora pecora post fœnisecia permittemus admitti. *Varr. R. R.* l. 1. c. 17. Vindemias ac fœnisicia administrare. Adde lib. 2. c. *ult.* et lib. 3. c. 2. et lib. 4. *de L. L.* c. 31.

FŒNISECTOR, *vel* Fœni sector, oris, m. fœnisex. *Colum.* l. 11. c. 1. *ante med.* Arator reperitur aliquis bonus, et optimus fossor, aut fœnisector.

FŒNĪSEX, cis, m. *a cutter of hay, mower,* χορτοκόπος, qui fœnum secat. *Plin.* l. 18. c. 28. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœnisex incedebat. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 49. Falcibus consectanda, quæ fœniseces præterierunt.

FŒNUM, *et* Fenum, i, n. *hay,* χόρτος, herba resecta et arefacta in pabulum. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 57. Docebo sus, ut aiunt, oratorem eum, quem cum Catulus nuper audisset, fœnum alios aiebat esse oportere. ¶ Fœni secandi et condendi rationem docent *Varr.* l. 1. *R. R.* cap. 49. *Colum.* l. 2. cap. 19. et *Plin.* lib. 18. cap. 28. ¶ In plurali num. *Apul.* l. 3. *Metam. in fin.* In asini faciem fœna rodebam. *Al. leg.* frena. ¶ *Fœnum habet in cornu,* proverb. apud *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 34. de iis, qui ad ulciscendum paratissimi sunt, si vel minime lædantur: *he is a mischievous person:* tractum a bobus cornupetis, quorum in cornu bubulci manipulum fœneum alligare solent, ne ictu noceant, et obvii ad cavendum admoneantur. ¶ *Fœnumgræcum,* et *fœnum Græcum* herba est, alio nomine silicia, aut siliqua, quæ in pabulum bubus seritur, levi aratione proscisso agro: quantoque pejus tractatur, tanto provenit melius. *the herb fenugreek. Plin.* l. 18. c. 16. et *Colum.* l. 2. c. 11. *a med.* ¶ Ad scriptionem quod attinet, per diphthongum *æ* scribi in *Pandect. Florentin.* testatur *Dausqu. in Orthog.* Sunt etiam qui *fenum* malunt, ut sit ab eadem origine, unde *fecundus,* et *fetus,* inter quos est *Fest.* in *Fenus.* Frequentior tamen est ea scriptio, qua *œ* adhibetur, teste eodem *Dausquio.*

FŒNUS, oris, &c. V. *Fenus.*

FŒTĔO, *vel* Feteo, es, n. 2. *to smell foul, have an offensive smell, stink,* δυσωδέω, male oleo. *Martial.* l. 5. epigram. 4. Fœtere multo Myrtale solet vino. *Plaut. Asin.* 5. 2. 44. An fœtet anima uxori tuæ? [*Colum.* l. 9. c. 14. Abstineat fœtentibus acrimoniis allii, vel cæparum. ¶ Translate *Plaut. Cas.* 3. 6. 7. Fœtet mihi tuus sermo.]

FŒTIDĬTAS, atis, f. idem ac fœtor. *Senec.* ep. 110. *a med.* At mehercule ista solicite scrutata, varieque condita, cum ventrem subierint, una atque eadem fœtiditas occupavit. Meliores tamen libri habent *fœditas.*

FŒTĬDO, as, a. 1. fœtidum reddo. *Plaut. Merc.* 3. 3. 13. Jejunitatis plenus animam fœtidas. Ita legit *Non.* c. 4. n. 2. Alii: Jam plenus ætatis, animaque fœtida.

FŒTĬDUS, a, um, *fetid, stinking, rank, frowzy,* δυσώδης, male olens. *Cic. in Pison.* c. 6. Et cum isto ore fœtido tæterrimam nobis popinam inhalasses. *Cels.* l. 3. c. 2. Fœtidiores dejectiones. ¶ Translate *Prudent.* περὶ στεφ. 3. *de S. Laurent.* v. 245. Fœtida libido.

FŒTOR, oris, m. *a stink, rank or offensive smell,* δυσωδία, malus odor. *Colum.* l. 12. c. 18. Ne quem redoleat fœtorem acoremque. *Plin.* l. 28. c. 8. Fœtores oris emendare.

FŒTULENTER, adverb. cum fœtore, ut fœtulenter mingere, *Veget.* l. 3. c. 4.

FŒTULENTUS, a, um, adject. fœtidus. *Arnob.* l. 7. pag. 225. Fœtulenta viscera. *Apul. in Apolog.* Nihil immundum pati ac fœtulentum.

FŒTUS, us, &c. } V. *Fetus.*
FŒTUS, a, um, }

FŒTUTĬNUS, a, um, fœtulentus, fœtidus. *Apul. in Apolog.* Lingua mendaciorum præministra semper in fœtutinis et olenticetis suis jaceat. [*Fœtutinus, a, um, &c. Delenda omnia et reponendum*

* FŒTUTĬNA, æ, f. *a sink,* locus fœtore oppletus. *Non.* cap. 1. n. 320. Moletrina a molendo, quod pistrinum dicimus; ut feratrina, ut fœtutina. ¶ Translate *Apul. in Apol.* Lingua mendaciorum præministra semper in fœtutinis et olenticetis suis jaceat. *Gellius* ex persona *Probi Valerii* l. 13. c. 20. *init.* Si aut versum pangis, aut orationem solutam struis, non finitiones illas prærancidas, neque fœtutinas grammaticas spectaveris; sed aurem tuam interroga. *h. e.* ineptas grammaticorum leges.]

FOLIACĔUS, a, um, *of, or like, leaves, foliaceous,* φυλλινος, ex foliis factus, vel foliis similis. *Plin.* l. 19. c. 7. Paucis foliacea, et lata, ut atriplici, sunt semina. Adde cap. 3.

FOLIATĪLIS, le, adject. *of leaves. Fortun.* l. 4. *de vit. Mart.* v. 535. Vento motus iners simulans foliatilis umbræ.

FOLIATŪRA, æ, f. *the order, or texture, of leaves, foliage,* ratio, et modus foliorum. *Vitruv.* l. 2. c. 9. *a med.* Arboris ejus sunt similes cupresseæ foliaturæ.

FOLIATUS, a, um, *leaved, having leaves,* folia habens. *Plin.* l. 21. c. 16. *extr.* Caule foliato est et crepis, et lotos. Adde cap. 15. et *Pallad.* l. 4. tit. 10. *de citreo, sub fin.* ¶ *Foliatum,* i, subaudi *unguentum,* est unguenti genus, constans omphacio, balanino, junco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo, ut *Plin.* l. 13. c. 1. *ad fin.* docet. *a precious ointment made of the leaves of spikenard.* Dicitur *foliatum* a folio nardi: unde et *nardinum* appellatur. V. *Folium* in fin. *Juvenal.* sat. 6. v. 464. Mœchis foliata parantur. Adde *Martial.* l. 11. epigr. 28. ¶ *Foliata sitis* apud *Martial.* l. 14. epigr. 110. est ejus, qui foliatum sitit. nam et in potus unguenta addere, aliquando mos fuit, teste *Plin.* l. 13. c. 3. *sub fin.*

FOLIŌSUS, a, um, *leafy, full of leaves,* φυλλώδης, foliis abundans. *Plin.* l. 25. *c. ult.* Aizoum fruticosum a radice, et foliosum usque ad cacumen. *Id.* lib. 12. cap. 11. Arbor foliosior, roseique floris.

FOLĬUM, lii, n. *the leaf of a tree, herb, or flower,* φύλλον, germen arborum, herbarum, et florum: a Græca voce, quæ allata est, quia duobus λλ concurrentibus Latini interdum posterius in *i* mutant, ut ἄλλος, alius. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 46. Quid in arboribus? in quibus non truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam, conservandamque naturam. *Id. in Pison.* c. 40. Arida folia laureæ. *Plin.* l. 16. c. 24. Latissima folia fico, angusta myrto, capillata pino, aculeata aquifolio, carnosa cupresso, circinata piro, mucronata malo, angulosa hederæ, insecta pectinum modo piceæ, sinuosa robori: disposita myrto, concava buxo, inordinata pomis, ramulosa ulmo. *Id.* l. 19. c. 5. Raphani folia angulis horrida. *Id.* l. 25. *c. ult.* pinguia, alia in terram convexa, alia stantia. *Id.* l. 21. c. 15. *sub fin.* fimbriata. *Id.* l. 26. c. 8. multis incisuris. *Id.* l. 16. c. 23. Populo nigræ folia in juventa circinatæ rotunditatis sunt, vetustiora in angulos exeunt. *Id.* l. 18. c. 7. faseolis venosa. ¶ *Pluma et folio facilius moveri, to be blown about by every wind,* proverbialis locutio apud *Cicer.* 8. *Attic.* ep. 15. de homine levissimo, et minime constanti. ¶ Translate *Apul.* l. 1. *Metam.* Folia sunt artis, et nugæ meræ. *h. e.* res vanæ, et nullius pretii. *Juvenal.* sat. 8. v. 126. Credite me vobis folium recitare Sibyllæ. *h. e.* rem certam proponere. Sibylla enim oracula sua foliis inscribebat, ut est apud *Virg.* 3. *Æn.* v. 444. et lib. 6. v. 74. et *Varr.* apud *Serv. ibid.* In foliis palmæ interdum notis, interdum scribebant sermonibus. ¶ Dicitur et de chartis, *a leaf of a book. Plin.* l. 37. c. 7. *a med.* Gemmas a sole excalfactas, aut digitorum attritu paleas, et chartarum folia ad se rapere. Ita *Harduin.* ex MSS. Al. leg. *fila.* ¶ *Folium nardi* frutex est gravi et crassa radice, sed brevi ac nigra, fragilique, quamvis pingui, situm redolente, ut cyperi, aspero sapore, folio parvo densoque: cacumina in aristas se spargunt: ideo gemina dote nardi spicas et folia celebrant. *spikenard.* Usum habet in unguentis, ac præsertim in eo, quod *foliatum* dicitur. *Plin.* l. 12. c. 12.

FOLLĔO, es, n. 2. *to bag or belly out,* more follis laxus sum. *Hieron.* ep. 22. *ad Eustoch.* c. 12. *a med.* Si pes laxa pelle non folleat. V. vocem sequent.

FOLLĬCANS, antis, more follium se contrahens, dilatansque. *Apul.* l. 9. *Metam.* Muli senes, circa præsepium capita demersi, contruncabant moles palearum, cervice cariosa vulnerum putredine, follicantes nares languidas assiduo pulsu tussedinis hiulci. *Tertull. de Pall.* c. 3. Chamæleon oscitans vescitur, follicans ruminat: de vento cibus. *Hieron.* ep. 22. *ad Eustoch.* c. 15. Laxæ manicæ, caligæ follicantes. *loose, bagging out. h. e.* in quibus pes vagus natat, ut ait *Ovid.* l. 1. *de ar. aman.* v. 516.

FOLLICULĀRIS, re, adject. Folliculare appellatur pars remi, quæ folliculo est tecta: a quo vita follicularis. Hæc *Festus,* quibus videtur significare partem remi pelle munitam, qua scalmo incumbit: quam Græci ἄσκωμα appellant, *Hesychio* teste: vel lorum, quo remus scalmo alligatur. Et *vitam follicularem* videtur intelligere eorum, qui remo sunt addicti.

[*FOLLICULŌSUS, a, um, adject. folliculis plenus. *Apul. de herb.* c. 53. Papaver silvestre, folliculosum. Mecona Latini papaver dicunt. Ejus alia est usualis, quæ etiam folliculosa vocatur: alia agrestis. Alii legunt *follicosum* et *follicosa* eodem sensu.]

FOLLICŬLUS, li, m. θυλάκιον, diminut. a *follis,* et generatim accipitur pro omni eo, quod turgidum est, et laxum in morem follis: speciatim pro majore pilæ genere, quod ex aluta conficitur, et solo vento impletur, quod tamen *follis* frequentius appellatur, *a ball for playing with, made of inflated leather. Sueton. in Aug.* c. 83. Post bella civilia ad pilam folliculumque transiit. ¶ Item pro sacculo, et sæpe pro sacco coriaceo. *a little bag of leather. Liv.* l. 9. c. 13. *ad fin.* Eques in castra folliculis frumentum vehere. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 13. et *Cic.* 2. *de Invent.* c. 50. Statim folliculo lupino os obvolutum est. ¶ Translate dicitur de thecis, seu siliquis frumenti, leguminum, et cujuslibet alterius rei, quæ granum, aliudve quippiam continet involutum, *the husk, shell, pod, case, follicle. Colum.* l. 2. c. 8. Quoniam folliculum, quo continetur, firmum et durabilem adversus longioris temporis humorem habet. *Senec. ep. ult.* Folliculus spicæ. *Petron. in Satyr.* c. 135. Dentibus folliculos fabæ perite spoliare. *Varr.* l. 1.

R. R. c. 48. Gluma est grani folliculus. *et ibid.* Folliculus fici. *Plin.* l. 24. c. 9. Semen genistæ in folliculis, faseolorum modo, nascens. et cap. 8. Humor in folliculis ulmi nascens cuti nitorem inducit. *Id.* l. 30. c. 12. Folliculus fellis animalium. *Serv. ad* 3. *Georg.* v. 136. folliculum muliebrem appellari ait vulvam, qua fetus continetur. ¶ Pro corpore, quo continetur anima, vel pro cute, qua ipsum corpus involvitur, *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 327. Ego, si quis sum, et quo folliculo sum indutus, non queo.

FOLLIS, is, m. *a pair of bellows*, φῦσα, instrumentum, quo attrahitur ventus atque emittitur ad ignem excitandum: a sono, quem sufflando edit. *Cic. de nat. Deor.* l. 1. c. 20. Formæ, quas vos effici sine follibus, et sine incudibus non putatis. *Virg.* 4. *Georg.* v. 171. alii taurinis follibus auras Accipiunt, redduntque, alii stridentia tingunt Æra lacu. *Id.* 8. *Æn.* v. 449. ventosi folles. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 19. conclusas hircinis follibus auras. *Pers.* sat. 5. v. 11. Folle ventos premere. ¶ Item pilæ genus omnium maximum, constans ex aluta vento inflata, quod etiam hodie Italis plurimo est in usu, ita dictum, quod instar fabrilis, vel coquinarii follis vento turget, *a ball for playing with, made of inflated leather.* *Martial.* l. 14. epigr. 47. Folle decet pueros ludere, folle senes. *Plaut. Rud.* 3. 4. 16. Ego te follem pugillatorium faciam. ¶ Quandoque accipitur pro marsupio, receptaculoque nummorum, ex pelle aut corio confecto, *a bag, purse.* *Juvenal.* sat. 14. v. 281. et tenso folle reverti Inde domum possis. *h. e.* pleno sacculo. *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 20. auctor est, ex disciplinæ militaris consuetudine decem folles, hoc est, decem saccos, per singulas cohortes solere disponi, in quibus militum pecunia condebatur. [¶ Pro ipsa tandem pecunia cœpit accipi, et ad æs, argentum, atque aurum significandum adhiberi. *Lamprid. in Heliogab.* c. 22. Cum haberet in sorte centum aureos, et mille argenteos, et centum folles æris. *Augustin. de civ. Dei*, l. 22. c. 8. *a med.* Quasi a martyribus quinquaginta folles, unde vestimentum emeret, petivisset. *Id. advers. Crescent.* l. 3. c. 29. Populo dedit viginti folles. *Id. ibid.* Grandem piscem trecentis follibus vendidit. De follis valore *V. Gronov. de pecun. vet.* 4. 13. et 16. ¶ Follis etiam pulvillus dicebatur, qui sedentibus subjectus, non tomento aut pluma inferciebatur, sed vento inflabatur. *Lamprid. in Heliogab.* c. 25. Vilioribus amicis folles pro accubitis sternebat, eosque reflabat prandentibus illis, ita ut plerumque subito sub mensis invenirentur prandentes.] ¶ Translate *Juvenal.* sat. 7. v. 111. *de causidicis.* Tunc immensa cavi spirant mendacia folles. *h.e.* pulmones, vel buccæ et fauces magno spiritu causas perorantes. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 4. *circa med.* Ventris duo sunt orificia, quorum superius recipit devorata, et in follem ventris recondit.

FOLLĪTIM, adverb. q. d. cum folle. *Plaut. Epid.* 3. 2. 15. Nihil moror vetera et vulgata verba, peratim ductare; et ego follitim ductitabo. Est autem *follitim ductitare*, argento circumducere, quod in folle gestatur. Al. aliter leg. et interpretantur.

FOLUS, antiqui dicebant pro holus. *Fest.* in *Fedum.* V. *Digamma.*

FOMENTATĬO, onis, f. idem ac fomentum. *Ulpian. Dig.* l. 32. leg. 68. Ne ea quidem, quæ fomentationis gratia parata sunt, vel medicinæ, lanarum appellatione continentur.

FOMENTO, as, avi, atum, a. 1. *to warm, comfort, cherish, foment*, fomenta admoveo, foveo. *Veget.* l. 2. *Rei Veterin.* c. 8. Caput fomentando vaporare. *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 1. c. 9. Caput oleo fomentare.

FOMENTUM, ti, n. *a fomentation, application to assuage pain*, θάλψις, calefactio, nutritio: a fovendo. Hinc apud Medicos *fomenta* dicuntur applicationes rerum calidarum et humidarum ad partes corporis læsas, medendi gratia. *Cels.* l. 2. c. 17. *a med.* Fomenta calida. *Colum.* l. 6. c. 30. Adhibere fomenta. ¶ Translate ponitur pro remedio, et mitigatione. *a consolation, mitigation.* *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 24. *extr.* Hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum. *Apul.* lib. 2. *Metam.* Paupertati suæ fomenta conquirere. ¶ Item pro alimento et pabulo. *Horat.* l. 1. ep. 3. v. 26. frigida curarum fomenta relinquere. ¶ Et pro fomite ad alendum ignem. *fuel.* *Clodius* apud *Serv. ad Æn.* 1. v. 180. Se ex arboribus fomenta excidisse.

FOMES, itis, m. *fuel, coal, wood*, ὑπέκκαυμα, materia arida, idonea ut facile ignescat: a *foveo*, quia ignem fovet, et alit. *Virg.* 1. *Æn.* v. 178. silici scintillam excudit Achates, Suscepitque ignem foliis, atque arida circum Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam. *Lucan.* lib. 8. v. 776. Excitat invalidas admoto fomite flammas. *Plin.* l. 16. c. 11. *ante med.* Teritur lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis, fungi, vel foliorum facillimo conceptu. ¶ Translate *Gell.* l. 15. c. 2. Fomitem esse quendam dicens et incitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagraret. *Prudent. in Apoth.* v. 1010. fomes peccati. ¶ Quidam apud *Fest.* putant, fomenta vocari scintillas, quæ ex ferro candenti malleis excutiuntur.

FONS, fontis, m. *a fountain, spring, well, fount*, πηγὴ, κρήνη, locus, unde perennis aqua erumpit, et ipsa aqua jugis erumpens. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 26. Fons, unde funditur e terra aqua viva. *Cic.* 6. *Verr.* c. 53. Fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium. *Id. in Top.* c. 8. Rivorum a fonte deductio. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 41. Magnus fons sub oppidi murum prorumpebat ab ea parte, &c. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 49. Fontes celeriter æstibus exarescunt. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 788. flumina fontis. *h. e.* aquæ currentes. *Id.* 5. *Fast.* v. 210. hortus liquidæ fonte rigatur aquæ. *Horat.* l. 4. od. 14. v. 45. Nilus, qui fontium celat originem. *Id. Epod.* 2. v. 27. Fontesque lymphis obstrepunt manantibus: Somnos quod invitet leves. *Id.* l. 1. od. 26. v. 6. Fontes integri. *Lucan.* l. 4. v. 266. largi. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 553. Fons nitidus. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 791. fecundus. et lib. 15. v. 550. gelidus. et lib. 3. v. 407. illimis, nitidis argenteus undis. et vers. 161. tenui perlucidus unda. *Horat.* l. 3. od. 13. v. 1. splendidior vitro. *Lucan.* l. 10. v. 40. Nilum a fonte bibere. et vers. 279. Nilum de fonte bibere. ¶ Per synecdochen dicitur de aqua. *Virg.* 12. *Æn.* v. 119. fontemque ignemque ferebant. *Lucan.* l. 5. v. 336. si cuncta minentur Flumina, quos miscent pelago, subducere fontes. ¶ Translate est origo, principium, causa, unde quippiam abunde suppetit. *the fountain, principal head, origin, or source of any thing.* *Plaut. Trucul.* 2. 7. 50. Meo ne hero tu, improbe, male dicere audes, fons vitii et perjurii? *Petron. in Satyr.* c. 24. O hominem acutum, atque urbanitatis vernulæ fontem! *Cic.* 2. *de Orat.* c. 27. Tardi ingenii est, rivulos consectari, fontes rerum non videre. *Id. ad Brut.* ep. 10. Sceleratissimorum consiliorum fontes aperire. *Id.* 1. *de Orat.* c. 10. Greges philosophorum ab illo fonte et capite Socrate. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 3. *extr.* Fontes philosophiæ. *Quintil.* l. 6. c. 1. *ad fin.* eloquentiæ. *Plin.* l. 17. c. 5. Fons ingeniorum Homerus. *h. e.* unde omnes hauriunt discendi causa. *Cic. in fragm.* apud *Lactant.* l. 3. cap. 16. Omnis justorum disputatio uberrimos fontes virtutis et scientiæ continet. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 19. Hæc omnia ex eodem fonte fluxerunt. *Id.* 2. *de Orat.* c. 11. Ex his fontibus omnia ornate dicendi præcepta sumuntur. *Flor.* l. 3. c. 6. *a med.* Cilicia origo et fons belli. *Lucret.* l. 3. v. 82. Fons curarum est timor. *Horat. in ar. poet.* v. 309. Scribendi recte sapere est et principium et fons. et vers. 52. verba quæ Græco fonte cadunt. *Id.* l. 3. od. 6. v. 19. Hoc fonte derivata clades Inque patres, populumque fluxit. *Liv.* l. 39. c. 15. *a med.* Is fons mali hujusce fuit. *Horat.* l. 2. sat. 4. *extr.* fontes ut adire remotos, Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ. *Juvenal.* sat. 10. v. 119. Largus et exundans ingenii fons. *h. e.* vis, copia, flumen. *Plin.* l. 4. ep. 13. *ad fin.* Altius aliquid, et quasi a fonte repetere. *h. e.* ab origine prima. *Justin.* l. 13. c. 6. Placebat bellum in Macedoniam transferri, ad ipsum fontem et caput regni, ubi Olympias esset, mater Alexandri. Adde *Liv.* l. 27. c. 4. ¶ In ablativo etiam *fonti* pro *fonte* dici posse, colliges ex *Varr. cap. pænult.* l. 8. *de L. L.*

FONTĀLIS. V. *Fontanalis.*

FONTANALĬA, *seu* Fontinalia, um, feriæ erant fontibus dicatæ circa Id. Octobr. quibus et coronæ in fontes conjici, et putei coronari solebant. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. et *Festus.*

FONTANĀLIS, *seu* Fontinalis, e, adject. fontanus. *Vitruv.* l. 8. c. 3. Fontanalis aqua. *Fest.* Fontinalis porta Romæ. *h. e.* Capena, juxta quam fontis delubrum fuit: et supra eam rivus defluebat aquæ Marciæ, ut est apud *Frontin. de aquæduct.* art. 19. ¶ *Fontinalis* substant. pro Deo fontium. *Plaut. Stich.* 5. 4. 17. Utrum Fontinali, an Libero imperium te inhibere mavis. Est qui legit *Fontali*, quod improbat *Taubman.*

FONTANĔUS, a, um, adject. idem ac fontanus. *Solin.* c. 37. (*al.* 50.) *extr.* Enydros (*gemma*) exsudat, ut clausam in eo putes fontaneam scaturiginem.

FONTĀNUS, a, um, *of a fountain or spring*, πηγαῖος, qui ex fonte est. *Colum.* l. 12. c. 9. Et aqua fontana quam recentissima refrigerare. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 269. Ora fontana. *h. e.* fontium scaturigines. [¶ *Magistri fontani* leguntur apud *Fabrett.* pag. 332. n. 495. quo nomine fontium curatores significantur.]

FONTEIĀNUS, a, um, ad Fonteium pertinens, quod est nomen propr. civis R. ut Fonteianum nomen, *Cic. de Harusp. resp.* c. 27. Fonteianus ager, *Inscript.* apud *Fabrett.* c. 1. p. 10.

FONTICŎLA, æ, qui ad fontem habitat. *Augustin.* l. 3. *de Music.* c. 7. Ite igitur Camenæ, Fonticolæ puellæ.

FONTICŬLUS, li, m. *a little fountain*, πηγίδιον, diminut. parvus fons. *Plin.* l. 31. c. 10. Exsiliente dulci fonticulo. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 56. Ex fonticulo sumere.

FONTIGĔNÆ, arum, Musæ, Nymphæ, quod circa fontes libenter habitent, vel ex fontibus ortum trahant. *Martian. Capell.* l. 6. carm. 1. O sacra doctarum prudentia fontigenarum. Et lib. 9. pag. 308. Fontigenarum virginum chorus. *fountain-born.*

FONTĬGER, ra, rum, fontem habens. Vet. lapis apud *Gruter.* pag. 93. n. 11. Numine fontigero grates ex undique solvens.

FONTINĀLIS. V. *Fontanalis.*

FOR. V. *Faris.*

FORABĬLIS, le, *that may be bored, or pierced, vulnerable*, qui forari potest. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 170. Contemptor ferri, nulloque forabilis ictu.

FORĀGO, inis, f. filum est, auctore *Festo*, quo textrices opus diurnum distinguunt: a forando dictum, quia forabant eo filo telam, ut signo hoc distinguerent pensa. *Symmach.* l. 6. ep. 68. (*al.* 67.) Residens inter pensa, et foragines puellarum.

FORĀMEN, inis, n. *a hole, small aperture*, ὀπὴ, parva apertura: a foro, as. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 20. Foramina illa, quæ patent ad animum a corpore. *h. e.* aurium, oculorum, &c. *Plin.* l. 11. c. 28. Crebris foraminibus excavare. *Horat. in ar. poet.* v. 203. Tibia tenuis, simplexque foramine pauco. *with but few stops.* *Ovid.* 4. *Metam.* v. 122. vitiato fistula plumbo Scinditur, et tenues, stridente foramine, longe Ejaculatur aquas. *Colum.* l. 9. c. 15. *a med.* Foramina parietum et fenestrarum. ¶ Item aditus, exitus. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 348. Neque porta, neque ullum foramen erat, qua posset eruptio fieri. *outlet.*

FORAMINĀTUS, a, um, adject. *bored, pierced, with holes in it*, ut Foraminatus paries, *Sidon.* l. 2. ep. 2.

FORAMINŌSUS, a, um, *full of holes*, τρηματώδης, foraminibus abundans. *Tertull. de Patient.* c. 14. Foraminosa caro.

FORAS, adverb. *out of doors, forth, out*, ἔξω, extra, adverb. motus ad locum. *Cic. pro Cœl.* c. 23. Domus, in qua nihil geratur, quod foras proferendum sit. *Terent. Phorm.* 3. 1. 20. Eccum ab sua palæstra exit foras. *Virg. Ecl.* 8. v. 101. Fer cineres, Amarylli, foras. *Plaut. Mil.* 2. 3. 37. Edere sē foras. *h. e.* exire, erumpere. *Terent. Eun.* 5. 5. 3. Misera huc effugi foras. et 1. 2. 18. Foras quempiam excludere. et 3. 5. 51. Promere se foras. *Id. Phorm.* 5. 7. 65. et *Cic. Phil.* 10. c. 3. Efferre foras. et *Cic. Attic.* 13. ep. 22. dare. *to spread abroad.* *Id.* 2. *Catil.* c. 1. Evomere, forasque projicere. *Id. in Somn. Scip. in fin.* Eminere foras. *Plaut. Stich.* 1. 3. 66. Auctionem facere decretum est mihi: foras necessum est, quidquid habeo, vendere. *Id. Epid.* 1. 2. *in fin.* Ambulare foras. *Terent. Adelph.* 5. 8. 26. Agellus, quem locitas foras. *h. e.* extraneis locas. ¶ Cum genitivo. *Apul. in Apolog.* Quæ tabes si foras corporis prospiravit, &c. ἐκτὸς τοῦ σώματος. ¶ Cum accusativo. *Hieronym. in Matth.* c. 27. Extra urbem, et foras portam. ¶ *I foras* formula viri divortium cum uxore facientis. *Plaut. Casin.* 2. 2. 36. I foras, mulier. *Martial.* lib. 11. epigr. 105. Uxor vade foras, aut moribus utere nostris. ¶ *Feri canem foras*, h. e. feriendo ejice, Latine dicebant, teste *Donat.* ad illud *Terent. Eun.* 2. 3. 66. Homo certe quatietur cum dono foras, *h. e.* quatiendo ejicietur. ¶ Cum verbis status, v. gr. *cœnare foras.* V. *Foris.* ¶ *Malum foras*, formula proverbialis malum deprecantis. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 10. *sub fin.* Malum, quod aiunt, foras.

FORAS GERŌNES, um, qui omnia foras exportant. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 1. Ite damnigeruli, foras gerones, bonorum hamaxagogæ.

FORĀTUS, us, m. *a boring*, τρῆσις, actus forandi. In sexto casu singulari, *Lactant. de opific.* c. 8. A quo foratu frontem nominatam Varo existimavit. Adde *Tertull. de Pall.* c. 4.

FORĀTUS, a, um, adject. *bored, pierced.* *Colum.* l. 5. c. 10. *sub fin.* Forata arbor. *Macrob. Saturn.* 7. c. 3. Bene foratas habere aures. *Senec. de brevit. vitæ*, c. 10. Forati animi. *h. e.* nihil excipientes, ac servantes, quasi pertusi.

FORBĔA, æ, f. φορβειὰ, vel φορβὴ, omne genus cibi: a voce Græca allata, quæ a φέρβω, pasco. *Fest.*

FORCEPS, cipis, m. et f. *a pair of tongs, nippers, pincers, pliers, tweezers, or other like instrument*, πυράγρα, instrumentum fabrum ferrariorum, chirurgorum, aliorumque, ad aliquid capiendum retinendumque. A *formus*, et *capio* derivant, quasi *formucapes.* V. *Formucales.* *Virg.* 4. *Georg.* v. 175. Cyclopes versant tenaci forcipe Ferrum. et *Æn.* 12. v. 404. prensatque tenaci forcipe ferrum. *Ovid. Metam.* 12. v. 277. ferrum, quod curva forcipe faber eduxit. *Lucil.* apud *Charis.* l. 1. p. 74. *Putsch.* et uncis Forcipibus dentes evelleret. *Cels.* l. 7. c. 5. telum forcipe extrahere, educere. et c. 12. Dentem forcipe excipere. *et mox.* Recta forceps ducendus est, ne, &c. *et paulo post.* item lib. 8. c. 4. *a med.* Radix dentis ad id facto forcipe, quam ῥιζάγραν Græci vocant, eximenda est. ¶ In machina tractoria forceps est ferramentum cuneatum, quod oneri infixum, apprehendit et continet. *an iron hook.* *Vitruv.* l. 10. c. 2. Ad rechamum imum ferrei forcipes religantur, quorum dentes in saxa forata accommodantur. V. *Forfex.* ¶ Per similitudinem dicuntur *forcipes* de extremitatibus brachiorum, et veluti manibus in cancris, scorpionibus, et similibus. *the claw of a crab, lobster, &c.* *Plin.* lib. 11. cap. 28. Cornua prælonga quibusdam scarabæis bisulcis dentata forcipibus in cacumine, cum libuit, ad morsum coeuntibus. *Id.* l. 9. c. 31. Cancris bina brachia denticulatis forcipibus. ¶ In re militari est genus aciei. V. *Forfex.* ¶ In genitivo plurali habet etiam *forcipium*, pro *forcipum.* Ita enim jubent Critici legi illud *Lucil.* apud *Charis. loc. cit.* scalprorum forcipiumque Millia viginti.

FORCILLO. V. *Furcillo.*

FORCTIS, pro *fortis* olim dictum fuit. Itaque ubi ait *Festus*: Fortis, frugi, et bonus, sive validus: *forctis* alii legi volunt. Adde *eund.* in *Sanates*, ubi apparet esse verbum XII. Tabular.

FORCŬLUS, m. Deus apud vet. qui foribus præerat: a *foris*, quasi Foriculus. *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei*, c. 8. *extr.*

FORDA, æ, et antiquitus Horda, f. *a cow that is with young*, βοῦς ἡ ἐγκύμων, bos prægnans: a *ferendo*, quia fert in ventre, vel ab accus. φοράδα, *bestiam gravidam*. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 631. Forda ferens bos est, fecundaque dicta ferendo. *Colum.* l. 6. c. 24. Post unum coitum forda non admittit taurum.

FORDICIDĬUM, ii, n. sacrificium, quo boves fordæ, idest gravidæ, immolabantur: a *forda*, et *cædo*. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. et *Festus*. ¶ Celebrabantur fordicidia in honorem telluris, XVII. Cal. Maii, ut colligitur ex *Ovid.* 4. *Fast.* v. 629. *et sequentib.*

FORE, ἔσεσθαι, futurum infinitivi anomal. verbi *sum*. *Cæs. de B. G.* l. 1. c. 39. *extr.* Nonnulli Cæsari nuntiabant, non fore dicto audientes milites. *Cic.* 3. *de Orat.* c. *ult.* Fore, dicis? Ego vero esse jam judico. *Sallust. in Jug.* c. 118. Nunquam ego ratus sum fore, ut, &c. ¶ Interdum nullam futuri temporis significationem habet, et ponitur pro *esse*. Est enim *fore* (si Etymologis credimus) pro *fure*, seu *fuere*, quod est præsens infiniti ab inusit. *fuo*, sum. *Gell.* l. 15. c. 1. Si quid posset remedii fore, ut ne tam assidue domus Romæ arderent. *Cic. Attic.* l. 5. *ep. ult. non longe a princ.* Deinde addis, si quid secus, te ad me fore venturum. *Liv. in fi.* l. 6. Deum immortalium causa libenter id facturos fore. *Id.* l. 37. c. 39. Instare hiemem. aut sub pellibus habendos milites fore, aut, &c.

FOREM, es, et, et in 3. pers. num. plur. forent, idem est ac essem. *Sallust. in Jug.* c. 26. Vellem, ut et hæc, quæ scribo, vana forent. *Nepos in Lysandr.* c. 3. Quam vere de eo foret judicatum. *Plaut. Rud.* 1. 3. 37. Qui minus servio, quam si forem serva nata? *Virg.* 8. *Æn.* v. 130. Quodque ab stirpe fores geminis conjunctus Atridis. ¶ Et pro fuissem. *Phædr.* l. 3. fab. 10. v. 13. Qui cum de puero multa mentitus foret, Adjecit id, quod, &c. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 144. si intrasses portus, *&c.* Hiscere nempe tibi terra roganda foret. Adde *Phædr.* l. 5. fab. 5. v. 9. Sed hæc ad Enallagen pertinere possunt, qua tempus pro tempore ponitur.

FORENSIS, et se, *pertaining to the forum, forensic*, δικανικός, ad forum judiciale pertinens, ut *Forenses causæ*, quæ in foro judiciali agitantur, *causes to be judged of or tried in the forum*, *Forensis homo*, qui in foro versari, et causas agere consuevit, *a lawyer, advocate*, *Forensis Rhetorica*, quæ foro judiciisque est accommodata. *such as is used at the bar.* *Cic.* 2. *Fin.* c. 6. Sed hac Rhetorica Philosophorum, non nostra illa forensi. [† *Quintil.* 2. 10. Forense genus dicendi. *Cic. Brut.* 286. Genus forense, concertatorium, et judiciale non tractavit Thucydides.] *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 6. v. 29. Marte forensi valere. *h. e.* eloquentia. *Quintil.* l. 5. c. 10. *ante med.* Rusticus, forensis, negotiator, miles aliud atque aliud efficiunt. [† *Horat. Epist.* 1. 7. 8. Forensis opella. *attendance in the forum, or at the bar.* *Nep.* 7. 3. 4. Forensis opera. *Cic. Parad.* 1. Locos graves ex philosophia tractare, abhorrentes ab hoc usu forensi et publico. *the practice of pleading in the forum, or at the bar.*] ¶ *Forensis turba* dicebatur ingens hominum numerus, qui præter aerem lucemque nihil possidebant: sic dicti, quia in foro otiosi, quasi agrariis et frumentariis largitionibus inhiantes, versabantur, et seditiosissimo cuique magistratui facile se dedebant. His adjutoribus P. Clodius Ciceronem ex urbe expulit. *Liv. in fi.* l. 9. Ex eo tempore in duas partes discessit civitas: aliud integer populus, fautor et cultor bonorum, aliud forensis factio tenebat. ¶ *Forensia vestimenta* erant, quibus in forum prodeuntes utebantur, *dresses worn in public*: his opponuntur domestica. *Sueton. in Aug.* c. 73. Forensia autem, et calceos nunquam non intra cubiculum habuit. Adde *Liv.* l. 33. c. 47. *extr.* Latius hoc intelligi potest de iis, quæ foris fiunt, et opponuntur, quæ domi. *Colum.* l. 12. *in præfat. ante med.* A natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam, viri ad exercitationem forensem et extraneam. V. integr. loc. Addit *paulo post.* Quod necesse erat foris et in aperto victum quærentibus, &c.

FORES. V. *Foris.*

FORFEX, icis, f. *a pair of scissars or shears*, ψαλὶς, instrumentum ferreum, quo filum, telam, pannos, et alia incidimus. Differt a *forcipe*, quia *forfice* incidimus, *forcipe* capimus. *Colum.* l. 12. c. 43. Alii cum legerunt uvam, siqua sunt in ea vitiosa grana, forficibus amputant. *Calpurn.* ecl. 5. v. 73. ne sit acuta Forfice læsa cutis. *Cels.* l. 7. c. 21. Omentum forfice præcidere. ¶ Quamquam hæc differentia non est perpetua: nam *forfex* pro *forcipe* passim legitur. *Vitruv.* enim l. 10. c. 2. ferreos forfices (et masc. genere usurpat) appellat ferrea manubria, quæ in saxa ferrata immittuntur ad ea tractoriis machinis sublevanda. *Al.* tamen leg. *forcipes.* Præterea *Martial.* l. 7. epigr. 94. *forcipes* pro forficibus posuit. ¶ Est etiam *forfex* genus aciei instructæ in militia, ad figuram forficis apertæ: et cuneo opponitur. *Cato* apud *Fest.* in *Serra*, *Gell.* l. 10. c. 9. *Veget.* l. 3. c. 18. *de re milit.* [† V. *Forceps.*]

FORFICŬLA, æ, f. *a small pair of scissars*, ψαλίδιον, dimin. a *forfex*. *Plin.* l. 25. c. 5. Quod incisum forficulis, cribrant. ¶ Translate dicitur de extremitatibus brachiorum, et veluti manibus, in cancris, scorpionibus, et quibusdam locustis. *Plin.* l. 32. cap. 11. Præterea brachia duo binis articulis, singulisque forficulis denticulatis. Al. leg. *forficibus.* [† sed legendum potius *forcipibus.* V. *Forceps.*]

FORI, orum, m. num. plur. *the gungways, or hatches, of a ship; the decks of a ship*, καταστρώματα, sunt tabulata navium, vel locus in navi apertior, qui iter navem perambulantibus præbet. *Isid.* l. 19. c. 2. scripsit, Fori, navium latera concava, a ferendo onere dicta: sive tabulata navium, quæ sternuntur, dicta ab eo, quod incessus ferant, vel foris emineant. Sunt igitur parvæ illæ semitæ intra naves, per quas nautæ ultro citroque discurrunt: item loca, ubi sedent vectores: item ubi nautæ sedentes remigant, ut *Charis.* l. 1. pag. 19. *Putsch.* et *Diomed.* l. 1. pag. 314. docent. *Virg.* 6. *Æn.* v. 411. Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant, Deturbat, laxatque foros. *Cic. de Senect.* c. 6. Cum alii malos scandant, alii per foros cursent. ¶ In singulari num. *Gell.* l. 16. *c. ult.* Arion stans in summæ puppis foro, carmen voce sublatissima cantavit. Adde *Enn.* apud *Isid. loc. cit.* ¶ In neutro genere *fora* navium dixit *Cn. Gell.* apud *Charis.* l. 1. pag. 55. *Putsch.* ¶ Item *fori* dicuntur Circensia spectacula, id est, loca erecta, ut ex iis spectetur, *stages, scaffolds, or galleries, from which they viewed the games.* *Liv.* l. 1. c. 35. Ubi sibi spectacula quisque faceret, fori appellati. Adde lib. 45. c. 1. et *Fest.* in *Forum.* ¶ *Fori* etiam in agris sunt angustiores quidam sulci, et oblongi, qui sarculo effodiuntur in horto excolendo. *Colum.* l. 10. v. 93. Angustosque foros adverso limite ducens, Rursus in obliquum distinguat tramite parvo. ¶ De variis favorum ordinibus, ubi apes consistunt: ea ratione, qua *foruli* dicuntur capsulæ librorum. *the combs of a bee-hive.* *Virg.* 4. *Georg.* v. 249. Incumbent generis lapsi sarcire ruinas, Complebuntque foros, et floribus horrea texent. ¶ *Forus aleatorius* apud *Sueton. in Aug.* c. 71. est tabula, seu alveus lusorius, ut volunt *Salmas. Gronov. Burman.* nam alii aliter judicant. V. *Forum.* Huc trahit *Gronov. de pec. Vet.* l. 4. c. 3. illud *Manilii* l. 5. v. 317. ponitque forum, se datque Lyæo. *h. e.* statuit in mensa alveum lusorium, eoque, et vino se oblectat. Alii interpretantur, seponit forenses curas.

FORĬA, orum, n. *thin excrement, liquid dung*, [† ὑγρότερα ἀφοδεύματα, φόρια,] stercora liquidiora: unde *conforio*, et *foriolus*. *Non.* c. 2. n. 352. ¶ *Foria*, *æ*, apud *Varron.* l. 2. *R. R.* c. 4. est morbus suum: et videtur solutionem alvi significare.

FORĬCA, æ, f. *a public jakes, or house of office*, ἀφοδευτήριον, locus, in quem alvi stercora dejicimus: et dici videtur proprie de publico: ut de privato latrina: a *foriis*. *Juvenal.* sat. 3. v. 38. Quemlibet occidunt populariter: inde reversi Conducunt foricas. [Vetus *Juvenalis Scholiastes* adnotavit, ex quorumdam opinione foricas dictas fuisse tabernas, quæ prope forum conducebantur. V. *Foricularium in Appendice.*]

FORICARĬUS, ii, m. foricarum conductor. *Paul. Dig.* lib. 22. tit. 1. leg. 17. *a med.* ubi fuit qui legeret *fornicarius*, intelligens fornicum conductorem.

FORICŬLA, æ, f. *a little door, or wicket*, valvæ. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 59. Ut oporothecæ fenestras habeant, atque ut eæ perflentur, curant: neque tamen sine foriculis, ne cum humorem (*poma*) amiserint, pertinaci vento vieta fiant.

FORICULARĬUM, ii, n. Vectigal foricularii in vet. Lapide apud *Murator.* pag. 573. n. 4. putat *Idem* fuisse, quod foricarum et stercoris nomine impositum aliquando fuerit, quemadmodum in urina imposuit Vespasianus. Similiter *ansarium* fuisse, quod in vasis ansatis ad ventrem exonerandum: quæ nos *close-stool pans.* [*FORICULARIUM, &c. Delenda hæc vox, et quæ illi apponuntur, reponendumque est*

* FORICULIARĬUM, ii, n. vectigalis genus, de quo in vetere Lapide tum apud *Grut.* pag. 199. n. 6. et *Murat.* pag. 573. n. 4. tum apud alios, sed quem fidelibus et eruditis oculis inspectum ac diligentissime descriptum dedit omnium primus *Marinius Inscript. Alban.* pag. 28. Imp. Cæsar M. Aurelius Antoninus Aug. Germanicus Sarmat. et Imp. Cæsar L. Aurelius Commodus Aug. Germanicus Sarmatic. hos lapides constitui jusserunt propter controversias, quæ inter mercatores et mancipes ortæ erant, uti finem demonstrarent vectigal foriculiarI te (*lege* et) ansarI promercalium secundum veterem legem semel dumtaxat exigundo. Quærunt eruditi quidnam sit *foriculiarium*, quidnam *ansarium*, quod vectigalis nomine ab iis pendebatur, qui promercalia importabant, cujus causa inter mercatores et publicanorum principes controversiæ exoriebantur, quibus definiendis lapides constitui jusserunt Imperatores, iisque inscribi pretia ab iisdem publicanis exigenda, *a tariff, cartel of commerce.* Sed res incerta adhuc et obscura. *Murator. loc. cit.* existimavit, *foriculiarium*-(apud ipsum aliosque contra Lapidis fidem legitur *foricularium*) vectigal fuisse, quod foricarum et stercoris nomine impositum aliquando fuerit, quemadmodum in urina imposuit Vespasianus; similiter *ansarium* fuisse, quod in vasis ansatis ad ventrem exonerandum, quæ nos *close-stool pans.* Sed vide superius quod attulimus in V. *Forica.*]

FORĪNA. V. *Furina.*

FORINSECUS, adverb. *from without, on the outside*, ἔξωθεν, ab exteriori parte: a *foris*, ut *intrinsecus* ab *intra*. *Plin.* l. 13. c. 22. Lignum omnes corticis loco habent, hoc est forinsecus. *Colum.* l. 8. c. 3. Ab cohorte forinsecus fenestellis scandulæ injungantur. [¶ Est etiam idem ac foras. *Apul.* 9. *Met.* pag. 648. *Oudend.* Insuper plagis castigatum forinsecus puerum abjicit.]

FORĬO, is, n. 4. *to go to stool*, ventrem deonero, excrementa liquida ejicio. *Vetus Scholiast. Juvenal. ad sat.* 3. v. 38.

FORIŎLUS, li, m. *one who is troubled with a looseness; one that hath the lax or squirt*, qui ventre soluto est, et foria facile emittit: a foriis. *Laber.* apud *Non.* c. 2. n. 352. Foriolus esse videris, in coleos cacas.

FORIS, is, *et plur.* Fores, um, f. *a door, gate*, θύρα, janua exterior ædium, et sæpius valvæ ipsius: videturque esse a Græca voce allata, potius quam ab adverb. *foras*. Frequentius adhibetur in plurali, quam in singulari numero. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. Fores in liminibus profanarum ædium, januæ nominantur. *Id.* 3. *Verr.* c. 26. Ut januam clauderent, et ipsi ad fores assisterent, imperat. *Id.* 5. *Tuscul.* cap. 28. Extra fores limenque carceris. et cap. 20. Fores claudere. *Liv.* l. 1. c. 14. *extr.* et lib. 5. c. 13. *extr.* et lib. 26. c. 29. *in fi.* et lib. 28. c. 6. Fores portarum objicere. *Terent. Adelph.* 2. 1. 13. aperire. et 1. 2. 8. effringere. et 4. 5. 4. pellere. *to break open. h. e.* aperiendi causa commovere. et *Heaut.* 2. 3. 34. pultare. *to knock at.* et vers. 37. Foribus pessulum obdere. *to bolt.* *Plaut. Curcul.* 1. 3. 1. Sonitum prohibe forum, et crepitum cardinum. *Est qui legit* forium. ¶ Mos erat, ut ædium privatarum fores intus aperirentur, ne si quis opperiens ad januam esset, in eum impingerentur in reserando. Narrant *Plutarch. in Poplic.* et *Plin.* l. 36. c. 15. *circa med.* ejus fratri L. Valerio domum publice ædificatam esse, cujus fores extra aperirentur; idque honoris causa, ut significaretur, quotidie eam domum aliquid publice admissuram. ¶ Dicuntur etiam de aliis quibusvis ostiis. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 20. Fores cubiculi. *Plin.* l. 36. c. 13. Labyrinthi crebræ fores. ¶ Et de quocumque foramine, per quod est aditus. *Cic.* 3. *Offic.* c. 9. Æneus equus, cujus in lateribus fores essent, quibus, &c. *Plin.* l. 32. c. 2. Fores nassarum. *Id.* l. 21. c. 14. apum. *Colum.* l. 8. *c. ult.* Præfigantur ænei exiguis foribus cancelli. *Al. leg.* foraminibus. ¶ In singulari num. *Plaut. Amph.* 1. 2. 34. et *Terent. Adelph.* 2. 3. 11. Foris crepuit. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 150. Constitit ad geminæ limina prima foris. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 42. Forem obdere alicui. *to shut the door in his face.* *Liv.* l. 6. c. 34. Forem virga percutere. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 67. Exclusus fore, cum Longarenus foret intus. ¶ Translate *Cic.* 13. *Fam.* ep. 10. *ad fin.* In omnibus novis conjunctionibus interest, qualis primus aditus sit, et qua commendatione quasi amicitiæ fores aperiantur. *Plin.* l. 35. c. 9. Ab hoc fores artis apertas Zeuxis intravit. *Id.* l. 2. c. 8. Rerum fores aperire.

FORIS, adverb. *without doors, abroad*, ἔξω, exterius, extra: et ad statum in loco pertinet. *Cic. pro Sull.* c. 5. Ille relictus intus, exspectatus foris. *Nepos in Datam.* c. 6. Cum et intra vallum, et foris cæderentur. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 16. Ego si foris cœnitarem, familiari tuo non defuissem. ¶ Aliquando ad motum de loco. *from without.* *Nepos in Dion.* c. 9. Illi inermes, telum foris flagitantes, vivum tenebant. *Lucret.* l. 5. v. 544. At quæcumque foris veniunt, impostaque nobis Pondera sunt, lædunt. ¶ Videtur etiam poni pro *foras*. *Terent. Phorm.* 5. 1. 19. Ne vos forte imprudentes foris effutiretis. *Plin.* l. 10. c. 33. Foris saturitatem emittere. et lib. 25. c. 3. Mortuum foris ferre. ¶ Contra *cœnare foras* pro *foris*, legitur apud *Petron. in Satyr.* c. 30. Est autem *cœnare foris*, apud amicum cœnare, non domi: quod parasiti factitant. *Id. ibid.* c. 10. Ut foris cœnares, poetam laudasti. *Martial.* l. 2. epigr. 53. Liber eris, cœnare foris si, Maxime, nolis. Adde epigram. 69. ¶ Translate *Cic.* 1. *Offic.* c. 22. Parvi sunt foris arma, nisi est consilium domi. *abroad.* *Id.* 2. *de Orat.* c. 39. Omne quod sumitur in oratione, aut ab probandum, aut ad refellendum, aut ex sua sumi vi atque natura, aut assumi foris. *extrinsically.* *Id.* 3. *de Fin.* c. 7. Ut in ipsa arte insit, non foris petatur extremum. *Id. in partit.* c. 14. Ea non parit oratoris ars, sed foris ad se delata, &c. *Terent. Heaut.* 5. 1. 49. Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare, foris sapere; tibi non posse auxiliarier? *Cic. pro Rosc. Amerin.* c. 47. Et domi dignitatem, et foris auctoritatem retinere. *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 29. patriis intermiscere petita Verba foris malis, Canusini more bilinguis. ¶ *A foris* est ab exteriori parte. *Plin.* l. 17. c. 24. *a med.* In ulcus penetrat omnis a foris injuria. *Aforis* conjunctim quidam leg. sed minus recte. ¶ *Foris canere*, V. *Aspendius.* ¶ Ultima syllaba longa est. *Lucret.* l. 2. v. 158. et 1043. *et alibi.*

FORMA, æ, f. *a form, shape, make, figure, fashion*, μορφὴ, σχῆμα, τύπος, figura, species, ratio, et dispositio

partium exterior in qualibet re: a μορφὴ per metathesim. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 12. Corporis nostri partes, totaque figura, et forma, et statura, quam apta ad naturam sit, apparet. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 14. Fingere formam quandam et speciem deorum. et *pro Mil.* 32. Clarissimorum virorum formæ. *pictures, images.* et lib. 2. *de nat. Deor.* c. 37. Formæ litterarum. et lib. 1. c. 32. Figura formæ. et 5. *Tuscul.* cap. 39. Formæ species. *Id.* 2. *Fam.* ep. 8. et *Sueton. in Ner.* c. 16. Forma ædificii. *the design, model.* (Adde *Sueton. in Cæs.* c. 31. *Plin.* l. 9. *ep. pænult. Gell.* l. 19. c. 10.) *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 4. Forma et situs agri. *Plin.* l. 12. c. 5. Forma Æthiopiæ allata Neroni. *a geographical description.* *Id.* l. 2. c. 5. Dimidia circuli forma. *the figure of a semicircle.* *Id.* l. 36. c. 22. *ad fin.* Formæ, in quibus æra funduntur. *moulds.* *Liv.* l. 25. c. 31. et *Sil.* l. 14. v. 677. Archimedes intentus formis, quas in pulvere descripserat. *mathematical figures.* *Propert.* l. 4. el. 2. v. 61. formæ cælator ahenæ. *statue.* *Colum.* l. 8. c. 7. Formis buxeis caseum exprimere. *cheese-vats.* *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 106. Formæ sutorum. *shoemaker's lasts.* *Plin.* l. 35. c. 14. *ad fin.* Excisum lateritiis parietibus opus tectorium, propter excellentiam picturæ, ligneis formis inclusum Romam deportavere. *in wooden cases.* *Id.* l. 34. c. 5. Statuam maxima forma ponere. *stature, size.* l. 30. c. 7. *ad fin.* Sacellum crudis laterculis, ad formam camini. *Vellei.* l. 2. c. 61. In formam justi coiere exercitus. ¶ Sæpe dicitur de pulcritudine corporis. *beauty, comeliness.* *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 21. Eximia forma pueros delectos jussit consistere. *Terent. Andr.* 2. 5. 17. Virgo forma bona. *Id. Eun.* 3. 5. 18. Cum ipsum me noris, quam elegans formarum spectator siem. *Justin.* l. 13. c. 1. *a med.* Formæ pulcritudo et proceritas corporis. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 31. Si mihi difficilis formam natura negavit. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 113. Forma bonum fragile est; quantumque accedit ad annos, Fit minor, et spatio carpitur ipsa suo. *Propert.* l. 2. el. 21. v. 53. Et quot Iona tulit vetus, et quot Achaia formas. *h. e.* puellas formosas. ¶ Translate *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 15. Qui Græciæ formam rerum publicarum dederunt. *Id.* 3. *Fam.* ep. 11. *a med.* Ad me quasi formam communium temporum, et totius reipubl. misisti expressam. *Id.* 1. *Offic.* c. 29. Forma officii. et cap. 5. Forma et tanquam facies honesti. *Id.* 3. *de Orat.* c. 9. Innumerabiles pæne sunt quasi formæ, figuræque dicendi. *Id. de clar. Orat.* c. 85. Orationes ejus valde laudo. significant enim quandam formam ingenii, sed admodum impolitam et plane rudem. *Id. in Orat.* c. 11. *ad fin.* Laudationum, scriptionum, et historiarum, et talium suasionum formam complecti. *h. e.* rationem modumque dicendo persequi. *Papinian. Dig.* lib. 31. leg. 79. *extr.* Certaminis formam declarare, quam quis celebrari singulis annis voluit. *the manner, kind.* *Gell.* l. 2. c. 8. Forma et ordo syllogismi. *Vellei.* l. 1. c. 16. Formam propositi excedere. *the measure, or limits, of the design.* *Ulpian. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 52. In conventionalibus stipulationibus contractui formam contrahentes dant. *Paul.* l. 2. tit. 8. leg. 14. et *Ulpian.* lib. 3. *tit. ult.* leg. 8. Forma edicti. *the form, manner of expression, tenour.* *Martian.* lib. 30. leg. 111. *ante med.* Secundum vulgarem formam juris. *the ordinary course.* ¶ A dialecticis sumitur pro specie subjecta generi. *Cic. in Top.* c. 3. Genus est uxor: ejus duæ formæ: una matrumfamilias earum, quæ, &c. altera earum, quæ, &c. et cap. 7. Formæ sunt, in quas genus dividitur. *Virg.* 6. *Æn.* v. 626. omnes scelerum comprendere formas. et vers. 615. quæ forma viros, fortunave mersit. *h. e.* quæ species delicti. ¶ A Grammaticis pro positione, et declinandi ratione sumitur. *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 49. Numeri usque a quatuor ad centum, triplices habent formas, quod dicuntur hi quatuor, hæ quatuor, hæc quatuor. *Quintil.* l. 10. c. 1. Nosse verborum non significationem modo, sed formas etiam, mensurasque. *Gell.* l. 12. c. 10. Æditimus ea forma dictum, qua finitimus. ¶ Poetice *forma alicujus animalis* est ipsum illud animal. [†Sic Græci τὸ σχῆμα τῆς πόλεως pro ἡ πόλις, &c.] *Virg.* 7. *Æn.* v. 18. ac formæ magnorum ululare luporum. *Ovid.* v. 78. et *Sil.* l. 15. v. 86. per insidias iter est, formasque ferarum. *Ovid.* l. 1. *Metam.* v. 73. Astra tenent cæleste solum, formæque deorum. ¶ Præterea *forma* de signata pecunia dicta est. nam forma nummi est character signumque in eo impressum. *impression, impress, stamp.* *Senec.* ep. 34. Omnia facta, dictaque tua inter se congruant, ac respondeant sibi, et una forma percussa sint. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* c. 10.) Utendum plane sermone, ut nummo, cui publica forma est. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 39. Formas binarias, ternarias, et quaternarias, et denarias etiam resolvi præcepit, neque in usu cujusquam versari. *h. e.* monetas duum, trium aureorum, &c. ¶ Item de canali, fistula, tubo, per quem aqua ducitur: quia adhibitis ligneis formis exstruitur. *a conduit or conveyance of water.* *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 1. leg. 27. Forma aquæductus, quæ per agrum transit. *Frontic.* artic. 75. Formas rivorum perforare. *Sidon.* l. 1. ep. 5. *a med.* Patuit Roma conspectui: cujus mihi non solum formas, verum etiam naumachias videbar epotaturus. *Impp. Valentin. Theodos. et Arcad.* l. 11. *Cod.* tit. 42. leg. 3. Usum aquæ ex castellis, aut ex ipsis formis elicere. ¶ De ipsis aquæductibus. *an aqueduct.* *Frontin. de aquæd.* artic. 126. Vicinales vias, agrestesque per ipsas formas dirigunt. ¶ Item de epistola, rescripto, aut constitutione Principis. *a decree, declaration, mandate, proclamation, circular.* *Capitolin. in Anton. Pio,* c. 6. Neque de Provinciis, neque de ullis actibus quidquam constituit, nisi quod prius ad amicos retulit: atque ex eorum sententia formas composuit. *Justinian.* lib. 1. *Cod.* tit. 2. leg. 20. Ex sacra forma annonam militarem ad clericos transferre. ¶ Denique si *Festo* fides, forma appellatur etiam puls miliacea ex melle.

FORMABĬLIS, le, *that may be formed or fashioned,* qui formari potest. *Prudent. in Apotheos.* v. 1102. Solus homo meruit Domini formabile dextra Os capere. *Augustin.* l. 11. *de Trinit.* c. 2. *ad fin.* Primordia formabiliora.

FORMACĔUS, a, um. *Plin.* l. 35. c. 14. In Hispania ex terra parietes, quos appellant formaceos, quoniam in forma, circumdatis utrinque duabus tabulis, inferciuntur verius, quam instruuntur, ævis durant, incorrupti imbribus, &c.

FORMĀLIS, le, ad formam pertinens. *Plin.* l. 34. c. 9. Formalis temperatura æris. *h. e.* ad formas faciendas: sicut paulo supra *temperatura tabularis* ad faciendas tabulas æreas. ¶ Translate *Sueton. in Domit.* c. 13. Pari arrogantia, cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit: Dominus et deus noster sic fieri jubet. *h. e.* quæ eadem forma ad plures scribebatur, ἐγκύκλιος. *a circular letter.* *Ulpian. Dig.* l. 35. tit. 2. leg. 62. Corpora, si qua sunt in bonis defuncti, secundum rei veritatem æstimanda erunt, hoc est, secundum præsens pretium: nec quidquam eorum formali pretio æstimandum esse sciendum est. *h. e.* pretio, quod communiter, et certa veluti forma et taxatione perpetua his tribui solet. *at the common or market price.* *Imp. Justinian.* lib. 6. *Cod.* tit. 23. leg. 26. In testamentis sine scriptis faciendis omnem formalem observationem penitus amputamus. *h. e.* ritum, modum qui in forma testamenti a jure præscribitur. *et ibid.* Etiamsi non ante prædixerit testator illa formalia verba. *Ideo eosdem testes convenisse,* &c.

FORMAMENTUM, i, n. *a mould, form,* formatio, res formata. *Lucret.* l. 2. v. 817. et omnia principiorum Formamenta queunt in quovis esse nitore. *Arnob.* l. 3. pag. 109. Formamenta divina. *h. e.* formæ et figuræ deorum.

FORMASTER, aliquantum formosus, vel exornatus. Antiqua vox *Titinii* apud *Fest.* in *Obstrudant.*

FORMATĬO, onis, f. *a forming, fashioning, moulding, framing,* actus formandi. *Vitruv. in proœm.* l. 2. Formationem puto probandam, locum improbandum. *Id.* l. 5. c. 1. Oblonga fori formatio, et ad spectaculorum rationem utilis dispositio. *Id.* l. 4. c. 1. Formationes columnarum. ¶ Translate *Senec.* ep. 117. Ista jam a formatione morum recesserunt.

FORMĀTOR, oris, m. *a maker, fashioner, former,* qui format. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 8. Quisquis formator universi fuit. *the creator.* ¶ Translate *Colum. in præfat.* l. 1. Animi sibi quisque formatorem, præceptoremque virtutis e cœtu sapientum arcessat. *Plin.* l. 8. ep. 23. Me formatore morum, me quasi magistro utebatur. *the former, instructor.* *Quintil.* l. 10. c. 2. *a med.* Præceptor rector est alienorum ingeniorum, atque formator. *Pallad.* l. 1. tit. 1. Formator agricolæ.

FORMĀTRIX, icis, f. quæ format. *Tertull. de Monogam. c. ult. de Didone.* Regina tantæ civitatis formatrix.

FORMATŪRA, æ, f. *a shaping, forming, fashioning,* conformatio. *Lucret.* l. 4. v. 548. Hasce igitur penitus voces cum corpore nostro Exprimimus, rectoque foras emittimus ore, Mobilis articulat verborum dædala lingua, Formaturaque labrorum pro parte figurat. *Arnob.* l. 2. pag. 50. Res formatura varia. *of various shapes and forms.*

FORMĀTUS, a, um, *formed, framed, shaped, fashioned, made,* efformatus, μεμορφωμένος, ποιηθείς. *Cic.* 4. *Verr.* c. 35. Signum in muliebrem figuram habitumque formatum. *Sueton. in Ner.* c. 51. Coma formata in gradus. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 419. e Pario formatum marmore signum. *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 4. v. 25. gentes formatæ mille figuris. *depicted, delineated, represented.* *Id. Metam.* 5. v. 328. formatus cum cornibus Ammon. *Plin.* l. 7. ep. 12. Libellum formatum a me misi tibi. *h. e.* confectum quidem, sed nondum perfectum limatumque. ¶ Translate *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 7. Formatas esse in animis hominum deorum notiones. *Quintil.* l. 10. c. 7. semper nostram vocem provisa et formata cogitatio excipiat. *Colum.* l. 11. c. 1. *ante med.* Villicus complurium agrestium formatus artibus. *h. e.* institutus. *instructed.* *Sueton. in Claud.* c. 37. Formatus in admirationem. *h. e.* compositus. *Justin.* l. 18. c. 3. Ab eo formatus. *instructed, formed.* V. integr. locum.

FORMELLA, æ, f. parva forma. *Apic.* l. 9. c. 13. Si volueris, in formella piscem formabis. *h. e.* in vasculo, quod pro forma piscis faciendi esse possit.

FORMIĀNUS, a, um, ad Formias pertinens, ut Formiani colles, *Horat.* l. 1. od. 20. *extr.* Sunt autem Formiæ, Hormiæ prius olim dictæ, teste *Plin.* l. 3. c. 5. (quia circa ea loca crebræ stationes, tutæque erant, unde proficiscebantur navigaturi, ut *Fest.* docet: ὁρμὴ autem et profectionem significat) oppidum Latii non longe a Caietano portu, sedes quondam Læstrigonum: nunc *Molo di Gaeta.* ¶ *Formiani dies* apud *Martial.* l. 10. epigr. 30. sunt, qui Formiis transiguntur. ¶ *Formianum* villa fuit Ciceronis, in Formiano agro. *Id. Attic.* l. 2. ep. 4. ¶ *Formiana saxa,* locus in agro Campano, ad Liternum amnem, prope oram maritimam. *Liv.* l. 22. c. 16.

FORMĪCA, æ, f. *an ant, pismire,* μύρμηξ, exiguum animal, sed admirabilis solertiæ, æstate congerens et condens sub terra, quæ hieme victui sint: a voce Græca allata, ut videtur. [*Isidor. Orig.* l. 12. c. 3. Formica dicta, quod ferat micas farris. *Serv. ad Æn.* l. 4. v. 402. Sane formica dicta ab eo, quod ore micas ferat.] *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 9. Num idcirco existimas, formicam anteponendam esse huic pulcherrimæ urbi, quod in urbe sensus sit nullus, in formica non modo sensus, sed etiam mens, ratio, memoria? *Virg.* 1. *Georg.* v. 186. inopi metuens formica senectæ. et vers. 379. tectis penetralibus extulit ova Angustum formica terens iter. *Id.* 4. *Æn.* v. 402. Ac veluti ingentem formicæ farris acervum Cum populant hiemis memores tectoque reponunt. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 624. frugilegas aspeximus agmine longo Grande onus exiguo formicas ore gerentes. *Plaut. Trin.* 2. 4. 8. Confit cito, quasi tu objicias formicis papaverem. Proverb. de re, quæ cito fit. ¶ De formicarum solertia copiose *Plin.* l. 11. c. 30. qui cap. 31. narrat in India septentrionali formicas e cavernis aurum egerere. Adde *Propert.* l. 3. el. 11. v. 5.

FORMICABĬLIS, le, et

FORMICĀLIS, le, adject. formicans. *Cœl. Aurelian. Acut.* 2. c. 27. Pulsus latens, aut formicabilis, quem Græci μυρμίζοντα vocant. *Id. Tard.* 2. c. 14. Formicalis pulsus.

FORMĪCANS, antis, μυρμηκίζων, formicarum modo currens, ut Formicans pulsus, exiguus, debilis, et frequens, omniumque maxime lethalis, ita dictus, quod veluti formicas per arteriam discurrentes tactui repræsentet. *a creeping pulse; a pulse that is quick and short or low, like the motion of ants.* *Plin.* l. 7. c. 51. Venarum inæquali aut formicante percussu.

FORMICATĬO, onis, f. *the rising of the body in small pimples, which is attended with a tingling, or sharp pain, like the stinging of pismires,* μυρμηκίασις, extuberatio quædam parva et callosa, in summa cute latissimis radicibus inhærens, superne angustior, quæ inter scalpendum mordentis formicæ sensum præbet: item pruritus cutis, qualem formicæ pungentes efficerent. *Plin.* l. 28. c. 7. Sanguinem sistit illico, et formicationes corporum.

FORMICĪNUS, a, um, *of or like ants,* μυρμήκινος, ad formicam pertinens. *Plaut. Men.* 5. 3. 12. Incedit, movet formicinum gradum. *h. e.* incedit more formicæ, tarde.

FORMĪCO, as, avi, atum, n. 1. *to rise in pimples, itch,* formicationem contraho, prurio. *Plin.* l. 30. c. 12. In sole, donec formicet cutis, tolerandæ sunt.

FORMICŌSUS, a, um, *full of ants,* μυρμηκώδης, plenus formicis. *Plin.* l. 10. c. 74. Formicosam arborem sorices cavent.

FORMICŬLA, æ, f. *a little ant,* diminut. parva formica, μυρμήκιον. *Arnob.* l. 4. pag. 145. et l. 7. pag. 240. Nec inter formiculam, et se se plurimum esse discriminis. *Apul.* l. 6. *Metam.* Formicula illa parvula, atque ruricola.

FORMIDABĬLIS, le, *to be feared, formidable,* φρικτός, formidandus. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 857. Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen. et vers. 174. nec formidabilis ulli. *Gell.* l. 14. c. 4. Aspectus vehemens et formidabilis. et lib. 19. c. 1. *a med.* Formidabilis sonus. *Stat.* 8. *Theb.* v. 582. formidabile ridens. *h. e.* risum edens, quo formido incutitur.

FORMIDĀMEN, inis, n. formido, terror, spectrum. *Apul. in Apolog.* Bustorum formidamina, sepulcrorum terriculamenta.

FORMIDATĬO, onis, f. formido, metus, *fear.* Tribuitur a nonnullis *Ciceroni in Partit. Orat.* c. 4. Meliores tamen edit. habent *reformidatio,* vel *reformatio.*

FORMIDĀTUS, a, um, adject. *feared, dreaded.* *Virg. Æn.* 3. v. 275. nautis formidatus Apollo. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 256. formidata Parthis Roma. *Id.* l. 3. od. 6. v. 15. Dacus, et Æthiops, Hic classe formidatus, ille Missilibus melior sagittis. *Claudian. in Consul. Probi, et Olybr.* v. 94. Et formidato clypeus Titana lacessit Lumine. ¶ Medicina, inquit *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* epist. 3. v. 24. formidatis non auxiliatur aquis. V. *Hydrophobia.*

FORMĪDO, as, avi, atum, a. 1. *to fear, dread,* φοβέω, vehementer timeo, metuo, vereor. *Cic.* 2. *Phil.* c. 26. Unus inventus est, qui id auderet, quod omnium fugisset et formidasset audacia. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 20. Intus paveo, formido foris. *Id. Pseud.* 1. 3. 81. Si isti formidas credere. *Id. Asin.* 2. 4. 55. Formido miser, ne hic me tibi arbitretur suasisse. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 16. Quidquid fecerit, ipse se cruciat, omniaque formidat. *Curt.* l. 3. c. 11. Adeo pavor etiam auxilia formidabat. [¶ Particip. *formidans, formidandus* apud *Plaut. Amph.* 5. 1. 61. Metuens pueris, mihi formidans. *Cic. in Orat.* c. 63. Quo etiam satietas formidanda est magis.]

FORMĪDO, inis, f. *fear, terrour, dread,* φόβος, metus vehementior, et permanens, ut a *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 8. *extr.*

ex Stoicorum sententia definitur. *Id. ibid.* l. 5. c. 18. In quem cadit metus, in eundem formido, timiditas, pavor, ignavia. ¶ Universim accipitur pro metu, timore, pavore, illo præsertim, qui horrorem conjunctum habet. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 2. Forsitan quæratis, qui iste terror sit, et quæ tanta formido, quæ tales viros impediat, quo minus, &c. *Id.* 1. *de Fin.* c. 19. Ex ignoratione rerum horribiles exsistunt sæpe formidines. *Id. de provinc. consul.* c. 18. Subita atque improvisa formido. *Id. pro Quint.* c. 14. Jactare minas, intendere pericula, formidines opponere. *Id. Verr.* 5. c. 28. Formidinem alicui injicere. *Curt.* l. 4. c. 10. incutere. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 15. inferre. et cap. 54. intendere. et lib. 3. c. 10. facere. *Sil.* l. 10. v. 544. subit horrida mentem Formido incerti casus. *Ovid. in. fi.* 4. *Metam.* attonitos formidine terreat hostes. *Senec. de Ira,* l. 2. c. 12. Formidini esse. *Curt.* l. 3. c. 8. *a med.* Formido animos incessit. *Virg.* 4. *Georg.* v. 356. Percussus mentem formidine. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 53. Tu nihil admittes in te formidine pœnæ. *Plin.* l. 28. c. 8. *a med.* Contra formidines pavoresque. ¶ Dicitur et de iis, quæ formidinem incutiunt, aut metum deorum, ac religionem. *Virg.* 4. *Georg.* v. 467. alta Ostia Ditis, Et caligantem nigra formidine lucum Ingressus. *with gloomy horror. Valer. Flacc.* l. 2. v. 267. æraque circum, Tympanaque, et plenus tacita formidine cistas. *Sil.* l. 1. v. 82. et patria Tyriis formidine cultum. *Virg.* 7. *Æn.* v. 607. Relligione sacræ, et sævi formidine Martis. δεισιδαιμονία. V. *Religio.* ¶ *Formidinem* appellant venatores lineam pennis distinctam, *h. e.* funiculum extensum, et variis avium pinnis intextum ad terrendas, coercendasque feras, et in retia impellendas, μήρινθος. *a foil, or net, set with feathers of different colours, to scare wild beasts.* De ea sic *Nemesian. in Cyneg.* v. 303. Linea quin etiam, magnos circumdare saltus Quæ possit, volucresque metu concludere prædas, Digerat innexas non una ex alite pinnas. Namque ursos, magnosque sues, cervosque fugaces, Et vulpes, acresque lupos, ceu fulgura cæli Terrificant, linique vetant transcendere septum, &c. *Senec. de Ira,* l. 2. c. 12. Cum maximos ferarum greges linea pennis distincta contineat, et in insidias agat; ab ipso effectu dicta formido. *Virg.* 12. *Æn.* v. 750. Cervum puniceæ septum formidine pennæ. *Lucan.* l. 4. v. 437. dum pavidos formidine cervos Claudat, odoratæ metuentes aera pennæ. Pro *penna* his locis al. leg. *pinna*: quod idem est. Huc spectat illud *Horatii* l. 1. sat. 8. v. 3. *de Priapo.* deus inde ego, furum aviumque Maxima formido. ¶ In fabulis *Formido* est dea, Veneris et Martis filia, Græce Δεῖμος, ipsius Martis ministra. *Hygin. in præfat. fab.*

FORMĪDOLŌSE, adverb. *fearfully, timorously. Cic. pro Sext.* c. 19. Opponi omnibus concionibus falso, sed formidolose tamen. *Cato* apud *Charis.* l. 2. pag. 196. Censores formidolosius, atque segnius, atque timidius pro republ. nitentur.

FORMĪDOLŌSUS, a, um, *timorous, afraid,* περίφοβος, qui formidat. *Terent. Eun.* 4. 6. 18. Num formidolosus, obsecro, es mi homo? *Chre.* apage sis: egon' formidolosus? nemo est hominum, qui vivat, minus. *Colum.* l. 6. c. 2. *ad fin.* Boves nec auditu, nec visu pavidi, nec ad ingredienda flumina, aut pontes formidolosi. ¶ Cum genitivo *Tacit.* 1. *Ann.* c. 62. Exercitus formidolosior hostium. *h. e.* magis timens hostes. ¶ Sæpius active sumitur, et significat terribilem, formidinem incutientem, formidandum, *fearful, terrible, formidable,* φοβερός. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 35. Herbæ formidolosæ dictu, non esu modo. *Id. Amph.* 5. 1. 65. Nimis formidolosum facinus prædicas. *Cic. pro Cluent.* c. 3. Consessus vester horribilis Cluentio, et formidolosus. *Id. in Pison.* c. 24. Formidolosissimum bellum. *Id. initio Verr.* 7. Dubia et formidolosa tempora. *Sallust. in Catil.* c. 55. Loca tetra, inculta, fœda, formidolosa. *Horat.* l. 2. od. 17. v. 16. Seu Libra, seu me Scorpius aspicit Formidolosus. *Id. Epod.* 5. v. 55. Firmidolosis dum latent silvis feræ. ¶ Aliquot hac forma verborum, qui tum active, tum passive significant, seriem enumerat *Gell.* l. 9. c. 12.

FORMĬDUS, a, um, idem ac formus, *h. e.* calidus. *Cato* apud *Fest. in Forma.* Ædificium æstate frigidum, hieme formidum.

FORMĬO, V. *Phormio.*

FORMIPŎTENS, V. *Verbilevis.*

FORMIS, e, formosus: unde *deformis. Plaut. Bacch.* 2. 2. 38. Sed Bacchis etiam formis tibi visa est? Ita legit *Pareus*: alii *fortis*: sed *fortem* pro *formoso* interpretantur, ut *Non.* c. 4. n. 195. et *Servius ad* 4. *Æn.* v. 149. in illo ejusdem *Mil.* 4. 3. 13. Ecquid fortis visa est? Alii *fortem* intelligunt ætate integram, et viro maturam.

FORMO, as, avi, atum, a. 1. *to form, frame, fashion, shape, make,* τυπόω, μορφόω, formam alicui rei do, effingo, figuro, facio. *Cic.* 1. *Acad.* c. 2. Materia, quam fingit et format effectio. *Id.* 2. *de Divin.* c. 42. *extr.* Utcumque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari. *Virg.* 9. *Æn.* v. 80. Tempore, quo primum Phrygia formabat in Ida Æneas classem. *was building. Plin.* l. 35. c. 8. Cimon catagrapha invenit, hoc est obliquas imagines; et varie formare vultus, respicientes, suspicientesque, et despicientes. *Propert.* l. 1. el. 3. v. 23. lapsos formare capillos. *to adjust. Tibull.* l. 2. el. 5. v. 23. formare mœnia urbis. *to plan.* ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 45. Verba nos cum jacentia sustulimus e medio, sicut mollissimam ceram, ad nostrum arbitrium formamus et fingimus. et lib. 2. c. 9. Orator format orationem, eamque variat et distinguit. *Quintil.* l. 6. c. 2. Animos judicum in eum quem volumus, habitum formare, et velut transfigurare. *Liv.* l. 1. c. 21. Formare se in mores alicujus. *Justin.* l. 41. c. 5. Dato laxamento, regnum Parthicum format. *arranges, sets in order, settles.* ¶ Pro informare, erudire, statuere, *to instruct, train, form. Virg.* 3. *Georg.* v. 163. Formare boves ad studium et usum agrestem. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 288. Talibus ignaram Juno Cadmeida dictis Formarat. *Quintil. in proœm.* l. 1. Studia alicujus ab infantia formare. *Plin.* l. 1. ep. 14. Formare et instituere aliquem. *Id. in Paneg.* c. 47. Vitam et mores juventutis formare. *Stat.* 1. *Achill.* v. 477. cujus ab ortu Cruda rudimenta et teneros formaverit annos Centaurus. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 128. Formare præceptis. ¶ Item pro efficere. *Cic.* 1. *Acad.* c. 5. Exercitationis assiduitate formare consuetudinem. ¶ Et pro componere, conscribere. *to write, compose. Sueton. in Domit.* c. 20. Epistolas, orationesque, et edicta alieno formabat ingenio. ¶ Et pro imaginari, concipere. *to imagine, conceive. Ovid.* 3. *Amor.* el. 7. v. 63. tacita formare gaudia mente. ¶ Et pro eloqui, proferre. *to express, pronounce, articulate, utter. Quintil.* l. 1. c. 12. (*al.* 20.) Pueri intra biennium, quam verba recte formare potuerunt, quamvis nullo instante, omnia fere loquuntur. ¶ Et pro fingere, inducere. *to feign, personate. Horat. de art. Poetic.* v. 126. Si quid inexpertum scenæ committis, et audes Personam formare novam. ¶ *Formare versus cithara,* apud *Plin.* l. 4. ep. 19. est ad sonum citharæ modulari, mollire, flectere. *to attune.* Forma enim versus cantu præcipue dignoscitur. *Flectere* hoc sensu dixit *Stat.* lib. 3. Silv. 5. v. 65. [¶ Particip. *formans, formaturus, formandus* apud *Manil.* l. 5. v. 364. Formantibus astris. *Justin.* l. 22. c. 2. Ita veluti reipublicæ statum formaturus. et l. 5. c. 8. In has leges traditam sibi urbem Lacedæmonii formandam Lysandro tradiderunt.]

FORMŌSE, *beautifully,* cum forma et apta ad speciem dispositione, εὐμόρφως. *Propert.* l. 1. el. 2. v. 11. Surgat et in solis formosius arbutus antris. *Apul.* l. 5. *Metam.* Cupidinem formosum Deum formose cubantem. et lib. 6. Formose saltare. [*Augustin. Confess.* l. 1. c. 7. Formosissime qui formas omnia.]

FORMOSĬTAS, atis, f. *handsomeness, beauty,* εὐμορφία, forma apta ad speciem, pulcritudo. *Cic.* 1. *Offic.* c. 35. Decorum positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto. *Apul.* l. 9. *Metam.* Uxor eximia formositate prædita.

FORMOSŬLUS, a, um, *a little beautiful, pretty,* pulchellus. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 109. Formosula uxor. *Hieron.* ep. 47. *ad matr. et fil. a med.* Et iste formosulus tuus vel ditiorem reperiet, vel juniorem.

FORMŌSUS, a, um, *beautiful, handsome,* εὔμορφος, apte formatus, speciosus, pulcher. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 10. Deum rotundum esse volunt, quod ea forma ullam negat esse pulcriorem Plato: at mihi vel cylindri, vel quadrati videtur esse formosior. *Id. de Invent.* l. 2. c. 1. Præbete mihi ex istis virginibus formosissimas, dum pingo id, quod, &c. *Ovid.* 1. *ex Ponto, ep. ult.* v. 11. latices epulasque deorum Dat mihi formosa nava Juventa manu. *Virg.* ecl. 5. v. 44. Formosi pecoris custos, formosior ipse. et ecl. 7. v. 38. Galatea hedera formosior ipsa. et ecl. 3. v. 57. Nunc frondent silvæ, nunc formosissimus annus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 129. Formosum tempus. *h. e.* ver. *Id. de remed. amor.* v. 187. formosa est messibus æstas. *Martial.* l. 10. epigr. 24. Lux formosior omnibus calendis. *Propert.* l. 4. el. 4. v. 30. Et formosa oculis arma Sabina meis. *Ovid. Metam.* 7. v. 679. sed non formosius isto Viderunt oculi telum jaculabile nostri. *Id.* 1. *Amor.* el. 14. v. 31. Formosæ comæ. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 296. boves. *Id.* 5. *Fast.* v. 117. hædorum mater formosa duorum. *Petron. in Satyr.* c. 100. Quid aquis dici formosius potest?

FORMUCĀLES, forcipes dictæ, quod forma capiant, id est ferventia. *Festus.* Sed Critici volunt legi *formucapes,* unde *forcipes.*

FORMŬLA, æ, f. parva forma. *Frontin. de aquæduct.* artic. 36. Calix excogitatus videtur, quoniam rigore æris difficiliore ad flexum, non timeri potest laxari vel coarctari formulas Modulorum. *h. e.* fistulas, tubos: quos et *formas* appellari in *Forma* diximus. *Pallad. in Maio,* tit. 9. *de caseo.* Solidatæ formulæ per crates ita statuuntur, ne invicem se unaquæque contingat. ¶ Item pulcritudo. *beauty. Plaut. Pers.* 2. 2. 47. Tempori hanc vigilare oportet formulam atque ætatulam. ¶ Translate in re forensi est modus, norma, ratio lege præscripta, sive in verbis, sive in factis servanda. *a set form of words; an action, suit, process, indictment*: ut ritus et ratio testamentorum, certa et concepta verba in actionibus, stipulationibus, judiciis, &c. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 4. *extr.* Stipulationum, et judiciorum formulas componere. *Id.* 1. *de Orat.* c. 39. *extr.* In testamentorum formulis versari. *Id.* 4. *Verr.* c. 60. Formulæ postulationum. *Id.* 7. *Fam.* ep. 12. fiduciæ. *Id.* 3. *Offic.* c. 14. de dolo malo. *Id. pro Rosc. Com.* c. 8. *in fi.* Sunt jura, sunt formulæ de omnibus rebus constitutæ, ne quis in genere injuriæ, aut ratione actionis errare possit; expressæ sunt ex uniuscujusque damno, dolore, incommodo publicæ a Prætore formulæ, ad quas privata lis accommodatur. *Id. pro Rosc.* c. 4. Aliquem in angustissimam sponsionis formulam concludere. *Id. pro Quintil.* c. 8. A prætore postulat: ut sibi Quintius judicatum solvi satisdet, ex formula, quod ab eo petat, quoniam, &c. ¶ *Formulam intendere,* aut *scribere* est dicam impingere, actionem intentare. *Sueton. in Vitell.* c. 7. et *Quintil.* l. 6. c. 3. et *formulam remittere,* ab actione cessare. *Sueton. ibid.* ¶ *Formula cadere,* vel *excidere* dicuntur, qui concepta formulæ verba immutando plus petunt, quam debent; adeoque causa cadunt. Erant enim actionum formulæ ita certis conceptæ verbis, ut ab iis si quis agendo discederet, causam amitteret. *Sueton. in Claud.* c. 14. Iis, qui apud privatos judices plus petendo formula excidissent, restituit actiones. Adde *Senec.* ep. 48. *ad fin.* et *Quintil.* l. 3. c. 6. *a med.* ¶ Extra rem forensem sumitur pro pacto certis verbis expresso, præscripto, lege, conditione, fœdere. *Liv.* l. 27. c. 10. Quæsierunt a coloniis, ecquid milites ex formula paratos haberent. *Id.* l. 43. c. 6. Lampsacenos in sociorum formulam referre prætor jussus. *into the register or list. Id.* l. 39. c. 26. Paracheloida nullo jure Thessalorum formulæ factam. ¶ Item pro ratione, modo, regula, mensura, quam mutari non liceat. *Id.* l. 33. c. 38. Antiochus omnes Asiæ civitates in antiquam imperii formulam redigere est conatus. *form of government. Sueton. in Aug.* c. 49. Quidquid ubique militum esset, ad certam stipendiorum præmiorumque formulam adstrinxit. *Cic. de opt. gen. Orat.* c. 7. Causa ipsa abhorret illa quidem a formula consuetudinis nostræ. et cap. 5. Formula dicendi. *Sueton. in Aug.* c. 88. Orthographia, idest formula rationque scribendi a Grammaticis instituta. *a formula, method, rule. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 45. hæc populos, hæc magnos formula reges, Excepto sapiente, tenet. *Senec.* ep. 6. *a med.* Cleanthes Zenonis vitæ interfuit, secreta perspexit: observavit illum, an ex formula sua viveret. *h. e.* secundum ea vitæ præcepta, quæ aliis tradebat. *agreeably with the rules, or maxims, he himself laid down. Id. de tranquill.* c. 11. Qui mortem timebit, nihil unquam pro homine vivo faciet: at qui scit, hoc sibi, cum conciperetur, statim condictum, vivet ad formulam.

FORMULARĬUS, ii, m. *a person skilled in composing writs or forms of process in courts of law. Quintil.* l. 12. c. 3. *a med.* Multos cognovimus, qui tædio laboris, quem ferre tendentibus ad eloquentiam necesse est, confugerunt ad hæc deverticula desidiæ: quorum alii se ad album et rubricas transtulerunt, et formularii, vel, ut Cicero ait, leguleii quidam esse maluerunt. *h. e.* formulas juris consectantes, et ex iis causas agentes. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 55. Jurisconsultus ipse per se (*h. e. sine præsidio eloquentiæ*) nihil, nisi leguleius quidam cautus et acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum. [† locus est, quem respexit *Quintilianus.*]

FORMUS, a, um, *hot, warm,* apud vet. ab Æolico φερμὸς, pro θερμὸς, calidus. *Festus* in *Forma,* et *Formucales. Varr.* apud *Non.* c. 12. n. 52. Formi vocabulum a formo dictum, idest a caldore. *Arnob.* l. 2. pag. 72. Nec in formis erubescerent calamistris masculorum vibrare cæsariem. Alii legunt *informis.* idest valde calidis.

FORNACALĬA, um, n. plur. *a festival in honour of* Fornax, *the goddess of furnaces,* sacra non stata, sed indictiva, a Numa instituta in honorem deæ Fornacis, ut far recte torreretur: ideoque ad fornacem, quæ in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat, ut *Fest.* tradit. *Plin.* l. 18. c. 2. Numa et Fornacalia instituit, farris torrendi ferias. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 527. Curio legitimis nunc Fornacalia verbis Maximus indicit, nec stata sacra facit. *Lactant.* l. 1. c. 20. *a med.* Quis non rideat Fornacem deam, vel potius doctos viros celebrandis Fornacalibus operari?

FORNACĀLIS, le, adject. ad deam Fornacem pertinens. V. vocem præced. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 312. Sola prius furnis torrebant farra coloni: Et Fornacali sunt sua sacra deæ.

FORNACARĬUS, a, um, ad fornacem pertinens. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 27. *ante med.* Si fornacarius servus coloni ad fornacem obdormisset, et villa fuisset exusta. *h. e.* qui fornacem ardentem custodit.

FORNACĀTOR, oris, m. qui fornacem balnei succendit. *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 14. Ita enim ibi legendum est, non *fornicator.*

FORNACĔUS, a, um, ad fornacem pertinens. *Lucil.* apud *Non.* c. 10. Fulgit, uti caldum, et fornaceum ferrum. *Al. rectius leg.* uti caldum ex fornacibu' ferrum.

FORNACŬLA, æ, f. *a little furnace,* diminut. a fornax. *Juvenal.* sat. 10. v. 82. Magna est fornacula. ¶ Translate *Apul. in Apolog.* Hic accusationis auctor, hic testium coemptor, hic totius calumniæ fornacula.

FORNAX, acis, f. *a furnace,* κάμινος, ædificium, quod rei alicujus coquendæ, aut calefaciendæ gratia igni succenditur, cujusmodi sunt, quibus calx, aut lateres coquuntur, far torretur, metalla funduntur. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 37. Apparentque in ardentibus fornacibus sæpe volitantes. *Plin.* l. 11. c. 36. Fornax æraria. *Id.* l. 17. c. 9. calcaria.

Virg. 7. *Æn.* v. 636. recoquunt patrios fornacibus enses. *Labeo Dig.* l. 19. tit. 2. leg. 58. Fornax balinei. ¶ Translate *Virg.* 1. *Georg.* v. 472. Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam. ¶ *Fornax* etiam dea fuit, cujus in honorem Numa Fornacalia instituit, *h. e.* farris torrendi ferias. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 525. Facta dea est Fornax: læti Fornace coloni Orant, ut fruges temperet illa suas. V. *Fornacalia.*

FORNICARĬUS. V. *Foricarius.* ¶ Pro scortatore, *a fornicator*, *Tertull. de Anim.* c. 35. et *de Pudic.* c. 9. ¶ Sic *fornicaria, æ*, apud *eund. ibid.* c. 16.

FORNICĀTIM, *in the form of an arch, arch-wise*, in modum fornicis. *Plin.* l. 16. c. 42. Palma, arbor valida. in diversum enim curvatur: et populus. Cetera omnia inferiora pandantur: palma e contrario fornicatim. Ita *Hard.* ex MSS. Alii *fornicatur*, h. e. in modum fornicis curvatur.

FORNICATĬO, onis, f. *a vaulting, or arching over*, καμάρωσις, fornicis structura. *Senec.* ep. 95. *post med.* Societas nostra lapidum fornicationi similis est, quæ casura, nisi invicem obstarent, hoc ipso sustinetur. *Vitruv.* l. 6. c. 11. Parietum fornicatio. *the structure of an arch.* ¶ Est etiam scorti consuetudo. *fornication*, apud Eccles. Scriptor. *Tertull. de Pudic.* c. 1. 2. &c.

FORNICĀTOR, oris, *a fornicator*, et

FORNICĀTRIX, icis, f. *a fornicatress*, qui, vel quæ scortatur. Voces sunt Ecclesiasticis Scriptorib. usitatæ. Meretrices enim sub fornicibus prostabant. Hinc fornicatores dicti, qui illuc convenirent. *Isid.* l. 10. *Orig. in* F. et *Tertull. de Pudic.* c. 1. et 22.

FORNICĀTUS, a, um, adject. in modum fornicis fabricatus, *arched, or vaulted over*, concameratus. *Cic. in Top.* c. 4. Parietem directum ad communem parietem adjungere vel solidum, vel fornicatum. *Plin.* l. 12. c. 5. Fornicato ambitu. [¶ Romæ fuit via Fornicata, quæ ad campum Martium ducebat. *Liv.* lib. 22. c. 36. In via Fornicata, quæ ad Campum erat, aliquot homines de cælo tacti, exanimatique fuerant. *h. e.* via fornicibus seu porticibus ornata; alia via, quæ Tecta appellata fuit, memoratur ab *Ovid.* 6. *Fast.* v. 192. quæ porticibus instructa erat, et a porta Capena ad Martis templum ducebat.]

FORNĬCO, as. V. *Foricatim.*

FORNĬCOR, aris, dep. 1. *to fornicate, commit fornication*, scortor, ea ratione, quæ in *Fornicatrix*, et *Fornix* dicta est. *Tertull. de Pudic. sub fin.* Nemo nolens fornicatur.

FORNIX, ĭcis, m. *an arch or vault*, καμάρα, ἁψίς, structura in arcus modum curvata, et convexa. Proprie autem dicitur de arcu, *h. e.* singulis partibus tecti cameræ: differtque a camera, et testudine, quæ integram tecti curvaturam et convexitatem significant. V. *Camera. Senec.* ep. 90. *a med.* Democritus invenisse dicitur fornicem, ut lapidum curvatura paulatim inclinatorum medio saxo alligaretur. Hoc dicam falsum esse necesse est enim, ante Democritum et pontes, et portas fuisse, quarum fere summa curvantur. *Cic. in Top.* c. 4. Non debebit præstare, quod fornix vitii fecerit. *Plin.* l. 30. c. 3. Aqua fornicibus structis perducta. *over arches.* ¶ Speciatim dicitur de arcubus in memoriam rerum gestarum a triumphalibus viris exstructis. *a triumphal arch. Crassus* apud *Cic.* 2. *de Orat.* c. 66. Ita sibi ipsum magnum videri Memmium, ut in forum descendens, caput ad fornicem Fabii demitteret. V. *Fabianus.* ¶ Per synecdochen dicitur de tota camera. Hinc fornices sunt cellæ cameratæ, in quibus prostabant meretrices. *brothels, bagnios, stews. Juvenal.* sat. 3. v. 156. et sat. 11. v. 171. *Sueton. in Cæs.* c. 49. et *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 30. ¶ Per metaphoram *cæli ingentes fornices* dixit *Enn.* apud *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 3. *the huge vault of heaven.* quæ translatio improbatur a *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 40. propter dissimilitudinem. Quamvis enim, inquit, sphæram in scenam, ut dicitur, attulerit Ennius, tamen in sphæra fornicis similitudo non potest inesse. *Voss.* l. 4. *Institut. Oratoriar.* c. 6. sect. 7. [† p. 99 *sq.*] conatur *Ennium*, aliosque eum imitatos defendere.

FORNUS, i, m. *an oven*, caminus coquendo pani, κρίβανος. *Varro* apud *Non.* c. 12. n. 52. Cocula, quæ coquebat panem, primum sub cinere, postea in forno, cujus antique vocabulum a formo dictum, idest, a caldore.

FORO, as, a. 1. *to bore, pierce*, τετραίνω, pertundo, penetro: a πόρος, meatus, qui forando fit. *Colum.* l. 5. c. 10. ad *fin.* Amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidem adjicito. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 53. Forabunt te per vias stimulis. *Macrob. Saturn.* 7. c. 3. Forare aurem. ¶ Particip. *forans, forandus* apud *Sidon.* l. 9. ep. 13. Jamjam forante cruor exit. *Cels.* l. 7. c. 29. Indice digito corpus illud forandum est.]

FOROAPPĬI, orum, populi Latii in oppido, quod Forum Appii dictum fuit, prope Setiam ad Pomptinam paludem. *Plin.* l. 3. c. 5. *a med.* Ficolenses, Foroappii, Forenses, &c. ¶ Hujus oppidi meminit *Vib. Sequest. de paludib.*

FOROAUGUSTĀNUS, a, um, ad Forum Augusti (oppidum Hispaniæ) pertinens. *Plin.* l. 3. c. 3. V. *Geographos.*

FOROCORNELIENSIS, se, et

FOROFLAMINIENSIS, et

FOROJULIENSIS, et

FORONOVĀNUS, a, um, et

FOROSEMPRONIENSIS, e, ad oppidum pertinens, quod dicitur Forum Flaminiin Umbria, hod. *Forfiamma*; Forum Julii in Gallia Narbonensi, nunc *Frejus*, item in Carnis, nunc *Cividal del Friuli*, &c. Forum Sempronii in Umbria, hod. *Fossombrone*: Forum Cornelii in Æmilia, hod. *Imola. Plin.* l. 3. c. 14. et 16. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 417. n. 6. II Viri, et Decuriones Forosempronienses. *Alia* pag. 470. n. 6. Civitas Forojuliensium Patrono. ¶ Porro *Foronovani* sunt ex Foro novo oppido Sabinorum, ubi nunc *Vescovio*: item Galliæ Cispadanæ, prope Parmam. *Inscript.* apud *Reines.* class. 6. n. 129. Foronovani desideria totius provinciæ præcedentes, &c.

FORPEX, icis, f. *barbers' scissars*, instrumentum, quo a tonsoribus pili inciduntur. *Voss.* et alii de latinitate hujus vocis dubitant. Habet quidem *Isid.* l. 20. *Orig.* c. 13. et *Cassiod. Orthograph.* c. 4. ubi ambo discrimen afferunt inter forficem, et forpicem, quod hæc tonsoris sit, illa sutoris. *Sidon.* etiam *in Polemii Epithalam.* carm. 15. v. 184. Rupit odoratam redolenti forpice barbam. Ita scriptum est in castigatissimis libris *Wowerii, Elmenhorstii, Savaronis*, et *Sirmondi.*

FORS, fortis, f. *chance, luck, hap, fortune*, τύχη, casus extemporalis: *a ferendo*, quia fors est, prout res fert, ut ait *Voss. in Etymol. Cic. Attic.* l. 14. ep. 13. Fors in aliquibus rebus plus, quam ratio potest. Videtur a *fortuna* differre, quia *fors* casus est, *fortuna* ipsa dea, si *Nonio* credimus cap. 5. n. 15. Certe quidem differunt in locis, quæ ibi affert, *Accii*: Fortuna ne, an forte reperitur? *Ejusdem*: quibus natura prava magis, quam fors, aut Fortuna obfuit. *Lucilii*: Cui parilem Fortuna locum, fatumque tulit fors. *Cic.* quoque distinguit 2. *de Legib.* c. 11. *extr.* ¶ Interdum tamen pro ipsa fortuna ponitur. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 10. Sed de illa ambulatione Fors viderit, aut siquis est, qui curet, deus. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel.* v. 169. insultans sæva Fors nostris invidit questubus aures. ¶ Interdum ponitur adverbialiter. *Virg.* 11. *Æn.* v. 50. Fors et vota facit, cumulatque altaria donis. Adde *Val. Flacc.* l. 3. v. 665. et *Stat.* l. 3. silv. 4. v. 4. ¶ In obliquis casibus. *Vellei.* l. 2. c. 66. Vel forte, vel providentia, vel utcumque constitutum. *Liv.* l. 1. c. 4. Forte quadam, an divinitus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 381. Nos forte sua tempestas appulit. ¶ *Fors fortuna* est ipsa fors, seu fortuna. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 7. Si hæc habent talem necessitatem, quid est tandem, quod casu fieri, aut forte fortuna putemus? ¶ Sæpe est bona fortuna, vel eventus bonæ fortunæ, *good fortune, good luck. Terent. Eun.* 1. 2. 54. Forte fortuna adfuit hic meus amicus. *by a piece of good fortune. Id. Hecyr.* 3. 3. 26. Quæque fors fortuna est, quæ nobis te hodie obtulit. *Colum.* l. 10. v. 316. Et celebres Fortis fortunæ dicite laudes. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 773. Quod cito venerunt Fortunæ fortis honores! et vers. 775. deam læti Fortem celebrate Quirites. *Terent. Phorm.* 5. 6. 1. O Fortuna, o fors fortuna, quantis commoditatibus hunc onerastis diem! *Donat.* ad hunc locum scribit, Fortis fortunæ templum trans Tiberim fuisse; cujus festum colebant, qui sine arte vivebant. Illi etiam gratias agebant, quibus aliquid successerat. Eo igitur vocabulo significatur magna vis fortunæ. ¶ *Fors fuat* est bona fortuna sit, bona fors faveat, ut interpretatur *Donat.* apud *Terent. Hecyr.* 4. 3. 4. *fortune speed us well!* ¶ Alio sensu *Sidon.* l. 9. ep. 7. Scribam tuum, pretio, fors fuat, officiove demeritum copiosissimo declamationum tuarum schedio emunxit. *h. e.* forsit, fortasse. ¶ *Fors fuit, ut Gell.* l. 12. c. 8. Fors fuit, ut apud eandem mensam duo illi juncti locarentur. *as good luck would have it, they*, &c. ¶ *Forte* adverb. seu potius hujus nominis ablativus, *by chance, casually.* V. infra suo loco.

FŎRSAN, adverb. *perhaps, perchance, peradventure*, (vox Poet.) fortasse, ἴσως, dubitandi adverbium: *a fors. Virg.* 1. *Æn.* v. 207. forsan et hæc olim meminisse juvabit. Adde *Horat.* l. 2. od. 16. v. 31. *Phædr.* l. 2. fab. 4. v. 7. *Lucret.* l. 6. v. 345. *Terent. Andr.* 5. 5. 1. &c. ¶ Habent etiam *Hirt. de B. African.* c. 45. Forsan isto uterer beneficio. et *Curt.* l. 3. c. 2. Et tu forsan audire nolis, &c. Sed Historici poetica verba valde amant.

FORSIT, *perhaps*, fortasse, fors sit. *Lucret.* l. 6. v. 735. Forsit et Æthiopum penitus de montibus altis Crescat. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 49. Dissimile hoc illi est: quia non, ut forsit honorem Jure mihi invideat quivis, ita, &c. Hæc verba recitat etiam *Priscian.* l. 15. pag. 1015. *Putsch.* Tribuitur et *Virgilio Æneid.* 11. v. 50. et *Propertio* l. 2. eleg. 7. v. 33. sed utrobique alii *fors et.*

FORSĬTAN, adverb. *perchance, perhaps*, idem ac forsan: ex *forsit* et *an*, quasi an fors sit, sive an ferat hoc fors. *Cic. de Orat.* l. 2. c. 45. Major ars aliqua forsitan esset requirenda. *Terent. Eun.* 1. 2. 117. Forsitan hic mihi parvam habeat fidem. *Virg.* ecl. 6. v. 59. forsitan illum Perducant aliquæ stabula ad Gortynia vaccæ. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 2. Forsitan quæratis, qui iste terror sit. *Sallust. in Jug.* c. 114. Incertæ, ac forsitan paulo post interituræ vitæ parcere.

FORTASSE, *perhaps*, ἴσως, forsitan. *Cic. Fam.* 2. ep. 16. *ad fin.* Sed ego fortasse vaticinor: et hæc omnia meliores habebunt exitus. *Est qui legit* fortassis. *et mox.* Eos ego fortasse nunc imitor. *Id.* 1. *de Orat.* c. 22. Alicui Græculo otioso et loquaci, et fortasse docto atque erudito. *Id. Attic.* l. 6. ep. 6. Puer et fortasse fatuus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 51. Quæ res tamen fortasse aliquem reciperet casum. *Virg.* 10. *Æn.* v. 548. cæloque animum fortasse ferebat. ¶ Servit interdum anteoccupationi. *Cic. in Divin. Verr.* c. 12. Fortasse dices: quid? ergo hæc in te sunt omnia? ¶ Præcedente *si, an*, aut *nisi*, raro *fortasse* subditur, sed *forte. Cic.* tamen *ad Brut.* ep. 15. Tu hoc: alius fortasse, quod in animadversione durior: nisi fortasse utrumque tu. et *Plaut. Pers.* 2. 2. *in fi.* Nisi fortasse blanda verba. et *Capt.* 3. 4. 96. An tu fortasse fuisti meæ matris obstetrix?

FORTASSEAN, adverb. idem ac forsan: a *fortasse* addito *an. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *ante med.* De fructu hoc dico, quod, fortassean tibi satis sit, Axi. *Gell.* lib. 11. cap. 9. Fortassean auxilii petendi gratia. *Id.* l. 19. c. 8. Ac fortassean de quadrigis veterum auctoritati concessero. Adde *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 101. *Accium ibid.* n. 542.

FORTASSĬS, *perhaps*, idem quod *fortasse*, sed aliquanto rarius. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 20. Fortassis tu auri dempsisti parum. *Id. Asin.* 2. 4. 86. Neque est alter, cui credi recte æque putent. *Me.* fortassis: sed tamen, &c. *may be.* Adde *Plin.* l. 2. c. 20. et locum dubium *Cicer.* quem in *Fortasse* priore loco attulimus. ¶ *Charis.* quoque l. 2. pag. 165. *Putsch.* docet *fortassis* Latinis auribus absurdius videri.

FORTAX, acis, n. *Cato R. R.* c. 38. Fornacem bene struito: facito, fortax totam fornacem infimam complectatur. Videtur *fortax* esse substructio, quæ fornacem in imo cingit, et munit, ne arcus ejus diducantur et ruant: *the sides, bottom, or compass.* a *fortis.*

FORTE, *peradventure, by chance, casually, accidentally*, τυχὸν, ἐκ τύχης, fortuito, casu: ablativus a *fors*, adverbii modo usurpatus. *Crassus* apud *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 55. Forte evenit, ut in Privernati essemus. *Cic. pro Planc.* c. 26. Cum casu diebus iis, itineris faciendi causa, decedens e provincia, Puteolos forte venissem. *Terent. Phorm.* 4. 3. 12. Ut abii abs te, fit forte obviam mihi Phormio. *Liv.* l. 9. c. 31. Transfugæ quidam, pars forte, pars consilio oblati. *Horat. Epod.* 16. v. 15. forte, quid expediat, quæritis? ¶ *Forte fortuna*, V. in *Fors.* ¶ Præcedentibus dubitativis particulis *si, sin, ne, nisi, perhaps, perchance*, *Cic. initio divin. Verr.* Si quis vestrum forte miratur. *Id.* 3. *de Orat.* c. 12. Vereor, ne nihil sim tui, nisi supplosionem pedis imitatus, et pauca quædam verba, et aliquem, si forte, motum. *in case it should be so. Id. Fam.* 12. ep. 10. Sin quid forte titubatum esset, exercitu tuo niteremur. *Terent. Eun.* 2. 2. 56. Ne quis forte internuntius clam a milite ad istam curset. *Cic. pro Milon.* c. 7. Nisi forte magis erit parricida, si quis consularem patrem, quam si quis humilem necaverit.

FORTESCĔRE, *h. e.* fortem fieri, dictum a *Lævio* in *Alcesti* apud *Gell.* l. 19. cap. 7. sed ab ipso *Gellio* improbatur.

FORTICŬLUS, a, um, *a little or somewhat brave*, diminut. a *fortis. Cic.* 2. *Tuscul.* c. 19. Quamvis idem Epicurus forticulum se in torminibus, et in stranguria sua præbeat. *Auson. sub fin. Edyll.* 3. Carmina venustula ut essent magis, quam forticula.

FORTIFĬCO, as, a. 1. *to strengthen, fortify*, ἰσχυρίζω, fortem facio. *Cœl. Aurel. Tard.* l. 3. c. 2. Fortificare corpora. et lib. 2. c. 4. Constringere atque fortificare dentes. ¶ Quod ex *Plauto* afferunt quidam Lexicographi *fortifica animum*, suspectum, ne dicam falsum, valde est.

FORTIS, te, *brave, gallant, valiant, courageous, stout-hearted, manful*, ἀνδρεῖος, valens, potens, qui validis viribus præditus est: a *fero*, quia fortitudo est virtus perferendarum rerum. Fere de animo dicitur, quia fortitudo animi est, robur corporis. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 23. Fortis animi est, et constantis non perturbari in rebus adversis. *magnanimous. Sallust. in Jug.* c. 100. *de Sylla.* Multi dubitavere, fortior, an felicior esset. *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 8. Impetus animi fortissimus. *Id. pro Sext.* c. 20. Vir fortis, et acris animi, magnique. *Id. pro Mil.* c. 34. Gladiator fortis et animosus. *Id. pro Font.* c. 15. Vir ad labores impiger, ad pericula fortis. *undaunted. Id. pro Rosc. Amer.* c. 30. Vir contra audaciam fortissimus. *Senec. in Herc. Fur.* v. 1283. Fortis in pueros modo. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 12. n. 34. In dolore podagræ Possidonium nihilo, quam hospitem meum, fortiorem. *Id. Verr.* 3. c. 1. Si fortes fueritis in eo, quem, &c. *h. e.* contra eum. *Id. Phil.* 12. c. 3. Acerrima et fortissima libertatis recuperandæ cupiditas. *determined. Id.* 3. *Catil.* c. 6. Dictæ sunt a principibus acerrimæ ac fortissimæ sententiæ. *Id. Fam.* 6. ep. 13. *infi.* Fortissimo et maximo animo ferre omnia. ¶ Cum infinito *Stat.* 10. *Theb.* v. 905. pavidas tonitru turbare puellas fortior. ¶ *Fortia facta*, h. e. fortiter patrata. *glorious deeds; gallant achievements. Virg.* 1. *Æn.* v. 645. Fortia facta patrum. *Cic.* 8. *Attic.* ep. 22. Quod enim unquam eorum in republica forte factum exstitit? ¶ Interdum et de corporis robore usurpatur, *stout, strong, vigorous, lusty.* Sic *Colum.* l. 1. c. 8. villicum fortem appellat. *Virg.* 11. *Æn.* v. 705. Si femina forti fidis equo. *h. e.* cursu præstanti.

Id. 1. *Georg.* v. 65. Tauri fortes. *sturdy.* *Plin.* l. 4. ep. 1. *extr.* Contingat modo te, filiamque tuam fortes invenire. *h. e.* bene valentes. (Adde epist. 21. et l. 6. epist. 4.) *Plin. alter* l. 11. c. 38. Animalia fortiora, quibus sanguis crassior. *Id.* l. 32. c. 7. *a med.* Fortioribus stomachis ex jure ranas mandendas dare. ¶ Habet etiam alias his affines notiones. *Terent. Andr.* 2. 6. 13. Cavit, ne unquam infamiæ ea res sibi esset, ut virum fortem decet. *h. e.* honestum, *a well-bred person.* *Plaut. Trin.* 5. 2. 9. Sororem despondisse suam in tam fortem familiam. *h. e.* divitem, et bene audientem. *Id. Mil.* 4. 3. 13. *de quadam muliere.* Ecquid fortis visa est? *h. e.* formosa. V. *dicta* in *Formis.* ¶ Usurpatur etiam pro munito, firmo, valido. *Plin.* l. 14. c. 2. Eæ vites minus fertiles vino, acinis, et fæce nimia, contra pruinas fortissimæ sunt. *hold out the best.* *Cæs. B. Civ.* l. 2. c. 2. Fortissima ligna. *Senec. in Hippol.* v. 34. Fortia vincula. et *in Herc. Fur.* v. 1118. et *Valer. Flacc.* l. 1. v. 434. Fortes humeri. *brawny.* *Senec. ibid.* 1116. Fortis arundo. *Pallad. in Februar.* tit. 24. Plantæ licet serius comprehendant, fortiores fient. *firmer, surer.* *Plin.* l. 8. c. 36. Invalidissimum urso caput, quod leoni fortissimum. ¶ *Fortis cibus* dicitur, qui valde est alibilis, valens, firmus. *nourishing food.* *Plin.* l. 18. c. 7. Fortiora ad hiemes frumenta, legumina in cibo. ¶ *Fortes oculi,* acres ad intuendum, et imperterritum animum significantes. *piercing, keen, steady.* *Cic. Attic.* l. 15. ep. 11. Hoc loco, fortibus sane oculis, Cassius (Martem spirare diceres) se in Siciliam non iturum. ¶ *Sol fortis,* calorem habens. *powerful, exceedingly hot.* *Senec. in Med.* v. 588. Aut ubi in rivos nivibus solutis Sole jam forti, medioque vere Tabuit Æmus. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Orat.* c. 54. Illam orationem disertam sibi, et oratoriam videri; fortem et virilem non videri. *h. e.* viro forti gravique dignam. et lib. 3. c. 9. Genus dicendi forte, vehemens, commotum in agendo. *h. e.* acre, vi præditum. *strong.* et lib. 2. c. 43. Non semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, submissa, lenis. *Corn. Sev. in Ætna,* v. 2. Et quæ tam fortes volvant incendia causæ. *h. e.* tantis viribus præditæ. *Gell.* l. 5. c. 3. *extr.* Quanam verborum industria causa infirmior fieret fortior. *h. e.* melior, probabilior, verior. *Justin.* l. 44. c. 2. Sæpe tormentis pro silentio rerum creditarum immortui: adeo illis fortior taciturnitatis cura, quam vitæ. *h. e.* diligentior, intentior. *Propert.* l. 1. el. 5. v. 14. Fortia dicta. *h. e.* plena jactationis, ac superbiæ. ¶ *Fortes fortuna adjuvat,* proverb. apud *Terent. Phorm.* 1. 4. 26. et *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 4. quo significatur, audendum, conandumque esse prius, deinde exspectandum a Fortuna auxilium: *courage is the favourite of Fortune; Fortune favours the brave.* *Id.* 3. *de Fin.* c. 4. *extr.* In ceteris subvenies, si me hærentem videbis, sedulo, inquam, faciam: sed Fortuna fortes: quare conare quæso. ¶ *Fortes creantur fortibus,* [† Gr. ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθοί,] aliud proverb. apud *Horat.* l. 4. od. 4. v. 29. *none but the brave produce the brave.* ¶ Olim *forctis* scripsere: significabant autem frugi et bonum, teste *Festo.*

FORTĬTER, *strongly, stoutly, vigorously,* magnis viribus, valide, ἰσχυρῶς. *Nep. in Alcib. in fi.* Fortiter venari. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 25. Hunc adstringite ad columnam fortiter. *Horat.* l. 1. od. 12. v. 2. fortiter occupare portum. *Petron. in Satyr.* c. 9. Sublatis fortius manibus. *Ovid. de remed. amor.* v. 397. Fortius attrahere lora. *Id. Metam.* 6. v. 708. arserunt agitati fortius ignes. *Plin.* l. 16. c. 40. Rigorem fortissime servat ulmus. *Id.* l. 9. c. 8. *ad fin.* Includi retibus se, fortissime urgentes gaudent. *Id.* l. 17. c. 14. Fortius durant. *Pallad. in Octobr.* tit. 18. Defrutum, ubi ad spissitudinem fortiter despumaverit. *h. e.* valde, bene. Sic tit. 19. Fortiter verberare virgis uvas. ¶ Sæpe est animose, acriter, constanter, strenue, ἀνδρείως. *bravely, gallantly, courageously, valiantly, valorously, resolutely, undauntedly.* *Cic.* 14. *Attic.* ep. 13. Quidquid acciderit, fortiter et sapienter feramus. *manfully, like men.* *Id. Phil.* 11. c. 3. Fortiter et patienter ferre dolorem. *Id. Attic.* l. 15. ep. 20. Fortiter hoc velim accipias, ut ego scribo. *Id. pro Quint.* c. 8. Dolabella injuriam facere fortissime perseverat. *Id. pro Flacc.* c. 39. Cum fugitivis fortiter bellum gesserat. *Id. de Provinc. Consul.* c. 27. Constanter et fortiter repudiare aliquid. *Id.* 4. *Phil.* c. 2. Animose et fortiter quippiam facere. (*Fortiter facere* sæpe est strenue se in bello gerere, forte aliquod facinus militare edere. *Quintil.* l. 9. c. 2. *et in declamationib. sæpissime.*) *Colum.* l. 9. c. 14. Apes fortius operibus inservient. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 11. Fortiter impetum hostium sustinere. et cap. 26. Fortius pugnare. et lib. 4. c. 12. Fortissime resistere. *to make a gallant resistance.* *Pompon. Dig.* lib. 32. leg. 83. Fortiter aliquid defendere. *Quintil.* l. 2. c. 4. *extr.* Fortissime affirmare. et cap. 12. Fortius dicere. *h. e.* acrius, vehementius. *Justin.* l. 28. c. 2. *extr.* Fortius loqui. *h. e.* audacius, confidentius. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 42. fortiter perire. *Facete Id.* l. 1. ep. 15. v. 26. rebus maternis atque paternis Fortiter absumptis. *manfully, gallantly,* impigre, et strenue.

FORTITŪDO, inis, f. *fortitude, bravery, courage, resolution, greatness of soul, magnanimity,* ἀνδρεία, est virtus animi, qua labores considerate suscipiuntur, et dolores constanter perferuntur. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 54. Fortitudo est considerata periculorum susceptio, et laborum perpessio. *Id.* 3. *Offic.* c. *ult.* Fortitudo quæ est dolorum, laborumque contemptio. *Et paulo inferius.* Fortitudinem quoque aliquo modo expediunt, cum tradunt rationem negligendæ mortis, perpetiendique doloris. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 14. Fortitudo est animi affectio cum in adeundo periculo, et in labore ac dolore patiens, tum procul ab omni metu. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 2. Fortitudo est rerum magnarum appetitio, et rerum humilium contemptio, et laboris cum utilitatis ratione perpessio. *Gell.* l. 12. c. 5. *extr.* Ea vera et proba fortitudo est, quam majores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum, et non tolerandarum. V. alias definitiones 4. *Tuscul.* c. 24. ¶ In plur. numero *Vitruv.* l. 10. c. 22. Differentes sunt nationum fortitudines. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 22. *extr.* Sunt ergo domesticæ fortitudines non inferiores militaribus. *h. e.* res fortiter gestæ. *instances of valour or intrepidity.* ¶ Refertur aliquando ad robur corporis, ut Fortitudo hircorum, apud *Phædr.* l. 4. fab. 15.

FORTUĬTO, *by chance, casually, accidentally, fortuitously,* τυχὸν, κατὰ τύχην, casu, forte. Ablativus casus adjectivi *Fortuitus,* adverbii more positus. *Cic. in Orat.* c. 55. Temere ac fortuito. et lib. 1. *de Orat.* c. 24. Fortuito in sermonem incidere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 20. Non hæc omnia fortuito, aut sine consilio accidere potuisse. ¶ Jungitur et cum *casu.* *Cic. ibid.* Ne in deum quidem cadere videtur, ut sciat, quid casu et fortuito futurum sit. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 11. Casu et fortuito navis in portum incolumis delata est. Al. utroque loco leg. *fortuitu.* Putant enim, cum *fortuito* dicimus, *casu* subaudiri, cum sit adjectivum: si cum *casu* jungatur, *fortuitu* esse dicendum, quod re vera adverbium est.

FORTUĬTU, adverb. *by chance, perchance, peradventure, fortuitously,* τυχὸν, forte, fortuito. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 41. Si eam senex prægnantem fortuitu fecerit. *Hirt. de B. Afric.* c. 3. *extr.* Occasio fortuitu oblata. *Juvenal.* sat. 13. v. 225. Non quasi fortuitu, nec ventorum rabie, sed, &c. *Cic.* 1. *Offic.* c. 29. Ne quid temere ac fortuitu, inconsiderate, negligenterque agamus. *Id. Phil.* 10. c. 2. Quod verbum tibi non excidit fortuitu: scriptum, meditatum, cogitatum attulisti. Al. leg. *fortuito.* V. dicta in voce præced. ¶ Pro temere. *Plin.* l. 8. c. 16. *sub fin.* Dum fortuitu fidens non est contra feram.

FORTUĬTUS, a, um, *happening or falling out by chance, accidental, casual, fortuitous,* τυχηρὸς, forte et casu accidens, in fortuna positus. *Cic.* 4. *de nat. Deor.* c. 36. Si quippiam nacti sumus fortuiti boni. et l. 1. c. 24. Concursus atomorum fortuitus. *Id. in Top.* c. 19. Concursio rerum fortuitarum. *Petron. in Satyr.* c. 135. At paries circa palea satiatus inani, Fortuitoque luto. *h. e.* temere, et sine cura inducto. ¶ Absolute *Tacit.* 14. *Ann.* c. 3. Nihil tam capax fortuitorum, quam mare. *of accidents.* ¶ Pænultima producitur ab *Horat.* l. 2. od. 15. v. 17. Nec fortuitum spernere cespitem Leges sinebant. Sic *Phædr.* l. 2. fab. 4. v. 4. et *Auson. in* VII. *Sap. de Solone,* v. 3. At *Manil.* l. 1. v. 182. *Petron. in Satyr.* c. 135. *Juvenal.* sat. 13. v. 225. et alii corripiunt: nisi malis ad synæresim recurrere, et trisyllabam vocem facere: quod tamen durius esse videtur.

FORTŪNA, æ, f. *fortune, chance, hazard, adventure, hap, luck,* τύχη, subitus et inopinatus eventus rerum accidentium, (ut ait *Lactant.* l. 3. c. 29.) fors, casus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 6. Quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid casus, quid eventus, nisi cum sic aliquid cecidit, sic evenit, ut vel non cadere atque evenire, vel aliter cadere atque evenire potuerit? ¶ Pro dea habita fuit, et humanarum rerum domina: *the goddess Fortune:* habuit templum Præneste præcipue, et Antii: Romæ etiam fana non una, variisque cognominibus colebatur. *Fors, Fortuna, respiciens, primigenia, hujusque diei,* h. e. in omnes dies, ut docet *Cic.* 2. *de Legib.* c. 1. *in fi.* item *sancta, regina, conservatrix, obsequens,* &c. ut videre est apud *Gruter.* pag. 74. *et sequentib.* V. suis loc. et in *Hic.* Pingebatur rotæ, aut globo insidens, ad volubilitatem inconstantiamque significandam: (unde ab *Ovid.* dicitur l. 2. *ex Pont.* ep. 3. v. 56. dea in orbe stans) cui tribuebant facultatem distribuendi omnibus bona aut mala in vita, non pro cujusque merito, sed temere, inconsiderate, nullo discrimine. *Pacuv.* apud *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 23. Fortunam insanam esse et cæcam perhibent philosophi, Saxoque illam instare globoso prædicant volubilem, &c. *Cic. in Pison.* c. 10. Fortunæ rotam pertimescere. *Id. Phil.* 14. c. 2. Vim fortunæ contemnere. *Id. pro Sext.* c. 7. Fuit profecto quædam illa reipubl. fortuna fatalis. *Id. post redit. ad Quirit.* c. 1. Homini nihil magis optandum, quam prospera, æquabilis, perpetuaque fortuna. *Id. pro Cluent.* c. 3. Fortuna misera multumque jactata. *Id. in Pison.* c. 16. Meam spoliatam fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 5. *sub fin.* Ferre pulcherrime secundam adversamque fortunam. *Cic. Fam.* 4. ep. 9. *ante med.* Afflicta fortuna. *Id. ad Brut.* ep. 10. Belli fortuna, ut in secundis, fluxa, ut in adversis, bona. et ep. 1. Fortuna optima esse. *Id. Attic.* l. 10. ep. 4. Fortuna duriore conflictatus. et lib. 9. ep. 6. Timidius committere se fortunæ. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 9. Bona corporis, et extra corpus in casu sunt atque fortuna. ¶ *Fortes Fortuna adjuvat,* proverb. *Fortune favours the brave.* V. *Fortis.* ¶ Interdum sine addito de prospero eventu dicitur. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 20. Eum clarissimum Græciæ, diuturna cum fortuna fore. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 36. Fortunam a deo petendam, a se ipso sumendam esse sapientiam. *Virg.* 3. *Æn.* v. 15. Hospitium antiquum Trojæ, sociique Penates, Dum fortuna fuit. *Propert.* l. 1. eleg. 17. v. 7. Nullane placatæ veniet fortuna procellæ. Adde *Horat. in ar. poet.* v. 201. ¶ Interdum de tristi et malo. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 5. *ad fin.* In eam fortunam devenimus, ut etiam huic rei nobis serviendum sit. *we have arrived at that pitch of misfortune.* *Quintil.* l. 7. c. 9. *Gallus* utrum avem, an gentem, an nomen, an fortunam corporis significet, incertum est. *h. e.* exsectum esse. [¶ *Sortiri fortunam oculis* apud *Virgil. Æn.* 12. v. 920. de Ænea telum in Turnum intorquente, et locum in corpore vulneri maxime opportunum, quem fortuna dabat, oculis designante. Cunctanti telum Æneas fatale coruscat sortitus fortunam oculis, et corpore toto Eminus intorquet. Id ex *Homero Iliad.* X. v. 321. εἰσορόων χρόα καλὸν, ὅπη εἴξειε μάλιστα. In re non dissimili ita locutus *Tacit.* 2. *Ann.* c. 14. Densarent ictus, ora mucronibus quærerent. *h. e. that they should aim at the face.*] ¶ Sumitur et pro statu et conditione rerum, aut hominum. *Nep. in Attic.* c. 11. Sui cuique mores fingunt fortunam. *state or condition in life, fortune.* *Cic. de Amic.* c. 16. Amplificare fortunam. *Id.* 1. *Offic.* c. 13. Est autem infima conditio et fortuna servorum. *Id.* 5. *de Fin.* c. 9. Homines infima fortuna. ¶ Fortuna populi R. Fortuna imperii, apud *Tacit.* 3. *Hist.* c. 47. et lib. 4. c. 57. est non solum status et spes, sed etiam auspicium et majestas. ¶ In plur. numero. *Terent. Andr.* 1. 1. 69. Omnes omnia bona dicere, laudare fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio præditum. *my good fortune.* *Id. Phorm.* 1. 4. 24. Si eo meæ fortunæ redeunt, Phanium, abs te ut distrahar, nulla est mihi vita expetenda. *Cic. pro Sull.* c. 23. *extr.* Et secundas fortunas amittere coactus est, et in adversis sine ullo remedio permanere. ¶ Sæpe *fortunæ* ponuntur pro facultatibus, re familiari, divitiis. *an estate or fortune; possessions, riches, effects, wealth, property.* *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 3. A Chrysogono peto, ut pecunia fortunisque nostris contentus sit. *Id. Verr.* 3. c. 44. Iis prætor adimere bona fortunasque poterit. Ubi *Ascon.* Bona in ipsis possessionibus, fortunæ in fructibus earum. *Id. pro Dom.* c. 10. Imminebat furor tuus omnium fortunis et bonis. ¶ In singulari num. *Scævola Dig.* lib. 4. tit. 7. leg. 40. *ad fin.* Argentarius coactor totam fortunam in nominibus habebat. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 2. v. 55. vitamque dedisti: Nec mihi jus civis, nec mihi nomen abest: Nec mea concessa est aliis fortuna. ¶ *Per fortunas,* adjurandi, obsecrandique formula: *Cic. Attic.* l. 5. ep. 11. Ne provincia nobis prorogetur, per fortunas, dum ades, quidquid provideri potest, provide. Adde epist. 13. et lib. 3. ep. 20. *on your life.* ¶ *Fortunæ filius,* proverb. felix, fortunatus. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 49. *Fortune's favourite.* ¶ *Fortunas* pro *fortunæ,* ut *familias, escas, vias, Monetas, Latonas,* in genit. sing. *Nævius* apud *Priscian.* l. 6. pag. 679. *Putsch.* Ei venit in mentem hominum fortunas.

FORTUNĀTE, adverb. *prosperously, fortunately, luckily, happily,* εὐτυχῶς, feliciter, prospere. *Cic.* 3. *Fin.* c. 7. Necessario sequitur, omnes sapientes semper feliciter, absolute, fortunate vivere. *Colum. in procem.* l. 1. *ante med.* Fortunatius a catenato repulsum janitore.

FORTUNĀTIM, adverb. idem quod fortunate. *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 334. Fortunatim, feliciter, ac bene vortat.

FORTUNĀTUS, a, um, *happy, fortunate, lucky, prosperous, blest,* εὐτυχὴς, cui fortuna favet, felix. *Cic.* 2. *Catil.* c. 4. O fortunatam rempubl. si quidem hanc sentinam hujus urbis ejecerit! *Id.* 2. *Q. Fr.* ep. 14. *sub fin.* Nihil nobis expeditis, si valebimus, fore fortunatius. *Id. de Senect.* c. 9. Mihi vero Cn. et P. Scipiones comitatu nobilium juvenum fortunati videbantur. *Vellei.* l. 2. c. 12. Fortunatissimo prœlio decertavere. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 9. Quod bonum, fortunatum, felixque, salutareque sie populo R. Quiritum. *Similes alias formulas bene ominand* V. in *Faustus,* et *Felix.* ¶ Item dives, *wealthy, rich.* *Cic* 2. *de Orat.* c. 86. Cum cœnaret Simonides apud Scopam fortunatum hominem et nobilem. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 34 Quid hanc miseram et tenuem sectamini prædam, quibu jam licet esse fortunatissimis? Adde *Cicer.* l. 2. *Offic.* c 20. ¶ Fortunatæ insulæ, nunc *the Canary islands,* in Oceano Atlantico sunt, ad Africam pertinentes, quas *Plau* Fortunatorum insulas appellat, *Trin.* 2. 4. 148. Nome habent a cæli temperie, et soli fertilitate: olim credit Elysium, et beatarum animarum sedes: quo allusit *Vir* 6. *Æn.* v. 638. Devenere locos lætos, et amœna vire Fortunatorum nemorum. V. *Plin.* l. 6. c. 32. [¶ Cum g nitivo Græcorum more. *Virgil.* 11. *Æn.* v. 416. Ille mi ante alios fortunatusque laborum. *h. e.* qui felix in ma suis et calamitatibus.]

FORTŪNO, as, a. 1. *to prosper, make happy or prosp ous, bless,* εὐδαιμονίζω, prospero, secundo. *Cic.* l. 2. *Fa* ep. 2. Tibi patrimonium dii fortunent. *Id.* l. 15. ep. Eumque honorem deos tibi fortunare volo. *Horat.* l.

ep. 11. v. 22. Tu quamcumque deus tibi fortunaverit horam, Grata sume manu. *Afran. Non.* c. 2. n. 315. Deos ego omnes, ut fortunassint, precor. *h. e.* ut fortunent. Adde *Plaut. Trin.* 2. 4. 175. et *Pers.* sat. 2. v. 45. ubique autem diis tribuitur, quorum in manu Fortunæ vis esse dicitur.

FORŬLI, orum, m. *hutches, cases, or shelves, in which books were kept,* loculi, plutei, quibus libri asservantur: a *foris* Circensibus, ut *Festus* docet. *Sueton. in Aug.* c. 31. Libros Sibyllinos condidit duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. *Juvenal.* sat. 3. v. 219. Hic libros dabit, et forulos, mediamque Minervam. ¶ Est et nomen oppidi, seu vici in Sabinis apud Marsorum confinia. *Virg.* 7. *Æn.* v. 714.

FORUM, i, n. *a market place,* ἀγορὰ, locus spatiosus in urbe, in quo res venduntur, et negotia fiunt: a *fero,* ut vult *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. vel potius a *foris. Varr. ibid.* Forum boarium, olitorium, cupedinis, piscarium. *the ox or cow-market, green-market,* &c. *Id.* l. 1. *R. R.* c. 54. vinarium. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 12. leg. 1. *a med.* suarium. *Sallust. in Jug.* c. 51. Oppidum Vacca, forum rerum venalium totius regni maxime celebratum. *the most celebrated mart.* ¶ *Varro cit.* l. 4. *de L. L.* tradit, omnia fora rerum venalium, quæ Romæ erant, contracta postea fuisse in unum locum, quod *macellum* dictum fuit, ubi omnia, quæ ad victum pertinent, vendebantur. ¶ Item locus, in quo jurisdictio exercetur, conciones habentur ad populum, causæ aguntur, *a public place in Rome, where assemblies of the people were held, justice was administered, and other public business, particularly what concerned the borrowing and lending of money, transacted:* qui sæpe idem est locus cum foro negotiorum, quæ occasione convenientium civium fiunt, ut in Foro Romano. *Cic.* 5. *Verr.* c. 15. Ne extra suum forum vadimonium promittere cogantur. *to litigate their differences in places without the bounds of their own districts. Id. Fam.* 5. ep. 8. Ut primum forum attigi. *h. e.* cœpi versari in publico, civilia studia exercere, reipubl. operam dare, causas agere. *to begin to attend to public affairs, after assuming the* toga virilis. *Sueton. in Ner.* c. 7. Deducere in forum. *h. e.* in publicum, et ad reipublicæ studia et officia admovere. *Senec. in proœm.* l. 2. *controv.* Parare se foro et honoribus. *Tacit. in Agric.* c. 39. Frustra studia fori, et civilium artium decus in silentium acta, si militarem gloriam alius occuparet. *the business of the* forum. *Nep. in Cat.* c. 1. Hortatu L. Valerii Romam demigravit, in foroque esse cœpit. *to be engaged in public business. Id. in Attic.* c. 10. Ad adventum imperatorum foro decesserat, timens proscriptionem. *h. e.* publico abstinuerat. *he had ceased appearing in public. Senec.* l. 4. *de Benef.* c. 39. Cedere foro. *to become a bankrupt.* V. *Cedo. Cic.* 6. *Verr.* c. 54. *extr.* Pacem cum bello, leges cum vi, forum et jurisdictionem cum ferro et armis conseratis. *Virg.* 2. *Georg.* v. 502. ferrea jura, insanumque forum. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 188. Et fora Marte suo litigiosa vacent. ¶ *Forum agere* est jurisdictionem exercere, *to hold a meeting for the purpose of administering justice; to hold an assize or court of justice:* et dicitur fere de magistratibus in provinciis. *Cic.* 5. *Attic.* ep. 16. *ad fin.* Appius in ultimam provinciam se conjecit, Tarsum usque: ibi forum agit. Sic *Virg.* 5. *Æn.* v. 757. gaudet regno Trojanus Acestes, Indicitque forum, et patribus dat jura vocatis. ¶ Ipsa oppida, aut vici in provinciis, in quæ conveniebant provinciales negotiorum, seu nundinarum, vel jurisdictionis, et litium causa, *fora* appellantur, ut Forum Aurelium in Etruria, Forum Livii in Æmilia, Cornelii, Julii, Sempronii, &c. de quibus V. Geographos. *Cic.* 12. *Fam.* ep. 5. Erat Claternæ Hirtius, ad Forum Cornelium Cæsar. ¶ Fora plurima Romæ fuere, sed judicialia tria maxime, Romanum, Julii Cæsaris, et Augusti; quibus alia postea adjecta sunt. Primum quod absolute et κατ' ἐξοχὴν Forum dicitur, fuit omnium ornatissimum propter ædificia, et frequentissimum propter judicia, inter Colles Capitolinum, et Palatinum: ibi Curia, Rostra, Comitium, tabernæ argentariæ, porticus circa columnis nixæ, Basilicæ, templa magnifica, &c. *Martial.* l. 3. epigr. 38. Causas, inquis, agam Cicerone disertius ipso: Atque erit in triplici par mihi nemo foro. *Senec.* l. 2. *de Ira,* c. 9. Circumscriptiones, furta, fraudes, quibus trina non sufficiunt fora. Adde *Stat.* l. 4. silv. 9. v. 15. De foro Augusti *Sueton. in Aug.* c. 29. Forum exstruxit cum æde Martis ultoris, *&c.* Fori exstruendi causa fuit hominum et judiciorum multitudo, quæ videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio indigere. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 15. v. 16. domus Augusto continuata foro. De Foro Jul. Cæsaris *Sueton. in Cæs.* c. 26. Forum de manubiis inchoavit, cujus area super HS millies constitit. ¶ *Scisti uti foro* proverbium est apud *Terent. in Phorm.* 1. 2. 29. h. e. scisti servire tempori, *you know how to go the right way to work, to suit yourself to the time, or make the best of it:* ductum a negotiatoribus, qui ante locum commercii non præscribunt, quanti vendant, quæ advehunt, sed secundum annonam fori, quam deprehenderint, consilium de vendendis aut non vendendis mercibus sumunt. *Donatus.* ¶ *Res in meo foro vertitur,* aliud proverb. apud *Plaut. Mostell.* 5. 1. 10 h. e. res est mihi cum iis, quos vitare non possum, quemadmodum in suo foro recusare nemo potest quin judicium subeat: vel versor in periculo, quod non possum effugere. ¶ *In alieno foro litigare* apud *Martial. in epist. præfixa* lib. 12. est perplexum et turbatum esse, ut ii, qui in alieno foro litigant, cujus neque morem judiciorum, neque rationem agendi, aut loquendi plane sciunt. *to follow a business which he doth not understand.* ¶ *Forum aleatorium* per similitudinem dicitur cubiculum, in quo lusuri conveniunt. *August.* apud *Sueton. in ejus vita,* c. 71. ubi alii intelligunt alveolum lusorium. nam hac notione videtur certo usurpari a *Senec. de consol. ad Polyb. c. pænult.* Tesseris ac foro acerbissimi funeris levabat mala. *gaming tables or boards.* ¶ *Forum coquinum* fuit Romæ locus, ubi coqui conveniebant, parati suam locare operam conducentibus. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 1. Forum coquinum qui vocant, stulte vocant. nam non coquinum est, verum furinum est forum. ¶ *Foro mersi* apud *eund. Epid.* 1. 2. 16. dicuntur, qui ære alieno obruti sunt. *over head and ears in debt.* In foro enim erant argentariorum tabernæ, ubi pecunia dabatur cuivis fenori. ¶ *Forum* est etiam vasis vinarii genus, nempe pars torcularis, in quo ponuntur uvæ, vel oleæ prelo calcandæ. *a vessel used about the wine-press. Colum.* l. 11. c. 2. *a med.* Torcularia et fora diligenter emundata lotaque, et si res ita exegerit, picata. Adde lib. 12. c. 18. ¶ Adde ex *Festo,* id *forum* antiquos appellasse, quod nunc vestibulum sepulcri dici solet. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 24. Quod autem lex *forum,* id est vestibulum sepulcri, *bustumve usucapi* vetat, tuetur jus sepulcrorum.

FORUS, i, m. idem quod forum, idest locus rebus venalibus, negotiis, judiciis, destinatus. *Lucil.* apud *Charis.* l. 1. pag. 55. *Putsch.* et apud *Non.* c. 3. n. 96. Romanis ludis forus olim ornatu' lucernis. *Pompon. ibid.* Balnea, forus, macellus, fana, portus. Adde *Sallust. in fragm. ibid.* ¶ De foris navium, &c. V. *Fori.*

FORVUS, formus, *h. e.* calidus, apud Veteres. *Serv. ad Æn.* 8. v. 453.

FOSSA, æ, f. *a ditch,* τάφρος, locus, unde effossa est terra: a *fossum* sup. verbi *fodio. Cic.* 5. *Tuscul.* c. 20. Ejusque fossæ transitum ponticulo ligneo conjunxisset. *Plin.* l. 6. c. 26. *a med.* Fluvius fossa perductus. *Id.* lib. 33. c. 4. Fossam cavare. *Id.* l. 6. c. 29. ducere. *Id.* l. 36. c. 9. perducere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 69. præducere. *Plin.* l. 18. c. 26. purgare, aut novam facere. *Plin. alter* l. 10. epist. 50. percutere. *h. e.* ducere, facere. *Tertull. advers. Hæret.* c. 10. Hanc tibi fossam determinavit ipse, qui te non vult aliud credere, quam quod instituit. *h. e.* hos tibi fines præscripsit. ¶ Speciatim sumitur pro receptaculo aquæ manufacto ad urbes, oppida, castra, aut alia hujusmodi munienda. *a trench, moat. Cic. Attic.* l. 9. ep. 12. Populi R. exercitus Cn. Pompeium circumsidet, fossa et vallo septum tenet. V. *Fovea. Festus in Quiritium,* et *Liv.* l. 1. c. 33. Quiritium fossæ dicuntur, quibus Ancus Martius circumdedit Urbem, quam secundum ostium Tiberis posuit: ex quo etiam Ostiam. Et quia populi opera eas fecerat, appellavit Quiritium. [¶ Etiam pro pudendo muliebri usurpatur. *Tibull. in Priap.* v. 30. Tibi hæc paratur, ut tuum ter et quater Voret profunda fossa lubricum caput.]

FOSSĀTUM, i, n. *a ditch, moat,* posterioris latinitatis vox est, et significat vel fossam, vel munimentum fossa factum. *Pallad. in Septemb.* tit. 13. *de hortis.* Circumveniente fossato, vel luto structis parietibus. *Capitolin. in Gord.* c. 28. Castra omnia fossato circuibat. Adde *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 16. ¶ Sunt qui afferunt etiam verba *Plin.* l. 17. c. 21. ubi ait: Fossatum purgari, et extendi, ne crudum relinquatur. At *Harduin.* legit *fossum.* ¶ Est etiam *fossatus, i,* m. terminus in agris in ipsa fossa positus, apud Scriptores rei agrariæ, *Goes.* pag. 254. et 267.

FOSSĬLIS, le, *that is, or may be, dug out of the earth, fossile,* ὀρυκτὸς, qui e terra effoditur. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 11. Sal melior fossilis, quam marinus. *Plin.* l. 36. c. 18. Fossile ebur. et cap. 26. Fossiles arenæ. *Ammian.* l. 24. c. 6. (*al.* 21.) Fossile flumen. *artificial, made by the hand.*

FOSSĬO, onis, f. *a digging, delving,* ὄρυξις, actus fodiendi. *Cic. de Senect.* c. 15. *a med.* Fossiones agri et repastinationes. *Plin.* l. 17. c. 26. Amygdalæ si colantur fossione, florem amittunt. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* Omnibus mensibus non solum seminariis, sed etiam novellis vineis danda fossio est.

FOSSITĬUS, *et* Fossicius, a, um, ὀρυκτὸς, idem quod fossilis. *Plin.* l. 36. c. 23. Arenæ tria genera, fossitia, fluviatilis, et marina. *Pallad.* l. 1. c. 10. Arenæ fossitiæ tria sunt genera, nigra, cana, rufa.

FOSSO, as, a. 1. idem ac fodio. *Enn.* apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 5. *a med.* decretum est fossare corpora telis.

FOSSOR, oris, m. *a digger, delver, labourer,* ὀρυκτὴς, qui fodit. *Virg.* 2. *Georg.* v. 264. Et labefacta movens robustus jugera fossor. ¶ Translate dicitur de homine agresti, et imperito. *Pers.* sat. 5. v. 122. Cum sis cetera fossor. *a very boor.* Adde *Catull.* carm. 22. *ad Varr.* v. 10. ¶ Speciatim dicitur de eo, qui cuniculos agit, ut obsessæ urbis muros eruat. *a miner, pioneer. Stat.* l. 2. *Theb.* v. 418. cou septa novus jam mœnia laxet Fossor.

FOSSŬLA, æ, f. *a little ditch or trench,* ὀρυγμάτιον, diminut. a fossa. *Cato de R. R.* c. 161. Deinde fossulas facito, qua radices asparagi demittas. *Colum.* l. 11. c. 3. *ad fin.* Locum circumdare fossula. Et l. 12. c. 44. fossulæ tripedaneæ.

FOSSŪRA, æ, f. *a digging, delving, ditching,* ὄρυγμα, fossio. *Colum.* l. 4. c. 14. Hanc planam fossuram maxime nos probamus. *Sueton. in Calig.* c. 37. Complanata fossuris montium juga. *Vitruv.* l. 8. c. 1. Summa fossura operiatur arundinibus. *h. e.* summa fossæ pars.

FOSSUS, a, um, *dug, delved,* ὀρυκτός. *Plin.* l. 19. c. 6. Cæpas ter fosso solo seri jubent. *Martial.* l. 14. epigr. 49. Exercet melius vinea fossa viros. *Pallad. in Novembr.* tit. 6. Terra fossa et subacta.

FOSTĬAM pro hostia, et

FOSTIM pro hoste, antiqui dicebant teste *Festo* in *Fedum.* V. initium litteræ F.

FOTUS, a, um, adject. a foveo, *nourished, cherished, kept warm,* θαλφθεὶς. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 48. Pulli a matribus exclusi, fotique. *Plin.* l. 31. c. 9. *sub fin.* Sal dentium dolori cum aceto fotus, et illitus cum resina prodest. *h. e.* fovendo admotus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 699. Ascanium fotum gremio dea tollit in altos Idaliæ lucos. *h. e.* complexum quasi fovendi causa: ut vers. 722. interdum gremio fovet.

FOTUS, us, m. fovendi actus, fomentum, *a cherishing, nourishing,* πυρίασις. In sexto casu sing. *Plin.* lib. 23. c. 9. Utilis est igni sacro, fotu. et cap. 1. *ejusd. l.* Decoctum eorum cæliacos juvat et potione et fotu. *fomentation.* ¶ In aliis et translate *Prudent.* 2. *contra Symmach.* v. 583. queis gloria fotibus aucta Sic cluat. ¶ Proprie *Id. in Hamartig.* v. 304. tactus Palpamen tenerum blandis e fotibus ambit.

FOVĔA, æ, f. *a deep hole made in the ground to catch wild-beasts in; a pitfal, pit,* βόθυνος, fossa brevis, profunda, et in summo tantum patens: quales sunt, quibus fronde obtectis feras decipiunt, et quibus sepeliuntur cadavera, &c. scrobs, caverna. *Cic.* 4. *Phil.* c. 5. Res est vobis cum immani tetraque bellua: quæ quoniam in foveam incidit, obruatur. *Plin.* l. 10. c. 38. Foveis feras venari. *Virg.* 3. *Georg.* v. 558. cadavera humo tegere, et foveis abscondere discunt. Ubi *Pier.* docet in antiquissimo codice *fossis* legi: esse autem discrimen, quia *fossæ* sunt ampliores, et ad vallos murosque urbis pertinent: *foveæ* angustiores brevioresque, atque ad eos usus, qui modo dicti sunt, aut iis similes. In loco *Virgilii* si *fossis* legatur, indicari multitudinem cadaverum, quibus sepeliendis foveæ non satis essent, sed fossæ postularentur. ¶ Translate pro dolo et insidiis ponitur. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 59. Ita decipiemus fovea lenonem Lycum. *Id. Pers.* 4. 4. 45. Vide sis: ego ille doctus leno pæne in foveam incidi. [¶ Feminæ etiam uterum significat. *Tertullian. de anim.* c. 19. *a med.* Hominis anima genitalibus feminæ foveis commendata pullulabit tam intellectu, quam sensu.

FOVĔLA, æ, f. fomentum, recreatio. *Tertullian. de anim.* c. 7. Incorporalitas est immunis a pœna et a fovela.]

FOVĔO, es, fovi, fotum, a. 2. *to warm, keep warm, cherish, nourish,* θάλπω, calorem vigoremque nativum procurare ac tueri, calefacere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 52. Gallinæ ex ovis pullos cum excluserint, ita tuentur, ut et pennis foveant, ne frigore lædantur. *Plaut. Capt.* 4. 2. 67. Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus. *Curt.* l. 5. c. 4. Mare modico tepore terras fovet. *Plin.* l. 9. c. 10. Quidam oculis spectandoque ova foveri ab iis putant. *to be hatched. Id.* l. 8. c. 36. Ursi fetus rigentes apprimendo pectori fovent. ¶ Sæpe est medicorum verbum, et significat membrum affectum aspergendo quidpiam, aut applicando tepefacere, mollire, mitigare, refrigerare, unde dolor leniatur. *to apply fomentations, foment. Colum.* l. 6. c. 12. Si genua intumuerint, calido aceto fovenda sunt. *Cels.* l. 6. c. 8. Nates exulceratas fovere vapore aquæ calidæ. *Virg.* 12. *Æn.* v. 420. Fovit ea vulnus lympha longævus Iapyx. *Plin.* l. 24. c. 9. Cortice et foliis in vino decoctis foveri nervos. *Id.* l. 32. c. 9. Panos fovere ex scorpione in vino decocto. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 210. Ventrem fovere ex molito hordeo, uti cataplasmo. *Plin.* l. 28. c. 12. et *Cels.* l. 1. c. 5. et lib. 4. c. 2. sect. 4. Aqua frigida fovere. *Plin. ibid.* Lacte asinino fovere cutem. *to bathe, rub softly.* ¶ Translate *Cic. Attic.* l. 12. ep. 18. Fovere dolores suos. *Gell. in fi. præfat. a med.* Oblectare, et fovere animum. ¶ Apud *Virg.* 1. *Æn.* v. 722. fovere gremio: et l. 4. v. 686. fovere sinu: et l. 8. v. 387. lacertis amplexu molli fovere, est *to hug, embrace closely,* ut faciunt matres infantes suos. Apud eund. 10. *Æn.* v. 838. ipse æger anhelans fovet Colla. *h. e.* collum caputque defatigatum manu sustinens, aut nixus trunco recreat. Alio sensu *Id.* 9. *Æn.* v. 56. Non æquo dare se campo, non obvia ferre Arma viros, sed castra fovere, *h. e.* sedere inclusos castris, more gallinarum ova foventium. *to keep themselves pent up in.* Simile est illud *Æn.* 4. v. 193. Nunc hiemem inter se luxu, quam longa, fovere. Ubi *Servius:* Veteres *fovere* pro diu incolere et inhabitare dixerunt, ut ipse alibi (3. *Georg.* v. 420.) coluber fovit humum. ¶ Sæpe est alere, nutrire, favere, provehere, tueri. *to make much of, cherish, favour, maintain, encourage. Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 3. Scribis de Cæsaris summo in nos amore:

hunc tu fovebis. Virg. 10. Æn. v. 93. Fovere bella. Id. 4. Æn. v. 218. famam inanem. Sueton. in Vespas. c. 18. ingenia et artes. to patronize. Tacit. 1. Histor. c. 8. partes alicujus. to espouse, enter warmly into the interests of. Martial. l. 9. epigr. 49. spem. to entertain. Valer. Max. in prol. virtutes. Liv. l. 3. c. 65. voluntatem alicujus. to second, promote. Id. l. 38. c. 6. Fovere aliquem certa spe. Tibull. l. 2. el. 7. v. 6. Credula spes vitam fovet. Ovid. 7. Metam. v. 633. animo fovere vota. Plaut. Bacch. 4. 10. 1. aliquid fovere in pectore. h. e. cogitare. Plin. l. 1. ep. 14. Fovere exhortationibus alicujus adolescentiam. Tacit. 14. Ann. c. 55. Ratione, consilio, præceptis pueritiam alicujus fovere. Id. 3. Hist. c. 83. Spectator populus hos, rursus illos clamore et plausu fovebat. supported, applauded. Ovid. 4. Trist. el. 10. v. 41. colere et fovere poetas. Cic. Fam. 1. ep. 9. ante med. Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me præsente osculabantur, ut, &c. Id. pro Mur. c. 35. Fovere sensus hominum, delinire animos, adhibere voluptates. to flatter, caress, sooth, blandish, mitigate. Quintil. l. 1. c. 2. (al. 3.) circa med. Magister eum, in quo studium ingeniumque perspexerit, in suam quoque gloriam peculiariter fovebit. will regard, notice, or cherish particularly, as likely to do him credit. [¶ Particip. fovens apud Liv. lib. 24. c. 36. Ut præsens suas res foventibus adderet animos.]

FOVĬI, nunc Fabii dicuntur: dicti, quod princeps gentis ejus ex ea natus sit, cum qua Hercules in fovea concubuit. Alii putant, eum primum ostendisse, quemadmodum ursi et lupi foveis caperentur. Festus.

F R

FRACĔO. V. Fracesco.

FRACES, um, f. the fleshy and gross parts of the olive; the grounds or lees of oil; the mash of pressed olives; τρύγες, στέμφυλα, carnes oleæ trapeto contusæ et comminutæ, oleo expresso, et fæx inde in oleo subsidens, ut Plin. l. 15. c. 6. docet. Id. ibid. Oleum e cortinis in labra fundendum, ut fraces et amurca liquentur. Cato R. R. c. 64. Oleum quam diutissime in amurca et in fracibus erit, tam deterrimum fiet. Gratius in Cyneg. v. 474. Subsiduasque fraces diffusaque Massica prisco Sparge cado. Adde Colum. l. 6. c. 13. et Vitruv. l. 7. c. 1. ¶ Frax in recto singulari legitur in Gloss. ¶ Frages etiam pro fraces in quibusdam codd. scriptum est: unde ab antiquo frago pro frango quidam ducunt. Voss. in Etymol.

FRACESCO, is, cui, n. 3. to putrify or rot with age, grow musty or mouldy, σήπομαι, πύθομαι, fracidus fio, putresco. Cato R. R. c. 128. Terram cretosam sumito, eo amurcam infundito, paleas indito: sinito quatriduum fracescat: ubi bene fracuerit, &c. Varr. R. R. l. 1. c. 55. Olea, de qua fit oleum, congeri solet acervatim per dies singulos in tabulata, uti ibi mediocriter fracescat. dry or wither away. et mox. Olea si nimium diu fuit in acervis, caldore fracescit, et oleum fœtidum fit. Colum. l. 1. c. 6. a med. Oleum, si congelatur, fracescet. ¶ Etiam fraceo olim usurpatum fuit: unde translate Festus: Fracebunt, displicebunt.

FRACĬDUS, a, um, over-ripe, rotten-ripe, rotting with ripeness, σαπρὸς, plusquam maturus, putrescens. Cato R. R. c. 64. Factores (volunt) ut (olea) in tabulato diu sit, ut fracida sit, quo facilius (oleum) efficiant.

FRACTĬO, onis, f. actus frangendi, κλάσις. Hieron. epist. 27. ad Eustoch. c. 3. et Augustin. de cons. Evangelist. l. 4. c. 25. Fractio panis. the breaking.

FRACTOR, oris, m. a breaker, qui frangit, κλάστης. Sidon. l. 3. ep. 13. Vesicarum ruptor, fractorque ferularum.

FRACTŪRA, æ, f. κλάσις, locus ruptus. Cels. l. 8. c. 10. Quo propior fractura capiti (ossis) vel superiori, vel inferiori est, eo pejor est. a fracture. Plin. sub fin. l. 29. Cochleæ fracturis aurium illinuntur. chapped ears. (Adde l. 22. c. 8. et sub fin. l. 31.) Id. l. 36. c. 4. Fracturæ silicum. pieces, bits, fragments.

FRACTUS, a, um, broken, ruptus, infractus, κεκλασμένος. Cic. Phil. 11. c. 6. Fractum crus. Id. 6. Verr. c. 25. Annulus fractus et comminutus. Id. Attic. l. 4. ep. 3. Domus fracta conjectu lapidum. Cæs. l. 4. B. Gall. c. 29. et Horat. de ar. poet. v. 20. fractæ naves. shattered. Id. l. 2. sat. 8. v. 81. fracta lagena. Id. Epod. 10. v. 6. fracti remi. Id. l. 2. od. 14. v. 14. fracti fluctus. Virg. 3. Georg. v. 161. fractæ glebæ. crumbled, broken. Plin. lib. 18. cap. 12. et 17. Fracta faba. bruised. et cap. 24. Fractum dentibus granum. Virg. 3. Æn. v. 556. fractæ ad litora voces. h. e. repercussæ. reverberated. Id. 4. Georg. v. 72. vox Auditur fractos sonitus imitata tubarum. h. e. qui similes sunt his quos edunt res, dum franguntur. broken, hoarse. ¶ Fractus pro inflexo, V. in Ligo, onis. ¶ Translate Cic. pro Dom. c. 36. Animo fracto esse et afflicto. discouraged, out of heart, disheartened. Id. ibid. c. 10. Civitatem fractam malis, mutam, debilitatam, abjectam metu ad spem libertatis erexit. Id. Attic. l. 11. ep. 12. a med. Fractiorem animo esse. Al. leg. fractiore. Id. 1. de Orat. c. 26. Fractus ac debilitatus metu. Cæs. l. 1. B. Gall. c. 31. Ædui prœliis calamitatibusque fracti. broken down, weakened. Sil. l. 7. v. 253. His dictis fractus furor, et rabida arma quierunt. quashed, checked. Sueton. in Phœniss. v. 186. Fractæ iræ. appeased, mitigated, allayed. Ovid. Metam. 15. v. 52. fractus morboque fameque. Horat. l. 1. sat. 1. v. 5. Miles multo jam fractus membra labore. weakened, debilitated, shattered, broken down. Id. l. 2. od. 7. v. 11. fracta virtus. Cic. de Amic. c. 16. Spes amplificandæ fortunæ fractior. h. e. debilior, magis languens. Sil. l. 17. v. 350. Fracta fœdera. violated, broken. Horat. l. 2. sat. 3. v. 18. postquam omnis res mea Janum Ad medium fracta est. now that I have lost all my property. Virg. 4. Georg. v. 240. res fractæ. et 3. Æn. v. 53. fractæ opes. h. e. afflictæ, accisæ. ruined, shattered, impaired, marred. Vellei. l. 2. cap. 74. Fractæ Brutianæ partes. the party that favoured Brutus was overcome. Lucan. l. 7. v. 683. nec te videre superbum Prospera bellorum, nec fractum adversa videbunt. humbled. Lucret. l. 2. v. 1149. fracta est ætas, effetaque tellus. weakened. Cels. l. 7. c. 7. sect. 4. sub fin. Fracti æstus, et nondum orta frigora. Plin. l. 2. ep. 14. Fracta pronuntiatione dicere. h. e. effeminata, enervi: cui opponitur intenta, incitata, fortis. Quintil. l. 12. c. 10. M. Tullium suorum homines temporum incessere audebant, ut in compositione fractum, exsultantem, ac pæne viro molliorem. h. e. mollem, delicatum, solutum, enervem, elumbem, ut est apud Auctor. dial. de Oratorib. c. 18. Alio sensu Cic. de clar. Orat. c. 83. Genus dicendi fractum et minutum. h. e. in quo franguntur numeri orationis, et volubili comprehensione neglecta, incisim omnia dicuntur. V. eund. in Orat. c. 67. Ceterum pro molli et effeminato ponitur fractus etiam in illo Petron. c. 119. fractique enervi corpore gressus. et Juvenal. sat. 2. v. 111. fracta voce loqui. et Tacit. Ann. 14. c. 20. fractos sonos et dulcedinem vocum perite audire. et Claudian. l. 1. in Eutrop. v. 262. verbisque sonat plorabile quiddam Ultra nequitiam fractis.

FRÆNUM, &c. V. Frenum.

FRAGA, orum, n. strawberries, morum herbarum humi repentium, colore rubeo, gustu suavissimum. Virg. Ecl. 3. v. 92. humi nascentia fraga. Ovid. Metam. 1. v. 104. Montanaque fraga legebant. Plin. l. 15. c. 24. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud, &c. Senec. in Hippol. v. 516. fraga parvis vulsa dumetis. ¶ In singulari numero caret exemplis. ¶ Græce in Gloss. μιμαίκυλον dicitur.

FRAGES. V. Fraces.

FRAGESCO, is, n. 3. frangor. Translate Accius apud Non. c. 2. n. 329. Neque fera hominum pectora fragescunt, donec vim persenserint imperii. h. e. vincuntur, molliuntur, domantur.

FRAGĬLIS, le, soon broken, brittle, weak, frail, fragile, ψαθυρὸς, κατακτὸς, εὔθρυπτος, qui facile frangitur. Virg. Ecl. 8. v. 40. Fragiles rami. Horat. l. 3. od. 2. v. 28. Fragilis phaselus. Gell. l. 6. c. 1. extr. Caput ictibus parvis fragile. Ovid. 3. Trist. el. 10. v. 26. Aquæ fragiles. h. e. glacies. Plin. l. 12. c. 8. Saccharon est mel in arundinibus collectum, candidum, dentibus fragile. sugar. Id. l. 34. c. 8. sub fin. Æs malleis fragile. Id. l. 11. c. 28. Tenuior fragiliorque penna. Ovid. 15. Metam. v. 169. Utque novis fragilis signatur cera figuris. h. e. quæ facile flectitur, et fingitur. Lucret. l. 6. v. 111. fragilis sonitus chartarum. h. e. similis sonitus, et crepitus rerum, quæ franguntur. Sic Virg. Ecl. 8. v. 82. fragiles lauri. crackling. h. e. qui urendo fragorem et crepitum edunt. Et Propert. l. 4. el. 7. v. 12. Pollicibus fragiles increpuere manus. h. e. similem fragori sonum dederunt, et tanquam frangerentur. ¶ Translate Cic. de Fin. l. 2. c. 27. Quis enim confidit, semper sibi illud stabile et firmum permansurum, quod fragile et caducum sit? frail, perishable. Id. de Somn. Scip. c. pænult. Fragile corpus animus sempiternus movet. Ovid. 4. Trist. el. 8. v. 3. Jam subeunt anni fragiles, et inertior ætas. h. e. senectus morbis et morti obnoxia. Plin. in Paneg. c. 78. Hominum ævum omne et breve, et fragile est. Sil. l. 3. v. 386. Sonipes ævi fragilis. short-lived. Et Cic. de Amic. c. ult. Res humanæ fragiles caducæque sunt. Senec. in Hippol. v. 489. fragilis favor. h. e. inconstans. Sallust. in Catil. c. 1. Divitiarum et formæ gloria fluxa atque fragilis est: virtus clara æternaque habetur. Plin. in proœm. l. 7. de homine. Nulli vita fragilior. et ibid. c. 24. de memoria. Nec aliud est æque fragile in homine. ¶ In illo Horat. l. 1. sat. 8. v. 39. fragilis Pediatia, furque Voranus, fragilem interpretantur mollem, impudicum: ut frangere in obscenis simile sit τῷ dividere. Certe fractus pro molli, soluto, effeminato ponitur. V. Fractus. ¶ Superlat. fragilissimus est apud Hieron. in cap. 4. Ezech. nam quod affertur a Priscian. l. 6. pag. 718. Putsch. ex Actio in Annal. Ut quam fragilissimus alvus, Nonius c. 3. n. 21. habet frigidissimus.

FRAGILĬTAS, atis, f. brittleness, frailty, weakness, fragility, ψαθυρότης, frangendi facilitas. Plin. l. 34. c. 14. a med. Tenuiora ferramenta oleo restingui mos est, ne aqua in fragilitatem durentur. Id. l. 12. c. 14. extr. Tus probatur candore, amplitudine, fragilitate. ¶ Translate Cic. 5. Tuscul. c. 1. Humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere. Plin. l. 4. ep. 24. Tantas conversiones aut fragilitas mortalitatis, aut fortunæ mobilitas facit. Apul. l. 9. Metam. Fragilitas fidei humanæ.

FRAGĪTIS. V. Sphragitis.

FRAGĬUM, ii, n. a fracture, fractura. Apul. l. 9. Metam. Crurum ei fragium ominata.

FRAGMEN, inis, n. a fragment, broken bit or piece, part of any thing broken, κλάσμα, pars rei fractæ. Virg. 10. Æn. v. 306. Fragmina remorum. Valer. Flacc. l. 6. v. 250. teli. Ovid. Metam. 11. v. 561. navigii. Sueton. in Claud. c. 18. panis. Colum. l. 9. c. 15. extr. favorum. ¶ Item fractio, fractura. Valer. Flacc. l. 3. v. 477. Percussit subito deceptum fragmine pectus.

FRAGMENTUM, ti, n. a fragment, idem quod fragmen. Cic. pro Sext. c. 37. Inermem tribunum alii gladiis adoriuntur, alii fragmentis septorum, et fustibus. Id. 2. de nat. Deor. c. 32. Fragmentum lapidis. Curt. l. 9. c. 9. Avulsarum tabularum, remorumque fragmenta. Plin. l. 9. c. 8. panis. Id. l. 36. c. 23. silicis. Virg. 4. Georg. v. 304. ramea. Plin. l. 37. c. 2. a med. Fragmenta crystalli sarciri nullo modo queunt. Lucan. l. 9. v. 33. mille carinis Abstulit Emathiæ secum fragmenta ruinæ. h. e. reliquias Pompeiani exercitus cæsi.

FRAGOR, oris, m. a breaking, fracture, fractura, fractio, κλάσις. Lucret. l. 1. v. 747. Deinde quod omnino finem non esse secandis Corporibus faciunt, neque pausam stare fragori. ¶ Metonymice, quia frangendo fit sonus, sæpius est a crack, crash, fragor; the sound of any thing broken, κτύπος, strepitus, crepitusque rerum, quæ franguntur: omnisque sonus illi similis. Liv. l. 1. c. 29. Fragor tectorum, quæ diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur. Ovid. Metam. 8. v. 340. Sternitur in cursu nemus, et propulsa fragorem Silva dat. Valer. Flacc. l. 6. v. 504. virum, lituumque fragores. Virg. 1. Georg. v. 306. Continuo ventis surgentibus aridus altis Montibus audiri fragor. et lib. 1. Æn. v. 158. fragor pelagi. et lib. 2. v. 692. subitoque fragore Intonuit lævum. a peal or crack of thunder. Valer. Flacc. l. 3. v. 218. Armorum fragor. et lib. 6. v. 753. belli. et lib. 2. v. 501. fulmineus. Plin. l. 6. c. 29. a med. Nilus præcipitans se, fragore auditum accolis aufert. Quintil. l. 8. c. 3. Fragor plaudentium et acclamantium. the noise. Plin. l. 6. ep. 31. sub fin. et Senec. in Troad. v. 174. Vastus fragor. Lucret. l. 5. v. 110. horrisonus. Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 163. raucus. Ovid. 3. Fast. v. 368. gravis. Valer. Flacc. l. 1. v. 819. et Ovid. 1. Metam. v. 269. Fit fragor. Id. 1. Trist. el. 2. v. 46. personat. ¶ De rumore. Valer. Flacc. l. 1. v. 753. regemque fragor per mœnia differt Mille ciere manus.

FRAGŌSE, adverb, with a loud noise or crash, sonore, cum strepitu. Plin. l. 16. c. 10. Quippe secures respuuntur, et fragosius sidunt, ægrius revelluntur.

FRAGŌSUS, a, um, noisy, occasioning a harsh sound, fragoris plenus. Virg. 7. Æn. v. 566. medioque fragosus Dat sonitum saxis, et torto vertice torrens. Claudian. in II. Consul. Stilich. v. 337. Murmura fragosa leonum. Valer. Flacc. l. 2. v. 622. fragosa vada. et vers. 198. nimbisque, et luce fragosa Prosequitur polus, et tonitru pater auget honoro. et lib. 4. v. 261. Maleæ arx fragosa. ¶ Item fragilis, apt to break, brittle, fragile, ut videtur, in illo Lucret. l. 2. v. 859. Mollia, lenta, fragosa, putricava, corpore raro. Al. leg. Molli lenta, fragosa putri, cava corpore raro. ¶ Item asper, præruptus, et quasi fractus: unde confragosus. rough, steep, craggy, Ovid. 4. Metam. v. 777. silvis horrentia saxa fragosis. Grat. in Cyneg. v. 527. fragosus mons. ¶ Hinc translate Quintil. l. 9. c. 4. Quanto vehementior fluminum cursus est prono alveo, ac nullas moras objiciente, quam inter obstantia saxa fractis aquis ac reluctantibus; tanto quæ connexa est, et totis viribus fluit, fragosa et interrupta melior oratio. et ibid. post med. Optime de compositione judicant aures, quæ et plena sentiunt, et parum expleta desiderant, et fragosis offenduntur, et lenibus mulcentur, &c. Diomed. Gramatic. l. 3. pag. 499. Fragosi versus sunt, qui illevigato sono et incondito variantur.

FRAGRANS, antis, fragrant, smelling sweetly, odoriferous, ὀσμήρης, valde olens, odorus. Virg. 4. Georg. v. 169. redolentque thymo fragrantia mella. (Diomed. l. 1. pag. 304. Putsch. ait, thymo non ad redolent, sed ad fragrantia referri.) Sil. l. 15. v. 117. fragrans amomum. Sueton. in Vespas. c. 8. Adolescens fragrans unguento. Catull. carm. 67. ad Manl. v. 144. Domus Assyrio odore fragrans. Apul. l. 6. Metam. fragrans balsama Venus. et lib. 10. Tota suave fragrans cavea. et ibid. Fragrantissimum unguentum.

FRAGRANTER, fragrantly, fragrando. Solin. c. 38 (al. 51.) Crocum Ciliciæ spirat fragrantius.

FRAGRANTĬA, æ, f. fragrance, redolency, magni odoris exhalatio. Valer. Max. l. 9. c. 1. extern. 1. Unguentorum fragrantia.

FRAGRO, as, avi, atum, n. 1. to smell sweetly, be fragrant; to emit a powerful scent, ὄζω, odorem emitto, oleo. Est verbum mediæ significationis, tam de bonis, quam de malis odoribus usurpatum. sæpius tamen de bonis. Martial. l. 6. epigr. 55. Fragrare casia, cinnamoque. et lib. epigr. 38. Fragravit ore, quod rosarium Pæsti. et lib. epigr. 58. Multa fragrat testa senibus autumnis. Solin.

37. (*al.* 50.) *ad fin.* Gemma vinum fragrat. V. alia in *Fragrans.* ¶ De malis. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 493. Fragrat acerbus odor, patriique exspirat Averni Halitus. *Martial.* l. 1. epigr. 88. Ne gravis hesterno fragres, Fescenia, vino.

FRAGUM. V. *Comaron.*

FRAMĔA, æ, f. *a short spear, lance,* lancea, vel hasta lingua Germanica. *Juvenal.* sat. 13. v. 78. Jurat per Martis frameam. *Tacit. de Germ.* c. 6. Hastas, vel ipsorum vocabulo, frameas gerunt, angusto et brevi ferro: sed ita acri, et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus, vel eminus pugnent. ¶ *Augustin.* ep. 120. c. 16. non hastam sed gladium esse contendit: *a glave:* fortasse quia tempore suo, vel saltem apud Afros, ea significatione usurpabatur.

FRANCĬA, æ, f. Germaniæ regio, Sueviæ et Saxoniæ contermina: cujus populi Franci, *the Franks,* transmisso Rheno, Gallias occuparunt, iisque nomen suum dederunt. Ejus meminit *Auson. in Mosell. seu Edyll.* 10. v. 434. et *Edyll.* 8. v. 29. et *Claudian.* l. 1. *in I. Consul. Stilich.* v. 237. Populorum autem *Id. Claudian. ibid.* v. 227. et alibi, et *Vopisc. in Proculo,* c. 13. &c. ¶ *Hieronymus in vita Hilarionis* Franciam pro Germania accipit, tanquam pro toto partem. Plura qui volet, Geographos adeat.

FRANCĬCUS, a, um, ad Francos pertinens. *Franciscus* dictus est Probus Imp. a devictis Francis. *Vopisc. in ejus vita,* c. 11.

FRANCUS, a, um, ad Francos pertinens. *Hieron. in vita Hilarion.* Qui Francam tantum, et Latinam linguam noverat.

FRANGO, is, fregi, fractum, a. 3. *to break, break in pieces,* κλάω, rumpo, frango, comminuo. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 72. Frangere patinam. *Id.* epod. 3. v. 2. guttur parentis. *to choke, strangle. Ovid.* 12. *Metam.* v. 348. vultum minitantiaque ora Robore nodoso, præduraque tempora fregit. *Virg.* 3. *Æn.* v. 623. duo de numero cum corpora nostro Frangeret ad saxum. *dashed, brained. Valer. Flacc.* l. 3. v. 589. frangere quidpiam sub dentibus. *to grind, scranch. Plin.* l. 8. c. 21. Crocottæ dentibus omnia frangentes. *Id.* l. 37. c. 4. Adamas in parvas frangitur crustas. *Plaut. Capt.* 1. 1. 21. Frangere aulas in caput alicui. *Virg.* 2. *Georg.* v. 400. glebas bidentibus. *to break up, break in pieces. Cic. Fam.* 9. ep. 16. *a med.* Fluctus a saxo frangitur. *Lucan.* l. 6. v. 265. cum se tollentibus Euris, Frangentem fluctus scopulum ferit. *breaking the force of. Valer. Flacc.* l. 7. v. 354. veluti cum turbine se Ipsius Æoliæ frangunt se in limine venti. *Id.* l. 1. v. 363. et *Claudian. de III. Cons. Honor.* v. 56. frangere æquor remis. *Solin.* c. 15. (*al.* 25.) Apud Albanos nati canes feris anteponuntur: frangunt tauros, leones premunt. *h. e.* morsu rumpunt, et interimunt. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 458. implevit gemitu cum taurus acerbo Avia, frangentem morsu super alta leonem Terga ferens. *Stat.* 11. *Theb.* v. 27. indomitos ut cum Massyla per arva Armenti reges magno leo fregit hiatu. Adde *Horat.* l. 1. od. 23. v. 10. *Plin.* l. 8. cap. 40. *a med.* et *Claudian.* l. 2. *de laudib. Stilich.* v. 21. ¶ Sæpe *frangere* dicitur, qui fracturam in aliqua re sua patitur. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 62. Excusavit, quod brachium fregisse diceret. *had broken his arm. Ovid.* 5. *Fast.* v. 121. Capra fregit in arbore cornu. *Plin.* l. 2. ep. 1. Per lubricum pavimentum, fallente vestigio, cecidit, coxamque fregit. *dislocated. Terent. Andr.* 1. 3. 17. Navem fregit apud Andrum insulam. *was shipwrecked.* ¶ Significat etiam comminuere, pinsere. *to grind or bruise small, pound. Plin.* l. 18. c. 7. *a med.* Hordeum molis frangere. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 448. farra saxo. ¶ Item inflectere. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 12.) *sub fin.* Comam in gradus frangere. *into slips.* ¶ Item debilitare, infirmare. *Plin.* l. 11. c. 49. Testes homini injuria, aut sponte naturæ franguntur. *Sil.* l. 6. v. 474. tot bellis, atque annis fregimus ævum. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Mollis educatio nervos omnes et mentis et corporis frangit. ¶ Item mollire, macerare. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 358. bovis exsuvias multo frangere olivo. ¶ Translate effeminare. *to enervate, effeminate. Quintil.* l. 11. c. 3. Faucium vitio et frangitur, et obscuratur, et exasperatur, et scinditur vox. *Sil.* l. 11. v. 484. Sic cum Pierios bellis durata virorum Pectora Castalio frangebat carmine Teuthras. *Stat.* l. 3. silv. 4. v. 74. nunc frangere sexum, Atque hominem mutare, nefas. *Petron. in Satyr.* c. 119. exsectaque viscera ferro In Venerem fregere viros. et c. 128. Risus frangit vultus. *h. e.* redit laciviores, molliores, et amabiliores. ¶ Sæpissime transfertur ad incorporea, et significat multa cum vi infringere, domare, vincere, retundere, infirmare, contundere. *to beat down, break the force of, quash, vanquish, conquer, subdue, enfeeble, weaken, restrain, check, repress. Cic. de Provin. Consul.* c. 13. Ortum repente bellum prœliis fregit. *Ovid.* 3. *Trist. el. ult.* v. 33. Ingenium fregere meum mala. *Cic. de Provin. Consul.* c. 13. Nationes frangere, et domare. *Cic.* 2. *Offic.* c. 11. Hostem frangere et comminuere. *Id. Phil.* 13. c. 13. Contundere et frangere exsultantis prædonis audaciam. *Poeta quidam* apud *eund. pro Rabir. Post.* c. 10. *extr.* Vis summas frangit infirmatque opes. *Quintil. in proœm.* l. 1. *ad fin.* Nudæ illæ artes, nimia subtilitatis affectatione, frangunt atque concidunt quidquid est in oratione generosius. *Cic. pro Marcell.* c. 3. Debilitare ac frangere aliquid. *Id. pro Dom.* c. 21. Vim furiosam vesani tribuni superare et frangere. *Id. Catil.* 1. c. 9. Te ut ulla res frangat? tu ut unquam te corrigas? *restrain you. Sil.* l. 1. v. 261. sternacem ad prœlia frenis Frangere equum. *to break in, manage, tame. Plin.* l. 1. ep. 12. Morbum abstinentia vincere et frangere. *Quintil.* declam. 2. c. 16. Frangere et rumpere somnos. *Id.* l. 9. c. 4. *a med.* cursum. et lib. 10. c. 3. *ad fin.* impetum. *Petron.* c. 111. alicujus pertinaciam. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 375. avaritiam. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 315. iras. *Cic. in Pison.* c. 14. alicujus furorem et petulantiam. *Id.* 3. *de Legib.* c. 13. *extr.* libidines. *Id.* 1. *de Orat.* c. 19. cupiditates. *Id. Fam.* 4. ep. 4. consilium alicujus. *to thwart, obviate, disappoint.* et lib. 1. ep. 4. alicujus sententiam. *to encounter successfully, set aside. Id. de clar. Orat.* c. 25. Qui injuria accepta, fregit Ti. Gracchum patientia. *Lucret.* l. 4. v. 1077. Sed leviter pœnas frangit Venus inter amorem. *h. e.* minuit, leviores reddit. *Virg.* 4. *Georg.* v. 400. doli circum hæc demum frangentur inanes. ¶ Passive *Cic.* 1. *Offic.* c. 20. Non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate. *h. e.* propter vitæ cupiditatem. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 21. Frangi pudore. *Id.* 2. *de Fin.* c. 29. *extr.* dolore. *Id.* 2. *Phil.* c. 15. Frangi animo. *Id. Attic.* l. 7. ep. 12. misericordia alicujus. et *Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 1. Animos frangi et debilitari molestia non oportet. *Id. pro Sull.* c. 6. Quibus ego rebus, judices, ita flectebar animo, atque frangebar, ut, &c. *Senec. in Thyest.* v. 199. novi ego ingenium viri indocile: flecti non potest, frangi potest. *Nepos in Dion.* c. 7. Frangi cura rerum. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 63. Cum video quam sint mea fata tenacia, frangor. ¶ Est etiam rumpere, violare. *to break, violate, infringe. Cic. in Pison.* c. 12. Frangere fœdus. *Id. pro Rosc. Com.* c. 6. fidem. *Horat.* l. 1. ep. 13. *extr.* mandata. *Grat. in Cyneg.* v. 451. fas. *Cic. Fam.* 9. ep. 16. *a med.* Ut neque offendam animum cujusquam, nec frangam dignitatem meam. *nor lower. Ovid.* 1. *Fast.* v. 301. Venus et vinum sublimia pectora frangit. *h. e.* corrumpit, labefactat, de statu dejicit. ¶ *Frangere se* est debilitare, enervare. *to be broken down or debilitated. Cic. pro Arch. c. pænult.* Nec animus tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vigiliisque angeretur. ¶ Item se ipsum vincere. *to get the better of himself. Id. Fam.* 4. ep. 6. Cum frangerem jam ipse me, cogeremque illa ferre toleranter. ¶ *Calor se frangit,* h. e. remittit. *Cic.* 1. *de Orat. in fin.* Scævola paulum quiescet, dum se calor frangat. *Varr.* l. 2. *R. R.* cap. 2. *ad fin.* Ante quam calores aut frigora se fregerunt. Sic *Martial.* l. 1. epigr. 50. v. 15. Æstus serenos aureo franges Tago. *h. e.* refrigerabis, mitigabis. ¶ *Frangere iter,* deflectere ab itinere instituto, alio diverti: vel iter, seu gradum minuere. *Stat.* 12. *Theb.* v. 231. nec caligantibus arvis Terretur, nec frangit iter. ¶ *Frangere clivum,* V. *Clivus.* ¶ *Frangere fluvium* de natante, et adversi fluminis impetum vi superante. *Sil.* l. 8. v. 555. undosum frangere nando, Indutus thoraca, vadum. *Lucan.* l. 8. v. 374. Nec franget nando violenti verticis amnem. Adde *Sil.* l. 3. v. 457. ¶ *Frangere diem mero* apud *Horat.* l. 2. od. 7. v. 6. est actiones curasque intermittendo, diem veluti rumpere, et genio poculisque indulgere. *partem solido demere de die* dixit *Id.* l. 1. od. 1. v. 20. ¶ *Frangere vina* apud *Martial.* lib. 17. epigram. 103. et 111. et *Plin.* l. 14. c. 22. est eorum vim austeritatemque mitigare, ac leniorem reddere, quod vel nive refrigerando, vel saccis percolando fit. Hoc sensu etiam *castrare vina* dicitur. ¶ *Frangere toros* est toris discumbere, eosque alte exstructos et molles pondere corporis deprimere et calcare. *Martial.* lib. 2. epigr. 59. et lib. 4. epigr. 8. ¶ Consonans una alteram *frangere* dicitur, apud *Quintil.* lib. 1. c. 4. (*al.* 6.) cum prior posterioris sonum ac vim veluti comprimit, ac imminuit, ut muta liquidam. [¶ Particip. *fracturus, frangendus* apud *Claud. de B. Get.* v. 522. Tenuemque per undam Obvia dimittit fracturum flamina collem. *Vellei.* l. 2. c. 24. Existimavit ante frangendum hostem, quam ulciscendum civem.]

FRATER, tris, m. *a brother,* ἀδελφὸς, qui iisdem parentibus genitus est: ab Æolico φράτηρ pro φράτωρ, sodalis, inquit *Fest.* vel quod sit *fere alter:* quod posterius etymon etiam *Nigid.* apud *Gell.* l. 13. c. 10. et *Non.* c. 1. n. 156. posuit. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. Mi Frater, mi frater, mi frater, tu ne id veritus es, ne, &c? *Virg.* 4. *Æn.* v. 325. Quid moror? an mea Pygmalion dum mœnia frater Destruat? *Plaut. Pœn.* 5. 4. 25. Quid est, fratris mei gnate? *my nephew? Plin.* l. 8. ep. 11. Cum affectum tuum erga fratris filiam cogito. *your niece?* ¶ De fratribus arvalibus. V. *Arvales.* ¶ *Divi fratres* qui sint, V. in *Divus.* ¶ *Dii Fratres* apud *Propert.* lib. 3. eleg. 12. v. 20. sunt Castor et Pollux. *Sueton. in Calig.* c. 22. Consistens sæpe inter fratres deos medium se adorandum adeuntibus exhibebat. ¶ *Fratres gemini* sunt duo eodem partu editi. *twins. Cic. pro Cluent.* c. 16. C. et L. Fabricii fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate. *Ovid. Heroid.* ep. 8. v. 77. Flebat avus, Phœbeque soror, fratresque gemelli. *Quintil.* l. 9. c. 4. minus recte dici ait *gemini fratres,* quia si præcesserint *gemini, fratres* addere non est necesse. V. *Ancilla.* Id tamen Poetæ non curant. *Virg.* 7. *Æn.* v. 670. Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt. *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 250. Et geminos fratres, Tyndareumque putas. *h. e.* Castorem et Pollucem, quos *fratres deos* appellant (ut dictum est) etiam *Id.* l. 1. *Fast.* v. 707. et *Albinov. ad Liv.* el. 1. v. 290. Sic *Plaut. Mil.* 2. 2. 103. Gemina soror. Neque historici. *Sueton. in Cæs.* c. 10. Geminis fratribus ædes in foro constituta. *Liv.* l. 1. c. 5. Cum audisset, geminos esse fratres, &c. Neque oratores. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 43. Procles, et Eurysthenes gemini fratres fuerunt. ¶ *Fratres germani* dicuntur, qui ex eodem patre, eademque matre nati sunt. *own brothers. Cic. pro Dom.* c. 45. Cum se fratrem uxoris tuæ fratri tuo germano antelatum videbat. ¶ *Fratres uterini,* qui nati sunt ex eadem matre, sed non ex eodem patre. *uterine brothers; brothers by the same mother only. Impp. Dioclet. et Maxim.* l. 5. *Cod.* tit. 62. leg. 21. ¶ His opponuntur *consanguinei,* qui ex eodem patre sunt, sed non ex eadem matre. V. *Consanguineus.* ¶ *Fratres patrueles,* qui ex duobus fratribus progeniti sunt. *cousins german. Cic. pro Planc.* c. 27. Hic illius frater patruelis, et socer. ¶ Hi aliquando *fratres* absolute dicuntur, ut et *Augustin.* l. 15. *de Civ. Dei,* c. 16. *a med.* docet. *Ovid. Heroid.* ep. 8. v. 27. Quid, quod avus nobis idem Pelopeius Atreus? Et si non esses vir mihi, frater eras. Sic Ajax apud *eund. Metam.* 13. v. 31. fratrem dicit Achillem, qui erat filius Pelei patrui sui. ¶ Etiam consobrini. *the sons of two sisters. Cic.* enim *post redit. in Sen.* c. 10. Q. Metellum Nepotem *fratrem* dicit P. Clodii Pulcri, cum essent duarum sororum filii. ¶ Fratrum nomine veniunt etiam sorores, cum simul enumerantur. *brothers and sisters. Paul. Dig.* lib. 10. tit. 2. leg. 38. Lucius, et Titia fratres emancipati a patre. *Modestin.* lib. 2. tit. 14. leg. 35. Tres fratres, Titius, Mævius, et Seja communem hereditatem inter se diviserunt. ¶ Sæpe *frater* est blanda amici appellatio. *Juvenal.* sat. 5. v. 135. Da Trebio, pone ad Trebium: vis, frater, ab istis Ilibus? o nummi, vobis hunc præstat honorem: Vos estis fratres. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 54. frater, pater, adde: Ut cuique est ætas, ita quemque facetus adopta. *Quintil.* declam. 321. Quoties blandiri volumus his, qui esse amici videntur, nulla adulatio procedere ultra hoc nomen potest, quam ut fratres vocemus. ¶ Hinc aliquando *fratres* appellati sunt socii populi, conjunctionis et benevolentiæ causa. *brethren. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 3. Ut ne Suessones quidem, fratres consanguineosque suos, qui eodem jure, iisdem legibus utantur, unum imperium, unumque magistratum cum ipsis habeant, deterrere potuerint, quin, &c. et l. 1. c. 33. et *Cic. Fam.* 7. ep. 10. et l. 1. *Attic.* ep. 19. Ædui, fratres consanguineique sæpenumero ab Senatu appellati. *Tacit. Ann.* 11. c. 25. Ædui soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo R. usurpant. Adde *Eumen. in Paneg. ad Constantin. August.* c. 2. et 3. *in Orat. pro restaurat. schol.* c. 4. et *Lucan.* l. 1. v. 427. Sic in *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 499. n. 13. Gens Batavorum amici et fratres Rom. Imp. ¶ Speciatim vero *fratres,* et *sorores,* turpes amicos, et amicas dicebant. *Martial.* l. 2. epigr. 4. Fratrem te vocat, et soror vocatur. Cur vos nomina nequiora tangunt? Adde lib. 10. epigr. 65. et frequenter *Petron. in Satyr.* et *Cic. pro Cœl.* c. 13. ¶ Translate *Plaut. Mil.* 1. 1. 5. Ego hanc machæram mihi consolari volo, ne lamentetur, quia se jampridem feriatam gestitem, quæ misera gestit fratrem facere ex hostibus. *h. e.* hostium sanguini se immiscere, et veluti consanguineam fieri. Al. leg. *fartum facere.* V. *Fartum.* Alii qui *fratrem* retinent, interpretantur insicium ex carne concisa, afferuntque illud *Arnob.* lib. 7. pag. 231. Cupientes addiscere, quid cum pultibus deo sit, quid cum libis, quid cum diversis fratribus. Sed hic quoque al. leg. *fartis.* ¶ *Fratres* etiam dicuntur, et *sorores* quæ similia sunt. *Plin.* l. 5. c. 2. *Mela* l. 1. cap. 5. et *Solin.* c. 25. (*al.* 38.) Exsurgit montibus septem, qui a similitudine fratres appellantur. ἑπτάδελφοι. *Plaut. Pœn.* 1. 3. 8. Obsecro te, Milphio, per hanc dexteram, perque hanc sororem lævam. ¶ De libris ab uno eodemque auctore editis. *books from the same pen. Ovid.* l. 1. *Trist.* el. 1. v. 107. Aspicies illic positos ex ordine fratres. *Martial.* l. 12. epigr. 3. nec jam potes advena dici, Cujus habet fratres tot domus alta Remi.

FRATERCŬLO, as, n. 1. idem ac fratro: a *fraterculus. Plaut. in Frivolar.* citante *Festo* in *Sororiare.* Tunc papillæ primitus Fraterculabant: illud volui dicere, Sororiabant. Ita hos versus emendat *Scalig.*

FRATERCŬLUS, li, m. *a little brother,* ἀδελφίδιον, parvus frater. *Juvenal.* sat. 4. v. 98. Unde fit, ut malim fraterculus esse Gigantum. *idest* homo obscurus, cujus majores sint incogniti, tanquam e terra subito enatus, ut de Gigantibus poetæ fabulantur. ¶ Adhibetur et in blanditiis. *Timarchides* quidam in epist. ad *Apron.* apud *Cicer. Verr.* 5. c. 66. *extr.* Volo, mihi fraterculo tuo credas.

FRATERNE, adverb. *like a brother, in a brotherly way, lovingly,* φιλαδέλφως, amore fraterno, ad similitudinem fratrum. *Cic.* l. 2. *ad Q. Fr.* ep. 15. Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris. *Id. Attic.* l. 1. ep. 5. *extr.* Tibi persuadeas, te a me fraterne amari.

FRATERNĬTAS, atis, f. *fraternity, brotherhood,* ἀδελφότης, fraterni amoris conjunctio. *Quintil.* declam. 16. c. 2. Habet aliquem fraternitatis affectum. *Tacit. Ann.* 11. c. 25.

Hedui soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo R. usurpant.

FRATERNUS, a, um, *of a brother, brotherly, fraternal,* ἀδελφικὸς, ad fratrem pertinens. *Horat.* l. 1. od. 21. v. 12. Fraterna Apollinis lyra. *h. e.* quam a Mercurio fratre accepit. *Id. Epod.* 7. v. 18. Scelus fraternæ necis. *h. e.* quo Romulus fratrem Remum occidit. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 3. Propter amorem in nos fraternum. *Id. pro Quint.* c. 4. Pro fraterna necessitudine. *Id. pro Cluent.* c. 11. Fraterna hereditas. *h. e.* qua bona fratris acquirimus. *Horat.* ep. 10. l. 1. v. 4. Fraternis animis, quidquid negat alter, et alter: Adnuimus pariter. *Stat. init.* 1. *Theb.* Fraternæ acies. *h. e.* bella inter fratres gesta. *Ovid. Metam.* 7. v. 366. quorum oculos Jupiter exosus, fraternis subdidit undis. *h. e.* mari, ubi suus frater Neptunus regnat. et lib. 13. v. 31. fraterna peto. *h. e.* res fratris mei. ¶ De iis qui juncti sanguine sunt, licet non fratres, *Valer. Flacc.* l. 1. v. 163. amplexus fraternaque pectora jungens. et vers. 178. fraternæ si des accrescere famæ. Sermo est de Acasto, et Jasone, qui Peliæ, et Æsonis fratrum filii erant. ¶ De brutis animalibus, *Virg.* 3. *Georg.* v. 518. Mœrentem abjungens fraterna morte juvencum.

FRATILLI, villi sordidi in tapetis. *Fest.*

FRATRĀRE puerorum mammæ dicuntur, cum primum tumescunt, quod veluti fratres, pares oriuntur: quod etiam in frumento spica facere dicitur. *Fest.*

FRATRĬA, æ, f. *a brother's wife,* εἰνάτειρ, uxor fratris. Fratrum uxores ita se invicem appellant. *Non.* c. 19. n. 6. et *Fest.* ¶ Item pars hominum, apud Græcos, ut sodalitium, collegium, tribus. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 15. Sic Athenis φρατρία dicta est aliquando tertia pars Tribus, teste *Poll.* l. 8. c. 9. Alias est ipsa Tribus. *Id.* l. 3. c. 4. et *Serv. ad Æn.* 7. v. 286.

[* FRATRICĪDA, æ, m. et f. ἀδελφοκτόνος, *a fratricide, the murderer* aut *the murderess of a brother,* fratrem occidens. *Cic. pro Dom.* c. 10. *a med.* De me quod tulisse te dicis, parricida, fratricida, sororicida, nonne extra ordinem tulisti? *Nep. in Timol.* c. 1. Mater vero post id factum neque domum ad se filium admisit, neque adspexit, quin eum fratricidam impiumque detestans compellaret.

*FRATRICĬDĬUM, ii, n. ἀδελφοκτονία, *fratricide,* fratris occisio. *Tertullian. de monog.* c. 4. *de Abele a Caino occiso.* At ubi primum scelus homicidium in fratricidio dedicatum fuit.]

FRATRUĒLES, sunt duorum fratrum filii. *Hieron.* epist. 22. *ad Eustoch. de custod. Virginit.* c. 11. *a med. ex Cantic.* 5. 2. ubi Vulgata habet *dilecti.* ipse autem legit: *Vos fratruelis mei,* &c. Adde *in proœm.* l. 1. *in Isai. ex Cant.* 7. 13. et vet. lapid. apud *Murator.* pag. 793. n. 1.

FRAUDATĬO, onis, f. *a deceiving, beguiling; deceit, fraud,* πλεονέκτημα, ἀπάτη, actus fraudandi, fraus. *Cic. Catil.* 2. c. 11. Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia, hinc fides, illinc fraudatio. *In formula edicti* apud *eund. pro Quint.* c. 19. Qui fraudationis causa latitarit. *In alia* l. 3. *Offic.* c. 17. Ut inter bonos bene agier oportet, et sine fraudatione. *Plaut. Asin.* 2. 1. 9. Servi ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.

FRAUDĀTOR, oris, m. *a defrauder, cheat, impostor,* πλεονέκτης, qui fraudat. *Cic. Phil.* 13. c. 12. Fraudator creditorum Trebellius. *Id. pro Flacc.* c. 20. Unam et eandem omnibus in locis esse fraudatorum et inficiatorum impudentiam. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 26. Ingratus, qui beneficiorum fraudator est.

FRAUDATORĬUS, a, um, ad fraudandum pertinens. *Fraudatorium interdictum* est, quo rescinduntur ea, quæ in fraudem creditorum gesta sunt. *Papinian. Dig.* lib. 46. tit. 3. leg. 96. et *Valens.* lib. 36. tit. 1. leg. 67.

FRAUDĀTRIX, icis, f. quæ fraudat. *Tertull. de Resurr. carn.* c. 12. Mira ratio; de fraudatrice servatrix.

FRAUDĀTUS, a, um, *defrauded, cheated, cozened, imposed upon,* per fraudem spoliatus, privatus, deceptus. *In veteri formula* apud *Cicer.* 3. *Offic.* c. 17. Uti ne propter te, fidemve tuam captus fraudatusve siem. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 60. Satisfacere, et fraudata restituere. *Papinian. Dig.* lib. 39. tit. 4. leg. 8. Fraudati vectigalis crimen. ¶ Translate *Ovid. Heroid.* ep. 6. *extr.* Fraudata conjugio. *Id.* 10. *Metam.* v. 196. Laberis, Oebalide, prima fraudate juventa. *Sueton. in Calig.* c. 48. Fraudatus triumpho. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 123. ungor olivo, Non quo fraudatis immundus Natta lucernis. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 376. Vota patrum fraudata. *Plin.* l. 9. c. 36. Fraudatam profecto se luxuria credat. et cap. 39. *de purpura.* Sic gignitur laudatus ille pallor, saturitate fraudata. *h. e.* imminuta, ut color non satur sit, sed dilutior.

FRAUDĪGER, a, um, fraudes gerens, fraudulentus. *Tertull. in Genesi,* c. 3. Femina fraudigeris misere decepta loquelis.

FRAUDO, as, avi, atum, a. 1. *to defraud, cheat, deceive, cozen, impose upon,* ἀποστερέω, πλεονεκτέω, est rem debitam, aut exspectatam non reddendo decipere, fallere, ludificare, per fraudem privare, fraudem facere. *Cic. pro Flacc.* c. 20. Cum multos minutis mutuationibus fraudavisset. *Id. Attic.* l. 1. ep. 1. Cum Cæcilius a Vario magna pecunia fraudaretur. *was defrauded of a large sum of money. Id.* 5. *Verr.* c. 8. Ut neque in segetibus, neque in areis, neque in horreis grano uno posset arator fraudare decumanum. *Id. pro Rosc. Com.* c. 6. Socium fraudare et fallere. *Id. pro Cæcin.* c. 3. Per tutelam aut societatem fraudare quempiam. *Id. pro Quint.* c. 24. Aliquem in hereditaria societate fraudare. *Id. Phil.* 6. c. 4. Fraudare creditores. *Justin.* l. 6. c. 2. milites stipendio. *Sueton. in Ner.* c. 5. aurigarios mercede. *Liv.* l. 2. c. 42. milites præda. ¶ Cum accus. rei, *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 59. Stipendium equitum fraudabant, et prædam omnem domum avertebant. *Martian. Dig.* lib. 48. tit. 12. leg. 1. Annonam publicam fraudare. ¶ *Fraudare legem* est aliquid in fraudem legis committere. *Terent. Dig.* lib. 35. tit. 1. leg. 62. Ipso jure rescindi, quod fraudandæ legis causa esset adscriptum. ¶ Transfertur et ad alia, et ponitur pro spoliare, privare, adimere. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 30. Audebo cetera, quæ secundum naturam sunt, bona appellare, nec fraudare suo veteri nomine. *Colum.* l. 3. c. 9. Benignissima parens natura quasque gentes atque terras ita muneribus propriis ditavit, ut tamen ceteras non in universum similibus dotibus fraudaret. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 715. spe quoque fraudat amantem. *Id.* 1. *Amor.* el. 13. v. 17. Aurora pueros somno fraudat. et lib. 2. el. 14. v. 23. Quid plenam fraudas vitem crescentibus uvis? *Id.* 7. *Metam.* v. 250. artus anima fraudare seniles. *Quintil.* l. 2. c. 14. et *Curt. sub fin.* l. 4. aliquem laude sua. *Plin.* l. 32. c. 6. quempiam sua gloria. *Vellei.* l. 2. c. 92. Præclarum excellentis viri factum ne fraudetur memoria. *Phædr.* l. 4. fab. 19. v. 19. fraudare superos ture. *Lucan.* l. 2. v. 305. sanguine bellum. *Liv.* l. 2. c. 10. *extr.* In magna inopia pro domesticis copiis, unusquisque ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit. *cheating himself of his own proper support.* Adde lib. 5. c. 47. et V. *Defrando.* [† *Plaut. Aul.* 4. 9. 15. Genium fraudare. *h. e.* Naturæ appetitui ac voluptati non satisfacere. *to pinch his appetite.*] Fraudare quempiam ab aliqua re *Prudent.* dixit *peristeph.* 4. *de S. Hippol.* v. 146. ¶ *Fraudassis* pro *fraudaveris* est *Plauti Rud.* 5. 2. 58. ¶ *Fraudor, aris,* dep. V. in *Frausus.*

FRAUDULENTER, *deceitfully, fraudulently,* dolose, cum fraude, δολερῶς. *Colum.* l. 1. c. 8. Crudeliter, aut fraudulenter infestare. *Plin.* l. 30. c. 10. Nullum animal fraudulentius invidere homini, tradunt.

FRAUDULENTĬA, æ, f. *deceitfulness, fraudulence,* δολιότης, fraus, fallacia, dolus. *Plaut. Mil* 2. 2. 33. Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, atque audaciam, confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam. *Id. Pseud.* 2. 1. 7. Fretus mea industria, malitia, fraudulentia.

FRAUDULENTUS, a, um, *deceitful, full of fraud, fraudulent,* δολερός, fraudis plenus, fallax, dolosus. *Cic. pro Quint.* c. 18. Num malitiosum? negas. fraudulentum? jam id quidem arrogas tibi, et præclarum putas. *Id.* 2. *Agrar.* c. 35. Carthaginienses fraudulenti et mendaces. *Id.* 3. *Offic.* c. 21. Fraudulentæ venditiones. *Gell.* l. 7. c. 18. Fraudulenta calliditas. *Quintil.* l. 11. c. 3. *circa med.* Humerorum raro decens contractio est. breviatur enim cervix, et gestum quendam humilem, atque servilem, et quasi fraudulentum facit. *Plaut. Capt.* 2. 1. 38. Ex bonis pessimi et fraudulentissimi sunt. *Plin. initio* l. 30. Magice fraudulentissima artium. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 28. Tanto fraudulentior deus vester, qui &c.

FRAUDULŌSUS, a, um, fraudulentus. *Paul. Dig.* lib. 47. tit. 2. leg. 1. Furtum est contrectatio fraudulosa, lucri faciendi gratia, &c.

FRAUS, udis, f. *fraud, deceit, guile, artful imposition, treachery, dishonesty,* δόλος, ἀπάτη, ἀποστέρησις, fallacia, circumscriptio, deceptio, qua quippiam alteri debitum non redditur, aut aufertur, et injuste acquiritur ac retinetur. Differt a *dolo,* qui tum in verbis, tum in rebus locum habet: *fraus* præcipue et proprie in rebus. Hoc tamen discrimen et raro servatur, et fere *fraus* de quocumque dolo, fallacia, ac deceptione dicitur. *Plaut. Rud.* 3. 2. 42. Fraudis, sceleris, parricidii, perjurii plenus. *Cic.* 1. *Offic.* c. 13. Cum duobus modis, idest aut vi, aut fraude, fiat injuria; fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur: utrumque homine alienissimum, sed fraus odio digna majore. *Id. Phil.* 12. c. 5. *extr.* Sestertium septies millies avertisse Antonium judicavistis: num fraude poterit carere peculatus? *Id. pro Quint.* c. 18. Ista causa abs te tota per summam fraudem et malitiam ficta est. *Phædr.* l. 4. fab. 8. v. 7. Fraudem moliri. *Sil.* l. 6. v. 326. nectere. *Senec. in Herc. Œt.* v. 718. struere. *Plin.* l. 33. c. 3. *extr.* excogitare. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 14. Occasionem fraudis ac doli quærere. *Senec. in Agam.* v. 207. Fraude et furto aggredi aliquem. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 60. Pleraque fortuita fraudi suæ assignantes. *ascribing to their own sinister designs what had happened. Plaut. Pseud.* 2. 4. 15. Fraude parere aliquid. *Horat.* l. 1. od. 3. v. 28. Fraude mala quippiam facere. *Justin.* l. 24. c. 2. Fraude concordiæ pervenire ad aliquid. *h. e.* simulatæ concordiæ fallacia. ¶ *Sine fraude,* sine dolo, cum fide, vere, ex animo, *without hurt or harm; with the assurance of safety or protection; on condition of sustaining no injury. Liv.* l. 24. c. 47. Nihil præterea cum consule pacti, quam ut sine fraude Punicum emitteretur præsidium. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 22. Auxiliis provinciarum desperatis, se se dedere sine fraude constituunt. [¶ *Sine fraude* significat etiam *profecto,* quin ulla fraus sit. *Auct. Priap.* carm. 5. v. 4. Totamque hanc sine fraude, quantacumque est, Tormento citharaque tensiorem, Ad costam tibi septimam recondam.] ¶ *Fraus legum* est, inquit *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 3. leg. 30. ubi id fit, quod lex fieri noluit, fieri autem non vetuit: et quod distat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, hoc distat fraus ab eo, quod contra legem fit. *Plaut. Mil.* 2. 2. 9. et *Liv.* l. 7. c. 16. *extr.* et *Cic.* 4. *Attic.* ep. 12. Fraudem legi facere. *to elude. Plin.* l. 10. c. 50. Inventumque diverticulum est, in fraude legum, gallinaceos quoque pascendi. *Paul. Dig. loc. cit.* leg. 29. In fraudem legis facit, qui salvis verbis legis, sententiam ejus circumvenit. ¶ *In fraudem alicujus quippiam facere* est fraudandi ejus causa. *Ulpian. Paul. Papinian.* &c. toto titulo 9. *qui inscribitur.* Quæ in fraudem creditorum, &c. lib. 42. *Dig. et alibi.* ¶ Sumitur etiam *fraus* passive pro deceptione, dolo, periculo, quod quis subit. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 16. Incidere in fraudem. *to fall into a snare. Id.* 3. *de Orat.* c. 60. delabi. *Id. in Pison.* c. 1. impellere. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 23. induci. *Plaut. Mil.* a. 5. v. 42. illicere. *Lucret.* l. 4. v. 815. inducere se. *Virg.* 10. *Æn.* v. 72. agere. *Lucret.* l. 6. v. 186. Nec tibi sit fraudi, quod nos inferne videmus, Quam sint lata magis, &c. *h. e.* ne te in errorem inducat, decipiat. *Id.* l. 2. v. 187. dare alicui fraudem. *h. e.* occasionem errandi. ¶ Item pro quocumque scelere, et noxa, *a fault, offence, trespass, crime. Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 4. Neglectis rebus divinis, impia fraude obligari. *Horat.* l. 1. od. 28. v. 30. Negligis immeritis nocituram Postmodo te natis fraudem committere? *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 30. Republ. violanda fraudem inexpiabilem concipere. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 9. Fraudem capitalem admittere. *Id.* 1. *de Orat.* c. 46. Scelus ac fraudem nocentis supplicio constringere. *Id. in Pison.* c. 18. *extr.* Fraudem suscipere. ¶ Et pro pœna, detrimento, *punishment, loss, damage, detriment, harm, injury.* Aliud tamen est fraus, inquit *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. penult.* leg. 131. aliud pœna. Fraus enim sine pœna esse potest (cum scilicet noxa quidem committitur, sed quam nulla pœna consequitur) pœna sine fraude esse non potest (quia omnis pœna damnum affert.) Pœna est noxæ vindicta: fraus et ipsa noxa dicitur, et quasi pœnæ quædam præparatio. *In veteri formula fœderis* apud *Liv.* l. 1. c. 24. Fecialis regem ita rogavit: Rex, facis ne me tu nuntium populi R. Quiritium? Rex respondit: quod sine fraude mea, populique R. Quiritium fiat, facio. *Cic.* 7. *Attic. ep. ult.* Quod rectius fuit, id mihi fraudem tulit. ¶ *Fraudi esse* est detrimento esse. *to be attended with loss or detriment to; to be prejudicial to. Cic. pro Mur.* c. 35. Non igitur, si L. Natta in equitum centuriis voluit esse, id erit ejus vitrico fraudi, aut crimini. *Id. pro Cluent.* c. 33. Multam petivit: qua lege? quod in legem non jurasset: quæ res nemini unquam fraudi fuit. *Id.* 5. *Attic. ep. ult. a med.* Fit gratia Bruti senatusconsultum: ut neve Salaminiis, neve qui eis dedisset, fraudi esset. *Id. Phil.* 5. c. 12. Censeo, ut iis, qui in exercitu Antonii sunt, ne sit ea res fraudi, si ante calendas Februar. ab eo discesserint. ¶ *Sine fraude,* sine noxa, aut sine damno, impune. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 24. et *Plin.* l. 21. c. 3. Coronam virtute partam, et ei, qui peperisset, et ejus parenti sine fraude esse lex impositam jubet. *Sallust. in Catil.* c. 37. Senatus ceteræ multitudini diem statuit, ante quam liceret sine fraude ab armis discedere. *Horat.* l. 2. od. 19. v. 19. nodo coerces viperino Bistonidum sine fraude crines. *without hurt or harm.* ¶ *Fraus loci* est error ex ignoratione loci. *Virg.* 9. *Æn.* v. 397. ¶ *Fraus* interdum est convicium in fraudulentum hominem, ut *scelus* in scelestum. *a cheat, pickpocket. Plaut. Pseud.* 1. 3. 130. Legirupa, pernicies adolescentum, fur, fugitive, fraus populi. *Terent. Heaut.* 5. 4. 10. Gerro, iners, fraus, heluo, ganeo. ¶ Apud *Martian. Capell.* l. 1. p. 16. dea est, quæ crebro Cyllenio obsequitur. ¶ In genitivo plurali et *fraudium* habet, et *fraudum. Gell.* l. 14. c. 2. Homo plenus perfidiarum et fraudum. *Cic.* 3. *Offic.* cap. 18. *extr.* Qui fons est fraudium, maleficiorum, scelerum omnium. Est qui legit *fraudum,* sed contra plerosque libb. vet. et MSS. *fraudum* habet etiam *Claudian.* l. 2. *de laudib. Stilich.* v. 214.

FRAUSUS, a, um, particip. activæ significationis, qui fraudem commisit. *Festus:* Frausus erit, fraudem commiserit. *Plaut. Asin.* 2. 2. 20. Metuo, in commune nequam fraudem frausus sit. *Liv.* l. 23. c. 14. Qui capitalem fraudem frausi. *Plerique omnes leg.* ausi.

FRAX. V. *Fraces.*

FRAXĀRE, vigiliam circumire. *Fest.* unde *fraxatores,* qui vigilias obeunt. V. Etymologos.

FRAXINĔUS, a, um, *of ash, ashen,* μελίνος, qui est ex fraxino. *Virg.* 6. *Æn.* v. 181. Fraxineæque trabes. *Id* 2. *Georg.* v. 359. Fraxineasque sudes. *Colum.* l. 6. c. 3 Fraxineam frondem. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 369. Fraxine[a] basta.

FRAXĬNUS, i, f. *an ash-tree,* μελία, arbor procera, e[t] teres, pinnata folio, materie ad plurima utili, hastis præ[-] cipue; umbra inimica serpentibus. Ejus duo sunt gener[a] longa et enodis una, altera brevior, durior, fuscior, laure[is] foliis. Alii situ divisere, in campestrem crispam, et mo[n-] tanam spissam. Hæc, et alia *Plin.* l. 16. c. 13. Hinc *Vir[g.]* ecl. 7. v. 65. Fraxinus in silvis pulcherrima, pinus in ho[rtis]

tis. *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 102. et infandos belli potura cruores Fraxinus. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 142. Nam Clytii per utrumque gravi librata lacerto Fraxinus acta femur. *h. e.* fraxinea basta. synecdoche. Sic lib. 12. v. 324. ferrataque collo Fraxinus adacta est. ¶ Adjective *Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 76. Ut quatitur tepido fraxina virga noto.

FREGELLÆ, arum, urbs, et colonia Latii ad Lirim fluvium. *Sil.* l. 8. v. 477. obsessæ campo squalente Fregellæ. *Id.* l. 12. v. 529. Et quæ fumantem texere giganta Fregellæ. V. *Typhoeus.* ¶ Item locus Romæ ubi habitabant frequentes urbis illius hospites. *Festus.*

FREGELLANUS, a, um, ad Fregellas pertinens, ut Fregellanus ager. *Liv.* l. 26. c. 9. Fregellanum bellum, *Cic.* 2. *Agrar.* c. 33. Fregellana vitis, *Colum.* l. 3. c. 2. ¶ *Fregellani, orum*, ejus urbis incolæ. *Liv.* l. 27. c. 10.

FREMEBUNDUS, a, um, *making a great or horrible noise*, valde fremens. *Sil.* l. 3. v. 463. *de elephantis.* At gregis illapsu fremebundo territus, acres Expavit moles Rhodanus. *Accius* apud *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* c. 35. *de navi Argo.* tanta moles labitur Fremebunda ex alto, ingenti sonitu, et spiritu. ¶ Item indiguabundus, furens. *raging, furious. Ovid.* 14. *Metam.* v. 188. *de Polyphemo.* Ille quidem totam fremebundus obambulat Ætnam. Adde lib. 12. v. 128. Sed utroque loco al. aliter leg.

FREMENDUS, a, um, fremens, fremebundus. *Stat.* 12. *Theb.* v. 752. Sed solum votis, solum clamore fremendo, Omnibus in turmis, optatque, vocatque Creonta.

FREMENS, entis, *making a great noise, raging. Ovid.* 5. *Metam.* v. 627. lupos audit circum stabula alta frementes. *howling. Horat.* l. 4. od. 14. v. 24. Equus fremens. *neighing. Valer. Flacc.* lib. 1. v. 594. Venti frementes. *roaring.* et lib. 2. v. 646. Mare fremens. *boisterous.* et vers. 119. fremens Fama. et lib. 6. v. 182. frementia agmina telis. *Senec. in Troad.* v. 171. cæco mugitu terra fremens. *Virg.* 7. *Æn.* v. 787. Chimæra fremens. et l. 12. v. 398. Stabat acerba fremens Æneas. et vers. 371. Turnus animis fremens. *raging, furious. Id. Æn.* 4. v. 229. bello fremens Italia. *Apul.* l. 8. *Metam.* Aper frementis oris. *Plin.* l. 33. c. 3. Bruti epistolæ frementes, fibulas Tribunitias ex auro geri. *h. e.* plenæ indignationis.

FREMIDUS, a, um, *raging*, fremens, fremebundus. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 2. fremida regalia turba Atria complentur. Ita *Heins.* alii *fremitu regalia turbæ*, &c.

FREMITUS, us, m. *a great noise, loud or grumbling noise, roaring, raging*, fremor, strepitus, murmur: a *fremo.* Est autem proprie mutus quidam, fractus, et asper sonus, non plene emissus, sed latens, et reconditus, fragoris longius ducti similis: qualis est irati maris, leonis rugientis, canis hirrientis, obstrepentis multitudinis, tonantis cæli, et hujusmodi. *In responso Haruspicum* apud *Cicer. de Harusp. resp.* c. 10. Quod in agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu. *et mox.* Strepitus quidam reconditus, et horribilis fremitus armorum. *clang, clashing. Id.* 1. *de Divin.* c. 18. Cum terræ sæpe fremitus, sæpe mugitus; sæpe motus, multa nostræ reipubl. gravia et vera prædixerint. *Id.* 5. *de Fin.* c. 2. Ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret voce vincere. (Adde *Enn.* apud *Serv. loc. cit.* in Fremo.) *Valer. Flacc.* l. 1. v. 159. et *Colum.* l. 7. c. 12. *de cane villæ custode.* Ut ne visus quidem, horribili fremitu suo fuget insidiantem. *h. e.* hirritu, quem ante latratum canes emittere solent. *growling. Virg.* 11. *Æn.* v. 607. et *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 38. Fremitus equorum. *neighing. Valer. Flacc.* l. 3. v. 237. fremitus iræque leonum. *roaring. Plin.* l. 8. c. 18. tigris. *Id.* l. 9. c. 13. inconditus vituli marini. *Virg. Georg.* 4. v. 216. apum. *the busy hum. Lucret.* l. 6. v. 269. fremitus et fulgura fiunt. *thunder. Senec. in Octav.* v. 400. truces fremitus tubæ. *h. e.* clangores. *clang, clangour.* ¶ Tribuitur et hominibus (V. *Fremo*) *Valer. Flacc.* l. 3. v. 637. At pius ingenti Telamon jam fluctuat ira, Cum fremitu, sævisque furens in jurgia dictis. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 24. Simul eorum, qui cum impedimentis veniebant, clamor fremitusque oriebatur. *noise, clamour. Virg.* 5. *Æn.* v. 148. plausu fremituque virum consonat omne nemus. *the tumultuous din. Ovid.* 4. *Trist.* el. 2. v. 53. Ipse sono plausuque simul, fremituque canentum Quadrijugos cernes sæpe resistere equos. *Cic. pro Flacc.* c. 10. *ad fin.* Nego, esse ista testimonia, quæ tu psephismata appellas, sed fremitum egentium, et motum quendam temerarium Græculæ concionis. *Senec. in Hippol.* v. 850. Flebilis fremitus. *h. e.* luctus, querela, clamor. *Tacit. de Germ.* c. 11. Si displicuit sententia, fremitu aspernantur.

FREMO, is, mui, n. 3. *to make a great noise, roar, rage, murmur*, βρέμω, murmur, crepitum, sonitum edo validum quidem, sed obscurum, et asperum, et infractum: a voce Græca allata, quæ a vocis et sonitus similitudine ficta est. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 5. *ad fin.* a leonis voce dictum docet, afferens illud *Ennii* pausam fecere fremendi. *to roar.* Sic *Martial.* l. 8. epigr. 55. Tantus in Ausonia fremuit modo terror arena. et *Virg.* 9. *Æn.* v. 341. leo fremit ore cruento. Adde *Plin.* l. 8. c. 16. ¶ Ceterum de aliis quoque sonis dicitur. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 260. fremunt tigres. *Virg.* 12. *Æn.* v. 921. murali concita nunquam Tormento sic saxa fremunt. *whiz.* Sic *Ovid.* 1. *Trist.* el. 2. v. 25. fremunt immani turbine venti. *Stat.* 12. *Theb.* v. 654. ventosaque sibilat Arctos; Tunc montes undæque fremunt. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 70. et *Virg. Æn.* 11. v. 496. et 599. fremit acer equus. *neighs. Valer. Flacc.* l. 6. v. 329. tumida fremit Ister aqua. (de aqua usurpant etiam *Virg.* 11. *Æn.* v. 299. et *Enn.* apud *Serv. ad* 1. *Georg.* v. 12. Sic fremitus ab *eod. ibid.*) *Virg.* 9. *Æn.* v. 59. lupus insidiatus ovili Cum fremit ad caulas. V. alia in *Fremens.* ¶ Sæpe tribuitur hominibus. *Virg.* 10. *Æn.* v. 96. conctique fremebant Cælicolæ assensu vario. *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 20. rumor de tibicine Fremit in theatro: quidam affirmant mortuum &c. ¶ In luctu. *Virg.* 6. *Æn.* v. 175. omnes magno circum ore fremebant. *bewailed, lamented.* ¶ In plausu. *Id.* 5. *Æn.* v. 555. quos omnis euntes Trinacriæ mirata fremit, Trojæque juventus, et lib. 8. v. 717. ludisque viæ plausuque fremebant. *h. e.* personabant. Sic *Ovid.* 3. *Metam.* v. 628. festisque fremunt ululatibus agri. ¶ In precibus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 563. cuncti simul ore fremebant Dardanidæ. ¶ Frequenter in indignatione, questu, comminatione. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 44. Fremant omnes, licet, dicam quod sentio. *murmur. Id.* 2. *Attic.* ep. 7. Arrius consulatum sibi ereptum fremit. *complains loudly. Liv.* l. 8. c. 13. Pedum expugnandum ac delendum, Senatus fremit. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 44. Prætorianus miles, non virtute se, sed proditione victum, fremebat. et l. 4. c. 35. Palam fremebant, non se ultra famem toleraturos. ¶ Cum accusativo; sed ellipsis est. *Virg.* 11. *Æn.* v. 132. unoque omnes eadem ore fremebant. *Cass.* apud *Serv. ad* 1. *Æn.* v. 59. Si plebs fremere imperia cœpisset. *h. e.* recusare. *Virg. Æn.* l. 7. v. 460. Arma amens fremit, arma toro, tectisque requirit. ¶ Translate *Calpurn.* ecl. 4. *in fi.* jam fremit æstas. *h. e.* sævit.

FREMOR, oris, m. *a murmur, roaring or grumbling noise*, fremitus, strepitus, clamor. *Vetus Scriptor* apud *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. Arma sonant, fremor oritur. *Virg.* 11. *Æn.* v. 296. variusque per ora cucurrit Ausonidum turbata fremor. *Arnob.* l. 1. pag. 32. Quidquid virium continet fremor ille verborum (*magicorum*) atque adjunctæ carminum necessitates. *h. e.* sonus, murmur. *Apul. in Florid.* n. 17. (*al.* l. 3.) Leonum indignati fremores. *rourings.*

FRENATOR, oris, m. *a curber, restrainer, tamer*, qui frenat. *Stat.* 1. *Theb.* v. 27. ignipedum frenator equorum. *h. e.* Sol. ¶ Translate *Plin. in Paneg.* c. 55. Infinitæ potestatis domitor ac frenator animus. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 162. ingentis frenator Sarmata conti. *h. e.* moderator et jaculator hastæ amentatæ.

FRENATUS, a, um, *curbed, restrained, bridled*, χαλινωτὸς, frenum habens. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* cap. 15. Equites frenatis equis in stationibus disponit. *Virg.* 5. *Æn.* v. 554. Frenatis lucent in equis. *Sil.* l. 11. v. 266. frenata acies. *cavalry.* ¶ Translate *Plin. in Paneg.* c. 66. Obsepta diutina servitute ora reseramus, frenatamque tot malis linguam resolvimus.

FRENDEO, es, n. 2. et Frendo, is, n. 3. *to grind or gnash the teeth*, βρύχω, μυλιάω, dentes collidendo et constringendo strideo, infrendeo: quod est irati signum. Verbum est a sono fictum. *Plaut. Capt.* 4. 4. 5. Nimis hercle ego illam male formidabam: ita frendebat dentibus. *Id. Trucul.* 2. 7. 42. Hoc vide: dentibus frendit, icit femur. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 46. Frendens aper. *Cic.* vertens carmina *Sophocl.* l. 2. *Tuscul.* c. 9. Frendens Nemeæus leo. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 437. tumida frendens Mavortius ira. *Stat.* 6. *Theb.* v. 767. ruit omnis, et ambas Consumit sine lege manus, atque irrita frendit Insurgens. *Curt.* l. 4. c. 16. Frendente Alexandro, eripi sibi victoriam e manibus. *Liv.* l. 30. c. 20. Frendens gemensque, ac vix lacrimis temperans. *Virg.* 4. *Georg.* v. 452. graviter frendens. *Sen. in Herc. Fur.* v. 693. frendens dolor. *Prudent. Cathemer.* 9. v. 52. Suetus antro bustuali sub catenis frendere. ¶ Translate, et cum accusativo, per ellipsim. *Pacuv.* apud *Non.* c. 3. n. 103. Frendere noctes, misera, quas perpessa sum. *h. e.* indignari, queri. *Plaut. in frag. ibid.* Nec, machæra, audes dentes frendere. *h. e.* irasci. ¶ Significat etiam dentibus, aut alia re frangere, *to break, bruise. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. *a med.* Porci dicuntur nefrendes ab eo, quod nondum fabam frendere possunt, idest frangere. *Accius* apud *Non. loc. cit.* Saxo fruges frendas. ¶ Præteritum quidam faciunt *frendui*: sed adhuc sine auctoritate, aut exemplo: nisi placeat *Psalm.* 34. v. 16. ¶ Supinum est *fresus*, seu *fressus*, teste *Festo.* V. suo loco.

FRENDOR, oris, m. frendendi actus. *Tertull. de resurr. carn.* c. 35. *sub fin.* Dentium frendor in gehenna. *Veget. mulomed.* l. 3. c. 31. Equus tremorem frendoremque patietur.

FRENIGER, a, um, *bearing a bridle, bridled*, frenum gerens. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 98. Quisnam frenigeræ signum dare dignior alæ. *to the cavalry.*

FRENO, vel Fræno, as, avi, atum, a. 1. *to bridle, rein, curb*, χαλινόω, frenum impono. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 125. Frenare cervi ora capistris. *Id.* 3. *Trist.* el. 8. v. 3. Medeæ vellem frenare dracones. *Prudent. in Psychomach.* v. 191. Impatiens sonipes frenarier ora lupatis. *paragoge.* ¶ Translate est cohibere, coercere, reprimere, *to check, restrain, repress, keep in, guide, govern. Cic. pro Mil.* c. 28. Clodii furores nullis legibus frenare poteramus. *Liv.* l. 30. c. 14. Voluptates temperantia frenare ac domare. *Senec. in Med.* v. 866. Frenare iras. *Sil.* l. 10. v. 340. spes avidas. *Virg. Æn.* 1. v. 527. justitia gentes superbas. et vers. 58. Æolus ventos vinclis et carcere frenat. *Id.* 4. *Georg.* v. 136. hiems glacie cursus frenat aquarum. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 22. Æmoniam primis Pelias frenabat ab annis. *h. e.* regebat, regnabat. *Phædr.* l. 4. fab. 24. v. 12. Exigua materia impetum scribendi frenat. *Seren. Sammon.* c. 17. *extr.* Frenare tussim medicamine. et cap. 29. Alvum frenat brassica. *h. e.* sistit.

FRENUM, et Frænum, i, n. *et in accus. plurali etiam* Frenos, m. *a bit, bridle, curb*, χαλινὸς, instrumentum, quo equorum ora coercentur. *Cic. pro Mil.* c. 24. Scutorum, gladiorum, frenorum multitudo. *Horat.* l. 1. od. 8. v. 7. Ora equi temperare frenis. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 643. coercere. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 424. contundere freno. et lib. 6. v. 377. tendere frena. et lib. 5. v. 134. et *Ovid.* 2. *Metam.* v. 185. remittere. *Liv.* l. 1. c. 48. Inhibere frenos. *to draw or hold tight.* Eodem sensu *Ovid.* 15. *Metam.* v. 518. ducere frena. *Virg.* 5. *Æn.* v. 817. addere frena equis. *to bridle.* Sic *Ovid.* 2. *Fast.* v. 736. frenis impedire equos. *Tibull.* l. 1. el. 3. v. 42. frenos ore momordit equus. *Virg.* 4. *Æn.* v. 135. frena sonipes spumantia mandit. *champs. Lucan.* l. 7. v. 531. frena convertere. *to turn, guide, direct.* et lib. 1. v. 425. in gyrum flectere. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 455. contorquere. ¶ Pro habenis *Ovid.* 3. *amor.* el. 4. v. 15. ut primum concessas sensit habenas, Frenaque in effusa laxa jacere juba. *the reins.* ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 56. Alteri calcaria adhibere, alteri frenos. *h. e.* alterum incitare, alterum retinere ac retrahere. *to check. Id. Phil.* 13. c. 9. Mutinamque illi exsultanti tanquam frenos furoris injecit. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 23. et ipse *Cic.* ep. 24. Si frenum momorderis. *h. e.* si te ferocem et recusantem ostenderis. *if you prove restive.* Adde *Senec. de Tranquill. in fi.* Alio sensu *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 28. subiit leges, et frena momordit Ille solutus amor. *h. e.* recepit vel invitus, et subactus est. *Liv.* l. 34. c. 2. *ad fin.* Dare frenos impotenti naturæ. *to give or slacken the rein.* Sic *Lucan.* l. 7. v. 124. laxare frenos furentibus ira. *Horat.* l. 4. od. 15. v. 10. frena licentiæ injicere. *to bridle, curb, check, restrain.* Sic *Juvenal.* sat. 8. v. 88. pone iræ frena modumque. *Curt.* l. 7. c. 8. *a med.* Imponere frenos felicitati. *Senec. in Troad.* v. 279. regere frenis iram. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 63. animum frenis compescere. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 23. remittere frena studiis. *to slacken.* et *Senec.* ep. 23. Voluptates tenere sub freno. *Virg.* 12. *Æn.* v. 568. accipere frenum. *to submit.* (Adde *Liv.* l. 37. c. 36.) *Senec. in Hippol.* v. 574. Sæpe obstinatis induit frenos amor. *bridles. Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 9. v. 33. imperii frena moderari. *the reins of government.* et 2. *Trist.* v. 42. moderate frena imperii tenere. et 4. *ex Pont.* ep. 13. v. 27. capere. *Sil.* l. 1. v. 240. Dare alicui rerum frenos. *h. e.* imperium. *Prudent. in præfat. Cathemer.* v. 17. frenos urbium regere. ¶ Frenum pro ipso equo, poetice, *Stat.* 11. *Theb.* v. 243. frater muris circum omnibus instat, Portarumque moras frenis adsultat et hastis. *rushes forth with the cavalry against the very gates.* ¶ Pro quocumque vinculo, et compage, *Id.* 10. *Theb.* v. 879. absiliunt pontes, tectique trementis Saxea frena labant. ¶ Frenum etiam dicitur vinculum, quo præputium ab inferiori parte penis glandi adnectitur. *Cels.* l. 7. c. 25. sect. 2. Subter cutis inciditur usque ad frenum. *et mox.* Ut vertex ejus ad frenum, basis in tergo extremo sit. ¶ Ad scriptionem quod attinet, diphthongus videtur placere *Dausquio*, tum ex satis recepto usu, tum ex origine, qua dictum putat quasi *feri æneum.* Sed et insulsa est etymologia, et vetera monumenta, graviorque *Manutii*, ac *Cellarii* auctoritas *frenum* adstruunt.

FREQUENS, entis, *frequent, constant*, συχνὸς, creber, assiduus. *Cic. in Orat.* c. 4. Demosthenes frequens fuit Platonis auditor. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 6. Erat tum Romæ frequens, atque in foro quotidie versabatur. *often at Rome. Id.* 2. *Offic.* c. 13. *a med.* Frequentem esse cum aliquo. *Id.* 3. *de Orat.* c. 47. Iambum et trochæum frequentem segregat ab oratore Aristoteles. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 69. *extr.* Haud perinde instruendo bello intentus, quam frequens concionibus. *Id.* 4. *Ann.* c. 3. Sumitur in conscientiam Eudemus medicus, specie artis frequens secretis. *Plin.* l. 8. c. 45. *extr.* Est frequens in prodigiis priscorum, bovem locutum. *it is frequently to be met with. Id.* l. 20. c. 7. *extr.* Lactucæ frequentiores in cibo. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 6. v. 33. Crede mihi, nostrum si non mortale futurum Carmen, in ore frequens posteritatis eris. *Martial.* l. 9. epigr. 90. Frequens conviva. ¶ Cum infinito *Stat.* 7. *Theb.* v. 705. Hic hominum casus lenire, et demere fatis Jura frequens. ¶ Item multus, copiosus, *numerous, many. Cic.* 2. *Verr.* c. 3. Videt multos equites R. frequentes præterea cives atque socios. *Id.* 10. *Fam.* ep. 12. Senatus est continuo convocatus, frequensque convenit. *in great numbers. Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 10. Est numerus veteranorum satis frequens cum Ventidio. *Cic.* 2. *Q. Fr.* ep. 1. Sane frequentes fuimus: omnino ad ducentos. *Id.* 7. *Phil.* c. 8. Equites R. qui frequentissimi in gradibus Concordiæ steterunt. *Plin.* l. 9. c. 59. Frequens ibi hic piscis, et celeriter capitur. *common.*

Ovid. 1. *de ar. am.* v. 147. Frequens pompa. *Plin.* l. 2. ep. 18. et *Sueton. in Claud.* c. 41. Frequens auditorium. *a full audience.* *Id. in Cæs.* c. 31. convivium. ¶ Dicitur et de re, quæ crebro et sæpe fit. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. Apud eundem (*Plautum Cist.* 1. 1.7.) Mihi frequentem operam dedistis, valet assiduam. *Asin. Poll. ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 31. Saltus Castulonensis frequentioribus latrociniis infestior factus est. *Nepos in Phoc.* c. 1. Frequentes delati honores. *Id. in Attic.* c. 19. *extr.* Frequentior familiaritas. *Cic. de Senect.* c. 13. Frequentia pocula. *Plin.* l. 33. c. 1. Frequentior usus anulorum. *Id.* l. 37. c. 7. *sub fin.* Nec fuit alia gemma apud antiquos usu frequentior. *Gell.* l. 1. c. 8. Frequens apud Græcos adagium. *Paul. Dig.* lib. 44. tit. 2. leg. 6. Parere ergo exceptionem rei judicatæ, frequens est. *h. e.* usitatum est. ¶ *Frequens sententia* est, quæ a multis comprobatur. *Plin.* l. 2. ep. 11. Quæ sententia non prævaluit modo, sed omnino post tantas dissensiones fuit sola frequens. ¶ Item de loco, ubi multi sunt, *frequented, crowded, full. Cic.* 1. *de Divin.* c. 28. *extr.* Idque frequentissimo theatro, incredibili plausu comprobatum esse. *Id.* 2. *Phil.* c. 41. Frequens municipium. *populous. Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 585. Frequens via. *Plin.* l. 5. c. 9. Nilus feris et beluis frequens. *abounding. et paulo post.* Ægyptus multis urbibus frequens. *Liv.* l. 31. c. 23. Frequentia ædificiis loca. *Colum.* l. 8. c. 16. Piscibus frequens vivarium. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 54. locus piceis ilicibusque frequens. *Id.* 9. *Metam.* v. 106. Vorticibus frequens amnis. *full of. Tacit.* 4. *Ann.* c. 65. Montem eum antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse, quod talis silvæ frequens fecundusque erat. *Senec. in Herc. Fur.* v. 1233. Frequens telis Lernæis pharetra. *filled with.*

FREQUENTAMENTUM, i, n. frequentatio. *Gell.* l. 1. c. 11. Si Graccho concionanti numeros, et modos, et frequentamenta quædam varia tibicen incineret. *h. e.* frequentes vocis mutationes, discrimina, modulationes. Sic l. 5. c. 1. Si vocum ejus festivitatibus, si modulis verborum, si quibusdam quasi frequentamentis orationis moventur.

FREQUENTARĬUM, frequentem. *Festus.*

FREQUENTATĬO, onis, f. *frequency; a crowding together,* πυκνότης, πύκνωμα, crebritas, coacervatio. *Cic. in Partit.* c. 35. *extr.* Frequentatio argumentorum. *the collecting into one place the arguments scattered through the different parts of a speech. Id. ibid.* c. 16. consequentium. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 19. verborum densa et continens. *the using of a number of words to express a thing. Gell.* l. 1. c. 6. *ad fin.* Civitatem salvam esse sine matrimoniorum frequentatione non posse. ¶ Inter figuras sententiarum Frequentatio est, ut ait *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 40. cum res in tota causa dispersæ coguntur in unum, quo gravior, aut acrior, aut criminosior oratio sit, &c.

[* FREQUENTATĪVE, adverb. *Paul.* ex *Festo.* Verberitare Cato frequentative ab eo, quod est verbero, dixit.]

FREQUENTATĪVUS, a, um, *frequentative,* assiduitatem et frequentiam significans: ut Frequentativa verba, apud Grammaticos. *Gell.* l. 9. c. 6. Ab eo, quod est *ago,* et *egi,* verba sunt, quæ appellant Grammatici frequentativa, *actito,* et *actitavi.*

[* FREQUENTĀTO, adverb. *many times,* crebro, sæpius. *Apul.* 9. *Met.* pag. 641. *Oudend.* Salutem ei fuerat imprecatus, et iterato rursum, et frequentato sæpius.]

FREQUENTĀTOR, oris, m. *a frequenter,* qui frequentat. *Tertull. de monogam.* c. 8. *sub fin.* Prandiorum et cœnarum cum publicanis frequentator. [¶ Est etiam qui continuo servat. *Apul. ad Asclep. a med.* pag. 94. *Elmenh.* Sol ipse semper gubernator vitalium, vel totius vivacitatis eorum frequentator et dispensator est.]

FREQUENTĀTUS, a, um, *frequented, much used, made frequent use of. Sallust. in Jug.* c. 19. Quæ loca et nationes ob calorem, aut asperitatem, item solitudines, minus frequentata sunt. *Plin.* l. 37. c. 10. Aromatites, gemma reginis frequentata. *Id.* l. 36. c. 25. Frequentata pavimenta. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 38. Verbi translatio instituta est inopiæ causa, frequentata delectationis. *Id. de clar. Orat.* c. 95. Aliud genus est non tam sententiis frequentatum, quam verbis volucre atque incitatum. *h. e.* non tam sententiosum.

FREQUENTER, *frequently, often,* συχνῶς, πολλάκις, crebro, sæpe. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. *ult.* Ut frequenter et assidue consequamur artis rationem studio et exercitatione. *Cic. in Orat.* c. 24. Translatione frequentissime sermo omnis utitur. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 287. Non alias missi cecidere frequentius ignes. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 16.) Quod Cicero frequentius testatur. ¶ *Frequenter* etiam fieri dicitur, quod a multis fit. *Liv.* l. 1. c. 11. Romam inde frequenter migratum est, a parentibus maxime ac propinquis raptarum. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 19. Herennium quendam, tribunum plebis, sæpe de Clodio ad plebem traducendo agere cœpisse: huic frequenter interceditur.

FREQUENTĬA, æ, f. *a crowd, throng, press, concourse, multitude,* crebritas, multitudo, πυκνότης, πλῆθος. *Cic.* 4. *Attic.* ep. 16. De epistolarum frequentia nihil te accuso. *frequency. Id.* 2. *de Orat.* c. 13. Thucydides ita creber est rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero consequatur. *Plin.* l. 27. c. 12. Polygonon alii polygonaton vocant, a frequentia geniculorum. *from the multitude of knots. Vitruv.* l. 9. c. *ult.* Frequentia cæli. *h. e.* densitas aeris. *the density of the atmosphere.* V. *Crebritas. Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) scholarum. *Sallust. in Jug.* c. 51. negotiatorum. *Nepos in Attic. in fi.* Elatus est maxima vulgi frequentia. *Cic.* 2. *Verr.* c. 7. Hortensius consul designatus domum reducebatur e campo, cum maxima frequentia, a multitudine. *the people thronging round him in vast numbers. Q. Cic. de petit. consul.* c. 1. Quotidiana amicorum assiduitas et frequentia. *Cic. in Pison.* c. 13. *extr.* Frequentia egressum alicujus ornare atque celebrare. *Id. pro Planc.* c. 8. *extr.* Solidam, et robustam, et assiduam frequentiam alicui præbere. *Id. pro Mil.* c. 1. Stipari frequentia.

FREQUENTO, as, avi, atum, a. 1. *to frequent, go often to, resort much to, haunt,* φοιτάω, frequenter adeo, ventito, visito, sæpius cum aliquo sum. *Cic.* 5. *Fam. ep. ult.* Sermones eorum, qui frequentant domum meam. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 16. Digressis, qui Pacarium frequentabant, nudus et auxilii inops interficitur. ¶ Item frequentem facere, implere. *to people, fill with inhabitants, crowd, fill. Cic.* 2. *Offic.* c. 4. Frequentare urbes. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 871. Templa frequentari Collinæ proxima portæ Nunc decet. *Hirt. de B. Afric.* c. 20. Sagittariis ex omnibus navibus ductis in castra compluribus, frequentabat suas copias. *he increased the number of. Colum.* l. 4. *c. ult.* Frequentare arbores. *to plant close.* et lib. 10. v. 214. nova prole mundum. et lib. 4. c. 15. vineam. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 52. *extr.* Tum est quasi luminibus distinguenda et frequentanda omnis oratio sententiarum atque verborum. *to be crowded or filled up.* ¶ Item coacervare. *to amass, or heap together. Id. in Orat.* c. 25. Nec acervatim multa frequentans, una complexione devinciet. *Gell.* l. 13. c. 24. Quæ a Poetis, celebrandæ et ornandæ rei gratia, duobus eadem pluribusve nominibus frequentantur. ¶ Item frequentia et multitudine celebro. *to celebrate. Cic.* 1. *de Invent.* c. 27. Publicum est, quod civitas universa aliqua de causa frequentat, ut ludi, dies festus, bellum. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 37. Frequentare sacra. *Auct. Priap.* carm. 76. Ennææ Cererem nurus frequentant. ¶ Item frequentem facio, *h. e.* congrego. *Cic.* 4. *Catil.* c. 7. Scribæ universi, quos casu hic dies ad ærarium frequentavit. *Id. pro Dom.* c. 33. Quem tu tamen populum, nisi tabernis clausis, frequentare non poteras. ¶ Item frequenter facio, repeto, ingemino. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 143. Turba ruunt, et Hymen clamant, Hymenæe frequentant. *they repeat.* Al. leg. *Hymenæa frequentant,* h. e. Hymenæa sacra. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 3. Frequentare memoriam alicujus. *h. e.* frequenter meminisse. *Sulpicia in Sat.* Musa, quibus numeris heroas et arma frequentas. *h. e.* frequenter memoras celebrasque. *Pallad.* l. 1. tit. 15. Prima trullis frequentetur inductio. *scil.* calcis. et tit. 24. Columbæ fetus frequentant, si, &c. ¶ *Frequentare alicui operam,* apud *Plaut. Cist.* 1. 1. 10. est frequentem operam dare.

FRESSUS, et Fresus, a, um, *broken, bruised, craunched, shaled,* particip. a *frendeo,* qua frangere significat. *Colum.* l. 6. c. 3. Fresi et aqua macerati ervi sextarius. *Id.* l. 2. c. 11. *sub fin.* Cicera bubus ervi loco fresa datur. et cap. 12. *a med.* et *Cels.* l. 5. c. 18. sect. 21. Faba fressa.

FRETĀLIS, le, adject. ad fretum pertinens. *Ammian.* l. 28. c. 2. (*al.* 14.) A Rhætiarum exordio adusque fretalem Oceanum. *h. e.* fretum Britannicum. ¶ *Fretale, is,* n. substant. genus est sartaginis ad frigendum aptæ. *Apic.* l. 7. c. 5. Infunditur in fretali piper, &c.

FRETENSIS, se, adject. fretalis, ut Fretensis legio, quæ scil. vel scripta est ex freti Siculi accolis, ut expon. *Turneb.* l. 18. *Advers.* c. 10. vel ad fretum stativa habuit. Ejus sæpe mentio fit in *Inscript.* apud *Gruter. v. gr.* pag. 457. n. 6. C. Popilio C. F. Quir. Caro Pedoni Cos. VII. &c. Legato legionis X. Fretensis, &c. Et pag. 354. n. 5. L. Annio Fabiano III. Viro Capitali, &c. Leg. Leg. X. Fretensis, &c. Adde pag. 294. n. 2. et alibi. ¶ Mare Fretense est mare, vel fretum Siculum. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 7. Adriano mari Dolabella, Fretensi Curio. *Al. aliter leg.*

FRETUM, ti, n. *a strait, narrow part of the sea,* πορθμός, maris angustiæ: a fervendo, quasi *fervetum,* quod eo semper concurrant æstus et effervescant, ut ait *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 10. Fretum Siciliense. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 10. v. 28. Seston Abydena separat urbe fretum. *the Hellespont. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 7. Fretorum augustiæ. *Id.* 2. *de Divin.* c. 14. *extr.* Quid de fretis et marinis æstibus dicam? ¶ Interdum absolute dicitur de freto Siculo, quod primum omnium fuit Romanis cognitum, et maxime frequentatum. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. Cum se ille septimo die venisse a Freto dixisset. *Flor.* l. 2. c. 2. Cum a terra Fretum usque venisset. ¶ Ponitur et pro ipso mari. *the sea. Virg.* 1. *Æn.* v. 611. In freta dum fluvii current. *Horat.* l. 2. od. 7. v. 15. Fretum æstuosum. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 568. Libycum. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 2. Euxinum. ¶ Translate ponitur pro fervore, et impetu. *Flor.* l. 1. c. *ult.* Talis pace belloque populus Rom. fretum illud Adolescentiæ, idest secundam imperii ætatem habuit. *Lucret.* l. 4. v. 1024. Tum quibus ætatis freta primitus insinuantur. *Gell.* l. 10. c. 3. Invidiæ, atque acerbitatis fretum effervescit. ¶ Reperitur et *fretus, us,* m. *Lucret.* l. 6. v. 363. Nam fretus ipse anni permiscet frigus et æstus. *h. e.* tempus anni, quod inter frigus caloremque intercedit, ut ver. *Cic.* 7. *Verr.* c. 66. perangusto fretu. Ita enim *Gell.* l. 13. c. 20. legit. *Id. Cic.* apud *Charis.* l. 1. pag. 103. *Putsch.* A Gaditano fretu. *Porc. Licin. ibid.* Salsi fretus. *Messala ibid.* Angustiæ fretus. *Novius,* vel *Næv.* apud *Non.* c. 3. n. 92. faventem per fretum introcurrimus. *Varr. ibid.* Qui est fretus inter Rhegium et Messanam. *Lucil. ibid.* Salis fretus. ¶ *Enn. ibid. omnem cæli fretum* et apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 3. *fretum cæruleum* dixit ea ratione, qua *Lucret.* l. 5. v. 277. aeris mare. ¶ *Fretum* est etiam nomen Comœdiæ Plautinæ deperditæ, teste *Gell.* l. 3. c. 3.

FRETUS, us, V. in dictione præced. ¶ Pro fiducia in sexto casu singulari, *Symmach.* l. 2. ep. 82. (*al.* 83.) Ut sancti animi tui fretu nubem invidiæ superioris abstergeat.

FRETUS, a, um, *trusting to, relying or depending on,* πεποιθὼς, confisus, nixus, fultus. *Terent. Phorm.* 2. 1. 43. Malitia fretus sua insidias fecit. *Cic. Fam.* 3. ep. 7. *in fi.* Hæc scripsi ad te liberius, fretus conscientia officii mei. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 18. Fretus intelligentia vestra dissero brevius, quam, &c. *Id.* 2. *de Orat.* c. 24. Plerique ingenio freti. *Id. pro Planc. in fi.* Quod vobis fretus huic sæpe promisi. *Q. Cic. de petit. consul.* c. 7. Amicitiis fretum ac munitum esse. *Virg. Æn.* 5. v. 430. Ille pedum melior motu, fretusque juventa. et lib. 4. v. 245. Illa fretus agit ventos, et nubila tranat. *Plaut. Men.* 5. 2. 16. Quæ viros subservire sibi postulant, dote fretæ. *Id. Cas.* 2. 5. 38. Dis sum fretus: deos sperabimus. ¶ Cum infinito. *Stat.* 5. *Theb.* v. 23. tum pontum irrumpere fretæ (*naves*) ereptasque oculis non quærere terras. *h. e.* ausæ. ¶ De origine non constat. Est qui a *fruor* deducit; et qui a *fertus* per metathesim a *fero.*

FRIABĬLIS, le, com. *easy to be crumbled, or broken small, friable,* ψαθυρὸς, qui facile friatur, et minutim teri potest. *Plin.* l. 17. c. 4. Tofus natura friabilis. *Id.* l. 34 c. *ult.* Sandaracha pura, friabilisque.

FRIĀTUS, a, um, *crumbled, broken into small pieces,* tritus, comminutus. *Lucret.* l. 1. v. 886. Scilicet et glebis terrarum sæpe friatis. *Plin.* l. 12. c. 13. Friatum amomum.

FRIBUSCŬLUM, i, n. jurgium et levis offensa inter conjuges. *Ulpian. Dig.* lib. 24. tit. 1. leg. 32. *ante med.* Quid si divortium non intercesserit, sed fribusculum? profecto valebit donatio, si fribusculum quievit. *Brisson.* putat legendum *frivusculum,* quasi diminutivum a *frivolum,* ut sit frivolum ac breve jurgium. Sæpe autem in Pandectis Florentinis *b* pro *v* poni, ut hoc ipso in loco *quiebit* pro *quievit.* Hinc *Isidor.* l. 9. *Orig. c. ult.* Fribolum est, cum eo animo conjuges separantur, ut rursum ad se invicem revertantur. Alii rectius leg. *frigusculum* a *frigus:* atque ita edidit *Haloander:* quia in jurgio friget conjugalis affectus, rei familiaris cura, &c. et præterea *frigus* eleganter de amissa gratia dicitur.

FRICÆ quid sint apud *Sever. in Ætna,* vers. 529. incertum est admodum: incerta etiam ipsa vox, aliis aliter legentibus.

FRICAMENTUM, i, n. fricatio. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 6. Blando articulorum fricamento uti. Adde *Tard.* l. 3. c. 2.

FRICATĬO, onis, f. *a rubbing; friction,* actus fricandi. *Colum.* l. 6. c. 12. Fricatione assidua discutitur. *Plin.* l. 28. c. 4. *a med.* Vehemens fricatio spissat, lenis mollit, multa adimit corpus, auget modica. *Cels.* l. 4. c. 3. Fricatio omnibus vertebris utilis est. ¶ In politionibus parietum. *Vitruv.* l. 7. c. 6. Quibus inductis, et diligenti tectoriorum fricatione lævigatis.

FRICĀTOR, oris, m. qui fricat. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 3. c. 7. de eo, qui frictionem adhibet ægris.

FRICATŪRA, æ, f. fricatio. *Vitruv.* l. 7. c. 1. Super fricaturam incernatur marmor. *the pargetting. Et paulo supra.* Non erit exacta fricatura.

FRICĀTUS, us, m. idem ac fricatio. In sexto casu sing. *Plin.* l. 23. c. 7. Emendat dentium vitia crebro fricatu.

FRICĀTUS, a, um, *rubbed, chafed,* frictus. *Plin.* l. 13. c. 15. *extr.* Splendescunt mensæ manu sicca fricatæ. *Seren. Sammon.* c. 6. v. 76. Et lutum prodest membris adhibere fricatis.

FRICO, as, cui, ctum, a. 1. *to rub, chafe,* θρυγανάω, ψήχω, scabo, destringo. *Virg.* 3. *Georg.* v. 256. Sus pede prosubigit terram, fricat arbore costas. *Vetus Poeta* apud *Gell.* l. 15. c. 4. Nam mulos qui fricabat, consul factus est. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 9. Ex industria ambæ nunquam concessavimus lavari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari. *Martial.* l. 4. *epigr. pænult.* Oleo fricare corpus. *Plin* l. 12. c. 25. Lacrimæ probatio; ut sit pinguis, et in fricando odorata. *Id.* l. 20. c. 5. *ad fin.* Alopecias fricuer tusis cæpis. *Scribon. Larg. compos.* 253. Fricatur locus diutius et pressius. et *compos.* 58. Hoc medicamento s quis dentes fricuerit. *Plin.* l. 36. c. 22. *a med.* Tofus ex ercetur halitu maris, fricatur vento, et verberatur imbri *Vitruv.* l. 7. c. 1. Cum pavimenta exstructa fuerint, it

fricentur, ut nulli gradus in scutulis, aut trigonis exstent. ¶ *Fricare genua* est supplicantium. V. *Confrico.* ¶ Habet etiam obscenum sensum apud *Petron.* et *Martial.*

FRICTĪLIS, le, qui frigitur, apud *Apic.* l. 4. c. 2. ubi alii aliter leg. V. etiam *Fritilla.*

FRICTIO, onis, f. *a rubbing, chafing; friction,* fricatio. *Cels.* l. 2. c. 14. Frictione, si vehemens sit, durari corpus; si lenis, molliri; si multa, minui; si modica, impleri. *et ibid.* Frictione uti. *et ibid.* Frictionem adhibere. et lib. 3. c. 18. lenem admovere.

FRICTRIX, icis, f. τριβὰς, tribas. *Tertull. de Pall.* c. 4. *ad fin.* et *de resurr. carn.* c. 16. V. *Tribades.*

FRICTUS, us, m. idem ac frictio, seu fricatio. *Juvenal.* sat. 6. v. 322. Frictum crissantis adorat.

FRICTUS, a, um, *rubbed, chafed,* fricatus: a *frico. Juvenal.* sat. 6. v. 577. si prurit frictus ocelli Angulus. ¶ Item *fried, dried, parched.* in sartagine coctus: a *frigo. Varr. R. R.* l. 2. c. 4. *ad fin.* Porcis lactentibus triticum frictum dari oportet: crudum enim solvit alvum. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 115. Frictæ nuces. *Plin.* l. 29. c. 3. Ova fricta ex oleo. *Id.* l. 22. *c. ult.* Fricta faba. Adde *Cels.* l. 2. c. 30. ¶ Festive *Plaut. Bacch.* 4. 5. 6. Versabo ego illunc hodie, si vivo, probe: tam frictum ego illum reddam, quam frictum est cicer. *I'll trounce him, till, &c.* ¶ A *frigo* est etiam *frixus* pro *frictus. Cels.* l. 2. c. 18. *a med.* Res eadem magis alit jurulenta, quam assa, magis assa, quam frixa. [*Leonard.* tamen *Targa* contendit ibi legendum *elixa,* non *frixa.*] *Sidon.* l. 8. ep. 14. Simila frixa in sartagine.

FRIGĔDO, inis, f. frigus, apud vet. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 344. et cap. 3. n. 97. Aquiloniam intus servat frigedinem.

FRIGEFACTO, as, a. 1. frequentativum, *to make cold,* ψύχω, frigidum facio. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 14. Calidum prandisti prandium hodie, quia os nunc frigefactas?

FRIGEO, es, xi, n. 2. *to be cold or cool,* ῥιγόω, frigidus sum, algeo. *Terent. Phorm.* 5. 8. 5. Tange: si non totus friget, me eneca. *Virg.* 6. *Æn.* v. 219. corpusque lavant frigentis, et ungunt. *cold, stiff, dead. h. e.* mortui. *Pers.* sat. 3. v. 108. summosque pedes attinge, manusque: Non frigent. *Sever. in Ætna,* v. 331. Quamvis cæruleo siccus Jove frigeat æther. ¶ Translate est languere, cessare, segnem, otiosum esse. *to be languid, careless, or inactive. Cæl.* ad *Cicer.* 8. *Fam.* ep. 6. *ad fin.* Quod tibi supra scripsi Curionem valde frigere, jam calet. *supra ibid. dixerat,* Curioni nostro tribunatus conglaciat. *h. e.* iners, otiosus est. *Cic. Fam.* 11. ep. 14. Mihi crede, plane jam, Brute, frigeo. *I am at a stand-still; I have got nothing to do.* ὄργανον enim erat meum Senatus: id est jam dissolutum. *Id.* 4. *Verr.* c. 25. Cum omnia judicia frigerent. *Id.* 6. *Phil.* c. 5. Jacent beneficia Nuculæ, friget patronus Antonius. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 8. Memmius in adventu Cæsaris habet spem: in quo illum puto errare: hic quidem friget. *h. e.* languet in petitione consulatus. (V. ep. 2. *sub fin.*) Sic *Virg.* 5. *Æn.* v. 396. frigent effetæ in corpore vires. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 23. Ex quo illud Terentii (*Eun.* 4. 5. 6.) Sine Cerere et Baccho friget Venus. *Terent. ibid.* 3. 3. 9. Ipsa accumbere mecum, mihi se se dare, sermonem quærere. Ubi friget, huc evasit, quampridem pater, &c. *at a loss. h. e.* ubi, deficiente materia, cessat, vel hæret in sermone instituto. *Sil.* l. 16. v. 597. frigens animis, nec bello prospera turba. *h. e.* segnis, timida: cui *fervens* opponitur. *Gell.* l. 2. c. 23. Quantum stupere atque frigere, quantumque mutare a Menandro Cæcilius visus est! *h. e.* hebes ac frigidus esse. [†*Terent. Eun.* 2. 2. 37. Frigent hic homines. *meet with a cold reception here. Cic. Brut.* 50. Ibicen Antigenidas dixit, discipulo sane frigenti ad populum. *h. e.* audientibus minus placenti. *looked coldly upon, disliked, or despised, by the people.*] ¶ Præteritum *frixi* agnoscitur a *Diomed.* l. 1. pag. 369. et *Priscian.* l. 9. pag. 870. et probatur etiam ex compositis *refrixi, perfrixi,* &c. *Cic. Attic.* l. et ep. 1. Cum Romæ a judiciis forum refrixerit.

FRIGĔRO, as, a. 1. *to make cold or cool,* frigus affero. *Catull.* carm. 60. *epithal. Jul. et Manl.* v. 27. Perge linquere Thespiæ Rupis Aonios specus, Lympha quos super irrigat Frigerans Aganippe. *refreshing with its coolness. Cæl. Aurel. Acut.* 3. c. 21. sect. 208. Frigerandi cholerici.

FRIGESCO, is, n. 3. *to become or grow cold,* ἀποψύχομαι, frigidus fio. *Cato R. R.* c. 156. Eodem addito oleum, postea fervefacito: infundito in catinum, uti frigescat. *Lucret.* l. 6. v. 865. subtus frigescit terra, coitque. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Sanguis abit omnis, et pallore frigescit. *Tacit. Ann.* 15. c. 70. Ubi frigescere pedes manusque, sensit. ¶ Translate est languescere, cessare. *Cæl. ad Cicer. Fam.* l. 8. ep. 6. *a med.* Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hic frigore frigescimus. [†*h. e.* nihil agitur hic. *Ern.*] *Quintil. loc. cit. a med.* Vis illa dicendi solvitur, et frigescit affectus. *Id.* declam. 1. c. 6. Frigescunt impetus animorum, quos non explicant ministeria membrorum. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 368. patria ex oculis, acerque laborum sensus amor, segnique juvat frigescere luctu. *Pers.* sat. 1. v. 108. vide, sis, ne majorum tibi forte Limina frigescant. *h. e.* ne gratiam potentiorum amittas, et eorum ædibus excludaris. Sic *frigus* de gratia amissa, et interrupta amicitia dicitur. [¶ Particip. *frigescens* apud *Curt.* l. 8. c. 10. Cum crus saucium penderet, et cruore siccato frigescens vulnus aggravaret dolorem.]

FRIGIDARIUS, a, um, ad frigus inducendum pertinens. *Vitruv.* l. 5. c. 10. Ahena super hypocaustum tria sunt componenda, unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium; et ita collocanda, uti ex tepidario in caldarium, quantum aquæ caldæ exierit, influat; de frigidario in tepidarium ad eundem modum. *h. e.* ahenum aquam frigidam continens. *a cold-bath. Plin.* l. 2. ep. 17. *ante med.* Balinei cella frigidaria. *h. e.* ubi frigida lavabant. *Pallad.* l. 1. tit. 41. Frigidaria maltha. V. *Caldarius. Id. ibid.* tit. 40. Frigidaria fistula. *h. e.* unde aqua frigida effluit. ¶ *Frigidarium,* locus frigidus reponendis cibis, ut serventur, *an ice-house. Lucil.* apud *Priscian. sub fin.* l. 10. Sallere murænas, mercem in frigidaria ferre. *syncop.*

FRIGĬDE, *coldly,* ψυχρῶς, cum frigore. Translate est languide, remisse, sine vi, et efficacia. *Gell.* l. 7. c. 3. *a med.* Hæc Tiro in Catonem non minus frigide sane, quam inaniter. *flatly, dully, frigidly. Id.* l. 13. c. 24. Duobus verbis, idem significantibus, inepte et frigide uti. *Id.* l. 19. c. 3. Turpius est exigue atque frigide laudari, quam insectanter et graviter vituperari. *Quintil.* l. 6. c. 3. Cicero multa dixit facete: et illa ipsa, quæ sunt in Verrem dicta frigidius, aliis assignavit. et cap. 1. *a med.* Transtulit patronus aliquando puellam, quæ soror esse adversarii dicebatur, in adversa subsellia, tanquam in gremio fratris relicturus. at is a nobis præmonitus, aufugerat. Tum ille, alioqui vir facundus, inopinatæ rei casu obmutuit, et infantem suam frigidissime reportavit.

FRIGIDEFACTO, as, a. 1. frigefacto. *Plaut. Rud.* 5. 2. 39. Os calet tibinum gith frigidefactas? Al. leg. *frigefactas.* V. *Gith,* et *Frigefacto.*

FRIGIDIUSCŬLUS, a, um, *somewhat cold,* subfrigidus. Translate *Gell.* l. 3. c. 10. *sub fin.* Sed alia quoque ibidem congerit frigidiuscula: veluti septem opera esse in orbe terrarum miranda, et sapientes item veteres septem, &c. *h. e.* leviora, languidiora, parvi momenti.

FRIGĬDO, as, a. 1. *to make cold,* frigus induco. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 3. c. 17. *a med.* Plumbum tactu frigidat. Adde cap. 21. et lib. 1. c. 17. [¶ Particip. *frigidans, frigidandus* apud *Cæl. Aurel. Acut.* lib. 1. c. 17. Frigidans membranam. et l. 3. c. 17. Ob frigidandum corpus.]

FRIGIDŬLUS, a, um, *a little cold, chilly,* aliquantum frigidus, ὑπόψυχρος. *Virg. in Ciri,* v. 251. Frigidulam injecta circumdat veste puellam. Et vers. 348. frigiduli ocelli. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 130. Atque hæc extremis mœstam dixisse querelis, Frigidulos udo singultus ore cientem. *h. e.* languidulos, et semimortuos.

FRIGĬDUS, a, um, *cold,* ψυχρὸς, frigus habens, gelidus, algidus. *Horat.* l. 1. od. 1. v. 25. Manet sub Jove frigido venator. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 3. Nec ullum hoc frigidius flumen attigi. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 1. Frigidissima loca. *Plin.* l. 5. ep. 6. Cœlum est hieme frigidum et gelidum. *h. e.* frigus et gelu inducens. *Virg.* ecl. 8. v. 71. Frigidus anguis. et vers. 14. Frigida noctis umbra. *Vitruv.* l. 10. c. 21. Laminæ ferreæ ex frigido ductæ. *made of cold iron. Plin.* l. 26. c. 11. Frigida febris. *Virg.* 2. *Georg.* v. 469. Frigida Tempe. *cool.* Sic l. 3. v. 324. frigida rura carpamus. et v. 336. frigidus aera vesper temperat. et *Ovid.* 2. *Amor.* el. 16. v. 36. frigidaque arboreas mulceat aura comas. *the cooling breeze.* ¶ *Frigida* absolute est aqua frigida, *cold water, spring water. Cels.* l. 1. c. 3. *ante med.* Ne ex hac quidem causa sudanti frigidam bibendam esse. *Plin.* l. 3. ep. 5. frigida lavari. *Sueton. in Claud.* cap. 40. frigidam ægro dare. ¶ *Aquam frigidam suffundere* proverb. apud *Plaut.* V. *Aqua.* ¶ Dicitur *frigidus* de mortuis, et morientibus. *Virg.* 4. *Georg.* v. 506. *de Eurydice.* Illa quidem Stygia nabat jam frigida cymba. et vers. 525. Eurydicen vox ipsa, et frigida lingua, Ah, miseram Eurydicen anima fugiente vocabat. *Id.* 4. *Æn.* v. 385. et *Val. Flacc.* l. 5. v. 26. Frigida mors. ¶ Item de metu perculsis. *Val. Flacc.* l. 7. v. 529. Quis fragor hic? quænam tantæ, dic virgo, ruinæ? Exclamat, stricto Æsonides stans frigidus ense. *Sil.* l. 2. v. 338. formidine turpi Frigida corda tremunt. *Virg.* 3. *Æn.* v. 29. mihi frigidus horror Membra quatit. *Juvenal.* sat. 1. v. 166. Frigida mens criminibus. ¶ Translate *Ovid.* 2. *Amor.* el. 1. v. 5. Me legat in sponsi facie non frigida virgo. *h. e.* amore fervens. ¶ Sæpe est lentus, languens, remissus, iners, sine vi et efficacia. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 3. *a med.* Frigidissimis accusatoribus uti. *indifferent, inactive, remiss. Id. de clar. Orat.* c. 48. Nimis ille quidem lentus in dicendo et pæne frigidus. *Id. pro Cæcin.* c. 21. Frigida et jejuna calumnia. *Ovid.* 4. *ex Ponto,* ep. 2. v. 45. Quid nisi Pierides, solatia frigida, restat? *Lucan.* l. 5. v. 245. et lib. 7. v. 502. Frigidus ensis. *h. e.* nulla cæde calens, otiosus. *Juvenal.* sat. 6. v. 124. Frigidus ævo Laomedontiades. *Virg.* 3. *Georg.* v. 97. equus senior, frigidus in Venerem. *cold. Id. Æn.* 7. v. 338. frigida bello dextera. *feeble. Val. Flacc.* l. 7. v. 585. clypeoque illiditur ignis Frigidus, et viso pallescit flamma veneno. ¶ Item insulsus, ineptus, inanis, absurdus, quasi frugis expers et sententiæ. *flat, dull, frigid, insipid, without point. Cic. de clar. Orat.* c. 66. Acumen sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 63. Verba frigidiora vitare. et cap. 64. Hæc aut frigida sunt, aut tum salsa, cum, &c. *Plin.* l. 1. ep. 9. Subit recordatio, quot dies quam frigidis rebus absumpsi! *Quintil.* l. 9. c. 3. Frigida et inanis affectatio. *Senec.* l. 2. *de Ira,* c. 11. Quid enim est iracundia in supervacuum tumultuante frigidius? ¶ Dicitur etiam *frigidum,* quod inertes ac segnes facit. *Horat.* l. 1. ep. 3. v. 26. Frigida curarum fomenta relinquere. *Lucret.* l. 4. v. 1053. Frigida cura. ¶ *Frigida negotia.* h. e. levia, nullius momenti. *Plin.* l. 9. ep. 2. Multum distringebar, plerumque frigidis negotiis, quæ simul et evocant animum, et comminuunt. ¶ Frigidæ, et inconstantes litteræ, *Cic. Fam.* 10. ep. 16. *h. e.* ineptæ, frivolæ, et levissimis rebus refertæ. ¶ Frigida tecta apum, apud *Virg.* 4. *Georg.* v. 104. sunt alvearia vacua melle, et in quibus nullum apum fervet opus, ut ait *Id. ibid.* v. 169.

FRIGILLA. V. *Fringilla.*

FRIGO, is, xi, ctum, a. 3. *to fry, dry, parch,* φρύγω, in sartagine torreo. *Cato R. R.* c. 106. Sesquilibram salis frigito. *Ovid. de medic. fac.* v. 70. inflantes corpora frige fabas. *Plin.* l. 18. c. 7. Frigunt hordeum, deinde molis frangunt. ¶ *Non.* cap. 4. n. 200 exponit etiam, frigutire. *Afran. ibid.* Mulier involat in collum, orat, plorat: occurrit nepos pusillus: neptis porro de lecto frigit. *bawls or cries out:* ductum fortasse a sono eorum, quæ friguntur. ¶ *Id. ibid.* et cap. 1. n. 21. interpretatur etiam subsilire, erigi, excitari, quod quæ friguntur, cum sono sursum subsiliunt: correptamque ait habere hoc sensu primam syllabam. *Varro:* Sæpe totius theatri tibiis, crebro flectendo, commutari mentes, frigi animos eorum. Addit *Accii* duo loca, de quibus ipse viderit. ¶ Præteritum *frixi* agnoscitur a *Diomed.* l. 1. pag. 369. *Putsch.*

FRIGORIFĬCUS, a, um, *cold, occasioning coldness,* ψυχροποιητικὸς, frigus inducens. *Gell.* l. 17. c. 8. *a med.* Acetum omnium maxime frigorificum est: atque id nunquam tamen concrescit.

FRIGŬLO, as, n. 1. verbum exprimens vocem graculi. *Auct. carm. de Philom.* v. 28. Graculus at frigulat.

FRIGUS, oris, n. *cold,* ψῦχος, qualitas calori contraria. Videtur esse a ῥῖγος, quod idem fere significat. *Cic. Fam.* 16. ep. 8. Vix in ipsis tectis frigus vitatur. *Id.* 2. *Offic.* c. 4. Tecta quibus frigorum vis pellitur. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 10. v. 19. Pellibus arcere frigora. *Virg. Ecl.* 7. v. 6. defendere a frigore. *Cels.* l. 2. c. 1. Infestari frigore. *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 31. mori frigore. *to be starved to death. Cic.* 6. *Verr.* c. 40. Cum esset vinctus nudus in ære, in imbri, in frigore. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 45. Aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit. *Lucret.* l. 4. v. 260. Acre ferit frigus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 93. penetrabile frigus adurit. *Curt.* l. 8. c. 4. Imbrem vis frigoris gelu adstringit. *Colum.* l. 1. c. 4. *a med.* Loca, quæ frigoribus hiemis intolerabiliter horrent. *Cic. in Arat.* c. 68. tremulo quatietur frigore corpus. *Virg. Ecl.* 10. v. 48. ne te frigora lædant. *Horat.* l. 1. ep. 11. v. 13. colligere frigus. *to catch a cold. Lucret.* l. 3. v. 906. rigere frigore. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 45. Matutina parum cautos jam frigora mordent. *Virg.* 1. *Georg.* v. 300. Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur. *in the winter.* Sic *Id. Ecl.* 2. v. 22. æstate, et frigore. (Adde *Tibull.* l. 1. eleg. 9. v. 39.) *Cels.* l. 2. c. 1. Fere matutinis temporibus frigus est. *it is cold.* ¶ Dicitur etiam de mitigatione caloris, *coolness; a soft or mild degree of cold. Virg. Ecl.* 1. v. 8. pecudes umbras et frigora captant. *the coolness of the shade.* et *Ecl.* 1. v. 53. frigus captabis opacum. *the cooling shade. Horat.* l. 3. od. 13. v. 10. Fons præbet tauris fessis frigus amabile. *Ovid. Metam.* 10. v. 129. arborea ducebat frigus ab umbra. *Martial.* l. 4. epigr. 64. v. 13. Albanos quoque, Tusculosque colles, Et quodcumque jacet sub Urbe frigus. *h. e.* locus viridis, amœnus, et æstati frangendæ aptus. [*Id.* l. 1. ep. 56. v. 5. Quisquam picta colit Spartani frigora saxi. *h. e.* frequentat atria divitum marmore strata Laconico, vel potius pavimentum opere musivo variegatum.] ¶ Item de morte. *Lucret.* l. 3. v. 402. Et gelidos artus in leti frigore linquit. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 611. letale frigus. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 19. Animæ supremum frigus. *Virg.* 12. *Æn. in fi.* illi solvuntur frigore membra. ¶ Translate dicitur de metu. *Id.* 1. *Æn.* v. 96. Extemplo Æneæ solvuntur frigore membra. *a chilly horrour.* ¶ Item de languore, tarditate, impedimento. *Plin.* l. 6. ep. 15. Interim Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit. *rendered him cold and uninteresting.* [† *h. e.* fecit, ut minus studiose audiretur, ut dum delirationem Javoleni retractant animis et rident, non possent capere illum calorem, quo illos incendere Paullus oratione, quam recitabat, studebat. Huc referri vult *Casaubon.* ad *Sueton. Claud.* 41. illud *Senecæ Controv.* 2. p. 185. Deinde cum scholasticorum summo fragore. (legi vult *frigore.*) Sed retinendum *fragore. Gesner.*] *Quintil.* l. 6. c. 1. *a med.* Imperitia et rusticitas, et deformitas afferunt frigus. *h. e.* vim, caloremque orationis extinguunt. Adde *Cicer. Q. Fr.* l. 2. ep. 12. ¶ Item de amissa gratia, et abrupta amicitia. *Senec.* ep. 122. *a med.* Montanus Julius et amicitia Tiberii notus, et frigore. *cold indifference, coolness. Horat.* l. 2. sat. 1. v. 60. O puer, metuo, majorum ne quis amicus Frigore te feriat. Adde *Sueton. in Aug.*

e. 66. ut leg. *Lips.* et *Muret.* et V. *Frigesco* et *Refrigeratus.* ¶ Item de re inepta, insulsa, absurda, frugis experte. *Quintil.* lib. 2. cap. 12. Illud quæstionum et argumentorum apud corrupta judicia frigus evitant.

FRIGUSCŬLUM, i, n. *a trifling degree of cold,* parvum frigus. *Tertull. de anim.* c. 25. *a med.* ¶ Translate est jurgium, offensa. V. *Tribusculum.*

FRIGUTĬO, Fringutio, Friguttio, Frigultio, Fringultio (*tot enim modis scriptum legitur, sed primus et secundus videntur tutiores*) is, n. 4. verbum exprimens vocem fringillæ, ut *Fest.* et *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 5. docent. item aliarum avium. *Apul. in Florid.* n. 17. (*al.* l. 3. *sub fin.*) Merulæ in remotis tesquis fringultiunt. ¶ Tribuitur et homini, et significat subtiliter garrire, gannire, singultire, et veluti fracto gutture loqui. *to prate, chatter, stammer, stutter. Plaut. Casin.* 2. 3. 49. Quid fringutis? quid istuc tam cupide cupis? *Enn.* apud *Fulgent. Planciad. de prisco serm.* Hæc anus admodum frigutit: nimirum sauciavit se flore Liberi. *Apul. in Apolog.* Audisti privignum meum vix singulas syllabas fringultientem. *h. e.* male pronuntiantem, balbutientem. *et ibid.* Ego illi justius exprobraverim, quod qui eloquentiæ patrocinium vulgo profitcatur, etiam honesta dictu sordide blateret, ac sæpe in rebus nequaquam difficilibus fringultiat, vel omnino obmutescat.

FRINGĬLLA, Frigilla, *vel* Finguilla, æ, f. avis (fortasse *a chaffinch, sheldapple*) dicta, quod frigore cantet et vigeat, inquit *Fest.* Alii dictam putant a sono, quem edit. Est parvæ molis, parvique pretii in cibis. Ejus meminere *Varro* lib. 6. *de L. L.* c. 5. et *Martial.* lib. 9. epigr. 55.

FRIO, as, a. 1. *to crumble, break or bruise into small pieces,* θραύω, θρύπτω, tero, comminuo. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 9. *ad fin.* Terra, quæ cum foditur, facile friatur. *Plin.* l. 12. c. 19. Ut inter se tritum tarde frietur. et cap. 14. *extr.* Friari in micas. *Id.* l. 34. c. 12. Chalcitis friat se statim.

FRIT, indecl. *a small grain at the top of an ear of corn,* ἀθὴρ, dicitur illud in summa spica jam matura, quod est minus quam granum: a frio, quia facile friatur. *Varr.* l. 1. *de R. R.* c. 48. sed credibile est legendum *frix* a Græco φρὶξ, quæ vox horrorem significat, quia summa pars spicæ horret aristis.

FRITĬLIS. V. in voce sequenti.

FRITILLA, æ, f. *a kind of pulse,* pultis genus, quod in sacrificiis adhibebatur. *Plin.* l. 18. c. 8. Et hodie sacra prisca, atque natalium pulte fritilla conficiuntur. *Senec. de benef.* l. 1. c. 6. *extr.* Itaque boni etiam farre ac fritilla religiosi sunt, mali rursus non effugiunt impietatem, quamvis aras sanguine multo cruentaverint. Adde *Arnob.* l. 2. pag. 58. et lib. 7. pag. 230. ubi al. leg. *fitilla.* Sunt etiam qui putant legendum *frictilla* a *frigo.* Alii *fritillam* retinentes, derivant a *frit:* de quo supra: et quemadmodum *frit* Græce ἀθὴρ dicitur, ita fritillam ἀθάραν vocari. Alii ducunt a veteri voce *fritinnus* (unde ὑποκοριστικῶς *fritillus*) motus subsilientis: ex quo *fritinnire,* subsilire cum sonitu: quod faciunt tali in fritillo jactati. Eadem ratione *fritillam* ita appellari, quod inter coquendum in sartagine subsiliret. Hinc esse *ollam fritilem,* apud *Fest.* in *Muries,* et *Varr.* apud *Non.* c. 5. n. 197. quia in ea sal coquendo subsiliret. Corrupisse autem, qui ibi *frictilem* pro *fritilem* reposuerint. Verum hæc omnia obsoleta sunt, incerta quoque, et parvi momenti.

FRITILLUS, i, m. *a dice-box,* πύργος idem ac pyrgus, idest turricula rotunda, per quam tali mittuntur, ne digitis ita a quoquam componi possint, ut cadant ad jacentis voluntatem: qui fritillus intus trochleatim erat effictus, certosque habebat excisos gradus, quibus tali impingentes subsilirent cum sonitu. V. vocem præced. Alii interpretantur ipsam lusoriam tabulam, in qua jacti tali subsiliunt. *a dice-board.* Alii pyxidem ligneam, in quam conjecti tali manu agitantur, deinde in lusoriam tabulam effunduntur. Quæ interpretatio valde congruit cum illo *Martial.* l. 14. epigr. 1. Nec timet ædilem moto spectare fritillo, Cum videat gelidos jam prope verna lacus. *Juvenal.* sat. 14. v. 5. Parvoque eadem movet arma fritillo. *Martial.* l. 4. epigr. 14. Incertis sonat hinc et hinc fritillis. *Seneca in ludo de Morte Claudii, sub fin.* Nam quoties missus erat resonante fritillo, Utraque subducto fugiebat tessera fundo.

FRITINNĬO, is, n. 4. *to twitter like a swallow, chirp,* est cantare proprium hirundinum, aliarumque minutarum avicularum: a sono. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 21. Et pullos peperit fritinnientes. Adde lib. 6. *de L. L.* cap. 5. *sub fin.* ¶ *Auctor. carm. de Philom.* cicadis tribuit, v. 35. Fritinnit rauca cicada. ¶ Translate dicitur de infantibus loqui incipientibus, et garrientibus. *In veteri epigram.* (quod *Senecæ* tribuunt) apud *Scalig. in append. Virgil.* pag. 217. Sic dulci Marcus qui nunc sermone fritinnit, Facundo patruos provocet ore duos.

FRIVOLARĬA, et Fribularia, nomen est Plautinæ comœdiæ deperditæ. Pauca aliquot ejus fragmenta servarunt *Fest. Priscian. Charis.* &c.

FRIVŎLUS, a, um, *frivolous, trifling, of no account, worth, or value, sorry, pitiful, futile, nugatory, empty, vain,* σαθρὸς, φλύαρος, nullius momenti, aut pretii, futilis, nugatorius, inanis, levis, fragilis. Videtur esse a *frio,* comminuo. *Plin.* l. 11. c. 29. Tam frivola ratione morientes. *Id.* l. 7. c. 7. Pudet æstimantem, quam sit frivola animalium superbissimi origo, cum plerumque abortus causa fiat odor a lucernarum exstinctu. *h. e.* quam fragilis et imbecilla. *Quintil.* l. 7. c. 2. Convicia levia, aut frivola. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 11. Frivolus et illiberalis sermo. *Gell.* l. 18. c. 7. Colligitis lexidia, res tetras, et inanes, et frivolas. *Id.* l. 2. c. 7. Argutiola frivola et inanis. *Id.* l. 16. c. 12. Quædam dicit futilia et frivola. *Id.* l. 15. c. 30. Fiunt in litterarum ostentatione inepti et frivoli. *Plin.* l. 22. c. 6. Frivolum opus. *Senec.* ep. 31. Labor frivolus et supervacuus. *Sueton. in Ner.* c. 41. Frivolum auspicium. *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 1. Vanus animus aura captus frivola. *Plin.* l. 25. c. 3. Frivola cura. *Id.* l. 28. c. 19. *sub fin.* Frivolus jocus. *Id.* l. 7. c. 53. *sub fin.* Frivolum dictu. *Quintil.* l. 10. c. 7. Frivolum scenicum est. *Sueton. in Claud.* c. 15. Frivolus et amenti similis. *like one that is foolish.* ¶ *Frivola verba* dicuntur, quæ minus sunt fide subnixa. *Festus.* ¶ Absolute *frivola* dicuntur reculæ parvi pretii, pauper supellex. *lumber, trumpery. Juvenal.* sat. 3. v. 198. jam pascit aquam, jam frivola transfert Ucalegon. *removes his fortune of little value, or his good-for-nothing lumber. Id.* sat. 5. v. 58. Romanorum omnia regum frivola. *Senec. de Tranquill.* c. 1. Nec inter frivola mea tam altus incedo. *Sueton. in Calig.* c. 39. Huic sedenti in auctione misit, qui nescio quid frivoli ducentis millibus traderet. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 13. tit. 7. leg. 11. *Festus* dicit, frivola proprie esse fictilia quassa. Patavini dicunt *crepe.* (*cracked pots.*)

FRIX. V. *Frit.*

FRIXORĬUM, *vel* Frictorium, n. *a frying-pan,* τήγανον, sartago, in qua quidpiam frigitur: a supino *frixum,* vel *frictum. Vet. Gloss.* Frixorium, τήγανον. Habet etiam *Plin. Valer.* l. 2. c. 7.

FRIXUS, a, um. V. *Frictus.*

FRONDARĬUS, a, um, *of or belonging to leaves,* φύλλινος, ad frondes pertinens. *Plin.* l. 18. c. 31. Unus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in die, justum habet.

FRONDATĬO, onis, f. *a pruning of trees,* ἀποφύλλισις, frondium et ramorum redundantium resectio. *Colum.* l. 5. c. 6. *ante med.* In frondatione cavendum, ne prolixiores pollices fiant.

FRONDĀTOR, oris, m. *a pruner of trees, wood-lopper,* ἀποφυλλίζων, qui arborum ramos supervacuos amputat, et qui frondibus manipulos facit ad pabulum animantium, et qui manibus folia vitium vellit, quo ardor Solis uvam maturiorem reddat, uti docet *Serv.* ad illud *Virg. Ecl.* 1. v. 57. Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras. *Ovid. Metam.* 14. v. 649. Falce data frondator erat, vitisque putator. Adde *Plin.* l. 18. c. 31. ¶ Dicitur etiam de ave, quæ in frondibus habitat, vel nidificat. *Serv. ibid.*

FRONDĔO, es, n. 2. *to produce leaves, sprout, spring,* φυλλιάω, frondes emitto, vel habeo. *Virg. Ecl.* 3. v. 57. Nunc frondent silvæ. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 6. v. 49. nigra nemus ilice frondens. *Lucan.* l. 10. v. 305. quæ quamvis arbore multa Frondeat, æstatem nulla sibi mitigat umbra. *Colum.* l. 3. c. 1. Vitis multa materia frondens. *Pallad. in Mart.* tit. 9. *extr.* Serpyllum lætius frondebit, si, &c. *Lucan.* l. 6. v. 83. Frondens campus. *h. e.* herbis et arboribus consitus. *Virg.* 7. *Æn.* v. 67. Examen subitum ramo frondente pependit. *leafy.* et vers. 135. frondenti tempora ramo Implicat. *Id.* 3. *Georg.* v. 300. frondentia arbuta. *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. Velatæ frondentes comæ. *h. e.* fronde coronatæ. ¶ Præteritum *frondui* agnoscitur a *Prisciano* lib. 9. pag. 768. *Putsch.*

FRONDESCO, is, n. 3. *to put forth leaves,* φυλλιάω, frondes emittere incipio, in frondes abeo, frondeo. *Cic.* 5. *Tuscul.* cap. 13. Alia hieme nudata, verno tempore tepefacta frondescunt.

FRONDĔUS, a, um, *of leaves, made of leaves, leafy,* φύλλινος, qui est ex frondibus. *Virg.* 4. *Georg.* v. 61. apes aquas dulces, et frondea semper Tecta petunt. *h. e.* arbores frondentes. *Id.* 1. *Æn.* v. 195. Nemora frondea. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 528. Frondea casa. *h. e.* frondibus contecta. *Plin.* l. 16. c. 4. Frondea corona. *Martial.* l. 14. epigr. 22. *dentiscalpium.* Lentiscum melius: sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna levare potest.

[* FRONDĬCO, as, are, n. 1. idem ac frondesco. Agnoscit hujusmodi verbum *Eutyches grammat.* pag. 2161. *Putsch.* sed nullam affert scriptoris Latini auctoritatem.]

FRONDICŎMUS, a, um, adject. frondes habens quasi comas. *Prudent.* 3. *Cathem.* v. 102. Frondicomis habitare locis.

FRONDĬFER, a, um, *bearing leaves or branches,* φυλλοφόρος, frondes ferens, frondosus. *Næv.* apud *Non.* c. 4. n. 235. Ite in frondiferos lucos. *Lucret.* l. 1. v. 18. et 256. Frondiferasque domos avium. *leafy. Senec. in Œdip.* v. 276. Frondifera sanctæ nemora Castaliæ. ¶ Apud *Lucret.* legitur et *frundifer.* V. *Frons, dis.*

FRONDIFLŬUS, a, um, adject. cujus causa frondes cadunt. *Boet.* l. 1. metr. 5. Frondifluæ frigore brumæ.

FRONDŌSUS, a, um, *abounding with leaves, leafy,* φυλλώδης, πολύφυλλος, frondibus abundans. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Frondosi montes. *Virg.* 8. *Æn.* v. 351. Collis frondoso vertice. *Id. Ecl.* 2. v. 70. Frondosa vitis. *Id.* 3. *Georg.* v. 296. Frondosa æstas. *Sil.* l. 13. v. 596. Taxus frondosior. ¶ Olim *frundusus* dixere, vel *frundosus. Enn.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 2. omne sonabat Arbustum fremitu silvai frondusai.

FRONS, dis, f. *the leaf of a tree; a branch with leaves, green bough,* θαλλὸς, φύλλον, germen tenerius plantarum cum foliis. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. In nemoribus, ubi virgulta, et frons multa. *Virg.* 2. *Georg.* v. 372. *de vitib.* dum frons tenera, imprudensque laborum. *Varr.* apud *Non.* c. 8. n. 20. Cæditur lucus, alta frons decidit. *Gell.* l. 19. c. 12. *a med.* Ligni et frondium cædem facere. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 754. data est ægræ fiscina frondis ovi. *Plin.* l. 18. c. 31. Frondis præparandæ tempus hoc est. *h. e.* in pabulum pecudum decerpendæ. *Virg. Georg.* 2. v. 365. uncis carpendæ manibus frondes. *Ovid.* 2. *Amor. el. ult.* v. 31. arbore frondes carpere. *Id.* 3. *Trist.* el. 10. v. 75. Aspiceres nudos sine fronde, sine arbore campos. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 188. delubraque festa Fronde tegunt. *Plin.* lib. 19. c. 6. *a med.* Ne caules allii in frondem luxurient. *Curt.* l. 5. c. 4. Frondibus læti colles. *covered with trees. Cic. pro Cœl.* c. 18. Via interclusa frondibus et virgultis. ¶ De corona ex frondibus. *a garland made of leaves. Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 108. Qualibet hirsutas fronde tegente comas. *Id.* l. 1. *Metam.* v. 565. perpetuos semper gere frondis honores. *Id. Fast.* 1. v. 711. Frondibus Actiacis comptos redimita capillos Pax ades. et lib. 3. v. 482. cingere tempora frondibus. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 35. fronde merita decorus. et lib. 1. ep. 18. v. 64. fronde coronare. ¶ Olim nominativus fuit *frondis,* teste *Servio ad* 2. *Georg.* v. 372. Quin etiam *fruns, frundis* dixere. *Enn.* apud *Charis.* l. 1. pag. 105. *Putsch.* rarescunt frundes. *Id.* apud *Auson. in Tæchnopægn.* in *Grammaticomast.* v. 19. populea fruns. Et in recto casu singulari *frus,* et *fros* dictum fuit, sine *n,* teste *Charis. ibid.* ubi *Varro:* Ulmos et populos, unde est fros. Verum hæc, tanquam rustico more dicta, postea repudiata sunt, ut est apud *Priscian.* lib. 1. pag. 554.

FRONS, ontis, f. *the front or forepart of the head; the forehead, brow,* μέτωπον, pars faciei a superciliis usque ad capillorum radices, hinc inde temporibus terminata: quam Genio sacram fuisse, *Servius ad Ecl.* 6. v. 3. et *ad Æn.* 3. v. 607. tradit: unde morem esse, ut deos venerantes frontem tangant. *Varro* apud *Lactant. de opif. Dei,* c. 8. a foratu dictam putat, nempe a foraminibus oculorum. Volunt alii esse a φρόνις, pro φρόνησις, intelligentia: vel a φροντὶς, cogitatio. Dicitur tum de homine, tum de brutis, ut *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 51. docet. *Horat.* l. 1. od. 33. v. 5. Insignem tenui fronte Lycorida. *Plin.* l. 8. c. 45. Tauri torva fronte. *Horat.* l. 3. od. 13. v. 3. hædus, cui frons turgida cornibus primis. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 102. frons ovis. *Id.* 5. *Trist.* el. 9. v. 30. equi. *Senec. in Œdip.* v. 920. minax leonis. ¶ Frons angusta et brevis erat in laude pulcritudinis femineæ. *a low forehead. Horat. loc. cit.* et lib. 1. ep. 7. v. 26. *Petron. in Satyr.* c. 126. *Martial.* l. 4. epigr. 42. *Arnob.* l. 2. pag. 72. ¶ Frons est animi janua, ut est apud *Q. Cic. de petit. consul.* c. 11. tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, severitatis index, ut *Plin. cit.* l. 11. loquitur: et sæpe accipitur pro vultu, et pro animi affectu, quem vultu præferimus. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 5. Frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur. *Id.* 4. *Attic.* ep. 14. *a med.* Pompeius Scauro studet: sed utrum fronte, an mente, dubitatur. *in appearance only.* Sic l. 5. ep. 10. Hæc ipsa fero equidem fronte, ut puto, et volo bellissime; sed angor intimis sensibus. et 2. *de Fin.* c. 24. Ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur. *Id. pro Rabir. Post.* c. 12. *ad fin.* Verissima fronte aliquid dicere. *with a countenance that speaks the truth. Id. ad Anton. post* epist. 13. l. 14. *ad Attic.* Non solum ex oratione, sed etiam ex vultu, et oculis, et fronte, ut aiunt, meum erga te amorem perspicere potuisses. *Id.* 1. *Fam.* ep. 9. *a med.* Fronte atque vultu simulatio facillime sustinetur. *Q. Cic. de petit consul.* c. 12. Homines fronte et oratione magis, quam ipso beneficio reque capiuntur. *Plaut. Aulul.* 4. 1. 13 Herile imperium ediscat, ut quod frons velit, oculi sciant. *Cic. de provinc. Consul.* c. 4. Libidines fronte et supercilio, non pudore et temperantia tegebat. et *pro Cluent.* c. 26. Frontem contrahere. *to contract, wrinkle, knit. Senec.* l. 1. *de Benef.* c. 1. adducere. et l. 6. c. 7. attrahere. *Plin.* l. 2. ep. 5. remittere. *Terent. Adelph.* 5. 3. 53. exporriger[e]. *to smooth the brow, look cheerful. Horat.* l. 3. od. 29. 16. explicare. *Martial.* l. 14. epigr. 183. solvere. *h. e.* e[x]hilarare. *Senec. in præfat.* l. 4. *quæst. nat. ante med.* pe[r]fricare. *to lay aside shame. Plin. in Paneg.* c. 73. *ad fi[n.]* abstergere. *h. e.* abstergere lacrimas. *Plaut. Epid.* 5. 1. Quid est, quod illi caperat frons severitudine? *Cic. Fam.* ep. 10. Adeo mihi excussam severitatem veter[em] putas, ut ne in foro quidem reliquiæ pristinæ frontis a[p]pareant? *h. e.* gravitatis, severitatis. *Virg.* 6. *Æn.* v. 8[…] Frons læta. *Senec. in. Œdip.* v. 7. blanda. *Senec. alte[r] 2. de Benef.* c. 13. Humana, leni, placida fronte alic[ui] tribuere. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 43. Et castigatæ colle[cta] modestia frontis. *Horat.* l. 2. od. 5. v. 16. proterva. [Ju]*venal.* sat. 13. v. 242. Ejectum semel attrita de fro[nte] pudorem. *Quintil.* l. 2. c. 4. inverecunda. *shameless.* [Ti]*bull.* l. 2. el. 6. v. 15. tristis. *h. e.* severa. *Plin. in Pa[neg.]*

c. 41. gravis. *Senec. in Hippol.* v. 432. turbida. *Horat. epod.* 13. v. 5. obducta. *sad. Petron. in Satyr.* c. 132. constricta. *Martial.* l. 11. epigr. 40. adstricta. *Plaut. Cas.* 2. 4. 3. porrectiore fronte loqui. *Senec. in Herc. Fur.* v. 471. ferox. et vers. 579. tetrica. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 157. mœsta. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 15. tranquilla et serena. *Horat.* l. 3. od. 29. v. 16. sollicita. *Martial.* l. 2. epigr. 11. nubila. *Id.* l. 4. epigr. 6. et *Senec.* ep. 11. tenera. *h. e.* quæ facile erubescit. *easily put to the blush. Plin. in Paneg.* c. 35. exsanguis et ferrea. *h. e.* impudens quæque nullum sentit pudorem. et cap. 41. Fronte gravi, et tristi supercilio esse. *Papinian. Dig.* l. 22. tit. 5. leg. 13. *extr.* Integræ frontis homo. *h. e.* verecundus, prudens, probus. ¶ Periisse frontem de rebus, apud *Pers.* sat. 5. v. 103. est, quod ait *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 80. periisse pudorem, sublatum esse pudorem ex rerum natura, et commerciis: quia frons pudoris est sedes. ¶ *Frontem ferire, percutere* solemus in vehementiori affectu, v. gr. indignationis. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 1. et *de clar. Orat.* c. 80. ¶ *Frons occipitio prior* proverb. quo significatur, rectius geri negotia, ubi præsens est is, cuja interest, quam cum absente eo alteri mandantur: *things are better done before the master's face than behind his back. Cato R. R.* c. 4. Ruri si recte habitaveris, libentius et sæpius venies: fundus melius erit, minus peccabitur, fructi plus capies. frons occipitio prior. *Plin.* l. 18. c. 5. *extr.* Frontem domini plus prodesse, quam occipitium. ¶ *In prima fronte*, proverb. *at first sight. Arnob.* l. 7. pag. 245. ¶ Translate dicitur de anteriore parte cujusque rei. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 135. Omnis habet geminas hinc atque hinc janua frontes: E quibus hæc populum spectat, at illa Larem. *two fronts. Virg.* 3. *Georg.* v. 24. Vel scena ut versis discedat frontibus. *Id.* 5. *Æn.* v. 157. naves una ambæ, junctisque feruntur Frontibus. *with sterns abreast. Vitruv.* l. 2. c. 8. Frontes parietum. *Id.* l. 3. c. 2. frons ædium. *the front. Frontin. de aquæduct.* artic. 22. In campo Martio, secundum frontem Septorum. *facing. Plin.* l. 12. c. 7. Frons Caucasi solibus opposita. *Id.* l. 3. c. 10. Italiæ. *Id.* l. 6. c. 17. litorum. *Curt.* l. 8. c. 14. aciei. *the van. Sallust. in Catil.* c. 62. Octo cohortes in fronte constituit. *Liv.* l. 36. c. 44. Æqua fronte ad pugnandum procedebat. *Tacit. in Agric.* c. 35. Veritus, ne simul in frontem, simul et latera suorum pugnaretur. *lest he should be attacked both in van and flank. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 37. Frons castrorum. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 89. Quatuor legionum aquilæ per frontem. *in front. Justin.* l. 1. c. 6. Non minus post terga, quam a frontibus. *Plin.* l. 17. c. 23. Intervallum justum arborum quadrageni pedes in terga frontemque, in latera viceni. *In terminis sepulcrorum* apud *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 12. *et passim* apud *Gruter.* Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum, &c. *Cic.* 3. *Phil.* c. 13. A fronte, a tergo, a lateribus. ¶ Frons libri, *the frontispiece*, prior libri pars, ubi libri titulus. In voluminibus duæ erant frontes: altera exterior, complicato volumine, ubi titulus: altera interior, eodem evoluto, ubi libri principium. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 1. v. 11. Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes. Adde *Tibull.* l. 3. el. 1. v. 13. Alii *frontes* intelligunt extremas partes complicati voluminis, quibus *cornua* apponebantur. ¶ Item de principio, aut primo cujusque rei aspectu. *Quintil.* l. 4. c. 1. *circa med.* Ubi frons causæ non satis honesta est. *Gell.* l. 19. c. 1. *sub fin.* Visa, fronte falsa, et formidine inani territantia. *Tacit. in Agric.* c. 33. Ut superasse tantum itineris, silvas evasisse, transisse æstuaria, pulcrum ac decorum in frontem, ita, &c. *h. e.* in speciem. *Phædr.* l. 4. fab. 1. v. 4. Non semper ea sunt, quæ videntur: decipit Frons prima multos. *Quintil.* l. 7. c. 1. *post med.* Dura prima fronte quæstio. *at first sight. Juvenal.* sat. 2. v. 8. Frontis nulla fides. *the look, countenance, outside, outward show, external appearance.* ¶ Masculino genere *Cæcil.* apud *Gell.* l. 15. c. 9. Fronte hilaro. *Cato ibid.* et apud *Fest.* in *Recto.* Recto fronte sequi. *Plaut.* apud *Non.* c. 3. n. 89. coloratum frontem habere. *Vitruv.* l. 10. c. 17. Frons transversarius.

FRONTĀLE, lis, n. *a frontlet, ornament for the forehead of horses; the frontstal of a bridle*, κεφαλόδεσμος, est ornamentum frontis, præcipue in equis, et elephantis. *Liv.* l. 37. c. 40. Ingentes ipsi erant, addebant speciem frontalia, et cristæ, et tergo impositæ turres. *Plin. l. et cap. ult.* Equis regum frontalia, &c. *Ammian.* l. 23. c. 4. (*al.* 9.) Constituuntur testudinis frontalibus trisulcæ cuspides. *in the fronts.*

FRONTĀTUS, a, um, *fronted.* Frontati lapides sunt lateres ceteris majores, qui parietum frontem constituunt. *stones which go from one side of a wall to the other, and are faced both ways; perpender, perpent, or coping stones.* Hi sunt duplicis generis: alii, qui utramque; alii qui alterutram solummodo frontem conficiunt. *Vitruv.* l. 2. c. 8. Græci non media farciunt, sed e suis frontatis perpetuum parietem consolidant: et præter cetera interponunt singulos perpetua crassitudine, utraque parte frontatos, quos διατόνους appellant, qui maxime religando confirmant parietum soliditatem. *Plin.* l. 35. c. 12. Ad tecta coctilibus laterculis, frontatisque.

FRONTĪNUS. Sex. Julius Frontinus, Romanus, Patricius floruit sub Domitiano, Nerva, et Trajano, cujus postremi in consulatu tertio collega fuisse creditur: consul certe fuit. Sub Nerva autem Curatoris aquarum munus exercuit circa A. U. C. DCCCL. quo tempore scripsit de Aquæductibus Commentarium satis purum, castigatum, et Latinum, qui hodieque exstat: nostrisque temporibus a *Joanne Poleno* tanta cura illustratus, ut restitutus videri possit. Sunt etiam libri strategematum, qui eundem auctorem habere creduntur, tametsi ejusdem non sunt elegantiæ ac nitoris, et identidem quiddam labentis jam tum Latinitatis sapiunt. V. ejusdem *Poleni in Frontin. prolegom.* cap. 2. ¶ Alius ab hoc est *Jul. Frontinus*, qui de Agrorum qualitate, ac limitibus, item de Coloniis scripsit, inter Agrariæ rei Scriptores a *Goesio* editus. Et iste tamen stilo decurrit satis expedito et nitido, et si quædam vocabula excipias artis propria, nihil fere offendas, quod aures Latinæ consuetudini assuetæ valde fastidiant.

FRONTO, onis, m. *one that hath a high, broad, or prominent forehead; beetlebrowed, having beetle brows*, μετωπίας, latam habens frontem. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 29. Ecquos nævum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones? ¶ Fronto Cornelius præceptor fuit M. Antonini philosophi in eloquentia, adeo ab eo dilectus, ut et ad consulatum provectus sit, et statua insignitus, ut narrat *Capitolin. in Ant. Philos.* c. 2. Fuit etiam magister Veri Imperatoris, ut in ejus vita *Id.* scribit cap. 2. Eum laudat etiam *Gell.* l. 19. c. 8. et *Auson. in gratiar. act.* c. 14. ubi ejus consulatum bimestrem tantummodo fuisse dicit. ¶ Alius fuit is, qui de differentiis verborum libellum conscripsit, inter *Putschii* Grammaticos. [¶ *Alius fuit is* &c. Dele omnia usque ad finem, nam cum nullum afferat *Forcellinus* argumentum, quo probet scriptum illud alii Frontoni adscribendum esse, cumque nemo fere illud abjudicet M. Cornelio Frontoni, M. Aur. Antonini et L. Veri magistro, nos cum doctiss. *Angelo Maio* putamus illorum imperatorum magistrum et hujus Opusculi auctorem unum eumdemque esse Frontonem.]

FRONTONIĀNUS, a, um, ad Frontonem pertinens, ut Frontoniana decreta, *Pompon. Digest.* lib. 29. tit. 2. *leg. ult.* [¶ *Frontoniani* dicti sunt discipuli Cornelii Frontonis, qui princeps fuit oratorum sui sæculi. *Sidon.* l. 1. ep. 1. Propter quod illum (Jul. Titianum) ceteri quique Frontonianorum utpote consectaneum æmulati, cum veternosum dicendi genus imitaretur, oratorum simiam nuncupaverunt.]

FRONTŌSUS, a, um, multas habens frontes. *Augustin.* l. 7. *de Civ. Dei*, c. 4. *extr. de Jano.* Ut quanto iste innocentior esset, tanto frontosior appareret. ¶ Translate *Id.* serm. 1. *in Psal.* 68. *a med.* Frontosus esto, quando audis opprobrium de Christo: prorsus esto frontosus. *h. e.* non erubescens.

FROS. V. *Frons, dis*, in fine.

FRUCTĒTUM, i, n. *Servius* ad illud *Virg.* ecl. 1. v. 40. *ipsa hæc arbusta vocabant*; fructeta, inquit, scholastici vocabant. V. *Frutectum*, quod rectum est. Est enim a *frutex*, non a *fructus*.

FRUCTĬFER, a, um, *bearing fruit, fructiferous, fructuous*, καρποφόρος, fructum ferens. *Colum.* l. 4. c. 21. Ex quo cum processere fructiferæ materiæ, quidquid est supra, amputatur. *Id.* l. 11. c. 2. *ante med.* et *Quintil.* l. 8. c. 3. *Plin.* l. 12. c. 25. Arbor intra tertium annum fructifera.

FRUCTIFICATĬO, onis, f. *fructification*, actus fructificandi. *Tertull. advers. Marcion.* l. 4. c. 39. *ad fin.* Fructificationes signa sunt æstatis.

FRUCTĬFĬCO, as, a. 1. *to fructify*, καρποφορέω, fructum fero. *Calpurn.* ecl. 4. v. 91. Laurus fructificat. Adde *Tertull. de resurr. carn.* cap. 52.

FRUCTUĀRĬUS, a, um, *bearing or producing fruit, fruitful, fructiferous, frugiferous*, ἐπικάρπιος, fructum ferens. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. *a med.* Scrofam parere oportet porcos, quot mammas habeat: si minus pariat, fructuariam idoneam non esse. *Plin.* l. 17. c. 22. et *Colum.* l. 5. c. 6. *a med.* Palmes fructuarius. *h. e.* qui protinus fructum creat. *Colum.* lib. 3. c. 18. fructuarii oculi vitis. *Id.* l. 5. c. 9. *ad fin.* fructuarii rami oleæ. *Cæl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 9. *ad fin.* fructuarii agri. *h. e.* qui vectigal alicui pendunt. ¶ Item ad fructus pertinens, ut *fructuaria cella*, in qua fructus reponuntur. *of or belonging to fruit. Colum.* l. 1. c. 6. Villa dividitur in tres partes, urbanam, rusticam, et fructuariam. *et post.* Pars fructuaria dividitur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam, fœnilia paleariaque, et apothecas, et horrea. ¶ *Fructuarius servus* est, cujus quis usum habet solummodo, proprietatem alius. *Triphonin. Dig.* lib. 41. tit. 1. leg. 63. Adde *Julian. ibid.* leg. 37. &c. ¶ *Fructuarius* item dicitur, qui jus utendi fruendi habet, *h. e.* uti potest re aliqua, atque ex ea fructum percipere. *a usufructuary. Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 1. leg. 22. et 23. et *Paul. ibid.* leg. 24. &c. Sic fructuaria, *Scævola ibid.* leg. 58. ¶ Fructuaria stipulatio. *Paul. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 4. *ad fin.* quæ ususfructus nomine interponitur.

FRUCTUŌSE, *fruitfully*, cum fructu, utiliter. *Augustin.* ep. 77. Hoc nec dici brevius, nec agi fructuosius potest.

FRUCTUŌSUS, a, um, *fruitful, profitable, advantageous, gainful, beneficial*, πολύκαρπος, fecundus, utilis, fructum afferens. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 5. Ager quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) Vult se hominem frugi probare, quia utilis multis, idest fructuosus. *Senec.* ep. 9. Fructuosior est adolescentia liberorum, sed infantia dulcior. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 30. Locus opportunissimus, et fructuosissimus. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 12. Fructuosissimum fundum abstulit. *Colum.* l. 5. c. 5. *a med.* fructuosi palmites. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 65. Falerna quanto plures annos condita habuerunt, tanto, cum prompta, sunt fructuosiora. *h. e.* majori lucro sunt, quia carius venduntur. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 85. Ea denique virtus esse videtur præstantis viri, quæ est fructuosa aliis, ipsi autem laboriosa. *Id. pro Leg. Manil.* c. 6. *extr.* Putatis ne, vos illis rebus frui posse, nisi eos, qui vobis fructuosi sunt, conservaveritis? *Id.* 2. *Offic.* c. 18. *a med.* Est enim non modo liberale, paulum nonnunquam de suo jure decedere, sed interdum etiam fructuosum.

FRUCTUS, us, m. *the fruits, or produce, of the earth*, καρπὸς, omne id, quod e terra percipimus, item fetus animalium: et universim quidquid undelibet habemus, quod nos ditat ac juvat: a *fruor. Cic.* 2. *Offic.* c. 3. *ad fin.* Frugum fructuumque reliquorum perceptio et conservatio. *Id. Attic.* l. 11. ep. 2. In quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum? *the incomes of their estates. Id.* 1. *de Legib.* c. 8. *extr.* Pecudes partim esse ad usum hominum, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatas. *Senec.* ep. 9. Artifex fructu artis suæ fruitur. *the fruits, profit. Liv.* l. 45. c. 40. Pecunia ex fructu metallorum coacervata. *Cic.* 2. *Offic.* c. 18. *a med.* Posse liberalitate uti, nimirum is est pecuniæ fructus maximus. *advantage.* et lib. 1. c. 8. [† Verus locus est in *Paradox.* 6. 1.] Alere exercitum suis fructibus. *at his own expense; with his income. Id.* 2. *Agrar.* c. 32. Comparare, et condere fructus. *Plin.* l. 18. c. 28. convehere. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 31. comportare. *Cic. de Senect.* c. 7. serere, percipere, condere. et cap. 19. tempestive demetere. *Id.* 2. *Offic.* c. 4. capere ex aliqua re. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 79. decerpere. et lib. 1. ep. 12. v. 1. colligere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. edere. *Quintil.* l. 5. c. 11. *circa med.* creare. *Plin.* l. 12. c. 6. mittere. et lib. 16. c. 34. gignere. *Terent. Phorm.* 4. 3. 75. reddere. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 641. fructu non respondente labori, Irrita decepti vota colentis erant. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 4. An partus ancillæ in fructu sit habendus. *Liv.* l. 34. c. 36. Fuerat ei magno fructui mare. ¶ Speciatim dicitur de fetibus arborum. *the fruit of trees. Quintil.* l. 8. c. 3. Graves fructu vites. *Colum.* l. 5. c. 6. *a med.* Palmes fructu induitur. *Plin. initio* l. 17. Fructus caduci et pendentes. *Id.* l. 18. c. 27. æstivi. et cap. 29. hiberni et præcoces. *Petron. in Satyr.* c. 137. Nuces graves, et plenæ integro fructu. ¶ De vindemia unius anni. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 10. Credo equidem, potesse te, scelus, Massici montis uberrimos quatuor fructus ebibere in hora una. ¶ *In fructu esse* est fructum afferre, utilitatem habere. *to be of use. Plin.* l. 16. c. 12. Nec corpori ipsi (*piceæ*) parcitur, quoniam assula in fructu est. et cap. 8. Suberi glans pessima: cortex tantum in fructu. *Jabolen. Dig.* lib. 33. tit. 2. leg. 42. In fructu id esse intelligitur, quod ad usum hominis inductum est. ¶ Translate est quodcumque commodum, et utilitas. *profit, advantage, availment, benefit, use. Cic.* 2. *Agrar.* c. 30. Asia multos annos vobis fructum Mithridatico bello non tulit. *Id. ad Brut.* ep. 3. Quo quidem die meorum laborum et vigiliarum fructum cepi maximum: si modo est aliquis fructus ex solida veraque gloria. *Id. de Senect.* c. 18. Honeste acta superior ætas fructus capit utilitatis extremos. *Id. de clar. Orat.* c. 62. Fusius ex accusatione Aquillii diligentiæ fructum ceperat. *Id. pro Planc.* c. 38. Ego fructus ex republ. non lætos et uberes, sed magna acerbitate permixtos tuli. *Id. pro Cæl. in fin.* Fructus uberes et diuturnos capere. *Id. in Pison.* c. 14. Fructum immortalem cepi vestri in me amoris et judicii. *Id. pro Sext.* c. 31. *extr.* Cui fructum pietatis suæ neque ex me, neque a populo R. ferre licuit. *Id. pro Sull. in princ.* Modestiæ fructum aliquem percipere. *Id. in Pison.* c. 24. Justam gloriam, qui est fructus veræ virtutis honestissimus, repudiare. *Id.* 2. *Catil.* c. 4. Polliceri alicui fructum libidinum. *Id.* 2. *Agrar.* c. 2. Hoc vestrum beneficium ad animi mei fructum atque lætitiam duco esse permagnum. *Id. de Amic.* c. 23. Aufert fructum voluptatum omnium solitudo. *the enjoyment. Id. pro Mur.* c. 19. Honestissimo ordini fructus jucunditatis est restitutus. *Nep. in Eumen.* c. 11. Qui propter odium fructum oculis ex ejus casu capere vellent. *h. e.* delectationem. *Juvenal.* sat. 8. v. 6. Quis fructus generis, tabula jactare capaci Corvinum? ¶ In illo *Plauti Cas.* 4. 4. 16. Sed meus est fructus prior: *fructus* est ususfructus. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 8. leg. 14. ¶ In secunda declinatione. *Terent. Adelph.* 5. 4. 16. Hoc fructi pro labore ab his fero. *Turpil.* apud *Non.* c. 8. n. 62. Satis fructi reddunt. *Cato R. R.* c. 4. Fructi plus capies. ¶ Item *fructuis* pro *fructi. Varr.* apud *Non.* c. 8. n. 72. Utrum fructuis, an delectationis causa. *Id.* l. 1. *R. R.* c. 2. *a med.* Capræ salivam esse fructuis venenum. Sic dixere *Senatuis, fluctuis, rituis, victuis*, &c.

FRUCTUS, FRUENDUS, FRUENS, } particip. V. in *Fruor.*

FRUGĀLIS, le, *frugal, thrifty, careful, temperate, sober, saving, provident,* χρήσιμος, moderatus, prudens, abstinens, temperans: a *frugi. Terent. Heaut.* 4. 3. 3. Dedo me patri nunc jam, ut frugalior sim, quam vult. *Cic. pro Flacc.* c. 29. Homines sunt tota ex Asia frugalissimi. *Id.* 2. *de Orat.* c. 71. Optimus colonus, parcissimus, frugalissimus. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. Hæc villa frugalior, ac melior est, quam tua illa perpolita *built on a mere frugal plan.* ¶ Positivi gradus rarus apud optimos scriptores, et fortasse nullus est usus: nam hi pro *frugali homine, frugi* dicunt. Habet *Apul. de Mundo,* sed alio sensu: *frugalis maturitas,* h. e. frugum.

FRUGALĬTAS, atis, f. *temperance, moderation, discreetness,* σωφροσύνη: a *frugi.* De vi hujus vocis ita *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 8. Temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eamque virtutem σωφροσύνην vocant: quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam: sed haud scio, an recte ea virtus frugalitas appellari possit, &c. *et mox.* reliquas etiam virtutes frugalitas continet. *et mox.* Tres virtutes fortitudinem, justitiam, prudentiam frugalitas est complexa, *&c.* reliqua igitur, et quarta virtus ut sit ipsa frugalitas, &c. V. integr. locum, et 4. *Tuscul.* c. 16. et infra in *Frugi.* ¶ Speciatim est abstinentia, parsimonia, modestia, temperantia. *frugality, parsimony, thriftiness. Cic. pro Deiot.* c. 9. Omnes sunt in illo regiæ virtutes: sed præcipue singularis et admiranda frugalitas; etsi hoc verbo scio laudari reges non solere. *et mox.* Ego tamen frugalitatem idest, modestiam et temperantiam virtutem esse maximam judico. *Plin.* l. 2. ep. 4. *ad fin.* Quod cessat ex reditu, frugalitate suppletur. *Petron. in Satyr.* c. 115. Cibus avidum strangulavit, abstinentem frugalitas. *Cels. in præfat. a med.* Vitæ genus laboriosum, aut quietum; cum luxu, aut cum frugalitate. ¶ Pro frugibus. *Apul.* l. 9. *Metam.* Hostili modo vicini tenuis incursabat pauperiem, pecua trucidando, boves abigendo, fruges adhuc immaturas obterendo. jamque totum frugalitate spoliatum, ipsis etiam glebulis exterminare gestiebat.

FRUGALĬTER, *in a temperate manner, moderately, soberly, discreetly, frugally,* σωφρόνως, moderate, temperanter, abstinenter, sobrie. *Cic. pro Dom.* c. 43. εἰρωνικῶς. Omnia signa, tabulas tota e Græcia, sane frugaliter domum suam deportavit. *Plaut. Epid.* 4. 1. 38. et *Pers.* 4. 1. 1. Aliquam rem sobrie et frugaliter accuravit. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 107. Cum me hortaretur, parce, frugaliter, atque Viverem uti contentus eo, quod mi ipse parasset. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 8. Cur non bene? quia quod bene, id recte, frugaliter, honeste: ille porro male, prave, nequiter, turpiter cœnabat. et cap. 9. Semovenda est igitur voluptas, non solum ut recta sequamini, sed etiam ut loqui deceat frugaliter. *Quintil.* declam. 260. *extr.* et *Lactant. de ira Dei,* c. 20. Frugalius vivere. *Plaut. Pers.* 4. 1. 5. Si malus, aut nequam est, male res vertunt, quas agit: sin autem frugi est, eveniunt frugaliter. *h. e.* feliciter, commode.

FRUGAMENTA, inquit *Fest.* a frugibus sunt appellata. Porro *frugamenta* quid sint, adhuc est incompertum: et sunt qui *frumenta* legendum putent.

FRUGES, fructus terræ. V. *Frux.* ¶ Fruges etiam dicti sunt ab *Ennio* Phryges, mutatis in Latinum morem litteris, teste *Cic. in Orat.* c. 48. ubi alii leg. *Bruges* cum *Quintil.* cap. 4. (*al.* 5.) lib. 1.

FRUGESCO, is, n. 3. in fruges abeo, fruges fero. *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 913. et steriles frugescere parcius agros. *Tertull. de resurr. carn.* c. 22. florescere, atque frugescere.

FRUGĬ, indecl. *moderate, temperate, sober, discreet, virtuous, wise,* moderatus, temperans, continens, prudens: cui opponitur *nequam,* et *nihili. Cic.* 3. *Tuscul.* c. 8. docet, hominem frugi non eum solum intelligi, qui utilis sit (quod Græci faciunt, qui χρήσιμον appellant) sed eum, qui sit temperans, modestus, abstinens, atque innocens: frugalitatem enim tres virtutes, fortitudinem, justitiam, prudentiam complecti: ejus esse proprium, motus animi appetentis regere et sedare, semperque adversantem libidini, moderatam in omni re servare constantiam: cui contrarium vitium, nequitiam appellari. dictam videri a *fruge,* qua nihil melius e terra. Quod si *frugi* tantummodo diceretur, qui utilis esset, non fuisse L. Pisonis cognomen in tanta laude ponendum. *Id. pro Font.* c. 13. L. Piso tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 16. Jam proverbii locum obtinet, hominem frugi omnia recte facere. *Cic. fil. ad Tiron. Fam.* 16. ep. 21. Frugi et severa vita. *Brut. ad Cic.* ep. 6. Modestus homo et frugi. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 77. mulier tam frugi, tamque pudica. *Cic. Phil.* 2. c. 28. Antonius frugi factus est: illam suam suas res sibi habere jussit. *Terent. Heaut.* 3. 3. 19. Hominis frugi et temperantis functus officium. *Plaut. Asin.* 5. 2. 9. homini *frugi* opponit hominem *nihili,* quod fere idem est ac *nequam.* ¶ Sæpe refertur ad laudem servorum. Servum enim *frugi* dicebant, tamquam sobrium, utilem, et necessarium, et qui rem domini diligenter curaret: eo fere sensu accipientes, quo Græci, ut dictum est. *a good slave, who minds the interest of his master. Cic. pro Cluent.* c. 16. Servus non incallidus, sed, ut ipsa res declaravit, frugi atque integer, sermonem Fabricii non est aspernatus, rem ad dominum detulit. *Plin. in Paneg.* c. 88. Abunde sufficere libertis tuis credis, si probi et frugi existimentur. *useful, trusty. Horat.* lib. 2. sat. 7. v. 2. Davus, amicum mancipium domino, et frugi. *careful, thrifty, saving, frugal.* ¶ Sæpe etiam *frugi* dicitur quilibet in rem suam attentus et diligens, quique studiose ac sedulo suas rationes curat. *Cic.* 5. *Verr.* c. 27. Homines et satis fortes, et satis plane frugi ac sobrii. *Id. pro Deiot.* c. 9. Frugi hominem dici, non multum habet laudis in rege. *Terent. Eun.* 3. 5. 59. *Ant.* sed interim de symbolis quid actum est? *Chæ.* paratum est. *Ant.* frugi es. Ubi *Donat.* utilis et necessarius, ut fruges humano generi. *Frugi* est ergo, in quo est aliquid, quo fruamur, idest utamur. *Id. Heaut.* 3. 3. 35. *Chre.* reperisti, tibi quod placeat, an nondum etiam? *Sy.* de fallacia dicis? st', inveni quandam nuper. *Chre.* frugi es. *Plaut. Asin.* 1. 3. 23. Frugi lena. *h. e.* quæ suis rationibus bene consulit. ¶ Dicitur et de iis rebus, quæ moderata et modica impensa fiunt. *Plin.* l. 2. ep. 17. Atrium frugi, nec tamen sordidum. *plain, but not mean. Quintil.* l. 5. c. 10. Frugi victus. *Juvenal.* sat. 3. v. 167. et *Plin.* l. 3. ep. 1. Cœna frugi. *frugal. Martial.* l. 14. distich. 31. jentacula sumere frugi. ¶ Est obliquus casus nominis *frux, gis*: idcirco adjectivum etiam admittit. *Cic.* 4. *Attic.* ep. 8. *ad fin.* et *Plaut. Trin.* 2. 2. 39. Fabius Luscus satis acutus, et permodestus, et frugi bonæ. *Plaut. Asin.* 3. 3. 12. et *Pœn.* 4. 2. 27. Bonæ frugi esse. ¶ Alii volunt esse dativum, ut cum dicimus *homo frugi,* per ellipsim intelligatur *idoneus*: alii genitivum pro *frugis* ea ratione, qua *fami* pro *famis* dictum fuit: vel ut simile sit *nauci, nihili, mancipi.*

FRUGĬFER, a, um, *fruitful, fertile, bearing fruit, frugiferous,* καρποφόρος, fruges ferens. *Cic. Tuscul.* 2. c. 5. Agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur. *Plin.* l. 13. c. 5. Cedrus frugifera non floret. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 656. frugiferæ messes. *Lucret. initio* l. 6. frugiferi fetus. *Ovid. de nuce,* v. 19. frugiferæ nuces. *Id.* 2. *ex Ponto,* ep. 1. v. 15. frugiferum numen. *h. e.* Ceres. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 26. n. 8. Cereri frugif. sacr. L. Veianius, &c. Adde similem apud *Reines.* class. 1. n. 35. ¶ *Frugifer* dictus est etiam Bacchus, quem leonis effigie colebaut Ægyptii (ut est apud *Arnob.* l. 6. pag. 196.) et eundem esse dicebant, ac Osirim, quo nomine significabant solem, qui frugum omnium parens est. ¶ *Enn.* apud *Charis.* l. 1. pag. 7. *Putsch. terrai frugiferai* dixit pro *terræ frugiferæ* per diæresim diphthongi, quomodo prisci locuti sunt. Hinc *Martial.* l. 11. epigr. 91. Attonitusque legis, terrai frugiferai, Accius et quidquid, Pacuviusque vomunt.

FRUGIFĔRENS, entis, frugifer. *Lucret.* l. 1. v. 3. alma Venus, quæ terras frugiferentes Concelebras.

FRUGILĔGUS, a, um, *gathering corn,* qui fruges legit, h. e. colligit. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 624. frugilegæ formicæ.

FRUGIPĂRENS, entis, adject. frugifer. *Fortunat.* l. 3. carm. 13. frugiparensque manet.

FRUGIPĂRUS, a, um, adject. qui fructus parit. *Avien. Phænom. Arat.* v. 1054. Singula frugiparos attollunt tempora vultus.

FRUGIPERDA, arbor, quæ facile fruges amittit. *Plin.* l. 16. c. 26. Ocyssime salix amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat, ob id dicta ab Homero frugiperda. ὠλεσίκαρπος. *the withy.*

FRUISCOR. V. *Fruniscor.*

FRUITŪRUS, FRUITUS. } V. *Fruor.*

FRUMEN, inis, n. *the larynx, upper part of the* trachia, λάρυγξ, summa gulæ pars, per quam cibum lingua demittit in ventrem, ut *Donat. ad Terent. Adelph.* 5. 8. 27. definit. Vel tractus gulæ, qua cibus in alvum demittitur, ut *Id.* ait *ad Terent. Phorm.* 2. 2. 18. Vel gulæ prominens pars: seu eminens sub mento gutturis pars, ut *Servius ad* l. 1. *Georg.* v. 74. et ad l. *Æn.* v. 182. Uterque autem videtur idem velle significare. ¶ Item genus pultis in sacris adhibitæ, uti docet *Arnob.* l. 7. pag. 230. De qua nihil præterea scitur.

FRUMENTACĔUS, a, um, *frumentagious,* σιτικὸς, qui ex frumento est. *Veget. rei veterin.* l. 2. c. 57. Farina frumentacea.

FRUMENTARĬUS, a, um, *of or belonging to corn,* σιτικὸς, ad frumentum pertinens. *Cic. de clar. Orat.* c. 62. frumentaria lex. *a law concerning corn. Id. Attic.* l. 9. ep. 9. frumentariæ provinciæ. *h. e.* unde petuntur frumenta. *Id.* 5. *Verr.* c. 57. frumentaria lucra. et cap. 5. Omnem utilitatem provinciæ Siciliæ consistere in re frumentaria maxime. *h. e.* in copia frumenti. *et ibid.* frumentaria causa. *h. e.* ubi agitur de administratione frumenti habita a Verre in Sicilia. (unde illa oratio *frumentaria* appellatur a *Prisciano* l. 6. pag. 679. *Putsch.* et *Serv. ad Æn.* 10. v. 481. &c.) *P. Victor. de regionib. U. R.* in Regione IX. ponit. *porticum Minuciam frumentariam,* h. e. in qua tesseræ frumentariæ publice populo distribuebantur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 37. Rem frumentariam comparare. *to procure provisions.* et cap. 23. Rei frumentariæ prospicere. et cap. 39. Rem frumentariam supportare. et l. 6. c. 9. providere. et l. 3. *B. Civ.* c. 16. Profectus erat ad rem frumentariam expediendam, qua anguste utebatur. et lib. 7. *B. Gall.* c. 10. Ab re frumentaria laborare. *to be distressed for want of corn.* et l. 1. c. 9. Loca maxime frumentaria. *h. e.* frumenti fertilia. *Colum.* l. 2. c. 2. *a med.* et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 7. *ad fin.* et cap. 11. Frumentarius ager. *a corn-field. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 96. Navis frumentaria. *a ship loaded with corn; a store-ship. Plin.* l. 11. c. 26. frumentaria cicada. *h. e.* quæ apparet simul cum frumentis. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 20. *pro Sext.* c. 48. et *in Bruto,* c. 62. Lex frumentaria. *h. e.* quæ jubebat frumentum populo viliori pretio distribui. Adde *Epit. Livii* lib. 60. et 71. Sic *Cic.* 2. *Offic.* c. 21. C. Gracchi frumentaria magna largitio. *Paul. Digest.* lib. 27. tit. 1. leg. 26. Mensores frumentari. V. *Portuensis.* ¶ *Frumentarius, ii,* (supple *negotiator*) *a corn-merchant. Cic.* 3. *Offic.* c. 13. et 16. et *Lucil.* apud *Non.* c. 1 n. 66. ¶ Item qui quacumque ratione frumenta comparat, *a forager, sutler, victualler, purveyor of corn. Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 35. ¶ Sub Imperatoribus *frumentarii* fuere iidem qui *Agentes in rebus,* et *Curiosi,* qui inter cetera, etiam delatorum et speculatorum officio fungebantur. *Spartian. in Adriano,* c. 11. Et erat curiosus non solum domus suæ, sed etiam amicorum: ita ut per frumentarios occulte omnia exploraret. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 39. *ad fin.* Remoto pestilenti frumentariorum genere, quorum nunc Agentes rerum simillimi sunt. Multa de his *Salmas. ad citat. loc. Spartiani.*

FRUMENTATĬO, onis, f. *a providing, or procuring, of corn; a foraging,* σιτολογία, frumenti collectio: et in re militari egressio militum ad frumentum in castra congerendum. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 64. Frumentationibus, pabulationibusque Romanos prohibere. et lib. 6. c. 38. Frumentationem conficere. ¶ Item largitio frumenti, quæ fiebat populo ab Imperatoribus R. *a dole of corn given by the Roman Emperors to the people. Sueton. in Aug.* c. 40. et 42. Sic *in monum. Ancyr.* apud *Gruter.* pag. 231. lin. 14. Consul undecimum duodecim frumentationes, frumento privatim coempto, emensus sum.

FRUMENTĀTOR, oris, m. *a forager, purveyor of corn,* σιτολογός, qui frumenta colligit: et in re militari miles, qui frumentatum egreditur, frumentarius. *Liv.* l. 2. c. 34. In Volscis ne emi quidem potuit: periculum quoque ab impetu hominum ipsis frumentatoribus fuit. *Id.* l. 31. c. 36. Divisis copiis, partem ad consectandos vagos frumentatores emisit.

FRUMENTOR, aris, dep. 1. *to collect corn, purvey, forage,* σιτολογέω, frumenta colligo: et fere dicitur de militibus frumenti comparandi causa egredientibus. *Pompei. ad Domit. post* epist. 12. l. 8. *ad Attic.* frumentatum ire. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 32. Legionem frumentatum mittere. et cap. 9. Prædandi frumentandique causa. et lib. 7. c. 73. Et materiari, et frumentari. *Liv.* l. 31. c. 36. Cum in propinquo agro frumentarentur.

FRUMENTUM, ti, n. *corn, or grain, of all kinds, particularly wheat and barley,* σῖτος, in segetibus est quod culmus extulit, inquit *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 48. Docet etiam *Ulpian. Dig. lib. ult.* tit. 16. leg. 77. frumentum id esse, quod arista in se teneat: lupinum vero, et fabas fruges potius dici, quia siliqua continentur. Paulo distinctius *Plin.* l. 18. c. 7. fruges dividit in frumenta, et legumina: frumenta enumerat, hiberna, quæ terra per hiemem nutriuntur, triticum, far, hordeum; æstiva, quæ æstate seruntur, milium, panicum, sesamam, horminum, irionem. et cap. 8. addit siliginem, quæ tritici genus est, et alia externis terris peculiaria, arincam Galliæ, zeam, olyram, tiphem Græciæ, et Asiæ, &c. Adde *Colum.* c. 6. et 9. *ad fin.* Etymologi partim a *frumen* derivant, partim a *fruor,* quasi *fruimentum. Varr.* autem l. 4. *L. L.* c. 21. *extr.* a *fero. Virg.* 1. *Georg.* v. 315. Frumenta in viridi stipula lactentia turgent. *Cic.* 5. *Attic.* ep. 18. *a med.* Frumentum ex agris in loca tuta comportare. *Id. in Orat.* c. 24. Lætas segetes, luxuriosa frumenta. ¶ Apud *Martial. in lemmate* epigr. 12. l. 13. *frumentum triticeum* est ipsum triticum. ¶ Translate *Plin.* l. 15. c. 19. et lib. 17. c. 27. vocat *frumenta* minuta grana in ficis, quoniam milii similia sunt. ¶ Aliquando sumitur pro genere frumenti peculiari, nempe pro tritico, ut videtur, *wheat. Plin.* l. 18. c. 7. *a med.* Et fortunatam Italiam frumento canere candido. *Martial.* l. 12. epigr. 73. Frumentum, milium, ptisanamque, fabamque. ¶ *Servus a frumento* fuit inter officia domus Augustæ, cui ministrandi et dispensandi frumenti cura demandata erat. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 192. n. 8. et 9. et pag. 193. n. 1. et 2. Sic apud *Murator.* to. 1. pag. 78 n. 4. Chrysantus Aug. disp. a frumento.

FRUNDŌSUS. V. *Frondosus.*

FRUNISCOR, eris, itus sum, dep. 3. *to enjoy,* idem quod fruor. Verbum est antiquum, et pæne obsoletum. *Plaut. Rud.* 4. 3. 73. Hinc tu, nisi malum, frunisci nihi

potes. Al. leg. *fruisci.* Et sane a *fruor* veri similius est *fruiscor* fieri, quam *fruniscor.* Tamen constanter legitur apud *Gell.* qui de eo sic habet l. 17. c. 2. *Frunisci* rarius fuit in ætate M. Tullii, ac deinceps infra rarissimum : dubitatumque est ab imperitis Latinitatis, an Latinum foret : non modo autem Latinum, sed jucundius amœniusque etiam verbum est *fruniscor*, quam *fruor.* Deinde subdit exemplum *Q. Metelli Numidici*, qui caste pureque lingua usus Latina videtur ; et *Novii in Attellana.* Adde *Lucil.* et *Cœl.* apud *Non.* c. 2. n. 343. ubi al. *fruiscor* reponunt. *Festus* quoque hæc habet : *Fruniscor* et *Frunitum* dixit *Cato* : nosque cum adhuc dicimus *infrunitum*, certum est antiquos dixisse *frunitum. Inscript.* apud *Reines.* class. 12. n. 122. et *Fabrett.* pag. 237. filiis suis infelicissimis, qui ætate sua fruniti non sunt. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 43. *Burm.* Frunitus est, quamdiu vixit. et cap. 44. Ita meos fruniscar.

FRUNĪTUS. V. vocem præced.

FRUNS, undis, f. antiquum pro *frons, ondis*, quod Vide.

FRUOR, eris, itus, et ctus sum, dep. 3. *to enjoy, reap the fruits of*, ἀπολαύω, fructum percipio, potior. *Donat. ad Terent. Eun.* 4. 7. *extr.* docet *frui* proprie esse vesci, a frumine, quæ est summa gulæ pars : per catachresim autem dici de iis etiam, quibus non vescimur. Alii a Græco φορὸς, quod a φέρω, notationem trahunt. *Cic. de Senect.* c. 14. Satiatis et expletis jucundius est carere, quam frui. *Id. Attic.* 2. ep. 1. *ante med.* Neque te fruimur, et tu nobis cares. *enjoy your society. h. e.* convictu et consuetudine tua. Sic *Nepos in Attic.* c. 20. Cum propter suas occupationes minus sæpe, quam vellet, Attico frueretur. *Gell.* l. 19. c. 8. Sermonibus alicujus frui. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 79. Illa (nec invideo) fruitur meliore marito. *is blest with. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 45. Commoda quibus utimur, lucem qua fruimur, spiritum quem ducimus, a deo nobis dari. et cap. 15. Certis fundis, patre vivo, frui solitum esse. *Id. post redit. ad Quirit.* c. 1. Frui lætitiæ voluptate. *Id. pro Cluent.* c. 61. vita. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. *ante med.* beneficiis atque honoribus. *Cic. pro Dom.* c. 30. civitate. *Nep. in Epam.* c. 5. pace diutina. *Plin.* l. 7. ep. 7. otio. *Cæs.* l. 3. c. 22. *B. Gall.* omnibus commodis. *Terent. Hecyr.* 5. 4. 2. gaudio. *Horat.* l. 1. ep. 12. v. 1. fructibus. *Sueton. in Aug.* c. 98. libertate et fortunis. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 75. votis. *h. e.* iis, quæ voto petieras. *Plin.* l. 2. ep. 2. Ipse ad villam partim studiis, partim desidia fruor. *Senec.* ep. 93. *a med.* Omnium rerum cognitione fruiti sumus. *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 4. leg. 29. Non meo nomine, sed suo fruitus est emptor. *Vellei.* l. 2. c. 104. Illi spectaculo, quo fructus sum. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 204. *ad fin.* Prata, quæ proxima æstate habeurunt, fructique sunt. Et *in Tab. æn. ibid.* pag. 500. *sub fin.* et apud *Murator.* pag. 582. Quodque earum rerum ii antea habeurunt, possederunt, usi, fructive sunt. (Adde pag. 986. n. 7.) *Cic.* 3. *Tuscul.* cap. 17. *ad fin.* Qui præsentibus voluptatibus frueretur, consideretque, se fruiturum in omni parte vitæ. *Id. post redit. ad Quirit.* c. 1. Ludi quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo. *Horat.* l. 1. epist. 4. v. 7. Di tibi divitias dederunt, artemque fruendi. ¶ Cum accusativo. *Lucret.* l. 3. v. 954. ea, quæ fructus cumque es. *Terent. Heaut.* 2. 4. 21. Hoccine me miserum non licere meo modo ingenium frui. *follow the bent of my own genius. Cato R. R.* c. 149. Frui pabulum occipito ex calend. Septembr. *Plaut. Asin.* 5. 2. 68. Ut sinat se se alternas cum illo noctes hanc frui. *Al. leg.* hac. ¶ Hinc particip. passiv. *fruendus. Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 119. Servetur facies ista fruenda mihi. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 1. *ad fin.* Non paranda nobis solum ea, sed fruenda etiam sapientia est. *Id. de Senect.* c. 16. Agro bene culto nil potest esse uberius, nec ornatius : ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat senectus. ¶ Inter *fruor* et *utor* hoc interest (quamquam non perpetuo) quod *uti* dicitur, qui rem aliquam usurpat, ut aliud quidpiam inde acquirat : *frui*, qui ita re quapiam delectatur atque utitur, ut in ea animo conquiescat. *Flor.* l. 2. c. 6. *de Annib.* Cum victoria posset uti, frui maluit, relictaque Roma, Campaniam peragrare. (V. *Liv.* l. 22. c. 51.) *Senec. de vita beata*, c. 10. *sub fin.* Tu voluptate frueris, ego utor : tu illam summum bonum putas, ego nec bonum. ¶ Interdum hæc duo junguntur ad significandam plenam possessionem ac dominium rei alicujus. *Cic. Fam.* 7. ep. 30. Id cujusque est proprium, quo quisque fruitur atque utitur. *Liv.* l. 2. c. 34. *ad fin.* Fruantur, utantur annona, quam furore suo fecere. ¶ *Fruor* nonnunquam significat delectari. *to be delighted with, take pleasure in. Plin. in Paneg.* c. 34. Agnoscebamus, et fruebamur, cum veluti piaculares victimæ ad supplicia ducerentur. *Sil.* l. 12. v. 566. fruiturque timore paventum. *Martial.* l. 8. epigr. 30. *de Scævola.* Aspicis, ut teneat flammas, pœnaque fruatur! *Claudian. de Consul. Mall.* v. 224. Qui fruitur pœna, ferus est. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 380. pace fruens. et lib. 4. v. 38. Visu fruens. ¶ Apud JCtos est re aliqua ita potiri, ut ejus fructum tantummodo percipias, re salva et integra domino manente. Quo sensu *Liv.* l. 27. c. 11. et l. 32. c. 7. Agrum Campanum fruendum locare. *to be holden. Paul. Dig.* lib. 6. *tit. ult.* leg. 1. Qui in perpetuum fundum fruendum conduxerunt a municipibus. [¶ Particip. *fruiturus* apud *Cic. Tuscul.* lib. 3. c. 17. Zeno contendere solebat, eum esse beatum, qui præsentibus voluptatibus frueretur, confideretque se fruiturum aut in omni, aut in magna parte vitæ.]

FRUS. V. in *Frons, ndis.*

FRUSĪNAS, atis, com. gen. ad Frusionem oppidum pertinens, ut Frusinas ager, *Liv.* l. 26. c. 9. ¶ *Frusinates, um*, ejus oppidi cives. *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ Fuit autem *Frusĭno, onis*, oppidum Campaniæ, seu Latii novi in Hernicis ad Cosam fluvium, qui in Lirim incurrit. *Juvenal.* sat. 3. v. 224. Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur. *Sil.* l. 12. v. 531. duris qua rupibus hæret Bellator Frusino.

FRUSĪNO. V. vocem præced.

FRUSTĀTIM, *by small pieces, bit by bit, piecemeal*, κατὰ μέρη, per frusta. *Plin.* l. 20. c. 9. *a med.* Coquitur in olla, aut frustatim in patinis. Adde *Pompon.* apud *Non.* c. 2. n. 335.

FRUSTILLĀTIM, adverb. *in small pieces*, κατὰ λεπτὰ μέρη, per frustilla. *Plaut. Curc.* 4. 4. 20. Ut hic formicæ te frustillatim differant.

FRUSTILLUM, i, n. diminut. a Frustum *a small piece, morsel. Arnob.* l. 2. pag. 84. Frustilla ignea. et l. 7. pag. 231. Frustilla parvula.

FRUSTO, as, avi, atum, a. 1. *to cut into small pieces, or parts*, in frusta concidere. *Flor.* l. 2. c. 1. *ad fin.* Cum Punicæ prædæ omnibus promontoriis insulisque frustarentur, et fluitarent. Ita *Salmas.* et *Græv.* Alii leg. *frustrarentur.* h. e. portum nullum tenere possent.

FRUSTRA, *in vain, to no purpose*, μάτην, nequidquam, incassum : a *frudo* pro *fraudo. Cic. pro Rosc. Com.* c. 14. Frustra tempus contero. *Id. de Univ.* c. 10. Frustra laborem suscipere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 33. Frustra auxilium implorare. *Id.* 2. *de Divin.* c. 60. Frustra ac sine causa quippiam facere. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 144. Sed sine argento frustra est, quod me tui misereri postulas. ¶ Item gratis. *Id. Men.* 4. 3. 20. Nisi feres argentum, frustra me ductare non potes. ¶ *Frustra habere* est frustrari, ludificari, decipere. *Auct.* argum. 2. *Amphitr. Plautini.* Is advenientes servum et dominum frustra habet. *plays upon, banters, fubs. Ammian.* l. 18. c. 6. (*al.* 12.) Si Persæ frustra habiti redissent ad sua. ¶ Item negligere. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 51. Aliaque admodum æqua, quæ brevi servata, dein frustra habita sunt. ¶ *Frustra esse* est frustrari, falli, spe deceptum esse. *Sallust. in Jug.* c. 87. Quo mihi acrius adnitendum est, uti neque vos capiamini, et illi frustra sint. *may be disappointed. Plaut. Pers.* 1. 3. 60. Nunquam hercle hodie hic prius edis, ne frustra sies, quam te hoc facturum affirmas mihi. *Id. Bacch.* 4. 7. 41. *Chry.* Quid illam, meretricem ne esse censes? *Ni.* quippini! *Chry.* frustra es. ¶ Significat etiam exitum speratum non habere, aliter evenire, atque sperabatur. *Sallust. in Jug.* c. 7. *extr.* Cujus neque consilium, neque inceptum ullum frustra erat. *was known to fail.* cap. 74. Primo indicem persequi conatus postquam id frustra fuit, Jugurtham placandi gratia accedit. *Id. in Orat. Licin. trib. ad pleb.* Nam spem frustra fuisse, intellexistis. *Ennius in Satyris*, apud *Gell.* l. 18. c. 2. Nam qui lepide postulat alterum frustrari, Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse. Nam qui se se frustrari quem frustra, sentit, Qui frustratur, is frustra est : si non, ille est frustra. *Muretus* sic explicabat : qui vult alium lepide fallere, dicere non debet, errare ac falli eum, quem ipse fallere cogitat. nam ubi quis sentit, frustra alium operam dare, ut se fallat, tum nisi is, cui dolus tenditur, fallitur, is ipse fallitur qui fallere volebat.

FRUSTRABĬLIS, le, adject. vanus, inanis. *Arnob.* l. 2. p. 58. Res frustrabili exspectatione præsumpta. et lib. 6. p. 206. Res vacua imaginatione frustrabiles.

FRUSTRATĬO, onis, f. *a deceiving, disappointment, frustration, failure*, ἀπάτη, deceptio, fraus, eventus contra exspectationem. *Planc. Cicer.* 10. *Fam.* ep. 23. *a med.* Tanto majorem his frustratio dolorem attulit. *Plaut. Amph.* 3. 1. 15. In horum familiam frustrationem hodie injiciam maximam. *Quintil.* l. 2. c. 20. Grana ciceris, ex spatio distante missa, in acum continuo, et sine frustratione inserebat. *without missing his aim. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 1. Sine successu frustratio est, non cultura. *Liv.* l. 3. c. 24. Clamant, fraude fieri, quod foris teneatur exercitus : frustrationem eam legis tollendæ esse. *Id.* lib. et cap. 25. Cum longo sermone habito dilatus per frustrationem esset. *Justin.* l. 9. c. 6. Cum variis frustrationibus differretur. *Liv.* l. 38. c. 25. Frustratio Gallorum eo spectabat, ut tererent tempus, donec, &c. *Colum.* l. 11. c. 1. *ante med.* Frustratio cupiditatis.

FRUSTRĀTOR, oris, m. *a deceiver*, qui frustratur, et decipit. *Symmach.* l. 10. ep. 44. (*al.* 51.) *extr.* Frustrator judicum. *h. e.* qui judicium subterfugit. *Triphonin. Dig.* l. 43. tit. 15. *leg. pænult.* Frustrator debitor constitutus est. *h. e.* qui in mora fuit, et tergiversatus est.

FRUSTRATORĬUS, a, um, adject. *vain, deceitful*, vanus, fallax. *Tertull. de Anim.* c. 47. Frustratoria somnia. *Arnob.* l. 7. p. 219. Fortasse aliquid dicant magnum, nec quod auribus debeat frustratoriis, levibus, et contemnentibus sumi. *h. e.* frustrantibus, frustra excipientibus. *Modestin. Dig.* l. 22. tit. 1. leg. 41. Frustratoriam morandi causa appellationem interponere.

FRUSTRĀTUS, us, m. *a deceiving, Plaut. Men.* 4. 3. 21. Aliam posthac invenito, quam tu habeas frustratui. *h. e.* quam frustra habeas, decipias.

FRUSTRĀTUS, a, um, particip. qui decepit, et elusit. *Liv.* l. 2. c. 13. Clœlia frustrata custodes. *having eluded the vigilance of. Solin.* c. 1. (*al.* 2.) Frustratus vincula. ¶ Et passiva significatione. *Vellei.* l. 2. c. 43. Intellexit frustratum esse visum suum. *Fenestella* apud *Priscian.* l. 8. p. 793. *Putsch.* Frustratus a spe. *Vellei.* l. 2. c. 21. Frustratus spe continuandi consulatus. *frustrated in his expectation. Justin.* l. 8. c. 3. Variis dilationibus frustratus. ¶ Cum genitivo. *Gell. in fi.* c. 10. l. 5. Captionis versute excogitatæ frustratus.

FRUSTRO, as, avi, atum, a. 1. idem quod frustror. *Cæs. in fragm.* apud *Diomed.* l. 1. p. 395. *Putsch.* Non frustrabo vos milites. *Plaut. Mil.* 3. 3. 9. Ego me frustro. *Pompon.* apud *Non.* c. 7. n. 44. Qui ventrem frustrarent suum. *Prudent. in Apoth.* v. 708. frustrantia dona dare. *h. e.* quæ in cassum feruntur. ¶ Passive *Sallust. in orat. Licin. trib. pl. ad pleb. a med.* Ignavissimi quique tenuissima spe frustrantur. *Laber.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 793. *Putsch.* Frustramur, irridemur. V. *Frustratus, a, um.*

FRUSTROR, aris, atus sum, dep. 1. *to deceive, disappoint, frustrate*, ψεύδομαι, ἐξαπατάω, quippiam exspectantem decipio, fallo, frustra habeo. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 18. Cocceius, vide, ne frustretur. *Lentul. ad Cicer. Fam.* 12. ep. 14. Si Syriæ spes eum frustrata esset. *Liv.* l. 2. c. 15. *ad fin.* Nec Tarquinios spe auxilii, quod nullum est in me, frustrabor. *Plin.* l. 2. ep. 10. Frustrari et differre exspectationem alicujus. et lib. 8. ep. 18. spes hominum improbas. *Terent. Andr.* 2. 2. *extr.* Hospes jam me frustrata est. *Id. in prol. Eun.* v. 14. et *Cic.* 4. *Acad.* c. 20. Frustrari se ipsum. *Plaut. Amph.* 2. 2. 200. Nescio quis præstigiator hanc frustratur mulierem. *bewitches, charms*, fascinat. ¶ Translate *Colum.* l. 1. c. 1. Imprudenter facta opera frustrantur impensas. *make vain.* et *in præfat. a med.* Ne imbribus imminentibus opera inchoet, laboremque frustretur. *Curt.* l. 6. c. 5. In se implicati arborum rami lento vimine frustrabantur ictus. *made vain ; made of no effect.* ¶ Passiva significatione V. vocem præced.

FRUSTULENTUS, a, um, *full of gobbets, or small pieces*, frustis plenus, ut Frustulenta aqua, *Plaut. Curc.* 2. 3. 34. *h. e.* frustis esculentis immixta.

FRUSTŬLUM, i, n. *a very small piece, morsel, crumb*, parvum frustum, ψωμίον. *Apul.* l. 1. *Metam.* Ut mihi, præ metu, frustulum panis, quod primum sumpseram, mediis faucibus inhæreret.

FRUSTUM, sti, n. *a bit, or piece of any thing*, τέμαχος, rei cujusque particula. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 15. Necesse est, offa objecta, cadere frustum ex pulli ore, cum pascitur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 216. Pars in frusta secant. *Cic. Phil.* 2. cap. 24. Frustis esculentis vinum redolentibus totum tribunal implevit. *Marc. Cato* apud *Gell.* l. 1. c. 13. Frusto panis conduci potest, vel uti taceat, vel uti loquatur. *h. e.* vili pretio. *Senec.* ep. 89. Philosophiam in partes, non in frusta dividam. dividi enim illam, non concidi, utile est. ¶ *Frustum pueri* convicium est. *Plaut. Pers.* 5. 2. 67. Loquere tu etiam, frustum pueri? *you bit of a boy!*

FRUTECTŌSUS, a, um, *full of shrubs or bushes, shrubby, bushy, bosky*, fruticibus abundans, θαμνώδης. *Colum.* l. 2. c. 2. Nemorosi frutectosique tractus. *Plin.* l. 18. c. 17. *ad fin.* Frutectosus et rubricosus locus. ¶ Item fruticosus, *h. e.* ramulis copiosus : et dicitur de plantis. *Plin.* l. 16. c. 35. Smilax spinosis frutectosa ramis. et c. 37. *a med.* Frutectosi generis sunt rubi. ¶ Legitur et *frutetosus.*

FRUTECTUM, i, n. *a shrubbery, place where shrubs grow, nursery of young trees or plants*, θάμνος, locus fruticibus abundans : factum per syncop. a *fruticetum*, ut a *salicetum salictum*, a *caricetum carectum. Colum.* l. 3. c. 11. Ager frutectis, aut arboribus obsessus. *with boscage. Plin.* l. 25. c. 2. *ad fin.* Rosa silvestris in frutecto. *Prudent.* l. 2. *contra Symmach.* v. 872. tenebrosis tecta frutectis semita. *et in Psychom.* v. 443. attritis pedibus per acuta frutecta. ¶ Pro frutice, *Solin.* c. 30. (*al.* 43.) *a med. de cinnamo.* Id frutectum situ brevi nascitur, ramo humili, et depresso. ¶ Dicitur et *frutetum*, nam promiscue in libris legitur. *Plin.* l. 18. c. 6. *sub fin.* Fruteta igni optime tolluntur.

FRUTEX, icis, m. *a shrub*, θάμνος, planta, quæ ad arboris magnitudinem non assurgit, et statura multis herbis similis est : lignosior tamen, et stolonibus, et surculis numerosior, et non demoritur neque arescit ut herba. Talis est arundo, rubus, rosa, cinnamum, &c. *Colum. de arborib.* c. 1. Ex surculo vel arbor procedit, ut olea, ficus ; vel frutex, ut rosæ, arundines ; vel tertium quiddam, quod neque arborem, neque fruticem proprie dixerimus, sicuti est vitis. *Plin.* l. 16. c. 36. Arundo circa terram fruticis modo se spargens. *Colum.* l. 8. c. 15. *a med.* Intersitis buxeis, aut myrteis fruticibus. ¶ Dicitur et de caule, vel ramulo cujuscumque plantæ. *the stalk of an herb or plant. Id. sub fin.* l. 11. Matutinis temporibus frutices olerum concutere. *Id.* l. 2. c. 15. Frutex lupini succisus. *Plin.* l. 23. c. 3. *de olea.* Succus fruticis recentis accensi distillans sanat lichenas. *Id.* l. 18. c. 24. Pinguia arva ex uno semine fruticem

numerosum fundunt. ¶ Item per synecdochen de quacunque arbore. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 249. turpe est sine gramine campus, Et sine fronde frutex. *Petron. in Satyr.* c. 135. Idæos frutices in gurgite sistam, Et rursus fluvios in summo vertice ponam. ¶ Item de stirpe arboris. *Sueton. in Vespas.* c. 5. Quercus antiqua, per tres Vespasiæ partus, singulos repente ramos a frutice dedit. ¶ Præterea est proprium et peculiare nomen cujusdam arboris in Phrygia. *Plin. in fin.* c. 5. l. 13. ¶ De frutecto, *a bush. Phædr.* l. 1. fab. 11. v. 2. Venari asello comite cum vellet leo, Contexit illum frutice. ¶ Denique est convicium hominis stupidi, ut caudex, stipes. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 12. Nec veri simile loqueris, nec verum, frutex, comesse quemquam ut quisquam absentem possiet. *a blockhead, loggerhead.*

FRUTI, V. *Frutinal.*

FRUTICATIO, onis, f. *a sprouting, or springing, forth into young shoots or sprigs*, in arboribus dicitur, cum multos ramos fruticantes producunt. *Plin.* l. 17. c. 1. Ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis.

FRUTICESCO, is, n. 3. *to grow shrubby*, θαμνόομαι, est frutices emittere. *Plin.* l. 17. c. 27. Quia celeriter fruticescunt.

FRUTICĒTUM, ti, n. *a shrubbery, place where shrubs grow*, locus fruticibus plenus, arbusculis se se implicantibus impeditus. *Horat.* l. 3. od. 12. *extr.* Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum. *Sueton. in Ner.* c. 48. Inter fruticeta ac vepres.

FRUTICO, as, n. 1. *et* Fruticor, aris, dep. 1. *to sprout, send forth shoots or sprigs*, θαμνίζω, frutices emitto, pullulo. *Colum.* l. 2. c. 9. Ubi ex uno semine pluribus culmis fruticavit. *Cic. Attic.* 15. ep. 4. Excisa est arbor, non evulsa; itaque, quam fruticetur, vides. *Plin.* l. 19. c. 8. Sub omnibus pæne foliis fruticat cauliculis peculiaribus. et cap. 5. *ad fin.* Inula spatiose fruticat. et lib. 17. c. 10. Semina fruticantia supputare. *Sil.* l. 9. v. 205. centum Cereri fruticantia culmis rura. ¶ Translate *Juvenal.* sat. 9. v. 15. Sed fruticante pilo neglecta et squalida crura. *Calpurn. Ecl.* 6. v. 37. *de cervo.* Aspicis, ut fruticat late caput? *branches.* [Primam syllabam male producit *Tertullian. de judic. Domini* v. 135. Tempore nuda suo foliis quoque fruticat arbor.]

FRUTICŌSUS, a, um, *full of shoots or stems*, θαμνώδης, stolonibus et ramulis abundans, longe lateque fruticans. *Ovid. Metam.* 6. v. 344. illic fruticosa legebant Vimina cum juncis. *Plin.* l. 25. *c. ult.* Aizoum fruticosum a radice. *Id.* l. 13. c. 6. Terebinthus arbor fruticosa. *Id.* l. 20. c. 13. Rutæ rami fruticosiores. *Id.* l. 16. c. 36. Calamus fruticosissimus. ¶ Item fruticibus abundans, frutectosus. *shrubby, bosky. Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 121. Mœsta tamen scopulos, fruticosaque litora calco. *Plin.* l. 6. c. 22. Mare fruticosum.

FRUTĪNAL, templum Veneris fruti. *Fest.* ubi al. leg. *frutis. Solin.* c. 2. (*al.* 8.) *ante med.* Simulacrum dedicat Veneri matri, quæ Frutis dicitur. Adde *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei*, c. 21. ubi tamen alii aliter leg. Sunt qui putant *Fruti* corruptum esse ex ἀφροδίτη. Alii censent, legendum *Frucinal* (pro *Fruginal*) templum *Veneris frugi*. Alii denique, *Festum* in mendosos codices incidisse: veram autem lectionem esse, *Erucinal, templum Veneris Erycis*, vel *Erycinæ*: quam e Sicilia Romam advectam ab Ænea, *Solin.* tradit *loc. cit.*

FRUX, gis, f. *the fruit, or produce, of the earth*, καρπός. vox aliis a *fruendo*, aliis a φρύγω, *torreo*, derivata, et sæpissime usurpata numero multitudinis, quæ significat omnes terræ fructus, quibus ad alimentum utimur, frumenta, legumina, poma, nuces, &c. tametsi de fetibus arborum *Ulpian.* dici negat *Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 77. affirmat tamen, id quod ex vino, silvis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur, *frugis* nomine contineri. *Frugem salis* dixit *Colum.* l. 10. v. 353. ¶ Primo dicitur de frumentis, et leguminibus. *corn; pulse. Plin.* l. 18. c. 7. Natura nunc indicabitur frugum: sunt autem duo prima earum genera, frumenta, ut triticum, hordeum, et legumina, ut faba, cicer. ¶ Deinde de fetibus arborum, *the fruit of trees, Cic. in prognost.* l. 1. *de Divin.* c. 9. Lentiscus triplici solita grandescere fetu, Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 9. quercus et ilex multa fruge pecus, multa dominum juvat umbra. *Liv.* l. 5. c. 33. Dulcedine frugum, maximeque vini voluptate captam. *Cornific.* apud *Serv. ad* 1. *Georg.* v. 55. Fruges arboreæ. *Colum.* l. 9. c. 1. roburneæ. *Id.* l. 3. c. 17. Superior pars vitis idonea frugibus. Adde lib. 10. v. 39. ¶ Aliquando fruges ita usurpantur, ut fructus arborum excludant. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 51. et *de Senect.* c. 2. Nec fruges terræ, baccasve arborum natura dedisset, &c. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 36. et lib. 2. *Offic.* c. 3. *ad fin.* Ubertas frugum, et fructuum. ¶ Aliquando ut etiam legumina. *Id.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 62. Terra feta frugibus, et vario leguminum genere. ¶ Aliquando ut significent reliquos terræ fructus, frumento excepto. *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 8. leg. 12. Neque foliis, neque oleo, neque frumento, neque frugibus usurum. ¶ Fere tamen frumenta, et legumina comprehendunt. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 27. Non omnem frugem in omni agro reperire possis. *Id.* 1. *Offic.* c. 18. Fruges percipere. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. *extr.* serere. *Id. de Senect.* c. 15. Viriditas herbescens fundit frugem. *Curt.* l. 7. c. 4. Squalida siccitate regio non hominem, non frugem alit. *Cic. post redit. ad Quirit.* c. 8. Frugum ubertas, copia, vilitas. *Horat.* l. 3. od. 23. v. 3. horna fruge placare Lares. *Lucret.* l. 4. v. 1086. laticum frugumque cupido. *h. e.* cibi, et potus. ¶ *Minutæ fruges* apud *Cicer.* 5. *Verr.* c. 7. sunt legumina, si fides *Servio*, qui ita interpretatur ad l. 1. *Æn.* v. 182. Sed, opinor, fallitur, et intelligenda sunt frumenta minutioris grani, triticum, far, milium: nam ubicumque decumarum Siciliensium mentio fit, *frumentum* a *Cicer.* nominatur. Nisi malis dicere, omnia ibi grana intelligi, quæ e terra nascuntur, quia si cum arborum fetibus comparentur, minuta sunt. Porro *Cicer. loc. cit.* verba sunt L. Octavio, C. Cottæ coss. Senatus permisit, ut vini, et olei decumas, et frugum minutarum, quas ante te quæstores in Sicilia vendere consuessent, Romæ venderent. Sic *Ammian.* l. 23. c. 6. (*al.* 23.) Persis habitatur antiqua, minutis frugibus dives, et palmite. ¶ Translate *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) Illud ingeniorum velut præcox genus, non temere unquam pervenit ad frugem. *at maturity; so as to produce fruit. Cic. pro Cœl.* c. 31. *ad fin.* Quæ in adolescentia, tanquam in herbis, significant, quanta virtutis maturitas, et quantæ fruges industriæ sint futuræ. *Sever. in Ætna*, v. 272. Implendus sibi quisque bonis est artibus: illæ sunt animi fruges. ¶ Quia *fruges* sunt optimum, quod terra creat, ut ait *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 8. ideo sæpe de re optima dicuntur. *Pers.* sat. 5. v. 64. Cultor enim juvenum purgatas inseris aures Fruge Cleanthea. *h. e.* optimis præceptis moralis philosophiæ ex disciplina Cleanthis. *Horat. in ar. Poet.* v. 341. Centuriæ seniorum agitant expertia frugis. *h. e.* carmina vacua, et inania moralis institutionis, rerumque seriarum. ¶ Sæpe refertur ad rectam honestamque vivendi rationem. *Cic. pro Cœl.* c. 12. Emersisse aliquando, et se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse. *Plaut. Trin.* 1. 2. 81. Quin adolescentem, quem esse corruptum vides, restituis? quin ad frugem corrigis? et *Bacch.* 4. 10. 10. ad frugem compellere. et *Trin.* 2. 1. 34. Ad frugem applicare animum. *Id. Pœn.* 4. 2. 70. frugem facere. *to act uprightly. Gell.* l. 13. c. 27. Multa ad bonam frugem ducentia, in eo libro scripta sunt. ¶ Item ad ingenium, facultatem, artem, scientiam. *Apul.* l. 6. *Metam.* Videris mihi tantum sedulo ministerio amatores tuos promereri; jam ego et ipsa frugem tuam periclitabor. *your ability.* ¶ Hinc est *homo frugi*, de quo V. *Frugi*. ¶ In recto singulari rarum est, et antiquum. *Enn.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 724. *Putsch.* Si jam data sit frux. *Id. ibid.* Dictum factumque facit frux. *h. e.* homo frugi. *Auson. in monosyllab. de cibis.* Spicea frux. ¶ *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 46. docet, ut *hæc avis, ovis*, sic *hæc frugis* secundum consuetudinem dici. Nullum tamen præterea hujus rei exemplum vidimus.

FU

FU, V. *Phu.*

FUAM, as, at, pro *sim*, vel *fuerim*, poeticum est, et fere Comicum. Docent Grammatici, esse ab antiquo *fuo* pro *sum*, a φύω: unde præteritum *fui*. *Lucret.* l. 4. v. 638. aliis fuat acre venenum. *Virg.* 10. *Æn.* v. 108. Tros, Rutulusve fuat, nullo discrimine habebo. *Terent. Hecyr.* 4. 3. 4. Fors fuat pol. *Plaut. Mil.* 2. 6. *in fi.* Ibo intro, ne, dum absum, illis sortito fuam. *Id. Capt.* 2. 3. 71. Caveto, mihi iratus fuas. *Id. Pseud.* 4. 3. 12. Ne capti prædones fuant. *In veteri plebiscito* apud *Censorin.* c. 24. Prætor urbanus, qui nunc est, quique posthac fuat. Adde *Pacuv. Titinn.* &c. apud *Non.* c. 2. n. 330. ¶ Legitur et *fueret* pro *esset*. *Lucret.* l. 3. v. 849. In dubio fueret, utrorum, &c. ¶ Pro *fui* in præter. *fuvi* dixit *Enn.* metri causa, opinor, apud *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 42. Nos sumu' Romani, qui fuvimus ante Rudini. *Id.* apud *Gell.* l. 12. c. 4. magnam cum lassu' diei Partem fuvisset. *Plaut. Pœn. prol.* v. 110. Quo genere nata, qui parentes fuverint. Al. leg. *fuerint.*

FUCÆ, arum, f. *spots, or specks, on the face. Colum.* l. 10. v. 125. Ponitur et lactis gustum quæ condiat herba; Dejectura quidem fronti data signa fucarum: Vimque suam idcirco profitetur nomine Graio. Ita quidam Lexicographi, et interpretantur maculas in facie. Sed legendum est *fugarum*: et est metonymia. Loquitur enim *Colum.* de herba *lepidio*, quæ vim habet tollendi stigmata inusta in frontibus servorum fugitivorum: ut *Plin.* docet lib. 20. c. 17. unde et nomen habet. nam λεπὶς, squamam, et ulcus cutis significat. *Fugarum* in plurali dixit etiam *Sil.* l. 17. v. 148. V. *Fuga.*

FUCĀTE, adverb. cum fuco. *Auson.* in prosa post *Edyl.* 3. *ad Hesper. fil.* Fucatius concinnata carmina.

FUCĀTUS, a, um, *coloured, painted, dyed, stained*, fuco illitus, φυκωθεὶς. *Virg.* 4. *Georg.* v. 334. Milesia vellera Nymphæ Carpebant, hyali saturo fucata colore. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 14. Non loricam Germano, nec galeam, sed tenues et fucatas colore tabulas. *Quintil.* l. 8. *in proœm. a med.* Corpora vulsa et fucata muliebriter. *Horat. Epod.* 12. v. 11. Color stercore fucatus crocodili. ¶ Translate est simulatus, fictus, fallax, *counterfeited, feigned, pretended, false, fucated.* cui opponitur simplex, sincerus, verus. *Cic. de Amic.* c. 25. Secernere fucata et simulata a sinceris et veris. *Id. de clar. Orat.* c. 9. Succus ille et sanguis incorruptus usque ad hanc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor. *Id. in Orat.* c. 23. Fucati medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur: elegantia modo et munditia remanebit. *Id. pro Planc.* c. 12. Hæc sunt signa probitatis, non fucata forensi specie, sed domesticis inusta notis veritatis. et cap. 9. fucatus et fallax. *Id. pro Mur.* c. 12. Iisdem ineptiis fucata sunt illa omnia: quando te in jure conspicio, &c. *Plin.* l. 34. c. 8. *a med.* Puer subdolæ ac fucatæ vernilitatis. *Gell.* l. 13. c. 26. Versus Homeri simplicior et sincerior, Virgilii, quodam quasi ferrumine immisso, fucatior.

FUCĪLIS, falsa: dicta quasi fucata. *Festus.*

FUCĪNUS, i, m. hod. *Lago di Celano, di Marso, di Tagliacozzo*, lacus Latii, in finibus Marsorum. *Virg.* 7. *Æn.* v. 759. Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus unda, Te liquidi flevere lacus.

FUCO, as, avi, atum, a. 1. *to colour, paint, dye, stain*, φυκόω, fuco inficio, tingo, pingo, factitium colorem induco. *Virg.* 2. *Georg.* v. 465. Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 487. Composita est aliis fucandi cura coloris. *of painting, colouring.* Al. leg. *fuscandi. Nemesian. in Cyneg.* v. 309. pinnas vario fucare veneno. ¶ Translate *Gell.* l. 7. c. 14. Unumquodque genus (*dicendi*) cum caste pudiceque ornatur, fit illustrius: cum fucatur atque prælinitur, fit præstigiosum. *is embellished too much.* [¶ Particip. *fucans* apud *Claudian. de laud. Stilich.* lib. 2. v. 350. Spumis fucantem Serica frena Sanguineis flectebat equum.]

FUCŌSUS, a, um, *coloured, painted, counterfeit, showy*, φυκωθεὶς, fucatus, fictus, non sincerus, adulteratus: quasi fuco abundans. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 13. Merces fallaces et fucosæ, chartis, et linteis, et vitro delatæ. *Id. Attic.* l. 1. ep. 18. Illæ ambitiosæ nostræ fucosæque amicitiæ sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent. *insincere.*

FUCUS, ci, m. *a marine shrub (according to some the same with red alkanet,) from which they made a dye or paint*, φῦκος, frutex marinus triplicis generis, ut describit *Plin.* l. 13. *c. ult.* quo circa Cretam nascente purpuras quoque inficiunt. *Id.* l. 26. c. 10. *ad fin.* docet, in facienda purpura moris fuisse, ut antequam conchylii color induceretur, hujus fruticis tinctura lana imbueretur. ¶ Hinc factum est aliquando nomen ipsi purpuræ. *purple. Valer. Flacc.* l. 1. v. 427. Illis Tænario pariter tremit ignea fuco Purpura. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 222. Tyrio rubentia fuco terga. *Tibull.* l. 4. el. 2. v. 15. cui mollia caris Vellera det fucis bis madefacta Tyros. ¶ Sæpius colori purpuram imitanti. *Plin.* l. 22. c. 2. Infici vestes scimus admirabili fuco. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 27. qui Sidonio contendere callidus ostro Nescit Aquinatem potantia vellera fucum. ¶ Item generatim cuicumque colori non sincero et naturali, sed factitio et arte inducto ad verum imitandum, qualis est v. gr. quo mulieres faciem tingunt ad augendam pulcritudinem, &c. *paint, dye, fucus; a false colour. Propert.* l. 2. el. 14. v. 27. An, si cæruleo quædam sua tempora fuco Tinxerit, idcirco cærula forma bona est? *Quintil.* l. 2. c. 15. Mangones, qui colorem fuco mentiuntur. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 118. Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt. *Plin.* l. 31. c. 7. *a med.* Adulteratur, tingiturque rubrica, aut plerumque testa trita: qui fucus aqua deprehenditur diluente factitium colorem. ¶ Invenitur etiam simpliciter positum pro colore. *a colour. Lucret.* l. 2. v. 740. Nam cum cæcigeni cognoscant corpora tactu, Ex ineunte ævo nullo contincta colore; Scire licet, menti quoque nostræ corpora posse Verti in notitiam nullo circumlita fuco. ¶ Translate dicitur de quovis ornamento extrinseco, levi, simulato, et in speciem quidem pulcro, sed quod facile deprehendatur. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 52. His tribus figuris insidere quidam venustatis non fuco illitus, sed sanguine diffusus debet color. et lib. 2. c. 45. Sententiæ tam veræ, tam novæ, tam sine pigmentis fucoque puerili. *Quintil.* l. 8. c. 3. Sed hic ornatus (*orationis*) non fuco eminentem colorem amet; sanguine et viribus niteat. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 83. mercem sine fucis gestat; aperte, Quod venale habet, ostendit. ¶ Item pro simulatione, et fallacia. *pretence, disguise. Cic. Attic.* l. et ep. 1. Prensat unus P. Galba sine fuco ac fallaciis, more majorum. *Q. Cic. de petit. Consul.* c. 9. Si eum qui tibi promiserit, fucum, ut dicitur, facere audieris. *should colourably deceive you.* (Adde *Terent. Eun.* 3. 5. 41.) *Plaut. Capt.* 3. 3. 6. Nec sycophantiis, nec fucis ullum mantellum obviam est. ¶ Est etiam *fucus* genus insecti, apis similitudine. *a drone-bee. Plin.* l. 11. c. 11. Sunt autem fuci sine aculeo, velut imperfectæ apes, novissimæque, a fessis et jam emeritis inchoatæ, serotinus fetus, et quasi servitia verarum apium. quamobrem imperant iis, &c. cum mella cœperunt maturescere, abigunt eos, &c. nec id genus, nisi vere conspicitur. *Virg.* 4. *Georg.* v. 244. Immunisque sedens aliena ad pabula fucus. et vers. 167 agmine facto, Ignavum, fucos, pecus a præsepibus arcent. Adde *Colum.* l. 9. c. 15. ¶ Denique sic dicitur genus glutinis, quo apes alvearia circumlinunt: fortasse, quia ceram colore imitatur. *Virg.* 4. *Georg.* v. 38. tenuia cer

Spiramenta linunt, fucoque et floribus oras Explent. *Servius* ait, esse genus herbæ, unde tinguntur vestes.

FUE, *an interjection expressing rifting*, interjectio ructum emittentis. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 37. Quam confidenter loquitur! fue. *Tr.* At te Jupiter, diique omnes perdant! oboluisti allium.

FUĔREM. V. in *Fuam.*

FUFIDIĀNUS, a, um, ad Fufidium (nomen civis R.) pertinens, ut Fufidiani coheredes, *Cic. Attic.* l. 11. epist. 13.

FUGA, æ, f. *flight; a running away*, φυγή, fugiendi actus: a voce Græca allata. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 21. Mitto illam fugam ab urbe turpissimam. et ep. 20. Hortari ad fugam. et *ibid.* Fugam intercludere. *Nep. in Datam.* c. 2. Fuga periculum evitare. *Id. in Annib.* c. 11. Fuga salutem petere. *Id. in Agesil.* c. 4. Ex fuga conjicere se in templum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 11. Fuga se ad aliquem recipere. et cap. 52. Hostium acies in fugam convertitur. et lib. 2. c. 23. Hostes in fugam dare. et *Justin.* l. 16. c. 2. agere. et *Liv.* l. 7. c. 34. movere. *to put to flight. Virg. Æn.* 12. v. 367. fugam dant nubila cælo. *fly. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 24. Aliam in partem fugam petere. et cap. 11. In fuga sibi subsidium ponere. et cap. 12. Ex terrore et fuga se recipere. et lib. 7. c. 26. Fugam capere. *Hirt. de B. African.* c. 34. Commendare se fugæ. *Vellei.* l. 2. c. 72. Fugæ se committere. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 23. Dare se incertæ et periculosæ fugæ. *Id.* 6. *Verr.* c. 43. *ad fin.* Dare se in fugam. *Id. pro Cæl.* c. 26. *ad fin.* In fugam se conjicere. et *pro Cæcin.* c. 8. se conferre. *Id.* 7. *Attic.* ep. 23. et 24. Esse in fuga. *to fly. Id. pro Rabir. perduell.* c. 8. In fugam impellere. et *pro Dom.* c. 25. Facere fugam. *to put to flight.* Contra *Sallust. in Jug.* c. 57. Numidæ fugam faciunt. *fly. Virg.* 1. *Æn.* v. 141. fugam maturare. et lib. 9. v. 378. celerare in silvas. et lib. 2. v. 109. moliri. *Cic. Attic.* l. 7. *ep. ult.* parare. *Virg.* 2. *Æn.* v. 640. agitare. et lib. 9. v. 719. immittere alicui fugam. *h. e.* fugiendi cupiditatem. *consternation, confusion. Liv.* l. 7. c. 37. *ad fin.* et *Curt.* l. 5. c. 12. intendere. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 272. rapere. *h. e.* celeriter capere. et l. 8. v. 144. sistere. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 511. inhibere. *Cic. Attic.* l. 7. *ep. ult.* reprimere. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 8. terga præbere fugæ. *Liv.* l. 10. c. 44. Consternari in fugam. ¶ In plurali num. *Sil.* l. 17. v. 148. notusque fugarum Vertit terga citus damnatis Asdrubal ausis. *h. e.* notus quia non semel fugerat. ¶ Sumitur et pro discessu a patria, et exsilio. *exile, banishment. Cic.* 3. *de Orat.* c. 3. Cum sibi non incolumem fortunam, sed exsilium et fugam deprecaretur. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 8. v. 68. Vos eritis nostræ portus et ara fugæ. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 64. Quoties fugas et cædes jussit Princeps. Hinc *lata fuga*, de qua V. in *Exsilium.* ¶ Item pro cursu. *speed. Virg.* 1. *Æn.* v. 321. volucremque fuga prævertitur Hebrum. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 584. tali se concitat ardens In juga senta fuga. *Horat.* l. 3. *od. ult.* v. 5. Annorum series, et fuga temporum. *Virg.* 4. *Æn.* v. 430. Exspectet facilemque fugam, ventosque ferentes. *h. e.* navigationem. *Id.* 7. *Æn.* v. 23. Neptunus ventis implevit vela secundis, Atque fugam dedit. *added speed.* Adde *Sil.* l. 3. v. 308. ¶ Item pro evitatione, declinatione. *an avoiding, eluding. Liv.* l. 3. c. 67. Hanc ignominiam vel exsilio, vel morte, si alia fuga honoris non esset, vitassem. *Cic. pro Mur.* c. 4. Fuga laboris desidiam coarguit. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 29. morbi. *Id. in ar. Poet.* v. 31. culpæ. *Virg.* 4. *Georg.* v. 443. ubi nulla fugam reperit pellacia. *Cic. in Orat.* c. 45. Axilla Ala factus est, fuga litteræ vastioris. ¶ *Fugæ, arum*, V. in *Fucæ.*

FUGACĬTER, *like persons fleeing or running away*, sæpe et facile fugiendo. *Liv.* l. 28. c. 8. Vix rationem iniri posse, utrum ab se audacius, an fugacius ab hostibus geratur bellum.

FUGALĬA, um, φύγια, festa, quæ Romæ celebrabantur sub finem Februarii post Terminalia, in memoriam fugatorum regum, effusa omni licentia turpitudinis, ut ait *Augustin.* l. 2. *de Civ. Dei*, c. 6. ¶ Alii censent, fuisse sacra, quæ exsules in Jovis honorem faciebant, quia Ζεὺς φύγιος præses exsulum habebatur, qui φυγάδες appellantur a φεύγω, fugio.

FUGĀTOR, oris, qui fugat. *Tertull. in carm. advers. Marcion.* l. 5. c. 10. Mundator carnis seræ, mortisque fugator.

FUGĀTRIX, icis, f. quæ fugat. *Tertull. advers. Gnost.* c. 12. Dilectio fugatrix timoris.

FUGĀTUS, a, um, *routed, discomfited, driven away, put to flight. Cic.* 3. *Offic.* c. 31. *extr.* Latini fusi, et fugati. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 68. Fugato equitatu. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 14. v. 59. et *Valer. Flacc.* l. 5. v. 234. Fugatus patria sede. *banished. Lucret.* l. 3. v. 48. longe fugatus ex hominum conspectu.

FUGAX, acis, *apt to flee, running away, fugacious*, φευκτικός, qui facile fugit. *Virg.* 10. *Æn.* v. 725. Fugax caprea. et lib. 9. v. 591. feras terrere fugaces. *Liv.* l. 5. c. 28. Ignavissimus et fugacissimus hostis. ¶ Item simpliciter fugiens. *Horat.* l. 3. od. 2. v. 14. Mors et fugacem consequitur virum. et od. 3. v. 12. Lympha fugax. *a running stream.* ¶ Est etiam convicium servi fugitivi. *Plaut. Pers.* 3. 3. 16. Perenniserve, lurco, edax, furax, fugax. ¶ Item velox, celer. *swift, fleet. Ovid.* 13. *Metam.* v. 807. ventis volucrique fugacior aura. ¶ Translate est cito præteriens, cito finem habens. *fleeting, fading, decaying, transient. Horat.* l. 2. od. 14. v. 1. Fugaces labuntur anni. *Plin.* l. 15. c. 12. *de persicis.* Non aliud pomum fugacius. *Cic. Fam.* 10. ep. 12. *ad fin.* Hæc omnia, quæ habent speciem gloriæ, brevia, fugacia, caduca existima. *Al. leg.* fucata. *Plin. in carm.* l. 7. ep. 4. Fugaces blanditiæ. *Senec.* ep. 74. *circa med.* Fugacissima bona. ¶ Item devitans, declinans. *Id.* 4. *de benef.* c. 32. Fugacissimus gloriæ. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 10. v. 38. Sollicitæque fugax ambitionis eram. et lib. 3. el. 2. v. 9. fugax rerum, securaque in otia natus.

FUGĔLA, æ, f. *flight*, φυγή, idem quod fuga, cursus, vel potius studium fugiendi: ea forma, qua *tutela, cautela*, et similia. *Cato* apud *Priscian.* l. 3. pag. 601. *Putsch.* Ab optimis artibus fugit quam maxima fugela, perpetuissimo curriculo. *Apul. in Apolog.* Ab iis nunc magna fugela in ganeum fugit.

FUGĬENS, entis, *flying or running away, shunning, avoiding*, φεύγων, qui fugit, et declinat. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 69. Nemo erat adeo tardus, et fugiens laboris. *so idle. Terent. Andr.* 5. 4. 33. Fugiens bellum. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 46. pauperiem. *Id.* l. 3. od. 29. v. 47. Fugiens hora. *h. e.* cito præteriens. *passing away quickly, transitory.* Sic *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 43. Fugiens ætas. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 108. meus amor Transvolat in medio posita et fugientia captat. h. e. res fugaces, et capi difficiles. ¶ *Mensis fugiens, h. e.* ad finem properans. *the latter end of the month. Ovid.* 5. *Fast.* v. 186. ¶ *Dies fugiens*, h. e. vesper. *the evening. Senec. in Thyest.* v. 614. et Dies veniens. *the morning. Id. ibid.* ¶ Oculi fugientes. V. *Labens.* ¶ *Propert.* l. 4. eleg. 6. v. 15. Est Phœbi fugiens Athamana ad litora portus. *h. e.* recedens, secedens: simile illi *Maronis Æn.* 1. v. 163. Est in secessu longo locus: insula portum Efficit objectu laterum. ¶ *Vinum fugiens* est quod non fert ætatem, sed cito corrumpitur. *wine that will not keep. Cic.* 3. *Offic.* c. 23. ¶ Ut Græci φεύγοντα reum vocant, ut φεύγοντα φόνου, reum cædis; ὕβρεος, injuriæ (ubi videtur subaudiri δίκην) quia qui revera sunt rei, judicium declinant; ita *fugientem* pro reo posuit *Justinian.* lib. 2. *Cod.* tit. 59. leg. 2.

FUGĬO, is, gi, a. 3. *to flee or fly, run away, escape*, φεύγω, cursu et celeriter discedo: a Græca voce allata, extrita priori vocali diphthongi. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 53. Nec prius fugere destiterunt, quam ad flumen Rhenum pervenerunt. et l. 7. c. 66. Fugere in provinciam Romanos. et l. 3. *B. Civ.* c. 29. Otacilius oppido fugit, et ad Pompeium pervenit. *Petron. in Satyr.* c. 7. Per medium lupanar fugere cœpi in aliam partem. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 107. Fugere e conspectu. *Petron. in Satyr.* c. 136. Fugere ad cælum. *Cic. Fam.* 10. ep. 14. ex prœlio. *Martial.* l. 9. epigr. 90. Aper fugit de cavea. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 5. v. 66. Fugere a patria. *Plaut. Pers.* 3. 3. 30. Extemplo a foro fugiunt. *Plin.* l. 35. c. 3. Fugiens a Corintho injuriam tyranni. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 22. Teucer Salamina, patremque Cum fugeret. *Id.* l. 1. sat. 4. v. 34. Fœnum habet in cornu: longe fuge. *Curt.* l. 8. c. 14. *a med.* Fugere acrius cœpit. *Id.* l. 7. c. 2. Miser, quo, aut unde fugiebas? *Terent. Adelph.* 4. 1. 22. Fugere intro. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 147. Fugere equo. *on horseback. Id.* l. 8. v. 426. rate. ¶ Ponitur et pro simplici curro, celeriter prætereo, feror. *Virg.* 3. *Georg.* v. 284. Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. *Senec.* epist. 108. *a med.* Nunquam Virgilius diem dicit ire, sed fugere, quod currendi genus concitatissimum est. *Senec. in Herc. Fur.* v. 994. medio spiculum collo fugit, vulnere relicto. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 135. et pectus arundo Per medium contenta fugit. *Stat. Theb.* 9. v. 770. nullum sine vulnere fugit Missile. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 103. ratis fugit omne Crobiali latus. *h. e.* præternavigat. Adde *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 35. ¶ Significat etiam devitare, declinare, recusare, *to avoid, shun. Cic.* 5. *Verr.* c. 43. Sentio, judices, moderandum mihi esse jam orationi meæ, fugiendamque vestram satietatem. *Id. in Orat.* c. 56. Vitiosum genus longæ animi oratione fugiendum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 19. Fugere concilia conventusque hominum. *Liv.* l. 8. c. 33. judicium Senatus. *Id.* l. 9. c. 1. aliquem judicem. *Terent. Heaut.* 1. 1. 114. laborem. *Id. Andr.* 4. 4. 27. nuptias. *to be averse to. Ovid.* 14. *Metam.* v. 287. data pocula. *to refuse.* ¶ Item cavere, omittere, *to forbear, neglect, omit*, cum infinito. *Horat.* l. 1. od. 9. v. 13. Quid sit futurum cras, fuge quærere. *Tibull.* l. 1. el. 4. v. 69. O fuge te teneræ puerorum credere turbæ. *Ovid. Her.* ep. 9. v. 75. Non fugis, Alcide, victricem mille laborum Rasilibus calathis imposuisse manum? *h. e.* non aspernaris? non abhorres? ¶ Pro confugere, *to recur or have recourse to*, *Petron. in Satyr.* c. 132. Ad verba, magis quæ poterant nocere, fugi. ¶ Pro evanescere, abire, perire, *Valer. Flacc.* l. 3. v. 179. jam candor, et anni Deficiunt, vitâque fugit decus omne soluta. *Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 27. Fugerat ore color: macies adduxerat artus. *had fled from. Id.* 2. *de ar. am.* v. 556. fugit ab ore pudor. ¶ *Hoc me fugit* est, me latet, memoria excidit, ignoro. *Cic.* 7. *Attic.* ep. 18. De Dionysio fugit me ad te antea scribere. *it escaped me; I forgot.* et l. 12. ep. 42. Illud alterum quam sit difficile, te non fugit. *you are well aware.* et l. 1. *de Orat.* c. 59. *extr.* Non fugisset hoc Græcos homines, si ita necesse esse arbitrati essent. *Id. pro Leg. Manil.* c. 10. *extr.* Nullam rem esse in usu militari positam, quæ hujus viri scientiam fugere possit. *Gell.* l. 1. c. 18. *extr.* Ea res fugit Varronis memoriam. *escaped.* ¶ *Fugere aciem, visum* dicuntur, quæ cerni non possunt. *to escape the sight; not to be seen. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 22. Tanta est animi tenuitas, ut fugiat aciem. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 10. Delphin fugiet visus nocte sequente tuos. ¶ Particip. *fugiturus. Petron. in Satyr.* c. 117. Se aut projecturum sarcinas, aut cum onere fugiturum. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 47. Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires. Adde *Plin.* l. 9. c. 59. et *Stat. in fin.* silv. 3. l. 2. ¶ Pænultima præteriti corripitur ab *Albinov.* el. 2. v. 23. Sic illi vixere, quibus fuit aurea virgo, Quæ bene præcinctos postmodo pulsa fugit. Nisi dicas esse tempus pro tempore. ¶ Passive impersonaliter, *Lucan.* l. 1. v. 504. sic urbe relicta In bellum fugitur. *Stat.* 2. *Achill.* v. 424. Nunc caput aerii scandentem prendere montis, Quo fugitur per plana gradu. *h. e.* curritur, properatur. ¶ Personaliter *Stat.* 7. *Theb.* v. 139. sic litora vento Incipiente fremunt, fugitur cum portus ubique. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 11. Mors fugitur, vita expetitur. Adde *Auctor. ad Herenn.* l. 4. c. 38. *extr. Stat. Theb.* 4. v. 285. *Lucan.* l. 1. v. 166.

FUGĬTANS, antis, adject. *fleeing from, shunning, avoiding. Terent. Phorm.* 4. 3. 18. Herus meus liberalis est, et fugitans litium. *cannot endure.*

FUGITĬVARĬUS, ii, m. *one employed to catch and bring back fugitive slaves.* Fugitivarii apud antiquos fugitivorum servorum conquisitores erant, qui eam operam profitebantur, ut fugitivos investigatos reducerent. *Flor.* l. 3. c. 19. Qui per fugitivarios retrahi debuissent. ¶ Translate dicitur de quocumque, qui rem fugientem cohibet, et persequitur. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 14. *de cochleis.* Aqua, inquam, claudendæ, ne fugitivarius sit parandus. *idest*, ne si locus fugæ pateat cochleis, cogaris postea, tanquam fugitivos servos, sic cochleas fugitivas persequi, et uti ministerio fugitivariorum.

FUGITĪVUS, a, um, *fugitive, running away*, δραπέτης, qui fugit. *Terent. Heaut.* 4. 2. 11. Retraham me ad illud fugitivum argentum. *Cic.* 6. *Verr.* c. 50. Neque tam fugitivi illi a dominis, quam tu a jure et legibus. *Flor.* l. 3. c. 1. Jugurtha finium suorum regnique fugitivus. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 113. teque ipsum vitas fugitivus et erro. *Plin.* l. 9. ep. 28. Polliceris, futurum te fugitivum rei familiaris, statimque ad nos evolaturum. *that you will abandon your own private interests. Ovid. de remed. amor.* v. 643. fugitivus amor. *Al. leg.* finitus. *Martial.* l. 7. epigr. 46. Fugitiva gaudia. *Plin.* l. 18. c. 16. In tantum columbis grata, ut pastas ea negent illius loci fugitivas fieri. ¶ *Fugitivus servus* dicitur, qui a domino ea mente recedit, ne ad eum redeat, etiamsi, mutato postea consilio, ad eum revertatur, ut ex *Cælio* docet *Ulpian. Digest.* lib. 21. tit. 1. leg. 17. qua in lege multa hac de re. *a runaway slave. Cic.* 5. *Tusc.* c. 22. Vivebat cum fugitivis, cum facinorosis, cum barbaris. *Liv.* l. 38. c. 38. Servos seu fugitivos, seu bello captos reddito Romanis. ¶ Dicitur aliquando de milite fugiente, qui fere aut *perfuga*, aut *transfuga* appellatur. *a deserter. Claud. Saturnin.* lib. 48. *Dig.* tit. 19. leg. 16. Tempus discernit emansorem a fugitivo. Adde *Liv.* l. 30. c. 43. *extr.*

FUGĬTO, as, avi, atum, n. 1. *to endeavour to flee*, δραπετεύω, frequentativum a *fugio. Terent. Eun.* 5. 2. 7. Ita miserrimus fui fugitando, ne quis me cognosceret. ¶ Item declino, devito, *to avoid, shun, eschew. Phædr.* l. 1. fab. 2. v. 25. Fugitare necem. *Plaut. Capt.* 1. 2. 53. Fugitant omnes hanc provinciam. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 28. Qui quæstionem fugitant, bona possident. ¶ Est etiam frequentativum a *fugo*: rarum tamen. *Auct. prol. Pseud. Plaut.* v. 7. Semper odistis malos, et lege et legionibus hos fugitastis, Quirites, successis bonis.

FUGĬTOR, oris, m. *a fleer or runner away*, qui fugit. *Plaut. Trin.* 3. 2. 97. Credo, acrem fugitorem fore.

FUGO, as, avi, atum, a. 1. *to put to flight, rout, discomfit*, τρέπω εἰς φυγήν, in fugam aliquem converto, et fugientem insequor, expello, ejicio. *Cic. de Harusp. resp.* c. 4. Armatum civem, qui lapidibus, qui ferro alios fugaret. *Id. pro Cæcin.* c. 12. Qui homines inermes armis, viris, terrore repulerit, fugarit, averterit. *Sallust. in Jug.* c. 62. Numidas maxuma vi cædere, fundere atque fugare. et cap. 24. Hostes semisomnos fugare et fundere. *Vellei. in fin.* cap. 46. l. 2. Ut Parthos in Syriam transgressos fugaret ac funderet. *Horat.* l. 3. od. 21. *extr.* Dum rediens fugat astra Phœbus. *Id. in art. Poet. in fin.* Indoctum doctumque fugat recitator acerbus. *Propert.* l. 3. el. 2. v. 11. Annibalemque Lares Romana sede fugantes. *Lucan.* l. 8. v. 93. cunctosque fugavi A causa meliore deos. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 8. Fugare flammas a classe. *to drive away, ward off. Id.* 3. *de ar. am.* v. 637. fugat e templis oculos Bona diva virorum. *Id. in Ibin*, v. 175. In loca ab Elysiis diversa fugabere campis. *Id.* 9. *Metam.* v. 501. nostro vetitus de corde fugabitur ardor. *Id. de medic. fac.* v. 78. Fugare maculas ore. *h. e.* ab ore. *Id.* 3. *ex Ponto*, ep. 5. v. 21. nisi me mea Musa fugasset.

h. e. in exsilium pepulisset. Id. 1. Metam. v. 469. Fugare amorem. ¶ Pro jacere, jaculari, *to hurl, throw, cast*. Sil. l. 2. v. 90. celsis senior Gortynia muris Tela sonante fugat nervo, liquidasque per auras Dirigit aligero letalia vulnera ferro. [¶ Particip. *fugaturus, fugandus* apud Ovid. Heroid. ep. 18. v. 111. Jamque fugatura Tithoni conjuge noctem. et de remed. Amor. v. 558. Ex omni parte fugandus amor.]

FULCIMEN, inis, n. idem quod fulcimentum. Ovid. 6. Fast. v. 269. Terra pilæ similis, nullo fulcimine nixa.

FULCIMENTUM, ti, n. *a prop, stay, support, rest, fulciment*, ἔρεισμα, quod aliquid fulcit et sustinet. Solin. c. 20. (al. 33.) Ut dum fera assuetis fulcimentis innititur, faciat ruinam. Al. leg. fulmentis. Cels. l. 2. c. 15. Uni pedi lecti fulcimentum subjicere. Al. leg. funiculum. Macrob. l. 7. Saturn. c. 9. Desertum fulcimentis suis labitur in ruinam. Ulpian. Dig. lib. 33. tit. 7. leg. 12. circa med. Fulcimenta, si qua habebat huic rei necessaria.

FULCĬO, is, lsi, ltum, a. 4. *to prop, support, uphold, sustain, bear up*, ἐρείδω, ὑποστηρίζω, sustento, firmo. Cic. 4. Acad. c. 24. Fulcire porticum. Virgil. 4. Æn. v. 247. Atlas, cælum qui vertice fulcit. Plin. l. 36. c. 13. Fulcire aliquid trabibus. Id. l. 11. c. 10. Ruentes ceras fulciunt pilarum intergerinis a solo fornicatis. Martial. l. 2. epigr. 43. Fulcitur testa fagina mensa mihi. Apud Plaut. Cas. 5. 2. 10. *fulcire* pertinet ad componendum in lecto corpus, supponendo v. gr. pulvinaria, quibus fultum apte jaceat. ¶ Translate Cic. de Harusp. resp. c. 27. extr. Vix hæc, si undique fulciamus, jam labefacta, vix, inquam, innixa omnium nostrum humeris cohærebunt. Id. post redit. in Sen. c. 8. Horum consulum ruinas vos consules vestra virtute fulsistis. Liv. l. 40. c. 12. Ficto argumento vanam criminationem fulcire. Cic. pro Rab. Post. c. 16. Veterem amicum suum labentem excepit, corruere non sivit, fulsit et sustinuit re, fortuna, fide. Id. Attic. l. 5. in fi. Thermum, ut rogas, creberrimis literis fulcio. *I keep in the same mind*. Propert. l. 4. el. 11. v. 94. serie fulcire genus. h. e. prole sustentare familiam. *to keep up, preserve*. Sic Plin. l. 4. ep. 21. Unus ex tribus liberis superest, domumque pluribus adminiculis ante fundatam, fulcit, ac sustinet. Lucret. l. 3. v. 125. non æquas omnia partes Corpora habere, neque ex æquo fulcire salutem. ¶ Eleganter de cibis dicitur, qui vires reparant, et corpus sustentant. Lucret. l. 2. v. 1146. et l. 4. v. 865. et Colum. l. 6. c. 24. a med. Sic Senec. ep. 68. ante med. Fulcire stomachum cibo. Id. ep. 95. ante med. Vino fulcire venas cadentes. ¶ V. alia in Fultus. ¶ Præterit. *fulcivi* est cadentis Latinitatis. Vet. Inscript. sub Honor. et Theodos. apud Murator. pag. 466. n. 3. Cellam tepidariam .... arcuum duplici munitione fulcivit.

FULCIPEDĬA, æ, f. quid sit apud Petron. in fragm. Tragur. c. 75. non constat inter Criticos: et ipsa quoque lectio varia est. nam alii *falcipedia*, quasi pedes habens in modum fœnariæ falcis curvatos.

FULCĪTUS, a, um, *propped, supported*, fultus. Semibarbara vox. Cæl. Aurel. Tard. l. 2. c. 1. Et tunc fulciti ex utroque alarum latere, ministrorum officio, deambulationem tentent.

FULCRUM, cri, n. *a prop, stay, support, rest; what props, or supports, a couch; the foot or pillar on which a bed stands*, ἔρεισμα, ἑρμὶν, fulcimentum et speciatim illud, quo lectus sustinetur: a *fultum* sup. verbi *fulcio*. Sueton. in Claud. c. 32. Qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur. Adde Virg. Plin. Martial. Propert. Juvenal. Gell. Porro ex illo Juvenal. sat. 6. v. 22. sacri Genium contemnere fulcri, colligi potest, morem fuisse, ut quemadmodum in puppi navis signum Tutelæ sculpebatur, ita in fulcro conjugalis thori Genius. Vel *fulcrum* intellige ipsum lectum, ut apud Propert. l. 4. eleg. 7. v. 3. Cynthia namque meo visa est incumbere fulcro. ¶ Pro baculo, *a staff*. Ovid. 3. ex Pont. ep. 3. v. 13. Stabat Amor vultu, non quo prius esse solebat, Fulcra tenens læva tristis acerna manu. Al. leg. sceptra.

FULCTŪRA. V. Fultura.

FULGENS, entis, *shining bright, glistering, resplendent, fulgent*, splendens, στίλβων. Virg. Æn. 6. v. 490. fulgentiaque arma per umbras. et lib. 8. v. 593. fulgentes ære catervas. Sil. l. 11. v. 154. consul fulgentior ostro. Tibull. l. 4. carm. 1. v. 121. fulgens Tyrio subtemine vestis. Cic. Parad. 1. c. 4. Marmorea tecta, ebore et auro fulgentia. Tibull. l. 1. el. 2. v. 36. fulgens fax. *blazing, burning bright*. Horat. l. 2. od. 12. v. 14. lucidum fulgentes oculi. et lib. 3. od. 3. v. 42. fulgens Capitolium. ¶ Translate est clarus, illustris. *illustrious, famous, renowned*. Horat. l. 3. od. 16. v. 31. Fulgens imperio fertilis Africæ. Tacit. 4. Hist. c. 42. Fulgens sacerdotio. Vopisc. in Probo, c. 2. Pompeius tribus fulgens triumphis. Vellei. l. 2. c. 71. Fulgentissimus juvenis. et c. 64. M. Tullius fulgentissimo et cælesti ore. ¶ Est etiam fulgurans. V. Fulgeo.

FULGENTER, *resplendently*, fulgendo, λαμπρῶς. Plin. l. 10. c. 20. Gemmantes pavo expandit colores, adverso sole maxime, quia sic fulgentius radiant. ¶ Translate Id. l. 22. c. 2. Fulgentius instrui poterat luxuria.

FULGENTĬUS Placiades, seu Planciades, natione Afer floruit circa sæculum VI. Ejus sunt de Mythologia tres libri: item de Continentia Virgilii liber unus, et de expositione prisci sermonis: sed omnia duriore stilo scripta sunt, semibarbaro, nec ulli imitando: non tamen inerudito.

FULGĔO, es, lsi, n. 2. *to shine, be bright, glitter, glister*, στίλβω, fulgorem emitto, splendeo: a φλέγω, ut vult Voss. A splendeo quid differat, V. in eo verbo. Cic. 2. Catil. c. 3. Qui nitent unguentis, qui fulgent purpura. Horat. epod. 15. v. 1. cælo fulgebat luna sereno. Ovid. 1. Amor. el. 8. v. 10. puro fulget in orbe dies. Id. 1. Fast. v. 81. nova purpura fulget. Id. 4. Trist. el. 2. v. 27. Is, qui Sidonio fulget sublimis in ostro, Dux fuerat belli. ¶ Translate Nepos in Eumen. c. 1. Fulgebat jam in adolescentulo indoles virtutis. *shone conspicuous*. Horat. l. 3. od. 2. v. 18. Virtus intaminatis fulget honoribus. Senec. in Med. v. 209. quondam nobili fulsi patre. ¶ Significat etiam fulgurare. *to flash, lighten*, cum subita lux e nubibus erumpit. Cic. 2. de Divin. c. ult. Si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de cælo. Id. in Vatin. c. 8. et lib. 2. de nat. Deor. c. 25. ad fin. Jove fulgente, cum populo agi nefas esse. Valer. Flacc. l. 1. v. 622. picei fulsere poli. ¶ Hoc sensu antiqui *fulgĕre* dicebant, correpta pænultima, uti docet Sen. l. 2. quæst. natur. c. 56. quod Poetæ etiam alio sensu retinuerunt. Virg. 6. Æn. v. 827. paribus quem fulgere cernis in armis. Valer. Flacc. l. 8. v. 284. tot fulgere tædas. Adde Lucret. l. 5. v. 1094. et Pacuv. Acc. Lucil. apud Non. c. 10. n. 12. ¶ Etiam *fulgit* pro *fulget* dixere. Lucret. lib. 6. v. 159. Fulgit item, nubes ignis cum semina multa Excussere. Adde Lucil. et Pompon. apud Non. ibid. ¶ Item *fulgo* in prima persona, teste Priscian. lib. 8. pag. 838. Putsch. et lib. 9. pag. 866. ¶ Priscis *fulgere* significavit etiam ferire: unde *fulgur* dictum est. Ita Festus, qui hoc videtur dicere, de fulgurum ictu *fulgeo* fuisse usurpatum. ¶ Etiam *fulceo* pro *fulgeo* agnoscit Diomed. l. 1. pag. 369.

FULGERĀTOR. V. Fulgurator.

FULGESCO, is, n. 3. fulgeo. Jul. Firmic. lib. 1. cap. 4. ad fin. Solis radiatione fulgescere. et in fragm. Halieut. quod dedit Hesselius ad novam Ennii edition. p. 154. crebris nubes fulgescere flammis.

FULGĔTRA, æ, f. idem quod fulgetrum. Plin. l. 28. c. 2. a med. Fulgetras poppysmis adorare consensus gentium est.

FULGĔTRUM, tri, n. *a flash of lightning; lightning*, idem ac fulgur: a *fulgeo*. Plin. l. 2. c. 54. Fulgetrum prius cerni, quam tonitruum audiri, cum simul fiant, certum est. et c. 43. Si in nube luctetur vapor, tonitrua edi; si erumpat ardens, fulmina; si longiore tractu nitatur, fulgetra. Adde Senec. l. 2. quæst. nat. c. 56. ubi tradit, antiquam vocem esse: et pro ea *fulgurationem* magis esse in usu, innuere videtur.

FULGĬDUS, a, um, *shining bright, glittering, resplendent, fulgid*, στιλπνὸς, fulgens, splendens, micans. Lucret. l. 3. v. 364. Fulgida præsertim cum cernere sæpe nequimus Lumina, luminibus quia nobis præpediuntur. Claudian. l. 2. in Rufin. v. 351. acies ornatu fulgida Martis. h. e. fulgentes ære catervæ. Venant. Fortun. l. 8. carm. 5. sub fin. Fulgidior radio.

FULGĬNAS, atis, m. et f. qui est e Fulginia oppido. Cicer. in fragm. apud Priscian. l. 7. pag. 768. Putsch. C. Ancharius fuit e municipio Fulginate. et ibid. in præfectura Fulginate. ¶ *Fulginates, um*, sunt ejus oppidi cives. Plin. l. 3. c. 14.

FULGINĬA, æ, f. hod. *Fuligno*, oppidum Umbriæ, inter Perusiam et Spoletium ad radices Appennini. Sil. l. 8. v. 461. patuloque jacens sine mœnibus arvo Fulginia. Adde Inscript. apud Gruter. p. 347. n. 1.

[*FULGĬTRU, u, n. *lightning*, idem ac fulgetrum. Hygin. fab. 183. Hi (equi solis) funales sunt mares; feminæ jugariæ, Bronte, quæ nos tonitrua appellamus, Sterope, quæ fulgitrua. Muncherus tamen putat legendum *fulgetra*, nota hæc enim vox est, et a pluribus usurpata.]

FULGO, is. V. in Fulgeo.

FULGOR, oris, m. *brightness, splendour, effulgence, fulgour*, σέλας, fulgens et micans lux, splendor. Cic. 6. Verr. c. 32. Candelabrum e gemmis auroque perfectum, cujus fulgore collucere atque illustrari Jovis templum oportebat. Horat. l. 2. od. 1. v. 19. Fulgor armorum. Ovid. 11. Metam. v. 617. vestis. Id. 2. de ar. am. v. 721. oculorum. Plin. l. 7. c. 15. speculorum. et l. 11. c. 37. sect. 54. solis. et lib. 37. c. 7. carbunculi. ¶ Translate Ovid. l. 5. Trist. el. 12. v. 39. Nominis et famæ quondam fulgore trahebar. Plin. l. 7. c. 26. Pompeius æquavit Alexandri M. rerum fulgorem. Horat. l. 2. ep. 1. v. 13. Urit enim fulgore suo, qui prægravat artes Infra se positas. Vellei. l. 2. c. 4. avitus fulgor. h. e. avorum dignitas. Valer. Max. l. 8. c. 1. n. 11. Fulgor gloriæ. ¶ Est etiam fulgur. *a flash of lightning*. Cic. vertens Homeri versiculum l. 2. de Divin. c. 39. Prospera Jupiter his dextris fulgoribus edit. Lucret. l. 6. v. 169. fulgorem cernimus ante, Quam tonitrum accipimus. [¶ Significat etiam fulmen. Constantin. in Cod. Theodos. lib. 16. tit. 10. leg. 1. Si quid de palatio nostro, aut ceteris operibus publicis degustatum fulgore constiterit, quid portendat, ad nostram scientiam referatur.]

FULGŎRA, æ, f. dea fulguris, ut videtur, apud Augustin. l. 6. de Civ. Dei, cap. 10.

FULGUR, uris, n. *a flash of lightning; lightning*, σέλας, flamma inter nubes coruscans, quæ tonitru præcedere solet: a *fulgeo*. Differt a fulmine, quod fulmen est ignita exhalatio, fulgur est splendor fulminis. Cic. 2. de Divin. c. 19. Placet Stoicis, eos anhelitus terræ, qui frigidi sint, cum se in nubem induerint, ejusque tenuissimam quamque partem cœperint dividere atque disrumpere, idque crebrius facere et vehementius, tum fulgura et tonitrua exsistere: si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. ¶ Sed discrimen harum vocum non observatur, et fulgur interdum pro fulmine sumitur. Sueton. in Domit. c. 15. Continuis octo mensibus tot fulgura facta nuntiataque sunt, ut exclamaverit, feriat jam quem volet. Virg. 1. Georg. v. 488. Non alias cælo ceciderunt plura sereno Fulgura. ¶ *Fulgur condere* dicebatur Pontifex, cum ea, quæ fulmine icta essent, sub terra defoderet, quod certa precum formula fiebat. [† V. Fulguralis et Fulgurator.] Lucan. l. 1. v. 606. Arruns dispersos fulminis ignes Colligit, et terræ mœsto cum murmure condit, Datque locis numen. Juvenal. sat. 6. v. 586. aliquis senior, qui publica fulgura condit. ¶ Aliquando *fulgur* est fulgor. Claudian. de III. consul. Honor. v. 31. galeæ nec triste timentem fulgur. Lucret. lib. 2. v. 163. Tempore, quo solis pervolgant fulgura cælum. h. e. cum sol cælum lumine complet. [¶ Fulgur dium appellabant diurnum, quod putabant Jovis, ut nocturnum Summani. Hæc Festus in V. Dium. ¶ Fulgur provorsum appellatur, quod ignoratur noctu, an interdiu sit factum; itaque Jovi Fulguri (lege *Fulguratori*, aut *Fulgeratori*, aut *Fulguritori*) et Summano fit, quod diurna Jovis, nocturna Summani fulgura habentur. Festus in V. Provorsum.]

FULGURĀLIS, le, ad fulgura spectans, ut Libri fulgurales, qui tractant de fulmine condendo, et aliis ritibus. [† V. Fulgur et Fulgurator.] Cic. 1. de Divin. c. 33. Quod Hetruscorum declarant et haruspicini, et fulgurales, et rituales libri, nostri etiam augurales.

FULGŬRAT, abat, impers. 1. *to lighten, shine with flashes of lightning*, ἀστράπτει, est fulgur emittere. Cic. 2. de Divin. c. 18. In nostris commentariis scriptum habemus; Jove tonante, fulgurante, comitia populi habere nefas. Plin. l. 2. c. 54. Noctu sine tonitribus fulgurat. ¶ Et translate Cic. in Orat. c. 9. Qui si tenui genere uteretur, nunquam ab Aristophane Poeta fulgurare, tonare, permiscere Græciam dictus esset. Al. leg. fulgere. Quintil. tamen eadem verba referens in fi. c. 16. l. 2. *fulgurare* habet. Sic Plin. in præfat. hist. nat. Fulgurat in nullo verius vis eloquentiæ. ¶ Pro fulgere. *to shine, glitter, glister*. Stat. 4. Theb. v. 191. vetitoque domus jam fulgurat auro. Sil. lib. 12. v. 723. cernis, oculis qui fulgurat ignis!

FULGURATĬO, onis, f. *the flashing of lightning, fulguration*, ἀστραπὴ, actus fulgurandi, fulgur. Senec. l. 1. c. 1. Nubes mediocriter collisæ fulgurationes faciunt; efficiunt, majore impetu pulsæ, fulmina. Id. l. 2. c. 16. Quid inter fulgurationem, et fulmen interest? dicam. Fulguratio est late ignis explicitus: fulmen est coactus ignis, et impetu jactus. et cap. 12. Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit. et cap. 21. Fulguratio nihil aliud est, quam flamma futura fulmen, si plus virium habuisset.

FULGURĀTOR, oris, m. qui fulgura mittit. Inscript. apud Gruter. pag. 21. n. 5. Deo fulguratori ara. Ibid. n. 3. et 4. legitur *fulgerator*: ut et apud Gud. p. 4. inscript. 7. 8. 9. 10. &c. et pag. 5. n. 1. et apud Donium class. 1. n. 1. Hoc idem discrimen habetur etiam in numis Diocletiani apud Mediobarb. ¶ Item fulgura, seu fulmina inspiciens, et condens. *an interpreter of omens from lightning*. Cic. l. 2. de Divin. c. 53. Haruspices, et fulguratores, et interpretes ostentorum, et augures, et sortilegos, et Chaldæos. Adde Caton. apud Non. cap. 1. n. 319. In vet. Inscript. apud Fabrett. c. 10. n. 171. habetur *haruspex fulguriator*. [† V. Fulgur et Fulguralis.]

FULGURATŪRA, æ, f. fulguratio. Serv. ad Æn. 1. v. 46. Ut testantur Etrusci libri de Fulguratura.

FULGURĀTUS. V. in Fulguritus.

FULGURĔUS, a, um, adject. ad fulgur spectans, ut Fulgurea nubes, apud Martian. Capell. in princip. l. 5.

FULGURĬO, is, a. 4. *to lighten, send forth flashes of lightning*, ἀστράπτω, fulgur emitto. Næv. apud Non. c. 2. n. 324. Sane suo tonitru claro fulgurivit Jupiter.

FULGURĬTAS, atis, f. fulguris ictus. Nititur illo Lucilii loco apud Non. c. 2. n. 324. Luporum exauctorem malvanum, et fulguritatem arborum. Sed al. leg. Luporum exactorem Silvanum, et fulguritarum arborum.

FULGURĪTUS, a, um, *blasted with lightning*, κεραυνωθεὶς, fulmine ictus: particip. a *fulgurio*, ut Arbor fulgurita, Plaut. Trin. 2. 4. 138. ¶ *Fulguritum*, locus fulgur percussus, qui statim fieri religiosus putabatur, quod eum deus sibi dicasse videretur. Fest. Aliter vocabatur *bidental*. ¶ Dicitur etiam *fulguratus*. Varr. l. 4. L. L. cap 32. Scribunt eum locum esse fulguratum, et ex S. C. septum esse.

FULGŪRO. V. *Fulgurat.*

FULĬCA, æ, *et* Fulix, icis, f. *a coot,* avis aquatica anate paulo minor, sed corporis forma consimilis. *Cic. in prognost.* l. 1. *Divin.* c. 8. Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti Nuntiat horribiles clamans instare procellas. *Plin.* l. 11. c. 37. Natura cristam per medium caput a rostro residentem et fulicarum generi dedit. *Virg.* 1. *Georg.* v. 363. marinæ In sicco ludunt fulicæ. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 625. Nunc celebres mergis, fulicisque palustribus undæ.

FULIGINĀTUS, a, um, fuligine aspersus. *Hieronym.* ep. 10. *ad Furiam.* Orbes (*oculorum*) stibio fuliginati.

FULIGINĔUS, a, um, adject. *sooty, black, dark, smoky, fuliginous,* fuliginosus. *Petron. in Satyr.* c. 108. Omnia lineamenta fuliginea nube confundere. *Arnob.* l. 7. pag. 254. fuligineus color.

FULIGINŌSUS, a, um, λιγνυώδης, plenus fuliginis. *Prudent. Rom.* v. 261. Fuliginosi ture placantur Lares.

FULĪGO, inis, f. *soot, smut,* καπνία, λιγνύς, nigrum illud, quod ex pingui rerum ustarum fumo condensatur, et caminis, vel parietibus adhæret. *Festus* deducit a *furvus* niger. *Cic.* 2. *Phil.* c. 36. Idem tamen quasi fuligine abstersa, reliquis diebus in Capitolio præclara Senatusconsulta fecisti. *Virg. Ecl.* 7. v. 49. Assidua postes fuligine nigri. *Colum.* l. 11. c. 3. *ad fin.* Fuligo, quæ supra focos tectis inhæret. *Cels.* l. 5. cap. 18. sect. 28. Fuliginis turis acetabulum. ¶ Translate *Gell.* l. 1. c. 2. Verborum et argutiarum fuliginem ob oculos audientium jacere. *blackness, darkness. Quintil.* l. 11. c. 3. Fuligo lucubrationum oratori bibenda, vigilandæ noctes, &c.

FULIX. V. *Fulica.*

FULLO, nis, m. *a fuller or cleanser of cloth,* γναφεύς, qui vestes pedum insultu cogit, et densat, easdemque purgat, maculis liberat, polit, et creta candefacit. *Plin.* l. 28. c. 6. Urina virilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideo tentari eo morbo negant. *Martial.* l. 14. epigr. 51. Non tam sæpe teret lintea fullo tibi. *Id.* l. 6. epigr. 93. Tam male Thais olet, quam non fullonis avari Testa vetus. ¶ *Fullonem comprimere* turpi sententia dixisse putant *Novium* apud *Priscian.* l. 10. pag. 879. *Putsch.* ¶ Est etiam nomen Mimi Laberiani apud *Gell.* l. 16. c. 7. ¶ Item scarabæi quoddam genus, albis guttis distinctum. *a kind of beetle. Plin.* l. 30. c. 11. *circa med.* et *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 226. V. *Ulula.* ¶ *Fullo* cognomen R. in gente Apustia, ut L. Apustius Fullo, apud *Liv.* lib. 33. c. 24.

FULLONĬCA, *vel* Fullonia, æ, f. *a fuller's craft; the art of fulling,* γναφεῖον, ars fullonum. *Plaut. Asin.* 5. 2. 57. Si non didicisti fullonicam, non mirandum est. *Est qui legit* fulloniam. ¶ Item officina fullonis, *a fuller's shop, fullery. Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 3. leg. 3. Eum, qui fullonicas circa fontem instituisset.

FULLONĬUM, ii, n. *a fullery,* officina fullonis. *Ammian. sub fin.* l. 14. Fortuna Adramyttenum Andriscum in fullonio natum evexit.

FULLONĬUS, *et* Fullonĭcus, a, um, *of a fuller,* ad fullonem pertinens, γναφευτικός. *Plin.* l. 7. c. 56. Fulloniam artem invenit Nicias Megarensis. *Cato R. R.* c. 10. et 14. Fullonica pila. *Senec.* ep. 15. Fullonius saltus. *h. e.* quo fullones subsultant in pannis cogendis, et purgandis. (V. *Argutor,* et *Concilio.*) *Plin.* l. 17. c. 8. Fullonia creta. *fuller's earth. Id.* l. 24. c. 13. Fulloniæ cortinæ. *Plaut. Pseud.* 3. 1. 15. Nisi lenoni munus hodie misero, cras mihi potandus fructus est fullonius. *h. e.* ut calces patiar et colaphos. ¶ *Fullonica, orum,* neutr. plur. apud *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 1. leg. 15. *ad fin.* sunt officinæ fullonum. *fulleries.*

FULMEN, nis, n. *fire darted from the clouds, lightning; a thunderbolt,* κεραυνός, ignis, seu ignita exhalatio, quæ abruptis nubibus in terram decidit: a *fulgeo. Cic. de Divin.* l. 2. c. 19. Non puto te esse eum, qui Jovi fulmen fabricatos esse Cyclopas in Ætna putes. et cap. 21. Romulus lactens fulmine ictus fuit. *Id.* 3. *Offic.* c. 25. Phaethon ictu fulminis deflagravit. *Id.* 2. *de Divin.* c. 21. Vi fulminis icti conciderunt. *struck, blasted. Valer. Flacc.* l. 6. v. 169. quatit ut sævo cum fulmine Phlegram Jupiter. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 35. Jupiter hunc fulmine percussit. *Id.* 2. *de Divin.* c. 19. Jacit fulmina Jupiter. et *ibid.* emittit. *hurls, launches.* et *Virg.* 1. *Georg.* v. 328. Ipse pater, media nimborum in nocte, corusca Fulmina molitur dextra. *brandishes his flaming bolts. Id.* 4. *Æn.* v. 208. torquet. *Ovid. Fast.* 5. v. 41. jaculatur. *Id.* 1. *Metam.* v. 253. spargit in terras. *Virg.* 1. *Georg.* v. 283. exstructos disjecit fulmine montes. et 4. *Æn.* v. 25. pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras. *strike me dead with his thunder.* et lib. 5. v. 691. infesto fulmine morti, si mereor, demitte. *Id.* l. 6. v. 580. Titania pubes fulmine dejecti. et lib. 7. v. 773. Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit in undas. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 9. v. 21. afflari ignibus fulminis. ¶ Miros fulminis effectus recensent *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 31. *Lucret.* l. 6. v. 227. *et sequentib.* et *Plin.* l. 2. c. 51. ¶ Varia sunt fulminum genera. Quatuor facit *Serv. ad Æn.* 1. v. 47. quod disjicit, quod transfigit, quod corripit, quod infigit. Tria *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 40. quod terebrat, quod discutit, quod urit. hoc autem postremum vel urendo afflat, vel comburit, vel accendit. Rursus *Id. Serv. ad Æn.* 8. v. 524. et *Cæcin.* apud *Senec. ibid.* c. 39. ex haruspicum disciplina, alia dicunt esse fulmina consiliaria, alia auctoritatis, alia status: priora esse, quæ ante rem gestam accidunt, et aut vetant, aut hortantur: altera, quæ re gesta, et aut probant, aut improbant: tertia, quæ nihil nobis agentibus aut cogitantibus, aut minantur aliquid, aut promittunt, aut monent. Rursus *Serv. ad* 1. *Æn.* v. 234. aliud esse ait fulmen, quod terret, aliud quod afflat, aliud quod punit. V. alia hujus disciplinæ effata apud *Senec. ibid.* c. 41. *et sequentib.* ¶ Triplex ars circa fulmina ab Etruscis tradita fuit, quomodo exploranda essent, quomodo interpretanda, quomodo exoranda, ut *Id. ibid.* c. 33. docet. Quibus adde quartam, quomodo elicienda: de qua *Plin.* l. 2. c. 53. et *Ovid.* 3. *Fast.* a vers. 287. V. *Elicius.* ¶ Antiqui soli Jovi fulmina tribuere: et quidem in tres manubias divisa. V. *Senec. cit.* c. 41. Sed et aliis diis undecim, Junoni, Minervæ, &c. sua sunt assignata fulmina, ut *Serv.* tradit ad *Æn.* 1. v. 46. ¶ Translate *fulmina* dicuntur gravia infortunia, quæ ex improviso accidunt, et affligunt. *Liv.* l. 45. c. 41. Duo fulmina domum meam per hos dies perculerunt. *Cic. sub fin.* 2. *Tuscul.* Fulmina fortunæ contemnere. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 2. v. 53. Parce, precor, minimamque tuo de fulmine partem Deme: satis pœnæ, quod superabit, erit. *Juvenal.* sat. 8. v. 92. quam fulmine justo Et Capito, et Numitor ruerint, damnante Senatu. ¶ Dicitur et de vi, atque impetu cujusque rei. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 550. Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 70. aper Erectus setis, et aduncæ fulmine malæ. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 21. Insanire tibi videris, quod imitere verborum meorum, ut scribis, fulmina. *Id. in Orat.* c. 6. Stilus quidam interjectus, nec acumine posteriorum, nec fulmine utens superiorum. ¶ Strenui duces, quod instar fulminis omnia pervadant sternantque, *fulmina* dicuntur. *Cic. pro Balb.* c. 15. (*Virg.* 6. *Æn.* v. 842. [† Geminos, duo fulmina belli, Scipiadas. *those thunderbolts of war.*] et *Sil.* l. 7. v. 106.) Cum duo fulmina nostri imperii in Hispania, Cn. et P. Scipiones exstincti concidissent. ¶ In illo *Silii* l. 11. v. 341. tu ne illa viri, quæ vertice fundit, Fulmina pertuleris? *fulmina* sunt majestas oris, ac terror, quem intuentibus Annibal injiciebat, velut si fulmina haberet in oculis. ¶ Denique *fulmen* pro fulmento, a *fulcio,* poni vult *Scalig.* in illo *Manil.* l. 2. v. 891. Imaque submersi contingens fulmina Mundi. Sed al. leg. *culmina.*

FULMENTA, æ, f. *the sole of a shoe,* solea, quæ calceo suppingitur, κάττυμα: a fulcio. *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 98. Fulmentas clavis æneis subcudere. *Plaut. Trinum.* 3. 2. 94. Fulmentas jubeam suppingi soccis. ¶ Apud *Caton.* c. 14. *R. R.* fulmentæ sunt quælibet fulcimenta in ædibus.

FULMENTUM, i, n. fulcrum: a *fultum.* Vetus proverb. apud *Varron.* apud *Non.* c. 3. n. 98. *Fulmenta lectum scandunt,* de re præpostera, cum præesse vult, in quem imperium habemus. *Sidon.* l. 2. ep. 10. *in carm.* Porticus fulmentis Aquitanicis superba. *h. e.* columnis. *Vitruv.* l. 5. c. 1. *ad fin.* Supra trabes contra capitula ex fulmentis dispositæ pilæ sunt collocatæ.

FULMINATĬO, onis, f. *a darting of lightning, thundering, clap of thunder, fulmination,* fulminis emissio. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 12. Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit.

FULMINĀTOR, oris, m. *a thunderer,* qui fulminat. *Arnob.* l. 6. pag. 207. Ubinam fulminator (*Jupiter*) tempore illo fuit?

FULMINĀTRIX, icis, f. *she that thunders,* quæ fulminat. In *Inscript. antiq.* apud *Gruter.* pag. 547. n. 6. et pag. 567. n. 10. Leg. XII. Fulminat. Ubi nihil aliud quam *fulminatrix* legi posse videtur. Adde alias apud *Murator.* pag. 869. n. 1. et pag. 874. n. 4.

FULMINĀTUS, a, um, *struck or blasted with lightning,* κεραυνωθείς, fulmine ictus. *Plin.* l. 2. c. 54. Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore sunt. ¶ Translate *Petron. in Satyr.* c. 80. Fulminatus hac pronuntiatione in lectulum decidi. *thunderstruck.*

FULMINĔUS, a, um, *of or like thunder or lightning, fulminatory,* κεραύνειος, ad fulmen pertinens. *Horat.* l. 3. od. 16. v. 10. Fulmineus ictus. *Ovid.* 2. *ex Ponto,* ep. 2. v. 118. ignis. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 501. fragor. *a peal of thunder, thunderclap.* ¶ Translate vehemens, rapidus, more fulminis agens. *fierce, fiery, terrible. Virg. Æn.* 9. v. 811. ingeminant hastis et Troes, et ipse fulmineus Mnestheus. et vers. 411. rotat ensem fulmineum. *flaming. Valer. Flacc.* l. 4. v. 167. Fulminea dextra. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 367. Fulminei rictus lupi. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 374. Aper fulmineo cum rotat ore canes. *Sil.* l. 11. epigr. 99. Fulminea ira. *Claudian. in* 1. *consul. Stilich.* v. 200. Fulmineum iter.

FULMĪNO, as, avi, atum, a. 1. *to lighten, thunder, strike or blast with lightning, fulminate,* κεραυνόω, fulmen jacio, fulmine percutio. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 23. Minore vi ad fulgurandum opus est, quam ad fulminandum. *Plin.* l. 2. c. 7. Fulminantem pejerant Jovem. *Claudian.* ep. 1. *ad Adrian. præf. prætor.* v. 40. cælestis flamma Ingentes quercus, annosas fulminat ornos. *Eumen. pro restaur. schol. c. ult.* Maximianus perculsa Maurorum agmina fulminans. *Lactant.* l. 1. c. 10. Æsculapius mortem habuit clariorem, quod a Deo meruit fulminari. *Senec. in Herc. Œt.* v. 6. fregimus, quidquid fuit tibi fulminandum. ¶ Impersonaliter *Virg.* 1. *Georg.* v. 370. Aut Boreæ de parte trucis cum fulminat. ¶ Translate *Id.* 4. *Georg.* v. 560. Cæsar dum magnus ad altum Fulminat Euphratem bello. *thunders. Propert.* l. 4. el. 8. v. 55. Fulminat illa oculis. ¶ *Fulminare ignes* est ignes jacere more fulminis. *Sever. in Ætna,* v. 342. spiritus ille, Qui rupes, terramque vorat, qui fulminat ignes.

FULTOR, oris, m. *a sustainer, supporter. Venant. Fortun.* l. 2. carm. 12. Ecclesiæ fultor, laus regni, pastor egentum.

FULTŪRA, æ, f. *a prop, stay, support,* στήριγμα, fulcimentum. *Liv.* l. 38. c. 7. Suspenso fulturis ab hostibus muro. *Al. leg.* furculis. *Vitruv. l. et cap. ult. ad fin.* Vehemens aquæ vis supplantavit fulturas. *Colum.* l. 1. c. 5. *ad fin.* Fundamenta pro fultura, et substructione fungentur. ¶ Translate *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 153. Deficient inopem venæ te, ni cibus, atque Ingens accedit stomacho fultura ruenti. (V. *Fulcio* in fine.) *Plin.* l. 1. ep. 9. Corpori vaco, cujus fulturis animus sustinetur. ¶ Legitur et *fulctura.*

FULTUS, a, um, *sustained, supported, propped or borne up, upheld,* στηριχθείς, subnixus, adminiculatus. *Cic. de Senect.* c. 15. Vitis nisi fulta sit, ad terram fertur. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 6. v. 5. Te mea, supposita veluti trabe, fulta ruina est. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 48. pravis fultus male talis. *Propert.* l. 3. el. 1. v. 49. domus fulta columnis. *Sil.* l. 13. v. 814. torus fultus e stramine culmi. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 167. *de Eridano.* Fultaque sub gremio cælatis nobilis astris Ætherium probat urna decus. ¶ Fultus aliqua re dicitur, qui super eam compositus, nixusque jacet. *Ovid. in Ibin,* v. 237. Et ne non fultum nuda tellure jaceret, Molle super silices imposuere caput. *supported, underpropped, underset. Virg. Ecl.* 6. v. 53. juvencus latus niveum molli fultus hyacintho. *reclining.* Ubi *Servius:* Apud Veteres unusquisque eo, super quod jacebat, fultus dicebatur. Lucilius in tertio: Et pulvino fultus. Virgilius (7. *Æn.* v. 94.) Atque harum effultus tergo, stratisque jacebat Velleribus. *Id.* 11. *Æn.* v. 39. caput nivei fultum Pallantis. *Pers.* sat. 5. v. 146. tibi torta cannabe fulto Cœna sit in transtro? *Claudian.* l. 1. *de rap. Proserp.* v. 79. fultus solio. *h. e.* sedens. *seated upon.* ¶ Est etiam implicitus, innexus. *entwined, intertwined. Stat.* 6. *Theb. de luctantib.* v. 862. Interdumque diu pendent per mutua fulti Brachia, nunc sævi digitorum vincula frangunt. *Id.* l. 3. v. 326. stant fulti pulvere crines. ¶ Item firmatus, munitus, *fortified, guarded, protected. Virg.* 8. *Æn.* v. 227. fultosque emuniit objice postes. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 244. apposita janua fulta sera. ¶ Translate *Cic. Fam.* 12. ep. 5. Magnis subsidiis fulta est respublica. *Id.* 3. *Offic.* c. 22. Imperium, quod gloria fultum esse debet, et benevolentia sociorum. *Id. pro Balb.* c. 15. *extr.* Causa Gaditanorum gravissimis et plurimis rebus est fulta. *Plin.* l. 9. ep. 13. *circa med.* Homo gratia et amicitiis fultus. *Gell.* l. 6. c. 2. *a med.* Ingenia rudia, nullisque bonarum artium adminiculis fulta. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 12. v. 11. valido mihi pectus robore fultum. *Colum.* l. 6. c. 24. *a med.* Bos cum partum edidit, nisi cibis fulta est, labore fatigata, &c. *supported.* ¶ In malam partem *Pers.* sat. 1. v. 78. *ex Pacuvio.* Antiopa ærumnis cor luctificabile fulta? *h. e.* obsessa, circumdata, durior metaphora, et quæ a *Persio* ipso reprehenditur.

FULVĂSTER, a, um, adject. *yellowish,* ad fulvum colorem accedens, ut Fulvastra radix, *Apul. de herb.* c. 109.

FULVIĀNUS, a, um, adject. gentil. a Fulvio, quod est nomen propr. Romani civis, ut Fulviana stola. *Valer. Max.* l. 3. c. 5. n. 3. Clodius Pulcher adhærens Fulvianæ stolæ pugio, militare decus muliebri imperio subjectum habuit. ¶ Fulviana herba, vim urinas ciendi habens, ab inventore Fulvio nomen habet. *Plin.* l. 26. c. 8. *ad fin.* ¶ *Fulvianus* agnomen fuit L. Manlii Acidini filii Q. Fulvii Flacci, qui consul Capuam ceperat. Hic L. Manlius adoptione transierat in familiam Acidini, ut *Vellei.* tradit l. 2. c. 8. et in agnomine *Fulvianus* patris naturalis nomen retinebat. Ita enim vocatur in Fastis Capitolinis apud *Gruter.* pag. 293. V. simile in *Æmilianus.*

FULVINIASTER, Fulvium imitans. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 44. Solet omnino esse Fulviniaster. Al. leg. *Fulviaster:* alii aliter.

FULVUS, a, um, *of a deep yellow, or tawny, colour,* κιῤῥός, πυῤῥός, colorem habens, qui in leonino pilo esse solet, ex viridi et rufo mixtum, flavus. Ducunt a *furvus,* quia furvo est proximus. *Horat.* l. 4. od. 4. v. 14. fulvæ matris ab ubere Jam lacte depulsum leonem. *Virg.* 1. *Æn.* v. 279. lupæ fulvum tegmen. et lib. 12. v. 741. arena. *yellow.* et lib. 11. v. 642. cæsaries. et lib. 7. v. 279. Fulvum aurum. *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 88. Fulva sidera. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 158. Fulvus Olympus. *scil.* propter sidera. *Plin.* l. 22. c. 5. Fulvi boves. et lib. 21. c. 14. Fulva cera. *Id.* lib. 14. c. 9. Colores vinis quatuor; albus, fulvus, sanguineus, niger. *Sil.* l. 7. v. 80. subtemine fulvo, *h. e.* filo aureo. *Martial.* l. 14. epigr. 12. fulva moneta. *of gold.* In illo *Virg.* 12. *Æn.* v. 792. Junonem fulva pugnas de nube tuentem: *fulva* intellige, quasi aurei coloris. *fiery red,*

flamma. talem enim esse decet, in qua dea sedet. Alioqui fulva nubes *Lucretii* l. 6. v. 460 est obscura et nigrans. Nisi forte hic legendum est *furva*: quam commutationem in multis Poetarum locis accidisse notant Critici. ¶ Ceterum pro fumido et nigricanti *fulvus* non raro accipitur. *Virg.* 11. *Æn.* v. 751. et lib. 12. v. 247. fulva aquila. *Id.* 7. *Æn.* v. 76. tum fumida lumine fulvo Involvi, et totis Vulcanum spargere tectis. *murky.* ¶ Item pro viridi, sed subfusco. *of a dark-green colour.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 309. fulvaque caput nectentur oliva. Ita legit *Servius* ad illud *Æn.* 4. v. 261. stellatus iaspide fulva Ensis. Al. *flava.*

FUMANS. V. in *Fumo, as.*

FUMARIŎLUM, li, n. diminut. parvum fumarium, locus ubi ignis asservatur, et accenditur. *Tertull. de pœnit. cap. ult.*

FUMARĬUM, ii, n. *a place where wine was ripened in the smoke*, καπνεῖον, locus, ubi vina fumo condiebantur. *Martial.* epigr. 36. l. 10. Improba Massiliæ quicquid fumaria cogunt Accipit ætatem quisquis ab igne cadus. *Colum.* l. 1. c. 6. *a med.* Fumarium quoque, quo materia, si non sit jampridem cæsa, festinato siccetur, in parte rusticæ villæ fieri potest. *et mox*: Apothecæ recte superponentur his locis, unde plerumque fumus (*balnearum*) exoritur: quoniam vina celerius vetustescunt, quæ fumi quodam tenore præcocem maturitatem trahunt. Hæc *Colum.*

FUMĔUS, a, um, *of smoke, smoky, reeking, fuming*, καπνώδης, fumidus, fumans. *Virg.* 6. *Æn.* v. 593. fumea tædis lumina. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 10. Fumeus flatus. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 595. Acheron exsudat fumeus. *Martial.* l. 13. epigr. 123. Fumea Massiliæ ponere vina potes. *h. e.* fumo condita. V. *Fumarium.*

FUMĬDUS, a, um, *smoking, smoky, fumid*, καπνώδης, fumeus, fumans. *Virg.* 7. *Æn.* v. 465. Fumidus atque alte spumis exuberat amnis. et lib. 9. v. 75. piceum fert fumida lumen Tæda. *Plin.* l. 2. c. 25. Fumida lux. et cap. 42. Fumida caligo exhalatur. et cap. 43. Fumidus vortex. ¶ Item fumo illitus, fumeum colorem referens. *smoky, of a smoky colour.* *Plin.* l. 5. c. 9. *a med.* Fumidæ cautes. *Id.* l. 37. cap. 8. Fumida topazius. et cap. 7. Fumidus chrysolithus. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 405. Fumida tecta. ¶ Item fumi odorem referens. *Plin.* l. 14. c. 20. Vitia resinæ, acor, aut fumidum virus.

FUMĬFER, a, um, *producing smoke, smoky, fumiferous*, afferens fumum, fumosus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 522. Pinum, et fumiferos infert Mezentius ignes. *Id.* l. 8. v. 255. *de Caco.* glomeratque sub antro Fumiferam noctem, commixtis igne tenebris. *Lucan.* l. 7. v. 193. Aponus terris ubi fumifer exit.

FUMIFĬCO, as, *to burn incense*, idem quod fumigo, vel suffio. *Plaut. Mil.* 2. 5. 2. Dianæ ut Arabico fumificem odore.

FUMIFĬCUS, a, um, *causing or emitting smoke, smoky*, fumum emittens. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 114. Fumificisque locum mugitibus implevere. *Prudent.* peristeph. 9. *de S. Eulal.* v. 118. fumificæ faces. *Plaut. in fragm.* apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 7. Cocus fumificus. *h. e.* qui in fumo versatur.

FUMIGĀTUS, a, um, *fumigated*, fumo aspersus, ut Fumigati parietes, *Apul. in Apolog.*

FUMIGĬUM, ii, n. suffitus. *Theod. Priscian.* l. 3. c. 5. Fumigia vaporatis partibus supponere.

FUMĬGO, as, a. 1. *to fumigate, perfume by smoke*, θυμιάω, suffio. *Varr.* l. 3. *de R. R.* c. 16. *ante med.* Verno tempore, et æstivo ter in mense mellarius inspicere debet, fumigans leniter. *Colum.* l. 9. c. 14. *ante med.* Verno tempore alvi aperiendæ sunt, et fumigandæ. *Id.* l. 8. c. 5. *a med.* Pulli pulegii surculis fumigentur. ¶ Item simpliciter fumum emitto. *to make, or emit, a smoke.* *Gell.* l. 19. c. 1. Turbines crebriores, et cælum atrum, et fumigantes globi. *smoking.*

FUMO, as, n. 1. *to emit smoke, reek, smoke, fume*, καπνίζω, fumum emitto. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 24. Animadversum est, fumare aggerem, quem cuniculo hostes succenderant. *Virg.* 2. *Æn.* v. 698. late circum loca sulphure fumant. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 273. Tura fumant. *Virg. Æn.* l. 3. v. 3. omnis humo fumat Neptunia Troja. et lib. 8. v. 106. tepidusque cruor fumabat ad aras. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 256. aqua calido de sulphure fumat. *Horat.* l. 3. od. 18. v. 7. vetus ara multo Fumat odore. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 233. It cruor in thalamis, et anhela in pectora fumant Vulnera. *Id.* l. 4. v. 285. fumant crebro præcordia pulsu. *de anhelantibus, et fessis in pugna.* ¶ Translate *Cic. pro Sext.* c. 10. Ita domus ipsa fumabat, ut multa ejus sermonis indicia redoleret. V. loc. *Senecæ* in *Fumus.* ¶ Particip. *Fumans* est in usu frequenti. *Virg.* 10. *Æn.* v. 45. per eversæ fumantia Trojæ Excidia obtestor. *Id.* l. 12. v. 569. Eruam, et æqua solo fumantia culmina ponam. et vers. 338. Equi sudore fumantes. *Id.* 7. *Æn.* v. 457. fumantes tædæ. *Cic. de Harusp. resp.* cap. 21. *extr.* Cum in me illa flamma conjiciebatur. Excepi, et pro patria solus exarsi; me primum ictum pro vobis, et fumantem vidistis. *Virg.* 11. *Æn.* v. 909. fumantes pulvere campos. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 816. nigro fumantia pocula tabo. *Id.* l. 7. v. 283. viso fumantes hospite tauri. *snorting, raving, fuming.* Proverbium est illud *Martial.* l. 6. epigr. 64. *ad fin.* rabido nec perditus ore Fumantem nasum vivi tentaveris ursi.

FUMŌSUS, a, um, *smoking, smoky, fumid*, καπνώδης, fumum emittens. *Cato R. R.* c. 130. Ligna amurca perspargito, et in sole ponito: perbibant bene: ita neque fumosa erunt, et ardebunt bene. et cap. 38. *ad fin.* Flamma minus fumosa exibit. *Petron. in Satyr.* c. 97. Facem fumosam magis, quam lucidam quassans. *Martial.* l. 5. epigr. 31. fumosus december. *h. e.* fumo abundans, quia foci frequentantur. ¶ Item fumi odorem habens. *Plin.* l. 18. c. 31. *ad fin.* Defrutum non nisi foliis despumandum, quia si ligno contingatur vas, adustum ac fumosum fieri putant. ¶ Item fumo tinctus. *fumigated, long kept in smoke.* *Ovid.* 5. *Fast.* v. 518. fumoso condita vina cado. V. *Fumarium.* *Petron. in Satyr.* c. 135. Fumosus paries. *Cic. in Pison.* c. 1. Fumosæ imagines. *h. e.* majorum asservatæ in ædibus, et jam ob vetustatem denigratæ. Sic *Juvenal.* sat. 8. v. 8. Fumosos equitum cum dictatore magistros. ¶ Item fumo siccatus. *smoked.* *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 117. fumoso cum pede pernæ.

FUMUS, i, m. *smoke, reek, fume*, καπνὸς, vapor niger ex igne. Ducunt a φυμὸς Æolice pro θυμὸς, vapor, aer. *Cic.* 3. *Verr.* c. 17. Hominem ingenuum fumo excruciatum, semivivum reliquit. *Id. in Pison.* c. 6. Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 46. *in fi.* Fumi incendiorum procul videbantur. *Senec.* ep. 64. Intervenerant quidam amici, propter quos major fumus fieret: non hic, qui erumpere ex lautorum culinis, et terrere vigiles solet; sed hic modicus, qui, hospites venisse, significaret. *Cato R. R. c. ult.* Pernas in fumo suspendito. *Plin.* l. 19. c. 5. Cucurbitas fumo siccare. *Id.* l. 23. c. 1. *circa med.* Fumo inveteratum vinum. et lib. 14. c. 6. *a med.* Fumo vinum tingere. (*Massiliæ fumos* dixit *Martial.* l. 14. epigr. 118. intelligens vinum Massiliæ in fumo inveteratum. V. *Fumarium.*) *Terent. Adelph.* 5. 3. 60. Psaltria favillæ plena et fumi. *covered with smoke.* *Virg.* 3. *Æn.* v. 581. intremere omnem Murmure Trinacriam, et cælum subtexere fumo. et lib. 12. v. 592. vacuas it fumus ad auras. *Curt.* l. 8. c. 4. Evolutus e tugoriis fumus. *Virg. Æn.* 9. v. 239. aterque ad sidera fumus Erigitur. et lib. 8. v. 257. plurimus undam fumus agit. et lib. 5. v. 740. tenues fugit, ceu fumus in auras. ¶ Translate *Horat.* l. 1. ep. 15. v. 39. Vertere omnia in fumum et cinerem. *h. e.* bona sua omnia abligurire. ¶ *Fumum vendere* dicuntur amici Principum, qui eorum gratiam pretio vendunt, carituram tamen effectu. *Martial.* l. 4. epigr. 5. Vendere nec vanos circa palatia fumos. *Capitolin. in Pio*, c. 11. Amici ejus nunquam de eo, cum libertis suis per fumum aliquid vendiderunt. *Lamprid. in Heliogab.* c. 10. Familiaritatis nomine abutens, omnia Heliogabali dicta et facta venderet fumis. *Id. in Alex. Sev.* c. 36. narrat Turinum quendam ab eo deprehensum quod fumos vendidisset, stipiti alligatum fumoque necatum, præcone dicente, *fumo punitur, qui vendidit fumum.* Usurpat *Apul. in Apolog.* de eo, qui fucum fecit alteri, et vana re quacumque decipit. ¶ *Flamma fumo est proxima*, proverb. apud *Plaut. Curcul.* 1. 1. 53. quo significatur, admisso leviori peccato, facile transiri ad gravius, v. gr. ab osculis ad adulterium. ¶ *Tendere de fumo ad flammam*, aliud proverbium apud *Ammian.* l. 14. c. 11. (*al.* 36.) et lib. 28. c. 1. (*al.* 6.) ex leviori malo in gravius ultro incurrere. *out of the frying-pan into the fire.* Τὸν καπνὸν φεύγων εἰς τὸ πῦρ ἐνέπεσεν. ¶ Interdum *fumus* refertur ad colorem. *Plin.* l. 37. c. 9. Iaspis veluti fumo infecta, quæ capnias vocatur.

FUNĀLE, lis, n. *a rope, cord*, σειρὰ, funis. *Liv.* l. 42. c. 65. Funda media duo funalia imparia habebat. ¶ Item sæpius candelabrum mobile, in quo funis pice, sebo, vel cera illitus infigitur. *a candlestick*: alii intelligunt ipsum funem seu cereum. *a candle, torch, link, taper.* Utraque interpretatio habetur apud *Isidor.* l. 20. *Orig.* c. 10. et *Servium ad Æn.* 1. v. 731. In veteribus Glossis legitur: δαλοὶ, funalia: item: λαμπάδιον, facula, funale: quæ voces magis cereum, quam candelabrum significare videntur. Prior interpretatio ponitur etiam a *Donato ad Terent. Andr.* 1. 1. 83. *Cic. de Senect.* c. 13. C. Duillius delectabatur crebro funali, et tibicine, quæ sibi nullo exemplo privatus sumpserat. *Virg.* 1. *Æn.* v. 731. et noctem flammis funalia vincunt. *Horat.* l. 3. od. 26. v. 6. Lucida funalia. *Sil.* l. 6. v. 667. clara. ¶ Ad priorem significationem aptius referri videntur illa *Claudian. de nupt. Honor. et Mar.* v. 206. alii funalibus ordine ductis, Plurima venturæ suspendite lumina nocti. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 246. primus ab æde Lampadibus densum rapuit funale coruscis. *una chiocca* Lombardi vocant. (*a chandelier.*) ¶ Dicitur etiam *funalis cereus.* *a torch made of a rope besmeared with wax.* *Valer. Max.* l. 3. c. 6. n. 4. C. Duillius ad funalem cereum a cœna domum reverti solitus est. Etiam apud *Cicer. loc. cit.* quidam leg. *cereo funali.* *Serv. ad Æn.* 11. v. 143. Funalis candela.

FUNĀLIS, le, *of a rope*, ad funem pertinens. *Funales equi* sub curru dicuntur, qui non ad jugum, sed vel ante, vel ad latera junguntur, duobus jugalibus mediis: quia non jugo, sed fune, lorove alligantur. *the horses bound by a rope, or trace, to each side of the two horses, which were yoked to a chariot.* *Stat. Theb.* 6. v. 461. Nominibusque cient pholoen Admetus, et irin, Funalemque thoen. *Sueton. in Tiber.* c. 6. Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinisteriore funali equo, cum Marcellus Octaviæ filius dexteriore veheretur. ¶ De *cereo funali* V. vocem præced.

FUNAMBŬLUS, a, um, *a rope-dancer*, σχοινοβάτης, per funem ambulans. *Terent. in prol.* 1. *Hecyr.* v. 4. Ita populus studio stupidus, in funambulo animum occuparat. *Sueton. in Galb.* c. 6. Novum spectaculi genus, elephantos funambulos edidit. V. *Catadromus.* ¶ Apud *Augustin. in Psalm.* 39. sect. 9. legitur *funiambulus.*

FUNARĬUS, a, um, ad funem pertinens. Gratianus Valentiniani Imp. pater *funarius* appellatus est, eo quod venalitium funem portanti quinque milites nequirent extorquere, uti narrant *Aurel. Vict. in epit.* c. 45. et *Ammian.* l. 30. c. 7. (*al.* 24.) ¶ Apud *Isidor.* l. 18. *Orig.* c. 35. *funarii equi* iidem sunt qui *funales.*

FUNCTĬO, onis, f. *the executing, or discharging, of an office; a function*, ἐνέργεια, actus fungendi, actio. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 15. Labor est functio quædam vel animi, vel corporis, gravioris operis et muneris. *Id.* 5. *Verr.* c. 6. Ut iis jucundior esset muneris illius functio. *the discharging of that duty.* ¶ *Functione recipere* dicuntur a JCtis res illæ, quæ numero, pondere, et mensura constant, et aliarum vice fungi possunt, et cum sint ejusdem pretii et naturæ, in solutionem dari: v. gr. pecunia pro pecunia, et ea omnia, quæ mutuo dantur. *Paul. Dig.* lib. 12. tit. 1. leg. 2. ¶ Sæpe in *Cod. Justin.* dicitur *functio* tributorum pensitatio, *the payment of taxes*, ut lib. 8. tit. 54. leg. 4. *Imp. Probus*: lib. 10. tit. 22. leg. 3. *Imp. Martian.* lib. 4. tit. 49. leg. 9. et 13. *Impp. Dioclet. et Maximian.* &c. Adde *Sidon. in conc. post.* epist. 9. l. 7. *a med.*

FUNCTUS, a, um, τελέσας, particip. a fungor. *having performed, or discharged, some function, charge, duty, or office.* *Horat.* l. 2. od. 18. *extrem.* Functus laboribus. *h. e.* qui exantlavit. *having finished.* *Id.* l. 4. od. 15. v. 29. Functi virtute duces. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 8. Legio functa stipendio. *Nep. in Themist.* c. 7. Functi summis honoribus. *having enjoyed.* *Ovid.* 11. *Metam.* v. 583. Functus morte. *defunct.* Et absolute *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 209. Omnia functa (*h. e. mortua*) aut moritura vides. Sic *Auson.* epitaph. 33. Sed neque functorum socius miscebere vulgo. Et *Albinov. ad Liv.* el. 1. v. 393. Adde, quod est absens functus. Et *Senec. in Thyest.* v. 749. Ne tegat functos humus. *the dead.* Adde *Stat.* 2. *Theb.* v. 15. et lib. 4. v. 483. et 511. et lib. 8. v. 11. ¶ Corpora functa sepulcris, *h. e.* quæ sepulta fuere. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 565. et 10. *Metam.* v. 14. ¶ *Functum monumentum* apud *Paul. Dig.* lib. 6. tit. 1. leg. 43. est in quod cadaver illatum est. Ita legitur in opt. edit. *Torrentini.* nam al. aliter.

FUNDA, æ, f. *a sling*, σφενδόνη, instrumentum e duobus funiculis, latiore sinu in medio, in quo lapis, vel plumbea glans imponitur, circumactisque circum caput funiculis, et altero eorum remisso, magna vi longissime jacitur a *fundendo*, vel a voce Græca allata. *Plin.* tradit l. 7. c. 56. esse Phœnicum inventum. *Serv. ad* 1. *Georg.* v. 309. Balearium. *Cic.* apud *Quintil.* l. 8. c. 6. Fundum Varro vocat, quod possim mittere funda: Ni tamen exciderit, qua cava funda patet. *Virg.* 1. *Georg.* v. 308. tum figere damas, Stuppea torquentem Balearis verbera fundæ. (V. *Baleares.*) *Id. Æn.* 9. v. 586. stridentem fundam Ipse ter adducta circum caput egit habena. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 96. tortæ pondera fundæ. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 515. parva Learchum Brachia tendentem rapit, et bis terque per auras More rotat fundæ. ¶ Item genus retis piscatorii, quod Græco βόλος, et Latine etiam *retiaculum*, aut *retejaculum* dicitur, ut *Serv.* docet ad illud *Virg.* 1. *Georg.* v. 141. Atque alius latum funda jam verberat amnem. *a kind of net.* ¶ Item pera, sacculus, in quo pecuniæ et alia geruntur: a similitudine fundæ: videturque esse hominum pauperiorum, ut zona divitum. *Macrob.* 2. *Satur.* c. 4. *extr.* Demissa in pauperem fundam manu, paucos denarios protulit. ¶ Denique *funda* dicitur sinus anuli, quo gemma includitur, ita excavatus, ut circulo ambiente solus gemmæ margo circumdetur, reliquis ejus partibus in totum patentibus. Sic autem vocatur ob similitudinem: unde et Græci σφενδόνην vocant. *a circle of gold, or other metal, in which gems were set; the bezel of a ring.* *Plin.* l. 37. c. 8. *ad fin.* Præstantiores iaspides funda clauduntur patentes, nec præterquam margines auro amplectente. et cap. 9. Chrysolithi perspicuæ funda includuntur: ceteris subjicitur aurichalcum.

FUNDĀLIS, le, adject. *of a sling*, ad fundam pertinens. *Prudent. Psychom.* v. 293. Dextera fundali torsit stridore lapillum. Loquitur de Davide adversus Goliath pugnante.

FUNDĀMEN, inis, n. idem ac fundamentum. Vox Poetica. *Virg.* 4. *Georg.* v. 160. Et lentum de cortice gluten Prima favis ponunt fundamina. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 835. Augurio læti jaciunt fundamina cives. *Id.* 14. *Metam.* v. 808. quoniam fundamine magno Res Romana valet.

FUNDAMENTALITER, *from the very foundation,*

fundamentally, a fundamentis. *Sidonii* est l. 3. ep. 8. nec imitandi.

FUNDAMENTUM, ti, n. *a foundation, ground-work, basis*, θεμέλιον, id quo quippiam fundatur ac nititur. *Cic. pro Mil.* c. 27. Agere fundamenta. *to lay. Plin.* l. 36. c. 14. locare in lubrico atque instabili. *Id.* l. 28. c. 2. fodere delubro. *Sueton. in Calig.* c. 22. jacere domus novæ. *Tacit. Ann.* 4. c. 62. per solidum subdere. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 40. fundamentum substruere. *Nepos in Timol.* c. 3. Arcem a fundamentis disjecit. *Sueton. in Cæs.* c. 46. Villa a fundamentis incohata. *Virg.* 2. *Æn.* v. 610. Neptunus muros, magnoque emota tridenti Fundamenta quatit. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 68. Ædes totæ cum fundamento pereunt. *Id. Rud.* 2. 6. 55. Movere mare usque a fundamento. *from the very bottom.* ¶ Translate *Cic. pro Planc.* c. 12. Pietas fundamentum est omnium virtutum. *Id. pro Balb.* c. 13. Hæc sunt fundamenta firmissima nostræ libertatis. *Id. in Partit.* c. 9. Narratio est quædam quasi sedes et fundamentum constituendæ fidei. *Id.* 2. *de Fin.* c. 22. Virtutum fundamenta in voluptate ponere. *Id. pro Cluent.* c. 10. Hoc utor initio ac fundamento defensionis. *Id.* 1. *Phil.* c. 1. Jacere fundamenta pacis. *Id. pro Sext.* c. 2. *extr.* Quibus initiis ac fundamentis hæ tantæ summis in rebus laudes excitatæ sunt. *Id. de Senect.* c. 18. Senectus, quæ fundamentis adolescentiæ constituta est. *Plin.* l. 5. c. 18. *extr.* Sidentia fundamenta imperii. *Gell.* l. 14. c. 1. *circa med.* Disciplina nixa fundamento veritatis. *Id.* l. 17. c. 8. Cœnæ fundus ac fundamentum omne erat aula lentis.

FUNDANIĀNUS, a, um, ad Fundanium pertinens, quod est nomen civis R. Fundaniana dicta est oratio Ciceronis pro M. Fundanio, cujus pauca tantummodo fragmenta supersunt. *Serv. ad* lib. 2. *Georg.* v. 342.

FUNDĀNUS, a, um, ad Fundos pertinens, quod est oppidum Latii, nunc *Fondi*, parum a mari distans, Caietam versus. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 25. Fundanus ager. *Plin.* 3. c. 5. lacus. *Id.* l. 14. c. 6. Fundana vina. *Ovid. in fi.* 2. *ex Ponto.* Fundanum solum. ¶ In pervetusta Tab. Heracleensi apud *Mazoch.* pag. 465. n. 85. 86. 89. Municipium Fundanum, et Fundani Municipes non pertinent ad oppidum Fundos, sed dicuntur de his, qui in jus R. fundi facti sunt. V. *Fundus.*

FUNDATĬO, onis, f. *a founding, foundation*, θεμελίωσις, actus fundandi, et fundamenta jaciendi. *Vitruv.* l. 5. c. 3. Fundationes ædium. et lib. 3. c. 3. Substructionis fundationes fodere.

FUNDĀTOR, oris, m. qui fundat, *a founder*, θεμελιωτής. *Virg.* 7. *Æn.* v. 678. Prænestinæ fundator urbis. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 56. n. 5. et 6. Fundator imperii Rom. *h. e.* qui nutans et labans confirmavit. *et in num. veteri* apud *Mediobarb.* pag. 274. Fundator pacis. et in *vet. lap.* apud *Gruter.* pag. 58. n. 1. Augustus D. Julii F. felix fundator pacis.

FUNDĀTUS, a, um, *founded, grounded*, θεμελιωθεὶς, fundamento subnixus. *Virg.* 8. *Æn.* v. 478. saxo incolitur fundata vetusto Urbis Agyllinæ sedes. *Lucret.* l. 4. v. 825. Vestigia posse Surarum ac feminum pedibus fundata plicari. ¶ Item firmatus, tenaciter, et arcte adhærens. *Vitruv.* l. c. 3. *ante med.* Quo fundatior erit ex arenato directura, firmior erit ad vetustatem soliditas tectorii. ¶ Translate *Cic. initio pro Rab. Post.* Fundatæ atque optime constitutæ opes. *Id. pro Dom.* c. 36. Deflevi subitas fundatissimæ familiæ ruinas. *Id. Attic.* l. 1. ep. 16. *ante med.* Statum illum reipubl. qui bonorum conjunctione fixus et fundatus videbatur, elapsum scito esse de manibus. *Id. initio* l. *de Fin.* Accurate non modo fundata, verum etiam extructa disciplina. *Q. Cic. de petit. Consul.* c. 7. Partis fundatis amicitiis fretum ac munitum esse oportet. *Horat.* l. 1. ep. 15. *extr.* nitidis fundata pecunia villis. *laid out, expended. Justin.* l. 3. c. 4. Possessio Tarentina Partheniis in æternum fundata. *Id.* l. 43. c. 5. Parta pax, et fundata securitas. ¶ *Fundata navis*, quæ fundum et carinam habet. *Plaut. Mil.* 3. 3. 43. Facile esse navem facere, ubi fundata et constituta est. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 3. v. 5. Dum mea puppis erat valida fundata carina.

FUNDI. V. *Fundanus.*

FUNDIBALĀTOR. V. *Fustibalator.*

FUNDĬTO, as, a. 1. *to pour out frequently*, σφενδονάω, crebro fundo. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 61. Tantula (*mulier*) verba funditat. *lavishes.* ¶ Item funda peto, jaculor, petitio. *Plaut. Pœn.* a. 2. v. 35. In fundas indebant glandiculos globos; eo illos volantes jussi funditarier.

FUNDĬTOR, oris, m. *one that fights with a sling; a slinger*, σφενδονίτης, qui funda dimicat. *Sallust. in Jug.* c. Hostem sagittariis et funditoribus terrere. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 7. Funditores Baleares subsidio oppidanis misit.

FUNDĬTUS, adverb. *from the very bottom, from the very foundation, utterly*, ἐκ θεμελίων, ἄρδην, ab ipso fundo, a fundamentis, radicitus. *Cic.* 6. *Verr.* c. 36. Non obstruxit qua ex parte monumenta P. Scipionis, sed funditus sustulit ac delevit. *Sueton. in Vespas.* c. 9. Templum funditus destructum. *Phædr.* l. 2. fab. 2. *extr.* Capillos funditus evellere. *Horat.* l. 1. od. 16. v. 20. Urbes funditus perire. *Senec. in Troad.* v. 663. Funditus busta eruere. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Fin.* c. 25. Funditus evertere amicitiam. *Id. Fam.* 6. ep. 2. Rempubl. funditus interire. *Sallust. in orat.* 2. *ad Cæs. de republ. ordin. ante med.* Omnia funditus misceri. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 36. Abolitæ leges, et versæ funditus. et cap. 54. Funditus trahere rempubl. *Lucret.* l. 5. v. 434. Et belli magnos commovit funditus æstus. ¶ Est etiam prorsus, penitus, omnino, *entirely, totally. Plaut. Bacch.* 3. 6. 31. Perdidisti me sodalem funditus. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 50. *ad fin.* Neque earum rerum quemquam funditus natura voluit esse expertem. *Id. in Orat.* c. 64. Ne spondeus quidem funditus est repudiandus. et cap. 62. Tollit funditus veritatem et fidem. *Id.* 1. *de Invent.* c. 33. Lacedæmonios funditus vicit. *Lucret.* l. 1. v. 478. Res gestas funditus perspicere. et vers. 673. ne res redeant ad nihilum funditus omnes. *Justin.* l. 25. c. 3. Funditus victus. ¶ Pro in fundo, in imo. *Spartian. in Adrian.* c. 12. *ad fin.* Stipitibus magnis in modum muralis sepis funditus jactis.

FUNDO, as, avi, atum, a. 1. *to found, lay the foundation or ground-work*, fundamenta pono, constituo, θεμελιόω. *Virg. Æn.* 5. v. 760. Erycino in vertice sedes Fundatur Veneri Idaliæ. et lib. 4. v. 260. Fundare arces. ¶ Item firmo, confirmo, stabilem reddo. *Virg.* 6. *Æn.* v. 3. dente tenaci Ancora fundabat naves. ¶ Translate *Id. ibid.* v. 811. Fundare urbem legibus. *Cic. pro Balb.* c. 13. Illud maxime nostrum fundavit imperium. *upheld, supported. Plin. in Paneg.* c. 8. Libertatem, salutem, securitatem fundare. *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *a med.* Post hos fuerunt P. Mutius, et Brutus, et Manilius, qui fundaverunt jus civile. *Stat.* l. 4. silv. 7. v. 30. Prole fundare vacuos Penates. *to support, uphold, prop.* Ita *Sil.* l. 2. v. 65. fundarat thalamos Tritonide nympha. *Curt.* l. et cap. 10. Fundare opes. ¶ *Fundare navem* alio sensu, V. in *Fundatus.* [¶ Particip. *fundaturus* apud *Ovid. Heroid.* 16. v. 109. Fundatura citas flectuntur robora naves.]

FUNDO, is, fudi, fusum, a. 3. *to pour, spill, fuse, melt*, χέω, χύνω, liquefacio: a *fundus*, vel a posteriore voce Græca allata. *Plin.* l. 34. c. 2. et 7. *sub fin.* Fundere æs. et cap. 14. *sub fin.* Lapis fundendo vitro utilis. ¶ Item conflare. *to cast, found. Id. ibid.* c. 8. *a med.* Ipse se ex ære fudit. ¶ Item solvere, laxare, fluentem reddere. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 391. Fundere habenas. *Cels. in præfat. a med.* Si compresserit aliquem morbus, aut fuderit. ¶ Item spargere, quia quæ liquefacta sunt, facile dilatantur et diffunduntur. *to scatter, diffuse. Senec. in Med.* v. 793. Fundere lucem per auras. *Id. in Œdip.* v. 154. Silva sua decorata coma Fundit opacis montibus umbras. *Plin.* l. 4. c. 10. *a med.* Strymon in septem lacus funditur, priusquam dirigat cursum. ¶ Item dissipare, dispergere. *to scatter abroad, discomfit, rout, disperse. Vellei.* l. 2. c. 46. *extr.* Parthos fugare ac fundere. *Sallust. in Jug.* c. 62. Fundere et fugare hostes. *Cic. pro Mur.* c. 9. magnas hostium copias. ¶ Item dilatare, extendere. *to extend, spread. Plin.* l. 18. c. 13. Rapa in latitudinem funditur. *Senec. in Œdip.* v. 440. Fundere comam. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 679. vela. *Plin.* l. 13. c. 12. *ad fin.* Littera fundens se in charta. *Cic. de Senect.* c. 15. Ne vitis in omnes partes nimia fundatur. *Id.* 5. *de Fin.* c. 29. Latissime fundi. et lib. 3. c. 15. Virtutes et vitia fundi quodammodo, et quasi dilatari. *Id. in Orat.* c. 36. Tum se latius fundet orator: tum reget et flectet animos. ¶ Item sæpissime emittere, effundere. *to pour out, shed. Virg.* 5. *Æn.* v. 78. Fundere humi merum. et lib. 4. v. 61. pateram vaccæ media inter cornua fundit. et lib. 3. v. 348. Et multum lacrimas verba inter singula fundit. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 167. Fulminea frontem dextra, disjectaque fudit Lumina. *destroyed and scattered wide. Virg.* 2. *Æn.* v. 532. multo vitam cum sanguine fudit. *Cic.* 1. *de Divin.* cap. 23. Sanguinem e patera fundere. *Curt.* lib. 10. cap. 5. sanguinem de regno. *h. e.* propter regnum. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 626. Fundere odores. *Liv.* lib. 2. cap. 5. Segetem fundere in Tiberim. *Ovid.* lib. 9. *Metam.* v. 160. vina in aras. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 287. Myrrha lacrimas arbore fundit odora. *Horat.* lib. 1. od. 31. v. 2. de patera novum fundens liquorem. *Valer. Flacc.* lib. 3. v. 498. ipse citis Gradivus habenis Fundit equos. *h. e.* incitat, immittit. ¶ *Fundere se* est se proripere, erumpere. *to rush or sally forth. Id.* l. 1. v. 610. fundunt se carcere læti Thraces equi. et l. 2. v. 662. Cunctaque se ratibus fundat manus. ¶ Sæpe ponitur pro gignere. *to produce:* et copiam fere significat. *Plin.* l. 8. c. 30. Africa asinorum silvestrium multitudinem fundit. *Id.* l. 18. c. 10. Cum centesimo Leontini campi fundunt. *Id.* l. 17. c. 22. *a med.* Quo maturius vites putantur, eo plus materiæ fundunt. *Cic.* l. 5. *Tuscul.* c. 13. Semen aut flores, aut fruges fundit, aut baccas. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 62. Terra fruges maxima largitate fundit. ¶ Et pro edere, parere. *to bring forth. Virg.* 8. *Æn.* v. 138. quem candida Maia Cyllenæ gelido conceptum vertice fudit. ¶ Sæpe refertur ad loquendum. *to pour forth, utter. Id.* 6. *Æn.* v. 55. fuditque preces rex pectore ab imo. et lib. 5. v. 842. fuditque has ore loquelas. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 26. inanes sonos. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 24. oracula Physicorum. *Id. in Orat.* c. 62. orationem numerose et volubiliter. *Id.* 3. *de Orat.* c. 50. versus ex tempore. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 697. iras inanes. *to give vent to idle passion. Plaut. Pseud.* 4. 1. 33. mera mendacia. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 306. convicia in aliquem. *Plaut. in fragment.* apud *Non.* c. 4. n. 213. Næ ille ecastor funerato fundit. ¶ Etiam pro amplificare, dilatare dicendo. *Quintil.* l. 10. c. 5. *circa med.* Fundere quæ natura contracta sunt, augere parva. ¶ Et pro sternere. *to overthrow, lay prostrate. Virg.* 1. *Æn.* v. 196. Nec prius absistit, quam septem ingentia victor Corpora (*cervorum*) fundat humi. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 85. hunc successu cædis ovantem Cominus ingenti resupinum pondere fudi. Adde *Sil.* l. 4. v. 533. Sic *Valer. Flacc.* l. 1. v. 446. Fundere aliquem arcu. ¶ Hinc *fundi* est abjicere se. *to lie down, repose, recline. Id.* l. 1. v. 252. molli juvenes funduntur in alga. ¶ Item pro dejicere, depellere. *Liv.* l. 9. c. 43. *a med.* Hostes et de jugis, quæ ceperant, funduntur. ¶ Item pro jacere, jaculari. *to hurl, cast, throw. Sil.* l. 7. v. 646. Ludificatus equo, volucrem post terga sagittam Fundit. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 243. Talia magnanimi diverso turbine fundunt Tela viri. ¶ Et pro extendere, porrigere. *Stat.* 1. *Achill.* v. 368. quantum cervice comisque Emineat, quantumque humeros et pectora fundat. ¶ Et pro trahere, ducere. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 22. Circuli, quod mixta farina caseo et aqua, circuitum æquabiliter fundebant. [¶ Particip. *fusurus* apud *Lucan.* l. 7. v. 566. Fusura cruorem Vulnera.]

FUNDŬLÆ in oppidis dicuntur, ubi exitus non habetur, et pervium non est iter: a *fundo. Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32.

FUNDŬLUS, i, m. A *Vitruv.* l. 10. c. 13. *funduli ambulatiles* vocantur in machinis hydraulicis emboli, qui per modioli cavitatem sursum deorsum moventur, similes illis lignis lanceis, quas Itali dicunt *taglieri.* (*trenchers.*) *Bald. in Lex. Vitruv. the sucker of a pump.* ¶ Item intestinum cœcum fartum. *Varr.* lib. 4. *de L. L.* c. 22. *ad fin.* Fundulum (*dicunt*) a fundo, quod non ut reliquæ partes, sed ex una parte sola apertum. Ab hoc Græcos puto τυφλὸν ἔντερον appellasse. Loquitur *Varro* de variis insiciorum et farciminum generibus. Fortasse ex hoc *fundulo* factum est Italicum *bondola.* ¶ Fuit cognomen R. in Gente Fundania, ut C. Fundanius Fundulus. *Fasti Capitol.* apud *Gruter.* pag. 292. col. 1.

FUNDUS, i, m. *the bottom of any thing*, πυθμὴν, βυθὸς, ima cujusque rei pars, ut vasis, fluminis, vallis, &c. *Cic. pro Cluent.* c. 64. Armarii fundum exsecuit, et auri quinque pondo abstulit. *Plin.* l. 15. c. 17. Cotonea obrui terra in ollis fundo effracto. *Id.* l. 5. c. 16. *extr.* Amnis fundo carens. *Virg.* 2. *Æn.* v. 419. imo Nereus ciet æquora fundo. et l. 3. v. 577. *de Ætna.* fundoque exæstuat imo. ¶ Translate *Cic.* 2. *Offic.* c. 15. *extr.* Jam in proverbii consuetudinem venit, largitionem fundum non habere. *h. e.* finem et modum, cum nunquam homines expleantur. *Virg. Æn.* 10. v. 88. fluxas Phrygiæ res vertere fundo. *h. e.* funditus evertere. ¶ Quidam hoc sensu ponunt *fundum, i*, n. g. sed nullo confirmant Latino exemplo. Masculinum certe est apud *Paul. Dig.* lib. 41. tit. 1. leg. 26. Si quid additum esset, toti cedere, ut statuæ pes, scypho fundus, aut ansa. Adde *Serv. ad* 2. *Æn.* v. 758. ¶ *Fundus* absolute pro vase, *Martial.* l. 8. epigr. 6. Hi duo longævo censentur Nestore fundi. *h. e.* hæc duo pocula. ¶ Est etiam sæpissime *an hereditary farm, possession, or estate*, χωρίον, ἀγρὸς, ager cum villa, prædium, rus. *Florentin. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 211. Fundi appellatione omne ædificium, et omnis ager continetur: sed in usu urbana ædificia, ædes; rustica, villæ dicuntur: locus sine ædificio in urbe, area; ruri autem ager appellatur: idemque ager cum ædificio, fundus dicitur. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 4. *a med.* ex eo dictum docet, quod sit pecudum ac pecuniæ fundamentum, aut quod fundat quotquot annis multa. *Festus* dici ait, quod ager planus sit ad similitudinem fundi vasorum. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 58. Cui nostrum non licet fundos nostros obire, aut res rusticas vel fructus causa, vel delectationis invisere? *Crassus ibid.* l. 2. c. 55. Testificatur pater, se tibi Privernatem fundum reliquisse. *Terent. Heaut.* 1. 1. 16. In fundo fodere, arare. *Id. Eun.* 1. 1. 34. Nostri fundi calamitas. *Plaut. Asin.* 5. 2. 24. Fundum alienum arare, incultum familiarem deserere. *Trucul.* 1. 2. 83. Euge funde, et ædes! Per tempus subvenistis mihi. *Id. Epid.* 2. 2. 42. Fundis exornatæ multæ incedunt per vias. *h. e.* pretium fundi in mundo muliebri habentes. ¶ Translate *fundus esse*, aut *fieri* dicitur, qui rei cujuspiam auctor est et approbator, quasique solum ac fundamentum totius negotii: sive ducas a fundo vasis, quo liquor continetur, eoque dempto, effluit: sive a prædio, quo res familiaris nititur. *the chief author of a thing. Paul.* ex *Festo*: Fundus dicitur populus esse rei, quam alienat, hoc est auctor. *Plaut. Trin.* 5. 1. 6. Nunc mihi is propere conveniendus est, ut quæ cum ejus filio egi, ei rei fundus pater sit potior. *Gell.* l. 16. c. 13. Municipes sunt cives R. ex municipiis . . . nulla populi R. lege adstricti, ni in quam populus eorum fundus factus est. *Id.* l. 19. c. 8. *ad fin.* Non ut hujus sententiæ legisque fundus subscriptorque fierem. *Cic. pro Balb.* c. 8. Negat ex fœderato populo quenquam potuisse, nisi is populus fundus factus esset, in hanc civitatem venire. *h. e.* nisi populus ejus rei auctor factus esset, et jus illud civitatis admisisset, approbassetque. Ita *Balbi* accusator *fundum fieri* intelligebat. At *Cicero*, ut caussæ suæ inserviat, paulo aliter *ibid.* rem inter-

pretatur. V. Mazoch. in Tab. Heracleens. pag. 468. ¶ Apud Gell. l. 17. c. 8. fundus cœnæ dicitur ferculum, quod in cœna est potissimum, et quo tota fere cœna constat.

FUNĔBRIS, bre, *of or pertaining to a funeral, mournful, dismal*, ἐπιτάφιος, ad funus pertinens. Festus: Funebres tibiæ dicuntur, cum quibus in funere canitur: quam Flamini audire, putabant illicitum. Cic. in Vatin. c. 12. extr. Epulum funebre. Id. 2. de Legib. c. 23. ad fin. Funebre vestimentum. Id. 2. de Orat. c. 84. Funebris concio. Quintil. l. 3. c. 7. laudatio. Tacit. 3. Histor. c. 67. pompa. Cæs. l. 6. B. Gall. 18. extr. Justa funebria. *funeral rites; funeral obsequies.* Petron. in Satyr. c. 114. Funebris lectus. Horat. epod. 5. v. 18. Funebres cupressi. Plin. l. 7. c. 52. Comparare funebria. *funeral weeds.* ¶ Item funestus. *deadly, cruel, bloody.* Ovid. 4. Trist. el. 3. sub fin. Funebria sacra. h. e. in quibus victima humana faciebant. Id. 1. Amor. el. 12. v. 7. difficiles, funebria ligna, tabellæ. Horat. in fi. ep. 19. l. 1. Funebre bellum. Plin. l. 26. c. 1. Elephantiasis, funebre populis malum. Id. l. 11. c. 37. sect. 84. Vulva funebris est, quoties versa spiritum inclusit. h. e. mortifera, letalis.

FUNĔRA, æ, f. Servius ad illud Æn. 9. v. 486. nec te tua funera mater produxi: Apud majores funeras dicebant eas, ad quas funus pertinent, ut sororem, matrem. nam præficæ sunt planctus principes, non doloris. Funeras autem dicebant, quasi funereas. Hæc Serv. Huc trahunt alii illud Ennii apud Cicer. de Senect. cap. 20. Nemo me lacrimis decoret, neque funera fletum faxit. Ita enim leg. Scalig. et alii. Quæ si vera est lectio, aptius hoc loco præficam intelligeres: quam tamen Serv. distinguit a funera. Verum hæc omnia incerta sunt, aut obsoleta.

FUNERARĬUS, a, um, *of a funeral*, ad funerationem pertinens, ut actio funeraria, quæ de funeris impensis instituitur, apud Ulpian. Dig. lib. 11. tit. 7. leg. 14. 16. et 20. et Paul. ibid. leg. 21. &c. ¶ Funerarius, ii, qui funus administrat. Firmic. lib. 3. cap. 6. circa med. Facient pollinctores, aut funerarios, vel quibus sepulcrorum cura mandetur.

FUNERATĬCUM, i, n. pecunia funeribus impensa. Inscript. apud Spon. Miscell. erud. ant. pag. 52. Inferat arcæ partem dimidiam funeratici.

FUNERATĬO, onis, f. κηδεία, funus. Martian. Capell. l. 6. p. 224. ubi al. leg. fœneratio.

FUNERATITĬUS, vel Funeraticius, a, um, idem quod funerarius, ut Funeratitia actio, Pompon. Dig. lib. 11. tit. 7. leg. 30. ut quidem edidit Torrentin. nam Haloander habet funeraria, ut est in aliis legibus multis ejusdem tituli.

FUNERĀTUS, a, um, *buried, interred*, funere elatus. Suet. in Calig. c. 15. Pro concione laudatus, et funeratus amplissime. ¶ Item necatus. *killed, destroyed.* Horat. l. 3. od. 8. v. 7. prope funeratus arboris ictu.

FUNERĔPUS. V. Funirepus.

FUNERĔUS, a, um, *of a funeral, funereal*, funebris. Virg. 4. Æn. v. 505. pyram fronde coronat funerea. et lib. 11. v. 143. Funereæ faces. ¶ Item funestus, *mournful, dismal.* Valer. Flacc. l. 7. v. 468. galeamque resume, Quam modo funerea tenuit Discordia dextra. Ovid. in Ibin, v. 225. Sedit in adverso nocturnus culmine bubo, Funereoque graves edidit ore sonos. Quintil. declam. 10. c. 16. Quando domum tuam funereus et squalidus, quando te terruit?

FUNĔRO, as, a. 1. *to bury, inter*, κηδεύω, sepelio, justa mortuo persolvo, pompam funebrem duco. Plin. l. 33. c. 10. Qui funerari se jussit sestertiis undecim millibus. Id. l. 11. c. 18. de apib. Defunctas progerunt, funerantiumque more comitantur exsequias. Sueton. in Domit. c. 17. Per vespillones exportatum nutrix in suburbano funeravit. ¶ Deponentis forma Capitolin. in Pertin. c. 14. Corpus ejus quanto potuit honore funeratus est.

FUNESTO, as, a. 1. *to pollute, or contaminate, by the presence of a dead body*, μιαίνω, cæde polluo, funere inquino, contamino. Cic. pro Font. c. 10. Qui etiam si quando aliquo metu adducti deos placandos esse arbitrantur, humanis hostiis eorum aras ac templa funestant. Id. pro Mil. c. 33. Curiam inflammari, incendi, funestari. Id. pro Rabir. perduell. c. 4. Funestari concionem contagione carnificis. Juvenal. sat. 8. v. 17. emptorque veneni Frangenda miseram funestat imagine gentem.

FUNESTUS, a, um, *deadly, fatal, destructive*, ὀλέθριος, funus seu mortem afferens, letalis, exitialis, perniciosus. Cic. 1. Catil. c. 9. Perniciosus et funestus. Id. Attic. l. 9. ep. 5. Majores nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnæ, quam urbis captæ, quod hoc malum ex illo. Id. Verr. 7. c. 47. Qui ad C. Verris nefandam immanitatem, et ad ejus securem funestam servati sunt. Id. pro Dom. c. 3. Funesta reipubl. pestis. Id. pro Flacc. c. 41. O nox illa funesta nobis! Id. pro Dom. c. 1. Pestifer et funestus tribunatus. et cap. 5. Funesta latrocinia. et ibid. in fi. Funesta fax. Planc. ad Coss. &c. Fam. 10. ep. 8. Victoria funesta orbi terrarum. Ovid. 3. Metam. v. 49. Funestum venenum. et lib. 11. v. 373. Funestus lupi morsus. Id. 1. Fast. v. 521. Funesta arma. Phædr. l. 3. fab. 10. v. 50. Funestum scelus. Eutrop. l. 7. c. 12. Caligula sceleratissimus ac funestissimus. ¶ Item funere pollutus. *polluted by the presence of a dead body.* Lucret. l. 6. v. 1156. mortifer æstus Finibu' Cecropiis funestos reddidit agros. Ovid. 6. Fast. v. 493. funestos ut erat laniata capillos. Liv. l. 2. c. 47. ad fin. et Cic. 2. de Legib. c. 22. Funesta familia. h. e. quæ in luctu est, *in mourning.* [et quæ nondum justa defuncto persolvit; huic opponebatur familia pura, ut habet Varr. apud Non. cap. 2. n. 724. et Cic. loc. cit.] Sic Albinovan. ad Liv. eleg. 1. in fi. funesta domus. ¶ Item ominosus, tristia portendens, *ill-omened, inauspicious, unlucky, ominous.* Propert. l. 2. el. 16. v. 5. nocturna volucris funesta querela. et eleg. 21. v. 38. Nigraque funestum concinit omen avis. Vellei. l. 2. c. 117. Funestæ epistolæ. h. e. cladem nuntiantes. Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 474. funestior advolat alter nuntius.

FUNĒTUM, i, n. *a winding of the twigs, or branches, of a vine one about another*, arcus ex vitibus, cum breviores palmites sarmento junguntur inter se funium modo. Plin. l. 17. c. 22.

FUNGĪNUS, a, um, adject. *of or like a mushroom.* Plaut. Trin. 4. 2. 9. Fungino genere est; capite se totum tegit.

FUNGOR, eris, functus sum, dep. 3. *to discharge, execute, or perform an office or duty; to execute, do*, ἐπιτελέω, exercere, obire, præstare, efficere. Cæs. l. 7. B. Gall. c. 25. Hunc ex proximis unus jacentem transgressus, eodem illo munere fungebatur. Cic. de Amic. c. 6. ad fin. Valetudo opportuna est, ut muneribus fungare corporis. Ovid. Heroid. ep. 14. v. 19. Fungi cæde alicujus. et ep. 8. v. 109. Pro somno lacrimis oculi funguntur. Ovid. 2. Fast. v. 791. Functus erat dapibus: poscunt sua tempora somni. h. e. cœnaverat. Cic. 2. Offic. c. 13. Qui adipisci veram gloriam volet, justitiæ fungatur officiis. Id. ibid. c. 16. ad fin. Functus est ædilitio maximo munere. Sueton. de Grammat. c. 7. Fungi prætura. Id. in Domit. c. 4. magisterio. Justin. l. 7. c. 4. Functus periculis. h. e. qui pericula evasit. *having gone through.* Id. l. 2. c. 4. imperio. h. e. qui imperata fecit. Id. l. 9. c. 2. Fungi voto. h. e. solvere. Vellei. l. 2. c. 95. Oppugnationibus, et acie feliciter functus. h. e. qui expugnavit oppida, et acie vicit. Sueton. in Aug. c. 35. Quo religiosius senatoria munera fungerentur. Plaut. Men. 1. 4. 4. Parasitus octo hominum munus facile fungitur. *eats as much as eight people.* (Adde Trin. prol. v. 1. Lucil. et al. apud Non. c. 9. n. 4.) Suet. in Aug. cap. 45. Commendatis, qui suam vicem præsidendo fungerentur. *discharge their duty in turn.* Id. in Claud. c. 35. Neque convivia inire ausus est, nisi ut milites vice ministrorum fungerentur. Horat. in ar. Poet. v. 304. Fungar vice cotis. *I shall act the whetstone.* Tacit. 2. Hist. c. 55. extr. Missa legatio, quæ gaudio fungeretur. *go through the ceremony of congratulation.* Plin. l. 3. ep. 5. Fungar indicis partibus. *shall act the part of an informer.* Terent. Heaut. 1. 1. 14. Fungi officia servorum. et 3. 3. 19. officium hominis frugi et temperantis. Plaut. Mostell. 1. 1. 44. Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aves: sine me alliato fungi fortunas meas. h. e. frui meis fortunis. Colum. l. 1. c. 5. ad fin. Fundamenta et pro fultura et substructione fungentur. *serve for a support*, &c. ¶ Functus ævo, vita est, qui vixit. Horat. l. 2. od. 9. v. 13. Ter ævo functus senex. *having lived three generations*, h. e. Nestor. ¶ Fungi vita, et Functus vita de mortuis dicitur. Papinian. Digest. lib. 49. tit. 17. leg. 14. Filius familias miles si captus apud hostes vita fungatur. *should die.* et lib. 48. tit. 5. leg. 11. ad fin. Cum audisset absentem virum vita functum esse. *was dead.* ¶ Functus fato idem significat. Valer. Max. l. 1. c. ult. n. 5. extern. Altera jam fato functa parit. Adde Ovid. 11. Metam. v. 559. ¶ Diem fungi eandem habet sententiam. Justin. initio l. 19. Mago, cum imperium Pœnorum condidisset, diem fungitur. Fungi morte idem valet. Vellei. l. 2. c. 49. Quieta, aut certe non præcipitata morte functi sunt. ¶ Functus longissima statione mortali, h. e. qui diu vixit, Id. in fi. l. 2. ¶ Functus, absolute, h. e. vita functus, V. suo loco. ¶ Functus virtute dicitur ab Horatio l. 4. od. ult. v. 29. qui virtutis munere functus est, ut Cic. Tuscul. 1. c. 45. loquitur. *who hath acted uprightly.* Sic Quintil. in proœm. l. 6. Omni virtute, quæ in feminas cadit, functa, insanabilem attulit marito dolorem. ¶ Sumitur interdum pro pati. Lucret. l. 1. v. 440. quodcumque erit, aut faciet quid, Aut aliis fungi debebit agentibus ipsum. et mox. At facere, et fungi sine corpore nulla potest res. Id. l. 5. v. 359. inane manet intactum, nec ab ictu fungitur hilum. Id. l. 3. v. 735. Et mala multa animus contage fungitur ejus. ¶ Refertur aliquando ad pensitationem tributorum, et præstationem eorum, quæ publice imperantur. Cic. 5. Verr. c. 86. Hoc vobis statuendum est, quid aratorem ipsum, arationis nomine, muneris in republ. fungi ac sustinere velitis. Vellei. l. 2. c. 15. Duplici numero militum equitumque fungi. Ulpian. Dig. lib. 50. tit. 1. leg. 22. extr. Fungi intributionibus. ¶ Translate Ovid. 4. Fast. 2. 824. Et novus accenso fungitur igne focus. h. e. habet, servat novum ignem: quod est foci munus, et officium. Ulpian. in lib. regular. tit. 7. Dos, quæ semel functa est, amplius fungi non potest, nisi aliud matrimonium sit. *that estate which is once given away as a portion.* ¶ Præter functus (de quo V. etiam suo loco) participia sunt fungens, functurus, fungendus. Nep. in Datam. c. 1. Militare munus fungens. Flor. l. 2. c. 23. Omnibus opere fungentibus, solus venter immunis ageret. Apul. l. 6. Metam. Non obsequium quidem illa functura, sed, &c. Cic. Attic. l. 1. ep. 1. In omni munere candidatorio fungendo. Id. 3. Tuscul. c. 7. Oculus probe affectus ad suum munus fungendum. ¶ Passive Sex. Pedius apud Paul. Dig. lib. 9. tit. 2. leg. 33. et lib. 35. tit. 2. leg. 63. Pretia rerum non ex affectione, nec utilitate singulorum, sed communiter fungi. h. e. taxari, statui, definiri. Est qui legit fingi. ¶ In illo ejusdem Pauli lib. 6. tit. 1. leg. 43. Si alieni lapides sine voluntate domini inædificati fuerint, et nondum functo monumento, disjecti erunt, &c. alii reponunt finito. Si functo retineas, Anglice verti potest, *having not yet served for a tomb.*

FUNGOSĬTAS, atis, f. *sponginess, fungosity*, raritas, et levitas, qualis in fungis, et in spongiis apparet. Plin. Tota fungositas derasa. Ita quidam Lexicographi, sed nihil ejusmodi in Plinio adhuc invenimus. [† V. 11. 3.]

FUNGŌSUS, a, um, *full of holes, spongy, light, fungous*, μυκητώδης, rarus et levis ad similitudinem fungi. Plin. l. 16. c. 36. Arundo fungosior. Colum. l. 4. c. 29. Fungosa medulla. Plin. l. 16. c. 6. sub fin. Fungosam carnem fieri suum esculea glande. Id. l. 23. c. 1. a med. Fungosa lingua. Id. lib. 19. c. 5. a med. Fungosus raphanus.

FUNGŬLUS, i, m. parvus fungus. Apicius l. 5. c. 2.

FUNGUS, i, m. *a mushroom, toadstool, fungus*, μύκης, excrementum terræ, vel arborum, varia forma ac figura. Plin. l. 22. c. 23. Fungorum lentior natura, et numerosa genera: sed origo non nisi ex pituita arborum. Horat. l. 2. sat. 4. v. 20. pratensibus optima fungis Natura est. ¶ Fungus etiam dicitur exusta papyri pars in lucerna. *a fungous excrescence round the wick of a lamp.* Virg. 1. Georg. v. 392. Scintillare oleum, et putres concrescere fungos. ¶ Plaut. Bacch. 5. 1. 2. fungum vocat hominem stupidum, stolidumque. *a stupid person, loggerhead, dolt.* ¶ Dicitur et fungus morbi quoddam genus in arboribus. *the measles in trees.* Plin. l. 17. c. 24. Olea clavum etiam patitur, sive fungum placet dici, vel patellam. Hæc est solis exustio. ¶ Item in hominibus tuber, aut excrescens caro præter naturam. *fungus or proud flesh.* Cels. l. 6. c. 18. sect. ult. Fungo simile ulcus in eadem sede nasci solet. Tertull. de spectac. c. 23. Cicatrices cæstuum, et callos pugnorum, et aurium fungos.

FUNICŬLUS, li, m. *a little rope or cord; a funicle*, καλώδιον, σχοινίον, diminut. a fune. Cic. 2. de Invent. c. 51. Funiculo, qui a puppi religatus scapham annexam trahebat. Gell. l. 5. c. 3. Caudices ligni plurimos funiculo brevi circumdatos portabat. Plin. l. 17. c. 21. funiculum appellat, quod Varr. l. 1. R. R. c. 8. restem e junco.

FUNIRĒPUS, pi, m. *a rope-dancer*, funambulus, qui per funes repit. Apul. in Florid. n. 18. (al. l. 4.) Funirepus periclitatur. Adde n. 5. (al. l. 1.) Utrobique al. leg. funerepus.

FUNĬS, is, m. *a rope, cord*, σχοῖνος, κάλως, restis e cannabe, aliave materia contorta. Cato R. R. c. 135. Funem exordiri oportet longum pedes LXXII. toros tres habeat: lora in toros singulos novem. Virg. 2. Æn. v. 262. demissum lapsi per funem. Cæs. l. 3. B. Gall. c. 14. Funes, qu[i] antennas ad malos destinabant. *ropes, caburns.* Horat. l. 2 sat. 7. v. 20. Qui jam contento, jam laxo fune laborat. Plin. l. 16. c. 1. Ulva et palustri junco funes nectere a[c] prætexenda piscibus retia. *to make cords.* Ovid. 3. Trist el. 9. v. 13. solvitur aggere funis. *they weigh anchor.* (Add Juvenal. sat. 14. v. 292.) Id. 4. Fast. v. 325. funem trahere. Id. 8. Metam. v. 775. adductaque funibus arbo[r] Corruit. Martial. l. 5. epigr. 23. multo fune trahere ma[r] mora. ¶ Pers. sat. 5. v. 118. funem reducere. h. e. rurs[us] adducere et intendere: et translate consilium, opinione[m] mutare. Horat. l. 1. ep. 10. v. 47. Imperat, aut serv[it] collecta pecunia cuique, Tortum digna sequi potius, qua[m] ducere funem. h. e. servire potius, quam imperare. Fu[nem] ducere simile ac ducere familiam: unde autem du[c]tum sit, incertum est. Nam alii alia. Simile est et illu[d] Terent. Adelph. 4. 7. 34. Tu inter eas restim ductans sa[l]tabis. *leading the dance; dancing the hay.* Apud Tertu[ll.] de Pudic. c. 2. funem contentiosum alterno ductu in d[i]versa distendere. h. e. disputare, dissidere, contender[e] tractum a puerili genere ludi, funem in diversa trahen[ti]um. Adde l. 4. advers. Marcion. c. 4. ¶ Funem ex are[na] efficere, proverb. de re impossibili, significatur a Colum. fi. præfat. l. 10. ἐξ ἄμμου σχοινίον πλέκειν. *to make a rope [of] sand.* ¶ Reperitur etiam in genere feminino, ut Fu[nis] aurea, apud Lucret. l. 2. v. 1153. Confirmant Non. c. [...] n. 91. et Gell. l. 13. c. 20. ad fin.

FUNUS, eris, n. *a funeral, funeral procession*, κηδ[εία], pompa, quæ fit in exsequiis mortuorum: a φόνος, cæd[e], vel a funalibus, sive funibus accensis, quia cadavera [noc]tu efferebantur cum faculis, propter sacrorum celebr[ati]onem diurnam. Cic. de Amic. c. 3. Quam civitati cha[rus] fuerit, mœrore funeris indicatum est. Id. pro Cluent. c [...] Funus alicui facere. et cap. ult. Exsequias funeris pr[o]... qui. Id. pro Quint. c. 15. Funus alicui ducere. Id. [pro] Rosc. Amer. c. 8. Paterno funeri justa solvere. Id. [...]

Attic. ep. 1. *a med.* Venire in funus. *et ibid.* Funeri operam dare. *Terent. Andr.* 1. 1. 88. et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. *ult.* Prodire alicui in funus. *Petron. in frugm. Tragur.* c. 72. *Burm.* Rogare in funus. *to ask to a funeral. Nep. in Eumen. c. ult.* Honesto funere humare. *Plin.* l. 10. c. 2. Justa funera alicui reddere. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 55. Funere efferri. *Id. pro Dom.* c. 16. Funus indicere. *Sueton. in Aug.* c. 100. ornare. *Id. in Tiber.* c. 37. mittere ex foro. *to let pass. Liv.* l. 8. c. 10. celebrare. *Propert.* funeris pompam, et ritus breviter tangit l. 2. el. 10. a vers. 19. ¶ Jočulariter *Plaut. Men.* 3. 2. 27. Fecisti funus, absente me, prandio. *h. e.* totum prandium in ventrem condidisti. ¶ Aliquando dicitur de rogo, qui est funeris pars. *Sueton. in Domit.* c. 15. *sub fin.* Evenit, ut repentina tempestate dejecto funere, semiustum cadaver discerperent canes. ¶ Interdum de morte. *death. Virg. Ecl.* 5. v. 20. Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnim Flebant. *Id.* 6. *Æn.* v. 439. et funere mersit acerbo. ¶ Et translate de exstinctione, et interitu cujusque rei. *Lucan.* l. 4. v. 231. pro dira pudoris funera! *Cic. de provinc. Consul.* c. 19. Discessum meum funus dici reipublicæ. ¶ Interdum de nece, cæde. *Virg.* 2. *Æn.* v. 539. patrios fœdasti funere vultus. *Id.* 9. *Æn.* v. 527. quæ funera Turnus ediderit. *slaughter.* Adde lib. 10. v. 602. ¶ *Inhumatum funus* apud *Lucan.* l. 7. v. 820. simile est atque *insepulta sepultura* apud *Cicer. Phil.* 1. c. 2. ¶ *Funus* de ipso corpore vita functo. *Propert.* l. 1. el. 17. v. 8. Hæccine parva meum funus arena teget? *my corpse. Virg.* 9. *Æn.* v. 490. quæ nunc artus, avulsaque membra, Et lacerum funus tellus habet? ¶ Et de ipsis Manibus et umbra mortuorum. *Propert.* l. 4. el. 11. v. 5. Cum semel infernas intrarunt funera leges.

FUO. V. *Fuam.*

FUR, furis, com. gen. *a thief,* φώρ, qui aliena clam aufert: a Græca voce allata, ut est apud *Gell.* l. 1. c. 18. *a med.* nam *Varro* a *furvus* ducebat, quod fures per noctem, quæ furva seu atra est, facilius furentur. *Cic. pro Mil.* c. 3. Nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderit, interfici impune voluerunt. *Id. Fam.* 9. ep. 21. *ad fin.* M. Carbo condemnatus, fur magnus ex Sicilia. *h. e.* repetundarum reus. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 67. *de duab. meretricib.* Fures estis ambæ. *Sueton. de clar. Grammat.* c. 15. Fur priscorum verborum. ¶ De servis etiam usurpabant per convicium. *a slave.* Nam furta specialiter servorum sunt, inquit *Serv.* ad illud *Virg.* ecl. 3. v. 16. Quid domini facient, audent cum talia fures? *Plaut. Aulul.* 2. 4. *in fi.* Tun' trium litterarum homo me vituperas? fur, etiam fur, trifurcifer. ¶ Illud quoque *Terentii* hac ratione intelligendum videtur, *Eun.* 4. 7. 6. Ubi est centurio Sanga, et manipulus furum? *h. e.* servorum. ¶ *Fur* etiam dicitur fucus, qui inter apes degit. *a drone-bee. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *circa med.* Fur, qui vocatur ab aliis fucus, alter est lato ventre. ¶ *Fur* longa est. *Martial.* l. 8. epigr. 54. Stat contra dicitque tibi tua pagina fur es. ¶ In genit. plur. habet *furum,* non *furium. Terent. Eun.* 4. 7. 6. et *Festus.*

FURA, æ, dea quædam apud *Martian. Capell.* l. 2. pag. 40. ubi *Grotius* mallet legi *Furia.*

FURACĬTAS, atis, f. *thievishness, an inclination to thieve, furacity,* κλεπτοσύνη, proclivitas, seu inclinatio ad furandum. *Plin.* l. 10. c. 29. *de monedula.* Cui soli avi furacitas auri argentique præcipue mira est.

FURACĬTER, adverb. *in a thievish manner, thievishly,* κλεπτικῶς, more furum. *Cic. in Vatin.* c. 5. Cumque omnium domos, apothecas, naves furacissime scrutarere.

FURĀTOR, oris, m. qui furatur, *a thief. Tertull. in Apolog.* c. 46. *extr.* Furator veritatis Philosophus.

FURATRĪNA, æ, f. furandi actus, furtum. *Apul.* l. 6. *Metam.* Furatrina facili. et lib. 10. Et pulcherrime mihi furatrinæ procedebat artificium. [¶ Translate *Apul.* 8. *Met.* pag. 511. *Oudend.* Et puellæ, si vellet, furatrinæ conjugalis incommodaret rudimentum. *h. e.* adulterii.]

FURAX, acis, *thievish, given or addicted to stealing, furacious,* κλεπτικὸς, qui proclivis est ad furandum. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 61. Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo, solum esse, cui domi nihil sit nec obsignatum, nec occlusum. *Id. in Pison.* c. 30. Nam furacissimis manibus detractam e cruentis fascibus lauream abjecisti. *Martial.* l. 8. epigr. 59. Nihil est furacius illo.

FURCA, æ, f. *a fork,* δίκρανον, instrumentum, quo stramenta moventur, vel feruntur: a *ferendo. Virg.* 2. *Georg.* v. 359. et lib. 1. v. 264. Exacuunt alii vallos, furcasque bicornes. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 24. Naturam expellas furca, tamen usque recurret. *h. e.* omni studio, conatuque. Generatim etiam *furca* dicitur omne id, quo quid sustentatur, in modum furcæ factum. *any thing like a fork used as a prop, or to bear burdens on. Plin.* l. 9. c. 8. Tunc piscatores circumdant retia, furcisque sublevant. *Id.* l. 1. c. 2. *ad fin.* Furcas subdere vitibus. *Liv.* l. 1. c. 35. *ad fin.* Spectavere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes. ¶ Est etiam instrumentum e duobus lignis compactis, rusticam furcam, seu figuram V referentibus: quo servi (aliquando et ingenui) cervici inserto, manibus dispessis, et ad cornua adalligatis, per urbem agebantur, et flagris cædebantur: idque ob admissa domi furta, aliudve quod scelus, ut ignominia simul esset, et pœna. Est et alia furcæ figura, in modum jugi et Græcæ litteræ Π, duobus scilicet rectis lignis, tertio transverso simul junctis: quæ vel portanda reo in collum imponebatur, brachiis hinc inde ad recta ligna distentis: vel terræ infixa ipsum affixum sustinebat: patibulis, quæ hodieque in usu sunt, valde similis. *an instrument of punishment resembling a fork; a cross. Plaut. Cas.* 2. 6. 37. Tu ut quidem hodie canem et furcam feras. *Id. Rud.* 5. 2. 73. *Do.* Fateor: manus vobis do. *To.* et post dabis sub furcis. *Liv.* l. 1. c. 26. Quem modo decoratum victoria vidistis, eum sub furca vinctum inter verbera et cruciatus videre potestis? *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 66. Ire sub furcam. *Sueton. in Ner.* c. 49. Nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi. *Prudent. in Roman.* v. 851. Et jam retortis brachiis furca eminus, Romanus actus ingerebatur rogo. *Callistrat. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 28. *sub fin.* Famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt, furca figendos quampluribus placuit. *Ulpian. ibid.* leg. 9. *a med.* Furcæ subjicere. *Paul. ibid.* leg. 38. In furcam tollere. *Ulpian. ibid.* tit. 13. leg. 6. In furcam suspendere. *Modestin.* lib. 49. tit. 16. leg. 3. In furcam damnare. *Plin.* l. 29. c. 4. Canes vivi in furca, sambucea arbore fixi. Plura de furca *Lips.* l. 3. *de Cruce.* ¶ *Cancrorum furcæ* apud *Apul. in Apolog.* sunt, quas *denticulatos forcipes* appellat *Plin.* l. 9. c. 31. ¶ De furcis Caudinis V. *Furcula.*

FURCĪFER, i, m. *et* Furcifera, æ, f. *a slave who, for some fault, was obliged to carry about with him a* furca, *or piece of wood fixed round his neck, with his hands tied to it; a villain, scoundrel,* servus furcam ferens, ut in voce præced. dictum: estque frequens convicium tum servi, tum liberi hominis improbi. *Plaut. Amph.* 1. 1. 129. Ego pol te istis tuis pro dictis, et malefactis, furcifer, accipiam. *Terent. Eun.* 5. 2. 22. Debeam, credo, isti quidquam furcifero, si id fecero. *Cic. in Vatin.* c. 6. Id tu tibi, furcifer, sumes? *gallows! crackhemp!* Apud *Petron. in Satyr.* c. 132. *in carm.* convicium εἰς τὸ αἰδοῖον ἀρσενικόν.

FURCILLA, æ, f. *a small fork or prop,* parva furca, diminut. a furcula. *Varr.* l. 1. *de R. R.* c. 49. Herba subsecari falcibus debet, et, quoad perarescat, furcillis versari. *Id. ibid.* c. 8. *ad fin.* Ubi nascitur uva, subjiciuntur circiter bipedales e surculis furcillæ, ne vindemia pereat. *Colum.* l. 2. c. 10. *circa med.* Fasciculos fabæ baculis, furcillisve contundere. *Catull.* carm. 103. *in ment.* Furcillis ejicere aliquem.

FURCILLĀTUS, a, um, *forked. Varr.* l. 4. *L. L.* c. 24. Vallum, quod singula ibi extrema bacilla furcillata habent figuram litteræ V.

FURCILLES, sive furcilla, quibus homines suspendebant. *Fest.* ubi *Scalig.* putat, illa verba, *quibus homines suspendebant* esse inutile additamentum *Pauli Diac. Dacerius* credit, vocem addendam, *quibus homines onera suspendebant:* vel *Festum* loqui de patibulis. Hinc etiam doceri nos, et *furcilles,* et *furcillæ* dici, ut *caules,* et *caulæ.* Putat enim legendum *furcillæ,* non *furcilla.*

FURCILLO, *vel* Forcillo, as, avi, atum, a. 1. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 36. Væ tibi! tu inventus vero, qui meam furcilles fidem. Quasi mihi non sexcenta tanta soli soleant credier? Qui quidem locus valde est obscurus. *Pareus in Lex. crit.* ex *Passerat.* furcillare fidem exponit infirmam judicare, ideoque quasi furcillis stabilire, et sustentare. Alii interpretantur, fidem in dubium revocare, et quasi furcillis abigere, et rejicere. Al. aliter leg.

[* FURCŌSUS, a, um, adject. furcis plenus, habens furcas, in modum furcæ factus. *Apul. de herb.* c. 7. Nascitur leontopodion sæpe cum tritico, thyrsis bipalmis, furcosis.]

FURCŬLA, æ, f. *a little fork,* parva furca, furcilla. V. *Fultura.* ¶ *Furculæ Caudinæ* apud *Liv.* l. 9. c. 2. dictæ sunt duo juga montium anguste coeuntium inter se, et longe spectantibus furcæ figuram, seu litteræ V referentium. *Liv.* l. 9. c. 2. 3. et 14. et *Flor.* l. 1. c. 16. ¶ *Valer. Max.* l. 5. c. 1. *extern.* n. 5. et *sub fin.* cap. 2. l. 7. *furcas* appellat.

FURENS, entis, *mad, raging, furious, infuriate,* qui furit, et impetu fertur, temere, præcipitanter. *Phædr.* l. 3. fab. 10. v. 25. Iræ furentis impetum non sustinens. *Cic.* 2. *Catil.* c. 1. Catilina furens audacia, scelus anhelans. *Id. de Harusp. resp.* c. 1. Hominem furentem exsultantemque continere. et cap. 22. Furens et violentus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 495. Penthesilea furens. *h. e.* bellico spiritu incitata: vel quia inquit *Servius,* majora viribus audebat; vel quia sororem suam in venatione confixit, simulans se cervam ferire. *Id.* 8. *Æn.* v. 228. furens animis aderat Tirynthius. *Claudian. in Fescenn.* v. 26. Quis belluarum corde furentior? ¶ Cum genitivo. *Virg. Æn.* 5. v. 202. Furens animi. ¶ Cum infinito. *Stat. Theb.* 11. v. 356. volat Ogygii fastigia muri Exsuperare furens. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Virg.* 2. *Æn.* v. 496. aggeribus ruptis cum spumeus amnis Fertur in arva furens cumulo. et vers. 304. In segetem veluti cum flamma furentibus austris Incidit. *Id.* 4. *Æn.* v. 670. Furentes flammæ. *Lucan.* l. 3. v. 195. pelagi furentes undæ. *Sil.* l. 7. v. 571. venti cum bella furentia torquent. ¶ De vaticinante. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 121. Dixerat: in cursu famulæ rapuere furentem. *raving.*

FURENTER, adverb. *furiously, in a raging manner, like a mad person,* μανικῶς, more furiosi. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *a med.* Pueri aiunt, eum furenter irasci.

FURFUR, uris, n. *bran, gurgion,* πίτυρον, purgamentum farinæ. *Plaut. Capt.* 4. 2. 27. Qui alunt furfure sues. Al. leg. *furfuri.* hanc enim quoque positionem in sexto casu habere dicitur, ut *fusti, vecti, igni,* et alia. *Plin.* lib. 22. cap. 25. Per cribrum effuso furfure. *Id.* l. 18. c. 30. Triticum furfure crasso vestitur. ¶ Furfures item, πιτυρίασις, est porrigo, vitium capitis, vel faciei, cum excrementa sicca, et alba super poros colliguntur, in capillo, barba, superciliis, quæ quasi furfuraceæ squamulæ in pectendo, aut scalpendo, sine ulceratione a cute resolvuntur, et decidunt. *the scales of the head, scurf, dandriff. Plin.* l. 26. c. 1. Mentagra descendens in colla pectusque, ac manus, fœdo cutis furfure. *Id.* l. 20. c. 9. *a med.* Furfures capitis, et ulcera manantia. *Id.* l. 22. c. 21. Furfures in facie discutere. ¶ *Diomed.* l. 1. pag. 314. *Putsch.* et *Charis.* l. 1. pag. 19. qui *furfures* aiunt semper plurali num. efferri, satis convincuntur allatis exemplis: quibus addi posset *Gell.* lib. 11. cap. 7.

FURFURACĔUS, a, um, furfureus. *Fulgent.* l. 2. *Mythol. c. ult.* Furfuracea tinearum terebramina.

FURFURACŬLUM, i, n. terebra apud *Arnob.* l. 6. pag. 200. ut legit *Salmas. in Solin.* et sic dictum putat, quod furfures, seu scobem furfuribus similem in ligno perforando faciat.

FURFURARĬUS, a, um, ad furfurem pertinens. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 128. n. 5. Ædiculam vetustate corruptam adampliavit ex pecunia furfuraria. Al. aliter leg.

FURFURĔUS, a, um, adject. *of bran,* qui est ex furfure, ut Furfureum panem esitare, *brown bread. Gell.* l. 11. c. 7.

FURFURICŬLÆ, arum, f. minuti furfures. *Marcell. Empir.* cap. 5. *ad fin.*

FURFURŌSUS, a, um, *full of bran or scurf: branny, scurfy,* πιτυρώδης, furfures habens admistos, aut quandam furfurum similitudinem referens. *Plin.* l. 12. c. 25. *ad fin.* Color in quacumque natione præfertur rufus, et pinguiter lentus: deterior furfurosus.

FURĬÆ, arum, f. *the Furies,* Ἐριννύς, Εὐμενίδες, deæ furoris, Acherontis et Noctis filiæ, quæ tres numerantur, Alecto, Tisiphone, Megæra, uno partu editæ, cerastis crinem implexum habentes, armatamque manum face, et flagellis: a *furo.* Poetæ fabulantur, Furiarum numen circa scelerum cognitionem ultionemque, et in animorum male sibi consciorum exagitatione versari. Sapientes interpretantur, Furiarum nomine a Poetis nihil aliud significari, quam animum sibi male conscium, et scelerum quibusdam quasi stimulis assidue exagitatum. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. Sin hæc dea est, cur non Eumenides? quæ si deæ sunt, quarum et Athenis fanum est, et apud nos, ut ego interpretor, lucus Furinæ: Furiæ deæ sunt speculatrices, credo, et vindices facinorum et scelerum. *Id.* l. 1. *de Legib.* c. 14. Ut eos agitent insectenturque Furiæ, non ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ, fraudisque cruciatu. Adde *pro Rosc. Amer.* c. 24. ¶ *Serv. in* 4. *Æn.* v. 609. causam affert, cur tres sint, quia et in cælo reperiuntur, ubi Diræ vocantur, et in terris, ubi Furiæ, et apud inferos, ubi Eumenides. Aliis tres Furiæ significant tres animi affectus, iram, cupiditatem, libidinem, qui homines in omnia facinora præcipites agunt, ex quibus ira ultionem desiderat, cupiditas opes, libido voluptates. *Lactant.* l. 6. c. 19. Hinc, Furiis scelerum agitatus, *Virg.* 3. *Æn.* v. 331. Malis furiis actus, *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 135. Concipere furias, *Virg.* 4. *Æn.* v. 474. Furiis accensus, *Id.* 12. *Æn.* v. 945. ¶ *Furiæ honestæ* dicuntur a *Statio* impetus animi servitutem, et infamiam abhorrentes. Sic enim habet l. 4. silv. 6. v. 83. Immeritasque domos ac templa Sagunti Polluit, et populis furias immisit honestas. *scil.* Saguntini maluerunt se ipsos perdere, et fidem Romanis servare, quam in Annibalis potestatem fœde venire. Simile est illud *Virg.* 8. *Æn.* v. 494. Ergo omnis furiis surrexit Etruria justis. *h. e.* justa ira. *with just fury or indignation.* ¶ In singul. num. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 4. Uti ullum ad illam Furiam (*Clodium*) verbum rescriberet. *Id. pro Sext.* c. 14. Furia ac pestis patriæ. ¶ *Furiæ auri,* h. e. furens insanaque auri cupiditas. *Sil.* l. 2. v. 500. ¶ De rabie canum *Grat. in Cyneg.* v. 391. Scilicet hoc motu, stimulisque potentibus acti, In furias vertere canes. ¶ De stimulis amoris *Virg.* 3. *Georg.* v. 242. Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque, Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres In furias ignemque ruunt. ¶ De furibundo impetu, ira, furore, *Martial.* l. 2. epigr. 43. quæ passa est furias et cornua tauri. *the fury, furious attack.* ¶ De impetu aquarum *Claudian. de III. Cons. Honor.* v. 45. tranare sonoras Torrentum furias.

FURIĀLIS, le, *of or pertaining to fury, furious, outrageous,* μανιώδης, ad Furias pertinens, item ad furentes et insanos. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 139. furialis Erichtho. *Horat.* l. 3. od. 11. v. 17. Cerberi caput furiale centum

muniunt angues. *Liv.* l. 7. c. 17. Sacerdotes facibus ardentibus anguibusque prælatis, incessu furiali militem Romanum insueta turbaverunt specie. *Ovid. Metam.* 6. v. 591. Furialia arma. *h. e.* Bacchantum. *Cic. pro Planc.* c. 35. Furialis illa vox nefariis stupris effeminata. *Id.* vertens carmina *Sophocl.* l. 2. *Tuscul.* c. 8. Furialis vestis. *h. e.* Nessi, qua indutus Hercules in furorem actus est. Sic apud *Valer. Flacc.* l. 6. v. 670. Aurum furiale. *h. e.* furorem inducens. et lib. 7. v. 254. furialia figit Oscula, permixtumque odiis inspirat amorem. et lib. 2. v. 101. struit illa nefas, Lemnoque merenti Exitium furiale movet. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 657. Furialis cædes. *h. e.* a furente facta. et vers. 84. Furialia ausa. *Id.* 3. *Amor.* el. 12. v. 39. Mensæ furiales Atrei. *Martial.* l. 2. epigr. 75. Leo furiali dente duo corpora peremit. *h. e.* furibundo, *ravenous, furious.* ¶ *Furiale* adverbii ritu pro *furialiter.* *Stat.* 6. *Theb.* v. 429. aurigæ furiale minatur. *Claudian. de B. Get.* v. 326. leo tacitus per altas Incedit furiale nives.

FURIALITER, adverb. *furiously,* ἐρινυωδῶς, furiose. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 637. Non habet exactum quid agat: furialiter odit, Et parat insidias, et cupit ulta mori.

FURIĀNUS, a, um, ad Furium pertinens, quod est nomen propr. R. hominis, ut *Furiana poemata* apud *Gell.* l. 18. c. 11. h. e. Furii Antiatis, antiqui Poetæ. *Furiani milites,* sub Furio Camillo militantes. *Liv.* lib. 6. c. 9. *sub fin.*

FURIATĬLIS, le, adject. furiosus, efferus. *Fortunat.* l. 3. *de vita. Martin. a med.* Furiatile cornu. *h. e.* vaccæ furentis.

FURIĀTUS, a, um, *enraged, infuriate, mad, furious, desperate,* μαινόμενος, furore concitatus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 407. Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 761. Furiatos ignes concipere. *h. e.* insanum amorem. *Sil.* l. 13. v. 209. Concitat intortam furiatis viribus hastam. *Id.* l. 7. v. 617. exemplo laudis furiata juventus.

FURIBUNDUS, a, um, *raging much, furious, mad, outrageous,* μανιώδης, qui vehementer furit. *Cic. pro Sex.* c. 7. Furibundus homo ac perditus. *Id. Phil.* 13. c. 9. Latronis impetus crudeles ac furibundos retardare. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 871. ut taurus vacca furibundus adempta Stare nequit. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 2. Hariolorum et vatum furibundæ prædictiones. *h. e.* mente alienata, divinoque furore correpta factæ. *Stat.* 10. *Theb.* v. 896. Junonem tacitam furibunda silentia torquent.

FURĪNA, æ, f. dea apud Romanos, eadem quæ Furia, ut *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. opinatur. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. Furinalia a Furina, quod ei deæ feriæ publicæ dies is: cujus deæ honos apud antiquos. nam ei sacra instituta annua, et flamen attributus. nunc vix nomen notum paucis. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 2. Ponticulus, qui est ad Furinæ, Satricum versus. ¶ In vet. lap. apud *Gruter.* pag. 9. n. 5. et pag. 333. n. 1. legitur *Forina.*

FURINĀLIS, le, ad Furinam pertinens, ut Furinalis flamen, Furinales feriæ, apud *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 15. et l. 6. c. 3. *a med.* ¶ *Furinalia, um,* sacra, et feriæ deæ Furinæ. *Festus:* Furinalia, sacra Furinæ, quam deam dicebant. Adde *Varron.* l. 5. *L. L.* c. 3.

FURĪNUS, a, um, *of a thief,* ad furem pertinens. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 2. Nam non coquinum est, verum furinum est forum.

FURĬO, as, a. 1. *to make or drive mad, madden, enrage,* ἐκμαίνω, furore concito, in furorem ago. *Horat.* l. 1. od. 25. v. 14. Quæ solet matres furiare equorum. *Stat.* 11. *Theb.* v. 487. cum bella cieret Bacchus, et armatas furiarent orgia matres. *Sil.* l. 14. v. 279. Ductores facilem impelli, lætamque tumultus Vaniloquo plebem furiabant insuper ore. et lib. 17. v. 294. ignifero mentes furiabat in iram hortatu.

FURĬO, is, n. 4. *to be mad, rage,* idem quod furo. *Sidon.* carm. 22. v. 94. Ipsa autem nato occiso Pentheia mater Amplius ut furiat, numquid vesana futura est? *Ulpian. Dig.* lib. 23. tit. 2. leg. 9. Si pater furiat, avus sapiat, sufficit avi voluntas. Ita *Haloand.* at *Torrentin.* furit, *alii* furat.

FURIŌSE, adverb. *furiously, madly,* μανικῶς, dementer, insane. *Cic. ad Attic.* l. 8. ep. 5. Etsi solet eum, cum aliquid furiose fecit, pœnitere. *Spartian. in Adrian.* c. 12. Servo in se cum gladio furiosius irruente.

FURIŌSUS, a, um, *furious, mad, frantic, outrageous,* μανιώδης, furens, furibundus, furore percitus. *Cic. pro Cluent.* c. 65. Mulier jam non morbo, sed scelere furiosa. *Id.* 4. *Acad.* c. 27. Dormientium, et vinolentorum, et furiosorum visa imbecilliora esse, quam vigilantium, siccorum, sanorum. *Id.* 1. *Catil.* c. 10. Cupiditas effrenata, ac furiosa. *Ovid. Metam.* 10. v. 370. furiosa vota. *h. e.* quibus aliquid illicitum, absurdumve insane cupitur. *Liv.* l. 36. c. 34. A furioso incepto deterrere. *Cic. in Pison.* c. 20. Ego te non vecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorem putem? *Id. pro Dom.* c. 2. Homo vesanus ac furiosus. *Id. de clar. Orat.* c. 68. *extr.* Fervidum, et petulans, et furiosum genus dicendi. *Id. Attic.* l. 4. ep. 3. Turbulentæ, temerariæ, furiosissimæ conciones. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 83. quanto hoc furiosius, atque Majus peccatum est? *Ovid.* 9. *Metam.* v. 736. Amor furiosior. *Id.* 4. *Fast.* v. 341. Exululant comites, furiosaque tibia flatur. *h. e.* tibia magnæ deum matris furorem inspirans.

FURIPPUS, i, m. magnus fur, si a *fure,* derivetur: vel valde furens, si a *furo,* is. ἵππος enim Græce interdum in composit. intensiva est. *Auson.* epigr. 115. Pars te Furippum vocitat, pars vero Furippum: Altera producens, altera corripiens. Elige, utrum malis: aut tende aut corripe nomen: Conveniet quodvis, fur, furiose, tibi.

FURĬUS (et Fourius in num. apud *Patin. de Fam. Rom.* pag. 117.) a, um, ad Furium pertinens, quod est nomen proprium Romani hominis, ut C. Furius Aculeo, L. Furius Camillus, &c. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 641. Furius (antiquum) populi superator Hetrusci. *Liv.* l. 31. c. 48. *extr.* Data fato quodam Furiæ Genti Gallica bella. *Cicer. Verr.* 3. c. 42. Cedo mihi leges Atinias, Furias, Fusias. *Lex Furia* est, cujus lator aliquis Furius fuit: cujusmodi meminit *Cic. pro Balb.* c. 3. latæ a C. Furio trib. pl. qua præscribebatur summa pecuniæ, quæ ex tota hereditate legari, aut mortis causa donari poterat. Fuit etiam *Furia Caninia* de manumissionibus, ut in testamento ex tribus servis non plures, quam duos manumittere liceret; ex decem dimidiam partem; a decem usque ad triginta tertiam partem; usque ad centum quartam; usque ad quingentos quintam, &c. *Caius Institut.* lib. 5. tit. 2. *Paul. sentent.* l. 4. tit. 14. Plerique omnes non Furiam, sed Fusiam Caniniam leguut: estque de ea titulus 3. lib. 3. *Cod. Justin.* Verum *Furii* qui dicebantur, olim *Fusii* fuere, ut *Quintil.* docet. l. 1. c. 4. (*al.* 6.)

FURNACĔUS, a, um, *of an oven,* βαναυσικὸς, ἰπνίτης, ad furnum spectans, ut Furnacei panes, qui in furno coquuntur. *baked in an oven.* *Plin.* l. 18. c. 11. Panis varia genera, ut furnacei, a coquendi ratione, &c.

FURNARĬUS, a, um, *of an oven, or furnace,* βαναυσικὸς, ad furnum pertinens. *Furnarius* est, qui ex furno quæstum facit, ἰπνοκαύστης, ἰπνοποιὸς, *a baker.* *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 24. *a med.* Si furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarii culpa damnum datum fuerit. ¶ *Furnaria, æ,* furnarii ars et negotiatio, *the trade of a baker,* βαναυσική. *Sueton. in Vitell.* c. 2. Mulier vulgaris, Antiochi cujusdam furnariam exercentis filia.

FURNIĀNUS. V. *Firmianus.*

FURNUS, ni, m. *an oven, furnace,* ἰπνὸς, κλίβανος, locus, in quo panis coquitur. Differt a *clibano,* quia clibanus minor est, et quasi parvus furnus, mobilis, fere ex metallo, interdum etiam ex lapide, inservit non tam pani, quam aliis dapibus coquendis. V. *Clibanus.* Alii derivant a *furvus:* alii a πύραυνον, foculus: alii a *fornus,* quod a *formus,* calidus. *Plin.* l. 19. c. 1. Cortices lini decussi clibanis et furnis præbent usum. *Id.* l. 20. c. 9. *a med.* Olla quæ conjiciatur in clibanum, aut furnum. *Plaut. Cas.* 2. 5. 1. In furnum calidum condito, atque ibi torreto me pro pane rubido, hera. *Plin.* l. 13. c. 4. *ad fin.* Fructus marcescit non retostus furnis. *Id.* l. 28. c. 8. *a med.* Torrere aliquid in furno. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 313. Furnis torrere farra *Plin.* l. 32. c. 7. *ad fin.* In furno arefacere. *Id. sub fin.* l. 22. cremare. *Id. in proœm.* l. 23. *sub fin.* urere.

FURO, is, ui, n. 3. *to be mad, rage; to be transported with any violent passion,* μελαγχολάω, μαίνομαι, furore corripior, furiosus sum; item vehementiore aliquo affectu, ut ira, cupiditate, lætitia, timore agitor, efferor, insanio. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 37. Qui valetudinis vitio furunt, et melancholici dicuntur. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 5. *a med.* Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Ajacem, Orestem furere dicimus. *Id.* 6. *Verr.* c. 18. Usque eo est commotus, ut sine ulla dubitatione insanire omnibus ac furere videretur. *Id. de clar. Orat.* c. 80. Furere et bacchari. *to rave.* *Id.* 2. *de Orat.* c. 46. Telamon iratus, furere luctu filii videbatur. *to be distracted.* *Id.* 2. *Q. Fr.* ep. 1. *ad fin.* Clodius furebat, a Racilio se contumaciter vexatum. *was indignant.* *Senec. in Med.* v. 597. Sed furit vinci dominus profundi. *Cic. in Pison.* c. 21. *ad fin.* Acerrime furere. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 254. Qui tum alacres passim lymphata mente furebant. *Horat.* l. 2. od. 7. *extr.* recepto Dulce mihi furere est amico. *Id.* epod. 11. v. 6. Hic tertius December, ex quo destiti Inachia furere. *h. e.* propter amorem Inachiæ. *Ovid. Metam.* 14. v. 451. pactaque furit pro conjuge Turnus. *Quintil.* declam. 289. Furere in aliqua. *h. e.* amore alicujus insanire. *to burn with love towards.* *Valer. Flacc.* l. 5. v. 427. Furere amore. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 478. dolore. *Curt.* l. 8. c. 1. *a med.* linguæ intemperantia. et cap. 14. Belluæ in suos acrius furunt. *Lucan.* l. 5. v. 319. miles in absentem vultu dextraque furebas. *Virg.* 9. *Æn.* v. 552. fera contra tela furit. et l. 7. v. 624. pars arduus altis Pulverulentus equis furit. *h. e.* sævit, fremit, ad arma ruens, et prœlia poscens. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 144. hic optimus hasta, hic ense furens. *h. e.* acriter dimicans. ¶ Transfertur ad inanima. *Curt.* l. 4. c. 2. *a med.* Fretum quo arctius volutatur, hoc acrius furit. *Virg.* 1. *Æn.* v. 111. furit æstus arenis. *boils.* *Id.* 3. *Georg.* v. 100. in stipulis magnus sine viribus ignis Incassum furit. et vers. 150. furit mugitibus æther Concussus. et vers. 457. dolor furit. *is aggravated.* *Id.* 5. *Æn.* v. 693. effusis imbribus atra Tempestas sine more furit. *Lucan.* l. 1. v. 155. fulmen in sua templa furit. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 828. furit ardor edendi. *the appetite becomes ravenous.* ¶ Cum accusativo, Græca ratione. *Stat.* 9. *Theb.* v. 5. Præcipuum tunc cædis opus, Gravide, furebas. *h. e.* furens edebas. *Virg. Æn.* 12. v. 680. hunc, sine, me furere ante furorem. ¶ Prima singularis indicativi præsentis *furo* (pro qua *furio* ponit *Priscian.* l. 8. pag. 817. *Putsch.*) raro invenitur, inquit *Diomed.* l. 1. pag. 375. nullum tamen affert exemplum. Raræ sunt etiam *furitis,* et futuri pæne omnes, et imperativi. *Furimus,* et *furant* habet *Senec.* ep. 95. Præteritum *furui* pæne incertum est. *Plin.* l. 33. c. 11. *a med.* Nec copia tantum argenti furuit vita, sed validius pæne manipretiis. Ita *Harduin.* ex MSS. *Al. leg.* fuerit. *Sedul.* l. 1. v. 196. Darii furuerunt jussa tyranni. *Al. leg.* ferverunt. *Serv. ad Æn.* 1. v. 45. Duo Ajaces fuerunt, et ambo furuerunt. Adde *ad Æn.* 4. v. 471. ¶ Frequentissimum est particip. *furens,* quod V. suo loco.

FŪROR, aris, atus sum, dep. 1. *to steal, pilfer,* κλέπτω, clam alienum aufero. *Cic. Verr.* 3. c. 22. *sub fin.* Solet hæc, quæ rapuit et furatus est, dicere se emisse. *et Verr.* 6. c. 15. Ut iste in furando manibus suis, oculis illorum uteretur. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 61. Ad furandum venire. *Tacit. Ann.* 3. c. 74. Robore exercitus impar, furandi melior. *h. e.* aptior insidiis, et ad furta belli. *Plin.* l. 11. c. 10. Ne promptum sit, quod invitet furantem. *Cic.* 2. *Offic.* c. 11. Furari cuipiam aliquid, aut eripere. *Id.* 2. *Attic.* ep. 1. Quippiam furari ab aliquo. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 19. v. 45. Vacuo furari litore arenas. *Quintil.* l. 5. c. 6. pecuniam ex templo. *Sueton. in Cæs.* c. 54. aurum e Capitolio. ¶ Activa forma. *Plaut. Rud.* 1. 2. 23. et *Trin.* 4. 2. 22. An quo furatum venias mox, vestigas loca? ¶ Translate est subtrahere. *to withdraw.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 845. Pone caput, fessosque oculos furare labori. ¶ Item tegere. *to cover, hide, conceal.* *Senec. in Agamemn.* v. 914. vultus veste furabor tuos. ¶ Item furtim obtinere. *Cic. pro Balb.* c. 2. Non enim furatus esse civitatem dicitur. *Propert.* l. 4. el. 2. v. 31. *de Vertumno.* Cinge caput mitra: speciem furabor Iacchi. Furabor Phœbi, si modo plectra dabis. *h. e.* videbor esse Iacchus: vincam et obtinebo, ut credar Iacchus.

FŬROR, oris, m. *fury, madness, rage, distraction,* μελαγχολία, μανία, gravior mentis alienatio. Differt ab insania, ut majus a minori, ut *Cic.* docet 3. *Tuscul.* c. 5. nihilominus in sapientem cadere potest, insania non potest: quia furor intermittitur aliquando, insania perpetua est. *Id. de Harusp. resp.* c. 18. A diis quidem immortalibus quæ potest homini major esse pœna furore atque dementia? ¶ Sumitur aliquando pro mentis concitatione, quæ divinitus fit, qualis est poetarum et vaticinantium. *rapture; a trance.* *Cic.* 1. *de Divin.* c. 31. Inest igitur in animis præsagitio extrinsecus injecta atque inclusa divinitus. Ea si exarsit acrius, furor appellatur, cum a corpore animus abstractus divino instinctu concitatur. et cap. 37. Negat enim, sine furore Democritus quemquam poetam magnum esse posse. *poetical heat, or frenzy.* *Ovid.* 2. *Metam.* v. 640. fatidicos concepit mente furores. ¶ Item pro brevi aliquo, sed vehementiori affectu, ac perturbatione, qua effrenate fertur animus, ac temere, cæcoque impetu agit. *Cic.* 4. *Catil.* c. 6. Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi, et furor, in vestra cæde bacchantis. *Id. in Pison.* c. 21. *a med.* Nisi pœnas patriæ furore atque insania penderet. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 4. Furore atque amentia impulsus. *madness, passion.* *Cic. de Harusp. resp.* c. 1. Effrenatus et præceps furor. *Id. pro Dom.* c. 55. *extr.* inflammatus atque ignitus furor. *Catull.* carm. 62. *de Aty,* v. 28. rabidus. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 516. ferus. *Senec. in Herc. Fur.* v. 991. cæcus. *Id. in Med.* v. 851. impotens. *Liv.* l. 28. c. 22. *ad fin.* Cum cæci furore in vulnus ac ferrum vecordi audacia ruerent. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 197. amenti cæca furore. *rage.* et vers. 53. Thesea cedentem celeri cum classe tuetur, Indomitos in corde gerens Ariadna furores. *inconsolable grief, vel implacable anger.* et carm. 50. *ad Lucin.* v. 11. toto indomitus furore lecto Versarer. *full of uneasiness.* *Sueton. in Ner.* c. 31. Impendiorum furor. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 145. quo me furor egit amantem. *Virg.* 4. *Æn.* v. 101. Ardet amans Dido, traxitque per ossa furorem. *Id.* 12. *Æn.* v. 680. hunc, sine, me furere ante furorem. *h. e.* furorem bellicum, pugnam inire. *Senec. in Hippol.* v. 540. Impius lucri furor. *desire.* *Plin.* l. 2. c. 1. Furor est, profecto furor, egredi ex eo, &c. *it is madness, or folly.* *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 172. Quis furor est, census corpore ferre suo? *what madness is it.* ¶ De seditione et tumultu. *Liv.* l. 28. c. 25. Nec jam erat aut civis, aut externus, cum quo furorem suum consociarent. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 11. *a med.* Si decima legio ad eundem furorem redierit. *Vellei.* l. 2. c. 60. Antonii et Dolabellæ ad nefandam dominationem erupit furor. et cap. 89. Sopitus ubique armorum furor. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Catull.* carm. 46. *ad se ips.* Jam cæli furor æquinoctialis Jucundis Zephyri silescit auris. ¶ Videtur aliquando in bonam partem sumi posse. *Sil.* l. 2. v. 324. Vidi animos, mortesque virum, decorisque furorem. *h. e.* vehementem cupidinem gloriæ, et laudis. Sic lib. 3. v. 146. incautos laudum exhorrese furores. ¶ Cum infinito. *Stat.* 8. *Theb.* v. 594. innumeris leo forte potitus Cædibus, imbelles vitulos, mollesque juvencas Transmittit; magno furor est

in sanguine mergi. *h. e.* ardor, impetus, vis, libido est. ¶ Apud Poetas unus est ex comitibus Martis. *Stat.* 3. *Theb.* v. 424. et l. 7. v. 52. *Sil.* l. 4. v. 327.

FURTIFĬCUS, a, um, *pilfering, thieving, thievish,* ἐπικλόπος, furax. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 97. Furtificæ manus. *Id. Epid.* 1. 1. 10. Minus jam furtificus sum, quam antea: rapio propalam.

FURTIM, adverb. *by stealth, secretly,* λαθραίως, latenter. *Cic. Agrar.* 2. c. 16. Ut occulte latet, ut recondita est, ut furtim tota Decemviris traditur! *Q. Cic. ad Tiron. Fam. ult. ep. pœnult.* Lagenæ furtim exsiccatæ. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 49. Hic clam furtimque esse vult, ne qui sciant. *Ovid. Metam.* 14. v. 275. Furtim latere. *Id.* 3. *Fast.* v. 19. Blanda quies victis furtim subrepit ocellis. *Id.* 3. *Trist.* el. 1. v. 21. Hæc ubi sum lingua furtim titubante locutus. *in a low voice.* Sic 2. *Amor.* el. 19. v. 39. furtim pulsare limina. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 56. Furtim magis, quam bello Marsacos incursabat.

FURTĪVE, *by stealth, privily,* furtim, κλεμμαδόν. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 62. Ne quid clam furtive accepisse censeas. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 5. v. 6. Furtive data munera. *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 23. Furtive gratias agere, et in angulo, et ad aurem.

FURTĪVUS, a, um, *stolen, pilfered,* κλεπτικὸς, furto ablatus. *Plaut. Curc.* 5. 2. 22. Mercari furtivas, atque ingenuas virgines. *Horat.* l. 1. ep. 13. v. 14. Furtivæ lanæ glomus. et ep. 3. v. 19. moveat cornicula risum Furtivis nudata coloribus. ¶ Item clandestinus, occultus. *secret, clandestine. Cic. in Pison.* c. 40. Occultus adventus, furtivum iter per Italiam. *Justin.* l. 11. c. 6. Furtiva victoria. *h. e.* quæ furto et per insidias parta est. *Sil.* l. 9. v. 95. furtiva corpus componere terra. *h. e.* clam sepelire. *Virg.* 4. *Æn.* v. 171. Furtivus amor. *a stolen embrace.* et l. 7. v. 660. Furtivus partu. *h. e.* clam et illicite conceptus. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 56. furtivos viros habere. *gallants.* et l. 3. *de ar. am.* v. 640. Celent furtivos balnea tuta viros. *lurking. Id. Heroid.* ep. 17. *sub fi.* Furtivæ conscia mentis littera. *of the secrets of the heart. Id.* 2. *Amor.* el. 2. v. 15. Furtiva libertas. *h. e.* clam data. et l. 1. el. 11. v. 3. Furtiva nox. *h. e.* furtivis amoribus apta. *Gell.* l. 17. c. 9. *ad fin.* Furtivo scripto cuipiam res occultas nuntiare. *in cipher.*

FURTUM, i, n. *theft, robbery,* κλοπὴ, occulta ablatio rei alienæ. *Cic. pro Cluent.* c. 64. Strato ille medicus domi furtum fecit, et cædem. *Id. in fragm. contra C. Anton.* apud *Ascon.* Furti aliquem arguere. *et ibid.* deferre. *Terent. Eun.* 4. 7. 39. se alligare. *Plaut. Rud.* 4. 7. 34. adstringere. *Cels. Dig.* lib. 47. tit. 2. leg. 69. Furtum alicui facere. *Sabin. ibid.* leg. 73. Alicujus rei furtum admittere. *Pompon. ibid.* leg. 78. Furti teneri. *et ibid.* Furti agere. *Gell. in fi.* l. 11. condemnare. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 86. Oves furto periere. *Id.* l. 1. od. 10. v. 7. jocoso furto aliquid condere. *Plin.* l. 8. c. 51. Furto abactæ sues. *stolen. Id. in proœm. a med.* Deprehendi in furto. et *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 15. Furto comprehensus. *detected in the act of stealing. Plin.* l. 36. c. 20. Ruinarum ea maxime causa, quod furto calcis, sine ferrumine suo cæmenta componuntur. *by losing the due proportion of lime.* ¶ Item ipsa res furto ablata. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 78. seu puer unctis Tractavit manibus calicem, dum furta ligurit. ¶ Translate *Q. Cic. ad Tiron. l. ult. Fam. ep. pœnult.* Etiam si quod scribas, non habebis, scribito tamen, ne furtum cessationis quæsivisse videaris. *h. e.* furtivam causam, prætextum. ¶ Est etiam fraus occulta et insidiæ. *a crafty wile or device; a stratagem, ambuscade. Ovid. Metam.* 13. v. 104. furtis incautum decipit hostem. *Liv.* l. 43. c. 10. furto et fraude rem agere. *Curt.* l. 4. c. 13. Furto, non prælio opus esse: intempesta nocte opprimi hostes posse. *Virg.* 10. *Æn.* v. 735. haud furto melior, sed fortibus armis. et l. 11. v. 515. et *Sallust. in fragm.* apud *Serv. ibid.* et *Non.* c. 4. n. 203. Furta belli. *stratagems. Sil.* l. 17. v. 91. furtum armorum tutantibus umbris. ¶ Dicitur sæpe de furtivis amoribus. *intrigues. Virg.* 4. *Georg.* v. 346. Vulcani, Martisque dolos, et dulcia furta. *Tibull.* l. 1. el. 2. v. 34. celari vult sua furta Venus. *Sil.* l. 7. v. 487. e furto genitus. Adde *Ovid.* sæpe. ¶ Et de qualibet latebra atque occultatione. *Virg. Æn.* 6. v. 568. Quæ quis apud superos furto lætatus inani, Distulit in seram commissa piacula mortem. *Martial.* l. 5. epigr. 51. Nec semel ergo mihi furtum fecisse licebit? *h. e.* cœnare clanculum. *Virg.* 4. *Æn.* v. 337. neque ego hanc abscondere furto Speravi, ne finge, fugam. ¶ *Furto* pro adverb. *furtim. Id.* 6. *Æn.* v. 24. suppostaque furto Pasiphae. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 228. Qualis sanguineo victor Gradivus ab Hæmo Idalium furto subit, aut dilecta Cythera. *Plin.* l. 8. c. 30. Parere furto cupiunt. *Vellei.* l. 2. c. 63. Furto creatus pontifex. *in an indirect manner; by underhand means.*

FURVESCENS, tis, qui furvus fit. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 20. Tartareæ noctis obscuritate furvescens.

FURUNCŬLUS, i, m. *a pilferer, petty thief,* diminut. a fur. *Cic. in Pison.* c. 27. Olim furunculus, nunc etiam rapax. ¶ Est etiam tuberculum in cute, et ulcus *Plin.* l. 20. c. 13. et alibi: de quo et *Celsus* l. 5. c. 28. sect. 8. Furunculus, inquit, est tuberculum acutum, cum inflammatione et dolore, maximeque ubi jam in pus vergit: qui ubi adapertus est, et exiit pus, subter apparet pars carnis in pus versa, pars corrupta subalbida, subrubra, quem ventriculum quidam furunculi nominant. *a furuncle, sort of tubercle or bile.* ¶ In vitibus etiam *furunculus* dicitur palmes juxta alium palmitem enatus, quod veluti succum vicinis partibus furetur: vel extuberatio quædam in modum verrucæ. *Colum.* l. 4. c. 22. et 24. et *Plin.* l. 17. c. 22.

FURVUS, a, um, *dusky, swarthy, dark, black,* μέλας, ἀμαυρὸς, σκοτεινὸς, niger, ater, obscurus. *Festus:* Furvum, nigrum, vel atrum. hinc dicta furnus, furiæ, fuligo, fumus. *Gell.* l. 1. c. 18. Veteres Romani furvum atrum appellaverunt. *Senec.* l. 1. controv. 1. *ad fin.* Audivimus fratrum fabulosa certamina, impias epulas, detestabili parricidio furvum diem. ¶ De inferis. *Horat.* l. 2. od. 13. v. 21. furva Proserpina. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 541. Ex Acheronte suo furvis peperisse sub antris. Adde *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 155. et *Theb.* 8. v. 10. ¶ Hinc hostiæ furvæ dicebantur, quæ nigri erant coloris, quod hostiarum genus diis inferis gratissimum putabatur. *Valer. Max.* l. 2. c. 4. n. 5. et *Fest.* ¶ Translate *Prudent. Cathemer.* 1. v. 74. Culpa furva. ¶ *Furvus,* pullis vestibus indutus, atratus. *clothed in sable weeds. Propert.* l. 4. el. 7. v. 27. Denique quis nostro furvum te funere vidit? *Al. leg.* curvum.

FUSCĀTOR, oris, m. *a darkener,* qui fuscat. *Lucan.* l. 4. v. 66. Quicquid cæli fuscator Eoi Intulerat Corus.

FUSCĀTUS, a, um, adject. *darkened, blackened, made dusky. Alcim. Avit.* l. 4. v. 430. Fuscati lumina solis.

FUSCĬNA, æ, f. *an eel-spear,* δίκρανον, τρίαινα, telum tridens, sive trisulcum, aut bisulcum, quo piscatores figunt anguillas, et ea, quæ in imo aquæ fundo natant. Erat autem hoc insigne, et veluti sceptrum Neptuni. *the trident of Neptune. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 36. Dant etiam deo arcum, hastam, clypeum, fuscinam, fulmen. ¶ Fuscina etiam utebantur retiarii in gladiatoriis pugnis. *a three-forked spear, or mace, which the* retiarius *used against the* mirmillo. *Juvenal.* sat. 2. v. 143. Vicit et hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi.

FUSCĪNUS, a, um, adject. ad Fuscum pertinens, quod est nomen, vel cognomen propr. Rom. *Senec. in fi. suasor.* 4. Ingeram vobis Fuscinas explicationes.

FUSCĬTAS, atis, f. *cloudiness, gloom,* fuscus color. *Apul. de Mundo ad fin.* Ab omni fuscitate liberum cælum.

FUSCO, as, a. 1. *to make swarthy or dusky, darken, blacken,* ὑπομελανίζω, fuscum, hoc est, subnigrum facio. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 513. Fuscentur corpora campo. *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 576. pinguique cutem fuscatur olivo. *Id.* 1. *Achill.* v. 307. Massagetæ pocula fuscant sanguine puniceo. *Lucan.* l. 10. v. 135. fuscante lanugine malas. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 396. longa fuscat nube diem. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 197. ne fuscet inertia dentes. ¶ Neutrorum more *Stat.* l. 3. silv. 4. v. 65. ne prima genas lanugo nitentes Carperet, et pulcræ fuscaret gratia formæ. Alii mallent *gaudia formæ:* alii *fuscetur.* ¶ Translate *Symmach.* l. 1. ep. 34. (*al.* 40.) Quem ad hoc ævi nulla actuum culpa fuscavit. *Sidon.* carm. 7. v. 505. quem fuscat id unum, Quod te, Roma, capit.

FUSCUS, a, um, *brown, tawny, blackish, swarthy, dusky, dark,* φαιὸς, λευκόφαιος, ad nigrum accedens, subniger, furvus, ater, obscurus. *Cic. pro Sext.* c. 8. Purpura plebeia, ac pæne fusca. *Id. in prognost.* l. 1. *de Divin.* c. 14. Fusca cornix. *Virg.* 8. *Æn.* v. 369. Nox ruit, et fuscis tellurem amplectitur alis. *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 55. cum te fusco Somnus velavit amictu. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 494. fuscis Notus imminet alis. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 286. Fusca repurgato fugiebant nubila cælo. *Id. Heroid.* ep. 15. v. 35. Candida si non sum, placuit Cepheia Perseo Andromede, patriæ fusca colore suæ. *Tibull.* l. 2. eleg. 6. v. 37. Illi sint comites fusci, quos India torret, Solis et admotis inficit ignis equis. *Moors, Ethiopians. Martial.* l. 9. epigr. 36. Fusca Syene. *h. e.* cujus incolæ fusco sunt colore. *Id.* l. 2. epigr. 40. Fusca Falerna. *Id.* l. 14. epigr. 127. Fusca vestis. *h. e.* ut ipse ait, turbato simillima mulso. *Plin.* l. 31. c. 2. *circa med.* Nigra aut fusca pecora. *Id.* l. 16. c. 13. Fraxini duo genera: longa, enodis; altera brevis, durior, fusciorque. *Martial.* l. 14. epigr. 62. Laterna fuscior. *h. e.* minus pellucida. ¶ Translate *fusca vox* dicitur, quæ minus clara est, atque ad turbatam, obscuram, raucamque accedit, *hoarse, broken, rough:* cui opponitur *canora* et *candida* apud *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* c. 58. *Quintil.* l. 11. c. 3. et *Plin.* l. 28. c. 6. Hanc in M. Antonio fuisse, et actioni ejus gratiam addidisse, notat ex Cicerone (*in Bruto* c. 38.) *Quintil. ibid. sub fin.* Cicero autem eo loco non *fuscam,* sed (quod idem est) *subraucam* appellat. ¶ Fuscæ aves sunt mali ominis. *Apul.* l. 2. *Metam.* Fuscis avibus Larissam accessi. ¶ Est cognomen Romanum a colore cutis, ut C. Allius C. F. Fuscus, C. Cærecius C. F. Quir. Fuscus. Inscript. apud *Gruter.* pag. 126. col. 1. *extr.* et pag. 379. n. 6.

FUSE, adverb. *copiously, diffusely,* χύδην, late, abundanter, copiose. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 26. De cujus excellentia multa quidem dici quamvis fuse lateque possint. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 7. Cum uberius disputantur et fusius. *Id.* 3. *de Fin.* c. 8. Fuse et copiose augere et ornare quidpiam.

FUSĬLIS, e, *that may be poured out or melted, fusible, fusile,* qui fundi et liquefieri potest: item fusus, liquefactus. *Ovid. Metam.* 11. v. 126. Fusile per rictus aurum fluitare videres. *molten, liquid.* et *Prudent. Cathemer.* 4. v. 40. fusile numen. *h. e.* signum dei ex fusili metallo factum.

FUSĬO, onis, f. *a pouring out, diffusion,* χύσις, diffusio, extensio. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 15. Ipsumque mundum deum dicit esse, et ejus animi fusionem universam. *Vitruv.* l. 9. c. 7. Tenuis fusio stellarum. *spreading.* ¶ Item *a melting, founding, casting. Imp. Constantin.* lib. 9. *Cod. Theodos.* tit. 21. leg. 3. Si quis nummum falsa fusione formaverit. ¶ Item *a disbursement, payment. Gloss.* Fusio, εἰσφορὰ δημοσίων. *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 1. leg. 27. *a med.* Solent possessores fisco fusiones præstare. Ita *Torrentin.* Alii *functiones.*

FŪSĬUS, a, um. De lege Fusia V. supra in *Furius.*

FUSOR, oris, m. *a founder, melter,* qui metalla fundit. *Imp. Constantin.* lib. 10. *Cod.* tit. 64. leg. 1. et *Inscrip.* apud *Gruter.* pag. 630. n. 9. Domitius Abascantus fusor ollarius.

FUSORĬUM, ii, n. *a sink, drain,* locus, ubi aliquid funditur. *Pallad.* l. 1. tit. 37. *ad fin.* Longe ab apium castris sint omnia odoris horrendi, balneæ, stabula, coquinæ, fusoria. *h. e.* quo funduntur sordes culinæ. *Id. ibid.* tit. 17. Solum alto rudere solidatum, relicto fusoriis loco, testacei pavimenti superfusione solidetur. *h. e.* canalibus, per quos aqua infunditur, vel effunditur. loquitur enim de piscina.

FUSTERNA, *the upper part of a fir-tree,* postquam cæsa est abies in usum operum, pars ejus superior nodosa duriorque *fusterna* vocatur, quia crebros habet nodos, ut solet esse in fustibus, et baculis: inferior vero terræ proxima, enodis ac tenerior, fluvio macerata, decorticata, et quatuor in partes scissa, *sapinus* et *sapinea* dicitur. *Vitruv.* l. 2. c. 9. et *Plin.* l. 16. c. 39. *a med.* V. *Sapinus.*

FUSTIARĬUS, ii, m. qui fuste verberat, ξυλοκόπος, ὁ τύπτων τῷ ξύλῳ, *Vet. Gloss.* Adjective in *Inscript. Fabrett.* pag. 529. et *Gruter.* pag. 1114. n. 6. Fustiario supplicio se noverit esse subdendum. *Gruter.* habet *fustuario.*

FUSTIBALĀTOR, oris, m. qui Fustibalo jaculatur. Ita legitur in MSS. *Veget.* l. 3. c. 14. ut notat *Stevvech.* Vulgo legitur *Fundibalator* vel *Fundibulator:* quod idem esset ac funditor.

FUSTIBĂLUS, i, m. fustis est longus pedibus quatuor, cui per medium ligatur funda de corio, et utraque manu impulsus, prope ad instar onagri dirigit saxa. Ita describit *Veget. de re milit.* l. 3. c. 14.

FUSTICŬLUS, li, m. parvus fustis. *Pallad.* l. 1. tit. 35. *ante med.* Fusticulos allii sine capitibus comburere. *Apul.* l. 6. *Metam.* Decidentes sarcina fusticulos porrigas ei.

FUSTIM, adverb. *with cudgels,* cum fuste. *Valer. Max.* l. 6. c. 3. n. 9. Uxorem fustim interemit. Adde *sub fin.* cap. 1. l. 8. et *Vellei.* l. 2. c. 78. *extr.* Ubique autem al. leg. *fuste,* vel *fusti:* et priore loco etiam *furtim.*

FUSTIS, is, m. *a stake, club, pole, staff,* βάκτρον, lignum teres, ut vectis, clava, contus. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 38. mascula proles Sabellis docta ligonibus Versare glebas, et severæ Matris ad arbitrium recisos Portare fustes. *Plaut. Asin.* 2. 4. 31. Tanquam si claudus sim, cum fusti est ambulandum. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 31. Alligare fasces, incisos fustes, faculas. ¶ Fustium usus frequens est in cædendo. *a stick to strike with; a cudgel. Plaut. Amph.* 1. 1. 202. Auferere, non abibis, si ego fustem sumpsero. *Cic.* 6. *Verr.* c. 43. Male mulcati clavis et fustibus. *soundly cudgelled. Id. in Pison.* c. 30. Quid nunc te, asine, litteras doceam? non opus est verbis, sed fustibus. *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 8. *ad fin.* Fustem alicui impingere. *Plaut. Aulul.* 3. 1. 4. Fustibus aliquem male contundere. et 3. 3. 6. Implere fustibus caput alicujus. et *Mil.* a. 5. v. 8. verberare. *Tacit. Ann.* 14. c. 8; caput affligere. *Juvenal.* sat. 9. v. 98. fuste aperire caput. *to break his head. Horat.* l. 1. sat. 5. v. 22. mulæ, nautæque caput, lumbosque saligno Fuste dolat. et sat. 3. v. 134. fuste pueros coercere. *to correct Auct. de B. Hispan.* cap. 27. percutere. *Sueton. in Calig.* c. 26. abigere. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 8. animadvertere. *Paul.* lib. 1. tit. 15. leg. 3. castigare. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 101. Unguibus, et pugnis, et fustibus pugnare. *Plin.* l. 7. c. 56. Prœlium Afri contra Ægyptios primi fecere fustibus, quos vocant phalangas. ¶ In sexto casu etiam in *i* desinit. *Plaut. Capt.* 4. 2. 115. Nisi mantiscinatus ero probe, fusti pectito. *Sallust. in fragm.* apud *Serv. ad* 2. *Æn.* v. 201. Sorte ductos fusti necat.

FUSTITUDĪNAS insulas jognlariter vocat *Plaut.* ergastula ubi servi fustibus cæduntur, *Asin.* 1. 1. 21. Apud fustitudinas ferricrepinas insulas, ubi vivos homines mortui incursant boves.

FUSTUARĬUM, ii, n. *a cudgelling; a punishment, used chiefly in the army, when a soldier, for certain crimes, was beaten to death with sticks by his fellow-soldiers,* ξυλοκοπία, pœna, quæ fustibus infligitur. Ex *Cicer.* et *Livio* mox afferendis constat, fuisse pœnam militarem, et quidem capitalem, cum deberi dicant militibus capitale delictum admittentibus. Quare differt ab animadversione fustium, qua liberi homines, neque ii omnes, sed tenuiores, plectebantur: quæ minor erat flagellatione, leviorque. nam hæc servorum fuit, ut *Callistrat. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 28. et *Marcell. ibid.* leg. 10. et *Hermogenian.* lib. 47. tit. 10. *leg.*

ult. docent. Hanc *fustigationem* quidam appellant, nullo tamen, quod sciam, Latino auctore. *Fustuarium* vero auctores habet, ut diximus, *Cic.* 3. *Phil.* c. 6. Fustuarium meruerunt legiones, quæ consulem reliquerunt. et *Liv.* l. 5. c. 6. *ad fin.* Fustuarium meretur, qui signa relinquit, aut præsidio recedit. *Id.* apud *Servium ad Æn.* 6. v. 825. fustuario necare aliquem.

FUSURA, æ, f. *a melting, casting, founding, fusing,* χύσις, fusio, sive liquefactio. *Plin.* l. 33. c. 6. *a med.* Molybditis, plumbi ipsius fusura, quæ fit Puteolis, et inde habet nomen.

FUSUS, a, um, *poured forth, scattered, spread,* χυθεὶς, effusus: a *fundo, is. Cic.* 2. *de Orat.* c. 77. Fusus sanguis in corporibus. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 243. Fulgor fusus ab auro. et lib. 7. v. 610. fusus clangor. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 247. vinum super æquora fusum. ¶ Item dissipatus, dispersus, *routed, discomfited, dispersed. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 44. Copiæ prœlio fusæ. *Cic. Phil.* 14. c. 1. Exercitus hostium cæsus fususque. *Id.* 3. *Offic.* c. 31. *extr.* Hostes fusi et fugati. *Id. pro Sext.* c. 42. Ut homines fusi per agros et dispersi vagarentur. ¶ Item stratus, jacens, *lying down, extended, lying at full length. Virg.* 1. *Æn.* v. 218. Fusi per herbam. *Id.* 6. *Æn.* v. 423. Fusus humi. *Stat.* 1. *Theb.* v. 407. Fusus humo gelida. *Ovid.* l. 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 8. Fusa membra toro. *Id.* 12. *Metam.* v. 319. Fusus in Ossææ villosis pellibus ursæ. ¶ Item prostratus, afflictus. *overthrown, brought to the ground. Sil.* l. 4. v. 233. multo vix fusum vulnere Breucum. et lib. 7. v. 31. Fusus vulnere equi. ¶ Item liquefactus, solutus, fluens. *melted, cast, liquefied, fused. Plin.* l. 34. c. 11. Fusum æs. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. *ad fin.* Aer tum fusus et extenuatus sublime fertur, tum concretus in nubes cogitur. *Cels.* l. 1. c. 3. *a med.* Melior est in juvene fusior alvus, in sene adstrictior. ¶ Item diffusus, expansus. *spread, diffused. Virg.* 10. *Æn.* v. 137. Fusi crines. *dishevelled. Ovid.* 2. *Fast.* v. 739. fusæ per colla coronæ. *Plin.* l. 12. c. 17. *a med.* Fusa cupressus. *Id.* l. 8. c. 54. Fusa late cauda. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 93. fusis circum projecta lacertis. *with open arms. Lucan.* l. 4. v. 670. non fusior ulli Terra fuit domino. *h. e.* non latius regnum. *Virg.* 6. *Æn.* v. 440. partem fusi monstrantur in omnem Lugentes campi. et l. 10. v. 838. fusus propexam in pectore barbam. *h. e.* barbam habens fusam in pectus. *Liv.* l. 38. c. 21. Gallorum fusa et candida corpora. *h. e.* minime rugosa, sed extensa, et lævia. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 28. Ut illud, quod ad omnem honestatem pertinet, decorum, quam late fusum sit, appareat. *Id.* 2. *de Orat.* c. 54. Genus facetiarum æquabiliter in omni sermone fusum. et cap. 38. Genus sermonis non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum, ac minutum. *flowing, copious.* et cap. 15. Genus orationis fusum atque tractum, et cum lenitate quadam æquabili profluens. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ad fin.* In locis, ac descriptionibus fusi ac fluentes, in epilogis plerumque dejecti, et infracti. *flowing, fluent.* et *ibid. paulo ante.* Demonstrativum genus fusiores habet liberioresque numeros. *Id.* l. 10. c. 1. Dulcis, et candidus, et fusus Herodotus. *h. e.* copiose, et bene fluens. *et mox.* Plenior Demosthene Æschines, et magis fusus. *Id.* l. 11. c. 1. Quamquam sit fusus locus, tracteturque a philosophis latius. *h. e.* abundans rerum, et copiosus. Sic *Gell.* l. 2. c. 26. Lingua Græca prolixior, fusiorque, quam nostra. *Quintil.* l. 11. c. 3. *post init.* Fusa vox. et *post multa.* Vox in egressionibus fusa, et securæ claritatis. *elevated.* cui opponitur contracta. *depressed.* ¶ *Virg.* 7. *Æn.* v. 421. Turne, tot incassum fusos patiere labores? *expended to no purpose.*

FUSUS, us, m. fundendi actio, fusio, ut Fusus aquæ, *Varr.* l. 4. *de L. L.* cap. 26.

FUSUS, i, m. *a spindle,* ἀτρακτος, instrumentum, quod mulieres nendo digitis volvunt: a *fundendo,* quia per ipsum funduntur fila. *Plin.* l. 8. c. 48. Colus compta, et fusus cum stamine. *Id.* l. 11. c. 28. Lanam tenuari in fila junceo fuso. *Virg.* 4. *Georg.* v. 348. fusis mollia pensa devolvere. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 22. levi teretem versabat pollice fusum. *Hieronym.* epist. 7. (*al.* 107.) *ad Lætam, a med.* et *Prudent.* περὶ στεφ. 14. *de S. Romano,* v. 239. rotare fusos. ¶ A Poetis tribuitur Parcis, quæ nere dicuntur humanæ vitæ stamina. *Virg. Ecl.* 4. v. 46. Talia sæcla, suis dixerunt, currite, fusis Concordes stabili fatorum numine Parcæ. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 3. Tunc, quæ dispensant mortalia fila, Sorores, Debuerant fusos evoluisse meos. ¶ Pagana lege in plerisque Italiæ prædiis cautum erat, ne per itinera ambulantes feminæ torquerent fusos, aut omnino detectos ferrent, quoniam credebatur adversari id omnium spei, præcipueque frugum. Risu digna superstitio, quam refert *Plin.* l. 28. c. 2. *sub fin.* ¶ A similitudine machina est volvendis oneribus apta. *Vitruv.* l. 10. c. 6. *ad fin.* Circa lapidem fusos sextantales ad circinum compegit: deinde circa fusos funem involvit, et bubus junctis funem ducebat, &c. [¶ Neutro genere *fusum, i,* usurpat *Symmach. orat. in Gratian.* c. 9. Jamdudum aureum sæculum currunt fusa Parcarum.]

FUTĀTIM, adverb. profusim. *Plaut. Trucul.* 4. 4. 29. Id quoque interim futatim nomen commemorabitur. *h. e.* sæpe. Alii aliter interpretantur, aut legunt. V. *Interduatim.*

FUTĪLE, is, n. vas quoddam lato ore, fundo angusto, et acuto, quo utebantur in sacris deæ Vestæ: a *fundendo,* quod illud ministri sacrorum non deponerent, sed instabile esset, et, si positum esset, statim aqua funderetur. Aqua enim ad sacra Vestæ in terra non ponebatur, quod si fieret, piaculum erat. Igitur excogitatum est vas, quod stare non posset. *Lactant. Plac.* l. 8. *Theb. Stat.* v. 297. et *Donat. in Terent. Andr.* 3. 5. 3. et *Phorm.* 5. 1. 19.

FUTĪLE, adverb. idem quod futiliter. *Plaut. Stich.* 2. 2. 73. Enimvero, Gelasime, opinor, provenisti futile. *Ennius* apud *Non.* c. 11. n. 39. Ut quod factum est futile, amici, nos feramus fortiter.

FUTĪLIS, le, *leaky, easily running out,* χυδαῖος, qui facile fundit, et liquorem infusum non continet, sed protinus emittit. Hinc de canibus metu concacantibus *Phædr.* l. 4. fab. 17. v. 33. Illi autem, qui miserunt vos tam futiles, &c. ¶ Item qui facile funditur, et frangitur. *Virg.* 12. *Æn.* v. 740. Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu Dissiluit. *brittle, frail.* ¶ Translate dicitur de homine vano, et levi, qui continere tacenda non potest, quique facile loquitur, et nihil præstat. *blabbing, prating, foolish, silly, trifling, shallow, trivial, futile. Festus:* Futiles dicuntur, qui silere tacenda nequeunt, sed ea effundunt: sic et vasa futilia a fundendo vocata. (V. *Futile, is.*) *Terent. Andr.* 3. 5. 3. Servon' fortunas meas me commisisse futili? *Virg.* 11. *Æn.* v. 339. consiliis habitus non futilis auctor. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 19. Irrideamus haruspices: vanos, futiles esse dicamus. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 8. Futiles commentitiæque sententiæ. *Id.* 3. *de Fin.* c. 11. Quis non odit sordidos, vanos, leves, futiles? *Id.* 4. *Tuscul.* c. 17. Nec alacritate futili gestiens deliquescat. *Gell.* l. 13. c. 24. *a med.* Est hoc inane admodum et futile. *Id.* l. 4. c. 8. Competitores imbelles et futiles. et lib. 1. c. 15. Leves, et futiles, et importuni locutores. *Enn.* apud *Non.* c. 11. n. 16. Severiter suspectionem ferre falsam, futilium est. *argues emptiness.* ¶ Ponitur et pro inutili, supervacuo, et nullius pretii, ac momenti. *Phædr.* l. 5. fab. 2. v. 8. Nunc conde ferrum, et linguam pariter futilem. *Gell.* l. 16. c. 12. Res futiles et frivolæ. *Plin.* l. 33. c. 2. Futili pæne de causa. ¶ Item pro vano, irrito. *Sil.* l. 5. v. 797. Hæc Nero, et intorquet jaculum: nec futilis ictus. Nam latere extremo cuspis librata resedit. *vain, without effect.*

FUTILĬTAS, atis, f. *folly, silliness, vanity, futility,* φλυαρία, vanitas, levitas, inutilitas. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 28. Et plena sunt futilitatis, summæque levitatis.

FUTILĬTER, adverb. *idly, foolishly,* vane, inutiliter, frustra. *Apul. in Apolog. post princip.* Futiliter blaterata. Adde *Non.* c. 11. n. 39.

FUTĬO, is, a quo *effutio,* agnoscitur a *Priscian.* l. 4. pag. 631. *Putsch.* sed nullo firmatur auctore.

FUTO, as, a. 1. *Festus:* Futare, arguere est: unde et confutare. Cato hoc pro sæpius fuisse, posuit.

FUTUM, i, n. vas aquarium, quo in triclinio allatam aquam infundebant. V. *Nanus.*

FUTŬO, is, tui, utum, a. 3. βινέω, est Veneri operam dare: a φυτεύω, planto; vel ab obsoleto *futo* pro *fundo, is. Horat.* et *Martial.* sæpe.

FUTŪRUS, a, um, *about to be, that shall or will be, to come, future,* ἐσόμενος, qui erit, qui eventurus est: particip. verbi *sum,* ab antiquo *fuo. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 4. *ad fin.* Signa ostenduntur a diis rerum futurarum. *of things to come. Id.* 2. *Offic.* c. 9. Futura prospicere. *Virg. Æn.* 4. v. 508. Haud ignara futuri. *Colum.* l. 11. c. 1. Docendus, et multis prius experimentis inspiciendus erit, futurus villicus. *h. e.* qui debebit, aut volet esse villicus. *Liv.* l. 6. c. 12. *a med.* Si quid dii, vatesque in futurum vident. *can look into futurity.*

FUTUTĬO, onis, f. actus futuendi, *Martial.* et *Catull.*

FUTŪTOR, oris, m. qui futuit. *Martial.* sæpe, et *Auct. Priap.*

FUTŪTRIX, icis, f. *Martial.*

FUTŪTUS, a, um, particip. passi. signif. *Martial.* sæpe.

FUVI pro *fui,* V. in *Fuam.*

DE LITTERA G.

G Septima Latinorum littera, una ex mutis, cognata est litteræ C, a qua originem habet. *Nova consonans* dicitur a *Diomed.* l. 2. pag. 417. *Putsch.* quia multo tempore Latini ea caruerunt, C. litteram ejus loco adhibentes, sed duplici potestate, scilicet in quibusdam vocibus, ut C. nunc habet, in aliis ut G. Tandem post quingentos fere annos ab U. C. Spurius quidam Carvilius, ut est apud *Plutarch. de quæst. Rom.* n. 54. parvo apice inferius litteræ C adjecto in iis vocibus, quæ G sonum habebant, eam in Latium invexit. Remansit tamen in quibusdam vocibus, ut in *Caius, Cnæus,* licet per G efferantur, ut suo loco dictum est. Plura hac de re *Noris. in Cenotaph. Pis.* dissertat. 4. c. 5. ¶ Aliquando pro N scripta fuit, ut *aggulus, aggens, agguilla, iggerunt,* ut ex *Varrone* docet *Priscian.* l. 1. pag. 556. *Putsch.*

G A

[* GABĂLI, orum, m. populus Galliæ Aquitanæ. *Cæs. de B. Gall.* l. 7. c. 7. 64. et 75. ¶ Hinc *Gabalicus pagus* apud *Plin.* lib. 11. c. 42. sect. 97. Laus caseo Romæ e provinciis, Nemausensi præcipua, Lesuræ, Gabalicique pagi. Nunc vocatur *Anterieux,* olim *Andericum.* ¶ *Gabalitani* sunt ejus regionis incolæ apud *Sidon.* l. 5. ep. 13. et lib. 7. ep. 6. *a med.*]

GABALĬUM, ii, n. *an aromatic shrub,* genus plantæ aromaticæ apud Arabes. *Plin.* l. 12. cap. 21.

GABĂLUS, i, m. *a gallows, cross, gibbet,* σταυρὸς, crux, sive patibulum. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 373. Nos barbari, quod nocentes in gabalum suffigimus homines, vos non barbari, quod noxios absolvitis? ¶ Gabalus etiam dicitur homo sceleratus, et cruce dignus. *a gallows, crackhemp, crackrope, wretch that deserves the gibbet. Macrinus Imp. in quodam epigr.* apud *Capitolin. in ejus vita,* c. 11. Qualis Latinus gabalus iste fuit. ¶ Videtur hæc vox externæ originis esse.

GABAONITĬCUS, a, um, ad Gabaonitas pertinens, qui sunt incolæ Gabaon, urbis Palæstinæ in Tribu Benjamin. *Sidon.* l. 9. ep. 8. Ut agminibus vestris famulaturi, vel sub Gabaoniticæ servitutis occasione jungamur. V. *Biblia Jos.* 9.

GABĂTÆ, arum, f. *porringers, platters,* γάβαθα, vasa concava, eduliis, pulmentariisque apta: a *cavus,* quasi *cavatæ,* non a voce Græca allata, quia hanc posteriores Græci a Romanis acceperunt, uti censet *Voss. in Etym. Martial.* l. 7. epigr. 47. Transcurrunt gabatæ, volantque lances. *Id.* l. 11. epigr. 32. Sic implet gabatas, paropsidasque.

GABBĂRÆ, *vel* Gabbares, cadavera apud Ægyptios pollinctorum arte delibuta, arefacta, et a corruptione immunia, *mummies,* teste *Augustino* serm. 120. *de divers.* c. 12. Sed vox exotica est, et minime Latina: et præterea in MSS. *Augustini* eo loco deest. ¶ Gabbarus in *Gloss. Isid.* exponitur insulsus, barbarus. Sed hoc item barbarum est.

GABIENSIS, e, adject. ad Gabios pertinens, ut Gabiensis ager, *Plin.* l. 2. c. 94.

GABĬI, orum, m. Col. et urbs olim Latii, in via Prænestina, media inter Romam ad Occ. et Præneste ad Or. ad 12. M. P. ubi nunc *Campo Gabio.* Conditi fuere a Siculis, idest a Galacto, et Bio fratribus, ut *Solin.* tradit cap. 2. (*al.* 8.) Qua arte eos Tarquinius Superbus subegerit, narrat *Liv.* l. 1. c. 53. et 54.

GABINIĀNUS, a, um, adject. ad Gabinium pertinens, quod est nomen propr. civis R. ut Gabiniani milites, *Valer. Max.* l. 4. c. 1. n. 15.

GABINĬUS, a, um, adject. Gabinianus, ut Gabinia lex, *Cic. de Legib.* l. 3. c. 16. et alibi. Hæc lata fuit ab A. Gabinio Trib. pleb. Pisone et Popilio Coss. circa A. U. DCXIV. ut comitiis, quibus magistratus creabantur, populus non voce, sed tabella suffragium ferret. Aliæ fuerunt Gabiniæ leges de nocturnis cœtibus, de bello piratarum, &c. V. *Hotoman. de Legib. Rom.* et *Pitisc. in Lex.*

GABĪNUS, *et* Gabinius, a, um, ad Gabios pertinens, qui Gabina urbs, *Ovid.* 2. *Fast.* v. 709. Gabina Juno, *h. e.* quæ Gabiis colebatur, *Virg.* 7. *Æn.* v. 682. Hæc *Gabinia* dicitur in vet. lap. apud *Gruter.* pag. 1069. n. 1. Gabina vicinitas, *Cic. pro Planc.* c. 9. Gabina res, *Liv.* l. 1. c. 54. ¶ *Gabini, orum,* ejus urbis incolæ, *Id. ibid.* ¶ De Gabino cinctu V. *Cinctus, us.* ¶ *Via Gabina* Roma Gabios ferebat, incipiens a Gabina porta. Memoratur a *Liv.* l. 2. c. 11. l. 3. c. 6. et l. 5. c. 49. Vet. lap. apud *Gruter.* pag. 150. n. 8. P. Scaptius P. F. Gabinam viam ornari ac refici sua impensa curavit.

GADES, dium, f. n. pl. hod. *Cadiz,* insula parva Hispaniæ Bæticæ, in mari Oceano, proxima continenti cum urbe cogn. olim Col. R. parva, sed munita, in parte Occ. insulæ, condita a Tyriis, cum arce et portu capacissimo, ubi emporium celebre. Usurpatur in plur. numero, quia ut *Plin.* tradit l. 4. c. *pænult.* duæ insulæ fuere, major Erythia etiam dicta, distans freto DCC. pedum a continente; minor huic adjacens, unius tantum stadii euripo interlabente. *Horat.* l. 2. od. 2. v. 9. Latius regnes avidum domando Spiritum, quam si Libyam remotis Gadibus jungas. *Juvenal.* sat. 10. v. 1. Omnibus in terris, quæ sunt a Gadibus usque Auroram et Gangem. *Stat.* l. 3. silv. 1. v. 183. Gades vocat *cubilia Solis,* quia in parte extrema occidentali Europæ sitæ sunt. *Martial.* l. 1. epigr. 62. jocosas appellat, et l. 5. epigr. 79. improbas, quia frequentes inde Romam ventitabant meretriculæ, lascivis modis saltare et canere peritæ. Sic *Id.* l. 6. epigr. 71. Edere lascivos ad Bætica crusmata gestus, Et Gaditanis ludere docta modis. et lib. 3. epigr. 63. Gaditana cantica. Adde *Juvenal.* sat. 11. v. 162. et *Stat.* l. 1. *silv. ult.* v. 71. qui *tinnulas Gades* dixit, quia et cantu peritæ erant puellæ Gaditanæ, et crispum latus doctæ movere sub crotalo. In singulari num. *Plin.* de majori loquens *c. pænult.* l. 4. *ad fin.* In ipso capite Bæticæ, ab ostio freti pass. XXV. mill. Gadis. ¶ Pœni, et Tyrii *Gadir,* vel *Gaddir* dicunt pro *Gades:* quod nomen apud eos sepem significat. *Plin.*

loc. cit. et *Sallust. in fragm.* apud *Priscian.* l. 5. pag. 648. et 698. *Putsch.* Est autem neutrum indeclinabile. *Priscian. ibid.* ¶ Latini etiam Tartesson appellaverunt. *Plin. ibid.* et *Sallust. in fragm.* apud *Donat. ad Terent. Eun.* 3. 1. 11.

GADIR. V. in voce præced.

GADITĀNUS, a, um, Γαδειρικὸς, ad Gades pertinens. *Cic. pro Balb.* c. 18. Gaditanus populus. *Plin.* l. 2. c. 103. Gaditanus oceanus. *Id. in proœm.* l. 3. Gaditanum fretum. *the strait.* ¶ *Gaditani, orum,* Gadium incolæ. *Cic. pro Balb.* sæpe. ¶ De Gaditana lascivia in *Gades* dictum est. *Plin.* l. 1. ep. 15. At tu apud nescio quem ostrea, vulvas, echinos, Gaditana maluisti. *h. e.* delicias Gaditanas. Al. aliter leg.

GÆSĀTUS. V. in *Gæsum.*

GÆSI, viri fortes a Gallis dicuntur: a *gæsum. Serv. ad Æn.* 8. v. 660.

GÆSUM, i, n. *a heavy dart, or javelin, used by the ancient Gauls,* γαισὸν, γαισὸς, jaculum grande longe feriens, proprium Gallorum Alpes incolentium, sed ab aliis quoque gentibus usurpatum. *Festus* grave jaculum interpretatur. *Hesych.* et *Poll.* l. 7. c. 33. δόρυ ὁλοσίδηρον, hastam totam ferream. *Liv.* l. 8. c. 8. gæsa ab hastis distinguit: et sane inter jacula potius, quam inter hastas referenda videntur. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 4. Gæsa in vallum conjicere. *Virg.* 8. *Æn.* v. 661. Alpina gæsa. *Liv.* l. 26. c. 6. Cui suos ante prima signa adhortanti summum pectus gæso ictum est. ¶ Hinc Gæsatorum exercitum memorat *Oros.* lib. 4. c. 13. (*h. e.* gæsis armatorum) nomenque esse ait non gentis, sed mercenariorum Gallorum. ¶ *Stat. Theb.* 4. v. 64. gæsa Græcis, *Sil.* l. 2. v. 444. etiam Afris tribuit. Observandum est autem, ubicumque hoc telo quis armatus describitur, bina ei gæsa assignari. *Varr.* apud *Non.* c. 18. n. 19. *Virg. loc. cit.* &c. ¶ Scribitur et *gesum:* atque ita habent *Festus, Non. loc. cit.* et alii.

GÆTULĬA, æ, f. *Plin.* l. 5. c. 4. *extr.* V. *Gætulus.*

GÆTULĬCUS, a, um, adject. Gætulus. *Plin.* l. 6. c. 31. Juba Gætulicam purpuram tingere instituerat. *Id.* l. 35. c. 6. *a med.* Gætulicum purpurissum. V. vocem sequent. ¶ *Gætulicus* cognominatus est Cossus Cornelius Lentulus (qui consul fuit una cum L. Pisone Augure circa annum U. C. DCCLIII.) ob devictos auspiciis Augusti Gætulos Syrtium accolas, ut narrat *Flor.* l. 4. *c. ult.* Adde *Juvenal.* sat. 8. v. 26. ¶ Scribitur et *Getulicus.*

GÆTŪLUS, a, um, *Gætulian,* ad Gætuliam pertinens, quæ regio est Africæ: cujus populi Gætuli. Hi varias ibi sedes obtinuerunt. Nam et in Mauritania Cæsariensi, Massæsylis contermina, ponuntur a *Plin.* l. 21. c. 13. et prope Ægyptum, atque Æthiopes, atque adeo sub sole magis, haud procul ab ardoribus, ut loquitur *Sallust. in Jug.* c. 21. hoc est prope zonam torridam a *Pompon. Mela,* l. 1. c. 4. et *Plin.* l. 5. c. 4. *extr.* et cap. 8. et ad Syrtes a *Floro* l. 4. *c. ult.* et in Massæsylia ipsa a *Plin.* l. 5. c. 2. et aliis in locis *alibi.* Feri admodum habiti sunt, fugaces, raptoque victitantes. *Sallust. loc. cit.* Africam initio habuere Gætuli, et Libyes, asperi incultique: quibus cibus erat caro ferina, atque humi pabulum, uti pecoribus. *Lucan.* l. 4. v. 677. Autololes, Numidæque vagi, semperque paratus Inculto Gætulus equo. *Martial.* l. 10. epigr. 20. Gætula mapalia. *Plin.* l. 8. c. 16. Gætulus pastor. *Virg.* 5. *Æn.* v. 192. et 351. Gætulæ Syrtes. *Horat.* l. 3. od. 20. v. 2. Leæna Gætula. ¶ Secundum Gætula litora, *h. e.* circa oceanum, qui extremam Mauritaniam alluit, optimi capiebantur murices, ex quibus pretiosus color purpuræ fiebat tingendis lanis, ut *Plin.* l. 9. c. 36. docet. Hinc *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 181. et *Ovid.* 2. *Fast.* v. 319. vestes Gætulo murice tinctas. *Sil.* l. 16. v. 177. Gætulisque magis fucaret vellus ahenis. ¶ Aliquando *Gætulus* pro Afro universim ponitur. *African. Claudian.* l. 1. *de rapt. Pros.* v. 148. Gætula Thetis. *h. e.* mare Libycum. *Id. de B. Gild.* v. 57. Pensabam Pharium Gætulis messibus annum. ¶ Scribitur et *Getulus.*

GAGĀTES, æ, m. *an agate-stone,* γαγάτης λίθος, lapis nomen habens loci, et amnis Gagis Lyciæ: niger est, planus, pumicosus, non multum a ligno differens, levis, fragilis, odore, si teratur, gravis: fictilia ex eo inscripta non delentur: cum uritur, odorem sulphureum reddit: mirumque, accenditur aqua, oleo restinguitur: fugat serpentes ita, recreatque vulvæ strangulationes: deprehendit sonticum morbum, et virginitatem, suffitus, &c. Hæc fabularum similia *Plin.* l. 36. c. 19. [*Apul. in Apol.* pag. 303. *Elmenh.* Incensus gagates lapis, ut apud Physicos lego, pulcre et facile hunc morbum (caducum) explorat, cujus odore etiam in venalitiis vulgo sanitatem, aut morbum venalium experiuntur.]

GAIUS, Gaia. V. *Caius.*

GALACTĪTIS, itidis, f. *a precious stone of a milk-white colour,* γαλακτίτης λίθος, gemma colore lactis, quæ trita actis succum ac saporem habet. *Plin.* l. 37. c. 10.

GALANTHIS, idis, Γαλανθὶς, puella fuit, ministra Alcmenes matris Herculis, quæ cum Lucinam mendacio decepisset, deceptamque risisset, ab ea in [γαλῆν, *h. e.*] mustelam conversa est. *Ovid.* 9. *Metam.* fab. 5. *seu* vers. 306. *et sequentib.*

GALĂTA, æ, Γαλάτης, qui est ex Galatia, regione Asiæ minoris, inter Bithyniam, Cappadociam, et Phrygiam, a Gallis dicta, qui Γαλαταὶ Græcis (a γάλα, lac, ob candorem corporis, teste *Liv.* l. 35. c. 21. et *Virg.* 8. *Æn.* v. 660.) qui ex Gallia in ea loca transmigrarunt: quæ Gallogræcia, et Galatia nominata est. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 59. Hinc fora venalis, Galata ductore, frequentat. *Cic.* 6. *Attic.* ep. 5. Galatarum, Pisidarum, Lyciorum auxilia.

GALATĒA, æ, f. Γαλάτεια, Nympha marina, Nerei et Doridos filia: a γάλα, lac, propter candorem. In fabulis est, amasse Acin, et ipsam a Polyphemo fuisse adamatam. V. *Acis.* ¶ Apud *Virg. Ecl.* 1. 3. 7. et 9. nomen est puellæ rusticæ.

GALATĬA, *et* Galatīa, æ, f. Γαλατία, et Γαλάτεια, regio Asiæ minoris, ubi Galatæ populi. V. *Galata. Stat.* l. 1. silv. 4. v. 76. Hunc Galatia vigens ausa est incessere bello.

GALATĬCOR, aris, dep. 1. Galatarum more Judaicas cæremonias Christianis ritibus admiscere. Verbum fictum a *Tertull. advers. Psych.* c. 14. quemadmodum Latini *græcari* dixerunt.

GALATĬCUS, a, um, *Galatian,* ad Galatiam pertinens. *Plin.* l. 29. c. 2. Galatica lana. *Id.* l. 20. c. 13. Galatica ruta. *Id.* l. 21. c. 21. *ad fin.* Galaticum abrotonum. *Colum.* l. 2. c. 9. *a med.* Alterum genus hordei est, quod alii distichum, galaticum nonnulli vocant, ponderis et candoris eximii, adeo ut tritico mixtum egregia cibaria familiæ præbeat. *a kind of barley. Tertull. de Pall.* c. 4. *ad fin.* Galaticus rubor. *h. e.* color rubens ex tinctura cocci, quod est granum in Galatia nascens tingendis purpura lanis maxime laudatum, ut *Plin.* docet l. 9. c. 41. et alibi.

GALAXĬAS, æ, m. γαλαξίας, lapis Ægyptius, al. galactites lactei coloris, intercurrentibus sanguineis, aut candidis venis. *Plin.* l. 37. c. 10. ¶ Item via lactea in cælo. *the galaxy, milky way. Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 4. *sub fin.* et cap. 9.

GALBA, æ, f. *an animalcule; a mite or maggot breeding in meat;* vermiculus miræ exilitatis, qui nascitur in esculis: a colore galbo. *Sueton. in Galba,* c. 3. qui ibidem addit, galbas a Gallis appellari etiam homines præpingues. Hinc nomen inditum Sergio Galbæ septimo R. Imperatori.

GALBANĀTUS, a, um, *clothed in a grass-coloured robe,* galbano indutus. *Martial.* l. 3. epigr. 82. v. 5. Jacet occupato galbanatus in lecto: Cubitis trudit hinc, et inde convivas. Al. leg. *galbinatus.* V. in *Galbanum.*

GALBANĔUS, a, um, *of galbanum,* ex galbano. *Virg.* 4. *Georg.* v. 264. Hinc jam galbaneos suadebo incendere odores. et l. 3. v. 415. Galbaneoque agitare graves nidore chelydros.

GALBĂNUM, i, n. *the concreted juice, or gum, on an herb called* ferula, *of a strong offensive smell; galbanum,* γάλβανον, χαλβάνη, [vox hæc Hebraica est, Hebræi enim *galbanum* vocant חֶלְבְּנָה *chelbena* a nomine חֵלֶב *adeps, pinguedo;* alii dictum putant ab urbe חֶלְבּוֹן *Chelbon:* quæ græce dicitur Χαλυβὼν, estque celeberrima urbs Syriæ Seleucidis, cujus vinum olim Persiæ regibus oblatum esse *Strabo* (l. 15. pag. 1068. *Almelov.*) testis est; eadem nunc vocatur *Aleppo,* estque nobilissima totius Syriæ metropolis.] succus, seu lacrima ex arbore ferulaceo cognomine destillans resinæ modo, in Amano Syriæ monte. Quod maxime laudant cartilaginosum, purum, ad similitudinem hammoniaci, minimeque lignosum. Sincerum si uratur, fugat nidore serpentes. *Plin.* l. 12. c. 25. *extr.* qui *sub fin.* c. 5. l. 24. varios ejus recenset usus in medicina. *Lucan.* l. 9. v. 916. Hic ebulum stridet, peregrinaque galbana sudant. Adde *Calpurn.* ecl. 5. v. 89. ¶ In Vulgata *Eccli.* 24. 21. dicitur *galbanus.* ¶ Item genus vestimenti delicatioris fortasse a colore galbani, vel a *galbus,* quod in *vet. Glossar.* exponitur χλωρὸς, viridis, seu herbacei coloris, uti docet *Lips. Elector.* l. 1. c. 13. *sub fin. a garment, of a grass colour, worn by luxurious persons.* Porro cum virilium togarum color esset albus, h. e. nativi coloris lana; alter ille viridis et herbaceus feminarum fuisse videtur, virorumque effeminato vestitu utentium. *Juvenal.* sat. 2. v. 95. vitreo bibit ille Priapo, Reticulumque comis auratum ingentibus implet, Cœrulea indutus scutulata, aut galbana rasa. Hinc *galbanus* adjective pro effeminato, *Martial.* l. 1. epigr. 97. habeat et licet semper Fuscos colores, galbanos habet mores. *effeminate. Salmas. ad Lamprid. in Alex. Sev.* c. 41. legit *galbinum,* qua vestem coloremve significat. nihil enim commune habere cum *galbano* lacrima: sed esse a *galbus,* seu *galbeus,* et ut est in *veterib. Gloss. galvus,* et *galveus,* χλωρὸς, viridis, glaucus: item flavus, aut luteus. χλωρὸς enim tum viridem significat, tum colorem eum, qui in herbis arescentibus, et flaccescentibus, pallore ad flavum, seu aureum accedente, apparet. Eadem ratione *galbinatus* legi vult apud *Martial.* pro *galbanatus:* et *galbinos mores* pro *galbanos* apud *eund. loc. cit.* Porro *tunicam galbinam* apud *Vopisc. in Aureliano,* c. 34. idem *Salmas.* vult esse non viridis, sed aurei coloris, quia ibi de Imperatoris ornatu sermo est. In illo *Petronii in fragm. Tragur.* c. 67. *Burm.* galbino succincta cingillo: galbinum de alterutro colore intelligere licet, seu viridi, seu luteo.

GALBĔI, orum, m. Galbeos (*calbeos* habet *Festus*) armillas dicebant, quibus triumphantes utebantur, et quibus ob virtutem milites donabantur. V. *Calbei.* Idem *Festus* in littera G habet: *Galbeum, ornamenti genus. Cato* apud *eund.* in *Ruscum:* Mulieres opertas auro purpuraque, *&c.* coronas aureas, russeas fascias, galbeos, lineas, pelles, &c. ¶ Alia notio hujus nominis colligitur ex illo *Sueton. in Galb.* c. 3. ubi ejus appellationis originem quærens, *alii,* inquit, *putant, quod in diuturna valetudine galbeo, idest remediis lana involutis assidue uteretur.* Videtur enim significare fasciam in armillæ modum brachio circumdatam, in qua remedia, seu amuleta involuta essent.

GALBĬNA }
GALBINĀTUS } V. in *Galbanum.*

GALBINĔUS, a, um, idem ac galbus: de quo in *Galbanum* dictum est. *Veget. de re Veterin.* l. 3. c. 2. ubi eryngium herbam in litore nascentem ait florem habere coloris galbinei, quem *Turnebus* l. 17. c. 8. scribit, ab eruditissimo herbario se accepisse, coloris esse cœrulei dilutioris, et pallescentis: et *Salmasius ad Vopiscum in Aurel.* c. 34. observat ex *Dioscoride,* colorem ejus fuisse aureum: qui fere cum cœruleo dilutiore, et pallescente convenit.

GALBĬNUS. V. *Galbanum.*

GALBŬLA, æ, f. *a witwal, or woodwall,* ἴκτερος, avicula, quæ uvis maturescentibus, calamis et retibus capitur: a *galbulus,* quia galbi, hoc est, viridis coloris est. [† unde et *vireo* dicta.] *Plin.* l. 30. c. 11. *galgulum* videtur appellare, quem eundem facit, ac ἴκτερον. Sed *Plinii* locus corruptus videtur aliis, et *galbulus* reponendum esse, eodem tamen sensu. *Martial.* l. 13. epigr. 68. Galbula decipitur calamis et retibus ales, Turget adhuc viridi cum rudis uva mero.

GALBŬLUS, li, m. *the nut, or little round ball, of the cypress-tree,* pilula cupressi arboris, in qua semen reconditur. *Varr.* l. 1. *de R. R.* c. 40. Non enim galbuli, qui nascuntur, &c. ¶ Item avis. V. *Galbula.*

GALBŬLUS, a, um, adject. diminut. a galbus, ut Galbula avis, apud *Martial.* V. *Galbula.*

GALBUS, a, um, *of a grass-colour,* qui coloris est viridis, vel flavi. V. in *Galbanum.* ¶ De galbis nucibus apud *Plin.* l. 15. c. 22. V. dicta in *Calvus.*

GALĔA, æ, f. *a helmet, helm, head-piece, cask, morion,* κόρυς, cassis, tegumentum capitis ad munimentum in bellis contra ictus ac tela. *Plin.* l. 7. c. 56. Galeam, gladium, hastam Lacedæmonii invenere. *Cic.* 6. *Verr.* c. 44. Loricæ, galeæque æneæ, cælatæ opere Corinthio. *Virg.* 2. *Georg.* v. 142. galeis, densisque virum seges horruit hastis. *Id.* 8. *Æn.* v. 620. Terribilem cristis galeam, flammasque vomentem. et l. 9. v. 365. (et *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 21.) galeam habilem, cristisque decoram Induere. *crested, plumed. Ovid.* 5. *Trist.* el. 10. v. 25. Sub galea pastor junctis pice cantat avenis. *with a helmet on his head. Virg. Æn.* 12. v. 537. Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro. *Senec. in Phœniss.* v. 481. Galeam adstringere. *to tie on. Valer. Flacc.* l. 7. v. 626. Et galeæ nexus ac vincula dissipat imæ. et l. 6. v. 365. molles galeæ habenæ, et vers. 379. Galea ferina. *h. e.* ex feræ corio facta, vel feræ pelle contecta. ¶ Per similitudinem dicitur de apice in capitibus gallinarum Africanarum. *Colum.* l. 8. c. 2. Africana rutilam galeam et cristam capite gerit: quæ utraque sunt in meleagride cœrulea. ¶ Quid differant *galea,* et *cassis,* V. *Cassis.* ¶ In sortitionibus militaribus galea pro urna utebantur. Testis *Virg.* 5. *Æn.* v. 490. et 498. ¶ Poculi quoque usum præbet militibus. *Propert.* l. 3. el. 10. v. 8. Potabis galea fessus Araxis aquam. *Tibull.* l. 2. el. 6. v. 7. erit hic quoque miles Ipse, levi galea qui sibi portet aquam. ¶ Fuisse Veteribus galeas, quæ faciem quoque tegerent, quæ pars *the vizor* dicitur, satis colligitur ex illo *Silii* l. 14. v. 636. galeis abscondunt ora, malusque, Ne sit spes hosti, velatur casside pallor. et *Statii* l. 4. *Theb.* v. 20. galeis juvat oscula clausis Inserere. et *Quintil.* declam. 3. c. 12. Clausam galea faciem, et ad terrorem belli cristas minantes. ¶ In Inscript. apud *Gruter.* pag. 1118. n. 2. Calpurnia L. et .OL. Galeæ ornatrix, intelligitur ab Eruditis, quæ dominæ capillos in modum galeæ, vel galeri compositos ornabat.

GALEARĬA, a galearum similitudine dicta. *Festus:* ubi alii leg. *Galerita.*

GALEĀRIS, re, ad galeam pertinens, ut Galearia reticula, *Claud. Quadrigar.* apud *Non.* c. 3. n. 188.

GALEARĬI, orum, m. inter calones ponuntur a *Veget. de re milit.* l. 3. c. 6. *a med.* fortasse quia galeas et cetera arma suggerebant militibus: vel intelligit duces calonum, et ob id galea armatos.

GALEĀTUS, a, um, *wearing a helmet,* κορυστὴς, galea indutus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 36. et barbati quidem

Jovis, galeatæ Minervæ. [¶ Accipitur etiam absolute pro milite galea armato. *Juvenal.* sat. 1. v. 169. Galeatum sero duelli Pœnitet.] ¶ *Galeatus* prologus dicitur per metaphoram, in quo ea dicuntur, quæ faciunt ad tuendam auctoritatem libri, cui præponitur. Ita prologum suum inscripsit *D. Hieronymus*, quem S. Scripturæ præfixit. Alii aliter explicant. V. *Voss.* l. 3. *Institut. Orator.* cap. 2. sect. 11. *sub fin.*

GALĒNA, æ, f. *the ore of silver*, μολύβδαινα, plumbi et argenti vena communis, ut *Plin.* l. 34. c. 18. et l. 33. c. 6. docet. ¶ Paulo aliter *Id.* l. 34. c. 16. Plumbi nigri origo duplex est. Aut enim sua provenit vena, nec quidquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, mistisque venis conflatur. Ejus, qui primus fluit in fornacibus, liquor stannum appellatur, qui secundus, argentum, qui remansit in fornacibus galena.

GALEO, as, a. 1. *to put on a helmet*, est galea tegere, induere. *Hirt. de B. Afr.* c. 12. Milites in campo jubet galeari, et ad pugnam parari. *Cinna in epigrammatis* apud *Non.* c. 2. n. 145. miseras audet galeare puellas.

GALEŎLA, æ, f. *a vessel to hold wine, so called from its resembling a helmet*, κοχώδιον, vas sinuosum: a galeæ similitudine. *Varr. de vita P. R.* apud *Non.* c. 15. n. 34. Ubi erat vinum in mensa positum aut galeola, aut sinu?

GALEOPSIS, is, f. *water-ebony, dead-nettle, or archangel*, quæ et Galeobdolon, et Galion, γαλίοψις, γαλεόβδολον, herba est, quæ caulem, et folia habet urticæ læviora, et quæ gravem odorem trita reddunt, flore purpureo: nascitur circa sepes, et semitas ubique. *Plin.* l. 27. c. 9. *ad fin.*

GALĔOS, i, m. *a kind of lamprey*, γαλεὸς, piscis genus, al. mustela, et canicula marina, quod a Rhodiis olim in maximo pretio habitum est. *Plin.* l. 32. c. 2. *extr.* Nihil venenatius, quam in mari pastinaca: hanc tamen persequitur galeos.

GALEŌTÆ, arum, m. *interpreters of prodigies in Sicily*, γαλεῶται, vates quidam in Sicilia, et Attica, a Galeote Apollinis filio, qui frater Telmessi ejus fuisse traditur, qui Telmessum urbem in Caria condidit, oraculo ex Dodona accepto. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 20. Huic interpretes portentorum, qui Galeotæ (al. *Galleotæ*, al. *Galleatæ*) tum in Sicilia nominabantur, responderunt, &c.

GALEŌTES, æ, m. *a kind of lizard*, γαλεώτης, species est stellionis, al. colotes, et ascalabotes, qui *Plinii* ætate in Italia non nascebatur. *Plin.* l. 29. c. 4. *a med.*

GALĒRA. V. *Galerus* in fine.

GALERĪA Tribus Romana, una ex Rusticis, unde dicta sit, incertum est. Sunt, qui putant, prius vocatam *Galesiam*, sumpto nomine a Galeso fluvio. *Liv.* l. 27. c. 6. et *Inscript* apud *Gruter.* pag. 406. n. 9. pag. 418. n. 7. pag. 431. n. 1. &c. ¶ *Galeria* pro *galeri* plur. num. dixit *Varr.* apud *Charis.* l. 1. pag. 61. *Putsch.*

GALERICŬLUM, i, n. *a cap of false hair, peruke, periwig*, πιλίδιον, diminut. a galerus. *Suet. in Oth.* c. 12. Galericulo capiti, propter raritatem capillorum, adaptato, et annexo, ut nemo dignosceret. *Martial.* l. 14. epigr. 50. cujus lemma est *Galericulum.* Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos, Hac poteris madidas condere pelle comas.

GALERĪTA. V. *Galeritus*,

GALERĪTUS, a, um, *wearing a cap*, galero tectus. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 29. Prima galeritus posuit prætoria Lucmo. ¶ *Galerita avis* est alauda, *a lark*, apicem galeri similem in capite habens, κορυδαλός. V. *Alauda.* *Plin.* l. 11. c. 37. Apex parvæ avi, quæ ab illo galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alaudæ. *Id.* l. 30. c. 7. Avis galerita assa in cibo sumpta. ¶ Dicitur et *Galeritus*, m. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 11. Galeritus, et motacilla: alter, quod in capite habet plumam elatam, altera, &c.

GALĒRUS, i, m. *raro* Galerum, i, n. *a round hat, or cap, like a helmet*, κυνῆ, πῖλιον, rotundum tegumentum capitis, pileolus: a *galea* dictus, ut videtur. *Servius ad Virg.* 2. *Æn.* v. 683. Suetonius tria genera pileorum dixit, quibus sacerdotes utuntur, apicem, tutulum, galerum: apicem, pileum sutile, circa medium virga eminente: tutulum, pileum lanatum metæ figura: galerum, pileum ex pelle hostiæ cæsæ. Hæc *Servius*, ex quibus colligitur, galerum proprie esse sacerdotum, et ex pelle. *Apul. in Apolog.* Hoc Diogeni pera, quod regibus diadema, quod pontificibus galerum. *Varr.* apud *Gell.* l. 10. c. 15. *extr.* Flamen Dialis solus album habet galerum. ¶ Verum et alii galero usi. *Virg.* 7. *Æn.* v. 688. fulvosque lupi de pelle galeros Tegmen habent capiti. (*Fronto* quoque apud *Serv. hic* neutro genere dixit) *Auct. Moreti, sub fin. de aratore.* Ambit crura ocreis paribus, tectusque galero, &c. *Sueton. in Ner.* c. 26. Post crepusculum statim, arrepto pileo, vel galero, popinas inibat. *Grat.* in *Cyneg.* v. 339. Sit famulis vitulina tuis, aut tergore fulvo Mantica, curta chlamys, canaque e machle (al. *mæle*, aut *mele*) galeri. *Calpurn.* ecl. 1. v. 6. vicinis cur non succedimus umbris? Torrida cur solo defendimus ora galero? *Juvenal.* sat. 8. v. 207. *de gladiatore.* de faucibus aurea cum se Porrigat, et longo jactetur spira galero. *Id.* sat. 6. v. 120. *de Messalina.* nigrum flavo crinem abscondente galero, Intravit calidum veteri centone lupanar. *Stat.* 1. *Theb.* v. 305. *de Mercurio.* Obnubitque comas, et temperat astra galero. ¶ De galero histrionum V. in *Persona.* ¶ Galerum item vocarunt pellem habentem appositos crines humanos, tanto artificio, ut vera hominis cutis, verique crines viderentur. *a peruke, periwig.* V. locum *Sueton.* in *Galericulum.* ¶ Palæstritæ galerum adhibebant, ne capitis coma ceromate inquinaretur. V. locum *Martial.* ibidem. ¶ Translate *Auson.* *Edyll.* 14. v. 25. *de rosa.* Hæc viret angusto foliorum tecta galero. *h. e.* involucro, antequam expandatur. ¶ *Galera, æ*, f. antiquum est. *C. Gracch.* apud *Charis.* lib. 1. pag. 61. *Putsch.* Cum galera visi sunt.

GALĒSUS, i, m. fluvius magnæ Græciæ, qui ex Apennino ortus, quinque millia prope Tarentum defluit, et in sinum Tarentinum incurrit. *Liv.* l. 25. c. 11. ¶ Omnis circa regio ferax est, et lanis celebris. *Virg.* 4. *Georg.* v. 126. niger humectat flaventia culta Galesus. *Horat.* l. 2. od. 6. v. 10. Dulce pellitis ovibus Galesi flumen. *Martial.* l. 12. epigr. 64. Albi quæ superas oves Galesi. *album* vocat *Martial*, propter lanæ candorem: *nigrum* vero *Virg.* propter umbram fortasse arborum in ejus ripis frequentium: unde *umbrosum* dixit *Propert.* l. 2. el. 25. v. 67.

GALGŬLUS. V. in *Galbula.*

GALILÆUS, a, um, *Galilæan*, ad Galilæam pertinens, Γαλιλαῖος. Est autem Galilæa regio Palæstinæ. Secunda syllaba variæ est quantitatis. *Sedul.* l. 4. v. 188. Cœperat interea Dominus Galilæa per arva, &c. *Juvenc.* l. 3. v. 195. *in Math.* c. 15. Inde Galilæas repedat Salvator in oras.

GALLA, æ, f. *gall, oak-apple*, κηκὶς, fructus arborum glandiferarum, globi fere figura, inæquali superficie, et sine semine intus: in quo differt a glande, quæ plerumque oblonga est, et semen habet arboris, ex qua nascitur. Volunt esse per syncop. ex βάλανος. *Plin. sub fin.* c. 6. l. 16. Quæ glandem ferunt, omnes et gallam, alternisque annis glandem. ¶ Nonnulli apud *Serv. ad* 4. *Georg.* v. 267. gallam pilas cupressi accipiunt: sed *Colum.* l. 6. c. 7. hanc ab illis distinguit. Cupressi, inquit, quindecim coni, totidemque gallæ. ¶ Usus ejus est coriis perficiendis, et tingendis nigro colore tum iis, tum lanis, tum capillis. *Plin. ibid.* et lib. 24. c. 4. Quare inter sutoria instrumenta enumeratur: ex quo jocus sutoris cujusdam, qui interrogatus a Planco, quo se artificio tueretur, respondit, *gallam subigo*, ambiguitate vocis adulterium ei objiciens. Nam Plancus in Mævia Galla male audiebat. *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 2. ¶ Varios ejus usus in medicina recenset *Plin.* l. 24. c. 4. ¶ In illo *Lucilii* apud *Non.* c. 5. n. 97. Quæ gallam bibere, et rugas conducere ventri Farre aceroso, oleo decumano, pane coegit Cumano: *gallam* nonnulli intelligunt vinum deterius, acerbius, austeriusque. galla enim asperi gustus est. Præmonet autem, inquit *Fest.* parsimonia esse utendum, neque gulæ indulgendum, ventremque coartandum. ¶ Carere plurali numero, monent *Charis.* l. 1. pag. 19. *Putsch.* et *Diomed.* l. 1. pag. 314. ¶ *Galla* denique est vir sacerdos Cybeles, ideo feminino vocabulo appellatus, quia se eviravit, effeminavitque. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 12. Agite, ite ad alta, Gallæ, Cybeles nemora simul. et vers. 34. Rapidæ ducem sequuntur Gallæ pede propero. V. *Galli.*

GALLÆCI, orum, m. Καλλαϊκοὶ, populi Gallæciæ, in Hispania Tarraconensi extrema. *Plin.* l. 3. c. 3. et lib. 4. c. 20.

GALLÆCĬA, æ, f. nunc *Gallizia*, pars Hispaniæ Tarraconensis, maxime in Occidentem extensa, Oceano Atlantico, Lusitania, et Asturibus interposita. *Plin.* l. 4. c. 20. et *Flor.* l. 2. c. 17. ¶ Divitem Gallæciam *Sil.* appellat l. 3. v. 345. propter aurifodinas, ut in *Callaicus* dictum est. ¶ Scribitur et *Callæcia.*

GALLÆCUS, a, um, Gallaicus. A. Brutus Gallæcis perdomitis, Gallæci cognomen meruit, inquit *Vellei.* l. 2. c. 5.

GALLAĬCUS, a, um, *Gallæcian*, Καλλαϊκὸς, ad Gallæciam pertinens. *Martial.* l. 4. epigr. 39. Gallaicum aurum (V. *Callaicus.*) *Plin.* l. 8. c. 42. Gallaica gens.

GALLEŌTÆ. V. *Galeotæ.*

GALLI, orum, m. sacerdotes Berecynthiæ, seu Cybeles, sive Matris Deorum, tum in Phrygia, tum in urbe Roma, quos more deæ vetusto spadones esse oportebat, in memoriam Atys pueri: a Gallo primo sacerdote, vel a Gallo Phrygiæ fluvio, qui templo hujus deæ vicinus erat, unde aquam ad sacrificia hauriebant. *Ovidii* 4. *Fast.* v. 363. *Plin.* l. 5. c. 22. et *Festi* sententia dicti sunt a fluvio, non quod inde aquam acciperent sacrificii causa, sed quod castrati essent, quia qui ex eo bibissent, in hoc furere incipiebant, ut se privarent virilitatis parte. *Plin.* quoque l. 31. c. 2. scribit Galli fluminis eam vim esse, ut si immodice bibatur, lymphatos agat. *D. Hieron. in* cap. 4. *Oseæ* dicit, hos sacerdotes appellatos Gallos fuisse, quod Romani solerent homines gentis Gallicæ deæ Cybele mancipare, et effeminare, seu castrare in honorem Atys, quoniam vellent eam gentem ignominia afficere, quæ olim urbem Romam cepisset. Sed Romani hoc ipsum, quod sacerdotes Cybeles vocabant Gallos, a Græcis acceperant, qui sic appellabant. Ex quo maxime fit simile veri, quod alii tradunt, Gallos dictos fuisse a Gallogræcis, qui ex Gallia tum in Græciam tum in Phrygiam, et loca contermina trasmigrarunt. Præter evirationem solebant etiam in ipsis sacris brachia sibi cultris incidere, furorem simulantes: cujus rei testis *Propert.* l. 2. el. 18. v. 15. et alii. Aliam causam, cur evirati essent sacerdotes Cybeles, tradit *Lucret.* l. 2. v. 614. ¶ Sunt etiam Galli, *the Gauls, French*, Galliæ populi. *Cic. de Harusp. resp.* c. 9. Nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos superavimus. ¶ *Gallum* pro *Gallorum* dixit *Varro* apud *Non.* c. 8. n. 32.

GALLĬA, æ, f. *Gaul, France*, Γαλλία, regio Europæ habens ab Occ. Oceanum Aquitanicum, ab Or. Rhenum fluv. quo separatur a Germania, et Alpes, quibus ab Italia, a Septen. mare Britannicum, et partem Belgii, a Mer. mare Mediterraneum, et montes Pyrenæos, quibus ab Hispania sejungitur. Dividitur in Belgicam, Aquitanicam, et Celticam. ¶ Etiam de parte Italiæ usurpatur, quod olim variis temporibus varii Galliæ populi in Italiam venerint, in eaque consederint. Igitur Gallia duplex est, Transalpina, et Cisalpina. Transalpina, quæ hactenus descripta est, quæ et proprie et vere Gallia est: Cisalpina est pars Italiæ, inter Alpes, quibus a Transalpina discluditur, et mare Adriaticum, quod inter Anconam, et Timavum fluv. fluit, ac inter Apenninum M. et Alpes Rhæticas, et Julias, seu Noricas. Dividitur in Cispadanam, et Transpadanam. ¶ Alia etiam Galliæ universæ divisio circumfertur, et est in Togatam, Braccatam, Comatam, de quibus V. suis loc. *Horat.* l. 4. od. 14. *extr.* Te non paventes funera Galliæ, Duræque tellus audit Hiberiæ.

GALLIAMBUS. V. *Galliiambus.*

GALLĬCÆ, arum, f. *a kind of slippers that covered only the sole of the foot, and were tied above with strings; pantofles*, genus calceamenti, quo utebantur Galli, et paulatim Romani quoque adhibuerunt. *Cic.* 2. *Phil.* c. 30. Nam quod quærebas, quomodo redissem, primum luce, non tenebris, deinde cum calceis et toga, nullis nec gallicis nec lacerna. *et mox.* Per municipia coloniasque Galliæ cum gallicis et lacerna cucurristi. Al. leg. *caligis:* sed hunc ipsum locum *Gell.* l. 13. c. 21. referens, *gallicis* habet: docetque simul, verbum esse novum, non diu ante Ciceronis ætatem usurpari cœptum: esse autem ex eorum calceamentorum genere, quibus plantarum calces tantum infimæ teguntur, cetera prope nuda, et teretibus habenis vincta sunt, quæ Latino vocabulo *soleæ*, Græco *crepidæ* et *crepidulæ* dicuntur. Porro ex *Cicer.* discimus, probro fuisse, si Romanus civis, præsertim aliqua dignitate, aut honoribus externo hujusmodi cultu uteretur.

GALLICĀNUS, a, um, qui est in Gallia, quemadmodum *Hispaniensis*, qui in Hispania est. *Cic.* 2. *Catil.* c. 3. Itaque ego illum exercitum et Gallicanis legionibus, et hoc delectu, quem in agro Piceno, et Gallico Q. Metellus habuit, et his copiis, quæ a nobis comparantur, magnopere contemno. *Id. pro Quint.* c. 4. Cum de societate inter se multa communicarent, et de tota illa ratione atque re Gallicana. *Id. in fragm. initio Pisonianæ* apud *Ascon.* Hic cum ad Padum Placentiæ forte consedisset, paucis post annis in eam civitatem ascendit. Prius enim Gallus, dein Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberi cœptus est. *h. e.* in Gallia cisalpina habitans. V. *Ascon.* ¶ Sumitur et pro Gallico. *Catull.* carm. 42. *in quandam.* Puella ridens catuli ore Gallicani. (Gallicos canes in venatu valde utiles, ut qui patulo rictu essent, et morsu capiendis feris apprime idonei, laudant *Ovid.* 1. *Metam.* v. 533. et *Martial.* l. 3. epigr. 47. *greyhounds.*) *Apul.* l. 10. *Metam.* Gallicana jumenta.

GALLĬCE, adverb. Gallorum more. *M. Varr.* apud *Gell.* l. 2. c. 25. A Gallo et Mauro Gallice et Maurice dicimus. *Gell.* l. 11. c. 7. Nescio quid Tusce, aut Gallice dicere.

GALLICINĬUM, ii, n. *cock-crowing*, ἀλεκτρυοφωνία, pars noctis, qua galli cantant, quæ est quarta castrensis vigilia, ut *Plin.* l. 10. c. 21. docet. *Apul. initio* l. 8. *Metam.* Noctis gallicinio venit quidam juvenis ex proxima civitate. *Ammian.* l. 22. c. 14. (*al.* 33.) Secundis gallicinis videtur primo Solis exortus. ¶ In divisione diei civilis, qui a media nocte incipit, primum diei tempus dicitur mediæ noctis inclinatio, deinde gallicinium, inde conticuum, cum et galli conticescunt, &c. *Macrob.* l. 1. *Saturn* c. 3. *a med.* et *Censorin. de die nat. cap. ult.*

GALLĬCRUS, uris, n. herba, cujus cacumen ped galli simile est. *Apul. de herb.* c. 44.

GALLĬCUS, a, um, adject. ad Galliam pertinens *Ovid.* 4. *Fast.* v. 362. Cum tanto Phrygia Gallica diste humus. *Martial.* l. 1. epigr. 93. Dimidiasque nates Gallica palla tegit. *a cassock.* *Cic. pro Sull.* c. 19. In agr Camerti, Piceno, Gallico. *Id.* 1. *de Divin.* c. 37. Brennus ejusque Gallicæ copiæ. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Gallic verba. *Plin.* l. 4. c. 19. Gallicus oceanus. *h. e.* qui e inter Sequanam, et Pyrenæum. *Id.* l. 32. c. 2. *a me* Gallicus sinus. *golfe de Lion.* *Horat.* l. 1. od. 8. v. 6. Gallica nec lupatis Temperet ora frenis. *h. e.* equos Gallico quos ab generositate *Apul.* l. 10. *Metam.* laudat. *Id.* l. od. 16. v. 35. nec pinguia Gallicis Crescunt vellera pa cuis. *h. e.* Galliæ cisalpinæ, et præcipue Altini, et cir

Parmam, et Mutinam, quibus agris lanæ celebres, teste *Colum.* l. 7. c. 2. et *Martial.* l. 5. epigr. 13. et l. 14. epigr. 155. ¶ *Gallicus ventus* apud *Vitruv.* l. 1. c. 6. est qui spirat ab oriente Aparctiæ seu Septentrionis, et hodie dicitur *the North North-east wind:* medius inter Aquilonem et Aparctiam. ¶ *Gallicus miles.* V. *Gallus, i,* in fi. [¶ *Gallicus* pertinet etiam ad Gallos sacerdotes Isidis. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 13. v. 18. Qua cingit lauros Gallica turma tuas.]

GALLIENIĀNUS, a, um, ad Gallienum Imp. R. pertinens. Vetus lapis apud *Gruter.* pag. 166. n. 2. et *Mus. Veronens.* pag. 197. Colonia Augusta Verona nova Gallieniana.

GALLIIAMBUS, *et Poetice* Galliambus, i, genus carminis, quod a Gallis Cybeles sacerdotibus canebatur: constat autem iambico metro peculiari, ut *Super alta vectus Atys celeri rate maria. Martial.* l. 2. epigr. 86. Nec dictat mihi luculentus Atys Mollem debilitate Galliambon. *Diomed.* l. 3. pag. 513. *Putsch.* Galliiambum metrum apud Mæcenatem tale est, *Ades, inquit, o Cybele, fera montium dea.* Superius comma, quod est, *Ades, inquit, o Cybele,* simile est illi, *vice veris et Favoni.* Inferius comma superiori simile esset, nisi amisisset ultimam syllabam. Galliiambum aliud ex ipso factum, ei simillimum esset, nisi quod, ut enervatius fieret, et mollius, secunda aut tertia ab ultima syllaba in duas breves geminata est, et factum tale: *Latus horreat flagello, comitum chorus ululet.* Si esset sic: *comitum chorus volet,* esset illi simile, *fera montium dea. Hæc Diomed.*

GALLĪNA, æ, f. *a hen,* ἀλεκτορὶς, avis domestica. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 28. An, obsecro hercle, habent quoque gallinæ manus? nam has quidem (*tabellas*) gallina scripsit. *Cic. de Senect.* c. 16. Villa abundat porco, hædo, agno, gallina, &c. *in poultry. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. Sunt gallinæ generum trium, villaticæ, et rusticæ, et Africanæ, &c. V. *Colum.* l. 8. c. 2. ¶ *Gallinæ* vox est etiam inter blanditias amantium apud *Plaut. Asin.* 3. 3. 76. Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem, &c. ¶ *Gallinæ albæ filius.* h. e. felix, fortunatus, nobilis, quia albæ gallinæ rariores sunt, et boni ominis. *Juvenal.* sat. 13. v. 141. Quia tu gallinæ filius albæ, Nos viles pulli nati infelicibus ovis. ¶ Gallina canens ex priscorum superstitione notabat, in illa domo uxorem marito superiorem (al. *superstitem*) fore. Ita *Donat.* ad illud *Terent. Phorm.* 4. 4. 26. Anguis per impluvium decidit de tegulis: gallina cecinit. ¶ Cur Æsculapio immolaretur gallina, V. *Æsculapius.* ¶ *Ad gallinas* villa fuit Romæ suburbana ad nonum lapidem, Tiberi imposita, ita dicta, quod ibi Liviæ Cæsari Augusto pactæ, gallinam eximii candoris sedenti in gremium aquila abjecit, laureum ramum rostro tenentem, in omen futuræ magnitudinis: qua nutrita tanta pullorum soboles provenit, ut villæ nomen fecerit. *Plin. in fi.* l. 15. et *Sueton. in Galb.* c. 1. [¶ Est etiam nomen servi vel gladiatoris ex Thracia apud *Horat.* 2. satyr. 6. v. 44. Threx est Gallina Syro par.]

GALLINACĔUS, a, um, *of a hen,* ἀλεκτόρειος, qui ex gallinis est. *Varr.* 3. *de R. R.* c. 9. Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus sunt. *chickens. Cic. pro Mur.* c. 29. Gallus gallinaceus. *a cock. Lucil.* apud *Non.* c. 5. n. 24. Gallinaceu' cum victor se gallus honeste Sustulit in digitos, primoresque erigit ungues. Pro quo dicitur et *gallinaceus* absolute. *Plin.* l. 37. c. 10. Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inventas. *Colum.* l. 8. c. 2. Gallinacei mares salacissimi. et cap. 11. Gallinacea salacitas. *the salaciousness of a common poultry cock.* ¶ *Gallinaceum lac,* proverbium est, quo rerum omnium copia significatur. *Plin. in proœm. Oper.* Ut vel lactis gallinacei sperare possis haustum. *pigeons' milk.* γάλα ὀρνίθων.

GALLINARĬUS, a, um, *pertaining to poultry,* ad gallinas pertinens. *Cels.* l. 8. c. 15. Gallinaria scala. *a roost for poultry to sit on.* scalæ breviores, et leviores, cujusmodi sunt, quibus gallinæ in tabulata et cubilia gallinarii scandunt. *Colum.* l. 8. c. 8. et 10. Gallinaria vasa. *h. e.* quibus potus præbetur gallinis. *Varr. R. R.* l. 3. c. 9. Gallinarius curator. *a poulterer.* qui et *gallinarius* absolute dicitur. *Cic.* 4. *Acad.* c. 26. *extr.* Quoniam gallinarium invenisti Deliacum illum, qui ova cognosceret. ¶ *Gallinarium, ii, n. a place for keeping poultry, hen-coop, hen-roost,* ὀρνιθών, locus, in quo aluntur gallinæ. *Colum.* l. 8. c. 3. Gallinaria constitui debent parte villæ, quæ, &c. Adde *Plin.* l. 17. c. 9. ¶ *Gallinaria insula* est in mari Tusco, contra montes Ligusticos prope Albingaunum: a gallinarum copia dicta: nunc *Gallinara,* et *Isola d' Albenga. Varr. loc. cit.* et *Colum.* l. 8. c. 2. ¶ *Gallinaria silva,* cujus meminere *Cicer. Fam.* 9. epist. 23. et *Juvenal.* sat. 3. v. 307. fuit prope Cumas.

GALLINŬLA, æ, f. *a little hen,* ἀλεκτορὶς, diminut. parva gallina. *Arnob.* l. 7. pag. 215. Gallinulam, vitulum concremare. *Avien. in prognost. Arat.* v. 387. (*al.* 1711.) Pectora cum curvo purgat gallinula rostro.

GALLO, as, n. 1. *to rave or revel like a priest of Cybele,* βακχεύω, bacchor, insanio: a Gallis Cybeles sacerdotibus. De participio solummodo exemplum est *Varron.* apud *Non.* cap. 2. n. 386. Et deam gallantes vario retinebant studio. [*Vet. epigr.* in *Anthol. Latin. Burm.* tom. 1. pag. 34. Nam quæ venustas his adest Gallantibus? Gallantes vero sunt magnæ matris Idææ sacerdotes, ut Bacchi Bacchantes.]

GALLOGRÆCĬA, æ, f. provincia Asiæ minoris, quæ et Galatia. V. *Galata. Liv.* l. 37. c. 8. *Flor.* l. 2. c. 11. et *Vellei.* l. 2. c. 39.

GALLOGRÆCUS, a, um, ad Gallogræciam pertinens. *Cic. de Harusp. resp.* c. 13. Brogitarus Gallogræcus. ¶ *Gallogræci* populi sunt Galliæ, qui inde migrantes, in Asiam minorem transierunt, eique regioni dedere nomen, quæ et *Gallogræcia,* et *Galatia* dicta est. Rem narrat pluribus *Liv.* l. 38. c. 16.

GALLULASCO, is, n. 3. dicitur de voce puerorum, quæ circa pubertatem crassior fit, similisque voci galli gallinacei. *Næv.* apud *Non.* c. 2. n. 368. Puer, cujus vox gallulascit. *is breaking.*

GALLŬLUS, a, um, adject. diminut. a Gallus, h. e. Gallicus. *Auson. de Urbib.* epigr. 8. Gallula Roma, Arelas. *h. e.* parva Roma.

GALLUS, i, m. *a cock,* ἀλέκτωρ, avis domestica, quam vulgo *gallum gallinaceum* vocant, ut illam distinguant a Gallis populis, seu Francis, item a Gallis sacerdotibus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 26. causam explicat, cur ante lucem galli canant. *Martial.* l. 9. epigr. 70. Nondum cristati rupere silentia galli. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 10. sub galli cantum. *at cock-crowing.* [† *Petron.* c. 55. Gallus spado. *i. e.* castratus, capo. *a capon.*] ¶ Gallus Marti sacer fuit, quia valde pugnax est, et vigilans, et quia cantu victoriam portendere solet: item Æsculapio, et Nocti deæ, et Laribus, ob vigilem domus custodiam. *Auson. Edyll.* 11. v. 27. ubi fabulam de puero in gallum a Marte converso a *Luciano* narratam designat. *Lactant. sub fin.* c. 20. l. 3. *Ovid. Fast.* 1. v. 455. et *Juvenal.* sat. 13. v. 233. ¶ *Gallus in sterquilinio suo plurimum potest: he is cock of his own dunghill:* proverb. de eo, qui domi prævalet. *Senec. in Apocolocynt.* ¶ Gallus, Cybeles sacerdos: item Gallus, *h. e.* Galliæ incola. V. *Galli.* ¶ Multa de gallis gallinaceis ex mira *Plin.* l. 10. c. 21. ¶ Est etiam hoc nomine fluvius Phrygiæ, qui in Sagarium influit. Ex eo qui biberint, in furorem ire dicuntur: unde datum nomen Gallis sacerdotibus Cybeles. *Ovid. Fast.* 4. v. 364. *Plin.* l. 5. c. 32. l. 6. c. 1. et l. 31. c. 2. et *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 263. ¶ Ab hoc flumine dictus est *Gallicus miles* Nestor, qui ad ejus ripas castra habebat Trojam obsidentia. *Propert.* l. 2. eleg. 10. v. 48. Gallicus Iliacis miles in aggeribus. *Brouckhus.* Alii aliter.

GALLUS, a, um, Gallicus. *Martial.* l. 5. epigr. 1. Et tumidus Galla credulitate fruar. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 8. n. 76. Duæ Gallæ mulieres conventum vitantes. *Nonius* leg. *Galliæ,* quod item sit adjectivum, ea ratione, qua *Libya citrus* pro *Libyca* dictum est a *Varr.* et *Italia terra* a *Cat.* &c. qua de re V. in *Arabia.*

GALLUS, C. vel Cn. Cornelius Gallus Forojuliensis, orator, et poeta elegantissimus, Virgilii æqualis, cujus de eo est Ecloga decima; ab Augusto præfectus Ægypti creatus, in ea provincia adeo eum offendit, ut suis ipse manibus se coactus sit interficere. Scripsit amorum libros quatuor, et alia, de quibus V. *Fabric. Biblioth. Lat.* l. 1. c. 14. Circumferuntur sub ejus nomine elegiæ aliquot, quas jamdiu illi abjudicarunt viri docti, et cujusdam Maximiani esse dicunt, scriptoris barbari (inquit *Brouckhus. ad Propert.* l. 2. el. 25. v. 92.) lutulenti, ac tantum non stercorei. Unicum Galli fragmentum exstat apud *Vib. Sequestr. de fluminib.* ubi ait: Hypanis Scythiæ, qui, ut ait Gallus, *Uno tellures dividit amne duas.* Asiam enim ab Europa separat.

GALUMNA, atis, n. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 18. Ipsa vero, tecto capite lacteo quodam galumnate, prænitebat. *Grotius* monet legendum *calummate,* vel *calymmate,* a Græco κάλυμμα.

GAMBA, æ, f. dicitur in jumentis commissura pedis cum crure. *Veget.* l. 3. c. 19. Si laccæ in gambis enatæ fuerint. *Id.* l. 1. c. 56. *sub fin.* Post quod, admonitus injuria tollit altius crura, et inflexione geniculorum atque gambarum molliter venit. [† *Id.* l. 4. c. 1. A gamba ad cirros tibiales ossa duo.] *Salmas. ad Trebell. Poll. in Gallien.* c. 16. docet esse a Græco καμπὴ, commissura, inflexio. Est autem vox cadentis Latinitatis.

GAMBŌSUS, a, um, adject. qui gambam tumidam habet: vox semibarbara. *Veget. rei veterin.* l. 3. c. 20. Si gambosum factum fuerit animal.

GAMELĬON, onis, γαμηλιὼν, nomen est mensis apud Atticos, qui Januario respondere dicitur, et sacer esse Junoni, quæ nuptiis præest: a γαμήλιος, nuptialis. Alii volunt respondere Octobri. Latine scriptum legitur l. 2. *de Fin.* c. 31. ubi *Cic.* Epicuri testamentum e Græco interpretatur.

GAMMA, æ, f. γάμμα, nomen Græcum hujus litteræ quæ majori nota hanc figuram Γ habet. *Auson. in Technopægn.* seu *Edyll.* 12. *de litter.* v. 21. Prævaluit postquam gammæ vice functa prius C. ¶ Apud Agrimensores pro hujusmodi agri forma adhibetur. *Var. Auct. de limitib.* apud *Goes.* pag. 278. Ager in gamma jacet. et pag. 309. Termini si transversi positi fuerint, gammam faciunt. *Non usurpaverim.*

GAMMĀTUS, a, um. adject. gammæ figuram habens, ut Gammatus limes, *Auctor de limitib.* apud *Goes.* pag. 228. 255. et 271. *Non usurpaverim.*

GANĒA, æ, f. *et* Ganeum, i, n. *a subterraneous room.* Antiquis erat locus abditus, ut *Festus* docet, ac velut sub terra: quasi ἀπὸ τῆς γᾶς pro γῆς, vel a γάνα, pro γαῖα, terra. *Fest.* huc trahit illud *Terent. Adelph.* 3. 3. 5. Ubi ego illum quæram? credo, abductum in ganeum aliquo. Sed locus hic *Terent.* aptius intelligitur de taberna meretricum, quarum cubicula erant in terra plerumque, sicut cœnacula in superiori ædium parte, ut *ibid. Donat.* docet. Sic *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 107. Qui se in ganeum accensum conjecit amicæ. Est igitur *ganea* idem quod lupanar, et popina, ubi ventri, et Veneri operam dabant, et genio indulgebant. *a stew, brothel, bagnio, bawdy-house,* ἀσωτεῖον, πορνεῖον. Quare derivant alii a γάνος, lætitia, voluptas. *Plaut. Men.* 5. 1. 3. Immersit aliquo se se, credo, in ganeum. *Sueton. in Calig.* c. 11. Ganeas, atque adulteria, capillamento celatus obiret. *Gell.* l. 9. c. 2. Incola sordentium ganearum. ¶ Sæpe *ganea* significat ipsam voluptuosam vitam, quæ in ganeo agitur, luxum cœnarum, helluationem, gulæ studium. *debauchery, riot, revelling, drunkenness, gluttony. Cic. in Pison.* c. 13. Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. *Sallust. in Catil.* c. 13. Lubido stupri, ganeæ, ceterique cultus non minor incesserat. *Plin. in Paneg.* c. 49. Rursus te ad clandestinam ganeam, occultumque luxum refers. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 95. Prodigis epulis, et sumptu, ganeaque satiare inexplebiles Vitellii libidines. *Id.* 3. *Ann.* c. 52. Ventris et ganeæ paratus sermonibus vulgati. *Plin.* l. 8. c. 51. Neque alio ex animali (*porco*) numerosior materia ganeæ. *Sidon.* carm. 5. v. 339. quem crapula vexat Et pallens pinguedo tenet, ganeoque perenni, &c. ubi prima syllaba corripitur, cum alias sit longa.

GANEARĬUS, a, um, ad ganeam pertinens. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. Africanæ in triclinium ganearium transierunt e culina. *h. e.* ubi exquisitioribus epulis gulæ studiosi operam dant.

GANĔO, onis, m. *a frequenter of brothels, rioter, reveller, glutton, debauchee,* ἄσωτος, qui ganeas frequentat. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 387. Ganeones nostri, quibus modulus est vitæ culina. *Cic. Catil.* 2. c. 4. Quis ganeo? quis adulter? quæ mulier infamis? quis corruptor juventutis? *Id. pro Sext.* c. 52. Plura dixi, quam dicendum fuit, in furiosissimum atque egentissimum ganeonem. *Id. post redit. in Sen.* c. 5. Quo vultu cincinnatus ganeo non solum civium lacrimas, verum etiam patriæ preces repudiavit. *Juvenal.* sat. 11. v. 58. Sed laudem siliqua occultus ganeo: pultes Coram aliis dictem puero, sed in aure placentas. *Terent. Heaut.* 5. 4. 10. Gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnosus.

GANĔUM. V. *Ganea.*

GANGĂBÆ, arum, m. *porters, carriers of burdens,* bajuli, Persarum lingua. *Curt. ad fin.* l. 3. Gangabas Persæ vocant, humeris onera portantes.

GANGARĪDES, um, *et* Gangaridæ, arum, m. Γαγγαρίδες, et Γαγγαρίδαι, populi Indiæ utramque ripam Gangis prope ejus ostia incolentes: quorum qui ad dextram ripam sunt, cognominantur Calingæ. *Plin.* l. 6. c. 19. et *Virg.* 3. *Georg.* v. 27.

GANGES, gis, m. *the Ganges,* Γάγγης, fluv. maximus Indiæ ulterioris, qui illam a citeriore disterminat, ex quo India citerior intra Gangem, ulterior extra Gangem appellatur. Dictus est a Gange Æthiopum rege. Nascitur ex Emodis M. Scythiæ, al. ex Imao, al. ex M. *Dalanguer,* in confinio Tartariæ, et fluens in Mer. per ditiones Magni Mogolis; auctusque plurimis fluminibus in Oceanum Indicum, in sinum ab eo Gangeticum dictum se exonerat. *Virg.* 2. *Georg.* v. 137. Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 3. v. 23. lato spatiantem flumine Gangen. *Grat. in Cyneg.* v. 315. nardiferumque metunt Gangen. V. *Plin.* l. 6. c. 18.

GANGETĬCUS, a, um, adject. ad Gangem pertinens. *Colum.* l. 8. c. 8. *ad fin.* Gangeticæ aves. *Senec. in Med.* v. 865. Gangeticum nemus. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 636. Gangetica tigris. *Sil.* l. 3. v. 612. Gangetica pubes. *Martial.* l. 8. epigr. 26. Gangeticus raptor. *h. e.* venator tigrium circa Gangem. *Auson. Edyll.* 11. v. 16. et epist. 20. v. 9. Gangeticus ales. *h. e.* Phœnix.

GANGĒTIS, idos, f. patronym. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 2. v. 47. Talis erat domita Bacchus Gangetide terra.

GANGLĬON, ii, n. *a swelling, or lump, on the head or neck,* γάγγλιον, tumor in capite, vel in collo. *Cels.* l. 7. c. 6. sed Græce. Item nervi alicujus vel ex ictu, vel ex lassitudine contortio, multis quidem omnino partibus corporis, sed præcipue mollibus, ut in extremitate manuum, atque pedum. *Veget.* l. 2. c. 30. *rei Veterin. a sprain; the spraining of a sinew.*

GANGRÆNA, æ, f. *a gangrene, eating ulcer,* γάγγραινα, cancer, partis alicujus in corpore inflammatio vehemens, atque inde corruptio serpens, et paulatim, nisi succurratur, mortem inferens: a γράω, edo. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 375. Serpere uti gangræna mala, atque herpes ita posset. *Varr. ibid.* præcidi oportere, si ob eam rem gangræna non sit ad brachium ventura. Adde *Cels.* l. 5. c. 26. n. 34. ¶ Translate *Varro ibid.* Per omnes articulos po-

puli hanc mali gangrænam sanguinolentam penneasse. V. *Gerres, ium.*

GANNIO, is, n. *to yelp, cry, whine, whimper,* κνίζομαι. *Varr.* lib. 6. *de L. L.* c. 5. *ad fin.* refert inter ea verba, quæ ab animalium vocibus ficta sunt. *Festus* vero et *Non.* c. 6. n. 10. docent, proprium esse canum querentium, aut gestientium. Græcum γάννσθαι similem habet sententiam. *Non. ibid.* Varro asinos rudere, canes gannire, pullos pipare, dixit. *Hieronym.* vulpi tribuit, *in vita Hilarion. ante med.* Interdum orantem lupus ululans, vulpecula ganniens transilivit. Sic *Auct. carm. de Philom.* v. 59. fallax vulpecula gannit. V. *Gannitus.* ¶ Transfertur etiam ad homines. *Plaut. in fragm.* apud *Varron. ibid.* Gannit odiosus omni totæ familiæ. *Terent. Adelph.* 4. 2. 17. Quid ille gannit? quid vult? Ubi *Donatus:* Gannitus est proprie veluti ploratus vapulantium. *Catull.* carm. 83. *de Lesb. marito.* Gannit et obloquitur. Adde *Juvenal.* sat. 6. v. 64. et *Afran.* apud *Non. loc. cit.*

GANNITIO, onis, f. *a yelping, whining, whimpering,* canum querula murmuratio. *Festus* hic, et in *Nictare.*

GANNITUS, us, m. *a whining, barking, yelping,* gannitio, canum vox aut querula, aut gestiens. *Lucret.* l. 5. v. 1069. *de canib.* gannitu vocis adulant. *Martial.* l. 5. epigr. 61. *in detractorem.* Allatres licet usque nos, et usque, Et gannitibus improbis lacessas. ¶ Item avium. *Apul.* l. 6. *Metam.* Gannitu constrepenti lasciviunt passeres. *chirping.* ¶ Translate hominum. *Plin.* l. 9. c. 5. Nereidis morientis gannitum tristem accolæ audivere longe. Adde *Apul.* l. 2. et 10. *Metam.* ubi eo sensu usurpat, quo *gannio* adhibetur a *Juvenal.* sat. 6. v. 64.

GANTÆ, apud Germanos dicuntur anseres candidi, verum minores ceteris. *berganders. Plin.* l. 10. c. 22. ubi al. leg. *ganzæ.* Vet. Gloss. Ganta, χηναλώπηξ: quasi vulpanser.

GANYMEDES, is, m. *Ganymede,* Γανυμήδης, filius Trois regis Troadis, nepos Erichthonii, pronepos Dardani, frater Assaraci, et Ili, formosissimus puer, quem cum Jupiter deperiret, jussit in cælum ab aquila portari, et sibi a cyathis esse, repudiato ministerio Hebes, quæ ante illius raptum miscendo nectari præerat. Inter sidera translatus traditur conficere signum illud, quod Aquarium vocamus, quia stellæ illæ suo situ aquam fundentis imaginem videantur referre. *Hygin.* fab. 271. et *Poet. Astron.* l. 2. c. 16. et 29. *Ovid. Metam.* 10. v. 155. *Id. ibid.* l. 11. v. 756. Ilus, et Assaracus, raptusque Jovi Ganymedes. [¶ Fuit etiam hoc nomine eunuchus Arsinoes Ægypti reginæ, qui ejus etiam exercitibus præfuit. *Hirt. de B. Alex.* c. 4. 23. et 33.]

GANYMEDEUS, a, um, Γανυμήδειος, ad Ganymedem pertinens. *Martial.* l. 8. epigr. 39. Et Ganymedea pocula mixta manu. *Id.* l. 9. epigr. 17. Ganymedeæ comæ. *Id.* l. 7. epigr. 49. Et Ganymedeo luceat unda choro. *h. e.* niveis pulcrisque ministris.

GARAMANTES, um, n. pop. Libyæ interioris, qui circa fontes Cinyphi fluv. incolunt, et Syrtim parvam attingunt, quorum Metrop. *Garama* apud ortum fluv. prædicti, ab Hammonis Oraculo itinere 15. dierum. Dicti sunt a Garamante Apollinis filio, qui Garamam urbem condidit. Apud eos dipsades serpentes maximi reperiuntur. *Virg. Ecl.* 8. v. 44. Aut extremi Garamantes. Et in sing. num. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1106. Quidquid sparsus Garamas tenet. Adde *Sil.* l. 6. v. 705. et *Plin.* l. 5. c. 5.

GARAMANTICUS, a, um, *Garamantian,* pertinens ad Garamantes, ut Garamantica signa, *Sil.* l. 1. v. 142. *h.e.* Africana arma. Garamanticus vates, *Id.* l. 14. v. 440.

GARAMANTIS, idis, f. patronym. *Virg.* 4. *Æn.* v. 198. Hic Ammone satus rapta Garamantide Nympha. *Sil.* l. 14. v. 498. Garamantide pinu. *h. e.* navi Africana. et lib. 15. v. 679. Ardebat gemma Garamantide cærula vestis. *h.e.* carbunculis, qui apud Garamantas frequentes. *Plin.* l. 37. c. 7.

[* GARAMANTITES, æ, m. nomen lapidis seu gemmæ apud Indos. *Plin.* l. 37. c. 7. sect. 28. Cognata est huic (anthracitidi) sandaresus, quam alii garamantitem vocant, nascitur in India, loco ejusdem nominis.]

GARGANUS, i, m. nunc *Monte Gargano,* et *Monte di S. Angelo,* mons Apuliæ Dauniæ, inter Sipontum, et Hyrium. *Horat.* l. 2. od. 9. v. 7. Aquilonibus Querceta Gargani laborant. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 106. Garganum Alpinis, Apenninumque nivalem Permixtis sociate jugis. ¶ Adjective *Sil.* l. 9. v. 33. cum spargere primis Incipiet radiis Gargana cacumina Phœbus.

GARGARA, orum, n. τὰ Γάργαρα, cacumen montis Idæ, in Troade, cum oppido cognomine, quod agrum circa habet feracissimum. *Virg.* 1. *Georg.* v. 103. ipsa suas mirantur Gargara messes. Adde *Plin.* l. 5. c. 30. *Macrob. Saturn.* l. 5. c. 20. et *Stat.* 1. *Theb.* v. 549.

GARGARICUS, a, um, adject. ad Gargarum montem pertinens, ut Gargaricus lucus, *Auson.* epist. 25. v. 16.

GARGARIDIO, as, *to gargle,* est gutture eliquare, vel proferre aliquid sono, qualis solet esse fauces colluentium: a *gargarizo,* vel a γαργαρεὼν, gurgulio. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 371. Quinctiporis Clodiani forias, ac poemata ejus gargaridians, dicens, o fortuna, o fors fortuna. Alii leg. *garriditans.* Alii aliter. est enim locus admodum incertus, et corruptus.

GARGARISMA, atis, n. *a gargle,* γαργαρισμὸς, illud, quod in gargarizatione adhibetur. *Theod. Priscian.* l. 1. c. 15.

GARGARISMATIUM, ii, n. γαργαρισμάτιον, gargarizatio. *Marcell. Empir.* c. 14. *ante med.* Aliqua re pro gargarismatio uti.

GARGARIZATIO, onis, f. *a gargarizing,* γαργαρισμὸς, actus gargarizandi. *Cels.* l. 5. c. 22. *extr.* Gargarizationes facere. *Plin.* l. 23. c. 8. *sub fin.* Folia decocta uvam cohibent gargarizatione. *Id.* l. 30. c. 4. Gargarizatio lactis.

GARGARIZATUS, us, m. idem ac gargarizatio. *Plin.* l. 28. c. 12. in sexto casu singulari.

GARGARIZATUS, a, um, *gargarized or gargled,* particip. a gargarizo. *Plin.* l. 20. c. 17. Sedat anginas gargarizatum. Adde lib. 30. c. 4.

GARGARIZO, as, a. 1. *to gargarize, gargle,* γαργαρίζω, est liquorem ore haustum sæpe ad gurgulionem, idest guttur revocare: a γαργαλεὼν, gurgulio. *Cels.* l. 4. c. 2. sect. 1. In vetusto capitis dolore communia sunt sternutamenta excitare, inferiora vehementer refricare, gargarizare his, quæ salivam movent. *Id. ibid.* c. 4. Hyssopum, vel nepetam, aut ficus cum mulsa decoquere, eaque gargarizare. *Id.* l. et cap. 6. sect. 26. Gargarizare ex lenticula. et sect. 29. ex sinapi. *Plin.* l. 20. c. 22. Sinapi ad uvam gargarizatur cum aceto. et cap. 9. Succus gargarizandus, bibendusque.

GARGETTIUS, ii, gentile nomen, Γαργήττιος. Apud *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 94. et l. 2. silv. 2. v. 113. et *Cic.* l. 15. *Fam.* ep. 16. Epicurus vocatur *senex Gargettius:* a loco ubi natus. V. *Epicurus.*

GARGILIANUS, a, um, ad Gargilium pertinens, quod est nomen viri proprium, ut Gargilianus fundus, *Scævola Dig.* lib. 32. leg. 39.

GARGILIUS MARTIALIS de hortorum cultura scripsit, et si fides est *Servio,* designatur a *Virgilio* 4. *Georg.* ubi ait vers. 147. Verum hæc ipse equidem spatiis exclusus iniquis Prætereo, atque aliis post me memoranda relinquo. Meminit ejus sæpe *Palladius.* ¶ Sub hoc nomine editum est etiam fragmentum *de cura boum,* barbarie ac solœcismis passim fœdatum, corruptisque lectionibus adeo scatens, ut nulli pæne usui Latine scribentibus esse possit.

GARRIDITANS. V. in *Gargaridio.*

GARRIO, is, ivi, itum, a. 4. *to chatter, chirp, make a shrill noise,* videtur esse ex iis verbis, quæ ab animalium vocibus ficta sunt, ut *gannio, pipio, rudo, balo,* et hujusmodi. Itaque dicitur de avibus cantillantibus. *Apul. in Florid.* n. 17. (*al.* l. 3.) Lusciniæ canticum adolescentiæ garriunt. ¶ Et de strepentibus ranis. *to croak. Martial.* l. 3. epigr. 93. Meliusque ranæ garriunt Ravennates. ¶ Ad homines transfertur sæpissime, et significat loquendo strepere, inepte loqui, plura verba facere, blaterare, obloqui, *to prate, prattle, tattle, talk idly, babble.* στωμύλλω. *Petron. in Satyr.* c. 55. Et, quam in præcipiti res humanæ essent, vario sermone garrimus. *we discourse. Cic.* 12. *Attic.* ep. 1. Cum coram sumus, et garrimus quidquid in buccam. et l. 6. ep. 2. *extr.* Cupiebam etiam nunc plura garrire: sed lucet, urget turba, festinat Philogenes. *Id.* 2. *de Orat.* c. 5. In gymnasiis philosophi garrire cœperunt. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 77. Garrire aniles fabellas. et l. 1. sat. 10. v. 41. Comis garrire libellos. *h.e.* facere comœdias garrulas, et festivas. *Plaut. Aulul.* a. 5. v. 21. nugas. *Martial.* l. 5. epigr. 62. Garrire quippiam alicui in aurem. *to whisper into the ear.*

[* GARRITOR, oris, m. *a prater,* importune garriens. *Ammian. Marcellin.* lib. 22. c. 9. Jube, inquit, periculoso garritori pedum tegmina dari purpurea.]

GARRITUS, us, m. *a prating, chattering, talking idly. Sidon.* l. 8. ep. 6. *circa med.* Garritui frena stringere.

GARRULITAS, tis, f. *a prating, prattling, chattering, babbling; loquacity, garrulity,* ἀδολεσχία, actus ipse garriendi. Proprie dicitur de avibus: translate de hominibus. *Ovid. in fi.* l. 5. *Metam.* Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit, Raucaque garrulitas, studiumque immane loquendi. *Plin.* l. 10. c. 12. Cornix inauspicatæ garrulitatis. *Quintil.* l. 2. c. 4. Extemporalis garrulitas circulatoriæ jactationis est. *Plin.* l. 29. c. 1. Horum placita Chrysippus ingenti garrulitate mutavit. *h. e.* verborum farragine. *Martial.* l. 5. epigr. 53. Auctoris pereunt garrulitate sui. ¶ In pueris festivitas est. *Sueton. in Aug.* c. 83. Pueros garrulitate amabiles. Adde *Senec. de consol. ad Helv.* c. 16. *a med.*

[* GARRULO, as, are, a. 1. idem ac garrio. *Fulgent. Mythol.* lib. 1. pag. 613. *Staver.* Non inquirimus Hero atque Psychen poeticas garrulantes ineptias.]

GARRULUS, a, um, *chattering, chirping, warbling,* proprie de avibus dicitur, quæ canendo strepunt, ut *garrio. Virg.* 4. *Georg.* v. 307. Garrula hirundo. *twittering. Phædr.* l. 3. fab. 16. v. 10. cicada. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 5. v. 22. cornix. *Plin. sub fin.* l. 18. in imbre noctua. *Id.* l. 10. c. 29. Garrulus cantus lusciniæ. ¶ Transfertur ad alia, quæ murmurant, strepuntve. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 316. Garrulus rivus. *a purling, or murmuring, rill. Nemesian.* ecl. 1. v. 30. vento garrula pinus. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 30. fistula. *h. e.* sonans, arguta. et lib. 3. el. 4. v. 38. lyra. *warbling. Martial.* l. 14. epigr. 167. plectra. et epigr. 54. sistra. et 169. Garrulus anulus. ¶ Ad homines quoque verbosos, loquaces, blaterantes, *garrulous, prating, prattling, talkative, loquacious, noisy. Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 11. *extr.* Ut hujus infantiæ garrulam disciplinam contemneremus. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 12. v. 18. verbosi garrula bella fori. *Id.* 1. *Amor.* el. 12. v. 23. Garrula vadimonia. et l. 2. el. 2. v. 44. lingua. *Senec. in Herc. Fur.* v. 193. fama. *Propert.* l. 3. el. 22. v. 18. hora. *h. e.* quæ garriendo ducitur. ¶ *Garruli pueri* sunt in deliciis. *Tibull.* l. 1. el. 5. v. 25. consuescet amantis Garrulus in dominæ ludere verna sinu. ¶ Speciatim sic dicitur, qui arcana continere nescit. *a blab, blabber, tatler, telltale. Horat.* l. 1. ep. 18. v. 69. Percontatorem fugito. nam garrulus idem est, Nec retinent patulæ commissa fideliter aures. *Terent. Adelph.* 4. 4. 14. Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palam. ¶ Addit *Nonius* c. 4. n. 220. sumi etiam pro cordato, afferens illud *Varronis:* In hac civitate tum regnabat Dionysius, homo garrulus et acer.

GARUM, i, n. *sauce, or pickle, made of salted fish, salt fish-pickle,* γάρον, liquamen ex intestinis piscium, sanguine, ceterisque, quæ abjicienda forent, sale maceratis: dictum a garo pisce, ex quo primum fieri cœpit: deinde nomen retinuit, quamvis ex aliis piscibus fieret, præcipue vero ex scombro laudatissimum in Carthaginis Spartariæ cetariis: *Sociorum* id appellabatur, singulis millibus nummum permutantibus congios fere binos. Nec liquor ullus, præter unguenta, majore in pretio esse cœpit. Hæc *Plin.* l. 31. c. 7. *extr.* et 8. ex cujus verbis satis colligi videtur, ideo *garum Sociorum* appellatum, quia ab Sociis populi R. Romam mittebatur. *Martial.* l. 13. epigr. 102. Exspirantis adhuc scombri de sanguine primo Accipe fæcosum, munera cara, garum. *Id.* l. 7. epigr. 26. *de apro condiendo.* Sed coquus ingentem piperis consumet acervum, Addet et arcano mixta Falerna garo. *Senec.* ep. 95. *ante med.* Illud Sociorum garum, pretiosam malorum piscium saniem, non credis urere salsa tabe præcordia? Adde *Horat.* l. 2. *sat. ult.* v. 46. et *Auson.* ep. 21. ubi significat, hoc liquamen Latino vocabulo carere (nam *garum* Græcum est) muriam autem minus apte dici. hæc enim e thynnis fiebat, et multo minoris emebatur. *Martial.* l. 13. epigr. 103. *de muria.* Antipolitani, fateor, sum filia thynni: Essem si scombri, non tibi missa forem.

GARUMNA, æ, hod. *la Garonne,* fluvius Aquitaniæ, ex Pyrenæis montibus oriens, et in Oceanum latissimo ostio incurrens. *Pompon. Mela,* l. 3. c. 2. *Tibull.* l. 1. el. 8. v. 11. Testis Arar, Rhodanusque celer, magnusque Garumna.

[* GARUMNI, orum, m. pl. populi circa Garumnam flumen. *Cæs. de B. Gall.* l. 3. c. 27.]

GARUS, i, m. *a kind of fish of which a pickle was made,* γάρος, piscis ex genere locustarum, ex cujus intestinis garum fiebat. *Plin.* l. 31. c. 8. et l. 32. *c. ult.*

GARYOPHYLLON, i, n. *a clove-gillyflower,* καρυόφυλλον, genus aromatis in India nascentis, piperis grano simile, sed grandius et fragilius. Tradunt, in Indico luco id gigni. Advehitur odoris gratia. Ita *Plin.* l. 12. c. 7. ubi notat *Harduin.* quod eodem nomine ad nos affertur, et in conditu ris adhibetur, aliud omnino esse. Fortasse autem esse id, quod *a cubeb* ab aliis nominatur. ¶ Flos ille, qui hoc nomine apud nos nascitur, a similitudine odoris appellationem traxit.

GASTER, eris, et stri, f. *the belly,* γαστὴρ, venter. Græca vox. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 3. c. 8. Rotunda atque exstans inflatio secundum gastera. ¶ Item genus vasis ventriosi. *Petron. in Satyr.* c. 79. Per omnes scrupos, gastrorumque eminentium fragmenta. Al. aliter leg.

GAU pro gaudium. V. *Cæl.*

GAUDEBUNDUS, a, um, adject. gaudio gestiens. *Apul.* l. 8. *post init.* Futuræ soboli gaudebundus. Legitur et gaudibundus.

GAUDENS, entis, *rejoicing, glad,* qui gaudet. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 4. Cum Musis nos delectabimus animo æquo, imo vero etiam gaudenti, ac libenti. *Stat.* l. 4. silv. 6. v. 55. Sic mitis vultus, veluti de pectore gaudens Hortetur mensas. *Propert.* l. 3. el. 12. v. 9. Nunc ligat ad cæstum gaudentia brachia loris. *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 45. gaudentes rure Camenæ. *delighting.* et lib. 1. od. 1. v. 12. Gaudens agros sarculo findere. et lib. 3. od. 14. v. 5. Unico gaudens mulier marito. *contented.*

GAUDEO, es, gavisus sum, n. 2. *to rejoice, be glad,* χαίρω, lætus sum, animi voluptate perfundor, lætor: cui contrarium est mœreo. Est ἀπὸ τοῦ γαυριᾶν, ut *Festo* placet: vel a γηθέω pro γηθέω, idem significante, ut aliis. *Cæs. ad Cicer. post* epist. 16. l. 9. *Attic.* Meum factum probari abs te, triumpho et gaudeo. *Al. leg.* triumpho gaudio. *Cic.* 3. *Q. Fr.* ep. 1. *ante med.* Quod scribis, te a Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. *I am mightily rejoiced to learn. Id.* 3. *de Legib.* c. 1. Sane gaudeo, quod te interpellavi. *Id.* 9. *Attic.* ep. 7. *ad fin.* Bonis viris probari, quæ adhuc fecerimus, valde gaudeo. *Lucret.* l. 3. v. 72. gaudent in tristi funere fratris. *Horat.* l. 1. ep. 8. Celso gaudere, et bene rem gerere Albinovano. χαίρειν, καὶ εὐπράττειν, formula salutationis initio epistolarum, a

Græcis sumpta. *give joy to; greet.* ¶ Cum dativo. *Lucret.* l. 3. v. 146. et sibi gaudet. *h. e.* secum. ¶ Cum ablativo. *Catull.* carm. 31. *ad Sirmion.* v. 12. Salve, Sirmio, atque hero gaude. *h. e.* ob reditum heri. *Cic. pro Marcell.* c. 6. Gaude isto tuo tam excellenti bono. *Id.* 1. *de Fin.* cap. 11. Cum privamur dolore, ipsa liberatione et vacuitate omnis molestiæ gaudemus: omne autem id, quod gaudemus, voluptas est. ¶ Cum accusativo. *Terent. Eun.* 5. 9. 11. Hoc aliud est, quod gaudeamus. *Id. Andr.* 2. 2. 25. Jam id gaudeo. *Stat.* 9. *Theb.* v. 724. Tu dulces lituos ululataque prœlia gaudes. *Cœl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 14. Nunc furit, tam gavisos homines suum dolorem. *Stat. Theb.* 4. v. 231. gaudent natorum fata parentes. *Cœl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 2. Ut suum gaudium gauderemus. *Terent. Andr.* 5. 5. *in fin.* Hunc scio mea solide gavisurum gaudia. ¶ *Gaudere in sinu* est secum taciteque gaudere. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 21. Quoniam hæc plausibilia non sunt, in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant. *Tibull.* l. 4. el. 13. v. 8. Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu. ¶ Differt a *lætor*, quod est ita gaudere, ut in vultu et gestibus lætitiæ signa prodantur: *gaudere* autem, est secum in animo voluptatem percipere. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 47. Quæ perfecta esse, gaudeo, judices, vehementerque lætor. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 31. Atque ut confidere decet, timere non decet; sic gaudere decet, lætari non decet. ¶ A *gratulor*, quod respicit alium, et significat alterius causa lætum esse. *Cic. Fam.* 6. ep. 15. Tibi gratulor, mihi gaudeo. ¶ Aliquando significat delectari. *to be delighted with, take pleasure in. Cic. in fin.* l. 3. *Offic.* Cum intellexero, te hoc scientiæ genere gaudere. *Horat. in art. Poet.* v. 162. juvenis Gaudet equis, canibusque, et aprici gramine campi. *Id.* l. 4. od. 8. v. 11. Gaudere carminibus. *Id.* l. 2. sat. 8. v. 62. Heu, Fortuna, ut semper gaudes illudere rebus humanis. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 235. sanguine. ¶ Transfertur ad inanima. *Martial.* l. 13. epigr. 16. brumali gaudentia frigore rapa. *Plin.* l. 12. c. 15. Myrrha gaudet rastris, atque ablaqueationibus. et l. 19. c. 8. Humore omnia hortensia gaudent. et l. 18. c. 17. *ad fin.* Solum gaudet aquari. *Stat. Theb.* 6. v. 847. Postquam oleo gavisa cutis. *Claudian. in Consul. Probi, et Olybr.* v. 115. dominum gavisa coronat Terra suum, surguntque toris majoribus herbæ. ¶ Particip. *gaudendus* passiva significatione. *Symmach.* l. 3. ep. 29. Ista pars gaudenda mihi potius, quam, &c. ¶ Olim præteritum habuit *gavisi. Liv. in Odyss.* apud *Priscian.* l. 9. pag. 868. *Putsch.* Quoniam audivi paucis, gavisi. *L. Cass. Hemina ibid.* Idque admiratum esse, gavisi.

GAUDIĀLIS, le, adject. ad gaudium pertinens. *Apul.* l. 8. *Metam.* Gaudiales instruunt dapes. Adde *sub fin.* l. 2. et l. 11.

GAUDIBUNDUS. V. *Gaudebundus.*

GAUDIMONĬUM, ii, n. gaudium. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 61. *Burm.* Jamdudum gaudimonio dissilio.

GAUDĬUM, dii, n. *joy, gladness, mirth*, χαρὰ, χάρμα, est affectio animi alicujus præsentis boni opinione concepta, et proprie cum exhilaratur animus aliqua re, neque tamen ita ad exteriora diffunditur ultra modum, ut facile appareat. Differt a *lætitia*, quia, ut ait *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 6. cum ratione animus movetur placide atque constanter, tum illud gaudium dicitur: cum autem inaniter et effuse animus exsultat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest. Quare ut addit *Non.* c. 5. n. 91. gaudium in sapiente, et in rebus bonis semper est: lætitia etiam in malis rebus esse potest. Hoc tamen discrimen sæpe negligitur. *Sallust. in Catil.* c. 49. Plebes veluti ex servitute erepta, gaudium atque lætitiam agitabat. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 105. Lætitia et gaudiis quem afficere. *Terent. Adelph.* 3. 4. 45. Lacrimare gaudio. *for joy. Id. Heaut.* 2. 3. 67. Præ gaudio, ubi sim, nescio. *Id. Andr.* 2. 2. 2. Alicujus animum gaudio explere. *Cic. Fam.* 9. ep. 14. Cumulari gaudio. *Id.* 5. *Fin.* c. 24. Compleri gaudio. *Id. Catil.* 1. c. 10. Gaudiis exsultare. *Id.* l. 2. *Fam.* ep. 9. Nimio gaudio pæne desipere. *Id. pro Cluent.* c. 5. triumphare. et 10. *Fam.* ep. 12. efferri. *Q. Cic. ad Fratr.* l. 16. ep. 16. exsilire. *Cic.* l. 9. ep. 14. cumulari. *Id.* 5. *de Fin.* c. 24. Quempiam gaudio afficere. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 88. oblectare. et vers. 47. Gaudio esse alicui. *Terent. Eun.* 5. 9. 5. Esse in gaudiis. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 698. Gaudium capere. *Plin.* l. 16. c. 25. sentire. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 60. et *Senec.* ep. 59. percipere. *Virg.* 1. *Æn.* v. 506. pertentant gaudia pectus. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 55. Additæ erga Germanicos exercitus laudes, gratesque: et missa legatio, quæ gaudio fungeretur. *h. e.* gratulatione. ¶ Specialim dicitur de turpi voluptate. *Sallust. in Jug.* c. 2. Dediti corporis gaudiis, per luxum et ignaviam ætatem agunt. Adde *Horat. Lucret. Catull. Ovid. Petron. Liv. Propert. Martial.* ¶ Translate *Plin.* l. 16. c. 25. Flos est gaudium arborum. *Id. in præfat.* l. 20. Adamas opum gaudium. *Id.* l. 16. cap. 25. Gaudia annorum. *h. e.* tempora veris.

GAVĬA, æ, f. *a sea-mew or sea-gull*, λάρος, avis genus in petris nidificans. *Plin.* l. 10. c. 32. et 74. et *Apul.* l. 5. *Metam.*

GAVIĀNUS, a, um, ad Gavium pertinens; quod est nomen R. civis propr. *Lactant.* l. 4. c. 18. Non enim Gavianam crucem describimus, quam M. Tullius, &c. Vide, sis, *Cicer. Verr.* 7. c. 61. 62. et 63.

GAVĪSUS. V. *Gaudeo.*

[* GAULITĀNUS, a, um, adject. pertinens ad Gaulon insulam parvam Melitæ adjacentem, quæ nunc *Gozzo* appellatur. *Inscript.* apud *Murat.* pag. 752. n. 5. M. Vallio C. F. Rufo plebs Gaulitana ex ære conlato &c. Hanc eamdem inscriptionem a se visam et lectam fuisse affirmat *Anton. Maria Lupi in suis dissertationibus et epist. philologicis*, ut et aliam, in qua eadem verba *plebs Gaulitana* leguntur.]

GAULUS, i, m. *a kind of boat or galley*, γαῦλος, genus navigii pæne rotundum, inquit *Festus.* Ejus meminit etiam *Gell.* l. 10. c. 25. ubi navium appellationes varias recenset. ¶ Item genus poculi, a figuræ similitudine. *a cup like a boat. Plaut. Rud.* 5. 2. 32. Sinus, epichysis, cantharus, gaulus, cyathusque.

GAUNĂCE, es, f. *vel* Gaunacum, ci, n. *a thick shag or frieze*, stragulum, aut sagum altera parte villosum. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 35. ubi *Scalig.* legit Gaunacumma. Sed vox est peregrina, ipso *Varrone* teste. *Turneb.* quoque leg. *gaunacum*, et confirmat illo *Hesychii*: Γαυνάκαι στρώματα, ἢ ἐπιβόλαια ἑτερόμαλλα. ¶ Quod in vet. Lap. apud *Donium* class. 8. n. 69. legitur: C. Pettius Celer gauncarius, *Gorius* censet legendum *gaunacarius*, h. e. gaunacorum artifex.

GAURĀNUS, a, um, ad Gaurum montem pertinens, qui est in Campania, inter Puteolos et Lucrinum lacum, vinis nobilis. *Plin.* l. 14. c. 3. Gauranæ vites. et cap. 6. Gauranum vinum. *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 546. Gauranus mons.

GAURUS, i, m. mons Campaniæ. V. vocem præced. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 14.

GAUSĂPA, æ, et Gausape, es, f. et Gausape, is, n. et Gausapum, i, n. *a rough shaggy cloth, used for coverlets, table cloths, &c. a coarse outer garment to keep off the cold and rain*, ὁ γαυσάπης, genus panni crassioris, et altera parte villosi, ex quo fiebant stragula tum mensis, tum lectis idonea, itemque vestes, quarum usus in pluvia et frigore. Res erat peregrina, nec nisi sub Augusto Romæ cognita: ditioribusque ex delicatiore lana, et pretioso colore usurpata. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 10. puer alte cinctus acernam Gausape purpureo mensam pertersit. *a napkin.* Imitatus *Lucil.* l. 20. apud *Priscian.* l. 9. pag. 870. *Putsch.* Purpureo tersit tunc latas gausape mensas. *Plin.* l. 8. c. 48. Gausapa patris mei memoria cœpere: amphimalla, nostra, sicut villosa etiam ventralia. nam tunica lati clavi in modum gausapæ texi nunc primum incipit. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 300. Gausapa si sumpsit, gausapa sumpta proba. *Petron. in Satyr.* c. 28. Involutus coccina gausapa, lecticæ impositus est. *Pers.* sat. 6. v. 46. Jam chlamydas regum, jam lutea gausapa captas. *Augustus in testamento* apud *Charis.* l. 1. pag. 80. Gausapes, lodices purpureas, et coloreas meas *Cass. Sever. ibid.* et apud *Priscian.* l. 7. pag. 759. Gausapo purpureo salutatus. *Varro* quoque *ibid. gausapa, æ*, f. probat. Gausape quadratum *in lemmate* epigr. 152. l. 14. *Martial.* est stragulum sternendo lecto. ¶ *Balanatum gausape* apud *Pers.* sat. 4. v. 37. est barba in modum villi propensa, et unguento delibuta. *a rough beard.*

GAUSAPĀTUS, *clothed with a rough great coat*, gausape indutus. *Senec.* ep. 53. Mitto me in mare, quomodo psychrolutam decet, gausapatus.

GAUSAPĪLA, læ, f. vestis e gausape. *Petron. in Satyr.* c. 21. Myrtea subornatus gausapila. Al. leg. *gausapina.*

GAUSAPĪNUS, a, um, qui est e gausape, villosus, ut *pænula gausapina* apud *Martial. in lemmate* epigr. 145. l. 14. quæ et gausapina absolute dicitur. *a rough shaggy great coat. Id.* l. 6. epigr. 59. Et dolet, et queritur, sibi non contingere frigus Propter sexcentas Baccara gausapinas.

GAZA, æ, f. *the treasure of a prince; the royal coffer, King's treasury*, γάζα, vox Persica, qua regia pecunia significatur, uti docet *Curt.* l. 3. c. 13. Unde factum nomen urbi in Palæstina, quod in ea Cambyses rex Persarum, cum armis Ægyptum peteret, opes et pecuniam suam contulerat, ut *Pompon. Mela*, l. 1. c. 11. et *Serv. ad* 1. *Æn.* v. 123. narrant. *Nepos in Datam.* c. 5. Pandates gazæ custos regiæ. Adde *Liv.* l. 45. c. 41. ¶ Paulatim in Latium transmigravit ad significandam quamcumque pecuniam et copiam. *wealth, riches, treasure. Virg.* 2. *Æn.* v. 763. huc undique Troia gaza Incensis erepta adytis, mensæque deorum, Crateresque auro solidi, captivaque vestis Congeritur. *Sueton. in Ner.* c. 31. Thesauros antiquissimæ gazæ specubus abditos. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 37. Gazam et paratus regios adjicit. *Martial.* l. 12. epigr. 53. incubasque gazæ, Ut magnus draco. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 562. nulla cælum reparabile gaza. *Virg.* 5. *Æn.* v. 40. et gaza lætus agresti Excipit. ¶ *Serv. ad citat.* 2. *Æn.* singularis tantum numeri esse ait. Atqui in plurali bis usurpavit *Horat.* l. 1. od. 29. v. 1. et l. 2. od. 16. v. 9. ter *Senec. in Phœnis.* v. 504. *in Herc. Fur.* v. 167. et *in Med.* v. 485. semel *Lucret.* l. 2. v. 37. &c.

GAZETĬCUS, a, um, adject. ad Gazam Palæstinæ urbem pertinens, ut Gazetica vina, quæ optima circa illius urbis loca gignebantur. *Sidon.* carm. 17. v. 15. Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna.

G E

GEBENNĬCUS, a, um, ad Gebennam pertinens, qui mons est Galliæ, in Provincia trans Rhodanum. *Pompon. Mela*, l. 2. c. 5. Gebennici montes. *Lucan.* l. 1. v. 435. Gens habitat cana pendentes rupe Gebennas. ¶ Legitur etiam *Cebenna*, et *Cebennicus*. [*GEBENNICUS, &c. dele quæ sequuntur, et hæc repone:*

* GEBENNĬCUS, a, um, adject. ad Gebennam pertinens, qui mons est Galliæ, in Provincia trans Rhodanum. *Pompon. Mela* l. 2. c. 5. Gebennici montes. ¶ *Gebenna* et *Gebennicus* legitur etiam *Cebenna* et *Cebennicus*, et quidem rectius; hodie enim hic montium tractus vocatur Gallice *les Cevennes.* Quemadmodum etiam plur. numero effert *Lucan.* lib. 1. v. 435. Gens habitat cana pendentes rupe Gebennas. Adde *Pompon. Melam loc. cit. a med.* Tum ex Gebennis demissus Arauris juxta Agathan fluit.]

GEHENNA, *vel* Geenna, f. *the valley of Hinnom, where children were sacrificed to Moloch, and thence (metaphorically,) from the shrieks of those children, put for Hell*, γέεννα, [† ניא הנום] vallis apud Hierosolymam, ubi Baal colebatur, ubi ipsi Hebræi filios suos immolaverunt. Dicta est quasi Vallis filiorum Ennon. Translate sumitur pro loco futurorum suppliciorum et pœnarum perpetuarum, quibus improbi cruciandi sunt, quia Deus minatus fuerat, vallem illam impleturum cadaveribus mortuorum. *Hieron. Tertull. Prudent. Sedul.* et *Auson. in Ephemerid. in Orat.* v. 65.

GELA. } V. in *Gelous.*
GELAS. }

[* GELĀNUS, a, um, ad Gelam urbem pertinens, de qua V. in *Gelous.* ¶ *Gelani* sunt ejus urbis incolæ. *Plin.* l. 3. c. 8.]

GELASCO, is, n. 3. *to begin to freeze*, πήγνυμαι, gelu astringi. *Plin.* l. 14. c. 21. Vini natura non gelascit.

GELASIĀNUS, i, m. *a buffoon, mimic, droll, zany, jack-pudding*, mimus: a γελάω, rideo. *Sidon.* carm. 23. v. 301. Mimos, schœnobatas, gelasianos.

GELASĪNUS, i, q. d. ridiculus: a γελάω, rideo. *Martial.* l. 7. epigr. 24. Nec cibus ipse juvat morsu fraudatus aceti: Nec grata est facies, cui gelasinus abest. *h. e.* cui deest alios irridendi, pungendique facultas. [pro *h. e. cui deest alios irridendi, pungendique facultas* repone *h. e.* cui desunt rugæ inter ridendum contractæ, quæ ori miram quamdam conciliant gratiam; etenim gelasini apud Græcos sunt fossulæ a risu ortæ in facie, hisque similes aliis etiam in locis lacunulæ. Hoc certe sensu accipiunt hujusmodi vocem *Suidas in Lex. Alciphron.* l. 1. epist. 39. et *Auct. epigr. in Anthol. Græc.* tom. 2. pag. 390. *Brunckii.*] ¶ *Gelasinos* quidam esse dicunt dentes primores, qui in risu et scommate nudantur. [Id asserit *Pollux* l. 2. sect. 91.]

GELATĬO, onis, f. *a freezing, frost*, ἔκπηξις, actus gelandi, gelu, et ipsa concretio aquæ. *Plin.* l. 17. c. 24. *a med.* Si protinus editis fructibus gelatio magna consecuta est. *Scribon. Larg. compos.* 179. Cicutam potam artuum gelatio insequitur. *a stiffness, numbness.*

GELĀTUS, a, um, *frozen, congealed*, παγεὶς, frigore astrictus. *Plin.* l. 8. c. 28. Amnes gelati lacusque. *Martial.* l. 5. epigr. 9. manus Aquilone gelatæ. *Colum.* l. 10. v. 397. Gelatum lac. *Id.* l. 7. c. 8. *sub fin.* Caseus paulum gelatus in mulctra. ¶ Translate *Stat. Theb.* l. 4. v. 404. sic fata gelatis Vultibus. *h. e.* pallore suffusis. *Lucan.* l. 7. v. 339. stat corde gelato Attonitus. *h. e.* timoris pleno. *Id.* l. 6. v. 541. gelatos orbes effodere. *h. e.* frigidos oculos, et emortuos.

GELENSIS, e, ad Gelam urbem pertinens, de qua V. in *Gelous.* ¶ *Gelenses, ium*, sunt ejus urbis incolæ. *Cic. Verr.* 5. c. 43. et 6. c. 33.

GELICIDĬUM, ii, n. *frost, frozen water; the freezing of the eaves or icicles hanging from the eaves*, πάχνη, αἶθρος, dicitur cum initio hiemis ros e cælo gelatus decidit. *Cato R. R.* c. 65. Si gelicidia erunt, cum oleam coges. *Colum. sub initio* cap. 2. l. 11. Pruinæ et gelicidia nocturna. *Id. ibid. sub fin.* cap. 3. Ne autumnalis satio hiemis gelicidiis peruratur. Adde *Vitruv.* l. 2. c. 7.

GELĬDE, adverb. *coldly*, ψυχρῶς, frigide. Translate *Horat. in ar. Poet.* v. 171. Vel quod res omnes timide gelideque ministrat.

GELĬDUS, a, um, *cold as ice, gelid*, κρυερὸς, gelu obnoxius. Plus est quam *frigidus.* Frigida enim multa sine gelu esse possunt. Promiscue tamen nonnunquam adhibentur. *Plin. initio* ep. 6. l. 5. Cælum est hieme frigidum, et gelidum, et myrtos, oleas, aspernatur, et respuit. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 3. Fibrenus præcipitat in Lirem, et multo gelidiorem facit. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 100. gelidum flumen securi eruere. *frozen. Virg.* 1. *Georg.* v. 287. Gelida nox. et l. 2. v. 263. gelidæ pruinæ. et vers. 488. valles. et vers. 202. gelidus ros. *the cooling dews.* et l. 8. *Æn.* v. 343. gelida rupes. *et ibid.* v. 597. gelidus amnis. et vers. 28. gelidique sub ætheris axe. *Horat.* l. et od. 1. v. 30. gelidum nemus,

cool. Virg. 4. Georg. v. 509. gelida astra. et l. 1. v. 43. Vere novo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur. Id. 3. Æn. v. 175. Tum gelidus toto manabat corpore sudor. *a cold sweat.* Ovid. 4. Metam. v. 247. gelidos artus in vivum revocare calorem. Id. 1. Trist. el. 11. v. 3. gelidus december. *wintry.* Id. 3. de ar. am. v. 385. et Plin. l. 31. c. 2. Gelidissimæ aquæ. Liv. l. 38. c. 27. extr. Loca gelida propinquitate Tauri montis. Cic. 1. Catil. c. ult. gelidam aquam bibere. *cold water.* quæ et *gelida* absolute dicitur. Horat. l. 2. sat. 7. v. 90. foribusque repulsum Perfundit gelida. ¶ Translate Ovid. 3. Metam. v. 100. gelidoque comæ terrore rigebant. et Heroid. ep. 11. v. 82. gelidus metus. et epist. 16. v. 67. horror. *chilly.* Virg. 2. Æn. v. 120. tremor per ossa cucurrit. Ovid. 1. Fast. v. 98. gelidum subito frigore pectus erat. Virg. 5. Æn. v. 395. gelidus tardante senecta Sanguis hebet. *chilled.* Horat. l. 2. od. 8. v. 11. gelida mors. Ovid. 1. Trist. el. 4. v. 11. gelidus pallor. Id. 6. Metam. v. 711. gelidi conjux Actæa tyranni. h. e. Boreæ. ¶ *Gelidai* pro *gelidæ*, Lucret. l. 3. v. 694.

GELLIĀNUS, a, um, ad Gellium pertinens, quod est nomen viri proprium. *Ateius Capito* apud Gell. l. 13. c. 12. ubi *Gellianus* nomen est servi ab aliquo *Gellio* ingenuo denominati.

GELLĬUS. Aulus Gellius (aliis *Agellius*: qua de re V. *Fabric. in biblioth. Lat.* l. 3. c. 1.) Romanus, Grammaticus, vixit sæculo Christi II. sub Impp. Adriano, et Antonino Pio: vita cessit sub Antonino Philosopho. In patria rhetorem audivit Cornelium Frontonem, philosophos vero Athenis Phavorinum, Taurum, et alios. Scripsit *Noctium Atticarum libros viginti*, h. e. commentationes hibernis noctibus lucubrari cœptas, dum Athenis studiorum causa versaretur, continuatas vero etiam postquam Romam rediit: opus varia selectaque omnis antiquitatis eruditione tum Grammatica, tum Historica, tum Philosophica refertum: in quo legendo et delectationis, et utilitatis uberrimus fructus capi potest. Ab *Augustino* l. 9. *de Civ. Dei*, c. 4. dicitur *vir elegantissimi eloquii, et multæ ac facundæ scientiæ.* Non est tamen ejus Latine loquendi ratio ubique imitanda. Est enim antiquæ dictionis nimis studiosus: et a priscis durisque Scriptoribus, quos assidue habebat in manibus, ejus nimium oratio colorem traxit. Catalogum quarundam vocum a solo *Gellio* usurpatarum, quarum multæ barbarismi videri possint, habes apud *citat. Fabric.* l. 3. c. 4. ubi de Censorino agit. ¶ Alii sunt hoc nomine Latini Scriptores multo, quam iste, antiquiores, *Sex.* et *Cn. Gellius*, ambo historici: quorum pauca exstant fragmenta apud *Aurel. Vict. de Orig. gentis R.* c. 16. *Gell. Macrob. Charis. Priscian.* &c.

GELO, as, avi, atum, a. 1. *to freeze*, πηγνύω, frigore astringo. Plin. l. 15. c. 6. Si gelent frigora, quarto die (*olivam*) premendam. Colum. l. 9. c. 6. Alvearia fictilia accenduntur æstatis vaporibus, et gelantur hiemis frigoribus. Martial. l. 1. epigr. 50. v. 12. Fluvius, qui ferrum gelat. ¶ Usurpatur et absolute neutrorum more. Plin. l. 14. c. 3. Non ante demetuntur, quam gelaverit. h. e. frigus et glacies inciderit. Lucan. l. 9. v. 681. vultusque gelassent Perseos adversi, si non Tritonia densos Sparsisset crines. h. e. in lapides conversi fuissent. ¶ Translate Stat. Theb. 4. v. 497. gelat ora pavor, gressusque tremiscunt. Juvenal. sat. 6. v. 95. timent, pavidoque gelantur Pectore, nec tremulis possunt insistere plantis.

GELŌNI, orum, Γελωνοί, populi Scythiæ Europææ circa ortum Borysthenis, ut est apud Plin. l. 4. c. 12. *ad fin.* quos hostium cutibus equos, seque velare, illos reliqui corporis, se capitum, *Pompon. Mela sub fin.* c. 1. l. 2. tradit. Quibusdam placet esse Lithuanos. *Pictos* vocat Virg. 2. Georg. v. 115. scil. stigmata habentes, ut ait Serv. Alibi *sagittiferos*, alibi *acres*, 8. Æn. v. 725. et l. 3. Georg. v. 461. *volucres* Lucan. l. 3. v. 283. Horat. vero *ultimos* l. 2. od. ult. v. 18. quia ultimi tunc temporis, qui ab Romanis noscerentur. Dictos volunt a Gelono Herculis filio. ¶ In singulari num. Virg. 3. Georg. *cit.* ¶ Adjective Grat. in Cyneg. v. 195. Gelonæ canes.

[* GELŌTOPHȲE, es, f. γελωτοφυὴ, quasi tu dicas risui natam, herba eadem ac batrachion. Apul. de herb. c. 8.

* GELOTOPHYLLIS, idis, f. γελωτόφυλλις, h. e. folium risus, quasi folio risum ciente, si comedatur. Hanc quidam putant eamdem ac batrachion. Plin. l. 24. c. 17. sect. 102. *a med.*]

GELŌUS, a, um, ad Gelam pertinens. Virg. 3. Æn. v. 701. Apparet Camarina procul, campique Geloi. Est autem *Gela* urbs Siciliæ (cum fluvio cognomine, ut *Id. ibid.* habet) in parte meridionali, condita a Rhodiis. De fluvio Ovid. 4. Fast. v. 470, Et te, vorticibus non adeunde, Gela. *Plinio* l. 3. c. 8. fluvius *Gelas* est in recto casu.

GELU, n. aut m. indeclin. *frost, ice, cold*, πυγετὸς, κρυμὸς, aqua frigore concreta. Habet usum in solo sexto casu singulari, ut *tonitru*. Virg. 2. Georg. v. 317. Rura gelu tum claudit hiems. et l. 3. v. 442. horrida cano Bruma gelu. *hoar frost.* et Æn. 9. v. 604. sævoque gelu duramus et imbri. Senec. in Thyest. v. 872. Frigida duro Cynosura gelu. et *in Med.* v. 716. Bruma nivali cuncta constrinxit gelu. Horat. l. 1. od. 9. v. 3. geluque flumina constiterint acuto. Plin. in Paneg. c. 12. et Flor. l. 4. c. 12. *ante med.* Danubius ripas gelu jungit. Phædr. l. 4. fab. 18. Gelu rigens colubra. ¶ Reperitur et *gelus, us*, m. 4. Cato R. R. c. 40. *extr.* Stramentis circumdato, ne gelus noceat. Plin. l. 8. c. 28. *extr.* Auro ad glaciem apposita conjectare altitudinem gelus. Adde Caton. Acc. Afran. apud Non. c. 3. n. 104. ¶ Item *gelum, i*, n. Lucret. l. 6. v. 155. geli multus fragor. et vers. 529. Et vis magna geli. et vers. 877. gelum, quod continet in se, Mittit, et exsolvit glaciem. Varr. apud Non. c. 8. n. 70. Strata gelo putri montium saxa. Id. 1. R. R. c. 45. Venenum enim gelum radicibus tenellis sub terra, et supra virgultis. ¶ De sola nive. Stat. 5. Theb. v. 392. messis amaro Strata gelu. ¶ Translate Virg. 8. Æn. v. 508. Sed mihi tarda gelu, sæclisque effeta senectus. Senec. in Troad. v. 624. Torpetque vinctus frigido sanguis gelu. Lucan. l. 4. v. 652. pectora pigro stricta gelu. h. e. frigore mortis.

GEMEBUNDUS, a, um, *groaning much*, ἐπιστένων, valde gemens. Ovid. 14. Metam. v. 188. Ille quidem totam gemebundus obambulat Ætnam. Al. leg. *fremebundus.*

GEMELLAR, ris, n. *a vessel for holding oil*, vasis olearii genus: fortasse quod geminam mensuram contineret. [vel potius, ut putat *Gesnerus*, quod duo cava continua haberet.] Colum. l. 12. c. 50. *circa med.* Rotundum labrum melius est, quam plumbeum quadratum, vel structile gemellar.

GEMELLARĬA, æ, f. idem quod gemellar. Augustin. in Psalm. 136. *circa med.* Quare tam cæcus es, ut amurcam fluentem per plateas videas, oleum in gemellaria non videas?

[* GEMELLENSES, ium, m. plur. sunt incolæ urbis Gemellæ Acci seu Coloniæ Accitanæ in Hispania Tarraconensi, nunc *Guadix.* Plin. l. 3. c. 3. sect. 4. n. 3. Ex Colonia Accitana Gemellenses.]

GEMELLĬPĂRA, æ, f. *bearing twins, gemelliparous*, διδυμοτόκος, quæ uno partu duos edit in lucem. Dicitur de Latona, quæ Apollinem et Dianam uno partu edidit. Ovid. 5. Fast. v. 542. Curva gemelliparæ spicula ferre deæ.

GEMELLĬTĬCUS, a, um, idem quod gemellus, ut Gemelliticus fetus, *in supposit. Plauti Bacch. prol.* v. 48.

GEMELLUS, a, um, *twin*, δίδυμος, diminut. a geminus. Virg. Ecl. 1. v. 14. modo namque gemellos, Spem gregis, ah! silice in nuda connixa reliquit. Ovid. Heroid. ep. 6. v. 121. gemella proles. et epist. 8. v. 77. gemelli fratres. *twins.* et ep. 6. v. 143. gemellus fetus. et Metam. 6. v. 712. gemelli partus. et lib. 11. v. 316. gemellos eniti. Catull. carm. 4. *extr.* Gemelle Castor, et gemelle Castoris. ¶ Ponitur et pro valde simili. Horat. l. 2. sat. 3. v. 243. Par nobile fratrum Nequitia et nugis pravorum et amore gemellum. et l. 1. ep. 10. v. 3. Ad cetera pæne gemelli. Martial. l. 12. epigr. 49. gemelli uniones. et l. 10. epigr. 92. gemellæ pinus. ¶ Cæsar l. 3. B. Civ. c. 4. vocat *Gemellam legionem*, quæ de duabus una facta est. [† V. *Geminus.*] ¶ *Gemellæ vites* dicuntur, quæ geminas uvas eodem pediculo junctas producunt. Plin. l. 14. c. 2. Colum. lib. 3. cap. 2. Sic Plin. l. 15. c. 14. Poma cohærentia et gemella, nunquam singula in fetu. [¶ *Gemelli* fuit titulus mimici poematis a Laberio compositi. Gell. l. 1. c. 7.]

GEMĬÆ. V. *Gumiæ.*

GEMINATĬO, onis, f. *a doubling, repeating, gemination*, ἐπαναδίπλωσις, actus geminandi, repetitio, duplicatio. Cic. 3. de Orat. c. 54. Geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias. Quintil. l. 1. c. 4. (*al.* 6.) Geminatione vocalium uti. et cap. 5. (*al.* 9.) Geminatio vitii. Id. l. 8. c. 5. *circa med.* Facit quasdam sententias sola geminatio: qualis est Senecæ: salvum me esse, adhuc nec credo, nec gaudeo. Gell. l. 13. c. 24. An Tullius inani et illepida geminatione junxerit *manubias* et *prædam.*

GEMĬNĀTUS, a, um, *doubled*, duplicatus. Liv. l. 1. c. 25. Geminata victoria. Cic. l. 2. de Nat. Deor. c. 5. Geminato sole. Id. in Partit. c. 6. Verba geminata, atque duplicata, vel etiam sæpius iterata ponantur. *geminata* per figuram repetitionis: *duplicata* conduplicationis. Ovid. 12. Metam. v. 220. quam vino pectus tam virgine visa Ardet: et ebrietas geminata cupidine regnat. et vers. 258. geminatum vulnus. Quintil. l. 2. c. 3. onus. Virg. 2. Georg. v. 509. geminatus plausus. *redoubled.* Tacit. 1. Ann. c. 3. Agrippam ignobilem loco, geminatis consulatibus extulit. *with repeated consulships: by making him consul more than once.* fuit enim ter consul, teste Velleio l. 2. c. 90. Ovid. Metam. 15. v. 681. Verba sacerdotis referunt geminata. *repeated.* Plin. l. 15. c. 13. Nec aliud pomum ingeniosius geminatum est. *multiplied, propagated by grafts.* ¶ Poeticum est, et a Græco ductum, illud Silii l. 10. v. 514. Quæ postquam aspexit geminatus gaudia ductor Sidonius. h. e. geminatum gaudium percipiens.

GEMINITŪDO, inis, f. Pacuv. apud Non. c. 2. n. 366. Habeo ego istam, qui distinguam inter vos, geminitudinem. h. e. discrimen inter geminos.

GEMĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to double, redouble, repeat, geminate*, διπλόω, duplico: a geminus. Varr. l. 3. de R. R. c. 16. *a med.* Cum plenas alvos habent, et cum illas geminaverint. Terent. Adelph. 2. 1. 19. Geminabit (*pugnum*) nisi caves. Ovid. 5. Metam. v. 586. Labor geminaverat æstum. Flor. l. 1. c. 10. Geminare terrorem. Horat. l. 1. od. 16. v. 8. geminant Corybantes æra. h. e. geminatis ictibus pulsant. Ovid. 3. ex Pont. ep. 4. v. 99. geminare honorem. et l. 1. ep. 2. v. 2. genus geminare nobilitate animi. Id. 4. Trist. el. 10. v. 31. decem vitæ frater geminaverat annos. h. e. viginti expleverat. Claudian. de B. Get. v. 387. Et Trebiam sævæ geminassent funere Cannæ. ¶ Interdum significat jungere, copulare. *to pair, couple.* Horat. in ar. Poet. v. 13. Serpentes avibus geminentur, tigribus agni. Sueton. in Domit. c. 7. Geminari legionum castra prohibuit. Stat. l. 1. silv. 2. v. 239. dat Juno verenda Vincula, et insigni geminat Concordia tæda.

GEMĬNUS, a, um, *twin, geminous*, δίδυμος, qui una cum alio eodem partu editus est. Virg. 8. Æn. v. 631. geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros. *twins.* Id. 1. Æn. v. 178. gemina proles. Liv. l. 1. c. 6. Quoniam gemini essent, nec ætatis verecundia discrimen facere posset. Horat. l. 3. od. 29. *extr.* me Tutum per Ægæos tumultus Aura feret, geminusque Pollux. h. e. Pollux cum Castore, qui gemini sunt. Eadem ratione *geminus Castor* dicitur ab Ovid. 1. de ar. am. v. 746. Rursus Horat. l. 1. ep. 18. v. 41. Gratia sic fratrum geminorum dissiluit. (V. *Frater.*) Plaut. Men. 2. 1. 7. Fratrem quæsitum geminum germanum meum. Id. Pers. 5. 2. 49. *To.* Hic ejus geminus est frater. *Do.* hiccine? *To.* ac geminissimus. ¶ *Gemini* sunt signum cæleste, qui putantur esse Castor et Pollux. V. *Castor.* Alii dicunt, esse Herculem et Apollinem, ut est apud Varron. l. 2. R. R. c. 1. *ante med.* Alii Triptolemum, et Iasiona, a Cerere dilectos, et ad sidera perlatos, ut ait Hygin. l. 2. Poet. Astron. c. 22. ¶ Item testiculi, qui et Græce δίδυμοι. Solin. c. 13. (*al.* 23.) Fiber ne captus prosit, ipse geminos suos devorat. [Ammian. Marcellin. l. 16. c. 7. Eutherius captus a finitimis hostibus etiam tum parvulus, abstractis geminis, Romanis mercatoribus venditur.] ¶ Translate *geminus* est par, similis. *like, equal:* quia inter geminos similitudo est. Varr. l. 8. de L. L. c. 52. Sæpe gemina facie mala negamus esse similia, si sapore sunt alio. Cic. pro Rosc. Amer. c. 40. *extr.* Par est avaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Id. pro. Rosc. Com. c. ult. Simillima enim, et maxime gemina societas hereditatis est. Id. 5. Verr. c. 66. *extr.* Consors in lucris atque furtis, geminus, et simillimus nequitia, improbitate, audacia. Id. in Partit. c. 7. *sub fin.* Memoria est gemina litteraturæ quodammodo, et in dissimili genere persimilis. *Al. leg.* germana. Id. in Pison. c. 7. Illud vero geminum consiliis Catilinæ et Lentuli, quod me domo mea expulistis. *Hic quoque al.* germanum. ¶ Sæpe est etiam duplex, duo. *double, twain, two.* Virg. 6. Æn. v. 894. Sunt geminæ somni portæ, quarum altera, &c. Stat. l. 7. Theb. v. 50. geminumque tenens Discordia ferrum. Terent. Andr. 4. 1. 51. Ex unis geminas nuptias conficere. Cic. 2. de Divin. c. 58. *extr.* Geminum lucernæ lumen. Martial. l. 2. epigr. 53. geminus assis. h. e. duo asses. Virg. 9. Æn. v. 265. Et tripodas geminos, auri duo magna talenta. Ovid. Heroid. ep. 12. v. 104. maris gemini distinet Isthmos aquas. ¶ Pro *uterque*, vel *ambo. both.* Stat. l. 5. Theb. v. 516. de ingenti angue. Sæpe super fluvios geminæ jacet aggere ripæ Continuus. Martial. l. 10. epigr. 10. Et pariter geminas tendis in ora manus. Virg. 4. Georg. v. 371. Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus. et vers. 300. geminas nares vitulo obsuere. Id. 5. Æn. v. 416 Temporibus geminis canebat sparsa senectus. et l. 6. v. 789. Huc geminas nunc flecte acies. Ovid. 2. de ar. am. v. 644. Mobilis in gemino cui pede penna fuit. et l. 2 Fast. v. 154. geminos exseruisse pedes. ¶ Interdum de iis dicitur, quæ duplici natura constant. Stat. l. 3. silv. 2. v. 35. geminoque huic corpore Triton Prænatet. Ovid. 2. Metam. v. 630. geminique tulit Chironis in antrum. et vers. 555. Virginibusque tribus gemino de Cecrope natis. διφυὴς, vel quia enormi fuit longitudine corporis, vel quia duas callebat linguas, Græcam, et Ægyptiam, inquit Hieronym. in chron. Euseb. ad ann. mundi CIƆ CIƆ CIƆ DCLX. ¶ Legio Gemina, quæ sæpe occurrit in antiqu. Inscriptionib. apud Gruter. et al. dicta videtur ex eo, quod ex duabus vario bello imminutis conflata sit. [† V. *Gemellus.* ¶ Item de crassis, amplis, obesis. *large, huge, big, bulky* quasi duplicatum suæ staturæ, ac magnitudinis modum habentibus. Lucret. l. 4. v. 1161. At gemina et mammosa Ceres est ipsa ab Iaccho.

GEMISCO, is, n. 3. idem ac gemo. Claudian. l. 3. de rap. Pros. v. 130. Si buxos inflare velim, ferale gemiscunt

[* GEMĪTES, æ, m. gemma quædam apud Plin. l. 37. c. 11. sect. 73. Nec in gemite, velut in petra candida manibus inter se complexis.

* GEMITORĪUS, V. in GEMONII GRADUS.]

GEMĪTUS, us, m. *a groan or sigh*, στεναγμὸς, gemendi actus. Cic. pro Rosc. Amer. c. 9. Ut urbe tota fletus gemitusque fieret. Id. post redit. in Sen. c. 7. Dum conticeret illa lamentatio et gemitus urbis. Id. de Harusp. resp. c. 18. Ejulatus et gemitus Philoctetæ. Id. pro Sext. c. 3 Tota obviam civitas cum lacrimis gemituque processer Id. 2. Tuscul. c. 24. Gemitus elamentabilis, imbecilli abjectus, flebilis. Virg. 3. Æn. v. 39, lacrimabilis. et l.

v. 15. exaudiri gemitus iræque leonum. *the roaring.* *Valer. Flacc.* l. 2. v. 458. gemitu taurus acerbo implevit avia. *Virg.* 1. *Æn.* v. 489. ingentem gemitum dat pectore ab imo. *heaves.* et 10. *Æn.* v. 464. magnumque sub imo Corde premit gemitum. *stifles, suppresses.* *Valer. Flacc.* l. 8. v. 400. trahere gemitum. *Virg. Æn.* 11. v. 37. ingentem gemitum tollere. et l. 6. v. 873. quantos ille virum campus aget gemitus! et l. 2. v. 288. graviter gemitus imo de pectore ducens. *Id.* 3. *Georg.* v. 517. extremosque ciet gemitus. *Petron. in Satyr.* c. 81. Inter tot altissimos gemitus frequenter proclamabam. *Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 51. gemitus dolor edere cogit. *Id.* 2. *Metam.* v. 622. gemitus alto de corde petiti. *fetched, heaved.* ¶ Tribuitur et rebus inanimis sonitum gemitus similem edentibus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 53. Insonuere cavæ gemitumque dedere cavernæ. *groaned.* et l. 3. v. 555. et gemitum ingentem pelagi. et l. 9. v. 709. collapsa ruunt immania membra: Dat tellus gemitum. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 487. Plaga facit gemitum ceu corpore marmoris icti. ¶ In secunda declinat. *Plaut. Aulul.* 4. 9. 11. Tantum gemiti hic dies mihi obtulit.

GEMMA, æ, f. *a gem, precious stone, jewel,* λίθος, lapillus pretiosus, et magis proprie de pellucidis dicitur: inde transfertur ad oculum vitis, quem primo emittit. *the bud, gem, or button, of a vine.* Sed contra censent alii gemmam proprie de vitibus dici, translate de lapillis pretiosis. V. *Gemmo. Virg.* 2. *Georg.* v. 335. Pampinus trudit gemmas, et frondes explicat omnes. *Cic. Verr.* 6. c. 27. Pocula ex auro gemmis distincta clarissimis. *Virg.* 2. *Georg.* v. 506. Ut gemma bibat. *h. e.* poculo ex gemma facto. Sic *Senec. de Provid.* c. 3. *ad fin.* Gemma ministrare. *Propert.* l. 3. eleg. 3. v. 26. Nec bibit e gemma divite nostra sitis. ¶ Speciatim dicitur de lapillis, qui anulo includuntur. *the stone that is fixed in the bezel of a ring.* *Plin.* l. 37. c. 5. *ad fin.* Cylindros ex beryllis facere malunt, quam gemmas, quoniam est summa commendatio in longitudine. Adde lib. 31. c. 26. *a med.* et *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 10. v. 1. et 7. ¶ Dicitur aliquando de margaritis. *a pearl.* *Propert.* l. 1. eleg. 14. v. 12. Et legitur rubris gemma sub æquoribus. *Martial.* l. 8. epigr. 28. Cedet Erythræis eruta gemma vadis. ¶ Translate ponitur pro præcipuo ornamento. *Martial.* l. 5. epigr. 11. Multas in digitis, plures in carmine gemmas Invenies. *Sidon.* l. 4. ep. 22. Hesperius gemma amicorum.

GEMMANS, antis, particip. *glittering, or shining, like a precious stone,* in modum gemmæ splendescens. *Colum.* l. 8. c. 11. et *Martial.* l. 13. epigr. 70. *de pavone.* Miraris, quoties gemmantes explicat alas. *Lucret.* l. 2. v. 319. Invitant herbæ gemmantes rore recenti. *Manil.* l. 5. v. 256. nitidis gemmantem floribus hortum. ¶ Item gemmis abundans, vel ornatus. *Id.* l. 4. v. 652. in molles Arabes, terramque ferentem Delicias, &c. Leniter affundit gemmantia litora pontus. *Ovid. Metam.* 3. v. 264. gemmantia sceptra. *set with jewels.* ¶ Item gemmas effundens, cum de arboribus sermo est. *budding, gemming.* *Plin.* l. 17. c. 22. *a med.* Gemmantem vineam confodi vetant: decuti enim oculos. *Colum.* l. 4. c. 24. *a med.* Gemmantem oculum cæcare. *Pallad. in Februar.* tit. 32. Sarmenta gemmantia. et *in Novembr.* tit. 11. Surculi rosarum gemmantes. ¶ Item gemmæ, seu lapilli naturam imitans. *Plin.* l. 36. c. 7. Memphites lapis gemmantis naturæ. *h. e.* modum, ac nitorem gemmarum habens.

GEMMARĬUS, ii, m. *a jeweller,* gemmarum politor, aut negotiator. Inscript. apud *Donium* class. 8. n. 14. M. Lollius Alexander gemmarius.

GEMMASCO, is, n. 3. est gemmas emittere, pullulare, *to begin to bud or gem,* ὀφθαλμίζειν. *Plin.* l. 27. c. 5. Ut gemmascere incipiens, legatur calamus. *Colum.* l. 5. c. 10. Nucem Græcam serito circa Cal. Februar. quæ prima gemmascit.

GEMMĀTUS, a, um, *gemmed, jewelled, ornamented with gems, set with precious stones,* gemmis instructus et ornatus. *Liv.* l. 1. c. 11. Gemmati annuli. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 113. Gemmata monilia. *Plin.* l. 37. c. 2. gemmata potoria. ¶ De arboribus. *Pallad. in Mart.* tit. 10. *post. init.* Melius proveniet, si ponendus ramus gemmata jam matre sudatur. V. *Gemmans.*

GEMMESCO, is, n. 3. *to sparkle as a gem,* gemma fio. *Plin.* l. 37. c. 10. *de dracontite gemma.* Sed nisi viventibus abscisso [† cerebro] nunquam gemmescit.

GEMMĔUS, a, um, *of a gem, gemmeous, gemmary; of, like, or set with, precious stones,* διάλιθος, qui ex gemma est. *Cic.* 6. *Verr.* c. 27. *extr.* Mittit etiam trullam gemmeam rogatum. *Plin.* l. 18. c. 7. Radix gemmeæ rotunditatis. *h. e.* est rotunda in modum gemmæ. *Senec.* ep. 110. *a med.* Contemnere aureos lectos, et gemmeam supellectilem. ¶ Item gemmis ornatus. *set with gems.* *Ovid.* 2. *Fast.* v. 74. Gemmea purpureis cum juga demit equis. *Martial.* l. 3. epigr. 85. v. 13. Argutus anser, gemmeique pavones. ¶ Translate est in modum gemmæ splendescens, floridus. *Plin.* l. 1. ep. 3. Quid illa porticus verna semper? quid πλατανὼν opacissimus? quid euripus viridis et gemmeus? *Id.* l. 5. ep. 6. Prata florida et gemmea. *Martial.* l. 10. epigr. 3. Quos rumor alba gemmeus vehit penna.

GEMMĬFER, a, um, *bearing, or yielding, gems,* gemmas ferens. *Plin.* l. 37. c. 13. Gemmiferi amnes sunt Acesinus, et Ganges. *Propert.* l. 3. el. 3. v. 2. Et freta gemmiferi findere classe maris. *h. e.* Erythræi. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 448. gemmifera corona. *h. e.* gemmata. *set with jewels.*

GEMMO, as, n. 1. *to bud, gem, put forth buds,* dicitur de vitibus gemmam emittentibus: non tamen proprie, sed translate. *Cicero* enim *in Orat.* c. 24. et l. 3. *de Orat.* c. 38. τὸ *gemmare vites,* enumerat inter translationes, quæ vulgo etiam a rusticis usurpantur: et *Quint.* l. 8. c. 6. necessitate, inquit, rustici dicunt gemmam in vitibus. Ex quo colligitur, vocem *gemma* proprie de lapillis, ex *Tullii,* et *Quintiliani* sententia, translate de vitibus dici: quod alii contra docuerunt, ut in *Gemma* dictum est. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 40. Id fit, antequam gemmare, aut florere quid incipit. *Colum.* l. 4. c. 27. Ante quam gemment, per divortium veris atque hiemis, quam altissime fodiendæ vineæ sunt. Utroque loco est, qui *germinare* reponit. *Enn.* apud *Charis.* l. 1. pag. 81. *Putsch.* purpureis gemmavit pampinus uvis. *h. e.* nituit, tamquam gemmis ornatus. V. *Gemmans. Solin. in fragm.* apud *Pithœum pag. m.* 267. candidus æther Astrigeram faciem nitido gemmavit olympo.

GEMMŌSUS, a, um, *set with gems,* multis gemmis exornatus. *Apul.* l. 5. *Metam.* Auro facto, gemmosisque monilibus onustas.

GEMMŬLA, æ, f. diminut. a gemma. *Apul.* l. 10. *Metam.* Quod ver in ipso ortu jam gemmulis floridis cuncta depingeret. [¶ Translate usurpat de pupillis oculorum *Apul. in* 'Ανεχ. v. 9. Malas adorent ore, et ingenuas genas, Et pupularum nitidas geminas gemmulas.] ¶ Est nomen Equi Circensis *in Tab. marm.* apud *Gruter.* pag. 341.

GEMO, is, ui, itum, a. 3. *to groan, moan, sigh loudly, make a lamentable noise,* στενάζω, est præ animi angustia in sonum prorumpere, et queri: a soni similitudine. *Cic. post redit. in Sen.* c. 5. *extr.* Malum suum occulte gemere. *to lament, deplore.* *Plaut. Amph.* 5. 1. 47. Uxorem tuam neque gementem, neque plorantem nostrum quisquam audivimus. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 19. Virtutem istam, veniet tempus, cum graviter gemes. *Horat.* l. 4. od. 12. v. 5. Ityn flebiliter gemens infelix avis. *bewailing.* *Phædr.* l. 5. fab. 1. v. 6. Tacite gementes tristem fortunæ vicem. et fab. 7. v. 10. Multum gemens. *Claudian. de B. Get.* v. 181. gemit irrita Tempe Thessalus, et domitis irrisam cantibus Œten. *Virg.* 3. *Georg.* v. 226. Multa gemens ignominiam. *Stat.* 1. *Achill.* v. 281. *de equo.* dominique gemit captivus inire imperia. *Martial.* l. 9. epigr. 94. qui servum te gemis esse diu. *Virg.* 11. *Æn.* v. 865. expirans atque extrema gemens. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 37. talia voce gemit. *h. e.* fatur, queritur. ¶ Passive *Cic.* 2. *Attic.* ep. 18. Hic status, qui una voce omnium gemitur, nec verbo cujusquam sublevatur. *Ovid. Metam.* 13. v. 464. Non mea mors illi, verum sua vita gemenda est. ¶ Tribuitur variis animalibus, quorum vox gementi est similis. *Virg. Ecl.* 1. v. 58. Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes, Nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo. *to coo.* *Propert.* l. 4. el. 3. v. 59. Sive in finitimo gemuit stans noctua tigno. *hooted.* ¶ Item rebus inanimis, quorum sonus veluti laborantium gemitus imitatur. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 10. agitatus inhorruit aer, Et gemuit parvo mota fenestra sono. *sounded.* *Claudian. de III. consul. Honor.* v. 196. Ignifluisque gemit Lipare fumosa cavernis. *Idem in consul. Mall. Theod.* v. 204. quidquid Tyrrhena tunditur unda, Vel gemit Ionia. *Virg.* 3. *Georg.* v. 183. tractuque gementem ferre rotam. *groaning, creaking.* *Id.* 6. *Æn.* v. 413. gemuit sub pondere cymba. *Plin.* l. 9. ep. 26. Stridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 164. cuneisque gemit grave robur adactis. *Id.* l. 6. v. 168. rotis gemit intus ager, tremebundaque pulsu Nutat humus. *Horat.* l. 2. *od. ult.* v. 14. gementis litora Bosphori. ¶ Interdum videtur significare, simplicem sonum, aut vocem emittere. *Avien.* fab. 26. Illa (*capra*) gemens, desiste precor, &c. *h. e.* respondens. *Id. in præfat. extr.* Feras cum hominibus gemere fecimus. *h. e.* loqui. Huc trahi potest illud *Horat. Epod.* 16. v. 51. Nec vespertinus circumgemit ursus ovile.

[* GEMONĪDES, um, f. gemmæ quæ et Pæantides vocantur. *Plin.* l. 37. c. 10. sect. 66. Pæantides, quas quidam gemonidas vocant, prægnantes fieri et parere dicuntur, medenque parturientibus.]

GEMONĬI GRADUS, Gemoniæ scalæ, *et absolute* Gemoniæ, locus fuit præceps Romæ in Aventino, prope templum Junonis Argivæ, vel, ut alii volunt, in crepidine Capitolii, unde sontium in carcere necatorum cadavera unco impacto tracta præcipitabantur: *gradus* aut *scalæ* dictæ, quia is locus in declivi quosdam veluti gradus habebat, in quibus tamen projecti non consisterent, sed ex uno in alium impingentes desilirent gravius, fœdiusque frangerentur: vel quia quibusdam gradibus ascendebatur: unde ἀναβαθμοὶ Græce nomen habet. *Plin.* l. 8. c. 40. Canem nec a carcere abigi potuisse, nec a corpore recessisse abjecti in gradibus Gemoniis. *Harduin.* edidit *Gemitoriis,* quod ita constanter in MSS. legatur: inde colligi, dictum esse locum a gemitu et calamitate; non a quodam Gemonio auctore, ut nonnullis visum est. Sed hoc non placet. *Valer. Max.* l. 6. c. 3. n. 3. Corpus contumelia carceris, et detestanda Gemoniarum scalarum nota fœdavit. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 74. Confossum, et abscisso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt. *Sueton. in Tiber.* c. 61. Nemo punitorum non et in Gemonias abjectus, uncoque tractus.

GEMŬLUS, a, um, adject. gemebundus, gemens. *Apul. in Florid.* n. 13. (*al.* l. 2.) Bubones occinunt gemulo carmine.

GEMURSA, æ, *a corn, or swelling, under the little toe,* tuberculum sub minimo digito pedis: ita dictum, quod gemere faciat eum, qui id gerat, ut *Festus* tradit. *Plin.* l. 26. c. 1. *de elephantiasi.* Et hic quidem morbus celeriter in Italia restinctus est: sicut et ille, quem gemursam appellavere prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato.

GENÆ, arum, f. *the eyelids,* βλέφαρα, membranæ tegentes oculos. *Enn.* apud *Fest.* Pandite, sulti', genas, et corde relinquite somnum. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 57. Nec genæ quidem omnibus: ideo neque nictationes, &c. *et mox.* Columbæ utraque gena connivent: crocodili inferiore tantum. Extremum ambitum genæ superioris antiqui cilium vocavere. ¶ Hinc Poetice dicuntur de loco oculorum, vel de ipsis oculis. *Propert.* l. 4. el. 5. v. 16. Cornicum emeritas eruit ungue genas. et l. 3. el. 10. v. 26. Exustæque tuæ mox, Polypheme, genæ. *Ovid.* 2. *ex Ponto,* ep. 8. v. 66. Et patiar fossis lumen abire genis. *Id. Heroid.* ep. 20. v. 205. Ut te conspecta, subito (si forte notasti) Restiterim fixis in tua membra genis. ¶ Sæpius sunt partes subjectæ oculis, supra malas: itemque ipsæ malæ (nam hæc, quæ *Festus,* et *Cic.* distinguunt, propter vicinitatem facile confunduntur) exterius, ubi barba nascitur, *the cheek, ball of the cheek,* παρειαί. Hanc quidam volunt esse primam, propriamque significationem, quod sit a γενειάς, lanugo, prima barba: vel a γένυς, maxilla. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Genæ oculos ab inferiore parte tutantur, subjectæ leviterque eminentes. *Pacuv.* apud *Fest.* Nunc primum opacat flore lanugo genas. *Plin. loc. cit.* sect. 58. Infra oculos malæ homini tantum, quas prisci genas vocabant: XII. Tabularum interdicto, radi a feminis eas vetantes. pudoris hæc sedes. ibi maxime ostenditur rubor. *Horat.* l. 4. od. 1. v. 34. Manat rara meas lacrima per genas. *Senec. in Œdip.* v. 955. fletu rigare genas. *to bedew with tears.* *Tibull.* l. 1. el. 9. v. 11. succo splendente genas onerare. *to adorn.* et eleg. 10. v. 38. humentes genas tergere. et eleg. 11. v. 55. flet teneras subtusa genas. et l. 3. el. 4. v. 32. Inficitur teneras ore rubente genas. *Martial.* l. 1. epigr. 79. Siccis ipse genis flentes hortatus amicos. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 26. Vincet ubi erasas barba pudenda genas. et l. 2. el. 14. v. 7. Quid si jam canis ætas mea caneret annis, Et faceret scissas languida ruga genas? *Ovid.* l. 2. *de ar. am.* v. 452. petere ungue genas. *to scratch, tear.* et *Heroid.* ep. 11. v. 92. ire unguibus in genas. et l. 3. *Trist.* el. 3. v. 51. lacerare. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 309. conferre genas. *h. e.* osculari invicem. ¶ In singulari numero. *Enn.* apud *Isid. l. Orig.* 11. c. 1. atque genua comprimit arta gena. *Id.* apud *Serv. ad* 6. *Æn.* v. 686. imprimitque genæ genam. *h. e.* palpebram palpebræ committit, et connivet. De dormiente enim loquitur. *Sueton. in Claud.* c. 15. *extr.* Libellos jecisse in faciem ejus, ut genam non leviter perstrinxerit.

GENABENSIS, se, adject. ad Genabum pertinens, ut Genabensis cædes, *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 28. ¶ *Genabenses* Genabi incolæ. *Id. ibid.* c. 11.

GENĂBUM, i, Urbs Carnutum ad Ligerim in Gallia. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 3. &c. ¶ Aliis eadem est, ac Aurelia, nunc *Orleans:* aliis *Gyen* oppidum. ¶ Dicitur et *Genabus, i,* si genuinus est *Lucani* versiculus l. 1. v. 440. Inclyta Cæsareis Genabus dissolvitur alis.

GENEALOGĬA, æ, f. γενεαλογία, *a genealogy,* sermo de origine, seu generatione. Vox Græca est, quam quidam Lexicographi perperam *Ciceroni* tribuunt l. 3. *de nat. Deor.* c. 17. V. *Genealogus. Messala Corvin. de progen. Aug.* c. 22. Si majorum genealogiam recte complector.

GENEALŎGUS, i, m. *a genealogist,* qui genealogiam enarrat, aut scribit. *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 17. Qui a genealogis antiquis sic nominantur. *Fuit qui prave legeret* genealogiis. *Prudent. in Apotheos.* v. 383. Illud ait genealogus idem. *h. e.* Moyses, qui Genesim scripsit.

GENER, i, m. *a son-in-law, daughter's husband,* γαμβρὸς, filiæ meæ maritus: a *genus,* quia ad augendum genus adhibetur: cui respondet socer. *Cic.* 1. *Offic.* c. 35. *extr.* Cum soceris generi non lavantur. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 202. Tum primum generis intulit arma socer. *Martial.* l. 9. epigr. 72. Cum gener, atque socer diris concurreret armis. ¶ Non solum autem maritus, sed etiam sponsus filiæ meæ, *gener* vocatur, uti docet *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 6. *an intended son-in-law.* Atque ita *Virg.* 2. *Æn.* v. 342. Corœbus Mygdonides illis ad Trojam forte diebus Venerat, insano Cassandræ incensus amore, Et gener auxilium Priamo, Phrygibusque ferebat. Ubi *Servius:* Gener dicitur et qui est, et qui esse vult. ¶ Præterea non solum filiæ, sed etiam neptis, et proneptis maritus, tam ex filio quam ex filia editarum, gener est, teste *Ulpiano Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 136. ¶ Ad hæc vir sororis meæ *gener* dicitur a *Justino* l. 18. c. 4. et fortasse

etiam a *Nepote in Pausan.* c. 1. *a sister's husband.* ¶ Denique etiam nurus meæ maritus *gener* appellari creditur apud *Tacit. Ann.* l. 5. c. 6. et l. 6. c. 8. ubi de Sejano sermo est: tametsi alii aliam ejus appellationis causam afferunt. ¶ Ex his omnibus fit, *generum* dici posse quicumque ab altero uxorem accipit sive filiam sive sororem, sive neptem, nurum viduam, &c. Nam qui dat, patris quodammodo personam gerit. ¶ In dativo plurali *generibus* pro *generis* dixit *Accius* apud *Non.* c. 8. n. 33.

GENERĀBĬLIS, le, *generable*, vel *generative*, *easy to be produced*, *easily generated*, γεννητὸς, qui facile generatur: item qui generandi vim habet. *Plin.* l. 3. c. 45. Hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus. *Manil.* l. 1. v. 142. sitque hæc discordia concors, Quæ nexus habiles, et opus generabile fingit.

GĔNĔRĀLIS, le, *general*, *universal*, γενικὸς, καθολικὸς, universalis, ad omnes pertinens. *Cic.* 1. *Offic.* c. 27. Nam et generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur, et aliud huic subjectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. *Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 5. leg. 4. Generalis definitio. *Papinian.* lib. 2. tit. 14. leg. 40. generale pactum. ¶ Item qui pertinet ad genus. *generic*, *generical*. *Cic.* l. 1. *Invent.* c. 8. Cum qualis sit res, quæritur, quia et de vi, et de genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur. *Senec.* ep. 58. *genus generale* appellat, quod Philosophi dicunt *genus generalissimum*. Ejus verba sunt: Quod est, aut corporale est, aut incorporale. Hoc ergo genus est primum, et antiquissimum, et, ut ita dicam, generale: cetera genera quidem sunt, sed specialia. ¶ Item ad cujusque rei genus, naturamque pertinens, genitivus, *natural*. *Lucret.* l. 1. v. 582. variæ volucres, ut in ordine cunctæ Ostendant maculas generales corpori inesse.

[* GENERALĬTAS, atis, f. *generality*, universitas. *Martian. Capell.* l. 4. pag. 100. *Grot.* Dum hominem risibile animal dixerimus, eo a ceterorum animantium generalitate discreverimus. Adde *Symmach.* lib. 2. epist. 90. et *Serv. ad Georg.* l. 1. v. 21. Post specialem invocationem transit ad generalitatem, ne quod numen prætereat. *Id. ad Æn.* l. 6. v. 154. Quæ contra naturam fiunt, non afferunt præjudicium generalitati.]

GENERALĬTER, adverb. *generally*, *universally*, *in general*, γενικῶς, universaliter, simul omnia sub genere amplectendo. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 26. Nam ipsum quidem generaliter definire difficile est. *Plin.* l. 1. ep. 8. Memini te jam quædam adnotasse, sed generaliter: ideo nunc rogo, ut non tantum universitati ejus attendas, verum etiam particulas, qua soles lima, persequaris. *Quintil.* l. 5. c. 10. *ante med.* Temporis duplex significatio est. generaliter enim, et specialiter accipitur.

GENERASCO, is, a. 3. *to be produced*, *grow after its kind*, γίγνομαι, nascor. *Lucret.* l. 3. v. 746. cur omnia membris Ex ineunte ævo generascunt, ingenioque? *Est qui legit* ingenerascunt.

GENERĀTIM, *by each kind or species*; *by kinds or sorts*, κατὰ γένη, per singula genera. *Cic.* 4. *Acad.* c. 15. Exponam igitur generatim argumenta eorum, quoniam ipsi etiam illa solent non confuse loqui. *Id.* 1. *de Orat.* c. 41. Nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 51. Germani suas copias e castris eduxerunt, generatimque constituerunt, paribusque intervallis Harudes, Marcomanos, &c. *by tribes*. *Virg.* 2. *Georg.* v. 35. proprios generatim discite cultus, Agricolæ. *Sueton. in Calig.* c. 22. Hostiæ erant phœnicopteri, pavones, meleagrides, &c. quæ generatim per singulos dies immolarentur. *one kind every day*. Adde *Colum.* l. 5. c. 10. et *Lucret.* l. 1. v. 228. ¶ Item per omnia genera, universim, generaliter. *in general*, *generally*, *universally*. *Cic. Verr.* 7. c. 55. Nam quid ego de ceteris civium R. suppliciis singillatim potius, quam generatim atque universe loquar. *Id.* 2. *de Orat.* c. 10. Infinitum mihi videbatur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo: Expetenda ne esset eloquentia. *Id.* 2. *de Invent.* c. 5. Ut omnia generatim amplectamur. *Id.* 11. *Attic.* ep. 6. Non nominatim, sed generatim informata proscriptio. *Colum.* l. 3. c. 9. *extr.* Hæc de cura malleoli generatim præcepimus: nunc illud proprie, &c.

GENERATĬO, onis, f. *a begetting or producing*, *generation*, γένεσις, actus generandi. *Plin.* l. 9. c. 50. Nec satis est generationi piscium, nisi editis ovis, &c. *Id.* l. 8. c. 48. Generatio pecoribus binis utrinque ad novenos annos. *Id.* l. 20. c. 13. Cibo rutæ generationes impediri.

GENERĀTOR, oris, m. *a begetter*, *producer*, *breeder*, *generator*, *father*, γενετὴρ, genitor, procreator. *Cic. de Univ.* c. 11. Nosse autem generatores suos optime poterant. *Virg.* 3. *Æn.* v. 704. Arduus Acragas magnanimum quondam generator equorum.

GENERATORĬUS, a, um, adject. ad generationem, vel ad generatorem pertinens. *Tertull. advers. Valentin.* c. 27. Generatorio more.

GENERĀTRIX, icis, f. quæ generat. *Pompon. Mela*, l. 1. c. 9. Ægyptus hominum, aliorumque animalium perfecunda generatrix.

GENERĀTUS, us, m. V. vocem sequent.

GENERĀTUS, a, um, *generated*, *produced*, *begotten*, *engendered*, *bred*, *brought forth*, *sprung from*, genitus, productus, γεννητός. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 24. Semina, unde essent omnia orta, generata, concreta. *Id.* 1. *Offic.* c. 29. Neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum et jocum facti esse videamur. *Id. Phil.* 5. c. 2. Mars, a quo populum R. generatum accepimus. *Nepos initio vitæ Attici.* Ab origine ultima stirpis Romanæ generatus, perpetuo a majoribus acceptam equestrem dignitatem obtinuit. (*Al. leg.* generatu perpetuo a majoribus, &c. ut sit *generatus*, *us*, generatio. quod alicui fortasse rectius videri potest.) *Virg.* 5. *Æn.* v. 61. Troja generatus Acestes. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 19. Argolico generatus Alemone quidam Myscelos. *Curt.* l. 9. c. 1. Arbor ex sua radice generata.

GENĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to beget*, *produce*, *procreate*, *engender*, *generate*, γεννάω, gigno, procreo: a *genus*. *Cic.* 1. *de Leg.* c. 9. Hominem generavit et ornavit Deus. *Horat.* l. 1. od. 22. v. 13. quale portentum Nec Jubæ tellus generat leonum Arida nutrix. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 375. Semina limus habet virides generantia ranas. *Justin.* l. 2. c. 1. *ad fin.* Terram tanto prius animalia generare cœpisse. *Virg.* 7. *Æn.* v. 734. nec tu indictus abibis Œbale, quem generasse Telon Sebethide nympha Fertur. *Id.* 3. *Georg.* v. 65. Atque aliam ex alia generando suffice prolem. ¶ Ponitur et pro parere, vel concipere. *to conceive*, *bear*, *bring forth*. *Plin.* l. 8. c. 44. Sterilis intelligitur, quæ non primo initu generare cœperit. ¶ Item pro facere. *Virg.* 4. *Georg.* v. 205. Tantus amor florum, et generandi gloria mellis. *of making*, *producing*. ¶ Dicitur et de rebus aliis. *Justin.* l. 4. c. 1. Ignibus generandis, nutriendisque soli ipsius naturalis materia. *Gell.* l. 5. c. 6. E gramine, quod in eo loco generatum esset, &c. ¶ Translate *Quintil.* l. 5. c. 3. Verba, quæ litem generant. *Modestin. Dig.* l. 25. tit. 3. leg. 7. Nihil ei ex hoc præjudicii generari, respondi. ¶ Interdum est animo invenire, et parere. *to invent*, *produce*. *Quintil.* l. 10. c. 2. An illi rudes sola mentis natura ducti sunt in hoc, ut tam multa generarent? *Id.* l. 1. c. 1. (*al.* 2.) *sub fin.* In iis ætatibus, quæ nihil dum ipsæ ex se generare queunt.

GENERŌSE, adverb. *nobly*, *bravely*, *gallantly*, *generously*, γενναίως, fortiter, magno animo. *Horat.* l. 1. od. 37. v. 21. Generosius perire.

GENEROSĬTAS, atis, f. *nobility*, *excellence*, *generousness of soul*, *generosity*, εὐγένεια, magnanimitas, animi magnitudo, quæ vel a genere, vel a virtute habetur. *Plin.* l. 8. c. 45. Tauris generositas est in aspectu. ¶ Item fecunditas. *fruitfulness*, *fecundity*. *Id. ibid.* c. 49. In ipsa ove satis generositatis ostenditur brevitate crurum, ventris vestitu. et cap. 50. *de capris*. Feminarum generositatis insigne, laciniæ corporibus a cervice binæ dependentes. *Colum. de arborib.* c. 1. Vitis pretio parata certam generositatis fidem non habet. *Pallad. in Octobr.* tit. 3. Asserit Columella (*de arborib.* c. 2.) explorari fecunditatem uno anno non posse, sed quatuor: quo numero cognoscitur vera generositas surculorum. ¶ Aliquando significat bonitatem, v. gr. vini . . ex qua commendatio, et pretium, et fama vini consequitur. *Plin.* l. 14. c. 6. Antea Cæcubo erat generositas celeberrima. V. *Generosus*.

GENERŌSUS, a, um, *noble*, *born of a noble race*, *descended from illustrious ancestors*, εὐγενὴς, γενναῖος, nobili et præclaro genere ortus. *Cic. Parad.* 3. c. 1. Generosa ac nobilis virgo. *Id. de clar. Orat.* c. 58. *extr.* Generosa stirps. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 4. v. 1. nominibus generosus avitis. *Id. Metam.* 14. v. 698. Viderat a veteris generosam sanguine Teucri Iphis Anaxareten, humili de stirpe creatus. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 1. Non, quia, Mæcenas, nemo generosior est te, naso suspendis adunco ignotos. *Sallust. in Jug.* c. 88. Naturam unam et communem omnium existimo, sed fortissimum quemque generosissimum esse. ¶ Translate *Cic. de Amic.* c. 9. Humilem sane relinquunt, et minime generosum, ut ita dicam, ortum amicitiæ. ¶ Inter *nobilem*, et *generosum* hoc interest, quod *nobilis* etiam in malam partem sumi potest: *generosus* non item. Præterea *nobilis* dicitur, qui est notus claritate familiæ: *generosus*, qui claritate rerum gestarum, et virtute. Ita ex *Aristot. Voss.* l. 2. *institut. Oratoriar.* c. 14. sect. 7. *Juvenal.* sat. 7. v. 191. Felix, et sapiens, et nobilis, et generosus. ¶ Est etiam magnanimus, animosus, fortis. *generous*, *brave*, *excellent*, *noble-hearted*, *magnanimous*. *Cic.* 3. *Offic.* c. 22. Cum de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 65. Quod natura ipsa, et quædam generosa virtus statim respuit. *Plin.* l. 8. c. 40. Alexander generosi spiritus imperator. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 199. generosus miles. *Virg.* 3. *Georg.* v. 75. pecoris generosi pullus in arvis Altius ingreditur. *Sen. in Phœniss.* v. 334. generosa indoles. *Plin.* lib. 10. cap. 21. Leones ferarum generosissimi. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 75. Forma dicendi magnifica, et generosa quodammodo. ¶ Est item ferax, fecundus, quasi multum generans. *fruitful*, *fertile*, *plentiful*, πολύγονος. *Propert.* l. 4. el. 11. v. 61. emerui generosos vestis honores: Nec mea de sterili facta rapina domo. *Virg.* 10. *Æn.* v. 174. Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis. *Plin.* l. 11. c. 40. Sues generosæ duodenas mammas habent, vulgares binis minus. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 211. implere hortum flore generoso, *h. e.* multo, abundanti. ¶ Dicitur etiam de vitibus, quæ vinum ferant fama et pretio commendatum: quæ duæ res non a feracitate, sed a bonitate proveniunt: itemque de pomis, et hujusmodi. *Colum.* l. 3. c. 2. *sub fin.* Ut nobilem vitem conseramus, generosam requiremus: ubi nihil erit, quod proritet, feracitatem potius sequemur, quæ non eadem portione vincitur pretio, quam vincit abundantia. *Horat.* l. 1. ep. 15. v. 18. Vinum generosum et lene. *generous*. *Plin.* lib. 15. c. 17. generosissima mala. et cap. 21. sorba. *Id.* l. 32. c. 6. ostrea. *Id.* l. 15. c. 29. generosum obsonium. ¶ Sunt etiam *generosæ vites*, quæ vini feraces sunt. *Colum.* l. 3. c. 2. *circa med.* Magnis etiam dotibus tres apianæ commendantur, omnes feraces: generosior tamen una, quæ, &c.

GENĔSIS, sis, *vel* seos, f. *generation*, *nativity*, *birth*, γένεσις, generatio, nativitas. Græca vox. In basi Minervæ Phidiæ cælata erat *Pandoras genesis*, teste *Plin.* l. 36. c. 4. Πανδώρας γένεσις. ¶ Accipitur a Latinis pro sidere natalitio, sub quo scilicet quis natus est, ex quo futuræ vitæ sortem portendi credebant. *the nativity*, *or natal hour*, *of any one*, *or the star that happened to be then rising*. *Juvenal.* sat. 6. v. 578. si prurit frictus ocelli Angulus, inspecta genesi collyria poscit. et sat. 14. v. 248. Nota mathematicis genesis tua. *Sueton. in Vespas.* c. 14. Monentibus amicis, cavendum esse Metium Pomposianum, quod vulgo crederetur genesim habere imperatoriam.

GENESTA. V. *Genista*.

GENETÆUS JUPITER, Γενηταῖος, dictus est a Genete fluvio, promontorio, et portu apud Chalybas populos circa Pontum. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 148. et *Plin.* lib. 6. cap. 4. ubi Genetas populos memorat.

GENETHLĬACUS, a, um, *relating to nativities as calculated by astrologers*, *genethliacal*, γενεθλιακὸς, ad genesim, seu natalitium sidus pertinens: a γενέθλη, origo, ortus. Hinc *genethliaci* dicuntur, qui ex observatione talium siderum sortem futuram hominum, eventusque prædicunt. *Gell. initio* c. 1. l. 14. Qui se se Chaldæos, seu genethliacos appellant. *judiciary astrologers*, *genethliacs*. ¶ Inscripsit etiam *Statius* carmen suum lib. 2. *silv. ult.* *genethliacon Lucani*, in quo natalem ejus diem, ipsumque poetam laudat. ¶ *Genethliace*, *es*, dicitur a *Martiano Capell.* l. 3. pag. 50. ars ipsa talia prædicendi.

GENETHLIOLOGĬA, æ, f. *a casting of nativities*, *genethliology*, γενεθλιολογία, ars Genethliacorum; *Vitruv.* l. 9. c. 7. *a med.* Propria est Chaldæorum genethliologiæ ratio, uti possint ante facta, et futura ex rationibus astrorum explicare.

GENĔTRIX, *et* Genitrix, icis, f. *a mother*, γενέτειρα, quæ genuit, mater. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 133. Nec ferro ut demens genetricem occidis Orestes. *Valer. Max.* l. 1. c. 8. n. 5. *extern.* Ex ipso genetricis rogo lucem et cunas assecutus. *Plin.* l. 10. c. 23. Genetricum senectam ciconiæ educant. ¶ Ut *mater*, ita *genetrix* per antonomasiam de Cybele, deum matre dicitur. *Virg.* 9. *Æn.* v. 117. et l. 10. v. 234. ¶ *Venus genetrix* hoc nomine templum Romæ habuit, exstructum a Julio Cæsare, qui se ab ea per Æneam oriundum prædicabat. *Sueton. in Cæs.* c. 61. 78. et 84. ¶ Translate *Sil.* l. 15. v. 615. Nox somni genetrix. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 490. frugum genetrix. *h. e.* Ceres. *Senec. in Thyest.* v. 816. genetrix primæ roscida lucis. *h. e.* Aurora. *Plin.* l. 5. c. 29. Miletus super octoginta urbium per cuncta maria genetrix. *Id.* l. 26. c. 1. Ægyptus vitiorum genetrix. *Justin.* l. 20. c. 4. Genetrix virtutum frugalitas. *the mother of the virtues*. ¶ *Genetrix*, et *mater* hoc differunt, quod illa semper, quæ genuerit dicitur; hæc aliquando pro nutrice ponitur. *Non.* c. 5. n. 9. V. *Mater*. ¶ Ad scriptionem quod attinet, si vetera monumenta, et MSS. Codices attendas, fere semper per *e* legitur, teste, præter alios, *Pierio ad Æn.* 1. v. 594. Si vero originem, per *i*, est enim a *genitor*, hoc a *genitum*. Placet igitur prior ratio *Dausquio*, aliisque multis: altera *Manutio*, qui et ipse antiquos duos lapides pro se affert. *Cellarius* litem componere conatur, ut quando est Veneris cognomen, per *e* scribatur, singulari quadam consuetudine, quia sic constanter legitur in numis, et lapidibus: in ceteris per *i*, ut origo poscit.

GENEVENSIS, se, *of Geneva*, ad Genevam pertinens, quæ est urbs Allobrogum ad egressum Rhodani ex lacu Lemano, ut Genevensis provincia, *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 477. n. 4.

GENIĀLIS, *et* le, ad genium naturæ et voluptatis deum pertinens: universim voluptarius, ut *Genialis dies*, lætus, et voluptarius: *Genialis torus*, sive lectus, qui in nuptiis sternitur in honorem Genii, et Junonis; item qui convivii causa. *Cic. pro Cluent.* c. 5. *extrem.* Lectum illum genialem, quem biennio ante filiæ suæ nubenti straverat. *the genial couch*, *nuptial bed*. *Virg.* 6. *Æn.* v. 603. lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. *Juvenal.* sat. 4. v. 66. genialis agatur Ista dies: propera stomachum laxare saginis. *genial*, *joyful*, *festive*, *convivial*, *cheerful*, *gladsome*, *mirthful*. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 523. Festum geniale. et l. 13. *Metam.* v. 929. genialia serta. *h. e.* coronæ, quæ voluptatis causa in conviviis, et festis diebus adhibentur. *Id.* l. 1. *de art. am.* v. 125. Ducuntur raptæ, genialis præda, puellæ. *h. e.* conjugii causa abductæ. *Al. leg.* genitalis. *Stat.* l. 2. *silv.* 3. v. 108. genialia jura, *h. e.* conjugalia. *Ovid.*

in fi. 3. *Amor.* Imbelles elegi, genialis Musa, valete. *h. e.* carmina amorum et voluptatis. *Id. Heroid.* ep. 19. v. 9. geniale rus. *h. e.* amœnum, et voluptarium. *pleasant, delightful. Id.* 2. *Amor.* el. 13. v. 7. genialia arva Canopi. *h. e.* deliciis affluentia. *Stat.* l. 4. silv. 4. v. 51. geniale litus. *delightful. Ovid. Metam.* 10. v. 95. Platanus genialis. *h. e.* quæ amœnitatis gratia seri solet. *Id.* 3. *Trist.* el. 13. v. 17. geniale tempus. *h. e.* genio sacrum. *Al. leg.* genitale. *h. e.* natalis dies. *Virg.* 1. *Georg.* v. 302. genialis hiems. *h. e.* in qua celebrantur convivia. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 113. genialia bella. *h. e.* inter pocula et mensas nuptiales sponsæ rapiendæ causa inita, qualis fuit Centaurorum pugna cum Lapithis. *Santra* apud *Non.* c. 2. n. 374. Scis enim, geniales homines ab antiquis appellatos, qui ad invitandum, et largius apparandum cibum promptiores essent. ¶ Absolute *Arnob.* l. 4. pag. 144. genialibus alienis insultare. *h. e.* lectis conjugalibus. ¶ Videtur etiam sumi pro fecundo. *Plin.* l. 17. c. 9. In tantum abundans genialis copia pecudum. *Id.* l. 18. c. 24. Sors genialis atque fecunda. ¶ *Geniales divi* dicuntur a *Statio* Bacchus et Ceres, quia convivia, voluptas, deliciæ sine iis nullæ sunt, lib. 12. *Theb.* v. 618. genialibus hospita divis Icarii Celeique domus. V. *Celeus*, et *Icarius.* Similiter Bacchus dicitur ab *Ovid.* 4. *Metam.* v. 14. genialis consitor uvæ. ¶ *Festus* docet, geniales deos dictos esse aquam, terram, ignem, aerem. ea enim sunt semina rerum, duodecim quoque signa, lunam et solem inter hos deos computari solitos. Hac ratione *genialis* est a *Genius*, qua vim notat rerum gignendarum. Alii tamen leg. *genitales.*

GENIALĬTAS, atis, f. *festivity, conviviality,* festivitas, jucunditas. *Ammian.* l. 30. c. 1. *sub fin.* (*al.* c. 5.) Genialitas mensæ.

GENIALĬTER, adverb. *jovially, merrily, with good cheer, genially,* τρυφερῶς, opipare, et laute. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 95. Hospitis adventu festum genialiter egit. [*Apul.* l. 10. *Met.* pag. 709. *Oudend.* Otiose ac satis genialiter contorta in modum linguæ extrema labia, grandissimum illum calicem uno hausto perhausi.]

GENIĀNA SALICTA quid sint in versu *Helvii Cinnæ* apud *Gell. in fi.* cap. 13. l. 19. nondum quisquam expediit. ¶ De *geniana gemma* apud *Plin.* l. 37. c. 10. incerta admodum lectio est. ¶ *Genianum* quoque *triclinium* apud *Varron.* l. 3. *R. R.* c. 9. *ad fin.* quod defendit *Scalig.* tanquam Genio sacrum, variam lectionem habet.

GENIĀTUS, a, um, adject. *Capitolin. in Vero*, c. 10. Fuit decorus corpore, vultu geniatus. *h. e.* amabilis, gratus aspectu. Ita *Salmas.* Alii aliter leg. *Stat. initio silvar.* moles geniata. *h. e.* Genio sacra. *Al. leg.* geminata: *al.* gemmata. *Cassiodor.* quoque non semel usurpat, gratiosum, amabilem, geniumque habentem significans l. 6. form. 3. 12. 20. 21. &c. sed non est facile imitandus.

GENICULĀTIM, *from knot to knot, by knots on each joint,* per genicula, κατὰ γόνυ. *Plin.* l. 21. c. 11. *ad fin.* Vincapervinca foliis geniculatim circumdata.

GENICULATĬO, onis, f. *genuflection, kneeling,* actus geniculandi, genu flexio. *Tertull. ad Scapul.* c. 4. Quando non geniculationibus, et jejunationibus nostris etiam siccitates sunt depulsæ.

GENICULĀTUS, i, m. idem quod Ingeniculus, scil. sidus Herculis dextro genu flexo super Draconis caput innixi. *Vitruv.* l. 9. c. 6. V. *Engonasi.*

GENICULĀTUS, a, um, *that hath many joints or knots, growing into knots, knotted, jointed, geniculated,* πολυγόνατος, frequentibus geniculis constans. *Cic. de Senect.* c. 15. Culmoque erecta geniculato, vaginis jam quasi pubescens includitur. *Plin.* l. 16. c. 36. Geniculata arundo. *Id.* l. 24. c. 16. Herba totidem geniculata nodis, quot habet annos. *Id.* l. 14. c. 1. Vites per ramos populi maritæ procacibus brachiis, geniculato cursu scandentes. *Id.* l. 17. c. 21. Vitium surculis geniculati scaporum nodi intersepiunt medullam. [Translate de amne inflexo in modum geniculi. *Ammian. Marcellin.* l. 18. c. 9. A latere australi, geniculato Tibridis meatu (urbs Amida) subluitur propius emergentis.]

GENICŬLO, as, *to grow into knots, be distinguished by knots,* genicula produco. *Plin.* l. 18. c. 16. Segete viridi desecta, antequam genicularet. *Harduin.* habet *gelaret* ex MSS.

[* GENICULŌSUS, a, um, adject. idem ac geniculatus. *Apul. de herb.* c. 77. Agrostis foliis parvi calami similibus, atque virgultis per terram serpentibus, geniculosis.]

GENICŬLUM, li, n. *a little knee,* γόνυον, diminut. a genu. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 5. Non sequitur ut stulte faciant, qui pueris in geniculis alligent serperastra, ut eorum depravata corrigant crura. *Tertull. de cor. Mil.* c. 3. De geniculis adorare. ¶ Translate *genicula* dicuntur stipulæ, vel caulis herbacei internodia, et veluti articuli ac nodi quidam. *the joints, or knots, of a stalk of corn. Plin.* l. 18. c. 7. Genicula autem tritico sunt quaterna, farri sena, hordeo octona. *Id.* l. 26. c. 11. *a med.* Verbenaca a tertio geniculo incisa.

GENICŬLUS, li, *a little knee*, idem quod geniculum. Translate dicitur de curvatura in modum genu. *Vitruv.* l. 8. c. 7. Quod si non venter in vallibus factus fuerit, nec substructum ad libram factum, sed geniculus erit, erumpet, et dissolvet fistularum commissuras. *an angle, corner.*

[* GENĪMEN, inis, n. *offspring, progeny,* germen, progenies, a verbo *gigno* vel *geno. Tertullian. de anim.* c. 39. Omnes idololatria obstetrice nascuntur, dum ipsi adhuc uteri infulis apud idola confectis redimiti, genimina sua dæmoniorum candidata profitentur.]

GENISTA, æ, f. *broom,* σπαρτὸν, arbuscula quædam humilis est, fronde minuta, flore luteo, apibusque gratissimo, semine lenticulis haud absimili, quod phaseolorum modo siliquis innascitur: forte a *genu*, quia facile flectitur, vel quia genibus medetur, ut *Plin.* l. 24. c. 9. docet: vel a *geno*, quia facile gignitur. *Id.* l. 21. c. 12. Genistas circumseri, alveariis gratissimum. *Virg.* 2. *Georg.* v. 12. molle siler, lentæque genistæ. *Id. ibid.* v. 434. salices, humilesque genistæ, Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus umbras Sufficiunt, sepemque satis, et pabula melli. *base-broom. Pierius* hic observat, in antiquioribus exemplaribus *genesta* legi. *Calpurn.* eclog. 1. v. 5. vaccæ Molle sub hirsuta latus explicuere genista. *whin or furze.* Al. leg. *genesta*, ut et *in pervigil. Vener.* v. 81. ¶ Dubitat *Plin. cit.* l. 24. num eadem sit cum sparto Græcorum. Certum est, viminis quoque usum præbere, ut *Id. ibid.* et lib. 16. c. 37. docet. *Martial.* l. 1. epigr. 44. Non pyra, quæ lenta pendent religata genista. *Plin.* l. 19. c. 1. Asia e genista facit lina ad retia præcipua, in piscando durantia, frutice madefacto denis diebus.

GENĪTA MANA, Γενείτη Μάνη, dea, quæ feminarum mensibus præerat: cui res divina catulo fiebat, ut *Plin.* l. 29. c. 4. docet: ubi tamen alii aliter legunt, contra MSS. cod. *Harduino* teste. *Plutarch. de quæst. Rom.* n. 52. Διὰ τί τῇ καλουμένῃ Γενείτῃ Μάνῃ κύνα θύουσι; *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei*, c. 11. Menam vocat, quam præfecerunt, inquit, menstruis feminarum. *Plutarch. loc. cit.* dubitat, dicta ne sit a *manando*, ῥέουσα γένεσις, generatio fluens; an a *manus*, bonus, bona generatio, ut dictum est. In sacro hujus deæ votum concipiebant, ne quis domi nascentium bonus fieret: quod vel de canibus intelligebant, ut sævi nascerentur ac terribiles: vel precabantur, ne quis moreretur. nam *manus*, bonus, præcipue de mortuis dicebatur: unde *Manes. Plutarch. ibid.* Porro quod *Menam* appellat *Augustin.* a Græco μὴν, mensis, ductum est.

GENITABĬLIS, le, *generative,* genitalis. *Lucret.* apud *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 3. Ætheris, et terræ genitabile quærere tempus. *Id.* l. 1. v. 11. Et reserata viget genitabilis aura Favoni. *Al. hic leg.* genitalis. *Arnob.* l. 4. pag. 146. Genitabiles partes. *h. e.* genitalia.

GENITĀLIS, le, *serving to produce, generative,* γεννητικὸς, ad gignendum pertinens, vim gignendi habens. *Lucret.* l. 2. v. 61. et *Ovid.* 15. *Metam.* v. 239. Genitalia corpora. *h. e.* elementa, ex quibus omnia gignuntur. *Colum.* l. 3. c. 6. Partes trunci, quæ et genitales sunt, et maxime fertiles. *Id.* l. 7. c. 9. Feminis suum vulvæ ferro exulcerantur, ne genitales sint. *Virg.* 2. *Georg.* v. 324. Vere tument terræ, et genitalia semina poscunt. *the genial seed. Plin.* l. 9. c. 35. Anni hora genitalis. *h. e.* tempus, quo cuncta gignuntur. *Id. ibid.* c. 2. Genitales causæ. *Id.* l. 2. cap. 8. *ad fin.* Genitali rore terram conspergere. *Id.* l. 7. c. 14. Genitale profluvium mulieris. *h. e.* menses: *the catamenia:* item γονόῤῥοια apud *eund.* l. 20. c. 13. *sub fin.* ¶ *Genitalis dies* est dies natalis. *one's natal day. Tacit. Ann.* 16. c. 14. Sic *genitalis lux* apud *Stat.* l. 2. silv. 3. v. 62. ubi al. leg. *genialis.* ¶ *Genitalis sedes* est natale solum, patria. *Prudent. cathemer.* 10. *sub fin.* Sic *genitalis terra* apud *Ammian.* l. 27. c. 5. (*al.* 11.) *extr.* ¶ *Genitalia fœdera*, aut *jura* sunt conjugalia. *Stat.* 3. *Theb.* v. 300. et 689. ¶ *Genitales dii*, θεοὶ γενέται, aliis sunt, qui proprie generationum præsides, ut Saturnus, Jupiter, Venus, et respectu Romanorum Æneas, Mars, unde Romulus genitus est. Aliis sunt Aqua, Terra, Ignis, Aer, unde gignuntur omnia. Aliis sunt Indigetes, scil. ex hominibus in deos relati, ut Hercules, Castor, &c. *Bentleius ad carm. sæcul. Horatii* pluribus contendit, esse deos majorum gentium, genitos nempe, et naturales, non ascititios: quod verum puto, quia qui hujusmodi sunt dii, sunt etiam rerum generationis præsides: non vero quia vox *genitalis* id significet. *Enn.* apud *Serv. ad* 6. *Æn.* v. 764. Romulus in cœlo cum diis genitalibus ævum Degit. *Auson. in perioch.* l. 4. *Iliad.* Jupiter interea cum diis genitalibus una Concilium cogit Superum de rebus Achivis. In nummo Crispinæ Augustæ uxoris Commodi, apud *Tristan.* to. 1. pag. 750. in aversa parte est ara, et circa scriptum: *Dis Genitalibus.* ¶ *Genitalia membra, genitales partes,* sunt τὰ αἰδοῖα. *the genitals. Ovid.* 2. *Amor.* el. 3. v. 3. et *Lucret.* l. 4. v. 1033. ¶ *Genitale, is,* et *Genitalia, um,* absolute, idem significant. *Plin.* l. 37. c. 10. Genitale utriusque sexus. Adde lib. 11. c. 49. et alibi sæpissime. [et *Cels.* l. 4. c. 1. Vesica in feminis super genitale earum sita est. ¶ *Genitales* menses sunt, in quibus mulier infantem parere potest. *Gell.* l. 3. c. 16. In mensibus tamen non genitalibus nominandis non prætermisit octavum.]

GENITALĬTER, adverb. *by generation, aptly,* γεννητικῶς, fecunde, fertiliter. *Lucret.* l. 4. v. 1250. ut semina possint Seminibus commisceri genitaliter apta.

GENITĪVUS, a, um, *natural, that is born in us, innate,* ἐγγινόμενος. Sumitur pro genitali, a natura ingenito, ut *Genitivæ notæ*, quæ sunt maculæ a natura ingenitæ. *Sueton. de Aug.* c. 80. Corpore traditur maculoso, dispersis per pectus atque alvum genitivis notis. *moles. Ovid.* 3. *Metam.* v. 331. Forma prior rediit, genitivaque rursus imago. h. e. prima, quam habuerat, cum nasceretur. ¶ Item pro genitali, *h. e.* generante. *Cato*, (vel *Varro*) apud *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 6. Apollinis genitivi ara. *h. e.* Phœbi genitoris, ut est apud *Valer. Flacc.* l. 5. v. 404. ¶ Interdum pro gentilitio. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 107. Adjectique probent genitiva ad nomina Cottæ. ¶ *Genitivus casus*, et *genitivus* absolute unus est ex casibus apud Grammaticos, qui etiam *patrius* dicitur, et *interrogandi casus*, quod fiat in hoc casu interrogatio de patre, et de genere, ex. gr. Cujus filius es? Cujus familiæ? *Sueton. in Aug.* c. 87. Ponit *domos* genitivo casu singulari, pro *domus. Gell.* l. 4. c. 16. Genitivus singularis. Adde *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 2.) &c. *the genitive case.*

GENĬTOR, oris, m. *a father, sire, creator,* γενετὴρ, pater, qui scil. genuit: a *geno* pro *gigno. Cic. de Univ.* c. 8. Quo nihil ab optimo, et præstantissimo genitore melius procreatum. *Id. ibid.* c. 13. Imitantes genitorem et effectorem sui. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 145. Matre Palæstina, dubio genitore creatus. *Id.* 1. *Amor.* el. 13. v. 45. deum genitor. *h. e.* Jupiter. *Id.* 11. *Metam.* v. 202. tridentiger genitor tumidi profundi. *h. e.* Neptunus. ¶ Translate *Auson. de clar. Urbib.* carm. 13. v. 7. Qua rapitur præceps Rhodanus, genitore Lemanno. *Plin.* l. 15. c. 4. Græci vitiorum omnium genitores. *Sil.* l. 13. v. 738. genitor fraudum. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 119. Adsciscet nova, quæ genitor produxerit usus.

GENĬTRIX. V. *Genetrix.*

GENITŪRA, æ, f. *generation,* γένεσις, generatio. *Plin.* l. 18. c. 24. In alitum, quadrupedumque genitura esse quosdam ad conceptum impetus terræ. ¶ Accipitur etiam pro semine humano. *the seed of generation. Plin.* l. 22. c. 22. *a med.* Datur et contra profluvia genituræ viris. ¶ Item pro horoscopo, seu genesi, *one's natal hour. Sueton. in Aug.* c. 94. *ad fin.* Reticere ipse genituram suam perseverabat. *Ammian.* l. 29. c. 1. (*al.* 2.) Fatorum per genituram interpres. [¶ Usurpatur etiam pro ipsis animalibus. *Arnob.* l. 1. pag. 8. Morsu animam serpens tollit; maledicam primordiis rerum, quod tam sæva prodigia genituris spirantibus addiderunt.]

GENĬTUS, a, um, *generated, produced, procreated, begotten, engendered, bred, sprung,* γεννηθεὶς, generatus, procreatus: a *geno. Virg.* 9. *Æn.* v. 642. Diis genite, et geniture deos. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 117. Phryx erat et nostro genitus de sanguine. *Id.* 1. *Metam.* v. 615. vaccam Jupiter e terra genitam mentitur. *Lucan.* l. 6. v. 485. animal potens leti, genitumque nocere. *born to do mischief or destroy.* ¶ Item natus, *born. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 59. Septimo mense genitis sæpenumero foramina aurium, et narium defuere.

GENĬTUS, us, m. generatio. *Apul. in Apolog.* Qui plurimos libros de animalium genitu reliquerunt.

GENĬUS, ii, m. *a deity, demon, or Genius, that was supposed to attend every person from his birth to his death,* δαίμων, deus, cujus in tutela quicumque natus est, vivit. Hic, sive quod, ut genamur, curat; sive quod una genitur nobiscum; sive etiam quod nos genitos suscipit, ac tuetur; certe a genendo Genius appellatur. Eundem esse ac Larem, multi veterum memoriæ prodiderunt. Hunc in nos maximam, imo omnem habere potestatem, creditum est. Nonnulli binos Genios in iis duntaxat domibus, quæ essent maritæ, colendos putaverunt. Euclides autem Socraticus duplicem omnibus omnino nobis Genium dicit appositum. Genio igitur potissimum per omnem ætatem quotannis sacrificamus. Quamquam et alii sunt dii complures, hominum vitam pro sua quisque portione adminiculantes: sed hi omnes semel in unoquoque homine numinum suorum effectum repræsentant: quocirca non per omne vitæ spatium novis religionibus arcessuntur. Genius autem ita nobis assiduus observator appositus est, ut ne puncto quidem temporis longius abscedat, sed ab utero matris exceptos, ad extremum vitæ diem comitetur. Hæc ex *Censorin. de die natal.* c. 3. sumpta sunt. ¶ Putarunt autem Genium una cum homine et nasci, et mori. Hinc *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 187. Scit Genius, natale comes qui temperat astrum, Naturæ deus humanæ, mortalis in unumQuodque caput, vultu mutabilis, albus, et ater. et ep. 1. v. 143. Tellurem porco, Silvanum lacte piabant, Floribus et vino Genium memorem brevis ævi. ¶ *Censorin.* c. 2. ad illud *Persii* sat. 2. v. 3. *Funde merum Genio:* Hic, inquit, forsitan quis quærat, quid causæ sit, ut merum fundendum Genio, non hostiam faciendam putaverit. quod scilicet, ut *Varro* testatur, id moris institutique majores nostri tenuerunt, ut cum die natali munus annale Genio solverent, manum a cæde ac sanguine abstinerent, ne die, qua ipsi lucem accepissent, aliis demerent. Aliquando tamen et hostias cæsas fuisse Genio die natali, colligitur ex *Horat.* l. 4. od. 11. v. 7. Quod si de Genio placando ageretur, semper puto hostia fuisse factum, ut apud *Liv.* l. 21. c. 62. *extr.* legitur. Ceterum plerumque Genii sacrum natale pulte, fritilla, libis, mero, odoribusque fiebat. *Plin.*

l. 18. c. 8. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 8. v. 94. et *Tibull.* l. 1. el. 8. v. 50. et l. 2. el. 2. v. 3. ¶ Scribit *Senec.* epist. 110. Genios esse deos inferioris notæ, et ex eorum ordine, quos *Ovid.* vocat (5. *Fast.* v. 20.) de plebe deos. Contra *Varro* apud *Augustin.* l. 7. *de Civ. Dei*, c. 2. inter deos selectos majoresque reponit. ¶ Fuere item, qui suum cujusque animum Genium esse existimarunt, ut est apud *Augustin. ibid.* c. 13. item qui suam cujusque fortunam. Unde apud *Charis.* l. 1. p. 19. legitur: hic genius, ἡ τύχη ἑκάστου. Et quod Latini jurare solebant *per Genium Cæsaris* (quod in more fuisse, colligitur ex *Sueton. in Calig.* c. 27. *Ulpian. Dig.* l. 12. tit. 2. leg. 13. *ad fin.* et *Tertull. in Apolog.* c. 32.) ὀμνύναι τὴν τοῦ Καίσαρος τύχην Græci dicunt, ut *Dio Cass.* lib. 44. ¶ Mos fuit etiam jurare, et adjurare per Genium privatum. *Senec.* ep. 12. Jurat per Genium meum, se omnia facere. *Tibull.* l. 4. el. 5. v. 6. Per te dulcissima furta, Perque tuos oculos, per Geniumque rogo. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 37. *Burm.* Ignoscet mihi Genius tuus: noluisses de manu illius panem accipere. et cap. 62. *extr.* Si mentior Genios vestros iratos habeam. ¶ Neque singulis hominibus tantum, sed et urbibus, populis, regionibus, exercitibus, fontibus, horreis, uno verbo, quibuscumque locis suus Genius assignabatur. *the Genius, or tutelary deity, of the place. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 8. n. 3. et *in numo Severi Imp.* apud *Mediobarb.* pag. 269. J. O. M. et Genio P. R. et apud *Gruter. ibid.* n. 4. et *Virg.* 7. *Æn.* v. 136. J. O. M. Genio loci, Fortunæ reduci. et pag. 9. n. 4. J. O. M. et Genio Coloniæ. et pag. 109. n. 3. Genio exercitus. et n. 6. et 7. horreorum. et n. 2. Centuriæ. *Juvenal.* sat. 6. v. 22. sacri fulcri. *h. e.* tori conjugalis. *Prudent.* l. 2. *contra Symmach.* v. 444. cur Genium Romæ mihi fingitis unum, Cum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis Assignare suos Genios, perque omnia membra Urbis, perque locos Geniorum millia multa Fingere, ne propria vacet angulus ullus ab Umbra? ¶ Genius loci per anguem plerumque ostendebatur, ut ait *Serv. ad Æn.* 5. v. 85. ¶ Et ipsis Diis Genius attributus legitur, ut Genius Priapi, apud *Petron. in Satyr.* c. 21. Plutonis, in *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1073. n. 8. Famæ, apud *Martial.* l. 7. epigr. 11. tametsi his locis videtur *Genius Priapi* esse ipsius Priapi numen, et potentia: et sic de aliis. ¶ *Serv. ad* 6. *Æn.* v. 743. non unum, sed binos singulis assignat, alterum, qui ad bona, alterum, qui ad mala incitet, impellatque: quibus assistentibus post mortem, aut afferantur in meliorem vitam, aut condemnentur in deteriorem. ¶ Virorum *Genii* mares fuerunt, feminarum *Junones* dictæ, ut Genii feminæ. *Plin.* l. 2. c. 7. *Senec.* ep. 110. et *Tibull.* l. 4. el. 6. v. 1. ¶ Hæc ex falsa Gentilium Theologia de Genio collegimus. Ceterum Christiana veritas *Genios* docet esse cacodæmonas, *h. e.* malos angelos, æternis suppliciis a Deo damnatos ob seditionem ac superbiam: quos cæca Gentilitas deos fecit, coluitque, nos exsecramur, et in Dei nomine fugamus vincimusque. V. *Tertull. in Apolog.* c. 32. et *de Anim.* c. 39. et *Lactant.* l. 2. cap. 15. ¶ Translate *Genius* dicitur appetitus epularum, et gula. *appetite, gulosity, gluttony:* fortasse ideo, quia diem natalem Genio sacrum amplioribus epulis celebrare mos erat. *Terent. Phorm.* 1. 1. 9. Quod ille unciatim vix de demenso suo, suum defraudans genium, comparsit miser, *pinching himself; pinching his own belly. Plaut. Pers.* 1. 3. 28. *Sa.* ecquid alecis? *To.* vah rogas! *Sa.* sapis multum ad genium. *h. e.* ad gulæ voluptatem. *Id. Stich.* 4. 2. 42. Nam hic quidem meliorem genium tuum non facies. *h. e.* non curabis: non melius cœnabis. *Id. Trucul.* 1. 2. 81. Isti qui cum geniis suis belligerant, parcipromi. *are at war with their own belly. Horat.* l. 3. od. 17. *extr.* cras genium mero Curabis, et porco bimestri Cum famulis operum solutis. *to regale.* Et universim quidquid animus, et voluptas appetit. *Pers.* sat. 5. v. 151. Indulge genio: carpamus dulcia. *gratify your appetite. Plaut. Pers.* 2. 3. 11. Genio mea multa bona faciam. ¶ Hinc parasiti *genium suum* vocant eum, a quo crebro ad cœnam invitantur. *Plaut. Capt.* 4. 2. 99. *Curcul.* 2. 3. 22. et *Men.* 1. 2. 29. ¶ Hinc etiam december mensis dicitur *acceptus Geniis* ab *Ovid.* 3. *Fast.* v. 58. quia tunc erant Saturnalia, et crebra convivia. ¶ Hinc denique *habere genium* dicitur is, qui laute vivit, et Genio indulget. Sic *Martial.* de eo, qui vili impensa domi cœnabat, amicis autem conquisitos cibos dono mittebat, l. 7. epigr. 77. habes nec cor, Papile, nec genium. ¶ Alio sensu *habere genium* dicuntur, qui auctoritatem, fidem, ac famam sibi conciliant, tanquam si ea, quæ agunt, Genio deo auctore et consiliario agant. *Juvenal.* sat. 6. v. 561. Nemo mathematicus genium indemnatus habebit. *accounted skilful. Martial.* l. 6. epigr. 60. Victurus Genium debet habere liber. *wit, native humour.* ¶ In vocativo est *Geni. Tibull.* l. 4. el. 5. v. 9. Magne Geni, cape tura libens, votisque faveto.

GENO, is, ui, itum, a. 3. *to generate, beget, produce,* γεννάω, idem quod gigno, genero. *Varr.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 898. *Putsch.* Hæc loca aliquid genunt. *Id.* l. 1. *R. R.* c. 40. Semen, quod est principium genendi. et l. 2. c. 6. Similes parentum genuntur. *Id.* apud *Gell.* l. 3. c. 16. Si mihi filius unus pluresve in decem mensibus genuntur. *Lucret.* l. 3. v. 799. Totum posse extra corpus durare, genique: *Ulpian. Dig.* lib. 30. leg. 17. et *Julian.* l. 34. tit. 5. leg. 14. (*al.* 13.) *sub fin.* Si qua filia mihi genitur. Ita *Torrentin.* alii *gignitur.* Adde *Censorin.* c. 3. et *Arnob.* l. 4. pag. 141. ¶ Præteritum *genui* V. in *Gigno.* Particip. *Genitus* V. suo loco.

GENS, gentis, f. *a clan among the Romans,* ἔθνος, est multitudo hominum, quæ ex pluribus familiis constat, ex *genens* per syncop. vel ex *genus,* seu γένος. (*Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 6. v. 9. Fabiæ lux, Maxime, gentis.) Differt a *familia*, quia *gens* est instar totius, *familia* instar partis, cum gens plures familias complectatur, quæ ab eodem progenitore descendunt. Deinde *gens* ad nomen, *familia* ad cognomen refertur. Ex. gr. omnes *Cornelii* unius esse gentis dicebantur, quia omnes uno appellabantur nomine, sed diversarum erant familiarum, quæ cognominum varietate distinguebantur. *Gens* enim *Cornelia* dividebatur in *Cinnas, Dolabellas, Lentulos, Scipiones, Syllas. Cic.* 1. *de Orat.* c. 39. Cum Marcelli ab liberti filio stirpe; Claudii patricii ejusdem nominis, hereditatem gente ad se rediisse dicerent. *thus by being of the same stock or clan. Id.* l. 1. *de Legib.* c. 7. *extr.* Ut homines deorum agnatione et gente teneantur. *Agnationis*, et *gentis* discrimen V. in *Gentilis.* ¶ In Republica Rom. duo gentium genera fuere Patritiorum, et Plebeiorum. Initio tamen soli Patritii gentem habuerunt, quippe qui soli ingenui erant, cum Plebeii vel servi, vel filii servorum essent. Plebeii gentem habere cœperunt, cum patres indicare potuerunt, idest se ex ingenuis natos esse. Ille enim dicitur gentem habere, qui se se ex ingenuis esse natum potest ostendere. *Liv.* l. 10. c. 8. *a med.* Penes vos auspicia esse, vos solos gentem habere, vos solos auspicium, &c. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 15. perjurus sine gente, cruentus Sanguine fraterno, fugitivus. *h. e.* ignobilis obscuro loco natus. ¶ *Gens* item late sumitur pro aliquo populo, idest pro universis civibus alicujus urbis, ut *Gens Larinatium, Gens Campanorum, Gens Faliscorum* (*Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 80.) et latius pro natione, idest pro pluribus populis alicujus provinciæ, ut *Gens Hetruscorum, Gens Umbrorum* (*Ovid.* 15. *Metam.* v. 558.) et latissime pro una ex nationibus majoribus orbis terrarum, seu pro populis universis alicujus regionis, ut *Gens Gallorum, Gens Germanorum, Gens Indorum*, &c. (*Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 31.) Nam conjugium in familiam dilatatum est, familia in gentem, gens in civitatem, civitas in provinciam, provincia in regionem. *Aurel. Vict. de Vir. illustr.* c. 76. Mithridates rex Ponti duarum et viginti gentium ore loquebatur. *a people, race, tribe, nation.* ¶ *Gens*, et *natio* differre aliquibus videntur, quod *gens* latius, quam *natio* extendatur. Nam *gens* est tanquam genus, *natio* species. Gens enim Itala habet Hetruscos, Umbros, Picentes, et hujusmodi. *Cic.* 1. *Offic.* c. 17. Propior est societas ejusdem gentis, nationis, linguæ, qua maxime conjunguntur. *Id. de nat. Deor.* l. 3. c. 39. Deum non curare singulos homines, nec civitates, nec nationes, nec gentes. *Tacit. de Germ.* c. 2. Ita nationis nomen, non gentis evaluisse paulatim. ¶ Aliquando tamen promiscue usurpantur. Nam *Id. in Agric.* c. 12. *gentes* dicit, quas paulo ante *nationes* appellaverat. ¶ *Gens* etiam dicitur de brutis, ut de apibus, de piscibus, &c. *a herd, swarm, shoal,* &c. *Colum.* l. 9. c. 9. *de apib.* Intestino bello totæ gentes consumuntur. *Virg. Georg.* 3. v. 73. *de equis.* quos in spem statuis submittere gentis. Adde *Ovid. Fast.* 4. v. 711. ¶ Quandoque usurpatur de uno ex gente. *Virg.* 10. *Æn.* v. 228. Vigilasne, deum gens, Ænea? vigila. *Silius* l. 7. v. 35. *de Fabio.* Tirynthia gens est. ¶ Item de regione. *a country. Nepos in Datam.* c. 4. Ut Aspim aggrederetur, qui Cataoniam tenebat; quæ gens jacet supra Ciliciam, confinis Cappadociæ. *Arnob.* l. 1. pag. 4. Gentes viduatas esse suis cultoribus et desolatas. ¶ *Majorum gentium Patricii* Romæ dicebantur, qui ex gente eorum erant, quos primum Romulus in Patres allegerat: *minorum gentium* vero, qui ab iis descenderent, quos postea ex plebe Tarquinius ad Senatum augendum conscripserat. *Liv.* l. 1. c. 35. et 47. *Cic.* l. 9. *Fam.* ep. 21. *Tacit. Ann.* 11. c. 25. V. *Conscriptus.* ¶ Hinc et ad deos translata est hæc loquendi formula. V. *Deus.* ¶ Genitivus plur. *gentium* eleganter jungitur aliquibus adverbiis loci. *Cic.* 7. *Verr.* c. 55. Ubicumque terrarum et gentium. *Id.* 1. *Catil.* c. 4. Ubinam gentium sumus? *where on earth are we? Terent. Adelph.* 4. 2. 1. Nusquam gentium, &c. ¶ Interdum adhibetur ad vehementius negandum. *Terent. Adelph.* 3. 2. 44. Ah, minime gentium: non faciam. ¶ *Gentes* ab Ecclesiasticis Scriptoribus, et in vulgata Scripturæ versione passim pro Gentilibus, h. e. iis, qui extra Christianam religionem sunt, usurpantur. *the Gentiles.* Hinc *Arnobii* libri *adversus Gentes* inscribuntur. ¶ A Latinis quoque positum reperitur pro iis, qui non sunt cives Romani. *Auct. de B. Hispan.* c. 17. Petimus, ut qualem te gentibus præstitisti, similem in civium deditione præstes. ¶ *Gentum* pro *gentium* habet *Paulin. Nolan. in Nat.* XII. *S. Fel. edit. Murator.* v. 73.

GENTIĀNA, æ, f. *the herb gentian, bitter-wort, or felwort,* herba ab rege Illyriorum Gentio inventa, magnitudine lactucæ, caule tenero pollicis crassitudine, cavo et inani, ex intervallis foliato, trium aliquando cubitorum, folio fraxini, radice lenta, subnigra, sine odore, aquosis montibus Subalpinis plurima. Usus ejus in medicinis radice, et succo. *Plin.* l. 25. c. 7.

GENTĬCUS, a, um, idem quod gentilis, *national. Tacit.* l. 3. *Ann.* c. 43. Quibus more gentico continuum ferri tegimen. Adde 6. *Ann.* c. 33.

GENTĪLIS, le, *of the same gens or clan, called by the same name or name,* ἐθνικός, ex eodem genere ortus, seu qui ejusdem est gentis. Gentiles, inquit *Cic. in Top.* c. 6. ex *Scævola* sunt, qui inter se eodem sunt nomine, ab ingenuis oriundi, quorum majorum nemo servitutem servivit, et qui capite deminuti non sunt. *Id. de clar. Orat.* c. 28. Tuus etiam gentilis, Brute, M. Pennus. *Id. de Univ.* c. 11. Homines deorum immortalium quasi gentiles. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 4. Et Marcellus, et Marcellinus inter se gentiles sunt. ¶ Differunt ab *agnatis*, ut *gens* a *familia*, quia quemadmodum familia nos propius attingit, quam gens; sic agnati arctiore nobiscum, quam gentiles necessitudine conjuncti sunt. Nam agnati consanguinitatis aut affinitatis, gentiles solius generis ac nominis conjunctione copulantur. Hinc lex XII. Tab. apud *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 13. et *Cicer.* 2. *de Invent.* c. 50. tum furiosorum tutelam, tum patrisfamilias intestato mortui pecuniam primum ad agnatos, postea ad gentiles voluit pervenire. ¶ *Gentilia* quoque dicuntur ea, quæ gentis unius propria sunt. *Sueton. in Tiber.* c. 68. Fuit capillo pone occipitium submissiore, ut cervicem etiam obtegeret: quod gentile in illo videbatur. *a family mark; a thing common to those of the* Gens Claudia. et *in Ner.* c. 37. Gentile stemma. et cap. 41. nomen. *his family name.* et cap. 50. monumentum. *his family sepulchre.* et *in Vitell.* c. 1. Gentilis copia. *h. e.* exercitus ex una tantum gente conflatus. Sic *Ovid.* de CCC. Fabiis, 2. *Fast.* v. 198. Sumunt gentiles arma professa manus. *Sil.* l. 2. v. 277. olim Ductorem (*Annibalem*) infestans odiis gentilibus Hannon. *h. e.* paternis inimicitiis, ut est apud *Liv.* l. 21. c. 10. ¶ Interdum idem est ac cognominis. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 16. *ad fin.* Meo regnante gentili. *h. e.* Ser. Tullio. ¶ Hinc refertur etiam ad servos dominorum nomina habentes. *Plin.* l. 33. c. 1. *ad fin.* Apud antiquos singuli Marcipores, Luciporesve, dominorum gentiles, omnem victum in promiscuo habebant. ¶ Interdum significat popularem, ejusdemque regionis, *of the same country or land. Stat. Theb.* 9. v. 297. trahit unda timentes gurgite gentili. *Sil.* l. 4. v. 223. Indutosque simul gentilia lina Faliscos. *Id.* l. 16. v. 465. Quisque ferox jaculis, quæ dat gentile metallum. *Gell.* l. et cap. 17. Lingua et oratione ipsius, non minus scite, quam si gentilis ejus esset, locutus est. ¶ Sequiore ævo *gentiles* ab Romanis dicti sunt Barbari, et quicumque non lege civili Romanorum, sed inculto jure Gentium vivebant. *Auson. in gratiar. act.* c. 4. Vocarem Germanicum deditione gentilium, Alemanicum traductione captorum. *Impp. Valent. et Valens* lib. 3. *Cod. Theodos.* tit. 14. Nulli gentilium provincialis femina copuletur. Adde *Imp. Theodos. Arcad. et Honor. ibid.* lib. 11. tit. 30. leg. 62. et *Ammian.* l. 14. c. 7. (*al.* 22.) ¶ Item a Judæis quicumque Judæi professione non essent: et a Christianis quicumque Christiani, aut Judæi religione non sunt. Nam in S. Bibliis *gentes* vocantur, quæ veram Dei colendi rationem, olim apud Judæos, nunc apud nos conservatam, aut ignorant, aut contemnunt. *Gentiles, Philistines. Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch.* c. 13. *sub fin.* Si gentilium litterarum libros aliquando legissem. *Prudent. in Rom.* περὶ στεφ. 14. v. 464. Gentile vulgus. *Id.* l. 1. *in Symmach.* v. 576. Gentiles nugæ.

GENTĪLĬTAS, atis, f. *the relation arising from one's being of the same* gens *with another,* οἰκειότης, γένεθλον, conjunctio gentilium. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 38. Jura gentilitatum, agnationum, &c. et cap. 39. De toto stirpis et gentilitatis jure. *the right arising from one being of the same* familia, *and that arising from being of the same* gens. *Plin. in Paneg.* c. 37. Bona, quæ sanguine, gentilitate, sacrorum societate meruissent. ¶ Sumitur et pro ipsis gentilibus. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 192. Omnes Tarquinios ejicerent, ne quam reditionis per gentilitatem spem haberent. *Plin. in Paneg.* c. 39. Laceras gentilitates colligere atque connectere, et quasi renasci jubere. *Aurel. Vict. de Vir. Illustr.* c. 24. Manlius de saxo Tarpeio præcipitatus, domus diruta, bona publicata: gentilitas ejus Manlii cognomen ejuravit. ¶ Translate *Plin.* l. 23. c. 7. *a med.* Herba, quam Græci erineon vocant, reddenda in hoc loco propter gentilitatem. *h. e.* communionem nominis. Nam supra de caprifico egerat, quæ Græce ἐρινεὸν dicitur. *Id.* l. 12. c. 13. *sub fin.* Cinnamomo proxima gentilitas erat. *h. e.* nominis similitudo cum cardamomo, de quo supra egerat. ¶ Apud Christianos Scriptores accipitur pro iis, qui Christiani non sunt, aut Hebræi. *Hieron. ad Ephes.* c. 5. *extr. Prudent. peristeph. ult.* v. 1086. ¶ Item pro ipsa religione Gentilium. *Lactant.* l. 2. c. 13. *extr.* Errant, qui contendunt, priorem esse gentilitatem, quam Dei religionem.

GENTĪLĬTER, ἐθνικῶς, secundum gentis consuetudinem, patrio et gentili sermone. *Solin.* c. 11. (*al.* 16.) Cretes Dianam βριτόμαρ gentiliter nominant. Adde cap. 20. (*al.* 33.)

GENTILITĪUS, a, um, *relating to a particular* gens *or clan, gentilitious*, ἐθνικὸς, ad gentem pertinens, gentilis. *Cic. de Harusp. resp.* c. 15. Qui sacrificia gentilitia illo ipso in sacello factitarunt. *sacred rites peculiar to his* gens; *family ceremonies or sacred rites. Liv.* l. 6. c. 20. *ad fin.* Adjectæ mortuo notæ sunt: publica una, ne quis patritius in arce habitaret: gentilitia altera, ne quis deinde Manlius vocaretur. *a mark of infamy, or* stigma, *imposed on his* gens. *Sueton. in Cæs.* c. 1. Gentilitiæ hereditates. *estates to which he succeeded by consanguinity. Id. in Claud.* c. 25. Gentilitia nomina. *Plin.* l. 19. c. 1. In Seranorum familia gentilitium est, feminas linea veste non uti. *Plin. alter* l. 6. ep. 15. Passienus Paulus scribit elegos. Gentilitium hoc illi: est enim municeps Propertii, atque etiam inter majores suos Propertium numerat. *it is a talent that runs in his family.* ¶ Item ad populum nationemve pertinens, *national. Gell.* l. 1. c. 9. Vulgus, quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, mathematicos dicit.

GENTILĪTUS, adverb. idem quod gentiliter. *Tertull. de Pall.* c. 3. *sub fin.* Varias indumentorum formas promulgavere: quarum pars gentilitus inhabitantur, ceteris incommunes: pars vero passivitus omnibus utiles.

GENU, n. indeclin. in singul. et in plur. genua, um, bus, *a knee*, γόνυ, curvatura, qua crus, et femur committuntur: a voce Græca allata. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 24. Genu M. Antonium vidi, cum contente pro se diceret, terram tangere. *Plin.* l. 11. c. 45. genu utriusque commissura. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 807. genuum orbis. *the patella, or knee-pan.* et lib. 4. v. 340. fruticumque recondita silva Delituit, flexumque genu submisit. *Id. Heroid.* ep. 13. v. 23. tenebris exsanguis obortis Succiduo dicor procubuisse genu. *Curt.* l. 9. c. 5. In genua procumbere. *Petron. in Satyr.* c. 133. Genu in limine posito, numina deprecatus sum. *on my knees. Curt.* l. 8. c. 7. *ad fin.* Genua alicui ponere. *to kneel down before.* et *Ovid.* 11. *Metam.* v. 355. inclinare. *Plin.* l. 11. c. 45. flectere. *Senec. de Provid.* c. 2. Etiamsi ceciderit, de genu pugnat. *on his knees. Plaut. Cas.* 5. 2. 41. Adstans in genua. *kneeling. Senec.* ep. 66. *sub fin.* Qui succisis poplitibus, in genua se excepit, nec arma dimisit. *raised himself on his knees. Plin.* l. 11. c. 45. Hominis genibus quædam et religio inest, observatione gentium. Hæc supplices attingunt: ad hæc manus tendunt: hæc, ut aras adorant: fortassis quia inest iis vitalitas. Namque in ipsa genu utriusque commissura, dextra lævaque, a priore parte gemina quædam buccarum inanitas inest, qua perfossa, ceu jugulo, spiritus fugit. Hæc *Plin.* Hinc *Cic. post redit. in Sen.* c. 7. Tu affinem tuam, filiam meam, superbissimis verbis a genibus tuis repulisti. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 18. Provolvi genibus alicujus. et l. 1. c. 13. Genua cujuspiam advolvi. et cap. 11. Tendere manus ad genua. et cap. 21. Prensare genua. *Virg. Æn.* 3. v. 607. amplecti. *Hirt. de B. Afric.* c. 89. Ad genua se projicere. *Liv.* l. 44. c. 31. *ad fin.* Accidere genibus. *Senec. in Troad.* v. 691. Accidere ad genua. *to prostrate himself at the knees.* et *in Med.* v. 247. Attingere genua. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 585. genibus Jovis procumbere. *Juvenal.* sat. 10. v. 55. genua incerare deorum. *Plaut. Curcul.* 5. 2. 32. Per tua genua te obsecro. *Serv. ad Virg.* ecl. 6. v. 4. genua dicit Misericordiæ consecrata esse, ut aures Memoriæ, Genio frontem. ¶ Dativus pluralis est *genibus*, et *genubus*: tametsi illud frequentius. *Senec. in Hippol.* v. 667. Allapsa genubus regiæ proles domus. ¶ Rectus et quartus pluralis *genua* metri causa in choreum contrahitur, ut *genua labant* apud *Virg.* 5. *Æn.* v. 432. et l. 12. v. 905. ¶ *Genuorum* pro *genuum* dixit *Vitruv.* l. 9. c. 6. Al. aliter leg. ex. MS. ¶ Reperitur et *genus, us*, n. *Cic. in Arat.* v. 403. (et *alibi*) Hic genus, et suram cum Chelis erigit alte. *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 103. ut nobis talu', genusque. Etiam in genitivo *genus* dixisse *Cicer. loc. cit.* testatur *Servius ad* 3. *Æn.* v. 22.

GENŬA, æ, f. nunc *Genoa*, urbs Liguriæ perampla, et primaria, in ora maris, cum portu celebri. *Liv.* l. 28. c. *ult.* et l. 30. c. 1. *Plin.* l. 3. c. 5. *Valer. Max.* l. 1. c. 6. n. 7. *Pompon. Mela*, l. 2. c. 4. *sub fin.* et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 204. de qua V. in *Genuas.*

GENŬÆ. V. *Gumiæ.*

GENUALĬA, ium, n. *a kind of covering for the knees, garters below the knee*, indumenta genuum. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 593. Poplitibus suberant picto genualia limbo.

GENUARĬUS, ii, m. nummus excusus Genuæ. Affertur *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *ad fin.* qui locus valde incertæ lectionis est.

GENŬAS, atis, *Genoese*, Genuæ incola *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 204. scripta L. Cæcilio Q. Mucio Coss. h. e. U. DCXXXVI. ante Christum CXVII.

GENUENSIS, se, *Genoese*, ad Genuam pertinens. *Gruter. loc. cit.*

GENUĪNE, *candidly, sincerely. Cic. Q. Fr.* l. 2. *ep. mult. a med.* Genuine fraterneque rescribam. Al. leg. *rmane.*

GENUĪNUS, a, um, *native, natural, genuine*, innatus, naturalis, nativus, verus, γνήσιος. *Ulpian. Dig.* lib. 43. t. 28. leg. 3. Genuina pietas. *Gell.* l. 2. c. 2. Tum inter [illegible]um magistratum, et patrem privatum publicos honores cessare, genuinos ac naturales exoriri. *Id.* l. 3. c. 3. Genuina Plauti fabula. ¶ *Genuini dentes*, σωφρονιστῆρες, κραντῆρες, dentes posteriores, qui in extrema gingiva in homine gignuntur novissimi. *the back or jaw teeth.* Gignuntur enim teste. *Plin.* l. 11. c. 37. circiter vigesimum annum; multis etiam circiter octogesimum. Dicti genuini a *gigno*, vel quod a *genis* dependeant. Sed interdum genuini cum molaribus confunduntur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. Eorum adversi acuti morsu dividunt escas, intimi autem conficiunt, qui genuini dicuntur. *the grinders. Juvenal.* sat. 5. v. 69. solidæ mucida frusta farinæ, Quæ genuinum agitent non admittentia morsum. *which strain one's grinders.* ¶ Hinc translate *genuinum in aliquo frangere*, est alicui dicendo detrahere, dictis mordere. *to backbite. Pers.* sat. 1. v. 115. secuit Lucilius urbem, Te Lupe, te Muti, et genuinum fregit in illis.

GENUS, eris, n. *a race, descent, kind, family, stock, lineage, kindred, extraction, breed*, γένος, proprie principium est uniuscujusque generationis, vel ab eo qui genuit, vel a loco, in quo quis genitus est, ut Orestes a Tantalo ducit genus, et Plato genere Atheniensis est. Patria enim generationis uniuscujusque principium est, quemadmodum et parentes: ab antiquo *geno*, vel a γένω, quod idem significat. *Cic.* 7. *Verr.* c. 70. Nobili genere natus. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 6. Genere et nobilitate sui municipii facile primus. ¶ In plur. num. *Plaut. Mostell.* 5. 2. 20. Nati summis generibus. ¶ Sumitur etiam pro multitudine aliquorum, qui ad unum aliquod principium, unde orti sunt, ad se invicem quadam cognatione referuntur, qua a ceteris rebus distinguuntur, ut *Genus humanum*, vel *Genus hominum, the human race, Genus Romanorum, the Roman people*, &c. *Cic. de Amic.* c. 5. *extr.* Quod ex infinita societate generis humani, quam conciliavit ipsa natura, ita contracta res est, &c. *Id. Phil.* 4. c. 5. Virtus est propria Romani generis, atque seminis. ¶ Item pro primo ex universalibus, quod plures species complectitur, ut sunt Animal, quod et hominem, et bestias complectitur; Virtus, quæ virtutes ingenii, et virtutes morum; Arbor, quæ platanum, cupressum, et alias. *a genus, general term. Cic.* l. 1. *Invent.* c. 28. Genus est, quod partes aliquas complectitur; ut cupiditas; pars est, quæ subest generi, ut cupiditati amor, avaritia. Adde *Senec.* ep. 58. ¶ Item pro specie etiam infima; et pro forma, aut qualitate. *a kind, sort, quality, description. Cic. de Amic.* c. 17. Sunt constantes eligendi amici, cujus generis magna penuria est. *Terent. Eun.* 2. 2. 17. Est genus hominum, qui se primos esse omnium rerum volunt. Sic dicimus *genus marmoris, coloris, vitæ, mortis*, &c. ¶ Item pro sobole, prole, liberis. *Catull.* carm. 61. *epithal. Jul. et Mal. in princ.* Hymen Uraniæ genus. Hinc *genus facere*, sobolem procreare. *to beget offspring. Justin. in fi.* c. 2. l. 9. infra afferendus. ¶ Item pro natione, seu gente. *a race, tribe, nation, people. Sallust. in fragm.* l. 1. *Hist.* apud *Arusian. Mess.* Genus armis ferox, et servitii insolitum. *Flor.* l. 2. c. 3. Ligures durum ac velox genus. ¶ Dicitur et de animantibus. *Lucret.* l. 5. v. 860. Genus acre leonum. *Horat.* l. 1. od. 2. v. 9. Piscium et summa genus hæsit ulmo. *Justin. in fi.* c. 2. l. 9. Viginti millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam missa. *for breeding.* Propagare genus *Lucret.* hoc sensu dixit l. 1. v. 195. ¶ Latina est illa loquendi ratio qua *genus* quarto pro secundo, aut sexto casu effertur. *Cato de R. R.* c. 3. Sub urbe hortum omne genus, coronamenta omne genus. *every species of. Varr. R. R.* l. 1. c. 29. Seminaria omne genus ut serantur. et lib. 3. c. 5. *a med.* Porticus avibus omne genus oppletæ. et l. 2. c. 1. *a med.* Si hoc genus rebus non proficitur. et cap. 10. Quot, et quod genus pastores habendi. *of what description. Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 54. *ad fin.* Vitanda sunt illa, quæ propinqua videntur: quod genus, fidentiæ contrarium est diffidentia. *Id.* 13. *Attic.* ep. 12. Orationes, aut aliquid id genus scribere. *something of that kind. Varr. sub fin.* l. 9. *de L. L.* In verbis id genus, quæ non declinantur. et l. 7. c. 7. Id genus alia. ¶ Aliquando pro re ponitur. *a thing, matter. Cic.* 5. *Phil.* c. 4. *extr.* Quibus rebus tanta pecunia una in domo coacervata est, ut si hoc genus in unum redigatur, non sit pecunia populo R. defutura. *Id. Attic.* 12. ep. 33. Tota domus in omni genere diligens. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. Qua de re, et de hoc genere toto pauca cognosce. ¶ Item pro natura, constitutione, ratione. *Cic. pro leg. Manil.* c. 2. 8. et 10. Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo esse dicendum. *the nature.* ¶ *In genus* est generatim, generaliter, indefinite. *Gell.* l. 4. c. 1. *ad fin.* Sermones in genus communes.

GENŬSUS, i, m. hod. *Vajussa*, fluv. Macedoniæ, qui in mare Ionium influit inter Apolloniam, et Dyrrachium. *Lucan.* l. 5. v. 462.

GEŌDES, γεώδης λίθος, lapis intus terram habens: a γῆ terra. *Plin.* l. 36. c. 19.

GEOGRAPHĬA, æ, f. *a description of the earth, geography*, γεωγραφία, terræ descriptio: a γῆ, terra, et γράφω, scribo. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 4. De Geographia dabo operam, ut tibi satisfaciam.

GEOGRAPHĬCUS, a, um, *geographical*, γεωγραφικὸς, ad geographiam pertinens. *Ammian.* l. 23. c. 6. (*al.* 18.) Ut geographici stili formarunt. *Id.* l. 31. c. 2. (*al.* 7.) Geographica perplexitas. Habet et *Cic. Attic.* l. 2. ep. 6. sed Græce.

GEOMĔTRA, et Geometres, æ, et Geometer, tri, m. *a measurer of the earth, geometrician, geometer*, γεωμέτρης, terræ mensor: a γῆ, terra, et μέτρον, mensura. *Cic.* 4. *Acad.* c. 7. *sub fin.* et *de Fato*, c. 8. Quomodo geometres cernere ea potest, quæ nulla sunt? *Senec.* ep. 88. *a med.* Illud tibi geometer potest dicere. *Al. leg.* geometres. *Juvenal.* sat. 3. v. 76. Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes. *Sidon.* l. 4. ep. 11. *in carm.* Tractator, geometra, musicusque. In versu *Juvenalis* synæresis est. secunda enim syllaba corripi nequit, cum natura longa sit. Sic et apud *Auson.* ep. 18. v. 17. Vel quod juncturas geometrica forma favorum. At in *Sidonio* synæresis esse non potest, quia natura illius carminis et dactylum eo loco postulat, et undecim omnino syllabas requirit. Quare non est hic imitandus, quamvis et carm. 23. eodem modo dixerit vers. 113. Non hunc cum geometricas ad artes.

GEOMETRĪA, æ, f. *geometry*, γεωμετρία, terræ mensuratio, vel ars ipsa terram dimetiendi: a γέα, et contracte γῆ, terra, et μετρέω, metior. Sed tamen ars hæc non tantum in terra dimetienda usum habet, sed et in aquis, in montanis distantiis, atque intervallis, ipsisque corporibus cælestibus. Causam nomini præbuit, quod a terræ mensuratione cœperit. *Cic.* 4. *Acad.* c. 33. Quid Polyænus, qui magnus Mathematicus fuisse dicitur? is posteaquam Epicuro assentiens totam geometriam esse falsam credidit, num illa etiam, quæ sciebat, oblitus est? ¶ *Serv. ad* 3. *Ecl.* v. 41. scripsit, inventam fuisse quodam tempore, cum Nilus plus æquo crescens confudisset terminos possessionum, ad quos innovandos adhibiti sunt Philosophi, qui lineis agros diviserunt. ¶ Apud Græcos summo in honore fuit. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 2.

GEOMETRĬCUS, a, um, *pertaining to geometry, geometrical*, γεωμετρικὸς, ad geometriam spectans. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 59. Si velim geometricum quiddam, aut Physicum, aut Dialecticum explicare. *Id.* 4. *Acad.* c. 36. Geometrices rationibus non est crediturus, quæ vim afferunt in docendo. ¶ *Geometrica, orum*, sunt res geometricæ, ipsa geometria. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 24. Pusionem quendam interrogat Socrates quædam geometrica de dimensione quadrati. *et mox.* Quasi geometrica didicisset. ¶ *Geometrice, es*, supple *ars*, est ipsa geometria. *Plin.* l. 35. c. 10. Omnibus litteris eruditus, præcipue arithmetice, et geometrice, sine quibus negabat, &c. [† quo in loco vocem adverbialiter intelligit *Gesnerus. Cic. Att.* 12. 5. Refellere γεωμετρικῶς aliquem.]

GEORGĬCA, orum, n. V. vocem sequent.

GEORGĬCUS, a, um, *relating to husbandry, geoponical, georgic*, γεωργικὸς, ad agrorum culturam pertinens. *Colum.* l. 7. c. 5. Georgicum carmen affirmat, nullam esse præstantiorem medicinam. *h. e.* carmen *Virgilii*, qui inscribitur *Georgica*, quatuor libris constans. *the Georgics of Virgil. Gell.* l. 13. c. 20. In primo Georgicon, quem ego librum, &c. *Georgicon* Græca positio est genitivi pluralis, γεωργικῶν, pro *Georgicorum. Id.* l. 18. c. 5. Virgilius hunc Ennii versum secutus in Georgicis suis.

GERANĬON, ii, n. *the herb storkbill*, γεράνιον, herba cicutæ similis, foliis minutioribus, et caule brevior, rotunda, saporis et odoris jucundi. Nostri sic eam tradunt. Græci foliis candidioribus paulo, quam malvæ, caulibus tenuibus, pilosis, ramosam ex intervallis, binum palmorum, et in his, foliis, inter quæ in cacuminibus capitula sint gruum. Alterum genus foliis anemones, divisuris longioribus, radice mali modo rotunda, dulci, reficientibus se ab imbecillitate utilissima. Hæc *Plin.* l. 26. c. 11. Nomen habet a γεράνιον, parva grus.

GERANĪTIS, idis, f. γερανῖτις, gemma gruis collo (quæ Græce γέρανος) colore similis. *Plin.* l. 37. c. 11.

GERANOPEPA. *Hieronym.* epist. 22. *ad Eustoch. de custod. Virg. a med.* seu sect. 28. *sub fin.* Prandium nidoribus probat, et altili geranopepa, quæ vulgo pippizo nominatur. Alii leg. γερανοπέπη, alii γέρων ὁ πέπων, alii γερανοπέπτα, et γερανοκόπτα, &c. Vexatissimus enim est locus, et obscurissimus.

GERARĬA, æ, f. quæ gerit. *Plaut. Mil.* 3. 1. 102. Jampridem quia nihil abstulerit, succenset geraria. Alii leg. *ceraria*, et intelligunt ancillam, quæ cereos ad sacrificia parat. Alii *cellaria*. h. e. cellæ custodem.

GERDĬUS, ii, m. γέρδιος. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 379. curate, domi sint Gerdius, ancillæ, pueri, zonariu', textor. *Jul. Firmic.* l. 8. c. 25. *a med.* Textores faciet, gerdiosque. *In Glos. vet.* exponitur γέρδιος, ὑφάντης, textor: et γερδία, textrix: et γερδοποιὸν, textrinum. *Hesych.* quoque γερδιός, ὑφάντης. Sed quia utroque loco *textor* additur, dubitationem facit, ne aliud quippiam significare *Lucil.* et *Firmic.* velint: aut saltem discrimen sit aliquod textorem inter, et gerdium. Ipsa certe vox peregrina est.

GERENS, entis, qui gerit. *Cic. pro Quint.* c. 19. *extr.* Sui negotii bene gerens. *attentive to his own interests; a skilful manager of his affairs.* Contra *Plaut. Trucul.* 1. 2. 43. Idem quod tu facis, faciunt rei male gerentes.

GERITĬO. V. *Gestio, onis.*

GERMĀLUS. V. *Cermalus.*

GERMĀNE, adverb. ἀδελφικῶς, sincere, et in modum germani fratris. V. *Germane.*

GERMANIA, æ, f. *Germany*, regio ampla Europæ, ad septemtrionem sita, Alpes a meridie, mare Balticum ad Boream, ab oriente Poloniam et Hungariam, ab occidente Rhenum, Galliam, et mare Germanicum pro terminis habens. Plura qui volet, *Plinium* l. 4. c. 13. 14. et 15. et *Tacitum de morib. Germanor.* et alios Geographos adeat. *Horat.* epod. 16. v. 7. Nec fera cærulea domuit Germania pube. ¶ In plur. num. *Tacit. Ann.* 2. c. 73. Perculsas tot victoriis Germanias servitio premere. *Plin.* l. 31. c. 7. Germaniæ ardentibus lignis aquam salsam infundunt. ¶ Olim Germaniæ nomine etiam Gallias venisse, colligimus ex *Senec. de consol. ad Helv.* c. 6. *ad fin.* et *Plin. in paneg.* c. 14.

GERMANICIĀNUS, a, um. Germaniciani dicuntur a *Suetonio* milites Romani in exercitu Germanico, h. e. in Germania militante: *in Tiber.* c. 25. *in Oth.* c. 8. et *in Vespas.* c. 6. Eadem ratione *Hispanienses* dicti sunt milites non Hispani, in Hispania militantes. ¶ In veteri Lap. apud *Gruter.* pag. 602. n. 9. habetur: Diocles T. Cæsaris minister Germanicianus. et n. 11. Macro Germanicianus Ti. Cæsaris. V. *Germanus.*

GERMANĬCUS, a, um, *German, Germanic*, ad Germaniam pertinens. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 16. Germanicum bellum. *Liv.* l. 9. c. 36. Germanici saltus. *Albinov. ad Liv.* el. 1. v. 335. Germanica signa. *Sueton. in Vespas.* c. 2. Victoria Germanica. *Sueton. in Calig.* c. 47. Germanicus sermo. *Martial.* l. 9. epigr. 2. Calendæ Germanicæ. *h. e.* Septembris, qui mensis in honorem Domitiani Germanorum victoris, *Germanicus* dictus est, ut *Sueton. in ejus vita*, c. 13. et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. narrant. Sed et Caligula ante illum, in memoriam patris, *Germanici* cognomine, hanc eidem mensi appellationem dederat. *Sueton. in Calig.* c. 15. ¶ Imperatores quoque, ob devictos Germanos, *Germanici* nomen adsumpsere non uni, ut præter Domitianum (quem adulatorie laudat *Quintil.* l. 10. c. 1. ut maximum poetarum) Claudius, Vitellius, et alii deinceps multi. ¶ Præterea in familia Cæsarum nonnulli *Germanici* cognomen habuere, quorum primus fuit Nero Claudius Drusus Germanicus, Liviæ Drusillæ Augusti uxoris ex Tiberio Nerone filius, cui Senatus, ob res maxima feliciter in Germania gestas, *Germanici* cognomen ipsi posterisque ejus decrevit, ut est apud *Sueton. in Claud.* c. 1. Alius fuit *Germanicus*, hujus filius, et a Tiberio adoptatus, cui *Ovidius* suos Fastos inscripsit, cuique tribuuntur Aratea Phænomena, carmine heroico descripta, quæ adhuc exstant: in quibus, ut de stilo, et poetico spiritu taceam, probabilis Latinitas in dubium revocari non potest. Sunt tamen, qui hæc Domitiani esse putant. ¶ *Germanicum mare* appellat *Plin.* l. 4. c. 16. quod nunc Balticum dicimus, *the Baltic*, qua parte Germaniam alluit.

GERMANĪTAS, atis, f. *the relation of brothers and sisters, brotherhood, sisterhood*, ἀδελφότης, conjunctio, et vinculum necessitudinis inter fratres, vel quale solet esse inter fratres. *Cic. pro Ligar.* c. 11. Moveant te horum lacrimæ, moveat pietas, moveat germanitas. *Liv.* l. 37. c. 56. Argis et illos, sicut sese, oriundos esse: ab ea germanitate fraternam sibi cum iis caritatem esse. ¶ Translate est similitudo, societas. *Plin.* l. 6. c. 1. Unde nomen ambobus (*Bosphoris*) et jam quædam in dissociatione germanitas concors. *Id.* l. 14. c. 6. Germanitas vini.

GERMANĪTUS, *like a brother, faithfully, sincerely*, fideliter, germane. *Pompon.* apud *Non.* c. 2. n. 381. Si quis est amico amicus, gaudet, si quid evenit boni, cui amicus est germanitus. Adde *Augustin.* ep. 120. c. 34.

GERMĀNUS, a, um, *german; a brother, sister*, αὐτοκασίγνητος, frater: quasi eodem germine profectus, ut *Festus* putat: vel de eadem genitrice manans, ut *Varr.* apud *Serv.* ad illud *Virg.* 5. *Æn.* v. 412. Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat. ¶ Dicitur tum de iis, qui eadem tantum matre, ut in loco *Virgilii* allato; *by the mother's side only*; tum de iis, qui eodem tantum patre; *by the father's side only*; tum multo magis de iis, qui eodem patre et matre geniti sunt. *a full brother, or sister, by father's and mother's side.* Sæpe etiam jungitur cum ipsis vocibus *frater*, et *soror*, ad majorem quandam vim addendam. *Nepos in Cim.* c. 1. Habebat in matrimonio sororem suam germanam, non magis amore, quam more ductus. nam Atheniensibus licet eodem patre natas, uxores ducere. *Cic. pro Mil.* c. 27. Clodius cum sorore germana. *Id. Verr.* 3. c. 49. C. Fannius, frater germanus Q. Titinnii. *Id. pro Font. c. ult.* Cum virgo Vestalis germanum fratrem complexa teneat. *Plaut. Men.* 5. 9. 43. Fratres germani duo gemini, una matre nati, et patre uno. *Terent. Adelph.* 5. 8. 34. Nunc tu mihi es germanus pariter corpore et animo. *Cic. in princ.* l. 5. *de Fin.* Luc. Cicero frater noster, cognatione patruelis, amore germanus. *Ovid. Fast.* 3. v. 560. Germanæ justa dat ante suæ. *Terent. Andr.* 1. 5. 57. Si te in germani fratris dilexi loco. *Plaut. Cas.* 3. 4. 25. Nunc tute amicus mihi es germanum in modum. *like a brother.* ¶ De bestiis. *Accius* de duobus arietibus loquens, apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 22. pulcriorem alterum immolare . . . . deinde ejus germanum cornibus connitier, &c. ¶ Translate sumitur pro simili, *like, closely resembling or akin to*, quia inter germanos similitudo plerumque est. *Cic.* 4. *Acad.* c. 43. Erat quidem, si perpauca mutasset, germanissimus Stoicis. *Al. leg.* Stoicus. *Id. in Orat.* cap. 10. *sub fin.* Cum mutila quædam et hiantia locuti sunt, germanos se putant esse Thucydidis. *perfect imitators of. Al. leg.* Thucydidas. Adde *in Pison.* et *in Partitionib.* ut in *Geminus* dictum est. *Justin. in fin.* l. 27. Sic fratres; quasi et germanis casibus, exsules ambo, scelerum suorum pœnas luerunt. ¶ Item verus, proprius, sincerus, non fucatus, merus, γνήσιος, *sincere, true, real, right, proper, not counterfeit.* *Cicer.* 3. *Offic.* c. 17. Nos veri juris, germanæque justitiæ solidam, et expressam effigiem nullam tenemus. *Id.* 2. *de Leg.* cap. 1. Hæc est mea, et hujus fratris mei germana patria. *Id.* 2. *Agrar.* c. 35. *sub fin.* Illi veteres germanique Campani. *Id. de clar. Orat.* cap. 86. Hæc germana ironia est. *Id. Attic.* l. 4. ep. 5. *ad fin.* Scio, me asinum germanum fuisse. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 38. Dii te omnes perdant: oboluisti allium, germana illuvies. *Id. Capt.* 2. 2. 38. Ille Theodoromedes fuit germano nomine. *h. e.* proprio. ¶ Præterea *Germanus* est ad Germaniam pertinens, *German*, Γερμανός. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 163. Femina canitiem Germanis inficit herbis. *Pers.* sat. 6. v. 44. Germana pubes. ¶ *Germani, orum*, Germaniæ populi, *the Germans*, Γερμανοὶ, Latino nomine ita dicti, quia ipsi se mutuo sua lingua *fratres* vocare consueverunt: vel quia cum primum ab Romanis post devictos Gallos visi sunt, corpore et ritu vivendi iis simillimi visi sunt, quasique fratres. Sunt qui dici velint, quasi *garman*, plane viri, eorum lingua. *Tacit.* quoque *de morib. German.* c. 2. nomine illos a se invento *Germanos* vocari, tradit. [† Plurima, eaque eruditissima, de hac re invenies apud *Berneggeri Quæst. Misc. ex Tacit. Germ. et Agric.* (*Quæst.* 7.) et *Althamer. Schol.* in locum *Tacit.* citatum (fol. 7.) ut alios taceam.] Luditur in ambiguo in illo versu apud *Vellei.* l. 2. c. 67. *De Germanis, non de Gallis, duo triumphant consules.* Sermo est de duobus consulibus triumphantibus, qui suos fratres proscripserant. Similis est jocus *Cicer.* apud *Quintil.* l. 8. c. 3. de quodam Cimbro, qui fratrem necaverat, *Germanum Cimber occidit.* ¶ *Germanus* et *Germanicianus* dictus putatur, qui persona ferum ac trucem Germanum referente utebatur, risus movendi gratia. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 602. n. 8. Bassus Ti. Germanici Germanus. et pag. 603. n. 1. Proculus Decurio Germanorum Ti. Germanici. De hac persona intelligendum putant illud *Martial.* l. 14. epigr. 176. cujus lemma, *Persona Germanica.* Sum figuli lusus rufi persona Batavi. Quæ tu derides, hæc timet ora puer. [Hanc nostri Lexicographi interpretationem improbat *Marinius Frat. Arval.* pag. 472. Putat enim apud Romanos non invaluisse morem illum, qui postremis temporibus viguit, ut risus movendi gratia moriones quosdam Germanorum personam referentes alerent principes et optimates; sed in locis allatis quotiescumque Germani appellatio est, verum e Germania, seu Batavia militem significari: ex *Martialis* vero *epigramm.* illud tantum argui posse, Romanos consuevisse figulino opere Germanorum personas repræsentare, quæ, ut etiam num apud nostrates, pueris terriculamento essent.]

GERMEN, inis, n. *a sprout, or sprig, from the branch of a tree; a bud, shoot, germe*, βλάστη, quod e semine pullulat atque assurgit: item quod ex plantarum oculis enascitur, surculus: a *gerendo*, quasi *gerimen*; vel a *genendo*, quasi *genimen*. *Plin.* l. 18. c. 10. Ex uno grano (vix credibile dictu) quadraginta paucis minus germina. *Rutil. in itin.* l. 1. v. 376. Excitat in fruges germina læta novas. *Virg.* 2. *Georg.* v. 76. huc aliena ex arbore germen Includunt. ¶ Item semen, *seed.* *Ovid. Metam.* 9. v. 280. impleratque uterum generoso germine. ¶ Item fructus, poma. *Claudian.* l. 2. *de laudib. Stilich.* v. 465. autumni maturet germina Virgo. ¶ Translate *germen trahere* est originem ducere. *Prudent. cathemer.* 10. v. 32. Pars illa potentior exstet, Quæ germen ab æthere traxit. et περὶ στεφ. 9. v. 1. Germine nobilis Eulalia. *by birth.* ¶ Aliquando est proles, *an offspring or progeny.* *Nemesian. in Cyneg.* v. 155. *de cane feta.* postquam conclusa videt sua germina flammis. *h. e.* suos catulos. *Claudian.* l. 2. *de rap. Pros.* v. 76. Nympharum cœtus, et celsa Tonantis germina. *h. e.* filias. *Justin.* l. 18. c. 3. *extr.* Exstirpato servili germine. *race, stock, breed.* ¶ Germina cara maris, apud *Claudian. in epist. ad Seren.* v. 14. sunt uniones. Germina frontis, l. 1. *de rap. Pros.* v. 129. sunt cornua. Germen Lernæ, *Stat.* l. 5. *silv.* 3. v. 142. est apium, quo coronabantur victores in ludis Nemeæis. Est autem Nemee in eadem Argiæ regione, in qua Lerne.

GERMINĀTĬO, onis, f. *a springing, sprouting, branching, blossoming, budding, germination*, βλάστησις, actus germinandi. *Colum.* l. 4. c. 24. *a med.* Palmes, quem mox in germinatione citaverit, imbecillis ac minus fructuosus erit. *Plin.* l. 17. c. 14. Surculi germinatione turgentes. et cap. 2. Cum præcoces excurrere germinationes, secutis frigoribus exuruntur. ¶ Sumitur et pro ipsa planta germinante, *a shoot, sprout.* *Id.* l. 17. c. 17. *extr.* Accumuletur germinatio terra, donec robur planta capiat.

GERMINĀTUS, us, m. idem ac germinatio. In sexto casu singulari *Plin.* l. 15. c. 8. Oleam, si capra depaverit primo germinatu, sterilescere, auctor est Marcus Varro. Adde lib. 16. c. 25. *a med.*

GERMĬNO, as, n. 1. *to sprout out, blossom, bud, germinate*, βλαστάνω, germen emitto, pullulo. *Plin.* l. 13. c. 24. Eodem die germinat, quo injectum est. *Id.* l. 19. c. 8. *ante med.* Asparagus altissime germinat. *shoots up.* ¶ Sumitur etiam active pro emittere, effundere, *to put forth.* *Plin.* l. 30. c. 11. *a med.* Vermiculi pennas germinant. *Id.* l. 7. c. 6. Capillum germinans partus.

GERO, is, essi, estum, a. 3. *to bear, carry, have, show*, φέρω, κομίζω, fero, porto, habeo. Cum *habere* significat, dicitur fere de iis, quæ ita habentur, ut ab aliis conspiciantur. *Plaut. Amph.* 1. 1. 185. Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris? *Nepos in Datam.* c. 3. Gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam. *wearing.* *Id. ibid.* Vestis, quam satrapæ regii gerere consueverant. *to wear.* *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 110. capella gerit distentius uber. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 492. Nec tales humeros, pharetramque gerebat Apollo. *Virg.* 2. *Georg.* v. 122. quos Oceano propior gerit India lucos. *Id. Æn.* 1. v. 319. Virginis os habitumque gerens. *having the carriage or deportment.* *Curt.* l. et cap. 3. Duo simulacra, quorum alterum Nini, alterum Beli gerebat effigiem. *represented.* *Ovid.* 3. *Amor.* el. 4. v. 19. Centum fronte, oculos centum cervice gerebat Argus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 772. umbrata gerunt civili tempora quercu. *Id.* 2. *Æn.* v. 277. Squalentem barbam, et concretos sanguine crines, Vulneraque illa gerens, quæ, &c. *Plin.* l. 8. c. 47. Oves gerunt partum diebus centum quinquaginta. *go with young.* et cap. 40. *ad fin.* Canes gerunt uterum sexagenis diebus. ¶ Usu differt a *fero*, et *porto*, quia *fero, porto tibi*, aut *ad te quippiam*, aut *in aliquem locum* dicimus; *gero* hoc modo, quod sciam, non dicimus. ¶ Translate *Liv.* l. 32. c. 11. Mixtum gaudio ac metu animum gerere. *Justin.* l. 17. c. 1. *ad fin.* imperii cupiditatem insatiabilem. *Quintil.* declam. 10. cap. 10. desideria de unico filio. *Enn.* apud *Cicer.* 1. *Offic.* c. 18. animum muliebrem. *Sallust. in Jug.* c. 115. Suos hortatur, uti fortem animum gererent. *Curt.* l. 4. c. 14. *sub fin.* In dextris vestris jam libertatem, opem, spem futuri temporis geritis. *Liv.* l. 28. c. 22. et *Plin.* l. 8. c. 18. odium in, et adversus aliquem. *to bear or entertain.* *Virg.* 9. *Æn.* v. 310. pulcher Iulus Ante annos animumque gerens, curamque virilem. *Ovid. Metam.* 7. v. 655. mores, quos ante gerebant, Nunc quoque habent. *Virg.* 2. *Æn.* v. 89. et nos aliquod nomenque decusque Gessimus. ¶ *Præ se gerere* est præ se ferre, ostendere, exhibere. *Cic. de Invent.* c. 9. Affectionis ratio perspicuam solet præ se gerere conjecturam. et cap. 52. Præ se quandam gerere utilitatem. ¶ *Gerere personam alicujus* est præferre, sustinere, *to represent, support.* *Cic.* 1. *Offic.* c. 32. Ipsi gerere quam personam velimus, a nostra voluntate proficiscitur: itaque se alii ad philosophiam, alii ad jus civile, alii ad eloquentiam applicant. et cap. 34. Magistratus gerit personam civitatis. ¶ Similia horum sunt illa *Senec. in Troad.* v. 714. excidat Hector: gere captivum, positoque genu, &c. *put on the deportment of a slave.* *Claudian. de IV. consul. Honor.* v. 293. Tu civem, patremque geras. ¶ *Gerere se* est agere, exhibere, *to act, carry or conduct himself, behave.* *Justin.* l. 32. c. 3. Gerere se regem. *Cic. pro Arch.* c. 5. *ad fin.* Gerere se pro cive. *Id. Attic.* l. 6. ep. 1. *circa med.* valde honeste. et lib. 9. ep. 2. *a med.* perdite. *Id. Offic.* 1. cap. 26. summissius. *Plin.* l. 2. ep. 12. turpiter in legatione. *Nepos in Cim.* c. 2. contumacius. *Cic.* 1. *Offic.* c. 28. Natura docet non negligere, quemadmodum nos adversus homines geramus. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 31. Gerere se sine crimine. ¶ Aliquando est gignere, producere, edere. *to produce.* *Ovid.* 9. *Metam.* v. 230. Arboribus cæsis, quos ardua gesserat Œte. *Id.* 3. *Trist.* el. 12. v. 6. violam nullo terra serente gerit. *Tibull.* l. 2. el. 4. v. 56. Quidquid et herbarum Thessala terra gerit. *Virg.* 2. *Georg.* v. 70. Et steriles platani malos gessere valentes. *Lucret.* l. 1. v. 716. Quorum Agrigentinus cum primis Empedocles est, Insula quem triquetris terrarum gessit in oris. Adde lib. 6. v. 790. ¶ Sæpe est facere, *to do*: non tamen de rebus materialibus, ut *domum, gladium facere* dicimus; sed de iis, quæ animi facultate, ingenio, consilio administrantur. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 59. *a med.* Ut iis qui audiunt, tum geri illa fierique videantur. *Id. pro Quint.* cap. 6. *extr.* Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea, &c. *are going on; are transacting, doing.* et cap. 13. Quid negotii geritur? *Virg.* 9. *Æn.* v. 203. nec tecum talia gessi. *Id.* 4. *Georg.* etiam de iis, quæ manu fiunt, vers. 305. Hoc geritur, zephyris primum impellentibus undas. ¶ Itaque sæpissime est administrare, tractare, agere consilio et ratione aliquid, quasi ejus pondus gerendo et sustinendo, *to administer, manage, conduct, regulate, rule, govern*, πράττω, χειρίζω. Qua de re *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 8. Potest quis aliquid facere, et non agere, ut poeta facit fabulam, et non agit: contra actor agit, et non facit. Contra imperator, qui dicitur res gerere, in eo neque agit, neque facit, sed gerit, id est sustinet: translatum ab his, qui onera gerunt, quod sustinent. Hæc *Varro.* *Cic. Attic.* l. 16. ep. 2. Omnia nostra, quoad eris Romæ, ita gerito, regito, gubernato, ut nihil a me exspectes. *Id.* 3. *de Fin.* cap. 20. Gerere et administrare rem-

publicam. *Id. Fam.* 2. ep. 7. Feliciter et ex mea sententia rempubl. gessimus. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 45. Cum L. Sulla solus rempubl. gereret, orbemque terrarum gubernaret. *Id. Fam.* 13. ep. 5. Ut susceptum negotium pro tua fide et diligentia, ex voluntate Cæsaris, qui tibi rem magnam difficilemque commisit, gerere possis. *carry through, conduct. Id.* 4. *Verr.* cap. 55. Gerere potestatem. *h. e.* magistratum: ut *pro Sext.* cap. 37. dixit. *Nepos in Attic.* c. 6. honores. *to enjoy. Id. in Catone*, c. 2. consulatum. *to bear, enjoy, execute the office of consul. Id. in Epamin.* c. 7. imperium. *Cic. pro Dom.* c. 35. Illud pulcherrimum factum, quod pro salute patriæ gessi. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 73. Rem mandatam gerere sedulo. *to execute. Id. Pseud.* 1. 2. 61. Tace, et hanc rem gere. ¶ *Res gerendæ* sunt negotia tum privata, tum publica, quæ ab hominibus fiunt. *affairs, business. Cic. de Senect.* c. 6. A rebus gerendis senectus abstrahit. *et paulo post.* In re gerenda versari senectutem negant. *Id.* 5. *de Fin.* c. 19. Homines infima fortuna, nulla spe rerum gerendarum. *of doing any thing great; of undertaking any thing important.* et mox. Quia spe gerendi absunt, confecti senectute. ¶ *Rem gerere* aliquando est rem suam curare. *to manage his own affairs, attend to his own interests. Cic. de Senect.* c. 7. Male rem gerentibus, patriis bonis interdici solet. *Plaut. Pers.* 4. 3. 34. Et valeo recte, et rem gero, et facio lucrum. *Massur. Sabin.* apud *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 6. Instituit mercaturam, et bene re gesta, decimam Herculi profanavit. *and having succeeded.* ¶ Interdum pertinet ad rem bellicam. *Nepos in Amilc.* c. 3. Exercitui præfuit, resque magnas gessit. *performed glorious exploits. Cic. Attic.* l. 5. ep. 20. *ante med.* Cassius insecutus hostes, rem bene gessit. *pursued the enemy with effect. Liv.* l. 28. c. 2. Pes cum pede collatus, et gladiis geri res cœpta est. *Plin.* l. 12. c. 25. Alexandro magno ibi res gerente. Hinc quoties gravioris belli imminentis causa dictator crearetur, *rei gerundæ causa* factus dicebatur, ut videre est in *fragm. Capitolin.* apud *Gruter.* p. 290. 291. et 292. et apud *Liv.* l. 8. c. 29. ¶ Ponitur et pro habere, exercere. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 30. Pueri inter se quam pro levibus noxiis iras gerunt! *about what trifles do they fall out. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* cap. 3. Gerere inimicitias cum aliquo. *to have a grudge against. Anton. ad Cicer. post* epist. 13. l. 14. *ad Attic.* simultatem cum aliquo pro republ. *Cic. Fam.* 3. ep. 8. *a med.* et *Nepos in Datam.* c. 10. amicitiam. ¶ *Gerere bellum cum aliquo*, apud *Cicer. pro Sext.* c. 2. et lib. 1. *de Divin.* c. 46. est contra aliquem belligerare: *to wage war with*: apud *Nepot. in Chabr.* c. 3. est simul cum aliquo adversus alium. Alio sensu *Vellei.* l. 2. c. 104. Bellum erat ab eo quibusdam in locis gestum, quibusdam sustentatum feliciter. *finished, despatched, completed.* ¶ *Gerere curam* pro aliquo est curare, *to take care of*, apud *Virg.* 12. *Æn.* v. 48. Sic gerere tutelam alicujus, *to tutor, Triphonin. Dig.* l. 23. tit. 2. leg. 68. et *Scævola* l. 27. tit. 1. leg. 22. Sic gerere tutelam corporis, *Senec. initio* epist. 14. ¶ *Gerere aliquem* tractare, accipere, habere. *to treat. Sallust. in Jug.* c. 90. *ad fin.* Egomet in agmine, in prœlio, consultor idem et socius periculi, vobiscum adero: meque vosque in omnibus rebus juxta geram: et c. 61. Romæ gaudium ingens ortum, cognitis Metelli rebus, ut seque, et exercitum more majorum gereret. ¶ *Gerere alteri morem* est obsequi, obedire. *to comply with, humour, gratify. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 9. Geram tibi morem, et ea quæ vis, ut potero, explicabo. *Terent. Adelph.* 2. 2. 6. Adolescenti morem gestum oportuit. *Id. Eun.* 1. 2. 108. Mos gerundus est Thaidi. *Id. Heaut.* 5. 1. 74. Sine, me in hac re gerere mihi morem. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 16. *a med.* Ut utrinque a me mos gestus esse videatur. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 2. v. 13. gerat ille suo morem furiosus amori. ¶ *Gerere tempus* est transigere, agere. *to pass. Sueton. in Domit.* c. 1. Primæ adolescentiæ tempora tanta inopia gessisse fertur, ut, &c. Sic *Petron. in fragm. Tragur.* c. 63. *Burm.* Gerere vitam. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 695. impubemque gerens, sterilemque juventam. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 5. Ætatem gerere cum aliquo. Hic al. leg. *agere*, ut et in illo *Sueton. in Vespas. c. pænult.* Exstinctus est annum gerens sexagesimum ac nonum. Sed *Grævius, Cellar.* et al. ex plurimis MSS. *gero* defendunt. Adde *Aurel. Victor. in Epitom.* c. 44. [*Gerere regna in gremio alicujus* significat, ab illo unice amari, et apud illum omnia posse. *Tibull.* l. 1. el. 9. v. 79. Tunc flebis, cum me vinctum puer alter habebit, Et geret in gremio regna superba meo. ¶ Particip. *gesturus* apud *Lucan.* lib. 2. v. 278. Prælia gesturus consul.]

GERO, onis. V. *Foras-gerones.*

[* GERONTĒA, æ, f. γερόντεια, scil. βοτάνη, a γερόντειος, *α, ον* senilis. Herba quædam quæ et senecio appellatur. *Apul. de herb.* c. 75.]

GERONTOCOMĪUM, ii, n. *an hospital, or alms-house, for poor old people*, γεροντοκομεῖον, locus, in quo senes pauperes aluntur, et curantur. Vox Græca, a γέρων, senex, et κομέω, curam gero. Legitur in *Cod.* lib. 1. tit. 2. leg. 19. 22. et 23. ¶ Dicitur et *gerontotrophium* eadem significatione, sed alia radice, nempe a τρέφω, nutrio.

GERONTODIDASCĂLUS, i, m. *an instructor of aged persons*, senum præceptor. Vox Græca, a γέρων, senex, et διδάσκαλος, doctor: qua unam e suis Satyris *Varro* inscripsit.

GERRÆ, arum, f. crates vimineæ, scuta Persica e viminibus texta. *Fest.* V. *Cerrones. Non.* 2. n. 385. dicit, esse fascinos qui sic in Naxo insula Veneris ab incolis appellantur. ¶ Translate dicuntur nugæ, nugamenta, res frivolæ. *trifles, stuff, nonsense*, λῆροι. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 9. Tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet, gerræ germanæ, atque edepol liroe liroe. *Id. Epid.* 2. 2. 45. Quid istæ, quæ vesti quotannis nova inveniunt nomina, tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium, &c. gerræ maximæ. *Auson. ad Symmach. initio Griphi.* Misi itaque ad te frivola, gerris Siculis vaniora. [Cur vero Siculæ dicantur gerræ, docet *Festus.* Athenienses cum Syracusas obsiderent, et crebro gerras poscerent, irridentes Siculi, *gerras* clamitabant. Unde factum est, ut gerræ pro nugis et rebus contemptui habendis dicantur.] ¶ Adhibetur etiam loco interjectionis. *Plaut. Trin.* 3. 3. 31. Gerræ! næ tu illud verbum actutum inveneris. Adde *Asin.* 3. 3. 10.

GERRES, ium, m. *a kind of fish, of small value, of the herring, or pilchard, kind*, pisces saliti, ac inveterati, et nullius pretii, *Plinio* teste l. 32. c. 11. *Martial.* l. 12. epigr. 32. Fuisse gerres, aut inutiles mænas, Odor impudicus urcei fatebatur. Adde lib. 3. epigr. 77. ¶ In singulari num. *addere garo gerrem*, proverb. rei pretiosæ aliquid vile addere et immiscere. *Arnob. sub fin.* lib. 5. Addidistis, ut dicitur, garo gerrem, cum deorum nominibus appellavistis res turpes, et vocabulis rursus deos rerum coinquinavistis infamium. V. *Garum.* ¶ In editione *Arnobii* 1542. et in *Adag. Manut.* legitur, *addidistis, ut dicitur, gangrænam*, quod explicat *Manut.* geminastis malum, aut veterem culpam novæ noxæ accessione gravastis. Hoc sane cum *Arnobii* sententia belle convenit: placet tamen magis prior lectio.

GERRO, onis, m. *a trifler*, nugator apud *Fest.* V. *Cerrones. Terent. Hecyr.* 5. 4. 10. Gerro, iners, fraus, helluo.

GERŬLA, æ, f. gestatrix, nutrix puerorum. *Tertull. de Anim.* c. 19. *sub fin.* et *advers. Jud.* c. 9. *ante med.*

GERULIFIGŬLUS, i, m. vox ficta a *Plauto Bacch.* 3. 1. 14. Affines tuos tua infamia fecisti gerulifigulos flagitii. *h. e.* docentes, et patrantes flagitia. V. *Gerulus, i.*

GERŬLO, onis, m. idem ac gerulus. V. *Gerulus, i.*

GERŬLUS, a, um, adject. portans. *Solin.* c. 1. (*al.* 7.) *extr.* Navis gerula sacrorum. *Id.* cap. 20. (*al.* 32.) Cornua potuum gerula.

GERŬLUS, li, m. *a porter, carrier, bearer of burdens*, φορεύς, qui fert aliquod onus, et fere pro bajulo accipitur, idest pro eo, qui mercedis gratia onera ferre consuevit. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 72. Festinat calidus mulis, gerulisque redemptor. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 79. Næ ille alium gerulum (*argenti*) quærat sibi. *another person to carry his money. Sueton. in Calig.* cap. 40. Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octava exigebatur. *Colum.* l. 10. v. 310. Ære sinus gerulus plenos gravis urbe reportet. *Apul.* l. 3. *Metam. sub fin.* Gestaminum modus numerum gerulorum excedit. *Elmenhorst.* leg. *gerulonum.* ¶ *Gerulus* etiam dicitur, qui aliquid efficit, ut notat *Scalig. ad Fest.* Hinc *vet. Gloss.* Gerulus, ὁ πράττων, ὁ πρακτήρ. Hinc *gerulifigulus flagitii*, apud *Plaut.* ¶ *Geruli decuriales* leguntur in vet. lap. apud *Gruter.* pag. 1085. n. 11. h. e. in decurias conscripti, et in corpus aliquod collecti. *the company, or class, of porters*: ii præsertim, qui portandis mercibus e portu in urbem publice inserviebant. [*Apul. in Apolog.* pag. 323. *Elmenh.* It ille ad matrem, verborum Rufini gerulus.]

GERUNDĪUM, ii, n. *a gerund*, modus verborum sub una voce activum, et passivum sensum habens, et infinitivi vices aliquando implens. *Charis.* l. 2. pag. 144. et 147. *Putsch.* vocat *supinum. Diomed.* l. 1. pag. 333. *participialem modum.* sed et *gerundium* pag. 350. ut et *Priscian.* l. 8. pag. 808. &c. At *Cledon.* pag. 1873, appellat hæc verba gerundi: (Sic *Macrob. de different. et societ. Græci Lat. q. serm. gerundi modos*) atque ideo dici ait, quia nos aliquid *gerere* significant, ut puta *legendi causa veni, legendo mihi contigit valetudo, legendum mihi erit.* Dicitur etiam *Gerundivus modus a Servio ibid.* pag. 1788. ubi quod tam agentis, quam patientis vim habeat, ostendit illo *Virg.* (ecl. 3. v. 25.) *Cantando tu illum*, ubi activam, et illo (ecl. 8. v. 71.) *cantando rumpitur anguis*, ubi passivam significationem habet.

GERUSĬA, æ, f. *a senate-house*, γερουσία, locus ubi Senatus habetur, curia. Græca vox a γέρων, senex. *Festus, Vitruv.* l. 2. c. 8. *Plin.* l. 35. c. 14. et *Plin. alter* l. 10. ep. 42.

GERȲON, onis, et Geryŏnes, æ, et Geryoneus, i, m. Γηρύων, Γηρυόνης, Γηρυονεύς, rex Hispaniæ: a γῆρυς, vox, quod eloquentia præstiterit, Fabulantur pastorem tricorporem fuisse. Origo fabulæ inde fuit, quod tres fratres tantæ concordiæ exstitere, ut uno animo omnes regi viderentur. Alii dicunt, tricorporem fictum fuisse ob triplex regnum, quod præfuerit tribus insulis, quæ adjacent Hispaniæ, Balearicæ majori, et minori, et Ebusæ. Fingitur etiam bicipitem habuisse canem, quia et terrestri, et navali certamine plurimum potuit. In illis insulis in quibus Geryon regnavit, tanta pabuli lætitia est, ut, nisi abstinentia interpellata sagina fuerit, pecora rumpantur. Inde armenta Geryonis, quæ illis temporibus solæ opes habebantur, tantæ famæ fuere, ut Herculem ex Asia prædæ magnitudine illexerint. Non igitur Geryon, et fratres bellum Herculi sua sponte intulerunt, sed, cum armenta sua rapi vidissent, amissa bello repetierunt. Ab Hercule victi sunt. *Justin.* l. 44. c. 4. *Plin.* l. 4. c. 22. *extr.* et *Servius* ad illud *Virg. Æn.* 7. v. 662. postquam Laurentia victor, Geryone exstincto, Tirynthius attigit arva. *Id.* 8. *Æn.* v. 202. Tergemini nece Geryonæ. *Lucr.* l. 5. v. 28. Quidve tripectora tergemini vis Geryonai? *Geryonai* antiquus genitivus primæ declinationis, per divisionem diphthongi factus, ut *terrai, pictai. Horat.* l. 2. od. 14. v. 7. qui ter amplum Geryonem, Tityonque tristi Compescit unda. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 91. Prodigiumque triplex, armenti dives Iberi Geryones, quamvis in tribus unus erat. *Sil.* l. 13. v. 200. Qualis Atlantiaco memoratur litore quondam Monstrum Geryones immane tricorporis iræ, Cui tres in pugna dextræ varia arma gerebant: Una ignes sævos, ast altera pone sagittas Fundebat, validam torquebat tertia cornum. ¶ *Sidon.* secundam producit carm. 13. v. 13. Nulla tamen fuso prior est Geryone pugna.

GERYONACĔUS, a, um, Γηρυόνειος, ad Geryonem spectans. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 18. Qui mihi intromisisti in ædibus quingentos coquos cum senis manibus, genere Geryonaceo.

GERYONĒUS, a, um, adject. idem quod Geryonaceus, Γηρυόνειος, ut Geryonea cædes, *Apul.* l. 2. *Metam. in fin.*

GESORĒTA, *vel* Geseoreta, æ, f. *a spy-boat*, navigii speculatorii genus, quod quidam idem putant ac *prosumia. Gell.* l. 10. c. 25. in cujus verbis grave mendum cubare quidam putant.

GESTABĬLIS, le, *portable*, qui gestari potest. Est *Cassiod.* l. 1. epist. 45.

GESTĀMEN, inis, n. *any thing carried or worn by any one*, φόρημα, quicquid geritur, ut vestes, arma, sceptrum. *Virg.* 3. *Æn.* v. 286. Clypeum magni gestamen Abantis. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 671. sua virgo deæ gestamina reddit. *Plin.* l. 32. c. 2. *a med. de margaritis.* Religiosum id gestamen amoliendis periculis arbitrantur. *Sil.* l. 5. v. 349. proprio tectum gestamine præceps Ex acie rapit. *h. e.* scuto. ¶ Item id, quo quippiam gestatur. *Valer. Flacc. ibid.* v. 71. cerva setis fulgens, et cornibus aureis Ante aciem celsi vehitur gestamine conti. *Tacit. Ann.* 14. c. 4. Gestamine sellæ Baias pervecta. et l. 2. c. 2. Gestamen lecticæ. et lib. 11. c. 33. In eodem gestamine sedem poscit. *h. e.* in eadem lectica poscit sellam ad sedendum. *Sedul.* l. 4. v. 297. lento gestamine vilis aselli.

GESTATĬO, onis, f. *a carrying or bearing*, actus gestandi, gestatus, latio, φορά. *Lactant.* l. 3. c. 22. *extr.* assignare lanam, et telam viris, et infantium gestationes. ¶ Item sæpius *the being carried in a litter, sailing in a ship, riding on horseback, or in a carriage*, αἰώρημα, fere passive sumitur pro exercitatione, qua quis equo, navi, curru vehitur, lecticave. *Senec.* ep. 55. A gestatione cum maxime venio, non minus fatigatus, quam si tantum ambulassem, quantum sedi. *Cels.* l. 2. c. 15. Genera gestationis plura sunt: lenissima est navi vel in portu, vel in flumine, vel lectica, aut scamno: acrior vehiculo: vehementior in alto mari, navi. *Sueton. in Vespas.* c. 21. Gestationi vacare. ¶ Item locus arboribus densis opacus, per quem a succollantibus servis valetudinis, aut voluptatis causa gestabantur, ea forma, qua *cœnatio* dicta est locus, ubi cœna capiebatur, *ambulatio* locus, ubi deambulabatur, *a place for taking the air in a litter. Plin.* l. 5. ep. 6. Ab his gestatio in modum circi, quæ buxum multiformem, humilesque, ac retentas manu arbusculas circumit. Adde lib. 2. ep. 17.

GESTĀTOR, oris, m. *a bearer, carrier*, qui gestat. *Plin.* l. 9. ep. 33. Delphinus gestator, et collusor puerorum. ¶ Quemadmodum *gestatio* et *gestans* passive sumitur, ita *gestator* pro eo, qui curru, aut lectica vehitur, vel navi: qui et *vector* eadem ratione dicitur. *Martial.* l. 4. epigr. 64. v. 18. Illic Flaminiæ, Salariæque Gestator patet, essedo tacente.

GESTATORĬUS, a, um, *made to carry in*, in quo aliquid gestatur. *Sueton. in Ner.* c. 26. Gestatoria sella delatus in theatrum. *in a sedan.* ¶ *Gestatorium*, absolute, est sella gestatoria, φορεῖον. *Id. in Claud.* c. 33. Solitus etiam in gestatorio ludere. Al. rectius leg. *in gestatione.*

GESTĀTRIX, icis, f. quæ gestat. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 605. Divaque Gorgonei gestatrix innuba monstri.

GESTĀTUS, us, m. idem ac gestatio. *Plin.* l. 15. c. 25. Adeo teneris cerasis, ut gestatum non tolerent.

GESTĀTUS, a, um, *carried, borne*, latus. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 118. longosque sibi gestata per annos Phrixeæ monumenta fugæ vix reddidit arbor. *Plin.* l. 7. c. 15. Formicæ gestatas fruges abjiciunt. *Id.* l. 15. c. 29. Virgæ myrti gestatæ manu viatori prosunt. *Martial.* l. 1. epigr. 83. Tectis nam modo Regulus sub illis, Gestatus fuerat. et epigr. 13. Gestatus equis.

GESTICULARĬA, æ, f. *a dancing-girl*, ὀρχήστρια, mima, saltatrix, quæ corporis gesticulatione populum ob-

lectat. *Gell.* l. 1. c. 5. Non jam histrionem eum esse diceret, sed gesticulariam, Dionysiamque eum notissimæ saltatriculæ nomine appellaret.

GESTICULARIUS, ii, m. gesticulator, saltator. *Ammian.* l. 24. c. 4. (*al.* 16.) Mutum puerum oblatum suscepit sibi gesticularium, multa quæ callebat, nutibus venustissimis explicantem.

GESTICULATIO, onis, f. *gesticulation*, ὀρχηθμὸς, μίμησις, gesticulandi actus. *Sueton. in Tiber.* c. 68. Nec sine molli quadam digitorum gesticulatione. *motion.* Adde *Apul.* l. 10. *Metam.*

GESTICULĀTOR, oris, m. *one who diverted the people by strange gestures*, μῖμος, χειρονόμος, qui corporis gestu populum oblectat. *Colum. in præfat.* l. 1. Nec minus corporis gesticulatorem scrupulosissime requirant, saltationis, aut musicæ artis studiosi. *a dancing-master, person who formed the motions and gestures of the body.*

GESTICULĀTUS, a, um, adject. mimicus. *Solin.* c. 27. (*al.* 40.) *sub fin.* Simiæ gesticulatis motibus inquietæ.

GESTICŬLOR, aris, dep. 1. *to make sport by antic tricks, use gestures like pantomimes on the stage, gesticulate*, χειρονομέω, gestum facio. *Sueton. in Ner.* c. 42. Jocularia in defectionis duces carmina, lasciveque modulata etiam gesticulatus est. *idest* ad numerum saltavit. *Id. in Domit.* c. 8. Gesticulandi saltandique studio teneri. *Petron. in Satyr.* c. 36. Scissor ad symphoniam gesticulatus, laceravit obsonium.

GESTICŬLUS, i, m. gestus, gesticulatio. *Tertull. in Apolog.* c. 19. Cum digitorum supputariis gesticulis.

GESTĬO, is, ivi, et ii, n. 4. *to express joy by some motion or gesture of the body; to exult*, γαυριάω, lætitiam præ se ferre, et aliquo corporis motu, oculis, manibus indicare: a *gestu*. *Festus:* Gestit, qui subita felicitate exhilaratus, nimio corporis motu præter consuetudinem exsultat. ¶ Proprie dicitur de brutis animalibus, ut *Donat. ad Terent. Eun.* 3. 5. 7. et *Serv. ad Virg.* 1. *Georg.* v. 386. docent. *Colum.* l. 8. c. 15. Ut cum apricitate diei gestiunt aves, nandi velocitate concertent. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 634. tum gestit aper, cum se se Martia tigris abstulit. ¶ Sæpe transfertur ad homines. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 4. *sub fin.* Quorum alter lætitia gestiat, alter dolore crucietur. *Id.* 1. *Offi.* c. 29. Voluptate nimia gestire. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 6. Efferri ac gestire. *et ibid.* Cum inaniter et effuse animus exsultat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest. *extravagant joy.* *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 59. Deducere perterritos a timore, gestientes comprimere. *the insolent.* *Liv.* l. 45. c. 19. Animus gestiens secundis rebus. *Id.* l. 6. c. 36. Gestientes otio. *Terent. loc. cit.* Quid gestiam, aut quid lætus sim, quo pergam, &c. Apud *Petron. in Satyr.* c. 87. anni ad patiendum gestientes dicuntur παῖδων ἐν ἀκμῇ τραγιζόντων, καὶ ὀργώντων. ¶ Translate *Quintil.* l. 10. c. 5. *a med.* Historiæ nonnunquam ubertas in aliqua exercendi stili parte ponenda, et dialogorum libertate gestiendum. *h. e.* efferri stilo oportet, et libere spatiari dialogis componendis. ¶ Significat etiam vehementer cupere, *to long, desire greatly*, et gestibus cupiditatem ostendere. *Virg. loc. cit. de cygnis.* studio gestire lavandi. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 11. Gestio scire omnia. et l. 2. ep. 7. Gestit animus aliquid agere in republica. *Terent. Phorm.* 2. 1. 30. Ipsum gestio dari mihi in conspectum. *Gell.* l. 16. c. 13. In jus coloniarum mutare gestiverint. *Vellei.* l. 2. c. 7. Quidquid tumultuando adipisci gestierunt, &c. *Cic. pro Marcell.* c. 3. *extr.* Parietes hujus Curiæ tibi gratias agere gestiunt. *Plaut. Amph.* 1. 1. 167. Gestiunt pugni mihi. *h. e.* tundere gestiunt. *Id. Asin.* 2. 2. 49. Dudum scapulæ gestibant mihi. *h. e.* pruriebant, quasi verbera exspectantes. *gestibant* antique dictum, ut *lenibant, audibant*, &c. V. *Prurio.*

GESTĬO, onis, f. *the doing, management, or performance of a thing*, διοίκησις, actus gerendi, curatio, cum voce *negotii*. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 26. et l. 2. c. 12. Negotii gestio. ¶ Alio sensu *Ulpian. Dig.* l. 11. tit. 7. leg. 14. *circa med.* Ex hoc neque pro herede gestio, neque aditio præsumitur. *h. e.* neque præsumitur se gessisse pro herede. *Torrentin.* habet *geritio*.

GESTĬTO, as, a. 1. *to carry, bear, wear*, frequentativum a *gesto*. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 84. Hæc crepundia mea herilis gestitavit filia. *Id. Curcul.* 5. 2. 4. Pater istum anulum meus gestitavit. *Id. Pœn.* 1. 2. 186. Quasi ostreatum tergum ulceribus gestito. [¶ Particip. *gestitans* apud *Solin.* c. 45. *a med.* Ficus Ægyptia poma non ramis tantum gestitans, sed et caudice.]

GESTO, as, avi, atum, a. 1. *to carry, bear, have*, φέρω, frequentativum a *gero*, sed ejusdem fere significationis. *Terent. Adelph.* 4. 2. 24. Quem ego puerum tantillum in manibus gestavi meis. *dandled in my arms.* *Cic. Phil.* 11. c. 2. *ad fin.* Cervicibus caput abscidit, idque fixum gestari jussit in pilo. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 214. Lectica gestare aliquem. *Plin.* l. 2. c. 63. *a med.* Gestare digito gemmam. *to wear.* *Curt.* l. 3. c. 3. Hastati spicula auro præfixa gestabant. *Id.* l. 4. c. 2. Dorso, sicut jumenta, onera gestare. *Plin.* l. 8. c. 10. Gestare in utero. *to be with young.* *Sueton. in Tiber.* c. 69. Coronam lauream capite gestare. ¶ Pro vectare *Senec. in Thyest.* v. 765. Pavidosque manes squalidus gestat senex. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 62. Ex urbe atque Italia irritamenta gulæ gestabantur. *Senec.* l. 5. *quæst. nat. sub fin.* Dedit ventos non ut legiones, equitemque gestarent. ¶ Translate *Terent. Adelph.* 4. 5. 75. Gestare aliquem in sinu. *h. e.* ferre in oculis, impense amare. *to be very fond of.* et *Eun.* 3. 1. 12. Gestare aliquem in oculis. eod. sensu. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 32. tum me de tigride natam, Tum ferrum et scopulos gestare in corde, fatebor. *Senec. in Thyest.* v. 1007. Sustines tantum nefas gestare, tellus? ¶ Pro referre, deferre, *to carry about, report*, *Plaut. Pseud.* 1. 5. 14. Homines, qui gestant, quique auscultant crimina, si meo arbitratu liceat, omnes pendeant. *Senec.* ep. 123. Pessimum genus hominum videbatur, qui verba gestarent: sunt qui vitia gestant. *h. e.* qui deferrent dicta aliorum: sed sunt qui vitia secum habent, ut in alios transferant. ¶ Passiva significatione pro vehi equo, curru, navi, lectica, unde *gestatio*, et *gestator*, *Sueton. in Galb.* c. 8. Ne ad gestandum quidem aliter unquam iter ingressus, quam ut, &c. *Id. in Domit.* c. 11. Simul gestanti, conspecto delatore ejus, vis, inquit, &c. *being carried in a chair.* ¶ Passiva voce eod. sensu *Martial.* l. 1. epigr. 13. Gestatus bijugis Regulus esset equis. *riding in a carriage drawn by two horses.* *Id.* l. 12. epigr. 17. Gestatur tecum sella, pariterque lavatur. et *Senec.* ep. 122. *circa med.* Nunc exerceamur, nunc gestemur, nunc prandeamus. [*Cels.* l. 4. c. 31. Mane gestari debet.]

GESTOR, oris, m. *an informer, tale-bearer*, qui gerit, delator. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 14. Homines, qui gestant, quique auscultant crimina, si meo arbitratu liceat, omnes pendeant, gestores linguis, auditores auribus. ¶ Item qui gerit, seu administrat, ut negotiorum gestor, apud *Scævol. Dig.* lib. 49. tit. 1. leg. 24. *a performer, manager.*

GESTUŌSUS, a, um, *full of gesture or action*, ὑποκριτικὸς, qui multos gestus veluti mimus facit. *Gell.* l. 1. c. 5. Gestuosas Hortensii manus, et argutas. *Apul.* l. 10. *Metam.* Puelli, puellæque forma conspicui, veste nitidi, incessu gestuosi. *walking in step.* et lib. 11. Gestuosus gressus.

GESTURĬO, is, n. 4. valde gestio, appeto. *Ammian.* l. 16. c. 12. (*al.* 30.) Gesturientes barritum ciere vel maximum. Plerique tamen leg. *gestu terrentes.*

GESTUS, a, um, πεπραγμένος, particip. a gero, *done, performed.* *Cic. pro leg. Man.* c. 2. Lucullum, magnis rebus gestis, ab eo bello discedere. *Id. pro Quint.* c. 3. Dabo operam, ut res quemadmodum gesta et contracta sit, cognoscatis. *Sueton. in Cæs.* c. 56. Quæ per alios erant gesta, temere credidit; et quæ per se, perperam edidit. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 27. *ad fin.* Malus paterfamilias habebitur, qui negotiorum gestorum damnato patrimonii sui curam mandaverit. *to one convicted of malepractices*, qui negotia alterius sibi demandata mala fide gessit, et administravit: qua de re *titulus quintus* lib. 3. *Dig.* inscribitur. ¶ *Res gestæ* sunt facinora, et acta insigniora, *actions, deeds, exploits*, πράγματα. *Cic.* 1. *Offic.* c. 19. *extr.* Vix invenitur, qui laboribus susceptis, periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desiderat gloriam. *Nepos in Epamin.* c. 1. *extr.* Res gestæ a plurimis omnium anteponuntur virtutibus. *Id. in Regib.* c. 2. Duo multo ceteros antecesserunt rerum gestarum gloria. ¶ Hæ dicuntur etiam absolute *gesta, orum.* *Id. in Datam.* cap. 1. Obscuriora sunt ejus gesta pleraque. ¶ Sunt etiam *gesta* acta forensia, *acts, records.* *Impp. Theodos. Arcad. et Honor.* lib. 4. *Cod.* tit. 3. leg. 1. *a med.* Sequatur traditio corporalis, et rem fuisse completam gesta testentur.

GESTUS, us, m. *gesture, action or posture expressive of sentiment, demeanour, carriage*, ὑπόκρισις, σχῆμα, motus, habitus, et moderatio corporis, et præcipue manuum in agendo, vel pedum in saltando, aut incedendo, qua indicatur, quid geratur, inquit *Festus*. *Cic.* 4. *Acad.* c. 47. Hoc quidem Zeno gestu conficiebat. nam cum extensis digitis adversam manum ostenderat, visum, inquiebat, hujusmodi est: deinde cum paulum digitos constrinxerat, assensus hujusmodi. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 15. In gestu convenit nec venustatem conspicuam, nec turpitudinem esse, ne aut histriones, aut operarii videamur esse. *et paulo post.* Tardiore et consideratiore gestu uti. *Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Gestum manu facere. *Valer. Max.* l. 8. c. 7. n. 7. Roscius nullum unquam spectanti populo gestum, nisi quem domi meditatus fuerat, ponere ausus est. *Quintil.* l. 1. c. 11. (*al.* 19.) *extr.* Componere gestum ad similitudinem saltationis. *Cic. pro Quint.* cap. 24. *sub fin.* Ore durissimo esse, qui Roscio præsente gestum agere conaretur. *Id. pro Balb.* c. 6. Gestu gratificari alicui. *by signs.* *Ovid.* 5. *Trist.* el. 10. v. 36. gestu aliquid significare. *Cic.* 3. *de Orat.* cap. 26. Nunquam agit hunc versum Roscius eo gestu, quo potest. et lib. 1. c. 27. Qui semel in gestu peccavit, non continuo existimatur nescire gestum. *Plin.* l. 8. ep. 14. *ad fin.* Manu gestuque aliquid demonstrare. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 559. Quo quæque in gestu deprenditur, hæsit in illo. (Adde l. 5. v. 183.) *Quintil.* l. 11. c. 3. *post med.* Gestus modestissimus. *Cæl.* apud *eund. ibid.* c. 1. *a med.* jactantior. *Quintil.* l. 6. c. 3. distortus. *et ibid.* inurbanus. *et ibid.* ridiculus. ¶ In plur. num. *Id. ibid. a med.* Pantomimi duo, qui alternis gestibus contendebant. ¶ Est etiam curatio, administratio. *administration, management.* *Ulpian. Dig.* lib. 26 tit. 10. leg. 3. *circa med.* An possit suspectus postulari ex eo gestu, quem administravit. *Id. ibid.* tit. 7. leg. 22. An duret tutor, vel an gestus illi commissus sit.

GESUM. V. *Gæsum.*

GETÆ, arum, m. Γέται, populi Daciæ (fere ubi nunc *Moldavi*) in confinio Scythiæ Europææ, in aversa Hæmi parte, et supra Istrum fluvium. *Plin.* l. 4. c. 11. et 12. *a med.* et *Pompon. Mela*, l. 2. c. 2. ¶ Rectus casus singularis est *Geta*, et *Getes*, illud Latina, hoc Græca positione. *Senec. in Hippol.* v. 167. vagus campis Geta. *Ovid.* 1. *ex Ponto*, ep. 8. v. 6. Dura pharetrato bella movente Geta. et l. 2. ep. 1. v. 66. Abstulerit que ferox hoc caput ense Getes. ¶ Adjective *Id. ibid.* l. 4. ep. 13. v. 17. Poeta Getes. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1041. Hebrum Geten defecisse putant.

GETHSEMANEĬDA RURA, hortus Gethsemani prope Hierosolymam, in quem Christus ante Passionem oraturus intravit. *Juvenc.* l. 4. *in Matthæi*, cap. 26. v. 476. Nominis Hebræi sunt Gethsemaneida rura.

GETHȲUM, yi, n. γήθυον, *a scallion*, cæpe condimentarium, pæne sine capite, cervicis tantum longæ, et ideo totum in fronde, sæpiusque resecatur, ut porrum. Latini pallacanam vocant. *Plin.* l. 19. c. 6.

GETĬCE, adverb. Getarum more. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 12. v. 58. Jam didici Getice, Sarmaticeque loqui.

GETĬCUS, a, um, ad Getas pertinens. *Ovid.* 4. *ex Ponto*, ep. 13. v. 19. Geticus sermo. et lib. 2. ep. 8. v. 69. Getica arma. *Id.* 5. *Trist.* el. 7. v. 13. Getica gens. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 53. Geticus maritus Veneris. *h. e.* Mars, qui inter Getas perpetua bella gerere fingitur. *Id.* 12. *Theb.* v. 478. Geticæ volucres. *h. e.* hirundines, quia in hirundinem versa est Progne uxor Terei, regis Thraciæ, quæ cum sit Getis finitima, Poetice Getica dicitur. Sic Getica lyra, apud *eund.* l. 3. silv. 1. v. 17. est Orphei, qui Thracius fuit. Et Geticum plectrum, *ibid.* l. 2. silv. 2. eod. sensu.

GETŪLUS. V. *Gætulus.*

GEUM, i, n. *the herb avens or bennet*, herba est radiculas habens tenues, nigras, bene olentes. Medetur pectoris doloribus, aut lateris, cruditatesque discutit, jucundo sapore. Ita *Plin.* l. 26. c. 7. Ab herbariis dicitur caryophyllata vulgaris.

G I

GIBBA, æ, f. *a swelling, bunch on the back*, ὕβωσις, tumor dorsi, aut pectoris: ab ὑβὸς, incurvus. *Sueton. in fi. vitæ Domitiani.* Ferunt somniasse, gibbam sibi, pone cervicem, auream enatam. ¶ Translate *Ammian.* l. 23. c. 4. (*al.* 8.) Axes duo quernei curvantur mediocriter, ut prominere videantur in gibbas. ¶ Fuit cognomen Romanum, ut M. Terentius Varro Gibba apud *Ascon. infi. Milonianæ.*

GIBBER, i, *et* is, m. *a bunch on the back*, idem quod gibba, seu curvitas spinæ in quibusdam animalibus. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *de forma boum.* Ut sint pilosis auribus, compressis malis, gibberi spina leviter remissa, &c. *Plin.* l. 8. c. 45. Bubus Syriacis non sunt palearia, sed gibber in dorso. *Apul. in Florid.* n. 14. (*al.* l. 2.) Cum interscapilium Crates retexisset, quod erat aucto gibbere.

GIBBER, a, um, *bunched, hump-backed, hunch-backed, huckle-backed, convex, gibbous*, ὑβὸς, κυφὸς, dorsum habens tumore incurvum. *Plin.* l. 34. c. 3. Clesippus fullo, gibber præterea, et alio fœdus aspectu. (Est qui legit, *gibbere præterea*, ut sit *gibber, is*, idem quod gibba.) *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *ad fin.* Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ. *Plin.* l. 10. c. 26. Gallinarum genus gibberum, variis sparsum plumis. ¶ *Gibberum* pro exstanti, eminenti. *Varr.* apud *Non.* c. 6. n. 24. Item tragici prodeunt capite gibbero.

GIBBERŌSUS, a, um, *bunched, crump-shouldered, hunch-backed*, idem quod gibber, gibbus. *Orbil. Grammatic.* apud *Sueton. de Grammatic.* c. 9. Gibberosus de sole in umbram transferre. *Paul. Dig.* l. 21. tit. 1. leg. 3. Gibberosi, vel curvi, vel pruriginosi. Ita *Torrentin.* et *Gothofred.* at *Haloand.* habet *gibbosi.* [¶ Translate *Fronto de oration.* l. 2. fragm. 2. sermones gibberosos, retortos dixit.]

GIBBŌSUS. V. in voce præced.

GIBBUS, i, m. *a swelling, bunch on the back, gibbous protuberance*, idem quod gibba, tumor. *Juvenal.* sat. 10. v. 309. Strumosum, atque utero pariter, gibboque tumentem. et sat. 6. v. 109. mediisque in naribus ingens Gibbus.

GIBBUS, a, um, *curved, convex, gibbous, protuberant*, ὑβὸς, κυφὸς, incurvus, inflexus, convexus: a Græcis vocibus allatis. *Cels. initio* cap. 1. l. 8. Calvaria ex interiore parte concava, extrinsecus gibba.

GIGANTEŬS, a, um, *of, or like, a giant*, γιγάντειος, ad gigantem spectans. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 7. Giganteus triumphus. *a triumph over the giants.* *Ovid.* 2. *Trist.* v. 71. Cumque gigantei memorantur prœlia belli. *the war with the giants.* *Propert.* l. 1. el. 20. v. 9. Gigantea litoris ora. *h. e.* ora litoris prope Cumas, et Puteolos, ubi Phlegræi

campi, teste *Plin.* l. 3. c. 5. quo loco Gigantes cum diis pugnasse dicuntur. V. *Phlegræus.*

GIGANTOMACHIA, æ, f. *the battle of the giants against the gods*, γιγαντομαχία, Gigantum pugna cum diis. Græca vox a γίγας, gigas, et μάχη, pugna. Hoc nomine inscribitur carmen *Claudiani*, quod ad nos imperfectum pervenit.

GIGAS, antis, m. *a giant*, Γίγας, homo excelsissimæ staturæ: quasi γηγενής, terrigena, a γίνομαι, fio, et Dorico γᾶ pro γῆ, terra, quod Gigantes e terra nati sint. In Fabulis enim est, Gigantes ex Titanum sanguine, et ex Terra genitos fuisse, excelsissima statura, draconum pedibus, in deorum perniciem, ut scilicet superis bellum inferrent, Jovemque de cæli possessione, dejicerent: eos Olympo monti Ossam, Ossæ Pelium imposuisse, et cum Jove certavisse: a Jove fulminibus ei a Vulcano factis percussos esse, et interfectos: ex his Typhoeum omnium maximum fulmine dejectum sub Ætna Siciliæ monte jacere, ejusque partem superiorem, inferiore exstincta, adhuc vivere, ignemque illum perpetuum ex ira, et furore efflare. Fabulæ originem dedit, quod diluvii tempore cum multi cacumina montium conscendissent, ab aliis bello petiti, eos facile de loco superiore dejecerunt: unde fictum est, deos fuisse victores, Gigantes victos, qui serpentinis pedibus fuisse dicuntur, quia ad humilia terræ loca detrusi descendebant. ¶ Alii hoc bellum aliter narrant, Gigantes non ante bellum cum diis suscepisse, quam Ægle uxor Panis pulcherrima mulier in eorum specu a matre abdita esset, deos a Gigantibus in Ægyptum usque mutata specie esse fugatos, ab Oraculis Jovi responsum esse, victorem fore, si clypeum imagine Ægles, caput forma Gorgonis Medusæ tegeret, id cum fecisset, coram Pallade Gigantes victos, et ad inferam terræ sedem detrusos fuisse. Sed id de uno Typhoeo a Poetis fictum videtur, Typho eum ex imis terræ sedibus emissum, secundo fortasse bello, diis metum fecisse, adeo ut in Ægyptum usque fugerent, Gigantem eo quoque venisse, cum dii in convivio epularentur: deos se se mentitis figuris celavisse, Jovem forma arietis (*al.* aquilæ) Apollinem corvi, Bacchum capri, Dianam felis, Junonem vaccæ albæ, Venerem piscis (*al.* anguillæ), Mercurium ibidis, Cybelem merulæ, Panem se in fluvium projecisse, suique inferiorem partem in piscem, superiorem in caprum vertisse. *Ovid.* 1. *Fast.* et 5. *Metam. Serv. ad Æn.* 3. v. 578. et *Hygin. in præfat. fabular.* ubi viginti quatuor Gigantum nomina recenset. *Cic. de Senect.* c. 2. Numquid est aliud Gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 20. Gigantes quid aliud fuisse credendum est, quam hominum quandam impiam gentem deos negantem, et ideo existimatam, deos pellere de cælesti sede voluisse? V. *totum illud caput.* ¶ Differunt a Titanibus, quia Gigantes Terra produxit, postquam Jupiter Titanas in Tartarum depulerat: et Titanas genuit contra Saturnum, Gigantes contra Jovem, ut *Servius ad Æn.* 6. v. 580. docet. Sæpe tamen confunduntur. *Justin.* l. 44. c. 4. In quibus Titanas bellum adversus deos gessisse proditur. ¶ In accusativis sæpe habet *giganta, gigantas*, Græca positione apud Poetas. *Martial. Ovid. Lucan. Senec. Trag.* &c.

GIGERIA, orum, n. *Nonio* c. 2. n. 390. sunt intestina gallinarum cum isiciis cocta. *Festus* interpretatur decerpta ex multis obsoniis. Affertur a *Nonio* locus *Lucilii* ubi alii leg. *gigeriæ*, ut sit femininum. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 66. *Burm.* Gigeria optime facta. *Apic.* l. 4. c. 2. *a med.* Gigeria pullorum coques.

GIGNO, is, genui, genitum, a. 3. *to generate, beget, engender, produce*, γεννάω, genero, procreo: a *geno*, a quo etiam præterita et supina mutuatur. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 16. *extr.* Hercules ex Alcumena, quem Jupiter genuit. et l. 2. c. 51. *extr.* Pisces ova cum genuerunt, relinquunt. et l. 1. c. 2. Quæ terra gignit, maturata pubescunt. *Id.* 1. *de Fin.* c. 7. Ad majora quædam natura nos genuit et conformavit. *Id. de Univ.* c. 8. Deus animum ex sua mente et divinitate genuit. *Curt.* l. 8. c. 4. *extr.* E captiva geniturus, qui victoribus imperaret. *Id.* l. 3. c. 4. *ad fin.* Corycium nemus ubi crocum gignitur. *grows. Id.* l. 8. c. 10. Multa hedera vitisque toto gignitur monte. *Plin.* l. 33. c. 4. Plurimum aurum Asturia gignit. *Id.* l. 37. c. 5. *ad fin.* Beryllos India gignit. ¶ *Gignentia* dicuntur, quæ oriuntur ex terra, et ex se alia gignunt, ut herbæ, arbores, *herbage*, τὰ φυτὰ, τὰ φυόμενα. *Sallust. in Jug.* c. 81. Loca nuda gignentium. et cap. 98. Ilex coaluerat inter saxa, paulum modo prona, dein flexa, atque aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert. ¶ Aliquando *gignere* est parere, *to bring forth*: et *gigni* nasci; *to be born. Cels.* l. 2. c. 1. *a med.* Gravidæ, quibus tum adest partus, abortu periclitantur: hæ vero, quæ gignunt, imbecillos edunt. *Plin.* l. 10. c. 64. Quæcumque animal generant, in capita gignunt, circumacto sub enixum fetu. *Id.* l. 7. c. 8. *extr.* Ritu naturæ capite hominem gigni mos est, pedibus efferri. Adde *Tacit.* 13. *Ann.* c. 45. ¶ Translate *Cic. pro Cæl.* cap. 17. *a med.* Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit. *Auct. ad Herenn.* lib. 4. c. 3. Artem tuam scribis: gignis nobis novas præceptiones. et cap. 4. Parere, gignere, proferre aliquid. *Cic. in Orat.* c. 3. Plato ideas gigni negat. *are generated. Id.* 4. *Tuscul.* c. 9. *extr.* Ægritudines, metus, et reliquæ perturbationes ex intemperantia gignuntur. *Horat.* l. 1. ep. 19. *v. extr.* Ludus enim genuit trepidum certamen, et iram. *Gell.* l. 13. cap. 8. De gignenda et comparanda sapientia. *Plin.* l. 20. c. 6. *extr.* Allium sitim gignit. et lib. 21. c. 13. Mel gignit insaniam. *occasions.* et cap. 19. *ad fin.* Baccharis odor somnum gignit. *induces.* ¶ Partic. *genitus.* V. supra suo loco.

GILVUS, a, um, *of a yellow colour like honey; of a carnation, or flesh colour*, color melinus subalbidus, ut ait *Isidor.* l. 12. *Orig.* c. 1. h. e. medius inter album et rufum, et cineri similis, σποδιαῖος. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 87. Equi colore dispares item nati, hic badius, iste gilvus, ille murinus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 81. *de equis.* honesti Spadices, glaucique: color deterrimus albis, Et gilvo. ¶ Legitur et *gilbus* ob cognationem litterarum *b* et *v*, ut diximus initio litteræ B. *Pallad. in Mart. tit.* 13.

GINDES. V. *Gyndes.*

GINGERIATOR. V. *Gingrinator.*

GINGIBER. V. *Zingiber.*

GINGIDION, ii, n. *the herb toothpick-fennel, or chervil*, γιγγίδιον, herba est staphylino similis, tenuior tantum et amarior, ejusdemque effectus. Estur cocta, et cruda stomachi magna utilitate. *Plin.* l. 20. c. 5.

GINGIVA, æ, f. *the gum in which the teeth are set*, οὖλον, caro malarum, cui dentes inhærent: a *gigno*, idest a gignendis dentibus, ut *Lactant. de opific. Dei*, c. 10. putat. *Juvenal.* sat. 10. v. 200. Frangendus misero gingiva panis inermi. *h. e.* nuda, et sine dentibus. *Catull.* carm. 39. *in Egnat.* v. 19. russam defricare gingivam. et carm. 95. *de Æmil.* v. 5. dentes sesquipedales, Gingivas vero ploxemi habet veteris. *Cels.* l. 7. c. 12. Gingivæ marcescentes. *Plin.* l. 29. c. 2. Gingivas confricare. *to rub the gums. Id.* l. 30. c. 3. *sub fin.* scarificare.

GINGIVULA, æ, f. *a small gum*, parva gingiva. *Apul. in Apolog. in carm. de dentrificio.* Misi, ut petisti, munditinas dentium, Complanatorem tumidæ gingivulæ, Converritorem pridianæ reliquiæ.

GINGRINA, æ, f. genus quoddam tibiarum exiguarum: a gingritu anserum. *Fest. Solin.* c. 5. (*al.* 11.) *a med.* de Sicilia, in variis generibus tibiarum numerat *gingrinas, quæ breviores licet, subtilioribus tamen modis insonant.* Ubi nonnulli *gingrinas* adjective accipiunt, ut subintelligatur *fistulas.*

GINGRINATOR, tibicen. *Festus:* ubi al. leg. *gingeriator*, alii *gingriter*, alii etiam aliter.

GINGRINUS, a, um, adject. stridulus. V. *Gingrina.*

GINGRIO, is, n. 4. *to cackle, make a noise as a goose.* Est vociferari proprium anserum. *Fest.*

GINGRITOR. V. *Gingrinator.*

GINGRITUS, us, m. *the cackling of geese*, cantus anserum. *Arnob.* l. 6. pag. 205. In anserum ponere et collocare gingritibus.

GINNUS, i, m. *a mule*, γίννος, animal ex equo et asina generatum, idem quod hinnus. *Martial.* l. 6. epigr. 77. Non aliter monstratur Atlas cum compare ginno. Al. aliter leg. ¶ Aliis est ex mulo, et equa natum. *a ginnet. Plin.* l. 8. c. 44. In plurium Græcorum est monumentis, cum equa muli coitu natum, quem vocaverint ginnum, idest, parvum mulum. Ita legit *Harduin.* Alii *hinnum.*

[* GIRGILLUS, i, m. *a hoop, wheel*, trochlea. *Isidor.* l. 20. *Orig.* c. 15. Girgillus, quod in gyrum vertatur. Est enim lignum in transversa pertica mobile, ex quo funis cum situla, vel utre in puteum demittitur hauriendæ aquæ causa.]

GITH, et Git, n. *a kind of seed, gith*, nomen μονόπτωτον, semen est cujusdam herbæ, alio nomine melanthion, et melanspermon, [† et nigella,] nempe a nigro colore: quoque nigrius est, hoc est melius. Varios ejus usus in medicina recenset *Plin.* l. 20. c. 17. Meminit etiam *Cels. sub fin.* l. 2. *Colum.* l. 6. c. 34. *Scribon. Larg. compos.* 131. et *Pallad. in Septembr.* tit. 13. Habet autem multum acrimoniæ et caloris, piperis modo. *Auson. in monosyllab.* h. e. *Edyll.* 12. *de cibis*, v. 8. Est inter fruges morsu piper æquiparans gith. ¶ Habet etiam usum condiendo pani, ideoque pistrinis nasci, ait *Plin.* l. 19. c. 8. *ad fin.* ¶ In illo *Plauti Rud.* 5. 2. 39. Os calet tibi: num git frigidefactas? proverbialis locutio inest de iis, qui trepide loquuntur, et parce timideque promittunt, ore contracto et lingua, non secus ac si calentem offam in ore refrigerarent, ne amburerentur palato et gutture. *Al. leg.* nunc id frigidefactas. ¶ *Charis.* l. 1. pag. 106. *Putsch.* docet, vulgo dici hoc *gicti*, vel *githi*, confirmatque auctoritate *Plinii* l. 6. *dubii sermon.*

G L

GLABELLA, æ, f. μεσόφρυον, interstitium supercilia supra nasum disterminans, quia sine pilis esse consuevit. *Capella* l. 2. pag. 34. Ubi pubem ciliorum discriminat glabellæ medietas. Sed *Grotius* rectius legit *glabella*, ut sit adjectivum.

GLABELLUS, a, um, adject. diminut. a glaber, *without hair, smooth. Apul.* l. 5. *Metam.* corpus glabellum. et *in Florid.* n. 3. (*al.* l. 1.) Apollo intonsus, et genis gratus, et corpore glabellus.

GLABER, bra, brum, *smooth, bare, bald, without hair, or wool*, φαλακρὸς, λεῖος, depilis, calvescens, lævis. Volunt esse a *glubo*, vel per syncopen a γλαφυρὸς, politus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *ad fin.* Si quem glabrum facere velis. et l. 2. c. 2. Oves ventre glabro. *Colum.* l. 6. c. 14. *extr.* Glabra colla boum. *Martial.* l. 12. epigr. 38. Ore tener, latus pectore, crure glaber. *Turranius* apud *Plin.* l. 18. c. 7. *a med.* Hordeum glabrum. *Plaut. in fragm.* apud *Fest.* in *Rienes.* Glaber erat tanquam rien. *Id. Aulul.* 2. 9. 6. Tu istum gallum, si sapis, glabriorem reddes mihi, quam volsus ludius est. *proverb.* nam ludii tum propter ætatem (si pueri erant) tum ex cura, quo gratiores essent, se deglabrare solebant. *Apul.* l. 5. *Metam.* Patre meo seniorem maritum sortita sum, dein cucurbita glabriorem. *as bald as a gourd.* Et *Turpil.* apud *Non.* c. 14. n. 34. glabrum tapete. ¶ Est etiam *glaber* puer imberbis et delicatus. V. *Glabrarius.*

GLABRARIA, æ, f. *a woman that plucked off the hair from any one. Martial.* loquens de femina, quæ omnia amasio suo donabat, lib. 4. epigr. 28. Væ glabraria, væ tibi, misella: Nudam te statuet tuus Lupercus. *h. e.* quæ deglabras te, ut pulcrior videaris: et præterea effuse prodigendo te ipsam spolias bonis amandi causa.

GLABRARIUS, ii, m. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 578. n. 8. Diopanthus Ti. Cæsaris ornator glabr. Vixit ann. XXV. *h. e.* ornator glabrarius, ut legit *Scalig. ad Manil.* pag. 400. scilicet qui pice et psilothro cutem deglabrabat, δρωπακιστής. Alii mutant in *galearius*, h. e. qui galeas ornat. Alii leg. *ornator glabrorum*, h. e. puerorum impuberum et delicatorum: quo sensu intelligunt aliud fragmentum lapidis his verbis . . . . . liarus Antoniæ Drusi glaber ab cyatho. Hinc distincte legendum monet *Gudius* illud *Phædri* l. 4. fab. 4. v. 22. Lavationem argenteam, eunuchos, glabros. *eunuchi* enim castrati erant, *glabri* teneri pueri, et nondum puberes, vel si puberes, artificio deglabrati. *Senec. de brevit. vitæ*, c. 12. Quanta celeritate, signo dato, glabri ad ministeria discurrant. *Catull.* carm. 60. *epithal. Jul. et Manl.* v. 141. Diceris male te a tuis Unguentate glabris marite Abstinere.

GLABRENS, entis, qui glaber est. Translate *Colum.* l. 2. c. 9. Loca glabrentia, *h. e.* satis, stirpibusque nuda. *without corn or grass.*

GLABRESCO, is, n. 3. *to grow bare or bald*, ψιλόομαι, glaber, hoc est, sine pilis, aut capillis, aut plumis fio. Translate Glabrescere dicitur area, cum herbis attritis, vel evulsis complanatur. *Colum.* l. 2. c. 20. Atque ita glabrescit, et fit idonea trituris area.

GLABRETA, orum, n. *bare places without corn or grass*, φαλάκραι, loca satis stirpibusque nuda, in quibus scilicet propter noxium aliquem humorem nihil gignitur. *Colum.* l. 2. c. 9. Ea glabreta signis adhibitis notari convenit.

GLABRIONES, um, m. Aciliorum familiæ R. cognomen fuit, ab habitu corporis uni alicui impositum, quod depilis esset, et ab eo ad posteros propagatum, ut M. Acilius Glabrio *in Fast. Capitol.* apud *Gruter.* pag. 293. et apud *Liv.* l. 33. c. 24. *Glabri* enim depiles dicuntur.

GLABRITAS, atis, f. *glabrity*, lævitas cutis, vel alterius rei. *Arnob.* l. 3. pag. 108. Calvitiis et glabritatibus rasi.

GLABRO, as, a. 1. *to make bare or bald*, ψιλόω, pilos aufero. *Colum.* l. 12. c. 53. Et vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta (*sues occisi*) glabrantur.

GLACIALIS, le, *icy, frozen, glacial*, κρυμώδης, qui in glaciem astringi solet. *Juvenal.* sat. 2. v. 1. Ultra Sauromatas fugere hinc libet, et glacialem Oceanum. *Virg.* 3. *Æn.* v. 285. Et glacialis hiems aquilonibus asperat undas. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 581. Et pavet obsessum glaciali frigore pectus. *h. e.* gelido timore. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 722. Boreæ cedens glacialibus auris Pontus. *Al. leg.* glaciantibus. *Colum.* l. 3. c. 1. Regio glacialis, aut præfervida.

GLACIATUS, a, um, *frozen, congealed*, particip. a glacior. *Plin.* l. 14. c. 21. Glaciatæ moles prodigii modo. *Id.* l. 2. c. 39. Humor glaciatus in grandines. ¶ *Caseus glaciatus* est coagulatus et concretus. *curdled. Colum.* l. 7. c. 8. Nec dubium, quin fici ramulis glaciatus caseus jucundissime sapiat.

GLACIES, ei, f. *ice*, κρύσταλλος, aqua gelu concreta: quasi *gelacies. Liv.* l. 21. c. 36. Lubrica glacies non recipiens vestigium. *Virg. Ecl.* 10. v. 49. Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas. *Horat.* l. 2. od. 9. v. 5. glacies iners. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 7. v. 7. glacie concrescere Pontum. ¶ In plurali numero *Virg.* 4. *Georg.* v. 517. Hyperboreas glacies lustrare. *Sidon.* l. 4. ep. 6. *ad fin.* glacierum crustas. Translate *Lucret.* l. 1. v. 493. Tum glacies æris flamma devicta liquescit. *h. e.* durities, rigor. *the hardness, solidity.*

GLACIO, as, a. 1. *to freeze, congeal*, πηγνύω, in glaciem converto. *Horat.* l. 3. od. 10. v. 7. Et positas ut glaciet nives puro numine Jupiter. *Plin.* l. 8. c. 38. Humor glaciatur in gemmas. ¶ Translate *Stat.* 10. *Theb.* v. 621. stupet anxius, alto Corda metu glaciante, pater. [¶ Neutra etiam significatione usurpatur. *Plin.* lib. 29. c. 3. sect. 13. Fit autem (unguentum) hyeme, quoniam æstate non glaciat, nisi accepta cera.]

GLACITO, as, n. 1. *to cackle*, idem ac gingrio, proprium

vocis anserum. *Auctor. carm. de Philom.* v. 19. Hinc glacitat improbus anser. Alii aliter leg.

GLADIARIUS, a, um, adject. ad gladium pertinens, ut Gladiarius negotiator, *Inscript.* apud *Donium ult.* class. 3. Adde apud *Murator.* pag. 246. n. 1. et pag. 955. n. 3.

GLADIĀTOR, oris, m. *a sword-cutler*, μαχαιροποιὸς, qui gladios facit. *Aurel. Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 6. *leg. ult.* Carpentarii, scandularii, gladiatores, aquilices, tubarii, &c. ¶ Item sæpius *a gladiator, swordplayer, prizefighter*, μονομάχος, qui gladio pugnat. Gladiatores Romæ fuere homines, qui ludi causa gladio depugnabant, populo spectante. Eorum primus usus fuit in funeribus nobiliorum civium, quod eorum sanguine placari manes credebant: primique eos exhibuerunt M. et D. Bruti, funebri memoria patris cineres honorando, App. Claudio, M. Fulvio Coss. ut *Valer. Max.* l. 2. c. 4. n. 7. tradit. Deinde ad arenam transiere, et cœpere dari ludis publicis, ab omnibus fere Magistratibus, et præcipue ab Imperatoribus, populo gratificandi causa, qui hujusmodi sanguinis effusione plurimum delectabatur. Dabantur initio Magistratus, in victoria, et triumpho, in dedicatione publicorum operum, in ludis quinquennalibus, decennalibus, &c. in die natali Principum, Saturnalibus, et hujusmodi. Privatim quoque in conviviis exhibitos fuisse, legimus apud *Liv.* l. 9. c. 40. et *Sil.* l. 11. v. 51. ubi de Campanis uterque loquitur. Erant duplicis generis, vel coacti, ut damnati ob delicta (atque hi fere servi) aut captivi lanistis venditi; vel voluntarii, ut liberi, qui pretio, aut gloriæ cupiditate se addicebant: qui si strenue se sæpius gessissent, rude denique donabantur. Paulatimque eo ventum est, ut aliquando illustriores etiam cives, vel desperatione, vel ut Principibus gratum facerent, operam suam arenæ locarent. Imo etiam feminas interdum prodiisse gladio certantes, *Sueton. in Domit.* c. 4. et *Stat.* l. 1. silv. 6. v. 53. testantur. Erant eorum familiæ integræ, quæ vel domi a privatis alebantur, vel (quod frequentius) a lanistis, qui eos assidue in pugnandi arte exercebant, alebantque largius, quo valentiores, animosioresque essent in pugna. Inducebantur plerunque per paria: interdum et majore numero catervatim pugnantes. Eorum arma initio pugnæ erant hastæ puræ, rudes, et gladii hebetes, quibus proludebant: mox signo dato, versis armis, h. e. mutatis, priora abjiciendo, et vera acutaque sumendo, modo scuto protecti, galea, et lorica, modo nudi, et solis gladiis instructi: alii præter gladium massa plumbea, ut secutores; alii rete, et tridenti pro gladio, ut retiarii; cruentum certamen instituebant: in quo vel vulneribus tenus pugnabant, quod nos dicimus *till they drew blood*, vel sine missione, ut *Liv.* l. 41. c. 20. loquitur, h. e. usque ad necem alterutrius. Plura habes apud *Lips. in Saturnalibus.* V. etiam *Mirmillones, Retiarius, Secutor*, &c. De eorum fortitudine in pugna V. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 17. [¶ Gladiatores, vilissimum genus hominum nunquam collegii formam habuisse existimavit *Murator.* ad hanc Mutinensem Inscript. pag. 511. n. 3. D. M. Q. Alfidio Q. L. HYLÆ VI. viro Foro Sempronii Collegii arenariorum Romæ negotianti lanario Alfidia Severa patri pientissimo. At vero fuisse Romæ gladiatorum collegium certum omnino est, ex quo duo sane insignia marmora detecta sunt, et in Albanorum Museum illata, quæque habemus apud *Marinium Inscript. Alban.* pag. 12. Spectat eorum primum ad ann. a Christo nato CLXXVII. Imp. Cæs. L. Aurelio Commodo, M. Plautio Quintillo Cos, &c. Urbanum Collegium Silvani Aureliani commemorat, gladiatores in quatuor decurias partitos recenset, &c. Certissima nunc apud rei antiquariæ scriptores gladiatorum collegia, quorum suspicionem fecerat allatus Lapis Mutinensis, ex quo illud fortasse colligimus, fuisse etiam Foro Sempronii arenariorum collegium; huic Q. Alfidium VI. virum præfuisse; eumdemque Romæ negotiantem lanarium fuisse.] ¶ Gladiatores omnes decreto sustulit Constantinus, et cum iterum paulatim irrepsissent, Honorius. Quod vile atque infame eorum munus est, atque artificium, *gladiator* convicium est cruenti hominis, ac sicarii. *Cic. Phil.* 7. c. 6. *de L. Antonio.* Gracchorum potentiam majorem fuisse arbitramini, quam hujus gladiatoris futura sit? quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed ut appellant ii, qui plane et Latine loquuntur. Mirmillo in Asia depugnavit, &c. *Id. Catil.* 2. c. 4. Veneficus, gladiator, latro, sicarius, parricida. ¶ Ablativus *Gladiatoribus*, significat tempore, quo gladiatores exhibentur, *at an exhibition of gladiators*, ut ludis Saturnalibus, &c. *Attic.* l. 2. ep. 1. *circa med.* Quærit ex me, num consuessem Siculis locum Gladiatoribus dare. et ep. 19. Gladiatoribus qua dominus, qua advocati sibilis conscissi. Adde *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 738.

GLADIATORIĒ, adverb. gladiatorum more. *Lamprid. in Commod.* c. 15. Quæ gladiatorie, quæ lenonice faceret.

GLADIATORĬUS, a, um, *of a gladiator, relating to gladiators*, μονομαχικὸς, ad gladiatorem pertinens. *Cic. Catil.* 2. c. 5. Gladiatorius ludus. *a school of gladiators. Id.* 2. *de Orat.* c. 78. Gladiatorium certamen. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 22. gladiatoria iracundia. *Id. pro Sext.* c. 58. gladiatorius consessus. *h. e.* populi multitudo sedens ad spectaculum gladiatorum. *Id. pro Mur.* c. 35. Locum suum gladiatorium cuipiam concedere. *h. e.* ex quo spectantur ludi gladiatorii. *Sueton. in Cæs.* c. 10. Gladiatorium munus. *h. e.* spectaculum. *a show, or exhibition, of gladiators. Sallust. in Catil.* c. 31. Gladiatoriæ familiæ. *h. e.* gladiatorum grex, qui ad ludos alitur. *Terent. Phorm.* 5. 7. 71. Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. *h. e.* parato ad periculum, inquit *Donat.* ita perdito ac temerario, ut non sibi caveant, dummodo vulnerent. *Cic.* 2. *Phil.* c. 25. gladiatoria totius corporis firmitas. ¶ *Gladiatorium, ii*, n. pretium quod gladiatori conducendo datur. *Liv.* l. 44. c. 13. *extr.* Vix gladiatorio accepto decem talentis ab rege rex, ut in eam fortunam recideret. [¶ *Gladiatoria Venus* apud *Apul.* 2. *Met.* pag. 126. *Oudend.* est concubitus.]

GLADIATŪRA, æ, f. *the trade, or employment of a gladiator*, μονομαχία, ars, vel congressus gladiatorum. *Tacit.* l. 3. *Ann.* c. 43. Adduntur e servitiis gladiaturæ destinati.

GLADIŎLUM, i, n. *a little sword*, gladiolus. Usurpatum fuit a *Messala*, teste *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 11.) sed neminem imitatorem habuit: tametsi Veteres etiam *gladium* dixere neutro genere.

GLADIŎLUS, i, m. *a little sword*, ξιφίδιον, parvus gladius. *Gell.* l. 10. c. 25. Lingulam veteres dixere gladiolum oblongum, in speciem linguæ factum. *Apul.* l. 2. et 3. *Metam.* Gladiolo solito cinctus. ¶ Hoc etiam nomine duæ herbæ a Romanis appellantur, quarum altera Græcis est ξυρὶς, et εἶρις ἀγρία, eadem ac iris, *glader or gladen, sword-grass, a kind of sedge*: altera ξίφιον, vel κύπειρος, seu κύπερος, φασγάνιον, μαχαιρίων, quæ folium habet gladii figuram referens, iridi persimilis, nisi quod folio minore est et angustiore, et gladii modo mucronato, nervosumque in caulem exeunte, in quo purpurei flores in ordinem digesti. *Plin.* l. 21. c. 11. et 17. et l. 25. c. 11. et *Pallad.* l. 1. tit. 37. ¶ *Gladiolus* inscripta fuit una ex Comediis *Livii Andronici*, ex qua fragmentum affert *Festus* in *Pedibus*.

GLADĪUS, ii, m. *a sword*, ξίφος, μάχαιρα, ferrum acie et mucrone instructum ad cædendum, et vulnerandum: a *clade*, ut *Varroni* placet l. 4. *L. L.* c. 24. quod sit ad hostium cladem. Qui putant ab ense differre in eo, quod *ensis* fere de militari dicatur, *gladius* de urbano et domestico, nihil dicunt. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 93. Pila miserunt, celeriterque gladios strinxerunt. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 693. Nudare gladios. *Cic.* 3. *Offic.* c. 31. Gladium distringere. *Id.* 4. *Attic.* ep. 3. educere. *Id.* 2. *Phil.* c. 9. Gladio stricto quempiam insequi. *Phædr.* l. 3. fab. 10. v. 27. Gladio pectus transigere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 52. Cominus gladiis pugnare. *Hirt.* l. 8. c. 23. Gladio caput percutere. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 35. Gladio humerum appetere. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 438. gladio ire per hostes. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 4. Gladium in vaginam recondere. *Petron. in Satyr.* c. 82. Gladio latus cingi. *Plin.* l. 35. c. 10. *a med.* Tabulam eam Protogenes sub gladio pinxit. *h. e.* inter arma et gladios militum. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 6. vers. 41. gladio finire dolorem. *to lay violent hands on himself.* ¶ *Gladius vomeris* est ferrum acutum ante vomerem, quo herbæ et stirpes inciduntur, et sulco vestigium incisura præscribitur, qui et *culter* vocatur. *the coulter of a plough. Plin.* l. 18. cap. 18. ¶ *Gladii potestas* et *jus* est, quod alii dicunt, *jus sanguinis*, potestas gladio animadvertendi in facinorosos, *h. e.* occidendi. *Capitolin. in Gordian.* c. 9. Filius legatus patris, gladii potestate succinctus est. *Ulpian. Dig.* l. 1. tit. 18. leg. 6. *ad fin.* Qui universas provincias regunt, jus gladii habent. Adde lib. 2. tit. 1. leg. 3. ¶ *Damnari ad gladium* est ad gladiatorium certamen destinari. *Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. 2. leg. 25. Servus ad gladium, vel ad bestias, in metallum damnatus. ¶ Est autem differentia inter eos, qui *ad gladium*, et qui *ad ludum gladiatorium* damnantur: quod illi si in pugna non moriantur, intra annum occiduntur: hi vero, si victores evadant, possunt præmium et rudem accipere: quæ sunt verba *Ulpiani* relata *in lege Dei*, tit. 11. *de abigeatorib.* ¶ Similiter *locare ad gladium* est ad ludum gladiatorium addicere, apud *Senec.* ep. 87. *ante med.* Sic, ad gladium comparare homines, apud *Lactant.* l. 6. c. 12. *sub fin.* ¶ Translate *Terent. Adelph.* 5. 8. *in fi.* Suo sibi hunc gladio jugulo. *I turn this man's weapons against himself.* [† *h. e.* argumentis, quibus contra me usus erat, in ipsum retortis, hominem ad silentium redigo.] proverbium. Sic *Cic. pro Cæcin.* c. 29. Aut tuo, quemadmodum dicitur, gladio; aut nostro defensio tua conficiatur, necesse est. *Id. Attic.* l. 1. ep. 16. Plumbeo gladio jugulare aliquem. *h. e.* levi ictu, facili negotio. *Id. Fam.* 10. ep. 2. et *Phil.* 1. c. 11. gladiorum impunitas. *h. e.* cædium. (metonymia.) *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 276. ignem gladio scrutari. πῦρ σιδήρῳ σκαλεύειν, *ignem gladio fodere*, proverb. de eo, qui stultitiæ furorem addit, et malum malo. ¶ Est etiam nomen piscis, ξιφίας, mucronato ore. *the sword-fish*, delphini magnitudinem aliquando excedens. *Plin.* l. 9. c. 2. et 15. et lib. 32. c. 11. ¶ Veteres *gladium* neutro genere usurparunt teste *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 49. Hinc *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 106. Hærebat mucro, gladium in pectore totum. Adde *Plaut. Cas.* 5. 2. 25. et 27. ubi tamen aliter res accipi potest. Ceterum non placet hoc *Quintiliano*, qui l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *Gladia*, inquit, qui dixerunt, genere exciderunt. *h. e.* genere peccarunt. Et sane est hoc obsoletum.

GLÆSUM. V. *Glessum.*

GLAMA. V. *Gramiæ.*

GLANDARĬUS, a, um, *of or belonging to mast*, ad glandem spectans, ut Glandaria silva, quæ servatur glandis ferendæ causa. *Cato de R. R.* c. 1. Octavo arbustum, nono glandaria silva. Adde *Varron.* l. 1. *de R. R.* c. 7. *sub fin.*

GLANDĬFER, a, um, *bearing mast or acorns, glandiferous*, βαλανοφόρος, qui glandes producit. *Cic.* 1. *de Leg.* c. 1. Glandifera illa quercus, ex qua olim evolavit nuntia fulva Jovis. ¶ Accipi etiam videtur pro fecundo et fertili fructuum, quia glandis appellatione interdum omnis fructus continetur, ut *Jabolen.* apud *Caium Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 236. docet. *Cic.* 2. *Phil.* c. 39. *ad fin.* Quandoquidem hæ quondam arationes Campani, et Leontini agri in P. R. patrimonio glandiferæ et fructuosæ ferebantur. Al. aliter leg. V. *Silvanus.*

GLANDIONĪDA, æ, f. caro suilla ex glandiis. *Plaut. Men.* 1. 3. 27. ubi videtur loqui per jocum. Al. autem aliter leg.

GLANDĪUM, ii, n. *a kernel in the flesh, glandule; the neck of a boar full of glandules*, παρίσθμιον, σπόγγος, pars tuberosa in carne animalis, ceu callum in se convolutum: dictum non tam a duritie, quam a figura glandis, quam oblonga rotunditate refert. Significatur autem præcipue tuberosus callosusque globus in cervice et faucibus aprorum, et suum, qui in deliciis cœnarum habebatur. *Plin.* l. 16. c. 38. *de ligno arborum. kernels or knots.* Quibusdam sunt tubera, sicut sunt in carne glandia. *Id.* l. 8. c. 51. et l. 36. c. 1. *extr.* Exstant Censoriæ leges glandia in cœnis, gliresque apponi vetantes. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 44. Pernam, abdomen, sumen, suis glandium. *Id. Capt.* 4. 4. 7. Arripuit gladium, prætruncat tribus tergoribus glandia. ¶ *Priscian. in fi.* l. 3. ait, *glandium* esse partem intestinorum; et fortasse lumbos suillos intelligit, qui delicati admodum in cibis sunt.

GLANDO, inis, f. idem ac glans. *Avien. in Orbis terræ descript.* v. 285. Cibus aspera glando. et vers. 1199. Pingui dependens subere glando.

GLANDŬLA, æ, f. *a small gland, glandule; a wax-kernel in the neck*, βαλάνιον, parva glans. In animali glandulæ sunt corpora duo tuberosa in similitudinem glandis, dextra lævaque intus in ipsis faucibus sitæ, quæ et *tonsillæ* appellantur, si de homine sermo sit, *tonsils*, ἀδένες. *Cels.* l. 4. c. 1. Atque in ipsis cervicibus glandulæ positæ sunt, quæ interdum cum dolore intumescunt. ¶ Aliquando significant ipsum morbum, seu tumorem præter naturam. *a glandulous tumour in the throat. Id.* l. 2. c. 1. *ad fin.* At ubi ætas paulum processit, glandulæ et vertebrarum inclinationes, strumæ, et plura alia tubercula oriuntur. *Id.* l. 8. c. 4. Ulcus madet, neque alitur, et in cervicibus glandulæ oriuntur. ¶ In sue idem sunt, quod *glandia*, conquisita in cibis, ut ibi dictum est. *Martial.* l. 3. epigr. 82. v. 20. Partitur apri glandulas palæstritis. et lib. 7. epigr. 19. Ter posuit apri glandulas, quater lumbum.

GLANDŬLŌSUS, a, um, *full of kernels or glandules, glandulous*, ἀδενώδης, plenus glandibus. *Colum.* l. 7. c. 9. *de sue.* Qui est amplæ et glandulosæ cervicis.

GLANIS, is, m. et Glanus, i, m. piscis genus tum marini tum fluviatilis. *Plin.* l. 9. c. 43. Cautius qui glanis vocatur, aversus mordet hamos, nec devorat, sed escæ spoliat. *Id.* l. 32. cap. 10. Verrucas tollit glani jecur illitum.

GLANS, dis, f. *mast; an acorn, chestnut*, βάλανος, fructus quercus, roboris, esculi, cerri, ilicis, fagi, suberis, et si quæ sunt similes: per syncopen a Dorico γάλανος pro βάλανος. *Cic. in Orat.* c. 9. Quæ est in hominibus tanta perversitas, ut inventis frugibus glande vescantur? ¶ De glandium generibus, atque usu multa distincte ac fuse *Plin.* l. 16. c. 5. et 6. Quod innuitur in allatis *Ciceronis* verbis homines olim ante inventas fruges, glandibus vesci solitos; confirmatur a *Plin. in proœm.* l. 16. *Virg.* 1. *Georg.* v. 148. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 103. et *Fast.* 4. v. 399. *Lucret.* l. 5. v. 937. *Tibull.* l. 2. el. 3. v. 41. &c. Quin etiam post inventa frumenta, in Hispania suo quoque tempore glandes secundis mensis inferri solitas, testatur *Plin. cit.* c. 5. ¶ Per synecdochen, quia ex glandibus homines quondam vivebant, glandis appellatione omnes fructus continentur, ut ex *Jaboleno* docet *Caius Dig.* l. 50. tit. 16. leg. 236. ¶ Translate *glans* dicitur plumbum, quod est in modum glandis formatum, quod antiqui loro alligatum in hostem torquebant. *a leaden bullet. Sallust. in Jug.* c. 61. Pars eminus glande, aut lapidibus pugnare. Adde *Liv.* l. 38. c. 20. 21. et 29. et *Virg.* 7. *Æn.* v. 686. Porro tanta vi jaci hujusmodi glandes solitas esse, ut calore accensæ in aere liquescerent, invenies apud *Lucan.* l. 7. v. 513. *Stat.* 10. *Theb.* v. 533. et *Ovid.* 14. *Metam.* v. 825. quæ Poetica hyperbole videri potest. [¶ At non modo ex plumbo, sed etiam ex argilla glandes fiebant. *Cæs. de B. Gall.* lib. 5. c. 43. Septimo oppugnationis die ferventes fusili ex argilla glandes fundis, et fervefacta jacula in casas, quæ more Gallico stramentis erant tectæ, jacere cœperunt.] ¶ *Glans* denique dicitur pars summa colis, quæ præputio

tegitur: a similitudine. *the glans or nut.* *Cels.* l. 7. c. 25. ¶ *Valer. Prob. in Cathol.* p. 1444. et 1464. *Putsch.* docet, *hæc glandis* dici etiam in recto singulari, addita *Virgilii* auctoritate: respexitque fortasse ad illud *Georg.* 4. v. 80. non densior aere grando, Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Verum eo loco dubia res est. Potest enim esse genitivus, τοσοῦτον βαλάνου, ut et *Priscian.* monet *sub fin.* l. 6.

GLARĔA, æ, f. *gravel, coarse sand, grit,* ψηφὶς, minutissimi lapilli, quales in fluviorum ripis, vel maris litoribus esse solent. *Cic. ad Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 2. Eo loci pulvis, non glarea est invecta. *Liv.* lib. 41. cap. 27. Vias sternendas silice in Urbe, glarea extra Urbem locaverunt. *Virg.* 2. *Georg.* v. 212. Nam jejuna quidem clivosi glarea ruris.

GLAREŌSUS, a, um, *full of gravel or sand, gravelly, gritty,* plenus glarea. *Varr. R. R.* l. 1. c. 9. Glareosa terra. *Colum. de arborib.* c. 21. Glareosa et saxosa amat ficus. *Plin.* l. 26. c. 8. *ad fin.* glareosi rivi. *Liv.* l. 21. c. 31. *sub fin.* Flumen saxa glareosa volvens.

GLASTUM, sti, n. *the herb woad, with which they dyed blue,* ἴσατις, herba similis plantagini, seu genus lactucæ agreste, et sponte nascens, al. *vitrum*, quo infectores lanarum utuntur, dum colore vitreo, seu hyalino, cæruleo, subnigro tingunt: quo item Britanni se inficiebant, inscribentes etiam corporibus puerorum animalium figuras, ut in bello aspectu horridiores essent, denique et eorum mulieres quibusdam in sacris. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 14. *Plin.* l. 22. c. 1. ubi al. leg. *guastum.*

GLAUCĔUS, a, um. Glauceus succus apud *Scribon. Larg. compos.* 22. est succus herbæ cujusdam, qui et *Glaucion* dicitur: cujus usus est in collyrio, quod *diaglaucium* vocatur. *Rhodius* mavult legi *glaucius.* ¶ *Glaucea* neutr. plur. et producta pænultima τὰ γλαύκεια, herbam eandem significant. V. *Glaucion. Colum.* l. 10. v. 103. Nunc medica panacen lacryma, succoque salubri Glaucea, et profugos vinctura papavera somnos Spargite.

GLAUCICŌMANS, antis, adject. glaucam comam habens. *Juvenc. in Matth.* c. 21. lib. 3. v. 622. Ordinibus lucent quæ glaucicomantis olivæ.

GLAUCĬNUS, a, um, glaucum habens colorem. *Martial.* l. 9. epigr. 27. Pallia donavit glaucina, Cosme, tibi.

GLAUCĬON, ii, n. γλαύκιον, herba humilis, in Syria et Parthia nascens, densis foliis, fere papaveris, minoribus tamen sordidioribusque, odoris tetri, gustus amari cum adstrictione. Granum habet crocei coloris, quod in olla fictili luto circumlitum, in clibanis calefaciunt, deinde exempto succum exprimunt ejusdem nominis. Usus est et succi, et foliorum, si terantur, adversus epiphoras. Hinc temperatur collyrium, quod medici diaglaucion vocant. Hæc *Plin.* l. 27. c. 10.

GLAUCIS, idis, et idos, f. γλαυκὶς, quæ glaucos habet oculos. Apud *Propert.* l. 4. eleg. 3. v. 55. nomen est, aut adjunctum catellæ.

GLAUCISCUS, i, m. piscis aculeatus, dorso cæruleo, ventre candidissimo. *Plin.* l. 32. c. 10. et 11.

GLAUCĬTO, as, n. 1. est proprium vocis catulorum. *Auct. carm. de Philom.* v. 60. Glaucitat et catulus, at lepores vagiunt.

GLAUCŌMA, atis, n. et Glaucoma, æ, f. *a disease in the crystalline humour of the eye,* γλαύκωμα, vitium, quo color naturalis in oculo, ac speciatim color humoris crystallini in præternaturalem et glaucum mutatur, quod provenit ab illius humoris nimia siccitate et concretione. Differt a *suffusione*, quia in *glaucomate* peccat humoris crystallini condensatio et siccatio, in *suffusione* concretio extranei humoris, et aliunde affluentis. *Plin.* l. 29. c. 6. Glaucomata dicunt Magi cerebro catuli septem dierum emendari. *Plaut. Mil.* 2. 1. 70. Ei nos facetis fabricis et doctis dolis glaucomam ob oculos objiciemus. *Prudent. in Hamartig.* v. 90. Est glaucoma, aciem quod tegmine velat aquoso.

[*GLAUCOMATĬCUS, a, um, adject. qui glaucomate laborat. *In not. Tironis* apud *Gruter.* pag. 149.]

GLAUCUS, a, um, *gray or blue; azure, sea-green, sky-coloured,* γλαυκὸς, qui est colore cæsio, seu cæruleo, idest, subviridi, qui admixtum habet viriditati alborem, qualis apparet in oculis noctuarum, felium, leonum, quorundam equorum, et hominum: et sæpe maris ac fluviorum diis tribuitur. *Plin.* l. 8. c. 21. Oculis glaucis, colore sanguineo. *Virg.* 12. *Æn.* v. 885. Glaucus amictus. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 436. Glaucæ frondes. *Stat. Theb.* 9. v. 351. Glaucæ sorores. *h. e.* Nereides. ¶ Cum de equis sermo est, *glauci* intelliguntur, qui glaucos oculos habent, ut dictum est. *gray-eyed. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 53. Oculi equorum quibusdam glauci. *et paulo post.* Oculi divo Augusto equorum modo glauci fuere. *Virg.* 3. *Georg.* v. 82. honesti Spadices, glaucique, color deterrimus albis.

GLAUCUS, ci, m. genus piscis. *Plin.* l. 9. c. 16. Quidam rursus æstus impatientia mediis fervoribus sexagenis diebus latent, ut glaucus, aselli, auratæ. ¶ Fuit etiam Glaucus piscator Anthedonius, qui cum pisces captos in ripa explicuisset, et illi subito contacta quadam herba se colligentes in mare prosiliissent, admiratus herbæ illius vim et ipse degustavit, et pisces secutus in aquam insiluit, marisque Deus factus est: inferiori parte in piscem versus. *Serv. ad* 5. *Æn.* v. 823. Alii aliter referunt hanc fabulam, Glaucum insignem urinatorem fuisse, sæpius inspectantibus suis municipibus in fluvium se dejecisse, diutiusque sub aqua moratum semper emersisse, tandem quodam die illis exspectantibus non rediisse: creditum esse, deum maris factum fuisse. *Ovid. Metam.* 13. v. 905. *et sequentib. Stat.* 7. *Theb.* v. 335. Glaucus item Hippolochi filius, qui Trojano bello Priamo suppetias tulit, homo tam stupidus, ut cum Diomede armorum permutatione facta, ænea acceperit pro aureis. Hinc etiam hodie *Glauci, et Diomedis permutatio* proverbio celebratur, cum permutatarum rerum inæqualitas signatur. *Plin.* l. 5. ep. 2. ¶ Item Sisyphi filius, qui cum equas suas humana carne pasceret, vel ut alii referunt, cum Veneris sacra sperneret, easque ab coitu prohiberet, quo velociores essent, ab illis ipse etiam devoratus est. *Virg.* 3. *Georg.* v. 267. et ibi *Servius.*

GLAUX, cis, f. *the herb milt-wort or sea-trifoly,* γλαῦξ, herba folia habens cytiso et lenticulæ similia, aversa candidiora: ramos in terram serpentes quinos senosve, admodum tenues ab radice; flosculos purpureos: invenitur juxta mare. *Plin.* l. 27. c. 9. *extr.*

GLEBA, æ, f. *a clod or lump of earth; glebe,* βῶλος, frustum terræ. *Cic. pro Cæcin.* c. 21. Quid igitur, si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris? *Virg. Georg.* 1. v. 94. rastris glebas frangere inertes. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 38. ligonibus versare. *Virg.* 2. *Georg.* v. 261. supinatas Aquiloni ostendere. ¶ Per synecdochen dicitur de agris. *Virg. Æn.* 1. v. 525. Terra antiqua potens armis, atque ubere glebæ. ¶ Sæpe vero pro fundo et possessione accipitur in *Cod. Justin. et Theodos.* ¶ De terra, qua humatur cadaver, *Cic.* 2. *de Legib.* c. 22. Priusquam in eos injecta gleba est, locus ille, ubi crematum est corpus nihil habet religionis: injecta gleba, tum et illic humatus est, et gleba vocatur: ac tum denique multa religiosa jura complectitur. *Festus* in *Præcidanea.* Qui mortuo justa non fecisset, idest glebam non objecisset. In verbis *Ciceronis* pro *in eos injecta*, &c. *Lambin.* legit *in os.* Quo pertinet illud *Valer. Max.* l. 5. c. 3. n. 3. *extern.* Sed certe post obitum nullam Atticæ regionis, quæ ossibus ejus injiceretur, glebulam invenit. et *Horat.* l. 1. od. 28. v. 23. At tu, nauta, vagæ ne parce malignus arenæ Ossibus, et capiti inhumato particulam dare. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus, *a lump, or mass, of any thing,* ut gleba turis, *Lucret.* l. 3. v. 328. et *Stat.* 6. *Theb.* v. 60. glebæ niveæ lactis, *Nemesian.* ecl. 3. *extr.* h. e. massæ, casei formæ. *clots.* Sic *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 25. Sevi, ac picis glebæ. *Plin.* l. 36. c. 6. Marmorei parietes, non facile dixerim sectos, an solidis glebis positos. *h. e.* integris crassisque molibus. *Id.* l. 31. c. 7. *de sale fossili.* Cæditur specularium lapidum modo: pondus magnum glebis, quas micas vulgus appellat. ¶ In *Cod. Theodos.* l. 6. tit. 2. leg. 12. et tit. 3. leg. 3. &c. legitur *gleva* propter affinitatem litterarum *b* et *v.* ¶ *Manut. in Orthograph.* vult scribi *glæba* ex antiquissimis libris, et Virgilio Carpensi.

GLEBĀLIS, le, adject. ad glebam pertinens, *of a clod,* ut Glebalis agger, *Ammian.* l. 23. c. 5. (*al.* 14.) h. e. congestis glebis factus. ¶ *Glebalis collatio*, præstatio, solutio, onus, multis in locis *Cod. Theodos.* significat vectigal, quod penditur ratione fundorum, et possessionum: quia *gleba* pro possessione et fundo ibi sæpissime ponitur, ut in voce præced. dictum est. ¶ In eodem *Cod.* legitur etiam non semel *glevalis* pro *glebalis*, ut lib. 6. tit. 2. leg. 3. 4. 8. 11. &c.

GLEBARĬI, dicuntur boves valentes, fortes, a glebis facile proscindendis. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 4. *ploughing oxen.*

GLEBĀTIM, adverb. per glebas, ut Agros glebatim metiri, *Lactant. de mortib. persecut.* c. 23.

GLEBATĬO, onis, f. in *Cod. Theodos.* lib. 6. tit. 2. leg. 12. est glebalis collatio. V. *Glebalis.*

GLEBŌSUS, a, um, *full of clods, in the form of a clod, cloddy,* glebæ in morem convolutus, vel glebis abundans. *Plin.* l. 35. c. 16. Terra glebosior. [*Apul.* 1. *Met.* pag. 12. *Oudend.* Post roscida cespitum, et glebosa camporum emensa.]

GLEBŬLA, æ, f. *a little clod,* diminut. a gleba. *Colum.* l. 1. c. 6. Lapillisque carent, et glebulis. *Scribon. Larg. compos.* 199. Glebulæ nivis. *Plin.* l. 10. ep. 16. Glebula ex metallo. *Vitruv.* l. 8. c. 3. Glebula myrrhæ. ¶ Per synecdochen est agellus. *a little farm or piece of land. Juvenal.* sat. 14. v. 166. saturabat glebula talis Patrem ipsum, turbamque casæ. [*Apul.* 9. *Met.* pag. 659. *Oudend.* Vicinus potens pauperem ipsis etiam glebulis exterminare gestiebat.]

GLEBULENTUS, a, um, glebis refertus. *Apul. de deo Socratis.* Glebulenta terra. [Non terra ab *Apuleio* dicitur glebulenta, sed animalia. En integrum locum. Quin in eo quoque aere animalia gignerentur, ut in igne flammida, in unda fluxa, in terra glebulenta.]

GLECHONĪTES, *wine seasoned with penny-royal,* γληχωνίτης, vinum pulegio conditum, apud *Colum.* l. 12. c. 35. γλήχων enim pulegium significat. V. *Abrotonites.*

GLESSARĬA, æ, al. Austravia, nunc *Lesse, Lesou,* insula apud Cimbricam Chersonesum, in sinu Codano: a *glesso*, idest succino, quo abundat. *Plin.* l. 37. c. 3. ¶ Scribitur et *Glæsaria.*

GLESSUM, i, n. *amber,* ἤλεκτρον, electrum, succinum, voce Germanica: fortasse a perspicuitate vitrea, quia Germanis *glas* [† Anglisque *glass*] vitrum est. *Plin.* l. 37. c. 3. Certum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani, et a Germanis appellari glessum, itaque et a nostris unam insularum ob id appellatam Glessariam, Germanico Cæsare ibi res gerente, Austraviam a Barbaris dictam. *Tacit. de German.* c. 45. Soli omnium succinum, quod ipsi glessum vocant, legunt. ¶ Ex *Tacito* apparet, vocem esse Germanicam: ex *Plinio* vero discimus, ea usos etiam Romanos, sed milites, et in exercitu, præsertim in Germania. Scribit enim l. 4. c. 13. *sub fin.* Glessariam insulam ita dictam esse *a succino militiæ*: nempe quia succinum illi *glessum* appellant. ¶ Scribitur et *glæsum.*

GLEVA. V. *Gleba.*

GLEVĀLIS. V. *Glebalis.*

GLEUCĪNUM OLEUM, γλεύκινον, olei factitii genus, mustum et aromata admixta habens: a γλεῦκος, mustum. *Colum.* l. 12. c. 51. *Plin.* l. 15. c. 7. et *Pompon. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 22.

GLINON, n. *a kind of maple,* aceris genus campestre, candidum, nec crispum. *Plin.* l. 16. c. 15.

GLIRARĬUM, ii, n. *a place where dormice are kept,* ἐλειὼν, locus in quo glires nutriuntur. *Varr.* l. 3. *de R. R.* c. 15. Glirarium dissimili ratione habetur, quod non aqua, sed maceria locus sepitur.

GLIS, gliris, m. *a dormouse,* ἐλειὸς, animal muri simile, majus tamen, in arboribus degens, et totam fere hyemem aut dormiens, aut certe quiete fruens somno simili: quo tempore cum aut nullo, aut exiguo certe cibo utatur, pinguescit tamen ut cum maxime. *Martial.* l. 13. ep. 59. et *Plin.* l. 8. c. 57. *extr. Varr.* apud *Charis.* l. 1. pag. 69. et 106. *Putsch.* In silva mea est glis nullus. *Plaut. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 391. Glirium examina. ¶ Fuit olim in deliciis cœnarum, adeo ut vivaria glirium habere mos fuerit quæ *gliraria* dicta: et saginandi causa in doliis, singulari ad id ratione factis includerent, ut apud nos capi in caveis: quæ docet *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 15. Itaque legibus sumptuariis constitutis, glires quoque, ut glandia, conchylia, et peregrinæ aves, interdicti, teste *Plin. loc. cit.* et lib. 36. c. 6. *extr.* Eorum condiendorum rationem docet *Apic. c. ult.* l. 8. Usus autem in conviviis testimonium præterea habes non solum apud *Petron. in Sat.* c. 31. et *Martial.* l. 3. epigr. 58. v. 36. sed et apud *Ammian.* l. 28. c. 4. (*al.* 21.) qui illis multo posterior est. ¶ Olim quidam *gliris* dici putabant in recto casu, teste *Catone* apud *Charis. loc. cit.*

GLISCĔRÆ MENSÆ, h. e. crescentes per instructionem epularum. *Festus.*

GLISCES, testiculi porcorum. *Nævius*, cujus verba refert *Turneb.* l. 15. c. 4. *Adversar.* item *Non.* c. 2. n. 633. ubi habetur *glires*: quæ lectio multo est veri similior.

GLISCO, is, n. 3. *to grow, spread, increase,* αὐξάνω, cresco, et dicitur de iis, quæ latenter et intus crescunt. Veteres autem, teste *Serv. ad Æn.* 12. v. 9. adhibebant præcipue de incremento ignis. *Lucret.* l. 1. v. 474. ignis Alexandri Phrygio sub pectore gliscens. *Sil.* l. 14. v. 307. pascitur Vulcanus turbine venti, Gliscentemque trahens turris per viscera labem, &c. ¶ De iis, quæ tumescunt. *Stat.* 1. *Theb.* v. 107. suffusa veneno Tenditur, et sanie gliscit cutis. *becomes tumid or bloated, swells.* ¶ De iis, quæ pinguescunt. *Colum.* l. 8. c. 9. Asellus foliis spinisque alitur: paleis vero etiam gliscit. *fattens.* et cap. 9. Turdus per hiemem difficulter gliscit. *Id.* l. 2. c. 5. Exilem terram stercorare conveniet. nam eo quasi pabulo gliscit. *Festus* in *Reglescit* hinc glires dictos censet, quibus corpus pinguitudine accrescit. ¶ Illa vero generatim crescendi notionem habent *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 1. n. 83. Neque jam sustineri poterat, immensum aucto mari, et vento gliscente. *Cic. in fragm. ibid.* Ad juvenilem libidinem copia voluptatum gliscit, ut ignis oleo. *Virg.* 12. *Æn.* v. 9. accenso gliscit violentia Turno. *Sil.* l. 2. v. 239. Gliscit ira tyranno. *Plaut. Asin.* 5. 2. 62. Gliscit prœlium. *the combat deepens.* et *Capt.* 3. 4. 26. rabies. *Pacuv.* apud *Non. loc. cit.* gaudium. *Liv.* l. 42. c. 2. seditio. et l. 2. c. 23. invidia. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 35. auctoritas. et lib. 6. c. 19. sævitia. et lib. 1. c. 1. adulatio. et lib. 14. c. 15. flagitia et infamia. et lib. 15. c. 23. gloria et pericula. et l. 4. c. 5. *extr.* Gliscere numero, aut minui. et c. 27. Multitudo gliscit immensum. *Id.* 2. *Ann.* c. 33. Postquam respublica eo magnificentiæ venerit, gliscere singulos. *h. e.* augeri divitiis. et l. 11. c. 22. Gliscentibus negotiis, duo prætores additi. *Sil.* l. 4. v. 6. Fama gliscit gressu. *h. e.* crescit eundo. ¶ Aliquando est gestire, exsultare. *Stat.* 8. *Theb.* v. 756. Spectat atrox hostile caput, gliscitque tepentis Lumina torva videns. *swells, exults. Turpil.* apud *Non. loc. cit.* Cum te salvum video, glisco gaudio. ¶ Aliquando est gestire, h. e. vehementer cupere. *to desire greatly. Stat. Theb.* 3. v. 73. Et consanguineo gliscis regnare superbus Exsule. et lib. 12. v. 639. Hos ubi velle acies, et dulci gliscere ferro Dux videt. ¶ Passiva voce *Sempron.* apud *Non.* c. 7. n. 107. Ut major invidia Lepido gliscere tur.

GLITTUS. V. *Glutus.*

GLOBATIM, adverb. *by troops*, ἰλαδὸν, per globos. *Ammian.* l. 27. c. 9. (*al.* 20.) Globatim per vicina digressi prædones.

GLOBĀTUS, a, um, *made round, globated*, in modum globi factus. *Plin.* l. 2. c. 2. Formam Mundi in speciem orbis absoluti globatam esse. *Solin.* c. 11. *a med.* (*al.* c. 18.) Coturnices globatæ vehementius properant. *united in round groups.*

GLOBO, as, avi, atum, a. 1. *to make round, form into a round body*, σφαιρόω, est aliquid solidum in rotunditatem componere. *Plin.* l. 2. c. 65. Dependentes ubique guttæ parvis globantur orbibus. *Id.* l. 18. c. 13. Rapa aut in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari. et cap. 35. Si ante exortum solis nubes globabuntur, hiemem asperam denuntiabunt. *Id.* l. 11. c. 17. *de rege apum.* Cum procedit, una est totum examen, circaque eum globatur, cingit, protegit, cerni non patitur.

GLOBOSĬTAS, atis, f. *rotundity, sphericalness, globosity*, rotunditas. *Macrob. in Somn. Scip.* l. 1. c. 16. Terræ globositas.

GLOBŌSUS, a, um, *round as a bull, globose, spherical*, σφαιρικὸς, in globi modum conformatus, rotundus. *Cic. de Univ.* c. 6. Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant, cujus omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur. *Liv.* l. 38. c. 29. Globosa saxa. ¶ Differt a rotundo, quia *rotunda* sunt etiam, quæ plana tantum, ut circulus: *globosa*, quæ rotunda simul et solida, ut lusoria pila. *Cic. in Somn. Scip.* c. 3. Stellæ globosæ et rotundæ.

GLOBŬLUS, i, m. *a little round ball, globule*, σφαιρίδιον, parvus globus. *Plin.* l. 33. c. 5. Globulis sudore resolutis. ¶ Accipitur et pro genere edulii in globi modum convoluti. *Cato de R. R.* c. 79. Globulos sic facito: caseum cum alica ad eundem modum misceto, &c. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 22. In oleo cocti, dicti a globo globuli. ¶ Translate *Petron. in Satyr.* c. 1. Melliti verborum globuli. ¶ Apud *Ascon. in argum. orat. Cicer. pro C. Cornel.* nomen est civis Romani, P. Servilius Globulus.

GLOBUS, bi, m. *a globe, round body, ball, bowl, sphere*, σφαῖρα, est corpus solidum, et unica superficie contentum, undequaque rotundum, cujus omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur, ut *Cic. de Univ.* c. 6. loquitur. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 18. Cumque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim σφαῖραν interpretari placet) ex planis circulus. ¶ Globos dierum et noctium dixit *Prudent.* solem et lunam, περὶ στεφ. v. 327. *de S. Rom. the orbs of day and night.* ¶ Dicitur non solum de sphæris cælestibus, et de terra, sed de omnibus rebus rotundis non concavis. *Plaut. Pœn.* a. 2. v. 35. In fundas visci indebant grandiculos globos. *balls, bullets.* *Virg.* 1. *Georg.* v. 473. *de Ætna.* Flammarumque globos, liquefactaque volvere saxa. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 22. Globus farinæ dilatatus. *a cake.* *Ovid.* 12. *Metam.* v. 238. globos sanguinis vomere. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 381. telorum immanis in unum It globus. *a cloud of weapons.* *Lucan.* l. 4. v. 74. nubes densos involvere globos. *Senec. in Hippol.* v. 1031. undarum globus. ¶ Ponitur quandoque pro multitudine hominum, sive aliorum animalium, aut alterius cujuscumque rei similis in unum collecta, et quasi conglobata. *a troop, squadron, crowd, body*, σύστημα. *Liv.* l. 8. c. 32. Extrema concio, et circa Fabium globus increpabant inclementem Dictatorem. *Tacit. Ann.* 12. c. 43. Militum globo infensos perrupit. et lib. 4. c. 50. Firmatæ stationes densioribus globis. *Sil.* l. 7. v. 53. Sæpe globo densi, sæpe et per devia passim Dispersi subiere. *Cato* apud *Fest.* in *Serra.* Sive forte opus sit cuneo, aut globo, aut forcipe, aut turribus, aut serra, uti adoriare. ¶ Translate *Nepos in Attic.* c. 8. Sic ille consensionis globus unius dissensione disjectus est. *a knot, or band, of conspirators.* *h. e.* turba, cohors, factio conspirantium. Sic *Vellei.* l. 2. c. 58. Hi una cum conjurationis globo, stipati gladiatorum manu, Capitolium occupavere.

GLOCĪDO, as, n. 1. idem quod glocio. *Festus:* Glocire, et glocidare gallinarum proprium est, cum ovis incubituræ sunt. Al. leg. *glocitare.*

GLOCĬO, is, n. 4. *to cluck as a hen*, κλώζω, proprium est vocis gallinarum, cum ovis incubituræ sunt, ut ait *Festus:* quod fit crebris singultibus, interjecta voce acuta a verbo Græco allato, quod a sono factum est. *Colum.* l. 8. c. 5. Ut ova quam recentissima supponantur glocientibus. Adde *Fest.* in voce præced. allatum.

GLOCĪTO. V. *Glocido.*

GLOCTŌRO, as, n. 1. verbum exprimens vocem Ciconiæ. *Auct. carm. de Philom.* v. 29. Gloctorat immenso de turre ciconia rostro.

GLOMERABĪLIS, le, *that turns or winds about*, qui glomeratur, seu in globum formatur. *Manil.* l. 4. v. 520. Pleiadum glomerabile sidus. et lib. 1. v. 221. Te testem dat luna sui glomerabilis orbis.

[† GLOMERALIS, adj. *Sidon.* apud *Littleton.* idem quod glomerabilis.]

GLOMERĀMEN, inis, n. *a small round body, heap*, *Lucret.* l. 2. v. 685. Dissimiles igitur formæ glomeramen in unum Conveniunt. *h. e.* in unum veluti globum, coetum, corpus, glomeratam molem. *Id.* l. 5. v. 725. *de luna.* aufert Luciferam partem glomeraminis, atque pilai. *h. e.* globosi corporis. *Id.* l. 2. v. 453. *de fluidis corporibus.* Nec retinentur enim inter se glomeramina quæque. *h. e.* globosæ atomi, quibus constant. *Seren. Summon.* c. 55. Dilue præterea glomeramina, quæ gerit intus Clausa aries, inter geminæ coxendicis umbras. *h. e.* globulos, pilulas fimi conglobatas.

GLOMERARĬUS, ii, m. *pertaining to round windings.* *Senec.* l. 1. controv. 8. *ad fin.* Detrahere illum operibus suis glomerarium, sanguinarium. *h. e.* qui glomere, seu globo militum stipatus pugnat, inquit *Andr. Schottus.* Al. leg. *suis gloriam temerarium, sanguinarium.*

GLOMERĀTIM, *in round heaps*, per globos, turmatim. *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 4. Vomitoria in spectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes, in sedilia se fundunt. *in crowds or troops.* et *Auson. in gratiar. action.* c. 29. Quis oratorum læta jucundius, facunda cultius, pugnantia densius, densata glomeratius aut dixit, aut cogitavit? *h. e.* magis convolvendo, conglobandoque orationem veluti glomere verborum: quod apud *Horat.* l. 4. od. 2. v. 11. est, verba devolvere.

GLOMERATĬO, onis, f. actus glomerandi. *Plin.* l. 8. c. 42. *extr.* Asturcones, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. *a winding round, ambling, pacing.*

GLOMERĀTUS, a, um, *wound round, brought into a round heap, gathered or collected into a ball, conglobated, glomerated*, conglobatus, convolutus, in globos aut volumina formatus. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 604. Atra favilla volat, glomerataque corpus in unum Densatur. et lib. 8. v. 401. glomerataque sanguine multo Viscera, lapsa fluunt. *wrapped or wound up.* et lib. 14. v. 212. frusta mero glomerata vomentem. *Lucret.* l. 3. v. 498. semina vocis Ejiciuntur, et ore foras glomerata feruntur. *Sil.* l. 3. v. 523. Glomeratæ turbine nives. *Lucan.* lib. 6. v. 296. Glomeratus pulvis. *Plin.* l. 9. c. 22. Anguillæ fluctibus glomeratæ volvuntur. *assembled or crowded together.* *Virg.* 9. *Æn.* v. 440. Quem circum glomerati hostes, hinc cominus atque hinc Proturbant. *crowding round.* ¶ Translate *Cic.* vertens carmina *Æschyli*, 2. *Tuscul.* c. 10. Atque hæc vetusta sæclis glomerata horridis, Luctifica clades nostro infixa est corpori. *h. e.* collecta, et veluti coacervata.

GLOMĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to wind round, wind up, form into clues or balls, gather into a round heap, conglobate, glomerate*, μηρύω, νέω, in glomus, seu globum conformo, conglobo, convolvo. Dicitur proprie de filo, et lana: translate de aliis. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 19. Sive rudem primos lanam glomerabat in orbes: Seu digitis subigebat opus. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. Cibatui offas positas: eæ maxime glomerantur ex ficis, et farre mixto. *Cels.* l. 7. c. 22. Ubi venæ inter se implicatæ glomerantur. *Virg.* 4. *Æn.* v. 155. agmina cervi Pulverulenta fuga glomerant. *flock together, form troops or round bodies.* et l. 9. v. 539. dum se glomerant, retroque residunt. *unite themselves.* et l. 1. *Georg.* v. 323. Et fædam glomerant tempestatem imbribus atris Collectæ ex alto nubes. *thicken.* *Id. Æn.* 8. v. 254. *de Caco.* glomeratque sub antro Fumiferam noctem. *expires volumes of smoke.* et lib. 3. v. 576. liquefactaque saxa sub auras Cum gemitu glomerat. *et ibid.* v. 117. *de equo.* Insultare solo, et gressus glomerare superbos. *to amble, curvet, prance:* celeri passu, et convoluto gradu incedere. ¶ Pro congregare, cogere. *Virg.* 2. *Æn.* v. 315. glomerare manum bello. *to collect, assemble.* *Tacit.* 3. *Hist.* c. 31. Legiones in testudinem glomerabantur. *were formed or conglobated.* *Virg.* 4. *Georg.* v. 79. apes glomerantur in orbem. *Id.* 6. *Æn.* v. 311. ad terram gurgite ab alto Quam multæ glomerantur aves. *fly in flocks towards the earth.* Sic *Æn.* 9. v. 689. collecti Troes glomerantur eodem. *Plin.* l. 11. c. 18. *de apib.* Plebs tristi murmure glomeratur circa corpus regis. *Prudent. Cathem.* 3. v. 134. Glomerare simul fas et nefas.

GLOMERŌSUS, a, um, *globous*, globosus. *Colum.* l. 9. c. 3. Aristoteles apum genera complura demonstrat, earumque alias vastas, sed glomerosas: alias minores quidem, sed æque rotundas. Adde *Liv.* l. 21. c. 31. ubi tamen alii aliter leg.

GLOMUS, eris, n. *et* mi, m. *a clue*, ἀγαθὶς, fili aut lanæ massa in globi morem convoluta. *Horat.* l. 1. ep. 13. v. 14. ut rusticus agnum, Ut vinosa glomus furtivæ Pyrrhia lanæ. Ita *Bentleius:* alii *glomos*, alii *globos* legunt. *Lucret.* l. 1. v. 360. Nam si tantundem est in lanæ glomere, quantum Corporum in plumbo est. *Plin.* l. 36. c. 13. *sub fin.* Labyrinthus inextricabilis, quo si quis improperet sine glomere lini, exitum invenire nequeat. *Scribon. Larg. compos.* 142. Penicillum intinctum proderit habere, vel eodem modo glomus staminis albi. Al. leg. *glomum.* ¶ Glomus in sacris crustulum cybii figura, et oleo coctum appellatur. *Paul.* ex *Festo.* ¶ In illo *Auctoris carm. de Philom.* v. 23. Grus gruit: inque glomis cycni prope flumina drensant. *glomi* videntur esse canneta, vepreta, et palustribus herbis glomeratis densa loca in ripis fluminum. [¶ Ex supra allatis *Horatii*, et *Lucretii* locis videre est priorem syllabam in hac voce ab *Horat.* correptam, a *Lucret.* productam fuisse. Hoc tantum animadvertas velim.]

GLORĬA, æ, f. *glory, renown, fame*, κλέος, δόξα, claritas nominis, splendor, amplitudo. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 55. Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 2. Gloria est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellente virtute. *Id. pro Marcell.* c. 8. *extr.* Gloria est illustris ac pervagata multorum et magnorum vel in suos, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. *Id. Offic.* 2. c. 9. Summa et perfecta gloria constat ex tribus his: si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore dignos putat. *Id. pro Mil.* c. 35. Ex omnibus præmiis virtutis amplissimum esse gloriam. *Id.* 5. *Phil.* c. *pænult.* Vera, gravis, solida gloria. *Id. pro Arch.* c. 11. Optimus quisque maxime gloria ducitur. *Id.* 14. *Attic.* ep. 11. et 4. *Catil.* c. 10. Esse in sempiterna gloria. *Id. pro Planc.* c. 25. Excellere gloria. *Id.* 2. *de Orat.* c. 18. Nomen Annibalis magna erat apud omnes gloria. *Id. Fam.* 5. ep. 12. *a med.* Commendare aliquem sempiternæ gloriæ. *Id.* 2. *de Orat.* c. 40. Gloriam expetere. *Id. de clar. Orat.* c. 68. magnam dicendi habere. *Id. Phil.* 2. c. 44. consequi. *Id.* 3. *Fam.* ep. 7. *a med.* acquirere. *Id. de Amic.* c. 7. *extr.* maximam capere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 1. veterem belli recuperare. *Vellei.* l. 2. c. 129. mereri. et cap. 44. augere. *Quintil.* l. 3. c. 7. benefactis parere. *Cic. pro Dom.* c. 35. *extr.* duplicare. *Id. de clar. Orat.* c. 8. alere. *Id. Fam.* 10. ep. 26. *ad fin.* sequi. *to go in pursuit of.* *Id. in Pison.* c. 24. repudiare. *Liv.* l. 22. c. 39. *ad fin.* spernere. *Cic. pro Arch.* c. 11. contemnere. *Id. in Pison.* c. 26. immortalem alicui dare. *Curt.* l. 4. c. 14. *sub fin.* quam accepisti a majoribus, posteris relinquere. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 46. alienam in se trahere. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 2. in summam venire. *h. e.* pervenire. *Plin.* l. 7. c. 25. Aliquid in gloria ponere. *to account glorious.* et lib. 31. c. 6. Plerique in gloria ducunt, plurimis horis calorem perpeti. ¶ Aliquando idem est quod gloriatio, *vain-glory, vanity.* *Cic. pro Rabir. Post.* c. 14. Quod genus tandem est istud ostentationis et gloriæ? *Nep. in Agesil.* c. 5. Tantum abfuit ab insolentia gloriæ, ut, &c. *Hirt. de B. Afric.* c. 31. *extr.* Gloriam exsultationemque alicujus pati. *Horat.* l. 2. ep. 18. v. 22. Gloria quem supra vires et vestit, et ungit. *vain-glory, pomp, parade.* ¶ In plur. numero *Cic. pro Planc.* c. 24. *extr.* Honorum gradus sunt pares, gloriæ dispares. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 45. Memorare veteres Gallorum glorias. *Gell.* l. 2. c. 27. *extr.* Quæstus atque compendium gloriarum. *the purchasing and gaining of renown.* ¶ Et pro jactationibus, *boasting, vaunting, bragging.* *Plaut. Mil.* 1. 1. 22. Perjuriorem hoc hominem si quis viderit, aut gloriarum pleniorem, quam illic est, &c. *Gell.* l. 1. c. 2. flare inanes glorias. *Lactant.* l. 7. c. *pænult. post med.* Tu immortalibus gloriis frueris.

GLORIABUNDUS, a, um, καυχηματίας, qui abunde gloriatur, *priding himself.* *Gell.* l. 5. c. 5. Contemplatione tanti et tam ornati exercitus gloriabundus Annibalem aspicit.

GLORIANDUS, a, um, *to be boasted of*, gloria et prædicatione dignus. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 17. Nec in misera vita quidquam est prædicabile, aut gloriandum. *et mox.* Quod si beata vita glorianda et prædicanda et præ se ferenda est.

GLORIATĬO, onis, f. *a boasting, bragging*, actus gloriandi, καύχησις. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 8. Ex quo efficitur, gloriatione, ut ita dicam, dignam esse beatam vitam. et lib. 4. c. 18. Illud vero minime consectarium, illorum gloriatione dignam esse beatam vitam.

GLORIĀTOR, oris, m. qui gloriatur, *a boaster.* *Apul. in Florid.* n. 17. (*al.* l. 3.) Magis sum amicitiæ cupitor, quam gloriator.

GLORIFICATĬO, onis, f. *glorification, glory*, gloria. Est *Augustini* aliquot in locis.

GLORIFĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to glorify, give glory to, laud*, gloriosum reddo, δοξάζω. *Coripp.* l. 4. v. 289. Glorificavit opus. *Tertull. de Idolol.* c. 22. Deus potius glorificetur. Adde *Prudent. in Hamartig. in fine.*

GLORIFĬCUS, a, um, *glorious, full of glory*, gloria plenus. *Imp. Justin.* lib. 2. *Cod.* tit. 8. leg. 6. Relicta observatione glorificæ tuæ sedis.

GLORIŎLA, æ, f. *small or little glory*, δοξάριον, diminut. a gloria. *Cic.* l. 5. *Fam.* ep. 12. *sub fin.* Et nosmetipsi vivi gloriola nostra perfruamur. et l. 7. ep. 5. *sub fin.* Etiam hisce eum ornes gloriolæ insignibus. *h. e.* tribunatus, aut præfecturæ, aut ejusmodi.

GLORĬOR, aris, atus sum, dep. 1. *to glory, boast, brag, vaunt, pride himself*, καυχάομαι, gloria et prædicatione efferre se, de se prædicare. *Cic. in Pison.* c. 1. Is mihi etiam gloriabitur, se omnes magistratus sine repulsa assecutum? *Id.* 1. *Offic.* c. 22. *ad fin.* Licet enim mihi apud te gloriari. *Id. in Orat.* c. 50. *a med.* Nominibus veterum gloriantur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 14. Sua victoria insolenter gloriari. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 36. Propter virtutem jure laudamur, et in virtute recte gloriamur. *Id. in Vatin.* c. 12. Pecunias aliorum despicis, de tuis divitiis intolerantissime gloriaris. *Id. de Senect.* c. 10. Equi-

dem posse vellem idem gloriari, quod Cyrus. et cap. 23. Ut de me ipso aliquid more senum glorier. *Quintil.* l. 11. c. 2. *circa med.* Circa rem aliquam gloriari. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 45. Dicitur glorians apud suos Pompeius dixisse. *Cic. pro Cæl.* c. 19. Defendendi hæc causa, non gloriandi loquor. *Id. de clar. Orat.* c. 18. Ait ipse de se: nec mentitur in gloriando. *Sueton. in Aug.* c. 28. Ut jure sit gloriatus, se marmoream relinquere, quam lateritiam accepisset. *Id. in Domit.* c. 10. Haud negatura, immo etiam gloriatura. ¶ *Gloriandus,* passive, V. suo loco.

GLORIŌSE, *with glory, gloriously,* cum gloria, ἐνδόξως, εὐκλεῶς. *Cic.* 14. *Attic.* ep. 4. Quod per ipsos confici potuit, gloriosissime, et magnificentissime confecerunt. *Id. Fam.* 2. ep. 12. Gloriose triumphare. *Nævius* apud *Gell.* l. 6. c. 8. Res magnas manu sæpe gessit gloriose. *Vellei.* l. 2. c. 2. Vitam gloriosissime degere. *Sallust. in fragm.* apud *eund.* l. 2. c. 27. Quo ille dehonestamento corporis maxime lætabatur, quia reliqua gloriosius retinebat. ¶ Item gloriando, *in a boasting manner:* tum in bonam, tum in malam partem. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 8. Exorsus es non gloriose magis a veritate, quam, &c. *Id. pro Dom.* c. 35. Hoc reprehendis, quod solere me dicas de me ipso gloriosius prædicare. *Sallust. in epist. Mithrid. ad Arsac.* Amicitiam alicujus gloriose ostentare. *Plaut. Pers.* 2. 5. 6. Subnixis alis me inferam, atque amicibor gloriose. *pompously, magnificently.*

GLORIŌSUS, a, um, *glorious, renowned, illustrious, far-famed,* ἔνδοξος, εὐκλεής, illustris, præclarus, gloriæ plenus, in quo gloriari licet. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 11. Clarorum hominum facta illustria et gloriosa. *Id.* 2. *de Divin.* c. 2. Magnificum illud etiam, Romanisque hominibus gloriosum, ut Græcis de philosophia litteris non egeant. *Nepos in Milt.* c. 6. Nostri populi honores quondam fuerunt rari et tenues, ob eamque causam gloriosi: nunc autem effusi atque obsoleti. *Id. in Agesil.* c. 4. Multo gloriosius duxit, si institutis patriæ paruisset, quam si, &c. *Phædr.* l. 4. fab. 23. v. 10. Gloriosus convictus deorum. *Justin.* l. 12. c. 11. Gloriosa militia. *Id. in fi.* l. 41. senectus. *Id.* l. 42. c. 2. expeditio. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 24. *extr.* mors. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 17. Gloriosissimus dies. *Sueton. in Calig.* c. 8. Gloriosus princeps. *Id. in Tiber.* c. 52. Gloriosissimæ victoriæ. *most glorious, most splendid. Id. in Claud.* c. 1. Gloriosus animus. *h. e.* gloriæ cupidus, magnus, elatus. ¶ Item jactantiæ plenus, ἀλάζων, *boasting, vain-glorious, ostentatious. Nep. in Timol.* c. 4. Nihil unquam neque insolens, neque gloriosum ex ore ejus exiit. *vaunting, boasting. Plin.* l. 3. ep. 9. *ante med.* Epistolas jactantes et gloriosas Romam miserat. *Cic. de Amic.* c. 26. Milites gloriosi. *braggadocios, braggarts. Plin.* l. 10. c. 20. Pavo, gloriosum animal. *boastful, vain, proud. Plaut. Pseud.* 2. 3. 8. Gloriosum se facere. *to brag of himself.* ¶ *Miles gloriosus* titulus est Comœdiæ Plautinæ.

GLOS, gloris, f. *the husband's sister,* γάλως, ἀνδραδελφή, soror mariti mei: a voce Græca allata. *Festus, Charis.* l. 1. pag. 27. *Putsch.* et *Modestin. Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 4. *a med.* Hinc *Auson. in monosyll.* v. 13. Æacidæ ad tumulum mactata est Andromachæ glos. *h. e.* Polyxena soror Hectoris, qui Andromachæ maritus fuit. Addit *Non. c. ult.* n. 4. significare etiam uxorem fratris mei. Sed nullo id exemplo confirmat. ¶ In genitivo facit *gloris,* ut dictum est. *Charis. loc. cit.* et *Priscian.* l. 6. pag. 710.

GLOSSA, æ, f. *a tongue or dialect,* γλῶσσα, Att. γλῶττα, lingua. Græca vox est, et Græcis litteris scribenda. ¶ Metonymice accipitur pro sermone. Sed proprie glossæ vocantur vocabula obscuriora, et minus usitata, quæ interpretatione indigent, cujusmodi sunt ea, quæ certæ sunt dialecti propria, eoque aliena a lingua communi, unde et ξενικὰ dicuntur, quasi peregrina. *abstruse words. Quintil.* l. 1. c. 1. (*al.* 2.) *ad fin.* Protinus enim potest interpretationem linguæ secretioris, quas Græci γλώσσας vocant, dum aliud agitur, ediscere. *Auson.* epigr. 127. Latine habet. ¶ Accipitur etiam pro interpretatione, seu explicatione eorum, quæ ab aliis obscure scripta fuere, quia vice linguæ, h. e. vice doctoris fungitur. *a gloss.* Hinc *Glossæ Philoxeni, Isidori,* &c.

GLOSSARĬUM, ii, n. *a glossary, vocabulary, dictionary,* λεξικὸν, liber, in quo glossæ, h. e. vocabula obscuriora explanantur. V. vocem præced. *Gell.* l. 18. c. 7. Vos, philosophi, mera estis, ut M. Cato ait, mortuaria glossaria: namque colligitis lexidia, &c.

GLOSSĒMA, atis, n. *an abstruse or obsolete word,* γλώσσημα, est vox occultior, abstrusior, et minus usitata, quæ interpretatione eget, quales sunt voces aliquot in tragœdiis, heroicis versibus, et simili genere gravioris poematis. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. *ante med.* exponens *Ennii* versum, *Cælitum Camilla expectata advenis,* Camillam, qui glossemata interpretati, dixerunt administram. *Quintil.* l. 1. c. 8. (*al.* 14.) Circa glossemata etiam, idest voces minus usitatas, non ultima ejus professionis diligentia est. *Asin. Gall.* apud *Sueton. de Grammat.* c. 22. Qui caput ad lævam deicit, glossemata nobis Præcipit: os nullum, vel potius pugilis! *Festus* in *Ocrem.* Ut Atheius philologus in libro Glossematorum refert.

[* GLOSSEMATĬCUS, a, um, adject. a *glossema. Diomed.* l. 2. pag. 434. *Putsch.* Glossematicum genus locutionum.]

GLOSSOPĔTRA, æ, f. gemmæ species linguæ humanæ similis, quam Magi credunt non nasci in terra, sed deficiente Luna cælo decidere, ea Lunares motus excitari, ventos comprimi, illam memoriæ prodesse, &c. a γλῶσσα, lingua, et πέτρα, lapis. *Plin.* l. 37. c. 10. *Solin.* c. 37. (*al.* 50.) *a med.*

GLOSSŬLA, æ, f. *a short gloss,* brevis interpretatio. Legitur apud *Diomed.* l. 2. pag. 421. *Putsch.*

GLOTTIS, idis, f. *a kind of quail,* apud *Plin.* l. 10. c. 23. *ad fin.* est avis e genere coturnicum, a lingua prælonga, quam exserit. Γλωττὶς Græce parvam linguam significat.

GLUBO, is, a. 3. *to bark, peel, pull off the bark or rind of a tree,* ἀποδέρω, proprie est corticem detrahere, arbores cortice denudare: vel a γλύφω, scalpo. *Cato de R. R.* c. 33. Salictum suo tempore cædito, glubito, arcteque alligato, librum conservato. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 55. Melior est olea, quæ digitis nudis legitur, quam quæ cum digitalibus: durities enim eorum non solum stringit baccam, sed etiam ramos glubit, et relinquit ad gelicidium detectos. ¶ Absolute *Cato R. R.* c. 31. Quæ materies semen non habebit, cum glubet, tempestiva erit. *h. e.* cum glubet se, et corticem deponere videbitur. Eadem habet cap. 17. nisi quod pro *glubet* libri habent *glubebit:* tanquam a *glubeo* sit. ¶ Significat etiam pellem detrahere, teste *Festo* in *Gluma. to flay, take off the skin of an animal.* Hinc obsceno sensu usus *Catull.* carm. 58. *ad Cæl.* ¶ Præteritum ex analogia est *glupsi,* supinum *gluptum:* unde *degluptus.*

GLUCIDĀTUS. V. *Clucidatus.*

GLUMA, æ, f. *the husk of corn, chaff,* ἔλυτρον, folliculus, seu tunicula hordei, et aliorum frumentorum: a *glubo. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 48. Granum dictum, quod est intimum solidum: gluma, qui est folliculus ejus: arista, quæ, ut acus tenuis longa eminet e gluma. *et mox.* Videtur etymon habere a glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum. *Festus:* Gluma hordei tunicula: dictum, quod glubatur id granum. ¶ Eodem vocabulo appellatur folliculus fici quem edimus, teste *Varr. ibid.*

GLUS, glutinis, f. *glue,* idem quod gluten. *Auson. in monosyll. per interrog.* v. 10. Tergora dic clypeis accommoda quid faciat? glus. *Charis.* l. 1. p. 27. *Putsch.* Feminini generis hæc ars, glos, glus, glutinis. Al. leg. *glus, glutis.* Hinc *Paulin. de vita S. Martini,* l. 4. v. 104. siccati glute palati. *h. e.* viscosa saliva.

GLUT glut, vox exprimens sonum liquoris ex angusti oris vase exeuntis. *Vetus Poeta in catalect. Pithœi* l. 4. pag. m. 151. glut glut murmurat unda sonans.

GLUTEN, inis, et Glutĭnum, i, n. *glue,* κόλλα, materia viscosa ac tenax, qua res conjunguntur. *Virg.* 4. *Georg.* v. 40. collectumque hæc ipsa ad munera gluten. et vers. 160. lento de cortice gluten. *Plin.* l. 16. c. 40. *a med.* Valvas in glutinis compage quadriennio fuisse. *Augustin.* l. 15. *de Civ. Dei, c. ult.* Gluten bituminis. *Varr.* apud *Charis.* l. 1. p. 67. et 106. *Putsch.* Glutinum ferunt Dædalum invenisse. *Sallust. in fragm. ibid.* Quasi glutino adolescebant. *Plin.* l. 11. c. 39. *a med.* Boum coriis glutinum excoquitur. *Vitruv.* l. 7. c. 10. Glutinum admiscere. ¶ Translate *Prudent. Cathemer.* 9. v. 102. Ossa, nervos, ac medullas glutino cutis tegi. ¶ *Serv. ad Georg.* 3. v. 281. *glutine* in recto casu dixisse videtur. *Martian. Capell.* l. 3. pag. 75. *gluten* masculini generis facit.

GLUTĬNAMENTUM, i, n. *glutinous matter, paste,* κόλλησις, compactio, conjunctio: item locus ipse glutinatus. *Plin.* lib. 13. cap. 12. *de chartis.* Deprehenditur et lentigo oculis, sed mediis inserta glutinamentis tænia.

GLUTINATĬO, onis, f. *a gluing,* κόλλησις, actus glutinandi. Translate *Cels.* l. 7. c. 27. *a med.* Neque desperari debet solida glutinatio vulneris. *the agglutination, or closing up, of a wound.*

GLUTĬNATĪVUS, a, um, *agglutinative,* glutinandi vim habens. *Apul. de herb.* c. 72. Folia sunt virtutis glutinativæ recentium vulnerum. Adde cap. 77.

GLUTINĀTOR, oris, m. *a gluer,* κολλητής, qui glutine conjungit. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 4. Mittas de tuis librariolis duos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus, ad cetera administris. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 594. n. 6. Mannio Stichio Tiberii Cæsaris glutinatori. Erant *glutinatores,* qui glutinandis chartis dabant operam in consectione librorum: tum ipsorum terga exornantes: tum chartas chartis attexentes in longitudinem, ut volvi possent, et volumen efficere: tum denique plures tabellas, aut paginas conglutinantes, unde codex exsisteret. *pasters or gluers of books, bookbinders.* Adde *Lucil.* apud *Non.* c. 8. n. 68.

GLUTINATORĬUS, a, um, glutinativus. *Theodor. Priscian. de Diæta,* c. 10. Glutinatoriæ virtutis esse.

GLUTĬNĀTUS, a, um, *glued, soldered,* glutino conjunctus. *Cels.* l. 7. c. 28. Inter se glutinatis naturalium oris. *h. e.* conjunctis, constrictis.

GLUTINĔUS, a, um, glutinosus. *Rutil. in Itiner.* l. 1. v. 610. *de Harpyiis.* Quæ pede glutineo, quod tetigere, trahunt.

GLUTINĬUM, ii, n. glutinum. *Apul. ad Asclep.* p. 100. *Elmenhorst.* Εἱμαρμένη, et necessitas ambæ sibi invicem individuo connexæ sunt glutinio. Al. leg. *glutino.*

GLUTĬNO, as, a. 1. *to glue, solder, paste,* κολλάω, συνάπτω, conjungo, ferrumino. *Plin.* l. 22. c. 25. Farina, qua chartæ glutinantur. *Id.* l. 29. c. 3. Ovi candidum admixtum calci vivæ glutinat vitri fragmenta. ¶ Dicitur sæpe de vulneribus, quæ clauduntur. *to agglutinate, close up, join. Cels.* l. 7. c. 27. *ad fin.* Si oræ vulneris se glutinarunt. *Plin.* l. 25. c. 5. Glutinare præcisos nervos. et lib. 23. c. 6. *a med.* Scoria additur emplastris, cicatricibus glutinandis. [¶ Particip. *glutinans* apud *Cels.* l. 7. c. 4. *init.* Ei fibulæ glutinantia medicamenta superdanda sunt.]

GLUTINŌSUS, a, um, *glutinous, gluy, viscous, tenacious, clammy,* κολλώδης, tenax. *Colum. in præfat.* l. 1. *a med.* In Asia, Mysiaque densa, etiam glutinosa terra maxime exuberat. *Id.* l. 3. c. 11. *a med.* Terra glutinosissima. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 20. Pus glutinosius et sanguine et sanie. [*Id.* lib. 2. c. 22. Glutinosa caro. *Id.* l. 6. c. 7. sect. 5. Resina quam glutinosissima.]

GLUTĬNUM. V. *Gluten.*

GLUTĬO, is, ivi *et* ii, itum, a. 4. *to swallow,* γλύζω, devoro: a verbo Græco allato, vel a *glutus. Juvenal.* sat. 4. v. 28. Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus Induperatorem? *Plin.* l. 10. c. 12. *de corvis.* Pessima eorum significatio, cum glutiunt vocem, velut strangulati. *make a rattling noise.* ¶ Scribitur et *gluttio.*

GLUTO, onis, m. *a glutton, gormandizer,* gulosus: a glutus. *Isidor.* l. 10. *Orig.* et *Festus* in *Ingluvies. Vetus Glossa:* Gluto, λαίμαργος. *Vetus Poeta in Catalect. Pithœi* pag. m. 152. Credit glutonem se rusticus inde vocari. ¶ Scribitur et *glutto.*

GLUTTUS. V. *Glutus, a, um.*

GLUTUS, i, m. *the throat, meat-pipe, gullet,* pars colli, qua cibus glutitur: a sono ficta vox. *Vetus Glossa:* Glutus, βρόγχος. *Pers.* sat. 5. v. 112. gluto sorbere salivam. ¶ Scribitur et *gluttus.*

GLUTUS, a, um, *compact, or well beaten together,* unitus, bene subactus, cohærens, instar eorum, quæ glutino conjuncta sunt. *Cato* c. 45. Locus bipalio subactus, beneque glutus siet. Eadem verba habet *Plin.* l. 17. c. 18. ¶ Pro *glutus,* quod et *gluttus* scribunt, dicitur etiam *glitus,* seu *glittus.* Hinc *Festus:* Glitis, subactis, lævibus, teneris.

GLUVĬA, æ, m. V. *Gumia.*

GLYCONĬUM, *seu* Glyconicum metrum, *the Glyconic metre,* certum genus est carminis, tribus constans pedibus, quorum primus spondeus est, choreus, vel iambus: alter et tertius dactylus, ut illud *Horat.* l. 2. od. 18. v. 1. *Non ebur, neque aureum,* quod affert exempli gratia *Diomed.* l. 3. pag. 510. *Putsch.* vel illud l. 1. od. 15. v. 8. *Et regnum Priami vetus.* Dictum est fortasse a nomine inventoris. *Sidon. in carm.* lib. 9. ep. 13. Dum metro quatitur chorda glyconio.

GLYCYMERĬDES, um, f. concharum genus, a sapore dulci et minus salso dictum: γλυκὺς enim, dulcis. *Plin.* lib. 32. *cap. ult. Macrob.* 2. *Saturn.* cap. 9. *a med.* Al. leg. *glycomerides.* V. *Chamæ.*

GLYCYRRHĪZA, æ, f. *a sweet root, liquorice,* γλυκύρριζα, herbæ genus radice dulci: a γλυκὺς, dulcis, et ῥίζα, radix. Multa de ea *Plin.* l. 22. c. 9. ubi et describit, ejusque usus in medicina enumerat. ¶ Dicitur et *Glycyrrhizon* ab eodem lib. 11. c. 54. a *Celso* vero l. 5. c. 23. Latina appellatione *radix dulcis.*

GLYCYSĪDE, es, f. *the herb piony,* γλυκυσίδη, nomen pæoniæ herbæ acinos dulces habentis: a γλυκὺς, dulcis, et σίδη, malum Punicum. *Plin.* l. 25. c. 4. et lib. 27. cap. 10.

G N

GNÆUS. V. *Cnæus.*

GNAPHALĬON, ii, n. *the herb cudwort or chaffweed,* γναφάλιον, herba, quam alii chamæzelon vocant, cujus foliis albis mollibusque pro tomento utuntur, inquit *Plin.* l. 27. c. 10.

GNARIGĀVIT, significat apud Livium (*Andronicum* intellige, aut *Lævium*) narravit. *Festus,* ubi *Voss.* mallet *gnaruravit.*

GNARĬTAS, atis, f. *skilfulness, experience, knowledge,* cognitio, notitia: a *gnarus. Sallust. in frag.* apud *Non.* c. 2. n. 367. Namque alii fiducia gnaritatis locorum in occultam fugam sparsi: alii globis eruptionem tentavere. *Ammian.* l. 16. c. 2. (*al.* 3.) Juvante locorum gnaritate.

GNARUISSE, narrasse. *Festus.*

GNARŪRIS, re, *knowing, skilful, expert,* idem quod *gnarus:* sed antiquum est. Cum accusativo, Græco more. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 17. Simul gnarures vos volo esse hanc rem mecum. ¶ Cum ablativo et *in* præpositione. *Arnob.* l. 3. pag. 113. In aliis alios perceptionibus gnarures. Al. leg. *gnariores.* ¶ Pænultimam corripit *Auson.* epist. 22. v. 19. Non cultor instans, non arator gnaruris. *Plaut.* quoque in *ignaruris Pœn. prol.* v. 46. Ad argumentum nunc vicissatim volo Remigrare, æque ut mecum sitis ignarures.

GNARUS, a, um, *skilful, practised, expert, learned,*

knowing, ἐπιστήμων, sciens, peritus. Volunt esse ab antiquo *gnaruris*, ut *Voss.* censet: vel a *narus*, ut *Cic. in Orat.* c. 47. significare videtur. *Id. ibid.* c. 4. Periclem uberem et facundum fuisse, gnarumque (quod est eloquentiæ maximum) quibus orationis modis quæque animorum partes pellerentur. *well aware. Id. de clar. Orat.* c. 64. Sisenna gnarus reipublicæ. *Sallust. in fragm.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 700. *Putsch.* loci. *acquainted with. Colum.* l. 1. *in præfat.* armorum et militiæ. *Justin.* l. 11. c. 7. artis. *skilled in. Plin.* l. 9. c. 8. *a med.* temporis. et cap. 35. Concha comprimit se se, operitque opes suas, gnara, propter illas se peti. *Colum.* l. 4. c. 25. Gnarus vinitor. ¶ Passive cognitus. *known. Tacit. Ann.* 1. c. 63. Trudebanturque in paludem guaram vincentibus, iniquam nesciis. et lib. 15. c. 61. Id nulli magis gnarum, quam Neroni.

GNATHO, onis, m. *a parasite*, nomen parasiti apud *Terent. in Eun.* a γνάθος, maxilla. Hinc de quovis parasito per antonomasiam dicitur. *Cic.* 2. *Phil.* c. 6. Dat natalitia in hortis: cui? putatote, eum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum Ballioni. Adde *de Amic.* c. 25. et *Sidon.* l. 3. ep. 13.

GNATHONĬCUS, a, um, adject. ad Gnathonem pertinens. *Terent. Eun.* 2. 2. 32. Tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis vocabula, parasiti item ut Gnathonici vocentur.

GNATŬLA, æ, f. parva filia. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 218. Infando homine gnatula erat. *Mercer.* et *Voss.* hæc corrupta censent, et aliter legenda.

GNATUS, a, um, *born*, γεννηθεὶς, natus, addito *g* per prothesim. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 187. Iterum mihi gnatus videor, quia te repperi. *Id. Trucul.* a. 5. v. 70. Fiat, ut rem gnatam video. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* 7. c. 11. Qui summo genere gnatus erat. ¶ Gnatus, i, *a son*, υἱὸς, natus: Gnata, æ, *a daughter*, θυγάτηρ, nata: voces sunt frequentissimæ in usu familiari, quas sæpissime habent *Plautus, Terentiusque*: item ter, aut quater *Horatius* in sat. 2. 3. et 5. lib. 2. et *Ovid.* l. 7. et 13. *Metam.* Quidam tribuunt etiam *Ciceroni pro Planc.* c. 24. Quamquam ad præcepta ætas non est gnati, &c. sed ea lectio certa non est: et præterea illa verba Veteris cujuspiam Poetæ esse videntur.

GNAVE, *actively*, naviter. Quidam legunt apud *Sallust. in Jug.* c. 79. *sub fin.* Imperata gnave fecerant. et apud *Vellei.* l. 2. c. 125. Ut pleraque gnave Germanicus.

GNAVĬTAS, atis, f. *activity*, diligentia, studium. *Arnob.* l. 1. pag. 3. Gnavitas studiosa.

GNAVĬTER, *actively, diligently*, naviter. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 24. quæ spem, Consiliumque morantur agendi, gnaviter id, quod, &c.

GNAVO, as, pro navo, as, legitur in quibusd. libr. apud *Cic.* 2. *de Orat.* c. 7. et *Valer. Flacc.* l. 3. v. 145.

GNAVUS, a, um, *active, industrious*, navus, strenuus, promptus. V. *Navus. Horat.* l. 1. ep. 18. v. 89. Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi, Sedatum celeres, agilem gnavumque remissi. et ep. 6. v. 20. Gnavus mane forum, et vespertinus pete tectum. *Cic. pro leg. Manil.* c. 7. Homines gnavi, et industrii.

GNEPHŌSUS, *et* Cnephosus, obscurus: a κνέφας, tenebræ. *Fest.*

GNETUM, i, n. herba, cujus semen coagulandi lactis vim habet, apud *Colum.* l. 7. c. 8. si modo eo loco verba mendo carent. Fortasse enim pro *seminibus gneti* legendum est *gneci*, aut *cneci*: quia κνῆκω eandem coagulandi virtutem *Dioscorides* tribuit cap. 182. al. 190. l. 4.

GNEUS. V. *Cneus.*

GNIDĬUS, a, um, Κνίδιος, ad Gnidum pertinens: quæ urbs est Doridis in Caria, in promontorio, quod nunc *Cape Crio* dicitur. *Horat.* l. 2. od. 5. v. 19. Ut pura nocturno renidet Luna mari, Gnidiusque Gyges. *Plin.* l. 13. c. 21. Gnidium granum. V. *Coccum. Auson.* ep. 4. v. 75. Cadmi nigellas filias, Melonis albam filiam. Notasque furvæ sepiæ, Gnidiosque nodos prodidit. *h. e.* scriptorios calamos, qui optimi ex Gnidiis arundinibus fiebant, ut *Plin.* l. 16. c. 36. docet. *Id.* epist. 7. v. 50. Nec jam fissipedis per calami vias Grassetur Gnidiæ sulcus arundinis, Pingens aridulæ subdita paginæ. *Plin.* l. 36. c. 5. Gnidia Venus. *h. e.* quam Gnidiis Praxiteles fecit e marmore: quo opere et ipse, et Gnidos nobilitata est. Ipsa quoque Venus ob id in ea urbe maxime culta fuit: unde *Horat.* l. 1. od. 30. O Venus regina Gnidi, Paphique. ¶ *Gnidii, orum*, sunt ejus oppidi incolæ. *Plin.* l. 36. c. 5. ¶ Scribitur etiam *Cnidius*, et *Cnidus*, quia et Græce per K.

GNIDUS. V. vocem præced.

GNITUS, *et* Gnixus a genibus Prisci dixerunt. *Fest.*

GNOBĬLIS, le, *well known, noted, famous*, idem quod nobilis, apud Veteres. *Festus*: Nobilem antiqui pro noto ponebant, et quidem per *G* litteram. *Accius ibidem.* Ego me Argos referam. nam hic sum gnobilis. *Liv. ibid.* Ornamento incedunt gnobili.

GNOMON, onis, m. *the cock or pin of a dial, a dialpin, gnomon, style*, γνώμων, stilus, ex cujus umbra horæ diei cognoscuntur in sole: a γινώσκω, cognosco. *Plin.* l. 2. c. 72. Umbilici, quem gnomonem appellant, umbra in Ægypto, meridiano tempore, æquinoctii die, paulo plus, quam dimidiam gnomonis mensuram efficit. *Vitruv.* l. 1. c. 6. Supra ejus loci centrum medium collocetur æneus gnomon, indagator umbræ, qui Græce σκιαθήρας dicitur. Adde lib. 9. c. 8. et *Martian. Capell.* l. 6. pag. 194.

GNOMONĬCE, es, *et* Gnomonica, æ, f. *the art of dialling, science of making dials, gnomonics*, γνωμονική, pars Architecturæ, quæ in solis umbris indagandis, et horologiis solaribus conficiendis versatur. *Vitruv.* l. 1. c. 3. Partes Architecturæ sunt tres, Ædificatio, Gnomonice, Machinatio. *Gell.* l. 1. c. 9. Geometriam, et Gnomonicam, Musicam, ceterasque item disciplinas altiores, μαθήματα veteres Græci appellabant. *Plin.* l. 10. c. 76. Umbrarum hanc rationem, et quam vocant Gnomonicen, invenit Anaximenes Milesius.

GNOMONĬCUS, a, um, *of a dial*, γνωμονικὸς, ad gnomonem, et gnomonicen pertinens. *Vitruv.* l. 9. c. 3. *extr.* In hoc volumine de gnomonicis rationibus, quemadmodum eæ radiis solis in mundo sunt per umbram gnomonis inventæ, explicabo. *Id.* l. 1. c. 1. *ad fin.* Qui multas res organicas, et gnomonicas posteris reliquerunt. ¶ *Gnomonici, orum*, sunt gnomonicæ periti. *Solin.* c. 37. (*al.* 50.) Quod Gnomonici similibus parallelis accidere contendunt.

GNOSCO, is, a. 3. *to know*, nosco, cognosco: a γνόω. *Cæcil.* apud *Diomed.* l. 1. pag. 378. *Putsch.* et *Varro*, de quo V. sub finem verbi *Ignosco.* Hinc *gnotu*, cognitu.

GNOSIĂCUS, *et* Gnossiacus, a, um, *Cretan*, ad Gnoson pertinens, Cretensis. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 668. Gnosiacum regnum. et l. 8. v. 52. Gnosiacus rex. *h. e.* Minos rex Cretæ.

GNOSĬAS, *et* Gnossias, adis, f. Gnosia, Cretensis. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 293. Illum Gnosiadesque, Cydoneæque juvencæ Optarunt. *Id. ibid.* v. 556. Pone metum: Bacchi, Gnosias, uxor eris. *h. e.* Ariadna filia Minois regis Cretæ.

GNOSIS, *et* Gnossis, idis, patronym. femin. a Gnosso, h. e. Ariadna, quæ filia fuit Minois regis Cretæ. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 25. Et Phœbus Daphnen, et Gnosida Bacchus amavit. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 527. Gnosis in ignotis amens errabat arenis. et l. 3. v. 157. Talem te Bacchus, Satyris clamantibus Evœ, Sustulit in currus, Gnosi relicta, suos. *Stat.* 12. *Theb.* v. 657. absumpto pallentem Gnosida filo. Adde lib. 5. silv. 1. v. 232. ¶ Adjective *Ovid. Fast.* 3. v. 459. Protinus aspicies venienti nocte coronam Gnosida.

GNOSĬUS, *et* Gnossius, a, um, ad Gnoson, seu Gnosson pertinens, quæ urbs est Cretæ, apud Idam montem, in qua olim Minois regia fuit. *Plin.* l. 7. c. 37. Ctesiphon Gnosius. *Id.* l. 7. c. 48. Epimenides Gnossius. ¶ Latiore sensu pro Cretensi. *Cretan. Virg.* 3. *Æn.* v. 115. Placemus ventos, et Gnossia regna petamus. *Id.* 1. *Georg.* v. 222. Gnossia stella Coronæ. *h. e.* Ariadnæ Minois Cretensium regis filiæ: quæ a *Colum.* dicitur l. 10. v. 52. Bacchi Gnosius ardor. ¶ Legitur et *Cnosius*, quia etiam Græce Κνωσσὸς, et Γνωσσός.

GNOSTĬCI, *the Gnostics*, hæretici altero post Christum sæculo, qui in rebus divinis τελείαν γνῶσιν, perfectam intelligentiam sibi arrogabant, dicere soliti (ut Origenes Celso exprobrat) omnia novimus. *Augustin. de Hæresib.* n. 6.

GNOSUS, a, um, adject. Gnosius. *Lucan.* l. 3. v. 185. Gnosasque agitare pharetras. Al. leg. *Gnososque.* Nisi forte legendum est *Gnosias*, contracta tamen syllaba per synæresim.

GNOTUS, a, um, adject. notus. *Priscian.* l. 2. pag. 569. *Putsch.* Sic Gnotu, cognitu. *Festus.*

G O

GOBĬUS, ii, *et* Gobio, onis, m. *a gudgeon, fish of small value*, κωβιὸς, genus piscis. *Ovid. in Halieut.* v. 128. Lubricus et spina nocuus non gobius ulla. *Martial.* l. 13. epigr. 88. Principium cœnæ gobius esse solet. *Juvenal.* sat. 11. v. 37. cum sit tibi gobio tantum in loculis. *Plin.* l. 9. c. 57. Capita eorum esse ranæ similia, reliquas partes gobiorum. *et paulo post.* Apprehendi glacie gobiones. *Auson. in Mosell.* v. 131. Tu quoque flumineas inter memorande cohortes Gobio, non major geminis sine pollice palmis, Præpinguis, teres, ovipara congestior alvo, Propexique jubas imitatus, gobio, barbi. ¶ Legitur et *cobio* apud *Plin.* l. 32. *cap. ult.*

GOLGI, orum, urbs Cypri, Veneri sacra. *Catull.* carm. 36. *in Annales Volusi*, v. 14. et carm. 63. *de nupt. Pel.* v. 96. et *Plin.* l. 5. c. 31.

GOMORRHÆUS, a, um, ad Gomorrham pertinens, quæ urbs erat Judææ in ora lacus Asphaltitis, de cælo tacta una cum Sodomis, ac deleta. (*Gomorrhum* etiam dicitur. *Tertull. in Apolog.* c. 40. et *Solin.* c. 35. *al.* 48.) *Prudent. in Hamartig.* v. 844. Quique Gomorrhæas non respexere ruinas.

GOMPHUS, i, m. γόμφος, vox Græca clavum, aliudve hujusmodi ligneum vinculum significans. *Tertull. in Apolog.* c. 12. Cervices ponimus ante plumbum, et glutinum, et gomphos. ¶ Simile quiddam notat in illo *Statii* l. 4. silv. 3. v. 47. Tunc umbonibus hinc et hinc coactis, Et crebris iter alligare gomphis. Significat enim colligationem, qua viæ agger continetur, ne dilabatur, et diffluat. [¶ Fuit etiam urbs Thessaliæ Gomphi appellata, hinc civitas Gomphensis, et ejus incolæ Gomphenses dicti sunt. *Cæs. de B. civ.* l. 3. c. 80. et 81.]

GONGȲLIS, idis, f. *a rape, turnip*, γογγυλὶς, rapum: a γογγύλος, rotundus. *Colum.* l. 10. v. 421. Gongylis, illustri mittit quam Nursia campo. ¶ Scribitur et *Congylis.*

GONORRHŒA, æ, f. *a gonorrhœa, morbid running of venereal hurts*, γονόρροια, involuntaria, et vitiosa seminis profusio: a γονὴ, genitura, et ῥέω, fluo. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 7. sect. 8.

GORDIĀNUS, i, nomen viri proprium, et præsertim trium R. Imperatorum, quorum vitas scripsit *Julius Capitolinus.* ¶ Adjective Gordiana legio, apud *Gruter.* pag. 433. n. 1. ab aliquo ex Gordianis instituta.

GORDĬUS, Phrygiæ rex fuit, genere rusticus, et ignobilis. Cum Phryges de rege creando oracula consulerent, admoniti sunt, eum regem observare, quem reversi primum in templum Jovis euntem plaustro reperissent. Obvius illis Gordius fuit, qui ad arandum conductis bobus mane properabat; statimque eum regem consalutant. Ille plaustrum, quod sibi ducenti, regnum delatum fuerat, in templo Jovis positum majestati regiæ consecravit. In loris illius plaustri erat nodus adeo perplexus, ut indissolubilis putaretur. Oracula cecinerunt, si quis nexum Gordium solvisset, eum tota Asia regnaturum. Aliquot post sæculis Alexander Macedo, capta urbe, cum in templum Jovis venisset, jugum plaustri requisivit, quo exhibito, cum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset, violentius oraculo usus, gladio loramenta cædit, atque ita resolutis nexibus, latentia in nodis capita invenit. *Justin.* l. 11. c. 7. *Curt.* l. 3. c. 1.

[* GORGE, es, f. Γοργὴ, filia Œnei et Althææ, soror Meleagri et Deianiræ. *Ovid.* 8. *Met.* v. 542. et *Heroid.* ep. 9. v. 165. *Hygin.* fab. 174.]

GORGŎNA, æ, f. eadem ac Gorgon, onis. *Prudent. in Rom.* v. 278. Tremant venenum sibilantis Gorgonæ.

GORGŌNES, um, f. *the Gorgons*, Γόργονες, Phorci filiæ, *Medusa, Sthenyo*, et *Euryale.* (Alii quartam addunt *Scyllam*) quæ Gorgonas insulas in Oceano Atlantico sitas habitasse dicuntur, contra Hesperidum hortos. Dictæ sunt a γοργὸν, quod est animal noxium in Africa. Poetæ fabulantur, omnes unum oculum habuisse, quo invicem uterentur, et terribiles fuisse oris deformitate, et crinibus serpentinis, quas qui vidissent, verterentur in lapidem. Aliqui interpretantur, puellas fuisse unius pulchritudinis, quas cum aspicerent adolescentes, stupore torpebant: regnavisse autem in insulis, quæ serpentibus abundarent. Alii feminas fuisse in Africa bellicosas, adversus quas Perseus bellum gesserit, et earum reginam Medusam debellaverit, ac interfecerit. *Cic. in Verr.* 6. c. 56. Gorgonis os pulcherrimum crinitum anguibus. ¶ In singulari num. est *Gorgon, onis. Martial.* l. 9. epigr. 26. avertam vultus, tanquam mihi pocula Gorgon Porrigat. Adde *Valer. Flacc.* l. 3. v. 54. ubi al. leg. *Gorgo* in recto casu. *Sidon.* quoque carm. 15. v. 7. Gorgo tenet pectus medium. ¶ Adjective *Ovid.* 4. *Trist.* el. 7. v. 11. ora Medusæ Gorgonis anguineis cincta fuisse comis. ¶ Gorgonis caput a Perseo desectum in scuto Pallas gestare dicitur, eoque terrere homines, atque in lapidem vertere. *Virg. Æn.* 2. v. 616. et l. 8. v. 438. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 605. et *Ovid. in fin.* l. 4. *Metam.* quod significat, esse in eo Numine omnem prudentiam, quæ confundit alios, et imperitos ac saxeos comprobat, ut ait *Servius ad cit.* 8. *Æn.*

GORGONĔUS, a, um, adject. *Gorgonian*, ad Gorgones pertinens, Γοργεῖος, Γοργόνιος. *Ovid. de ar. am.* l. 3. v. 504. Lumina Gorgoneo sævius igne micant. *Id.* 4. *Metam.* v. 800. Gorgoneus crinis. *Virg. Æn.* 7. v. 341. Gorgoneis Alecto infecta venenis. *h. e.* pessimis, sævis, inquit *Servius. Propert.* l. 3. el. 2. v. 32. Gorgoneus lacus. *h. e.* lacus fontis Pegasei, quem Pegasus ictu pedis elicuisse dicitur: Pegasus, inquam, quo vectus Perseus Gorgonas vicit: unde *Gorgoneus equus* ab *Ovid.* 3. *Fast.* v. 450. vocatur, itemque a *Statio* 4. *Theb.* v. 61.

GORGONĬA, æ, f. *coral*, γοργονία, corallium, a gen. γόργονος, quod e sanguine Medusæ Gorgonis natum sit vel quia ex aquis exemptum protinus in duritiem lapidis convertitur, quemadmodum illi, qui Gorgonas aspexerant. *Plin.* l. 37. c. 10.

GORGONĬFER, a, um, Γοργονιφόρος, Gorgonem ferens. Est epitheton Persei in vet. Inscript. apud *Gud.* pag. 56 n. 8. Perseo Gorgonifero invicto M. Aurelius Priscillianus vir clarissimus D. D.

GORTȲNA, æ, *et* Gortyne, es, f. Γορτύνη, urbs Cretæ mediterranea. *Senec. in Troad.* v. 821. et *Plin.* l. 4. c. 1[illegible] *Lucan.* l. 3. v. 185. Gnososque agitare pharetras Docta nec Eois pejor Gortyna sagittis. *Servius ad Virg. Ecl.* [illegible] v. 61. tradit, apud hanc urbem aliquando Solis armenta fuisse. ¶ Item oppidum Arcadiæ in Græcia. *Plin. ibid.* c. 6. ¶ Reperitur etiam Gortyn, inis, Γορτὺν, ut videtur in illo *Valer. Flacc.* l. 1. v. 708. visu lassatur inani On[illegible]nis eques, plenisque redit Gortyna pharetris.

GORTYNĬA, æ, f. eadem quæ Gortyna. *Varr. R. R.* l. 1. c. 7. ubi alii *Cortynia.*

GORTYNIĂCUS, a, um, Gortynius. *Ovid. Metam.* 7. v. 778. Gortyniaco calamus levis exit ab arcu.

GORTȲNIS, idis, Γορτυνὶς, adject. femininum, Gortynia. *Lucan.* l. 6. v. 214. Gortynis arundo. *h. e.* Cretensis.

GORTYNĬUS, a, um, Γορτύνιος, ad Gortynam urbem pertinens: et ponitur interdum universim pro Cretensi. *Cretan. Virg. Ecl.* 6. v. 61. Gortynia stabula. V. *Gortyna. Id. Æn.* 11. v. 773. Gortynia spicula. *Varius* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 2. Gortynia canis. *Cic. Phil.* 5. c. 5. Gortynius judex. et *Virg. in Ciri*, v. 114. Gortynius heros. et *Stat.* 4. *Theb.* v. 530. Gortynius arbiter. *h. e.* Minos Cretensis. *Auson. in Mosell.* v. 300. Gortynius aliger. *h. e.* Dædalus. ¶ *Gortynii, orum,* sunt Gortynæ incolæ. *Liv.* l. 37. *extr.* ¶ Legitur et *Cortynius.*

GOSSIMPĪNOS, *seu* Gossympinos, *seu* Gossampinos, tradit *Plin.* l. 12. c. 10. et 11. vocari ab incolis arbores quasdam in Tylo insula sinus Persici, ferentes cotonei mali amplitudine cucurbitas, quæ maturitate ruptæ ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt.

GOSSIPĬON, *the cotton-tree; cotton,* genus est parvi fruticis, in superiore parte Ægypti Arabiam versus, qui similem barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur: nec ulla sunt eis linis candore, mollitiave præferenda. Vestes inde sacerdotibus Ægypti gratissimæ. Hæc ex *Plin.* l. 19. c. 1. unde illud præterea colligitur, vocem ipsam non esse Latinam.

GOTHI, orum, *the Goths,* Γόθοι, et Γότθοι, immanissimi fuerunt populi, quorum antiquæ fuere sedes in Dania, Suecia, et Germaniæ parte septentrionali: inde egressi in Pannoniam, Mœsiam, et Daciam, et tandem in ipsam Italiam, Galliam Narbonensem, et Hispaniam, acerrimis bellis afflixere populos, plurimasque urbes clarissimas devastarunt. Prima syllaba communis est. *Auson.* epigr. 3. *extr.* Huc possem victos inde referre Gothos. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 161. n. 2. *elegiaco versu scripta:* Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes.

GOTHĬA, æ, f. Gothorum regio, aut natio. *Ammian.* l. 30. c. 2. (*al.* 7.) Rem Romanam alius circumsteterat metus totius Gothiæ.

GOTHĬCUS, a, um, adject. *Gothic,* Aurelianus Imperator ob reportatam de Gothis victoriam, Gothicus cognominatus est. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 276. n. 4.

GOTHĪNI, orum, pop. Germaniæ, cujus eam partem incolunt quæ nunc *Silesia* dicitur. *Tacit. de Germ.* c. 43. ubi alii *Gothones, Guttones,* &c. Sunt autem iidem, qui *Gothi,* et *Gothyni,* varias scilicet appellationes pro variis, quas insederunt, regionibus sortiti.

GOTHȲNI, orum, pop. Sarmatiæ Europææ, ex Gothis et Hunnis commixti. *Claudian. de IV. Cons. Honor.* v. 622. Ausi Danubium quondam tranare Gothyni. *Id.* l. 2. *in Eutrop.* v. 153. Ostrogothis colitur, mistisque Gothynis Phryx ager. In quibusdam editionibus legitur *Gruthungi:* sed iidem sunt: item *Gothuni:* sed hæc lectio est eorum, qui Latinorum morem secati *y* in *u* vertunt.

G R

GRABATŬLUS, li, m. *a little couch,* parvus grabatus. *Apul.* l. 1. *Metam.* Grabatulus alioqui breviculus, et uno pede mutilus, ac putris.

GRABĀTUS, i, m. *a small couch, couch of little value; a bed to rest on,* κράβατος, vox Græca, qua significatur lectus exiguus, humilis, vilisque (ut sunt pauperiorum lectuli) atque etiam mobilis. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 63. Deosne immortales, rerum omnium præstantia excellentes, concursare omnium mortalium non modo lectos, verum etiam grabatos, et cum stertentes aliquos viderint, &c.? *Martial.* l. 6. epigr. 39. Sed in grabatis tegetibusque concepti, Materna produnt capitibus suis furta. *Id.* l. 12. epig. 32. Ibat tripes grabatus, et bipes mensa. *Auctor Moreti,* v. 5. Membra levat sensim vili demissa grabato. Adde *Senec.* ep. 18. et 20. ¶ Non pauperiorum tamen, sed ditiorum est *grabatus argento inaurato tectus,* memoratus a *Scævola Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 20. *sub fin.* ¶ Hujusmodi lectos funibus, seu institis tentos fuisse, colligimus ex illo *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 868. Tres a Deucalione grabati restibu' tenti. Adde *Petron. in Satyr.* c. 97. et *Martial.* l. 5. epigr. 63. et V. *Instita.*

GRACCHĀNUS, a, um, adject. ad Gracchos pertinens. *Cic. de clar. Orat.* c. 24. Gracchani judices. *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 1. Gracchanus tumultus. *Senec. de brevit. vitæ,* c. 6. Gracchana mala.

GRACCHI, Romanorum familia. In hac fuit Tib. Sempronius P. F. qui bis Consulatum gessit, deinde Censuram. Proconsul in Hispaniam missus Celtiberos in deditionem accepit. Ex Cornelia filia Africani superioris duos filios habuit, Tiberium, et Caium, qui matris diligentia omnibus liberalibus artibus eruditi, præstantes Oratores exstiterunt. Hi cum plebi studerent, et leges Reipubl. perniciosas, præcipue agrarias, in ejus gratiam ferrent, creatique Tribuni pleb. omnia perturbarent, gravi excitata seditione, tandem occisi sunt. *Cic.* l. 1. et 2. *Offic. Flor.* l. 3. c. 14. et. 15. *Epit. Liv.* l. 58. et 60. et *Vellei.* l. 2. c. 2. 3. et 6. ¶ Olim *Gracci* scriptum fuit, teste *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.)

GRACCHŬRIS, urbs Iberiæ, a Sempronio Graccho ita appellata, postquam Celtiberos in deditionem accepisset. Antea Ilurcis dicebatur. *Festus.* ¶ Hinc *Gracchuritanus, a, um,* apud *Plin.* lib. et cap. 3.

GRACCŬLUS. V. *Graculus.*

GRACĔO. V. *Cracentes.*

GRACĬLENS, tis, idem quod gracilis. *Næv.* apud *Non.* c. 2. n. 364.

GRACILENTUS, a, um, *lean, slender, gracilent,* idem ac gracilis. *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 364. Deducunt habiles gladios filo gracilento. *Gell.* l. 4. c. 12. Equus gracilentus.

GRACILESCO, *vel* Gracilisco, is, n. 3. *to grow lean,* ἰσχνόομαι, λεπτύνομαι, gracilis, et tenuis fio. *Plin.* l. 17. c. 22. Cum alias festinatione pariendi gracilescat. Ita Editiones vet. aliquot: aliæ plures *gracilis, &c.* et cum iis *Harduin.*

GRACILĬPES, edis, adject. *having long or slender legs,* pedes graciles habens. *P. Syrus* apud *Petron.* in *Satyr.* c. 55. Ciconia gracilipes.

GRACĬLIS, le, *lean, slender, weak, gracile,* λεπτὸς, ἰσχνὸς, tenuis, exilis, subtilis. Minus est quam *mucilentus* (cum de animali est sermo) quia *gracilis* est ille quidem tenuis, sed maciem excludit. *Ovid. de remed. Amor.* v. 327. Turgida, si plena est; si fusca, nigra vocetur: In gracili macies crimen habere potest. *Horat.* l. 1. od. 5. v. 1. et *Martial.* l. 11. epigr. 44. Gracilis puer. *slender, slim. Petron. in Satyr.* c. 126. Auri gracile vinculum. *a slight ring. Plin.* l. 24. c. 6. Picea resinam pinguem, et turis modo succosam fundit: larix gracilem. *Id.* l. 17. c. 22. *a med.* Juga altiora, quo lætior ager: contra humiliora gracili et arido. *a light and thin soil.* (Adde *Colum.* l. 2. c. 4. *ad fin.*) *Id.* l. 16. c. 10. Arbores graciles, succinctioresque, et enodes. et cap. 8. l. 19. *sub fin.* Gracile folium. et l. 16. c. 6. Glans brevior et gracilior. *Sueton. in Ner.* c. 51. Gracillima crura. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 14. v. 23. Comæ graciles, et lanuginis instar. *fine, soft. Apul.* l. 4. *Metam.* Rima gracilis. *small, little. Plin.* l. 8. ep. 15. et l. 9. ep. 20. Vindemias graciles quidem, uberiores tamen, quam exspectaveram, colligo. *scanty, poor. Martial.* l. 2. epigr. 86. Viæ graciles. *narrow. Id.* l. 8. epigr. 24. Gracilis libellus. *small. Ovid.* 4. *Trist.* el. 10. v. 86. Et gracilis structos effugit umbra rogos. *h. e.* Manes exiles tenuesque. *Apul. in Apolog.* Gracili lare vivere. *under a mean and lowly roof. Senec. in Herc. Œt.* v. 589. Gracilis fluvius. *shallow.* ¶ Reperitur etiam *gracilus, a, um. Lucil.* apud *Non.* c. 8. n. 48. Quod gracila est, pede quod pernix, quod pectore puro, Quod puero similis. *Terent. Eun.* 2. 3. 22. Virgines gracilæ. *slender-waisted.* Al. leg. *graciles.* ¶ Translate *Ovid.* 2. *ex Ponto,* ep. 5. v. 25. Dum tamen in rebus tentamus carmina parvis, Materiæ gracili sufficit ingenium. *h. e.* argumento levi, et tractatu facili. *light, easy. Virg. initio Culic.* Lusimus, Octavi, gracili modulante Thalia. *Gell.* l. 7. c. 14. tres esse docet dicendi χαρακτῆρας, ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον, uberem, gracilem, mediocrem: Uberi dignitatem atque amplitudinem esse: gracili venustatem et subtilitatem: medium in confinio esse, utriusque modi participem. Intelligit *Gell.* stilum infimum seu tenuem, subtilem, et acutum. Sic *gracilis orator* dicitur a *Quintil.* l. 12. c. 10. *circa med.* et *graciles præfationes* dicuntur a *Plin.* l. 2. epist. 3. in quibus nitor, et simplicitas, et dilucíditas apparet. Sermo, inquit, Græcus, immo Atticus: præfationes tersæ, graciles, dulces: graves interdum, et erectæ.

GRACILĬTAS, atis, f. *leanness, slenderness, slimness, lankness, gracility, weakness,* ἰσχνότης, tenuitas, subtilitas. *Cic. de clar. Orat.* c. 91. Erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis. et cap. 16. *ad fin.* Non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates consectantur. *Sueton. in Calig.* c. 50. Gracilitas cervicis et crurum. *Plin.* l. 14. c. 3. Gracilitas digitalis. *the thickness of a finger.* et lib. 13. c. 11. *a med.* Papyrum decem cubitorum longitudine in gracilitatem fastigatum. ¶ Translate est stilus infimus, acumen dicendi, subtilitas orationis, apud *Quintil.* l. 1. c. 9. (*al.* 15.) et lib. 12. c. 10. et *Gell.* l. 7. c. 14. et lib. 13. cap. 20. Sic ab eodem *Quintil.* l. 4. c. 3. dicitur *pressa narrationis gracilitas,* cum simplicibus verbis, et subtili, nativoque sermone, sine fuco et ornatu, quippiam narratur.

GRACILĬTER, *slenderly. Apul.* l. 3. *Metam.* Vasculum graciliter fistulatum.

GRACILITŪDO, inis, f. *gracility,* idem quod gracilitas. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 364. Ista tua gracilitudo propemodum et luctus facit, ne dubitem.

GRACILLO, as, n. 1. *to cluck as a hen,* idem ac glocio, proprium vocis gallinæ: a sono. *Auct. carm. de Philom.* v. 25. Cucurrire solet gallus, gallina gracillat.

GRACĬLUS. V. in *Gracilis.*

GRACŬLUS, i, m. *a jack-daw, jay,* κοραξίας, κολοιὸς, genus avis ex corvorum genere, patenti admodum gula, grandibus unguibus, ut *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 79. et cap. 47. docet: a vocis sono *gra gra* dictum. *Festus:* Graculi a sonoris vocati: sive a gerendo dicti (*quasi* geraculi) quod jacta segetum semina plurimum gerant: vel quod ex olivetis cubitum se recipientes, duas pedibus baccas, tertiam ore ferant. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) Cui non post Varronem sit venia? qui *agrum,* quod in eo *agatur* aliquid, et *graculos,* quia *gregatim* volent, dictos, Ciceroni persuadere voluit? cum alterum ex Græco sit manifestum duci; alterum ex vocibus avium. *Plin.* l. 8. c. 27. Graculi, merulæ, perdices lauri folio annuum fastidium purgant. *Al. hic leg.* graculæ. ¶ In Lemno insula hæc avis olim culta fuit, quia inimica locustis regionem infestantibus. *Id.* l. 11. c. 29. ¶ *Nihil cum fidibus graculo,* proverb. nihil stolido, indocto cum ingenuis artibus: graculi enim incondita vox a sonis musicis est maxime abhorrens. *Gell. in præfat.* ¶ *Graculus Æsopi* proverbio dicitur, qui alienis bonis, quasi furtivis pennis se jactat. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 12. V. *Phædr.* l. 1. fab. 3.

GRADĀLIS, e, adject. a gradibus. *Gradalis pugna* dicitur a *Diomed.* l. 3. pag. 473. *Putsch.* in qua pede collato miles gradatim sensim procedit, urgetque hostem.

GRADARĬUS, a, um, adject. *Gradarius equus* est, qui alternos pedes glomerando gradatim incedit, et sine succussatione sessorem moliter vehit, *ambling, moving softly, going an easy pace. Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 63. Ipse equu' non formosu', gradarius, optimu' vector. ¶ *Gradaria pugna* apud *Diomed.* l. 3. p. 473. *Putsch.* est gradalis. ¶ Translate *Senec.* ep. 40. *ad fin.* Cicero quoque noster gradarius fuit. *h. e.* non cursu, sed veluti gradu utebatur in dicendo, lente procedens, interpungens, et intermittens orationem.

GRADĀTIM, *by degrees, step by step, by little and little, gradually,* βάδην, per gradus. *Plin.* l. 33. c. 4. Fossæ, per quas profluat, cavantur: eæ sternuntur gradatim ulice. *Cic. post redit. ad Quirit.* c. 2. Honores, quos eramus gradatim singulos assecuti. *Gell.* l. 14. c. 7. Singulos debere consuli gradatim, incipique a consulari gradu. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 32. Gradatim pervenire aliquo. *h. e.* per figuram gradationem. *Id.* 4. *Acad.* c. 16. Cum aliquid minutatim et gradatim additur, aut demitur. *by little and little. Id. Fam.* 9. ep. 14. *sub fin.* Pedetentim et gradatim accessum ad causam facere. *Plin.* l. 2. ep. 6. Gradatim habere amicos. *h. e.* divisos veluti per gradus, alios majores, minores alios, alios infimos. *Id.* l. 8. ep. 2. *ad fin.* Quos non una, ut dicitur, pertica, sed distincte, gradatimque tractavi. *one better than another.*

GRADATĬO, onis, f. *a stair-case,* graduum dispositio, aut series, κλίμαξ. *Vitruv.* l. 5. c. 3. Lapideis et marmoreis copiis gradationes (*theatri*) ab substructione fieri debent. ¶ Translate est apud Rhetores figura verborum, qua veluti per gradus ad quippiam dicendo pervenitur, et non ante ad consequens verbum descenditur, quam ad superius conscensum est, *a gradation,* ut, Nam quæ reliqua spes manet libertatis, si illis et quod libet, licet; et quod licet, possunt; et quod possunt, audent; et quod audent, faciunt; et quod faciunt, vobis molestum non est? Ita *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 25. Legitur etiam ipsa vox apud *Cic.* 3. *de Orat.* c. 54. Monet autem *Quintil.* l. 9. c. 3. *circa med.* rariorem esse debere, quia apertiorem habet artem, et magis affectatam.

GRADĀTUS, a, um, *made with steps,* κλιμακόεις, in modum graduum factus. *Plin.* l. 13. c. 4. Densis gradatisque corticum pollicibus. *Plin. alter* lib. 5. epist. 6. *ante med.* Maceriam gradata buxus operit, et subtrahit.

GRADĪLIS, e, adject. qui habet gradus, ut Gradile Genii templum, h. e. quod gradibus adibatur. *Ammian.* l. 23. c. 1. (*al.* 2.) ¶ *Panis gradilis* dicebatur qui distribuebatur populo pro gradibus vel Amphitheatri, ut quidam volunt, vel tribunalis, sive suggestus Principis congiarium veluti præbentis, vel etiam ipsius Palatii, ut alii censent, fortasse verius. Exstant in *Cod. Theodos.* leges 3. et 4. lib. 14. tit. 17. qui *de annonis civicis, et pane gradili* inscribitur, in quibus prohibetur hujusmodi panis distributio aliunde, quam de gradibus fieri. Hunc eundem designat *Prudent.* l. 1. *advers. Symmach.* v. 584. Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis. et lib. 2. v. 948. Quæ regio gradibus vacuis jejunia dira Sustinet? Huc pertinet etiam *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 175. n. 8. ubi de pecunia populo *per gradus divisa* sermo est. [Cum in allatis *Prudentii* locis de plebe sermo sit, ac de tenuis fortunæ hominibus in diem viventibus, iisque panes præberentur *e gradibus,* qui in unaquaque Urbis regione erant ad pistrinas, videtur panis sic distributus *gradilis* vocitari solitus fuisse. Adde, in *Cod. Theod. loc. citatis* inhiberi, ne panis gradilis ex uno in alium gradum transferatur, prædici panem hunc diurnum a pistoribus fuisse popularibus alimentis præbitum, denique vetari, ne ex officinarum conditoriis, sed ex gradibus illius fieret distributio; ne scilicet, si populus per gradus in conditoria pistrinarum descendisset, turbæ fierent, cum dignosci minime posset quis tesseram porrigeret, quis panem acceperit; præterea cum ea conditoria furum, et meretricum receptacula facta fuerint illis temporibus, vetabant leges, ne plebs vel cibi capiendi, vel libidinis explendæ causa illuc descenderet, sed in summis

gradibus consisteret, et palam omnia fierent. Patet igitur, panem gradilem nec de Amphitheatri, nec de Palatii, sed de pistrinarum gradibus distribui solitum.]

GRADĬOR, eris, gressus sum, dep. 3. *to go, walk, advance*, βαίνω, gradum facio, incedo, ambulo, progredior. Cicer. de nat. Deor. lib. 2. c. 47. Animalia alia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt. *by stepping.* Plaut. Pseud. 4. 7. in fin. Si gradierere tantum, quantum loquere, jam isses ad forum. Virg. 1. Æn. v. 316. ipse uno graditur comitatus Achate. *proceeds.* Plaut. Trucul. 1. 2. 25. Tu fer contra manum, et pariter gradere. *advance forward.* Id. Pseud. 3. 2. 7. Si quo hic gradietur, pariter progrediminor. Cic. Tuscul. 1. c. 46. Fidenti animo gradietur ad mortem. Auct. de B. Hispan. c. 39. Cum Cæsar gradiebatur Hispalim. Colum. l. 6. c. 37. extr. Mulus et recte viam graditur, et terram commode proscindit. Martial. l. 12. epigr. 3. prima gradiere Suburra. ¶ Participia sunt *gradiens*, et *gressus*. Cic. 5. Tuscul. c. 13. Alias bestias natura nantes esse voluit, alias volucres, serpentes quasdam, quasdam esse gradientes. Virg. 6. Æn. v. 633. gressi per opaca viarum. Adde Martial. l. 3. v. 352. ¶ De voce, Lucret. l. 1. v. 538. facitque Asperiora foras gradiens arteria clamor. ¶ Infinitum *gradi* vereor ut sit in usu, præterquam in compositis.

GRADĬVICŎLA, æ, m. qui colit Gradivum, h. e. Martem. Sil. l. 4. v. 222. Et Gradivicolam celso de colle Tudertem.

GRADĪVUS, i, m. cognomen Martis, vel a gradiendo in bella ultro citroque, inquit Festus; sive a vibratione hastæ, quod Græci dicunt κραδαίνειν: vel ut alii dicunt, quia gramine sit ortus (unde ex flore quodam, ope deæ Floræ, genitum fuisse, Ovid. fabulatur Fast. 5. v. 229.) quod interpretatur, quia corona graminea in re militari maximæ est honorationis. Hæc Fest. seu potius Paul. ejus breviator. Serv. autem ad illud Æn. 3. v. 35. Gradivumque patrem, Geticis qui, &c. Gradivum, inquit, θούριον Ἄρηα, idest exsilientem in prœlia: aut gravem deum patrem. Alii Gradivum, quod gradum inferant, qui pugnant: aut quod impigre gradiantur: aut quia Mars nunquam equester fuit, a gradu nempe. Hæc Servius: qui ad lib. 1. Æn. v. 296. tradit, Martem, cum sævit, *Gradivum* dici; cum tranquillus est, *Quirinum*: ideo Romæ duo ejus templa fuisse, alterum Quirini intra urbem, quasi custodis, sed tranquilli: alterum Gradivi extra urbem, via Appia, prope portam, quasi bellatoris. ¶ Adhibetur tum adjective, tum absolute: habetque communem priorem syllabam, sæpius tamen longam. Liv. l. 1. c. 20. Salios duodecim Marti Gradivo legit. Virg. 10. Æn. v. 542. tibi, rex Gradive, tropæum. Ovid. Metam. 6. v. 427. Et genus a magno ducentem forte Gradivo.

GRADUS, us, m. *a step, stair*, κλῖμαξ, βῆμα, scalarum pars, qua sursum deorsumve gradimur: et fere adhibetur in plurali numero, quia ut Varro docet l. 4. de L. L. c. 35. proprie gradus dicuntur de duplicatis scansionibus. Cic. 4. Attic. ep. 1. Gradus templorum ab infima plebe completi erant. Ovid. 3. ex Pont. ep. 2. v. 50. Perque quaterdenos itur in illa gradus. Cic. 5. de Fin. c. 14. extr. Multis gradibus ascendere. Virg. 1. Æn. v. 452. de templo. Ærea cui gradibus surgebant limina. et l. 2. v. 442. postesque sub ipsos Nituntur gradibus. ¶ In singulari numero Vitruv. l. 3. c. 3. Cum dextro pede primus gradus ascenditur. Horat. l. 1. sat. 6. v. 40. gradu post me sedet uno. ¶ In re rustica *gradus* est altitudo seu profunditas, quantum uno nisu fossor bipalium terræ imprimit, *as much as is dug by a single exertion of the spade or pick-axe.* Colum. l. 3. c. 13. a med. Non sulcum paulatim exaltare, et ita secundo, vel tertio gradu pervenire ad destinatam pastionis altitudinem, sed protinus, &c. Id. lib. 4. cap. 1. Nam semper in plano refusius egesta humus tumidior est, quam gradus soli crudi. Adde lib. 11. c. 3. sect. 10. ¶ Apud Veget. l. 1. c. 2. et 32. et l. 4. c. 2. de re Veterin. gradus sunt rugæ in palato equi numero duodecim. ¶ Translate dicitur de iis, quorum alterum supra, infrave alterum ordine dispositum est ut de cognationibus, honoribus, ætatis annis, &c. *degree, condition, estate, rank.* Ovid. 13. Metam. v. 141. sed enim quia rettulit Ajax, Esse Jovis pronepos, nostri quoque sanguinis auctor Juppiter est, totidemque gradus distamus ab illo. *degrees of consanguinity.* Sueton. in Galb. c. 2. Neroni Galba successit, nullo gradu contingens Cæsarum domum. Cic. in Partit. c. 4. Temporum servare gradus. *the order of time.* Id. de clar. Orat. c. 32. Oratorum ætates et gradus persequi. h. e. facultatem dicendi, qua unus est alio eloquentior. Id. in Orat. c. 18. Omnes sonorum gradus persequi. Mat. ad Cicer. Fam. 11. ep. 28. Fateor, me ad istum gradum sapientiæ non pervenisse. *pitch.* Horat. l. 1. od. 3. v. 17. Quem mortis timuit gradum, qui, &c? h. e. quod mortis genus? Cic. Fam. 3. ep. 11. In omni vel honoris, vel ætatis gradu. Id. Catil. 1. c. 11. Aliquem ad summum imperium per omnes honorum gradus efferre. Id. post redit. in Sen. c. 1. In altissimo dignitatis gradu collocati sumus. Id. sub fin. l. 1. Offic. Gradus officiorum, ut prima diis immortalibus, secunda patriæ, tertia parentibus debeantur. Nep. in Conone, c. 3. Secundum gradum imperii tenere. *post, station.* Id. in Eumen. c. 1. Eodem gradu fuit apud Alexandrum. h. e. eodem loco amicitiæ. Cic. pro Rosc. Amer. c. 47. Suum cuique honorem et gradum redditum, gaudeo. Id. Phil. 6. c. ult. Quis est civis, præsertim hoc gradu, quo vos me esse voluistis. *of that degree or rank.* ¶ *Gradibus ire, venire*, est per gradus, *step by step, gradually.* Cic. 1. de nat. Deor. c. 32. A beatis ad virtutem, a virtute ad rationem video te venisse gradibus. ¶ Est etiam *gradus* idem quod gressus, *a pace, step.* Cic. de Univ. c. 6. Ad hanc conversionem, quæ pedibus et gradu non egeret, ingrediendi membra non dedit. Phædr. l. 3. fab. 3. v. 11. Concito gradu properare. *at a quick pace.* et lib. 2. fab. 7. v. 6. Quieto et placido gradu sequi. Cic. 2. de Orat. c. 61. Gradum facere. *to advance, proceed.* Liv. l. 35. c. 1. inferre. *to go forward.* Plaut. Pseud. 2. 4. 17. conferre alicui. *to approach, draw nigh to.* Senec. 2. de Ira, c. 35. A cursu ad gradum reduci. *from a quick to a slow pace.* Ovid. 14. Metam. v. 143. tremuloque gradu venit ægra senectus. Liv. l. 26. c. 9. Addere gradum. *to quicken pace.* Sic Horat. l. 1. od. 3. v. 33. corripere. Virg. 4. Æn. v. 641. celerare. Id. 6. Æn. v. 465. gradum sistere. *to stop.* Sic Ovid. 6. Fast. v. 398. sustinere. Virg. 6. Æn. v. 128. revocare. *to turn back.* et Ovid. 2. Fast. v. 502. referre. Stat. 8. Theb. v. 138. vertere. Petron. in Satyr. cap. 136. reducere. Ovid. 3. de ar. am. v. 304. ingentes ferre gradus. *to take huge strides.* et Plaut. Trin. 3. 1. 22. celeri gradu ire. et Epid. 1. 1. 11. esse grandibus gradibus. Trebon. ad Cicer. Fam. 12. ep. 16. Pleno gradu ingredi. *to go at full speed.* Liv. l. 4. c. 32. a med. Instructam aciem pleno gradu in hostem inducere. Plaut. Pœn. 3. 1. 19. modico gradu ire. Petron. in Satyr. c. 80. Gradum componere ad prœliandum. *to stand ready for the fight.* Virg. 3. Georg. v. 191. de equo. Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque sonare Compositis. Quintil. l. 9. c. 4. ad fin. Manibus invicem apprehensis gradum firmant. *they stand firm.* Lucil. apud Fest. in Remeligines. Meo gradu remoram facit. pro gradui, ut aspectu pro aspectui. V. Aspectus. ¶ *Dejicere de gradu* de statu propellere, demovere de loco, ubi quis constitit: *to force from his station*: ductum a gladiatoribus pugnantibus. Cic. 1. Offic. c. 23. Constantis est non perturbari in rebus asperis: nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur. Liv. l. 6. c. 32. Quantum Romana se invexit acies tantum hostes gradu moti. Al. leg. demoti. *beaten back.* Nepos in Themist. c. 5. Interim ab eodem, gradu depulsus est. h. e. ab eo statu, in quo erat adhuc valens superare hostes. Senec. de constant. Sap. sub fin. Injurias vero, ut vulnera, alia armis, alia pectori infixa, non dejectus, ne motus quidem gradu, sustineat. Modestin. Dig. lib. 49. tit. 16. leg. 3. Pœnæ militum sunt castigatio, pecuniaria mulcta, militiæ mutatio, gradus dejectio. *degradation, deprivation of rank.* ¶ *Stare in gradu*, ibi consistere, ubi semel steteris, *to stand firm.* Ovid. 9. Metam. v. 42. Digredimur paulum, rursumque ad bella coimus, Inque gradu stetimus, certi non cedere; eratque Cum pede pes junctus. ¶ Hinc *de gradu pugnare*, stantem in vestigio pugnare, *to stand his ground.* Liv. l. 34. c. 39. Non modo ad emittenda cum procursu tela spatium habebant, sed ne ut de gradu quidem libero, et stabili conarentur. ¶ Translate Senec. ep. 29. Cum consuleretur, quid sentiret, non possum, inquit, tibi dicere: nescio enim quid de gradu faciat: tanquam de essedario interrogaretur. h. e. non est Peripateticus, qui deambulantes philosophabantur; sed velut mollis philosophus, in gestatione disserit. ¶ *Gradum facere* translate est ab una re ad aliam transire, ita ut prior illa quasi gradus ad alteram sit. Cic. 4. Verr. c. 1. ad fin. Majoribus nostris in Africam ex hac provincia (Sicilia) gradus imperii factus est. Quintil. l. 3. c. 6. Interim ad ea, quæ sunt potentiora, gradum ex his fecisse contenti. ¶ *Gradum jacere* idem fere est, seu ingressum, aut accessum facere, *an entrance, introduction.* Cic. Agrar. 2. c. 15. Sed attendite animos ad ea, quæ consequuntur: hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cetera jactum intelligetis. Al. leg. factum. ¶ Huc et illa pertinent ejusd. Attic. l. 7. ep. 23. Quasi hunc gradum mei reditus esse, quod mulieres revertissent. *the beginning; the first step.* et de Harusp. resp. c. 20. Atque hic P. Clodio gradus ad Rempubl. hic primus est aditus ad popularem jactationem, atque ascensus: Petron. in Satyr. c. 4. Laborum gradus facere. *to run through all the degrees of literary labour.* ¶ A Mathematicis *gradus* dicuntur partes circuli in Sphæra, Græce μοῖραι. *degrees.* Manil. l. 1. v. 579. de Æquatore. Quatuor et gradibus sua fila reducit ab æstu. ¶ Olim habuit in genitivo singulari *graduis*. Probat hoc Nonius c. 8. n. 89. allato Varronis testimonio. ¶ A Grammaticis *gradus* dicuntur comparativum et superlativum. Hinc Ovid. Fast. 1. v. 605. Nec gradus est ultra Fabios cognominis ullus. scil. quia *maximi* cognominantur.

[* GRÆCĀLIS, is, adject. ad Græciam pertinens. Frontin. de colon. pag. 116. Goes. Lapides Græcales. h. e. Græcis litteris notati.]

GRÆCANĬCE, Græce. Varr. l. 8. de L. L. c. 50. Itaque dicimus hic Argus, cum hominem dicimus: cum oppidum, Græcanice hoc Argos, Latine hi Argi.

GRÆCANĬCUS, a, um, *Grecian*, qui apud Græcos in usu est. Plin. l. 18. c. 31. a med. Intra centum annos inventa torcula Græcanica, mali rugis per cochleas bullantibus, &c. Id. l. 36. c. 25. Pavimenti Græcanici genus. (V. Vitruv. sub fin. c. 4. l. 7.) Id. l. 34. c. 9. Græcanicus color. Sueton. in Domit. c. 4. Græcanica toga. h. e. pallium, inquit Salmas. Serv. ad 1. Georg. v. 43. et 218. Nigidius in Sphæra Græcanica. V. Sphæra. ¶ Græcanici milites in epist. apud Vulcat. in Avidio Cass. c. 5. sunt milites Romani Græcorum deliciis diffluentes. ¶ Apud Varron. l. 9. L. L. cap. 3. sub fin. Alia sunt *Græca* nomina, alia *Græcanica*: illa nempe tota Græca: hæc ex Græcis ad Latinam consuetudinem traducta: quæ et notha appellantur.

GRÆCĀTIM, adverb. Græcorum more. Tertull. de Pall. cap. 4. Græcatim depallari magis, quam amiciri. et sub fin. Crepidæ cretatæ Græcatim.

GRÆCĀTUS, a, um, adject. Græcos imitatus, unde Græcatior epistola, apud Apul. in Apolog.

GRÆCE, *in Greek*, Græca lingua, Ἑλληνιστί. Cic. 1. de Orat. c. 34. Cum ea, quæ legerem Græce, Latine redderem. Id. 3. Offic. c. 32. Acilius, qui Græce scripsit historiam. Id. 1. Tuscul. c. 8. Græce loqui. Id. 2. de Orat. c. 66. Græce scire. *to know Greek.*

GRÆCI, orum, m. *the Greeks*, Γραικοὶ, Ἕλληνες, pop. Græciæ. Cic. de Harusp. resp. c. 9. Artibus Græci, Galli robore, Hispani numero, Pœni calliditate valent. V. Græcia.

GRÆCĬA, æ, f. *Greece*, Ἑλλὰς, regio Europæ ampla, cujus regiones præcipuæ Achaia, et Peloponnesus: quæ in alias minores a Geographis dividuntur. Stricte sumpta significat eam partem, quæ ab Isthmo incipit, et Atticam continet, ut apud Cicer. pro Dom. c. 23. Latius accepta Thraciam quoque, et Macedoniam complectitur, insulasque multas tum Ægæi, tum Ionii maris, et ipsam Cretam aliquando. Dicta a Græco Thessaliæ rege, ut Plin. l. 4. c. 7. tradit. Altrix olim fuit omnium artium ingenuarum, quas in Italiam, aliasque provincias deinde invexit. Horat. l. 2. ep. 1. v. 156. Græcia capta suum victorem cepit, et artes Intulit agresti Latio. ¶ Adjective *terram Græciam* dixit Gell. l. et cap. 1. Vide similia in Arabia. ¶ *Græcia magna* seu *major* est pars Italiæ extrema, a Salentinis ad fretum usque Siculum (alii aliter ejus fines describunt. V. Geographos.) cognominata ab illis Græcis, qui post bellum Trojanum in ea loca transiere. Dicta est ab iis *magna*, quia ampliore ac feliciore solo cæloque consistere sibi visi sunt, quam patrium erat quod reliquerant. Plin. l. 3. c. 5. et 10. ¶ Aliquando tota Italia *major Græcia* dicta esse videtur. Ovid. Fast. 4. v. 63. Nec tibi sit mirum, Graio rem nomine dici, Itala nam tellus Græcia major erat. Festus in Major. Major Græcia dicta est Italia, quod eam Siculi quondam obtinuerunt: vel quod in ea multæ, magnæque civitates fuerunt ex Græcia profectæ. ¶ Olim totum Italiæ latus, quod infero mari alluitur, major Græcia fuit, teste Senec. de consol. ad Helv. c. 6. a med. ¶ Eandem magnam Græciam ab Italis *parvam Græciam* dictam fuisse, quod ipsa Græcia revera minor esset, asserunt quidam allato Plauti testimonio Trucul. 2. 6. 55. quod tamen incertæ est lectionis: et ut certum sit, incertum est adhuc an rem conficiat.

GRÆCIENSIS, se, qui apud Græcos in usu est, Græcanicus. Plin. l. 4. c. 11. sub fin. Mare Græciense. Gell. l. 19. c. 10. Offendimus eum cubantem in scimpodio Græciensi.

GRÆCIGĔNA, æ, qui genere Græcus est. Augustin. l. 18. de Civ. Dei, cap. 18. sub fin. Blandiuntur Græcigenis, alienigenas persequuntur.

GRÆCISSO, as, n. 1. Græcos imitor. Plaut. Men. prol. v. 11. Hoc argumentum Græcissat, tamen non Atticissat.

GRÆCĬTAS, atis, f. litteratura Græcorum, et præcipue Græcus sermo. Impp. Theodos. et Valentinian. lib. 14. tit. 9. leg. 3. Facundia Græcitatis pollere.

[* GRÆCĬUS, a, um, idem ac Græcus, i. M. Aurel. apud Fronton. ad eumdem l. 2. ep. 1. Quantum a terra Græcia mons Cœlius meus abest.]

GRÆCOR, aris, atus sum, *to use the soft diversions, or luxurious manners, of the Greeks*, Græcos imitor. Horat. l. 2. sat. 2. v. 11. vel si Romana fatigat Militia assuetum Græcari. h. e. exercere se ludis, qui apud Græcos in usu sunt.

GRÆCOSTADĬUM, ii, n. idem quod Græcostasis. Capitolin. in Pio, c. 8.

GRÆCOSTĂSIS, is, f. Γραικόστασις, Græcorum statio, locus Romæ, ad dexteram Comitii, ubi nationum Legati, qui ad Senatum erant missi, subsistebant. Cic. l. 2. ad Q. Fr. ep. 1. Deinde ejus operæ repente a Græcostasi, et gradibus clamorem satis magnum sustulerunt. Adde Varron. l. 4. de L. L. c. 32. a med.

GRÆCŬLUS, a, um, diminut. a Græcus, et fere in contemptu a Romanis ponitur, tum quia Græci natio devicta erat: tum quia Romam ventitantes, quamlibet artem lucelli causa professi, passim levitatis, mollitiei, assentationis, fallaciæque nomine despiciebantur. *a poor insignificant Grecian.* Juvenal. sat. 3. v. 76. Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes, Augur, schœnobates, me-

dicus, magus, omnia novit. Græculus esuriens, in Cælum jusseris, ibit. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 22. Quid mihi nunc vos, tanquam alicui Græculo otioso et loquaci, et fortasse docto atque erudito, quæstiunculam imponitis? *Id. pro Flacc.* c. 10. Motus quidam temerarius Græculæ concionis. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 35. Ineptum sane negotium, et Græculum. *Id. in Pison.* c. 29. Reprehendere aliquem, ut Græculum, ut assentatorem. *Flor.* l. 2. c. 7. Vulnera non Græculo ferro, sed ingentibus pilis adacta. *Id.* l. 4. c. 2. Massilia Græcula civitas. ¶ *Græcula mala*, apud *Plin.* lib. 15. cap. 14. et *Græculæ vites*, apud *Colum.* lib. 3. cap. 2. *a med.* a regione Græciæ denominata sunt. ¶ *Græcula rosa* foliis est ita convolutis, ut nisi manibus cogantur, apertam rosam non ostendant. *Plin.* lib. 21. cap. 4.

GRÆCUS, a, um, *of Greece, Greek, Grecian*, Γραικὸς, Ἑλληνικὸς, ad Græcos pertinens. *Cic. Verr.* 3. c. 26. Græco more bibere. *h. e.* ut *Ascon.* interpretatur συμπιεῖν κυαθίζομένως, merum cyathis libare, salutando primum deos, deinde amicos suos nominatim. nam toties merum bibebant, quoties et deos, et caros suos nominatim vocabant. *Id. de clar. Orat.* c. 20. Studere Græcis litteris. *to study Greek. Id. pro Arch.* c. 10. Græca leguntur in omnibus fere gentibus. *h. e.* res Græce scriptæ. *Plaut. Asin.* 1. 3. 47. Græca fide mercari. *h. e.* præsenti pecunia juxta illud, δὸς καὶ λαβὲ, nihil nobis credentibus iis, qui vendunt, tanquam si Græci simus, qui fluxæ fidei habebantur. (De levitate Græcorum multa *Cic. pro Flacc.* c. 4. et 5.) *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 14. Græca nux. *h. e.* amygdala, *an almond*, ut *Cloatius ibid.* interpretatur. *Cœl. ad Cicer. Fam.* l. 8. ep. 6. *in fi.* Pantheræ Græcæ. *h. e.* in Græcia Asiatica captæ. ¶ De scalis Græcis. V. *Scalæ.* ¶ Quænam fuerit *via Græca* memorata a *Cic. Fam.* 7. epist. 1. *circa med.* obscurum est. Est qui putat fuisse partem Appiæ viæ octo stadiorum, vel diverticulum ejus in Campania, quæ ab Hercule strata fuisse credita est. ¶ De Græcis calendis, V. *Calendæ.* ¶ *Græcum pecus* apud *Plaut. Merc.* 3. 1. 27. fortasse sunt oves Tarentinæ. ¶ *Græca rosa* species est rosæ, Græcis λυχνὶς dictæ, in humidis locis provenientis, violæ magnitudine, foliis quinque tantummodo, odore nullo. *Plin.* l. 21. c. 4. ¶ *Enn.* apud *Fest.* post *Regium.* ipsos Romanos *Græcos* appellat, non quod initio Romani Græce loquerentur, sed quia olim lingua Græcæ gentis fuerit eadem cum Latina, parum prolatione mutata. Hoc autem verum esse, indicat origo ejus, quæ videtur quasi Græcæ usurpatio. Hæc *Fest.* ex lectione *Scalig.*

GRAJUGĔNA, æ, m. et f. *Greek, Grecian*, Graius genere, Græcus. *Pacuv.* apud *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* c. 36. Grajugena de isto aperit ipsa oratio. *Virg.* 3. *Æn.* v. 550. Grajugenumque domos, suspectaque linquimus arva. pro *Grajugenarum. Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 36. Grajugenasque domos. *Stat.* 6. *Theb.* v. 215. Grajugenæ reges.

GRAIUS, a, um, adject. idem quod Græcus, vel ad Græcos pertinens. *Cic. Invent.* l. 2. c. 23. Graii de Graiis æternum inimicitiarum monumentum statuerunt. *Horat.* l. 2. od. 16. v. 38. Graia Camena. *Nepos in Annib.* c. 3. Graius Hercules. *et ibid.* Graius saltus. *h. e.* Alpes Graiæ. (de quibus *Plin.* l. 3. c. 17.) *Ovid.* 13. *Metam.* v. 281. Graium murus, Achilles, pro *Graiorum.* et vers. 241. de tot Graiorum millibus unum.

GRALLÆ, rum, f. *stilts, scatches, crutches*, τὰ καλοβατῶν ξύλα, ligneæ perticæ furculas habentes, quibus innituntur, qui iis incedunt: *a gradiendo*, unde *grada, gradula, ralla.* Inventæ sunt a Pantomimis ad Panas, sive Ægipanas repræsentandos, quorum exsucci pedes, ac crura non aliter melius repræsentari poterant, quam ligneis illis pedibus ac cruribus grallatorum. Ita *Fest.* in *Grallatores. Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 361. Grallatores, qui graduntur grallis .... animi nostri sunt, grallæ crura, ac pedes nostri, et se ἀκίνητοι, sed ab animo moventur.

GRALLĀTOR, oris, m. *one who goes on stilts, or makes great strides*, καλοβάτης, qui grallis graditur. Speciatim Grallatores Pantomimi appellabantur, qui ut Ægipanas in saltatione imitarentur, grallis incedebant. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 27. Vinceretis cervum cursu, vel grallatorem gradu.

GRALLATORĬUS, a, um, ad grallatorem pertinens. Grallatorius gradus, idest magnus, quales solent esse grallatorum. *the pace of one who went on stilts; a great long stride. Plaut. in suppos. Amph. sc.* Dii vostram, v. 52. ve grallatorius, sive testudineus gradus fuerit.

GRAMEN, inis, n. *grass; all kinds of herbs*, χόρτος, herbæ genus omne, et præsertim quod in animalium pabulum cedit. Volunt esse a γράω comedo. *Horat.* l. 4. od. 7. v. 1. Diffugere nives: redeunt jam gramina campis, arboribusque comæ. *Id. Epod.* 2. v. 24. Jacere in tenaci gramine. *Id.* l. 1. od. 15. v. 30. Cervus Graminis immemor. *Virg. Ecl.* 5. v. 25. nulla neque amnem Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam. *nor touched a blade of the grass.* et 4. *Georg.* v. 63. cerinthæ ignobile gramen. *Liv.* l. 1. c. 24. Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. V. *Sagmina.* ¶ Est etiam peculiaris herbæ nomen, geniculatis internodiis serpentis, crebroque his et ex cacumine novas radices spargentis, foliis fere exilitatem fastigatis: qua non alia gratior jumentis, sive viridis, sive in fœno siccata sit. *dog-grass*, ἄγρωστις. *Plin.* l. 24. c. *ult.* ¶ Apud *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 187. *munera graminis Indi* sunt costum. ¶ *Gramen floreum* apud *Martial.* l. 9. epigr. 92. sunt gramina sparsa floribus, ut in pratis verno tempore.

GRAMĬÆ, oculorum sunt vitia: quas alii glamas vocant, inquit *Festus. Nonius* vero c. 2. n. 389. Gramia, inquit, pituita oculorum. *Cæcilius*: Gramiosis oculis ipsa, atratis dentibus. *blear-eyed. Plin.* l. 25. c. 13. *ante med.* Crethmos agrios gramias oculorum tollit impositus. *the rheum that is in the eye*, τὰς γλήμας.

GRAMINĔUS, a, um, *of or belonging to grass, grassy*, χορτώδης, gramen habens, gramine obductus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 287. Gramineus campus. et l. 6. v. 642. Gramineæ palestræ. et l. 8. v. 176. Gramineum sedile. et lib. 12. v. 119. Gramineæ aræ. *h. e.* herboso cæspite contectæ. *Liv.* l. 7. c. 37. Graminea corona obsidionalis. *Plin.* l. 22. c. 3. et 4. multa de ea: itemque *Gell.* l. 5. c. 6. ¶ Gramineæ hastæ apud *Cicer. Verr.* 6. c. 56. videntur *Verburgio* fuisse ex gramine, seu herba, quæ in tantam magnitudinem creverit, atque induruerit, ut ex ea stimuli bobus agitandis facti sint, ac deinde tanquam res mira, et monumentum fertilitatis soli Siculi, in Minervæ templo appensi.

GRAMINŌSUS, a, um, *overgrown with grass, full of grass, grassy*, χορτώδης, plenus gramine, herbosus. *Colum. in præf.* l. 1. *a med.* et libri 6. Quid silvester ager, quid humidus et graminosus, quid siccus et spurcus recusaret.

GRAMIŌSUS. V. in *Gramiæ.*

GRAMMA, æ, f. *a line*, γραμμὴ, linea. *Macrob. in somn. Scip.* l. 1. c. 5. Superficies lineis terminatur, quas suo nomine grammas Græcia nominavit. ¶ *Gramma, atis*, n. γράμμα, Græce est littera: item pondus duorum obolorum: quod Latini vertentes, *scriptulum*, et *scriptlum* dixere. γράμμα enim est a γράφω, scribo. *Fann. de ponderib.* v. 8. Semoboli duplum est obolus, quem pondere duplo Gramma vocant: scriptlum nostri dixere priores. Alia hujus appellationis ratio *ibid.* v. 25. a *Fannio* adducitur, quia nimirum uncia fit drachmis bis quatuor: drachmæ scriptlis ternis constant: uncia itaque vigintiquatuor grammata habet, quot scilicet sunt Græcæ litteræ.

GRAMMĂTEUS, i, m. trisyllab. *a scribe, notary, copyist*, scriba, qui in tabulis res rationesque publicas perscribit, γραμματεύς. *Apul.* l. 11. *Metam.* Unus, quem cuncti Grammatea dicebant.

GRAMMATĬAS, æ, m. *a kind of jasper*, γραμματίας, gemma ex iaspidum genere, similis smaragdo, per transversum linea alba præcincta, quæ ab Orientalibus populis pro amuleto gestari solet. *Plin.* lib. 37. cap. 9.

GRAMMATĬCA, æ, et Grammatice, es, f. *grammar*, γραμματική, est ars emendate loquendi, et scribendi; idest sine solœcismis, barbarismis, erroribus pronuntiationis, et orthographiæ, et aliis vitiis orationis barbaræ, obscuræ, inornatæ: a γράμμα, littera, quia veteribus eo nomine censebatur γραμματιστική, hoc est ars legendi, scribendique. Sero enim præcepta recte loquendi observata, inque artem congesta sunt: tunc vero Grammaticæ fines latissime prolati, ut in *Grammaticus* dicemus, artique honos additus. *Cic.* 3. *Fin.* c. 2. Quanquam ea verba, quibus ex instituto veterum utimur pro Latinis, ut ipsa Philosophia, ut Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, Musica, quanquam Latine ea dici poterant, tamen quoniam usu præcepta sunt, nostra ducamus. *Quintil.* l. 2. c. 1. Et Grammatice (quam in Latinum transferentes Litteraturam vocaverunt) fines suos norit, præsertim tantum ab hac appellationis suæ paupertate, intra quam primi illi constitere, provecta. nam tenuis a fonte, assumptis poetarum, historicorumque viribus, pleno jam satis alveo fluit: cum præter rationem recte loquendi, non parum alioqui copiosam, prope omnium maximarum artium scientiam amplexa sit.

GRAMMATICĀLIS, le, adject. *grammatical*, ad grammaticam spectans, ut Grammaticales figuræ, *Sidon.* l. 7. ep. 9.

GRAMMATICALĬTER, adverb. *grammatically*, more Grammaticorum. *Trebell. Poll.* in XXX. *Tyrann.* c. 10. *de Regilliano.* Cœpit quasi grammaticaliter declinare.

GRAMMATĬCE, adv. *grammatically*, γραμματικῶς, more Grammaticorum, vel ex regulis Grammaticæ. Grammatice loqui, est, ubi cura sermonis vitium non admittitur; Latine loqui, ubi Latina consuetudo, urbanitasque servatur. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) Quare mihi non invenuste dici videtur, aliud esse Latine, aliud Grammatice loqui.

GRAMMATICOMASTIX, igis, m. γραμματικομάστιξ, flagrum, seu flagellum Grammaticorum. Legitur inter titulos *Edyll.* 12. apud *Auson.* In obliquis autem casibus producit pænultimam. *Sibylla* apud *Lactant.* l. 1. c. 7. Ἀκάματοι δάμνανται ὑπαὶ μάστιγι Θεοῖο.

GRAMMATĬCUS, a, um, *relating to grammar, grammatical*, γραμματικός, ad Grammaticam pertinens, ut Figuræ Grammaticæ, Grammaticus stylus, Grammatica oratio, ars Grammatica. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 12. Hæc qua ratione vitare possimus, in arte Grammatica dilucide discemus. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 40. Grammaticæ tribus. *h. e.* multitudo Grammaticorum. ¶ *Grammaticus, ci*, m. γραμματικός, qui Grammaticam docet. *a Grammarian. Cic.* 2. *Tuscul.* c. 4. Ut si Grammaticum se professus quispiam barbare loquatur. *Senec.* epist. 95. *post med.* Grammatici custodes Latini sermonis. ¶ *Grammatici* olim *Litterati*, vulgo appellantur (inquit *Cornel. Nep.* apud *Sueton. de Grammat.* c. 4.) qui aliquid diligenter et acute scribere possunt, aut dicere: sed proprie dicti sunt viri eruditissimi atque elegantissimi, non qui Grammaticam docerent, sed qui Poetas, Historicos, Oratores interpretarentur, ut Donatus, Festus, Nonius, Asconius, et alii, qui fabularum Græciæ, Antiquitatum Romanorum, legum, omnium denique rerum cognitione et scientia præstiterunt. Iidem *Critici* vocabantur, quod de omni genere scriptorum judicarent. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 51. Sunt enim harum rerum explanatores, ut Grammatici Poetarum. V. *Quintil.* l. 2. c. 1. cujus verba in Grammatica retulimus: *Senec.* ep. 88. et *Martian. Capell.* l. 3. pag. 51. ubi officium Grammaticæ persequitur. ¶ Differunt a *Grammatistis*, seu *Litteratoribus*, etsi eos etiam *Litteratores* vocitatos fuisse *Messala Corvinus* auctor est. Nam *Grammatici*, seu *Litterati* absolute et perfecte docti erant, *Grammatistæ*, seu *Litteratores* tenuiter eruditi erant, et in malam partem appellabantur. *Sueton. loc. cit.* ¶ *Grammatica, orum*, n. res grammaticæ, studium litterarum. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 42. In grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio.

GRAMMATISTA, æ, m. *a smatterer in grammar*, γραμματιστής, qui mediocriter grammatica est eruditus. *Sueton. de illustr. Grammatic.* c. 4. Grammaticum absolute, Grammatistam mediocriter doctum putant.

GRAMMATOPHYLACĬUM, cii, n. *a place where records were kept; archives*, γραμματοφυλάκιον, tabularium, locus, ubi tabulæ et instrumenta publica asservantur: a γράμματα, litteræ et φυλάσσω, custodio. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 9. Archio forte, vel Grammatophylacio.

GRAMMĬCUS, a, um, *made by lines, linear*, γραμμικός, linearis: a γραμμή, linea, ut Deformationes grammicæ, h. e. designationes, quæ per lineas fiunt, *Vitruv. in præfat.* l. 3. *sub fin. Id.* l. 9. c. 1. Grammicis rationibus explicare.

GRANARĬUM, ii, n. *a granary, place where corn is kept*, σιτοφυλάκιον, locus in horreis, in quo grana frugum reponuntur, *Varr.* l. 1. *de R. R.* c. 57. Triticum condi oportet in granaria sublimia. *Pers.* sat. 5. v. 110. Jam nunc granaria laxes. Adde *Colum.* l. 1. c. 6. *Plin.* l. 18. c. 30. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 53. et *Pallad.* l. 1. tit. 19. ubi granaria ab horreis ita distinguit, ut illa sint cellæ in horreo, in quibus separatim singulæ fruges condantur.

GRANĀTIM, adverb. *by grains*, per grana. *Apul.* l. 6. *Metam.* Acervum granatim digerere.

GRANĀTUS, a, um, *having many grains or seeds*, abundans granis. *Colum.* l. 12. c. 41. Et integra mala dulcia granata, quæ Punica vocantur. *pomegranates*: quæ absolute *granata* dicuntur a *Plin.* l. 20. c. 14. et lib. 15. c. 28.

GRANĀTUS, us, m. *Cato de R. R.* c. 60. Granatui videto uti satis viciæ seras. *h. e.* non modo seras, ut viride pabulum jumentorum secetur, sed et ut ad granum et frugem perveniat. *Turneb.* l. 6. *Advers.* c. 23. Al. leg. *generatim videto.*

GRANDÆVĬTAS, atis, f. *grandevity, length of life*, πολυετία, ætas provectior. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 365. Quia nec vos, nec illi impune irriderent meam grandævitatem. *Pacuv. ibid.* Ipsa orbitas grandævitasque Pelei.

GRANDÆVUS, a, um, *advanced in years, aged, grandevous*, πολυετής, qui est grandis ævi, seu provectioris ætatis. *Virg.* 1. *Æn.* v. 125. Grandævus Alethes. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 160. Grandævi patres. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 348. Grandæva consilia. *h. e.* grandævi hominis: atque adeo plena auctoritatis. *Plin.* l. 2. c. 7. Deos alios esse grandævos, semperque canos; alios juvenes atque pueros. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 33. Grandævi senes.

GRANDESCO, is, n. 3. *to grow great or big*, μεγαλύνομαι, cresco, grandis fio. *Cic. in Prognost.* l. 1. *de Divin.* c. 9. Lentiscus triplici solita grandescere fetu. *Lucret.* l. 2. v. 1159. Quæ nunc vix nostro grandescunt aucta labore. *Plin.* l. 15. c. 3. Lignum intus grandescat. Adde *Colum.* l. 2. c. 21.

GRANDICŬLUS, a, um, adject. diminut. a grandis, *somewhat big. Plaut. Pœn.* a. 2. v. 35. Grandiculi globi.

GRANDĬFER, a, um, adject. grandis, vel grandia ferens. *Nazar. in Paneg. Constant.* c. 3. Facta jam grandifera, maximorumque fructuum matura perceptio.

GRANDIFĬCUS, a, um, adject. *grandific*, grandifer. *Ammian.* l. 18. c. 6. (*al.* 15.) Grumbates rex, ætate quidem media, rugosisque membris, sed mente quadam grandifica, multisque victoriarum insignibus nobilis.

GRANDILŎQUUS, a, um, *speaking in a lofty style*, στομφαστικός, qui cum quadam verborum magnificentia loquitur, grandi et sublimi dicendi genere utitur. *Cic. in Orat.* c. 5. Nam et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt, cum ampla et sententiarum gravitate, et majestate verborum. *Id. Tuscul.* 5. c. 31. *sub fin.* Quid tandem? isti grandiloqui contra hæc duo (*mortem et dolorem*) quæ maxime angunt, melius se habent, quam Epicurus?

GRANDĬNAT, abat, impers. 1. *to hail*, verb. impers. χαλαζοκοπεῖ. *Senec.* l. 4. *Quæst. natur.* c. 4. Quæritur, quare hieme ningat, non grandinet.

GRANDINEUS, a, um, adject. grandinosus. *Alcim.* l. 3. v. 329. Grandineos pavidis fuderunt nubila nimbos. *Id.* l. 5. v. 190. Grandineum frigus.

GRANDINŌSUS, a, um, *full of hail, haily, grandinous, tempestuous*, χαλαζώδης, qui abundat grandine. *Colum.* l. 3. c. 1. Siccam, vel rosidam, grandinosam, ventosamque cœli qualitatem.

GRANDIO, onis, cognominatus est quidam Senecio declamator: de quo *Senec. Suasor.* 2. *a med.* Senecio fuit ingenii confusi ac turbulenti, qui cupiebat grandia dicere, adeo ut novissime hujus rei morbo et teneretur, et rideretur. Nam et servos nolebat habere, nisi grandes, et argentea vasa non nisi grandia. Credatis mihi velim non jocanti: eo pervenit insania ejus, ut calceos quoque majores sumeret, ficus non esset, nisi mariscas. Concubinam ingentis staturæ habebat, omnia grandia probabat. Ei impositum est cognomen, vel ut Messala ait, cognomentum, et vocari cœpit Senecio Grandio.

GRANDĬO, is, a. 4. *to make great, increase, enlarge*, ἐπιτείνω, grandem facio. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 10. Testudineum istum tibi ego grandibo gradum. *I'll make you mend your pace.* ¶ Proprie refertur ad fruges. V. vocem sequent. *Cato R. R.* c. 141. Mars pater, te precor, uti fruges, frumenta, virgultaque grandire, beneque evenire siris. *subaudi accusativum* se. *al. leg.* grandiri. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 358. Nec grandiri frugum fetum posse, nec mitescere. *Varr. ibid.* Cum aut humus semina recipere non possit, aut recepta non edat, aut edita grandire nequeat.

GRANDIS, e, *large, big, plentiful, fruitful*, μέγας, magnus: et primo proprie de frugibus et oleribus dici videtur. Est enim proprie *grande*, quod incremento; *magnum*, quod amplitudine tale est. *Plaut. Cas.* 5. 2. 29. Profecto non fuit quidquam olerum, nisi quidquid erat, calamitas attigerat nunquam: ita quidquid erat, grande erat. *Virg.* 4. *Æn.* v. 405. grandia frumenta. et ecl. 5. v. 36. hordea. et ecl. 10. v. 25. lilia. *Cic. de Orat.* l. 2. c. 30. Ager iteratus, quo fetus possit grandiores edere. *Plin.* l. 18. c. 11. *a med.* Grandissimum alicæ genus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 52. grandissima seges. *Vetustissimus Poeta* apud *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 20. *extr.* grandia farra metere. ¶ Deinde transfertur ad staturam et ætatem hominum. *grown up, adult, advanced in years. Horat. Epod.* 13. v. 11. Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno. *Cic. in Pison.* c. 36. Videras enim grandis jam puer, bello Italico, &c. *Id. de Senect.* c. 4. Bella gerebat, ut adolescens, cum plane grandis esset. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 321. grandior ævo genitor. *Cic.* 5. *Phil.* c. 17. Legibus annalibus grandiorem ætatem ad consulatum constituebant. ¶ Aliquando additur ablativus *natu*, ad explicandum. *Cic. de Senect.* c. 4. Non admodum grandis natu, sed tamen jam ætate provectus. *Id.* 1. *de Invent.* c. 24. In ætate consideratur, puer, an adolescens; natu grandior, an senex. Sic *Tacit. Annal.* 16. c. 30. Grandis ævo parens. ¶ Denique ad alia omnia. *Cic. Attic.* 13. ep. 21. Ad Hirtium dederam epistolam sane grandem. *large, long. Id.* 6. *Verr.* c. 34. In basi grandibus litteris Africani nomen erat incisum. *in large characters.* et cap. 21. *ad fin.* Grande vas. *Quintil.* l. 10. c. 1. *circa med.* Grandes cœnæ. *sumptuous feasts. Virg.* 4. *Georg.* v. 26. grandia saxa. *huge. Plin.* l. 15. c. 3. *a med.* grandissimæ olivæ. *very large.* et lib. 29. c. 4. *a med.* Phalangia grandissimo capite. et lib. 11. c. 16. *a med.* grandiores apes. et lib. 9. c. 44. naves. *Horat. in ar. Poet.* v. 80. Grandes cothurni. *high, lofty. Justin.* lib. 41. c. 4. *ad fin.* Grandem exercitum parare. *Cic. pro Cæcin.* c. 4. *extr.* Grande pondus argenti alicui legare. *Id. pro Rabir. Post.* c. 2. Grandem pecuniam alicui credere. *a large sum of money. Id. pro Flacc.* c. 21. *ad fin.* Pecuniam alicui grandi fenore occupare. *Id. Agrar.* 2. c. 34. Homo grandi macie torridus. *Al. leg.* vegrandi. *Id. de clar. Orat.* c. 84. Subsellia grandiorem et pleniorem vocem desiderant. *higher, louder. Plin.* l. 7. c. 38. Grande æs alienum. *Id.* l. 18. c. 24. *extr.* Grande vitæ emolumentum. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 47. Perspicuo et grandi vitio præditum exemplum. *Horat.* l. 2. od. 17. v. 3. Mæcenas, mearum Grande decus columenque rerum. *great, grand, lofty. Id.* l. 2. sat. 3. v. 145. lethargo grandi oppressus. *heavy. Cic.* 3. *de Fin.* c. 5. *ad fin.* Dicere de rebus grandioribus. et 1. *de Divin.* c. 20. Exemplis uti grandioribus. *Terent. Phorm.* 2. 3. 92. Dicam tibi impingam grandem. ¶ De sublimi dicendi genere. *sublime, lofty. Cic.* 2. *de Orat.* c. 82. *ad fin.* Genus dicendi grandius et illustrius. *Id. in Bruto*, c. 7. *extr.* Oratores grandes verbis, crebri sententiis. et *in Orat.* c. 9. Causidicus amplus atque grandis. et *de clar. Orat.* c. 83. Thucydides rerum gestarum pronuntiator sincerus et grandis. *Id.* 3. *de Orat.* c. 43. Oratio grandis. De hac metaphora ita *Id. ibid.* Abutimur sæpe verbo non tam eleganter, quam in transferendo: sed etiam si licentius, tamen interdum non impudenter, ut cum grandem orationem pro magna, minutum animum pro parvo dicimus. ¶ Neutrum *grande* interdum adverbii vim habet. *Stat.* 12. *Theb.* v. 683. sed bella ciet, bellumque minatur, Grande fremens. *Gell.* l. 9. c. 11. Grandia ingrediens. *h. e.* incessu grandi, lentis et proceris passibus, μακρὰ βιβάς. Sic *Ammian.* l. 22. c. 14. (*al.* 12.) Grandia incedens, tanquam Oti frater, et Ephialtis.

GRANDISCAPĬUS, a, um, *big-bodied*, scapum grandem habens. *Senec.* ep. 86. *extr.* Arbores, ut ita dicam, grandiscapiæ. *paulo ante dixerat.* magnarum arborum truncos cum scapo suo transferri.

GRANDISŌNUS, a, um, adject. *sounding greatly*, qui grandem sonum edit. *Sedul.* l. 1. v. 2. Figmenta grandisonis pompare modis.

GRANDĬTAS, atis, f. *greatness*, magnitudo, μέγεθος. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 359. Ætatis granditas. *advanced age*, πολυετία. ¶ De stilo sublimi *Cic. in Bruto*, c. 31. *sub fin. loftiness, grandeur, sublimity.* Lectitavisse Platonem studiose, audivisse etiam Demosthenes dicitur: idque apparet ex genere et granditate verborum. *Plin.* l. 6. ep. 21. Non illi vis, non granditas, non subtilitas defuit.

GRANDĬTER, adverb. *largely, greatly*, μεγάλως, valde. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 29. Nec plus Alcæus consors patriæque lyræque, Laudis habet, quamvis grandius ille sonet. *h. e.* sublimiore stilo versus faciat. *more sublimely; more deeply.* [† *Horat.* od. 2. 13. 26. Et te sonantem *plenius* aureo, Alcæe, plectro.] *Sidon.* l. 7. epist. 2. Pater istius granditer frugi. et epist. 4. Illud mihi inter maxima granditer cordi est. *Augustin.* l. 1. *Confession.* c. 9. Granditer affectus.

GRANDIUSCŬLUS, a, um, *somewhat big*, diminut. a grandis. *Terent. Andr.* 4. 5. 19. Nam fere grandiuscula profecta est illinc.

GRANDO, inis, f. *hail, a shower of hail*, χάλαζα, pluvia in aere congelata. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 35. *extr.* Si uredo, aut grando quidpiam nocuit. et l. 2. c. 5. Terrere animos fulminibus, nimbis, nivibus, grandinibus, &c. *Senec.* epist. 45. *a med.* Grando incussa tectis crepitat, ac solvitur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 449. in tectis crepitans salit horrida grando. *pattering. Horat.* l. 3. od. 1. v. 29. verberatæ grandine vineæ. *Id.* l. 1. ep. 8. v. 5. Grando vites contudit. *Plin.* l. 4. ep. 6. Agri grandine excussi. *Plin. alter* l. 2. c. 38. Grandines ruunt. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 692. terras pulsare grandine. et lib. 5. v. 158. tela volant hiberna grandine plura. *Liv.* l. 28. c. 37. *ad fin.* Tanta vis lapidum, creberrimæ grandinis modo, in classem effusa est. ¶ Masculino gen. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 105. Imber grandine implicatus albo. ¶ Metaphorice est copia verborum, facundia, eloquentia. *Auson.* ep. 16. v. 13. Qui grandines Ulisei, Mellifluentem Nestora, Concinnatorem et Tullium superat.

GRANE, es, Nymphæ nomen. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 107. Inde sata est Nymphe: Granen dixere priores. V. *Carna.*

GRANĔA, æ, f. apud *Caton. R. R.* c. 86. granea triticea fit ex tritico contuso in mortario, et a cortice purgato, postea in aula cocto ex aqua, dein addito lacte paulatim, donec cremor crassus factus sit. Similiter *Hieronym.* l. 1. c. 23. *in Puralipom.* graneam esse ait cibum e primitiis spicarum, quarum grana comedebantur.

GRANĪCUS, i, m. *the Granic*, Γρήνικος, [† *Homer. Il.* M. 21.] fl. Troadis, seu Phrygiæ minoris, qui ex Ida monte in Propontidem influit. Clarus est pugna et victoria Alexandri contra Persas. *Plin.* l. 5. c. 32. et *Pompon. Mela*, l. 1. c. 19. ¶ Hoc nomen *Ovidio* restituit *Heinsius* l. 11. *Metam.* v. 763. Fertur Alexirhoe Granico nata bicorni.

GRANĬFER, a, um, *bearing grains*, ferens granum. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 638. *de formicis.* Graniferumque agmen subjectis spargere in arvis.

GRANNUS, epitheton Apollinis in novem lapidib. apud *Gruter.* pag. 37. et 38. et uno apud *Murator.* pag. 22. n. 11. videtur esse a loco sumptum, ubi colebatur: nec absurde a regione Pannoniæ superioris, ubi Granni populi, et Grannius fluvius, et Strigonium, quod etiam *Gran* nomen habet.

GRANŌSUS, a, um, *full of grains*, κοκκώδης, intus habens grana. *Plin.* l. 2. c. 31. Cui acini coccinei, granosi folliculi.

[* GRANULĀTIM, adverb. in speciem granorum. *Commodian. Afr. Instruct.* c. 60. Levatis comulas granulatim. *h. e.* ut sint veluti in grana discriminatæ.]

GRANUM, i, n. *a grain of corn*, κόκκος, proprie semen frugum dicitur, ut tritici, hordei, et hujusmodi. *Varr.* l. 1. *de R. R.* c. 48. deducit a gerendo, quia seritur, ut spica gerat frumentum. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 36. Midæ illi Phrygio, cum puer esset, dormienti formicæ in os tritici grana congesserunt. ¶ *Granum* etiam generaliter dicitur pro omni eo, quod minutum est, et similitudinem aliquam habet cum grano frumenti. *the seed of any fruit; a kernel.* Unde et mali punici acinos *grana*, ipsumque malum *granatum* dicimus. Fructus quoque cocci, quo panni tinguntur, *granum* dicitur, Anglice *grain*, quod quia copiosissime nascitur in Bætica provincia, factum est, ut ea regio ab eo *Granata* dicatur. Sane cocco abundare Hispanias, *Plin.* l. 9. c. 41. et lib. 16. c. 8. significat. *Id.* l. 22. c. 24. *a med.* Grana ceræ milii magnitudine. *Id.* l. 24. c. 5. Grana fici. *Id.* l. 23. c. 8. salis. *Plaut. Pœn.* a. 2. v. 3. turis. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 6. v. 10. uvæ.

[* GRANUS, i, plur. grani, orum, m. *mustaches*, ea pars barbæ, quæ infra nares est. *Isidor.* 19. *Orig.* c. 23. Ut videmus cirros Germanorum, granos et cinnabar Gothorum. *h. e.* pilos ita discriminatos, ut cum in fine convoluti sint, granorum formam exhibeant.]

GRAPHIARĬUM, rii, n. *a case for holding styles*, γραφιοθήκη, theca, in qua styli scriptorii reponebantur: a γραφεῖον, stylus. *Martial.* lib. 14. ep. 21. Hæc tibi erunt armata suo graphiaria ferro.

GRAPHIARĬUS, a, um, adject. ut Graphiaria theca, *a case for styles*, graphiarium. *Sueton. in Claud.* c. 35.

GRAPHĬCE, adverb. *finely, nicely, masterly, exactly, to the life*, γραφικῶς, polite, eleganter, expresse, ad amussim, venuste, perfecte, tanquam si res picta sit. *Plaut. Pers.* 2. 5. 5. Nunc ego huic graphice facetus fiam. et 4. 2. 3. Hanc hospitam crepidula graphice decet. et *Trin.* 3. 3. 38. Is homo exornetur graphice in peregrinum modum. *In lemmate* cap. 4. l. 14. *Gell.* Apte et graphice depingere.

GRAPHĬCE, es, f. *the art of limning or painting*, γραφική, ars delineandi ac deformandi ad picturam. V. *Diagraphice.*

GRAPHĬCUS, a, um, *exquisite, excellent, done as if were to the life, notable, nice, perfect, fine, curious*, γραφικός, elegans, perfectus, absolutus, ad unguem factus: a γράφω, qua pingere notat, quasi pictoris manu expolitus, quia picta sunt elegantiora nativis. *Vitruv. extr.* cap. 4. lib. 4. Eminentes expressiones graphicoteram efficient in aspectu delectationem. γραφικωτέραν, comparativus Græca forma. ¶ De homine dictum significat scitum, peritum, callidum, aptum. *Plaut. Stich.* 4. 1. 64. Graphicum mortalem Antiphonem! ut apologum fecit! quam fabre! *Id. Trin.* 4. 2. 91. Graphicus nugator. et 4. 3. 17. Graphicus fur.

GRAPHIS, idos, f. *the designing of a piece*, γραφίς, delineatio, deformatio, quæ linearum ductibus fit. *Plin.* l. 35. c. 10. Alia multa graphidis vestigia exstant in tabulis ac membranis ejus, ex quibus proficere dicuntur artifices. ¶ Item ars ipsa lineis deformandi. *the art of painting. Vitruv.* l. 2. c. 1. Architectum oportet graphidos scientiam habere, quo facilius exemplaribus pictis, quam velit, operis speciem deformare valeat. ¶ Item instrumentum, quo deformamus. *the instrument used by a limner or painter. Seren.* apud *Diomed.* l. 3. pag. 516. *Putsch.* Pingere collibitum est: graphidem date.

GRAPHĬUM, ii, n. *an iron pen, or style, with which they wrote on tablets covered with wax*, γραφίον, stylus ferreus, quo veteres in ceratis tabulis solebant scribere: a γράφω. V. *Stylus. Ovid.* 1. *Amor.* el. 11. v. 23. Quid digitos opus est graphio lassare tenendo? *Sueton. in Cæs.* c. 82. Cassii brachium graphio trajecit.

[* GRASSARĬUS, i, m. *an assassin*, idem ac grassator. *Festus in Grassari.* Grassarii autem dicuntur latrones vias obsidentes.]

GRASSATĬO, onis, f. *a going about to assault and rob persons in the streets*, λωποδυσία, actus grassandi. *Plin.* l. 13. c. 22. *ad fin.* Nocturnis grassationibus converberatam faciem illinens sibi cum ture ceraque.

GRASSĀTOR, oris, m. *one who assaulted or maltreated passengers in the streets or highways; a street-robber, highwayman, assassin*, λωποδύτης, qui vias vicosque obsidens, obvios quosque vi aggreditur, et vestibus aut pecunia spoliat. *Cic. de Fato*, c. 15. Hoc enim modo viator quoque bene vestitus, causa grassatori fuisse dicetur, cur ab eo spoliaretur. *Sueton. in Aug.* c. 32. Grassatorum plurimi palam se ferebant succincti ferro, &c. Igitur grassatores, dispositis per opportuna loca stationibus, inhibuit. *Id. in Cæs.* c. 72. Grassatores et sicarii. *Gell.* l. 20. c. 1. Nocturni grassatoris insidiosa violentia. ¶ Olim, cum poeticæ artis honos non erat, si qui in ea re studebat, aut sese ad convivia applicabat, grassator vocabatur, inquit *Cato* apud *Gell.* l. 11. c. 2. idque ob eam rationem, quia antiqui, *Festo* teste, *grassari* ponebant pro adulari, quod parasiti atque adulatores in foro deambulantes, in obvium quemque grassabantur, cibi quærendi gratia: faciebantque idem factores carminum huc illuc visentes convivia, et laudes versibus pro cibo et lucello donantes. [¶ *Grassatorem* Cecropiæ vocat *Symmach.* orat. 2. *in Valentinian.* c. 6. Minotaurum.]

GRASSATŪRA, æ, f. idem ac grassatio. *Sueton. in Tiber.* c. 37. In primis tuendæ pacis a grassaturis, et latrociniis, seditionumque licentia curam habuit.

GRASSOR, aris, atus sum, dep. 1. *to go on, advance, proceed*, pleno gradu incedo, cum impetu eo: frequentativum a *gradior*: item simpliciter gradior, procedo. *Plaut. Rud.* 1. 4. 41. Siccine hic cum uvida veste grassabimur? *Titinn.* apud *Non.* c. 4. n. 219. Grassari pedibus. *Novius ibid.* Sæpe hac eadem grassatus via. ¶ Translate *Liv.* l. 3. c. 44. Jure grassari, non vi. *to proceed on the principles of justice.* et lib. 10. c. 14. Consilio grassandum, si nihil vires juvarent, ratus. *that we must proceed by stratagem. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 441. Sunt, qui mendaci specie grassentur amoris. *make advances, put themselves forward. Sil.* l. 1. v. 570. grassandum ad clara periclis. *h. e.* adeundo pericula ad gloriam eundum. *we must aspire to. Sallust. in Jug.* c. 1. Ubi animus ad gloriam virtutis via grassatur. *proceeds, aspires to.* In malam partem *Liv.* l. 2. c. 12. *extr.* Trecenti conjuravimus, ut in te hac via grassaremur. *Sallust. in Jug.* c. 68. Cupidine atque ira, pessumis consultoribus grassari. *Tacit.* 4.

Hist. c. 16. Grassari dolo. et cap. 56. Mutua dissimulatione, et iisdem, quibus petebatur, artibus grassatur. Id. Ann. l. 1. c. 37. Avaritia atque licentia grassatus est. Id. Ann. 4. c. 66. Accusatorum major in dies, et infestior vis sine levamento grassabatur. Id. 3. Hist. c. 39. Grassari veneno. Justin. l. 16. c. 4. Adesse populo grassanti in Senatum. Id. l. 1. c. 9. Qui cum contemptu religionis grassatus etiam adversus deos fuerat. Id. l. 2. c. 12. Quoniam ferro in homines non poterat, in ædificia igne grassatur. *wreaks his fury.* Plin. l. 26. c. 11. Mala, quæ grassantur totis corporibus. Justin. l. 23. c. 2. Per omnes nervos articulosque humore pestifero grassante. h. e. discurrente, et cruciante. Plin. l. 26. c. 1. Hæc vitia in pueris grassari, illa in adultis. Prudent. in Psychom. v. 468. rabidorum more luporum Crimina persultant toto grassantia campo. ¶ Singularis est Statii locus, ubi cum accusativo usurpatur, lib. 8. Theb. v. 570. Ac primum faciles grassatus cuspide turmas, Arma refert sociis. h. e. cum sævisset cædendo. Sic Aurel. Vict. de Cæsarib. c. 33. Simulque Romam pestilentia grassabatur. ¶ Speciatim dicitur de latronibus qui vias obsident, et viatores aggrediuntur et spoliant, *to assault, or maletreat, passengers on the highway or in the street,* nam gradi, inquit Festus, est ambulare: unde tractum grassari, videlicet ab impetu gradiendi. Petron. in Satyr. c. 117. Quidquid Lycurgi villa grassantibus præbuisset. Plin. l. 9. c. 15. Silurus grassatur, ubicumque est, omne animal appetens. ¶ Olim etiam pro adulari usurpatum fuit, eodem Festo teste. Horat. l. 2. sat. 5. v. 93. Grassare obsequio: mone, si increbruit aura, &c. V. Grassator. ¶ Grassarier pro grassari, paragoge. Prudent. in Hamartig. v. 651.

GRATABUNDUS, a, um, *rejoicing greatly,* gratulabundus. Tacit. l. 1. Hist. c. 18. Et proximi militum gratabundi respondent. Ita Lexicographi plerique. At pleræque Taciti editiones, atque optimæ habent grata auditu.

GRATANTER, adverb. lubenter, gratulando. Capitolin. in Macrin. c. 7. Senatus gratanter accepit. Id. in Maxim. c. 14. Misit litteras, quæ gratanter acceptæ sunt. Adde Ammian. l. 17. c. 12. (al. 26.) et Aurel. Vict. Epit. in Nerva, cap. 12.

GRATATORIUS, a, um, adject. gratulatorius. Sidon. l. 5. ep. 16. Ampliatos prosapiæ tuæ titulos ego festinus gratatoriis apicibus inscripsi.

GRATE, *gratefully, with pleasure,* ἀρεσκόντως, jucunde. Cic. 1. de Fin. c. 19. Et præterita grate meminit, et præsentibus ita potitur, &c. Varr. c. 1. extr. l. 6. de L. L. Tamen hic docet plura, et satis facit grate. Justin. l. 12. c. 11. Munificentia gratius excepta. Macrob. l. 7. Saturn. c. 2. Pericula præterita, vel ærumnas penitus absolutas qui evasit, ut referat, gratissime provocatur. Ulpian. Dig. lib. 26. tit. 10. leg. 3. Liberti pupillorum grate facient, si tutores male gerentes rem patronorum suspectos fecerint. ¶ Item grato, et lubenti animo, *thankfully, acceptably.* Cic. pro Planc. c. 41. Confiteare aliquando, quod faciam, me et grate et pie facere. Horat. l. 2. ep. 2. v. 210. Natales grate numeras. Plin. l. 7. c. ult. Gratissime accipere aliquid. Senec. l. 2. de benef. c. 31. Beneficium qui dat, vult excipi grate.

GRATES, f. *thanks,* χάρις, gratiæ, quæ pro accepto beneficio referuntur. Cic. in Somn. Scip. c. 1. Grates tibi ago, summe sol. *I thank thee.* (Adde Liv. l. 28. c. 39. a med.) Curt. l. 9. c. 6. Vobis quidem, o fidissimi, grates ago, habeoque. *I return you thanks, and am sensible of the favour.* et Liv. l. 26. c. 48. et Tacit. 1. Ann. c. 69. Laudes et grates alicui habere. *to thank and congratulate.* Ovid. 2. ex Ponto, ep. 11. v. 25. grates alicui referre. *to make a requital.* et lib. 4. ep. 9. v. 49. superis decernere grates. h. e. supplicationes indicere. Virg. 2. Æn. v. 537. dignas cuipiam grates persolvere. *to requite, make a suitable return.* et lib. 11. v. 508. grates alicui dicere. *to thank.* Stat. l. 3. silv. 3. v. 155. grates alicui rependere pro re aliqua. *to return thanks.* ¶ Ironice Virg. 2. Æn. v. 535. At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis Dii, si qua est cælo pietas, quæ talia curet, Persolvant grates dignas, et præmia reddant Debita. ¶ In aliis casibus præter rectum et quartum pluralem, perrari est usus. Tacit. 12. Ann. c. 37. Agrippinam quoque iisdem, quibus principem, laudibus gratibusque venerati sunt.

GRATIA, æ, f. *grace, favour,* χάρις. Gratia est, quæ gratos et amabiles facit. Frequentissime sumitur pro favore, amore, benevolentia, et quidem passive. Cic. pro Planc. c. 13. Summum in Præfectura florentissima gradum tenuerint et dignitatis, et gratiæ. Id. pro Sex. Rosc. c. 6. Gratia atque hospitiis hominum nobilissimorum florebat. Id. pro leg. Manil. c. ult. Neque quo Cn. Pompeii gratiam mihi per hanc causam conciliari putem. Id. pro Mur. c. 20. L. Murænæ provincia multas bonas gratias cum optima existimatione attulit. ¶ Sæpe etiam active accipitur pro benevolentia, qua quis diligit. *benevolence, good-will.* Cic. 1. de nat. Deor. in fi. Deinde, si maxime talis est deus, ut nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur. Id. Agrar. 2. c. 3. Non hominum potentium studio, non excellentibus gratiis paucorum, sed universi populi R. judicio consul factus. Tacit. Ann. 4. c. 18. extr. Pro gratia odium reddere. ¶ Hinc *recipere in gratiam* eum dicimur, qui vult nobis reconciliari, cum aliquando inimicus fuerit. Cic. pro Rab. Post. c. 8. Quem ex tantis inimicitiis receptum in gratiam summo studio defenderim. ¶ Sæpe pro mutua amicitia, benevolentia, concordia. Cæl. ad Cicer. 8. Fam. ep. 14. Nam mihi cum hominibus his et gratia, et necessitudo est. ¶ *Gratiam inire,* est amicitiam alicujus sibi conciliare, *to find favour with one, conciliate the friendship or good-will of any one.* Cic. Attic. l. 1. ep. 14. Crassum inire eam gratiam, quam ipse prætermisisset. Id. Verr. 4. c. 46. Ut idem Pompeius non ab homine solum, sed etiam a provincia tota se hujus absolutione inire gratiam arbitraretur. Id. Attic. l. 7. ep. 9. Jam cum bonis omnibus summam ineat gratiam. Al. pleriq. leg. a bonis omnibus. Liv. l. 36. c. 5. Apud regem gratiam initam volebant. Id. l. 33. c. 46. Quantam eo facto ad plebem inierat gratiam. ¶ *Redire in gratiam,* est reconciliari. Cic. Attic. l. 1. ep. 14. extr. Cum Luceio in gratiam redi. ¶ *Gratiam alicujus sequi,* est alicujus amicitiam ambitiosius captare, vel ambire. Cæs. l. 1. B. Civ. c. 1. Sin Cæsarem respiciant, atque ejus gratiam sequantur. ¶ Dicimus etiam *mala gratia,* pro offensione, acerbitate. Terent. Phorm. 4. 3. 17. Sic hæc potius cum bona ut componantur gratia, quam cum mala. ¶ *Ponere aliquem in gratia* est amicum facere, conciliare, *to bring into favour with one.* Cic. Attic. 6. ep. 6. sub fin. et lib. 5. ep. 11. At te apud eum, dii boni! quanta in gratia posui! ¶ Dicimus etiam *ponere in gratiam,* si modo certa est lectio apud Cicer. Attic. l. 5. ep. 3. et Cæl. ad Cicer. 8. Fam. ep. 6. sub fin. ¶ *Esse in gratia,* gratum, amicum esse, *to be in favour.* Cic. 2. Verr. c. 17. Ut Senatus cum populo R. et in laude et in gratia esse possit. Sic Id. 1. Fam. ep. 9. Cum mihi cum illo magna jam gratia esset. ¶ *Habere in gratia,* amare, amici loco habere, *to show favour to, love, esteem.* Suet. in Domit. c. 11. Consularem virum condemnaturus, in eadem, vel etiam in majore gratia habuit, quoad, &c. ¶ Interdum *gratia* sumi videtur pro auctoritate et potentia, quæ favore et plausu acquisita est. Cicer. Fam. 13. ep. 29. a med. Omnia quæ potui in hac summa tua gratia ac potentia a te impetrare. Gell. l. 5. c. 6. post med. Senatusconsultum faciundum per gratiam curavit. *by interest.* Sueton. in Aug. c. 35. Senatores per gratiam et præmium allecti. ¶ Etiam beneficium significat, quod alteri confertur, ex quo gratia nascitur, *a kindness, favour, obligation.* Cic. 2. Fam. ep. 6. Nullam esse gratiam, quam non vel capere animus meus in accipiendo, vel in remunerando cumulandoque illustrare posset. Sallust. in Jug. c. 119. Quod polliceatur, populum R. quoniam armis amplius valuisset, non in gratia habiturum. *would not esteem it as a favour.* ¶ Item beneficium, quod redditur, vel memoriam accepti beneficii, animum gratum, et voluntatem remunerandi. *an acknowledgment of a kindness, return, requital, gratitude, thanks.* Cic. pro Planc. c. 33. Meritam Diis immortalibus gratiam justis honoribus et memori mente persolvere. Id. 3. de Fin. c. pænult. Quanta diis gratia debeatur. Terent. Andr. 2. 1. 31. Postulare, id gratiæ apponi sibi. *that it should be considered as a favour.* ¶ *Agere gratias* est verbis ostendere, nobis aliquid fuisse gratum, vel beneficium verbis exornare, *to give thanks in words.* *Referre gratiam,* vel *gratias* est facto aliquo beneficium remunerari, *to recompense, remunerate, make a requital.* Cic. Phil. 3. extr. Ut pro tantis eorum in rempublicam meritis honores eis habeantur, gratiæque referantur. *Repetere gratiam* est postulare, ut pro accepto beneficio aliud reponatur. Liv. l. 1. c. 47. Tarquinius prensare patres, admonere paterni beneficii, ac pro eo gratiam repetere. *Habere gratiam,* vel *gratias* pertinet ad animum, et significat memorem accepti beneficii animum habere, et remunerandi voluntatem, *to entertain a grateful sense of a favour, feel himself obliged or indebted.* Cic. Fam. 5. ep. 11. Nec enim tu mihi habuisti modo gratiam, verum etiam cumulatissime retulisti. Terent. Andr. 4. 4. 31. Diis pol habeo gratias. Id. Eun. 5. 9. 61. Bene fecisti: gratiam habeo maximam. Cic. 3. Phil. c. 10. Meritoque vestro maximas vobis gratias omnes et agere, et habere debemus. Id. 2. Offic. c. 20. Commode autem, quicumque dixit, pecuniam qui habeat, non reddidisse; qui reddiderit, non habere; gratiam autem et qui retulerit, habere; et qui habeat, retulisse. V. similem loc. post redit. ad Quirit. sub fin. et pro Planc. c. 28. ¶ Translate Colum. l. 2. c. 2. ante med. Nullum deterius habetur agri genus, quam quod est siccum pariter et densum, et macrum: quia cum difficulter tractetur, ne tractatum quidem gratiam refert. h. e. fructum reddit impensæ et labori æqualem. ¶ *Referre gratiam* aliquando per ironiam in malam partem sumitur, h. e. pro injuria injuriam rependere, ulcisci. Cic. de Amic. c. 15. Tarquinium dixisse ferunt tum exsulantem, se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, cum jam neutris gratiam referre posset. Terent. Eun. 2. 3. 93. Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur. Adde Cicer. pro Sull. c. 16. extr. et Attic. l. 2. ep. 9. ¶ *Reddere gratiam,* non dicimus. reddunt enim et qui reposcuntur, et qui inviti, et qui ubilibet, et qui per alium. Ita Senec. ep. 81. ante med. qui tamen ibid. paulo sup. dixerat: Hoc certe justitiæ convenit, suum cuique reddere, beneficio gratiam, injuriæ talionem, aut certe malam gratiam. ¶ *Est gratia* est, ago gratias. Terent. Adelph. l. 2. 58. Unum vis curem: curo et est diis gratia, cum ita, ut volo, est. Plaut. Men. 2. 3. 36. Eamus intro, ut prandeamus. Me. bene vocas: tam gratia est. *I am so far obliged to you: I thank you, but I cannot:* verba sunt recusantis, et beneficium invitationis nihilominus agnoscentis. ¶ Et omisso verbo, Ovid. 3. ex Pont. ep. 5. v. 48. Gratia dis: menti quolibet ire licet. ¶ Nonnunquam *gratia* accipitur pro indulgentia, venia. Gell. l. 11. c. 8. Ideoque veniam gratiamque malæ existimationis, si quid esset erratum, postulavit. ¶ Hinc *facere gratiam* est remittere, condonare. Liv. l. 3. c. 56. Omnium tibi, quæ impie nefarieque per biennium es ausus, gratiam facio. *I forgive you.* Plaut. Rud. 5. 3. 58. Jurisjurandi volo gratiam facias. [† h. e. jusjurandum remittas.] *I wish that you would dispense with my taking the oath.* Sueton. in Aug. c. 17. Bononiensibus gratiam fecit conjurandi cum tota Italia pro partibus suis. *released them from, &c. dispensed with their, &c.* Id. Domit. c. 14. Edicti de excidendis vineis propositi gratiam fecit. ¶ Facere alicui malam gratiam cum aliquo, *to cause to be out of favour with; to make to quarrel with.* Senec. sub fin. controv. 5. l. 1. Volo tibi malam gratiam cum sponso tuo facere. habet amicam. ¶ Utimur etiam *gratia* pro causa. Cic. l. 1. de Fin. c. 10. extr. Majorum dolorum effugiendorum gratia. *for the sake of, &c.* Terent. Andr. 2. 6. 2. Ea me hic restitisse gratia, *for that reason.* et 3. 4. 8. Ea gratia simulavi, ut, &c. Id. Heaut. 4. 5. 20. Ea gratia secum adduxit, ne, &c. Sallust. in Jug. c. 58. Id ea gratia eveniebat, quod, &c. Terent. Eun. 1. 2. 19. Huc qua gratia te arcessi jussi, ausculta. *with what intent, on what account.* Plaut. Pseud. 5. 2. 3. Num mea gratia pertimescit? *on my account?* et Stich. 5. 1. 5. Qui nihil ocius venit tamen hac gratia. *does not on that account come the sooner.* et Mil. 3. 1. 60. Quid opus fuit hoc hospes sumptu tanto nostra gratia? *on our account?* et Pseud. 1. 5. 138. Non abire certum est istac gratia. Plin. l. 18. c. 25. ante med. Brevitatis gratia. Id. l. 2. c. 17. a med. Exempli gratia. *for instance, for example.* ¶ Huc pertinet *in gratiam,* quod est causa ablat. ut in gratiam mei, tui, mea, tua causa, ut mihi, aut tibi quis gratificetur. *to oblige.* Vellei. l. 2. c. 41. Cum M. Piso Anniam in Sullæ dimisisset gratiam. Sueton. in Tib. c. 49. Constat condemnatam Lepidam in gratiam Quirini consularis. ¶ Item pro venustate, pretio, quo quippiam commendatur, gratum est, et jucundum. *pleasantness, agreeableness.* Plin. l. 28. c. 19. ad fin. Lepore sumpto, gratiam corpori fieri in novem dies. Quintil. in proœm. l. 6. Gratia in vultu, jucunditas in sermone. *grace.* Id. l. 9. c. 4. ante med. Virtutes etiam ipsæ tædium pariunt, nisi gratia varietatis adjutæ. Id. l. 6. c. 1. a med. et lib. 11. c. 1. sub fin. Perdere gratiam alicujus rei. *to mar, destroy.* Id. in proœm. l. 1. Nullam ingenii sperantes gratiam. Cels. l. 4. c. 24. a med. Et lapidi Asio gratia est ad juvandum. Plin. l. 14. c. 1. a med. Uvis et vinis gratiam affert fumus fabrilis. *flavour, race.* et lib. 17. c. 9. Fœtore aspectuque, temporis viribus, in quandam etiam gratiam mutato. ¶ De ablativo *gratiis* V. infra suo loco.

GRATIÆ, arum, f. *the Graces,* Χάριτες, deæ pulcritudinis, quas alii tradunt, filias fuisse Jovis, et Autonoes, alii Jovis et Eurynomes, alii Liberi Patris et Veneris. Dictæ sunt a *gratia,* idest ab ea gratiæ notione, qua pro venustate ac lepore accipitur. Græce dicuntur Χάριτες, a χάρις, quod a χαρὰ, gaudium. Tres sunt *Aglaie, Thalia, Euphrosyne.* Aliquando pro *Aglaie,* et *Thalia, Ægiale,* et Pasithea leguntur. Aliorum interpretatione Gratiæ deæ sunt, quæ beneficentiæ præsunt. Tres esse finguntur, quod una beneficium det, altera accipiat, tertia reddat: seu quia et benefici esse in alios debemus, et aliorum beneficia suscipere, et iis, qui in nos liberales fuerunt, retribuere. *dare* autem, *accipere,* et *referre* tres actus sunt inter se distincti. Ex his una *Aglaie* nominatur ab ἀγλαΐα, splendor, quia splendide, et magnifice præstandum est beneficium: altera *Thalia,* a θαλία, germen, ramus virens, quia beneficii memoria semper virere debet, et nunquam marcescere: tertia *Euphrosyne,* ab εὐφροσύνη, lætitia, quia et in accipiendo, et in dando beneficio lætari et delectari congruum est. Harum una aversa pingitur, duæ ad nos conversæ, quia pro accepto beneficio duplicem gratiam rependi oportet. Virgines sunt, quia pura beneficia esse debent, sine spe retributionis, seu quia nihil turpe rogare licet. Nudæ, quod beneficia inter amicos minime decet esse fucata. Juvenes, quia beneficii accepti memoria senescere non debet, sed perpetuo virere. Hilares et ridentes, quod hilariter beneficium dandum est. Connexæ, quia perpetuum debet esse benevolentiæ fœdus, et quia beneficium semper beneficium parit. In Acidalio Orchomeni fonte lavantur, qui dictus est ab ἀκιδὴς, nullam curam gerens, quod ab α, part. priv. et κῆδος, cura, quia conferens oblivisci beneficii dati debet, vel certe curam omnem abjicere de remuneratione. Hæc magnam partem ex Senec. l. 1. de Benef. c. 3. item ex Serv. ad 1. Æn. v. 724. sumpta sunt. Horat. l. 1. od. 4. v. 6. Junctæque Nymphis Gratiæ decentes Alterno terram quatiunt pede. et l. 3. od. 21. extr. Segnesque nodum solvere Gratiæ.

* Perelegans de his epigramma habes apud *Murator.* in novo Thesauro Inscriptionum p. 494. n. 3.

GRATIĀNUS, a, um, adject. ut Gratiana vasa apud *Martial.* l. 4. epigr. 39. et *Plin.* l. 33. c. 11. a Gratio, vel Gratiano artifice denominata.

GRATIFICATĬO, onis, f. *a gratifying, obliging*, χάρισμα, actus gratificandi, gratia, beneficium. *Cic.* 3. *Agrar.* c. 2. Conjungitur impudens gratificatio cum acerba injuria. *Plin.* l. 21. c. 3. *a med.* Gratificationem ipsius reginæ Antonio timente. *h. e.* ne quis, ut reginæ gratificaretur, sibi venenum daret.

GRATIFICOR, aris, atus sum, dep. 1. *to gratify, oblige, do what is agreeable*, χαρίζομαι, gratum facio, beneficium do. *Cic. de Fin.* l. 5. c. 15. De eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt. *Id.* l. 1. *de nat. Deor. in fi.* Deus nihil cuiquam tribuens, nihil gratificans. *Id. pro Balb.* c. 6. Gratificatur mihi gestu accusator: inscientem Pompeium fecisse significat. *Id. in fragm. pro C. Cornel.* apud *Ascon.* Homo nimis in gratificando jure liber, L. Sisenna. *h. e.* gratiæ causa remittendo. *Liv.* l. 21. c. 9. *extr.* Nuntios ad principes factionis Barcinæ præmittit, ne quid altera pars gratificari pro Romanis posset. *Plin.* referens verba veterum Annalium lib. 34. cap. 6. Quod campum Tiberinum gratificata esset ea populo. *h. e.* dono dedisset. *Sallust.* orat. 1. *ad Cæs. ad fin.* Perversam gratiam gratificari. *to do a hurtful favour to one*, gratificari cuipiam, quod illi obsit, ut *Cic.* 1. *Offic.* c. 14. loquitur. *Tacit. Ann.* 4. c. 19. Gratificari odiis alicujus. *h. e.* inservire gratiæ causa.

[* GRATIFĬCUS, a, um, gratum faciens. *Isidor. Orig.* l. 10. Gratificus ab eo, quod gratis faciat bonum. *Paulin. de vit. Martin.* lib. 2. v. 715. Gratifico concors cum pectore vultus. *Optatian. Porphyr. Panegyr. ad Constantin.* c. 1. v. 6. Gratificus dominus.]

GRATĪIS, ablat. plur. a *gratia*, sæpe adverbii more usurpatur, præsertim a *Plauto*, et *Terentio*, et significat idem quod *gratis*, sine mercede, aut præmio. *Plaut. Epid.* 3. 4. 36. Foras educite quam introduxistis fidicinam: atque etiam fides, ei quæ accessere, tibi addam dono gratiis. *Id. in fragm.* apud *Charis.* l. 2. p. 180. *Putsch.* Videas, mercedis quid tibi est æquum dari, ne ista ætate me sectere gratiis. *Terent. Phorm.* 3. 2. 15. Ut phaleratis dictis ducas me, et meam ductes gratiis. *for nothing, shot-free. Id. Adelph.* 4. 7. 26. Aliquo abjicienda est, si non pretio, gratiis. *gratis.* Apud *Plaut. Asin. prol.* v. 5. Age, nunc reside: cave modo, ne gratiis. Al. leg. *graxis*, ut sit a *grato*, clamo, a Græco κράζω.

GRATILLA, æ, f. species libi, apud *Arnob.* l. 7. p. 230. sed illud quale sit, ignotum est.

GRATIŌLA, diminutivum a *gratia*, agnoscitur ut Latinum a *Diomed.* l. 1. pag. 313. *Putsch.*

GRATIŌSE, *graciously*, per gratiam, gratificando, χαριέντως. *Ulpian. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 6. Competet adversus tutores tutelæ actio, si prædia non idonea comparaverunt per sordes, aut gratiam. Quid ergo, si neque sordide, neque gratiose? *Ascon. in Verr.* 3. c. 4. *ad fin.* Hoc in Sicilia fecit gratiosius in decumanos.

GRATIOSĬTAS, atis, f. *grace*, gratia. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 9. Ipsam naturalem novitatis gratiositatem volui repercutere. *h. e.* gratiam novitatis, ut ait *Plin.* l. 1. ep. 2.

GRATIŌSUS, a, um, *in great favour or interest, agreeable, beloved*, χαρίεις, qui gratia apud omnes plurimum valet, vel qui omnium gratiam et favorem sibi facile conciliat. *Cic. pro Planc.* c. 19. Gratiosum esse tribulibus suis Plancium, quod multis benigne fecerit, pro multis spoponderit, denique omnibus officiis, &c. et c. 18. Semper fuerunt viri boni, qui apud tribules suos gratiosi esse velint. *Id. Verr.* 6. c. 20. Homini honesto, sed non gratiosiori, quam Cn. Calidius est. *Id. pro Quint.* c. 1. Cum adversario gratiosissimo contendere. ¶ Aliquando significat eum, qui proclivis est ad gratificandum. *gracious, condescending. Cic. in Brut.* c. 84. Scribæ gratiosi sint in dando et cedendo loco. ¶ *Gratiosa missio* dicitur, quæ per gratiam impetrata est. *Liv.* l. 43. c. 14. *ad fin.* Et quorum ante emerita stipendia gratiosa missio sibi visa esset, eos milites fieri jussuros. ¶ *Gratiosa sententia* est, quam quis sibi faventem per gratiam extorsit contra jus. *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 6. leg. 5. ¶ Docet *Gell.* l. 9. c. 12. *gratiosum* dici et qui adhibet, et qui admittit gratiam. Quo posteriore sensu *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 15. leg. 1. Berytiensis colonia est in eadem provincia, Augusti beneficiis gratiosa. *favoured, protected.* ¶ Pro jucundo, et grato. *Plin.* l. 16. c. 33. Cupressus odore violenta, ac umbra quidem gratiosa. *pleasing, agreeable.*

GRATIS, adverb. *freely, for nought, scot-free, gratis*, προῖκα, sine mercede, gratuito. *Cic.* 2. *Offic.* c. 23. *sub fin.* Habitare gratis in alieno. *Id. pro Rosc. Com.* c. 10. Communem factum esse gratis cum Roscio, qui pretio proprius fuisset Fannii. *Id. Verr.* 7. c. 19. Vel Capitolium publice gratis coactis fabris, operisque imperatis exædificari potuit. *without expense.* et *paulo post.* Navis tibi gratis constat. *Id. pro Cluent.* c. 26. Gratis servire Reipublicæ. *Sueton. de Grammat.* c. 13. Gratis et sine mercede aliquid facere. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 26. Ut virtutes per se ipsas gratis diligant. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 3. Id me scis antea gratis tibi esse pollicitum. quid nunc putas tanta abs te mihi mercede proposita? Adde *C. Gracchum* apud *Gell.* l. 11. c. 10.

GRATĪTO, as, n. 1. *to cackle as a goose*, idem ac gingrio, quod proprium est anseris: a sono. *Auct. carm. de Philom.* v. 19. Cacabat hinc perdix, hinc gratitat improbus anser.

GRATITŪDO, inis, f. pro grato animo, *gratitude*, barbarum est. Perperam enim a quibusdam legitur in titulo cap. 2. et 3. lib. 5. *Valer. Max.* ubi optimi Cod. *de gratis, et ingratis* habent. ¶ *Gratitudo* pro grato sapore, habetur apud *Apic.* auctorem culinarium l. 3. c. 6. ut quidem legebat *Cellar. in Antibarb.* c. 1. Alii *gravitudo*: et ita videtur postulare sententia.

GRATĪUS, patria Faliscus, Poeta Latinus, *Ovidii* æqualis, carmen epicum edidit, Græco nomine *Cynegeticon* inscriptum, κυνηγετικὸν, in quo de venatione agit, seu de canum, et equorum, quibus in venando utimur, educatione, et cultu, de instrumento venatorio, de ratione venandi, &c. a κυνηγέω, venor, quod a κύων, canis, et ἄγω, ago. *Ovid.* 4. *ex Pont. ep. ult.* v. 34. Aptaque venanti Gratius arma daret. Est qui putat *Gratii* esse et *Halieuticon* illud, quod inter *Ovidii* opera edi solet, sed *Ovidio* multo certius tribuitur. Porro *Ovidius* unus ex Veteribus *Gratii* meminit: cujus carmina diu latuisse, vigente Latina lingua, vel id satis argumento est. Non sunt tamen ejusmodi, quorum auctorem se esse *Gratium* pudeat, quæque legisse, Latinitatis studiosum pœniteat. Quod vero *Paulus Manutius in epist. ad Antonium Merlum* adeo deprimit hunc Poetam, ut cum *Petri Bargæi* carmine ejusdem argumenti omnino putet non conferendum; plus eum gratiæ dedisse, quam veritati, non immerito existimat *Burmann. in præfat. ad Poet. Lat. min.*

GRATOR, aris, atus sum, dep. 1. idem quod gratulor. *Virg.* 4. *Æn.* v. 478. Inveni, germana, viam: gratare sorori. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 29. Versi in lætitiam laudantes, gratantesque. *Id. Ann.* 14. c. 8. Ad gratandum se se expedire. *Ovid. Metam.* 6. v. 434. gratata est scilicet illis Thracia. *Liv.* l. 7. c. 13. *extr.* Jovis templum gratantes ovantesque adire. *Virg.* 5. *Æn.* v. 40. Gratatur reduces. *h. e.* quod reduces sint. *congratulates them on their return. Accius* apud *Serv. hic.* Nec tibi me in hac re gratari decet. *Tacit. Ann.* 6. c. 21. Complexus eum Tiberius præscium futurorum, et incolumem fore gratatur. *h. e.* gratulatur, quod sit præscius, et spondet fore incolumem. ζεῦγμα. ¶ *Gratari sibi* est secum lætari. *to feel an inward joy, rejoice within himself. Ovid. Metam.* 9. v. 244. totoque libens mihi pectore grator. *Id. Heroid.* ep. 11. v. 65. Quid tibi grataris? ¶ Interdum significat gratias agere. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 417. Quisquis ades, castæque colis penetralia Vestæ, Gratare, Iliacis turaque pone focis. Alii tamen leg. *cratera.*

GRATUĪTO, adverb. *for nought, without a recompence*, ἀμισθὶ, gratis. *Cic.* 2. *Offic.* c. 19. Multorum causas et non gravate, et gratuito defendentis. *Senec.* epist. 105. Odium ex offensa sic vitabis neminem lacessendo gratuito. *h. e.* sine causa.

GRATUĪTUS, a, um, *given freely and without hire, gratuitous*, ἄμισθος, qui datur gratis, idest sine præmio, aut pretio. *Colum.* l. 9. c. 8. Examina apum vel ære parta, vel gratuita contingunt. *of themselves. Plin.* l. 3. ep. 11. Gratuitam pecuniam dare alicui. *without requiring interest. Cic.* 1. *de Leg.* c. 18. Quid liberalitas? gratuita ne est, an mercenaria? Si sine præmio benigna est, gratuita; si cum mercede, conducta. *voluntary, gratuitous. Plin.* l. 35. c. 9. Hospitium gratuitum. *Cic. pro Planc.* c. 22. *extr.* Gratuita suffragia. *h. e.* libera, non pretio extorta. *free, spontaneous.* Sic *Id. Q. Fr.* l. 2. epist. 15. *extr.* Gratuita comitia. *h. e.* in quibus suffragia non emuntur. *Senec.* l. 6. *de Benef.* c. 19. Gratuita nave ferre per flumen. *Liv.* l. 2. c. 42. Gratuitus furor. *h. e.* qui nullo allectus præmio ultro excitatur. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 31. Probitas gratuita, nec præmiorum mercedibus evocata. *voluntary.* quo sensu *honorem gratuitum alicui decernere.* h. e. ultro, et non petenti, *in veter. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 354. n. 7. et pag. 475. n. 3. dictum videtur. [Alii tamen *honorem gratuitum* eum esse dicunt, qui decreto seu diplomate ab omni impensa immuni collatus est. ¶ *Sacerdos gratuitus* in *Mus. Veronens.* pag. 80. n. 3. dicitur Kanius, qui sacerdotium sine pecunia est consequutus, idque ipse in suo Titulo posuit, sibique laudi tribuit, cum alii grandem pecuniam ejus rei causa plerumque numerarent. Ita *Sevvir gratuitus.*] ¶ Pænultima syllaba brevis est. *Stat.* l. 1. *silv.* 6. v. 16. Quidquid nobile Ponticis nucetis, Quod ramis pia germinat Damascus, Largis gratuitum cadit rapinis. ¶ Posse tamen produci quidam putant, exemplo τοῦ *fortuitus* apud *Horat.* l. 2. od. 15. *sub fin.*

GRATULABUNDUS, a, um, *rejoicing greatly, congratulating*, valde gratulans. *Liv.* l. 7. c. 33. *extr.* Quo se omnis multitudo gratulabunda effudit. *Justin.* l. 6. c. 8. *extr.* Velut gratulabundus patriæ exspiravit.

GRATULATĬO, onis, f. *a wishing one joy, congratulation, gratulation*, σύγχαρμα, lætitia, quæ simul cum alio capitur; testatio gaudii ob felicem rei successum alicui facta. *Cic. Verr.* 2. c. 8. Tantam isti gratulationem esse factam, ut, &c. *Id. pro Mil.* c. 35. Omni in hominum cœtu gratiis agendis, et gratulationibus habendis, et omni sermone celebramur. *Id. Attic.* l. 1. ep. 17. *circa med.* Fuit mihi sæpe et laudis nostræ gratulatio tua jucunda, et timoris consolatio grata. *Curt.* l. 7. c. 2. Mutua gratulatione fungi. ¶ Item universim lætitia, quæ cum alio capitur. *Cic. pro Mur.* c. 5. Hic parenti suo magno adjumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. *Id. pro Marcell.* c. 4. Hunc tu igitur diem tuis maximis et innumerabilibus gratulationibus jure antepones. *h. e.* victoriis, ob quas lætitia et gratulatione affectus es. ¶ Hinc *gratulationes* dicuntur supplicationes diis habitæ ob rempubl. bene gestam, in quibus et gratiarum actiones iis habentur, et communis lætitia agitatur. *thanksgivings. Cic. Fam.* 11. ep. 18. Recens gratulatio, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. *Id. Catil.* 4. c. 10. Ceteris bene gestæ, mihi conservatæ reipubl. gratulationem decrevistis. *Id. Phil.* 14. c. 3. Gratæ nostræ diis immortalibus gratulationes, gratæ victimæ.

GRATULĀTOR, oris, m. *one who congratulates. Cic.* l. 2. *Fin.* c. 33. Fit, ut gratulator lætior sit, quam is, cui gratuletur.

GRATULATORĬE, gratulantis more. *Augustin. Confess.* l. 8. c. 6. Gratulatorie mirari.

GRATULATORĬUS, a, um, adject. *congratulatory, gratulatory*, ad gratulationem pertinens. *Capitolin. in Max. et Balbin.* c. 17. Gratulatoriam epistolam subdidi.

GRATŬLOR, aris, atus sum, dep. 1. *to congratulate, wish one joy, gratulate*, συγχαίρω, est verbis ostendere, alterius sibi felicitatem gratam et jucundam esse: cum altero lætari. Quod cum facerent Latini, solebant civili quadam formula dicere *ex sententia*, ut *Quintil.* l. 8. c. 5. docet. Varia ejus constructio subjectis monstratur exemplis. *Cic. Fam.* 15. ep. 14. Tibi cum pro rerum magnitudine, quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quod te de provincia decedentem summa laus, et summa gratia prosecuta est. *Id. Fam.* 1. ep. 7. *sub fin.* Quod mihi de filia, et de Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 9. v. 54. tota mihi mente, tibique Gratulor, ingenium non latuisse tuum. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 20. Qui etiam mihi gratulatus es illius diei celebritate. *Est qui leg.* celebritatem. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 13. Gratulor tibi affinitate viri optimi. *Terent. Eun.* 2. 2. 28. Ad cœnam vocant, adventum gratulantur. *Sueton. in Claud.* c. 6. Cum oppressum Sejanum apud eosdem gratularetur. *Cic.* 2. *Phil.* c. 12. Ei recuperatam libertatem est gratulatus. *Id. Fam.* 6. ep. 11. *et pro Planc.* c. 37. Tibi etiam in hoc gratulor. *Id. in Pison.* c. 22. Publice ad me venerunt gratulatum. *Id. Attic.* l. 8. ep. 9. Non modo frequentes, sed læto vultu gratulantes. ¶ *Gratulari sibi* est secum lætari. *Cic.* 3. *Fam.* ep. 11. Etiam ipse mihi gratulatus sum. V. etiam *Grator.* ¶ Est etiam grates agere, *to thank, return thanks*: præsertim cum de diis sermo est. *Ennius* apud *Non.* c. 2. n. 369. Jupiter tibi summe, tandem male re gesta gratulor. *Afran. ibid.* et apud *Priscian.* lib. 8. pag. 804. *Putsch.* Quod salvus venis, meliusque tibi est, gatulor divis. *Terent. Heaut.* 5. 1. 6. Jam desine deos, uxor, gratulando obtundere, tuam esse inventam gnatam. *Scipio African.* apud *Gell.* c. 18. lib. 4. Ne simus adversum deos ingrati: eamus Jovi maximo gratulatum. [¶ Particip. *gratulandus* apud *Fronton. de nep. amiss.* ep. 2. Quod si mors gratulanda potius est hominibus, quam lamentanda.]

GRATUS, a, um, *grateful, pleasing, acceptable, agreeable*, εὐάρεστος, χαρίεις, acceptus, jucundus, placitus. *Cic. Fam.* 5. ep. 11. Grata tibi mea esse officia, non miror. et *in Divin. Verr.* c. 3. Quid est, quod populo R. gratius esse debeat? *Liv.* l. 2. c. 8. Gratæ in vulgus leges fuere. *Terent. Adelph.* 2. 4. 6. Habere aliquid gratum. *to accept, receive kindly. Id. Heaut.* 2. 3. 127. Hoc est apud me quam gratissimum. *Plin.* l. 26. c. 2. Sedere in his scholis auditioni operatos, gratius est, quam, &c. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 15. Quod approbaris, id gratum acceptumque habendum. *Id. Attic.* l. 13. ep. 47. et *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 44. *extr.* Gratum alicui facere. *to do that which shall please.* et *Cic. Fam.* 13. ep. 44. Hoc mihi gratius facere nihil potes. *et ibid.* Gratissimum mihi feceris, si curaris, &c. *Horat.* l. 4. od. 5. v. 7. gratior it dies, Et soles melius nitent. *Id.* l. 2. sat. 2. v. 119. Gratus conviva. *Id.* l. 1. od. 32. *extr.* dapibus supremi Grata testudo Jovis. *Virg. Æn.* 5. v. 28. Gratior tellus. et vers. 344. Gratior in pulcro corpore virtus. *Ovid. Metam.* 14. v. 221. Gratissimus comitum. *Id.* 1. *Fast.* v. 585. Vates diis gratissima. *Plin.* l. 19. c. 3. *extr.* Radicula floret æstate, grata aspectu. *Id.* l. 26. c. 3. Multa dictu grata. *Id.* l. 30. c. 6. Cochleæ cibis gratæ. *Id.* l. 11. c. 29. Gratæ in cibis locustæ. *Id.* l. 12. c. 17. Gummi odore jucundo gratum. et lib. 10. c. 49 Gratæ sapore aves. et lib. 13. c. 4. Grato sapore dulci. ¶ Differt a *jucundo*, quia *grata* sunt, quæ habere præstat quam carere, licet aliquando jucunda non sint. Itaque omnia jucunda grata sunt: non omnia grata jucunda. *Cic.* 13. *Fam.* ep. 18. Tale tuum judicium non potest mihi non summe esse jucundum: quod cum ita sit, esse gratum necesse est. et lib. 5. ep. 15. Amor tuus gratus

optatus: dicerem, jucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. Adde l. 4. ep. 6. et *ad Attic.* l. 3. ep. 24. *extr.* ¶ Est etiam *gratus*, qui gratiam pro beneficio refert, vel saltem beneficii memor est. *thankful, grateful.* *Cic. pro Planc.* c. 38. Si bene de me meritis gratum me præbeo, non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiumque grati. *Id.* 5. *Fam.* ep. 5. Quam gratus erga me fueris, ipse existimare potes. *Brutus ad Cicer. Fam.* 11. ep. 10. Gratiorem me esse in te posse, quam isti perversi sunt in me, exploratum habes. *Terent. Andr.* 1. 1. 15. Et id gratum fuisse advorsum te habeo gratiam. *h. e.* gratum tibi fuisse, *that this was pleasing to you.* *Cic. ad Cæsar. post* epist. 11. l. 9. *ad Attic.* Ut tuo beneficio bonus vir, gratus, pius denique esse in maximi beneficii memoria possim. *Id.* 2. *Agrar.* c. 8. Ut grati ac memores beneficii esse videantur. *Id. Fam.* 13. ep. 25. Hagesaretus magnis meis beneficiis ornatus, memor et gratus fuit. et lib. 10. ep. 19. Re ipsa atque animo gratissimus. *Id.* 4. *Phil.* c. 1. Gratissimo animo prosequi nomen alicujus. et *Phil.* 14. c. 11. Grata memoria virtutem cujuspiam prosequi. *Id. ad Brut.* ep. 4. Gratus animus et liberalis. ¶ Singularis est usus in illo *Terent. Heaut.* 2. 3. 21. Quod tamen nunc faciam: tum, cum gratum mihi esse potuit, nolui. *h. e.* potuit gratiam mihi parare apud patrem. Simile est illud *Cicer. Phil.* 2. c. 46. Satis esse fortibus viris didicisse, quam sit pulcrum, beneficio gratum, fama gloriosum, tyrannum occidere. *h. e.* quantam apud cives gratiam pariat. [¶ *Gratus* fuit etiam cognomen apud Romanos. *Tacit. Ann.* l. 15. c. 50. Munatius Gratus. *Id. ibid.* l. 3. c. 26. Julius Gratus.]

GRAVĀBĬLIS, le, adject. gravis, molestus. *Cœl. Aurel. Acut.* l. 1. c. 15. Gravabilis odor. *h. e.* caput gravans.

GRAVĀMEN, inis, n. molestia. *Cassiod.* l. 9. ep. 2. Si visceribus sanis gravamen nullius sentiat læsionis.

GRAVASTELLUS, senior. Plautus: Qui est gravastellus, qui advenit? Ut puto, gravastellus a gravitate dictus. Hæc *Festus*. Locus autem *Plauti*, quem designat, est *Epid.* 5. 1. 14. Sed quis est hæc muliercula, et illic gravastellus qui venit? Ubi al. leg. *ravastellus*, aut *ravistellus*: a ravo colore. Ipse idem *Festus* sic legisse videtur, in *Ravi*, ubi hæc habet: Ravi coloris appellantur, qui sunt inter flavos et cæsios, quos Plautus appellat ravistellos. Quis, inquit, hæc mulier, et ille ravistellus, qui venit?

GRAVĀTE, adverb. *unwillingly, hardly, with reluctance, grudgingly,* ἀκουσίως, δυσχερῶς, cum labore, cum molestia, invite, non libenter. *Cic. pro Balbo*, c. 16. Qui erranti comiter monstrant viam, benigne, non gravate. *Id.* 3. *Offic.* c. 14. Canius contendit a Pythio, ut venderet. Gravate ille primo. Quid multa? impetrat. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 3. Sed veniam mihi quam gravate pater dedit! *Id. Stich.* 5. 6. 2. Dudum haud placuit potio: nunc minus gravate jam accipit. *Sueton. in Aug.* c. 24. Ne legatorum quidem cuiquam, nisi gravate, permisit uxorem intervisere. [¶ Comparat. *gravatius* apud *Fronton. princip. histor.* fragm. 1. Haud ignarus fortissima facinora viventium gravatius, mortuorum gratius accipi.]

GRAVĀTIM, idem quod gravate. *Liv.* l. 1. c. 2. Haud gravatim socia arma Rutulis junxit. *Lucret.* l. 3. v. 388. Qui nimia levitate cadunt plerumque gravatim. *with difficulty.*

GRAVATĬO, onis, f. gravitas. *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 32. *ad fin.* Post cibum gravatio.

GRAVĀTUS, a, um, *weighed down, hanging down, burdened,* βεβαρυμένος, pondere pressus, gravedine, vel molestia affectus. *Colum.* l. 6. c. 9. Signa febricitantis, manantes lacrimæ, gravatum caput, oculi compressi. *drooping.* *Liv.* l. 30. c. 18. Gravatus vulneribus. *loaded, overpowered.* *Id.* l. 25. c. 24. Gravati omnes vino somnoque. *heavy.* *Justin.* l. 20. c. 2. *ad fin.* Longinqua militia gravati. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 145. Ad nomen Thisbes oculos jam morte gravatos Pyramus erexit. *Claudian.* l. 1. *de rap. Pros.* v. 161. *de Ætna.* Nunc vomit indigenas nimbos, piceaque gravatum Celat nube diem. et lib. 3. v. 351. Gravatus pondere. *Petron. in Satyr.* c. 22. Cum Ascyltos gravatus tot malis in somnum laberetur. *Curt.* l. 5. c. 7. Gravata ebrietate mens. ¶ *Gravatus* particip. V. in *Gravo.*

GRAVEDINŌSUS, a, um, *subject to a* gravedo, καρηβαρῶν, qui gravedine infestatur, et qui ad eum morbum est proclivior. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 12. Itaque dicimus quosdam gravedinosos, quosdam torminosos, non quia jam sint, sed quia sæpe sint. ¶ Metonymice ponitur pro eo, quod gravedinem facit. *Plin.* l. 18. c. 15. Ervum gravedinosum.

GRAVĒDO, inis, f. *a disorder in the head, humour which obstructs the nostrils, blunts the voice,* &c. *a stuffing of the head, caturrh,* κόρυζα, καρηβαρία, morbus capitis, quo humor distillat de capite, clauduntur nares, vox obtunditur, tussis sicca movetur: salsa est saliva, sonant aures, venæ moventur in capite, turbida urina est. Ita *Cels.* l. 4. c. 2. sect. 4. describit. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 16. *extr.* Non modo morbum removisti, sed etiam gravedinem. *Catull. carm.* 44. *ad Fundum*, v. 13. Hic me gravedo frigida, et frequens tussis Quassavit. *Cels.* l. 1. c. 2. Cavere, ne modo frigus, modo calor moveat: quæ res maxime gravedines, destillationesque concitat. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 14. *sub fin.* Gravedini omni ratione subveni. *Plin.* l. 23. c. 1. Recentes uvæ gravedinem capiti faciunt. *Id.* l. 25. c. 13. Gravedinem afferre. *Id.* l. 30. c. 4. Gravedinem invenio finiri, si quis nares mulinas osculetur. ¶ Item universim quidquid capiti gravitatem affert. *Id.* l. 20. c. 13. *a med.* Gravedines capitis. ¶ Item graviditas, *pregnancy.* *Nemesian. in Cyneg.* v. 132. Fecundos aperit partus matura gravedo.

GRAVEŎLENS, entis, *smelling strongly or offensively, noisome,* δυσώδης, male olens. *Virg.* 6. *Æn.* v. 201. fauces graveolentis Averni. [*Apul. de mundo* pag. 74. *Elmenh.* Civitas spirans Panchæis odoribus et graveolentibus cœnis.]

GRAVEOLENTĬA, æ, f. *an offensive smell,* δυσωδία, odor gravis, malus. *Plin.* l. 20. c. 9. Narium graveolentiam sanare. *Id.* l. 22. c. 22. *a med.* Graveolentiam alarum emendare. *et mox.* Graveolentiam oris corrigere.

GRAVESCO, scis, n. 3. *to become heavy, be loaded,* βαρύνομαι, gravis fio, oneror. *Virg.* 2. *Georg.* v. 429. Nec minus interea fetu nemus omne gravescit. *idest* oneratur. ¶ Pro gravidam fieri. *to become pregnant.* *Plin.* l. 11. c. 41. Cameli lac habent, donec iterum gravescant. ¶ Item pro gravius fieri, seu augeri, ingravescere. *Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 5. Gravescere valetudo Augusti. *the distemper increased.* *Lucret.* l. 4. v. 1062. Inque dies gliscit furor, atque ærumna gravescit. *Tacit. Ann.* 14. c. 51. Gravescentibus in dies publicis malis.

GRAVIDĀTUS, a, um, *impregnated.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 33. Terra gravidata seminibus omnia pariat et fundat ex se se.

GRAVIDĬTAS, atis, f. *pregnancy,* κύησις, prægnatio, conceptio. *Cic. de nat. Deor.* l. 2. c. 46. Ab eoque Luna illuminata graviditates et partus afferat, maturitatesque gignendi.

GRAVĬDO, as, avi, atum, a. 1. *to impregnate,* ἔγκυον ποιῶ, gravidam facio, impleo. Translate *Cæcil.* apud *Non.* c. 2. n. 380. Per mysteria hic inhoneste gravidavit probro. *h. e.* oneravit. Proprie *Aurel. Vict. in Epit.* c. 14. Elaborasse, ne ex eo ad humani generis perniciem gravidaretur.

[*GRAVIDŬLUS, a, um, diminut. a *gravidus*. *Ammian. Marcellin.* l. 23. c. 6. *ad fin.* Apud Indos et Persas margaritæ ex lunari adspergine gravidulæ edunt minutas binas, aut ternas, vel uniones, ideo sic appellatas, quod evisceratæ conchulæ singulas aliquoties pariunt, sed majores.]

GRAVĬDUS, a, um, *large, big, full, laden,* ἔμφορτος, ἔγκυος, plenus, onustus, gravis. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 3. Neu qui manus attulerit steriles intro ad nos, gravidas foras exportet. *Virg.* 1. *Georg.* v. 111. Gravidæ aristæ. *heavy.* et lib. 3. v. 317. Gravidum uber. et lib. 2. v. 5. Ager gravidus autumno. *Id. Æn.* 7. v. 507. Stipes gravidus nodis. *Horat.* l. 1. od. 22. v. 3. Pharetra gravida sagittis. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 633. Gravidæ semine terræ. *Id.* 1. *Trist.* el. 2. v. 107. Gravidæ nubes. *surcharged with rain.* ¶ Cum genitivo. *Sil.* l. 2. v. 220. Mellis apes gravidæ. *Ovid. Metam.* 10. v. 531. gravidamque Amathunta metalli. *Al. leg.* metallis. ¶ Speciatim *gravidæ* dicuntur animantes, quæ concepti fetus ventre onus portant. *pregnant, with child, with young.* V. *Prægnans.* *Cic. pro Cluent.* c. 11. Cum esset gravida uxor, et jam appropinquare partus videretur. *Terent. Adelph.* 3. 5. 29. Aliquam gravidam facere. *Id. Hecyr.* 3. 3. 32. Gravidam esse ex aliquo. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 260. De semine Jovis gravidam esse. *Id.* 2. *Amor.* el. 14. v. 17. Gravida alvus. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 43. Muræna gravida. *Virg.* 2. *Georg.* v. 155. Gravidum pecus. *Plaut. Amph.* 2. 2. 86. Mulier puero gravida. ¶ *Gravida* absolute est mulier gravida. *Plin.* l. 23. c. 6. Expetitur gravidarum malaciæ. et l. 28. c. 6. Adsidere gravidis. ¶ Translate *Virg. Æn.* 4. v. 229. gravida imperiis Italia. *pregnant with, which should produce, many great commanders.* et lib. 10. v. 87. Urbs bellis gravida. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 22. Qualem præcipiti gravidum jam sorte parentem Natorum flet parva manus. *h. e.* gravatum morte imminenti. *Id.* l. 2. v. 56. gravidum lunæ cornu. *h. e.* imbres ventosque portendens, ac ferens. *Id.* l. 8. v. 98. Quam gravida nunc mole jaces! quam segnis inertem Flatus habet! *h. e.* vasta, et somni plena. Loquitur de dracone aurei velleris custode, quem incantamentis Medea sopierat.

GRAVIS, e, *heavy, weighty, ponderous,* βαρύς, ponderosus, et qui suapte natura deorsum fertur: cui opponitur *levis*. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 34. Æstate grave esse aureum amiculum, hieme frigidum. *Virg.* 1. *Georg.* v. 162. inflexi grave robur aratri. *Id. Ecl.* 1. v. 36. gravis ære domum mihi dextra redibat. *full, loaded.* ¶ *Æs grave* dictum est a pondere librali, quo primum sub Ser. Tullio asses cusi sunt, circa A. U. CC. *Plin.* l. 33. c. 3. Populus R. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. (*h. e. circa A. U.* CCCCLXXVII.) Librales appendebantur asses. Quare æris gravis pœna dicta. *Festus*: Grave æs dictum a pondere. *Liv.* l. 4. *c. pænult. ad fin.* Et quia nondum argentum signatum erat, æs grave plaustris quidam (*ex Patribus*) ad ærarium convehentes, speciosam etiam collationem (*tributi*) faciebant. ¶ Postquam assis pondus ad sextantarium imminutum est, quod fieri cœpit bello Punico primo, teste *Plin. loc. cit.* (*Fest.* in *Sextantarii* dicit bello Punico secundo: sed major habenda videtur *Plinio* fides) *æs grave* significare cœpit non asses illos librales, qui in usu esse jam desierant; (illi enim proprie *graves* dicebantur, quia libræ pondo erant) sed vel summam pecuniæ, quæ illos non numero, sed pondere æquaret; vel æs ipsum rude, et in massis, ad assium libralium pondus appensum. Verbi gratia, cum *Livius* narrat l. 22. c. 33. indici speculatoris Carthaginensis (qui bello Punico altero per biennium Romæ fefellerat) data fuisse præmii loco æris gravis viginti millia; vel intelligendum est, tot asses illi datos, qui viginti millia pondo æquarent; vel viginti millia librarum æris non signati. Pro secunda hac interpretatione facit, quod tradit *Servius ad Æn.* 6. v. 862. Virgilium recitantem versus de Marcello Augusti filio, *donatum fuisse ære gravi*, idest *in massis. nam sic et Livius æs grave dicit, idest massas.* Nihilominus prior interpretatio magis placet: præsertim quia, quod ad *Servium* attinet, *Donat. in vita Virg.* scribit, Virgilium accepisse dena sestertia pro singulis versibus. non ergo æs in massis. Et quod de *Livio* additur, probari non posse videtur. Pecunia certe signata, et non in massis, intelligitur in illo ejusdem *Liv.* l. 10. c. 46. Æris gravis transvecta vicies centies millies, &c. id æs redactum ex captivis dicebatur. ¶ Qui *æs rude* intelligunt æream laminam libræ pondo impolitam ac rudem, signatam tamen, qualis fuit, cum primum as cusus est; idque aiunt *æs grave* appellari, nobiscum faciunt. ¶ *Gravis* interdum gravidum, plenumve signat. *pregnant, with young.* *Virg.* 1. *Æn.* v. 277. regina sacerdos Marte gravis. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 684. gravis maturo pondere venter. *Phil.* l. 9. c. 6. Balænæ graves utero. *Liv.* l. 28. c. 15. Graves imbre nubes. ¶ Item oneratum, onustum. *laden.* *Liv.* l. 29. c. 35. Naves hostium spoliis graves. *Plin.* l. 7. ep. 27. *a med.* Gravis vinculis. *loaded with chains.* *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 116. Colus lana gravis. *Prudent. Cathemer.* 3. v. 78. Arbor gravis. *loaded with fruit.* ¶ Item languentem, onere oppressum, tardum. *oppressed, languid, faint, sinking under.* *Virg.* 3. *Georg.* v. 95. Gravis morbo. *Liv.* l. 21. c. 48. vulnere. et lib. 2. c. 19. Ætate et viribus gravior. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 65. gravior de vulnere. *disabled by reason of his wound.* *Curt.* l. 7. c. 5. Graves deinde, avide hausto humore, non sustinere arma, non ingredi poterant. *Horat. Epod.* 2. v. 57. Grave corpus. *diseased.* *Cic. post redit. in Sen.* c. 6. Graves oculi. *Liv.* l. 29. c. 34. Vino et somno graves. *heavy.* *Ovid. Metam.* 7. v. 557. auræque graves captantur hiatu. *h. e.* æger anhelitus. *difficult to breathe.* ¶ Item vehementem, seu vim habentem deprimendi, affligendique, veluti pondere superjecto. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 23. Graves ictus excipere. *heavy, violent.* et lib. 1. od. 15. v. 16. Graves hastas vitare. *Liv.* l. 2. c. 17. Gravi vulnere ex equo dejectus. *severe.* *Ovid. de nuce*, v. 173. Gravem securim tollere. *ponderous.* *Valer. Flacc.* l. 4. v. 309. vitalia donec Vincula, qua primo cervix committitur artu, Solvit dextra gravis. *dealing heavy blows.* *Horat.* l. 2. od. 10. v. 10. Graviore casu decidere. et l. 1. od. 16. v. 17. Exitio gravi aliquem sternere. *Lucret.* l. 4. v. 953. Sopor gravissimus. ¶ Item acrem, noxium. *Nepos in Annib.* c. 23. Gravis morbus. *acute, virulent, grievous.* *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 158. Grave virus. ¶ Sic dicitur sæpe de aere, cæloque, et universim de iis, quæ valetudini infesta sunt. *Cic. Q. Fr.* l. 2. *ep. ult.* Anni tempus gravissimum, et calores maximi. *unwholesome.* *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 2. Gravis autumnus exercitum valetudine tentaverat. *Horat.* l. 2. od. 5. v. 6. Fluviis gravem æstum solari. *Cels.* l. 1. c. 3. Neque ex salubri loco in gravem, neque ex gravi in salubrem transitus satis tutus est. *where the atmosphere is dense and unwholesome.* *Tacit.* 5. *Hist.* c. 7. Solum cælumque juxta grave. *Virg. Ecl.* 10. *extr.* solet esse gravis cantantibus umbra. ¶ Cum de sonis est sermo, significat imum et crassiorem. *grave, deep.* *Cic.* 1. *de Orat.* c. 59. Vocem ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipere. Adde *Horat. in ar. Poet.* v. 349. [†¶ Est et *gravis sonus* idem quod asper, fractus, fragosus. *Ovid. Metam.* 15. 527. Ossa gravem dare fracta sonum. *harsh, crashing.* Sic *Id.* 11. 365. Fragore gravi strepitans.] ¶ Cum de odoribus, molestum et fœtentem. *offensive, fetid, stinking.* *Horat.* epod. 12. v. 5. an gravis hirsutis cubet hircus in alis. ¶ Aliquando *gravis odor* est vehemens quidem ac multus, sed non malus. *strong, powerful.* *Plin.* l. 21. c. 6. Caltha odor gravis est. *Id.* l. 25. c. 9. *extr.* Herba odore suaviter gravi. et lib. 21. c. 10. *extr.* Abrotonum odore jucunde gravi floret. ¶ Refertur et ad sapores. *strong-tasted, bitter.* *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 4. et cap. 4. n. 218. Absinthium gravem bibere. ¶ Translate et molestus, difficilis, arduus. *troublesome, irksome, tedious.* *Cic.* 13. *Fam.* ep. 76. Testes estis nunquam me gravem vobis esse voluisse. et ep. 73. Velim, si tibi grave non erit, me certiorem facias. et lib. 2. ep. 6. Grave est homini pudenti petere aliquid magnum, &c. et *Attic.* l. 1. ep. 5. Non mihi grave duxissem scribere ad te. *Id. pro Balbo*, c. 9. Etenim in popul. R. grave est, non posse uti sociis virtute præditis. *Plaut. Stich.* 4. 2. 52. Annona gravis. *dearness of provisions.* ¶ Item infestus, acer, asper, præpotens. *Cic.* 3. *Offic.* c. 22. Gravem adversarium imperii perfuga unus sustulisset. *Liv.* l. 10. c. 18. Gravior hostis. *Ascon. in orat. pro Mil. in fi.* Graves sententiæ. *sentences of condemnation*, quibus

opponuntur *absolutoriæ*. ¶ Item vehemens, magnus. *great, large, violent, vehement.* *Horat. Epod.* 11. v. 2. amore percussus gravi. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 604. gravis culpa. *Sallust.* apud *Non.* c. 4. n. 218. Grave pretium. *Varr. ibid.* Graves pavonum greges. *Titin. ibid.* gravique opsonio convivas excipere. ¶ Item gravis annis, grandævus. *old, aged.* *Virg. Æn.* 5. v. 387. gravis Entellum dictis castigat Acestes. Ita *Non. loc. cit.* sed et aliter exponi potest. *Terent. Heaut.* 4. 1. 32. Natu gravior. *Quintil.* l. 12. c. 10. Gravior ætas. ¶ Item severus, rigidus. *severe, rigorous.* *Liv.* l. 29. c. 21. Grave edictum. *Cic. de clar. Orat.* c. 17. Quis Catone gravior in laudando? acerbior in vituperando? ¶ Item serius, et auctoritatem habens. *of weight or authority.* *Cic. de clar. Orat.* c. 81. Gravis sine arrogantia, segnis sine verecundia. *Id.* 2. *Fam.* ep. 2. Gravis testis. *credible*, cujus dicta pondus habent auctoritatis et fidei. *Id.* 2. *de Orat.* c. 37. Homo auctoritate gravis. *Plaut. Trin.* 2. 2. 107. Gravius erit tuum unum verbum ad eam rem, quam centum mea. *Cic. in Pison.* c. 6. Gravis auctor in medicina. *Plin. alter in Paneg.* c. 41. Fronte gravi, et tristi supercilio. *grave, serious.* ¶ Item solidus, firmus, magni momenti. *weighty, important.* *Cic. pro Rosc. Com.* c. 2. Quod apud omnes leve et infirmum est, id apud judicem grave et sanctum esse ducetur. *Terent. Adelph.* 3. 5. 21. Mane: nondum audisti, Demea, quod est gravissimum. *the most important part of the matter.* *Lucil.* apud *Non. loc. cit.* Gravis causa. *Horat. de ar. Poet.* v. 14. Gravia incepta. ¶ Item acerbus, asper, mordax. *sharp, reprehensory.* *Cic. Verr.* 5. c. 58. Graviore verbo appellare aliquem. ¶ Item tristis. *Virg.* 8. *Æn.* v. 582. gravior ne nuntius aures Vulneret. ¶ *Gravis supellex* apud *Plin.* l. 8. ep. 17. est pretiosa ac dives. ¶ *Gravis accentus* dicitur a Grammaticis, qui *acuto* contrarius est, et syllabam deprimit: *the grave accent*: cujus nota est lineola inflexa supra vocalem, a sinistra in dexteram, hoc modo `. Et ipsa quoque syllaba, talem habens accentum, *gravis* appellatur. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *Diomed.* l. 2. pag. 425. *Putsch.* ¶ *Grave* pro *graviter* *Stat. Theb.* 4. v. 213. Et grave Tisiphone risit. et lib. 12. v. 248. grave cominus æstuat aer Sordidus. (Adde l. 6. v. 120.) *Val. Flacc.* l. 5. v. 170. grave Titan vociferans.

GRAVISCĀNUS, a, um, ad Graviscas pertinens, quod oppidum fuit Etruriæ in Tarquiniensi agro, prope Centum cellas, colonia Romanorum, ut est apud *Liv.* l. 40. c. 29. Hinc Graviscanorum respublica, apud *Cels. Dig.* lib. 31. leg. 30.

GRAVĬTAS, atis, f. *heaviness, weightiness*, ponderitas, pondus, βαρύτης. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 45. Terræ partibus omnibus in medium vergentibus, nihil interrumpit, quo labefactari possit tanta contentio gravitatis et ponderum. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 16. Gravitas armorum. et lib. 1. *B. Civ.* c. 58. Gravitas et tarditas navium. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 821. ignava nequeunt gravitate moveri. ¶ Item gravedo. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 21. pressus gravitate soporis. *heaviness, drowsiness.* *Plin.* l. 27. c. 12. *ad fin.* Gravitates capitis. et lib. 28. c. 11. *a med.* Gravitas audiendi. *dulness of hearing.* Sic l. 20. c. 11. Gravitas aurium. et lib. 23. c. 4. auditus. ¶ Item densitas, et crassitudo, cum de aere sermo est. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 22. Corpore vix sustineo gravitatem hujus cæli. *density, unwholesomeness.* ¶ Item graveolentia, cum de odoribus. *fetidness.* *Plin.* l. 20. c. 9. Gravitatem animæ facit brassica. Sic l. 28. c. 12. Gravitas oris. *a bad breath.* *Id.* l. 30. c. 6. halitus. *Id.* l. 22. c. 18. odoris. ¶ Aliquando significat solam odorum vehementiam. *Id.* l. 21. c. 7. Quorundam odorum suavitati gravitas inest. *h. e.* acer odor. ¶ Est etiam graviditas, *pregnancy.* *Ovid.* 9. *Metam.* v. 287. Tendebat gravitas uterum mihi. ¶ Item tarditas, infirmitas, languor. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 12. Gravitate membrorum levare aliquem. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 618. *de Somno.* tardaque deus gravitate jacentes Vix oculos tollens. ¶ Item vis, vehementia. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 31. Gravitas morbi. *severity.* ¶ Translate est firmitas, constantia, et quædam severitas in vultu, verbis, moribus, ex qua fides et auctoritas oritur, *gravity of countenance*: cui *levitas* opponitur. *Cic. de Amic.* c. 25. Quanta illa, dii immortales, fuit gravitas! quanta in oratione majestas! *Id. Attic.* l. 9. *ep. ult. extr.* Gravitatem in congressu nostro tenui, quam debui. *Id. Fam.* 5. ep. 16. *ad fin.* Non est gravitatis ac sapientiæ tuæ, ferre immoderatius casum incommodorum tuorum. *et mox.* Tuenda tibi est gravitas, et constantiæ serviendum. *Id. Attic.* l. 10. ep. 1. *a med.* Tu cum Sexto servasti gravitatem eandem, quam mihi præcipis. et lib. 9. ep. 9. *circa med.* Præclare admones, ne nimis indulgenter, et ut cum gravitate potius loquar. et *Q. Fr.* l. 3. *ep. ult.* Cum summa gravitate quidpiam facere. et ep. 8. Adhibere virtutem et gravitatem in dolore. *Plin.* l. 35. c. 10. *extr.* Paucis diei horis pingebat: id quoque cum gravitate, quod semper togatus, quamquam in machinis. *Cic. de clar. Orat.* c. 95. Hæc genera dicendi in senibus gravitatem non habent. *Nepos in Attic.* c. 25. Ejus comitas non sine severitate erat, neque gravitas sine facilitate. *Vellei.* l. 2. c. 116. Gravitatem humanitate temperare. *Cic. de Senect.* c. 4. Erat in illo viro comitate condita gravitas. ¶ *firmness, constancy, perseverance*, fides, constantia, perseverantia, firmitas in promissis. *Propert.* l. 2. el. 16. v. 14. Tu modo ne dubita de gravitate mea. Ossa tibi juro per matris, &c. ¶ Refertur et ad orationem. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 17. Sententiarum gravitate, verborum ponderibus est utendum. ¶ Est etiam soliditas, firmitas. *Cic. Tuscul.* 5. c. 12. Hujus sententiæ gravitas a Platonis auctoritate repetatur. ¶ Item fortitudo, vires, potentia: ex quibus firmitas nascitur. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 3. Hos cum Suevi, multis sæpe bellis experti, propter amplitudinem gravitatemque civitatis, finibus expellere non potuissent. ¶ Item magnitudo, et acerbitas. *Sallust. in orat. Licin. Trib. pleb.* Gravitas injuriæ. ¶ Item caritas. *Tacit. Ann.* 6. c. 13. Gravitate annonæ juxta seditionem ventum est. *dearness of provisions.* ¶ Item vis, molestia. *Liv.* l. 31. c. 6. Gravitas belli.

GRAVĬTER, *heavily*, βαρέως, cum pondere. *Terent. Adelph.* 5. 3. 2. Pellere graviter fores. *with great force.* et *Heaut.* 3. 3. *infi.* Graviter crepuerunt fores. *with a great noise, loudly.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 447. et *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 7. v. 49. Graviter cadere. *heavily.* *Virg.* 12. *Æn.* v. 295. Graviter ferire. et *Æn.* 10. v. 347. hasta sub mentum graviter pressa. *strongly, forcibly.* *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 31. Naves gravissime afflictæ. *very much shattered.* ¶ Translate est vehementer, valde, acriter. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 30. Gravissime terreri periculo mortis. *exceedingly.* et cap. 52. *extr.* Gravissime dolere. et lib. 4. c. 16. Graviter premi ab hostibus. *Plaut. Cist.* 1. 1. 87. Graviter amare. *to be deeply in love.* *Cic. Attic.* l. 7. ep. 2. Graviter se habere. *to be much indisposed.* *Liv.* l. 2. c. 17. *extr.* Iræ graviter ultæ. *Cæcil.* apud *Non.* c. 4. n. 218. Placere hoc cœpit graviter, postquam est mortua. *very much.* *Virg.* 7. *Æn.* v. 753. Graviter spirantes hydri. *h. e.* afflatu gravi et noxio. *Id.* 4. *Georg.* v. 31. graviter spirantis copia thymbræ. *emitting a powerful scent.* *Cic.* 1. *Offic.* c. 10. Graviter ægrotare. *Id.* 1. *Catil.* c. 7. suspectum esse alicui. *Id. Phil.* 12. c. 11. Cives gravissime dissentientes. *Terent. Hec.* 4. 4. 1. Graviter iratum alicui esse. et vers. 95. Gravius accusare. *Curt.* l. 4. c. 15. Gravius instare territis. *to press more and more closely upon.* *Plin.* l. 17. c. 1. Graviter increpare quempiam. *Terent. Heaut.* 3. 3. 9. Graviter advertere. *to observe attentively.* ¶ Pro ægre, moleste, iniquo animo. *Id. ibid.* 1. 1. 61. Adolescentulus, sæpe eadem et graviter audiendo, victus est. *being continually teazed with the same lesson.* *Cic. de Harusp. resp.* c. 22. Quippiam graviter ferre. *to take amiss.* *Id.* 2. *de Orat.* c. 52. Casus humanarum miseriarum graviter accipere. *with feeling and compassion.* *Tacit. Ann.* 13. c. 36. Graviter accipere quidpiam. *with indignation and sorrow.* ¶ Severe, rigide, aspere, *severely, grievously.* *Cic. pro Cæl.* c. 14. Utrum me secum severe, et graviter, et prisce agere malit, an remisse, ac leniter, et urbane. *Terent. Adelph.* 1. 2. 60. Graviter dicere in aliquem. *abusively, contumeliously.* *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 5. De amplissimis viris gravissime acerbissimeque decernere. et lib. 3. *B. Gall.* c. 16. Gravius in aliquem vindicare. ¶ Serio, et ut gravem hominem decet, constanter, firme, *gravely.* *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 32. Gravissime judicare de aliquo. *attentively and in a dignified manner.* *Cic.* 4. *de Fin.* c. 2. *extr.* Graviter et copiose aliquid tractare. *with strength and eloquence.* *Tacit. Hist.* l. 2. c. 50. Conquirere fabulosa, et fictis oblectare legentium animos, procul gravitate cœpti operis crediderim. ¶ De sonis, *Cic. in Somn. Scip.* c. 5. Natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera acute sonent.

GRAVITŪDO, inis, f. idem quod gravedo, morbus capitis. *Vitruv.* l. 1. c. 6. Vitia, quæ difficulter curantur, gravitudo, arthritis, tussis, pleuritis. [Sed vox *gravitudo* non ita apud *Vitruvium* bene habitat, ut oppugnatoribus careat. Hunc *Vitruvii* locum illustravit *Morgagnus epist. ad Jo. Polenum opusc. Miscell. Part.* 1. pag. 33. Victorius, inquit, legit *gravīdo*, quæ vox ad aliarum normam facta illi videtur, ut *libido, cupido, formido*. Ipse pro *gravitudo, arthritis*, legendum conjicio *ravitudo arteriæ*, vel *arteriarum*, nulla propemodum scripturæ mutatione, eadem tamen sententia. (V. *Arthritis* in *Appendice*.) Nam ut *mollire* habemus et *mollitudo*, *parire* (et sic enim veteres atque in his *Ennius*, declinabant) et *paritudo*, sic non est adeo fortasse absonum, ut cum Plautinum verbum extet *ravire*, ravitudo quoque dici potuisse videatur: aut si quis malit derivari a *molli mollitudinem*, non secus atque a *gravi gravitudinem*, vel certe ab *ampli amplitudinem*, a *magni magnitudinem*, idem pariter ab *ravi* poterit *ravitudinem* derivare. Hæc ille. *Schneiderus* in sua *Vitruvii* edit. habet *gravitudo arteriaca*. Quidquid vero sit de vocis hujus αὐθεντίᾳ apud *Vitruvium*, ea tamen legitur apud *Apicium* l. 3. c. 6. Sine ructu et gravitudine.]

GRAVIUSCŬLUS, a, um, aliquantum gravis. *Gell.* l. 1. c. 11. *a med.* Qui fistula brevi sensim graviusculum sonum inspiraret.

GRAVO, as, avi, atum, a. 1. *to burden, load, weigh down*, βαρύνω, onero, pondere premo, gravem reddo. *Tacit. Ann.* 1. c. 20. Præfectum castrorum sarcinis gravant, aguntque primo in agmine. *Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 38. Ægraque furtivum membra gravabat onus. *Id.* 8. *Metam.* v. 205. ne, si demissior ibis, Unda gravet pennas, si celsior, ignis adurat. et lib. 13. v. 812. sunt poma gravantia ramos. *Plin.* l. 21. c. 19. Stomacho inutilis, nervis inimicus, caput gravans. *Stat.* 10. *Theb.* v. 257. ferus Actora magno Ense gravat Capaneus. *h. e.* gestandum dat ensem gravem. *Capitolin. in Pio*, c. 12. Alia die febre commotus est: tertia cum se gravari videret, &c. ¶ Translate *Ovid.* 4. *Trist.* el. 6. v. 27. Nec tam nota mihi, quam sunt, mala nostra fuerunt: Sed magis hoc, quo sunt cognitiora, gravant. *oppress or distress me.* et lib. 5. el. 11. *extr.* tu fortunam parce gravare meam. *h. e.* miseriorem reddere. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 264. Nil moror officium, quod me gravat. ¶ *Gravare syllabam* apud Grammaticos est gravi accentu notare. ¶ Sæpissime in passiva voce usurpatur. *Gravari* enim dicitur, qui quippiam ægre fert, atque invitus, gravate, aut cum fastidio facit. *Cic. pro Cluent.* c. 25. Sed primo gravari cœpit, quod invidiam atque offensionem timere dicebat. *Id. Fam.* 7. ep. 14. Valde jam lautus es, qui gravere litteras ad me dare. *grudge, refuse, are loath to*, &c. et lib. 1. *de Orat.* c. 35. *extr.* Rogo, ut ne graveris exædificare id opus, quod instituisti. *Tacit. Ann.* 5. c. 8. Crebris prolationibus spem ac metum juxta, gravatus Vitellius, ictum venis intulit. *tired and wearied out.* ¶ Etiam cum accusativo deponentium more. Itaque *gravari aliquid* est ægre ferre, recusare, detrectare. *Horat.* l. 4. od. 11. v. 27. Pegasus terrenum equitem gravatus Bellerophontem. *h. e.* indignatus, atque adeo excutiens. *spurning.* *Senec. in Thyest.* v. 105. Jam tuum mœstæ pedem terræ gravantur. *is loath to sustain.* *Plaut. Mil.* 4. 6. 15. Benignus erga me siet: quod cupiam ne gravetur. *scil.* dare. *Senec. de clem.* l. 1. c. 12. *extr.* At illum acerbum et sanguinarium necesse est graventur stipatores sui. *be weary of supporting him.* *Sueton. in Ner.* c. 34. Matrem dicta factaque sua exquirentem, hactenus primo gravabatur, ut, &c. *he could not endure.* *Id. in Aug.* c. 72. Ampla et operosa prætoria gravabatur. *he was displeased with.* et *in Vitell.* c. 12. Hunc ob nimiam contumaciam et ferocitatem gravatus, lanistæ vendidit. *weary of this man.* In his, et similibus videtur aliquod infinitum verbum subaudiendum, *ferre, tolerare*, &c. aut præpositio *ob, propter*. [¶ Particip. *gravandus* apud *Propert.* l. 3. el. 3. v. 22. Non est ingenii cymba gravanda tui.]

GRAXO. V. *in Gratiis.*

GREGĀLIS, le, *of the same flock or herd*, ἀγελαῖος, qui ejusdem est gregis. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo. *Plin.* l. 10. c. 64. *ad fin.* Gregales equæ. *h. e.* quæ adhuc in grege sunt, necdum domitæ. *Apul.* l. 6. *Metam.* Gregalia pecua. *h. e.* quæ gregatim pascuntur. ¶ Transfertur ad homines, et sæpe in deteriorem partem. *Cic. pro Dom.* c. 28. Gregales Catilinæ. *the companions, associates.* et *de Harusp. resp.* c. 25. Gregales Clodii. *Prudent.* περὶ στεφ. 2. *de S. Vincent.* v. 391. Gregalis plebs. *the common people.* ¶ In bonam aliquando. *Id. Fam.* 7. ep. 33. Nos nihil sumus, gregalibus illis, quibus, te plaudente, vigebamus, amissis. *companions, confidential friends.* Adde 2. *de Orat.* c. 62. ¶ Item ad res vulgares, vilioresque, *common, vulgar, ordinary.* *Senec. de benef.* l. 1. c. 12. *extr.* Gregalia quoque poma, etiam post paucos dies itura in fastidium, delectant, si provenere maturius. *Id.* epist. 86. Balnea obscura, et gregali tectorio inducta. *Stat.* l. 1. *silv. ult.* v. 74. comminutis Permutat vitreis gregale sulphur. *Plin.* l. 18. c. 9. Gregalis siligo. *Tacit. Ann.* 1. c. 69. Filium ducis gregali habitu circumferre. *h. e.* gregarii militis. Sic *Liv.* l. 7. c. 34. *extr.* Gregali sagulo amictus.

GREGARĬUS, a, um, *of a flock*, ἀγελαῖος, ad gregem pertinens. *Colum. initio* l. 6. Pecoris gregariorumque pastorum curam abnuere. *shepherds.* ¶ *Gregarius miles* est, qui in exercitu nulla est in dignitate constitutus, *h. e.* neque centurionis, neque præfecti, aut tribuni, aut primi pili, &c. sed e vulgo seu grege militum censetur, *a common soldier, private.* *Cic. pro Planc.* c. 30. Id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam, et se ab aliquo servatos fateantur. *Sallust. in Catil.* c. 38. Ex gregariis militibus alios senatores videbant, alios ita divites, ut, &c. *Curt.* l. 7. c. 2. *a med.* Septuaginta natus annos juvenis ducis, et sæpe etiam gregarii militis munia explevit. *Tacit.* l. 5. *Hist.* c. 1. Cæsar Titus plerumque in opere, in agmine, gregario militi mixtus, incorrupto ducis honore. *Id.* 3. *Hist.* c. 51. Ut gregarius eques, occisum a se fratrem professus, præmium a ducibus petierit. *Justin.* l. 22. c. 1. Gregariam militiam sortitus. ¶ Translate *Sidon. in carm.* lib. 9. epist. 15. Gregarius poeta. *a sorry poet, poetaster.* ¶ In *Veterib. Gloss.* *gregarius* exponitur ἀγελάρχης, h. e. gregis dux: quo sensu *Apul.* l. 7. *Metam.* quem *armentarium equisonem* dixerat, paulo post *gregarium* vocat.

GREGĀTIM, *in flocks or herds*, ἀγεληδὸν, per greges. *Plin.* l. 8. 5. Elephanti gregatim semper ingrediuntur. *Colum.* l. 6. c. 5. *extr.* Hæc facienda, si gregatim pecora laborant: illa deinceps, si singula. *Quintil.* l. 1. c. 6. *med.* (*al.* c. 10.) Graculos, quia gregatim volent, dictos, Ciceroni persuadere voluit. *Plin.* l. 9. c. 15. Thynni intrant Pontum verno tempore gregatim. *in shoals.* *Id.* l. 11. c. 5. Apes rempubl. habent, consilia privatim, ac duces gregatim. ¶ Refertur et ad homines. *in crowds* *Cic.* 7. *Verr.* c. 57. Videtis cives R. gregatim conjectos

in lautumias. *Sueton. in Calig.* c. 30. Retiarii tunicati, quinque numero, gregatim dimicantes. *Plin.* l. 4. c. 12. *ad fin.* Domus iis nemora lucique, et deorum cultus viritim, gregatimque. *Justin.* l. 13. c. 8. Perdiccæ arrogantiam exosi, ad Antipatrum gregatim profugiebant. ¶ In illo *Plin. initio* l. 26. Accidit, ut nova contra genera morborum gregatim sentirentur. *gregatim* significat per gregem humilis plebis, et popelli, exclusis proceribus. *among the lower orders of society.*

GREGĀTUS, a, um, *flocking together, collected in flocks, keeping together,* in gregem collectus, congregatus. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 373. Idaliæ volucres cæloque domoque gregatæ, &c. *Id.* 8. *Theb.* v. 667. solus qui cædibus hausi Quinquaginta animas: totidem totidemque gregati Ferre manus. *Al. leg.* gregatim.

GREGOR, aris, passiv. 1. *to be collected, flock together,* congreg. r. *Paulin. Nolan.* ad *Nicet.* v. 206. Nunc oves facti, duce te, gregantur Pacis in aulam.

GREMIĀLIS. V. *Cremialis.*

GREMĬUM, ii, n. *the lap, bosom,* κόλπος, locus inter complexum ventris, et feminum, quem sedentes efficimus: quo loco matres, nutricesque excipiunt infantes. Differt a *sinu*, qui est intra pectus et brachia: et nihilominus alterum pro altero non raro ponitur. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 4. Puer in gremio matris sedens, mammam appetens. *Virg.* 1. *Æn.* v. 689. gremio accipere. et vers. 722. fovere. et l. 4. v. 84. detinere. et l. 5. v. 31. complecti. et l. 7. v. 233. excipere. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 406. tollere. *Virg.* 11. *Æn.* v. 743. Dereptumque ab equo dextra complectitur hostem, Et gremium ante suum multa vi concitus aufert. *Flor.* l. 2. c. 6. Excusso in mediam curiam togæ gremio, quasi plane sinu bellum ferret, effudit. ¶ Translate elegantes habet usus. *Virg.* 3. *Æn.* v. 509. sterni gremio telluris. *to lie down on the ground. Cic. de Senect.* c. 15. Terra gremio mollito et subacto semen sparsum excipit. *Stat.* l. 4. silv. 3. v. 43. Mox haustas aliter replere fossas, Et summo gremium parare dorso. *h. e.* sedem silici, quo sternenda via erat. *Plin.* l. 3. c. 16. Padus gremio Vesuli montis profluens. *Cic. pro Cæl.* c. 24. Cum Q. Metellus abstraheretur e sinu gremioque patriæ. *Id. in Pison.* c. 5. Hæc sunt, o carnifex, in gremio sepulta consulatus tui. et c. 37. Ætolia medio fere Græciæ gremio continetur. *in the heart, centre, middle. Sil.* l. 3. v. 678. In gremio Thebes. *h. e.* mediis Thebis. et l. 12. v. 203. e gremio Capuæ egredi. *Id.* l. 8. v. 191. Arenosum gremium fluminis. *bed, channel. Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 595. calidi scrutatus stagna profundi, Tethyos invasit gremium. *the bottom. Cic. pro Cluent.* c. 5. Soror in amantissimi fratris manibus et gremio, mœrore et lacrimis consenescebat. *Virg.* 7. *Æn.* v. 233. Nec Trojam Ausonios gremio excepisse pigebit. *Id. Æn.* 9. v. 261. quæcumque mihi fortuna fidesque est, In vestris pono gremiis. *I place in your hands; I trust to your care.* ¶ *Nec mulieri, nec gremio credi oportet,* proverb. quod et illa incerti et levis est animi, et plerumque in gremio posita, cum in oblivionem venerunt exsurgentium, procidunt. *Festus in Nec.*

GRESSĬO, onis, f. idem ac gressus. *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 5. *ex Pacuvio.* Caprigeno pecori grandior gressio est.

GRESSUS, us, m. *a step, pace, going, gait,* βάδισμα, incessus, ambulatio. *Cic.* 2. *Offic.* c. 36. Ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 117. *de equo.* gressus glomerare superbos. et l. 4. v. 360. inferre gressus. *h. e.* incedere. et l. 1. *Æn.* v. 414. tendere gressum ad mœnia. et l. 11. v. 29. gressum recipere. *to return.* et l. 6. v. 319. comprimere. et *Senec. in Med.* v. 870. efferre arvis. *to go from.* et *in Herc. Œt.* v. 579. ferre in penates. *to go in.* et *Valer. Flacc.* l. 6. v. 348. tenere. *to stop.* et l. 3. v. 8. agere ad litora. *to walk. Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 333. Quaque feres gressus. *wherever you go. Valer. Flacc.* lib. 1. v. 183. gressus avidos ad litora vertit. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1238. gressibus feram vincere. *in the chase.* ¶ *Gressus* particip. V. in *Gradior.*

GREX, gregis, m. *a flock, herd, drove,* &c. ἀγέλη, multitudo animalium una degentium, ut ovium, boum, avium, &c. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 7. Pecudes dispulsæ sui generis sequuntur greges. *Id.* 4. *Verr.* c. 7. Greges nobilissimarum equarum abacti. *Id. Phil.* 3. c. 12. Greges armentorum, reliquique pecoris. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 6. Asinorum gregem qui facere vult bonum. *Virg.* 3. *Æn.* v. 287. greges lanigeri. *the fleecy flocks. Id. Ecl.* 7. v. 7. Vir gregis ipse caper. *Juvenal.* sat. 2. v. 80. porcorum grex. *Plin.* l. 5. c. 1. elephantorum. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 326. Dux gregis. *h. e.* taurus. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 6. Pavonum greges. et c. 10. anserum. &c. 11. anatum. *Horat.* l. 1. ep. 3. v. 19. avium. ¶ Aliquando dicitur de minori pecore, ut de majori *armentum. Ovid.* 1. *Metam.* v. 513. Non ego sum pastor: non hic armenta gregesve. et l. 4. v. 634. Mille greges illi, totidemque armenta per herbas Errabant. Adde *Tibull.* l. 1. el. 5. v. 28. ¶ Dicitur etiam de hominibus. *Cic. pro Sull.* c. 28. Honestissimorum hominum greges. *assemblies.* 1. *de Orat.* c. 10. philosophorum. *Id.* 1. *Attic.* ep. 18. amicorum. *Horat.* l. 1. ep. 9. *in fin.* Scribe tui gregis hunc. *h. e.* recipe inter amicos tuos. *Senec. in Herc. Fur.* v. 1149. Natorum grege animosa conjux. et *in Troad.* v. 138. Grex regum. *Sil.* l. 7. v. 58. Grex ille virorum. *h. e.* Fabiorum manus. ¶ Interdum contemptum adsignificat. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 32. Ego forsitan propter multitudinem patronorum, in grege annumerer. *of the crowd; amongst the number. Horat.* l. 1. ep. 4. *extr.* Epicuri de grege porcus. *Id.* l. 1. od. 37. v. 9. Contaminatus grex turpium virorum. *Id. Epod.* 16. v. 37. Grex indocilis. *h. e.* vulgus. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 67. Grex venalium. *Stat.* 11. *Theb.* v. 284. Hostia, nate, jaces ceu mutus, et e grege sanguis. ¶ Speciatim dicitur de mimis et histrionibus. *a company of players. Petron. in Satyr.* c. 80. Grex agit in scena mimum: pater ille vocatur, Filius hic, nomen divitis ille tenet. *Inscript.* apud. *Gruter.* p. 1024. n. 5. Pyladi pantomimo ornamentis decurionalib. ornato Grex Romanus ob merita ejus. Adde *Terent. Heaut. prol.* v. 45. et *Phorm. prol.* v. 32. et *Plaut. Cas. prol.* v. 22. Hinc in fine aliquot priorum *Plauti* Comœdiarum, ut *Asinariæ, Captiv. Cas. Epid.* et *Bacchid. Grex* adscriptus est, tanquam histrionum chorus, qui omnium histrionum nomine prodit, et spectatores paucis alloquitur. In quibusdam MSS. alicubi pro *grex* legitur *recitator*: in fine vero *Cistellariæ caterva* editum est. ¶ *Uno grege,* omnes simul. *Curt.* l. 10. c. 2. *a med.* Ne servi quidem uno grege profugiunt dominos. *all at once.* ¶ *Grege facto,* agmine facto, manu facta. *Sallust. in Catil.* c. 49. *a med.* Cethegus familiam atque libertos suos, lectos et exercitatos in audaciam, orabat, uti, grege facto, cum telis ad se irrumperent. *united, collected together.* et *in Jug.* c. 62. Quadraginta, memores nominis Romani, grege facto, locum cepere, quam alii, editiorem. ¶ Jlocaliter *greges virgarum,* hoc est fasces, dixit *Plaut. Pseud.* 1. 3. 99. *bundles of rods.* ¶ In genere feminino. *Lucret.* l. 2. v. 660. equorum duellica proles, Buceræque (*al.* buceriæque) greges. *Lucil.* quoque apud *Charis.* l. 1. p. 72. *Putsch.* has greges dixit. Adde veter. Inscript. apud *Maffeium in Mus. Veron.* p. 127. n. 4.

[* GRIAS, adis, f. herba quædam apud *Apul. de herb.* c. 50. Grias nascitur in Lucania, marmoris albi colorem habens, quatuor rubicundis ornata cauliculis.]

GRICENEA, funis crassus. *Festus.*

GRIPHUS, i, m. *a riddle, enigma,* γρῖφος, Græcis rete significat: translate dicitur de ænigmate, quæstione implicata, sermone ambiguo, quibus audientis animus quodammodo irretitur et capitur. *Gell.* l. 1. c. 2. Aliosque id genus griphos neminem posse dicens, nisi se, dissolvere. Adde *Apul. in Florid.* n. 9. (*al.* l. 2.) et *Auson.* qui Edyllium suum undecimum *Gryphum* inscripsit. [¶ Fuit etiam cognomen apud Romanos. *Tacit. Hist.* l. 3. c. 52. Plotius Griphus.

*GRISELĬCUS, a, um, adject. pertinens ad Griselum, nunc *Greoulx,* urbem Galliæ in Provincia prope Diniam ad Druentiam flumen, quæ thermis olim celebris fuit. *Griselicæ Nymphæ* sunt in fragm. *Inscript.* apud *Donat.* pag. 47. n. 2., integra vero legitur *in Magas. Encyclopéd.* an. 1811. *Jun.* pag. 256. Annia M. filia Faustina T. Vitruvii Pollionis Cos. II. Præf. Imp. Pontif. Asiæ uxor Nymphis Griselicis.]

GRŌMA, *et* Gruma, æ, f. γνώμων, γνώμη, genus machinulæ cujusdam, teste *Festo,* qua regiones agri cujusque cognosci possunt, vel, ut *Nonius* definit c. 1. n. 316. mensura quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, ut est agrimensorum: a Græcis vocibus, quæ allatæ sunt. V. *Degrumor.* ¶ In castris quoque *gruma* erat locus medius, ubi gromæ organum a metatore ponebatur, ut quatuor faceret angulos normales, et ita divideret castra in quatuor partes, quarum viæ in grumæ loco conveniebant. Erat prope Prætorium. *Non. loc. cit.* Grumæ sunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur et conveniunt viæ. *Hygin. de limitib.* p. 164. *Goes.* In castris groma ponitur in tetrantem, qua velut ad forum convenitur.

GROMATĬCA, æ, *vel* Gromatice, es, f. γεωδαισία, ars dimetiendi: a *groma.* Duplex est, altera circa agros, altera circa castra versatur, ut gromæ usus duplex est, in agris, et in castris. Hinc *Hyginus* tum *Gromaticum* scripsit de limitibus constituendis, tum *Gromaticum* de castrorum metatione.

GROMATĬCUS, a, um, γνωματικὸς, quod ad mensuram spectat, ut Disciplina gromatica, quæ agrorum mensuram docet. *Cassiod.* l. 3. var. ep. 52. *de eligendo agrimensore.* Hoc enim per Geometricas figuras, et Gromaticam disciplinam ita diligenter agnoscitur. [¶ Gromatici dicebantur, qui artem metendorum agrorum profitebantur. *Hygin. Gromat. de castramet.* Professores ejus artis gromatici sunt appellati.]

GROMPHÆNA, æ, f. herba est alternis viridibus, roseisque per caulem foliis, quæ in posca sanguinem rejicientibus medetur. *Plin.* l. 26. c. 7. *a med.*

GROMPHĒNA, æ, f. *Plin.* l. 30. c. 15. *sub fin.* Gromphenam avem in Sardinia narrant, grui similem, ignotam jam etiam Sardis, ut existimo.

GROSPHUS, i, m. γρόσφος, cuspis hastæ, telum, sagitta. Legunt quidam apud *Arnob.* l. 6. p. 200. *grosphis rasa*: sed incerta admodum res est, et infirma conjectura.

GROSSŬLUS, li, m. *a small unripe fig,* parvus grossus. *Colum.* l. 5. c. 10. Si voles ficum, quamvis non natura, seram facere, tum grossulos, prioremve fructum decutito.

[* GROSSUS, a, um, adject. *thick,* crassus. *Arnob.* l. 6. pag. 251. *Harald.* Simulacra malleis nata grossis. Alii aliter legunt. *Sulpit. Sever. Dial.* 1. c. 21. Restis grossior. *Hieronym.* epist. 39. (*al.* 62.) Qui scorpionibus cædit, qui lumbis patris habere se putat digitos grossiores, cito regnum mansueti David dissipat.]

GROSSUS, i, m, et f. *a green or unripe fig,* ὄλυνθος, ficus immaturus. *Cels.* 5. c. 12. Grossi in aqua cocti. *Plin.* l. 23. c. 7. Crudæ grossi verrucas tollunt. *Id.* l. 17. c. 27. Fici serotinæ fiunt, si primæ grossi, cum fabæ magnitudinem excessere, detrahuntur.

GRUIS. V. *Grus.*

GRUMA. V. *Groma,* et *Degrumor.*

GRUMŬLUS, li, m. *a little hillock, mole-hill,* parvus grumus. *Plin.* l. 19. c. 6. *a med.* Allium in plano seri vetant, castellatimque grumulis imponi, distantibus inter se pedes ternos. *Apul.* l. 6. *Metam.* Accepto frumento, et hordeo, et milio, et cicere, commixtisque acervatim confusisque in unum grumulum.

GRUMUS, i, m. *a hillock of earth,* θρόμβος, acervus minor terræ, aut lapidum, aut hujusmodi. *Festus*: Grumus, terræ collectio minor tumulo. *Non.* c. 1. n. 50. Grumus dicitur agger, a congerie dictus. Accius: Quemcumque institeram grumum, aut præcisum jugum. *Colum.* l. 2. c. 18. Grumos, quos ad versuram plerumque tractæ faciunt crates, dissipabimus ita, ut necubi ferramentum fœnisecæ possit offendere. *Vitruv.* l. 2. c. 1. Exaggerant supra habitationes maximos grumos e terra. *Id.* l. 8. c. 3. Grumorum tumuli. ¶ Frustra *Charis.* l. 1. p. 19. *Putsch.* inter illa recenset, quæ numero carent singulari. *Auct. de B. Hispan.* c. 24. Neque tamen æquo loco sui potestatem faciebat, sed ex grumo excelsum tumulum capiebat. *Plin.* l. 33. c. 1. *ad fin.* Torretur et cum salis grumo, pondere triplici mixto. *Harduin.* legit *salis gemino pondere, triplici miseos.* ¶ *Charis. loc. cit.* grumos interpretatur ὅρων λίθους, h. e. terminorum lapides, seu acervos lapidum pro termino positos. ¶ Scribitur et *grummus.*

GRUNDĪLES, *seu* Grundules Lares Romæ constitutos fuisse in honorem porcæ, quæ triginta fetus pepererat, tradunt *Non.* c. 2. n. 357. et *Diomed.* l. 1. p. 379. *Putsch.* Hic vero affert in eam rem verba hæc *Cassii Heminæ*: Pastorum vulgus sine contentione consentiendo, præfecerant æqualiter imperio Remum et Romulum, ita ut de regno pares inter se essent. Monstrum fit: sus parit porcos triginta: cujus rei fanum fecerunt Laribus Grundulibus. Confirmat hæc, quod Laribus porco facere consueverant, ut ex *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 164. constat. Alii tamen dictos putant a *suggrunda,* quod olim parentes, postea (vetitis in Urbe sepulcris) infantes, qui non ultra quadragesimum diem vixissent, in suggrunda sepelire mos fuerit: hinc *suggrundaria* dicta esse sepulcra infantum, ut *Fulgent. Planc. de prisco serm.* docet. Meminit Larium Grundulium etiam *Arnob.* l. 1. p. 15.

GRUNNĬO, et *olim etiam* Grundio, is, ivi, *vel* ii, itum, n. 4. *to grunt like a hog,* γρυλλίζω, verbum exprimens vocem suis. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 356. Grunit tepido lacte satur. *Laber. ibid.* Grunnientem aspexi scrofam. *Plin.* l. 32. c. 2. Maximum piscium esse porcum: grunnire eum, cum capiatur. *Juvenal.* sat. 15. v. 22. Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis. *Nonius* c. 6. n. 96. allatum *Laberii* locum repetens, *grundientem* habet. *Claud. Quadrigar.* apud *Diomed.* l. 1. p. 379. *Putsch.* Grundibat graviter pecus suillum (pro *grundiebat,* ἀρχαϊκῶς). *Cæcil. ibid.* Cruento ita ore grundibat miser. *Non. loc. cit.* hæc verba *Cæcilii* ita refert, ut non de sue, sed de aliis per catachresim *grundire* usurpaverit. Sic *Claud. Quadrigar. ibid.* agni grundibant, dixit.

GRUNNĪTUS, us, m. *grunting,* γρυλλισμὸς, vociferatio porci. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 40. Nec grunnitum audiunt, cum jugulatur sus.

GRUO, is, n. 3. *to crunk, or crunkle, like a crane,* γερανίζω, κλαγγάζω, est vociferari proprium gruis. *Paul.* ex *Festo*: Gruere dicuntur grues, ut sues grunnire. unde tractum est congruere hoc est convenire: quia id genus volucrum minime solivagum est. *Auct. carm. de Philom.* v. 23. Grus gruit.

GRUS, *et* Gruis, is, f. et m. *a crane,* γέρανος, avis, quæ non se segregat, sive cum volat, sive cum pascitur: a sono vocis. Si generatim designetur, ac sine discrimine, fere est feminini generis: si marem designare opus sit, etiam masculino adjectivo jungi potest. Grues ducem seu regem e suo cœtu eligunt: mira sunt vigilantia, excubias nocte dividunt, capite subter alam condito dormiunt, alternis pedibus insistentes, quorum in altero, qui elevatus est, lapidem tenent, ut eo cadente expergiscantur. Hæc et alia mira de his *Plin.* l. 10. c. 23. narrat. Volantes ordine quodam Y, vel Δ litteram faciunt: quod cum Palamedes primus deprehendisse dicatur, eamque litteram invenisse, *Palamedis aves* appellantur. *Martial.* l. 13. epigr. 75. Turbabis versus, nec littera tota volabit, Unam perdideris si Palamedis avem. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 49. Grues, cum loca calidiora petentes maria transmittant,

trianguli efficere formam, &c. *Cels.* l. 2. c. 18. Omnem grandem avem, quales sunt anser, pavo, et grus. *Phædr.* l. 1. fab. 8. v. 7. Tandem persuasa est jurejurando gruis. *Plin.* l. 11. c. 37. *sub init.* Cirros natura dedit grui Balearicæ. *Lucret.* l. 4. v. 181. gruum clamor. *Horat.* l. 2. *sat. ult.* v. 87. Mazonomo pueri magno discerpta ferentes Membra gruis, sparsi sale multo non sine farre. *Laber.* apud *Non.* c. 3. n. 103. Virum tu hunc gruem Balearicum, an hominem putas esse? ¶ Inter primas expetebatur in cibis, abrogata ciconia, quam olim magis placuisse, scripserat *Nepos* apud *Plin. loc. cit. Stat.* l. 4. silv. 6. v. 8. quos nosse juvat, quid Phasidis ales Distet ab hiberna Rhodopes grue. Adde *Gell.* l. 7. c. 16. et *Horat. loc. cit.* ¶ Machina illa militaris, quam corvum demolitorem *Vitruv.* appellat l. 10. c. 19. etiam gruem appellari a nonnullis, testatur *Id. ibid. a crane, instrument to draw up stones with.*

GRUTHUNGI. V. *Gothyni.*

GRYLLO, *vel* Grillo, as, n. 1. *to cry, or chirp, like a cricket,* vocem grylli exprimens verbum. *Auct. carm. de Philom.* v. 62. Et gryllus gryllat.

GRYLLUS, i, m. *a cricket,* γρύλλος, genus est locustæ, simile cicadæ, longiori tamen corpore : a sono, quem edit. Retro ambulat, terram terebrat, et noctu stridet, ut ait *Plin.* l. 29. *c. ult. ad fin.* et *ibid.* Auribus prodest gryllus cum sua terra effossus et illitus. *Val. Cato in Diris,* v. 74. argutus gryllus. ¶ *Grylli* etiam dicuntur picturæ quædam ridiculæ. *Plin.* l. 35. c. 10. *sub fin.* Idem jocoso nomine gryllum ridiculi habitus pinxit : Unde genus hoc picturæ Grylli vocantur.

GRYNĒUS, a, um, Γρύνειος, ad Gryniam pertinens, quæ urbs est Æolidis, in ora sinus Smyrnæi, ubi nemus fuit sacrum Apollini, inde *Gryneo* cognominato. *Virg.* 4. *Æn.* v. 345. Gryneus Apollo. Ubi *Servius* (qui juxta Clazomenas id nemus collocat) ideo sic appellatum ait, quod eo loci *Grynen* Amazonem violaverit. *Id. Ecl.* 6. v. 72. His tibi Grynei nemoris dicatur origo, Ne quis sit lucus, quo se plus jactet Apollo. Ubi *Serv.* longe alia scribit, nempe *Grynum* quendam Eurypili filium urbem *Gryniam* condidisse ex Apollinis responso. Juxta fuisse nemus, in quo Calchanta, et Mopsum celebres vates de peritia divinandi inter se habuisse certamen, victumque Calchanta præ dolore interiisse. Aliam etiam ibidem de ejus morte fabulam comminiscitur, scilicet voluisse illum de vino gustare, quod ipse in eo nemore, vindemia facta, collegisset ; idque contra deorum voluntatem, quam illi quidam augur prædixerat : sed cum manu poculum bibiturus teneret, repente nimio risu correptum, interclusoque spiritu, corruisse. Addit etiam, eodem loci, serpentem ab Apolline occisum, et a *Gryne* filia ipsum nemus parenti fuisse consecratum. Denique Gallum poetam (de quo in ea Ecloga *Virg.*) hæc omnia ex Græco Euphorionis carmine in Latinum sermonem transtulisse. ¶ *Gryneus,* dissyllabum, Γρυνεὺς, apud *Ovid.* nomen est Centauri *Metam.* 12. v. 260.

GRYPS, gryphis, *et* Gryphus, i, m. *a griffin,* γρὺψ, avis fabulosa, animal quadrupes, et pennatum, omni ex parte leo, alis tantum et facie aquilæ simile, equis vehementer infestum : a γρυπὸς, incurvus, aduncus naso, propter rostri aduncitatem. Sed aliqui contra γρυπὸς a gryps derivant. *Plin.* l. 10. c. 49. Pegasos equino capite volucres, et gryphas auritos aduncitate rostri fabulosos reor, illos in Scythia, hos in Æthiopia. *Virg. Ecl.* 8. v. 27. Jungentur jam gryphes equis. *proverb.* de re, quæ fieri nunquam potest. *Pompon. Mela,* l. 2. c. 1. Gryphi sævum et pertinax ferarum genus, aurum terra penitus egestum mire amant, mireque custodiunt, et sunt infesti attingentibus. *Plin.* l. 7. c. 2. narrat ex aliorum sententia, esse Arimaspos, homines uno oculo in fronte insignes, qui cum his bellum assidue gerant, eruentibus ex cuniculis aurum, et mira cupiditate custodientibus, Arimaspis vero rapientibus. Sed hæc pariter fabulæ. ¶ In singulari numero *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 30. At si Phœbus adest, et frenis grypha jugalem Riphæo tripodas repetens detorsit ab axe, &c. Hinc colligimus Phœbo gryphes attribui, qui ejus currum trahant : quod et *Sidon.* facit carm. 22. v. 66. et 67. ubi eorum phaleras, ornatumque poetice describit : et *Servius ad Virgil. Eclog.* 8. v. 27. confirmat. *Porphyrius* apud *Serv. ad Ecl.* 5. *Virg.* v. 66. docet, triplicem esse Apollinem : in cælo Solem, Liberum Patrem in terris, Apollinem apud Inferos. Hinc tria insignia ejus simulacro apponi : lyram, qua cælestem harmoniam significat ; gryphum, qui eum terrenum numen ostendit ; sagittas quibus infernalis deus, et noxius judicatur. ¶ Scribitur et sine aspiratione.

GRYPUS, i, m. γρυπὸς Græce dicitur, qui incurvum, seu aduncum nasum habet. *Justin.* l. 39. c. 1. *in fi.* Alter, cui propter nasi magnitudinem, cognomen Grypo fuit.

GUASTUM. V. *Glastum.*

GUBERNA, orum, n. gubernacula, apud vet. *Lucil.* apud *Non.* cap. 8. n. 59. Proras despoliate, et detondete guberna. *Lucret.* lib. 2. v. 553. Disjectare solet magnum mare transtra, guberna.

GUBERNACŬLUM, i, n. *the helm, or rudder, of a ship,* πηδάλιον, clavus in puppi navis, quo illa regitur. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 51. Hic ille naufragus ad gubernaculum accessit, et navi, quoad potuit, est opitulatus. *Plin.* l. 11. c. 50. Caudæ piscium meatus gubernaculi modo regunt. ¶ Contrahitur poetice per syncopen. *Lucret.* l. 4. v. 902. gubernaclum contorquere. *Virg.* 5. *Æn.* v. 176. Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister. Adde vers. 859. lib. 6. v. 349. ¶ Sæpissime transfertur ad administrationem reipublicæ, &c. et fere in plurali numero. *the government of a state. Cic. pro Sext.* c. 9. Clavum tanti imperii tenere, et gubernacula reipublicæ tractare. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 18. Sedere ad gubernacula reipublicæ. *at the helm. Id. ad Brut.* ep. 1. *ex recentiorib.* Reipubl. gubernacula prendere. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 11. Repelli oratorem a gubernaculis civitatum. *Id. Fam. l. et ep. ult.* Recedere a gubernaculis. *Plin.* l. 10. ep. 1. Admovere virtutes alicujus ad gubernacula reipubl. *Plin. alter* l. 11. c. 37. sect. 88. Temperare gubernacula vitæ. *Valer. Max.* l. 7. c. 6. n. 1. Imperii gubernacula abjicere. ¶ In singulari num. *Vellei.* l. 2. c. 113. Cum exercitum majorem, quam ut temperari posset, neque habilem gubernaculo cerneret, dimittere statuit. *h. e.* regi difficilem. [*Apul. Florid.* pag. 341. *Elmenh.* Aquila mole corporis labitur, velificatas alas, quo libuit, advertens, modico caudæ gubernaculo.]

GUBERNATĬO, onis, f. *the steering, or piloting, of a ship,* κυβέρνησις, navis directio. *Cic.* 4. *Fin. c. pænult.* Et, si in ipsa gubernatione negligentia navis est eversa. ¶ Translate capitur pro quavis administratione. *the management, or direction, of any thing. Cic.* 3. *Catil.* c. 8. Vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse. *Id.* 2. *de Invent.* c. 54. Continentia est, per quam cupiditas consilii gubernatione regitur.

GUBERNĀTOR, oris, m. *a pilot, steersman,* κυβερνήτης, rector navis. *Cic. de Senect.* c. 6. Gubernator clavum tenens, sedet in puppi quietus. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 11. v. 21. Ipse gubernator tollens ad sidera palmas Exposcit votis, immemor artis, opem. ¶ Translate est quicumque rector ac moderator, *a governor, director, ruler. Cic. pro Rabir. perduell.* c. 9. Custodes gubernatoresque reipubl. *Senec. in Hippol.* v. 903. Gubernator poli. *h. e.* deus. ¶ De agitatore equorum, auriga, *a charioteer,* Vetus poeta apud *Quintil.* lib. 8. cap. 6. gubernator magna contorsit equum vi. ¶ *Tranquillo quilibet gubernator est,* proverb. apud *Senec.* ep. 85. *post med.* h. e. quivis extra periculum fortis, aut prudens esse potest.

GUBERNĀTRIX, icis, f. *a governess, directress,* κυβερνήτειρα, quæ gubernat. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 9. *extr.* Ista præclara gubernatrice civitatum eloquentia rempubl. dissipaverunt. *Terent. Eun.* 5. 9. 16. An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit?

GUBERNĀTUS, a, um, *governed, guided. Cic. ad Brut.* ep. 10. Cæsarem meis consiliis adhuc gubernatum quidam impulerunt, &c.

[* GUBERNĬO, onis, m. idem ac gubernator. *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 1.]

GUBERNĬUM pro gubernatore posuit *Laberius* apud *Gell.* l. 16. c. 7. ubi aliquis fortasse *gubernium* pro *gubernatione* legere malit. Utcumque se res habeat, non est, ipso *Gellio* teste, imitandus.

GUBERNO, as, a. 1. *to guide, steer, or pilot a ship,* κυβερνάω, proprie est navim regere : a verbo Græco allato. *Cic.* 1. *Offic.* c. 25. Ut si nautæ certarent, quis eorum potissimum gubernaret. ¶ Translate sumitur pro administrare in genere, regere, moderari. *to manage, conduct, guide, direct, govern. Cic. Fam.* 2. ep. 7. Teque hortor, ut omnia gubernes ac moderere prudentia tua. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 45. Rempubl. regere, et orbem terrarum gubernare. *Id. pro Mil.* c. 9. Gubernare petitionem. *Id.* 2. *Fam.* ep. 17. Iter meum reipubl. et rerum urbanarum ratio gubernabit. *Id.* 8. *Attic.* ep. 4. Fortunæ motum ratione gubernare. *Id. pro Sull.* c. 28. Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cujusque, regit quæsitor, &c. *Id.* 2. *de Fin.* c. 13. *extr.* Gubernare vitam. *Id. ad Brut.* ep. 10. consiliis aliquem. *Flor.* l. 1. c. 2. imperium religione atque justitia. *Plaut. Mil.* 4. 2. 99. rem docte. *to carry the matter well through. Martial.* l. 9. epigr. 23. virga gubernat equum. *Senec. in Hippol.* v. 1075. currus. *Petron. in Satyr.* c. 127. Digiti vocem gubernantes. *h. e.* mollis quædam digitorum gesticulatio. ¶ *Gubernare e terra,* proverbialis locutio apud *Liv.* l. 44. c. 22. *ad fin.* de iis, qui rebus gerendis, periculisque adeundis abstinent ; sed domi, et in tuto remanentes monere tamen volunt et jactare prudentiam.

GUBERNUM. V. *Guberna.*

GULA, æ, f. *the gullet, weasand, windpipe,* οἰσοφάγος, fistula colli interior, qua cibus et potus devoratur, et in stomachum demittitur. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 66. Ex cartilagine et carne arteria, gula nervo et carne constat. et sect. 79. Gula patentiore utuntur graculi, corvi, cornices. *Id.* l. 24. c. 15. Pituita in gula cohæreseens. ¶ Sæpe sumitur pro toto collo. *the neck. Cic. Verr.* 6. c. 10. Quem obtorta gula de convivio in vincula abripi jussit. *Sallust. in Catil.* c. 58. Laqueo gulam frangere. *to break his neck with a noose, strangle.* ¶ Sæpissime per metonymiam pro voracitate, et nimio delicatioris cibi appetitu. *gluttony, appetite. Sallust. in Jug.* c. 94. Numidæ plerumque lacte, et ferina carne vescebantur, et neque salem, neque alia gulæ irritamenta quærebant. *Plin.* l. 2. ep. 6. Temperare gulæ. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 111. Gulæ parere. *Martial.* l. 6. epigr. 11. Non minus ingenua est et mihi, Marce, gula. *a nice palate. Sueton. in Vitell.* c. 7. Profundam alicujus gulam explere. *a ravenous appetite. Id. ibid.* c. 13. Intempestivæ ac sordidæ gulæ homo. *Juvenal.* sat. 1. v. 140. quanta est gula, quæ sibi totos Ponit apros! *Plin.* l. 9. c. 17. *a med.* Mullum exspirantem versicolori quadam varietate spectari, proceres gulæ narrant. ¶ De fistula follis, ob similitudinem. *the nose of a pair of bellows. Plaut. Aulul.* 2. 4. 23. Cum it dormitum, follem obstringit ob gulam, ne quid animæ forte amittat dormiens.

GULLIOCÆ, nucum juglandium summa et viridia putamina. *Paul.* ex *Festo.* In Glossis est *gulluca,* καρυοτόμια. Al. leg. *guliacæ,* alii *gulliolæ.* V. *Cudiola.*

GULO, onis, m. gulosus, lurco, *a glutton, gormandizer, guzzler, voracious eater,* γαστρίμαργος. *Apul. in Apolog.* Gulones omnes, qui impenso pretio a piscatoribus mercantur. *Macrob. Saturn.* 7. c. 12. Proverbium, quo utuntur gulones. Adde *Fest.* in voce *Ingluvies.*

GULŌSE, adverb. *gluttonously,* γαστριμάργως, sapide ad voluptatem gulæ. *Colum. in præfat.* l. 1. Gulosius condiendi cibos, et luxuriosius fercula struendi. *Tertull. de resurr. carn.* c. 1. Gulosissime nutrit. [*Martial.* l. 3. ep. 22. v. 5. Nil est, Apici, tibi gulosius factum.]

GULŌSUS, a, um, *gluttonous, luxurious,* γαστρίμαργος, qui est deditus gulæ vitio. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 18. *extr.* Non sunt ad popinam dentibus, et ventre, et ore contenti : oculis quoque gulosi sunt. *Martial.* l. 7. epigr. 19. Nil est miserius, nec gulosius Sanctra. *Juvenal.* sat. 11. v. 19. Et quadringentis nummis condire gulosum Fictile. *h. e.* patinam gulæ causa exquisitis epulis refertam. ¶ Translate *Martial.* l. 10. epigr. 59. Non opus est nobis nimium lectore guloso. [*Hieronym.* epist. 7. *ad Lætam.* Abstinentia gulosa. *h. e.* quæ a quibusdam abstinet, ut desiderio velut condiat.]

GUMEN, inis, n. gummi. *Pallad. in Octobr.* tit. 14. *circa med.* Pini frugiferi gumen. [*Schneiderus* ex auctoritate *Geopon.* l. 7. c. 24. ubi est πίτυος καρπίμου κόμην, scribendum esse putat *comam* pro *gumen.* Legitur tamen *gumen* apud eumd. *Pallad. Novembr.* tit. 7. Antequam incipiat gumen lacrimare. Sed hic etiam aliter legunt.]

GUMĬA, æ, m. et f. gulo, gulosus, lurco. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 377. Gumiæ illæ vetulæ, improbæ, ineptæ. Apud *Non.* ibi legitur *genuæ:* sed mendum esse *Scalig.* ait. *Id. Lucil.* apud *Cicer.* 2. *de Fin.* c. 8. compellans gumias ex ordine nostros. Adde *Fest.* in voce *Ingluvies,* et *Apulei. in Apolog.* Ubique autem *P. Merula ad fragm. Ennii* pag. 255. volebat legi *gluvia* eod. sensu : unde *ingluvies.*

GUMMĀTÆ arbores dicuntur, quæ gummi producunt. *Pallad. in Octobr.* tit. 12. In cerasis hoc servandum est, et in omnibus gummatis.

GUMMĔUS, a, um, adject. *gummy,* gummosus. *Auson. Edyll.* 6. v. 74. Gummea fletiferi jaculatur succina trunci. *h. e.* instar gummi defluentia. Al. leg. *Gemmea.*

GUMMI, n. indeclin. *et* Gummis, is, f. *gum that drops from trees,* κόμμι, gutta viscosa ex arboribus quibusdam per corticem diffluens. *Plin.* l. 13. c. 11. Gummi optimum esse ex Ægyptia spina, convenit. *Colum.* l. 12. c. 50. Nova dolia liquida gummi perluere. *Plin.* l. 12. c. 8. Gummium modo candidum. *Id.* l. 13. c. 12. *a med.* Gummis glutinum : *Martian. Capell.* in genit. sing. *gummeos* dixit Græca terminatione, lib. 3. pag. 49.

GUMMĬNO, as, n. 1. gummi emitto. *Pallad. in Januar.* tit. 16. *extr.* Prunus inserenda est, antequam gumminet, in se, et persico. *Al. leg.* germinet.

GUMMINŌSUS. V. *Gummosus.*

GUMMITĬO, onis, f. *a gumming, daubing or smearing with gum,* κόμμωσις, illitus quidam ex glutinoso arborum succo, qui doliis fieri solebat. *Colum.* l. 12. c. 50. Multi, cum semel nova dolia, vel serias crassa gummi liverunt, una in perpetuum gummitione contenti sunt.

GUMMŌSUS, a, um, *gummy, full of gum,* multum gummi habens. *Plin.* l. 12. c. 9. Facilius hoc, et crustosius, amariusque : at Indicum humidius, ac gummosum. *Gumminosum* habetur in MSS. *Id.* l. 22. c. 8. Folia pinguia, tactuque gummosa. *Id.* lib. 16. cap. 38. Gummosus humor.

GURDONĬCUS, a, um, rusticus, imperitus, inurbanus, rudis. *Sulpic. Sever.* dial. 1. c. 27.

GURDUS, a, um, *clod-pated, num-sculled, doltish,* pinguis, et translate stolidus, voce Hispanica. *Quintil.* l. 1. c. 9. Gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audivi. *Laber.* apud *Gell.* l. 16. c. 7. Hic est ille gurdus quem ego, &c.

GURGES, itis, m. *a whirlpool, gulph,* δίνη, proprie locus est in flumine profundus, in quo aqua vertitur : sed generaliter de omni aquarum congerie dicitur, et de ipso etiam mari : a sono. *Cic. in Pison.* c. 33. Non Rheni fossam gurgitibus illis redundantem. *Id. de Harusp. resp* c. 27. Immanis Charybdis, quæ tantos exhaurire gurgites

posset. *Ovid. Metam.* 15. v. 714. multamque trahens sub gurgite arenam Volturnus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 624. alterno procurrens gurgite Pontus. et lib. 6. v. 296. Turbidus hic cœno, vastaque voragine gurges Æstuat. *Id.* l. 9. *in fi.* fessos jam gurgite Phœbus Ibero Tingit equos. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 226. Euboicus gurges. *Stat.* 1. *Achill.* v. 223. Atlanteus. *Virg.* 4. *Georg.* v. 387. Carpathius. *Stat.* l. 4. *silv.* 5. v. 4. Thusci gurgites. *Virg.* 6. *Æn.* v. 310. et l. 7. v. 704. gurgite ab alto. *from the deep sea.* In illo *Horatii* l. 2. od. 1. v. 33. Qui gurges, aut quæ flumina lugubris Ignara belli? quod mare, &c? *gurges* de lacu, aut palude intelligi potest, quomodo *Avien. in Arat.* v. 380. Lernæi gurgitis hydra. ¶ Translate *Cic. Verr.* 5. c. 9. Qui, ut ipse non solum vita, sed etiam corpore atque ore significat, immensa aliqua vorago est, aut gurges vitiorum turpitudinumque omnium. *Id. pro Sext.* c. 43. Ut eorum divitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat. *Valer. Max.* l. 3. c. 6. Deformes umbras in imo gurgite turpitudinis suæ jacere patiar. *Prudent. in Hamartig.* v. 255. Sorbeat ut cumulos nummorum faucibus amplis Gurges avaritiæ. ¶ Nonnunquam est convicium hominis prodigi, lurconis, et omnia sua absumentis. *a glutton, spendthrift, prodigal. Cic. pro Sext.* c. 52. Quid? tu meo periculo, gurges ac vorago patrimonii, heluabare? *Id. in Pison.* c. 17. *sub fin.* Ille gurges atque heluo, natus abdomini suo. *Id. pro Dom.* c. 47. Ille gurges heluatus tecum simul reipubl. sanguinem. *Plin.* l. 10. c. 48. Apicius, nepotum omnium altissimus gurges. *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 9. narrat, Q. Fabium Q. FM. N. *gurgitis* cognomen habuisse, quod patrimonium suum devoraverit. At idem ab iisdem, a quibus ita cognominatus fuerat, bis consul creatus fuit, et princeps Senatus lectus, teste *Plin.* l. 7. c. 41. sed nimirum, quod in juventute peccaverat, *secutæ virtutis insignibus compensavit,* ut *Macrob.* loquitur. Ob eandem causam *gurges* cognominatus est quidam Publius Gallonius, qui memoratur a vetere Poeta apud *Cicer.* l. 2. *de Fin.* c. 8. et ab *Horat.* l. et sat. 2. v. 47.

GURGULĬO, onis, m. *the weasand, wind-pipe, gullet,* γαργαρεὼν, gula, guttur: et præsertim fistula, qua aer ad pulmones defertur. [*Cic. in fragm. orat. pro Tullio* ab *Angelo Maio edit.* pag. 30. Tantumque odii crudelitatisque habuerunt, ut eos omnes gurgulionibus insectis relinquerent. Hunc *Ciceronis* locum citat *Martian. Capell.* l. 5. pag. 165. *Grot.* et habet *ejectis,* alit. *exactis* pro *insectis,* quæ vera est lectio.] *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 3. Hircus cervice et collo brevi, gurgulione longiore. *Lactant. de opif. Dei,* c. 11. Spiritus accepit viam patentem, quæ vocatur gurgulio: is constat ex ossibus flexuosis, &c. *Arnob.* l. 3. p. 107. Gurguliones, ventriculi, pulmones, &c. ¶ Item vermiculus, de quo V. *Curculio*: a cujus similitudine ita vocatur a *Pers.* sat. 4. v. 38. τὸ virorum αἰδοῖον.

GURGUSTIDONĬI campi, ficte, et localiter dicuntur a *Plauto Mil.* 1. 1. 13. ut et alia ibi, ridendi causa Pyrgopolinicem gloriarum plenum, et vanissima de se jactantem: quasi in gurgustio, vili ac fœdo loco, virtutes suas exercuerit.

GURGUSTIŎLUM, li, n. *a small cottage or hut,* diminut. a gurgustium. *Apul.* lib. 1. *Metam.* Brevitatem gurgustioli nostri ne spernas. Adde l. 4.

GURGUSTĬUM, ii, n. *a mean obscure dwelling; a hut, cottage,* vilis ac teter locus, obscura et latens taberna, genus habitationis angustum, a *gurgulione* vermiculo dictum, ut *Fest.* docet. *Cic. in Pison.* c. 6. Meministi ne, cœnum, cum ad te cum C. Pisone venissem, nescio quo e gurgustio te prodire, involuto capite, soleatum? *from a stew.* et lib. 1. *de nat. Deor.* c. 9. Deus videlicet tempore infinito in tenebris, tanquam in gurgustio, habitaverat. *Sueton. de Grammat.* c. 11. Vixit in summa pauperie, et pæne inopia, abditus modico gurgustio.

GUSTATĬO, onis, f. actus gustandi, et leviter quid cibi attingendi. *a tasting; an occasional repast taken through the day; something taken before supper to whet the appetite.* Dicitur de initio cœnæ lautioris, quo gustabant leviter ejusmodi cibos, qui ad acuendam orexim facerent: ceterum fames ipsa justis deinde ferculis explebatur. Etiam extra cœnæ tempus gustatio quandoque sumi solita, virium modice reficiendarum causa, ut in *Gusto, as,* dicetur. *Petron. in Satyr.* c. 21. Jussi discubuimus, et gustatione mirifica initiati, vino etiam Falerno inundamur. Excepti etiam pluribus ferculis, &c. et c. 31. Allata est tum gustatio valde lauta. *antepasts.*

GUSTATORĬUM, ii, n. *an antepast, or collation; something taken to whet the appetite,* gustatio, cibus, qui gustationis causa apponitur, sive initium sit justæ cœnæ, sive alio tempore sumatur. *Petron. in Satyr.* c. 34. Subito signum symphonia datur, et gustatoria pariter a choro cantante rapiuntur. ¶ Item mensa, in qua hujusmodi gustatio imponitur. *Plin.* l. 5. ep. 6. *a med.* Gustatorium, graviorque cœnatio margini (*fontis*) imponitur. ¶ Hujusmodi mensæ ornari solebant sectilibus laminis testudinum, invento cujusdam Corbilii Pollionis, qui teste *Plin.* l. 9. c. 11. testudinum putamina secare in laminas, lectosque et repositoria his vestire primus instituit. Hinc apud *Martial.* l. 14. epigr. 88. cujus lemma est *Gustatorium*: Femineam nobis cherson si credis inesse, Deciperis: pelagi mascula præda sumus.

GUSTĀTUS, us, m. *the sense of tasting,* idem ac gustus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 56. Gustatus, qui sentire eorum, quibus vescimur, genera debet. ¶ Item ipse actus gustandi. *Id. ibid.* c. 63. Varietas pomorum, eorumque jucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam et aspectus.

GUSTĀTUS, a, um, *tasted,* gustu perceptus, leviter sumptus. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 1. v. 31. Sic nova Dulichio lotos gustata palato, Illo quo nocuit, grata sapore fuit. *Plin.* l. 8. c. 16. *a med.* Gustatus sanguis in remedio est.

GUSTO, as, avi, atum, a. 1. *to taste,* γεύομαι, gustu percipio, modice, et primoribus labris sumo, paulum comedo. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 26. Cum biduum ita jejunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 12. Leporem, et gallinam, et anserem gustare fas non putant. *Sueton. in Tito,* c. 2. gustare de potione. *to sip. Plin.* l. 21. c. 29. Herba subsalsa gustanti. et l. 27. c. 4. Alypon acre gustatu, ac lentum. ¶ Aliquando sumitur pro jentare, parum cibi sumere extra cœnæ tempus ad reficiendas modice vires. *to take something before dinner; to whet, or keep up, the appetite; to partake of a collation or nuncheon:* quod sæpe post balneum fieri solebat: item ipsa cœnæ initia libare. V. *Gustatio. Senec. de consol. ad Marc.* c. 22. *a med.* Usus balneo, in cubiculum se, quasi gustaturus, contulit. *Cic. pro Mur.* c. 35. *ad fin.* Cretes, quorum nemo gustavit unquam cubans. *Plin.* l. 3. ep. 5. Post solem plerumque frigida lavabatur, deinde gustabat, dormiebatque minimum. *Augustus* apud *Sueton. in ejus vita,* c. 76. Nos in essedo panem et palmulas gustavimus. ¶ Translate *Cic.* 2. *Phil.* c. 29. Gustaras civilem sanguinem, vel potius exsorbueras. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 8. Primis, ut dicitur, labris gustare physiologiam. *Id.* 1. *de Fin.* c. 18. Animus secum discordans, gustare partem ullam liquidæ voluptatis non potest. *Id.* 1. *de Orat.* c. 32. De actione, et memoria quædam brevia præcepta gustare. et lib. 2. c. 36. *extr.* rerum summatim causas et genera. et *Fam.* 12. ep. 23. partem aliquam reipubl. et *pro Arch.* c. 7. *extr.* Studia litterarum attingere, et sensu gustare. *Lucret.* l. 5. v. 180. amorem vitæ. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 82. lucellum. *Plaut. Mostell.* 5. 1. 15. Herus meus hic quidem est: gustare, ego ejus sermonem volo. *h. e.* clam aucupari et percipere. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 20. Sitiens istarum artium, gustavi, æqualem fere meum ex Academia rhetorem nactus, Metrodorum illum, &c. *h. e.* aliquandiu audivi. [¶ Particip. *gustandus* apud *Cels.* l. 4. c. 3. Celerius panis mandendus, quam vinum gustandum.]

GUSTŬLUS, *vel* Gustulum, i, n. vel m. diminut. a gustus. *Apul.* l. 2. *Metam.* Dulcem amarum gustulum carpis. Alii leg. *dulce, et amarum.* ¶ *Id.* l. 9. *a med. gustulum* vocat ovum recens natum, quod matutino jentaculo sorberi hujusmodi ova soleant. *Gustus* autem pro jentaculo etiam usurpari videtur. V. *Gustatio.*

GUSTUM, i, n. idem quod gustatio, cibus delicatior, γεῦμα. *Apic.* l. 4. c. 5. Gustum versatile sic facies.

GUSTUS, us, m. *the sense of tasting,* γεῦσις, sensus linguæ, quo sapores dignoscimus. *Colum.* l. 1. c. 8. et lib. 2. c. 2. *a med.* Panis potionisque bonitatem gustu explorare. *Tacit. Ann.* 12. cap. 66. Minister inferre epulas, et explorare gustu solitus. *to taste them. Plin.* l. 31. c. 10. Nitrum adulteratum gustu deprehendere. *Tacit. Ann.* 13. cap. 16. Gustu libata potio. *Sueton. in Ner.* c. 33. Cum ille ad primum gustum concidisset. ¶ Item sapor, *a taste, flavour. Cels.* l. 6. c. 8. Attrahatur spiritu is succus, donec in ore gustus ejus sentiatur. *Colum.* l. 3. c. 2. *a med.* Græculæ vites habent probabilem gustum. *et paulo ante.* Vites pretiosi gustus celeberrimæ. *Plin.* l. 26. c. 8. *post med.* Folium pingue, et salso gustu. *Id.* l. 14. c. 1. Gustus vini austerior. et lib. 27. c. 12. *a med.* Herba gustu adstricto. et cap. 13. Radix gustu acri mordet. ¶ Item gustatus, *a tasting. Id.* l. 31. c. 6. Nec hoc fieri convenit sine crebro salis gustu. ¶ Translate *Cic.* 2. *Phil.* c. 45. Libidinosi, avari, facinorosi veræ laudis gustum non habent. *Quintil.* l. 6. c. 3. Urbanitas significat sermonem præ se ferentem in verbis, et sono, et usu proprium quendam gustum Urbis. ¶ Est etiam *gustus* cœnæ initium, gustatio, *an antepast, foretaste. Martial.* l. 11. epigr. 32. Gustu protinus has edes in ipso: Has prima feret alteraque cœna. Adde epigr. 53. ¶ In illo *Petronii in fragm. Tragur.* cap. 77. *extr. Burm.* Profer et unguentum, et ex illa amphora gustum, ex qua jubeo lavari ossa mea: *gustus* est modica vini quantitas, ad explorandam ejus bonitatem. *a draught, taste, smack, gust.* Hinc translate *Senec.* ep. 114. Gustum tibi dare volui. *I wished to give you a relish. Plin.* l. 4. epist. 27. Vides quam acuta omnia, quam apta, quam expressa? Ad hunc gustum totum librum repromitto. *according to this taste. Petron. in Satyr.* c. 22. Tot malis fatigatus, minimum veluti gustum hauseram somni. Adde *Senec.* epist. 11. Sic *Colum.* c. 1. l. 11. Tibi expetenti versificationis nostræ gustum negare non sustinui. ¶ *Gusti* pro *gustui. Petron. in fragm. Tragur.* c. 76. *Burm.* Non mehercules mi hæc jactura gusti fuit.

GUTTA, æ, f. *a drop of any liquid,* σταλαγμὸς, minima pars aquæ, vel alterius materiæ liquidæ, fortasse a χυτὸς, fusus, fusilis. *Cicer.* 3. *de Orat.* cap. 48. Numerus, quem in cadentibus guttis, quod intervallis distinguitur, notare possumus. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 5. Guttæ imbrium quasi cruentæ. *Virg.* 3. *Æn.* v. 28. atro liquuntur sanguine guttæ. *Plaut. Mostell.* 2. 2. 76. Guttam haud habeo sanguinis. *scil.* præ metu. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 10. v. 5. Gutta cavat lapidem: consumitur annulus usu. *Lucret.* l. 6. v. 943. in speluncis saxa guttis manantibus stillant. *Plaut. Cas.* 2. 3. 30. Dii te infelicitent, si ego in os meum hodie vini guttam indidi. *Ovid. ex Pont.* l. 2. ep. 3. v. 90. Gutta per attonitas ibat oborta genas. *h. e.* lacrimæ. ¶ In illo *Sidon.* carm. 5. v. 43. Assyrius gemmas, Ser vellera, tura Sabæus (vers. 47.) Aurum Lydus, Arabs guttam, Panchaia myrrham: *gutta* videtur esse succinum, *amber,* quod *Martial.* l. 4. epigr. 32. Phaetontida guttam, et lib. 6. epigr. 15. succinam guttam appellat. *Apul.* tamen l. 2. *Metam.* myrrham ipsam *Arabicas guttas* dixit: videturque non myrrham quamlibet, sed eam solummodo, quæ sponte profluit (quæ et *stacte* dicitur) significasse: qua ratione fortasse et *Sidon.* intelligendus est, nempe ut *myrrham* dicat, quæ ex vulnere defluit, *guttam,* quæ sponte. V. *Myrrha.* Adde *Eccli.* 24. 21. ¶ A similitudine *guttæ* sunt puncta, seu maculæ varii coloris sparsim alicubi dispositæ, ut in equis, anguibus quibusdam, &c. *spots or specks. Virg.* 4. *Georg.* v. 99. *de apib.* paribus lita corpora guttis. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 461. *de lacerto.* variis stellatus corpora guttis. et lib. 4. v. 577. *de angue.* Nigraque cæruleis variari corpora guttis. *Plin.* l. 36. cap. 8. Lapis interstinctus aureis guttis. *Id.* l. 29. c. 4. *a med.* Phalangium albis incursantibus respersum guttis. ¶ Translate est minima particula. *Plaut. Pseud.* 1. 4. 4. Cui neque parata gutta certi consilii, neque adeo argenti. *Lucret.* l. 4. v. 1053. gutta dulcedinis stillavit in cor. ¶ In architectura *guttæ* dicuntur ornamenta sub triglyphis in Dorico genere, instar guttarum pendentia, *a term in architecture of things set under gravings. Vitruv.* l. 4. c. 3. Epistylii altitudo unius moduli cum tænia et guttis. *et infra.* Dividendæ sunt in corona ima ad perpendiculum triglyphorum, et ad medias metopas viarum directiones, et guttarum distributiones, ita uti guttæ sex in longitudinem, tres in latitudinem pateant. Altero hoc loco *Vitruv.* designat eas guttas, quæ in corona ima scalpuntur ad priorum perpendiculum: illæ sex omnino sunt: hæ decem et octo: illæ metæ pendentis figuram habent, hæ ad circinum deformatæ sunt. ¶ *Guttai* pro *guttæ* dixit suo more *Lucret.* l. 6. v. 614.

GUTTANS, tis, σταλάζων, guttatim stillans. *Plin.* l. 20. c. 8. Hujus folia ambustis utilia, guttantia astringunt. *Harduin.* tamen ex MSS. legit: *gustantium os astringunt.*

GUTTĀTIM, adverb. *drop by drop, by drops,* κατὰ σταγόνας, per singulas guttas. *Plaut. Merc.* 1. 2. 92. Cor ædepol miserum meum, quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem. *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 363. Lacrimæ guttatim cadunt. ¶ *Arnob.* l. 2. pag. 84. Pluvia guttatim labitur.

GUTTĀTUS, a, um, *spotted with specks like drops, speckled, motley-coloured, dropped, bedropped,* colorem habens maculis quibusdam in modum guttarum distinctum, ex. gr. quod album est nigris intervenientibus punctis, quia puncta illa guttarum instar sunt aspersa, ut equus guttatus, gallinæ guttatæ, &c. *Martial.* l. 3. epigr. 58. v. 15. Et picta perdix, Numidicæque guttatæ. *Pallad. in Mart.* tit. 13. *de equis.* Colores hi præcipui, badius, gilvus, scutulatus, albus, guttatus.

GUTTŬLA, æ, f. *a little drop,* ψεκάδιον, dimin. a gutta. *Plaut. Epid.* 4. 1. 27. Ah, guttula pectus mihi ardens aspersisti. *Paulin. Nolan.* carm. 21. (*al.* 13.) v. 427. favorum guttulæ.

GUTTUR, uris, n. raro m. *the throat,* φάρυγξ, βρόγχος, pars illa, quæ a faucibus ad jugulum est, tum exterior, tum præcipue interior. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 68. Guttur homini tantum, et suibus intumescit, aquarum, quæ potantur, plerumque vitio. *Horat.* epod. 3. v. 1. Parentis olim si quis impia manu Senile guttur fregerit. *Plaut. Mil.* 3. 2. 22. Nimis calebat, amburebat gutturem. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 134. Laqueo ligare guttura. et lib. 7. v. 314. fodere guttura cultro. *Id.* 1. *Amor.* el. 13. v. 8. liquidum tenui gutture cantat avis. *Pers.* sat. 1. v. 17. liquido plasmate guttur colluere. *Juvenal.* sat. 13. v. 162. Quis tumidum guttur miratur in Alpibus? *a goitre, wen or swelling in the neck.* et *Vitruv.* l. 8. c. 3. *ad fin.* Genus aquæ, quam qui bibunt, efficiuntur tumidis gutturibus. ¶ Translate *Cic. pro Cæl.* c. 19. Vitium ventris et gutturis. *a fault of the taste. Juvenal.* sat. 2. v. 114. rarum ac memorabile magni Gutturis exemplum. *h. e.* ingentis voracitatis. ¶ Jocalariter *Plaut.* de avaro homine, *Aulul.* 2. 4. 25. Etiam ne obturat inferiorem gutturem tum, ne quid animæ forte amittat dormiens?

GUTTURNĬUM, ii, n. *a laver, ewer,* πρόχοος, vas, ex quo aqua in manus datur: ab eo, quod propter angustias guttatim fluat. *Festus.*

GUTTURŌSUS, a, um, *wide-throated, frog-throated, having a tumour in the throat,* ἐξέβρογχος, cujus guttur tanquam spongia intumescit: quod vitium potius, quam morbus, βρογχοκήλη Græce dicitur: eoque præcipue labo-

rant Alpium accolæ, propter aquarum qualitatem, quibus utuntur. *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 12. Si quis natura gutturosus sit, aut oculos præminentes habeat, sanus videtur.

GUTTUS, i, m. πρόχοος, ἐπίχυσις, vasis genus, angusto collo: a gutta, quod vinum eo funderent guttatim, quod Græci dicunt ἐπιψεχάζειν, Latini irrorare. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 26. Quo vinum dabant, ut minutatim funderent, a guttis guttum appellarunt. ¶ Speciatim hoc nomine fuit vas, quo in sacrificiis utebantur. *Plin.* l. 16. c. 38. Curius juravit, se ex præda nihil attigisse præter guttum faginum, quo sacrificaret. ¶ Item vas, in quo oleum asservabatur. *an oil-cruet. Gell.* l. 17. c. 8. Guttum Samium, ore tenus imprudens inanem, tanquam inesset oleum, affert. ¶ Utebantur etiam gutto in balneis ad conservanda unguenta. *Juvenal.* sat. 3. v. 263. et sat. 11. v. 158. Guttum corneum memorat *Martial. in lemmate* epigr. 52. lib. 14.

G Y

GYĂROS, et us, i, et Gyara, æ, et Gyari, orum, Γύαρος, insula parva, inculta, ac deserta maris Ægæi, una Cycladum, ex qua incolas olim a muribus fugatos fuisse *Plin.* l. 8. c. 29. et 57. ex *Varrone*, et *Theophrasto* tradit. *Id.* l. 4. c. 12. Gyaros cum oppido, circuito XII. mill. passuum. ¶ Una erat ex illis, in quas Roma deportabantur rei: ut videre est apud *Tacit. Ann.* 3. c. 68. et 69. et lib. 4. c. 30. Hinc *Juvenal.* sat. 1. v. 73. Aude aliquid brevibus Gyaris, et carcere dignum, Si vis esse aliquid. *Id. Sat.* 10. v. 170. Ut Gyaræ clausus scopulis, parvaque Seripho. Adde *Cicer. Attic.* lib. 5. ep. 12.

GYAS, et Gyes, æ, Γύης, nomen Gigantis. V. *Gyges.*

GYGÆUS, a, um, ad Gygem pertinens Lydorum regem: et ponitur pro Lydio. Gygæum stagnum, Γυγαία λίμνη, est in Lydia prope Sardes, circa quem regum Lydorum monumenta fuisse dicuntur. *Propert.* l. 3. el. 9. v. 18. Lydia Gygæo tincta puella lacu. Adde *Plin.* l. 5. c. 29.

GYGES, æ, m. 1. et is, m. 3. Γύγης, gigas maximus et centimanus, filius Cæli, et Terræ, frater Briarei. Sunt tamen, qui Briareum, Gygem, et Ægeona eosdem putent. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 7. v. 18. Centimanumque Gygem, semibovemque virum. *Id.* 4. *Fast.* v. 593. Quid gravius victore Gyge captiva tulissem? Priore loco al. leg. *Gyam*, altero *Gye*, ut sint a recto *Gyes*, vel *Gyas, æ*, Γύης, quod et ipsum gigantis nomen proprium est. Nam ceteroquin *Gyges* primam producit, ut videre est apud *Horat.* l. 2. od. 5. v. 20. et lib. 3. od. 7. v. 5. quibus locis formosi pueri nomen est: et *Virg.* 9. *Æn.* v. 762. ubi nomen est viri Trojani. Non desunt tamen, qui corripi etiam posse, Græcorum poetarum auctoritate contendunt. Pro altera declinatione est illud *Cicer.* 3. *Offic.* c. 19. *ad fin.* Neque Gygi illi posse veniam dari, &c. Adde *Justin.* l. 1. c. 7. ¶ Alius fuit Gyges pastor Candaulis Lydorum regis, cui cum rex uxorem suam, de cujus pulcritudine gloriabatur, nudam ostendisset, illa adversus maritum indignata, Gygem ad cædem ejus impulit, seseque cum regno Lydiæ illi tradidit. Ab aliis ad regnum sic ascendisse dicitur. Cum magnis quibusdam imbribus terra hiatum fecisset in ea regione, ubi ille armenta pascebat, in hiatum descendit, conspexit equum æneum concavum, cujus in lateribus fenestræ erant: illis apertis hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata, quod nihil habebat aliud præter aureum in digito anulum: eum detraxit, abiit, ac tum in consilium pastorum se recepit, quod ea re haberi solebat, ut de rebus peculii ad regem per singulos menses referrent, juxtaque alios assedit. Accidit, ut, cum forte palam ejus anuli ad palmam convertisset, a nullo videretur, aliique de illo tanquam absente loquerentur. Admiratus ergo denuo contrectans anulum, palam in lucem convertit, quo facto rursus apparuit. Hoc ille animadvertens diligentius, periculum fecit, utrum hanc anulus vim haberet. Atque ita illi compertum fuit, quod versa ad se gemma a nemine videretur, versa autem ad alios conspicuus fieret. Itaque curavit, ut legatus ad regem una cum aliis mitteretur, profectusque reginæ stuprum intulit, eaque adjutrice regem dominum interemit, sustulitque quos obstare arbitrabatur. Nec in his quisquam eum facinoribus potuit videre. Sic repente anuli beneficio rex exortus est Lydiæ. *Cic.* 3. *Offic.* c. 9. *Justin. loc. cit.*

GYMNAS, adis, f. *the exercise of boxing, or wrestling,* γυμνὰς, exercitium. *Stat.* l. 4. silv. 2. v. 47. Sic lubrica ponit Membra Therapnæa resolutus gymnade Pollux. et l. 3. silv. 1. v. 43. hic tibi festa Gymnas, et insontes juvenum sine cæstibus iræ. *Id. Achill.* 1. v. 357. neve exercere protervas Gymnadas, aut lustris nemorum concede vagari. *Id.* 4. *Theb.* v. 106. Herculea turpatus gymnade vultum Amnis. *h. e.* Achelous cornu truncatus in lucta cum Hercule. de quo V. *Ovid. initio* lib. 9. *Metam.*

GYMNASĬÆ INSULÆ, Baleares, a γυμνάζω, exerceo, quod earum incolæ præcipue se funda exercerent. *Plin.* l. 3. c. 5. *sub fin.*

GYMNASIARCHA, æ, et Gymnasiarchus, i, m. *the master, or teacher of a* gymnasium, γυμνασιάρχης, præses gymnasii, id est loci, in quo gymnades, seu exercitia corporis habentur. *Cic. Verr.* 6. c. 42. Demoliendum curavit Democritus gymnasiarchus. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 465. n. 2. C. Rutilio C. F. Cocliti, viro gymnasiarchæ Leg. Imp. Cæs. M. Aur. Antonini. *Valer. Maxim.* l. 9. c. 12. n. 7. *extern.* Gymnasiarcha claudere eum locum volente.

GYMNASIUM, ii, n. *a place of exercise, or school, for wrestlers, boxers,* &c. γυμνάσιον, locus, ubi se lucta, disco, hasta, pila, saltu, tum athletæ, tum ingenui filiifamiliarum exercebant: institutum Græcorum, quorum in urbibus passim loca publica hisce destinata exercitiis exstructa visebantur: a γυμνάζω, exerceo, quod a γυμνὸς, nudus, quod nudos mos erat, oleoque unctos, et pulvere arenave conspersos exerceri. *Plaut. Epid.* 2. 2. 13. Per omnem urbem quem sum defessus quærere, per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio, atque in foro, per myropolia, et lanienas, circumque argentarias. Quod *balneas* hic, ut et *Amph.* 4. 1. 3. ubi fere eandem locorum enumerationem habet, *Plautus* omittit, ideo factum videtur, quia ipsæ quoque *gymnasii* nomine significantur. nam in his pariter exercebant corpora. *Id. Bacch.* 3. 3. 22. Ante solem exorientem nisi in palæstram veneras, gymnasii præfecto haud mediocres pœnas penderes. et vers. 24. Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila, saliendo se exercebant magis, quam, &c. *Cels.* l. 5. c. 11. et 15. Sordes ex gymnasio. *h. e.* strigmenta, quæ ab athletis detergentur e corpore post luctam. ¶ Jculariter *Plaut. Aulul.* 3. 1. 5. Totus doleo: ita me iste habuit senex gymnasium. *h. e.* verberando me exercuit. Apud *eund. Asin.* 2. 2. 31. *gymnasium flagri* convicium est servi crebro vapulantis, quasi tergo suo sæpe flagra exerceat. ¶ Dicitur etiam de schola, seu ludo litterario, non tam metaphorice, quam quod Philosophi olim ea ad disputandum loca elegissent, in quæ juventus exercendi gratia convenire solebant. *a school. Cic.* 2. *de Orat.* c. 5. Omnia ista, inquit Crassus, ego alio modo interpretor, qui primum palæstram, et sedes, et porticus, etiam ipsos Græcos exercitationis et delectationis causa non disputationis invenisse arbitror. Nam et sæculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in his Philosophi garrire cœperunt: et hoc ipso tempore cum omnia gymnasia Philosophi teneant, tamen eorum auditores discum audire, quam philosophum malunt: qui simul ut increpuit, in media oratione de maximis rebus, et gravissimis disputantem philosophum omnes unctionis causa relinquunt. *Id.* 1. *de Divin.* c. 5. Cum ambulandi causa in Lyceum venissemus. id enim superiori gymnasio nomen est. *Id.* 1. *de Orat.* c. 13. Clamabunt, credo, omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria. Adde *in procem. Paradoxor. a med.* ¶ Ampliora gymnasia locum etiam habuere sepulturis clarorum virorum destinata, ut videre est apud *Nepot. in fine vitæ Timoleontis*, et *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 12. *sub fin.* unde etiam colligitur, Athenis gymnasia extra urbem fuisse. ¶ Differt interdum *gymnasium* a *palæstra*, ut apud *Plaut. Amph.* 4. 1. 3. Omnes plateas perreptavi, gymnasia, et myropolia: apud emporium, atque in macello, in palæstra, atque in foro, &c. et *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 60. Abero foro, palæstra, stadio, et gymnasiis? et *Cic. Attic.* l. 1. ep. 10. Signa, quæ tibi palæstræ, gymnasiique videbuntur esse. Videtur autem his locis *gymnasium* latiore significatione, *palæstra* strictiore usurpari: scilicet illud scholam quoque philosophorum complecti; hæc tantummodo locum luctæ, athletisque destinatum.

GYMNASTĬCUS, a, um, *of or belonging to the exercise of boxing or wrestling, gymnastic,* ad exercitationem pertinens, γυμναστικός: a γυμνάζω, exerceo, ut *gymnasticum exercitium, gymnastica ars*, qua pueri corpore exercentur. *Plaut. Rud.* 2. 1. 7. Pro exercitu gymnastico, et palæstrico hoc habemus, echinos, ostreas captamus, &c. *Id. Mostell.* 1. 2. 72. Arte gymnastica, disco, hasta, pila.

GYMNĬCUS, a, um, *gymnastic, gymnic,* γυμνικὸς, idem quod gymnasticus: ut *gymnica certamina, gymnici ludi, gymnastic exercises,* γυμνικοὶ ἀγῶνες, cursus, luctæ, gladiatura, &c. quæ populo oblectando publice fiebant. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 26. Videmus ne, apud quos eorum ludorum, qui gymnici nominantur, magnus honos sit, nullum ab iis qui in id certamen descendant, devitari dolorem? *Sueton. in Ner.* c. 53. Spectare certamina gymnica. *Plin.* l. 7. c. 56. *a med.* Ludos gymnicos in Arcadia Lycaon invenit.

GYMNOSOPHISTÆ, arum, m. *the gymnosophists; a sect of Indian philosophers who voluntarily submitted to strange austerities,* Γυμνοσοφισταὶ, Indorum philosophi, sapientiam profitentes, et nudi in silvis agentes: a γυμνὸς, nudus, et σοφιστὴς, sapiens. *Prudent. Hamartig.* v. 404. Ostentatque suos vicatim Gymnosophistas. Adde *Apul. in Florid.* n. 6. *al.* l. 1. *a med.*

GYNÆCEUM, i, n. *the apartment of the women in Grecian houses, where they lived separately from the men,* γυναικεῖον, subaudi οἴκημα, apud Græcos est pars ædium interior secretiorque, ubi secretæ a viris mulieres degunt, conclave, in quod præter sanguine conjunctos, servosque domesticos, aditus patet nemini. *Terent. Phorm.* 5. 6. 26. Ubi in gynæceum ire occipio, puer ad me accurrit: ait, esse vetitum intro ad heram accedere. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 71. Dare vult uxorem filio: ad eam rem facere vult gynæceum novum. ¶ Est præterea hoc nomine locus publicus, in quem conveniunt mercede conductæ mulieres, lanificii et textrini causa: et præsertim textrinum ad vestes principis conficiendas constitutum, ut ex l. 9. *Cod.* tit. 27. leg. 5. et l. 11. tit. 7. leg. 5. colligitur. *Veget. de re milit.* lib. 1. c. 7. Linteones, omnesque, qui aliquid tractasse videbuntur ad gynæcea pertinens, longe arbitror pellendos a castris. ¶ Item locus, in quo libidinis causa puellæ selectæ detinentur: qualem Turcarum Imperatorem habere constat. *a seraglio. Lactant. de mort. persecut.* c. 11. Matresfamilias ingenuæ ac nobiles in gynæceum rapiebantur. ¶ Scribitur et *gynæcium.*

GYNÆCIARĬUS, ii, m. qui gynæcei, ubi mulieres lanam faciunt, et intexunt, curam habet. *Imp. Constantin.* l. 11. *Cod.* tit. 7. leg. 3. ingenuæ mulieres, quæ se gynæciariis sociaverint.

GYNÆCOCRATUMĔNI, Γυναικοκρατούμενοι (a γυνὴ, femina, et κρατέω, dominor, impero) populi Sauromatæ, coacti servire Amazonibus, quæ eos bello vicerant. *Plin.* l. 6. c. 7.

GYNÆCONĪTIS, idis, f. γυναικονῖτις, idem ac gynæceum. *Nepos in præfat.* In interiore parte ædium, quæ gynæconitis dicitur, quo nemo accedit, nisi propinqua cognatione conjunctus. *Vitruv.* l. 6. c. 10. Hæc pars ædificii gynæconitis appellatur. V. ibi reliqua.

GYNDES, is, m. *et* Gindes, fl. Mesopotamiæ, al. Armeniæ, post Euphratem maximus, qui ex Mantienis montibus in Armenia profluit, et in Tigrim per Opin urb. influit. Illum Cyrus multis fossis totum in alveos derivavit, quod exercitum contra Babylonios retardaret. Alii dicunt, quod equitem quendam illi in primis charum absumpsisset. *Senec.* 3. *de Ira*, c. 21. et *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 141.

GYPSĀTUS, a, um, *covered with* gypsum, *plastered, pargetted, white-washed,* γυψωτὸς, gypso illitus, infectus, tectus. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 8. v. 64. Despice gypsati crimen inane pedis. *idest* servilis. Nam pedes venalium trans mare advectorum, gypso, seu creta notare mos erat. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 6. *de Medea.* Quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi illæ vitio verterent, quod abesset a patria. τὸ *gypsatissimis* videtur *Cic.* ab illo eod. poeta (*Ennio* fortasse) sumpsisse, a quo et illa, quæ *ibid.* subdit *nam multi rem*, &c. Neque enim veri est simile, ipsum ea ratione fuisse locuturum: quod et *Manut.* advertit. Deinde dicitur Medea manus habuisse gypsatas, quia mos erat barbararum mulierum gypso manus linere, ad candorem conciliandum. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 150. *de Threissa.* Picta manus, ustoque placet sed barbara mento. *picta manus* nonnullis est stigmatibus compuncta: sed stigmata in fronte præcipue locum habent. Postremo horum *Ciceronis* verborum sensus est, Medeam Corinthiis matronis sermone in speciem quidem honesto, doloso tamen et fraudis pleno persuasisse, &c.

GYPSĔUS, a, um, γυψώδης, qui ex gypso est, *of gypsum. Spartian. in Sever.* c. 22. Tres Victoriæ gypseæ cum palmis. *h. e.* tria Victoriæ simulacra ex gypso. [¶ Item gypso illitus, infectus. *Hieronym. ad Marcell.* ep. 23. Illæ Christianos oculos scandalizant, quæ purpurissa et quibusdam fucis ora oculosque depingunt, quarum facies gypseæ et nimio candore deformes idola mentiuntur.]

GYPSO, as, avi, atum, a. 1. *to plaster, parget, white-wash,* γυψόω, gypso inficio, tego, claudo. *Colum.* l. 12. c. 39. Gypsare opercula. et cap. 42. Vas cum impleveris, statim gypsabis.

GYPSOPLASTES, æ, m. *a plasterer,* γυψοπλάστης, qui gypsum inducit. *Cassiod.* l. 7. form. 5.

GYPSUM, i, n. *a kind of parget, or plaster, resembling lime,* γύψος. *Plin.* l. 36. c. 24. Cognata calci res gypsum est. Plura ejus genera. nam e lapide coquitur, ut in Syria: et e terra foditur, ut in Cypro: e summa tellure et Tymphaicum est, &c. *et mox.* Gypso madido statim utendum est, quoniam celerrime coit ac siccatur: tamen rursus tundi, et in farinam resolvi patitur. Usus gypsi in albariis, sigillis ædificiorum, et coronis gratissimus. Exemplum illustre, C. Proculeium in maximo stomachi dolore, gypso poto, conscivisse sibi mortem. *Id.* l. 14. c. 19. Africa gypso mitigat vini asperitatem. *Id.* l. 15. c. 17. Mala generosissima crustare gypso vel cera. *Id.* l. 20. c. 9. *a med.* Gypso oblitus cadus. *Id.* l. 35. c. 12. Exemplar e gypso factum. *Colum.* l. 12. c. 20. *extr.* Gypsi quod flos appellatur, uncias singulas, item ad tertias decocti defruti sextarios binos singulis amphoris miscere oportebit: ea res si non in totum perennat, certe usque in alteram vindemiam plerumque vini saporem servat. ¶ Translate *Juvenal.* sat. 2. v. 4. Indocti primum: quamquam plena omnia gypso Chrysippi invenias. *h. e.* imaginibus Chrysippi, aliorumque philosophorum e gypso expressis.

GYRĀTUS, a, um, adject. *shaped in the form of a circle, rounded,* in gyrum positus, vel factus. *Plin.* l. 5. c. 10. Chlamys orbe gyrato laciniosa.

GYRĪNUS, i, m. *a tadpole,* informis ranarum partus, γυρῖνος. *Plin.* l. 9. c. 51. Ranæ pariunt minimas carnes nigras, quas gyrinos vocant.

[* GYRO, as, avi, atum, are, a. 1. *to wheel or turn round,* in gyrum ducere. *Veget. de re vet.* lib. 2. c. 5. Animal difficile se gyrabit.]

GYRUS, i, m. *a circle; a circuit, moving or wheeling in a circle,* γῦρος, circumversio in orbem, ambitus, circuitus,

circulus: Græca vox a γυρὸς, curvus, inflexus, usu Latina facta. *Virg.* 5. *Æn.* v. 84. adytis cum lubricus anguis ab imis Septem ingens gyros, septena volumina traxit. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 6. v. 33. ducensque per aera gyros Miluus. *describing circles. Plin.* l. 10. c. 23. Grues gyros quosdam indecoro cursu peragunt. et l. 11. c. 20. Apes gyros volatu edunt. *Senec. in Agam.* v. 451. piscis exsultat freto, agitatque gyros. *Plin.* l. 16. c. 13. *in fi.* Si fronde ea gyroque claudatur ignis, et serpens, in ignes potius, quam in fraxinum fugere serpentem. *a circle. Suet. in Cæs.* c. 39. Spatio Circi producto, et in gyrum euripo addito. *round about.* ¶ Aliquando dicitur de cursu diei. *the revolution, or period, of a day. Horat.* l. 2. sat. 6. v. 25. seu bruma nivalem Interiore diem gyro trahit. *Senec.* ep. 12. Mensis arctiore (*quam annus*) præcingitur circulo: angustissimum habet dies gyrum. *Senec. alter in Hippol.* v. 312. *de cursu Lunæ.* nocturnas agitare bigas Discit, et gyro breviore flecti. ¶ Item de cursu equorum, cum freno parere discunt, quia non in liberum ducuntur campum, sed in spatium aliquod angustius, ubi sæpius sit flectendum: et ipse quoque locus *gyrus* dicitur. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 384. in gyros ire coactus equus. *mazes or rings. Virg.* 3. *Georg.* v. 115. Frena Pelethronii Lapithæ, gyrosque dedere Impositi dorso. *Lucan.* l. 1. v. 425. frenos in gyrum flectere. *Tacit. de Germ.* cap. 6. Nec equi variare gyros in morem nostrum docentur. *Id.* 7. *Æn.* v. 379. *de trocho.* Quem pueri magno in gyro vacua atria circum Intenti ludo exercent. ¶ De ipso loco *Propert.* l. 3. el. 12. v. 11. Gyrum pulsat equis, niveum latus ense revincit. ¶ Hinc translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 19. Ex ingenti quodam oratorem immensoque campo in exiguum sane gyrum compellitis. *Id.* 1. *Offic.* c. 26. Homines secundis rebus effrenatos tanquam in gyrum rationis et doctrinæ duci oportere. *Propert.* l. 3. el. 2. v. 21. Cur tua præscriptos evecta est pagina gyros? *Ovid. de remed. amor.* v. 398. attrahe vela Fortius, et gyro curre, poeta, tuo. *Colum.* l. 10. v. 226. Me mea Calliope cura leviore vagantem Jam revocat, parvoque jubet decurrere gyro. ¶ Illa quoque translata sunt. *Gell.* l. 16. c. 8. *extr.* Ne tu quoque in illis dialecticæ gyris, atque mæandris consenescas. *h. e.* ambagibus. et *Phædr.* l. 4. fab. 25. v. 24. Tuæ prius sunt partes; aliorum dein: Similique gyro venient aliorum vices. *h. e.* ordine recurrente.

[* GYTHEĀTES, æ, m. pertinens ad Gytheum oppidum navale Lacedæmoniorum, prope flumen Eurotam, quod Hercules et Apollo, depositis eo loci simultatibus, communi opere condiderunt. *Plin.* l. 4. c. 5. *a med.* Sinus Gytheates ab oppido (Gytheo).]

DE LITTERA H.

H sit ne littera, an aspirationis nota, inter Grammaticos controversum est. Utcunque sit, in versu non consideratur. Sed tamen interdum consonantis officio fungitur. *Cledonius* pag. 1883. *Putsch.* et alii dicunt, quoties ultimam vocalem dictionis antecedentis adjuvat, ut ex brevi fiat longa, esse consonantem, quoties non adjuvat, notam aspirationis esse. ¶ Finalis in syllaba esse non potest, præterquam in *ah*, et *vah*, interjectionibus, quæ vel per Apocopen dictæ sunt, cum completæ sint *aha*, et *vaha*, vel quia abscondita voce solent proferri interjectiones. ¶ Jungitur autem vocalibus omnibus, et quatuor consonantibus, *c*, *p*, *r*, *t*, et hoc, ut valentius sonet dictio. Ante *Ciceronis* tempora, ut ipse *in Orat.* c. 48. testatur, solis vocalibus addebatur aspiratio, non autem consonantibus, quemadmodum hodie, quorum etiam pronuntiationem ipse aliquandiu se fuisse sequutum fatetur. Quin ego ipse (inquit) cum scirem, ita majores locutos esse, ut nusquam, nisi in vocali, aspiratione uterentur, loquebar sic, ut *pulcros*, *Cetegos*, *triumpos*, *Cartaginem* dicerem: aliquando, idque sero, convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. ¶ *Gell.* l. 2. c. 3. auctor est, in plerisque Latinis dictionibus præter etymologiæ rationem addi aspirationem, quod crederent, sonum firmiorem reddi, et vegetiorem: idque exemplo Atticorum, qui citra morem ceterarum Græciæ civitatum multas dictiones aspirant. ¶ Aspiratio autem (ut idem *Gellius ibid.* auctor est) non solebat litteris interseri, quemadmodum nos hodie facere consuevimus, sed more Græcorum supra litteras annotari, quod et ipsum se vidisse affirmat in quodam vetustissimo codice, quem *Virgilii* autographon fuisse putat, in quo *aena* (with *h* written above) scriptum erat. ¶ In Vet. Inscriptionib. reperitur interdum H pro spiritu aspero Græcorum adscripta.

H A

HA, interjectio corripientis, admonentisve, ne quid at. *Plaut. Capt.* 1. 2. 45. Alienus ego? alienus ille? ha, Hegio! nunquam istuc dixis. *Id. Trin.* 4. 3. 53. Ha nimium, Stasime, sæviter! ¶ *Ha ha he* ridentis est. *Terent. Heaut.* 5. 1. 13. *Chr.* ha, ha, he! *Me.* quid risisti? ¶ Item irridentis. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 23. Ha, ha, he! jam teneo, quid sit.

HABE, pro *ave* legitur in quibusdam antiquis Inscriptionib. ut apud *Gruter.* pag. 331. n. 3. &c. Sic in fine epistolæ Catilinæ ad Catulum, apud *Sallust. in Catil.* c. 36. *haveto*, ut in MSS. legit *Gruter.*

HABĒNA, æ, f. *a rein*, ἡνία, lorum freno alligatum, quo equi reguntur. Ducunt ab *habendo*, vel quia habenæ habentur manibus, vel quia his inhibentur equi. *Virg.* 1. *Georg. in fin.* Fertur equis auriga, nec audit currus habenas. *heeds the reins. Id.* 5. *Æn.* v. 818. omnes manibus effundere habenas. *to let loose. Ovid.* 1. *Metam.* v. 280. immittere. et lib. 5. v. 403. per colla jubasque excutere. *Id.* 1. *Fast.* v. 25. regere. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 467. supprimere. *to draw in. Virg.* 1. *Æn.* v. 63. laxas dare. et lib. 11. v. 670. colligere. et vers. 765. detorquere. et lib. 10. v. 576. habenis equos flectere. et lib. 12. v. 327. habenas moliri manibus. et vers. 471. undantes flectere. et vers. 622. adductis subsistere habenis. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 303. admissis habenis. et l. 3. v. 498. citis habenis fundit equos. et lib. 5. v. 187. immissis non segnior ibit habenis. *Virg. Æn.* l. 11. v. 713. conversisque fugax aufertur habenis. et vers. 623. penitusque datis referuntur habenis. et vers. 600. sonipes pressis pugnat habenis. *Lucan.* l. 2. v. 500. levis totas accepit habenas In campum sonipes. *Id.* l. 7. v. 225. et Sil. l. 7. v. 696. eques effusa largus habena. et *Lucan.* l. 7. v. 225. et largus habenæ Ponticus ibat eques. *h. e.* qui cursu equorum delectatur. ¶ Per synecdochen ponuntur pro equitibus, *cavalry. Val. Flacc.* l. 6. v. 95. pedes æquat habenas. *hoc est* par est peditum equitumque numerus. ¶ Dicitur et de loris hastæ, jaculive. *the thong of a spear. Lucan.* l. 6. v. 221. Cum jaculum parva Libys amentavit habena. ¶ Et de funiculis fundæ. *Id.* l. 3. v. 710. Balearis tortor habenæ. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 609. saxiferæ imber habenæ. ¶ Item de scuticæ loris, *a lash. Horat.* l. 2. ep. 2. v. 15. In scalis latuit metuens pendentis habenæ. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 81. scuticæ tremefactus habenis. *Virg.* 7. *Æn.* v. 380. turbo actus habena. ¶ Item de aliis rebus. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 365. molles galeæ habenæ. *the strings of the helmet. Ovid. Fast.* 3. v. 593. Vincitur ars vento, nec jam moderator habenis Utitur, at votis. Sic *Valer. Flacc.* l. 4. v. 679. permissis habenis fundere vela. *with lengthened cables. Gell.* l. 14. c. 1. Id negotium quasi habena quadam de cælo vinctum gubernari. *Id.* l. 13. c. 21. Plantarum calces tantum infimæ teguntur: cetera prope nuda, et teretibus habenis vincta sunt. *ties, strings, straps, thongs.* et *Cels.* l. 7. c. 17. *ad fin.* Si qua parte membrana veterem plagam habet, tenuis excidenda habena est, quæ tantum oras ejus exulceret. *a stripe of flesh.* V. *Habenula.* ¶ Translate a prima significatione, elegantes habet usus. *Virg. Æn.* 7. v. 600. rerumque reliquit habenas. *the administration, direction, government.* Sic *Valer. Flacc.* l. 5. v. 518. Caucasus tuis mitescit habenis. *by the mildness of your sway.* et *Ovid. Metam.* 15. v. 481. accipere habenas populi. *Sil.* l. 13. v. 34. Latiæ diffisus habenæ. *h. e.* imperio Romanorum. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 31. Animorum habenas tenere. *Virg.* 12. *Æn.* v. 499. irarumque omnes effundit habenas. *gives a loose to.* et lib. 5. v. 662. furit immissis Vulcanus habenis. *furiously. Valer. Flacc.* l. 6. v. 391. omnes fluviorum fundere habenas. *Lucan.* l. 9. v. 454. *de Austro.* Æoliam rabiem totis exercet habenis. *with loose reins; with great fury. Virg. initio* l. 6. *Æn.* classique immittit habenas. *h. e.* velorum funes extendit, et cursum navi permittit aperto mari. *Id.* 2. *Georg.* v. 364. Palmes laxis per purum immissus habenis. *suffered to grow at random.* Illa quoque venustissima sunt *Cicer. de Amic.* c. 13. Commodissimum esse, quam laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, cum velis, vel remittas. et *veteris Poetæ* apud eund. 3. *de Orat.* c. 41. Exsultantem te, et præfidentem tibi repriment validæ legum habenæ.

HABENTĬA, æ, f. *what one has; his fortune, substance,* ipsum habere, divitiæ, facultates, οὐσία. *Claud. Quadrigar.* apud *Non.* c. 2. n. 393. Animos eorum habentia inflarat. *Plaut. Trucul. prol. in fi.* Ætas huic si superet mulieri, is cum anima ad eam habentiam ἔξω everrerit.

HABENŬLA, æ, f. *a small thong or piece of leather,* parva habena, seu lorum. *Celso* est exigua caro in longum secta ex ora vulneris, *a small stripe of flesh.* V. G. lib. 7. c. 28. Si caro increvit, necessarium est recta linea patefacere: tum ab ora vel vulsella, vel hamo apprehensam tanquam habenulam excidere. et cap. 7. sect. 8. *ad fin.* Tenuis habenula ab ulteriore ora excidenda. et cap. 20. *extr.* Ab ora ejus vulneris demenda habenula paulo latior est.

HABĔO pro aveo, cupio, ex affinitate litterarum *b*, et *v. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 8. *ad fin.* Habeo tamen audire. Ita ex MSS. *Gebhard.* et alii.

HABĔO, es, bui, bitum, a. 2. *to have, hold, keep, possess,* ἔχω, verbum est latissimi usus, quod dicitur de iis omnibus, quæ quacumque ratione aut in nobis, aut circa, aut apud nos sunt, sive nostra sint, sive non; sive libenter teneamus, sive inviti; sive jure, sive injuria. Nam quod in stipulationibus *habere, tenere, possidere,* tanquam tria differentia verba usurpantur, ut est apud *Florentin. Dig.* lib. 46. tit. 4. leg. 18. ad subtilitates JCtorum, forique pertinet. Dicitur præterea de rebus inanimatis, quæ aliis quocumque modo sunt conjuncta. *Cic. Fam.* 10. ep. 3. Habere necessitudinem cum aliquo, amorem erga quempiam, et familiaritatem. *et ibid.* habere quippiam commune cum aliquo. *to hold any thing in common with. Id.* 2. *de Divin.* c. 45. Uno et eodem temporis puncto nati dissimiles et naturas, et vitas, et casus habent. *Id.* 2. *de Orat.* c. 70. Habere invidiam. et *Q. Fr.* l. 3. *ep. ult.* Habere odium. *to be hated.* At *pro Cluent.* c. 55. odium in aliquem. *to hate, detest. Nepos in Timol.* c. 3. omnium amorem. *to be beloved.* et *in Epamin.* c. 5. suspicionem adulterii. *to be suspected.* et *Petron. in fragm. Tragur.* c. 66. *Burm.* convicium. *h. e.* subire. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 32. Animi ea pars, quæ motum, appetitum habet. *Id. de clar. Orat.* c. 95. Hæc genera dicendi in senibus gravitatem non habent. *Id.* 4. *Catil.* c. 4. Habet ista res iniquitatem, si imperare velis; difficultatem, si rogare. *Id.* 2. *de Orat.* c. 27. Illa excogitationem non habent difficilem. *h. e.* non sunt excogitatu difficilia. *Id.* 2. *de Legib.* c. 22. *sub fin.* Locus ille nihil habet religionis. *Id. pro Ligar.* c. 2. Profectio voluntatem habuit non turpem, remansio etiam necessitatem honestam. *Id. in fragm.* apud *Lactant.* l. 7. c. 8. *extr.* Utraque earum sententiarum doctissimos habuit auctores. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 2. *ante med.* Phliasios autem dici sciebam: et ita fac ut habeas: nos quidem sic habemus. *h. e.* scribendum cures in tuo codice: nos quidem ita scriptum habemus in nostro. et lib. 1. ep. 17. *sub fin.* Habere in animo consulatum petere. *to intend to,* &c. *Liv.* l. 44. c. 25. Neque eum bello invadere animo habuit. (*Al. leg.* in animo: sed graves Critici præpositionem exterunt, addentes illud *Varron.* l. 5. *de L. Lat.* c. 7. Istum prolocutum dicimus, cum animo quod habuit, extulit loquendo. et *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 218. (quamquam alio sensu) Habeasque animo, mihi admodum causam gravem fore, quæ me ab ullo commodo abducat tuo. et *Sallust. in Jug.* c. 11. *sub fin.* Ea modo animo habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur. et *Pompeii* apud *Auct. B. Hispan.* c. 26. *in fin.* Cohortes animo habeo ad vos mittere. *I have it in mind.*) *Cic.* 2. *Offic.* c. 14. Habere religioni nocentem defendere. *to scruple,* &c. *Id.* 5. *Fam.* ep. 16. Habere aliquid semper in ore, atque in animo. *in the mouth, and in the mind.* et *pro Dom.* c. 29. *a med.* Habere in aliquem vitæ necisque potestatem. *Id. Phil.* 11. c. 10. auctoritatem. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 82. fiduciam alicui. *h. e.* in aliquo. *Nepos in Eumen. c. ult.* Talem habuit exitum vitæ. *so ended his life. Id. in Alcib.* c. 3. Habere timorem. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 26. febrem. *Ovid. Metam.* 1. v. 57. aera permisit habendum. *h. e.* possidendum, tenendum. ¶ Tecum, *vel* tibi habe, *take away with you, take to yourself, keep. Cic. Verr.* 4. c. 19. *extr.* Clamare cœperunt, sibi ut haberet hereditatem. et c. 31. *sub fin.* Habeatis sane vobiscum istum Senatorem. *Id.* 2. *Phil.* c. 28. Illam suam suas res sibi habere jussit. *h. e.* secum asportare, et abire domo; quod fiebat in divortiis, viro ita dicente uxori, quam dimittebat, *res tuas tibi habe.* ¶ *Tecum habe* est etiam contineto, silentio serva. *keep it secret. Cic. Fam.* 7. ep. 25. Secreto hoc audi: tecum habeto: ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris. *Id. Attic.* l. 4. ep. 15. *circa med.* Hæc tu tecum habeto. ¶ Junctum participiis passivis, eorum vim assumit. *Id.* 1. *de Orat.* c. 43. *extr.* Habere domitas libidines. *Id. ad Brut.* ep. 1. Clodii animum perspectum habeo, cognitum, judicatum. et ep. 4. *sub fin.* exploratum. *Id. Verr.* 7. c. 25. *extr.* persuasum. et *Verr.* 5. c. 14. Ut decumas ad aquam deportatas haberent. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 24. Quantum in acie tironi sit committendum, nimium sæpe expertum habemus. *Terent. Eun.* 2. 3. 92. et *Plaut. Cas.* 2. 2. 15. Nostram adolescentiam habent despicatam. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 2. *a med.* Senatum inclusum in Curia habuerunt. *Id. Verr.* 7. *sub fin.* Bellum habere indictum diis. *Id. Q. Fr.* l. 3. *ep. ult.* Quod me hortaris, ut absolvam, habeo absolutum suave epos ad Cæsarem. *Id.* 5. *Phil. cap. pænult. extr.* De Cæsare satis dictum habeo. *Id. Fam.* 5. ep. 12. *extr.* Quæ habes instituta, perpolies. ¶ Item substantivis. *Plaut. Men.* 4. 3. 19. Habere aliquem despicatui. *h. e.* despicere. *Gell.* l. 4. c. 12. Derelectui habere. *h. e.* derelinquere. *Plaut. Pseud.* l. 1. 2. 39. Vobis hanc habeo edictionem. *h. e.* edico. *Id. Merc.* 5. 3. 4. Eam expurgationem habebo, ut ne succenseat. *h. e.* purgabo. ¶ Item adjectivis. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 16. Hoc animum meum sollicitum habet. *h. e.* sollicitat. *Id. pro Flacc.* c. 29. Apollonidenses miseriores habes, quam Mithridates. *h. e.* miseriores reddis. *Id. Attic.* l. 9. *ep. ult.* Habere mare infestum. *to infest. Id. Attic.* l. 10. ep. 1. *extr.* Eo minus habeo necesse scribere, quid sim facturus. ¶ Jungitur et infinito. *Id. in fin.* l. 3. *de nat. Deor.* Hæc fere dicere habui de natura deorum. *I have had to say. Id. pro Rosc. Amer.* c. 35. Habeo etiam dicere, quem de ponte in Tiberim dejecerit. *I can say. Id. Fam.* 1. ep. 5. De causa regia tantum habeo polliceri, me tibi absenti cumulate satisfacturum. *this is all that I can promise. Liv.* l. 44. c. 22. Illud affirmare pro certo habeo, audeoque. *h. e.* possum. *Sil.* l. 16. v. 209. Quare age, lætus habe nostros intrare penates. *h. e.* accipe læto animo, quod tibi damus aditum ad penates nostros. Al. leg. *ave*, aut pro eo scrip-

tum putant. Valer. Flacc. l. 1. v. 671. tollique vicissim pontus habet. h. e. debet: vel fatale habet, ut tollatur. Varr. lib. 1. R. R. c. 1. Ut id mihi habeam curare. h. e. ut ejus colendi (de agro enim loquitur) curam habeam. Tertull. de habitu mulier. c. 1. Etiam Filius Dei mori habuit. h. e. debuit. Id. in Apolog. c. 37. Si inimicos jubemur diligere, quem habemus odisse? (Est autem in hisce locutionibus hellenismus. Nam et ἔχειν Græci similiter adhibent.) ¶ Item particip. in dus, et videtur poni pro debeo. Colum. lib. 5. cap. 5. De spatiis ordinum catenus præcipiendum habemus, ut intelligant agricolæ, &c. Tacit. 14. Ann. cap. 44. Si nunc primum statuendum haberemus. h. e. statuendum nobis esset. Plin. lib. 1. ep. 8. a med. Præsertim cum enitendum haberemus, ut quod parentibus dabatur, et orbis probaretur. Id. l. 10. ep. 95. Impetrandumque a bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegavit. Auct. dial. de Oratorib. c. 36. ad fin. Cum in invidiam, aut crimen vocati, sua voce respondendum haberent. ¶ Interdum ponitur pro facere. Cic. 2. Attic. ep. 9. Habere dialogum. Id. 2. de Orat. c. 47. verba. Id. Attic. 7. ep. 2. circa med. sermonem de re quapiam. *to hold a discourse.* Id. Q. Fr. l. 1. ep. 2. c. 1. querelam de aliquo apud quempiam. *to complain.* Terent. Eun. 5. 9. 35. Alium quærebam: iter hac habui. *I happened to pass this way.* Cæs. l. 1. B. Civ. c. 14. Pompeius pridie ejus diei profectus, iter ad legiones habebat. *travelled towards,* &c. Habere iter dicitur etiam, qui statuit iter facere, et jam jam est facturus. *to be ready to start.* Cic. Q. Fr. l. 2. ep. 6. Ille in Sardiniam iter habebat. et mox. Erat autem iturus, ut aiebat. a. d. tert. id. Apr. ¶ Item pro cogere, vel celebrare. *to hold, assemble.* Id. loc. cit. Habere comitia. Id. 1. Fam. ep. 4. Senatum. ¶ Item pro experiri. *to experience.* Id. ibid. Eo die acerbum habuimus Curionem, Balbum multo justiorem, pæne etiam amicum. ¶ Item afferre. Cic. de Prov. Consul. c. 4. ad fin. Deinde adventus in Syriam primus, equitatus habuit interitum. *brought with it.* Cæs. l. 6. B. Gall. c. 22. Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines cujusque civitatis fiunt. ¶ Item pro obtinere. *to obtain, get, occupy, possess.* Virg. 2. Æn. v. 290. Hostis habet muros. Sallust. in Jug. c. 2. Animus incorruptus agit atque habet cuncta, neque ipse habetur. ¶ Item pro servare, detinere. *to keep, detain.* Id. in Catil. c. 48. et 55. Lentulus, itemque ceteri in liberis custodiis haberentur. et c. 52. Habere in vinculis. Cels. l. 3. c. 18. Habere ægros in tenebris. Colum. l. 12. cap. 12. Sub dio in sole habere. ¶ Item pro ferre. *to tolerate, endure, support, sustain.* Sallust. in Catil. c. 50. Neque cuiquam mortalium injuriæ suæ parvæ videntur: multi eas gravius æquo habuere. Liv. l. 7. c. 5. a med. Ita ægre habuit, filium id pro parente ausum. Al. leg. tulit. ¶ Item pro tractare. *to treat.* Plaut. Capt. 2. 2. 64. Is, uti tu me hic habueris, proinde illum illic curaverit. Cic. 7. Verr. c. 27. extr. Ut is victu, ceterisque rebus quam liberalissime, commodissimeque habeatur. Cæs. l. 1. B. Civ. c. 63. Equitatu hostium agmen male habere, et carpere. *to annoy.* et Cels. l. 3. c. 20. Lethargicos qui subinde excitant, sine usu male habent. *they trouble, incommode, annoy.* et c. 21. Quos aqua inter cutem male habet. ¶ Item pro agere. *to treat, discourse.* Cic. Verr. 2. c. 12. Ex eo loco, ex quo me populus R. secum habere de republ. voluit. Al. leg. agere. ¶ Item agere. *to pass, spend.* Sallust. in Catil. c. 4. Mihi reliquam ætatem a republ. procul habendam decrevi. Plaut. Epid. 1. 2. 55. Ut hunc hodie diem luculente habeamus. ¶ Item pro existimare, judicare. *to account, judge, esteem, think.* Cic. 1. de nat. Deor. c. 15. Eos esse habitos deos, a quibus magna utilitas esset inventa. Id. Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 10. extr. Ut te parentem Asiæ et dici, et haberi velis. Id. 3. de nat. Deor. c. 22. Quem Ægyptii nefas habent nominare. Curt. l. 6. c. 2. Habere aliquem pro hoste. Liv. l. 23. c. 22. Id obliviscendum, pro non dicto habendum. ¶ Item pro scire, sibi persuadere. Cic. Fam. 16. ep. 4. ad fin. Sic habeto, neminem esse, qui me amet, quin idem te amet. *know well; consider it as certain; be persuaded.* Id. Fam. 3. ep. ult. Illud velim sic habeas, quod intelliges, &c. et l. 2. ep. 8. Tantum habeto, civem egregium esse Pompeium. et ep. 10. Atqui sic habeto, &c. ¶ Et habere dicitur, qui quippiam audiit, intellexitque. Id. Attic. l. 5. ep. ult. a med. Habes nostra consilia: nunc cognosce de Bruto. *you have heard.* et 2. de Orat. c. 88. Habetis sermonem bene longum hominis utinam non impudentis. Id. Fam. 15. ep. 17. Nos hic Sullam patrem mortuum habebamus. *have understood, that,* &c. ¶ Præterea usurpatur pro adhibere, uti. *to use, wear.* Ovid. 1. Amor. el. 8. v. 51. Æra nitent usu: vestis bona quærit haberi. Lucret. l. 1. v. 313. Anulus in digito subter tenuatur habendo. ¶ Item pro præbere, dare. Cic. Fam. 16. ep. 9. ad fin. Curio mandavi, ut medico honos haberetur. h. e. merces, præmium. Adde Curt. l. 9. c. 1. Sed habere honorem pro honorare est apud Tacit. in fin. 15. Ann. ¶ Item pro habitare. *to occupy, inhabit.* Enn. apud Cicer. 7. Fam. ep. 6. Quæ Corinthum arcem altam habebant, matronæ opulentæ. Plaut. Bacch. 1. 2. 7. Quis istic habet? Idem Men. prol. v. 69. Ille geminus, qui Syracusis habet. Varr. l. 4. de L. L. c. 8. a med. Apud ædem dei Fidii in delubro, ubi æditumus habere solet. ¶ Bene, et belle, et male habere V. in iis adverbiis. ¶ Bene habet. V. Bene. ¶ Habere aliquem dicimur, cum reperimus, aut deprehendimus. Curt. l. 6. c. 7. Habeo te incolumem ex impiorum manibus ereptum. Terent. Eun. 4. 4. 7. Habes ne hominem? Phæ. quid ni habeam? ¶ Habet, et hoc habet est gladiatorum, cum alter alterum percussit, uti docet Lips. l. 2. Saturn. cap. 21. et Donat. ad Terent. Andr. 1. 1. 56. Est enim vox propria in gladiatores vulneratos aut irretitos, vel insultantis adversarii, vel vulgi acclamantis. Prius enim interdum alii vident, quam ipsi sentiant, se percussos. Virg. 12. Æn. v. 295. Desuper altus equo graviter ferit, atque ita fatur: Hoc habet, &c. Adde Prudent. in Psychom. v. 53. ¶ Translate Terent. loc. cit. Certe captus est: habet. h. e. ictus est vulnere amoris. Plaut. Most. 3. 2. 26. Tempus nunc est senem hunc alloqui mihi. Hoc habet: reperi qui senem ducerem. Adde Rud. 4. 4. 99. ubi ironice adhibetur. ¶ Habere rationem, fidem, rem, gratiam, &c. V. Ratio, Fides, Res. ¶ Habere se est esse. Cic. 2. de Orat. c. 67. Sic profecto res se habet, nullum ut sit, &c. *it is a clear matter.* et Verr. 4. c. 50. Quæ cum res ita se haberet. *matters then being so.* et l. 1. de Orat. c. 25. Præclare se res habeat, si, &c. *would go on well; would turn out well.* et l. 2. Offic. c. 6. a med. Male se res habet, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. *matters turn out badly.* et Attic. l. 7. ep. 2. Graviter se habere. *to be very ill.* ¶ Sic habet. *it is even so; that is the fact.* Horat. l. 1. sat. ult. v. 52. magnum narras, vix credibile: atqui sic habet. ¶ Satis habere dicitur, cui satis est. Cic. 5. Fam. ep. 2. circa med. Satis habeas, nihil me tecum conqueri. *be content or satisfied.* et l. 12. ep. 1. Satis habet respub. a vobis. *is contented with you.* et pro Rosc. Amer. c. pænult. Si non satis habet avaritiam explere, nisi etiam, &c. *if he has not sufficient.* Contrarium est parum habere. Sallust. in Jug. c. 34. Hæc talia facinora impune suscepisse, parum habuere. *they were not content, they esteemed it but little.* ¶ Habere absolute interdum significat facultates habere, divitem esse. *to have property, be rich.* Curius ad Cicer. Fam. 7. ep. 29. Nos, quod simus, quod habeamus, quod homines existimemur, id omne abs te habere. Plaut. Rud. 5. 2. 34. Miserum istuc verbum est, habuisse, et nihil habere. Cic. in Frugm. apud Priscian. l. 8. p. 792. Putsch. Qui habet, ultro appetitur; qui est pauper, aspernatur. Phædr. in prol. lib. 3. v. 21. Curam habendi penitus corde eradere. Virg. 8. Æn. v. 327. Et belli rabies, et amor successit habendi. *avarice.* Adde Horat. l. 1. ep. 7. v. 85. et Juvenal. sat. 14. v. 208. ¶ Interdum habere refertur ad significandam propriam aliquam cujusque naturam, aut studium. Cic. 2. Phil. c. 32. Habebat hoc omnino Cæsar: quem plane perditum egentemque, si eundem nequam hominem audacemque cognoverat, hunc in familiaritatem penitus recipiebat. *he made him his own.* ¶ Habessit pro habeat, vel habuerit, antiquum est. Cic. 2. de Legib. c. 8. Separatim nemo habessit deos, neve novos. ¶ In illo Plauti Asin. 4. 1. 62. Tot noctes reddat spurcas, quot puras habuerit: Quidam volunt scribi habuuerit, ut secunda a principio syllaba producatur: quo modo pluuit, fluuidus, pro pluit, fluidus dictum ab aliis est. [¶ Habere negotium suum significat de re aliena ita laborare, ut si res nostra ageretur. Cic. ad Att. l. 13. ep. 49. Habuit suum negotium Gallus, ut scribit. h. e. *treated the affair as his own.* Ernesti tamen ita hunc locum interpretatur: non ei parum laboris et molestiæ fuit, cum vellet Tigellium mihi iratum ad meliorem mentem revocare. Tu, Lector, videris, quid amplectendum.]

HABESSIT. V. in fine vocis præced.

HABĬLIS, le, *fit, or proper, to have, wear, handle,* &c. εὐάρμοστος, qui haberi seu teneri, tractari, gerive facile potest. Virg. 9. Æn. v. 304. de ense. mira quem fecerat arte Lycaon Gnossius, atque habilem vagina aptarat eburna. Id. 1. Æn. v. 322. humeris de more habilem suspenderat arcum. et l. 12. v. 432. habilis lateri clypeus. Tacit. de Germ. c. 6. Frameas ita habiles, ut eodem telo vel comminus, vel eminus pugnent. Cic. 1. de Orat. c. 54. Calcei habiles, et apti ad pedem. *fitted to the feet.* Valer. Flacc. l. 5. v. 607. habilemque ad tela pharetram. Ovid. 2. Metam. v. 531. habili Saturnia curru Ingreditur liquidum pavonibus aera pictis. Pompon. Mela, l. 1. c. 5. Parma ingens, et ob magnitudinem nulli nunc habilis. Tacit. Ann. 2. c. 6. Naves velis habiles, citæ remis. h. e. quæ facile velis irent. Tibull. l. 1. el. 10. v. 7. habili tauros adjungit aratro. h. e. levi. Virg. 4. Georg. v. 418. Atque habilis membris venit vigor. h. e. qui corpus agile reddit, et vegetum. Id. 11. Æn. v. 555. huic natam habilem mediæ circumligat hastæ. h. e. levem, et quæ facile simul cum ipsa hasta transmitti posset. Cels. l. 2. c. 1. Corpus habilissimum, quadratum est, neque gracile, neque obesum. h. e. cujus valetudo facile regi, et servari potest. *promising, favourable for health.* ¶ Translate Senec. 3. de Ira, c. 7. Negotia expedita et habilia sequuntur actorem: ingentia et supra mensuram agentis nec dant se facile, &c. Vellei. l. 2. c. 113. Cum exercitum majorem, quam ut temperari posset, neque habilem gubernaculo cerneret, dimittere statuit. Valer. Flacc. l. 7. v. 231. non habiles Colchi. *ungovernable, unruly.* ¶ Item aptus, idoneus, *apt, fit, proper, suitable.* Virg. 3. Georg. v. 62. bos nec feturæ habilis, nec fortis aratris. Ovid. 1. Amor. el. 9. v. 3. Ætas bello habilis. Vellei. l. 2. c. 110. Ducenta millia peditum, armis habilia. Cic. 1. de Orat. c. 25. Sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, ut etiamsi ingenio valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint: sunt autem quidam ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, ut, &c. Id. 1. de Legib. c. 9. Figura corporis habilis et apta humano ingenio. Liv. l. 21. c. 4. Nunquam ingenium idem ad res diversissimas, parendum et imperandum habilius fuit. Quintil. l. 6. c. 3. post init. Ut acutior quis, atque habilior sit ad inveniendum. Colum. l. 2. c. 2. a med. Terra frumentis habilis. Senec. l. 1. quest. nat. c. 7. Materia lævis est, et ad hoc habilis. ¶ Cum infinito Stat. 4. Theb. v. 225. Plaudentique habiles Caryæ resonare Dianæ.

HABILĬTAS, atis, f. *fitness, ability,* εὐαρμοστία, convenientia, aptitudo. [Aptitudo, cave usurpes hanc vocem, ea enim ab ipso Forcellino inter barbaras recensita est.] Cic. 1. de Legib. c. 9. Omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis, moderationem vocis, orationis vim.

HABILĬTER, *easily,* faciliter. In Epit. Livii lib. 57. Scutum parvum habiliter ferens. Pomp. Mela, l. 3. c. 7. Ut elephantis, sicut nos equis, facile atque habiliter utantur. Paul. Dig. lib. 34. tit. 2. leg. 21. Si ut habiliter gemmæ geri possint, auro inclusæ sunt.

HABITABĬLIS, le, *habitable, that may be inhabited,* οἰκήσιμος, qui habitari potest. Cic. 1. Tuscul. c. 20. Tum et habitabiles regiones, et rursum omni cultu propter vim frigoris, aut caloris vacantes. Ovid. 1. Metam. v. 49. non est habitabilis æstu. Id. 4. Fast. v. 611. nec nobis cælum est habitabile, dixit. Id. Trist. l. 3. el. 4. v. 51. non habitabile frigus. ¶ Item habitatus. *inhabited.* Sil. l. 1. v. 541. Tarpeiæ rupes, Superisque habitabile saxum.

HABITACŬLUM, i, n. *a dwelling, habitation,* οἴκημα, locus in quo quis habitat. Gell. l. 5. c. 14. a med. Leo in habitaculum illud suum vidit me procul delitescentem. Pallad. l. 1. tit. 23. Habitacula avium. Prudent. Cathemer. 10. v. 48. Animataque sanguine vivo Habitacula pristina gestet. h. e. corpus resumat, quod est habitaculum animi.

HABĬTANS, antis, *an inhabitant,* incola. Ovid. 14. Metam. v. 89. sterilique locatas Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas.

HABITĬO, onis, f. *an inhabiting, abiding in; a place of abode, dwelling,* οἴκησις, actus habitandi: item locus, ubi quis habitat. Plaut. Mostell. 2. 2. 73. Scelestæ hæ sunt ædes, impia est habitatio. Cæs. l. 3. B. Civ. c. 21. Mercedes habitationum annuas conductoribus donavit. Sueton. in Cæs. c. 38. Annua Romæ habitatio. *a year's rent.* Cato R. R. cap. 128. Delutare habitationem. Colum. l. 1. c. 6. Villico juxta januam fiat habitatio. Cic. 13. Fam. ep. 2. Peto a te, ut ei de habitatione accommodes. Id. pro Cæl. c. 7. Sumptus habitationis.

HABITATIUNCŬLA, æ, f. ædicula. Hieronym. in Abdiam, ante med. Omnis australis regio Idumæorum in specubus habitatiunculas habet.

HABITĀTOR, oris, m. *an inhabitant,* οἰκήτωρ, incola. Cic. 2. de nat. Deor. c. 56. Sunt enim e terra homines non ut incolæ atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque cælestium. Id. Q. Fr. l. 2. ep. 3. sub fin. Domum tuam in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt. Pomp. Mela, l. 1. c. 16. Habitator Cariæ.

HABITĀTRIX, icis, f. *she that inhabits.* Auson. in Mosell. v. 82. flumineis habitatrix Nais in oris.

HABITĀTUS, a, um, adject. *inhabited, dwelt in, peopled.* Virg. 3. Georg. v. 340. raris habitata mapalia tectis. Horat. l. 1. ep. 14. v. 2. Agellus habitatus quinque focis. Tacit. 5. Histor. c. 7. Campi olim magnis urbibus habitati. Ovid. 13. Metam. v. 430. tellus Bistoniis habitata viris. Sil. l. 2. v. 654. de Sagunto. Urbs habitata diu Fidei. Id. l. 15. v. 337. calidoque habitata Gradivo pectora. h. e. vir bellicosus.

HABITĬO, onis, f. actus habendi. Gell. l. 1. c. 4. Debitio gratiæ non habitio, cum pecunia confertur.

HABĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to have, hold,* ἔχω, frequentativum ab habeo. Varr. apud Non. c. 4. n. 227. Et epicrocum viri quoque habitarunt. Id. ibid. Habitare comas. ¶ Frequentissime est incolere, *to dwell, abide, live in, inhabit,* οἰκέω. Cic. 6. Verr. c. 18. Is Lilybæi multos annos jam habitat. et Verr. 5. c. 41. Omnes, qui habitarent in Sicilia. Id. 4. Acad. c. 36. Diodorus qui mecum vivit tot annos, qui habitat apud me. Id. Verr. 3. c. 25. Filia, quæ cum patre habitaret. Id. 2. de nat. Deor. c. 37. Qui sub terra semper habitavissent, bonis et illustribus domiciliis. Virg. 3. Æn. v. 110. habitabant vallibus imis. et lib. 6. v. 673. lucis habitamus opacis. Propert. l. 2. eleg. 13. v. 20. habitare casa straminea. Virg. 3. Æn. v. 643. curva hæc habitant ad litora vulgo Infandi Cyclopes. Cic. pro Cæl. c. 7. Habitare in ædiculis. Id. pro Dom. c. 57. extr. Demigrandum potius aliquo est, quam habitandum in ea urbe, in qua, &c. Plin. sub fin. l. 18. Aves, quæ habitant in arboribus. ¶ Cum accusativo Virg. Æn. 3. v. 106. Centum urbes habitant magnas. Id. Ecl. 6. v. 2. silvas. et Ecl. 2. v. 29. humiles casas. Ovid. Heroid. ep. 1. v. 96. terras. Valer. Flacc. l. 2. v. 177. pruinas. ¶ Absolute Nepos in Themist. c. 8. Argos habitatum concessit.

Id. in Attic. c. 13. Neque tamen non in primis bene habitavit. *h. e.* bonas ædes habuit. *Cicer. pro Dom.* c. 40. Habitare laxe et magnifice voluit. *Id. pro Cæl.* c. 7. Triginta millibus dixistis eum habitare. *h. e.* ædes habitare, quæ triginta millibus valerent. ¶ Passive *Id. Verr.* 6. cap. 53. Colitur ea pars urbis, et habitatur frequentissime. *Id.* 4. *Acad.* c. 39. Habitari ait Xenophanes in luna. *that the moon is inhabited.* *Ovid.* 5. *Trist.* el. 3. v. 21. Nec patria est habitata tibi. et lib. 1. el. 1. *in fin.* nobis habitabitur orbis ultimus. ¶ *Habitare*, et *commorari* differunt, quod illud in perpetuum, hoc ad tempus alicubi esse significat. *Cic. de Senect.* c. *ult.* Commorandi natura deversorium nobis, non habitandi dedit. ¶ Reperitur tamen *habitare* de brevi habitatione dictum. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. *ult.* Hoc tractu oppidi pars erat regiæ exigua, in quam ipse habitandi causa initio erat inductus. Adde *Petron.* c. 7. et 85. ¶ Translate est assidue esse, versarique aliquo in loco. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 28. Qui potest igitur habitare in beata vita summi mali metus? *Id.* 5. *Tuscul.* c. 24. Animus cum eis habitans pernoctansque curis. *Id. in Orat.* c. 15. Quonam modo ille in bonis hærebit et habitabit suis? *h. e.* dicendo morabitur. Sic l. 2. *de Orat.* c. 38. *ad fin.* Illi autem, qui hoc solum colendum dicebant, habitarunt in hac una ratione tractanda. *Id. de clar. Orat.* c. 89. Diserti Q. Varius, C. Carbo, Cn. Pomponius: et ii quidem habitabant in Rostris. *Id. pro Mur.* cap. 9. *a med.* Abfueris tamdiu, et cum iis, qui habitarunt in foro, de dignitate contendas? *Id. Phil.* 12. c. 1. Fautores Antonii, quorum in vultu habitant oculi mei. *Id. pro Planc.* c. 27. Habitare in oculis. [† *h. e.* semper in urbe, in foro, in concionibus esse.] *to appear constantly in public.* *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 54. Profecto animus habitat in oculis. et sect. 69. Mens in corde habitat. *Valer. Max.* l. 6. c. 9. n. 1. *extern.* Peregrinatus est hujus animus in nequitia, non habitavit. *Pers. in fin.* sat. 4. Tecum habita, et noris, quam sit tibi curta supellex. *h. e.* tecum ipse esto, te contemplare, atque excute.

HABITŪDO, dinis, f. *habit, plight, condition, or constitution, of body,* ἕξις, κατάστασις, ipse corporis habitus, quem barbari vocant complexionem: ab *habeo.* *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 10. Nam ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur sæpe. *Terent. Eun.* 2. 2. 11. Viden' me ex eodem ortum loco? qui color, nitor, vestitus, quæ habitudo est corporis? *Apul.* l. 9. *Metam.* Quidam procerus, et ut indicabat habitus atque habitudo, miles e legione. *habitus* hic externum corporis ornatum, σχῆμα: *habitudo* ipsius corporis externam formam significat, ἕξιν. *Id. in Apolog.* Tot ætatis vices induit, tam varias habitudines corporis participat. ¶ Translate *de habitudine doctrinæ Platonicæ* inscriptum est *Apuleii* opus, in quo de ratione naturalis, moralis, et rationalis Platonicæ philosophiæ disserit, ejusque naturam, qualitatem, et quasi habitudinem describit.

[* HABITŬO, as, avi, are, a. 1. *to bring on a habit,* habitum aliquem inducere. *Cæl. Aurel. Chron.* l. 1. c. 4. Si nutrix malo succo atque corpore habituari videatur: hoc Græci καχεξίαν vocaverunt. *h. e.* pravi habitus fieri tam quoad liquores, quam quoad carnes. *Id. ibid.* l. 4. c. 8. Ægrotantium vires nunc debilitate, nunc fortitudine habituantur.]

HABITURĬO, is, a. 4. *to long to have,* habere cupio: desiderativum ab *habito,* as. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 43. Si rationes habituris, ad pueros ire melius est.

HABĬTUS, us, m. *habit, plight, condition, state, manner, fashion,* σχῆμα, corporis permanens affectio, forma, figura hominibus, vel bestiis. *Cic. pro Cæl.* c. 24. Cum florete et integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 35. *extr.* Oris quidem habitus ad vitæ firmitatem nihil pertinet. *Senec.* epist. 123. *ad fin.* Diversus est ascendentium habitus, et descendentium. qui per pronum eunt, resupinant corpora: qui in arduum, incumbunt. ¶ Dicitur etiam de forma, et facie cujuscumque alterius rei corporeæ. *Virg.* 1. *Georg.* v. 52. cultusque habitusque locorum. *Colum.* l. 9. c. 15. *circa med.* Figura earum talis est, qualis et habitus domicilii. *Valer. Max.* 9. c. 3. n. 3. *extern.* Urbs in habitum pulveris redacta. *Liv.* l. 9. c. 17. *sub fin.* Longe alius Italiæ, quam Indiæ usus illi habitus esset. *Valer. Max.* l. et cap. 3. n. 4. *extern.* habitus maris. Est qui leg. *ambitus,* quod minus placet. ¶ A Philosophis fere de animo dicitur, et definitur constans et absoluta in aliqua re perfectio, quæ frequentibus actionibus comparata est, ut sunt virtutes omnes. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 53. Justitia est habitus animi communi utilitate conservata, suam cuique tribuens dignitatem. ¶ Oratorie usurpatur etiam pro naturali facultate, seu potentia. *Cic. pro Arch.* c. 7. Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, et sine doctrina, naturæ ipsius habitu prope divino, per se ipsos et moderatos et graves exstitisse fateor. *natural ability or disposition.* ¶ *Habitus* item est cultus exterior corporis, ac præcipue vestimentum, et ornatus vestium. *dress, attire.* *Cic. Verr.* 6. cap. 3. Erant præterea duo signa non maxima, verum eximia venustate, virginali habitu atque vestitu. *Quintil.* l. 3. c. 7. Ut si in laude Herculis permutatum cum regina Lydiæ habitum orator excuset. ¶ Et translate pro ornamento in genere sumitur. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 52. habitum etiam orationis, et quasi colorem aliquem requiritis. ¶ Item pro affectibus, studiis, voluntatibus. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 4. Qualis status urbis, quæ mens exercituum, quis habitus provinciarum. *Vellei.* l. 2. c. 99. Quis fuerit eo tempore civitatis habitus, qui singulorum animi, &c. ¶ Denique si vocis originem spectes, *habitus* idem est ac habitio, seu actus habendi, *a having, possessing.* *Liv.* l. 1. c. 42. Belli pacisque munia non viritim, sed pro habitu pecuniarum fiant. *Phædr.* l. 1. fab. 3. Ne gloriari libeat alienis bonis, Suoque potius habitu vitam degere, &c.

HABĬTUS, a, um, *had, held, reckoned, accounted, treated,* particip. verbi habeo. *Plin.* l. 28. c. 4. Dens inclusus in armillam, et assidue in brachio habitus. *Tacit. Ann.* 15. c. 10. *ad fin.* Miles in uno habitus. *kept together.* *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 77. Vir magnæ habitus auctoritatis. *Cic. de clar. Orat.* cap. 44. Nulla altercatio clamoribus unquam habita majoribus. et c. 20. Oratorum in numero habitus. *Plaut. Asin.* 2. 4. 52. Fidem non esse huic habitam. *Terent. Hecyr.* 4. 1. 11. Ludibrio habitus. *Tacit. Ann.* 13. c. 37. Frustra habitus. *h. e.* frustratus, deceptus. *Id.* 1. *Hist.* c. 58. Habitus in custodia. *Id.* 4. *Ann.* c. 62. Habitus procul voluptatibus. *kept aloof from.* et l. 3. c. 13. Habita avare Hispania. ¶ Interdum in nomen transit, et ad corpus refertur. *Terent. Eun.* 2. 3. 23. Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt: deducunt cibum. *h. e.* corpulentior. *a little too plump.* *Plaut. Epid.* 1. 1. 8. Corpulentior videre, atque habitior. *Sabin. Massur.* apud *Gell.* l. 4. c. 20. Equum nimis strigosum et male habitum, sed equitem ejus uberrimum et habitissimum viderunt. ¶ Translate *Terent. Heaut.* 2. 4. 22. Imo, ut patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit. *affected, inclined, disposed.*

HAC, *by this place, this way,* ταύτῃ, per hunc locum, ubi ego sum, vel de quo ego loquor. *Nepos in Annib.* c. 3. Hac copias traduxit, in Italiamque pervenit. *Terent. Eun.* 4. 7. 46. Vos me hac sequimini. *Virg.* 1. *Æn.* v. 471. Hac fugeret Graii, premeret Trojana juventus, Hac Phryges. *Terent. Heaut.* 3. 2. 1. Hac illac circumcursa. *this way and that.* *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 96. Sive hac, sive illac veniat gravis impetus hastæ. *Terent. Eun.* 1. 2. 25. Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo. *on all sides.*

HACPROPTER, propterea, ut *quapropter.* *Virg. in Culice,* v. 3. hacpropter Culicis sint carmina dicta. Ita *Scaliger:* additque hæc verba *Varronis:* Hacpropter omnes, qui laborant, invocant. Al. aliter leg. [Optimæ tamen editiones habent *hæc propter,* et fortasse rectius.]

HACTĔNUS, *hitherto, thus far,* μέχρι τούτου, hucusque, adhuc: ab *hac,* et *tenus,* quasi usque ad hunc terminum, vel locum, vel tempus. *Cic. de Amic.* c. 7. Hactenus mihi videor, de amicitia quid sentirem, potuisse dicere. Si qua præterea sunt, &c. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 10. Nunc autem hactenus admirabor eorum tarditatem, qui animantem, immortalem, et eundem beatum, rotundum esse velint. *so far.* et *Attic.* l. 11. ep. 4. Hactenus fuit, quod caute a me scribi posset. *Liv.* l. 7. c. 26. Hactenus quietæ utrimque stationes fuere: postquam spoliare, &c. *Tacit. in Agric.* c. 10. Dispecta est et Thyle, quem hactenus nix, et hiems abdebat. *Cels.* l. 7. c. 18. Hactenus propria auxilia sunt: communis deinde, &c. *Plin. sub fin.* l. 18. Et hactenus hortensia dicta sint. *Id. initio* l. 14. Externæ arbores hactenus fere sunt: licetque jam de communibus loqui. ¶ Habet interdum post se particulas *ut, quoad, quod, ne, si, quatenus,* et significat *eatenus, in tantum, adeo.* *Cic.* 2. *de Orat.* c. 27. Hæc artem et præcepta dumtaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur. *Id. Fam.* 4. ep. 3. Hactenus existimo consolationem nostram recte adhibitam esse, quoad certior fieres, &c. *Plin.* l. 9. ep. 15. Patremfamiliæ hactenus ago, quod aliquam partem prædiorum percurro. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 4. Etiam ne hic mihi curandus est? curandus autem? hactenus, ne quid ad Senatum, &c. *Tacit. Ann.* 14. c. 7. Hactenus adito discrimine, ne auctor dubitaretur. *so far as to be sufficient to leave no doubt,* &c. *Senec.* ep. 88. Meritoria officia sunt, hactenus utilia, si præparant ingenium, non detinent. *Ulpian. Dig.* l. 15. tit. 3. leg. 10. *a med.* Hactenus non vertit (*in rem*) quatenus domino debet: quod excedit, vertit. ¶ Sæpe ita solum ponitur, ut per ellipsim alia subaudire oporteat. *Ovid. Fast.* 5. v. 661. Hactenus: ut vivo subiit, &c. *h. e.* hactenus Tiberis locutus est: postquam subiit, &c. *Sueton. in Domit.* c. 16. Dum exulceratam in fronte, verrucam vehementius scalpit, profluente sanguine, utinam, inquit, hactenus! *h. e.* hunc solummodo sanguinem fuderim, neque insuper fundere habeam. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 24. Sed hactenus: nunc ad ostenta veniamus. *but of this no more.* Sic *Attic.* l. 5. ep. 13. Sed hactenus: præsertim cum, &c. *Plin.* l. 11. c. 52. *extr.* Hactenus Trogus. *supple* locutus est. *thus far Trogus.* ¶ Aliquando vim habet τοῦ solum, dumtaxat. *only.* *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 155. Ales Ityn, Sappho desertos cantat amores. Hactenus: ut media cetera nocte silent. *h. e.* duo illæ solæ cantant: ceteræ aves silent. *Tacit. Ann.* 14. c. 51. Sciscitantique hactenus respondit: ego me bene habeo. *he gave this reply merely.* ¶ Dividitur interdum per tmesim. *Virg.* 5. *Æn.* v. 603. Hac celebrata tenus sancto certamina patri. Adde lib. 6. v. 62. ¶ Inter *hactenus,* et *adhuc* advertit *Manut. ad* ep. 1. l. 2. *ad Fam.* hujusmodi discrimen, quamvis idem ambo significent; quod *hactenus* de re semper usurpetur, *adhuc* de tempore. Itaque male dici, *hactenus ita sensi,* et *de litteris adhuc,* sed *adhuc ita sensi,* et *de litteris hactenus,* ut hoc ipso loco *Cic.* loquitur. Præterea *hactenus* absolutæ rei continuationem semper indicare: *adhuc* interdum etiam non absolutæ, ut *Attic.* l. 2. ep. 20. Clodius adhuc mihi denuntiat periculum. Hactenus *Manut.* cujus doctrina, si de *Cicerone* tantummodo loquitur, vera fortasse potest videri. (Nam *Livius* quidem certe de tempore *hactenus* dixit, in allato exemplo). Post eum vero non desunt Scriptorum loca, quæ contra *Manut.* afferri possunt. Quamquam, si attente inspicias, in ipsis quoque *Ciceronis* allatis locis rationem aliquam temporis deprehendas.

HADRĬA, æ, f. nunc *Atri,* urbs et colonia Piceni, patria Hadriani Imp. *Plin.* l. 3. c. 13. ¶ Item Hadria, Adria, vel Atria, nunc *Adria,* urbs Venetiæ, in ora maris, quod ab ea nomen accepit, inter Padi, et Athesis ostia. Hæc a *Plin. ibid.* c. 16. vocatur Atria, ipsumque mare olim Atriaticum dictum fuit, ut ibidem dicitur. ¶ *Hadria* quoque dicitur ipsum mare, et quidem masculino genere. *the Adriatic.* *Horat.* l. 3. od. 3. v. 5. Dux inquieti turbidus Hadriæ. *Lucan.* l. 5. v. 614. sonat Ionio vagus Hadria ponto. ¶ Hoc mare sæpe a Poetis procellosum dicitur, quia facile infestatur ventis, Noto præcipue, ut ex *Horat. loc. cit.* et l. 1. od. 3. v. 15. colligitur. Adi *eund.* l. 1. od. 33. v. 15. et l. 3. od. 9. et alibi. ¶ Scribitur et *Adria* sine aspiratione: atque ita placet *Dausquio.* Græci quoque leni semper spiritu scribunt. *Manut.* tamen ex lapidibus quamplurimis, nummis, eumque secutus *Cellarius,* aspirationem retinent.

HADRIĂCUS, *et* Adriacus, a, um, *Adriatic,* Hadriaticus. *Propert.* l. 3. od. 21. v. 17. Adriacum æquor. *Ovid. in Halicut.* v. 125. Hadriacum litus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 405. Hadriacæ undæ.

HADRIANĀLIS, *et* Adrianalis, le, ad Hadrianum Imp. pertinens: ut ab Augusto *Augustalis,* a Trajano *Trajanalis:* diciturque de sodalibus, seu sacerdotibus in Hadriani honorem institutis, postquam is relatus est inter deos. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 457. n. 6. et apud *Fabrett.* c. 6. n. 71.

HADRIĀNUS, *et* Adrianus, a, um, *of Adria,* ad Hadriam Piceni urbem pertinens. *Liv.* l. 22. c. 9. et *Plin.* l. 3. c. 13. Hadrianus ager. ¶ In eo agro celebres quondam fuere gallinæ, *Hadrianæ* cognominatæ. *Plin.* l. 10. c. 53. ¶ *Hadrianus,* (ut in ejus nummis semper legitur) et *Adrianus, i,* Romanorum Imperator XV. cujus vitam scripsit *Ælius Spartianus.* Græce tamen fere Ἀδριανὸς leni spiritu legitur. ¶ *Hadriana vina* ab Hadria Venetiæ, laudantur a *Plin.* l. 14. c. 6. ¶ *Hadrianum mare* idem ac *Hadriaticum.* *Cic. in Pison.* c. 38. et *Horat.* l. 1. od. 16. v. 4.

HADRIATĬCUS, *et* Adriaticus, a, um, *Adriatic,* Ἀδριατικὸς, ad Hadriam Venetiæ pertinens, ut *Hadriaticum mare,* et *Hadriaticum* absolute, *the Adriatic sea; the gulph of Venice,* Latinis etiam *superum* dictum. *Catull.* carm. 4. Et hoc negat minacis Adriatici Negare litus. *Liv.* l. 10. c. 2. Hadriaticus sinus. ¶ Olim *Atriaticum* dictum est. *Plin.* l. 3. c. 16.

HADROBŎLON, i, n. gummi genus nigrum, et in offas convolutum, in Arabia, India, Media, Babylonia, quod in sacris vino perfundi solebat, ut esset odoratius. *Plin.* l. 12. c. 9.

HADROSPHÆRUM, *a kind of spikenard,* ἁδρόσφαιρον, genus nardi, foliis amplioribus: ab ἁδρὸς, multus, magnus. Idem *mesosphærum* dicitur, si minore folio est: μέσος, medius, mediocris: et microsphærum, si parvo: a μικρὸς, parvus. Porro illud *sphærum* est a σφαῖρα, globus, pillula, quales in spica nardi sunt. *Plin.* l. 12. c. 12.

HÆBŪDES, *et* Hebudes, um, f. Αἰβοῦδαι, et Ἐβοῦδαι, insulæ sunt a Calydoniæ promontorio Thylem petentibus, quinque numero: quarum incolæ nesciunt fruges, piscibus tantum et lacte vivunt. Ita *Solin.* c. 22. (*al.* 35.) At *Plin.* triginta esse affirmat l. 4. c. 16. V. Geographos.

HÆDĪLE, is, n. *a kid-fold,* ἐριφοστάσιον, hædorum stabulum. *Horat.* l. 1. od. 17. v. 8. Nec virides metuunt colubras, Nec Martiales hædilia lupos. *Bentlei.* contendit *hæduleæ* legi oportere, h. e. parvi hædi, ut ab *equo equuleus,* ab *hinno hinnuleus.*

HÆDILLUS, i, m. *a little kid,* parvulus hædus. In blanditiis locum habet, ut in illo *Plaut. Asin.* 3. 3. 77. Hædillum me tuum dic esse, vel vitellum.

HÆDĪNUS, a, um, *of a kid,* ἐρίφειος, ex hædo. *Cic. pro Mur.* c. 36. Stravit pelliculis hædinis lectulos Punicanos. *Varr.* 2. *R. R.* c. 11. Hædinum coagulum.

HÆDŬLUS, i, m. ἐρίφιον, dimin. ab hædus. *Juvenal.* sat. 11. v. 65. E Tiburtino veniet pinguissimus agro Hædulus.

HÆDUS, i, m. *a kid,* ἔριφος, fetus capræ. Per diphthongum *ae* scribi, diserte docet *Varro* l. 4. *L. L.* c. 19. Hircus, inquit, quod Sabini fircus; et quod illic fedus, in Latio rure hedus, quod in Urbe, ut in multis, a addito, hædus. Hoc ipsum probant *Manut.* et *Cellar.* in *Orthograph.* Attamen *Dausquius* eos defendit, qui per *oe* scribunt. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) docet, antiquos *oedus,* et *ircus* scripsisse. *Cic. de Senect.* c. 16. Villa abundat porco, hædo, agno, gallina, &c. *Martial.* l. 10. epigr. 87. Venator leporem, colonus hædum, Piscator ferat æquorum rapinas. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 466. vagitus similes puerilibus hædum

edentem jugulare. et l. 13. v. 791. tenero lascivior hædo. *Virg. Georg.* 4. v. 10. hædique petulci. ¶ Proverbii speciem habet illud *Lucret.* l. 3. v. 7. quid enim contendat hirundo Cygnis? aut quidnam tremulis facere artubus hædi Consimile in cursu possint, ac fortis equi vis? ¶ *Hædi* etiam a nonnullis dicti sunt ignes, quos aer in cælo transversos agit, quia hædorum more saltant, lasciviuntque. *Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 2. ¶ Sunt etiam *hædi* stellæ duæ in Signo Aurigæ prope aliam, quæ *capella* dicitur. V. *Amalthea. Virg.* 9. *Æn.* v. 668. Quantus ab occasu veniens pluvialibus Hædis Verberat imber humum. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 11. v. 13. Hædi nimbosi. *Propert.* l. 2. el. 20. v. 56. Purus et Orion, purus et Hædus erit.

HÆMA, atis, n. αἷμα, sanguis. Vox Græca, unde quibusdam herbis factum nomen, ut hæma athenas, *αἷμα ἀθηνᾶς*, h. e. sanguis Minervæ, chamæpitys. hæma heracleos, *αἷμα ἡρακλέους*, h. e. sanguis Herculis, centauria minor. hæma hammonos, *αἷμα ἄμμωνος*, h. e. sanguis Hammonis, nepeta montana, &c. *Apul. de herb.* c. 26. 35. 93. Sed hæc pura puta Græca sunt.

HÆMACHĀTES, æ, m. *an agate of a blood colour*, *αἱμαχάτης*, achates gemma colore sanguineo: ab *αἷμα*, sanguis. *Plin.* l. 37. c. 10.

HÆMATĬNON VITRUM, totum rubens, atque non translucens: ab *αἷμα*, sanguis, unde *αἱμάτινος*, sanguineus. *Plin.* l. 36. c. 26. *a med.*

HÆMATĪTES, æ, m. *αἱματίτης*, lapis ex genere magnetum, sanguinei coloris, sanguinemque reddens, si teratur; sed et crocum: ab *αἷμα*, sanguis. Vox est adjectiva, et *lapis* subintelligitur. [Hinc *Cels.* l. 5. c. 3. Lapis hæmatites purgat.] *Plin.* l. 36. c. 16. Ibi et hæmatites magnes sanguinei coloris, &c. ¶ Alius item est, qui in metallis invenitur, ustusque minii colorem imitatur: habetque vim contra profluvia mulierum, et rejectiones sanguinis. *Id. ibid.* c. 20. ¶ Item gemma sanguineo colore. *a blood-stone. Id.* l. 37. c. 10.

HÆMATOPŎDES, um, f. *αἱματόποδες*, aves, quæ pedibus rubent: ab *αἷμα*, sanguis, et *πούς*, pes. *Plin.* l. 10. c. 47. ubi alii leg. *himantopodes*, h. e. pedes habentes in modum lori contortos: ab *ἱμάς, άντος*, lorum.

HÆMĪMONS, tis, regio Thraciæ ad Hæmum montem. *Sex. Ruf.* cap. 9. et *Vopisc. in Aurel.* cap. 17. ubi al. leg. *Hæmimontus*. Hinc

HÆMIMONTĀNI, Thraces Hæmum incolentes. *Sex. Ruf.* cap. 9. et *Ammian.* l. 27. c. 4. (*al.* 7.)

HÆMON, ŏnis, m. Creontis Thebarum tyranni filius, qui cum amore incredibili Antigonem Œdipi, et Jocastæ filiam deperiret, ad ejus tumulum mortem sibi conscivit. *Propert.* l. 2. el. 7. v. 83. *Ovid. in Ibin*, v. 563. ¶ Scribitur et *Æmon*.

HÆMONĬA, æ, f. regio Græciæ, quæ postea Thessalia dicta est. V. *Æmonia*.

HÆMONĬUS, a, um, Αἱμόνιος, ad Hæmum Thraciæ montem pertinens: et pro Thracio ponitur. *Sil.* l. 10. v. 10. velocius inde Hæmonio Borea, pennaque citatior ibat. ¶ Item Thessalus, ut Hæmonius Peleus, apud *Tibull.* l. 1. el. 6. v. 9. V. *Æmonius*.

HÆMOPHTHISĬCUS, a, um, *αἱμοφθισικός*, cui sanguis ex morbo corrumpitur: ab *αἷμα*, sanguis, et *φθίω*, corrumpo. *Æmil. Macer cap. de Betonica.*

[* HÆMOPTOĬCUS, i, m. *αἱμοπτυϊκός*, ab *αἷμα*, sanguis et *πτύω* exspuo, sanguinem exspuens. *Theodor. Priscian. de diæta* c. 12. *Macer* l. 2. c. 3.]

HÆMORRHAGĬA, æ, f. *an hemorrhage, violent flux of blood; a bleeding at the nose*, *αἱμοῤῥαγία*, copiosus, et immoderatus sanguinis fluxus, et speciatim ille, qui per nares fit. *Plin.* l. 23. c. 6. *a med.* Folia ejus trita illita hæmorrhagiam sistunt.

HÆMORRHOĬCUS, a, um, adject. *αἱμοῤῥοϊκός*, qui hæmorrhoide laborat. *Firmic.* l. 3. c. 3. n. 7. et cap. 15. n. 2.

HÆMORRHŎIS, idis, f. *the piles, hemorrhoids, or emerods; a swelling of the parts about the* anus *attended with a discharge of blood*, *αἱμοῤῥοΐς*, profluvium sanguinis ex venis, quæ sunt in ano, vel tumor illarum venarum absque sanguinis eruptione: ab *αἷμα*, sanguis, ex *ῥόος*, fluxus. V. *Cels.* l. 6. c. 18. sect. 9. ubi Græce: at Latine *Plin.* l. 22. c. 7. ¶ Item genus aspidis, vel serpens aspidi similis, sic dictus, quod mordens efficit *αἵματος ῥοήν*, sanguinis fluxum, seu sudorem. *Lucan.* l. 9. v. 806. Impressit dentes hæmorrhois aspera Tullo. Adde *Plin.* l. 23. c. 1.

[* HÆMOSTĂSIS, is, f. *αἱμόστασις*, herba eadem ac consolida. *Apul. de herb.* c. 59.]

HÆMUS, i, m. Αἷμος, mons altissimus Thraciæ, illam a Mœsia disterminans, e cujus jugis utrumque mare conspici dicitur, Euxinum, et Hadriaticum, et Ister amnis, et Alpes. (V. *Liv.* l. 40. c. 21. et 22.) Sex enim millibus passuum ascenditur, *Plin.* l. 4. c. 11. teste. ¶ In fabulis est, fuisse regem Thraciæ, fratremque Rhodopes, cujus amore cum captus esset, et ab illa amaretur, auderentque alter se Jovem, altera Junonem appellare, ab diis in pœnam versi sunt in montes cognomines. Tangit hanc fabulam *Ovid.* 6. *Metam.* v. 87. Ex Hæmo celebres fluvii, Hebrus, Strymon, et Nessus defluunt. A Poetis constituitur in eo domicilium Martis. *Horat.* l. 1. od. 12. v. 6. Hæmus gelidus. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1280. Getico durior Hæmo. *Claudian. de consul. Prob. et Olybr.* v. 119. Qualis lethifera populatus cæde Gelonos, Procubat horrendum Getico Gradivus in Hæmo. ¶ Scribitur et *Æmus*.

HÆREDITAS, &c. V. *Hereditas*.

HÆRENS, entis, qui hæret. *Cic. de Univ.* c. 9. In ejusdem naturæ motum incurrentia, in eoque hærentia atque impedita. *Cæcin. ad Cicer. Fam.* 6. ep. 7. Male hærentes scalarum gradus. *badly connected.* et *Cic.* 3. *de Fin.* c. 4. *extr.* In ceteris subvenies, si me hærentem videbis. *if I shall be at a loss.* et *de Harusp. resp.* c. 26. *extr.* Vitia in aliquo penitus defixa atque hærentia.

HÆRĔO, es, si, sum, n. 2. *to be fastened or united, be fixed, adhere, stick*, *συμφύομαι, ἐνίσχομαι*, arcte alicui rei jungor, affixus, conjunctus sum. Videtur esse ab *αἱρέω*, capio, prehendo. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 31. et male laxus In pede calceus hæret. *Terent. Adelph.* 2. 1. 17. Ne mora sit, si innuerim, quin pugnus continuo in mala hæreat. *Phædr.* l. 1. fab. 8. v. 4. Os devoratum fauce cum hæreret lupi. *Cic.* 4. *Acad.* c. 39. Ut videamus, terra penitus ne defixa sit, et quasi radicibus suis hæreat, an media pendeat. *Virg.* 11. *Æn.* v. 751. raptum cum fulva draconem Fert aquila, implicuitque pedes, atque unguibus hæsit. et vers. 864. hæsitque in corpore ferrum. et lib. 12. v. 415. tergo volucres hæsere sagittæ. et lib. 10. v. 361. hæret pede pes, densusque viro vir. et lib. 9. v. 537. flamma postibus hæsit. et lib. 2. v. 442. hærent parietibus scalæ. et lib. 1. v. 499. stupet obtutuque hæret defixus in uno. *Quintil.* l. 6. c. 1. *a med.* Hærere in complexu alicujus. *to cling to his embrace. Ovid.* 7. *Metam.* v. 143. avidisque amplexibus hærent. *Virg. Æn.* l. 6. v. 284. foliisque sub omnibus hærent. ¶ Hærere equo, aut in equo, *to sit on horseback*, *Horat.* l. 3. od. 24. v. 54. et *Cic. pro Deiot.* c. 10. ¶ Hærere in eodem vestigio, *to remain fixed in the same place*, *Curt.* l. 4. c. 14. ¶ *Hærere* etiam dicuntur, quæ in medio motu, cursuve retinentur, et sistunt. *Curt.* l. 8. c. 14. Graves currus illuvie et voraginibus hærebant. *Id.* l. 9. c. 19. Classis in vado hærebat. *ran aground. Virg.* 12. *Æn.* v. 868. vox faucibus hæsit. *his tongue clung to his mouth:* quod in stupore fit. Sic *Terent. Eun.* 5. 6. 7. perii! lingua hæret metu. ¶ Translate *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) *in fi.* Non obstant hæ disciplinæ per illas euntibus, sed circa illas hærentibus. ¶ Translate est inesse, insidere. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 16. *extr.* Ut peccatum hæreat, non in eo, qui monuerit, sed in eo, qui non obtemperarit. *Id. pro Rosc. Com.* c. 6. Potest hoc homini huic hærere peccatum? *Terent. Hecyr.* 2. 1. 32. In te omnis hæret culpa. ¶ Et pro infixum esse. *Cic. Phil.* 2. c. 26. Infixus animo hæret dolor. et *Phil.* 1. c. 15. Hærere in medullis ac visceribus alicujus. *Id.* 4. *Acad.* c. 1. in memoria. et *Phil.* 13. c. 3. in oculis. *Curt.* l. 6. c. 2. in animo. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 47. et *Plin.* l. 1. ep. 5. animo. *Virg. Æn.* 4. v. 4. hærent infixi pectore vultus, Verbaque. *Cic.* 4. *Catil.* c. 10. Memoria tantorum periculorum non modo in hoc populo, sed etiam in omnium gentium sermonibus semper hærebit. *will last, endure, remain.* et *Ovid.* 3. *Trist. el.* 4. v. 36. Hæsuraque mihi tempus in omne fide. *h. e.* cujus semper meminero. ¶ Item pro dubitare, pendere, nescire progredi. *Cic.* 2. *Phil.* c. 29. *ad fin.* Hærebat nebulo; quo se verteret, non habebat. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 24. In multis nominibus hærebitis. *will be at a loss what to call them.* et *Attic.* 13. ep. 39. Valde in scribendo hæreo. *Ovid.* 2. *ex Ponto*, ep. 3. v. 87. Inter confessum dubie, dubieque negantem Hærebam. *Virg. Æn.* 11. v. 289. Hectoris, Æneæque manu victoria Graium Hæsit. *was suspended or retarded. Plaut. Amph.* 2. 2. 182. hæret hæc res. *this is an intricate business.* et *Pseud.* 1. 5. 8. hæret negotium. *the affair perplexes me.* ¶ Item pro desidere, diutius immorari. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Hærere singulis. *to lay stress on the minutest points. Curt.* l. 5. c. 3. An erubescerent hærere in obsidione castelli exigui. et lib. 4. c. 4. Circa muros unius urbis hærere. *Sueton. in Aug.* c. 71. Circa libidines hæsit. *Terent. Adelph.* 3. 3. 49. Metui, ne hæreret hic. *Cic. in Orat.* c. 40. In eadem hærere commorarique sententia. ¶ Item pro capi, deprehendi: ducta translatione ab avibus, quæ visco aut laqueo captæ detinentur. *Cic. pro Mil.* c. 21. In quos incensos ira, vitamque domini desperantes cum incidisset, hæsit in iis pœnis, quas, &c. ¶ Item pro cohærere, convenire, aptum esse. *Horat. in ar. Poet.* v. 194. neu quid medios intercinat actus, Quod non proposito conducat, et hæreat apte. *may hang on, fit. Cic. pro Cæl.* c. 7. In quo non modo crimen non hærebat, sed vix diserti adolescentis cohærebat oratio. *there not only did not subsist room for accusation.* ¶ Pro simplici esse, aut inveniri, *Liv.* l. 5. c. 2. *a med.* Ne in turba quidem hærere plebeium quemquam, qui, &c. *to be found, be.* ¶ *Hærere alicui* est individuum comitem et familiarem esse. *Plin.* l. 7. ep. 27. Obtinenti Africam comes hæserat. *Virg.* 10. *Æn.* v. 779. Antorem comitem, qui missus ab Argis, Hæserat Evandro. *Terent. Eun.* 5. 9. 25. Perfice, ut hæream in parte aliqua tandem apud Thaidem. *h. e.* aliquo amicitiæ gradu illi acceptus sim. ¶ *Hærere in terga, tergis*, aut *in tergis* est insequentem instare et urgere. *Liv.* l. 1. c. 14. *extr.* Hærens in terga Romanus, priusquam fores portarum objicerentur, irrumpit. *keeping close to their rear. Tacit.* 4. *Hist.* c. 19. Se cum exercitu tergis eorum hæsurum. *Curt.* l. 4. c. 15. *sub fin.* Hærebit in tergis fugientium victor. ¶ *Aqua hæret.* V. *Aqua.* ¶ *Hærere aliquo crimine* est implicari, atque expedire se non posse. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 19. Nec dubie repetundarum criminibus hærebant. ¶ Hærere in amorem apud fidicinam, *Plaut. Epid.* 2. 2. 7. h. e. amore fidicinæ implicatum esse. ¶ Perfectum tempus *hæsus* invenisse se ait *Diomed.* l. 1. pag. 363. *Putsch.*

HÆRES. V. *Heres*.

HÆRESCO, is, n. 3. *συμφύομαι*, hæreo, adhæreo, affixus maneo, *to adhere. Lucret.* l. 2. v. 476. In terris hærescere. Adde lib. 4. v. 743.

HÆRESIARCHA, æ, m. *an arch-heretic, heresiarch*, *αἱρεσιάρχης*, hæresis auctor, hæreticorum princeps. *Augustin. ad Ceret.* ep. 253. et *Sidon.* l. 7. ep. 6. *a med.*

HÆRĔSIS, is, *et* eos, f. *an opinion, doctrine, sect*, *αἵρεσις*, electio, dogma, quod quis sequendum elegit, secta. Græca vox, ab *αἱρέω*, eligo. *Cic. in proœm. Parad.* Cato in ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis. *Id. Fam.* 15. ep. 16. Postulabimusque, ex qua hæresi, vi, hominibus armatis, dejectus sis, in eam restituare. *Id. Attic.* l. 14. ep. 14. Joca tua plena facetiarum, de hæresi Vestoriana, &c. risisse me satis. *Vitruv. in præfat.* l. 5. Pythagoræ hæresim sequi. ¶ *In Cod. Theodos.* lib. 13. tit. 6. leg. 9. et 10. hæresis navalis est conditio, functio, et professio naviculariorum. ¶ Apud Ecclesiasticos Scriptores est dogma Christianæ Religionis principiis adversum, *heresy. Augustin. Tertull. Hieronym.* &c. ¶ Prima syllaba, extrita priore diphthongi vocali, corripitur a *Prudent. in Psychom.* v. 725. ruptis Heresis perit horrida membris.

HÆRETĬCUS, i, m. *heretical*, *αἱρετικός*, qui hæresim Catholicæ veritati contrariam sectatur. *Tertull. Hieronym. Augustin.* &c. ¶ Adjective *Arat. in Act. Apost.* c. 19. l. 1. v. 611. hæretica nigredine plenus Averni.

HÆSITABUNDUS, a, um, *hesitating greatly, doubtful*, hæsitationis plenus, cunctabundus. *Plin.* l. 1. ep. 5. *a med.* Hæsitabundus inquit: interrogavi non ut tibi nocerem, sed, &c.

HÆSĬTANS, antis, *hesitating, at a loss, perplexed*, qui hæsitat et perplexus est. *Cic.* 1. *Acad.* c. 2. Itaque non hæsitans respondebo. *Id.* 1. *de Orat.* cap. 10. Carbo ignarus legum, hæsitans in majorum institutis, rudis in jure civili. *not well versed.* et cap. 25. Sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, ut &c. *stammering, stuttering. Id. pro Dom.* c. 52. Dixit verbis hæsitantibus. *with hesitating words.* et *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 19. Hæsitantes milites opprimere. *h. e.* in palude hærentes. Sic *Liv.* l. 2. c. 5. Ita in vadis hæsitantis frumenti acervos sedisse illitos limo: insulam inde paulatim factam. *sticking.*

HÆSITANTĬA, æ, f. hæsitatio. *Hæsitantia linguæ* est difficultas loquendi, *a stammering, stuttering. Cic. Phil.* 3. c. 6. Bambalio quidam, qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis cognomen ex contumelia traxit.

HÆSITATĬO, onis, f. *hesitation, doubt, perplexity, embarrassment*, *ἀπορία*, actus hæsitandi, cunctatio, dubitatio, qua quis progredi aut nequit, aut nescit. *Cic. Fam.* 3. ep. 12. Si facile inveneris, quod dicas, noli ignoscere hæsitationi meæ. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 39. Hæsitationem attulit tempus et locus. *Plin.* l. 10. ep. 54. Aliquem hæsitatione liberare. *Trajan. ad Plin. ibid.* ep. 78. Hæsitationem alicui facere. *h. e.* afferre. ¶ De hæsitantia in loquendo, *Cic.* 2. *de Orat.* c. 50. Qui timor! quæ dubitatio! quanta hæsitatio tractusque verborum!

HÆSITĀTOR, oris, m. *one who hesitates or doubts; a stammerer, delayer*, *μελλητής*, cunctator, vel dubitator. *Plin. in epist.* 11. l. 5. Sum ipse in edendo (*libros*) hæsitator, tu tamen meam quoque cunctationem tarditatemque vicisti.

HÆSĬTO, as, avi, atum, n. 1. *to hesitate, be at a loss, be perplexed or at a stand, flutter, doubt*, *ἐνίσχομαι, ἀπορέω*, frequentativum ab *hæreo*, et ejusdem fere significationis, ut *hæsitare in luto* apud *Cæs.* V. *Hæsitans. hæsitare lingua* apud *Cicer.* V. ibidem. *Senec. in Phœniss.* v. 29. non hæsitabit gressus. ¶ Translate dicitur de iis, qui dubitant et cunctantur, et progredi nequeunt, aut nesciunt. *Cic.* 2. *Catil.* c. 6. Cum hæsitaret, cum teneretur, quæsivi, &c. *Id.* 4. *Acad.* c. 17. Dubitant, hæsitant, revocant se interdum. et cap. 5. Illi tum in novis rebus, quasi modo nascentes, hæsitaverunt. *Id.* 1. *de Orat.* c. 51. Hæsitavit ob eam causam, quod nesciret, &c. *Plin.* l. 10. ep. 40. Diu multumque hæsitavi, quid facere deberem. *Curt.* l. 4. c. 13. Interdum hæsitare, an potius in dextrum cornu torqueret agmen. et c. 15. *sub fin.* Inter spem et desperationem hæsitare. *Sueton. in Claud.* c. 11. De mutando reipubl. statu hæsitatum erat. ¶ *Hæsitare in eodem luto* proverb. *to stick in the same mire, be exposed to the same danger*, in eodem periculo versari, unde te non expedias ductum a viatoribus, qui cum in lutum inciderint, dum alterum pedem extrahere nituntur, altero infiguntur altius. Aptissime vero convenit in eos, qui vorsuram faciunt. Hi enim creditorem quidem mutant, sed ære alieno se non liberant. *Terent. Phorm.* 5. 2. 15. Quid fiet? in eodem luto hæsitas: vorsuram solves, Geta.

HAGIOGRĂPHA, orum, n. *sacred writings*, *ἁγιόγρ*

φα, sancta scripta, sacri libri: ab ἅγιος, sanctus, et γράφω, scribo. Quidam ita distinguunt S. Scripturæ veteris Testamenti libros, ut alii sint *legis*, scil. Pentateuchus: alii *prophetiæ*, ut Prophetarum: alii denique, quia neutrum continent, et peculiare nomen non habent, communi *hagiographa* appellentur. Ita *Hieronym.* ep. 106. quæ est præfatio in libros Regum, ubi fuse hac de re, et *præfat. in Daniel.* et epist. 110.

HAGNIADES, æ, m. Ἀγνιάδης, patronym. Apud *Valer. Flacc.* l. 1. v. 482. et lib. 2. v. 48. est Tiphys, gubernator navis Argo, filius Hagnii, ut est apud *Apollodor.* et *Apollonium:* quamquam *Hygin.* fab. 14. Phorbantem ei patrem assignat.

HALABARCHES. V. *Arabarches.*

HALÆSA, æ, f. Ἅλαισα, urbs exscisa Siciliæ in ora occidentali, ubi nunc *Caronia. Sil.* l. 14. v. 218. Venit ab amne trahens nomen Gela, venit Halæsa. ¶ Scribitur et *Halesa*, et Græce Ἅλεσα.

HALÆSINUS, *et* Halesinus, a, um, ad Halesam pertinens, ut Halæsina civitas, *Cic. Fam.* 13. ep. 32. ¶ *Halæsini, orum*, ejus incolæ, *Plin.* l. 3. c. 8.

HALÆSUS, i, m. Ἅλαισος, mons, et fluvius Siciliæ, unde Halæsæ urbi nomen. *Colum.* l. 10. v. 268. Et quæ Sicanii flores legistis Halæsi. ¶ Scribitur et *Halesus.* ¶ Fuit etiam hoc nomine filius Agamemnonis ex Clytemnestra (aliis ex Briseide) qui cum matre in necem patris consensit: postea patria pulsus, in Italiam venit, et apud Massicum montem sedem posuit, Turnoque favit adversus Æneam. *Virg.* 7. *Æn.* v. 723. et *Servius.* ¶ Hic demum Faliscos condidit. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 13.

HALAPANTA. V. *Halopanta.*

[* HALATUS, us, m. idem ac halitus. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 4. *Grot.* Nam et unguentis oblitam, floribusque redimitam halatu pasci foverique docuerat. *Id.* l. 2. pag. 46. Arabicis lætabatur halatibus.]

HALCEDO. V. *Alcedo.*

HALCYONE. V. *Alcyone.*

HALEC. V. *Alec.*

HALIACMON. V. *Aliacmon.*

HALIÆETUS, i, m. *the ospray or sea-eagle,* ἁλιαιετός, aquilæ genus, quæ in mari venari solet: ab ἅλς, mare, et αἰετός, aquila. *Plin.* l. 10. c. 3. Superest haliæetos, clarissima oculorum acie, librans ex alto se se, visoque in mari pisce, præceps in eum ruens, et discussis pectore aquis rapiens. *et paulo post.* Haliæetus implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit adversos intueri solis radios, et si conniventem, humectantemque animadvertit, præcipitat e nido, velut adulterinum atque degenerem: illum cujus acies firma contra stetit, educat. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 146. Et modo factus erat fulvis Haliæetos alis. De Niso Scyllæ patre loquitur in hanc avem verso, et cum Ciri perpetuas inimicitias gerente: de quo *Virg. in Ciri*, v. 536. Sic inter se se tristis Haliæetus iras Et Ciris memori servant ad sæcula fato.

HALICA, &c. V. *Alica.*

HALICACABUM, i, n. *the winter-cherry, red nightshade, alkekengi,* ἁλικάκαβον, herba, genus trychni, seu solani, acinis coccineis, granoso folliculo, Latinis vesicaria, vim habens soporiferam, atque etiam opio efficaciorem. [*Cels.* l. 5. c. 20. sect. 3. Halicacabi cortex.] *Plin.* l. 21. c. 31. *in fi.* Aspidum naturæ halicacabum in tantum adversam, ut, &c. Femin. gen. *Plin.* facit ad *herbam* respiciens.

HALICARNASSENSIS, se, Halicarnasseus. *Halicarnassenses, ium*, cives Halicarnassi. *Liv.* l. 33. c. 20. *sub fin.*

HALICARNASSEUS, i, Ἁλικαρνασσεύς, quinque syllabar. Halicarnassensis, qui est ex Halicarnasso, Ἁλικαρνασσός, quod est oppidum Cariæ maritimum, ad sinum Ceramicum, patria Herodoti et Dionysii historicorum, celebre etiam Mausoleo Artemisiæ, ut *Pompon. Mela*, l. 1. c. 16. tradit. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 42. Scylax Halicarnasseus. *Quintil.* l. 3. c. 1. Halicarnasseus Dionysius.

HALICARNASSIUS, a, um, Ἁλικαρνάσσιος (ut est apud *Stephan. de Urbib.*) Halicarnassensis. V. vocem præced. *Nep. in Themist.* c. 1. Uxorem Halicarnassiam civem duxit. ¶ *Halicarnassii, orum*, Halicarnassenses. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 55.

HALICASTRUM. V. *Alicastrum.*

HALICIENSES, *vel* Halicyenses, ium, Ἁλικυαῖοι, populi Siciliæ, quorum urbs Ἁλικύαι, inter Entellam et Lilybæum. *Plin.* l. 3. c. 8. et *Cic.* 4. *Verr.* c. 28.

HALIEUS, i, m. ἁλιεύς, piscator. Titulus est libri decimi *Apicii*, in quo de piscibus condiendis agitur.

HALIEUTICUS, a, um, *of or pertaining to fishes,* ἁλιευτικός, ad pisces et piscaturam pertinens. *Gallien. in quadam epist.* apud *Trebell. Poll. in Claud.* c. 17. Boletar halieuticum argenteum, librarum viginti. *Plin.* l. 32. c. 2. Mihi videntur mira et quæ Ovidius prodidit piscium ingenia, in eo volumine, quod Halieuticon inscribitur. ἁλιευτικῶν genitivus plur. Græcus.

[* HALIMON, i, n. ἅλιμον, fruticis marini quoddam genus, ab ἅλιμος maritimus. *Plin.* l. 17. c. 24. *ad fin.* (ex *Theophr. Hist. plant.* l. 4. c. 20.) Et cytisus necatur eo, quod halimon vocant Græci. *Id.* lib. 22. c. 22. sect. 33. Alii Alimon (*lege* halimon) olus maritimum esse dixere, salsum, et inde nomen. V. *Alimon* in *Appendice.*]

HALIPHLŒOS, i, f. ἁλίφλοιος, arbor crassissimo cortice, et caudice, et plerumque cavo fungosoque, et quæ putrescit, etiam cum vivit, pessima ob id carboni, materiæque. Sæpissime fulmine icitur, quamvis altitudine non excellat: ideo ligno ejus nec ad sacrificia uti fas habetur. Ei raro glans: et cum tulit, amara, quam præter sues nullum attingat animal. *Plin.* l. 16. c. 6.

HALIPLEUMON, onis, m. ἁλιπλεύμων, marinus pulmo, genus piscis. *Plin.* l. 32. c. 11.

HALITANS, antis, *breathing,* ἀναπνέων, spirans: frequentativum ab halans. *Enn.* apud *Diomed.* l. 1. pag. 336. *Putsch.* Sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.

HALITUS, us, m. *breath; a gasp,* ἐκπνοή, spiritus, ventus: ab *halo. Pers.* sat. 3. v. 88. ægris faucibus exsuperat gravis halitus. *Cic.* vertens *Sophoclis* versus, *Tuscul.* 2. c. 9. Nemeæus leo Frendens efflavit graviter extremum halitum. *Plin.* l. 12. c. 4. Commendandi halitus gratia. *to sweeten the breath.* et lib. 28. c. 12. A pulmone halitus graveolentia. *bad breath.* et lib. 21. c. 20. Iris halitus oris commanducata abolet. et lib. 28. c. 4. *extr.* Mero ante somnum colluere ora, propter halitus. *Rutil.* l. 1. v. 105. Frigidus æstivas hic temperat halitus auras. *a cool breeze. Plin.* l. 14. c. 22. *de ebriis.* Postera die ex ore halitus cadi, ac fere rerum omnium oblivio. *a rifting, or belching, after too much wine. Claudian. de consul. Prob. et Olybr.* v. 118. creberque recurrit halitus. *h. e.* anhelitus. ¶ Apud *Prudent.* est anima, spiritus, *Cathem.* 10. v. 11. Petit halitus æthera fervens: Humus excipit arida corpus. ¶ Item vapor, afflatus e terra, aliave re exiens. *a vapour, damp, exhalation, steam. Plin.* l. 11. c. 12. Ros obvio terræ halitu infectus. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 494. patriique exspirat Averni Halitus. *Plin.* l. 17. c. 4. Halitus maris. *Id.* l. 34. c. 18. Plumbi fornacium halitus noxius et pestilens. *Colum.* l. 2. c. 5. Halitus solis. *Id.* l. 12. c. 43. *a med.* Præcipimus, ne in eodem loco mala et uvæ componantur, neve in vicino, unde odor malorum possit ad eas pervenire. nam hujusmodi halitu celeriter acina corrumpuntur. *Prudent. peristeph.* 2. v. 219. multa carbonum strues Vivum vaporat halitum.

HALLUCINOR, &c. V. *Alucinor.*

HALLUS. V. *Allus.*

[* HALMYRAGA, æ, f. ab ἁλμυρός, salsus, nitri genus. *Plin.* l. 31. c. 10. sect. 46. Exiguum (nitrum) fit apud Medos, canescentibus siccitate convallibus, quod vocant halmyraga. Quam quidem vocem hoc in loco esse casum accusativum probabile est, a nominativo *halmyrax, agos.*]

HALO, as, avi, atum, a. 1. *to breathe, exhale, emit a vapour or smell,* ἐκπνέω, spiro, spiritum, vel odorem emitto, exhalo: fortasse ab ἄω, spiro. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 809. repetebam frigus et umbras, Et, quæ de gelidis halabant vallibus, auras. *Virg.* 1. *Æn.* v. 421. Ture calent aræ, sertisque recentibus halant. *Id.* 4. *Georg.* v. 109. croceis halantes floribus horti. ¶ Cum accus. *Lucret.* l. 2. v. 847. Et nardi florem, nectar qui naribus halat. *Martial.* l. 10. epigr. 48. nimios prior hora vapores Halat. Adde *Lucret.* l. 6. v. 220.

HALO, onis, *a halo, circle round the sun or moon,* ἅλως, ω, vox Græca fem. gen. qua significatur corona, seu circulus circa lunam, aut solem quandoque apparens. A Græca declinatione non discedit *Seneca*, cum ait l. 1. *quæst. nat.* c. 2. Circa solem visum coloris varii circulum, qualis esse in arcu solet. hunc Græci halo vocant: nos dicere coronam aptissime possumus. ¶ *Halonem* etiam dicunt hesterno vino languentem, quem ἕωλον vocitant Græci. *Fest.* in *Elucum.*

HALOPHANTA, æ, m. hominum genus nequam, idem fere, ac sycophanta: ab ἅλς, mare, et φαίνομαι, appareo, ob vestitum nauticum. *Fest.* halapanta dicit, hoc est, omnia mentiens: ab ἄλη, seu ἄλη, error, et ἅπαντα, omnia. *Non.* c. 2. n. 396. definit genus hominum, quod ob suenda mendacia miserrime mercede conducitur: ab ἄλη, error, et ὑφαίνω, texto. *Turneb.* l. 2. c. 5. holophantam vocat, hoc est ὁλοφάντην, quasi qui sit totus in ostentatione. *Plaut. Curcul.* 4. 1. 2. Halophantam, an sycophantam hunc magis esse dicam, nescio. *Scalig. ad Fest.* suspicatur, illum scripsisse *halopanta*, ut παρὰ τὴν ἅλα simile faceret, quemadmodum παρὰ τὸν σῦκον factum est *sycophanta. Halopantam* autem nihil significare: sed Comice et tempore lusisse *Plautum* propter habitum marinum ejus, de quo ibi loquitur. V. *Calophanta.*

HALOSIS, is, f. *a taking by storm, capture,* ἅλωσις, captio, sive expugnatio. *Sueton. in Ner.* c. 38. Lætusque flammæ, ut aiebat, pulcritudine, halosin Ilii decantavit. Optimi tamen Codices habent ἅλωσιν, Græcis litteris. *Petron. in Satyr.* c. 89. Tabula, quæ Trojæ halosin ostendit.

HALTER, eris, m. Halteres erant massæ plumbeæ, non exigui ponderis, quas utraque manu tenentes athletæ, corpus librabant, saltusque edebant: ab ἅλλομαι, salio. *Martial.* l. 14. epigr. 49. cujus titulus est *Halteres.* Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti? Exercet melius vinea fossa viros.

HALUS, i, m. *the herb comfrey,* Gallis herba est, quæ Venetis cotonea, similis cunilæ bubulæ, cacuminibus thymo, dulcis, et sitim sedans, radicis alibi albæ, alibi nigræ. *Plin.* l. 26. c. 7. item lib. 27. c. 6. ubi scribitur sine aspiratione.

HALYATTES. }
HALYATTICUS. } V. *Alyattes.*

HALYS, ys, m. Ἅλυς, fluvius ingens Asiæ minoris, qui ex monte Tauro oritur in Galatia, Paphlagoniam a Cappadocia dirimit, et in Euxinum influit. *Plin.* l. 6. c. 2. et 3. ¶ Alius est in Lydia, juxta quem Crœsus a Cyro victus et captus est, deceptus ambiguo Oraculi responso: *Crœsus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim*, ut est apud *Cicer.* 2. *de Divin.* c. 56. Hostium enim vim se se perversurum putavit: pervertit autem suam. *Lucan.* l. 5. v. 272. Qua Crœso fatalis Halys.

HALYSIS, is, et eos, f. ἅλυσις, catena quædam luminis clarioris, per solis ambitum in se revertens. [† Idem quod *Halo. Gesner.*] Inter hanc et Irida illud interest, quod Iris multicolor est, et semicirculo figurata procul a sole atque luna: catena clarior est, astrumque ambit orbe incolumi, corona non discolori. Ita *Apul. de Mundo.* Est autem ἅλυσις, catena.

HAMA, æ, f. *a water-bucket,* ἅμα, vas, quo aquam hauriebant ad incendia restinguenda. *Plin.* l. 10. ep. 42. Nullus in publico sipho, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. *Juvenal.* sat. 14. v. 305. Dispositis prædives hamis vigilare cohortes Servorum noctu Licinus jubet. ¶ Hamis instructus et dolabris per urbem noctu itabat Præfectus Vigilum, quorum cohortes septem arcendis ignibus Augustus instituerat, uti docet *Paul. Dig.* lib. 1. tit. 15. leg. 3. Adde *Ulpian.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. *ante med.* ubi *ama* legitur sine aspiratione tum apud *Torrentin.* tum apud *Haloandr.* ¶ Habuit usum etiam in cella vinaria, ut colligitur ex *Plaut. Mil.* 3. 2. 42. *a wine-vessel.*

HAMADRYAS, adis, f. *a wood-nymph, hamadryad,* Ἁμαδρυάς, Nympha silvarum incola, quasi simul cum quercubus nata, simulque cum iis moriens: credita enim sunt hujusmodi numina arborem aliquam pro domicilio habere, ejusque fato sortive obnoxia esse: ita ut si cæderetur arbor, ipsa quoque interficerentur, sanguine etiam manante, ut de Erisichthone *Ovid.* narrat *Metam.* 8. a vers. 761. Differunt ergo in hoc a Dryadibus, quarum vita ab arborum suarum vita non pendet. Dictæ sunt ab ἅμα, simul, et δρῦς, quercus, robur, arbor. *Virg. Ecl.* 10. v. 62. Nam neque Hamadryades rursum, nec carmina nobis Ipsa placent. *Propert.* l. 2. el. 23. v. 93. Hoc et Hamadryadum spectavit turba sororum. *Id.* l. 1. el. 20. v. 32. Ah dolor ibat Hylas, ibat Hamadryasin. (V. *Dryades.*) *Ovid.* 2. *Fast.* v. 155. Inter Hamadryadas, jaculatricemque Dianam. ¶ In singulari numero *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 63. Vel non abruptos tibi reddet Hamadryas annos.

[* HAMALUPUS, i, m. *a hook*, qui et canicula, ferreus harpax, qui, si quid in puteum decidit, rapit et extrahit, unde et nomen accepit. Harpax enim dictus, quia arripit, ἁρπάζειν enim Græce rapere est. Hæc *Isidor.* 20. *Orig.* c. 15.]

HAMARTIGENIA, æ, f. ἁμαρτιγένεια: titulus est carminis *Prudentii*, in quo de origine peccati agitur: ab ἁμαρτία, peccatum, et γίνομαι, nascor.

HAMATILIS, le, *of a hook,* ad hamum pertinens. *Plaut. Rud.* 2. 1. 10. Piscatum hamatilem, et saxatilem aggredimur. *fishing with a hook.* et *Tertull. advers. Gnost.* c. 1. Scorpii hamatile spiculum. *formed like a hook.*

HAMATUS, a, um, *hooked, made like a hook, crooked,* ἀγκιστρωτός, hamis instructus, vel instar hami factus, uncinatus, incurvus, aduncus. *Cic.* 4. *Acad.* c. 38. Hamatis uncinatisque corporibus concreta hæc esse dicit. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 384. Inque cor hamata percussit arundine Ditem. *bearded, barbed.* et l. 12. v. 563. hamatis laceraverat unguibus ora. *hooked claws or talons.* et lib. 5. v. 8. Hamatus ensis. *h. e.* harpe, falcatus ensis. et lib. 2. v. 799. Hamati sentes. *h. e.* curæ, quæ cor lacerant. ¶ *Hamatas tegulas* vocare videtur *Vitruv.* l. 7. c. 4. quæ habent margines utrinque exstantes, et incurvos, quibus inter se colligantur, ut sunt in nostris tectis imbrices incurvati, et alius alium continentes. *pantiles.* Al. tamen ibi leg. *animatas*, et eas putant in modum tubi factas, in summo et imo spiramenta habentes, qua humor defluat. Ita *Salmas. ad Vopisc. in Probo*, c. 21. ex quibusdam MSS. Et fortasse hæc lectio et interpretatio magis facit ad rem, de qua ibi *Vitruv.* loquitur. ¶ Translate *hamata munera*, quæ mittuntur ideo, ut alia eliciant. *presents given, like disguised baits, to catch the property of others. Martial.* l. 6. epigr. 63. Munera magna quidem misit, sed misit in hamo. *Plin.* l. 9. ep. 30. Hos ego viscatis hamatisque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere.

HAMAXAGOGA. V. *Exagoga.*

HAMAXO, as, a. 1. *to yoke to a waggon,* currui jungo, sub jugum mitto: ab ἅμαξα, currus. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 21. Ita me amabit sarculum, ut ego me ruri hamaxari mavelim patalem bovem, cumque eo ita noctem in stramentis pernoctare perpetem, quam, &c. [† *Gesnerus* interpretatur, *Agere jumentum plaustro junctum;* ut deponens sit verbum *hamaxor.*]

HAMAXOBII, orum, Ἁμαξόβιοι, populi Scytharum, ut est apud *Plin.* l. 4. c. 12. *post med.* nullam certam habentes sedem, sed in plaustris habitantes, quibus res suas circumducunt, pabuli causa locum subinde mutantes: ab

ἄμαξα, currus, et βίος, vita. Hinc *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 1. Hamaxobio instabilior, Massageta inhumanior. V. *Horat.* l. 3. od. 24. v. 9. et *Justin.* l. 2. c. 2.

HAMAXOPŎDES, ἁμαξόποδες. V. *Arbuscula.*

HAMIŌTA, æ, m. *one who fishes with a hook; an angler,* qui hamo piscatur. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 97. Cohortes cocorum, atque hamiotarum, aucupumque. *Plaut. Rud.* 2. 2. 5. Salvete fures maritimi, conchitæ, atque hamiotæ.

HAMMĪTIS, idis, f. gemma piscium ovis similis: ab ἄμμος, sabulum, quod instar sabuli minuta sit. *Plin.* l. 37. c. 10.

HAMMOCHRȲSUS. }
HAMMON. } V. in littera A.
HAMMONIĂCUS. }

HAMO, as, avi, atum, a. 1. hamo utor, capto, *to angle, fish with a hook,* ἀγκιστρεύω. Item curvo in modum hami, ἀγκιστρόω. Utroque sensu caret Latino exemplo. Nam quod ex *Petronii Satyr.* cap. 5. quidam afferunt his verbis: Artis severæ si quis hamat effectus: plures sunt, qui legunt *amat* sine aspiratione. Quod autem addunt ex *Claudiano* l. 2. *in Rufin.* v. 358. Flexilis inductis hamatur lamina membris: meliores Codices habent *animatur*, et id videtur sensus ipse postulare. Pariter incerta est lectio in fragmento illo *Cicer.* quod affert *Non.* et supra in *Adhamo* retulimus.

HAMOTRAHŌNES, m. piscatores, vel qui cadavera hamo in Gemonias scalas trahebant. *Festus.*

HAMŬLA, æ, f. *a small bucket,* diminut. ab hama. *Colum.* l. 10. v. 387. Aut habilem lymphis hamulam, Bacchove lagenam.

HAMŬLUS, i, m. *a little hook,* parvus hamus. *Plaut. Stich.* 2. 1. 17. Arundinem fert, sportulamque, et hamulum piscarium. ¶ Item instrumentum chirurgicum ad instar hami, quo quidpiam apprehenditur. *Cels.* l. 7. c. 7. n. 4. Hamulum acutum, paulum mucrone intus recurvato, subjicere extremo ungui debet. et n. 7. Hamulo summum ejus foraminis excipiendum.

HAMUS, i, m. *a fisher's hook,* ἄγκιστρον, parvus uncus ferreus, ex quo piscatores escam suspendunt, quam dum captat piscis ore capiatur. Est enim ita factus, ut facile quidem infigatur; infixum autem evelli facile nequeat. *Cic. de Senect.* c. 13. Voluptate homines capiuntur, ut hamo pisces. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 74. Occultum visus decurrere piscis ad hamum. *Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 13. Nunc volucrem laqueo, nunc piscem ducitis hamo. *Id. Metam.* 15. v. 101. piscem hamo suspendere. et lib. 3. v. 586. linoque solebat et hamo Decipere, et calamo salientes ducere pisces. *Id.* 2. *ex Ponto,* ep. 7. v. 9. Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo, Omnibus unca cibis æra subesse putat. ¶ Per similitudinem *Id.* 11. *Metam.* v. 342. *de accipitre.* Oraque adunca dedit, curvos dedit unguibus hamos. *h. e.* ungues aduncos. *crooked talons. Id. de nuce,* v. 115. Obunci hami rubi et sentium. *prickles, thorns. Id. Metam.* 4. v. 719. Inachides ferrum curvo tenus abdidit hamo. V. *Harpe. Cels.* l. 7. c. 7. sect. 15. Diductis per retusos hamos oris cutis. *h. e.* ferramento chirurgico ad instar hami adunco, quo aliquid apprehenditur. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. Taleæ pedem longæ, ferreis hamis infixis, in terram infodiebantur: quos stimulos nominabant. *h. e.* uncis ferreis hamatis. *Plin.* l. 19. c. 1. Stupa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. *hitchels or iron combs for dressing flax or hemp. Virg. Æn.* 3. v. 467. Loricam consertam hamis, auroque trilicem. *h. e.* catenis vel circulis, inquit *Servius. a sort of rings with which coats of mail were set thick. Apul.* l. 10. *Metam.* Panes, crustula, lucunculos, hamos, lacertulos, et complura scitamenta mellita. *h. e.* dulciarios panes hami figura. ¶ Translate est artificium captandi, fallendique. *Ovid.* 3. *de art. am.* v. 425. Casus ubique valet: semper tibi pendeat hamus. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 23. captes astutus ubique Testamenta senum, neu si vafer unus et alter Insidiatorem præroso fugerit hamo, Aut spem deponas, aut artem illusus omittas. *Martial.* l. 6. epigr. 63. munera mittere in hamo. V. *Hamatus.* Lepide *Plaut. Curcul.* a. 3. v. 62. Meus hic est: hamum vorat.

HANNĪBAL. } V. in littera A.
HANNO. }

HANŬLA, parva delubra, quasi fanula, *Fest.* Volunt esse a Græco ναὸν, transpositis litteris.

HAPĂLA. V. *Apala.*

HAPALĀRE. V. *Apalare.*

HAPHE, es, f. ἁφὴ, inspersio pulveris, quo athletæ membra perfundebant, postquam ceromate inuncti essent, ut in lucta prehendere adversarium commodius possent. hoc modo illita corpora flavum colorem induebant. *Martial.* l. 7. ep. 66. Harpasto quoque subligata ludit, Et flavescit aphe. *Senec.* ep. 57. A ceromate nos aphe excepit. Respicit hic *Senec.* ad morem athletarum: sed significat immensam vim pulveris, qua conspersus fuit transeundo per cryptam Neapolitanam. ¶ Origo vocis est ab ἧφα præterit. verbi ἅπτομαι, tango. ¶ Scribitur et *Aphe.*

HAPPALOPSIS, idis, nomen condimenti fictum a joculari coquo, apud *Plaut. Pseud.* 3. 2. 47.

HAPSUS, i, m. *a handful, small roll or parcel,* ἅψος, vellus lanæ in modum vinculi, fasciæve conformatum, quo pars affecta velatur, cingitur, et fovetur: ab ἅπτω, necto, alligo. *Cels.* l. 4. c. 6. Circumdare oportet latus hapso lanæ sulphuratæ. et lib. 7. c. 26. n. 5. Inducendus hapsus lanæ mollis, tepido oleo repletus, qui pubem, et coxas, et inguina, et plagam ipsam protegat: isque subinde oleo tepido madefaciendus est.

HARA, æ, f. *a hog-sty,* porcorum stabulum. *Cic. in Pison.* c. 16. Ex hara producte, non ex schola. *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 104. Tertius immundæ cura fidelis haræ. ¶ *Hara suis* convicium est in sordidum et impurum hominem. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 39. Quomodo a suili differat, V. in *Suile.* ¶ Dicitur etiam de septo, in quo includuntur anserum pulli. *a goose-pen or coop. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 10. Iisque (*pullis anserum*) faciunt haras supra terram, &c. *et paulo post.* Cum autem sunt inclusi in haras, victui objiciunt his polentam hordeaceam. Adde *Colum.* l. 8. c. 14. *a med.*

HARĒNA. V. *Arena.*

HARIŎLA, æ, f. *a prophetess, diviner,* mulier, quæ hariolatur. *Plaut. Mil.* 3. 1. 98. Quod dem hariolæ atque haruspicæ.

HARIOLATĬO, onis, f. *a divining, conjecturing, soothsaying, foretelling,* μαντεία, actus hariolandi. *Accius* apud *Cicer.* 1. *de Divin.* c. 31. Missa sum superstitiosis hariolationibus.

HARIŎLOR, aris, dep. 1. *to divine, prophesy, foretel, soothsay, predict,* μαντεύομαι, divino, vaticinor: ab *hariolus. Cic.* 1. *de Divin. c. ult.* Neque eos, qui quæstus causa hariolantur. *Id. Attic.* l. 8. ep. 11. Non hariolans, ut illa, cui nemo credidit, sed conjectura prospiciens. ¶ Jocula- riter *Plaut. Asin.* 2. 2. 50. Dudum scapulæ gestibant mihi, hariolari quæ occeperunt, sibi esse in mundo malum. ¶ Aliquando subjicitur affirmandi causa. *Terent. Phorm.* 3. 2. 7. *Phæ.* Non mihi credis? *Do.* hariolare. *guess: what do you think?* Sic *Plaut. Asin.* 3. 2. 33. Argenti viginti minas habes ne? *Le.* hariolare. Adde *Cistell.* 4. 2. 80. Apud *Terent.* alii exponunt deliras, insanis more vatum, *you talk idly,* propter ea, quæ dicuntur in sequentibus responsionibus, *fabulæ, logi:* ut simile sit illi *Cicer. Fam.* 2. ep. 16. *ad fin.* Sed ego fortassis vaticinor: et hæc omnia meliores habebunt exitus. *et pro Sext.* c. 10. Eos, qui dicerent, subeunda pro patria pericula, vulnera excipienda, mortem oppetendam, vaticinari atque insanire dicebat. Huc facit, quod etiam apud Græcos μάντις, hariolus, est a μαίνομαι, insanio. ¶ Scribitur et *Ariolor.* V. vocem sequent.

HARIŎLUS, li, m. *a diviner, soothsayer,* μάντις, futurorum divinator (et sæpe in contemptu ponitur) qui divina mente fatur, quæ ventura sunt: ab antiquo *fariolus,* quod a *fari,* ut *Voss.* docet, et *Donat.* ad illud *Terent. Phorm.* 4. 4. 27. Interdixit hariolus: haruspex vetuit ante brumam aliquid novi negotii incipere. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 20. *ad fin.* Haruspices, augures, harioli, vates, et conjectores. *Id.* 1. *de Divin.* c. 2. Hariolorum et vatum furibundæ prædictiones. *Plaut. Amph.* 5. 2. 2. Hariolos, haruspices mitte omnes. ¶ Scribitur et *Ariolus:* sed aspirationem retinent *Manut. Dausqu. Cellar.*

HARMAMAXA. V. in littera A.

HARMŎGE, es, f. ἁρμογὴ (ab ἁρμόζω, apto, vel convenio) est apta junctura, commissura, et transitus dissimilium colorum in pictura, ut paulatim minuantur, misceanturque sic, ut transire alter in alterum in confinio videatur, ut *Plin.* docet l. 35. c. 5. sic enim veteres appellavere pictores. *the mingling or tempering of colours; the varnishing, or glossing, of different colours, where they run into one another.*

HARMONĬA, æ, f. *harmony, concord,* ἁρμονία, compositio, concordia, convenientia rerum ceteroquin dissimilium: et præsertim concentus, et consonantia vocum acutarum et gravium, in cantu et fidibus: ab ἁρμόζω, apto. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 16.) Nec illa modo contenti dissimilium concordia, quam vocant harmoniam (ἁρμονίαν *habent multi libri.*) sonum quoque his motibus dederunt. *Lucret.* l. 3. v. 98. Quamvis multa quidem sapientum turba putarunt, Sensum animi certa non esse in parte locatum, Verum habitum quendam vitalem corporis esse, Harmoniam Graii quam dicunt, quod faciat nos Vivere cum sensu. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 10. hunc *Lucretii* locum explicat. *Id. ibid.* c. 18. Harmoniam ex intervallis sonorum nosse possumus, quorum varia compositio etiam harmonias efficit plures. et l. 3. *de nat. Deor.* c. 11. Ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras existimat. De hac harmonia agit *Vitruv.* l. 5. c. 4. ¶ De versibus et cantu. *Prudent. Cathemer.* 3. v. 90. te nostra, Deus, canit harmonia. ¶ In fabulis *Harmonia,* seu *Harmonie,* (quidam *Hermionem* vocant) Ἁρμονίη, fuit uxor Cadmi, filia vero Martis et Veneris, tum genita, cum a Vulcano occultato rete deprehensi sunt. Huic Minerva et Vulcanus vestem dono dederunt sceleribus imbutam, ob quam ejus et Cadmi progenies scelerata exstitit. Tandem in senecta una cum viro in draconem versa est. *Hygin.* fab. 6. et 148. Hinc *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 85. Ut Veneri, quem luget adhuc, donetur Adonis, Unde habet Æneam Harmonienque suos? *Harmoniai* pro *harmoniæ* dixit more suo *Lucret.* l. 3. v. 132.

HARMONĬCE, es, f. *the art of harmony,* ἁρμονική, harmoniæ ars. *Vitruv. in fi.* cap. 3. l. 5. Sic theatrorum per harmonicen, ad augendam vocem ratiocinatione ab antiquis sunt constitutæ.

HARMONĬCUS, a, um, *harmonic, harmonious,* ἁρμονικὸς, ad harmoniam pertinens, et convenientiam rerum. *Varr.* l. 9. *de L. L.* c. 3. *a med.* Ut ea, quæ observant in ædificiis, et signis faciendis artifices, e queis vocantur aliæ harmonicæ, &c. *Plin.* l. 2. c. 109. Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam sibi ipsam congruere, addit huic mensuræ stadia XII millia.

HARPA, æ, f. *a harp,* instrumentum musicum, lyræ simile: ab ἅρπη, falx, quia in modum falcis ex una parte incurvum est. *Venant. Fortun.* l. 7. carm. 8. *sub fin.* Romanusque lyra plaudat tibi, Barbarus harpa.

HARPACTĬCON, *a kind of gum; a kind of plaster made of brimstone and turpentine,* ἁρπακτικὸν, dicitur genus quoddam sulphuris a celeritate avellendi: avelli enim subinde debet, cum in aliqua parte corporis medicinæ causa imponitur: ab ἁρπάζω, rapio. *Plin.* l. 35. c. 15.

HARPĂGA, æ, *seu* Harpage, es, f. *a crook or hook,* ἁρπάγη, instrumentum ferreum aduncum, ut ferrea manus, harpago, rastrum ferreum, aut hujusmodi, quo in murorum oppugnationibus utebantur: ab ἁρπάζω, rapio, quia illo quippiam apprehensum deripitur. *Sisenn.* apud *Non.* c. 18. n. 29. Falces injectas comminuunt: puteos, propius collocatis harpagis, dejiciunt. *harpagis* potest esse etiam ab *harpagum* neutr. et ita accipitur a *Nonio.*

HARPAGINETŬLUS, li, m. *a small drag; a kind of chamfered work. Vitruv.* l. 7. c. 5. Pro columnis enim statuuntur calami, pro fastigiis harpaginetuli striati, cum crispis foliis, et volutis. *h. e.* parvæ harpagæ, seu opera in modum harpagæ recurva. Alii leg. *harpages, et mituli:* alii alia comminiscuntur: alii denique locum pro desperato habent, et inexplicabili. [Sed quid reapse sint harpaginetuli, indicat pictura vetus, cujus explicationem exhibet Auctor operis, cui titulus: *Le pitture antiche di Ercolano* tom. 1. pag. 212. En illius verba: *Sembra che questa pittura ne somministri lume più chiaro per illustrar il fatto oscurissimo luogo. Sul colonnato principale della nostra pittura non si vede già un* tholus, *o sia* ciborium, *vale a dire quel cupolino, che comparisce nelle medaglie della Dea Vesta; ma un so che altro di forma circolare e straordinaria, intessuto tutto di certi lavori uncinati attissimi ad afferrare e tirarsi dietro qualunque cosa, non altrimenti che gli* harpagones, *o sieno que' ferri di punta adunca, con cui si afferrano i navigli o altra cosa. Questi dunque, che nella pittura si vedono tener luogo di fastigio, par che rappresentino bene quel che Vitruvio ha voluto spiegarci.* (*It seems that this painting furnishes us with a clearer light to illustrate this very obscure passage. On the principal colonnade of our picture is not seen a* tholus *or* ciborium, *that is to say, that small cupola which is seen in the medals of the goddess Vesta; but something of a circular and extraordinary form, interwoven entirely with certain works very proper for seizing and dragging any thing after it, like the* harpagones, *or those hooked irons, with which ships or other things are seized. These objects which in the painting are instead of a covering, seem to represent well what Vitruvius wanted to explain.*)]

HARPĂGO, onis, m. *a crook, instrument to pull stones out of walls, grappling-hook, grapple, drag,* ἅρπαξ, ἁρπάγη, instrumentum ferreum, in fine aduncum, quo aliquid apprehenditur, et deripitur, attrahiturve, ad varios usus, præsertim bellicos: ab ἁρπάζω, rapio. *Liv.* l. 30. c. 10. *a med.* Asseres ferreo unco præfixi (harpagonas vocat miles) ex Punicis navibus injici in Romanas cæpti. *Curt.* l. 4. c. 2. Ferreæ quoque manus (harpagonas vocant) quas operibus hostium injicerent, corvique, et alia tuendis urbibus excogitata præparabantur. *Plin.* l. 7. c. 56. *extr.* Harpagonas et manus invenit Pericles Atheniensis. *Auct. de B. Hispan.* c. 16. Secum extulerant harpagones ad casas, quæ stramentitiæ ædificatæ erant, diruendas. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. *circa med.* Canales autem et harpagones, et hamas instrumento contineri constat. *h. e.* unci, quibus quippiam ex puteis extrahitur. Adde *Cæsar.* l. 7. *B. Gall.* c. 81. et lib. 1. *B. Civ.* c. 57. qui priore loco idem significat, quod in *Curtii* allatis verbis: posteriore, quod in *Livii.* ¶ Ex vi originis rapacem, furacem significat: hinc *Plaut. Trin.* 2. 1. 13. Ab re consulit blandiloquentulus, harpago, mendax, cuppes, avarus.

HARPĂGO, as, a. 1. *to hook, grapple, seize, drag, plunder,* aufero, rapio: ab ἁρπαγὴ, raptus, rapina, quod ab ἁρπάζω, rapio. *Plaut. Aul.* 2. 2. 24. Hei misero mihi! aurum mihi intus harpagatum est. *Id. Bacch.* 4. 4. 11. Improbis, cum improbus sit, harpaget: furibus furetur quod queat. *Id. Pseud.* 4. 2. 2. Nihil etiam dum harpagavit præter cyathum. et 1. 2. 6. Ubi data occasio est, rape, clepe, tene, harpaga, bibe, es, fuge, hoc eorum est opus.

HARPĂGUM, gi, n. V. *Harpaga.*

HARPALȲCE, es, f. Ἁρπαλύκη, filia Harpalyci Amymnæorum, Thraciæ gentis, regis, quem senem a Getis, vel, ut alii volunt, a Myrmidonibus captum, collecta multitudine asseritur liberasse, celerius quam de femina credi potest: unde et flumina dicitur celeritate transire. Ita *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 1. v. 320. qualis equos Threissa fa-

tigat Harpalyce, volucremque fuga prævertitur Hebrum. Additur ibi alia historia, nutritam scilicet fuisse a patre eo modo, quo ipse *Virg. Æn.* 11. v. 570. *et sequentib.* Camillam a Metabo facit. Patre vero ob ferociam a civibus pulso, ac postea occiso, fugisse in silvas, et venatu ac latrociniis ita efferatam, et ejus velocitatis factam esse, ut subito ad vicina stabula decurreret, et raptis pecoribus insequentes etiam equites celeritate vinceret. Sed aliquando in plagas cervis captandis occultatas cum incidisset, deprehensam ibi, atque occisam fuisse, magno tamen occidentium malo. Cum enim inter eos orta esset contentio, cujus fuisset hædus, quem Harpalyce rapuerat, gravi certamine non sine plurium cæde dimicatum ab his: ex quo ortam consuetudinem, ut ad ejus tumulum multi convenirent, et expiationis gratia per imaginem pugnæ concurrerent. Adde *Hygin.* fab. 193. 252. et 254. ¶ Alia fuit Clymeni Schænei filii, Arcadiæ regis filia, quæ ex ipso patre puellam peperit, patrique in epulis apposuit: qui re cognita matrem interfecit. *Id.* fab. 206. et 255.

HARPASTUM, i, n. *a kind of hand-ball*, ἁρπαστὸν, genus pilæ grandioris, quam pila paganica, minoris tamen, quam follis (ab ἁρπάζω, rapio) quod plures projectam harpastum conentur arripere, et extra ludi limites ejicere. Nam hoc pilæ genus non repercutitur, sed cum multi ludentes in duas partes divisi sunt, quisque annititur pilam arripere, et ad eos, qui post se sunt viciniores limitibus, transmittere: ejusque partis victoria est, quæ pilam extra limites adversariæ partis ejecerit. Laboriosum ludi genus est, grandioribusque tantum conveniens. Cum enim multi simul pilam arripere conantur, in terram se invicem prosternunt, pulvereque et sudore infecti flavescunt. *Martial.* l. 4. epigr. 19. Seu lentum ceroma teris, tepidumque trigona, Seu harpasta manu pulverulenta rapis. *Id.* l. 7. epigr. 66. Harpasto quoque subligata ludit.

HARPAX, gis, *vel* gos, f. *a whirl, or wharve, for a spindle, made of amber*, ἅρπαξ, verticillus ex electro: ab ἁρπάζω, rapio, quod folia et festucas rapiat. *Plin.* l. 37. c. 2. *ad fin. de electro.* In Syria feminas verticillos inde facere, et vocare harpaga, quia folia et paleas, vestiumque fimbrias rapiat. ¶ Apud *Plaut. in Pseud.* est nomen servi caculæ: ibique 2. 2. *in fin.* in vocativo *Harpage* dixit, tanquam a recto *Harpagus.*

HARPE, es, f. *a short crooked sword, falchion, scimitar*, ἅρπη, ensis falcatus, et incurvus in anteriorem partem, quo Mercurius in Argum, et Perseus in Medusam usi feruntur, ut apud *Lucan.* l. 9. v. 660. *et sequentib.* et *Valer. Flacc.* l. 4. v. 388. legitur. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 69. Vertit in hunc harpen spectatam cæde Medusæ Acrisioniades, adigitque in pectus. et vers. 176. Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe. *Id. ibid.* l. 1. v. 717. falcatum ensem, l. 5. v. 8. hamatum, et l. 4. v. 719. ferrum curvo hamo appellat. ¶ Item avis ex vulturum genere, quæ contra triorchem inimicitias gerit, teste *Plin.* l. 10. c. 74.

HARPOCRATES, æ, m. Ἁρποκράτης, Græcus Philosophus, cujus eruditio ac præcepta in se maxime tendebant, ut silentium præciperet, et omnibus rebus anteponeret. Habitus est deus silentii. Hujus simulacrum in sacris Isidis et Serapidis adhibebatur, quod digito labiis impresso admonere videbatur, ut silentium fieret. *Vetus Poeta* apud *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 10. Isis, et Harpocrates digito qui significat st. ¶ Hinc proverb. *reddere Harpocratem*, pro silentium imponere. *Catull. in Gell.* carm. 74. patrui perdespuit ipsam Uxorem, et patruum reddidit Harpocratem.

HARPYIÆ, arum, f. *the Harpies*, Ἅρπυιαι, aves monstrosæ, atque obscenæ, filiæ Thaumantis, vel Typhonis et Electræ, vel Neptuni, vel Ponti et Terræ, aut Stygis; tres numero Aello, Ocypete, et Celæno, ut est apud *Serv. ad Æn.* 3. v. 209. (alii duas faciunt) eædem habitæ, quæ Furiæ, et Canes apud Inferos; in Superis vero Diræ. Jovis canes dictæ, famis præsides, invulnerabiles propter plumarum levitatem, vultu virginum præditæ, pallentes ore ræ fame, uncis pedibus armatæ, ingluvie insatiabili, alvo purcissima, odore tetro. *Hygin.* fab. 14. appellat Aellopum, Acholoen, Ocypeten, et fuisse ait capitibus et pedibus gallinaceis, unguibus magnis, alas et brachia humana habentes, pectus album, femina item humana. Olim in Strophadibus insulis habitaverunt, Phineia postquam clausæ domus (V. *Phineus*) ut ait *Virg.* 3. *Æn.* v. 210. et *sequent.* ubi eas describit. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 40. Harpyiis gula digna rapacibus. *Valer. Flacc.* lib. 4. v. 428. Insuper Harpyiæ Typhonides, ira Tonantis, Depopulant. Ipsa vox trisyllaba est, cum pænultima diphthongo impropria constet, quæ duobus modis Græce scribitur, scilicet vel supposital ateri τῆς υ vocali ι, Ἁρπυῖαι, et Ἅρπυιαι, vel apposita Ἁρπυῖαι, *Charis.* tamen teste *Pierio ad Æn.* v. 248. negat pertinere ad υ, et esse diphthongum, sed sequentem α, et esse consonantem, ut in *jam, major*, &c. Adhuc tamen *Harpyia* trisyllaba est. Sed per diæresin quadrisyllabam facit *Rutil.* l. 1. v. 608. Circumsistentes reppulit Harpyias. Ubi alii leg. *Harpuias*, ex consuetudine vertendi υ in *u* Latinum. ¶ In singulari numero *Virg. Æn.* 3. v. 365. Sola novum, dictuque nefas Harpyia Celæno Prodigium canit. Adde *Senec. in Med.* v. 782. Nomen est canis rapacissimæ in illo *Ovid.* 3. *Metam.* v. 215. et natis comitata Harpyia duobus. ¶ Translate dicitur de rapaci homine, et avaro. *Rutil. loc. cit.* et *Sidon.* l. 5. ep. 7.

HARŪGA, et

HARVĪGA. V. *Arviga.*

HARUNDO, &c. V. *Arundo.*

HARUSPEX, *et* Aruspex, icis, m. *one who foretold future events by inspecting the entrails of victims; a soothsayer, diviner*, ἱεροσκόπος, θυοσκόπος, βωμοσκόπος, qui exta victimarum inspicit, atque ex iis futura prædicit: et differt ab *auspice*, et *augure*, qui ab avibus inspiciendis dicti sunt. Haruspices Romam ex Etruria primum acciti fuere. Ibi enim eorum disciplina maxime viguit: ad quam ediscendam Romani aliquando principum civium filios eo mittere consueverunt, ut *Cic.* l. 1. *de Divin.* cap. 41. et *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 1. narrant. Præcipuum haruspicum munus erat sacrificantibus adesse, cæsaque victima, ejus exta diligenter inspicere, et quid iis portenderetur, significare. Stabant ad hoc officium cinctu Gabino incincti, barba rasa, cultrum manu tenentes, quo viscera victimæ secabant, et rimabantur: habebantque eorum prædictiones summam fidem, non secus ac augurum. Sed et alia observabant, præter victimas. Interpretabantur enim prodigia et monstra, quæcumque acciderent, fulmina, et alia hujusmodi piacularia, ut ex *Cicer.* 3. *Catil.* c. 8. et ex ejusdem oratione *de Haruspicum responsis* apparet. Crescente Romæ eorum numero, factum est Collegium, seu Ordo, ex quo sumebantur, qui Consulibus, Pontificibus, aliisque Magistratibus in Urbe, et Imperatoribus in exercitu, dum sacrificabant, præsto essent. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 39. Quid enim habet haruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, et proferat diem? quid augur, cur a dextra corvus, a sinistra cornix faciat ratum? *Sil.* l. 5. v. 162. dum vos augur, et extis Quæsitæ fibræ, vanusque moratur haruspex. *Virg.* 11. *Æn.* v. 739. dum sacra secundus haruspex Nuntiet. *h. e.* nuntians prospera esse exta victimarum. ¶ Sumitur etiam universim pro eo, qui quacumque ratione futura prædicit. *a prophet. Propert.* l. 3. el. 11. v. 59. Proloquar: atque utinam patriæ sim vanus haruspex: Frangitur ipsa suis Roma superba bonis. ¶ Scribitur et *Aruspex*: sed pro aspiratione stant *Manut.* et *Cellar.* ex auctoritate *Donati ad Terent. Phorm.* 4. 4. 28. et quamplurium veterum Inscription.

HARUSPĪCA, *et* Aruspica, æ, f. mulier, quæ haruspicinam facit. *Plaut. Mil.* 3. 1. 98. Præcantatrici, conjectrici, hariolæ, atque haruspicæ. ¶ Item haruspicis ars. V. *Haruspicium.*

HARUSPICĪNUS, *et* Aruspicinus, a, um, *relating to an* haruspex, ad haruspices pertinens. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 33. Quod Etruscorum declarant et haruspicini, et fulgurales, et rituales libri. ¶ *Haruspicina, æ,* (subaudi *ars*, aut *disciplina*) est idem ac haruspicium. *the art, or profession, of an* haruspex. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 23. Oratio, qua haruspicinæ disciplina continetur. *Id.* 6. *Fam.* ep. 18. Haruspicinam facere.

HARUSPICĪUM, *et* Aruspicium, ii, n. disciplina et officium haruspicum. *Catull.* carm. 89. *in Gell.* et discat Persicum haruspicium. *Plin.* l. 7. c. 56. Haruspicium invenit Delphus. Quidam Codd. MSS. habent *haruspicam* eodem sensu, teste *Harduino.*

HASTA, æ, f. *a spear, lance, pike, javelin*, λόγχη, δόρυ, telum missile, inventum Lacedæmoniorum, teste *Plin.* l. 7. c. 56. Est autem lignum teres ferrea cuspide præfixum, quo eminus pugnatur. Differt a pilo, quo legionarii utebantur: hasta vero auxiliarii, ut ex *Tacito* constat *Ann.* 12. c. 35. A lancea, quæ peregrina est: hasta vero Romana. Porro hastarum triplex erat genus: unum breviores continet, quæ manu emittuntur: alterum longiores, graviores que, quas et manu retinere, et jaculari etiam possent: tertium gravissimas, quæ tormentis emittebantur. *Cic. de Senect.* cap. 6. *a med.* Eminus hastis, cominus gladiis uti. *Id.* 2. *de Fin.* c. 30. Evelli eam jussit, qua erat transfixus, hastam. (*Id.* 5. *Fam.* ep. 12. hoc idem narrans, *spiculum* vocat.) *Id.* 1. *de Orat.* c. 57. Hastas torquere. et lib. 2. c. 78. jactare. et cap. 80. vibrare. *Flor.* l. 2. c. 17. quatere. *Virg.* 12. *Æn.* v. 431. coruscare. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 66. dirigere in aliquem. et lib. 11. v. 8. mittere in os alicujus. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 270. conjicere. *Virg.* 10. *Æn.* v. 521. infensam hastam contendere. *h. e.* jacere. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 21. protendere, aut colligere. *h. e.* extendere, aut reducere, seu receptare, ut *Virg.* 10. *Æn.* v. 583. loquitur, et cap. 20. mittere e tormentis. et lib. 4. c. 49. jacere. et lib. 13. c. 39. incutere. et lib. 7. c. 81. ingerere. *Id.* 3. *Hist.* c. 17. Hasta aliquem transverberare. et l. 5. c. 18. fodere. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 711. perforare. *Plaut. Capt.* 3. 4. 20. insectari aliquem. *Curt.* l. 4. c. 4. transfigere. *Nepos in Chabr.* c. 1. Hastam projicere. *Virg.* 11. *Æn.* v. 612. adversis Tyrrhenus, et acer Aconteus Connixi incurrunt hastis. et lib. 12. v. 923. volat atri turbinis instar, Exitium dirum hasta ferens, orasque recludit Loricæ, et clypei extremos septemplicis orbes: Per medium stridens transit femur. ¶ *Abjicere hastas* translate est causæ diffidere, et de re desperare. *to call for quarter. Cic. pro Mur.* c. 21. *ad fin. de candidato.* Vides ne tu illum tristem, demissum? jacet, diffidit, abjecit hastas. ¶ Alii quoque hastæ usus in bello. *Virg. Æn.* 12. v. 398. ingentem nixus in hastam Æneas. et lib. 9. v. 329. Stant longis adnixi hastis, et scuta tenentes. et vers. 465. Quin ipsa arrectis (visu mirabile) in hastis Præfigunt capita. *Tacit. Ann.* 3. c. 21. Donatusque est ab Apronio torquibus et hasta. *Sueton. in Claud.* c. 28. Quem etiam Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donavit. *Plin.* l. 7. c. 28. Donatus hastis puris duodeviginti. *hasta pura* est sine ferro, quæ dabatur ei, qui primus in prœlio vicisset, ut ex *Varrone* docet *Serv. ad Æn.* 6. v. 760. et *Fest.* Ideo autem pura dabatur, quia pacis erat insigne, non belli: pacis, inquam, quæ victoriam virtute partam sequi solet. Nam hasta cum ferro erat insigne belli: unde mos fuit hastam ferratam, aut sanguineam præustam in eorum fines emittere, quibus bellum per Feciales indicebatur, ut est apud *Liv.* l. 1. c. 32. et Carthaginienses, inquit *Fest.* cum bellum vellent, hastam Romam miserunt. (V. *Gell.* l. 10. c. 27.) Addit *Varro* apud *Serv. ad Æn.* 9. v. 53. duces quoque, cum primum hostilem agrum introitum ierant, ominis causa prius hastam in eum agrum misisse, ut castris locum caperent. ¶ Hastam inter gymnasticas exercitationes enumerat. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 73. et 3. 3. 24. et *Mostell.* 1. 2. 73. ¶ Hastæ usus etiam in nuptiis fuit. Sponsus enim sponsæ comam hastæ cuspide distinguebat. V. dicta in *Cælibaris.* ¶ Fuit olim hasta insigne regum, qui eam pro diademate gestabant, sceptrum a Græcis dictam. Nam et ab origine rerum, pro diis immortalibus Veteres hastas coluere: ob cujus religionis memoriam adhuc deorum simulacris hastæ adduntur. Hæc *Justin.* l. 43. cap. 3. ¶ Quia initio mos fuit, ut præda bello parta cum venderetur, hasta posita exponeretur, ad illud ipsum scilicet denotandum, quod bellica præda esset; inde ortus est mos, ut in auctionibus poneretur hasta, itemque in locationibus: quæ ideo et pro auctione ipsa ponitur, *an auction, public sale. Cic.* 2. *Offic.* c. 8. *de Sulla.* est enim ausus dicere, hasta posita, cum bona in foro venderet et bonorum virorum, et locupletum, et certe civium, prædam suam se vendere. *Id. Phil.* 4. c. 4. Quos non bonorum damnatio, non agrorum assignatio, non illa infinita Pompeii hasta satiavit. *Id.* 12. *Attic.* ep. 3. Nomen illud quod a Cæsare, tres habet conditiones, aut emptionem ab hasta, aut delegationem a mancipe, &c. *Nepos in Attic.* c. 6. Ad hastam publicam nunquam accessit. *h. e.* ad auctionem, quæ publice a Magistratu fieret. nam et privatorum auctio erat, ut in proxime allato *Cicer.* loco. *Colum. in præfat.* l. 1. *a med.* Ibi nunc ad hastam locamus, ut, &c. *are let by public auction. Liv.* l. 24. c. 18. *a med.* Cum censores se jam locationibus abstinerent, convenere ad eos, qui hastæ hujus generis assueverant. *to contracts of this kind. Id.* l. 23. c. 38. Comitibusque eorum sub hasta venditis. *sell by public auction. Tacit.* 13. *Ann.* c. 28. Jus hastæ adversus inopes inclementer augere. ¶ Etiam centumviri, cum in foro sedebant judicaturi, hastam adhibuere. V. *Centumviri.* ¶ Translate *hastæ* sunt argumenta oratoria. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 57. et *de clar. Orat.* c. 78. et *in Top.* c. 17. ¶ Denique *hasta* est genus cometæ hastæ figura, Græcis quoque λογχίτης dictæ. *Plin.* l. 2. c. 25. [¶ Est etiam mentula. *Auct. Priap.* carm. 44. v. 1. Velle quid hanc dicas, quamvis sim ligneus, hastam, et v. 4. Utetur veris lusibus hasta rudis.]

HASTARĪUM, ii, n. auctio, quæ sub hasta fit, vel locus ubi fit auctio: vel liber, in quo auctiones perscribuntur. Totidem enim modis interpretantur illud *Tertull. in Apolog.* c. 13. Deos in hastario, vectigales habetis.

HASTARĪUS, ii, m. miles hasta armatus. *Ammian.* l. 27. c. 2. *ad fin.* (*al.* c. 3.) Cum paucis captus ab hastariis. Al. aliter leg. Apud *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 2. hastarii iidem sunt qui hastati in R. militia.

HASTĀTUS, a, um, *armed with a spear*, λογχοφόρος, hasta armatus. *Curt.* l. 3. c. 3. *a med.* Currum decem millia hastatorum sequebantur: hastas argento exornatas, spicula auro præfixa gestabant. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 14. Prima utcumque acies hastata: ceteris præusta, aut brevia tela. *Stat.* 2. *Theb.* v. 718. Nec magis ardentes Mavors, hastataque pugnæ Impulerit Bellona tubas. ¶ Hastati milites apud Romanos erant unum e quatuor peditum generibus, quibus legio constabat (alii enim erant velites, alii hastati, alii principes, alii triarii) ita dicti, quod primo hastis pugnabant, uti docet *Varro* l. 4. *de L. L.* c. 16. *an order of soldiers in the Roman legion, who fought in the first line.* Hinc *Enn.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 1. *a med.* Hastati spargunt hastas: fit ferreus imber. *an iron shower.* Postea vero pilis et gladiis usi sunt: hastæ apud velites remanserunt. Erant hi flos juvenum pubescentium, ut *Liv.* l. et cap. 8. loquitur: qui primi pugnam inibant, et si profligare hostem non possent, recipiebant se post principes, qui prœlium resumebant, &c. Atque hæc intellige, republica stante. nam sub Cæsaribus immutata res est, et principes hastati in acie antepositi, ut ex *Veget.* l. 1. *de re milit.* c. 20. et lib. 2. c. 2. 8. et 15. et alibi colligitur. *Liv.* l. 22. c. 5. Pugna exorta est, non illa ordinaria per principes, hastatosque, et triarios. V. *cit.* l. 8. c. 8. ¶ Hastatorum decem erant ordines, ut est apud *Ovid.* 3. *Fast.* v. 128. quorum primus dicebatur *primus hastatus*, alter *secundus*, et sic deinceps reliqui. *Liv.* l. 42. c. 34. In eo exercitu miles gregarius fui: tertio anno virtutis causa mihi T. Quintius decumum ordinem hastatum assignavit. *h. e.* centurionem fecit in postremo hastatorum ordine.

Hic enim primus fuit gradus ascendentium e gregaria militia. *Id. ibid. paulo post.* Hic me Imperator dignum judicabit, cui primum hastatum prioris centuriæ assignaret. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 35. Cum signifer primi hastati signum non posset movere loco. *the standard-bearer of the first maniple of the* hastati. Adde *Liv.* l. 26. c. 5. *ad fin.* ¶ *Primus* et *secundus hastatus* sunt etiam nomina ejus, qui primo et secundo hastato præest, si fides est *Vegetio*, qui lib. 2. *de re milit.* hæc de his habet cap. 8. Primus hastatus duas centurias, idest ducentos homines ducebat in acie secunda (h. e. *inter hastatos, quando, mutato ordine, post principes in acie locati sunt, ut dictum est.*) quem nunc ducenarium vocant. *et mox.* Item secundus hastatus centuriam semis, idest centumquinquaginta homines regebat. ¶ *Hastatus* etiam absolute de eo dici quidam putant, qui primum hastatum ducit, in illo *Flori* l. 1. c. 18. C. Minutius, quartæ legionis hastatus, unius proboscide abscissa, &c. Ita *Lips. de militia R.* l. 2. dial. 3. ubi plura de his.

HASTĬCUS. V. *Astycus.*

HASTĬFER, a, um, hastam ferens, hastatus. *Inscript.* apud *Reines.* class. 1. n. 163. Mamerius magister astiferorum. *of the halberdiers or spearmen.* Ubi nota omissam aspirationem. nam et *asta* alicubi legitur: quod tamen non est imitandum.

HASTĪLE, ii, n. *the long round piece of wood on which the iron of a spear is fixed; a shaft, rod,* δόρυ, lignum hastæ, itemque ipsa hasta: et generatim quodvis lignum teres et oblongum, quale est in hasta. *Nepos in Epamin.* c. 9. Ferrum quod ex hastili in corpore remanserat. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 7. Q. Scævola confectus senectute, et membris omnibus captus ac debilis, hastili nixus. *Virg.* 3. *Æn.* v. 23. densis hastilibus horrida myrtus. *Id.* 2. *Georg.* v. 358. Tum leves calamos, et rasæ hastilia virgæ, Fraxineasque aptare sudes. *Plin.* l. 17. c. 23. Gracilitatem vitium firmare circumligatis hastilibus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 317. Bina manu lato crispans hastilia ferro. ¶ De ipsa hasta, aut telo. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 28. Torserat adductis hastilia lenta lacertis. *Senec. in Hippol.* v. 396. læva se pharetræ dabit: Hastile vibret dextra Thessalicum manus.

HASTŬLA, æ, f. *a little spear or rod*, parva hasta, vel virga. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 31. Omnium percussarum arborum contra fulmina hastulæ surgunt. *nisi malis* assulas *legere, aut intelligere.* [*Fronto de oration.* l. 2. frag. 1. *ad fin.* Pugnare oportet, non parmulam ventilare, neque hastulis histrionum ludere.] ¶ *Hastula regia* a Latinis dicitur radix et bulbus asphodeli, ut *Plin.* l. 21. c. 17. *ad fin.* docet. *the herb asphodel.* Tota item herba sic appellatur, ut innuit *Apul. de herb.* c. 32. quam Latini fortasse sic appellarunt, quia florens regii sceptri (quod brevis veluti hasta est) speciem refert: vel quia est herbarum clarissima: quam ob causam et heroion, ἡρώειον dicta est, ut *Plin.* l. 22. c. 22. scribit. Quare rectius *hastula*, quam *astula* scribitur. ¶ *Hastula* alio sensu V. in *Astula.*

HAU. V. *Au.*

HAUD, adverb. *not*, οὐ, οὐκ, non, nequaquam: ab οὐδὲ, vel οὐδ': seu οὔτε, vel οὔτ'. Veteres pro *haud* dicebant *aud*, et *aut.* Eodem enim modo et disjunctivam, et negantem particulam scribebant. In optimis libris etiam *haut* legitur, quod simile est ac *aput* pro *apud*, et *adque* pro *atque.* Sunt qui putant semper *haut* scribi oportere: suut etiam qui ita distinguunt, ut *haut* ante consonantes, *haud* ante vocales. Sed hæc nimis acuta videntur. Nunc est consuetudo, ut *haud* solummodo scribatur: quæ optimis libris, et doctis viris defenditur. Habet quidem eandem vim, quam *non*: sed usu differt. neque enim ubique *non* poni potest, ubi *haud* adhibetur. Fere cum adverbiis jungitur. *Cic. de Senect.* c. 2. Rem haud sane difficilem admirari videmini. *Id. Fam.* 7. ep. 1. Næ tu haud paulo plus, quam quisquam nostrum, delectationis habuisti. *Liv.* l. 2. c. 60. Laudibus haud minus, quam præmio, gaudent militum animi. *Nep. in Pausan.* c. 1. Haud ita magna fugatus est. *Id. in Datam.* c. 4. Cognoscit haud longe abesse. *Terent. Heaut.* 2. 3. 82. haud stulte sapis. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 15. Haud aliter dicetis. *Id. Curcul.* 2. 3. 26. Haud magis cupis. *Terent. Eun.* 2. 3. 67. haud diu est. *Id. Andr.* 3. 1. 2. haud ferme invenias. *Curt.* l. 3. c. 5. *sub fin.* Inexperta remedia haud injuria ipsis esse suspecta. *Id.* l. 1. c. 1. *a med.* Haud dubie debilior futurus fuit. et lib. 7. c. 5. Haud secus, quam continenti incendio. *et ibid.* Haud procul castris. *Sueton. in Galb.* c. 19. Haud multo post. *Id. in Vespas.* c. 14. haud ultra verba. *Id. in Tito*, c. 6. haud cunctanter. *Sil.* l. 2. v. 332. et *Liv.* l. 33. c. 11. et lib. 10. c. 6. et 25. haud dum. *h. e.* nondum. *not yet.* ¶ Non ita sæpe adjectivis. *Liv.* l. 21. c. 1. Haud ignotæ belli artes, sed expertæ. *Terent. Andr.* 3. 2. 49. haud dubium est mihi, quin, &c. *Justin.* l. 6. c. 2. Haud mediocrem fructum tulit. et lib. 23. c. 2. Fraudi haud lætus eventus fuit. et lib. 44. c. 4. haud inferior velocitate. *Sueton. in Ner.* c. 5. haud ignarus. *Id. in Oth.* c. 5. haud dubia fiducia. ¶ Minus etiam sæpe verbis. *Cic. de Harusp. resp.* c. 1. Haud potest gravioribus a me verbis vulnerari, quam, &c. *Phædr.* l. 3. fab. 2. v. 16. Damnum haud recusant. *Plaut. Mil.* 3. 1. 34. Haud sum annos natus præter quinquaginta et quatuor. *Id. Pœn.* 4. 2. 36. Quamquam haud otium est. *Id. Cistell.* 1. 1. 49. haud me pœnitet. *Id. Bacch.* 5. 2. 15. haud scio, quid eo opus sit. *Petron. in Satyr.* c. 99. haud mora. *subaudi* fit. ¶ *Haud vidi magis* formula est ironica, affirmantis quidem, et assentientis, sed cum ironia, et irrisione. *Plaut. Amph.* 2. 2. 47. Exspectatus ne advenio? *So.* haud vidi magis. *far from it. Id. Pœn.* 1. 1. 12. Amans per amorem si quid feci, Milphio, ignoscere id te mihi, æquum est. *Mil.* haud vidi magis. Et ego nunc pereo: sine, te verberem. Adde *Capt.* 3. 4. 29. Simile est illud *Cicer. pro Sext.* c. 51. Est enim homo iste populo R. deditus. Nihil vidi magis. ¶ *Haud* pro non tam. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 8. Ad Drusum pergit, quem haud fratris interitu trucem, quam remoto æmulo, æquiorem sibi sperabat. ¶ *Haud scio an* est dubitantis, ita tamen, ut in eam partem, quam dicit, propendeat: estque veluti temperatio alicujus sententiæ, quam aperte affirmare non audemus. *Cic. Fam.* 9. ep. 15. Est id quidem magnum: atque haud scio an maximum. *and perchance.* et lib. 2. *de nat. Deor.* c. 4. Vir sapientissimus, atque haud scio an omnium præstantissimus. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 52. Idque adeo haud scio, mirandum ne sit. *Cic. de Amic.* c. 14. Atque haud scio, an ne opus sit quidem, nihil unquam omnino deesse amicis. ¶ Aliquando ponitur pro dubito, non liquet. *Id. in Pison.* c. 17. Atque haud scio, an malim, te videri nullo pudore fuisse, an amicos tuos plus habuisse pudoris, &c. ¶ *Haud erit ut*, non fiet, fieri non poterit, ut. *Lucret.* l. 3. v. 716. Haud erit, ut merito immortalis possit haberi. ¶ Reperitur etiam cum alia negatione junctam: et adhuc negans more Græcorum. *Plaut. Epid.* 5. 1. 57. Neque ille haud objiciet mihi. *Id. Aulul.* 2. 4. 7. haud non velles dividi. Adde illud *Sallust. in fragm.* apud *Donat. ad Terent. Andr.* 1. 2. *in fi.* haud impigre, neque inultus occiditur. ¶ Affirmat tamen in illo *Livii* l. 1. c. 3. haud nihil ambigam (quis enim rem tam veterem pro certo affirmet?) hiccine fuerit Ascanius, an, &c.

HAUDQUĀQUAM, *by no means, not at all*, οὐδέπη, μηδενὶ τρόπῳ, nullo modo, nequaquam. *Terent. Heaut.* 1. 2. 1. Haudquaquam etiam cessant. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 9. *ad fin.* Homo prudens et gravis, haudquaquam eloquens. *Sallust. in Catil.* c. 3. Gloria haudquaquam par. *Liv.* l. 7. c. 26. haudquaquam certamine ambiguo. *Virg.* 4. *Georg.* v. 454. tibi has miserabilis Orpheus, Haudquaquam ob meritum, pœnas . . . suscitat.

HAVE, *et* Haveo. V. in littera A.

HAURĬO, ris, si, stum, *et* sum, *raro* rivi, *vel* ii, itum, a. 4. *to draw, draw forth or out*, ἀρύω, educo, extraho, et fere de liquoribus dicitur: a voce Græca allata. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 333. Stringite, ait, gladios, veteremque haurite cruorem. *Cic.* 1. *Acad.* c. 2. haurire a fontibus. *Id.* 1. *Offic.* c. 2. *ad fin.* et *pro Arch.* c. 6. E fonte haurire. *Id.* 6. *Fam.* ep. 6. *a med.* Eodem fonte hausturus. *Id. de clar. Orator.* c. 69. haurire de fæce. et cap. 83. de dolio. *Id. Agrar.* 2. c. 13. Sumptum haurire ex ærario. *Lucret.* l. 6. v. 140. *de vento.* Arbusta evolvens radicibus haurit ab imis. *tears up.* ¶ Est etiam exhaurire, vacuum reddere, vorare. *Virg. Æn.* 1. v. 742. Ille impiger hausit Spumantem pateram. *drained, drank off, emptied. Ovid.* 14. *Metam.* v. 277. Pocula arenti sitientes hausimus ore. *Cic.* 11. *Phil.* c. 5. Quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cujus sanguinem non bibere censetis? *Plin.* l. 8. c. 14. In India serpentes in tantam magnitudinem adolescere, ut solidos hauriant cervos, taurosque. *swallow, devour.* Sic *Colum.* l. 8. *c. ult. a med.* Quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt. *Macrob.* l. 9. epigr. 84. Hausisti patrias luxuriosus opes. *you have exhausted, squandered, run through. Plin.* l. 36. c. 15. *a med.* Hauriri urbes terræ hiatibus. *are swallowed up. Ovid.* 3. *Fast.* v. 592. canas alveus haurit aquas. *h. e.* navis accipit in se insilientes turbati maris undas. ¶ Translate *Stat.* 1. *Theb.* v. 368. Incertusque viæ per nigra silentia vastum Haurit iter. *h. e.* celeri passu conficit, et quasi viam devorat. *Virg.* 4. *Georg.* v. 427. cælo et medium sol igneus orbem Hauserat. *had passed over and accomplished.* ¶ Sæpe est percipere, sentire. *Virg.* 4. *Æn.* v. 359. vocemque his auribus hausi. *I heard.* et vers. 661. Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. *see, witness, or enjoy, the sight. Liv.* l. 27. c. 51. Oculis auribusque haurire tantum gaudium cupientes. *Virg. Æn.* 12. v. 26. simul hoc animo hauri. *attended to, listened to.* et lib. 10. v. 898. ut auras suspiciens hausit cælum. *respired.* et 2. *Georg.* v. 340. Cum primæ lucem pecudes hausere. *began to see.* ¶ Pro audire, absolute. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 262. stupet in ducibus, magnumque sonantes haurit. ¶ Translate est sumere, percipere. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 6. Quoque affluentius voluptates undique hauriat, eo gravius ardentiusque sitientem. *Curt.* l. 5. c. 5. *in fin.* Utinam Darius aliquid ex hac indole hausisset. *had derived. Horat.* l. 1. sat. 2. v. 78. unde laboris Plus haurire mali est, quam ex re decerpere fructus. *Id. in fi.* sat. 4. lib. 2. haurire vitæ præcepta beatæ. *Cic. pro Sext.* c. 29. *extr.* luctum et dolorem animi. *Virg.* 10. *Æn.* v. 648. spem animo. *to conceive.* Sic *Tacit.* 1. *Hist.* c. 51. Expugnationes urbium, populationes agrorum, raptus penatium hauserant animo. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 35. *extr.* Quot, quantas, quam incredibiles hausit calamitates. *has endured*, exantlavit. *Virg.* 4. *Æn.* v. 382. Spero equidem, in mediis, si quid pia numina possunt, Supplicia hausurum scopulis. *h. e.* passurum, luiturum, pœnas daturum. *Petron. in Satyr.* c. 22. Minimum veluti gustum hauseram somni. ¶ Præterea significat consumere, absumere. *Liv.* l. 5. c. 7. Horæque momento simul aggerem ac vineas, tam longi temporis opus, incendium hausit. *Id.* l. 30. c. 5. *extr.* Multos in ipsis cubilibus semisomnos hausit flamma. *Tacit. Ann.* 16. c. 18. Haurire sua. *to consume, waste, squander.* ¶ Huc pertinet et illud *Stat. Theb.* 1. v. 537. pariter pallorque ruborque Purpureas hausere genas. *h. e.* abstulere purpureum colorem genarum. ¶ Ponitur et pro perfodere, confodere. *to pierce, transfix, stab, penetrate. Liv.* l. 7. c. 10. *a med.* Uno alteroque subinde ictu ventrem atque inguina hausit. *Virg.* 10. *Æn.* v. 313. huic gladio perque ærea suta, Per tunicam squalentem auro latus haurit apertum. ¶ Absolute *Valer. Flacc.* l. 6. v. 554. peditem pedes haurit Amastrum. ¶ Huc pertinet illud *Virg.* 3. *Georg.* v. 105. exsultantiaque haurit Corda pavor pulsans. *h. e.* ferit, percellit. ¶ De altero præterito *haurivi*, hæc habe. *Varr.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 905. *Putsch.* Cum inde haurierint. *Apul.* l. 2. *Metam.* Lagena facilis hauritu. *Juvenc. Presb. in* cap. 4. *Joann.* l. 2. *de Evang. hist.* v. 253. Hauritura cavis putei penetralibus undas. *Apul.* l. 6. *Metam.* Indidem mihi de scaturigine rorem hauritum ista deferto urnula. ¶ *Hauribant* pro *hauriebant* (quod in 4. conjugat. frequens est) dixit *Lucret.* l. 5. v. 1323. ¶ *Hausus sum* deponentis forma pro *hausi. Solin.* c. 5. (*al.* 11.) *circa med.* Foramen, qua Diten patrem, ad raptus Liberæ exeuntem, fama est lucem hausum.

HAUSTOR, oris, m. *a drawer or drinker*, qui haurit, aut bibit. *Lucan.* l. 9. v. 591. Ultimus haustor aquæ. Adde *Jul. Firmic.* l. 8. c. 29.

HAUSTRUM, i, n. *a bucket*, ἄντλιον, machinæ genus est, teste *Budæo*, rotam habens, qua calcata aquam e puteis, vel fluminibus haurimus: ab *haurio.* Sed *Nonius* cap. 1. n. 43. mavult, haustra esse ipsos cados, hoc est situlas, in hujusmodi machinis, quibus aqua hauritur. Alii dicunt haustra vocari, quæ *Vitruv.* l. 10. c. 9. sunt modioli rotæ additi ad aquam hauriendam: quod cum *Nonii* sententia fere convenit. *Lucret.* l. 5. v. 517. Ut fluvios versare rotas, atque haustra videmus.

HAUSTUS, a, um, *drawn, taken up*, extractus, eductus. *Cic.* 1. *de Fin.* c. *ult.* Omnia hausta e fonte naturæ. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 50. hausta aqua de jugi puteo. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 294. palmis hausta duabus aqua. *Id.* 14. *Metam.* v. 129. et suspiratibus haustis. *and having heaved a sigh.* ¶ Translate *Cic.* 2. *de Divin.* c. 11. Divinitas, unde omnes animos haustos, aut acceptos, aut libatos habemus. ¶ Item hauriendo absumptus. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 679. haustum cratera repleri sponte sua. *drained, emptied. Tacit.* 16. *Ann.* c. 16. *extr.* Haustum venenum. *taken, drunk.* ¶ Item consumptus. *consumed, destroyed. Tacit.* 12. *Ann.* c. 58. Bononiensis colonia igni hausta. ¶ Item devoratus, absorptus. *swallowed, devoured. Valer. Flacc.* l. 4. v. 48. Domus hausta fluctu. *Plin.* l. 2. c. 80. Mœnia hiatu profundo hausta. *Ovid. Fast.* 3. v. 600. Puppis et, expositis omnibus, hausta perit. *Liv.* l. 33. c. 41. Naves haustæ mari. ¶ Translate *Stat.* 1. *Achill.* v. 303. totisque novum bibit ossibus ignem: Nec latet haustus amor.

HAUSTUS, us, m. *a drawing or drinking*, ἄντλησις, eductio liquoris ex aliquo loco. *Colum.* l. 1. c. 5. Putealis quæratur aqua, quæ non sit haustus profundi. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 356. Haustus aquæ mihi nectar erit. *a draught.* et l. 3. *Fast.* v. 274. exiguis haustibus bibere. *by small draughts. Flor.* l. 3. c. 21. Catulus se ignis haustu ludibrio hostis exemit. *by swallowing fire.* ¶ Est etiam jus hauriendi aquam e puteo, aut fonte vicini. Hinc *haustus* mentio fit in lapidibus sepulcralibus, in quibus de *itu, aditu,* et *ambitu.* nam præter hæc tria jura aliquando jus haustus addebatur, propter usum aquæ in inferiis et sacrificiis mortuorum. *Cic. pro Cæcin.* c. 26. Aquæductus, haustus, iter, actus. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 8. tit. 3. leg. 1. et V. *Ambitus, us.* ¶ Translate *Curt.* l. 5. c. 5. Alium domi esse cæli haustum, alium lucis aspectum. *another air, another climate. Virg.* 4. *Georg.* v. 220. Esse apibus partem divinæ mentis, et haustus Ætherios dixere. *h. e.* divinos spiritus: haurire nempe eas e cælo spiritum. *Quintil.* l. 12 c. 2. *extr.* Justitiæ haustus bibere. *Horat.* l. 1. ep. 3. v. 10 Pindarici fontis qui non expalluit haustus. *h. e.* ausus est Pindarum imitari.

HE

HEAUTONTIMORUMĔNOS, *the self-avenger, self punisher, self-tormentor*, ἑαυτὸν τιμωρούμενος, ipse se puniens, ut *Cic.* vertit *Tuscul.* 3. c. 27. Græca vox, qua inscribitur una ex Comœdiis *Terentii*, in qua senex Menedemus seipsum parce et duriter accipit, excruciatque, quod sævitia sua filium Cliniam in militiam proficisci compulerit [† Cf. *Horat. Sat.* 1. 2. 20. Ita ut pater ille, Terenti Fabula quem miserum gnato vixisse fugato Inducit, non pejus *cruciaverit*, atque hic.] *Gell.* l. 4. c. 9. Idcirco a Terentius in Heautontimorumeno, Tum quod dem ei, &

HEBDOMĂDA, æ, f. *a week, septenary, hebdomas*, ἑβδομὰς, idem quod hebdomas. *Gell.* l. 3. c. 10. *ad fin.* Eosque dies omnium maxime κριτικοὺς ἢ κρισίμους cuique videri, primam hebdomadam, et secundam, et tertiam.

in fi. Se quoque jam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse (*h. e. annum quartum et octogesimum*) et ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse. *h. e.* quadringentos et nonaginta. De *Varrone* loquitur.

HEBDOMADĀLIS, le, adject. *hebdomadal, hebdomadary*, ad hebdomadam pertinens. *Sidon.* l. 9. ep. 3. *a med.* Ecclesia dedicata festis hebdomadalibus.

HEBDŎMAS, adis, f. *a week; the number seven*, ἑβδομάς. Non solum de diebus dicitur, sed etiam de annis, et quibuscumque rebus, quæ septenario numero comprehenduntur. *Varr.* apud *Gell.* l. 3. c. 10. Septima autem fere hebdomade, idest nono et quadragesimo die, totus homo in utero absolvitur. *Gell.* l. 15. c. 2. In conviviis juvenum, quæ agitare Athenis, hebdomadibus lunæ, solemne fuit. *h. e.* septimo quoque lunæ die. *every quarter of the moon.* ¶ Usurpatur etiam de critico Medicorum die, qui in morbis certa vel salutis, vel mortis signa afferre solet. *Cic. Fam.* 16. ep. 9. Symphoniam Lysonis velim vitasses, ne in quartam hebdomada incideres. *lest you should fall on the fourth critical day, and thus endanger a relapse of your disease. Manut.* legit *hebdomadem.* Alii *hebdomadam.*

HEBDOMATĬCUS, a, um, adject. ad hebdomadam pertinens. *Jul. Firmic.* l. 4. c. 14. *a med.* Septeni et noveni anni a Græcis hebdomatici dicuntur.

HEBE, es, f. Ἥβη, Latine *Juventas*, dea juventutis, vigor ætatis: a voce Græca allata. Filia fuit Jovis et Junonis. Sed Poetæ asserunt, filiam fuisse Junonis absque patre. Apollo enim, cum Junoni novercæ convivium in patris sui domo parasset, inter alia lactucas agrestes ei apposuit, quas cum Juno avide comedisset, illico usque tunc sterilis, prægnans effecta est, peperitque Heben. Eam postea Jupiter ob formæ elegantiam ad officium pincernatus assumpsit, deamque juventutis effecit. Fingunt enim Poetæ, Heben diis pocula ministrare, quo innuunt, deos non senescere. Tandem cum Jupiter una cum ceteris diis apud Æthiopes comissaturus ivisset, contigit, ut Hebe administrans ei pocula, perque lubricum minus caute incedens caderet, revolutisque vestibus obscena superis monstraret. Quamobrem ab officio est amota, ejusque loco Ganymedes subrogatus. Alii dicunt Heben non omnino ab officio esse remotam, sed illam ceterorum deorum deinceps pincernam fuisse, Ganymedem solius Jovis. Postremo Herculi in deos relato uxor data est. *Serv. ad* 1. *Æn.* v. 32. et *ad* 5. *Æn.* v. 134. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 400. Hoc illi dederat Junonia muneris Hebe. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 116. Hebe nec longa virginitate foret. *Senec. in Octav.* v. 210. Deus Alcides possidet Heben, nec Junonis jam timet iras.

HEBĔNUS. V. *Ebenus.*

HEBĔO, es, n. 2. *to be blunt*, ἀμβλύνομαι, hebes sum. *Liv.* l. 23. c. 45. Num ferrum hebet, an dexteræ torpent? ¶ Translate est tardum, pigrumque esse, torpere, non sentire. *to be dull, heavy, or slow. Virg. Æn.* 5. v. 395. gelidus tardante senecta Sanguis hebet, frigentque effetæ in corpore vires. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 1. v. 48. Temporis adversi sic mihi sensus hebet. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 53. Olim annis ille ardor hebet. *is extinguished.* et lib. 4. v. 41. Corpus hebet somno. *is languid.* et lib. 5. v. 371. Stella hebet. *becomes obscure, dim, or faint. Stat.* 11. *Theb.* v. 386. hebent iræ. *Tacit. de Germ.* cap. 15. Delegata domus cura feminis senibusque, ipsi hebent. *h. e.* otio torpent, desidia agunt. *Auson.* epigr. 69. Quid stolidi ad speciem notæ novitatis hebetis? *h. e.* obstupescitis.

HEBES, etis, *blunt, dull, obtuse*, ἀμβλὺς, obtusus, retusus, minime acutus: et proprie de ferro dicitur, cujus acies obtusa est. *Cic. de Harusp. resp.* c. 1. *extr.* Tela leviora atque hebetiora. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 408. Lunæ alias hebetiora, alias acutiora videntur cornua. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 589. Ponite jam gladios hebetes, pugnetur acutis. *Id.* 12. *Metam.* v. 85. hebeti pectus contudit ictu. *with a blow that did not take effect. Jul. Frontin. de ferm. agr.* pag. 32. *Goes.* Hebes angulus. *an obtuse angle.* ¶ Dicitur et de aliis rebus, ut de coloribus, odoribus, sensibus ad percipiendum tardis, &c. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 365. hebes color. *dead, dull*, splendorem non habens. Sic *Plin.* l. 37. c. 7. Hebetiores carbunculi. et *Stat.* 2. *Achill.* v. 288. hebes lampas. *dim. Cic. pro Planc.* c. 27. hebetiores aures. *Plin.* l. 9. c. 15. Oculus natura hebes. *Sallust.* 2. *Orat. ad Cæs. a med.* hebes lingua. *Plin.* l. 7. c. 16. *ad fin.* Puer incessu tardus, sensu hebes. *Id.* l. 9. c. 30. Tanta solertia animalium hebetissimis quoque est. *Id.* l. 21. c. 11. *ad fin.* Croci genus unum hebes, alterum odoratum. *Colum.* l. 3. c. 2. *a med.* Uva gustu hebes. *tasteless, insipid. Cels.* l. 7. c. 6. Caro hebes. *dead.* ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 64. Ne spondeus quidem funditus est repudiandus: etsi, quod est e duabus longis, hebetior videtur et tardior. *Id.* 2. *de Fin.* c. 6. Dicam, si potero rhetorice, sed hac rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi, quam necesse est, cum populariter loquatur, esse interdum paulo hebetiorem. *more homely or coarse. Id.* 13. *Attic.* ep. 3. *circa med.* Dolor hebes. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 10. v. 7. Os hebes est, positæque movent fastidia mensæ. *h. e.* cibi suavitatem non sentit. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 99. Quantum hebes ad sustinendum laborem miles, tanto ad discordias promptior. *h. e.* tardus, piger, deses. ¶ Sæpe refertur ad animum, estque idem quod stupidus, tardus ad intelligendum, acumine carens. *dull, heavy, slow, stupid, doltish. Cic.* 10. *Phil.* c. 8. Hoc Pansa aut non videt (hebeti enim ingenio est) aut negligit. *Id.* 2. *de Divin.* c. 50. Epicurus, quem hebetem et rudem dicere solent Stoici. *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 13. Neque hebes ad id, quod melius est, intelligendum. *Tacit. Ann.* 14. cap. 11. Quis adeo hebes inveniretur, ut crederet? *so foolish; so sottish; so infatuated. Plin.* l. 2. c. 47. hebes ratio. *h. e.* crassior, et minime ingeniosa. ¶ *Hebem* pro *hebetem* dixit *Cæcil.* apud *Charis.* l. 1. pag. 107. *Putsch.*

HEBESCO, is, n. 3. *to grow blunt, dim, or languid*, ἀμβλύνομαι, hebes fio. *Plin.* l. 7. c. 50. Hebescunt sensus, membra torpent, præmoritur visus, auditus, incessus. *Id.* l. 37. c. 5. *a med.* Berylli hebescunt, ni color surdus repercussu angulorum excitetur. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 30. Sidera hebescunt. *are eclipsed.* ¶ Translate *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 30. Mentis acies seipsam intuens nonnunquam hebescit. *Id.* 1. *Catil.* cap. 2. Patimur hebescere aciem horum auctoritatis. *Id.* 4. *Acad.* c. 2. *ad fin.* Quis reprehendet nostrum otium, qui in eo non modo nosmetipsos hebescere et languere nolumus, sed etiam, ut pluribus prosimus, enitimur? *Sallust. in Catil.* c. 12. Postquam divitiæ honori esse cœperunt, et eas gloria, imperium, potentia sequebatur, hebescere virtus, paupertas probro haberi. *h. e.* nitorem ac vim amittere, obscurari, negligi, non tam acriter exerceri, ut antea. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 77. Hos ira, odium ad virtutem accendit: illi per fastidium et contumaciam hebescunt. *h. e.* languescunt, pigri fiunt.

HEBETATĬO, onis, f. *hebetation*, idem quod hebetudo. *Plin.* l. 28. c. 6. Medetur et lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis, et melancholicis. *weakness, dimness.*

HEBETĀTRIX, icis, f. quæ hebetat et obtundit. *Plin.* l. 2. c. 13. Umbra hebetatrix. *that maketh dull or dim.*

HEBETĀTUS, a, um, *made blunt or dull*, hebes factus. *Sil.* l. 16. v. 105. Jam campi vallesque madent, hebetataque tela. *Plin.* l. 28. c. 7. *a med.* Hebetata aspectu specula recipere nitorem. *made dark or dim.* et *Lactant.* l. 6. c. 2. hebetati oculi. ¶ Translate *Sueton. in Claud.* c. 2. Animo simul et corpore hebetato. *Justin.* l. 6. c. 8. Reipubl. vires hebetatæ. *weakened, enervated. Plin.* l. 8. ep. 14. Hebetatum ingenium.

HEBETESCO, is, n. 3. hebesco. *Plin.* l. 28. c. 7. *circa med.* Aciem in cultris tonsorum hebetescere. Adde *Cels.* lib. et cap. 6. sect. 37. ubi al. *hebesco.*

HEBĔTO, as, a. 1. *to make blunt or dull, hebetate*, ἀμβλύνω, hebetem reddo, obtundo. *Liv.* l. 8. c. 10. Cum hastas aut perfregissent, aut hebetassent. *Plin.* l. 20. c. 6. Porrum oculorum aciem hebetat. *Id.* l. 2. c. 13. Lunam convenit umbra terræ hebetari. *to be eclipsed. Virg.* 2. *Æn.* v. 604. nubes, quæ nunc obducta tuenti Mortales hebetat visus tibi. *Cels.* l. 2. c. 1. Auster aures hebetat. *Plin.* l. 18. c. 12. Faba hebetare sensus existimata. *Id.* l. 37. c. 5. Smaragdos in sole hebetari, in umbra refulgere. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 210. Hebetare flammas. *to extinguish.* et lib. 5. v. 444. alma dies hebetarat sidera. *had dulled or dimmed. Sil.* l. 8. v. 499. Vipereumque herbis hebetare, et carmine dentem. *to charm, enchant. Plin.* l. 17. c. 22. *a med.* Gemmas vitium frigore hebetari. *lose their vigour, are blasted. Id.* l. 23. c. 4. Oleum venena omnia hebetat. *Id.* l. 24. c. 11. *sub fin.* Hebetare amaritudines. *h. e.* lenire, minuere. *Id.* l. 21. c. 7. Odor suavior e longinquo, propius admotus hebetatur. et lib. 23. c. 1. *a med.* Vino tristitia et cura hebetatur. *Id.* l. 7. c. 16. Primores dentes vocis sermonisque regimen tenent, mutilantes, mollientesve, aut hebetantes verba. *rendering the voice faint. Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 1. v. 17. Lethe hebetans pectora. *taking away the memory.*

HEBETŪDO, inis, f. *dulness, bluntness, stupidity, hebetude*, ἀμβλυσις, hebetatio rei alicujus carentis acumine: et translate stupiditas, vel tarditas mentis, seu ingenii, visus, et similium. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 14. Hebetudo sensuum. *Est qui malit* habitudo. *Augustin.* l. 7. *de Civ. Dei*, c. 21. Propter superbam istorum hebetudinem.

[* HEBON, ōnis, Ἥβων, est cognomen Bacchi apud Neapolitanos. *Macrob.* 1. *Saturn.* c. 18. Liberi patris simulacra partim puerili ætate, partim juvenili fingunt, præterea barbata specie, senili quoque, uti Græci ejus, quem Bassarea, item quem Brisea appellant, et ut in Campania Neapolitani celebrant, Hebona cognominantes. *h. e.* ἡβῶντα, pubescentem. *Mazocchius* tamen putat Deum hunc pingi solitum bovino capite et humana facie, hinc in numis Campaniæ videre est sæpissime hujusmodi imaginem.]

HEBRÆI, orum, *the Hebrews, Jews*, Ἑβραῖοι, Judæi, ab Heber Semi pronepote, quia eo tempore, quando linguarum facta est varietas, in sola familia Heber lingua, quæ antea fuit, remansit. *Joseph.* l. 1. *Antiq. Jud.* c. 14. *Euseb. de præpar. Evang.* l. 2. c. 4. *Theophilus* l. 3. *contra Gentes*, et alii. Sed *Ambros. in* cap. 13. *ad Philip.* censet dici quasi Abræos ab Abrahamo auctore gentis. *Hieron. Theodoret.* et quidam alii Hebræos dici volunt ab עָבַר trans, citra, super, quasi transitores, quia Abraham, cum prius in Mesopotamia habitaret, divino jussu, patris domo relicta, trajecit Euphratem, &c. *Tertull. in Apolog.* c. 18. Hebræi retro, qui nunc Judæi. igitur et litteræ Hebrææ, et eloquium. *Lactant.* l. 4. c. 10. Postea vero cum in deserto, quadam parte Syriæ consedissent, amiserunt vetus nomen Hebræi, et Judæi sunt appellati.

HEBRÆUS, a, um, adject. ab Hebræis. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 212. præreptaque templis Tura, Palæstini simul, Hebræique liquores. *h. e.* balsamum, uni terrarum Judææ concessum, ut *Plin.* l. 12. c. 25. ait. *Tacit.* 5. *hist.* c. 2. Hebrææ terræ. *Augustin.* l. 18. *de Civ. Dei*, cap. 39. et 42. Hebræa lingua, Hebrææ litteræ. et cap. 43. Hebræi codices.

HEBRAĬCE, adverb. Hebræorum lingua. *Lactant.* l. 4. c. 7. *sub fin.* Hebraice Messias dicitur.

HEBRAĬCUS, a, um, *Hebraic*, ad Hebræorum linguam pertinens. *Lactant.* l. 4. c. 7. *sub fin.* In quibusdam Græcis Scripturis, quæ male de Hebraicis interpretata sunt. [*Alcim. Avit.* l. 5. v. 544. Bellorum versat curas Hebraica plebes.]

HEBRĬA. V. *Bria.*

HEBRUS, i, m. hod. *Mariza*, Ἕβρος, fluvius ingens Thraciæ, qui ex Hæmo (aliis ex Rhodope) monte oritur, et in Ægæum mare influit, juxta Ænum urbem. Fabulantur dictum esse ab Hebro, Hæmi et Rhodopes filio, Boreæ fratre, ut est apud *Serv. ad* 1. *Æn.* v. 321. In eum Orphei caput projectum fuit, ac lyra, cum a Bacchantibus discerptus est. *Seneca* ejus ita meminit, *in Herc. Œt.* v. 627. ut unius ex iis, qui auro fluere crediti sunt, ut Tagus, et Ganges. Hinc fortasse divitem vocat *Valer. Flacc.* l. 4. v. 463. tametsi hoc ad soli fertilitatem referri potest. Præterea arenosum appellat *Ovid.* 3. *Fast.* v. 737. sacrum *Id. Heroid.* epist. 2. v. 114. propter orgia Bacchi ibi celebrata, et Orpheum discerptum, ut dictum est. volucrem *Virg.* 1. *Æn.* 321. gelidum *Valer. Flacc.* l. 2. v. 515. sanguineum l. 8. v. 228. propter crebra bella, quæ in Thracia, Martis regno, fieri dicuntur.

HECĀLE, es, f. Ἑκάλη, anus paupercula, a *Callimacho* justo volumine decantata. Hæc Theseum adolescentem hospitio excepit. *Apul.* l. 1. *Metam. Plin.* l. 22. c. 22. Hinc *Ovid. de remed. Amor.* v. 747. Cur nemo est, Hecalen, nulla est, quæ ceperit Iron? Nempe quod alter egens, altera pauper erat. V. in fin. vocis sequent.

HECATE, es, f. *Hecate, Hecat*, Ἑκάτη, Jovis et Latonæ filia, soror Apollinis. Apud *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* scriptum est, Hecaten fuisse filiam Asteriæ, sororem Latonæ, his verbis, cap. 18. Quomodo autem potes, si Latonam deam putes, Hecaten non putare, quæ matre Asteria est, sorore Latona? Sed aliqui legunt, *cujus matertera Asteria est, mater Latona.* Huic triplex numen, seu potestas attribuitur, in cælo, in terris, apud inferos. Idcirco a Poetis Tergemina, et Triformis vocatur. In cælo appellatur *Luna*, in terris *Diana*, et *Lucina*, apud inferos *Proserpina.* Triplicem autem dicitur habere potestatem, nascendi ut Lucina; valendi ut Diana; moriendi ut Proserpina. Alii ideo triplicem faciunt, quia Luna triplici figura apparet menstruo cursu, cava, dimidia, et rotunda. Dicta est Hecate ab ἑκὰς, longe, quia procul a nobis absit, vel ab ἑκατὸν centum, propter plurimas virtutes, sive quod victimis centum placaretur, vel quod insepultorum animas cogeret centum annos errare: vel a nomine fratris, idest ab Ἕκατος, Apollo, sicut Phœbe a Phœbus, quod ab ἕκαθεν, procul, idest a jaculando procul: vel ab ἕω, mitto, ob radios, quos emittit. Triceps etiam, τρικέφαλος dicitur, quia tria habuit capita, dextrum equinum, sinistrum caninum, medium suis agrestis. *Serv.* ad illud 4. *Æn.* v. 511. Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ. Ubi addit, huic deæ in triviis sacrificia fieri consuevisse. *Virg.* 6. *Æn.* v. 247. Voce vocans Hecatem cæloque, Ereboque potentem. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 141. Ora vides Hecates in tres vergentia partes. et lib. 14. *Metam.* v. 405. longis Hecaten ululatibus orat. ¶ Alia etiam fuit Hecate, Medeæ soror patruelis, filia Persæ, qui fuit filius Solis, et frater Æetæ, a quo Perseis, et Perseia cognominatur. Regnavit in Taurica Chersoneso. Fuit peritissima herbarum, ac veneficiorum. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 495. V. duas voces sequentes. ¶ Dicitur etiam *Hecata, æ*, positione Latina. *Plaut. Cistell.* 1. 1. 50. Si quidem ita eris, ut volo, nunquam Hecata fies. *h. e.* nunquam fies anus. Al. leg. *Hecale* (de qua in voce præced.) h. e. nunquam fies inops. *Inscript.* apud *Reines.* class. 1. n. 154. Conso, Neptuno, atque Æcatæ. Quod prior hic syllaba per diphthongum scribitur, lapicidæ mendum puta.

HECĂTĒIS, idos, adject. patronym. femin. ad Hecaten pertinens, Ἑκατηΐς. *Ovid. Metam.* 6. v. 139. Post ea discedens succis Hecateidos herbæ Spargit. *h. e.* ab Hecate Persæ filia inventæ: et cicutam fortasse, aut aconitum intelligit.

HECATEĬUS, *et* Hecatēus, a, um, ad Hecaten Perseiam pertinens. *Ovid. Metam.* 14. v. 44. horrendis infamia gramina succis Conterit, et tritis Hecateïa carmina miscet. *h. e.* magica. ¶ Item ad Dianam. *Stat.* 1. *Achil.* v. 447. Prima rates Danaas Hecateïa congregat Aulis. *h. e.* Dianæ sacra. Nam Aulide celebre templum Dianæ fuit, sæculis aliquot ante Trojanum bellum exædificatum, teste *Plin.*

l. 16. c. 40. *ad fin.* Rursus *Stat.* l. 3. silv. 1. v. 60. Idus Hecateiæ. *h. e.* idus Augusti, quæ Dianæ sacræ erant. Al. leg. Hecateæ.

HECATOMBE, es, f. *a hecatomb, sacrifice of a hundred oxen, sheep, swine, or of any animals of the same species,* ἑκατόμβη, sacrificium centum boum, et generatim centuria quarumcumque victimarum, sed tamen unius generis, ut centum suum, centum ovium, &c. quæ ad centum aras uno loco constructas ex cæspite mactabantur: ab ἑκατὸν, centum, et βοῦς, bos. Aliqui dicunt centum pro multis poni. Aliorum opinio est, hecatomben dictam esse a numero sacrificantium, quod centum Peloponnesi urbes eam facerent, sive centum victimas, sive unam immolarent. Si Imperatorium sacrificium esset, centum leones, vel centum aquilæ, aut centum alia animalia præstantis generis feriebantur. Hecatombas vovere, Græcis et Romanis antiqui moris fuit, cum pestilentia affligerentur. *Capitolin. in Maxim. et Balbin.* c. 11. et in *Maximin. duob.* c. 24. et *Vopisc. in Tacit.* c. 12. Voce ipsa usus est et *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 482. Habes, cujus rei causa fecerim hecatomben. ¶ In plurali num. *Trebell. Poll. in Gallien.* c. 9. Confecto itinere, celebratisque hecatombis.

HECATOMBĬON, ii, n. idem quod hecatombe. *Sidon.* carm. 9. v. 205. post hecatombion litatum.

[* HECATOMPY̆LOS, i, m. et f. ἑκατόμπυλος, ab ἑκατὸν centum, et πύλη porta, centum portas habens. *Ammian. Marcellin.* l. 22. c. 16. *de Thebis Ægyptiis.* Hecatompylos enim Thebas nemo non novit. ¶ Fuit etiam hoc nomine urbs Parthorum. *Plin.* lib. 6. c. 15. Ipsius Parthiæ caput Hecatompylos.]

HECTA. V. *Hetta.*

HECTOR, oris, m. Ἕκτωρ, filius Priami ex Hecuba, omnium Trojanorum fortissimus, universi Græci exercitus terror. Ejus nomen fictum est ab *Homero*, et derivatur ab ἔχω, defendo, auctore *Platone*: in ejus enim vita maxime Trojæ fatum positum erat. Itaque cum patriam decem annos strenue a Græcorum armis defendisset, tandem ab Achille occisus est, ejusque cadaver, ab eo ter circum mœnia Trojæ raptatum, Priamus pater auro redemptum sepelivit. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 441. Hectora donavit Priamo prece motus Achilles.

HECTORĔUS, a, um, ad Hectorem spectans. *Virg.* 3. *Æn.* v. 303. Manesque vocabat Hectoreum ad tumulum. ¶ Sumitur etiam pro Trojano. *Virg.* 1. *Æn.* v. 276. Hic jam tercentum totos regnabitur annos Gente sub Hectorea. ¶ Et pro Romano. *Sil.* l. 2. v. 343. spes et fiducia gentis Regulus Hectoreæ.

HECŬBA, æ, *et* Hecube, es, f. Ἑκάβη, filia Dymantis, vel Cissei Regis Thraciæ, uxor Priami regis Troadis. Deformi facie fuisse fertur. Cum incensa Troja a Græcis captiva abduceretur, et in Bistonia, seu Pallene Thraciæ regione filii sui Polydori primi corpus in litore jacens agnovisset, quem Priamus cum ingenti auri vi belli initio Polymnestori genero alendum et servandum commiserat, hic autem propter auri cupiditatem post Ilii excidium gladio interfecerat, vel, ut alii scripsere, in litore ambulantem sagittis transfixerat; Polymnestorem adiit, colloquium petiit, dixit, se aurum relictum monstrare velle, deducta in ædem secretam, aliis feminis captivis invocatis, oculos Tyranno eruit: cum in eam servi lapides, et tela jacerent, in canem versa est. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 536. *et sequentib.* Aliqui dicunt, fabulam inde ortam, quod viso Polydori corpore, quoniam aliter injuriam ulcisci non posset, Græcos inanibus lacessiverit conviciis, quare propter animi acerbitatem et rabiem in canem esse conversam fingi, ut apud *Cicer.* 3. *Tuscul.* c. 26. legitur. *Id. de Fato*, c. 15. Hecubam causam interitus fuisse Trojanis, quod Alexandrum genuerit. *Ovid. loc. cit.* v. 549. Sic Hecube, postquam cum luctu miscuit iram. [¶ Hecuba accipitur etiam generatim pro quacumque vetula. *Martial.* l. 3. ep. 76. v. 4. Cum possis Hecubam, non potes Andromachen? *h. e.* cum possis vetulam et deformem, non potes juvenem et formosam?]

HECY̆RA, æ, f. *a mother-in-law, step-mother,* socrus, h. e. mater uxoris meæ, vel mariti mei, ἑκυρὰ, et Ionice ἑκυρή. Vox Græca, nomen quæ dedit Terentianæ Comœdiæ, quia per socrus Myrrhinam et Sostratam multa ibi aguntur, ut ait *Donatus.* ¶ *Homer. sub fin. lib. ult. Iliad.* pænultimam corripit: Ἡ ἑκυρὴ, ἑκυρὸς δὲ πατὴρ ὣς ἤπιος αἰεί. Sic lib. 22. *ad fin.* Αἰδοίης ἑκυρῆς ὀπὸς ἔκλυον, ἐν δέ μοι αὐτῇ, &c.

HEDĔRA, æ, f. *ivy,* κισσὸς, planta perpetuo virens, quæ cum per se stare non possit, arboribus, et parietibus adeo arcte adhæret, ut rumpat, et arbores necet. Dictam putat *Festus* vel ab *hærendo*: sive quod *edita* petat: vel quia id, cui adhæserit, *edat.* Quare et sine aspiratione quibusdam placet scribere: quod et apud ipsum *Festum* legitur in littera E, ubi et illud docet, Flamini Diali non licuisse hederam aut nominare, aut tangere, quia vincit, seu ligat quidquid apprehenderit: Flamen autem nullum habebat nodum neque in apice, neque in cinctu, neque in parte ulla alia. Ceterum aspirationem retinet *Dausq.* Nam *Manut.* et *Cellar.* ne in dubium quidem vocarunt, quin *h* adhibenda esset. ¶ Tria sunt ejus genera: alterum album, a baccarum albedine: alterum nigrum, quod eas subnigras ferat: tertium helix dictum, nullis baccis, folio minore, quam cetera, sed anguloso, et multo concinniore. Ita *Plin.* l. 16. c. 34. ubi plura de ea. *Virg. Ecl.* 7. v. 34. Candidior cycnis, hedera formosior alba. ¶ Putatur esse, inquit *Fest.* in tutela Liberi, quia ut ille juvenis semper, ita hæc viret: vel quia ita omnia, sicut ille mentes hominum, illigat. Adde quod frigiditate sua vini calorem temperat, ut *Serv.* docet *ad Virg. Ecl.* 8. v. 12. Sunt et aliæ hujus rei causæ, quarum alteram tradit *Ovid.* 3. *Fast.* v. 767. hedera est gratissima Baccho. Hoc quoque cur ita sit, dicere nulla mora est. Nysiades Nymphæ, puerum quærente noverca, Hanc frondem cunis apposuere novis. Aliam causam V. in *Cissos.* Bacchus itaque hedera coronatus fingitur, et comites ejus, et thyrsi hedera ornantur, et currus, et alia ad eum pertinentia. ¶ Poetæ quod hedera coronantur, quasi Libero consecrati, quia et, ut Bacchæ, insaniunt: vel quia semper et vivunt, et virent hederæ, sicut carmina æternitatem merentur, inquit *Serv.* ad illud *Virg. loc. cit.* v. 25. Pastores hedera crescentem ornate poetam. *Varro* apud *eund. ad Ecl.* 8. v. 12. tradit, etiam Musas hedera coronari. Adde *Ovid.* 5. *Metam.* v. 338.

HEDERACĔUS, a, um, *of ivy, hederaceous,* κίσσινος, qui est ex hedera. *Cato R. R.* c. 111. Vasculum facito de materia hederacea. *Plin.* l. 16. c. 24. *extr.* Hederacea folia. *Vopisc. in Aureliano*, c. 49. Calceos mulleos, et cereos, et hederaceos viris omnibus tulit, mulieribus reliquit. *h. e.* coloris hederæ, viridis puta, aut prasini. ¶ Scribitur et *hederacius.*

HEDERĀTUS, a, um, *crowned with ivy. Gallien. imp. in quadam epist.* apud *Trebell. Poll. in Claud.* c. 17. Misi patinam argenteam hederatam librarum viginti, et trium. *h. e.* in foliorum hederæ modum elaboratam et exsculptam. *Nemesian. Ecl.* 3. v. 18. hederata frons. *h. e.* hedera coronata. Adde *Paulin. Nolan. in Nat. XI. Fel. edit. Murator.*

HEDERĬGER, a, um, *bearing ivy,* hederam gerens. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 23. Ubi capita Mænades vi jaciunt hederigeræ. V. *Hedera.*

HEDERŌSUS, a, um, adject. *abounding in ivy,* hedera abundans. *Propert.* l. 4. el. 4. v. 3. Lucus erat felix hederoso conditus antro.

HEDŎNE, es, f. ἡδονή, Græce voluptatem significat, estque unum ex Æonibus Valentiniani, apud *Tertull. advers. Valentin.* c. 8.

HEDŬI. V. *Ædui.*

HEDY̆CHRUM, i, n. *a kind of sweet ointment,* ἡδύχρουν, genus unguenti, et odoramenti, ab ἡδὺς, suavis, et χρόα, color, quod præter odorem, grato etiam colore sit, et cuti illitum nitidam reddat. *Dioscor.* l. 1. c. 70. Καὶ τὸ καλούμενον ἡδύχρουν, σκευαζόμενον δὲ ἐν Κῷ, τῆς αὐτῆς ἔχεται δυνάμεώς τε, καὶ σκευασίας τῷ ἀμαρακίνῳ εὐωδέστερον δὲ τυγχάνει. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 19. *ad fin.* Collocemus in culcita plumea; psaltriam adducamus, hedychrum incendamus, demus scutellam dulciculæ potionis. Al. leg. *cedrum incendamus*: ii scilicet, inquit *Victorius*, qui cuncta, in quæ non passim incidunt, depravata esse censent. Fortasse hinc corrigendum illud *Varron.* apud *Non.* cap. 3. n. 234. Hic narium Seplasiæ, hic hedycrum Neapolis. Al. leg. *hedycus*, quod et ipsum ab ἡδὺς est, et simile quippiam significare potest.

HEDY̆CUS. V. vocem præced.

HEDYOSMOS, i, m. *wild mint,* ἡδύοσμος, species menthæ, ab ἦδος, suavitas, et ὀσμὸς, vel ὀσμὴ, odor, propter odoris suavitatem. *Plin.* l. 35. c. 15.

HEDYPNŎIS, idis, f. *succory, dandelion,* ἡδυπνοῒς, species cichorii, folio latiore: ita dictum, quod in cibis jucundiorem halitum facit: ab ἡδὺς, dulcis, et πνοὴ, spiritus. *Plin.* l. 20. c. 8.

HEDYSMA, atos, n. *a kind of sweet ointment,* ἥδυσμα, condimentum: ab ἡδὺς, suavis, jucundus. Ita appellatur succus, seu oleum, quod in unguentis adhibetur: sicut stymma dicitur corpus ipsum unguenti, στύμμα, a στύφω, adstringo. *Plin.* l. 13. c. 1. Ratio faciendi unguenta duplex, succus, et corpus: ille olei generibus fere constat, hoc odorum: hæc stymmata vocant, illa hedysmata.

HEHE. V. *Ehe.*

HEHEU. V. *Eheu.*

HEI, *ah! alas!* οἴ, οἴ μοι, interjectio dolentis, timentis, et ingemiscentis. *Terent. Phorm.* 3. 2. 6. Hei! metuo lenonem, ne quid suo suat capiti. *Id. Andr.* 1. 1. 46. Hei! vereor, ne, &c. *Plaut. Amph.* 1. 1. 165. Hei! numnam ego obolui? et 2. 2. 36. Hei, perii miser! ¶ Sæpe cum *mihi* jungitur. *woe is me! Plaut. Bacch.* 3. 3. 7. Hei mihi, hei mihi! istæc illum perdidit assentatio. *Id. Amph.* 2. 2. 166. Hei mihi! jam tu quoque hujus adjuvas insaniam. *Virg.* 2. *Æn.* v. 274. Hei mihi qualis erat! quantum mutatus ab illo! *Terent. Adelph.* 2. 1. 19. Hei misero mihi!

HEJA. V. *Eja.*

HEJŬLO. V. *Ejulo.*

HELCIARĬUS, ii, m. *a haler, hauler, haltster,* ἑλκίων, qui funibus cymbas adverso flumine trahit: ab ἕλκω, traho, quod et ipsum de navibus dicitur. *Martial.* l. 4. epigr. 64. Quem nec rumpere nauticum celeuma, Nec clamor valet helciariorum. *Sidon. in carm.* l. 2. ep. 10. Curvorum hinc chorus helciariorum ad Christum levat amnicum celeuma.

HELCĬUM, ii, n. ἕλκιον, funis, quo equi, vel homines, naves, currus, oneraque trahunt: ab ἕλκω, traho. Aliqui interpretantur instrumentum ante pectus equorum, et id genus animalium, cui funes annectuntur. *Apud.* l. 9. *Metam.* Defectum alioqui me, helcio sparteo dimoto, nexu machinæ liberum applicant præsepio.

HELCYSMA, atis, n. *the dross of silver,* ἕλκυσμα Græce significat argenti scoriam, teste *Plin.* l. 33. c. 6. *a med.* quia scilicet adeo lentum est, ut instar visci trahatur, cum e catinis eximitur: ab ἕλκω, traho.

HELĔNA, æ, *et* Helene, es, f. *Helena, Helen,* Ἑλένη, filia Jovis, seu Tyndari Regis Œchaliæ, et Ledæ, soror Castoris, Pollucis, et Clytemnestræ. Fabulantur, Ledam duo ova peperisse ex Jovis satu cygni specie, ex altero Pollucem et Helenam immortales, ex altero Castorem et Clytemnestram mortales natos fuisse. Hæc ob formæ elegantiam, qua ceteris præstabat, a multis amata est. Igitur primum a Theseo Atheniensium rege anno XVI. regni sui rapta fuit, adhuc virguncula, dum in palæstra cum aliis puellis luderet. Sed postea absente Theseo, ab ejus matre Castori et Polluci repetentibus citra injuriam restituta est. Mox adulta Menelao Lacedæmoniorum regi nupsit. Denique a Paride Priami Trojani filio iterum rapta, causa fuit evertendæ Trojæ: qua excisa, cum marito in patriam reversa est. *Cic.* 2. *Phil.* c. 22. Ut Helena Trojanis, sic iste huic reipubl. causa belli, causa pestis atque exitii fuit. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 15. Mirata regalesque cultus, Et comites Helene Lacæna. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 11. Si minor Atrides Helenen, Helenesque sororem, &c. V. *Hygin.* fab. 77. 78. 79. 81. 92. et 118. et *Serv. ad Æn.* 2. v. 601. et *ad Æn.* 6. v. 121. ¶ Est etiam hoc nomine insula maris Ægæi, Eubœæ proxima, ubi cum Helena matrimonium Paris iniit. *Pompon. Mela*, l. 2. *cap. ult.* ¶ Nautæ in tempestate, si, ut fit sæpe, geminæ faces aliqua navis parte appareant, Castorem et Pollucem vocant, invocantque, quod tranquillitatis prænuntiæ sint. Si una tantum, appellant Helenam, diramque et minacem detestantur, ut quæ naufragium plerumque portendat. *Plin.* l. 2. c. 37. Hinc *Stat.* 7. *Theb.* v. 791. cæco nocturni turbine Cori Scit peritura ratis, cum jam damnata sororis Igne, Therapnæi fugerunt carbasa fratres. Similia habet l. 3. sil. 2. v. 10. *Scit peritura*, h. e. scit, aut sentit se perituram, αἰσθάνει ἀπολέσουσα. Sic *Virg. Æn.* 2. v. 377. sensit medios delapsus in hostes. [¶ Fuit etiam nomen castri in Hispania a Constantino imperatore conditi in matris suæ memoriam. *Eutrop.* l. 10. c. 5.]

HELENĬUM, ii, n. *the herb elecampane,* herba, quam e lacrimis Helenæ natam fabulantur, et ideo in Helene insula laudatissima. *Plin.* l. 21. c. 10. et 21. et lib. 14. cap. 16.

HELEOSELĬNON, idem quod helioselinon, et ab eadem radice. *Pallad.* in *April.* tit. 3.

HELEPŎLIS, is, f. *a warlike engine constructed by Demetrius Poliorcetes, in the siege of Rhodes,* ἑλέπολις, militaris machina, qua admota urbium mœnia oppugnantur: ἀπὸ τοῦ ἑλέσθαι τὰς πόλεις. Eam ita describit *Ammian.* l. 23. c. 4. (*al.* 9.) Testudo compaginatur immanis, axibus roborata longissimis, ferreisque clavis aptata, et contegitur coriis bubulis, virgarumque recenti textura, atque limo asperguntur ejus suprema, ut flammeos detrectet et missiles casus. Conseruntur autem ejus frontalibus trisulcæ cuspides præacutæ, ponderibus ferreis graves, ut quidquid petierit, aculeis exsertis abrumpat. Hanc ita validam molem rotis et funibus regens numerosus intrinsecus miles, languidiori murorum parti viribus admovet concitis: et nisi desuper propugnantium valuerint vires, collisis parietibus, aditus patefacit ingentes. *Vitruv.* turrim potius, quam testudinem intelligere videtur, cum ait *lib. et cap. ult.* Is autem comparavit helepolim sumptibus immanibus, cujus altitudo fuerat pedum CXXV. &c. Ita eam ciliciis et coriis crudis confirmavit, ut posset pati plagam lapidis ballista immissi, &c. *et post.* Postero die helepolis accedens, antequam appropinquaret ad murum, in humida voragine acta consedit, &c.

HELIĂDES, dum, f. Ἡλιάδες, tres filiæ Solis et Clymenes, sorores Phaethontis, quarum nomina sunt, Phaethusa, Lampetusa, et Lampetie: a nomine patris, qui Græce ἥλιος dicitur. Eædem et Phaethontiades appellantur a fratre Phaethonte. Hæ juxta Padum mortem Phaethontis fulmine dejecti flentes in arbores, quas populos seu alnos vocant, versæ finguntur. Causa fabulæ est, quia hæ arbores humore quodam flavo electri specie assidue manant. *Hygin.* fab. 154. septem facit, Meropen, Helien, Æglen, Lampetien, Phœben, Ætherien, Dioxippen. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 340. Nec minus Heliades fletus, et inania morti Munera, dant lacrimas, &c. et lib. 10. v. 91. nemus Heliadum. *h. e.* populi. et vers. 263. Heliadum lacrimæ. *h. e.* succina. Sic *Martial.* l. 9. epigr. 14. Heliadum gemma.

HELIANTHES, eos, n. *hedge-hyssop, or wild rush,* ἡλιανθὲς, quasi flos solis: ab ἥλιος, sol, et ἄνθος, herba, folio myrthi. *Plin.* l. 24. c. 17. *a med.*

HELĬCĀON, onis, m. filius Antenoris, Patavii conditoris. *Martial.* l. 10. epigr. 93. Si prior Euganeas, Clemens, Helicaonis oras Videris.

HELICAONĬUS, a, um, ad Helicaonem pertinens. *Martial.* l. 14. epigr. 152. cujus lemma est *Gausape quadratum.* Lodices mittet docti tibi terra Catulli: Nos He-

licaonia de regione sumus. *h. e.* de agro Patavino. V. vocem præced.

HELĬCE, es, f. Ἑλίκη, urbs maritima Achaiæ, aquis absorpta. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 293. et *Plin.* l. 4. c. 5. ¶ Item apud Græcos Ursa major, quæ et Cynosura, signum cæleste. *the Great Bear. Ovid.* 3. *Fast.* v. 108. Esse duas Arctos, quarum Cynosura petatur Sidoniis, Helicen Graia carina notet. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 17. Graiis Helice servanda magistris. Adde *Cicer.* 4. *Acad.* c. 20. ¶ Item genus salicis brevissimæ, ita dictæ, quia plectilis est, et ad viminum textus idonea: ab εἱλίσσω, volvo. *Plin.* l. 16. c. 37.

HELĬCES. V. *Helix.*

HELĬCON, ōnis, m. hod. *Zagara*, Ἑλικὼν, mons Bœotiæ (quæ hinc *Heliconia* dicta est) Thespiis et Parnasso vicinus, inter illum et Thebas, Musis et Apollini sacer: ita dictus ab Helicone, qui cum Cithærone fratre singulari certamine pugnasse fertur. *Serv. ad* 3. *Georg.* v. 11. qui *ad Æn.* 7. v. 641. et *ad Æn.* 10. v. 163. facit esse unum ex duobus jugis ipsius Parnassi. *Virg. cit.* 10. *Æn.* Pandite nunc Helicona deæ, cantusque movete. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 219. Virgineusque Helicon. *Id.* 4. *Fast.* v. 193. Heliconis alumnæ.

HELICONIĂDES, *et* Heliconides, dum, f. *the Muses*, dicuntur Musæ, quibus Helicon mons sacer est. *Lucret.* l. 3. v. 1051. Adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus. *Pers. in proœm.* v. 4. Heliconidasque, pallidamque Pyrenem.

HELICŌNIS, idis, adject. fem. ab Helicone. *Stat.* l. 4. silv. 4. v. 90. Parnassique jugis, silvaque Heliconide festis Tura dedit flammis. ¶ *Heliconides*, Musæ. V. vocem præced.

HELICONĬUS, a, um, *Heliconian*, ad Heliconem et Musas pertinens. *Catull.* carm. 60. *epithal. Jul. et Manl.* v. 1. Collis Heliconii cultor. *Ovid.* 1. *Amor.* el 1. v. 15. Heliconia Tempe. *h. e.* loca amœna circa, et in ipso Helicone. *Claudian. de laudib. Serenæ*, v. 10. Heliconia mella. et epigr. 5. Heliconia Nais.

HELIOCALLIS, idis, f. ἡλιοκαλλὶς, herba eadem, quæ helianthes: ita dicta, quia hac peruncturn corpus fit aspectu jucundum: ab ἥλιος, sol, et κάλλος, pulcritudo. *Plin.* l. 24. c. 17. *ad fin.*

HELIOCAMĪNUS, i, m. *a room heated by the sun; any place for basking in*, ἡλιοκάμινος, solaris fornax, vaporarium solare, hoc est locus concameratus, et soli expositus, ac hiberno tempore calorem ex illo concipiens: ab ἥλιος, sol, et κάμινος, fornax. *Plin.* l. 2. ep. 17. In hac (*cryptoporticu*) heliocaminus quidem alia xystum, alia mare, utraque solem prospicit. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 8. tit. 2. leg. 16.

HELIOCHRȲSOS, i, m. *et* Heliochryson, i, n. *the herb marigold*, ἑλιόχρυσος, et apud *Theocrit. Edyll.* 1. ἑλίχρυσος, herbæ nomen est apud *Plin.* l. 21. c. 11. et 25. V. *Chrysanthemum.*

[*HELIOGABĂLUS, i, Ἡλιογάβαλος, nomen cujusdam numinis, cujus templum erat Emessæ. Phœniceum vocabulum faciunt *Capitolin. in Macrin.* c. 9. et *Aurel. Vict. in Epit.* et sic Solem appellari affirmant. *Lampridius in Heliog.* c. 1. inter Jovem et Solem fluctuatur, incertumque habet *Spartianus in Caracall.* c. 11. Varie scribunt, qui hoc nomen afferunt, nam quidam *Elegabalum, Eleagabalum, Alagabalum*, sed recentiores et plurimi ex veteribus *Heliogabalum* dicunt. Hujus Dei figura erat petra in conum fastigata, quæ in numis imperatoris Heliogabali apparet. Hic summo in honore habuit hoc numen, eique templum Romæ in suburbano extruxit, et illius templi sacerdos fuit. Hinc ipse imperator Heliogabalus est appellatus.] [†V. *Gabalus.*]

HELIOPOLĪTÆ, arum, m. cives Heliopolis, quæ urbs est Ægypti in Arabiæ confinio. *Plin.* l. 36. c. 26. *ad fin.* Heliopolitarum ceremoniæ. ¶ Adjective Heliopolites nomos, Ἡλιοπολίτης νομὸς, præfectura regionis ejus. *Id.* l. 5. c. 9. ¶ Heliopoliten Dia, Ἡλιοπολίτην Δία, hoc est Jovem Heliopoliten, vocant Assyrii Solem, quem maximis ceremoniis colunt in civitate, quæ Heliopolis appellatur. Ejus dei simulacrum sumptum est de oppido Ægypti, quod et ipsum Heliopolis appellatur, regnante apud Ægyptios Senemure. Hæc *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 23.

HELIOPOLITĀNUS, a, um, ad Heliopolin pertinens (V. vocem præced.) ut Heliopolitana civitas, *Ammian.* l. 17. c. 4. (*al.* 8.)

[*HELIŎPON, i, n. herba eadem ac heliotropium. *Apul. de herb.* c. 49. A Græcis dicitur heliotropion, quibusdam heliopon.]

HELIOSCOPĬOS, ii, m. *a kind of tithymal, or spurge*, ἡλιοσκόπιος, genus tithymali, foliis porcilacæ, ramulis stantibus a radice quatuor, aut quinque rubentibus, semipedali altitudine, succi plenis, semine albo, columbis gratissimo. Nomen habet, quia capita cum sole circumagit: ab ἥλιος, sol, et σκοπέω, aspicio. *Plin.* l. 26. c. 8. *a med.* ¶ *Helioscopion*, ii, n. *a species of the turnsol*, ἡλιοσκόπιον, genus heliotropii ab ima radice ramosum, in pingui solo nascens, semine in foliculis condito, quod messibus colligitur. *Id.* l. 22. c. 21. [*Apul. de herb.* c. 108. vocat *Helioscopum.*]

HELIOSELĪNUM, i, n. ἑλειοσέλινον, genus apii, quod sponte in humidis nascitur, uno folio, nec hirsutum: ab ἕλειος, palustris et σέλινον, apium. [†Ἑλεόθρεπτον σέλινον vocat *Hom. Il. B.* 776.] Aliud ejus genus, quod in montibus nascitur, cicutæ foliis, radice tenui, semine anethi, minutiore tantum, dicitur oreoselinum: ab ὄρος, mons. Aliud item in siccis proveniens, pluribus foliis, simile helioselino, hipposelinum vocatur. *the herb lovage or horse-parsley*: ab ἵππος, qua in compositione auget, quia ceteris majus est. *Plin.* l. 19. c. 8. et *Pallad. in April.* tit. 3. [† V. *Smyrnion.*]

[* HELIOSTRŎPHON, i, n. herba eadem ac malva erratica. *Apul. de herb.* c. 40.]

HELIOTROPĪUM, ii, n. *the turnsol, or sun-flower*, ἡλιοτρόπιον, herba solaris: ab ἥλιος, sol, et τρέπω, verto, quia solem intuetur semper, cumque eo vertitur, etiam nubilo die. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 46. et *Plin.* l. 2. c. 41. et lib. 22. c. 21. ¶ Item gemma, dicta, quod solis naturam vertere, et immutare videtur, quia aliter eum exhibet vasi aquæ injecta, aliter extra aquam. Nam aquæ immissa auget solis fulgorem sanguineo repercussu, extra aquam radios sive fulgorem quasi avertit, solemque velut in speculo exhibet, deprehenditque defectus, subeuntem lunam ostendens. *Plin.* l. 37. c. 10. [*Martian. Capell.* l. 1. pag. 20. *Grot.* Nominativus est *Heliotropios.*]

HELIS. V. *Elis.*

HELIX, icis, f. *a kind of creeping ivy*, ἕλιξ, et εἴλιξ, species hederæ sterilis, de qua V. in *Hedera.* ¶ Item ornamentum in capitulo Corinthio in modum cauliculi vitei intorti, qua scalpitur in frontibus ejusdem capituli, floribus subjectum: ab εἱλίσσω, circumago, involvo. *Vitruv.* l. 4. c. 1. *ad fin. an ornament on the chapiter of a pillar.*

HELLADĬCUS, a, um, *Grecian, Greek*, Ἑλλαδικὸς, Græcus, Græcanicus. *Plin.* l. 35. c. 10. Picturæ duo genera fuere, Helladicum, et Asiaticum.

HELLAS, ados, f. *Greece*, Ἑλλὰς, Græcia, et præsertim ea Græciæ pars, quæ spatiosior est, et longius a mari recedit, Peloponneso exclusa. *Plin.* l. 4. c. 7. *Pompon. Mela*, l. 2. c. 3. ¶ Aliquando hoc nomine dicta est sola Thessalia. *Plin. ibid. a med.* ¶ Apud *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 278. est nomen mulieris proprium.

HELLE, es, f. Ἕλλη, Athamantis regis Thebanorum filia. V. *Phrixus. Colum.* l. 10. v. 156. Mox ubi nubigenæ Phrixi, nec portitor Helles. *Sidon.* carm. 9. v. 41. Hellis undæ. *h. e.* Hellespontus. *Hellis* pro *Helles* dixit.

HELLEBORĪNE, es, *wild white-hellebore, or nose-wort*, ἑλλεβορίνη, herba similis helleboro, parva, exiguis foliis, jocineris vitiis, et contra venena utilis. *Plin.* l. 13. c. 20. et lib. 27. c. 9.

HELLEBORĪTES, æ, m. *wine seasoned with hellebore*, ἑλλεβορίτης, vinum helleboro conditum. *Plin.* l. 14. c. 16. V. *Abrotonites.*

HELLEBORŌSUS, a, um, adject. *full of hellebore, that hath taken too much hellebore, or who very much needs hellebore; mad, frantic*; qui plus hellebori sumpsit, quam par est. hinc et pro insano ponitur. *Plaut. Rud.* 4. 3. 67. Homo helleborosus.

HELLEBŎRUS, i, m. *et* Helleborum, i, n. *hellebore*, ἑλλέβορος, herbæ species, Latine veratrum. V. *Anticyra.* Præcipuus ejus usus est in educendis noxiis humoribus principis animæ facultatis sedem infestantibus, et melancholicis, furiosis, et comitiali morbo laborantibus dari solet. Hinc factum est, ut, qui haud sano sint animo, helleboro egere dicantur. Duo sunt ejus genera, album, quod vomitione causas morborum extrahit; et nigrum, quod per alvum, quicquid noxium est, dejicit. *Virg.* 3. *Georg.* v. 451. Helleborosque graves, nigrumque bitumen. *Plin.* l. 25. c. 13. Efficacius helleborum ad vomitiones, et ad bilem nigram extrahendam. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 89. Helleborum hisce hominibus opus est. Multa de eo *Plin.* l. 25. c. 5. et *Gell.* l. 17. c. 15. ¶ Scribitur et sine aspiratione, quoniam et Græci sæpe omittunt.

HELLEN, ēnis, m. Ἕλλην, filius Deucalionis, Thessaliæ rex, a quo Græci Hellenes, Ἕλληνες, dicti sunt. *Plin.* l. 4. c. 7. *sub fin.*

HELLENISMUS, i, m. *a Hellenism, Grecism*, ἑλληνισμὸς, a Grammaticis vocatur forma loquendi a Latina consuetudine recedens, et Græcorum leges servans ut *certare alicui, certus, salutis, desine querelarum, triste lupus stabulis, cetera Graius*, et sexcenta hujusmodi, quibus Poetæ abundant. *Lucceius* quoque hellenismum fecit scribens ad *Cicer.* 5. *Fam.* ep. 24. V. *Consuesco.* ¶ Ipsa vox Græca est, et Græce adhibenda.

HELLESPONTIĂCUS, a, um, *et* Hellespontius, a, um, adject. *relating to the Hellespont*, ab Hellesponto mari, vel regione. *Virg. Georg.* 4. v. 111. Hellespontiaci servet tutela Priapi. *Catull.* carm. 18. *ad hortor. deum.* Nam te præcipue in suis urbibus colit ora Hellespontia. *Cic. Fam.* 13. ep. 53. Si quid habebit cum aliquo Hellespontio controversiæ.

HELLESPONTĬAS, æ, m. Ἑλλησποντίας, a quibusdam vocatur Cæcias ventus, teste *Plin.* l. 2. c. 47.

HELLESPONTĬUS. V. *Hellespontiacus.*

HELLESPONTUS, i, m. hod. *the straits of Gallipoli; the straits of the Dardanelles*, Ἑλλήσποντος, fretum seu angustiæ maris inter Thraciam et Asiam minorem. Extenditur a Sept. in Mer. per XLV. M. P. nempe a Propontide usque ad Mare Ægæum. Maxime autem restringitur ad Aust. inter Sestum urbem Thraciæ in Europa, et Abydum urbem Phrygiæ in Asia, arces Turcarum, *the Dardanelles*, quæ VII. vel VIII. tantum stadiis inter se distant: ibique magis proprie Hellespontus dicitur. Nomen habet ab Helle filia Athamantis regis Thebarum, quæ ibi decidens submersa est. ¶ Hellespontus quoque, regio Asiæ, pars Mysiæ, mari prædicto exposita, inter Bithyniam, et Phrygiam, in qua urbes sunt Cyzicus, Parium, Lampsacus, Abydos, Dardanum. *Plin.* l. 4. c. 11. et cap. 12. *a med.* et *Pompon. Mela*, l. 1. c. 1.

HELLŬOR, &c. V. *Heluor.*

HELOPS, opis, m. *et* Helope, es, f. piscis genus delicatissimi saporis, in mari Pamphylio. *Colum.* l. 8. c. 16. *Plin.* l. 9. c. 17. et lib. 32. *extr. Gell.* l. 7. c. 16. *Ovid.* etiam *in fragm. Halieut.* v. 96. Et pretiosus Helops nostris incognitus undis. ¶ Scribitur et Elops, et Ellops, a Græc. ἔλοψ, ἔλλοψ.

HELŌRUS, i, m. fluvius Siciliæ. *Virg.* 3. *Æn.* v. 698. Præpingue solum stagnantis Helori. Ubi *Servius*: fluvii, qui ad imitationem Nili effunditur campis. Sed Græci stagna ἕλη dicunt: unde ait *stagnantis.* V. *Elorus.*

HELVACĔA, genus ornamenti Lydii, dictum a colore boum, qui est inter rufum et album, appellaturque helvus. *Festus.* ubi al. leg. *heluaca.*

HELUATĬO, onis, f. *a gormandizing, guzzling*, λαφυγμὸς, voracitas, profusio in sumptibus ciborum. *Cic. post redit. in Sen.* c. 6. Cur in lustris et heluationibus hujus calamistrati saltatoris tam eximia virtus tamdiu cessavit? ¶ Scribitur et duplici *ll.* V. *Heluo.*

HELŪCUS. V. *Elucus.*

HELVĒLA, *seu* Helvella, æ, f. λαχανάριον, olus minutum, ut *Fest.* definit: ab antiquo *helus*, pro *holus*, seu *olus. Cic.* l. 7. *Fam.* ep. 26. Fungos, helvellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius.

HELVENĀCA VITIS, omnium fertilissima, duo habet genera: altera enim major est, quam quidam longam: altera minor, quam emarcum appellant, non tam fecundam, sed gratiorem haustu. Discernitur folio circinato: verum utraque gracilis. Furcas subdere his necessarium: alioquin ubertatem suam non tolerant: maritimo afflatu gaudent, roscido odore. Nulla vitium minus Italiam amat: rara, parva, putrescens in ea, vino quoque quod genuit æstatem non exsuperans. Hæc *Plin.* l. 14. c. 12. *ad fin.* ¶ Adjective *Colum.* l. 5. c. 5. *a med.* Helvenaci generis palmites. *Plin.* l. 23. c. 1. *a med.* Helvenaco tamen nimio caput tentari convenit.

HELVENACĬUS, a, um, ad helvenacam vitem pertinens, ut Helvenaciæ vites, *Colum.* l. 3. c. 2. *a med.* ¶ Dicitur et *helvenacus.* V. vocem præced.

HELVENĀCUS. V. in *Helvenaca.*

HELVEŌLUS. V. in *Helvolus.*

HELVETĬI, orum, m. *the Swiss*, pop. olim Galliæ Lugdunensis, nunc Germaniæ superioris, quorum regio Helvetia, lacubus et montibus plena. Habent ab Or. et Sept. lacum Brigantinum, et Rhenum fl. quo separantur a reliqua Germania. ab Occ. comitatum Burgundiæ, a Mer. Lemanum lacum, et Valesiam. Plura de his V. apud Geographos. *Cic. de Prov. Consul.* c. 13. Acerrimæ nationes, et maximæ Germanorum, et Helvetiorum. ¶ Adjective *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 2. Helvetius ager. et cap. 12. Helvetia civitas.

HELVIĀNUS, a, um. De Sodalibus Helvianis V. in fine vocis *Marcianus.*

HELVĪCUS, a, um, ad Albam Helvorum pertinens, quæ est urbs Galliæ Narbonensis mediterranea, teste *Plin.* l. 3. c. 4. Hinc *Helvicum vinum*, quod in ejus agro provenit, apud *eund.* l. 14. c. 1. *sub fin.*

HELVĪNUS. V. in *Helvolus.* ¶ Helvina Ceres. V. *Elvina.*

HELŬO, onis, m. *a voracious eater, gormandizer, guzzler, glutton*, λαφύκτης, ἄσωτος, qui immoderate bona sua consumit: ab *eluendo*, inquit *Fest*, et aspiratio additur, ut aviditas magis exprobretur. fit enim vox incitatior. Item universim ganeo, gurges, et in ventre sumptuosus. *Cic. pro Sext.* cap. 11. Me ipsum ut contempsit heluo patriæ! nam quid ego patrimonii dicam, quod ille cum quasi quæstum faceret, amisit? *Id. Agrar.* 1. c. 1. Impurus heluo. *Id. post redit. in Sen.* c. 6. immanis. *Id. pro Dom.* c. 10. spurcissimus. *Id. in Pison.* cap. 17. *ad fin.* Ille gurges atque heluo, natus abdomini suo. *Terent. Heaut.* 5. 4. 10. Gerro, iners, fraus, heluo, ganeo, damnosus. *Gell.* l. 7. c. 16. Pleraque id genus, quæ heluones isti terra et mari conquirunt. ¶ Translate *heluo librorum*, qui legendo satiari non potest. V. in voce sequenti. *an insatiable reader.* ¶ Scribitur et *helluo*: sed *Festi* etymologia *Manutium* movit, ut unicam liquidam præferret: quod et *Dausquio* placet.

HELŬOR, aris, atus sum, dep. 1. *to eat voraciously, eat like a glutton, gormandize, guzzle*, λαφύσσω, devoro, ventri absumo. *Cic. de Provinc. Consul.* c. 6. *extr.* Cum Græcis jam in exostra heluatur: antea post siparium solebat. *Id. pro Sext.* c. 52. Quid? tu meo periculo, gurges ac vorago patrimonii, heluabare? *Id. pro Dom.* c. 47. Ille gurges heluatus tecum simul reipubl. sanguinem. ¶ Translate *Id.* 3. *de Fin.* c. 2. *de Catone.* Quo magis tum in summo otio, maximaque copia, quasi heluari libris, si hoc verbo

in tam clara re utendum est, videbatur. Al. leg. quasi heluo librorum. ¶ Scribitur et helluor. V. in fin. vocis præced.

HELVŎLUS, a, um, *of a pale red*, dicitur de uvis, quæ colorem habent medium inter purpureum et nigrum: ab helvus. Colum. l. 3. c. 2. a med. Sunt et helvolæ uvæ, quas nonnulli varias appellant, neque purpuræ, neque nigræ: ab helvo, nisi fallor, colore vocitatæ. Plin. l. 14. c. 2. Insignes jam colore inter purpureas nigrasque medio helvolæ, sæpius varianti, et ob id varianæ a quibusdam appellatæ. ¶ Dicitur et helveolus eodem sensu. Cato R. R. cap. 6. Helveolum minutum conserito. et cap. 24. Si helveolum vinum facere voles, dimidium helveoli, dimidium apicii vini indito. Plin. l. 14. c. 4. referens verba modo allata ex c. 6. Catonis, habet: helvinum minusculum conserito, ut sit etiam helvinus, a, um.

HELUS, et Helŭsa (al. leg. Helesa) antiqui dicebant, quod nunc holus, et holera. Festus.

HELVUS, a, um, *of a carnation colour, pale-red*, color medius inter album et rubrum. Varr. l. 2. R. R. c. 5. ubi de vaccis. Corium attactu non asperum, ac durum, colore potissimum nigro, dein rubeo, tertio helvo, quarto albo. mollissimus enim hic, ut durissimus primus. De mediis duobus prior, quam posterior, melior: utrique pluris, quam nigri, et albi. h. e. quam nigri et albi simul, h. e. varii maculosi.

HELXĪNE, es, f. *the herb parietary, or pellitory of the wall, helxine*, ἑλξίνη, herba est a radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat, contectum sua fronde: folia habet et caules spinosæ lanuginis, æstate florens: vertex summus lacrimam continet jucundi saporis, acanthicen mastichen appellatam. Sed est rara visu, neque in omnibus terris. Plin. l. 21. c. 16. [† V. Parietaria.] ¶ Alia est, etiam perdicium dicta, quoniam perdices ea præcipue vescuntur: folia habens mixtæ similitudinis plantagini et marrubio: cauliculos densos, leviter rubentes, semina in capitibus lappaceis adhærentia vestibus: unde et helxinen dictam volunt. (nempe ab ἕλκω, traho.) Sed nos, qualis vera esset helxine, diximus priori libro. (scil. loc. cit.) Hæc Plin. l. 22. c. 17.

HEM, interjectio est familiaris, variis inserviens affectibus: ut vocantis, et admonentis, *hoa!* Plaut. Pœn. 3. 4. 16. Hem, istæc volo ergo vos commeminisse omnia. Terent. Phorm. 1. 4. 35. Hem, istuc serva. ¶ Et ostendentis, pro *En, lo!* Id. Andr. 5. 2. 1. Hem Davum tibi. Plaut. Trin. 2. 4. 140. Oves scabræ sunt, tam glabræ, hem, quam hæc est manus. *as bare, see! as this hand.* ¶ Dolentis, et ingemiscentis, *ah! ah! me, alas!* Terent. Andr. 4. 5. 8. Itane Chrysis? hem! My. nos quidem pol miseras perdidit. Id. Eun. 5. 1. 11. Hem, misera occidi! ¶ Indignantis, irascentis. Terent. Andr. 4. 1. 42. Hem, quid ais, scelus? et 4. 4. 47. Audistin', obsecro? hem scelera. Adde Eun. 4. 7. 35. et V. Hui. Sulpic. ad Cicer. Fam. 4. ep. 5. Hem! nos homunculi indignamur, si, &c. ¶ Et verberantis. Plaut. Curcul. 1. 3. 39. Hem tibi pro maledictis istis. *there! take that!* Id. Pseud. 1. 2. 22. Hem, sic datur, si quis herum servus spernit. Adde Mil. a. 5. v. 12. et Terent. Adelph. 2. 1. 18. ¶ Item admirantis. Plaut. Pœn. 5. 2. 86. Ego sum ipsus, quem tu quæris. Pœ. hem, quid ego, audio! Terent. Andr. 3. 1. 4. Pamphilus firmavit fidem. Si. hem. ¶ Item exsultantis. Id. ibid. 4. 2. 3. Hem, Pamphile, optume te mihi offers. ¶ Et respondentis. Id. Adelph. 2. 4. 17. Heus heus Syre. Sy. hem, quid est? *well! what's the matter?* ¶ Et recordantis. Plaut. Mil. 1. 1. 36. Hem scio jam, quid vis dicere. ¶ Sollicitum etiam et laborantem significat. Terent. Eun. 4. 2. 8. Occepi mecum cogitare: hem, biduum hic manendum est soli sine illa. ¶ Interdum servit ironiæ. Id. Phorm. 4. 4. 7. Hem, si quid velis, huic mandes, quod quidem recte curatum velis.

HEMERESĬOS, ἡμερήσιος, *of a day*, unius diei: ab ἡμέρα, dies. Plin. l. 35. c. 11. Absolvit uno die tabellam, quæ vocata est hemeresios, puero picto. *a picture finished in one day.*

HEMĔRIS, idis, f. *the dwarf-oak*, ἡμερὶς, genus arboris glandiferæ, brevioris, et in orbem comosæ, alasque ramorum crebro cavatæ: quæ maximam glandem fert, et gallam optimam. Plin. l. 16. c. 6.

HEMEROBĬOS, ἡμερόβιος, unum tantum diem vitæ habens: ab ἡμέρα, dies, et βίος, vita. Nomen est cujusdam volucris quadrupedis circa solstitium nascentis, apud Hypanim fluvium in Ponto. *an insect that only lives one day.* Plin. l. 11. c. 36.

HEMEROCALLES, n. ἡμεροκαλὲς, et ἡμεροκαλλὶς, species lilii, diem tantum durans: ab ἡμέρα, dies, et κάλλος, pulcritudo. Usum habuit in coronamentis. Plin. l. 21. c. 10. et 21.

HEMERODRŎMI, orum, m. ἡμεροδρόμοὶ, *day-posts, couriers*, cursores, qui die uno ingens spatium cursu emetiuntur. Liv. l. 31. c. 24. Nisi speculator (hemerodromos vocant Græci) ingens die uno cursu emetiens spatium, contemplatus regium agmen e specula quadam, prægressus nocte media Athenas pervenisset. ¶ Inter hemerodromos clarissimus fuit Philonides, Alexandri Magni cursor, de quo Plin. l. 2. c. 71.

[* HEMERŎTON, i, n. herba eadem ac centaurea major. Apul. de herb. c. 34.]

HEMICILLUS, i, dimidius asinus: vox convicii, quam quidam legunt apud Cicer. Attic. l. 13. ep. 51. ubi alii aliter.

HEMICRANĔUM, vel Hemicranium, ii, n. *the megrim, hemicrany*, ἡμικράνιον, morbus, quo dimidia tantum pars capitis laborat, illæsa altera: ab ἥμισυ, dimidium, et κράνιον, caput. Plin. Valerian. l. 1. c. 8. et in lemmate cap. 2. Sereni Sammon. et Marcell. Empir. c. 2.

HEMICYCLIUM, ii, n. *a semicircle*, ἡμικύκλιον, idem quod hemicyclus. Vitruv. l. 9. c. 8. Describantur hemicyclia duo. ¶ Item horologii quædam species, forma semicirculari. Id. l. 9. c. 9. ¶ Item mensa semicircularis, aut etiam locus pluribus sellis dispositis in modum semicirculi, ubi sedere solebant confabulantes. Sidon. Apol. l. 2. ep. 2. Excepto solii capacis hemicyclio. V. vocem sequent.

HEMICȲCLUS, i, m. *a semicircle, hemicycle*, ἡμίκυκλος, semicirculus: ab ἥμισυ, dimidium, et κύκλος, circulus. Plin. l. 5. ep. 6. a med. Rectus hippodromi limes in extrema parte hemicyclo frangitur, mutatque faciem. ¶ Item locus in conclavi, vel porticu, ubi sellæ disponuntur in semicirculi formam, ad colloquendum. Cic. de Amic. c. 1. Cum sæpe multa, tum memini domi in hemicyclo sedentem in eum sermonem incidere. Al. leg. hemicyclio.

HEMICYLINDRUS, i, m. *half a cylinder*, ἡμικύλινδρος, dimidiatus cylindrus. Vitruv. l. 9. c. 3.

HEMĪNA, æ, f. *a small measure, the half of a* sextarius, ἡμίνα, mensuræ genus, dimidium sextarii habens, ut Fest. docet: item vas eam mensuram continens: ab ἥμισυ, dimidium. Dicitur etiam cotyla. Rhemn. Fann. de ponderib. v. 67. At cotylas, quas si placeat, dixisse licebit Heminas, recipit geminas sextarius unus. Plaut. Mil. 3. 2. 18. Heminas octo exprompsi in urceum. Senec. de ira, l. 2. c. 33. Propinare heminam alicui. Pers. sat. 1. v. 129. Se se aliquem credens, Italo quod honore supinus Fregerit heminas Arreti Ædilis iniquas. h. e. iniquas mensuras, quibus institores utuntur in vendendo: (quod erat Ædilium officium. Sic Juvenal. sat. 10. v. 102. vasa minora Frangere pannosus vacuis Ædilis Ulubris.) Cels. in fin. c. 15. l. 4. Hemina salis. et sub fin. cap. 19. Hemina tritici. ¶ Heminæ duodecim congium efficiebant. Cato R. R. c. 57.

HEMINARĬUS, a, um, *containing an* hemina, κοτυλιαῖος, heminæ mensuram habens: et per translationem accipitur pro exiguo. Quintil. l. 6. c. 3. circa med. Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem, heminaria esse dixit.

HEMIOLĬUS, m. ἡμιόλιος, sesquialter, Arithmetica quædam proportio continens aliquem totum numerum, et ejus dimidium, ut se habent tria ad duo, et quindecim ad decem: ab ἥμισυ dimidium, et ὅλος totus. Gell. l. 18. c. 14. Vitruv. l. 3. c. 1. ¶ Hemioliæ, arum, apud Gell. l. 10. c. 25. sunt certum navium genus: fortasse ita dictæ a magnitudine. Sed alii leg. mœdiæ, alii modiæ, alii aliter.

[* HEMIONĬON, i, n. herba quæ et asplenion dicitur. Plin. l. 27. c. 5. Apul. de herb. c. 56.]

HEMISPHÆRĬUM, ii, n. *a hemisphere, half a sphere*, ἡμισφαίριον, dimidia sphæra, ex gr. dimidia pars cæli, aut terræ, aut rotæ. Varr. l. 3. R. R. c. 5. ad fin. Ita circumeunt ad infimum hemisphærium, ac moventur, ut indicent, quot sint horæ. Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 15. Theophrastus lacteum circulum dixit esse compagem, qua de duobus hemisphæriis cæli sphæra solidata est. et cap. 20. Sol post occasum ininferiore hemisphærio currens. Vitruv. l. 5. c. 10. sub fin. hemisphærium vocat cameratum cælum in membris balinei. *a cupola.*

HEMISTICHĬUM, ii, n. *an hemistick*, ἡμιστίχιον, dimidiatus versus. Ascon. in Verr. 3. c. 18. Enniano hemistichio usus est, ex ea tragœdia, quæ Achilles inscribitur.

HEMITHĔUS, i, m. *a demi-god, half-deity*, ἡμίθεος, semideus, heros. Bæbius Macer apud Serv. ad Ecl. 9. v. 47. Statuæ Cæsaris in Capitolio positæ subscriptum fuisse, Cæsari Hemitheo. Martian. Capell. l. 2. pag. 40. A medietate aeris usque in montium terræque confinia Hemithei, Heroesque versantur.

HEMITONĬUM, ii, n. *half a tone*, semitonium, ἡμιτόνιον. Vitruv. l. 5. c. 4. Intervalla tonorum, et hemitoniorum.

HEMITRIGLȲPHUS, i, m. dimidium triglyphi. Vitruv. l. 4. c. 3.

HEMITRITÆUS, i, m. *a semi-tertian ague*, ἡμιτριταῖος, febris tertianæ genus, multo perniciosius, quam tertiana simplex, cum febris tertio quidem die revertitur: ex octo autem et quadraginta horis fere sex et triginta per accessionem occupat (interdum etiam vel minus, vel plus) neque ex toto in remissione desistit, sed tantum levior est. Ita Cels. l. 3. c. 3. qui tamen ipsa voce Græce utitur. est enim ab ἥμισυς, dimidius, et τριταῖος, tertius, quasi semitertianus: et subintelligitur πυρετὸς, febris. Martial. l. 12. epigr. 92. Cui gravis et fervens hemitritæus erat. et lib. 2. epigr. 40. Uri Tongilius male dicitur hemitritæo. Seren. Sammon. c. 52. Mortiferum magis est, quod Græcis hemitritæum Vulgatur verbis: hoc nostra dicere lingua Non potuere ulli, puto, nec voluere parentes. ¶ Hemitritæus etiam dicitur, qui tali febre laborat. Martial l. 4. epigr. 81. Declamas æger, declamas hemitritæus.

HEMITRITAĬCUS, a, um, idem quod hemitritæus, diphthongo soluta. Marcell. Empir. c. 30. a med. Febres acutas compescit, idest hemitritaicas. Adde Cæl. Aurelian. l. 2. c. 10. circa med. et Tard. l. 1. c. 4.

HEMŌNA, humana, et hemōnem hominem dicebant. Paul. ex Festo. Hinc Enn. apud Priscian. l. 6. pag. 683. Putsch. Vulturis in silvis miserum mandebat hemonem. Priscian. tamen legit homonem, docens, vetustissimos homo, homonis, declinasse. Eadem lectionis varietas est in illo Nævii apud Merul. in commentar. fragment. Ennii pag. 2. Qui terrai Latiai homones tuserunt, &c.

HENDECASYLLĂBUS, i, *an hendecasyllabic verse, verse consisting of eleven syllables*, ἑνδεκασύλλαβος, species carminis undecim syllabis constans, h. e. spondæo, dactylo, et tribus choreis, ut illud Catulli carm. 1. Cui dono lepidum novum libellum. Dicitur et Phaleucium ab inventore Phaleco. Alia est species, qua Sapphicum hendecasyllabum dicitur, choreo, spondæo, dactylo, et duobus choreis constans, ut illud Horat. l. 1. od. 2. Jam satis terris nivis, atque diræ. Plin. l. 4. ep. 14. Accipies cum hac epistola hendecasyllabos nostros. Catull. carm. 12. ad Asin. v. 10. Quare aut hendecasyllabos trecentos Exspecta, aut mihi linteum remitte. ¶ Alias hendecasyllaborum species refert Diomed. l. 3. pag. 509. Putsch.

HENDIĂDYS. V. in littera E.

HENĔTI, orum, Ἑνετοὶ, populi Paphlagoniæ, a quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos, credi postulat Nepos Cornelius. Plin. l. 6. c. 2. V. Veneti.

HENIŎCHI, orum, Ἡνίοχοι, feri populi Sarmatiæ Asiaticæ, quorum plura sunt genera, et aliquot enumerat Plin. l. 6. c. 4. et 5. Nomen autem et originem habere dicuntur ab Amphito, et Telchio aurigis Castoris ac Pollucis. Nam heniochus significat habenas tenens ab ἡνία, habena, et ἔχω, habeo. Valer. Flacc. l. 6. v. 42. Miserat ardentes, mox ipse sequutus, Alanos, Heniochosque truces, jampridem infensus Anausis. Senec. in Thyest. v. 1048. Quis inhospitalis Caucasi rupem asperam Heniochus habitans.

HENIOCHĬUS, a, um, Ἡνιόχιος, ad Heniochos pertinens. Plin. l. 6. c. 9. Cyrus oritur ex Heniochiis montibus.

HENIŎCHUS, a, um, adject. Heniochius. Ovid. 4. ex Pont. ep. 10. v. 26. Heniochæ nautis plus nocuere rates. Al. aliter leg.

HENIŎCHUS, i, Ἡνίοχος, nomen impositum Erichthonio curruum inventori, postquam factus est sidus, et in cælum translatus. Etymologiam V. in Heniochi. Plin. l. 18. c. 31. Manil. l. 1. v. 361. et Hygin. l. 3. Poet. Astron. c. 12. V. Auriga.

HENNĒUS, vel Hennæus. V. Enneus.

HENŌSIS, eos, f. adunatio, unio, ἕνωσις: ab ἓν, unum: unus est ex æonibus Valentiniani, apud Tertull. advers. Valentinian. c. 8.

HENŎTIS, etos, f. ἑνότης, ητος, unitas. Unus ex æonibus Valentiniani, apud Tertull. advers. Valentinian. c. 37.

HEPAR, atis, piscis ex genere locustarum. Plin. l. 32. c. 11. [a Græcis ἥπατος vocatur.] ¶ Hepar autem pro jecore Græca vox est, ab ἧπαρ: *the liver*: neque est, quod sciam, in usu Latino. [hac tamen voce usus est Marcell. Empir. l. 4. c. 22. Potio ad hepar utilissima. Id. ibid. Expertum atque utile ad hepar remedium.] Usurpantur tamen Latine hepatia, hepaticus, hepatarius, inde profecta.

HEPATARĬUS, a, um, *of the liver*, ἡπατικὸς, ad hepar pertinens. Plaut. Curcul. 2. 1. 24. Tum te igitur morbus agitat hepatarius. [h. e. morbus amatorius, nam hepar sive jecur est [sedes amoris, et omnium affectionum. Hinc Horat. 4. od. 1. v. 12. de amatore ait. Si torrere jecur quæris idoneum.]

HEPATĬA, orum, n. *the intestines*, interanea: ab ἧπαρ, jecur. Apul. in Apolog. Si cocto pisce ventrem rusparer, hepatia suffoderem. [antiquorum auctorum loca, nempe Lucil. apud Non. l. 2. n. 390. Gigeria sunt, sive adeo hepatia. Petron. in satyr. c. 66. Hepatia in catillis.]

HEPATĬCUS, a, um, *of the liver, hepatic; diseased in the liver, troubled with an hepatic complaint*, ἡπατικὸς, qui hepatis morbo laborat. Cels. l. 4. c. 8. eum morbum describit, ejusque curationem tradit. Plin. l. 20. c. 14. a med. Hepaticis cum melle et sale bibendum datur. Adde lib. 27. cap. 12. ad fin. ¶ Scribitur et epaticus. V. in Aloe.

HEPATĪTIS, is, f. *a gem so called from its resembling the colour, or form, of a liver*, ἡπατῖτις, gemmæ nomen a figura jocinoris. Plin. l. 37. c. 11.

HEPATĪZON, ἡπατίζον, jecoris (quod Grace ἧπαρ) colorem referens: cognomen est æris Corinthii, apud Plin. l. 34. c. 2. ad fin.

HEPHÆSTĪTIS, is, f. ἡφαιστῖτις, gemma est speculi naturam habens in reddendis imaginibus, quamquam rutilans. Plin. l. 37. c. 10.

HEPSĒMA, atis, n. ἕψημα, sapa, mustum ad tertiam partem decoctum: ab ἕψω, coquo. Plin. l. 14. c. 9.

HEPTACHORDOS, i, *seven-stringed*, ἑπτάχορδος, septem habens chordas: ab ἑπτὰ, septem, et χορδὴ, chorda. Fuit cognomen cujusdam L. Valerii, de quo Valer. Max. l.

7. *c. ult.* n. 7. fortasse quia vel ipse, vel ejus majorum aliquis musicæ amantissimus septem chordarum lyra usus fuit.

HEPTAMĔTRUM carmen heroicum dicitur a *Diomed.* l. 3. pag. 512. *Putsch.* si septem pedibus constet, ut *Clio cui dedit ingenium docile atque libidine vinctum.* ἑπτάμετρον.

HEPTAPHŌNOS, i, f. porticus Olympiæ ea arte confecta, ut eadem vox in ea septies redderetur: ab ἑπτὰ, septem, et φωνὴ, vox. *Plin.* l. 36. c. 15.

HEPTAPLEUROS, *a kind of plantain*, ἑπτάπλευρος, dicta est plantago major, foliis laterum modo inclusa, quia hæc septena sunt: ab ἑπτὰ, septem, et πλευρὸν, latus. *Plin.* l. 25. c. 8.

HEPTAPHYLLON, i, n. ἑπτάφυλλον, septifolium, herbæ genus a foliorum numero appellata: ab ἑπτὰ, septem, et φύλλον, folium. *Apul. de herb.* c. 116.

HEPTAPȲLOS, i, ἑπτάπυλος, septem habens portas: ab ἑπτὰ, septem, et πύλη, porta. *Apul.* l. 4. *Metam.* Vix enim Thebas heptapylos accessimus.

HEPTAS, adis, f. *the number seven*, ἑπτὰς, septenarius numerus. *Martian. Capell.* l. 7. v. 241. item *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. sed Græce. Uterque autem ibi multa de eo.

HEPTASĒMUS, numerus est septenarius (ab ἑπτὰ, septem) apud *Martian. Capell.* l. 9. pag. 330.

HEPTASTADĬUM, ii, n. ἑπτασταδιον, agger septem stadiorum in mare procurrens, quo Pharos insula continenti septem dierum spatio juncta fuit: ab ἑπτὰ, septem, et στάδιον, stadium. *Ammian.* l. 22. c. 16. (*al.* 41.)

HEPTĒRES, is, f. *a galley having seven banks of oars*, ἑπτήρης, navis, quæ septem remorum ordines habet. *Liv.* l. 37. c. 23. Maxime exterruit hepteres regia, a minore Rhodia navi uno ictu demersa. Adde c. 24. et 30. V. dicta in *Decemremis.*

HEPTHEMIMĔRIS, is, f. *the hepthemimeral* cæsura, quasi semiseptenaria, species cæsuræ in versibus heroicis, quæ continet tres pedes, et syllabam, quæ dictionem finiat, quæ interdum etiamsi natura brevis sit, licentia tamen Poetica producitur: ab ἑπτὰ, septem, ἥμισυ, semis, et μερὶς divisio, *vel* pars, quasi septima dimidia divisio, vel dimidium septem pedum: ut *Virg.* 12. *Æn.* v. 13. Congredior, fer sacra pater, et concipe fœdus. *Serv. in Centimetr.* p. 1817. *Putsch.* et *Diomed.* l. 3. pag. 496.

HERA, æ, f. *a mistress, dame*, οἰκοδέσποινα, κυρία, domina domus, materfamilias: et dicitur fere cum respectu ad servos, servasve. *Terent. Adelph.* 3. 1. 8. E re nata melius fieri haud potuit, quam factum est, hera. ¶ Græcis *Hera*, Ἥρα, est ipsa Juno, a qua Heretum oppidum cognominatum, tradit *Solin.* c. 2. (*al.* 8.) ¶ Item domina ea ratione, qua suas amicas amatores vocant. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 77. *de Hercule.* Crassaque robusto deducis pollice fila: Æquaque famosæ pensa rependis heræ. Adde *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 136. ¶ Et universim domina, potens, præses. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 313. Noctis heram, Ditemque ciens. et l. 1. v. 780. Tergeminam tunc placat heram. Sic in illo *Ennii* apud *Cicer.* 1. *Offic.* c. 12. Vos ne velit, an me regnare, hera quidve ferat fors, Virtute experiamur. *hera* dicta est eo sensu, quo *Cic.* dixit in *Pison.* c. 2. fors domina campi. *fortune the mistress of all things.* Sic *Plaut. Merc.* 3. 4. 12. Divum atque hominum quæ spectatrix, atque hera eadem es hominibus, spem speratam cum obtulisti hanc mihi, tibi grates ago. ¶ *Herai* in patrio singulari pro *heræ*, est *Ausonii Edyll.* 7. v. 5. Matre carens, nutricis egens, nescivit herai Imperium.

HERACLĒA, æ, f. Ἡράκλεια, nomen est quarundam urbium in Magna Græcia, in Ponto, in Syria, in Thracia, in ora Venetiæ, &c. V. Geographos. ¶ Heracleam Ponti ab Hercule Argivo nomen et originem habuisse, scribit *Mela*, l. 1. c. 19. Ἡρακλῆς enim Herculis Græcum nomen est.

HERACLEOPOLĪTES, æ, Ἡρακλειοπολίτης, ad Heracleam pertinens, ut *Heracleopolites nomos*, præfectura regionis circa Heracleam oppidum in insula Nili fluvii, apud *Plin.* l. 5. c. 9. Et *Heracleopolitæ*, ejus regionis incolæ. *Id.* l. 36. c. 13.

HERACLEŌTES, æ, Ἡρακλεώτης, qui est ex Heraclea urbe. *Cic.* 4. *Acad.* c. 22, Dionysius ille Heracleotes. *Id.* 2. *de Invent.* c. 1. Heracleoten Zeuxin adhibuerunt. *Id. Fam.* 13. ep. 56. Heracleotæ, et Bargyletæ. *Plin.* l. 5. c. 30. Heracleotes tractus.

HERACLEOTĬCUS, a, um, Ἡρακλεωτικὸς, ad Heracleam pertinens. *Plin.* l. 20. c. 16. Cunila gallinacea, Græcis origanum Heracleoticum. *Oppius* apud *Macrob.* l. 2. c. 14. Heracleotica nux, quam quidam castaneam vocant.

HERACLĒUS, a, um, Ἡράκλειος, ad Herculem pertinens. V. in *Heraclius.*

HERACLIENSIS, *et* Heracleensis, se, ad Heracleam pertinens. *Cic. pro Arch.* c. 4. Heraclienses legati. *Liv.* l. 36. c. 22. Heracleensis ager.

HERACLITĒUS, a, um, Ἡρακλείτειος, ad Heraclitum pertinens, qui philosophus fuit Ephesius, celebris tum doctrina, quam sine magistro, sola natura ac diligentia acquisivisse dicitur; tum vero perpetuo fletu, quo res humanas prosequebatur. Hinc *Heraclitei* dicti sunt ejus discipuli, et sectatores. *Apul.* l. 1. *de doctrina Platon.* Naturalis philosophia ab Heracliteis, intellectualis a Pythagoreis, &c.

HERACLĬUM, ii, n. *the herb milfoil or yarrow*, Ἡράκλιον, herba quæ et origanum Heracleoticum dicitur, triplicis generis: alia nigra, latioribus foliis, glutinosa: alia exilioribus mollior, sampsucho non dissimilis: alia inter has media, et minus, quam ceteræ, efficax. Dicitur ab Hercule inventa. *Plin.* l. 20. c. 16. et 17.

HERACLIUS, a, um, *relating to Hercules, Herculean*, Ἡράκλειος, et Ἡράκλιος, ad Herculem pertinens, vel ad Heracleam, ut Heraclius lapis, qui et Lydius, quod apud Heracleam Lydiæ invenitur. *the touch-stone. Plin.* l. 33. c. 8. ¶ Dicitur et *Heracleus*. Hinc *Cic.* 6. *Verr.* c. 18. Pocula duo quædam, quæ Heraclea nominantur, Mentoris manu. *great, huge, large. Plin.* l. 36. c. 16. Heracleos lapis. *h. e.* magnes. *the magnet or loadstone. Juvenal.* sat. 1. v. 52. Heracleæ fabulæ.

HERÆA, orum, n. τὰ Ἡραῖα, ludi, qui Argis solemniter celebrabantur in honorem τῆς Ἥρας, h. e. Junonis. *Liv.* l. 27. c. 30. Curatione Heræorum Nemæorumque ad eum delata. *et mox.* Heræis peractis, ab ipso ludicro extemplo Rhium profectus est.

HERBA, æ, f. *an herb; grass, herbage*, βοτάνη, germen terræ viride ac tenerum, quo vestitur humus, pascuntur animalia, fruges producuntur. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 71. In herba recumbere. et lib. 1. c. 7. Abjicere se in herbam. *Virg. Ecl.* 3. v. 55. in molli consedimus herba. *Id.* 2. *Georg.* v. 527. fususque per herbam agricola. et lib. 3. v. 436. jacere per herbas. *Horat.* l. 1. ep. 14. v. 35. prope rivum somnus in herba. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 864. viridique exsultat in herba. et l. 3. v. 12. et qua requieverit herba, Mœnia fac condas. et l. 7. v. 254. stratis porrexit in herbis. *laid, stretched, extended him. Cic.* 1. *de Divin.* c. 34. Herbæ asperæ et agrestes. *weeds. Virg. Ecl.* 4. v. 24. fallax herba veneni. *et Ecl.* 7. v. 45. somno mollior herba. *et Ecl.* 8. v. 15. ros in tenera pecori gratissimus herba. et l. 1. *Georg.* v. 90. novæ herbæ. et lib. 3. v. 126. pubentes. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 123. recentes. *Plin.* l. 2. c. 63. medicas terra fundit. *Ovid. Metam.* 7. v. 196. pollentes. *of great virtue or efficacy. Virg. Ecl.* 5. v. 26. nec graminis attigit herbam. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 645. Ceres dominum primis fallebat in herbis. *Virg.* 1. *Georg.* v. 134. frumenti quæreret herbam. *the blade.* et lib. 3. v. 295. ovis herbam carpit. *Horat.* l. 1. ep. 12. v. 8. vivere herbis. *Ovid.* 4. *ex Ponto*, ep. 16. v. 33. herbas pascere. *Id.* 14. *Metam.* v. 350. legere. *Plin.* l. 18. c. 21. inutiles evellere. ¶ De oleribus *Cic. Fam.* 7. ep. 26. Herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius. ¶ *In herbis esse* dicuntur frumenta nondum ad maturitatem accedentia. *to be still in the blade. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 48. Neque frumenta in herbis erant, neque multum a maturitate aberant. Translate *Ovid. Heroid.* ep. 17. *sub fin.* Sed nimium properas, et adhuc tua messis in herba est. *h. e.* nondum potiundi tempus advenit. proverb. ¶ *Herbam dare*, aut *porrigere*, proverbialis dicendi forma de eo, qui se victum fatetur, et adversario cedit, victoremque agnoscit: *to own himself conquered:* ductum, inquit *Fest.* quod pastores in prato cursu et viribus contendentes, cum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptam herbam adversario tradebant. *Serv. ad Æn.* 8. v. 128. Cum de nomine Athenarum Neptunus et Minerva contenderent, et jussisset Jupiter, ut illius nomine diceretur civitas, qui munus melius obtulisset hominibus, equum Neptunus, Minerva olivam protulit, et statim vicit: unde cum ejus ramus alicui offertur, indicat eum esse meliorem. Hinc est illud proverbium *herbam do*, idest, cedo victoriam. *Varro ibid.* Cum in agonibus herbam in modum palmæ dat aliquis ei, cum quo contendere non conatur, et fatetur esse meliorem. *Plin.* l. 22. c. 4. Summum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra et altrice ipsa humo, et humatione etiam cedere: quem morem etiam nunc durare apud Germanos scio. Adde *Accium*, et *Afran.* apud *Non.* c. 4. n. 225.

HERBACĔUS, a, um, *of herbs or grass, green as grass, grassy, herbaceous*, βοτανώδης, qui herbæ colorem habet, herbeus. *Plin.* l. 19. c. 6. Porri sectivi duo genera: herbaceum, &c. alterum genus pallidioris folii. et l. 20. c. 13. Folia herbacei coloris. et l. 26. c. 8. Flos hic herbaceus est, alterius thymi albus. et lib. 21. c. 19. Unum purpureo flore, alterum herbaceum. *Id.* l. 23. c. 4. *ad fin.* Herbaceum oleum. *Id.* l. 33. c. 5. Herbacea chrysocolla.

HERBARĬUS, a, um, *of or belonging to herbs*, βοτανικὸς, ad herbas pertinens, ut *Herbaria ars*, quæ in cognoscendis herbis, earumque virtutibus versatur, *the science of botany. Plin.* l. 7. c. 56. Herbariam, et medicamentariam a Chirone volunt repertam. ¶ *Herbarius, ii*, qui herbarum peritus est. *a gatherer of herbs, herbalist, herbarist, botanist. Plin.* l. 20. c. 17. *a med.* Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit. *Id. sub fin.* l. 25. Nostri herbarii strumeam vocant.

HERBASCO, is, n. 3. herba vestior, idem ac herbesco. *Plin.* l. 19. c. 8. *circa med.* Quin et ovillo fimo nominatim uti, quoniam aliud herbasceret. *h. e.* herbas emitteret. *Harduin.* legit *herbas creet.* ex MSS.

HERBATĬCUS, a, um, adject. *feeding on grass*, ποηφάγος, a πόα herba, pabulum, et φάγω comedo: ut Herbatica animalia, quæ herbis pascuntur. *Vopisc. in Probo*, c. 19. Oves feræ, et cetera herbatica animalia.

HERBENS, entis, *herbous, herby, grassy*, herbas producens, herbidus, ut Prata herbentia, apud *Apul.* l. 7. *Metam.*

HERBESCENS, entis, *herbescent*, qui herbidus fit, vel herbam creans. *Cic. de Senect.* c. 15. Terra semen sparsum vapore et compressu suo diffundit, et elicit herbescentem ex eo viriditatem.

[* HERBESSENSIS, e, ad Herbessum pertinens, Siciliæ urbem. *Herbessenses* sunt ejus urbis incolæ. *Plin.* lib. 3. c. 8. sect. 14.]

HERBĔUS, a, um, *green as grass*, βοτανώδης, herbæ colorem habens, viridis. *Plaut. Curcul.* 2. 1. 16. Cum collativo ventre, atque oculis herbeis.

[* HERBĬDO, as, are, a. 1. herbis orno. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 20. Qui lapides coloribus suis terras ratis temporum vicibus herbidabant. *h. e.* herbidas reddebant.]

HERBĬDUS, a, um, *full of herbs, grassy, herbid*, plenus herbis, herbosus, βοτανώδης, ποώδης. *Varr.* 2. *R. R.* c. 1. et *Liv.* l. 9. c. 2. Campus herbidus aquosusque. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 282. majores herbida tauros Non habet Epiros. *Colum.* l. 1. c. 6. *ad fin.* Segetes herbidas reddere. *h. e.* herbis permixtas, et infestatas. ¶ Item herbeus, herbaceus. *Plin.* l. 12. c. 14. Herbidus color. *Prudent. in Psychom.* v. 863. volvitque vagos lux herbida fluctus. ¶ Item ex herba factus. *Id.* l. 24. c. 6. Lactis potus herbidi per montium æstiva. *h. e.* lactis ex recentibus herbis geniti.

HERBĪFER, a, um, *yielding herbs or grass*, ποώδης, herbas ferens, herbidus. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 9. Herbiferi colles. *Id.* 4. *Fast.* v. 468. et ripas, herbifer Aci, tuas. *Plin.* l. 25. c. 8. Herbiferum esse et Pelium montem in Thessalia.

HERBIGRĂDUS, a, um, *going on the grass*, qui inter herbas graditur. *Pacuv.* apud *Cicer.* 2. *de Divin.* c. 64. terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam. Al. leg. *tardigradam.*

HERBILIS ANSER, *a green goose*, inquit *Fest.* herba pastus: qui gracilior est, quam frumento altus. *Lucil.* apud *Serv. P. Daniel.* anseris herbili' virus.

HERBIPŎTENS, entis, qui scit potestatem herbarum. *Boeth. de consol.* metr. 3. l. 4. v. 8. *de Circe.* Quos ut in varios modos Vertit herbipotens manus, &c.

HERBITENSIS, se, ad Herbitam pertinens, quod est Siciliæ oppidum. Hinc Herbitensis ager, apud *Cicer. Verr.* 5. c. 18. et Herbitenses ejus oppidi cives *Id.* 4. *Verr.* c. 65. qui *Verr.* 5. c. 32. ipsam Herbitam nominat, et civitatem honestam et copiosam fuisse confirmat.

HERBŌSUS, a, um, *full of herbs or grass, grassy, herbous*, ποώδης, herbidus, herbis abundans. *Horat.* l. 3. od. 18. v. 9. Ludit herboso pecus omne campo. *Propert.* l. 1. el. 3. v. 6. Apidanus herbosus. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 25. pascebant herbosa palatia vaccæ. *Virg.* 2. *Georg.* v. 199. herbosum flumen. *h. e.* cujus ripæ, et loca circum herbida, aquis ejus irrigata. *Cato R. R.* c. 54. Herbosissima stramenta. *h. e.* quæ herbas multas permixtas habent. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 367. herbosum moretum. *h. e.* ex variis herbis compositum. [¶ Item herbei coloris. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 17. *Grot.* Calceos smaragdineæ fluctu viriditatis herbosos vestigiis ejus (Jovis) Tellus annexuit.]

HERBŬLA, æ, f. *a small herb, herbelet*, βοτάνιον, diminut. ab herba. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 50. Perpurgant se se quadam herbula, quæ seselis dicitur. Adde *Senec. de vita beata*, c. 9.

HERBUM, i, n. idem quod ervum, apud *Pallad.* l. 1. tit. 24.

[* HERBUSCŬLA, æ, f. diminut. ab herba, *a herbelet*, herbula. *Martian. Capell.* l. 2. *ab init.* pag. 25. *Grot.* Quem prælectis quibusdam herbusculis conspicata est.]

HERCĔUS, i, Ἑρκεῖος, cognomen Jovis, qui intra septum domus cujusque colebatur, quem etiam *Penetralem* vocabant, ut ait *Fest.* ab ἕρκος, septum. Hinc maceriem, quæ domum ambit, *Serv. ad Æn.* 2. v. 469. scribit Jovi Herceo sacratam fuisse. *Ovid. in Ibin*, v. 285. Nec tibi subsidio sit præsens numen, ut illi, Cui nihil Hercei profuit ara Jovis. *h. e.* Priamo, qui a Pyrrho ad aram Jovis domesticam mactatus fuit, ut est apud *Virg.* 2. *Æn.* v. 550. et *Ovid. Metam.* 13. v. 409. (V. *Senec. in Agamemn.* v. 793.) Sic *Lucan.* l. 9. v. 979. Herceæ aræ.

HERCISCO (vel Ercisco, ut est *in Pandect. Florent.*) a. 3. divido, *to divide, part, separate*, antiquum verbum juris, cujus tamen nulla vox, nisi gerundiva in usu est. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 56. Nec si parvi navigii, et magni eadem est in gubernando scientia, idcirco qui, quibus verbis herctum cieri oporteat, nesciat, idem herciscundæ familiæ causam agere non possit. *Id. pro Cæcin.* c. 7. Nomine heredis arbitrum familiæ herciscundæ postulavit. *Apul. sub fin.* l. 6. *Metam.* In causa finali de proprietate soli, immo viæ herciscundæ contendentes. Adde tit. 2. lib. 10. *Dig.* Familiæ herciscundæ. ¶ Dictum est a voce *Herctum*, et *Cisco* pro *Cio*, divido: quod a σχίω, et σχίζω, scindo. *Gloss.* Cienda, διαιρουμένη. Ergo *Hercisco* est quasi *Herctum cisco*, h. e. patrimonium divido: *to divide an in-*

heritance among joint heirs: et *familia*, seu *hereditas herciscunda*, est hereditas dividunda. V. *Herctum.* Sunt tamen, qui hoc *hercisco* nihili putant, et tanquam corruptam vocem ex *hercto cito*, ex Latio procul amandandam. Fuisse enim aiunt apud antiquos actionem hereditatis dividendæ his verbis conceptam: *familiæ, hercti ciundæ:* ex quibus factum esse a JCtis per imperitiam *familiæ herciscundæ*. Ita *Salmas. ad Solin.* pag. 1262. 1263. Sed obstant huic sententiæ tum loca *Cicer.* et *Apuleii* allata, quæ non vidisse, aut dissimulasse videtur *Salmas.* tum auctoritas Criticorum aliorum, qui retinendum omnino putant.

HERCLE, adverb. *by Hercules, truly*, idem ac hercule, per syncopen. *Cic.* l. 2. *Fam.* ep. 18. Et hercle sine dubio erit ignominia. Adde *Terent.* sæpe, et *Plaut.* quam sæpissime. ¶ Jungitur et aliis particulis affirmantibus. *Plaut. Trin.* 3. 3. 53. Scite hercle sane. *Id. Merc.* 1. 2. 74. Tam hercle certe, quam, &c. et 2. 1. 40. Hercle equidem. *Id. Mil.* 4. 2. 8. Nequeo hercle quidem. *Id. Stich.* 4. 1. 55. Hercle ille quidem certo versutus fuit. *Id. Trin.* 3. 3. 23. Minime minime hercle vero. *Id. Men.* 5. 9. 33. Hercle quin tu me admonuisti recte, et habeo gratiam. *Id. Rud.* 3. 5. 41. Heu hercle næ istic fana mutantur cito! ¶ *Hercle* non dicebant feminæ. V. tamen *Hercule* infra. Sunt qui putant morem illum, ut per Herculem non jurarent feminæ (de quo et in *Ecastor* et *Mecastor* verba facimus) solis Romanis mulieribus proprium fuisse: illo autem *Plauti* loco Græcam ancillam loquentem induci. [¶ *Per hercle* idem ac hercle. *Gell.* l. 3. c. 6. Per hercle rem mirandam Aristoteles dicit. Nonnulli conjunctim scribunt *perhercle*.]

HERCTUM, *sive* Erctum, *sive* Horctum, ut quidam dixere, *an estate, inheritance, patrimony. Festus.* Horctum, et Forctum pro bono dicebant. *Donat.* apud *Serv.* in 8. *Æn.* v. 642. et *Gell.* l. 1. c. 9. *extr.* Herctum non citum, hoc est patrimonium non divisum: Herctum ciendum hereditas dividenda. Qui modus dicendi habetur etiam apud *Fest.* Herctum citum sit inter consortes. (Ubi genus neutr. animadvertendum est.) *Gloss.* Herctus citus, διαίρεσις τῶν ὑπαρχόντων. Adde *Cicer. loc. cit.* in *Hercisco*, ubi illud *herctum cieri* a *Pet. Victor. var. lect.* l. 35. c. 1. satis defenditur contra eos, qui lectionem sollicitant.

HERCULANENSIS, se, ad Herculanum pertinens, quod fuit oppidum Campaniæ ad sinum Neapolitanum, inter Pompeios, et Neapolim, prope Vesuvium, Neronis tempore terræmotu semirutum, ut est apud *Senec.* l. 6. *quæst. nat.* c. 1. et 26. postea sub Tito, erumpentibus Vesuvii immani mole cineribus, prorsus obrutum. Herculanium dicitur a *Plin.* l. 3. c. 5. *a med.* Herculaneum a *Sisenn.* apud *Non.* c. 3. n. 100. *Liv.* l. 10. c. 45. *ad fin. Senec.* l. 6. *quæst. nat.* c. 26. *sub fin. Vellei.* l. 2. c. 16. *Pomp. Mela*, l. 2. c. 4. *ad fin.* et *Flor.* l. 1. c. 16. Herculanum a *Cicer.* l. 7. *Attic.* ep. 3. Græce est Ἡράκλειον. Hinc Herculanense litus, et oppidum, *Senec. loc. cit.* cap. 1. Herculanensis fundus, *Cic.* 9. *Fam.* ep. 25. et absolute, Herculanense, *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 22. ¶ *Herculanenses*, ejus oppidi cives. *Lap. vet.* his annis effossus eo ipso loco, ubi Herculaneum fuit: M. Nonio M. F. Balbo Pr. Pro. Cos. Herculanenses. Adde alium apud *Gruter.* pag. 439. n. 6.

HERCULANĔUM. V. vocem præced.

HERCULANĔUS, et

HERCULĀNUS, a, um, adject. ad Herculem pertinens, *relating to Hercules, Herculean*, herculeus, Ἡρακλικός, ut Herculaneæ formicæ, h. e. maximæ, *Plin.* l. 30. c. 4. et Herculanea urtica, quæ mordax simul, et odora est, *Id.* l. 21. c. 15. *ad fin.* Sic Herculanus pes, *Gell.* l. 1. c. 1. ¶ *Herculanea pars*, h. e. pars decima, quam multi Herculi consecrabant. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 11. De una mina deminui modo quinque nummos; mihi detraxi partem Herculaneam. V. *Hercules.* ¶ *Herculanea machæra*, magnus ensis, cujusmodi solet Herculi tribui. *Capitolin. in Pertin.* c. 8. ¶ *Herculanea via*, quam memorat *Cic. Agrar.* 2. c. 14. fuit circa Herculanum oppidum, ab Hercule, ut ferunt, strata septem stadiorum spatio. ¶ *Herculanea*, et *Herculana ficus*, quam *Cloat.* apud *Macrob.* l. 2. *Sat.* c. 16. *Cato R. R.* c. 8. et *Plin.* l. 15. c. 18. memorant, fortasse ab eodem illo oppido, ubi nascitur, denominata est. ¶ *Herculaneus rivus* fuit via Sublacensi, qui in aquæductum Anienis novi influebat. *Frontin. de aquæduct.* artic. 15. Alius fuit prope aquam Virginem, quem ipsa refugiens, Virginis nomen accepit, inquit *Plin.* l. 31. c. 3. Unde autem hi nomen habuerint, ignotum est.

HERCŬLE, *et* Hercules, *by Hercules, truly, by my troth*, μὰ τὸν Ἡρακλέα, per Herculem, certe, profecto, adverb. jurandi. *Cic. pro Quint.* c. 3. Itaque hercule haud mediocriter de communi, quicquid poterat, ad se in privatam domum sevocabat. *Id. Attic.* l. 2. ep. 7. Hercule, verum ut loquamur, subcontumeliose tractatur. *Id. ad Capiton. post* ep. 16. l. 16. *ad Attic.* Sed hercule facile patior. *Id. de clar. Orat.* c. 16. Et hercules hæ quidem exstant. *Vellei.* l. 2. c. 52. Neque hercules quidquam salubrius fuit. ¶ Sæpius *hercle* dicebant, quod V. supra suo loco. ¶ Hæc jurandi formula virorum propria erat; quemadmodum mulieres jurabant per Junonem. Apud *Plaut.* tamen *Trucul.* 2. 1. 1. ancilla quædam, Ha ha ha, inquit, hercle quievi &c.

HERCŬLES, is, m. Ἡρακλῆς, Heros Thebanus, filius Jovis tertii ex Alcmena uxore Amphitryonis, nepos Alcei, frater Iphicli. ¶ Non solus autem Alcmenæ filius ita appellatus est, sed plures Hercules exstitere. A *Cicer.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 16. sex numerantur. Primus Atheniensis, filius Jovis primi ex Lysito, ille, qui cum Apolline de tripode, idest de arte divinandi certavit. Secundus Ægyptius, filius Nili, quem dicunt Phrygum characteres invenisse. Tertius indigena montis Idæ in Troade, cui inferiarum inventionem attribuunt. Quartus Phœnix, vel Libycus, filius Jovis secundi ex Asterie sorore Latonæ, qui a Tyriis colebatur, filiamque habuit nomine Carthaginem. Quintus indigena Indiæ, ille qui etiam Belus est appellatus. Sextus Argivus, vel Thebanus, filius Jovis Tertii ex Alcmena Amphitryonis uxore. *Varro* apud *Serv. ad Æn.* 8. v. 564. quatuor et quadraginta Hercules nominat: verumtamen omnes, qui robore præstiterunt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuisse affirmat. V. *Cacus.* Ceterum etsi multi fuere Hercules, qui variis temporibus floruerunt, omnes heroica virtute, rerumque gestarum magnitudine insignes, tamen cum incertum sit, quibus temporibus singuli vixerint, et quas res quisque gesserit, hinc factum est, ut uni Thebano Herculi reliquorum omnium labores, et res gestæ tribuerentur. ¶ In fabulis est, Eurystheum Mycenarum regem Herculi imperitavisse, quod Junonis fraude Eurystheus ante Herculem natus fuisset. Hoc ideo fictum est, quia Hercules subditus fuit, et tamen regno erat dignior, quam Eurystheus. Juno etiam fertur Herculem odisse implacabili odio, quod ex Jovis conjugis adulterio natus esset, et illum perdere cupiens, novos semper labores Eurystheo suggessisse, quos ille Herculi imperaret, ut interiret: quæ res exspectationem ejus maxime fefellit. Hercules enim undique victoriam referens, immortale sibi decus peperit, adeo ut prius Juno jubendo, quam Hercules laborando, defatigaretur. ¶ Hercules fuit omnium gigantum maximus, quippe qui, *Solino* auctore cap. 1. (*al.* c. 5. *a med.*) ad septem pedum altitudinem pervenit. V. *Gell.* l. 1. c. 1. ¶ Res fortiter et præclare gestæ ab eo, quas labores Herculis vocant, plurimæ fuerunt, sed celebriores feruntur duodecim. Primo enim aprum in Erymantho Arcadiæ monte omnia devastantem, vivum cepit, et ad Eurystheum pertraxit. II. Eodem pacto taurum, cui Neptunus furorem immiserat, ut Cretam vastaret, edomuit et abduxit. III. Leonem inusitatæ magnitudinis in Nemea silva jugulavit, detractamque pellem tota vita pro insigni gestavit. IV. Hydram in Lerna palude, septem capita habentem, clava occidit. V. Cervam æripedem, et aureis cornibus in Mænalo (aliis in Parthenio) monte cursu defatigatam comprehendit. VI. Stymphalidas aves sagittis interfecit; vel ut alii volunt, ænei crepitaculi sonitu usque ad Aretiada insulam fugavit. VII. Ad inferos cum descendisset, ut Theseum amicum inde educeret, tum ipsum exsolvit, tum Cerberum canem, aditum prohibentem, ternis catenis vinctum ad superos traxit. VIII. Augiæ stabulum tria millia boum capiens expurgavit. IX. Amazonas bellicosissimas feminas debellavit. X. Aurea mala in Hesperidum hortis, dracone custode interempto, abstulit. XI. Geryonem Hispaniæ regem tricorporem bello devicit. XII. Calpem et Abylam, montes antea conjunctos, divisit, interjecto mari. (Hoc idem de Olympo et Ossa in Thessalia tangit *Lucan.* l. 6. v. 347.) Nec tamen cum orbem terrarum eo usque victor peragrasset, ulterius provehi est ausus: quare eo loci Columnæ Herculis esse dicuntur, quas is tanquam terminos vel laborum suorum, vel, ut tum fere credebatur, totius orbis statuerit. *Curt.* l. 10. c. 1. Cetera ejus facinora, ut angues dum adhuc vagiret in cunis, elisos, Prometheum a vinculis et vulture liberatum, Trojam una cum Neptuno et Apolline exædificatam, deinde eversam, Cacum peremptum, (V. *Cacus*) Busiridem devictum, Lacinium latronem interfectum, et alia variis in locis *Serv. ad Virg.* enarrat, et alii tum Mythologi, tum Poetæ *Ovid. Virg. Æn.* 8. *Senec. Trag. Martial. Stat. Sidon. Apoll.* carm. 9. v. 91. et 15. v. 140. *Claudian. in præfat.* l. 2. *de rap. Proserp. Hygin.* fab. 30. *et sequentib.* et *Anonymus Poeta*, qui cum *Claudiano* edi solet, *de laudib. Herculis.* ¶ Uxores habuit, in Græcia primum Megaram filiam Creontis regis Thebarum, deinde Deianiram filiam Oenei Regis Ætoliæ, in Italia Pallantiam, seu Dynam, seu Laviniam filiam Evandri regis Arcadum. Ceterum se se cum multis aliis feminis commiscuit, in Græcia cum L. filiabus Thespii, dum in Italiam navigabat cum virgine Hyperborea, quam a patre obsidem acceperat, et secum caste usque ad id temporis duxerat: post bellum Italiæ, in Lidia cum Omphale, in Græcia cum Iole. ¶ Filios primum quinquaginta suscepit ex Thespii filiabus, deinde alios ex aliis. ¶ Herculis mors hoc modo accidit. Cum Deianira rescivisset, maritum suum Ioles amore detineri, per Licham servum misit illi, dum in Œta monte sacrificaturus erat, vestem Nessi Centauri sanguine infectam, futurum rata, quod Centaurus ab Hercule sagitta transfixus, et moriens illi per dolum persuaserat, ut ea ratione languentem viri amorem excitaret, eumque ab aliis avulsum ad se unam revocaret. Itaque Hercules vestem illam induit, et, ubi veneni vis in ejus viscera pervasit, in rabiem versus, se se in pyram accensam injecit. Ante tamen Philoctetem jurejurando adegit, se nemini unquam mortem et sepulcrum Herculis indicaturum, illique dono dedit pharetram et sagittas tinctas felle Hydræ Lernææ. ¶ Post mortem ob fortitudinem et gloriam militarem in deorum numerum relatus fuisse, a gentibus creditus est. Igitur in omnibus fere orbis regionibus ædificaverunt Herculi templa et aras, in urbibus, in pagis, in viis publicis. Imo et vivens sacrificiis cultus fuit. V. *Liv.* l. 1. c. 7. ¶ Herculi decimas offerebant. Causa fuit, quia is putabatur gaudere bonorum exuberantium imminutione, ut qui victu nec lauto, nec immodico usus esset. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. et *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 36. Neque Herculi quisquam decumam vovit unquam, si sapiens factus esset. ¶ Herculem thesauris reconditis præesse credebant. *Pers.* sat. 2. v. 12. o si Sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro Hercule! ¶ *Herculis cothurnos aptare infanti*, proverb. dicitur de inepte applicatis, ut si quis rem humilem oratione tragica prosequatur. *Quintil.* l. 6. c. 1. ¶ *Herculem lacessere* est fortiorem irritare. *Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 103. n. 5. Nonne dixi tibi, Decebale, funestum est Herculem lacessere? ¶ *Nec Hercules adversus duos:* h. e. nemo tantis est viribus, ut contra plures par esse possit. Ducitur proverb. ex eo, quod Hercules adversus Hydram simul et Cancrum pugnaturus, Iolai nepotis imploravit auxilium. Quo respexit *Catull. in carm. nuptiali* 61. v. 64. Noli pugnare duobus. ¶ Herculem *nutricem* invocabant parasiti, quod cum publice epulæ in Herculis honorem instruebantur, ii præsertim, tanquam peculiares ejus dei servi, convivio adhibebantur, et laute accipiebantur. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 79. ¶ *Hercules* adverb. V. *Hercule.* ¶ *Herculis quæstum conterere*, h. e. valde prodigum esse, et vel decimas Herculi debitas prodigere. *Plaut. Mostell.* 4. 2. 68. ¶ *Herculi*, et *Herculei* in genit. pro *Herculis*, quidam leg. apud *Cicer.* 4. *Acad.* c. 34. ut Ulyssi, et Ulyssei, Achilli. Hinc *Plin.* l. 6. *dub. serm.* apud *Charis.* l. 1. pag. 107. *Putsch.* Herculi pro Herculis, et Ulyxi pro Ulyxis dici cœptum est. *Catull.* carm. 55. *ad Camer.* v. 13. Sed te jam ferre, Herculei labos est.

HERCULĔUS, a, um, *relating to Hercules, Herculean*, Ἡράκλειος, ad Herculem pertinens. *Horat.* l. 1. od. 3. v. 36. Perrupit Acheronta Herculeus labor. [† *i. e.* Hercules; juxta Homericum illud, βίη Ἡρακληείη.] et lib. 2. od. 12. v. 6. Herculea manu domitus. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 263. Herculeus leo. *h. e.* leonis spolium ab Hercule gestatum. et vers. 118. Herculea auxilia. *h. e.* quæ fert Hercules. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 8. Herculeus hospes. *h. e.* Croto, qui eo loci, ubi postea Croton urbs condita fuit, Herculem ab Oceano redeuntem hospitio excepit. *Id.* 2. *Fast.* v. 237. Herculea gens. *h. e.* Fabii. *Sil.* l. 7. v. 44. Herculei penates. *h. e.* gens Fabia. V. *Fabii. Ovid. Metam.* 11. v. 627. Herculea Trachin. *h. e.* ab Hercule condita. *Lucan.* l. 3. v. 178. Herculea Œte. *h. e.* in qua Hercules se igni cremavit. *Ovid. de remed. amor.* v. 47. Herculeus hostis. *h. e.* Telephus Herculis filius. *Id.* 15. *Metam.* v. 711. Herculea urbs. *h. e.* Herculaneum ab Hercule conditum. *Propert.* l. 1. eleg. 11. v. 2. Herculea litora. *h. e.* Herculaneo proxima. *Colum.* l. 10. v. 135. Herculeæ salinæ. *h. e.* quæ prope Herculaneum fuere. *Virg.* 2. *Georg.* v. 66. Herculeæque arbos umbrosa coronæ. *the poplar. h. e.* populus, cujus fronde Hercules ad Inferos descendens se coronasse fertur. Quo factum est, ut exterior foliorum pars ex ejus loci caligine nigrorem contraheret, interior vero sudorem ejus abstergeret, et albescens remaneret. Ita *Serv.* ad illud ejusd. 8. *Æn.* v. 276. Herculea bicolor cum populus umbra. *Id. ibid.* v. 27. Herculeum sacrum. *h. e.* in honorem Herculis institutum ab Evandro. *Justin. in præfat.* Trogus Pompeius Herculea audacia orbem terrarum aggressus. ¶ Herculeo sacratus nomine portus, apud *Lucan.* l. 1. v. 405. est portus Monœci in Liguria, qui Herculi sacer est, et *portus Herculis Monœci* etiam vocatur. *Serv. ad* 6. *Æn.* v. 831. Eadem ratione *Silius* Herculeos colles l. 1. v. 585. dixit vicinos illi portui. *Id.* l. 4. v. 71. arx Herculea. *h. e.* Saguntus, cujus conditor fuit Hercules. unde ejus muros *Herculeos* vocat *Id.* lib. 1. v. 273. Adde vers. 505. ¶ Herculeæ fauces, apud *Lucan. initio* l. 8. sunt angustiæ in confinio Thessaliæ, et Macedoniæ, inter Ossam et Olympum, qua Peneus amnis in sinum Thermaicum influit, qui locus etiam Tempe dicitur: quia fabulantur, eos montes antea conjunctos, Herculea manu discessisse, ut *Id.* l. 6. v. 347. loquitur. ¶ *Claudian.* autem hoc tribuit Neptuno lib. 2. *de rapt. Pros.* v. 181. ¶ Herculeum astrum, apud *Martial.* l. 8. epigr. 55. est signum Leonis. V. *Leo.* ¶ Herculeæ metæ apud *Lucan.* l. 3. v. 278. sunt, quas Herculis columnas vocant *Curt.* l. 10. c. 1. et *Plin.* l. 2. c. 67. hinc inde in faucibus freti Gaditani. [† *Dionys. Perieg.* 64. Ἔνθα τε καὶ στῆλαι περὶ τέρμασιν Ἡρακλῆος Ἑστᾶσιν, μέγα θαῦμα, παρ' ἐσχατόωντα Γάδειρα, Μακρὸν ὑπὸ πρῶνα πολυσπερέων Ἀτλάντων.] ¶ Herculeum Tibur vocat *Martial.* l. 1. epigr. 13. et lib. 4. epigr. 62. quia in eo oppido Hercules colebatur, cujus proinde muri *Herculei* dicuntur

a *Sil.* l. 4. v. 224. et ipsi circa colles *Herculei* vocantur ab *eod. Martial.* l. 4. epigr. 57. et lib. 7. epigr. 12. Quin et ipse Hercules *Tiburtinus* cognominatur *in vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 49. n. 6. ¶ Ternoctem Herculeam *Stat.* 12. *Theb.* v. 301. dixit noctem illam, qua Hercules genitus est, quam Jupiter dicitur ad terna noctis tempora produxisse. ¶ De nodo Herculeo V. in *Nodus.*

HERCYNĬA SILVA, Hercynium nemus, hod. *Schwartzwalde* vel *the Black Forest*, silva est Germaniæ maxima, longa itinere LX. dierum, teste *Mela* l. 3. c. 3. lata IX. teste *Cæsare* l. 6. *B. Gall.* c. 24. Sed multis in locis excisa fuit, ubi urbes, et oppida, et pagi nunc sunt. Plura V. apud Geographos. Etiam *Hercynium saltum* appellat *Plin.* l. 4. c. 12. *a med.* et lib. 10. c. 47. et *Tacit. de Germ.* c. 30. et *Hercynium jugum*, *Plin. in fi.* cap. 14. l. 4. Græce Ἑρκύνιος δρυμὸς dicitur, et Ὀρκύνιος: quod et *Cæsar* docet *loc. cit.* c. 25.

HERE, *yesterday*, adverb. idem quod heri, ἐχθές. Vox est fere Poetica. *Plaut. Amph.* 1. 3. 16. Here venisti media nocte, nunc abis. *et Capt.* 1. 2. 2. Captivos duos, here quos emi de præda. *Id. Trucul.* 2. 6. 28. Here nudius quintus natus ille est. *five days ago yesterday.* Adde *Mil.* 1. 1. 59. et 60. ¶ Illi etiam qui utramque syllabam corripere volunt, *here* dicunt. *Juvenal.* sat. 3. v. 23. Res hodie minor est, here quam fuit: ac eadem cras, &c. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 852. Hic here Phryxeæ vellera pressit ovis. *Martial.* l. 1. epigr. 44. Et positum est nobis nil here præter aprum. Adde lib. 3. epigr. 12. lib. 4. epigr. 7. et alibi. A *Priscian.* l. 15. pag. 1011. *Putsch.* tribuitur etiam *Horatio* (quamvis extra necessitatem corripiendi ultimam) l. 2. sat. 8. v. 2. Nam mihi convivam quærenti, dictus here illic De medio potare die. *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) testatur, suo tempore *here* dictum fuisse: at, inquit, in veterum Comicorum adhuc libris invenio (*Terent. Phorm.* 1. 1. 2.) *heri ad me venit*: quod idem in epistolis Augusti, quas sua manu scripsit, aut emendavit, deprehenditur. Ergo ex *Quintil.* colligitur, Augusti ævo, et antea quoque *heri* usitatius fuisse quam *here*.

HERĔBUS. V. *Erebus.*

HEREDIŎLUM, li, n. *a small farm to which the owner succeeded by inheritance*, parvum heredium, κτημάτιον. *Colum. in præfat.* l. 1. *ante med. de Cincinnato.* Rursus depositis fascibus, ad eosdem juvencos, et quatuor jugerum avitum herediolum redierit. *Gell.* l. 19. c. 7. Herediolum tenue possidebat.

HEREDIPĔTA, æ, m. *a will-hunter*, qui blanditiis, assentationibus, muneribus senum ac viduarum gratiam captat, ut ab iis heres scribatur. *Petron. in Satyr.* c. 124. Incidimus in turbam heredipetarum.

HEREDITARĬUS, a, um, *hereditary, coming by inheritance*, κληρονομικὸς, ad hereditatem pertinens. *Cic. pro Cæcin.* c. 5. Cum esset hæc auctio hereditaria constituta. *Id. ad Brut.* ep. 6. *ad fin.* Habere cum aliquo controversiam hereditariam. ¶ Item qui ad nos hereditate pertinet. *Plin.* l. 7. ep. 11. Hereditarii agri. *Flor.* l. 3. c. 13. *extr.* Jure hereditario possidere aliquid. *Curt.* l. 10. c. 7. *ad fin.* Hereditarium imperium vindicare. *Cic. in Somn. Scipion.* c. 2. Hereditarium cognomen. *Justin.* l. 36. c. 4. Attalicas gazas hereditarias populi R. Romam deportavit. ¶ Translate dicitur de iis omnibus, quæ utcumque a majoribus sumimus. *Flor.* l. 3. c. 17. Ut hereditarium in posteros suos bellum propagaret. *Quintil.* declam. 9. c. 14. Hereditaria odia subire. *Valer. Max.* l. 4. c. 3. n. 8. Vetus atque hereditaria Urbis nostræ paupertas.

HEREDĬTAS, atis, f. *inheritance, heirship*, κληρονομία, successio in universum jus, quod defunctus habebat tempore mortis, ut *Caius Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 24. definit. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 45. Hereditate possidere aliquid. *et ibid.* Hoc mihi hereditate venit. *Plin.* l. 17. c. 1. Domus, quæ mihi hereditate obvenit. *Nepos in Annib.* c. 1. Hereditate relictum quippiam. ¶ Item ipsa illa bona et jura, quæ hereditate acquirimus. *an inheritance. Cic. in Top.* c. 6. Hereditas est pecunia, quæ morte alicujus ad quempiam pervenit jure, nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta. *Id. pro Flacc.* c. 36. Communem hereditatem, quæ æqualiter ad utrumque lege venisset, concessit adolescenti. *Id.* 2. *Phil.* c. 16. *extr.* Hereditatem adire. *Id.* 11. *Attic.* ep. 2. cernere ex testamento. et lib. 12. ep. 48. tenere. *Id. pro Cæcin. c. pænult.* capere ab aliquo. *Id.* 1. *Agrar.* c. 3. obire. *Id.* 1. *Offic.* c. 33. *extr.* tradere alicui. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 19. *extr.* usurpare. *Plin.* l. 8. ep. 18. alicui transmittere. *Modestin. Dig.* lib. 24. tit. 3. leg. 58. repudiare, omittere, acquirere, suscipere. *Ulpian.* lib. 28. tit. 3. leg. 4. obtinere. *Plaut. Trucul.* 2. 3. 23. Si qua mihi obtigerit hereditas magna et luculenta. *Id. Curcul.* 1. 2. 34. Haud sæpe eveniunt tales hereditates. *Nepos in Attic.* c. 21. Multas hereditates consequi. *Plin.* l. 7. ep. 11. Hereditas mihi obvenit, in qua ista prædia sunt. *Plin. alter* l. 2. c. 109. Ad quas pertinebat hereditas. et cap. 26. Cælum in hereditate cunctis relictum. *Julian. Dig.* lib. 29. tit. 2. leg. 44. Hereditate se abstinere. *Terent. Clem.* lib. 50. tit. 16. leg. 151. Delata hereditas intelligitur, quam quis possit adeundo consequi. *Ulpian.* lib. 36. tit. 4. leg. 5. *a med.* Si jacuerit hereditas aliquo tempore. *h. e.* si nemo erit, qui eam adeat. ¶ *Sine sacris hereditas*, proverb. V. *Sacrum.* ¶ Translate *Cic.* 1. *Offic.* c. 22. *ad fin.* Licet mihi, Marce fili, apud te gloriari, ad quem hereditas hujus gloriæ pertinet. *Justin.* l. 36. c. 2. Paternæ scientiæ hereditas. ¶ Reperitur in genitivo plur. *hereditatium* pro *hereditatum. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 590. n. 10. T. Flavio Aug. L. Januario adjutori tabular. XX. hereditatium. Adde aliam apud *Donium* class. 5. n. 126. ¶ Scribitur et *hæreditas.* V. *Heres.*

HEREDĬUM, ii, n. *a small hereditary farm or estate*, κτῆμα, prædium parvulum, ut ait *Fest.* quod hereditate quis possidet. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 10. Bina jugera, quod a Romulo primum divisa dicebantur viritim: quæ quod heredem sequerentur, heredium appellarunt. *Nep. in Cat.* c. 1. Cato adolescentulus versatus est in Sabinis, quod ibi heredium a patre relictum habebat. ¶ Olim hac voce hortus significabatur, *a garden. Plin.* l. 19. c. 4. In XII. tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus: in horti vero heredium.

HEREM MARTĔAM antiqui, accepta hereditate, colebant, quæ a nomine appellabatur heredum: et esse una ex Martis (*vel potius Nerienes uxoris ejus*) comitibus putabatur. *Festus*, ubi al. leg. *Martiam.* ¶ Ceterum *herem* pro *heredem* in quarto casu olim dictum fuit. *Nævius* apud *Non.* c. 8. n. 25. Omnibus bonis ego te herem faciam.

HERENNIĀNUS, a, um, ad Herennium pertinens, quod est nomen proprium civis R. ut Herenniani coheredes, apud *Cicer. Attic.* l. 13. ep. 6.

HERES, *et* Hæres, edis, m. et f. *an heir or heiress*, κληρονόμος, qui defuncto succedit in bona et jus, quod habebat. Alii ab *hæreo* deducunt, alii probabilius ab *herus.* *Cic. Fam.* 13. ep. 26. Mescinius heres est M. Mindio fratri suo. et epist. 29. *a med.* Heres ex parte dimidia et tertia est Capito: in sextante sunt ii, quorum, &c. *Id. pro Quint.* c. 4. Heredem ex testamento reliquit hunc P. Quintium. *Id.* 3. *Offic.* c. 18. scribere. *Modestin. Dig.* lib. 28. tit. 6. leg. 1. substituere alicui. *Cic. pro Cæcin.* c. 6. Facit heredem ex deunce et semuncia Cæcinam, ex duabus sextulis Fulcinium. *Id.* 3. *Verr.* c. 43. Testamento facere heredem filiam. *Id. pro Cæcin.* c. 4. *ad fin.* Quem suis bonis heredem esse cupiebat. *Plin.* l. 5. ep. 5. Aliquem heredem ex asse instituere. *Cic.* 2. *Phil.* c. 25. Antonius nondum in Pompeii locum repentinus heres successerat. *Plin.* l. 9. c. 35. *sub fin.* Relictus ab eo in amplis opibus heres. *Id.* l. 33. c. 11. Libras trigintaduo argenti Africanus sequens heredi reliquit. [¶ *Heres suus* est necessarius et legitimus, qualis est filius. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 16. leg. 1. Suos heredes accipere debemus filios, filias, sive naturales, sive adoptivos. *Id. ibid.* Si filius suus heres esse desiit, in ejusdem partem succedunt omnes nepotes neptesque ex eo nati.] ¶ *Heres*, quamvis de femina dicatur, tamen adjectivis semper jungitur masculinis, monente *Charis.* l. 1. pag. 79. *Putsch.* Nam, inquit, Marcus ait, *Heres ipsius secundus*, de muliere loquens. ¶ *Heres secundus* est, qui in primi locum substituitur, si is heres esse non possit. *Cic.* 13. *Fam.* ep. 61. Qui me cum tutorem, tum etiam secundum heredem instituerit. Apud *Modestin.* formulam habes secundi heredis substituendi, *loc. cit.* Filius mihi heres esto: si heres non erit; sive erit, et intra pubertatem decesserit, tunc Caius heres esto. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat. sub fin.* Illa vetus Academia, atque ejus heres Aristus. *Ovid.* 3. *de ar. aman.* v. 459. Criminis heres. et *Heroid.* ep. 2. v. 78. fraudis. et ep. 9. v. 110. laudis. *Id. Metam.* 9. v. 70. *de hydra.* nec ullum De centum numero caput est impune recisum, Quin gemino cervix herede valentior esset. *Plin.* l. 36. c. 4. Praxitelis filius Cephissodorus, et artis heres fuit. ¶ *Heredes* etiam dicuntur stolones, quia in locum succedunt arboris suæ. *Plin.* l. 16. c. 37. Alni cæsæ densius innumero herede prosunt. ¶ *Heres* apud antiquos, inquit *Festus* pro *domino* ponebatur. *Plaut. Men.* 3. 2. 12. Abstuli hanc, cujus heres nunquam erit post hunc diem. *Justinian. Institution.* lib. 2. tit. 19. *in fi.* Pro herede gerere est pro domino gerere. Veteres enim heredes pro dominis appellabant. ¶ *Herem* in accusativo, V. *Herem.* ¶ Scribitur et *Hæres*: sed contra diphthongum stant *Manut. Dausqu. Cellar.* ex lib. veteribus, et lapidib. Veteres olim etiam sine aspiratione scripsere.

HERES, erinaceus. V. *Eres.*

HERI, *yesterday*, χθὲς, hesterno die. *Festus* derivat ab ἐχθὲς, quod idem significat: quod ea ratione intelligi vult *Voss.* ut olim *hesi* dixerint: hoc esse ab χθεσὶ, unde χθὲς, et ἐχθές. Dictum est etiam *here* (sed rarius. V. supra suo loco) quod quidam apud *Charis.* l. 2. pag. 180. *Putsch.* ita ab *heri* distinguunt, ut illud ad *quamdiu* referatur, hoc ad *quando*: sed est hoc discrimen ineptum. *Ovid. Fast.* 2. v. 76. Dicet, ubi est hodie, quæ Lyra fulsit heri? *Cic. Fam.* 11. ep. 1. et *Attic.* 13. ep. 47. Heri vesperi apud me Hirtius fuit. ¶ Ponitur etiam pro paucis ante diebus, nuper, paulo ante. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 7. *circa med.* Nec enim ferre prætor debet heri servum, hodie libertum conquerentem, quod dominus ei convicium dixerit. *Tertull. in Apolog.* c. 4. Vanissimas Papias leges heri Severus, constantissimus principum exclusit.

HERICĬUS. V. *Ericius.*

HERĬE JUNONIS enumeratur a *Gell.* l. 13. c. 22. inter nomina deorum, qui in publicis comprecationibus populi R. invocabantur. Sed al. aliter leg.

HERIFŬGA, com. gen. *a runaway slave*, fugiens herum. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 51. dominos ut herifugæ famuli solent.

HERĪLIS, le, *of a master*, δεσποτικὸς, ad herum, heramve pertinens. *Terent. Andr.* 3. 4. 23. Herum fefelli, in nuptias conjeci herilem filium. *Virg.* 7. *Æn.* v. 490. mensæque assuetus herili. et lib. 8. v. 462. gressumque canes comitantur herilem. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 63. nisi herile mavis Carpere pensum. *Id.* l. 2. sat. 7. v. 60. peccati conscia herilis. *Id.* l. 2. ep. 2. v. 6. Verna ministeriis ad nutus aptus heriles. *Plaut. Aulul.* 4. 1. 13. imperium. *Id. Mil.* 2. 6. 1. negotium curare. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 383. arbitrium. et lib. 6. v. 706. vitamque effundit herilem. et vers. 107. turba canum pugnas capessit heriles. *h. e.* pugnat pro heris.

HERILLĬI philosophi dicti sunt ab Herillo Chalcedonio, qui fuit Zenonis auditor, et in cognitione et scientia summum bonum posuit, ut *Cic.* ait 4. *Acad.* c. 42. et 5. *de Fin.* c. 25. et alibi. *Id.* 3. *de Orat.* c. 17. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, fere qui se omnes Socraticos esse dicebant, Eretricorum, Herilliorum, Megaricorum.

HERMA, *et* Hermes, æ, m. *a Herm, statue of Mercury*, ἑρμῆς, statua, sive signum, tum ex marmore, tum ex trunco arboris, ita dictum ab Hermete, idest Mercurio, quod plerumque statuæ Mercurii efficerentur. Fiebant sæpe ex lapide quadrato sine manibus et pedibus. *Juvenal.* sat. 8. v. 53. truncoque simillimus Hermæ. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 19. Pleraque simulacra Mercurii quadrato statu figurantur solo capite insignita, quæ figura significat, solem mundi esse caput, et rerum satorem, omnemque vim ejus non in quodam divisorum ministerio membrorum, sed in sola mente consistere. Quatuor latera significant vel totidem mundi plagas, vel quatuor vices temporum. Hæc *Macrob.* Alii putant, ea figura significari vim eloquentiæ, cujus Mercurius est præses, quæ sine viribus corporis potens est sola verborum facundia. *Serv. ad. Æn.* 8. v. 138. causam, cur sine manibus figuretur, refert ad fabulam, de qua V. in *Cyllenius.* ¶ Hæ figuræ Athenis fere ad Alcibiadis vultum effingebantur, teste *Clem. Alex.* ἐν λόγῳ προτρεπτ. πρὸς Ἕλλην. quod is ætatis suæ multo formosissimus fuit, ut in ejus vita cap. 1. *Nepos* tradit. Mos autem erat has in vicis ad januas ædium habere, item circa sepulcra, in gymnasiis, xystis, et bibliothecis ad ornatum. *Cic.* 1. *Attic.* ep. 6. Hermæ tui Pentelici cum capitibus æneis me admodum delectant. *Nepos in Alcib.* c. 3. Accidit, ut una nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant Athenis, dejicerentur, præter unum, qui ante januam Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocatus est. *Spon. in Miscell. erud. antiq.* pag. 9. figuras Hermarum aliquot exhibet. ¶ Præterea *Herma*, n. g. inquit *Festus*, a Græcis ponitur pro firmamento (ἕρμα, ab εἴρω, necto). Unde etiam Mercurii nomen, inventoris, ut putant, firmæ orationis dictum. Interdum etiam saburram significat, quia naves pondere firmat.

[* HERMÆUS, a, um, ad Hermen, seu Mercurium pertinens. *Suet. in Claud.* c. 10. Cum, quasi secretum eo desiderante, turbam submoverent, in diætam, cui nomen est Hermæum, recesserat. *h. e.* Hermæum cubiculum. *Liv.* l. 35. c. 50. Cum jam Menippus castra ante Salganea ad Hermæum, qua transitus ex Bœotia in Eubœam insulam est, haberet. *h. e.* Hermæum templum, in quo fortasse Mercurius cultus honoratusque fuit.]

HERMAGORĒUS, a, um, ad Hermagoram pertinens, Ἑρμαγόρειος. Fuit autem Hermagoras Græcus rhetor, cujus meminit *Quintil.* l. 3. c. 1. et alibi, item *Cic. de clar. Orat.* c. 78. et lib. 1. *de Invent.* c. 6. Hinc *Hermagorei*, qui ejus scholæ sunt. *Quintil.* l. 7. c. 4.

HERMAPHRODĪTUS, i, m. *a hermaphrodite, scrat*, Ἑρμαφρόδιτος, Mercurii et Veneris filius: ab Ἑρμῆς, Mercurius, et Ἀφροδίτη, Venus. Hic cum vagabundus in Cariam ad limpidissimum fontem, quem Salmacis Nympha incolebat, pervenisset, illa subito ejus amore correpta, cum neque blanditiis, neque precibus flectere posset, simulato recessu post vepres latuit. Is autem Nympham abiisse ratus, fontem nudus intravit. Quod videns Salmacis, subito accurrit, et abjectis vestibus arctissime eum complexa est. Sed cum ne tunc quidem obstinatum exorare posset, a diis petiit, ut ex duobus corporibus in unum redigerentur. Cujus precibus exauditis, ambo in unum corpus coaluerunt, in quo sexus uterque remanebat integer. Quod cum vidisset Hermaphroditus, a superis petiisse dicitur, ut ea fonti natura maneret, ut, qui vir eum intraret, ἀνδρόγυνος, idest utrumque sexum adeptus exiret. Hinc omnes androgyni vocantur Hermaphroditi. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 285. *et sequentib.* et *ibid.* v. 383. Hermaphroditus ait, nato date munera vestro. *Plin.* l. 7. c. 3. Gignuntur et utriusque sexus, quos hermaphroditos vocamus, olim androgynos vocatos, et in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis. ¶ Adjective *Id.* l. 11. c. 49. Ostentabat Nero hermaphroditas subjunctas carpento suo equas.

HERMATHĒNA, æ, f. statua duplex, Mercurii, et

Minervæ, ab Ἑρμῆς, Mercurius, et Ἀθηνᾶ Minerva. Solebant enim Romani Mercurii ac Minervæ statuas conjungere in gymnasiis, dicareque. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 4. Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est ornamentum Academiæ proprium meæ, quod et Hermes commune omnium, et Minerva singulare est insigne ejus gymnasii.

[* HERMELION, i, n. ἑρμήλιον, gemma igneo color radians. *Plin.* l. 37. c. 10.]

[† HERMENEUMA, atis, n. *an interpretation*, ἑρμήνευμα, expositio, interpretatio. *Senec. Contr.* 26. et *Excerpt. Contr.* 9. 3. Nunquam magnas mercedes accepere eos, qui hermeneumata docerent.]

HERMERACLES, is, m. statua Mercurii, et Herculis in eadem basi. *Cic. ad Attic.* l. 1. ep. 10. ab Ἑρμῆς, Mercurius, et Ἡρακλῆς, Hercules.

[* HERMĔROS, ōtis, m. ab Ἑρμῆς, *Mercurius*, et Ἔρως, *Cupido*, statua duplex, Mercurii et Cupidinis in eadem basi, qua prisci significabant cum amore jungendam esse eloquentiam. *Plin.* l. 36. c. 5. sect. 4. n. 10. Hermerotes Taurisci.]

HERMES, æ, Ἑρμῆς, Mercurius. *Cic.* cujus verba V. in *Hermathena*. V. etiam *Herma*.

[* HERMESĬAS, adis, f. *Plin.* l. 24. c. 17. sect. 102. Hermesias ab eodem (Democrito) vocatur, ad liberos generandos pulcros bonosque, non herba, sed compositio e nucleis pineæ nucis tritis cum melle, myrrha, croco, vino palmeo.]

HERMĬŎNE, es, f. Cadmi uxor, Martis et Veneris filia. V. *Harmonia.* ¶ Altera Menelai filia ex Helena, Pyrrhi primum sponsa, deinde Orestis. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 11. v. 15. et *Hygin.* fab. 122. ¶ Est etiam hoc nomine oppidum Peloponnesi ad sinum Argolicum. *Plin.* l. 4. c. 5.

[* HERMIONĒUS, a, um, idem ac Hermionicus, ad Hermionem oppidum Peloponnesi pertinens. *Virgil. in Ciri* v. 472. Hinc sinus, hinc statio contra patet Hermionea. Alii, sed male, legunt *Hermiona*, ut sit versus spondaicus; *Heynius* primus *Hermionea* recepit.]

HERMIONĬCUS, *et* Hermionius, a, um, adject. possess. ab Hermione oppido, ut Hermionicus ager, *Liv.* l. 31. c. 44. et *Plin.* l. 4. c. 12.

HERMOGENIĀNUS, a, um, ad Hermogenem pertinens, quod est nomen viri proprium. *Hermogeniani equi* dicti sunt a quodam Hermogene, qui equos ad curule certamen alebat multos et nobiles. Horum fit mentio *in Cod. Theodos.* lib. 10. tit. 6. leg. 1. et lib. 15. tit. 10. leg. 1. et conjunguntur cum *Palmatis*, qui itidem cognominati sunt a quodam Palmatio Cæsariensi, valde locuplete, et similes equos multos alente. De his loquitur etiam *Reines. in Inscriptionib.* class. 1. n. 39. pag. 71. ¶ Est etiam unus ex Prudentibus, quorum responsa in Pandectis referuntur, qui Caracallæ temporibus floruisse videtur, h. e. sub initio sæculi Christi III. Alii tardius ei tempus assignant, nempe sub imperio filiorum Constantini M. circa dimidium sæc. IV.

HERMUPŎA, *the herb mercury*, Ἑρμοῦ πόα, h. e. Mercurii herba, nomen est Græcum herbæ Mercurialis, quæ et linocostis, et parthenion dicitur. *Plin.* l. 25. c. 5.

HERMUS, i, m. nunc *Sarabat*, fluvius Asiæ, qui ex Phrygia Magna per Lydiam et Æolidem fluit, apud Docimæum, ac in Ægæum pelagus inter Phocæam, et Smyrnam una cum Pactolo labitur. Auro nobilis est. *Virg.* 2. *Georg.* v. 137. Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.

HERNEUM. V. *Erneum.*

HERNĬA, æ, f. *the disease when the intestines fall into the* scrotum; *a rupture, hernia, burstenness*, κήλη, ἐντεροκήλη, tumor præternaturalis umbilici, inguinum, scroti, obortus ex relaxatione, aut fractione peritonæi, cujus causa intestina, vel omentum, vel humor aliquis in partes inferiores descendit. *Martial.* l. 3. epigr. 24. Ingens iratis apparuit hernia sacris. *Cels.* l. 7. c. 18. Ἐντεροκήλην, et ἐπιπλοκήλην Græci vocant: apud nos indecorum, sed commune his, herniæ nomen est. *Id. ibid.* varia hujus morbi genera describit, variis quoque nominibus Græce appellata, a Latinis vero, scilicet nullis discriminibus satis cognitis, unum idemque *herniæ* nomen habentia. [† V. *Enterocele.*]

HERNĬCI, orum, m. pop. Italiæ in Latio, versus montes, ad fontes Liris, et Anienis, inter Volscos, Æquos, et Marsos, quorum urbes Anagnia, Alatrium, Verulæ, Ferentinum. Dicti sunt, inquit *Fest.* a saxis, quæ Marsi *herna* dicunt. *Juvenal.* sat. 14. v. 180. O pueri, Marsus dicebat, et Hernicus olim.

HERNĬCUS, a, um, adject. ad Hernicos populos, vel eorum regionem pertinens. *Virg.* 7. *Æn.* v. 683. et roscida rivis Hernica saxa colunt. Adde *Stat.* l. 4. silv. 5. v. 56.

HERNIŎSUS, a, um, *ruptured*, κηλήτης, [† enterocelicus,] qui herniam patitur. *Lamprid. in Heliogab.* c. 25. Dum sermo esset ortus, quanti herniosi essent in urbe Roma. *ruptured persons.*

HERO, us, f. puella formosissima ex Sesto Thraciæ urbe ad Hellespontum sita, et Veneris sacerdos. Hanc adamabat Leander Abydenus, noctuque ejus causa Hellespontum solebat nando trajicere. Qui cum aliquando mari ventis agitato se commisisset, submersus est: cujus morte cognita Hero quoque se se in mare præcipitem dedit. Exstat apud *Ovid.* epistola Herus Leandri moras querentis, et ad se invitantis, inter *Heroid.* 19. et Leandri ad ipsam, n. 18. *Id.* 2. *Amor.* el. 16. v. 31. Sæpe petens Hero, juvenis tranaverat undas. Al. leg. *Heron.* V. *Dido.*

HERO, onis. V. *Æro.*

HERŌDES, is, *Herod*, Ἡρώδης. Tres hoc nomine fuerunt Judææ reges; quorum primus infantes intra bimatum jussit interfici: de quo dictum Augusti *Macrob.* l. 2. c. 4. *Saturn.* refert. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 184. et ungi Præferat Herodis palmetis pinguibus.

HEROĬCE, *heroically, in the heroic style*, Ἡρωϊκῶς, Heroico modo. *Macrob.* de *Virgilio* versus *Homeri* imitante, l. 5. *Saturn.* c. 14. Hos quoque, tamquam Heroice incomptos, adamavit.

HEROĬCUS, a, um, *of or pertaining to a hero, heroic*, Ἡρωϊκὸς, ad Heroes pertinens, ut Heroica ætas, in qua Heroes vixere. *Cic. initio* l. 1. *de Divin.* Vetus opinio est, jam usque ab heroicis ducta temporibus. *from the heroic ages. Id.* 5. *Tuscul.* cap. 3. Etiam heroicis ætatibus Ulyssem et Nestorem accepimus et fuisse, et habitos esse sapientes. (*Hesiod. in Oper. et dieb.* heroica tempora inter æneam ætatem, et ferream: et heroes desiisse ait post Thebarum ac Trojæ excidium.) et lib. 3. *de nat. Deor.* c. 28. Medea et Atreus, heroicæ personæ, nefaria scelera meditantes. *Id. Attic.* l. 14. ep. 15. Quid quæris? heroica. *heroic deeds.* ¶ *Heroicus versus* dictus est ex eo, quod heroum illo fortia facta canuntur, et spondeis dactylisque constat, qui *pedes heroici* nominantur. *a heroic or* hexameter *verse.* V. *Herous. Servius ad init.* l. 1. *Æn.* Heroicum carmen esse dicit, quod constat ex divinis humanisque personis, continens vera cum fictis. *a heroic or epic poem.* Sed hic heroicum poema describit, non heroicum versum. *Auct. dial. de Orat.* c. 10. Nec solum cothurnum vestrum, aut heroici carminis sonum, sed lyricorum, &c. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Iambum non recipit versus heroicus. *a heroic verse.* ¶ Versus præcipue hexameter, heroicus censetur: sunt tamen alia non una versuum genera, heroica dicta, quod heroicis pedibus et ipsa constant, quæ *Diomed.* enumerat l. 3. pag. 511. et 512. *Putsch.* [¶ *Heroici* absolute sunt poetæ heroici. *Quintil.* l. 10. c. 10. Verum hic (Homerus) omnes sine dubio, et in omni genere eloquentiæ procul a se reliquit, Heroicos tamen præcipue.]

HEROĬNA, æ, f. *a heroine*, Ἡρωΐνη, femina illustris, ut sunt heroum uxores, et filiæ. *Propert.* l. 1. el. 13. v. 31. Illa sit Inachiis et blandior heroinis. Adde eleg. 19. v. 13.

HEROĬON, ii, ἡρώειον, nomen herbæ asphodeli, quæ clarissima inter herbas est. *Plin.* l. et cap. 22.

HERŎIS, idis, f. *a heroine, illustrious dame, woman above the common lot of humanity by reason of her beauty, accomplishments, or virtues*, ἡρωΐς, femina illustrior, quales sunt heroum uxores, et filiæ. *Sueton. in Ner.* c. 21. Heroidum ac dearum personis effictis. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 4. v. 33. Tu quia tam longa es, veteres heroidas æquas. τὰς ἡρωΐδας. *Id.* 5. *Trist.* el. 5. v. 43. Edidit hæc mores illis heroisin æquos. ταῖς ἡρωΐσιν, dativus plur. Græcus, ut *Hamadryasin.* V. *Dryades.* Al. tamen aliter leg. ¶ *Servius ad Æn.* 11. v. 74. notat, heroidas consuevisse suis manibus vestes contexere. ¶ *Heroides* inscribuntur epistolæ *Ovidii* aliquot, in quibus de Heroinarum amoribus agitatur. *Priscian. prope fin.* l. 10.

HEROPHĬLE, es, Ἡροφίλη, mulier sacerdos Apollinis Sminthei, et vates. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 68. Herophile Phœbo grata quod admonuit.

HEROS, ois, m. *a hero, demi-god, man who on account of his noble deeds was ranked amongst the gods*, Ἥρως, vir excellenti, ac supra humanam conditionem se efferente virtute præditus, ac veluti divinitatis particeps: quales fuere qui ex altero parente deo, altero homine nati sunt, ut Castor, Orpheus, Achilles, Hercules, Æneas, qui illustribus gestis proxime ad deos accesserunt, et post mortem dii facti sunt. Ἥρως ἐστὶ, inquit *Lucian. in* dial. 3. *mortuor.* ὃς μήτε ἄνθρωπός ἐστιν, μήτε θεὸς, καὶ συναμφότερός ἐστι. *Ita tamen*, inquit *Serv. ad Æn.* 1. v. 200. *ut plus ab homine habeat:* scilicet quia laboribus, vulneribus, et morti obnoxius est. Hi vocantur etiam *Semidei*, ut est apud *Hesiod.* ἐν ἔργ. καὶ ἡμέρ. v. 159. Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται Ἡμίθεοι. *Stat.* 5. *Theb.* v. 372. nec robora prosunt Semideum heroum. *h. e.* Argonautarum. *Virg. Ecl.* 4. v. 15. Ille deum vitam accipiet, divisque videbit Permixtos heroas, et ipse videbitur illis. *Horat.* l. 1. od. 12. v. 1. Quem virum, aut heroa lyra, vel acri Tibia sumis celebrare Clio? *Plin.* l. 35. c. 10. Pinxit et heroa absolutissimi operis. *et ibid. paulo supra.* Herois (*Ajacis*) nomine se moleste ferre dicebat, &c. ¶ Quidam putarunt, *heroes* eosdem esse, atque δαίμονες: alii hoc nomine appellarunt animas hominum a corporibus disjunctas. ¶ Præterea *heroes* dicuntur illustres homines, qui ob res præclare gestas, singularesque virtutes diis proximi visi sunt, ac de humano genere optime meriti, immortalitatem apud posteros consequuti. *men of singular virtue. Cic. Attic.* l. 14. ep. 6. Antonii colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. *h. e.* cum Bruto et Cassio, qui interfecto Cæsare, reipubl. libertatem restitui curaverant. et lib. 1. ep. 17. *ad fin.* Heros ille noster Cato. et lib. 4. ep. 3. *ad fin.* Ignari quantum in illo heroe esset animi, quantum etiam consilii. ¶ Dicti sunt *heroes* vel ab ἔρα, vel ἔρα, terra, ut quidam volunt apud *Martian. Capell.* l. 2. pag. 40. et *Serv. ad Ecl. Virg.* 4. v. 35. quia altero parente mortali procreati sunt: vel ab ἥρη, Juno, hoc est aer: quia in aere habitare finguntur post mortem: vel ab ἔρως, amor, quia nati ex amore deorum et hominum: vel denique ab εἴρειν, dicere, quia sapientes fuerunt, et disertissimi. Sunt etiam, qui, ut rationem nominis inveniant, ad Chaldæam linguam recurrunt. *Hesiod. loc. cit.* eos post mortem habitare ait in Fortunatis insulis, ubi beata immortalique vita fruantur. *Martian. Capell. loc. cit.* versari ait a medietate aeris usque in montium terræque confinia. Alii locant in Elysiis Inferorum, ut *Virg. Æn.* 6. v. 648. Hic genus antiquum Teucri, pulcherrima proles, Magnanimi heroes, nati melioribus annis, Ilusque, Assaracusque, et Trojæ Dardanus auctor. ¶ Adjective pro *Heroicus, Pers.* sat. 1. v. 69. Ecce modo heroas sensus afferre videmus, Nugari solitos Græce.

HEROSTRĂTUS, i, Ἡρόστρατος, Ephesius, cupiditate incensus suum nomen aliquo insigni facinore propagandi, cum virtute non posset, scelere voti compos factus est, incendium ipse manibus suis Dianæ Ephesiæ magnifico templo inferens, quo tot regum divitiæ, populorumque labores absumpti sunt. *Solin.* c. 40. (*al.* 53.)

HERŌUM, i, n. *a monument erected to the memory of some hero*, ἡρῷον, monumentum heroi viro positum. *Plin.* l. 10. c. 5. Quam ob causam incolæ, quod vocant heroum, in eo loco fecere, appellatum Jovis et virginis. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 24. Quod autem heroum, id est vestibulum sepulcri, bustumve usucapi vetat, &c. Utroque loco alii aliter leg. In veteri tamen Inscript. apud *Murator.* pag. 889. n. 8. habetur Heroum maceria cinctum.

HERŌUS, a, um, *of a hero, heroic*, Ἡρῷος, ad heroes pertinens, heroicus. *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 102. Sive chelyn tollas heroa ad robora. et lib. 4. silv. 7. v. 2. Fortis heroos, Erato, labores differ. ¶ *Heroi pedes* sunt dactylus, spondeus, anapæstus, unde *heroi versus* constant, de quibus in *Heroicus* dictum est. *Cicer.* 3. *de Orat.* cap. 47. Quare primum ad heroum nos dactyli, et anapæsti, et spondei pedem invitat. *Quintil.* l. 9. c. 4. *a med.* Herous, qui est idem dactylus. *Cic.* l. 2. *de Legib. sub fin.* Laus mortui incisa quatuor herois versibus, quos longos appellat Ennius. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 17. v. 21. Carminis hoc ipsum genus impar: sed tamen apte Jungitur herous cum breviore modo. *Martial.* l. 3. epigr. 20. Lascivus elegis, an severus herois. ¶ Item ad Hero pertinens, Leandri amicam. *Lucan.* l. 9. v. 954. et amore natatum Æquor, et Heroas lacrimoso litore turres.

HERPES, ētis, *a herpes, kind of erysipelas, St. Anthony's fire*, ἕρπης, ητος, ulcus serpens et erodens carnem, usque ad ossa interdum: ab ἕρπω, serpo, repo. Eum describit *Cels.* l. 5. c. 28. sect. 3. sed Græce appellat. *Lucil.* apud *Non.* cap. 2. n. 375. Serpere uti gangræna mala, atque herpes ita posset. *Plin.* l. 26. c. 14. Aizoum herpetas quoque, et nomas sanat. ¶ *Herpes* quoque animal a Græcis vocatur, quo præcipue sanantur quæcunque serpunt. *Id.* l. 30. c. 12.

HERPESTĬCUS, a, um, repens, serpens, ab *herpes. Lucil.* apud *Non.* cap. 2. n. 375. Serpere uti gangræna malo ad quem herpestica posset. Al. rectius aliter leg. V. vocem præced.

HERSILĬA, æ, f. mulier Sabina, quæ cum aliis rapta, fuit Romuli uxor, quæ post mariti mortem et ipsa dea facta est, et *Hora*, vel *Ora* appellata. Colebatur ut dea juventutis et pulcritudinis. *Ovid. in fin.* l. 14. *Metam. Macrob.* 1. *Saturn.* c. 6.

HERTHUS, *seu* Hertha, nomen, quo veteres Germani Terram, communem omnium matrem, colebant, teste *Tacit. de Germ.* c. 40. quam vocem antiquæ inscriptioni, in qua *Herma* legitur, restituere contendit *Reiness.* ad class. 1. n. 39.

HERŬLI, orum, m. populi Scandinaviæ, qui inde egressi ad Mæoticam paludem habitarunt, posteaque Longobardi appellati, in Pannonia, ac Norico, et demum in Italia consederunt. *Sidon.* carm. 7. v. 236. Cursu Herulus, Chunus jaculis, Francusque natatu. [Sunt qui scribunt sine adspiratione. *Claud. Mamert. in paneg. ad Maximian. Herc.* c. 5. Chaibones Erulosque non dignatus pari astu perdere.]

HERUS, i, m. *the master of a family, or of slaves*, δεσπότης, dominus domus, paterfamilias: et dicitur fere cum respectu ad servos. *Cic.* 2. *Offic.* c. 7. Is, qui vi oppressos imperio coercent, sit sane adhibenda sævitia, ut heris famulos, si aliter teneri non possunt. *Terent. Heaut.* 3. 2. 26. Laudas, qui heros fallunt? *Virg.* 3. *Æn.* v. 324. Nec victoris heri tetigit captiva cubile. ¶ *Major herus* est paterfamilias, *minor* herilis filius. *Plaut. Asin.* 2. 2. 63. et *Capt.* 3. 5. 49. et 50. ¶ De quovis domino. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 129. Nam propriæ telluris herum natura neque illum, Nec me, nec quemquam statuit. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 75. nondum cum sanguine sacro Hostia cælestes pacificasset heros.

HESIODĒUS, *et* Hesiodius, a, um, Ἡσιόδειος, ad He-

siodum pertinens, qui fuit vetus poeta, Homeri æqualis, vel ejus temporibus vicinus, (V. *Gell.* l. 3. c. 11. et lib. 17. c. 21. et *Vellei.* l. 1. c. 7.) ex Ascra vico Bœotiæ, ubi habitavit, et rusticam ac pastoralem vitam duxit, (V. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 13. et 4. *ex Pont.* ep. 14. v. 31.) *Ascræus* cognominatus, vir perelegantis ingenii, et mollissima dulcedine carminum memorabilis, otii quietisque cupidissimus, ut tempore Homero, ita operis auctoritate proximus. *Cic. in Bruto*, c. 4. Illud Hesiodium laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere jubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. *Sidon.* carm. 9. v. 213. Non hic Hesiodea pinguis Ascræ Spectes carmina, Pindarique chordas. *Manil.* l. 2. v. 11. proximus illi (*Homero*) Hesiodus memorat divos, divumque parentes, &c. ¶ *Hesiodicus* idem, ut Hesiodicum carmen, *Serv. ad Georg.* 2. v. 176.

HESIŎDUS. V. in voce præced.

HESIŎNE, es, Ἡσιόνη, et Hesiona, æ, Laomedontis Trojæ regis filia, quam Hercules a monstro marino, cui objecta erat, liberavit, et Telamoni dedit uxorem. *Ovid. Metam.* 11. v. 211. *Hygin.* fab. 31. ¶ Hoc nomine inscripta fuit una ex *Nævii* tragœdiis. *Gell.* l. 10. c. 25.

HESPERĬA, æ, f. *Spain*, Hispania: ab Hespero rege Atlantis fratre, vel ab Hespero stella Veneris. *Horat.* l. 1. od. 36. v. 4. Qui nunc Hesperia sospes ab ultima. ¶ Item Italia, *Italy*, quam *Virgilius* 1. *Æn.* v. 573. Magnam Hesperiam vocat. Ratio nominis eadem est. Nam vel dicta est ab Hespero, qui a fratre pulsus ex Hispania in Italiam venit: vel ita vocata est ab Hespero stella, quod occasui subjecta sit. Ut enim Itali Hispaniam appellant Hesperiam, quod sibi sit ad Occidentem, ita Græci eodem nomine ob eandem causam Italiam nominant. *Virg.* 1. *Æn.* v. 534. Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt. Adde *Lucan.* l. 1. v. 224. et alibi sæpe.

HESPERĪDES, idum, f. Ἑσπερίδες, tres filiæ Hesperi fratris Atlantis, Ægle, Arethusa, Hesperethusa. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 17. et *Hygin. in præfat.* harum parentes faciunt Erebum et Noctem. Hæ amœnissimos hortos possidere dicebantur in Africa, juxta Lixon coloniam a Claudio Cæsare deductam, in quibus erat auriferum nemus cum aureis malis, quæ a pervigili dracone custodiebantur. Hercules tamen eo penetravit, jussu Eurysthei, et interfecto dracone, aurea mala ad regem attulit. *Serv. ad Æn.* 4. v. 484. per mala aurea oves significari dicit, purpuream lanam ferentes, quas Hercules ex Africa in Græciam exportaverit. Nam μῆλον apud Græcos significat et pomum, et ovem. Quod ad draconem spectat, scribit, fuisse nomen servi Hesperi regis. *Plin.* l. 5. c. 1. et *Solin.* c. 24. (*al.* 37.) interpretantur, fuisse æstuarium maris meatu flexuoso instar draconis, quod hortos Hesperidum amplectebatur: iidem præter oleastrum, aliud nihil ex narrato illo aurifero nemore extare prodiderunt. ¶ Hoc nomine item dictæ sunt insulæ Africæ in Oceano Atlantico. *Plin.* l. 6. c. 31.

HESPĔRIS, idis, adject. femin. ab Hesperia. *Virg.* 8. *Æn.* v. 77. Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum. *h. e.* Italicarum. V. *Hesperia.* ¶ Est etiam *Hesperis* herba quædam apud *Plin.* l. 21. c. 7. sic dicta, quod vespere et noctu magis oleat. *the sea-gilliflower.*

HESPERĬUS, a, um, adject. ad Hesperiam pertinens. *Ovid. Metam.* 11. v. 257. Pronus erat Titan, inclinatoque tenebat Hesperium temone fretum. *h. e.* Oceanum occidentale. *western.* *Virg.* l. 2. *Æn.* v. 781. Hesperia terra. *h. e.* Italia. Sic l. 7. v. 601. Hesperium Latium. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 91. Hesperius orbis. *Horat.* l. 1. od. 28. v. 25. Hesperii fluctus. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 214. Hesperius axis. *h. e.* occidentalis. et l. 2. v. 258. Hesperios amnes, Rhenum, Rhodanumque, Padumque. *h. e.* Europæos. *Id. in nuce*, v. 111. Hesperius rex. *h. e.* Hesperus, vel Atlas. *Lucan.* l. 5. v. 703. Hesperii duces. *h. e.* in Italia bellum gerentes.

HESPERŪGO, inis, f. idem quod Hesperus stella. *Senec. in Med.* v. 877. Mergat diem timendum Dux noctis Hesperugo.

HESPĔRUS, *et* Hesperos, i, m. *Vesper, the evening-star*, Ἕσπερος, stella, quæ et vesper, et vesperugo dicitur, eadem, quæ Lucifer, et Venus. *Hygin.* tradit l. 2. *poet. Astron.* c. 42. hunc fuisse Auroræ, et Cephali filium, pulcritudine multis præstantem: ex qua re dici cum Venere certasse, et Veneris stellam appellari. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 20. Infima est quinque errantium, terræque proxima stella Veneris, quæ Φωσφόρος Græce, Latine Lucifer dicitur, cum antegreditur solem, cum subsequitur autem, Hesperos. *Virg. Ecl.* 10. *in fi.* Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 440. Illam non rutilis veniens Aurora capillis Cessantem vidit, non Hesperus. *Id.* 2. *Fast.* v. 314. Hesperus et fusco roscidus ibat equo. *Plin.* l. 18. c. 25. *ante med.* Ad Hesperum jacentes terræ. *towards the west, west-ward.* ¶ Præterea in fabulis fuit hoc nomine filius Iapeti et Asiæ, frater Atlantis, Epimethei, et Promethei. *Diodorus* scribit, hunc Hesperum conscendisse cacumen Atlantis montis ad cursus astrorum observandos, et nunquam deinde comparuisse: ei vulgus honores divinos exhibuisse, astrumque lucidissimum ejus nomine appellavisse: Sed ab aliis scriptum est, Hesperum una cum Atlante fratre in Mauritaniam migrasse, deinde in Hispaniam, tandem a fratre ex Hispania expulsum venisse in Italiam. Habuit tres filias, Æglen, Arethusam, Hesperethusam, quæ Hesperides vocatæ sunt. *Serv. ad* 1. *Æn.* v. 534. et lib. 4. v. 484.

HESSĒNI, Ἐσσηνοί, Palæstinæ populi sine ulla femina viventes, omnique prorsus Venere abstinentes. In diem enim convenarum turba renascitur, large frequentantibus, quos vita fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat. Ita per sæculorum millia (incredibile dictu) gens æterna est, in qua nemo nascitur. Tam fecunda illis aliorum vitæ pœnitentia est. Hæc *Plin.* l. 5. c. 17.

HESTERNUS, a, um, *of yesterday or yesternight*, ἐχθεσινός, qui heri fuit, vel factus est. *Cic. de nat. Deor.* l. 2. c. 29. Veluti a te ipso hesterno die dictum est. *Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 72. Hesterna nocte. *last night.* *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 4. Hesterna disputatio. *Cels.* l. 1. c. 3. *ubi de vomitu.* Hesturnus panis. *baked yesterday, a day old.* *Ovid.* 5. *Fast.* v. 506. Ignis in hesterno stipite parvus erat. *h. e.* heri ad ignem in foco apposito. *Virg. Ecl.* 6. v. 15. Silenus inflatus hesterno Iaccho. *h. e.* vino, quod pridie biberat. Sic *Justin.* l. 24. c. 8. Hesterno mero saucii. *Pers.* sat. 3. v. 106. Hesterni Quirites. *h. e.* servi heri libertate donati. *Propert.* l. 2. el. 25. v. 59. Me juvet hesternis positum languere corollis. *Id.* l. 1. el. 15. v. 5. Et potes hesternos manibus componere crines. *h. e.* ab heri incompositos. Sic *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 153. Et neglecta decet multos coma: sæpe jacere Hesternam credas: illa repexa modo est. *Virg.* 8. *Æn.* v. 542. Herculeis sopitas ignibus aras Excitat, hesternumque Larem, parvosque Penates Lætus adit. ubi *Serv.* cui pridie sacrificaverat: et est iteratio. nam male quidam *externum* legunt, id est extraneum. *Pier.* tamen testatur in multis pervetustis Codicib. *externum* haberi. ¶ *Hesterno* absolute pro hesterno die, heri. *Sisenn.* apud *Charis.* l. 2. pag. 180. *Putsch.* Te istuc hesterno quoque hæsisse oportuerat, Aristæe. *Auson.* epigr. 74. Alcon hesterno signum Jovis attigit.

HESUS. V. *Esus.*

HETÆRĬA, æ, f. *a company, society, fraternity, college, meeting of a corporation or of any body of people of the same profession*, ἑταιρία, sodalitas, collegium, societas. Apud *Plin.* l. 10. ep. 43. et 97. in quibusdam Codicib. legitur Græce scripta, in quibusdam Latine.

HETÆRĬCE, es, f. *the social band, a name given to a body of cavalry amongst the Macedonians*, ita vocabatur, honoris causa, ala equitum apud Macedones: ab amicitia, et quasi sodalitate regia: ab ἑταῖρος, sodalis. *Nep. in Eumen.* c. 1.

HETEROCLĪTUS, a, um, *heteroclitical, heteroclite*, ἑτερόκλιτος, qui alieno et novo quodam modo declinatur: ab ἕτερος, alter, et κλίνω, inclino, flecto. *Charis.* l. 1. pag. 23. et *Priscian.* l. 17. pag. 1065. *Putsch.* qui Latine *diversiclinius* vertit.

HETEROCRANĔA, *et* Heterocrania, æ, f. *a pain, or tumour, on one side of the head*, morbus capitis, cum inæqualiter dolet, tumetque, et inter capillos ulcuscula erumpunt, et pus mali odoris. *Plin.* l. 31. c. 9. *Marcell. Empir.* c. 2.

HETEROGENĔUS, a, um, *heterogeneous, heterogenial*, ἑτερογενής, qui est alterius generis. Itaque a Grammaticis heterogenea nomina dicuntur, quorum genus variat. Sed vox est Græca, vel potius semibarbara.

HETRURĬA. } V. in littera E.
HETRUSCUS. }

HETTA, res minimi pretii, quasi hieta (al. *hicta*) idest hiatus hominis atque oscitatio. Aliqui dicunt esse pusulam, quæ in coquendo pane solet assurgere: a qua accipimus rem nullius pretii, cum dicimus, non hettæ te facio. Hæc *Fest.* ubi al. leg. *hecta*.

HETTEMATĬCUS, a, um, adject. ἡττηματικός, inferior, deterior, et qui generis sui præstantiam non est assequutus: ab ἥττων, minor. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 9.

HEU, *ah! alas! woe is me!* αἶ, φεῦ, interjectio dolentis: a Græco φεῦ, vel a sono. *Cledonius in Arte*, pag. 1875. *Putsch.* putat esse adverbium, si verbum sequitur; interjectionem, si alteri orationis parti jungatur. *Ennius* apud *Cicer.* 1. *Offic.* c. 39. O domus Anci, heu quam dispari domino dominaris! *Cic. Phil.* 7. cap. 4. Heu me miserum! cur Senatum cogor, quem semper laudavi, reprehendere? *Terent. Hecyr.* 3. 1. 2. Heu me infelicem! hanccine ego vitam parsi perdere? *Plin.* l. 32. c. 1. Heu vanitas humana! *Virg.* 6. *Æn.* v. 879. Heu pietas, heu prisca fides, invictaque bello Dextera! *Plin. in procem.* l. 7. Heu dementiam existimantium, &c.! *Plaut. Pœn.* 3. 2. 26. Heu edepol mortales malos! *Id. Mil.* 4. 8. 32. Heu! nequeo quin fleam, *Est qui legit* heu mihi! nequeo, &c. (quod etiam *Cledon. loc. cit.* agnoscit. Sic in illo *Horat.* epod. 11. v. 7. Heu me! per Urbem, &c. quidam leg. *heu mi*: tametsi nihil mutandum censet *Bentlei.*) *Id. Pseud.* 1. 3. 26. Heu, heu! quam, ego malis perdidi modis, quod tibi dedi! ¶ Aliquando est admirantis. *Plaut. Rud.* 2. 4. 2. Heu edepol specie lepida mulier! *Id. Pœn.* 5. 2. 147. Heu hercle mortalem catum!

HEURĔTES, æ, m. *an inventor, author, deviser*, εὑρετής, inventor, auctor; ab εὑρέω, invenio. Vox Græca. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 9. Heuretes mihi est.

HEUS, *holla! ho! hoa! ho there! soho! hark you! see? mark ye!* ὦ, interjectio, seu adverbium vocandi. *Sergius in Donut.* pag. 1852. *Putsch.* docet, esse quidem interjectionem, si dolorem significat, ut in illo *Virg. Æn.* 7. v. 116. Heus! etiam mensas consumimus, inquit Iulus. Si vero verbum sequatur, esse adverbium, ut in illo *Æn.* 1. v. 325. heus, inquit, juvenes, monstrate, mearum Vidistis si quam hic errantem forte sororum. Hæc ille. Ceterum fere vocandi, admonendi, excitandi vim habet, ut dictum est. *Terent. Andr.* 1. 1. 57. Rogitabam: heus puer, dic sodes, quis heri Chrysidem habuit? *Id. Adelph.* 4. 4. 24. Heus, heus: Æschinus ego sum: aperite aliquis actutum ostium. *Id. Heaut.* 2. 3. 107. Syre, Syre, inquam: heus heus, Syre. *Id. Eun.* 2. 3. 45. Heus heus, tibi dico, Chærea. *Plaut. Merc.* 5. 2. 69. Heus aliquis, heus actutum huc foras exite. *Id. Pœn.* 5. 2. 158. Heus ecquis hic est? *Pers.* sat. 2. v. 17. Heus age, responde. et sat. 3. v. 94. Heus bone, tu palles. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *ad fin.* Sed heus tu, vides ne, consulatum illum nostrum futurum, &c? *Id.* 7. *Fam.* ep. 11. Sed heus tu quid agis? ecquid fit?

HEXACHORDOS, i, m. et f. *having six musical strings or chords*, ἑξάχορδος, sex chordas habens. *Vitruv.* l. 10. c. 13.

HEXACLĪNON, i, n. *an eating apartment which held six couches*, ἑξάκλινον, torus discubitorius sex capiens convivas: ab ἕξ, sex, et κλίνη, lectus. *Martial.* l. 9. epigr. 60. Et testudineum mensus quater hexaclinon, Ingemuit, citro non satis esse suo. *Juvenal.* habet aliquid sat. 11. v. 95. unde huic loco lux accedat.

HEXACONTALĪTHOS, i, ἑξηκοντάλιθος: lapis adeo diversis insignitus notis, ut sexaginta gemmarum colores referat: ab ἑξήκοντα, sexaginta, et λίθος, lapis. *Solin.* c. 31. (*al.* 44.) et *Plin.* l. 37. c. 10.

HEXAGŌNUS, a, um, *having six sides or corners, hexagonal, hexangular, sexangled*, ἑξάγωνος, sex habens angulos: ab ἕξ, sex, et γωνία, angulus. Græce habet *Varr. R. R.* l. 3. c. 16. Latine *Colum.* l. 5. c. 2. *ad fin.*

HEXAMĔTER, tra, um, *having six feet, consisting of six measures, hexameter*, ἑξάμετρος, qui est sex mensurarum, sive pedum: ab ἕξ, sex, et μέτρον, mensura. Versus hexameter, al. heroicus, est qui sex constat pedibus, partim dactylis, partim spondeis, cujus generis omnes Virgiliani sunt. *an hexameter or heroic verse.* *Cic.* 3. *de Orat.* cap. 50. Solitus est versus hexametros, aliosque variis modis, atque numeris fundere ex tempore. *Lucil.* apud *Porphyr. ad Horat.* l. 1. sat. 5. v. 87. servorum est festu' dies hic, Quem plane hexametro versu non dicere possis. *Gell. c. ult.* l. 18. In longis versibus, qui hexametri dicuntur. (*longos* appellat etiam *Ennius* apud *Cicer. sub fin.* l. 2. *de Legib.*) *Stat. in epist. præfixa* lib. 1. *silvar.* Epithalamium ducentos septuaginta septem hexametros habet. *Terentian. de metr.* p. 2441. *Putsch.* Nam si quatuor his pedes duobus Addas, hexameter profecto fiet. ¶ Est etiam hexameter iambicus, qui ultimo loco iambum habet pro spondeo, ut *Per varios semper currunt mea carmina modos.* *Diomed.* l. 3. p. 516. *Putsch.* ¶ *Hexametrus* in recto casu. *Terentian. loc. cit.* pag. 2430. Integer hexametrus stabit, nec fiet epodus.

HEXAPHŎRI, orum, seni homines lecticam, vel aliud quidpiam portantes: ab ἕξ, sex, et φέρω, fero. *Vitruv.* l. 10. c. 8. *a med.* Onerum maxima pondera cum feruntur a phalangariis, hexaphoris, et tetraphoris. *tetraphori* sunt quatuor: a τετρὰς, quaternarius numerus.

HEXAPHŎRON, i, n. *a couch, or sedan, carried by six slaves*, ἑξάφορον, lectica, quæ a sex servis ferebatur. *Martial.* l. 6. epigr. 77. Non debet ferri mortuus hexaphoro. Adde lib. 2. epigr. 81.

HEXAPTŌTA NOMINA dicuntur a Grammaticis, quæ sex diversos casus habent in singulari numero, ut v. gr. masculina secundæ in *us.* ab ἕξ, sex, et πίπτω, cado. *Priscian.* lib. 5. pag. 673. *Putsch.*

HEXAS, adis, f. *the number six*, ἑξὰς, senarius numerus: ab ἕξ, sex. *Martian. Capell.* l. 7. pag. 240.

HEXASTĬCHUS, a, um, *having six rows*, ἑξάστιχος, sex ordines, seu series habens: ab ἕξ, sex, et στίχος, ordo. *Plin.* l. 15. c. 29. Hexasticha myrtus densissima, sex foliorum versibus. Ita *Harduin. ex* MSS. Alii *exotica*. *Colum.* l. 2. c. 9. *a med.* Hordeum, quod rustici hexastichum appellant. *having barely six rows of corn in each ear.* V. *Distichus.* ¶ *Hexasticha* dicuntur a Grammaticis sex versuum epigrammata. *hexastics.*

HEXASTȲLOS, i, gen. comm. *having six columns or rows of pillars*, sex columnas habens, ἑξάστυλος: ab ἕξ, sex, et στύλη, columna. *Vitruv.* l. 3. c. 2. V. *Amphiprostylos.*

[*HEXASYLLĂBUS, i, V. *Pentasyllabus* in *Appendice.*]

HEXĒRES, is, f. *a ship of six banks of oars*, ἑξήρης, navis sex remorum ordines habens. *Liv.* l. 37. c. 23. Regia classis tres hepteres, et quatuor hexeres habebat. Adde cap. 24. et 30. et V. dicta in *Decemremis.* ¶ In singulari num. *Id.* l. 29. c. 9. Scipio post paucos dies Locros hexeri advectus.

H I

HIANS, antis, *gaping, yawning, wide open*, χαίνων, qui hiat, apertus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 91. terræ venas adstringit

hiantes. *Gell.* l. 15. c. 16. Hians patulis rimis quercus. *chinking. Plaut. Merc.* 1. 2. 72. et *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 52. Hiantes oculi. *Plin.* l. 8. c. 25. Hiantes fauces. et *ibid.* Crocodili hiantes ad morsum. *Virg.* 10. *Æn.* v. 726. Leo immane hians. *gaping hideously. Curt.* l. 4. c. 16. Præfluentem aquam hianti ore captantes. *with open mouths, open-mouthed.* significat enim etiam cupiditatem ejus, qui hiat. ¶ Hinc pro cupido translate ponitur, et alicui rei inhiante. *craving, insatiable, eager, thirsting. Cic. Verr.* 4. c. 54. Verrem tantum avaritia semper hiante atque imminenti fuisse, ingenio et cogitatione nulla. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 88. Emptorem ducat hiantem. et sat. 5. v. 56. corvum deludet hiantem. *h. e.* heredipetam. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 12. Hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates ipsa Galbæ facilitas intendebat. *Pers.* sat. 5. v. 176. quem ducit hiantem Cretata ambitio. ¶ *Hians oratio* dicitur, in qua est vocalium concursus plurimus, qui *hiatus* dicitur. V. *Hio. Quintil.* l. 8. c. 6. *post med.* Fit enim aspera, et dura, et dissoluta, et hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 12. Crebræ vocalium concursiones, quæ vastam atque hiantem orationem reddunt. *Auct. dial. de Orator.* c. 21. Hians compositio. *Cic. in Partit.* c. 6. Concursus disjuncti atque hiantes. ¶ Alio sensu *Id. in Orat.* c. 9. Mutila quædam et hiantia loqui. *h. e.* inconnexa, inconsequentia, abrupta, et in quibus aliquid desideratur ad plenam orationem. Loquitur de pravis imitatoribus Thucydidis. ¶ De eo, qui stupet, et admiratur. *Virg.* 2. *Georg.* v. 508. hunc plausus hiantem Corripuit. ¶ Item de otioso ac deside. *Sil.* l. 11. v. 35. luxus et ignavia lacerabat hiantem desidia populum.

HIANTĒUS. V. *Hyanteus.*

HIANTĬA, æ, f. hiatus, *a gaping, opening. Tertull. de anim.* c. 10. Tubam pariter, et hiantiam oris illius ostende.

HIASCO, is, n. 3. *to open*, χαίνω, aperior, apud veter. pro *hisco*, ab *hio. Cato de R. R.* cap. 17. Ubi primum nuces incipiunt hiascere, tum legi oportet.

HIATO. V. *Hieto.*

HIĀTUS, us, m. *a gaping, yawning, opening, aperture*, χάσμη, χάσμα, apertio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Animalia cibum partim oris hiatu, et dentibus ipsis capessunt, partim unguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum. *Id. ibid.* c. 5. Repentini terrarum hiatus. *Id.* 3. *Offic.* c. 9. Cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit. *Plin.* l. 36. c. 15. *a med.* Hauriri urbes terræ hiatibus. *Id.* l. 2. c. 26. *extr.* Fit et cœli ipsius hiatus, quod vocant chasma. *Virg.* 6. *Æn.* v. 576. Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra. *open mouths.* Sic *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 352. imbres, sicco quos asper hiatu Persolidat Boreas. et *Valer. Flacc.* l. 1. v. 34. Cleonæo jam tempora clusus hiatu Alcides. *h. e.* rictu leonis Cleonæi. et *Juvenal.* sat. 3. v. 175. personæ pallentis hiatum formidat infans. *the mouth of the theatrical mask. Plin.* l. 28. c. 4. Exspuere in hiatus serpentium. et lib. 16. c. 12. Aperitur picea non plaga, sed vulnere ablati corticis, cum plurimum bipedali hiatu. ¶ Urbane *Juvenal.* sat. 6. v. 635. Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu. *h. e.* ore patentiore, et plenioribus buccis, ut fit, cum grandia proferuntur. *Horat. in ar. Poet.* v. 138. Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu? *h. e.* tam grandi promisso, tam plena voce prolato? ¶ Translate est cupiditas, aviditas, sitis. *eagerness, desire. Tacit.* 4. *Hist.* c. 42. Libidine sanguinis, et hiatu præmiorum, ignotum adhuc ingenium cæde nobili imbuisti. ¶ In oratione *hiatus* dicitur, cum plures vocales concurrunt, quas cum proferimus, labia diducta apertumque os diutius habemus. *Cic. in Orat.* c. 23. Habet enim ille tanquam hiatus, concursu vocalium molle quiddam, &c.

HIBER. } V. in littera I.
HIBERĬA. }

HIBERNA, orum. V. *Hibernus.*

HIBERNACŬLA, orum, n. *winter-quarters for soldiers*, τὰ χειμάδια, loca, in quibus milites per hiemem habitant. Quomodo ab hibernis differant, in *Hibernus* dicetur. *Nepos in Eumen.* c. 8. Ad adversariorum hibernacula pervenire. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 23. Legiones remittere in hibernacula. et lib. 14. cap. 38. Cohortes novis hibernaculis locatæ. ¶ Etiam membra ædium, in quibus per hiemen versantur, hibernacula dicuntur. *apartments in houses adapted for winter residence.* De Græcis certe ædibus usurpat *Vitruv.* l. 7. c. 4. *ad fin.* et universim de omnibus ædibus. l. 1. c. 2. *ad fin.* ¶ Scribunt et *hybernacula.* V. *Hibernus.*

HIBERNĬA, et Hybernia, æ, f. nunc *Ireland*, insula magna, et [† olim] regnum, ultra Britanniam. *Plin.* l. 4. c. 16. *Hiberne* pro *Hibernia* legitur a quibusdam apud *Claudian.* l. 2. *de laudib. Stilich.* v. 251. et *de IV. Consul. Honor.* v. 33. Sed alii *Ierne.*

HIBERNO, as, avi, atum, n. 1. *to winter, pass the winter*, διαχειμάζω, in hibernis sum, stationem habeo hiberno tempore, si de militibus sermo est. *Cic. pro Leg. Manil.* c. 13. *ad fin.* Jam vero quemadmodum milites hibernent, quotidie sermones ac litteræ perferuntur. *Id. Fam.* 7. *in fin.* ep. 17. Ubi sis hibernaturus, perscribas velim. ¶ De aliis rebus *Plin.* l. 9. c. 15. Thynni ubicumque deprehensi, ibi hibernant. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 8. *ad fin.* Furcillas reducit hibernatum in tecta, ut sine sumptu earum opera altero anno uti possit. *Pers.* sat. 6. v. 6. mihi nunc Ligus ora Intepet, hibernatque meum mare. *h. e.* cessat, otia agit, nullis navigiis discursantibus: quemadmodum miles hibernans ab armis cessat. Scribunt et *hyberno.* V. vocem sequent.

HIBERNUS, a, um, *of or belonging to winter, wintry*, χειμερινὸς, χειμάδιος, ad hiemem pertinens, hiemalis. *Cic. Verr.* 7. c. 10. Hiberna tempora. *et ibid.* Hiberni menses. *Id. Attic.* 15. ep. 25. Hiberna navigatio. *Id. de Senect.* c. 14. Sol aut ignis hibernus. *Horat.* l. 4. od. 12. v. 3. fluvii hiberna nive turgidi. *Id. epod.* c. c. 29. hibernus annus. *h. e.* hiems. et epod. 15. v. 8. hibernum mare. *h. e.* quod tempore hiemis procellosum est. *Virg.* 5. *Æn.* v. 126. hiberni venti. *Id.* l. 1. *Georg.* v. 101. hibernus pulvis. *h. e.* hibernæ serenitas, quæ pulverem excitat. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. Hibernum cubiculum. *for the winter.* Sic *Plin.* l. 46. c. 26. Hiberna pira. *h. e.* quæ per hiemem colliguntur. et cap. 8. Hibernus feminarum calceatus. *Id.* l. 8. c. 47. Hiberni agni. *winter lambs, lambs produced in the winter. Id.* l. 6. c. 17. Hibernus solis exortus. et lib. 5. c. 5. Hiberni occasus plaga. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 612. hibernus Caucasus. *h. e.* semper gelidus. Sic *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 41. hibernæ Alpes. et *Propert.* l. 2. eleg. 6. v. 18. hiberni Bŏrystenidæ. *Virg.* 4. *Æn.* v. 143. hiberna Lycia. *h. e.* apta hibernare volentibus, ut videtur *Servius* exponere. *Id.* 6. *Æn.* v. 355. hibernæ noctes. *h. e.* procellosæ, asperæ, quales hieme esse solent. ¶ *Hiberna, orum,* sunt loca, in quibus milites agunt hiberno tempore. *winter quarters. Cic. Fam.* 15. ep. 4. *circa med.* Exercitum in hiberna dimittere. *Tacit. in Agric.* c. 38. locare. *Poll. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 33. *circa med.* Collocare legiones in hibernis. *Liv.* l. 37. c. 19. In hiberna copias reducere. *Justin. sub fin.* l. 38. Exercitum per civitates in hiberna dividere. *Cæs. in fi.* l. 1. *B. Gall.* Exercitum in Sequanos in hiberna deducere: et hibernis aliquem præficere. *Liv.* l. 26. c. 20. In hiberna concedere. ¶ Proprie differunt ab hibernaculis. Nam hæ sunt casæ ipsæ, et tentoria, in quibus milites degit hibernorum tempore: et aliquando in ipsa expeditione adhibentur, dum in conspectu hostium exercitus est. *Liv.* l. 5. c. 2. Hibernacula ædificare. *Id.* l. 30. c. 3. *sub fin.* Hibernacula Carthaginiensium, congesta temere ex agris materia exædificata, lignea ferme tota erant. *Id.* l. 22. c. 32. Hibernaculis mature communitis. tum enim autumni erat tempus. *Id.* l. 37. c. 39. *sub pellibus militem habere* dixit, quod est in hibernaculis, contra hostilem exercitum. ¶ *Hibernum* absolute pro tempestate. *Plaut. Rud. prol.* v. 69. Increpui hibernum. *h. e.* fluctus maritimos et procellam excitavi. ¶ Scribitur etiam *hybernus*, quod sit origine ab *hiems*, hoc ab ὕω, ut quidam volunt. Verum et in *hiems* Latinum *i* pluribus adhiberi placet, et similiter in *hibernus*, quod ut Græcæ originis sint, in Latinam tamen consuetudinem assiduo usu transierint. Adde auctoritatem librorum veterum, et lapidum cum *Manut. Dausq.* et *Cellar.*

HIBĒRUS. V. *Iberus.*

HIBISCUM, i, n. *the marsh-mallow*, ἴβισκος, herba est pastinacæ similis, et sola gracilitate ab ea distans, ab Herbariis dicta pastinaca latifolia silvestris Dodonæi. Refertur inter lignosiores herbas, et in cartilaginum genere. V. dicta in *Althæa. Plin.* l. 20. c. 4. *sub fin.* Pastinacæ simile hibiscum. et lib. 19. c. 5. *a med.* Hibiscum a pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis, sed medicinæ utile. *Virg. Ecl.* 10. v. 71. gracili fiscellam texit hibisco. et *Ecl.* 2. v. 30. Hædorumque gregem viridi compellere hibisco. *h. e.* virga ex hibisco. *Serv.* male exponit, ad hibiscum, scil. ad pastum hibisci. ¶ Scribitur et *Ibiscum.*

HIBRIDA. V. *Hybrida.*

HIBUS. V. in *Hic.*

HIC, hæc, hoc, *this*, οὗτος, pronomen demonstrativum, quo res præsentes, et quæ apud nos sunt, aut de quibus loquimur, ostendimus. *Cic. pro Dom.* c. 5. Fuit major adhibenda medicina, quæ et illud nativum, et hoc delatum malum sanare posset. *Virg. Æn.* 6. v. 792. Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpius audis. *Terent. Andr.* 1. 1. 99. Hinc illæ lacrimæ, hæc illa est misericordia. *Id. Eun.* 4. 6. 14. Hæc ea est, quam miles a me ereptum venit. *Id. Adelph.* 4. 5. 73. Hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse? *Plaut. Curcul.* 1. 2. 35. Hoc vide, ut ingurgitat se in merum. (hic redundat.) *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 4. Hos eosdem motus, perturbationes dixerimus. ¶ Repetitur ad varia significanda. *Quintil.* l. 6. c. 1. Quid responsuri sint adversarii his et his. *to this or that.* et *mox.* Cum sciret hæc, et hæc. ¶ Differt ab *iste*, quo significatur aut persona, qua cum loquimur, aut res ei proxima. *that. Cic.* 2. *Fam.* ep. 11. Putares ne unquam accidere posse, ut mihi verba deessent; neque solum ista vestra oratoria, sed hæc etiam levia nostratia? *Id.* 4. *Acad.* c. 33. Iisdem enim hic sapiens, de quo loquor, oculis, quibus iste vester, cælum, terram, mare intuebitur. *Id.* 2. *de Invent.* c. 41. Si hoc modo scripsisset, isto verbo usus non esset. *Id. pro Dom.* cap. 5. Hanc istum causam arrepturum fuisse, &c. ¶ Interdum hoc discrimen non servatur. *Stat.* l. 4. *silv.* 1. v. 20. da gaudia fastis Continua: hos humeros multo sinus ambiat ostro. *Terent. Andr.* 3. 2. 30. Prorsus a me opinionem hanc tuam esse amotam volo. *Cic.* quoque non semel *hic* pro *iste* posuit, quod ostendit *Manut. ad Fam.* 3. ep. 10. V. *Iste.* ¶ Jungitur et cum *ille* ad magis demonstrandum. *Virg.* 7. *Æn.* v. 255. Hunc illum, fatis externa ab sede profectum, Portendi generum. et vers. 272. hunc illum poscere fata, et reor, et opto. ¶ Et cum *talis. Cic. pro Flacc.* c. 22. Huic tali legato, huic publico testi, &c. *Cic. fil. ad Tiron.* l. 16. *Fam.* ep. 21. Quare da operam, ut hunc talem tam jucundum, tam excellentem virum videas quam primum. ¶ Et cum *ipse. Terent. Adelph.* 1. 1. 53. Est ne hic ipsus, de quo agebam? *Cic.* 2. *Phil.* c. 4. Cum hoc ipso tempore stent cum gladiis, &c. *Id. Acad.* 1. c. 1. Ad hunc eum ipsum quædam institui. ¶ Et cum *hujusmodi. Plaut. Mil.* 4. 2. 32. Tractari ita solere hasce hujusmodi merces. ¶ Et cum *iste. Cic. pro Rabir. Post.* c. 9. Sed hujus istius facti stultitiam major jam superior stultitia defendit. Tribuunt et *Catullo* carm. 105. *de Lesbia*, v. 7. Quis me uno vivit felicior, aut magis hac ista Optandam vitam, &c. Sed al. aliter leg. *Sidon.* l. 2. ep. 10. Ista hæc epigrammata, quæ effingimus. ¶ In distributionibus nonnunquam pro *ille*, vel *alius* ponitur. *Virg.* 6. *Æn.* v. 621. Vendidit hic auro patriam, &c. Hic thalamum invasit natæ. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 16. Facile diceret, hic versus Plauti non est, hic est. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 8. Hi molium objectus, hi proximas scaphas scandere: alii vadere in mare: quidam manus protendere. ¶ Regit aliquando post se particulas *ut, qui. Cic. Fam.* 2. ep. 1. *extr.* Hoc animo esse debebis, ut, &c. *Id. Offic.* 3. c. 5. Si sensum hunc haberet, ut, &c. *Id. in Somn. Scip.* c. 3. Homines sunt hac lege generati, qui tuerenter illum globum, &c. ¶ Ponitur et pro *is*, et redditur Anglice, *this, that, it. Vetus proverb. Græcor.* apud *Cicer.* 1. *Tuscul.* c. 18. Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 40. *ad fin.* Memoria pronuntiabat Epicuri sententias his ipsis verbis, quibus erant scriptæ. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 7. Dies circiter viginti quinque in eo loco commoratus, quod corus ventus navigationem impediebat, qui magnam partem temporis in his locis flare consuevit. *Cels.* lib. 2. cap. 2. In his quæ superant, est quod morbus demat: in his quæ desunt, non est quod morbum ipsum ferat. *Nepos in Annib.* cap. 2. Omnium his temporibus potentissimus rex Antiochus fuit. ¶ Item pro *talis. Horat.* l. 3. od. 6. v. 33. Non his juventus orta parentibus Infecit æquor sanguine Punico. *'twas not the spawn of such as these. Id.* l. 1. ep. 6. v. 40. Ne fueris hic tu. *Id. in ar. Poet.* v. 35. hunc ego me, si quid componere curem, Non magis esse velim, quam, &c. *Virg.* 9. *Æn.* v. 481. Hunc ego te, Euryale, aspicio? *Brut. ad Cicer.* ep. 16. *a med.* Nos hi sumus, de quorum salute unus homo rogandus videatur? ¶ Et pro *tantus. Cic.* 2. *de Orat.* c. 28. Quoniam vos his ingeniis homines, tantum operæ mihi ad audiendum datis. *with such talents and understanding.* ¶ Reperitur etiam adhibitum ad ostendendam primam personam pro *ego*, δεικτικῶς, gestu scilicet ostendente se eo ipso, qui loquitur. *Terent. Andr.* 2. 1. 10. Tu si hic sis, aliter sentias. *were you in my place, you would think different.* Ubi *Donat.* hic, seipsum ostendens, dicit. *Plaut. Curcul.* 2. 1. 33. Solus hic homo est, qui sciat divinitus. *Tibull.* l. 2. el. 6. v. 7. Quod si militibus parces, erit hic quoque miles. Adde *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 47. *Plaut. Epid.* 1. 2. 38. et *Terent. Heaut.* 2. 3. 115. ¶ Item pro *ille. Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 11. *circa med.* Si quis illicite ædificasset, id est hoc, quod dirui constitutiones jubent. ¶ *Hic*, et *ille* cum de pluribus sermo est ita ponuntur, ut *hic* ad proximum, *ille* ad remotiorem referatur. Interdum tamen res contra se habet. *Propert.* l. 3. el. 12. v. 17. Qualis et Eurotæ Pollux et Castor arenis: Hic victor pugnis, ille futurus equis. *the latter victorious with the gauntlet, the former*, &c. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 2. Quid est, quod negligenter scribamus adversaria? quid est, quod diligenter conficiamus tabulas? quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ: hæc delentur statim, illæ servantur sanctæ: hæc parvi temporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem amplectuntur. Adde lib. 4. *de Fin.* c. 4. una cum cap. 2. *Topic.* l. 2. *de Orat.* c. 38. item *Liv.* l. 30. c. 30. *a med. Ovid. Metam.* 1. v. 696. et l. 1. *Trist.* el. 2. v. 23. *Plin.* l. 1. ep. 20. *a med. Colum.* l. 2. c. 2. *a med. Quintil.* l. 10. c. 2. *ante med.* et lib. 8. c. 3. *a med.* ubi de *repræsentatione*, et *Senec.* l. 6. *de Benef.* c. 38. ¶ Interdum *hic* repetitur pro *ille. Virg. Ecl.* 4. v. 55. Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, Nec Linus: huic mater quamvis, atque huic pater adsit. *Stat. Theb.* 8. v. 454. Cultor Ion Pisæ cultorem Daphnea Cyrrhæ Turbatis prostravit equis, hunc laudat ab alto Jupiter, hunc tardus frustra miseratur Apollo. ¶ *Hoc* sæpe substantivi vim habet, et genitivum regit. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 32. Hoc commodi est, quod, &c. *Terent. Eun.* 2. 1. 19. Quid hoc morbi est? et 3. 4. 8. Quid hoc hominis est? *Id. Adelph.* 5. 2. 11. Edormiscam hoc villi. *Plaut. Amph.* 1. 1. 1. Quis me alter est audacior, qui hoc noctis solus ambulem? *h. e.* nocte tam provecta. *Liv.* l. 42. c. 18. *extr.* hoc copiarum in Hispanias portatum est. ¶ Aliquando est ideo, propterea, *on this account, for that reason*, τούτῳ. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 45. Milia frumenti tua triverit area centum: Non tuus hoc capiet venter plus ac meus. *Plaut. Pseud.* 2. 3. 19. Atque hoc evenit, in labore, atque in dolore, ut mors obrepat in-

terim. Adde 3. 2. 53. et *Mil.* 2. 3. 26. ¶ Hoc sensu dicimus etiam *hac re. Lucret.* l. 1. v. 172. Atque hac re nequeunt ex omnibus omnia gigni. *Varr.* apud *Non.* c. 11. n. 35. Hac re æger medicos exquisitim convocabas, ut convalesceres. ¶ Item *in hoc. Vellei.* lib. 2. c. 41. In hoc scilicet, ne, &c. Adde *Phædr. initio* l. 5. ¶ *Hoc est* ad explicandum ponitur, *that is, that is to say. Cic. in Divin. Verr.* c. 4. Dicam de eo prius, quod apud vos plurimum valere debet, hoc est, de voluntate eorum, quibus, &c. *Id. pro Mil.* c. 9. Ad præturam gerendam, hoc est, ad evertendam rempublicam. *Id. pro Cæcina,* c. 34. Solum vertunt, hoc est, sedem ac locum mutant. *Id.* 2. *Phil.* c. 28. At quam crebro usurpat, et consul, et Antonius? hoc est dicere et consul, et homo nequissimus. ¶ *Hoc est,* vel *erat,* formula est succensentis, aut expostulantis. *Petron.* c. 93. hoc est, inquam, quod promiseras, ne quem hodie versum faceres? *Virg.* 2. *Æn.* v. 664. Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignes Eripis, ut, &c. ¶ *Hoc quo* est eo quo, vel tanto quanto, cum comparativis. *Cic.* 13. *Attic.* ep. 36. De Bruti amore hoc audio libentius, quo sæpius. ¶ *Hoc quod, hoc quia,* est eo quod, ideo quia. *Cæs. ad Opp. post* ep. 8. l. 9. *ad Attic.* Consilio vestro utar libenter, et hoc libentius, quod mea sponte facere constitueram. *so much the more willingly,* &c. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 3. Quod hoc etiam mirabilius debet videri, quia, &c. *Plaut. Rud.* 2. 3. 57. Hoc se se excruciat animi, quia, &c. ¶ *Hoc* pro *huc,* ἀρχαϊσμὸς est. *In formula Censorum vocantium Quirites ad censum,* apud *Varron.* l. 5. *de L. L.* c. 9. Omnes Quirites voca inlicium hoc ad me. *Virg.* 8. *Æn.* v. 423. Hoc tunc ignipotens cælo descendit ab alto. *Verr. Flacc.* apud *Serv. hic:* In adverbiis pro *u, o* plerumque majores ponere consuevere. *Plaut. Amph.* 1. 1. 11. Nonne idem hoc luci me mittere potuit? *Id. Capt.* 2. 2. 79. Nunc hoc animum advortito. *Id. Merc.* 2. 2. 49. Hoc non voluntas me impulit. Adde *Capt.* 3. 1. 20. et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 816. n. 8. et apud *Murator.* pag. 297. n. 2. et aliam apud *Gud.* pag. 358. n. 7. et *in Mus. Veron.* pag. 108. n. 2. Hoc mansum veni. Sic *illoc* pro *illuc,* quod postea *illo* factum est. ¶ In illo *Terent. Heaut.* 3. 1. 1. et *Plauti Amph.* 1. 3. 45. Luciscit hoc jam. *see 'tis now dawning. et Mil.* 2. 2. 63. Lucet hoc, inquam. τὸ *hoc* cælum designat, δεικτικῶς prolatum, *h. e.* digito, aut vultu in cælum erecto. Sic *Curcul.* 1. 3. 26. Nam hoc quidem edepol haud multo post luce lucebit. et *Lucret.* l. 5. v. 319. Denique jam tuere hoc circum supraque, quod omnem Continet amplexu terram. Simile est illud *Terent. Adelph.* 2. 1. 8. Tu quod te posterius purges, hujus non faciam. *I shall not value at so much.* dum *hujus* dicit, extremum unguis ostendit, aut aliquid hujusmodi. Eadem ratione Syrus servus apud *eund. Heaut.* 2. 3. 114. Si quid nobis adversi evenerit, tibi erunt parata verba, huic homini verbera, *huic* cum dicit, se ipsum manu ostendit. ¶ *Horunc* pro *horum* est *Plaut. Cistell.* 1. 1. 53. *et Pœn.* 3. 1. 48. quasi *horunce.* ¶ *Hujusque* pro *uniuscujusque. Plin.* l. 34. c. 8. Minerva, quam Romæ Æmilius Paulus ad ædem Fortunæ hujusque diei dedicavit. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 11. Recte a Calatino Spes consecrata est, Fortunaque vel hujusque diei. nam valet in omnes dies; vel Respiciens ad opem ferendam; vel Fors, in quo incerti casus significantur. *P. Victor de regionib. Urb. R. in reg.* 10. *Palat.* Vicus hujusque diei Fort. æd. Adde fragment. Tab. marmoreæ apud *Gruter.* pag. 135. *extr.* quo maxime firmatur lectio locorum allatorum, in quibus alii aliter legendum putaraut. ¶ In recto plural. femininum est *hæ:* reperitur tamen et *hæc. Plaut. Aulul.* 3. 5. 59. Hæc sunt atque aliæ multæ in magnis dotibus incommoditates. *Id. Mostell.* 1. 3. 9. Periere hæc oppido ædes. *Terent. Eun.* 3. 5. 34. Continuo hæc (*puellæ*) adornant, ut lavet. *et Phorm.* 5. 8. 23. Hæccine erant itiones crebræ. Al. leg. *hæc illæ:* alii *hæcine.* ¶ In dativo plur. *hibus* pro *his* dixit *Plaut. Curcul.* 4. 2. 20. ubi al. leg. *iibus,* pro *iis.* ¶ Dativus singul. *huic* interdum a Poetis per diæresim dissolvitur. *Stat.* l. 1. silv. 1. *in fi.* Lætus huic dono videas dare tura nepotes. et silv. 2. v. 135. Falsus huic pennas, &c. *Sidon.* carm. 7. v. 145. Assurrexit huic. *Paulin. Nolan.* videtur utramque corripuisse carm. 16. (*al.* 20.) v. 64. Cum subito aut illis corda hostibus, aut huic ora Vertuntur. Sed potest etiam esse versus spondaicus. ¶ *Hic* nonnunquam ab iisdem corripitur. *Virg.* 6. *Æn.* v. 792. et lib. 4. v. 22. et *Claudian. de Laudib. Hercul.* v. 64. ¶ Etiam *hoc. Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 580. Sed tamen hoc dicas, quid hoc est, si nenu molestum est? Ita *Scalig.* Alii aliter. *Voss.* l. 2. *de Grammat.* c. 24. affert illud *ex Priap.* carm. 51. *extr.* Et vos hoc ipsum, quod minamur, invitat.

HIC, *et antique* Heic, adverb. *here, in this place,* ἐνταῦθα, ἐνθάδε, in hoc loco. *Cic. Fam.* 6. ep. 20. *extr.* Hic tui omnes valent. *Terent. Eun.* 4. 6. 5. Ego jamdudum hic adsum. *Id. Adelph.* 2. 1. 15. Hic propter hunc assiste. *Id. Eun.* 5. 6. 5. Quem præstolare hic ante ostium? *Cic.* 7. *Verr.* c. 55. Hic, ubi tribuni pleb. sunt. *Plaut. Mostell.* 3. 1. 76. Fenus hic, fenus illic. *Id. Mil.* 2. 3. 2. Scio, me vidisse hic proximæ viciniæ Philocomasium. *h. e.* hic in proxima vicinia. ¶ Differt ab *istic* eo modo, quo *hic* ab *iste. Cic. Fam.* 3. ep. 10. *ante med.* Cum hic tibi satisfecerimus, istic quoque nostram in te benevolentiam navare possumus. ¶ Adhibetur et in distributionibus. *Plin.* l. 10. c. 50. Hic clune, alibi pectore tantum (*gallinæ*) laudatæ. *Virg. Georg.* 1. v. 54. Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ. ¶ Ponitur et pro ibi, *there,* vel pro illic, aut istic, ut notat *Servius* ad illud *Virg.* 1. *Æneid.* v. 20. hic illius arma, Hic currus fuit. *Nep. in Attic.* c. 2. Idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis, Athenas se contulit: eodem magnam partem trajecit fortunarum suarum: hic ita vixit, ut universis esset carissimus. *Plaut. Mil.* 1. 1. 28. At diligenter hic eram. ¶ Aliquando significat in hac re. *in this particular, on this. Cic. Verr.* 2. c. 16. *extr.* Hic si quid erit offensum, &c. *Terent. Andr.* 4. 1. 14. Hic, ubi opus est, non verentur: illic, ubi nihil opus est, ibi verentur. ¶ Refertur etiam ad tempus, et pro *tunc* ponitur, ut et *Serv.* docet ad illud *Virg. Æn.* 1. v. 732. Hic regina gravem gemmis auroque poposcit, Implevitque mero pateram. *on this. Terent. Andr.* 2. 3. 15. Hic reddes omnia, quæ nunc sunt certa ei consilia, incerta ut sient. ¶ Sæpe etiam utrumque complectitur, et rem, qua de agitur, et tempus in quo agitur. *upon this, hereupon. Cic. pro Arch.* c. 4. Hic tu tabulas desideras Heracliensium, quas, &c? *Possis hoc etiam ita vertere:* cum ita se res habeat. Sic *Verr.* 4. c. 44. Hic vos dubitatis, judices, tantam istius audaciam vindicare? et *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 38. Præcurrunt equites: quanto res sit in periculo, cognoscunt. Hic vero nulla munitio est, quæ perterritos recipiat. *Cic. pro Leg. Manil.* c. 12. Hic miramur, hunc hominem tantum excellere ceteris, &c. ¶ Et junctum aliis particulis. *Id. ibid.* c. 9. Hic jam plura non dicam. Fuit enim, &c. *et pro Planc.* c. 41. Hic ego nunc de prætore Macedoniæ nihil dicam amplius. *et Verr.* 3. c. 26. Hic tum alius ex alia parte: enimvero ferendum hoc non est. ¶ *Hic illic* ita ponuntur, ut *hic* ad proximum, *illic* ad remotum referatur, ut de *hic* et *ille* dictum est in voce præced. Inveniuntur tamen inverso ordine posita. *Vellei.* l. 2. c. 49. Alterius ducis causa melior videbatur, alterius erat firmior: hic omnia speciosa, illic valentia.

HICCE, hæcce, hocce. V. *Ce.*

HICCĪNE, hæccine, hoccine, pro hic ne, hæc ne, hoc ne interrogativis. V. *Ce.*

HIEMĀLIS, le, *of winter, winterly,* χειμερινὸς, ad hiemem pertinens, hibernus. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 105. amnis Uberius solito nimbis hiemalibus auctus. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 27. Hiemalem vim perferre. *Id.* 6. *Fam.* ep. 20. Navigationis longæ, et hiemalis, et minime portuosæ periculum. *Colum.* l. 11. c. 1. *a med.* Hiemalis dies. *Plin.* l. 18. c. 7. *a med.* Hiemales provinciæ. *cold climates.* et c. 23. hiemalis faba. *h. e.* quæ sub hiemem seritur. *Pallad.* l. 1. tit. 9. Hiemalia loca. *apartments for the winter. Plin.* l. 18. c. 35. Si luna ante quartam non apparuerit, vento Favonio flante, hiemalis toto mense erit. *h. e.* hiemem, seu pluvias ventosque feret. *Hygin.* c. 26. l. 3. *Poet. Astron.* Hiemalis circulus. *the tropic of Capricorn.* ¶ *Hiemalia* absolute sunt hiberna. *winter-quarters. Valerian. Imp. in epist. ad Aurelian.* apud *Vopisc. in hujus vita,* c. 11. Tuum est illic hiemalia, atque æstiva disponere.

HIĔMANS. V. in *Hiematus.*

HIEMATĬO, onis, f. *a wintering, or subsisting in winter,* χειμασία, hiemis traductio. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *ad fin.* Ne plus tertia parte eximatur mellis, reliquum hiemationi relinquatur.

HIEMĀTUS, a, um, *frozen,* hieme, seu gelu constrictus. *Plin.* l. 9. c. 21. Autumnali sidere, hiemato lacu. Al. leg. *hiemante.* Nam *hiemantes aquas* dixit etiam *Sallust.* apud *Senec.* ep. 114. *a med.* Sed hæc inter raras locutiones ab ipso *Seneca* refertur, nec passim imitandas.

HIĔMO, as, avi, atum, n. 1. *to winter, pass the winter,* παραχειμάζω, hiemem traduco, hiberno: et fere de militibus dicitur. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 9. Cupio scire quid agas, et ubi sis hiematurus. *Nepos in Agesil.* c. 32. Ephesum hiematum exercitum reduxit. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 1. Uti in iis locis legionem hiemandi causa collocaret. et c. 2. Alteram partem ejus vici cohortibus ad hiemandum attribuit. et c. 6. *extr.* Legionem in Allobrogas perduxit, ibique hiemavit. ¶ Dicitur et de aliis. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 71. Naviget, ac mediis hiemet mercator in undis. *Sueton. in Aug.* c. 72. Assidue in urbe hiemare. ¶ Significat etiam hiemem esse, frigus vigere: item procellosum tempus esse, ut hieme solet, etiam extra hiemem et fere impersonaliter usurpatur. *Colum.* l. 11. c. 2. Decimosexto cal. Febr. Cancer desinit occidere: hiemat. *it is winter, it is cold as winter. et ibid.* Idib. Februar. Sagittarius occidit: vehementer hiemat. *et ibid.* Quinto cal. Novembr. Vergiliæ occidunt: hiemet cum frigore et gelicidiis. *Plin.* l. 18. c. 35. *de luna.* Si coronam circa se habebit, non ante plenam lunam hiematurum, ostendit. et c. 26. Delphini vespertino occasu continui dies hiemant Italiæ. *Id.* l. 2. c. 47. Ante brumam septem diebus, totidemque postea sternitur mare halcyonum feturæ: reliquum tempus, hiemat. *it is rough or stormy.* Sic *Horat.* lib. 2. sat. 2. v. 17. atrum Defendens pisces hiemat mare. *Arruntius* apud *Senec.* ep. 114. *a med.* Repente hiemavit tempestas. Et alio loco, inquit *Seneca,* cum dicere vellet, frigidum annum fuisse, ait, totus hiemavit annus. Et alio loco. Hiemante Aquilone. *Senec. ibid.* hauc loquendi rationem minus probat. ¶ Active est congelare. *to freeze. Plin.* l. 19. c. 4. *circa med.* Decoquunt alii aquas, mox et illas hiemant. *preserve or keep through the winter. Id.* lib. 31. hoc ipsum explicat, cum ait cap. 3. Neronis principis inventum est, decoquere aquam, vitroque demissam in nives refrigerare. ¶ Sunt qui scribunt *hyemo.* V. in voce sequenti.

HIEMS, (*olim et* Hiemps) hiemis, f. *winter,* χειμὼν, pars anni frigidissima inter autumnum, et ver. *Varr.* ab imbre deducit, l. 5. *de L. L.* c. 2. Hujus temporis pars hiemps, quod tum multi imbres. Alii ab *hio:* alii a χειμὰς: alii ab ὕω, pluo. His placet per y scribi. Verum ut e Græco notatio ducenda sit, ipsa tamen vox adeo Latina facta est, ut et Latinas plene litteras, et pronuntiandi rationem adepta sit. Itaque *hiems* passim habetur in antiquis libris, et lapidibus, testib. *Manut. Cellar. Dausq.* &c. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 15. Hanc vim frigorum, hiememque, quam nos vix hujus urbis tectis sustinemus, excipere. *Id. Verr.* 6. c. 40. Erat hiems summa, tempestas perfrigida, imber maximus. *Id. pro Planc.* c. 40. *extr.* Maritimos cursus præcludebat hiemis magnitudo. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 8. Gravissima hiems. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 5. Hiemis difficultate oppressi Carnutes. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 32. Jam prope hieme confecta. et l. 3. c. 7. Inita hieme. et l. 6. c. 1. Ante exactam hiemem. et l. 3. *B. Civ.* c. 25. Hiems jam præcipitaverat. et *Curt.* l. 3. c. 8. Cum jam hiems instaret. *was now coming on.* et l. 9. c. 10. Jam mitigata hieme. *Horat.* l. 1. od. 4. v. 1. Solvitur acris hiems. et l. 2. od. 10. v. 15. Informes hiemes. *bleak, dreary. Virg.* 2. *Georg.* v. 373. indignæ. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 32. iniquæ. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 186. Pigra hiems. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 26. iners. *Id.* 2. *Metam.* v. 30. Et glacialis hiems canos hirsuta capillos. *Liv.* l. 5. c. 13. gelida ac nivosa. *Ovid. Metam.* 15. v. 212. senilis hiems tremulo venit horrida passu, Aut spoliata suos, aut quos habet, alba capillos. *Id.* 3. *Trist.* el. 10. v. 44. dura. et l. 11. *Metam.* v. 490. aspera. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 10. v. 38. horrida. *Virg.* 1. *Georg.* v. 299. ignava colono. et l. 2. v. 317. rura gelu claudat. et lib. 4. v. 135. tristis frigore saxa rumpit. et 3. *Æn.* v. 285. aquilonibus asperat undas. *Tibull.* l. 3. el. 5. v. 4. hiems se remittit. *Tacit. Ann.* 12. c. 43. hiemis modestia. *a mild winter.* ¶ *Hiems anni* est hibernum anni tempus. *Sueton. in Cæs.* c. 35. Bellum difficillimum gessit, neque loco, neque tempore æquo, sed hieme anni, &c. Sic *æstate anni* dixit *Gell.* l. 19. c. 5. ¶ Secundum veteres Romanos agricolas hiems incipiebat Vergiliarum occasu, quod tempus in tert. Id. Novembr. incidere consuevit, uti docet *Plin.* l. 2. c. 47. et l. 18. c. 25. Adde *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 28. et *Colum.* l. 11. c. 2. Desinebat autem sept. Id. Februar. ut *Varr. ibid.* tradit. ¶ *Hiems* pro frigore, quod quis patitur. *Martial.* l. 2. epigr. 46. Tu spectas hiemem succincti lentus amici. *Ovid. Metam.* 2. v. 827. lethalis hiems paulatim in pectora venit. *h. e.* frigus saxi. V. ¶ Dicitur et de vento, pluvia, et procellis. *a storm, tempest:* quam et Græci χειμῶνα dicunt. *Nepos in Attic.* c. 10. *sub fin.* Gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hieme, marique scopuloso servat. *Virg.* 5. *Æn.* v. 11. cæruleus supra caput adstitit imber Noctem hiememque ferens. et 3. *Georg.* v. 470. creber agens hiemem ruit æquore turbo. et 9. *Æn.* v. 671. Jupiter horridus austris Torquet aquosam hiemem. et 1. *Georg.* v. 320. turbine nigro Ferret hiems culmumque levem, stipulasque volantes. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 151. cæca profundo currit hiems. et l. 2. v. 22. quatit ipse hiemes, et torquet ab alto Fulmina crebra pater. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 36. Achilleis hiemes affrangere bustis. *h. e.* fluctus. ¶ Item de qualibet vi, atque impetu rei, procellæ modo ruentis. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 508. *de Vesuvio.* vix dum ignea montem Torsit hiems. *Stat.* l. 3. silv. 5. v. 72. Vesuvinus apex, et flammea diri montis hiems. *Id.* l. 5. *Theb.* v. 385. Instamus jactu telorum, et ferrea nimbis Certat hiems. ¶ Translate *Claudian. de B. Get.* v. 151. Hic celer effecit, bruma ne longior una Esset hiems rerum. *h. e.* procella belli, et armorum. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 34. Illa dies fatum miseræ mihi dixit; ab illa Pessima mutati cœpit amoris hiems. *cold, chilness.* ¶ Hiemi, ut deæ, olim sacrificabant, placandi gratia, ut febri, ventis, &c. *Virg.* 3. *Æn.* v. 120. Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam. ¶ In genitivo plur. habet *hiemum. Priscian.* l. 7. pag. 770. *Putsch.*

HIĔRA, æ, ex Greco ἱερὸν, sacer; vox est non satis cognita, præsertim illo loco *Senecæ* epist. 83. ubi ait: Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cesserit, quæris? quod raro cursoribus evenit, Hieram fecimus. *Muretus* hieram interpretatur lineam in medio stadio, sic appellatam, quod sacra esset. *Lipsius* morem fuisse suspicatur, ut in ambigua victoria, cum certantes pares essent, deo sacraretur corona; quod Græci ἱερὸν ποιεῖσθαι dicunt, h. e. στέφανον: *Senecam* autem *hieram* dixisse, scil. *coronam.* ¶ *Hiera* nomen est antidoti, ita dictæ quasi sacræ, ut sub tanta specie nominis commendaretur medicamentum: vel ad verum ejus nomen occultandum, quod ejus inventor celari volebat *Scribon. Larg. compos.* 99. Alia quæ vocatur *hiera* Pachii, ad paralyticos mire facere dicitur ab *eod. compos.* 156. ¶ Præterea hoc nomine est insula Siciliæ

vicina, prope Liparam, quia Vulcano sacra est, et hodieque nomen retinet, *Vulcano*. *Plin.* l. 2. c. 106. et l. 3. c. 9.

HIERABOTĂNE, es, f. *vervain*, ἱερὰ βοτάνη, h. e. sacra herba, qua nulla plane Romanæ nobilitatis plus habet: Latini verbenacam vocant. Hæc est, quam legatos ferre ad hostes mos fuit in sacris legationibus. Hac Jovis mensa verrebatur, domus purgabantur, et lustrabantur. Est autem ramulis pluribus, tenuibus, cubitalibus, angulosis, folio minore, quam quercus, et angustiore, divisuris majoribus, flore glauco, radice longa, tenui. Nascitur ubique in planis aquosis. Duo ejus genera sunt: foliosa, quam feminam putant; mas autem rarioribus foliis. Hæc. *Plin.* l. 25. c. 9. et lib. 22. c. 2.

HIERACĬA, æ, f. genus lactucæ sponte nascentis rotundis foliis, et brevibus: ἱέραξ, ακος, accipiter: quoniam eam accipitres scalpendo, succoque oculos tingendo, obscuritatem, cum senscre, discutiunt. *Plin.* l. 20. c. 5.

HIERACĪTIS, idis, f. ἱερακίτης λίθος, gemma milvinis nigrisque veluti plumis: a ἱέραξ, ακος, accipiter, milvus. *Plin.* l. 37. c. 10. ¶ Alia est ab oculo accipitris cognominata, quem refert. *Id. ibid.* c. 11. ubi alii leg. *hieracites, æ*, m.

HIERACĬUM, *a sort of eye-salve*, collyrium est, cujus compositionem *Plin.* tradit l. 34. c. 11. *sub fin.* Constat autem hammoniaci unciis quatuor, æruginis Cypriæ duabus, atramenti sutorii totidem, misyos una, croci sex. Hæc omnia trita aceto Thasio, colliguntur in pilulas, excellentis remedii contra initia glaucomatum et suffusionum, &c. Dictum est a ἱέραξ, accipiter, quod ea avis quædam monstravit naturæ medicamina oculis adhibenda. V. *Hieracia.* [Sed tamen hujusmodi collyrium nomen accepisse videtur a quodam medico, cui Hierax nomen, ejus inventore; *Celsus* enim l. 6. c. 5. sect. 28. illud vocat *collyrium Hieracis*; quidam scribunt *hieracis*.]

HIERAPŎLIS, is, f. ἱερὰ πόλις, sacra urbs, est in Syria, emporium celebre, nunc *Aleppo*: etiam Bambyce appellata. *Plin.* l. 5. c. 23. ¶ Aliæ sunt hoc nomine in Phrygia, in Creta, &c. de quibus V. Geographos.

HIERAPOLĪTÆ, arum, Hierapolis incolæ. *Plin.* l. 5. c. 29.

HIERAPOLITĀNUS, a, um, ad Hierapolin pertinens. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 19. leg. 1. *ante med.* Constat, apud Hierapolitanos in Asia aqua agrum calida irrigari. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. Hierapolitani, qui sunt gentis Assyriorum, &c.

HIERATĬCA, æ, f. ἱερατικὴ, chartæ quoddam genus subtilius, religiosis tantum voluminibus dicatum: a ἱερὸς, sacer. *Plin.* lib. 13. cap. 12.

HIĔRAX, acis, m. ἱέραξ, accipiter. *Justin.* l. 27. c. 2. Antiochus, hierax est cognominatus, quia non hominis, sed accipitris ritu in alienis eripiendis vitam sectaretur.

HIEROCĒRYX, ycis, m. ἱεροκήρυξ, sacer præco (ut Græca vox sonat: a ἱερὸς, sacer, et κῆρυξ, præco.) h. e. is, qui sacris silentium indicebat. Legitur in veter. Inscriptionib. apud *Donium* class. 1. n. 24. et apud *Gruter.* pag. 27. n. 4. V. tamen quæ in *Coracicus* dicta sunt.

HIEROCORAĬCA SACRA. V. *Coracicus.*

HIERODŪLUS, i, ἱερόδουλος, minister sacrorum: a ἱερὸς, sacer, et δοῦλος, servus. *Firmic.* l. 8. c. 21.

HIEROGLYPHĬCUS, a, um, *hieroglyphic, hieroglyphical*, ἱερογλυφικὸς, a ἱερὸς, sacer, et γλύφω, sculpo. Hieroglyphicæ notæ, vel litteræ apud Ægyptios in usu fuerunt, qui primi, (ut ait *Tacit. Ann.* 11. c. 14.) ante litteras per figuras animalium, aliarumque rerum, saxis lignove insculptas, sensus mentis effingebant. Præcipue vero res sacras, et mysteria sua tali modo mandabant posteris. *Ammian.* l. 17. cap. 4. (*al.* 7.) *de obelisco Ægyptio.* Formarum innumeras notas, hieroglyphicas appellatas, quas ei undique videmus incisas, initialis sapientiæ vetus insignivit auctoritas. Volucrum enim, ferarumque, etiam alieni mundi, genera multa sculpentes, promissa, vel soluta regum vota monstrabant. Non enim, ut nunc, litterarum numerus præstitutus et facilis, exprimit, quidquid humana mens concipere potest, ita prisci quoque scriptitarunt Ægyptii; sed singulæ litteræ singulis nominibus serviebant, et verbis: nonnunquam significabant integros sensus. Per vulturem naturæ vocabulum pandunt: perque speciem apis mella conficientis, indicant regem, &c. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 21. Osirin Ægyptii, ut solem esse asserant, quotiens hieroglyphicis litteris suis exprimere volunt, insculpunt sceptrum, inque eo speciem oculi exprimunt, significantes, &c.

HIEROGRAPHĬCUS, a, um, *hierographic*, ἱερογραφικὸς, hieroglyphicus. *Ammian.* l. 22. c. 15. *sub fin.* (*al.* 39.) Volucrum ferarumque genera multa sculpserunt, quas hierographicas litteras appellarunt.

HIERONĪCÆ, arum, m. *the victors in the sacred games of the Greeks*, ἱερονῖκαι, victores in sacris certaminibus: a ἱερὸς, sacer, et νίκη, victoria. Sic appellabantur qui in Nemæis, Pythiis, Isthmiis, et Olympiis vicissent. Illa enim sacra certamina dicebantur. Hujusmodi victoribus publici honores habebantur, ut *Vitruv. in præfat.* l. 9. tradit. *Sueton. in Ner.* c. 25. Neapolim albis equis introiit, disjecta parte muri, ut mos Hieronicarum est. ¶ Dicitur etiam Latina positione *hieronicus, i.* Vet. lap. apud *Murator.* pag. 659. n. 2. Aurelio Apolausto hieronico bis coronato, &c.

HIERONĪCUS, a, um, adject. possess. a Hierone rege Syracusarum, ut Hieronica lex, frumentaria, ab eo lata. *Cic. Verr.* 4. c. 13. et 60.

HIERONȲMUS, m. philosophus Rhodius, qui summum bonum posuit in indolentia. *Cic. Fin.* l. 2. c. 3. ¶ Item unus ex Scriptoribus Ecclesiasticis, et Doctoribus S. Ecclesiæ, qui non solum eximia Scripturarum peritia fuit, sed etiam Latinitatis, humaniorumque litterarum studiosissimus: scripsitque, ut ea tempora ferebant (floruit enim sæculo Christi quarto) eleganter, erudite, et Latine. Laudatur a *Sulpic. Sever.* dial. 1. c. 8. et 9. *St. Jerome.*

HIEROPHANTA, *et* Hierophantes, æ, m. *an interpreter of sacred mysteries*, ἱεροφάντης, a ἱερὸς, sacer, et φαίνω, in lucem profero, edo, ostendo: est antistes, atque interpres sacrorum apud Græcos, et Ægyptios (*Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 13.) qui sacra et cæremonias docet: similisque fuit in multis pontifici maximo apud Romanos. Ejus officium erat initiandos docere, initiatos in interiora admittere, mysteria interpretari. *Nepos in Pelop.* c. 3. Allata est epistola Athenis ab Archia hierophante. *Arnob.* l. 5. pag. 174. Qui postea floruerunt, Caduceatores, Hierophantæ, atque Præcones. *Hieronym. in fi.* l. 1. *contra Jovinian.* Hierophantas Atheniensium usque hodie cicutæ sorbitione castrari, et postquam in pontificatum fuerint evecti, viros esse desinere. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 16. *Cod. Theodos.* tit. 10. leg. 14. Hierophantæ agrorum. *h. e.* qui extra urbem per agros degunt. V. *Horofantæ. Macrob.* videtur hierophantam designare, cum ait l. 2. *Saturn.* c. 3. Ut æditaus responsa numinis sui prædicat.

HIEROPHANTRĬA, æ, f. mulier sacerdos ea dignitate, ac munere, quo Hierophanta. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 309. n. 2. Fabiæ Aconiæ hierophantriæ deæ Hecatæ.

HIEROPHȲLAX, acis, m. ἱεροφύλαξ, sacrorum custos, æditaus: a ἱερὸς, sacer, et φύλαξ, custos. Græce habet *Scævola Dig.* l. 33. tit. 1. leg. 20. ut quidem *Haloand.* edidit: at Latine, ut *Torrentin.*

HIEROSOLȲMA, orum, n. *Jerusalem*, Ἱεροσόλυμα, τὰ, urbs Judææ metropolis, totius Asiæ longe clarissima, teste *Plin.* l. 5. c. 14. imo totius Orbis, quoniam in ea Redemptor hominum Jesus Christus Dei filius, Deus et homo, pro nobis passus et mortuus est. Nomen habet a ἱερὸς, sacer, et *Solyma, orum*, quo nomine appellatur a *Martial.* l. 11. epigr. 95. et aliis: quia exstructo celeberrimo Salomonis templo *Solyma sacra* esse cœperunt: vel a ἱερὸν, templum. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 11. Ni statim Hierosolyma conciderent, &c. Et cap. 10. Omnes præter Hierosolyma urbes. et cap. 9. Muri Hierosolymorum diruti. *Joseph.* quoque *antiquit. Jud.* l. 7. c. 3. et alibi Græce neutro plurali usurpat. ¶ Dicitur etiam *Hierosolyma, æ*, f. *Cic. pro Flacc.* c. 28. *Flor.* l. 3. c. 5. *sub fin.* et *Tacit.* 5. *Histor.* c. 2. *extr.* ¶ Item *Hierusalem* indeclin. Ἱερουσαλὴμ, ex Hebraica origine. *Tertull. Augustin. Hieronym.* &c. Sed hanc sine aspiratione, scribi vult *Dausquius.* ¶ *Prudentius*, pænultimam producit *in Psychom.* v. 811. Tunc Hierusalem templo illustrata, quietum, &c. Idem facit *Paulin. Nolan.* carm. 9. (*al.* 8.) v. 33. 38. et 41. Neuter imitandus. [Hic tamen postremus pænultimam corripit carm. 21. v. 497. Plantata Domino in atriis Hierusalem.]

HIEROSOLYMARĪUS, ii, m. cognomen Pompeii Magni ab Hierosolyma expugnata. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 9. Uti sciat hic noster Hierosolymarius, traductor ad plebem, &c.

HIĔTO, as, avi, atum, n. 1. *to gape, yawn*, frequentativum ab *hio.* Dicitur de oscitantibus, quia sæpe ore hiant. *Plaut. Men.* 3. 1. 3. In concionem mediam me immersi miser: ubi ego dum hieto, Menæchmus se subterduxit mihi. *while I stare in oscitant mood. Id. in fragm.* apud *Diomed.* l. 1. pag. 336. *Putsch.* Si qua forte concio est, ubi eum hietare nondum in mentem venit. *Cæcil. ibid.* Præi hercle tu, qui mihi oscitans hietansque restas. *Cn. Mat. ibid.* Ille hietans herbam moribundo tenuit ore, *opening his mouth.* Passive *Laber. ibid.* Hietantur fores. *are opened.* ¶ Etiam *hiato* veteres dixere, teste *Diomed. ibid.*

HILARĀTUS, a, um, *exhilarated, made merry or cheerful*, hilaris factus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 40. Sol binas in singulis annis reversiones ab extremo contrarias facit: quarum intervallo tum quasi tristitia quædam contrahit terram, tum vicissim lætificat, ut cum cælo hilarata videatur. *Id. de clar. Orat.* c. 11. *extr.* Periclis suavitate maxime hilaratæ sunt Athenæ. *Plin.* l. 36. c. 5. Hilaratus vultus. [¶ Translate *Apul.* 5. *Met.* pag. 360. *Oudend.* Cujus (Cupidinis) adspectu lucernæ lumen hilaratum increbruit.]

HILĀRE, adverb. *cheerfully, merrily, joyfully, blithly*, φαιδρῶς, læte, seu cum hilaritate. *Cic.* 5. *Fin.* c. 30. hilare vivere. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 27. Hilarius loqui. *Id.* 3. *de Orat.* c. 8. Res tragicas pæne comice, tristes remisse, serias hilare tractare. *Id.* 2. *de Orat.* c. 71. hilare aliquem accipere. *Gell.* l. 18. c. 2. Saturnalia agitabamus hilare prorsum, et modeste. *Tacit. Ann.* 11. c. 3. hilare epulatus. Adde *Afran.* apud *Non.* c. 11. n. 36.

HILARESCO, is, n. 3. *to grow cheerful*, ἱλαρύνομαι, hilaris fio. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 404. Cum amicorum domus fumat, hilaresco.

HILARĬA, ium, *et* iorum, n. ἱλάρια, dies æquinoctii verni, quem antiqui celebrabant in honorem matris deum, et Attinis, tanquam lætitiæ exordium, nempe octavus Kalendas Aprilis, quo fit æquinoctium vernum, quo primum tempore Sol diem longiorem nocte protendit: ab *hilaris. Vopisc. in Aureliano, in princip.* Hilaribus, quibus omnia festa, et fieri debere scimus, et dici, impletis solemnibus, &c. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 37. Calendis Jan. et Hilariis matris deum, et ludis Apollinaribus. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 21. Simulatione luctus peracta, celebratur lætitiæ exordium a. d. octavum cal. Apr. quem diem Hilaria appellant.

HILARICŬLUS, a, um, hilarulus. *Senec.* epist. 23. *ante med.* Soluto vultu, et ut isti delicati loquuntur, hilariculo mortem contemnere. Al. leg. *hilari oculo.*

HILĂRIS, e, *et* hilarus, a, um, *cheerful, merry, gay, blithe, jocund, pleasant, jovial*, ἱλαρὸς, φαιδρὸς, lætus, jucundus. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 30. Dicimus aliquem hilare vivere. Igitur si semel tristior effectus est, hilara vita amissa est? *Id.* 1. *Tuscul.* c. 42. Esse vultu hilari atque læto. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 13. hilari animo esse et prompto ad jocandum. *Id. Attic.* l. 16. ep. 3. hunc lege arcano convivis tuis, sed, si me amas, hilaris et bene acceptis. *Id. in Pison.* c. 5. Hilarioribus oculis intueri. *Id. Attic.* l. 5. ep. 20. *circa med.* hilara sane Saturnalia. et lib. 7. ep. 25. Hilariores litteræ. *Cæcil.* apud *Gell.* l. 15. c. 9. Hi sunt inimici pessumi, fronte hilaro, corde tristi. *Terent. Adelph.* 4. 7. 38. Omitte tuam istam iracundiam: hilarum ac lubentem fac te in gnati nuptiis. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 39. Homo lepidissime atque hilarissime. *Id. Stich.* 5. 4. 56. Fac nos hilaros hilariores adventu tuo. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 9. Dii quoque ut a cunctis hilari pietate colantur, Tristitiam poni per sua festa jubent. *Quintil.* l. 11. c. 3. Vox lætis in rebus plena, simplex, et ipsa quodammodo hilaris fluit. *Id.* l. 12. c. 10. Nescio quomodo, velut hilaris renidet oratio. *Plin.* l. 23. c. 8. Cutem in facie corrigit, coloremque hilariorem facit. *Id.* l. 36. c. 7. Marmor Lacedæmonium viride, cunctisque hilarius. *Id.* l. 16. c. 10. *a med.* Abies femina prolixior, materie mollior, arbore rotundior, atque hilarior in totum. *more lively in appearance.*

HILARĬTAS, atis, f. *cheerfulness, mirth, gaiety, joyfulness, jollity, alacrity, good-humour, merriment, hilarity*, ἱλαρότης, lætitia, jucunditas. *Quintil.* l. 11. c. 3. Tristitia deductis superciliis, hilaritas remissis ostenditur. *Cic.* 1. *Attic.* l. 12. ep. 40. hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi. *Id. Fam.* 9. epist. 11. hilaritas illa nostra et suavitas, quæ te præter ceteros delectabat, erepta mihi omnis est. *Id.* 1. *de Orat.* c. 57. Hilaritatis plenum judicium ac lætitiæ fuit. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 7. Profusa hilaritas. *Quintil.* l. 4. c. 2. *a med.* Verbis elevare quædam licebit: luxuria hilaritatis, avaritia parsimoniæ nomine lenietur. *Plin.* l. 5. c. 9. hilaritatem afferre. *Id.* l. 21. c. 3. *a med.* In potu atque hilaritate. *Id. ibid.* Hilaritate procedente. *Senec.* ep. 23. Ceteræ hilaritates non implent pectus, sed frontem remittunt, leves sunt. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 77. In præcordiis (h. e. septo transverso) præcipua hilaritatis sedes. ¶ Translate *Id.* l. 17. c. 16. Quæ præcipua cernitur hilaritas arboris. *h. e.* ubi magis arbor viret vigetque. *Colum.* l. 9. c. 14. *ad fin.* Itaque post hoc tempus, cum diei permittit hilaritas, procedere audent in pascua. *h. e.* serenitas.

HILARĪTER, adverb. *cheerfully*, idem ac hilare. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 14. Modo acriter, tum clementer, mœste, hilariter, &c.

HILARITŪDO, inis, f. idem quod hilaritas, *cheerfulness. Plaut. Mil.* 3. 1. 83. Bibe, animo obsequere mecum, atque onera te hilaritudine. Ita leg. etiam *Non.* c. 2. n. 399. Al. perperam leg. onerato hilaritus me. *Id. Rud.* 2. 4. 8. Ut in ocellis hilaritudo est!

HILARĪTUS. V. *Hilaritudo.*

HILĂRO, as, a. 1. *to cheer, make cheerful or merry, please, exhilarate*, φαιδρύνω, ἱλαρύνω, lætitiam jucunditatemque do, lætifico. *Cic.* 2. *Fin.* c. 3. Omnem jucundum motum, quo sensus hilaretur, voluptatem vocant. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 4. v. 37. Hos ubi facundo tua vox hilaraverit ore. *Stat.* lib. et *silv.* 3. v. 24. Festaque pallentes hilarent altaria lucos. *Plin.* l. 10. c. 42. Picas mirum in modum hilarari.

HILARŌDOS, i, m. lascivi et delicati carminis cantor. (ab ἱλαρὸς, hilaris, et ᾄδω, cano.) *Festus.*

HILARŬLUS, a, um, *somewhat cheerful*, diminut. ab hilarus. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 11. Atticæ, quoniam hilarula est, meis verbis suavium des. *gay, pretty.*

HILĂRUS. V. *Hilaris.*

HILLÆ, arum, f. *the intestines of animals*, intestina

animalium (præter ovis) priora et minutiora: diminutivum ab *hira*. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 79. Ab hoc ventriculo lactes in homine et ove, per quas labitur cibus: in ceteris hillæ: a quibus capaciora intestina, &c. V. *Hira*. ¶ Dicitur et de intestinis universim. *Laber.* apud *Non.* c. 2. n. 410. Lambit item hillam cocus: si lumbum adussit, flagris cæditur. *Id. ibid.* Adolescenti nostro cædis hillas. τὴν πυγήν. ¶ Et de intestinis fartis, vel salitis. *sausages, chitterlings. Horat.* l. 2. sat. 4. v. 60. perna magis, ac magis hillis Flagitat, &c. ¶ Scribitur et unico *l*.

HILLUS, pro *Hirrus*, per jocum et contemptum dicitur a *Cicer. Fam.* ep. 10. l. 2. De Hillo (balbus enim sum) quod non putaram. V. *Fam.* 8. ep. 4.

HILUM, inquit *Fest.* putant esse, quod grano fabæ adhæret: ex quo *nihil*, et *nihilum*. Hinc dicitur de re minima, et nullius pretii. *the black speck of a bean; a thing of no value. Enn.* apud *Varron.* l. 4. *L. L.* c. 22. neque dispendi facit hilum. *h. e.* neque dispendii facit quidquam, ut *Id. ibid.* l. 8. c. 37. exponit. *Vetus Poeta* apud *Cicer. Tuscul.* 1. c. 5. Sisyphu' versat Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum. *advances not a whit; makes no speed. Lucret.* l. 3. v. 221. nec desit ponderis hilum. et vers. 785. neque inter se contendant viribus hilum. et vers. 843. Nil igitur mors est, ad nos neque pertinet hilum. *Id.* l. 5. v. 1408. neque hilo Majore interea capiunt dulcedine fructum. *a whit the more.*

HIMANTOPŎDES, um, ἱμαντόποδες, homines monstrosi in Æthiopia, qui fluxis nisibus crurum repunt potius, quam incedunt, et pergendi usum lapsu magis destinant, quam ingressu: ab ἱμὰς, ἄντος, lorum, et ποῦς, pes: quod crura lori modo flexilia habeant. Latine *loripedes* dici possent. *Solin.* c. 31. (*al.* 44.) *sub fin.* et *Plin.* l. 5. c. 8.

HIMELLA, æ, f. fluvius parvus Sabinorum, qui in Tiberim labitur. *Virg.* 7. *Æn.* v. 714.

HIMERÆUS, a, um, Ἱμεραῖος, ad Himeram oppidum pertinens, ut Himeræus Demophilus apud *Plin.* l. 35. c. 9. Est autem id oppidum in Sicilia, in ora occidentali prope Panormum. *Id.* l. 3. c. 8. V. vocem sequent.

HIMERENSIS, se, adject. ad Himeram pertinens, qui fluvius est Siciliæ in ora occidentali: de quo *Sil.* l. 14. v. 233. qua mergitur Himera ponto Æolio. Hinc *Thermæ Himerenses*, oppidi nomen ad Himeram siti, qua mare intrat. *Plin.* l. 3. c. 8.

HIMĔROS, i, m. ἵμερος, desiderium amatorium: ab ἱμείρω, desidero. Hunc deum, et Cupidinis sectatorem facit *Martian. Capell.* l. 9. pag. 306.

HINC, adverb. *hence, from this place*, ἔνθεν, ἐντεῦθεν, ex hoc loco. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 14. In ea via, quæ est hinc in Indiam. *Id. Agrar.* 2. c. 34. *extr.* Nos hinc Roma qui veneramus, non hospites, sed peregrini nominabamur. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 13. Dii hinc a nobis profecti in cælum. *Liv.* l. 7. c. 34. *sub fin.* Qua pateat hinc exitus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 3. A se Scævolam hinc euntem esse conventum. *Terent. Phorm.* 3. 3. 26. Aufer te hinc. *Id. Andr.* 5. 1. 14. Illam hinc civem esse aiunt. *a native of this land.* ¶ Item ex hac parte. *on this side. Cic.* 2. *Catil.* c. 11. Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc, &c. *on this side,* &c. *on the other,* &c. *Id. de Univ.* c. *ult.* Cum speculorum lævitas hinc illincque altitudinem assumpsit. *Liv.* l. 32. c. 10. Multis hinc atque illinc vulneribus acceptis. *on this side and that.* ¶ Item ex hac materia. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 23. Abuteris ad omnia atomorum regno et licentia. Hinc quodcumque in solum venit, ut dicitur, effingis atque efficis. *Plin.* l. 33. c. 12. Videret hinc dona fortium fieri. *h. e.* ex argento. ¶ Item ex hoc homine. *from this person. Terent. Adelph.* 3. 3. 7. Syrum ire video: hinc scibo jam, ubi siet. ¶ Item ex hac causa, ex hac re. *Cic.* 3. *Offic.* c. 8. Hinc sicæ, hinc venena, hinc falsa testamenta nascuntur: hinc furta, &c. *Terent. Andr.* 1. 1. 99. hinc illæ lacrimæ. ¶ Item ex hoc tempore, et ordinem significat. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 672. atque hinc, operum quæ maxima, posco. *from this time. Tacit. in Agric.* c. 14. Didium Veranius excepit, isque intra annum exstinctus est. Suetonius hinc Paulinus biennio, &c. *after.* Sic *Plin.* l. 7. c. 52. Septem et quinquaginta dormisse annis: hinc pari numero dierum senio ingruente, &c. *Id.* l. 9. *in fi.* Hinc volucrum naturæ dicentur. *h. e.* deinceps. ¶ Item pro illinc. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 39. Calones in proximum tumulum procurrunt: hinc celeriter dejecti, se in signa manipulosque conjiciunt. *from thence.* ¶ *Hinc hinc, hinc atque hinc,* ex hac et illa parte. *on this side and on that; on every side. Liv.* l. 44. c. 11. Cassandrea hinc Toronaico, hinc Macedonico septa mari. *Id.* l. 1. c. 13. Hinc patres, hinc viros orantes, ne se sanguine nefando soceri generique respergerent. *Virg.* 1. *Æn.* v. 166. Hinc atque hinc vastæ rupes. ¶ *Hinc inde* eod. sensu. *Plin.* l. 9. ep. 13. Longum est, quæ tunc hinc inde jactata sunt recensere. *Sueton. in Ner.* c. 27. Hinc inde hortantes, ut appelleret. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 70. Monstrabant pugnæ locos: hinc irrupisse legionum agmen, hinc equites coortos: inde circumfusas legionum manus. ¶ In illo *Terent. Adelph.* 4. 5. 38. An sedere oportuit domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc illinc veniret, exspectantem? *Donat.* proverbialiter *hinc illinc* dictum docet. Alii leg. *huc illinc.* ¶ *Hinc* pro *ab hinc. Plaut. Trucul.* 2. 3. 19. Me nemo magis respiciet, ubi iste huc venerit, quam si hinc ducentos annos fuerim mortuus. *Plin. in fin.* cap. 3. l. 14. Septimo hinc anno inventa est. Ita legit ex MSS. *Harduin.* Alii aliter.

HINNA, æ, femina hinni. *Non.* c. 2. n. 409.

HINNIBĬLIS, le, *apt to neigh*, χρεμετιστικὸς, hinniens. *Apul.* l. 3. *de Doctr. Plat.* Quod hinnibile est, equus est. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 5. c. 23. Exscreatus hinnibilis.

HINNIBUNDE, adverb. hinniendo. *Claud. Quadrigar.* apud *Non.* cap. 2. n. 411. Equi hinnibunde inter se spargentes terram calcibus.

[† HINNICULUS, i, m. *a little mule*, dimin. ab hinnus. *Varr. R. R.* 5. 8.]

HINNIENTER, hinnibunde. Est *Nonii* cap. 2. n. 411.

HINNILĬTO, as, n. 1. idem quod hinnio. *Lucil.* apud *Varron.* l. 6. *L. L.* c. 5. *ad fin.* Hæc, inquam, rudet e rostris, atque hinnilitabit. *Nonius* cap. 1. n. 78. habet *ejulitabit.*

HINNĬO, is, n. 4. *to neigh as a horse, whinny*, χρεμετίζω, proprium est vocis equorum: a sono. *Quintil.* l. 1. c. 5. *extr.* (*al.* c. 10.) Jam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus. *Id.* l. 7. c. 3. Ut si finias equum, genus est, animal; species, mortale; differentia, irrationale; proprium, hinniens. *Lucret.* l. 5. v. 1076. concussis artubus hinnit. ¶ *Hinnientes* absolute sunt equi apud *Apul. in Apolog.* et *de deo Socrat.*

HINNĪTUS, us, m. *a neighing, whinnying*, χρεμετισμὸς, verbum exprimens vocem equi. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 33. *sub fin.* Subito exaudivit hinnitum, respexitque, et equum alacrem lætus aspexit. *Virg.* 3. *Georg.* v. 94. et altum Pelion hinnitu fugiens implevit acuto. *Horat.* l. 2. od. 16. v. 34. Equa hinnitum tollit. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 154. hinnitibus auras implent. et vers. 669. Edere hinnitus. *Sueton. in Ner.* c. 46. Hinnitus canori.

HINNŬLA, æ, f. femina hinnuli, h. e. pulli cervini. *Arnob.* l. 5. pag. 185. Nebridarum familiam pellicula cohonestavit hinnulæ.

HINNULĔUS, i, m. *a young hind or fawn*, νεβρὸς, cervus anniculus, cui necdum cornua sunt, quippe quæ secundo anno erumpere incipiunt: ab *hinnus. Horat.* l. 1. od. 23. v. 1. Vitas hinnuleo me similis, Chloe. *Plin.* l. 28. c. 9. *sub fin.* Summis remediis præfertur hinnulei coagulum.

HINNŬLUS, i, m. *a young mule*, pullus ex equo et asina genitus. *Plin.* l. 8. c. 44. Equo et asina genitos mares, hinnulos antiqui vocabant; contraque mulos, quos asini et equæ generarent. *Harduin.* contendit legendum *hinnos. Vetus Glossar.* Hinnulus, ὁ ἐξ ἵππου, καὶ ὄνου. *Nonius* quoque ex *Varrone* refert cap. 2. n. 409. Ex equis et hinnulis qui nascantur, binnos vocari. Sed fallitur. V. locum *Varron.* in voce sequenti. ¶ Est etiam *hinnulus* pullus cervinus. *a fawn. Gloss.* Νεβροὶ, hinnuli. Hinc *hinnuleus.*

HINNUS, i, m. *an animal, procreated of a horse and she-ass*, ἰννὸς, vel ὕννος, vel γύννος, animal, quod ex equo et asina nascitur: a prima voce Græca allata: vel ab *hinnio. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 8. Ex equa et asino fit mulus: contra ex equo et asina hinnus. *et ibid. sub fin.* Hinnus est ex equo et asina, minor quam mulus corpore, plerumque rubicundior, auribus ut equinis, jubam et caudam similem asini. *Colum.* l. 6. c. 37. Qui ex equo et asina concepti generantur, quamvis a patre nomen traxerint, quod hinni vocantur; matri per omnia magis similes sunt. ¶ *Hinno strigosior* proverbio dicitur de valde macilento. *Mæcenas* apud *Sueton.* in *vita Horatii.* Hinno me videas strigosiorem. Al. leg. *ginno*, alii aliter.

HIO, as, avi, atum, n. 1. *to gape, yawn, open, chink*, χαίνω, hisco, aperior, pandor, scindor. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 228. Atque hiavit humus multa, vasta, et profunda. *Plin.* l. 34. c. 7. *de colosso Rhodi.* Vasti specus hiant defractis membris. *Propert.* l. 4. el. 2. v. 45. Nec flos ullus hiat pratis. *Lucan.* l. 5. v. 641. tumentes hiant undæ. *Colum.* l. 5. c. 9. Cum terra æstibus hiat. Adde *Horat.* epod. 8. v. 5. ¶ Sæpe dicitur de iis, qui ore aperto sunt. *Virg. Æn.* 6. v. 492. pars tollere vocem Exiguam: inceptus clamor frustratur hiantes. *Plin.* l. 8. c. 25. Trochilos crocodilum invitat ad hiandum. *et mox.* Fauces quam maxime hiantes. *Id.* l. 10. c. 33. *a med.* Perdices hiantes, exserta lingua æstuant. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 31. lupus hic Tiberinus, an alto Captus hiet. *gapes.* ¶ De oscitantibus *Sil.* l. 11. v. 35. lacerabat hiantem Desidia populum, ac resolutam legibus urbem. ¶ Et quia os apertum habere est sitientis, cupientisque, *hiare* aliquando est inhiare, quippiam affectare vehementer. *to long for, desire eagerly. Cic. Verr.* 5. c. 4. Huic homini si qua domus patet, utrum ea patere, an hiare ac poscere aliquid videtur? *Senec.* ep. 72. *a med.* Canis, quidquid excepit, protinus integrum devorat, et semper ad spem futuri hiat. V. alia in *Hians.* ¶ Præterea *hiare* dicitur, qui in scribendo crebras vocales usurpat, quas ut proferas, diducere labia necesse est, quæ non nisi in consonantibus committuntur. *Cic. in Orat.* c. 45. Poetæ, qui ut versum facerent, sæpe hiabant, ut Nævius: Vos qui accolitis Histrum fluvium, atque Algidam. ¶ Hinc *hians oratio*, in qua frequens est vocalium concursus. *Quintil.* l. 9. c. 4. Neque enim aut hiare semper vocalibus, aut destitui temporibus volunt sermo et oratio. *et post.* Vocalium concursus cum accidit, hiat, et intersistit, atque laborat oratio. ¶ Mutila et hiantia loqui *Ciceroni in Orat.* c. 9. *ad fin.* est inæqualia, incomposita, soluta, male cohærentia dicere. ¶ Et qui stupent aliquid, miranturque, *hiare* dicuntur, quia ore aperto mirantem esse mos est. V. *Hians* in fine. ¶ Reperitur et cum accusativo. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 705. subitos ex ore cruores Saucia tigris hiat. *h. e.* ore aperto evomit. *Propert.* l. 2. el. 23. v. 6. *de statua Apollinis Palatini.* Hic equidem Phœbo visus mihi pulchrior ipso Marmoreus tacita carmen hiare lyra. *h. e.* ore aperto in speciem canentis. Sic *Pers.* sat. 5. v. 3. Fabula seu mœsto ponatur hianda Tragœdo. *h. e.* magno ore pronuntianda. V. *Hiatus.*

HIPPACĀRE est celeriter animam ducere: ab equi halitu, qui est supra modum acutus. *Festus.* In *Gloss. Isid.* legitur: hippicare, oscitare.

HIPPĂCE, es, f. *cheese made of mare's milk*, ἱππάκη, equi coagulum a quibusdam dicitur. *Plin.* l. 28. c. 14. ¶ Item equinus caseus. *Id. ibid.* c. 9. ¶ Item herba, quam ore tenentes equi, famem sitimque non sentiant. *Id.* l. 25. c. 8. ubi al. leg. *hippice.*

HIPPAGĬNES, naves, quibus equi vehuntur: quas Græci ἱππαγωγοὺς dicunt. *Festus*, et *Gell.* l. 10. c. 25. V. vocem sequent.

HIPPAGŌGI, ἱππαγωγοὶ, *ferry-boats for horses, horse-transports*, naves eædem, quæ hippagines: ab ἵππος, equus, et ἄγω, duco. *Liv.* l. 44. c. 28. Quinque et triginta naves, quas hippagogos vocant, ab Elea profectæ, cum equitibus Gallis equisque.

HIPPĂGUS, i, *a ferry-boat for horses*, navis vehendis equis apta, hippagogos etiam dicta. *Plin.* l. 7. c. 56. *sub fin.* Hippagum invenere Samii, aut Pericles Atheniensis.

HIPPĂLUS, i, m. ventus idem qui Favonius, ita appellatus a navigantibus in mari Indico: vel a gubernatore ejusdem nominis, vel voce Arabica. *Plin.* l. 6. c. 23.

HIPPASĪDES, æ, m. Ἱππασίδης, Socus Hippasi filius, ab Ulysse ad Trojam occisus. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 257. ¶ Item Naubolus Hippasi filius, Iphiti pater. *Stat. Theb.* 7. v. 355.

HIPPEUS, i, m. disyllab. ἱππεὺς, cometa equinæ jubæ similis, celerrimo motu: ad ἵππος, equus. *Plin.* l. 2. c. 25.

HIPPIĂDES, dum, f. ἱππιάδες, videntur esse statuæ equestres, apud *Plin.* l. 36. c. 5. *a med.*

HIPPĬCE. V. *Hippace.*

HIPPĬUS, ἵππιος, idest equester (ab ἵππος, equus) cognomen Neptuni, vel quod Pegasus ex eo et Pegaside natus sit; vel quod equuleus, ut putant, loco ejus suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno devoraret: vel quod tridentis ictu terra equum exierit: cui ob hoc in Illyrico quaternos equos jaciebant nono quoque anno in mare. Hæc *Festus.* ¶ Præterea est hoc nomine pes metricus, etiam *epitritus* dictus, equestri pugnæ conveniens, ut ait *Diomed.* l. 3. pag. 475. *Putsch.* De eo V. in *Epitritus.* ¶ Apud *Serv. ad Æn.* 10. v. 272. est *Hippius* cometa idem, qui *Hippeus.* De eo multa ibi *Servius.*

HIPPO, onis, m. Ἱππὼν, Africæ urbs Augustini episcopatu nobilis. *Sil.* l. 3. v. 259. Tum Vaga, et antiquis dilectus regibus Hippo. ¶ Duæ sunt in Africa hoc nomine; altera, quam diximus, quæ et *Hippo regius* appellatur; altera, quæ et *Diarrhytos* dicitur, h. e. irrigua, in palustri loco sita; quam et *Hipponem dirutum* vocant. *Plin.* l. 5. c. 3. et 4. et lib. 9. c. 8. ¶ Sunt aliæ præterea cognomines, de quibus V. Geographos.

HIPPOCAMĒLUS, i, m. ἱπποκάμηλος, animal fabulosum, ex equo et camelo compositum; vel magnus camelus. ἵππος enim in compositione auget. *Auson.* epigr. 70. Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus.

HIPPOCAMPĪNUS, a, um, adject. ab hippocampo, ut Hippocampinus cinis, *Plin.* l 32. c. 7. ubi *Harduin.* ex MSS. legit *hippocampi cinis.*

HIPPOCAMPUS, i, m. ἱππόκαμπος, et ἱπποκάμπη, piscis marinus parvus, capite et juba instar equi, *a sea-horse. Plin.* l. 32. c. 11. ¶ Item marinum monstrum, equi simile, quo fabulantur ad currum juncto vehi maris numina. *Nævius* apud *Non.* c. 2. n. 397. ut quidem legit *Scalig.* Sirenes citis Delphino junctis vehiculis, hippocampisque asperis. V. *Campe.*

HIPPOCENTAURUS, i, m. *an hippocentaur*, ἱπποκένταυρος, fabulosum animal, ex equo et homine conflatum: inde ortum, quod Centauri, qui primi in equis sedisse dicuntur, longe conspecti a rudibus hominibus, unum cum equis ipsi esse visi sunt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 2. Quis enim hippocentaurum fuisse, aut chimæram putat? ¶ Nihilominus *Plin.* l. 7. c. 3. credere videtur Claudio Cæsari scribenti, hippocentaurum in Thessalia natum, eodem die interiisse. Subditque statim, vidisse se in principatu ejus allatum alium illi ex Ægypto, in melle.

HIPPOCŎMUS, i, m. *a groom*, ἱπποκόμος, equiso, equorum curator: ab ἵππος, equus, et κομέω, curam gero. *Impp. Gratian. Valentinian. et Theodos.* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 37. Hippocomorum sagum usurpare.

HIPPOCŌUM, i, n. vinum generosum ex Coo insula: dictum ab agro generoso, cui nomen est Hippo. *Fest.*

HIPPOCRATĬCUS, a, um, Ἱπποκρατικὸς, ad Hippocratem pertinens, qui fuit medicus celeberrimus ex insula Coo, ob artis peritiam Æsculapii filius creditus: diciturque vitam usque ad centesimum quartum annum produxisse. *Prudent. in Romano*, v. 497. Num mitiores sunt manus medentium, Laniena quando sævit Hippocratica?

HIPPOCRĒNE, es, f. Fons Caballinus, Ἱπποκρήνη, fons in Bœotia, non procul a Thebis, apud Heliconem montem, quem Poetæ fabulantur factum esse ungula Pegasi equi alati: ab ἵππος, equus, et κρήνη, fons. Huic fabulæ occasionem videtur ministrasse Cadmus, qui cum in Bœotia locum urbi condendæ quæreret, huc illuc obequitans hunc fontem primus creditur invenisse, ut *Solin.* scribit cap. 7. (*al.* 12.) *a med.* Musis sacrum esse dixerunt. Nam Cadmus sapiens, et aliquot Græcarum litterarum inventor fuit. *Ovid.* 5. *Fast.* Dicite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes, Grata Medusæi signa tenetis equi.

HIPPOCRENÆUS, a, um, adject. ab Hippocrene. *Anonym. de laudib. Herculis, inter op. Claudiani*, v. 5. Hippocrenæos victorem insistere fontes.

HIPPOCRENĬDES, dum, f. sunt Musæ, a fonte Hippocrenes. *Serv. ad Virg. Ecl.* 7. v. 21.

HIPPOCRENISĀTUS, a, um, adject. *Sidon.* carm. 22. v. 81. Hippocrenisatas jungebat Pegasus alas. Ita leg. *Smet.* et *Savar.* At *Sirmond.* et *Wowerus*, Hic et crinisatas. *alii* Hippocrene satas: quod est minus tolerabile.

HIPPODAMANTĬUM VINUM, apud *Plin.* l. 14. c. 7. unde dictum sit, non constat: nisi forte (quod *Harduin.* conjicit) a δαμάζω, domo, et ἵππος, qua intendendi augendique vim habet: quod scilicet multarum sit virium, et quemlibet perdomans captansque, qui biberit.

HIPPODĂME, es, *et* Hippodamia, æ, f. Ἱπποδάμη, Ἱπποδάμεια, filia Œnomai regis Elidis et Pisarum, qui cum ex Oraculo se a genero interemptum iri didicisset, et illa tamen a multis procis ob formæ præstantiam expeteretur, curule certamen procis instituit (habebat enim equos velocissimos, qui ex ventorum flatu creati dicebantur) ea lege, ut qui vinceret, filiam haberet, victus subiret mortem. Tredecim victis et occisis, Pelops Tantali filius visa puella ejus amore protinus exarsit: cujus nuptias ut assequeretur, Myrtilum ejus aurigam promissis corrupit, sic, ut ille axes cereos, idest infirmos, et fragiles subjunxerit, vel, ut alii volunt, objicem axi non objecerit. Atque hoc modo Pelops et puella et regno potitus est. *Propert.* l. 1. el. 2. v. 20. Avecta externis Hippodamia rotis. (*externis* dicit, quia Œnomaus procis concedebat, ut puellam suo quisque curru secum veherent a carceribus ad metam. Sic *Ovid. Heroid.* ep. 8. v. 70. Vecta peregrinis Hippodamia rotis.) *Virg.* 3. *Georg.* v. 7. Hippodameque, humeroque Pelops insignis eburno. Addit *Hygin.* fab. 243. seipsam interfecisse, quod cujusdam Chrysippi necis causa fuisset. V. *Hygin.* fab. 84. et *Serv. ad* 3. *Georg.* v. 7. ¶ Hippodame altera, filia Atracii, quæ nupsit Pirithoo Lapitharum regi. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 210. Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus. Adde *Heroid.* ep. 17. v. 248. Hanc *Plutarch. in Theseo* vocat Deidamiam: *Propert.* vero l. 2. el. 2. v. 61. Ischomachen. V. *Atracis, idis.* ¶ Hoc item nomine fuit filia Briseæ, quæ vulgo patronymice Briseis appellatur, quam Achilles, Lyrnesso expugnata, captivam in castra abduxit: quam postea Agamemnon Achilli eripuit, ex quo celebre illud inter Agamemnonem et Achillem dissidium exarsit. V. *Briseis.*

HIPPODĂMUS, i, ἱππόδαμος, equorum domitor (ab ἵππος, equus, et δαμάω, domo) et translate eques R. *Martial.* l. 7. epigr. 56. Pyxagathos fuerat, nunc erit Hippodamus.

HIPPODRŎMOS, i, m. *a place for horses to run in*, ἱππόδρομος, theatrum, ubi agitantur equi, equorum curriculum, hoc est ampla planities, in qua de pernicitate certatur citra pugnæ simulacrum: ab ἵππος, equus, et δρόμος, cursus. Nam stadium, in quo equites imaginario prœlio concurrere solent, *catadromus*, κατάδρομος, dicebatur. *Martial.* l. 12. epigram. 50. Pulvereumque fugax hippodromon ungula pulsat. Adde *Plaut. Bacch.* 3. 3. 27. De loco *Plin.* l. 5. ep. 6. V. *Hypodromus.*

HIPPOGLOSSA, æ, f. *the herb horse-tongue, or tongue-wort*, ἱππόγλωσσα, herba est folia habens figura silvestris myrti, concava, spinosa, et in his ceu linguas, folio parvo exeunte de foliis: ab ἵππος, equus, et γλῶσσα, lingua. *Plin.* l. 27. c. 11.

HIPPOGLOTTĬON, ii, n. *the herb laurel of Alexandria or tongue-laurel*, herba, quam alii daphnitin, alii carpophyllon, et Alexandrinam laurum vocant. Ramos spargit a radice dodrantales, coronarii operis, folio acutiore, quam myrti, molliore, candidiore, et majore: semine inter folia rubro. *Plin.* l. 15. c. 30.

HIPPOLAPĂTHUM, i, n. *the herb patience or monk's rhubarb*, ἱππολάπαθον, herba lapatho sativo major, candidiorque, ac spissior. *Plin.* l. 20. c. 21. *ad fin.*

HIPPOLȲTE, es, *et* Hippolyta, æ, f. Martis et Otriræ filia, ut est apud *Hygin.* fab. 30. soror Antiopæ et Orithyiæ reginarum Amazonum, quæ bello, quod Græci cum Amazonibus duce Hercule gesserunt, simul cum Menalippe sorore capta est. Menalippe ab Hercule capta fuit, Hippolyte a Theseo. Hercules post victoriam Menalippen sorori Antiopæ reddidit, Orithyia tunc foris bellum gerente, et pretium arma reginæ accepit, sed Theseus obtenta in præmium captiva, eandem in matrimonium assumpsit, et ex ea genuit Hippolytum. *Justin.* l. 2. c. 4. et *Plaut. Men.* 1. 3. 17. ¶ Fuit etiam hoc nomine Acasti filii Peliæ, seu Pelei, Magnesiæ, seu Thessalorum regis uxor, quam quidam Creteidem vocant, quæ cum Pelium amaret, neque ille hujus amori obsequi vellet, eum ultro de stupri appellatione apud virum accusavit. Itaque Acastus Pelium ceu venationis causa in saltum Pelii montis abductum, ibique omnibus armis spoliatum, feris lacerandum præbuit. Verum Chiron, sive is Mercurius fuit, interveniens, accepta Vulcani machæra, Pelium liberavit, qui postea domum reversus Acastum cum uxore interfecit. Hujus Acasti meminit *Hygin.* fab. 14. *a med.* Hippolytes vero *Horat.* l. 3. od. 7. v. 18. Fabulam narrat ibi *Acron*, quamvis paulo aliter.

HIPPOLȲTUS, i, m. Ἱππόλυτος, Thesei et Hippolytæ Amazonis filius, nepos Ægei, pronepos Neptuni, frater Demophontis, et Antigoni. A Phædra noverca apud patrem stupri accusatus, immissis a Neptuno marinis monstris (ut pater optaverat) cum curru veheretur, ab exterritis equis discerptus est, postea ab Æsculapio in vitam revocatus in Italiam profugit, et Virbius appellatus fuit, quasi bis vir: ibique a Diana in Aricinio nemore collocatus, et occulte altus, ubi immortalis vivat. *Ovid. Metam.* 15. v. 497. *et sequentib. Stat.* l. 3. silv. 1. v. 57. *Serv. ad Æn.* 7. v. 761. et *Hygin.* fab. 30.

HIPPOMĂNES, is, n. *a slimy poisonous humour said to distil from the groin of a mare*, ἱππομανὲς, humor in inguine equarum ortus ex libidinis ardore, qui in humana viscera descendens furorem facit: ab ἵππος, equus, et μανία, furor. *Virg.* 3. *Georg.* v. 281. Hinc demum hippomanes, vero quod nomine dicunt Pastores, lentum distillat ab inguine virus: Hippomanes, quod sæpe malæ legere novercæ, Miscueruntque herbas, et non innoxia verba. ¶ Item herba, qua comesa equæ incipiunt furere. *Serv. in* 3. *Georg. citat.* ex *Theocrito. thorn-apple.* ¶ Item caruncula in fronte pulli equini, caricæ magnitudine, colore nigro, quam statim edito partu mater dentibus avellit et devorat, quam si quis præripuerit, seu prius abstulerit, pullum ad ubera non admittit. Hæc caruncula amoris veneficium est, hac mulieres medicamenta componentes vertere homines feruntur in furorem. Sed generaliter hippomanes dicitur venenum omne amatorium, quod equinæ cupidini similem mortalibus amorem accendat. *Plin.* l. 8. c. 42. et lib. 28. c. 11. *sub fin.* et *Juvenal.* sat. 6. v. 132. De hoc *Virg.* 4. *Æn.* v. 515. Quæritur et nascentis equi de fronte revulsus, Et matri præreptus amor.

HIPPOMARĂTHRUM, i, n. *the herb wild-fennel*, ἱππομάραθρον, herba foliis marathro majoribus, et gustu acriore, cujus succus auribus instillatur, vermiculosque in iis necat. *Plin.* l. 20. c. 23.

HIPPOMENĒIS, idis, f. Ἱππομενηΐς, Limone filia Hippomenæ, quam pater ob probrum admissum una cum equo in stabulo inclusit, neutri cibum præbens: ibi equus præ fame eam discerpsit: vitiator vero virginis ad currum alligatus, et ipse dilaceratus fuit. *Ovid. in Ibin*, v. 337. Utque novum passa genus Hippomeneide pœnæ, Tractus in Actæa fertur adulter humo. et v. 461. Solaque Limone pœnam ne senserit illam: Et tua dente fero viscera carpat equus. Al. leg. *passa est genus Hippomeneia pœnæ.*

HIPPOMENEĬUS, a, um, ad Hippomenen pertinens. V. vocem præced.

HIPPOMĔNES, æ, m. Ἱππομένης, Megari filius ex progenie Neptuni, qui Atalantam cursu victam uxorem obtinuit. V. *Atalanta. Ovid.* 10. *Metam.* v. 651. Hippomenen adii, docuique, quis usus in illis. et vers. 632. Ah miser Hippomene, nollem, tibi visa fuissem!

HIPPŌNA, æ, f. eadem quæ Epona. V.

HIPPONACTĒUS, a, um, adject. ut Hipponacteum carmen: de quo V. in *Hipponax.* Hipponacteum præconium, h. e. convicium, seu carmen maledicum. *Cic. Fam.* 7. ep. 24. ubi intelligit carmen Licinii Calvi, quo Tigellinum Sardum designaverat, et quasi præco inter servos addixerat. Quod et in *Addictus* adnotavimus.

HIPPŌNAX, actis, m. Ἱππῶναξ, Poeta tanta deformitate et fœditate vultus, ut ejus effigies a pictoribus quidem publice proposita fuerit deridenda. Ille indignatus tam amare in illos est invectus, ut aliquos ex iis credatur compulisse ad suspendium. Dicitur invenisse versum iambicum scazontem, quem ab ejus nomine Hipponacteum dicunt. *Plin.* l. 36. c. 5. ¶ Porro id carmen duplicis est generis. Vel enim in Iambico senario ultimus pes spondeus est, ut in illo *Catulli* carm. 39. *in Egnat.* v. 16. *Nam risu inepto res ineptior nulla est.* Vel antibacchius ex brevi et duabus longis additur eidem senario, ut apud *eund.* carm. 25. *ad Thall.* v. 6. *Remitte pallium mihi meum, quod involasti.* V. *Terentian. Maur. de Metr.* pag. 2436. *Putsch.*

HIPPONENSIS, e, adject. ab Hippona Africæ urbe, ut Hipponensis colonia, *Plin.* l. 9. ep. 33. Hipponensis sinus *Plin. alter* l. 5. c. 4.

HIPPOPĒRA, æ, f. *a cloak-bag or portmanteau*, ἱππόπηρα, mantica, succulus, quo eques necessaria itineri secum circumfert: ab ἵππος, equus, et πήρα, pera, saccus. *Senec.* ep. 87. M. Cato Censorius cantherio vehebatur, et hippoperis quidem impositis, ut secum utensilia portaret.

HIPPOPHAES, *et* Hippophyes, ἱπποφαὲς, et ἱπποφυὲς, herba est in sabulosis maritimisque nascens, spinis albis, hederæ modo racemosa, candidis et ex parte rubentibus acinis. Radix succo madet, qui aut per se conditur, aut pastillis farinæ, ad bilem detrahendam. Est et altera hippophyes, sine caule, sine flore, foliis tantum minutis: cujus succus hydropicis prodest. Debent accommodatæ esse et equorum naturæ, neque ex alia causa nomen accepisse. Hæc *Plin.* l. 22. c. 12.

HIPPOPHÆSTON, i, *a kind of shrub used by fullers in dressing their cloth*, ἱππόφαιστον, herba quæ nascitur in spinis, ex quibus fiunt æneæ fulloniæ, (*h. e.* implentur cortinæ æneæ fullonum) sine cauliculo, sine flore, capitulis tantum inanibus, et foliis parvis, multis, herbacei coloris, radiculas habens albas, molles. *Plin.* l. 16. c. 10. *extr.*

[*HIPPOPHLŌMOS, i, m. ἱππόφλομος, ab ἵππος, equus, et φλόμος, verbascum, *h. e.* majus verbascum. Est genus quoddam mandragoræ. *Plin.* l. 25. c. 13. sect. 94. Album alii arsen, alii morion, alii hippophlomon vocant.

*HIPPOPHŎBAS, adis, f. ἱπποφοβὰς, ab ἵππος, equus, et φόβος, timor. Herba magica. *Plin.* lib. 24. c. 17. sect. 102. Eamdem hippophobada appellat (Democritus), quoniam equæ præcipue caveant eam.]

HIPPOPŎDES, m. pop. Septentrionales, in insula, apud Basiliam, sive Baltiam, sic dicti a pedibus equinis. *Plin.* l. 4. c. 13.

HIPPOPOTĂMUS, i, m. *the river-horse, hippopotamus*, equus fluvialis, seu aquatilis, in Nilo præcipue nascens, binis ungulis, quales sunt bobus, dorso equi, et juba, et hinnitu, cauda obtorta, dentibus aprorum aduncis, sed minus noxiis, rostro resimo, tergoris ad scuta galeasque impenetrabilis, præterquam si humore madeat. Depascitur segetes, et ex agro ferentibus vestigiis (*cum intrat*) ne quæ revertenti insidiæ comparentur. *Plin.* l. 8. c. 25. *extr.* V. et *Ammian.* l. 22. c. 15. (*al.* 38.)

HIPPOSELĪNUM. V. *Heliosolinum.*

HIPPOTĂDES, æ, m. dicitur Æolus ventorum rex, quia nepos Hippotæ Trojani ex Segesta filia. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 662. Clauserat Hippotades æterno carcere ventos.

HIPPOTOXŎTÆ, arum, m. ἱπποτοξόται, sagittarii equestres, *archers who fought on horseback, mounted archers*: ab ἵππος, equus, et τόξον, arcus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 4. Ducenti ex Syria missi erant: in his plerique hippotoxotæ. *Hirt. de B. Afric.* c. 19. Sagittariis, ac funditoribus, hippotoxotisque compluribus.

HIPPŪRIS, idis, f. *the herb horse-tail, or shave-grass*, ἱππουρὶς, herba eadem quæ equisetum, cauda equina: ab ἵππος, equus, et οὐρὰ, cauda. *Plin.* l. 26. c. 13. V. *Equisetum.*

HIPPŪRUS, i, *a kind of lobster*, ἵππουρος, piscis ex genere locustarum. *Plin.* l. 9. c. 16. et lib. 32. cap. 11. item *Ovid. in Halieut.* v. 95. Hippuri celeres, et nigro tergore milvi.

HIPPUS, i, m. *a sort of crab-fish*, ἵππος, piscis genus, apud *Plin.* l. 32. *c. ult.*

HIR. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 8. Hir, siphon, ut ait Lucilius, cui nihil dempsit. *Scalig. in append. ad conjectan. Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 26. hæc verba ita interpretatur: Lucilius proponit vinum integerrimum, et nulla parte periclitans acescere: id quod siphone depletum non est, neque vola manus pitissatum. nam hir est vola manus: et qui vinum furtim deplent, ut gustent, solent id vola manus haurire. *the palm, or hollow of the hand, used in tasting wine. Charis.* lib. 1. pag. 12. *Putsch.* et *Priscian.* l. 5. pag. 647. *Hir* faciunt neutrum, et indeclinabile, et interpretantur θέναρ, quod et ipsum volam manus significat. *Voss. in etymol.* deducit a χεὶρ, manus, per synecdochen. Est qui *Ir* scribit.

HIRA, quæ deminutive dicitur hilla, quam Græci dicunt νῆστιν, intestinum est, quod jejunum vocant. *Festus. the intestinum jejunum or empty gut.* De ea sic *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scipion.* c. 6. *ad fin.* Intestina principalia tria: quorum unum dissiptum vocatur: alterum medium: quod Græci μεσέντερον dicunt: tertium quod veteres hiram vocarunt, habeturque præcipuum intestinorum omnium, et cibi retrimenta deducit. Hæc *Macrob.* qui intestinorum nomine omnia viscera intelligit: *hiras* vero ea solum, per quæ cibus a stomacho ad ima transfertur: *the guts*: quo sensu et *hillæ* usurpantur. Hac eadem significatione *Plaut. Curcul.* 2. 1. 22. Pulmones distrahuntur, cruciatur jecur, radices cordis pereunt, hiræ omnes dolent.

HIRCĪNUS, a, um, *of a goat*, τραγεῖος, ad hircum spectans. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 12. Heus tu, qui cum hircina stas barba. *Al. leg.* hirquina. *Plin. in fi. prœm.* l. 20. Hircinus sanguis adamantem rumpens. *Id.* l. 12. c. 17. *extr.* Hircinæ pelles. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 19. Hircini folles. *Prudent. in Apotheos.* v. 689. Hircinum sidus. *h. e.* Capricornus.

HIRCĬPES, edis, hircinos habens pedes. *Martian. Capell.* l. 9. pag 307. Hircipes Silvanus.

HIRCIPĬLI, durorum pilorum homines. *Festus*, ubi alii aliter leg.

HIRCŌSUS, a, um, *smelling like a goat, goatish*, τραγομάσχαλος, qui hircinum odorem olet, et speciatim qui olet virus alarum, seu cujus alæ fœtidum spirant odorem. *Pers. sat.* 3. v. 77. aliquis de gente hircosa Centurionum. *Plaut. Merc.* 3. 3. 14. Plenus ætatis, animaque fœtida, senex hircosus. *Senec. in fragm.* apud *Gell.* l. 12. c. 2. *a med.* Licet scripti sint inter hircosos, possunt tamen inter unguentatos placere. *Martial.* l. 10. epigr. 98. Hircosus subulcus. et lib. 12. epigr. 59. te pilosus Hircoso premit osculo colonus. *h. e.* fœtenti ex oris halitu.

HIRCŬLUS, i, m. *a little goat*, τραγίσκος, parvus hircus. *Auct. carm. qui inscribitur* Hortorum deus, *inter op. Catulli* carm. 19. v. 15. aram Barbatus linit hirculus, cornipesque capella. ¶ Est etiam herba cum Gallico nardo nascens: a gravitate odoris et similitudine. Distat ab eo, quod sine cauliculo est, et quod minoribus foliis, quodque radicis neque amaræ, neque odoratæ. *Plin.* l. et c. 12. *extr. a herb like spikenard, bastard-nard.*

HIRCUS, i, m. *a he-goat, buck*, τράγος, caper, fœdissimum animalium, ut *Plin.* vocat l. 37. c. 4. vir gregis caprini, qui jam salire cœpit, et fœtere: dictus a Sabinis *fircus* (quemadmodum *fedus* ab iisdem pro *hedus*) ut *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 19. docet. Hujus sanguis duritiem adamantis rumpit, teste *Plin. loc. cit.* Dicitur et *hirquus*, præsertim cum de alarum fœtore usurpatur, aut de angulo oculi, ut mox dicetur. *Virg.* 3. *Georg.* v. 311. Nec minus interea barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirci. *Horat.* de re impossibili, epod. 16. v. 34. Ametque salsa levis hircus æquora. Sic *Virg.* de re absurda, *Ecl.* 3. v. 91. Atque idem jungat vulpes, et mulgeat hircos. ¶ Sæpe significat gravem odorem alarum, qui hircini fœtoris similis est. *the rank smell of the arm-pits. Horat.* epod. 12. v. 5. Polypus, an gravis hirsutis cubet hircus in alis. *Id.* l. 1. sat. 2. v. 27. Pastillos Rufillus olet, Gargonius hircum. *smells like a goat.* ¶ Interdum est convicium hominis immundi et impuri. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 38. Oboluisti allium, germana illuvies, rusticus, hircus, hara suis. *Id. Cas.* 2. 3. 20. Propter operam illius hirqui, improbi, et edentuli. *of that old goat.* ¶ Denique *hirquus*, vel *hircus* est angulus oculi, *the corner of the eye*: ductum ab oculis hircorum, qui ardore libidinis oblique aspiciunt, oculis in angulos retortis. *Virg. Ecl.* 3. v. 8. Novimus et qui te transversa tuentibus hirquis. *h. e.* oculis oblique hircorum more intuentibus te præciderint. Aptius tamen legas *et qui te, transversa*, &c. et de hircis animalibus intelligas, qui dum præcidereris, obliquis oculis, quasi invidendo, te aspexerint. ¶ Alia ad hircum pertinentia V. in *Caper.*

HIRNĔA, æ, f. genus vasis vinarii, seu poculi. *Cato R. R.* c. 81. Indito in hirneam fictilem: eam demittito in aulam æneam, aquæ calidæ plenam: ita coquito ad ignem. *a pot, earthen vessel. Plaut. Amph.* 1. 1. 273. Cadus erat vini plenus: inde implevi hirneam. et vers. 276. Vini hirneam ebiberim meri. Al. scrib. *irnea*: ac putat *Scalig. in Catalect. Virg.* pag. 490. olim dictam esse *erneam* ἀπὸ τοῦ ὀρνέου, *o* in *e* mutato, quod avis figuram referret. *Non.* cap. 15. n. 29. legit *cirnea*, vel, ut est in quibusdam libris, *cyrnea*.

HIRNELLA, æ, f. parva hirnea, genus vasis in sacris. *Festus* scribit *irnella*.

HIRPEX. V. *Irpex.*

HIRPI, orum, m. pop. Sabinorum, qui in agro Falisco ad montem Soractem habitabant: ab *hirpus*, lupus, quasi lupi. *Serv. in* 11. *Æn.* v. 785. hæc scripsit: Soractis mons est Hirpinorum in Flaminia collocatus. In hoc autem monte cum aliquando Diti patri sacrum persolveretur (nam diis manibus consecratus est) subito venientes lupi exta de igni rapuerunt, quos cum diu pastores sequerentur, delati sunt ad quandam speluncam halitum ex se pestiferum emittentem, adeo ut juxta stantes necaret, et exinde orta est pestilentia, quia fuerant lupos secuti, de qua responsum est, posse eam sedari, si lupos imitarentur, idest, rapto viverent. Quod postquam factum est, dicti sunt ipsi populi Hirpini Sorani. Nam lupi Sabinorum lingua *hirpi* vocantur. *Servius* videtur Hirpos in agro Falisco cum Hirpinis Samnitium confundere. ¶ Hirpi etiam, seu Hirpini, seu Hirpiæ familiæ, fuere quædam familiæ ex Hirpis populis, in Faliscorum agro, quæ in sacrificio annuo, quod fiebat in monte Soracte, ambulantes super ambustam struem lignorum, non adurebantur. *Plin.* l. 7. c. 2.

HIRPĪNI, *seu* Irpini, m. nunc *Principato ultra*, pop. et regio Italiæ, in Regno Neapolitano, inter Samnites, quorum caput et metropolis est Beneventum. Dicti sunt ab *hirpus*, lupus, quod lupum ducem secuti agros occupaverint, et luporum instar ex rapto viverent. Nempe primum id nomen acceperunt ab iis, quorum agros prædabantur. Vel fortasse dicti sunt ab Hirpis, quod ab iis originem traherent. V. *Hirpi. Festus*, et *Liv.* sæpe.

HIRPĪNUS, a, um, adject. ab Hirpis, seu Hirpinis populis, ut Hirpina pubes, apud *Silium* l. 8. v. 571. Hirpinus ager, *Cic. Agrar.* 3. c. 2.

HIRPUS, i, m. lupus, lingua Sabinorum, ut *Serv. in* 11. *Æn.* v. 785. scribit, vel Samnitum, ut *Festus* in *Irpini*: ab ἅρπος, seu ἅρπαξ, rapax, ita dictus ob rapacitatem.

HIRQUĪNUS, a, um, *of a goat, goatish*, hircinus. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 51. Alæ hirquinæ volucres erunt. *h. e.* alæ brachiorum olentes hircum, pilosæ fient.

HIRQUITALLĬO, is, n. 4. τραγίζω, est hircum lascivia, odore, voce imitari: ab *hirquus* pro *hircus*. *Censorin.* c. 14. In secunda hebdomade, vel incipiente tertia vocem crassiorem, et inæquabilem fieri: quod Aristoteles appellat τραγίζειν, antiqui nostri hirquitallire: et inde ipsos putant hirquitallos appellari, quod tum corpus hircum olere incipiat.

HIRQUITALLUS, puer, qui primum ad virilitatem accedit, seu virilitatem suam experitur: ab *hirquus*, quia pueri pubescentes hircum incipiunt olere, vocem edunt gravem, subraucam, hircinæ non dissimilem. *Censorin.* c. 14. et *Fest.* qui etiam sine aspiratione scribit.

HIRQUUS. V. *Hircus.*

HIRRĬO, *seu* Irrio, n. 4. *to gnarl, snarl, grin like a dog*, proprium est vocis canum, cum provocantur, quia R multa sonant. *Sidon.* l. 7. ep. 3. Veluti est canibus innatum, ut etsi non latrant, tamen hirriant. *Festus*: Hirrire, garrire, quod genus est vocis canis rabiosæ. *Lucil.* de littera R, apud *Charis.* l. 1. pag. 100. *Putsch.* Irritata canes quod, homo quam, planiu' dicit.

HIRRĪTUS, us, m. *a growling, snarling*, vox canum, cum irritantur. *Sidon.* l. 9. ep. 16. *in carm.* Prodat hirritu rabiem canino.

HIRSUTĬA, æ, f. forma hirsuta, *roughness, shagginess*, δασύτης. *Solin.* c. 25. (*al.* 38.) Setarum hirsutiæ nullæ.

HIRSŪTUS, a, um, *hairy, shaggy, rough, rugged, bristly, prickly, hirsute*, ἀκανθώδης, δασύς, spinis, setis, vel pilis horridus, hispidus, hirtus, villosus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 47. Bestiæ aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ. *Virg. Ecl.* 7. v. 53. Stant et juniperi, et castaneæ hirsutæ. *Id.* 3. *Georg.* v. 231. Frondibus hirsutis, et carice pastus acuta. et vers. 444. hirsuti secuerunt corpora vepres. *thorny. Propert.* l. 4. el. 4. v. 26. hirsutis brachia secta rubis. *Colum.* l. 10. v. 373. hirsuta sepes nunc horrida rusco. *Plin.* l. 24. *c. ult.* Philanthropon herbam Græci appellant hirsutam, quoniam vestibus adhærescat. ¶ Cum de pilis capillisque dicitur, significat subrectos spinarum instar, atque adeo impexos, incomptos, horridos. *Curt.* l. 9. c. 10. Comæ hirsutæ et intonsæ. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 63. hirsuti capilli. *Id.* 2. *Metam.* v. 30. Et glacialis hiems canos hirsuta capillos. *Id.* 13. *Metam.* v. 766. hirsuta barba. et lib. 2. *Fast.* v. 339. fulvi setis hirsuta leonis vellera. *Virg. Ecl.* 8. v. 34. hirsutum supercilium. *Propert.* l. 4. el. 10. v. 20. Et galea hirsuta compta lupina juba. *Virg.* 10. *Æn.* v. 869. Ære caput fulgens, cristaque hirsutus equina. *Colum.* l. 7. c. 2. *ad fin.* Duo genera sunt ovilli pecoris, molle, et hirsutum. *Plin.* l. 22. c. 22. Hirsutiora folia. *Propert.* l. 1. el. 1. v. 12. hirsutæ feræ. et lib. 4. el. 9. v. 49. Herculis hirsutum pectus. *Martial.* epigr. 65. l. 10. hirsuta crura genæque. *Sil.* l. 13. v. 812. hirsutos cum sperneret olim Gens vicina procos. *h. e.* primos illos Quirites sub Romulo, intonsos, impexos, incomptos, rusticos. *Martial.* l. 9. epigr. 48. hirsutæ imagines. *scil.* priscorum virorum. Sic, intonsus Cato, *Horat.* l. 2. od. 15. v. 11. et, incomptis Curius capillis, *Id.* l. 1. od. 12. v. 41. ¶ Translate *Ovid.* 2. *Trist.* v. 259. Sumpserit Annales: nihil est hirsutius illis. *h. e.* incomptum magis, horridumque, et severum, ac nullis deliciis aspersum. *rough, rugged, rude, unpolished.*

HIRTIĀNUS, a, um, ad Hirtium aliquem pertinens, ut Hirtianum jus, apud *Cicer. Fam.* 9. ep. 18. *a med.* et Hirtianum prœlium, *Asin. Poll. ad Cicer.* l. 10. *Fam.* ep. 33. h. e. in quo Hirtius consul pugnavit, et periit. Al. hic leg. *Hirtinum.*

HIRTĪNUS, a, um, Hirtianus. V.

HIRTĬUS, ii, Consul fuit Romæ cum Pansa, quocum ab Antonio cæsus est, cum ad Mutinam obsidione liberandam accessisset. Hic auctor est libri octavi de bello Cæsaris Gallico: item de Africano, et Alexandrino, quanquam *Sueton. in Cæs.* cap. 56. scribit, dubitatum esse, Hirtii ne, an Oppii cujusdam essent. Certe commentarius de Bello Alexandrino ejusdem est auctoris, qui librum octavum Belli Gallici conscripsit. De Bello autem Africano liber, judice *Lipsio* l. 2. *Elector. cap. pænult.* et aliis, horum omnium est elegantissimus. De Bello Hispaniensi liber longe inferiore stilo est conscriptus. ¶ Opinionem eorum, qui *Hircium* per *c* scribendum putant, quasi ab *hirco* sit, rejicit *Manut. in Orthogr.* ex antiquis lapidibus.

HIRTUŌSUS, a, um, hirtus, ut Hirtuosus deus, h. e. Pan. *Apul.* l. 5. *Metam.* sed al. leg. *hircosus.*

HIRTUS, a, um, *rough, shaggy, hairy*, λάσιος, δασύς, idem quod hirsutus, hispidus, villosus. *Curt.* l. 5. c. 6. *ad fin.* Comæ prominent hirtæ. *Id.* l. 4. c. 13. Scythis hirta ora, et intonsas comas esse. *h. e.* impexis barbis obsita. *Sil.* l. 16. v. 121. Hirta frons. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 850. Barba viros, hirtæque decent in corpore setæ. *Varr.* l. 2. *R. R. c. ult.* Hirtæ oves. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 70. Hirto corde quosdam homines nasci, proditur. *hairy. Lucan.* l. 2. v. 386. Hirtam membra super, Romani more Quiritis, Induxisse togam. *Nepos in Datam.* c. 3. Duplici amiculo circumdatus, hirtaque tunica. *Stat.* l. 3. *silv.* 1. v. 13. hirtaque dumis saxa. *Colum.* l. 10. v. 27. humus sepibus hirtis claudatur. *thorny. Apul. de herb.* c. 71. Hirtiora folia. *Prudent.* περὶ στεφ. 12. *de S. Cass.* v. 53. æquor hirtum. *h. e.* planities non lævigata, scabra. et περὶ στεφ. 4. *de S. Hippol.* v. 120. spinigeris stirpibus hirtus ager. ¶ Translate *Horat.* l. 1. ep. 3. v. 22. non tibi parvum est Ingenium, non incultum est, et turpiter hirtum. *rugged, unpolished. Vellei.* l. 2. c. 11. C. Marius hirtus atque horridus, vita sanctus.

HIRŪDO, inis, f. *a leech, horse-leech, blood-sucker*, βδέλλα, insectum palustre, *sanguisuga* etiam dictum, quoniam ejus est usus ad extrahendum sanguinem. Quippe eadem ratio earum, inquit *Plin.* l. 32. c. 10. quæ cucurbitularum, ad corpora levanda sanguine, spiramenta laxanda, judicatur. Admotæ venis, rostri telo perforant statim, suguntque avide, nec, nisi saturatæ, decidunt, et pondere ipso sanguinis detractæ, aut sale aspersæ. *Plaut. Epid.* 2. 2. 4. Jam ego me convortam in hirudinem, atque horum exsugebo sanguinem. ¶ Translate *Horat. in fin. de ar. Poet.* Quem vero arripuit, tenet, occiditque legendo, Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *a med.* Illa concionalis hirudo ærarii, misera ac jejuna plebecula. *the leech or exhauster of the treasury.*

HIRUNDINĔUS, hirundininus. *Sidon.* l. 2. *ep. ult.* Usque ad adventum hirundineum, aut ciconium. V. etiam *Arundineus.*

HIRUNDINĪNUS, a, um, *of a swallow*, χελιδόνιος, ad hirundinem pertinens. *Plin.* l. 3. c. 13. *extr.* Hirundininus sanguis. *Martial.* l. 11. epigram. 19. et *Plaut. Rud.* 3. 1. 12. Hirundininus nidus.

HIRUNDO, inis, f. *a swallow*, χελιδὼν, avis initio veris ad nos transvolans, autumno ad calidiores plagas migrans, in tectis nidificans. De earum triplici genere, deque solertia in nidis ædificandis, V. *Plin.* l. 10. c. 33. item cap. 24. ubi alia mira de his. *Virg.* 1. *Georg.* v. 377. Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo. *Id.* 12. *Æn.* v. 473. Nigra velut magnas domini cum divitis ædes Pervolat, et penitus alta atria lustrat hirundo Pabula parva legens, nidisque loquacibus escas. *Ovid.* 2. *Fest.* v. 853. prænuntia veris hirundo. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 12. te, dulcis amice, reviset Cum Zephyris, si concedes, et hirundine prima. *Lucret.* l. 3. v. 6. quid contendat hirundo cygnis? *proverb.* cantu enim hirundo a cygnis longe vincitur. ¶ Adhibetur et in blanditiis amantum. *Plaut. Asin.* 3. 3. 104. Dic me anaticulam, hirundinem, monedulam, &c. ¶ De hirundine fabulam V. in *Progne.* ¶ Est etiam piscis marinus hoc nomine, perquam similis volucri, et volans aliquanto super undas spatio. *Plin.* l. 9. c. 27.

HISCO, is, n. 3. *to gape, yawn, chink*, χαίνω, hio, aperior, findor. *Lucret.* l. 6. v. 1068. vitio venæ tabularum sæpius hiscunt. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 546. tellus aut hisce, vel istam, Quæ facit, ut lædar, mutando perde figuram. *Plin.* l. 17. c. 14. *a med.* Rima hiscit. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 42. Tace: ædes hiscunt. *h. e.* patent, aperta janua. ¶ Sæpe dicitur de his, qui os aperiunt ad loquendum, *to open the mouth, mutter. Cic.* 2. *Phil.* c. 43. *extr.* Respondebis ne ad hæc? aut omnino hiscere audebis? *Liv.* l. 6. c. 16. Nec attollere oculos, aut hiscere audebant. *Gell.* l. 15. c. 9. Petebant omnes, ut vel unum statim diceret. Sed cum homo vultum intorqueret, et non hisceret, et colores mutaret, tum ego, &c. ¶ Est etiam loqui. *to speak. Virg.* 3. *Æn.* v. 313. vix pauca furenti Subjicio, et raris turbatus vocibus hisco. *h. e.* hæsitabundus loquor. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 400. Hem vereor, plus quam fas est, captivum hiscere. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 231. Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quidquam Ausit. *Propert.* l. 3. el. 2. v. 4. visus eram . . . . Tantum operis nervis hiscere posse meis. *h. e.* canere. V. locum similem in *Hio.* [¶ Particip. *hiscens* apud *Manil.* lib. 4. v. 537. Et scandat (Leo) malis hiscentibus orbem.]

HISPALĪENSIS, *et* Hispalensis, se, ad Hispalim pertinens, quæ est urbs Hispaniæ Bæticæ, nunc *Seville*, ad Bætim fluvium. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 78. Hispaliensibus et Emeritensibus familiarum adjectiones dono dedit. *Plin.* l. 3. c. 1. Hispalensis conventus. ¶ *Hispaliensis* est a recto *Hispalis*, quo utitur *Plin.* l. 3. c. 1. et alii: *Hispalensis* a recto *Hispal*, quod habent *Sil.* l. 3. v. 392. et *Pompon. Mela*, l. 2. c. 6.

HISPĀNE, adverb. *after the manner of Spain*, more Hispano. *Ennius* apud *Charis.* l. 2. pag. 180. *Putsch.* Hispane, non Romane memoretis loqui me.

HISPANĬA, æ, f. *Spain*, regio ampla Europæ, Oceano, Pyrenæis montibus, mediterraneo mari, et Herculeo freto finita: dicta etiam *Iberia* ab Ibero flumine: item *Hesperia*, ut in illa voce dictum est. *Hispaniam* dici quidam volunt ab Hispali urbe, una immutata littera. *Plin.* l. 3. c. 1. docet dictam esse a quodam Pane, qui devictæ a Baccho regioni præfectus relictus fuerit. Ejus descriptionem habes apud *eund.* l. 4. c. 20. qui in fine *lib. ult.* unam ei Italiam amœnitate, fertilitate, divitiis præfert. Olim valde bellicosa habita est. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 137. Non te vicino remorabitur obvia Marte Gallia, nec latis audax Hispania terris. ¶ Adhibetur et in plur. numero, tum quia duplex olim fuit, citerior, ulteriorque, ratione Iberi fluvii: item triplex, Tarraconensis, Bætica, et Lusitania: tum quia in plura regna divisa est. *Plin.* l. 17. c. 26. Hispaniarum vindemitor. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 10. Pompeium

in Hispanias iturum. Adde *Sallust. in Catil.* c. 18. *et in Orat. Philippi contra Lepid.*

HISPANICUS, a, um, Hispanus. *Sueton. in Aug.* c. 82. Insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo duretam vocabat. *Vitruv.* l. 7. c. 3. Spartum Hispanicum.

HISPANIENSIS, se, *relating to Spain*, ad Hispaniam pertinens. *Martial. in epist. præfixa* libro 12. Ne Romam non Hispaniensem librum mittamus, sed Hispanum. *Vellei.* l. 2. c. 51. Corn. Balbus non Hispaniensis natus, sed Hispanus. *h. e.* non Romano sanguine in Hispania natus, sed omnino Hispanus. Differunt enim hæc duo, quia *Hispanus* dicitur, qui in Hispania natus est: *Hispaniensis*, qui alibi ortus in ea versatur. Sic Hispaniensis legatus. *h. e.* civis Romanus in Hispaniam legatus, apud *Cicer. in Vatin.* c. 5. Bellum Hispaniense, *Id. pro leg. Manil.* c. 10. h. e. quod ab Romanis in Hispania fit. Hispaniensis pugiunculus, apud *eund. in fragm. contra C. Anton.* apud *Ascon.* h. e. quo in Hispania civis R. interfectus est. Hispanienses exercitus, apud *Tacit.* 1. *Annal.* c. 3. h. e. Romani, qui in Hispania militant. Hispaniensis triumphus, apud *Plin.* l. 14. c. 15. devictis Hispanis actus. Hispaniensis Oceanus, lib. 37. c. 10. h. e. qui ab occidente affluens Hispaniam alluit. Hispaniensia naufragia, *Id.* l. 2. c. 67. h. e. quæ Romani fecere in Oceano Hispaniensi. Sic æstus maritimi Hispanienses, apud *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* c. 10. Denique spuma argenti Hispaniensis, apud *Plin.* l. 33. c. 6. est quæ coctura fit in Hispania ex argento aliunde invecto. V. *Corinthiensis.* ¶ Rhodani ostium Hispaniense apud *eund.* l. 3. c. 4. est alterum ejus ostium occidentale, Hispaniam versus.

HISPĀNUS, a, um, *Spanish*, ad Hispaniam pertinens. *Cic.* 4. *Phil.* c. 3. Hispani milites. *Plin.* l. 3. c. 5. Hispanum mare. *h. e.* ea mediterranei pars, quæ Hispaniam alluit, quæ hodieque dicitur *mar di Spagna* (*the Spanish sea*). *Martial.* l. 10. *epigr. ult.* Hispana Tarraco. et lib. 7. epigr. 87. Hispanum aurum Tagi. *Lucan.* l. 3. v. 454. Hispanæ acies. *Liv.* l. 7. c. 10. Hispano gladio cingi. ¶ *Hispani, orum*, Hispaniæ populi. *the Spaniards. Sueton. in Cæs.* c. 86. *Plin.* l. 18. c. 11. et *Cic. de Harusp. resp.* c. 9.

HISPĬDO, as, a. 1. *to make prickly*, hispidum facio. *Solin.* c. 46. (*al.* 59.) Spinosis fastigiis hispidatur. *Salmas.* legit *hispida turgescit.*

HISPIDŌSUS, a, um, pilosus, hispidus. *Catull.* carm. 16. *ad Aurel. et Fur.* v. 10. Non dico pueris, sed hispidosis. Al. leg. *his pilosis.*

HISPĬDUS, a, um, *hairy, shaggy, rough, bristly, prickly, thorny, rugged*, λάσιος, pilis densus et horridus, hirsutus, hirtus. *Horat.* l. 4. od. 10. v. 5. Facies hispida. *bearded. Virg.* 10. *Æn.* v. 210. Hispida frons. *Martial.* l. 3. epigr. 58. v. 37. Hispida mater. *h. e.* capella feta. *Plin.* l. 9. c. 5. Nereidum corpus squamis hispidum. *Id.* l. 22. c. 6. *sub fin.* Herbæ aspectu hispidæ, tactu truces. *h. e.* horridæ. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 612. Eurus crinem procellis hispidus. *Horat.* l. 2. od. 9. Non semper imbres nubibus hispidos Manant in agros. *h. e.* squalidos et incultos, ut hiemis tempore, vel cum messis inhorruit campis, ut ait *Virg.* 1. *Georg.* v. 314. ¶ Translate *Gell.* l. 10. c. 3. *a med.* Si quis est tam agresti aure, ac tam hispida, quem lux ista et amœnitas orationis parum delectat. *h. e.* inerudita, indocta. *rough, unpolished, uncouth.* ¶ Hypallages genus est in illo *Stat.* 6. *Theb.* v. 867. sic hispida turpes Prœlia villosis ineunt complexibus ursi. *h. e.* ipsi hispidi.

HISTER, tri, m. idem ac histrio, idest ludio, Hetruscorum lingua. *Liv.* l. 7. c. 2. ¶ Item fluvius Germaniæ. V. *Ister.*

HISTŌNES, um, m. *weavers*, telæ, vel telarum textores: ab ἱστὸς, quod utrumque significat. Telas videntur significare, vel textrina in illo *Varr.* lib. 1. *R. R. cap.* 2. *a med.* Ut si habeas plures in fundo textores, atque institutos histonas. Nisi forte *histotonas*, vel *histotonos* legendum est: ab ἱστὸς licium, et τείνω, extendo.

[* HISTONIENSES, ium, m. Histonii cives, quæ urbs fuit in Aprutio citeriore, nunc *il Guasto. Murator. Inscript.* pag. 655. n. 4. et pag. 1109. n. 1. Huic plebs universa, Municipium Histoniensium statuam ære collato decrevit.]

HISTORĬA, æ, f. *history*, narratio et expositio rerum gestarum: ab ἵστωρ, sciens. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 36. Historia testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, qua voce alia nisi Oratoris immortalitati commendatur? et cap. 12. Summi oratoris est, historiam scribere. *Id.* 1. *de Legib.* c. 2. Historiam tractare. et cap. 3. instituere, et absolvere. *Id.* 2. *de Divin.* c. 32. Mandare aliquid historiæ. *Justin. in præfat.* Res Romanas in historiam conferre. *et ibid.* et *Plin.* l. 1. ep. 1. Totius Orbis historias Latino sermone componere. *Ovid. in Ibin*, v. 522. Conditor historiæ. *an historian.* ¶ *Res historia digna* dicitur, quæ magni est momenti, et scitu digna. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 8. Si quid in ea epistola fuit historia dignum, scribe quamprimum, ne ignoremus. *worthy of record.* ¶ Historiæ leges apud *Cicer.* hæ sunt lib. 2. *de Orat.* c. 15. prima, ne quid falsi dicere audeat: deinde, ne quid vere non audeat: ne qua suspicio gratiæ sit in scribendo, ne qua simultatis. V. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 1. Apud *Plaut. Men.* 2. 1. 23. *historiam scribere* dicuntur ii, qui omnia suis oculis videre volunt, quo tuta plane sit fides. ¶ Apud Romanos ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mutium Scævolam Pont. Max. historia nihil aliud fuit, nisi annalium confectio. Post Scævolam historia scribi cœpta est a M. Catone, a Fabio Pictore, ab Antistio Pisone. Sed hi veterem similitudinem scribendi secuti sine ullis ornamentis, monimenta solum temporum, hominum, locorum, gestarumque rerum reliquerunt. Primus, qui ornate historiam scriberet, Cœlius Antipater extitit, qui fuit familiaris L. Crassi Oratoris. Hæc ex *Cicer.* l. 2. *de Orat.* c. 12. V. etiam lib. 1. *de Legib.* cap. 2. et a nobis dicta in *Annales.* Notas quibus distinguuntur inter se historia, et oratio, apte enumerat *Plin.* l. 5. ep. 8. [† Quid distat historia ab annalibus et diariis, V. *Gell.* 5. 18.] ¶ Accipitur etiam pro narratione fabulosa. *a tale, narrative. Propert.* l. 1. eleg. 1. v. 16. Maxima de nihilo nascitur historia. *Horat.* l. 3. od. 7. v. 19. Et peccare docentes fallax historias monet. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 4. v. 44. Omnibus historiis se meus aptat amor. Adde *Propert.* l. 4. eleg. 1. v. 119. ¶ Et pro quavis descriptione, interpretatione, seu expositione. Unde *Plinii* opus *de Historia naturali* inscribitur. *natural history. Quintil.* l. 2. c. 4. Grammaticis historias poeticas dedimus. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 89. amaras Porrecto jugulo historias, captivus ut, audit. ¶ C. Julium Hyginum, propter antiquitatis notitiam, Polyhistorem multi, quidam Historiam vocabant, teste *Sueton. de Grammat.* c. 20. ¶ A *Propert.* l. 1. el. 15. v. 24. dicitur *historia* is ipse, qui historiæ materia et argumentum est. V. *Sermo.*

HISTORIĀLE OPUS dicitur in hortis varia arborum aut herbarum dispositio, qua venationes, animalia, ædificia, et hujusmodi aspectu grata repræsentantur. *Plin.* lib. 16. cap. 33. *de cupressu.* Trahiturque etiam in picturas operis historialis. *Harduin.* legit *topiarii*, neque tamen alteram lectionem damnat. *Sidon.* quoque hanc vocem usurpat, lib. 6. *ep. ult.* Venerabilis patriarchæ Joseph historialem diligentiam comparemus. *h. e.* quam sacra narrat historia.

HISTORĬCE, adverb. *historically*, ἱστορικῶς, more historicorum. *Plin.* l. 2. ep. 5. Descriptiones locorum non historice tantum, sed prope poetice prosequi fas est.

HISTORĬCE, es, f. *that part of grammar, which treats of the explanation of authors*, ἱστορική, pars Grammaticæ, de qua sic *Quintil.* l. 1. c. 9. (*al.* 15.) Et finitæ quidem sunt partes duæ, quas hæc professio pollicetur, idest ratio loquendi, et enarratio auctorum: quarum illam methodicen, hanc historicen vocant.

HISTORĬCUS, a, um, *relating to history, historical*, ad historiam pertinens, ἱστορικός. *Cic. de clar. Orat.* c. 83. Earum rerum historiam non tam historico, quam oratorio genere perscripsit. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 12. *sub fin.* Exit in immensum fecunda licentia vatum, Obligat historica nec sua verba fide. ¶ *Historicus, i*, est historiarum scriptor. *an historian. Cic. in Top.* c. 20. Oratores, philosophi, poetæ, historici.

HISTORIOGRĂPHUS, i, m. *a writer of history, historian, historiographer*, qui historias conscribit. *Capitolin. in Gordiano II. prope fin.* Ea debent in historia poni ab historiographis, quæ aut fugienda sint, aut sequenda.

HISTRĬA. V. *Istria.*

HISTRICŌSUS, a, um, spinosus. Translate *Hieronym.* l. 1. *in Rufin.* c. 7. Histricosæ et lividæ mentis homo. *h. e.* ad pungendum et obtrectandum paratæ.

HISTRĬCUS, a, um, *of or belonging to a play-actor*, ὑποκριτικὸς, ad histrum, hoc est, ad histrionem pertinens. *Plaut. prol. Pœn.* v. 4. Audire vos jubet imperator histricus. *idest* perfectus histrionum, vel histrio imperans. et vers. 44. Hæc, imperata quæ sunt pro imperio histrico.

HISTRĬO, onis, m. *a play-actor, stage-player, comedian*, ὑποκριτής, μῖμος, ludio, qui personatus in scenis fabulas agit: ab *hister*, quæ vox Thuscis significabat ὀρχηστὴν, h. e. saltatorem, qui et ludio vocatur. A Thuscis enim rem et vocem Romani accepere, ut *Liv.* l. 7. c. 2. et *Valer. Max.* l. 2. c. 4. n. 4. tradunt: neque audiendus videtur *Festus*, qui inde dictos putat, quod primum ex Histria venerint. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 7. Ut histrioni actio, saltatori motus, non quivis, sed certus quidam est datus. *Id. Parad.* 3. cap. 2. Histrio si paulum se movit extra numerum, aut si versus pronuntiatus est syllaba una brevior, aut longior, exsibilatur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 46. Cum ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur, spondalia illa dicentis, &c. *et paulo post.* Quæ si ille histrio, quotidie cum ageret, tamen recte agere sine dolore non poterat. &c. *Plin.* l. 7. c. 53. M. Ofilius Hilarus, comœdiarum histrio. *Id.* lib. 35. c. 12. *ad fin.* Æsopus tragœdiarum histrio. *Id.* l. 37. c. 2. Nero sceptra, et personas histrionum, et cubilia amatoria unionibus construebat. ¶ Urbane *histrio* dicitur de vano homine, et falsa jactante gloriæ causa. *a mountebank, quack, idle pretender. Cels.* l. 5. c. 26. n. 1. Ut hæc prudenti viro conveniunt; sic rursus histrionis est parvam rem attollere, quo plus præstitisse videatur.

HISTRIONĀLIS, le, *of or belonging to a play-actor*, ad histriones pertinens. *Tacit. Ann.* 1. c. 16. Erat in castris Percennius quidam, dux olim theatralium operarum, dein gregarius miles, procax lingua, et miscere cœtus histrionali studio doctus. *Auct. dial. de Oratorib.* (quem *eund. Tacit.* quidam putant) c. 29. Histrionalis favor, et gladiatorum equorumque studia. et cap. 26. Histrionales modos exprimere.

HISTRIONĬA, æ, f. *the profession of a stage-player*, ὑποκριτική, histrionis ars. *Plaut. Amph. prol.* v. 90. Quasi novum nunc proferatur, Jovem facere histrioniam.

HISTRIONĬCUS, a, um, *histrionical, histrionic*, histrionalis. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 71. Servi, quorum operas locabat vel pistorias, vel histrionicas.

HISTRIX. V. *Hystrix.*

HIULCĀTUS, a, um, adject. hiulcus, apertus. *Fortunat.* l. 6. carm. 12. v. 6. Et per hiulcatos fervor anhelat agros.

HIULCE, adverb. *in a gaping manner*, διεσχισμένως, aperte. *Cic. de Orat.* l. 3. c. 12. Ex quo sic locutum esse ejus patrem judico, sic majores, non aspere, non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse, et æquabiliter, et leniter. *h. e.* frequenti et insubido vocalium concursu. V. *Hiatus.*

HIULCO, as, a. 1. *to make to gape or chink*, σχίζω, διασχίζω, hiulcum facio, aperio, findo. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 62. Æstus hiulcat agros.

HIULCUS, a, um, *gaping, broken or cleft into chinks, chapping*, διεσχισμένος, hians, apertus, fissus, fatiscens. *Virg.* 2. *Georg.* v. 353. ubi hiulca siti findit Canis æstifer arva. *Stat.* 5. *Theb.* v. 708. Et patris undosi sonitus exspectat hiulca Ægyptus. *Id.* l. 9. *Theb.* v. 450. hiulcæ venæ fluminis. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Proserp.* v. 230. hiulci nimbi. *h. e.* nubes dehiscentes. *Id. in præfat. ad III. Consul. Honor.* v. 4. Ovaque maternus rupit hiulca tepor. *Solin.* c. 38. (*al.* 51.) *sub fin.* Mons Taurus ubi dehiscit hiulcis jugis, facit portas Armenias, Caspias, &c. *Prudent. in Rom. peristeph.* 14. v. 452. mucrone hiulco scindere latus viri. *h. e.* unguibus ferreis. Sic *peristeph.* 2. *de S. Vincent.* v. 113. hiulcis ictibus nudare costarum abdita. *Stat.* 1. *Theb.* v. 26. hiulcum fulmen. *h. e.* omnia findens, et hiare faciens. ¶ *Hiulca oratio* dicitur, in qua nimius est vocalium concursus. V. *Hio*, et *Hiatus. Cic.* 3. *de Orat.* cap. 53. Struere verba sic, ut neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus et lævis. *the meeting of words which end and begin with vowels. Id. in Orat.* c. 44. Ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat, aut asperas. ¶ Translate est cupidus, avarus, quasi hianti ore prædam captans. *Plaut. Trin.* 2. 2. 6. Novi ego hoc sæculum, moribus quibus sit: sacruin prophanum, publicum privatum habent, hiulca gens. *open-mouthed and catching at every thing.*

H O

HOC. V. *Hic.*

HODIDŎCOS, *vel* Hodœdocos, i, m. *a waylayer, highwayman, assassin*, ὁδοίδοκος, ab ὁδὸς, via, et δοκάω, exspecto, ut latro et obsessor viarum. *Festus.*

HODĬE, *to day*, σήμερον, hoc die. *Terent. Andr.* 2. 1. 22. Si id facis, hodie postremum me vides. *Id. Eun.* 1. 2. 125. Is hodie venturum ad me constituit domum. *Cic.* 2. *Verr.* c. 10. Nonæ sunt hodie Sextiles. *Id.* 14. *Phil.* c. 5. Per idus Quintiles, qui dies hodie est. *Ovid.* 1. *de remed. Amor.* v. 94. Qui non est hodie, cras minus aptus erit. *Cic.* 13. *Attic.* ep. 9. Hodie mane. ¶ Significat etiam hac nocte. *to night. Ovid.* 2. *Fast.* v. 75. Illa nocte aliquis, tollens ad sidera vultus, Dicet, ubi est hodie, quæ Lyra fulsit heri? ¶ Item latiore significatione, nunc, hoc tempore, *at this time, now-a-days. Cic. pro Cæl.* c. 2. Dignitatem semper in M. Cœlio habitam esse summam, hodieque haberi. *Id.* 4. *Acad.* c. 1. *a med.* Hodie stat Asia Luculli institutis servandis. *Nepos in Annib.* cap. 3. Is hodie saltus Graius appellatur. ¶ *Hodie* usque ad hanc diem. *Plaut. Pers.* 4. 3. 2. Ita ancilla mea, quæ fuit hodie, sua nunc est.

HODIĒQUE, *to this very time, to this very day*, etiam nunc. *Claudius Imp. in tab. ænea Lugdunensi in Gallia*, apud *Lips. in excurs. ad lib.* 11. *Ann. Tacit, et Gruter.* pag. 502. *a med.* Et hodieque in rebus meis detineo. *Plin.* l. 8. c. 45. Prægrandes itaque fuere: et hodieque reliquiæ stirpium durant. *Id.* l. 30. c. 1. Magice in tantum fastigii adolevit, ut hodieque etiam in magna parte gentium prævaleat. Addunt *Quintil.* l. 10. c. 1. *post med.* et declam. 17. *c. Pænult. Tacit. de morib. German.* c. 3. *Vellei.* l. 1. c. 4. item *Cicer.* 7. *Verr.* c. 25. *ad fin. Liv.* l. 1. c. 17. et 26. *sub fin.* et lib. 5. c. 4. *extr.* et l. 31. c. 7. et lib. 42. c. 34. et *Vitruv.* l. 10. c. 7. sed in his vel dubia lectio est, vel *hodieque* pro *et hodie*, non pro *hodie quoque* positum est.

HODIERNUS, a, um, *of this day, hodiernal*, hujus diei, σημερινός. *Cic. Phil.* 4. cap. 3. Quod ex hodierno ejus edicto perspicere potestis. *Id.* 3. *de Orat.* cap. 21. *ad fin.* Disputatio hesterni et hodierni diei. *Id. pro Marcell.* c. 2. Hodierno die. *to day. et Catil.* 3. c. 8. *extr.* Ante hodiernum diem. et cap. 9. Hodierno die mane. *this morning. Id. de clar. Orat.* c. 10. Multo diutius Athenæ jam erant, quam est Roma ad hodiernum diem. *h. e.* ad

præsens tempus. *Plin.* l. 33. c. 1. *extr.* Servatumque in hodiernum est, nequis, &c. *down to this present day.* et *Minuc. Fel. in Octav.* c. 22. *sub fin.* Ut in hodiernum inopinato visos, cælo missos nominamus. *to this day,* hodieque.

HODŒPORĬCON, i, n. ὁδοιπορικὸν, vox Græca, ab ὁδοιπόρος, viator, significat itinerarium, *an itinerary, journal, book of travels. Hieronym.* ep. 27. *ad Eustoch.* c. 3. Hodœporicon alicujus scribere.

HŒDUS. V. *Hædus.*

HOI, *ah! me, alas! oh!* [† οἴ μοι,] interjectio lugentis. *Terent. Phorm.* 4. 3. 58. Hoi, hui, nimium est. Adde *Eun.* 4. 4. 48. ¶ Scribitur et *oi* sine aspirat.

HOLCE, es, f. ὁλκὴ, Græce est inclinatio, pondus: et ponitur pro certo rerum pondere, de quo *Fann. de ponderib.* v. 19. Holceque a drachma non re, sed nomine differt.

HOLCUS, i, m. *wall-barley,* ὁλκὸς, herba est in saxis nascens, aristas habens in cacumine tenui culmo, quale hordeum restibile. Dicta est ab ἕλκω, traho, quia circa caput alligata, vel circa lacertum, educit e corpore aristas: quapropter quidam aristidam vocant. *Plin.* l. 27. c. 10. *a med.*

HOLOCAUSTŌMA, atis, n. ὁλοκαύστωμα, holocaustum. *Tertull. advers. Jud.* c. 5. et lib. 5. *advers. Marcion.* c. 5. *ad fin.*

HOLOCAUSTUM, i, n. *a burnt-offering, holocaust,* ὁλόκαυστον, sacrificii genus, quo tota comburebatur victima, non sola exta: ab ὅλον, totum, et καίω, uro. *Prudent. in Apotheos.* v. 605. At tua congestæ tumulant holocausta ruinæ. et *in Psychom.* v. 784. holocaustis mactatis litare Deo.

HOLOCHRȲSUS, i, ὁλόχρυσος, nomen floris a colore, quasi totus aureus, ab ὅλος, totus, et χρυσὸς, aurum. *Plin.* l. 21. c. 8.

[* HOLOCYRON, i, n. ὁλόκυρον, herba eadem ac chamæpitys. *Apul. de herb.* c. 26.]

HOLOGRĂPHUS, a, um, ὁλόγραφος, totus scriptus: ab ὅλος, totus, et γράφω, scribo. *Holographa epistola,* apud *Hieronym.* l. 3. *advers. Rufin.* c. 5. et *holographa membrana,* apud *Sidon.* l. 9. ep. 11. *circa med.* est, quæ tota auctoris manu scripta est, quæ et *autographa* dicitur. *an holograph.*

HOLOPHANTA. V. *Halophanta.*

HOLOSCHŒNUS, i, ὁλόσχοινος, junci quoddam genus crassum et carnosum. *Plin.* l. 21. c. 18.

HOLOSERĬCUS, a, um, *made entirely of silk, velvet,* ὁλοσηρικὸς, qui totus est ex serico, nulla alia admixta materia: ab ὅλον, totum. *Varr.* apud *Non.* c. 14. n. 6. Mulieres cum stola holoserica. ¶ Usus vestis holosericæ apud veteres rarissimus fuit, et summa ejus caritas. *Vopisc. in Aurelian.* c. 45. Vestem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri utendam permisit. ¶ Primus Romanorum holoserica veste Heliogabalus usus est, *Lampridio* teste in ejus vita, c. 26. cum jam subserica in usu essent. Tacitus Imperator holosericæ vestis usum viris omnibus interdixit. *Vopisc. in Tacit.* c. 10.

HOLOSIDĒRUS, a, um, adject. totus ferreus, ὁλοσίδηρος: ab ὅλος, totus, et σίδηρος ferrum: ut Holosidera spatula, *Theod. Priscian.* l. 1. c. 28.

HOLOSPHYRĀTUS, a, um, *solid, worked with hammers,* Græca vox, ὁλοσφύρατος, ab ὅλος, totus, et σφύρα, malleus. *Holosphyrata statua* est solida, plena, non inanis, quæ scilicet non conflata est, sed malleo ducta. *Plin.* l. 33. c. 4. *a med.*

HOLOSTĔON, i, n. *the herb stitch-wort, or frog-grass,* ὁλόστεον, herbæ species, ab ὅλον, totum, et ὀστοῦν, os, ossis, per antiphrasin, cum careat omni duritie. Est autem tenuis usque in capillamenti speciem, longitudine quatuor digitorum, ceu gramen, foliis angustis, adstringens gustu: asciturque in terrenis collibus. *Plin.* l. 27. c. 10. *ad fin.*

HOLOTHURĬA, orum, n. ὁλοθούρια, enumerantur inter marinos pisces, qui non moventur, similes ob id spongiis. *Plin.* l. 9. c. 47.

HOLOVĒRA VESTIMENTA apud *Imp. Theodos.* lib. 1. *Cod.* tit. 8. leg. 4. sunt tota purpurea, Græce ὁλόβηρα dicta, ab Latino *verus,* et Græco ὅλος, totus, quod tota ex vero purpuræ colore tincta essent. Ita *Salmas. ad Trebell. Poll. in Claud.* c. 17. Nam alii exponunt, holoserica.

HOLUS, &c. V. *Olus.*

HOMELĬUM, pilei genus. *Festus.*

HOMERĒUS, a, um, Homericus, Ὁμήρειος. *Horat. de A. Poet.* v. 120. Homereum si forte reponis Achillem. Ita *Bentlei.* Alii *honoratum. Auct. Priap.* carm. 68. Constiti, Homereas edidicique notas. Al. leg. *Homeriacas:* Alii aliam aliter.

HOMERĬACUS, Homericus. V. vocem præced.

HOMERĬCUS, a, um, *relating to Homer, Homeric,* Ὁμηρικὸς, ad Homerum pertinens. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 25. Homericus versus. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 26. Agamemnon Homericus. *h. e.* ab Homero inductus. *Sueton. in Ner.* c. 47. Duos scyphos gratissimi usus, quos Homericos a cælatura carminum Homeri vocabat, solo illisit. *Plin.* l. 4. ep. 3. Homericus senex. *h. e.* Nestor. *Tertull. de Pall.* c. 2. Quod clausis vel in totum Homericis oculis liquet. *h. e.* jam cæco apparet.

HOMERISTA, æ, m. Ὁμηριστὴς, qui Homeri carmina recitat, cujusmodi in solemni convivio inducit *Petron. in fragm. Tragur.* c. 59. *Burm.* Adde *Diomed.* l. 3. pag. 481. *Putsch.*

HOMEROCENTŌNES vocari solent, qui de carminibus Homeri propria opera ex multis hinc inde compositis in unum sarciunt corpus. Hæc *Tertull. de præscriptionib.* c. 29. Adde *Hieronym.* ep. 103. *ad Paulin.* c. 7. qui et *Virgiliocentones* eadem forma dixit.

HOMEROMASTIX, igis, m. Ὁμηρομάστιξ, Homeri flagellum, cognomen Zoili cujusdam, qui Homerum libris adversus eum editis ausus est inscitiæ arguere. *Vitruv. in præfat.* l. 7. *ante med.* Zoilus, qui adoptavit cognomen, ut Homeromastix vocitaretur. V. *Zoilus.* ¶ Per synecdochen dicitur de omnibus detractoribus, qui insatiabili reprehendendi libidine optima quæque lacerant. *Plin. in proœm. operis.* Ut obiter caveam istos Homeromastigas. *snarling critics, petty conceited carpers.*

HOMERONĬDES, æ, patronym. quasi Homeri imitator. *Plaut. Trucul.* 2. 6. 4.

HOMĒRUS, ri, m. *Homer,* Ὅμηρος, nomen Poetæ Græci excellentissimi, qui bellum Trojanum, et Ulyssis errores descripsit, quorum operum alterum *Ilias,* alterum *Odyssea* ab illo inscriptum fuit. De ejus patria nihil certi traditur. Multi Græciæ populi, Colophonii, Chii, Salaminii, Smyrnæi Homerum certatim sibi vindicabant. Smyrnæi etiam delubrum ejus in oppido dedicavere. (V. *Gell.* l. 3. c. 11.) *Stat.* quoque l. 4. silv. 2. v. 9. Smyrnæum facit. Aliqui dicunt, prius *Melesigenem* fuisse vocatum, quod ad Meletem fl. Ioniæ natus esset. Cæcum natum fuisse aiunt, imo ob cæcitatem Homerum dictum esse, quod Cumæi, et Iones cæcos appellent Ὁμήρους. *Velleius* tamen l. 1. c. 5. eum omnibus sensibus orbum esse, censet, qui Homerum cæcum natum esse crediderit. *Heraclides* scripsit, eum ex morbo in cæcitatem incidisse. Vixit ætate Lycurgi superioris, ante Hesiodum, et ante VII. Sapientes, annos circiter CLXVIII. post bellum Trojanum; et totidem fere ante Romam conditam. Pauperrimus fuit, et per urbes erravit; quin et fame tandem absumptum, scripsit *Sotades* apud *Stobæum.* Post mortem divini ei honores sunt habiti: obtinetque adhuc, et obtinebit in posterum doctrinæ et eruditionis principatum. Omnium enim rerum, omnium artium, omnis non prudentiæ solum, sed etiam sapientiæ vestigia aut expressa, aut recondita in ejus scriptis sunt. Laudes tanti viri persecuti sunt *Vellei. loc. cit. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 32. *et alibi, Plin.* l. 7. c. 29 et l. 17. c. 5. et lib. 25. c. 2. *circa med. Quintil.* l. 10. c. 1. *Horat. in ar. Poet.* v. 73. et 401. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 9. v. 25. et *Sil.* lib. 13. a vers. 778. &c.

HOMICĪDA, æ, m. et fem. *a murderer, homicide,* ἀνδροφόνος, qui hominem necat, ab *homo,* et *cædo,* per syncop. pro hominicida. *Cic.* 2. *Phil.* c. 13. Fateor, eos plus, quam sicarios, plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas esse. *Juvenal.* sat. 2. v. 26. Si fur displiceat Verri, homicida Miloni. ¶ De femina *Senec.* controv. 2. Quid si tantum homicida? quid si tantum rea fuisses? ¶ Interdum cum laude dicitur de viro forti, qui in bello multos occiderit. *Horat. Epod.* 17. v. 12. Luxere matres Iliæ addictum feris, Alitibus atque canibus homicidam Hectorem.

HOMICIDIARĬUS, a, um, adject. *homicidal,* ut Homicidiarius sanguis, apud *Auct. Paneg. ad Constantin.* c. 4. ubi alii leg. *homicidarius.*

HOMICIDĬUM, ii, n. *homicide, murder, manslaughter,* ἀνδροφονία, hominis occisio. *Cic.* 2. *Phil.* c. 12. *extr.* Homicidii rei sunt, an vindices libertatis? *Al. leg.* homicidæ sunt. *Petron. in Satyr.* c. 137. Homicidium facere. *Plin.* l. 18. c. 3. Convictus in homicidio.

HOMO, hominis, com. gener. *a man, or woman,* ἄνθρωπος, animal rationale. Volunt alii esse ab *humo,* quod non placet *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) alii ab ὁμοῦ, simul, quod sit societatis amans: alii ab ἤμων, peritus, sciens. *Cic.* 1. *de Legib.* cap. 7. Animal hoc providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis et consilii, quem vocamus hominem. *Terent. Phorm.* 5. 8. 52. Homo adolescens. *Id. Adelph.* 4. 2. 23. senex. *Id. Phorm.* 2. 3. 15. jam grandior. *Id. Adelph.* 3. 4. 76. amicus. *Id. Phorm.* 2. 1. 62. servus. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 45. homo masculus. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 32. mares homines. ¶ De homine multa *Plin. in proœm.* et cap. 1. lib. 7. ¶ De femina *Sulpic. ad Cic. Fam.* 4. ep. 5. *a med.* Quæ si hoc tempore non diem suum obiisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. *Cic. pro Cluent.* c. 70. Mater, cujus ea stultitia est, ut eam nemo hominem; ea vis, ut nemo feminam, ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 620. Quæ bos ex homine est, ex bove facta dea. *Plin.* l. 28. c. 9. Dulcissimum ad hominis camelinum lac. *Juvenal.* sat. 6. v. 282. clames licet, et mare cælo Confundas, homo sum. *uxor loquitur.* ¶ Monet *Charis.* l. 1. pag. 79. *Putsch.* tametsi de femina dicatur, masculinis semper jungi: neque *malam hominem* dici, sed *malum.* ¶ Adhibetur sæpe in laude, ut *vir. Cic.* 4. *Acad.* c. 24. Illustres homines. *Id.* 1. *de Fin.* c. 5. L. Torquatus, homo omni doctrina eruditus. *Id. Fam.* 3. ep. 7. *a med.* Homo summa prudentia, multa etiam doctrina. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 25. et *Cic. pro Deiot.* c. 12. Homo optimus. *Nepos in Pausan.* c. 1. Pausanias Lacedæmonius, magnus homo fuit. ¶ Etiam absolute. *Cic. Attic.* l. 13. ep. *ult.* Quid multa? homines visi sumus. *we bore the appearance of gentlemen. Juvenal.* sat. 2. v. 167. Hic fiunt homines. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 15. Si vis homo esse, recipe te ad nos ad quod tempus confirmasti. et lib. 2. ep. 2. Si homo esset, eum potius legeret. *h. e.* si saperet. *Terent. Adelph.* 5. 8. 11. Si tu sis homo, hic faciat. *h. e.* constans sis in petendo. *Plaut. Epid.* 3. 4. 57. Homo es, qui me emunxisti, &c. *you are a man indeed. Cic.* 2. *de Orat.* c. 10. Nox te expolivit, hominem reddidit. *hath proved you to be a man.* ¶ Interdum *homo,* et *vir* conjunguntur. *Cic. Fam.* 5. ep. 17. Ut te hortarer, rogaremque, ut et hominem, et virum esse meminisses, idest ut et communem incertumque casum sapienter ferres, et dolori fortiter, ac fortunæ resisteres. *homo* refertur ad conditionem mortalis vitæ, qua casibus et calamitatibus obnoxii sumus: *vir* ad fortitudinem et constantiam in perferendis adversis. *Id. Fam.* 7. ep. 5. *a med.* Probiorem hominem, meliorem virum, pudentiorem esse neminem. *hominem* ad bonitatem naturæ, *virum* ad virtutem retulit. ¶ Ponitur et in vituperatione. *Cicer.* 3. *Offic.* c. 6. *a med.* Ut ab homine inerti atque inutili ad sapientem, bonum, fortemque virum transferantur res ad vivendum necessariæ. *Id. Agrar.* 2. c. 34. *ad fin.* Homo contemptus et abjectus. *Id. de Amic.* c. 25. Leves homines atque fallaces. *Id. Tuscul.* cap. 8. Homo insulsus. *Terent. Adelph.* 2. 2. 10. Hominum homo stultissime. ¶ Illa quoque ad contemptum pertinent *Plauti Amph.* 2. 1. 26. Quid hoc hominis sit? *what manner of man can this be? what fellow is this? Terent. Eun.* 5. 1. 17. Quid illuc hominis est? Ubi *Donat.* Per genitivum casum injuriose dicitur. Sic *Cic. Verr.* 3. c. 16. Quid hoc homine faciatis? *with this fellow?* ¶ Et illa contumeliam habent, *Terent. Eun.* 4. 4. 29. Monstrum hominis, non dicturus? *Cicer. Fam.* 12. ep. 1. Odium illud hominis impuri. ¶ Aliquando ita usurpatur, ut mulieri opponatur. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 57. Mi homo, et mea mulier, vos saluto. Adde *Lactant.* l. 2. c. 12. et *Paul. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 38. ¶ Refertur et ad humanitatem, et mores. *Terent. Adelph.* 1. 2. 27. Tu illum tuum, si esses homo, sineres nunc facere, dum per ætatem licet. *Cic. de Fin.* 5. c. 12. Fugere plane se ipse, et hominem ex homine exuens, naturam odisse videatur. ¶ Item ad imbecillitatem, et peccandi facilitatem. *Quintil.* l. 10. c. 1. Demosthenes, Homerus summi sunt, homines tamen. *they are still mere men. h. e.* labuntur aliquando, et oneri cedunt, et indulgent ingeniorum suorum voluptati, ut *Id. ibid.* ait. Adde *Juvenal. cit.* sat. 6. et *Petron. in Satyr.* c. 130. ¶ Aliquando de servo dicitur. *Cic. pro Quint.* c. 19. Hominem P. Quintii deprehendis in publico: conaris abducere: non patitur Alphenus. Adde *Plaut. Men.* 5. 5. 49. *Caton. R. R.* c. 57. *Catull.* carm. 10. v. 15. &c. ¶ Aliquando de libero, et ingenuo, quia servi quiddam infra homines habebantur. *Sueton. in Ner.* c. 31. Auream domum cum absolutam dedicaret, hactenus comprobavit, ut se diceret quasi hominem tandem habitare cœpisse. *Petron. in fragm. Tragur.* cap. 39. *Burm.* Patrono meo ossa bene quiescant, qui me hominem inter homines voluit esse. ¶ In illo *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 39. Capti homines equitesque producebantur: *homines* sunt pedites, ut videtur: nisi malis intelligere eos, qui non erant milites, quos nos dicimus *natives, inhabitants,* et in hostem victorem inciderant. ¶ *Esse paucorum hominum* dicitur is, qui paucorum familiaritate utitur, qui paucis se dat, sapientibus nempe, et bonis, qui utique pauci sunt: vel qui paucis placet, hoc est optimis. *Terent. Eun.* 3. 1. 18. *Gn.* Regem elegantem narras. *Thr.* imo sic homo est perpaucorum hominum. *Gn.* imo nullorum arbitror, si tecum vivit. Hinc jocus ille, quem refert *Cic. in fragm.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 12. his verbis: Cum esset apud se ad Lavernium Scipio, unaque Pontius, allatus est forte Scipioni acipenser, qui admodum raro capitur, sed est piscis, ut ferunt, in primis nobilis. Cum autem Scipio unum et alterum ex his, qui eum salutatum venerant, invitasset, pluresque etiam invitaturus videretur; in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide, quid agas: acipenser iste paucorum hominum est. ¶ *Inter homines esse* est vivere: *esse desinere* est mori. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 14. Hercules nunquam abiisset ad deos, nisi cum inter homines esset, eam sibi viam munivisset. *Papinian. Dig.* lib. 31. leg. 59. Si Augustæ legaveris, et ea inter homines esse desierit. Sic *Caius ibid.* leg. 58. Qui antequam dies legati cedat, ab hominibus ereptus est. Adde *Tacit. in fin.* l. 15. *Ann.* Hæc autem εὐφημισμοῦ causa dicuntur. Quo pertinet illud *Solini,* cap. 52. (*al.* 65.) Cum maritus homine decesserit. ¶ Elegans et frequens est usus, quo ponitur loco pronominis *hic,* vel *ille,* ut *Cic. Fam.* 4. ep. 4. Dixit, se Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum. *Nepos in Eumen.* c. 2. Hunc sibi Perdiccas adjunxerat magno studio, quod in homine fidem et industriam magnam videbat. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 67. Habes ne argentum ab homine? *Terent. Eun.* 2. 2. 30. Ibi homo cœpit me obsecrare, ut, &c. *Id. Adelph.* 1. 2. 63. Ita est homo. *this is the way of the man,* hujusmodi sunt ejus mores. ¶ Adhibetur etiam appellando, et parce increpando. *Id. Heaut.* 5. 3. 1. Profecto, nisi caves tu homo, aliquid gnato conficies mali. *Id. Adelph.* 1. 2. 31. Tu homo adigis me ad insaniam. ¶ *Quot homines, tot sententiæ,* proverb. apud *Terent. Phorm.*

2. 4. 14. *no two heads think alike.* ¶ *Ut homo est, ita morem geras*, aliud apud *eund. Adelph.* 3. 3. 7. *as the man is, so you must humour him.* ¶ Homo homini deus, si suum officium sciat, γνώμη est *Cæcilii* Comici apud *Symmach.* l. 10. epist. 104. *al.* 114. ¶ Olim declinabant *homo, homonis.* V. *Hemona.*

HOMŒOMERIA, æ, f. *a likeness of parts*, ὁμοιομερεία, similitudo partium. *Lucret.* l. 1. v. 829. Hinc et Anaxagoræ scrutemur homœomeriam. *Serv.* super illud 4. *Æn.* v. 625. Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor: Secundum, inquit, Anaxagoram, qui dicit homœomeriam, idest omnium rerum similitudinem esse in rebus creandis. Est autem tota Græca, ex ὅμοιος, similis, et μέρος, pars.

HOMŒOPROPHERON, n. *alliteration*, ὁμοιοπρόφερον, ab ὅμοιος, similis, et προφέρω, profero: est vitium dictionis, cum eadem littera incipientes multæ voces proferuntur: ut in illo *Ennii*: O Tite tute Tati tibi tanta Tyranne tulisti. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 167.

HOMŒOPTŌTON, n. ὁμοιόπτωτον, similiter cadens: ab ὅμοιος, similis, et πίπτω, cado. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 174.

HOMŒOTELEUTON, n. ὁμοιοτέλευτον, similiter desinens: ab ὅμοιος, similis, et τελευτὴ, finis. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 174.

HOMŎLE, es, f. Ὁμόλη, mons Thessaliæ, excelsus, pars Pelii, Othry monti vicinus, sedes Centaurorum, ubi urbs ejusdem nominis. *Virg.* 7. *Æn.* v. 674. cum vertice montis ab alto descendunt Centauri, Homolen, Othrynque nivalem Linquentes cursu rapido.

HOMOLOĪDES, dum, f. Ὁμολωΐδες, portæ Thebarum Thessalicarum. *Stat.* l. 7. *Theb.* v. 252. per ingentes Homoloidas exeat Hæmon.

HOMONȲMA, orum, n. *homonymous or ambiguous words*, ὁμώνυμα, quæ idem nomen habent, ut taurus animalis nomen est, et montis, et sideris, et radicis, et quandoque alicujus hominis. *Quintil.* l. 8. c. 2. *a med.*

HOMONYMĬA, æ, f. *homonymy, ambiguity*, ὁμωνυμία, dicitur cum pluribus rebus, aut nominibus eadem appellatio est: ab ὁμοῦ, simul, et ὄνυμα, nomen. *Quintil.* l. 7. cap. 9. sed Græce.

HOMOTŎNA, orum, adject. *things that are homotonous, equable, or equally extended*, ὁμότονα, ab ὁμοῦ simul, et τείνω, extendo. Vox Græca, qua significantur ea, quæ æqualiter extensa sunt, ut nervi, et funes in catapultis, &c. Usurpat *Vitruv.* l. 1. c. 1. *circa med.*

HOMOUSĬOS, adject. *consubstantial*, ὁμοούσιος, vox Græca ab ὁμοῦ, simul, et οὐσία, substantia, Latine a Scriptoribus Ecclesiasticis redditur *consubstantialis. Hieronym.* epist. 77. *ad Damas.* (*al.* 17.) Latinis litteris scripsit.

HOMŬLUS, *et* Homullus, i, m. homunculus, *a little man, mannikin*, diminut. *Cic. in Pison.* c. 25. Quid cessat hic homulus ex argilla, et luto fictus, &c. *Lucret.* l. 3. v. 928. brevis hic est fructus homullis. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 2. n. 873. Sed et in loc. cit. *Ciceronis* al. leg. *homullus.*

HOMUNCĬO, onis, m. diminut. parvus aut vilis homo, *a mannikin, sorry mean fellow, rascal. Cic.* 4. *Acad.* c. 43. *a med.* Homuncio hic, qui multa putat præter virtutem homini cara esse. *Senec.* ep. 116. Nos homunciones sumus: omnia nobis negare non possumus. Horatium Flaccum a brevi statura Augustus appellabat (apud *Sueton.* in ejus vita) homuncionem lepidissimum.

HOMUNCŬLUS, i, m. idem ac homuncio. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 9. Ut homunculus e multis, probabilia conjectura sequens. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 5. Hem! nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit, cum uno loco tot oppidum cadavera projecta jaceant. *Plaut. Capt. Prol.* v. 51. et *Rud.* 1. 2. 66. Hui! homunculi, quanti estis! *h. e.* eheu miseri homines, quam nihili estis! *poor wretches?*

HONESTAMENTUM, i, n. ornatus, decus, *an ornament, reward. Sallust. sub fin.* orat. 2. *ad Cæs.* Omnia honestamenta pacis, et præmia belli. *Senec.* epist. 66. Nullo honestamento eget virtus: ipsa magnum sui decus est. *Apul. in Apolog.* Gratiam corporis morum honestamentis ornare. *Gell.* l. 10. c. 26. *ad fin.* Translationes habitæ pro honestamentis orationis.

HONESTAS, atis, f. *dignity, decency, honourable feeling, respectability, honour, character, reputation, credit*, τὸ καλὸν, κάλλος, res honesta, et laude digna: qua quis honorem meretur, decus, dignitas, laus, honestum: cui *turpitudo* opponitur. *Cic.* definire videtur, tacito nomine, cum ait *de Senect.* c. 13. Esse aliquid natura pulcrum atque præclarum, quod sua sponte petatur, quodque, spreta et contempta voluptate, optimus quisque sequatur. *Lactant.* l. 3. c. 8. *sub fin.* Quid est honestas, nisi honor perpetuus ad aliquem secundo populi rumore delatus? *Cic.* 7. *Attic.* ep. 11. O hominem amentem et miserum, qui ne umbram quidem unquam τοῦ καλοῦ viderit! atque hæc ait omnia facere se dignitatis causa, ubi est autem dignitas, nisi ubi honestas? *Id. in Top.* c. 24. Judicii finis est jus: deliberandi utilitas: laudationis honestas. *Id.* 1. *Offic.* cap. 2. In officio colendo sita vitæ est honestas omnis, et in negligendo turpitudo. et cap. 5. *extr.* His rebus, quæ tractantur in vita, modum quendam et ordinem adhibentes, honestatem et decus conservabimus. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 8. Virtus, et honestas, et pudor cum consulibus esse cogebat. *Id. pro Arch.* c. 6. Nihil esse in vita magnopere expetendum, nisi laudem atque honestatem. *Id. Phil.* 7. c. 5. Auctoritas Senatus decus, honestatem, laudem, dignitatem desiderat. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 39. *a med.* Amittere honestatem omnem. *Id. pro Rabir. Post.* c. 16. Honestate spoliatus. *Q. Metell.* apud *Gell.* l. 17. c. 2. Omni jure atque honestate interdictus. *h. e.* patria, atque honoribus privatus. *Nepos in præfat.* Quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atque ab honestate remota ponuntur. *Liv.* l. 1. c. 47. *sub fin.* Fautorem infimi generis hominum, odio alienæ honestatis, ereptum primoribus agrum sordidissimo cuique divisisse. *of another's dignity, nobility, or eminence.* et *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 6. Quas, ut æquum est, familias honestatis amplitudinisque gratia nomino. *for their nobility and character. Gell.* l. 1. c. 3. *a med.* Honestas famæ. *h. e.* bona existimatio. *fair fame.* ¶ In plur. numero, *Cic. pro Mur. c. pænult.* Nolite, judices, hac eum re, qua se honestiorem fore putavit, etiam ceteris ante partis honestatibus, atque omni dignitate, fortunaque privare. *honours.* et *pro Sext.* c. 51. Causa popularis, in qua omnes honestates civitatis, omnes ætates, omnes ordines una consentiunt. *h. e.* omnes honesti viri, seu qui honoribus functi sunt, vel funguntur. ¶ Videtur etiam sumi pro bonitate, humanitate, *probity, goodness, honesty. Sueton. de Grammat.* c. 13. Tanta eum honestate præditum, ut temporibus Syllanis proscriptorum liberos gratis et sine mercede ulla in disciplinam receperit. ¶ Tribuitur et rebus inanimis, ut honestas testudinis, apud *Cicer. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. h. e. pulcritudo, concinnitas, dignitas porticus cameratæ. *Manut.* aliter legi mallet.

HONESTĀTUS, a, um, *honoured, adorned, dignified*, honoratus, ornatus. *Cic. post redit. in Sen.* c. 1. A Senatu sæpe magnificentissimis decretis honestati. *Sallust. in Catil.* c. 36. Quod non dignos homines honore honestatos videbam. *raised to posts of honour, honoured with the consulship.*

HONESTE, *decently, virtuously, honourably, becomingly, with proper decorum*, καλῶς, cum honestate. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *circa med.* Thermum, Silvium vere audis laudari: valde se honeste gerunt. [Comparativi exemplum apud *Cic.* 3. *offic.* c. 30. Honestius hic, quam Q. Pompeius.] *Id. de Amic.* c. 16. Quæ in nostris rebus non satis honeste, in amicorum fiunt honestissime. *Senec.* l. 2. controv. 12. *ante med.* Quem honestius subjecit mulier, quam peperit. *Hirt. de B. Afric.* c. 31. Si proprius accederetur, quam honestissime se intra munitiones reciperent. *in the best possible order. Plaut. Merc.* 2. 3. 69. Neque illa matrem satis honeste tuam sequi poterit comes. *honourably.* et *Rud.* 2. 3. 77. Honeste aliquem accipere. *to receive kindly.* et *ibid.* 2. 5. 8. Honeste ferre aquam. *becomingly, gracefully*, decore. *Sueton. in Aug.* c. 43. Adolescentulus honeste natus. *of a respectable family.* et *in Cæs.* c. 82. Togæ sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata. [† *Ovid. Fast.* 2. 833. *de Lucretia.* Tunc quoque, jam moriens, ne non procumbat honeste, Respicit. ex *Eurip. Hec.* 572. ἡ δὲ, καὶ θνήσκουσ', ὅμως Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν.] *Plin.* l. 7. ep. 33. *extr.* Historia non debet egredi veritatem, et honeste factis veritas sufficit. *deeds of glory.* et *Terent. Andr.* 4. 5. 2. Quæ se se inhoneste optavit parere hic divitias potius, quam in patria honeste pauper vivere. *virtuously, honourably.* et *Eun.* 4. 4. 49. Honeste abire. *honourably, creditably.* ¶ Transfertur et ad inanima. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 4. Fastigium non honeste vergit in tectum inferioris porticus. *h. e.* non concinne, non apte, non cum dignitate. *Varr.* l. 7. *de L. L.* c. 16. Utilitas et elegantia: quod non solum vestiti esse volumus, ut vitemus frigus, sed etiam ut videamur vestiti esse honeste. *decently, becomingly.* Sic *Lucil.* apud *Non.* c. 5. n. 24. Gallinaceu' cum victor se gallus honeste Sustulit in digitos, primoresque erigit ungues. *finely, nobly, majestically.*

HONESTITŪDO, inis, f. honestas. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 401. Tua honestitudo Danaos decepit diu.

HONESTO, as, avi, atum, a. 1. *to make honourable or respectable, adorn, dignify, grace, credit, set off, embellish*, ἐπικοσμέω, honestum reddo, honoro, decoro, orno. *Plaut. Capt.* 2. 2. 106. Cum me tanto honore honestas. *Cic.* 2. *Offic.* c. 6. Quæcumque homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum. et lib. 1. c. 39. Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. *Id.* 4. *Catil. c. pænult.* L. Pauli currum rex nobilissimus Perses honestavit. *et ibid.* Tanta laus, quanta vos me vestris decretis honestatis. *et* 1. *c. pænult.* Summi viri Gracchorum et Flacci sanguine non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt. *Claudian.* l. 1. *de laudib. Stilich.* v. 26. quem vultus honestat, Dedecorant mores. *Curt.* l. 3. c. 6. *sub fin.* Ætas quoque vix tantis matura rebus, omnia ejus opera honestabat. *Cic. pro Mur.* c. 34. A quibus si domus nostra celebratur; si interdum ad forum deducimur; si uno basilicæ spatio honestamur, &c. *h. e.* si una per basilicam deambulatione honoris causa comitamur. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 18. Exornatio est, qua utimur rei honestandæ et collocupletandæ causa. *Plin.* l. 10. c. 2. Avis aquilæ magnitudine, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis fauces, caputque plumeo apice honestante. *Liv.* l. 26. c. 5. *sub fin.* et *Curt.* l. 8. c. 13. Arma auro et argento distincta corpus raræ magnitudinis honestabant. *Curt.* l. 6. c. 2. Formam pudor honestabat. *Plaut. Stich.* 2. 1. 7. Honestare dicta factis. *h. e.* comprobare, verba ad rem conferendo.

HONESTUS, a, um, *honourable, noble, dignified, respectable*, honore et dignitate plenus, decorus, honoratus, nobilis, καλὸς, ἔντιμος. *Cic. in Bruto*, c. 81. Cum honos sit præmium virtutis, judicio studioque civium delatum ad aliquem; qui eum sententiis, qui suffragiis adeptus est, is mihi et honestus, et honoratus videtur. *Id. pro Mur.* c. 7. Amplæ et honestæ familiæ. *Brut. et Cass. ad Anton. Fam.* 11. ep. 3. *a med.* Te cupimus in libera republ. magnum atque honestum esse. *et epist. præced.* Qui nos salvos et honestos velit. *Cic. Fam.* 16. ep. 9. *sub fin.* Si poteris, cum Mescinio: caute is solet navigare: si minus, cum honesto aliquo homine, cujus auctoritate navicularius moveatur. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 20. Bonis parentibus et honesto loco natus. *Id. in fragm.* apud *Quintil.* l. 11. c. 1. *ad fin.* Honestis parentibus ac majoribus nati. *Id. Fam.* 13. ep. 4. Honestum municipium. et lib. 1. ep. 2. Is dies honestissimus nobis fuerat in Senatu. *Sallust. in Jug.* c. 16. Exsul patria, atque omnium honestarum rerum egens. *h. e.* quæ regem honestare debent. ¶ Sæpe hoc adjuncto *Cic.* appellat Equites R. ut *Fam.* l. 13. ep. 14. 31. 62. &c. ¶ Absolute *Plin.* l. 35. c. 10. Semper quidem honos picturæ fuit, ut ingenui exercerent: mox ut honesti: perpetuo interdicto, ne servitia docerentur. *Sueton. in Aug.* c. 46. Necubi aut honestorum deficeret copia, aut multitudinis soboles. *of respectable persons.* ¶ De iis qui honores, seu Magistratus gessere in republ. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 96. meis contentus, honestos Fascibus et sellis nollem mihi sumere. *graced, honoured. Plin.* l. 18. c. 3. *a med.* Honestis manibus omnia lætius proveniunt. *h. e.* imperatoriis: et alludit ad Serranos et Cincinnatos, qui suos ipsi agros colebant. ¶ Dicitur et de iis omnibus, quæ honorem merentur, præcipue vero quæ cum virtute fiunt. Quare et ad morum probitatem, et ad moderationem sæpe refertur. *discreet, virtuous. Cic. Attic.* l. 8. ep. 11. Ut civium vita opibus firma, copiis locuples, virtute honesta sit. *Id. pro Mur.* c. 6. Convivium moderatum atque honestum. *Id.* 3. *Verr.* c. 49. Hominum honestissimorum testimoniis et virorum bonorum tabulis non credere. ¶ Item de iis, quæ speciem boni habent, *specious, showy. Cic. pro Cæcin.* c. 25. Nonnunquam honesto et probabili nomine bono viro error objici solet. *Lucret.* l. 4. v. 1174. causas abeundi quærat honestas. ¶ Ponitur et pro recto, convenienti, decenti, æquo. *right, fit, correct, honest. Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 2. Utilitas in duas partes in civili consultatione dividitur, tutam, et honestam. *et mox.* Honesta res dividitur in rectum, et laudabile. *Cic. Fam.* 13. ep. 14. Honestius est de amicorum pecunia laborare, quam de sua. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 2. *sub fin.* Si vobis æqua et honesta postulatio videtur. *Nepos in præfat.* Non eadem omnibus esse honesta, atque turpia. *h. e.* decere omnes, aut dedecere. ¶ Pudicitiam notat in illo *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 57. clamet amica Mater, honesta soror, cum cognatis pater, uxor. ¶ *Honestum*, i, est ipsa honestas, *what is honourable, decent, or proper; honour, honesty, virtue. Cic.* 2. *de Fin.* c. 14. Honestum id intelligimus, quod tale est, ut detracta omni utilitate, sine ullis præmiis fructibusve, possit jure laudari. et lib. 5. c. 23. Honestum aut ipsa virtus est, aut res gesta virtute. *Id.* 1. *Offic.* c. 5. Facies honesti si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sapientiæ. *Lucan.* l. 2. v. 389. Justitiæ cultor, rigidi servator honesti. V. *Senec.* epist. 118. *a med.* ubi honesti et boni discrimen ostendit. ¶ *Honestus* refertur interdum ad pulcritudinem corporis, aliarumve rerum. *becoming, beautiful, graceful, handsome. Nepos in Eumen.* c. 11. Dignitate honesta esse. *of a dignified and prepossessing appearance. Terent. Eun.* 3. 2. 20. Hem Eunuchum tibi, quam liberali facie, quam ætate integra! *Tha.* Ita me dii ament, honestus est. et 4. 4. 15. Ille erat honesta facie et liberali. *Virg. Æn.* 10. v. 133. Dardanius caput ecce puer detectus honestum. *Id. Georg.* 3. v. 81. *de equis.* honesti spadices, glaucique: color deterrimus albis. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 6. *de usinis.* Sumat firmos, omnibus partibus honestos, corpore amplo. *well-made, well-proportioned. Stat.* 2. *Theb.* v. 234. tunc ora rigantur honestis imbribus. *rigò di belle lagrime le gote, (bedewed her cheeks with beauteous tears,) Tassus. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 4. Ager honestior. ¶ *Ascon. in Verr.* 3. c. 47. notat, *honestos* pro divitibus vetusto more dictos esse: nempe quia Curia pauperibus clausa est: dat census honores, ut ait *Ovid.* 3. *Amor.* el. 8. v. 55. Hinc *Quintil.* l. 1. c. 1. Res, quæ fere ab honestis negligi solet, cura bene scribendi.

HONOR, et Honos, oris, m. *honour, respect, reverence, regard*, τιμὴ, reverentia, observantia, quam alicui exhibemus in testimonium virtutis, decus, ornamentum, amplitudo. Fortasse est ab αἶνος, laus. *Cic. de clar. Oratorib.* c. 81. Honos est præmium virtutis, judicio studioque civium delatum ad aliquem. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 2. Honos alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloria. *Id.* 5. *Fam.* ep. 20. Honorem habere alicui. *Id.* 3. *de Fin.*

c. pænult. tribuere. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 57. præstare. et 13. *Metam.* v. 16. demere. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 47. reddere. *et ad Brut.* ep. 15. Decernere honores alicui. *honours, marks of distinction. Id. Attic.* l. 9. ep. 2. accipere ab aliquo. *et pro Deiot.* c. 5. Honore amplissimo quempiam afficere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 43. Gratia, dignitate, honore quempiam augere. et lib. 5. c. 52. Præcipuo honore habere aliquem. et lib. 6. c. 12. Esse aliquo numero atque honore. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 2. *ad fin.* Habere aliquem in honore. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 28. Esse in honore et pretio apud aliquem. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 2. Honorem Poetis non fuisse declarat oratio Catonis. *Id.* 2. *Offic.* c. 17. Honori summo nostro Miloni fuit, quod Clodii conatus compressit. *Id. Fam.* 7. ep. 26. Adducere aliquem in honorem. *Id.* 1. *de Orat.* c. 54. Amplissimis honoribus et præmiis decorari. *Id. pro Deiot.* c. 5. Honore amplissimo ornatus. *Virg. Æn.* 1. v. 339. Aliquem honore dignari. *Phædr. in prol.* l. 3. v. 30. Honori et meritis dedicans librum tuis. *Vellei.* l. 2. c. 123. Certamen ludicrum honori Augusti sacratum. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 8. In Junonis honorem. *in honour of Juno. Plin.* l. 34. c. 6. *a med.* Obsides a Porsenna redditi in honorem Clœliæ. *out of compliment to. Sallust. in Jug.* c. 11. Medium ex tribus sedere, apud Numidas honori ducitur. *Cic. in Orat.* c. 36. Ornatus ille admirabilis, propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 277. plurimus auro venit honos. *Id.* 2. *Metam.* v. 387. acti sine honore labores. ¶ *Honoris causa* est honorandi causa. *Cic. pro Quint.* c. 2. Vir fortissimus et clarissimus L. Sulla, quem honoris causa nomino. *out of respect. et pro Rosc. Com.* c. 6. Toties hunc et virum bonum esse dixisti, et honoris causa appellasti. *Id. Verr.* 2. c. 7. C. Curio, quem ego hominem honoris potius, quam contumeliæ causa nominatum volo. ¶ *Honorem præfari* est petere veniam, cum quid turpe dicturi sumus, ne offendantur ii, qui audiunt: quo ostendimus, omnem nos iis honorem habere. *to ask permission to use an indelicate expression. Cic. Fam.* 9. ep. 22. *a med.* Si dicimus, ille patrem strangulavit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus est. Huc pertinent illa *Quintil.* declam. 3. *in princ.* Tuis honos sit habitus sanctissimis auribus. *et Curt.* l. 5. c. 1. *a med.* Honos auribus sit. *with all respect be it spoken; pardon the expression,* &c. et *Plin.* l. 28. c. 8. Hæc sunt, quæ retulisse fas sit, ac pleraque ex his non nisi honore dicto. ¶ Frequenter est pretium, et æstimatio, qua res aliqua magni fit, et quodammodo in honore habetur. *value, esteem, worth. Plin.* l. 9. c. 17. Apud antiquos nobilissimus habitus acipenser, nullo in honore est: quod quidem miror, cum sit rarus inventu. *Id.* l. 19. c. 6. Sunt in honore Creticæ cæpæ. *Id.* l. 36. c. 26. *ad fin.* Maximus honos vitris in candido translucentibus. *Id.* l. 14. c. 4. Vino Pramnio etiam nunc honos durat. ¶ Translate *Horat. in art. Poet.* v. 70. Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque, Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus. ¶ Sæpe dicitur de Magistratu et munere publico. *a public office, magistracy, preferment, post, dignity. Nepos in Attic.* c. 6. Honores non petiit, cum ei paterent, quod neque peti more majorum, neque capi possent conservatis legibus, neque geri e republ. sine periculo. *Cic. Verr.* 7. c. 14. Ita quæstor sum factus, ut mihi honorem illum tum non solum datum, sed etiam creditum ac commissum putem. *Nep. in Cat.* c. 1. Honoribus operam dare. *to seek preferments. Cic. pro Sull.* c. 29. *extr.* Neminem esse ex illo honoris gradu, qui, &c. *of that degree of preferment. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 77. Equites R. in Tribunitium honorem restituere. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 15. populus stultus honores sæpe dat indignis. *Petron. in Satyr.* c. 116. Ad summos honores pervenire. *to obtain the highest honours. Cic. de clar. Orat.* c. 68. Ad honores ascendere. *Id.* 6. *Verr.* c. 37. Mandare honores hominibus novis. *Id. Fam.* 1. ep. 8. Honoribus amplissimis perfunctus. *Sallust. in Jug.* c. 4. Furtim et per latrocinia potius, quam bonis artibus ad imperia, et honores niti. *Id. in Orat.* 2. *ad Cæs.* Ad honores quempiam extollere. *Id. in Catil.* c. 49. Catulus maxumis honoribus usus. *having enjoyed the highest offices.* V. *Utor* in fine. *Sueton. in Aug.* c. 26. Magistratus atque honores capere. *Senec. sub fin.* ep. 64. Honori honorem habere. *to make obeisance to a magistrate. Sueton. in Aug.* c. 26. Abire honore. *to resign an office.* et *in Cæs.* c. 20. Inire honorem. ¶ Interdum de sacrificiis, aliisque rebus, quibus honos habetur diis. *Virg.* 3. *Georg.* v. 486. in honore deum medio stans hostia ad aras. *Id. Æn.* 3. v. 118. meritos aris mactavit honores, Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo. et lib. 1. v. 53. aris imponere honores. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 740. nullos aris adolerет honores. *Id.* 4. *Fast.* v. 409. Farra deæ, micæque licet salientis honorem Detis. *Virg. Æn.* 1. v. 636. divum templis indicit honorem. *appoints a sacrifice. Liv.* l. 8. c. 33. *ad fin.* Aræ sacrificiis fument, honore, donis cumulentur. *Sil.* l. 3. v. 217. Martique sub omine fausto Instauratus honos. et lib. 7. v. 184. primum Vestæ decerpsit honorem Undique (*h. e. ex omnibus cibis*) et in mediam jecit libamina flammam. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 152. in superos sævus honor. *h. e.* sacrificium humanæ victimæ. ¶ Interdum de laude. *Virg.* 2. *Georg.* v. 393. Ergo rite suum Baccho dicemus honorem Carminibus patriis. ¶ Interdum de sepulcro et exsequiis. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 357. solutus honos cineri. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 3. v. 45. Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri Indeploratum barbara terra teget? *Virg.* 6. *Æn.* v. 333. Cernit ibi mœstos, et mortis honore carentes Leucaspim, &c. *deprived of a funeral.* ¶ Interdum de pulcritudine, et ornatu quolibet, unde alicui rei pretium et honos accedit. *Virg.* 1. *Æn.* v. 595. lætos oculis afflarat honores. *had given his eyes a pleasing vivacity or beauty. Sil.* l. 12. v. 243. niveosque per artus It Stygius color, et formæ populatur honorem. *Virg.* 2. *Georg.* v. 404. silvis Aquilo decussit honorem. *the leaves, foliage. Horat.* l. 1. od. 17. v. 16. Ruris honores. *h. e.* poma et fruges. *fruits.* (Adde lib. 2. sat. 5. v. 13.) *Stat.* 10. *Theb.* v. 788. hi sertis, hi veris honore soluto Accumulant artus. *h. e.* apertis rosis, inquit *Lactant.* Sic *Sil.* l. 3. v. 487. æstatis honores. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 392. navali cinctus honore caput. *h. e.* corona. Sic *Valer. Flacc.* l. 6. v. 296. Populeus cui frondis honor. *Horat.* epod. 17. v. 17. Volente Circa, mens et sonus Relatus, atque notus in vultus honor. *h. e.* forma, decor. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 30. roseo talis per nubila ductor Implet honore nemus. Adde *ibid.* v. 237. et *Stat.* 2. *Theb.* v. 160. et lib. 7. v. 225. ¶ Nonnunquam donum, præmium, et mercedem significat. *an acknowledgement, return, reward, recompence:* unde *honorarium. Cic. Fam.* 16. ep. 9. *a med.* Curio misi, ut medico honos haberetur, et tibi daret, quod opus esset. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 216. nec Telamon sine honore recessit, Hesioneque data potitur. *Virg.* 5. *Æn.* v. 365. geminum pugnæ proponit honorem. *Terent. Eun.* 5. 7. 22. Hic pro munere illo tibi honos est habitus. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 291. nullos Minyis exsolvet honores. *Sil.* l. 9. v. 199. nil victor honoris Ex opibus posco. Adde *Cicer. pro Quint.* c. 27. *sub fin.* et cap. 47. et *Verr.* 3. c. 15. *Tibull.* l. 3. el. 1. v. 5. et *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 13. leg. 1. Τιμὴ quoque apud Græcos tum pretium, tum honorem significat. ¶ Huc pertinet, quod *honores* dicuntur hereditates, et legata. *Quintil.* declam. 261. Divisurus cum his, qui non eundem honorem supremis defuncti tabulis habuerunt. *Julian. Dig.* lib. 37. tit. 5. leg. 3. Nec enim quærimus, cui acquiratur, sed cui honor habitus sit. Adde *Ulpian.* lib. 32. leg. 11. *post med.* honorem enim ducebant, heredes institui, et legata accipere: contra contumeliam præteriri, aut exheredari: quod esset illud testatoris extremum judicium eorum mores comprobantis. *Cic. pro Quint.* c. 4. Heredem testamento reliquit hunc P. Quintium: ut ad quem summus mœror morte sua veniebat, ad eundem summus honos morte perveniret. ¶ *Honor exsilii* dicitur a *Tacit.* 1. *Hist.* c. 21. cum specie honoris submovetur aliquis ab urbe. ¶ Malum honorem alicui habere, *Q. Metell. Numid.* apud *Gell.* l. 12. c. 9. dixit, pro contumelia et injuria afficere. Tanto, inquit, ille vobis, quam mihi pejorem honorem habuit. *Sed hoc rarissimum est.* ¶ In illo *Virg.* 12. *Æn.* v. 56. Turne, per has ego te lacrimas, per siquis Amatæ Tangit honos animum: *Nonio* cap. 4. n. 231. *honos* est dilectus amor. Rectius tamen *Servius:* si quem honorem habes Amatæ. ¶ Olim *Honor* deus habitus est, pater Majestatis, (V. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 23.) cultusque ab Romanis, ut honorarentur, ut ait *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei*, c. 21. templumque ei dicatum fuit una cum Virtute, horum simulacro separatis cellis posito. *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 8. *Cic. Verr.* 6. c. 54. *et pro Sext.* *capt. item* 54.

HONORĀBĬLIS, le, *honourable*, τίμιος, honorem afferens. *Cic. de Senect.* c. 18. Hæc ipsa sunt honorabilia, quæ videntur levia, atque communia, salutari, appeti, decedi, assurgi, &c. ¶ Item honore dignus. *worthy of honour*, ἀξιότιμος. *Liv.* l. 4. c. 10. *extr.* Quinque consulatus eodem tenore gesti, vitaque omnis consulariter acta, verendum pæne ipsum magis, quam honorabilem faciebant. Al. aliter leg.

HONORABĬLĬTER, adverb. *honourably*, cum honore. *Capitolin. in Macrin.* c. 5. Honorabiliter sepelire. *Ammian.* l. 29. c. 2. (*al.* 13.) Honorabiliter colebatur. Adde *Augustin.* epist. 159.

HONŌRANDUS, a, um, *worthy of honour*, honore dignus. *Apul. sub fin.* l. 2. *Metam.* Utinam aliquid de proprio lepore lætificum honorando deo comminiscaris. *Augustin. ad Hieron. inter hujus* epist. 90. Domino charissimo, et desideratissimo, honorando in Christo fratri, &c. Adde *in fi. epist.* 7. (*al.* 46.) *Paulini Nolani.*

HONŌRĀRĬUM, ii, n. *an honorary fee; a certain sum paid by persons upon their admittance to a post of honour or station of dignity*, γερούσιον, pecunia, quæ erogatur ab eo, qui honorem aliquem, seu magistratum init, pro introitu. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 114. Honorarium decurionatus omnes, qui in quaque civitate Bithyniæ decuriones fiunt, inferre debeant, necne, in universum a me non potest statui. V. *Plinii epist. præced.* ¶ Item merces, præmium, quod datur Jurisconsultis, Medicis, aliisque liberalium artium professoribus, operæ ac laboris remunerandi causa. *a salary given to a magistrate or the like. mercedem enim dicere, minus honorificum videtur.* De quo *Vitruv.* l. 10. c. 22. Diognetus fuerat Rhodius architectus: et ei de publico quotannis certa merces pro arte tribuebatur, ad honorem. *Ulpian. Dig.* lib. 11. tit. 6. leg. 1. Non crediderunt veteres, inter tales personas (*mensores agrorum*) locationem esse, sed magis operam beneficii loco præberi: et id, quod datur, ei ad remunerandum dari: et inde honorarium appellari. *Id.* lib. 50. tit. 13. leg. 1. In honorariis advocatorum ita versari judex debet, ut pro modo litis, &c. Adde lib. 26. tit. 7. leg. 8. *a med.*

HONŌRĀRĬUS, a, um, *honorary*, ad honorem pertinens. *Honorarii ludi* videntur fuisse, qui a Magistratibus in honore edebantur, ut ab Ædilibus, Prætoribus, Imperatoribus, &c. *Sueton. in Aug.* c. 32. Triginta amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodavit. *Paul.* ex *Festo* docet, honorarios ludos esse Liberalia, in honorem Bacchi. ¶ *Honorarius tutor* est, qui honoris solius causa sine onere administrationis, datur, qui tamen periculum pati solet, si male passus sit administrari tutelam, ut *Paul.* docet *Dig.* lib. 23. tit. 2. leg. 61. Adde *Ulpian.* lib. 26. tit. 7. leg. 3. ubi dari docet hujusmodi tutores, quasi observatores et custodes ejus, cui administratio commissa est. ¶ *Honorarius tumulus*, apud *Sueton. in Claud.* c. 1. est cenotaphium, in quo scilicet cadaver non est conditum, sed honoris et monumenti causa excitatum est. *an honorary tomb, cenotaph.* ¶ *Honorarium munus* apud *Gell.* l. 16. c. 13. est munus gerendi honores in republ. quo municipes utebantur, qui quamvis suis viverent legibus, poterant tamen ad Magistratus Romanos ascendere. ¶ *Honorarii codicilli* præturæ, vel consulatus, præfecturæ, &c. erant, qui absque administratione, solius honoris gratia, ab Imperatoribus concedebantur, *letters patent. Imp. Zeno* lib. 3. *Cod.* tit. 24. *leg. ult. a med.* Adde lib. 6. *Cod. Theodos.* tit. 22. qui *de honorariis codicillis* inscribitur. Hinc *honorarius consul, honorarius prætor.* V. *novell. const.* 70. ¶ *Honorarium frumentum* erat, quod a provincialibus dabatur Romanis Magistratibus honoris causa, et pro administratione provinciæ. *corn given to a governor of a province for his private use. Cic. in Pison.* c. 35. Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi? qui honorarii? si quidem potest vi et metu extortum honorarium nominari. Sic *Cato* apud *Isid.* l. 20. *Orig.* c. 3. Cum essem in provincia legatus, quamplures ad prætores et consules vinum honorarium dabant: nunquam accepi, ne privatus quidem. ¶ De honorariis mercedibus V. *Honorarium.* ¶ Dicitur sæpe de iis, quæ a Prætore proficiscuntur, quoniam *Prætor* nomen est summi Magistratus Romæ, quo olim et consul, et judex significabatur. (V. *Prætor.*) Magistratus autem *honor* dicitur. Hinc *honoratum* appellat Prætorem *Ovid.* 1. *Fast.* v. 53. Itaque *honorarium jus* sunt Prætorum edicta: *honoraria actio*, quæ civili opponitur, et Prætoris jure, non civilibus legibus nititur: sic *honoraria obligatio*, et *honorarius successor, curator*, et similia, quæ a Prætoris jurisdictione pendent. *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. §. 10. *Ulpian.* lib. 30. leg. 28. *Martian.* l. 20. tit. 1. leg. 5. *Ulpian.* lib. 46. tit. 4. leg. 13. *extr.* et *in lib. regular.* tit. 13. ¶ *Honorarius arbiter* est, qui honorariam operam, non pacta mercede, præstat in disceptandis privatis controversiis, quales sunt, qui ab utraque parte litigantium eliguntur. Et *honorarius* dicitur, quia honorabile est arbitrum assumi, et quia solius honoris causa hujusmodi arbitrium exercetur. *an honorary arbiter, agreed on by both parties. Cic. pro Cæcin.* c. 2. *ad fin.* Omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt: quorum alterum levius est, et persæpe disceptatore domestico dijudicatur: alterum est vehementissimum, et non honorariam operam amici, sed severitatem judicis ac vim requirit. *Id.* 5. *Tuscul.* c. *ult.* Quam controversiam solebat, tanquam honorarius arbiter, judicare Carneades. Adde *de Fato*, cap. 17. ¶ Erant etiam arbitri, qui non a partibus eligebantur, sed dabantur iis ab ipso Prætore, ut in *Arbiter* dictum est. Hi quoque *honorarii* dici possunt. ¶ *Honorarium est*, honorem parit, gratiam favoremque conciliat. *Cic. de opt. gen. Orat.* c. 1. *ad fin.* Docere debitum est: delectare honorarium: *is a mark of honour or respect:* permovere necessarium. [¶ *Honoraria vacca* habetur in *Tabul.* 32. 36. et 41. *Fratr. Arval.* apud *Marinium*, et est ea victima, quæ pro sacrificio, non pro piaculo Diis offerebatur, nempe ut his honor haberetur: quemadmodum et apud Hebræos aliæ hostiæ pro sacrificio, aliæ pro peccato offerebantur, ut patet ex plurimis locis libri *Levitici*, et *Numerorum.*]

HONŌRĀTE, adverb. *with honour or respect*, ἐντίμως, cum honore, et dignitate. *Vellei.* l. 2. c. 129. *ad fin.* Quam illum et honorate, nec secure continet! *Justin.* l. 5. c. 4. Utrum contumeliosius expulerint, an revocaverint honoratius. *Valer. Max.* l. 2. c. 10. n. 2. Honoratissime aliquem excipere. *Tacit.* 4. *Histor.* c. 63. Honorate aliquem custodire.

HONŌRĀTĬO, onis, f. actus honorandi, honor. *Fest.* (seu *Paul. Diac.*) in *Gradivus.* Corona graminea in re militari maximæ est honorationis. Adde *Arnob.* l. 7. pag. 221. et *Martian. Capell.* l. 1. pag. 4.

HONŌRĀTUS, a, um, *honoured, respected, honourable, respectful*, ἔντιμος, honore affectus, in honore habitus, honestus, illustris. *Cic.* 9. *Attic.* ep. 12. Dionysius apud me honoratior fuit, quam apud Scipionem Panetius. *Plaut.*

Capt. 2. 2. 27. Quo de genere natus est illic Philocrates? *Ph.* Polyplusio: quod genus illic unum est pollens atque honoratissimum. *Liv.* l. 32. c. 23. Navales socii, relictis nuper classibus, ad spem honoratioris militiæ transgressi. *Vellei.* l. 2. c. 76. Honoratissimo inter judices loco a Pompeio lectus. *Tacit. de Germ.* c. 11. Honoratissimum assensus genus est armis laudare. *Liv.* l. 27. c. 10. honoratissimum decretum. *most honourable.* ¶ De iis, qui Magistratus gessere, geruntve, *bearing, or having borne, a public office, Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 5. v. 1. Ite, leves elegi, doctas ad consulis aures, Verbaque honorato ferte legenda viro. et lib. 2. ep. 2. v. 92. per quem decreta merenti Venit honoratis laurea digna comis. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 11. Propter honestatis et gloriæ similitudinem, beati, qui honorati sunt, videntur: miseri autem, qui inglorii. *Vellei.* l. 2. c. 51. *extr.* Qui vir cum summum ei a militibus deferretur imperium, honoratiori parere maluit. *Sueton. in Tiber.* c. 3. Familia octo consulatibus, censuris duabus honorata. ¶ Speciatim *honoratus* dicitur Prætor. V. *Honorarius.* ¶ Est item honorabili præmio affectus. *honoured, distinguished, rewarded. Vellei.* l. 2. c. 61. Honoratus equestri statua. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 617. rus honoratum dicit, honoris ac præmii causa cuipiam donatum. Hinc in *Inscription. veterib.* ad milites sæpe refertur, qui militari præmio virtutis ergo affecti sunt. Apud *Gruter.* pag. 395. n. 4. P. Cornelius Asper equo publico honoratus, item ornamentis Decurionatus. et pag. 414. n. 8. L. Furio L. F. Pal. Imperatorum omnium honorato et donato, &c. ¶ Cum genitivo rei. *Pacuv.* apud *Non.* c. 9. n. 6. Postquam est honoratus frugum, et floris Liberi. *Al. rectius leg.* oneratus. ¶ Ornatus, decoratus, *ornamented, decorated, adorned. Solin.* cap. 33. (*al.* 46.) Phœnix avis, aquilæ magnitudine, capite honorato in conum plumis exstantibus. *Honestus* simili notione sæpius legitur. V. [¶ *Honoratus ad curam* is dicitur, cui cura aliqua honoris causa delata est. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 444. n. 5. Honoratus ad curam Calendarii Reip. Canusinorum.]

HONORIĂDES, æ, patronym. Ita vocatur a *Claudiano* filius Honorii Imperat. Rom. *in carm. de nupt. Honor. in fi.*

HONORIĀNUS, a, um, ad Honorium Imp. pertinens, ut Honorianæ thermæ, *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 15. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 50.

HONORĬAS, adis, f. patronym. filia Honorii Imperatoris R. *Claudian. de laudib. Serenæ*, v. 130. Tales sceptriferi visuræ tecta parentis, Limen Honoriades penetrant regale sorores.

HONORIFĬCE, adverb. *honourably*, honorate. *Cic.* 6. *Verr.* c. 62. Itaque in curiam venimus: honorifice sane consurgitur. *Id.* l. 6. *Fam.* ep. 6. *a med.* Nunquam nisi honorificentissime Pompeium appellat. *Id. in Pison.* c. 15. Nemini triumphus honorificentius, quam mihi, &c. *Id. Phil.* 7. c. 8. Respondere honorifice alicui. et 11. cap. 13. Quæ de illo viro Sulla, quæ Lucullus, quam ornate, quam honorifice, quam graviter sæpe in Senatu prædicaverunt! *Id. Fam.* 13. ep. 27. Nec liberalius, nec honorificentius se potuisse tractari. Q. *Cic. de petit. consul.* cap. 11. *a med.* Large atque honorifice promittere.

HONORIFICENTĬA, æ, f. *honour*, honor, decus. *Vopisc. in Aurel.* c. 25. Templum soli posuit, majore honorificentia consecratum. Adde *Symmach.* l. 6. ep. 35. (*al.* 35.)

HONORIFĬCO, as, a. 1. *to honour, reverence, respect*, τιμάω, honore afficio. *Lactant.* l. 7. c. 24. *extr.* Ut adorent et honorificent Regem magnum. *Id. de ira Dei*, c. *ult.* Debemus Deum honorificare, quod beneficus. *Augustin.* ep. 119. Salvatorem honorificantes.

HONORIFĬCUS, a, um, *causing or bringing honour, honourable*, τίμιος, qui honorem affert. *Cic. Phil.* 2. c. 15. *sub fin.* Nunquam ab eo mentio de me, nisi honorifica. *Id. Fam.* 5. ep. 2. Cum tu a me rebus amplissimis atque honorificentissimis ornatus esses. *et ibid.* Orationem meam in te honorificam fuisse. *Id. ad Brut.* ep. 15. *circa med.* Imperium illi ætati honorificum. *Nepos in Eumen.* c. 1. Eum habuit ad manum scribæ loco: quod multo apud Graios honorificentius est, quam apud Romanos. *Vellei.* l. 2. c. 45. Sub honorificentissimo ministerii titulo M. Catonem a republ. relegavit. *Martial.* l. 10. epigr. 45. Si quid honorificum pagina blanda sonat.

HONORĬGER, a, um, honoratus, honorificus. *Tertull. de Virgin. veland.* c. 10. Honorigeram notam virginitatis præ se ferre.

HONORĪNUS, i, m. deus Honoris, ut quidam legunt apud *Augustin. de Civ. Dei*, l. 4. c. 21.

HONORIPĔTA, æ, m. φιλότιμος, qui honores et dignitates captat. *Apul.* l. 2. *de dogm. Platon.* Culpabilium virorum quatuor formæ sunt, quarum prima est honoripetarum, &c.

HONŌRO, as, avi, atum, a. 1. *to honour, respect, reverence*, τιμάω, honore afficio, colo. *Cic.* 9. *Phil.* c. 2. Nemo virtutem non honorabat. et cap. 3. Alicujus mortem non monumentis, sed luctu publico honorare. *Id.* 1. *de Divin.* c. 40. Amphiaraum sic honoravit fama Græciæ, deus ut haberetur. *Petron. in Satyr.* c. 83. Apollo lyram modo nato flore honorabat. *h. e.* ornabat. ¶ Significat etiam donare, præmio afficere, *to reward, recompense. Curt.* l. 7. c. 1. *a med.* Cum donis honoramur, cum præmiis onusti revertimur. *Vellei.* l. 2. c. 129. Quoties populum congiariis honoravit? *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 1. leg. 1. *a med.* Nisi in arena passi sunt se honorari. ¶ Et cum genitivo. V. *Honoratus.* ¶ Huc pertinet, quod *honorari* dicuntur et hi, qui legato, aut hereditate afficiuntur. *Callistrat. Dig.* lib. 48. tit. 10. leg. 15. Qui per servum, vel filium, dictante testatore, legato honoratur. Vet. lap. apud *Gruter.* pag. 817. n. 12. honorare aliquem testamento. V. *Honor.* [¶ *Honoror, aris*, deponentis more pro *honoro* usurpat *Solin.* c. 1. *ad fin.* Dionysius cum albis quadrigis (Platonem) egredientem in littore occurrens honoratus est. *Ampel.* c. 2. Ob id factum Junoni odio esse cœpit, Leonemque cælesti dignitate est honorata.]

[* HONORŌSUS, a, um. *Isidor. Orig.* l. 10. Honorosus plus est, quam honoratus, sicut scelerosus plus est, quam sceleratus.]

HONŌRUS, a, um, *honourable, graceful*, τίμιος, decorus, honorificus. *Tacit.* l. 3. *Ann.* c. 5. Quæ in Drusum patrem Germanici honora et magnifica Augustus fecisset. *Stat. Theb.* 2. v. 629. Vos quoque, Thespiadæ, cur inficiatus honora Arcuerim fama? et lib. 4. v. 230. honora mors. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 342. Lætus ovat nunc laude virum, nunc vatis honoro Carmine. [† Adde l. 2. v. 198.] ¶ Item decorus, et honore dignus. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 40. Advertere animos: majorque, et honora videri, Parque operi tanto. *noble, majestic.*

HOPLITĬDES. V. in voce sequenti.

HOPLITĪTES, æ, m. *one who contended at the Olympic games in running completely armed*, ὁπλιτίτης, armatus: ab ὅπλον, arma. *Plin.* l. 35. c. 10. hoplitites alter, in certamine ita decurrens, ut sudare videatur: alter arma deponens, &c. De tabula Parrhasii loquitur. Ita legit *Harduin.* Alii *Hoplitides: alter*, &c. Porro *hoplitides* essent a femino *hoplitis*, ὁπλῖτις, femina armata.

HOPLOMĂCHUS, i, m. *a gladiator who fought with military arms*, ὁπλόμαχος, armis pugnans: ab ὅπλον, arma, et μάχη, pugna. Gladiatorem significat in illo *Martial.* l. 8. epigr. 74. Hoplomachus nunc es: fueras ophthalmicus ante. Fecisti medicus, quod facis hoplomachus. Adde *Sueton. in Calig.* c. 35. Porro *hoplomachi* gladiatores ab iis distinguebantur, qui nullo tecti munimento pugnabant: de quibus *Senec.* ep. 7. Nihil habent, quo tegantur: ad ictum totis corporibus expositi, nunquam frustra manum mittunt: non galea, non scuto repellitur ferrum, &c.

HORA, æ, f. *an hour, the twelfth part of a day or night*, ὥρα, pars diei vigesimaquarta. Is enim in vigintiquatuor spatia æqualia dividitur: quarum duodecim noctem absumunt, totidem diem. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 21. docet Solem lingua Ægyptia *Horum* vocari: inde *horæ* nomen esse. Sed verius est, a voce Græca allata deduci. Olim Romani cum horologia non haberent, noctem quadrifariam, h. e. in primam, secundam, tertiam, quartam vigiliam dividebant, petito more a re militari: diem vero bifariam, ante, et post meridiem; vel ortum, et occasum; deinde additus est meridies. Solario vero primum, postea aquario horologio in foro positis, inventa est horarum distributio, ut dictum est. V. *Plin. c. ult.* lib. 7. et *Censorin. de die nat.* c. 23. Porro ipsæ horæ diurnæ nocturnæve ita distribuebantur, ut longiores essent æstate diu, breviores noctu, contrariaque ratione per hiemem, quo totum illud spatium duodenis æquarent partibus. Unde *Plaut. Pseud.* 5. 2. 10. Credo equidem, potesse te, scelus, Massici montis uberrimos quatuor fructus ebibere in hora una. *Pseud.* hiberna, addito. et *Martial.* l. 12. epigr. 1. Otia, Prisce, brevi poteris donare libello: Hora nec æstiva est, nec tibi tota perit. et *Veget.* l. 1. *de re milit.* c. 9. Viginti millia passuum horis quinque dumtaxat æstivis conficienda sunt. ¶ De usu vocis hæc sunto. *Cic. de clar. Orat.* c. 54. Videt oscitantem judicem loquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem, mittentem ad horas. *h. e.* mittentem in forum, qui visant, nuntientque, quota sit hora. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 71. *Burm.* horas inspicere. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 44. hora quota est? *what's the time? what o'clock is it? Plin.* l. 7. c. 53. Cum a puero quæsisset horas. *Sueton. in Aug.* c. 78. Non amplius, quam septem horas dormiebat, ac ne eas quidem continuas. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 13. *a med.* hora ante Pollentiam venit, quam, &c. *an hour before. Cicer.* 6. *Verr.* cap. 43. *a med.* hora amplius jam in demoliendo signo moliebantur. *above an hour. Horat.* lib. 1. ep. 1. v. 82. Durare horam. *an hour, for an hour. Cic. Fam.* 9. ep. 11. Accubueram hora nona, cum, &c. *Id. pro Quint.* c. 6. Ut ad tabulam Sextiam sibi adsint hora secunda postridie. *Id. pro Mil.* c. 10. Fit obviam Clodio hora fere undecima. *Id.* 4. *Attic.* ep. 2. Cum horas tres fere dixisset, odio et strepitu coactus est aliquando perorare. et lib. 10. ep. 13. Dormiit ad horas tres. *about three hours complete.* et *Fam.* 15. ep. 16. Si haberem, cui darem, vel ternas epistolas in hora darem. *three in an hour.* et *Phil.* 5. c. 9. In horam vivere. *h. e.* nulla cogitatione et cura futuri, quod *in diem vivere*, *Id.* 2. *de Orat.* c. 40. dixit. *to live from hand to mouth. Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 16. Quartana ad horam venit. *always at the same hour.* et *Plin.* l. 3. ep. 17. Exspectare in horas. *hourly, hour after hour. Horat.* l. 2. sat. 7. v. 10. In horas mutare clavum. *every hour.* Sic *de ar. Poet.* v. 160. mutatur in horas. et lib. 2. od. 13. v. 13. Quid quisque vitet, nunquam homini satis Cautum est in horas. *h. e.* singulis horis. γνώμη. *Id.* l. 2. ep. 1. v. 189. Quattuor, aut plures aulæa premuntur in horas, Dum fugiunt, &c. *for four hours or more. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 79. Domitius vix quatuor horarum spatio antecedens. *h. e.* spatio, seu itinere, quod quatuor horis confici potest. *Plin.* l. 17. c. 11. *a med.* In horam diei quintam, vel octavam spectare. *h. e.* in eam cæli plagam, in qua sol hora quinta, vel octava esse solet. Sic l. 6. c. 32. Fortunatas esse contra lævam Mauritaniæ, in nonam horam solis. ¶ *Omnium horarum homo* dicitur, qui seriis pariter, ac jocis est accommodatus, et quicum licet assidue convivere. *one fit for all purposes. Quintil.* l. 6. c. 3. *sub fin.* Illa potius urbana esse dixerim, quæ ridicula dicuntur, et tamen ridicula non sunt, ut de Pollione Asinio, seriis jocisque pariter accommodato, dictum est, esse eum omnium horarum. *Sueton. in Tiber.* c. 42. Jucundissimos et omnium horarum amicos professus. ¶ Singulæ diei horæ quibus officiis occuparentur, habes in illo *Martial.* l. 4. epigr. 8. Prima salutantes, atque altera continet hora: Exercet raucos tertia causidicos, &c. In illo *Cic. Verr.* 3. c. 9. Ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam: *horæ* sunt, quas præstituebant causas agentibus, quas ad clepsydram metiri mos erat. V. *Clepsydra.* ¶ Aliquando *hora* dicitur de illa, qua nati sumus. *the time of one's nativity; one's natal hour. Senec. in Apocoloc. post init.* Non est mirum, si mathematici errant: horam ejus nemo novit. *Horat.* lib. 2. od. 17. v. 18. pars violentior natalis horæ. ¶ Ὥρα Græce proprie tempus significat, qua ratione Latini quoque adhibent. *a space of time, period. Horat.* l. 1. ep. 11. v. 22. Tu, quamcunque deus tibi fortunaverit horam, Grata sume manu. *Id.* l. 2. od. 31. v. 31. Et mihi forsan, tibi quod negarit, Porriget hora. *Id.* l. 3. od. 13. v. 9. Te flagrantis atrox hora Caniculæ Nescit tangere. *Virg.* 1. *Georg.* v. 425. nunquam te crastina fallet hora. *Sil.* l. 3. v. 141. brevitasque vetat mutabilis horæ Prolatare diem. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 249. Nocte latent mendæ, vitioque ignoscitur omni: Horaque formosam quamlibet illa facit. *that time or season.* ¶ Dicitur et de tempore anni, Græco item more. *one of the four seasons of the year. Plin.* l. 12. c. 3. Arbor ipsa omnibus horis pomifera est. *Id.* l. 9. c. 54. Genitalis anni hora. *h. e.* ver. *Horat. in ar. Poet.* v. 302. sub verni temporis horam. *Id.* l. 1. od. 12. v. 15. variisque mundum temperat horis. ¶ Metonymice *horæ* sunt horologium. *any thing that tells or points out the hours; an horology. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 38. Cum machinatione quadam moveri aliquid videmus, ut sphæram, ut horas, ut alia permulta, non dubitamus, quin illa opera sint rationis. ¶ In fabulis *Horæ* sunt deæ, filiæ Jovis et Themidis. *the hours.* Novem alii faciunt: decem alii, ut videre est apud *Hygin.* fab. 183. ubi et earum nomina recitat. Dicuntur autem esse Solis ministræ. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 118. Jungere equos Titan velocibus imperat Horis: Jussa deæ celeres peragunt. Adde *Valer. Flacc.* l. 4. v. 92. et *Stat.* 3. *Theb.* v. 410. ¶ Dicuntur etiam custodes esse cæli aditus. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 125. *de Jano.* Præsideo foribus cæli cum mitibus horis. ¶ Quia ὥρα Græce etiam pulcritudinem significat, *Horam*, vel *Oram* dixere juventutis deam. Ita *Non.* c. 2. n. 394. ubi affert illud *Ennii*: Te, Quirine pater, veneror, Horamque Quirini. V. *Hersilia.* Poetica licentia primam corripuit. *Ovid. in fi.* lib. 14. *Metam.* Mutat, horamque vocat, quæ nunc dea juncta Quirino est.

HORÆUM, i, n. *a kind of pickle made in the spring from the tunny-fish*, ὡραῖον, genus salsamenti, ex pelamide pisce: ab ὥρα, ver, quod veris tempore confici soleat. *Plaut. Capt.* 4. 2. 71. Horæum, scombrum, et trigonum, &c. ¶ Quod autem addunt quidam Lexicographi ex *Plin.* l. 11. c. 14. de horæo melle, hanc vocem ibi *Plin.* Græcis litteris scribit.

HORĀLIS, le, *horal*, horarius, ut *horale spatium*, h. e. horæ unius apud *Venant. Fortunat.* l. 4. *de vita S. Martini*, v. 364.

HORARĬUS, a, um, *of an hour, horary*, qui est unius horæ. *Sueton. in Domit.* c. 3. Inter initia principatus quotidie secretum sibi horarium sumere solebat. Al. aliter leg. Certior est lectio in illo *ejusd. in Ner.* c. 37. Mori jussis amplius quam horarium spatium dabat. [sed ne hæc quidem lectio certa est, nam edit. *Burmanni* et *Ernesti* habent *horarum spatium.*] ¶ *Horarium, ii*, est horologium. *an instrument to tell the time by; an horologe. Censorin.* c. 23. *a med.* P. Cornelius Nasica Censor ex aqua fecit horarium: quod et ipsum, ex consuetudine noscendi a sole horas, solarium cœptum vocari.

HORATĬĀNUS, a, um, *Horatian*, ad Horatium pertinens. *Gell.* l. 2. c. 22. *a med.* Sunt alii venti, suæ quisque regionis indigenæ: ut est Horatianus quoque ille Atabulus. V. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 78.

HORATĬUS, ii. m. *Horace*, nomen Romani civis. Celebris fuit virtute militari Horatius Cocles. V. *Cocles.* Celebres et illi tres fratres Horatii, qui contra totidem Curiatios sub Tullo Hostilio pugnantes, libertatem, imperiumque Romanum insigni victoria asseruerunt: de quibus

V. *Liv.* l. 1. c. 24. 25. et 26. Celeberrimus vero poetica facultate, qua sibi immortalitatem peperit, Q. Horatius Flaccus, Venusinus, Lyricorum Latinorum princeps, libertini hominis filius, statura quidem brevis, sed ingenio excelsissimus, qui sub Augusto floruit: scripsitque præter odas, satyras quoque, et epistolas: ubique Latinissimus, lepidissimus, elegantissimus: charus ob id Augusto ipsi, et Mæcenati, æqualibusque litteratis viris, post mortem in litteraria republica magnum sibi nomen jure ac merito adeptus: quem solum legi dignum inter Lyricos, *Quintil.* l. 10. c. 1. testatur. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 10. v. 49. Et tenuit nostras numerosus Horatius aures, Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.

HORATĬUS, a, um, ad Horatium aliquem pertinens, ut Horatia pila, *Liv.* l. 1. c. 26. Horatia gens, *Id. ibid.* Horatia proles, *Manil.* l. 1. v. 776. Horatia facta, *Id.* l. 5. v. 107. Horatia virtus, *Virg. in Cul.* v. 360. ¶ Horatia lex, *h. e.* quam tulit M. Horatius Consul circa A. U. CCCVI. ut qui tribunis pleb. ædilibus, judicibus nocuisset, ejus caput Jovi sacrum esset, familia ad ædem Cereris, liberi, liberæque venum iret. *Liv.* l. 3. c. 55. Alterius Horatiæ legis meminit *Gell.* c. 7. l. 6. V. ¶ Horatia tribus memoratur in vet. lapidib. apud *Gruter.* pag. 308. n. 1. et alibi.

HORCTUM, *et* Forctum pro bono dicebant. *Festus.* V. *Herctum.*

HORDA, æ, f. prægnans, idem ac forda. *Varr.* l. 2. *de R. R.* c. 5. Quæ sterilis est vacca, taura appellatur, quæ prægnans horda. Ab eo in Fastis dies Hordicalia nominantur, quod tunc hordæ boves immolantur. *Festus*: Horda prægnans: unde dies, quo gravidæ hostiæ immolabantur, hordicidia. V. *Fordicidium.*

HORDEACĔUS, a, um, *of barley*, qui est ex hordeo, κρίθινος, ut Panis hordeaceus, *Plin.* l. 18. c. 11. Hordeacea farina, *Id.* l. 20. c. 13. *a med.* Hordeacea messis, *Id.* l. 18. c. 29. *extr.* Hordeacea farrago, *Colum.* l. 11. c. 2. *a med.* Hordeacea pyra, *Id.* l. 5. c. 10. *a med.* ubi inter generosissima reponit. V. *Hordearius.*

HORDEARĬUS, a, um, *living on barley*, κρίθινος, qui hordeo vivit. *Plin.* l. 18. c. 7. *a med.* Et gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur. ¶ Æs hordearium, quod pro hordeo Equiti Romano dabatur. *Fest.* (ubi al. leg. *hordiarium.*) ¶ Hordearia pruna, *Plin.* l. 15. c. 13. Hordearia appellata a comitatu frugis ejus. Sic Hordearia pyra, *Id. ibid.* c. 15. quod scilicet cum hordeo maturescunt: quæ *hordeacea* dicuntur a *Colum.* l. 5. c. 10. ¶ *M. Cœlius* apud *Sueton. de illustr. Rhet.* c. 2. L. Plotium, qui accusatori suo Atracino actionem dictaverat, per contemptum appellabat *rhetorem hordearium*, deridens ut inflatum, ac levem, et sordidum. Videtur autem alludi ad hordeaceum panem, qui sordidus est, ac levis, inflandique vim habet: vel ad ignominiam militum, qui ob ignaviam hordeo pascebantur. ¶ Scribitur et *Ordearius.* V. *Hordeum.*

HORDEĬUS, a, um, adject. pro hordeaceus, legitur apud *Plaut. Cas.* 2. 8. 60. Varia tamen est ejus loci et lectio et interpretatio.

HORDEŎLUS, i, m. *a sty in the eye*, apostema nascens in extremitate palpebræ. *Marcell. Emp.* c. 8. Hordeoli oculis infesti. *Theod. Priscian.* l. 1. c. 10. *sub fin.* Si hordeoli in palpebris nascantur. [† V. *Chalazius.*]

HORDĔUM, i, n. *barley*, κριθή, genus frumenti, de quo multa *Plin.* l. 18. c. 7. *post med.* ubi frugum omnium mollissimum esse ait, antiquissimum in cibis, et omni frumento minime calamitosum, quia ante tollitur, quam triticum occupet rubigo. *Virg.* 3. *Georg.* v. 317. et fragili jam stringeret hordea culmo. *Id. Ecl.* 5. v. 36. Grandia sæpe quibus mandavimus hordea sulcis, Infelix lolium, et steriles nascuntur avenæ. *hordea* hic per synecdochen quævis frumenta significare videntur. Ceterum in prosa oratione *hordea* in plurali num. non recte dixeris, monente *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) tametsi si quis dicat, defendi possit *Ciceronis* auctoritate, qui *vina* dixit *de Amic.* c. 19. et alibi. Sed et in carmine *Bavius*, et *Mævius* (teste *Servio* ad 1. *Georg.* v. 210.) reprehenderunt *Virgilium* illo versu: Hordea qui dixit, superest ut tritica dicat. ¶ Fuit aliquandiu Romanis jumentorum pabulum. Hinc *æs hordearium*, scil. pecunia, quæ pro hordeo dabatur equitibus ad equos alendos. Hinc etiam aliquando militibus ipsis, qui peccassent aliquid, ignominiæ causa pro tritico datum legimus, quasi jumentis compararentur. *Liv.* lib. 27. c. 13. *de M. Claudio Marcello.* Cohortibus, quæ signa amiserant, hordeum dari jussit. *Sueton. in Aug.* c. 24. Cohortes si quæ cessissent loco, decimatas hordeo pavit. *Veget.* l. 1. *de re milit.* c. 13. Tironibus quoque datum tradit, si minus in armorum exercitio proficerent. ¶ Sunt qui scribunt *ordeum*: sed aspiratio omnino est adhibenda, inquit *Pier. ad citat.* ecl. 5. tum ex antiquis plerisque codicibus, tum ex historia: nam *fordeum* prius dicebatur. Confirmant *Dausqu.* et *Cellar. in Orthograph.*

HORDICALĬA. } V. *Horda*, et *Fordicidium.*
HORDICIDĬA. }

HORĬA, æ, f. *a fishing-boat, small skiff, smack*, navicula piscatoria, ut *Non.* c. 13. n. 3. definit. *Plaut. Rud.* 4. 2. 1. Neptuno ago gratias, cum me ex suis pulcre ornatum expedivit templis reducem, præda plurima onustum, salute horiæ, quæ in mari fluctuoso, piscatu novo me uberi compotivit. Adde 4. 3. 81. et *Gell.* l. 10. c. 25. ¶ Scribitur et *Oria.*

HORIŎLA, æ, f. diminut. ab horia. *Plaut. Trin.* 4. 2. 100. Horiola advecti sumus per amnem. Adde *Gell.* l. 10. c. 25. ¶ Legitur et *Oriola.*

HORISTĬCE, es, f. ὁριστική, vox Græca. Apud *Diomed.* l. 2. pag. 421. est pars Grammaticæ, finitiva, quæ præcepta demonstrat: cujus species sunt partes orationis, vitia, et virtutes.

HORĬTUR, pro hortatur bis dixit *Ennius in Annalibus*, teste, atque interprete *Diomed.* l. 1. pag. 378. *Putsch.*

HORĪZON, ontis, *the circle which bounds our view, or which seems to join the heaven with the earth; the horizon*, ὁρίζων, ab ὅρος, terminus, finis, unde ὁρίζω, finio, termino. Vox est Græca adjectiva, et *circulus*, vel *linea* subintelligitur. Latine aliis *finiens* dicitur (ut *Cic.* 2. *de Divin.* c. 44.) alii *finitor*, teste *Senec.* l. 5. *quæst. natur.* c. 17. Dupliciter autem intelligi potest, vel circulus terram dividens in duas æquales partes, quarum una supra sit, infra altera: vel eam partem tantummodo circumscribens, quæ aspectui nostro patet, quæ multo minor dimidia est. Posteriore hac ratione accipitur a *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 15. *ad fin.* et lib. 7. *Saturn.* cap. 14. *ad fin.* item a *Manil.* l. 1. ubi ait, vers. 622. Et medium plano præcingit limite gyrus, Atque a fine trahens titulum, memoratur Horizon. Similiter *Hygin.* l. 1. *Poet. Astron.* c. 4. Horizon appellatur is, qui terminat ea, quæ perspici, aut non videri possunt. ¶ Apud *Vitruv.* l. 9. c. 8. dicitur *horizon* linea secans circulum bifariam per centrum, in descriptione horologii solaris.

HORMESĬON, ii, n. gemma, quæ ex igneo colore radiat auro, portante secum in extremitate candidam lucem. *Plin.* l. 37. cap. 10.

HORMINŌDES, m. ὁρμινώδες, gemma vehementis viriditatis, ambiente circulo aurei coloris, ab hormino, cui est viriditate similis. *Plin.* l. 37. c. 10.

HORMĪNUM, i, n. *the herb clary*, ὅρμινον, et ὅρμινον, herba hortensis, vulgo salvia transmarina, dodrantali altitudine, folio marrubii, semine cymino similis, cetera porro odoris optimi. *Plin.* l. 22. *c. ult. ad fin.* et lib. 18. c. 10.

HORNO, adverb. V. *Hornus.*

HORNOTĬNUS, a, um, idem ac hornus: ab *horno*, ut diutinus a *diu*. *Cic.* 5. *Verr.* c. 18. Hæ litteræ L. Metelli, hoc, quantum est ex Sicilia frumenti hornotini, exaraverunt. *Cato R. R.* c. 17. hornotinæ nuces, *this year's nuts.* *Colum.* l. 5. c. 6. *ad fin.* Palmites de hornotinis virgis enati.

HORNUS, a, um, *of this year, of one year's growth*, αὐτοετής, qui est hujus anni. *Horat.* epod. 2. v. 47. horna dulci vina promens dolio. *Id.* lib. 3. od. 23. v. 3. horna fruge Lares placare. *Id.* l. 2. sat. 6. v. 88. palea porrectus in horna. *Propert.* l. 4. eleg. 3. v. 61. horni agni. ¶ Ablativus *horno* adverbii more ponitur, *this year*, τῆτες. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 3. horno messis magna fuit. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 403. Utrum anno, an horno te abstuleris a viro. Adde *Varron. ibid.*

HOROFANTÆ, *seu* Horophantæ, arum, m. sunt ὁρισταί, seu finitores, qui limitum, agrorumque confinia statuunt, et lites de finibus disceptant: ab ὅρος, terminus. Hinc horofantæ agrorum leguntur in *Cod. Theodos.* l. 16. tit. 10. leg. 14. ut quidem *Reines.* putat *ad suarum inscription. class.* 1. n. 157. Nam alii ibi legunt *hierophantæ*, et sacerdotes intelligunt, de quibus in *Hierophanta* dictum est. Quæ lectio, atque interpretatio magis profecto congruit et cum lemmate ejus tituli, qui est *de paganis sacrificiis, et templis*, et cum ipsa re, de qua in ea lege agitur.

HOROLOGĬCUS, a, um, *horological*, ad horologium pertinens, ut Horologica vasa, *Martian. Capell.* l. 6. pag. 194.

HOROLOGĬUM, ii, n. *any thing that tells or points out the hours; a sun-dial, water-glass, horologe*, ὡρολόγιον, horarium, instrumentum indicans horas: ab ὥρα, hora, et λέγω, dico. *Cic. Fam.* 16. ep. 18. Horologium mittam, et libros, si erit sudum. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. *ad fin.* In eodem hemisphærio medio, circum cardinem, est orbis ventorum octo, ut Athenis in horologio, quod fecit Cyprestes. ¶ Primus horologium, quod appellant sciotericon, *a sun-dial*, Lacedæmone ostendit Anaximenes Milesius, ut *Plin.* l. 2. c. 76. Romanis vero, multo post tempore, primum proposuisse ejusdem generis horologium, ad ædem Quirini, undecim annos ante bellum cum Pyrrho, h. e. circa A. U. CCCCLX. L. Papirium Cursorem, *Fabius Vestalis*: statutum in publico secundum Rostra, in columna, bello Punico primo, a M. Valerio Messala Cos. Catina capta in Sicilia, deportatum inde, *M. Varro* narrat, post triginta annos, quam de Papiriano traditur. Usque ad ea tempora Romani horologio caruerant. Sed neque alterum illud a Messala propositum recti usus fuit, non congruentibus ad horas lineis ejus, quia ad clima Siciliæ descriptæ fuerant. Usi sunt tamen eo annis undecentum: donec Q. Marcius Philippus Censor aliud diligentius ordinatum juxta posuit. Verum quia nubilo die incertæ erant horæ, proximo lustro Scipio Nasica primus aqua divisit horas, idque horologium sub tecto dicavit, A. U. DLXXXXV. Tamdiu populo R. indiscreta lux fuit. Hæc *Plin. in fi.* l. 7. cui similia habet *Censorin. de die nat.* c. 23. ubi illud addit, ipsum quoque horarum nomen, credibile esse, ante ea tempora ignoratum Romæ fuisse, cum in XII. Tab. nusquam nominatæ inveniantur. Vetus lap. boni ævi, apud *Murator.* pag. 2012. n. 3. Horologium cum suo ædificio . . . . . C. Blæsius, C. F. Voltinia Gratus ex H-S. N. . . . . . et eo amplius ad id horolog. administrandum, &c. ¶ De solarii, et aquarii horologii faciendi rationibus agit *Vitruv.* l. 9. c. 8. et 9. ita tamen, ut cum figuræ perierint, quas ille in suo libro descripserat, plane intelligi quidquam vix possit. ¶ In Inscript. apud *Gruter.* pag. 237. n. 6. Claudii ævo insculptum legitur *horilogium.*

HOROSCOPĪUM, ii, n. ὡροσκοπεῖον, ab ὥρα, hora, et σκοπέω, specto, instrumentum est ad perquirenda horoscopa accommodatum. *Sidon.* l. 4. ep. 3. Tenere cum Archimede radium, cum Euphrate horoscopium, cum Vitruvio perpendiculum.

HOROSCŏPO, as, n. 1. *to take the time of one's nativity*, horoscopum facio, horoscopum præbeo. *Manil.* l. 3. v. 296. Jam facile est, si quod quandoque horoscopat astrum, Noscere. [¶ Particip. *horoscopans* apud *Firmic.* lib. 5. c. 1. Is erit Ariete horoscopante semper in Cancro.]

HOROSCŏPUS, a, um, adject. V. *Horoscopus*, i.

HOROSCŏPUS, i, m. *a horoscope; the ascendant of one's nativity; one's natal hour; the star that appeared in the east at the time of one's birth*, ὡροσκόπος, Cæli pars, quæ nativitatis tempore ab Oriente emergit, ex cujus observatione natalitiæ divinationes fiunt, ab ὥρα, quo nomine non intelligitur particula diei, sed absolute tempus, nempe tempus illud, quo quis primum exit in lucem, et a σκοπέω, speculor, nempe a consideranda cæli parte, quæ tempore nativitatis surgit. Aliqui horoscopon definiunt eam cæli partem, quæ hora qualibet ab inferiore hemisphærio surgit ab Oriente: deinde addunt, horoscopo item id temporis momentum significari, quo quisque nascitur, quasi horæ inspectionem et notationem. Alii ipsum sidus intelligunt. *Pers.* sat. 6. v. 18. Geminos horoscope varo producis genio. Adde *Manil.* sæpe. ¶ Interdum adjective sumitur, ut Instrumenta horoscopa, et Vasa horoscopa, in quibus horæ dignoscuntur, *vessels filled with water for showing the hours.* *Plin.* lib. 2. cap. 72. Vasa horoscopa non ubique eidem sunt usui.

HORREARĬUS, ii, m. horrei custos. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 109. n. 7. Genio horreorum Saturninus, et Successus horrearii donum dederunt. *Labeo Dig.* lib. 10. tit. 2. leg. 60. *in fi.* Rerum custodiam, quam horrearius conductoribus præstare deberet, locatorem totorum horreorum horreario præstare non debere, puto. *Celsus* apud *Ulpian.* lib. 10. tit. 4. leg. 5. Si quis merces, quas exvehendas conduxit, in horreo posuit, cum conductore ad exhibendum agi posse. Item, si, mortuo conductore, heres exsistat, cum herede agendum. Sed si nemo heres sit, cum horreario agendum. Nam si a nullo possidentur, verum est aut horrearium possidere, aut certe ille est, qui possit exhibere. Hæc *Cels.* Adde *Ulpian.* lib. 9. tit. 3. leg. 5. *Anglice* dici posset, *a superintendant of stores.*

HORREATĬCUS, a, um, adject. ad horreum pertinens, ut Horreaticæ species, h. e. fruges, quæ in horreo asservantur. *Impp. Arcad. et Honor. lib. Cod. Theodos.* 11. tit. 14. leg. 3.

HORRENDUS, a, um, *dreadful, terrible, terrific, horrible, frightful, horrific*, φοβερός, horrificus, horribilis, timendus. *Liv.* l. 1. c. 26. Lex erat horrendi carminis. *Plin. in Paneg.* c. 52. Truces horrendæque imagines. *Virg.* 3. *Æn.* v. 26. Horrendum, et dictu video mirabile monstrum. *Horat.* l. 4. od. 14. v. 27. horrendamque cultis Diluviem minitatur agris. *Id.* l. 1. sat. 8. v. 25. pallor utrasque Fecerat horrendas aspectu. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 210. reddita tandem Vox horrenda viris. *Virg.* 4. *Æn.* v. 435. Vidit, turicremis cum dona imponeret aris (Horrendum dictu!) latices nigrescere sacros. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 298. res horrenda relatu. *Id.* 6. *Fast.* v. 140. horrenda nox. *Seren. Sammon.* cap. 7. et *Pallad.* l. 1. c. 18. et 37. horrendi odores. *bad, foul.* ¶ *Horrendum* adverbii more. *Virg.* 6. *Æn.* v. 288. belua Lernæ horrendum stridens. et lib. 9. v. 732. arma horrendum sonuere. et lib. 12. v. 700. horrendumque intonat armis. *Senec. in Herc. Fur.* v. 981. sævit horrendum Mimas. ¶ Est etiam verendus, venerandus. *venerable.* *Virg.* 7. *Æn.* v. 172. tectum augustum, ingens, Horrendum silvis, et religione parentum. et lib. 6. v. 10. horrendæque procul secreta Sibyllæ. ¶ Item admirabilis. *Virg.* 11. *Æn.* v. 507. *de Camilla.* Virgo horrenda.

HORRENS, entis, *rough, rugged, prickly, pointed outward, bristled with points, horrent*, φρῑξόθριξ, qui horret, h. e. asper, horridus est erectis setis, comis, aculeis, aut ejusmodi, hirtus, hispidus. Vox fere poetica. *Plin.* l. 8. c. 40. *a med. de cane.* Horrentibus per totum corpus villis, ingenti latratu intonuit. (Adde *Stat.* 2. *Theb.* v. 30.) *Virg.* 9. *Æn.* v. 306. horrentisque leonis exsuvias. *shaggy, with the hair standing an end*, et lib. 3. *Georg.* v. 315.

horrentes rubi. *horrid with thorns.* Ovid. 8. Metam. v. 428. rigidis horrentia setis terga apri. Senec. in Herc. Œt. v. 789. Cana revinctum populo horrentem comam. Id. in Hippol. v. 916. horrens habitus. Petron. in Satyr. c. 99. horrentes barbæ. *bristly.* ¶ Per similitudinem dicitur de aliis rebus. Sil. l. 16. v. 453. cristis horrens Sidonia cassis. Senec. in Agam. v. 221. classibus horrens fretum. Horat. l. 2. sat. 1. v. 13. horrentia pilis agmina. *horrent with spears.* Virg. Æn. 10. v. 178. densos acie, atque horrentibus hastis. ¶ Hinc est etiam *horrible, terrible, horrid, dreadful, fell, dire,* φοβερὸς, φρικτὸς, horridus, horribilis, terribilis. Virg. 1. Æn. v. 4. at nunc horrentia Martis Arma virumque cano. et lib. 10. v. 237. Tela inter media, atque horrentes Marte Latinos. Lucan. l. 1. v. 445. horrensque feris altaribus Esus. Virg. 1. Æn. v. 169. horrenti atrum nemus imminet umbra.

HORRENTĬA, æ, f. horror. Est Tertull. l. 4. advers. Marcion. c. 24. a med.

HORRĔO, es, rui, n. 2. *to be rough, set up its bristles, look terrible, with the hair erect, stand an end,* φρίσσω, cum de inanimis dicitur, significat erectum esse, asperum, rigentem, ut de spinis, setis, capillis, et hujusmodi, quæ densa et subrecta stant. Varr. l. 5. de L. L. c. 6. Cum valde timetur, in corpore pili, ut arista in spica hordei, horrent. Tibull. l. 2. el. 3. v. 23. Sæpe horrere sacros doluit Latona capillos. Senec. in Herc. Œt. v. 707. Erectus horret crinis. Ovid. 2. Fast. v. 502. Rettulit ille gradus, horrueruntque comæ. et vers. 348. Horrebant densis aspera crura pilis. Id. Metam. 13. v. 846. rigidis horrent densissima setis corpora. Id. Heroid. ep. 12. v. 101. draco squamis crepitantibus horrens. Sil. l. 4. v. 560. horret thorax Samnitis pellibus ursæ. Senec. in Herc. Fur. v. 786. viperis horrent jubæ. Ovid. 15. Metam. v. 516. adrectisque auribus horrent quadrupedes. Stat. 2. Theb. v. 128. Qualis ubi, audito venantum murmure, tigris Horruit in maculas. h. e. irascitur in retia. Accius apud Non. c. 5. n. 7. Mare cum horret fluctibus. *is crisped or ruffled.* V. alia in Horrens. ¶ Huc spectant et illa Virg. 11. Æn. v. 601. late ferreus hastis Horret ager. *is horrent with spears.* Id. 8. Æn. v. 654. Romuleoque recens horrebat regia culmo. *was horrid, rough, or rugged.* Ovid. 3. ex Pont. ep. 1. v. 23. Tristia per vacuos horrent absinthia campos. Stat. 12. Theb. v. 495. de templo Clementiæ deæ. Semper habet trepidos, semper locus horret egenis Cœtibus? ignotæ tantum felicibus aræ. Ovid. metaphorice de remed. amor. v. 664. Horrebant sævis omnia verba minis. h. e. aspera et acerba erant. Id. 1. Fast. v. 495. Nec fera tempestas toto tamen horret in anno. h. e. horrida est, et sævit: et præcipue intelligitur de tempore hiemis, quo rigent cuncta, squalent, aspera, atque horrida fiunt. Cic. 2. de nat. Deor. c. 7. Posset ne uno tempore florere, deinde vicissim horrere terra? Germanic. in prognost. fragm. 2. v. 106. Frigidus at rapidis horrebit Aquarius Euris. Colum. l. 1. c. 4. ad fin. Quædam loca hieme intolerabiliter horrent. *are bleak.* Stat. initio l. 4. Theb. Tertius horrentem Zephyris laxaverat annum Phœbus. ¶ Hinc horrere dicuntur, qui frigore tremunt, *to tremble with cold, shiver.* Ovid. 2. de ar. am. v. 213. Sæpe etiam dominæ, quamvis horrebis et ipse, Algentis manus est calfacienda sinu. *you shall tremble with cold yourself.* Juvenal. sat. 1. v. 93. horrenti tunicam non reddere servo. Propert. l. 4. el. 5. v. 68. Horruit algenti tegula curta foco. Petron. in Satyr. c. 85. Sola pruinosis horret facundia pannis. probitas laudatur, et alget, inquit Juvenal. sat. 1. v. 74. Adde Terent. Eun. 1. 2. 4. ¶ Pro tremere simpliciter. Valer. Flacc. l. 8. v. 81. ac primi percussus nube soporis Horruit, et dulces excussit ab arbore somnos. *trembled, quaked, shook.* ¶ Sæpe significat tremere, et timere vehementer, sive ex eo, quod in timore horrent pili in corpore, ut Varr. vult l. 5. de L. L. c. 6. sive ex eo, quod timor æque ac frigus horrorem incutit. *to tremble or quake with fear, shudder for fear.* Terent. Eun. 2. 1. 3. Totus tremo horreoque, postquam aspexi hanc. Pa. bono animo es: accede ad ignem hunc: jam calesces plus satis. Cic. pro Dom. c. 55. Nemo unquam tam barbarus, tam immanis fuit, qui non horreret animo, cum, &c. Plaut. Cist. 2. 3. 9. Horret corpus, cor salit. Cic. 2. Attic. ep. 21. Dominatio tanto in odio est omnibus, ut quorsum eruptura sit, horreamus. *we shudder to think.* et Phil. 7. c. 3. Periculose dico, quemadmodum accepturi sitis, horreo. Id. de Harusp. resp. c. 17. Quod sacrificium nemo vir aspicere non horruit. *did not shudder to behold.* et Agrar. 2. c. ult. Non horrui in hunc locum progredi. *I was not afraid.* ¶ Cum accusativo. Cæs. l. 1. B. Gall. c. 32. Absentis Ariovisti crudelitatem, velut si coram adesset, horrerent. Cic. Attic. l. 9. ep. 2. a med. Ingrati animi crimen horreo. Id. 5. Tuscul. c. 30. Imbecillius horrent dolorem, et reformidant. Id. 7. Verr. c. 29. Horrere judicium et crimen. Horat. l. 3. ep. 13. v. 11. nutum divitis. *to tremble at the nod of.* Plin. in Paneg. c. 27. Nemo jam parens filio, nisi fragilitatis humanæ vices horret. Ovid. 1. ex Ponto, epist. 3. v. 16. Horrent admotas vulnera cruda manus. ¶ Refertur etiam ad eos, qui obstupescunt, mirantur que vehementer. nam et ex ingenti admiratione horror nascitur. (Virg. 2. Æn. v. 774. Obstupui, steteruntque comæ, &c.) Cic. 2. de Orat. c. 45. Quæ mehercule ego, Crasse, cum a te tractantur in causis, horrere soleo. tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor oculis, vultu, gestu, digito denique isto tuo significari solet. *I am quite thunderstruck.* ¶ Passiva voce qui adhibuerit, inveni adhuc neminem.

HORREŎLUM, i, n. *a small granary or barn.* Valer. Max. l. 7. c. 1. extr. Usus necessarii horreolum.

HORRESCO, is, n. 3. *to grow rough, become rugged, stand an end,* φρίττω, horrere incipio, asper, horridus fio: ea ratione, qua in Horreo dictum est. Seneca in Agam. v. 712. mollis horrescit coma. Ovid. 14. Metam. v. 279. horrescere setis. et l. 2. v. 478. Brachia cœperunt nigris horrescere villis. Enn. apud Macrob. l. 6. Saturn. c. 4. Horrescit telis exercitus asper utrinque. *is horrent with spears.* Virg. 7. Æn. v. 526. Horrescit strictis seges ensibus. Id. 3. Georg. v. 198. tum segetes altæ, campique natantes Lenibus horrescunt flabris. *are shaken, or agitated, by the winds.* Cic. et Varro in fragm. apud Non. cap. 5. n. 7. Cum subito mare cœpit horrescere. *to be crisped, or ruffled.* Sil. lib. 1. v. 134. subitis horrescit turbida nimbis tempestas. ¶ Item tremere ac timere incipio, expavesco, horrore corripior. *to tremble, quake, shake, or shudder, through fear.* Cic. 5. de Fin. c. 11. Quin etiam feræ, sibi injecto terrore mortis, horrescunt. Terent. Adelph. 4. 4. 23. Horresco semper, ubi pultare hasce incipio fores. Virg. 6. Æn. v. 710. Horrescit visu subito. et l. 12. v. 453. miseris, heu, prescia longe Horrescunt corda agricolis. Id. 2. Æn. v. 204. horresco referens. ¶ Et cum accusativo, subaudita præpositione. Id. 3. Æn. v. 394. Nec tu mensarum morsus horresce futuros. Valer. Flacc. l. 6. v. 453. nullos horrescere visus. Stat. 3. Theb. v. 70. Pectora et extremam nil horrescentia mortem.

HORRĔUM, i, n. *a barn, granary, repository for corn,* σιτοφυλακεῖον, ἀποθήκη, locus, in quo segetes post messem reponuntur: fortasse ab hordeum, quod proprie fuerit locus hordeo asservando accommodatus, ut farreum, in quo reponeretur far: sed postea dici cœperit de quarumlibet frugum repositorio. Virg. 1. Georg. v. 49. Illius immensæ ruperunt horrea messes. Cic. 2. Agrar. c. 33. Illi Capuam cellam atque horreum agri Campani esse voluerunt. ¶ Apud Romanos horrea non ad solum usum condendarum frugum, sed ad alia quoque inserviebant. Plin. sub fin. ep. 18. l. 18. Amplissimos hortos instruxit plurimis et antiquissimis statuis. Tantum illi pulcherrimorum operum in horreis, quæ negligebantur. Paul. Dig. l. 34. tit. 2. leg. 33. Argentum, quod in domo, vel intra horreum usibus ejus fuit. Ulpian. l. 10. tit. 4. leg. 5. Si quis merces, quas exvehendas conduxit, in horreo posuit. *a warehouse.* Modestin. lib. 32. leg. 82. Cui quæ Romæ essent, legata sunt; ei etiam, quæ custodiæ causa in horreis extra urbem reposita sunt, debentur. Ulpian. in fi. legis 3. tit. 9. lib. 33. Penuarium horreum. Paul. lib. 18. tit. 1. leg. 76. Dolia in horreis defossa. h. e. in cellis vinariis. Porro in horreis vina condita fuisse, etiam in Apotheca dictum est. [† Horod. 3. 28. 7. Parcis deripere horreo Cessantem Bibuli consulis amphoram. Senec. Epist. 115. Plena multorum sæculorum vindemiis horrea.] Libros etiam quandoque ibi reponebant, ut colligitur ex illis Senecæ verbis epist. 45. Quoscumque habeo libros, mittere paratus sum, et totum horreum excutere. Colum. l. 12. c. 50. si quando immodica multitudo olearum torculariorum vincit laborem, esse oportere ait pensile horreum, quo imponantur fructus. Porro horrea pensilia dicuntur, quæ non in plano posita sunt, sed tignis suspensa, quo sicciora sint. V. etiam lib. 1. c. 6. ubi et instrumento rustico locum in horreo dat. ¶ Per similitudinem horrea vocat Virg. 4. Georg. v. 250. apum alvearia, tum quia variis cellulis horreorum more divisa sunt, tum quia in iis conduntur mella, quæ fruges et annona apum dici possunt. ¶ Quæ multa horrea P. Vict. de Regionib. Urbis R. in singulis regionibus enumerat, dici possunt Anglice *magazines or storehouses.* In illis servabantur frumenta ad publicam annonam. ¶ Terrena horrea, apud Ovid. 5. Trist. el. 6. v. 39. sunt cava sub terra, in quibus formicæ grana condunt. ¶ Non. c. 3. n. 110. putat horrea, æ, f. usurpatum fuisse a Claudio: sed quæ ex eo affert verba, id non evincunt.

HORRIBĬLIS, le, *to be dreaded, dreadful, horrible, frightful, terrible, horrific,* φρικτὸς, φοβερὸς, horrendus, horrificus, formidabilis. Cic. pro Quint. c. ult. Horribile est causam capitis dicere, horribilius priore loco dicere. Cæs. l. 5. B. Gall. c. 14. Britanni se vitro inficiunt: atque hoc horribiliore sunt in pugna aspectu. et l. 7. c. 36. Horribilem speciem præbere. Sallust. in Jug. c. 108. Horribile spectaculum. et cap. 104. Ignotus atque horribilis sonitus. Cic. 1. de Fin. c. 19. Non conturbamur ignoratione rerum, e qua ipsa horribiles exsistunt sæpe formidines. *which causes us to shudder from fear.* et in somn. Scip. c. 4. Mars rutilus et horribilis terris. Id. in fin. ep. l. 8. ad Attic. de Cæsare. Sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia est. Catull. carm. 14. ad Calv. Licin. v. 12. Dii magni, horribilem et sacrum libellum! h. e. abominandum et exsecrandum. ¶ Interdum, ut horrendus, significat sacrum, verendum. Petron. in Satyr. c. 21. Uterque juravit, inter nos periturum esse tam horribile secretum.

HORRICŎMIS, e, adject. *with hair erect or an end,* qui horridos pilos, vel comam habet, ut Horricomes canes, apud Apul. l. 4. Metam. et Horricomis hircus, lib. 7.

HORRĬDE, adverb. *roughly, rudely, ruggedly,* φρικτῶς, aspere, et inculte. Cic. in Orat. c. 9. Putant enim, qui horride inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere. et cap. 25. sub. fin. Iisdem ornamentis utetur horridius. Tacit. 1. Hist. c. 82. Allocuti sunt præfecti ex suo quisque ingenio, mitius aut horridius. h. e. asperius, tristius, severius.

HORRIDĬTAS, atis, f. idem ac horror. Nævius. Omnia mihi horriditati erant maxime. Ita refert Perottus in Cornucop. quem penes sit fides.

HORRIDŬLUS, a, um, *somewhat rough or rude,* subhorridus, aliquantum rigens, exstans, asper, incultus, incomptus. Plaut. Pseud. 1. 1. 66. Horridulæ papillæ. Lucil. apud Non. c. 5. n. 7. Caput ungunt horridulum. Martial. l. 10. epigr. 98. Tonsus puer, horridulus, rudis, pusillus. ¶ Translate Cic. Attic. l. 2. ep. 1. Quamquam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant. Id. in Orat. c. 45. Horridulæ Catonis orationes. ¶ Est etiam frigore tremens. Pers. sat. 1. v. 54. Scis comitem horridulum trita donare lacerna.

HORRĬDUS, a, um, *rough, rugged, standing an end, horrid,* φριξὸς, densus et subrectus, hirtus, hispidus, asper, exstans, impexus: diciturque proprie de pilis, comis, spinis, setis, et hujusmodi. Cic. pro Cæl. c. 14. Non hac barbula, qua ista delectatur, sed illa horrida, quam in statuis antiquis videmus. *shaggy.* Virg. Ecl. 7. v. 42. horridior rusco. Id. 4. Georg. v. 407. sus horridus. *bristly.* Ovid. 10. Metam. v. 139. horrida cæsaries. Id. 2. Amor. el. 6. v. 5. pluma. Plin. l. 12. c. 15. horrida spinis arbor. *horrid with thorns.* Id. l. 11. c. 18. Apes horridæ aspectu. h. e. hirsutæ. Virg. 3. Æn. v. 23. densis hastilibus horrida myrtus. *horrent.* Valer. Flacc. l. 1. v. 588. horrida signis chlamys. *rough, standing out.* aspera signis pocula dixit Virg. 9. Æn. v. 263. ¶ Dicitur et de loco inculto, squalido. Ovid. 1. ex Pont. ep. 3. v. 83. nulli datis omnibus ævis Tam procul a patria, horridiorve locus. *wild, bleak.* Virg. Æn. 9. v. 381. silva late dumis atque ilice nigra horrida. ¶ Item de iis, quæ horrorem incutiunt, terribilia atque horrenda sunt. *horrid, horrible, dire, dreadful, hideous, ghastly.* Virg. 1. Georg. v. 449. horrida grando. Id. Æn. 10. v. 480. horrida acies. et Ecl. 10. v. 23. castra. et 2. Georg. v. 282. prœlia. et 4. Æn. v. 378. jussa. et lib. 11. v. 96. fata. Martial. l. 10. epigr. 62. lora. Ovid. 6. Metam. v. 685. Boreas horridus ira. Plin. l. 13. c. 4. Aquilæ et signa custodibus horrida. h. e. metuenda propter milites eorum custodes. ¶ Refertur sæpe ad hiemem, et procellas. Virg. 3. Georg. v. 442. horrida cano Bruma gelu. et vers. 366. stiria. Ovid. 15. Metam. v. 212. senilis hiems tremulo venit horrida passu. Martial. l. 7. epigr. 35. horridus december. Ovid. 2. Amor. el. 16. v. 19. si premerem ventosas horridus Alpes. *pelted and benumbed.* Horat. epod 10. v. 3. horridi fluctus. Virg. 9. Æn. v. 670. cum Jupiter horridus Torquet aquosam hiemem. Plin. l. 18. c. 35. Horrida tempestas. ¶ Item ad cultum, vestitumque hominum. Virg. 5. Æn. v. 37. Horridus in jaculis, et pelle Libystidis ursæ. Ovid. 3. Amor. el. 6. v. 47. Ilia cui placuit, quamvis erat horrida cultu. Cic. post redit. in Sen. c. 6. Quem præteriens, cum incultum, horridum, mœstumque vidisses, etiam si agrestem et inhumanum existimares, tamen libidinosum et perditum non putares. Lucret. l. 6. v. 1267. Corpora pædore horrida. *squalid, filthy.* [† Vet. Poet. apud Cic. Tusc. 3. 12. Situ nidoris barba pædore horrida.] ¶ Item ad mores duros, asperos, severos, et ad orationem incultam et rudem. *barbarous, uncouth, unpolished, clownish.* Cic. de clar. Orat. c. 31. Q. Ælius Tubero ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus. Id. pro Quint. c. 30. Vita horrida atque arida. Horat. l. 3. od. 21. v. 9. Non ille, quamvis Socraticis madet Sermonibus te negliget horridus. Plin. l. 3. ep. 3. Vir est emendatus et gravis: paulo etiam horridior et durior, ut in hac licentia temporum. Virg. 7. Æn. v. 746. horrida gens. Cic. in Orat. c. 5. Aspera, tristis, horrida oratio. et de clar. Orat. cap. 7. Antiquior Catonis sermo, et quædam horridiora verba. Sil. l. 11. v. 205. horridia virtus, Armatumque fide pectus, rectique cupido. h. e. severa, incorrupta, et duris rebus exercita. Eodem fere modo locutus est Stat. l. 5. Theb. v. 172. ¶ Aliquando ad sapores. Plin. l. 34. c. 13. Spodos si tangatur lingua, saporem horridum præstat. *sour, sharp, tart, eager,* qui horrorem tremoremque aliquem inducit. ¶ Pro acri ac vehementi. Id. l. 20. c. 13. Ruta silvestris horrida ad effectum est, et ad omnia acrior.

HORRĬFER, a, um, *causing terrour, horrible, horrid, terrible, horrific,* φρικώδης, horrorem tremoremque ferens, horrificus, horribilis, horridus. Vox Poetica. De frigore Ovid. 1. Metam. v. 65. Scythiam, Septemque trionem Horrifer invasit Boreas. et Vetus Poeta apud Cicer. Tuscul. 1. c. 28. Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur nives. et Valer. Flacc. l. 5. v. 518. quem te horrifero sortitus in axe Caucasus. et vers. 307. Horrifera nix. ¶ De aliis rebus Lucret. l. 5. v. 994. horriferæ voces. Id. l. 3. v. 1026. horriferi æstus Tartari. et lib. 5. v. 219. genus

horriferum, natura ferarum. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 725. horriferamque oculis objecit Erinnyn. *Pacuv.* apud *Cicer. in Orat.* c. 46. prodigium horriferum pavos. *pro* horriferorum.

HORRIFICĀLIS, le, horrificus. *Accius* apud *Non.* c. 3. n. 231. Operta squalitate est, luctuque horrificali.

HORRIFĬCE, adverb. *in a dreadful manner*, horrorem incutiendo. *Lucret.* l. 2. v. 609. Horrifice fertur divinæ Matris imago. *h. e.* cum religione et metu. *Id.* l. 4. v. 39. simulacra luce carentum, Quæ nos horrifice languentes sæpe sopore Excierunt.

HORRIFĬCO, as, a. 1. *to frighten, terrify*, horrorem incutio, terrifico. *Virg. Æn.* 4. v. 464. Multaque præterea vatum prædicta priorum Terribili monitu horrificant. ¶ Item *to make horrible, or terrible*, horridum atque horribilem facio. *Sil.* l. 3. v. 388. ore ferarum, Et rictu horrificant galeas. *Flor.* l. 3. c. 21. Carcer, catenæ, fuga, exsilium horrificaverant dignitatem. ¶ Item horridum, seu turbatum reddo. De mari. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel.* et *Thet.* v. 269. qualis flatu placidum mare matutino Horrificans Zephyrus, proclives incitat undas. *crisping, ruffling.*

HORRIFĬCUS, a, um, *dreadful, terrible, horrible, horrific, occasioning terror*, φρικώδης, horrorem faciens, horribilis. *Cic. pro Dom.* c. 23. Qui parietibus, qui tectis, qui columnis ac postibus meis horrificum quoddam, et nefarium, omni imbutum odio bellum intulistis. Quidam MSS. habent *hostificum*. *Gell.* l. 20. c. 1. *ad fin.* Horrifica pœna. *Lucret.* l. 3. v. 920. At nos horrifico cinefactum te prope busto Insatiabiliter deflebimus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 851. Letum horrificum. et lib. 3. v. 571. horrificis tonat Ætna ruinis. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 97. Horrificum fulmen. *Id.* l. 3. v. 423. seque horrificis accommodat actis. *h. e.* sacris, quæ horrore religioso venerari mos est. *Lucan.* l. 2. v. 372. Horrifica cæsaries. *matted, sordid.*

HORRIPĬLO, as, n. 1. est horridiore asperioreque pilo fruticare. *Apul. Metam.* l. 3. Aures immodicis horripilant auctibus.

HORRISŎNUS, a, um, *sounding dreadfully, horrisonous*, βαρύβρομος, horribilem sonum edens, horrendum sonans. *Virg.* 6. *Æn.* v. 573. horrisono stridentes cardine sacræ Panduntur portæ. et lib. 9. v. 54. Clamore excipiunt socii, fremituque sequuntur Horrisono. *Cic.* vertens carmen *Æschyli* 2. *Tuscul.* c. 10. horrisonum fretum. *roaring. Lucret.* l. 5. v. 110. horrisonus fragor. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 149. horrisonum flagellum. et lib. 1. v. 584. horrisona buxus. *Lucan.* l. 2. v. 454. cum mare possidet auster Flatibus horrisonis.

HORROR, oris, m. *a standing erect or an end*, φρίκη, dicitur de pilis, setis, quæ dense subriguntur et horrent: quod tum frigore, tum metu fit: item de squalore, atque horrida facie rerum, quæ inde nascitur. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 229. et *Lucan.* l. 5. v. 154. Non pallore viris, non ullo hórrore comarum Terribilis. *Lucan. ibid.* v. 446. Pontus non horrore tremit. *is not crisped or ruffled.* ¶ Item tremor, *a shivering, trembling. Ovid.* 9. *Metam.* v. 345. tremulo ramos horrore moveri. *Flor.* l. 2. c. 6. *ante med.* Commissam aciem sequutus ingens terræ tremor: sive illum horrorem soli equitum virorumque discursus fecerunt. ¶ De tremore febrili *Cels.* l. 3. c. 3. *de febri.* Frigus voco, ubi extremæ partes membrorum inalgescunt: horrorem, ubi totum corpus intremit. Sic *Cic. Attic.* l. 12. ep. 6. *in fin.* Atticam doleo tam diu: sed quoniam jam sine horrore est, spero esse, ut volumus. *Lucret.* l. 3. v. 292. horrorem ciere in membris. ¶ Metonymice, qui horrere, ac tremere facit. *Lucret.* l. 6. v. 1009. ferri frigidus horror. et lib. 2. v. 410. serræ stridentis acerbus horror. *quivering. Valer. Flacc.* l. 4. v. 662. multifidus ruptis e nubibus horror effugit. ¶ Præcipue vero frigus. *Id.* l. 7. v. 563. Nix et cærulei Boreæ ferus abstulit horror. *Virg.* 3. *Æn.* v. 29. mihi frigidus horror Membra quatit, *chilness.* ¶ Item pavor, formido vehemens, quæ tremoris causa est. *fear, dread, terrour, horrour. Cic. Attic.* l. 8. ep. 6. Dii immortales, qui me horror perfudit! quam sum sollicitus, &c. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 198. me luridus occupat horror, Spectantem vultus etiamnum cæde madentes. *Plaut. Amph.* 5. 1. 16. Ea res me horrore afficit. *Plin.* l. 28. c. 1. Horror est spectare in arena feras. *it is terrible.* ¶ Item terror, *the cause of fear, terrour. Lucret.* l. 3. v. 1048. Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror. ¶ De metu religioso. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 433. hic numinis ingens horror. *religious awe.* ¶ Et de admiratione vehementi. *Lucret.* l. 3. v. 28. His ubi me rebus quædam divina voluptas Perciit, atque horror, quod sic natura, &c. ¶ Et de incompta horridaque oratione. *Quintil. sub fin.* c. 5. l. 8. Veterem illum horrorem dicendi malim, quam istam novam licentiam. ¶ Lætus horror. V. in Pavor.

HORSUM, adverb. δεῦρο, *towards this place, hitherward, this way*, versus hunc locum, ab *hoc*, et *versum*, quasi hoc versum. *Terent. Hecyr.* 3. 4. 36. At at, eccum Phidippum, et patrem video: horsum pergunt. *Plaut. Rud.* 1. 2. 83. Horsum se capessit. *Id. Mil.* 2. 3. 33. Horsum ad stabulum recipiat se e pabulo.

HORTĀMEN, inis, n. idem ac hortamentum. *Liv.* l. 10. c. 29. Ubi auditur P. Decii eventus, ingens hortamen ad omnia pro republ. audenda. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 277. non est hortamine longo Nunc ait utendum. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 93. prisca suorum Facta canunt, veterumque, viris hortamina, laudes. *Tacit. de German.* c. 7. Cibos, et hortamina pugnantibus gestant. *Pallad. in Mart.* tit. 11. Boves sint mansueti, timentes hortamen clamoris et verberis.

HORTAMENTUM, ti, n. *an encouragement, incitement*, παράγγελμα, excitamentum. *Liv.* l. 7. c. 11. In conspectu parentum, conjugumque, ac liberorum, quæ magna etiam absentibus hortamenta animi, &c. *Sallust. in Jug.* c. 103. *extr.* Ea cuncta Romanis magno hortamento erant. *Tacit. Histor.* 4. c. 18. Conjuges parvosque liberos consistere a tergo jubet, hortamenta victoriæ, vel pulsis pudorem. *Justin.* l. 3. c. 5. Hortamenta virtutis. *Sil.* l. 5. v. 53. aspera quisque Hortamenta sibi referat: meus, heu! meus atris Ticini frater ripis jacet, &c. Adde *Gell.* l. 13. c. 24.

HORTATĬO, onis, f. *an encouragement, exhortation*, προτροπή, hortandi actus. *Cic.* 5. *Fin.* c. 2. Tamen mihi grata est hortatio tua. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 14. Non hortatione, sed precibus tecum fraternis ago. Adde *Sallust. in Jug.* c. 64. Narrat *Sueton. de Augusto*, cap. 8. scripsisse eum multa varii generis, prosa oratione: inter alia *hortationes ad philosophiam.*

HORTATĪVUS, a, um, *exhortatory, encouraging*, προτρεπτικός, ad hortationem spectans. *Quintil.* l. 5. c. 10. *a med.* Hæc ad hortativum genus maxime pertinent. *h. e.* deliberativum et suasorium. ¶ *Hortativa adverbia* sunt, quæ ad hortandum inserviunt, ut eja, age. *Priscian.* l. 15. pag. 1021. *Putsch.*

HORTĀTOR, oris, m. *an exhorter, encourager*, προτρεπτής, qui hortatur et suadet, ut aliquid fiat. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 55. Cum ejus studii tibi et hortator et magister esset domi. *Id. ad Quirit. post redit.* c. 4. Auctores hortatoresque ad me restituendum multi fuerunt. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 2. v. 32. Hortator pugnæ consiliumque fuit. *Virg.* 6. *Æn.* v. 529. Hortator scelerum. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 232. hortatorque Cupido Suscitat affixam mœstis Æetida curis. ¶ *Hortator remigum* est portisculus, [† κελευστής,] *an officer in a ship who commanded, and encouraged the rowers. Plautus Merc.* 4. 2. 5. Quasi in mari solet hortator remiges hortarier. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 618. et qui requiemque modumque Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus. *Serv.* ad illud *Æn.* 5. v. 176. Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister Hortaturque viros, &c. Aut ipse dicit celeusma, (nam hortatores dicuntur) aut *hortatur* ideo, quia consternati fuerant, perdito gubernatore. *Inscript. vetus in To.* c. 29. *Opusculor. Venetor.* pag. 55. et apud *Murator.* pag. 211. n. 1. D. M. Menandro Hortatori fecit Mercurius fratri suo B. M. ¶ Fuit cognomen Romanum in gente Claudia, ut C. Claudius Hortator, apud Liv. l. 8. c. 15. ubi est qui leg. *Orator.*

HORTĀTRIX, icis, f. quæ hortatur, *she that exhorteth. Stat.* l. 9. *Theb.* v. 717. Gloria hortatrix animosi lethi. [*Quintil.* lib. 11. c. 3. *a med.* Est et illa cava et rara, et supra humeri altitudinem elata cum quodam motu velut hortatrix manus, a peregrinis scholis jam prope recepta.]

HORTĀTUS, us, m. *an exhortation, encouragement, incitement*, adhortatio, monitio. *Cic. pro Arch.* c. 1. Hæc vox hujus hortatu præceptisque confirmata, nonnullis aliquando saluti fuit. *Ovid. in fin.* l. 5. *Trist.* Qui monet, ut facias, quod jam facis, ille monendo Laudat, et hortatu comprobat acta suo. *Id.* 3. *Metam.* v. 242. At comites rapidum solitis hortatibus agmen Ignari instigant. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 550. Urgere hortatibus. et lib. 4. v. 81. alacrem lætis hortatibus implet. ¶ *Hortatus* particip. V. in *Hortor.*

HORTENSIĀNUS, a, um, ad Hortensium pertinens, quod est nomen proprium civis R. *Cic.* 4. *Attic.* ep. 6. Quod me admones, ut scribam illa Hortensiana, &c. *h. e.* libros de philosophia, qui inscribuntur *Hortensius*. *Sueton. in Aug.* c. 72. Habitavit in ædibus modicis Hortensianis. *Valer. Max.* l. 8. c. 3. n. 3. Hortensiana eloquentia.

HORTENSIS, se, idem quod hortensius. *Colum.* l. 9. c. 4. At in hortensi lira condita nitent lilia candida. *Plin.* l. 26. c. 8. *a med.* Crethmus species est batis hortensis. *Harduin.* legit *hortensiæ* ex MSS. [¶ Hortenses sunt, qui incolebant Hortam, urbem Latii. *Plin.* l. 3. c. 5. sect. 9.]

HORTENSĬUS, a, um, *of a garden*, κηπαῖος, κήπειος, ad hortum pertinens. *Hortensia* dicuntur ea, quæ in hortis seruntur, præsertim cibi gratia. *Plin.* l. 19. c. 6. Hortensiis omnibus fere singulæ radices, ut raphano, betæ, apio, malvæ. et cap. 8. Omnium hortensiorum lautissima cura asparagis. *Id.* l. 26. c. 4. *sub fin.* Hortensiis abstinere. *Id.* l. 20. c. 9. *sub fin.* Hortensii bulbi. ¶ Item ad Hortensium pertinens, ut *Hortensia lex*, cujus fit mentio a *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. lata a Q. Hortensio Dictatore circa A. U. CCCCLXVI. ut plebiscita vim legis haberent. ¶ Alia fuit de nundinis, ut quæ olim feriæ fuerant, fastæ essent, quo possent rustici, qui nundinandi causa in urbem veniebant, suas lites peragere. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 16. *a med.*

HORTENSĬUS, ii, prænomine Quintus, Orator nobilissimus Romæ fuit, Ciceroni ætate et eloquentia fere æqualis, quem ipse *Cicero* testatur, in omnibus Oratoris laudibus floruisse, laudatque impense in omnibus scriptis suis, ac præsertim *in Bruto, sub fin.* cap. 64. item cap. 92. *et sequentib.* Scriptorum ejus nihil ad nos pervenit. *Quintil.* l. 12. c. 10. *post init. et sub fin.* eum cum L. Crasso conjungit et comparat. *et post init.* cap. 3. l. 11. tradit, plurimum actione valuisse: cujus, inquit, rei fides est, quod ejus scripta tantum intra famam sunt. Laudat hunc et *Gell.* l. 1. c. 5. ut omnibus ferme ætatis suæ, nisi M. Tullio, clariorem: sed quædam subdit, quibus ejus actio, ut nimia, reprehenditur. ¶ Filiam habuit nomine Hortensiam, et ipsam eloquentiæ laude claram: quæ cum matronarum ordo a Triumviris Octavio, Antonio, et Lepido gravi tributi onere premeretur, ipsa communem causam constanter egit, obtinuitque dicendo, ut major illius pecuniæ pars illis remitteretur. *Valer. Max.* l. 8. c. 3. n. 3. et *Quintil.* l. 1. c. 1.

HORTĪNUS, a, um, ad Hortam, seu Hortanum Tusciæ oppidum pertinens, ut Hortinæ classes, *Virg.* 7. *Æn.* v. 716.

HORTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to exhort, encourage, excite, embolden, cheer, console*, προτρέπομαι, verbis quempiam ad aliquid faciendum impello, excito, suadeo. *Terent. Hec.* 1. 1. 6. Propterea sedulo et moneo, et hortor, ne cujusquam misereat. Ubi *Donat.* monemus consilio: hortamur impulsu. *Cic. Fam.* 13. ep. 4. Hæc eo spectant, ut te horter et suadeam: reliqua sunt, quæ pertinent ad rogaudum. et lib. 4. ep. 9. Iisdem te rebus etiam atque etiam hortor, quibus superioribus litteris hortatus sum. *Ovid. Metam.* 10. v. 466. hortari timentem. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 19. Petere atque hortari. *Cic. Fam.* 1. ep. 1. Hortari et orare. *Sallust. in Catil.* c. 62. Appellare, hortari, rogare. *Cic.* 1. *Offic.* c. 1. Magnopere te hortor, ut legas. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 215. Hortaturque sequi. *Nep. in Phoc.* c. 1. Cum munera repudiaret, legatique hortarentur accipere. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 69. fortunæ responsare superbæ hortatur. *Petron. in Satyr.* cap. 111. Cœpit hortari lugentem, ne perseveraret in dolore. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 37. Hortatur, ne occasionem dimittant. et l. 1. *B. Civ.* c. 19. Hortatur, ne animo deficiant. et lib. 6. *B. Gall.* c. 32. Hortatur, ad eam diem revertantur. et lib. 1. *B. Civ.* c. 21. Hortatur, ab eruptionibus caveant. *Liv.* l. 6. cap. 15. *a med.* Quid ego vos, de vestro impendatis, hortor? *Cic. pro Arch. c. pœnult.* Hortari aliquem ad perficiendum. *Id. de Provin. Consul.* c. 4. *extr.* milites ad laudem. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 26. Mandat, ut Libonem de concilianda pace hortetur. *Nep. in Milt.* c. 4. Hortantibus amicis, ut, &c. *Sallust. in orat. Macri Licin. a med.* Neque ego vos ultum injuriam hortor. *h. e.* ad ulciscendum impello. ¶ Cum accusativo rei. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 14. *extr.* Equidem pacem hortari non desino. *Al. leg.* ad pacem. *Vetus Poeta* apud *Charis. sub fin.* l. 4. Ego tunc pudendam trepidus hortabar fugam. *Justin.* l. 14. c. 1. Ut ultro bellum omnes hortarentur. Al. plerique leg. *illum*. *Stat.* l. 3. *silv.* 5. v. 22. si gelidas irem mansurus ad arces, Hortarere vias. ¶ Cum accusativo communi. *Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 187. Me miseram! cupio non persuadere, quod hortor. *Cic.* 1. *Catil.* c. 5. Sin tu (quod te jamdiu hortor) exieris, &c. ¶ *Hortari milites* est eos oratione ad prœlium firmare. *to encourage. Nepos in Milt.* c. 6. Sic *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 94. Ut ipse in hortandis militibus pronuntiaverat. et *Sallust. in Jug.* c. 53. *extr.* Pauca pro tempore milites hortatus. et cap. 25. Suos hortando ad virtutem erigere. et *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 207. hortari aciem verbis. ¶ Hortari equos, canes, &c. est incitare, impellere. *to egg forward. Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 42. Hortari celeres per juga summa canes. *Id.* 5. *Metam.* v. 421. Terribiles hortatus equos. *Virg.* 3. *Georg.* v. 163. Tu quos ad studium, atque usum formabis agrestem, Jam vitulos hortare, viamque insiste domandi. ¶ De portisculo, qui remiges excitat et remigandi modum dat. V. *Hortator.* ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 33. Multæ res eum hortabantur, quare sibi eam rem suscipiendam putaret. et lib. 3. c. 18. Multæ res ad hoc consilium Gallos hortabantur. *Cic. pro Sext.* c. 3. *a med.* Reipubl. dignitas me hæc minora relinquere hortatur. ¶ Passiva etiam significatione usurpatur, teste *Gell.* l. 15. c. 13. Hinc *Varr.* apud *Priscian.* l. 8. p. 794. *Putsch.* Ab amicis hortaretur. *Tacit. Ann.* 12. c. 9. Sententiam expromere, qua hortaretur Claudius despondere Octaviam Domitio. *Al. leg.* oraretur. *Auct. de B. Hispan.* c. 1. Ita paucis commodis hoste hortato, majores augebantur copiæ. ¶ Etiam *horto, as*, antiqui dixerunt, teste *Priscian. loc. cit.* p. 797. Hinc quidam tribuunt *Plauto Amph.* 3. 4. 10. et *Asin.* 3. 1. 9. et *Sallust.* l. 4. *Histor. in fin. epist. Mithrid. ad Arsac.* sed ubique lectio variat. ¶ *Hortarier* paragoge pro *hortari* legitur apud *Plaut. Merc.* 4. 2. 4.

HORTUĀLIS, le, hortensis. *Apul. de herb.* c. 74. 80. et 99.

HORTULĀNUS, i, m. *a gardener*, κηποκόμος, horticultor, olitor. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 3. *a med.* Tharsius Amphias, cum ex hortulano potens esset. Adde *Apul.* l. 4. 9. et 10. *Metam.* ¶ Adjective est hortensis. *Tertull. de Pœnit. c. pœnult.* Hortulanus maritimusque secessus. *Apic.* l. 8. c. 7. *a med.* Hortulanus porcellus. *h. e.* coctus et olerum condimentis fartus.

HORTŬLUS, li, m. *a little garden or orchard*, κηπίον, parvus hortus. *Plin.* l. 35. c. 10. Hortulus suburbanus.

Juvenal. sat. 3. v. 226. Hortulus hic, puteusque brevis. *Catull.* carm. 61. *epithal. Jul. et Manl.* v. 91. Talis in vario solet Divitis domini hortulo Stare flos hyacinthinus. ¶ Translate *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 43. Cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit. ¶ Est etiam pars vineæ, ubi vites ordine dispositæ seruntur venustatis simul, et utilitatis causa. *Colum.* l. 4. c. 18. Quin etiam ipsa hortulorum descriptio, quanto est minoribus modulis consita, fatigationem veluti minuit.

HORTUS, i, m. *a garden or orchard*, κῆπος, locus maceria, aut sepe clausus, in quo olera cibi causa coluntur: item in quo arbores, pomi, flores, et viriditas voluptatis causa. Alii ab *orior* deducunt, quod in eo semper aliquid oriatur: unde et sine aspiratione scribi posse: alii ab *horctus*: alii e Græco originem petendam censent. De horti cultura scripsit præter alios *Colum.* carmine quidem toto lib. 10. prosa vero l. 11. cap. 3. item *Plin.* l. 19. c. 4. et deinceps. *Cic. de Senect.* cap. 16. Hortum agricolæ succidiam alteram appellant. *Plin.* l. 19. c. 4. Ex horto plebi macellum. *Cic. Fam.* 16. ep. 18. Nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria. *et ibid.* hortum conducere. *Colum.* l. 11. c. 3. ab incursu hominum pecudumque munire. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 28. Hortos sub urbe late colere. ¶ Per metonymiam dicitur de ipsis oleribus. *herbs, greens. Cato R. R.* c. 8. Sub urbe hortum omne genus, coronamenta omne genus: hæc facito uti serantur. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 16. irriguo nihil est elutius horto. ¶ Interdum dicitur de parte vineæ, eo modo, quo in *Hortulus* dictum est. *Colum.* l. 4. c. 18. Quando vineta placuerit ordinare, centenæ stirpes per singulos hortos semitis distinguantur. Adde l. 3. c. 20. ¶ In plurali num. sæpe (non tamen semper) dicuntur de iis, qui deliciarum causa parantur. *pleasure-grounds.* Hi instruebantur arboribus, ambulationibus, statuis, diætis, atque id genus deliciis. Hujusmodi Romæ fuere Mæcenatiani, Sallustiani, Serviliani, Cæsaris ad Tiberim, &c. *Cic. Phil.* 2. c. 6. Hodie non descendit Antonius. cur? dat natalitia in hortis. *Id.* 3. *Offic.* c. 14. Dictitabat, se hortulos aliquos velle emere, quo invitare amicos, et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. *et mox.* Ad cœnam hominem in hortos invitavit in posterum diem. *et paulo post.* Emere hortos instructos. *Plin.* l. 8. ep. 18. *sub fin.* Amplissimos hortos, eodem, quo emerat, die, instruxit plurimis et antiquissimis statuis. ¶ De hortis non instructis. V. *Martial.* l. 5. epigr. 63. ¶ Ex illo *Plin.* l. 2. ep. 17. *ante med.* Hortus cingitur diætis duabus. *with two small apartments.* et mox: *hortus alius pinguior et rusticus*: apparet priorem esse deliciarum causa, posteriorem olerum. Adde *Colum.* et *Plin.* locis jam citatis. ¶ Apud veteres *hortus* villam significabat, et in XII. Tab. semper villa sic appellabatur, teste *Plin. cit.* c. 4. l. 19. Sic *Cicer.* 3. *Offic.* cap. 14. quos *hortos* dixerat, mox *villam* vocat. *a grange, or farm-house, with its appurtenances.* ¶ *Epicuri hortos*, et *hortum* aliquoties memorat *Id.* 12. *Attic.* ep. 23. lib. 5. *de Fin.* c. 1. l. 1. *de nat. Deor.* c. 33. et alibi, quia is Athenis in hortis, quos conduxerat, colebatque, philosophiæ ludum aperuit: quod primum eum fecisse, cum antea mos non fuisset hortos in oppidis colere, notat *Plin.* l. 19. c. 4. ¶ Habet etiam obscenum sensum τοῦ αἰδοίου γυναικείου, et κῆπος Græce. *Plaut. Mil.* 2. 2. 39. et *in Priapeiis.* [hic tamen carm. 4. hortus idem est ac αἰδοῖον ἀῤῥενικόν.] Hinc et *olera*, et *olitor* eadem ambiguitate dicta, et Priapi Venerisque tutelæ horti assignati, et Satyrica signa in his statui solita, testibus *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. et lib. 1. *R. R.* cap. 1. *Festo in Rustica*, et *Plin. loc. cit.* tametsi hoc potius ob eam causam, quod in hortis mundicies, elegantia, et amœnitas maxime quæritur, vel quod ea numina rerum fecunditati præerant.

HORUS, i, m. Ὧρος, nomen Solis apud Ægyptios: ex quo et horæ vigintiquatuor, quibus dies noxque conficitur, nomen acceperunt: et quatuor anni tempora, quibus annuus orbis completur, horæ vocantur. Hæc *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 21. [¶ Horus est etiam Assyriorum rex apud *Plin.* l. 30. c. 15. sect. 51. ¶ Item astrologus Babylonius apud *Propert.* l. 4. el. v. 79.]

HOSPES, itis, m. et f. *one who is entertained, or lodges, in one's house; a guest, stranger, foreigner, sojourner*, ξένος, advena, peregrinus, qui brevi apud nos diversatur. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 19. Is, qui nuper Romæ fuit, Menedemus hospes meus. &c. 50. *extr.* Oratorem nulla in re tironem ac rudem, nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 10. Adeo ne hospes hujusce urbis, adeo ne ignarus es disciplinæ, ut hæc nescias? *Id.* 1. *Acad.* c. 3. Nos in nostra urbe peregrinantes errantesque, tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt. *Id.* 1. *Offic.* c. 39. Hospites multos recipere. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 17. Si vespertinus subito te oppresserit hospes. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 12. v. 50. Ille meæ domui protinus hospes erit. *Cic. in fin.* l. 9. *Fam.* Non multi cibi hospitem accipies, multi joci. et epist. 20. Habuisses non hospitem, sed contubernalem. *h. e.* non brevi discessurum, sed diu remanentem. *et pro Cluent.* cap. 59. *ad fin.* Copo multorum hospitem. *et Fam.* l. 6. ep. 6. Ex multis hospitibus, qui ad me ex Asia venerant. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 510. Non venit hæc nostris hospes amica choris. *Lucanus* l. 5. v. 11. Hospes curia. ¶ *Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes* proverbii locum habet, et est *Ovidii* 5. *Trist.* el. 6. v. 13. ¶ Differt ab advena, et peregrino, qui non sunt nobis amici, aut cogniti, nec a nobis eo titulo excipiuntur. *Cic. Agrar.* 2. c. 34. *extr.* Nos autem, hinc Roma qui veneramus, jam non hospites, sed peregrini atque advenæ nominabamur. ¶ Est etiam qui peregrinum domo excipit, notitiæ et amicitiæ causa. *a host. Cic. pro Deiot.* c. 3. Per dexteram te istam oro, quam regi Deiotaro, hospes hospiti, porrexisti. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 144. non hospes ab hospite tutus. *Cic.* 1. *de Divinat.* c. 27. Cum duo Arcades Megaram venissent, alterum ad cauponem divertisse, ad hospitem alterum. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 107. succinctus cursitat hospes Continuatque dapes. et lib. 1. sat. 5. v. 71. sedulus hospes. ¶ Interdum est appellatio blanda hominis ignoti, licet hospes non sit. *Cic. de clar. Orat.* c. 46. *ad fin.* Hospes, non pote minoris. *Propert. initio* l. 4. Hoc quodcumque vides, hospes, qua maxima Roma est, &c. *Varr.* apud *Non.* c. 7. n. 105. Hospes, quid miras nummo curare Serapin? Hæc ex *Passerat. in Propert.* ¶ Adjective, et translate *Pallad. de insit. sub init.* Cur non arbor inops pinguescat ab hospite gemma, Et decus externi floris adepta micet? *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 650. quem non aliena per arva Induit hospes honor. *Stat. Theb.* 12. v. 479. non plura queruntur Hospitibus tectis, &c. *Id.* de Charonte lib. 5. silv. 1. v. 252. manes placidos locat hospite cymba. ¶ In genitivo plurali ut *civitatium, hereditatium* reperitur pro *civitatum*, &c. ita *hospitium* pro *hospitum*. *Sever. in Ætna*, v. 127. Quod si diversas emittat terra canales Hospitium fluviorum, &c. Alii tamen volunt, esse accusativum singularem, quem vocant continuatum, ut canales sint veluti fluviorum hospitium. [¶ Hospes fuit etiam prænomen in eo, qui peregre apud hospitem natus erat, ut ait *T. Probus in epitom.* l. 10. *Val. Max.* n. 5. idque habuit Lucretius Tricipitinus, collega L. Sergii. Quædam editiones optimæ notæ habent *hostus.* Apud *Gruter.* pag. 107. n. 8. Hospes Ti. Cæsaris Aug. Licinianus. Hoc in loco hospes servi nomen aut prænomen liberti est, ut ait *Marcellus Inscript.* pag. 73.]

HOSPĬTA, æ, f. *an hostess, female stranger or guest*, ξένη, peregrina, hospes, aliunde adveniens. *Terent. Andr.* 2. 6. 7. Illi molestæ hæ sunt nuptiæ propter hujusce hospitæ consuetudinem. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 1. At illa, audientibus nobis, ego sum, inquit, hic hospita. ¶ Item quæ alium hospitio excipit. *Cic. Verr.* 4. c. 36. *in fin.* Eum multo magis figura et lineamenta hospitæ delectabant. et cap. 8. *sub fin.* Servilia, femina primaria, vetus Dionis hospita. ¶ Adjective, V. *Hospitus.*

HOSPĬTACŬLUM, i, n. *an inn, lodging*, locus, ubi hospites diversantur, hospitium. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 3. leg. 5. apud *Torrentin.* At apud *Haloandr.* et alios aliter.

HOSPĬTĀLIS, le, *relating to a guest*, ξενικός, ad hospitem pertinens. *Cic. in Rull.* 2. c. 17. Illam ipsam sedem hospitalem, in quam erit deductus, publicam populi R. esse dicet. *Liv.* l. 25. c. 18. Hospitalis cædes. *h. e.* qua hospes occiditur. *Plin.* l. 33. c. 4. *ad fin.* Hospitalis cœna Augusti. *h. e.* qua Augustus exceptus est. *Liv.* l. 2. c. 14. *sub fin.* Hospitalia beneficia. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. Hospitales aves. *h. e.* hospiti in cœna appositæ. ¶ *Hospitalis tessera*, quam hospes hospiti dabat. Fuit enim antiqui moris, tesseram dari hospitibus dimidiatam, quam quicunque attulisset ad hospitem, continuo agnosci posset, et hospitio accipi tanquam amicus, et vetus hospes. Hoc jus necessitudinis ad posteros transibat. Propterea tesseram hospitalem diligenter observabant. Qui jus hospitii violabat, is tesseram hospitalem fregisse dicebatur. *Plaut. Pœn.* 5. 1. 25. Deum hospitalem et tesseram mecum fero. Adde 5. 2. 87. ¶ Accipitur item pro liberali et facili ad suscipiendum hospites. *hospitable. Cic.* 2. *Offic.* c. 18. *extr.* Quendam Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse. *Id.* 3. *Verr.* c. 26. Hospitalissimus et amicissimus. ¶ Item pro eo, qui hospitii præses et vindex est, ut Jupiter hospitalis, quod in ejus tutela hospites esse credebantur. *Cic. ad Q. Fr.* l. 2. ep. 12. Non faciam, ut illum offendam, ne imploret fidem Jovis hospitalis. ¶ *Hospitalis locus* est, in quo commode hospitari licet, ubi clemens cælum et salubre, et copia rerum. *Senec. in Œdip.* v. 259. Non hospitalis exsulem tellus ferat. *Flor.* l. 1. c. 16. *de Campania.* Nihil mollius cælo: denique bis floribus vernat. Nihil uberius solo: ideo Liberi, Cererisque certamen dicitur. Nihil hospitalius mari: hinc illi nobiles portus, Caieta, Misenus, &c. *Plin.* l. 2. c. 46. Hospitalis litorum appulsus. *easy to land upon.* et lib. 17. c. 10. *a med.* Sit solum siccum, succosumque, advenis hospitale. *h. e.* facile excipiens nutriensque plantas aliunde translatas. ¶ *Hospitalia fulmina* sunt, quæ sacrificiis ad nos Jovem arcessunt, et invitant. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 49. ¶ *Hospitalia*, absolute, *apartments in which strangers were received, chambers for guests*, ξενοκομεῖον, loca in ædibus destinata hospitibus recipiendis. *Vitruv.* l. 6. c. 10. *de Græcorum ædificiis.* Dextra ac sinistra domunculæ constituuntur, habentes proprias januas, triclinia, et cubicula commoda, uti hospites advenientes non in peristylia, sed in ea hospitalia recipiantur. ¶ Præterea cum in scena tres essent januæ, media, utpote nobilior, erat aulæ regiæ: utrinque vero *hospitalia*, *h. e.* fores repræsentantes domus hospitibus, et peregre advenientibus in scenam destinatæ. *Id.* l. 5. c. 7. *sub fin.* ¶ *Hospitalis alicujus* est, qui aliquem hospitio excipit. *Plin.* l. 9. c. 8. Injuriæ Potestatum in hospitales ad visendum venientium, Hipponenses in necem ejus (*delphini*) compulerunt. V. *Plin. alterum sub fin.* epist. 33. l. 9. Al. leg. *inhospitales*: alii in *hospites.* ¶ *Hospitales aquas* dixit *Plin.* l. 2. c. 103. alicujus fluminis, qui per lacum impermixtis suis aquis transeat: quasi illæ aquæ hospites lacus sint, neque ibi morentur diutius, quam ad percurrendum spatium lacus opus est.

HOSPĬTĀLĬTAS, atis, f. *hospitality*, ξενία, φιλοξενία, benignitas et facilitas in excipiendis hospitibus. *Cic.* 2. *Offic.* c. 18. Recte etiam a Theophrasto laudata est hospitalitas. Est enim valde decorum, patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus. *Martial.* l. 4. epigr. 64. v. 25. Hoc rus, seu potius domus vocanda est, Commendat dominus: tuam putabis: Tam non invida, tamque liberalis, Tam comi patet hospitalitate. ¶ Item conditio ejus, qui extra patriam hospitatur. *Macrob. sub fin.* c. 21. l. 1. *in Somn. Scip.* Animorum origo cælestis est: sed lege temporalis hospitalitatis hic exsulat.

HOSPĬTĀLĬTER, adverb. *hospitably*, ξενικῶς, benigne, liberaliter. *Liv.* l. 1. c. 9. Invitati hospitaliter per domos. *Id.* l. 6. c. 26. Hospitaliter magis, quam hostiliter vocare. *Justin.* l. 8. c. 3. Ingredi hospitaliter ad deos penates. *as a friend. Curt.* l. 7. c. 6. *a med.* Hospitaliter aliquem excipere.

HOSPĬTĀTOR, oris, m. qui hospites excipit. *Apul.* l. 4. *Metam.* Fidelissimi mei hospitatores. Al. leg. *sospitatores.*

HOSPĬTĀTŪRA, æ, f. negotiatio ejus, qui hospitibus diversorium mercede præbet. *Arcad. Dig.* lib. 50. V. *Elæemporia.* Al. aliter leg.

HOSPĬTĬŎLUM, li, n. *a small inn, or other place to receive guests in*, parvum hospitium. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 3. leg. 5. Si quis amicis suis modica hospitiola distribuerit. *Hieron.* ep. 47. *ad matr. et fil. sub fin.* Vos ad ejus hospitiolum pergite: quamvis arctum sit, &c. Adde epist. 27. *ad Eustochium, ante med.*

HOSPĬTĬUM, ii, n. *a receiving or entertaining of strangers; a place where strangers are entertained, place to receive guests in, lodging*, ξενία, actus excipiendi hospites: item locus ipse, ubi hospites accepti diversantur. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 16. *extr.* Te in Arpinati videbimus, et hospitio agresti accipiemus. *Id.* 2. *de Divin.* c. 37. Cum ab eo magnificentissimo hospitio acceptus esset. *Id. Phil.* 12. cap. 9. *extr.* Tota familia occurret: hospitio invitabit. *Id. de Senect. c. ult.* Ex vita ita discedo, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diversorium nobis, non habitandi dedit. *Id.* 14. *Attic.* ep. 2. *extr.* Piliæ paratum est hospitium. *Plin.* l. 35. c. 11. Deductus a Magistratibus in nemorosum hospitium. *Liv.* l. 5. c. 28. Adducere aliquem in publicum hospitium. *Plin.* l. 10. c. 33. *de coturnicib.* Iter est his per hospitia certa. *et paulo post, de glottide avi.* Nec unquam plus uno die pergit: in proximo hospitio deserit. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 93. Hospitium præbere. *Virg.* 1. *Æn.* v. 544. hospitio prohibemur arenæ. *h. e.* vetamur appellere, et in litore pedem ponere. *Id.* 3. *Georg.* v. 343. itque pecus longa in deserta sine ullis Hospitiis. *h. e.* stationibus, stabulis. *Id. ibid.* l. 4. v. 24. vocat hospitia loca, ubi apes ut considant, invitantur. Adde *Pallad.* l. 5. tit. 8. [¶ Hospitium est etiam locus, in quem gentisali cujus mercatores conveniunt, suasque merces deponunt, ut ibi, donec venumdari possint, custodiantur; nunc dicimus *a warehouse. Vet. Inscript. in Ægypto ad Nilum prope Alexandriam reperta ann.* 1596. quæ legitur in opere inscripto: *Iscrizioni dell' Accademia Colombaria* tom. 1. pag. 102. Hospitium mercator Pisar . . . . C. Julius . . . . Coss.] ¶ Item amicitia, necessitudo, familiaritas, quæ inter hospites intercedit, jus se invicem suscipiendi. *the friendship existing between those who mutually entertained one another at their houses; a league of hospitality.* Quæ necessitudo non modo inter privatos erat, sed etiam inter populos, ea lege, ut alter alterum in sua terra exciperet, et quibuscunque rebus posset, coleret, ac tueretur. Dabatur ob id *hospitalis tessera* (V. *Hospitalis*) et præses hospitii Jupiter habebatur, idcirco *hospitalis* cognominatus. ¶ Si quem contracti hospitii pœnituisset, renuntiare solebat, ne jus illud sacrum et Jovem præsidem violaret: cujus rei exemplum *Liv.* l. 25. c. 18. præbet. *Cic. Verr.* 4. c. 8. Pro hospitio, quod sibi cum eo esset. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 5. Optimum quemque hospitio amicitiaque conjungere. *Id. pro Balb.* c. 18. Gaditani hospitium cum L. Cornelio publice fecerunt. *Id. Verr.* 6. c. 65. Decernunt, ut L. fratri hospitium publice fieret. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 6. Gratia et hospitiis florens hominum nobilissimorum. *Id.* 4. *Catil. c. ult.* Clientelæ hospitiaque provincialia. *Liv.* l. 37. c. 54. Cum quo uno maxime regum, et privatum singulis, et publicum civitati nostræ hospitium est. *Id.* l. 25. c. 18. Hospitium renuntiare. *Auct. de B. Hispan.* cap. 16. scelere contaminare. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 94. repudiare. *Ovid.*

Heroid. ep. 17. v. 3. sacra hospitii temerare. *the rites of hospitality. Nep. in Lysandr.* cap. 1. *extr.* Hospitio alicujus contineri. *et in Cim.* c. 3. alicujus uti. *Cic. pro Deiot.* c. 3. Vetus hospitium renovare. et cap. 14. conjungere cum aliquo. *Liv.* l. 1. c. 45. Publice privatimque hospitia jungere. *Virg.* 3. *Æn.* v. 83. Jungere hospitio dextras. et lib. 4. v. 51. indulgere hospitio. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 25. Intercedit mihi paternum hospitium cum aliquo. *paternum* dixit, quia jus hospitii ad filios cum hereditate transibat. V. *Plaut. Pœn.* 5. 1. 22. et 5. 2. 90. Item *veter. lapid.* apud *Gruter.* pag. 470. n. 1. et 2. et apud *Maffei. in Mus. Veron.* pag. 472. et 473. ubi faciendi hospitii, patroni cooptandi, et in clientelam recipiendi formula continetur. ¶ Facete, et joculariter *Plaut. Amph.* 1. 1. 3. Quid faciam, si tresviri me in carcerem compegerint? &c. ita peregre adveniens hospitio publicitus accipiar. et vers. 140. Certe advenientem me hic hospitio pugnæ accepturus est. *Id. Capt.* 3. 3. 8. Nec confidentiæ usquam hospitium est, nec diverticulum dolis.

[* HOSPITĪVUS, a, um, idem ac hospitus et hospitalis. *Spartian. in Hadrian.* c. 12. Hadrianus gravissimum periculum adiit apud Tarraconem spatians per hospitiva viridaria, servo in se hospitis cum gladio furiosius irruente.]

HOSPĬTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to lodge or reside as a guest*, ξενίζομαι, hospes sum apud aliquem, diversor, hospitii jure utor, paulum alicubi interquiesco. Translate *Senec. de vita beata*, c. 23. Sapiens magnas opes, munus fortunæ non repudiabit, nec excludet. quid enim est, quare illis bonum locum invideat? veniant, hospitentur. *Id.* epist. 31. *a med.* Quid aliud voces animum, quam deum in humano corpore hospitantem? *Plin.* l. 17. c. 20. *a med.* Castanea translata nescit hospitari, pavetque novitatem. *to grow in a different soil from what it has been sown or planted in. Id.* l. 6. c. 18. Gangem in quodam lacu hospitari: inde lenem fluere. *lodges itself.*

HOSPĬTUS, a, um, *strange, foreign*, peregrinus, hospes. Hujus adjectivi alia genera et casus, præter eos, quos subjicimus, non facile invenies. *Ovid. Fast.* 1. v. 393. Nondum pertulerat lacrimatas cortice myrrhas Acta per æquoreas hospita navis aquas. *Virg.* 3. *Æn.* v. 377. quo tutior hospita lustres æquora. ¶ Item hospitalis, qui hospitio excipit. *hospitable. Virg. Æn.* 3. v. 539. bellum, o terra hospita, portas. *Horat.* l. 1. od. 15. Pastor cum traheret per freta navibus Idæis Helenen perfidus hospitam. *Stat. in fin.* l. 4. *Theb.* fessisque libens iterum hospita pandas Flumina. *h. e.* benignas hospitalesque hospitibus undas tuas. *Id.* l. 3. *silv. ult.* v. 75. Dicarchei portus, et litora mundi hospita. *h. e.* quo ex omnibus terræ partibus navigantes appellunt. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 650. hospita pandi Tecta jubet. et lib. 1. v. 44. hunc hospita vina Inter, et attonitæ mactat solemnia mensæ. *Mamertin. in gratiar. act. ad Julian.* c. 8. Urbes hospitas populant. ¶ Translate de unda fluminis gelu concreti *Virg.* 3. *Georg.* v. 362. Puppibus illa prius patulis, nunc hospita plaustris.

HOSTĬA, æ, f. *a victim, animal sacrificed*, θῦμα, vivum animal, quod in sacris mactatur in honorem deorum. Dicta est ab *hostire*, ferire, ut placet *Festo*; vel ab eodem, qua significat æquum et propitium reddere, ut *Servio* ad illud 2. *Æn.* v. 155. testor vos aræ, ensesque nefandi, vittæque deum, quas hostia gessi. Vel ab hostibus, quod primo dicta sit, quæ iis devictis mactabatur: quæ si ipsa victoris manu cæderetur, *victima* vocata est. Utrumque *Ovid.* docet 1. *Fast.* v. 335. Victima, quæ dextra cecidit victrice, vocatur: Hostibus amotis (*al.* a domitis) hostia nomen habet. *Serv. ad Æn.* 1. v. 338. ita distinguit, ut *hostia* sit, quæ cæditur ab his, qui ad hostes pergunt: *victima*, quæ a victoribus: sed hæc tamen licenter confundi. Alii ita discriminant, ut *victima* de majoribus dicatur, ut tauris, vitulisque, *hostia* de minoribus, ut agnis, hædis, et hujusmodi. Sed hoc quoque discrimen vanum est. Rursus *Serv. ad Æn.* 4. v. 56. duo facit hostiarum genera: alterum, in quo voluntas dei per exta exquiritur: alterum, in quo sola anima deo sacratur. V. *Animalis.* Porro universim quæcumque victima *hostia* dicitur. *Virg. Æn.* 1. v. 338. Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra. *Id.* 1. *Georg.* v. 345. Terque novas circum felix eat hostia fruges. et lib. 3. v. 486. in honore deum medio stans hostia ad aras. *Id. ibid.* v. 489. mactare hostiam. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 56. ferire. *Nep. in Annib.* c. 2. immolare Jovi. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 12. Quibus hostiis immolandum cuique deo, cui majoribus, cui lactentibus, cui maribus, cui feminis. *Liv.* l. 22. c. 1. *a med.* Ea prodigia partim majoribus hostiis, partim lactentibus procurarentur. (*Majores hostiæ* fere intelliguntur, quæ sunt bovilli generis, quas tantum auratis cornibus immolari solitas, *Plin.* tradit lib. 33. c. 1. Ceteræ coronatæ solum ducebantur. Ceterum *majores* proprie dicuntur ab ætate, et lactentibus opponuntur, ut hic ex *Cicer.* et *Livio* apparet.) *Liv.* l. 31. c. 5. Majoribus hostiis rem divinam facere. et l. 41. c. 19. Quadraginta hostiis sacrificare. *Gell.* l. 4. c. 6. Si primis hostiis litatum non est. *Sueton. in Cæs.* c. 81. *ad fin.* Pluribus hostiis cæsis, cum litare non posset, introiit curiam. *Plin.* l. 8. c. 45. *extr.* Aliena hostia deos non placari. *Tacit.* 5. *Histor.* cap. 13. Hostiis piare prodigia. ¶ *Maxima hostia* dicta est ovilli pecoris, non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore. *Festus.* ¶ *Puræ hostiæ* dicuntur, quæ ad sacrificium idoneæ. *Plin. citat.* l. 8. c. 51. ¶ *Humana hostia* non unis barbaris nationibus olim sacrificare mos fuit, ut Arcadibus Jovi Lycæo, teste *Plin. ibid.* c. 22. et Germanis Marti, teste *Tacit. de morib. German.* cap. 9. Quin et a Romanis, initio belli Punici alterius, Gallus et Galla, Græcus et Græca in foro Boario sub terra vivi demissi sunt, sacro minime Romano, inquit *Liv.* l. 22. c. 57. Quamquam hæ proprie hostiæ non fuerunt, quod sanguis ex iis fusus non est. ¶ Est etiam *Hostia* signum in Cælo, seu potius pars signi Centauri. Fingitur enim is manu tenere hostiam, quæ est animal quadrupes, quod nemo certo donavit nomine Graium, ut ait *Cic. in Arat.* v. 211. Constat autem stellis decem, teste *Hygin.* l. 3. *Poet. Astronom.* c. 37. ¶ De *Hostia* urbe, V. *Ostia.*

HOSTIĀTUS, a, um, adject. hostiis instructus. *Plaut. Rud.* 1. 5. 12. Æquius vos erat candidatas venire, hostiatasque ad hoc fanum.

HOSTICĂPAX, hostium captor. *Festus.*

HOSTĬCUS, a, um, *of an enemy, hostile*, idem ac hostilis. *Horat.* l. 3. od. 2. v. 6. Hostica mœnia. *Ovid.* 1. *ex Ponto*, ep. 3. v. 65. Hostica tellus. et 4. *Fast.* v. 893. vindemia. *Plaut. Capt.* 2. 1. 49. manus. *Senec. in Œdip.* v. 737. Hosticus clamor. *Colum. in præfat.* l. 1. Quamquam inter ferrum et ignes hosticis incursionibus vastatæ fruges. ¶ *Hosticum*, absolute, pro agro, seu loco hostium. *Liv.* l. 8. c. 38. Castra in hostico incuriose posita. *in the enemy's territory, Plin. in Paneg.* c. 29. Raptæ ex hostico messes. *Eumen. in Paneg. ad Constantin.* c. 13. Transire in hosticum. ¶ *Hosticum canere* est tuba canere, vel ad aciem movendam in hostem, vel ad reum capitalem citandum. *Varr. sub fin.* l. 5. *de L. L.* In arce classicus canat, et ante privati hujus T. Quintii Trogi, scelerosi hominis, hosticum canat. *Scalig.* tamen legit *hostium*, h. e. ostium. qua ratione aptius constructio procedit. ¶ *Hosticum spirare*, hostilem animum habere. *Tertull. in Apolog.* c. 35.

HOSTĬFER, a, um, adject. hostilis. *Manil.* l. 1. v. 420. Hostiferum necdum sibi quemquam numina norant.

HOSTIFĬCE, *in a hostile manner*, hostiliter. *Accius* apud *Non.* c. 3. n. 203. Hostifice miscere sanguen.

HOSTIFĬCUS, a, um, *hostile*, hostilis. *Accius* apud *Non.* c. 8. n. 15. O dirum hostificumque diem! V. etiam *Horrificus.*

[* HOSTILĪNA, æ, f. Deæ nomen apud Romanos. *Augustin. de Civ. Dei*, l. 3. c. 8. Cum segetes novis aristis æquantur, quia veteres æquare *hostire* dixerunt, Deam Hostilinam præfecerunt.]

HOSTĪLIS, le, *of or belonging to an enemy, hostile*, πολέμιος, ad hostes pertinens, inimicus, infestus. *Cic.* 1. *de Invent. c. pænult.* Hostili in terra jacuit insepultus. *Id.* 3. *Offic.* c. 29. *sub fin.* Regulus non debuit conditiones pactionesque hostiles perturbare perjurio. *Stat.* 1. *Achill.* v. 618. *de Baccho.* thyrsumque virentem Armat, et hostiles invisit fortior Indos. *h. e.* quos hostes sibi domandos elegerat. *Vellei.* l. 2. c. 101. *extr.* Prior Parthus apud Caium in nostra ripa, posterior hic apud regem in hostili epulatus est. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 68. Hostile oppidum. *Horat.* epod. 9. v. 19. Hostiles naves. *Id.* 11. od. 16. v. 20. imprimeretque muris Hostile aratrum exercitus insolens. *Sallust. in Jug.* c. 45. Metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat. *Plaut. Pseud.* 4. 4. 10. Hostiles insidiæ. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 57. Hostiles minæ in ipsos vertebant. ¶ Item inimicus, infestus, noxius, damnosus, qualia sunt, quæ ab hostibus proficiscuntur. *Brut. ad Cicer.* ep. 4. Inique facis, qui hostilis animi in rempubl. homines, cives appelles. *ill-disposed towards the commonwealth. Cic. pro Cluent.* c. 5. Hostili odio esse in aliquem. *Id. de Provin. Consul.* c. 3. Hostilem in modum vexata urbs. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 9. Homo hostilem in modum seditiosus. *Tacit. Histor.* l. 4. c. 57. Hostiles spiritus induere. *Sallust. in Jug.* c. 93. *ad fin.* Ne quid ab se hostile timeret. et cap. 3. Rerum mutationes, cædem, fugam, aliaque hostilia portendere. *Liv.* l. 21. c. 16. Legati, qui redierant a Carthagine, Romam retulerunt, omnia hostilia esse. *Tacit. Hist.* 4. cap. 15. Multa hostilia audere. et lib. 3. c. 70. Invicem hostilia cœptare. *Sallust. in Jug.* c. 115. facere. *Tacit. Ann.* 12. c. 40. induere adversus aliquem. *Id.* 2. *Hist.* c. 66. loqui. *Plin.* l. 11. c. 19. Apibus inimica est nebula: aranei quoque vel maxime hostiles. *h. e.* infesti. ¶ *Hostilis pars* in extis quæ sit, V. in *Familiaris.*

HOSTILĬTAS, atis, f. *hostility. Senec. de otio sap. sub fin.* Adversus hostes inhumana crudelitas, etiam adversus suos hostilitas. Al. leg. *hostilis.*

HOSTILĬTER, adverb. *in a hostile manner, like an enemy*, πολεμίως, πολεμικῶς, ad modum hostium. *Cic.* 5. *Phil.* c. 9. Quid ille fecit hostiliter, quod hic aut non fecerit, aut non faciat, aut non moliatur, et cogitet? *Liv.* l. 9. c. 38. Castella hostiliter deleta. *Id.* l. 2. c. 14. Bona hostiliter vendere. *Tacit.* 2. *Histor.* c. 85. agere. *Gell.* l. 4. c. 8. odisse. *Sueton. in Aug.* c. 26. legiones ad urbem admovere. *et in Cæs.* c. 54. urbes diripere. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 372. *de lupo.* Vulnerat armentum sternitque hostiliter omne.

HOSTILĬUS, a, um, adject. ab *hostibus* ductum. *Festus:* Hostiliis laribus immolabant, quod ab his hostes arceri putabant. Quo pertinet illud *Propert.* l. 3. el. 2. v. 10. Annibalemque lares Romana sede fugantes. ¶ *Hostilia* gens Romæ fuit, ex qua Hostus Hostilius rem strenue gessit adversus Sabinos, teste *Liv.* l. 1. c. 12. Cujus nepos Tullus Hostilius tertius fuit rex, a quo Hostilia Curia dicta est, ubi Senatus habebatur, ab ipso exstructa. *Id. ibid.* c. 22. et 30. et *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. ¶ Ea Curia mansit usque ad extrema reipubl. tempora, quibus cum vetustate dilapsa fuisset, in ejus locum Curia Julia exstructa est a Triumviris in honorem C. Julii Cæsaris, et ab Augusto dedicata. *Dion.* lib. 47. et 51. Ejus meminit etiam *Sueton. in Calig. in fin.* ¶ *Hostilia lex* regia ne fuerit, an consularis, aut tribunitia, incertum est. Ea permissum fuit furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut abessent reipubl. causa, quive in eorum cujus tutela essent. *Justinian. Institution.* lib. 4. tit. 10.

HOSTIMENTUM, ti, n. *a compensation, requital, recompense*, ἀντισήκωσις, compensatio, æquamentum. *Non.* c. 1. n. 11. Hostimentum est æquamentum: unde et hostes dicti sunt, qui ex æqua causa pugnam ineunt. *Festus:* Hostimentum, beneficii pensatio. *Plaut. Asin.* 1. 3. 20. Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia. *Enn.* apud *Fest.* in *Redhostire.* Audi, atque auditis hostimentum adjungito.

HOSTĬO, is, a. 4. *to recompense, requite, return like for like*, ἀντισηκόω, ἀμείβω, æqua reddo, paria facio, tantundem reddo: fortasse ab *hostus*, genus mensuræ in re olearia. *Plaut. Asin.* 2. 2. 109. Quin promitto hostire contra, ut merueris. *Fest.* in *Status:* Hostire ponebatur pro æquare. *Pacuv.* apud *eund.* in *Redhostire.* Nisi coerceo protervitates, atque hostio ferociam. *h. e.* ferociæ respondeo æquali ferocia. *Non.* c. 2. n. 405. interpretatur, comprimo, retundo: quod videtur eodem redire. [¶ Translate *Serv. ad* 2. *Æn.* v. 156. Hostia victima est, dicta, quod Dii per illam hostientur (alii legunt *hostiantur*, ut sit ab *hostio, is*, non ab *hostio, as*) id est, æqui et propitii reddantur, unde *hostimentum* æquationem.] ¶ Pro ferire, offendere, lædere. *Enn.* apud *Fest. ibid.* Quem mea cominus machæra atque hostivit e manu. *h. e.* machæra cominus, hasta eminus icit. Ita enim *Scalig.* legit. *Pacuv.* apud *Non. loc. cit.* Meum admissum hostit voluptatem tuam. Al. hic aliter leg. *Fest.* in *Hostia.* Hostia dicta est ab eo, quod est hostire, ferire.

HOSTIS, i, m. et f. *an enemy*, πολέμιος, ἐχθρὸς, is, cum quo publice bellum habemus (quamquam etiam de quocumque adversario dicitur) in quo ab *inimico* differt, qui est is, quocum habemus privata odia. Distingui etiam sic possunt, ut *inimicus* sit qui nos odit: *hostis* qui oppugnat. *Cic. Phil.* 11. c. 1. Omnes nos statuit ille non inimicos, sed hostes. *Id. pro leg. Manil.* c. 10. Qui sæpius cum hoste conflixit, quam quisquam cum inimico concertavit. *Curt.* l. 7. c. 10. Illi, nunquam se inimicos ei, sed bello lacessitos, hostes fuisse, respondent. ¶ Hinc quando hæc duo junguntur, *hostis* supra inimicum multum addit. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 10. *ad fin.* Sibi inimicum esse, atque hostem. *Id.* 4. *Verr.* c. 24. Inimicus, hostis esset, tanta contumelia accepta. *Id.* l. 1. *de Invent.* cap. 54. *extr.* Inimicis quoque, et hostibus ea indigna videri. ¶ Apud majores nostros, inquit *Cic.* 1. *Offic.* c. 12. is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Indicant XII. Tabulæ: aut status dies cum hoste. Itemque: adversus hostem æterna auctoritas. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 5. Si status condictus cum hoste intercedit dies, tamen est eundum, quo imperant ingratiis. (Adde *Varr. sub init.* l. 4. *de L. L. Fest.* et *Plaut. Trin.* 1. 2. 65.) *Virg.* 4. *Æn.* v. 424. I soror, atque hostem supplex affare superbum. Ubi *Servius:* Nonnulli juxta Veteres hostem pro hospite dictum accipiunt. ¶ *Cic. loc. cit.* Id nomen durius jam fecit vetustas, a peregrino enim jam recessit. et proprie in eo, qui arma contra ferret, remansit. *Id.* 4. *Verr.* c. 6. Horum omnium communis hostis prædoque fuit. *Id.* 2. *Phil.* c. 26. Diis hominibusque hostis. *Id. Phil.* 14. c. 10. Hostes nefarios prostravit, fudit, occidit. ¶ In feminino genere. *Plaut. Stich.* 1. 2. 83. Hostis est uxor, invita quæ ad virum nuptum datur. *Terent. Hec.* 5. 2. 23. Nupta meretrici hostis est. *Liv.* l. 30. c. 14. Quo die captam hostem vidit, eodem matrimonio junctam accepit. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 461. cum certa videbitur hostis. *Id. Heroid.* ep. 6. v. 82. Non exspectata vulnus ab hoste tuli. *Senec. in Herc. Œt.* v. 21. Thermodontia hostis. ¶ *Hostibus eveniat hoc*, formula quippiam abominandi et avertendi. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 217. Hostibus eveniant convivia talia nostris. Adde lib. 2. *Amor.* el. 10. v. 16. lib. 3. *Fast.* v. 494. et lib. 4. *ex Ponto*, ep. 6. v. 35. *Propert.* l. 3. el. 6. v. 20. *Virg.* 3. *Georg.* v. 513. et *Albinov. ad Liv.* ecl. 1. v. 182. et 450. ¶ *Hostis* aliquando brutis tribuitur, et rebus inanimis. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 359. *de capro.* noxæ tibi deditus hostis, Spargitur adfuso cornua, Bacche, mero. *Plin.* l. 8. c. 20. Rhinoceros hostis genitus elephanto. *Quintil.* l. 2. c. 2. *a med.* Licentia qualiacunque laudandi, studiorum perniciosissima hostis. ¶ De ludo latrunculorum, in quo imago pugnæ fit.

Ovid. 2. *de art. am.* v. 208. Fac, pereat vitreo miles ab hoste tuus. et lib. 3. v. 358. Unus cum gemino calculus hoste perit. ¶ Adjective *Stat.* l. 11. *Theb.* v. 22. Nec jam hostes turmæ, aut ferrum mortale timetur. Al. aliter leg.

HOSTORĬUM, ii, n. *a strickle, strickless, or stritchel: that which strikes the bushel or other measure of corn even,* ἀπομάκτρα, ἀπόψηστον, lignum, regula, qua modius æquatur, et cumulus deruitur, rutellum. *Priscian.* l. 6. pag. 688. *Putsch.* ubi agnoscit quidem, ut Latinam vocem, nullo tamen auctore apposito. Est autem vel ab *hostio*, æquo, vel a sequenti *hostus*.

HOSTUS, i, m. *a certain measure of oil; the quantity of oil which olives yield at every pressing,* χωστὸς, certum mensuræ genus in re olearia. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 24. Oleam si in loco crasso, aut calido posueris, hostum nequam fieri. Hostum vocant, quod ex uno facto olei reficitur: factum dicunt, quod uno tempore conficiunt. *h. e.* quod ex uno facto redigitur. nam *reficere* etiam redigere, *to make, get out,* significat. *Hostus nequam* est mensura deficiens, non plena. *Cato R. R.* c. 6. Si in loco crasso, aut calido oleam severis, hostus nequam erit. [¶ Hostus fuit etiam prænomen apud Romanos. *Liv.* l. 1. c. 12. Hostus Hostilius. *Id.* l. 4. c. 30. Hostus Lucretius Tricipitinus. Adde *T. Prob. in epit.* l. 12. *Val. Max.* n. 5. V. supra *Hospes in Appendice.*]

H U

HU, ῦ, interjectio exprimens sonum, quem quis olfaciendo edit, spiritum naribus attrahendo: vel quo quis significat, se odorem deprehendere, ac sentire. *Plaut. Mil.* 4. 6. 43. Nescio, ubi hic prope adest, quem expeto videre. hu! hu! olet profecto, olet. *Pyrgop.* Naso pol jam hæc quidem videt plus, quam oculis.

HUBER, &c. V. in littera U.

HUC, *hither, to this place,* δεῦρο, ad hunc locum, in hunc locum, in quo ego sum. *Virg. Ecl.* 2. v. 45. Huc ades. *come hither. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 80. Huc propius me adite. *Petron. in Satyr.* c. 23. Huc huc convenite. *Terent. Phorm.* 1. 2. *in fi.* Puer heus, nemon' huc prodit? *Id. Eun.* 1. 2. 19. Huc qua gratia te arcessi jussi, ausculta. *Id. Eun.* 5. 6. 26. Huc intro. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 14. Huc foras. *Terent. Eun.* 4. 7. 4. Huc in medium agmen. *Id. Andr.* 1. 1. 43. Mulier ex Andro commigravit huc viciniæ. *into this neighbourhood. Id. Hec.* 1. 2. 100. Huc raro in urbem commeat. *Plaut. Rud.* 3. 4. 21. Tu senex si istas amas, huc arido argento opus est. *h. e.* huc afferatur argentum. *Id. Pœn.* 5. 2. 89. Ostende huc. *show it me here:* affer huc, et ostende. ¶ Item in eum locum, de quo loquor. *this way, precisely hither. Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 19. Locus erat castrorum editus, et paulatim ab imo acclivis. Huc magno cursu contenderunt. *Liv.* l. 35. c. 19. Ubicumque vires, ubi arma esse sciam, huc veniam, toto orbe terrarum quærens aliquos Romanis hostes. Adde *Horat.* l. 3. od. 3. v. 24. ¶ Significat etiam ad hanc rem, ad hunc statum, *to this issue or point. Cic. Fam.* 1. ep. 7. *post med.* Ut hæc multo ante meditere, huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. Adde huc fontium perennitates, &c. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 83. Adde huc, quod merces sine fucis gestat. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 56. Massilienses naves longas expediunt numero decem et septem. Multa huc minora navigia addunt. *Cic. de Amic.* c. 18. *ad fin.* Accedat huc suavitas quædam, oportet, sermonis. *Cels.* l. 5. c. 19. n. 21. Rubrum quoque emplastrum, quod Ephesium vocatur, huc aptum est. *h. e.* ad hæc vulnera. *Terent. Eun.* 3. 3. 11. Ubi friget, huc evasit. V. *Evado.* *Plin.* l. 7. c. 52. Huc pertinet nobile apud Græcos volumen Heraclidis. *Id.* lib. 26. c. 4. Huc usque provecta credulitas antiquorum. *hitherto, so far. Cic. pro Cæl.* c. 20. Huc unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut, &c. *to such a length, as, &c. Id.* 2. *Catil.* c. 2. Rem huc deduxi, ut tum palam pugnare possetis, cum hostem aperte videretis. *to this issue. Tacit.* 3. *Ann.* c. 73. Huc arrogantiæ venerat, ut legatos ad Tiberium mitteret. *to such a pitch of arrogance.* et lib. 4. c. 41. Huc flexit, ut Tiberium ad vitam procul Roma degendam impelleret. *applied himself to the purpose of exhorting Tiberius to live at a distance from Rome.* ¶ Huc illuc, *this way and that, hither and thither, now this way, now that way, first on one side, then on another,* ad hanc et illam partem, ad hunc et illum locum: et significat sæpe iter, vel locum incertum: translate vero varietatem et inconstantiam. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 9. *circa med.* Ne cursem huc illuc via deterrima. *Id.* 1. *de Orat.* c. 40. Erectum et celsum, alacri et prompto ore ac vultu, huc atque illuc intuentem, vagari magna cum caterva toto foro. *Id.* 1. *de Divin.* c. 53. Tum huc, tum illuc volant alites. *Cels.* l. 2. c. 15. Uni pedi lecti fulcimentum subjiciendum est, atque ita lectus huc et illuc manu impellendus. ¶ Translate *Cic. pro Cæl.* c. 6. Versare suam naturam, et regere ad tempus, atque huc et illuc torquere et flectere. *Id.* l. 5. *de Fin.* c. 28. *ad fin.* In quo utrum respondebo, verses te huc atque illuc necesse est. *h. e.* dubites, hæreas, æstues. ¶ *Huc illucve, et huc illucque* duriuscula videntur. Prius est *Cels.* l. 6. c. 6. n. 36. et lib. 7. c. 3. et alibi: posterius *Plinii* l. 37. c. 6. ¶ *Huc et huc* est huc et illuc. *Horat.* epod. 4. v. 9. Ut ora vertat huc et huc euntium Liberrima indignatio. ¶ *Huc et illo,* huc et illuc. *Senec. de benef.* l. 5. c. 6. *a med.* Sed jam ista sidera huc et illo diducet velocitas sua.

HUCCĬNE, adverb. idem quod huc, sed interrogativum: ab *huc*, et *ne*, interposita syllaba *ci*. *Cic.* 7. *Verr.* c. 63. Huccine tandem omnia reciderunt, ut civis R. virgis cæderetur? *to this, to such a length, to such a pitch of wretchedness?* Sic *Pers.* sat. 3. v. 15. O miser, inque dies ultra miser! huccine rerum Venimus?

HUCUSQUE, *vel* Huc usque, *hitherto, so far,* μέχρι, δεῦρο, usque ad hunc locum, vel usque ad hanc rem, tempus, terminum. *Plin.* l. 6. c. 29. *ante med.* Huc usque Sesostris exercitum duxit. *Id.* l. 26. c. 4. Huc usque provecta credulitas. [† Quod exemplum habes in *Huc.*]

Hui, *hah! ho! o!* ὦ, φεῦ, interjectio familiaris admirantis. *Plaut. Pers.* 5. 2. 25. Hui! babæ! basilice te intulisti, et facete. *Terent. Phorm.* 2. 1. 72. Hui! dixti pulcre. et 3. 3. 25. Triginta? hui! percara est. et *Heaut.* 4. 5. 28. Prorsum nihil intelligo. *Sy.* hui! tardus es. ¶ Item miserantis, ut ait *Donat.* ad illud *ibid.* 1. 1. 40. Hui! tam graves hos, quæso? *ah!* ¶ Item exclamantis cum dolore. *Id. ibid.* 3. 1. 71. Hui! quantam fenestram ad nequitiam patefeceris! *alas! alackaday! Plaut. Rud.* 1. 2. 65. Hui! homunculi, quanti estis! ¶ Item irascentis. *Terent. Eun.* 4. 7. 35. *Chre.* Principio eam esse dico liberam. *Thra.* Hem! *Chre.* civem Atticam. *Thra.* hui! Ubi *Donat.* hui, hem, et cetera hujusmodi generis, sannæ sunt adversus eos, quibus irascimur. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 6. Videbam sermones: hui! fratrem relinquit. num est hoc, non plus annum, retinere provinciam? *see, how infamous!* et lib. 5. ep. 11. Hui! toties ne me litteras dedisse Romam, cum ad te nullas darem? et lib. 13. ep. 21. *ad fin.* Hui quam diu de nugis! de re enim nihil habeo, quod loquar.

HUJUSCEMŎDI, hujusmodi, hujusce modi. *Sallust. in Jug.* c. 9. *extr.* Dicitur hujuscemodi verba cum Jugurtha habuisse. Q. *Metell. Numid.* apud *Gell.* l. 6. c. 11. Si in eo tempore hujuscemodi homunculum nomines. *T. Castric. rhetor* apud *eund.* l. 13. c. 21. Hic vester hujuscemodi vestitus. Ipse *Gell.* l. 4. c. 1. *ante med.* Vinum, triticum, oleum, lentem, fabam, atque hujuscemodi cetera.

HUJUSMŎDI, *of this kind or sort, such,* τοιοῦτος, hujus modi, hujus generis: similis τῷ *ejusmodi. Cæs.* l. 2. *B. C.* c. 22. Hordeum ad hujusmodi casus antiquitus paratum. *Cic. Verr.* 5. c. 82. Ex hujusmodi principio consuetudo introducta est. *Nep. in Agesil. c. ult.* Ille præter vitulina, et hujusmodi genera obsonii, nihil accepit. *Terent. Eun.* 4. 6. 8. Hæc, atque hujusmodi sum multa passa. *Id. Heaut.* 2. 3. 98. Hujusmodi, obsecro, aliquid reperi. *Id. Phorm.* 3. 2. 43. Hic me hujusmodi esse, sciebat: ego hunc aliter esse credidi. *knew, that I was such a person.* ¶ Et sequente *ut* particula. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 3. Nonnullæ hujusmodi sententiæ dicebantur, ut, &c. *Id. in fragm.* apud *Cicer.* l. 2. *ad Q. Fr.* ep. 12. Id erat hujusmodi, ut magis optandum, quam sperandum putarem.

HULCUS, &c. V. in littera U.

HUMĀNE, adverb. *humanly, agreeably with human nature,* ἀνθρωπικῶς, pro conditione et sorte humanæ naturæ, more humano. *Terent. Adelph.* 1. 2. 65. Vix humane patitur. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 27. Si qui forte aliquid fecerunt humanius, aut hilarius locuti sunt. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 70. Intervalla vides humane commoda. *h. e.* satis commoda, εἰρωνικῶς. ¶ Item humaniter, benigne, comiter. *humanely, gently, kindly. Cic. Attic.* 12. ep. 44. Hirtium aliquid ad te συμπαθῶς de me scripsisse, facile patior: fecit enim humane. *Petron. in Satyr.* c. 8. Ducem se itineris humanissime promisit. [*Cic. fil. in epist. Cic. ad Fam.* l. 16. ep. 21. Humanissime nobiscum jocatur. *Cic. ad Q. Fratr.* l. 3. ep. 1. Humanissime locutus esses.]

HUMANĬTAS, atis, f. *human nature, humanity,* ἀνθρωπότης, natura humana, seu natura hominis. Sumitur pro illo affectu, qui proprie hominis est erga hominem, et Græce φιλανθρωπία appellatur, quemadmodum *civilitas* erga cives est. Potest autem definiri necessitudo quædam nobiscum simul genita, per universum diffusa genus humanum, qua vicissim se homines tuentur, opemque ferunt, hoc dumtaxat nomine, quod homines sunt, eademque corporis forma, eodem rationis lumine præditi. *Cic. pro Quint.* c. 31. Obsecravit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, &c. ut aliquando misericordiam caperet aliquam, si non propinquitatis, at ætatis suæ; si non hominis, at humanitatis rationem haberet. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 22. Magna est vis humanitatis, multum valet communio sanguinis, natura ipsa. ¶ Ex hac humanitate communi oritur illa virtus, quæ et ipsa humanitas dicitur, qua benigni sumus, comes, et faciles in eos, quibuscum agimus, *humanity, benevolence, gentleness, kindness, benignity. Cic. pro leg. Manil.* c. 14. Humanitate tanta est, ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem ejus pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint. *Plin.* l. 9. ep. 5. Humanitatis præcipua pars est, honestissimum quemque complecti, atque ita a minoribus amari, ut simul a principibus diligare. *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 1. leg. 1. *ante med.* Humanitatem exhibere alicui. *to show courtesy. Senec.* ep. 88. *a med.* Humanitas vetat superbum esse adversus socios, vetat avarum: verbis, rebus, affectibus comem se, facilemque omnibus præstat: nullum alienum malum putat, bonum autem suum id maxime, quod alicui bono futurum est, amat. ¶ Et quia ad hanc virtutem præcipue facit animi cultura, litterarum studiis acquisita, ideo ea ipsa studia et eruditio *humanitas* appellatur, παιδεία, *learning, erudition, education, liberal knowledge. Cic.* 2. *de Orat.* c. 17. Homo non hebes neque inexercitatus, neque communium litterarum et politioris humanitatis expers. *Id.* 1. *de Orat.* c. 60. In omni recto studio atque humanitate versari. V. *Gell.* l. 13. c. 16. ¶ Interdum de illa cultura animi dicitur, quæ ad urbanitatem, et decentiam, et civilitatem pertinet, *gentleness, courtesy, good breeding, politeness. Cic.* 1. *Offic.* c. 40. *ad fin.* Ea, quæ multum ab humanitate discrepant, ut si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna perversitas, facile apparent. *Id.* 2. *de Orat.* c. 56. *ad fin.* Humanitatis est responsio. ¶ Pro ipso hominum genere, *mankind, Minuc. Fel. in Octav.* c. 8. Timorem omnem, quo humanitas regitur, sustulerunt. *Senec.* ep. 65. Homines quidem pereunt; ipsa humanitas, ad quam homo effingitur, permanet. Agit autem ibi *Seneca* de Ideis.

HUMANĬTER, adverb. *humanely,* φιλανθρώπως, more hominum. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 2. Sin aliter acciderit, humaniter feremus. *patiently, like men. idest* æquo animo, honeste, decenter, convenienter naturæ humanæ. ¶ Item honeste, jucunde, suaviter, tranquille, more hominis liberi. *Cic.* l. 7. *Fam.* ep. 1. *ad fin.* Docebo profecto, quid sit humaniter vivere. ¶ Item civiliter, moderate, comiter, facile. *Cic.* apud *Non.* c. 11. n. 1. Invitus litteras tuas scinderem: ita sunt humaniter scriptæ. *humanely, kindly.*

HUMANĬTUS, adverb. *after the manner of men,* ἀνθρωπικῶς, more humano, secundum humanam conditionem, et sortem. *Afran.* apud *Non.* c. 11. n. 40. Ferre humana humanitus. *Cic.* 1. *Phil.* c. 4. Si quid mihi humanitus accidisset. *idest* si mortuus essem. *if any thing should befall me. Plin.* l. 10. c. 63. Ursi autem coeunt humanitus strati. *h. e.* ut homines solent. ¶ Item humaniter, benigne. *humanely, kindly, gently. Terent. Heaut.* 1. 1. 47. Ubi rem rescivi, cœpi non humanitus, neque ut animum decuit ægrotum adolescentuli, tractare.

HUMĀNUS, a, um, *human, of or belonging to a man,* ἀνθρώπινος, ad hominem pertinens. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 22. *sub fin.* Esse aliquem humana specie et figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, ut, &c. *Id.* 4. *de fin.* c. 2. Societas et communitas generis humani. *Id. de Somn. Scip.* c. 5. Humana vita. *Id.* 1. *de Orat.* c. 8. A fera agrestique vita ad humanum cultum civilemque deducere. *Id. Tuscul.* 5. c. 6. Qui vim fortunæ, qui omnia humana, quæ cuique accidere possunt, tolerabilia ducat. *Plin.* l. 22. c. 5. Qua claritate nihil in rebus humanis sublimius duco. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 91. Ad fratrem mandata dabat, cuique illa dabantur (Humanos casus aspice) frater erat. *Paul. Dig.* lib. 16. tit. 3. leg. 26. Si quid mihi humanum contigerit. *h. e.* si moriar. *Flor.* l. 3. c. 5. Athenas obsidione ac fame ad humanos cibos compulit. *h. e.* humanæ carnis. Sic *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 68. humana qui dape pavit equos. *Plin.* l. 2. c. 107. Humani ignes. *h. e.* nostri ignes, qui ad vitæ humanæ usum pertinent. *Id.* lib. 17. c. 9. Humanæ dapes. *h. e.* hominum excrementa. *Paul.* ex *Festo.* Humanum sacrificium dicebant, quod mortui causa fiebat. ¶ Dicitur et de iis, quæ ab hominis natura non abhorrent. *Cic.* 7. *Verr.* c. 44. *sub fin.* Metum virgarum navarchus pretio redemit: humanum. alius, ne condemnaretur, pecuniam dedit: usitatum est. *Terent. Adelph.* 3. 5. 25. Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia: humanum est. *all natural enough.* ¶ Est etiam lenis, mitis, facilis, benignus. *humane, kind, gentle, courteous, good-natured, obliging. Cic. de Senect.* c. 17. Ceteris in rebus comem erga Lysandrum atque humanum fuisse. *Terent. Andr.* 1. 1. 87. Humani ingenii, mansuetique animi officia. *Cic. ad Capiton.* 1. post ep. 16. l. 16. *ad Attic.* Homo facillimus atque humanissimus. *Plin.* l. 18. c. 6. *ad fin.* Catonis humanissimum præceptum. *scilicet,* Vicinis bonus esto, apud *Caton. R. R.* c. 4. ¶ Item cultus, sciens rerum humanarum, eruditus, *learned, well-educated, polite, polished. Cic.* 1. *de Divin.* c. 1. Gens humana atque docta. *Id. Verr.* 7. c. 28. Syracusani, homines periti et humani, qui non modo ea, quæ perspicua sunt, videre, verum etiam occulta suspicari possent. *Varr.* apud *Gell.* l. 13. c. 16. Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est, paulo modo humaniori, ignotus. *h. e.* eruditiori, doctiori, ut ipse *Gell.* explicat. *Cic. Verr.* 6. c. 44. *a med.* Tu videlicet solus Corinthiis delectaris? tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta solertissime perspicis? hæc Scipio ille non intelligebat, homo doctissimus atque humanissimus? tu sine ulla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine litteris intelligis et judicas? ¶ *Humani* interdum sunt ipsi homines. *Lucret.* l. 3. v. 79. Et sæpe usque adeo, mortis formidine, vitæ Percipit humanos odium, lucisque videndæ, Ut sibi consciscant mœrenti pectore lethum. *Varr.* apud *Non.* cap. 2. n. 98. Natura humanis omnia sunt paria. Al. leg. *in humanis.*

HUMATĬO, onis, f. *a burying, interring,* ταφὴ, actus

humandi, sepultura. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 43. Ut aliquid etiam de humatione et sepultura dicendum existimem. *et ibid.* Humatio ad corpus pertinet, sive occiderit animus, sive vigeat.

HUMĀTOR, oris, m. *one who buries*, qui humat, et sepelit, ταφεύς. *Lucan.* l. 7. v. 799. non illum Pœnus humator Consulis, &c.

HUMĀTUS, a, um, *covered with earth, laid in the ground, buried, interred*, ταφεὶς, humo contectus, sepultus. Olim proprie de iis tantum dicebatur, quos humus injecta contegeret, ut *Cic.* docet 2. *de Legib.* c. 22. et *Plin.* l. 7. c. 54. Postea communiter de omnibus sepultis dici cœptum. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 22. Is fulmine percussus, dicitur humatus esse Cynosuris. *Martial.* l. 6. epigr. 28. Hoc sub marmore Glaucias humatus Juncto Flaminiæ jacet sepulcro.

HUMECTĀTUS, a, um, nom. ex particip. *made moist or wet, moistened. Sil.* l. 8. v. 438. statque humectata Vomano Adria.

HUMECTO, as, a. 1. *to make moist or wet, moisten, water, irrigate, humectate*, βρέχω, humidum facio, irrigo. *Virg.* 4. *Georg.* v. 126. Qua niger humectat flaventia culta Galesus. *Sil.* l. 13. v. 85. Et sacer humectat fluvialia rura Capenas. ¶ De flentibus. *to moisten, bedew. Lucret.* l. 1. v. 918. Et lacrimis salsis humectent ora genasque. Adde *Virg.* 1 *Æn.* v. 469. et lib. 11. v. 90. et *Ovid. Metam.* 9. v. 655. Absolute *Plin.* lib. 11. c. 37. sect. 54. *de oculis.* Ardent, intenduntur, humectant, connivent. et lib. 10. c. 3. Cogit adversos intueri solis radios, et si conniventem humectantemque animadvertit, præcipitat e nido. ¶ De rore. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Proserp.* v. 121. Dum meus humectat flaventes Lucifer agros, Roranti prævectus equo. *besprinkles with dew.*

HUMECTUS, a, um, *wet, moist, damp, humid, dank*, ὑγρὸς, humens, humidus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 24. et *Cato R. R.* c. 6. Si locus humectus sit, ibi cacumina populorum serunda et arundinetum. *Lucret.* l. 4. v. 633. et stomachi humectum servare tenorem. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 15. *circa med.* Qui sensim trahunt potum, ventres habent humectiores. et cap. 6. *a med.* Mulier humectissimo est corpore.

HUMEFACTUS, a, um, *moistened*, madefactus. *Plin.* l. 32. c. 10. *ad fin.* Spongia crebro humefacta.

HUMENS, entis, *moist, wet, damp, dank*, ὑγρὸς, ἔνυγρος, humidus, humectus. *Ovid. Metam.* 1. v. 19. Frigida pugnabant calidis, humentia siccis. *Plin. in Paneg.* c. 30. Necdum satis humentes terræ. *scil.* Nili inundatione. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 604. nebulas humenti tellure remitti. *Sueton. in Claud.* c. 30. Risus indecens: ira turpior, spumante rictu, humentibus naribus. *Id. in Vespas.* c. 16. Spongias humentes exprimere. *Flor.* l. 2. c. 4. Humens cælum. *a damp atmosphere.* ¶ De nocte. *Virg.* 3. *Æn.* v. 589. Humentemque aurora polo dimoverat umbram. et *Sil.* l. 2. v. 469. Humentis rores noctis, terramque madentem. et *Stat.* 3. *Theb.* v. 2. Nocte sub ancipiti quamvis humentibus astris. ¶ De lacrimis. *Ovid. Metam.* 11. v. 464. humentes oculi. *bedewed with tears, weeping.* Sic *Tibull.* l. 1. el. 10. v. 38. humentes genas tergere. et *Sil.* l. 9. v. 30. quorum oculos atque ora humentia vidi. ¶ *Humens fluvius* dicitur, ut *humida vina.* V. *Humidus. Sil.* l. 13. v. 123. humenti fluvio revocare colorem.

HUMĔO, es, n. 2. *to be wet or moist*, νοτέω, νοτίζω, humidus sum, madeo. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 146. calida qui locus humet aqua. et 15. *Metam.* v. 269. stagnata paludibus hument. *Id. Heroid.* ep. 8. v. 64. Hument incultæ fonte perenne genæ.

HUMERĀLE, is, n. tegumentum humerorum, ut tibiale crurum. *Paul. Dig.* lib. 49. tit. 16. leg. 14. Si miles tibiale, vel humerale alienavit, castigari verberibus debet. *a cloak with a hood to it.*

HUMERŌSUS, a, um. *Colum.* l. 3. c. 10. Itaque custodiemus, ut a prædictis locis, quos humerosos rustici vocant, semina legamus. *the shoulders, parts between the stem and the top.* Loquitur *Colum.* de iis surculis, qui e media vite exeunt. nam extremam vitis partem *caput vitis* appellant: imam prope radices, *crus*: quare media et capiti proxima humerorum locum habent. Hinc *Id. de arborib.* c. 3. Optima semina *(vitium)* habentur a lumbis: secunda ab humeris: tertia summa in vite lecta. et *Plin.* l. 17. c. 14. Certumque est, ab humeris arborum surculos petendos. [Sed tamen *Schneiderus* fretus auctoritate codicis Sangermanensis, et comparatione aliorum locorum *Columellæ*, in quibus *humerus* eadem significatione adhibetur, expulsa inusitata voce *humerosos*, *humeros* in textum recepit, quod et novissimus *Columellæ* interpres *Benedictus Del Bene* admisit; *humeros* enim vertit *spalle (shoulders)*.]

HUMĔRUS, ri, m. *that part of the arm that lies between the shoulder and the elbow*, os brachii superius a scapula ad cubitum, quod diligenter describit *Cels.* l. 8. c. 1. V. dicta in *Brachium.* Dicitur et *lacertus.* Hoc sensu *Propert.* l. 1. el. 20. v. 43. *de Hyla.* Tandem haurire parat demissis flumina palmis Nixus, et exserto plena trahens humero. et *Stat.* 5. *Theb.* v. 439. Ambo hastile gerunt: humeros exsertus uterque. *having their shoulders naked.* Adde lib. 4. v. 235. ¶ Item sæpius pars illa corporis, a qua brachia dependent, quæ in homine ad portandum apta est, quæ et *scapulæ* dicuntur. *the shoulder*, ὦμος. *Cic. Verr.* 6. c. 34. Sagittæ pendebant ab humero. *Id. de Senect.* c. 10. Cum Milo humeris sustineret bovem vivum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 53. Quod pupillum filium ipse pæne in humeros suos extulisset. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 126. Humeris aptare leonem. *Horat.* l. et sat. 1. v. 47. reticulum panis onusto humero vehere. *Virg.* 11. *Æn.* v. 844. nostras humero gessisse pharetras. *Plin.* l. 18. c. 3. Supremo die populi humeris portatus in rogum est. *Plin. alter in Paneg.* c. 24. Illos humeri crevicesque servorum super ora nostra vehunt. *Plin. senior* l. 33. c. 4. Humeris aliquid egerere. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 281. Attollere in humeros limen revulsum. *Id.* 5. *Fast.* v. 565. humeris ferre arma. *Id.* 2. *Trist.* v. 222. in humeris fertur onus. *Id.* 1. *Fast.* v. 565. niti humeris. *to push with the shoulders.* et 5. *Trist.* el. 13. v. 8. humeris fulcire ruinam. *Id.* 5. *Fast.* v. 169. Atlas humeros oneratus Olympo. ¶ Humeri sunt sedes amictuum, *h. e.* vestium superiorum. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 13. v. 14. vestis pendet ex humeris. et lib. 4. el. 10. v. 29. humeris induitur purpura. et 4. *ex Pont.* ep. 4. v. 101. injicere humeris victoribus ostrum. et lib. 6. *Metam.* v. 567. ex humeris deripere velamina. et *Heroid.* ep. 5. v. 208. Deciderint humero pallia lapsa meo. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 288. ex humeris laxus amictus eat. ¶ Translate *Cic. pro Mil.* c. 9. Tota ut comitia suis, ut dictitabat, humeris sustineret. *Id. pro Flacc.* c. 37. *extr.* Rempubl. vos universam vestris humeris, vestris, inquam, humeris, judices, sustinetis. *Plin. in Paneg.* c. 10. Cum expertus esset, quam bene humeris tuis sederet imperium. *et* cap. 57. *extr.* Consulatus ipse sibi tuis humeris attolli et augescere videtur. ¶ Proprie *humeri* de homine dicuntur, ut *armi* de bestiis, ut in *Armus* dictum est. Hinc *Ovid.* de homine in leonem verso, l. 10. *Metam.* v. 700. digiti curvantur in ungues: Ex humeris armi fiunt. et lib. 12. v. 396. *de centauro.* Ex humeris medios coma descendebat in armos. ¶ Nihilominus etiam bestiis tribuuntur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. *de bob.* Tum vires humerorum, et latitudines ad aratra extrahenda. *Colum.* l. 8. c. 2. *circa med. de maribus gallinaceis.* Jubæ variæ, vel ex auro flavæ, per colla cervicesque in humeros diffusæ. ¶ Interdum et arboribus. V. vocem præced. ¶ Interdum et de montibus, aut collibus, de illa scilicet parte, quæ prope cacumen est. *the ridge of a mountain. Stat.* 6. *Theb.* v. 714. longe super æmula signa Consedit, viridesque humeros, et opaca theatri Culmina. *Plin.* l. 2. c. 44. Montium flexus, crebrique vertices, et conflexa cubito, aut confracta in humeros juga. ¶ Similia sunt illa *ejusd.* l. 3. c. 5. Rhegium oppidum in humero Italiæ situm, a quo veluti cervicis incipit flexus. et lib. 4. c. 7. Duo hæc oppida *(Megara, et Pagarum)* excurrente Peloponneso sita sunt, utraque ex parte velut in humeris Helladis.

HUMESCO, is, n. 3. *to grow moist or wet*, ὑγραίνομαι, humidus fio, humeo. *Virg. Georg.* 3. v. 111. humescunt spumis flatuque sequentum. *Plin.* l. 17. c. 14. Calamos aridos inseri non oportet, quia cortex non humescit, neque concorporatur. *Id.* l. 18. c. 34. *extr.* Terra humescens rore occulto. *Plin. alter in Paneg.* c. 73. Vidimus humescentes oculos tuos, demissumque gaudio vultum.

HUMI. V. *Humus.*

HUMĬDE, *moistly, damply*, cum humore, ὑγρῶς. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 66. Hæc tigna humide putrent. Al. leg. *humida putent.*

HUMĬDO, as, avi, atum, a. 1. humidum reddo. *Cels.* l. 1. c. 3. *a med.* humidant autem corpus labor minor, quam ex consuetudine, frequens balneum, cibus plenior, &c. Ita leg. quidam: alii ex optim. editionib. multis, *humidum autem corpus reddit labor*, &c. Sane illud *humidant* ætate et stilo *Celsi* indignum est.

HUMIDŬLUS, a, um, *a little moist, dampish, wettish*, aliquantum humidus. Lectio valde incerta est in illo *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 629. Fallet et humiduli quæ fiet acumine lini, &c. Certa autem in illo *Auson.* epigr. 106. humidulis spumas stringit utraque *(manu)* comis.

HUMĬDUS, a, um, *moist, wet, humid, damp, dank*, ὑγρὸς, humorem habens. Quid ab *udus* distet, V. in *Udus. Cic. Tuscul.* 1. c. 17. Terrena et humida suo pondere in terram et in mare feruntur. *Cæs.* lib. 1. *B. Civ.* c. 58. Naves ex humida materia factæ. *Curt.* l. 4. c. 12. Humidi montes effundunt caliginem. *Colum.* l. 4. c. 19. Quanto humidius est solum et cælum, humidioresque venti. *Plin.* lib. 11. c. 37. sect. 49. humidissimum cerebrum. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 5. Ager uliginosus humidissimus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 8. humida nox. et vers 698. nubes. *Id.* 1. *Georg.* v. 100. solstitia. *rainy.* Sic *Quintil.* l. 11. c. 3. *post init.* humidus dies. *Ovid. Metam.* 9. v. 535. humida lumina. *tearful eyes. Virg.* 4. *Georg.* v. 362. humida regna. *h. e.* Arethusæ fluvii. ¶ Quod *Id.* 4. *Æn.* v. 486. mella. et 5. *Æn.* v. 594. maria humida. et 3. *Georg.* v. 364. vina humida dixit; est qui putat τὸ *humida* otiosum esse. *Quintil.* l. 8. c. 6. *a med.* in poetis hæc non reprehendi, ait. conveniunt enim rebus perpetuo. Sic *Ovid.* 3. *Trist.* el. 10. v. 23. uda vina. et *Enn.* apud *Gell.* l. 4. c. 17. humidus imber. At *Servius* humida vina, aquæ mixta intelligit, quod gelata esse, et securibus cædi, ibi dicuntur. ¶ *Humida verba. Gell.* l. 1. c. 15. Qui sunt leves, et futiles, et importuni locutores, quique nullo rerum pondere innixi, verbis humidis et lapsantibus difluunt. *h. e.* fluidis, et facile ore excidentibus. ¶ *Humidum* absolute, est locus humidus. *Curt.* l. 8. c. 4. Castra in humido locare. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 61. Pontes et aggeres humido paludum imponere. *Plin.* l. 24. c. 11. *ad fin.* herba in humidis nascens. ¶ *Humida* neutr. plurale pro mari. *Avien. in Arat.* v. 754. Cum Lepus occiduum se se inclinavit in æquor, More latebrarum repetens freta, Sirius alto Defluit ab cælo, mersumque per humida quærit.

HUMĬFER, a, um, *bringing moisture*, νοτιζόμενος, humorem afferens. *Cic. in prognost.* 1. *de Divin.* c. 9. Naribus humiferum duxere ex aere succum.

HUMIFĬCO, as, a. 1. humecto, *to make moist or wet. Auson. Edyll.* 8. v. 12. Sementem Notus humificet, sit bruma nivalis.

HUMIFĬCUS, a, um, adject. *making moist*, humectans. *Plin.* l. 2. c. 101. Spiritus Lunæ humificus.

HUMIGĀTUS, a, um, *moistened*, βεβρεγμένος, humore perfusus. *Apul. sub initio Floridor.* Vel cæspes libamine humigatus. [*Marinius Frat. Arval.* pag. 584. pro *humigatus* legit *fumigatus*, fretus potissimum auctoritate *Prudentii* qui hæc habet περὶ στεφ. *Hymn.* 10. v. 186. Quas ad aras præcipis, Vervece cæso fumet ut cæspes meus?]

HUMILIATĬO, onis, f. *a humbling, abusing, humiliation*, ταπείνωσις, demissio, actus humiliandi. *Tertull. de Virg. veland.* c. 13. *advers. Hermog.* c. 7. et *de Patient.* c. 13.

HUMILIĀTUS, a, um, *abased, humbled*, demissus. *Tertull. de Oratione*, c. 13. Publicanus non tantum prece, sed et vultu humiliatus atque dejectus. *Sidon.* l. 5. ep. 14. *ad fin.* humiliatæ cervices. ¶ Qui *Ciceroni* tribuunt, l. 2. *de nat. Deor.* c. 47. frustra sunt.

HUMILIFĬCO, as, a. 1. idem quod humilio. *Tertull. de Pœnit.* c. 9. Exomologesis prosternendi et humilificandi disciplina est.

HUMILĬO, as, a. 1. *to abase, humble*, ταπεινόω, humilem facio, abjectum ac vilem. *Tertull. advers. Marcion.* l. 5. c. 20. *sub fin.* Resurget corpus nostrum, quod humiliatur in passionibus. *Ammian.* l. 30. c. 4. *(al.* 10.) Ad humiliandum celsitudinem potestatis. *Hieronym. advers. Jovinian.* l. 1. c. 18. Frustra nos hic humiliamus, ut ibi possimus esse majores.

HUMĬLIS, le, *low, near the earth*, ταπεινὸς, πρόσγειος, humo propior, humi declivis, ab humo non alte se extollens, atque adeo demissus, brevis. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 13. Arbores, et vites, et ea, quæ sunt humiliora, neque se tollere a terra altius possunt. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 63. Vallus humiliore munitione. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 426. humiles aræ. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 15. arvum Pingue tenent humilis Ferenti. *Virg.* 3. *Æn.* v. 522. procul obscuros colles, humilemque videmus Italiam. *h. e.* quæ procul ex alto mari cementibus humilis videtur. *Id. Ecl.* 2. v. 29. humiles habitare casas. *lowly. Id.* 4. *Æn.* v. 254. avi similis, quæ circum litora, circum Piscosos scopulos humilis volat, æquora juxta. *shaving with level wing. Justin.* l. 2. c. 1. *a med.* Humillimo solo aqua diutissime immorata. *Curt.* l. 7. c. 4. Quorum neminem adeo humilem esse, ut humeri ejus non possent Macedonis militis verticem æquare. *so low of stature.* Sic *Gell.* l. 19. c. 30. Brevi atque humili corpore homines. et *Senec.* epist. 66. Potest ex deformi humilique corpusculo exire formosus animus ac magnus. ¶ *Humilis fossa* apud *Virgil.* 7. *Æn.* v. 157. et *Tacit. Ann.* 1. c. 61. est tenuis sulcus, fossa parum alte depressa. Alter enim de fossa loquitur, qua Urbs condenda designatur, quam alte deprimere, nihil est opus: alter de munitione ex tempore facta. Sic *humilis radix*, apud *Plin.* l. 8. ep. 20. est, quæ parum alte descendit. ¶ Translate refertur ad stilum, et sublimi ac magnifico opponitur. *Cic. in Orat.* c. 58. Iambus frequentissimus est in iis, quæ demisso atque humili sermone dicuntur. *mean. Id. de clar. Orat.* c. 79. Verbum durum, aut insolens, aut humile. *Id. in Orat.* c. 57. Neque humilem, nec abjectam orationem, nec nimis altam, et exaggeratam probat. *Petron. in Satyr.* c. 83. Ego poeta sum, et ut spero non humillimi spiritus. ¶ Item ad conditionem generis, aut fortunæ: et opponitur nobili, potenti, opulento, *humble, mean, poor. Nep. in Milt. in fi.* In Miltiade erat mira comitas, ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret. *Phædr.* l. 1. fab. 27. v. 2. Qui humiles nati dici locupletes student. *Cæs. B. Gall.* l. 6. c. 21. Potentioresque humiliores possessionibus expellunt. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 51. Tanta erat magnificentia apud opulentiores, cupiditas apud humiliores. *Nep. in Attic.* c. 19. Vir dignitate pari, fortuna humiliore. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 39. Ex humili loco ad summam dignitatem perducere. *Plin.* l. 7. c. 36. Mulier humilis in plebe, et ideo ignobilis. *Liv.* l. 3. c. 19. *a med.* humillimus homo de plebe. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 40. humiles et obscuri homines. *Id. de Amic.* c. 19. *ad fin.* humilibus parentibus natus. et cap. 9. humilem sane relinquunt, et minime generosum, ut ita dicam, ortum amicitiæ. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 254. humiles manus. *scil.* servorum. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 28. Civitas ignobilis atque humilis. *h. e.* exiguarum virium ac potentiæ. Sic l. 4. c. 3. Vecti-

gales sibi fecerunt, ac multo humiliores infirmioresque reddiderunt. *Liv.* l. 3. c. 53. *sub fin.* Satis superque humilis est, qui æquo jure in civitate vivit, nec inferendo injuriam, nec patiendo. *h. e.* depressus, et ex alto honorum gradu detractus. Loquitur enim *Liv.* de Decemviris, quibus seditione plebs imperium detraxerat. ¶ Dicitur et de iis, qui nullas res magnas gessere, vel qui magnum animum et ingenium non habent ad res magnas suscipiendas, *Balb. et Opp. ad Cic. post* ep. 8. l. 9. *ad Attic.* Nedum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate, a plerisque probari solent. *unaspiring.* ¶ Refertur item ad animum, et significat abjectum, vilem, parvum, exilem, fractum, demissum: *base, abject, vile, sordid, little*: cui opponitur magnus, magnanimus, altus, erectus. *Lucret.* l. 6. v. 51. Efficiunt animos humiles formidine divum. *Cic. post redit. in Sen.* c. 4. Fuerunt duo consules, quorum mentes angustæ, humiles, pravæ, oppletæ tenebris ac sordibus, &c. *Id.* 1. *de Fin.* c. 15. Succumbere doloribus, eosque humili animo imbecilloque ferre. *Id.* 2. *Phil.* c. 32. *extr.* Quis unquam apparitor tam humilis, tam abjectus? omnia rogabat: caput in adversam lecticam inferens, beneficia, quæ venderet, a collega petebat. *Id. in Bruto,* c. 6. Cetera, quæ sunt quondam habita in civitate pulcherrima, nemo est tam humilis, qui se non aut posse adipisci, aut adeptum putet. *Terent. Hecyr.* 3. 3. 20. Omnibus nobis ut res dant se se, ita magni atque humiles sumus. ¶ Dicitur et de iis, qui se demittunt data opera, et inferiores fatentur, et ponunt animos, vel metu, vel quippiam obtinendi causa. *Virg.* 12. *Æn.* v. 930. Ille humilis supplexque oculos dextramque precantem Protendens. *submissive, humble. Vellei.* l. 2. c. 83. humillimus assentator. *vile, crouching. Cic.* 1. *de Invent.* c. 16. Prece et obsecratione humili ac supplici uti. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 149. Non ego dedignor supplex humilisque vocari. ¶ Hoc sensu aliquando et in bonam partem accipitur. *Propert.* l. 3. el. 15. v. 1. Nunc, o Bacche, tuis humiles advolvimur aris. *suppliant.* Addi possunt et alia Scriptorum loca, de quibus miræ sunt lites inter Criticos, præsertim *Cellar.* et *Borrich.* &c. ¶ De eo qui demisse, abjecte, et more vulgi de aliqua re sentit. *Quintil.* l. 11. c. 1. Neque nos simus tam humiles, ut quæ laudamus, inutilia credamus. ¶ De rebus vilioribus, infimis, parvi pretii, contemptibilibus. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 20. Quo studio cum satiari non possunt, omnium ceterarum rerum obliti, nihil abjectum, nihil humile cogitant. *of little worth, contemptible. Id. pro Arch.* c. 5. Mediocres homines, et aut nulla, aut humili aliqua arte præditi. *Id. de Amic.* c. 9. Qui cogitationes suas abjecerunt in rem tam humilem atque contemptam. *Plin.* l. 1. ep. 3. Humiles et sordidæ curæ. *Nepos in præfat. ad fin.* Quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atque ab honestate remota ponuntur. *Id. in Agesil.* c. 8. Vestitus humilis atque obsoletus. *Plin. sub fin.* cap. 10. l. 35. humilis rei pictor. ¶ *Humilis galea* apud *Stat. Theb.* 12. v. 701. est cui cristæ et pennæ detractæ sunt. ¶ *Humilis pavor* dicitur, quia humiles et abjectos facit. *Virg. Georg.* 1. v. 330. humilis pavor stravit mortalia corda. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 394. In lacrimas, humilesque metus. [¶ *Humilior* dicebatur, qui post mortem combustus quidem erat, nondum tamen terra coopertus. *Varro de L. L.* lib. 4. c. 4.] ¶ Proverbii speciem habet illud *Justini* l. 21. c. 5. Humillima quæque tutissima existimans, in sordidissimum vitæ genus descendit. (De Dionysio loquitur Corinthi exsulante.) ¶ Docet *Charis.* l. 1. pag. 107. *Putsch.* in ablativo casu in *e* terminari, si de homine sermo sit; in *i*, si de re. *Pompon. ibid.* Ex humile rege. Sed hoc a Scriptoribus non servatur.

HUMILĬTAS, atis, f. *lowness*, ταπεινότης, situs terræ humo vicinus, brevitas: cui contraria est altitudo, et proceritas. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Aliorum animalium ea est humilitas, ut cibum terrestrem rostris facile contingant. Quæ autem altiora sunt, &c. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 24. Sidera multum inter se aut altitudine, aut humilitate distantia. *Sallust. in Jug.* c. 53. Neque plane occultati humilitate arborum. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 1. Naves omnes actuarias imperat fieri: quam ad rem humilitas multum adjuvat. ¶ Translate est ignobilitas generis, conditio ejus qui ad honores non ascendit, angustia fortunarum, inopia potentiæ, *baseness, meanness, poverty, weakness, inability.* Nam quæ his contraria sunt homines extollunt. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 10. Malorum turba quædam, paupertas, ignobilitas, humilitas, solitudo, &c. *Id.* 2. *Offic.* c. 13. Quorum prima ætas, propter humilitatem, et obscuritatem in hominum ignoratione versatur. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 47. Humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere. *Id. Phil.* 13. c. 10. *extr.* Alicujus humilitatem despicere. *Liv.* l. 26. c. 31. Objicere alicui humilitatem. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 27. Id se facile ex humilitate sua probare posse, quod non adeo sit imperitus rerum, ut suis copiis populum R. se superare posse confidat. *Plin.* l. 18. c. 6. Humilitas infima natalium. *Sallust. in Jug.* c. 70. Humilitas generis. ¶ Item abjectio, aut demissio animi, *abjectness, submissiveness, crouching. Cic.* 3. *Tuscul.* c. 13. Habet levitatem lætitia gestiens, humilitatem metus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 53. Huic humilitati dicebat vel exsilium fuisse, vel mortem anteponendam. *Liv.* l. 38. c. 52. Summittere se in humilitatem causam dicentium. *Cic. in fi.* l. 1. *de Invent.* Sæpe virtus et magnificentia, in qua gravitas et auctoritas est, plus proficit ad misericordiam commovendam, quam humilitas et obsecratio. Adde *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 85. ¶ Item vilitas, et leve pretium rerum humilium et leviorum. *Plin. in præfat.* l. 14. *ad fin.* Oblitterata quoque scrutabimur: nec deterrebit quarundam rerum humilitas. ¶ Item pusillus animus, superbiæ contrarius, et magnis spiritibus. *Plin.* l. 10. c. 63. *a med.* Equarum jubas tondere præcipiunt, ut asinorum patiantur humilitatem: comantes enim gloria superbire. ¶ De virtute animi, quæ superbiæ vitio opponitur, usurpatur a *Lactant.* l. 5. c. 15. *Sulpic. Sever. de vita Martini,* c. 2. *ad fin.* aliisque Ecclesiæ Scriptorib.

HUMILĬTER, *lowly*, ταπεινῶς, demisse. *Pallad.* l. 3. tit. 13. In loco clivoso humilius rami arborum servandi sunt: in plano altius. *Plin.* l. 6. ep. 24. Eadem facta claritate, vel obscuritate facientium vel tolluntur altissime, aut humillime deprimuntur. ¶ Translate est abjecte, *meanly, abjectly, poorly, submissively. Liv.* l. 24. c. 25. et lib. 45. c. 32. Hæc natura multitudinis est: aut servit humiliter, aut superbe dominatur. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 20. *ad fin.* Audacter territas, humiliter placas. *Cic. Tuscul.* 5. c. 8. *extr.* Non est ausus elate et ample loqui, cum humiliter demisseque sentiret. *Senec.* ep. 120. *ante med.* Animose paupertatem ferre, humiliter infamiam.

HUMO, as, avi, atum, a. 1. *to cover with the earth, bury, inter,* θάπτω, humo tego sepeliendi causa. Proprie de iis tantum dicitur, qui mortui humo injecta conduntur, ut in *Humatus* dictum est. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 27. Cum ignotum quendam projectum mortuum vidisset, eumque humavisset. *Propert.* l. 3. el. 14. *in fin.* Me tegat arborea devia terra coma. Aut humet ignotæ tumulus vallatus arenæ. *Plin.* l. 30. c. 7. *extr.* Mori et humari debere eos obrutos terra. ¶ Universim significat quocumque modo sepelire, exsequiis prosequi, funus facere. *Nep. in fi. vitæ Eumen.* Militari honestoque funere humaverunt, ossaque ejus in Cappadociam deportanda curarunt. ¶ De aliis rebus, quæ terra obruuntur. *Colum.* l. 5. c. 9. Taleæ ex utraque parte humantur. [¶ Particip. *humaturus, humandus* apud *Suet. in Calig.* c. 3. Cæsorum reliquias uno tumulo humaturus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 161. Corpus humandum.]

HUMOR, oris, m. *moisture, sap, humidity, dampness; any thing liquid, as water, blood,* &c. χυμὸς, ὑγρότης, ὕδωρ, aqua, liquor, et quidquid madefacit: ab humus, ut *Varroni* l. 4. *de L. L.* c. 5. placet. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 16. Sidera marinis terrenisque humoribus extenuatis aluntur. et lib. 2. *de Divin.* c. 27. Et humor allapsus extrinsecus ut in tectoriis videmus austro, sudorem imitari potest. *Id.* 2. *de natur. Deor.* cap. 57. Nares humorem semper habent, ad pulverem multaque alia depellenda non inutilem. et cap. 10. Aquilonibus reliquisque frigoribus adjectis, durescit humor. et cap. 6. *ad fin.* Humor et calor, qui est fusus in corpore. *Virg.* 2. *Georg.* v. 143. Bacchi Massicus humor. *juice, liquor.* et lib. 2. v. 295. dulcis musti humor. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 6. v. 32. Pellebatque sitim simplicis humor aquæ. *Virg. Ecl.* 3. vers. 42. Dulce satis humor. *Id.* 1. *Georg.* v. 43. gelidus canis cum montibus humor Liquitur. et vers. 114. paludis collectus humor. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 30. circumfluus humor Ultima possedit. *the sea.* et lib. 15. v. 79. lacteus humor. *milk.* et lib. 6. v. 354. caret os humore loquentis. *spittle. Catull.* carm. 60. *epithal. Jul. et Manl.* v. 22. humor roscidus. *dew. Horat.* l. 1. od. 13. v. 6. humor in genas furtim labitur. *tears.* et *Plin.* l. 7. c. 51. Præfandi humoris e corpore effluvium. *urine.* Sic l. 8. c. 38. Lyncum humor ita redditus glaciatur. et *Lucret.* l. 4. v. 1022. humorem saccatum corporis fundere. *Plin.* l. 8. c. 31. Ranarum et in terra, et in humore vita. *in the water.* ¶ Festive *Plaut. Mil.* 3. 1. 45. Et ego amoris aliquantum habeo, humorisque meo etiam in corpore, neque dum exarui ex amœnis rebus et voluptariis. *Id. Rud.* 4. 3. 69. Ego jam hic te, itidem quasi penicillus novus exurgeri solet, ni hunc amittis exurgebo quidquid humoris est tibi.

[* HUMORŌSUS, a, um, idem ac humidus, humens. *Apul. de herb.* c. 51. Nascitur in parietibus, et humorosis locis. *Cœl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 10. *a med.* Item sexus causa mulieribus, et humorosis et vacuis corporibus.]

HUMUS, i, f. *the ground, earth, soil,* γῆ, terra, solum. Caret plurali numero. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 22. Quos humus injecta contegeret. *Virg.* 9. *Æn.* v. 214. mandare humo corpus. *to bury. Cic. de Senect.* c. 17. Humus subacta atque pura. *Colum. in præfat.* Humi natura, quasi quodam morbo, sterilitate affecta. *Id.* l. 4. c. 24. Humi atque stirpis lætitia. *Sallust. in Jug.* c. 21. Queis cibus erat caro ferina, atque humi pabulum. et c. 57. Rati, humum aridam vento agitari. et cap. 81. ventus coortus arenam humo excitavit. et c. 108. Humus infecta sanguine. *Virg. Ecl.* 9. v. 19. humum florentibus herbis spargere. et vers. 41. Fundit humus flores. *Horat.* l. 4. od. 1. v. 27. pede humum quatere. *to dance.* Sic *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 112. Ludius æquatam ter pede pulsat humum. *Virg.* 11. *Æn.* v. 418. Procubuit moriens, et humum semel ore momordit. *Id.* 5. *Æn.* v. 452. ab humo attollere aliquem. et l. 3. v. 3. omnis humo fumat Neptunia Troja. *overthrown, levelled with the ground. Valer. Flacc.* l. 7. v. 620. ense sequaci Æquat humo truncos. *casts to the ground.* Sic *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 79. Affigere (*al.* affligere) humo. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 442. humo exire. et l. 4. v. 261. sedere humo nuda. *on the bare ground.* et vers. 264. humo se movere. *to raise himself from.* Sic 6. *Fast.* v. 735. surgere humo. *Virg.* 4. *Georg.* v. 115. figere humo plantas. *to fix, impress.* et lib. 2. v. 460. Fundit humo facilem victum justissima tellus. *tellus* numinis hic personam agit. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 251. Per humum repere. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 607. Dejectus in humum vultus. *downcast.* Sic 4. *Trist.* el. 2. v. 29. in humo lumen figere. *Id. de nuce,* v. 170. sub humo. *under ground. Id.* 8. *Metam.* v. 258. propter humum volitare. *low, near the ground.* ¶ De regione. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 90. Ira dei mitis non me misisset in istam, Si satis hæc illi nota fuisset, humum. *Id. de medicam. faciei,* v. 74. Illyrica quæ venit iris humo. *Id.* 1. *Fast.* v. 490. Aonia. *et Heroid.* ep. 7. v. 140. Punica. *et* 3. *ex Pont.* ep. 5. v. 56. Pontica. ¶ Genitivus *humi* fere semper adverbii more ponitur, χαμαί, *on the ground*: neque solum cum verbis quietis, sed et motus interdum jungitur. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 6. Humi stratus. *Id.* 1. *Catil.* c. 10. Humi jacere. *Sallust. in Catil.* c. 68. Locus circiter duodecim pedes humi depressus. *Virg.* 10. *Æn.* v. 558. condere humi. *to bury in the earth.* et 5. *Æn.* v. 481. humi procumbere. et lib. 1. v. 380. anguem premere humi. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 197. Et prosternite humi juvenem magica arma moventem. et lib. 3. v. 105. Spargere humi dentes. *in the ground.* et *Virg.* 11. *Æn.* v. 665. quot humi morientia corpora fundis? *Senec. epist. ult.* Sublimia ac divina humi projicere. *Curt.* l. 10. c. 5. Humi corpus abjicere. ¶ *Humus* pro *Inferis.* V. *Terra* sub fin. ¶ Olim fuit masculini, vel neutrius generis, teste *Priscian.* l. 6. pag. 718. *Putsch.* Unde *Liv.* vel *Læv. ibid.* pag. 719. Humum humidum pedibus fodit. *et Gracchus ibid.* Mersit sequentis humidum plantis humum. Al. leg. *sequentes humidum plantas humum,* ut necessario neutrum sit. Addunt quidam illud *Sallust. in Jug.* c. 52. Genera arborum, quæ humo arido atque arenoso gignuntur. Sed alii leg. *humi arido atque arenoso,* ut *Priscian. in fi. l. ult.* ut sit illis simile *occulta saltuum, lubricum paludum,* quæ sunt *Taciti* 1. *Ann.* c. 61. et 65. Alii *humo arida,* &c. ¶ In sexto casu olim *humu* pro *humo* dictum est. Probat id *Non.* c. 8. n. 36. duobus allatis *Varronis* locis: quorum alterum recitat etiam cap. 1. n. 238.

HUNNI, orum, m. *the Huns,* Pop. Sarmatiæ, circa Mæotidem, qui inde egressi in Pannonias migrarunt, unde nomen Hungariæ. Eorum pars, Attila duce, in Italiam, et in Galliam venit, sed cum ibi grandi clade affecti fuissent in Catalaunicis campis a Meroveo Francorum rege, et Ætio Romanorum duce, in Pannonias redire coacti sunt. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 321. et lib. 2. v. 270.

[* HUNNISCUS, a, um, ad Hunnos pertinens. Sic appellantur a *Veget. Veter.* l. 4. c. 4. et 7. equi Hunnorum, quos ipse vulnerum patientes describit.]

HURPEX. V. *Irpex.*

H Y

HYACINTHÆUS, a, um, hyacinthinus. *Venant. Fortun.* l. 8. carm. 6. v. 20. Et hyacinthæus circuit ordo domum. *h. e.* hyacinthorum longa series domum ambit, et ornat. Adde carm. 4. v. 270.

HYACINTHĬA, orum, n. sacra in honorem Hyacinthi pueri, a Laconibus trium dierum spatio celebrata. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 219.

HYACINTHĬNUS, a, um, *hyacinthine,* ὑακίνθινος, ad hyacinthum pertinens, ut Hyacinthinus flos, *Catull.* carm. 60. *Epithal. Jul. et Manl.* v. 93. ¶ Item qui est colore hyacinthi. *of the colour of a hyacinth. Pers.* sat. 1. v. 32. cui circum humeros hyacinthina læna sit.

HYACINTHIZONTES, m. *a kind of emerald of the colour of a hyacinth,* ὑακινθίζοντες, dicuntur berylli, qui hyacinthi colorem imitantur. *Plin.* l. 37. c. 6. *ad fin.*

HYACINTHUS, *et* Hyacinthos, i, m. *the hyacinth,* ὑάκινθος, genus violæ vernæ colore rubenti, sed ad obscurum nigrumque inclinante. *Serv. ad Ecl.* 3. v. 106. lilium rubrum esse ait designans litteram Y, quæ in ὑάκινθος est prima. Multi volunt, esse illud, quod Latine vaccinium dicitur. Describitur a *Dioscor.* l. 4. c. 63. foliis bulbi, caule dodrantali, lævi, minimo digito graciliore, et herbacei coloris, cui incumbit coma incurva, florum purpurascentium plena, radice bulbacea. *Virg. Ecl.* 3. v. 63. suave rubens hyacinthus. *Id. Ecl.* 6. v. 53. mollis. *Id. Ecl.* 4. v. 183. ferrugineus. *Id. Æn.* 11. v. 69. languens. ¶ Sunt et aliorum colorum hyacinthi. *Colum.* lib. 10. v. 101. Nec non vel niveos, vel cæruleos hyacinthos. ¶ Habet autem in flore ita discurrentes venas, ut Græcarum litterarum figura AI legatur inscripta, ut *Plin.* ait l. 21. c. 11. Qua de causa duplex eum comitatur fabula de Hyacintho puero, et de Ajace, utroque in hunc florem converso. De illo enim fabulantur fuisse Spartanum, filium Amyclæ (ejus,

qui Amyclas urbem in Laconia condidit) vel Eurotæ, vel Œbali, puerum formosissimum, a Borea (al. ab Zephyro) et ab Apolline adamatum, quocum aliquando disco ludens, projectumque illum nimis propere excipiens, ab resiliente graviter percussus; vel ut alii volunt, ab ipso Borea zelotypiæ causa disco ictus, interiit, et in florem cognominem mutatus est. *Ovid. Metam.* 10. v. 162. *et sequentib. Hygin.* fab. 272. et *Serv. ad* ecl. 3. *Virg.* v. 63. et *ad Æn.* 11. v. 69. Hinc *Ovid. loc. cit.* v. 211. Tyrioque nitentior ostro Flos oritur, formamque capit, quam lilia: si non Purpureus color huic, argenteus esset in illis. Non satis hoc Phœbo est (is enim fuit auctor honoris) Ipse suos gemitus foliis inscribit, et αἶ αἶ Flos habet inscriptum, funestaque littera ducta est. ¶ De Ajace fingunt, cum se ipse interemisset, quod in certamine de armis Achillis victus esset ab Ulysse, ex ejus cruore eundem exstitisse florem, qui primas duas nominis Αἴας haberet inscriptas. Itaque ut ait *Ovid.* 13. *Metam.* v. 397. Littera communis mediis pueroque viroque Inscripta est foliis: hæc nominis, illa querelæ. ¶ Est item hoc nomine gemma ejusdem coloris, ex Æthiopia veniens, amethysto non absimilis, nisi quod in illa emicans fulgor violaceus est: in hoc dilutus. *a hyacinth, jacinth.* Primo quoque aspectu gratus (inquit *Plin.* l. 37. c. 9.) evanescit antequam satiet: adeoque non implet oculos, ut pæne non attingat, marcescens celerius nominis sui flore (qui maxime durat, ut dixerat l. 21. c. 11.) ¶ In illo *Claudian. de nupt. Honor. et Mar.* v. 88. trabibusque smaragdis Supposuit cæsas hyacinthi rupe columnas. *hyacinthus* videtur dici de marmore. Nisi dicas, hyperbolice loqui Poetam, ut cetera eo loco.

HYĂDES, dum, f. Ὑάδες, septem filiæ Atlantis, ex Æthra uxore, sorores Hyantis, de quibus V. in *Atlantides.* Hæ, cum fratrem a leone interemptum lugerent, magnitudine doloris extabuerunt. Jupiter miseratione motus in stellas convertit, et in capite Tauri collocavit. Ut autem perpetuum maneret tantæ pietatis testimonium, a fratris nomine Hyades sunt appellatæ. *the hyads. Ovid.* 5. *Fast.* v. 165. *et sequent.* Alii dicunt, has stellas olim fuisse Nymphas Dodonidas, ex Dodona urbe Epiri, Bacchi nutrices, quæ cum Junonis iram vererentur, fugerentque Lycurgi sævitiam, a Jove in cælum translatæ sunt. Denique multis dictæ creduntur ab ὕειν, pluere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 43. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 166. *Plin.* l. 2. c. 39. et lib. 18. c. 26. ¶ Nempe sidus hoc vehemens est, et terra marique turbidum, tamque in ortu suo, quam occasu tempestates largosque imbres concitat. A Latinis *Suculæ* appellantur. V. *Sucula.* Diversæ sunt a Pleiadibus. Nam Pleiades fuere filiæ Atlantis ex Pleione Nympha, et earum nomina sunt Electra, Halcyone, Celæno, Maia, Asterope, Taygete, Merope. *Horat.* l. 1. od. 3. v. 14. Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti. ¶ In singulari num. V. *Hyas.*

HYÆNA, æ, f. *a hyena,* ὕαινα, animal in genere luporum, quod colore lupi est, sed magis hirtum, jubamque habet toto tergo perpetuam instar equi, sed duriore seta, qua porcum refert: ab ὕαινα, porca. Narrant utriusque esse naturæ, et alternis annis marem, alternis feminam fieri. Parere sine mare vulgus credit, *Aristoteles* negat. Fera est et crudelis, sermonem humanum inter pastorum stabula assimilat, nomenque alicujus addiscit, quem evocatum foras laceret. Item vomitionem hominis imitatur ad solicitandos canes, quos invadat. Hæc fere *ex Plin.* l. 8. c. 30. ubi et alia mira de ea. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 409. et quæ modo femina tergo Passa marem est, nunc esse marem miremur hyænam. ¶ Est et *hyæna* piscis vasto corpore, sic dictus, quia hyænæ terrestri similis est. *Plin.* l. 32. *in fi.*

HYÆNĬÆ GEMMÆ ex oculis hyænæ, et ob id invasæ, inveniri dicuntur. *Plin.* l. 37. c. 10. [¶ Dicitur etiam *hyænius lapis* a *Solin.* c. 27. *ante med.* In quorum pupulis lapis invenitur, hyænium dicunt.]

HYĂLE, es, Ὑάλη, una ex Nymphis Dianæ: quasi viridis, vel pellucida instar vitri. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 171.

HYALĪNUS, a, um, *of glass, glassy, hyaline,* ὑάλινος, vitreus. *Fulgent.* l. 1. *Mythol. sub init. proœm.* Hyalinæ cavitatem sphæræ osseo fastigans tigillo versabat. ¶ Item coloris viridis. *green. Martian. Capell.* l. 8. pag. 273. Alæ cum pennis hyalinis.

HYĂLUS, li, m. *glass,* ὕαλος, vox Græca vitrum significans: inde et colorem viridem, quia vitra præsertim crassiora, viridia apparent. *a green colour.* Mos etiam fuit eo colore tingi: unde et iaspides adulterari eo, *Plin.* l. 37. c. 8. *extr.* tradit. *Virg.* 4. *Georg.* v. 334. Milesia vellera Nymphæ Carpebant, hyali saturo fucata colore. *Prudent.* περὶ στεφ. 6. v. 53. camurus hyalo insignis varie cucurrit arcus.

HYAMPŎLIS, is, f. nunc *Jambol,* Ὑάμπολις, urbs Phocidis prope Bœotiam. *Stat.* 7. *Theb.* v. 345. Et valles, Lebadea, tuas, et Hyampolin acri Subnixam scopulo. Adde *Plin.* l. 4. c. 7.

HYANTES, tum, m. Ὕαντες. V. *Hyantius.*

HYANTĔUS, et

HYANTĬUS, a, um, *Bœotian,* Ὑάντειος, et Ὑάντιος, Bœotus, quia Bœotii olim et *Hyantes* dicti sunt, ut *Plin.* l. 4. c. 7. docet, ab Hyante eorum rege. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 310. Cumque Pheretiade, et Hyanteo Iolao. et lib. 3. v. 147. Participes operum compellat Hyantius ore. *h. e.* Actæon nepos Cadmi Bœotiæ regis. *Stat.* l. 2. silv. 7. v. 8. Hyantiæ sorores. *h. e.* Musæ, quæ Parnassum incolunt Bœotiæ montem. *Martial.* l. 12. epigr. 3. Hyantea aqua. *h. e.* Castalia. *Sidon. in carm.* l. 8. epist. 9. Hyantiæ camenæ.

HYAS, ădis, f. Ὑὰς, ἄδος, una ex Hyadibus. V. *Hyades. Stat.* l. 1. *silv. ult.* v. 22. Non tantis Hyas inserena nimbis Terras obruit, aut soluta Plias. ¶ *Hyas, antis,* m. Ὕας, αντος, filius Atlantis ex Æthra, vel Pleione, sive Oceanitide uxore, ab apro, vel leone, occisus. *Hygin.* fab. 192. et *Ovid.* 5. *Fast.* v. 172. V. *Hyades.* ¶ Sidus Hyantis apud *eund. in fi. ejus lib.* est ipsarum Hyadum.

HYBERNĬA. V. *Hibernia.*

HYBERNUS, &c. V. *Hibernus.*

HYBLA, æ, *et* Hyble, es, f. Ὕβλη, mons Siciliæ cum oppido cognomine, thymo et floribus aliis abundans, atque ob id apibus accommodatissimum. Unde mellis, quod ibi provenit, magna gratia est. *Ovid. in Ibin,* v. 201. Nam neque quot flores Sicula nascantur in Hybla, Quotve ferat, dicam, terra Cilissa crocos. *Id.* 5. *Trist.* el. 13. v. 22. Et careat dulci Trinacris Hybla thymo. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 150. Nec quot apes Hyble, nec quot in Alpe feræ. Al. leg. *Hyblæ,* al. *Hybla. Sil.* lib. 14. v. 199. nectareis vocat ad certamen Hymetton Audax Hybla favis.

HYBLÆUS, a, um, *Hyblean,* Ὑβλαῖος, ad Hyblam pertinens, ut Hyblææ apes, *Virg. Ecl.* 1. v. 55. Hyblæa mella, *Martial.* l. 11. epigr. 43. Hyblæa avena, *Calpurn. in bucol.* ecl. 4. v. 63. h. e. carmina Theocriti Syracusani.

HYBLENSIS, e, ad Hyblam pertinens. Hinc *Hyblenses, ium,* sunt ejus oppidi incolæ. *Plin.* l. 3. c. 8. et *Cic. Verr.* 5. c. 43.

HYBRĬDA, *vel* Ibrida, æ, m. et f. *a hybridous, or mongrel, creature, that is begotten between animals of different species,* ὕβρις, animal ex dissimilibus parentibus natum, ut sus ex porco et apro, h. e. ex domestico, et fero: ab ὕβρις, injuria, quia est adulterium, et quædam injuria naturæ. *Plin.* l. 8. c. 53. *de suibus.* In nullo genere æque facilis mixtura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant, ceu semiferos. ¶ Transfertur ad homines et de iis dicitur, qui altero parente servo, libero altero nascuntur, vel altero Romano, altero peregrino, aut hujusmodi. *a person, whose parents were of different countries, or one of whose parents was a slave. Plin. ibid.* Hinc *Martial.* l. 6. epigr. 49. *in fi.* Jam hybridarum grex tibi foret plenus, Si spado Corculus, Dindymusque non esset. *Id.* l. 8. epigr. 22. Invitas ad aprum, ponis mihi, Gallice, porcum. Hibrida sum, si das, Gallice, verba mihi. *Hirt. de B. Afric.* c. 19. Quos ex hybridis, libertinis, servisque conscripserat. *Horat.* l. 1. sat. 7. v. 2. Persius hybrida. *Valer. Max.* l. 8. c. 6. n. 4. Q. Varius, propter obscurum jus civitatis, hybrida cognominatus. Adde *Sueton. in Aug.* c. 19. ¶ C. Antonius, qui cum M. Tullio Cicerone consul fuit, hybridæ cognomen habuit, ut est apud *Mediobarb. p. m.* 3. ¶ Quidam Grammatici *hybridas* vocant eas voces, quæ ex duarum linguarum verbis conflantur, ut *monoculus, epirhedium.* ¶ Sunt qui scribunt *hibrida*: sunt, qui *ibrida*: atque hi ab *iber* pro *imber,* et hoc ab *umber,* quod *umbros* dicant appellari arietes ex caprino, et ovillo genere ortos.

HYDASPES, is, m. fluvius Indiæ in regno Pori, inter Indum et Acesinem medius, qui postea cum aliis in Indum se exonerat. *Plin.* l. 6. c. 20. Hinc *Lucan.* l. 8. v. 227. vocat Hydaspen Nysæum, quia Nysam urbem alluit. *Horat.* l. 1. od. 22. v. 7. fabulosum appellat, quod multa de eo fabulosa dicebantur. ¶ Est etiam hoc nomine fluvius Persiæ, seu Mediæ, si *Virgilio* 4. *Georg.* v. 211. fides habenda est. Fortasse cum fabulosum Hydaspen dixit *Horatius,* eo respexit, quod nihil certi de hoc fluvio illis temporibus esset. Geographi putant Choaspen esse, de quo hi Auctores loquuntur, eosque falsos similitudine nominis unum pro alio usurpasse.

HYDASPĔUS, a, um, adject. ad Hydaspen pertinens, Indicus. *Claudian. de III. Cons. Honor.* v. 4. Dives Hydaspeis augescat purpura gemmis. *Sidon.* carm. 2. v. 447. Frangat Hydaspeas aries impactus Erythras.

HYDĀTIS, idis, f. ὑδατὶς, apud *Martian. Capell.* l. 1. pag. 20. gemma est colore aqueo: ab ὕδωρ, ὕδατος, aqua.

HYDRA, æ, f. *a water-serpent,* ὕδρη, serpens aquaticus, ab ὕδωρ, aqua. *Hydra Lernæa* apud Poetas serpens fuit, filia Typhonis et Echidnæ, septem capitibus in Lerna palude, cum qua Hercules pugnavit, quæ, cum Hercules ei unum caput abscidisset, continuo aliis septem augebatur, tandem ferro et igne victa et interfecta est, adhibito Iolao, qui incisam cervicem ardente face e vestigio inureret. *the Lernean hydra.* Alio nomine *Excetra* dicta est. V. *Excetra.* Alii quinquaginta ei capita tribuunt, centum alii: alii tria, alii octo, alii novem. Sed secundum Historicos constat, Hydram paludem fuisse in Lerna Argivorum regione aquas evomentem, quæ vastabant agros vicinarum urbium, in qua uno meatu clauso, multi erumpebant. Hercules igitur avertit in alias partes flumina, quæ in paludem excurrebant, atque ita paludem exsiccavit. *Ovid. Metam.* 9. v. 69. Pars quota Lernææ serpens eris unus Echidnæ? Vulneribus fecunda suis erat illa, nec ullum De centum numero caput est impune recisum, Quin gemino cervix herede valentior esset. Adde *Hygin. in præfat.* et fab. 30. 34. et 151. et *Serv. ad* 6. *Æn.* v. 576. ubi *Virgil.* aliam fingit esse intra mœnia Ditis, quinquaginta capitibus instructam, quæ interius limen custodiat, ut Cerberus exterius. ¶ In cælo est sidus, de quo in *Anguis* dictum est. *Cic. in Arat.* v. 292. ¶ Allegoria est in illo *Ciceron.* 2. *de Orat.* c. 17. Sed videto, ne in istis duobus generibus hydra sit tibi, et pellis; Hercules autem, et alia opera majora ne in illis rebus, quas prætermittis, relinquantur. *h. e.* vide, ne de Oratoris officio disserens, leviora tantum attigeris et faciliora, ea vero quæ majoris momenti sunt, et difficiliora, omiseris: quemadmodum si quis facturus Herculis statuam, de hydra, et pelle leonis cogitaverit: ipsum vero Herculem, aliaque plura et majora ejus opera neglexerit. V. *infi. cap. præced.*

HYDRAGOGĬA, æ, f. aquæ ductio, canalis, ὑδραγωγία, vox Græca: ab ὕδωρ, aqua, et ἄγω, duco. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 114. Sensus portæ, venæ hydragogiæ, cloaca intestini. *h. e.* sensus esse naturæ veluti portas: venas veluti canales: intestinos cloacas.

[* HYDRAGŎGUS, a, um, aquiducus. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 3. *c. ult. a med.* Uti aquiducis medicaminibus, quæ Græci hydragoga vocaverunt. ¶ *Hydragogos* est herbæ nomen apud *Apul. de herb.* c. 27. Chamædaphne a Græcis quibusdam daphnites, aliquibus vero daphne, aliis hydragogos dicitur.

* HYDRAGŎNOS, i, ὑδράγονος, *h. e.* ex aqua genitus. Ita vocatur nymphæa herba, quæ in aqua degit. *Apul. de herb.* c. 67.]

HYDRARGȲRUS, i, m. *a kind of quicksilver,* ὑδράργυρος, species argenti vivi, quod ex minio fit secundario, æreis mortariis trito ex aceto, aut ferrea concha, argilla super illita, excocto: quod argenti vivi vicem præstat, guttis dividi facile, et lubrico humore confluere. Ita *Plin.* l. 33. c. 8. Dicitur *hydrargyrus,* quia argenti colorem habet, liquorem aquæ: ab ὕδωρ, aqua, et ἀργύριον, argentum. Differt ab argento vivo, quod fit ex lapide in argentariis venis reperto, ut in *Argentum* dictum est. *Plin. loc. cit.* Hydrargyro argentum inauratur. *Id. ibid. sub fin.* cap. 3. Æs inaurari argento vivo, aut certe hydrargyro, legitimum erat. ¶ Masculini generis esse diximus, quia eodem genere apud Græcos est. Nam ex *Plinii* locis nihil certi colligitur.

HYDRAULA, *et* Hydraules, æ, m. *a player on a musical instrument that went by water,* ὑδραύλης, qui peritus est organi hydraulici pulsandi. *Sueton. in Ner.* c. 54. Voverat proditurum se, partæ victoriæ ludis, etiam hydraulam, et choraulam, et utricularium, ac novissimo die histrionem. *Petron. in Satyr.* c. 36. Ut putares essedarium hydraule cantante pugnare. ¶ *Hydraula, æ,* f. ὑδραυλὶς, est machina, quæ vi aquæ versatur. *Vitruv.* l. 10. c. 10. ubi *de rotis ad molendam farinam.* Eadem ratione versantur hydraulæ. *Philand. Turneb. Salmas.* leg. *hydromylæ,* h. e. molæ, quæ aqua versantur: ab ὕδωρ, aqua, et μύλη, mola: atque ita poscere videtur res, de qua ibi agitur.

HYDRAULĬCUS, a, um, *hydraulic,* ad hydraulum spectans. *Plin.* l. 7. c. 37. Laudatus Ctesibius pneumatica ratione, et hydraulicis organis repertis. *musical instruments that played by the force of water.* Adde *Sueton. in Ner.* c. 41. ¶ Hydraulicæ machinæ dicuntur, quibus aqua per fistulas exprimitur, et in sublime pellitur: hæ partim fiunt ad aquarum ludos faciendos, partim ad hydromylas versandas, partim ad excitandas in musicis organis harmonias, ad horologiorum motus. &c. De his V. *Vitruv.* l. 9. c. 9. et lib. 10. c. 13. Meminit et *Plin.* l. 7. c. 37.

HYDRAULUS, i, m. ὕδραυλος, ὑδραυλὶς, *a musical instrument that played by the motion of water; an hydraulic organ,* instrumentum musicum aquæ decursu sonum reddens: ab ὕδωρ, aqua, et αὐλὸς, tibia. Simile est ei, quod nunc appellatur organum, nisi quod hujus fistulæ ventis solum inflantur, in hydraulicis aquæ decursu sonus redditur. *Plin.* l. 9. c. 8. *de delphino.* Mulcetur symphoniæ cantu, et præcipue hydrauli sono. [*Cic.* 3. *Tuscul.* c. 18. Hortabere, hydrauli ut audiat voces potius, quam Platonis?] [† V. *Ernest. Clav. Cic.* in *Hydraulus.*]

HYDRELATĀNUS, a, um, ad Hydrelam pertinens, quæ regio est Cariæ, ut Hydrelatanus ager, *Liv.* l. 37. c. 56.

HYDRELĪTÆ, arum, populi Hydrelæ, apud *Plin.* l. 5. c. 29. V. vocem præced.

HYDRĒUM, i, n. idem ac hydreuma, apud *Plin.* l. 6. cap. 23. V. vocem sequent.

HYDREUMA, atis, n. ὕδρευμα, aquationum ratione disposita mansio. *Plin.* l. 6. c. 23. A Copto camelis itur aquationum ratione mansionibus dispositis: prima appellatur hydreum XXXII. M. secunda in monte diei itinere: tertia in altero hydreumate, &c. ubi *Harduin.* recte distinguit, ut hydreum, ὑδρεῖον, sit locus aquationis: hydreuma, ὕδρευμα, ipsa aquatio, ab ὑδρεύειν, aquari.

HYDRĬA, æ, f. *an urn, water-pot, ewer,* ὑδρία, aqualis, idest, vas aquarium, urna: ab ὕδωρ, aqua. *Cic.* 4. *Verr.* c. 19. Dicebant, scyphorum paria complura, hydrias argenteas, pretiosam vestem stragulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse. *Id. ibid.* c. 51. Conjicere sortes in hydriam. *Sulpic. Sever.* l. 1. *sacræ hist.* c. 43. Hydria farris.

HYDRĪNUS, a, am, adject. ab hydra, vel hydro, ut Hydrina vulnera. *Prudent. in Romano, seu peristeph.* 14. v. 884. ipse præsto tunc erit Hercules, Hydrina suetus ustum ire vulnera.

HYDRIUS, ii, m. aquarius. Hydrius puer est Aquarius cæleste sidus. *Prudent. in Apotheosi*, v. 690. Labitur hinc pulsus puer Hydrius, inde Sagitta.

HYDROCĒLE, es, f. *a watery rupture, hydrocele*, ὑδροκήλη, hernia aquosa, cum scilicet aqua in scroto colligitur, seu ut alii definiunt, cum in alterum e testibus humor confluit: ab ὕδωρ, aqua, et κήλη, quod speciatim scroti tumorem significat. *Martial.* lib. 12. epigr. 85. Dicentem tumidas in hydrocelas.

HYDROCELĬCUS, a, um, *hydrocelic, afflicted with a hydrocele*, ὑδροκηλικὸς, qui hydrocele laborat. *Plin.* l. 30. c. 8. *ad fin.* Hydrocelicis stelliones mire prodesse tradunt.

HYDROCHŎUS, i, m. ὑδροχόος, hoc est aquam fundens: ab ὕδωρ, aqua, et χέω, fundo. Græce Aquarii signum significat. *Catull.* carm. 65. *de coma Beren. in fi.* Proximus Hydrochoi fulgeret Oarion. Al. aliter leg.

HYDROGARĀTUS, a, um, adject. hydrogaro conditus. *Apic.* l. 2. c. 2. Isicia hydrogarata sic facies: Teres piper, ligusticum, pyretrum minimum: suffundes liquamen, temperans aqua cisternina, &c.

HYDROGĂRUM, i, n. genus liquaminis aqua cisternina temperatum: ab ὕδωρ, aqua, et γάρον, garum. *Lamprid. in Heliogab.* c. 29. Hydrogarum Romanorum ducum primus publice exhibuit.

[* **HYDROGĔRON**, tis, m. ὑδρογέρων, herba eadem ac senecio. *Apul. de herb.* c. 75.]

HYDROLAPĂTHUM, i, n. *a water-dock*, ὑδρολάπαθον, lapathi genus, quod in aqua nascitur. *Plin.* l. 20. c. 21. *ad fin.*

HYDROMANTĪA, æ, f. *a kind of divination by water, hydromancy*, ὑδρομαντεία, divinatio, quæ fit per aquam. *Augustin.* l. 7. *de Civ. Dei, c. ult.* scribit, Numam Pompilium hydromantiam fecisse, ut videret imagines deorum, vel ludificationes Dæmonum, a quibus audiret, quid in sacris constituere, atque observare deberet. Quod genus divinationis *Varro* a Persis dixit illatum, quo et ipsum Numam, et Pythagoram philosophum fuisse usum commemorat. *Plin.* l. 37. c. 11. Ananchitide in hydromantia dicunt evocari imagines deorum. *Isidorus* legit *necromantia*, lib. 16. *Orig.* c. 14. sed illud alterum tuetur *Harduin.* ex MSS. Est autem hæc vox ab ὕδωρ, aqua, et μάντις, hariolus.

HYDROMĔLI, elitis, n. *water and honey sodden together, metheglin, mead, hydromel*, ὑδρομέλι, aquæ mulsæ genus, ex imbre purissimo, et melle temperatum, et jam vetustate vini saporem referens: ab ὕδωρ, aqua, et μέλι, mel. *Plin.* l. 14. c. 17. et lib. 31. c. 6. *ad fin. Pallad. in Jul.* tit. 7. et *Colum.* l. 12. c. 12. qui, tacito nomine, ejus conficiendi rationem docet, et aquam mulsam appellat. *Plin.* l. 22. c. 13. Intestinorum animalia pelli cum hydromelite, et sale. *Id.* l. 27. c. 5. *a med.* Cum hydromelitis sextario.

[* **HYDROMĒLUM**, i, n. ὑδρόμηλον, potio ex aqua et malis Matianis. *Isidor.* 20. *Orig.* c. 3.]

HYDROMȲLA, æ, f. V. *Hydraula.*

HYDROPHOBĬA, æ, f. *the fear of water, occasioned by the bite of a mad dog; the hydrophobia*, ὑδροφοβία, aquæ fuga, miserrimum genus morbi, in quo simul æger et siti, et aquæ metu cruciatur, quod solet accidere iis, qui a rabido cane fuerint morsi: ab ὕδωρ, aqua, et φόβος, timor. *Cels.* l. 5. c. 27. n. 2. sed Græce; at Latine *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 9. ¶ Hydrophobiam signat *Ovid.* ex *Pont.* l. 1. ep. 3. v. 23. Tollere nodosam nescit medicina podagram, Nec formidatis auxiliatur aquis.

HYDROPHŎBI, orum, m. *seized with the hydrophobia*, ὑδροφόβοι, ægri, quos canis rabidus momorderit, qui aquam expavescunt: a φοβέομαι, timeo, et ὕδωρ, aqua. *Plin.* l. 29. c. 5. est limus salivæ sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu fieri hpdrophobos non patitur.

HYDROPHOBĬCUS, a, um, adject. ut Hydrophobica passio, apud *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 9. V. *Hydrophobia.*

HYDROPHȲLAX, acis, m. *he that hath the care of the water*, ὑδροφύλαξ, aquarum custos: ab ὕδωρ, aqua, et φυλάσσω, custodio. *Imp. Zeno* lib. 11. *Cod.* tit. 42. *leg. pœnult.* Universos aquarios, vel aquarum custodes, quos hydrophylacas nominant, &c.

HYDROPĬCUS, a, um, *labouring under a dropsy, dropsical, hydropic*, ὑδρωπικὸς, qui hydrope laborat. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 34. Si nolis sanus, cures hydropicus. ¶ Secundam syllabam corripit *Æmil. Macer. cap. de Allio.* Hydropicis, sic humores desiccat aquosos. Sed non est imitandus.

HYDROPĪSIS, is, f. *a dropsy*, idem ac hydrops. *Plin.* l. 20. c. 1. *extr.* Sic et contra phthiriasim bibitur, et hydropises.

[* **HYDROPISMUS**, i, m. hydropis generatio. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 1. c. 14. Hydropismum (fieri censet Asclepiades) perforatione carnis in parvam formulam viarum, quæ possit solita (*lege* solida) corporis nutrimenta inaquare. *h. e.* in aquam vertere.]

HYDROPS, ōpis, m. *a hydropsy or dropsy*, ὕδρωψ, ωπος, genus morbi, quo aqua præter naturam sub cute nascitur, qua corpus turgescit: ab ὕδωρ, aqua, et ὤψ, facies. *Horat.* l. 2. od. 2. v. 13. Crescit indulgens sibi dirus hydrops, Nec sitim pellit, nisi causa morbi Fugerit venis. *Cels.* l. 3. c. 21. Ex quartana in hydropa decidere.

HYDRUS, *et* Hydros, i, m. *a water-serpent*, ὕδρος, certum anguium genus, quod et in aquis degit: ab ὕδωρ, aqua. Et universim de quibuscumque serpentibus dicitur. *Plin.* l. 29. c. 4. *circa med.* In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est, quod et in aqua vivit: hydri vocantur, nullis serpentium inferiores veneno. *Id.* l. 6. c. 23. Hydri marini vicenum cubitorum. *Virg.* 4. *Georg.* v. 458. immanis hydrus. *Id.* 7. *Æn.* v. 753. graviter spirantes hydri. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 85. *de Hercule.* immanes elisis faucibus hydros Infantem, &c. ¶ A Poetis tribuuntur capitibus Furiarum, et Medusæ pro comis, vel immixti capillis. *Virg.* 7. *Æn.* v. 447. tot Erinnys sibilat hydris. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 413. *de Tisiphone.* excussi crinibus hydri. et lib. 2. v. 195. et nigris amplectitur hydris. et lib. 6. v. 397. squalens hydris Medusa. Sic *Ovid. in fin.* l. 4. *Metam.* Gorgoneum turpes crinem mutavit in hydros. ¶ Translate *Juvenal.* sat. 7. v. 70. Nam si Virgilio puer, et tolerabile desit Hospitium, caderent omnes a crinibus hydri. *h. e.* vis carminis, et poeticus furor: alluditque ad descriptionem Erinnyos lib. 7. *Æn.* v. 415. et 447. ¶ Metonymice ponitur pro veneno. *Sil.* lib. 1. v. 322. Aut hydro imbutas, bis noxia tela, sagittas. ¶ Est et signum cæleste, de quo in *Anguis* dictum est. *German. in Arat.* v. 429. Et spatio triplicis formatus sideris Hydros.

HYEMS, &c. V. *Hiems.*

HYGĒA, *et* Hygia, æ, f. *the goddess of health*, Ὑγεία, filia Æsculapii, sanitatis dea. *Plin.* l. 34. c. 8. *a med.* et lib. 35. c. 11. *Martial.* l. 11. epigr. 61. Quod sanare Criton, non quod Hygea potest. ¶ Scribitur et *Hygeia*, servatis omnibus Græcis litteris. Vetus lapis apud *Gruter.* pag. 31. n. 10. Solis Æsculapio, et Hygeiæ, &c. Adde alium apud *Murator.* pag. 169. n. 8.

HYGĪNUS, i, (C. Julius) libertus Augusti, a quo advectus Romam præfuit Bibliothecæ Palatinæ. Multa scripsit, e quibus supersunt Fabulæ, et Poetica Astronomica. Sunt tamen, qui multo saniori judicio Augusti ætate indigna ea scripta putant propter styli inelegantiam, ideoque alteri tribuunt Hygino, qui circa Antoninorum ætatem floruerit, vel etiam infra. ¶ Alter Hyginus scripsit de Limitibus constituendis sub Trajani imperio. Sed ne hic quidem stili ratione est adamandus.

HYGREMPLASTRUM, i, n. *a wet-plaster*, ὑγρέμπλαστρον, emplastrum liquidum ac fluens: ab ὑγρὸς, humidus. *Plin.* l. 34. c. 15. *sub fin.* Præcipua commendatio ejus in hygremplastro, ad purganda vulnera.

HYGROPHOBĬA, æ, f. ὑγροφοβία, idem fere, quod hydrophobia: nisi quod hæc solius aquæ, illa omnium humorum, liquorumque timorem habet: ab ὑγρὸς, humidus. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 9.

HYLACTOR, oris, *Barker, Ringwood (the name of a dog,)* nomen canis latratu valentis: ab ὑλάω, latro. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 224. et acutæ vocis hylactor.

HYLÆUS, i, Ὑλαῖος, unus e Centauris (ab ὕλη, silva) qui Atalantæ vim inferre aggressus, ab ipsa sagittis occisus est (*Serv. ad Æn.* 8. v. 294. ait, occisum esse a Theseo) opem ferente etiam Milanione, (cujus postea illa uxor fuit) qui in ea rixa vulnus retulit: de quo *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 191. Sensit et Hylæi contentum saucius arcum. De eodem adjective *Propert.* l. 1. el. 1. v. 13. Ille etiam Hylæi percussus vulnere rami, &c. ¶ Apud *Ovid.* est etiam nomen canis: ab ὑλάω, latro: 3. *Metam.* v. 213.

HYLAS, æ, m. Ὕλας, filius Thiodamantis et Menodices Nymphæ Orionis filiæ, ex Oechalia (al. Argivus) puer formosus, comes fuit Herculis in expeditione Argonautarum. Cum illi ad litus Mysiæ appulissent, et venatum Hercules, aquatum Hylas cum urna ad Ascanium fluvium accessisset, a Nymphis ejus fluminis una cum urna sua vi e ripa detractus, raptusque est: quem frustra diu conquirens Hercules adeo aberravit, ut ab sociis vela facientibus desereretur. *Juvenal.* sat. 1. v. 164. Aut multum quæsitus Hylas, urnamque secutus. *Propert.* l. 1. el. 20. v. 6. Thiodamanteo proximus ardor Hylæ. V. ibi multa hac de re. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 596. Rursus Hylan, et rursus Hylan per longa reclamat Avia. V. ibi quoque multa a vers. 522. et *Hygin.* fab. 14. et *Serv. ad Ecl.* 6. v. 43. ¶ In memoriam ejus diu et frustra quæsiti, Hercules instituit annua sacra, in quibus crebro clamaretur. Quo alludit *Virg. Ecl.* 6. v. 43. His adjungit, Hylan nautæ quo fonte relictum Clamassent, ut litus, Hyla, Hyla omne sonaret. Secunda in hoc vocativo syllaba primo producitur, secundo corripitur, Græca licentia, illius simili, de qua *Martial.* l. 9. epigr. 12. Et quos ἆρες, ἄρες decet sonare.

HYLAX, acis, *Barker, (a dog's name)* nomen canis, quæ multum latratu valet: ab ὑλάω, latro. *Virg. Ecl.* 8. v. 107.

HYLE, es, f. *matter, subject-matter*, ὕλη, Græce est silva; et translate materia, de qua agitur in libris alicujus facultatis, præsertim in iis, qui variæ eruditionis sunt. *Atteius Philologus* apud *Sueton. de Grammat.* c. 10. Hylen nostram aliis memento commendare: quam omnis generis coegimus, uti scis, octingentos in libros. ¶ Apud *Plin.* l. 4. c. 7. est oppidi nomen in Bœotia.

HYLES, æ, m. Ὕλης, nomen Centauri (ab ὕλη, silva. nam Centauri in silvis degunt) apud *Ovid.* 12. *Metam.* v. 378.

HYLLUS, *vel* Hylus, i, Ὕλος, filius Herculis ex Deianira (al. ex Omphale) qui Iolen patre mortuo uxorem duxit. Hic postea cum ceteris fratribus, qui ex Hercule superstites fuerunt, ab Eurystheo pulsus, Athenas confugit, ibique Misericordiæ, vel Clementiæ templum condidit, quod et accepti ab Atheniensibus beneficii testimonium, et miseris in posterum asylum esset et perfugium. *Ovid. Heroid.* ep: 9. v. 44. *et in fin.* et *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 508.

HYMEN, ĕnis, *et* Hymenæus, *vel* Hymenæos, i, m. Ὑμὴν, Ὑμεναῖος, carmen nuptiale, hymnus virginalium nuptiarum. *Stat.* l. 2. *silv. ult.* v. 87. Et vestros Hymenæon ante postes Festis cantibus ipsa personabo. *Terent. Adelph.* 5. 7. 6. Hoc mihi moræ est, tibicina, et hymenæum qui canat. ¶ Item apud Græcos, membrana, qua fetus involvitur, sed speciatim illa, quæ claustrum virginitatis est. Aliqui volunt, hanc esse primam hujus vocis notionem, et inde carmen nuptiale, et deum nuptiarum præsidem appellatum a veteribus fuisse. *Serv. ad* 4. *Æn.* v. 99. et *Donat. ad Terent. Adelph.* 5. 7. 6. ¶ Item *Hymen*, vel *Hymenæus*, vel conjunctim *Hymen Hymenæus*, deus nuptiarum præses habitus fuit, ut dictum est. Hunc aliqui Liberi et Veneris filium fuisse volunt, alii Apollinis et Calliopes, alii Uraniæ, alii Clius; primum certas instituisse nuptias, eoque hunc ei honorem habitum, ut in virginalibus nuptiis memoria ejus celebraretur. Alii Magnetis filium, musicæ artis peritum, pulcritudine muliebri: dum nuptias Liberi Patris et Altheæ, seu Ariadnes religiosis cantibus celebrat, exspirasse. Alii virum fortem Atticum dicunt fuisse, qui raptas a prædonibus virgines, oppressis latronibus, parentibus intactas restituit. Vel qui inter bella sævissima virgines liberaverit. Hanc ob causam in nuptiis tradunt a Græcis, eorumque imitatione a Latinis ejus numen solitum fuisse invocari, quasi liberatoris virginitatis, ut Romani in nuptiis virginalibus invocabant Talassum, seu Talassium, seu Talassionem. Sed ut alii referunt, apud Romanos cum sponsa duceretur, omnes respondentibus vicissim pueris puellisque clara voce concinebant, *Hymen, o Hymenææ*, ingrediente vero sponsa mariti ædium limen, *Talassio* magna voce clamabatur, quod in raptu Sabinarum ea vox celebrata virginem præstantissima forma ab impetu aliorum defendisset. *Catull. carm. nuptiali* 61. v. 5. Hymen o Hymenææ, Hymen ades o Hymenææ. Ubi prior syllaba in *Hymen* communis est, primo producta, deinde correpta: at in *Hymenæus* semper est brevis. *Id. in carm. præced.* v. 4. O Hymenææ Hymen, o Hymen Hymenææ. *Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 27. Vulgus Hymen Hymenææ, vocant: fugit ille vocantes. et epist. 6. v. 44. pronuba Juno Adfuit, et sertis tempora vinctus Hymen. et epist. 12. v. 137. Ut subito nostras Hymen cantatus ad aures Venit, &c. *Id.* 12. *Metam.* v. 215. Ecce canunt Hymenæon. et ignibus atria fumant. ¶ Metonymice sunt ipsæ nuptiæ. *nuptials, marriage, wedlock, matrimony. Virg.* 1. *Æn.* v. 655. *de Helena.* Pergama cum peteret, inconcessosque Hymenæos. et lib. 3. v. 328. qui deinde secutus Ledæam Hermionem, Lacedæmoniosque Hymenæos. et lib. 4. v. 99. pactos Hymenæos exercere. et vers. 127. Connubio jungam stabili, propriamque dicabo. Hic Hymenæus erit. *Stat.* 3. *Theb.* v. 283. Hymenæi infausti. *Senec. in Troadib.* v. 861. Quicumque Hymen funestus, illætabilis Lamenta, cædes, sanguinem, gemitus habet, Est auspice Helena dignus. ¶ De bestiis. *Virg.* 3. *Georg.* v. 60. Ætas Lucinam, justosque pati hymenæos, Desinit ante decem, post quatuor incipit annos. Ubi ὕστερον πρότερον notat *Servius*, quia prius est concubitus, deinde partus. ¶ Auctores, unde fabulas de Hymenæo sumpsimus, sunt *Serv. ad Ecl.* 8. v. 30. et *ad Æn.* 4. v. 99. et 127. *Donat. ad Terent. Adelph.* 5. 7. 6. et *Lactant. ad Stat. Theb.* 3. v. 283.

HYMENEĬUS, a, um, ad Hymenæum pertinens. *Martian. Capell. initio* l. 7. Nec mea mella rapis: quænam hæc hymenæia lex est? Adde l. 2. pag. 34.

HYMETTĬUS, a, um, Ὑμήττιος, ex Hymetto monte. *Plin.* l. 36. c. 3. L. Crassus Orator primus peregrini marmoris columnas habuit Hymettias. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 15. Hymettia mella. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 284. ut Hymettia sole Cera remollescit.

HYMETTUS, et Hymettos, i, m. hod. *Lamprobouni*, Ὑμηττὸς, mons Atticæ, Athenis proximus, tum marmore, tum vero præcipue thymo floribusque abundans, atque ideo apibus et melle. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 396. dum plenas nectare cellas Pandit, et in dulcem reges dimittit Hymetton. *Martial.* l. 7. epigr. 87. Pascat et Hybla meas, pascat Hymettos apes. *Horat.* l. 2. od. 6. v. 14. ubi non Hymetto mella decedunt. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 687. purpurei colles florentis Hymetti. *Colum.* l. 10. v. 385. Actæus Hymettus. ¶ *Apul. in princ.* l. 1. *Metam.* Hymettos Attica, fem. gen. dixit: videturque ad regionem, quæ est circa Hymettum, respexisse. V. *Isthmus* in fin.

HYMNĪFER, a, um, qui hymnos componit, seu can-

tat. *Ovid.* 11. *Metam. de Orpheo*, v. 58. hymniferos inhiat divellere vultus. *Heinsius*, et alii hunc versum, tanquam spurium, rejiciunt.

HYMNĬO, is, *to hymn*, hymnos cano. *Prudent. peristeph.* 1. *de pass. Martyr. Calagurritan. sub fin.* Hymnite matres pro receptis parvulis. ὑμνεῖτε.

HYMNISŎNUS, a, um, *chanting hymns*, hymnos sonans, laudes canens. *Paulin. Nolan. in Nat. XIII. S. Fel. edit. Murator.* v. 230. hymnisoni chori. Adde carm. 22. (*al.* 14.) v. 200.

HYMNODĬCUS, i, qui hymnos canit. *Jul. Firmic.* l. 8. c. 25.

HYMNOLŎGUS, i, m. laudator, hymnis celebrans. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 6. Sive templorum conditores, aut hymnologos. Adde cap. 12. et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 645. n. 4. et *Donium* class. 13. *n. ult.*

HYMNUS, i, m. *a hymn, song of praise*, ὕμνος, proprie est canticum in deum, sed simpliciter pro cantico et laude accipitur: ab ὕδω, cano, celebro. *Prudent. præfat. Cathemer.* v. 37. Hymnis continuet dies, Nec nox ulla vacet, quin Dominum canat. Adde *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 261. ¶ Apud *Martial.* l. 12. epigr. 76. *Hymnus* est nomen proprium pueri cujusdam.

HYOSCYAMĪNUS, a, um, *made of henbane*, qui est ex hyoscyamo, ut Oleum hyoscyaminum, quod ex hyoscyamo decoquitur. *Plin.* l. 23. c. 4. *a med.*

HYOSCYĂMUS, i, m. *the herb henbane*, ὑοσκύαμος, herba est, quæ et Apollinaris, et altercum dicitur, plurium generum, quorum primum nigro semine, floribus pæne purpureis, spinosum: alterum vulgare, candidius, et fruticosius, altius papavere: tertium semine simile semini irionis: quartum molle, lanuginosum, pinguius ceteris: quod unum a Medicis receptum est: cetera venenum sunt, insaniam gignentia, capitisque vertigines. Ipsa vox fabam suis significat, ab ὗς, sus, et κύαμος, faba. *Plin.* l. 25. c. 4. *sub fin. Cels.* l. 5. c. 27. sect. 14. Si hyoscyamum aliquis ebibit, fervens mustum bibendum est. ¶ *Jusquiamus* dicitur a *Pallad.* lib. 1. tit. 35. *ante med.* et *Veget. de re Veterin.* l. 2. c. 12.

HYOSĪRIS, f. *yellow succory*, ὑοσερὶς, herba intubo similis, sed minor et tactu asperior, quæ contusa vulneribus præclare medetur. *Plin.* l. 27. c. 10. *ad fin.*

HYPÆTHRUS, *et* Hypætros, a, um, *under the open air*, ὕπαιθρος, sub dio positus: ab ὑπὸ, sub, et αἶθρα, aer. *Vitruv.* l. 5. c. 9. *a med.* Hypæthræ ambulationes habent magnam salubritatem. *walks open at top. Id.* l. 1. c. 2. Jovi, et Cælo ædificia sub divo, hypæthraque constituuntur. *h. e.* tecto perforato, atque aperto. *Id.* l. 5. c. 9. *a med.* In apertis hypæthrisque locis.

HYPALLĂGE, es, f. *a change of words, or of construction, hypallage*, ὑπαλλαγὴ, h. e. immutatio, est figura dictionis, qua aliquid præpostere effertur, ita tamen ut facile quod rectum est intelligatur, ne pro figura vitium sit: ut in illo *Virg.* 3. *Æn.* v. 61. dare classibus Austros. Ubi *Servius*: hypallage est. nam classes Austris damus. ¶ Ipsa quoque metonymia *hypallage* dicitur a Rhetoribus, teste *Cicer.* apud *Quintil.* l. 8. c. 6. Græce tamen.

HYPĂNIS, is, m. fluvius Poloniæ, qui a Podolia in Borysthenem, et mox in Euxinum Pontum influit. *Virg.* 4. *Georg.* v. 370. *Cic. Tuscul.* 1. c. 39.

HYPĂTE, es, f. *the base string of a violin*, ὑπάτη, summa chorda in fidibus, quæ acutum sonum reddit. *Vitruv.* l. 5. c. 4. et lib. 6. c. 1. *circa med.*

[* HYPATOĪDES, is, m. ὑπατοειδὴς, modulatio quædam musicalis. *Martian. Capell.* lib. 9. pag. 326. *Grot.* Melopœiæ species sunt tres, hypatoides, mesoides, netoides: hypatoides est, quæ appellatur tragica, quæ per graviores sonos constat.]

HYPELĂTES, æ, m. lauri species, al. daphne, carpophyllum, laurus Alexandrina. *Plin.* l. 15. *c. ult.*

HYPENEMĬA OVA, *wind-eggs*, ὠὰ ὑπηνέμια, ova irrita et ventosa, ex quibus nihil gignitur: ab ὑπὸ, sub, subter, et ἄνεμος, ventus. *Plin.* l. 10. c. 58. et 60.

HYPERBĂSIS, is, f. ὑπέρβασις, transgressio: ab ὑπὲρ, supra, trans, et βαίνω, gradior. Figura est eadem, quæ hyperbaton: et ad eam reducitur etiam *hysteron proteron*, de quo infra. Sed Græce tantummodo usum habet.

HYPERBĂTON, i, n. *a figure of syntax, when the common order of words in a sentence is transgressed*, ὑπέρβατον. Figura Grammaticalis, et Rhetorica, per quam partes orationis, neglecta simplici et vulgari dispositione, varie et artificiose inter se commutantur, aliis in locum aliarum abeuntibus: ab ὑπερβαίνω, transgredior. Oratio enim est aspera et dura, vel saltem dissoluta et hians, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur. *Quintil.* l. 8. c. 6. *ad fin.* et lib. 9. c. 4. ¶ Latine *transgressio* appellatur ab *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 32. ¶ Ejus quinque sunt species, *Anastropha*, cum duorum verborum ordo mutatur, nullo alio interposito, ut illud *Virg.* 5. *Æn.* v. 663. Transtra per et remos. *Diacope*, cum dividitur verbum, interposito alio, ut *Cic. in fin.* l. 1. *ad Attic.* Per mihi, per, inquam, mihi gratum feceris. *Dialysis*, seu *Parenthesis*, cum ordo orationis diducitur, interposita sententia, ut *Plin.* l. 7. ep. 7. Neque ut magistro magister, neque ut discipulo discipulus (sic enim scribis) sed ut discipulo magister (nam tu magister, ego contra: atque ideo tu in scholam revocas, ego adhuc Saturnalia extendo) librum misisti. *Synchysis*, cum transpositio est obscura, ut *Virg.* 1. *Æn.* v. 113. Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras. *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 18. Non, ita me divi, vera gemunt, juverint. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 49. Namque pila lippis inimicum, et ludere crudis. *Charis.* l. 4. pag. 246. *Putsch.* ¶ Hæ tamen ipsæ species *hyperbati* nomine appellantur. Unde, quod ad dialysim attinet, *Plin.* post allata verba, subdit statim: Non potui longius hyperbaton facere, atque hoc ipso probare, eum me esse, &c. Quod ad anastropham, et diacopen, *Quintil. sub fin.* l. 9. Sed neque longioribus quam oportet hyperbatis compositioni serviamus, &c. *Idem* vero l. 8. c. 6. docet, cum decoris gratia trahitur longius verbum proprie hyperbati nomen tenere, ut in illo *Cicer. initio Cluentianæ.* Animadverti, judices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes. ¶ Est etiam *hyperbaton* apud nonnullos, quod ad apostrophen pertinet, cum scilicet sensus non mutatur, verum forma eloquendi, ut in illo *Virg.* 2. *Georg.* v. 169. Extulit hæc Decios, Marios, magnosque Camillos, Scipiadas duros bello, et te maxime Cæsar. *Quintil.* l. 9. c. 3. *ante med.*

HYPERBŎLA, æ, *et* Hyperbole, es, f. *a figure of rhetoric, when a thing is magnified beyond, or diminished below, the truth; an hyperbole*, ὑπερβολὴ, superlatio a *Cic.* 3. *de Orat.* c. 53. superjectio ementiens a *Quintil.* l. 8. c. 6. *ad fin.* appellata, tropus est, in quo res aliqua ultra modum, et præter veritatem augetur, aut minuitur, ut *fulminis ocyor alis*, apud *Virg.* 5. *Æn.* v. 319. et *vix ossibus hærent*, *Ecl.* 3. v. 102. Fit autem pluribus modis, quos *Quintil. ibid.* enumerat, et confirmat exemplis. *Cic. in Top.* cap. 10. *ad fin.* In hoc genere oratoribus et philosophis concessum est, ut aliquid, quod fieri nullo modo possit, augendæ rei causa dicatur, aut minuendæ, quæ hyperbole dicitur. *Senec.* l. 7. *de benef.* c. 23. In hoc omnis hyperbole extenditur, ut ad verum mendacio veniat. *et mox.* Nunquam tantum sperat hyperbola, quantum audet: sed incredibilia affirmat, ut ad credibilia perveniat. *Quintil. loc. cit.* Hujus quoque rei servetur mensura quædam. Quamvis enim est omnis hyperbole ultra fidem, non tamen debet esse ultra modum, nec alia via magis in κακοζηλίαν itur.

HYPERBOLÆOS, a, um, ὑπερβόλαιος, superlatus. Adhibetur aliquoties a *Vitruv.* l. 5. c. 4. et 5. ubi agit de sonis musicis: et *hyperbolæon* genitivus est pluralis, ὑπερβολαίων.

HYPERBOLĬCUS, a, um, *hyperbolical*, ὑπερβολικὸς, ad hyberbolen pertinens. Hyperbolica instrumenta apud *Sidon.* l. 7. ep. 2. *a med.* sunt documenta, seu chirographa, in quibus aliquis ea donat, assignatve, quæ non habet, vel aliquid supra dotem sponsæ largitur, quod Itali dicunt *contradote* (*something given over and above the regular dowry.*) Al. legi volunt *hypobolica.*

[* HYPERBOREĀNUS, a, um, idem ac hyperboreus. *Hieronym. in Chron. Euseb. ad ann.* 1560 *ab Abraham.* Abaris Hyperboreanus ariolus agnoscitur.]

HYPERBORĔUS, a, um, *far northern, hyperborean, cold, wintry*, ὑπερβόρειος, quasi supra Boream, dicitur de regionibus ac populis ad Septemtrionem positis: ab ὑπὲρ, supra, et βορέας: estque per hyperbolen dictum. Hinc *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 7. *extr.* tradit, antiquis dictos esse Hyperboreos, qui loca incolerent super Scythiam, et ad Tanaim, Istrumque, quasi originem Boreæ introrsus recedendo transissent. *Plin.* quoque l. 4. c. 12. *ad fin.* Hyperboreos locat pone Riphæos montes, ultraque Aquilonem, *gens*, inquit, *felix, si credimus, annoso degit ævo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur esse cardines mundi*, &c. *Paul.* ex *Festo* docet, Hyperboreos vocari populos, qui humanæ vitæ modum excedant, vivendo ultra centesimum annum, idest ὑπερβαίνοντας ὅρον sæculi humani. Sed hæc notatio inepta est. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 23. Apollo, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse. *Virg.* 4. *Georg.* v. 517. Hyperboreæ glacies. et lib. 3. v. 196. Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris Incubuit. et vers. 381. Hyperboreo septem subjecta trioni Gens effrena virum Riphæo tunditur Euro. *Lucan.* l. 5. v. 23. Hyperboreæ plaustrum glaciale sub Ursæ. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 210. Hyperboreæ pruinæ. *Martial.* l. 8. epigr. 78. Hyperborei celebrator Stella triumphi. *h. e.* quem Domitianus de Cattis, Dacisque egit.

HYPERCATALECTĬCUS, *et* Hypercatalectus versus, *an hyper-catalectic verse, verse having a superfluous syllable*, ὑπερκαταληκτικὸν μέτρον, est in quo syllaba, vel pes redundat, ut in illo *Virg. Æn.* 5. v. 422. Et magnos membrorum artus, magna ossa, lacertosque Exuit. *Ascon. in Verr.* 2. c. 10. Antiquum Nævii est: *Fato Metelli Romæ fiunt consules.* Cui tunc Metellus consul iratus, versu responderat senario hypercatalecto, qui et Saturnius dicitur: *Dabunt malum Metelli Nævio poetæ. Serv. in Centimetr.* pag. 1817. *Putsch.* Hypercatalecticum metrum est, ubi supra legitimos pedes syllaba crescit. *Priscian.* super 12. vers. l. 1. *Æn.* pag. 1216. Dicuntur hypercatalectici, quibus abundat una vel duæ syllabæ. V. *Catalecticus.*

HYPERĬCON, i, n. *the herb called St. John's wort*, ὑπερικὸν, herba, quæ et chamæpitys, et corion dicitur, oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutæ, odore acri, semine in siliqua nigro, maturescente cum hordeo. Aliud est, quod et corin appellant, folio tamaricis, et sub ea nascens, sed pinguioribus foliis, et minus rubentibus, odoratum, palmo altius, suave, leniter acutum. Hæc ex *Plin.* l. 26. c. 8. *ad fin.*

HYPERĪON, onis, *et* onos, m. Ὑπερίων, ονος, filius Titanis et Terræ, nepos Cæli, pater Solis, Lunæ, et Auroræ. Alii fratrem Saturni faciunt, et Cæli filium. *Hygin. in præfat.* ¶ Revera fuisse dicitur vir præstantissimus, qui solis, lunæ, astrorum motus, horasque primum summa cura a se percepta, ceteris noscenda tradidit: ideoque horum parens habitus est, et supra eos quasi gradiens: ab ὑπὲρ supra, et ἰὼν, incedens. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 192. quid nunc, Hyperione nate, Forma calorque tibi radiataque lumina prosunt? ¶ Sæpe de ipso Sole dicitur, quia supra nos graditur. *the sun. Festus*: Hyperionem alii patrem solis, alii ipsum, quod eat super terras, ita appellatum putabant. *Ovid. Metam.* 8. v. 564. Jamque duas lucis partes Hyperione menso. *Id. Fast.* l. 1. v. 385. Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum. *Laber.* apud *Gell.* l. 10. c. 17. contra exortum Hyperionis. *Stat.* lib. et silv. 4. v. 27. nimio possessa Hyperione flagrat Torva Cleonæi juba sideris.

HYPERIONĬUS, a, um, adject. ad Hyperionem, seu Solem pertinens. *Sil.* l. 15. v. 214. Jamque Hyperionia lux septima lampade surgens. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 34. Hyperionius currus.

HYPERMĔTER, *et* Hypermetrus versus, ὑπέρμετρος, hypercatalecticus, abundans una syllaba, quæ plerunque a prima syllaba subsequentis versus absumitur, ut in illo *Virg.* 1. *Georg.* v. 295. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem, Et foliis undam, &c. *Grammatici.*

HYPERMNESTRA, æ, *et* Hypermnestre, es, f Ὑπερμνήστρη, una ex quinquaginta Danai filiis, quæ sororibus suis prima nuptiarum nocte maritos suos occidentibus, una Lynceo sponso suo pepercit. V. *Danaus.* et *Ovid. Heroid.* ep. 14. Hinc *Propert.* l. 4. el. 7. v. 63. Andromedeque, et Hypermnestre sine fraude maritæ.

HYPERŎCHA, æ, f. *an overplus, surplussage*, ὑπεροχὴ, exsuperantia, excessus. *Triphonin. Dig.* lib. 20. tit. 4. leg. 20. Si post contractum tuum eidem credidisset quinquaginta, et hyperocham hujus rei, quæ tibi pignori datur. *et mox.* An tibi in quadraginta cederet pignoris hyperocha. Ita *Torrentin.* at *Haloand.* et alii *hypotheca.*

HYPERTHȲRIS, idis, f. ὑπερθυρὶς, et

HYPERTHȲRUM, i, n. *the upper post, or lintel, of a door*, ὑπέρθυρον, ornamentum portæ, quod supra limen ejus superius ponitur sub corona, et zophori vicem præstat: ab ὑπὲρ, supra, et θύρα, janua. *Vitruv.* l. 4. c. 6. Supra cymatium, quod erit in supercilio, collocandum est hyperthyrum crassitudine supercilii, et in eo scalpendum est, &c. *et infra.* Quemadmodum in Doricis hyperthyridibus.

HYPHĔAR, atos, n. ὕφεαρ, visci genus in abiete, larice, et quercu nascens. *Plin.* l. 16. *c. ult.* Adde cap. 30. ubi et buxo tribuit.

HYPHEN, *a hyphen, note of conjunction*, ὑφ' ἕν, ὑφὲν, ab ὑπὸ, sub, et ἓν, unum, dicitur a Grammaticis, cum duæ dictiones ita pronuntiatione junguntur, ut sub unum accentum cadant: et solet notari aliquando lineola, quæ utramque dictionem copulet. ut *ante-malorum, ante-volans, simul-ac*, quæ *Virgilii* sunt, et exempli loco ponuntur a *Diomed.* l. 2. pag. 430. *Putsch.* Adde *Serv. ad Æn.* 1. v. 202. Tale est et illud *Terent. Andr.* 1. 2. 4. et heri semper-lenitas, verebar, quorsum evaderet. Alii tamen volunt τὸ *semper* referri ad *verebar.*

HYPNĂLE, es, f. ὑπναλὴ, species aspidis, quæ morsu somnum et mortem inducit: ab ὕπνος, somnus. *Solin.* cap. 27. (*al.* 40.) *a med.*

HYPOBĂSIS, is, f. ὑπόβασις, *the pedestal, or lower member, of a pillar*, fulcimentum, quod sub basi ponitur. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 48. n. 1. Sanctissimo Herculi invicto crateram argyrocorinthiam, cum basi sua et hypobasi marmorea, sua pecunia donum dederunt. Adde pag. 10. n. 2. et apud *Donium* class. 1. n. 5.

HYPOBOLIMÆUS, ὑποβολιμαῖος, qui in alterius locum succedit, suppositus, subdititius: ab ὑποβάλλω, suppono, subjicio: cui opponitur γνήσιος, legitimus. *Hypobolimæus Æschinus* apud *Gell.* l. 15. c. 14. et *Hypobolimæus Cherestratus*, apud *Fest.* in *Noxia*, tituli sunt Comœdiarum *Cæcilii*: item *Menandri* apud *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 16.)

HYPOBRYCHĬUM, ii, n. ὑποβρύχιον, vorago in aqua devorans et exsorbens homines et navigia: βρύχω, a devoro. *Tertull. de Idolol. cap. ult.* Inextricabile impactis naufragium est; irrespirabile devoratis hypobrychium in idololatria.

HYPOCAUSIS, is, f. ὑπόκαυσις, idem ac hypocaustum. *Vitruv.* l. 5. cap. 10. Testudines alveolorum ex communi hypocausi calefacientur.

HYPOCAUSTUM, *et* Hypocauston, i, n. ὑπόκαυστον, *a stove*, vaporarium, locus in thermis concameratus et fornicatus, qui igne calefit: quasi subaccensum: ab ὑπὸ, sub, et καίω, sive καύω, accendo. Inventum fuit præcipue

ad sudandum. *Vitruv.* l. 5. c. 10. *de balneis.* Est animadvertendum, uti caldaria muliebria, viriliaque conjuncta, et iisdem regionibus sint collocata. Sic enim efficietur, ut in vasaria ex hypocausto communis sit usus eorum utrisque. Ahena super hypocaustum tria sunt componenda, &c. *Cicer. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. *vaporarium* appellare videtur. *Plin.* l. 2. ep. 17. *a med.* Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum, quod angusta fenestra suppositum calorem, ut ratio exigit, aut effundit, aut retinet. *Stat.* l. 1. silv. 5. v. 59. tenuem volvunt hypocausta vaporem. ¶ *Unctuarium hypocauston* apud *Plin. cit.* l. 2. ep. 17. *ante med.* est cubiculum in balneis ubi lavaturi ungebantur. ¶ Adjective *diætæ hypocaustæ* quid sint V. in *D*[illegible].

HYPOCHȲMA, atos, n. ὑπόχυμα, idem quod hypochysis, suffusio. *Marcell. Empir.* c. 8. *ante med.*

HYPOCHȲSIS, is, f. *a running of the eyes, suffusion,* ὑπόχυσις, Latine *suffusio:* ab ὑπὸ, sub, et χέω, fundo: est morbus oculorum, quo visus amittitur. *Plin.* l. 25. c. 12. Ad hypochysim et caliginem cyclaminon in pastillos diluunt.

HYPOCISTHIS, idis, f. ὑποκιστὶς, herba est sub cistho nascens (unde et nomen) duorum generum, candida, et rufa, malo granato immaturo similis. *Plin.* l. 24. c. 10. *ad fin.* et lib. 26. cap. 8. item l. 28. c. 16. ubi in quarto casu *hypocisthida* habet, et cap. 11. *a med.* ubi *hypocisthidem.*

HYPOCORISMA, atis, n. ὑποκόρισμα, forma, quam habent nomina, quæ diminutiva appellantur. *Charis.* l. 1. pag. 24. Monoptota hypocorismata non recipiunt.

HYPOCRĬSIS, is, *et* iseos, f. ὑπόκρισις, simulatio, imitatio, pronuntiatio, qua aliquam rem aut personam voce, gestu repræsentamus: ab ὑποκρίνομαι, simulo, fingo. *Donat. in vita Virg. ante med.* Julium Montanum poetam solitum dicere, involaturum se quædam Virgilio, si vocem posset, et os, et hypocrisim. *Ascon.* quoque habet, sed Græce *ad Verr.* 3. cap. 33. et 42.

HYPOCRĪTES, *et* Hypocrita, æ, m. *a stage-player, play-actor,* ὑποκριτὴς, histrio, qui alienam personam voce, gestu simulat, et repræsentat: ab ὑποκρίνομαι, fingo. Dicitur proprie de histrione secundarum partium, qui primi actionem observat et imitatur. *Sueton. in Ner.* cap. 24. In quodam tragico actu, cum elapsum baculum cito resumsisset, pavidus et metuens, ne ob delictum certamine submoveretur, non aliter confirmatus est, quam adjurante hypocrita, non animadversum, &c. *Quintil.* l. 2. c. 17. *ante med.* Demadem remigem, et Æschinem hypocritem oratores fuisse.

HYPODIACŎNUS, i, m. *a sub-deacon, sub-dean,* ὑποδιάκονος, qui sub diacono minister est. *Hieronym.* ep. 60. cap. 1. *sub fin.* Miserunt ad nos diaconos et hypodiaconos. *Imp. Constantin.* lib. 16. *Cod. Theodos.* tit. 2. leg. 7. Lectores divinorum apicum, et hypodiaconi, ceterique clerici.

HYPODIDASCĂLUS, li, m. *an assistant to a school-master, usher, under-teacher,* ὑποδιδάσκαλος, qui in ludo litterario secundas agit, et magistri vicem præstat, secundariam operam præbendo: ab ὑπὸ, sub, et διδάσκαλος, magister. *Cic. in fi.* ep. 18. l. 9. *Fam.* Sella tibi erit in ludo, tanquam hypodidascalo.

HYPODRŎMUS, i, m. *a covered place to walk in,* ὑπόδρομος, locus tectus deambulationi aptus. *Plin.* l. 5. ep. 6. *ante med.* Hac latus xysti, et quod prosilit villæ, hac adjacentis hypodromi nemus comasque prospectat. *Sidon.* l. 2. ep. 2. *ante med.* A parte vestibuli longitudo tecta interius patet: quæ quia nihil ipsa prospectat, etsi non hypodromus, saltem cryptoporticus meo mihi jure vocitabitur. Al. utroque loco leg. *hippodromus:* quæ mutatio perfacilis est: videtur tamen hisce locis *hippodromus* non apte convenire, in quibus de villæ membris sermo est.

HYPOGĒSON, n. *sea-green, house-leek,* ὑπόγεισον, adjunctum est aizoi majoris, quoniam in subgrundiis fere nascitur: ab ὑπὸ, sub, et γεῖσον, subgrundium. *Plin.* l. 25. *c. ult.*

HYPOGĒUM, i, n. *a cellar, vault, place under ground, hypogeum,* ὑπόγειον, et ὑπόγεον, locus subterraneus: ab ὑπὸ, sub, et γαῖα, terra. *Vitruv.* l. 6. c. 11. Ædificia quæ plano pede instituuntur, &c. Sin autem hypogea, concamerationesque instituentur, fundationes fieri debent crassiores. ¶ De sepulcro. *Petron. in Satyr.* c. 11. In conditorium prosequuta est defunctum, positumque in hypogeo corpus custodire ac flere cœpit. ¶ Scribitur et *hypogæum* (ut Græce ὑπόγαιον) *in vet. Inscript.* apud *Donium* class. 8. num. 14. et *Gruter.* pag. 1114. n. 3. et *Murator.* pag. 692. n. 9.

HYPOGLOSSA, æ, f. ὑπόγλωσσον, herba est folia habens figura silvestris myrti, concava, spinosa, et in his ceu linguas, folio parvo exeunte de foliis. *Plin.* l. 27. c. 11.

HYPOGRĂPHUM, i, n. ὑπόγραφον, *a copy, transcript,* exemplum, res ab alio dictata et descripta: ab ὑπογράφω, describo. *Augustus* apud *Donat. in vita Virg. ante med.* Vel prima carminis hypographa, vel quodlibet colon mitteret.

HYPOMĒLIS, idis, f. ὑπομηλὶς, est pomum sorbo simile, mediocri arbore nascens, et flore candidulo, dulcedine cum acuto sapore commixta. ipsa arbor inseri non potest: exigua durat ætate. Hæc et alia *Pallad. in Decembr.* tit. 4.

HYPOMNĒMA, atis, n. *a commentary, memoir, lesson, maxim, precept,* ὑπόμνημα, commentarius, in quo res perscribuntur memoriæ causa, ut fusius postea describantur ac plenius: ab ὑπομιμνήσκω, reminisci facio. Item quilibet commentarius, aut liber. Græce *Cicer. Attic.* l. 2. ep. 1. Nostrum illud ὑπόμνημα, cum legeret, quod ego ad eum, ut ornatius de iisdem rebus scriberet, miseram. *Colum.* l. 7. c. 5. *a med.* Auctor memorabilis, Dolus Mendesius, cujus commenta, quæ appellantur Græce ὑπομνήματα, sub nomine Democriti falso produntur. Latine *Cic. fil. ad Tiron.* l. 16. *Fam.* ep. 21. *extr.* Peto, ut mihi librarius mittatur. multum mihi enim eripitur operæ in exscribendis hypomnematis. De hoc dativo plurali V. *Emblema.*

[† HYPOMNEMATISMUS, i, m. habet *Gesner.* et citat *Cic. Fam. Epist.* 15. 1. Att. 5. 11. sed ibi Græce occurrit.]

HYPOMNEMATOGRĂPHUS, i, m. ὑπομνηματογράφος, qui hypomnemata scribit, commentariensis. *Impp. Theodos. et Valentinian.* lib. 10. *Cod. Justinian.* tit. 31. leg. 59. et lib. 12. *Cod. Theodos.* tit. 1. *leg. ult.* Si quos spontaneos hypomnematographi munificos suis exhortationibus ad publicas nominaverint functiones, &c.

HYPOMOCHLĬON, ii, n. *a roller, or the like, laid under stones and pieces of timber, to move them the more easily,* ὑπομόχλιον, id quod vecti subjicitur ad levanda onera: ab ὑπὸ, sub, et μοχλὸς, vectis. Adhibetur a *Vitruv.* l. 10. c. 8. semel Græcis, semel Latinis litteris. V. *Pressio.*

HYPOSTĂSIS, is, *et* eos, f. *a subsistence, or person of the Trinity,* ὑπόστασις, subsistens persona: ab ὑπὸ sub, et ἵστημι, sto. *Imp. Justinian.* l. 1. *Cod.* tit. 1. leg. 6. Unam essentiam divinam in tribus hypostasibus, sive subsistentibus personis, &c. Adde *Hieronym.* ep. 57. *ad Damas.* ubi de hac voce multa.

HYPOTHĒCA, æ, f. *a pledge, gage, deposit; a mortgage of land,* ὑποθήκη, res, quæ pignori datur: ab ὑποτίθημι, suppono, quia supponitur pro pecunia, aliave re, quæ debetur. *Cic. Fam.* 13. ep. 56. Philotes Alabandensis ὑποθήκας Cluvio dedit. Hæ commissæ sunt. Cures velim, ut aut de hypothecis decedat, easque procuratoribus Cluvii tradat; aut pecuniam solvat. *Martian. Dig.* lib. 20. tit. 1. leg. 16. Fundum hypothecæ dare. *Id. ibid.* leg. 5. Hypothecam dare pro re aliqua. *Caius ibid.* tit. 4. leg. 11. *a med.* Hæc res sit hypothecæ. *Martian. ibid.* leg. 12. Res est in hypotheca. *et ibid. in fi.* Hypothecam alicui obligare. *Idem ibid.* tit. 6. leg. 5. Hypothecam liberare. ¶ Inter hanc, et pignus tantum nominis sonus differt, ut ait *Martian. Dig.* lib. 20. tit. 1. *qui est de pignoribus* et hypothesis, leg. 5. cum illa Græca vox sit, hoc Latinum. Interdum tamen in usu loquendi ita distinguuntur, ut *pignus* de iis rebus dicatur, quæ simul etiam creditori traduntur, maxime si mobiles sint: *hypotheca* de iis, quæ sine traditione, sola conventione obligantur, uti docent *Ulpian. Dig.* l. 13. tit. 7. leg. 9. et *Justinian.* lib. 4. *Institution.* tit. 6. sect. *Inter.* Hinc *Papinian.* lib. 20. tit. 1. leg. 2. Pignora, vel hypothecas suscipere. *Id. ibid.* tit. 4. leg. 1. Pignus sive hypothecam accipere. ¶ Apud *Martian. ibid.* tit. 6. leg. 8. pignori hypothecam accipere, est rem pignori accipere.

HYPOTHECARĬUS, a, um, *of or belonging to a pledge,* ad hypothecam pertinens, ut *hypothecaria actio,* quæ datur creditori hypothecæ persequendæ causa. *Caius Dig.* lib. 20. tit. 4. leg. 1. *extr.* Videndum an competat ei hypothecaria actio. *Ulpian.* lib. 42. tit. 7. leg. 1. Hypothecarius creditor. *h. e.* qui sub hypotheca rem, vel pecuniam alteri credidit. *one who has lent money upon a mortgage.*

HYPOTHĔSIS, is, f. *a particular question; the subject of a discourse,* ὑπόθεσις: ab ὑποτίθημι. A Rhetoribus dicitur quæstio definita et certa, quæ versatur circa particulares actiones, aut personas: quod si infinita sit, *thesis* dicitur. V. gr. Si quæratur, Num omnino uxor ducenda sit, thesis dicitur; sin hoc in controversiam veniat, an Catoni Marcia ducenda sit, hypothesis vocatur. *Cic. in Top.* cap. 21. Quæstionum duo sunt genera, alterum infinitum, alterum definitum; definitum est, quod ὑπόθεσιν Græci, nos causam; infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propositum possumus nominare. Adde *Quintil.* l. 3. c. 5. et *Martian. Capell.* l. 5. pag. 140. sed et ipsos Græce usurpantes.

HYPOTHETĬCUS, a, um, ὑποθετικὸς, ad hypothesin pertinens. Habet *Apul. de syllog. categorem.* seu lib. 3. *de doctr. Platon.*

HYPOTHȲRUM, i, n. ὑπόθυρον, ipsum vacuum ostii, *the threshold or groundsel:* ab ὑπὸ, sub, et θύρα, janua. *Vitruv.* l. 4. c. 6.

HYPOTRACHELĬUM, ii, n. ὑποτραχήλιον, pars colli ad dorsum, infra cervicem, ab ὑπὸ, sub, et τράχηλος, collum. Translate dicitur ea columnæ pars, quæ sub astragalo leniter contrahitur, *the part of a column below the neck:* et sic usurpatur a *Vitruvio* l. 3. cap. 2. et 3. et lib. 4. cap. 3. et 7.

HYPOTRIMMA, atis, n. ὑπότριμμα, genus condimenti ex pipere, dactylis, melle, uva passa, caseo, aceto, et aliis, quæ *Apic.* recenset l. 1. c. 33. in cujus lemmate hæc vox legitur. Est a τρίβω, tero: et Latine *intritum* dici potest.

HYPOTYPŌSIS, is, f. ὑποτύπωσις, figura oratoria, est rei alicujus narratio ad vivum expressa. *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 53. vocat subjectionem sub aspectum: *Quintil.* l. 9. c. 2. *ante med.* formam rerum verbis expressam: *Celsus* apud *Quintil. ibid.* evidentiam.

HYPOZEUXIS, is, f. ὑπόζευξις, figura locutionis, cum diversæ clausulæ singulis verbis redduntur, ut *Virg.* 10. *Æn.* v. 149. Regem adit, et Regi memorat nomenque genusque; Quidve petat, quidve ipse ferat; Mezentius arma Quæ sibi conciliet. violentaque pectora Turni Edocet; humanis quæ sit fiducia rebus, Admonet, admiscetque preces. Haud fit mora: Tarchon Jungit opes, fœdusque ferit. *Charis.* l. 4. pag. 250. *Putsch.* et *Diomed.* l. 2. pag. 439.

HYPSIPȲLE, es, f. Ὑψιπύλη, filia Thoantis, Regina Lemni, quæ cum reliquæ mulieres ejus insulæ omnes viros ex communi sententia occidissent, ut suis legibus libere viverent, sola patrem servavit, et navi impositum noctu in Chium insulam misit, et accenso rogo simulavit se cadaver comburere. Jasonem principem Argonautarum, qui in Colchidem navigantes Lemnum cepere, vel ob negatum hospitium, vel ad ulciscendam cædem virorum, regiis ædibus excepit, ex quo duos filios suscepit, Thoantem, et Euneum. Aliquanto post regno expulsa est, cum reliquæ mulieres illius pietatem erga patrem detexissent. In litore jacens capta fuit a piratis: et Nemeo seu Lycurgo Thraciæ regi vendita, qui eam liberaliter habuit, eique Opheltem, seu Archemorum filium nutriendum tradidit. Eo bello, quod Adrastus rex Argivorum cum Thebanis gessit, cum esset in silva Nemea, ut Argivis siti laborantibus fontem Langiam ostenderet, puerum regium in prato reliquit. Aderant ejus filii Thoas et Euneus, imo etiam pater, ut aliqui narrant, a quibus, dum casus suos enarrat, agnita est. Illa absente, Opheltes inter herbas et flores ludens morsu serpentis interiit. A Lycurgi sævitia ab Adrasto et filiis defensa est. *Stat.* l. 4. *Theb.* v. 739. *et sequentib.* et *toto* lib. 5. *Valer. Flacc.* l. 2. a vers. 90. et *Ovid. Heroid.* ep. 6. Hinc *Propert.* l. 1. el. 15. v. 18. Hypsipyle vacuo constitit in thalamo: Hypsipyle nullos, post illos, sensit amores.

HYPSIPYLÆUS, a, um, Ὑψιπυλαῖος, ad Hypsipylen pertinens. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 82. Vulcanum tellus Hypsipylæa colit. *h. e.* Lemnos insula.

HYPSŌMA, atis, n. ὕψωμα, exsaltatio, altitudo: ab ὕψος, altitudo. *Tertull. ad Scapul.* c. 3. Sol positus in suo hypsomate et domicilio.

HYRCANĬA, æ, f. hod. *Tabaristan and Gorgian,* Ὑρκανία, regio Asiæ, sub Caspio mari, et supra Parthiam. Abundat tigridibus, pantheris, et hujusmodi feris: item canibus venatoriis strenuissimis, ut ex *Lucret.* l. 3. v. 751. colligitur. *Lucan.* l. 3. v. 268. vastisque Hyrcania silvis.

HYRCANĬUS, a, um, Hyrcanus, ut *Hyrcanium mare* apud *Plin.* l. 6. c. 13. et 16. et lib. 5. c. 27. *h. e.* Caspium.

HYRCĀNUS, a, um, ad Hyrcaniam pertinens. *Virg.* 4. *Æn.* v. 367. Hyrcanæ tigres. Ubi *Serv.* male *Arabicas* interpretatur, quod Hyrcania Arabiæ silva sit. *Propert.* l. 2. el. 23. v. 66. Hyrcanum mare. *h. e.* Caspium. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 114. Hyrcani luci. *Plin.* l. 31. c. 3. Hyrcani montes. ¶ *Hyrcani, orum,* sunt ejus regionis homines: apud quos erat mos regum cadavera objicere canibus, teste *Sil.* l. 13. v. 473.

HYRĬE, es, f. Ὑρίη, Bœotiæ regio prope Aulidem cum oppido et lacu cognomine. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 372. Inde lacus Hyries videt, et Cycneia Tempe. ¶ Dicta est ab Hyrie Cycni matre, quæ, filio in olorem verso, flendo Deliquit, stagnumque suo de nomine fecit, ut *Id. ibid.* v. 381. fabulatur.

HYRĬEUS, i, m. Ὑριεὺς, trisyllab. rusticus Bœotius, pater Orionis. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 499. Forte senex Hyrieus, angusti cultor agelli, &c. V. ibi reliqua ejus fabulæ. Adde vers. 535. Al. leg. *Ireus,* alii *Hyreus,* alii aliter.

HYRIĒUS, a, um, Ὑριέιος, ad Hyrieum pertinens, ut Hyriea proles, *h. e.* Orion. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 719. Tollet humo validos proles Hyriea lacertos.

HYRTACĬDES, æ, Ὑρτακίδης, Nisus, vir Trojanus, Hyrtaci filius, qui una cum Euryalo noctu Rutulorum castra perrumpens, post magnam editam cædem, ab ipsis cum comite deprehensus, et occisus fuit. Rem totam persequitur luculenter *Virg.* 9. *Æn.* a vers. 176. Hinc *Ovid. in Ibin,* v. 631. Nec tu, quam Rhesus, somno meliore fruaris, Quam comites Rhesi tum necis, ante viæ: Quam quos cum Rutulo morti Rhamnete dederunt Impiger Hyrtacides, Hyrtacidæque comes.

HYSGĬNUS COLOR, *et* Hysginum, i, n. color est, de quo non satis constat. Quidam eum putant, qui nunc Anglice *woad:* alii hyacinthinum, qui non multum distat: alii flavum: alii (quod verius esse videtur) e coccino purpureoque mixtum. Est ab ὕσγη, quæ *Suidæ* herba est, tingendis apta lanis. *Plin.* l. 9. c. 41. Cocco tinctum Tyrio tingere, ut fieret hysginum. *Id.* l. 21. c. 26. Hyacinthus in Gallia maxime provenit. Hoc ibi fuco hysginum tingunt. Adde lib. 35. c. 6. *ad fin.* et *Vitruv.* l. 7. *c. ult.*

HYSSOPĪTES, æ, m. *wine seasoned with hyssop,* ὑσσωπί-

της οἶνος, vinum hyssopo conditum. *Colum.* l. 12. c. 35. Vinum absinthiten, et hyssopiten, et abrotoniten sic condire oportet. *Plin.* l. 14. c. 16. *a med.* Vinum hyssopites fit e Cilicio hyssopo, unciis tribus in duos congios musti conjectis, aut tusis in unum. V. *Abrotonites.*

HYSSŌPUM, i, n. *the herb hyssop*, ὕσσωπον, herba est, quæ cum nostro hyssopo nomen tantum habere commune creditur, baccas producens, corymborum specie: optima proveniens in Tauro Ciliciæ, in Pamphylia, et Smyrnæo agro. *Plin.* l. 25. c. 11. et lib. 26. c. 11. *a med.* et 12. *Dioscorid.* nulli non cognitam herbam esse ait l. 3. c. 30. et duo ejus genera facit, montanum, et hortense: neutrum tamen describit. *Cels.* inter ea, quæ mali succi sunt, enumerat, l. 2. c. 21. ¶ Reperitur etiam *hyssopus, i*, f. Græce quoque ὕσσωπος, ἡ. [*Cels.* l. 4. c. 8. Mulsa aqua, cum qua vel hyssopus cocta sit.] *Colum.* l. 7. c. 5. *ad fin.* Remedio sunt hyssopus, et sal æquis ponderibus contrita. ¶ Et unica *s* scripsit, et pænultimam corripuit neutra in re imitandus *Æmil. Macer, cap. de Hyssopo.* Est hysopum siccum, calidum quoque: tertius illi Est in utroque gradus.

HYSTERĬCUS, a, um, *hysterical, subject to hysterics*, ut Hystericæ feminæ, ὑστερικαὶ γυναῖκες, obnoxiæ uteri suffocationi: ab ὑστέρα, matrix. *Martial.* l. 11. epigr. 72. Hystericam vetulo se dixerat esse marito Leda. *Id. ibid.* epigr. 8. Dicet et hystericam se forsitan. Utroque loco al. leg. *ictericam*, sed minus recte.

HYSTEROLOGĬA, æ, f. ὑστερολογία, locutio præpostera. Figura, cum sententia ordine commutatur, scil. cum id, quod priore loco dicendum erat, posteriore dicitur, ut *Æn.* 3. v. 662. Postquam altos tetigit fluctus, et ad æquora venit. Nam prius est *ad æquora venit. Servius* hic *hysteron proteron* dicit. *h. e.* posterius prius, ὕστερον πρότερον: ut et ad illud 3. *Georg.* v. 60. Lucinam, justosque pati hymenæos: hysterologiam vero ad illud *Æn.* 9. *v. antepænult.* ille suo cum gurgite flavo, &c. Adde *Diomed.* l. 2. pag. 457. *Putsch.* item *Cicer.* l. 1. *Attic.* ep. 16. sed Græce.

HYSTĔRON PROTERON. V. in voce præced.

HYSTRICŌSUS, a, um, spinosus, aculeatus, hispidus. Translate *Hieron.* l. 1. *advers. Rufin. post med.* Hystricosæ et lividæ mentis homo. *Est qui aliter legit.*

HYSTRICŬLUS, i, pilis vestitus, ut Hystriculus puer, apud *Tertull. de Pal.* c. 4. ut legit *Salmas.* Pro *hystriculus* quidam leg. *striculus* apud *Arnob.* l. 5. pag. 174. In speciem nondum duri atque striculi pusionis.

HYSTRIX, icis, f. *a porcupine*, ὕστριξ, ὕσθριξ, animal spinis contectum ex herinaceorum genere: a vocibus Græcis allatis, quæ a ὗς, sus, et θρὶξ, pilus. *Plin.* l. 8. c. 35. Hystrices generat India, et Africa spina contectas ex herinaceorum genere, sed hystrici longiores aculei, et cum intendit cutem missiles. Ora urgentium figit canum, et paulo longius jaculatur. Hybernis autem se mensibus condit, &c. *Calpurn. Ecl.* 6. v. 14. Venit et hirsuta spinosior hystrice barba. ¶ Scribitur et *histrix*, ἵστριξ.

DE LITTERA I.

I tertia Latinarum vocalium, tum figura, tum sono ceterarum gracillima, duplicem vim habet. Nam quando aliis vocalibus præponitur, et cum illis in eandem syllabam cohæret, fit consonans, tum initio, tum medio dictionis, ut *janua, jecur, jocus, juvenis*, et *conjicio, conjuro, conjungo*. Id intellige in Latinis vocibus. nam in Græcis semper vocalis est, ut *iambus, iaspis*. In Hebræis modo vocalis est, ut in *Iacobus*, apud *Claudian.* epigr. 27. modo consona ut in *Judæus*, apud *Horat. Ovid. Juvenal.* Consonans fit etiam, cum inter duas vocales sita est: et præcedentem vocalem extendit, ut *ejicio, major, ajo*: excipe *bijugus, quadrijugus*, in quibus prior syllaba brevis est. ¶ In quibusdam vocibus mutatur in *u* more Veterum, ut *optumus, decumus*: item in *o*, ut *olli*. ¶ Mos fuit etiam *j* longum pro duplici *ii* aliquando scribere, et *dejcio, projcio, inferjs* in veterib. inscriptionib. apud *Pier. ad* 10. *Æn.* v. 67. et *Cellar. in Orthograph.* Illa vero mutatio, qua *I i* vocalis, *J j* vero consona a nonnullis scribitur, recentior est, et prorsus ignota Veteribus. ¶ In verbis est imperativus singularis ab *eo, is.* ¶ In notis numeralibus unum significat: sed præposita majori numero, unum demit, ut IV. quatuor, XIC. nonaginta octo.

I A

IA, n. plur. *violets*, τὰ ἴα, genus violarum sponte nascentium in apricis et macris locis, purpureum, latiore folio, statimque ab radice carnoso: a quibus ianthina vestis dicta est. *Plin.* l. 21. c. 6. V. *Ion.*

JABOLĒNUS, *seu* Javolenus Priscus, Jurisconsultus fuit, cujus opera Antoninus Pius Imp. usus esse dicitur a *Capitolin. in Pio*, c. 12. exstantque multa ejus responsa in Digestor. libris. Floruit etiam sub Trajano, et Hadriano.

IACCHUS, i, m. *Bacchus*, Ἴακχος, unus ex Bacchi nominibus: ab ἴα, vox, clamor, vel ab ἰάχχω, vociferor, quia clamosus est, et tumultus ciens. *Virg. Ecl.* 7. v. 61. Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 15. Nycteliusque, Eleleusque parens, et Iacchus, et Evan. ¶ Metonymice est vinum. *wine. Virg. Ecl.* 6. v. 15. *de Sileno.* Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho. *Colum.* l. 10. v. 309. Et titubante gradu multo madefactus Iaccho.

JACENS, entis, *lying down, extended, stretched at full length*, κείμενος, cubans, prostratus. *Horat.* l. 2. od. 11. v. 13. Cur non sub alta vel platano, vel hac Pinu jacentes sic temere, &c. potamus? *reclining. Senec. in Thyest.* v. 450. capere dapes humi jacentem. *lying on the ground. Ovid. Metam.* 6. v. 100. Jacens saxo. *Id. Heroid.* ep. 12. v. 63. Jacens in aversa ora. *lying on his face.* et ep. 15. v. 140. Crinis in collo jacens. *falling. Hirt. de B. Alex.* c. 52. *extr.* Jacentem plagis sauciare. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 201. Lora jacentia. *h. e.* remissa, et equorum tergis sedentia. *Petron. in Satyr.* c. 119. Somno jacens. ¶ Item æger. *sick, indisposed. Cic. in fin.* ep. 20. l. 9. *Fam.* Cura, ut valeas, ne ego, te jacente, bona tua comedim. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 3. v. 5. Quid mihi nunc animi dira regione jacenti, Inter Sauromatas esse, Getasque putes? ¶ Item mortuus. *dead. Valer. Flacc.* l. 2. v. 216. fata jacentum. ¶ Item situs, positus. *lying, situate, situated. Plin.* l. 18. c. 25. Ad Hesperum jacentes terræ. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 771. locus gelido sub Atlante jacens. et lib. 15. v. 830. gentes ab utroque jacentes Oceano. *Colum.* lib. 8. *cap. ult.* Aqua jacens infra libram maris. ¶ Item humilis, depressus, imus. *low. Cic. pro Scauro in Orat.* cap. 67. Depressam, cæcam, jacentem domum pluris, quam te, quam fortunas tuas æstimasti. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 86. Subita inundatione Tiberis non modo jacentia et plana urbis loca, sed secura hujusmodi casum implevit. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 178. summo despexit ab æthere terras Infelix Phaeton, penitus penitusque jacentes. ¶ Item demissus, dejectus. *downcast. Ovid.* 4. *Metam.* v. 144. vultusque attolle jacentes. *Senec. in Agam.* v. 238. Jacensque vultus languido obtutu stupet. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 618. *de Somno.* tardaque deus gravitate jacentes Vix oculus tollens. *heavy, drowsy.* ¶ Item fusus, diffluens, demissus. *Senec. in Hippol.* v. 804. Coma nulla lege jacens. *h. e.* nescia colligi, perfundens humeros, ut vers. 801. loquitur. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 13. v. 24. Prævertunt latas veste jacente vias. ¶ Pontus jacens apud *Valer. Flacc.* l. 4. v. 712. est mare, æquor planum, extensum, fluctibus minime asperum, tranquillum. Sic stagna jacentia apud *Sil.* l. 5. v. 583. *calm, unruffled.* V. *Jaceo.* ¶ Jacentes pisces, apud *Colum.* l. 8. *c. ult. a med.* sunt, quos ibidem prostratos, cubantesque vocat, et *Plin.* l. 9. c. 20. planos: quos saxatilibus, et longis, et erectis opponunt, qui rotundiore, crassiore, ac longiore sunt corpore. Sunt itaque jacentes pisces, qui corpus habent latum, planum, et gracile, ut rhombi, soleæ, ac passeres, ut est apud *Plin. ibid.* ¶ Translate *jacens* est afflictus, oppressus, abjectus, perculsus. *afflicted, oppressed, cast down, dejected. Cic. Phil.* 12. c. 2. Si jacens vobiscum aliquid ageret, audirem fortasse: stanti resistendum est. *Id. de Harusp. resp.* c. 24. Homo afflictus ac jacens. *Id. de Amic.* c. 16. Amici jacentem animum excitare. *Ovid.* 1. *ex Ponto*, ep. 3. v. 7. mente jacens, et acerbo saucius ictu. et lib. 4. ep. 3. v. 27. insultare jacenti. et l. 1. *Trist.* el. 8. v. 13. jacentem solari. ¶ Jacentia verba apud *Cic.* 3. *de Orat.* sunt vulgaria, omnibus nota, et usurpata. Inquit enim cap. 45. Non enim sunt alia sermonis, alia contentionis verba: neque ex alio genere ad usum quotidianum, alio ad scenam pompamque sumuntur: sed ea nos cum jacentia sustulimus e medio, sicut mollissimam ceram, ad nostrum arbitrium formamus et fingimus. *Gell.* l. 1. c. 7. *sub fin.* Surda et jacenti aure esse. *h. e.* non erecta, non attenta. et c. 11. *ad fin.* Demissam jacentemque orationem erigere. *languid, feeble, low.*

JACĔO, es, cui, citum, n. 2. *to lie down, lie at full length or prostrate, recline*, κεῖμαι, cubo, procumbo, prostratus sum. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 210. pater aurato jacet Inachus antro. *Cic. Catil.* 1. c. 10. Jacere humi. *Id.* 7. *Verr.* c. 45. in limine. *Id. pro Quint.* c. 31. stratum ad pedes alicujus. *Id. Phil.* 2. c. 18. in lecto. *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 7. lecto. *Id.* 7. *Metam.* v. 547. silvisque, agrisque, viisque Corpora fœda jacent. *Id. in Ibin*, v. 306. Nec tua, quam Pyrrhi, felicius ossa quiescant, Sparsa per Ambracias quæ jacuere vias. *Id.* 2. *Fast.* v. 836. jacere super corpus alicujus. *Virg. Ecl.* 7. v. 54. Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma. *et Ecl.* 6. v. 16. serta procul capiti delapsa jacebant. ¶ De mensæ accumbentibus. *sitting or reclining at meat. Sil.* l. 11. v. 349. Quid? tanto in casu comitum juxtaque jacentum Torpebunt dextræ? ¶ De iis, qui συνουσιάζουσι, quod et nos *to lie with* dicimus, *Petron. in Satyr.* c. 112. ¶ De cubantibus in lecto quietis et somni causa. *to lie in bed. Horat.* l. 1. sat. 6. v. 122. Ad quartam jaceo: post hanc vagor. *Petron. in Satyr.* c. 85. Forte cum in triclinio jaceremus. ¶ De ægris. *to be sick or ill. Tibull.* l. 1. el. 5. v. 9. cum tristi morbo defessa jaceres. *Id.* l. 2. el. 5. v. 109. Saucius jaceo. *Plin.* l. 5. ep. 9. Julius Valens graviter jacet. ¶ Item de mortuis ac sepultis. *Ovid. Heroid.* ep. 3. v. 106. Qui bene pro patria, cum patriaque jacent. et ep. 14. v. 2. Cetera nuptarum crimine turba jacet. *Id.* 3. *Fast.* v. 705. Quicumque nefas ausi, morte jacent merita. *Phædr.* l. 1. fab. 24. Rupto jacuit corpore. *Stat.* 7. *Theb.* v. 777. vetito nudus jacitune sepulcro. ¶ Item universim de iis, quæ diu alicubi sunt. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 33. Pernam, callum, glandium sumen, facito, in aqua jaceant. ¶ Nonnunquam significat situm esse, positum esse. *to be situated. Ovid.* 4. *Fast.* v. 491. Alta jacet vasti super ora Typhoeos Ætne. *Nepos in Agesil. in fi.* Portus jacens inter Cyrenas et Ægyptum. *lying between. Id. in Datam.* c. 4. Quæ gens jacet supra Ciliciam, confinis Cappadociæ. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 13. Qui locus jacet inter Apenninum et Alpes. *Justin.* l. 22. c. 5. Urbes non in montibus positæ sunt, sed in planis campis jacent. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 63. tristior ista Terra sub ambobus non jacet ulla polis. ¶ Præterea *jacere* dicuntur capilli, qui collecti non sunt in nodum, sed lapsi sparguntur per humeros: item vestes, quæ humi trahuntur. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 673. vagi crines per colla jacebant. *Propert.* l. 2. el. 7. v. 22. sparsas cæde jacere comas. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 236. capilli Ut jaceant fusi per tua terga. *Id.* 3. *Amor.* el. 2. v. 25. Sed nimium demissa jacent tua pallia terræ: Collige. ¶ Item quæ ima, humilia, aut plana sunt. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 392. Quaque jacent valles, maxime Circe, tuæ. *Virg.* 3. *Georg.* v. 342. itque pecus longa in deserta sine ullis Hospitiis: tantum campi jacet. *h. e.* late extenditur. *Lucan.* l. 2. v. 416. per plana jacens Ægyptus. ¶ Mare quoque planum ac tranquillum, nullisque ventis se attollens, *jacere* dicitur. *to be still and calm. Stat.* l. 2. silv. 2. v. 29. nulloque tumultu Stagna modesta jacent, dominique imitantia mores. *Lucan.* l. 3. v. 523. Et posito Borea, pacemque tenentibus Austris, Servatum bello jacuit mare. *Juvenal.* sat. 12. v. 62. postquam jacuit planum mare. ¶ Translate est vilescere. *to fall in value, be in no esteem. Cic. pro Rosc. Com.* c. 12. Accepit agrum temporibus iis. cum jacerent pretia prædiorum. *were low. Ovid.* 1. *Fast.* v. 217. In pretio pretium nunc est: dat census honores, Census amicitias: pauper ubique jacet. *is always despised. Id.* 3. *de art. am.* v. 411. Nunc hederæ sine honore jacent: operataque doctis Cura vigil Musis nomen inertis habet. *Id. de remed. amor.* v. 139. Otia si tollas, periere Cupidinis arcus, Contemptæque jacent, et sine luce faces. ¶ Item desidere, otiosum esse, nihil posse. *to be idle, inactive, or of no effect. Ovid.* 4. *Trist.* el. 3. v. 77. Ars tua, Tiphy, jacet, si non sit in æquore fluctus: Si valeant homines, ars tua, Phœbe, jacet. ¶ Sic de his dicitur, qui neglecti in republica nullo munere funguntur, aut auctoritatem amiserunt: cui contrarium est florere, vigere. *Cic. Phil.* 10. c. 7. In pace jacere, quam in bello vigere maluit. Quamquam ille quidem nunquam jacuit: nec hoc cadere verbum in tantam virtutis præstantiam potest. Erat enim in desiderio civitatis, in ore, in sermone omnium. *Id.* 3. *Offic.* c. 20. C. Marius cum a spe consulatus longe abesset, et jam septimum annum post præturam jaceret. *remained inactive, took no part in public affairs. Id. Verr.* 3. c. 39. *a med.* Jacere in oblivione. ¶ Item de his, qui perculsi animo sunt, abjecti, de mentis statu dejecti: cui opponitur erecto animo esse. *to be cast down or dejected. Id.* 7. *Attic.* ep. 21. Cnæus autem noster (o rem miseram, et incredibilem!) ut totus jacet! non animus est, non consilium, non copiæ, non diligentia. *Id. in Pison.* c. 36. Quid, quod tu toties diffidens ac desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, luctuque jacuisti? *Id. Attic.* lib. 12. ep. 40. Ne doleam? qui potest? Ne jaceam? quis unquam minus? *h. e.* dolori non succumbam. et lib. 10. ep. 4. *ante med.* Jacet in mœrore meus frater: neque tam de sua vita, quam de mea metuit. ¶ Item de iis, quæ inferiora sunt, et ab alio superantur, opprimuntur. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 161. Nobilitas sub amore jacet. *Plin.* l. 8. ep. 6. Africani, Marii, Sullæ, Pompeii infra Pallantis laudes jacebunt. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 149. Victa jacet pietas. *Virg.* 3. *Georg.* v. 354. Sed jacet aggeribus niveis informis, et alto Terra gelu late. *h. e.* oppleta, onerata stat tellus. ¶ Item de iis, quæ vim amisere, quæ exerceri desierunt, quæ negliguntur. *Cic. Parad.* 4. c. 1. Non erat illa tum civitas, cum leges in ea nihil valebant, cum judicia jacebant. *Id.* 2. *de Orat.* c. 15. In eodem silentio multa alia oratorum officia jacuerunt. *Id.* 7. *Attic.* ep. 22. Tota Capua et omnis hic delectus jacet. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 2. Jacent ea semper, quæ apud quosque improbantur. *Id.* 4. *Fam.* ep. 4. Perculsa et prostrata fœdissimo bello jacent omnia. *Id.* 2. *de Fin. c. ult.* Maximas virtutes jacere omnes necesse est, voluptate dominante. *Id.* 2. *de Divin.* c. 51. *extr.* Ex falsis verum effici non potest: jacet igitur tota conclusio. *Quintil.* l. 9. c. 2. *de figuris sententiar.* Motus est in his orationis atque actus: quibus detractis jacet, et velut agitante corpus spiritu caret. *h. e.* languet, non assurgit, cadit, quasi exanimis. ¶ Item de iis, quæ non proferuntur. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 3. Cur tamdiu jacet hoc nomen in adversariis? et cap. 1. *sub fin.* Quomodo tibi tanta pecunia extraordinaria jacet? *Plin.* l. 1. ep. 1. Ita fiet, ut eas (*epistolas*) quæ neglectæ jacent, requiram, et si quas addidero, non supprimam. *lie neglected.* ¶ *Jacere* etiam pecunia dicitur, quæ non collocatur, ut usuras pariat: quam nos dicimus *money lying idle or dead. Plin.* l. 10. ep. 62. Pecuniæ publicæ exactæ sunt, et exiguntur: quæ vereor, ne otiosæ jaceant. ¶ *Jacent*

rationes, quid dicam non habeo, rationes nullæ sunt. *In Suppes. Amph. scena.* Quis tam : *in fi.* ¶ *Jacent bona*, quæ possessore carent. *Papinian. Dig.* l. 37. tit. 3. leg. 1. Nonne justius erit proximo cuique bonorum possessionem dari, ne bona jaceant?

JACIO, is, jeci, jactum, a. 3. *to throw, cast, fling, hurl*, βάλλω, ῥίπτω, mitto, emitto, jaculor, conjicio. *Cic. Ver.* 6. c. 10. *sub fin.* In quem scyphum de manu jacere conatus est. *Virg. Æn.* 10. v. 264. Tela manu jaciunt. *Id.* 5. *Æn.* v. 643. Jacere ignem. *Cic. pro Mil.* c. 15. lapides. *Id.* 2. *de Divin.* c. 19. fulmen in medium mare. *Virg.* 4. *Æn.* v. 79. flores. *to scatter. Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 41. tela tormentis ad aliquem locum. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 727. cum balearica plumbum Funda jacit, volat illud, et incandescit eundo. *Virg. Æn.* 10. v. 683. ensem jacere mediis fluctibus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 24. aridam materiem de muro in aggerem. *Ovid. Fast.* l. 4. v. 821. fruges jaciuntur in ima, Et de vicino terra petita solo. *Virg.* 7. *Æn.* v. 712. saxeam pilam ponto. *Liv.* l. 1. c. 12. Hic prima urbi fundamenta jeci. *Plin.* l. 8. c. 36. Ursi præcipitaturi se ex aliqua rupe, manibus capite operto jaciuntur. *throw themselves. Ovid.* 3. *Fast.* v. 643. humili super arva fenestra Se jacit. *Cic. pro Sext.* c. 20. Jecissem me potius in profundum. *Lucan.* l. 7. v. 166. taurus præceps se jecit in agros. *h. e.* prorupit, diffugit. *Virg. in fi.* l. 6. *Æn.* Ancora de prora jacitur. *is cast. Tacit.* 4. *Ann.* c. 22. Plautius incertis causis Aproniam conjugem in præceps jecit. *threw down a precipice. Plaut. Capt.* 4. 2. 17. Jacere genu ad aliquem, *h. e.* genu aliquem percutere. *Plin.* l. 10. c. 38. Aves aliquæ ante se pedes jaciunt, ut ciconiæ, grues. *h. e.* celeriter promovent. *Id.* l. 2. c. 11. Sol arborum umbras jacit paribus intervallis. *Lucret.* l. 2. v. 845. Nec jaciunt ullum proprio de corpore odorem. *h. e.* fundunt, emittunt. *emit, fling. Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 747. jacturas poma myricas. *h. e.* producturas. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 36. Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula. *h. e.* digitos ori admovens et exosculans, deinde in vulgum extendens, φιλήματα διὰ τῶν δακτύλων ἔπεμπε, inquit *Xiphilin.* Sic jactare basia, *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 28. et *Juvenal.* sat. 4. v. 118. ¶ Est nonnunquam verbum aleatorum, cum talos mittunt. *Plaut. Asin.* 4. 1. 35. Talos cum jaciet, te, ne dicat : nomen nominet. et 5. 2. 54. Jace, pater, talos, ut porro nos jacimus. *De.* maxime. Te, Philenium, mihi, atque uxori mortem. hoc Venerium est. Adde *Cic.* 3. *de Fin.* c. 16. ¶ Item militare. *to throw or cast up.* Nam *jacere vallum, aggerem* est materiam congerendo, aggerem, vallum struere. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 243. et *Liv.* l. 30. c. 10. Cum maxime vallum Romani jacerent, conspecta classis hostium est. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 12. Aggere jacto turribusque constitutis. Simile est *molem jacere*, h. e. congesta materia excitare, *Cæs.* apud *Cicer.* 9. *Attic.* ep. 14. Sic *Horat.* l. 3. od. 1. v. 33. Contracta pisces æquora sentiunt, Jactis in altum molibus. *Virg. Æn.* 5. v. 631. Muros jacere. *h. e.* exstruere. ¶ Aliquando *jacere* est abjicere, projicere, *to throw away. Plaut. Trin.* 4. 3. 27. Scuta jacere, fugereque hostes. ¶ Translate *Cic. pro Sull.* c. 7. *extr.* Jacere contumeliam in aliquem. *to throw out. Id. Parad.* 4. c. 1. Jacere et immittere injuriam in quempiam. *Id. pro Planc.* c. 12. adulteria. *to reproach or charge with. Tacit. Ann.* 11. c. 13. probra in feminas illustres. *Cic. Fam.* 1. ep. 9. *ante med.* Jecit quidam casus caput meum, quasi certaminis causa, in mediam contentionem dissensionemque civilem. *Id. Attic.* l. 2. ep. 23. Non mediocres terrores jacere atque denuntiare. *h. e.* spargere, objicere. *Id. in Orat.* c. 26. Salium duo sunt genera, unum facetiarum, alterum dicacitatis. utetur utroque : sed altero in narrando aliquid venuste, altero in jaciendo mittendoque ridiculo. *h. e.* subito et paucis ridiculum quippiam proferendo. *Id. in Partition.* c. 13. Illa argumentatio prius sumit, quæ vult, eaque confirmat : deinde id, quod proponendum fuit, permotis animis, jacit ad extremum. *Id. Agrar.* 2. c. 15. Hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cetera jactum intelligetis. *Al. leg.* factum. *Id. pro Flacc.* c. 2. Causæ fundamenta jacere. τὸ *causæ* est dativus. *Id. Phil.* 1. c. 1. Jacere fundamenta pacis. *Virg.* 4. *Georg.* v. 294. Omnis in hac certam regio jacit arte salutem. *places, founds.* ¶ Aliquando significat enuntiare et spargere in vulgus, *to proclaim, publish, spread abroad. Tacit.* 3. *Hist.* c. 73. Edicta in populum pro Vespasiano magnifica, probrosa adversus Vitellium jecerat. *Id.* 3. *Ann.* c. 8. Si vera forent, quæ jacerentur. et lib. 1. c. 11. Quædam de habitu cultuque, et institutis ejus jecerat. *had touched upon.* Sic *Liv.* l. 5. c. 15. Quisnam esset is, qui per ambages de lacu Albano jaceret. *Id.* l. 6. c. 14. *ad fin.* Omisso discrimine vera an vana jaceret. *whether he spoke true or false. Tacit. Ann.* 4. c. 68. Fortuitos jacere sermones. *to enter into conversation.* et lib. 6. c. 31. Seque invasurum possessa Cyro, et post Alexandro, per vaniloquentiam ac minas jaciebat. *declared with threats and boasting. Cic. pro Flacc.* c. 3. Jacere suspicionem. *to furnish ground for suspicion. Sueton. in Ner.* c. 37. Multas nec dubias significationes sæpe jecit, ne reliquis quidem se parsurum Senatoribus. *Sallust. in Jug.* c. 11. Cum multa de administrando imperio dissererent, Jugurtha inter alias res jacit, oportere, &c. *throws out, proposes, speaks. Propert. in fi.* el. 1. l. 2. Taliaque illacrimans mutæ jace verba favillæ. *Cic. in prognost.* l. 1. *de Divin.* c. 8. Assiduas jacit ore querelas. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 69. *extr.* Jacere odia. *to sow the seeds of. Vellei.* l. 2. c. 65. mentionem conditionum.

JACTABUNDUS, a, um, *agitated, troubled*, jactationis plenus. *Gell. initio* l. 19. Mare Ionium violentum, et vastum, et jactabundum. ¶ Item jactantiæ plenus, *boasting greatly. Id.* l. 15. c. 2. Homo in Græcæ facundiæ gloria jactabundus.

JACTANS, antis, *tossing, shaking, moving violently*, jactationem faciens. *Liv.* l. 21. c. 48. Nec vexationem vulneris in via jactanti ultra patiens. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 6. Austri jactantes navem. *M. Cœlius* apud *Quintil.* l. 11. c. 1. *a med.* Vox immoderatior, aut jactantior gestus. Al. leg. *jactatior.* ¶ Item qui jactat et gloriatur, *boasting, bragging, vainglorious*, ἀλαζών. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 234. Insolens, arrogans, jactans. *Quintil. ibid.* Tumidus, ac sui jactans, et ambitiosus institor eloquentiæ. *Plin.* l. 3. ep. 9. *ante med.* Miserat epistolas jactantes et gloriosas. *Id. in fi.* ep. 23. l. 9. Neque vereor, ne jactantior videar, cum de me aliorum judicium profero. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 49. ineptus, Et jactantior hic paulo est. *Spartian. in Adriano*, c. 17. Plebis jactantissimus amator. ¶ In bonam partem, ut *superbus*, de eo qui juste se jactat. *Claudian. initio IV. Consul. Honor.* Auspiciis iterum sese regalibus annus Induit, et nota fruitur jactantior aula. *Stat.* l. 4. silv. 1. v. 6. Et septemgemino jactantior æthera pulset Roma jugo.

JACTANTER, *boastingly, ostentatiously*, ἀλαζονικῶς, cum jactantia, seu ostentatione, superbe, gloriose. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 77. *extr.* Periisse Germanicum, nulli jactantius mœrent, quam qui maxime lætantur. *Id.* 3. *Histor.* c. 53. Litteras ad Vespasianum composuit, jactantius, quam ad principem. *Ammian.* l. 27. c. 2. Minæ jactanter sonantes. Adde *Prudent. Hamartig.* v. 170.

JACTANTĬA, æ, f. *boasting, bragging, ostentation, vanity*, ἀλαζονεία, jactatio, ostentatio. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 46. Neque Maroboduus jactantia sui, aut probris in hostem abstinebat. *Id. in Agric.* c. 25. Militari jactantia. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) *ante med.* Abolita atque abrogata retinere, insolentiæ cujusdam est, et frivolæ in parvis jactantiæ. et cap. 8. (*al.* 14.) *sub fin.* Persequi quod quisque unquam vel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimiæ miseriæ, aut inanis jactantiæ est. et lib. 9. c. 2. Opinionem jactantiæ vereri. *Plin.* l. 1. ep. 8. *a med.* Privatæ jactantiæ studere. *Sidon.* l. 1. ep. 11. *post versic.* Nisi quod dico, jactantia est.

JACTANTICŬLUS, jactantior. *Augustin.* l. 3. *cont. Academ.* c. 8. Cum se ille Academicus jactanticulus quasi discipulum singulis dederit. [*Vet. Schol. ad Juvenal.* sat. 11. v. 34. Jactanticuli, qui tantum buccas inflant, et nihil dicunt.]

JACTATIO, onis, f. *a tossing, shaking, moving violently*, σεισμός, agitatio, concussio. *Cic. pro Mur.* c. 2. *ad fin.* Quo tandem me animo esse oportet, prope jam ex magna jactatione terram videntem? *Id. in Orat.* c. 25. *extr.* Actio non tragica, nec scenæ, sed modica jactatione corporis. *Quintil.* l. 10. c. *ult. ad fin.* Jactatio manus, pedis supplosio. *Curt.* l. 4. c. 15. Equi crebra jactatione cervicum jugum excusserant. *Liv.* l. 29. c. 32. *a med.* Ubi primum ducta cicatrix, patique posse visa jactationem, pergit ire, &c. ¶ Item jaculatio, *a casting, throwing*. βολή. *Hygin.* l. 2. *Poet. Astron.* c. 28. Quod maritimis conchyliis hostes sit jaculatus pro lapidum jactatione. Al. leg. *jactione.* ¶ Translate est voluptas gestiens, et se efferens insolentius, ut *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 6. definit, *vain and immoderate exultation.* Ea enim non solum animus, sed etiam corpus jactatur. Hinc est jactantia, ostentatio, *ostentation, boasting, bragging, vainglory. Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 20. Jactatione verborum et denuntiatione periculi pertimefactus. *Tacit. de Germ.* c. 6. Nudi aut sagulo leves : nulla cultus jactatio. *no idle display of dress. Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Quidam in jactationem eruditionis sumere illa ex Poetis solent. *Id.* l. 2. c. 4. Extemporalis garrulitas circulatoriæ jactationis est. *Id.* l. 4. c. 1. Inde illa veterum circa occultandam eloquentiam simulatio, multum ab hac nostrorum temporum jactatione diversa. *Cæl. ad Cicer. post* ep. 9. l. 10. *ad Attic. sub fin.* Nonnullorum hominum jactationem et insolentiam ferre non potes. *Curt.* l. 4. c. 10. In unius hominis jactationem tot millium sanguinem impendi. *to gratify the vanity and ambition.* ¶ *Jactatio popularis* est, qua quis se dat populo, ejusque auram captat, ostentando ingenium industriamque suam : unde favor et gratia nascitur : sumpta metaphora a mari, et fluctibus. nam qui populo student, variis veluti fluctibus agitantur. *Cic. de Provinc. Consul.* c. 16. Ab hujus ordinis conjunctione depulsi, sæpe ex hoc portu se in illos fluctus prope necessario contulerunt : qui si ex illa jactatione cursuque populari, bene gesta republ. referunt aspectum in curiam, &c. *Id. pro Cluent.* c. 55. Cum homines se non jactatione populari, sed dignitate atque innocentia tuebantur. *Id. de Harusp. resp.* c. 20. Atque hic primus est aditus ad popularem jactationem atque ascensus. *Id. in Orat.* c. 3. *ad fin.* Eloquentia forensis spreta a philosophis, tamen ornata verbis atque sententiis, jactationem habuit in populo, nec paucorum judicium, reprehensionemque pertimuit.

JACTĀTOR, oris, m. *a boaster, bragger, braggart, ostentatious person*, ἀλαζονικός, qui se jactat, atque ostentat. *Quintil.* l. 11. c. 1. *de Cicerone.* Is quidem rerum a se gestarum major, quam eloquentiæ fuit, in orationibus utique, jactator. *Sueton. in Claud.* c. 35. Jactator civilitatis. *Stat.* 6. *Theb.* v. 837. Cleonææ stirpis jactator Agylleus. *Gell.* l. 18. c. 4. Jactator et venditator Sallustianæ lectionis. ¶ Sequente infinito, Græcorum more, *Sil.* l. 11. v. 405. Ille sub hiberno somnos educere cælo Jactator. *h. e.* qui jactat, se sub dio somnos ducere hiberno tempore. Sunt qui aliter leg.

JACTĀTUS, a, um, *thrown, cast, scattered*, jactus, emissus. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 748. Semina jactata per undas. *Id.* 4. *Trist.* el. 2. v. 50. Undique jactato flore tegente vias. ¶ Item agitatus, *agitated, tossed, moved violently. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 25. Diu jactatum brachium. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 10. v. 45. Boreas jactatis insonat alis. *Id.* 4. *Fast.* v. 244. Jactatæ comæ. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 22. jactatas faces excutere. ¶ Item tractatus, *handled, disturbed, Virg.* 2. *Georg.* v. 249. Pinguis tellus haud unquam manibus jactata fatiscit. ¶ Item vexatus, huc illuc impulsus, *tossed about, driven to and fro, harassed. Virg.* 1. *Æn.* v. 7. multum ille et terris jactatus et alto, Vi superum. *Plaut. Rud.* 2. 3. 39. Ventis fluctibusque jactatæ, exemplis plurimis, miseræ perpetuam noctem. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 31. Unde datum sentis, lupus hic Tiberinus, an alto Captus hiet? pontesne inter jactatus, an amnis Ostia sub Tusci? *Cic. pro Quint.* c. 3. Ut multis injuriis jactatam atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco consistere atque confirmari patiamini. *et cap. ult.* Multis vexatus contumeliis, plurimis jactatus injuriis. *Justin.* l. 3. c. 4. Diu et per varios casus jactati. ¶ Item agitatus, *h. e.* sæpe tractatus consultatione, et sermonibus. *agitated, discussed, canvassed. Liv.* l. 22. c. 23. Sæpius jactata in Senatu res. *Cic. pro Mur.* c. 12. Quæ dum erant occulta necessario ab eis, qui ea tenebant, petebantur : postea vero pervulgata, atque in manibus jactata et excussa, inanissima prudentiæ reperta sunt. ¶ Item cum jactantia dictus, *uttered boastingly, or ostentatiously. Curt.* l. 3. c. 8. Hæc magnificentius jactata, quam verius. *Id.* l. 9. c. 2. Multa, quæ terrere vos possent, de industria esse jactata.

JACTĀTUS, us, m. idem ac jactatio. *Ovid. Metam.* 6. v. 703. Excussit pennas, quarum jactatibus omnis Afflata est tellus. *flapping. Plin.* l. 14. c. 18. Jactatus maris vetustatem vinis adjicit.

JACTITABUNDUS, a, um, adject. jactabundus. *Sidon.* l. 3. ep. 13. *in fi.* Citra nitorem honestatis jactitabundus.

JACTĬTO, as, a. 1. *to throw out, utter*, θρυλλέω, freq. a jacto. *Liv.* l. 7. c. 2. *a med.* Ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cœpit. [¶ Particip. *jactitans* apud *Phædr.* l. 2. fab. 5. v. 16. Come officium jactitans.]

JACTO, as, avi, atum, a. 1. *to throw, cast, fling, hurl, discharge*, βάλλω, sæpe jacio, emitto, conjicio. *Cic. de Harusp. resp.* c. 18. *a med.* Ardentes faces in vicinorum tecta jactare. *Id.* 2. *de Orat.* c. 78. hastas. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 308. fulmina. et lib. 1. v. 383. ossa post tergum. *Curt.* l. 5. c. 6. se e muris in præceps. *to precipitate himself from. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 47. vestem argentumque de muro. *Virg.* 1. *Georg.* v. 62. lapides in aliquem locum. et vers. 81. cinerem per agros. *to scatter, disperse.* et lib. 2. v. 132. late odorem. *to diffuse. Ovid.* 3. *Metam.* v. 11. lumina in vultum. *to cast a glance.* et l. 2. *de am.* v. 203. numerosque manu jactabat eburnos. *h. e.* talos. ¶ Sic *Plaut. Curcul.* 2. 3. 79. Talos arripio, invoco Herculem : jacto basilicum. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 42. semen. *to sow. Cels. Dig.* lib. 19. tit. 1. leg. 12. rete. ¶ Item projicere, abjicere, jacturam facere. *to throw away. Senec. de clem.* l. 1. c. 3. Consensus est populis sic protegendi amandique reges, et se suaque jactandi, quocumque desideraverit imperantis salus. *Paul. Dig.* l. 22. tit. 3. leg. 25. Jactare suas pecunias et effundere. *Plaut. Rud.* 2. 3. 43. Si quæ improbæ sunt merces, jactat omnes. ¶ Item edere. *to send forth. Virg. Æn.* 2. v. 768. voces jactare per umbram. *Lucret.* l. 5. v. 576. suam proprio jactat de corpore lucem. ¶ Item frequenter movere. *to toss, move to and fro, move violently, shake. Cic. Verr.* 5. c. 19. Jactare cerviculam. *Lucret.* l. 4. v. 989. crura. et l. 4. v. 770. brachia in numerum. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 8. v. 5. pennas. *Id.* 10. *Metam.* v. 721. corpus in suo sanguine. *Id.* 1. *ex Ponto*, ep. 1. v. 38. manu sistra tinnula. *Virg.* 2. *Georg.* v. 355. duros bidentes. *to use the spade. Cic. de clar. Orat.* c. 60. Nisi se suo more jactavisset, hodie te istic muscæ comedissent. *Id.* 1. *de Divin.* c. 29. Exsultare immoderateque jactari. *Juvenal.* sat. 3. v. 106. a facie jactare manus. *h. e.* oscula jacere. V. Jacio. *Id.* sat. 13. v. 22. jactare jugum. *to toss about, shake.* ¶ Item huc illuc impellere, agitare. *to toss to and fro, drive this way and that. Nepos in Attic.* c. 6. Mariumis fluctibus jactari. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 31. Cum nautæ adversa tempestate in alto jactarentur. *Ovid. Trist.* l. 3. el. 2. v. 15. ventis dubius jactabar, et undis. *Virg. Æn.*

l. v. 671. jactari pelago circum omnia litora. *Cic. pro Planc.* c. 7. Si quando, ut fit, jactor in turba, non illum accuso, qui est in summa sacra via, cum ego ad Fabium fornicem impellor; sed, &c. *Id.* 3. *Verr.* c. 26. *a med.* Jactatur domi suæ homo honestissimus: pro se quisque manus affert. *Id. Catil.* 1. *c. ult.* Æstu febrique jactari. ¶ Translate est vexare. *to harass, trouble, agitate, distress.* et fere passive. *Plaut. Cistell.* 2. 1. 4. Jactor, crucior, agitor, stimulor. *Lucret.* l. 3. v. 508. Jactari morbis. *Cic* l. 1. ep. 5. *a med.* Jactatus est clamore et convicio. *Curt.* l. 4. c. 14. *a med.* Jactari varietate fortunæ. *Justin.* l. 41. *c. ult.* Jactari per varia bella. *Cic. in Divin. Verr.* c. 14. *de Hortensio.* Te vero, Cæcili, quemadmodum sit elusurus, quam omni ratione jactaturus, videre jam videor. *Lactant.* l. 5. c. 5. *a med.* Patrem regno expulit, bello persecutus est, exsulem toto orbe jactavit. ¶ *Jactari pecunia* dicitur, quæ certum pretium non habet, sed subitis, frequentibusque incrementis aut decrementis varium et inconstans. *to fluctuate. Cic.* 3. *Offic.* c. 20. Jactabatur temporibus illis nummus sic, ut nemo posset scire, quid haberet. ¶ Item considerare, animo agitare, versare sermonibus, aut cogitando. *to weigh, consider, cast or revolve in one's mind. Virg.* 1. *Æn.* v. 231. tales jactantem pectore curas Tristior alloquitur Venus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 18. Pluribus præsentibus eas res jactari nolebat. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 1. v. 21. Fabula (nec sentis) tota jactaris in urbe. *you are become the town's talk. Liv.* l. 10. c. 46. *extr.* Magis jactari, quam peragi accusatio ejus potuit. *was a matter likely to be threatened rather than carried into execution.* ¶ Item sæpe dicere, memorare, enuntiare. *to utter, speak, relate. Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 1. *a med.* Neque hæc incerta tamen vulgo jactantur, sed inter paucos palam secreto narrantur. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 18. jactamus jampridem omnis te Roma beatum. *h. e.* prædicamus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 106. Talia jactanti. *h. e.* nequicquam vociferanti. *Liv.* l. 38. c. 28. *a med.* et lib. 8. c. 29. Rem jactare sermonibus. *Id.* l. 7. c. 9. querimonias ultro citroque. *Virg.* 10. *Æn.* v. 95. jurgia. ¶ Item intentare, jacere in aliquem. *Liv.* l. 29. c. 9. Jactare probra in quempiam. *to fling out. Cic. pro Quint.* c. 14. *a med.* minas. *Id. pro Sext.* c. 23. et opponere terrorem. *Propert.* l. 3. el. 6. v. 11. convicia rabida lingua. ¶ Item cum ostentatione dicere. *to boast of, display ostentatiously. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 83. Ostentare honorem ætatis, jactare urbanam gratiam et dignitatem, affinitate alicujus confidere. *Quintil.* l. 3. c. 1. Admiscere tentavimus aliquid nitoris, non jactandi ingenii gratia, sed, &c. *Curt.* l. 8. c. 1. *a med.* Superbe jactare aliquid. *Horat.* l. 1. od. 14. v. 13. genus et nomen jactare. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 81. regna et virtutem. ¶ *Jactare se* est *to boast of himself, vaunt. Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 17. Jactare se alicui. *h. e.* apud aliquem. *Horat.* l. 1. od. 2. 17. Iliæ dum se nimium querenti Jactat ultorem. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 52. Intolerantius se jactare, et æquabilitatem communis juris transire. *Virg. Æn.* 1. v. 144. illa se jactet in aula Æolus, et clauso ventorum carcere regnet. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 21. Se magnifice jactare atque ostentare. ¶ Sic *jactare se re aliqua*, aut *in*, aut *de re aliqua* dicimus. *to boast of, pride himself in, exult in. Virg. Ecl.* 6. v. 74. Nequis sit lucus, quo se plus jactet Apollo. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. Cum in eo se in concione jactavisset. ¶ Et cum infinito. *Id.* 6. *Verr.* c. 21. Jactat se jamdudum de Calidio: narrat omnibus, se emisse. *Curt.* l. 8. c. 1. *circa med.* Nobilem apud Chæroneam victoriam sui operis fuisse, jactavit. ¶ In illo *Cicer. Attic.* l. 2. ep. 21. Vidi de edictis Bibuli concionantem, qui antea solitus esset jactare se magnificentissime in illo loco, summo cum amore populi, cunctis faventibus: *jactare se* est fidenter, libere, et cum auctoritate agere. ¶ Interdum *jactare se* est satagere, cum labore exerceri, totis viribus incumbere. *to be officious or active in, practise or exercise himself in, give himself up to, devote himself to. Cic.* 1. *de Orat.* c. 38. Jactare se in causis centumviralibus. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 5. *a med.* Nostrum hoc tempus ætatis forensi labore jactari. *Id. Fam.* 2. ep. 15. Republica nihil mihi est carius: in qua tu non valde te jactas. *Liv.* l. 3. c. 1. Jactare se actionibus tribunitiis. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 10. *a med.* Curionem video se dupliciter jactaturum: primum ut aliquid Cæsari adimat; inde, ut aliquid Pompeio tribuat. *h. e.* adnisurum, omni ope tentaturum. ¶ *Jactare se in pecuniis* est in his insumendis nihil parcere. *to spend without reserve. Cic. Catil.* 2. c. 9. *a med.* Hi sunt coloni, qui se insperatis repentinisque pecuniis sumptuosius insolentiusque jactarunt. ¶ Quidam putant deponentis forma adhiberi in illo *Severi in Ætna*, v. 23. Quidquid in antiquum jactata est fabula crimen.

JACTUŌSUS, a, um, jactans, jactabundus. Affert *Non.* c. 2. n. 473. et 489. locum *Cicer. in Orat.* c. 36. ubi plerique omnes leg. *actuosæ.*

JACTŪRA, æ, f. *the throwing of goods overboard in a storm,* ἀποβολή, quod ex navi in mare jacitur in tempestate, ejus exonerandæ causa. *Cic.* 3. *Offic.* c. 23. Si in mari jactura facienda sit, equi ne pretiosi potius jacturam faciat, an servuli vilis? *Sallust. in orat.* 2. *ad Cæs. a med.* De istis potissimum jactura fit, quia pretii minimi sunt. ¶ Item rei damnum, amissio. *a loss, damage, detriment.* Itaque *jacturam facere* est subire, et quidpiam amittere. *to lose, sustain a loss. Cic. Attic.* l. 12. ep. 29. Si qua etiam jactura facienda sit in repræsentando. *Id.* 2. *de Fin.* c. 24. *ad fin.* Jacturæ rei familiaris erunt faciendæ, labores suscipiendi, adeundum vitæ periculum. *Colum.* l. 1. c. 1. *ad fin.* In agricultura voluntas facultasque citra scientiam, sæpe magnas dominis afferunt jacturas. *occasion heavy losses. Hirt. de B. Alex.* c. 49. Jacturæ et detrimenta rei familiaris. V. *Damnum.* ¶ De impensis et largitionibus. *expense. Cæs.* l. 3. *B. Civ. c. ult.* Magnis jacturis sibi quorundam animos conciliare. et lib. 6. *B. Gall.* c. 11. Aliquem magnis jacturis et pollicitationibus ad se perducere. *Cic.* 6. *Attic.* ep. 1. Provincia sumptibus et jacturis exhausta. *Id. pro Cluent.* c. 8. Ipsum Aurium, non magna jactura facta, interficiendum curavit. ¶ *Jacturam pati* est jacturam facere. *Colum. in præfat.* l. 1. *ante med.* Cujus præcepta si antiquo more administrarentur, minus jacturæ paterentur res rusticæ. ¶ Transfertur ad alia. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 15. Concedam hoc ipsum, si vis: aliquam magnam jacturam causæ fecero. *Id. pro Planc.* c. 2. *ad fin.* Dignitatis jacturam facere. et cap. 22. *ad fin.* suarum tribuum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 32. honoris et dignitatis. *Liv.* l. 39. c. 4. temporis. *Id.* l. 4. c. 32. parva jactura accepta. *h. e.* levi clade. *having sustained a trifling loss. Virg. Æn.* 2. v. 646. facilis jactura sepulcri. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. epist. 5. In unius mulierculæ animula jactura facta est. *Justin.* l. 2. c. 5. *ad fin.* Amissis octoginta millibus hominum: quæ jactura abundante multitudine, inter damna numerata non est. *Martial.* l. 5. epigr. 81. Durum est perdere ferias: rogamus, Jacturam patiaris hanc, ferasque. *Ovid. Amor.* l. 2. el. 14. v. 32. Jactura socii sanguinis ulta virum. *h. e.* natos suos occidendo. et lib. 1. el. 15. v. 15. Nulla Sophocleo veniet jactura cothurno. *h. e.* nulla temporis injuria. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 253. Nomine quemque suo (nulla est jactura) saluta. *Cic. Verr.* 3. c. 12. Jacturam criminum facere. *h. e.* crimina in accusatione omittere.

JACTUS, a, um, *thrown, cast, hurled,* emissus, conjectus, βεβλημένος. *Virg.* 6. *Ecl.* v. 41. Jacti lapides. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 34. Moles jactæ in altum. *driven or impelled into the sea. Plin.* l. 32. c. 1. Jactæ ancoræ. *Id.* l. 9. c. 15. *a med.* Tridens jactus in thynnos. *Id.* l. 3. c. 11. Jacti pontes. et cap. 16. Tanarus ex Apennini latere jactus. *h. e.* effusus. *Virg.* 2. *Georg.* v. 57. Jacta semina. *seed sown.* ¶ Translate *Cic. pro Flacc.* cap. 3. Jacta vox aut suspicio. *Vellei.* l. 2. c. 65. Jacta mentio. *Stat.* 1. *Theb.* v. 411. jactis sermonibus iræ Intumuere satis. *h. e.* dictis mordacibus ultro citroque conjectis.

JACTUS, us, m. *a throw, cast,* βολή, actus jaciendi, conjectus. *Cic.* 3. *Catil.* c. 8. Jactus fulminum. *Virg.* 11. *Æn.* v. 608. intra teli jactum progressus. *within the reach.* Contra *Curt.* l. 3. c. 10. Extra teli jactum esse. et cap. 11. Jam ad teli jactum pervenerant. *Virg.* 2. *Georg.* v. 123. ubi aera vincere summum Arboris haud ullæ jactu potuere sagittæ. *Liv.* l. 4. c. 17. In prospero tesserarum jactu. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 353. talorum ducere jactus. *Plin.* l. 11. c. 2. Jactus truces in sublime. *Id.* l. 2. c. 45. Jactus radiorum. *Virg.* 4. *Georg.* v. 78. pulveris exigui. *Valer. Max.* l. 1. c. 5. n. 9. Fortuitus vocis jactus. *Paul. Dig.* lib. 14. tit. 2. leg. 1. Jactum mercium facere levandæ navis gratia. *Senec. in Troad.* v. 1037. Facere jactum in medio ponto. *to cast. Virg.* 4. *Georg.* v. 528. se jactu dedit æquor in altum. *threw himself. Lucret.* l. 3. v. 1030. horribilis de saxo jactu' deorsum. ¶ *Jactus retis,* et *jactus* absolute est quidquid uno retis jactu capi potest. *Valer. Max.* l. 4. c. 1. n. 7. *extern.* A piscatoribus verriculum trahentibus quidam jactum emerat. *Cels. Dig.* lib. 19. tit. 1. leg. 11. *sub fin.* Cum futurum jactum retis a piscatore emimus.

JACULABĪLIS, le, *that may be thrown or darted,* βλητὸς, quem jaculari possumus. *Ovid. Metam.* l. 7. v. 679. sed non formosius isto Viderunt oculi telum jaculabile nostri. *Stat.* 6. *Theb.* v. 658. ast illud, cui non jaculabile dextræ Pondus? *who is there that cannot throw it?*

JACULATĪO, onis, f. *a throwing, darting, hurling,* ἀκοντισμὸς, actus jaculandi, jactus, conjectus. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 12. Fulminatio est jaculatio cum ictu. *Plin.* l. 8. c. 42. *a med.* Diximus in libro de jaculatione equestri condito. *on the art of throwing the javelin on horseback.* (*Plin. alter* l. 3. ep. 5. narrat, hunc librum ab avunculo compositum fuisse, cum præfectus alæ militaret.) *Apul. de Mundo.* Jaculatio fulgoris. *Id.* 1. *Metam.* Jaculationes saxorum. ¶ Translate *Quintil.* l. 6. c. 3. *ante med.* Genus illud facetiarum, positum non in hac veluti jaculatione verborum, et inclusa breviter urbanitate, sed in quodam longiore actu.

JACULĀTOR, oris, m. *a thrower of the javelin, darter,* ἀκοντιστής. *Liv.* l. 36. c. 18. Jaculatorum, sagittariorumque, et funditorum manum sub ipsis radicibus montis posuit. *h. e.* qui hastas, seu jacula conjiciunt. hi erant milites levis armaturæ. *Id.* l. 21. c. 21. Supplementum ex Africa, maxime jaculatorum, petiit. ¶ Item universim qui jaculatur, *Horat.* l. 3. od. 4. v. 55. evulsisque truncis Enceladus jaculator audax. *Stat.* 12. *Theb.* v. 562. Jaculator fulminis. ¶ Item qui rete jaculo piscatur. *Plaut.* apud *Isid.* l. 19. *Orig.* c. 5. Probus quidem antea jaculator eras.

JACULATORĪUS, a, um, adject. ad jaculandum inserviens, ut jaculatorius campus, *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 9. *extr.* h. e. in quo jaculandi exercitatio habetur.

JACULĀTRIX, icis, f. *a female darter,* ἀκοντίστρια, mulier, quæ jaculatur. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 375. Pallada nonne vides jaculatricemque Dianam Abscessisse mihi?

JACULĀTUS, us, m. jaculatio, jactus. *Tertull. de Spectac.* c. 18. Non probabis usquam vanos cursus, et jaculatus, et saltus vaniores.

JACŬLO, as, pro jaculor, aris, afferunt plerique Lexicographi, confirmantque exemplo *Claudiani*, Latis jaculabat in arvis. Sed nos exemplum hoc invenire non potuimus. Compositum *ejaculo* certiori auctoritate nititur.

JACŬLOR, aris, atus sum, dep. 1. *to throw a javelin, throw, dart, cast, fling, hurl,* βάλλω, ἀκοντίζω, jaculum, vel aliud telum emitto, conjicio, jacio. *Cic.* 2. *Offic.* c. 13. Magnam laudem consequebare equitando, jaculando, omni militari labore tolerando. *by throwing the spear.* et 2. *de Divin.* c. 59. Quis est enim, qui totum diem jaculans, non aliquando collineet? *Virg.* 2. *Æn.* v. 276. Hector Danaum Phrygios jaculatus puppibus ignes. *Tacit.* 2. *Hist.* cap. 21. Missilem ignem in obsessos jaculantur. *Ovid. Metam.* 7. v. 139. medios silicem jaculatus in hostes. et lib. 14. v. 184. Giganteo jaculari saxa lacerto. ¶ Item jaculando ferire, *to hit, strike. Horat.* l. 3. od. 12. v. 12. Jaculari cervos. *Id.* l. 1. od. 2. v. 2. rubente dextera sacras jaculatus arces. *having struck with lightning. Ovid. in Ibin*, v. 49. Ferro acuto jaculari aliquem. et vers. 589. Jaculari aera disco. ¶ Est etiam universim emittere, *to throw out, send forth. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 55. Oculi lupo splendent, lucemque jaculantur. *Id.* l. 26. c. 10. Jaculari umbram. *Colum.* l. 10. v. 329. duros jaculatur Jupiter imbres. *Plin.* l. 8. c. 27. Panthera jaculando se deficit. *by frisking, bounding.* Sic *Flor.* l. 1. c. 14. In confertissima se hostium tela jaculatus. *Plin.* l. 2. c. 25. In quas partes se jaculetur cometes. *h. e.* feratur. ¶ Translate *Horat.* l. 2. od. 16. v. 17. Quid brevi fortes jaculamur ævo Multa? *h. e.* concupiscimus, quasique jaculo, quæ procul sunt, petimus? *Quintil.* l. 9. c. 2. *a med.* Jaculari in uxorem obliquis sententiis. *h. e.* dicta dicere, verbo perstringere. Sic *Petron. in Satyr.* c. 109. Jaculari dicta in calvos. Et *Liv.* l. 42. c. 54. Probris procacibus jaculari in aliquem. Al. leg. *joculari*, al. *jocari.* Rursus *Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Sententias vibratis digitis jaculari. ¶ *Jaculatus* passive, *Lucan.* l. 3. v. 568. Nec longinqua cadunt jaculato vulnera ferro. *Tertull. de Spectac. c. ult.* Xystici in igne jaculati. *Arnob.* l. 5. pag. 163. Jaculatam combibisse sementem.

JACŬLUM, i, n. *a javelin, dart,* ἀκόντιον, quidquid jaci in longum potest: speciatim telum sive hastile, quod manu jaculari possumus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 42. *sub fin.* Solem præ jaculorum multitudine, et sagittarum non videbitis. *Liv.* l. 26. c. 4. Eis parmæ breviores, quam equestres, et septena jacula, quaternos longa pedes, data, præfixa ferro, quale hastis velitaribus inest. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 44. Persuadet, ut litteras ad Cæsarem deferat: has ille in jaculo illigatas affert. et cap. 42. Fervefacta jacula in casas, quæ stramentis erant tectæ, jacere cœperunt. *Sallust. in Jug.* c. 61. *extr.* Plerosque jacula, tormentis aut manu emissa, vulnerabant. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 9. Si Annibal ad portas venisset, murumque jaculo trajecisset. ¶ Jaculum cum amento Ætolus Martis filius invenisse dicitur a *Plin.* l. 7. c. 56. ¶ *Jaculum* etiam vocat *Minuc. Fel. in Octav.* c. 3. testam teretem et planam, quam super undas maris pueri ludentes inrotant. ¶ Est etiam genus retis, quo gladiator retiarius utebatur, ut adversarii caput, subito jaciendo implicaret. *Isidor.* l. 18. *Orig.* c. 54. ¶ Item genus retis piscatorii, quod contra pisces jacitur, *a casting-net:* alio nomine est *funda. Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 763. Hi jaculo pisces, illi capiuntur ab hamis. Adde *Auson.* epist. 4. v. 56. ¶ Hoc *Plautus Asin.* 1. 1. 86. appellat *rete jaculum*, vel conjuncte *retejaculum.* Ex quo non absurde dici posse videtur hanc vocem adjectivam esse: ita ut cum *jaculum* absolute dicitur, *telum* subaudiatur, vel *rete.* Hinc *Id. Trucul.* 1. 1. 14. Quasi in piscinam rete qui jaculum parat. ¶ Hinc etiam *jaculus*, subintellige *serpens*, est anguis genus, ita dicti, quod in arbores repens, inde se in obvios jaculatur, *a kind of serpent which darts on passengers from trees. Lucan.* l. 9. v. 822. Ecce procul sævus sterilis se robore trunci Torsit, et immisit (jaculum vocat Africa) serpens, Perque caput Pauli, transactaque tempora fugit. *Id. ibid.* v. 720. Et natrix violator aquæ, jaculique volucres. Adde *Plin.* l. 8. c. 23. ¶ Denique *jaculi*, subaudi *nodi*, sunt nodi ex fune, qui cornibus boum injiciuntur, *ropes for catching wild and unbroken oxen. Colum.* l. 6. c. 2. Cannabinis funibus cornua juvencorum ligato: sed jaculi, quibus copulantur, lanatis pellibus involuti sint, ne tenera fronte sub cornua lædantur. In vet. libris tum MSS. tum excusis leg. *laquei*, teste *Ponted.* ep. 60.

IALYSĪUS, a, um, Ἰηλύσιος, ad Ialysum pertinens, quod Rhodi insulæ quondam oppidum fuit, *Plin.* l. 5.

c. 31. teste. *Ovid. Metam.* 7. v. 365. Phœbeamque Rhodon, et Ialysios Telchinas. *Ialysios* quinque syllabarum est.

IALY̆SU̇S, i, Ἰηλυσος, et Ἰήλυσσος, et Ἰάλυσος, oppidum Rhodi insulæ, ut dictum est in voce præced. ¶ Item nomen tabulæ a Protogene pictæ: de qua ita *Plin.* l. 35. c. 10. *a med.* Palmam habet tabularum ejus Ialysius, qui est Romæ, dicatus in templo Pacis: quem cum pingeret, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustinerent et sitim, ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturæ quater colorem induxit, &c. Persequitur inde, canem in ea fuisse mire factum, cujus in ore spuma ex impacta spongia egregie expressa casu fuerit, irato Protogene, quod ars non succederet: item Demetrium regem incendio urbis Rhodi abstinuisse, ne Ialysum absumeret, quod et *Gell.* narrat l. 15. *c. ult.* Meminit etiam *Cic. Attic.* l. 2. ep. 21. et *Verr.* 6. c. 60. et *in Orat.* cap. 2. Septem ipsos annos in hac tabula conficienda auctorem insumpsisse auctor est *Ælian.* l. 12. *var. hist.* c. 41. ¶ Unde nomen id habuerit, non satis constat. Alii inde putant, quod in oppido Ialysi depicta fuerit: alii veri similius, quod Ialysi Phœbi nepotis, conditoris ejus imaginem retulerit.

JAM, *now, immediately, presently*, ἤδη, adverb. multiplicis significationis, ususque plurimi: quod tum ad præteritum, tum ad præsens, tum ad futurum tempus refertur. Ad præteritum. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 3. Quam pridem hoc nomen in adversaria retulisti? sunt duo menses jam, dices. *Terent. Andr.* 1. 2. 10. Sperantes, jam amoto metu. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 11. Jam per fines Sequanorum copias transduxerant. et lib. 6. c. 6. Jamque ab eo non longius bidui aberant, cum, duas venisse legiones, cognoscunt. ¶ *Jam ut* est statim ut, tantum quod. *Plaut. Curc.* 5. 2. 46. Postquam illo ventum est, jam ut me collocaverat, exoritur ventus, turbo, &c. ¶ Sæpe idem valet, quod usque, *even. Cic.* 1. *de Orat.* c. 10. Urgerent philosophorum greges, jam ab illo fonte et capite Socrate. *Id. Fam.* 2. ep. 16. Sententiam meam perspicere potuisti, jam ab illo tempore, cum, &c. et lib. 1. ep. 9. Etsi jam primis temporibus illis, multis rebus offendebatur animus. *et ibid. ad fin.* Jam a prima adolescentia. *Nepos in Eumen.* c. 11. Se mirari, quare jam tertium diem sic teneretur. ¶ Pro antea, *Tibull.* l. 1. el. 4. v. 29. Vidi ego jam juvenem, premeret cum serior ætas, Mœrentem stultos præteriisse dies. ¶ Ad præsens. *Terent. Adelph.* 4. 5. 65. *Mi.* Abi, ut uxorem arcessas. *Æsch.* quid? jam uxorem? *Mi.* jam. *Æsch.* jam? *Mi.* jam quantum potest. *instantly? this very instant?* et *Andr.* 1. 2. 19. Postulo, ut redeat jam in viam. *presently. Plaut. Epid.* 1. 1. 23. Jam tu autem nobis præturam geris? *Id. Mil.* 1. 1. 36. Scio jam, quid vis dicere. *Id. Aulul.* a. 5. v. 11. Jamne autem, ut soles, deludis? *do you banter me now?* ¶ Ad futurum. *Terent. Eun.* 2. 2. 5. Accede ad ignem hunc: jam calesces plus satis. *Cic. in Bruto*, c. 25. De quibus jam dicendi locus erit, cum de senioribus pauca dixero. *then.* et cap. 46. Id tu Brute jam intelliges, cum in Galliam veneris. ¶ Utrumque tempus est in illo *Plauti Epid.* 2. 2. 72. Ille quidem aut jam hic aderit, aut jam adest. *will either be here presently, or is here already?* ¶ Pro *tunc*, vel pro *ex eo tempore*, vel *statim*, *mox*, sunt etiam illa *ejusdem ibid.* cap. 17. *sub fin.* Ipsa verba compone, et quasi coagmenta: jam neminem antepones Catoni. et 4. *Tuscul.* cap. 24. Remove perturbationes: jam videbuntur monstra dicere. et lib. 4. *de Fin.* cap. 23. *extr.* Catuli, qui jam despecturi sunt, cæci æque, et ii, qui modo nati. *et de Harusp. resp.* c. 25. *extr.* Tollatur hæc e civitate discordia: jam omnes isti, qui portenduntur metus, exstinguentur. ¶ Huc pertinet illud *Plin.* l. 2. ep. 11. *circa med.* Stabat modo consularis, modo septemvir epulonum, jam neutrum. *he now acted the man of consular dignity*, &c. *then all at once he is neither the one nor the other.* ¶ Nonnunquam celeritatem significat, et moræ increpationem, hortandique vim habet. *Terent. Eun.* 4. 6. 27. Omitte: jam adero. *et ibid.* 3. 2. 39. Jamne imus? *Id. Adelph.* 4. 6. 18. Bono animo es: jam argentum ad eum deferes. ¶ *Jam non* pro nondum. *Nepos in Eumen.* c. 12. Cum admirarentur, non jam de eo sumptum esse supplicium. ¶ *Jam non* pro amplius non. *Phædr.* l. 1. fab. 8. v. 3. Impune abire quia jam non potest. ¶ Interdum ponitur pro *modo. Virg.* 4. *Æn.* v. 246. acri Gaudet equo, jamque hos cursu, jam præterit illos. *Flor.* l. 2. c. 17. Itaque per partes jam huc, jam illuc missi duces, qui ferocissimas gentes servire docuerunt. Adde *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 20. ¶ Sæpissime conjungendi orationem vim habet, et transitionibus inservit, pro *præterea*, vel *nunc. Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 34. Dionysius aureum Jovi detraxit amiculum grandi pondere, &c. Jam mensas argenteas de omnibus delubris jussit auferri. *Id. Phil.* 2. cap. 8. Jam illud cujus est, non dico audaciæ, sed stultitiæ? *Id. pro leg. Man.* c. 14. Jam quantum consilio, quantum dicendi gravitate valeat, sæpe cognostis. ¶ Interdum abundat. *Terent. Heaut.* 4. 3. 1. Nulla mihi res posthac potest jam intervenire tanta, quæ mihi ægritudinem afferat. *Tacit. de Germ.* c. 45. Ergo jam dextro Suevici maris litore Æstyonum gentes alluuntur. ¶ Interdum geminatur: sæpe etiam variis particulis jungitur: quæ deinceps omnia ordine subtexam.

JAM ANTE, Jam antea, *long before, some time ago. Cic. Attic.* l. 7. ep. 4. Quod mihi jam ante erat notum. *Id.* 2. *Offic.* cap. 8. Sensim hanc consuetudinem jam antea minuebamus.

IAMBĒUS, a, um, adject. idem quod Iambicus. *Horat. de art. Poet.* v. 252. Trimetris accrescere jussit Nomen Iambeis.

IAMBICĪNUS, a, um, iambicus, ut Iambicinus numerus, *Martian. Capell.* l. 9. pag. 335.

IAMBĬCUS, a, um, *iambic*, ad iambum pertinens, ut Iambicus pes, *Diomed.* l. 3. pag. 473. *Putsch.* Iambicus versus, *ibid.* pag. 516. et 517.

IAMBUS, i, m. *an iambus, iamb, poetic foot consisting of a short and long syllable*, ἴαμβος, pes metricus constans ex priore brevi, et posteriore longa, ut *viros, rogas*, &c. Quidam derivant ab Iambe Celei famula, quæ cum vidisset Cererem ob amissam filiam dolere, saltans, et versus iambico metro canens deam consolata est: alii ab Iambe puella quadam, quæ turpiter contumelia affecta suspendio vitam finierit: alii ab Iambe anu, quæ cum Hipponax lavanti sibi molestiam facesseret, versu hoc eum amolita sit, Ἄνθρωπ' ἄπελθε, τὴν σκάφην ἀνατρέπεις, *Vir recede, scapham subvertis*, quo postea Poeta delectatus est. *Horat. de art. Poet.* v. 251. Syllaba longa brevi subjecta vocatur iambus Pes citus. *Id.* l. 1. od. 16. v. 2. Iambi criminosi. *Criminosos* vocat, quia hic pes versibus maledicis conficiendis est aptissimus. *Id. de art. Poet.* v. 79. Archilochum proprio rabies armavit Iambo. *Ovid. in Ibin*, v. 523. Utque repertori nocuit pugnacis Iambi, Sic sit in exitium lingua proterva tuum. V. *Archilochus. Catull.* carm. 36. *in annal. Volus.* v. 5. truces vibrare Iambos. ¶ De Iambi origine multa *Diomed.* l. 3. pag. 473. *Putsch.* ¶ Addit *Festus*: Iambi vocabantur, qui singuli ex proscenio loquebantur: triambi, qui terni. *Martinius in Lex.* conjicit, respici ad Græcam originem ἴος, solus, et βάζω, loquor. Sed, opinor, hæc fortasse a *Paulo* interpolata sunt, vel corrupta ad nos pervenerunt.

JAMDĬU. V. *Diu.*

JAMDŪDUM. V. *Dudum.*

JAM JAM, *just now, instantly*, παραυτίκα, nunc, statim, sine mora: et respicit quidem rem futuram sed imminentem. *Terent. Adelph.* 5. 3. 67. *Mi.* Pergis ne? *De.* jam jam desino. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 24. Jam jam intelligo, Crasse, quid dicas. *Horat. Epod.* 2. *sub fin.* fenerator Alphius Jam jam futurus rusticus. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 2. v. 19. quanti montes volvuntur aquarum! Jam jam tacturos sidera summa, putes. *Plaut. Mostell.* 2. 1. 72. Jam jam optime præceptis paruisti! *Id. Curcul.* 5. 3. 29. Jam jam faciam, ut jusseris. *Cic. de clar. Orat.* c. 14. Senatum jam jam inclinatum, a Pyrrhi pace revocavit. ¶ Aliquando figurate indignationem habet. *Virg. Æn.* 4. v. 371. jam jam nec maxima Juno, Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis. ¶ Et miserationem. *Sallust. in Jug.* cap. 17. Jam jam, frater animo meo carissume, lætandum magis, quam dolendum puto casum tuum. ¶ Et exhortationem. *Quintil.* declam. 3. c. 17. Jam jam, commilito, quicumque casus manet, etiam si te imperator damnaturus est, habes solatium. ¶ *Jam jamque* est celeriter, quamprimum. *quickly, soon. Cic. Tuscul.* 1. c. 7. *extr.* Cum dies et noctes cogitandum sit, jam jamque esse moriendum. *Id.* 14. *Attic. ep. ult.* Quamquam ipse jam jamque adero.

JAM INDE, *all along*, usque ab, inde usque, jam ab hoc, vel illo tempore. *Cic. de Provinc. Consul.* c. 13. *ad fin.* Jam inde a principio hujus imperii. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 48. Jam inde ab ortu naturæ. *from the very beginning of nature. Id. in Orat.* cap. 36. *ad fin.* Exercitatio jam inde ab Aristotele constituta. *Terent. Adelph.* 3. 4. 76. Homo amicus nobis jam inde a puero. *Liv.* l. 27. c. 47. *a med.* In destinatis jam inde ante animo latebris subsedit. *Id.* l. 9. c. 29. Jam inde antiquitus. *Sueton. in Tiber.* c. 11. Salubritate insulæ jam inde captus, cum ad eam ab Armenia rediens appulisset. *from the very moment that he arrived at*, &c. ¶ Absolute *Liv. sub fin.* lib. 27. Ut jam inde, haud secus quam in pace, &c. *from that time.* et *Cic. in Vatin.* c. 5. *ad fin.* Ac tibi jam inde præscribo, ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas. *from hence.* ¶ Additur et *usque Terent. Heaut.* 1. 2. 9. Nam mihi magna cum eo, jam inde usque a pueritia, fuit semper familiaritas.

JAM NUNC, *just now, this minute, even now*, jam ex hoc tempore. *Cic. in divin. Verr.* cap. 13. Jam nunc mente et cogitatione prospicio, quæ tum studia hominum, qui concursus futuri sint. *et mox.* Quæ eum cogito, jam nunc timeo, quidnam, &c. Adde lib. 1. *ad Attic.* ep. 8. *Phædr.* l. 4. fab. 20. v. 6. et *Virg.* 1. *Georg.* v. 42.

JAM OLIM, *a long time ago*, jam a longo tempore. *Terent. Eun.* 3. 5. 39. *de Jove.* Quia consimilem luserat jam olim ille lusum. *Virg.* 2. *Georg.* v. 403. Ac jam olim seras posuit cum vinea frondes, Jam tum acer curas venientem extendit in annum. *and when at length.*

JAM PORRO. V. *Jam vero.*

JAM-PRĪDEM, et Jam pridem, *long ago*, πάλαι, fere de longiore tempore dicitur, quam *pridem*, atque etiam quam *jamdudum*: diciturque de re incepta, ac nondum desita. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 5. Jam pridem cupio Alexandriam visere. *I have for some time been desirous*, &c. *Id. de Provinc. Consul.* c. 14. Cum ille jampridem gloriæ suæ, reipublicæ nondum satisfecerit. *Id. Fam.* 3. ep. 11. *circa med.* Brutus princeps jampridem juventutis; celeriter, ut spero, civitatis. *Id. Attic.* 12. ep. 25. Occidimus, occidimus, Attice, jam pridem nos quidem; sed nunc fatemur, postquam unum, quo tenebamur, amisimus. *Terent. Hecyr.* 2. 1. 22. Jampridem equidem audivi, cepisse odium tui Philumenam.

JAM PRIMUM, *now first of all, in the first place*, idem ac primum. *Terent. Adelph.* 3. 2. 40. Jam primum illum alieno animo a nobis esse, res ipsa indicat. *Liv.* l. 1. c. 1. Jam primum omnium satis constat, &c.

JAM TANDEM, *now at length, finally*, tandem aliquando. *Cic. in fi. Agrar.* 2. Polliceor, me esse perfecturum, ut jam tandem illi fateantur, &c. *Virg.* 6. *Æn.* v. 61. Jam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. *Liv.* l. 22. c. 12. *a med.* Assuefaciebant militem, minus jam tandem fortunæ pœnitere suæ.

JAM TUM, *et* Jam tunc, *even then*, jam inde, jam ex eo tempore. *Cic. pro Arch.* c. 4. Census indicat, eum, qui sit census, ita se jam tum gessisse pro cive. *Id. Attic.* l. 1. ep. 9. Quæ jam tum, cum aderas, offendere ejus animum, intelligebam. *Liv.* l. 45. c. 6. Jam tum, dum pecunia deferretur, primis tenebris solverat navem. *Id.* l. 29. c. 1. Malle, eos sibi jam tum fateri, quam postmodum querentes, &c. Al. leg. *tunc. Nepos in Timoth.* c. 3. Philippus jam tunc valens, multa moliebatur. Al leg. *tum. Justin.* l. 13. c. 5. Palam jam tunc multæ civitates, libertatem bello vindicandam, fremebant. *Nepos in Thrasyb.* cap. 2. Jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant.

JAM VERO, *and now as touching, and now*, transitionibus inservit. *Cicer.* 3. *Catil.* c. 9. Jam vero illa Allobrogum sollicitatio, sic, &c. *Id. pro Leg. Manil.* c. 11. Jam vero virtuti Cn. Pompeii quæ potest par oratio inveniri? ¶ *Jam porro* eundem usum ac vim habet. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 40. Videte jam porro cetera. ¶ *Jam vero* pro *imo vero*, vel *nunc vero*, correctioni servit. *Cic. de clar. Orat.* c. 76. C. Sicinius probabilis orator: jam vero etiam probatus, ex hac inopi Hermagoræ disciplina. ¶ Jam tandem. *at length, at last. Terent. Adelph.* 4. 7. 36. Jam vero omitte, Demea, tuam istanc iracundiam.

JAM USQUE, *even from*, usque, jam inde, μέχρι. *Cic. initio* l. 1. *de Divin.* Vetus opinio est, jam usque ab heroicis ducta temporibus.

JANA, æ, f. eadem quæ Diana, et Luna. *Janam lunam* (quamquam illud *lunam* glossema additum quidam putant, et in textum irrepsisse) bis legere est apud *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 37. ubi etiam colligimus priscos Romanos, qui agricolæ omnes erant, sic ruri locutos fuisse. *Nigidius* quoque apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 9. ut Apollinem Janum, sic Dianam Janam esse, tradit, apposita *d* littera, quæ sæpe *i* litteræ causa decoris adjicitur, ut *reditus, redhibetur, redintegratur*, et similia. Verum de hac notatione plura *Voss. in Etymol.* cui *Nigidii* ratio non placet.

JANĀLIS, le, ad Janum pertinens. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 165. Virgaque Janalis de spina sumitur alba. *h. e.* a Jano accepta. V. supra vers. 129. Sunt tamen qui aliter legi mallent. ¶ De Janali porta. V. *Janualis.*

JANĔUS, janitor. *Festus.*

JANĬCŬLA, æ, f. sic quondam dicta est Italia ab Jano, qui post diluvium primus in ea regnavit: et sunt qui hunc Janum putent fuisse Noe. Ita quidam Lexicographi.

JANICULĀRIS, re, ad Janiculum pertinens, ut Janicularis mons, *Serv. ad* 6. *Æn.* v. 784.

JANICULENSIS PORTA Romæ, quæ ferret in Janiculum, memoratur ab Eruditis, qui de Urbe Roma scripsere.

JANĪCŪLUM, li, n. nunc *Montorio*, unus ex septem urbis Romæ collibus trans Tiberim, usque ad pontem Milvium extra porrectus, ubi olim fuit Janiculum oppidum a Jano, qui ibi regnavit. Aliqui oppidum dictum scribunt a janua, quod tanquam janua esset Romanis in Etruriam proficiscentibus. Hunc montem Ancus muro cinxit, et ponte sublicio junxit. *Fest.* et *Liv.* l. 1 c. 33. Hinc *Ovid.* 1. *Fast.* v. 245. Arx mea collis erat, quem cultrix nomine nostro Nuncupat hæc ætas, Janiculumque vocat.

JANIGĔNA, æ, m. et f. a Jano genitus. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 381. Dum mihi Janigenam servabunt fata Canentem. V. *Cănens.*

JANĪTOR, oris, m. *a janitor, door-keeper, porter*, θυρωρός, januæ custos. *Cic. Verr.* 5. cap. 4. Hunc vestri janitores, hunc cubicularii diligunt. *Plaut. Men.* 4. 2. *in fin.* Heus, ecquis hic est janitor? aperite. *Cic. Verr.* 7. c. 45. Janitor carceris. *a jailor.* ¶ Romani quos habebant servos ad januam, catenatos prope ipsam habere solebant: unde janitores inter vilissima mancipia habebantur. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 6. v. 1. Janitor (indignum!) dura religate catena. ¶ Cæli janitor est Janus. *Id.* 1. *Fast.* v. 125. et 139. ¶ Inferorum Cerberus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 400. et lib. 8. v. 296. ¶ Olim *janitos* dictum fuit, teste *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 3.

JANĪTRIX, icis, f. *a female door-keeper*, θυρωρὸς, mu-

lier, cui januæ custodia est commissa. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 76. Anus hic solet cubitare, janitrix. ¶ Janitrices etiam dicebantur duorum fratrum uxores, non quod eandem januam pulsarent, sed quod pariter adversum lectum januæ sibi sternerent, inque eo tanquam custodiæ causa cubare solerent. Nam apud Romanos ea consuetudo fuit, ut quæ uxor primum in manum viri convenisset, ea sibi in atrio domus, ante ipsam januam lectum sterneret, qui idcirco *adversus* dictus est, ut apud *Propert.* l. 4. *el. ult.* v. 81. habetur. *Modestin. Dig.* lib. 38. tit 10. leg. 4. *a med.* ubi tamen alii aliter leg. ¶ Translate *Plin.* l. 15. c. 39. Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus, janitrix Cæsarum, Pontificumque. *idest* quæ solet plantari ante domos Cæsarum, et Pontificum. *Tertull. de Anim.* c. 55. Rhomphæa Paradisi janitrix.

IANTHE, es, virgo Cretensis, laudatissima forma. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 714.

IANTHĪNUS, a, um, *of a purple or violet colour*, ἰάνθινος, violaceus, colorem floris violæ referens, purpurei coloris, ab ἴανθος, flos quidam, et color purpureus: ab ἴον, viola, et ἄνθος, flos. *Plin.* l. 21. c. 6. Ab his Ianthina vestis. et cap. 8. Ianthinus color. V. *Ia.* ¶ *Ianthina* absolute, sunt vestes violacei coloris. *Martial.* l. 2. epigr. 39. Coccina formosæ donas, et Ianthina mœchæ.

IANTHIS, idis, f. ἰανθὶς, herba, vel flos purpurei coloris. *Marcell. Empir.* c. 17.

JANŬA, æ, f. *a gate, door, entrance*, θύρα, primus ingressus ad interiora domus: a *Jano*, qui januis præesse creditus est. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. Principem in sacrificando Janum esse voluerunt: quod ab eundo nomen est ductum: ex quo transitiones perviæ, jani; foresque in liminibus profanarum ædium, januæ nominantur. *Varr. sub fin.* l. 5. *de L. L.* Mittere cornicinem ad januam privati. *Phædr.* l. 4. fab. 24. v. 30. Nec ulli juvenes reperti sunt ad januam. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 244. Atque erit apposita janua fulta sera. *Id.* 1. *Amor.* el. 6. v. 28. Roboribus duris janua fulta riget. *Id. Heroid.* ep. 4. v. 141. Reserare januam. *Plaut. Aulul.* 1. 2. 11. occludere. *Id. Pœn.* 3. 4. 30. pultare. *to knock at the gate. Id. Asin.* 2. 2. 7. indiligenter observare. *Petron. in Satyr.* c. 139. intrare. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 128. frangere. *Ovid.* 3. *Trist. el.* 2. v. 23. pulsare sepulcri. *Scævol. Dig.* lib. 8. tit. 2. *leg. ult.* aperire. *to make a gateway*, aperto pariete januam facere. ¶ Ab *ostio* differre quidam arbitrantur, quod hoc sit interiorum domi cubiculorum. Sed confunduntur. *Cic. enim* l. 2. *de Orat.* c. 68. primo dicit *aliquem ab ostio quærere*: et mox *quærere aliquem a janua*, quæ significant *to inquire for one at the gate. Plaut.* quoque *Pers.* 5. 1. 6. ubi utrumque conjunxit, duo synonyma conjunxit. Hic volo, inquit, ante ostium et januam meos participes bene accipere. ¶ A *porta* vero certe differt, quæ est castrorum, mœnium, et urbis. Tametsi ne hoc quidem est perpetuum. ¶ Dicitur et de quocumque aditu, *any entrance. Virg.* 6. *Æn.* v. 106. quando hic inferni janua regis, &c. et vers. 127. Noctes atque dies patet atri janua Ditis. ¶ Translate *Cic. pro Planc.* c. 3. Qua nolui janua sum ingressus in causam. *Id.* 1. *de Orat.* cap. 47. Si in hæc, quæ patefecit oratione sua Crassus, intrare volueritis, facillime vos ad ea, quæ cupitis, perventuros, ab hoc aditu januaque patefacta. *Plin.* l. 1. ep. 18. Illa actio mihi januam famæ patefecit. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 231. r clusaque janua leti. *Q. Cic. de petit. consul.* c. 11. *a med.* Janua animi frons est.

JANŬAL, libi genus, quod Jano tantummodo libatur. *Festus.*

JANUĀLIS, le, ad Janum pertinens, Janalis. *Fest.* in *Axamenta*: Versus in deos singulos facti a nominibus eorum appellabantur, ut Januales (al. leg. *Janualii*) Junonii, Minervii. ¶ *Janualis porta* fuit Romæ sub radicibus collis Viminalis, antea *Viminalis* dicta: quia ferunt, bello Sabino ex æde Jani per hanc portam magnam vim aquarum erupisse, quibus hostium plurimi oppressi sunt. *Ovid. Fast.* 1. v. 269. et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 9. *in fi.* Sed hæc fabulosa sunt. *Varro* autem l. 4. *de L. L.* cap. 34. hæc habet: Janualis porta, dicta ab Jano: et ideo ibi positum Jani signum, et jus institutum a Numa Pompilio, ut scribit in annalibus L. Piso, ut sit clausa semper, nisi cum bellum sit. Nusquam traditum est memoriæ Pompilio rege fuisse apertam, &c. Hæc *Varro*, quæ ab aliis de ipso Jani templo traduntur. Unde non ab re colligitur, eodem loci, ubi hæc porta primum fuit, templum Jani exstructum fuisse, in quo idem ritus belli ac pacis tempore servaretur. ¶ Pro *Janualis* est qui legit *Janalis.*

JANUARĬUS, a, um, Janualis. *Januarius mensis*, et *Januarius* absolute, *the month of January*, olim undecimus, deinde primus anni mensis, Jano sacer: additus anno Romano ab Numa Pompilio, cum antea decem tantummodo mensibus constaret. V. *Ovid.* l. 1. *Fast.* v. 64. et *sequentib. Cic.* 1. *Agrar.* cap. 2. Auctio constituta in mensem Januarium. *Id. Attic.* l. 1. ep. 2. Januario mense cura, ut Romæ sis. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 5. A. d. VII. Id. Januarii. ¶ Primus dies hujus mensis Romanis lætissimus celeberrimusque fuit. Illo enim die, qui designati fuerant, Magistratum inibant, et quidem qui Curuli fuerant ornati Magistratu, curribus, in quibus sellæ erant ebore tectæ, in Tarpeiam arcem, seu in Capitolium, universo populo sequente, novis induto vestibus, vehebantur, ad sacrificium in Jani honorem peragendum. Illo die ab amicis felicitatis auguria dabantur, et accipiebantur. Prima enim in omnibus rebus maximam vim habere censebant. Ceterum hoc ipso die mos fuit singulos aliquid attingere in ea arte, quam exercebant. *Ovid. loc. cit.* v. 169. &c. et *Colum. sub init.* cap. 2. l. 11.

JANUS, i, m. Ἴανος, Apollo, sive Sol. Nam etiam Luna primo Jana, deinde Diana appellata est. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 9. *ex Nigidio.* Dictus est ab eundo, quasi Eanus, quia semper movetur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. Aliqui Mundum, idest Cælum, seu Mentem Cæli præsidem Jani nomine intelligunt, dictumque volunt et ipsum ab eundo, quod Cælum semper eat, dum in orbem volvitur, et ex se initium faciens in se refertur. Sunt etiam qui Jani nomine annum significari velint. Ratio nominis similiter fuerit a verbo *eo.* Nam tempus in perpetuo motu versatur: Aliqui interpretantur antiquum chaos rerum. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 103. ¶ Historici scripsere, Janum regem antiquissimum Italiæ fuisse. Regnavit in Latio, et in agro Romano, condita arce, quam de suo nomine Janiculum nuncupavit, in eo monte, quem posteri eod. nomine appellavere, nunc *Montorio* trans Tiberim. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 245. *Virg.* 8. *Æn.* v. 358. Sed in aliquibus libris reperitur, eum in Hetruria regnavisse, in aliquibus in Umbria. Primus in Italia diis templa fecit, ritusque sacrorum instituit. Idcirco in sacrificiis præfationem meruit perpetuam. *Macrob.* l. 1. c. 7. 8. 9. Saturnum a Jove filio ex Creta expulsum, classeque in Italiam advectum suscepit hospitio, et quoniam ab eo ruris agriculturam edoctus est, regni partem illi concessit. Saturnus urbem condidit, quam Saturniam appellavit, in monte Tarpeio, seu Capitolino. *Ovid. et Virg. locis citatis.* ¶ Quidquid veteres Jani nomine intelligerent, sive Solem, sive Mundum, vel Cælum vel Mentem Cæli præsidem, sive annum, sive chaos, &c. Romani et omnes Itali Janum deum quendam esse credebant totius mundi custodem, illum Cæli Januis præsidere, idest parti orientali, atque occidentali: præesse etiam omnium ædium foribus, item viis omnibus tum in urbibus, tum extra urbes: illum Cælum, aerem, aquam, terram, res omnes hujus universitatis claudere et aperire, pacem et bellum in sua potestate habere. *Ovid. loc. cit.* ¶ Duas illi facies tribuebant, alteram anteriorem, alteram a tergo. Unde geminus, bifrons, et biceps dicebatur. Causam *Ovid. ibid.* v. 135. affert, quia Cælo præsideret, et utranque partem, orientalem et occidentalem respiceret, item ædium januis præesset, quæ quidem januæ duas facies habent, quarum altera ad ædium partem internam versa est, altera ad externam. Qui Solem intelligunt, rationem reddunt, vel quia potentiam habet in utranque Cæli januam, idest in partem orientalem et in occidentalem, et dum oritur, mundum aperit; dum occidit, claudit; vel quia superorum atque inferorum janitor exsistit, idest, utrunque hemisphærium illustrat. Qui Janum pro anno accipiunt, illud hujus fictionis causam fuisse aiunt, quod annus ex se initium faciens fini occurrit. Qui regem Italiæ Janum censent fuisse, faciem geminam ad Jani prudentiam solertiamque referunt, qui et præterita nosceret, et utque prospiceret futura. Ejus figura admodum confusa erat. Causa ab *Ovid. ibid.* v. 103. allata est, quod Janus fuerit antiquum chaos, in quo omnia elementa, terra, aqua, aer, ignis permixta erant. Solebant etiam Janum quadrigeminum, seu quadrifrontem fingere. Cæli enim quatuor facies, idest cardines sunt, Oriens, Occidens, Septentrio, Auster. Vel respiciebant ad quatuor anni tempora, vel ad quatuor elementa, ut *Servius ad Æn.* 7. v. 607. et *Isidor.* l. 8. *Orig.* c. 11. tradunt. Etiam *Augustin.* l. 7. *de Civ. Dei*, c. 4. quadrifrontem Janum memorat, ejusque figuræ causam ex conjectura aliunde ducit. Cum clave et virga figurabatur, quasi omnium et portarum custos, et rector viarum. ¶ In Jani nummis in altera parte facies gemina, in altera figura navis imprimebatur. Navis figura nummi signabantur in Saturni memoriam, qui regnante Jano cum classe in Italiam venit, eumque et omnes Italos docuit agriculturam. *Ovid. ibid.* v. 233. et *Macrob. cit.* cap. 7. ¶ Jani templum erat ad infimum Argiletum, juxta Palatium, vel, ut alii scripsere, juxta Capitolium seu Tarpeium montem, a Numa Pompilio positum, vel a Romulo et Tatio. Loci causa fuit, quia cum Sabini Capitolium Tarpeiæ virginis proditione occupaturi essent, calida aqua repente ex eo loco erupit, quæ fugavit exercitum Sabinorum. Hoc templum pacis tempore clausum asservabatur. Constat autem ter fuisse clausum, primum regnante Numa, iterum post bellum Punicum secundum, tertio post bellum Actiacum ab Augusto. *Liv.* l. 1. c. 19. *Ovid. loc. cit.* v. 281. *Vellei.* l. 2. c. 38. ¶ Romani Jano ante omnes alios deos rem divinam faciebant. In omnibus enim rebus prima et extrema vim habent maximam. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. *Ovidius* hanc causam attulit, 1. *Fast.* v. 171. quod Janus esset mediator deorum et hominum. Sacrificabant ture, melle, ficubus, farre sale mixto, vino, et aliis hujusmodi. Causa rerum dulcium erat, ut annus feliciter cœptum cursum perageret. Causa farris et vini fuit, ut illo anno frugum copia esset. Stipem præterea offerebant, idest nummum æreum, in memoriam ejus pecuniæ, qua veteres usi fuerant. Sacra etiam Jano faciebant die nono Januarii, quæ Agonalia appellabantur. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 185. et 317. ¶ Janus item fuit Romæ vicus (*Thuscus* alio nomine, ut quidam putant. nam de loco ejus admodum incerta res est) ita dictus vel a Jani templo, vel signo, vel a tribus Janis perviis, de quibus mox dicetur. In eo mercatores, et feneratores frequentissime habitabant. *Ovid. de remed. amor.* v. 561. Qui puteal, Janumque timet, celeresque calendas. Prima hujus vici pars, ubi pecunia fenori dabatur, *summus Janus*, ultima *imus*, media *medius Janus* dicebatur. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 54. Hæc Janus summus ad imum Perdocet. *Id.* l. 2. sat. 3. v. 18. Postquam omnis res mea Janum Ad medium fracta est. Adde *Cicer. Phil.* 7. c. 6. et *Phil.* 6. c. 5. ¶ *Ad Janum geminum* locus fuit Romæ in foro, ubi Jani gemina facie instructi templum fuit. Ibi olim porta Janualis fuerat. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. ¶ *Jani* denique dicebantur omnes transitiones perviæ, sive ædificia fornicata et pervia, aut arcus, cujusmodi plures per omnes urbis regiones Domitianum exstruxisse, scribit *Sueton. in ejus vita*, c. 13. *vaults, arched porticos.* Ita autem appellabantur, quia Janus omnibus januis et viis præesse credebatur, ut dictum est. *Id. in Aug.* cap. 31. Pompeii statuam contra theatri ejus regiam, marmoreo Jano supposuit. *Liv.* l. 41. c. 27. *extr.* Forum porticibus tabernisque claudendum, et Janos tres faciendos locavit. *Id.* l. 2. c. 49. Infelici via dextro Jano portæ Carmentalis profecti. Adde *Cicer. de nat. Deor.* c. 27. ¶ *Servus a Jano*, et *a Jano medio* legitur *in vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 576. n. 9. et 577. n. 2. et fortasse est, qui fenebrem domini pecuniam curabat, fenori dando, et usuras exigendo. ¶ *Mensis Jani* est Januarius, qui et Janus poetice dicitur. *Ovid. Fast.* 2. v. 1. Janus habet finem: cum carmine crescit et annus. et vers. 48. Primus ut est, Jani mensis, et ante fuit. ¶ In illo *Ausonii* epist. 20. *extr.* Vive, vale, et totidem venturos congere Janos, Quot, &c. *Janos* intellige calendas Januarii, quæ Jano sacræ: et per synecdochen annos.

JANUSPĂTER, olim conjuncte dictus est, teste *Gell.* l. 5. c. 12. ut Marspiter, Jupiter.

JAPETĪDES, æ, m. idem quod Japetionides. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 111. Tu quoque Japetide, non hos adhibendus in usus. Alii aliter leg.

JAPETIONĪDES, æ, m. patron. pro Japetides, Atlas, vel alius ex filiis Japeti. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 630. Japetionides Atlas fuit, ultima tellus. Al. leg. *Japetioniades.*

IAPĔTUS, i, m. Ἰαπετὸς, filius Terræ, et Tartari, unus gigantum. Ex Clymene uxore filios habuit Atlantem, Epimetheum, Prometheum. *Hygin. in præfat. et fab.* 142. et *Serv. ad Ecl.* 6. v. 42. et *ad Æn.* 1. v. 745. De Prometheo *Horat.* l. 1. od. 3. v. 27. Audax Iapeti genus Ignem fraude mala gentibus intulit. ubi *Iapeti* quadrisyllabum est: ut et in illo *Ovid.* 1. *Metam.* v. 82. Quam satus Iapeto mixtam fluvialibus undis; et in illo *Virg.* 1. *Georg.* v. 279. Cœumque, Iapetumque creat, sævumque Typhœa.

IAPĪDĬA. V. *Iapis.*

IĀPIS, idis, m. trisyllab. ab ἰᾶσθαι, mederi, dictus est medicus, qui Æneam sagitta ictum curavit. *Virg. Æn.* 12. v. 391. ubi al. leg. *Iapyx.* ¶ Ille ad Timavum fluvium in Italia oppidum condidit, cujus regio Iapidia dicta est. *Tibull.* l. 4. el. 1. v. 109. Fortis Iapidiæ miles. *Virg. Georg.* 3. v. 475. Norica si quis Castella in tumulis, et Iapidis arva Timavi, &c. Ubi *Servius*: id est Venetiam. nam Iapidia pars est Venetiæ, dicta ab Iapidio oppido. Sallustius: *primum modo Iapidiam ingressus.* Hujus fluvius est Timavus. Unde male quidam *Iapigis* legunt, cum *Iapigia* sit Apulia. Hæc *Servius.* Iapidiam nominat etiam *Plin.* l. 3. c. 19. et 21. intelligitque eam Venetiæ partem, quæ est Istriæ contermina, aitque a nonnullis extendi a tergo Istriæ usque ad Flanaticum sinum. Sed de his Geographi. ¶ Scribitur et *Iapydia.*

IAPYGĬA, *vel* Iapigia, æ, f. Ἰαπυγία, regio Italiæ, quæ et Apulia, seu Apuliæ pars, quæ Messapia dicitur, nomen habens ab Iapyge Dædali filio, qui in ea regnavit. *Plin.* l. 3. c. 11. *a med. Serv. ad* 3. *Georg.* v. 475. et *Ovid.* 15. *Metam.* v. 703. Linquit Iapygiam, levisque Amphissia remis Saxa fugit.

IAPYGĬUS, a, um, ad Iapygem, vel Iapygiam pertinens. Iapygium promontorium. hod. *capo S. Maria di Leuca. Plin.* l. 3. c. 11. *a med.*

IĀPYX, ygis, m. trisyllab. Ἰάπυξ, Dædali filius, a quo Iapygia, ubi regnasse fertur, nomen habet. Item fluvius Iapygiæ. *Plin.* l. 3. c. 11. *a med.* et *Ovid.* 15. *Metam.* v. 52. ¶ Item ventus ejus regionis ab occidente spirans orientem versus, commodissimus idcirco ab Italia in Græciam transvehentibus. Zephyrus ab aliis, ut a *Veget. de re milit.* l. 4. c. 38. ab aliis Caurus, ut a *Favorino* apud *Gell.* l. 2. c. 22. creditur. A Zephyro certe *Lucan.* l. 6. v. 339. distinguit. *Horat.* l. 1. od. 3. v. 1. Sic te diva potens Cypri, Ventorumque regat pater, Obstrictis aliis, præter Iapyga, Navis, quæ, &c. *the North-West wind. Virg.* 8. *Æn.* v. 710. undis et Iapyge ferri. ¶ Adjective et Iapygius, Apulus. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 510. et Iapygis arida Dauni Arva gener teneo. *Virg.* 11. *Æn.* v. 678. et equo venator Iapyge fertur. et vers. 247. Gargani Iapygis arva.

Sil. l. 1. v. 51. et l. 3. v. 707. Invade Ætoli ductoris Iapyga campum.

IARBAS, æ, m. filius Jovis et Garamantidis Nymphæ, rex Getulorum, vel Maxitanorum. V. *Dido. Virg.* 4. *Æn.* v. 36. Non ante Tyro despectus Iarbas. ¶ Dicitur etiam *Iarba, æ,* eliso *s. Ovid.* 3. *Fast.* v. 552. Et potitur capta Maurus Iarba domo.

IARDĂNIS, idis, patronym. femin. Omphale filia Iardani. *Ovid. Herod.* ep. 9. v. 103. Se quoque Nympha tuis ornavit Iardanis armis.

IASIDES, æ, m. patronym. ab Iasio. *Virg.* 5. *Æn.* v. 843. Iaside Palinure ferunt ipsa æquora classem. *Stat.* 1. *Theb.* v. 541. Iasides pateram famulos ex more poposcit. *h. e.* Adrastus, qui Argis regnavit, uti olim et Iasius.

IASĬON. V. *Iasius.*

IASIŌNE, es, f. *a kind of withwind,* Ἰασιώνη, herba est unius tantum folii, sed ita implicati, ut plura videantur, in terra repens, cum lacte multo, flore candido: Latine concilium vocant. *Plin.* l. 21. c. 17. et lib. 22. c. 22.

IASIS, idis, f. Atalanta filia Iasii, vel Iasionis Jovis et Electræ filii. *Propert.* l. 1. el. 1. v. 10. Sævitiam duræ contudit Iasidis.

IASĬUS, ii, quadrisyllab. Ἰάσιος, rex Argivorum, Atalantæ pater. *Hygin.* fab. 70. ¶ Item filius Jovis et Electræ, frater Dardani, Samothraciæ rex. Alii filium Corythi faciunt Jovis filii, Etruriæ regis. *Serv.* ad illud *Virg.* 3. *Æn.* v. 167. hinc Dardanus ortus, Iasiusque pater. Adde *ad Æn.* 7. v. 207. ¶ Hunc Ceres adamasse dicitur, quia peritissimus fuit agriculturæ. Sed alii diversum faciunt a priori, Ilithii filium, Cretensem. *Ovid. Amor.* l. 3. el. 10. v. 25. Viderat Iasion Cretæa diva sub Ida. Adde 2. *Trist.* v. 300. et *Hygin.* fab. 270. ¶ Dicitur et *Iasion, onis,* Ἰασίων, ωνος. *Ovid. Metam.* 9. v. 421. queritur canescere mitis Iasiona Ceres.

IASĬUS, a, um, *Argive,* Argivus, ab Iasio Argivorum rege. Hinc *Iasia virgo* apud *Valer. Flacc.* l. 4. v. 353. est Io filia Inachi Argivi regis. ¶ Iasius, vel Iassius sinus est prope Iasum, seu Iassum urbem Cariæ in Asia minori. *Plin.* l. 5. c. 29. et l. 9. c. 8. *extr.*

IĀSON, ŏnis, m. trisyllab. *Jason,* Ἰάσων, ονος, filius Æsonis regis Thessaliæ ex Alcimede, seu ex Polymila, nepos Erithei, seu Crithei, pronepos Æoli, quem pater moriens Peliæ fratri in tutelam commendavit, tradito etiam regno, ea tamen lege, ut illud adulto Iasoni restitueret. Sed mater Alcimede suspectum habens Peliam, Iasonem Chironi alendum dedit. Iason adultus ad repetendum paternum regnum venit. Pelias commentus fraudem, Iasonem Colchos ad auferendum aureum vellus navigare jussit. Quæ res licet primo fieri non posse videretur, tamen præparata Argo navi, cum omnibus fere adolescentibus Græciæ principibus Colchos profectus est. Inter navigandum primum ad Lemnum insulam appulit, ubi ab Hypsipyle et hospitio et thalamo susceptus est. Deinde appulit ad Phineum regem Thraciæ, al. Paphlagoniæ, quem ab Harpyiis liberavit, missis Calai et Zethe fratribus alatis, qui eas usque ad Strophades insulas fugarunt: a quo muneris loco edoctus est, quomodo per Cyaneas petras inter se concurrentes ad Colchos usque tuto navigare posset. Quo cum pervenisset, Medea Colchorum regis filia, forma ejus capta, a certissimo eum eripuit exitio, ostensa ratione, qua æripedes tauros posset perdomare, et draconem pervigilem sopire. Ejus itaque consilia secutus aureum vellus sustulit, et inde clam cum sociis, et Medea fugam arripiens, ad Istri ostium pervenit, adversoque flumine subiens, cum eum tandem in locum pervenisset, ubi Danubius Liburniæ montibus proximus est, navim, qua vectus erat, suis sociorumque humeris, superatis montibus, in mare Adriaticum deportavit, tandemque sospes in patriam revectus est. Duos ex Medea filios suscepit. Sed cum postea Creusæ Corinthiorum regis filiæ amore flagrans eam uxorem duxisset, Medea ægre ferens divortium, Creusam cum regia exussit. Sunt qui tradant, Medeæ postea reconciliatum Iasonem, Æetem socerum a fratre Persa pulsum in regnum restituisse, multaque alia præclara gessisse, adeo ut divinos in Asia honores promeritus fuerit. Hæc fabula describitur ab *Apollonio Rhodio,* et *Valerio Flacco. Ovid.* 7. *Metam.* v. 5. Multaque perpessi claro sub Iasone tandem, &c. ¶ Fuit hoc nomine inscriptum poema *Varronis Atacini,* quo Argonautarum expeditionem persecutus est. *Propert.* l. 2. el. 25. v. 85. Hæc quoque perfecto ludebat Iasone Varro.

IASONĬDES, æ, m. quinque syllabarum, Ἰασονίδης, patronymicum a Iasone. *Stat.* 6. *Theb.* v. 340. Ecce et Iasonidæ juvenes, nova gloria matris. *h. e.* Thoas et Euneus Iasonis filii et Hypsipyle.

IASONĬUS, a, um, Ἰασόνιος, quinque syllabarum ad Iasonem pertinens. *Ovid. initio* l. 3. *ex Ponto.* Æquor Iasonio pulsatum remige primum. *h. e.* ab Argonautis sub Iasone duce. *Propert.* l. 2. el. 19. v. 31. Iasonia carina. *h. e.* ipsa navis Argo.

[* IASPACHĀTES, æ, m. ἰασπαχάτης, gemma ex achatæ generibus, quæ quamdam habet cum iaspide affinitatem. *Plin.* l. 37. c. 10. *init.*]

IASPIDĔUS, a, um, *of the colour of jasper,* ad iaspidem pertinens. *Plin.* l. 37. c. 10. *ante med.* Ceponides gemmæ, multis coloribus translucentes, alias vitreæ, alias crystallinæ, alias iaspideæ.

IASPIS, idis, f. *a jasper,* ἴασπις, gemma viridis et translucens, multorum generum, nam et smaragdi similis, et aerei coloris, et cærulei, et purpurei reperitur, &c. V. *Plin.* l. 37. c. 8. et 9. ubi de ea plura. *Virg.* 4. *Æn.* v. 261. atque illi stellatus iaspide fulva Ensis erat. *Martial.* l. 5. epigr. 11. Sardonychas, smaragdos, adamantas, iaspidas uno Portat in articulo. et lib. 9. epigram. 60. *sub fin.* Et pretium magnis fecit iaspidibus. *August.* jocans in Mæcenatem apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 4. Vale, mel gentium, Cilniorum smaragde, iaspi figulorum, berylle Porsenæ. [† Iaspis aerizusa, V. *Aerizusa.*]

[* IASPĬUS, a, um, ad iaspidem pertinens, iaspideus. *Mæcen. in epigr. ad Horat. apud Isidor.* 19. *Orig.* c. 32. Nec percandida margarita quæro, Nec, quos Thynica lima perpolivit, Anellos, nec iaspios lapillos. Extat etiam in *Antholog. Latin. Burmann.* l. 2. epigr. 224.]

IASPŎNYX, ychis, f. *a kind of jasper; an onyx stone,* ἰασπόνυξ, gemma ex iaspidum genere, onychis modo distincta punctis: unde et conflatum habet nomen. *Plin.* l. 37. c. 9.

IATRALIPTA, *vel* Iatraliptes, *vel* Iatroaliptes, æ, m. *a physician that cures by anointing,* ἰατραλείπτης, medicus, qui unctione et perfrictione corporum morbos curat: ab ἰατρὸς, medicus, et ἀλείφω, ungo. reunctorem medicorum *Plin.* vertit l. 29. c. 1. Primo enim iatroaliptæ medicorum servi fuere: postea in medicorum classem transierunt. *Cels.* l. 1. c. 1. Sanus homo nullis obligare se legibus debet, ac neque medico, neque iatroalipta egere. [Hunc eumdem *Celsi* locum citat Lexicographus noster ad vocem *Alipta;* non unica igitur usus est editione. Ceterum *Leonard. Targa* in not. ad secundam *Celsi* edit. pluribus probat *aliptam* legendum esse.] *Plin.* l. 10. ep. 4. Gravissima valetudine usque ad periculum vitæ vexatus, iatralipten assumpsi. ¶ Horum opera utebantur etiam in balneis: eoque munere servi quoque fungebantur. *Petron. in Satyr.* c. 28. Tres interim iatraliptæ in conspectu ejus falernum potabant. ¶ Dicitur et *Iatraleptes:* item *Iatrolipta* in vet. Inscript. apud *Murator.* pag. 884. n. 4.

IATRALIPTĬCE, *et* Iatraleptice, es, f. *the art of curing by ointments; the iatraleptic art,* ἰατραλειπτική, medicina, quæ unctionibus et perfrictionibus curat. *Plin.* l. 29. c. 1. Prodicus instituens, quam vocant Iatralepticen, reunctoribus quoque medicorum, et mediastinis vectigal invenit.

[* IATRĬCE, es, f. ἰατρική, scil. τέχνη, ars medendi. *Martian. Capell.* l. 3. pag. 50. *Grot.* Cum Deorum nonnulli iatricen, alii genethliacen diversis rerum operibus æstimarent, addereturque fidei medendi solertia.]

IATROMÆA, *vel* Iatromēa, æ, f. mulier medica, et obstetrix: ab ἰατρὸς, medicus. Habetur in Inscriptione inferioris notæ, apud *Gruter.* pag. 1110. n. 1.

IATRONĪCES, æ, m. ἰατρονίκης, medicorum victor: ab ἰατρὸς, medicus, et νίκη, victoria. *Plin.* l. 29. c. 1. Thessalus rabie quadam in omnis ævi medicos perorans, &c. monumento suo, quod est Appia via, Iatronicem se inscripsit.

IAXAMĂTÆ, arum, m. populi Sarmatiæ, ad paludem Mæotiden, apud ostia Tanais. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 146. ubi alii aliter leg. [¶ Hos populos *Ixamatas* vocat *Pompon. Mela* l. 1. c. 19. *a med.*]

IAZȲGES, gum, m. Ἰάζυγες, Sarmatica gens Danubii accola, inter Marcomanos, et Getas. Sarmatas Iazyges *Tacit.* vocat l. 12. *Ann.* c. 29. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 191. Iazyges, et Colchi, Metereaque turba, Getæque. Et in singulari num. *Id.* 4. *ex Ponto,* ep. 7. v. 9. ferox ut ducat Iazyx Per medias Istri plaustra bubulcus aquas.

IBER, eris, m. *a Spaniard,* Ἴβηρ, ηρος, idem ac Iberus, seu Hispanus. *Lucan.* l. 6. v. 258. Si tibi durus Iber, aut si tibi terga dedisset Cantaber. *Catull.* carm. 9. *ad Verann.* v. 6. Visam te incolumem, audiamque Iberum Narrantem loca, facta, nationes. ¶ Item *a Georgian. Valer. Flacc.* l. 5. v. 166. Armeniæ prætentus Iber. *Id.* l. 6. v. 750. Forte ubi serus Iber, Essedoniæque phalanges, &c. *Pompon. Mela,* l. 3. c. 5. Fluvii per Iberas, et Hircanos multum distantibus alveis defluunt. ¶ Scribitur etiam cum aspiratione.

IBERĬA, æ, f. *Spain,* Ἰβηρία, Hispania, ab Ibero maximo ejus amne dicta, vel ab Ibero rege. *Plin.* l. 3. c. 3. Iberus amnis navigabili commercio dives, quem propter universam Hispaniam Græci appellavere Iberiam. *Horat.* l. 4. od. 5. v. 27. incolumi Cæsare, quis feræ Bellum curet Iberiæ? ¶ Item regio Asiæ inter Albaniam, Colchidem, Armeniam maj. et montes Caucaseos. Hoc sensu scribitur etiam *Hiberia,* nunc *Georgia,* [† vel potius Georgiæ pars, *Gurgistan.*] *Plin.* l. 6. c. 4. et 13. et lib. 7. cap. 27. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 120. Discolor hastatas effudit Iberia turmas. Adde *Horat. Epod.* 5. v. 21. ¶ Ex hac in Hispaniam migrasse populos, eique dedisse nomen, auctor est *Varro* apud *Plin.* l. 3. c. 1. Contra alii censent ex Hispania in Asiam transisse.

IBERIĂCUS, a, um, adject. Iberus, Hispanicus. *Sil.* l. 13. v. 510. Omen Iberiacis victa Carthagine terris.

IBERĬCUS, a, um, adject. *Spanish,* Hispanicus. *Sidon.* carm. 23. v. 164. Terrarum indigenas Ibericarum. *Horat. Epod.* 4. v. 3. Ibericis peruste funibus latus. *h. e.* sparteis. nam sparti copia in Hispania. Unde quidam orator *Ibericas herbas,* spartum dicere reformidans, in actione, se solo intelligente, dicebat, irrisus ob hanc vanitatem a Cassio Severo, ut refert *Quintil. initio* cap. 2. l. 8. ¶ Ibericum mare, Hispaniam alluens ab orientali latere. *Plin.* l. 4. c. 20. *Colum.* l. 8. c. 16. *sub fin.*

IBĔRIS, idis, f. *wild cresses,* ἰβηρὶς, herba est nascens maxime circa vetera monumenta, parietinasque, et inculta itinerum, semper florens, folio nasturtii, caule cubitali, semine tam parvo, ut vix aspici possit. *Plin.* l. 25. c. 8. *ante med.*

IBĒRUS, i, f. hod. accolis *Ebro,* Ἴβηρος, fluvius maximus Hispaniæ, qui oritur in Cantabris, Asturum confinio, et orientem versus decurrens, in mare mediterraneum influit prope Dertosam. *Plin.* l. 3. c. 3. et lib. 4. c. 20. *Lucan.* l. 4. v. 23. nam gurgite mixto, Qui præstat terris, aufert tibi nomen Iberus. ¶ Alius est in Iberia Asiæ, ex Caucaso monte in Cyrum defluens. *Plin.* l. 6. c. 10. ¶ Scribitur et *Hiberus.*

IBĒRUS, a, um, *Spanish,* Hispanus. *Virg. in fin.* l. 11. *Æn.* Ni roseus fessos jam gurgite Phœbus Ibero Tingat equos. *h. e.* Oceano occidentali. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 519. Appulerat ripæ vaccas Œtæus Iberas. *Id. Metam.* 9. v. 184. forma triplex pastoris Iberi. *h. e.* Geryonis. *Propert.* l. 2. el. 2. v. 21. Iberum minium. V. *Minium. Stat.* l. 4. *Theb.* v. 26. Undantemque sinum nodis irrugat Iberis. *h. e.* ut Hispani solent. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 46. garum de succis piscis Iberi. *h. e.* scombri, ex quo, ut ait *Plin.* l. 31. c. 8. laudatissimum garum fit in Carthaginis spartariæ (*Cartagena*) cetariis. ¶ Iberas nenias *Hieronym.* memorat *in præfat. ad Pentateuch. circa med.* Apocryphorum deliramenta sectantur, et Iberas nenias libris authenticis præferunt. *Iberas* dixit propter quosdam Hæreticos, qui in Hispaniis errores suos vulgabant. ¶ Iberi, orum, *the Spaniards,* Hispaniæ populi. *Virg. Georg.* 3. v. 408. Aut impacatos a tergo horrebis Iberos. ¶ Item *of Georgia, Georgian,* ad Iberiam Asiæ pertinens: quo sensu etiam *Hiberus* scribitur. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 235. cui vadis Ibero, Hei mihi! vel sævo conjux non una Gelono?

IBEX, ibĭcis, m. *a kind of wild goat, said to be the same with the evech,* ἴβυξ, genus capræ silvestris, celeritatis eximiæ. *Plin.* l. 8. c. 53. Sunt capreæ, sunt rupicapræ, sunt ibices pernicitatis mirandæ, quamquam onerato capite vastis cornibus, gladiorumque vaginis (*h. e. ipsis cornibus gladiorum vaginas referentibus*) in hæc se librant, ut tormento aliquo rotati in petras, potissimum e monte aliquo in alium transilire quærentes: atque recussu pernicius, quo libuerit exsultant. ¶ *Hieronym. in Job,* c. 39. putat ibices esse, quos Græci τραγελάφους dicunt, hirci et cervi simul simile quippiam habentes.

IBI, *there, in that place,* ἐκεῖ, in eo loco. *Varr.* l. 5. *L. L.* c. 3. Ad sepulcrum Accæ, quod ibi prope faciunt diis manibus sacerdotes. *Cic. Fam.* ep. 1. Nemo est, quin ubivis, quam ibi ubi est, esse malit. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 37. *extr.* Demaratus fugit Tarquinios Corintho, et ibi suas fortunas constituit. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 316. Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus. *Ulpian. Digest.* lib. 47. tit. 8. leg. 4. *circa med.* Erit hæc differentia inter hoc edictum, et superius, quod ibi de eo damno prætor loquitur, &c. ¶ Additur et genitivus *loci. Plin.* l. 6. c. 11. Ibi loci terrarum orbe portis discluso, &c. ¶ Aliquando significat in iis rebus, in eo, *in that, therein, on that. Sallust. in Catil.* c. 5. Huic ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, discordia civilis grata fuere, ibique juventutem suam exercuit. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 29. *extr.* Si quid est quod ad testes reservet, ibi nos quoque paratiores reperiet. ¶ *Ibi esse* est in ea re, aut cogitatione esse. *Terent. Heaut.* 5. 2. 29. Irrides in re tanta, neque me quidquam consilio adjuvas. *Sy.* imo et ibi nunc sum, et usque id egi dudum. et 3. 1. 63. Subsensi, illos ibi esse, et id agere inter se clanculum. ¶ Aliquando refertur ad tempus, ac *tum* significat, *then, thereupon. Terent. Andr.* 2. 3. 4. Si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet. *Id. Eun.* 2. 2. 29. Ille ubi miser famelicus videt, me tam facile victum quærere, ibi homo cœpit me obsecrare. *Liv.* l. 3. c. 71. Tribuni dedere cupidæ audiendi plebi, ut quæ vellet, Scaptius diceret. Ibi infit, annum se tertium, &c. *Virg.* 2. *Æn.* v. 792. Ter conatus ibi collo dare brachia circum. Adde *Plaut. Mostell. in fi.* ¶ Junctum cum verbis motus ad locum rarum est. *Caius Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 1. *extr.* Et cum ibi venerimus, &c.

IBĪDEM, *in the same place,* αὐτόθι, in eodem loco. *Cato R. R.* c. 37. Vitis si macra erit, sarmenta sua concidito minute, et ibidem inarato. *Nep. in Milt.* c. 2. Ipse ibidem manere decrevit. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 5. Ne heic ibidem ante oculos vestros trucidetur. *Id.* 2. *de Invent.* c. 51. Ille cujus merces erant, in gladium in navi ibidem incubuit. *Justin.* l. 2. c. 2. Ibidem divitiarum cupido est, ubi et usus. ¶ Additur et genitivus *loci. Plaut. Cistell.* 2. 1. 51. Si redierit illa ad hunc, ibidem loci res erit. ¶ Significat etiam in eadem re. *Cic. pro Cæcin.* c. 9. Læsit in eo Cæcinam, sublevavit ibidem. *Virg. Georg.* 3. v. 500. pede terram Crebra ferit: demissæ aures, incer-

tus ibidem Sudor. ¶ Cum verbis motus rarum est. *Plaut. Trin.* 2. 4. 10. Quid quod dedisti scortis? *Lesb.* ibidem una traho. ¶ *Ibĭdem* pænult. correpta, *Juvenc.* l. 3. v. 80. Ille jubet cunctis ibidem convivia poni. *Claud. Mamerc. in carm. contra Poetas vanos*, v. 48. vel potius *Paulin. Nolan.* carm. 19. v. 48. Cognosces ibidem, ne pergas tradere fatis, &c.

IBIS, idis, *et* ibis, f. *the ibis; an Egyptian bird like a stork, which destroys serpents*, ἶβις, avis Ægypti, quæ serpentibus vescitur. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 36. Ibes, maximam vim serpentium conficiunt, cum sint aves excelsæ, rigidis cruribus, corneo proceroque rostro: avertunt pestem ab Ægypto, cum volucres angues ex vastitate Libyæ vento Africo invectas interficiunt atque consumunt, ex quo fit, ut illæ nec morsu vivæ noceant, nec odore mortuæ. *Æmil. Macer* apud *Charis.* l. 1. pag. 108. *Putsch.* Auxilium sacræ veniunt cultoribus ibes. Adde *Pompon. Mel.* l. 3. c. 8. *ad fin.* ¶ Traditur autem ibis clysteris usum prima commonstrasse, quod consuetudinem habet se purgandi, rostri aduncitate eam perluens partem, qua ciborum onera redduntur. *Plin.* l. 8. c. 27. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 50. ¶ *Ibin* maledico suo carmine *Callimachus* vocat *Apollonium Rhodium*, discipulum ingratum, teste *Suida*. Hunc imitatus *Ovidius* nomine *Ibis* perstringit Elegiaco carmine adversarium suum, quem nonnulli *Hyginum* suspicantur. *Id. ibid.* v. 59. Illius ambages imitatus in Ibide, dicar. &c. et vers. 100. Et fletu madidis Ibin adite genis.

IBISCUM. } V. in littera H.
IBRĪDA. }

IBUS. V. *Is.*

IBYCĬUS, a, um, adject. Ibycium carmen dactylicum (fortasse ab Ibyco poeta denominatum) constat hexametro acatalecto, ut *Sidera pallida diffugiunt face territa luminum.* Aliud constat heptametro hypercatalecto, ut *Versiculos tibi dactylicos cecini, puer optime, quos facias.* Hæc *Servius in centimetr.* pag. 1821. *Putsch.*

IBȲCUS, i, m. Ἴβυκος, poeta Græcus lyricus, patria Rheginus, cujus meminit *Cicer. Tuscul.* 4. c. 33. Narrant, cum in silva a latronibus deprehensus, vulneraretur ad necem, prætervolantes forte grues suæ mortis testes obtestatum esse, et vindices fore, comminatum. Paulo post, cum latrones in urbe media versarentur, supervolantibus forte gruibus, per jocum insusurrare sibi in aurem cœperunt, αἱ Ἰβύκου ἔκδικοι πάρεισι. Qua voce arrepta a circumstantibus, et ad Magistratum delata, comprehensi latrones, confessique homicidium, pœnas dederunt. *Auson.* in *Technopægn. de histor.* v. 12. Ibycus ut periit, vindex fuit alivolans grus. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 152. volucrumque precator Ibycus.

I C

ICĂDES, dum, f. εἰκάδες, vigesimus quisque Lunæ dies, quo ferias quidam agebant in honorem Epicuri: ab εἴκοσι, viginti. *Plin.* c. 2. l. 35.

ICADĬON, nomen est sævissimi piratæ, *Festo* teste. *Id.* in *Rhonde*: Rhondes Icadionque, cum dixit Lucilius, nomina piratarum posuit, tam infestum sibi corpus et valetudinem referens, quam illi essent saluti navigantium. Versus *Lucilii* sunt apud *eund.* in *Querqueram.* Querquera consequitur febris, capitisque dolores, Infesti mihi, tanquam Rhondes, Icadionque.

ICADĬUS, ii, Ἰκάδιος, filius Apollinis et Lyciæ Nymphæ, cum in adultam ætatem venisset, primo regionem, in qua natus erat, a matre Lyciam nominavit: deinde in ea urbem quoque Apollini condidit, sortes et cortinam dicavit; et ut illum patrem esse testaretur, *Patera*, (πατέρα) cognominavit. Inde cum Italiam peteret, naufragio vexatus, delphini tergo exceptus dicitur, ac prope Parnassum montem delatus, patri Apollini templum constituisse, et a delphino locum Delphos appellasse: aras deinde Apollini consecrasse, quas ferunt vulgo *patrias* dictas. Hæc *Serv. ad Virg.* 3. *Æn.* v. 332.

ICARĬA, æ, f. nunc *Nicaria*, insula parva maris Ægæi inter Samum ad Or. et Naxum ad Occ. Chium ad Bor. et Pathmum ad Austr. Sic dicta ab Icaro, quem volantem ibi decidisse, amissis alis, fabulantur. *Pompon. Mela* l. 2. c. 7. ¶ *Icaros* dicitur a *Plin.* l. 4. c. 12. *ante med.* ubi Sporadas enumerat, et lib. 5. c. 31.

ICARIŌTIS, idis, f. Ἰκαριωτίς, Penelope Icarii filia. *Propert.* l. 3. el. 11. v. 10. Quæque terunt fastus, Icarioti, tuos. Adde *Virg. in Culice*, v. 264. ¶ Adjective *Ovid.* 3. *ex Ponto*, ep. 1. v. 113. Morte nihil opus est, nil Icariotide tela.

ICĂRIS, idis, f. Ἰκαρὶς, Penelope Icari filia. *Ovid. in Ibin*, v. 393. Sex bis ut Icaridos famulæ periere, procique.

ICARĬUS, ii, m. Ἰκάριος, filius Œbali Laconum regis, pater Erigones et Penelopes. *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 81. et *Hygin.* fab. 130. et *Poet. Astron.* l. 2. c. 4. At idem *Hygin.* fab. 224. 243. et 254. *Icarum* vocat: quod faciunt etiam *Serv. ad* 1. *Georg.* v. 67. *Ovid. in Ibin*, v. 613. et lib. 10. *Metam.* v. 450. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 10. et *Propert.* l. 2. el. 24. v. 29. ¶ Utcumque sit, fabulantur, hunc socium vel hospitem Liberi patris fuisse, ab eoque vitium colendarum rationem, et vinum accepisse mortalibus distribuendum: quod cum pastoribus, aut agricolis suis divisisset, illique ex nimio potu ebrii facti essent, ab iis interfectum fuisse, quod sibi venenum datum arbitrarentur: (*Propert.* lib. 2. eleg. 24. vers. 29.) canem Icarii diu ad cadaveris custodiam remansisse: tandem fame impellente, domum revertisse, acceptoque pane iterum ad custodiam heri se contulisse: Erigonam canis vestigia secutam, patris cadavere conspecto, adeo doluisse, ut suspendio vitam finierit. Ob eam pietatem omnes in cælum esse translatos, Erigonem sidus Virginis factam; canem, Sirium; Icarium Bootem, seu Arcturum. *Hygin. loc. cit.* ¶ Sunt, qui Icarium patrem Erigones diversum faciunt a patre Penelopes: de quo *Ovid. Heroid.* ep. 1. *Penelopes ad Ulyx.* v. 81. Me pater Icarius viduo discedere lecto Cogit, et immensas increpat usque moras. ¶ Est etiam hoc nomine mons Atticæ regionis. *Plin.* l. 4. c. 7.

ICARĬUS, a, um, *relating to Icarius*, ad Icarium pertinens, de quo dictum est in voce præced. *Propert.* l. 2. el. et vers. 24. cum jam Flectant Icarii sidera tarda boves. *h. e.* signum Bootes. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 16. v. 4. Icarii stella proterva canis. *h. e.* Sirius, de quo et *Stat.* l. 4. *Theb.* v. 777. Icarii quamvis juba fulguret astri. et l. 4. *Silv.* 4. v. 13. Icariis cælum latratibus urit. *Id.* l. 3. silv. 1. v. 147. Icario nemorosus palmite Gaurus. *h. e.* cujus colendi rationem Bacchus Icarium docuit. *Id. Theb.* 4. v. 655. et Icaria Rhodopen adsueverat umbra. *h. e.* vitibus consitam, et umbrosam fecerat. ¶ Item ad Icarum pertinens Dædali filium. *relating to Icarus, Icarian. Icarium mare* est, in quod decidit Icarus, pennis nimium fidens. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 1. v. 89. Dum petit infirmis nimium sublimia pennis Icarus, Icariis nomina fecit aquis. *Id.* 4. *Fast.* v. 283. Transit et Icarium, lapsas ubi perdidit alas Icarus, et vastæ nomina fecit aquæ. *Id. Heroid.* ep. 18. v. 50. Icarium litus. *h. e.* ora maritima Asiæ minoris, quæ Icario mari alluitur. ¶ Hæc ex fabula. Re autem vera *Icarium mare* est, quod Icariam insulam alluit (nam ab ea nomen habet) et aliquot alias circa insulas: pertinetque ad oram litoralem Asiæ minoris. *the sea of Nicaria. Plin.* lib. 4. c. 12. *a med.* Cyclades et Sporades ab oriente litoribus Icariis Asiæ, ab occidente Myrtois Atticæ inclusæ. *et in fi.* cap. 11. Icarium mare, quod est inter Samum et Myconum.

ICĂROS, *seu* Icarus, insula, Ἴκαρος. V. *Icaria.*

ICĂRUS, i, m. Ἴκαρος, Dædali filius fuit, qui una cum patre e Creta fugiens alarum artificio, cum earum fiducia fretus ultra patris jussa altius evolasset, solisque ardore cera, qua pennæ continebantur, liquefacta esset, ita ut ab alis deflueret, decidit in mare, quod est inter Samum et Myconum, quod ab ejus nomine Icarium dictum est, ut Poetæ fabulantur. V. in *Icarius, a, um.* ¶ Item pater Erigones et Penelopes. V. *Icarius, ii.* ¶ Item fluvius Scythiæ, in Oxum influens. *Plin.* l. 6. c. 17.

[* ICAS, adis, f. ἰκὰς, numerus vicenarius. *Plin.* l. 35. c. 2. Natali ejus (Epicuri) vicesima luna sacrificant, feriasque omni mense custodiunt, quas icadas vocant. *h. e.* philosophi Epicurei *icadem* vocabant diem cujuslibet mensis vicesimum, qui fuit dies natalis Epicuri. Vide et *Cic. de fin.* l. 2. c. 31.]

ICĔLOS. V. *Morpheus.*

ICHNEUMON, ŏnis, m. *the ichneumon or Egyptian rat*, ἰχνεύμων, animal est magnitudine felis, specie muris, vulgo mus Indicus, quod nascitur in Ægypto, et cum aspide pugnat: ab ἰχνεύω, investigo, sive quod instar canis venatici investiget crocodilum, et aspidem, ovaque eorum observet, sive potius quod rostro suo, quod est simile rostro suillo, cibum ruspetur et investiget. Eum Ægyptii adorant, quoniam ova crocodilorum conterat, et luto convolutus, cum os aperiunt, ita in ventres eorum insilire soleat, ut exesis intestinis eos interimat. Hæc *Plin.* l. 8. c. 24. et 25. narrat. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 36. possum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere. *Martial.* l. 7. epigr. 86. Delectat Marium si perniciosus ichneumon. (prima syllaba corripitur more Græco, *n* littera liquescente.) *Nemesian. in Cyneg.* v. 54. Malumus et placidis ichneumona quærere ripis. ¶ Est vesparum genus, quæ ichneumones cognominantur, minores ceteris, et phalangiis araneis infestissimæ. *Plin.* l. 10. c. 74. et l. 11. c. 21.

ICHNOBĂTES, æ, m. *Treader or Tracer, a dog's name*, ἰχνοβάτης, nomen canis venatici Actæonis, acer et sagax in sequendis feræ vestigiis: ab ἴχνος, vestigium, et βαίνω, gradior. *Ovid.* 3. *Metam.* vers. 207. Ichnobatesque sagax. Adde *Hygin.* fab. 181.

ICHNŎGRAPHĬA, æ, f. ἰχνογραφία, vestigii, areæ, seu plani descriptio, *ichnography; the plan or ground-plot of a building*: ab ἴχνος, planta, vel plantæ vestigium. *Vitruv.* l. 1. c. 2. Ichnographia est circini regulæque modice continens usus, ex qua capiuntur formarum in solis arearum descriptiones.

ICHNŪSA, æ, f. *a name given to the island of Sardinia, from its resembling a human foot-step*, ἰχνοῦσα, nomen alterum Sardiniæ insulæ, a similitudine humani vestigii, ut *Plin.* l. 3. c. 7. docet: ἴχνος enim vestigium significat. *Sil.* l. 12. v. 358. Inde Ichnusa prius Graiis memorata colonis.

[† ICHOR, ōris, m. *ichor*, ἰχὼρ, sanies, cruor. *Cels.* 5. 26. 20. Ichor tenuis, subalbidus ex malo ulcere exit.]

ICHTHYOCOLLA, æ, f. *a fish, resembling a sturgeon, with a glutinous skin; the glue made of it, perhaps isinglass*, ἰχθυοκόλλα, piscis quidam, cui glutinosum est corium: idemque nomen est glutino ejus: quod tamen non ex corio, sed ex ventre, quidam fieri dicunt: ab ἰχθὺς, piscis, et κόλλα, gluten. Dicitur esse inventum Dædali. *Plin.* l. 32. c. 7. et lib. 7. c. 56. et *Cels.* l. 5. c. 2.

ICHTHYOESSA, ἰχθυόεσσα, nomen Icariæ insulæ, a copia piscium. nam ἰχθὺς piscem significat. *Plin.* l. 4. c. 12.

ICHTHYOPHĂGI, orum, m. *the Fish-eaters, Ichthyophagi*, Ἰχθυοφάγοι, populi in Arabia et India piscatu maxime viventes: ab ἰχθὺς, piscis, et φάγω, comedo. *Plin* l. 6. c. 23. et 28.

ICO, is, ici, ictum, a. 3. *to strike, smite, hit*, πλήττω, percutio, ferio. *Lucret.* l. 3. v. 161. exin corpus propellit, et icit. et lib. 4. v. 1043. Emicat in partem sanguis, unde icimur ictu. *Catull. carm. ult.* neu conarere Telis infesto mi icere, musca, caput. *Plin.* l. 15. *c. ult.* Fulmine laurus sola non icitur. et lib. 2. c. 55. Fulmen lauri fruticem non icit. *Plaut. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 424. Ibi ut piscabar, fuscina ici vidulum. *Turpil. ibid.* Si iceris me posthac. ¶ Maxime usum habet in passivi præterito *ictus sum*, adeo ut exempla afferre, supervacaneum sit. ¶ *Icere femur*, apud *Plaut. Trucul.* 2. 7. 42. est indignantis dolentisque. V. *Femur.* ¶ *Icere fœdus*, et ferire. *to make, sanction, ratify. Cic. pro Balb.* c. 15. Cum Gaditanis fœdus icisse dicitur. *Id. in Pison.* c. 12. Fœdus, quod meo sanguine in pactione provinciarum iceras. *Cæl.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 886. *Putsch.* Qui cum iis ita fœdus icitis. V. *Fœdus.* ¶ Icere colaphum. *to fetch a slap, strike a blow. Plaut. Pers.* 5. 2. 65. Quæ hæc res est? heu! colaphum icit. ¶ Translate *Senec. de const. Sap.* c. 3. *a med.* Si exsistunt, qui magnitudinem multum ultra se positam, non icturi appetant. ¶ Præter ea tempora et modos, qui sunt in allatis exemplis, non facile usurpaveris. ¶ *Caper* apud *Priscian. loc. cit.* docet, primam syllabam in præsenti corripi. Sed contra est *Lucretii* auctoritas, et *Catulli.*

ICON, ŏnis, f. *an image, picture, likeness, statue, icon*, εἰκὼν, όνος, effigies, imago, statua ex membris ipsis a pictoribus seu statuariis expressa: ab εἴκω, similis sum. *Plin.* l. 8. c. 54. Mucianus tradit, simias et latrunculis lusisse, fictas cera icones usu distinguente. Ita *Salmas.* et *Harduin.* leg. *Id.* l. 34. c. 4. Ex membris eorum similitudine expressa, quas iconas vocant. Plerique omnes leg. *iconicas*, subaudi *effigies.* ¶ Est etiam rhetorica figura, quæ et *ethopœia*, et Latine *imago* a *Cicer.* dicitur l. 1. *de Invent.* c. 30. definiturque oratio demonstrans corporum aut naturarum similitudinem. *Diomed.* l. 2. pag. 459. Εἰκὼν est expressa figuræ alicujus descriptio, vel personarum inter se, eorumque quæ personis accidunt comparatio, ut (*Virg. Æn.* 1. v. 593.) *Os, humerosque deo similis.* Et (*Id.* 3. *Georg.* v. 89.) *Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus.* Eadem fere habet *Charis.* l. 4. p. 247.

ICONĬCUS, a, um, *drawn to the life, painted at full length*, εἰκονικὸς, ita pictus aut sculptus, ut vivam alicujus imaginem referat: ab εἰκὼν, effigies. *Plin.* l. 35. c. 8. *extr.* Adeo ars perfecta erat, ut in eo prœlio iconicos duces pinxisse tradatur, Miltiadem, Callimachum, &c. *Sueton. in Calig.* c. 22. In templo simulacrum stabat aureum, iconicum.

ICONISMUS, m. εἰκονισμὸς, figura Rhetorum, quando ad vivum alicujus rei formam ob oculos ponimus. Vox Græca ab εἰκονίζω, assimilo. *Senec.* ep. 95. *ad fin.* Descriptiones has, et (ut publicanorum utar verbo) εἰκονισμοὺς ex usu esse confiteor. V. *Icon.*

ICOSAPRŌTI. V. *Decaproti.*

ICTERĬAS, adis, f. ἰκτερίας, gemma aliti ictero similis colore, et quæ ideo existimatur salubris contra regios morbos. *Plin.* lib. 37. cap. 10.

ICTERĬCUS, a, um, adject. *ill of the jaundice, jaundiced, icterical*, ἰκτερικὸς, qui icteri morbo laborat. *Juvenal.* sat. 6. v. 564. Consulit ictericæ lento de funere matris. Adde *Martial.* l. 11. epigr. 8. et *Plin.* l. 20. c. 9.

ICTĔRUS, i, m. ἴκτερος, avicula flavi coloris, quam Latini galgulum, vel galbulum, vel galbulam vocant, solo aspectu ictericum, seu regium morbum sanans. *Plin.* l. 30. c. 11. Avis icterus vocatur a colore, quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, et avem mori.

ICTIS, idis, m. *a marten or martern*, ἰκτὶς, mustelæ silvestris genus, magnitudine Melitensis catelli, sed pilo, facie, albedine partis inferioris, et morum astutia mustelæ simile. *Martem* speciali vocabulo vocant. *Plin.* l. 29. c. 4. Mustelarum duo genera: alterum silvestre, distans magnitudine: Græci vocant ictidas.

ICTUS, us, m. *a stroke, blow*, πληγὴ, percussio, petitio: ab *ico, is. Cic.* 3. *Offic.* c. 25. Phaethon ictu fulminis deflagravit. *Id. pro Mil.* c. 24. Vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatorio probari. *Id. pro Cæcin.* c. 15. Ictus et conjectio telorum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 25. Scuta uno ictu pilorum transfixa. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 12. Acutas vocis exclamationes vitare oportet. ictus enim fit, et vulnerantur arteriæ. *Tacit.* 3. *Hist.* cap.

31. Intentare ictus. *Curt.* l. 7. c. 5. *sub fin.* Ictu certo destinata ferire. *Plin.* l. 28. c. 2. *a med.* Vibrare ictus. et cap. 4. eminus cominusque inferre. *Cic.* vertens *Sophoclis* versus l. 2. *Tuscul.* c. 8. infligere, *vel* inligere. *Vellei.* l. 2. c. 69. Dare cervicem ad ictum servi sui. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 375. ictus excipere galea et scuto. et l. 3. v. 64. validos cute repellere. et lib. 4. v. 498. diros sentire. *Id.* 1. *ex Ponto,* ep. 7. v. 52. graves ferre. *h. e.* inferre, infligere. et l. 4. ep. 7. v. 39. cunctos feliciter effugere. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 11. sustinere. *to stand firm against, withstand.* et cap. 9. defendere, ac repellere. *to ward off.* *Ovid. Metam.* l. 5. v. 389. Phœbeos submovere frondibus. *h. e.* ut ait *Horat.* lib. 2. od. 15. v. 9. fervidos excludere spissa laurea. *Id.* l. 1. od. 25. v. 2. ictibus crebris fenestras quatere. *Virg.* 5. *Æn.* v. 459. pulsare aliquem. et l. 12. v. 713. crebros congeminare. *Id.* 3. *Georg.* v. 233. Taurus ventos ictibus lacessit. *with buffetings.* et lib. 7. *Æn.* v. 756. medicari ictum hastæ. *the wound inflicted by.* et lib. 12. vers. 907. lapis non pertulit ictum. *nor kept up its force so as to strike.* et *Plin.* l. 19. c. 1. *a med.* Ictibus cædere arborem. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 124. fistula tenues Ejaculatur aquas, atque ictibus aera rumpit. *with the spray.* et lib. 8. v. 362. Ictus apri. *the bite.* Sic *Plin.* l. 23. c. 1. serpentium. *the bite.* *Cic.* c. 6. l. 2. *Offic.* A bestiis ictus, morsus, impetus. *a blow, kick.* *Horat.* l. 4. od. 6. v. 36. ictus pollicis. *scil.* quo lyra pulsatur. Sic *Plin.* l. 34. c. 8. *a med.* Ad ictus citharæ tinnitu resonant. *Id.* l. 10. c. 3. Ictus alæ. *the flapping.* Sic lib. 6. c. 12. pennarum. *Id.* l. 8. c. 43. pedum. *the stamping.* et l. 2. c. 95. Ictus modulantium pedum. *beating.* et lib. 35. c. 10. *a med.* murorum. *battering.* et lib. 11. c. 37. sect. 88. Ictus creber aut languidus. *the beating of the pulse.* et *Aurel. Vict. in epist.* c. 16. Ictu sanguinis exstinctus est. *of an apoplectic fit.* et *Plin.* l. 37. c. 8. Ictu primo. *at the first blow.* *Tacit.* 2. *Hist.* c. 38. Singulis veluti ictibus bella transigere. *at a single blow; by one battle.* *Hirt. de B. Afric.* c. 18. Uno ictu contendere, neque remittere, donec ultra ultimos colles hostes repulissent. *with one continued attack.* *Gell.* l. 14. c. 1. *a med.* Eodem ictu temporis. *the same moment.* *Sil.* l. 4. v. 42. sub ictu esse. *to be exposed to blows.* Sic *Senec.* ep. 27. *ad fin.* Sub ictu habere aliquid. *to have it within shot, or within reach.* *Tacit. Ann.* 13. c. 39. *extr.* Sub ictum dari. *to be exposed to the weapons of the enemy.* ¶ In re metrica, aut rhythmica ictus dicitur percussio pedum aut digitorum, qua pedes metricos dimetiebantur: quo modo nunc musici notas suas. *the ictus in metre, metrical* ictus. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ante med.* Inania quoque tempora rhythmi facilius accipient: quamquam hæc et in metris accidunt: major tamen illic licentia est, ubi tempora etiam animo metiuntur, et pedum, et digitorum ictu intervalla signant, &c. *Plin.* l. 2. c. 95. In symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum moventur. *to the beating or movement.* et *Horat. in ar. poet.* v. 252. unde etiam trimetris adcrescere jussit Nomen iambeis, cum senos redderet ictus Primus ad extremum similis sibi. *h. e.* sex pedes omnes iambos. Huc pertinet illud *ejusd.* l. 1. sat. 10. v. 42. Pollio regum Facta canit pede ter percusso. *h. e.* trimetris versibus iambicis, qui pedes senos habent, dimensiones tres: unde et *trimeter* habet nomen. (De Pollionis carminibus V. l. 2. od. 1.) Hinc discimus, *ictum* duo significare, et pedes singulos, ut in priore loco *Horatii,* et binos simul in trimetro versu, ut in illo sex pedes, tres percussiones habet, ut ait *Quintil. loc. cit. circa med.* Sic Musici nunc vel singulas notas singulis ictibus metiuntur, ut in cantu graviore et firmo, ut appellant; vel plures simul, ut in celeriore et theatrali. ¶ Translate *Cic.* 2. *Agrar.* c. 3. *sub fin.* Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo novæ calamitatis, sed suspicione, &c. *Id. post redit. in Sen.* c. 7. *a med.* Cum ego una cum republ. non tribunitio, sed consulari ictu concidissem. *Id.* 2. *de Fin.* c. 10. Neque enim hæc movere potest appetitum animi, nec illum habet ictum, quo pellat animum, &c. *Senec.* lib. 2. *de Benef.* c. 29. Cogita, quam nihil sit mortale non sub ictu nostro positum. *h. e.* sub nostra potestate. *within our reach.* *Id. de Consol. ad Marc.* c. 9. *sub fin.* Ille damnatus est, et tua innocentia sub ictu est. *is at stake.* Contra *Id.* l. 1. *de benef.* c. 7. Deum extra ictum sua divinitas posuit. ¶ Olim fuit *ictus, i,* secundæ declin. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 9. c. 13. *ad fin.* Ei sub gladium successit, ne Gallus impetum icti haberet.

ICTUS, a, um, *struck, hit,* βεβλημένος, percussus: ab *ico, is.* *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 22. Lapide ictus periit. *Horat.* l. 4. od. 6. v. 9. mordaci ferro icta pinus. *Liv.* l. 1. c. 7. Ibi in turba ictus Remus cecidit. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 10. E cælo ictus. *struck with lightning.* et *de Harusp. resp.* c. 21. *extr.* Me primum ictum, fumantemque vidistis. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 516. vario strepit icta tumultu Regia. ¶ Translate *Liv.* l. 34. c. 17. Consul rebellione Bergistanorum ictus. *struck, alarmed.* et lib. 27. cap. 9. *a med.* Nova re consules icti. *h. e.* animo perculsi, *surprised, astonished.* *Cic. pro Sext.* c. 10. *sub fin.* Fœdus ictum meo sanguine. V. *Ico.* *Horat.* l. 4. od. 5. v. 15. desideriis icta fidelibus Quærit patria Cæsarem. *touched, struck.* et lib. 2. sat. 1. v. 24. ut semel icto Accessit fervor capiti, numerusque lucernis. *touched with wine; as soon as ever the wine hath heated his head.*

ICUNCŬLA, æ, f. *a small image,* parva icon, imaguncula, εἰκόνιον. *Sueton. in Ner. c. pænult.* Icuncula puellaris.

I D

ID, *that,* τοῦτο, hoc, istud, neutrum genus *is* pronominis. *Cic.* 1. *Fam.* ep. 2. Diem consumi volebant: id quod fecerunt. *Id.* 1. *de Orat.* c. 20. Sive ille hoc ingenio potuit, sive, id quod constat, Platonis studiosus audiendi fuit. *Id. Phil.* 11. c. 2. *ad fin.* Quæstionem habuit pecuniæ publicæ: idque per biduum. *Id.* 1. *de Divin.* c. 16. *extr.* Illa obnuntiatio si valuit, id valuit, ut, &c. *Terent. Adelph.* 2. 1. 52. Cogito id, quod res est. *h. e.* quod verum est. ¶ Jungitur cum *ipsum.* *Cic.* 1. *Fam.* ep. 2. Multi rogabantur: atque id ipsum consulibus invitis. *Id. Attic.* 4. ep. 16. *a med.* Id ne igitur, inquies, facile fers? id ipsum. *exactly so.* ¶ Post se habet aliquando genitivum. *Cic.* l. 13. *Attic.* ep. 33. Venit ad me, et quidem id temporis, ut retinendus esset. *at that time, at such a time.* et lib. 1. *de Orat.* c. 47. *extr.* Quoniam id nobis, hominibus id ætatis, oneris imponitur. *at that time of life.* *Liv.* l. 43. c. 5. Nec se ad id locorum scire, propter quam causam consuli pro hostibus fuerint. *thus far.* et lib. 22. c. 4. Id tantum hostium, quod ex adverso erat, aspexit. *Tacit. Ann.* 12. c. 18. Id auctoritatis. et lib. 13. c. 54. honoris. et cap. 41. virium. *Gell.* l. 17. c. 8. Accipiebat nos cœna plerumque ad id diei, ubi jam advesperaverat. *at that time of day.* ¶ Aliquando est ideo, propter id, *for that purpose, on that account.* *Terent. Eun.* 5. 7. 4. Nunc id prodeo, ut conveniam Parmenonem. *for the purpose of.* *Plaut. Rud.* 2. 3. 66. Id misera mœsta est sibi eorum evenisse inopiam. ¶ Jungitur et verbis, quæ alioquin accusativum non regunt. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 3. Id ego ex parte gaudeo. *Plaut. Asin.* 1. 1. 61. Et id ego percupio obsequi gnato meo. *pro* in eo. *in that point or instance.* *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *sub fin. de canib.* Villatico generi satis esse duo, et id marem et feminam. *pro* eosque. ¶ Interdum abundat. *Cic. in Orat.* c. 34. Nescire, quid antea quam natus sis, acciderit, id est semper esse puerum. *Plaut. Capt.* 2. 1. 1. Si dii immortales id voluere, vos hanc ærumnam exsequi. *Id. Men.* 1. 2. 52. Id enim quod tu vis, id aio, atque id nego. *Id. Rud.* 2. 3. 1. Nunc id est, cum omnium copiarum viduitas nos tenet. *h. e.* nunc est, cum, &c. *Cic.* 4. *Acad.* c. 25. Quod ne id facere posses, idcirco heri, non necessario loco contra sensus tam multa dixeram. *Terent. Eun.* 1. 2. 70. Id amabo adjuta me, quod id fiat facilius. ¶ *Id quod* ponitur pro *quod.* *Nep. in Timol.* c. 1. Non simplici fortuna conflictatus est: et, id quod difficilius putatur, sapientius tulit secundam, quam adversam. ¶ *Id est* explicandi vim habet, *that is, that is to say,* hoc est. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 16. *circa med.* Senatus hodie fuerat futurus, id est Cal. Octobr. et lib. 7. ep. 7. *extr.* Assentior Cn. Pompeio, id est T. Pomponio. *Id. Agrar.* 2. c. 28. Maximam multitudinem, id est totam Italiam, suis opibus obsidebunt. ¶ *Idque,* id quoque, ut *hodieque,* hodie quoque. *Tacit. Ann.* 4. c. 74. Donec idque vetitum. Al. aliter leg. ¶ *Id genus.* V. *Genus.*

IDA, æ, et Ide, es, f. *mount Ida,* Ἴδη, mons Phrygiæ, seu Troadis altissimus, non longe ab Ilio: in quo Cybele præcipue colebatur, inde *Mater Idæa* dicta. *Plin.* l. 5. c. 30. et *Pompon. Mela,* l. 1. c. 18. *Virg. Æn.* 10. v. 158. Imminet Ida super, profugis gratissima Teucris. *Senec. in Troad.* v. 73. Decies nivibus canuit Ide, Ide nostris nudata rogis. *Ovid.* appellat 4. *Fast.* v. 249. amœnam fontibus. et *Metam.* 10. v. 71. humidam. et *Horat.* l. 3. od. 20. *in fi.* aquosam: quia non fontibus solum, sed magnis fluminibus abundat. ¶ Apud *Virg.* 9. *Æn.* v. 177. nomen est mulieris Trojanæ, Nisi matris, Hyrtaci uxoris. ¶ Alia est Ida in Creta, quam *Serv. ad Æn.* 3. v. 112. illi alteri nomen dedisse putat, nec absurde, cum Trojanam gentem in Creta prius cunabula habuisse, dicat *Virg. ibid.* v. 105. atque inde in Phrygiam locorum nomina transtulisse. Hæc apud Poetas celebris est Jove puero, quem a voracitate Saturni patris in ejus vallibus abditum, et Corybantum ope custoditum fuisse, fabulantur. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 10. v. 25. Cretæa Ida. Adde l. 1. *de ar. am.* v. 289.

IDÆUS, a, um, *Idean,* Ἰδαῖος, ad Idam utramque pertinens. Ad Phrygiam, *Virg.* 2. *Æn.* v. 696. Idæa silva. *Id.* 3. *Georg.* v. 450. Idææ pices. *Id.* 10. *Æn.* v. 259. Alma parens Idæa deum. et lib. 9. v. 112. Idæi chori. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 319. Idæa buxus. *h. e.* tibia Berecynthia. *Propert.* l. 2. el. 2. v. 66. Idæi vertices. *Senec. in Œdip.* v. 457. Idæus leo. *h. e.* ingens, horribilis, quales in Ida sunt, ubi et Berecynthiæ currum trahere dicuntur. *Virg. Æn.* 11. v. 285. Idæa terra. et lib. 10. v. 230. Idææ pinus. et lib. 7. v. 207. Idææ urbes. *h. e.* Phrygiæ. *Horat.* l. 1. od. 15. Idææ naves. *h. e.* Trojanæ. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 73. Idæus hospes. *h. e.* Paris. *et* 6. *Fast.* v. 44. Idæus judex. *idem.* et *Cic. Attic.* l. 1. ep. 18. Idæus pastor. *idem.* *Martial.* l. 10. epigr. 98. Idæus puer. *h. e.* Ganymedes Trojanus in Ida raptus. *Sil.* l. 1. v. 126. Idæus sanguis. *h. e.* Romanorum, qui a Trojanis per Æneam oriundi. ¶ Ad Cretensem, *Virg.* 3. *Æn.* v. 105. Idæus mons. et lib. 7. v. 139. Idæus Jupiter. *Plin.* l. 37. c. 10. *a med.* Idæi Dactyli in Creta. *Martial.* l. 9. epigr. 35. Idæum bustum. *h. e.* sepulcrum, quod Cretenses in oppido Gnosso Jovi exstruxisse dicuntur, quem mortuum crediderant: ideoque inferias ei afferebant, ut est apud *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* c. 16. *sub fin.* De ejus morte multa *Lactant.* l. 1. c. 11. *a med.* ex *Ennio* et *Cicer.* ¶ Confundit Idam Cretensem cum Phrygia *Propert.* l. 3. el. 1. v. 27. Idæum Simoenta, Jovis cunabula parvi. *scilicet,* quia et ipsi, qui de Jovis incunabulis fabulantur, non constant inter se, aliis in Ida Cretæ, aliis in Phrygiæ nutritum affirmantibus. Hoc vero ideo, quia Phrygiis, et Cretensibus communes ritus cæremoniæque fuerunt, ut qui eandem utrique haberent originem, ut in *Ida* dictum est.

IDALIA, æ, f. idem quod Idalium, Cypri oppidum, Veneris sedes. *Virg.* 1. *Æn.* v. 696. dea tollit in altos Idaliæ lucos.

IDALIE, es, f. Venus. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 693. et pectora dura perosam Idalien.

IDĂLIS, idis, f. ut Idalis tellus apud *Lucan.* l. 3. v. 204. quam Caico perfusam dicit. Caicus autem Mysiæ fluvius est, qui non longe ab Ida monte, de qua Mysiam spectat, decurrit.

IDALIUM, ii, n. Ἰδάλιον, mons, et oppidum Cypri, sacrum Veneri. *Plin.* l. 5. c. 31. *Virg.* 1. *Æn.* v. 683. super alta Cythæra, Aut super Idalium sacrata sede recondam.

IDALIUS, a, um, *Idalian,* ad Idalium oppidum, et Venerem ibi præcipue cultam pertinens. *Virg. Æn.* 5. v. 560. Idalia Venus. *Id.* 10. *Æn.* v. 51. Est Amanthus, est celsa mihi Paphos, atque Cythæra, Idaliæque domus. *Stat.* 1. *Achill.* v. 372. Idaliæ volucres. *h. e.* columbæ. *Id.* l. 1. *silv.* 3. v. 10. Idalii succi. *h. e.* unguenta Cypria. *Propert.* l. 2. el. 10. v. 54. Idalio vertice venari. *h. e.* in Idalio, monte Cypri. *Id.* l. 4. el. 6. v. 59. Idalium astrum. *h. e.* sidus Veneris. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Pros.* v. 16. Idalia acus. *h. e.* qua ornari solet Venus a Gratiis ejus capillos comentibus in Idalio oppido. *Sil.* l. 5. v. 19. Idalia incaluisse sagitta. *h. e.* amoris telo.

IDCIRCO, et Iccirco, *on that account, therefore, for that reason,* τοὔνεκα, διὰ τοῦτο, ideo, propterea. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 40. Non, si Opimium defendisti, idcirco te isti bonum civem putabunt. *Id.* 1. *de Invent.* c. 8. *ad fin.* Aliud alii videtur esse: et idcirco alius alio nomine id appellat. et cap. 48. *a med.* Idcirco, judices, quia veram causam habebam, brevi peroravi. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 3. Se se idcirco a suis discedere, quo facilius civitatem in officio contineret. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 7. Idcirco capite et superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur. *Id.* 6. *Verr.* c. 4. Idcirco nemo superiorum attigit, ut iste tolleret. *Id. Fam.* 9. ep. 1. Non idcirco eorum usum dimiseram, quod iis succenserem, sed quod, &c. *Colum.* l. 7. c. 5. *ante med.* Idcirco enumerabimus, non quia cunctis uti necesse sit, sed quoniam, &c.

IDĔA, æ, f. *an idea, notion, conception, image of a thing formed in the mind,* εἰδέα, et ἰδέα, species, forma, exemplar alicujus rei faciendæ, vel factæ: ab εἴδω, video: quasi id, quod mente intuemur, et in faciendo imitamur ac sequimur. Vox Græca, quæ Latine tum *species,* tum *forma,* tum *exemplar* (ut apud *Cicer. de Univ.* c. 2.) dici potest. *Cic. in Top.* c. 7. Formæ sunt, quas Græci ἰδέαν vocant: nostri, si qui hæc forte tractant, species appellant: non pessime id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo. Nolim enim, ne si Latine quidem dici possit, *specierum,* et *speciebus* dicere; et sæpe his casibus utendum est: at *formis,* et *formarum* velim. Cum autem utroque verbo idem significetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam. Hæc *Cic.* de Latina appellatione. De significatione vero *Senec.* ep. 58. *ante med.* Plato ideas vocat, ex quibus omnia, quæcumque videmus, fiunt, et ad quas cuncta formantur. Hæ immortales, immutabiles, inviolabiles sunt. Quid sit idea, id est, quid Platoni esse videatur, audi. Idea est eorum, quæ natura fiunt, exemplar æternum. Adjiciam definitioni interpretationem, quo tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere: exemplar picturæ te habeo, ex quo capit aliquem habitum mens, quem operi suo imponat. Ita illa, quæ me docet, et instruit, facies, a qua petitur imitatio, idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerum, hominum, piscium, arborum, ad quæ quodcumque fieri ab illa debet, exprimitur. Hactenus *Seneca.* Etiam *Cic.* videtur Latine usurpasse, ubi ait *in Orat.* c. 3. Has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor, Plato. Sed fortasse ἰδέας *Cic.* scripsit Græcis litteris: quamquam et l. 1. *Acad.* cap. 8. et l. *Tuscul.* c. 24. Latine legitur. ¶ Qui Philosophi animam ideam esse dixerunt, ut *Possidonius* apud *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 14. *a med.* Significasse videntur mentem intelligentem, quæ ideas in se formare possit; et pro causa effectum posuisse.

IDEĀLIS, le, *ideal,* ad ideam pertinens. Est *Martiani Capell.* l. 7. pag. 239. et l. 8. pag. 275.

IDEM, eadem, idem, *the same,* ὁ αὐτός, ἡ αὐτή, τὸ αὐτό, ipse: pronomen ab *is, ea, id* factum, et *dem* syllabica adjectione auctum. *Priscian.* l. 12. pag. 945. *Putsch.* et l.

17. pag. 1049. ab *is* et *demum* conflatum putat. *Cic. de Amic.* c. 21. Ejusdem generis animantes. *of the same kind or species. Id. in Bruto*, c. 94. Ad causas simillimas inter se, vel potius easdem. *Id.* 4. *Acad.* c. 44. Sed ubi Xenocrates, ubi Aristoteles ista tetigit? hos enim quasi eosdem esse vultis. *Id.* 1. *Offic.* c. 19. Viros fortes, magnanimos, eosdem bonos et simplices esse volumus. *Id.* 4. *Acad.* c. 10. *sub fin.* Cum idem negares, quidquam certi posse reperiri, idem comperisse te, dixisses. *you the same person. Id. de Univ.* c. 10. Dedit divinis duo genera motus: unum, quod semper esset in codem æque, et idem in omnibus, atque uno modo celeraret. *Id. Fam.* 9. ep. 2. Caninius tuus idem noster. *Id. de Amic.* c. 21. *a med.* Amicus est tanquam alter idem. *a second self. Id. initio* l. 2. *de nat. Deor.* Cum Academico et eodem rhetore congredi conatus sum. *Id. in Bruto*, c. 79. Oratio splendida, et grandis, et eadem in primis faceta. ¶ Post se sæpe habet relativum *qui, quæ, quod*: item particulas *et, ac, atque, ut, quam*, quoties nimirum collatio duorum sit, quæ inter se nihil distare, significemus. *Cic. de Harusp. resp.* c. 11. Tua eadem virtus fuit, quæ in privato quondam tuo proavo. *the same with that, which, &c. Id.* 4. *de Fin.* c. 3. *extr.* Nihil commutantur animo, et iidem abeunt, qui venerant. *Id. pro Cæc.* c. 20. Non idem est servulus, quod familia. *Cæs.* l. 5. *B. Civ.* c. 13. Jurat, se eundem casum subiturum, quemcunque ei fortuna tribuisset. *Cic. Agrar.* 2. c. 12. Eandem constituit potestatem, quam, si, &c. *Id. in Top.* c. 23. Si quæratur, idem ne sit pertinacia et perseverantia. *Id. de Provinc. Consul.* c. 13. *extr.* Imperii nostri, terrarumque idem est extremum. *Id. pro Sull.* c. 18. Idem valere debet, ac si pater indicaret. *to amount to the same, as though. Id. pro Dom.* c. 20. Unum et idem videtur esse, atque id quod, &c. *one and the same thing. Id. Tuscul.* 2. c. 3. *extr.* Disputationem habitam non quasi narrantes exponimus, sed eisdem fere verbis, ut actum disputatumque est. *Colum.* l. 3. c. 2. *extr.* Feracitatem potius sequamur, quæ non eadem portione vincitur pretio, quam vincit abundantia. ¶ Cum *quasi. Cic.* 2. *de Legib.* c. 21. Eodem loco res est, quasi ea pecunia legata non esset. *Id. de Amic.* c. 4. Sensu enim amisso, fit idem, quasi natus non esset omnino. ¶ Sequente *cum* præposit. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 2. Hunc ego eodem mecum patre genitum, &c. *Gell.* l. 18. c. 11. Non hercle idem sentio cum Cæsellio grammatico. *Curt.* l. 5. c. 9. Nabarzanes, qui in eodem consilio erat cum Besso. (In *Gell.* et *Curt.* verbis, *cum* locum haberet, quamvis *idem* non esset: quare non videntur ejusdem rationis esse, ac *Taciti* locus.) ¶ Cum dativo poeticum esse videtur. *Horat. de ar. poet.* v. 467. Invitum qui servat, idem facit occidenti. *the same as if he killed him.* Adde *Lucret.* l. 3. v. 1051. et l. 4. v. 1167. ¶ Jungitur sæpe cum aliis pronominibus. *Cic. pro leg. Manil.* c. 7. Idem iste Mithridates. *Id. pro Sex.* c. 20. Quod idem tu una lege tulisti. *Id. pro Sext.* c. 50. Ejusdem illius inimici mei concio. *Id. post redit. in Sen.* c. 13. Nec mihi ipse ille animus idem meus, vobis non incognitus, defuit. *Id. Attic.* l. 1. ep. 16. *circa med.* Idem ego ille (non enim mihi videor insolenter gloriari) idem, inquam, ego recreavi, &c. et lib. 4. ep. 1. Cognoram enim te in custodia salutis meæ diligentem: eundemque te acerbissime discidium nostrum tulisse. ¶ Elegantem locum habet post *qui, quæ, quod*: habetque et ipsum vim relativi. *Cic. in Orat.* c. 7. Videmus fuisse quosdam, qui iidem ornate et graviter, iidem versute et subtiliter dicerent. *Id.* 3. *de Orat.* c. 44. Musici, qui erant quondam iidem poetæ. *Id.* 1. *Offic.* c. 7. Beneficentia, quam eandem benignitatem appellari licet. *Id.* 3. *de Fin.* c. 7. *a med.* Quod idem in ceteris artibus non contingit. ¶ Et post adjectiva. *Id.* 1. *Offic.* c. 19. Viros fortes, magnanimos, eosdem bonos, et simplices esse volumus. [† q. exempl. supra citatum.] *Id. pro Mur.* c. 9. Asiam istam refertam, et eandem delicatam, sic obiit, ut, &c. *Id. Phil.* 10. c. 8. Certissimi, iidemque acerrimi Cæsaris actorum patroni. ¶ Et post *ego, tu, ille. Cic. Fam.* 9. ep. 15. Neque ego aliter accepi: intellexi tamen idem, non existimasse te, &c. *Id.* 5. *Attic.* ep. 12. Tu quidem sedulo argumentaris, quid sit sperandum: idemque caput rogationis proponi scribis. et l. 3. ep. 3. *ante med.* Ille Galliæ ulterioris adjunctor: ille restituendi mei studiosior: ille absentis in omnibus adjutor: idem etiam tertio consulatu contendit, &c. ¶ Ponitur et pro *unus. Id. de clar. Orat.* c. 16. *a med.* Est mos hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere. *the same person, one person. Id. in Top.* c. 22. Comparationum duo sunt genera: unum de eodem et alio; alterum de majore et minore. Adde *Liv.* l. 1. c. 58. ¶ Et cum *unus* aliquando jungitur, ad significationem augendam. *Cic. in Orat.* c. 3. Nec diutius esse uno et eodem statu. *Id. Verr.* 6. c. 43. Uno eodem tempore. *at one and the same time.* ¶ Pertinet commode ad æquabilitatem et constantiam. *Cic.* 1. *Offic.* c. 26. Præclara est æquabilitas in omni vita, et idem semper vultus, eademque frons. *Id. in Orat.* c. 31. Perpetuum et eundem spiritum sine commutatione obtinere. ¶ Ablativus *eadem* per ellipsim ponitur pro *eadem via*, aut *opera. Liv.* l. 5. c. 46. Per medias hostium stationes egressus, in Quirinalem collem pervenit: ibique omnibus solemniter peractis, eadem revertens, &c. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 26. Stabile est, me patri aurum reddere: eadem exorabo, Chrysalo causa mea pater ne noceat. Adde *Pœn.* 3. 3. 3. *Capt.* 2. 2. 43. et alibi. ¶ Quemadmodum in dativo, et ablativo plurali et *iisdem*, et *eisdem* dicimus, sic in recto itidem plurali et *iidem*, et *eidem* Latinum agnoscit *Priscian.* l. 12. p. 946. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 100. n. 8. et 128. n. 7. M. Manlius M. F. L. Turpius L. F. de Senatus sententia ædem faciendam curaverunt, eidemque probaverunt. Adde aliam apud *Donium class.* 1. n. 68. ¶ Rectus singularis *idem* masculinum primam producit: neutrum corripit. *Virg. Ecl.* 3. v. 44. et *Horat. loc. sup. cit.* ¶ *Iidem* rectus pluralis in dissyllabum contrahitur. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 239. Idem oculi lucent. ¶ *Eodem, eosdem*, et similia interdum Poetæ per crasin dissyllaba faciunt. *Virg.* 12. *Æn.* v. 846. Quas et Tartaream Nox intempesta Megæram Uno eodemque tulit partu. *Propert.* l. 4. el. 7. v. 7. Eosdem habuit secum, quibus est elata, capillos, Eosdem oculos. Al. leg. *hosdem*, addita syllaba *dem* ad *hic, hæc, hoc*, quomodo ad *is, ea, id. Lucil.* apud *Lactant.* lib. 5. cap. 9. Uni se atque eidem studio omnes dedere et arti.

IDENTĬDEM, *now and then, ever and anon*, διηνεκῶς, subinde, frequenter, sæpe, per intervalla. *Priscian.* l. 12. pag. 945. *Putsch.* ex *idem et idem* factum docet. *Cic. pro Dom.* c. 55. Identidem se ipse revocans. *Id. pro Rabir. Post.* c. 12. Recitabatur identidem Pompeii testimonium. *Id. Attic.* l. 13. ep. 26. Revolvor identidem in Tusculanum. [¶ *Catul.* carm. 51. v. 3. Qui sedens adversus identidem te Spectat et audit.]

IDĔO, *therefore, for that cause or reason, on that account*, διὰ τοῦτο, propterea, idcirco. *Cic. pro Cæl.* c. 9. Non, si justa causa est viris fortibus oppugnandi M. Cælium, ideo vobis quoque, &c. *Id. Verr.* 6. c. 4. Idcirco nemo superiorum attigit, ut iste tolleret? ideo C. Claudius retulit, ut C. Verres posset auferre? *et Verr.* 3. c. 41. An ideo aliquid fecit, ne, &c.? *Id.* 1. *Fam.* ep. 8. *ad fin.* Ideo mihi non satisfacio, quod nullam partem meritorum tuorum referenda gratia consequi possum. *Id.* 2. *Attic.* ep. 1. Mulieres ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur. *Cels.* lib. 2. cap. 19. Quæ omnia ideo noscenda sunt, quoniam aliud alii convenit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 11. Necessarium esse existimavit, Pompeium fieri certiorem: atque ideo continuato itinere, &c. *Nep. in Alcib.* c. 9. Videbat id sine rege Persarum non posse fieri: ideoque eum amicum sibi cupiebat adjungi. *Cels.* l. 2. c. 2. *sub. fin.* Considerandum est, num cui sæpius horum aliquid eveniat, neque ideo corporis ulla difficultas subsequatur. *Id.* l. 7. c. 26. sect. 2. Et ideo dixi, ne curandum quidem. [*Virg.* 2. *Georg.* v. 96. Nec cellis ideo contende Falernis.]

IDEST. V. in *Id.*

IDIOGRĂPHUS, a, um, *autographical, written in the author's own hand-writing*, ἰδιόγραφος, propria ipsius auctoris manu scriptus: ab ἴδιος, proprius, et γράφω, scribo. *Gell.* l. 9. cap. 14. Qui scripserunt, idiographum librum Virgilii se se inspexisse, in quo ita scriptum est.

IDIŌTA, æ. m. *a private person, one not in office; a plain, simple, illiterate person*, ἰδιώτης, proprie notat hominem privatum, seu nullo munere publico fungentem: ab ἴδιος, privatus. Sed quia qui e vulgo sunt, fere imperiti indoctique esse consueverunt, accipitur fere pro illiterato, indocto, imperito. *Cic.* 6. *Verr.* cap. 2. Quæ non modo istum hominem ingeniosum atque intelligentem, verum etiam quemvis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent. *knowing nothing of sculpture.* et *pro Sext.* c. 51. Rem paternam ab idiotarum divitiis ad philosophorum regulam perduxit, Græculum se, et otiosum putari voluit. *h. e.* ab iis divitiis, quas vulgus imperitum divitias appellat. Stoici autem, qui sapientes haberi volebant, divitias appellabant, cum quis cælo et terra frui posset. *Gell.* l. 1. c. 2. Quoniam respondere nos tibi non quimus, quos idiotas et rudes vocas. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 177. Quidni et tu idem illitteratum me atque idiotam diceres? *Nonius* exponit inutilem, sibi tantum, non plurimis utilem. Adde *Vitruv. sub fin.* l. 6. ubi usurpat de eo, qui architecturæ est ignarus.

IDIOTĬCUS, a, um, adject. *ignorant, simple*, idem ac idiota, ignarus, rudis. *Tertull. de testim. anim.* c. 1. Rudem, impolitam, et idioticam compellare.

IDIOTISMUS, i, m. *an idiotism, mode of expression peculiar to a language*, ἰδιωτισμὸς, dicendi genus e vulgo sumptum et familiare, ita tamen, ut sordes absint, et vulgaria verba, quibus orator utitur, ita locentur apte, ut ornamento sint, neque illa quæsivisse, sed ut necessaria adscivisse videatur. *Senec. in præfat.* l. 3. *controv. a med.* Idiotismus est inter oratorias virtutes res, quæ raro procedit. Magno enim temperamento opus est et occasione quadam. Hac virtute varie usus est (*Albutius*). Sæpe illi bene cessit, sæpe decidit, nec tamen mirum est, si difficulter apprehenditur vitio tam vicina virtus. *Id.* l. 2. *controv.* 11. *ad fin.* Hispo Romanus bello idiotismo usus est: Vultis, inquit, amici, eamus ad raptæ patrem? occurremus: ille domi est. Al. leg. *docismo.* ¶ Idiotismi species est figura communicatio, ἀνακοίνωσις quia in ea orator cum adversariis ipsis colloquens ac deliberans, familiarem sermonem instituit. *Voss. institut.* l. 5. c. 7. *extr.*

IDMONĬUS, a, um, ad Idmonem pertinens, qui vates Argivus fuit, Apollinis et Cyrenes Nymphæ filius, atque ex Argonautis unus: qua in expeditione apud Mariandinos ab apro occisus fuit. *Ovid. in Ibin*, v. 506. *Hygin.* fab. 14. ¶ Alius fuit Colophonius, pater Arachnes. *Ovid. Metam.* 6. v. 133. Ter quater Idmoniæ frontem percussit Arachnes. Adde vers. 8.

IDOLĒUM, *et* Idolĭum, ii, n. *a place where idols are worshipped*, εἰδωλεῖον, delubrum, sacellum, locus, in quo idolum colitur. *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch.* c. 13. Si frater te viderit in idoleo recumbentem. *Tertull. de cor. Milit.* c. 10. *a med.* Si in idolio recumbere alienum est a fide, quid in idoli habitu videri? ¶ *Idolĭum* pænult. brevi, abjecta scil. prima diphthongi vocali, dixit *Prudent. in Apoth.* v. 254. Ecquis in idolio recubans, inter sacra mille. et *peristeph.* 4. v. 52. Idolii ardebat dedere perfidia. Adde lib. 1. *advers. Symmach.* v. 612. Sed quod secundam quoque syllabam corripit, non est imitandus.

IDOLĬCUS, a, um, ad idola pertinens. *Tertull. de Idololatr.* c. 13. Communicantes nationibus in idolicis rebus. *Paulin. Nolan.* carm. 22. (*al.* 14.) v. 61. Absit, ut idolici videatur filia templi.

IDOLĪUM. V. *Idoleum.*

IDOLOLĂTRES, *et* Idololatre, æ, m. *an idolater, idolist*, εἰδωλολάτρης, idolorum cultor. *Tertull. de Idolol.* c. 14. Numquid idololatris idololatres, numquid sæcularibus sæcularis. Adde cap. 1. &c.

IDOLOLATRĪA, æ, f. *idolatry, idol worship*, εἰδωλολατρεία, idolorum cultus: ab εἴδωλον, idolum, et λατρεύω, colo, servio. *Tertull. de Idololatr.* c. 1. et *alibi.*

IDOLOLĂTRIS, idis, f. *she that worships idols*, quæ idola colit. *Prudent. Hamartig.* v. 407. Incerat lapides fumosos idololatris Religio. Ita leg. *Gronov. Heins.* Vulgo hab. *idololatrix.* Quod vero secundam corripit, contra ejus syllabæ naturam facit. est enim εἰδωλολατρίς. Sed V. *Idolum.*

IDOLOTHȲTUM, i, n. *a sacrifice to idols*, εἰδωλόθυτον, quod idolis immolatum est: ab εἴδωλον, idolum, et θύω, sacrifico. *Tertull. de Idolol.* c. 13. Quid participas idolothyta solemnia? ¶ Et adjective *Id. de Spectac.* c. 13. Oculos et aures ab idolothytis voluptatibus abstinere.

IDŌLUM, *et* Idōlon, i, n. *an image or representation of a thing*, εἴδωλον, alicujus rei species, seu imago, quæ oculis obversatur, aut menti: ab εἴδω, video. *Lucil.* apud *Non.* c. 7. n. 88. Idola, atque atomos vincere Epicuri volam. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 6. *sub fin.* Atomi, inane, imagines, quæ idola nominant, quorum incursione non solum videmus, sed etiam cogitamus. Adde *Fam.* 15. ep. 16. ubi quidem bis legitur, sed Græce tamen: et fortasse etiam priore loco Græce scripsit. *Plin.* l. 7. ep. 27. Mox apparebat idolon, senex macie et squalore confectus, &c. *a spectre, apparition.* ¶ Ab Ecclesiasticis Scriptoribus dicitur signum, simulacrum inanium deorum. *an idol. Tertull. de Idolol. sæpe*, &c. ¶ Pænultimam, quæ natura longa est, licenter corripit *Sedul.* l. 5. v. 146. et *Prudent.* l. 2. *contra Symmach.* v. 48. et alibi: neuter imitandus.

[* IDOMENENSES, ium, m. incolæ urbis Idomenes in Macedonia. *Plin.* l. 4. c. 10. sect. 17.]

IDOMĔNEUS, i, quadrisyll. Ἰδομενεύς, filius Deucalionis, nepos Minois, Cretensium rex, una cum Græcis ad Trojam pugnavit: qua eversa, domum revertens, adversaque tempestate vexatus votum Neptuno fecit, si patriam incolumis attigisset, quidquid primo occurrisset, ei se immolaturum. Occurrit primus filius, quem cum immolasset, vel, ut alii volunt, immolare voluisset, orta post pestilentia, et a civibus regno pulsus, in Italiam aufugit, ibique in Calabria Sallentinum condidit. Alii dicunt ad Trojam cum proficisceretur, regnumque cuidam commendasset, ab eo pulsum fuisse. *Serv. ad Æn.* 11. v. 264. et *ad Æn.* 3. v. 121. *Virg. ibid.* v. 400.

[* IDOMENĬUS, a, um, quatuor syllabarum, ad Idomenen urbem Macedoniæ, vel ad oram maritimam Macedoniæ pertinens. *Catull.* carm. 64. v. 178. Idomeniosne petam montes? Alii tamen legunt *Idæosne.*]

IDONĔE, adverb. *fitly, suitably, aptly, conveniently*, ἱκανῶς, apte, commode. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 15. Exordium est oratio, auditoris animum idonee comparans ad reliquam dictionem. ¶ Item satis. *Caius Dig.* lib. 5. tit. 3. leg. 41. Idonee cavere, *to give sufficient security.* et *Ulpian.* lib. 40. tit. 5. leg. 4. *circa med.* Ergo cavendum est idonee. quid est idonee? Satisdato utique, aut pignoribus datis. *Pompon.* lib. 39. tit. 2. leg. 41. Magis idonee reficere parietem. ¶ Comparativum *idonius* est *Tertull. de Pal.* c. 3. *a med.*

IDONEĬTAS, atis, f. Est *Augustini* serm. 106. *de divers.* c. 3. Idoneitatem servi in passione sanguinis quærit.

IDONĔUS, a, um, *fit, meet, proper, suitable, convenient, apt, idoneous*, ἐπιτήδειος, aptus, commodus, conveniens, sufficiens. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 34. Minus idoneis verbis uti. *Id. ad Brut.* ep. 7. *inter recentior.* Rem quampiam idonea laude afficere. *et mox.* Legiones idoneas per te brevi tempore comparasti. *Nepos in Themist.* c. 6. Idoneam causam nactus. *Petron. in Satyr.* c. 139. *extr.* Ido-

neam excusationem præparare. *Nepos in Attic.* c. 2. Tempus idoneum ratus studiis obsequendi suis. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 8. Locus ad aciem instruendam opportunus atque idoneus. *Cic. Fam.* 6. ep. 19. Falernum mihi semper idoneum visum est diversorio. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 7. Litterulis Græcis imbutus, idoneus arti Cuilibet. *of a capacity for any art whatever.* quo sensu absolute *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 42. idoneum hominem dixit. *Quintil.* l. 2. c. 3. Idoneus rhetori puer. *h. e.* qui rhetori erudiendus committatur. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 6. Consilia idonea ad hoc nostrum negotium. *Id.* 2. *de Legib.* c. 4. Lex est ratio ad jubendum et deterrendum idonea. *Id. pro Cluent.* c. 6. Non essem ad ullam causam idoneus, judices, si hoc non viderem. *Quintil.* l. 6. c. 3. Componere materias in hoc idoneas, ut controversiæ permixtis salibus fingantur. *Senec.* lib. 5. controv. 33. *a med.* Infirmi et in nullam spem idonei. ¶ Substantivi more, *Tacit. Ann.* 4. c. 5. Apud idonea provinciarum. *h. e.* locis provinciarum opportunis. ¶ Cum infinito, *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 12. Fons etiam rivo dare nomen idoneus. ¶ Sæpe est bonus, dignus, *good, worthy, deserving. Cic. pro Balb.* c. 3. Qui si adductus gratia, minus idoneum hominem præmio affecisset; qui, etiamsi virum bonum, sed non ita meritum; tamen, &c. *Id. pro leg. Manil.* c. 19. Pompeius idoneus non est, qui impetret. *Id.* 4. *Acad.* c. 6. *a med.* Res idonea, de qua quæratur. *Terent.* 4. 4. 18. Adeon' videmur vobis idonei, in quibus sic illudatis? *Cic. pro Dom.* c. 51. *extr.* Nemo ne horum tibi idoneus visus est, ut cum eo dedicationem communicares? ¶ Huc pertinet illud *ejusd.* 2. *Offic.* c. 15. Sæpe idoneis hominibus indigentibus, de re familiari impertiendum. *needy and deserving assistance.* Fallitur *Lactant.* qui l. 6. c. 11. *idoneis* interpretatur, iis, qui restituere, ac referre gratiam possint: et ob id acriter *Ciceronem* reprehendit. ¶ Item sufficiens, et cui fidere possis. *Cic. de clar. Orat.* c. 15. Cujus eloquentiæ est auctor, et idoneus quidem mea sententia, Q. Ennius. *Liv.* l. 8. c. 4. *ad fin.* Idoneos habeo auctores, ita responsum ab Senatu esse. *Papinian. Dig.* lib. 40. tit. 4. leg. 50. Idoneam cautionem offerre. *Martian.* lib. 26. tit. 1. leg. 9. Non idoneus tutor. *Caius* lib. et tit. 4. leg. 27. *ad fin.* Si ab idoneo debitore ad inopem transtulerit obligationem. *h. e.* ab eo debitore, qui est solvendo. Sic apud *Ulpian.* lib. 27. tit. 8. leg. 1. *a med.* tutores et fidejussores idonei *opponuntur bis,* qui lapsi sunt facultatibus. Sic *Id.* lib. 25. tit. 3. leg. 1. *extr.* Idoneum esse facultatibus ad alendum aliquem. (Ad hanc rationem respexit *Lactant.* Ciceronis citata verba exponens. *Martian.* lib. 35. tit. 2. leg. 88. Idoneis hominibus collocare pecuniam. *Al. leg.* nominibus. *in good hands. Senec.* 4. *de benef.* c. 39. Cum quingentos denarios mutuos cuidam promisisset, et illum parum idoneum comperisset. *Jabolen.* lib. 43. tit. 5. *leg. ult.* et *Ulpian.* lib. 50. tit. 16. leg. 42. Idoneus homo. *h. e.* qui integræ existimationis et fidei esse putatur. ¶ Dicitur et de rebus ipsis, quibus fidere possumus. *Paul.* lib. 39. tit. 2. leg. 36. Idoneum parietem esse dixerunt, si onera, quæ modo jure imponantur, sustinere possit. *Ulpian.* lib. 19. tit. 2. leg. 13. Minus idonea navis. *Id.* lib. 22. tit. 1. leg. 33. Idonea pignora. *h. e.* quæ sufficiunt in quantitatem debiti, ut *Caius* loquitur lib. 12. tit. 1. leg. 28. ¶ Gradibus caret, quorum vim supplere licet per particulas *magis, maxime.* Reperitur tamen *idoneior. Ulpian. Dig.* lib. 18. tit. 2. leg. 4. *sub fin.* Si persona idoneior accedat ad emptionem. *Paul.* lib. 47. *tit. ult.* leg. 2. Si plures simul agant, prætor eligat idoneiorem. Adde *Callistrat.* lib. 5. tit. 6. leg. 5. *ad fin.* et *Tertull. advers. Hermog.* c. 18. et *de Anim.* c. 18. Ubique autem al. leg. *idonior.*

IDOS, n. εἶδος, vox Græca ab εἴδω, video. Apud *Senec.* epist. 58. *circa med.* modo Græce, modo Latine scripta legitur. Est autem species, forma ab exemplari, h. e. ab idea, sumpta, et operi imposita, ut ait *Senec. loc. cit.* Habet aliquam faciem statua: hæc est idos. habet aliquam faciem exemplar ipsum, quod intuens opifex statuam figuravit: hæc idea est. *Id. ibid.*

IDUARĬUS, a, um, ad idus pertinens. *Iduaria* putantur fuisse feneratorum tabulæ, in quibus perscribebant pecunias fenori locatas, et Idibus receptas: (V. *Idus.*) et *iduarii, orum,* qui eas tabulas conficiebant, *in vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 478. n. 9. quam V. in *Calendaris.*

IDŪLIS, le, ad idus pertinens. *Festus*: Idulis ovis dicebatur, quæ omnibus idibus Jovi mactabatur. *Id.* in *Sacram viam*: Sacram viam quidam appellatam esse existimant, quod eo itinere utantur sacerdotes, idulium sacrorum conficiendorum causa. De his *Ovid.* 1. *Fast.* v. 56. Idibus alba Jovi grandior agna cadit. Adde *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 15. *a med.*

IDUMÆUS, a, um, ad Idumen pertinens, quæ regio est Palæstinæ vicina Judææ ad meridiem: et aliquando accipitur pro ipsa Palæstina. Palmetis abundans est: unde *Virg.* 3. *Georg.* v. 12. Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas. *Martial.* l. 2. epigr. 2. Frater Idumæos meruit cum patre triumphos. *h. e.* domita Judæa, captisque Hierosolymis relatos. ¶ Dicitur etiam *Idumea, æ, Plin.* l. 5. c. 13. Mox Idumæa incipit, et Palæstina. et cap. 14. Supra Idumæam et Samariam Judæa funditur. ¶ De Idume *Valer. Flacc.* l. 1. v. 12. versam proles tua pandet Idumen. *Lucan.* l. 3. v. 216. arbusto palmarum dives Idume.

IDŪME, es, f. Ἰδούμη. V. vocem præced.

IDŬO, as, a. 1. lingua Etrusca dividere significat: unde dictæ *Idus,* quæ mensem ferme dividunt. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 15. *a med.*

IDUS, uum, ibus, f. *the ides of a month,* εἶδοι, dies decimus quintus in mensibus Martio, Maio, Julio, et Octobri; decimus tertius in reliquis: ab *iduare,* dividere, quia mensem ferme dividit. Hinc *Horat.* l. 4. od. 11. v. 14. Idus tibi sunt agendæ, Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilem. ¶ Alias hujus vocis notationes apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 15. habes. *Cic.* 1. *Fam.* ep. 1. Res ante idus acta sic est. nam hæc idibus mane scripsi. *Id. Attic.* l. 15. ep. 17. Duas epistolas accepi postridie idus. *Al. leg.* iduum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 5. Hæc S. C. perscribuntur a. d. VII. id. Januar. *h. e.* ante diem septimum idus Januarii, vel Januarias. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 26. Postero iduum die. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 4. Stulta jam iduum Martiarum est consolatio. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 32. Iduum septembr. dies. ¶ Ut calendæ Junoni sacræ erant, sic idus cujusque mensis Jovi. Unde *Idulis ovis.* V. *Idulis.* Adde *Varron.* apud *Macrob.* 1. *Saturn.* c. 14. ¶ Exigendarum usurarum duo maxime fuere tempora, calendæ, et idus, prout in contractu convenisset. De calendis in ea voce, et in *Calendarium* dictum est. De idibus *Horat.* epod. 2. *in fi.* fenerator Alphius, Jam jam futurus rusticus Omnem relegit idibus pecuniam: Quærit calendis ponere. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 20. Jam vel sibi habeat nummos, modo numeret idibus. *Id. Catil.* l. c. 6. Prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis idibus senties.

[* IDŬUS, a, um, *divided,* divisus. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 15. Vidua quasi valde idua, id est, valde divisa.]

IDYLLĬUM. V. *Edyllium.*

J E

JEBUSIĂCUS, a, um, ad Jebusæos pertinens, qui sunt populi Palæstinæ, in Judæa, dicti a Jebus filio Chanaam, a quo Jerusalem condita fuit, ut *Isid.* l. 9. *Orig.* c. 2. tradit. *Prudent. in Hamartig.* v. 417. Ecce Jebusiacæ fervent ad prœlia turmæ. V. *Judic.* 1. 21. et 2. *Reg.* 5. 6. et 8.

JECORŌSUS, a, um, qui jecinoris vitio laborat. Est *Sidonii* l. 5. ep. 14.

JECUR, jecoris, *et* jecinoris, *seu* jocinoris, n. *the liver,* ἧπαρ, viscus maximum in dextra parte, sub præcordiis situm: cujus inspiciendi plurimus fuit in haruspicina usus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 35. *extr.* Cerebrum, cor, pulmones, jecur. hæc enim sunt domicilia vitæ. et l. 2. c. 55. Ex intestinis et alvo secretus a reliquo cibo succus is, quo alimur, permanat ad jecur, per quasdam a medio intestino usque ad portas jecoris (sic enim appellant) ductas et directas vias, quæ pertinent ad jecur, eique adhærent. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 52. Non placet Stoicis, singulis jecorum fissis interesse deum. V. *Fissus. Liv.* l. 8. c. 9. Decio caput jecinoris a familiari parte cæsum haruspex dicitur ostendisse. *Cels.* l. 2. c. 8. Alterius quoque visceris morbus, idest jocinoris, &c. ¶ In deliciis ciborum fuit jecur anseris. *Plin.* l. 10. c. 22. *Martial.* l. 13. epigr. 58. et *Juvenal.* sat. 5. v. 114. V. *Anser.* Item suum, *Plin.* l. 8. c. 51. ¶ De capite jecoris, V. in *Caput.* ¶ Creditum est olim esse principium omnium venarum, et sanguinis officina. Hinc in eo posuerunt sedem animi et affectuum, quia pro eorum varietate sanguis movetur. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 72. Non ancilla tuum jecur ulceret ulla, puerve. *Senec. in Herc. Œt.* v. 574. Jecur alicujus merendo flectere. *h. e.* cor vincere, et amorem captare. *Horat.* l. 1. od. 13. v. 4. Fervens difficile bile tumet jecur. *Juvenal.* sat. 1. v. 45. quanta siccum jecur ardeat ira. et sat. 6. v. 647. rabie jecur incendente feruntur. *Pers.* sat. 5. v. 129. intus et in jecore ægro Nascuntur domini. *Senec. in Herc. Œt.* v. 708. cor attonitum salit, Pavidumque trepidis palpitat venis jecur. et vers. 1677. Contine infirmum jecur mater. *h. e.* dolorem frena. *Bibaculus* apud *Sueton. de Grammat.* c. 11. En cor Zenodoti, en jecur Cratetis. *h. e.* prudentia, sapientia. Huc pertinet illud *Pers.* sat. 1. v. 47. neque enim mihi cornea fibra est. V. *Fibra.* ¶ Rumpere tensum jecur, apud *Juvenal.* sat. 7. v. 117. est immane vociferantis. ¶ Olim in recto dictum fuisse *jocinor,* seu *jecinor,* a nonnullis, testatur *Charis.* l. 1. pag. 34.

JECUSCŬLUM, li, n. *a little liver,* ἡπάτιον, parvum jecur. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 14. Musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri.

JEJUNATĬO, onis, f. jejunium, actus jejunandi, *fasting. Tertull. de jejun.* c. 13. Jejunationibus operari.

JEJUNĀTOR, oris, m. *he who fasts,* qui jejunat. *Augustin.* ep. 86. *ad Casulan. ante med.* Qui ventricolas tanquam magnus jejunator accusat. Adde *Hieronym.* l. 2. *in Jovinian.* sect. 16.

JEJŪNE, adverb. *with an empty stomach,* ἀπαστὶ, cum jejunio. Translate ponitur pro tenuiter, exiliter, aride, languide admodum. *dryly, coldly, weakly, jejunely. Cic.* 1. *de Orat.* c. 11. Iisdem de rebus jejune quosdam et exiliter disputavisse. *subtilely. Id. de Fin.* l. 3. c. 5. Hæc dicuntur fortasse jejunius. *Gell.* l. 19. c. 3. Infecunde atque jejune laudare. *Plin.* l. 1. ep. 20. *a med.* Ut illud immodice et redundanter, ita hoc jejune et infirme.

JEJUNIŌSUS, a, um, *fasting,* adject. jejunus. *Plaut. Capt.* 3. 1. 6. Neque jejuniosiorem, neque magis effertum fame vidi.

JEJUNĬTAS, atis, f. *emptiness, jejuneness,* inanitas, vacuitas, venter jejunus, νηστεία. *Plaut. Merc.* 3. 3. 13. Jejunitatis plenus, anima fœtida. Ita leg. *Non.* c. 4. n. 2. Alii aliter. *Vitruv.* l. 2. c. 6. Calida humoris jejunitas aqua repente satiata confervescit. *Id.* l. 7. c. 4. Jejunitas, quæ est a fornacibus excocta. *dryness.* ¶ Transfertur ad orationem, et significat tenuitatem, exilitatem, inopiam: cui contraria est ubertas et copia. *dryness, slenderness, or barrenness, of style. Cic. de clar. Orat.* c. 55. Sed cavenda est presso illi oratori inopia et jejunitas: amplo autem inflatum et corruptum orationis genus. et cap. 82. Si jejunitatem, et siccitatem, et inopiam, dummodo sit polita, dum urbana, dum elegans, in Attico genere ponit, hoc recte dumtaxat. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 1. Qui cum obruerentur copia sententiarum atque verborum, jejunitatem et famem se malle, quam ubertatem et copiam dicerent. *Id.* 2. *de Orat.* c. 3. Jejunitas bonarum artium.

JEJUNĬUM, nii, n. *a fast, abstinence from food,* νηστεία, abstinentia a cibo. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 312. Illos longa domant inopi jejunia victu. et l. 5. v. 534. solvere. et 4. *Fast.* v. 535. ponere. *Cels.* l. 3. c. 18. *a med.* Jejunio ægrum vexare. *by keeping him to a strict diet. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 291. indicere jejunia. *Liv.* l. 36. c. 37. Jejunium Cereri instituere. *Augustus* apud *Sueton. in ejus vita,* c. 76. Ne Judæus quidem tam diligenter sabbatis jejunium servat, quam ego hodie servavi. ¶ Metonymice est ipsa fames. *hunger. Ovid.* 8. *Metam.* v. 820. faucesque, et pectus, et ora Afflat, et in vacuis spargit jejunia venis. et l. 4. v. 263. pascere jejunia. et l. 11. v. 371. satiare. et l. 5. v. 534. solvere. et l. 15. v. 83. sedare. et vers. 95. placare voracis jejunia ventris. ¶ Item macies, aut infirmitas, quæ ex jejunio sequitur. *leanness, poorness. Virg.* 3. *Georg.* v. 127. ne blando nequeat superesse labori, Invalidique patrum referant jejunia nati. ¶ Per catachresim *jejunia undæ* apud *Lucan.* l. 4. v. 332. sunt ipsa sitis. ¶ Transfertur etiam ad alia. *Colum.* l. 3. c. 12. Macram ac tenuem terram jejunio laborare. *h. e.* sterilitate.

JEJŪNO, as, n. *to fast, abstain from food,* νηστεύω, cibo me abstineo. *Tertull. Hieron. Augustin.* &c. neque extra hujusmodi Ecclesiasticos Scriptores facile inveneris. Cum dativo junxit *Tertull. de jejun.* c. 3. Adam manducavit, et periit, salvus alioquin, si uni arbusculæ jejunare maluisset.

JEJŪNUS, a, um, *fasting,* νῆστις, ἄσιτος, qui cibum a nocturno somno nondum gustavit, a cibo vacuus. *Cic. Fam.* 7. ep. 26. Cum quidem biduum ita jejunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem. *Lucret.* l. 4. v. 874. sic expletur jejuna cupido. *h. e.* fames. Sic *Plin.* l. 10. c. 3. Jejuna aviditas. *greedy. Id.* l. 28. c. 4. Jejuna saliva. *h. e.* hominis jejuni. *fasting spittle.* et l. 22. c. 25. *circa med.* Faba jejuno ore commanducata. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 29. lupus jejunis dentibus acer. *Plin.* l. 11. c. 25. Scorpiones jejunum medicamentum egerunt. *h. e.* jejuno ore emissum. *Propert.* l. 4. el. 5. v. 4. Cerberus jejuno sono. *h. e.* latratu famelico. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 790. Tremorque, Pallorque, et jejuna Fames. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *a med.* Misera ac jejuna plebecula. *famished, starved.* ¶ Videtur etiam dici de sitiente. *Propert.* l. 3. el. 13. v. 18. Vilem jejunæ sæpe negavit aquam. Sic *Lucan. de siti* dixit *jejunia.* ¶ Translate est inanis, vacuus. *empty, void.* Hinc intestinum jejunum dicitur a *Cels.* l. 4. c. 1. quod semper est inane, acceptumque cibum non continet, sed protinus transmittit: estque inter intestina hominis ordine tertium. *Lucret.* l. 2. v. 844. corpora succo jejuna. ¶ Cum genitivo. *Cic. in Orat.* c. 40. Jejunas igitur hujus multiplicis orationis aures civitatis accepimus. ¶ Item siccus, humore carens, sterilis, cum de terra sermo est. *dry, droughty; hungry, barren, unfertile. Virg.* 2. *Georg.* v. 212. jejuna glarea. *Colum.* l. 2. c. 4. Omnis humus, quamvis lætissima, tamen inferiorem partem jejuniorem habet. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 6. Quid tam nudum inveniri potest, quam hoc saxum? quid ad copias respicienti jejunius? quid ad homines immansuetius? ¶ Item exiguus, tenuis. *small, trifling, scarce, thin, scanty. Virg.* 3. *Georg.* v. 493. Summaque jejuna sanie infuscatur arena. *thin, corrupt.* ¶ Refertur ad animum. *Cic. Phil.* 14. c. 6. Ut quosdam nimis jejuno animo et angusto monerem, uti excellentium civium virtutem imitatione dignam, non invidia putarent. *h. e.* exili, tenui, minuto, magnum nihil sentiente. *narrow, little, low. Id. Fam.* 2. ep. 17. *sub fin.* Pusillus animus, atque ipsa malevolentia jejunus atque inanis. ¶ Item ad orationem: et copiosæ plenæque opponitur. *dry, slender, barren. Cic.* 3. *de Orat.* c. 4. Si quis aut Antonium jejuniorem, aut Crassum fuisse pleniorem putet. et lib. 2. c. 16. Jejuna concertatio verborum. *useless, impertinent. Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 5.) Artem eloquentiæ, ut tenuem ac jejunam, cavillari. *trifling, vain.* et lib. 10. c. 5. Neque adeo jejunam ac pauperem natura eloquentiam fecit, ut una de re bene dici, nisi se-

mel, non possit. ¶ Item ad res alias, et per contemptum dicitur de re misera, vili, humili. *Cic.* 1. *Offic. c. pænult.* Solivaga cognitio et jejuna. *h. e.* sterilis, infructuosa. *Id. pro Cæc.* c. 21. Frigida et jejuna calumnia. *weak, frigid. h. e.* infirma, et nullis viribus. *Id. Fam.* 15. ep. 17. *a med.* Si non jejunum hoc nescio quid, quod ego gessi, et contemnendum videbitur, sed tale ac tantum, ut multi, nequaquam paribus rebus, summos honores a Senatu consecuti sint. *small, of little importance, contemptible.* et lib. 3. ep. 10. *a med.* Nihil in me, non modo perfidiosum, et insidiosum, et fallax in amicitia, sed ne humile quidem, aut jejunum debes agnoscere. ¶ *Varr.* apud *Non.* c. 6. n. 22. Consurgimus jejunis oculis. *h. e.* qui nihil, aut parum admodum viderunt.

IENS, euntis, particip. V. in fine verbi *Eo, is.*

JENTACŬLUM, i, n. *a breakfast,* ἀκϱάτισμα, gustatio, comestio, quæ jejunis ante prandium fit, ut a pueris, et intemperantibus: item ipse cibus, qui eo tempore sumitur. *Sueton. in Vitell.* c. 13. Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat: in jentacula, et prandia, et cœnas, comissationesque: facile omnibus sufficiens vomitandi consuetudine. *Martial.* l. 14. *epigr. ult.* Surgite: jam vendit pueris jentacula pistor. *Apul.* l. 1. *Metam.* En paratum tibi jentaculum, et cum dicto caseum cum pane ei porrigo. ¶ Jentaculum diis offerre, mos fuit. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 72. Me inferre Veneri vovi jam jentaculum.

JENTATĬO, onis, f. actus jentandi, Jentaculum. *Jul. Firmic.* l. 2. c. 10. Significat etiam convivia, jentationes, dulciaque tragemata.

JENTO, as, n. 1. *to breakfast,* ἀκϱατίζομαι, aliquid ante prandium gusto. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 440. Quod pulli jentent. *Afran. ibid.* Jentare nulla invitat. *Sueton. in Vitell.* c. 7. *extr.* Ut mane singulos, jam ne jentassent, sciscitaretur; seque fecisse, ructu quoque ostenderet.

JERNE, V. *Juberna.*

[* IESSĒUS, a, um, ad Iesse, sive Isai pertinens, qui fuit pater Davidis regis Hebræorum. *Prudent. Cathem.* carm. 12. v. 49. Jam flos subit Davidicus Radice Iessæa editus. *h. e.* Christus e stirpe Davidis.]

IĒSUS, u, m. Jesus, ΙΗΣΟΥΣ, sospitator, servator: nomen sacrosanctum Filii Dei, et Salvatoris nostri: a יֵשׁוּעַ Jesus, quod a יֶשַׁע salus, quia salvos fecit homines a peccatis ipsorum. In genit. et dat. desinit in *u*, non in *us*, et *ui*, ut cetera nomina quartæ declinationes. Est autem vox trisyllaba, priore brevi. *Juvenc. presb.* l. 2. *de Evang. Hist. in* cap. 1. *Joann.* v. 106. Nazara cui felix patria est, et nomen Iesus. ¶ Videtur esse etiam disyllaba. *Sedul.* l. 1. v. 153. venturum præmisso nomine Jesum. Adde *Arat.* l. 1. *in Acta Apost.* v. 274. ¶ Non imitandus *Prudent.* qui disyllabam quidem facit, sed ita, prima ut vocalis in consonam non transeat, ut *in Apotheos.* v. 838. Esse Deum solum, qui me tibi præripit, Iesum. *et in Psychom.* v. 764. Utque homini atque Deo medius intervenit Iesus. [¶ *Iesus* vocatur etiam Josua unus ex judicibus Hebræorum. *Prudent. Cathem.* carm. 12. v. 173. Hic nempe Iesus verior, Qui longa post dispendia Victor suis tribulibus Promissa solvit jugera. *h. e.* hic nempe Christus est verior Josua, nam Hebraice *Josua* servatorem significat.]

IĒTÆ, arum, Ἰῆται, populi Ius insulæ. Est autem Ios insula maris Ægæi, una ex Sporadibus, nunc *Nio*, Homeri sepulcro veneranda, inquit *Plin.* l. 4. c. 12. Hinc *Varro* apud *Gell.* l. 3. c. 11. Capella Homeri candida hæc tumulum indicat, Quoi ara Ietæ mortuo faciunt sacra.

[* IETENSES, ium, m. incolæ urbis Ietæ in Sicilia. *Plin.* l. 3. c. 8. sect. 14.]

I G

IGGERUNT, ingerunt. *Varr.* V. initium litteræ G.

IGĬTUR, *therefore, then,* οὖν, ἄϱαγε, τοιγαϱοῦν, collectiva, vel rationalis conjunctio, ex præcedentibus conclusionem inferens. Fere uni, aut duabus vocibus subjicitur. *Cic. pro Ligar.* c. 1. Habes igitur, Tubero, confitentem reum. *Id. Catil.* 4. *c. ult.* Pro his igitur omnibus rebus postulo, &c. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 18. Qui modum igitur vitio quærit, similiter facit, ut, &c. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 63. Quali igitur victu sapiens utetur? ¶ Post plures. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 17. Si Nymphæ deæ sunt, Panisci etiam, et Satyri. Hi autem non sunt: ne Nymphæ quidem deæ igitur. ¶ Aliquando priore loco ponitur. *Nep. in Attic.* c. 3. Igitur primum illud munus fortunæ, quod in ea urbe, &c. *Plaut. Merc.* 2. 3. 20. Igitur hoccine est amare? ¶ Interdum declarat ingressum in disputationem. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 5. Ut igitur ante meridien discesserunt, paululumque requierunt, &c. ¶ Habet etiam locum in anteoccupationibus. *Cic. pro Cœl.* c. 17. Dicet aliquis: hæc igitur est tua disciplina? *Id.* 8. *Attic.* ep. 14. *a med.* Toties ne igitur sententiam mutas? ego tecum, tanquam mecum loquor. ¶ Et post parenthesim, aut suspensionem, præsertim longiorem et vim habet τοῦ *inquam.* qua ratione etiam *ergo* et *sed* usurpantur. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 36. Hoc premendum etiam atque etiam est argumentum, confirmato illo, de quo, si mortales animi sunt, dubitare non possumus, quin tantus interitus in morte sit, ut ne minima quidem suspicio sensus relinquatur. Hoc igitur probe stabilito, &c. *Id.* 2. *de Fin.* c. 22. *ad fin.* Quid enim mereri velis jam, cum magistratum inieris, et in concionem ascenderis (est enim tibi edicendum, quæ sis observaturus in jure dicendo; et fortasse etiam, si tibi erit visum, aliquid de majoribus tuis, et de te ipso dices more majorum) quid merearis igitur, ut te dicas in eo magistratu omnia voluptatis causa facturum esse? Adde lib. 3. c. 14. l. 4. c. 14. *a med.* et cap. 20. *Catil.* 4. c. *ult.* et *Famil.* 1. ep. 9. *ad fin.* ¶ Reperitur etiam pro tum, inde, postea, ut et *Festus*, et *Non.* c. 2. n. 456. docent: quo sensu etiam *ergo* adhibetur. *Plaut. Mostell.* 2. 1. 32. Miserum est opus, igitur demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet. *Id. Casin.* 2. 2. 39. Mox magis cum otium mihi et tibi erit, igitur tecum loquar. *Id. Mil.* 3. 1. 177. Quando habebo, igitur rationem mearum fabricarum dabo. *Id. Amph.* 1. 1. 54. Sin aliter sient animati, neque dent, quæ petat; se se igitur summa vi virisque eorum oppidum expugnassere. ¶ Pleonasmus est in illis, *ibid.* 3. 1. 16. Frustrationem hodie hic injiciam maximam: post igitur demum faciam, res fiat palam. et *Stich.* 1. 2. 29. Prius id agam: igitur deinde, ut animus erit meus, faciam palam. *h. e.* tum deinde, tum postea. et *Mostell.* 1. 2. 51. Unum ubi emeritum est stipendium, igitur tum specimen cernitur. ¶ Pro tandem. *Sallust. in Catil.* c. 47. At illum ingens cura atque lætitia simul occupavere. Lætabatur intelligens, conjuratione patefacta, *&c.* porro autem anxius erat, *&c.* Igitur confirmato animo, vocari ad se jubet Lentulum. ¶ Pro enim. *Plaut. Mostell.* 5. 1. 53. Surge dum huc. est consulere igitur quiddam quod tecum volo. ¶ Et pro ideo. *Id. Asin.* 2. 1. 4. Jamdiu factum est, cum abiisti ad forum, igitur inveniendo argento ut fingeres fallaciam. ¶ *Ergo igitur* V. *in Ergo.*

IGNARĬUS LAPIS apud *Marcell. Empir.* c. 33. est silex, unde ignis elicitur. Fortasse autem *igniarius* legendum est.

IGNARŬRIS, re, idem quod ignarus. *Plaut. Pœn. prol.* v. 47. æque ut mecum sitis ignarures. V. Gnaruris. *Gloss. Vet.* Ἀγνοοῦντες, ignarures.

IGNĀRUS, a, um, *ignorant, unskilful, unacquainted with,* ἀγνὼς, ἀδαὴς, inscius, ignorans: ab *in* privativa, et *gnarus.* *Cic. pro Planc.* c. 16. *a med.* Tu me ignaro, nec opinante, inscio, notes et tuos, &c. *Id. in Orat.* c. 34. Oratorem ne physicorum quidem esse ignarum volo. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 14. *extr.* Ignarus faciundæ ac poliendæ orationis. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 41. Eventus belli non ignarus. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 114. Navem agere ignarus navis timet. et vers. 132. puella ignara mariti. *h. e.* innupta. *Plin.* l. 11. c. 30. Alter alterius ignarus. *not knowing one another.* *Tacit.* 4. *Hist. c.* 50. Magna pars Pisonis ignari. *h. e.* Pisonem non noverant. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 35. Formica haud ignara, ac non incauta futuri. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 195. ignarus, fixas jam numine rupes Stare. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 1. Non sumus ignari, multos contra esse dicturos. *Id. de Harusp. resp.* c. 1. Ignarus ille, qui consules essent. *Id. post redit. in Sen.* c. 7. Ignaro populo R. quid ageretur. *Id. in Top.* c. 20. Nam et pueri sæpe indicaverunt aliquid, ad quod pertineret, ignari. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 62. An nescis quæ sit hæc res? *Si.* juxta cum ignarissimis. ¶ Non sum mihi ignarus, posse, &c. *h. e.* non sum nescius, *I know very well, that,* &c. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 8. ¶ Item imprudens. *Virg.* 3. *Æn.* v. 338. Aut quisnam ignarum nostris deus appulit oris? ¶ Item immemor. *Id.* 1. *Æn.* v. 202. O socii (neque enim ignari sumus ante-malorum) O passi graviora. ¶ Item expers. *Stat.* l. 2. silv. 2. v. 149. et in vultu curarum ignara voluptas. ¶ Passive quoque sumitur, et ignotum significat, *unknown*: quod et *Gell.* l. 9. c. 12. *extr.* adnotavit. *Ovid. Metam.* 7. v. 404. Jamque aderat Theseus, proles ignara parenti. *Senec.* 3. *de Ira*, c. 2. Quibus agrestis vita est, circumscriptio ignara est et fraus. *Sallust. in Jug.* c. 56. Plerosque velocitas, et regio hostibus ignara, tutata sunt. et cap. 98. More humanæ cupidinis, ignara visundi. et cap. 21. Mare magnum et ignara lingua commercia prohibebant. *Tacit* 2. *Ann.* c. 13. Per occulta et vigilibus ignara. et lib. 3. c. 69. Non quidem sibi ignara, quæ vulgabantur. *Virg.* 10. *Æn.* v. 706. ignarum Laurens habet ora Mimanta. ¶ Ad illud *Terentii Eun.* 1. 2. 56. Imprudens harum rerum, ignarusque omnium: *Donat.* adnotat, *prudentiam* naturalem esse, *gnaritatem* extrinsecus venire: *imprudentem* per se, *ignarum* per alios. Hoc itaque dicere *Terentium*: qui nec suspicatus sit, neque ex aliquo audiverit.

IGNĀVE, adverb. *slothfully, slowly, lazily,* ῥαθύμως, lente et segniter. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 23. Ne quid abjecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter muliebriterve faciamus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 465. Carpentem ignavius herbas. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 66. Si quædam nimis antique, si pleraque dure Dicere credit eos, ignave multa fatetur, &c. *h. e.* nullo acumine, aut elegantia, *without spirit, carelessly.*

IGNAVESCO, is, n. 4. ignavus fio. *Tertull. de Anim.* c. 43. *ad fin.* Anima nec quiescit, nec ignavescit.

IGNĀVĬA, æ, f. *inactivity, sluggishness, sloth, slothfulness, idleness, laziness,* ῥαθυμία, tenuitas animi, seguities, pigritia, inertia: vitium contrarium fortitudini, et alacritati, cum quod ratio aggredi fortiter suadet, id nos formido aggredi dissuadet, et ab audendo retinet. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 7. Atque ignaviam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere. *Id.* 2. *de Invent.* c. 54. Contraria sunt fortitudini ignavia, justitiæ injustitia. *cowardice.* *Id. Catil.* 2. c. 11. Æquitas, temperantia, fortitudo certant cum iniquitate, luxuria, ignavia. *Id. Tuscul.* 3. c. 7. Timiditatem et ignaviam recipere. *Sallust. in Catil.* c. 56. Socordiæ se se, atque ignaviæ tradere. *Id. in Jug.* c. 2. Per luxum atque ignaviam ætatem agere. *Plin.* l. 11. c. 16. Ignaviam alicujus ad opera excitare. et cap. 14. Copia cibi ignaviam affert. *Virg.* 11. *Æn.* v. 733. quæ tanta animis ignavia venit? ¶ Differre videntur hæc, quæ simul enumerat *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 5. Adversariorum inertiam, ignaviam, desidiam proferre. *Inertia* enim est in eo, qui nihil habet ingenii industriæve, ut strenue agat: *ignavia* in eo, qui potest, sed lentitudine animi non vult strenue agere: *desidia*, præter animi, corporis etiam pigritiam significat. V. *Desidia.* Huc pertinet illud *Lactant.* l. 3. c. 17. Epicurus desidiosum vetat litteras discere; ignavum prohibet accedere ad rempublicam; pigrum exercere; timidum militare. ¶ Interdum pro desidia atque otio ponitur. *Cels.* l. 1. c. 1. Sanum hominem oportet quiescere interdum, sed frequenter se exercere. siquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat. ¶ Translate tribuitur rebus inanimis, quæ vi et efficacia carent. *Plin.* l. 12. c. 25. *circa med.* Ignavia odoris.

IGNAVĬO, is, a. 4. ignavum reddo. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 441. Sæpe ignavit fortem in spe exspectatio. (Obsoletum est.)

IGNAVĬO, onis, m. ignavus homo. *Gell.* l. 16. c. 14. *ex Ver. Flacc.* Isti ignaviones, qui nihil perficere possunt. Ita leg. *Lips.* at alii *ignaviores.*

IGNAVĬTAS, atis, f. idem ac ignavia. *Justin.* l. 43. c. 3. Ignavitate et macie terræ. Sed alii leg. *exiguitate.*

IGNAVĬTER, adverb. idem ac ignave. *Hirt. ad Cicer. post* epist. 6. l. 15. *ad Attic.* An ego, cum omnes caleant, ignaviter aliquid faciam? Adde *Lucil.* et *Claud. Quadrigar.* apud *Non.* c. 11. n. 29. et *Priscian.* l. 15. pag. 1010. *Putsch.*

IGNĀVUS, a, um, *inactive, slothful, remiss, sluggish; cowardly, dastardly,* ῥάθυμος, ἀϱγὸς, remissus, lentus, piger, vilis et minuti animi, qui cum possit strenue agere et fortiter, desidia vanove metu periculi aut laboris recusat: ab *in* privativa, et *navus.* Huic opponitur fortis, alacer, strenuus. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 24. Ipsus hercle ignaviorem potis est facere Ignaviam. *Id. Bacch.* 3. 6. 27. Si non fecero ei male aliquo pacto, me esse dicito ignavissimum. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 23. Ignavus miles ac timidus. *Id. de Senect.* c. 11. Iners, ignava, somniculosa senectus. *Liv.* l. 26. c. 2. *a med.* Feroces et inquieti inter socios; ignavi et imbelles inter hostes. *Id.* l. 5. c. 28. Ignavissimus et fugacissimus hostis. *Horat.* epod. 6. v. 1. Canis ignavus adversum lupos. *Virg.* 4. *Georg.* v. 258. *de apib.* Aut intus clausæ cunctantur in ædibus omnes, Ignavæque fame, et contracto frigore pigræ. *Id.* 1. *Æn.* v. 439. Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 15. v. 1. Ignavi anni. *h. e.* per ignaviam traducti. *Id.* 1. *Trist.* el. 7. v. 25. Ignava otia. *Lucan.* l. 1. v. 492. ignavum est redituræ parcere vitæ. ¶ Cum genitivo. *Tacit. Ann.* 11. c. 18. Legiones operum et laboris ignavas, populationibus lætantes, veterem ad morem reduxit. Est qui legit *ignaras*, sed minus recte. ¶ Translate tribuitur rebus inanimis. *Virg.* 2. *Georg.* v. 208. Et nemora evertit multos ignava per annos. *h. e.* quæ sterilia et infructuosa nullas dedere segetes. *Plin.* l. 2. c. 8. Ne convolutus aer ignavo globo torpeat, sed findatur. *h. e.* se non commovente ac dividente. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 821. ignava nequeunt gravitate moveri. *h. e.* tarda, immobili. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 186. Ignava mora. *Id.* 2. *Amor.* el. 6. v. 47. ignavo stupuerunt verba palato. *h. e.* nihil loquente. *Lucan.* l. 5. v. 443. Ignava stagna jacentis aquæ. *Plin.* l. 21. c. 7. Quorundam flos tantum jucundus, reliquæ partes ignavæ, ut violæ ac rosæ. *h. e.* sine ulla vi, aut odore. *Id.* l. 11. c. 28. Aliis insectis cornicula ante oculos prætenduntur ignava, ut papilionibus. *h. e.* nullum ad usum neque pungendi, neque sugendi. *Id.* l. 20. c. 18. *ad fin.* Succus meconium vocatur, multum opio ignavior. *h. e.* infirmioris virtutis et efficaciæ. *Juvenal.* sat. 14. v. 105. lux ignava. *h. e.* dies, in quo nihil agitur, cujusmodi est Sabbatum apud Judæos. ¶ Ignavum stipendium conferre apud *Vellei.* l. 2. c. 39. dicitur provincia, quæ tributi nomine pecuniam solvit, non viros et arma. Talis erat sub Romanis Gallia. At Batavis, utpote virtute bellica præstantibus, arma virique indicebantur, teste *Tacit.* 4. *Hist.* c. 12. et lib. 5. c. 25. ¶ Metonymice ignavus est, qui ignavos facit. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 763. Ignavum frigus. et lib. 7. v. 529. ignavi æstus. *Plin.* l. 11. c. 18. *de apib.* Rege consumpto, mœret plebs ignavo dolore, non cibos convehens, non procedens. ¶ Hinc *ignava ratio*, de qua sic *Cic. de Fato*, c. 12. et 13. Nec nos impediet illa ignava ratio quæ dicitur. Appellatur enim quidam a philosophis ἀϱγὸς λόγος, cui si pareamus, nihil omnino agamus in vita.

Sic enim interrogant: si fatum tibi est, ex hoc morbo convalescere: sive medicum adhibueris sive non, convalesces. Item: si fatum tibi est, ex hoc morbo non convalescere; sive tu medicum adhibueris sive non, non convalesces. et alterutrum fatum est. medicum ergo adhibere nihil attinet. Recte genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum est, quod eadem ratione omnis e vita tolletur actio. Hæc *Cicero*.

IGNEFACTUS, a, um, adject. *hot, on fire. Theod. Priscian.* lib. 2. par. 2. c. 15. Lapides ignefacti aceto exstinguuntur. Addunt alii et locum *Plin.* l. 20. c. 9. *sub fin.* ubi *igne factus* divisim legendum est.

IGNEŎLUS, a, um, adject. diminut. ab *igneus. Prudent. Cathemer.* 3. v. 186. Oris opus, vigor igneolus non moritur.

IGNESCO, scis, n. 3. *to catch fire, be on fire, be inflamed,* πυροῦμαι, ignitus fio, in ignem convertor. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 46. Ex quo eventurum nostri putant, ut ad extremum omnis mundus ignesceret. ¶ Translate *Virg.* 9. *Æn.* v. 66. Rutulo muros et castra tuenti Ignescunt iræ. *h. e.* vehementer accenduntur. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 520. Talibus orantem vultu gravis ille minaci Jamdudum fremit, et furiis ignescit opertis. *Colum.* l. 10. v. 212. Atque amor ignescit menti, sævitque medullis. *Stat.* 11. *Theb.* v. 525. Odia ignescentia. *Sil.* l. 9. v. 460. *de Pallade.* Tum virgo ignescens penitus, violenta repente Suffudit flammis ora. *Claudian. de IV. consul Honor.* v. 545. Utque tuis primum sonipes calcaribus arsit, Ignescunt patulæ nares. et lib. 2. *in Rufin.* v. 175. spumis ignescunt frena. et lib. 2. *in Eutrop.* v. 45. Tum vates sine more rapi, lymphataque passim Pectora terrifici stimulis ignescere Phœbi. ¶ Cum infinito *Sil.* l. 13. v. 179. Hinc ardore pari, nisuque incurrere muris Ignescunt animi, penetrataque tecta subire. *h. e.* ardent, cupiunt. ¶ De colore, *Plin.* l. 37. c. 2. Purpura, et candor, et tertium ex utroque ignescens. ¶ Passiva voce *Laber.* apud *Non.* c. 7. n. 108. Figura humana inimici ardore ignescitur.

IGNĔUS, a, um, *of fire, fiery, on fire, burning, shining, bright, resplendent, igneous,* πυρινὸς, ad ignem pertinens, ignitus, accensus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 15. Sidera tota esse ignea. *Virg.* 4. *Georg.* v. 426. Sol igneus. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 33. Igneus ardor. *Horat.* l. 3. od. 3. v. 10. Igneæ arces. *h. e.* æther, cælum. *Id.* l. 1. od. 17. v. 2. ignea æstas. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 340. Ignea Ætne. *Plin.* l. 8. c. 38. Gemmæ igneo colore fulgentes. *Val. Flacc.* l. 1. v. 427. Ignea purpura. *h. e.* ignis modo splendens. Sic *Stat.* 12. *Theb.* v. 527. ignea gemmis cingula. ¶ Translate *Ovid.* l. 9. *Metam.* v. 540. Igneus furor. *Lucan.* l. 9. v. 7. Ignea virtus. *h. e.* vivida, ardens. *Virg.* 6. *Æn.* v. 730. Igneus vigor. et lib. 11. v. 746. volat igneus æquore Tarchon. *h. e.* celeritate igni similis. Sic *Sil.* l. 3. v. 306. Autololes, levibus gens ignea plantis. *Stat.* 2. *Theb.* v. 411. Ignea corda fremunt. *h. e.* ira ardentia. *Sil.* l. 6. v. 208. Igneus in pugnas, et Martem, et prœlia, et hostem. *fiery, furious, eager,* ardenter cupidus pugnæ, &c. *Claudian. in Fescenn.* v. 5. Quæ digna formæ laus erit igneæ? *h. e.* claræ, nitentis, illustris.

IGNĬA, vitia vasorum fictilium. *Festus.* ubi quidam intelligunt partes duriores, et magis excoctas, quæ facile dissiliunt.

IGNIARĬUM, ii, n. *any thing that will take fire quickly, tinder, touch-wood,* πυρεῖον, materies arida ad ignem accendendum et servandum. *Plin.* l. 16. c. 40. Calidæ morus, laurus, hedera, et omnes, e quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc usus in castris, pastorumque reperit, quoniam ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est. Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu. Hæc *Plin.* Adde *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 22. ubi eandem rem docet, *igniarii* tamen voce omissa.

IGNICOLŌRUS, a, um, adject. *of the colour of fire, bright as fire. Juvenc.* lib. 4. *in Matth.* 26. v. 557. Sub nubibus ignicoloris.

IGNICŎMANS, antis, et

IGNICŎMUS, a, um, adject. igneas comas habens. *Auson.* epist. 7. v. 9. Ignicomus sol. *Nemesian. in Cyneg.* v. 214. ignicomi candentia terga leonis. *Avien. in Prognost. Arat.* v. 8. calor ignicomantum Hausit stellarum.

IGNICŬLUS, li, m. *a little fire,* πυρίδιον, parvus ignis. *Quintil. sub fin.* cap. 10. l. 12. Quædam exigua animalia igniculi videntur in tenebris. *Plin.* l. 35. c. 15. *a med.* Alumen limpidum lacteumque, cum igniculo quodam caloris. *Juvenal.* sat. 3. v. 102. igniculum brumæ si tempore poscas, Accipit endromidem. ¶ Item exiguus fulgor. *Plin.* l. 37. c. 6. *sub fin.* Onyx Indica igniculos habet. et c. 7. Carbunculi, quorum extremus igniculus in amethysti violam exit. ¶ Translate *Cic.* 15. *Fam.* ep. 20. Quo tolerabilius feramus igniculum desiderii tui, crebris nos litteris appellato. *h. e.* dolorem, quo veluti urimur, te absente. ¶ Est etiam ingenita vis, et veluti stimulus, quo excitamur ad capessendum honestum: item principia quædam et veluti semina, unde paulatim virtutum ardor excitetur et exsistat. *an excitement. Cic.* 3. *Tuscul.* c. 1. Natura parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter, malis moribus opinionibusque depravati sic restinguimus, ut nusquam naturæ lumen appareat. *Id.* 5. *de Fin.* c. 7. Quorum similia sunt prima in animis quasi virtutum igniculi et semina. *Id. Attic.* l. 15. ep. 26. Reliqua pars epistolæ est illa quidem in utramque partem. sed tamen nonnullos interdum jacit igniculos viriles. *Quintil. in proœm.* l. 6. Igniculos ingenii ostendere, *in ætate puerili.*

IGNĬFER, a, um, *bearing fire, fiery, igneous,* πυροφόρος, ferens ignem. *Lucret.* l. 5. v. 449. inde æther ignifer ipse. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 59. Non tamen ignifero quisquam consistere in axe Me valet excepto. *Val. Flacc.* l. 8. v. 342. Igniferi tauri. *Prudent.* 2. *in Symmach.* v. 1027. igniferi sideris æstus. Adde *Lucan.* l. 3. v. 41. ¶ Translate *Sil.* lib. 17. v. 294. ignifero mentes furiabat in aras hortatu.

IGNIFLŬUS, a, um, *flowing with fire, discharging fire,* igne fluens, ignem emittens. *Claudian. de III. consul. Honor.* v. 196. Ignifluisque gemit Lipare fumosa cavernis.

IGNIGĔNA, æ, m. *fire-born, born of fire,* in igne genitus. Epithetum est Bacchi, quia fulminis ictu genitus est. *Ovid. Metam.* 4. v. 12. Ignigenamque, satumque iterum, solumque bimatrem.

IGNIGĔNUS, a, um, *producing fire,* ignem gignens. *Apul.* l. 7. *Metam.* Quousque frustra pascemus ignigenum istum?

IGNĬO, is, n. 4. *to take fire, be on fire,* ignitus fio. *Prudent. in Romano,* v. 1077. Acus minutas ingerunt fornacibus: His membra pergunt urere, ut igniverint.

IGNĬPES, edis, *with fiery feet,* πυρόπους, igneos pedes habens. *Ovid. Metam.* l. 2. v. 392. et *Stat.* 1. *Theb.* v. 27. ignipedum vires expertus equorum. *Martial. de Spectat.* epigr. 27. Ignipedes posset sine Colchide vincere tauros.

IGNIPŎTENS, tis, m. *the ignipotent power, Vulcan,* πυροσθενής, dictus et Vulcanus, quod ignis potestatem habeat. *Virg.* 8. *Æn.* v. 709. Illam inter cædes pallentem morte futura Fecerat Ignipotens, &c. Adde lib. 12. v. 90.

IGNIS, is, m. *fire,* πῦρ, unum e quatuor elementis, calorem ac lucem habens. Duplicem habet positionem in sexto casu, in *e*, et in *i*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 9. Lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus. et c. 10. Subditis ignibus aquæ fervescunt. *Id.* 2. *de Orat.* cap. 45. *ad fin.* Nulla materies, nisi admoto igni, ignem concipere potest. *Id.* 1. *Offic.* c. 16. *a med.* Pati, ab igne ignem capere, si quis velit. *Id. pro Rosc. Com.* c. 6. Ignis in aquam conjectus continuo restinguitur et refrigeratur. *Horat.* l. 1. od. 34. v. 6. Diespiter igni corusco nubila dividens. *with his flaming bolts. h. e.* fulmine. *Virg.* 4. *Æn.* v. 167. fulsere ignes et conscius æther. *h. e.* fulgura. *Terent. Andr.* 1. 1. 102. In ignem ponere. *h. e.* in rogum. et 113. in ignem se se injicere. *Id. Eun.* 1. 2. 5. ad ignem accedere. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 72. turdos versare in igne. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 18. In ignem inferre quippiam. et lib. 1. c. 4. Igni cremare. et c. 53. Igni necare. *to burn alive. Val. Flacc.* l. 1. v. 89. Dare igni aliquid. *Cic.* 3. *Verr.* c. 27. Ligna et sarmenta circumdare, ignemque subjicere. *to set fire to.* Sic *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 14. Ignem operibus inferre. *Id.* l. 5. *B. Gall.* c. 42. Celeriter ignem comprehendere. et lib. 3. *B. Civ.* c. 30. facere. *to kindle or make a fire. Virg.* 5. *Æn.* v. 4. accendere. ¶ Ignes dicuntur sol, luna, et cetera sidera. *the lights of heaven. Horat.* l. 1. od. 12. v. 46. micat inter omnes Julium sidus, velut inter ignes Luna minores. ¶ *Ignis* aliquando est splendor, fulgor. *brightness, splendour. Horat.* l. 3. od. 29. v. 17. Jam clarus occultum Andromedæ pater ostendit ignem. *Stat.* 2. *Theb.* v. 276. arcano florentes igne smaragdi. *Martial.* l. 14. epigr. 109. Gemmatum Scythicis ut luceat ignibus aurum. *sparkles with Scythian gems. h. e.* poculum aureum smaragdis Scythicis splendeat. *Claudian.* l. 2. *in I. consul. Stilich.* v. 92. et vario lapidum distinctas igne coronas. *Id. de VI. consul. Honor.* v. 51. acies stupet igne metalli. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 674. oculi igne micantes. *sparkling, flashing.* ¶ Item calor. *Sil.* l. 16. v. 99. Aut cum letiferos accendens Sirius ignes, Torret anhelantem sævis ardoribus orbem. ¶ Item rubor. *redness. Cic. de Univ. cap. pænult.* Ignis oculorum cum eo igne, qui est ob os suffusus. *Stat.* 1. *Achill.* v. 516. igne genas et sanguine torquens. [¶ Sumitur etiam pro crepitu flammæ et materiæ flagrantis. *Virgil.* 2. *Æn.* v. 705. Dixerat ille: et jam per mœnia clarior ignis Auditur, propiusque æstus incendia volvunt, *the crackling of the flames is heard more distinctly.*] ¶ *Sacer ignis* morbi serpentis genus est, cujus descriptionem *Cels.* l. 5. c. 28. n. 4. tradit, duo ejus genera faciendo: alterum subrubicundum, aut mixtum rubore atque pallore, exasperatumque per pustulas continuas, in quibus pus fere est, et sæpe rubor cum calore: alterum in summæ cutis exasperatione, sed sine altitudine, latum, sublividum, inæqualiter tamen. Serpit autem utrumque, et ignis modo exulcerat, et absumit, et difficillime tollitur. Vulgo vocant *St. Antony's fire.* Aliud vero esse videtur, de quo *Virg. in fi.* l. 3. *Georg.* contactus artus sacer ignis edebat. Ibi enim de contagiosa lue sermo est, graviore malo, et omnino letali. [¶ Est etiam morbus pecudum ejusdem nominis. *Colum.* l. 7. c. 5. Est etiam insanabilis sacer ignis, quam pusulam vocant pastores; ea, nisi compescitur intra primam pecudem, quæ tali malo correpta est, universum gregem contagione prosternit. Hunc morbum Galli vocant *la petite verole,* Angli *the small-pox.*] ¶ Translate est furor, interna vis agitans. *Stat.* 1. *Achill.* v. 509. Laurigerosque ignes, si quando, avidissimus hauri. *h. e.* furorem œstrumque Apollinis. ¶ Item sæpe amor. *love. Virg. Æn.* 4. v. 2. Vulnus alit venis, et cæco carpitur igni. *is wasted by a hidden flame. Ovid. Metam.* 9. v. 515. Littera celatos arcana fatebitur ignes. et vers. 519. Hei mihi! quo labor? quem mens mea concipit ignem? *Horat.* l. 1. od. 13. v. 8. Quam lentis penitus macerer ignibus. et l. 3. od. 7. v. 10. et miseram tuis Dicens ignibus uri. *Prudent.* περὶ στεφ. *de S. Laurent.* v. 504. Anus ignis secundi nesciæ. *h. e.* secundarum nuptiarum. ¶ Item is ipse, quem quis amat. *Virg. Ecl.* 3. v. 66. At mihi se se offert ultro meus ignis, Amyntas. *my flame or love.* ¶ Item ardor et cupiditas animi. *Virg. Æn.* 2. v. 575. Exarsere ignes animo: subit ira, cadentem Ulcisci patriam. ¶ Translata sunt illa quoque *Cic. pro Rabir. Post.* c. 6. Cum odium non restinguereti, huic ordini ignem novum subjici non sivistis. *h. e.* novam invidiæ flammam. et *Val. Flacc.* l. 1. v. 748. et sævos irarum concipit ignes. ¶ Secunda syllaba interdum a Poetis producitur. *Horat. in fi.* od. 15. l. 1. Post certas hiemes uret Achaicus ignis Iliacas domos. V. *Sanguis.*

IGNISPICĬUM, ii, n. *divination from the inspection of fire,* πυροσκοπία, πυρομαντεία, divinationis genus, quod ab ignis inspectione sumebatur. *Plin.* l. 7. c. 56. Haruspicium Delphus, ignispicia Amphiaraus, auspicia avium Tiresias Thebanus invenit.

IGNITABŬLUM, li, n. πυρεῖον, igniarium, ignis receptaculum, lignum quod altero ligno atteritur, ut ignem concipiat. *Fest.* ¶ Ignitabula in Delo insula inventa sunt: quæ idcirco inter alia nomina etiam Pyrpole dicta est. *Solin.* c. 11. (*al.* 18.) [¶ Translate *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 8. *init.* Plato æstimavit, fomitem esse quemdam et ignitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagret.]

IGNITŬLUS, a, um, adject. diminut. ab Ignitus. *Tertull.* l. 1. *ad Nation.* c. 10. Mercurius in calvitio pennatulus, in caduceo ignitulus.

IGNĪTUS, a, um, πυρόεις, accensus, igneus, calidus. *Gell.* l. 17. c. 8. Vinum idcirco minus cito coalescere, quod semina quædam caldoris in se haberet, essetque natura ignitius. *Prudent. in Hamartig.* v. 546. *de anima.* ignitum quoniam deus indidit olli Ingenium. *Sidon.* l. 1, ep. 11. Cui satyricus ille morsum dentis igniti avidius impresserat.

IGNIVĂGUS, a, um, ignis modo vagus. *Martian. Capell.* l. 9. pag. 304.

IGNIVŎMUS, a, um, *ignivomous, vomiting fire,* πυρέκβολος, ignem vomens. *Lactant. in carm. de resurrect. Dom.* v. 3. Altius ignivomum Solem cæli orbita ducit. Alii hoc carmen non *Lactantio*, sed *Venantio* tribuunt.

IGNOBĬLIS, e, *unknown, mean, ignoble,* ἄγνωστος, ignotus, incognitus, cui contrarium est nobilis. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 24. Quod inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem perventurus. *Plin.* l. 7. c. 36. Humilis in plebe, et ideo ignobilis puerpera. *Id.* l. 23. c. 1. *ante med.* Vinum innocentius est, quodcumque ignobilius. *Id.* l. 35. c. 4. *sub fin.* Ignobilissimi artifices. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 9. Peregrina facies atque ignobilis. *Apul.* l. 5. *Metam. sub init.* Jamque aderat ignobilis maritus. ¶ Item vilis, abjectus, in contemptum. *Cic. in Bruto,* c. 91. Apud Demetrium Syrum, veterem, et non ignobilem dicendi magistrum, *no common teacher.* ¶ Item obscuris ortus parentibus, infimo loco natus. *of mean extraction, of low birth and parentage, meanly born, base-born,* δυσγενής, ἀγενής. *Cic.* 7. *Verr.* c. 11. Quo in oppido non isti ex aliqua familia non ignobili delecta ad libidinem mulier esset. ¶ Hinc convicii loco ponitur. *Plaut. Amph.* 1. 1. 284. Vapulabis, ni hinc abis, ignobilis. ¶ Apud Romanos ignobiles erant, qui omnino imaginibus carebant, idest qui in ea familia nati erant, in qua Curules Magistratus nunquam exstiterant, nec ipsi aliquem hujus generis Magistratum gesserant. Talis fuit gens Flavia apud *Sueton. in Vespas.* c. 1. Alii ignobiles erant, quia Magistratus Curules obtinere non poterant, ut libertini, et filii libertinorum: alii, quia non petebant, ut patet de T. Pomponio Attico, de majoribus Servii Sulpicii, Ciceronis, Octaviani Augusti, et aliis. Non iidem erant, ac plebeii. Nam etiam patritii aliqui erant ignobiles, et multi plebeii nobiles erant. Nobilitas enim non in claritate sanguinis, sed in imaginibus posita fuit, sive in Magistratibus Curulibus, qui etiam Plebeio Ordini patebant. Hæc fere ex *Sigon. de antiqu. jur. Civ. Rom.* l. 2. c. 20.

IGNOBILĬTAS, atis, f. *ignobleness or meanness of birth,* δυσγένεια, humilitas, obscuritas, conditio atque fortuna hominum infimorum. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 36. Num igitur ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offensio sapientem beatum esse prohibebit? *Id. pro Mur.* c. 8. Multis viris fortibus ne ignobilitas generis objiceretur. *Plin.* l. 34. c. 8. *ante med.* Ignobilitas artificis. *the obscurity.* [*Ovid.* 6. *Met.* v. 319. Res obscura quidem est ignobilitate virorum.] [† De vino *Colum.* 3. 21. 10. Neque enim post annos quindecim deprehendi potest ignobilitas in gustu. *ignobleness, degeneracy, inferiour quality.*]

IGNOBILĬTER, adverb. *ignobly. Solin.* c. ult. Ædes ignobiliter fastigiata.

IGNOMINĬA, æ, f. *ignominy, disgrace, reproach, dishonour, infamy,* ἀτιμία, dedecus, probrum, nota, infamia:

ab *in* privativa et *nomen*, quasi boni nominis privatio. *Cic. in fragm.* apud *Non*, c. 1. n. 93. Censoris judicium nihil fere damnato affert, nisi ruborem. Itaque quia omnis ea judicatio versatur tantummodo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est. Hæc *Cic.* De nota Censoria est etiam illud *ejusd. pro Cluent.* c. 47. Ut viderentur per hominum idoneorum ignominiam illa judicia reprehendisse. et c. 46. Paucos ex multis ad ignominiam sortiri. ¶ Differt ab infamia, quia ignominia ab eo imponitur, qui animadversione notare potest: infamia vero ex multorum sermone nascitur. Præterea ignominia minus est, minusque late patet, quam infamia; neque ignominiosi sunt omnes infames. Interdum tamen promiscue ponuntur, ut in illo *Papiniani* lib. 50. *Dig.* tit. 2. leg. 5. Ordine moti ex crimine, quod ignominiam importat. ubi *ignominia* infamiam significare videtur. ¶ Sæpe ad militarem notam refertur. *Cic. Phil.* 7. c. 9. Ignominia notare eos, qui militiam subterfugerunt. *Liv.* l. 3. c. 5. *extr.* Mille milites, quia serum auxilium post prœlium venerant, prope cum ignominia dimissi. *Hirt. de B. Afric.* c. 54. Ob eas res ignominiæ causa ab exercitu meo te removeo, hodieque ex Africa abesse, et quantum potest, proficisci jubeo. *Formula exauctorandi. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 85. Ut rebus feliciter gestis, aut cum honore aliquo, aut certe sine ignominia domum revertantur. ¶ Dicitur etiam de amissa victoria, et de clade accepta, quia deficientem in militibus virtutem arguit. *Id.* l. 7. *B. Gall.* c. 17. Sic se, illo imperante, meruisse, ut nullam ignominiam acciperent. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 101. Milites ignominiam non tulerunt, sed, &c. et lib. 7. *B. Gall.* c. 17. Hoc se ignominiæ laturos loco, si inceptam oppugnationem reliquissent. *Justin.* l. 32. c. 3. *extr.* Ignominiam bello acceptam virtute delere. Sic *Virg.* 3. *Georg.* v. 226. *de tauro victo ab rivali.* Multa gemens ignominiam plagasque superbi Victoris. ¶ Et universim de quocumque dedecore. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 9. Cum ignominia et dedecore. *Id. pro Quint.* c. 20. Alicui omnia vitæ ornamenta, per summum dedecus et ignominiam diripere. et cap. 31. Ignominiis omnibus appetitus. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 20. Ut homines castigationibus, reprehensionibus, ignominiis affici se in delicto dolerent. *Id. Verr.* 5. c. *pænult.* Calamitas ad miseros aratores per summam injuriam ignominiamque pervenit. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 10. Labes et ignominia mortis. *Id. de Provinc. consul.* c. 7. Insignem ignominiam alicui inurere. *Lucil.* apud *Non. loc. cit.* maculam atque ignominiam imponere alicui. *Nep. in Timoth.* cap. 4. Cum summa ignominia familiæ. *Plin.* l. 18. c. 3. In urbanas tribus transferri, ignominiæ est. *Cic. Phil.* 12. c. 5. Ignominiis concisus. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Ignominiam depellere.

IGNOMINIĀTUS, a, um, ignominia affectus. Legitur in lemmate cap. 15. lib. 8. *Gellii*: cujus libri sola lemmata supersunt, quæ neque certum est, ab ipso *Gellio* esse.

IGNOMINIŌSE, *in an ignominious manner, ignominiously*, cum ignominia, ἀτίμως. *Eutrop.* l. 4. c. 24. et 26. Ignominiose pugnare. *Arnob.* l. 4. pag. 147. Ignominiosius tractare aliquem. *Oros.* l. 7. c. 7. *extr.* Ignominiosissime fugere.

IGNOMINIŌSUS, a, um, *ignominious, disgraceful, shameful, dishonourable, infamous*, ἄτιμος, ignominia affectus, ignominiæ plenus, turpis. *Cic. Phil.* 3. cap. 14. Ignominiosa et flagitiosa dominatio. *Quintil.* l. 7. c. 1. Exsul eras et ignominiosus. *Liv.* l. 3. c. 23. Ignominiosa fuga domum se recipiente. *Horat. in ar. Poet.* v. 247. Immunda et ignominiosa dicta. *Modestin. Dig.* lib. 49. tit. 16. leg. 3. Pœnæ militum sunt castigatio, gradus dejectio, ignominiosa missio. *h. e.* cum is qui mittit, addit nominatim, ignominiæ causa se mittere, ut *Ulpian.* lib. 3. tit. 2. leg. 2. exponit. *Macer* lib. 48. tit. 5. leg. 24. Ignominiosa filia. *Tertull. in Apolog.* c. 15. Ignominiosissimum caput.

IGNORABĪLIS, le, *that is or may be unknown*, ἄγνωστος, qui ignoratur. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 32. Non ignorabile, non fortuitum, non necessarium. *Plaut. Pseud.* 2. 1. 18. Quis hic est, qui oculis meis obviam ignorabilis objicitur? *Gell.* l. 9. c. 12. Alterum illud ignorabilius obscuriusque est. *Apul.* l. 11. *Metam.* Libri litteris ignorabilibus prænotati.

IGNORABILĬTER, adverb. cum ignoratione. *Apul.* l. 3. *Metam.* Laminæ ignorabiliter litteratæ. *h. e.* ignotis characteribus insculptæ.

IGNŌRANS, antis, *ignorant, not knowing*, ignarus, inscius, ἀγνοῶν. *Plaut. Capt. prol.* v. 50. Ita nunc ignorans suo sibi servit patri. *Virg.* 12. *Æn.* v. 421. Fovit ea vulnus lympha longævus Iapyx Ignorans: subitoque omnis de corpore fugit Quippe dolor. *Plin.* l. 30. c. 6. *ad fin.* Catuli, vel herinacei lienem ex aceto dant ignoranti. *not aware of it.*

IGNORANTER, *ignorantly*, per ignorantiam, ἀγνῶς. *Cyprian.* epist. 63. Ignoranter vel simpliciter non faciunt, quod, &c.

IGNORANTĬA, æ, f. *ignorance, want of knowledge*, ἄγνοια, ignoratio, inscitia. *Cic. pro Flacc.* cap. 20. Ubi adolescentes nihil possent discere, nisi ignorantiam litterarum. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 68. Ignorantia loci. *Nep. in Agesil. sub fin.* bonarum rerum. *the not being able to know or distinguish.* et *in Pelop.* c. 1. Mederi tum satietati, tum ignorantiæ lectorum. *Ovid. Metam.* 7. v. 92. Quid faciam video: nec me ignorantia veri Decipiet, sed amor. *Id. Heroid.* ep. 20. v. 187. Præteritæ veniam dabit ignorantia culpæ. *Tacit. in Agric.* c. 1. Ignorantia recti. *Id.* 1. *Histor.* c. 75. Mutua ignorantia fallentes. *by not knowing one another.* et *de morib. Germ.* cap. 40. Sancta ignorantia, quid sit illud, quod, &c.

IGNORATĬO, onis, f. *ignorance*, ἄγνοια, actus ignorandi, ignorantia, inscitia. *Cicer.* 2. *de Divin.* cap. 22. Causarum enim ignoratio in re nova mirationem facit: eadem ignoratio si in rebus usitatis sit, non miramur. *Id. pro Cluent.* c. 39. Quod erat odium, dii immortales? quæ superbia? quanta ignoratio sui? *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 1. *extr.* In summo errore, atque in maximarum rerum ignoratione versari. *Id.* 3. *de Fin.* c. 12. Consuetudo dicendi non satis acuta propter ignorationem dialecticæ. *Curt.* l. 3. c. 12. Ignorationem nunquam antea visi regis excusans. *Papinian. Dig.* lib. 16. tit. 1. leg. 7. Facti ignorationem prætendere.

IGNORĀTUS, a, um, *not known*, ἀγνοηθεὶς, non cognitus. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 23. Archimedis ignoratum a Syracusanis indagavi sepulcrum. *Horat. in ar. Poet.* v. 162. Ignoratæ artis turpe crimen. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 11. Clementiam ac justitiam, quanto ignoratiora barbaris, tanto toleratiora capesseret. Al. leg. *ignara.* ¶ Item ignotus, *unknown, undiscovered. Sallust. in Jug.* c. 58. Cum delectis equitibus Metellum sequitur nocturnis et aviis itineribus: ignoratus Romanos palantes repente aggreditur. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 36. Servili habitu per tenebras ignoratus evasit. *without being known.*

IGNŌRO, as, avi, atum, a. 1. *to be ignorant of, not to know, ignore*, ἀγνοέω, nescio, non cognosco, non cognitum habeo: ab *ignarus. Cic. pro Mil.* c. 12. An vero tu solus ignoras? tu hospes in hac urbe versaris? tuæ peregrinantur aures? *Ovid.* 1. *Trist.* el. 5. v. 18. Ignoraretur forsitan ista fides. *Terent. Heaut.* 1. 1. 52. Erras, si id credis; et me ignoras, Clinia. *Id. Phorm.* 2. 3. 10. Quia egens relicta est misera, ignoratur parens. *h. e.* non agnoscitur, ignorarique fingitur. *Sueton. in Vitell.* c. 17. Sciscitantes quisnam esset. nam ignorabatur. *for they did not know him. Cic.* 8. *Attic.* ep. 14. *sub fin.* Domitius ignorat de filio. *Id. de Amic.* c. 7. Ignorante rege, uter eorum esset Orestes. *Brutus ad Cicer.* ep. 16. Magnifice loqui decet adversus ignorantes, quid a quoque petendum sit. *Cic.* 4. *Acad.* c. 8. Ipsa vero sapientia, si se ignorabit, sapientia sit, nec ne, &c. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 913. monstrumne, deusne Ille sit, ignorans. *Lucan.* l. 8. v. 626. Ignorant populi, si non in morte probaris, An scieris adversa pati. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 6. Qua ferar, ignoro. ¶ Præcedente negativa dicitur de iis, qui optime sciunt. *Nep. in Datam.* c. 5. Non ignorabat, ea vere scripta. *he knew very well. Horat.* l. 1. ep. 7. v. 25. Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 31. *extr.* Non enim ignoro, quanti ejus nomen putetis. *Id. in Orat.* c. 68. Quod tu quidem minime omnium ignoras. ¶ Aliquando est, ignorare me simulo, non agnosco, negligo, aspernor. *Plaut. Asin.* 1. 2. 18. Eadem nunc, cum est melius, me, cujus opera est, ignoras, mala. *Id. Capt.* 2. 3. 74. Ne tu me ignores, cum extemplo meo e conspectu abscesseris. *Cic. Phil.* 8. c. 2. *extr.* De proximo bello civili non libet dicere: ignoro causam, detestor exitum. ¶ Cum infinito, *Claudian. de nupt. Honor.* v. 186. Lætitiæ causas ignorat dicere miles, Lætaturque tamen. [¶ Particip. *ignorandus* apud *Plaut. Trin.* 2. 1. 29. Mille modis amor ignorandus est.]

IGNOSCENS, entis, *pardoning, forgiving*, qui facile condonat et ignoscit. *Terent. Heaut.* 4. 1. 32. Te obsecro, quanto tuus est animus natu gravior, ignoscentior, ut meæ stultitiæ in justitia tua sit aliquid præsidii.

IGNOSCENTĬA, æ, f. *pardon*, συγγνώμη, condonatio peccati. *Gell.* l. 7. c. 3. *post med.* Ignoscentias utiles esse rebus humanis docet.

IGNOSCIBĪLIS, le, *pardonable, excusable, ignoscible*, συγγνωστὸς, cui facile ignosci potest. *T. Castritius* apud *Gell.* l. 13. c. 21. Si hic vester hujuscemodi vestitus multo jam usu ignoscibilis est.

IGNOSCO, is, ovi, otum, a. 3. *to pardon, excuse, overlook, forgive*, συγγινώσκω, veniam do, remitto, excusatum habeo, condono: ab *in*, et *nosco*, quasi nolis de peccato cognoscere, sed ipsum ignorare, ac remittere. Raro accusativum regit: qui si exprimendus sit, ad *condono*, aut *remitto* confugere solemus. *Cic. ad Brut.* ep. 15. *a med.* Sed sceleris pœnam prætermittere (id enim est quod vocatur ignoscere) in hoc bello perniciosum puto. *Senec. sub fin.* l. 2. *de Clement.* Ignoscere est, quæ judicas puniendas, non punire. *Terent. Phorm.* 5. 8. 46. Ignosce: orat, confitetur, purgat: quid vis amplius? *Cic. in Pison.* c. *ult.* Cui non apud Senatum, non apud ullum ordinem maximorum scelerum venia ulla ad ignoscendum dari possit. *Id. in Partit.* c. 37. Ad ejus facti deprecationem, ignoscendi petenda venia est. *Id.* 7. *Attic.* ep. 12. Velim mihi ignoscas, quod ad te scribo tam multa toties. *Id. Agrar.* 2. c. 18. Mihi, quæso, ignoscite, si appello talem virum sæpius. *Idem de Harusp. resp.* c. 17. *extr.* Quam iste idcirco Bonam dicit, quod in tanto sibi scelere ignoverit. *Id. Fam.* l. 5. ep. 12. Ignoscas velim huic festinationi meæ. *Plaut. Mil.* 2. 6. 62. Inscitiæ meæ et stultitiæ ignoscas. *Id. Merc.* 5. 4. 37. Ignoscere delictis, et adolescentiæ. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 131. vitiis ignoscere. *Cic. Phil.* 1. c. 6. Hoc ignoscant dii immortales, velim, et populo R. et huic ordini. ¶ Cum accusativo *Propert.* l. 2. el. 2. v. 56. Jupiter ignosco pristina furta tua. *Al. leg.* ignoro. *Virg. in Cul.* v. 293. Dignus amor venia, parvum si Tartara nossent Peccatum ignovisse. *Terent. Heaut.* 4. 1. 34. Equidem istuc factum ignoscam. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 68. Ut eis delicta ignoscas. *Id. Amph.* 1. 1. 101. Orant, ignoscamus peccatum suum. *Quintil.* declam. 2. c. 6. Ignoscite malorum periculorum metus, ignoscite humana discrimina. ¶ Passive impersonaliter *Cic. Attic.* l. 11. ep. 14. et *Verr.* 6. c. 63. Deprecatores, quibus non erat ignotum. *Terent. Hecyr.* 5. 1. 11. Jam ætate ea sum, ut non sit peccato mihi ignosci æquum. *Id. Adelph.* 3. 5. 28. Ignotum est, tacitum est, creditum est. *Sueton. in Aug.* c. 33. Tabellam dedit, qua ignosceretur iis, quos, &c. ¶ *Ignoscere sibi* est sibi parcere, et indulgere, *to forgive one's self, indulge one's self. Quintil.* l. 10. c. 3. *post med.* Non est indulgendum causis desidiæ. nam si non nisi refecti, non nisi hilares, studendum existimaverimus, semper erit, propter quod nobis ignoscamus. Γνώμη est illud *Vellei.* l. 2. c. 30. Familiare est hominibus omnia sibi ignoscere, nihil aliis remittere. *h. e.* indulgere: omnia sibi convenire credere. ¶ Particip. *ignoturus. Cic. in fragm.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 886. *Putsch.* Ignoturus alteri, quod patrem, alteri, quod tutorem secutus esset. *Cato ibid.* Quod eorum nemo quisquam quidquam mihi ignoturus est. ¶ Et *ignosciturus*: sed hoc est antiquius. *Piso Frugi ibid.* pag. 887. Quodcumque deliquisset, ignosciturum affirmabat. ¶ Et *ignoscendus* passive. *Virg.* 4. *Georg.* v. 488. incautum dementia cepit amantem, Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes. *deserving of pardon. Terent. Phorm.* 5. 8. 25. In hac re culpam meritam, non nego; sed eam, quæ sit ignoscenda. *Gell.* l. 7. c. 3. *post med.* Causa aut æqua judicaretur, aut quidem certe ignoscenda. ¶ *Ignoscere* pro noscere, discere, ut *in* sit ἐπιτατικὴ, confirmat *Non.* cap. 4. n. 243. illo *Varronis*: Vosque, in theatro qui voluptatem auribus Huc aucupatum concurristis domo, Adeste, adeste, quæ feramque, ignoscite, Domum ut feratis e theatro litteras. *Voss.* tamen *in Etymol.* vult legi *gnoscite.* ¶ Pro ignorare, nescire, afferri solet locus *Lactant.* l. 5. c. 3. *a med.* ubi lectio dubia est, et plerique *ignoro* reponunt. ¶ *Ignosset* syncope pro *ignovisset* est *Silii* l. 8. v. 619.

IGNOTITĬA, æ. f. ignorantia. *Gell.* l. 16. c. 13. *extr.* Jura, quibus uti per ignotitiam non queunt. Ita legit ex MSS. *Pareus in Lex. Crit.* Vulgo legitur *ignorantiam. Gronovius* mallet *innotitiam.*

IGNŌTUS, a, um, *not known, unknown*, ἄγνωστος, minime notus, incognitus. *Nep. in Themist.* c. 8. In navim omnibus ignotus ascendit. *Cic. pro Flacc.* cap. 17. Dubitatis, judices, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum civem vindicetis? *Paulo ante dixerat*, is, quem nemo vestrum vidit unquam, nemo, qui mortalis esset, audivit. *Id.* 9. *Attic.* ep. 5. Res ignota in vulgus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 39. Jus applicationis obscurum sane et ignotum, patefactum atque illustratum est. *Liv.* l. 5. c. 32. Et quod longinqua, eoque ignotior, gens erat. *Quintil.* l. 7. c. 3. Obscuriora et ignotiora verba. ¶ Præcedente negativa particula, probe notum significat. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 15. Satis habet magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi mei. ¶ Est etiam ignobilis, obscuro loco natus. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 6. naso suspendis adunco Ignotos. et vers. 24. Non minus ignotos generosis. ¶ Item qui non novit, inscius, ignarus. *ignorant. Cic. Fam.* 5. ep. 12. *a med.* Illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant. *known to those who did not know, or had not seen them. Phædr.* l. 1. fab. 11. v. 1. Virtutis expers, verbis jactans gloriam, Ignotos fallit, notis est derisui. *Nep. in Agesil.* c. 8. Ignoti, faciem ejus cum intuerentur, contemnebant: qui autem virtutem noverant, non poterant admirari satis. *Næv.* apud *Non.* c. 2. n. 428. Ignotæ iteris sumus. *Callistrat. Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 2. *sub fin.* Ignotus juris sui. Ita *Torrentin.* at *Haloander* edidit *ignarus.* Adde *Curt.* l. 5. c. 12. *in fin.* et *Quintil.* declam. 6. cap. 2. ¶ *Ignotus* particip. passiv. ab *ignosco*, condonatus. *pardoned, forgiven. Hirt. de B. Afric.* c. 31. Sæpe a se fugatis, pulsis et concessam vitam, et ignota peccata. ¶ *Diomed.* l. 2. pag. 423. *Putsch.* ex *Varrone* docens, syllabas alias esse asperas, alias lenes, duras alias, aut molles; *duræ sunt*, inquit *ut ignotus.* V. integr. locum.

[* IGUVINĀTES, ium, m. et

* IGUVĪNUS, a, um, pertinens ad Iguvium, postea Eugubium, nunc *Gubbio*, urbem scilicet in ea regione Italiæ, quæ Umbria dicitur, ubi celeberrimæ Tabulæ Eugubinæ inventæ anno 1444, quarum occasione veteres Etruscorum litteræ ac monumenta illustrari cœperunt. Vetus urbis hujusce nomen est apud *Cic. ad Att.* l. 7. ep. 13. Quid agat Domitius in Marsis, Iguvii Thermus, P. Attius Cinguli. *Sil.* l. 8. v. 460. Narnia, et infestum nebulis

humentibus olim Iguvium. Id etiam nominis fuisse huic urbi optime conjecit *Maffeius* ex duabus *Inscription.* in *Observat. litterar. t.* V. pag. 207. in quibus est allatum adjectivum nomen *Iguvinus.* Prima est: Collegi fabrum Iguvin. Altera vero: Rufiena L. L. Stacte Igu. Legendum enim in prima *Iguvinorum*, in altera *Iguvina.* Populi *Iguvini* memorantur etiam a *Plin.* l. 3. c. 14. et l. 15. c. 7. *Cic. pro Balbo* c. 20. Dicat, neque Iguvinatium, neque Camertium fœdere esse exceptum.]

ILE, is, n. V. *Ilia.*

ILĔOS, *vel* Ileus, i, m. *an ileus or twisting of the small gut*, εἰλεὸς, dolor acerbissimus intestini ilei, seu subtilis, vel etiam secundum nonnullos cæci, cum constipatione alvi, tumore ventris chordæ instar tenti, subsequente etiam rejectione fæcum per os aliisque gravissimis symptomatibus. *Plin.* l. 30. c. 7. Gravissimum vitium ileos appellatur. *Id.* l. 20. c. 6. *a med.* Contra ileum allium in oleo, et pulte. et lib. 30. c. 7. Sevum ovium ileo medetur. et lib. 32. cap. 9. Ileos, et inflationes castorea sanant. *Cels.* quoque de hoc morbo verba facit, sed εἰλεὸς Græce scribit l. 4. c. 13.

ILEŌSUS. V. *Iliosus.*

ILERDA, æ, f. hod. *Lerida*, urbs Hispaniæ in Catalaunia ad Sicorim fluvium. *Horat.* l. 1. ep. 20. v. 13. aut vinctus mitteris Ilerdam. Adde *Lucan.* lib. 4. v. 144. et 261. ubi celsam, et altam appellat.

ILERDENSIS, se, ad Ilerdam pertinens. *Ilerdenses* ejus urbis cives. *Plin.* l. 3. c. 3.

ILEX, ilicis, f. *the ilex or great scarlet oak; an holm-oak, evergreen-oak*, πρῖνος, arbor glandifera, folio aculeato et non deciduo, non florens, fructum novum ferens cum annotino pendentem, materie tota ossea, et sine medulla, quæque in laminas secari apta est. Fructus ejus est glans, et coccum, de quo V. suo loco. Ejus duo sunt genera: unum aculeato folio, ut dictum est: alterum oleæ non absimili. Est etiam mascula et femina: illa glandem negatur ferre. Hæc ex *Plin.* l. 16. c. 6. 8. 21. 24. 25. 26. 38. et 43. V. etiam dicta in *Aquifolius. Virg. Ecl.* 7. v. 1. Forte sub arguta consederat ilice Daphnis. *Id.* 12. *Æn.* v. 701. coruscis ilicibus fremit Apenninus. *Lucan.* l. 3. v. 440. nodosa ilex. *Martial.* l. 6. epigr. 64. hirsuta. *Horat.* epod. 15. v. 5. procera. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 149. ramosa. *Id.* 2. *Amor.* el. 6. v. 49. nigra nemus ilice frondens. *Id.* 2. *Fast.* v. 165. densa niger ilice lucus. *Id. Heroid.* ep. 16. v. 54. locus piceis ilicibusque frequens. *Martial.* l. 14. epigr. 70. Porcus ilice pastus. *h. e.* iligna glande.

ILĬA, um, ibus, n. *the flanks*, λαγόνες, κοῖλα, cavitates alvi utrinque ad latera, ab imis costis, et præcordiis usque ad imum ventrem et pubem: quæ in respiratione attolluntur et contrahuntur, in cursu vero et anhelitu maxime concutiuntur. *Fest.* ducit ab *ina*: quod Vide. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 216. *de cane venatico.* Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon. *Virg.* 3. *Georg.* v. 506. imaque longo Ilia singultu tendunt. *heave, stretch. Lucan.* l. 4. v. 626. terga viri cedentia victor Alligat, et medium compressis ilibus arctat. *Horat.* lib. 1. ep. 1. v. 8. Solve senescentem mature sanus equum, ne Peccet ad extremum ridendus, et ilia ducat. *draw the flank together*, viz. *become broken-winded*, quod fit, cum præ lassitudine fit respiratio difficilis, et progredi amplius non potest. Sic *Plin.* l. 26. c. 6. Jumentis non tussientibus modo, sed ilia quoque trahentibus verbascum auxiliatur. *Id.* l. 20. c. 5. Contra jocinoris ac lienis, ilium, lumborum, et renum vitia. *Virg.* 7. *Æn.* v. 499. actaque multo Perque uterum sonitu, perque ilia venit arundo. *Senec. in Herc. Fur.* v. 543. Aurato religans ilia baltheo. ¶ *Rumpi ilia* dicuntur, cui spiritus deficit. *Virg. Ecl.* 7. v. 25. Pastores, hedera crescentem ornate poetam Arcades, invidia rumpantur ut ilia Codro. *may be ready to burst with, &c.* ¶ *Ilia* dicuntur etiam intestina quædam delicatiora in cibis, ut lumbi, sumen, renes, omentum, hillæ, et hujusmodi. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 40. Ingustata mihi porrexerat ilia rhombi. *Martial.* l. 10. epigr. 45. Ilia Laurentis cum tibi demus apri. *Juvenal.* sat. 5. v. 136. Da Trebio: pone ad Trebium: vis, frater, ab istis ilibus. ¶ Et universim viscera, et venter. *the bowels. Horat.* epod. 3. v. 4. O dura messorum ilia! *Ovid. in Ibin*, v. 171. Unguibus et rostro tardus trahet ilia vultur. *Virg.* 10. *Æn.* v. 778. Egregium Antorem latus inter et ilia figit. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 119. demittit in ilia ferrum. ¶ *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 83. tradit, *ilia* dici venas inter vesicam et alvum ad pubem tendentes. Et fortasse ibi esse creditum est sedem libidinis, ut eo pertineat illud *Catulli* carm. 11. *ad Fur. et Aurel.* v. 19. Nullum amans vere, sed identidem omnium Ilia rumpens. [¶ Ilia etiam dicitur venter seu cavitas vasorum. *Juvenc.* lib. 2. v. 140. Sex illic fuerant saxis præpulcra cavatis Vascula, quæ ternis aperirent ilia metris.] ¶ In secunda declin. *Cels. sub fin.* cap. 1. l. 4. Vulva super rectum intestinum progressa, iliis feminæ latera sua innectit. Ubi *Celsus* intelligit ossa illa, quæ hinc inde, inter coxas et pubem, in imo ventre posita sunt. ¶ In singulari num. est *ile, ilis*, si *Servio* est fides, *ad Æn.* 7. v. 499. ubi refert frigidum dictum *Marulli mimographi* de guloso homine: *Tu Hectorem imitaris: ab ilio nunquam recedis.* monetque ab *ili* debuisse dicere. sed ille ad Ilium Phrygiæ alludebat. Ceterum *ile, is*, non est in usu Latino, docente etiam *Charis.* l. 1. pag. 72. *Putsch.* carere hanc vocem singulari numero.

ILĬA, æ, alio nomine Rhea, Numitoris Albanorum regis filia, Romuli et Remi mater. *Virg.* 1. *Æn.* v. 278. Marte gravis geminam partu dabit, Ilia prolem. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 598. Quaque colunt thalamos, Ilia diva, tuos.

ILIĂCUS, a, um, *Trojan*, ad Ilium et Trojam pertinens. *Virg. Æn.* 5. v. 607. Iliaca classis. et l. 2. v. 117. Iliacæ oræ. et vers. 431. Iliaci cineres. et l. 3. v. 182. Iliaca fata. et vers. 603. Iliaci Penates. *Martial.* l. 12. epigr. 52. Iliaci amores. *h. e.* Paridis. *Sil.* l. 8. v. 50. Iliacus hospes Didus. *h. e.* Æneas. *Stat.* l. 4. silv. 2. v. 27. Mons Libys, Iliacusque nitent. *h. e.* Numidicum, et Phrygium marmor. *et ibid.* v. 11. Iliaca porrectum sumere dextra Immortale merum. *h. e.* Ganymedis Trojani. *Id.* l. 3. *silv. ult.* v. 98. Iliacoque jugum memorabile remo. *h. e.* promontorium Miseni, ubi classis Æneæ Misenum amisit. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 227. Iliaca Vesta. *h. e.* quæ prius Trojæ culta fuit. Et putatur eadem esse cum Cybele. Sic *Lucan.* l. 5. v. 400. Iliacæ numen quod præsidet Albæ. *h. e.* Vesta, quæ Albæ colebatur. *Horat. de ar. Poet.* v. 129. Iliacum carmen. *h. e.* in quo de Trojano bello agitur, ut in Iliade Homeri. *Ovid.* 4. *ex Pont. ep. ult.* v. 6. Iliacus Macer. *h. e.* poeta, qui versu res Iliacas conscripsit. V. *eund. ibid.* l. 2. ep. 10. v. 13. et 2. *Amor.* el. 18. v. 1. ¶ Apud *Sil.* l. 10. v. 387. Iliaci muri. *h. e.* Romæ, cujus conditor ab Trojano Ænea est. et l. 5. v. 595. Iliaca cuspis. *h. e.* hasta Flaminii R. consulis.

ILIĂDES, æ, m. patronym. filius Iliæ. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 4. v. 40. Romulus Iliades, Iliadesque Remus. *Id.* 4. *Fast.* v. 23. Pater Iliades. *h. e.* Romulus. et lib. 3. v. 62. Iliadæ fratres. *h. e.* Romulus et Remus. ¶ Item Trojanus, ab Ilio. *Id.* 10. *Metam.* v. 160. Abripit Iliaden, qui nunc quoque pocula miscet. *h. e.* Ganymedem.

ILĬAS, adis, f. Ἰλιὰς, ad Ilium ac Trojam pertinens, mulier Trojana. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 371. Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera? *h. e.* Helena. *Virg.* 3. *Æn.* v. 65. Et circum Iliades, crinem de more solutæ. et lib. 2. v. 580. Iliadum turba, et Phrygiis comitata ministris. ¶ Est etiam *Ilias* celeberrimum Homeri opus de Bello decennali Græcorum cum Trojanis, Helenæ repetendæ causa, cujus finis Trojæ eversio fuit. *the Iliad. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 413. quis nosset Homerum, Ilias æternum si latuisset opus? ¶ Poema est valde longum, vigintiquatuor libris constans: in quo nullum non malorum genus memoratur: unde sunt illa proverbii modo dicta. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 33. Quæ (*mala*) tibi si memori coner perscribere versu, Ilias est fatis longa futura meis. et *Propert.* l. 2. el. 1. v. 14. Tunc vero longas condimus Iliadas. et *Cic. Attico*, l. 8. ep. 11. Non multo secus possum vaticinari: tanta malorum impendet Ἰλιάς. *a world of disasters.*

ILĬCET, adverb. *instantly, immediately, straightway*, παραυτίκα, statim, confestim, ex *ire licet*, per syncop. ut *scilicet*, ex *scire licet*; *videlicet*, ex *videre licet.* Nam apud Romanos præco hanc vocem usurpabat, ad finem rei significandum, ut *Actum est*, in sacrificiis, in dimittendo Senatu, in dimittendis judicibus de consilio, et hujusmodi. *Donat. in Phorm.* a. 1. sc. 4. v. 31. et *Serv. in* 2. *Æn.* v. 424. Hac etiam voce præfica in funeribus, cadavere ustulato, ceterisque rite peractis, utebatur. *Serv. in* 6. *Æn.* v. 216. ¶ Quia igitur hac voce pronuntiata cito discedebatur, inde usurpari cæpta est pro cito, celeriter, statim, confestim. Male autem quidam *illicet* scribunt geminato *l.* Nam quod aiunt *e* vocis *ire* extrito, relinqui *irlicet*, sed *r* sequente *l*, mutari in *l*, ut fit in *pellicio, pellego, intelligo*, et aliis, id nihil ad rem facit, quia in *illicet* non est mutatio, sed totius syllabæ syncope, ut fit in *scilicet*, et *videlicet*, ubi eadem syllaba *re* eliditur. *Virg.* 2. *Æn.* v. 758. Ilicet ignis edax summa ad fastigia tecti Volvitur, et vers. 424. Ilicet obruimur numero. *Sallust. in Jug.* cap. 45. Ubi formido illa mentibus decessit, ilicet lascivia atque superbia incessere. ¶ Priorem significationem, *ire licet*, vel *actum est, you may go*, retinet in locis, quæ subjicio, in quibus exclamationem quandam notat in re desperata. *Plaut. Capt.* 3. 1. 8. Itaque venter gutturque resident esuriales ferias. Ilicet parasiticæ arti in maximam malam crucem! et *Amph.* 1. 1. 181. Neque miser me commovere possum præ formidine. Ilicet, mandata heri perierunt, una et Sosia. *Terent. Eun.* 1. 1. 9. Actum est, ilicet, peristi. eludet, ubi te victum senserit. et 2. 3. 55. Ipsa est: ilicet, desine, jam conclamatum est. et *Phorm.* 1. 4. 31. Hoc nihil est, Phædria: ilicet. quid hic conterimus operam frustra? et *Heaut.* 5. 2. 21. Ilicet, ne te admisce; nemo accusat, Syre, te. *undone!* vel *all is over*, vel *the business is finished.* semper enim, ut ait *Donat.* hic quoque, finem rei significat, ut actum est. ¶ *Festus* exponit *ilicet*, sine dubio: quem sensum habere posset, inquit *Ducerius*, locus Terentii *Eun.* 1. 1. 9. allatus: quem ipsum locum referens *Charis.* l. 2. pag. 181. *Putsch.* putat, *ilicet* pro *hem* poni, ut sit *hem peristi!*

ILICĒTUM, ti, n. *a thicket or grove of holm-oaks*, πρινὼν, locus ilicibus consitus. *Martial.* l. 12. epigr. 18. Surgentem focus excipit superba Vicini strue cultus iliceti.

ILICĔUS, a, um, *of or pertaining to holm-oaks*, πρίνινος, qui est ex ilice. *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 101. Ornique, iliceæque trabes. Adde *Sicul. Flacc. de condit. agror.* pag. 4. *Goes.*

ILIENSIS, se, *Trojan*, ad Ilium spectans, Trojanus. *Suetan. in Tiber.* c. 52. Iliensibus legatis paulo serius consolantibus, se quoque respondit, vicem eorum dolere, quod egregium civem Hectorem amisissent.

ILIGNĔUS, a, um, *belonging to holm-oaks*, πρίνινος, idem quod iliceus. *Colum.* l. 6. c. 3. *ad fin.* Ilignea, quernea, laurea frons. et lib. 7. c. 6. Ilignei querneique frutices.

ILIGNUS, a, um, idem ac iligneus. *Terent. Adelph.* 4. 2. 46. Lectulos ilignis pedibus faciundos. *Priscian.* l. 2. pag. 587. legit *iligneus. Virg.* 3. *Georg.* v. 330. Currentem ilignis potare canalibus undam.

ILĬON, ii, n. *Troy, Ilium*, Ilium, Troja, Ἴλιον, positione Græca. *Ovid. Heroid.* ep. 13. v. 33. Ilion, et Tenedos, Simoisque, et Xanthus, et Ide. *Id.* 6. *Metam.* v. 95. Nec profuit Ilion illi. ¶ Etiam feminino genere hac positione inveniri putant. *Id. Heroid.* ep. 1. v. 47. vestris disjecta lacertis Ilion. et *Metam.* 14. v. 466. postquam alta cremata est Ilion. *Ilios* tamen alii utroque loco legunt. Nisi malis subaudire *urbs*, ut dicatur ea ratione, qua *Terent. Eun. prol.* v. 32. *in Eunuchum suam*, et *Virg.* 5. *Æn.* v. 122. *Centauro magna.*

ILIŎNA, æ, *et* Iliŏne, es, f. Ἰλιόνη, maxima natarum Priami, ut est apud *Virg.* 1. *Æn.* v. 657. Hæc a patre nuptui data fuit Polymnestori regi Thraciæ, ex quo filium suscepit Deiphilum. Priamus interea Polydorum ejus fratrem eidem educandum dederat: quem illa pro filio habuit, Deiphilumque pro fratre: maritum facile decipiens, qui unum ab altero, cum essent ambo infantuli, non dignoscebat. Troja capta, cum Græci a Polymnestore magnis præmiis peterent, ut Priami filium occideret, filium is suum pro Polydoro obtruncavit. Polydorus ab Ilione matre rem totam edoctus cum ea adversus Polymnestorem conjuravit, eumque oculis primo, deinde vita privavit. Hæc *Hygin.* fab. 109. et 240. qui addit fab. 243. sibi postea, propter casus parentum suorum, manus intulisse. Aliter *Servius ad Æn.* 1. v. 658. ubi narrat Ilionam post Trojam captam, a marito ejectam, ipsam sibi manus intulisse. ¶ De Ilionæ velo, V. in *Ancile* sub fin.

ILĬOS, ii, f. *Troy*, idem quod Ilium. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 18. non semel Ilios vexata. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 363. Tum, cum tristis erat, defensa est Ilios armis. *Al. leg.* Ilion. *Id. Heroid.* ep. 16. v. 49. Arsuram Paridis vates canit Ilion igni. *Al. leg.* arsurum. V. *Pelion.* in fin.

ILIŌSUS, a, um, *troubled with pain in the bowels*, qui ex ilibus laborat. *Plin.* l. 20. c. 4. ¶ Sunt qui legunt *ileosus*, et ducunt ab *ileos. ill of the ileus.*

ILITHȲIA, æ, f. Diana, Juno Lucina, dea, quæ parientibus adsistere putabatur. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 283. Præpositam timidis parientibus Ilithyiam. *Horat. in carm. sæcul.* v. 14. Lenis Ilithyia tuere matres. Græce scribitur Εἰλείθυια; ex quo colligitur esse vocem quadrisyllabam, et versum *Ovidii* allatum esse spondaicum: ut et illum l. 2. *Amor.* el. 13. v. 21. Lenis ades, precibusque meis fave, Ilithyia. Nec juvat, si dicas, diphthongum illam υ dissolvi, et priorem ejus vocalem corripi. Obstat enim et altera ab initio diphthongus, quam similiter solvi opus esset, ut inde dactylus exsisteret. Porro ipsam vocem ducunt ab ἐλεύθω, venio, quod Diana invocata veniat in subsidium parientium, et ut fetus facile veniat in lucem.

ILĬUM, *et* Ilion, ii, n. urbs Troadis, *Troy*, a Dardano condita, ab Ilo rege et augmentum, et nomen accepit: proprieque dicitur ipsa Trojana civitas. nam Troja regionem significat, licet et pro Ilio sæpe usurpetur. *Virg.* 3. *Æn.* v. 3. ceciditque superbum Ilium, et omnis humo fumat Neptunia Troja. *Id.* 1. *Æn.* v. 72. Ilium in Italiam portans. *h. e.* Ilii reliquias, et cives superstites. et lib. 5. v. 261. Victor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto. *Ovid. Metam.* 13. v. 408. Ilion ardebat, neque adhuc consederat ignis. ¶ Si quando feminino genere effertur, ellipsis est, et urbs subintelligitur. V. *Pelion* in fin. ¶ Dicitur et *Ilios*, f. V. supra suo loco.

ILĬUS, a, um, *Trojan*, idem ac Iliacus, seu Trojanus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 285. Quam miseram tenuit non Ilia tellus. et lib. 1. v. 272. dum res stetit Ilia regno. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 27. Dum sibi exquirit fata Iliorum.

ILLA, *vel* Ila, æ, f. diminut. ab *ina*, quæ pars chartæ est tenuissima. *Festus.*

ILLA, adverb. pro illac, *that way. Plaut. Mil.* 2. 3. 16. Forte per impluvium huc despexi in proximum: atque ego illa aspicio Philocomasium, &c. *Tacit. Hist.* l. 3. c. 8. Ne pervium illa Germanicis exercitibus foret. *Id. Ann.* 2. c. 17. Incubueratque sagittariis, illa rupturus.

ILLABEFACTUS, *et* Inlabefactus, a, um, adject. non labefactus, *impaired or weakened, unbroken*, ἀλύμαντος. *Ovid. ex Pont.* l. 4. ep. 8. v. 9. Jus aliquod faciunt affini vincula nobis: Quæ semper maneant illabefacta precor. et epist. 12. v. 29. hæc viridi concordia cœpta juvent. Venit ad albentes illabefacta comas.

ILLĀBOR, *et* Inlabor, eris, apsus sum, dep. 3. *to glide, slide, or fall into*, εἰσπίπτω, καταῤῥέω, incido, influo. *Plin.* l. 5. c. 29. Ad decimum a Mileto stadium lenis illabitur mari. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 54. In stomachum primo illabuntur ea, quæ accepta sunt ore. *Horat.* l. 3. od. 3. v. 7.

Si fractus illabatur orbis. *should fall on him.* *Stat.* 1. *Achill.* v. 138. tepet illabentibus astris Pontus. ¶ Translate *Cic.* 1. *Fin.* c. 11. Si ea sola voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam, et ad eos cum suavitate afflueret et illaberetur. *insinuate itself.* et lib. 2. *de Legib.* c. 15. *ad fin.* Sensim pernicies illapsa civium animos. *having slidden into or entered.* *Virg.* 3. *Æn.* v. 89. Da, pater, augurium, atque animis illabere nostris. *descend upon, enter, inspire.*

ILLABORĀTUS, *et* Inlaboratus, a, um, *not laboured, done without labour*, ἀκατέργαστος, incultus, sine labore confectus, inelaboratus. *Senec.* ep. 90. *ad fin.* Terra ipsa fertilior erat illaborata, et in usus populorum non diripientium larga. *Quintil.* l. 10. c. 1. *ad fin. de Cicerone.* Cum interim hæc omnia, quæ vix singula quisquam intentissima cura consequi potest, fluunt illaborata. et lib. 12. c. 2. Virtus obvia et illaborata. *acquired without labour.* et *in fin.* cap. 10. Fructus illaborati offerunt se.

ILLABŌRO, *et* Inlaboro, as, avi, atum, a, 1. in re laboro, ut præposit. *in* ἐπιτατικὴ sit, non privativa, ἐπεργάζομαι. *Tacit. de Germ. in fi.* Venari beatius arbitrantur, quam ingemere agris, illaborare domibus. *to labour in building houses, work laboriously in houses.*

ILLAC, *that way*, ἐκεῖ, ἐκεῖσε, adverb. motus per locum. *Plaut. Rud.* 1. 3. 30. Hac, an illac eam, incerta consilii sum. *Terent. Eun.* 1. 2. 25. Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo. *on this side and that.* *Cic. Attic.* l. 7. ep. 3. *circa med.* Omnes damnatos, omnes ignominia affectos illac facere. *h. e.* illi parti favere. Est qui legit *illuc.* ¶ Est etiam *illac* pro *illa* recto, vel sexto casu pronominis. *Plaut. Amph.* 1. 1. 275. Nisi latuit intus illic in illac hirnea. *Id. Merc.* a. 2. v. 23. Ut occœpi dicere de illac pugna.

ILLACERABĬLIS, *et* Inlacerabilis, le, adject. *that is not or cannot be torn*, qui lacerari non potest, vel non laceratus. *Sil.* l. 5. v. 137. spolium, quod rege superbus Boiorum cæso capiti illacerabile victor Aptarat.

ILLACESSĪTUS, *et* Inlacessitus, adject. non lacessitus, *not attacked, unprovoked.* *Tacit. in Agric.* cap. 20. Ut nulla Britanniæ nova pars illacessita transierit. *Id. de Germ.* 3. 36. Marcentem diu pacem illacessiti nutrierunt.

ILLACRIMABĬLIS, *et* Inlacrimabilis, le, *that cannot be moved to pity, merciless, inexorable*, ἄδακρυς, inexorabilis, qui tam durus est, ut ad lacrimas, aut ad misericordiam commoveri non possit. *Horat.* l. 2. od. 14. v. 5. Non si tricenis, quotquot eunt dies, Amice, places illacrimabilem Plutona tauris. ¶ Item lacrimis non decoratus, *unlamented.* *Id.* l. 4. od. 9. v. 26. sed omnes illacrimabiles Urgentur, ignotique longa Nocte, carent quia vate sacro.

ILLACRĪMO, *et* Inlacrimo, as, *et* Illacrimor, aris, dep. 1. *to weep, shed tears, lament, bewail*, ἐπιδακρύω, idem quod lacrimo, fleo. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 103. si paulum potes illacrimare, est Gaudia prudentem vultum celare. *Cels.* l. 2. c. 6. Oculi lumen refugiunt, et illacrimant. *Liv.* l. 25. c. 24. *a med.* Illacrimasse dicitur partim gaudio, partim vetusta gloria urbis. ¶ *Illacrimare alicui rei* est propter rem quampiam lacrimas fundere. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 33. Quid dicam de Socrate! cujus morti illacrimari soleo. Platonem legens. *to weep over.* *Liv.* l. 40. c. 56. Qui meo infelici errori unus illacrimasti. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 8. v. 6. illacrimare malis. *Sueton. in Vespas.* cap. 15. etiam justis suppliciis. ¶ Cum accusat. *Justin.* l. 11. c. 12. Ejusque mortem illacrimatum Alexandrum. ¶ Translate *Virg.* 1. *Georg.* v. 480. Et mœstum illacrimat templis ebur, æraque sudant. *weeps, sends forth a moisture.* *Colum.* l. 10. v. 25. Aut fons illacrimet putei non sede profunda. *h. e.* modicas fundat aquas.

ILLACTĔNUS, adverb. *so far.* *Gell.* l. 16. c. 19. Precum ejus commiseratum illactenus, ut ei necem afferre temperarent. Alii leg. *illatenus:* quod habet etiam *Apul. in Apolog.* Ipsas mulieris litteras illatenus, qua dixi, legendas præbebat.

ILLÆC, illa hæc. *Terent. Adelph.* 3. 5. 63. Nimia illæc licentia profecto evadet in aliquod magnum malum. *Plaut. Amph.* 1. 1. 260. Egomet mihi non credo, cum illæc autumare illum audio. *Id. Merc.* 2. 1. 16. Ut una illæc capra uxoris simiæ dotem ambadederit. Adde *Cistell.* 2. 2. 2. et alibi.

ILLÆSIBĬLIS, le, adject. qui lædi non potest. *Lactant. de Ira Dei*, c. 17. *a med.* Ira in Deo esse non potest, quia illæsibilis est. Adde *Tertull. advers. Valentinian.* c. 27.

ILLÆSUS, *et* Inlæsus, a, um, *unhurt, sound, uncorrupted, unimpaired, unharmed*, ἀβλαβής, non læsus: ab *in*, *et læsus.* *Plin.* l. 15. c. 30. Gallinam conspicui candoris edenti aquila ex alto abjecit in gremium illæsam. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 168. illæso corpore pressit aquas. *Senec.* ep. 9. *ad fin.* Qui per ferrum, et ruinas, et ignes illæsus et indemnis evasit. *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 99. brumaque illæsa cupressus. Al. leg. *brumæque.* Adde *Plin.* l. 23. c. 1. *sub in.* ¶ Idem ac læsus, *hurt.* *Lactant.* l. 4. c. 26. *ante med.* Quæ illæsis affectisque corporibus adhibebat, ea spirituum figuram gerebant. Al. leg. *læsis*, alii *in læsis.*

ILLÆTABĬLIS, *et* Inlætabilis, le, *joyless, sorrowful*, ἀχαρις, non lætus, injucundus, tristis. *Virg.* 3. *Æn.* v. 707. Hinc Drepani me portus, et illætabilis ora Accipit. et lib. 12. v. 619. Confusæ sonus urbis, et illætabile murmur. *Stat.* 5. *Theb.* v. 633. onus illætabile. *h. e.* infans mortuus. et lib. 3. v. 706. grave et illætabile munus. *Senec. in Troadib.* v. 861. Hymen funestus illætabilis.

ILLÆVIGĀTUS, *et* Inlævigatus, a, um, adject. *uncouth, harsh, rough*, non lævigatus, ut Illævigatus sonus, *h. e.* asper. *Diomed.* l. 3. pag. 499. *Putsch.* Fragosi versus sunt, qui illævigato sono et incondito variantur.

ILLANC pro *illam*, sequente vocali, sæpe dixit *Plautus*, ut *Cas.* a. 1. v. 45. *Cistell.* 1. 2. 4. *Mostell.* 5. 2. 36. &c.

ILLAPSUS, *et* Inlapsus, us, m. *a gliding or running in*, actus illabendi, influxus, εἴσροος. *Colum.* l. 2. c. 2. *ante med.* Ne præcludatur humoris illapsu, atque exitu.

ILLAPSUS, *et* Inlapsus, a, um, particip. V. *Illabor.*

ILLAQUEĀTUS, *et* Inlaqueatus, a, um, adject. *entangled, ensnared.* *Cic. de Harusp. resp.* c. 4. Illaqueatus jam omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium. ¶ Habet etiam contrariam significationem, *h. e.* laqueis solutus. *Festus:* Inlaqueatum alii pro vincto utuntur, alii pro soluto.

ILLAQUĔO, *et* Inlaqueo, as, a. 1. *to ensnare, entrap, entangle, illaqueate*, παγιδεύω, laqueo constringo. Metaphorice *Horat.* l. 3. od. 16. v. 15. munera navium Sævos illaqueant duces. Proprie *Prudent. cathemer.* 3. v. 41. Callidus illaqueat volucres Aut pedicis dolus, aut maculis.

ILLARGĬO. V. *Inlargio.*

ILLATABĬLIS, le, *without breadth*, latitudine carens. *Gell.* l. 1. c. 20. *extr.* Euclides γραμμὴ, inquit, est μῆκος ἀπλατές. quod exprimere uno Latino verbo non queas, nisi audeas dicere, illatabile.

ILLATĔNUS. V. *Illactenus.*

ILLATĔBRA, *et* Inlatebra, æ, f. locus, ubi latere nihil potest. *Plaut.* apud *Macrob. Saturn.* l. 2. c. 12. Cujus ego latus illatebras reddam meis dentibus et manibus. *h. e.* discerpam, et comedam. Al. leg. *in latebras.* De acipensere loquitur.

ILLATĔBRO, *et* Inlatebro, as, a. 1. *to hide within, hide in corners*, ἐναποκρύπτω, in latebris abscondo, intus abscondo. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 17. c. 2. et *Non.* cap. 2. n. 466. Arma plerique abjiciunt, atque inermes illatebrant se sese. Ubi *Gell. illatebrant* verbum poeticum visum est, sed non absurdum neque asperum.

ILLATĬO, *et* Inlatio, onis, f. *a carrying in*, εἰσφορὰ, actus inferendi, invectio. *Ulpian. Dig.* lib. 11. tit. 7. leg. 2. et 4. Illatio mortui, sepulturæ causa. *Paul.* lib. 5. *sentent.* tit. 4. Injuriam patimur in corpus, verberibus, et illatione stupri. ¶ Item tributorum solutio. *Cassiod.* l. 2. ep. 16. Sensimus auctas illationes: vos addita tributa nescitis. ¶ Item apud Philosophos conclusio argumenti. *an inference, illation, conclusion drawn from premises.* *Apul.* l. 3. *de Dogm. Plat.* seu *de syllog. categor.* Dico illationem, vel illativum rogamentum, quod acceptionibus colligitur, et infertur. Adde *ibid.* sæpe.

ILLATĪVUS, *et* Inlativus, a, um, adject. *relating to illation or conclusion, illative*, inferens, aut concludens, ut Illativum rogamentum. V. in *Illatio.* Illativæ particulæ, ut quamquam, quamvis, etsi, tametsi. *Plin.* apud *Diomed.* l. 1. pag. 410. *Putsch.*

ILLĀTRO, *vel* Inlatro, as, n. 1. *to bark within, bark at*, latro, vel intus latro. *Sil.* l. 13. v. 845. Illatrat jejunis faucibus Orcus. *Lucan.* l. 6. v. 729. Manibus illatrat, regnique silentia rumpit.

ILLĀTUS, *et* Inlatus, a, um, adject. ex particip. ab infero, ers, *brought in*, εἰσφερόμενος. *Curt.* l. 8. c. 2. Interiora, nisi lumine illato, obscura sunt. et cap. 1. Parmenionis cum honore mentio illata. *made.* et lib. 4. c. 12. Temere illati præsidiis hostium. *having entered.* *Justin.* l. 2. c. 8. Illatum Atheniensibus bellum. *made against.* *Cic.* apud *Colum.* l. 12. c. 1. Res illatas custodire. *carried within.* *Plin.* l. 13. c. 21. Arbor in domum illata. *Id.* l. 14. c. 14. Chium vinum domum suam illatum dicebat tum primum. et l. 7. c. 4. A quatuor filiis illatus rogo. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 39. Alius alia causa illata. *some pleading one excuse, and some another.* et cap. 50. Multis et illatis et acceptis vulneribus. et lib. 6. c. 14. Illatas injurias propulsare. *Paul. Dig.* lib. 40. tit. 4. leg. 53. Illata pecunia. *h. e.* soluta. *money counted out, payed, disbursed.*

ILLAUDABĬLIS, *et* Inlaudabilis, le, *unworthy of praise, contemptible, illaudable*, ἀνεγκωμίαστος, qui laudari non potest, laude indignus. *Stat.* l. 5. *silv.* 5. v. 33. juvat illaudabile carmen Fundere, et incompte miserum laudare dolorem. Adde *Gell.* l. 2. c. 6. V. *Illaudatus.*

ILLAUDANDUS, a, um, non laudandus, illaudabilis. *Cyprian.* vel *Tertull.* carm. 3. *advers. Marcion.* c. 6. plebis facta illaudanda revolvit.

ILLAUDĀTUS, *et* Inlaudatus, a, um, *unpraised, uncommended*, laude carens. *Plin.* l. 9. ep. 26. Gubernator cum placido mari vehitur, admirante nullo, illaudatus, inglorius subit portum. *Stat.* 11. *Theb.* v. 10. memorandaque facta relinquens Gentibus, atque ipsi non illaudata Tonanti. *Sil.* l. 14. v. 630. qui sorte pudenda In morem pecudum effudere cubilibus atris Illaudatam animam. *Claud.* l. 2. *in Rufin.* v. 225. magno certatur amore, Alternamque fidem non illaudata lacessit Seditio. *not unworthy of praise.* Notum est illud *Virg.* 3. *Georg.* v. 4. quis aut Eurysthea durum, aut illaudati nescit Busiridis aras? *unworthy of praise, detestable, execrable.* Ubi *Servius:* Busiridis laudes scripsit Isocrates: unde *illaudati* participium est pro nomine: ut sit illaudabilis, non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruerit, ut est illud in 7. *Æn.* v. 11. *Dives inaccessos ubi Solis filia lucos*, pro *inaccessibiles:* non ad quos nullus accessit, sed ad quos nullus accedere debeat. Hæc *Servius.* Non defuere, qui Virgilium reprehenderent, quasi otiosum epitheton Busiridi, qui immanissimus tyrannus fuit, adjunxerit. Quibus duo respondet *Gell.* l. 2. c. 6. Primum est ejusmodi. Nemo quisquam tam efflictis est moribus, quin faciat, aut dicat nonnunquam aliquid, quod laudari queat. Sed enim qui omni in re laude omni vacat, is illaudatus est, isque omnium pessimus deterrimusque est. Omnis culpæ privatio inculpatum facit: inculpatus autem instar est absolutæ virtutis: illaudatus igitur finis est extremæ malitiæ. Simili ratione *inamabilem undam* Stygis dixit *Id.* l. 6. *Æn.* v. 438, et *inamœna regna* Plutonis *Ovid.* 10. *Metam.* v. 15. Nempe detractione laudis omnem vituperationem, amoris omne odium, amœnitatis omnem horrorem significare voluerunt. ¶ Altero modo *illaudatus* ita defenditur. *Laudare* significat prisca lingua nominare, appellareque. *Illaudatus* itaque, quasi illaudabilis, qui neque mentione, aut memoria ulla dignus, neque unquam nominandus est. Hoc secundum ponit etiam *Nonius* c. 4. n. 276. Ex *Gellio* descripsit more suo *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 7. Sunt etiam, qui ideo *illaudatum* Busirim dici putant, quia cum ab Isocrate laudatus fuerit, ut dictum est, ipsæ illæ laudes effecerint, ut vituperabilior, odioque magis dignus videretur.

ILLAUTUS, *et* Inlautus, a, um, *unwashed*, non lotus, sordidus. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 22. Nam quæ elauta est, nisi perculta est, meo quidem animo quasi illauta est. Al. leg. *illuta*, quod idem est. Porro *illauta*, seu *illuta* hoc loco sordidam, illuvie fœdatam, significat. *Arnob.* l. 1. pag. 26. Qui per altissimos gurgites pedem ferebat illutum. *h. e.* non madefactum.

ILLE, illa, illud, illius, &c. *he, she, that*, ἐκεῖνος, pronomen demonstrativum tertiam personam designans, tam a loquente, quam ab audiente remotam. *Cic.* 3. *Offic.* c. 9. Philosophi quidam, minime mali illi quidem, sed non satis acuti. *Id. de Orat.* l. 3. c. 50. Antipater ille Sidonius. *Id.* 2. *Fam.* ep. 9. Quid quæris? dum illum rideo, pæne sum factus ille. *I am almost become himself.* et lib. 1. *de Orat.* c. 11. Vigebat auditor Panætii illius tui Mnesarchus. *Id. pro Mil.* cap. 34. Ubi sunt equites R. illi, illi inquam, tui? *ay, those so much your own.* et *de clar. Orat.* c. 26. A. C. Persio litterato homine orationem scriptam aiebant, illo, quem significat valde doctum esse Lucilius. *Nep. in Attic.* c. 8. Secutum est illud, occiso Cæsare, cum respubl. penes Brutos videretur esse. ¶ Jungitur et cum aliis pronominibus. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 11. Qui cum illis una ipsum illum Carneadem diligenter audierat. *that same, himself.* *Cels.* l. 1. c. 3. *circa med.* Ille quoque ipse confessus est. *Cic. pro Marcell.* c. 2. Quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina fortuna, &c. *Id. Fam.* 2. ep. 9. Itaque cum primum audivi, ego ille ipse factus sum: scis, quem dicam. *I fancied myself the person.* *Plaut. Men. prol.* v. 26. Imponit alterum in navem pater: illum reliquit alterum apud matrem domi. *Nep. in Regib.* c. 3. Ab illo eodem vita privatus dicitur. *Id. in Milt.* cap. 6. Idem ille populus. ¶ Aliquando absolute ponitur, cum de persona sermo est satis nota ei, quocum loquimur. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 17. *a med.* Illum ab Alexandrea discessisse, nemo nuntiat. *h. e.* Cæsarem. et ep. 18. De illius ab Alexandrea discessu nihil adhuc rumoris. Adde lib. 6. *Fam.* ep. 19. et 20. Eodem modo et *ipse* adhibetur. ¶ Interdum redundat. *Virg.* 11. *Æn.* v. 809. Ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur, Continuo in montes se se avius abdidit altos, Occiso pastore, lupus. *Terent. Adelph.* 3. 2. 8. Quem neque fides, neque jusjurandum, neque illum misericordia repressit. *Tacit. Ann.* 14. c. 55. Quidquid illud et qualecumque tribuisset. ¶ In distributionibus aliquando repetitur. *Martial.* l. 7. epigr. 9. quid ad te, De cute quid faciat ille, vel ille sua. *Terent. Phorm.* 2. 2. 18. In illis fructus est, in illis opera luditur. Primum *illis* est pro *his.* ¶ Sæpius jungitur cum *hic*, ita ut *ille* ad prius et remotius, *hic* ad propius et secundo loco positum referatur. Sæpe tamen etiam res contra se habet. V. *Hic.* ¶ *Hi, illi* pro *alii, alii.* *Plin.* l. 20. c. 23. Nobilius Athamanticum vocant, illi tanquam ab Athamante inventum, hi quoniam laudatissimum in Athamante reperiatur. ¶ In illo *Plauti Mostell.* 2. 1. 51. Ita ille faxit Jupiter: τὸ *ille* δεικτικῶς pronuntiatur, h. e. oculis, aut digito cælum ostendendo. Similis est usus τοῦ *Hic.* V. ¶ *Ille* aliquando redditur Anglice, *this.* *Cic. pro Quint.* c. 22. Unum illud dico, si propter, &c. *I only say this.* *Terent. Eun.* 4. 7. 12. Illuc est sapere! *this is to be wise.* illuc *pro* illud. *Plaut. Trucul.* 2. 3. 16. Nescio quem præstolata est: credo militem: illud est. *Id. Mil.* 3. 2. 7. *Pa.* Quid, sorbet? *Lu.* illud, stertit, volui dicere. *Senec.* dixit: hoc voluit dicere, epist. 19. *a med.* ¶ Aliquando emphasim habet, et ponitur ad ostendendam insignem aliquam personam, aut rem. *Cic. pro leg. Manil.* cap. 9. Ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur. *Nep. in Thrasyb.* c. 4. Pittacus ille, qui, &c. *Vellei.* l. 2. c. 41. Magno illi Alexandro simillimus. ¶ Hac ratione jungitur cum *ego.*

Virg. 1. *Æn.* v. 1. Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena, &c. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 757. ille ego liber, Ille ferox tacui. ¶ Item cum verbis secundæ personæ. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 608. ille igitur tantorum victor, Achille, Vinceris a timido Graiæ raptore maritæ? *thou who art the conqueror,* &c. *Senec. in Hippol.* v. 923. Ille efferatus, castus, intactus, rudis, Mihi te reservas? *Stat.* l. 2. silv. 4. v. 8. at nunc æterna silentia Lethes Ille canorus habes. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 485. tuque ille ades auguriis promisse, et sorte deorum. ¶ *Ex illo*, ex illo tempore. *thenceforth, from that time. Virg.* 2. *Æn.* v. 169. Ex illo fluere, et retro sublapsa referri Spes Danaum. *Propert.* l. 2. el. 22. *extr.* Ex illo felix nox mihi nulla fuit. Adde *Ovid.* 3. *Metam.* v. 394. Sic *ex illo, quo* apud *eund. Heroid.* epist. 14. v. 85. Scilicet ex illo Junonia permanet ira, Quo bos ex homine est, ex bove facta dea. ¶ In genitivo pro *illius* feminino reperitur etiam *illæ. Lucret.* l. 4. v. 1076. rabies unde illæ hæc germina surgunt. *h. e.* rabiei illius. Alii aliter leg. ¶ Item *illi* pro masculino *illius. Cato* apud *Priscian.* l. 6. pag. 694. *Putsch.* Et quis illi modi esse vult? [† ¶ Item *illæ* pro dat. fem. *illi. Cato R. R.* 154. Illæ rei. *Plaut. Pseud.* 3. 1. 17. *Mil.* 2. 1. 32. *ut recte, quanquam alii aliter, habet editio Parei.* Sic solæ *tertio casu. Id. Mil.* 4. 2. 28. *Ter. Eun.* 5. 7. 3.] ¶ *Illi* pro *illic* V. suo loco. suo item loco *illic, illunc, illanc.*

ILLECĔBRÆ, *et* Inlecebræ, arum, f. *an enticement, allurement, attractive, charm, inducement,* θέλγητρον, id, a quo ad aliquid faciendum illicimur, lenocinium, incitamentum invitamentum: ab *illicio.* Sumitur fere in malam partem, raro in bonam. *Cic. in Somn. Scip.* c. 7. Suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad verum decus. *Id. in fragm.* apud *Augustin.* l. 4. *contra Julian. Pelag.* c. 14. Voluptates corporis vere et graviter a Platone dictæ sunt illecebræ atque escæ malorum. *Id. Catil.* 1. c. 6. Irretire aliquem corruptelarum illecebris. *Id.* 15. *Fam.* ep. 16. Delinitus illecebris voluptatis. *Id. de Senect.* cap. 12. Stupra et adulteria, et omne tale flagitium nullis aliis illecebris excitari, nisi voluptatis. *Id. pro Sext.* c. 66. Duci voluptatibus, et dedere se vitiorum illecebris, et lenociniis cupiditatum. *Horat. de art. Poet.* v. 222. Incolumi gravitate, jocum tentavit, eo quod illecebris erat, et grata novitate morandus Spectator. *Justin.* l. 2. c. 13. *extr.* Illecebras avium vocat cadavera in viis exposita. ¶ In singulari numero. *Cic.* 2. *Catil.* cap. 4. Quæ tanta in ullo homine juventutis illecebra fuit, quanta in illo? *Id. pro Mil.* c. 16. Maxima est illecebra peccandi, impunitatis spes. *Id.* 1. *de Legib.* c. 11. Voluptas est illecebra turpitudinis. *Liv.* l. 10. c. 4. et lib. 2. cap. 51. Pecus in conspectum præsidii Romani propulsum: ad quam illecebram cum commoveretur nemo, &c. *Plaut. Men.* 2. 3. 4. Munditia illecebra animo est amantum. *Gell.* l. 10. c. 12. Fallax illecebra admirationum, qua pleraque capiuntur ingenia. *Id.* l. 12. c. 5. Delectatus illecebra quæstionis. et lib. 18. cap. 6. Ei libro titulus est ingentis cujusdam illecebræ ad legendum scriptus. ¶ Est etiam hoc nomine herba, Græce andrachne agria dicta, similis aizoo minori, pusillis foliis, in petris nascens, et usum habens in cibis. *wild purslain. Plin.* l. 25. c. 13. *a med.* et lib. 26. c. 12. [† V. *Andrachne.*]

ILLECĔBRO, as, a. 1. *to allure, ensnare,* illecebris capio. *Augustin.* serm. 113. *de divers.* Istam processit in lucem, quæ oculos carnis illecebrat.

ILLECEBRŌSE, adverb. *alluringly, attractively, in an alluring manner,* cum illecebris. *Plaut. Mil.* 3. 2. 36. Hui! illecebrose. *h. e.* festive, lepide. Sed locus est valde dubius. *Ammian.* l. 30. c. 5. (*al.* 19.) Hæc ita illecebrosius atque inhumanius agi, loquebatur rumor.

ILLECEBRŌSUS, *et* Inlecebrosus, a, um, *alluring, attractive, enticing,* θελκτήριος, illecebræ plenus. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 55. Istoc illecebrosius fieri nihil potest, nox, mulier, vinum homini adolescentulo. *Prudent.* l. 2. *contra Symmach.* v. 194. Illecebrosus enim sapor est, et pestifer horum. *Ammian.* l. 30. c. 1. (*al.* 4.) Illecebrosis regem insidiis ambiens.

ILLECTAMENTUM, i, n. *an allurement,* illecebra *Apul. in Apolog.* Lenoniis patris illectamentis captus. *et ibid.* Animus magicis illectamentis adornatus.

ILLECTATĬO, onis, f. illectamentum. *Gell.* l. 18. c. 2. Demulcentes animum jucundis sermonum illectationibus.

ILLECTO, as, a. 1. frequentativum ab *illicio. Tertull.* seu *Cyprian.* carm. 2. cap. 3. Promissum Patribus, quos illectaverat ante.

ILLECTUS, *et* Inlectus, a, um, *enticed, allured, decoyed, induced,* δελεασθεὶς, invitatus, incitatus: ab *illicio. Sallust. in Jug.* cap. 51. Illectus ad proditionem. et cap. 102. Illectus præmio. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 37. Tunc primum illecti Insochi, gens ante alias socia Romanis. *Id.* 4. *Hist.* c. 56. *extr.* Vocula Gallorum fraude illectus. ¶ Est etiam non lectus, *unread, not read:* ab *in* privativa, et *lego, is. Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 469. Si non accipiet scriptum, illectumque remittet; Lecturam spera. Est qui legit *intactus,* sed minus recte. Adde *Apul. in Florid.* n. 18. (*al.* lib. 4.) ¶ Item non collectus, *uncollected, ungathered. Paul. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 30. Stipula illecta sunt spicæ in messem dejectæ, necdum lectæ.

ILLECTUS, us, m. *an enticing, alluring,* δέλεαρ, blanditiæ, illectamentum. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 21. Magis illectum tuum, quam lectum metuo.

ILLEGĬTĬMUS, a, um, adject. *illegal, illegitimate,* legi repugnans, nullum jus habens. Affertur exemplum ex *Valer. Max.* l. 2. c. 1. n. 3. his verbis: Multorum matrimoniorum experientiam quasi illegitimæ cujusdam intemperantiæ signum esse credentes. Sed al. leg. *legitimæ,* et opinor, rectius.

ILLENTESCO, *et* Inlentesco, is, n. 3. idem quod lentesco. *Colum. sub fin.* c. 11. l. 2. Paulum aqua maceratur, dum illentescat. Al. leg. *lentescat.*

ILLEPĬDE, *et* Inlepide, *unhandsomely, rudely, without grace,* ἀχαρίτως, sine lepore, inficete, invenuste. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 50. Qui istoc pacto tam lepidam illepide appelles. *Plin.* l. 8. c. 51. Animam sui pro sale datam, non illepide existimatur. *Gell.* l. 18. c. 13. Non satis scite, ac pæne etiam illepide exponuntur. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 76. Poema crasse inlepideve compositum.

ILLEPĬDUS, *et* Inlepidus, a, um, *without grace, wit, or humour, inelegant, unpleasant, unhandsome, disagreeable,* ἄχαρις, ἀναφρόδιτος, sine lepore, invenustus, inelegans, inconcinnus. *Catull.* carm. 6. *ad Flav.* Deliciæ illepidæ atque inelegantes. et carm. 36. *in annal. Volus.* v. 16. Votum non illepidum, neque invenustum. *Gell.* l. 11. c. 7. Verba duræ et illepidæ novitatis. ¶ Transfertur ad mores ingratos, difficiles, tristes, inurbanos, agrestes. *Accius* apud *Cicer.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 29. Parentem habere avarum, illepidum, in liberos difficilem. *Plaut. Bacch.* 4. 3. 3. Impos animi, inamabilis, illepidus vivo. *Gell.* l. 18. c. 3. *sub fin.* Stolidos vocari non tam stultos et excordes, quam tetros, et molestos, et illepidos, quos Græci μοχθηροὺς, καὶ φορτικοὺς dicunt.

ILLEX, *et* Inlex, illēgis, *that liveth without law; an outlaw,* ἄνομος, exlex, qui sine lege vivit, qui legi non paret: ab *in* privativa, et *lex. Plaut. Pers.* 3. 3. 4. Impure, inhoneste, injure, illex, labes populi. *Cæcil.* apud *Non.* c. 1. n. 33. Quid narras, barbare, cum indomitis moribus illiterate? illex es. ¶ *Nonius* c. 5. n. 101. ponit *illix, icis,* ab *illicio* deductum, sed sine auctore.

ILLEX, *et* Inlex, icis, m. *a decoy-bird; a decoy for birds, bird-call,* παλεύτρια, avis in aucupiis, quæ ceteras illicit. Ea solet esse accipiter. *Plaut. Asin.* 1. 3. 67. Ædis nobis area est, auceps sum ego, esca est meretrix, lectus illex est, amatores aves. *Non.* c. 5. n. 101. legit *illix,* ut distinguatur ab *illex,* quod a *lege:* sed hoc nihil est. ¶ Præterea teste *Festo,* Inlices sunt canales, in quos aqua confluit in viis lapide stratis. ¶ Translate accipitur pro illicio, incitamento, illecebra, ut Illex animi Venus, apud *Apul. in Apolog. an enticement, allurement.* Sic *Plaut. Pœn.* 3. 4. *in fi.* Ne nos leno noverit, qui illi malæ rei tantæ fuimus illices. *h. e.* qui eum in fraudem malam illeximus. ¶ Interdum adjective sumitur, ut idem sit ac illiciendi vim habens, *attractive, alluring,* ut Oculi illices apud *Apul. loc. cit.* Sic *Prudent.* l. 2. *contra Symmach.* v. 6. Quo mage sancta ducum corda inlice flecteret arte. Adde *in Psychom.* v. 328.

ILLI, adverb. *there, in that place,* ἐκεῖ, ibi, vel illic. Multa afferuntur exempla ex *Terentio,* plurima ex *Plauto,* unum etiam ex *Virgilio;* in quibus omnibus alii Codices habent *illi,* alii *illic. Donatus* tamen in *Terentii Adelph.* 1. 2. 36. et *in Virg.* 2. *Æn.* vers. 548. *illi* defendit.

ILLIBABĬLIS, e, adject. qui libari, seu minui non potest. *Lactant.* l. 2. c. 7. Illibabilis est tanquam lux.

ILLIBĀTUS, *et* Inlibatus, a, um, *untouched, untasted, entire,* ἄθικτος, ἄψαυστος, non libatus, non deminutus, intactus, integer. *Cic. pro Sext.* c. 43. Ut eorum veteres illibatasque divitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat. *Ulpian. Dig.* lib. 10. tit. 2. leg. 20. Ut quadrantem illibatum habeat. *Colum.* lib. 12. c. 1. Villica debet esse integræ valetudinis. nam illibatum robur et vigiliis, et aliis sufficiet laboribus. *Id.* l. 3. c. 10. Stirpes ex proximo terræ integro atque illibato succo aluntur. *Liv.* l. 3. c. 61. Illibatum imperium. *Vellei.* l. 2. c. 48. *de Pompeio.* Et quam apud superos habuerat magnitudinem, illibatam detulisset ad inferos. *h. e.* gloriam, felicitatem, culmen honorum. ¶ *Illibati versus* apud *Diomed.* l. 3. sunt, qui non aucta, vel minuta, aut amputata syllaba, vel littera vitiantur, sed integra et plenissima dictione formantur, ut (*Virg. Georg.* 1. v. 45.) Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro. ¶ Est etiam inviolatus, incorruptus, *undefiled, pure, spotless, uncontaminated. Lucan.* l. 2. v. 341. fœdera prisci Illibata tori. *Valer. Max.* l. 6. c. 1. n. 4. Illibata virginitas. *Justin.* l. 28. c. 4. Illibata libertas. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 46. Illibatam gloriam servare.

ILLIBERĀLIS, *et* Inliberalis, le, *illiberal, not noble or generous, sordid, base, mean,* ἀνελεύθερος, ignobilis, sordidus, qui contra agit, ac liberum hominem decet, homine libero indignus. *Terent. Adelph.* 3. 5. 3. Ex illa familia tam illiberale facinus esse ortum. *dishonourable. Cic.* 1. *Offic.* c. 29. Duplex omnino est jocandi genus, unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum; alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. *low, mean. Plin.* l. 19. c. 5. Raphano vis mira laxandi ructum: ob id cibus illiberalis. *Terent. Adelph.* 5. 5. 5. Servum haud illiberalem præbeste. *Cic.* 1. *Offic.* c. 42. Illiberales ac sordidi quæstus mercenariorum. *a mean trade, occupation unworthy of a free man. Id.* 1. *de Orat.* c. 32. Res ad cognoscendum non illiberalis. *Id.* 1. *de Fin.* c. 1. *extr.* illiberalis labor. *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) Si cui tam est mens illiberalis, ut objurgatione non corrigatur, is etiam ad plagas durabitur. ¶ *Illiberalem esse in aliquem* est durum esse, nec precibus flecti. *Cic. Fam.* 13. ep. 1. *sub fin.* Si audierit, me a te non impetrasse, non te in me illiberalem, sed me in se negligentem putabit. *discourteous, uncourteous.*

ILLIBERALĬTAS, atis, f. *want of generosity, niggardliness, illiberality,* ἀνελευθερία, vitium hominis illiberalis: et præsertim tenacitas nimiusque amor rei familiaris, qui libero homine est maxime indignus. *Cic.* 2. *Offic.* c. 18. *ad fin.* Habenda est ratio rei familiaris, sed ita ut illiberalitatis avaritiæque absit suspicio. Adde lib. 8. *ad Attic.* ep. 6. *extr.*

ILLIBERALĬTER, *ungenerously, meanly, basely,* ἀνελευθέρως, minime liberaliter, aliter ac hominem liberum decet. *Terent. Phorm.* 2. 3. 24. Vestram familiam is aspernatur nunc tam illiberaliter. *Id. Adelph.* 4. 5. 29. Factum a vobis duriter, immisericorditerque: atque etiam si est, pater, dicendum magis aperte, illiberaliter. *h. e.* male, inhoneste, ut et *Donat.* exponit. ¶ Item sordide, tenaciter, parce, *niggardly, sordidly. Cic. Attic.* l. 6. ep. 3. Nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter. *scil.* factum esse. et l. 4. ep. 2. *a med.* Superficiem ædium consules æstimaverunt H-S vicies: cetera valde illiberaliter.

ILLIBĔRIS, *et* Inliberis, re, *childless, without issue,* ἄπαις, qui est sine liberis. *Tertull.* lib. 4. *advers. Marcion.* cap. 34. Si frater illiberis decesserit.

ILLIC, *there, in that place,* ἐκεῖ, adverb. status in loco, in illo loco. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 102. Cives R. qui illic negotiarentur. *Terent. Hec.* 2. 1. 20. Multo melius hic, quæ fiunt, quam illic, ubi sum assidue, scio. ¶ Item in ea re. *Id. Andr.* 4. 1. 13. Hic, ubi opus est, non verentur: illic, ubi nihil opus est, ibi verentur. *in a matter, where there is no need,* &c. ¶ Item illo tempore, tunc. *then. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 43. Illic vero occursat ocius gladio, cominusque rem gerit Varenus. ¶ *Illic* pro *ille* pluribus locis usurpant Comici, *Terent. Andr.* 3. 5. 1. et 4. 4. 3. &c. et *Plaut. Amph.* 1. 1. 107. 167. 171. *Asin.* 2. 2. 6. et alibi sæpissime. Est autem dictum per apocopen pro *illicce,* quo Veteres sunt usi, teste *Priscian.* l. 12. pag. 498. *Putsch.* Hinc *Terent. Heaut.* 4. 5. 3. Illanccine mulierem alere cum illa familia? et *Plaut. Pseud.* 4. 1. 54. Illiccine est? *Pseud.* illic est.

ILLICCĬNE. V. in fi. vocis præced.

ILLICENTIŌSUS, *et* Inlicentiosus, a, um, adject. illicitus, *licentious. Apul.* lib. 2. *Metam.* Per convivium illicentiosus cachinnus effunditur. [Corruptus certe locus, ubi tamen cum *Salmasio* et *Oudendorpio* legendum est: Inter hæc convivium totum in licentiosos cachinnos effunditur. Hinc nulla est in Latio vox *illicentiosus.*]

ILLĬCET. V. *Ilicet.*

ILLICIBĬLIS, *et* Inlicibilis, le, *attractive, enticing, alluring,* qui illicit, illecebrosus. *Lactant.* l. 7. c. *ult.* Omittendæ sunt hujus præsentis vitæ illicibiles voluptates, quæ animas hominum perniciosissima suavitate deliniunt.

ILLICĬO, *et* Inlicio, is, illexi, ectum, *to draw in, allure, entice, decoy, trepan, inveigle, attract, invite, induce,* θέλγω, δελεάζω, ἐπάγω, attraho, invito, allicio, pellicio, ex *in,* et *lacio. Cic. de Amic.* c. 14. Nihil est quod ad se rem ullam tam illiciat, et tam attrahat, quam ad amicitiam similitudo. *Al. leg.* alliciat. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 27. Qui non sat habuit conjugem illexe in stuprum. *syncope pro* illexisse. *Plaut.* quoque *Merc.* 1. 1. 53. Amorem multos illexe in dispendium. *Id. Aulul.* 4. 10. 7. Deus mihi impulsor fuit: is me ad illam illexit. *Id. Trucul.* 2. 2. 43. et *Mil.* 5. 4. 2. et *Terent. Andr.* 5. 4. 8. Illicere quempiam in malam fraudem. *Sallust. in Catil.* cap. 59. Quos ad bellum spes rapinarum illexerat. *Plin.* l. 28. c. 8. Vim, qua illicit ad se homines mente alienatos. *Vellei.* lib. 2. cap. 13. Inescare et illicere multitudinem. *Varr. sub fin.* l. 5. *L. L.* Cum circum muros itur, ut populus illiciatur ad magistratus conspectum. *h. e.* vocetur, citetur. V. *Illicium. Lucret.* l. 4. v. 1138. cavereque ne illiciaris. *that you are not ensnared.* et lib. 5. v. 170. illicere aliquem, ut cupiat, &c. *to cause him to desire to,* &c. ¶ Pro illaqueare, irretire. *Næv.* apud Non. c. 1. n. 18. Saltus illicere. *h. e.* laqueis instruere, unde aves capiantur. [¶ Particip. *illiciendus* apud *Vellei.* l. 2. c. 13. Inescandæ, illiciendæque multitudinis causa.]

ILLICĪTE, *et* Inlicite, adverb. *alluringly,* illiciendo, invitando, vocando: ab *illicio.* Ita intelligi debere videtur in illo *Varron. sub fin.* l. 5. *de L. L. seu* c. 9. *extr.* Illicite illexit. ¶ Item *in an unlawful manner, unlawfully, illegally,* ἀθεμίστως, non licite, contra jus fasque. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 11. *circa med.* Si quis illicite ædificasset. id est hoc, quod dirui constitutiones jubent. *Papinian.* lib. 48. tit. 5. leg. 38. Illicite matrimonium contrahere. *Macer* lib. 49. tit. 16. leg. 9. Fisco vindicatur prædium illicite comparatum. Adde *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 34.

ILLICITĀTOR, *et* Inlicitator, oris, m. emptor. *Festus.*

ILLICĪTUS, *et* Inlicitus, a, um, *unlawful, illegal, il-*

licit, ἀθέμιστος, qui per leges non licet, non permissus, vetitus. *Cic. pro Cluent.* c. 47. Multitudinem illicitum est contra dicere. Al. aliter leg. *Tacit. Ann.* 12. c. 5. Illicitus amor. et lib. 13. c. 51. Illicitæ exactiones. et lib. 15. c. 37. Per licita atque illicita fœdatus. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 627. illicitas temerare rudentibus undas. *h. e.* per quas ire non licuit. et vers. 197. illicitas tentare vias. *Stat.* 1. *Theb.* v. 223. Ire per illicitum pelago, germane, dedisti. *Augustin.* ep. 202. *a med.* Res illicitissima atque indignissima. ¶ Lampas illicita cæli *Statio* l. 10. *Theb.* v. 470. est fulmen, quo tacta loca tangere non licet. Est enim bidental evitandum, ut ait *Pers.* sat. 2. v. 27.

ILLICĬUM, *et* Inlicium, ii, n. *an enticement, allurement, inducement, charm*, θέλγητρον, illecebra, invitamentum : ab *illicio*. *Varr.* l. 5. *R. R.* c. 16. *a med.* Si transituræ sunt apes, alvearia apiastro perfricanda, quod illicium hoc illis. Adde cap. 7. *circa med.* ¶ Præterea *inlicium* dicitur, inquit *Festus*, cum populus ad concionem elicitur, idest vocatur. Hinc eodem teste, *inlicium vocare* antiqui dicebant, ad concionem vocare. *Varr.* l. 5. *de L. L. sub fin.* cap. 9. Cum hoc inlicium sit, cum circum muros itur, ut populus inliciatur ad magistratus conspectum. *Et paulo supra referens formulam Censorum vocantium ad Censuram.* Omnes Quirites pedites armatos, privatosque voca inlicium huc ad me. *et mox.* Qui exercitum imperaturus erit, accenso dicit hoc : Calpurni, voca inlicium omnes Quirites huc ad me. Accensus dicit sic : Omnes Quirites inlicium visite huc ad judices.

ILLĪCO, [† et *Ilico*, (V. *Extemplo* et *Eloco*,)] *there, in that place, in that very place*, αὐτόθι, in eo loco : ab *in*, et *locus*. *Cass. Hemina* apud *Non.* c. 4. n. 242. His persuadent, ut illico manerent : pars illico manent. *Accius ibid.* Illico habitato. *Nævius ibid.* Septimumdecimum annum illico sedent. Adde *Cæcil. ibid.* Huc pertinet et illud *Terentii Adelph.* 2. 1. 2. Otiose nunc jam illico hic consiste. Ubi *Donatus* : modo locum, non tempus significat. et *Phorm.* 1. 4. 18. Sta illico. *stand still there.* ¶ Item *thither*, in illum locum, illuc. *Turpil.* apud *Non. loc. cit.* Sed quam longe est, cum isti illico ? ¶ Sæpius adhibetur pro statim, mox. *straightway, instantly, immediately, presently*, αὐτίκα : quasi in eo loco, ubi res agitata est, statim fiat. *Cic. pro Mur.* c. 10. Simul atque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostræ conticescunt. *Id. de Fato*, c. 12. Nec, si omne enuntiatum aut verum, aut falsum est, sequitur illico, esse causas immutabiles. *Id. pro Quint.* c. 15. Ad vadimonium non venerat, &c. illico ne ad prætorem ire convenit? continuo ne verum fuit postulare, ut, &c. ? ¶ Sequente *ubi*. Plaut. *Stich.* 4. 1. 51. Qui illico, ubi ille poscit, denegavit se dare granum tritici. *Id. Cas.* 4. 4. 6. Malo maximo suo hercle illico, ubi tantulum peccassit.

ILLĪDO, *et* Inlido, is, isi, isum, a. 3. *to dash or beat against, strike upon*, προσβάλλω, ἐναράσσω, in aliquid impello, impingo, injicio, frangendi causa : ab *in*, et *lædo*. *Virg.* 1. *Æn.* v. 115. naves in brevia et Syrtes urget, illiditque vadis. *dashes, or causes to strike, against.* et lib. 5. v. 480. cæstus effracto illisit in ossa cerebro. *Sueton. in Aug.* c. 23. Illidere caput foribus. *to strike, or run, his head against.* *Cic. vertens carmen Æschyli* 3. *Tuscul.* c. 31. *extr.* Non ad gravescens vulnus illidat manus. *strikes his hand against.* *Quintil.* l. 10. c. 3. *ad fin.* In litus se maximo cum sono fluctus illidit. *Phædr.* l. 2. fab. 6. v. 11. scopulum super Altis ab astris duram illidere corticem. *to make to fall upon.* *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 77. fragili quærens illidere dentem, Offendet solido. *to strike the teeth, fix the teeth into something brittle.* *Lucret.* l. 4. v. 1073. dentes illidunt sæpe labellis. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 52. et quos Rex suus illisit pelago, vetuitque reverti. *hath compelled to navigate the sea.* coegit navigare. *Stat.* 11. *Theb.* v. 517. avidos illidit in ægrum Cornipedem cursus. *dashes upon.* dirigit cursum in equum urgendi et prosternendi causa. ¶ Passive est *to be struck.* *Valer. Flacc.* l. 7. v. 585. clypeoque illiditur ignis. *Claudian.* l. 1. *de rap. Pros.* v. 255. credas illidi cautibus algam. *Val. Max.* l. 1. c. 1. n. 1. *extern.* Vi tempestatis tota cum classe vicinis litoribus illisus est. *was dashed on the neighbouring shores.*

ILLIGATĬO, onis, f. *a tying, binding*, ἔνδεσμος, actus illigandi. *Arnob.* l. 5. pag. 156. Manus, quæ contingi laqueis, et nodorum possent illigationibus coerceri. *Martian. Capell.* l. 2. pag. 45. Circulorum alterna illigatione texturas.

ILLĬGĀTUS, *et* Inligatus, a, um, *tied, bound, fastened*, σύνδετος, vinctus, colligatus. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 44. Litteræ in jaculo illigatæ. *Liv.* l. 5. c. 27. Manibus post tergum illigatis. *Horat.* epod. 1. v. 25. Non ut juvencis illigata pluribus Aratra nitantur mea. *Paul. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 33. Cymbia argentea crustis aureis illigata. *inchased.* *Jabolen.* lib. 33. tit. 7. leg. 27. Dolia ita illigata ædibus, ut ibi perpetuo posita sint. ¶ Item implicatus, impeditus, irretitus, *entangled, engaged.* *Virg.* 10. *Æn.* v. 794. Ille pedem referens et inutilis, inque ligatus Cedebat, clypeoque inimicum hastile gerebat. *tmesis.* *Petron. in Satyr.* c. 109. Volucres viscatis illigatæ viminibus deferebantur ad manus. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 21. Illigatus præda. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Orat.* c. 14. *ad fin.* Augustis et consisis disputationibus illigati. *h. e.* involuti, obscurique. *involved.* *Horat.* l. 1. od. 27. *extr.* Vix illigatum te triformi Pegasus expediet Chimæra. *h. e.* irretitum. *Liv.* l. 32. c. 22. *sub fin.* Familiari amicitia illigati Philippo erant. *h. e.* juncti.

ILLĬGO, *et* Inligo, as, avi, atum, a. 1. *to bind, tie*, ἐνδέω, vincio, ligo. *Liv.* l. 1. c. 28. *sub. fin.* In currus distentum illigat Metium. *Plin.* l. 33. c. 7. *extr.* Faciem laxis vesicis illigant. *Cic.* 6. *Verr.* cap. 24. *sub fi.* Emblemata ita scite in aureis poculis illigabat, ita apte in scyphis includebat, ut ea ad illam rem nata esse diceres. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 44. Illigare sententiam verbis. *Liv. in fin.* cap. 12. l. 33. Non iis conditionibus illigabitur pax, ut movere bellum possit. *Cic. in Orat.* c. 64. Pæon quam commodissime putatur in solutam orationem illigari. *h. e.* innecti, includi. et cap. 27. *ad fin.* Orationis genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. ¶ Pro involvere, implicare, irretire. *to entangle, engage.* *Liv.* l. 33. c. 21. Neque velle illigari Romano bello. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 40. Metu, ne impeditis locis seque et equestres copias illigaret. et lib. 6. c. 32. Ut specie amicitiæ vocatum ad epulas lento veneno illigaret. (*ea ratione, quo dicimus* implicare morbo.) et lib. 15. c. 51. Primores classiariorum labefacere, et conscientia illigare connixa est. *h. e.* obligare ad conjurationem ineundam, cum rei gnaros consciosque fecisset. [¶ Particip. *illigans*, *illigaturus* apud *Liv.* l. 36. c. 11. Cum fatigasset patrem, invitum se gravioris fortunæ conditioni illigantem. *Horat. epod. carm.* 3. v. 11. Ignota tauris illigaturum juga.]

ILLIM, pro illic, aut illinc habent *Lucret.* l. 5. v. 573. et *Pompon.* apud *Non.* c. 1. n. 66. Tribuitur etiam *Plauto Pœn.* 5. 2. 27. *Mil.* 4. 6. 64. et *Merc.* 3. 1. 13. item *Cicer. ad Attic.* l. 9. ep. 14. Ubique tamen dubia est lectio : quæ quamvis certa esset, non tamen inde fieret, non obsoletam hanc vocem esse. ¶ Idem esto judicium de *illim* pro *illinc*, quod *Ciceroni* multis in locis tribuunt *Pareus in Lex. Crit.* et alii.

[* ILLIMĀTUS, a, um, *plastered*, limo inductus. *Colum.* l. 9. c. 7. Convenit alvearia luto Punico frondibus illimatis adumbrari. Ita legit *Schneiderus*, quia sic in libris scriptis invenit, antea in editionibus legebatur *illinitis.* Ille autem multis probat *illimatis* retinendum, quem V.]

ILLIMINĀTUS, a, um, quasi in ipso limine positus, insitus, innatus. *Cic. in Bruto*, c. 58. *extr.* O generosam stirpem, et tanquam in unam arborem plura genera, sic in istam domum multorum insitam, atque illiminatam sapientiam ! Plerique al. leg. *illuminatam.*

ILLĪMIS, *et* Inlimis, e, *without mud or slime, clear*, ἄθολος, sine limo. *Ovid. Metam.* 3. v. 407. Frons erat illimis, nitidis argenteus undis.

ILLINC, *from that place, from thence, thence*, ἐκεῖθεν, ex eo loco. *Cic. de Harusp. resp.* c. 20. Post, exercitu sollicitato, fugit illinc. *Terent. Eun.* 4. 1. *in fi.* Ubi primum poterit, se illinc subducet. *Id. Adelph.* 4. 7. 13. Illinc huc transfertur virgo. ¶ Item ab ea parte, re, vel persona. *Cic. Attic.* 9. ep. 7. *circa med.* Cum eadem metuam ab hac parte, si illinc beneficium non sit. *Id.* 2. *Phil.* cap. 31. Omnem se amorem abjecisse illinc, atque in hanc transfudisse. *Terent. Adelph.* 4. 5. 38. An sedere oportuit domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc illinc veniret? Ubi *Donatus* : hinc illinc. proverbialiter. Al. leg. *huc illinc.*

ILLINIMENTUM, i, n. idem ac illitus, us. *Cœl. Aurel. Tard.* l. 3. c. 8. *a med.* Illinimenta medicamentorum.

ILLĬNIO, *et* Inlinio, is, ivi, a. 4. *to anoint, besmear*, idem quod illino, ἐπιχρίω. *Colum.* l. 12. c. 44. *a med.* Creta figulari recentia mala crasse illinire. *Plin.* l. 30. c. 8. Murino fimo contra calculos illinire ventrem prodest. *Id.* l. 20. c. 17. *a med.* Phreneticis illinivit anisum recens. *Id.* l. 32. c. 10. *ad fin.* Donec illiniri possit. Adde *Cels. init.* cap. 22. lib. 5. [*Celsus* in cap. cit. bis utitur verbo *illino*, non *illinio.*]

ILLINĪTUS, a, um, adject. inunctus, alicui rei inductus. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 33. Solani folia illinita linteolo superinjicienda. *Plin.* l. 25. c. 12. Psyllion illinitum fronti. Al. leg. *illitum.* [quemadmodum et in *Celsi* loco cit. alii leg. *illita*, quos inter *Leonard. Targa.*]

ILLĪNO, *et* Inlino, is, levi, litum, a. 3. *to anoint, bedaub, besmear*, ἐπιχρίω, inungo, liquidi quippiam alicui rei induco. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 30. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere. *to anoint with eye-salve.* *Curt.* l. 8. c. 9. Demptis soleis, odoribus illinuntur pedes. *Ovid. de medic. fac. in fi.* Contereret, teneris illineretque genis. *Justin.* l. 36. c. 3. Mare mortuum materiam nullam sustinet, nisi quæ alumine illinatur. *Plin.* l. 28. c. 14. Ventrem illinere sanguine. *Prudent. Hamartig.* v. 808. laqueos ubi callidus auceps Prætendit, lentoque inlevit vimina visco. ¶ Et universim, inducere. *Senec.* ep. 119. *ad fin.* Si multum auri tecto quoque ejus illinitur. *is laid over.* *Plin.* l. 33. c. 3. *sub fin.* Aurum marmori ovi candido illinere. *Id.* l. 18. c. 30. *extr.* Illinere aliquid gypso. ¶ Translate *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 10. Bruma nives Albanis illinet agris. *shall scatter snow over.* *Id.* l. 1. sat. 4. v. 36. quodcumque semel chartis illeverit. *h. e.* atramento induxerit, conscripserit. *hath written.* ¶ Item intexere. V. *Illitus.* [¶ Particip. *illinendus* apud *Cels.* l. 7. c. 12. sect. 1. Dens illinendus rosæ flore contrito.]

ILLIQUEFACTUS, a, um, adject. idem quod liquefactus, *melted, liquified.* *Cic. Tuscul.* 4. c. 9. Quæ sunt omnes unius generis ad perfundendum animum tanquam illiquefactæ voluptates. Non desunt tamen qui *liquefactæ* legunt.

ILLĬQUOR, *et* Inliquor, eris, dep. 3. idem quod liquor, liquefio, dissolvor. *Symmach.* l. 1. ep. 27. (*al.* 33.) Aiunt, cochleas, cum illis de cælo nihil illiquitur, succo proprio victitare. Al. leg. *liquitur.*

ILLISĬO, *et* Inlisio, onis, f. actus illidendi. *Hieronym.* ep. 18. *ad Marcellam, ante med.* Navis nostra scopulorum illisionibus perturbata est.

ILLĪSUS, *et* Inlisus, a, um, *dashed or struck against*, προσβληθείς, allisus, in aliquid impactus frangendi causa. *Virg.* 3. *Georg.* v. 261. scopulis illisa reclamant æquora. *Stat.* 5. *Theb.* v. 592. mulier terra illisa nocenti. *Virg.* 5. *Æn.* v. 205. acuto in murice remi Obnixi crepuere, illisaque prora pependit. et lib. 9. v. 713. Saxea pila penitus vadis illisa recumbit. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 23. Tela arbustis, sine hostium noxa, illisa. *Senec. in Thyest.* v. 1045. pectora illiso sonent Contusa planctu. *Plin.* l. 19. c. 1. *a med.* Linum in filo politur, illisum crebro in silice ex aqua. *beaten.* et lib. 37. c. 10. Calchophonos (*gemma*) illisa æris tinnitum reddit. ¶ Item elisus. *Cic. de Harusp. resp.* c. 25. *extr.* Ita serpens compressa atque illisa morietur. *crushed in pieces.*

ILLĪSUS, *et* Inlisus, us, m. *a dashing against*, illisio. In sexto casu singulari, *Sil.* l. 17. v. 246. illisu scopulus tremit omnis aquarum. *Plin.* l. 2. c. 48. Illisu repercussus ventus.

ILLITTERĀTUS, *et* Inlitteratus, a, um, *unlearned, untutored, illiterate*, ἀγράμματος, ἄμουσος, sine litteris, indoctus. *Senec.* l. 5. *de Benef.* c. 13. Illitteratum (*aliquando*) dicimus, non ex toto rudem, sed ad litteras altiores non perductum. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 6. *ad fin.* Quem cognovimus virum bonum, et non illitteratum. *Id. Fam.* 9. ep. 16. *circa med.* Incidunt in sermone vario multa, quæ fortasse illis cum dixi, nec illitterata, nec insulsa esse videantur. *Plin.* l. 1. ep. 10. *a med.* Scribo plurimas, sed illitteratissimas litteras. *inelegant, void of genius.* *Id.* l. 2. ep. 3. Ἀφιλόκαλον, illitteratum, iners, ac pæne etiam turpe est, non putare tanti cognitionem, qua nulla est jucundior. *and proceeding from ignorance.* ¶ Inlitterata pars est, quæ litteris comprehensa non est. *Festus.* Al. leg. *Inlitterata pax.* Huc pertinet illud *Gell.* l. 11. c. 18. Ejus leges, quoniam videbantur impendio acerbiores, non decreto jussoque, sed tacito illitteratoque Atheniensium consensu oblitteratæ sunt. ¶ *Illitteratus* est etiam, qui litteras nescit, *that can neither read nor write.* *Colum.* l. 1. c. 8. Potest etiam illitteratus, dummodo tenacissimæ sit memoriæ, rem satis commode administrare.

ILLĬTUS, *et* Inlitus, a, um, *anointed, besmeared, smeared, tainted, tinctured*, ἐπιχρισθείς, inunctus. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 52. Color quidam venustatis non fuco illitus, sed sanguine diffusus. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 670. pocula illita ceris. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 314. Cera illita sociis Ulyssis. *Id. Heroid.* ep. 9. v. 163. Illita Nesseo misi tibi texta veneno. *Curt.* l. 4. c. 3. Navis bitumine ac sulphure illita. *Senec. in Herc. Fur.* v. 1029. Stipes cæde monstrorum illitus. *Lucan.* l. 8. v. 382. Illita tela dolis. *poisoned.* *Pers.* sat. 3. v. 53. braccatis illita Medis porticus. *h. e.* illitis coloribus depicta. ¶ Item intextus. *Horat.* l. 4. od. 9. v. 14. Aurum vestibus illitum. *garments embroidered with gold.* *Senec. in Hippol.* v. 783. Purpura atque auro illitæ vestes. ¶ Translate *Liv.* lib. 5. c. 2. Id donum inimicorum veneno illitum fore. *Senec. in med.* v. 576. Dona diris illita ac tincta artibus. *h. e.* veneficiis imbuta. *Sil.* l. 11. v. 43. Vita illita macula.

ILLĪTUS, *et* Inlitus, us, m. *an anointing, besmearing*, actus illinendi. In sexto casu singulari, *Plin.* l. 26. c. 15. Nec potu tantum, sed et illitu, et suffitu valet. *Id.* l. 28. c. 15. *a med.* Ut possint esse illitu faciles.

ILLIUSMODI, *of that sort or kind, such*, talis : duo genitivi conjuncti per modum adverbii. *Cic. in Divin. Verr. c. ult.* Non imperitos adolescentulos, aut illiusmodi quadruplatores.

ILLIX. V. *Illex.*

ILLO, *to that place, thither*, ἐκεῖ, ἔνθα, adverb. motus ad locum. *Terent. Andr.* 2. 2. 25. Cum illo advenio, solitudo ante ostium. *Plaut. Pers.* 4. 4. 26. Ego illo accessero. *Cic. Verr.* 3. c. 56. Nam illo non saxum, non materies advecta est. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 20. Neque temere præter mercatores, illo adit quisquam. *Plin.* l. 6. c. 23. Achæmenidas usque illo tenuisse. ¶ Item ad eam rem. *Cæs. loc. cit.* c. 11. Hæc omnia Cæsar eodem illo pertinere arbitrabatur, ut, &c. ¶ In allato *Terentii* loco al. leg. *illoc* eodem sensu : quod habetur etiam *in fragm. orat. Claudii Imp.* apud *Gruter.* pag. 502. col. 1. *lin. ult.*

ILLOC, pro *illo*, et *illuc* adverb. V. vocem præced. ¶ Pro illo ablativo *Plaut. Bacch.* 2. 3. 77. Si me illoc auro tanto circumduxerit. *Id. Men.* 2. 1. 26. Illoc verbo

esse me servum scio. et 4. 1. 10. Quid nunc cum illoc agam? *Terent. Eun.* 5. 6. 53. Illoc homine opus est. ¶ Et pro *illud Plaut. Bacch.* 4. 8. 29. Hem illoc, paciscere, si potes.

ILLOCABILIS, *et* Inlocabilis, le, *that cannot be disposed of in marriage*, δυσέκδοτος, qui locari non potest, ut Virgo illocabilis, quæ ob deformitatem aut inopiam virum invenire non potest. *Plaut. in Aulul.* 2. 2. 14. apud *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 2. Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem: neque eam queo locare cuiquam. ἀνέκδοτον, ἀμνήστευτον.

ILLORSUM, *towards that place*, versus illum locum. *Cato* apud *Festum* in *Aliorsum*.

ILLŌTUS, *et* Inlotus, a, um, ἄνιπτος, non lotus, immundus, sordidus. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 103. Ut tu quidem hujus oculos illotis manibus tractes ac teras? *Plin.* l. 23. c. 2. Fæx vini illota miscetur medicamentis. *Id.* l. 30. c. 6. Illotæ cochleæ. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 52. illotos echinos. Al. leg. *illutos*, vel *inlutos*, quod idem est. et sat. 4. v. 84. Illota toralia. Al. hic quoque leg. *illuta*. *Cato R. R.* c. 147. Vinaceos illutos et fæcem relinquito. *Arnob.* l. 1. pag. 26. Qui per altissimos gurgites pedem ferebat inlutum. *h. e.* non madefactum. ¶ *Illotis manibus* aut *pedibus* aliquid facere dicitur is, qui imparatus, temere imperiteque quippiam aggreditur: *hastily, without due preparation*, tractum, ut videtur, a sacris, ubi omnia pura mundaque esse convenit. *Gell.* l. 1. c. 9. Nunc isti, qui repente pedibus illotis ad philosophos devertunt, non est hoc satis, quod sunt omnino ἀθεώρητοι, sed, &c. *Macrob.* l. 1. *Saturn. c. ult. ante med.* Nec his Virgilii verbis copia rerum dissonat, quam plerique omnes litteratores pedibus illotis prætereunt, tanquam nihil ultra verborum explanationem liceat nosse grammatico. *Caius Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 1. Si in foro causas dicentibus nefas videtur esse, nulla præfatione facta, judici rem exponere, quanto magis interpretationem promittentibus inconveniens erit, omissis initiis, atque origine non repetita, atque illotis, ut ita dixerim, manibus, protinus materiam interpretationis tractare? ¶ Translate *illotus sermo*, apud *Auctor. declam. in Sallust. in princip.* est spurcus, obscenus. et *illotus versus* apud *Rutil. in Itiner.* l. 1. v. 422. ut quidem legi volunt *Græv.* et *Heins.* est rudis, incomptus.

ILLUBRICANS, antis, lubrice movens. *Apul.* l. 2. Simul membra sua leniter illubricans.

ILLUC, *to that place, thither*, ἐκεῖ, illo, in illum locum. *Nep. in Eumen.* c. 9. Adversarios illuc suas contraxisse copias. *Plaut. Merc.* 3. 4. 64. Cum illuc, quo ire paritas, veneris. *Terent. Andr.* 1. 1. 54. Filium perduxere illuc meum. *Sallust. in Jug.* c. 64. Huc et illuc, quasi vitabundi, agitare. *this way and that.* *Cic.* 1. *de Orat.* c. 40. *ad fin.* Huc atque illuc intuens. *Terent. Andr.* 1. 5. 31. In dubio est animus, paulo momento huc vel illuc impellitur. ¶ Item ad eam rem. *Nep. in Agesil.* c. 4. Sed illuc redeamus. *to the purpose. Plaut. Men.* 4. 2. 53. Credit jam tibi de istis: illuc redi. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 23. quo res hæc pertinet? illuc: Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt. ¶ Apud Comicos sæpe legitur pro *illud*. *Terent. Eun.* 4. 7. 12. Illuc est sapere! *Plaut. Aulul.* 3. 5. 11. In maximam illuc populi partem est optimum. *Id. Asin.* 2. 1. 17. Sed quid illuc, quod exanimatus currit huc Leonida? *Id. Mil.* 3. 1. 65. Illuc ætatis qui sit, non invenies alterum.

ILLUCĔO, *et* Inluceo, es, uxi, n. 2. *to shine, be bright*, ἐπιλάμπω, lucidus sum, in aliqua re luceo. *Plaut. Capt.* 3. 4. 65. Atra pix agitet te apud carnificem, atque tuo capiti illuceat. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 38. Cum tertio die sol illuxisset. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 47. Quibus Apollo se id daturum ostendit post ejus diei diem tertium: qui ut illuxit, mortui sunt reperti. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 23. et *Liv.* l. 2. *c. ult.* Ubi illuxit, Romanus productus in aciem. *as soon as it was light. Sueton. in Cæs.* c. 81. Ea nocte, cui illuxit dies cædis, ipse sibi visus est, &c. *the night before.* ¶ Active cum accusativo, vi insitæ præposit. est illustrare, *to shine upon*: pro lucere in aliquem, *Plaut. Bacch.* 2. 3. 21. Vulcanus, Sol, Luna, Dies, dei quatuor, scelestiorem nullum hominem illuxere alterum. V. vocem sequent. ¶ Translate *Cic.* 4. *de Fin.* c. 2. Eaque in maximis ingeniis maxime illucere. *are most conspicuous. Al. leg.* elucere. *Id.* 1. *Agrar.* c. 8. Cum populo R. vox et auctoritas consulis repente in tantis tenebris illuxerit. *Vellei.* l. 1. c. 5. Clarissimum Homeri illuxit ingenium. *Impp. Dioclet. et Maximian.* lib. 5. *Cod.* tit. 71. leg. 10. Apud quem si illuxerit, non universa pretia in patrimonium tuum processisse, &c. *h. e.* si apparuerit, probatum fuerit.

ILLUCESCO, is, n. 3. *to begin to be bright*, illucere incipio. *Cic. pro Mil.* c. 26. Illucescet aliquando ille dies, cum tu, &c. *the day will come*, &c. ¶ Active cum accusativo est illuminare. *to shine upon, give light to. Plaut. Amph.* 1. 3. 48. Nunc te, nox, mitto, ut cedas diei, ut mortales illuciscas luce clara et candida. (*illuciscas* antiquo scribendi more.) Nisi velis intelligere, *ut luciscas in mortales.* Al. etiam leg. *mortalibus.*

ILLUCTANS, antis, in aliqua re luctans. *Stat.* 4. *Theb.* v. 790. Et teneris meditans verba illuctantia labris. *h. e.* quæ infantis in ore veluti luctantur, ægreque exprimuntur. *struggle to get utterance.*

ILLUCUBRĀTUS, *et* Inlucubratus, a, um, *not laboured or studied*, non lucubratus. *Sulpic. Sever.* epist. 3. *ad Bassul.* Scripta negligenter emissa, inlucubrata, atque impolita.

ILLUDĬA, *et* Inludia, orum, n. *illusions*, visa, quibus alicui per somnium illuditur. *Tertull. de resurr. carn.* c. 16. Præsumens, nihil aliud se, quam illudia animarum somniaturum, urgentium, et inquietantium, &c.

ILLUDĬO, *et* Inludio, as, idem quod illudo, in aliqua re ludo, *to play upon, rail against*: quemadmodum *Plaut. alludio* pro *alludo* dixit. *Gell.* l. 1. c. 7. Ne ut in Plauti comœdia mœchus (sic enim mendæ suæ illudiabant) ita in Ciceronis oratione solœcismus esset manifestarius. Al. leg. *illudebant.*

ILLŪDO, *et* Inludo, is, usi, usum, a. 3. *to play with, divert one's self with*, ἐμπαίζω, in aliqua re ludo. *Horat.* l. 1. *Sat.* 4. v. 138. ubi quid datur oti, Illudo chartis. *I amuse myself with writing verses.* et lib. 2. sat. 8. v. 62. Heu, Fortuna, ut semper gaudes illudere rebus humanis! *to sport with. Cic.* 3. *de Orat.* c. 43. In Albutium illudens Lucilius, ne a me quidem abstinuit. ¶ Item *to play upon, mock, banter, jeer, rail or jest at, ridicule, illude*, in aliquid ludo, deludo, irrideo, ludificor, ludibrio habeo. *Cic. Fam.* 7. ep. 22. Illuseras heri inter scyphos, quod dixeram, &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 19. Alicujus miseri fortunis, et virorum talium dignitati illudere. *Id. pro Dom.* c. 39. Illudere auctoritati summorum virorum. *to despise, set at nought. Id. de Orat.* c. 19. Ipsa vero præcepta sic illudere solebat, ut, &c. et lib. 2. c. 58. *sub fin.* Miseros illudi nolunt, nisi se forte jactant. *Terent. Phorm.* 5. 7. 22. Satis superbe illuditis me. *make game of. Tacit. Ann.* 14. c. 52. Illudere voces Neronis, quoties caneret. *Virg.* 9. *Æn.* v. 634. verbis virtutem illude superbis. *mock, insult. Ovid.* 9. *Metam.* v. 66. illudens nostras Tirynthius artes. *Nep. in Annib.* c. 10. Sic conservatis suis rebus Pœnus, illusis Cretensibus omnibus, ad Prusiam in Pontum pervenit. *having turned to ridicule, tricked, eluded. Terent. Andr.* 4. 4. 18. Adeon' videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis? *Id. Eun.* 5. 4. *in fi.* Ego pol te pro istis dictis et factis, scelus, ulciscar, ut ne impune in nos illuseris. ¶ Aliquando est quasi ludendo perdere. *Terent. Andr.* 5. 1. 3. Dum studeo obsequi tibi, pæne illusi vitam filiæ. *I have well-nigh sported away. Tacit.* 2. *Hist.* cap. 94. *extr.* Tanquam in summa abundantia pecuniæ illudere. *Virg.* 2. *Georg.* v. 374. Silvestres uri assidue, capreæque sequaces Vitibus illudunt. *h. e.* insiliunt, præroduntque, et corrumpunt. et lib. 1. v. 181. Tum variæ illudunt pestes. ¶ Item vim turpem inferre, crudeliter, vel obscene tractare, polluere, violare, *to abuse, maletreat, violate, insult. Tacit. Ann.* 1. c. 71. Venia data cunctantius filio, quia Quintilii Vari corpus illusisse dicebatur. et lib. 13. c. 17. Tradunt, illusum isse pueritiæ Britannici Neronem. *Sueton. in Tiber.* c. 45. Illudere illustrium feminarum capitibus. ¶ Illudere auro vestes, *Avien. in perieg.* v. 1258. V. *Illusus.*

ILLUMINĀTE, *brightly, clearly, ornately*, λαμπρῶς, splendide, et quasi lumine adhibito. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 14. Qui distincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate et rebus, et verbis dicunt.

ILLUMINATĬO, *et* Inluminatio, onis, f. *an enlightening, illumination*, ἔλλαμψις, actus illuminandi. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 18. Orpheus φάνητα dixit solem a lumine atque illuminatione. *Tertull. advers. Hermog.* c. 15. Mala necessaria fuisse ad illuminationem bonorum.

ILLUMINĀTOR, *et* Inluminator, oris, m. *an enlightener, illuminator*, λαμπρύνων, qui illuminat. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 17. *extr.* Illuminator religionis. *Lactant.* l. 6. c. 18. Illuminator noster Deus.

ILLUMINĀTUS, *et* Inluminatus, a, um, *enlightened, illuminated*, λαμπρὸς, lumine perfusus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 46. Luna illuminata a Sole. ¶ Translate est ornatus. *ornamented, trimmed. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 47. Corona aurea fulgentibus gemmis illuminata. *Lamprid. in Commodo*, c. 17. Capillus semper fucatus, et auri ramentis illuminatus. *Cic. de clar. Orat.* c. 58. *extr.* Illuminata sapientia.

ILLŪMĬNO, *et* Inlumino, as, avi, atum, *to enlighten, illuminate*, καταλάμπω, lumine perfundo, lucidum reddo, illustro. *Plin.* l. 2. c. 73. Solstitii die medio nullam umbram jaci, puteumque ejus experimenti gratia factum, totum illuminari. *Colum.* l. 8. c. 3. Tabulata gallinarum parvis fenestellis illuminantur. *Stat.* 12. *Theb.* v. 275. ruptoque vias illuminat igni. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 54. *extr.* Orationem sententiis verborumque conformationibus illuminare. *to set off, embellish, adorn. Id. in Orat.* c. 25. Concinnitas, quæ verborum collocationem illuminat his luminibus, quæ Græci σχήματα appellant. *Vellei.* l. 2. c. 18. Horum fidem Mitylenæorum perfidia illuminavit. *made apparent.* et cap. 35. Ille dies virtutem M. Catonis, jam multis in rebus conspicuam atque prænitentem, altissime illuminavit. et cap. 66. Cicero hoc rerum naturæ corpus eloquentia illuminavit. *Plin.* l. 9. c. 36. Purpura omnem vestem illuminat. [¶ Particip. *illuminaturus* apud *Tertullian. de pœnit.* c. 2. Quam gratiam universo orbi illuminaturus esset.]

ILLUMĬNUS, *et* Inluminus, a, um, *without light*, qui est sine lumine. *Apul.* 6. *Metam. sub init.* Et illuminarum Proserpinæ nuptiarum demeacula. et lib. 3. Servato noctis illumino tempore. Al. leg. *illumi.*

ILLUNC, pro *illum*, sequente vocali, sæpe usurpatur a *Plauto*, ut *Curcul.* 4. 4. *extr. Mil.* 4. 9. 2. *Pers.* 4. 9. 1. et *Rud.* 4. 4. 140. &c. et sequente consonante, *Pœn.* 5. 3. 2.

ILLŪNIS, *et* Inlunis, e, *et* Illunus, a, um, *without moonlight, moonless, dark*, ἀσέληνος, sine luna, lunæ splendore carens. *Plin.* l. 6. ep. 20. *a med.* Nox non quasi illunis, aut nubila, sed qualis in locis clausis, lumine exstincto. *Sil.* l. 15. v. 619. Illunem nacti per rura tacentia noctem. *Apul.* l. 9. *Metam.* Tenebris illunæ caliginis impeditus.

ILLŬO, *et* Inluo, is, a. 3. *to wash*, ἐσκλύζω, συγκλύζω, influendo alluo. *Plin.* l. 3. c. 5. *ad fin.* Mare Hispanum nuncupatur, quatenus Hispanias illuit. *Ulpian. Dig.* lib. 10. tit. 2. leg. 16. Id, quod amnis fundo, post litem contestatam, illuit. *h. e.* fluendo intulit. Ita *Torrentin.* Alii *lluit.*

ILLURĬCUS. V. *Illyricus.*

ILLURĬI. V. *Illyrius.*

ILLUSĬO, onis, f. *a mocking, bantering, jeering, illusion*, actus illudendi. A *Cic.* 3. *de Orat.* c. 53. enumeratur inter figuras sententiarum: quam quidem *Quintil.* l. 1. c. 6. *post med.* ironiam esse docet: intellige eam, quæ cum irrisione conjuncta est. *irony.* Nam quæ sine risu est, de ea *Cic.* eodem loco paulo post verba facit, *dissimulationem* appellans. Porro *illusionem* ait *a præceptis Cæsaris non abhorrere*: Cæsar autem cap. 58. l. 2. *de Orat.* multa de risu tradit: unde fit, ut *Cicero* illusionis nomine vel sarcasmum, quæ ironiæ species est, vel μυκτηρισμὸν, *h. e.* simulatum quidem, sed non latentem derisum, vel aliam hujusmodi, qua per risum aliquis illuditur, intellexisse videatur. Hanc ipsam illusionem *Id. in Orat.* designat his verbis, cap. 40. Sæpe ut extenuet aliquid, sæpe ut irrideat. et *Quintil. loc. cit.* Aliquando cum risu quodam contraria dicuntur iis, quæ intelligi volunt: quemadmodum in Clodium: *Integritas tua te purgavit, mihi crede; pudor eripuit, vita anteacta servavit.*

ILLŪSOR, *et* Inlusor, oris, m. *a mocker, scoffer, banterer, jeerer*, ἐμπαίκτης, qui illudit. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 35. *ante med.* Illusor legis. *Augustin.* epist. 258. *priore, sub. fin.* Illusor potius, quam veritatis doctor. Adde *Paulin. Nolan.* carm. 20. *Nat.* 7. *S. Fel.* v. 77.

ILLUSTRAMENTUM, i, n. *an embellishment, illustration*, illustratio, ornamentum, καταυγασμός. *Quintil.* l. 11. c. 3. *post med.* Hæc sunt vel illustramenta pronuntiationis, vel vitia.

ILLUSTRATĬO, *et* Inlustratio, onis, f. *an enlightening, making clear, illustration*, καταυγασμός, actus illustrandi. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 31. Solis illustrationem ejusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet. ¶ Translate *Quintil.* l. 6. c. 2. *ad fin.* Ἐνάργεια, quæ a Cicerone illustratio et evidentia nominatur, quæ non tam dicere videtur, quam ostendere.

ILLUSTRĀTOR, *et* Inlustrator, oris, m. qui illustrat. *Lactant.* l. 2. c. 9. Deus luminis fons et illustrator rerum. *Inscript.* apud *Reines.* class. 6. n. 129. Inlustratori prosapiæ suæ.

ILLUSTRĀTUS, *et* Inlustratus, a, um, *illuminated, enlightened, illustrated*, καταυγαζόμενος, lumine perfusus, illuminatus. *Colum.* l. 1. c. 6. Ergastulum angustis illustratum fenestris. ¶ Translate, *made clear, or evident. Cic. Catil.* 3. c. 1. et 9. Omnia illustrata, patefacta, comperta sunt per me. *Id. de clar. Orat.* c. 64. Genus scriptionis nondum satis Latinis litteris illustratum. ¶ Item, *rendered famous or illustrious. Plin.* l. 3. c. 16. Padus pœna Phaethontis illustratus. *Id.* l. 14. c. 6. *a med.* Vina maxime illustrata Messalæ potu et salute. *Id.* l. 35. c. 10. *circa med.* Opus versibus Græcis illustratum.

ILLUSTRIS, *et* Inlustris, e, *clear, bright, luminous*, φαεινὸς, lucidus, clarus, illustratus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 37. Qui sub terra semper habitavissent, bonis et illustribus domiciliis. *Colum.* l. 1. c. 6. Balnearia occidenti æstivo advertantur, ut sint usque in vesperum illustria. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 19. Nec nimis illustres, nec vehementer obscuros locos haberi oportet. *Plin.* l. 9. c. 16. Pisces noctibus illustribus æque quam die, cernunt. *clear, serene. Id.* l. 18. c. 35. Solis radii non illustres. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 528. Illustre cælum. ¶ Translate est manifestus, patens. *manifest, clear, evident, known, acknowledged. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 5. *extr.* Habere visum quendam insignem et illustrem. *Id. Verr.* 7. c. 13. Factum illustre notumque omnibus. *Id. Fam.* 11. ep. 27. *a med.* Præter hæc, quæ sunt testata et illustria, habeo multa occultiora, quæ, &c. *Id.* 4. *Acad.* c. 29. A certis et illustrioribus cohibes assensum. *Senec.* ep. 83. Instruenda est vita exemplis illustribus: non semper confugiamus ad vetera. *Cic. in Partit.* c. 6. Illustris oratio est, si et verba gravitate delecta ponuntur, et translata, et superlata, et ad nomen adjuncta, et idem significantia, atque ab ipsa actione, atque imitatione rerum non abhorrentia. *h. e.* figuris ornata. *et mox.* Est plus aliquanto illustre, quam dilucidum. altero fit, ut intelligamus, altero ut videre

videamur. ¶ Item celebris, clarus, nobilis. *illustrious, famous, renowned, far-famed, noted. Cic. de Senec.* c. 11. Causas illustres defendere. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. De antiquis illustrissimus quisque pastor erat. *Cic. Fam.* 1. ep. 7. *ad fin.* Hæc vides quanto expressiora, quantoque illustriora futura sint, cum aliquantum ex provincia laudis accesserit. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 18. Paterfamilias illustriore loco natus. *Nepos in Dion.* c. 1. Legationes, quæ essent illustriores, per Dionem administrabantur. *Id. in Pausan.* c. 1. Hujus illustrissimum est prœlium apud Plateas. *Id. in Regib.* c. 1. Xersi maxime est illustre, quod maximis post hominum memoriam exercitibus terra marique bellum intulit Græciæ. *Cic.* 1. *Offic.* c. 22. Themistoclis nomen est, quam Solonis, illustrius. *Id. pro Dom.* c. 46. Vita remota ab honore populari, et ab hac illustri gratia. et cap. 32. Ejus in omni vita nihil est ad laudem illustrius, quam calamitas ipsa. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 3. Ubi major, atque illustrior incidit res, clamore per agros regionesque significant. *Gell.* l. 18. c. 7. Vos quoque philosophorum illustrissimi. ¶ Posteriori ævo *illustres* dicebantur supremi ordinis Senatores, medii *spectabiles*, infimi *clarissimi*, ut *Isid.* docet lib. 9. *Orig.* c. 4. ¶ *Servius ad Æn.* 6. v. 758. *illustrem* docet aliquando in malam partem usurpari, ut *nobilis*, et ideo meretricibus etiam tribui. ¶ *Illuster*, in recto singulari legitur apud *Valer. Max.* l. 4. c. 1. n. 5. et c. 3. n. 11. in multis MSS. Item in titulo procemii præfixi libro *Marcelli de medicam.* Marcellus vir illuster, ex magno officio Theodosii sen. filiis suis salutem dicit.

ILLUSTRĬUS, ILLUSTRISSĬME, adverb. a positivo *illustre*, cujus nondum vidi exemplum. *Cic. Fam.* 10. ep. 19. Sic vidi, quasi ea, quæ oculis cernuntur, me a te amari. Dices, quid antea? semper equidem, sed nunquam illustrius. *more clearly. Gell.* l. 9. c. 13. Q. Claudius purissime atque illustrissime, simplicique atque incompta orationis antiquæ suavitate descripsit. *Arnob.* l. 2. pag. 44. Hæc omnia illustrius commemorabuntur et planius.

ILLUSTRO, *et* Inlustro, as, avi, atum, a. 1. *to illustrate, illuminate, enlighten*, λαμπρύνω, καταλάμπω, rem aliquam lucidam et splendidam facio, lucem et splendorem alicui rei affero. *Cic. in Somn. Scip.* c. 4. Sol cuncta sua luce illustrat et complet. ¶ Translate est res occultas patefacere. *to bring to light, make manifest. Cic. Catil.* 3. c. 8. Ut ea consilia quæ clam essent inita contra salutem urbis, illustrentur. *Id. Catil.* 1. c. 3. Illustrantur, erumpunt omnia. *Id. de Amic.* c. 97. Patefacere et illustrare veritatem. ¶ Item explicare, declarare rem aliquem difficilem et obscuram. *to make clear or evident, explain. Cic.* 1. *Acad.* c. 1. Philosophiamque veterem illam a Socrate ortam Latinis litteris illustrare. *Id.* 1. *de Orat.* c. 39. Jus obscurum et ignotum patefacere et illustrare. ¶ Item nobilitare, celebrem reddere. *to render famous, make renowned, celebrate. Cic.* 1. *Fam.* ep. 6. Illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum injuria. *Nep. in Themist.* c. 1. Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur. *Cic. pro Arch.* c. 9. Qui libri non modo Lucullum, verum etiam populi R. nomen illustrant. *Luccei. ad Cicer. Fam.* ep. 14. Illustrare aliquem laudibus. *Plin.* l. 4. c. 11. *a med.* Illustrant duæ urbes utrinque litora. *Id.* l. 34. c. 8. Quem Brutus cognomine suo illustravit. *Stat.* l. 2. *Achill.* v. 65. nunc hospitio mea tecta piumque Illustrare larem. *honour.* ¶ Illustrare orationem est figuris, quasi luminibus ornare. *to embellish, ornament, set off, grace, decorate. Cic.* 3. *de Orat.* c. 36. et *in Orat.* c. 27. Illustrant orationem quasi stellæ quædam, translata verba atque immutata. *Id.* 2. *de Invent.* c. 15. Distinguere atque illustrare orationem.

ILLŪSUS, *et* Inlusus, a, um, *mocked, scoffed, jeered, bantered, ridiculed*, ἐμπαιχθεὶς, irrisus, ludibrio habitus, frustratus. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 68. Sæpe asperis facetiis illusus. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 26. Aut spem deponas, aut artem illusus omittas. *Ovid.* l. 1. *Amor.* el. 8. v. 85. Nec, si quem falles, tu perjurare timeto: Commodat illusis numina surda Venus. *Cic. pro Quint.* c. 16. Timide et pedetentim istuc descendunt, inviti, multis vadimoniis desertis, sæpe illusi ac destituti. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 108. Illusique pedes vitiosum ferre recusant Corpus. *h. e.* crapula gravatum vacillantes ferre recusant. Quo pertinet illud *Plauti Pseud.* 5. 1. 5. Magnum hoc vitium vino est: pedes captat primum: luctator dolosus est. ¶ Alio sensu *Virg.* 2. *Georg.* v. 464. *illusas auro vestes* dixit, in quibus scil. artifex acu veluti ludens, aliquid auro pinxit, atque intexuit. *garments wrought, or embroidered, with gold.* Ita *Servius* recte improbans eos, qui *inclusas* legebant. Sic *Prudent. Peristeph.* 8. *de S. Agnete*, v. 104. Splendore multo structa habitacula, Illusa pictæ vestis inania. Sic *Avien. in perieg.* v. 1258. *de Persis.* Illudunt auro vestes. Al. leg. *illidunt.*

ILLUTIBARBUS, qui barba sordida est: ab *illutus*, et *barba. Apul. in Florid.* n. 3. (*al.* l. 1.) Vultu ferino trux, hispidus, illutibarbus, spinis et pilis obsitus. Al. leg. *multibarbus.*

ILLUTIBĬLIS, *et* Inlutibilis, le, *that cannot be washed clean*, qui elui non potest: ab *illutus. Plaut. Men.* 1. 2. 57. Nam ex isthoc loco spurcatur nasum odore illutibili.

ILLŪTUS, *et* Inlutus. V. *Illuutus*, et *Illotus.*

ILLUVĬES, *et* Inluvies, ei, f. *filth, dirt, dirtiness, uncleanness, nastiness*, ἀλουσία, λῦμα, sordes non lotæ in corpore animalis, immunditia: ab *in* privativa, et *luo*, lavo, unde *illuo.* Vetus Poeta apud *Cicer.* 3. *Tuscul.* c. 12. Barba intonsa infuscat pectus illuvie scabrum. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 28. Illuvie ac squalore obsitus. *Id.* 4. *Hist.* c. 46. Illuvie deformis. *Terent. Heaut.* 2. 3. 53. Ancillula pannis obsita, neglecta, immunda illuvie. *Virg.* 3. *Georg.* v. 561. Vellera tondere morbo illuvieque peresa. *Colum.* l. 7. c. 10. *a med.* Suillum genus non est contentum potione aquæ, nisi obesam illuviem atque distentam pabulis alvum demerserit, ac refrigeraverit. *h. e.* corpus sordibus oblitum. *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 12. Trebatius ait, non esse morbosum, os alicui olere. hoc enim ex illuvie oris accidere solet. Adde *Lucil.* et *Varron.* apud *Non.* c. 2. n. 437. ¶ Est convicium in hominem sordidum et misere viventem. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 38. Te Jupiter, diique omnes perdant! oboluisti allium, germana illuvies, rusticus, hircus, hara suis. ¶ Est etiam inundatio aquarum sordes convehentium, *an overflowing of water, landflood. Justin.* l. 2. c. 1. Illuvies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit. et cap. 6. Aquarum illuvies majorem partem populorum Græciæ absumpsit. ¶ Apud *Tacit.* 12. *Ann.* c. 51. Interim Zenobiam placida illuvie, spirantem ac vitæ manifestam advertere pastores: *illuvies* est cursus fluminis ad riparum latera placide in stagni morem inundantis.

ILLUVIŌSUS, a, um, illuvie plenus. Est *Nonii* c. 4. n. 466.

ILLYRĬA, æ, f. Ἰλλυρία, nunc *Sclavonia*, regio ampla post sinum Adriaticum inter Tergestum in confinio Italiæ et Macedoniam, Liburniam et Dalmatiam complectens. Alii ampliores ei terminos statuunt. V. Geograph. *Propert.* l. 1. el. 8. v. 2. An tibi sum gelida vilior Illyria? et lib. 2. el. 13. v. 10. alias iterum naviget Illyrias.

ILLYRICIĀNUS, a, um, Illyricus. *Valerian. in epist. ad Zosimion.* apud *Treb. Pollion. in Claud.* c. 14. Claudium Illyricianæ gentis virum. *h. e.* qui ex Dalmatarum provincia originem ducebat, ut *ibid.* c. 11. dicitur. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 10. *Cod. Theodos.* tit. 10. leg. 26. Illyricianos omnes, quos patria complectitur, &c. In numo Decii *in Mus. Theup.* pag. 251. Exercitus Illyricianus. *h. e.* militans in Illyrico.

ILLYRĬCUS, a, um, *Illyrian*, Ἰλλυρικὸς, ad Illyriam pertinens. *Virg.* 1. *Æn.* v. 246. Illyricos penetrare sinus. *h. e.* maris Adriatici, qua Illyriam alluit. *Ovid.* 4. *ex Ponto*, ep. 14. v. 45. Illyrica si jam pice nigrior essem. *Plin.* l. 16. c. 12. Macedonicam picem laudat. Porro Macedonia est Illyriæ contermina, et secundum aliquos, vel in totam, vel ex parte in ea continetur. ¶ *Illyricum, ci*, n. idem est quod Illyria. *Cic. Attic.* lib. 10. ep. 6. *Liv.* l. 43. c. 9. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 10. et *Plin.* sæpe. ¶ Legitur et *Illuricus*, et *Inluricus* ex consuetudine Latinorum Græcam *υ* in *u* vertendi. *Plaut. Trin.* 4. 2. 10. Illurica facies videtur hominis: eo ornatu advenit. *to all appearance Sclavonian.* Adde *Enn.* apud *Fest.* in *Sibina*, et *Fragm. Capitol.* apud *Gruter.* pag. 297. col. 3. et in numo Trajani Decii apud *Mediobarb.* pag. 353. Sic *Sulla* dixere pro *Sylla*, *Phruges* pro *Phryges*, *Purrhus* pro *Pyrrhus*, et *mus* a μῦς, *sus* ab ὗς, *Cumæus* a Κυμαῖος, &c.

ILLȲRIS, idis, adject. femin. Illyrica. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 225. et *Sil.* l. 8. v. 292. Illyris ora perdomita. *Lucan.* l. 2. v. 624. Illyris Epidamnos. ¶ Absolute idem est, quod Illyria. *Pompon. Mela*, l. 1. c. 3. Adriatici latus Illyris occupat. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 79. Nec dedignata est abjectis Illyris armis Cæsareum famulo vertice ferre pedem.

ILLYRĬUS, a, um, Ἰλλύριος, Illyricus. *Cato* apud *Gell.* l. 11. c. 3. Illyrius ager. ¶ *Illyrii, orum*, sunt populi Illyriæ. *Liv.* l. 10. c. 2. Illyrii, Liburnique, et Istri, gentes feræ, et magna ex parte latrociniis maritimis infames. ¶ Legitur et *Illurii*, ut in *Illyricus* dictum est. *Plaut. Men.* 2. 1. 10. Istros, Hispanos, Massilienses, Illurios.

ILVA, æ, f. hod. *Elva, or Elba, or Lelba*, Insula Italiæ, in mari Tusco contra Senarum oram maritimam, ferri metallis abundans. *Plin.* l. 3. c. 6. et lib. 34. c. 14. et *Virg.* 10. *Æn.* v. 173.

ILUS, i, m. Ἶλος, filius Trois regis Trojanorum, frater Ganymedis et Assaraci, pater Laomedontis. Urbem Ilium vel condidit, vel auxit. *Virg.* 6. *Æn.* v. 650. Ilusque, Assaracusque, et Trojæ Dardanus auctor. ¶ Hoc etiam nomine Ascanius Æneæ filius, regno Trojanorum florente, appellatus est. *Virg.* 1. *Æn.* v. 272. puer Ascanius, cui nunc cognomem Iulo Additur: Ilus erat, dum res stetit Ilia regno.

I M

IM, [† unde forsan profluxit Anglicum *him*,] inquit *Festus*, ponebant pro *eum* a nominativo *is. Lex XII. Tab.* apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 4. Si im occisit, jure cæsus esto. *Lucret.* l. 3. v. 877. quoniam mors eximit im, prohibetque. [† *Cic. de Legib.* 2. 24. Im cum illo sepelire.]

IMAGINABUNDUS, a, um, adject. qui imaginatur. *Apul.* l. 3. *Metam. in princ.* Ubertim flebam, jam forum et judicia, jam sententiam, ipsum denique carnificem imaginabundus. *picturing or representing to myself.*

IMAGINALĬTER, per imaginem, vel in imagine. *Augustin. de Gen. ad litt.* l. 12. c. 5. et 6.

IMAGINARĬE, adverb. *Sidon.* l. 2. ep. 10. Epigrammata, quæ imaginarie tantum, et quodammodo umbratiliter effingimus. *h. e.* sine studio, prout quæque poetica imago se se obtulit. *just as imagination prompts us.*

IMAGINARĬUS, a, um, adject. *feigned, counterfeit, pretended, imaginary*, φανταστικὸς, qui verus non est, sed ita concipitur ac si talis esset. *Liv.* l. 3. c. 41. Imaginariis fascibus cedere. *Sueton. in Claud.* c. 25. Imaginariæ militiæ genus, quo absentes et titulo tenus fungerentur. *Ulpian. Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 55. Imaginaria venditio.

IMAGINARĬUS, ii, m. pictor, vel statuarius, qui imagines facit, in *Inscript.* apud *Reines.* class. 1. n. 2. Quidam putant *Imaginarios* fuisse signiferos, qui Imperatoris imaginem in castris ferebant: qui et *imaginiferi* dicti sunt.

IMAGINATĬO, onis, f. *an imagination, image of the mind*, φαντασία, conceptus rei alicujus. *Plin.* l. 20. c. 7. Imaginationes libidinum in somno compescere. *Tacit. Ann.* 15. c. 36. Provincias Orientis, maxime Ægyptum, secretis imaginationibus agitans. *secretly cherishing in imagination.*

IMAGINĀTUS, a, um, particip. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 69. Pavorem eorum et imaginatus, et irridens Nero. *having imagined or conceived.* ¶ Passive ἀπεικασμένος, *Lactant.* l. 5. c. 13. *in fi.* Qui nec audiant divina, nec sentiant, sed terram digitis suis imaginatam metuant, et adorent. *h. e.* in imaginem et idolum suis manibus conformatam.

IMAGINĔUS, a, um, adject. ad imaginem pertinens. *Sedul.* l. 1. v. 187. Imagineæ vincunt incendia pœnæ. *h. e.* imaginariæ. *Venant. Fortun.* l. 2. *de vita Mart.* v. 276. Imagineæ figuræ. *h. e.* imaginem alicujus referentes.

IMAGINĬFER, i, m. signifer. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1107. n. 1. Aurelius Secundianus imaginifer Leg. SS. Alia *ibid.* pag. 562. n. 1. Solemnio Fido mil. Leg. Minerviæ, imaginifero.

IMAGĬNO, as, a. 1. *to represent*, εἰκονίζω, imagines facio, repræsento. *Gell.* l. 16. c. 18. Ut speculum in loco certo positum nihil imaginat, aliorsum translatum facit imagines.

IMAGĬNOR, aris, dep. 1. *to imagine, picture to one's self, conceive*, φαντάζομαι, est rei alicujus, quæ facta sit, vel fieri possit, vel etiam quæ fieri non possit, similitudinem mente concipere. *Plin.* l. 2. ep. 10. Imaginor, qui concursus, quæ admiratio te maneat. *Plin. alter* l. 9. c. 35. *a med.* Imaginari fercula triumphi. ¶ Item somniare, *to dream. Sueton. in Cæs.* c. 81. Calpurnia uxor imaginata est, collabi fastigium domus. *Plin.* l. 20. c. 13. Venerem crebro per somnia imaginantes.

IMAGINŌSUS, a, um, *full of strange fancies, whimsical*, εἰκονώδης, in quo sunt plures imagines: ut Morbus imaginosus, quo turbata phantasmata multa occurrunt, et mentem de statu dejiciunt. De eo est illud *Catulli* carm. 41. *de Acme.* Non est sana puella, ne rogate, Qualis sit: solet hæc imaginosum. *to be fanciful or visionary; to dream while awake. h. e.* solet hæc efficere morbus ille imaginosus, quo ista laborat, et formosissimam se esse putat. De quo morbo V. *Horat.* l. 2. ep. 2. a vers. 128.

IMĀGO, nis, f. *an image, figure, likeness, picture; a representation or resemblance of a thing*, εἰκὼν, simulacrum, species, exemplar, alicujus rei repræsentatio: ab *imitor*, quasi *imitago*: quia imitatur ac repræsentat suo modo id, quod exprimit: vel ab εἶγμα, quod ab εἴκω, similis sum. [† *Porphyr. in Horat. Carm.* 1. 12. 4. Imago dicitur quasi Imitago. *Festus*: Imago ab Imitatione dicitur.] *Cic. in Orat.* c. 31. Demosthenes quidem, cujus nuper inter imagines tuas ac tuorum, imaginem ex ære vidi. *Id. Fam.* 5. ep. 12. *a med.* Spartiates Agesilaus neque pictam neque fictam imaginem suam passus est esse. *et mox.* Unus Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines omnium, statuasque superavit. *Id.* 5. *de Fin.* c. 1. *extr.* Epicuri imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis, et in anulis habent. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 11. v. 43. Munere in hoc, Rex, est usus, sed imagine major. *greater than it appears.* ¶ Translate *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 16. Hæc conficta arbitror a Poetis, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostræ vitæ quotidianæ videremus. *Id. pro Sext.* c. 13. Si imaginem judiciorum, aut simulacrum aliquod futurum in civitate reliquum credidisset. ¶ Sæpe refertur ad nobilitatem. Nam apud Romanos qui majorum suorum habuerunt imagines, ii nobiles, qui suas tantum, ii novi, qui nec majorum, nec suas, illi demum ignobiles appellati sunt. *Cic. in Pison.* c. 1. Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile nihil habes præter colorem. *Fumosas imagines* dixit propter antiquitatem. *Id. Agrar.* 2. c. 36. *extr.* Si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me a vobis deprecentur. *idest* novus homo sum, nulla generis nobilitas me vobis commendabit. Imaginem porro sui ponere non temere omnibus licuit, sed iis tantum, qui Magistratus Curules gessissent. Has imagines primi Patritii po-

suerunt, quod iis primis Curules Magistratus patuerunt, unde jus imaginis fuit. Post autem, ubi plebs eosdem Curules Magistratus est nacta, tum et ipsa imagines ponere, easque relinquere cum nobilitate posteris suis cœpit. *Cic. Verr.* 7. c. 14. *de Ædilitate sua.* Mihi ludos antiquissimos esse faciundos: mihi sacrarum ædium procurationem: mihi totam urbem tuendam esse commissam: ob earum rerum laborem fructus illos datos, togam prætextam, sellam curulem, jus imaginis ad memoriam posteritatemque prodendæ. *Id. Agrar.* 2. c. 1. Qui beneficio vestro imagines familiæ suæ consecuti sunt. *Liv.* l. 3. c. 58. Vir honoratissimæ imaginis futurus ad posteros. V. *Sigon.* l. 2. *de antiq. jur. civ. R.* c. 20. [† *Juven.* 8. Homo multarum imaginum. *a person of great nobility*, i. e. *many of whose ancestors had been curule ediles or superiour magistrates. Sallust. Jug.* 85. Imagines non habeo. *I am not noble. Sueton. Vespas.* 1. Gens Flavia obscura illa quidem ac sine ullis majorum imaginibus. V. *Lips. Elect.* 2. 29. *Spanh. de Usu Num.* diss. 10. p. 3. sq. *Budæum ad Pand.* p. m. 52. sq. quæ loca indicavit *Gesner.* et *Ernest.* in *Clav. Cic.* qui et locum ibidem citat *Sigon.* a *Forcellino* adductum.] ¶ Hujusmodi imaginibus ornabant atria ædium, uti docet *Plin.* l. 35. c. 2. easque in funebribus pompis proferebant, circumferebantque. *Horat.* epod. 8. v. 11. Esto beata: funus atque imagines Ducant triumphales tuum. ¶ Præterea *imago* est species rei, quæ mente et cogitatione percipitur. *an imagination, image of the mind. Cic.* 4. *Acad.* c. 40. Imagines extrinsecus in animos nostros per corpus irrumpere. *Id.* 1. *de Fin.* c. 6. *sub fin.* Imagines, quæ idola nominant, quorum incursione non solum videmus, sed etiam cogitamus. *Virg. Æn.* 1. v. 411. Quid natum toties, crudelis, tu quoque falsis Ludis imaginibus? *apparitions, spectres.* et lib. 2. v. 772. Infelix simulacrum, atque ipsius umbra Creusæ Visa mihi ante oculos, et nota major imago. et lib. 4. v. 654. Et nunc magna mei sub terras ibit imago. *shade, spirit.* V. *Simulacrum. Tibull.* l. 3. el. 4. v. 56. Et cum te fusco Somnus velavit amictu, Vanum nocturnis fallit imaginibus. *dreams. Plin.* l. 7. ep. 5. Magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo. *in imagining you before me.* ¶ Item adumbrata veritas, et similitudo. *Cic. Fam.* 1. ep. 6. Facile me consolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis. *Ulpian. Dig.* l. 38. tit. 2. leg. 1. Imago societatis. *Callistrat.* lib. 50. tit. 6. leg. 5. *a med.* An effugiendorum munerum causa imaginem navicularii induat. ¶ Etiam Echo *imago* dicitur, *an echo*, quia vocis imago est quædam. [† *Imago vocis* dixit *Cic. Tusc.* 3. 2. *Virgil. Georg.* 4. 49.] *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *ante med. de loco apibus idoneo.* Secundum villam, potissimum ubi non resonent imagines: hic enim sonus harum fugæ causa existimatur esse. *Horat.* l. 1. od. 12. v. 3. cujus resonet jocosa Nomen imago. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 596. Rursus Hylan, et rursus Hylan per longa reclamat Avia: responsant silvæ, et vaga certat imago. Adde *Sil.* l. 14. v. 365. [† quem ad locum V. *Drakenb.*] ¶ Apud Rhetores *imago* est oratio demonstrans corporum aut naturarum similitudinem, ut *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 30. definit. Item, imago est formæ cum forma cum quadam similitudine collatio, ut est apud *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 49. Petinet autem ad hypotyposim, aut ethopœiam. Hinc *imagines* dicuntur descriptiones rerum, et comparationes, et similitudines animo conceptæ, et verbis explicatæ. *imaginations, ideas, notions. Senec.* epist. 59. Invenio translationes verborum: invenio imagines, quibus si quis nos uti vetat, et poetis illas solis judicat esse concessas, neminem videtur, &c. et *mox.* Movit me imago ab illo posita: ire quadrato agmine exercitum, &c. et epist. 92. *circa med.* Volo hanc contra nos positam imaginem excutere. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 320. hæc a te non multum abludit imago.

IMAGUNCŬLA, e, f. *a little image*, εἰκόνιον, parva imago. *Sueton. in Aug.* c. 7. Imaguncula ærea puerilis.

IMBALNITIES, ei, f. *dirtiness, neglect of washing*, sordes, squalor, illuvies, q. d. balnei seu lotionis privatio. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 437. Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie.

IMBARBESCĔRE, barbatum fieri. *Festus.*

IMBECILLIS, *et* inbecillis, e, *et sæpius* Imbecillus, a, um, *weak, feeble, faint, debile, imbecile, ineffectual*, ἀσθενής, debilis, languidus, infirmus: a *bacillus*, quia baculo innititur, qui infirmis est pedibus: vel potius ab *in*, et *vacillo*. *Cic. de Senect.* c. 11. Quam fuit imbecillus P. Africani filius is, qui te adoptavit? *Id.* 7. *Fam.* ep. 1. Cum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 85. tractari mollius ætas Inbecilla volet. *Plin.* l. 3. ep. 19. Felicitas terræ imbecillis cultoribus fatigatur. *Cic. de Senect.* c. 11. Multi sunt imbecilles senes. *Al. leg.* imbecilli. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 10. *a med.* Marius et valetudine, et natura imbecillior. *Cels.* l. 3. c. 19. Exigui imbecillique venarum pulsus. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 18. Imbecillissimus ac facillimus sanguis. *Vellei.* l. 2. c. 114. Nemo e nobis imbecillus fuit, cujus salus ac valetudo non sustentaretur Cæsaris cura. *indisposed, ill.* quo sensu adhibetur etiam a *Colum.* l. 12. c. 3. *a med.* ¶ Transfertur ad animum. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 60. Superstitio imbecilli animi atque anilis. *is a sign of a weak mind. Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 6. *a med.* Ab imbecillis accusatoribus accusari. *Id. de Amic.* c. 13. *a med.* Rebus injustis justos maxime dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis modestos. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 178. Imbecillis est pudoris magister timor. *Al. leg.* imbecillus. *Senec.* ep. 85. Quantulum sapienti damus, si imbecillimis fortior est? ¶ Et ad alia. *Sallust. in Jug.* c. 10. Regnum vobis trado firmum, si boni eritis: si mali, imbecillum. *tottering. Cels.* lib. 2. cap. 18. Imbecillissimam materiam esse omne olus. *h. e.* parvi alimenti. *contains very little nourishment.* et *ibid. a med.* Ovum durum valentissimæ materiæ est: molle, vel sorbile, imbecillissimæ. *h. e.* parum stomacho resistens, et concoqui facile. *most easy to digest. Plin.* l. 14. c. 21. Imbecilla vina demissis in terram doliis servanda, valida expositis. *Id.* l. 17. c. 5. Anus terra, et ideo infecunda ad omnia, atque imbecilla. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 14. Sed nescio quomodo, imbecillior est medicina, quam morbus. *Plin. in Paneg.* c. 79. Imbecilli ingenio esse. *Quintil.* l. 11. c. 3. Bona voce, firmaque ut volumus, uti licet: mala vel imbecilla inhibet multa. et lib. 12. c. 5. Imbecilla frons. *h. e.* quæ non facile pudori resistit. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 76. Imbecillæ suspiciones. *weak, ill-founded. Id. in Agric. in fi.* Simulacra vultus imbecilla, ac mortalia sunt: forma mentis æterna.

IMBECILLĬTAS, *et* Inbecillitas, atis, f. *weakness, debility, feebleness, imbecility*, ἀδυναμία, ἀσθένεια, debilitas, infirmitas. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 1. Interdum etiam humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere. *Id. de clar. Orat.* c. 55. Ut infirmitas laterum, et virium imbecillitas. *Id. Attic.* l. 11. ep. 6. *a med.* Tulliæ meæ morbus et imbecillitas corporis me exanimat. *Id. Fam.* 7. ep. 1. *ad fin.* Imbecillitatem valetudinis sustentare et tueri. *Sueton. in Tib.* c. 11. Imbecillitate Augusti nuntiata. *sickness, indisposition.* ¶ Translate *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 15. Ubi imbecillitas materiæ postulare videretur, pilæ interponuntur. *Id.* 7. *B. Gall.* c. 77. Imbecillitas animi. *Plin.* l. 4. ep. 18. ingenii. *Cic.* 1. *Offic.* c. 32. consilii. *Id. ad Brut.* ep. 10. *a med.* ætatis. *et in fi.* ep. 4. l. 1. *ad Fam.* magistratuum. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 8. Damnare aliquem imbecillitatis. *of cowardice. Justin.* l. 2. c. 15. Non virtute, sed imbecillitate sociorum potentiam quærere.

IMBECILLĬTER, *weakly, feebly*, ἀσθενῶς, infirme, remisse, languide. *Cic.* 4. *Acad.* c. 17. Iis, quæ videntur, imbecillius assentiuntur. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 30. Imbecillius horrent dolorem.

IMBELLĬA, *et* Inbellia, æ, f. *unfitness for war*, privatio subsidiorum ad bellum et pugnam, quæ sunt arma eorumque tractandorum peritia, et virtus animique robur. *Senec.* l. 4. c. 18. Quæcumque animalia vaga nascuntur, armata sunt: hominem imbellia cingit: non unguium vis, non dentium terribilem ceteris fecit. *Gell.* l. 5. c. 5. Pœnus eludens ignaviam imbelliamque ejus pretiose armatorum. Hæc *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 2. suo more descripsit. *Festus* imbelliam interpretatur belli inscientiam.

IMBELLIS, *et* inbellis, le, *not suited to war, unwarlike, effeminate*, ἀπόλεμος, contrarius, aut non aptus bello. *Horat.* l. 1. od. 6. v. 10. Imbellisque lyræ Musa potens vetat. et od. 15. v. 14. grataque feminis Imbelli cithara carmina divides. *Stat.* 10. *Theb.* v. 874. carmenque imbelle secuti Thebarum muri. *h. e.* Arionis lyra canentis carmen molle et pacificum. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 362. vittas, frondemque imbellis olivæ. *h. e.* pacem portantis. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 45. Imbelle Tarentum. *h. e.* otio ac deliciis diffluens et a bellicis studiis alienissimum. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 10. v. 20. Imbelles dei. *h. e.* Venus et Cupido. *Quintil.* l. 10. c. 1. *ante med.* Imbellis fulgor auri argentique. *h. e.* ad muniendum ac defendendum ineptus. *Virg. Georg.* 3. v. 265. Imbelles cervi. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 760. ferrum ne capessat Imbelle, atque ævi senior gestamina primi. *h. e.* ensem jamdiu bello desuetum. [† *Virg. Æn.* 2. 544. *de Priamo sene:* Telum imbelle sine ictu Conjecit. ubi *Servius* exponit *inutile*.] ¶ Item sine bello. *without war or action. Claudian. de III. Cons. Honor.* v. 80. Jam negat imbelles epulas. *h. e.* sine bello ac pugna paratas. *Liv.* l. 9. c. 45. Ut qui suo nomine per multos annos imbelles egissent. et lib. 10. c. 1. Ne prorsus imbellem annum agerent, parva expeditio in Umbria facta est. ¶ Cum refertur ad homines, ignavum, timidumque, et horrentem arma significat. *cowardly, dastardly, faint-hearted*, ἄνανδρον. *Cic.* 1. *Offic.* c. 24. Nunquam periculi fuga committendum est, ut imbelles timidique videamur. *Liv.* l. 26. c. 2. Ignavi et imbelles. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 33. *extr.* Cæsorum eo die in partibus nostris major numerus et imbellior; e Germanis ipsa robora. ¶ Translate *Stat.* l. 3. silv. 5. v. 84. Quas imbelle fretum torpentibus alluit undis. *h. e.* tranquillum et minime procellosum. Sic l. 3. *Theb.* v. 255. Non secus ac longa ventorum pace solutum Æquor et imbelli recubant ubi litora somno.

IMBER, bris, m. *a shower of rain*, ὄμβρος, proprie est pluvia vehementius cadens, seu (ut *Apul. de mundo* definit) agmen aquarum largius ex concretis nubibus effusum: a voce Græca allata: sed et de quavis pluvia usurpatur. In ablativo duplicem positionem habet, in *e*, et in *i*, ut *ignis. Cic. pro Dom.* c. 44. Qui tectum, quo imbris vitandi causa succederet, nullum haberet. *Cato R. R.* cap. 2. Quæ opera per imbrem fieri potuerint. *when it rains; in the wet season. Cic. Verr.* 6. c. 40. Erat hiems summa, tempestas perfrigida, imber maximus. *et paulo post.* Nudus vinctus in ære, in imbri, in frigore. *in the rain.* et lib. 13. *Attic.* ep. 16. Pedem e villa adhuc egressi non sumus: ita magnos et assiduos imbres habebamus. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 516. cadunt largi resolutis nubibus imbres. *Virg.* 1. *Georg.* v. 333. ingeminant austri, et densissimus imber. *Id.* 5. *Æn.* v. 695. ruit æthere toto Turbidus imber aquam. et vers. 693. effusis imbribus atra Tempestas sine more furit. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 610. magnoque incanuit imbre Caucasus. *h. e.* nive. ¶ *Hoc tam est in proclivi, quam imber, quando pluit*, proverbium est translatitium, apud *Plaut. Capt.* 2. 2. 86. de re facillima. ¶ In illo *Virg. Æn.* 3. v. 194. et 5. v. 10. cæruleus supra caput astitit imber Noctem hiememque ferens: *imber* non solam pluviam, sed nimbo et procella mixtam significat, densisque et atris nubibus expressam. ¶ De aqua pluvia. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 12. Piscinæ cisternæque servandis imbribus. *rain-water.* ¶ Poetice de quavis aqua dicitur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 126. laxis laterum compagibus omnes Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt. *Enn.* apud *Serv. ibid.* ratibusque fremebat Imber Neptuni. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 665. effluit imber Spumeus, et magno puppim procul æquore vestit. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 104. Coma imbre æquoris madida. *Id.* 2. *Amor.* el. 15. v. 23. cum calidis perfunderis imbribus artus. *Virg.* 4. *Georg.* v. 115. et amicos irriget imbres. *Lucret.* l. 1. v. 715. Ex igni, terra, atque anima procrescere, et imbri. ¶ Imbrem in cribrum gerere. *to carry water in a sieve.* proverb. est apud *Plaut. Pseud.* 1. 1. 100. de irrito conatu et opera perdita. ¶ Dicitur item de quovis humore, aut alia re, pluviæ modo incidente. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 43. *ad fin.* Quid, cum sæpe lapidum, sanguinis nonnunquam, terræ interdum, quondam etiam lactis imber effluxit? *Lucret.* l. 6. v. 106. grandinis imbres. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 3. v. 18. Imbre per indignas usque cadente genas. *a shower of tears. Virg. Æn.* 12. v. 284. in toto turbida cælo Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber. [† *Miltonus* nostras, antiquorum studiosissimus: *Sharp sleet of arrowy shower.* Unde *Grayius: Iron sleet of arrowy shower.*] *Stat.* 1. *Theb.* v. 437. lacera ora, putresque Sanguineo imbre genas. *Sever. in Ætna*, v. 89. Jupiter ut Danaæ pretiosus fluxerit imber. *a golden shower. Seren. Sammon.* c. 3. *in fi.* Cessabitque gravis crebræ porriginis imber. *h. e.* quæ, pectendo caput, in morem pluviæ, aut potius nivis depluit. Supra dixerat vers. 2. Cum caput immensa pexum porrigine ningit. *Claudian. in nupt. Honor.* v. 101. largos hæc nectaris imbres irrigat. *Id. in consul. Probi, et Olybr.* v. 43. sed largior imbre Sueverat innumeras hominum ditare catervas. *h. e.* magis liberalis in congiariis, quam imber. ¶ *Imber*, mulus. V. *Umber* in fi.

IMBERBIS, *et* Inberbis, be, *et* Imberbus, a, um, *without a beard, beardless*, ἀπώγων, ἀγένειος, qui est sine barba. *Cic. de nat. Deor.* l. 3. c. 34. Non convenire barbatum esse filium (*Æsculapium*) cum pater (*Apollo*) imberbis esset. *Id. pro Dom.* c. 14. Venire imberbum adolescentulum, &c. Ita legit *Charis.* l. 1. pag. 74. *Putsch. al.* imberbem. *Varr. ibid.* et apud *Non.* c. 8. n. 84. Imberbi juvenes. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 84. turpe putant parere minoribus, et quæ Imberbes didicere, &c. *Bentlei.* ex MSS. legit *imberbi.* et *in ar. Poet.* v. 161. Imberbus juvenis. ubi al. vulgo *imberbis.*

IMBĬBO, *et* Inbibo, is, bi, a. 3. *to drink in, imbibe*, εἰσπίνω, humorem attraho, et in me recipio, haurio, bibo. *Plin.* l. 24. c. 15. Radix imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. ¶ Transfertur ad alia. *Nazar. in Paneg. ad Constantin.* c. 13. Oculi imbibunt tenebras. *h. e.* obscurantur, obcæcantur. ¶ Sæpe ad animum et significat haurire, percipere, concipere, imbui re aliqua. *to imbibe, conceive. Cic. Verr.* 2. c. 14. An iste unquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset? *Liv.* l. 2. c. 58. Tantum certamen animis imbiberant. *Auson. in parentalib.* n. 13. Ingenio imbibere artes paternas. ¶ Est etiam in animum inducere, constitutum habere in animo. *Cic. pro Quint.* c. 6. *sub fin.* Quod si facere noluerit, atque imbiberit ejusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere. *should resolve.* [† *h. e.* constituerit secum, decreverit.] Al. aliter leg. *Liv.* l. 2. c. 47. *sub fin.* Neque immemor ejus, quod initio consulatus imbiberat, reconciliandi animos plebis, &c. *Lucret.* l. 6. v. 71. ut ex ira pœnas petere imbibat acres. *Id.* l. 3. v. 1010. Qui petere a populo fasces sævasque secures Imbibit.

IMBĬTO, is, n. 3. ineo, ingredior: ab antiquo *bito, is. Plaut. Epid.* 1. 2. 42. Meam domum ne imbitas.

IMBONĬTAS, atis, f. *inconvenience, trouble*, incommodum, mala res. *Tertull. ad Martyr.* c. 3. Nemo miles ad bellum cum deliciis venit, nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de papilionibus expeditis, et substrictis, ubi omnis duritia, et imbonitas, et insuavitas constitit.

IMBRACTEĀTUS, a, um, *covered over with a thin plate of metal, plated, overlaid*, bractea obductus. *Ammian.* l. 17. c. 4. (*al.* 8.) Æreum opus auro imbracteatum.

IMBRACTĔO, as, a. 1. bractea obduco. *Ammian.* l. 14. c. 6. (*al.* 15.) Statuas auro imbracteari.

IMBRASĪDES, æ, m. Ἰμβρασίδης, Imbrasi filius. *Virg.* 10. *Æn.* v. 123. Asius Imbrasides. Adde lib. 12. v. 343.

IMBRĂSUS, i, Ἴμβρασος, fluvius Sami insulæ. *Plin.* l. 5. c. 31. *a med.*

IMBREX, icis, m. et f. *a gutter-tile for carrying off the rain*, στεγαστὴς, καλυπτὴρ, σωλὴν, tegula cavata, et semirotunda, per quam e tectis imber decidit. Differt a *tegula*, quæ generalius est nomen, ac tum cavatas, tum alia ratione factas complectitur. Sunt, qui *imbricem* intelligunt canalem, qui conceptam e tegulis aquam deferat. *Plin.* l. 35. c. 12. Primus personas tegularum extremis imbricibus imposuit. *Plaut. Mil.* 2. 6. 24. Meas confregisti imbrices et tegulas. *Id. Most.* 1. 2. 28. Tempestas venit: confringit tegulas, imbricesque. *Sisen.* apud *Non.* c. 2. n. 433. Dissipatis imbricum fragminibus, ac testis tegularum. ¶ In illo *Virg.* 4. *Georg.* v. 295. locum angusti imbrice tecti, Parietibusque premunt arctis: *imbrex tecti* est tectum imbricis modo curvatum, *a coped, imbowed, or vaulted, roof.* ¶ Alios etiam habet usus. *Colum.* l. 9. c. 13. *ante med. de apib. morbo laborantib.* Rorem marinum aqua mulsa decoctum, imbricibus infusum præbent libandum. *Plin.* l. 17. c. 14. *in fi.* Pomorum calamos servari inter duos imbrices, juxta rivos, vel piscinas, utrimque terra obstructos. *Cato R. R.* c. 21. *imbrices ferreos* nominat in descriptione trapeti. ¶ Translate *Martial.* l. 2. epigr. 37. Quidquid ponitur hinc et inde verris: Mammas suminis, imbricemque porci. *h. e.* auriculam, quæ imbricis modo convoluta est. Alii vulvam, aut vertebram, aut costas interpretantur. *Sueton. in Ner.* c. 20. Quinque amplius millia elegit, qui divisi in factiones plausuum genera condiscerent (bombos, et imbrices, et testas vocabant) operamque navarent cantanti sibi. V. *Bombus.* ¶ *Imbrex narium* est cavum interius membrana divisum. *Arnob.* l. 3. pag. 107. Suspensum imbricem narium, munctionibus mucculentis, et spiritali commeabilem tractui.

IMBRICĀTIM, adverb. *like a gutter-tile*, γεισσοειδῶς, imbricum modo. *Plin.* l. 9. c. 33. Jam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.

IMBRICĀTUS, a, um, *crooked like a gutter-tile, laid above one another, or sticking together, like tiles, imbricated,* imbricum figuram referens. *Vitruv.* l. 2. c. 8. Incerta vero cæmenta alia super alia sedentia inter se imbricata non speciosam, sed firmiorem, quam reticulata, præstant structuram. *Plin.* l. 15. c. 30. Laurus folio per margines imbricato. *Id.* l. 11. c. 1. Superne tantum imbricatis vertebris. *h. e.* alia super aliam insidente. *Id. ibid.* c. 45. Ungues simiæ imbricati.

IMBRICĬTOR, oris, m. imbres ciens. *Enn.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 2. Cum spiritus Austri imbricitor, &c. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. *a med.* Apollo deus imbricitor. τοὺς ὄμβρους θεὶς.

IMBRĬCO, as, a. 1. *to cover with tiles, make crooked like a gutter-tile, imbricate*, ἀπογεισσόω, imbricibus tego, in modum imbricis facio. *Sidon.* l. 2. ep. 2. Tegulis interjacentibus imbricarentur.

IMBRĬCUS, a, um, *rainy*, ὀμβροφόρος, imbres ferens, pluvius. *Plaut. Merc.* 5. 2. 35. Hic Favonius serenus est, hic Auster imbricus. *Festus:* Imbrica tempestas pluviam videtur significare. *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 20. *ad fin.* Ut hiems serena sit, solstitium vero imbricum.

IMBRĬDUS, a, um, adject. idem quod imbricus. *Solin.* cap. 4. (*al.* 10.) Cælum imbridum. *Pallad. Januar.* tit. 13. Solum siccum potius, quam nimis imbridum.

IMBRĬFER, ra, rum, *producing, or bringing on, rain*, ὀμβροφόρος, imbres ferens. *Colum.* l. 3. c. 5. Ubi aut uliginosa regio est, aut cæli sunt imbriferi. *Virg. Georg.* 1. v. 313. Ver imbriferum. *Martial.* l. 1. epigr. 62. Imbrifer Nilus. *h. e.* qui aquis exundantibus imbrium vices præstat.

IMBRIFĬCO, as, a. 1. imbre madefacio, irrigo. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 191. terram Aer complectens imbrificabat aquis.

IMBRĬUS, a, um, ad Imbrum pertinens, quæ est insula in Ægæo mari, Thraciæ Chersoneso adjacens, hod. *Lembro, Imbro. Ovid.* 1. *Trist.* el. 10. v. 18. Venimus ad portus, Imbria terra, tuos.

IMBUBĪNO, as, a. 1. inquino, fœdo. *Lucil.* apud *Fest.* in *Bubinare.* Hæc te imbubinat.

IMBULBĪTO, as, a. 1. *to bedung*, stercore inquino: a βόλβιτον, stercus. *Lucil.* te imbulbitat ille. *Fest.* in *Bubinare* interpretatur: stercore puerili inquinat: quæ interpretatio in eum cadit *Lucilii* locum. Ceterum ipsum verbum, stercore fœdare, universim significat.

IMBŬO, *et* Inbŭo, is, ui, utum, a. 3. *to wet, moisten, steep, souk, imbrue, imbue*, ἐμβρέχω, ἐμβάπτω, liquore perfundo, tingo, madefacio, ita ut liquor ebibatur, et maneat. *Festus:* Imbutum est, quod cujuspiam rei succum bibit. *Voss.* ducit a βύω, impleo: unde *bua*, et *exbuæ*. *Colum.* l. 9. c. 14. *a med.* Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, ut insistentes apes succum evocent. *Cn. Matius* apud *Gell.* l. 20. c. 9. Tapetes, quos concha purpura imbuens venenavit. *Horat.* l. 1. od. 13. v. 16. Nectare aliquid imbuere. *Plin.* l. 15. c. 8. Cados amurca imbuere. *Virg. Ecl.* 1. v. 7. illius aram Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus. *h. e.* mactatus tinget sanguine. *shall stain. Ovid. in Ibin*, v. 131. Gutturaque imbuerunt infantia lacte canino. *Virg.* 7. *Æn.* v. 554. Quæ fors prima dedit, sanguis novus imbuit arma. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 65. Imbuero Scythicas si non prius ipse sagittas. *h. e.* vulneratus meo inficiam sanguine. *Vellei.* l. 1. c. 20. Hoc primum anno sanguine consulis Romani militis imbutæ manus sunt. ¶ Translate *Cic.* 5. *Phil.* c. 7. Cum autem semel gladium scelere imbuisset, nulla res ei finem cædendi attulisset. *Acc.* apud *Non.* c. 12. n. 13. Credite, amici morte me imbuturum manus. *Curt.* l. 4. c. 10. Non esse talibus promissis imbuendas aures militum. *h. e.* implendas. ¶ Est etiam rudem, et, ut ita dicam, recentem animum implere doctrina, opinione, institutione, quæ alte insideat, et permaneat: idque in utramque partem. *to initiate, instruct. Cic. pro Deiot.* c. 10. Quibus ille studiis ab ineunte ætate se imbuerat. *Id. ad Anton. post* ep. 13. l. 14. *ad Attic.* Pueri animum tenerum bonis opinionibus imbuere. *Liv.* l. 1. c. 21. Ea pietate omnium pectora imbuerat, ut, &c. *had filled; had impressed. Id.* l. 26. c. 2. *a med.* Honeste genitos, liberaliter educatos servilibus vitiis imbuisse. *Flor.* l. 2. c. 3. Quotidiani hostes tirocinia militum imbuebant. *Plin.* l. 8. ep. 14. Adolescentuli castrensibus stipendiis imbuebantur, ut imperare parendo assuescerent. *Nepos in Dione*, c. 4. Filium ejus sic educari jussit, ut indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus. *Cic. Tuscul.* 1. c. 13. Nemo est tam immanis, cujus mentem non imbuerit deorum opinio. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 7. Honestis sermonibus alicujus aures imbuere. *Id.* 12. *Ann.* c. 32. Imbuere socios ad officia legum. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 31. Imbui Grammatica, Musica, et Geometria. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 72. Militem licentia sævitiaque imbuere. *Liv.* l. 9. c. 45. Malo tirocinio hostem imbuere. V. alia in *Imbutus.* ¶ Cum accusat. communi, *Tacit.* 5. *Hist.* c. 5. Nec quidquam prius imbuuntur, quam contemnere deos. ¶ *Imbuere bovem* est domare, et jugum pati consuefacere. *Plin.* l. 8. c. 45. Optime cum domito juvencus imbuitur. ¶ *Imbuere ministeriis*, exsequi ministeria condocefacere. *Curt.* l. 6. c. 6. Paulatimque servilibus ministeriis tot victores gentium imbuere, et captivis pares facere expetebat. ¶ Item re intacta adhuc, et nullo usu trita uti incipere. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 11. v. 51. et 1. *de ar. am.* v. 654. at Phalaris, pœnæ mirande repertor Ipse tuum præsens imbue, dixit, opus. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 69. ignaras Cereris qui vomere terras Imbuit. *h. e.* primus aravit. *Catull.* carm. 63. *de Nupt. Pel. et Thet.* v. 11. Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten. *h. e.* prima navigavit. *Martial.* l. 8. epigr. 51. v. 17. Imbuere phialam nectare. *to fill for the first time. Propert.* l. 4. el. 10. v. 5. Imbuis exemplum primæ tu, Romule, palmæ. *h. e.* inchoas, instituis, primus exemplum præbes. ¶ *Charis. in fi.* l. 5. docet, Latine dici *imbuo puerum rubrica*, et *rubricam:* quod posterius adhibuisse videtur *Martial.* si accusativum *se* subintelligas, l. 7. epigr. 25. hoc facetum carmen imbuant aures.

IMBŪRUM, vasis genus, quod sursum versus redit, inquit *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 27. Sed ibi *Scalig.* mendum agnoscit. V. *eund. in Conject. ad Varron. pag. m.* 98.

IMBUTAMENTUM, ti, n. doctrina, eruditio, instructio. *Fulgent. Mythol.* l. 1. *in procemio.* Variis dogmatum imbutamentis lasciva præstruens corda. *Cave usurpes.*

IMBŪTUS, *et* Inbutus, a, um, *wet, moistened, steeped, soaked, stained, imbued*, βαπτὸς, madefactus, tinctus, perfusus: et dicitur fere de his, quæ primum liquore continguntur. *Horat. in fin.* ep. 2. l. 1. Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu. *tainted, seasoned, imbued. Ovid.* 9. *Metam.* v. 153. Vestis imbuta sanguine. *Id.* 4. *Trist.* el. 1. v. 77. Tela imbuta veneno. *Id.* 4. *Metam.* v. 252. Imbutum cælesti nectare corpus. ¶ Minus est, quam *madefactus. Cic. Phil.* 14. c. 3. Imbuti sanguine gladii legionum, vel madefacti potius. ¶ Translate *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 714. Imbutæ cæde manus. *imbrued. Cic. pro Font.* cap. 14. Sociale bellum macula sceleris imbutum. *et pro Dom.* cap. 23. Bellum omni odio imbutum. *Id. Phil.* 3. cap. 2. Imbutus crudelitate. *Id.* 1. *de Divin.* c. 42. religione. *Id.* 1. *de Fin.* c. 18. superstitione. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 4. formidine nulla. *tainted. Tacit.* 1. *Ann.* c. 36. Imbutas præda manus in direptionem Galliarum erupturas. *once inured to plunder.* et lib. 13. c. 4. Juventa armis civilibus, aut domesticis discordiis imbuta. *Id.* 2. *Hist.* c. 85. Legiones imbutæ favore Othonis. *h. e.* jam antea Othoni faventes. et lib. 1. c. 5. Miles urbanus longo Cæsarum sacramento imbutus. *reared up, accustomed. Stat.* 11. *Theb.* v. 661. sævis imbutus amoribus aulæ. *Liv.* l. 21. c. 39. *a med.* Imbutus admiratione. *full of, lost in.* ¶ Sæpe refertur ad institutionem, et doctrinam: diciturque de iis, quæ primum animo hauriuntur et infiguntur. *Cic. pro Mil.* cap. 4. Est hæc non scripta, sed nata lex: ad quam non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus. *initiated from early infancy.* et 2. *de Fin.* c. 5. Extorquere ex animis cognitiones verborum, quibus imbuti sumus. *Id. Phil.* 10. c. 10. Nos ita a majoribus instituti atque imbuti sumus, ut, &c. *taught, tutored, instructed.* et 1. *Offic.* cap. 32. *sub fin.* Parentum præceptis imbuti. *Id.* 2. *de Orat.* cap. 39. Qui et doctrina liberaliter instituti, et aliquo jam imbutus usu, et satis acri ingenio esse videatur. ¶ Dicitur et de iis, qui leviter sunt re aliqua instituti. *Sueton. de Grammat.* c. 4. Cum familia alicujus venalis produceretur, non temere quem litteratum, in titulo, sed litteratorem inscribi solitum esse: quasi non perfectum litteris, sed imbutum. *superficially instructed, slightly imbued.* et *Cic.* 1. *Tuscul.* cap. 7. An tu dialecticis ne imbutus quidem es? *have not so much as learned the rudiments? Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) *circa med.* Litteris leviter imbutus. *a mere smatterer in learning. Horat.* l. 2. ep. 2. v. 7. Verna litterulis Græcis imbutus. *Plin.* l. 6. c. 22. Sex mensium tempore imbutus alloquio. *having made some progress in the language.*

IMITABĪLIS, le, *that may or can be imitated, imitable*, μιμητὸς, quem quis potest imitari. *Cic. in Orat.* c. 23. Nam orationis subtilitas imitabilis quidem illa videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus. *Plin.* l. 7. ep. 20. Tu mihi maxime imitabilis, maxime imitandus videbaris. *Virg.* 6. *Æn.* v. 590. non imitabile fulmen. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 10. v. 77. Est tamen ex illo nobis imitabile quiddam: Inque fide Theseus quilibet esse potest. *Plin.* l. 37. c. 8. Neque est gemma alia imitabilior mendacio vitri. *more easy to be imitated, or counterfeited.*

IMITĀMEN, inis, n. idem ac imitatio. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 211. Priscique imitamina facti. *Id.* 4. *Metam.* v. 445. Pars alias artes (*celebrant*) antiquæ imitamina vitæ. et lib. 11. v. 627. Somnia, quæ veras æquent imitamine formas. et lib. 15. v. 199. Quid? non in species succedere quatuor annum Aspicis, ætatis peragentem imitamina nostræ?

IMITAMENTUM, i, n. *an imitation, resemblance, representation*, imitamen, simulatio. *Tacit. Ann.* 14. c. 57. Plautum magnis opibus, ne fingere quidem cupidinem otii, sed veterum Romanorum imitamenta præferre. et lib. 13. c. 4. Peractis tristitiæ imitamentis, curiam ingressus, &c. *Gell.* l. 7. c. 5. *de Polo histrione.* Opplevit omnia non simulacris, neque imitamentis, sed luctu atque lamentis veris et spirantibus. *Ammian.* l. 22. c. 13. (*al.* 31.) Simulacrum Olympiaci Jovis imitamenti æquiparans magnitudinem. *of the statue or picture.*

IMITĀTĬO, onis, f. *an imitation, counterfeiting*, μίμησις, actus imitandi, simulatio, æmulatio. *Cic.* 14. *Phil.* c. 6. Uti excellentium civium virtutem imitatione dignam, non invidia putarent. *Id.* 3. *Offic.* c. 1. Si minus imitatione tantam ingenii præstantiam consequi possumus, voluntate certe proxime accedimus. *Id.* 3. *de Orat.* c. 57. In omni re vincit imitationem veritas. et cap. 12. Sono ipso vocis ita recto et simplici est, ut nihil ostentationis, aut imitationis afferre videatur. et lib. 2. c. 45. Si in ejusmodi genere orationis nihil esset nisi falsum, et imitatione simulatum. et cap. 59. Ridiculum, quod ex quadam depravata imitatione sumi solet. *Id. pro Flacc.* c. 11. Prodere reliquis in posterum periculosam exempli imitationem. *Tacit. Ann.* 16. c. 18. Vitiorum imitatio. *Plin.* l. 4. ep. 28. Cum est arduum similitudinem effingere ex vero, (*to draw a picture*) tum longe difficillima est imitationis imitatio. *to copy a picture.* ¶ De imitatione oratoria fuse *Quintil.* l. 10. c. 2. et *Cic.* 2. *de Orat.* c. 22. et 23. Eam sic definit *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 2. Imitatio est, qua impellimur cum diligenti ratione, ut aliquorum similes in dicendo velimus esse. ¶ Inter hanc et æmulationem discrimen est, quod *imitatio* studium, et diligentiam, et similitudinis amorem fere significat: *æmulatio* sæpe habet conjunctam contentionem, et invidiam, et superandi cupiditatem. Similia habet *Non.* c. 5. n. 59. Ea tamen perpetua non sunt. ¶ Apud *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 31. imitatio est ὀνοματοποιΐα, ut vagire, rudere, mugire, &c.

IMITĀTOR, oris, m. *an imitator, one who copies, or endeavours to resemble, another*, μιμητὴς, qui imitatur. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 14. Nec enim tantum mali est, peccare Principes, quantum illud, quod permulti imitatores Principum exsistunt. *Id.* 2. *de Orat.* c. 54. Imitator et narrator facetus. *Id. pro Marcell.* c. 1. Æmulus atque imitator studiorum meorum. (*æmulus* est qui cupit, et contendit similia facere: *imitator*, qui imitando assequitur.) *Nepos in Attic.* c. 18. Moris majorum summus imitator fuit. *Cic. in Vatin.* c. 9. Quæro num quis ante te fuerit tam nefarius, qui id fecerit? ut sciamus, utrum veterum facinorum sis imitator, an inventor novorum. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 717. Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset Tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis. ¶ De iis, qui nihil aliud, quam aliorum vestigiis insistere sciunt. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 19. O imitatores, servum pecus, *ye imitators, a servile herd.*

IMITĀTRIX, cis, f. *she that imitates*, quæ imitatur. *Cic.* l. 1. *de Legib.* c. 17. Imitatrix boni voluptas. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 2. Fama popularis, quæ se gloriæ imitatricem esse vult. *Plin.* l. 10. c. 23. Imitatrix alias avis, ac parasita, et quodam genere saltatrix.

IMITĀTUS, a, um, particip. V. *Imitor.* ¶ Passive *Cic. de Univ.* c. 3. Imitata et efficta simulacra. *imitated, copied.*

IMĪTO, as, a. 1. idem quod imitor. *Varr.* apud *Non.*

cap. 7. n. 46. Tuum opus nemo imitare potest. *Liv.* vel *Lev.* *ibid.* Si malos imitabo.

IMITOR, aris, atus sum, dep. 1. *to imitate, seek to resemble, copy after, counterfeit*, μιμέομαι, simile facio, imitatione exprimo, alterius vestigia sequor, simulo: a voce Græca aliata, omissa priore littera. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 22. Accedat exercitatio, qua illum, quem ante delegerit, imitando effingat, atque exprimat. *Id. Phil.* 2. c. 44. Factum præclarum expositum ad imitandum. *for a pattern.* *Cæsar ad Oppium post* epist. 8. l. 9. *ad Attic.* Præter L. Sullam, quem imitaturus non sum. *Plin.* l. 35. c. 11. Quem postea imitati sunt multi, æquavit nemo. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 27. Humor allapsus potest sudorem imitari. *look like.* *Id. de clar. Orat.* c. 18. Canachi signa rigidiora esse, quam ut imitentur veritatem. *to look natural.* et cap. 36. De industria, tum verbis tum etiam ipso sono quasi subrustico prosequebatur atque imitabatur antiquitatem. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 30. Imitari chirographum alicujus. *Id. in Orat.* c. 19. Imitari atque exprimere aliquem. *Virg.* 11. *Æn.* v. 893. robore duro, Stipitibus ferrum, sudibusque imitantur obustis. *h. e.* robore, et sudibus pro ferro utuntur, eandemque iis edunt pugnam, non secus ac si ferrum haberent. *Id.* 3. *Georg.* v. 379. et pocula læti Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis. *h. e.* pro vino, quod non habent, his utuntur. *Tibull.* l. 3. el. 6. v. 33. difficile est imitari gaudia falsa. *to feign, counterfeit, put on, pretend.* Sic *Tacit. Ann.* 1. c. 24. Vultu, quamquam mœstitiam imitarentur, contumaciæ propiores. et *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 617. faciles imitantibus este puellæ. *to those who pretend to love.* *Tacit.* 1. *Hist.* c. 33. Imitari principem. *to act the part of, imitate the actions of.* *Virg.* 4. *Georg.* v. 72. vox sonitus imitata tubarum. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 299. imitantes omnia picæ. et lib. 2. v. 2. pyropus imitans flammas. et lib. 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 45. omnia veros imitantia casus. et lib. 2. *Trist.* v. 515. scribere mimos imitantes turpia. *representing.* *Cic. in Orat.* c. 22. *ad fin.* Imitari penicillo aliquid. *to draw, express.* Sic *Stat.* l. et silv. 3. v. 202. Nunc ebur, et fulvum vultus imitabitur aurum. *Horat. in art. Poet.* v. 33. faber ungues Exprimet, et molles imitabitur ære capillos. *Virg.* 2. *Georg.* v. 204. putre solum arando imitari. *h. e.* colendo efficere, ut putre reddatur. nam aratione et subactione terra resolvitur. ¶ Imitandus, a, um. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 18. Quis actor in imitanda, quam orator in suscipienda veritate jucundior? *Id.* 3. *Offic.* c. 2. *extr.* Oris pulcritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat. ¶ Passive *Id.* 1. *Offic.* c. 24. In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est. *we must imitate the practice of.* *Plin.* l. 7. ep. 20. Tu mihi maxime imitandus videbaris. *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 17. Hoc stabant, hoc sunt imitandi. *Gell.* l. et cap. 9. Quando ex poematis Græcis vertendæ, imitandæque sunt insignes sententiæ. ¶ Supinum *imitatu* item passive. *to be imitated.* *Valer. Max.* l. 4. c. 6. Opera ardua imitatu, ceterum cognosci utilia. ¶ *Imitarier* paragoge pro *imitari* est apud *Plaut. Capt.* 3. 1. 25.

IMITUS, adverb. *from the very bottom*, ex imo, funditus, ex profundo: ab *imus*. *Gell.* l. 17. c. 10. Fontes imitus ignes eructare. *Apul.* l. 9. *Metam.* Terra dehiscente imitus. Adde *Arnob.* l. 5. pag. 163.

IMMACULABILIS, le, adject. *that cannot be stained*, qui maculari non potest. *Auson. in gratiar. act. ad Gratian. Imp.* c. 27. Mente pura, immaculabili conscientia, cogitatione sincera.

IMMACULATUS, *et* Inmaculatus, a, um, *immaculate, spotless, unstained*, ἀμίαντος, non maculatus, non pollutus. *Lucan.* l. 2. *extr.* Abscondat Fortuna nefas, Romanaque tellus Immaculata sui servetur sanguine Magni.

IMMACŬLO, as, a. 1. *to spot, stain, pollute*, idem quod maculo, polluo. *Jul. Firmic.* l. 4. c. 16. Nullus invidiæ livor immaculet.

IMMADĔO, *et* Inmadĕo, es, ui, n. 2. *to be wet or moist*, ἐμβρέχομαι, idem quod madeo, madidus fio. Extra præteritum nullum adhuc usum vidimus. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 9. v. 34. Credibile est, lacrimis immaduisse genas. *Plin.* l. 17. c. 5. Cum terra a siccitate continua immaduit imbre. Adde *Stat.* l. 3. silv. 1. v. 73.

IMMĀNE, immaniter: neutrum genus pro adverbio. *Virg.* 3. *Georg.* v. 239. Fluctus immane sonat per saxa. *Id.* 7. *Æn.* v. 510. rapta spirans immane securi. et lib. 10. v. 726. Leo hians immane. *Claudian. de consul. Mall. Theod.* v. 237. Torrentes immane fremant. ¶ *Immane quantum* est mirum quantum. *how vast the difference is*, θαυμαστὸν ὅσον: ellipsis. *Horat.* l. 1. od. 27. v. 6. Vino et lucernis Medus acinaces Immane quantum discrepat. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 34. *extr.* Civilis lapsu equi prostratus, immane quantum suis pavoris, et hostibus alacritatis indidit. *Apul. in Apolog.* Quod matrimonium Æmiliano huic immane quanto angori, quantæque invidiæ fuit. ¶ Simile est illud *Sallust. in orat. ad Cæs.* 1. *ante med.* Immane dictu est, quanti et quam multi ad Pompeium discesserint.

IMMANĔO, es, n. 2. idem quod maneo, in aliqua re maneo, immoror. *Augustin.* l. 2. *de Gen. ad litt.* cap. 4. *extr.* Si potest aqua ad tantas guttarum minutias pervenire, et super istum aerem vaporaliter feratur, qui natura levior est aquis, cur non possit et super illud levius cælum minutioribus guttis et levioribus immanere vaporibus? Est qui leg. *immanare*, sed minus recte.

IMMANIFESTUS, a, um, *immanifest*, non manifestus, obscurus. *Rufinus Grammaticus* pag. 2710. *Putsch.* Immanifesta vocant hæc carmina voce Latini.

IMMĀNIS, *et* Inmanis, ne, *hurtful, cruel, fierce, savage, ruthless*, ἄγριος, θηριώδης, nocens, ferus, crudelis, importunus. V. *Immanitas.* Quidam ducunt ab ἰμμανής, furens. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 4. ab *in* privativa, et *manus*, seu *manis*, bonus. *Cic.* 4. *Verr.* c. 21. Hostis ferus et immanis. et 3. cap. 3. Istius immanis atque importuna natura. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 20. Tetra et immanis belua. *Plaut. Trin.* 4. 1. 7. Spurcificus, immanis, intolerandus, vesanus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 351. scelere ante alios immanior omnes. *Cic.* 4. *Acad.* c. 34. Fera et immanis belua. *Id. pro Font.* cap. 10. Immanis ac barbara consuetudo hominum immolandorum. *Id. in Partitionib.* c. 25. Voluptatem immanissimus quisque acerrime sequitur. *Id. de Harusp. resp.* c. 3. Scelus tam importunum, audacia tam immanis. *Id. in Partition.* c. 23. Patientiam duritia immanis imitatur. *h. e.* agrestis, effera. *Virg.* 1. *Æn.* v. 620. quæ vis immanibus applicat oris? *Id.* 4. *Æn.* v. 642. cœptis immanibus effera Dido. *h. e.* sibi inferendi manus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 24. *extr.* Tantum facinus, tam immane. *h. e.* patris occidendi. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 135. Edictum immane minaxque. *h. e.* severum, triste. ¶ Item ingens, enormis, modum excedens. *huge, vast, enormous, exceeding great, immane.* *Lucret.* l. 4. v. 1156. Magna atque immanis, cataplexis plenaque honoris. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 15. Simulacra immani magnitudine. *Cic.* 5. *Verr.* c. 46. Ingens immanisque præda. *Id. pro Rosc. Com.* c. 8. Illa fuit pecunia immanis, hæc parvula. *Phædr.* l. 4. fab. 22. gemitus immanes ciens. *Cic. Phil.* 2. c. 25. Inter cœnam, in ipsis tuis immanibus illis poculis. *Virg.* 6. *Æn.* v. 11. Antrum immane. et lib. 7. v. 666. tegumen immane leonis. et lib. 8. v. 245. immane baratrum. et lib. 11. v. 552. telum. et lib. 9. v. 751. vulnus. et lib. 6. v. 237. spelunca vasto immanis hiatu. et lib. 5. v. 822. immania cete. et vers. 401. geminos immani pondere cæstus. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 666. immanis auster. *h. e.* vehemens, violentus. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 1. Immani numero annorum urbanos agricolæ præstant. *Virg.* 9. *Æn.* v. 694. immani concitus ira. *Gell.* l. 15. c. 9. Tam immanem solœcismum nihil veritus est. *Quintil.* l. 11. c. 3. Immanis vox. *Vellei.* l. 2. c. 51. Immanem exercitum conficere. et cap. 2. dissensionem movere. *Sallust. in Jug.* c. 34. Immanis avaritia. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 15. *sub fin.* Ambitus redit immanis: nunquam fuit par. *Ovid. in fi.* 5. *Metam.* studium immane loquendi. *excessive desire.* ¶ Utraque significatio jungitur in illo *Ovid.* 8. *Metam.* ubi Achelous loquitur vers. 583. pariterque animis immanis et undis A silvis silvas, et ab arvis arva revelli. ¶ *Immanis visu* aspectu terribilis, verendus. *dreadful to behold, terrible to look at.* *Valer. Flacc.* l. 1. v. 207. Ecce sacer, totusque dei, per littora Mopsus, Immanis visu, vittamque comamque per auras Surgentem, laurusque rotat. *scilicet* quia *majorque videri, nec mortale sonans*, ut est apud *Virg.* 6. *Æn.* v. 49. cujus similis est locus *ibid.* v. 77. At Phœbi nondum patiens, immanis in antro Bacchatur vates. ¶ *Immane dictu*, immane quantum, V. *Immane.* ¶ Est etiam *immanis*, fœdus, si *Nonio* c. 4. n. 236. credimus. *Accius ibid.* Immane te habeat templum, obvallatum ossibus. ¶ Aliquando refertur ad laudem, et ponitur pro mirabili, θαυμαστός. *Virg.* 4. *Æn.* v. 199. Templa Jovi centum latis immania regnis, Centum aras posuit. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 247. ipsius (*Herculis*) datur hoc immanibus actis. *Vellei.* l. 2. c. 46. Cum deinde immanes res, vix multis voluminibus explicandas, C. Cæsar in Gallia ageret. et cap. 105. Anni ejus æstiva immanis emolumentum fecere victoriæ. *Grat. in Cyneg.* v. 265. *de canib.* Pecus immane. *h. e.* ingentis animi. *Senec. in Thyest.* v. 470. Immane regnum est posse sine regno pati.

IMMANĪTAS, *et* Inmanitas, atis, f. *fierceness, savageness, cruelty, immanity*, ἀγριότης, ἀπήνεια, feritas, diritas, agrestes efferique mores, sævitia, crudelitas. Est autem proprie carentia sensus humanitatis, et quidam veluti stupor animi, vel a natura profectus, vel a genere vitæ agrestis et incultæ, unde oritur crudelitas, et sævitia, et odium hominum. *Cic. Tuscul.* 3. c. 6. Istuc nibil dolere, non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore. *Id. in Partit.* cap. 23. Prudentiam malitia, temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis imitatur. *Id.* 1. *de Divin.* cap. 29. Feritas atque agrestis immanitas. *Id. de Amic.* c. 23. Asperitas et immanitas naturæ. et lib. 1. *de nat. Deor.* c. 23. Multas esse gentes sic immanitate efferatas, ut apud eas nulla suspicio deorum sit. *Id. pro Marcell.* c. 3. Domuisti gentes immanitate barbaras. *Id. Fam.* 10. ep. 1. M. Antonii tanta est, non insolentia (nam id quidem vulgare vitium est) sed immanitas, non modo ut vocem, sed ne vultum quidem liberum possit ferre cujusquam. *Id. in Vatin.* c. 3. *extr.* Omni diritate atque immanitate tæterrimus. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 9. c. 13. Nemo audebat (*prodire*) propter magnitudinem et immanitatem facies. (pro *faciei*) *fierce looks, grim visage.* *Plin. in Paneg.* c. 47. Priorum temporum immanitas studia exsiliis puniebat. ¶ Item magnitudo immodica, *largeness, vastness, enormity.* *Cic. pro Cæl.* c. 6. Tot vitiorum tanta immanitas. *Justin.* l. 2. c. 1. Immanitas frigoris. *Gell.* l. 6. c. 3. Serpens inusitatæ immanitatis. *Tacit. Ann.* 14. c. 2. Seu conceperit animo tantum immanitatis Agrippina, &c. *a crime of such enormity*, scil. incesti cum filio patrandi.

IMMANĬTER, *et* Inmaniter, *fiercely, cruelly*, ἀγρίως, ferarum ritu, sæve, crudeliter. *Augustin.* l. 10. *Confession.* c. 37. Perdite et immaniter vivere. *Ammian.* l. 18. c. 7. (*al.* 17.) Leones per ea loca sævientes immaniter. *et paulo post.* Immanius efferascunt. ¶ Item immodice, vehementer, *immoderately, excessively*, σφόδρα. *Gell.* l. 1. c. 26. *a med.* Immaniter clamare. *Id.* l. 9. c. 11. Tam immaniter arrogans.

IMMĀNO. V. *Immaneo.*

IMMANSUĒTUS, *et* Inmansuetus, a, um, *not gentle, wild, savage, untractable*, ἄγριος, indomitus, barbarus, ferus. *Senec.* l. 1. *de Ira*, c. 15. Rabidos effligimus canes, trucem atque immansuetum bovem cædimus. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 85. At quibus ingenium est immansuetumque ferumque, &c. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 8. Ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam immansueta, neque tam fera, quæ, &c. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 6. Quid immansuetius? *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 37. At tu de rapidis immansuetissime ventis. *Id. Metam.* 14. v. 249. Immansuetus Cyclops.

IMMARCESCIBĬLIS, le, adject. *immarcescible, incorruptible*, incorruptibilis. *Tertull. de Cor. Milit.* c. *ult.* Flos incorruptus, immarcescibilis, sempiternus. *Paulin. Nolan.* carm. 15. *Natal.* 4. *S. Felicis, in fi.* Immarcescibilis redimivit honore coronæ.

[* IMMASTICĀTUS, a, um, *not masticated*, non satis mansus. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 3. c. 3. Immasticata transvoratio.]

IMMATŪRE, *et* Inmature, *before the time, out of season, immaturely, unseasonably, too early*, πρὸ ὥρας, ante tempus. *Colum. sub init.* cap. 2. l. 11. Neque præfestinatum opus nimium immature videri possit. *Senec. Suasor.* 1. *ad fin.* Numquid immature ab Oceano? *Vellei.* l. 2. cap. 116. Filius præreptus immature. *Apul.* l. 6. *Metam.* Sed haud immaturius redito.

IMMATURĬTAS, atis, f. *unripeness, immaturity, being below age*, ἀωρία, acerbitas. *Sueton. in Aug.* c. 34. Immaturitas sponsarum. ¶ Pro anticipatione, celeritate. *Cic. pro Quint.* c. 26. Quid hæc festinatio, quid hæc immaturitas tanta significat? *eagerness to do a thing before the time.*

IMMATŪRUS, *et* Inmaturus, a, um, *unripe, unseasonable, immature, before the time, out of season*, ἄωρος, non maturus, acerbus: et proprie de fructibus et frugibus dicitur, cum ante tempus colliguntur. *Cels.* l. 2. c. 30. Pyra immatura. *Plin.* l. 12. c. 13. Quo apparet, aut aliud esse, aut colligi immaturum. *Plaut. Pers.* 2. 5. 14. Vomicam immaturam secare. ¶ Translate dicitur de eo, quod est intempestivum, ut *mors immatura*, qua quis ante constitutum vitæ tempus, et confectam ætatem moritur. *untimely, timeless, immature.* *Cicer.* 2. *Phil. cap. ult.* Etenim si abhinc annos prope viginti hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam esse Consulari. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 59. Filius immaturus obit. *Liv.* l. 22. c. 38. *ad fin.* Immaturum consilium ante tempus præcipere. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 25. Immatura virgo. *h. e.* nondum nubilis.

IMMEDIĀTE. V. *Immeditate.*

IMMEDICABĪLIS, *et* Inmedicabilis, le, *incurable, immedicable*, ἀθεράπευτος, qui medicaminibus sanari non potest. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 190. et lib. 10. v. 189. Immedicabile vulnus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 858. telum immedicabile. *h. e.* armatum felle veneni, atque adeo insanabile vulnus inferens. ¶ Translate *Sil.* l. 14. v. 292. postquam immedicabile visum seditio. et lib. 1. v. 147. Immedicabilis ira. *implacable.*

IMMEDICĀTUS, a, um, *medicated, anointed*, medicamentis illitus, inunctus. *Apul. in Apolog.* Immedicatum os, et purpurissatæ genæ.

IMMEDITĀTE, adverb. sine meditatione, *without premeditation*, ἀπερισκέπτως, ἀφροντίστως. *Gell. in præfat. ante med.* Nos ut captus noster est, incuriose et immeditate, ac prope etiam subrustice ex ipso loco ac tempore hibernarum vigiliarum Atticas noctes inscripsimus. Quidam minus recte leg. *immediate*, quæ vox barbara est.

IMMEDITĀTUS, a, um, adject. passivæ signif. non meditatus, *unpremeditated*, ἀμελέτητος. *Apul.* l. 2. *Metam. sub init.* Immeditatus incessus. *h. e.* non affectatus ad mollitiem. *Id. in Florid.* n. 17. (*al.* l. 3. *sub fin.*) Animalium immeditati sonores.

IMMEIO, *et* Inmeio, is, a. 3. *to make water in or upon*, intus meio. *Pers.* sat. 6. v. 73. Patritiæ immeiat vulvæ.

IMMEMOR, *et* Inmemor, oris, *unmindful, forgetful, heedless, regardless*, ἀμνήμων, qui non meminit. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 16. Ne me immemorem mandati tui putares. *Id. pro Sull.* cap. 30. Adeo ne vobis oblitus constantiæ meæ, adeo immemor rerum a me gestarum esse videor? *Id.* 2. *Phil.* c. 22. Hujus rei ne posteritatem quidem omnium sæculorum unquam immemorem fore. *Id. de clar. Orat.*

c. 60. Magna hæc immemoris ingenii signa. *Catull.* carm. 30. *ad Alphen.* Alphene immemor, atque unanimis false sodalibus. *ungrateful. Cic. in Bruto,* c. 47. Nec enim erat indoctus, nec tardus ad excogitandum, nec Romanarum rerum immemor. *h. e.* ignarus. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 36. Gladiis stragem cædemque continuarent, prædæ immemores. *without thinking of plunder.* Sic *Horat.* l. 2. od. 18. v. 18. sepulcri immemor struis domos. *Curt.* l. 7. c. 9. In hostem, salutis immemores, ruere cœperunt. *Sueton. in Calig.* c. 57. Immemor, Chæream Cassium nominari. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 3. Qui suum officium facere immemor est. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 123. immemori discedens pectore conjux. et vers. 248. mente immemori. ¶ Passive *Terent. Andr.* 1. 1. 17. Isthæc commemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficii. *h. e.* cujus quis est oblitus. Al. ita accipiunt: exprobratio est facta immemori beneficii. [† "cujus nemo meminerit, inquit *Donatus. Ego potius interpretarer, Ejus qui beneficii non meminit." Gesner.*] Al. mallent legere *immemori.* ¶ Metonymice est oblivionem inducens. *inducing forgetfulness, destroying memory. Sil.* l. 16. v. 477. Lethe immemori perstringens gurgite ripas. *Senec. in Herc. Œt.* v. 936. Stabo ante ripas, immemor Lethe, tuas. *Stat.* l. 5. silv. 2. v. 96 immemor amnis. *h. e.* Lethe.

IMMEMORABĬLIS, *et* Inmemorabilis, le, *not to be remembered, not worthy of remembrance, not deserving of mention, not to be related, unspeakable, immemorable,* ἀμνημόνευτος, δύσφρατος, cujus nulla est memoria, qui commemorari non debet, aut potest. *Plaut. Capt. prol.* v. 56. Neque spurcidici insunt versus immemorabiles. *Lucret.* l. 6. v. 487. Immemorabile per spatium transire. *h. e.* immensum, nullis terminis circumscriptum. ¶ Active *Plaut. Cist.* 2. 2. 3. Anus sibi moderatrix, atque immemorabilis. *h. e.* quæ recordari non vult, aut se non meminisse simulat: vel quæ memorare et dicere recusat.

IMMEMORĀTUS, a, um, adject. *unmentioned,* ἀμνημόνευτος, non memoratus. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 33. Juvat immemorata ferentem Ingeniis, oculisque legi, manibusque teneri. *h. e.* nova, non prius audita. *Auson. in Parental.* epigr. 20. Nec tu jam metris, spes unica, ephebe Talisi Consobrine, meis immemoratus eris.

IMMEMORĬA, *et* Inmemoria, æ, f. *forgetfulness,* memoriæ privatio, oblivio. *Papinian. Dig.* lib. 41. tit. 2. leg. 44. Peregre profecturus pecuniam in terram condiderat: cum reversus locum thesauri immemoria non repeteret, &c. Ita *Torrentin.* et *Pareus in Lex.* Al. habent *in memoria.*

IMMEMŎRIS, re, immemor. *Cæcil.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 699. *Putsch.* et lib. 7. pag. 772. Itane, Antipho, juventus est immemoris? itan' est madida memoria?

IMMENSĬTAS, *et* Inmensitas, atis, f. *immensity, vastness,* ἀμετρία, infinitas. *Cic. de nat. Deor.* l. 1. c. 20. In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum. *Id. ibid.* l. 2. c. 39. Immensitates camporum.

IMMENSUS, *et* Inmensus, a, um, *immense, vast, huge, immeasurable,* ἀμέτρητος, qui mensurari non potest, infinitus, interminatus, profundus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 20. Si immensam et interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis. et cap. 10. Aera deum statuit, eumque gigni, esseque immensum et infinitum. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 30. In mari immenso vehi. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 640. immensa domus. *large, vast. Horat.* l. 1. sat. 1. v. 41. immensum argenti pondus et auri. *Plin.* l. 4. c. 13. *a med.* Immensus mons. *immensely high. Cic.* 3. *de Orat.* cap. 19. Ex ingenti immensoque campo. et lib. 2. c. 20. Tanta hac in re tamque immensa. et l. 1. c. 49. Ingenii fines pæne immensi. *Id.* 1. *de Divin.* c. 7. Observata sunt hæc tempore immenso. *for an exceeding great length of time. Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 78. Immensæ viæ. *h. e.* longissimum iter. *Id. Heroid.* ep. 1. v. 82. moræ. et epist. 9. v. 5. series immensa laborum. et 10. *Metam.* v. 136. immensi fletus. *endless.* et 4. *Trist.* el. 3. v. 25. nox immensa videtur. *seems as though it would never end.* et lib. 4. *Metam.* v. 620. per immensum ventis discordibus actus. *through the air; through the boundless void. Tacit. Ann.* 15. c. 40. Proruta per immensum ædificia. *over an immense space. Plin.* l. 9. c. 40. Immenso mercari. *at an exorbitant price.* ¶ Translate *Cic.* 5. *Verr.* c. 9. Immensa vorago ac gurges vitiorum. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 22. Immensæ, infinitæ, immoderatæ cupiditates. *boundless, excessive. Spartian. in Adrian.* c. 19. Immensissimæ voluptates. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 768. sitis immensa cruoris. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 36. immensum gloria calcar habet. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 7. immensusque ruit profundo Pindarus ore. *h. e.* mira verborum rerumque copia. *Plin.* l. 28. c. 1. Immensa difficultas. et lib. 36. c. 5. differentia. ¶ *Immensum, in et ad immensum* adverbii vicem præstant. *immeasurably, immensely. Ovid.* 5. *Fast.* v. 537. Creverat immensum: comitem sibi Delia sumpsit. *Tacit. Ann.* 4. c. 40. Immensum attolli. et lib. 3. cap. 30. Opes, queis domus illa immensum viguit. et cap. 52. Luxus immensum proruperat. (Adde *Sallust. in Jug.* c. 97.) *Ovid.* 2. *Metam.* v. 220. Ardet in immensum geminatis ignibus Ætne. *Liv.* l. 29. c. 25. Ad immensum multitudinis speciem auget. ¶ *Immensum est,* finem, modum non habet. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 573. immensum est erratas dicere terras. *there would be no end of telling. Plin.* l. 8. c. 27. Quod persequi, immensum est. ¶ *Immensum quantum,* immane quantum. *how vast! how immense! Plin.* l. 4. c. 20. Immensum quantum hinc oceano, illinc Iberico mari comprimentibus. Adde lib. 16. c. 36. *sub fin.* ¶ *Immenso plus,* plus quam in immensum: hyperbole. *Plin.* l. 20. c. 9. *a med.* Brassicæ silvestris immenso plus effectus laudat Cato. ¶ Substantive *Lucret.* l. 1. v. 72. Ergo vivida vis animi pervicit, et extra Processit longe flammantia mœnia mundi, Atque omne immensum peragravit mente animoque. *Liv.* l. 21. c. 39. Immensum altitudinis. *Id.* l. 5. c. 37. loci.

IMMĔO, *et* Inmeo, as, n. 1. *to go or enter into,* intro meo, ingredior. *Pallad.* l. 1. tit. 17. Salutare erit, aquas illuc per tubos fictiles duci, et opertis immeare cisternis. *Plin.* l. 8. c. 25. Delphini immeantes Nilo. et lib. 11. cap. 39. Setas suum obstare tenuitati immeantis spiritus.

IMMĔRENS, *et* Inmerens, entis, *undeserving, innocent,* ἀκακήτης, ἀνάξιος, qui nihil commeruit, immeritus, innoxius. *Nep. in Dion. c. ult.* Hi falsa suspicione ducti, immerentes ut sceleratos occidunt. *Horat.* l. 2. od. 13. v. 11. Triste lignum, caducum In domini caput immerentis. *Sueton. in Tito,* c. 10. Multum conquestus, eripi sibi vitam immerenti. *Valer. Flacc.* l. 9. c. 12. n. 8. Interdum quædam immerentia supremi fati titulum occupant. *h. e.* quæ nihil nocuerunt. *Lucret.* l. 2. v. 1102. exanimat indignos, inque merentes. *tmesis.*

IMMERENTER, adv. *undeservedly,* ἀναξίως, immerito. *Valer. Max.* l. 6. c. 2. n. 1. *extern.* A Philippo rege temulento immerenter damnata.

IMMERGO, *et* Inmergo, is, ersi, ersum, a. 3. *to plunge into, immerge,* ἐμβάπτω, καταδύω, intus mergo, demergo, immitto, obruo. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 26. Errasti, cum parum immersti ampliter. *scil.* manum in pecuniam. *immersti* syncope pro *immersisti. Plin.* l. 28. c. 6. Immergere manus in aquam ferventem. *Id.* l. 34. c. 14. *a med.* ferrum candens aquæ. *Id.* l. 11. c. 25. se in aquas. *Colum.* l. 5. c. 6. *a med.* partem arboris deflexam terræ. *Curt.* l. 4. c. 4. Belua alto se immersit. *Plin.* l. 15. c. 17. Immergi melle cotonea. *Virg.* 6. *Æn.* v. 174. Unda aliquem immergere. *Plin.* l. 4. c. 11. Ubi Ister amnis immergitur. *disembogues itself.* et lib. 18. c. 28. *a med.* Regia in pectore leonis stella matutino immergitur. *hides itself.* ¶ *Immergere se aliquo* est se conjicere, abdere. *to throw himself. Plaut. Men.* 3. 1. 3. In concionem mediam immersi me miser. et 5. 1. 3. Immersit aliquo se se, credo, in ganeum. *Justin.* l. 33. c. 2. Inter mucrones se hostium immersit. *rushed.* ¶ Translate *Cic. pro Cluent.* c. 13. Se blanditiis et assentationibus in Asinii consuetudinem penitus immersit. *insinuated himself into the acquaintance or familiarity of. Liv.* l. 23. c. 18. *a med.* Immergere se in voluptates. *to plunge himself into all manner of voluptuousness. Al. leg.* mergere. *Senec. de cons. ad Polyb. c. ult.* Immergere se studiis. *Valer. Max.* l. 4. c. 1. n. 1. *extern.* Archytas se Pythagoræ præceptis penitus immergit. ¶ In secunda conjugatione. *Colum.* l. 5. c. 9. Taleas ita immergeri, ut putris terra quatuor digitis alte superveniat.

IMMERĬTO, *et* Inmerito, *undeservedly, innocently,* immerenter, indigne. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 79. Si res crudelis, si infanda, si immerito, si misera, &c. *Terent. Phorm.* 2. 1. 59. Jamdudum te omnes nos accusare audio immerito, et me omnium horunc' immeritissimo. *Senec.* ep. 11. *ad fin.* Custodem nobis, et pædagogum dedit: nec immerito. *and with reason.* Sic *Lucan.* l. 8. v. 824. Haud equidem immerito Cumanæ carmine Vatis Cautum, ne, &c.

IMMERĬTUS, et Inmeritus, a, um, *undeserving, innocent,* ἀνάξιος, qui non meretur, immerens, innocens. *Virg.* 3. *Æn.* v. 1. Postquam res Asiæ, Priamique evertere gentem Immeritam visum Superis. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 1. Delicta majorum immeritus lues, Romane. et od. 2. v. 21. Virtus recludens immeritis mori Cælum. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 274. Protegit hæc sontes, immeritosque premit. ¶ Eleganter tribuitur rebus inanimis. *Horat.* l. 1. od. 17. *in fi.* Vestem immeritam scindere. *Propert.* l. 2. el. 2. v. 3. Et sæpe immeritos corrumpas dentibus ungues. et l. 4. el. 4. v. 21. Sæpe illa immeritæ causata est omina lunæ. et el. 3. v. 19. Occidat, immerita qui carpsit ab arbore vallum. ¶ *Immeritum,* absolute. *Plaut. Asin.* 3. 3. 18. Cur tu, obsecro, immerito meo me morti dedere optas? *h. e.* nullo meo merito, nulla culpa? ¶ Passive *undeserved. Liv.* l. 4. c. 13. *sub fin.* Laudibus haud immeritis onerare aliquem. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 42. Credulus immerita Phasida juvit ope. *Martial.* l. 7. epigr. 31. Et rapit immeritas sordidus unctor opes. *Val. Flacc.* l. 8. v. 158. Sed quid ego quemquam immeritis incuso querelis? *h. e.* injustis, indebitis.

IMMERSABĬLIS, *et* Inmersabilis, le, *that cannot be plunged or overwhelmed,* ἀβάπτιστος, qui mergi non potest. Translate firmus, fortis, quique adversis rebus non opprimitur. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 22. *de Ulysse.* aspera multa Pertulit, adversis rerum immersabilis undis.

IMMERSĬO, onis, f. actus immergendi, *an immersion. Arnob.* l. 2. pag. 47. Oleum respuit immersionem in se pati.

IMMERSUS, a, um, *plunged into, immerged, immersed. Cic. de Univ.* c. 13. Immersus in flumen. *Plin.* l. 2. c. 103. Immersa in fonte. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 200. prolem Devorat, immersam visceribusque tenet.

IMMETĀTUS, *et* Inmetatus, a, um, *unmeasured, not bounded,* non metatus. *Horat.* l. 3. od. 14. v. 9. Scythæ, et Getæ, Immetata quibus jugera liberas Fruges, et Cererem ferunt.

IMMĬGRO, *et* Inmigro, as, n. 1. *to remove, enter, or migrate, into,* in aliquem locum migro. *Cic. Phil.* 13. c. 17. Paucis diebus et in domum, et in paternos hortos immigrabit. *Id. pro Dom.* c. 55. Ex suis templis in ejus ædes immigrare nolebant. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 23. Ubi illo immigrat nequam homo, indiligensque, ædibus vitium additur. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 79. Pleraque verba translata, sic tamen, ut ea non irruisse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceres. *Liv. in proœm. ad fin.* Nulla respublica fuit, in quam tam seræ avaritia luxuriaque immigraverint. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 55. Immigrare in ingenium suum. *h. e.* abire a cura pædagogi, et vivere arbitratu suo.

IMMĬNENS, *et* Inminens, entis, *hanging over, impending, imminent,* ἐπικείμενος, qui imminet, proximus, proxime futurus, impendens. *Liv.* l. 29. c. 35. Imminens prope ipsis mœnibus tumulus. *Horat.* l. 3. od. 22. v. 5. Imminens villæ pinus. *overhanging. Id.* l. 1. od. 4. v. 5. choros ducit Venus imminente luna. *h. e.* in cælo supra caput fulgente. et lib. 3. od. 27. v. 10. Imbrium divina avis imminentum. *impending, threatening. Tacit. Ann.* 15. c. 10. Pætus imminentium nescius. ¶ *Gestus imminens* dicitur, quo orator velut imminet adversario, instat urgetque, tanquam vi et contentione ipsa manuum propulsurus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 55. Quæ fuit illa, quanta vis! cum conjectis oculis, gestu omni imminente, summa gravitate, &c. ¶ Translate est promptus, paratus, intentus. *watching for, intent upon, eager, upon the catch. Cic.* 4. *Verr.* c. 54. Verres avaritia semper hiante atque imminenti fuit. *Id. pro Dom.* c. 6. Homo ad cædem imminens. *prone to, watching for an opportunity of committing. Curt.* l. 3. c. 1. Imminens Dario, quem nondum Euphratem superasse cognoverat, copias contrahit. *Horat.* l. 1. od. 12. *sub fin.* Parthi Latio imminentes. *h. e.* graves R. imperio, et jam jam bellum illaturi.

IMMĬNENTĬA, æ, f. *imminence,* instantia, vicinitas. *Nigid.* apud *Gell.* l. 9. c. 12. Is uterque infestus dicitur, ab instantia atque imminentia fraudis, quam facturus est.

IMMĬNĔO, *et* Inmineo, es, n. 2. *to hang over, impend,* ἐπίκειμαι, supra maneo, impendeo: ab *in,* et *maneo. Virg. Ecl.* 9. v. 41. candida populus antro imminet. *overhangs.* et *Æn.* 1. v. 169. nemus desuper imminet. et vers. 423. collis plurimus urbi imminet. et lib. 6. v. 602. Quos super atra silex jam jam lapsura cadentique Imminet assimilis. *Val. Flacc.* l. 6. v. 681. Imminet e celsis audentius improba muris Virgo. *stands upright on the lofty walls.* ¶ Item vicinus sum, insto. *to be at hand, be imminent. Cic.* 1. *Catil. c. pænult.* Sunt, qui ea, quæ quotidie imminent, non videant. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 38. Mors, quæ propter incertos casus quotidie imminet. *Virg.* 10. *Æn.* v. 26. muris imminet hostis. *Hirt. de B. Alexand.* c. 7. Hostes imminentes atque insequentes. ¶ Translate refertur ad cupiditatem. *Cic.* 5. *Phil.* cap. 7. Hujus mendicitas aviditate conjuncta in nostras fortunas imminebat. *Id. pro Dom.* c. 18. Qui imminere jam cupiditate videntur in tribunitiam potestatem. *Senec. in fin.* ep. 2. Alieno imminere, et non acquisita, sed acquirenda computare. *to go in pursuit of, seek to obtain. Liv.* l. 30. c. 28. *a med.* Ii quoque, quibus ingens erat in Scipione fiducia, et victoriæ spes, quo magis in propinquam eam imminebant animis, eo curæ intentioris erant. ¶ Et ad facilitatem inferendæ injuriæ. *Nepos in Eumen.* cap. 10. Imminebant enim Seleucus, Lysimachus, Ptolemæus, opibus jam valentes, cum quibus erat dimicandum. *Cic. pro leg. Manil.* c. 5. Imminent duo reges toti Asiæ. *Id. pro Dom.* c. 10. Imminebat tuus furor omnium fortunis et bonis. *Ovid.* v. 146. l. 1. *Metam.* Imminet exitio vir conjugis, illa mariti. ¶ Et ad cogitationem, et intentionem rei gerendæ, et ad captandam opportunitatem. *Liv.* l. 25. c. 20. In alterius ducis exercitusque opprimendi occasionem imminebat. (Adde lib. 23. c. 16.) *Curt.* l. 5. c. 11. Occasioni imminens alloquendi regem. *Tacit.* 16. *Ann.* c. 14. Quippe Anteium et Ostorium imminere rebus. *h. e.* observare opportunitatem imperii occupandi. Sic *Curt.* l. 6. c. 10. *a med.* Imminere regno. *Virg. in Cul.* v. 89. huc imminet: omnes Dirigit huc sensus: hæc cura est subdita cordi. *Senec. in Hippol.* v. 853. Tenet obstinatum Phædra consilium necis, Fletusque nostros spernit, ac morti imminet. *is ready to strike the fatal blow.*

IMMINŬO, *et* Inminuo, is, ui, utum, a. 3. *to lessen, diminish,* ἐλαττόω, idem quod minuo, diminuo. *Cic.* 3. *Fam.* ep. 3. *ad fin.* Si istas exiguas copias quam minime imminueris. *Sallust. in Jug.* c. 48. Æstivorum tempus comitiorum mora imminuerat. *Nepos in Eumen.* c. 5. Exiles res animi magnitudinem etsi non frangebant, tamen imminuebant. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 61. Imminuere aliquid de voluptate. *Sueton. in Ner.* c. 42. Nihil imminuit ex consuetudine luxus. *he abated nothing. Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 113. se dolor imminuit. *Al. leg.* invenit. *Tacit. Ann.* 2.

c. 86. Agrippa dissidio domum imminuerat. *h. e.* abdicata per divortium conjuge. *Lucret.* l. 5. v. 625. Imminuere vires. *to impair.* *Petron. in Satyr.* c. 141. liberalitatem. *Plin.* l. 37. c. 1. pretium. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 18. *a med.* auctoritatem. *Id. ad Dolabell. post* epist. 17. l. 14. *ad Attic.* laudem alicujus. *Id.* 2. *de Orat* cap. 25 majestatem. *Id. pro Cæcin.* c. 12. *extr.* libertatem. V. *Libertas. Id. Verr.* 3. c. 33. jus legationis. Ubi *Ascon.* Qui potestatem suam in administrando non defenderit, imminuti magistratus, veluti majestatis læsæ reus est. Huc pertinet illud *Taciti Ann.* 2. cap. 34. Quanquam Augusta, se violari et imminui quereretur. *h. e.* velut in ordinem cogi: *that she was treated disrespectfully.* ¶ Pro debilitare, infirmum reddere, *Id.* 2. *Hist.* c. 93. Milites per illecebras urbis, et inhonesta dictu, corpus otio, animum libidinibus imminuebant. *weakened, debilitated.* ¶ Pro infringere, violare, *to break, transgress, violate. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 38. Nullum esse jus tam sanctum atque integrum, quod non ejus scelus atque perfidia violarit et imminuerit. *Plaut. Cistell.* 1. 1. 90. Neque pudicitiam meam mihi alius quisquam imminuit. (Adde *Lactant.* l. 1. c. 10. *ad fin.* et V. *Imminutio.*) *Sallust. in Jug.* c. 83. Callidus id modo festinabat, Bocchi pacem imminuere. *h. e.* interrumpere: efficere, ne Bocchi pax cum Romanis agitata jungeretur. *Tacit. Ann.* 14. c. 57. Perculso Seneca, promptum fuit Rufum Fenium imminuere, Agrippinæ amicitiam in eo criminantibus. *h.e.* evertere. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 209. Imminuere imperium alicujus. ¶ *Imminuere alicui caput*, pro confringere, comminuere, quidam leg. apud *Plaut. Mostell.* 1. 3. 109. sed alii *diminuere.* ¶ *Imminuere mentem*, de statu rationis deturbare. *Gell.* l. 15. c. 2. Ebrietas, quæ labefacere et imminuere hominum mentes solet.

IMMINUTĬO, *et* Inminutio, onis, f. *a lessening, diminution*, ἐλάττωσις, diminutio, actus imminuendi. *Cic.* 3. *Fam.* ep. 8. Ut sumptus egentissimarum civitatum minuerem, sine ulla imminutione dignitatis tuæ. *Id.* 5. *de Fin.* c. 17. Si pravitatem imminutionemque corporis propter se fugiendam putamus. *h. e.* debilitatem, aut abscissionem alicujus membri. *Quintil.* l. 7. c. 4. A parte ejus, qui causam dicit, aut defensio est criminis, aut imminutio, aut excusatio. *Auson. in centone nupt.* seu *Edyll.* 13. vocat *imminutionem* primum viri congressum cum sponsa, quia tunc virginitas imminuitur. [† V. *Imminuo.*] ¶ *Imminutio* apud *Cicer.* in l. 3. *de Orat.* cap. 53. (ubi ait, *augendi minuendive causa veritatis superlatio*) teste *Quintil.* l. 9. c. 3. *ad fin.* inter sententiarum figuras enumeratur: sed in Oratore postea scripto (cap. 40.) transeundo videtur ipse damnasse.

IMMINŪTUS, *et* Inminutus, a, um, *lessened, diminished*, ἠλαττωμένος, diminutus. *Plin.* l. 37. c. 1. Imminutum pretium. *Id.* l. 33. c. 3. Imminutum pondus. *Solin.* c. 1. *ante med.* (*al.* c. 3.) Cum modus intercalandi interdum cumulatior, interdum fieret imminutior. *Cic.* 6. *Verr.* c. 27. Existimatio atque auctoritas nominis populi R. imminuta. *Id. pro leg. Manil.* c. 11. Bellum exspectatione Pompeii attenuatum atque imminutum. *Id. Phil.* 12. cap. 3. Cupiditas imminuta ac debilitata. *Sallust. in Catil.* c. 40. Plebis opes imminutæ. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 63. Imminuta claritas. *impaired, discredited.* et lib. 6. c. 46. et *Sallust. in Jug.* c. 69. Imminuta mens. *h. e.* de recto rationis statu dejecta. *a weak head, weak understanding.* ¶ *Imminuta libertas* quid sit, V. in *Libertas.* ¶ Item non diminutus. *Julian. Dig.* lib. 24. tit. 2. leg. 6. Ita tamen, ut bona gratia dissolutum videatur pristinum matrimonium, et unusquisque jus suum habeat imminutum. *Paul.* lib. 38. tit. 2. leg. 44. Ut undique patronus suum jus habeat imminutum.

IMMISCĔO, *et* Inmisceo, es, scui, ixtum, *vel* istum, a. 2. *to mix, mingle, intermingle, admix, immingle, immix*, ἐγκεράννυμι, ἐμμίγνυμι, idem quod misceo, vel in aliqua re misceo. *Plin.* l. 25. c. 8. *ad fin.* Radicem contusam, immixta calce, in mare spargere. *Curt.* l. 10. c. 3. Vos meorum militum corpori immiscui. *Virg.* 5. *Æn.* v. 429. Immiscentque manus manibus, pugnamque lacessunt. *h. e.* manus conserunt. *Senec. in Herc. Œt.* v. 830. Corporis palla horridi pars est, et ipsam vestis immiscet cutem. *h. e.* adeo cuti inhæret, ut ipsam sibi immisceat. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 75. immiscere fugienda petendis. *Virg. Georg.* 1. v. 454. maculæ incipient rutilo immiscerier igni. *paragoge* pro immisceri. ¶ *Immiscere se*, insinuare se, se immittere, *to join with. Phædr.* l. 1. fab. 3. v. 7. Graculus se pavonum immiscuit gregi. *Virg.* 11. *Æn.* v. 815. mediis se immiscuit armis. et lib. 10. v. 664. sublime volans nubi se immiscuit atræ. *vanished, disappeared.* ¶ Translate *Liv.* l. 21. c. 32. *a med.* Cum se immiscuissent colloquiis montanorum. *Id.* l. 45. c. 14. Qui sortem omnem fortunæ regnique sui cum Romanis immiscuisset. *Id.* l. 5. c. 8. Falisci Fidenati bello se jam ante immiscuerant. *had joined or taken part in. Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 5. leg. 3. *ad fin.* Immiscere se negotiis alienis. *to intermeddle with. Tacit.* 4. *Ann.* cap. 40. *extr.* Quibus adhuc necessitudinibus immiscere te mihi parem, omittam ad præsens referre. *h. e.* te mihi adjungere, et penitus meum intimum facere. [¶ Particip. *immiscens* apud *Liv.* l. 31. c. 35. Equites immiscentes se peditibus.]

IMMISERABĬLIS, *et* Inmiserabilis, le, *unpitied*, cujus miseret neminem. *Horat.* l. 3. od. 5. v. 17. Si non periret immiserabilis Captiva pubes.

IMMISERICORDĬA, æ, f. *hardness of heart, unmercifulness*, misericordiæ privatio, duritia animi. *Tertull. de Spectac.* c. 20. Numquid et extra limites Circi furori studemus, et insolentiæ extra stadium, et immisericordiæ extra amphitheatrum?

IMMISERICORDĪTER, adverb. *cruelly, unmercifully*, ἀνελεημόνως, absque misericordia. *Terent. Adelph.* 4. 5. 28. Factum a vobis duriter, immisericorditerque.

IMMISERICORS, *et* Inmisericors, cordis, *unmerciful, remorseless, cruel, barbarous, inhuman*, ἀνελεήμων, non misericors, immitis. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 36. Ipsum immisericordem, superbum fuisse. *Gell.* l. 14. c. 4. Judicem oportere esse contra improbos nocentesque immisericordem atque inexorabilem.

IMMISĔROR, aris, dep. 1. *to commiserate*, idem quod miseror. *Plaut. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 541. Boni immiserantur, irrident mali. Al. leg. *im miserantur*: alii aliter.

IMMISSARĬUM, ii, n. *a cistern*, locus, quo aqua immittĭtur. *Vitruv.* l. 8. c. 7. Efficiatur castellum, et castello conjunctum, ad recipiendam aquam, triplex immissarium. Al. leg. *emissarium.*

IMMISSĬO, *et* Inmissio, onis, f. actus immittendi. *Ulpian. Dig.* lib. 8. tit. 5. leg. 8. *a med.* Fumi aut aquæ immissio. ¶ *Immissio sarmentorum* in putandis vitibus fit, cum ea relinquuntur ad fructum, et crescere sinuntur. *Cic. de Senect.* c. 15. Sarmentorum ea, quam dixi, aliorum amputatio, aliorum immissio. *putting in, engrafting.*

IMMISSŬLUS, Immisculus, Immistulus, Immusculus, Immussulus, Immustulus (totidem enim modis legitur) ales est ex genere aquilarum, sed minorum virium, quam aquilæ: quæ volucris raro, et non fere, præterquam vere, apparet, quia æstum algoremque metuit. appellatur autem ita, quod subito et inexspectata se immittat. Hæc *Festus*: qui supra dixerat: Immusculus, avis genus, quam alii regulum, alii ossifragam dicunt. *Id.* in *Alites.* Alites volatu auspicia facere istæ putabantur: buteo, sanqualis, immusculus, aquila, vulturius. *Plin.* quoque de ea verba facit, l. 10. c. 7. Sanqualem avem atque immussulum Augures Romani in magna quæstione habent. Immussulum aliqui vulturis pullum arbitrantur esse, et sanqualem ossifragæ. Massurius sanqualem ossifragam esse dicit, immussulum autem pullum aquilæ, priusquam albicet cauda. Hactenus *Plin.* Sed hæc omnia incerta sunt, et ut nomina, ita ipsa avis admodum ignota.

IMMISSUS, *et* Inmissus, a, um, *sent or let in*, ἐμβεβλημένος, intro missus. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 10. Servi in tecta nostra cum facibus immissi. *Id. de Harusp. resp.* c. 11. Vis innumerabilis servorum ab hoc repente fornicibus, ostiisque omnibus in scenam, signo dato, immissa irrupit. *Id. pro Dom.* cap. 15. Tela in meum corpus immissa. *hurled, cast, discharged. Virg.* 10. *Æn.* v. 40. superis immissa repente Alecto. et lib. 12. v. 521. Immissi ignes arentem in silvam. *Id.* 3. *Georg.* v. 371. cervos immissis canibus agitare. *set upon, let loose upon.* et *Æn.* 8. v. 246. trepident immisso lumine Manes. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. Ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. *Curt.* l. 8. c. 14. Per lubrica atque invia immissi currus excutiebant eos, a quibus regebantur. *Sallust. in Catil.* c. 49. Alii Tarquinium a Cicerone immissum aiebant, ne Crassus rempubl. conturbaret. *suborned and introduced. Virg.* 11. *Æn.* v. 889. immissis pars cæca, et concita frenis Arietat in portas. *h. e.* remissis. Sic l. 5. v. 662. furit immissis Vulcanus habenis. Possis etiam *immissis frenis* intelligere, ipsis equis immissis. Sic *ibid.* v. 146. Nec sic immissis aurigæ undantia lora Concussere jugis. ¶ *Immissum tignum* est aliquo injectum, projectum, infixumque. *mortised. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. Hæc tigna bipedalibus trabibus immissis distinebantur. *Caius Dig.* lib. 43. tit. 25. leg. 3. Tignum in parietem immissum habere. *Javolen. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 242. Inter projectum, et immissum hoc interesse, ait Labeo, quod projectum esset id, quod ita proveheretur, ut et nusquam requiesceret, qualia mœniana et subgrundæ essent: immissum autem, quod ita fieret, ut aliquo loco requiesceret, veluti tigna, trabes, quæ immitterentur. ¶ *Immissa barba* est promissa, *suffered to grow, long, hanging down. Virg.* 3. *Æn.* v. 593. dira illuvies, immissaque barba. Adde *Ovid.* 12. *Metam.* v. 351. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 471. et Græca constructione *Val. Flacc.* l. 1. v. 412. Phleias immissus patrios de vertice crines.

IMMISSUS, us, m. *a letting in*, immissio. In sexto casu singulari, *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 18. Sol cuncta vertice summo lustrat lucis immissu.

IMMITIGABĬLIS, le, *that cannot be assuaged or pacified*, qui mitigari non potest, ut Immitigabilis ardor, *Cæl. Aurel. Tard.* l. 4. c. 3. sect. 33.

IMMĪTIS, *et* Inmitis, te, *immature, unripe, sour, harsh, wild*, ἄνωρος, immaturus, acerbus, crudus, silvestris, asper. *Horat.* l. 2. od. 5. v. 10. Immitis uva. *Plin.* l. 13. c. 4. Palmæ in maritimis Hispaniæ fructum ferunt, verum immitem: dulcem in Africa, sed statim evanescentem. *Id.* l. 19. c. 5. *a med.* Immites raphani. *h. e.* silvestres. *Id.* l. 17. c. 16. Eaque immitibus tantum, et desertis locis proveniunt. *Tacit. Ann.* 1, c. 69. Insulam Gyarum immitem et sine cultu hominum esse. *Tibull.* l. 1. el. 3. v. 55. Hic jacet immiti consumptus morte Tibullus. *h. e.* immatura. ¶ Item immanis, ferus, crudelis, asper, *fierce, savage, cruel, barbarous, inhuman, pitiless, remorseless, ruthless. Virg.* 4. *Georg.* v. 492. Immitis tyrannus. *h. e.* Pluto. *Liv.* l. 23. c. 5. *a med.* Natura et moribus immitis ferusque. *Ovid.* 3. *ex Ponto*, ep. 2. v. 71. Immitis ara. *h. e.* in qua mactantur homines. *Id.* 1. *Fast.* v. 625. ausas immitia nuptas. *h. e.* abortus facere. *Virg.* 4. *Georg.* v. 17. Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam. *h. e.* pullis hirundinis, qui apibus infestissimi sunt, easque avidissime devorant. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 260. Immitia fata. et l. 6. v. 621. Immitibus oculis tueri. et lib. 13. v. 804. calcato immitior hydro. *Plin.* l. 10. c. 74. *ad fin.* Serpentes, immitissimum animalium genus. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 20. Antiquam duramque militiam revocabat, vetus operis ac laboris, et eo immitior, quia toleraverat. *more severe.* et lib. 6. c. 9. Immite rescriptum. et lib. 15. c. 27. Immitia mandata. *Propert.* l. 4. el. 11. v. 13. Immites Parcæ. ¶ Transfertur ad inanima. *Tibull.* l. et el. 1. v. 39. Quam juvat immites ventos audire cubantem! *Ovid.* l. 1. *Amor.* el. 6. v. 17. immitia claustra. *Id. de nuce*, v. 69. vulnera. *cruel. Plin.* l. 8. ep. 17. Immite et turbidum cælum. *boisterous, tempestuous, stormy.* et *Sil.* l. 8. v. 380. immite mustum. *h. e.* valde austerum. ¶ *Immite* adverbii ritu. *Sil.* l. 17. v. 257. stridorque immite rudentum Sibilat.

IMMITTO, *et* Inmitto, is, isi, issum, a. 3. *to send or let in, immit, cast, throw*, ἐμβάλλω, intus mitto, induco, injicio. *Cic.* 6. *Verr.* c. 45. Eo ne tu servos ad spoliandum fanum immittere ausus es, quo, &c.? *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 101. Completas naves tæda et pice in Pomponianam classem immisit. *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 3. leg. 3. Ex fullonicis immittere aquam in fundum vicini. *Id.* lib. 43. tit. 23. leg. 1. *a med.* Immittere cloacam privatam in publicum. *Justin.* l. 3. c. 6. Lacedæmonii Peloponnenses immisere, qui bellum Atheniensibus facerent. *Sil.* l. 17. v. 353. juvenemque ferocem Immisti Latio. *h. e.* misisti contra Latium. syncope pro *immisisti. Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 133. corpus immittere in undas. *Id.* 6. *Metam.* v. 615. aliquem immittere flammis. *Val. Flacc.* l. 2. v. 614. Immittitque ratem, mediasque intervolat urbes. *Cic. pro Dom.* c. 15. Immittere tela in aliquem. *Alfen. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 52. *circa med.* Telum ex manu immittere. *Galba ad Cicer. Fam.* 10. ep. 30. Repente equum immisi ad eam legionem. *turned towards. Plaut. Epid.* 3. 1. 14. Neque ego id immitto in aures meas. *I do not listen to. Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 14. Corpus ejus in aliquam valetudinem immisisset. *h. e.* in morbum incidere fecisset. *Plin.* l. 28. c. 14. Caseus recens immittitur ad utrumque vitium. *h. e.* injicitur, infunditur. ¶ Cum infinito. *Apul.* l. 3. *Metam.* Canes generosæ invadere bestias immittuntur. ¶ *Immittere se*, se conjicere. *to throw himself. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 48. Codrus in medios se immisit hostes. *threw himself, rushed. Valer. Flacc.* l. 8. v. 35. Icta timore gravi mediam se immisit. ¶ Pro remittere, laxare. *to slacken, loosen. Ovid.* 1. *Metam.* v. 280. Immittere habenas. *Plin.* l. 8. ep. 4. *a med.* Immittere rudentes, pandere vela. ¶ *Immittere arborem* est crescere sinere. *to allow to grow. Plin. alter* l. 16. c. 33. Cupressus immittitur in perticas, asseresve. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 31. Ea vitis immittitur ad uvas pariendas. *Virg.* 2. *Georg.* v. 363. dum se lætus ad auras Palmes agit, laxis per purum immissus habenis. Sic *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 260. neque barbam immiseris istam. ¶ *Immittere tignum in parietem* apud JCtos est ita extendere ac projicere, ut in pariete communi, vel alieno requiescat. *Ulpian. Dig.* lib. 8. tit. 5. leg. 8. et *Caius ibid.* tit. 2. leg. 1. Quid inter *projicere* et *immittere* intersit, V. in *Immissus.* ¶ Pro inserere, intexere. *to blend, insert, interweave. Ovid.* 4. *Metam.* v. 68. lentum filis immittitur aurum, Et vetus in tela deducitur argumentum. ¶ Pro dimittere. *to dismiss, send this way and that. Nep. in Annib.* c. 5. Obducta nocte, sarmenta in cornibus jumentorum deligata incendit, ejusque generis multitudinem magnam dispalatam immisit. ¶ Pro subornare. *to suborn. Justin.* l. 9. c. 7. Creditum est etiam, immissum ab Olympiade fuisse. ¶ Et pro circumdare, cingere. *Petron. in Satyr.* cap. 32. Circa oneratas veste cervices laticlaviam immiserat mappam. ¶ Et pro infundere, indere. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 353. Immittere alicui vires. *Senec. in Herc. Œt.* v. 554. amorem. *Virg.* 9. *Æn.* v. 719. Immisitque fugam Teucris, atrumque timorem. ¶ Et pro intentare. *Cic. Parad.* 4. c. 1. Jactam et immissam a te nefariam in me injuriam semper duxi: pervenisse ad me nunquam putavi. [¶ Particip. *immittendus* apud *Cels.* l. 2. c. 12. Tum immittenda in alvum est pura aqua.]

IMMIXTIM, et Immistim, adverb. *mixtly*, immiscendo. *Plaut. Aulul.* 2. 3. *extr.* Malum mœrorem metuo, ne immixtim bibam. Al. leg. *mixtum.*

IMMIXTUS, *aut* Immistus, et Inmixtus, a, um, *mingled together*, mixtus. *Liv.* l. 3. c. 50. Immixti turbæ militum togati. *Virg.* 2. *Æn.* v. 396. Vadimus immixti Danais. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 73. immixtaque vota timori. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 85. Nec parvis periculis immixtus, et majoribus non defuturus. ¶ Item non mixtus. *unmixed. Auson.* epigr. 20. *in fi.* Potare immixtum sueta, merumque merum.

IMMO, et Imo, adverb. *nay, yes, yea*, μᾶλλον δὲ, ἀλλὰ, quin potius: modo sola adhibetur, modo aliis juncta particulis, et vim habet affirmandi, augendi, eligendi, et corrigendi. *Plaut. Cistell.* 2. 3. 22. An, amabo, meretrix illa est, quæ illam sustulit? *La.* immo meretrix fuit. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 7. Causa igitur non bona est? immo optima: sed agetur fœdissime. *Petron. in Satyr.* c. 16. Nec accusat errorem vestrum: immo potius miratur, &c. *Terent. Andr.* 1. 2. 30. Quid? hoc intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? *Da.* immo callide. *Id. Hecyr.* 2. 1. 31. Non mea opera, neque pol culpa evenit. *La.* immo vero maxime. *Id. Andr.* 5. 12. Orandi jam finem face. *Si.* immo enim nunc quam maxime abs te postulo atque oro, ut, &c. *Id. Phorm.* 3. 2. 43. Siccine hunc decipis? *Do.* immo enimvero, Antipho, hic me decipit. *Cic.* 3. *Offic.* cap. 23. Si patriam prodere conabitur pater, silebit ne filius? Immo vero obsecrabit patrem, ne id faciat, *nay, rather*, &c. *et paulo supra.* Non igitur patria præstat omnibus officiis? immo vero. *surely yes.* *Plaut. Epid.* 3. 4. 80. Eum ne ego sinam impune? Immo etiamsi alterum tantum perdundum est, perdam potius, quam, &c. et 5. 2. 2. Immo edepol tu quidem miserum me habes miseris modis. *Id. Mostell.* 3. 2. 79. Immo edepol vero. *Id. Bacch.* 2. 2. 33. Immo hercle abiero potius. et 4. 8. 51. Immo est quoque. *he is surely so.* *Terent. Eun.* 4. 7. 42. Credin'? *Gna.* imo certe. *Id. Andr.* 4. 2. 25. Verum vis dicam? *Da.* immo etiam. ¶ *Immo ut* eleganter ponitur, cum rem inopinatam dicturi sumus. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 59. Immo ut illam censes? ut quæque illi occasio est surripere, &c. *nay, do you think this of her?* et *Bacch.* 2. 2. 30. Immo ut eum credis? misera amans desiderat. Similia sunt illa *Terent. Heaut.* 3. 3. 38. Pessima hæc est meretrix. *Sy.* immo si scias hoc, quod inceptat facinus. et *Andr.* 5. 2. 12. Quid illum censes? cum illa litigat. *Da.* immo vero indignum, Chremes, jam facinus faxo ex me audias. ¶ Interdum *immo* locum habet, etiam si minus aliquid dicturi simus. *Plaut. Amphit.* 1. 1. 232. Obsecro, ut per pacem liceat te alloqui, ut ne vapulem. *Merc.* Immo induciæ parumper fiant, si quid vis loqui. *Virg.* 1. *Æn.* v. 98. Immo ubi defunctæ finem, portusque tenebunt, &c. V. integr. locum. ¶ Raro verbis postponitur. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 34. Negas? *Ly.* pernego immo. *Tacit. Ann.* 12. c. 6. Statueretur immo documentum. ¶ Ad scriptionem quod attinet, duplicem *m m* probant *Manut.* et *Cellar.* unicam *Dausq.* sed stare ab illis præstat.

IMMOBĬLIS, *et* Inmobilis, le, *steadfast, immoveable*, ἀκίνητος, qui non movetur, vel moveri non potest. *Cic. in somn. Scip.* cap. 5. Terra immobilis manens, ima sede semper hæret. *Curt.* l. 8. c. 14. Elephas tardum et pæne immobile animal. *Plin.* l. 9. c. 6. Balænæ ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes. *Lucan.* l. 9. v. 484. immobilis Austro. *h. e.* ad Austri flatus. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 801. His immobilior scopulis, violentior amne. ¶ *Immobiles res* immobilia bona, *immoveable property*, res et bona, quæ solo continentur, et moveri loco non queunt, ut prædia, ædes, τὰ ἀκίνητα. *Jabolen. Dig.* lib. 41. tit. 3. leg. 23. et *Macer* lib. 2. tit. 8. leg. 15. ¶ Translate *Tacit. Ann.* 16. c. 10. *extr.* Princeps immobilem se precibus, et invidiæ juxta ostendit. *Id.* 4. *Hist.* cap. 2. Tristes, et truces, et adversum plausum ac lasciviam insultantis vulgi immobiles. *Virg.* 7. *Æn.* v. 623. Ardet inexcita Ausonia, atque immobilis ante. *Lactant.* l. 6. c. 17. *a med.* Hominem ad immobilem stuporem mentis perducere. *h. e.* ut nullo affectu moveatur. *Gell.* l. 19. c. 12. *extr.* Isti apathiæ sectatores, qui videri se esse tranquillos, et intrepidos, et immobiles volunt. *Frontin. de aquæduct.* artic. 34. Omnia, quæ mensura continentur, certa et immobilia congruere sibi debent. *h. e.* immutabilia. ¶ Constans, perpetuus. *Sueton. in Vitell.* cap. 3. Statua pro Rostris cum hac inscriptione: Pietatis immobilis erga Principem.

IMMOBILĬTAS, atis, f. *unmoveableness, immobility*, firmitas, stabilitas, ἀκινησία. *Justin.* l. 36. c. 3. Lacus qui propter magnitudinem, et aquæ immobilitatem, mare mortuum dicitur. *Lactant.* l. 6. c. 17. *a med.* Qui immobilitatem animi asserunt. *h. e.* ut sine affectibus sit animus. Adde *Tertull. advers. Hermog.* cap. 36. *extr.* et in plurali num. *Arnob.* l. 1. pag. 26.

IMMODERANTĬA, æ, f. immoderatio. *Tertull. de Baptism. in fin.* Tentationes plenitudini, et immoderantiæ ventris appositas abstinentia elidere. *intemperance.*

IMMODERĀTE, *without method or rule*, sine modo, sine certa ratione. *Cic. de Univ.* cap. 13. Totum animal movebatur illud quidem, sed immoderate et fortuitu. *Id.* 2. *de nat. Deor.* cap. 59. *sub fin.* Lingua vocem immoderate profusam fingit et terminat. ¶ Translate *without moderation, immoderately*, ἀμέτρως, sine moderatione, immodice. *Cic. Fam.* 12. ep. 1. *sub fin.* Immoderate quidam et ingrate nostra facilitate abutuntur. *Id.* 1. *de Divin.* cap. 29. Exsultare immoderateque jactari. *Id. de Univ.* c. 12. Immoderate et intemperate vivere. *Id. Fam.* 5. ep. 16. *a med.* Non est gravitatis ac sapientiæ tuæ ferre immoderatius casum incommodorum tuorum. *Quintil.* l. 11. c. 13. *ante med.* Non potest esse longus spiritus, cum immoderate effunditur. *Spartian. in Severo*, c. 20. Immoderatissime lætari.

IMMODERATĬO, onis, f. *want of moderation, excess, intemperance, immoderation*, immoderantia, excessus, ἀμετρία, ἀταξία. *Cic. pro Sull.* c. 10. Interdum effertur immoderatione verborum.

IMMODERĀTUS, *et* Inmoderatus, a, um, *immoderate, excessive, intemperate*, ἄμετρος, qui modum non servat, sed excedit, immodicus, nimius. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 29. Immoderato potu et pastu pars animi obstupefacta. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 45. Venti vehementiores, immoderatæ tempestates. *Id. in Orat.* c. 58. Ne immoderata, aut angusta, aut dissoluta, aut fluens sit oratio. *h. e.* sine modo, et numero. ¶ Item immensus, infinitus. *immense, boundless, huge, vast.* *Id.* vertens *Euripid.* locum, 2. *de nat. Deor.* c. 25. Vides sublime fusum, immoderatum æthera. *Lucret.* l. 1. v. 1011. Simplice natura pateat tamen immoderatum. *Arnob.* l. 2. pag. 97. Immoderata continuatio sæculorum. ¶ Translate *Cic. Attic.* l. 13. ep. 28. Ipsum illum Aristotelis discipulum, summo ingenio, summa modestia, posteaquam rex appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 22. Immensæ cupiditates, infinitæ, et immoderatæ sunt. *Cic.* 1. *Acad.* cap. 10. *extr.* Omnium perturbationum esse matrem immoderatam quandam intemperantiam. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 15. v. 31. res immoderata cupido est. *Gell.* l. 19. c. 12. Motus animi cum immoderatiores sunt, vitia fiunt. *Sueton. in Ner.* c. 51. Immoderatissimæ luxuriæ esse.

IMMODESTE, *immoderately, excessively, extravagantly, intemperately*, immoderate, supra modum, immodice, ἀμέτρως. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 25. Immodeste amare. *Liv.* l. 22. c. 27. Immodice immodesteque gloriari. *Sueton. in Aug.* cap. 24. Legiones immodeste missionem postulantes exauctoravit. *petulantly, insolently.* *Quintil.* l. 12. c. 1. Immodeste proponere, sine pudore affirmare. *impudently.* *Senec. in fin.* l. 1. *nat. quæst.* Processit immodestius, paulatim opibus ipsis invitata luxuria. *Plaut. Rud.* 1. 3. 10. Hoc mihi indecore, inique, immodeste datis, dii. *h. e.* injuria, injuste, non servantes modum, cum detis immerenti.

IMMODESTĬA, æ, f. *immoderation, excess, intemperance, immodesty*, ἀμετρία, immoderatio, intemperantia. *Plaut. Merc. prol.* v. 27. Amori accedunt hæc: incogitantia, excors immodestia, petulantia, cupiditas. *Id. Amph.* 1. 1. 9. Hæc heri immodestia coegit, qui me hoc noctis a portu ingratis excitavit. *indiscretion.* *Nep. in Alcib.* c. 8. Ne immodestia militum nostrorum occasio detur hosti opprimendi exercitus. *contumacy, disobedience, mutiny.* *Tacit. Ann.* 13. c. 50. Crebræ populi flagitationes, immodestiam publicanorum arguentis. *insolence, extortion.* et lib. 4. c. 14. De immodestia histrionum retulit: multa ab iis in publicum seditiose, fœda per domos tentari. *petulance, insolence.*

IMMODESTUS, *et* Inmodestus, a, um, *immoderate, intemperate, immodest, ill-behaved, rude, unmannerly*, ἄμετρος, immodicus, immoderatus, intemperans, nimius. *Terent. Heaut.* 3. 3. 7. Vel heri in vino quam immodestus fuisti! *Cic.* 1. *Offic.* c. 29. Ipsum genus jocandi non profusum nec immodestum, sed ingenuum et facetum esse debet. *Tacit. Ann.* 13. c. 28. Immodesti fautores histrionum a prætore in vincula ducti. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 44. Immodesti mores. *Senec.* l. 1. controv. 1. Immodesta largitione effundere.

IMMODĬCE, *immoderately, beyond bounds, excessively, beyond measure*, ἀμέτρως, sine modo, ultra modum. *Colum.* l. 2. c. 16. Frequenter id potius, quam immodice facere. *h. e.* nimium stercorare. *Plin.* l. 30. c. 12. Si sanguis ex vulnere immodice fluat. *Lucan.* l. 10. v. 137. Cleopatra immodice formam fucata nocentem. *Pallad.* l. 1. tit. 5. Situs terrarum arduus tempestates immodice sentit, et calores. *Gell.* l. 19. c. 2. Immodice capere voluptatem ex re aliqua. *Id.* l. 1. c. 11. Immodice ferocire. *Quintil.* l. 11. c. 1. Eloquentiam sibi immodice arrogare. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 17. *sub fin.* Quid, si, cum id ferret immodice, mors liberorum accessisset? *Plerique al. leg.* modice. *Liv.* l. 22. c. 27. Immodice immodesteque gloriari.

IMMODĬCUS, *et* Inmodicus, a, um, *immoderate, exceeding bounds, beyond measure, excessive, intemperate*, ἄμετρος, qui modum excedit, immoderatus, nimius. *Horat.* l. 1. od. 13. v. 10. Immodicæ mero rixæ. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 137. Fluctibus immodicis Athamantidos æquora canent. *Id.* 6. *Metam.* v. 673. Prominet immodicum pro longa cuspide rostrum. et lib. 8. v. 808. immodico prodibant tubere tali. *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 14. Immodicum frigus. et lib. 1. ep. 4. v. 22. Immodicus labor. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 511. Immodici fastus. *Colum.* l. 1. c. 3. *ad fin.* Immodica possidendi libido. *Plin.* l. 9. ep. 4. Immodica oratio. *h. e.* nimis longa. *Vellei.* l. 2. c. 33. Immodicus in appetendis honoribus. *Sueton. in Domit.* cap. 12. Tum verbis, tum rebus immodicus. *Liv.* l. 38. c. 23. *a med.* Valerius Antias, qui magis immodicus in numero augendo esse solet. *Lucan.* l. 6. v. 796. Gracchi immodici legibus. *h. e.* qui in legibus ferendis sibi non temperarunt. *Martial.* l. 10. epigr. 48. immodico sexta Nerone calet. *h. e.* thermis Neronianis immodice calentibus. ¶ Cum genitivo, Græcorum more. *Vellei.* l. 2. c. 11. Immodicus gloriæ. *h. e.* in appetenda gloria. *Stat.* 1. *Theb.* v. 41. iræ. *Colum.* l. 7. c. 6. libidinis. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 23. lætitiæ et mœroris. *Id.* 1. *Hist.* c. 53. Cæcina corpore ingens, animi immodicus. *Sil.* l. 12. v. 268. immodicus fugæ.

IMMODULĀTUS, *et* Inmodulatus, a, um, *unharmonious*, non modulatus, inconditus. *Horat. in ar. Poet.* v. 263. Non quivis videt immodulata poemata judex.

IMMŒNIS. V. *Immunis.*

IMMOLATĬO, onis, f. *a sacrificing, immolation*, θυσία, sacrificatio. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 52. *extrem.* In ipso immolationis tempore eas partes, quæ absint, interisse. Adde lib. 2. c. 16. Et in plurali numero *Tacit. Ann.* 3. c. 13. Sacra et immolationes nefandæ.

IMMOLATITĬUS, *vel* Immolaticius, a, um, qui immolatus est, ut Immolatitia caro, apud *Augustin.* epist. 154. *a med.*

IMMOLĀTOR, oris, m. *one who sacrifices*, qui immolat et sacrificat. *Cic. de Divin.* l. 2. c. 15. Ut se exta ad immolatoris fortunam accommodent. *Prudent. Cathemer.* 12. v. 48. Primus sator credentium, Nati immolator unici.

IMMOLĀTUS, *et* Inmolatus, a, um, *sprinkled with the mola or sacred cake*, mola aspersus, sacri faciendi causa. *Cato* apud *Serv. ad Æn.* 10. v. 541. Boves immolatos, priusquam cæderentur, profugisse in Siciliam. ¶ Item mactatus, *sacrificed, immolated.* *Horat.* l. 4. od. 11. v. 7. Ara avet immolato spargier agno. *Plin.* l. 8. c. 22. Immolati pueri exta degustasse. ¶ Urbane *Phædr.* l. 4. fab. 5. v. 9. Quos immolatos victor avidis dentibus, Capacis alvi mersit tartareo specu.

IMMOLĪTUS, *et* Inmolitus, a, um, adject. *constructed, reared, built up*, ædificatus, constructus: ab *in*, et *molior.* *Liv.* l. 39. c. 44. Quæ in loca publica inædificata immolitave privati habebant, intra dies triginta demoliti sunt. *Inædificata* dicuntur privata ædificia publicis imposita: *immolita* vero, in publico a fundamentis exstructa. *In vet. Tab. æn.* apud *Murator.* pag. 582. *sub fin.* Ne quis in iis locis quid inædificatum, inmolitumve habeto. In edicto Prætor. apud *Ulpian.* aliis verb. hoc idem significatur, *Digest.* lib. 43. tit. 8. leg. 2. Ne quid in loco publico facias, inve eum locum immittas, &c.

IMMŎLO, *et* Inmolo, as, avi, atum, a. 1. *to sacrifice, immolate*, θύω, mola, hoc est farre tosto, molito, et sale mixto victimam aspergo: (V. *Mola*) et generatim rei divinæ causa macto, sacrifico. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 36. Pythagoras, cum in geometria quiddam novi invenisset, Musis bovem immolasse dicitur. *Id. pro Font.* c. 10. Barbara consuetudo hominum immolandorum. *Id.* 2. *de Legib.* c. 12. Quibus hostiis immolandum cuique deo, cui majoribus, cui lactentibus, &c. *Id.* 2. *de Divin.* c. 17. Cum pluribus diis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur? *Cæcin. ad Cicer. Fam.* 6. ep. 7. Nemo nostrum est, quin, etiam cum de alia re immolaret, tamen eo quidem ipso tempore, ut quamprimum Cæsar superaretur, optaret. ¶ Urbane *Virg.* 12. *Æn. sub fin.* Pallas te hoc vulnere, Pallas Immolat, et pœnas scelerato ex sanguine sumit. *et lib.* 10. v. 519. inferias quos immolet umbris.

IMMORĬOR, *et* Inmorior, eris, ortuus sum, dep. 3. *to die in or upon*, ἐναποθνήσκω, in aliquo loco morior. *Ovid. in fin.* ep. 7. l. 3. *ex Ponto.* Fortiter Euxinis immoriemur aquis. *Id.* 6. *Metam.* v. 295. illa sorori immoritur. *falls dead upon her sister's corpse.* *Senec. in Hippol.* v. 712. Ut manibus immoriar tuis. *may die in your arms.* et in *Herc. Œt.* v. 869. Immori ferro. *to fall upon his sword.* Sic *Valer. Flacc.* l. 6. v. 570. immoritur hastæ. *Quintil.* l. 9. c. 3. *post med.* Pater meus contra eum, qui se legationi immoriturum dixerat, deinde vix paucis diebus insumptis, re infecta, redierat: *non exigo, ut immoriaris legationi: immorare.* ¶ *Immori studio alicujus rei* per hyperbolen dicitur de eo, qui ita deditus est, tamque pertinaciter incumbit, ut in eo mori velle videatur, *to be intent upon, give himself wholly up to.* *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 85. Immoritur studiis, et amore senescit habendi. ¶ Translate *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 479. ventis ut decertata residunt Æquora, laxatisque diu tamen aura superstes Immoritur velis. *dies upon the sails.* *h. e.* desinit vela impellere, et in ipsis quasi moritur.

IMMŎROR, *et* Inmoror, aris, dep. 1. *to remain in, dwell upon*, ἐμμένω, moram traho in aliqua re. *Colum.* l. 8 c. 5. *circa med.* Ut saturæ studiosius nidis immorentur. *Plin.* l. 1. ep. 8. *ante med.* Immorari honestis cogitationibus. *to employ much time in.* *Quintil.* l. 11. c. 2. Non arbitror, mihi in hoc immorandum, quid sit, quod memoriam faciat. *dwell upon this, to explain*, &c. *Plin.* l. 9. c. 8. Cum (*puer*) meridiano immorans, fragmentis panis (*Delphinum*) allexisset.

IMMORSUS, *et* Inmorsus, a, um, *bit*, morso prehensus. *Propert.* l. 3. el. 6. v. 21. Immorso æquales videant mea vulnera collo. *Al. leg.* In morso. *Stat.* de eo, qui in os inimici telum receperat, l. 2. *Theb.* v. 628. donec transmissa morte per artus Labitur, immorsaque cadens obmutuit hasta.

IMMORSUS, us, m. *a biting*, morsus. *Vellei.* l. 2. c. 87. Cleopatra, illata aspide immorsu ejus spiritum reddidit. Plerique al. leg. *morsu.*

IMMORTĀLIS, *et* Inmortalis, le, *immortal, everlasting, that never dies*, ἀθάνατος, qui nunquam moritur. *Cic. de Senect.* c. 21. Dii immortales. et cap 23. Animi sunt immortales. *et ibid.* Ad immortalem gloriam niti. *Nep. in Attic.* c. 11. Præcepta, beneficia immortali memoria retinere. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 2. Alicujus memoriam immortalem reddere. *Id. in Pison.* c. 14. Fructum immortalem cepi vestri in me amoris, et judicii. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 11. Immortales gratias agere alicui. *Tacit.* l. 4. *Hist.* c. 32. Immortalia tributa. *Justin.* l. 29. c. 1. *ad fin.* Quibus velut immortale odium cum Macedonibus regibus erat. *Liv.* l. 1. c. 16. Immortalia opera edere. *Martial.* l. 9. epigr. 95. Immortale falernum. *h. e.* quod diu ætatem fert, vel cujus pretium et fama semper stabit. *Sallust. in Jug.* c. 90. *in fi.* Nemo ignavia immortalis factus est. *Horat.* l. 4. od. 7. v. 7. Immortalia ne speres, monet annus, et almum Quæ rapit hora diem. ¶ *Immortales* absolute sunt ipsi dii. *the immortals; the immortal gods. Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 11. Dictum est quod ad immortales attinet: deinceps quod ad mortales, &c. ¶ *Immortale* adverbii loco. *Val. Flacc.* l. 7. v. 362. Immortale virens. ¶ *Immortalis*, felix, beatus, instar deorum. *Propert.* l. 2. el. 11. v. 9. Immortalis ero, si altera talis erit. Adde eleg. 12. v. 39.

IMMORTALĬTAS, *et* Inmortalitas, atis, f. *immortality, everlastingness*, ἀθανασία, sempiterna vita, perpetuitas. *Cic. de Senect.* c. 21. Quæ Socrates supremo vitæ die de immortalitate animorum disseruisset. *Id. in Pison.* c. 7. Mihi populus R. non unius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donavit. *Id.* 2. *Phil.* c. 13. Quæ tam ingratæ litteræ reperientur, quæ eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequantur? *Id.* 2. *de Orat.* c. 9. Historia qua voce alia nisi oratoris, immortalitati commendatur? et lib. 3. c. 16. Socratis ingenium immortalitati scriptis suis Plato tradidit. *Terent. Andr.* 5. 5. 4. Immortalitatem sibi parere. *Plin.* l. 13. c. 16. *de cedro.* Referens quandam immortalitatem materiæ in tectis, contra vitia omnia incorruptæ. ¶ In plur. numero, *Cicero* 3. *de nat. Deor.* c. 18. Vide igitur, ne virtutibus hominum isti honores habeantur, non immortalitatibus. *h. e.* deorum naturis immortalibus.

IMMORTALĬTER, *immortally, infinitely, exceedingly*, ἀθανάτως, perpetuo: item maximopere, incredibiliter. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 3. Quod scribis, te a Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

IMMORTALĬTUS, adverb. ut divinitus. *Turpil.* apud *Non.* c. 11. n. 43. Immortalitus se obtulit mihi hæc facultas. *h. e.* ab diis immortalibus.

IMMORTŬUS, *et* Inmortuus, a, um, *having died in, dead.* in aliquo loco mortuus. *Plin.* l. 29. c. 4. *ante med.* Stellio immortuus vino. et cap. 6. *a med.* Apes immortuæ in melle. *Lucan.* l. 3. v. 612. *de manu recisa.* Illa tamen nisu, quo prenderat, hæsit, Diriguitque tenens strictis immortua nervis. *Justin.* l. 44. c. 2. Sæpe tormentis pro silentio rerum creditarum immortui. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 14. De immortuis reliquiis conjurationis. *h. e.* exstinctis. Hoc differunt, inquit *Casaubon.* hic, *mortuus*, et *immortuus*, quod *mortuus* tantum dicet ὅτι ἔθανεν: *immortuus*, qui dum moliretur aliquid, in ipso conatu, priusquam rem perficeret, mortuus est.

IMMŌTUS, *et* Inmotus, a, um, *unmoved, immoveable, steadfast, firm, constant*, ἀκίνητος, qui non movetur, immobilis. *Virg.* 2. *Georg.* v. 293. *de æsculo.* non hiemes illam, non flabra, neque imbres Convellunt; immota manet. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 505. Sub Jove duravit multis immota diebus. *Id.* 3. *Trist.* el. 10. v. 38. Immotæ aquæ. scil. quæ gelu constitere. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 86. Serenus et immotus dies. *still. h. e.* quo nulli spirant venti. ¶ Translate *Virg.* 4. *Æn.* v. 448. magno persentit pectore curas: Mens immota manet. *unshaken. Id. ibid.* v. 15. Si mihi non animo fixum immotumque sederet, &c. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 47. Immotum adversus eos sermones fixumque Tiberio fuit, non omittere, &c. *Virg.* 1. *Æn.* v. 261. manent immota tuorum Fata tibi: *fixed.* et lib. 7. v. 314. immota manet fatis Lavinia conjux. *Val. Flacc.* l. 5. v. 112. Nympha cælicolis immota procis. et lib. 3. v. 598. At sociis immota fides. *Tacit.* 4. *Ann.* cap. 32. Immota, aut modice lacessita pax. et cap. 23. l. 15. Immoto animo contumeliam excipere. et cap. 59. Immotus iis. *h. e.* iis rationibus nihil motus. *Senec. in Agamemn.* v. 175. Immotus prece. *h. e.* qui prece non flectitur.

IMMUGĬO, *et* Inmugio, is, ii, n. 4. *to bellow loudly, resound*, μυκάομαι, idem quod mugio, vel in loco mugio: et translate reboo, resono. *Virg.* 3. *Æn.* v. 674. curvisque immugiit Ætna cavernis. et lib. 11. v. 38. mœstoque immugit regia luctu. *Sil.* l. 17. v. 256. veniensque a rupe procella Antennæ immugit.

IMMULGĔO, *et* Inmulgeo, es, a. 2. *to milk into, milk*, ἀμέλγω, Idem quod mulgeo, mulgendo exprimo. *Virg.* 11. *Æn.* v. 571. equæ mammis et lacte ferino Nutribat, teneris immulgens ubera labris. *Plin.* l. 28. c. 7. In dolore et epiphoris si lac immulgeatur, plurimum prodest.

IMMUNDABĬLIS, le, qui mundari non potest, ut Immundabile vitium. *Tertull. de pudic.* c. 20.

IMMUNDE, *foully, filthily*, spurce. *Jul. Obseq. de prodig.* c. 115. Junonem profugientem, quod immunde sua templa fœdarentur.

IMMUNDITIÆ, arum, f. *filthiness, dirtiness, uncleanness, nastiness*, ἀκαθαρσία, sordes, spurcitia. *Cato R. R.* c. 2. Ex piscina immunditias efferri, munditias fieri. *Al. omittunt* ex piscina immunditias efferri. *Colum.* l. 1. c. 6. *ante med.* Vinaria cella summota procul ab immunditiis tetrum odorem spirantibus. *Id.* l. 12. c. 3. *a med.* Valetudinaria identidem aperire, et immunditiis liberare. *to free the infirmaries from all kinds of filth.* ¶ In singulari num. *Plaut. Stich.* 5. 5. 5. Nimio sibi meretrix reperit odium ocius sua immunditia, quam, &c.

IMMUNDITIES, ei, f. *Tertull. de monogam.* c. 7. ubi alii *immunditia.*

IMMUNDUS, *et* Inmundus, a, um, *unclean, dirty, filthy, nasty, foul, impure*, ἀκάθαρτος, inquinatus, spurcus, sordidus. *Cic. in fragm.* apud *Quintil.* l. 8. c. 3. Humus erat immunda, lutulenta vino. *Virg.* 3. *Æn.* v. 228. Harpyiæ contactu immundo omnia fœdant. *Senec.* ep. 86. *a med.* Liquet, illos immundissimos fuisse. quid putas illos oluisse? militiam, laborem, virum. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 63. Immundæ popinæ. *Id. in ar. Poet.* v. 247. Dicta immunda et ignominiosa. *Plin.* l. 14. c. 19. Supernæ deciduo immundiore lapsu aliquo polluta. *Plin. alter* l. 10. ep. 99. Cloaca turpis et immundissima aspectu. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 24. Homo indiligens, immundus, instrenuus. *Id. Cistell.* 1. 1. 115. Siccine, immunda, obsecro, ibis? (h. e. *illota, impexo capillo, inculta.*) *Si.* Immundas fortunas æquum est squalorem sequi. *h. e.* miseras, adversas, inopiam rei familiaris. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 199. Pauperies immunda procul absit. *Pallad. in Januar.* tit. 10. Immundus ager. *h. e.* silva, sentibus, lapidibus obsitus. [*Catull.* carm. 97. v. 3. Nil immundius hoc, nihiloque immundius illud.]

[*IMMUNDUS, i, m. substantive, fictum a *Tertullian.* vocabulum *de cultu femin.* c. 4. Habitus feminæ duplicem speciem circumfert, cultum et ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem convenit dici.]

IMMUNIFĬCUS, *et* Inmunificus, a, um, *not munificent, not bountiful or generous, stingy, niggardly*, ἀνελεύθερος, illiberalis, avarus, sordidus, tenax. *Plaut. Trin.* 2. 2. 69. Civi immunifico, scis, quid cantari solet? Quod habes, ne habeas, et illud, quod nunc non habes, habeas malum.

IMMUNĬO, is, a. 4. *to fortify, strengthen*, idem quod munio. *Tacit. Ann.* 11. cap. 19. Ne jussa exuerent, præsidium immunivit. *Al. leg.* inde munivit.

IMMŪNIS, *et* Inmunis, ne, *free, or exempt, from a public office, burden, or charge*, ἀτελής, ἀπράγμων, qui vacat a muneribus, quæ alii præstare debent: ab *in* privativa, et *munus.* Domi immunis dicitur, qui a tributis, vectigalibus, &c. est liber: militiæ, qui a valli gestatione, pabuli lignorumque aggestione, obeundis vigiliis, et similibus. *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) In *immunis* illud *n* quod veritas exigit, sequentis syllabæ sono victum, *m* gemina commutatur. *Cic. pro Font.* c. 4. Falsum est, ob vacationem pretium datum, cum immunis nemo fuerit. *Id.* 4. *Verr.* c. 69. Qui agros immunes liberosque arant. *free from taxes. Id. Agrar.* 3. c. 2. Immunia commodiore conditione sint, quam illa, quæ pensitant. *Liv.* l. 1. c. 43. Inde una centuria facta est immunis militia. *Sueton. in Claud.* c. 25. Ilienses ab omni onere immunes præstitit. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 36. Retineri sub vexillo, ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis. ¶ Translate *Cic. de Amic.* c. 14. Non est enim inhumana virtus, neque immunis, neque superba, quæ etiam populos universos tueri, eisque optime consulere soleat. *exempting herself from labour. Horat.* l. 4. od. 12. v. 22. non ego te meis Immunem meditor tingere poculis. *h. e.* asymbolum. *Id.* l. 1. ep. 14. v. 33. Quem scis immunem Cinaræ placuisse rapaci. *h. e.* nulla ei munera mittentem. *Virg.* 4. *Georg.* v. 244. Immunisque sedens aliena ad pabula fucus. *h. e.* ignavus. ¶ Est etiam expers, vacuus, liber. *without, free from. Virg.* 12. *Æn.* v. 558. aspicit urbem Immunem tanti belli, atque impune quietam. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 2. v. 62. Immunes tanti nec sinit esse boni. *Id. Metam.* 8. v. 690. vobis immunibus hujus Esse mali dabitur. et lib. 13. v. 293. immunemque æquoris Arcton. *that never sets in. Senec.* epist. 85. Animum immunem esse tristitia. *Senec. alter in Hippol.* v. 1055. Solus immunis metu. et *in Thyest.* v. 48. non sit a vestris malis Immune cælum. *Plin.* lib. 32. c. 4. Dentes immunes a dolore fiunt. *Vellei.* l. 2. c. 35. Cato omnibus humanis vitiis immunis. et cap. 120. Exercitum immunem tanta calamitate servavit. et cap. 14. Ita se eam domum ædificaturum, ut libera a conspectu, immunis ab omnibus arbitris esset. ¶ Item purus, innoxius. *pure, innocent. Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 8. Non piget immunes cædis habere manus. *Vellei.* l. 2. c. 7. Immunis delictorum paternorum. ¶ In illo *Plauti Trin.* 1. 1. 1. Amicum castigare ob meritam noxiam Immune est facinus, verum in ætate utile: *a thankless task:* *immœne* pro *immune* exhibent quidam MSS. Porro *immune facinus* videtur esse ingratum, inofficiosum, odiosum, et minime amici hominis. *Munis* enim Veteribus fuit officiosus, amicus, beneficus. Alii exponunt, quod omittere possumus, quod præstare non tenemur. *Festus* interpretatur, improbum. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 50. hunc *Plauti* locum referens, infirmam rationem his verbis contineri, docet. Apud *Plaut.* est qui legit *immane.*

IMMUNĬTAS, atis, f. *exemption from a public office, burden, or charge, immunity*, ἀτέλεια, vacatio ab oneribus et tributis. *Cic. Fam.* 12. ep. 1. Tabulæ figuntur, immunitates dantur. *Id. pro Font.* c. 8. Immunitas et libertas provinciæ. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 13. Militiæ vacationem et omnium rerum immunitatem habere. *Sueton. in Aug.* c. 4. Immunitatem alicui offerre, *Id. in Tiber.* c. 49. adimere. *Id. in Galb.* c. 15. donare. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 61. tribuere. et lib. 13. c. 51. servare militibus. *Curt.* l. 5. c. 3. Immunitate donare aliquem. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 55. Alios immunitatibus juvare. ¶ Translate *Cic.* 4. *Acad.* c. 38. Ecce tibi e transverso Lampsacenus Strato, qui det isti deo immunitatem. *Lamprid. in Commodo*, c. 14. Vendidit etiam suppliciorum diversitates, et sepulturas, et immunitates malorum.

IMMUNĪTUS, *et* Inmunitus, a, um, *not fortified, unfenced*, ἀτείχιστος, non munitus. *Liv.* l. 22. c. 11. Ut quibus oppida castellaque immunita essent, hi in loca tuta commigrarent. ¶ Contrario sensu *via immunita* est, quæ aperta est, complanata, aut strata: uno verbo, per quam iri potest. *Cic. pro Cæcin.* c. 19. V. *Munio.*

IMMURMŬRO, *et* Inmurmuro, as, n. 1. *to murmur, make a noise*, idem ac murmuro. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 646 Increpor a cunctis, totumque immurmurat agmen. *Virg.* 4. *Georg.* v. 261. silvis immurmurat Auster. *Stat. Theb.* 1. v. 532. Acesten Imperat acciri, tacitaque immurmurat aure. *mutters, whispers. Ovid. Metam.* 11. v. 187. domini quales aspexerit aures, Voce refert parva, terræque immurmurat haustæ. *Pers.* sat. 2. v. 9. Illa sibi introrsus, et sub lingua immurmurat. *inwardly.* et *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 7. Ipse publicato nobis, quod immurmurat. *h. e.* quod tibi in aurem dicit. [¶ Particip. *immurmurans* apud *Ammian. Marcellin.* l. 22. c. 16. Cum sæpe immurmurantes audierit ventos.]

IMMUSĬCUS, a, um, *unmusical, immusical*, non musicus. *Tertull. in Apolog.* c. 1. Immusici judicantes de musicis.

IMMUSCŬLUS, *et*

IMMUSSŬLUS. V. *Immissulus.*

IMMUTABĬLIS, *et* Inmutabilis, le, *unchangeable, immutable*, ἀμετάβλητος, qui mutari non potest, immobilis, perpetuus, stabilis, constans. *Cic. de Fato*, c. 12. Esse causas immutabiles, easque æternas, quæ, &c. et c. 9. Hoc est immutabile ex vero in falsum. *Id. de Univ.* c. 3. Res stabilis et immutabilis. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 212. grave et immutabile sanctis Pondus adest verbis. ¶ Item mutatus. *changed, different:* ita ut *in* augendi vim habeat, ut in *immutatus. Plaut. Epid.* 4. 2. 8. Scio quid erres; quia vestitum atque ornatum habet immutabilem.

IMMUTABILĬTAS, atis, f. *unchangeableness, immutability*, stabilitas, constantia, perpetuitas, æternitas. *Cic. de Fato*, c. 9. Sed in factis immutabilitatem apparere, in futuris non item.

IMMUTABILĬTER, adverb. *immutably, unchangeably. Cels. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 99. Immutabiliter verum fuit. *Apul. de Mundo.* Speculatur ad omnia rector mundi, atque immutabiliter incumbit.

IMMUTATĬO, onis, f. *a change*, ἐναλλαγή, mutatio. *Cicer.* 4. *Acad.* c. 6. Nihil novi reperiens, sed emendans superiores immutatione verborum. *Id.* 3. *de Orat.* c. 44. Immutatio ordinis. *Id. in Orat.* c. 27. Quamquam translatio est apud Phalereum multa, tamen immutationes nusquam crebriores. *h. e.* hypallagæ, seu metonymiæ. nam ὑπαλλαγή immutationem significat. ¶ Apud Grammaticos *immutatio* ad solœcismum pertinet, cum aliud pro alio ponitur, ut casus pro casu, genus pro genere, tempus pro tempore, &c. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *a med.*

IMMUTĀTOR, oris, qui mutat. *Oros.* l. 7. *c. ult.*

IMMUTĀTUS, *et* Inmutatus, a, um, *changed, altered*, ἐνηλλαγμένος, mutatus. *Cic.* 1. *Fam.* ep. 9. *a med.* Conversis rebus ac bonorum voluntatibus immutatis. *Plaut. Amph.* 1. 1. 300. Ubi ego perii? ubi immutatus sum? ubi formam perdidi? ¶ *Immutata verba* dicuntur a *Cic. in Orat.* c. 27. quæ per metonymiam in oratione ponuntur. ¶ *Immutata mens* est de statu dejecta. *dejected, low-spirited. Sallust. in Jug.* c. 69. Morbis confectus, et ob eam causam mente paulum immutata. *Al. leg.* imminuta. ¶ Item non mutatus, immutabilis, immotus. *unchanged, constant, steadfast, immutable. Cic.* 2. *de Invent.* c. 54. Veritas est, per quam immutata ea, quæ sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. *Terent. Andr.* 1. 5. 7. Id mutavit, quia me immutatum videt.

IMMUTESCO, *et* Inmutesco, is, tui, n. 3. *to become dumb, be silent*, κωφάομαι, mutus fio, obmutesco. *Quintil.* l. 10. c. 3. *circa med.* Immutescamus alioqui, si nihil dicendum videatur, nisi quod non invenimus. *Stat.* 5. *Theb.* v. 542. ruptis immutuit ore querelis.

IMMUTILĀTUS, *et* Inmutilatus, a, um, *maimed, mutilated*, idem quod mutilatus. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 355. Notissimus quisque aut malo dependens verberabatur, aut immutilato corpore improbo patibulo eminens affigebatur. ¶ Item non mutilatus, integer. *not mutilated. Imp. Constantin.* l. 4. *Cod. Theodos.* tit. 22. leg. 1.

Omnia, quæ superarunt ad discrepationem litigii immutilata permaneant.

IMMŪTO, *et* Inmuto, as, avi, atum, a. 1. *to change or alter greatly*, ἐναλλάττω, idem quod muto. *Cic. pro Flacc.* c. 14. Cum successor aliquid immutat de institutis priorum. *Id. in Orat.* c. 63. Immutare verborum ordinem. *Plaut. Trin.* 1. 2. 35. Immutare ingenium moribus. *Id. Men. prol.* v. 40. Immutare alicui nomen. *Nepos in Dione in fi.* Hujus de morte cum palam factum est, mirabiliter vulgi immutata est voluntas. *Cic. Fam.* 5. ep. 8. Quædam pestes hominum et te nonnunquam a me alienarunt, et me aliquando immutarunt tibi. *have made me appear different to you.* et *in Orat.* c. 27. Ennius, *horridam Africam terribili tremere tumultu* cum dicit, pro Afris immutat Africam. *h. e.* per metonymiam *Africam* ponit pro *Afris*. V. Immutatio, *et* Immutatus. *Terent. Phorm.* 1. 4. 29. Non possum immutarier. *I cannot change my nature.*

IMO. V. *Immo.*

IMPACĀTUS, *et* Inpacatus, a, um, *unsubdued, unpeaceable, never quiet*, non pacatus, pacis inimicus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 408. Aut impacatos a tergo horrebis Iberos. *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 27. *extr.* Vides, quam impacatam tibi denunties vitam. qualis enim erit semper tumentis? *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 137. impacata consanguinitate ligavit Fortunam, Invidiamque deus. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 212. impacatis odiis urgere rebelles. et lib. 1. *in Rufin.* v. 70. murmurat alti Impacata quies pelagi.

IMPACTĬO, *et* Inpactio, onis, f. *a striking, dashing, or clapping together, impact*, actus impingendi, illisio. *Senec. natur. quæst.* l. 2. c. 12. *ad fin.* Dissimilis autem crepitus fit ob dissimilem impactionem nubium.

IMPACTUS, *et* Inpactus, a, um, *struck, dashed, or beaten, against*, illisus, injectus. *Liv.* l. 8. c. 6. Impactus saxo. *h. e.* qui in saxum impegit. *Senec.* lib. 2. *quæst. nat.* c. 12. Nubes vehementer impactæ. *Plin.* l. 6. ep. 31. *ad fin.* Saxeum dorsum impactos fluctus in immensum elidit et tollit. *Plin. alter* lib. 8. c. 3. Elephanti impactos arbori dentes frangunt. et lib. 14. c. 22. *a med.* Agrippæ a temulento scyphus impactus. *thrown in his face.* *Tacit. Ann.* 15. c. 46. Gubernatores Cumanis litoribus impacti, triremium plerasque amisere. *having run a-ground.* *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 3. leg. 13. Impactus in carcerem. *cast, thrust, driven.* *Val. Max.* l. 9. c. 14. n. 3. In servilem Serapionis appellationem vulgi sermone impactus est. *h. e.* vulgo est ei appellatio Serapionis imposita, *he was commonly called.*

IMPĀGES, um, f. *nails, pins*, dicuntur, quæ a fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohæreant: a pangendo, idest figere. *Festus.* ¶ Apud *Vitruv.* l. 4. c. 6. *a med.* impages sunt in valvis ornamenta ex regulis circa tympanum infixis, *a tenon to be put into a mortise; a pin fixed in a timber to strengthen a joint; a dove-tail: also the borders, or flat rules, which go about the pannels of a door.* In singulari num. usurpat eodem sensu *Id. ibid.* Latitudo impagis fiat tympani media parte cymatium sexta parte impagis. Scaporum latitudines impagis dimidia parte.

IMPALLESCO, *et* Inpallesco, is, ui, n. 3. pallorem contraho, pallidus fio, *to grow pale*, ὠχριάω. *Pers.* sat. 5. v. 62. At te nocturnis juvat impallescere chartis. *Stat.* 6. *Theb.* v. 805. Eventu impalluit ipse secundo.

[* IMPALPEBRATĬO, onis, f. palpebrarum immobilitas. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 2. c. 5. Sequitur vocis amputatio cum oculis patientibus, atque impalpebratione.]

IMPANCRĀRE, est invadere: verbum a Græco tractum, quasi πᾶν κρέας, consumere. *Varro:* Ecclesiam in regiam arcam impancrarunt. Hæc *Non.* c. 1. n. 293. ubi al. leg. in *Varronis* verbis: *Varro Ecclesia:* ut Ecclesia nomen sit Comœdiæ: Alii *Varro: e culina.* Alii pro *arcam*, *aream.* In ceteris quoque dubitare possis, an verba *Nonii* sana sint.

IMPANNIS, ne, pannis, seu vestibus carens. *Plaut. Asin.* 1. 2. 16. Sordido vitam oblectabas pane, impannis inopia. Ita leg. *Lipsius* l. 5. *antiq. lect.* c. 13. Al. aliter.

IMPAR, *et* Inpar, aris, *uneven, unequal, disproportionate*, ἄνισος, ἀνάρτιος, non par, inæqualis. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 96. si toga dissidet impar. ¶ *Impares tibiæ*, numero foraminum discretæ. *Festus.* ¶ *Impar numerus* est, qui in duas partes æquales dividi non potest, ut tres, novem. *an odd number.* *Paul.* ex *Festo:* Imparem numerum antiqui prosperiorem hominibus esse crediderunt. *Virg. Ecl.* 8. v. 75. numero deus impare gaudet. V. *Servium* multa ibi de impari numero disputantem. *Cic. Acad.* 4. c. 10. *sub fin.* Stellarum numerus par, an impar sit, nescitur. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 248. Ludere par impar. *to play at odd and even.* *Ovid.* 2. *Trist.* v. 220. imparibus carmina facta modis. *h. e.* hexametro, et pentametro. ¶ Sæpe de iis dicitur, quæ inæqualibus sunt viribus ad resistendum; et quæ male cum alio comparantur. *Horat.* l. 1. od. 33. v. 10. Impares formæ atque animi. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 610. Sed tolerare diu cursus ego viribus impar Non poteram. *Virg.* 12. *Æn.* v. 216. At vero Rutulis impar ea pugna videri. et lib. 1. v. 479. Infelix puer atque impar congressus Achilli. *unevenly matched.* *Horat.* l. 4. od. 6. v. 5. Ceteris major, tibi miles impar. *Sueton. in Domit.* c. 10. Thrax munerario impar. *unable to face.* *Cic. Fam.* 5. ep. 8. *a med.* Quos quidem ego ambo unice diligo: sed in Marco benevolentia impari. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 20. Batavi impares numero. *inferiour.* et lib. 2. c. 50. Pater consularis, avus prætorius: maternum genus impar. *of an inferiour family.* ¶ Item de eo, qui alicui rei non sufficit, non idoneus, ineptus, *unable, insufficient, unfit.* *Sueton. in Tiber.* c. 67. Ne mox majore dedecore impar tantis honoribus inveniretur. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 74. Impares bello. et lib. 14. *Ann.* c. 54. Senex, et levissimis quoque curis impar. et lib. 15. c. 57. Muliebre corpus impar dolori. et lib. 6. c. 32. Impar moribus patriis. *not able to accustom himself to.* *Valer. Flacc.* l. 8. v. 400. Ille trahens gemitum, tantis ac vocibus impar, Cunctatur. *not knowing what to advance in reply.* *Sueton. in Oth.* c. 9. Impar militum ardori, pugnam deposcentium. *not being able to restrain.* *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 5. leg. 9. Impar sumptui. *not equal to the expense.* ¶ Cum ablativo pro dativo, *Ovid. Fast.* 4. v. 306. Nec facies impar nobilitate fuit. ¶ Cum infinito *Grat. in Cyneget.* v. 61. Magnum opus, et tangi, nisi cura vincitur, impar. ¶ Corripitur altera syllaba ab *Auson. Edyll.* 11. v. 54. Tres primus par impar habet. et a *Prudent.* l. 1. *contr. Symmach.* v. 168. fuit impar utrique.

IMPARĀTUS, *et* Inparatus, a, um, *not ready, unprepared*, ἀσκευής, non paratus. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 29. Ut in ipsum incautum atque imparatum incideret. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 2. Imparati disjectique. *Nep. in Agesil.* c. 2. Imparati imprudentesque. *Cic. pro Sext.* c. 37. Inermem atque imparatum adoriri. *Id. pro Mil.* c. 21. Paratus in imparatos Clodius inciderat. *Id. Attic.* l. 7. ep. 15. Sumus enim flagitiose imparati cum a militibus, tum a pecunia. *unprovided.* *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 30. Omnibus rebus imparatissimus. *Senec. in Hippol.* v. 994. Non imparatum pectus ærumnis gero. *Eumen. in gratiar. act. ad Constantin.* Nec mihi verba, quamvis imparata, defuissent.

IMPARCO. V. *Imperco.*

IMPĀRENS, non parens, non obediens. *Festus.*

IMPARIENTĬA, æ, f. *disobedience*, inobedientia. *Gell.* l. 1. c. 13. Ne, si spes fefellisset, culpa imparientiæ, et pœna indeprecabilis subeunda esset. Al. leg. *imparentiæ.* al. *impatientiæ.*

IMPARĬLIS, le, *unequal*, impar. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 14. *de Hadriano.* Suspectam æstimantes societatem ævi longe imparilis.

IMPARILĬTAS, atis, f. *inequality*, disparilitas, inæqualitas, ἀνισότης. *Gell.* l. 5. c. 20. Solœcismus Latino vocabulo a Sinnio Capitone, ejusdemque ætatis aliis imparilitas appellatus. *h. e.* impar et inconveniens compositura partium orationis, ut mox *ibid.* subditur. ¶ Item diversitas, varietas, *variety.* *Id.* l. 14. c. 1. *circa med.* Imparilitas hæc turbat observationem.

IMPARĬTER, adverb. *unequally, unevenly, disproportionately*, ἀνίσως, inæqualiter. *Horat. in art. Poet.* v. 75. Versibus impariter junctis querimonia primum, &c.

IMPARTĬO. V. *Impertio.*

IMPASCOR, eris, dep. vel passiv. 3. *to feed in*, in loco aliquo pasco. *Colum.* l. 6. c. 5. In ea loca perducendi sunt, quibus nullum impascitur pecus. Adde lib. 2. c. 18.

IMPASSIBĬLIS, le, adject. *impassible, incapable of suffering*, qui pati non potest. *Lactant.* l. 1. c. 3. Deus incorruptibilis esse debet, perfectus, impassibilis. Adde *Tertull. in Apolog.* c. *ult.* et *Prudent. in Apotheosi*, v. 152.

IMPASSIBILĬTAS, atis, f. *impassibleness*, *Hieron. in epist. ad Ctesiphont. advers. Pelag.* c. 2. (*al. sect.* 3.) Edidit librum περὶ ἀπαθείας, quam nos impassibilitatem, vel imperturbationem possumus dicere.

IMPASTUS, *et* Inpastus, a, um, *unfed, hungry*, non pastus, jejunus, ἄσιτος. *Virg.* 9. *Æn.* v. 339. Impastus ceu plena leo per ovilia turbans, &c. *Lucan.* l. 6. v. 628. fugere revulsis Unguibus impastæ volucres.

IMPATIBĬLIS, *et* Inpatibilis, le, *intolerable, unsupportable, that cannot be endured or suffered*, ἀνύποιστος, quem quis pati non potest, intolerabilis. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 17. *extr.* Dolorem vos, cum improbis pœnam proponitis, impatibilem facitis: cum sapientem semper boni plus habere vultis, tolerabilem. *Plin.* l. 20. c. 18. Cum valetudo impatibilis odium vitæ fecisset. ¶ Item impassibilis, *impassible.* *Lactant.* l. 2. c. 8. *ante med.* Sensu præditum ex insensibili, sapiens ex bruto, impatibile de patibili nunquam potest oriri.

IMPATĬENS, *et* Inpatiens, entis, *impatient, that cannot or will not bear*, ὀλιγόψυχος, qui pati ac ferre non potest. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 2. v. 3. Corpus laborum impatiens. *Virg.* 11. *Æn.* v. 639. vulneris impatiens. *Colum.* l. 7. c. 11. Sues ex omnibus pecudibus impatientissimæ famis sunt. *Vellei.* l. 2. c. 23. Marius quietis impatientissimus. *Sil.* l. 8. v. 4. Impatiensque moræ fremit. *impatient of delay.* *Tacit.* 2. *Hist.* c. 99. Miles impatiens solis, pulveris, tempestatum. *Gell.* l. 12. c. 1. *sub fin.* Impatientissima sollicitudo. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 322. grandior ævo Impatiensque viæ. et lib. 1. v. 479. Impatiens expersque viri. *h. e.* nuptias aversata. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 296. Impatiens somni ductor manet. *h. e.* non passus se somno corripi. *Curt.* l. 3. c. 2. Veritatis impatiens. *unable to perceive that he spoke the truth.* ¶ Translate *Plin.* l. 21. c. 16. Caulis impatiens vetustatis. *that does not last.* Sic l. 16. c. 40. *sub fin.* Æsculus impatiens humoris. et lib. 18. c. 12. *ad fin.* Pisum impatientissimum frigorum. *not able to withstand.* *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 60. Cera impatiens caloris. *Plin.* l. 23. c. 2. *ad fin.* Mammæ impatientes lactis. *h. e.* quæ lac ex nimia abundantia continere non possunt. *Curt.* l. 9. c. 4. Vorticibus intorta navis, obliqua et gubernaculi impatiens agebatur. *impossible to be steered.* ¶ Item impotens *Ovid.* 13. *Metam.* v. 3. Impatiens iræ. *unable to check.* ¶ Cum infinito *Sil.* l. 11. v. 98. Impatiens ultra gemitu cohibere furorem. *Claudian.* lib. 1. *de rapt. Proser.* v. 35. Impatiens nescire torum. ¶ Item qui nihil sentit, aut patitur. *Senec.* ep. 9. Epicurus, et hi, quibus summum bonum visum est animus impatiens. *Lactant.* l. 5. c. *pœnult.* Qui in rebus prosperis agit, impatiens est, et virtute maxima caret. impatientem dico, quia nihil patitur. [¶ Comparat. apud *Macrob.* 7. *Saturn.* c. 4. Imperitia nihil est impatientius.]

IMPATIENTER, *impatiently, hardly*, cum impatientia, iniquo animo, ægre, moleste. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 17. Æquari adolescentes senectæ suæ, impatienter indoluit. *Plin.* l. 2. ep. 7. Amavi juvenem tam ardenter, quam nunc impatienter requiro. *Id.* l. 6. ep. 1. Quo propius accesseris ad spem fruendi, hoc impatientius careas. et lib. 9. ep. 22. Dolet, ut qui impatientissime: laudat, ut qui benignissime. *Justin.* l. 12. c. 15. Quosdam impatientius dolentes consolari. *Quintil.* declam. 5. c. 12. Impatientius diligere.

IMPATIENTĬA, æ, f. *inability to bear, impatience*, ἀτλησία, intolerantia, impotentia, animus impatiens. *Plin.* l. 11. c. 23. Bombicas fieri primo papiliones parvos, nudosque: mox frigorum impatientia villis inhorrescere. *Tacit. Ann.* 15. c. 63. Ne ipse, visendo ejus tormenta, ad impatientiam dilaberetur. *Sueton. in Calig.* c. 23. *ad fin.* Vitare impatientiam nauseæ, et molestiam navigandi. ¶ Affectio animi, qua nihil sentimus, aut patimur, *impassibleness.* *Senec.* ep. 9. In ambiguitatem incidendum est, si exprimere ἀπάθειαν uno verbo scite voluerimus, et impatientiam dicere. Poterit enim contrarium ei, quod significare volumus, intelligi. ¶ Obscenum sensum habet apud *Arnob.* l. 4. pag. 141. *extr.* [¶ Veneris impatientia apud *Apul.* 2. *Met.* pag. 128. *Oudend.* est impatientia moræ in re Venerea patranda.]

IMPAVĬDE, adverb. *boldly, without fear, intrepidly, undauntedly*, ἀφόβως, intrepide, audacter. *Liv.* l. 39. c. 50. Et poculo impavide exhausto haud ita multo post exspiravit.

IMPAVĬDUS, *et* Inpavidus, a, um, *unafraid, intrepid, bold, undaunted, dauntless, fearless*, ἀδεής, qui non pavet, intrepidus. *Horat.* l. 3. od. 3. v. 7. Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinæ. *Plin.* l. 28. c. 19. *a med.* Pellis asini injecta impavidos infantes facit. *Liv.* l. 21. c. 30. Quinam pectora semper impavida repens terror invaserit. *Virg.* 12. *Æn.* v. 8. Leo impavidus frangit telum, et fremit ore cruento. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 840. Edidit impavidos ore minante sonos. *Senec. in Herc. Œt.* v. 645. impavidos ducere somnos.

IMPECCABĬLIS, le, *impeccable*, ἀναμάρτητος, expers peccati. *Gell.* l. 17. c. 19. Is erit impeccabilis, vitamque vivet tranquillissimam.

IMPECCANTĬA, æ, f. *impeccability*, ἀναμαρτησία. *Hieron.* l. 3. *advers. Pelag.* c. 4. Perpetuitas impeccantiæ soli reservatur Deo. Adde cap. 1. et *in præfat.* l. 4. *commentar. in Jerem.*

IMPECTENS, entis, verberans, pulsans. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *de apib.* Itaque impectentes, a se ejiciunt fucos. *Al. leg.* impetentes: *alii rectius* insectantes.

[* IMPEDATĬO, onis, f. actus impedandi. *Colum.* l. 4. c. 13. Impedationem deinde sequitur alligator.]

IMPEDĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to entangle, engage*, pedica constringo, ἐμποδίζω. *Ammian.* l. 30. c. 4. (*al.* 15.) Si quem semel intra retia ceperint, cassibus mille impedicant.

[* IMPEDIMENTŌSUS, a, um, impedimentis abundans. *Cassiodor. Variar.* l. 1. ep. 35. Impedimentosa venalitas est.]

IMPEDIMENTUM, *et* Inpedimentum, i, n. *a hinderance, impediment*, ἐμπόδισμα, id, quo quis impeditur, quo minus perficiat, quod cupit, impeditio, mora, obstaculum. Proprie *Senec. de tranquill.* c. 10. Compeditos primo ægre ferre onera et impedimenta crurum. ¶ Translate *Cic.* 2. *Agrar.* c. 9. Excipitur hac lege impedimentum legitimum. *Id. de Orat.* l. 1. c. 61. Demosthenes impedimenta naturæ diligentia industriaque superavit. *Id.* 1. *de Invent.* c. 9. Moram atque impedimentum alicui rei inferre. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 17. Hæc res non est impedimenti loco. *Plin.* l. 2. ep. 12. *extr.* Epistolam jam recepisse te, colligo. nam festinanti tabellario dedi: nisi quid impedimenti in via passus est. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 51. Ad dicendum impedimento est ætas et pudor. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 25. Gallis magno ad pugnam erat impedimento, quod, &c. *Hirt. de B. Alex.* c. 23. Nullius periculi timorem multitudini fore impedimento, quominus, &c. *Paul. Dig.* l. 40. tit. 3. c. leg. 33. Amittit libertum heres, si conditioni impedimentum fecerit. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 53. Afferre impedimentum alicui rei. *Quintil. sub fin.* c. 8. (*al.* 14.) l. 1.

impedimenta vocat Grammaticorum ineptias et futiles interpretationes, quod studiis impedimento sint. ¶ Dicitur sæpissime de sarcinis viatorum, et præcipue exercitus. *the baggage and beasts of burden belonging to an army:* quo sensu primus usurpavit *Cato*, ut *Senec.* ep. 87. *ante med.* docere videtur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 26. Alteri se in montem receperunt, alteri ad impedimenta et carros suos se contulerunt. *et mox.* Ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum est. et lib. 3. *c. ult.* Cum jam pecus atque extrema impedimenta ab nostris tenerentur. et l. 5. c. 42. Cum sua omnia impedimenta, atque omnes fortunas conflagrare intelligerent. et l. 1. c. 26. Impedimentis potiri. et l. 2. c. 17. Impedimenta diripere. *Nepos in Thrasib.* c. 1. amittere. ¶ Neque solum sarcinæ, sed homines quoque et jumenta impedimentorum nomine veniunt, quatenus iter impediunt, aut ad pugnam non pertinent. *Cic. pro Mil.* c. 10. Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Græcis comitibus. *et mox.* Cum hic veheretur in rheda, vulgi magno impedimento, ac muliebri comitatu. *Frontin. de Strategem.* l. 2. c. 1. Interfectis omnibus impedimentis, ad pugnam descendit. *Veget.* l. 3. *de re milit.* c. 6. Et ideo ad exemplum militum, etiam impedimenta sub quibusdam signis ordinanda duxerunt.

IMPEDĬO, *et* Inpedio, is, ivi, *et* ii, itum, a. 4. *to entangle, hamper*, ἐμποδίζω, impedico, implico, involvo, irretio. Proprie de *pedibus* dicitur, cum aliqua re implicantur. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 410. Impediunt teneros vincula nulla pedes. *Id.* 12. *Metam.* v. 392. et illis Crura quoque impediit. *Plaut. Mil.* 4. 9. 11. Ipsus illic se se jam impedivit in plagas. ¶ Translate *Id. Rud. prol.* v. 37. Sed dum alios servat, se impedivit interim: Rem bene paratam comitate perdidit. *Cic. Verr.* 4. c. 18. Sin illud dices, te Heraclii voluntate ab lege recessisse, ipse te impedies, ipse tua defensione implicabere. *you will embarrass yourself. Terent. Phorm.* 2. 4. 2. Quanta me sollicitudine afficit gnatus, qui me, et se hisce impedivit nuptiis. *hath entangled or implicated. Id. Andr.* 1. 5. 25. Tot me impediunt curæ, quæ meum animum divorse trahunt. *perplex, embarrass. Cic. de Harusp. resp.* c. 1. Alicujus causam stultissimis interrogationibus impedire. *to confound, perplex. Id. pro Cæl.* c. 24. *extr.* Mentem dolore impedire. ¶ Ponitur et pro cingere, alligare. *to bind, tie, encircle, clasp. Ovid.* 2. *Metam.* v. 433. Impedire aliquem amplexu. *Id.* 3. *Amor.* el. 6. v. 56. et *Tibull.* l. 1. el. 7. v. 74. Vitta nec evinctas impedit alba comas. *Horat.* l. 1. od. 4. v. 9. viridi nitidum caput impedire myrto. *Id.* l. 1. sat. 6. v. 27. nigris medium impediit crus Pellibus. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 664. Impediunt hederæ remos. *Id.* 2. *Fast.* v. 736. frenis impediuntur equi. *are bridled. Plaut. Trucul.* 1. 1. 17. Pisces reti impedire. ¶ Item intricare, obstruere. *Curt.* l. 6. c. 5. Juga montium præaltæ silvæ sepiunt: ea, quæ plana sunt, novo munimenti genere impedierant barbari. *had blocked up.* ¶ Item Poetice involvere, innectere. *Virg.* 8. *Æn.* v. 447. Ingentem clypeum informant, &c. septenosque orbibus orbes Impediunt. et lib. 5. v. 583. Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus Adversis spatiis, alternisque orbibus orbes Impediunt. *they wheel round and round.* ¶ Transfertur ad alia, et universim retardare, obstare, impedimento esse, significat. *to hinder, retard, prevent, stop, disturb, debar, obstruct, impede. Ovid.* 15. *Metam.* v. 490. Sacraque Oresteæ gemitu questuque Dianæ Impedit. et lib. 13. v. 745. lacrimæ vocem impediere loquentis. *checked. Cic. Fam.* 9. ep. 19. Me quotidie aliud ex alio impedit: sed si me expediero, &c. *Id. Acad.* l. 4. c. 7. Omnia removentur, quæ obstant et impediunt. *Id. Fam.* 7. epist. 5. Impedire aut tardare profectionem. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 678. Impedire cursum gravitate oneris. *Cicer. de Fato*, c. 1. Id casus quidam, ne facerem impedivit. *Id. de Senect.* c. 17. et lib. 1. *de Fin.* c. 10. Nec ætas impedit, quominus agri colendi studia teneamus. *Id. Attic.* l. 4. ep. 2. *ad fin.* Ut nulla re impediret, quin, si vellem, mihi esset integrum petere, &c. Al. leg. *impediret, quod ne, si vellem.* Alii aliter. *Id. pro Balbo*, c. 20. Impediri a republ. bene gerenda. *Id. pro Mur.* c. 19. Nos, qui ab delectatione omni negotiis impedimur. *Sallust. in Jug.* c. 32. Eos potentia Scauri a vero bonoque impediebat. *Plin.* l. 10. c. 63. *ad fin.* Ab opere impedire aliquem. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 39. Impedire aliquem fuga. *h. e.* a fuga. *Cic.* 1. *Offic.* c. 1. Utere tuo judicio: nihil enim impedio. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. 1. impediri pudore. et l. 1. c. 18. morbis. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 12. religione. *Cic.* 1. *Offic.* c. 9. negligentia, pigritia, inertia, studiis, occupationibus. ¶ Cum infinito. *Virg.* 11. *Æn.* v. 20. Ne qua mora ignaros pubemque educere castris Impediat. *Ovid.* 1. *ex Ponto*, ep. 1. v. 21. nihil impedit ortos exsule Urbe frui. ¶ Cum dativo. *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 14. In vestimentis, ædificiis, supellectili novitati non impedit vetus consuetudo. ¶ *Impedire impudicitia mulierem*, quidam leg. cum *Non.* cap. 4. n. 267. apud *Plaut. in supposit. Amph.* Quis tam vasto, &c. v. 12. quasi obstringere et involvere impudicitiæ scelere. Sed rectius leg. alii *impetere.* ¶ Divisit per tmesim *Lucret.* l. 3. v. 485. At quæcumque queunt conturbari, inque pediri.

IMPEDITĬO, *et* Inpeditio, onis, *f. a hindering, obstruction*, implicatio, impedimentum. *Vitruv.* l. 1. c. 5. Ut obviam venientes, alius alium sine impeditione præterire possint. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 51. Viget enim animus in somniis, liberque sensibus ab omni impeditione curarum, &c. *Arnob.* l. 2. pag. 52. Obstacula impeditionis opponere.

IMPEDĬTO, as, a. 1. frequentativum ab *impedio*, et ejusdem fere significationis. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 590. Impeditant numero, seque ipsa vicissim Arma premunt.

IMPEDĪTOR, oris, m. qui impedit. *Augustin.* l. 10. *de Civ. Dei*, c. 10. Plus utique valeret beneficus purgator animæ, quam malevolus impeditor.

IMPEDĪTUS, *et* Inpeditus, a, um, *entangled, shackled, engaged, perplexed, embarrassed, involved, retarded, hindered, impeded*, ἐμπεποδισμένος, implicatus, irretitus, involutus, distentus, retardatus. *Phædr.* l. 1. fab. 12. v. 9. *de cervo.* silva tum excepit ferum, In qua retentis impeditus cornibus, Lacerari cœpit morsibus sævis canum. *Martial.* l. 3. epigr. 58. v. 28. Aut impeditam cassibus refert damam. *Veget. de re Veterin.* l. 1. c. 10. Caput religabis ad pedes, sensimque jumentum impeditum compelles incidere. ¶ Translate *Terent. Andr.* 3. 5. 11. Viden' me tuis consiliis miserum impeditum esse? *Cic. de Harusp. resp.* c. 11. Cum ille servorum multitudini Senatum vinctum ipso consessu, et constrictum spectaculis, atque impeditum turba et angustiis tradidisset. *Id. pro Cæl.* c. 19. Animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, sæpe nimia copia, inopia etiam nonnunquam impeditus. *Id. pro Sext.* c. 45. Impeditus malis domesticis. *Id. Fam.* 10. ep. 28. *a med.* maximis occupationibus. *Id.* 5. *Verr.* c. 25. *a med.* ætate et morbo. *Hirt. de B. Alex.* c. 14. *extr.* Impeditiores ad receptum fore videbantur. ¶ De rebus *Tacit.* 2. *Hist.* c. 25. Vineæ nexu traducum impeditæ. *entangled. Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 3. Locus impeditissimus ad iter faciendum. *Liv.* l. 9. c. 2. Saltus arctior et impeditior. *difficult to be passed. Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 18. Silvæ undique impeditissimæ. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 77. Impeditissima itinera. *Tacit. Ann.* 4. c. 46. Bellum impeditum, arduum, cruentum. *Quintil.* l. 8. c. 6. *circa med.* Longa et impedita oratio. *embarrassed, intricate, perplexed*, cum multis appositis, seu epithetis abundat. *Liv.* l. 37. c. 54. Impedita disceptatio. *Id.* l. 7. c. 21. *a med.* Tarda nomina et impeditiora inertia debitorum, quam facultatibus, ærarium dissolvit. *more difficult to recover. Gell.* l. 4 c. 9. Dies tristi omine infames et impediti, in quibus et res divinas facere, et rem quampiam novam exordiri temperandum est. *Cic. in Pison.* c. 1. Impedita reipubl. tempora. *Id. pro Mil.* c. 20. Quid horum non impeditissimum? vestitus, an vehiculum, an comes? *h. e.* plurimum impedimenti afferens. ¶ *Inque peditus* tmesis est *Lucretii* l. 4. v. 563. et vers. 1142.

IMPĔDO, *et* Inpedo, as, a. 1. *to underset, prop or support, vines*, ἐμπεδόω, pedaminibus fulcio. *Colum.* l. 4. c. 16. Vehementioribus statuminibus vinea statim impedanda est.

IMPĒGI. V. *Impingo.*

IMPELIMENTUM, idem ac impedimentum, apud vet. *Fest.*

IMPELLO, *et* Inpello, is, puli, pulsum, a. 3. *to push, press, or drive forward, urge on, propel, impel*, ἐπωθέω, propello, urgeo, ante, vel in aliquam partem pello. *Cic. pro Cluent.* c. 26. Præcipitantem impellamus, et perditum prosternamus. *Vellei.* l. 2. c. 70. Cum mucronem gladii admovisset mamillæ, impellens se in vulnus, uno ictu transfixus exspiravit. *Id. ibid.* Impulsis hostibus, castra cepit. *being made to give way. Horat.* l. 4. od. 12. v. 2. Impellunt animæ lintea Thraciæ. *Virg.* 4. *Æn.* v. 594. date vela, impellite remos. *ply. Id.* 1. *Georg.* v. 254. infidum remis impellere marmor. et 5. *Æn.* v. 119. Navem remis impellere. *Id.* 1. *Æn.* v. 85. cavum conversa cuspide montem Impulit in latus. *struck. Ovid.* 15. *Metam.* v. 697. Impulerat levis aura ratem. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 6. Impellere currum. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 8. quempiam in fugam. *Hirt. de B. Afric.* c. 16. in periculum. ¶ Pro intro agere, inducere. *Plin.* l. et c. 18. Mos sues impellere vestigiis semina deprimentes. ¶ Pro expellere. *Id.* l. 24. c. *ult.* Semen calculos vehementius impellit. ¶ Pro commovere. *Virg.* 4. *Georg.* v. 305. zephyris primum impellentibus undas. *driving. Petron. in Satyr.* c. 114. Fluctus ventus impulerat. *Lucan.* l. 3. v. 440. procumbunt orni, nodosa impellitur ilex. *h. e.* sternitur. *is forced to the ground. Virg.* 8. *Æn.* v. 3. Utque acres concussit equos, utque impulit arma. ¶ Pro urgere. *Senec. in Herc. Œt.* v. 942. Sisyphia cervix cesset, et nostros lapis impellat humeros. ¶ Pro percellere, ferire. *Virg.* 4. *Georg.* v. 349. maternas impulit aures Luctus Aristæi. *struck, reached. Lucret.* l. v. 303. impellere sensus. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 21. mugitibus impulit auras. *Claudian. initio* l. 2. *de rapt. Pros.* Impulit Ionios præmisso lumine fluctus Nondum pura dies. ¶ Pro mittere, jaculari. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 325. curvavit cornu, nervoque sagittam impulit. *discharged, shot.* et lib. 12. v. 552. inque meos ferrum flammamque penates Impulit. ¶ Translate est conjicere, inducere. *Cic. in Pison.* c. 1. Hic in fraudem homines impulit. *Id. ad Brut.* ep. 10. Cæsarem impulerunt in spem certissimam consulatus. *Sueton. in Ner.* c. 35. Ad spem imperii impellere. *Cic. pro Mil.* c. 33. Nisi eum Dii immortales in eam mentem impulissent, ut. &c. *Id.* 2. *de Orat. c. penult.* Si cognossemus, quæ te causa in sermonem impulisset. ¶ Item incitare, adducere, incendere, vi quadam urgere ad quippiam præstandum. *to drive, lead on, incite, induce, constrain, compel. Cic. pro Flacc.* c. 9. Qui præsentem, nullo impellente, fallebant. *Justin.* l. 4. c. 5. Impellente fato. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 8. Voluntates impellere, quo velit; unde autem velit, deducere. *Quintil.* l. 7. c. 1. Initio movendus est judex, et summo impellendus. *Cic. de clar. Orat.* c. 5. Impelli atque incendi ad aliquid faciendum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 28. Impellere et hortari ad aliquam artem. *Id. pro Flacc.* c. 34. ad injuriam faciendam. *Nep. in Datam.* c. 5. ad perniciem alicujus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 14. ad scelus. *Id. pro Sull.* c. 13. barbaros homines ad bellum. *Justin.* l. 13. c. 5. et lib. 28. c. 1. in bellum. *Id.* l. 1. c. 9. in cædem. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 16. Germanos tam facile impelli, ut in Galliam venirent. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 4. Quæ causa nos impulerit, ut hæc tam sero litteris mandaremus. ¶ Cum infinito *Virg.* 2. *Æn.* v. 520. quæ mens tam dira impulit his cingi telis? *Justin.* l. 3. c. 1. Impellit Artaxersem, parricidium parricidio vindicare. *Tacit. Ann.* 14. c. 60. Quendam ex ministris Octaviæ impulit, servilem ei amorem objicere. *Stat.* l. 10. *Theb.* v. 737. impellunt credere Parcæ. Absolute *Val. Flacc.* l. 4. v. 486. omnes Impulit, et duræ commovit imagine pœnæ. ¶ Pro labefactare, evertere, labare facere. *Plin.* l. 33. c. 11. *sub fin.* Immenso Achaicæ victoriæ momento ad impellendos mores. *to loosen. Virg.* 4. *Æn.* v. 22. animumque labantem impulit. ¶ Pro interpellare. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 64. ut forte legentem, Aut tacitum impellat quovis sermone molestus. *Al. leg.* appellet: *alii* impediat. ¶ *Impellier* pro *impelli* paragoge est *Lucret.* l. 6. v. 1058. nequeunt impellier unquam. ¶ *Impellerim* pro *impulerim* quidam leg. apud *Terent. Heaut.* 1. 1. 113.

IMPENDĔO, *et* Inpendeo, es, n. 2. *to hang over, overhang, impend, threaten*, ἐπίκειμαι, ἐπαρτάομαι, supra aliquid pendeo, immineo, insto. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. Impendentium montium altitudines. *Virg.* 1. *Georg.* v. 365. stellas, vento impendente, videbis Præcipites cælo labi. et lib. 4. v. 191. Nec vero a stabulis, pluvia impendente, recedunt. *Plaut. in fragm.* apud *Macrob.* l. 2. c. 14. Nucem impendere super tegulas. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 26. leg. 1. Arbor, quæ ex ædibus tuis in ædes illius impendet. *Cic. Tuscul.* 5. c. 21. Gladium e lacunari, seta equina aptum, demitti jussit, ut impenderet illius beati cervicibus. et lib. 4. c. 16. Poetæ impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt. ¶ Translate *Cic. pro Mil.* c. 28. Quæ vero aderant jam, et impendebant, quonam modo ea depellere potuissetis? *Id.* 4. *Fam.* ep. 14. Ut ea, quæ partim jam adsunt, partim impendent, moderate feramus. *Id. pro Dom.* c. 10. Impendebat fames, incendia, cædes, direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 11. Licet undique omnes in me terrores, periculaque impendeant omnia. *Plaut. Epid.* 1. 1. 77. Tantæ in te impendent ruinæ. et 1. 2. 32. Nunc alia jam cura impendet pectori. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 16. Omnibus semper aliquis talis terror impendet. *Id. Verr.* 7. c. 60. Parum ne multa mercatoribus sunt necessario pericula subeunda fortunæ, nisi etiam hæ formidines ab nostris magistratibus impendebunt? *Id. de Provinc. consul.* c. 17. *extr.* Tantum reipubl. sceleris impendere a consulibus, non suspicabar. ¶ Cum accusativo sine præpositione, quæ inest in ipso verbo, *Terent. Phorm.* 1. 4. 2. Ita nunc imparatum subito tanta te impendent mala. *threaten, await. Lucil.* apud *Fest.* in *Me.* ut quæ res me impendet, agatur. *Fest.* tamen illud *me* pro *mihi* antique dictum putat. ¶ In præteritis non est, quod sciam, in usu.

IMPENDĬA, æ, f. idem quod impendium, impensa. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 871. n. 8. D. M. Flavii Eleuterii Secundiani Asius Soterichus de sua impendia. et pag. 1070. n. 6. Herculi sanctissimo, voto suscepto, C. Herodes de sua impendia D. D. Eid. April. L. Antistio, et Claudio Ner. Coss. Adde pag. 62. n. 8.

IMPENDĬO, *et* Inpendio, *much, very much, greatly, exceedingly*, πολὺ, σφόδρα, valde, impense, multo: ablativus casus adverbii more positus: quasi de re loquamur, quæ impendio constet. Jungitur fere comparativis. *Terent. Eun.* 3. 5. 39. Impendio magis animus gaudebat mihi. *more highly, to a greater degree. Plaut. Aulul. prol.* v. 18. Ille vero minus minusque impendio curare. *in a less degree, less and less. Cic. Attic.* l. 10. ep. 4. *a med.* At ille impendio nunc magis odit Senatum. *Gell.* l. 18. c. 12. Nonne hoc impendio venustius gratiusque est, quam si diceret, &c? *et* lib. 19. c. 13. Impendio probabilius. et lib. 11. c. 18. Leges impendio acerbiores. ¶ Extra comparationem cum verbis jungitur. *Apul.* l. 2. *Metam.* Cum impendio excusarem, negavit veniam. et lib. 10. Impendio suadere. *et* l. *Apolog.* Impendio commoveri. Adde *Lævium* apud *Gell.* l. 19. c. 7.

IMPENDĬŌSUS, a, um, *too liberal, spending more than there is occasion for*, δαπανηρὸς, qui plus æquo impendit, et plus consumit, quam par est. *Plaut. Bacch.* 3. 2. 12. Nimio præstat, impendiosum te, quam ingratum dicier.

IMPENDĬUM, *et* Inpendium, ii, n. *expense, cost, charge*

δαπάνη, sumptus, impensa: ab *impendo*. *Cic. pro Quint.* c. 3. Qui quæstum sibi instituisset sine impendio, posteaquam nescio quid impendit, mediocri quæstu contentus esse non poterat. *Plin.* l. 10. ep. 52. Impendia maxima facere. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 16.) Reposcere rationem impendiorum, quæ in educationem contulerat. *Sueton. in Cæs.* c. 54. Evidentissimis rapinis et onera bellorum civilium, et munerum sustinuit impendia. *Plin.* l. 17. c. 23. Impendio fossarum munire vineam. *by going to the expense of digging ditches.* *Id.* l. 18. c. 14. Nullo impendio constat. *Id.* l. 16. c. 37. Nullius tutior est reditus, minorisve impendii. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 7. Impendia pro curatione oculi vitiati. *Paul.* lib. 38. tit. 1. leg. 20. Unusquisque quod spopondit, suo impendio dare debet. *at his own expense.* *Plin.* l. 18. c. 6. Messes colligere non expedit, si computetur impendium operæ. ¶ Item fenus, usura, *h. e.* pecunia, quæ in fenore sorti accedit: quia impenditur ab eo, qui fenori accepit. *interest.* *Varr. sub fin.* l. 4. *de L. L.* Usura quod in sortem accedebat, impendium appellatum. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. Itaque aut tutela cogito me abdicare, aut, ut pro Glabrione Scævola, fenus et impendium recusare. *principal and interest.* et translate *Id. de clar. Orat.* c. 4. Solum ita diligenter colemus, ut impendiis etiam augere possimus largitatem tui muneris. *with the fruits or profits.* *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 87. partæque per omnes Divitiæ populos, magnique impendia mundi. *h. e.* pecunia, vectigales, et tributa, quæ impenduntur ab omnibus R. imperio subjectis. ¶ Item quodvis damnum, jactura, *loss, detriment, damage.* *Curt.* l. 9. c. 4. *a med.* Regi suo, parvo impendio, immortalitatem famæ daturos. *Id.* l. 3. c. 11. *extr.* Triginta omnino ex peditibus desiderati sunt: tantulo impendio ingens victoria stetit. *cost so small a loss of men.* *Plin.* l. 18. c. 3. Multatio non nisi ovium boumque impendio dicebatur. *Quintil.* l. 6. c. 3. *ante med.* Nimium risus pretium est, si probitatis impendio constat. *Plin.* l. 34. c. 11. Impendio miserorum experiri commentaria. *at the risk or cost.* ¶ *Impendium* et *jactura* differunt, quod omnis jactura impendium est, non contra. Nam potest esse impendium sine damno, et amissione, ut cum fiunt sumptus in res utiles, vel alieno periculo. *Liv.* l. 7. c. 21. *ad fin.* Rem difficillimam tractatu, cum alia moderatione, tum impendio magis publico, quam jactura sustinuerunt.

IMPENDO, *et* Inpendo, is, ndi, nsum, a. 3. *to lay out, expend,* δαπανάω, ἀναλίσκω, pecuniam in aliquam rem erogo: a *pendo*, quia olim ante cusos nummos æs pendere, non numerare mos fuit, ut in *Expendo, Dependo*, et in *Æs* dictum est. *Cic.* 6. *Verr.* c. 30. Impendere pecuniam in eas res, quas, &c. *Id. pro Quint.* c. 3. Posteaquam nescio quid impendit, et in commune contulit. *Id. Verr.* 5. *c. ult.* Certus sumptus impenditur. *Plin.* l. 10. ep. 46. In aquæductum Nicomedenses impenderent H-S XXX. *Juvenal.* sat. 12. v. 95. Tres habet heredes. libet exspectare, quis ægram, Et claudentem oculos gallinam impendat amico Tam sterili. *Cic. Verr.* 7. c. 19. Ubi tandem istuc latet, quod tu de tua pecunia dicis impensum? ¶ Cum ablat. et præposit. *in* rarum est. *Paul. Dig.* lib. 24. tit. 1. leg. 31. *extr.* In opsonio, aut in unguentis, aut cibariis familiæ pecuniam impendere. ¶ Translate est insumere, ponere, conferre, *to bestow, employ, expend.* *Cic. Verr.* 7. c. 20. Quid censetis in hoc fœdere faciendo voluisse Mamertinos impendere laboris, operæ, pecuniæ, ne hæc biremis adscriberetur? et *Verr.* 6. c. 30. Operam, curam in aliquid impendere. *Quintil. in proœm.* l. 1. studia erudiendis juvenibus. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 65. vitam usui alicujus. *Vellei.* l. 2. c. 89. omne ævi sui spatium in aliquod opus. *Sueton. in Aug.* c. 98. Caprearum secessui quatriduum impendit. *Quintil.* l. 3. c. 6. *ante med.* Quamquam tota volumina in hanc disputationem impendisse multos, sciam. *Petron. in Satyr.* c. 1. Hæc vulnera pro libertate publica excepi: hunc oculum pro vobis impendi. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 581. impendere preces. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 266. At nihil impendit per tot Telamonius annos Sanguinis in socios. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 63. vitamque impendere famæ. *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 13. Nihil impendunt, ut requirant. *Virg.* 3. *Georg.* v. 123. instant sub tempus, et omnes Impendunt curas denso distendere pingui, Quem legere ducem. *Stat. Theb.* 7. v. 215. Ast ego non proprio diros impendo dolori Œdipodionidas. *do not sacrifice to my own grief.* [¶ Particip. *impendendus, impensurus* apud *Manil.* l. 4. v. 407. Impendendus homo est, Deus esse ut possit in ipso. *Vellei.* l. 2. c. 89. Impensurus omne ævi sui spatium in id opus.]

IMPENETRABĬLIS, *et* Inpenetrabilis, le, *that cannot be penetrated, impenetruble,* ἀδιάβατος, qui penetrari non potest. *Liv.* l. 36. c. 25. Silex sæpe impenetrabilis ferro occurrebat. *Senec.* l. 4. *quæstion. nat.* c. 2. *ante med.* Crocodilis superior pars corporis dura et impenetrabilis est, etiam majorum animalium dentibus. *Plin.* l. 8. c. 36. Specus imbribus impenetrabiles. et cap. 25. Tergus hippopotami ad scuta galeasque impenetrabile, præterquam si humore madeat. ¶ Translate *Sil.* l. 6. v. 413. patet impenetrabilis ille Luctibus, et nunquam submissus colla dolori. et l. 7. v. 561. pacata fuissent Ni consulta viro, mensque impenetrabilis iræ. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 12. Pudicitia Agrippinæ impenetrabilis. *not to be overcome.* *Senec. in præfat.* l. 4. *quæst. natur.* Impenetrabilis blanditiis. *inflexible.*

IMPENETRĀLE, cujus ultimum penetrale intrare non licet. *Festus.*

IMPENNĀTUS. V. *Pennatus.*

IMPENSA, *et* Inpensa, æ, f. *expense, charge, cost,* δαπάνη, ἀνάλωμα, expensa, sumptus, pecunia in rem aliquam insumpta: ab *impendo*. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *ante med.* Impensam ac sumptum facere in culturam. (*impensa* hic est materies, seu res, quæ in colendo impenditur: *sumptus* pecunia. Hoc sensu alia mox afferemus.) *Cic.* 13. *Attic.* ep. 25. *a med.* Quoniam impensam fecimus in macrocola. *Id. Verr.* 3. c. 55. Omnes illæ columnæ nulla impensa dejectæ. *et Verr.* 5. c. 21. Arationes magna impensa, magno instrumento tueri. *Nep. in Phoc.* c. 1. *extr.* Nolo meis impensis illorum ali augerique luxuriam. *at my expense.* et *Sueton. in Tiber.* c. 7. Dedit et ludos impensa matris ac vitrici. *Plin.* l. 36. c. 5. *sub fin.* Impensa sua construere aliquid. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 188. Instruis impensa nostra sepulcra brevi. *Colum.* l. et cap. 2. *ad fin.* Reformidans impensam, quæ largior est in amplioribus juvencis. *Id. sub fin. l. ult.* Majorem impensam vitare. *Id.* l. 3. c. 3. *circa med.* Amplissimas impensas vineæ poscunt. *Plin.* l. 12. c. 14. *ad fin.* Inde impensæ publicæ tolerantur. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 37. Non ego ventosæ venor suffragia plebis Impensis cœnarum, et tritæ munere vestis. *Liv.* l. 35. c. 44. Nec impensæ, nec labori, nec periculo parsurum. *Hirt. de B. Alex.* c. 50. Maximis impensis onerare provinciam. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 4. Facere modum impensis publicis. ¶ Translate *Ovid.* 8. *Metam.* v. 65. melius sine cæde, moraque, Impensaque sui poterit superare cruoris. *without the cost of his own blood.* ¶ De iis rebus, quæ impenduntur ad farcimen faciendum condiendumque, *ingredients.* *Arnob.* l. 7. pag. 231. Farta confectionis jure multiplici, atque impensarum varietate condita. *Apic.* l. 8. c. 7. Mittes impensam Tarentinam in vesicam bubulam. *et ibid.* Teres piperis unciam, mel, vinum: hac impensa porcellum imples. ¶ Similiter *impensa sacrificii* apud *Petron. in Satyr.* c. 137. sunt res ad sacrificium necessariæ. *Impensam* quoque *Frontin. de aquæd.* artic. 124. vocat materiem reficiendis aquæductibus aptam, terram, lapides, ligna, &c. *Impensam pumiceam Pallad.* l. 1. tit. 13. et *testaceam* tit. 40. appellat pumicem, aut testam tusam, et calce mixtam, vel aceratam, quæ inducitur cameræ e canna, vel bipedis factæ, ut pervia non sit: quod hodieque in hujusmodi fornicibus fieri solet. Nostri structores appellant *parget.* ¶ Denique *impensa* olim, teste *Festo*, dicta est stipes, seu æs sacrum, quod nondum erat pensum, sed tantum in cella dei stipatum ac repositum. Verba *Festi* sunt: *impensam, stipem, æs sacrum, quod nondum erat pensum.* Alii primam distinctionis notam tollunt, leguntque *impensam stipem, æs sacrum,* &c. Quod sane rectius est: atque hac ratione *impensam* est adjectivum. *not weighed,* vel *not measured.*

IMPENSE, et Inpense, *at great charge or cost,* per multam impensam et sumptum, sumptuose, δαπανηρῶς. *Pers.* sat. 6. v. 68. nunc nunc impensius unge, Unge, puer, caules. *Sueton. in Domit.* c. 20. Bibliothecas incendio absumptas impensissime reparari curavit. ¶ Translate est multa opera, studiose, cupide, valde, multum, vehementer. *greatly, exceedingly, earnestly, eagerly, very much.* *Cic. Fam.* 13. ep. 64. Nunc eo facio id impensius, quod ejus causam Nero suscepit. *Liv.* l. 40. c. 35. *a med.* Milites in perniciosam, si quis impense retineret, seditionem exarsuri. *Id.* l. 37. c. 56. *sub fin.* Impensius gratias agere. *Sueton. in Claud.* c. 11. Impense petere. *earnestly.* *Virg. Æn.* 12. v. 20. tanto me impensius æquum est Consulere. *the more zealously.* *Catull.* carm. 72. *ad Lesb.* v. 5. impensius uror. *Terent. Adelph. sub fin.* Quæ vos propter adolescentiam minus videtis, magis impense cupitis. *Id. Eun.* 3. 1. 22. Illi invidere misere: verum unus tamen impense. *Gell.* l. 9. c. 4. Impensius laudare. et cap. 9. Impense demirari. *Ovid.* l. 7. *Metam.* v. 314. impensius venerari numina. et lib. 7. v. 323. tum vero impensius instant. *Plaut. Epid.* 4. 1. 39. Impense improbus. *Gell.* l. 13. c. 10. doctus.

IMPENSIBĬLIS, le, *that cannot be sufficiently weighed or considered,* ἀστάθμητος, ἀνεξέταστος, qui satis expendi non potest, inconsiderabilis. *Gell.* l. 11. c. 5. Omniumque rerum fidem veritatemque, mistis confusisque signis veri atque falsi, ita impensibilem videri aiunt, ut quisquis homo est, &c. Al. leg. *incomprehensibilem:* alii aliter.

IMPENSUS, -us, m. idem quod impensa, *expense.* In sexto casu singulari. *Symmach.* l. 1. ep. 5. (*al.* 11.) Majore impensu.

IMPENSUS, *et* Inpensus, a, um, *spent, laid out, expended,* insumptus. *Cic. Verr.* 7. c. 19. Ubi tandem istuc latet, quod tu de tua pecunia dicis impensum? ¶ Translate *Lucan.* l. 2. v. 569. Ætas impensa labori. *devoted.* *Grat. in Cyneg.* v. 234. Impensus labor. *Justin.* l. 16. c. 3. *extr.* Bene agrorum suorum populationem impensam existimantes, si quos hostes habuerant, amicos reddidissent. *Senec. in Troad.* v. 298. Quis iste mos est? quando in inferias homo est impensus homini? ¶ *Impenso pretio emere,* aut *venire* apud *Cicer. Attico,* l. 14. ep. 13. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 2. et *Liv.* l. 2. c. 9. est permagno. *at a high price.* Absolute *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 245. Luscinias soliti impenso prandere coemptas. *bought at an extravagant price.* ¶ Hinc sumitur *impensus* pro magno, vehementi. *much, large, great, earnest.* *Tacit.* 1. *Hist.* c. 31. et *Ovid.* 2. *Metam.* v. 405. Arcadiæ tamen est impensior illi Cura suæ. *Sueton. in Tiber.* c. 13. Impensissimæ preces. *Gell.* l. 20. c. 1. *a med.* Impensius damnum. *Lucret.* l. 5. v. 962. impensa libido. *Gell.* l. 9. c. 14. Impensa opera conquirere veteres libros. *h. e.* magna diligentia. *Liv.* l. 35. c. 44. Impensa voluntas erga aliquem. *h. e.* magnum studium, favor, amor, propensa voluntas. *Valer. Max.* l. 4. c. 3. n. 1. *extern.* Impensioribus verbis laudare. ¶ Animadversione dignum est illud *Lucret.* l. 6. v. 489. parvo tempore sæpe Tam magnos montes tempestas, atque tenebræ Cooperiant maria ac terras, impensa, superne. *h. e.* soluta, profusa, effusa. Et illud *Plauti Bacch.* 3. 2. 10. Ingrato homine nihil impensius est. *h. e.* impendiosius, seu quod carius constet, quia beneficia in ingratum collata, impensæ sunt et jacturæ. Alii aliter interpretantur. Et illud *Senec. in Herc. Œt.* v. 1590. nulla dominetur aula, Qui putet solum decus esse regni, Semper impensum tenuisse ferrum. *h. e.* occupatum, evaginatum, nunquam otiosum, sicut pecunia otiosa non est, quæ impenditur. ¶ *Impensus* pro fartus, impletus (unde *impensa*) *Plaut. Capt.* 4. 2. 26. Væ misero illi, cujus cibo iste factus est impensior. Al. leg. *imperiosior.* ¶ *Impensa stipes* est stipata, et nondum pensa. V. *Impensa* in fi.

IMPERABILĬTER. V. *Imperiabiliter.*

IMPĔRANS, antis, nom. ex particip. *a commander.* *Aurel. Vict. Epit.* c. 12. *de Nerva.* Conditio imperantium. *Tacit. Ann.* 16. c. 28. Imperantis lenitas. Al. leg. *imperitantis.* V. *Imperator* in fi.

IMPERATĪVE, adverb. *imperatively,* cum imperio, imperando. *Ulpian. JCtus* tit. 24. *Regular.* Legatum est, quod legis modo, idest imperative, testamento relinquitur.

IMPERATĪVUS, a, um, adject. ut Imperativæ feriæ apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 16. quas Prætores, aut Consules pro arbitrio extra ordinem indicebant. ¶ Imperativus modus in verbis, quo imperamus. *Charis. Diomed. Priscian.* &c. *the imperative mood.*

IMPERĀTOR, *et* Inperator, oris, m. *a commander, leader, general; the commander-in-chief of an army,* Στρατηγὸς, Ἡγεμὼν, Αὐτοκράτωρ, is, cui commissa est belli administratio, ad quem rei militaris summa refertur, supremus belli dux. *Varro* l. 4. *de L. L.* c. 16. scripsit, Imperatorem dictum esse ab imperio populi, non militum. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 48. Nam si forte quæreretur, quæ esset ars Imperatoris, constituendum putarem principio, quis esset Imperator: qui cum esset constitutus administrator quidem belli gerendi, &c. ¶ Antiquorum consuetudine, proprie Imperator is dici solebat, qui, cum suis auspiciis bellum gereret, aliquot hostium millia in acie cecidisset. Tunc enim et militum acclamatione in castris, et sententia Senatus in urbe Imperator appellabatur. Hinc *Appianus* l. 2. *Bell. Civ.* scribit, id antiquitus observatum fuisse, ut quis non nisi magnis rebus gestis Imperator vocaretur. Sed id paulatim imminutum est. Nam *Dion.* l. 37. scribit, C. Antonium, Catilina victo occisoque, Imperatorem esse dictum, quanquam cæsorum numerus minor esset constituto. Præterea antiquitus non nisi semel bello uno Imperator quispiam appellari potuit. Quare præter veterum consuetudinem fuit, ut Claudius uno bello aliquoties Imperator diceretur. V. *Dion.* l. 40. Ceterum etsi Imperatoris nomen nemo consequebatur, nisi re bene gesta, atque aliquot millibus externorum hostium cæsis, tamen revera, quisquis bello præficiebatur, Imperator et erat et habebatur. *Cic. pro Leg. Manil.* c. 2. Unum ab omnibus sociis et civibus ad id bellum imperatorem deposci. ¶ Postquam Respubl. Romana in Monarchiam versa est, institutum est, ut perpetuum Imperatoris nomen summo Principi Romani Imperii assignaretur. *a Roman Emperor.* Id a C. Julio Cæsare originem traxit, quem *Suetonius* c. 76. tradit prænomen id perpetuum a Senatu accepisse. In quo immutata fuit veterum consuetudo. Nam cum apud veteres Imperatoris nomen sequi soleret, e. g. *M. T. Cicero Imperator,* Cæsar id tanquam prænomen usurpabat hoc pacto, *Imperator C. Julius Cæsar.* A Julio autem Imperatoris appellatio ad successores derivata est. Nec tamen omnino sub Cæsaribus sublata fuit vetus consuetudo. Quippe sub his quoque qui res præclare gessissent, Imperatores salutabantur. Sed minor tum Imperatoris nominis honor fuit. *Cæsar* enim l. 2. *B. Civ.* c. 25. et 26. narrat Curionem Imperatorem appellatum esse, cum vix CXX. hostes cecidisset. *Appianus* tradit l. 2. *Bell. Civ.* sua ætate, h. e. Hadriani ævo, nemini privato duci concessum fuisse, ut Imperator appellaretur, nisi cæsis hostium decem millibus. V. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 74. ¶ Generaliter Imperator ponitur pro eo, qui imperat, quocunque id modo fiat. *Cic. pro Dom.* c. 33. Ille ille populus est dominus regum, victor, atque imperator omnium gentium. *Sallust. in Catil.* c. 6. Immutato more annua imperia, binos imperatores sibi fecere. *h. e.* consules. ¶ *Imperatores,* et *imperantes* vocabant Medici ægrotos suos, a quibus pecunia conducebantur, ut quandocunque

opus foret, præsto essent. Aliquot in hanc rem exempla congerit *Parens in Lex. Crit.* ex *Pandect.* et *Senec.* quæ tamen non usque adeo certa sunt, ut eodem modo ab Interpretibus et legantur, et explicentur. ¶ Translate *Sallust. in Jug.* c. 1. Dux, et imperator vitæ mortalium animus est. *Plin.* l. 29. c. 1. *ante med. de Medicis.* Ut quisque inter istos loquendo polleat, imperatorem illico vitæ nostræ necisque fieri.

IMPERATORIE, ut imperatorem decet. *Trebell. Poll. in Claud.* c. 6. Dum se ad id bellum imperatorie instruit.

IMPERATORIUS, a, um, *of or belonging to a commander, imperial, imperatorial,* Αὐτοκρατορικὸς, ad Imperatorem pertinens. *Cic.* 3. *Verr.* c. 21. Quæ signa atque ornamenta ex urbe hostium virtute capta belli lege atque imperatorio jure sustulit. *Id.* 4. *Acad.* c. 1. Imperatoria laus. *Vellei.* l. 2. c. 125. Imperatoria appellatio. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 51. Imperatorias partes sibi sumere. *Nep. in Iphicr.* c. 3. Fuit et animo magno et corpore, imperatoriaque forma. *Cic. de Orat.* c. 3. Imperatoriæ manubiæ. *Plin.* l. 19. c. 1. *ad fin.* Imperatoria navis. *the flag-ship or admiral's ship. Sueton. in Domit.* c. 10. Imperatoria genesis. *h. e.* quæ imperatorium fastigium pollicetur.

IMPERATRIX, icis, f. *she that ruleth; a mistress, commandress, empress,* quæ imperat. *Cic. pro Cæl.* c. 28. Deinde fortes viros ab imperatrice in insidiis, atque in præsidio balnearum locatos. *Plin.* l. 26. c. 3. Imperatrix Italia. *the mistress of the world.*

IMPERATUS, *et* Inperatus, a, um, *commanded, enjoined, ordered,* jussus, præceptus. *Liv.* l. 40. c. 34. Nulla unquam arma, nisi imperata a populo R. sumere. *Cic. in Pison.* c. 37. Mitto rationem exacti imperatique frumenti. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 32. Acerbissime imperatæ pecuniæ tota provincia exigebantur. *Id.* l. 6. *B. Gall.* c. 2. Senones ad imperatum non venire. *h. e.* ad constitutam diem, ut imperatum fuerat. et lib. 5. c. 36. Jussus arma abjicere, imperatum facit. *he obeys the order.* Solemne est illud, *imperata facere,* de iis, qui se dedunt, et imperanti se subjiciunt. *Id.* l. 2. *B. Gall.* c. 3. Paratos esse et obsides dare, et imperata facere, et oppidis recipere, et frumento ceterisque rebus juvare. et lib. 5. c. 20. Pollicentur, se se ei dedituros, et imperata facturos. et lib. 3. *B. Civ.* c. 81. Nulla fuit civitas, quin Cæsari pareret, et imperata faceret. *Suet. in Cæs.* c. 54. Quamquam nec imperata detrectarent, et advenienti portas patefacerent. *Nep. in Eumen.* c. 9. *de militib. duci parentib.* Si velint imperata facere, quod ante non fecerint, se rem expediturum. *Plin.* l. 10. c. 42. Minimæ avium cardueles imperata faciunt, nec voce tantum, sed pedibus, et ore pro manibus.

IMPERATUS, us, m. idem quod imperatum. In sexto casu sing. *Ammian.* l. 31. c. 7. (*al.* 19.) Imperatu Gratiani.

IMPERCEPTUS, a, um, *not perceived or understood, unperceived,* ἀκατάληπτος, non perceptus. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 710. Impercepta pia mendacia fraude latebant. *Gell.* l. 14. c. 1. *a med.* Minora majoribus imperceptiora sunt.

IMPERCITUS. V. *Imperditus.*

IMPERCO, is, rsi, n. 3. idem quod parco. *Plaut. Amph.* 1. 3. 2. Imperce, quæso: menses jam tibi esse actos vides. *have a care.* et *Cas.* 4. 4. 11. Amabo, integræ atque imperitæ huic impercito. Est qui leg. *imparce.*

IMPERCUSSUS, a, um, *unstruck,* non percussus. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 1. v. 52. Atque impercussos nocte movere pedes. *h. e.* non offendentes, ac strepitum non cientes. *without noise.*

IMPERDITUS, *et* Inperditus, a, um, *not destroyed by, having escaped from,* non perditus. *Virg.* 10. *Æn.* v. 430. Et vos, o Graiis imperdita corpora, Teucri. *h. e.* quos Graii non occiderunt. *Sil.* l. 9. v. 161. ego Sidoniis imperditus. *Stat.* 3. *Theb.* v. 84. imperdita Tydeo pectora.

IMPERFECTE, adverb. *imperfectly. Gell.* l. 2. cap. 8. Imperfecte atque præpostere syllogismo uti.

IMPERFECTIO, onis, f. *imperfection, deficiency,* ἀτέλεια, defectus. *Augustin. de Genesi ad litt.* l. 1. c. 4. Formam Verbi semper Patri cohærentis non imitatur imperfectio.

IMPERFECTUS, *et* Inperfectus, a, um, *imperfect, unfinished,* ἀτελὴς, nondum absolutus. *Virg.* 8. *Æn.* v. 428. Pars imperfecta manebat. *Gell.* l. 1. c. 7. Insuavius hoc, imperfectiusque est. *Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Obambulare sermone imperfecto. *Plin.* l. 23. c. 1. *a med.* et *Stat.* 10. *Theb.* v. 734. imperfecta loqui. *Stat.* 11. *Theb.* v. 582. Imperfecta mors. *h. e.* cæcitas. *Juvenal.* sat. 3. v. 232. Plurimus hic æger moritur vigilando, sed illum Languorem peperit cibus imperfectus et hærens Ardenti stomacho. *undigested.* ¶ Transfertur ad animum in illo *Senecæ de Tranquill.* c. 11. Ad imperfectos, et mediocres, et male sanos hic meus sermo pertinet, non ad sapientem. *Est qui leg.* imperitos.

IMPERFOSSUS, a, um, *unstabbed,* ἄτρωτος, non perfossus. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 496. manet imperfossus ab omni; Inque cruentatus Ceneus Elateius ictu.

IMPERFUNDIES, ei, f. *filth,* illuvies, squalor. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 437. Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie, imperfundie, incuria. Al. leg. *improfundie,* minus recte.

IMPERIABILITER, adverb. imperiose et dure. *Cato* apud *Charis.* l. 2. pag. 181. *Putsch.* ubi alii leg. *imperabiliter.*

IMPERIALIS, le, adject. *of empire or an emperor, imperial,* ad imperium et imperatorem pertinens. *Aurel. Vict. in epitom.* c. 2. *de Tiberio.* Imperialis molestiæ magnitudinem declinare. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 12. leg. 3. *a med.* Imperialia statuta. *Capitolin. in Anton. Philos.* c. 17. Imperialia ornamenta. *Ammian.* l. 21. c. 16. (*al.* 32.) Imperiale culmen. *Capitolin. in Pertin.* c. 13. Imperium et omnia imperialia sic horruit, ut, &c.

IMPERIALITER, pro imperii, seu imperatoris munere. *Imp. Justinian. sub fin.* leg. 1. *Cod.* lib. 6. tit. 51. Nostrum esse proprium subjectorum commodum, imperialiter existimantes.

IMPERIOSE, adverb. *imperiously, rigidly, severely,* ἐπιτακτικῶς, severe, imperiosi domini more, cum ostentatione imperii. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 138. Sufetium interemit pæne imperiosius, quam humanius. *Gell.* l. 2. c. 22. Non severe, non imperiose præcepit.

IMPERIOSUS, *et* Inperiosus, a, um, *possessed of command or dominion, powerful,* imperandi peritus, aut potens, late imperans. *Cic. in Orat.* c. 34. Cognoscat rerum gestarum, et memoriæ veteris ordinem, maxime scilicet nostræ civitatis, sed et imperiosorum populorum et regum illustrium. *Liv.* l. 7. c. 40. Eodem tenore duo insequentes consulatus gessi: eodem hæc imperiosa dictatura geretur. *possessed of absolute power. Ovid.* 5. *Trist.* el. 6. v. 32. Virga imperiosa. *h. e.* fasces magistratuum. *Claudian. in Fescenn.* v. 2. Parthis sagittas tendere certior, Eques Gelonis imperiosior. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 83. Quisnam igitur liber? sapiens, sibi qui imperiosus. *h. e.* qui sibi imperare novit. *Plin.* l. 34. c. 8. *ante med.* Non quivit temperare sibi in eo, quamquam imperiosus sui inter initia principatus. *Id.* l. 30. c. 1. Imperiosissimæ humanæ mentis artes. *h. e.* religio, astrologia, medicina, quæ in homines magnum exercent imperium. *Quintil.* l. 6. c. 3. Risus habet vim nescio an imperiosissimam, et cui repugnari minime potest. ¶ Item qui imperio nimis utitur, qui impotenter, dure, severe imperat, superbus, arrogans, *imperious, haughty, rigid, severe, tyrannical. Cic. parad.* 5. c. 3. Cupiditas honoris quam dura est domina, quam imperiosa, quam vehemens! *Id.* 2. *de Fin.* c. 32. Nimis imperiosi philosophi est vetare meminisse. *Liv.* l. 9. c. 34. *a med.* Familia imperiosissima et superbissima. *Senec.* 3. *de benef.* c. 28. *sub fin.* Imperiosus atque impotens. *Id. in præfat.* l. 4. *quæst. nat.* Imperiosi nobis ipsis, et molesti sumus. *Plin.* l. 29. c. 1. *a med.* Imperiosa inedia. *Horat.* l. 1. od. 14. v. 8. imperiosius æquor. *h. e.* violentius. *impetuous, boisterous, violent.* ¶ *Imperioso* cognomen fuit Manlio Torquato Dictatori tum ob acerbitatem in delectu habendo, tum ob sævitiam, qua filium T. Manlium ab Urbe rus relegaverat, quod infacundior esset, et lingua impromptus. Ita *Liv.* l. 7. c. 3. et 4. et *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 37. Sed et ipse Titus filius, qui consul filium suum T. Manlium, quod extra ordinem, contra edictum pugnasset, securi percussit, idem cognomen habuit, ut est apud *Cicer.* 2. *de Fin.* c. 19. *Plin.* l. 22. c. 5. et *Liv.* l. 4. c. 29. Hinc *Manliana imperia* proverbio dicta de tristibus, severis, ac sævis. *Liv. ibid.* et lib. 8. c. 7. *extr.* ¶ In marmor. Capitol. apud *Gruter.* pag. 291. et 297. col. 1. *imperiossus* scriptum est: sic *verrucossus ead. pag.* col. 2.

IMPERITE, adverb. *ignorantly, unskilfully,* ἀπείρως, indocte. *Cic. in Bruto,* c. 47. Dicebat Scipio non imperite. *Id. pro Balbo,* c. 8. Quid potuit dici imperitius? *Id. ibid.* c. 11. Quam illud est imperitissime dictum. *Id.* 2. *Phil.* c. 32. Imperite factum.

IMPERITIA, æ, f. *ignorance, unskilfulness, want of knowledge or experience,* ἀπειρία, inscitia. *Sallust. in Jug.* c. 42. At Jugurtha, cognita vanitate atque imperitia legati, subdolus ejus augere amentiam. *Tacit. Ann.* 13. c. 42. Studiis inertibus et juvenum imperitiæ suetus. et cap. 36. Pugnam imperitia poscere. *Plin.* l. 17. c. 2. *extr.* Contra Circium serere, imperitia existimatur. *Gell. in præfat. circa med.* Homines a turpi agrestique rerum atque verborum imperitia vindicare. et *in lemmate* cap. 17. l. 7. *ejusd. Gell.* Grammaticus insolentiarum et imperitiarum plenus.

IMPERITO, *et* Inperito, as, avi, atum, a. 1. *to command, rule,* frequentat. ab *impero,* et ejusdem fere significationis atque usus. *Plaut. Capt.* 2. 1. 47. Quod antehac pro jure imperitabam meo, nunc te oro per precem. *Liv.* l. 1. c. 2. Cære, opulento tum oppido, imperitans. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 4. Olim qui magnis legionibus imperitarint. *Id.* l. 1. od. 15. v. 25. sive opus est imperitare equis, Non auriga piger. *Plin.* l. 10. c. 21. Galli gallinacei imperitant suo generi, et regnum, in quacumque sunt domo, exercent. Sic *Virg.* 12. *Æn.* v. 718. mussantque juvencæ, Quis nemori imperitet, quem tota armenta sequantur.

IMPERITUS, *et* Inperitus, a, um, *unskilful, ignorant, unlearned, unexperienced, rude,* ἄπειρος, ἀδαήμων, non peritus, ignarus, inscitus. *Cic. pro Flacc.* c. 7. Imperiti homines, rerum omnium rudes, ignarique. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 22. Homines barbari et nostræ consuetudinis imperiti. et lib. 1. c. 44. Non se tam barbarum neque tam imperitum esse rerum, ut non sciret, &c. *Nepos in Epamin.* c. 7. Dux imperitus belli. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 44. Imperitus dicendi ignarusque. *Id. pro Balb.* c. 20. Imperitus fœderis, rudis exemplorum, ignarus belli. *Sueton. in Aug.* c. 89. Poematum quoque non imperitus, delectabatur etiam comœdia veteri. *Cic. in Partit.* c. 26. Apud indoctos imperitosque dicere. *Plin.* l. 29. c. 1. *a med.* Imperiti expertesque linguæ. *Quintil.* l. 12. c. 3. In festinationibus faciendis imperitum esse. *Vitruv.* l. et cap. 1. *a med.* Nec in ceteris doctrinis singulariter excellens, sed in his non imperitus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 46. Ne quis imperitior existimet, me causam nobilitatis voluisse lædere. *Id. de Amic.* c. 25. Concio, quæ ex imperitissimis constat, tamen judicare solet, quid, &c. *Plaut. Trin.* 3. 2. 39. Imperitum ingenium. *Quintil.* l. 9. c. 4. *post med.* Poema imperito quodam initio fusum. *Terent. Adelph.* 1. 2. 18. Homine imperito nunquam quidquam injustius: qui nisi quod ipse facit, nihil rectum putat. *Sallust. in Jug.* c. 53. Uti prudentes cum imperitis manus consererent. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 7. Probus improbum, perjurum castus, callidum imperitus fraudasse dicitur.

IMPERIUM, *et* Inperium, ii, n. *command, authority, power, controul,* ἐπίταγμα, jussum, præceptum, auctoritas, quam habent dominus in servos, pater in filios, maritus in uxorem, et hujusmodi: ab *impero. Cic. pro Cæcin.* c. 18. Denique imperium domesticum nullum erit, si servulis hoc nostris concesserimus, ut ad verba nobis obediant, non ad id, quod ex verbis intelligi possit, obtemperent. *Terent. Adelph.* 2. 1. 2. Imperium alicujus revereri. *Id. Heaut.* 4. 1. 22. exsequi. *Liv.* l. 25. c. 9. accipere. *Plaut. Amph.* 2. 1. 75. somniculose persequi. *Id. Asin.* 2. 4. 10. contemnere. *Id. Aulul.* 4. 1. 13. herile ediscere. *Id. Trin.* 2. 2. 19. capessere. *Id. Cas.* 2. 6. 57. exhibere. *h. e.* exercere. Et eodem sensu *Id. Bacch.* 3. 3. 44. inhibere. *Terent. Eun.* 3. 1. 25. habere in aliquem. *Plaut. Men.* 5. 7. 1. curæ habere. *Id. Pseud.* 4. 7. 1. nihili facere. *Id. Pers.* 3. 1. 15. Meum imperium in te, non in me tibi est. *Id. Men.* 5. 7. 41. Jubeo hercle, si quid imperii est in te mihi. *Id. Bacch.* 3. 3. 55. Obsequentem et obedientem esse imperiis patris. *Id. Trin.* 2. 2. 21. Tuis servivi imperiis et præceptis, pater. *Id. Asin.* 1. 2. 21. imperio parere. *Id. Capt.* 2. 2. 56. obsequi. *Terent. Heaut.* 2. 2. 4. Esse sub imperio matris. *under the controul of.* et *Phorm.* 1. 4. 18. *Ant.* sta illico. *Ge.* hem: satis pro imperio, quisquis es. *h. e.* satis imperiose. *Cic. de Senect.* c. 11. Appius et senex et cæcus tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos. *Plin.* l. 8. c. 1. Elephanti inest imperiorum obedientia. ¶ Sæpe dicitur de publica potestate, et auctoritate, et administratione magistratuum civilium, et præcipue militarium, *command, sway, government, rule. Cic. in Pison.* cap. 16. Ex Macedonia aliquot prætorio imperio, consulari quidem nemo rediit, qui non triumpharit. *Id.* 1. *Offic.* cap. 20. Nec vero imperia expetenda, ac potius aut non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam. *Id.* 3. *Fam.* ep. 7. *a med.* Ita cepi et gessi maxima imperia, ut mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendum putarem. et lib. 1. ep. 1. Tres legatos decernit ex iis, qui cum imperio sunt. *Festus in Cum.* Cum imperio esse dicebatur apud antiquos, cui nominatim a populo dabatur imperium. (De militari imperio loquitur.) *Cic.* 2. *de Fin.* c. 20. *extr.* App. Claudius, qui tum erat summo in imperio. *h. e.* in Decemviratu. Al. leg. *summo imperio.* et *de Harusp. resp.* cap. 17. Sacrificium, quod fit in ea domo, quæ est in imperio. *h. e.* in domo Pontificis Maximi, vel consulis, vel prætoris. *Plaut. Amph.* 1. 1. 41. Ut gesserit rempubl. ductu, imperio, auspicio suo. *Nep. in Datam.* c. 3. Pari eum atque illos imperio esse jussit. *et ibid.* Summam imperii tradere alicui. *the chief command, highest authority.* et *in Agesil.* c. 2. Summum imperium inter præfectos habere. *Cic. Phil.* 11. c. 10. Privato viro imperium extra ordinem dare. *to invest with. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 3. Obtinere imperium suæ civitatis. et cap. 2. Totius Galliæ imperio potiri. *Vellei.* l. 2. c. 125. Imperio obtinere provinciam. *to govern. Cæs. B. Gall.* l. 5. c. 52. Populi R. imperia perferre. et lib. 2. c. 22. Neque ab uno omnia imperia administrari poterant. et lib. 3. *B. Civ.* c. 32. Erat plena lictorum et imperiorum provincia, differta præfectis atque exactoribus. *Justin.* l. 3. c. 2. Populum in obsequia principum, principes ad justitiam imperiorum formavit. *Cic. pro Font.* c. 1. Galli sub populi R. imperium ditionemque ceciderunt. ¶ *Imperia* pro *imperatoribus,* ut *servitia* pro *servis. Cic.* 3. *de Legib.* c. 3. *a med.* Imperia, potestates, legationes, cum senatus creverit, urbe exeunto. *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 9. Quapropter non dubitaverunt sacris imperia servire. ¶ Sumitur et pro dominio, ditione, republica, regno, *empire, dominion. Virg. Æn.* 1. v. 291. Imperium Oceano, famam qui terminet astris. *Cic. de Amic.* c. 8. Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho et Annibale. *Id. de provinc. consul.* c. 12. Imperii finium propagatio. *Horat.* l. 3. od. 5. v. 3. adjectis Britannis imperio, gravibusque Persis. *Tacit.* l. 1. *Hist.* cap. 16. Immensum imperii corpus stare ac librari sine rectore non potest. ¶ Etiam medicorum præscripta *imperia* vocantur, *prescriptions. Plin. in Paneg.* c. 22. Ægri quoque, neglecto

medentium imperio, ad conspectum tui prorepere. V. *Impero.* ¶ Translate *Cic. de Senect.* cap. 15. Agricolæ habent rationem cum terra, quæ nunquam recusat imperium. V. *Impero.*

IMPERJURĀTUS, a, um, adject. *never falsely sworn by. Ovid. in Ibin*, v. 78. Quique per infernas horrendo murmure valles Imperjuratæ laberis amnis aquæ. De Styge loquitur, Dii cujus jurare timent, et fallere numen, ut ait *Virg.* 6. *Æn.* v. 324.

IMPERMISSUS, a, um, *unlawful, not permitted*, non permissus, illicitus. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 27. Cui donet impermissa raptim gaudia.

IMPERMIXTUS, a, um, *unmixed*, non permixtus. *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 129. Impermixtum lymphorem.

[* IMPERMUTABĬLIS, e, idem ac immutabilis. *Auct. fragm. quod Censorino tribuitur* c. 1. Stoici introduxerunt naturam providam ac sapientem, quam ordo impermutabilis ostenderet.]

IMPĔRO, *et* Inpero, as, avi, atum, a. 1. *to command, enjoin, order*, ἐπιτάττω, præcipio, mando, jubeo, præscribo: ab *in*, et *paro*, ut proprie sit, *ut alter paret, mando*, inquit *Voss. in Etymol.* Hinc *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 21. Nonnunquam etiam puerum vocaret; credo, cui cœnam imperaret. *h. e.* parari juberet. *Terent. Heaut.* 4. 3. 26. Bonam atque justam rem oppido imperas, et factu facilem. et 5. 5. 11. Pater omnia faciam: impera. *Id. Eun.* 2. 1. 7. Numquid aliud imperas? *have you any further commands?* In vet. S. C. apud *Frontin. de aquæd.* artic. 104. Quibus negotium a senatu est imperatum, ut inspicerent aquas publicas. *Id. Andr.* 3. 2. 10. Imperabat coram, quid opus facto esset puerperæ. *Id. Phorm.* 1. 4. 46. Quin tu, quod faciam, impera. *Id. Andr.* 5. 2. 1. Animo otioso esse impero. *I wish you to be*, &c. *Virg.* 7. *Æn.* v. 168. ille intra tecta vocari imperat. *Terent. Eun.* 2. 2. 21. Imperavi egomet mihi, omnia assentari. *I have proposed to myself, have laid down this rule for myself to follow.* et 3. 5. 30. Mihi, ne abscedam, imperat. *Petron. in Satyr.* cap. 1. Imperant filiis, ut patrum suorum capita præcidant. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 659. alantque, Imperat, Argolicam cælesti munere classem. et lib. 1. v. 670. letoque det, imperat, Argum. *Terent. Adelph.* 1. 1. 52. Fateatur, nescire imperare liberis. *to manage, rule.* et *Eun.* 2. 3. *in fin.* jubes ne? *Chæ.* jubeo, cogo, atque impero. ¶ Ex postremo hoc *Terentii* loco recte colligit *Donatus*, plus esse *imperare*, quam *jubere*. Est enim maxime proprium magistratuum tum civilium, tum præcipue militarium, ἄρχω, ἡγεμονεύω. *to command, rule. Nep. in Con.* c. 3. Civitas, quæ ceteris gentibus imperare consuevit. *to lord it over. Id. in Datam.* c. 5. Si quid, illo imperante, adversi accidisset. *h. e.* habente eo imperium exercitus. *under his command. Plin. in Paneg.* c. 5. Recusabas enim imperare. *h. e.* imperator esse. *Senec. in Phœniss.* v. 584. durum geris, Sævumque in iras pectus et nondum imperas. *h. e.* rex es. ¶ *Imperare naves, pecuniam, obsides*, &c. est jubere parari, atque exhiberi. *to order to be furnished or supplied; to demand. Nep. in Attic.* c. 7. Cum privatis pecunias per epistolas imperaret. *Id. in Con.* c. 4. Imperare maritimis civitatibus naves longas. *Cic. Verr.* 4. c. 55. denarios trecentos singulis ad statuam prætoris. *Id. in divin. Verr.* c. 10. frumentum sibi in cellam. *Id. pro leg. Manil.* c. 12. obsides. *Plaut. Epid.* 2. 2. 43. tributum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 6. arma. et l. 6. *B. Gall.* c. 4. equites civitatibus. ¶ *Imperare exercitum* apud *Varr. sub fin.* l. 5. *de L. L.* est Quirites convocare ad comitia. Jocatur autem *Plaut.* ubi ait in *Capt.* 1. 2. 49. Huic illud dolet, quia nunc remissus est edendi exercitus. Nullumne interea nactus, qui posset tibi, remissum quem dixti, imperare exercitum? V. *Gronov.* l. 1. *observation.* c. 1. ubi multa in hanc rem. ¶ Sæpe refertur ad animum, et pro continere, moderari ponitur. *to restrain, check, govern, guide. Ovid.* 9. *Metam.* v. 28. accensæ non fortiter imperat iræ. *Plin.* l. 8. ep. 19. Imperare dolori, ut scriberem, potuit. *Cic. Tuscul.* 2. c. 24. Cum præcipitur, ut nobismetipsis imperemus, hoc præcipitur, ut ratio coerceat temeritatem. *Senec.* ep. 113. *sub fin.* Imperare sibi, maximum imperium est. *Cic. de Amic.* c. 22. Imperare cupiditatibus. *Sil.* l. 2. v. 652. lacrimis. *Senec. in Thyest.* v. 919. menti non satis. *h. e.* extra se esse, insanire. *Petron. in Satyr.* c. 83. amori suo. *Senec. in præfat.* l. 1. *controv. circa med.* Nemo plus ingenio suo imperavit: nemo plus indulsit. *Liv.* l. 34. c. 31. Imperare animo nequivi, quin priusquam perirem, cur periturus essem, scirem. ¶ *Imperare agris* est eos impense colere, et quasi cogere, ut fructum reddant. *Virg. Georg.* 1. v. 99. Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis. *lords it over.* Ubi *Servius*: idest, ut tantum ferant, quantum ipse desiderat. Alii, ne liberius ferant, quæ volunt, sed quod fuerit satum, reddant. Adde *Tacit. de Germ.* c. 26. Significat autem sæpe, nimiam curam impendere. *Colum.* l. 3. c. 3. *circa med.* Sic imperant vitibus, et eas multis palmitibus onerant, ut posteritati non consulant. *Senec. de tranquill.* c. 15. Ut fertilibus agris non est imperandum: cito enim exhauriet illos non intermissa fecunditas; ita animorum impetus assiduus labor frangit. *Plin.* l. 5. ep. 19. Dum per continuos dies nimis imperat voci, rursus sanguinem reddidit. ¶ Translate *Senec.* ep. 29. *ad fin.* Nunquam volui populo placere. nam quæ ego scio, non probat populus: quæ probat populus, ego nescio. Quis hoc, inquis? Tanquam nescias, cui imperem. Epicurus. *h. e.* quem excolam, et fructum ab eo, velut agro, exigam, scilicet præcepta sapientiæ. *Id. de tranquill.* c. 4. Alius patrimonio suo plus imperavit, quam ferre possit. ¶ *Imperare* dicuntur et Medici præcipientes, quæ ad curationem pertinent. *to prescribe. Senec.* l. 1. *de Ira*, c. 16. Si intrassem valetudinarium exercitatus et sciens, aut domum divitis, non idem imperassem omnibus per diversa ægrotantibus. *Plin. in fin.* cap. 1. l. 24. Medici una artium Imperatoribus quoque imperaverunt. ¶ Passive *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 2. Hæc ego procurare et idoneus imperor, et non invitus. *Sallust. in orat. Philippi contra Lepid. ad fin.* Ex lubidine leges imperantur. *h. e.* feruntur, promulgantur, imponuntur. ¶ *Ad imperandum* olim erat ad parendum, ad imperata faciendum. *Cic. Fam.* 9. ep. 25. Nunc ades ad imperandum, vel ad parendum potius. sic enim antiqui loquebantur. (Illa *vel ad parendum potius* addititia esse videntur nonnullis, et interpretationis gratia inserta.) *Sallust. in Jug.* c. 66. Cum ipse ad imperandum Tissidium vocaretur. [*Fronto de oration.* fragm. 4. Ubi verborum præsidiis opus sit, non voluntariis tantum, quæ ultro obvenerint, utemur, sed latentia eliciemus, atque ad imperandum indagabimus. Ad hunc *Frontonis* locum *Angel. Maius* hæc adnotat. Ceterum quod aiunt apud Forcellinum nonnulli, ea verba *vel ad parendum potius* (quæ leguntur in ep. 25. lib. 9. *Cic. ad Fam.*) addititia esse in Tullio, et scholium redolere; ego quidem in septem, quos consului, Tullianis codicibus ea textui Tulliano inserta vidi, non addita. ¶ Particip. *imperaturus, imperandus* apud *Cæs. de B. Gall.* lib. 2. c. 32. Finitimis imperaturus. *Cels.* l. 7. c. 20. Si vires patiuntur, imperanda tridui abstinentia est.] ¶ *Imperandi declinatus* apud Grammaticos est declinatio imperativi modi. *Varr.* l. 9. *de L. L.* c. 1. *sub fin.*

IMPERPETŬUS, a, um, adject. *not perpetual*, qui perpetuus non est. *Senec.* ep. 72. *a med.* Cui quid abscedere potest, id imperpetuum est.

IMPERSONĀLIS, le, adject. *impersonal*, qui personis caret, et dicitur de verbis quibusdam, quæ impersonalia dicuntur a Grammaticis, quia tertiis tantum personis usurpantur. *Diomed.* l. 1. *Charis.* l. 2. et 3. *Priscian.* l. 8. &c.

IMPERSONALĬTER, adverb. *impersonally*, sine personis. *Florentin. Dig.* lib. 45. tit. 3. leg. 15. Sive mihi, sive sibi, sive conservo suo, sive impersonaliter dari servus meus stipuletur, mibi acquiret. *h. e.* non pronunciata persona. ¶ Apud Grammaticos verbum impersonaliter construi dicitur, cum in tertiis tantum personis usurpatur.

IMPERSONATĪVUS dicitur a nonnullis Grammaticis infinitivus verborum modus, quia personis caret. *Diomed.* l. 1. pag. 331. *Putsch.*

IMPERSPICŬUS, a, um, adject. obscurus, *not clear, clouded. Plin.* l. 1. ep. 20. *extr.* Non minus imperspicua sunt judicum ingenia.

IMPERTERRĬTUS, a, um, *undaunted, fearless*, ἀνέκπληκτος, ἄφοβος, qui nulla re terretur. Vox est ex pugnantibus conflata, ut notat *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *ad fin.* Nam *in* negat, *per* auget. *Virg.* 10. *Æn.* v. 770. Manet imperterritus ille. *Sil.* l. 14. v. 187. quin contra intentior ipse Invigilat cautis, frontem imperterritus, armis.

IMPERTĪLIS, le, sine parte, individuus. *Augustin.* l. 6. *de Mus.* c. *ult.* Impertilis nota.

[* IMPERTĬNENS, entis, m. et f. ille, cui non pertinet. *Martian. Capell.* lib. 1. pag. 15. *Grot.* Item alii cælites ac Deorum omnium populus absque impertinentibus (diis) convocandi sunt. *h. e.* quibus jure non licet ad concilium venire.]

IMPERTĬO, *et* Inpertio, is, ivi, *et* ii, itum, a. 4. *to impart, make partaker of, give part to another, communicate, bestow*, μεταδίδωμι, partem do, participem facio, communico, præbeo, tribuo. *Horat. in fin.* ep. 6. l. 1. si quid novisti rectius istis, Candidus imperti: si non, his utere mecum. *Cic. pro Sull.* c. 3. Oneris mei partem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus. *Id.* 2. *Offic.* c. 15. Indigentibus de re familiari impertiendum. *Id. ad Cæs. post* ep. 11. l. 9. *ad Attic.* A te peto, ut aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 21. Aures studiis honestis impertire. *to apply.* et *Cic.* 4. *Verr.* c. 21. Tu Syracusanos unum diem festum Marcellis impertire noluisti. *that they should employ one day as a festival in honour of*, &c. et *pro Mur.* c. 4. Meum laborem hominum periculis sublevandis impertio. *I employ, or devote, a part of my labours*, &c. et *Fam.* 5. ep. 2. *a med.* Si aliquid impertivit tibi sui consilii. *hath communicated to you.* et lib. 2. *Att.* ep. 23. Dolorem suum impertire alicui. *to communicate.* et *pro Rosc. Amer.* c. 4. Te quæso, ut qualem te jam antea populo R. præbuisti, talem te et nobis hoc tempore impertias. *will show or prove yourself.* et lib. 3. *Attic.* ep. 15. *ad fin.* Nihil impertisti tuæ prudentiæ ad salutem meam. et lib. 2. ep. 12. *extr.* Terentia impertit tibi multam salutem. *salutes you, wishes you health.* Adde *Lucil.* apud *Non.* c. 7. n. 34. ¶ Cum accus. personæ, et ablat. rei. *Terent. Eun.* 2. 2. 40. et *Plaut. Epid.* 1. 2. 23. Plurima salute Parmenonem impertit Gnatho. *compliments with best wishes. Plaut. Pseud.* 1. 5. 40. Herum saluto primum, ut æquum est: postea si quid superisit, vicinos impertio. *ask my neighbours how they do. Sueton. in Ner.* cap. 37. Neque adveniens, neque proficiscens, quemquam osculo impertivit, ac ne resalutatione quidem. *kissed. Plaut. Stich.* 2. 2. 27. Obsecret, se ut nuntio hoc impertiam. *communicate to him, make him acquainted with.* ¶ Passive *Cic. Catil.* 3. cap. 6. Viro forti collegæ meo laus impertitur. *Id. Attic.* l. 2. ep. 18. Huic signa benevolentiæ permulta a bonis impertiuntur. *Nep. in Attic.* c. 1. Omnibus doctrinis, quibus ætas puerilis impertiri debet, filium erudivit. *to apply itself to, be acquainted with.* ¶ Deponentis forma. *Cic. pro Arch.* cap. 5. Multis gratuito civitatem in Græcia homines impertiebantur. *Terent. Adelph.* 3. 2. 22. Sed cesso heram hoc malo impertiri propere? *to communicate to my mistress, inform my mistress of.* ¶ Legitur etiam *impartio*, et *impartior*. [¶ Particip. *impertiens, impertiturus, impertiendus* apud *Suet. in Aug.* c. 10. Ne publicum quidem et translatitium jus ulla in re sibi sine pactione gravissimæ mercedis impertiente. *Plaut. Mil.* 4. 2. 68. Non hic suo seminio quamquam porculam impertiturus est. *Suet. in Aug.* c. 25. Nunquam donis impertiendos putavit.]

IMPERTITĬO, onis, f. *an imparting*, actus impertiendi. *Arnob.* l. 2. pag. 43. Honoris impertitione viduari.

IMPERTĪTUS, a, um, *imparted, communicated, given, bestowed*, datus, communicatus. *Liv.* l. 21. c. 41. *a med.* Veniam dedimus precantibus, emisimus ex obsidione, &c. Pro his impertitis oppugnatum patriam nostram veniunt. *h. e.* pro his beneficiis collatis. ¶ Item donatus, h. e. munere affectus. *Suetom. in Claud.* cap. 4. Reliquit eum nullo, præter auguralis sacerdotii, honore impertitum. *rewarded, distinguished.*

IMPERTURBABĬLIS, le, imperturbatus. *Augustin.* l. 4. *Confession.* c. 11. Locus quietis imperturbabilis. Adde lib. 2. c. 10.

IMPERTURBATĬO, onis. V. *Impassibilitas.*

IMPERTURBĀTUS, a, um, adject. non turbatus, *undisturbed, unruffled, calm*, ἀτάρακτος. *Ovid. in Ibin*, v. 562. Imperturbato quod bibit ore reus. *Senec.* ep. 73. *a med.* Imperturbata publicis occupationibus quies.

IMPERVĬUS, a, um, *unpassable, impervious*, ἀδιάβατος, non pervius. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 106. Vorticibusque frequens erat, atque impervius. *Val. Flacc.* l. 2. v. 643. tellus populis impervia lucis Eoæ. *h. e.* quæ adiri non potest. *Tacit. Ann.* 3. c. 31. Itinera interrupta et impervia. et *Ann.* 15. c. 43. Lapis ignibus impervius. *h. e.* qui ignes non sentit.

IMPES, ĕtis, m. *an attack, shock; force*, idem quod impetus. Vox Poetica, quæ nullum habet usum, quod sciam, in rectis casibus: frequentem in sexto singulari. *Lucret.* l. 6. v. 326. Inde ubi non potuit nubes capere impetis auctum, Exprimitur vis, atque ideo volat impete miro. et lib. 1. v. 292. trudunt res ante ruuntque Impetibus crebris. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 79. Impete nunc vasto, ceu concitus imbribus amnis, Fertur. *Sil.* l. 13. v. 247. ipse secutus Corruit ulterior procursus impete truncus. Adde *Læv.* apud *Gell.* l. 19. c. 7. ¶ Est etiam amplitudo, vastitas, ut *impetus. Lucret.* l. 5. v. 911. Aut hominem tanto membrorum esse impete natum, ut, &c.

IMPESCĔRE, *to pasture*, in lætam segetem pascendi gratia immittere. *Festus.*

IMPĔTE. V. *Impes.*

IMPETIBĬLIS, *et* Inpetibilis, le, adject. *that cannot be reached*, qui peti non debet, aut potest, ἀνεπιχείρητος, ut exponit *Gloss.* Hinc usurpatur pro turpi et reprehensibili, ut impetibile scelus, apud *Apul. in Apol.* turpe, et impetibile est, apud *Symmach.* l. 9. ep. 103. (*al.* 113.) Sic *Plin.* l. 20. c. 18. Impetibilis valetudo. *h. e.* non ferenda, vel quæ medicamentis peti et curari non potest. *Al. leg.* impatibilis. et l. 25. c. 5. *a med.* Impetibiles cruciatus. Alii tamen leg. *impatibiles.* ¶ Item qui peti potest, seu in quem impetum facere possumus. *easy to be assailed or reached. Solin.* cap. 40. (*al.* 53.) *sub fin. de chamæleonte.* Impetibilis est coraci.

IMPETIGINŌSUS, a, um, adject. *impetiginous*, impetigine affectus, λειχηνωτός. *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 6. Trebatius ait, impetiginosum morbosum non esse, si eo membro, ubi impetigo est, æque recte utatur.

IMPETĪGO, nis, f. *a kind of eruption on the skin*, λειχὴν, ἀλφὸς, summæ cutis asperitas cum multa prurigine, squamis, et furfuribus: ab *impeto*, quod corpus impetat, et infestet scabiei instar. *Plin.* l. 13. c. 7. Hiberna caprificus in aceto cocta et trita impetigines tollit. *Cels.* l. 5. c. 28. n. 17. quatuor impetiginis species enumerat. ¶ Impetigines quoque vel lichenes vocantur squamulæ anteriorum crurum in equis sub armorum partibus natæ, quas etiam hirundines, callos, verrucas vocant. *warts, wens. Colum.* l. 6. c. 31. Impetigines, et scabies aceto, et alumine defricantur. ¶ Est etiam vitium quarundam arborum, v. g. ficorum, cum cortici scabrities advenit ex imbre, aut rore putrescente. *Plin.* l. 17. c. 24. *ante med.*

IMPĔTIX, impetigo. *Festus.*

IMPĔTO, *et* Inpeto, is, a. 3. *to assail, attack*, προσβάλλω, invado, adorior: a *peto*, quia est violenter aliquem pe-

tere, seu invadere. *Festus:* Impetite, impetum facite. *Stat.* 8. *Theb.* v. 523. cedentem Acheloius heros impetit. *Lucan.* l. 6. v. 393. Teque, senex Chiron, gelido qui sidere fulgens, Impetis Hæmonio majorem Scorpion arcu. et vers. 222. *de ursa.* Se rotat in vulnus, telumque irata receptum Impetit. *Sil.* l. 5. v. 274. Impetit os hasta. ¶ Translate *Sidon.* l. 7. ep. 9. *in concione.* Impetere aliquem edacitatis. *h. e.* insimulare.

IMPETRABILIS, le, *that may be obtained, impetrable,* ἐξαιτητός, qui facile impetrari potest. *Liv.* l. 25. c. 29. Omnia impetrabilia et tuta erant apud Romanos. *Id.* l. 36. c. 33. Spem impetrabilis veniæ ostendebant. *Id.* l. 39. c. 29. Cui postulanti triumphum, rerum gestarum magnitudo impetrabilem faciebat. *Id. in fi.* c. 16. l. 30. Quo impetrabilior pax esset. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 97. Junoni votum facite impetrabile, dixi. ¶ Item qui facile impetrat. *Plaut. Mostell.* 5. 2. 40. Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis. ¶ Item qui res facile ad exitum perducit, qui quidquid conatur, assequitur. *Plaut. Merc.* 3. 1. 18. Salvus sum: immortalitas mihi data est: hic emit illam: pulcre os sublevit patri: impetrabilior qui vivat, nullus est. *Ammian.* l. 14. c. 8. (*al.* 26.) Nicator Seleucus efficaciæ impetrabilis rex. *Plaut. Epid.* 3. 2. 6. Diem facilem atque impetrabilem. *h. e.* quo consecutus sum quidquid optabam. Al. legunt *impetralem* eodem sensu.

[* IMPETRABILĬTER, adv. *in a manner likely to obtain. Symmach. orat. pro patr.* c. 4. Impetrabilius cuncta nunc petitis, quam aliquando jussistis.]

IMPETRĀLIS. V. in voce præced.

IMPETRASSO. V. *Impetro.*

IMPETRATĬO, onis, f. *an obtaining by request, impetration, concession, favour obtained,* καταθέησις, actus impetrandi. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 22. Illud molestius, istas impetrationes nostras nihil valere.

IMPETRATĪVUS, a, um, adject. ut Impetrativum augurium, quod optatum evenit, et secundum vota. *Serv.* in illud *Virg.* 6. *Æn.* v. 190. Vix ea fatus erat, geminæ cum forte columbæ, &c.

IMPETRĀTOR, oris, m. qui impetrat. *Impp. Constantius, et Constans* lib. 12. *Cod. Theodos.* tit. 6. leg. 3. Nihil impetratoribus beneficii per rescriptum, adversus ordinem constitutionis possint prodesse commenta.

IMPETRĀTUS, a, um, *obtained by request,* exoratus. *Plaut. Aulul.* 4. 7. 14. Quidpiam ab aliquo impetratum auferre. *h. e.* impetrare. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 42. super impetrato fortis Augusti reditu. *Sallust. in Jug.* c. 79. Amicitia et societas impetrata. *Sueton. in Cæs.* c. 7. Post impetratam veniam rebellaverant. *Plaut. Epid.* 1. 1. 45. Ipse mandavit mihi, ab lenone quædam ut fidicina emeretur sibi: id ei impetratum reddidi. *h. e.* perfectum, effectum, ad exitum perductum. V. *Impetro.*

IMPETRĪTUM. V. vocem sequent.

IMPETRĪO, is, a. 4. idem quod impetro. Est augurale verbum idem valens in auguriis, quod in sacrificiis *litare,* nempe cum aves admittunt, et ostendunt impetratum esse quod petebatur. *to consult the gods about any thing by sacrifice or augury; to obtain a favourable omen. Cic.* 1. *de Divin.* c. 16. Ut nunc extis, sic tum avibus magnæ res impetriri solebant. Est qui legit *impertiri. Plaut. Asin.* 2. 1. 11. Impetritum, inauguratum est: quovis admittunt aves. *the sacrifice has been acceptable; the omen has been favourable; all is right.* [† V. *Ernest. Clav. Cic.* in *Impetrire.*] ¶ Hinc *impetritum* est ipsa augurii captio. *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 1. Prisco instituto rebus divinis opera datur, cum aliquid commendandum est, precatione; cum exposcendum, voto; cum solvendum, gratulatione; cum exquirendum vel extis, vel sortibus, impetrito; cum solemni ritu peragendum, sacrificio.

IMPĔTRO, *et* Inpetro, as, avi, atum, a. 1. *to obtain, get, go through, accomplish,* τυγχάνω: ab *in,* et *patro:* et proprie significat perficere, uti docet *Donat.* ad illud *Terentii Hecyr.* 5. 1. 3. Videndum est, ne minus propter iram hanc impetrem, quam, possiem. Sic *Plaut. Pœn.* 5. 2. 14. Incipere multo est, quam impetrare facilius. *et Epid.* 1. 1. 46. Reddere aliquid impetratum alicui. ¶ Hinc fere ponitur pro exorare, precibus obtinere, petendo inducere: quia qui exorat, jam quod volebat, perfecit. *to obtain by request or entreaty, impetrate. Cic. Attic.* l. 9. ep. 2. Impetrabis, inquis, a Cæsare, ut tibi abesse liceat. *Hirt. ad Cicer. post* ep. 6. l. 15. *ad Attic.* Utinam, quam facile a te de me impetrare possunt, ita per te exorentur, &c. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 36. Sperare se, ab eo de sua ac militum salute impetrari posse. *Cic.* 4. *Acad.* cap. 30. A me istam exceptionem nunquam impetrabunt. *Epit. Livii* l. 51. Quæ de marito impetrare non potuerat, ut ad victorem transfugerent. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. Precibus salutem impetrare. *Cic. Fam.* 13. ep. 36. civitatem alicui. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 137. pacem. *Tacit. Ann.* 12. c. 8. veniam exsilii pro aliquo. *Quintil.* l. 11. c. 3. aures alicui. *h. e.* ut audiatur. *to obtain a hearing. Petron. in fragm. Trugur.* c. 52. *Burm.* Suadeo, a te impetres, ne sis nugax. *Plaut. Rud.* 3. 3. 40. Decet a te id impetrarier. *paragoge* pro *impetrari. Valer. Max.* l. 4. c. 3. n. 7. Nunc quo ventum est? a servis vix impetrari potest, ne eam supellectilem fastidiant, qua tunc consul uti non erubuit. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* cap. 1. Ægre ab iis impetratum est, summa tribunorum pleb. contentione, ut, &c. *Liv.* l. 9. c. 30. *sub fin.* Impetrato, ut manerent. (Adde *Vellei.* l. 2. c. 107.) *Plin.* l. 16. c. 32. Illud maxime mirum, ipsas arbores plerumque exorari, ut vivant, atque transmigrent: aliquando et a solo impetrari, ut alienas alat: cælum nullo modo flecti. Adde similem locum l. 17. c. 13. *a med.* ¶ *Impetrassere* futurum est infiniti antiquum, pro *impetraturum esse. Plaut. Aulul.* 4. 7. 6. Et istuc confido a fratre me impetrassere. Adde *Cas.* 2. 3. 53. et alibi. [¶ Particip. *impetraturus, impetrandus* apud *Liv.* l. 2. c. 46. *extr.* Verbisne istis, ut pugnent, te impetraturum credis? *Val. Max.* l. 3. c. 1. n. 2. Cum ad eum tribunum plebis Latini de civitate impetranda convenissent.]

IMPETŬLANS, antis, valde petulans. *Martian. Capell. sub init.* l. 8. Impetulantis proruptionis sonitum provocare. Al. aliter leg.

IMPETUŌSE, cum impetu. *Messala Corvin.* scriptor incertæ auctoritatis, *de progen. Aug.* cap. 5. Et in litore expositis armis, ad mœnia impetuose contendit.

IMPETUŌSUS, a, um, *impetuous,* ὁρμητικός, qui magno fertur impetu. *Plin.* l. 35. c. 10. *ad fin.* Impetuosus animus. Ita vulgo affertur: sed *Harduin.* sect. 36. n. 23. hanc vocem rejicit. nihil enim tale in MSS. reperiri.

IMPĔTUS, *et* Inpetus, us, m. *an attack, assault, shock, effort, onset; violence, vehemence, force,* ὁρμή, motus, quo aliquid impetimus, et irruimus, incursio, aggressio, vis, conatus. *Cic. pro Cæcin.* c. 15. *extr.* Incursio atque impetus armatorum. *Id. pro Dom.* c. 25. Infractus furor tuus inanes faciebat impetus. *Id. de Harusp. respons.* c. 1. Gladiatoris impetum ferociamque comprimere. *Id. Attic.* l. 2. *ep. pænult.* Facere impetum in aliquem. *Liv.* l. 1. c. 5. in agros. *et ibid.* ad aliquem. *Cic. ad Brut.* ep. 7. *ex recentiorib.* Impetum alicujus reprimere. et 1. *Fam.* ep. 5. frangere. *Liv.* l. 7. c. 37. *a med.* continere. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 10. contundere. *Cic. in Divin. Verr.* c. 11. retardare. *Id. pro Mur.* cap. 1. *extr.* propulsare. *Senec. in Med.* v. 413. inhibere. *Plin.* l. 17. c. 22. coercere. *Id.* l. 31. c. 6. aquarum domare. *Id.* l. 21. c. 20. sistere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 52. excipere. et cap. 26. sustinere. *Liv.* l. 4. c. 28. et lib. 2. cap. 19. Dare impetum in hostem. *h. e.* facere. *Plin.* l. 9. c. 30. capere in aliquem. *eod. sensu.* et lib. 5. c. 32. Impetum sumit Hellespontus. *flows with a strong current.* et lib. 10. c. 23. Impetu ferri. *to rush violently. Cic. pro Dom.* c. 40. Impetu aliquem percellere. *Id.* 1. *de Fin.* c. 13. In alios cæco impetu incurrere. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 6. Magno impetu oppugnare oppidum. et cap. 24. Primo impetu hostium pulsi. et l. 4. c. 12. Hostes impetu facto, celeriter nostros perturbaverunt. *Plin.* l. 14. c. 22. Tribus congiis epotis uno impetu. *at a breath; at a draught; at once.* ¶ *Impetus famæ* est, quando maxime fama crebrescit, et diffunditur. *Tacit. in Agric.* c. 39. *extr.* ¶ *Impetus maris* apud *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 8. est spatium et latitudo maris, ubi libere fertur impetu suo, atque agitatur. Similiter *Stat.* l. 4. sil. 2. v. 23. effusæque impetus aulæ liberior. *h. e.* amplitudo Palatinæ Cæsarum domus, laxe et late se extendentis. Similiter *Lucret.* l. 5. v. 201. quantum cæli tegit impetus ingens. *h. e.* vastus cæli ambitus, qui celerrime in gyrum vertitur. ¶ In malis *impetus* dicitur, cum vis morbi maxime intenditur, et veluti impetu quodam celeriter aggreditur, et sævit. *Cels.* l. 2. c. 15. Impetum febris sustinere. *the height, crisis. Plin.* l. 22. c. 25. Farina ex hordeo collectiones impetusque discutit. et lib. 21. c. 21. Thymum e vino tumores et impetus tollit. *the impetuous and violent flux of any humours.* et lib. 28. c. 12. Impetus pituitæ in facie butyro illito tolluntur. et lib. 20. c. 14. Menta cum amylo inhibet cœliacorum impetus. *pains.* et cap. 3. Oculorum impetus. φλεγμοναί, *inflammation,* ut est apud *Dioscor.* l. 2. c. 162. Similiter impetus vulnerum, *Plin. cit. l.* 20. c. 21. et impetus sanguinis, *Aurel. Vict. in Epit.* c. 45. *apoplexy.* et impetus podagræ, *fits of the gout, Plin.* l. 28. c. 4. et *Scribon. Larg. compos.* 160. ¶ Apud *Vitruv.* est nisus et pressus rei incumbentis, quod est onus, *pressure, weight.* Sic enim habet l. 6. c. 3. Tetrastyla sunt, quæ subjectis sub trabibus angularibus columnis, et utilitatem trabibus, et firmitatem præstant, quod neque ipsæ magnum impetum coguntur habere, neque ab interpensivis onerantur. ¶ Aliquando significat simpliciter motum ad rem aliquam, *motion. Cic.* 2. *de Divin.* c. 38. Impetum cæli admirabili cum celeritate moveri vertique videmus, constantissime conficientem vicissitudines anniversarias. *course, revolution.* et lib. 2. *Offic.* c. 3. Quæ ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, ut aurum, argentum: partim animalia, quæ habent suos impetus et rerum appetitus. *Senec. epist.* 58. *ante med.* Animantia quædam impetum habent, incedunt, transeunt: quædam solo affixa, radicibus aluntur et crescunt. ¶ De cursu navis. *Enn.* apud *Macrob.* l. 6. c. 1. *a med.* Labitur uncta carina, volat super impetus undas. *Catull.* carm. 4. *de phaselo,* v. 3. neque ullius natantis impetum trabis Nequisse præterire. ¶ Sæpe refertur ad animum, et significat effervescentem animi commotionem, vim, calorem, cupiditatem, *a strong desire, violent passion or inclination, natural propensity, instinct, will. Cic.* 4. *Tuscul.* cap. 22. An fortitudo, nisi insanire cœperit, impetus suos non habebit? *Plin.* l. 7. *ep.* 9. *de lucubrando.* Recalescere ex integro, et resumere impetum fractum omissumque. *Cic. in Orat.* cap. 68. *extr.* Aliter in oratione nec impetus ullus, nec vis esse potest. *force, strength, vigour. Plin.* l. 2. ep. 19. Actiones, quæ recitantur, impetum omnem caloremque perdunt. *force.* et *Cic.* 11. *Attic.* ep. 5. Impetu magis quodam animi uti, quam cogitatione. *Id.* 1. *Offic.* c. 15. *ad fin.* Repentino quodam, quasi vento, impetu animi incitati. *Id. Fam.* 10. ep. 5. Tota mente omnique animi impetu in rempubl. incumbere. *Vellei.* l. 2. c. 55. Adolescens impetus ad bella maximi. *Cic. Fam.* 8. ep. 2. Marcelli impetus resederunt, non inertia, sed consilio. *Id. pro Cæl.* c. 6. Delendi hujus imperii consceleratus impetus exstitit. *Id.* 1. *de Divin.* c. 49. Horum sunt auguria, non divini impetus, sed rationis humanæ. *h. e.* instinctus. *the result of inspiration. Plin.* l. 37. c. 10. Impetus hominum et iracundias domare. *fury. Stat.* 10. *Theb.* v. 704. Da spatium tenuemque moram: male cuncta ministrat Impetus. *h. e.* temeritas, nimia celeritas. *Senec. in Agam.* v. 127. Feroces impetus animo gerere. *Plin.* l. 1. ep. 8. Ad munificentiam non impetu quodam, sed consilio trahebamur. *h. e.* inconsiderantia. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 523. si quid fert impetus, opta: Omne feres. *h. e.* si quid cupis. *Id.* 4. *ex Ponto,* ep. 2. v. 26. Impetus ille sacer, qui vatum pectora nutrit. *inspiration, heat.* et *Tacit.* 14. *Ann.* c. 16. Carmen non impetu et instinctu, nec uno ore fluens. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 662. jam latis currere campis Impetus est. *my will leads me on the sudden.* Sic 2. *Amor.* el. 5. v. 46. laniare capillos, Et fuit in teneras impetus ire genas. Adde *Heroid.* ep. 5. v. 64. ¶ Impetum cepi. *I have a strong inclination,* vehementem appetitum, ὁρμήν. *Senec. initio consol. ad Helv.* Sæpe impetum cepi consolandi te. Adde *Suet. in Aug.* c. 42. *et in Calig.* cap. 43. ¶ Apud *Stat.* 7. *Theb.* v. 47. Impetus amens unus est e ministris, sive satellitibus Martis. ¶ In aliis casibus, præter eos, qui sunt in allatis exemplis, non est, quod sciam, in usu. ¶ *Impetu* in dativo pro *impetui,* ut *aspectu, concubitu. Cicero:* quibus subito impetu ac latrocinio parricidarum resistat. Ita refert *Pierius* ad illud *Virg.* 4. *Georg.* v. 198. V. *Aspectus.* ¶ De ablativo *impete* V. *Impes.*

IMPEXUS, *et* Inpexus, a, um, *uncombed, undressed,* ἀκτένιστος, non pexus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 366. Stiriaque impexis induruit horrida barbis. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 125. Caput impexa porrigine fœdum. *Ovid.* 1. *Met.* v. 529. Et levis impexos retro dabat aura capillos. *Virg.* 7. *Æn.* v. 666. tegumen immane leonis Terribili impexum seta. *shaggy.* ¶ Translate pro inculto ponitur. *rude, unpolished, uncouth. Tacit. in Dial. de Orator.* c. 20. Antiquitas tristis et impexa.

IMPIAMENTUM, ti, n. *contamination, impiety,* impia contaminatio, scelus. *Cyprian.* ep. 63. Ne tales ad altaris impiamenta et contagia fratrum denuo redeant.

IMPIĀTUS, *et* Inpiatus, a, um, *polluted, contaminated,* sceleratus, ut *Fest.* exponit, h. e. scelere pollutus, impius factus, μιανθείς. *Senec. in Hippol.* v. 1185. conjugis thalamos petam Tanto impiatos facinore? *Apul.* l. 1. *Metam.* Cruore humano aspersus atque impiatus. et lib. 3. Reus tot cædibus impiatus.

IMPĬCO, as, a. 1. *to rub over with pitch,* πισσόω, pice illino. *Colum.* l. 12. c. 29. Eamque oblinito et impicato diligenter. et cap. 43. Pediculos uvarum impicato dura pice.

IMPICTUS, a, um, nom. ex particip. *painted, variegated,* varie pictus. *Apul.* l. 2. *Metam.* Hic vitrum affabre sigillatum, ibi crystallum impictum. Multa MSS. habent *impunctum,* h. e. punctis, et vario artificio distinctum. Hujus generis fortasse sunt calices alassontes versicolores, de quibus *Vopisc. in Saturn.* c. 8.

IMPĬE, adverb. *impiously, sacrilegiously, irreligiously,* ἀσεβῶς, ἀνοσίως, scelerate, nefarie: et proprie, quando quis de deo, patria, aut de parentibus male meretur, aut de iis, qui parentum loco sunt. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 16. Quæ qui videat, non solum indocte, sed etiam impie faciat, si deos esse neget. *Id.* 5. *Tuscul.* cap. 2. Impie ingratum esse. *Sueton. in Domit.* c. 10. Impie loqui. *Plin. in Paneg.* c. 37. Ratus, improbe, et insolenter, ac pæne impie his nominibus inseri publicanum. *Curt.* l. 5. c. 12. Impie deserere regem.

IMPIĔTAS, atis, f. *impiety,* ἀσέβεια, sceleratus inhumanusque affectus adversus deum, patriam, parentes, eosve, qui parentum loco sunt: et generatim scelus, fraus, peccatum. *Cic. Fin.* l. 4. c. 24. Nihil est, quod tam miseros faciat, quam impietas et scelus. *Ovid. Met.* 8. v. 476. Et consanguineas ut sanguine leniat umbras, Impietate pia est. *Tacit. Ann.* 6. cap. 47. Albucilla defertur impietatis in Principem. *h. e.* criminis læsæ majestatis. *of treason.*

IMPIGER, *et* Inpiger, gra, grum, *diligent, active, clever, prompt, quick, ready, strenuous,* ἄοκνος, non piger, sed strenuus, et diligens. *Cic. Fam.* 2. ep. 1. Quis est tam impiger in scribendo, quam ego? *Id. pro Font.* c. 15. Virum ad labores belli impigrum. *Virg.* 1. *Æn.* v. 742. ille impiger hausit Spumantem pateram. *Sallust. in Jug.* cap. 7. Impigro atque acri ingenio esse. *Id. in orat. Macri Li-*

cin. ad pleb. circa med. Impigræ linguæ, ignavi animi. *Liv.* l. 3. c. 5. *extr.* Cohortes Latinæ, gratiis ob impigram militiam actis, remissæ domos. *Cic.* 7. *Verr.* c. 10. In itineribus præbere se patientem atque impigrum. *Nep. in Timoth.* cap. 1. Fuit enim disertus, impiger, laboriosus. *Tacit.* 3. *Ann.* cap. 20. Impiger manu, exercitus militia. *Horat.* l. 4. od. 3. v. 4. Impiger equus. ¶ Cum infinito Græcorum more. *Horat.* l. 4. od. 14. v. 22. impiger hostium vexare turmas. ¶ Cum genitivo. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 48. Impiger militiæ. ¶ Alio modo. *Flor.* l. 3. c. 2. Impiger fluminum Rhodanus. *h. e.* omnium fluviorum velocissimus.

IMPĬGRE, *quickly, readily, promptly, actively,* ἀόκνως, sine mora, diligenter, strenue. *Plaut. Rud.* 4. 2. 10. De nocte multa impigreque exsurrexi. *Sallust. in Jug.* c. 93. Marius impigre prudenterque suorum et hostium res pariter attendere. *Liv.* l. 1. c. 10. Ne Crustumini quidem, pro ardore iraque Cæninensium, satis impigre se movent. *Id.* l. 2. c. 47. Consulem impigre milites secuti sunt. *Curt.* l. 3. c. 11. Quod is imperasset, impigre exsequi. et cap. 12. Functas supremo in regem officio se impigre morituras. et lib. 10. c. 3. Impigre militiam tolerare. *Liv.* l. 3. c. 8. Impigre promissum auxilium.

IMPIGRĬTAS, atis, f. *activity, diligence, promptness,* ἀοκνία, diligentia. *Cic.* l. 3. *de Republ.* ut citat *Nonius* c. 2. n. 434. Nunquam viri fortissimi, fortitudinis, impigritatis, patientiæ.

IMPILĬA, *et* Inpilia, lium, n. *woollen socks,* πόδια, vel ποδεῖα, socculi, pedum tegumenta e lana coacta, non quasi sine pilis, sed a Græco ἐμπίλια, coactilia, quæ ita dicuntur, quia πιλητὰ, coacta, stipata. *Plin.* l. 19. c. 2. Ex qua impilia vestesque quædam conficiantur. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 26. Fasciæ crurales, pedulesque, et impilia, vestis loco sunt. Ita *Torrentin.* at *Haloander* et item pilea.

IMPINGO, *et* Inpingo, is, pegi, pactum, a. 3. *to hit, dash, strike, or throw, against,* ἐπάγω, impello: quasi in aliquem locum pango, illido, jacio alicui in os, objicio, obtrudo. *Virg.* 5. *Æn.* v. 804. cum Troia Achilles Exanimata sequens impingeret agmina muris. *put to flight under the very walls. Tacit.* 2. *Hist.* c. 41. Hostes in vallum impingere. *to drive.* et lib. 3. c. 22. Vitellianus exercitus, indigus rectoris, paratis jam Flavianis impingitur. *comes in contact with, attacks. Stat.* 7. *Theb.* v. 28. impingit Tyriis Danaa agmina muris. *leads on to the assault. Sil.* l. 4. v. 299. structo Tyrrhena ad litora saxo Pila immane sonans, impingitur ardua ponto. et lib. 12. v. 187. Propulsum Borea scopulis impingitur æquor. *dashes against. Quintil.* l. 4. c. 1. *a med.* Qui navem, dum portum egreditur, impegit. *drove against a rock. Plin.* l. 3. ep. 16. Parieti caput ingenti impetu impingere. *to dash the head. Lactant.* l. 2. c. 3. Impingere in lapides. *Phædr.* l. 3. fab. 5. v. 2. Æsopo quidam petulans lapidem impegerat. *threw a stone at. Afran.* apud *Fest.* in *Mustricola.* Mustricolam in dentes impingam tibi. *Plaut. Rud.* 3. 4. 5. Pugnum in os impinge. *Id. Pers.* 4. 4. 24. et *Capt.* 3. 5. 76. Impingere alicui compedes. *h. e.* indere, invitum compedibus vincire. *to put or clap chains on him.* Sic *Senec. de Tranquill.* c. 10. laqueum alicui. *Plaut. in Suppos. Amph. Quis tam vasto, sub fin.* vulnus. *Senec.* ep. 119. venenum. *Cœl. ad Cicer. Fam.* l. 8. ep. 8. *ad fin.* fustem. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 19. Huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat. *Plaut. Cas.* 5. 2. 38. Impingere alicui suavium. *h. e.* quasi nolenti, aut nil tale exspectanti. ¶ *Impingere se* est ire impactum. *to go forcibly, move violently,* præcipitem ferri in aliquid. *Senec.* l. 1. *de Ira,* c. 16. *a med.* Impingere se in columnas. ¶ Translate *Id.* 2. *de Ira,* c. 8. Quocunque visum est, libido se impingit. *Id.* epist. 95. *circa med.* Illum libido in contraria impinget. et epist. 117. Impingere aliquem in litem ac molestiam. *Senec. alter in Herc. Fur.* v. 991. Quo se cæcus impegit furor? *Val. Flacc.* lib. 7. v. 400. Obvius ut sera cum se sub nocte magistris Impingit, pecorique pavor. *h. e.* occurrit, incurrit in oculos. ¶ *Impingere aliquid* translate est invito quippiam objicere, offerre, inferre. *Terent. Phorm.* 2. 3. *in fin.* Si tu illam attigeris, dicam tibi impingam grandem. *I will raise a lawsuit. Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *ante med.* et *Senec.* ep. 95. Impingere alicui ingentem epistolam. *Id. de provid. sub fin.* Renuntiare naturæ, et munus suum illi impingere. *to throw in her face. Id. de benef.* l. 1. c. 1. Impingere beneficium. *to do a kindness out of spite. Plaut. Mil.* 3. 3. 53. Impingere culpam omnem in aliquem. *to lay, throw.* Plerique al. leg. *imponere.* ¶ Impingere populos in arma, apud *Lucan.* l. 6. v. 406. est compellere, inducere. ¶ *Flor.* l. 3. c. 12. Egestas Catilinam patriæ suæ impegit. *h. e.* compulit patriam impetere. ¶ *Impingere calcem* proverbialis locutio est eodem sensu, quo nos quoque dicimus *to give a kick. Petron. in fragm. Tragur.* c. 46. *Burm.* Jam Græculis calcem impingit, et Latinas cœpit non male appetere. *h. e.* Græcarum litterarum studium abjecit, deposuit, dimisit. ¶ Impingere oculum. *to cast the eyes upon,* dixit *Tertull. de Idolol.* c. 2.

IMPINGUĀTUS, a, um, *fatted, impinguated,* pinguis factus. *Tertull. de jejun.* c. 6. Cui cor impinguatum.

[* IMPINGUO, as, are, n. 1. pinguis fio. *Apic.* lib. 8. c. 7. Porcellum tamdiu coques, donec lenis fiat, et impinguet. *h. e.* quasi a pinguedine resplendeat.]

IMPĬO, as, avi, atum, *to contaminate, pollute, render impious,* impium facio, polluo, contamino. *Pacat. in Paneg. Theodos.* cap. 43. Ne oculos istos omnibus salutares homo funebris impiaret. *Prudent. hymn. ante somn.* v. 53. At qui coinquinatum Vitiis cor impiavit, &c. ¶ *Impiare se* est se scelere obstringere, impie agere. *Plaut. Rud.* 1. 3. 8. Si erga parentem aut deos me impiavi. ¶ *Impiatum est* impersonaliter. *Minut. Fel. in Octav.* cap. 25. Toties Romanis impiatum est, quoties triumphatum.

IMPĬTE, impetum facite. *Paul.* ex *Festo.* Legunt Critici *impetite*: vel *impete,* impetum fac.

IMPĬUS, *et* Inpius, a, um, *impious, irreligious, wicked,* ἀνόσιος, ἀσεβὴς, ἄθεος, sceleratus, nefarius: et præcipue qui de Deo, patriave, aut parentibus male meretur. *Cic. in Pison.* cap. 20. Me fugerat, deorum immortalium has esse in impios et consceleratos pœnas certissimas constitutas. *Id. pro Quint.* c. 6. Si pietate propinquitas colitur, necesse est, iste, qui affinem fortunis spoliare conatus est, impium se esse fateatur. *Sueton. de clar. Rhetorib.* c. 6. Impius erga parentes. *undutiful. Tacit. Ann.* 16. c. 31. Impios deos invocare. *h. e.* rebus magicis dare operam. *Virg.* 1. *Georg.* v. 468. Impia sæcula. et lib. 2. v. 537. Impia gens. *Id. Ecl.* 1. v. 71. Impius miles. *Id.* 1. *Æn.* v. 298. Impius furor. *Id.* 5. *Æn.* v. 733. Impia Tartara. *Horat. Epod.* 3. v. 1. Impia manu parentis guttur frangere. *Tibull.* l. 1. el. 3. v. 52. dicta in sanctos impia verba deos. *Ovid.* 14. *Met.* v. 801. genericque cruorem Sanguine cum soceri permiscuit impius ensis. *Id. Heroid.* ep. 10. v. 100. Impia facta. et epist. 14. v. 26. Dantur in invitos impia tura focos. *Auson. in gratiar. act.* cap. 17. Quæ ne infantissimus quidem, nisi idem impiissimus, supprimeret. *Martian. Dig.* lib. 28. tit. 5. leg. 46. Impiissimus filius. ¶ Item ferus, inhumanus, crudelis. *barbarous, savage, cruel. Horat.* epod. 5. v. 13. Impube corpus, quale posset impia Mollire Thracum pectora. *Ovid.* lib. 1. *Amor.* el. 8. v. 104. Impia sub dulci melle venena latent. ¶ Item universim malus. *Virg.* 4. *Æn.* v. 298. Impia fama. ¶ Cum de poetis, aut carminibus sermo est, *impius* interdum est *malus,* indoctus: quia sacros se esse jactant poetæ, et sacra studia sequi. Impius ergo qui indigna Musis et Apolline carmina facit. *Catull.* carm. 14. *ad Calvum,* v. 6. Isti dii mala multa dent clienti, Qui tantum tibi misit impiorum. Contra *pius* bonus, et doctus poeta. *Virg.* 6. *Æn.* v. 662. Quique pii vates, et Phœbo digna locuti. Quamquam hoc *Servius* ad veracitatem vaticinantium refert. ¶ De *impia herba* hæc habet *Plin.* l. 24. cap. 19. Impia herba vocatur incana, rorismarini aspectu, thyrsi modo vestita atque capitata: inde alii ramuli assurgunt, sua capitula gerentes. Ob id impiam appellavere, quoniam liberi super parentem excellant. Alii potius ita appellatam, quod nullum animal eam attingat, existimavere. Hæc *Plin.*

IMPLACABĬLIS, *et* Inplacabilis, le, *that cannot be pacified or reconciled, implacable,* ἀκαταπράϋντος, qui placari non potest. *Cic. in Pison.* c. 33. Seque mihi implacabilem, inexpiabilemque præberet. *Id.* 1. *Q. Fr.* ep. 1. c. 13. Implacabiles iracundiæ. *Id. Fam.* 3. ep. 10. *a med.* Implacabilem esse in aliquem. *Liv.* l. 8. c. 36. *extr.* Implacabilem esse alicui. *Nep. in Datam.* c. 9. Implacabile odium suscipere in aliquem. *Virg.* 12. *Æn.* vers. 816. Adjuro Stygii caput implacabile fontis. *h. e.* quod nulla expiatione a perjuris placari potest. *Sil.* l. 17. v. 252. crebra micare Fulmina, et in classem ruere implacabile cælum.

IMPLACABILĬTAS, atis, f. *implacability, inexorableness,* obstinatus animus, qui se placari non sinit. *Ammian.* l. 14. c. 1. (*al.* 2. *extr.*) et lib. 26. c. 10. (*al.* 30.)

IMPLACABILĬTER, adverb. *implacably,* ἀκαταλλάκτως, sine placatione. *Tacit.* lib. 1. *Ann.* cap. 13. Cui implacabilius irascebatur.

IMPLACĀTUS, a, um, *unappeased, unsatisfied, insatiable,* non placatus. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 845. implacatæque vigebat Flamma gulæ.

IMPLACĬDUS, *et* Inplacidus, a, um, *unquiet,* δυσάρεστος, non placidus, inquietus: item implacabilis, inhumanus, immitis, sævus, importunus, *fierce, cruel. Horat.* l. 4. od. 14. v. 10. Genaunos implacidum genus. *Stat.* 9. *Theb. in princ.* Mars divum implacidissimus. *Id.* 5. *Theb.* v. 198. Rore madens Stygio morituram amplectitur urbem Somnus, et implacido fundit gravia otia cornu. *Id.* l. 2. silv. 1. v. 216. implacido letalis Sirius igni. Adde *Propert.* l. 4. el. 9. v. 14.

IMPLĀGO, as, a. 1. in plagas seu retia conjicio, irretio. *Sidonii* exemplum vide in *Implicatura.*

IMPLĀNUS, a, um, *not level,* non planus. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 27. Inter implana urbis.

[* IMPLEBĬLIS, e, adject. qui impleri potest. Active. *Cæl. Aurel. Tard.* lib. 3. c. 8. Herodicus ventris adhibet purgationem, atque post cœnam vomitus, qui sunt implebiles potius, quam siccabiles. *h. e.* qui magis faciunt ut impleatur hydropicus.]

* IMPLECTĬCUS, a, um. *Veget. veter.* l. 3. c. 29. Bos implecticus. *h. e.* qui riget et flectit se difficulter, quasi ab ἐμπλεκτὸς, *implicatus.*]

IMPLECTO, is, a. 3. innecto, implico. *Apul. in Apolog.* Crocodilus quod est ore amplo, sed elingui, et plerumque in aqua recluso, multæ hirudines dentibus implectuntur.

IMPLĔO, *et* Inpleo, es, evi, etum, *to fill,* πληρόω, plenum reddo, expleo, compleo. *Cic.* 2. *Phil.* c. 25. Frustis esculentis gremium suum, et totum tribunal implevit. *Id. Fam.* 9. ep. 18. Ollam denariorum implere. *Colum.* l. 12. c. 36. Implere amphoram ad summum. *to fill up to the brim. Virg. Æn.* 1. v. 733. Implevitque mero pateram. et lib. 7. v. 23. Neptunus ventis implevit vela secundis. *filled, swelled.* et lib. 11. v. 274. scopulos lacrimosis vocibus implent. *Cic.* 4. *Acad.* c. 27. De quibus volumina impleta sunt non a nostris solum, sed etiam a Chrysippo. *Virg. Æn.* 9. v. 72. manum pinu flagranti fervidus implet. *h. e.* sumit pinum implentem manum. *Val. Flacc.* l. 6. v. 526. Barbarica chlamys ardet acu, tremefactaque vento Implet equum. *covers all over. Plin.* l. 16. c. 40. Arboris crassitudo quatuor ulnas implebat. et lib. 28. c. 10. Modius grani sexdecim libras implet. *weighs.* ¶ Illa notanda sunt. *Plaut. Aulul.* 3. 3. 6. Postquam implevisti fustibus istorum caput. *Id. Cas.* 1. 1. 35. Dolia nisi erunt semper plena, ego te implebo flagris. *Cels.* lib. 4. c. 2. sect. 1. *a med.* Caput calido oleo implere. *h. e.* totum perfundere. Sic lib. 3. c. 18. *ante med.* herbarum succo expresso caput impleatur. ¶ Refertur aliquando ad tempus ætatis. *Quintil.* l. 3. c. 1. et *Plin.* l. 1. ep. 12. Implevit annum septimum et sexagesimum. *hath completed. Horat.* l. 1. *ep. ult. in fi.* Me quater undenos sciat implevisse decembres. *Plin.* l. 7. c. 16. *ad fin.* Implere cursum vitæ. *to finish.* Sic *Tacit.* 2. *Ann.* c. 42. *ad fin.* Finem vitæ, sponte, an fato, implevit. *completed the period of his life.* ¶ Item ad cibum capiendum. *Virg.* 1. *Æn.* v. 219. Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ. *are filled. Petron. in Satyr.* c. 16. Præparata nos implevimus cœna. *Cels.* l. 1. c. 2. *extr.* Si quis interdiu se implevit, post cibum neque frigori, neque æstui se debet committere. *has made a good meal.* Et translate *Val. Flacc.* l. 7. v. 121. comitum visu fruitur miseranda suarum, Implerique nequit. *cannot be satisfied.* ¶ *Implere se,* onerare. *Colum.* l. 3. c. 2. *ante med.* Nomentanæ vites se frequenter implent, et id, quod ediderunt, optime tuentur. *are loaded with grapes.* ¶ Hinc ponitur et pro nutrire, et pinguem facere, *to nourish, fatten. Cels.* l. 1. c. 13. *ante med.* Implet corpus modica exercitatio, frequentior quies, unctio, &c. ¶ Item carnem inducere in vulneribus curandis, *to induce flesh to grow, incarn,* cui contrarium est erodere. *Id.* l. 5. c. 28. *n.* 1. Purusque jam sinus curari potest implentibus. ¶ Item pro inflare, distendere, *to puff up, swell out. Cels.* l. 2. c. 8. *a med.* Si aqua inter cutem quem implevit. *Plin.* l. 19. c. 1. *ad fin.* Flatus implet vela. ¶ Et pro gravidare, *to impregnate. Colum.* l. 7. c. 6. Caper quinquennis parum idoneus habetur feminis implendis. *Plin.* l. 9. c. 23. Murænas vulgus coitu serpentium impleri putat. *Ovid. Metam.* 11. v. 265. ingentique implet Achille. Adde *Lucan.* l. 8. v. 409. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 29. *extr.* Demosthenes quamquam unus eminet inter omnes, tamen non semper implet aures meas: ita sunt avidæ et capaces. *Plin.* l. 1. ep. 10. Utinam quam spem ille de me concepit, impleverim. *Senec. in proœm.* l. 3. *controv.* Implere controversiam, quæstionem. *h. e.* totam persequi dicendo. *Tacit. Ann.* 1. c. 22. Osculis ac lacrimis dolorem suum implere. *to give full scope to. Val. Flacc.* lib. 2. v. 167. tum voce deos, tum questibus implet. *stuns, deafens.* et lib. 4. v. 81. Implere aliquem hortatibus. *Ovid.* 7. *Met.* v. 428. muneribus. *Liv.* l. 1. c. 46. *sub fin.* Celeriter adolescentem suæ temeritatis implet. et lib. 7. c. 7. Implere aliquem spei animorumque. *Id.* l. 5. c. 28. aliquem religionis. *Id.* l. 10. c. 14. hostes fugæ et formidinis. *Id.* lib. 36. c. 29. multitudinem exspectatione vana. *Id.* l. 26. c. 50. *sub fin.* Implevit populares laudibus meritis Scipionis. ¶ Absolute *Stat.* l. 3. *Theb.* v. 618. assensuque furentem Implet Achea manus. *h. e.* turba assentiendo furenti addit ei animos, et quadam armorum insania implet. ¶ Illa quoque poetica sunt, *Statii* l. 8. *Theb.* v. 292. visusque sibi nec sceptra capaci Sustentare manu, nec adhuc implere tiaram. *h. e.* oneri regiminis impar esse. Loquitur de regio puero in patris regnum succedente. et lib. 9. v. 721. Nondum tela procax, arcumque implere valebas. *h. e.* tela manu tenere, et arcum sagitta imposita tendere. *Id.* l. 10. v. 435. et toto præcordia protinus Arcas Implevit capulo. *h. e.* ensem capulo tenus immersit in præcordia. *Id. in fi.* silv. 1. lib. 2. dulcibus alloquiis implere noctem. *to hold sweet converse the whole night long.* ¶ Pro complere. *Pallad. in Jun.* tit. 2. *in fi.* Ita per paucos itus ac reditus, brevi horarum spatio, tota messis impletur. *is finished, is done.* ¶ Pro præstare, perficere, adimplere. *Cic. pro Cluent.* c. 18. Ne id profiteri videar, quod non possim implere. *maintain, perform. Plin.* l. 2. ep. 12. Implere promissum, et fidem exsolvere. *Id.* l. 10. ep. 56. Vereor, ne non implesse officii mei partes videar. *not to have done my duty at all points. Tacit. Ann.* 3. c. 53. Implere munia sua. *to discharge the duties of his office. Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 1. leg. 5. Inchoatas delationes implere. *to bring to a close. Vellei.* l. 2. c. 95. Cum Paulus vix posset implere censorum. *h. e.* vim auctoritatemque habere censoris. *Plin.* l. 7. *ep. ult.* Non

advocati fidem, sed inimici amaritudinem implesse. *not to have discharged his duty as became an advocate, but to have acted with all the bitterness of an enemy.* *Tacit.* 1. *Hist.* c. 16. Implere consilium. *to put his design into execution.* et 4. *Ann.* c. 38. locum principem. *h. e.* ita tenere, ut plene, quæ sunt principis, exsequare. *Id. in Agric.* c. 44. Vera bona, quæ in virtutibus sita sunt, impleverat. *had fully enjoyed.* *Plin. in Pan.* c. 18. l. 10. Nec multo post prodigium implevit. *verified.* Sic *Liv.* l. 1. c. 7. *ad fin.* Implere fata. *h. e.* quod portendebant, præstare. *Plin.* l. 8. ep. 13. Implere vestigia alicujus. *h. e.* sequi, assequi, imitari, æquare. et lib. 6. ep. 6. alicujus vices. *to supply.* et *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 425. Ut nostras tibi, Roma, vices pro principe consul Impleret. ¶ Pro assimilare. *Solin.* c. 1. *a med.* (*al.* c. 5.) Oratorem L. Plancum Rubrius histrio sic implevit, ut et ipse Plancus a populo vocaretur. *acted the character so exactly.* ¶ Pro plane explicare, plene exprimere, *Tertull. in fi.* cap. 19. *de Spectac.* ¶ Sæpe syncopen admittit, *implesti, impleruni, implerint, implessem, implesse,* &c. *Cic. Virg. Horat. Pers.* &c. [¶ Particip. *impleturus* apud *Liv.* l. 24. c. 26. Quæ virgines impleturæ urbem tumultu fuerint.]

IMPLĒTUS, a, um, *filled, full,* πληρωθεὶς, plenus factus. *Justin.* l. 29. *sub fin.* Ut spe impletos in societatis jure retineret. et lib. 24. c. 6. Mentes vatum deo impletæ. [*Liv.* lib. 7. c. 2. Impletas modis saturas peragebant.]

IMPLEXIO, onis, f. *a folding,* implexus. *Martian. Capell.* l. 2. pag. 42. Serpentis gemini implexio.

IMPLEXUS, *et* Inplexus, a, um, *folded together, twisted, wound, or wrapped round, platted,* ἐμπεπλεγμένος, involutus, implicatus, innexus. *Virg.* 4. *Georg.* v. 482. cæruleos implexæ crinibus angues Eumenides. *entwined.* *Albinov. ad Liv.* v. 223. salice implexus, muscoque, et arundine crinis. *Plin.* l. 8. c. 13. Dracones quaternos quinosque inter se cratium modo implexos. et lib. 2. c. 70. Tres circuli zonis implexi. *crossed.* *Apul. in Apolog.* Capillus horrore implexus atque impeditus. *Id.* 3. *Metam.* Implexa manibus collo meo, paveo, inquit, &c. *folded round, clinging to.* et *ibid.* implexi columnis.

IMPLEXUS, us, m. *a folding, plaiting, entwining,* implicatio, amplexus, ἐμπλοκή. In sexto casu singulari *Plin.* l. 9. c. 52. *ad fin.* Polypus cavernam cancellato brachiorum implexu claudit. *Id.* l. 2. c. 65. *ad fin.* Ut terra et aqua mutuo implexu jungerentur.

IMPLICAMENTUM, ti, n. implicatio. *Augustin.* l. 1. *de serm. Dom. in monte,* c. 3. *a med.* Miseriarum implicamentis se expedire.

IMPLICATĬO, onis, f. *an entwining, plaiting, wrapping round, entangling, enfolding,* περιπλοκή, ἐμπλοκή, implexus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. *extr.* Nervorum implicatio toto corpore pertinens. *intermingling.* *Id.* 2. *de Invent.* c. 32. Oportebit per locorum communium implicationem ostendere, &c. *h. e.* complexum argumentorum. *Id. pro Sext.* cap. 46. Qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio malint, quam suo deflagrare. *h. e.* turbatas, implicatasque rationes, atque æs alienum. *embarrassment.*

IMPLICATŪRA, æ, f. implicatio. *Sidon.* l. 9. ep. 9. *ad fin.* Vernaculis implicaturis in retia sua præcipites implagabuntur.

IMPLICĀTUS, *et* Inplicatus, a, um, *wrapped or folded together, inwrapped, involved, entangled, infolded,* ἐμπλεχθεὶς, involutus, innexus, implicitus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. Quini ordines stipitum conjuncti inter se atque implicati, quo qui intraverant, se ipsi acutissimis vallis induebant. *Horat.* epod. 5. v. 15. Canidia brevibus implicata viperis Crines. *Plin.* l. 21. c. 17. Iasione unum folium habet, sed ita implicatum, ut plura videantur. *Id.* l. 11. c. 4. Insectis nihil intus, nisi admodum paucis intestinum implicatum. *Tacit. Ann.* 4. c. 53. Implicatus morbo. V. *Implicitus.* ¶ Translate *Sallust.* orat. 2. *ad Cæs. de republ. ordin. a med.* Alii judiciis publicis, alii privatis suis negotiis implicati. *engaged.* *Cic.* 1. *de Leg.* c. 17. Voluptas penitus in omni sensu implicata insidet. *Id. Tuscul.* 5. c. 1. Animi angoribus et molestiis implicati. *Id. de Harusp. resp.* c. 4. Illaqueatus omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, exspectatione supplicii implicatus. *Id.* 2. *Phil.* c. 32. *ad fin.* Implicata inscitia impudentia est, si, &c. *Gell.* l. 19. c. 12. Innexus et implicatus. et cap. 9. Implicata carmina facere. et lib. 6. c. 2. *extr.* Obscurissima et implicatissima quæstio. *intricate, difficult, obscure, implex, complicated.* *Ammian.* l. 26. c. 6. *ad fin.* (*al.* cap. 17.) Per artus tremore diffuso, implicatior ad loquendum. *Senec. in Apocoloc. ante med.* Vox nullius terrestris animalis, sed qualis esse marinis belluis solet, rauca et implicata. ¶ Refertur et ad conjunctionem necessitudinis et familiaritatis. *Nep. in Dione in princip.* Utraque implicatus tyrannide Dionysiorum. Nam ille superior sororem Dionis habuit in matrimonio, &c. *Cic.* 6. *Fam.* ep. 12. Omnes Cæsaris familiares satis opportune habeo implicatos consuetudine et benevolentia. *joined to me, engaged or connected by intimacy.* *Id. Attic.* l. 1. ep. 19. *a med.* Novis amicitiis implicati. *Id. in Pison.* c. 29. Revocare se non poterat familiaritate implicatus. *Id. de Amic.* c. 22. *extr.* Implicati ultro et citro, vel usu diuturno, vel etiam officiis. ¶ Item ad texturam orationis. *Cic. in Orat.* c. 56. Intervallorum longorum et brevium varietas, quibus implicata atque permixta oratio. *inwrapped, intwined, inwoven.* *Gell.* l. 18. c. 2. Versus Ennii uno multifariam verbo concinniter implicati.

IMPLICISCOR, eris, dep. 3. *Plaut. Amph.* 2. 2. 97. Ubi primum tibi sensisti, mulier, impliciscier? (paragoge pro *implicisci*) h. e. implicari tibi mentem atra bile insurgente. *when did you first perceive that you were seized with madness?*

IMPLICĬTE, *obscurely, intricately,* involute, abscondite. *Cic. de Invent.* l. 2. c. 23. Absoluta constitutio est, quæ ipsa in se non ut negotialis, implicite et abscondite, sed patentius et expeditius recti et non recti quæstionem continet.

IMPLICĬTO, as, a. 1. *to interweave,* frequent. ab implico. *Plin.* l. 9. ep. 33. Varios orbes implicitat, expeditque. *h. e.* involvit, et evolvit. Al. leg. *implicat.*

IMPLICĬTUS, *et* Inplicitus, a, um, adject. idem quod implicatus. *Horat. de ar. Poet.* v. 423. Litibus implicitum eripere. *entangled.* *Nep. in Agesil. in fi.* et *Liv.* l. 23. c. 34. In morbum implicitus decessit. *seized with.* *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 18. *Liv.* l. 23. c. 40. Prætor gravi morbo implicitus. (Et absolute *Martial.* l. 1. epigr. 102. Ureret implicitum cum scelerata lues.) *Liv.* l. 6. c. 21. Ni privato, ut fit, periculo publicum implicitum esset. *Martial. de Spectac.* epigr. 11. Implicita visco fuga. *Stat.* 10. *Theb.* v. 718. sic colla manusque tenebat Implicitus. *embracing closely.* *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 580. Impliciti laqueis. *Id. Heroid.* ep. 9. v. 94. Comæ angue implicitæ. *intwined, intertwined.* et lib. 1. *de art. am.* v. 561. Implicitam sinu abstulit. *clasped her to his bosom.* ¶ Translate *Plaut. Merc.* 1. 1. 14. Implicitus muliere. *in love with the damsel.* *Lucan.* l. 3. v. 432. terrore, *vel* torpore. *Plin.* l. 7. ep. 16. Calestrium familiarissime diligo, et privatis mihi, et publicis necessitudinibus implicitum. *connected with me.* et l. 3. ep. 9. Implicitus suspicionibus. *Cic. pro Leg. Manil.* cap. 7. Implicitum esse, et cohærere cum aliqua re.

IMPLĬCO, *et* Inplico, as, cui, *et* cavi, citum, *et* catum, a. 1. *to inwrap, enfold, envelop, involve, entangle, intwine,* ἐμπλέκω, innecto, involvo, impedio, irretio. *Catull.* carm. 60. *epithal. Jul. et Manl.* v. 34. Hedera huc et illuc arborem implicat errans. *creeps round, clasps.* *Pompei. ad Domit.* 3. *post* ep. 12. l. 8. *ad Attic.* Ut te implicet, ne ad me iter expeditum tibi sit. *Virg.* 11. *Æn.* v. 751. volans alte raptum cum fulva draconem Fert aquila, implicuitque pedes, atque unguibus hæsit. et lib. 10. v. 892. calcibus auras Verberat, effusumque equitem, super ipse secutus, Implicat. *Id.* l. 2. v. 552. Implicuitque comam læva. *grasped, seized.* et vers. 72. dextræ se parvus Iulus Implicuit. *clung to.* et *Ovid.* 1. *Metam.* vers. 762. implicuit materno brachia collo. *folded round.* et 2. *Amor.* el. 18. v. 9. Implicuitque suos circum mea colla lacertos. *Catull.* carm. 60. *epithal. Jul. et Manl.* v. 108. Implicari in complexum alicujus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 632. totas implicuere inter se acies. *h. e.* miscuere in pugnam. *Sallust. in Jug.* c. 63. Implicare ac perturbare aciem. *to perplex and throw into disorder.* *Martial.* l. 6. epigr. 15. *de formica.* Implicuit tenuem succina gutta feram. *Virg.* 4. *Æn.* v. 149. Fronde premit crinem fingens, atque implicat auro. *enfolds it in gold, fastens it with a golden clasp.* et lib. 7. v. 135. frondenti tempora ramo implicat. *crowns.* *Ovid.* 5. *Fast.* v. 220. Sertaque cælestes implicitura comas. (*Implicare caput,* pro ornare, comam religando, affert ex *Afranio Non.* c. 2. n. 420.) *Virg.* 12. *Æn.* v. 743. Et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes. *paces round and round.* ¶ Pro penitus immittere, immiscere. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 36. Dii cum vim suam terræ cavernis includunt, tum hominum naturis implicant. *Virg.* 7. *Æn.* v. 355. atque ossibus implicat ignem. *Val. Flacc.* l. 7. v. 598. propinquanti noctem implicat. ¶ *Implicari morbo.* V. *Implicitus.* ¶ Translate *Cic. pro Dom.* c. 40. Nisi etiam muliebribus religionibus te implicuisses. *had entangled, and involved yourself.* et 2. *Offic.* c. 11. Contrahendis negotiis implicari. *to be occupied or engaged.* et *Tuscul.* 4. c. 27. Bene adhibita ratio cernit quid optimum sit: neglecta multis implicatur erroribus. *is enveloped, is entangled.* et *Verr.* 4. c. 18. Ipse te impedies: ipse tua defensione implicabere. *Virg.* 11. *Æn.* v. 108. Quænam vos tanto Fortuna indigna, Latini, implicuit bello? *h. e.* immiscuit, et irretivit. *Liv.* l. 40. c. 46. Nisi forte implacabiles iræ vestræ implicaverint animos vestros. *h. e.* in errorem induxerint, confuderint. *have perplexed and confounded your senses.* Al. aliter legunt. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 22. Paucitas in partitione servatur, si genera ipsa rerum ponuntur, neque permixte cum partibus implicantur. *h. e.* confunduntur, miscentur. *Liv.* l. 2. c. 21. Tanti errores implicant temporum, ut nec qui consules, nec quid quoque anno actum sit, digerere possis. *the story is so involved.* et lib. 27. c. 43. Implicare aliquem incertis responsis. *to perplex, hamper.* ¶ Refertur interdum ad conjunctionem amicitiæ et propinquitatis. *Cic. pro Balb.* c. 27. Æqua lex et nobis, atque omnibus, qui nostris familiaritatibus implicantur. *Id.* 2. *de Fin.* c. 14. Se implicet primum civium, deinde omnium mortalium societate. V. *Implicatus.* Non absimile est illud *Cicer. in Bruto,* cap. 47. Ita diu vixit, ut multarum ætatum oratoribus implicaretur. *h. e.* versaretur, consuetudinem haberet. ¶ *Implicatus,* et *Implicitus* V. suo loco. [¶ Particip. *implicans, implicandus* apud *Liv.* l. 27. c. 43. Eum primo incertis implicantes responsis. *Curt.* l. 4. c. 3. Ad implicanda navigia, quæ muros subibant.]

IMPLORABILIS, le, *to be implored or prayed to,* qui implorari potest, aut debet. *Val. Flacc.* l. 1. v. 572. *de apice Castorum.* lumenque innoxia fudit Purpureum miseris olim implorabile nautis.

IMPLORATĬO, onis, f. *an imploring, entreating, beseeching, invoking,* ἀνάκλησις, invocatio, auxilii petitio in rebus afflictis. *Cic.* 7. *Verr.* c. 63. Si te illius acerba imploratio et vox miserabilis non inhibebat. *Id.* 2. *de Orat.* c. 47. Omniumque deorum, et hominum, et civium, et sociorum imploratio.

IMPLORĀTUS, *et* Inploratus, a, um, *implored, invoked, entreated,* plorando invocatus. *Justin.* l. 22. c. 3. Ad cujus auxilium Hamilcar imploratus, præsidia militum mittit. et lib. 23. c. 3. Imploratus a Siculis in auxilium. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 65. Jam prece Pollucis, jam Castoris implorata. ¶ Pro deploratus. *In epit. Liv.* l. 54. Ab exercitu suo multum imploratus, ac nobilissime tumulatus. Al. leg. *comploratus.*

IMPLŌRO, *et* Inploro, as, avi, atum, a. 1. *to beg or cry out for, call upon for help or succour, beseech earnestly, implore, invoke, entreat,* ἐπικαλέω, plorando voco, invoco ad auxilium, appello, testor, exposco, peto. *Festus* in *Endoploro.* implorare est cum fletu rogare, quod est proprie vapulantis. *Servius ad Æn.* 10. v. 19. Implorare est auxilium cum miseratione deposcere. *Cic. pro Flacc.* c. 2. Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? *Id. sub fin. Verr.* 7. Vos etiam atque etiam imploro et appello, sanctissimæ deæ. *et mox.* Deos deasque omnes imploro atque obtestor. *Id. in fi.* 2. *Catil.* Deos precari, venerari, implorare debetis, ut, &c. *Id. pro Mil.* c. 34. Misericordiam implorare et exposcere. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 3. Consulis auxilium implorare et flagitare. *Id. pro Sull.* c. 23. Implorarem sensus vestros, uniuscujusque indulgentiam in suos testarer, peterem errato veniam. *Id. pro Mur.* c. 40. Vestram fidem obtestatur, misericordiam implorat. *Id. Verr.* 5. c. 62. *ad fin.* Vestram fidem, dignitatem, religionem in judicando non imploro. et *Verr.* 3. c. 3. Implorantes jura libertatis et civitatis in crucem sustulit. *Idem post redit. in Sen. in fin.* Cum me vestra auctoritas arcessierit, populus R. revocarit, respubl. implorarit. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 51. Milites, ne se in servitutem Romanis traderent, mulieres flentes implorabant. et c. 31. Implorare auxilium a Romanis. *Cic. Verr.* 7. c. 49. Mater me suam salutem appellans, te suum carnificem nominans, filii nomen implorans. *repeating with tears.* *Id.* 4. *Acad.* c. 4. Ille Heracliti memoriam implorans, quærere ex eo, num ea e Philone audivisset aliquando. *h. e.* petens ab Heraclito, ut memoriam ipse suam consuleret, num, &c. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 135. Cælestes aquas prece implorare. *Virg. Æn.* 10. v. 18. O pater, o hominum divumque æterna potestas (Namque aliud quid sit, quod jam implorare queamus?) Cernis, ut insultent Rutuli? [¶ Particip. *imploraturus* apud *Cæs. de B. Gall.* l. 1. c. 31. Dixerunt, se se neque obsides repetituros, neque auxilium a populo Romano imploraturos.]

IMPLUMBO, as, a. 1. *to solder, or make fast with lead,* plumbo ferrumino. *Vitruv.* l. 10. c. 6. Ferreos chodaces in capitibus scaporum implumbavit.

IMPLŪMIS, e, *without feathers, featherless, unfledged, callow, implumed,* ἄπτην, sine plumis, involucris. *Horat.* epod. 1. v. 19. Assidens implumibus pullis avis. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 64. Columbarum fetus implumes. *Sil.* l. 8. v. 421. *implumes* dicit *conos* galearum, pennarum et cristæ ornatu carentes. ¶ Per catachresim est sine pilis. *without hair.* *Id.* l. 8. c. 55. Lepus aliud educans, aliud in utero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. Ita legit *Harduin.* ex MSS. Suspicatur *Salmas. in Solin.* pag. 283. legendum *impile.*

IMPLŬO, *et* Inpluo, is, ui, impers. 3. *to rain in or upon,* supra, vel intus pluo, ἐφύω. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 33. Deorsum, quo impluebat, impluvium dictum. *Colum.* lib. 2. cap. 8. Prius quam impluerit, ab avibus aut formicis sata edi. *Al. leg.* impluverit. *Plin.* l. 2. c. 96. Fanum Veneris, in cujus aram (al. *aream*) non impluit. ¶ Pro simplici pluo. *to rain.* *Senec.* l. 1. *nat. quæst.* c. 6. Si arcus circa occasum refulsit, rorabit, et leviter impluet. ¶ Active *Ovid. Metam.* 1. v. 572. Peneus spumosis volvitur undis, &c. summasque aspergine silvas Impluit. *Al. aliter leg.* ¶ Translate *Plaut. Mostell.* 4. 1. 15. Malum cum impluit ceteros, non impluat mihi. *fall or light on me.*

IMPLUVĬA, æ, f. [† χλαῖνα,] idem videtur esse ac vestis impluviata. Quidam censent, genus hoc vestis dictum esse a colore fusco, vel pullo: alii definiunt vestem, qua sacerdotes, per imbrem utebantur. *Varro:* Salium quoque sereno tempore impluvia amictum fuisse criminabantur. Ita *Nicol. Perottus,* quem penes fit fides.

IMPLUVIĀTUS, a, um. Impluviatus color, quasi fumato stillicidio implutus, qui est, Mutinensis quem nunc dicimus. *coloured as though it were wet with rain; of a dark,*

smoky, swarthy colour. Ita *Non.* c. 16. n. 3. afferens illud *Plauti Epid.* 2. 2. 39. Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam, an impluviatam? ut istæ faciunt vestimentis nomina. *Ep.* utin' impluvium induta eat? &c. Ex postremis his *Plauti* verbis *Turneb.* l. 14. *adversar.* c. 19. conjicit, aliter hoc interpretandum esse: nempe ut vites, inquit, impluviatæ, sic et vestis impluviata de similitudine impluviorum dicetur, quæ ea figura est, ut quaterna, id est quatuor quadrata lateribus undique corpus ambiat: quæ forma est impluviorum in cavædiis.

IMPLUVĬUM, *et* Inpluvium, ii, n. *a place open at top in the middle of a Roman house, where the rain fell, and adorned with columns and statues,* locus in mediis ædibus sine tecto relictus: de quo satis in *Compluvium* dictum est. *Cic. Verr.* 3. c. 23. Duo signa pulcherrima, quæ nunc ad impluvium tuum stant. et 56. Columnæ ad impluvium locatæ. *Liv.* l. 43. c. 13. Palmam enatam in impluvio suo nuntiabat. *Terent. Eun.* 3. 5. 40. Per alienas tegulas venisse clanculum per impluvium. *Vitruv.* l. 6. c. 4. *ad fin.* Impluvii lumen latum latitudinis atrii ne minus quarta, ne plus tertia parte relinquatur.

IMPŒNITENDUS, a, um, adject. non pœnitendus, *not to be repented of. Apul.* l. 11. *Metam.* Impœnitendæ se pauperiei committere.

IMPŒNĬTENS, entis, *impenitent,* quem non pœnitet. In declam. quæ inscribitur *Tribunus Marianus* (quæ perperam olim *Quintiliano* tributa fuit) cap. 6. ter legitur.

IMPŒNĪTUS, a, um, *unpunished,* impunitus: a pœna. *Gell.* l. 12. c. 7. Veneficium non admittendum impœnitum videbatur. et lib. 11. *c. ult.* Furta omnia fuisse licita et impœnita.

IMPOLĪTE, *without ornament, inelegantly, grossly, rudely,* ἀκόσμως, sine politione et ornatu. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 49. Cum tibi Senatus breviter impoliteque dicenti maximis fit de rebus assensus.

IMPOLITĬA, æ, f. *rudeness, homeliness,* ἀκοσμία. *Gell.* l. 4. c. 12. Si quis eques R. equum habere gracilentum, aut parum nitidum visus erat, impolitiæ notabatur (*a Censoribus.*) Id verbum significat, quasi si tu dicas, incuriæ. *Festus:* Impolitias Censores facere dicebantur, cum equiti æs abnegabant ob equum male curatum.

IMPOLĪTUS, *et* Inpolitus, a, um, *unpolished, rough, rude,* ἄξοος, ἄκομψος, non politus, rudis. *Quintil.* l. 8. c. 6. *post med.* Structuræ lapidum impolitiorum. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 85. Orationes Catonis valde laudo. significant enim quandam formam ingenii, sed admodum impolitam, et plane rudem. *inelegant, harsh. Id.* 2. *de Orat.* c. 31. Quam sit genus hoc eorum, qui sibi eruditi videntur, hebes atque impolitum. *ignorant.* et cap. 14. Timæus ipsa compositione verborum non impolitus. *Id. de Provinc. consul.* c. 14. Impolitæ vero res, et acerbæ si erunt relictæ, efferent se aliquando, &c. *h. e.* non perfectæ. *unsettled and hostile.*

IMPOLLŪTUS, a, um, *unpolluted, untainted, inviolate,* ἀμίαντος, non pollutus. *Tacit. Ann.* 14. c. 35. Virginitas impolluta. et lib. 16. cap. 26. Intemeratus, impollutus. [*Sil.* lib. 13. v. 678. Proh barbara numquam Impolluta fides!]

IMPOMENTA, quasi imponimenta, quæ post cœnam mensis imponebant. *Festus.*

IMPŌNO, *et* Inpono, is, sui, situm, a. 3. *to place, put, set, or lay upon,* ἐπιτίθημι, superpono. *Virg.* 1. *Æn.* v. 65. molemque, et montes insuper altos Imposuit. *Cic. pro Flacc.* c. 32. Imponere coronam alicui. *Id.* 3. *Offic.* c. 7. Operi absoluto fastigium. *Liv.* l. 45. c. 19. frenos animo alicujus. *Cic. Fam.* 13. ep. 56. onus alicui. *Id. Attic.* l. 5. ep. 15. clitellas bovi. *Liv.* l. 7. c. 24. claves portis. *Ovid. Metam.* 7. v. 327. laticem igni. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 61. pontes paludibus. *to throw bridges over. Julian. Dig.* l. 6. tit. 1. leg. 59. fenestras et ostia in aliena ædificia. *Curt.* l. 9. c. 7. *ad fin.* pedem super cervicem jacentis. *to set. Plaut. Mostell.* 2. 2. 4. pedem in undam. *to put his foot in water.* et *Pers.* 4. 6. 10. aliquid in collum. *Liv.* l. et cap. 35. aliquem in equum. et lib. 5. c. 40. *extr.* in plaustrum. *Stat.* 6. *Theb.* v. 321. cum natum imponeret axi. *h. e.* in currum. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 35. in rogum. *Gell.* l. 20. c. 1. jumento. *Ovid.* 2. *Fast.* vers. 473. et lib. 1. *Metam.* v. 230. mensis. *to set upon the table. Plaut. Rud.* 2. 6. 6. pedem in navem. *Lentul. ad Cicer. Fam.* 12. ep. 14. exercitum in naves. *to embark. Ovid.* 6. *Metam.* v. 511. imposita est pictæ Philomela carinæ. *Suetoh. in Cæs.* c. 66. Vetustissima nave imponere. ¶ Absolute, pro in navem imponere, *to embark. Cic.* 2. *de Divin.* c. 40. Cum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret. Adde *Attic.* l. 1. ep. 10. et *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 6. ¶ Pro immittere, inferre. *Ovid. Heroid.* ep. 11. *sub fin.* Sparsa, precor, nati collige membra tui: Et refer ad matrem, socioque impone sepulcro. *place in.* ¶ Pertinet etiam ad sacra. *Virg.* 4. *Æn.* v. 453. turicremis cum dona imponeret aris. *offered. Plaut. Aulul.* 2. 8. 15. Tusculum emi, et hasce coronas floreas: hæc imponentur in foco nostro Lari. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 127. Libum Iano imponere. *Juvenal.* sat. 12. v. 84. Sertaque delubris et farra imponite cultris. ¶ Item ad medicos. *Plin.* l. 20. c. 6. Porrum imponitur et vulneribus. *is laid upon.* et cap. 4. Raphanos imponi super umbilicum contra tormenta vulvæ. *et rursus* cap. 6. Allium imponitur in vulnera. et lib. 23. c. 7. *sub fin.* Imponuntur et per se folia. ¶ Item ad admissuram animalium ad sobolem. *Colum.* l. 6. c. 36. *extr.* et lib. 7. c. 2. *ad fin.* ¶ Imponere præsidium oppido, *to throw a garrison into, place a garrison in, a town. Liv.* l. 24. c. 7. *Curt.* l. 3. c. 7. et lib. 9. c. 8. et *Justin.* l. 6. c. 6. ¶ Imponere nomen, vocabulum, *to give a name. Cic.* 5. *Verr.* c. 85. *a med.* Huic prædæ ac direptioni cellæ nomen imponis. *Liv.* l. 35. c. 47. Filiis duobus Philippum, atque Alexandrum, et filiæ Apamiam, nomina imposuerat. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 280. imponens cognata vocabula rebus. ¶ Significat etiam indicere, imperare. *Cic.* 1. *Agrar.* c. 4. Agris prægrande vectigal imponere. *to impose a tax. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* cap. 32. tributum in capita. et lib. 1. *B. Gall.* c. 44. stipendium victis. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 49. nova onera civitatibus. *to impose new burdens. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 74. Sibi quisque pœnæ loco graviores imponeret labores. ¶ Item inferre. *Cic.* 6. *Verr.* cap. 9. Quibus tu privatim injurias plurimas contumeliasque imposuisti. et *Verr.* 4. c. 60. Mihi impone istam vim, ut omnino mihi non liceat polliceri. *Sallust.* orat. 2. *ad Cæs.* servitutem civibus. *Cic. pro Sext.* c. 19. plagam alicui. *Id.* 4. *de Fin.* c. 24. et *Attic.* lib. 1. ep. 16. *circa med.* vulnera reipublicæ. ¶ Item *to throw upon, attach to, lay the blame upon. Id. Attic.* l. 4. ep. 5. Mihi necessitatem volui imponere hujus novæ conjunctionis. *Sallust. in Catil.* c. 44. Belli invidiam consuli imponere. ¶ Item ponere, statuere. *Liv.* l. 5. c. 4. Imponere finem spei. *to put an end. Id.* l. 4. c. 24. modum alicui. *to set bounds. Plin.* l. 9. ep. 13. *a med.* modum dolori. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 76. manum calathis. *to put her hands on the basket:* vel *to take up in her hands.* et l. 4. *Trist.* el. 1. v. 28. manum sacris Pieridum. *to handle, intermeddle with.* Sic *ex Ponto,* ep. 8. v. 82. manum studiis. *Id. de remed. amor.* v. 114. manum supremam bellis. *to put an end to.* Sic *Plin.* l. 36. c. 5. summam manum operi. *to put a finishing hand to.* et *Virg.* 7. *Æn.* v. 572. extremam manum alicui rei. *Colum.* l. 3. c. 19. clausulam disputationi. *Quintil.* l. 12. c. 7. *sub fin.* pretium alicui rei. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 131. pœnam delicto. ¶ Item injungere. *to enjoin, assign. Cic. Attic.* l. 15. ep. 26. Si mihi imposuisset aliquid, animo iniquo tulissem. *Anton. ad Cicer.* lib. 10. *ad Attic.* ep. 10. Partes mihi Cæsar has imposuit, ne paterer, &c. *Cic. Agrar.* 2. c. 18. Vos mihi personam hanc imposuistis. *Ulpian. Dig.* lib. 22. tit. 3. leg. 18. Imponere probationem actori. ¶ Plus est aliquando quam committere, nempe de iis dicitur, quæ commissa oneri sunt, et molestiæ. *Cic. pro Sext.* c. 28. Nec illi committendum illud negotium, sed imponendum putaverunt. ¶ Item præficere. *to set over. Id. pro Planc.* c. 25. Si emimus quem villicum imponeremus. *Liv.* l. 40. c. 12. *a med.* Ut quem vellent, imponerent Macedoniæ regem. *Id.* l. 37. c. 25. Romanos Masinissam in Syphacis regnum imposuisse. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* cap. 20. Imponere dominum in cervicibus alicujus. ¶ Item injicere, conjicere. *Cœl. ad Cicer. ep. ult.* l. 8. *Fam.* Curio, cujus amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit. ¶ Item adjicere, adjungere. *Nep. in Cim.* c. 4. Imponere custodem hortis. *Cic.* 3. *ad Q. Fr.* ep. 1. cap. 2. imponere fundo servitutem. ¶ Item decipere, *to impose upon, deceive,* cum dativo: et subaudiendus videtur accusativus *fraudem, fallaciam,* aut ejusmodi. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 6. Catoni egregie imposuit Milo noster. *deceived finely, tricked neatly.* et *Nep. in Eumen.* c. 5. *extr.* Simulata deditione, dum de conditionibus tractat, præfectis Antigoni imposuit. *Petron. in Satyr.* c. 102. Utcumque imponi vel dormienti posset. ¶ Imponere leges, *to give or impose laws. Cic. Phil.* 2. c. 1. De imponendis, non de accipiendis legibus cogitare. *Id.* 1. *de Orat.* cap. 60. Nimis duras leges imponere visus est huic ætati. ¶ Imponere aliquem periculo apud *Petron. in Satyr.* c. 102. est exponere, objicere, in periculo ponere. ¶ Imponere vadimonium. V. *Vadimonium.* ¶ *Imposisse* quidam leg. apud *Plaut. Mostell.* 2. 2. 4. pro *imposivisse,* quod est antiquum præteritum non infrequens in verbo *pono,* et ejus compositis. *Id. Rud.* 2. 3. 27. Quidquid domi fuit, in navem imposivit. [¶ Particip. *impositurus* apud *Liv.* l. 36. c. 37. Dixit, illis violandi supplices verecundiam se impositurus.]

IMPORCĀTUS, a, um, in porcas redactus, *reduced into furrows or ridges, furrowed. Colum.* l. 2. c. 10. Cum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus, imporcatumque occabimus.

IMPORCĪTOR, oris, m. qui porcas facit in agro arando. *Fest.* Docet *Serv. ad* 1. *Georg.* v. 21. *Fabio Pictore,* hos deos invocari a Flamine, sacrum Cereale faciente Telluri, et Cereri: Vervactorem, Reparatorem, (*al.* Redaratorem) Imporcitorem, Insitorem, Obaratorem, Occatorem, Sarritorem, Subruncinatorem, (*al.* Subruncatorem) Messorem, Convectorem, Conditorem, Promitorem: nempe a diversis officiis, quæ præstant in rusticis rebus. *Vervactor* enim præerat primæ agrorum arationi, quæ vere fiebat: *Reparator* alteri, tertiæ *Imporcitor.* nam post tertiam arationem, porcas facere mos erat. Reliqua nomina facilem intellectum habent.

IMPORTABĬLIS, le, qui portari non potest. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 27. *a med.* Excusandos censuisset, si importabilia portare non possent.

IMPORTATĪTĬUS, *et* Importaticius, a, um, adject. *imported, that is or may be imported,* qui importatur, advectitius. *Hirt. de B. Afric.* c. 20. Frumento se in Africa, nisi importatitio, uti non posse.

IMPORTĀTUS, a, um, *brought in, imported, brought from some other quarter,* illatus, aliunde invectus. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 12. Ferri exigua copia est: ære utuntur importato. et lib. 4. c. 2. Germani jumentis importatis non utuntur. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 9. Plura detrimenta publicis rebus, quam adjumenta per homines eloquentissimos importata.

IMPORTO, *et* Inporto, as, avi, atum, a. 1. *to carry, or convey in, introduce, import,* εἰσφέρω, infero, inveho. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 1. Minime ad eos mercatores commeant, atque ea, quæ ad effeminandos animos pertinent, important. et lib. 4. c. 2. Vinum ad se omnino importari non sinunt. et lib. 3. *B. Civ.* c. 40. Commeatus importare in oppidum. *Plin.* l. 7. c. 30. Importare Græcam linguam. ¶ Sæpe est afferre, *to bring upon:* cum dativo: *Horat.* l. 1. ep. 13. v. 4. Ne studio nostri pecces, odiumque libellis Sedulus importes. *cause to be disliked. Cic.* 2. *Offic.* c. 5. *extr.* Si quid importetur nobis incommodi, propulsemus. *Id. pro Sext. sub fin.* Importare alicui calamitatem. *to cause, occasion. Id.* 4. *Tuscul.* c. 15. ægritudines anxias. *Id. pro Deiot. in fi.* pestem alicui, aut incolumen famam. *Phædr.* l. 1. fab. 28. v. 6. luctum alicui. *Cic. fil. ad Tiron.* l. 16. ep. 21. *a med.* suspicionem. *Liv.* l. 39. c. 14. fraudem aut periculum. *Papinian. Dig.* lib. 50. tit. 2. leg. 5. Crimen, quod ignominiam importat. *Plin.* l. 14. c. 18. Vinum in Arcadia fieri, quod fecunditatem feminis importet, viris rabiem. *Id.* l. 2. c. 47. Grandines Septentrio importat et Corus. [¶ Particip. *importandus* apud *Varr. de R. R.* l. 1. c. 16. Fructuosior sit fundus, quam si longe sint importanda.]

IMPORTŪNE, *et* Inportune, *importunately, unseasonably,* ἀκαίρως, præter loci, aut temporis, aut personarum rationem: atque adeo perperam, aut moleste. *Paul. Dig.* lib. 13. tit. 6. leg. 17. Si pugillares mihi commodasti, non recte facies importune repetendo. *Plin.* l. 7. c. 12. Perquam importune fortuitum hoc quoque fuit. *Cic.* 4. *Acad.* c. 25. Confidere suis testibus, et importune insistere. *Gell. in fi.* cap. 16. l. 10. Potest medius eximi versus, qui de Pyrrho importune immissus est. *Id.* l. 20. c. 6. *sub fin.* Importunissime fecerunt, qui scripturam istam sincerissimam corruperunt. *Lactant.* l. 5. c. 2. Importunius veritati insultare. *Justin.* cap. 1. l. 42. Tyrannica crudelitate multas civitates importune vexavit.

IMPORTUNĬTAS, *et* Inportunitas, atis, f. *importunity, eagerness, imprudent earnestness, unreasonableness,* ἀκαιρία, intempestivitas, quæ neque loci, ut ait *Donatus,* neque temporis observat commoditatem. *Terent. Andr.* 1. 4. 4. Importunitatem spectate aniculæ. ¶ Accipitur non raro pro immanitate, feritate, impotentia, nimia licentia, audacia. *Cic. pro Cluent.* c. 69. Importunitatem matris a filii capite depellite. *Id. ibid.* c. 61. Quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto vellet. *Id. in Pison.* c. 9. *extr.* Animal ex omnium scelerum importunitate, et omnium flagitiorum impunitate concretum. *Id. Verr.* 4. c. 30. Homo incredibili importunitate atque audacia. *insolence. Id.* 5. *Verr.* c. 16. Vide inter importunitatem tuam, senatusque bonitatem quid intersit. *Id. de Senect.* c. 3. Moderati, et nec difficiles, nec inhumani senes tolerabilem agunt senectutem: importunitas autem, et inhumanitas omni ætati molesta est. *peevishness, moroseness,* morosa, ac molesta natura. *Plaut. Trin.* 3. 3. 6. Tanta importunitas, tantaque injuria facta in nos est ab hero nostro. *insolence. Cic. Verr.* 5. c. 54. Ex tuo scelere, importunitate, avaritia, crudelitate. *Hirt. de B. Afric.* c. 87. Sedandæ eorum importunitatis gratia, singulis HS centum divisit. ¶ Loci importunitas, *a disadvantageous situation,* apud *Gell.* l. 3. c. 7.

IMPORTŪNUS, *et* Inportunus, a, um, *without a harbour, perilous,* portu carens, atque adeo periculosus, infestus. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 481. Quos communis hiems, importunusque Caphareus Mersit aquis. *Al. leg.* importunisque. *Festus:* Importunum, in quo nullum est auxilium, velut esse solet portus navigantibus. ¶ Item intempestivus, incommodus. *importune, out of season, unseasonable, inconvenient,* ἄκαιρος. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 5. Num aut locus hic non idoneus videtur, aut importunum tempus in tanto otio? *Lambin.* mallet *inopportunus. Tacit.* 12. *Ann.* c. 12. *in fi.* Armeniam petunt, id temporis importunam, quia hiems occipiebat. *Gell.* l. 1. c. 15. Leves, et futiles, et importuni locutores. *Virg.* 1. *Georg.* v. 470. Obscenæque canes, importunæque volucres. ¶ Hinc pro molesto, gravique ponitur. *troublesome, painful, grievous. Cels.* l. 4. c. 3. Neque alius importunior, acutiorque morbus est, quam, &c. *Horat.* l. 3. od. 16. v. 37. Importuna tamen pauperies abest. *pinching, distressing.* ¶ *Homo importunus* dicitur, qui modum non habet, ac sine ullo discrimine loci, temporis, rerum, aut personarum, incommodus omnibus, durus, iniquus, difficilis est, neque alios quiescere patitur, ut maria, quæ portu carent. *importunate, imprudently earnest,*

urgent, craving, clamorous, troublesome. Terent. Heaut. 1. 2. 23. Immo ille fuit senex importunus semper. churlish, peevish, morose, surly. Horat. l. 2. sat. 5. v. 90. Importunus amat laudari? &c. Crescentem tumidis infla sermonibus utrem. Id. l. 2. ep. 2. v. 185. alter Dives, et importunus, ad umbram lucis ab ortu Silvestrem flammis et ferro mitiget agrum. Id. l. 1. ep. 6. v. 53. Cui libet, is fasces dabit, eripietque curule Importunus ebur. offended, displeased. Plaut. Asin. 1. 1. 47. Uxor importuna atque incommoda. Cic. post redit. in Sen. c. 6. extr. Ut omnes suas libidines latere posse arbitraretur, si modo vultum importunum in forum detulisset. h. e. durum, et severitatem præ se ferentem. fierce, savage, cruel. Id. 6. Verr. c. 50. Importunissimæ libidines. h. e. quæ nullo non loco, aut tempore, et contra omnis generis homines insolescunt. unbridled, outrageous. Horat. l. 4. od. 13. v. 9. Cupido importunus transvolat aridas quercus, &c. ¶ Item immanis, sævus, crudelis, ut qui nullo non tempore furit, nocetque sine discrimine. Liv. l. 29. c. 17. in fi. Crudelissimus atque importunissimus tyrannus. cruel and unfeeling. Cic. pro Cluent. c. 63. Crudelis atque importuna mulier. Id. 3. Verr. c. 3. Singularem quandam pœnam istius immanis atque importuna natura desiderat. savage. et Verr. 5. c. 54. Importunissima pestis. et 2. Catil. c. 6. Importunissimus hostis. outrageous. Liv. l. 5. c. 2. Importuni decemviri. arbitrary, absolute, tyrannical. Cic. 7. Verr. c. 40. Importunus atque amens tyrannus. Ovid. 4. Metam. v. 480. Nec mora: Tisiphone madefactam sanguine sumit Importuna facem. Id. 3. Amor. el. 9. v. 19. omne sacrum mors importuna profanat. ¶ Item nequam, malus, improbus. Cic. in fin. ep. 21. l. 9. Quare ad patres censeo revertare: plebeii quam fuerint importuni, vides. Lege totam epistolam. ¶ Est etiam non idoneus, ineptus. Sallust. in Jug. c. 97. Aggeribus, turribusque, et aliis machinationibus locus importunus. Sil. l. 3. v. 540. importuna locorum. h. e. non apta itineri. rough ground; ground unfit to travel upon. Gell. l. 3. c. 1. Nunquam tam importuna atque audaci argutia fuit noster Probus, ut Sallustium, vel subtilissimum brevitatis artificem, periphrasim poetarum facere diceret.

IMPORTUŌSUS, et Inportuosus, a, um, without harbours, ἀλίμενος, qui est sine portu. Sallust. in Jug. c. 20. Mare sævum, importuosum, et ager frugum fertilis. Plin. l. 4. c. 12. a med. Importuosissima insula. Plin. alter in fi. ep. 31. l. 6. Litus importuosum.

IMPOS, et Inpos, ŏtis, adject. ἀκρατής, ab in privativa, et potis, idem est quod impotens, h. e. qui rem aliquam in sua potestate non habet: cui contrarium est compos. unable, without power, impotent. Hinc impos animi, aut sui est, qui ægritudine aliqua extra se est, cui mens sana non est. not master of himself, out of his wits. Plaut. Trin. 1. 2. 93. Quid interest, dare te in manus argentum amanti homini adolescenti, animi impoti? Id. Casin. 3. 5. 7. Eripite isti gladium, quæ sui est impos animi. Senec. in Agam. v. 117. Impos sui amore cæco. ¶ Impos veritatis, qui veritatem assequi non valet. Apul. de deo Socrat. post init. ¶ Impos damni apud Auson. in Mosell. v. 274. est impatiens jacturæ. ¶ Absolute impos est, inquit Festus, qui animi sui potens non est, qui animum suum in potestate non habet. Apul. l. 2. de dogm. Platon. Impotem ipsum aliorum addici potestati.

IMPOSITĬO, onis, f. a putting or laying on, imposition, ἐπίθεμα, actus imponendi. Plin. l. 27. c. ult. Succus vel semen impositione spicula e corpore ejicit. ¶ Apud Varr. l. 4. de L. L. 1. et lib. 9. c. 3. impositio verborum, et nominum est eorum inventio, et usus ad significanda ea, quibus imponuntur.

IMPOSITITĬUS, et Impositicius, a, um, ἐπιθετικός, qui imponitur, ut imposititia nomina apud Varr. l. 7. de L. L. c. 2. de quibus V. in Declinatus, a, um. ¶ Impositilia res dicitur, quæ cum alia conjuncta non est tanquam pars ejus, sed extrinsecus est imposita. imposed, layed on. Paul. Dig. lib. 30. leg. 41. ad fin. Canthari per quos aquæ saliunt, poterunt legari, maxime si impositilii sint. ¶ Impositilia causa distinguitur a naturali, et a publica a Sexto Pedio apud Ulpian. lib. 39. tit. 1. leg. 5. ante med. V. JCtos.

IMPOSITĪVUS, a, um, idem quod impositilius, ut impositiva nomina apud Varron. l. 9. de L. L. c. 3. a med. Plin. l. 28. c. 4. h. e. quæ imponuntur rebus significandis.

IMPOSĪTOR, oris, m. one who imposes, qui imponit. Varr. l. 6. de L. L. circa princip. Cum hæc adminicula addas ad eruendam voluntatem impositoris. h. e. ejus qui rei nomen imposuit.

IMPOSĬTUS, et Inpositus, a, um, laid or put upon, imposed, ἐπιτεθείς, supra positus. Cic. 5. Attic. ep. 15. Clitellæ bovi impositæ. clapped upon. Virg. 4. Georg. v. 477. Impositique rogis juvenes ante ora parentum. Stat. l. 2. silv. 1. v. 63. Impositus stratis. Horat. l. 4. od. 14. v. 12. Arces impositæ alpibus. Id. l. 1. ep. 7. v. 77. Impositus mannis. Petron. in Satyr. c. 114. Imposita scaphæ. Ovid. 15. Metam. v. 820. Ferre onus impositum. Id. 2. Amor. el. 2. v. 24. Imposita gremio stertere fronte potes. Lucret. l. 6. v. 741. Nomen ab re impositum. imposed. Sallust. in Catil. c. 49. Contumelia imposita alicui. Ovid. Heroid. epist. 19. v. 28. impositas servet arena notas. h. e. impressas. Sueton. in Cæs. c. 73. Imposita stigmata. h. e. inusta. Cic. Attic. l. 1. ep. 18. Consul impositus nobis. h. e. præpositus, præfectus. Id. pro Font. c. 5. Vectigal impositum frugibus. Id. pro Balb. c. 18. Impositæ leges. imposed. ¶ Impostus per syncop. est Poeticum. Virg. 9. Æn. v. 716. Inarime imposta Typhœo. Lucret. lib. 5. vers. 544. Imposta pondera. Propert. lib. 4. el. 2. vers. 29. Imposta corona. put upon. Valer. Flacc. l. 4. v. 186. arma imposta aris. Stat. 1. Theb. v. 227. Mens cunctis imposta manet. is superior to, stands above.

IMPOSĬTUS, us, m. idem ac impositio. In sexto casu singul. Plin. l. 24. c. 4. Ulcera commanducatu imposituque efficacissime sanari. Al. leg. commanducato impositoque.

IMPOSSIBĬLIS, et Inpossibilis, le, that cannot be, impossible, ἀδύνατος, qui fieri non potest. Quintil. l. 5. c. 10. Non longum tantum, sed etiam impossibile, ac potius infinitum est. et cap. 13. circa med. Impossibilia aggredi. to attempt impossibilities. Justin. l. 2. c. 4. Imperare aliquid quasi impossibile. Apul. l. 1. Metam. Nihil impossibile arbitror. Ulpian. Dig. lib. 43. tit. 11. leg. 1. circa med. Impossibile est, ut alveus fluminis publici non sit publicus. Apul. de syllog. categorem. Sextus modus per impossibile tantum approbatur. Adde Macrob. l. 7. Saturn. c. 3. ante med.

IMPOSSIBILĬTAS, atis, f. impossibility, ἀδυναμία. Apul. l. 6. Metam. Impossibilitate ipsa mutata in lapidem Psyche. Adde Tertull. in fi. cap. 2. de Baptism.

IMPOSTOR, oris, m. an impostor, cheat, πλάνος, ἐπιθέτης, qui imponit, seu decipit. Ulpian. Dig. l. 21. tit. 1. leg. 4. Nec gulosos, nec impostores, aut mendaces, aut litigiosos. (Impostoris lepide puniti historiam V. apud Trebell. Poll. loc. cit. in voce sequenti.) Hieronym. in fin. ep. 23. ad Marcell. Si tunica non canduerit, statim illud e trivio: impostor et Græcus est. Id. ep. 10. ad Furiam hoc idem Græce habet, ὁ Γραικός, ὁ ἐπιθέτης: ex quo apparet proverbiale quoddam dictum fuisse: et maxime in Christianos illorum temporum. Adde Paulin. Nolan. carm. 21. v. 338.

IMPOSTŪRA, æ, f. an imposture, fraud, deception, ἐπίθεσις, fraus, deceptio. Ulpian. Dig. l. 47. tit. 20. leg. 3. Si quis imposturam fecerit, vel collusionem in necem alterius, stellionatus poterit postulari. (Fortasse impostura hoc loco veneficium, incantamentum significat.) Trebell. Pol. in Gallien. c. 12. Imposturam fecit, et passus est.

IMPŎTENS, et Inpotens, entis, weak, feeble, unable, impotent, ἀκρατής, non potens, infirmus. Cic. pro Mur. c. 28. ad fin. Nolo accusator in judicium potentiam afferat, non auctoritatem excellentem, non nimiam gratiam: valeant hæc omnia ad salutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum. Id. 1. de Fin. c. 16. Neque homini infanti atque impotenti injuste facta conducunt. Sallust. in orat. Macri Licin. Neque me præterit, quantas opes nobilitatis, solus, impotens, pellere dominationem incipiam. ¶ Sæpissime est incontinens, insolens, effrenatus, vehemens, impatiens, qui in sua potestate non est, qui affectus suos regere non potest, sed ab iis vincitur et aufertur. that cannot be restrained, ungovernable, unruly, violent, excessive, outrageous, furious. Cic. Fam. 4. ep. 9. Victoria etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotentioresque reddit. more ungovernable. et 5. Phil. c. 9. Impotens, iracundus, contumeliosus, superbus, semper poscens, semper rapiens, semper ebrius. unable to govern himself. et cap. 16. Homo impotentissimus, ardens odio, animo hostili in omnes bonos. most outrageous. Vellei. l. 2. c. 11. Marius immodicus gloriæ, insatiabilis, impotens, semperque inquietus. furious, not brooking restraint. Cic. Phil. 11. c. 7. Ipse est confidens, impotens, &c. Id. de Harusp. resp. c. 2. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo. while subject to violent passion. Curt. l. 4. c. 7. Quidam, ob sitim impotentes sui. unable to restrain themselves. Cic. 5. Tuscul. c. 7. Impotenti lætitia efferri. immoderate. et 10. Fam. ep. 27. Ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restitutura est. insolent, cruel, intolerable tyranny. (Adde Nep. in Lysand. c. 1.) Liv. l. 29. c. 9. In multo impotentiorem subito rabiem accensi. Catull. carm. 35. ad Libell. v. 12. Illum deperit impotente amore. immoderate, that knows no bounds. (Plin. apud Charis. l. 1. pag. 108. Putsch. antique dictum ait impotente pro impotenti. Contra Id. Plin. ibid. pag. 101. statuit ex Verr. Flacco (qui fuit Augusti æqualis) nominum, quæ in ns finiuntur, ablativum in e exire: additque auctoritatem C. Cæsaris in epist. ad Cicer. Confirmat Bentlei. ad Horat. l. 1. od. 25. v. 17. afferens loca plus quam 60. ejusdem et alior. in e desinentia.) Quintil. l. 12. c. 1. Impotentissimæ cogitationes cupiditatis, avaritiæ, invidiæ. Curt. l. 4. c. 10. Superstitio impotens, sæva, mutabilis. ungovernable, unruly. Tacit. 3. Ann. c. 33. Pervicacia et impotentia mulierum jussa. Liv. l. 7. c. 41. extr. Impotens postulatum. an insolent or exorbitant demand. et lib. 38. c. 56. ad fin. Impotens injuria. outrageous or tyrannical injustice. Senec. in Med. v. 143. Sceptro impotens. h. e. qui propter regiam potentiam insolescit. Id. in Hippol. v. 276. Cupido impotens flammis simul, et sagittis. h. e. sæviens in omnes sine discrimine, aut modo. Id. in Herc. Œt. v. 715. Quis tam impotens, o misera, te casus rotat? h. e. sævus, immanis, nimis potens, cujus violentiæ resisti nequit. Catull. carm. 5. v. 18. de phaselo. Et inde tot per impotentia freta Herum tulisse. h. e. procellosa, et quæ regi nequeant. ¶ Impotentem esse alicui est impotenter, insolenter, superbe agere. Justin. sub fin. lib. 26. Statim a principio superbus, regiæ familiæ militibusque impotens erat. not to be borne; intolerably haughty. ¶ Cum genitivo Liv. l. 29. c. 9. Impotens iræ. unable to bridle or restrain. et lib. 30. c. 42. lætitiæ. Curt. l. 8. c. 1. sub fin. animi. Tacit. 4. Hist. c. 44. amoris. Senec. in Agam. v. 126. consilii. h. e. prudentiæ et moderationis impatiens aut incapax. Liv. l. 9. c. 14. Gens impotens rerum suarum præ domesticis seditionibus. h. e. quæ res suas regere nescit, aut nequit. Id. l. 35. c. 11. Equi impotentes regendi. h. e. qui regi nequeunt. ¶ Cum infinito, Horat. l. 1. od. 37. v. 10. quidlibet impotens sperare. Liv. l. 27. c. 48. Elephanti impotentes regi, et inter duas acies versari. Al. leg. impotentius.

IMPOTENTER, insolently, tyrannically, ἀκρατῶς, impotenti animo, effrenate, intemperanter, immodice. Hirt. de B. Alex. c. 33. Impotenter regnare. Justin. l. 16. c. 4. Cum plebs novas tabulas et divisionem agrorum divitum impotenter flagitaret. insolently demanded. Quint. l. 6. c. 3. post med. Impotenter dicere aliquid. too passionately. et lib. 1. c. 3. (al. 4.) Ne quid cupide, ne quid improbe, ne quid impotenter faciat, monendus est puer. Senec. ep. 42. Subita et magna potentia impotenter uti. et lib. 4. de benef. c. 17. Quis est, qui non ipsis, quæ impotentissime fecit, speciem aliquam induat recti? ¶ Comparat. impotentius V. in fi. vocis præced.

IMPOTENTĬA, æ, f. weakness, impotence, ἀδυναμία, imbecillitas, infirmitas. Terent. Adelph. 4. 3. 16. Magis propter suam impotentiam se semper credunt negligi. ¶ Sæpe sumitur pro animi effrenatione, qua se quis continere non potest, ut in Impotens dictum est. Cic. 4. Tuscul. c. 15. Inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi, a temperantia et moderatione plurimum dissidentem. et l. 5. c. 7. Impotentia efferri. Vellei. l. 2. c. 29. Nunquam potentia sua ad impotentiam usus. tyrannically, outrageously. Sic Tacit. 1. Ann. c. 4. Muliebris impotentia. Plin. l. 34. c. 3. Impotentia libidinis. inordinate or excessive passion. Suet. in Cæs. c. 77. Nec minoris impotentiæ voces propalam edebat. language not less unbridled. Tacit. 14. Ann. c. 31. Fovere militum impotentiam. the insolence. Adde Sisen. apud Non. c. 12. n. 31. ¶ Caret plurali numero.

IMPRÆPEDĪTE, et

IMPRÆPEDĪTO, adverb. without let or hinderance, sine impedimento, nullo impediente. Ammian. l. 27. c. 10. (al. 21.) Impræpedite abduxit. Id. l. 26. c. 6. (al. 16.) Ut impræpedito ipse pergeret, quo tendebat.

IMPRÆPEDĪTUS, a, um, not hindered or prevented, non præpeditus. Ammian. l. 21. c. 5. (al. 9.) Impræpedito cursu tendentes, Daciarum fines occupemus.

IMPRÆPUTIĀTUS, a, um, adject. having the prepuce or foreskin, uncircumcised, idem quod præputiatus, habens præputium. Tertull. de Monogam. c. 11. ad fin. ex 1. Cor. 7. 18. Impræputiatus vocatus es, ne circumcidaris.

IMPRÆSCIENTĬA, æ, f. præscientiæ carentia. Tertull. l. 2. advers. Marcion. c. 7. Deceptus ex impræscientia futuri.

IMPRÆSENTIĀRUM, Inpræsentiarum, et In præsentiarum, ἐν τῷ παρόντι, dictio conflata ex in præsentia rerum, ut putat Voss. in Etymol. idem significat, quod in præsens, in præsentia, in præsenti: neque solum dicitur de eo, quod præsens nunc est, sed et de eo, quod præsens fuit, aut erit. Cato R. R. c. 144. Extra quam si quem socium impræsentiarum dixerit. Nepos in Annib. c. 6. Exhaustis jam patriæ facultatibus cupivit in præsentiarum bellum componere, quo valentior congrederetur. for the present. Fannius l. 1. Annal. (V. Fannianus) apud Priscian. l. 15. pag. 960. Putsch. Cum in vita agenda didicimus multa, quæ impræsentiarum bona videntur: post inventa, &c. at the time of learning them. Tacit. 4. Annal. c. 59. Plerumque tamen, quid in præsentiarum conduceret, oblitus. Ulpian. Dig. lib. 43. tit. 5. leg. 1. Tempus ei dandum est, si non potest in præsentiarum exhibere. Apul. in Apolog. Quamquam sedulo in præsentiarum a laudibus tuis tempero. Id. in Florid. n. 16. (al. l. 3.) Nam nunc impræsentiarum lætitia facundiæ obstrepit.

IMPRÆSTABĬLIS, le, adject. qui nihil præstat. Firmic. l. 8. c. 29. a med. Longævi et impræstabiles.

[† IMPRÆSTANS, antis, adj. qui nihil præstat, ἀπάρεχος. Iren. 4. 75. Ne quis eum putet invidiosum et impræstantem.

IMPRÆSTATIO, onis, f. Steph. D.]

IMPRANSUS, et Inpransus, a, um, that hath not dined, fasting, ἀνάριστος, qui nondum pransus est. Horat. l. 2. sat. 2. v. 7. Verum hic impransi mecum disquirite. Plaut. Amph. 1. 1. 98. Hoc adeo hoc commemini magis, quia illo die impransus fui.

IMPRECATĬO, *et* Inprecatio, onis, f. *an imprecation, curse*, ἀρὰ, exsecratio, devotio, diræ. *Senec.* l. 6. *de benef.* c. 35. Exsecraris enim illum, et caput sanctum tibi, dira imprecatione defigis. *Plin.* l. 5. c. 8. Solem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur.

IMPRĔCOR, *et* Inprecor, aris, atus sum, d. 1. *to pray for what is evil to any one, imprecate, curse*, καταράομαι, mali quippiam precor. *Virg.* 4. *Æn.* v. 628. Litora litoribus contraria, fluctibus undas Imprecor. *Plin.* l. 8. c. 7. Diras Pompeio imprecari. *Quintil.* declam. 15. *in fi.* Imprecari debilitates, naufragia, morbos. *Martial.* l. 7. epigr. 23. Hoc tibi pro meritis, et talibus imprecor ausis, ut, &c. ¶ In bonam partem quandoque accipitur. *Apul.* l. 9. *Metam.* Solito sermone salutem ei fuerat imprecatus. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 78. *Burm.* Ut totus mihi populus bene imprecetur. *Hieronym.* ep. 78. *ad Pammach. et Marcell. in fi.* Cui multos imprecamur annos. ¶ Pro simplici *precor*, *Apul.* l. 2. *Metam.* Tunc orientem obversus, et incrementa solis augusti tacitus imprecatus, &c.

IMPRENSIBĬLIS, *et* Inprensibilis, le, incomprehensibilis. *Gell.* l. 11. c. 5. Omniumque rerum fidem veritatemque ita imprensibilem videri aiunt, &c. *Alii aliter leg.*

IMPRESSE, adverb. *strongly, forcibly, with effect*, efficaciter, attente, graviter. *Tertull. de exhort. Cast.* c. 3. Alte et impresse recogitare. *Id. de carn. Christi*, c. 12. Ut impressius dixerim. *Cœl. Aurelian. Tard.* lib. 3. cap. 6. *a med.* Dehinc rursus defricandus, tenacius quidem, sed non impressius.

IMPRESSĬO, *et* Inpressio, onis, f. *an impression, shock*, εἰσβολὴ, actus imprimendi, seu premendi in aliquid. *Cic.* 4. *Acad.* c. 18. Cum visa in animos imprimuntur, non vos id dicere, inter ipsas impressiones nihil interesse, sed inter species, et quasdam formas eorum. *Id. Fam.* 5. ep. 2. *a med.* Vi atque impressione evertere aliquem. *Augustin.* l. 2. *de Doctr. Christ.* c. 25. Impressiones nummorum. *Apul.* l. 1. *de doctr. Plat.* Initium omnium corporum materiam esse: hanc signari impressione formarum. ¶ Sæpe dicitur de impetu atque aggressione militari, cum hostis in hostem incurrit, eumque aggreditur, premit, instatque ut loco depellat, *an assault, attack, shock, onset, brunt. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Hostes arbitrati occasionem se habere victoriæ, impressionem facere cœperunt in castra. *Liv.* l. 8. c. 9. Hastati non ferentes impressionem Latinorum, se ad principes recepere. *Id.* l. 4. c. 28. *ad fin.* Dant impressionem, qua Albinus cohortes objecerat. *Id.* l. 25. c. 37. Dein valida impressione pulsi, terga vertunt. *Id.* l. 2. c. 70. Impressione una totum equitatum fudere. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 6. Impressionem facere in fines hostium. *an irruption, inroad.* ¶ Est item expressio. *a distinct expression. Cic.* 1. *Acad.* c. 5. In pedibus celeritatem, vim in manibus, claritatem in voce, in lingua explanatam vocum impressionem. *Est qui mallet* expressionem. ¶ In sonis et vocibus *impressio* est, ubi altius quodammodo vox imprimitur, et insistit, et percussio quædam intervallorum fit, *an accent, emphasis. Cic.* 3. *de Orat.* c. 48. Si numerosum est id in omnibus sonis et vocibus, quod habet quasdam impressiones, et quod metiri possumus intervallis æqualibus.

IMPRESSUS, us, m. idem ac impressio. *Prudent. in Psychom.* v. 273. Sub pectoris impressu.

IMPRESSUS, *et* Inpressus, a, um, *impressed, marked with an impress, stamped, engraven*, ἔντυπος, signatus, inustus, expressus. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 21. Ut vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus. *Id.* 4. *Acad.* c. 27. Signa anulis impressa. *Virg.* 5. *Æn.* v. 536. Cratera impressum signis. *Tibull.* l. 1. el. 7. v. 14. Impressus dens. *Cic. in Orat.* c. 3. Vestigia in aliquo loco impressa. *imprinted. Id. Fam.* 5. ep. 20. *a med.* Locus tot vestigiis impressus. *Petron. in Satyr.* c. 105. Stigmata captivorum frontibus impressa. *seared, branded. Lucan.* l. 9. v. 176. et impressas auro, quas gesserat olim, exuvias. *h. e.* intextas, aurum impressum habentes. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 23. Sulcus altius impressus. *a deep furrow. Virg.* 4. *Æn.* v. 659. Dido os impressa toro. *with her face upon the bed.* ¶ Translate *Cic.* 4. *Acad.* c. 11. Verum impressum in animo atque mente. *impressed. Id.* 2. *de Orat.* c. 45. Motus in ipso oratore impressi atque inusti. *Id. pro Mil.* c. 27. Memoria tabulis publicis impressa. ¶ Item premendo impositus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 303. Impressoque genu nitens, terræ applicat ipsum. et vers. 357. Pes collo impressus. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 453. Impresso pollice nere stamina. ¶ Non pressus. *Propert.* l. 2. el. 25. v. 70. Missus et impressis hædus ab uberibus. *not pressed, not sucked.* Ita *Scalig. Passerat. Broukhus.* qui et illud *Statii* affert l. 5. *Theb.* v. 403. At levis, et miseræ nondum mihi notus Iason, Transtra per et remos, impressaque terga virorum, &c. Uterque tamen locus intelligi aliter potest.

IMPRĪMIS. V. in *Primus.*

IMPRĪMO, *et* Inprimo, is, essi, essum, a. 3. *to press upon, impress, imprint a mark upon, stamp*, ἐντυπόω, premendo immitto, ita premo quippiam, ut nota aut vestigium exsistat, signo, inscribo, exprimo. *Cels.* l. 2. c. 11. Os cucurbitulæ sic corpori aptatur imprimiturque, donec inhæreat. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 13. Sus rostro si humi A litteram imprimeret. *Id.* 4. *Acad.* c. 26. *extr.* Annulo sigilla in cera imprimere. *to affix his seal or signet. Petron. in Satyr.* c. 80. Nudo ecce jugulum: convertite huc manus, imprimite mucrones. *infix, thrust. Cic. Phil.* 13. c. 15. Non sentis, te, extra munitiones tuas, vestigium ubi imprimas non habere? *Horat.* l. 1. od. 13. v. 13. Imprimere dente notam labris. *to leave the mark of the teeth upon. Plin.* l. 8. c. 25. et *Colum.* l. 6. c. 17. morsum. et lib. 7. c. 11. vulnus. *Lucan.* l. 9. v. 806. dentes alicui. *Horat.* l. 1. od. 16. v. 20. aratrum muris. *Virg.* 1. *Georg.* v. 263. pecori signum, aut numeros acervis. *to imprint a mark by branding them with a hot iron. Martial.* l. 10. epigr. 42. oscula. *to imprint a kiss. Valer. Flacc.* l. 8. v. 111. gressus dorso alicujus. *to walk on the back.* ¶ Passive *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 25. An imprimi, quasi ceram, animum putamus? *receives impressions, as wax does?* ¶ Pro simplici premo. *Pers. sat.* 1. v. 37. num levior cippus non imprimit ossa? ¶ Pro effodere, infodere, *to dig. Pallad.* l. 1. tit. 34. Si fons desit, imprimendus est puteus. ¶ Est etiam inserere, immittere. *to thrust into, insert, introduce. Plin.* l. 17. c. 16. Exempta scutula cortici, imprimitur ex alia cortex par, cum sui germinis mamma. *Id. sub fin.* l. 25. Radix ephemeri cavis et exesis dentibus imprimitur. ¶ Item affigere. *Id.* l. 35. c. 4. *ad fin.* Idem in Curia quoque duas tabulas impressit parieti. ¶ Item adprimere. *Propert.* l. 3. el. 4. v. 17. Humidaque impressa siccabat lumina lana. *Plin.* l. 8. c. 26. Ubi acutissimum videt stirpem, imprimens corpus. ¶ Translate est introducere, inserere, infigere. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 16. In omnium animis deorum notionem impressit ipsa natura. *hath impressed or fixed. Id.* 4. *de Fato*, c. 19. Visum objectum imprimet, et quasi signabit in animo suam speciem. *Id.* 4. *Acad.* c. 18. Cum visa in animos imprimuntur. et cap. 7. Quo e genere nobis notitiæ rerum imprimuntur. *Id.* 5. *Phil.* c. 6. Ut hos judices legere auderet, quorum lectione duplex imprimeretur reipubl. dedecus. *et Phil.* 2. c. 24. Horum flagitiorum iste vestigiis totam Italiam impressit. *left marks or traces.*

IMPROBABĬLIS, *et* Inprobabilis, le, *improbable, unlikely, that cannot be proved*, ἀδοκίμαστος, qui probari non potest. *Cic.* 4. *Acad.* c. 11. Quamobrem sive tu probabilem visionem, sive improbabilem, et quæ non impediatur, sive aliud quid præferres. *Cels. in præfat. ante med.* Rationes sequi non improbabiles. *Senec.* ep. 75. *a med.* Affectus sunt motus animi improbabiles, subiti, et concitati. *irrational. Plin.* l. 4. c. 13. Haud improbabili argumento. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 14. leg. 3. Non improbabilis mos.

IMPROBABILĬTER, *improbably, Sidon.* l. 1. *ep. ult. a med.* Si objecta non improbabiliter cassaverimus.

IMPROBATĬO, nis, f. *a disapproving, disliking*, ἀδοκιμασία, actus improbandi. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 6. Hæc et ad improbationem et approbationem testium pertinebunt. *Cic. Verr.* 5. c. 74. Siciliæ omne frumentum improbas, &c. ista omnis improbatio cogendæ pecuniæ causa nata est.

IMPROBĀTOR, oris, m. *one who disapproves*, qui improbat, *Apul. de deo Socr.* Malorum improbator, bonorum probator. Adde *Tertull. de patient.* c. 5.

IMPROBĀTUS, a, um, *disapproved, not approved of, disliked*, rejectus, improbus. *Cic. pro Font.* c. 4. Si coacti sunt munire omnes, et multorum opera improbata sunt. *In lemmate* cap. 13. l. 18. *Gellii.* Sententia probatissima, quam improbatissimus homo dixisset. *Ulpian. Dig.* lib. 10. tit. 2. leg. 4. Libri improbatæ lectionis. *prohibited.* et lib. 12. tit. 2. leg. 5. Illicitum jusjurandum improbatæ religionis. *Id.* lib. 13. tit. 7. leg. 24. *in fin.* Si prostituit ancillam, vel aliud improbatum facere coegit. [*Apul.* 8. *Met.* pag. 507. *Oudend.* Juvenis morum improbatus. *h. e.* ob mores perditos improbatus.]

IMPRŎBE, *wickedly*, πονηρῶς, non probe, nequiter, male, inique. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 36. Multa scelerate, multa audaciter, multa improbe fecisti. *Id.* 5. *Verr.* c. 60. Est aliquid, quod improbius fieri potest. *Id.* 16. *Attic.* ep. 15. Improbissme tractare aliquem. *Id. pro Sull.* c. 10. Quid ego miror, si quid ab improbis de me improbe dicitur? *Id.* 1. *de Fin.* c. 16. Præda improbe parta. *Id. in Pison.* c. 6. Improbissime respondere. *impudently, in a bare-faced manner:* ut qui aperte mentitur. Eodem sensu *Plaut. Amph.* 2. 1. 21. Improbe rogare. *Publ. in mimis* apud *Gell.* l. 17. c. 14. Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit. *h. e.* injuste. *Quintil.* l. 12. c. 7. Improbe litigare. ¶ Est etiam rustice, duriter, quasi improbando. *Plin.* l. 6. ep. 28. Tantum mihi copiarum tuo nomine oblatum est, quas omnes improbe quidem, accepi tamen. *not complaisantly, coldly.* ¶ Item perperam, minus recte. *wrongly, improperly. Gell.* l. 15. c. 5. Ignorantia et inscitia improbe dicentium, quæ non intelligunt. et cap. 9. Improbe indocteque. Adde *Plin.* l. 16. c. 19. ¶ Item enormiter, prave, modum excedendo. *largely, greatly, enormously. Sueton. in Vespas.* c. 23. De quodam proceræ staturæ, improbiusque nato. *well furnished. Charis.* l. 1. l. 1. pag. 78. *Putsch.* Chilones improbius labrati. *blobber-lipped. Marcell. Empir.* c. 31. *a med.* Ad eos, quibus intestinum improbe prominet. ¶ Pertinet etiam ad obscenitatem et nequitiam. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 126. et *Petron. in Satyr.* c. 26.

IMPROBĬTAS, atis, f. *wickedness, dishonesty, knavery, depravity, improbity*, πονηρία, malitia, pravitas morum, perversitas animi. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *circa med.* Non ita, ut sperarunt mali, alacris exsultat improbitas in victoria. *Id. pro Mur.* c. 4. Amicorum neglectio improbitatem coarguit. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 13. Cum te alicujus improbitas perversitasque commoverit. ¶ Item audacia, temeritas, imprudentia. *audacity, illegal violence. Quintil. a med.* c. 4. l. 6. Improbitas licet adversario molesta sit, judici invisa est. *Ovid.* 1. *de art. am.* v. 676. improbitas muneris instar habet. *Plin.* lib. 2. c. 23. Mirum, quo procedat improbitas cordis humani, parvulo aliquando invitata successu. ¶ Item aviditas, insatiabilitas cum audacia conjuncta. *Id.* l. 19. c. 6. *sub fin.* Adversus improbitatem alitum semina depascentium. *Id.* l. 29. c. 1. *sub fin.* Homero fastidio non fuit inter prœlia deorum improbitatem muscæ describere. ¶ *Ab eod.* l. 15. c. 14. *extr.* tribuitur improbitas et acerbitas quibusdam malis silvestribus. h. e. mala natura, malus sapor.

IMPROBĬTER, improbe. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 66. *Burm.*

IMPRŎBO, *et* Inprobo, as, avi, atum, a. 1. *to disprove, demonstrate or prove to be wicked, disapprove, reject*, ἀποδοκιμάζω, non probo, rejicio, damno. *Cic.* 4. *Acad.* c. 30. Hoc negas te posse nec approbare, nec improbare. *et ibid.* Ex his sequendas esse alias, alias improbandas. *Id.* 2. *de Orat.* c. 37. Ego ista studia non improbo, moderata modo sint. *Id.* 1. *de Divin.* c. 72. Hæc improbantur a Peripateticis, a Stoicis defenduntur. *Plin.* l. 17. c. 4. Virgilius terram, quæ filicem ferat, non improbat vitibus. *Id.* l. 37. c. 6. *a med.* Sardonyches melleæ et fæculentæ improbantur. *Id.* l. 9. c. 39. Dibapha Tyria Lentulus primus in prætexta usus improbabatur. ¶ Est etiam contemnere, deridere. *to ridicule, deride. Ovid. Metam.* 14. v. 520. Nymphæ Ad numerum motis pedibus duxere choreas. Improbat has pastor, saltuque imitatus agresti, &c. ¶ Item irritum reddere, rescindere. *Cic.* 4. *Verr.* c. 28. Quod C. Sacerdotis judicium improbare istum ausurum, non arbitrabatur. ¶ Item improbum facio, corrumpo. *Plaut. Merc.* 5. 4. 9. Improbare ingenium. *Est tamen hic locus varie vexatus.* [¶ Particip. *improbans, improbaturus* apud *Cæs. de B. civ.* lib. 2. c. 31. Curio utrumque improbans consilium. *Horat.* epod. 5. v. 8. Per improbaturum hæc Jovem.]

IMPRŎBRO, *et* Inprobro, as, a. 1. pro exprobrare, tribuitur *Plauto Trucul.* 2. 2. 25. Rus tu mihi improbras? ut nacta es hominem, quem pudeat probri! *Plerique alii leg.* opprobras.

IMPROBŬLUS, a, um, *somewhat dishonest or knavish, so as to take away something*, audaculus ex aviditate. *Juvenal.* sat. 5. v. 71. dextram cohibere memento: Salva sit artoptæ reverentia. finge tamen te Improbulum: superest illic, qui ponere cogat.

IMPRŎBUS, *et* Inprobus, a, um, *wicked, dishonest, knavish, depraved, bad, unprincipled*, πονηρὸς, κακὸς, minime probus, malus, nequam, sceleratus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 73. Improbus homo et perfidiosus. *Plaut. Mil.* 3. 1. 137. Improbi et scelesti. *Id. Trucul.* 2. 3. 12. Improbe nihilique homo. *Brutus ad Cic.* ep. 11. Homo nequissimus atque improbissimus. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 15. *sub fin.* Te ipsum quodam modo hic violavit, cum in me tam improbus fuit. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 11. Improbis improbum esse. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 46. Populum inflammare in improbos, aut incitatum in bonos mitigare. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 16. Vos estis perditi, negligentes, ingenio improbo. *Id. Trucul.* 4. 3. 59. Improbum esse ab ingenio. *naturally bad. Id. Epid.* 4. 1. 39. Eam rem adeo sobrie et frugaliter accuravit, ut alias res est impense improbus. *alias res* Græcus accusativus. *Cic. Fam.* 14. ep. 4. Improbissima lex. *most unjust. Quintil.* l. 12. c. 7. Improba causa. *Senec. in Herc. Fur.* v. 406. Improba cupidine acti. *Plaut. Trucul.* 2. 7. 4. Improba facta facere. *Id, Rud.* 2. 3. 43. Improbæ merces. *Id. Mostell.* 3. 2. 139. Postes improbiores, quia ab infimo tarmes secat. *Cic.* 3. *Verr.* c. 42. Improbum testamentum. *h. e.* contra leges, ut *Ascon.* exponit. *Ovid. sub fin.* l. 1. *Trist.* Improba hiems. *Id.* 5. *Fast.* v. 686. Improba verba. *h. e.* perjura. *Martial.* l. 10. epigr. 5. Panis improbus. ¶ Aliquando est improbatus, neglectus, abjectus, vilis, infamis, nullo loco, pretiove habitus, ἄτιμος. *vile, of no account, infamous. Plaut. Cas.* a. 1. v. 31. Postilla ut semper improbus, nihilque sis. *In leg. XII. Tab.* apud *Gell.* l. 15. c. 13. Ni testimonium fariatur, improbus intestabilisque esto. ¶ Item protervus, petulans. *Juvenal.* sat. 3. v. 282. improbus annis, Atque mero fervens. ¶ Item lascivus, obscenus, impudicus. *obscene, lewd, lascivious, licentious. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 796. Improba verba. *Id.* 2. *Trist.* v. 441. carmina. *Martial.* l. 5. epigr. 79. Improbæ Gades. *Id.* l. 3. epigr. 60. Non sunt hæc mimis improbiora. *Id.* l. 3. epigr. 75. improba satureia. *h. e.* salacia, et Venerem excitantia. ¶ Item turpis, deformis. *deformed, ugly. Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 250. Omnes formosi fortes: ergo improbus es tu. Alii aliter leg. ¶ Item dolosus. *arch, roguish. Stat.* l. 1. *Silv.* 2. v. 74. Hunc egomet tota quondam (tibi dulce) pharetra Impro-

bus, et densa trepidantem cuspide fixi. *Martial.* l. 14. epigr. 16. Quærit compositos manus improba mittere talos. ¶ Item audax, inverecundus, impudens. *audacious, impudent, bold. Plin.* l. 7. ep. 9. Audax hæc, non tamen improba, quia secreta contentio. *Stat.* 6. *Theb.* v. 804. assurgentem alio puer improbus ictu Perculit, eventuque impalluit ipse secundo. (Hoc loco in bonam partem positum videri potest. In illo *Virgilii Æn.* 11. pro callido et fraudulento ponitur, vers. 512. Æneas equitum levia improbus arma Præmisit: quaterent campos.) *Senec. in præfat.* l. 4. *quæst. natur. ante med.* Quo apertior adulatio, quo improbior, hoc citius expugnat. *Quintil.* l. 11. c. 3. *post med.* Perfricare faciem, et quasi improbam facere. *Martial.* l. 8. epigr. 24. Improba non fuerit si mea charta, dato. *h. e.* libellus supplex si inverecundus non fuerit. *Sueton. de Grammat.* c. 15. Oris improbi homo. *Quintil.* l. 12. c. 1. *ante med.* Improbæ spes. *rash, presumptuous. Cic. Verr.* 4. c. 41. Mala et improba defensione uti. *Plin.* l. 2. c. 108. *extr.* Improbum ausum. ¶ Item avidus, insatiabilis, et ob id audax, et perstans. *greedy, voracious, ravenous. Virg.* 3. *Georg.* v. 430. *de angue.* Stagna colit, ripisque habitans, hic piscibus atram Improbus ingluviem, ranisque loquacibus explet. et lib. 10. *Æn.* v. 727. *de leone prædam tenente.* hæret Visceribus superincumbens: lavit improba teter Ora cruor. et l. 2. v. 356. lupi, quos improba ventris Exegit cæcos rabies. ¶ Cum genit. *Stat.* 7. *Theb.* v. 298. Dircetis expertem thalami, crudumque maritis Ignibus, ante diem cupido violavit amore, Improba connubii. ¶ Item obstinatus, perstans, continuus. *long, obstinate, continual, unceasing, great. Virg.* 1. *Georg.* v. 145. labor improbus omnia vicit. *Martial.* l. 12. epigr. 18. Ingenti fruor improboque somno, Quem nec tertia sæpe rumpit hora. ¶ Item nimius, immodicus, modum excedens. *large, great, excessive, violent.* (Ad hanc notionem reduci potest non una ex prædictis.) *Senec.* ep. 94. *ante med.* Non est, quod imbecillam aciem committas improbo lumini. *Virg.* 12. *Æn.* v. 687. Fertur in abruptum magno mons improbus actu. *Senec.* lib. 4. *quæst. nat.* c. 4. *extr.* Aquilone flante, minutæ pluviæ sunt: Austro, imber improbior est, et guttæ pleniores. *Stat.* 6. *Theb.* v. 838. sic grandibus alte Insurgens humeris, hominem super improbus exit. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 702. Improba barbaricæ procurrunt tegmina plantæ. *h. e.* modum pedum longe excedentia. *Plin.* l. 12. c. 17. Improbus barbarum villus in capris. *h. e.* prælongus. *Id.* l. 14. c. 1. Vites improbo reptatu pampinorumque superfluitate atria media complentes. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 355. Immutilato corpore improbo patibulo eminens affigebatur. *h. e.* altissimo. *Charis.* l. 1. pag. 78. *Putsch.* Chilones ex Græco, a labris improbioribus. *from being blob-lipped. Colum.* l. 6. c. 1. *ad fin.* Parandi sunt boves cornibus proceris, cervice longa, &c. cruribus compactis, nec genibus improbis. ¶ *Improbus color* dicitur de purpureo valde saturo, et excellenti, quasi superbus ille sit, et colores ceteros tum venustate, tum pretio longe excedens: vel quod initio, cum adhiberi cœpit, civilem vestiendi modum excedere visus sit. *Senec.* ep. 114. *a med.* Qui lacernas coloris improbi sumunt, qui perlucentem togam. *coloured too profusely.* Hinc *Martial.* l. 10. epigr. 16. Quidquid Agenoreo Tyros improba cogit aheno.

IMPROCĔRUS, a, um, *not tall, low of stature,* μικρὸς, βραχὺς, non procerus, humilis. *Gell.* l. 4. c. 19. Corpora eorum improcera fieri. *Tacit. de Germ.* c. 5. Improcera pecora.

IMPROCREABĬLIS, le, adject. qui procreari non potest. *Apul.* l. 1. *de dogmat. Plat.* Materia improcreabilis et incorrupta.

IMPROFESSUS, a, um, *not having professed or declared himself,* qui conditionem suam professus non est. *Sueton. in Domit.* c. 12. Deferebantur qui vel improfessi Judaicam intra urbem viverent vitam. *Al. aliter leg. Martian. Dig.* lib. 39. tit. 14. *leg. ult.* Si quis improfessus servus fuerit, et probetur in commissum cecidisse. ¶ Passive ἀνεπάγγελτος. *In lemmate* declam. 341. earum, quæ tribuuntur *Quintiliano.* Quod quis per publicanos improfessum transtulerit, commissum sit.

IMPROFUNDĬES. V. *Imperfundies.*

IMPRŌLIS, *vel* Improlus, qui nondum est ascriptus in civitate. *Fest.* In *Glossis* exponitur, ἄγονος, sine prole.

IMPROMISCŬUS, *et* Inpromiscuus, a, um, *unmingled, unqualified,* non promiscuus, non admixtus, sincerus, purus. *Gell.* l. 12. c. 4. In his versibus suavitas tam impromiscua, tamque a fuco omni remota est, ut, &c. *Id.* l. 1. c. 7. Verbum neque numeris, neque generibus præserviens, sed liberum undique, et impromiscuum. *h. e.* separatum, neque cum alio concordans. Utroque loco leg. al. *impromiscus.* nam et *promiscus* legitur.

IMPROMPTUS, Inpromptus, *et* Impromtus, a, um, *slow, not ready,* βραδὺς, tardus. *Liv.* l. 7. c. 4. Quia infacundior sit, et lingua impromptus. *Auson. Edyll.* 2. v. 9. Sermone impromptus Latio.

IMPRŎPE, adverb. prope. *Tertull. Exhort. ad Cast.* c. 10. Si orationem facit ad Dominum, imprope est cælo.

IMPROPERANTER, adverb. *slowly, gradually,* pedetentim, sensim. *Auson.* epitaph. 35. Improperanter agens primos e carcere cursus.

IMPROPERĀTUS, a, um, *not hastened, without haste,* non festinatus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 798. Haud aliter retro dubius vestigia Turnus Improperata refert.

IMPROPERĬUM, ii, n. *a reproach or ill word, a taunt, check.* Legitur *in declam.* quæ inscribitur *Tribunus Marianus,* perperam olim *Quintiliano* attributa, cap. 1. Sempiternum incussit improperium paludatis. Al. leg. *opprobrium.*

IMPROPĔRO, *et* Inpropero, as, n. 1. *to hasten,* intro propero, hoc est festinanter et properanter ingredior. *Varr.* apud *Plin.* l. 36. c. 13. *ad fin.* Quo siquis improperet, sine glomere lini, &c. exitum inveuire nequeat. ¶ Active pro crimen, aut aliquid aliud alicui objicere, *to taunt, upbraid with,* ὀνειδίζειν. *Plaut. Rud.* 3. 4. 28. Etiam vim improperas, flagitii flagrantia? Melius tamen legitur *opprobras. Petron. in fragm. Tragur.* c. 38. *Burm.* Non impropero illi.

IMPROPĔRUS, a, um, adject. *slow,* tardus, non properus. *Sil.* l. 3. v. 96. Improperæ cui ducant fila sorores.

IMPROPRĬE, adverb. *improperly,* οὐ κυρίως, non proprie. *Plin.* l. 8. c. 10. *de elephantis.* Spirant, et bibunt, odoranturque haud improprie appellata manu. *Gell.* l. 17. c. 1. Ut scribere ausi sint, M. Ciceronem parum integre, atque improprie, atque inconsiderate locutum. *Id.* l. 6. c. 6. In his Virgilii versibus reprehendit Hyginus *præpetibus* pennis, quasi improprie et inscite dictum.

IMPROPRIĔTAS, atis, f. *impropriety. Gell.* l. 1. c. 22. *extr.* Cavenda est improprietas verbi.

IMPROPRĬUS, *et* Inproprius, a, um, *improper,* ἄκυρος, non proprius, non conveniens. *Plin.* l. 37. c. 8. *sub fin.* Iaspis terebinthizusa, improprio, ut arbitror, cognomine dicta. *Quintil.* l. 12. c. 10. *a med.* Falsa et impropria ratio. ¶ *Improprium* absolute, *impropriety,* ἀκυρολογία, vitium orationis, de quo V. in *Acyrologia. Quintil.* l. 8. c. 2. Proprietati contrarium est vitium id, quod apud nos improprium, ἄκυρον apud Græcos vocatur: quale est (*Virg. Æn.* 4. v. 419.) tantum sperare dolorem, &c.

IMPROPUGNĀTUS, a, um, adject. *undefended, not defended. Ammian.* l. 29. c. 6. (*al.* 37.) Impropugnata civitas. Adde lib. 26. cap. 5. (*al.* 12.)

IMPROSPECTE, *improvidently,* improvide, incaute. *Tertull. de Anim.* c. 24. Satis improspecte.

IMPROSPECTUS, a, um, *not seen,* non prospectus, non visus. *Sever. in Ætna,* v. 339. vel qua liberrimus Ætna Improspectus hiat.

IMPROSPER, *et* Inprosper, a, um, *unprosperous, unfortunate, unlucky,* ἀτυχὴς, infelix. *Tacit.* l. 4. *Ann. in fi.* Orta insidiarum magna moles, sed improspera. et lib. 4. c. 44. Multa claritudine generis, sed improspera.

IMPROSPĔRE, adverb. *unluckily, unhappily, unfortunately, improsperously,* δυστυχῶς, non prospere, infeliciter. *Colum.* l. 1. c. 1. *post med.* Ubi quid perperam administratum cesserit improspere. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 8. Libertas improspere repetita. *Gell.* l. 9. c. 9. Nihil quicquam tam improspere Virgilium ex Homero vertisse, quam, &c.

IMPROTECTUS, a, um, *unprotected,* ἀνυπεράσπιστος, non protectus, defensore destitutus, indefensus. *Gell.* l. 13. c. 27. *extr.* Ne qua in re adversa et repentina incursio imparatis improtectisque nobis oboriatur. *Id.* l. 7. c. 3. *a med.* Sed Cato non nudam, neque solitariam, nec improtectam hanc epagogen facit, sed multis eam modis præfulcit. *Ammian.* l. 21. c. 13. (*al.* 25.) Ne mox partes petiturus Arctoas, improtectum Mesopotamiæ relinqueret latus. Adde lib. 31. c. 31. (*al.* 36.)

IMPROVĬDE, adv. *improvidently, heedlessly, thoughtlessly, without consideration,* ἀπρονοήτως, incaute. *Liv.* l. 27. c. 27. *ad fin.* Neque pro veteris prudentia ducis tam improvide se collegamque in præceps dederat. *Colum.* l. 6. c. 17. Et cæcilia sæpe, cum bos improvide supercubuit, lacessita onere morsum imprimit.

IMPROVIDENTĬA, æ, f. *improvidence,* providentiæ carentia. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 23. Improvidentia sententias vertere.

IMPROVĬDUS, *et* Inprovidus, a, um, *improvident, unforeseeing, unheedful, careless, heedless, regardless, thoughtless, inconsiderate,* ἀπρονόητος, qui non prævidet, incautus. *Cic. pro Lig.* c. 6. Fatalis quædam calamitas incidisse videtur, et improvidas hominum mentes occupavisse. *Id.* 7. *Attic.* ep. 20. Improvidi et negligentes duces. *Id. de Amic.* c. 26. *sub fin.* Stultissima persona improvidorum et credulorum senum. *Liv.* l. 22. c. 19. Improvidos incautosque hostes opprimere. *Virg.* 2. *Æn.* v. 200. Objicitur magis, atque improvida pectora turbat. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 20. Iis enim se adolescens improvida ætate irretierat erratis, ut, &c. ¶ Cum genitivo *Liv.* l. 26. c. 39. Velis tum forte, improvidus futuri certaminis, Romanus veniebat. *Plin.* l. 36. c. 3. Rudis et improvida hujus mali civitas. *Tacit. Hist.* l. 3. c. 56. Sed præcipuum ipse Vitellius ostentum erat, ignarus militiæ, improvidus consilii. *h. e.* consilio et consultatione nihil providens. ¶ Passive (ut videtur) qui non prævidetur, *unforeseen. Plin.* l. 4. ep. 22. *a med.* Tela, quæ cæca et improvida feruntur. ¶ Cum infinito *Sil.* l. 4. v. 286. *de hasta.* Ac nimio jactu servasse improvida campi Distantis spatium, propiorem transvolat hostem.

IMPROVĪSE, *unexpectedly,* improviso. *Tertull. in carm. advers. Marcion.* l. 2. v. 12. Improvise necans incautos morte suprema. Addunt et *Plauti* locum *Truculent.* 2. 7. 3. Atque improvise partibus exspoliet. *Sed legendum,* atque improbis se se artibus exspoliet.

IMPROVĪSO, *et* Inproviso, *unexpectedly, suddenly, on a sudden,* ἀπρονοήτως, ἐξαίφνης, subito, repente, ita ut prævideri non potuerit. *Cic.* 4. *Verr.* c. 74. Sane homini præter opinionem improviso incidi. *Id.* 1. *de Divin.* c. 24. Improviso eos in castra irrupisse. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 13. Quod improviso unum pagum adortus esset. et lib. 1. *B. Civ.* c. 54. Collem improviso occupat. *Virg.* 12. *Æn.* v. 576. Scalæ improviso, subitusque apparuit ignis. *Plaut. Asin.* 2. 2. 44. Tantum adest boni improviso. ¶ Revera est ablativus casus adjectivi *improvisus*: quare nonnunquam præpositionem recipit. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 6. Nostris de improviso, imprudentibus atque impeditis vulnera inferebant. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 52. De improviso in milites incidere. *Id.* 3. *Verr.* c. 43. *sub fin.* Ex improviso si quæ res natæ essent. Adde *Terent. Andr.* 2. 2. 23.

IMPROVĪSUS, *et* Inprovisus, a, um, *unforeseen, unlooked for, unthought of, unexpected,* ἀπροΐδης, ἀπρονόητος, non provisus, subitus, repentinus, inopinatus. *Cic.* 3. *Tuscul.* cap. 14. Omnia quæ mala putantur, sunt improvisa graviora. *Id.* 2. *Agrar.* cap. 22. Unde iste amor tam improvisus ac tam repentinus? *Id.* 4. *Verr.* c. 28. Cum hoc illi improvisum atque inopinatum accidisset. *Id. pro Font.* cap. 15. Cum tot bella subito atque improvisa nascantur. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 17. Sapienti nihil improvisum accidere potest, nihil inopinatum, nihil omnino novum. *Virg.* 2. *Æn.* v. 182. pelagoque remenso, Improvisi aderunt. et lib. 1. v. 598. cunctisque repente Improvisus ait. et lib. 8. v. 524. Namque improviso vibratus ab æthere fulgor Cum sonitu venit. ὑπαλλαγή. *Tacit.* 2. *Ann.* cap. 47. Quo improvisior graviorque pestis fuit. *Id.* 5. *Hist.* c. 16. Dux sibi delectos retinuerat ad improvisa. *against accidents.*

IMPRŪDENS, *et* Inprudens, entis, *not knowing, ignorant, unknowing,* ἀγνὼς, non prudens. *h. e.* ignarus, inscius. *Cic. de clar. Orat.* cap. 77. *extr.* Imprudens M. Servilium præteriisse videris. *Terent. Phorm.* 2. 1. 38. Probe horum facta imprudens depinxit senex. *unknowingly.* et *in fi. Hecyr.* Plus hodie boni feci imprudens, quam sciens ante hunc diem unquam. *without knowing it. Nepos in Agesil.* cap. 2. Omnes imparatos imprudentesque offendit. *Terent. Heaut.* 4. 1. 20. Scio, te inscientem atque imprudentem dicere ac facere omnia. *Cæs. de B. Civ.* l. 2. c. 38. Imprudentes atque inopinantes hostes aggrediuntur. *unawares, off their guard. Hirt. de B. Afric.* c. 11. Ne imprudentes suæ naves in classem adversariorum inciderent. ¶ Eleganter adhibetur in sexto casu. *Cic. pro Rosc. Amer.* cap. 8. Hæc omnia imprudente L. Sulla facta esse, certe scio. *without the knowledge of Sylla.* et *Cæs.* l. 3. *B. Gall. c. ult.* Ne quis inermibus imprudentibusque militibus, ab latere impetus fieri posset. *off their guard.* ¶ Cum genitivo *Terent. Eun.* 1. 2. 56. Imprudens harum rerum ignarusque omnium. Ubi *Donatus*: Prudentia naturalis est: gnaritas extrinsecus venit. *imprudens* per se, *ignarus* per alios. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 31. Imprudentes legis. *Liv.* l. 31. c. 14. religionis. et lib. 34. cap. 9. maris. *unacquainted with. Colum.* l. 3. c. 18. Antiquitatis imprudens consuetudo. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Virg.* 2. *Georg.* v. 372. *de vite.* Præcipue dum frons tenera, imprudensque laborum. *h. e.* nondum cæli injurias experta. ¶ Cum infinito *Curt.* l. 8. c. 8. Non imprudens, cum permisissem huic latroni dicere, usurum eum rabie, qua, &c. ¶ Est etiam improvidus, *imprudent, inconsiderate. Petron. in Satyr.* cap. 102. Non imprudens consilium, si aditum haberet. *Senec. de constant. Sap. cap. ult.* Quidquid horum ab imprudentioribus fiet (fieri autem nisi ab imprudentibus non potest) negligendum. ¶ Opponitur *sapienti,* in illo *Senecæ* ep. 90. *post med.* Illa sapiens licet invenerit, non qua sapiens erat, invenit. multa enim facit, quæ ab imprudentissimis aut æque fieri videmus, aut peritius, aut exercitatius. ¶ Pro valde prudenti quidam accipiendum putant in illo *Virg.* 1. *Georg.* v. 373. nunquam imprudentibus imber Obfuit. Sed contra stat *Serv.* quem consule. Item in illo *Æn.* 9. v. 386. jamque imprudens evaserat hostes. Verum ille locus eam interpretationem non recipit.

IMPRUDENTER, *ignorantly, unwittingly,* δι' ἄγνοιαν, per ignorantiam, inscienter. *Cic.* 4. *Acad.* c. 6. Illud imprudenter, si alios esse Academicos, alios Peripateticos arbitrantur. *Vellei.* l. 1. c. 2. Pastoralem cultum induit, immixtusque castris hostium, de industria, imprudenter, rixam ciens, interemptus est. *from his person not being known.* Τὸ *imprudenter* ad *interemptus est* refertur. ¶ Item incaute, improvide, *imprudently, inconsiderately. Terent. Andr.* 1. 1. 103. Ad flammam accessit imprudentius, satis cum periclo. *Nep. in Annib.* c. 2. *extr.* Si quid amice de Romanis cogitabis, non imprudenter feceris, si me celaris. *Cæs. ad Cicer. post* epist. 8. l. 10 *ad Attic.* Etsi te nihil temere, nihil imprudenter facturum judicaram.

IMPRUDENTĬA, æ, f. *want of knowledge, ignorance, error,* ἄγνοια, inscitia, ignorantia, error. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 31. Imprudentia est, cum scisse aliquid is, qui arguitur, negat. *Id. de Harusp. resp.* c. 17. Quod sacrificium

tam occultum, quam id, quod non solum curiosos oculos excludit, sed etiam errantes? quo non modo improbitas, sed ne imprudentia quidem possit intrare? *Terent. Eun. prol.* v. 27. Peccatum imprudentiæ est Poetæ. *Petron. in Satyr.* cap. 79. Imprudentia locorum. ¶ *Per imprudentiam* est imprudenter, *through ignorance.* *Cic.* 4. *Verr.* c. 23. *extr.* Perperam judicare: quod sæpe per imprudentiam fit. ¶ Excludit etiam interdum voluntatem et libertatem. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 27. Imprudentiæ partes sunt, inscientia, casus, necessitas. *Id. in Orat.* c. 56. Inculcamus per imprudentiam sæpe etiam minus usitatos (*versus in oratione*) sed tamen versus. *inadvertently.* et lib. 3. *de Orat.* cap. 39. Imprudentia teli emissi, *h. e.* si telum manu fugit, ut *Enn.* ait. ¶ Est etiam improvidentia, consilii carentia. *want of foresight, imprudence, indiscretion, inconsiderateness.* *Nepos in Epamin.* c. 7. Totum exercitum propter prætorum imprudentiam inscitiamque belli periturum. *Id. in Dion.* c. 8. Se armat imprudentia Dionis. *Gell.* l. 6. c. 1. Quo modo prudentia esset, nisi foret contra imprudentia?

IMPŪBES, *et* Inpubes, *vel* Impubis, is, *et* eris, adject. *beardless, without the down of youth,* ἄνηβος, qui pube et barba caret: diciturque de pueris, qui annum quartumdecimum, et puellis, quæ duodecimum nondum attigerunt, ut *Justinian.* lib. 1. *institution.* tit. 22. docet. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 239. Nam puer impubes, et adhuc non utilis armis. *below the age of puberty.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 546. comitemque impubis Iuli. *Plin.* l. 28. c. 4. *ante med.* Capillus impubium impositus. et lib. 23. cap. 7. *a med.* Corticem puer impubis si detrahat dentibus. *Horat.* epod. 5. v. 13. Impube corpus. *delicate, youthful.* *Id.* l. 2. od. 9. v. 15. nec impubem parentes Troilon flevere. *Virg.* 9. *Æn.* v. 751. Impubes malæ. *Ovid. Metam.* 9. v. 416. impubibus annis. *Cic. Catil.* 4. c. 6. Filium impuberem in carcere necatum esse dixit. *Sueton. in Claud.* c. 43. Impubi teneroque togam dare. *to a stripling.* ¶ Cum accusativo more Græco. *Sil.* l. 2. v. 112. Impubem malas Lyxum. ¶ Item cælebs, castus. *a bachelor.* *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 20. Qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem. ¶ Qui rectum casum *impubere* ponunt, nullo probant exemplo.

IMPUBESCENS, entis, qui nondum lanuginem emisit. *Plin.* l. 23. c. 7. *a med.* Corticem ejus impubescentem puer impubis si detrahat. *growing to maturity.* *Harduin.* mallet *intumescentem.*

IMPŬDENS, *et* Inpudens, entis, *shameless, impudent, barefaced,* quem non pudet, inverecundus, petulans, perfrictæ frontis, ἀναιδής. *Terent. Eun.* 5. 1. 22. Vide, amabo, si non, cum aspicias, os impudens videtur? *Cic. Fam.* 5. ep. 12. Qui semel verecundiæ fines transierit, eum bene et naviter oportet esse impudentem. *Id. sub fin. Verr.* 4. Ut cum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur, si negaret. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 250. Debes odisse improbitatem ejus, quia impudentissimum nomen delegerit. *Id. Attic.* lib. 7. ep. 2. *a med.* Impudentissimæ litteræ. *Terent. Andr.* 4. 1. 10. Impudentissima oratio. *Id. Heaut.* 2. 3. 72. O hominis impudentem audaciam! *Cic. pro Cluent.* c. 60. Magnum et impudens mendacium. *Terent. Phorm.* 3. 2. 14. Incogitans atque impudens. *Gell.* l. 6. c. 11. Impudentes et improbi homines.

IMPUDENTER, *impudently, without shame,* inverecunde, petulanter, ἀναιδῶς. *Cic. Fam.* 5. ep. 12. Neque tamen ignoro, quam impudenter faciam, qui, &c. *Id.* 4. *Verr.* c. 54. Callide, audacter, impudenter. et *Verr.* 6. c. 7. Impudentissime mentiri. *Id.* 9. *Fam.* ep. 22. *a med.* Batuit, impudenter: depsit, multo impudentius.

IMPUDENTĬA, æ, f. *shamelessness, impudence, effrontery,* ἀναίδεια, inverecundia, audacia, petulantia. *Cic. in Orat. in fin.* Verecundia negandi scribendi impudentiam suscepi. *Id. pro Flacc.* c. 15. Impudentia atque audacia fretus. *Id. de Harusp. resp.* cap. 1. Reprimere alicujus impudicam impudentiam. *Id. pro Dom.* c. 38. An ego tantam aut animi duritiem habere, aut oculorum impudentiam possim, ut possim intueri, &c?

IMPUDENTIUSCŬLUS, a, um, *somewhat shameless,* aliquantum impudens. *Cic. Fam.* 7. ep. 5. *in fin.* Simus enim impudentiusculi, quam per te vix licet, verum, &c. Plerique Cod. habent *putidiusculi.*

IMPUDICĀTUS, a, um, stupratus, impudicus factus. *Festus.*

IMPUDĪCE, *immodestly,* ἀσελγῶς. *Tertull. de Idolol.* c. 2. Si quis animam commoverit impudice. *Eutrop.* l. 8. c. 22. Impudicissime et obscenissime vixit.

IMPUDICITĬA, æ, f. *unchastity, immodesty, lewdness, incontinence,* ἀσέλγεια, impuritas: et præcipue τὸ παθικόν. *Plaut. Amph.* 2. 2. 189. Tu si me impudicitiæ captas, non potes capere. *Id. Pers.* 2. 2. 11. Impudicitiam opprobare alicui. *Tacit.* 5. *Ann.* c. 3. objectare. *Gell.* l. 18. c. 3. Aliquem de impudicitia accusare. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 6. leg. 2. Ad impudicitiam compellere.

IMPUDĪCUS, *et* Inpudicus, a, um, *unchaste, impudent, immodest, lewd, lustful, sensual,* ἄναγνος, ἀσελγής, impurus, lascivus, et præsertim qui est pudicitiæ suæ prodigus, παθικός. *Cic. Catil.* 2. c. 10. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri impudicique versantur. *Id. Phil.* 2. c. 28. Et consul, et impudicissimus. *Id. de Harusp. resp.* c. 1. Impudica impudentia. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 52. Si est quippiam impudicior. *Martial.* l. 6. epigr. 70. Digitus impudicus. *h. e.* medius, δι' ὁμοιότητα σὺν ἰθυφάλλῳ. [† V. *Digitus.*] ¶ Item impudicatus, violatus. *Auct. Priap.* carm. 59. Si fur veneris, impudicus ibis. V. *Pudicus.* ¶ Item impudens, temerarius. *impudent, barefaced.* *Plaut. Rud.* 2. 3. 62. O facinus impudicum! quam liberam esse oporteat, servire postulare. ¶ *Impudicus odor* est teter, fœdus. *foul, fetid.* *Martial.* l. 12. epigr. 32. Odor impudicus urcei.

IMPUGNATĬO, onis, f. *an attack,* προσβολὴ, oppugnatio. *Cicero Attic.* l. 4. ep. 3. Ipse domum P. Syllæ pro castris sibi ad eam impugnationem sumpserat.

IMPUGNĀTOR, oris, m. *an assailant,* qui impugnat. *Liv.* l. 27. c. 15. Caulonis impugnatores. Ita legit *Gruter.* Ast alii *oppugnatores.*

IMPUGNĀTUS, a, um, oppugnatus, victus. *Plin.* l. 5. c. 24. Primo hunc illi impugnatus cursum Taurus aufert. *Hard.* ex MSS. leg. *in pugna.* ¶ Item non oppugnatus, sine certamine relictus. *Gell.* l. 1. c. 6. Turpe est rhetori, si quid in mala causa destitutum atque impugnatum relinquat.

IMPUGNO, *et* Inpugno, as, avi, atum, a. 1. *to attack, assail, fight against,* προσβάλλω, contra aliquem pugno, oppugno, aggredior. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 26. Nostri, redintegratis viribus, acrius impugnare cœperunt. *Justin.* lib. 22. c. 4. Et qui sua tueri non poterat, impugnaret aliena. et cap. 2. Syracusæ a cive hostili odio impugnatæ sunt. *Liv.* l. 3. c. 70. Impugnare terga hostium. *to attack in the rear.* *Cic. ad Brut.* ep. 15. *post med.* Sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrere. *Plin.* l. 26. c. 12. Morbus regius impugnatur centaurio majore poto. *is removed or driven away.* *Sueton. in Calig.* c. 3. Veneficiis et devotionibus impugnari se comperit. ¶ Translate est adversari, contra dicere. *to thwart, cross, oppose, impugn.* *Cic. Fam.* 3. ep. 12. Nullam ne in tabellæ quidem latebra fuisse absconditam malivolentiam, quæ te impugnare auderet. *Id. in frag.* apud *Non.* c. 5. n. 68. et *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 53. dignitatem alicujus. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 8. sententiam. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 151. meritum et fidem. *Quintil.* l. 7. c. 3. finitionem. *Id.* l. 2. c. 17. *ad fin.* Sæpe quæ in aliis litibus impugnarunt actores causarum, eadem in aliis defendunt. *Sallust. in Jug.* c. 31. Acerrime impugnare aliquem. ¶ Passive impersonaliter, et cum dativo. *Inscript. vet.* sub Hadriano, apud *Fabrett.* c. 6. n. 13. pag. 450. cum commodis eorum impugnaretur. *Pugno* quoque, et *certo* similiter a Poetis Græcos imitatis usurpantur. [¶ Particip. *impugnans* apud *Justin.* l. 38. c. 4. Quin sit resistendum impugnantibus.]

IMPULSĬO, onis, f. *a pushing or moving forcibly; an impulse,* ὠθισμὸς, ἔπωσις, actus impellendi, impulsus. *Cic. de Univ.* c. 5. Omnis coagmentatio corporis vel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione vehementi labefactatur et frangitur. ¶ Translate *Id.* 2. *de Invent.* cap. 5. Impulsio est, quæ sine cogitatione, per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia, ægritudo. *transport, violent affection, passion. et mox.* Cum aliquid impulsione factum esse dicet, illum impetum et quandam commotionem animi, affectionemque verbis amplificare debebit. et lib. 3. *de Orat.* c. 53. Ad hilaritatem impulsio. *h. e.* χαριεντισμὸς, figura sententiarum. *instigation, persuasion, impulsion, influence.* V. *Charientismus.*

IMPULSOR, oris, m. *an inciter, instigator,* qui impellit et incitat ad aliquid faciendum. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 7. Quamvis non fueris suasor et impulsor profectionis meæ, approbator certe fuisti. *Id. de Provinc. Consul.* cap. 8. Impulsor atque adjutor. *an aider and abettor.* *Terent. Adelph.* 4. 2. 21. Me impulsore hanc esse emptam ait. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 68. Ne ferocia ætatis et pravis impulsoribus, paci belloque male consuleret.

[* IMPULSTRIX, icis, f. *she who instigates,* quæ incitat ad aliquid faciendum. *Non.* c. 2. n. 531. dici probat, quemadmodum et tonstrix, curatrix, assestrix.]

IMPULSUS, us, m. *an impulse, violent motion,* ἔπωσις, idem quod impulsio. *Cic. de Somn. Scip.* c. 11. Sonus, qui impulsu et motu ipsorum orbium conficitur. *Id.* 2. *de nat. Deor.* cap. 12. Is ardor non alieno impulsu, sed sua sponte movetur. *Id. pro Cæcin.* c. 15. Impulsu scutorum, conflictu corporum, conjectione telorum. *Apul. de Mundo.* Ventus, qui inferiora repentinis impulsibus quatit. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1414. Dolor impulsu gravi anhelum pectus quatit. ¶ Translate est *impulse, instigation, incitement, persuasion.* *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 25. Ne civitas eorum impulsu deficeret. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 37. Ipsos non negare, ad hæc bona Chrysogonum accessisse impulsu suo. *Gell.* l. 1. c. 11. *ad fin.* Impulsu et instinctu extraneo indigere. ¶ Pertinet etiam ad affectus, et impetus animi. *violent affection, passion, impulse.* *Cic. in fin. de Somn. Scip.* Impulsu libidinum voluptatibus obedientium, deorum et hominum jura violaverunt. *Id.* 2. *de Invent.* c. 5. *sub fin.* Qui simili impulsu aliquid commiserint. *Valer. Max.* l. 9. c. 8. Temeritatis etiam et subiti et vehementes sunt impulsus, quorum ictibus mentes concussæ, &c. V. *Impulsio.*

IMPULSUS, *et* Inpulsus, a, um, *pushed, driven, forced, impelled,* ἐπωθούμενος, pulsus, propulsus, protrusus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 40. Biremes, subjectis scutulis, impulsas vectibus in interiorem partem transduxit. *Virg.* 12. *Æn.* v. 856. nervo per nubem impulsa sagitta. *shot.* *Id.* 2. *Georg.* v. 211. rudis enituit impulso vomere campus. *Lucan.* l. 3. v. 527. impulsæ tonsis tremuere carinæ. *Horat.* l. 4. od. 6. v. 11. impulsa cupressus Euro procidit. *Tacit. Ann.* 4. c. 22. Tiberius visit cubiculum, in quo reluctantis et impulsæ vestigia cernebantur. *Vellei.* l. 2. c. 51. Prœlium, quo graviter impulsi sunt Cæsaris milites. *pressed.* *Lucan.* l. 5. v. 330. Impulsum bellum. *h. e.* profligatum. ¶ Item ictus, pulsus. *struck.* *Ovid.* 10. *Metam.* v. 145. impulsas tentavit pollice chordas. *Claudian. de Consul. Prob. et Olybr.* v. 175. collesque canoris Plausibus impulsi. ¶ Translate *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 40. Furore atque amentia impulsus. et lib. 7. c. 1. Hac impulsi occasione. *induced,* et l. 2. c. 14. Impulsos a suis principibus ab Æduis defecisse. *Virg.* 10. *Æn.* v. 68. Cassandræ impulsus furiis. *instigated.* *Terent. Hecyr.* 3. 5. 34. Impulsus ira. *Nepos in Milt.* c. 5. Ejus auctoritate impulsi. *influenced.* *Justin.* l. 1. c. 9. In cædem regis impulsus.

IMPULVERĔUS, a, um, adject. *without much dust or trouble,* qui est sine pulvere, hoc est sine labore. *Gell.* l. 5. c. 6. Impulverea incruentaque victoria. V. *Aconiti.*

IMPŬNCTUS. V. *Impictus.*

IMPŪNE, *et* Inpune, *without punishment, loss, or danger, with impunity, safely,* ἀζημίως, sine pœna, seu punitione, absque periculo aut damno, tuto, impunite. *Cic.* 2. *de Fin.* cap. 17. Id Sextilius factum negabat. poterat autem impune. quis enim redargueret? *Id. Fam.* 13. ep. 77. Cum multos libros surripuisset, nec se impune laturum putaret, aufugit. *Id.* 1. *de Legib.* c. 15. Ut dictator quem vellet civium, indicta causa, impune posset occidere. *Id. Attic.* l. 1. ep. 16. *ad fin.* Qui nummos in tribu pronuntiarit, si non dederit, impune sit. *Virg.* 9. *Æn.* v. 653. Sit satis, Æneide, telis impune Numanum Oppetiisse tuis. *h. e.* te illæso. *Sallust. in Jug.* c. 35. Impune injuriam accipere. *quietly, without resenting it.* Sic *Phædr.* l. 4. fab. 3. *extr.* Impune lædi. *h. e.* nullam pœnam expetendo. *Terent. Adelph.* 5. 3. 38. Hoc licet impune facere huic, illi non licet. *Sallust. in Jug.* c. 36. Impune quælibet facere, id est regem esse. *Cic. pro Quint.* c. 3. Libertate usus est, quo impunius dicax esset. *the more freely, with less restraint.* et lib. 2. *de Divin.* c. 27. Cum creduntur facilius, tum finguntur impunius. *Terent. Eun.* 5. 2. 13. Credin'te impune abiturum? *that you shall get off scot-free.* et 5. 7. 18. Siquidem istuc impune habueris. *h. e.* si consequeris, ut istud tibi impune sit. *Tacit. Ann.* 3. cap. 70. Neque tantum maleficium impune habendum. *h. e.* impunitum relinquendum. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 4. Majorum nostrorum labore factum est, ut impune in otio esse possemus. *without danger, with safety.* Sic *Horat.* l. 1. od. 31. v. 14. Mercator ter, et quater anno revisens æquor Atlanticum impune. *Juvenal.* sat. 4. *sub fin.* impune ac vindice nullo. *Senec.* l. 2. controv. 13. *a med.* Aliquod tempus impune a legibus. *Plaut. Pœn.* 1. 3. 2. Impunissime tibi vendere hasce ædes licet. *are completely at liberty.* *Virg.* 11. *Æn.* v. 134. Per silvas Teucri, mixtique impune Latini Erravere jugis. *h. e.* altero alterum nihil lædente per inducias. (Similem locum habes *Aurelii Opilii* apud *Gell.* l. 1. c. 25.) *Horat. in ar. Poet.* v. 381. Ne spissæ risum tollant impune coronæ. *freely; without fear or reserve; at his expense.* *Juvenal.* sat. 1. v. 3. Impune ergo mihi recitaverit ille Togatas, Hic elegos? impune diem consumpserit ingens Telephus? *h. e.* ut non tantundem audiat. *Virg.* 2. *Georg.* v. 32. Et sæpe alterius ramos impune videmus Vertere in alterius. *without harm.* de insitione loquitur. *Plin.* l. 18. c. 14. Lupinum impune jacet, vel derelictum etiam, ab omnibus animalibus amaritudine sua tutum. ¶ Vult *Nonius* cap. 1. n. 468. significare impudenter, *impudently,* in illo *Lucilii*: Homo impuratus, et impune est rapinator.

IMPŪNIS, e, *without punishment, unpunished,* ἀζήμιος, ἀθῷος, impunitus, illæsus. *Solin.* cap. 27. (*al.* 40.) *ante med.* Mulier obtestata occursantes feras, impunis rediit. Al. leg. *immunis.* Huc referri possunt illa (nisi malis esse adverb.) *Ovid. Metam.* 11. v. 67. Haud impune tamen scelus hoc sinit esse Lyæus. *Tacit. Ann.* 3. c. 70. Neque tantum maleficium impune habendum.

IMPŪNĪTAS, *et* Inpunitas, atis, f. *impunity, remission of punishment,* ἀθῷωσις, pœnæ remissio, licentia, libertas, securitas a pœna, venia. *Liv.* l. 8. c. 7. *ad fin.* Cum aut morte tua sancienda sint consulum imperia, aut impunitate in perpetuum abroganda. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 10. Quorum impunitas fuit non modo a judicio, sed etiam a sermone. *h. e.* impune tulerunt non solum apud judices in foro, sed etiam apud populum in sermonibus. *Id. pro Mil.* cap. 16. Quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem? et cap. 31. Quem si vicisset, habiturus esset impunitatem et licentiam sempiternam. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 20. Impunitas peccatorum data videtur eis, qui et ignominiam et infamiam ferunt sine dolore. *Id.* 1. *Phil.* cap. 11. Cum præsertim tanta gladiorum sit impunitas. *Id. in Pison.* c. 9. *extr.* Funestum animal, ex omnium scelerum importunitate, et flagitiorum impunitate concretum. *Id. sub fin. Phil.* 8. Ceteris, si errorem suum deposuerint, veniam et impunitatem dandam puto. *Tacit. Ann.* 3. c. 60.

Crebrescebat licentia atque impunitas asyla statuendi. et lib. 15. cap. 56. Promittere impunitatem. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 91. *sub fin.* Is dedit operam, ut nimis redundantes nos, et superfluentes juvenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret.

IMPUNITE, *with impunity*, impune. *Matius ad Cicer. Fam.* 11. *ep. penult.* O superbiam inauditam! alios in facinore gloriari, aliis ne dolere quidem impunite licere. *Al. leg.* impune. *Fest.* in *Non.* Quo impunitius uxor ejus mœcharetur.

IMPUNITUS, *et* Inpunitus, a, um, *unpunished, exempted from punishment*, ἀτιμώρητος, non punitus, liber a pœna. *Cic. Verr.* 7. cap. 58. Possemus hanc injuriam, ignominiamque nominis R. inultam impunitamque dimittere. *et in Divin. Verr.* c. 16. Ceterorum quoque injuriæ sint impunitæ atque inultæ. *et Verr.* 6. c. 30. Si istius hæc tanta injuria impunita discesserit. *Id.* 2. *Offic.* c. 8. Nisi multorum impunita scelera tulissemus. *Id. Catil.* 1. c. 7. Tibi vexatio direptioque jocorum impunita fuit ac libera. *Liv.* l. 3. c. 50. Libidinem Appii, quo impunitior sit, eo effrenatiorem fore. [*Horat.* 2. sat. 7. v. 105. Qui tu impunitior, illa opsonia captas?]

IMPUNO, qui impunitatis spe est impudens, legitur a quibusdam in verbis *Lucilii*, quæ habet *Non.* c. 2. n. 468. Sed ea lectio est valde dubia.

IMPURATUS, a, um, *nasty, vile, worthless*, impudicatus, violatus, impurus. *Terent. Phorm.* 4. 3. 64. Impuratus me ille ut etiam irrideat? *Plaut. Rud.* 3. 4. 46. Scio probiorem hanc esse, quam te, impuratissime. et 2. 6. 59. Jam postulabas te, impurata bellua, totam Siciliam devoraturum insulam. *convicium.*

IMPURE, adverb. *basely, flagitiously, vilely, impurely*, ἀκαθάρτως, αἰσχρῶς, spurce, fœde. Translate ponitur pro impudice, turpiter, flagitiose. *Cic.* 3. *Fin.* cap. 11. Quis animo æquo videt eum, quem impure atque flagitiose putet vivere? *Id.* 9. *Attic.* ep. 12. Impurissime ab aliquo despici. *Id.* 1. *de Divin.* c. 29. Multa facere impure atque tetre. *Id.* 2. *Phil.* c. 21. Ea, quæ ipse in se, atque in domesticum dedecus impure atque intemperanter fecerit.

IMPURGABILIS, le, adject. inexcusabilis. *Ammian.* l. 22. c. 3. (*al.* 4.) Impurgabile crimen.

IMPURITAS, atis, f. *baseness, flagitiousness, impurity*, ἀκαθαρσία, spurcities, fœditas. Translate impudicitia, improbitas, scelus. *Cic.* 2. *Phil.* c. 3. Cum omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes, vino lustrisque confectus.

IMPURITIA, æ, f. idem ac impuritas. *Plaut. Pers.* 3. 3. 7. Trecentis versibus tuas impuritias traloqui nemo potest. *villanies.*

IMPURO, as, a. 1. *to render impure*, impurum reddo, conspurco, fœdo. *Senec.* ep. 87. *circa med.* Utrum illum pecunia purum effecit, an ipse pecuniam impuravit? quæ sic in quosdam homines, quomodo denarius in cloacam, cadit.

IMPURUS, *et* Inpurus, a, um, *foul, nasty, filthy, impure*, ἀκάθαρτος, non purus, fœdus, spurcus, contaminatus. *Ovid. in Ibin*, v. 223. impuræ matris prolapsus ab alvo. *Flor.* l. 2. c. 20. Impura medicamina. *h. e.* venena. ¶ Translate est impudicus, impuratus, obscena libidine contaminatus. *base, flagitious, foul, debauched.* *Petron. in Sat.* c. 81. Impurus omni libidine. *Cic. post redit. in Sen.* c. 5. Impura intemperantia. *Id. Catil.* 2. c. 20. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri impudicique versantur. *Id. pro Rosc. Com.* c. 7. Persona illa lutulenta, impura, invisa. *Plaut. Rud.* 3. 2. 38. Impudens, impurus, inverecundissimus. *Cic. pro Dom.* c. 18. Omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimus. *et Phil.* 3. c. 6. Quis illo maledico impurior? *Ovid.* 2. *Trist.* v. 416. Eubius impuræ conditor historiæ. *Catull.* carm. 106. *in Comin.* Impuri mores. et carm. 65. *de coma Beren.* v. 84. Impurum adulterium. *Senec.* epist. 87. *circa med.* Homo tam improbæ linguæ, quam impuræ. Adde *Martial.* l. 11. epigr. 62. ¶ Item universim sceleratus, improbus, *wicked, rascally, contemptible.* *Sallust. in Catil.* cap. 15. Namque animus impurus neque vigiliis, neque quietibus sedari poterat. *Terent. Adelph.* 2. 1. 28. *Æsch.* usque ad necem operiere loris. *Sa.* loris liber? *Æsch.* sic erit. *Sa.* o hominem impurum! *Cic. de Amic.* c. 16. *a med.* Nec se adduci posse, ut hoc a Biante dictum crederet; sed impuri cujusdam aut ambitiosi esse sententiam. *Terent. Eun.* 2. 2. 3. Conveni hodie quendam mei loci hinc atque ordinis, hominem haud impurum, itidem qui patria abligurierat bona. *h. e.* non avarum, non improbum, inquit *Donat.* Et sic laudamus eos, in quibus nihil est, quod magnopere efferamus. Sic *Heaut.* 4. 1. 16. Erat hic Corinthia anus haud impura: ei dedi exponendam.

IMPUTATIO, onis, f. actus imputandi. *Callistrat. Dig.* lib. 33. tit. 1. leg. 80. Legendas offerre rationes, deinde computare, ut explorari possit, imputationes probe an improbe referantur, recte relata accepta, an non recte. *acknowledgments of money lent*, expensilationes. [† Adde *Sidon.* 17. 15.]

IMPUTATIVUS, a, um, adject. *imputative*, qui imputari potest, accusatorius. *Tertull. advers. Marcion.* l. 2. c. 25. Non simplici modo, idest interrogatorio sono legendum est, Ubi es Adam? sed impresso, et incusso, et imputativo.

IMPUTATOR, oris, m. *one who casts or reckons up*, qui imputat, et expensum fert. Translate *Senec.* l. 2. *de Benef.* c. 17. *a med.* Multi sunt tam pravæ naturæ, ut malint perdere quæ præstiterunt, quam videri recepisse, superbi et imputatores.

IMPUTATUS, *et* Inputatus, a, um, *not pruned, unpruned*, ἄτμητος, non putatus, h. e. non amputatus: ex *in* privativa, et *puto, as.* *Horat.* epod. 16. v. 43. Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis, Et imputata floret usque vinea. *Plin.* l. 17. c. 21. *a med.* Imputata buxus. [† ¶ Item impositus, exactus, adscriptus. *Plin.* epist. 10. 52. Eidem civitati imputata sunt terna millia, quæ viatici nomine annua dabantur legato. *enjoined, imposed, levied.*] ¶ *Festus*: Imputatum, nondum purgatum. putum enim est purum.

IMPUTO, *et* Inputo, as, avi, atum, a. 1. *to account, reckon, compute*, προσλογίζομαι, ἀνατίθημι. Verbum est rationum, et significat inferre in rationes, adscribere, expensum ferre, in computationem adducere. *Colum.* l. 1. c. 3. *ad fin.* Villici longe plus imputant seminis jacti, quam quod severint. *Ulpian. Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 52. *a med.* Si quis ex sociis propter societatem profectus sit, eos dumtaxat sumptus societati imputabit, qui in eam rem impensi sunt. Viatica igitur et vecturas recte imputabit. *Mæcian.* lib. 35. tit. 2. leg. 90. In quartam hereditatis, quam per legem Falcidiam heres habere debet, imputantur res, quas jure hereditario capit. *Caius ibid.* leg. 75. Si a statulibero peculiares numos accipiat, pro sua parte quadranti eos imputare debet. *Paul.* lib. 23. tit. 2. leg. 61. Nec in numerum trium tutelarum hæc imputantur. Addunt quidam *Catonis* fragmentum, *ne reipublicæ imputaret naulum*: sed ea verba translata sunt e Græco ex *Plutarcho in Cat. maj.* ¶ Translate *Senec.* l. 3. *de Ira, c. pænult.* Stat super caput fatum, et pereuntis dies imputat. *counts the days he has to live.* Simile est illud *Martial.* l. 5. epigr. 21. Nunc vivit sibi neuter, heu! bonosque Soles effugere atque abire sentit, Qui nobis pereunt, et imputantur. *Senec. in fin.* ep. 1. Hoc non imputo in solutum: de tuo tibi. *do not set down as paid.* ¶ Hinc sæpe est collati beneficii loco ponere, objicere, vel jactare tanquam beneficium: quod *Terent. Andr.* 2. 1. 31. dixit, postulare, quippiam gratiæ apponi sibi. *Phædr.* l. 1. fab. 22. v. 8. Noli imputare vanum beneficium mihi. *Senec. de Tranquill.* c. 6. Quidam ultro officia nostra nobis imputant. *Tacit. de Germ.* cap. 21. Gaudent muneribus: sed nec data imputant, nec acceptis obligantur. *account as a favour.* *Id. sub fin.* l. 3. *Hist.* Imputare perfidiam non possunt, qui Vitellium Vespasiano prodidere. et lib. 5. c. 24. Dolo a se flexos, imputavit Civilis. *Plin.* l. 8. ep. 21. Alii transeunt quædam, imputantque, quod transeant. *Martial.* l. 4. epigr. 83. Hos quoque commenda Venuleio, Rufe, libellos: Imputet et nobis ostia parva roga. *h. e.* concedat: et sic tanquam beneficium agnoscemus, patiemurque imputari nobis. *Id.* l. 12. epigr. 48. Imputet ipse deus nectar mihi, fiet acetum. *h. e.* largiatur pro magno munere. ¶ Et absolute *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 38. Hoc solum erit certamen, quis mihi plurimum imputet. *h. e.* quis majus mihi beneficium contulisse se dicat, et magis me sibi obnoxium esse ostendat. *Plin. in Paneg.* c. 24. Copiam tui, non ut imputes, facis. *Quintil.* declam. 1. cap. 2. Ut heredem filium scriberet, non est res, quæ imputetur. *Plin. in Paneg.* cap. 39. Ipsum sibi eripere tot beneficiorum occasiones, tam numerosam obligandi imputandique materiam. ¶ Item assignare, adscribere, *to ascribe, impute, charge, lay the blame or fault on one.* et fere in malam partem. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 400. Sævit enim, natumque objectat, et imputat illis. et lib. 15. v. 470. mortem senioribus imputet annis. *Tacit. in Agric.* cap. 34. Approbate reipubl. nunquam exercitui imputari potuisse aut moras belli, aut causas rebellandi. et cap. 27. Prospera omnes sibi vindicant: adversa uni imputantur. *Id.* 4. *Hist.* c. 31. Imputare alicui initium belli. et lib. 4. c. 14. ambiguam fortunam. *Quintil.* l. 5. c. 10. *a med.* cædem. *Plin.* l. 18. c. 1. culpam. *Id. in præfat. Hist. nat.* Hanc igitur audaciam tibi imputabis, et in nostra culpa tibi ignosces. *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 7. leg. 1. *a med.* Sibi imputent, cur minus idoneum fidejussorem acceperint. *Id.* l. 4. tit. 8. leg. 27. Stari debet sententiæ arbitri, sive æqua, sive iniqua sit: et sibi imputet, qui compromisit. *Plin. in fin.* ep. 20. l. 6. Et tibi scilicet, qui requisisti, imputabis, si digna ne epistola quidem videbuntur. *Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 4. leg. 3. *a med.* Si non postulavit, sibi imputet. *it is his own loss.* ¶ In bonam partem. *Justin.* l. 38. c. 6. Huic imputari victum Annibalem, huic captum Syphacem, huic Carthaginem deletam. [¶ Particip. *imputans, imputaturus* apud *Val. Max.* lib. 5. c. 7. ext. 1. Imputans ipsius pudori. *Senec.* epist. 86. Suum exilium reipublicæ imputaturus.]

IMPUTRESCO, is, utrui, n. 3. *to putrefy, rot*, κατασήπομαι, intus putresco. *Colum.* l. 6. c. 17. Et cum imputruit, conteritur.

IMPUTRIBILIS, le, *incorruptible, not liable to decay*, qui non putrescit. *Hieron.* ep. 128. *ad Fabiol. de vest. sacerd.* Ligna imputribilia. Adde *Augustin. in Psalm.* 95. et lib. 21. *de civ. Dei*, c. 7.

IMPUTRIBILITER, *incorruptibly.* *Augustin.* ep. 32. *ad Paulin.* Cedri Libani mundi hujus fluctus imputribiliter secant.

IMULUS, a, um, *somewhat towards the bottom*, diminut. ab *imus*, et ejusdem significationis. *Catull.* carm. 25. *ad Thall.* mollior cuniculi capillo, Vel anseris medullula, vel imula oricilla. *h. e.* auricula infima mollior, ut ait *Cic. ad Q. Fr.* l. 2. ep. 15. Alii tamen aliter, atque aliter legunt.

IMUS, a, um, *the lowest, inmost, deepest; at the bottom*, κατώτατος, ὕστατος, infimus, infimo loco vel in fundo positus: ab *infimus* per syncop. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 7. Ab imis unguibus usque ad verticem summum. *Id. de somn. Scip.* c. 5. Terra immobilis manens, ima sede semper hæret. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 18. Nihil intersit, utrum a summo, an ab imo dicere incipiamus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 581. fundo volvuntur in imo. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 308. ab imo Ad summum totus moduli bipedalis. *from top to bottom; from top to toe.* *Ovid.* 5. *Fast.* v. 665. superis imisque deorum. *Phædr.* l. 2. fab. 4. v. 3. ad imam quercum. *at the roots.* *Plin.* l. 11. c. 45. Est in ima aure memoriæ locus. *h. e.* in ima auris parte. *at the root of the ear.* *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 8. voce modo summa, modo ima. *low, deep.* *Martial.* l. 10. epigr. 80. Et gemitus imo promit de pectore. *from his inmost breast.* Sic *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 675. suspirare ab imo. *Virg.* 10. *Æn.* v. 464. magnumque sub imo Corde premit gemitum. *Id.* 3. *Georg.* v. 457. ima ossa. *the marrow.* Sic *Ovid.* 1. *Trist.* el. 5. v. 9. imis infixa medullis. ¶ Substantivi more. *Plin.* l. 4. c. 11. Amnis ambiens ima montis. *the roots, foot.* et lib. 32. c. 6. *a med.* Ima maris. *the bottom.* *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 57. ima petere. *to go to the bottom.* [¶ *Ima ventris* sunt genitalia. *Apul.* 8. *Met.* pag. 586. *Oudend.* Quemdam fortissimum rusticanum, industria laterum, et imis ventris bene præparatum, comitem cœnæ secum adducunt. *h. e.* juvenem bene mutoniatum.] ¶ Ima summis mutare, *Horat.* l. 1. od. 34. v. 12. et miscere, *Velleio* l. 2. c. 2. est vertere omnia, permiscere, turbare. *to turn upside down, turn topsy-turvy.* *Ovid. Metam.* 5. v. 588. aquas perspicuas imo. *at the bottom.* ¶ Refertur etiam ad ordinem, et ultimum significat. *Horat. de ar. Poet.* v. 126. servetur ad imum, Qualis ab incepto processerit. *h. e.* ad finem. *to the end.* *Ovid. Fast.* 2. v. 52. imus mensis. *h. e.* Februarius, ultimus anni. Hinc in convivio *imus*, qui imo lecto accumbit, vel ima lecti parte. V. *Accumbo.* *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 40. secutis omnibus imis. Al. aliter leg. *Martial.* l. 6. epigr. 74. Medio recumbit imus ille qui lecto. ¶ *Ad imum*, ad extremum, denique. *finally, lastly, in fine.* *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 33. Cum pulcris tunicis sumet nova consilia, et spes: Dormiet in lucem: scorto postponet honestum Officium: nummos alienos pascet: ad imum Threx erit, aut olitoris aget mercede caballum.

IN

IN, *into; in*, ἐν, εἰς, præpositio accusativo serviens, cum motum adsignificat: quum vero quietem, ablativo: a Græca priore voce allata. Ad motum hæc pertinent. *Cic. Catil.* 1. c. 8. Abire in aliquas terras. *into, to.* *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 6. In fines Eburonum pervenerant. *Nepos in Milt.* c. 3. Ex Asia in Europam exercitum trajicere. et cap. 4. In Asiam mittere. ¶ Ad quietem. *Cic. pro Cluent.* c. 28. In occulto stare. *Id.* 2. *de Divin.* c. 54. In Senatu dicere. et lib. 1. c. 28. Manere in villa. *Id.* 2. *de Fin.* c. 21. In solio sedens. *on.* *Id.* 6. *Fam.* ep. 8. Esse in Sicilia. ¶ Non raro tamen hæc fallunt. Nam et cum verbis motus ablativum regit. *Plaut. Amph.* 4. 3. 14. Introrumpam in ædibus. *Phædr.* l. 5. fab. 1. v. 15. In conspectu meo audet venire. *Manil.* l. 5. v. 385. Cum venit in regione tuæ, Capricorne, figuræ. *Ascon.* ad illud *Cicer. Verr.* 3. c. 1. Si fortes fueritis in eo, &c. Ideo in *eo* dixit, et non in *eum*, quia hoc in utrumque casum profertur, sicut Virgilius (*Æn.* 2. v. 541.) Talis in hoste fuit Priamo: cum in *hostem Priamum* dicere debuit. ¶ Et sæpius cum verbis quietis accusativum, Græcorum more, qui εἰς cum accusativo efferunt, quietem significantes. *Cato R. R.* c. 52. Eum qualum in arborem relinquito. et c. 156. Brassicam in aquam macerare oportet. *Plaut. Amph.* 1. 1. 25. Nunc mihi in mentem fuit diis gratias agere. (V. *Gell.* l. 1. c. 7.) *Id. Casin.* 2. 3. 26. Ubi in lustra jacuisti? *Id. Aulul.* 4. 8. 6. Me collocavi in arborem. *Cic. in Divin. Verr.* c. 21. Ab exteris nationibus, quæ in amicitiam populi R. ditionemque essent, injurias propulsare. *Id. pro Leg. Manil.* c. 12. Vestros portus in prædonum fuisse potestatem, sciatis. V. *Gell. loc. cit.* et lib. 17. c. 2. Plura in hanc rem congessere *Voss. de Grammat.* l. 7. c. 65. *Gifan. in Lucret. Pareus in Lex. Crit. Scioppi.* et al. ¶ Eandem vim status ac motus habet ratione personæ, aut rei. *Cic. in Orat.* c. 64. Pæon commodissime putatur in solutam orationem illigari. *Id. pro Quint.* c. 30. Ea res nunc in discrimen versatur, utrum, &c. *Id. Verr.* 3. c. 21. In publicas tabulas ad ærarium perscribenda curavit. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 4. In custodiam, vel in pistrinum tradere aliquem. *Id.* 2. *de*

nat. Deor. c. 49. Aves, quæ se in mari mergunt. *Id.* 1. *Attic.* ep. 13. *ad fin.* In illam orationem Metellinam addidi quædam. *Id.* 2. *de Orat.* c. 1. Patris studium in filiis erudiendis. ¶ Interdum vacat. *Propert.* l. 2. eleg. 7. v. 52. Maximaque in parva sustulit ossa manu. et eleg. 10. v. 33. Et sit in exiguo laurus superaddita busto. Adde eleg. 18. v. 44. ¶ Sæpe pro *erga* ponitur. *towards. Cic.* 1. *de Orat.* c. 44. Inflammati amore in patriam. et lib. 2. c. 40. Indulgentia in liberos. *Id.* 1. *de Legib.* c. 15. Obsequia in homines, religiones in deos. *Id. in Orat.* c. 38. Facta, consilia, merita in rempublicam. ¶ Cum ablativo. *Id. Fam.* 3. ep. 8. Studia eorum mihi placere, qui in te benemerito grati essent. ¶ Item pro contra. *against. Cic.* 1. *de Orat.* c. 46. Populum inflammare in improbos, aut incitatum in bonos mitigare. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 34. Ita ad impietatem in deos, in homines adjunxit injuriam. *Id.* 2. *Attic.* ep. 22. Impetum facere in aliquem. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 6. Quod in hunc majus crimen exspectas? ¶ Et cum ablativo. *Nep. in Timol. in fi.* In hoc tantum fuit odium multitudinis, ut, &c. ¶ Est etiam *super*, vel *de*. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 6. In eam tabulam magni risus consequebantur. *Id.* 2. *Attic.* ep. 22. In eam sententiam cum multa dixisset. *Id.* 2. *de Orat.* c. 61. Ridiculum est illud vetus in furace servo, &c. quod idem in bono servo dici potest. ¶ Item *versus*. *Plaut. Cistell.* 2. 3. 78. Quid nunc supina sursum in cælum conspicis? ¶ Item *apud*, vel *circa*. *at, about. Propert.* l. 1. el. 3. v. 6. Qualis in herboso concidit Apidano. et el. 2. v. 11. surgat et in solis formosius arbutus antris. ¶ Et *inter*. *amongst. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 61. Cæsaris autem in barbaris erat nomen obscurius. *Anton. ad Cicer. post epist.* 8. l. 10. *ad Attic.* Reponere aliquem in suis. *Cic. pro Flacc.* c. 19. Esse in clarissimis civibus. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. Luna in septem numeratur tanquam vagantibus. *Id.* 1. *Offic.* c. 19. *ad fin.* Hic in magnis viris non est habendus. ¶ Et *apud*. *Id. in proœm. Parad.* Cato ea sentit, quæ non sane probantur in vulgus. *with.* ¶ Et *ad*. *Plaut. Cas.* 5. 8. 47. Vocare aliquem ad se in nuptias. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 54. Ut iidem versus alias in aliam rem posse accommodari videantur. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 470. Servulum in populum perduxit armatum. ¶ Et *sub*. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 14. Ambulare in sole. ¶ Et *supra*. *Id.* 1. *de Orat.* c. 53. Pupillum filium pæne in humeros extulisset. *Nepos in Milt.* c. 3. Pontem fecit in Istro flumine. *over. Plaut. Curcul.* 5. 2. 13. Ludere in chlamydem. ¶ Et *cum*. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 12. In pauciores avidos altercatio est. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 297. Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus. *Sueton. in Calig.* c. 52. Processit aliquando cycladatus: ac modo in crepidis, vel cothurnis, modo in speculatoria caliga. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 641. trifida Neptunus in hasta. et lib. 5. v. 349. Colchis in vittis. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 37. Partes aliam in aliam implicatam videbit. *Virg.* 5. *Æn.* v. 37. Horridus in jaculis. Adde *Tacit.* 4. *Hist.* c. 3. ¶ Et *ad, juxta, secundum*. *Cic.* 7. *Verr.* c. 28. *extr.* Hostilem in modum. *Id. pro Quint.* c. 20. Judicium quin acciperet in ea ipsa verba, quæ Nævius edebat, non recusasse. ¶ Et *usque ad*. *till, until. Plin.* l. 18. c. 34. *ad fin.* Vulturnus si a serena cæli parte cœperit flare, non durabit in noctem: at Subsolanus in majorem partem noctis extenditur. *Varr. R. R.* c. 5. l. 2. Boves pariunt in decem annos. *Colum.* l. 12. c. 24. In partem dimidiam decoquere aquam. ¶ Et *per*. *through, throughout. Cic. pro Flacc.* c. 26. Leges in omnes terras distributæ. *Id.* 2. *de Orat.* cap. 79. Est id quidem in totam orationem confundendum, nec minime in extremam. ¶ Et *ob, propter*. *on account of. Nepos in Attic.* c. 25. *extr.* Cavit, ne qua in re jure plecteretur. *et in Timol.* c. 4. Se in ea re maximas diis gratias agere. *et in Pausan.* c. 2. In quo facto domum revocatus, &c. ¶ Sæpe notat causam finalem. *Plaut. Aulul.* 2. 6. 2. Hos ut accipias coquos, tibicinamque, obsoniumque in nuptias. *for the marriage. Vellei.* l. 2. c. 41. Qui semper et somno et cibo in vitam non in voluptatem uteretur. *et ibid.* In hoc scilicet, ne suspectus his foret. *to the end that he might not render himself suspected. et Senec. de Benef.* l. 7. c. 23. In hoc omnis hyperbole extenditur, ut ad verum mendacia veniat. *Cic. pro Cluent.* c. 66. *a med.* In familiæ luctum, atque in privignorum funus nupsit. *Id. pro Rab. Post.* c. 12. Nullam pecuniam Gabinio, nisi in rem militarem datam. *Id. Attic.* l. 16. ep. 1. *ad fin.* Hæc scripsi in eam partem, ne me motum putares. ¶ Finalem causam notant et illa *Petron. in Satyr.* c. 89. scissaque in molem cadunt robora. *h. e.* cæsa cadunt robora, ut equus ligneus fiat. Sic *Lucan.* l. 1. v. 306. In classem cadit omne nemus. *to build. Sueton. in Cæs.* c. 3. Conscriptæ in Ciliciam legiones. *h. e.* ut in Ciliciam ducerentur. ¶ Refertur etiam ad tempus. *Cic.* 2. *Phil.* c. 30. Qui in proximum annum consulatum peteres. *for the next year.* et lib. 6. *Attic.* ep. 3. Renovato in singulos annos fenore. *h. e.* singulis annis. *et ibid.* Pompeio talenta ducenta in sex mensibus promissa. *within six months.* Sic *in Top.* c. 10. Si filius natus esset in decem mensibus. *Id. Attic.* l. 14. ep. 20. *ad fin.* Consilia temporum sunt, quæ in horas commutari vides. *hourly.* et l. 5. *Tuscul.* c. 11. Vivere in diem. *from hand to mouth.* V. *Dies.* et l. 3. *Offic.* c. 14. Ad cœnam invitavit in posterum diem. *the day following.* et lib. 1. *Tuscul.* c. 38. Non deterret sapientem mors, quo minus in omne tempus reipublicæ consulat. ¶ Aliquando ad tempus *in* additur, licet abesse recte possit. *Id. de clar. Orat.* c. 93. In hoc spatio, et in iis post ædilitatem annis. *Terent. Andr.* 4. 5. *in fi.* Nolo, me in tempore hoc videat senex. *Cic. pro Quint.* c. 1. Hæ contra nos faciunt in hoc tempore. *In. fragm.* 2. *epist. Cornel. matr. Gracchor. inter fragm. Nepot.* In eo tempore. ¶ Quod idem et in propriis locorum nominibus reperitur interdum. *Plaut. Curcul.* 4. 4. 6. Salvus cum advenis in Epidaurum. *Id. Mil.* 2. 1. 35. Invitam mulierem in Ephesum advehit. ¶ Illa quoque ad tempus referri possunt. *Nepos in Attic.* c. 1. In pueritia. *h. e.* dum puer fuit. *Id. in Cim.* c. 4. In bello, in pace. *h. e.* tempore belli et pacis. *Id. in Pausan.* cap. 5. Cum jam in eo esset, ut comprehenderetur. *on the point of being taken.* et *Plaut. Trin.* 1. 1. 2. In ætate est utile. *sometimes,* in vita, seu aliquo vitæ tempore. *Plin.* l. 12. c. 25. Lacrima in fricando odorata. *h. e.* dum fricatur. *Id.* l. 8. c. 42. *ad fin.* In bibendo profundius nares mergit. ¶ Nonnunquam suo casui postponitur. *Nepos in Milt.* c. 5. Hoc in tempore. *Avien. in Arat.* v. 402. longis hoc tempore in anni Otia sunt remis. ¶ In distributionibus, ac divisionibus sæpe usum habet cum accusativo. *Cæs. initio de B. Gall.* Gallia est omnis divisa in partes tres. *Liv.* l. 2. c. 33. *extr.* Sextantibus collatis in capita. ¶ *In* pro *intra*. V. locum *Gellii* in *Uls.* ¶ In compositione multiplicem vim habet. modo enim intendit, augetque, ut *increpo, insono, infractus*: modo (idque sæpius) negat, privatque, ut *insanus, ineptus*: (*Cic. in Top.* c. 11. Præpositio *in* privat verbum ea vi, quam haberet, si *in* præpositum non fuisset, ut dignitas indignitas, humanitas inhumanitas.) modo contra significat, ut *insulto*: modo intro, ut *ingredior*: modo intus, ut *inædifico, inambulo*: modo supra, ut *immineo*. Ante *b, m, p* mutat *n* in *m*, ut *imbuo, immitto, impono*: ante *l*, et *r* in easdem vertit, ut *illigo, irretio*: ante *gn*, amittit, ut *ignarus*: ante alias consonantes integram servat. Sunt qui ante omnes integram servari volunt, ex veterib. MSS. et lapidib. ut est apud *Noris. in cenotaph. Pisan.* dissertat. 4. c. 6. *Pier. ad* 8. *Æn.* v. 3. et *Cellar. in Orthogr.* itaque scribunt *inmitto, inpono, inligo, inrito*. Nos in hoc opere utramque scribendi rationem posuimus.

INA, æ, f. vena, seu pars chartæ tenuissima. *Fest.* in *Ilia*, et *Exiles*. Affert *Voss. in Etymol. v. Inane*, exempla ex *Plin.* l. 13. c. 12. et *ex Varrone* l. 3. *R. R.* c. 9. Ibi tamen in optimis codicib. *vena* legitur. V. tamen *Scalig. in loc. Varron. cit.* Est autem *ina* ab ἴς, ἰνὸς, vena: cujusmodi sunt in chartis, et in ovorum vitellis, in quibus fecunditatis vis inesse putatur.

INABRUPTUS, a, um, *unbroken, indissoluble,* ἄῤῥηκτος, non abruptus. *Stat.* l. 5. *silv.* 1. v. 43. Nec mirum, si vos collato pectore mixtos Junxit inabrupta concordia longa catena.

INABSOLŪTUS, a, um, *unfinished,* non absolutus, imperfectus. *Apul.* l. 1. *de dogmat. Plat.* Quas ἰδέας idem vocat, inabsolutas, informes.

INACCENSUS, a, um, adject. *not kindled, not inflamed,* non accensus. *Sil.* l. 1. v. 96. inaccensi flagrant altaribus ignes. *h. e.* non ab aliquo accensi, sed sponte ardentes. *Claudian. de rapt. Proserp.* l. 1. v. 225. Pectus inaccensum Veneri. Utrumque ita restituit *Heins.* ex veterib. libris. Nam priore loco alii leg. *in accensis*: posteriore *inaccessum*.

INACCESSIBĬLIS, le, *inaccessible,* ἀπρόσιτος, inaccessus. *Tertull. advers. Prax.* c. 15. ex 1. *Timoth.* 6. 16. et *Mamertin. in Genethl. Maximiani*, c. 9.

INACCESSUS, a, um, *inaccessible, unapproachable, difficult to approach,* ἀνεπίβατος, ἄβατος, quo non acceditur, vel accedi non potest. *Plin.* l. 12. c. 14. Mare scopulis inaccessum. et lib. 6. c. 28. Oppidum circumdatum montibus inaccessis. *Senec. in Herc. Fur.* v. 606. Loca inaccessa omnibus. *Sil.* l. 3. v. 516. Rumpit inaccessos aditus. *Virg.* 7. *Æn.* v. 11. Dives inaccessos ubi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu. *h. e.* ad quos nemo debet accedere. V. *Illaudatus. Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 17. *ante med.* Pindarus, quem Flaccus (lib. 4. od. 2. v. 1.) imitationi inaccessum fatetur.

INACCRESCO, is, n. 3. accresco, cresco. *Tertull. in Scorpiac. advers. Gnost.* c. 1. *a med.* Nausea nominis inaccrescit. Al. leg. *inacrescit*, h. e. inacescit.

INACCUSĀTUS, a, um, adject. *not accused. Tertull. in Apolog.* c. 49. Inaccusati et impuniti.

INACESCO, is, cui, n. 3. *to become sour,* ἐξοξύνομαι, idem quod acesco. *Plin.* l. 28. c. 9. *ante med.* Acido lacte addito in recens, quod velis inacescere. *Scribon. Larg. compos.* 104. Quibus frequenter inacescit cibus. ¶ Translate *Ovid. de remed. amor.* v. 307. Hæc tibi per totos inacescant omnia sensus: Hæc refer: hinc odii semina quære tui. *h. e.* acria fiant, pungant, displiceant. Sic *Plaut. Bacch.* 5. 1. 13. Hoc, hoc est, quod peracescit: hoc est demum, quod percrucior. *is painful; pains me.* Al. in *Ovid.* leg. *marcescant*, sed minus recte. *Apul.* l. 5. *Metam.* Si tibi etiam, ut par est, inacuit nostra contumelia.

INACHĬDES, æ, m. Ἰναχίδης, patronym. filius, vel nepos Inachi, *Ovid.* 1. *Metam.* v. 753. Non tulit Inachides. *h. e.* Epaphus filius Ius, quæ Inachum patrem habuit. *Id.* l. 4. v. 719. Inachides ferrum curvo tenus abdidit hamo. *h. e.* Perseus filius Danaes, Acrisii Argivorum regis filiæ. Ipsi enim Argivi Inachidæ dicti sunt, tum ab Inacho fluvio, qui Argos oppidum præterfluit; tum ab Inacho eorum rege. *Stat.* 3. *Theb.* v. 365. trepidi de sedibus adstant Inachidæ.

INĂCHIS, idos, et idis, f. Ἰναχὶς, Io, seu Isis Inachi filia. *Propert.* l. 2. el. 24. v. 3. Atque utinam Nilo pereat quæ sacra tepente Misit matronis Inachis Ausoniis. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 454. quo minus anser Det jecur in lances, Inachi lauta, tuas. *Id.* 1. *Metam.* v. 610. inque nitentem Inachidos vultus mutaverat ille juvencam. ¶ *Inachides, um,* sunt Mulieres Argivæ. *Claudian. de B. Gild.* v. 407. ¶ Adjective *Ovid.* 1. *Metam.* v. 640. Venit ad Inachidas ripas. *h. e.* Inachi fluvii.

INACHĬUS, a, um, Ἰνάχιος, ad Inachum pertinens. *Virg.* 3. *Georg.* v. 153. Inachiæ Juno pestem meditata juvencæ. *h. e.* Ius Inachi filiæ in vaccam conversæ. *Id.* 7. *Æn.* v. 286. Inachii Argi. *h. e.* quos Inachus fluvius alluit, et ubi Inachus regnavit. *Virg. Æn.* 11. v. 286. Inachiæ urbes. *h. e.* Argivæ, Græcæ. Sic *Val. Flacc.* l. 8. v. 148. Inachiæ natæ. *h. e.* Græcæ puellæ: eo modo, quo *Argivi* de omnibus Græcis dicuntur. *Senec. in Apocolocynt. ante med.* Inachia urbs. *h. e.* Cumæ Campaniæ oppidum a Græcis conditum, quo appulisse dicitur Hercules cum bobus ex Hispania rediens. *Propert.* l. 2. el. 10. v. 8. Inachius Linus. *h. e.* filius Psammathis filiæ Crotopi regis Argivorum. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 397. Inachiæ undæ. *h. e.* Inachi fluvii. At *Lucano* Inachiæ undæ l. 4. v. 634. sunt paludis Lernææ, ubi Hercules Hydram contudit. Lerna autem est apud Argos oppidum. *Val. Flacc.* l. 8. v. 125. Inachia antra. *h. e.* Nemeææ silvæ in eadem regione. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 656. Inachium litus. *h. e.* sinus Argolici. *Stat.* 2. *Theb.* v. 145. Inachius rex. *h. e.* Adrastus rex Argivorum. *Petron. in Satyr.* c. 139. Inachia Tirynthius ira exagitatus. *h. e.* ea, qua Juno agitavit Io Inachi filiam. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 278. Inachius Perseus. V. *Inachides.*

INĂCHUS, i, m. Ἴναχος, fluvius Argolicæ regionis in Peloponneso, qui Argos oppidum alluit: de quo *Stat.* 4. *Theb.* v. 118. fluviorum ductor Achivum, Inache. Adde *Plin.* l. 4. c. 5. ¶ Item primus Argivorum rex Ius pater, qui vel fluvio nomen dedit, vel ab eo accepit. *Horat.* l. 3. od. 19. Quantum distet ab Inacho Codrus, &c. ¶ In fabulis idem est fluvius, et rex, nempe Oceani filius (apud *Hygin. in præfat.* Ponti, et Maris) Ius, seu Isidis pater. ¶ Adjective *Stat.* 8. *Theb.* v. 363. Inacha pubes. *h. e.* Argiva, Græca juventus.

INACRESCO. V. *Inaccresco.*

INACTUŌSUS, a, um, *inactive,* segnis, deses. *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei*, c. 16. Faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum, idest nimis desidiosum et inactuosum. Adde *Serv. ad Æn.* 3. v. 587.

INACTUS. V. *Inigo.*

INADIBĬLIS, le, *inaccessible,* qui adiri non potest, inaccessus. Est *Sidonii* l. 2. ep. 2. *post med.*

INADULABĬLIS, le, *not to be flattered,* ἀκολάκευτος, non obnoxius adulationi. *Gell.* l. 14. c. 4. Judicem oportere esse gravem, sanctum, severum, incorruptum, inadulabilem.

INADUSTUS, a, um, *not hurt by the flames, not scorched, unburnt,* non adustus. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 93. Jungis et æripedes, inadusto corpore, tauros. *Prudent. in Apotheos.* v. 199. Inadustis fratribus. *h. e.* tribus pueris in fornace Babyl.

INÆDIFICATĬO, onis, f. *a building upon,* ædificatio. *Plaut. Mil.* 2. 2. 54. Ecce autem ædificat: columnam mento suffulsit suo. Apage: non placet profecto mihi illa inædificatio.

INÆDIFICĀTUS, a, um, *built in or upon,* ædificatus in aliquo loco. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 16. Cum pæne inædificata in muris ab exercitu nostro mœnia viderentur. *Cic. de Harusp. resp.* c. 14. In domo tua ita est inædificatum sacellum, ut alius fecerit, tibi tantummodo sit demoliendum. *Liv.* l. 39. c. 44. Et quæ in loca publica inædificata, immolitave privati habebant, intra dies triginta demoliti sunt. Adde *Colum.* l. 6. c. 37. et *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 5. ¶ Translate *Lucret.* l. 6. v. 264. Multa nubila multis inædificata. *h. e.* alia super alia exstructa. *towering or rising one above another.* ¶ Item aliquo ædificio occupatus, impeditus, *built or blocked up. Cic. de Harusp. resp.* c. 15. A Sex. Serrano sanctissima sacella suffossa, incensa, inædificata, oppressa, summa denique turpitudine esse fœdata nescimus? *Liv.* l. 44. c. 45. Nec clausæ modo portæ, sed etiam inædificatæ erant. *walled up.*

INÆDIFĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to build or block up,* ἐνοικοδομέω, ædificando occupo, obstruo, impedio. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 27. Portas obstruit, vicos plateasque inædificat, fossas transversas viis prædueit. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 9. Castra imperat vallo muniri, coronisque pro ratione ejus altitudinis inædificari. *Scævola Dig.* lib. 13. *tit. et leg. ult.* Inædificare locum aliquem. ¶ Item in aliquo loco ædifico. *to build in or upon. Plin.* l. 10. c. 3. *a med.*

Quinto aquilarum generi inædificatur nido lapis actites. *h. e.* inseritur, immittitur. *Al. leg.* inuidificatur. *Pompon. Dig.* lib. 41. tit. 1. leg. 30. *extr.* Inædificare supra pilas. Ita *Torrentin.* alii *ædificare.* ¶ Translate *Senec. de consol. ad Marc.* c. 2. Adolescens patiens laboris: quantumcunque imponere avunculus, et ut ita dicam, inædificare voluisset, laturus.

INÆQUABILIS, le, *unequal,* ἄνισος, inæqualis. *Varr. R. R.* l. 1. c. 6. *extr.* Campester locus inæquabilis. *Plin.* l. 7. c. 51. Venarum inæquabili, aut formicante percussu. *Cic. in Partit.* c. 4. Inæquabili varietate distinguere.

INÆQUABILĬTAS, atis, f. *inequality,* inæqualitas. *Arnob.* l. 2. pag. 81. Inæquabilitas elementorum.

INÆQUABILITER, *unequally,* inæqualiter. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. *ante med.* Ova inæquabiliter maturescunt. *Sueton. in Galb.* c. 9. Varie et inæquabiliter provinciam rexit.

INÆQUĀLIS, le, *unequal, uneven, odd, unlike,* ἀνώμαλος, non æqualis, dispar. *Martial.* l. 1. epigr. 56. v. 11. Pinguis inæquales onerat cui villica mensas. *Plin.* l. 9. ep. 5. Nihil est ipsa æqualitate inæqualius. *Sueton. in Aug.* c. 75. Inæqualissimarum rerum sortes. *dissimilar, unlike. Ovid.* l. 1. *Metam.* v. 117. Inæquales autumni. *h. e.* varii, ac modo sereni, modo pluvii: modo frigidi, modo calidi. *Horat.* l. 2. od. 9. v. 2. mare Caspium Vexant inæquales procellæ. *h. e.* quæ æquor inæquale et asperum faciunt. *Id.* l. 1. ep. 1. v. 94. Inæqualis tonsor. *h. e.* qui inæqualiter tondet. *Id.* l. 2. sat. 6. v. 68. Siccat inæquales calices conviva, solutus Legibus insanis. *h. e.* modo plenos, modo dimidios, ut libet. Alii interpretantur, modum excedentes, et numerum. *Id.* l. 2. sat. 7. v. 10. Vixit inæqualis, clavum ut mutaret in horas. *h. e.* varius, inconstans, mutabilis. *changeable, inconsistent. Senec. de vita beata* c. 12. Illi ipsi stulti, et inæquales, et sub ictu pœnitentiæ positi, &c. [† *Ovid. Epist.* 9. 29. Inæquales juvenci. *unequally matched, not a pair.*]

INÆQUALĬTAS, atis, f. *inequality, unevenness, disproportion, disparity, imparity, unlikeness,* ἀνισότης, disparilitas. *Varr.* l. 7. *de L. L.* c. 13. Cum dissimillima sit virilis toga tunicæ muliebri, tamen inæqualitatem hanc sequimur. *Colum.* l. 3. c. 12. Opus est inter has inæqualitates magno temperamento. *Quintil.* l. 12. c. 9. *ad fin.* Inæqualitas coloris. *Plin.* l. 2. c. 70. Inæqualitates temporum. ¶ Apud *Varron. initio* l. 8. *de L. L.* est anomalia. Sic *Gell.* l. 2. c. 25. Ἀνωμαλία est inæqualitas declinationum, consuetudinem sequens.

INÆQUALĬTER, adverb. *unequally,* ἀνίσως, cum inæqualitate. *Colum. de arborib.* c. 7. *a med.* Sicubi inæqualiter findi videbitur. *Liv.* l. 37. c. 53. Inæqualiter alios deprimere, alios extollere. *Cels.* l. 2. c. 6. Brachia inæqualiter dispergere.

INÆQUĀTUS, a, um, *equalised, made equal,* idem quod æquatus, æqualis. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 43. Qualis (*libra*) inæquatum si quando onus urget utrinque, Instabilis natat alterno depressior orbe. [† *Gesnerus* interpretatur *inæquale, non æquatum.*]

INÆQUO, as, a. 1. *to make equal or even; to level,* ἰσόω, adæquo, complano, planum et æquum facio. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 27. Hæc levibus cratibus terraque inæquat.

INÆSTIMABĬLIS, le, *of no esteem or value,* ἀτίμητος, qui æstimari non potest, quia nullius est pretii. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 6. Æstimabile appellamus id, quod aut ipsum secundum naturam sit, aut tale quid efficiat, ut selectione dignum propterea sit: contraque inæstimabile, quod sit superiori contrarium. ¶ Item pretium omne excedens. *that cannot be valued, inestimable. Liv.* l. 29. c. 32. Id vero inæstimabile gaudium fore. *Valer. Max.* l. 4. c. 8. n. 1. Accedit pretio rei inæstimabile monumentum occasionis. ¶ Utramque significationem habere potest illud *Livii* l. 35. c. 14. *extr.* Perplexum Punico astu responsum, et improvisum assentationis genus Scipionem movisse, quod e grege se imperatorum, velut inæstimabilem, secrevisset. ¶ Item de quo judicium fieri non potest. *Id.* l. 31. c. 34. Nihil tam incertum, nec tam inæstimabile est, quam animi multitudinis.

INÆSTIMĀTUS, a, um, *not valued or esteemed,* non æstimatus. *Ulpian. Dig.* lib. 25. tit. 3. leg. 10. Si pretiis inæstimatis aliquid accesserit. *Triphonin. ibid.* leg. 75. Si in dotem fundum inæstimatum dedit.

INÆSTŬO, as, n. 1. in aliqua re æstuo. *Horat.* epod. 11. v. 15. si meis inæstuet præcordiis Libera bilis. *boils or rages in.*

INAFFECTĀTUS, a, um, *unaffected, natural,* non affectatus. *Quintil.* l. 11. c. 1. *extr.* Quia simplicitas illa, et securitas inaffectatæ orationis mire tenues causas decet. *Plin. in Paneg.* c. 67. Inaffectata veritas verborum.

INAGGERĀTUS, a, um, in aliquo loco aggeratus. *Sidon.* l. 3. ep. 12. *in carm.* Ne fors tempore postumo, viator, Ignorans reverentiam sepulti, Tellurem tereres inaggeratam.

INAGITABĬLIS, le, *that cannot be moved or agitated,* qui agitari non potest. *Senec.* l. 5. *quæst. nat.* c. 5. An existimas, aerem inertem, inagitabilem relictum esse?

INAGITĀTUS, a, um, *not agitated. Senec.* ep. 75. *ad fin.* Inagitati terroribus, incorrupti voluptatibus, nec mortem horrebimus, nec deos. *Id. Suasor.* 1. Inagitata remigio vastitas. *h. e.* mare nullis remis pulsatum.

INALBĔO, es, n. 2. *to grow white,* albus fio. *Apul. initio* l. 7. *Metam.* Ut primum tenebris abjectis dies inalbebat. Sunt qui leg. *inalbabat,* et putant esse sumptum ex *Annali* 6. *Ennii.*

INALBESCO, is, n. 3. *to become white or pale,* albus fio. *Cels.* l. 2. c. 7. *sub fin.* Venæ sub lingua inalbescunt.

INALBO, as, avi, atum, a. 1. album facio, *to whiten, make white. Apul.* l. 10. *Metam.* Cerei nocturnas tenebras inalbabant. V. *Inalbeo.*

INALGESCO, is, n. 3. *to grow cold,* idem ac algesco. *Cels.* l. 3. c. 3. ubi extremæ partes membrorum inalgescunt.

INALIENĀTUS, a, um, non alienatus, incorruptus. *Scribon. Larg. compos.* 214. Adjicitur propolis inalienatæ, sinceræ, bonæ selibra.

INALPĪNUS, a, um, *relating to the Alps, Alpine,* qui est in Alpibus. *Sueton. in Aug.* c. 21. Domuit Vindelicos, ac Salassos, gentes inalpinas. *Plin.* l. 3. c. 5. Inalpini populi. [*Brut.* apud *Cic.* 11. *Fam.* ep. 4. Progressus sum ad Inalpinos cum exercitu. *h. e.* populos inalpinos, qui in Alpis habitant.]

INALTĀTUS, a, um, *raised on high,* in altum sublatus. *Apul. in Trismegist.* Inaltata est cava Mundi rotunditas in modum sphæræ.

INALTĔRO, as, a. 1. *Tertull. de Virg. velan.* c. 4. Quas non divisit, tacendo inalteravit. *h. e.* alteram in altera complexus est.

INALTO, as, a. 1. exalto, extollo. *Paulini* est carm. 21. *ad Cyther.* v. 738. Quia qui superbos deprimit, Humiles inaltat.

INAMABĬLIS, le, *not amiable, unpleasant,* ἀνέραστος, non amabilis. *Plin.* l. 9. ep. 10. Genus operis inamabile, inamœnum, magisque laboribus ruris, quam voluptatibus simile. ¶ Item odio dignus, invisus. *hateful, odious. Virg.* 6. *Æn.* v. 438. tristique palus inamabilis unda. V. *Illaudatus. Ovid. Metam.* 14. v. 590. Inamabile regnum. *scil.* Inferorum. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 6. v. 5. Non cadit in mores feritas inamabilis istos. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 289. Illa sonat raucum, quiddamque inamabile stridet. *Plaut. Bacch.* 4. 3. 3. Incredibilis, imposque animi, inamabilis, illepidus vivo. *Senec.* l. 3. controv. 20. *a med.* Nihil est inamabilius, quam diligens stultitia.

INAMARESCO, is, n. 3. *to become bitter or disagreeable,* idem ac amaresco. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 107. Nempe inamarescunt epulæ sine fine petitæ.

INAMĀTUS, a, um, *not loved, disliked, hated,* non amatus, invisus. *Sil.* l. 12. v. 526. hinc Allifanus Iaccho Non inamatus ager.

INAMBITIŌSUS, a, um, *void of ambition, unambitious, humble,* non ambitiosus. *Ovid.* 11. *Metum.* v. 765. Secretos montes et inambitiosa colebat Rura.

INAMBULATĬO, onis, f. *a walking up and down,* ambulatio, deambulatio. *Cic. in Brut.* c. 43. et *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 15. Si contentio fiet, celeri porrectione brachii, inambulatione, pedis dextri rara supplosione uti oportebit. ¶ Item locus ipse, ubi inambulatur. *a walk, place to walk in. Plin.* l. 14. c. 1. Una vitis subdiales inambulationes umbrosis pergulis opacat. Adde *Vitruv.* l. 1. c. 3. [¶ Translate dictum de lecti hac illac nutantis quassatione. *Catull.* carm. 6. v. 10. Tremulique quassa lecti Argutatio, inambulatioque.]

INAMBŬLO, as, n. 1. *to walk up and down, pace to and fro,* περιπατέω, spatior, spatia ambulando conficio. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 2. *circa med.* Ante lucem inambulabam domi. *Liv.* l. 23. c. 43. Per muros inambulare. *Asin. Poll. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 32. Cum quidem pransus, nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum rejectis, inambularet. *Cic.* 1. *de Leg.* c. 5. in viridi opacaque ripa inambulantes.

INAMISSIBĬLIS, le, qui amitti non potest. *Augustin.* l. 22. *de Civ. Dei, c. ult. circa med.*

INAMŒNUS, a, um, *unpleasant, disagreeable, baleful,* ἀηδίος, non amœnus, asper, horridus, tristis. *Ovid. Metam.* 10. v. 15. Persephonem adiit, inamœnaque regna tenentem Umbrarum dominum. *Stat.* l. 2. silv. 2. v. 32. Qua prius obscuro permixti pulvere soles, Et feritas inamœna, viæ, nunc ire voluptas. V. *Illaudatus.*

INANEFACTUS, a, um, inanis, atque irritus factus. *Ulpian. Dig.* lib. 10. tit. 4. leg. 18. Solutione chirographo inanefacto, et pignoribus liberatis. Al. rectius leg. *inani facto.*

INANESCO, is, n. 3. *to become empty or void,* inanis fio, κενοῦμαι. *Ammian.* l. 23. *sub fin.* Conchulæ concussæ metu fulgurum inanescunt. Adde *Augustin.* l. 6. *de Music.* c. 13.

INANĬA, æ, f. inanitas, ut *Non.* c. 2. n. 421. docet. *Plaut. Aulul.* 1. 2. 5. Hic apud nos nihil est aliud quæsti furibus. Ita inaniis sunt oppletæ (*ædes*) atque araneis.

INANILŎQUUS, a, um, *babbling, prattling, talking idly,* κενολόγος, qui inania loquitur. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 24. Surdus sum: profecto inaniloquus es. Al. leg. *inanilogus,* alii *inanilogista,* quæ idem significant, sed voces hybridæ sunt.

INANIMĀLIS, le, *inanimate,* inanimatus, non animalis. *Apul. in Trismeg.* Animalia omnia et inanimalia. *Macrob.* l. *Sat.* 4. c. 6. Sermo dirigitur ad inanimalia. Adde *Tertull. in Apolog.* c. 48.

INANĬMANS, antis, inanimalis. *Senec.* ep. 58. Corpus quomodo divido? ut dicam, aut animantia sunt, aut inanimantia. Al. leg. *inanimata.*

INANIMĀTUS, a, um, *inanimate, lifeless,* ἄψυχος, anima carens. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 16. Singulas stellas numeras deos, eosque aut belluarum nomine appellas, ut Capram, &c. aut rerum inanimatarum, ut Argo, &c. *Id. de Amic.* c. 19. In iis etiam, quæ sunt inanimata, consuetudo valet. *Id. in Top.* cap. 18. Ut anteponantur animata inanimatis. *Lambin.* qui vocem hanc minus Latinam putat, ubique *inanimus* reponit. *Voss. de vitiis serm.* rejicere non audet, sed certius esse *inanimus,* vere affirmat. Sed omnino retinent ac tuentur *Manut. Cellar. in Cur. poster. Borrich. in Voss.* et alii, a quibus standum profecto est, ita evincentibus libris melioribus et analogia.

INANIMENTUM, i, n. *emptiness,* inane, res inanis. *Plaut. Stich.* 1. 3. 19. Inanimentis explementum quærito.

INANĬMIS, e, *lifeless,* sine anima. *Apul.* l. 1. *Metam.* Mare pigrum colligari, ventos inanimes exspirare. *h. e.* sine flatu, quæ *anima* dicitur. *et ibid.* Humi projectus, inanimis, nudus, et frigidus. *h. e.* exanimis. et lib. 2. Inanimis et indigens alio custode.

INANĬMUS, a, um, *inanimate, without life, lifeless,* ἄψυχος, sine anima. *Cic.* 4. *Acad.* c. 12. Cum inter inanimum, et animal hoc maxime intersit, quod inanimum nihil agit, animal agit aliquid. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 23. Inanimum est enim omne, quod pulsu agitatur externo. *Liv.* l. 41. c. 18. Satiati cæde animantium, quæ inanima erant parietibus adfligunt. *Tacit. Ann.* 4. c. 69. *extr.* Etiam muta atque inanima, tectum et parietes circumspectabantur. Adde *Quintil.* l. 8. c. 6.

INANĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to empty, make void or empty,* ἰνέω, κενόω, vacuo. *Plin.* l. 20. c. 3. Herbacea arefacta per se inanit alvum. *Id.* l. 21. c. 20. Polium vesicas inanit. *Id.* l. 2. c. 99. Sidus Lunæ accedens corpora impleat, abscedens inaniat. *Lucret.* l. 6. v. 1003. Hoc ubi inanitur spatium, multusque vacefit In medio locus, &c.

INĀNIS, ne, *empty, void,* κενὸς, vacuus, cassus, vanus: ab ἰνέω, vacuo, ut videtur. *Cic. de Fato,* c. 11. Cum vas inane dicimus, non ita loquimur, ut physici, quibus inane esse nihil placet; sed ita ut, verbi causa, sine aqua, sine vino, sine oleo vas esse dicamus. *Id.* l. 14. *Attic.* ep. 3. Structores ad frumentum profecti, inanes redierunt. *with empty hands.* et 4. *Verr.* c. 34. Domum ejus exornatam atque instructam, fere jam iste reddiderat nudam atque inanem. *Plin.* l. 18. c. 17. *a med.* Granum inane cassumque. *Plin. alter in Paneg.* c. 31. Inde navigia inania et vacua, hinc plena et onusta mittantur. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 8. Permoleste tuli. nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re utili et suavi venerat. et 5. *Verr.* c. 52. Agyrinensis ager centum septuaginta aratoribus inanior est. *Ovid. Heroid.* ep. 3. v. 60. Sanguinis atque animi pectus inane fuit. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 9. Omnia plena consiliorum, inania verborum. *Id. pro Mur.* c. 12. Quæ inanissima prudentiæ reperta sunt. *Virg.* 3. *Georg.* v. 134. Surgentem ad Zephyrum paleæ jactantur inanes. *h. e.* leves. *light.* et vers. 196. l. 4. Inania nubila. *fleeting.* et lib. 6. *Æn.* v. 740. Inanes venti. et lib. 3. *Georg.* v. 170. rotæ inanes. *h. e.* sine pondere. *an empty car.* Sic *Plaut. Amph.* 1. 1. 174. et *Asin.* 3. 3. 70. Vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existimes. et *Propert.* l. 4. el. 5. v. 47. Janitor ad dantes vigilet: si pulset inanis, Surdus, &c. *h. e.* nihil muneris afferens. *Prudent.* περὶ στεφ. 3. *de S. Laurent.* v. 104. Inanis a marsupio. *h. e.* crumenam inanem denariorum habens. *Plaut. Most.* 3. 1. 44. Hic homo est inanis. *hath not a penny in his pocket. Cic.* 4. *Verr.* c. 66. Equus inanis. *h. e.* nullo sessore. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 127. Inani ventre diem durare. ¶ *Inania tempora* in rhythmis sunt, quæ nostri Musici *falls* et *pauses* appellant. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ante med.* Inania quoque tempora rhythmi facilius accipient: quamquam hæc et in metris accidunt: major tamen illic licentia est, ubi tempora etiam animo metiuntur, et pedum et digitorum ictu intervalla signant. ¶ *Inane vulgus* apud *Stat.* 1. *Theb.* v. 93. sunt manes, quia vita carent et corpore. *the fleeting tribe.* Sic *inanis imago* apud *Ovid.* 5. *Fast.* v. 463. est umbra defuncti. et *inanis umbra,* l. 3. *Trist.* el. 11. v. 25. Hinc *inania regna Ditis* ubi sunt manes, *the shades below, Virg. Æn.* 6. v. 269. et *inania Tartara, Ovid. Metam.* 11. v. 670. et *inane* absolute, *Stat. Theb.* 4. v. 477. ¶ *Inane corpus* est mortuum, et *inane animæ. Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 116. et lib. 3. *Amor.* el. 9. v. 6. *et in Ibin,* v. 154. et *Cic.* 2. *de legib.* cap. 18. ubi quidam minus recte leg. *inanime.* ¶ *Inane vultus* appellat *Senec. in Phœniss.* v. 43. hominis cæci, cui occuli effossi sunt. ¶ *Inanem leonem* vocat *Stat.* lib. 1. *Theb.* v. 483. leonis pellem avulsam a corpore. Sic *tigrin inanem, Id.* l. 6. v. 722. ¶ *Inane* absolute est locus inanis *Lucret.* l. 1. v. 439. Scilicet hoc id erit, vacuum quod inane vocamus. *the great void. Virg. Æn.* 12. v. 906. lapis vacuum per inane volutus. *through the air or sky.* et *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 23. *extr.* Corporibus omnis obsidetu

locus: ita nullum inane. *Plin.* l. 8. c. 43. Pes per inane emicat. *Id.* l. 9. c. 35. Species inflata inani. *with air.* et lib. 30. c. 1. *sub fin.* Ars Oceanum quoque trangressa, et ad Naturæ inane pervecta. *Virg.* ecl. 6. v. 32. magnum per inane coacta Semina terrarum. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 310. sublimes raptim per inane volatus Carpit. *through the air.* Sic *Ovid.* 2. *Metam.* v. 506. celeri raptos per inania vento Imposuit cælo. Adde *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 130. ¶ Translate inanis est otiosus, ut *inane tempus*, in quo nihil agitur. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 657. moras, et inania tempora. *Virg.* 4. *Æn.* v. 433. Tempus inane peto, requiem spatiumque labori. ¶ Item vanus, supervacuus, sine vi, aut effectu. *Virg. Æn.* 9. v. 219. causas nequicquam nectis inanes. *vain, frivolous, slight. Horat.* epod. 6. v. 3. Inanes minæ. *empty.* et epod. 5. v. 7. Inane decus purpuræ. *Id. de ar. Poet.* v. 443. Inanem operam insumere. *Sallust. in orat. Macri Licinii.* Inanis species magistratus. *Virg. Georg.* 4. v. 345. Cura inanis. et vers. 400. Doli inanes. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 2. O inanes nostras contentiones, quæ in medio cursu sæpe franguntur et corruunt! *Virg.* 10. *Æn.* v. 627. Spes inanes pascere. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 787. visu lassatur inani. *h. e.* frustra lassatur intenta oculorum acie, cum nihil cernat. *Id.* l. 3. v. 661. vacuos cur lassant æquora visus? ¶ Item vanus, hoc est superbus, et ea ostentans, quæ re vera non habet, *vain, ostentatious, boastful. Cic. ad Brut.* ep. 3. Nihil est in me inane: neque enim debet: sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, gratulatioque me commovet. *Liv.* l. 45. c. 23. *ad fin.* Non negaverim, et totam Asiæ regionem inaniora parere ingenia, et nostrorum tumidiorem sermonem esse. *Sallust. in Jug.* c. 68. Homo inanis et regiæ superbiæ. ¶ Item futilis, levis: cui opponitur *gravis. Lucret.* l. 1. v. 639. *de Heraclito.* Clarus ob obscuram linguam, magis inter inanes, Quamde graves inter Graios, qui vera requirunt. ¶ *Inania famæ* sunt rumores, qui sparguntur in vulgus incerto auctore. *silly rumours, idle reports. Tacit. Ann.* 2. c. 76. Neque suspiciones imbecillas, aut inania famæ pertimescenda. ¶ *Inanis* pro falso, *false. Virg.* 10. *Æn.* v. 639. dat inania verba, Dat sine mente sonum, gressusque effingit euntis. Ubi *Serv.* nec a membris, nec a mente venientia. ¶ *Inane*, inanitas. *emptiness, inanity. Pers.* sat. 1. v. 1. O curas hominum! o quantum est in rebus inane!

INANĬTAS, atis, f. *emptiness, vacuity, inanity*, κενότης, vacuitas. *Cic. de Fato*, c. 9. Cum duo individua per inanitatem ferantur. *Plaut. Cas.* 4. 3. 5. Mihi inanitate jamdudum intestina murmurant. ¶ Item cavitas, *hollowness, Quintil.* l. 1. c. 11. (*al.* 19.) Nec verba in faucibus patiatur audiri, nec oris inanitate resonare. ¶ Pro vanitate. *vanity. Cic.* 1. *Fin.* c. 13. Ut sapiens solum, amputata circumcisaque inanitate omni et errore, naturæ finibus contentus sine ægritudine possit, et sine metu vivere. *Gell.* l. 13. c. 8. Inanitates verborum et imaginum.

INANĬTER, adverb. *vainly, idly, uselessly*, κενῶς, vane. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 6. Cum tamen inaniter et effuse animus exsultat. *Horat.* l. 2. ep. 1. mire laudat poetam illum, qui vers. 211. pectus inaniter angit, Irritat, mulcet. *h. e.* rebus inanibus quidem et fictis, moventibus tamen. ¶ Item frustra, *in vain, ineffectually. Ovid.* 2. *Metam.* v. 618. Et medicas exercet inaniter artes.

INANĪTUS, a, um, *emptied*, vacuatus, inanis. *Lucret.* l. 6. v. 1022. rarior aer Factus, inanitusque locus magis, ac vacuatus.

INANTE. V. *Ante.*

INANTESTĀTUS. V. *Inattestatus.*

INAPERTUS, a, um, *not exposed, not liable*, non patens, non expositus. *Sil.* l. 7. v. 26. Fraudique inaperta senectus.

INAPPARATĬO, onis, f. *want of preparation, negligence*, incuria, negligentia apparationi contraria. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 4. Ex altera parte imbecillitas, inopia, stultitia, imprudentia, inapparatio demonstrabitur fuisse.

INAPPREHENSIBĬLIS, le, adject. *that cannot be comprehended. Tertull. advers. Valent.* c. 11. et *advers. Hermog.* c. 43.

[* INĀQUO, as, are, a. 1. in aquam verto. *Cœl. Aurel. Acut.* l. 1. c. 14. Hydropismum fieri perforatione carnis in parvam formulam viarum, quæ possit solita (*lege* solida) corporis nutrimenta inaquare.]

INAQUŌSUS, a, um, adject. siccus, aridus. *Tertull. de baptism.* c. 1. Serpentes arida et inaquosa sectantur.

INARĀTUS, a, um, *untilled, unploughed, uncultivated*, ἀνήροτος, non aratus, incultus. *Virg.* 11. *Georg.* v. 81. Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ. *Stat.* 10. *Theb.* v. 512. quanta pariter cervice gementes Profringunt inarata diu Pangæa juvenci.

INARCŬLUM, virgula erat ex malo Punico incurvata, quam regina sacrificans in capite gestabat. *Festus.* V. *Arculum.*

INARDĔO, es, arsi, n. 2. *to blaze, burn, be inflamed, shine*, idem quod ardeo, aut valde ardeo. *Enn.* apud *Cicer.* l. 2. *de Orat.* c. 54. Flammam a sapiente facilius ore inardente opprimi, quam bona dicta teneat. Al. leg. divisim *in ardente. Horat.* epod. 3. v. 17. Nec munus humeris efficacis Herculis Inarsit æstuosius.

INARDESCO, is, n. 3. *to burn, be on fire*, flammam concipio, accendor, ignesco. *Virg. Æn.* 8. v. 622. cum cærula nubes Solis inardescit radiis, longeque refulget. *Plin.* l. 13. *c. ult.* Arbusculas in igne, ut ferrum inardescentes. ¶ Translate *Quintil.* l. 11. c. 3. Affectus omnes languescant, necesse est, nisi voce, vultu, totius prope habitu corporis inardescant. *Tacit. Ann.* 6. c. 32. Cupidine vindictæ inardescere. ¶ Est etiam rubore suffundi, *to glow with redness, blush. Senec. in Herc. Œt.* v. 251. Nunc inardescunt genæ.

INAREFACTUS, a, um, *dried up, made dry*, aridus factus, siccatus. *Plin.* l. 32. c. 10. *ante med.* Ad sanguinem sistendum ranarum illinunt sanguinem inarefactum.

INARESCO, is, arui, n. 3. *to become dry, grow more and more dry*, καταξηραίνομαι, idem quod aresco, vel in aliqua re, aut penitus aresco. *Colum.* l. 4. c. 24. Nec patiuntur ante maturitatem fructum inarescere. et lib. 1. c. 6. *circa med.* Cum tectorium inaruerit. *Vitruv.* l. 7. c. 3. Non patiatur uno tenore opus inarescere. *Cels.* l. 5. c. 17. *sub fin.* Medicamenta inarescunt. *Plin.* l. 31. c. 6. Cœnum illitum sole inarescit. *Id.* l. 26. c. 8. inarescere in sole. *Id.* l. 28. c. 41. Ut paulum capiti inarescant. *Quintil.* l. 6. c 1. Nihil facilius, quam lacrimas, inarescere. *Plin.* ep. 4. l. 2. Liberalitas e frugalitate, velut e fonte decurrit: quæ tamen ita temperanda est, ne nimia profusione inarescat.

INARGENTĀTUS, a, um, *covered or plated with silver, silvered over*, ὑπάργυρος, argento obductus, illitus. *Plin.* l. 21. c. 2. Lamina ærea tenuis inaurata, aut inargentata. *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 10. leg. 3. Lecti inargentati vel inaurati.

INARGŪTE, adverb. *without subtilty, grossly, simply*, non acute. *Gell.* l. 21. c. 13. *a med.* Non mehercule inargute, inquit, nec incallide opposuisti hoc Tullianum.

INARGŪTUS, a, um, *gross, simple, witless, dull, without point*, ut sententia non inarguta, *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 5. leg. 5.

INARĬME, es, f. insula maris inferi in ora Campaniæ, et sinu Puteolano. V. *Ænaria.* Hoc nomen conflatum est ex duabus Græcis vocibus, apud *Homer. sub fin. Iliad.* 2. ubi Græcorum naves enumerat, Εἰν Ἀρίμοις ὅθι φασὶ Τυφώεος ἔμμεναι εὐνάς. [† Ubi tamen *ed. Villoison.* habet Εἰναρίμοις. *Plin.* 3. 6. Ænaria a statione navium Æneæ, Homero Inarime dicta. " Et *Claverius*," *Cerdæ* sunt verba ad locum *Virgilii* infra citatum, " in *Claud.* notavit, *Maximum*, qui Græcus, et Homeri acerrimus explorator, scripsisse, et agnovisse Εἰναρίμων voce unica." Exinde satis, ut videtur, apparet a quo fonte profluxerit Virgilianum illud *Inarime*; ut nihil opus sit conflatura ista; nec defensoribus *Turnebo, Erythræo, Scaligero, Modicio*; nec *Cerda* denique rogante, Si Εἰν Ἀρίμοις divisim scripserit Homerus, *Cur non potuit Virgilius conjungere? Quod jus poeticum, Si hoc non est?*] Quem versum in mente habuit *Virg.* cum ait *Æn.* 9. v. 715. durumque cubile Inarime, Jovis imperiis imposta Typhœo. Quare illum reprehendunt alii, quod ex εἰν Ἀρίμοις *Inarimen* fecerit: defendunt alii. V. si placet *Erythræi* Indicem, *Salmas. in Solin.* cap. 3. (*al.* 9.) *la Cerda* ad loc. *Virg.* &c. Secuti sunt *Virgilium Ovidius Metam.* 14. v. 89. *Val. Flacc.* l. 3. v. 208. *Stat.* l. 2. silv. 2. v. 76. *Sil.* l. 12. v. 148. *Lucan.* l. v. 101. [† *Senec. Herc. Œt.* 1156.] et alii.

INĀRO, as, avi, atum, a. 1. *to plough, till*, idem quod aro, vel in aliquo loco aro. *Plin.* l. 18. c. 14. *extr.* Inarari protinus solum opus est. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 23. leg. 9. Si quis vi aut clam agrum inaraverit, vel fossam fecerit. ¶ Item arando obruo, *to plough over, cover by ploughing. Cato R. R.* c. 37. Vitis si macra erit, sarmenta sua concidito minute, et ibidem inarato, aut infodito. *Colum.* l. 2. c. 5. Disjectum fimum inarari, et obrui convenit. *Plin.* l. et cap. 18. Inarare semina abjecta.

INARTICULĀTUS, a, um, *inarticulate*, ἄναρθρος, non expressus, et nihil significans, ut *coax, cra*, (quod affert exemplum *Priscian. initio* l. 1.) quæ a nullo affectu mentis proficiscuntur. *Arnob.* l. 2. pag. 59. Nonne vocem si fuerit coactus emittere, ut solemne est mutis, inarticulatum nescio quid ore biante clamabit?

INARTIFICIĀLIS, le, adject. *inartificial. Quintil.* lib. 5. cap. 1. Illas (*probationes*) ἀτέχνους, idest inartificiales vocaverunt. Adde caput 5. et 10.

INARTIFICIALĬTER, adverb. *inartificially*, ἀτέχνως, sine artificio. *Quintil.* l. 2. c. 17. *ad fin.* Qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat.

INASCENSUS, a, um, adject. *not mounted or ascended to*, non ascensus, inaccessus. *Plin. in Paneg.* c. 65. Procedere in rostra, inascensumque illum superbiæ principum locum tenere.

INASPECTUS, *et* Inadspectus, a, um, *not seen*, non visus, non conspectus. *Stat.* 1. *Theb.* v. 50. imæque recessu Sedis inaspectos cælo, radiisque Penates Servantem.

INASPICŬUS, *et* Inadspicuus, a, um, *hard to be seen, invisible*, inaspectus. *Auson.* ep. 23. v. 22. Lacte incide notas: arescens charta tenebit Semper inaspicuas: prodentur scripta favillis.

INASSĀTUS, a, um, *roasted thoroughly*, ἔνοπτος, idem ac assatus. *Plin.* l. 30. c. 8. *a med.* Verendorum formicationibus, verrucisque medetur arietini pulmonis inassati sanies.

INASSĔRO, as, avi, atum, a. 1. contabulo, *to cover over with planks or boards. Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 207. col. 2. Ferroque figito, inasserato asseribus abiegnis sectilibus.

INASSUĒTUS, *et* Inadsuetus, a, um, *unaccustomed, unusual*, non assuetus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 449. Panditur interea Diti via: jamque diurnum Lumen inassueti vix patiuntur equi. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 299. Ipsa novas frondes, et prata tenerrima tauro Fertur inassueta subsecuisse manu. *Sil.* l. 3. v. 235. at vestigia nuda sinusque Cingere, inassuetum. *h. e.* inusitatum est, non est in more positum.

INATTAMINĀTUS, a, um, *not contaminated. Tertull. de coron. Mil. cap. ult.* Serva Deo rem suam inattaminatam. *Sciopp.* leg. *intaminatam.*

INATTENTE, *inattentively, inconsiderately, rashly, heedlessly. Ammian.* lib. 30. c. 8. *ad fin.* (*al.* cap. 29.) Ad pavores irritos aliquoties abjectius pallens, et quod nusquam erat, inattente formidans. *Al. leg.* ima mente.

INATTENUĀTUS, a, um, *undiminished, unimpaired, not lessened. Ovid.* 8. *Metam.* vers. 843. Attenuarat opes, sed inattenuata manebat Tum quoque dira fames.

INATTESTĀTUS, a, um, particip. qui testatus non est, qui in jus non est vocatus. *Plaut. Curc.* 5. 3. 17. Hoccine pacto indemnatum atque inattestatum me arripi? Al. leg. *intestatum*, alii *inantestatum.*

INATTRĪTUS, a, um, *not worn*, non attritus. *Paulin. Nolan.* carm. 10. vers. 254. *de trabea.* Fulget inattrito longum venerabilis auro.

INAUDAX, acis, *not bold, timid*, δειλός, timidus. *Horat.* lib. 3. od. 20. v. 3. Dura post paulo fugies inaudax prœlia raptor.

INAUDIBĬLIS, le, *inaudible*, qui nequit audiri. *Censorin.* c. 13. Ut dulcissimam concinant melodiam, sed nobis inaudibilem.

INAUDIENTĬA, æ, f. inobedientia. *Cyprian.* ep. 28. ubi tamen alii leg. *inobedientia.*

INAUDĬO, is, ivi, et ii, itum, a, 4. *to hear, learn by report, understand*, ἐνακούω, idem quod audio, intelligo. *Plaut. Mil.* 2. 2. 56. Nam os columnatum Poetæ esse inaudivi barbaro. ¶ Fere de rebus nondum vulgatis dicitur. *to overhear, hear what another says by listening. Cic. Fam.* 9. ep. 24. Fabrateriæ consilia sunt inita de me: quæ te video inaudisse. *Id.* 6. *Attic.* ep. 1. *a med.* Num quid de quo inaudisti? *Id. in frugm.* apud *Non.* c. 2. n. 442. Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum inaudieram. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 88. Credo, jam illum inaudiisse, mihi esse thesaurum domi. *Id. Mostell.* 3. 1. 11. Metuo, ne de hac re quippiam hic inaudiverit. Adde *Non. Pacuv. Afran.* apud *Non.* cap. 2. n. 442.

INAUDITIUNCŬLA, æ, f. *a subtile quirk, little lecture*, ἀκροαμάτιον, auditiuncula. *Gell.* l. 5. c. 21. Habebatque nonnullas disciplinæ Grammaticæ inauditiunculas partim rudes inchoatasque, partim non probas.

INAUDĪTUS, a, um, *unheard of, unusual, strange, new*, ἀνήκουστος, non auditus, novus, inusitatus. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 31. Nihil dicam reconditum, nihil exspectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam novum. *Id. pro Balb.* c. 5. *in fi.* Incredibili quadam atque inaudita gravitate, virtute, constantia præditus. *Id. pro Sext.* c. 39. *in fi.* Insignis quædam, inaudita, nova magnitudo animi. *Id. in Vatin.* c. 14. Quod in hac republ. non modo factum ante nunquam est, sed in omni memoria est omnino inauditum. *Id. pro Cæcin.* c. 13. Novum est, non dico inusitatum, verum omnino inauditum. *Id. de Harusp. resp.* c. 27. Sacra maribus non invisa solum, sed etiam inaudita. ¶ Item *untried, without a hearing. Senec. in Med.* v. 199. Qui statuit aliquid parte inaudita altera, Æquum licet statuerit, haud æquus fuit. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 77. Ut te inauditum et indefensum primo rumore rapiant. *Justin.* l. 22. c. 2. *ad fin.* Inauditum per injuriam damnare. Adde *Senec. in Med.* v. 199. et *Sueton. in Vitell.* c. 14. ¶ Item non audiens. *Gell.* l. 7. c. 6. Quædam animalium aut cæca natura gignuntur, aut inodora, inauditave. Ita legit *Non.* cap. 2. n. 463. Alii *inora, inauritave.* h. e. sine ore et auribus. Sed prior lectio magis placet. ¶ Item auditus. *Cic. pro Balb.* cap. 18. Re denique multo ante Gadibus inaudita, fore, &c. ab *inaudio.*

INAVERSABĬLIS, le, adject. *inevitable, unavoidable*, ἀναπότρεπτος, qui averti et evitari non potest. *Apul. in Trismegist. prope fin.* Æternitas inaversabilis, immobilis, insolubilis est. Al. leg. *inaversibilis* eod. sensu.

INAUGURATĬO, onis, f. *Tertull. advers. Valentin.* c. 11. Inauguratio quædam dividendæ doctrinæ Valentini. *h. e.* augurium, principium.

INAUGURĀTO, adverb. *by augury, after having taken the omens*, οἰωνιστικῶς, idem ac augurato, idest, captato augurio, præcedente augurio, et addicentibus avibus. *Liv.* l. 1. c. 36. Id quia inaugurato Romulus fecerat. et cap. 44. Locum inaugurato consecrare.

INAUGURĀTUS, a, um, adject. *elected by augury, inaugurated*, auguriis captis electus, dedicatus. *Cic. pro Dom.* c. 53. Simulacrum in templo inaugurato dedicare.

INAUGŬRO, as, a. 1. *to take an omen by observing the*

flight of birds, or the like, οἰωνίζομαι, augurium capto. *Plaut. Asin.* 2. 1. 11. Impetritum, inauguratum est. *the thing has been tried by augury; it is resolved upon. Liv.* l. 1. c. 7. Palatinum Romulus, Aventinum Remus ad inaugurandum, templa capiunt. ¶ Inaugurare aliquem Flaminem, *Livio* l. 27. c. 8. est Flaminem creare et consecrare. *to inaugurate, consecrate, invest with a new office by solemn rites.* ¶ Inaugurare locum est, capto augurio, locum rei gerendæ auspicatum deligere. *to consecrate. Liv.* l. 3. c. 20. Augures jussos adesse ad Regillum lacum; locumque inaugurari, ubi auspicato cum populo agi posset. ¶ Transfertur etiam ad homines, cum munus aliquod publicum suscipiunt. nefas enim erat veteribus Magistratum aliquem, aut Sacerdotium assumere, aut ædem Diis sacrare, nisi captis prius auguriis. *Cic. Phil.* 2. c. 43. Quid igitur cessas? cur non inaugurare? Sume diem; vide qui te inauguret. *Liv.* l. 30. cap. 26. Augur in locum ejus inauguratus est filius. ¶ Interdum est divinare. *to divine. Liv.* l. 1. c. 36. Agedum divine, inaugura, fieri ne possit, quod nunc ego mente concipio.

INAURĀTOR, oris, m. *a gilder*, χρυσοχόος. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 971. n. 1. Philomusus Teri. L. Inaur. Vide in *Bractearius.* [*Firmic.* l. 4. c. 15. Venus facit aurifices, inauratores, bractearios, argentarios.]

INAURĀTUS, a, um, *gilded, overlaid with gold*, χρυσωθεὶς, auro illitus, obductus. *Cic.* 4. *Verr.* c. 21. Inauratam statuam alicui ponere. *Id.* 1. *de Divin.* c. 24. Columna extrinsecus inaurata. *Ovid. de medic. fac.* v. 18. Vultis inaurata corpora veste tegi. *h. e.* auro texta. Sic *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 47. Citharœdus palla inaurata indutus. ¶ Item non auratus, auro carens. *Titinn.* apud *Charis.* l. 2. pag. 181. *Putsch.* Inauratæ atque inlautæ mulieris. [¶ Comparat. apud *Tertullian. de pall.* c. 3. *init.* Omni patagio inauratior pavo.]

INAURES, ium, m. *ear-rings, pendants*, ἐνώτια, ἐλλόβια, ornamenta ex auro, margaritis, aut gemmis, ab auribus pendentia. *Plaut. Men.* 3. 3. 17. Inaures da mihi faciundas, pondo duum nummum stalagmia. *Plin.* l. 9. c. 55. Murænæ, quam diligebat, inaures addidit. *Id.* l. 32. c. 2. Anguillæ inaures additas gerunt. ¶ In sing. numero. *Plaut. Epid.* 5. 1. 33. Non meministi, me inaurem ad te afferre natali die?

INAURĪTUS, a, um, *without ears*, ἄωτος, carens auribus. Vide in *Inauditus.*

ĪNAURO, as, avi, atum, a. 1. *to gild, cover or overlay with gold*, χρυσόω, auro obduco, aurum illino. *Plin.* l. 33. cap. 3. *ad fin.* Laquearia primo inaurata sunt in Capitolio, Censura L. Mummii. Inde transiere in cameras quoque et parietes, qui jam et ipsi, tanquam vasa inaurantur: cum sua ætas varia de Catulo existimaverit, quod tegulas aureas Capitolii inaurasset primus. Adde *Vitruv.* l. 7. c. 8. ¶ Translate est divitiis cumulare. *Horat.* l. 1. ep. 12. v. 9. ut te Confestim liquidus fortunæ rivus inauret. *though a liquid stream of fortune should cover you with gold. Cic. Fam.* 7. ep. 13. Moriar, ni (quæ tua gloria est) puto, te malle a Cæsare consuli, quam inaurari. *that you had rather be admitted to the councils of Cæsar, than be enriched by him.*

INAUSPICĀTO, adverb. *without having consulted the auspices or taken the omens, with adverse omens, inauspiciously*, ἀπαισίως, non captatis, vel perperam captatis auspiciis. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 17. Quod inauspicato pomœrium transgressus esset.

INAUSPICĀTUS, a, um, *unlucky, inauspicious*, non auspicatus, infelix sine auspicio. *Senec. in Œdip.* v. 723. Inauspicata bos. *Plin.* l. 28. c. 2. *a med.* Bibente conviva mensam tolli, inauspicatissimum judicatur. *Id.* lib. 18. c. 1. Inauspicatarum animantium vice.

INAUSUS, a, um, *unattempted, untried*, audacter non susceptus, intentatus. *Virg.* 8. *Æn.* v. 205. ne quid inausum, Aut intentatum scelerisve dolive fuisset. *Val. Flacc.* l. 1. v. 807. si quod inausum Arcanumque nefas superest. *Senec.* epist. 91. *a med.* Sciat animus, nihil inausum esse fortunæ. *Id. in Thyest.* v. 20. Audere inausa. *Id. in Troad.* v. 669. Fuerat hoc prorsus nefas Danais inausum. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 42. Quid enim per hosce dies inausum intemeratumve vobis?

INCÆDŬUS, a, um, *that is not cut, uncut, unlopped*, ἄτμητος, qui non cæditur: ex *in*, et *cæduus*, ut *incædua silva*, quæ non cæditur, *incædui montes*, intonsi, silvosi, in quibus arbores non cæduntur. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 5. Multis incæduus annis Junonis magnæ nomine lucus erat. *Id. initio* lib. 3. *Amor.* Stat vetus, et multos incædua silva per annos.

INCALATIŌNES, invocationes. *Festus.*

INCALATĪVE, vocative. *Idem.*

INCALCĀTUS, a, um, *untrodden*, non calcatus. *Paulin. Nolan.* carm. 16. vers. 119. Monstrat inaccessos humus incalcata recessus.

INCALESCO, is, lui, n. 3. *to grow warm, be heated*, διαθερμαίνομαι, valde calidus fio. *Colum.* l. 2. c. 4. Proscindendi sunt anni tempore jam incalescente. *Liv.* l. 1. c. 57. Incaluerant vino. *they had by this become heated.* ¶ Translate *Ovid.* l. 2. *Metam.* v. 87. *de equis.* acres Incaluere animi, cervixque repugnat habenis. et vers. 640. fatidicos concepit mente furores, Incaluitque deo. *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 4. v. 29. Plausibus ex ipsis populi, lætoque favore Ingenium quodvis incaluisse potest. *Id. Heroid.* epist. 11. vers. 25. Ipsa quoque incalui. *h. e.* amorem concepi.

INCALFACIO, ăcis, a. 3. *to make warm*, calefacio. *Ovid. Metam.* 15. v. 735. Ictaque conjectos incalfacit hostia cultros. *Id.* 4. *Fast.* v. 919. si culmos Titan incalfacit udos.

INCALLIDE, adverb. *without cunning, simply*, ἁπλῶς, non callide, simpliciter. *Cic.* 3. *Offic. c. ult.* In his tribus generibus non incallide tergiversantur. *h. e.* non sine industria.

INCALLĪDUS, a, um, *not cunning, simple*, ἄδολος, ἁπλοῦς, non callidus, simplex. *Cic. de Invent.* c. 3. Arbitror, alios fuisse non incallidos homines. *Id. pro Cluent.* c. 16. Servus non incallidus. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 8. Incallidus alioqui, et facilis juventa. *a dolt, simpleton.* Et *Capitolin. in Macrin.* c. 13. Fuit in jure non incallidus. *h. e.* non imperitus. [*Sabin.* epist. 3. v. 55. Atque utinam formæ judex incallidus essem Creditus.]

[* INCALLO, as, are, a. 1. in callum verto. *Veget. veter.* l. 2. c. 27. *init.* Carnem indurat et incallat.]

INCĂLO, as, a. 1. invoco. *Festus*: incalanto, invocanto.

INCANDESCO, is, incandui, n. 3. *to become very hot, be inflamed, catch fire*, ἐκπυρόομαι, candens et ignitus fio, vehementer incendor. *Ovid. Metam.* 2. v. 729. Volat illud, et incandescit eundo. et lib. 12. v. 12. vetus accensis incanduit ignibus ara. *Virg.* 3. *Georg.* v. 478. morbo cæli miseranda coorta est Tempestas, totoque autumni incanduit æstu. *h. e.* exarsit, increvit. [*Plin. paneg.* c. 30. Pars magna terrarum alto pulvere incanduit. *Senec. natur. quæst.* l. 3. c. 16. Ætas suo tempore incanduit.]

INCANDĪDO, as, avi, atum, a. 1. *to make white*, candidum facio. *Firmic. de error. relig.* c. 28. Maculas Christi sanguis incandidat.

INCANĔO, es, n. 2. vel Incanesco, is, nui, n. 3. *to grow white or hoary*, πολιόομαι, albus, vel canus fio. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 13. Tortaque remigio spumis incanuit unda. *Virg.* 2. *Georg.* v. 71. ornusque incanuit albo Flore pyri. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 611. gelu, magnoque incanuit imbre Caucasus. *Sil.* l. 3. v. 328. cum pigra incanuit ætas.

INCANTAMENTUM, ti, n. *a charm, incantation, enchantment*, ἐπῳδὴ, incantatio. *Plin.* l. 28. c. 2. Valeant ne aliquid verba, et incantamenta carminum.

INCANTATĬO, onis, f. ἐπῳδὴ, incantamentum. *Firmic.* l. 5. *Astrolog.* c. 5. Magicas insequentur incantationes. *Tertull. de habit. mul.* cap. 2. Incantationum vires.

INCANTĀTOR, oris, m. *an enchanter, charmer. Tertull. de Idolol.* c. 9. Aut incantatores, aut conjectores, aut magos.

INCANTĀTUS, a, um, *charmed, enchanted*, ab Incanto. *Horat. in fi.* sat. 8. l. 1. Canidiæ dentes, altum Saganæ caliendrum Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis Vincula. *Apul. in Apolog.* Cum illi incantatam mulierem dicerent.

INCANTO, as, a. 1. *to enchant, charm*, ἐπᾴδω, idem quod canto, aut in aliquo loco canto. *Apul.* l. 8. *Metam.* Dum forte passerem incantantem sepiculæ consectatur arripere. *In leg. XII. Tab.* apud *Plin.* l. 28. c. 2. Qui malum carmen incantasset. *h. e.* magico carmine quippiam supra naturam nocendi causa molitus esset. *to repeat a set form of words with a magical intention.* Quo sensu absolute *Apul. in Apolog.* Quæsisti, quod mihi emolumentum fuerit incantandi. responderunt, ut mulier rueret.

INCĀNUS, a, um, *houry*, πολιὸς, idem quod canus, aut valde canus. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thetid.* v. 346. Cum cinere incanos solvent a vertice crines. *Colum.* l. 8. c. 2. *a med.* Gallinaceorum paleæ ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ barbæ dependent. *Virg.* 3. *Georg.* v. 311. barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirci. *Catull.* carm. 93. *de Symrna Cinnæ.* Smyrnam incana diu sæcula pervoluent, *h. e.* antiqua, multorum annorum sæcula.

INCAPABĬLIS, le, *incomprehensible*, qui capi non potest, incomprehensibilis. *Arriani* apud *Augustin.* epist. 174. dicebant, credere se Deum patrem invisibilem, ingenitum, incapabilem. *Glossæ. vet.* Ἀχώρητος, incapabilis.

INCĂPAX, acis, adject. non capax, *incapacious. Prudent. in Rom. seu peristeph.* 14. v. 588. Scio, incapacem te sacramenti, impie. et vers. 348. Ædes incapax solvi.

INCAPISTRO, as, avi, atum, a. 1. *to tie with a halter, entangle*, capistro vincio: et translate irretio. *Apul.* l. 11. *Metam.* Cum me malis incapistrasset erroribus.

INCASSUM. V. in *Cassus.*

INCASTE, inceste. Legitur apud *Senec. initio* controv. 13. l. 2.

INCASTIGĀTUS, a, um, *unreproved, uncorrected, unpunished*, ἀδιόρθωτος, non castigatus. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 45. Nec me dimittes incastigatum.

[† INCASTĪTAS, atis, f. *unchastity. Sidon.*

INCATĒNO, are, a. 1. *Fest.*]

INCAVILLATĬO, per despectum irrisio. *Festus.*

INCĂVO, as, a. 1. *to hollow or scoop out, make hollow*, κοιλόω, idem quod cavo, excavo, effodio. *Colum.* l. 4. c. 25. Cum allevare quid debet, scalpro; cum incavare, rostro falcis utitur.

[† INCAUSTICUM, i, n. *Veget.* 3. 17. Alii *Causticum.* V.]

INCAUTE, adverb. *unwarily, unguardedly, inconsiderately*, ἀπρονοήτως, improvide, imprudenter. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 10. Stulte omnia et incaute. *Liv.* l. 21. c. 7. Sed dum murum incautius subit, femur tragula ictus cecidit. *Augustin. de morib. Manich. c. ult.* Ut se ipsos incautissime proderent. *Liv.* l. 7. c. 15. *ad fi.* Incaute atque inconsulte pugnare. *Plin.* l. 1. ep. 15. *extr.* Potes apparatius cœnare apud multos: nusquam hilarius, simplicius, incautius. *h. e.* securius, ita ut cauto minus sit opus, liberius et minori sollicitudine.

INCAUTUS, a, um, *unwary, incautious, heedless, improvident, inconsiderate*, ἀδόκητος, qui sibi cavere nescit. *Cic. pro Planc.* c. 22. Qui te incautum fortasse nunc tuo loco dimovere potuerunt. *Liv.* l. 30. c. 13. Juventa incautior. *Id.* l. 5. c. 44. *sub fin.* Ab secundis rebus incauti. *Sidon.* l. 8. ep. 11. Incautissimus, quia credulus. ¶ Cum ablat. et præposit. *a*, vel *ab. Liv.* l. 40. c. 5. Incautus a fraude fraterna juvenis. ¶ Cum genitivo. *Stat.* 6. *Theb.* v. 766. at ille nocendi Prodigus, incautusque sui, ruit omnis, &c. ¶ Est etiam qui non cavetur, passive. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 50. Iter impeditius, et intentatum, eoque hostibus incautum. *not suspected or guarded against by the enemy. Sil.* l. 2. v. 98. rueretque inopina sub ictu Ante fera incauto, quam sibila poneret arcus. *Liv.* l. 25. c. 38. *a med.* Quod neglexeris, incautum atque apertum habes. *Lucan.* l. v. 500. Sponte per incautas audet tentare tenebras, Quod jussi timuere, fretum. *h. e.* in quibus nihil cavere possumus. *Propert.* l. 2. eleg. 1. vers. 80. Sic est incautum quidquid habetur Amor.

INCĒDO, is, essi, essum, n. 3. *to walk, go*, βαδίζω, ingredior, eo, ambulo: ab *in*, et *cedo*, qua ire significat. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 24. Belluam quacumque incederet, omnia arbusta, virgulta, tecta pervertere. *Liv.* l. 8. c. 36. *a med.* Incessit deinde, qua duxit prædæ spes, victor exercitus. *Id.* l. 28. c. 9. *ad fin.* Etiam si pedes incedat, memorabilem fore. *went on foot. Justin.* l. 41. c. 3. Servi pedibus, liberi non nisi equis incedunt. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 653. vagus incedit tota tibicen in urbe. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 32. Caute incedere via. *Id. Merc.* 2. 3. 71. per vias. *Id. Mostell.* 4. 3. 6. a foro domum. *Id. Pœn. prol.* v. 10. Nimia est stultitia, sessum impransum incedere. *Id. Rud.* 3. 3. 31. Malitiæ lenonis contra incedam. *I will proceed against, will oppose myself to, will thwart or obviate. Virg. Æn.* 5. v. 188. media socios incedens nave per ipsos. *Lucan.* l. 2. v. 675. Incedere super fretum. ¶ Pro venire, advenire, *to come, arrive. Plaut. Mostell.* 1. 3. 152. Est ne hic meus sodalis, qui huc incedit cum amica sua? *Tacit.* 11. *Ann.* c. 32. Undique nuntii incedunt, qui afferrent, &c. ¶ Pro accedere, progredi, *to approach, advance, march. Cic.* 2. *de Invent.* c. 14. Facilius ad inventionem animus incedet, si, &c. *Sallust. in Catil.* c. 62. Tuba signum dat: cohortes paulatim incedere jubet. *Id. in Jug.* cap. 50. Pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere. *Tacit. Ann.* 1. c. 51. Incessit itineri, et prœlio. *h. e.* viæ pariter, et pugnæ compositus. *Sallust. in Jug.* c. 107. Barbari in perculsos Romanos acrius incedere. ¶ Pro intrare, *to enter. Justin.* l. 34. c. 3. Mittitur legatus Popilius ad Antiochum, qui abstinere illum Ægypto, aut si jam incessisset, excedere juberet. ¶ Pertinet etiam ad gravitatem, ac tarditatem gressus. *to walk with an air of consequence, strut. Senec.* l. 7. *quæst. nat. c. pænult.* Tenero et molli ingressu suspendimus gradum: non ambulamus, sed incedimus. Al. leg. *repimus.* Huc illa pertinent *Sallust. in Jug.* c. 34. Incedunt per ora vestra magnifice. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 9. Repente vero incessi omnibus lætitiis. *set me about proceeding in state and in the pride of my soul. Virg.* 1. *Æn.* v. 500. Regina ad templum forma pulcherrima Dido incessit, magna juvenum stipante caterva. *Horat. Epod.* 15. v. 18. quicumque es felicior, et meo Superbus incedis malo. ¶ Item illa, in quibus pro apparere, aut esse ponitur, simulque gravitatem incessus significat. *Virg.* 1. *Æn.* v. 50. Ast ego quæ divum incedo regina, Jovisque Et soror, et conjux. *Propert.* l. et el. 2. v. 57. Fulva coma est, longæque manus, et maxima toto Corpore: et incedit vel Jove digna soror. et lib. 3. el. 11. v. 11. Matrona incedit census induta nepotum. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 146. Ut ovans præda onustus incederem. ¶ Cum accusativo vi præpositionis, quæ inest in ipso verbo, *Tacit.* 1. *Ann.* c. 61. Incedunt mœstos locos, visuque ac memoria deformes. ¶ Sæpe est advenire, intrare, ingruere, invadere, occupare: et fere in præteritis usurpatur, *to come on, come upon. Colum.* l. 2. c. 10. Si sterilitas annonæ incessit hominibus. *Id.* l. 11. c. 1. *a med.* Ubi crepusculum incesserit. *Id.* l. 12. c. 50. Cum majora frigora incesserunt. *et sub fin.* l. 11. Ubi noxia incesserunt animalia. *Sallust. in epist. Mithrid. ad Arsac.* Inopia ambos incessit. *Id. in orat.* 1. *ad Cæs. circa med.* Is incessit mos, ut adolescentuli sua atque aliena consumere, pulcherrimum putent. *arose, became prevalent.* et *in Jug.* c. 13. Ubi Romam legati venere, tanta commutatio incessit, ut, &c. *Liv.* l. 29. c. 10. Tanta incessit in ea castra vis morbi, ut, &c. *Sallust. in*

Jug. c. 45. Ubi formido illa mentibus decessit, ilicet ea, quæ secundæ res amant, lascivia atque superbia incessere. *Liv.* l. 4. c. 57. *a med.* Gravior cura patribus incessit. *Id.* l. 1. c. 17. Timor patres incessit, ne, &c. *Id.* l. 8. c. 17. Religio deinde incessit, vitio eos creatos. *Id.* l. 24. c. 13. Ipsum ingens cupido incesserat Tarenti potiundi. et lib. 3. c. 60. Indignatio hostes incessit. *Terent. Andr.* 4. 3. 15. Nova nunc religio in te istæc incessit. *Justin.* l. 22. c. 6. Stupor omnes et admiratio incessit. ¶ Non desunt Grammatici, qui verbum impersonale faciunt, vel ab *incesso* ducunt. Apparet tamen, duci ab *incedo* ex sequentibus. *Liv.* l. 29. c. 24. Periculum erat, ne timor in exercitu incederet. *Al. leg.* in exercitum incideret. *Tacit. Ann.* 3. c. 26. Ubi pro modestia ac pudore ambitio et vis incedebat, provenere dominationes. et cap. 36. Incedebat deterrimo cuique licentia, impune probra in bonos excitandi. et lib. 15. c. 37. Postquam tenebræ incedebant. et 2. *Ann.* c. 55. *extr.* Haud invito imperatore ea fieri, occultus rumor incedebat. *was scattered abroad.*

INCELEBRĀTUS, a, um, adject. *not spread abroad, not spoken of.* *Tacit. Ann.* 6. c. 7. *extr.* Nobis pleraque digna cognitu obvenere, quamquam ab aliis incelebrata.

INCELĔBRIS, bre, *not celebrated*, ἀδοκίμαστος, non celebris. *Sil.* l. 8. v. 379. Incelebri valle. *Gell.* l. 5. c. 14. Non incelebres libri. *Id.* l. 1. c. 22. Non incelebris advocatus.

INCENDEFACĬO, is, a. 3. incendo. *Trebel. Poll. in Claud.* c. 8. Qui carraginem tantam nunc incendefecit. Ita legit *Salmas.* Alii *incendi fecit*, alii *incendio affecit.*

INCENDIARĬUS, a, um, ad incendium spectans. *Ammian.* l. 20. c. 11. (*al.* 29.) Malleolos atque incendiaria tela torquentes. ¶ De incendiaria ave ita *Plin.* l. 10. c. 13. Inauspicata est incendiaria avis, propter quam sæpenumero lustratam Urbem, in Annalibus invenimus, sicut L. Cassio, C. Mario Coss. quo anno et bubone viso lustrata est. Quæ sit avis ea, nec reperitur, nec traditur. Quidam ita interpretantur, incendiariam esse, quæcumque apparuerit carbonem ferens ex aris, vel altaribus. Alii spinturnicem eam vocant. Sed hæc ipsa quæ esset inter aves, qui se scire diceret, non inveni. Hæc *Plinius.* ¶ Absolute *Incendiarius, ii,* m. *an incendiary*, πυρεὺς, qui ædificiis ignem injicit. *Quintil. Declam.* 9. c. 21. Morabar inter sacrilegos, incendiarios, et (quæ gladiatoribus una laus est) homicidas inclusos turpiore custodia. *Tacit. Ann.* 15. c. 67. Auriga, et histrio, et incendiarius exstitisti. Adde *Sueton. in Vitell.* c. 17.

INCENDIŌSUS, a, um, adject. incendio, seu calore plenus. *Apul. de herb.* c. 58. Folia gustu remordentia, et incendiosa. *Fulgent.* l. 1. *Mythol.* c. 15. Solis fervor incendiosior.

INCENDĬUM, ii, n. *a fire, conflagration*, ἔμπρησις, inflammatio, ignis dilatatio et augmentum. *Plin.* l. 2. c. 68. Incendium siderum. *Id.* l. 18. c. 33. Auster Africæ incendia cum serenitate affert. *Id.* l. 3. c. 8. Ætna nocturnis mirus incendiis. ¶ Item sæpius *a burning, setting fire to*, combustio. *Cic. pro Dom.* c. 24. Domus ardebat non fortuito, sed oblato incendio. *Id.* 2. *Catil.* c. 5. Eructant sermonibus suis cædem bonorum atque urbis incendia. *Id. Parad.* 4. *ad fin.* Incendium facere. *Id. pro Mur.* c. 25. *extr.* excitare et restinguere. *Ovid. de remed. amor.* v. 117. sedare. *Plin.* l. 10. ep. 42. compescere. *Sueton. in Ner.* c. 16. arcere. *Curt.* l. 3. c. 4. *extr.* inhibere. *Petron. in Satyr.* c. 124. portare terris. *Virg.* 10. *Æn.* v. 406. immittere silvis. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 539. jactare incendia dextra. *h. e.* faces, flammas. Sic *Virg.* 2. *Æn.* v. 329. incendia miscere. et 2. *Georg.* v. 311. glomeratque ferens incendia ventus. *Nepos in Themist.* c. 4. Oppidum incendio delere. *to burn down, destroy by fire.* *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 55. Incendio frumentum corrumpere. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 60. *extr.* Cunctos, qui prœlio superfuerant, incendium hausit. *Plin.* l. 36. c. 9. Incendio consumi. *Cic.* 1. *Catil.* c. 11. *extr.* conflagare. *Justin.* l. 1. c. 3. Se et divitias suas in incendium mittere. *into the fire.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 680. Sed non idcirco flammæ atque incendia vires Indomitas posuere. ¶ De igne, aut facibus, *Id.* 9. *Æn.* v. 71. socios incendia poscit ovantes. ¶ De nimio calore stomachi, *heat in the stomach*, *Lucret.* l. 4. v. 869. glomerataque multa vaporis Corpora, quæ stomacho præbent incendia nostro, Dissipat adveniens liquor. ¶ Translate est calamitas, exitium, periculum. *Cic. pro Mur.* c. 25. *extr.* Si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua sed ruina restincturum. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 32. Amor Medeæ quanta miseriarum excitavit incendia! *Justin.* l. 9. c. 3. Ne, victis Atheniensibus, bellum, veluti vicinum incendium ad se transiret. *Cic. pro Marcell.* c. 9. Belli civilis incendium salute patriæ restinguere. *Id.* 1. *Catil.* c. 11. *extr.* Invidiæ incendio conflagrare. *Liv.* l. 22. c. 40. Se populare incendium priore consulatu semiustum effugisse. ¶ Item vehemens animi commotio ex cupiditate, amore, et hujusmodi. *the vehemence of any passion, as of envy, hatred, love,* &c. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 24. Cupiditatum incendiis inflammatus. *Plautus Merc.* 3. 4. 3. Ita mihi in pectore atque in corde facit amor incendium: ni oculos lacrimæ defendant, jam ardeat, credo, caput. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 411. aliæ Satyris incendia mitia præbent. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 301. movere incendia. *h. e.* excitare amorem. *Cic. in Orat.* c. 8. Restinctis jam animorum incendiis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 47. Qui accusando quæstore meo tantum incendium non oratione solum, sed multo etiam magis vi et dolore, et ardore animi concitaras, ut ego ad id restinguendum vix conarer accedere. *Vellei. sub fin.* l. 2. Abstruso pectus ejus flagravit incendio. *h. e.* dolore. et cap. 125. Plurimo igne emicans incendium militaris tumultus. *h. e.* seditionis vis. *Apul.* l. 8. *Metam.* Aper incendio feritatis ardescens. ¶ Γνώμη est illud *Flori* l. 3. c. 5. Exstincta parum fideliter incendia majore flamma reviviscunt. ¶ *Incendium annonæ* est ejus pretii incrementum, *a raising of the price of provisions.* *Quintil.* declam. 12. c. 4. Si quid residui erat, ut carius venderent, ad annonæ incendium suppressum est. *Manil.* l. 4. v. 168. Et gravia annonæ speculantem incendia, ventis Credere opes. V. *Incendo.*

INCENDO, is, ndi, nsum, a. 3. *to kindle, set fire to, burn*, ἐμπυρίζω, accendo, inflammo, comburo: ab *in* ἐπιτατικῇ, et inusitato *cando*, unde *candeo.* *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 11. Cupas tæda ac pice refertas incendunt, easque de muro in musculum devolvunt. *Id.* l. 1. *B. Gall.* c. 5. Oppida, vicos, ædificia incendere. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 6. Naves omnes aut præcidisse, aut incendisse. *fired.* *Id.* 6. *Verr.* c. 35. Tus et odores incendere. *et Verr.* 7. c. 35. Classem inflammare et incendere. *Virg.* 1. *Georg.* v. 81. agros. et vers. 271. vepres. *Id.* 3. *Æn.* v. 279. aras votis. *h. e.* votivas victimas aris cremare. *Lucan.* l. 4. v. 68. Incendere diem nubes oriente remotæ. *h. e.* effecere, ut sol esset ardentior, et diem calore accenderet. ¶ Item calefacere. *to make warm, heat.* *Colum.* l. 12. c. 19. Levi igne, et tenuibus lignis fornacem incendemus. ¶ Item illuminare, igneum colorem inducere. *to illume, brighten, give a fiery colour to.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 87. maculosus et auro Squamam incendebat fulgor. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 41. Deque triumphato, quod sol incenderit, auro, &c. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 134. vivis digitos incendere gemmis. *h. e.* ornare ita ut splendeant. ¶ Translate est affectum aliquem vehementer commovere, concitare. *to inflame, stir up, encourage, animate, excite.* *Cic. Fam.* 15. ep. 21. Cum incendisses cupiditatem meam consuetudinis augendæ nostræ. *Id. Attic.* l. 9. ep. 1. Ne odia improborum rursus in nos, quæ jam exstincta erant, incendamus. *Terent. Hecyr.* 4. 1. 47. Incendor ira, esse ausam facere hæc te injussu meo. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 5. Incendi amore. *Id. in Orat.* c. 10. desiderio. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 2. gloria ad studia. *Terent. Andr.* 2. 1. 8. Lubidinem alicujus incendere. *Senec. de brevit. vitæ*, cap. 16. Quid est aliud vitia nostra incendere, quam auctores illis inscribere deos? *Sueton. in Calig.* c. 14. studia hominum omni genere popularitatis. *Virg.* 4. *Æn.* v. 147. animum dictis. et lib. 6. v. 890. animum famæ venientis amore. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 92. prœlia cornu. quod *Virg. Æn.* 6. v. 165. Martemque accendere cantu. *Juvenal.* sat. 6. v. 647. Rabies jecur incendit. ¶ Cum infinito. *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 696. Deum me incendit facere pietas, civium porcet pudor. ¶ *Incendere aliquem*, commovere, incitare, irritare. *to vex, tease, aggravate, harass, irritate.* *Virg.* 4. *Æn.* v. 260. Desine meque tuis incendere, teque querelis. *Sallust. in Jug.* c. 27. Ne amplius morando, Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet. (Adde *Terent. Phorm.* 1. 4. 9.) *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 47. acris ubi me Natura incendit. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 207. Tyndariden incendit amor. *Quintil.* l. 4. c. 2. *a med.* Incendere aliquem, et plenum iræ relinquere. *Sallust. in Catil.* c. 13. juventutem ad facinora. et cap. 39. plebem largiundo atque pollicitando. ¶ Pro implere per catachresim, ut *Servius* notat in illo *Virg.* 10. *Æn.* v. 895. clamore incendunt cælum. Adde lib. 11. v. 147. Sic *Justin.* l. 38. c. 8. *sub fin.* Ut regia omnis repentino luctu incenderetur. Simile est illud *Silii* lib. 14. v. 209. atque hinnitibus aera flammat. ¶ Pro amore accendere. *to inflame with love.* *Ovid.* 3. *Metam.* v. 426. pariterque incendit, et ardet. Adde *Virg.* 1. *Æn.* v. 664. ¶ Pro augere. *Virg.* 5. *Æn.* v. 455. pudor incendit vires. et lib. 9. v. 500. incendere luctus. *Varr.* 3. *R. R.* c. 2. *ad fin.* annonam. *to raise the price of, make dear.* quod *paulo sup.* dixerat *excandefacere.* ¶ *Incendere genus suum* est perdere, et quasi incendio consumere, apud *Plaut. Trin.* 3. 2. 42. *to ruin his family.* ¶ *Opus artificem incendit* apud *Sever. in Ætna*, v. 187. h. e. accendit cupiditate intelligendi, acuit, stimulat. ¶ In illo *Stat. Theb.* 1. v. 630. *de Phœbo.* Pestifera arma jacit, camposque, et celsa Cyclopum Tecta superjecto nebularum incendit amictu. *incendit* est corrumpit, absumit, velut incendio, nebulis, æstuque pestilenti. ¶ *Rogum incendere*, apud *Plaut. Men.* 1. 2. 44. proverbiali locutione est opipare vivere, genio indulgere, vino et epulis diem consumere. Versu præcedenti dixerat *diem comburere.* Simile est quodammodo quod nos diximus, *to kill the day in eating and drinking.* ¶ *Incensit*, pro *incenderit*, olim dictum est, *Festo* teste. [¶ Particip. *incensurus, incendendus* apud *Liv.* l. 9. c. 9. Si spopondissemus, urbem hanc relicturum populum Romanum? si incensurum? *Cæs. de B. Gall.* l. 7. c. 30. Quod primo incendendum Avaricum, post deserendum censuerat.]

INCENSE, *vehemently, earnestly*, vehementer, ardenter. *Gell.* l. 10. c. 3. *circa med.* Odium in Verrem incense, atque acriter, atque inflammanter facit.

INCENSIO, onis, f. *a burning, setting on fire*, ἔμπρησις, incendium, combustio. *Cic.* 3. *Catil.* c. 4. Annus post Capitolii incensionem vicesimus. *Id. pro Sull.* c. 11. Incensione urbem, internecione cives liberavi. *Arnob.* l. 7. pag. 234. Incensio turis.

INCENSOR, oris, m. *an incendiary*, ἐμπρηστὴς, qui incendit. *Claud. Saturnin. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 16. *sub fin.* Messium incensores. Ita *Torrentin.* at *Haloand.* edidit *incisores.* Sed *incensores messium* habetur etiam apud *Paul.* l. 5. *Sentent.* tit. 20. ¶ Incensores specularum *Apuleio de Mundo* sunt qui in speculis ignes accendunt significandi gratia. Al. aliter leg. ¶ Translate est concitator. *Ammian.* lib. 31. cap. 9. (*al.* 25.) Metuendus antehac incensor turbarum.

INCENSUS, a, um, *lighted, kindled, burning*, accensus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 730. dependent lychni laquearibus aureis incensi. *Id.* 3. *Georg.* v. 459. Profuit incensos æstus avertere. *Id.* 8. *Æn.* v. 285. incensa altaria. ¶ Item *set on fire, burnt*, ἐμπεπυρισμένος, combustus. *Sallust. in Catil.* c. 48. Vigesimus annus ab incenso Capitolio. *from the burning of the Capitol.* *Nepos in Milt.* c. 7. Lucus nocturno tempore incensus. *Plin.* l. 35. c. 9. Ajax fulmine incensus. ¶ Translate est aliqua animi perturbatione commotus, concitatus, inflammatus. *enraged, actuated, agitated, inflamed.* *Sallust. in Catil.* c. 49. Incensus odio. *Nepos in Lysand.* cap. 2. dolore. *Id. in Pelop. sub fin.* ira. *Virg.* 4. *Æn.* v. 376. Furiis. et lib. 3. v. 298. magnoque incensum pectus amore, Compellare virum, &c. et lib. 5. v. 719. Talibus incensus dictis. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 16. Incensus studio, quod ad agrum colendum pertinet. *partial to, fond of, attached to.* et *de opt. gen. Orat. sub fin.* Inimicitiis incensa contentio. ¶ Absolute *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 48. Equus incensus calcaribus. *Nepos in Eumen.* c. 10. Adeo erat incensus, ut leniri non posset. *irritated, enraged.* Sic *Cic.* 4. *Verr.* c. 36. Vehementer Sthenio incensus. *Al. leg.* infensus. *Phædr.* l. 3. fab. 10. v. 18. Incensus ille falso uxoris crimine. *Virg.* 4. *Æn.* v. 300. totamque incensa per urbem Bacchatur. *Cic. de Provinc. consul.* c. 14. Nec imperatorem incensum ad rempubl. bene gerendam revocare debemus. *disposed, desirous, willing.* *Justin.* l. 18. c. 4. Incensus pecunia. *h. e.* pecuniæ cupiditate. *Cic.* l. 1. *Fam.* epist. 9. Cæsar a Crasso in me incensus. *set against me.* *Plin. in Paneg.* c. 73. Hoc magis incensi sumus, ut precaremur. ¶ Est etiam non census, in censu non descriptus. *that had not enrolled his name and the valuation of his fortune in the censor's books.* *Cic. pro Cæcin.* c. 34. Hominem incensum vendere. *Liv.* l. 1. c. 44. Lex de incensis lata. *Id.* l. 4. c. 8. Populus per multos annos incensus.

INCENTĬO, onis, f. *a concert of instruments or voices*, ἐπαύλησις, cantio, sonus: ab *incento, as*, quod a *canto.* *Gell.* l. 4. c. 13. Democritus docet, plurimis hominum morbis medicinam fuisse incentiones tibiarum. ¶ Speciatim sumitur pro incantamento, quod vocis modulatione fiebat. *a charm, enchantment.* *Gell.* l. 16. c. 11. Et incentionibus herbarumque succis faciant medelarum miracula.

INCENTĪVUS, a, um, ἐπαυλητικὸς, qui ad canendum inservit. Tibia incentiva, quæ a dextra canit, sicut succentiva, quæ a sinistra succinit. *Varr. de R. R.* l. 1. c. 2. *circa med.* Et ut dextra tibia alia, quam sinistra, ita, ut tamen sit quodammodo conjuncta, quod est altera ejusdem carminis modorum incentiva, altera succentiva. ¶ Item ad incitandum aptus: *that provokes or incites:* quia incentione tubarum solent milites ad pugnam incitari. *Prudent. in Hamartig.* v. 250. terras lues incentiva fatigat. ¶ *Incentivum* absolute est invitamentum, stimulus. *an incentive.* *Hieronym.* ep. 2. *ad Nepotian.* et 22. *ad Eustoch.* Incentiva vitiorum, et carnis titillationes. *Incertus Auct. Paneg. ad Constantin.* c. 1. Non tubæ solum, sed etiam Spartanæ tibiæ incentivum aliquod feruntur habuisse. *Prudent. in Apotheosi*, v. 997. Est incentivum peccaminis.

INCENTOR, oris, m. qui incinit. V. *Accentor.* *Paulin. Nolan.* carm. 15. v. 32. Carminis incentor Christus. ¶ Translate est concitator, stimulator. *Ammian.* l. 15. c. 1. Apodemius quoad vixerat, igneus turbarum incentor. *Oros.* l. 7. c. 28. Persecutionis Christianorum incentor.

INCEPS pro deinceps, apud Vet. *Festus.*

INCEPTĬO, onis, f. *a commencement, beginning*, ἀρχὴ, inceptum, principium, actus incipiendi. *Cic.* 4. *Acad.* c. 38. Tam præclari operis inceptio intermitti non debet. *Terent. Andr.* 1. 3. 12. Audire eorum est operæ pretium audaciam. nam inceptio est amentium, non amantium. Quidquid peperisset, decreverunt tollere. *an endeavour, resolution.*

INCEPTO, as, avi, atum, a. 1. *to begin, commence, go about, design, take in hand*, ἐπιχειρέω, frequentativum ab *incipio*, et ejusdem fere significationis, aggredior, ordior. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 23. Numquid tu, quod te, aut genere indignum sit tuo, facis, aut inceptas facinus facere? *Id. Trucul.* 1. 2. 28. Quo iter inceptas. *Id. Trin.* 4. 3. 23. Basilica hic facinora inceptat loqui. *Terent. Eun.* 5. 8. 1. Qua spe, aut quo consilio huc imus? quid inceptas, Thra-

so? *Gell.* l. 1. c. 11. Tibicines canere inceptabant. ¶ Sunt qui scribunt *incæpto* tanquam sit a *capi*: sed ab *inceptum* ducere, et diphthongum omittere, magis videtur esse ex analogia.

INCEPTOR, oris, m. *a beginner*, ἔξαρχος, qui incipit. *Terent. Eun.* 5. 9. 4. O mearum voluptatum omnium inventor, inceptor, perfector!

INCEPTUM, ti, n. *a beginning, attempt, enterprize, undertaking, design*, ἐγχείρημα, principium, institutum. *Cic. Catil.* 2. c. 12. Si cujus ego non modo factum, sed inceptum ullum, conatumve contra patriam deprehendero. *Vellei.* l. 2. c. 68. Incepto pari similis fortuna Milonis fuit. *Lucei. ad Cicer.* 5. *Fam.* ep. 14. *extr.* Cupio deterrere, ne permaneas in incepto. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 50. perstat in incepto. *persists in his undertaking. Liv.* l. 31. c. 26. Absistere incepto. *Virg.* 1. *Æn.* v. 41. me ne incepto desistere victam? *Sallust. in Catil.* c. 4. Detinere ab incepto aliquem. *Nepos in Dion.* c. 8. *extr.* deterrere. *to deter from his purpose. Sallust. in Catil.* c. 7. *extr.* Ea res longius nos ab incepto trahit. *et in Jug.* c. 4. *extr.* Nunc ad inceptum redeo. *h. e.* ad rem redeo. *Virg.* 5. *Æn.* v. 678. Piget incepti. et lib. 7. v. 259. dii nostra incepta secundent. et lib. 11. v. 469. magna incepta deserere. et lib. 2. v. 654. hærere in incepto. et lib. 4. v. 452. inceptum peragere. *Sallust. in Jug.* c. 73. patrare. *Id. in Catil.* c. 17. Favere inceptis alicujus. *Nep. in Milt.* c. 1. Incepta prospera. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 2. v. 56. inceptis annue, diva, meis. *Horat. in ar. Poet.* v. 127. ab incepto. *from the beginning.*

INCEPTUS, us, m. inceptum. *Nepos in Iphicr.* c. 2. Epaminondæ retardavit inceptus. Al. leg. *impetus. Valer. Flacc.* l. 6. v. 124. inceptus jam lancea temnit heriles.

INCEPTUS, a, um, nomen ex particip. *begun, commenced, taken in hand, entered upon. Terent. Andr.* 3. 3. 7. Amicitia, quæ incepta a parvis, cum ætate accrevit. *Virg.* 2. *Georg.* v. 39. inceptumque una decurre laborem. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 17. Inceptam oppugnationem relinquere. *Virg.* 8. *Æn.* v. 90. iter inceptum celerare. et lib. 12. v. 832. inceptum frustra submitte furorem. ¶ Pro non ceptus, initium non habens. *Apul. de Mundo sub fin.* Saturnum illi appellant Κρόνον, quasi χρόνον, idest quendam inceptum ab origine, interminum ad finem.

INCERAMENTUM. V. *Interamentum.*

INCERĀTUS, a, um, adject. *smeared with wax*, cera obductus. *Cels.* l. 8. c. 8. Ex ferula facto canaliculo, eoque intus incerato.

INCERNICŬLUM, li, n. *Plin.* l. 8. c. 44. *extr.* Decretum fecere, ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum arcerent. *h. e.* frumentorum purgamentis, quæ cribro secernuntur. *the refuse of the sieve, bran.* ¶ Est etiam genus cribri. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 153. Cribrum, incerniculum, lucernam, licium. *a sieve, sierce.*

INCERNO, is, crevi, etum, a. 3. *to sift, sierce, separate by a sieve*, διαλέγω, ἀποκρίνω, cribro: a *cerno*, quod est dirimere, sejungere, separare, et speciatim cribrare. *Cato de R. R.* c. 48. Et eo terram cribro incernito. *Vitruv.* l. 7. c. 1. Super fricaturam incernatur marmor. Adde *Colum.* l. 5. c. 6. ¶ Incernendo spargere. *to scatter with a sieve. Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 355. Liba cum sunt facta, incerni solent farris semine.

INCĒRO, as, a. 1. *to smear with wax, cover or daub over with wax*, κηρόω, aliquid cera tego. *Genua deorum incerare*, erat tabellis sua vota inscribere, eaque deorum genubus affigere. *Juvenal.* sat. 10. v. 55. Propter quæ fas est genua incerare deorum. *to fasten to the knees of the gods, with wax, written vows or prayers.* Ita *Rutgers.* l. 5. *variar. lect.* c. 5. ubi multa congerit in hanc rem. Idem sentire videtur *Turneb.* l. 1. *adversar.* c. 17. Alii tamen *incerare* interpretantur, sæpe repetitis osculis et amplexibus, unguen ac sordes, veluti ceram, inducere. *Prudent.* l. 1. *contra Symmach.* v. 203. saxa illita ceris Viderat, unguentoque lares humescere nigros. *Id. Hamartig.* v. 405. Incerat lapides fumosos idololatris Relligio.

INCERTE, adverb. *uncertainly, doubtfully, with uncertainty. Ennius* apud *Gell.* l. 19. c. 10. Incerte meus errat animus. *Pacuv.* apud *Non.* c. 7. n. 2. Incerte errans vagat.

INCERTO, adverb. idem ac incerte. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 7. Quotumas ædes dixerit, id ego admodum incerto scio. Adde *Epid.* 3. 4. 68. Sic 4. 1. 18. incerto autumo.

INCERTO, as, a. 1. *to make uncertain or doubtful*, ἀδηλόω, incertum, seu dubium reddo. *Plaut. Epid.* 4. 1. 18. Longa dies meum incertat animum. *Apul.* l. 11. *Metam.* Cursus spatio prospectum suum nobis incertat. et lib. 5. Singultu lacrimoso sermonem incertans. Adde *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 423.

INCERTUS, a, um, *uncertain, doubtful, dubious*, ἄπορος, ἄδηλος, non certus, dubius: et cum de rebus dicitur, obscurus, non plane cognitus. *Cic. Agrar.* 2. c. 25. Nolo suspensam et incertam plebem Romanam obscura spe, et cæca exspectatione pendere. *Id. in Orat.* c. 28. Ancipites dicendi, incertique casus. *Id. Verr.* 7. c. 52. Ætas puerilis maxime lubrica atque incerta. *Plin.* l. 17. c. 1. Incerta atque dubia tractare. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 36. Incertis itineribus per silvas in hiberna perveniunt. et lib. 7. c. 16. Incertis temporibus diversisque itineribus ire. *Senec. in Agamemn.* v. 748. Incertos vultus gerere. *not recollected.* et *Ovid.* 1. *Amor.* el. 11. v. 1. Colligere incertos, et in ordine ponere crines. *h. e.* turbatos, incompositos. *scattered, loose, disordered. Martial.* l. 2. epigr. 66. comarum Annulus incerta non bene fixus acu. *h. e.* non stabili. *Virg.* 6. *Æn.* v. 270. per incertam lunam sub luce maligna. *h. e.* quæ non plene apparet nubibus involuta. Sic l. 3. v. 203. incerti soles. *h. e.* obscuri. *Id.* l. 2. v. 223. fugit cum saucius aram Taurus, et incertam excussit cervice securim. *h. e.* quæ certum ictum non fecit. *Cic. pro Mur.* cap. 17. Nihil est incertius vulgo. *more fickle or uncertain. Id. pro Sext.* cap. 22. *a med.* Vitam suam ad incertissimam spem reservare. ¶ Habet post se particulas dubitandi vim habentes. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 9. Cum incertus essem, ubi esses. *Virg.* 3. *Æn.* v. 7. Incerti, quo fata ferant. et lib. 5. v. 95. Incertus, Geniumne loci, famulumne parentis Esse putet. *Terent. Heaut.* 1. 1. 43. Habeam, nec ne, incertum est. *Id. Hecyr.* 3. 4. *extr.* Quid dicam hisce, incertus sum. *Id. Phorm.* 4. 3. 54. Incertus sum, utrum, &c. *Liv.* l. 3. c. 27. Quid quæque nox aut dies ferat, incertum esse. *Sallust. in Jug.* c. 71. Incerti ignarique, quid potissimum facerent. et cap. 106. Incertus, quonam modo aciem instrueret. *Plin.* l. 4. ep. 11. Confessus est quidem, sed incertum, utrum quia verum erat, an quia, &c. *but it is not known, whether*, &c. ¶ Passive *Sallust. in Jug.* cap. 53. Neque plane occultati humilitate arborum, et tamen incerti, quidnam esset. *h. e.* non bene cogniti. ¶ *In incerto esse* est incertum esse: *incerto*, vel *in incertum habere*, pro incerto habere. *Hirt. de B. Alex.* c. 16, Omnia victoribus erant futura in incerto. *Sallust. in Jug.* c. 42. Postremo, fugere, an manere, tutius foret, in incerto erat. et cap. 50. Absens an præsens perniciosior esset, in incerto habebatur. *et in Catil.* c. 42. Allobroges diu in incertum habuere, quidnam consilii caperent. *Tacit. Hist.* 2. c. 33. In incerto relinquere. ¶ *In incertum* est in incertum tempus, vel in incertum casum, *for an unlimited period or term. Liv.* l. 4. c. 13. Minucius præfectus annonæ in incertum creatus. ¶ *Ad*, vel *in incertum revocare*, est incertum reddere. *Cicer. pro Cæcin.* c. 13. Ad incertum revocari possessiones omnium. et cap. 27. In dubium incertumque revocare. ¶ *Incertum* absolute est res incerta, *doubtfulness, uncertainty. Liv.* l. 4. c. 13. Ne cujus incerti vanique auctor esset. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 69. Quidquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit, nunc liquet. *Tacit.* 3. *Ann.* cap. 54. Incerta maris et tempestatum. *the uncertainties, perils. Plin.* l. 3. ep. 19. Incerta fortunæ experiri. *Liv.* l. 30. c. 2. Duas legiones scripserunt ad incerta belli. ¶ *Incerti agere*, de re incerta et indeterminata actionem instituere. *JCti in Dig.* sæpe: sic *incerti stipulatio, incerti condicere*, &c. ¶ Cum genitivo Historicorum est ac Poetarum. *Liv.* l. 24. c. 30. Solliciti incertique rerum suarum Megaram referri signa jubent. et lib. 4. c. 23. Tubero incertus veri est. et cap. 57. Incertus sententiæ. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 75. ultionis. et lib. 6. c. 46. animi. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 3. v. 4. salutis. *Stat.* 5. *Theb.* v. 524. sui. *Senec. in Œdip.* v. 312. viæ. *Id. in Troad.* v. 898. voti. *Hirt. de B. Afric.* c. 7. 21. et 28. Naves incertæ locorum. ¶ *Incertus* absolute, *Plaut. Epid.* 3. 4. 1. Cave, præterbitas ullas ædes, quin roges: incertus tuum cave ad me retuleris pedem. *without knowing something for certain.* ¶ *Incerto me*, insciente me. *Plaut. Asin.* 2. 4. 60. Ego certe, me incerto, scio hoc daturum nemini homini. ¶ Sententia est illud *Ennii* apud *Cicer. de Amic.* c. 17. *extr.* Amicus certus in re incerta cernitur. *h. e.* in dubiis et adversis rebus. ¶ *Incertum* pro *incertorum* dixit *Pacuv.* apud *Non.* cap. 9. n. 1. ¶ *Incertus ager* apud Augures qui sit, V. in *Peregrinus.*

INCESSABĬLIS, le, *incessant*, ἀκατάπαυστος, qui non cessat. Est *Orosii sub fin. proœm.* lib. 7. *Cœl. Aurel. Tard.* l. 4. c. 6. *Hieronymi* epist. 58. *circa med.* et *Martiani Capel.* l. 1. pag. 14.

INCESSABILĬTER, incessanter. *Hieronym.* epist. 128. *ad Fabiol. a med.* Incessabiliter velut rotam in suo axe torqueri. Adde *Martian. Capell.* l. 9. pag. 303. et *Fulgent. sub initio* l. 1. *Mythol.*

INCESSANTER, *incessantly*, ἀπαύστως, indesinenter. *Imp. Zeno* lib. 11. *Cod.* tit. 42. leg. 10. *extr.* Excubiis aquæ custodiendæ incessanter inhæreant. Adde *Sidon.* l. 8. ep. 11. *a med.*

INCESSĬO, onis, f. actus incessendi. Affertur locus ex *Cicer.* 12. *Attic.* ep. 5. *sub fin. Incessionum* ἀρχέτυπα *fugienda.* Sed valde dubia ea lectio est, varieque vexata. [† *Ernest.* post *Victor.* Nicasionum, *h. e.* fœneratorum.]

INCESSIT. V. *Incedo.*

INCESSO, is, ivi, *et* essi, a. 3. *to attack, assail, assault*, παραγίνομαι, invado, appeto, impeto, aggredior, molestus sum, lacesso: frequentativum ab *incedo. Liv.* l. 8. c. 24. *ad fin.* Cum jaculis saxisque procul incesseretur. *Colum.* l. 8. c. 11. *a med.* Cum tot unum incesserent manus. *Sil.* l. 1. v. 473. cuncta e muris unum incessentia tela. *Plin.* l. 33. c. 3. *a med.* Feras noxii incessivere. *Sueton. de clar. Rhetorib.* c. 6. Aliquem, ut impium, incessere. *Id. in Calig.* c. 25. *extr.* Infestis digitis ora et oculos infantium incessere. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 402. sævisque parent incessere telis. *Stat.* l. 1. *silv.* 4. v. 76. Bello quempiam incessere. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 132. dictis protervis. *Sueton. in Claud.* c. 12. exsecrationibus. *Id. in Tiber.* cap. 11. convicio. *to reproach. Sil.* l. 11. v. 209. verbis amaris. *Stat.* 1. *Theb.* v. 245. pœnis. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 23. criminibus. *h. e.* accusare. Sic lib. 3. c. 65. occultis suspicionibus. et cap. 77. Fuere, qui uxorem Vitellii incesserint, tanquam superbe et severe egisset. *h. e.* arguerint, criminati sint. *accused. Gell.* l. 1. c. 2. Juvenes objurgatione justa incessivit. *Stat.* 11. *Theb.* v. 390. Incessere moras. *to reprove him for his tardiness. Quintil. Declam.* 5. c. 2. Famam alicujus incessere. *Symmach.* l. 1. ep. 2. (*al.* 5.) Nequicquam taciturnitatis incessimur. ¶ In illo *Stat. Theb.* 11. v. 361. Tecta incessentem, *Eutyches Grammaticus de discern. conjugat.* l. 2. pag. 2184. *Putschii* legi ait *incessantem*, ut a prima conjugatione. Sed depravato Codice videtur usus. ¶ *Incessit* ab *Incedo* V. in eo Verbo.

INCESSUS, us, m. *a gait, walking with a stately air, pace, walking*, βάδισις, gressus, ambulatio, actus, et modus incedendi: et dicitur tum de hominibus, tum de aliis animalibus. *Cic.* 1. *Offic.* c. 35. *a med.* Status, incessus, sessio, accubitio teneant illud decorum. *Id.* 2. *de Fin.* c. 24. Incessum fingere, quo gravior videaris. *to assume a stately air, a certain gravity of deportment. Sallust. in Catil.* c. 15. Citus modo, modo tardus incessus. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 306. In incessu molliorem esse. *Quintil.* l. 5. c. 9. *sub fin.* Incessus fractus. *Tacit.* 1. *Histor.* c. 53. Cæcina decora juventa, cito sermone, erecto incessu. *carriage.* et lib. 4. c. 11. Apparatu, incessu, excubiis vim principis complecti. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 636. Exprimere incessus, vultumque, sonumque. *Virg.* 1. *Æn.* v. 409. Et vera incessu patuit dea. *by her gait, or demeanour. Plin.* l. 10. c. 38. Omnibus animalibus certus et uniusmodi incessus est. *Cic. in Orat.* c. 18. Rarus incessus, nec ita longus. *the walk from the rostrum:* quem *Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* ambulationem vocat. ¶ Item ingressus, invasio, *an assault, attack. Tacit.* 12. *Ann.* c. 50. Incessu Parthorum sine acie pulsi Iberi. et lib. 4. c. 24. Primo incessu solvit obsidium. *on his first approach.* ¶ Item aditus, *a pass, defile. Id.* 6. *Ann.* c. 33. Cum alios incessus hostis clausisset, unum reliquum, mare inter et montes, æstas impediret.

INCESTE, *impurely, unchastely, incestuously*, μιαρῶς, non caste, inquinate, impure, turpiter. *Cic. pro Cœl.* c. 14. *extr.* Ideo aquam adduxi, ut ea tu inceste uterere? *Liv.* l. 1. c. 45. *sub fin.* Inceste sacrificium Dianæ facere. *Lucret.* l. 1. v. 98. Inceste nubere. *Arnob.* l. 5. pag. 170. Agit incestius res suas.

INCESTIFĬCUS, a, um, *incestuous*, μιαρὸς, incestuosus. *Senec. in Phœniss.* v. 223. Nefandus, incestificus, exsecrabilis.

INCESTO, as, avi, atum, a. 1. *to pollute, defile, contaminate*, μιαίνω, incestum reddo, polluo, contamino. *Virg.* 6. *Æn.* v. 150. totamque incestat funere classem. *Stat.* l. 11. *Theb.* v. 120. *de Furiis.* Incestare diem, trepidumque Hyperionis orbem Suffundi maculis. *Id.* l. et *silv.* 5. v. 4. quas incestavimus aras. *Claudian. de consul. Mall. Theod.* v. 267. Turpia non Latios incestant nomina fastos. ¶ Refertur ad impudicitiam, illicitosque concubitus. *to commit incest, indulge in unlawful embraces. Sueton. in Tiber.* c. 43. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 19. ¶ Simpliciter pro violare, corrumpere, *Plaut. Pœn.* 5. 2. 136.

INCESTUM, ti, n. *incest*, ἀνόσιος συνουσία, flagitium impudicum, illicitus cum aliqua congressus lege aut moribus prohibitus. *Cic. Tuscul.* 4. c. 35. Stupra dico, et corruptelas, et adulteria, incesta denique. (Duo priora παιδοφθόρων sunt, reliqua καταγυναίκων.) *Id.* 1. *de Invent.* c. 40. Si peperit, cum viro concubuit: peperit autem. Fecit igitur incestum. *fornication. Paul. Dig.* lib. 23. tit. 2. leg. 39. committere. *Quintil.* l. 7. c. 8. Incesti damnata.

INCESTUŌSUS, a, um, *incestuous*, qui incestum committit, incestificus, incestus. *Valer. Max.* l. 6. c. 3. n. 7. Quæ sacris Bacchanalium incestuosæ fuerant. Al. rectius leg. *incestu usæ.*

INCESTUS, us, m. incestum. *Cic. in Bruto*, c. 32. Sunt enim et aliæ, et pro Ser. Fulvio de incestu nobilis oratio. *Id. pro Mil.* c. 22. De servis nulla quæstio est in dominum, nisi de incestu, ut fuit in Clodium.

INCESTUS, a, um, *incestuous, impure, polluted, contaminated*, ἀνόσιος, μιαρὸς, non castus, impurus, contaminatus, pollutus: ab *in* privativa, et *castus.* A Græco ἀνίκεστον, inexpiabile, incurabile, *Festus* ducit. *Senec. in Hippol.* vers. 1184. Morere, si casta es, viro: si incesta, amori. et vers. 1195. Juvenisque castus crimine incestæ jacet. *Cic. pro Dom.* c. 40. Incesto flagitio et stupro polluit cæremonias. *Stat.* 1. *Achill.* v. 45. Incestus prædo. *h. e.* Paris adulter. *Cic. Phil.* 11. cap. 2. Verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerare. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 503. incestis temerari vocibus aures. *obscene.* Sic *Liv.* l. 8. c. 28. Perlicere aliquem incesto sermone. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 4. Incestus amor. et lib. 11. c. 25. *extr.* Incestæ nuptiæ. *Id.* 5. *Hist.* c. 4. Profana illic omnia, quæ apud nos sacra: rursum concessa apud illos, quæ apud nos incesta. *Stat.* 9. *Theb.* v. 27. subtexunt astra catervæ Incestarum avium. *h. e.* corvorum, et hujusmodi, quæ humani sanguinis et cadaverum pastu polluuntur.

[* INCHARAXO, as, are, a. 1. aperio, perforo. *Apic.* l. 6. c. 5. Avem incharaxas et perfundis. *h. e.* perforas ad accipiendum emittendumve humorem. Scribitur etiam *incaraxo.*

* INCHOAMENTUM, i, n. actus inchoandi, principium. Translate pro rudimento usurpat. *Martian. Capell.* lib. 3. pag. 93. *Grot.* Scholaria inchoamenta. *Id.* l. 5. pag. 139. Hæc inchoamentorum primordia detrectaret excurrere. Adde l. 6. pag. 189.

* INCHOATĬO, onis, f. actus inchoandi, initium. *Augustin.* epist. 120. (*al.* 222.) c. 3. Non enim parva est inchoatio cognitionis Dei. *Id. de Genesi contra Manichæos* l. 1. c. 14. Vespera propter transactionem consummati operis, et mane propter inchoationem futuri operis.]

INCHOATĪVUS, a, um, *inceptive, inchoative,* ἀρκτικὸς, ut Inchoativa verba, quæ rem inchoatam, et futuram significant, ut *horresco*, idest incipio horrere; *torpesco*, incipio torpere. *Charis.* l. 3. pag. 223. *Putsch. Diomed.* l. 1. pag. 333. *Priscian.* l. 8. pag. 824. et *Martian. Capell.* l. 3. pag. 84.

INCHOĀTOR, oris, m. *a beginner*, inceptor. *Prudent. in præfat. Hamartig.* v. 27. ille mortis inchoator. *h. e.* Cain, qui primus occidit hominem.

INCHOĀTUS, a, um, *begun, commenced, imperfect,* ἡμιεργὴς, inceptus, ac nondum perfectus. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 2. Quæ adolescentulis nobis, ex commentariolis nostris inchoata ac rudia exciderunt. *Id.* 1. *Offic.* c. 43. *a med.* Cognitio manca atque inchoata. *Id. de clar. Orat.* c. 33. Præclare inchoata multa, perfecta non plane. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 20. *extr.* Erat autem difficile, rem tantam tamque præclaram inchoatam relinquere. *Plaut. Trin.* 1. 2. 95. Qui exædificaret suam inchoatam ignaviam. *Colum.* l. 4. c. 3. Ab inchoato domos exstruere. *from the very foundation. Vet. Lapis* apud *Gruter.* pag. 170. n. 3. Scholam ab inchoato refecerunt, marmoribus ornaverunt, &c. et pag. 169. n. 6. Schola ab inchoato exstructa, solo dato ab T. Furio, &c. ¶ Item confectus, perfectus. *finished, brought to a close.* Sic enim multi intelligunt illud *Catulli* carm. 35. *ad Cæcil.* v. 13. Nam quo tempore legit inchoatam Dindymi dominam, &c. *et vers. ult.* est enim venuste Magna Cæcilio inchoata Mater. *h. e.* poema de Cybele. V. *Inchoo.*

INCHŎO, as, avi, atum, a. 1. *to commence, begin, essay, attempt, take in hand, enter upon, inchoate,* ἄρχομαι, incipio, exordior, attingo. Inchoare, inquit *Festus*, videtur ex Græco originem trahere, quod Hesiodus omnium rerum initium esse dixerit chaos. *Scaurus* quoque *de Orthogr.* pag. 2251. *Putsch.* et *Julius Modestin.* apud *Diomed.* l. 1. pag. 361. a *chaos* deducunt. Sed *Verrius Flacc.* et *Tranquill. ibid.* a *cohum*, quod apud Veteres mundum significat: unde et *incoho* scribi volunt: quod a majoribus factitatum fuisse *Servius* ad 3. *Georg.* v. 223. testatur. Sed scribendi usus *inchoo* obtinuit: et ex veterib. lapidib. probatur a *Cellar. in Orthogr.* a quo stant *Manut. Dausq.* et alii. *Cic. pro Arch.* c. 11. Quas res nos in consulatu nostro gessimus, attigit hic versibus, atque inchoavit. *Id. in Orat.* c. 9. *extr.* Referamus nos igitur ad eum, quem volumus, inchoandum, et eadem eloquentia informandum, quam in nullo cognovit Antonius. *Id. pro Dom.* c. 51. *a med.* Novum delubrum inchoare. *Plin.* l. 11. c. 14. Inchoandæ vindemiæ dies. et lib. 16. c. 25. Favonius ver inchoans. *Pallad.* l. 3. tit. 25. *sub fin.* Inchoante mense. ¶ Passive *Plin.* l. 11. c. 16. *sub fin. de apib.* Reges plures inchoantur, ne desint. ¶ Neutrorum more *Symmach.* l. 7. ep. 75. Moris est, ut munus hujusmodi a proficiscentibus inchoet. ¶ Pro facere, perficere, dedicare, usui tradere. *Virg.* 6. *Æn.* v. 252. Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. *Servius* hic monet esse verbum sacrorum. Sed fortasse pro simplici incipio positum est. ¶ Cum infinito. *Pallad.* l. ult. tit. 2. Post idus pastina inchoemus effodere. *Lucan.* l. 10. v. 173. longis Cæsar producere noctem Inchoat alloquiis. ¶ Absolute *Stat.* 8. *Theb.* v. 623. post longa silentia rursus Inchoat Ismene. *h. e.* infit, fari incipit. [¶ Particip. *inchoaturus* apud *Curt.* l. 6. c. 7. Dixit, ab illo capite conjuratos pulcherrimum facinus inchoaturos.]

INCĪCUR, uris, *vel* oris, non cicur, immansuetus, ferus. *Pacuv.* apud *Fest.* Reprime incicorem iracundiam.

INCĬDO, is, idi, casum, n. 3. *to fall into, or upon,* ἐμπίπτω, in, vel supra aliquid cado. *Cic. Phil.* 4. c. 5. Incidere in foveam. *Id. de Fato*, c. 3. Ex spelunca saxum in crura ejus incidit. *Ovid. Metam.* 5. v. 104. Demetit ense caput, quod protinus incidit aræ. *Liv.* l. 21. c. 10. *a med.* Sagunti ruinæ capitibus vestris incident. *Virg.* 2. *Æn.* v. 466. turris Danaum super agmina late Incidit. *Cic. Fam.* 13. ep. 29. *circa med.* Ille in morbum continuo incidit, ex quo non convaluit. *Stat. Theb.* 5. v. 233. Sic illa jacenti incidit. *fell upon. Virg.* 12. *Æn.* v. 926. incidit ictus Ingens ad terram duplicato poplite Turnus. ¶ Item accido. *to fall out, happen, occur. Plin.* l. 2. c. 27. Ea accidisse, non quia hæc facta sunt, arbitror; verum hæc ideo facta, quia incasura erant illa. *Liv.* lib. 1. c. 46. Forte ita inciderat, ne, &c. *it so befell. Id.* l. 26. c. 23. Forte ita incidit, ut, &c. *Cels.* l. 5 c. 27. n. 3. Si cucurbitula non est (quod tamen vix incidere potest) tum, &c. *Planc. ad Cic.* 10. *Fam.* ep. 21. Si casus inciderit. ¶ Item casu incurro. *to fall amongst, fall in with, light or hit upon, meet with. Cic. pro Mil.* cap. 1. Quocunque oculi inciderint. *Id. pro Rosc. Amer. c. pænult.* In eo loco, quo fugam hostium fore arbitrantur, milites collocant, in quo, si qui ex acie fugerint, de improviso incidant. *might fall upon them. Liv.* l. 25. c. 39. Incidunt inermes inter catervas armatorum. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 13. n. 8. Incidit forte per noctem in lenunculo piscantis. *Cic. pro Cluent.* c. 7. Adolescentulus bello captus in Q. Sergii manus incidit. *fell into the hands. Id. Fam.* 7. ep. 3. Incidere in insidias. *et ibid.* Si quando in vituperatores meos incidisses. *Id. Fam.* 2. ep. 7. Quod in reipubl. tempus non incideris, sed veneris (judicio enim tuo, non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuum) profecto vides, &c. *Id. Fam.* 5. ep. 8. Non me fortuito ad tuam amplitudinem amplectendam incidisse. ¶ Item advenio, supervenio, insto. *to come upon. Liv.* l. 28. c. 13. *sub fin.* Acrius ultimis incidebat Romanus, neque sustineri impetus poterat. *Cic.* 4. *Verr.* cap. 74. Sane homini improviso incidi. *I stumbled upon. Virg.* 11. *Æn.* v. 699. Incidit huic, subitoque adspectu territus hæsit Apenninicolæ bellator filius Auni. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 14. Tantus terror incidit exercitui, ut, &c. *Virg.* 2. *Georg.* v. 107. navigiis violentior incidit Eurus. *Id.* 2. *Æn.* v. 304. Flamma in segetem incidit. *Ovid. de remed. amor.* v. 662. nulla simultas incidit. *Terent. Heaut.* 2. 4. 15. Incidit amori vestro calamitas. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 14. Cum aliquod bellum incidit. *Liv.* l. 27. c. 24. Pestilentia gravis incidit per urbem agrosque. *Plerique al. leg.* in urbem. *Id.* l. 5. c. 11. *sub fin.* Cum fuga trepidum, plenum vulnerum ac pavore, incidentem portis exercitum viderint. *h. e.* accedentem, et præ lassitudine veluti in portis cadentem. Adde lib. 3. c. 3. et lib. 27. cap. 13. ¶ Cum accus. vi præpositionis, quæ inest in Verbo, *Nep. in Attic.* cap. 10. Ne quod periculum incideret, præsidium ei misit. *Virg.* 9. *Æn.* v. 721. Bellatorque animos deus incidit. *Al. leg.* animo. *Lucret.* l. 4. v. 569. pars vocum non aures incidit ipsas. *Al. leg.* accidit. *Solin.* c. 11. (*al.* 18.) Coturnices vela incidunt. ¶ Translate est casu venire. *Cic. in Divin. Verr.* c. 15. *ad fin.* Quoniam non consulto, sed casu in eorum mentionem incidi. *I came to make mention of them. Liv.* l. 1. c. 57. Potantibus his apud Sex. Tarquinium, incidit de uxoribus mentio. *Cic.* 1. *de Orat.* cap. 24. Fortuito in aliorum sermonem incidere. *to come in accidentally, while others are discoursing.* et *de Amic.* c. 1. Memini in eum sermonem illum incidere, qui, &c. *that he came to discourse of that, which,* &c. *Id. de clar. Orat.* c. 2. *extr.* Cum in eam memoriam et recordationem nuper ex sermone quodam incidissemus. *had chanced to call to recollection. Terent. Phorm.* 1. 3. 5. Quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset. *had occurred to his mind,* &c. et *Heaut.* 3. 3. 37. Aliud ex alio incidit. *one thing occurs after another.* ¶ Dicitur et de iis, quæ in idem tempus congruunt. *Cic. in Pison.* c. 4. Cum tert. Cal. Jan. Compitaliorum dies incidissent. *had fallen upon.* et *Attic.* 6. ep. 1. *in fin.* Facies me, in quem diem Romana incidant mysteria, certiorem. *Id. in Orat.* c. 12. Quorum ætas in eosdem tempora, quos nominavi, incidit.

INCĪDO, is, idi, isum, a. 3. *to cut,* διατέμνω, κόπτω, cædo, præcido, amputo: ab *in*, et *cædo*. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 2. *a med.* Qui mihi pinnas inciderant, nolunt easdem renasci. *Quintil.* l. 2. c. 13. *sub fin.* Si rectum limitem rupti torrentibus pontes inciderint. *Cels.* l. 5. c. 27. n. 3. Scalpello circa vulnus incidere. *Id. in præfat.* l. 1. Nocentes homines vivos incidere. *to make anatomical experiments upon,* &c. et *ibid.* Incidere vivorum corpora. *Plin.* l. 14. c. 9. Palmes inciditur in medullam. *Id.* l. 29. *c. ult. circa med.* Incidere venam. *to bleed, let blood. Virg. Ecl.* 8. v. 29. novas incide faces. *et Ecl.* 3. v. 11. vites incidere falce. *to prune, lop.* et *Æn.* 3. v. 667. funem. *to cut asunder.* ¶ Item *to carve, cut, engrave. Ovid.* 8. *Metam.* v. 245. ferroque incidit acuto Perpetuos dentes, et serræ repperit usum. *Virg. Ecl.* 10. v. 53. tenerisque meos incidere amores Arboribus. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 528. verba ceris. *to write. Cic. Phil.* 1. c. 10. leges in æs. *Id. Fam.* 13. ep. 36. nomina in tabula. *Plin. in Paneg.* c. 54. *extr.* Non trabibus, aut saxis nomen tuum, sed monumentis æternis laudis inciditur. Eodem sensu *incidi* pro inscribi in tabulis publicis, dixit *Id. ibid.* cap. 26. et 28. ¶ Translate est abrumpere. *to break off. Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 4. Poema ad Cæsarem, quod composueram, incidi. *tore up, cut in pieces the wax on which it was written. Horat.* lib. 1. ep. 14. v. 36. Non lusisse pudet, sed non incidere ludum. *to lay aside. Liv.* l. 44. c. 6. *a med.* et lib. 3. c. 58. Incidere spem. *to cut off. Id.* l. 32. c. 37. *ad fin.* Longiorem exorsis orationem, brevis interrogatio sermonem incidit. *Albinov.* eleg. 3. v. 7. non omnia dixit: Incidit que pudor, quæ prope dixit amor. *Stat. Theb.* 9. v. 884. Tandem hæc singultu verba incidente profatur. *Sil.* l. 3. v. 78. Si quis forte deum tantos inciderit actus. ¶ Item auferre, tollere, delere. *Senec.* ep. 101. Ipsam, quam premimus, horam casus incidit. *Cic.* 2. *de Orat.* cap. 82. Inciditur omnis jam deliberatio, si intelligitur non posse fieri. *Marcell. Dig.* lib. 28. tit. 4. leg. 3. Incidere testamentum. ¶ Item decidere, dirimere. *Virg. Ecl.* 9. v. 14. Incidere lites. *to cut off, put an end to quarrels or disputes.* [¶ Particip. *incidens, incidendus* apud *Plin.* l. 6. c. 9. Incidens litteras. *Cels.* l. 7. c. 19. Si inguen incidendum est.]

INCIDŬUS pro *Incæduus* quidam leg. apud *Ovid.* locis in *Incæduus* allatis, et apud *Stat. Theb.* 6. v. 90.

INCĬENS, entis, *near the time of bringing forth,* femina prægnans, propinqua partui: ita dicta, inquit *Fest.* in *Gravida*, quod incitatus sit fetus ejus: vel ut alii, quod cieat, et invocet alias ad auxilium: vel quod se ciet, seu incitat, ac movet ad pariendum: vel denique ab ἐγκύω, pregnans sum. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 84. Incientes sues occidere. *farrowing.*

INCIĔO. V. *Incio.*

INCĪLE, lis, n. *a kind of ditch, or trench for carrying off water; a kennel or water-course in the streets; a furrow, or canal, for conveying water; a grip,* διωρυγὴ, ἀμάρα, locus depressus ad latus fluminum, aquæ derivandæ causa. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 20. leg. 1. deducit ab *incidendo*, quia inciditur lapis, vel terra, unde aqua ex flumine agi possit: Alii ab *incieo. Festus:* Incilia, fossæ, quæ in viis fiunt ad deducendam aquam, sive derivationes de rivo communi factæ. Al. leg. *Incillæ*, eod. sensu. *Colum.* l. 5. c. 9. A superiore parte, si olea in clivo sit, incilia excitentur, quæ limosam aquam ad codicem deducant. *Cato R. R.* c. 155. Cum pluere incipiet, familiam cum sarculis exire oportet, incilia aperire, aquam diducere. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 12. leg. 1. Incile ducere. ¶ Adjective *Cato loc. cit.* In monte fossas inciles puras habere oportet.

INCĪLO, as, avi, atum, a. 1. increpo, objurgo, improbo, dictis asperis mordeo. *Voss.* vellet esse ab *incieo*, commoveo. Alii ab *incido*, concido. *Lucret.* l. 3. v. 977. Jure, ut opinor, agat, jure increpet, inciletque. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 430. Spernere, incilare probris. *Id. ibid.* Incilare factum alicujus. *Pacuv. ibid.* Si quis hac me oratione incilet, quid respondeam? *Lucil. ibid.* Incilans nos lædis vicissim. ¶ Pro incilia facere. *Pallad.* l. 12. tit. 3. Vinea vetus viridissima parte corticis feriatur, et fossa frequentius inciletur. *Al. aliter leg.*

INCINARĬUM. V. *Incinerarium.*

INCINCTUS, a, um, *begirt, wrapped round, encircled, clothed, clad,* idem quod cinctus, amictus, circumdatus. *Cic.* vertens *Euripidis* versus 4. *Acad.* c. 28. Furiæ incinctæ igni incedunt. *Liv.* l. 8. c. 9. Incinctus cinctu Gabino. *Petron. in Satyr.* c. 135. Anus incincta quadrato pallio. *Virg.* 4. *Georg.* v. 342. *de Nymphis.* Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ. *h. e.* succinctæ. Sic *Ovid.* 2. *Fast.* v. 634. Nutriat incinctos missa patella Lares. (V. *Succinctus.*) et lib. 5. v. 674. incinctus tunicas mercator. *Al. leg.* tunica. et vers. 337. capilli incincti philyra. *Solin.* cap. 15. (*al.* 25.) *ante med.* Capitum ossa auro incincta. *Pompon. Mela* l. 2. c. 6. Hispania pelago undique incincta est. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 162. *de fonte.* Margine gramineo patulos incinctus hiatus. *Scribon. Larg.* compos. 163. et 164. Habere aliquid incinctum. *h. e.* in zona habere, *in the pocket.* Suspicatur *Rhodius*, legendum esse *in cinctu.* ¶ Item non cinctus, discinctus, *ungirt, loosely dressed. Tibull.* l. 3. el. 2. v. 18. ossa Incinctæ nigra candida veste legant. Sic *Sueton. in Aug.* c. 100. Reliquias legerunt primores equestris ordinis, tunicati, et discincti, pedibusque nudis. Potest tamen intelligi apud *Tibull. incinctæ nigra veste*, amictæ, indutæ, ut apud *Petron. incincta pallio.*

INCINERARĬUM, ii, n. *Charis.* lib. 1. pag. 78. Muliebre ministerium, incinerarium dicitur. nam Cato in Originib. mulieres, inquit, nostræ capillum cinere inungitabant, ut rutilus esset crinis. Hæc *Charis.* Porro hoc ministerium erat eorum, qui cinerarii, et ciniflones dicebantur. V. *Cinerarius.* Apud *Charis.* al. leg. *incinarium:* quod corruptum videtur.

INCINGO, is, inxi, inctum, a. 3. *to bind, encircle, surround,* καταζωννύω, idem quod cingo, circumdo. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 8. v. 47. turritis incingere mœnibus urbes. *Id. Metam.* 7. v. 242. aras verbenis, silvaque incinxit agresti. et lib. 14. v. 720. nitidaque incingere lauro. *crown yourself.* et *Heroid.* ep. 9. v. 66. incingi zona. *Pompon. Mela* l. 2. c. 3. *ante med.* Arcadiam Peloponnesiacæ gentes undique incingunt. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 258. Pars se se tortis serpentibus incingebant.

INCINGŬLUM, li, n. *a girdle*, idem quod cingulum. *Non.* c. 1. n. 234. Cingulum a cingendo, quod incingulum plerumque dicitur.

INCĬNO, is, a. 3. *to sing, play on a musical instrument,* ἐπᾴδω, cano, accino, insono: ab *in*, et *cano*. *Propert.* l. 2. el. 18. v. 6. varios incinit ore modos. *Gell.* l. 1. c. 11. *a med.* Si ut planipedi saltanti, ita Graccho concionanti, numeros, et modos, et frequentamenta quædam varia tibicen incineret. *Id.* l. 4. c. 13. Si modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores.

INCĬO, is, a. 4. *vel* Incieo, es, a. 2. *to move, incite,* moveo. *Lucret.* l. 5. v. 960. Et Venus in silvis incibat corpora amantum. Al. leg. *inciebat*, ut sit synæresis. sed et *incibat* ab *incio* esse potest, ut *lenibant* a *lenio*, et *servibat* a *servio*, et *nutribant* a *nutrio*, &c. Al. *jungebat.*

INCIPĔRA, pro impera, quidam legunt apud *Plaut. Trucul.* 3. 2. 8. V. *Incitega.*

INCIPESSO. V. *Incipisso.*

INCIPIO, is, epi, eptum, *to commence, begin*, ἄρχω, inchoo, cœpi, initium facio: ab *in*, et *capio*. *Cic.* 1. *Offic.* c. 37. *extr.* Ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus. *Id.* 7. *Attic.* ep. 8. Epistola, quam incipiente febricula scripseras. *Sallust. in Jug.* c. 117. Statim rex sic incipit: Numquam ego sum ratus, &c. *Justin.* l. 13. c. 6. Quibusdam placebat, bellum in Macedoniam transferri: sed in rem visum est, ab Ægypto incipere. *Curt.* l. 3. c. 1. *a med.* Unde nexus inciperet, quove se conderet, perspici non poterat. *Plaut. Capt.* 5. 3. 3. Quam diu id factum est? *Stat.* hic annus incipit vicesimus. *Virg.* 3. *Ecl.* v. 58. Incipe, Damœta, tu deinde sequere Menalca. *Id.* 2. *Æn.* v. 268. Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris Incipit. *Plin.* l. 5. c. 13. Mox Idumæa incipit et Palæstina. *Id.* l. 27. c. 13. Incipiente æstate. *Id.* l. 8. c. 5. Menander Syracusanus incipientis juventæ. *Id.* l. 24. c. 15. Trixago incipientibus hydropicis efficax. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Incipientibus et teneris jucundior. *to beginners. Sallust. in Catil.* cap. 21. Tantummodo incepto opus est. *there is need only of a beginning.* ¶ Cum accus. *Plaut. Cas.* 4. 4. 2. Sospes iter incipe hoc. *Liv.* l. 7. c. 34. *sub fin.* Opus incipit nemo. *Virg.* 8. *Ecl.* v. 21. Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus. *Id.* 1. *Georg.* v. 230. Incipere sementem. ¶ Sæpissime infinito jungitur: quod et in præcedentibus subintelligi facile potest. *Plaut. Trucul.* 2. 5. 14. Si bene facere incepit. *Virg.* 1. *Georg.* v. 5. Hinc canere incipiam. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 2. Cum pabuli copia esse inciperet. et lib. 1. *B. Civ.* c. 80. Iter facere incipere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 3. bella gerere. *Id.* 1. *Tuscul. c. ult.* mortem optare. et lib. 5. c. 1. diffidere. ¶ Passive *Tacit.* 5. *Hist.* cap. 17. et *Sallust. in Jug.* cap. 61. et 77. Dein prœlium incipitur. *Lactant.* l. 2. c. 8. *ante med.* Nec incipi, aut fieri, aut consummari quidquam potest, nisi, &c. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 570. A tantis Princeps incipiendus erat. *Terent. Phorm.* 1. 4. 48. In re incipiunda. ¶ Impersonaliter *Quintil.* l. 9. c. 4. *a med.* Optime incipitur a longis: recte aliquando a brevibus. ¶ Interdum ponitur pro suscipio, aggredior, *to attempt, undertake. Terent. Eun.* 5. 5. 25. Quid igitur faciam miser, quidve incipiam? *Id. Adelph.* 2. 2. 19. Hoccine incipere Æschinum, ut hanc mihi eripere postulet? *Sallust. in Catil.* c. 20. Ausus est pulcherrimum facinus incipere. *Id. in orat. Cottæ ad Coss.* Quare indigna vobis, nobisque, et republ. incipitis? ¶ Præteritum *incepi* habent præter *Plaut. loc. cit.* et alibi, etiam *Virg. Æn.* 3. v. 8. *Terent. Andr.* 5. 1. 13. et *Adelph.* 2. 2. 19. Ceterum prosæ scriptores, *Cicero* præsertim, *Cæsar*, *Nepos*, et hujusmodi, *cœpi* libentius usurpant. Ex quo quidam non *incepi*, sed *incœpi* scribendum putarunt tanquam non a *capio*, aut *incipio*, sed vel a *cœpi*, vel a *cœpio* sit. ¶ *Incepsit* pro *inceperit* olim dictum est. *Fest.* in *Incensit.*

INCIPISSO, is, *to begin, attempt*, antique idem est, quod incipio. *Plaut. Capt.* 3. 3. *in fin.* Maximas nugas ineptiasque incipisso. et 4. 2. 22. Quid hic incipissit facere cum tantis minis? *Id. Mil.* 2. 2. 73. Magnam rem incipissis. et vers. 82. Sic rationem incipissam. *Id. Capt.* 2. 1. 19. Brevem orationem incipisse. ¶ In quibusdam lib. leg. *incipesso.*

INCIRCUMCĪSUS, a, um, *uncircumcised*, non circumcisus. *Tertull. advers. Jud.* c. 2. *ad fin.* et *Prudent. in Psychom.* v. 390.

INCIRCUMSCRIPTUS, a, um, *incomprehensible, unbounded, unlimited, infinite, uncircumscribed*, non circumscriptus. *Prudent. in Apotheos.* v. 931. Incircumscriptus Dominus.

INCĪSE, *et* Incisim, *in short clauses, by short sentences*, κατὰ κόμματα, per incisa, incisis, seu minutis particulis. *Cic. in Orat.* c. 63. Quo pacto debeat incise, membratimve dici, jam videbimus. *et paulo post.* Hæc quidem duo binis pedibus incisim: dein membratim. Adde cap. 67.

INCISĬO, onis, f. *a cutting, incision*, διατομή, actus incidendi, incisura. *Colum. de arborib.* cap. 8. Infra incisionem et alligaturam vitem vulnerato. [Sed legendum, ut habent *Gesneri* et *Schneideri* editiones, *insitionem.* ¶ *Incisiones interiorum* sunt tormina ventris apud *Veget. veter.* lib. 1. c. 39. Dolorem ventris in jumentis torsiones vocant, et interiorum incisiones.] ¶ In re oratoria est brevissima periodi pars. V. *Incisum. Cic. in Orat.* c. 61. De eorum particulis, et tanquam incisionibus disserendum est. et cap. 64. In incisionibus et in membris. ¶ Apud Grammaticos *incisiones* sunt, quæ alias *cæsuræ* appellantur. V. *Cæsura. Diomed.* l. 3. pag. 496. *Putsch.*

INCĪSUM, i, n. *a short clause of a sentence called a* comma, κόμμα, pars periodi brevior apud Rhetores. nam longior membrum est. *Quintil.* l. 9. c. 4. *post med.* Incisum, quantum mea fert opinio, erit sensus non expleto numero conclusus: plerisque pars membri. Tale est enim quo Cicero utitur (*in Orat.* c. 67.) *Domus tibi deerat? at habebas. pecunia superabat? at egebas.* Fiunt autem etiam singulis verbis incisa, ut *Diximus, testes dare volumus.* Incisum est *diximus. Cic. ibid.* cap. 62. Nescio, cur, cum Græci κόμματα, et κῶλα nominent, nos non recte incisa, et membra dicamus.

INCISŪRA, æ, f. idem ac incisio. *Plin.* l. 11. c. 39. Pili recisi, non, ut herbæ, ab ipsa incisura augentur, sed ab radice exeunt. Adde *Colum.* l. 12. c. 54. ¶ Incisuræ etiam dicuntur in manibus, quæ vulgo lineæ vocantur. *lines in the hand. Plin.* l. 11. c. 52. Et in manu duas incisuras longas habentes. ¶ Item in foliis plantarum, in insectis, &c. quæ et divisuræ appellantur. *Id.* l. 26. c. 8. Astragalus folia habet longa incisuris multis. *Id.* l. 11. c. 1. Insecta appellata ab incisuris, quæ nunc cervicum loco, nunc pectorum, atque alvi, præcincta separant membra. *Id.* l. 15. c. 11. Chrysomela incisuris distincta. ¶ Denique in pictura incisuræ dicuntur divisiones umbrarum ab lumine, ut *Id.* docet *sub fin.* lib. 35. V. *Harmoge.*

INCĪSUS, a, um, *cut, cut off, lopped*, ἐπικοπεὶς, cæsus, abscissus. *Tacit. Ann.* 16. c. 19. Incisæ venæ. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 17. Teneræ arbores incisæ atque inflexæ. *Plin.* l. 11. c. 37. *sub fin.* Incisi nervi non solidantur. *Id.* l. 25. c. 5. *a med.* Incisus forficulis. *Stat.* 5. *Theb.* v. 517. squamisque incisus adæstuat amnis. ¶ Translate *Liv.* l. 2. c. 16. et lib. 3. c. 58. Incisa spes. *cut off, disappointed.* ¶ Item incisuris divisus, *divided, parted. Cic.* 1. *de Divin.* cap. 39. Cur pulmo incisus in bonis extis proferat diem. *Plin.* l. 25. c. 6. Eupatoria foliis per ambitum incisis. ¶ Item insculptus, inscriptus, *engraved, carved, written. Cic.* 4. *Verr.* c. 63. Videmus in basi statuarum maximis litteris incisum, A communi Siciliæ datas. *Id. pro Balb.* c. 23. Fœdus in columna incisum et perscriptum. *Id. pro Font.* c. 14. Incisus ac notatus in monumentis rerum gestarum. *Liv.* l. 3. c. 57. *sub fin.* Leges in æs incisas in publico proponere. *Horat.* l. 4. od. 8. v. 13. incisa notis marmora publicis. *Sueton. de Grammat.* cap. 17. Fasti marmoreo parieti incisi.

INCĪSUS, us, m. idem ac incisio. *Plin.* l. 16. c. 12. Fructum quædam proximo anno ab incisu largiuntur.

INCĪTA. V. *Incitus.*

INCITABŬLUM, li, n. idem ac incitamentum. *Gell.* l. 15. c. 2. Fomitem esse quendam dicens, et incitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagraret.

INCITAMENTUM, ti, n. *an incitement, motive, inducement, incentive*, κινητήριον, stimulus, invitamentum. *Cic. pro Arch.* c. 10. Hoc maximum et periculorum incitamentum est, et laborum. *Curt.* l. 9. c. 5. Desperatio magnum ad honeste moriendum incitamentum. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 55. Incitamenta irarum.

INCITĀTE, adverb. *speedily, hastily*, ὁρμητικῶς, cum incitatione. *Cic. in Orat.* c. 20. Locutio, quod incitatius feratur, &c. et cap. 63. Tum incitatius, tum tardius.

INCITATĬO, onis, f. *an inciting, instigating*, actus incitandi, ὅρμησις, ὁρμή. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 9. Languentis populi incitatio, et effrenati moderatio. et cap. 43. Inflammatur animus judicis acri et vehementi quadam incitatione. Item *vehemence, force, quickness, rapidity*, motus incitatus, impetus, celeritas. *Cic.* 4. *Acad.* cap. 26. Sol tanta incitatione fertur, ut celeritas ejus quanta sit, ne cogitari quidem possit. *Id.* 1. *de Orat.* c. 35. Sic evolavit oratio, ut ejus vim atque incitationem aspexerim, vestigia ingressumque vix viderim. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 92. Est quædam animi incitatio atque alacritas innata omnibus, quæ studio pugnæ incenditur. *Cic.* 1. *de Divin.* cap. 40. Helenus et Cassandra divinantes, alter auguriis, altera mentis incitatione divina. *h. e.* furore. V. *Incitatus.*

INCITĀTOR, oris, m. *an inciter*, ὀτρυντὴς, qui incitat. *Prudent. in Rom.* v. 67. Incitator et fax omnium. *Ammian.* l. 28. c. 1. *ad fin.* (*al.* cap. 12.) Male sanus incitator.

INCITĀTRIX, icis, f. *she that incites*, quæ incitat. *Arnob.* l. 2. pag. 64. Incitatrix ad vitia. *Lactant. de Ira Dei, c. ult.* Opulentia libidinum incitatrix. *Nazar. in Paneg. ad Constantin.* c. 34. Incitatrix licentiæ.

INCITĀTUS, a, um, *incited, stirred up, actuated, instigated*, παρορμηθεὶς, citatus, impulsus, vehementer motus. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 6. Equo incitato se in hostes immittens. *spurred on. Id. in Orat.* c. 59. Incitatior cursus. *speedy. Senec. in Troad.* v. 999. Incitato gradu accurrere. *quick. Id. in Hippol.* v. 1236. Incitati turbines. *rapid. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 60. Lintres magno sonitu remorum incitatæ. *Cic. in Somn. Scip.* cap. 5. Mundi incitatissima conversio. *very swift revolution.* ¶ Translate *Id.* 1. *Fam.* ep. 7. *a med.* Cum beneficiis tuis, tum amore incitatus meo. *Id. de Senect.* c. 12. Incitatus voluptate. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 78. celeritate et studio. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 22. acerbiore odio. *Id.* 5. *Tuscul.* cap. 24. Esse studio incitato ad investigandam veritatem. *Id.* 1. *de Orat.* c. 46. Populum incitatum in bonos, mitigare. *Liv.* l. 44. c. 30. Incitatus ad Romanum bellum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 4. Cum civitas, ob eam rem incitata, armis suum jus exsequi conaretur. *provoked, irritated.* Sic lib. 4. *B. Gall.* c. 14. Milites pristini diei perfidia incitati. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 35. Acrius incitati contra armatos. ¶ Refertur et ad vim, impetumque dicendi. *Cic. in Orat.* c. 12. Herodotus sine ullis salebris, quasi sedatus amnis fluit: Thucydides incitatior fertur, et de bellicis rebus canit quodammodo bellicum. *moves more rapidly.* ¶ Item ad furorem divinum. *inspired. Cic.* 4. *Acad.* c. 5. Exclamant quasi mente incitati. *Catull.* carm. 62. *de Aty, in fin.* Alios age incitatos, alios age rabidos. ¶ *Incitatus* apud *Sueton. in Calig.* c. 55. nomen est equi, cui Caligula consulatum destinasse traditur. Apud *Martial.* vero lib. 10. epigr. 76. et lib. 11. epigr. 1. videtur esse celebris aurigæ Circensis.

INCITĀTUS, us, m. idem ac incitatio. *Plin.* l. 2. c. 45. Venti sive assiduo mundi incitatu, et contrario siderum occursu nascuntur, &c. Alii leg. *incitu.*

INCITĔGA, æ, f. *a server, stand*, machinula, in qua constituebatur in convivio amphora, de qua subinde deferrentur vina. *Fest.* Usus ejus erat, ne amphora fundo suo maculam mensæ imprimeret. Nomen ex eo, quod tegeret mensæ partem: ab *incitego*, pro *intego*, interjecta syllaba *ci* per Epenthesin, quod veteres in multis faciebant, ut *concipilo* pro *compilo*, *recipero*, sive, ut nunc dicimus, *recupero* pro *reparo*, *reciprocus* pro *reprocus*. *Scalig.*

INCĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to incite, hasten or put forward, put violently in motion*, παρορμάω, vehementer impello, concito, commoveo: ab *in*, et *cito* frequentat. a *cieo*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 40. Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur: sæpe etiam insistunt. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 18. n. 16. Incitare saxa per pronum. *Lucret.* l. 3. v. 744. pavor incitat artus. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 409. incitare hastas. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 41. Vehementius equos incitare. *to spur on.* et lib. 3. c. 24. Scaphæ se in hostes incitaverunt. *Id.* l. 3. *B. Gall.* c. 12. Cum ex alto se æstus incitavisset. *Id.* l. 2. *B. Civ.* c. 14. Nostri ex castris se incitant. *h. e.* se proripiunt. ¶ Translate est excitare, *to stir up, excite. Cic.* 2. *de Orat.* c. 35. Ipsum ingenium diligentia etiam ex tarditate incitat. *Id. in Bruto*, c. 92. Duo tum excellebant oratores, qui me imitandi cupiditate incitarent. *Id.* 1. *de Orat.* c. 20. Consuetudo exercitatioque et intelligendi prudentiam acuit, et eloquendi celeritatem incitat. *Id.* 2. *de Divin.* c. 2. Quorum studio legendi meum scribendi studium in dies incitatur. *Plin.* l. 20. c. 7. Incitare aviditatem. *to provoke. Ovid. de remed. amor.* v. 632. Et multam saliens incitat unda sitim. ¶ Item divino afflatu concitare. *to inspire. Cic.* 1. *de Divin.* c. 36. *a med.* Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam. V. *Incitatus.* ¶ Item irritare, provocare. *to irritate, provoke. Cic. pro Flacc.* c. 28. Neque enim desunt, qui istos in me atque in optimum quemque incitent. *Id.* 4. *Acad.* c. 47. Opifices si undique omnes convenerint, facile contra vos incitabuntur. *Quintil.* l. 6. c. 4. Iracundia nonnunquam judices incitat. ¶ Item hortari, impellere, stimulos admovere. *to encourage, stimulate, spur on. Cic.* 1. *de Orat. c. pænult.* Cohortationibus ad studium et ad laborem incitare juvenes. *Id.* 3. *de Fin.* c. 20. Natura incitari ad servandum genus hominum. *Cæsar* l. 3. *B. Gall.* c. 10. Multa Cæsarem ad id bellum incitabant. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 56. Incitare aliquem præmiis et pollicitationibus. *Sueton. in Cæs.* c. 7. Incitare ad amplissimam spem. ¶ Item vexare, agitare. *Sueton. in Calig.* c. 50. Incitabatur insomnia maxime. ¶ Item augere, intendere. *to increase, augment. Tacit. Ann.* 3. c. 25. Relatum de moderanda Papia Poppæa, quam Augustus post Julias rogationes, incitandis cælibum pœnis, sanxerat. ¶ *Incitare arborem* est cultu promovere, ut libere crescat, *to bring forward, promote the growth of. Colum.* l. 4. c. 22. Frequentibus fossuris terra permiscetur, ut incitari vitis possit. *et in fin. cap. ult.* Castanea ferro repetenda est, ut incitetur ejus proceritas. *et cap. ult.* l. 3. Interest, plures ne, an pauciores vehementer materias vinitor submittat, prolixisve flagellis incitet, an, &c. *Cicero* hoc sensu verbo *excitare* usus est 2. *Orat.* c. 21. Nova sarmenta cultura excitare. *Colum.* l. 4. c. 28. eadem ratione *concitare* adhibuit. ¶ *Incitare currentem* proverb. V. *in fin.* verbi *Curro*. [¶ Particip. *incitaturus* apud *Liv.* l. 34. c. 33. Maximæ partis sententia erat, ipsum multos incitaturum.]

INCĬTUS, us. V. *Incitatus, us.*

INCĬTUS, a, um, *put violently in motion, rapid, quick, swift*, incitatus, concitatus, vehementer impulsus, velox. *Lucret.* l. 1. v. 271. venti vis verberat incita portus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 492. apicem tamen incita summum Hasta tulit. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 728. talem incita longis Porticibus conjuxque fugit, natique Lycurgum. *Sil.* l. 1. v. 491. pronoque silex ruit incitus ictu. ¶ *Ad incitus* (subaudi *lineas*, vel *calces*, h. e. calculos) vel *ad incita* (subaudi *loca*) *redigi*, est eo redigi, ut vix ullam evadendi spem habere possis. *to be straitened, be reduced to extremities, be at his wit's end*: præsertim si de egestate atque inopia sermo sit. *Plaut. Trinum.* 2. 4. 136. Ut ad incitas redactus est! *Lucil.* apud *Non.* cap. 2. n. 422. Illud ad incita cum redit atque internecionem. *Id. ibid.* Villicum Aristocrates, mediastinum, atque bubulcum Commanducatus corrupit, ac incita adegit. *Mamertin. in gratiar. act. ad Julian.* c. 9 Epirotæ ad incitas, intolerandi tributi mole, depressi *Apul. sub fin.* l. 3. Ad extremas incitas deducti. *reduced to the last extremity. Scalig. in append. ad conjectan. in Varr* l. 6. *de L. L.* c. 2. docet, ab Antiquis fines, seu termino quos amplius promovere non esset, *incitos* vocatos esse Hinc, qui eo redacti sint, ut nullum certum rerum suarum consilium capere possint, ad *incitas* (scil. *lineas*) *reducto* dici: metaphora ducta a ludo calculorum, qui cum ad ultimam lineam promoti sunt, neque progredi ulterius possunt, *inciti* appellantur, (*chess-men blocked up, or brought t a point beyond which they could not be moved, without losin the game*) ut *Isidor.* l. 18. *Orig.* c. 67. tradit: atque i

quoque, cujus ii sunt calculi, *incitus* vocatur. *blocked-up, set fast.* Quod confirmatur ex illo *Plauti Pœn.* 4. 12. 85. Profecto ad incitas lenonem rediget, si eas abduxerit. *Mi.* quin prius disperibit, faxo, quam unam calcem civerit. Ubi *calcem* calculum significat, ut in fine vocis *Calx* secundæ dictum est. Itaque *incitus* in hac loquendi ratione immobilem, stabilem significat; *immoveable, fixed:* ab *in* privativa, et *citus*. *Varr. loc. cit.* (ut quidem leg. *Scalig.*) Templa tescaque incita sunto, quoad ego caste lingua nuncupavero. ¶ *Charis.* l. 1. pag. 73. *Putsch.* docet *incitas* unius tantum casus esse, ut *inficias, suppetias, adfatim,* &c.

INCIVĪLIS, le, *haughty, cruel, unjust, overbearing, outrageous,* ἄπολις, immoderatus, superbus, inhumanus, inter cives insitatus, iniquus, rationi æquitatique non consentaneus. *Gell.* l. 10. c. 6. Ob hæc mulieris verba tam improba ac tam incivilia. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 22. Horum nihil, præter sævos atque inciviles animos, interim reperimus. *Ulpian. Dig.* l. 48. tit. 19. leg. 9. Sunt quidem hæ pœnæ inciviles, invitum hominem jubere facere, quod facere non potest. *Paul.* lib. 23. tit. 2. leg. 67. Libertum eam pupillam, cujus patronus res administrat, uxorem ducere, satis incivile est. *Ulpian.* lib. 50. tit. 13. leg. 3. Incivile factum coerceat prætor. *Eutrop.* l. 9. c. 27. Homo ferus et incivilis ingenii. *haughty, unlike a citizen.*

INCIVĪLĬTAS, atis, f. *cruelty, insolence, inhumanity,* inhumanitas, sævitia, vis. *Ammian.* l. 18. c. 2. (*al.* 3.) Ut sæpe contigit per incivilitatem militis occurrentia vastantis.

INCIVĪLĬTER, *haughtily, unjustly, cruelly, tyrannically,* incivili modo, injuste, inhumaniter, inusitate. *Sueton. in Tito,* c. 6. Præfecturam egit aliquanto incivilius et violentius. *Flor.* l. 1. *in fin.* Manlius altius se et incivilius efferens. *unlike a citizen. Apul.* l. 7. *Metam.* An te nos tractamus inciviliter, qui nostrum asinum furatus abducis? *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 13. leg. 2. Novi rivi inciviliter instituti. *Id. in fi. leg. ult.* tit. 2. lib. 4. Judex inciviliter extorta restitui jubeat. Adde *Ammian.* l. 29. c. 5. (*al.* 23.)

INCLAMATĬO, onis, f. exclamatio. *Tertull. advers. Marcion.* l. 4. c. 41. Inclamatio imprecationis.

INCLAMĀTUS, a, um, *called upon,* clamando vocatus. *Plin.* l. 9. c. 8. Delphinus quocumque diei tempore inclamatus a puero, ex imo advolabat. *et ibid. sub fin.* Ultro, neque inclamati, præsto sunt.

INCLAMĬTO, as, avi, atum, a. 1. frequentat. ab inclamo. *Plaut. Epid. sc. ult.* v. 46. Etiam inclamitor quasi servus. *I am called upon.*

INCLĀMO, as, avi, atum, a. 1. *to call upon with a loud voice, call upon for assistance,* ἐπιβοάω, clamore voco. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 18. *extr.* Ita te para, ut si inclamaro, advoles. *Id.* 2. *de Invent.* c. 4. Comitem illum suum inclamavit semel ac sæpius. *Liv.* l. 26. c. 15. *a med.* Inclamare aliquem nomine. *Cæl.* apud *Quintil.* l. 4. c. 2. Alicujus nomen inclamare. *Gell.* l. 17. c. 19. Inclamabat deum atque hominum fidem. ¶ Item exclamo, clamo. *to call out, cry aloud, exclaim. Cic.* 1. *de Orat.* c. 53. *extr.* Nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum, nihil cuiquam doluit. *Gell. in fi.* cap. 9. l. 5. Repente in eum, qui id faciebat, se se videre, quid faceret, magnum inclamavit. *Aurel. Vict. in Epitom.* c. 12. *sub fin.* Voce quam maxima inclamare contra aliquem. ¶ Item clamando objurgo, alta voce increpo. *to chide, rebuke, reprimand, blame. Plaut. Stich.* 2. 2. 4. Tuos inclama: tui delinquunt. *Id. Cistell.* 1. 1. 110. Nolito acriter eum inclamare. (Adde, *Mil.* 4. 2. 45. et *Trucul.* 3. 2. 4.) *Ovid.* 1. *Amor.* el. 7. v. 45. Nonne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ? *Liv.* l. 1. c. 25. Inclamat Curiatiis, ut opem ferant fratri. *Festus:* Inclamare, conviciis et maledictis insectari.

INCLARESCO, is, *vel* Inclareo, es, ui, n. *to become famous, gain credit and reputation,* ἐπιφαίνομαι, clarus sum, manifestus, notus. *Plin.* l. 35. c. 11. Inclaruit maxime discipulo Nicia Atheniensi, qui diligentissime mulieres pinxit. *Sueton. de Illustr. Grammat.* c. 17. Docendi genere inclaruit. *Plin.* l. 33. c. 12. In auro cælando inclaruisse neminem. *Id.* l. 7. c. 37. *extr.* Quæ artes pluribus inclaruere exemplis.

INCLĀRUS, a, um, *obscure,* non clarus, obscurus. *Symmach.* l. 3. ep. 4. An ita vel mei animi fides inclara est, vel meriti tui angusta monumenta sunt, ut, &c?

INCLĒMENS, tis, *unmerciful, harsh, cruel, inclement,* ἀπηνής, durus, asper. *Liv.* l. 8. c. 32. *a med.* Increpabant inclementem Dictatorem. *Id.* l. 9. c. 34. *sub fin.* Inclementiori verbo appellare. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 10. Dionysius aulæ Siculæ inclementissimus incubator. Adde *Sil.* l. 8. v. 440.

INCLEMENTER, *unmercifully, harshly, cruelly, unkindly,* ἀπηνῶς, dure, aspere. *Plaut. Amph.* 2. 2. 110. Iterum hic jam in me inclementer dicit. *Id. Pseud.* 1. 1. 25. Inclementer dicere alicui. *et Pœn.* 5. 5. 44. Alicui inclementer loqui. *Liv.* l. 3. c. 48. Si quid inclementius in te sum invectus. *Plin.* l. 18. c. 6. Inclementer censuit. *too severely.*

INCLĒMENTĬA, æ, f. *unmercifulness, harshness, cruelty, fury,* ἀπήνεια, crudelitas, asperitas. *Virg.* 2. *Æn.* v. 602. inclementia divum Has evertit opes. *Id.* 3. *Georg.* v. 68. duræ inclementia mortis. *Stat.* l. 1. *silv.* 4. v. 50. gravis inclementia fati. ¶ Translate *Claudian. de B. Get.* v. 210. maris inclementia. *fury. Justin.* l. 9. c. 2. Inclementia cæli. *unwholesome atmosphere. Claudiani* l. 1. *de rapt. Pros.* v. 82. *de Plutone.* diræ riget inclementia formæ.

INCLINABĬLIS, le, adject. *inclinable,* qui facile inclinat et propendet. *Senec.* ep. 94. *circa med.* Dubios et in pravum inclinabiles animos revocat ad rectum bonorum virorum conversatio.

INCLINAMENTUM, ti, n. *a declension, formation, termination,* declinatio et positio verborum. *Nigid.* apud *Gell.* l. 4. c. 9. Inclinamentum hujuscemodi verborum, ut vinosus, mulierosus, nummosus, signat copiam quandam immodicam rei, super qua dicitur.

INCLĪNANS, antis, qui inclinat, et propendet. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 44. *extr.* Tantam vim habet oratio, ut non modo inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed, &c. *drooping, ready to fail.* et *Tuscul.* 4. c. 23. Danais inclinantibus, prœlium restituit. *giving way. Tacit. Ann.* 13. c. 34. *extr.* Libertate ignota magis ad servitium inclinantes. *inclined.* et lib. 4. *Hist.* c. 68. Suopte ingenio ad mitiora inclinantes. *Plin.* l. 27. c. 12. *a med.* Color ad crocum inclinans. *h. e.* accedens, proximus, similis: *inclining to saffron.*

INCLINATĬO, onis, f. *an inclining or bending downwards,* ἔγκλισις, actus inclinandi. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 34. Ingressus, cursus, accubitio, inclinatio, sessio. *Plin.* l. 16. c. 43. Alterna inclinatione egerunt scobem. *Id.* l. 8. c. 51. Merso navigio inclinatione lateris unius. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 35. Cum variis trepidantium inclinationibus mixti remiges, propugnatoresque turbarentur. *Plin.* l. 37. c. 10. Eristalis gemma, cum sit candida, ad inclinationes rubescere videtur. *in certain positions. Quintil.* l. 11. c. 3. *ad fin.* Inclinationes vocis. *inflexions, variations. Cic. in Orat.* c. 18. vocat *flexiones.* ¶ Inclinatio cæli est clima, *a climate. Vitr.* l. 1. c. 1. Propter inclinationes cæli, quæ Græci κλίματα dicunt. *Gell.* l. 14. c. 1. *ante med.* Sub ea inclinatione cæli, sub qua Chaldæi fuerunt. *Vitruv.* l. 6. c. 1. Inclinationes mundi. ¶ Translate est conversio, et mutatio, cum quippiam in aliam rationem inclinatur et vertitur. *inclination, disposition. Cic. pro Balb.* c. 26. Fuit hoc sive meum, sive reipubl. fatum, ut in me unum omnis illa inclinatio communium temporum incumberet. *Id.* 2. *Agrar.* c. 29. An ignoratis illa magnifica populi R. vectigalia perlevi sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere? *Id. pro Sext.* c. 31. Fieri quædam ad meliorem spem inclinatio visa est. *Id. pro Mur.* c. 26. Magna est autem comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio, præsertim cum incubuit ad virum bonum, &c. *Id.* 2. *de Orat.* c. 29. Necesse est ut is, qui nobis causam adjudicaturus est, inclinatione voluntatis propendeat in nos. *Senec. de Clem.* c. 4. l. 2. *a med.* Crudelitas est inclinatio animi ad asperiora. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 20. Principium inclinatio in hos, offensio in illos. *leaning, inclination.* et lib. 1. c. 28. Utendum ea inclinatione Cæsar ratus. *this disposition of their minds. Quintil.* l. 5. c. 13. *sub fin.* Inclinatio causæ. *a giving to the cause a bias in favour of one of the parties.* ¶ *Inclinationes verborum* sunt eorum derivationes ab uno ad aliud, ut a *vino vinosus. Varr.* l. 8. *de L. L. in princ. et fin.* V. *Declinatio,* et *Inclino.*

INCLINĀTUS, us, m. idem ac inclinatio. *Gell.* l. 3. c. 12. Neque aliud est, quod simili inclinatu dicatur. *idest* derivatione. V. *Declinatio.*

INCLĪNĀTUS, a, um, adject. *inclined, bending,* ἐπικλινής. *Cic. Tuscul.* 3. c. 3. Inclinato in postmeridianum tempus die. *Plin.* l. 15. c. 1. Cotonea colore ad aurum inclinato. *inclining to gold.* Sic lib. 24. c. 15. Herba coloris in luteum inclinati. ¶ *Inclinata domus,* quæ ruinam minatur. *ready to fall.* Allegorice *Virg.* 12. *Æn.* v. 59. in te omnis domus inclinata recumbit. ¶ *Inclinata vox* est demissa, simulque plena, quam βαρύτονον Græci ducunt, *low, deep, grave:* opponiturque altiori et erectæ, quæ acutiore sono funditur. *Cic. in Orat.* c. 8. *extr.* Inclinata ululantique voce, more Asiatico, canere. et cap. 17. *sub fin.* Volet igitur ille, qui eloquentiæ principatum petet, et contenta voce atrociter dicere, et summissa leniter, et inclinata videri gravis, et inflexa miserabilis. ¶ Item proclivis, propensus. *inclined, prone, leaning towards. Liv.* l. 23. c. 46. Plebs ante inclinatior ad Pœnos fuerat. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 81. Inclinatæ ad suspicionem mentes. ¶ *Inclinatus* etiam dicitur, qui optimum statum, seu tenorem non amplius servat, *having taken an unfavourable turn. Cic. Fam.* 2. ep. 16. Inclinata fortuna et prope jacens. *Liv.* l. 42. c. 59. Inclinata res. Sic inclinatæ copiæ, *h. e.* ad fugam versæ, *Nepos in Pelop. in fin. obliged to give way.* Sic *Cic. ad Brut.* ep. 18. Ferre præsidium labenti et inclinatæ reipublicæ. *tottering, drooping, impaired, shattered.* ¶ Inclinatus morbus, *on the decline. Cels.* l. 3. c. 2. et *Plin.* l. 23. c. 4. ¶ Inclinati mores, in pejus mutati, *deteriorated. Plin.* l. 35. c. 12. *ad fin.* ¶ Inclinata rerum sunt res inclinatæ et adversæ, *Sil.* l. 6. v. 112. Quidquid adest duri, et rerum inclinata feramus.

INCLĪNIS, ne, adject. *bending forwards, stooping,* qui inclinatur et flectitur. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 307. sonat omnis vulnere cervix Inclinis, ceditque malis. *Minuc. Fel. in Octav.* cap. 3. *ad fin.* Inclinis atque humilis. ¶ Item non inclinans, *not bending, straight,* ἀκλινής. *Manil.* l. 1. v. 596. His eadem est via, quæ mundo, pariterque rotantur Inclines.

INCLĪNO, as, avi, atum, a. 1. *to incline, bend,* ἐγκλίνω, torqueo, flecto, inflecto, declino. Usurpatur tum active cum accusativo, tum neutrorum more, accusativo omisso, ac subaudito. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 355. Parsque boum fulvis genua inclinarat arenis. *had knelt.* et vers. 208. omnes Inclinavit aquas ad avaræ litora Trojæ. et lib. 2. v. 720. super Actæas agilis Cyllenius arces Inclinat cursus. *bends, directs, guides. Martial.* l. 1. epigr. 77. arbor Inclinat varias pondere nigra comas. *Lucret.* l. 6. v. 572. terra inclinatur, retroque recellit. ¶ *Inclinari,* et *inclinare acies* dicitur, cum retro cedit, et ad fugam spectat. *Liv.* l. 1. c. 12. Ut Hostus cecidit, confestim Romana inclinatur acies. *gives way. Id.* l. 7. c. 33. Ita conflixerunt, ut aliquamdiu in neutram partem inclinarent acies. *neither side gave way.* et *ibid.* Tum primum referri pedem, atque inclinari rem in fugam apparuit. *Id.* l. 34. c. 28. *ad fin.* Tandem Nabidis milites in fugam inclinarunt. ¶ dies, sol, cum ad vesperam vergit. *Horat.* l. 3. od. 28. v. 5. Inclinare meridiem sentis. *Liv.* l. 9. c. 32. Prius sol meridie se inclinavit, quam, &c. Adde *Juvenal.* sat. 3. v. 316. ¶ fortuna, aut respubl. aut quid simile, cum in melius, aut deterius mutatur. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 52. Magna erat rerum facta commutatio, ac se fortuna inclinaverat: ut nostri inopia rerum conflictarentur, illi omnibus abundarent rebus. *had taken an unfavourable turn. Lucan.* l. 3. v. 752. Inclinant jam facta ducum. *h. e.* Pompeii in deterius, in melius Cæsaris. *Liv.* l. 1. c. 18. Quamquam inclinari opes ad Sabinos, rege inde sumpto, videbantur. Γνώμη est illud *Justini* lib. 5. c. 1. *extr.* Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat. ¶ Sæpe refertur ad animum, et significat flecti, propendere, proclivem esse. *to incline or be disposed towards. Cic.* 2. *de Orat.* c. 44. Si se dant, et sua sponte quo impellimus, inclinant et propendent, &c. *Curt.* l. 10. c. 7. In stirpem regiam inclinavere studiis. *leaned on the side of. Liv. in fi.* cap. 26. l. 4. Ita dubii quoque inclinant ad nomina danda. *Cic. de Senect.* c. 6. Cum sententia Senatus inclinaret ad pacem, et fœdus faciendum cum Pyrrho. *Liv.* l. 27. c. 46. *a med.* Multorum eo inclinabant sententiæ, ut tempus pugnæ differretur. *Id.* l. 32. c. 13. Inclinavit sententia, suum in Thessaliam agmen dimittere. *Al. leg.* demittere. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 3. Inclinare se ad Stoicos. *Liv.* l. 7. c. 9. Ut belli causa Dictatorem creatum arbitrer, inclinat animus. *Id.* l. 29. c. 33. *extr.* Hæc animum inclinant, ut credam, &c. *incline me to believe,* &c. ¶ Cum dativo *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 69. amicus dulcis, ut æquum est, Cum mea compenset vitiis bona, pluribus hisce (Si modo plura mihi bona sunt) inclinet, amari Si volet. *h. e.* his faveat; hæc magis spectet, quam vitia. ¶ Aliquando significat imminuere, in deterius vertere. *Quintil.* l. 10. c. 1. *a med.* Quin etiam Phalereum illum Demetrium (quamquam is primus inclinasse eloquentiam dicitur) multum ingenii habuisse et facundiæ fateor. *to have made eloquence to decline.* ¶ Item transferre. *Liv.* l. 5. c. 8. *ad fin.* Cum omnem culpam in collegam inclinaret. ¶ *Inclinari,* nutare, demitti. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 13. Ut me paulum inclinari timore viderunt, sic impulerunt, ut, &c. ¶ Habet etiam obscenum sensum. *Plaut. Pers.* 4. 8. et *Juvenal.* sat. 9. et 10. ¶ Apud Grammaticos *inclinare* est ab una voce aliam formare, inclinatione postremæ syllabæ (quod et *declinare* dicitur) ut *ingeniosus, formosus, officiosus,* quæ ab *ingenio,* et *forma,* et *officio* inclinata sunt, inquit *Gell.* l. 4. c. 9. *a med.* Adde l. 3. c. 12. et lib. 18. c. 5. *a med. to form, derive.* ¶ Item in casus, aut personas variare. *to decline. Id.* l. 10. c. 13. Nam *partim* hoc in loco adverbium est, neque in casus inclinatur. [¶ Particip. *inclinaturus, inclinandus* apud *Liv.* l. 27. c. 45. Ait, ipsos rem omnem inclinaturos. *Cels.* l. 7. c. 7. sect. 14. Inclinanda acus ad ipsam suffusionem est.]

INCLĪTUS. V. *Inclytus.*

INCLOCTŌRES, um, m. vox ficta de lorariis, qui crebris ictibus servorum terga cædentes κλωγμὸν, seu strepitum edebant. Quidam tribuunt *Plauto, Asin.* 3. 2. 6. ubi alii alia.

INCLŪDO, is, si, sum, a. 3. *to shut up, confine, enclose, keep in, include,* κατακλείω, intus claudo. *Cic. de Senect.* c. 21. Nam dum sumus inclusi in his compagibus corporis. *Id. de Univ.* c. 10. Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluserat. *Id. Verr.* 7. c. 55. Includere in custodias. *Id. Phil.* 3. c. 12. Armatos in cella Concordiæ inclusit. *Id. Attic.* l. 1. ep. 13. *ad fin.* Τυποθεσίαν, quam postulas, includam orationi meæ. *Virg.* 2. *Æn.* v. 19. corpora furtim includunt cæco lateri. *Lucret.* l. 4. v. 1119. grandes viridi cum luce smaragdi Auro includuntur. *are set in gold. Cic. Verr.* 6. c. 24. *sub fin.* Illa ex patellis et turibulis quæ vellerat, ita apte in scyphis aureis includebat, ut, &c. *enchased.* et lib. 13. *ad Attic.* ep. 19. Constituebam, neminem includere in dialogos eorum, qui viverent. *to introduce as speakers.* et lib. 3. *de Orat.* c. 48. Includere verba versu. *to compose in verse,* ¶ Est etiam claudere, finire. *to close, finish. Propert. in fi.* el. 12. l. 2. Forsitan includet crastina fata dies. *Plin.* l. 11. c. 16. Mellatio idib. Novembr. fere includitur. *Sil.* l. 13. v. 685. peracta est illa suprema dies, et laude inclusimus ævum.

Cels. l. 1. c. 8. *ad fin.* Omnes potiones aqua frigida includere. ¶ Item præcludere, impedire. *to block up, stop, hinder. Liv.* l. 27. c. 26. Circuiere, qui a tergo includerent viam. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 84. Includere spiritum. *Cic. pro Rabir. Post. in fi.* Me dolor debilitat, includitque vocem. *takes from me the power of speech. Stat.* 12. *Theb.* v. 318. Inclusitque dolor lacrimas. ¶ Item inserere. *to insert, graft. Virg.* 2. *Georg.* v. 76. huc aliena ex arbore germen Includunt, udoque docent adolescere libro. ¶ Pro induere, aut circumdare, *Virg.* 11. *Æn.* v. 488. surasque incluserat auro. *h. e.* ocreis aureis. *had cased.* Adde l. 12. v. 430. ¶ Pro definire, terminare, *Plin.* l. 5. c. 27. *ad fi.* Asiam in duas partes Agrippa divisit: unam inclusit ab oriente Phrygia, &c. *bounded.* ¶ Pro simplici *claudo. Horat.* l. 4. od. 13. v. 14. tempora, quæ notis condita fastis Inclusit volucris dies. *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 19. *a med.* Os alicui inserta spongia includere.

INCLUSĬO, onis, f. *a shutting up, confinement*, actus includendi. *Cic. in Vatin.* c. 10. Bibulum, cujus inclusione contentus non eras, interficere volueras.

INCLŪSUS, a, um, *shut up, enclosed*, clausus, conclusus. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 7. *sub fin.* Inclusum atque abditum latere in occulto. *Id. de Harusp. resp.* c. 12. Populus R. septus atque inclusus. *Id.* 2. *de Divin.* c. 35. Avis inclusa in cavea. *Ovid. in Ibin*, v. 521. Inclusus cavea. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 66. et 67. Minora castra inclusa majoribus. *included. Cic.* 2. *Catil.* c. 5. Intus inclusum periculum est. et 1. c. 2. Senatusconsultum inclusum in tabulis, tamquam in vagina reconditum. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 24. Physica ratio inclusa est in impias fabulas. *Id. Attic.* l. 15. ep. 4. Illa, quæ mihi sunt inclusa medullis. *Liv.* l. 24. c. 8. Nullis neque temporis, neque juris inclusus angustiis. *cramped by the restraints of, restrained by. Cic. Fam.* 1. ep. 9. *a med.* Inclusum odium effundere. *secret. Ovid.* 5. *Trist.* el. 1. v. 63. Strangulat inclusus dolor, atque exæstuat intus. *kept in, concealed.* et eleg. 9. v. 31. lege data vincta atque inclusa Thalia. *confined, restricted, restrained. Stat.* l. 4. silv. 4. v. 11. Verba inclusa modis. *verses.* et *Horat. de ar. Poet.* v. 76. sententia inclusa versibus. *told or expressed in verse.*

INCLȲTUS, a, um, *illustrious, renowned, remarkable, notable, famous, celebrated, noble, glorious*, διάσημος, qui valde cluet, illustris, clarus, nobilis: a κλυτὸς, quod idem significat, et *in*, ἐπιτατικῇ. Veteres dixere *inclutus*, more Latinis usitato Græcam υ in *u* vertendi: quod et in *clueo*, et *cluo* a κλύω derivatis factum est, et hodieque a nonnullis usurpatur. Sunt etiam qui *inclitus* scribunt, quod verba, quamvis Græcæ originis, paulatim usu longo in Latinam scriptionem transeunt, ut *fama, silva*, &c. *Vetus Poeta* apud *Cicer.* 1. *de Divin.* c. 50. judicavit inclytum judicium Inter deas tres aliquis. *Liv.* l. 1. c. 18. Inclyta justitia religioque ea tempestate Numæ Pompilii erat. *Cato* apud *Gell.* l. 3. c. 7. Inclytissima claritudo. *Colum.* l. 1. c. 4. Dux inclytissimus. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 41. Inclytæ amicæ. *Id. Pers.* 2. 3. 1. Jovi opulento, inclyto. *Virg.* 2. *Æn.* v. 241. inclyta bello mœnia Dardanidum. et vers. 82. Gloria inclyta fama. et lib. 6. v. 479. inclytus armis Parthenopæus. *Sil.* l. 13. v. 821. inclyta leti Lucretia. *Plin.* l. 6. c. 1. Sagaris fluvius ex inclytis. ¶ Quid sit apud *Cicer. in Orat.* c. 48. inclytus prima brevi, &c. diximus in fi. τοῦ *Brevis.*

INCOACTUS, a, um, *unforced, not constrained, voluntary*, ἑκούσιος, non coactus, voluntarius. *Senec.* ep. 66. *ante med.* Omne honestum injussum, incoactumque est.

INCOCTILĬA, um, n. *vessels tinned, or covered with white lead within*, vasa ænea, quibus plumbum incoctum est, ne quid ex ære ingrati saporis accedat. *Plin.* l. 34. c. 17. Album plumbum incoquitur æreis operibus, Galliarum invento, ita ut vix discerni queat ab argento, eaque incoctilia vocant.

INCOCTĬO, onis, f. *a boiling*, actus coquendi. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 4. c. 3. *post med.* Incoctio aquosi liquoris.

INCOCTUS, a, um, *boiled in, boiled up with, boiled, sodden*, ἐνεψημένος, in aliquo coctus. *Plin.* l. 18. c. 11. *extr.* Candorem autem ei pro creta lactis incocti mistura confert. *Horat.* epod. 3. v. 7. Cruor incoctus herbis. *Plin.* l. 20. c. 6. *sub fin.* Allium fractæ incoctum fabæ. *Id.* l. 37. c. 3. Glessum incoctum adipe suis lactentis. *Cels.* l. 3. c. 22. *sub fin.* Plantaginis succus cum melle incoctus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 307. vellera Tyrios incocta rubores. *dyed with Tyrian purple. h. e.* tincta purpurarum sanguine cum iis cocto. *Sil.* l. 15. v. 684. spicula incocta cerastis. *h. e.* cocto cerastarum sanguine venenato imbuta. *Gell.* l. 2. c. 26. Fructus non admodum sole incocti. *ripened.* ¶ Translate *Pers. in fi.* sat. 2. incoctum generoso pectus honesto. *h. e.* imbutum. *seasoned with virtue.* ¶ Item valde coctus. *Sil.* l. 17. v. 633. incocti corpora Mauri. *h. e.* nimio sole adusti. *sun-burnt, black.* Hinc *incoctæ mulieres* apud *Festum* dicuntur, quæ plus æquo calamistris utuntur. ¶ Significat etiam non coctus. *Plaut. Mil.* 2. 2. 53. Incoctum non expromit, bene coctum dabit. *he produces no plan, or trick, unless well digested. Fab. Pict.* apud *Gell.* l. 10. c. 15. Incocta caro.

INCŒNĀTUS, *not having supped*, ἄδειπνος, non cœnatus, particip. ab *in*, et *cœnatus. Cato de R. R.* c. 156. Bibat aquam mulsam, cubet incœnatus. *Plaut. Cas.* 4. 2. 39. Incœnatum senem foras extrudere.

INCŒNIS, e, *without supper, supperless*, ἄδειπνος, sine cœna, qui non cœnavit. *Plaut. Cas.* 4. 1. 18. Illæ autem senem incœnem extrudere cupiunt ex ædibus.

INCŒNO, as, n. 1. *to sup*, idem, ac cœno. *Sueton. in Tiber.* cap. 39. Incœnante eo, complura et ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt.

INCŒPTO, } V. Incepto.
INCŒPTUM, &c. }

INCOGITABĬLIS, le, *inconsiderate, thoughtless*, qui non solet cogitare, cum quid rerum gerit, ἀλόγιστος. *Plaut. Mil.* 2. 6. 63. Nunc demum scio, me fuisse excordem, cæcum, incogitabilem. *Lactant.* l. 1. c. 8. Tam cæci, tam incogitabiles, tam excordes.

INCOGĬTANS, tis, *thoughtless, inconsiderate*, ἀλόγιστος, non cogitans, inconsideratus. *Terent. Phorm.* 1. 3. 3. Quod nisi fuissem incogitans, ita eum exspectarem, ut par fuit. et 3. 2. 14. Adeon' te esse incogitantem atque impudentem, ut, &c.?

INCOGITANTĬA, æ, f. *thoughtlessness, heedlessness, inconsiderateness, inadvertency, incogitancy*, ἀλογία, inconsiderantia. *Plaut. Merc.* 1. 1. 27. Amori accedunt temeritas, incogitantia, excors immodestia.

INCOGITĀTUS, a, um, *not weighed or considered*, non cogitatus. *Senec.* l. 6. *de Benef.* c. 23. *a med.* Scias non esse hominem tumultuarium, et incogitatum opus. *Id.* epist. 57. Ad primum conspectum redditæ lucis alacritas incogitata rediit, et injussa. ¶ Item incogitans. *inconsiderate, thoughtless. Plaut. Bacch.* 4. 3. 1. iracundo animo, indomito, incogitato, sine modo et modestia sum. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 16. Dato spatio ad disquirendum, ne incogitati dicere cogerentur.

INCOGĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to think of, contrive*, idem quod cogito, vel valde cogito. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 122. Non fraudem socio, puerove incogitat ullam.

INCOGNĪTUS, a, um, *unknown*, ἄγνωστος, non cognitus. *Cic. pro Cæc.* c. 10. *a med.* Dum incognita te judicare voluisset. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 29. Ceteros causa incognita condemnare. *without trial, without a hearing. Id. post redit. ad Quirit.* c. 2. Parentes mihi fratrem, incognitum, qualis futurus esset, dederunt. *Id.* 1. *Offic.* c. 9. Ne incognita pro cognitis habeamus. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 46. Diis juranda palus, oculis incognita nostris. *Sueton. in Aug.* c. 94. Habere aliquem incognitum. *not to know.*

INCOGNOSCO, is, a. 3. idem quod cognosco. *Apul. in Florid.* n. 19. (*al.* l. 4.) Propius accessit, ut etiam incognosceret, quisnam esset.

INCOHIBESCO, is, n. 3. nullo modo cohibeo, impotens sum ad cohibendum. *Lucret.* l. 3. v. 445. Aere qui credas posse cohiberier ullo, Corpore qui nostro rarus magis incohibescit? Al. aliter leg.

INCOHIBĬLIS, le, adject. *that cannot be restrained*, qui cohiberi non potest. *Ammian.* l. 24. c. 1. (*al.* 2.) Incohibili cursu evasit. V. sequent. diction.

INCOIBĬLIS, le, *that cannot well be joined or put together*, qui coire et conjungi non potest. *Gell.* l. 5. c. 3. Eo genere oneris tam impedito, ac tam incoibili. *Alii leg.* incohibili.

INCŎLA, æ, m. *an inhabitant*, ἔνοικος, πάροικος, qui in alieno loco colit, seu habitat. Differt a cive, et municipe, quos vel origo, vel manumissio, vel adoptio; incolam vero solum domicilium facit, ut *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 1. leg. 1. docet. *Cic. Verr.* 6. c. 11. *extr.* Quam crucem incolis vestris, civibus R. ostendere soletis, quo minus, &c. *Pompon. l. ult. tit. pænult.* leg. 239. Incola est, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, quem Græci πάροικον appellant. Nec tantum hi, qui in oppido morantur, incolæ sunt; sed etiam qui in alicujus oppidi finibus ita agrum habent, ut intra eum se, quasi in aliquam sedem, recipiant. *Caius* lib. 50. tit. 1. leg. 29. Incola et his magistratibus parere debet, apud quos incola est, et illis apud quos civis est. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 56. Sunt enim e terra homines, non ut incolæ atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum. *Id.* 1. *Offic.* c. 34. *ad fin.* Peregrini et incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, minimeque in aliena esse republica curiosum. ¶ Dicitur et universim de omnibus alicubi habitantibus. *Nep. in Milt.* c. 1. Cum accessisset Lemnum, et incolas ejus insulæ sub potestatem redigere vellet Atheniensium. et l. 8. c. 5. Salubritas loci non semper incolarum colore tegitur. ¶ Item de animalibus. *Cic. Tuscul.* 5. c. 13. Bestias nantes aquarum incolas esse voluit. *Plin.* l. 9. c. 17. Novum incolam (*piscem*) mari dedit. *Phædr.* l. 1. fab. 6. v. 6. Rana stagni incola. ¶ Adjective *Ovid.* 3. *Fast.* v. 582. Cameren incola turba vocat. ¶ Translate *Plin.* l. 12. c. 3. Quæ (*arbores*) incolarum numero esse cœpere, dicentur inter frugiferas. *trees brought from another country and naturalized. Id.* l. 3. c. 19. Adduam, Ticinum, Mincium, omnes Padi incolas. *h. e.* in Padum influentes. *Horat.* l. 3. od. 10. v. 3. Projectum ante fores objicere incolis Aquilonibus.

INCOLĀTUS, us, m. *a dwelling in a different country from that in which he was born*, habitatio in aliena patria: item tempus, quo quis alicubi incola est. Inscript. apud *Reines.* class. 7. n. 32. *sub Hadrian. Imp.* Omnia per oppida incolatum evitant. *Modestin. Dig.* lib. 50. tit. 1. leg. 34. Incola jam muneribus publicis destinatus, nisi perfecto munere, incolatui renuntiare non potest.

INCŎLO, is, lui, a. 3. *to inhabit, abide or dwell in a place*, ἐνοικέω, κατοικέω, in aliquo loco habito. *Cic. Verr.* 3. c. 17. Qui Delum incolebant. et 6. c. 10. Incolere urbem. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 6. aliquem locum. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 16. terras. *Tibull.* l. 1. el. 11. v. 18. Sic veteris sedes incoluistis avi. *Plaut. Rud.* 4. 2. 2. Neptuno, qui salsis locis incolit. ¶ In illo *Plin.* l. 2. ep. 17. *in fin.* Justisne de causis eum tibi videor incolere, inhabitare, diligere secessum? *incolere* videtur referri ad animum, et ad curam cultumque villæ, quæ domino valde placet: *inhabitare* ad corpus et mansionem. Simile est illud *Silii* lib. 14. vers. 672. indulgens templa vetustis Incolere atque habitare deis.

INCOLONĀTUS, us, m. incolatus. *Imp. Julian.* lib. 12. *Cod.* tit. 1. leg. 52. si sana est lectio. nam eodem loco et *incolatus* habetur.

INCOLORĀTE, adverb. *Ulpian. Dig.* lib. et tit. 4. leg. 18. Denique Clabrium Atilium Severus et Antoninus non audiverunt, incolorate restitui desiderantem. *h. e.* nullo colore, seu causa allegata.

INCOLŪMIS, e, *safe, sound, whole, entire*, ἄρτιος, ὑγιής, salvus, sanus, integer: ab *in*, αὐξητικῇ, et *columis*: quod a *columen*, quo stante fulcitur domus. *Cic. pro Mil.* c. 34. Valeant cives mei: sint incolumes, sint florentes, sint beati. *Id. pro Planc.* c. 5. Equestrem splendorem incolumem a calamitate retinere. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 118. vitam famamque tueri incolumem. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 47. Se ad eos jungere, quibus incolumibus dignitas retineretur. *Id. sub fin. Divin. in Verr.* Ut hæc quæ dixi, retinere per populum R. incolumia ac salva possimus. *Id.* 4. *de Fin.* c. 8. Se et salvum et incolumem velle. *Id. Catil.* 3. c. 10. *extr.* Urbem et cives integros incolumesque servari. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 64. Transducto incolumi exercitu, copias instruit. et lib. 3. c. 6. Omnibus navibus ad unam incolumibus. *Horat. de ar. Poet.* v. 222. Incolumi gravitate jocum tentavit. *preserved entire. Id.* l. 4. od. 10. v. *ult.* incolumes non redeunt genæ. *h. e.* integræ et florentes, quales in puero fuerunt. *Id.* l. 3. od. 24. v. 31. Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quærimus invidi. *h. e.* virtutem eorum, qui vivi et incolumes sunt. *Plin.* l. 16. c. 34. *sub fin. de hedera.* Totidem initia radicum habet, quot brachia, quibus incolumis et solida arbores sugit, et strangulat. *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 13. Non vitio incolumium ædium hoc factum, si aliæ in eas incidentes damnum mihi dent. *Plaut. Trin.* 3. 3. 14. Dotem incolumem sistere alicui. *to give it entire. Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 17. c. 2. *a med.* Deteriores sunt incolumiores. ¶ In sexto singulari, fere in *i* desinit: interdum et in *e*. *Cic. in fragm. Charis.* l. 1. pag. 108. *Putsch.* Quo stante et incolume. *Pompon. ibid.* Incolume illo. *Liv.* l. 5. c. 14. *in fin.* Nulla incolumi relicta re, cui ferro aut igni noceri posset.

INCOLUMĬTAS, atis, f. *safety, soundness*, ἀβλάβεια, σωτηρία, salus. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 56. Incolumitas est salutis tuta atque integra conservatio. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 46. Quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. *ante med.* Habere precariam incolumitatem ab aliquo. *Nep. in Attic.* c. 10. *extr.* Qui ex tot procellis civilibus ad incolumitatem pervenit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 28. Incolumitatem deditis polliceri. *Hirt. de B. Afric.* c. 95. concedere. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 66. Salutem et incolumitatem alicujus commendare, et lib. 3. c. 60. alicui quærere. ¶ In plur. numero. *Cic. post redit. ad Quirit.* c. 1. Reliquæ meæ fortunæ recuperatæ plus mihi nunc voluptatis afferunt, quam tunc incolumitates afferebant. Al. aliter leg. *Arnob.* lib. 2. pag. 52. Non omnes pro illarum geritis incolumitatibus curas?

INCŌMES, mitis, adject. sine comite. *Festus.*

INCŌMIS, e, adject. *rustic, rude*, ἄξεστος, incultus. *Macrob. Saturn.* 1. c. 7. *a med.* Ab incomi et tenebrosa vita quasi ad lucem et bonarum artium scientiam editi sumus.

INCOMITĀTUS, a, um, *unaccompanied, unattended*, ἀνακολούθων, non comitatus, comite destitutus. *Cic.* 1. *de Or.* c. 55. Cujus artem cum indotatam esse atque incomitatam videres, &c. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 10. *a med.* Virginibus incomitatis vagari licet. *alone. Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 3. v. 35. per seque petenda est Externis virtus incomitata bonis. *Sil.* l. 9. v. 101. Incomitata vestigia ferre. *h. e.* solum ire, sine comite. *Lucret.* l. 6. v. 1225. Incomitata funera. *h. e.* sine pompa exsequiarum.

INCOMĬTĬO, as, a. 1. Incomitiare, inquit *Festus*, significat tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est in conventum venire. Plautus: (*Curc.* a. 3. v. 30.) quæso ne me incomities. Hæc *Festus.* Ceterum verbum est nove a *Plauto* fictum ex persona Curculionis parasiti: neque facile usurpandum.

INCOMMA, *vel* Incoma, æ, f. in *Gloss. Isid.* exponitur mensura militum. Videtur autem fuisse palus defixus in castris, ad cujus altitudinem statura exigeretur eorum, qui ad militandum accedebant, ut *Salmas.* putat, ad *Lamprid. in Alex. Severo*, c. 4. Hinc *Veget.* l. 1. *de re milit.* c. 5. Proceritatem tironum ad incommam scio semper exactam

Al. aliter leg. Ἐγκόπτειν πάτταλον Græce est clavum impingere: unde ἔγκομμα, quid infixum significare potest. *Salmas. ibid.* ubi plura hac de re. [Cum vero plures codices MSS. habeant *ad incommoda*, vera demum lectio videtur esse *ad incommata*, sive incisuras, quibus pedum et unciarum notæ distinctæ erant in instrumento, ad quod metiri solebant milites. Hinc nomen neutrius generis esset *Incomma, atis.*]

INCOMMEABĬLIS, le, adject. *impassable*, non commeabilis. *Ammian.* l. 16. c. 11. (*al.* 20.) Via clivosa et incommeabilis. Al. aliter leg.

INCOMMENDĀTUS, a, um, adject. *uncommended, disregarded*, non commendatus. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 434. Nil illis (*ventis*) vetitum, incommendataque tellus Omnis, et omne fretum.

INCOMMISCIBĬLIS, le, adject. qui misceri non potest. *Tertull. de Anim.* c. 12. Simplex et incommiscibilis animus.

INCOMMOBILĬTAS, atis. *unmoveableness, stupour. Apul.* l. 2. *de doctr. Plat.* Incommobilitas dicta Græce ἀοργησία, ita enim dixerim, quæ non exstinguit incitamenta irarum, sed ea stupore defigit immobili.

INCOMMODATĬO, onis, f. *inconvenience*, incommoditas. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 17. Atque in ista incommodatione alienati animi et offensi, illud inest tamen commodi. Ita referunt cum *Nizolio* plerique Lexicographi: at libri habent *incommoditate*.

INCOMMŎDE, adverb. *inconveniently, troublesomely, out of time and season*, ἀχρήστως, moleste, intempestive, sine modo. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 8. Posse pro re nata te non incommode ad me in Albanum venire. *Id. de Amic.* c. 4. Quamobrem cum illo quidem actum optime est, mecum autem incommodius. *Id. Attic.* l. 5. ep. 9. Incommodissime navigare. *Terent. Eun.* 2. 3. 37. Incommode fieri obviam alicui. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 33. Quod consilium etsi in hujusmodi casu reprehendendum non est, tamen incommode accidit. *it happened unluckily, turned out unfavourably. Plaut. Trin.* 5. 1. 8. Fores hæ sonitu suo mihi moram objiciunt incommode. *Liv.* l. 40. c. 51. Ab his columnis, quæ incommode opposita videbantur, signa amovit. *without order, incommodiously. Gell.* l. 9. c. 15. Quod genus Græci ἄπορον vocant, Latine non nimis incommode inexplicabile dici potest. et lib. 11. c. 4. Hos versus Q. Ennius non sane incommode æmulatus est. *Colum.* l. 1. c. 8. *a med.* Ut rusticos qui modo non incommode se gessissent, sæpius, quam urbanos, familiariusque alloquerer. *behave themselves with something of propriety.* et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 7. Non incommode Cato videtur dicere, cum scribit, optimum esse agrum, qui sub radice montis situs sit, et spectet ad meridianam cæli partem. *h. e.* non absurde.

INCOMMODISTĬCUS, vox a parasito efficta apud *Plaut. Capt.* 1. 1. 19. h. e. incommodus. Al. leg. *incommodesticus*, vel *incomedesticus*, ab edendo.

INCOMMODĬTAS, atis, f. *inconvenience, unseasonableness, incommodity, incommodiousness*, incommodum, damnum, res intempestiva, et noxia. *Terent. Andr.* 3. 3. 35. Nempe incommoditas denique huc omnis redit, si eveniat, quod dii prohibeant, discessio: at si corrigitur, quot commoditates, vide. *Liv.* l. 10. c. 11. Romæ tum desiderio viri, tum incommoditate temporis, tristis nuntius fuit. *h. e.* quia maxime inopportuno tempore acciderat. *Plaut. Mil.* 3. 1. 49. Incommoditate abstinere me apud convivas commode commemini. *troublesomeness, importunity.* Habet etiam *Cicero.* V. *Incommodatio.* ¶ In plurali num. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 58. Hæ sunt in magnis dotibus incommoditates. *Arnob.* l. 2. pag. 54. et l. 3. pag. 125. Morborum incommoditatibus frangi.

INCOMMŎDO, as, avi, atum, *to incommode, put to inconvenience, hurt, harm, injure, annoy, incommodate*, βλάπτω, incommodum affero, officio, molestus sum. *Cic. pro Quint.* c. 16. Cum ipsi nihil alteri scientes incommodarint, nihil ipsis jure incommodi cadere possit. *Terent. Andr.* 1. 1. 135. Magis id adeo, mihi ut incommodet, quam ut obsequatur gnato. *Gell.* l. 7. c. 17. Obnoxium eum dici, cui quid ab eo, cui esse obnoxius dicitur, incommodari et noceri potest. *Apul.* l. 8. *Metam.* Et puellæ, si vellet, furatrinæ conjugalis incommodaret rudimentum. *h. e.* imperitia obstaret. ¶ Cum accusativo *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 11. (*Torrentino* 12.) leg. 1. *a med.* Si quid aliud fiat, quod navigationem incommodet, difficiliorem faciat, vel prorsus impediat. *Haloander* habet *incommodiorem difficilioremve faciat.* ¶ Passive *Id.* lib. 21. tit. 1. leg. 14. Si incommodatur ad usum manus. *h. e.* impeditur, inepte redditur.

INCOMMŎDUM, i, n. *inconvenience, disadvantage, detriment, loss, damage*, βλάβη, calamitas, detrimentum, clades, damnum, molestia. *Cic.* 1. *Offic.* c. 7. *sub fin.* Cum is, qui noceri alteri cogitat, timet, ne nisi id fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo. *Id.* 7. *Attic.* ep. 7. Te commoveri incommodo valetudinis tuæ nolo. *concerned by reason of the indifferent state of your health.* et lib. 12. ep. 46. Nec id incommodo tuo feceris. *so as to incommode, or injure, yourself. Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 12. leg. 1. Ripas cum incommodo accolentium munire. *Cic. de clar. Orat.* c. 1. *ad fin.* Nostro incommodo detrimentoque doleamus. *Id. in Divin. Verr.* c. 3. Multis incommodis difficultatibusque affectum esse. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 3. Ferre incommodum alicui. *Id.* 5. *de Fin.* c. 19. dare. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 63. afferre. *Cic.* 2. *Offic.* c. 5. importare. *Lucret.* l. 3. v. 878. conciliare alicui. *Cic. Verr.* 5. c. 46. capere. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 10. accipere. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 9. sustinere. et cap. 73. sarcire. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 5. rejicere, deminuere, devitare. *Cæs.* l. 5. *B. Civ.* c. 48. Accidit repentinum incommodum. tanta enim tempestas cooritur, &c. *Nepos in Attic.* c. 12. In deprecandis amicorum aut periculis aut incommodis. *Plin.* l. 24. c. 17. Incommoda corporum. *h. e.* morbi. Sic lib. 28. c. 7. pulmonum. et lib. 27. c. 12. *a med.* vesicæ.

INCOMMŎDUS, a, um, *inconvenient, unseasonable, unfavourable, troublesome, hurtful, disadvantageous, incommodious*, βλαβερός, ἄκαιρος, damnum, molestiam afferens, adversus, inutilis, alienus, intempestivus. *Cic. de clar. Orat.* c. 34. Valetudine incommoda Calvinus fuit. *precarious. Id. pro Cluent.* c. 59. Hujus illum opes in rebus ejus incommodis sublevarunt. *in his misfortunes. Terent. Hec.* 4. 2. 27. Rem incommodam pati. et 3. 4. 1. Incommodum iter. *Plin.* l. 8. c. 32. pondus. et lib. 35. c. 15. *ante med.* Incommodi oculorum pili. *Plaut. Asin.* 1. 1. 47. Uxor importuna atque incommoda. *Id. Pœn.* 1. 2. 189. Incommodum esse alicui. *Liv.* l. 3. c. 14. *sub fin.* Nec voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret, paulatim permulcendo mansuefecerant plebem. *improper expression, harsh or unpleasant language.* et lib. 27. c. 31. Periculosum et viris, et parentibus erat, morum incommoda severitate libidini regiæ fecisse. *h. e.* in re præsenti sibi importuna. *Cic.* 14. *Attic.* ep. 6. Colloquium pro re nata non incommodum. *Ulpian. Dig.* lib. 10. tit. 4. leg. 11. *a med.* Ut actori incommodior esset exhibitio.

INCOMMŎTE, *immoveably*, firmiter. *Justinian. in epist. ad Joann. Papam, post* leg. 7. tit. 1. lib. 1. *Cod.* Statum Ecclesiarum custodire, qui hactenus obtinet, et incommote permanet.

INCOMMŪNIS, e, adject. *uncommon*, non communis. *Tertull. de Pall.* cap. 3. *ad fin.* Quarum pars gentilitus inhabitantur, ceteris incommunes.

INCOMMUTABĬLIS, le, *unchangeable*, ἀμετάβλητος, immutabilis. *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 56. Omnia verbi principia incommutabilia viderentur. *Augustin.* l. 1. *Retract.* c. 9. Incommutabile bonum.

INCOMMUTABILĬTAS, atis, f. *immutability*, immutabilitas, ἀμεταβλησία. *Augustin.* lib. 12. *Confession.* c. 12. Æternitas et incommutabilitas.

INCOMMUTABILĬTER, *unchangeably*, immutabiliter, ἀμεταβλήτως. *Augustin.* ep. 3. c. 3. Incommutabiliter immortalis. Adde lib. 7. *de Trin.* c. 1.

INCOMPARABĬLIS, le, *not to be compared, incomparable*, ἀσύγκριτος, cui nihil potest comparari. *Plin.* l. 7. c. 25. Illa fuit vera et incomparabilis invicti animi sublimitas. *Quintil.* l. 1. cap. 2. (*al.* 3.) Incomparabilis magister. [Sæpissime vox hæc adhibetur in antiquis Inscriptionibus optimæ notæ.]

INCOMPARABILĬTER, *incomparably, beyond comparison*, ἀσυγκρίτως, sine comparatione. *Augustin.* l. 21. *de Civ. Dei*, c. 9. *a med.* Incomparabiliter plura. *Id. ad Hieronym.* ep. 87. *inter epist. Hieron.* Incomparabiliter pulcrior est veritas Christianorum, quam Helena Græcorum.

INCOMPARĀTUS, a, um, incomparabilis. *Inscript.* apud *Fabrett.* c. 5. n. 386. Conjux conjugi incomparatissimo.

INCOMPASSIBĬLIS, le, adject. qui simul pati non potest. *Tertull. advers. Prax.* cap. 29.

INCOMPERTUS, a, um, *not found out, not ascertained, unknown, uncertain*, ἀγνώριστος, incognitus, et de quo nullam certitudinem habemus. *Plin.* l. 34. c. 13. *sub fin.* Origo atque natura ejus incomperta est mihi. *Liv.* l. 4. c. 23. Cetera vetustate incomperta. *Plin.* l. 12. c. 8. Qualis sit ea, incompertum habeo. *I have not discovered.*

[* INCOMPĔTENS, tis, adject. *inconvenient*, inconveniens. *Theodor. Priscian.* l. 2. c. 17. Cum vero corruptis stomachi humoribus incompetentibus.]

INCOMPETENTER, *inconveniently*, inconvenienter. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 1. *Cod.* tit. 3. leg. 19. et *Cassiod.* l. 5. ep. 14.

INCOMPLĒTUS, a, um, adject. *not completed, imperfect. Jul. Firmic.* l. 5. c. 2. Et qui semper imperfecta incompletaque sua consilia derelinquant.

INCOMPOSĬTE, adverb. *out of order, disorderly*, ἀτάκτως, inordinate. *Liv.* l. 25. c. 37. Et in hostem negligenter et incomposite venientem incurrunt. *Quintil.* l. 10. c. 2. Qui horride atque incomposite quidlibet frigidum extulerunt, antiquis se pares credunt. *h. e.* aspera verborum compositione.

INCOMPOSĬTUS, a, um, *out of order, disordered, discomposed*, male compositus, inordinatus, ἄτακτος. *Liv.* l. 5. c. 28. Incomposito agmine negligentius ab re bene gesta euntem adorti Æqui, terrore injecto, in proximos pepulere tumulos. *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 1. Nempe incomposito dixi pede currere versus Lucili. *in careless and unpolished numbers; scabrous and hobbling. h. e.* duris pedibus fluere: *durum componere versus*, supra dixerat sat. 4. v. 8. *Quintil.* l. 9. c. 4. *post init.* Si ordo vitiosus est, licet et juncta sit, et apte cadens oratio, tamen merito incomposita dicatur. *rough, inelegant. h. e.* si nimis longas transgressiones habeat, et asperam compositionem. *Id. ibid. sub init.* opponit *incompositum* in oratione *juncto et bene collocato.* Apud *eund.* l. 4. c. 5. *incompositus moribus* dicitur, qui moderatus ac patiens non est, sed facile ira, aliove affectu turbatur.

INCOMPREHENSIBĬLIS, le, *that cannot be comprehended or contained, incomprehensible*, ἀκατάληπτος, qui comprehendi, seu capi non potest. *Sol.* c. 20. (*al.* 33.) Alces incomprehensibili fuga pollet. *Senec.* ep. 94. Si præcepta singulis damus, incomprehensibile opus est. *Cels. in præfat. ante med.* Cum igitur illa incerta incomprehensibilisque sit, a certis potius et exploratis petendum esse præsidium. *Colum. in fin. præfat.* l. 10. Ex incomprehensibili parvitate arenæ funis effici non potest. (*proverb.*) *Plin.* l. 1. ep. 20. Ut est in disputando incomprehensibilis et lubricus, ita eludit, ut, &c. *Senec. de consol. ad Helv.* cap. 11. Vitiosæ consuetudinis immensum et incomprehensibile arbitrium est. h. e. quod coerceri, et intra certos fines contineri non potest.

INCOMPREHENSUS, a, um, *not to be understood, incomprehensible*, ἀσύλληπτος, non comprehensus. *Cic. in Acad.* l. 4. c. 29. *extr.* Quæ nos incomprehensa et non percepta dicimus. Et per syncopen *Prudent. in Apotheosi*, v. 880. Incomprensa manet virtus.

INCOMPTE, *et* Incomte, *roughly, inelegantly*, inornate, ἀκόμψως. *Stat.* l. 5. silv. v. 33. juvet illaudabile carmen Fundere, et incompte miserum laudare dolorem. *Ammian.* l. 31. c. 2. Effigiati stipites dolantur incompte.

INCOMPTUS, *et* Incomtus, a, um, *undressed, uncombed, unpolished, unadorned, inelegant, rough*, ἄκομψος, non comptus, incompositus, inornatus. *Horat.* epod. 5. v. 16. Incomptum caput. *Sueton. in Aug.* c. 69. Incomptiore capillo. *Cic. in Orat.* c. 23. Ut mulieres esse dicuntur nonnullæ inornatæ, quas id ipsum deceat; sic hæc subtilis oratio, quasi incompta, delectat.

INCONCESSIBĬLIS, le, adject. qui concedi non potest. *Tertull. de Pudic.* c. 9. *sub fin.*

INCONCESSUS, a, um, *unlawful, unforbidden*, ἀσυγχώρητος, non concessus, negatus, prohibitus, illicitus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 655. Pergama cum peteret, inconcessosque hymenæos. *Quintil.* l. 10. c. 2. *ad fin.* Cum totum exprimere, quem elegeris, pæne sit homini inconcessum.

INCONCILĬO, as, avi, atum, a. 1. contrariam significationem habet τῷ concilio, et significat improbare, inimicum facere, irritare, alienare. *to irritate, render inimical. Plaut. Mostell.* 3. 1. 84. Ne inconciliare quid nos porro postules. *to disapprove, disparage. Id. Pers.* 5. 2. 53. Eo credo, quia non inconciliavit, cum te emo. *Id. Trin.* 1. 2. 99. Inconciliastin' eum, qui mandatu'st tibi? ¶ *Festus* docet, valere etiam, comparare, commendare, idem scilicet, quod conciliare: additque apud antiquos fuisse, per dolum decipere. Quæ postrema interpretatio in postremo allatum *Plauti* locum cadere potest.

INCONCINNE, *inelegantly, awkwardly*, inconcinniter, incomposite. *Apul.* l. 1. *Metam.* Perspiciens malum istum verberonem blaterantem, atque inconcinne causificantem. *h. e.* futiles ineptasque causas afferentem.

INCONCINNĬTAS, atis, f. *inelegance, awkwardness, impropriety*, ἀναρμοστία, incomposita et præpostera rerum coagmentatio, incongruentia, ineptiæ. *Sueton. in Aug.* c. 86. Genus eloquendi secutus est elegans et temperatum, vitatis sententiarum ineptiis atque inconcinnitate. *Apul* l. 2. *de doctr. Plat.* Quæ a semetipsa tot modis discrepet, et non solum disparilitatem, sed etiam inconcinnitatem præ se gerat.

INCONCINNĬTER, *without grace, inelegantly*, ἀναρμόστως, incomposite, incongruenter, inornate, inepte. *Gell.* l. 10. c. 17. Vertitque in eam rem, quam tum agebat, non inconcinniter.

INCONCINNUS, a, um, *inelegant, slovenly, awkward, improper*, ἀνάρμοστος, incompositus, incongruens, ineptus, rudis, inelegans. *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 4. Qui in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus esse dicitur. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 6. Asperitas agrestis, et inconcinna, gravisque.

INCONCĬTUS, a, um, non concitus, non concitatus. *Ammian.* l. 24. c. 6. (*al.* 23.) Leni et inconcito gradu. *slow.* Al. aliter leg.

INCONCRĒTUS, a, um, non concretus. *Nazar. in Paneg. Constantini*, c. 14. Quamvis cælestia sub oculos hominum venire non soleant, quod crassam et caligantem aciem simplex et inconcreta substantia naturæ tenuis eludat. *h. e.* materia et corpore carens.

INCONCUPISCENDUS, a, um, *greatly to be desired*, valde concupiscendus. *Apul. in Florid.* n. 17. (*al.* lib. 3.) Mihi vestra amicitia inconcupiscenda.

INCONCUSSE, *firmly, resolutely*, constanter, firmiter, ἀσείστως. *Augustin.* l. 1. *Retract.* c. 11. Hoc sane inconcusse retinendum esse, non dubito. *Impp. Gratian. Valens et Theodos.* lib. 11. *Cod.* tit. 61. leg. 6. inconcusse possidere aliquid.

INCONCUSSUS, a, um, *unshaken, undisturbed, firm*,

immoveable, constant, ἄσειστος, non concussus, immobilis, constans, firmus. *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 25. Qui non irascitur, inconcussus injuria perstitit: qui irascitur, motus est. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 142. Florebant hilares inconcussique penates. *Lucan.* l. 2. v. 267. cælestia semper Inconcussa suo volvuntur sidera lapsu. *Plin. in Paneg.* c. 82. Inconcussus et immotus.

INCONDĬTE, *confusedly, disorderly, without grace, inelegantly*, ἀτάκτως, confuse, inordinate, incomposite. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 71. Nihil tam præpostere, tam incondite, tam monstruose cogitari potest, quod non possimus somniare. *Id.* 3. *de Orat.* c. 44. Ille rudis incondite fundit, quantum potest; et id quod dicit, spiritu, non arte determinat: orator autem sic illigat sententiam verbis, ut eam numero quodam complectatur et adstricto, et soluto. *Gell. in præfat.* Indigeste et incondite. et lib. 12. c. 14. Temere et incondite. *Spartian. in Carac.* c. 2. *sub fin.* Involute, et incondite questus est.

INCONDĬTUS, a, um, *not laid up in a storehouse*, non conditus. *Colum.* l. 3. c. 2. Inconditum fructum mercantibus vendere. et lib. 1. c. 5. Situs inconditos conditosque fructus corrumpit. ¶ Item insepultus. *unburied. Lucan.* l. 6. v. 101. dum mixta jacent incondita vivis Corpora. ¶ Item sæpius *confused, disordered, out of order, ill-composed, undigested, inelegant, rude, rough, uncouth, incondite*, ἄτακτος, ἄκοσμος, incompositus, inordinatus, inconcinnus, agrestis. *Festus:* Inconditum, inordinate compositum. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 44. Incondita antiquorum dicendi consuetudo. et l. 1. c. 44. Incredibile est, quam sit omne jus civile, præter hoc nostrum, inconditum, ac pæne ridiculum. *Id. in Orat.* c. 70. Si alicujus inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam. *Id. ibid.* c. 44. Quamvis suaves gravesque sententiæ, tamen si inconditis verbis efferuntur, offendent aures. *h. e.* hiulca, aut aspera junctura compositis. *Liv.* l. 44. c. 39. Acies incondita et inordinata. *Id.* l. 4. c. 20. Incondita carmina canere in aliquem. et l. 24. c. 24. Dum turbata omnia nova atque incondita libertate essent. *Plin.* l. 16. c. 30. Inconditus ramorum ordo. *Id.* l. 8. c. 2. *de elephantis.* Inconditos motus edidere saltantium modo. et lib. 9. c. 13. Vituli marini incondito fremitu, nomine vocati, respondent. *Plin. alter* l. 9. ep. 13. Inconditus turbidusque clamor. *Sever. in Ætna*, v. 233. Incondita sidera. *planets. Liv.* l. 30. c. 28. Syphax inconditæ barbariæ rex. *Id.* l. 24. c. 29. Multitudo incondita ac tumultuosa. et lib. 26. c. 40. Syracusis nova pace inconditas componere res. [¶ Hinc *carmina incondita* apud *Liv.* lib. 4. c. 20. Longe maximum triumphi spectaculum fuit Cossus spolia opima regis interfecti gerens: in eum milites carmina incondita, æquantes eum Romulo, canere. Erant autem *carmina incondita*, ut ait *Atilius Fortunatianus* apud *Putsch.* pag. 2680, quæ scripta essent non observata lege, nec uno genere custodito inter se versus. Saturnii versus dicebantur, quibus scribi consueverant triumphantium tituli, qui in Capitolio proponendi erant.] ¶ *Inconditus* non factus, non creatus, est *Tertulliani advers. Hermog.* c. 18.

INCONFECTUS, a, um, adject. *undigested*, non confectus, non concoctus. *Cels.* l. 4. c. 16. Intestinorum lævitas, qua continere nihil possunt, et quidquid assumptum est, inconfectum protinus reddunt. Plures libri hab. *imperfectum.*

INCONFESSUS, *not having confessed or declared*, non confessus. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 557. Servandum dederat, sed enim inconfessa quid esset. *Heinsius* hunc versum spurium esse pronuntiat.

INCONFŪSUS, a, um, adject. *unconfused, regular*, non confusus. *Senec.* l. 3. *quæst. nat. in procem. ad fin.* Animus, qui sciat fortunam non exspectare, sed facere; et adversus utramque intrepidus inconfususque prodire. et lib. 1. *de Ira*, c. 12. Officia sua vir bonus exsequitur inconfusus, intrepidus. ¶ Proprie *Id.* l. 2. *quæst. nat.* c. 45. Dei consilio huic mundo providetur, ut inconfusus eat, et actus suos explicet. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 622. Armatos hic sæpe choros certaque vagandi Textas lege fugas, inconfusosque recursus, &c. *wheeling to and fro in perfect order.*

INCONGELABĬLIS, le, *that cannot be frozen*, ἀκρυστάλλιστος, qui non potest congelari. *Gell.* l. 17. c. 8. *sub fin.* Mare omne incongelabile sit. Alii leg. *ingelabile.*

INCONGRESSIBĬLIS, le, quem alloqui non possumus, cum quo congredi non licet. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 27.

INCONGRŬE, *incongruously*, incongruenter. *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 13. *a med.* Hoc idem Maro de fama dixit, sed incongrue. *Augustin. ad Hieronym.* epist. 87. Nec mendaciter nec incongrue faceret. Adde *Martian. Capell.* l. 9. *sub fin.*

INCONGRŬENS, entis, *inconsistent, incongruous*, ἀνάρμοστος, qui non congruit rei, de qua agitur. *Plin. in* epist. 9. l. 4. *a med.* Illam alteram dissolutam atque etiam incongruentem vocant. *Gell.* l. 12. c. 5. *ante med.* Stoica disciplina pleraque est et sibi et nobis incongruens.

INCONGRUENTER, *incongruously, unsuitably*, inconvenienter. *Tertull. de Baptism. c. pænult.* Nec incongruenter quis ad figuram interpretabitur.

INCONGRUENTĬA, æ, f. *inconsistency, incongruity, incongruence. Tertull. de Anim.* c. 6. Incongruentia definitionis. *Id.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 25. Ad incongruentias interpretandas.

INCONGRŬUS, a, um, adject. *inconsistent, unsuitable, incongruous*, incongruens, inconveniens. *Valer. Max.* l. 4. c. 1. n. 12. Quam incongruo ambitu amplectar. *Al. leg.* quam angusto. *Apul.* l. 3. *de Dogm. Plat.* Incongruæ inter se propositiones. Adde *Veget. de re milit.* l. 2. c. 19. et *Symmach.* l. 4. ep. 8.

INCONJŬGA PRONOMINA quænam dicantur a Grammaticis, V. apud *Priscian.* l. 17. pag. 1065. *Putsch.*

INCONNEXUS, a, um, *unconnected*, non connexus. *Auson. Edyll.* 12. *ad Paulin.* Cura exigua est, et fastiditur; inconnexa, et implicatur.

INCONNĪVENS, entis, *not moving the eyelids, not twinkling with the eyes*, ἀσκαρδάμυκτος, qui palpebras non movet. *Gell.* l. 2. c. 1. A summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconnivens. ¶ Translate *Ammian.* l. 29. c. 2. (*al.* 16.) Inconnivens justitiæ oculus.

INCONNĪVUS, a, um, idem ac inconnivens, ut Inconnivi oculi, Inconnivæ vigiliæ, apud *Apul.* l. 2. et 6. *Metam.*

INCONSCĬUS, a, um, *unconscious*, οὐ συνειδὼς, non conscius. *Liv.* l. 21. c. 12. Alcon inconsciis Saguntinis cum ad Annibalem noctu transisset. Meliores libri hab. *insciis.*

INCONSCRIPTUS, a, um, adject. non conscriptus, *not written. Servii* est *ad eclog. Virg.* 2. v. 3.

INCONSENTANĔUS, a, um, adject. *incongruous*, non consentaneus. *Martian. Capell.* l. 5. *post init.* Nihil magis inconsentaneum atque indecens.

INCONSĔQUENS, entis, *inconsequent, without just conclusion*, qui non consequitur, ἀνακόλουθος. *Ascon. in* 2. *Verr.* c. 9. Inconsequens locutio, similisque solœcismi. Adde *cap. ult.* ¶ Hujus decomposito *perinconsequens* usus est *Gell.* lib. 14. cap. 1.

INCONSEQUENTĬA, æ, f. *inconsequent, want of connexion between the beginning and conclusion of a speech.* ἀνακόλουθον, vitium orationis, cum aut res, aut verba prætermittuntur, quæ ad superiora subsequi deberent. *Quintil.* l. 8. cap. 6. *a med.* Quæ est inconsequentia rerum fœdissima.

INCONSIDĔRANS, antis, *inconsiderate*, inconsideratus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 27. Nos ita leves atque inconsiderantes sumus. *Al. leg.* inconsiderati. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion. in fin.* Inconsiderantissime Marcion.

INCONSIDERANTER, *inconsiderately*, inconsiderate. *Ulp. Dig.* lib. 26. tit. 10. leg. 3. *sub fin.* Tutor, qui inconsideranter pupillum, vel dolo abstinuit hereditate. *inadvertently.* Ita *Torrentin.* at *Haloander* edidit *inconsiderate. Hieronym.* epist. 27. *epitaph. Paulæ*, c. 10. Inconsideranter sumpta onera.

INCONSIDERANTĬA, æ, f. *inadvertency, rashness, inconsiderateness*, ἀβλεψία, ἀλογιστία, inconsulta ratio. *Sueton. in Claud.* c. 39. In eo mirati sunt homines et oblivionem et inconsiderantiam. Est qui legit *inconsiderationem.* Quidam etiam *Ciceroni* tribuunt lib. 3. *Q. Fr. ep. ult.* Verum plerique omnes habent *considerantiam.*

INCONSIDERĀTE, adverb. *inconsiderately, rashly*, ἀσκέπτως, inconsulte, temere. *Cic. Offic.* l. 1. c. 29. Temere et fortuito, inconsiderate, negligenterque agere. *Valer. Max.* l. 1. c. 5. n. 9. Inconsideratius prœliando.

INCONSIDERĀTIO, onis, f. V. *Inconsiderantia.*

INCONSIDERĀTUS, a, um, qui non considerat, *inconsiderate, unthinking, heedless, rash, injudicious, thoughtless, unadvised*, ἀπερίσκεπτος. *Cic. pro Quint.* c. 25. O rem incredibilem, o cupiditatem inconsideratam! *Id. de Harusp. resp.* c. 26. Plenus inconsideratissimæ ac dementissimæ temeritatis. *Nep. in Conon.* c. 5. Inconsideratior in secunda, quam in adversa fortuna.

INCONSĬTUS, a, um, *not sown, uncultivated*, incultus, ut Inconsitus ager, *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 4.

INCONSOLABĬLIS, le, *not to be comforted, inconsolable*, ἀπαράκλητος, cui consolatio nulla mederi potest. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 426. inconsolabile vulnus Mente gerit tacita.

INCONSPECTUS, a, um, *unforeseen*, inconsideratus. *Gell.* l. 17. c. 21. Ne in sermonibus inconspectum aliquid temere diceremus.

INCONSPICŬUS, a, um, *not conspicuous, not remarkable*, non conspicuus, incelebris. *Flor.* l. 4. c. 2. *a med.* Non inconspicua tamen morte.

INCONSPRĒTUS, non improbatus. *Festus.*

INCONSTANS, antis, *inconstant, light, wavering, capricious, changeable, fickle, irresolute*, ἀβέβαιος, ἄστατος, qui sibi non constat, levis, mobilis, volubilis, varius. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 6. Mihi ridicule es visus esse inconstans, qui eundem et læderes, et laudares. *Id. Fam.* 10. ep. 16. Cum is frigidas sane et inconstantes recitasset litteras Lepidi. *Id.* 2. *de Divin.* c. 62. Si ea quoque divina, quid inconstantius deo? *Senec.* ep. 99. *circa med.* Populus in omnibus inconstantissimus. *Gell. cap. ult.* l. 13. Accepit librum inconstantissimo vultu et mœstissimo. *Plin.* l. 18. *c. ult.* Inconstantes venti. *Id.* l. 29. c. 1. Medendi arte nulla inconstantior.

INCONSTANTER, *inconstantly*, ἀβεβαίως, leviter, nulla constantia. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 10. Jactantibus se opinionibus inconstanter et turbide. *Id.* 4. *Acad.* c. 17. Inconstanter loqui. *Id.* 2. *de Fin.* c. 27. Hæc dicuntur inconstantissime. *Hirt. de B. Afric.* c. 82. Inconstanter immoderateque prodire.

INCONSTANTĬA, æ, f. *inconstancy, lightness, fickleness, wavering, changeableness, unsteadiness, irresolution, instability*, ἀστασία, levitas, mutabilitas. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 24. Fortunam nemo ab inconstantia et temeritate sejunget. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 35. Inconstantia mutabilitasque mentis. *Id. pro Dom.* c. 2. Varietas, et inconstantia, et crebra, tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. *Id. Phil.* 7. c. 3. Quid est inconstantia, mobilitate, levitate, cum singulis hominibus, tum vero universo Senatui turpius? *Id. in Vatin.* c. 1. Inconstantia levitate implicata. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *ante med.* Famam inconstantiæ pertimescere. *Plin.* l. 11. c. 52. Inconstantiæ notam habere. *Cic. Attic.* 16. ep. 7. Nemo doctus unquam mutationem consilii inconstantiam dixit esse. *Quintil. sub fin.* cap. 3. l. 9. Frontis ac luminum inconstantia trepidare. *Plin. l. et cap. ult.* fulgoris. *Id.* l. 7. c. 49. artis. *Id.* l. 6. c. 26. *ad fin.* mensuræ.

INCONSUĒTUS, a, um, *unusual, unwonted*, non consuetus, inusitatus, ἀήθης. *Vitruv. in præfat.* lib. 5. Inconsueto sermone objiciunt sensibus obscuritatem. et lib. 1. c. 4. *ad fin.* Inconsueta salsitudo. ¶ Et non assuetus, *unaccustomed.* Cum genitivo *Sil.* l. 11. v. 282. stupet inconsuetus opimæ Sidonius mensæ miles.

INCONSULTE, adverb. *inconsiderately, imprudently, unadvisedly, rashly, injudiciously, thoughtlessly, foolishly, indiscreetly*, ἀβούλως, inconsiderate, stulte, temere, nullo consilio. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 16. Hæc, qui consideret, quam inconsulte ac temere dicantur. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 45. Incitati studio inconsultius processerant. *Liv.* l. 4. c. 37. *a med.* Prœlium incaute inconsulteque commissum. *Senec. initio* l. 1. *de Benef.* Temere inconsulteque vivere.

INCONSULTO, adverb. idem ac inconsulte. *Auctor ad Herenn.* l. 3. c. 5. Inconsulto se in periculum mittere. *Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 4. leg. 1. Quæ in testamento legi possunt, ea inconsulto deleta et inducta, nihilominus valent; consulto non valent.

INCONSULTUS, a, um, *not consulted*, is, a quo consilium non est petitum. Afferunt Lexicographi hæc verba ex *Varr.* l. 1. *R. R.* Etenim inscio atque inconsulto domino, servi sæpe ex agro discedunt. *without asking leave of their master.* ¶ Item is, cui non datum est consilium. *Virg. Æn.* 3. v. 452. Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllæ. *without having received advice, or a response.* ¶ Item qui consilio non utitur, temere agens, imprudens, ἄβουλος, *imprudent, inconsiderate, unadvised, indiscreet, rash, foolish, thoughtless, injudicious, giddy. Cic. pro Deiot.* c. 6. Hæc homo inconsultus et temerarius non videbat. *Id. pro Rabir. Post.* c. 1. Qui illam Postumi sive inanem spem, sive inconsultam rationem, sive temeritatem vituperandam putet. *Liv.* l. 3. c. 21. Turbam inconsultam imitari. *Plaut. Mil.* 3. 1. 6. Bene consultum inconsultum est, si inimicis sit usui. *Val. Flacc.* l. 4. v. 502. vacuas agit inconsulta per auras Brachia. *Senec.* ep. 40. Inconsultæ aures turbæ. *Liv.* l. 5. c. 20. Largitionem novam, prodigam, inconsultam arguens. *Nazar. in Paneg. Constant.* c. 13. Confessus est se inconsultior dolor, nec timuit deprehendi. *Triphonin. Dig.* lib. 23. tit. 2. *leg. pænult. sub fin.* Si inconsultus hoc fecerit. cui opponitur *ibid.* si optimo consilio usus sit. *Gell.* l. 19. c. 1. *a med.* Motus rapidi et inconsulti, officium mentis atque rationis prævertentes. *indeliberate.* ¶ Cum infinito *Sil.* l. 8. v. 546. Capua rebus servare serenis Inconsulta modum. ¶ *Ex inconsulto*, ex temerario et inconsulto decreto Senatus, in illo *Sil.* l. 8. v. 217. jam bellum atque arma Senatus Ex inconsulto posuit Tirynthius heros. *according to the imprudent decree of the Senate.*

INCONSULTUS, us. *Inconsultu meo*, me inconsulto. *without my advice, without asking my leave, without consulting me. Plaut. Trin.* 1. 2. 130. Me absente atque insciente, inconsultu meo ædes venales inscribit.

INCONSUMMATĬO, onis, f. imperfectio, ut Inconsummatio generationis, apud *Tertull. advers. Valentinian.* c. 10.

INCONSUMMĀTUS, a, um, adject. non perfectus. *Ammian.* l. 31. c. 14. (*al.* 42.) Ut erat inconsummatus et rudis. et lib. 21. c. 10. *extr.* (*al.* 18.) Inconsummatus et subagrestis.

INCONSUMPTUS, a, um, *unconsumed*, non consumptus. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 592. Inque manu turis pars inconsumpta reperta est. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 41. Tityi jecur inconsumptum semperque renascens.

INCONTAMINABĬLIS, le, adject. qui contaminari non potest. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 9.

INCONTAMĬNĀTUS, a, um, *uncontaminated, unpolluted, undefiled, pure*, ἀμίαντος, impollutus, purus. *Liv.* l. 4. c. 2. Ne quid sinceri, ne quid incontaminati sit.

INCONTANTER. Vide *Incunctanter.*

INCONTEMPLABĬLIS, le, *that cannot be looked upon or contemplated*, quem contueri et contemplari non licet.

Tertull. de resurrect. carn. c. 55. Incontemplabilis claritas. Ita legit *Junius. Id.* 5. *advers. Marcion.* c. 11. Facies Moysei incontemplabilis filiis Israel.

INCONTEMPTIBĬLIS, le, non contemptibilis. *Tertull. in Apolog.* c. 45. ubi alii leg. *intemptibilis* eodem sensu.

INCONTENTUS, a, um, adject. non tensus, *not stretched, slack, loose. Cic.* l. 4. *Fin.* c. 27. Ut in fidibus, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum servare possit, omnes æque incontentæ sint, &c. *untuned.*

INCONTIGŬUS, a, um, adject. *incontiguous,* non contiguus, qui non tangitur. *Arnob.* l. 7. *post init.* Deus omni est incontiguus tactu.

INCONTĬNENS, entis, *that does not contain or retain,* qui non continet, seu retinet quod infusum est. *Plin.* l. 8. c. 43. Incontinens uterus urinam reddit. ¶ Item intemperans, qui se non continet a fœdissimis præsertim voluptatibus gustus et tactus, ut *Gell.* l. 19. c. 2. docet, *incontinent, unchaste, libidinous, lustful,* ἀκόλαστος, ἀκρατής. *Plaut. Asin.* 5. 2. 9. Madidus, nihili, incontinens. *Horat.* l. 3. od. 4. *sub fin.* Incontinens Tityus. et lib. 1. od. 17. *sub fin.* Incontinentes manus injicere. ¶ Translate *Senec. sub fin.* l. 3. *quæst. nat.* Nihil est tam violentum et incontinens sui, tam contumax infestumque retinentibus, quam magna vis undæ. *not master of, that cannot restrain.*

INCONTINENTER, adverb. *incontinently, intemperately, immoderately, immodestly,* ἀκρατῶς, intemperanter, sine continentia. *Cic.* 3. *Offic.* c. 8. *extr.* Nihil tam avare, nihil injuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum. *Cels.* l. 1. c. 3. Periclitatur et qui semel, et qui bis die cibum incontinenter contra consuetudinem assumit.

INCONTINENTI. V. *Continens.*

INCONTINENTĬA, æ, f. *inability to contain or retain,* imbecillitas, qua infusum quippiam contineri, seu retineri non potest. *Plin.* l. 20. c. 15. Cumino urinæ incontinentiam cohiberi. Adde lib. 28. c. 8. *circa med.* ¶ Item intemperantia et effusa libido gustus, aut tactus, *incontinence, indulgence of criminal appetite,* ἀκράτεια. *Cic. pro Cæl.* c. 11. Multa de incontinentia intemperantiaque disseruit. ¶ Refertur etiam ad nimiam cupiditatem habendi: cui abstinentia opponitur. *Cic. Verr.* 6. c. 15. Est boni judicis, parvis ex rebus conjecturam facere uniuscujusque et cupiditatis et incontinentiæ: qui reus, re et opinione hominum pæne damnatus, temperare non potuerit maximo conventu, quin L. Sisennæ argentum tractaret et consideraret, &c.

INCONTINGIBĬLIS, le, qui contingi non potest. *Apul. de Mundo.* Mundi cardo robustus et incontingibilis. *Al. leg.* immobilis.

INCONTRADICIBĬLIS, le, adject. *not to be contradicted,* cui contradici non potest. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 39. Quid incontradicibilius confessione simplici?

INCONTROVERSUS, a, um, adject. *indisputed, undoubted, uncontroverted,* qui in dubium vocari non potest. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 57. Licet impune oratori omnem hanc partem juris incontroversi ignorare. Ita legit *Lambinus.* Sed MSS. et antiqu. edit. *in controversiis.*

INCONVENĬENS, entis, *unsuitable, incongruous, inconsistent,* ἀνάρμοστος, qui cum alio non convenit, dissentaneus, disconveniens, incongruens. *Cass. ad Cicer. Fam.* 12. ep. 13. Nostra facta, non subita, nec inconvenientia, sed similia illis cogitationibus, quarum, &c. *Senec. de vita beata,* c. 12. Desinant ergo inconvenientia jungere, et virtuti voluptatem implicare. ¶ Item indecorus, *improper, not becoming, unbefitting. Apul. de Mundo.* Si regi indecorum est, per semetipsum procurare omnia; multo magis Deo inconveniens erit. ¶ Item dissimilis, *unlike, dissimilar. Phædr.* l. 3. fab. 13. v. 6. *de fucis, et apib.* Non inconveniens est corpus, et par est color.

INCONVENIENTER, *unsuitably,* incongrue. *Augustin. de Gen. ad litt.* l. 11. c. 15. Cui testimonio non inconvenienter aptatur illud, &c. Adde lib. 2. *de Trin.* c. 9.

INCONVENIENTĬA, æ, f. *inconsistency, incongruity,* incongruentia. *Tertull.* l. 4. *contra Marcion.* c. 16. *a med.* Inconvenientia voluntatis et facti.

INCONVERTIBĬLIS, le, adject. *unalterable, immutable,* qui converti et immutari non potest. *Tertull. advers. Hermog.* c. 12. Deus inconvertibilis et indemutabilis. Adde *de Anim.* c. 21.

INCONVOLŪTUS, a, um, adject. convolutus, involutus. [†Videtur potius idem valere quod *explicatus, evolutus.*] *Ammian.* l. 29. c. 2. (*al.* 16.) Post inconvolutos multiplices casus.

INCOPIŌSUS, a, um, adject. non copiosus, ut Solitudo incopiosa, apud *Tertull. de jejun.* c. 5.

INCŎQUO, is, oxi, octum, a. 3. *to boil or seeth in any thing,* ἑνέψω, in aliqua re coquo. *Virg.* 4. *Georg.* v. 279. Hujus odorato radices incoque Baccho. *Plin.* l. 15. c. 17. Cotonea incoqui melle oportet. *Id.* l. 12. c. 17. Succum incoqui sole. ¶ Apud *eund.* l. 34. c. 17. incoquere stannum æreis operibus. *h. e.* coquendo illinere, *to cover with white lead; to tin.* et *ibid.* incoquere argentum. *to cover or plate with silver, silver over.* [¶ Particip. *incoquendus* apud *Cels.* l. 6. c. 7. sect. 6. Incoquendum mel est, et eo utendum.]

INCŌRAM. V. *Coram.*

INCORONĀTUS, a, um, adject. corona privatus. *Apul.* l. 4. *Metam.* Simulacra incoronata, et aræ viduæ frigido cinere fœdatæ.

INCORPORABĬLIS, le, adject. incorporalis. *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 17.

INCORPORĀLIS, le, *having no body, incorporeal, immaterial,* ἀσώματος, qui non habet corpus. *Senec.* ep. 90. *a med.* Deinde a corporibus se ad incorporalia transtulit. (Adde *de brevit. vitæ,* c. 8.) *Quintil.* l. 5. c. 10. *ad fin.* Jus, quod sit incorporale, apprehendi manu non posse. ¶ *Incorporalia nomina* apud *Priscian.* l. 2. pag. 579. *Putsch.* sunt, quæ rem incorporalem significant, ut *virtus:* et *corporalia,* quæ corporalem, ut *homo.*

INCORPORALĬTAS, atis, f. *incorporality,* corporis carentia. *Macrob.* l. 1. *de Somn. Scip.* c. 5. et 11. et *Tertull. de Anim.* c. 7.

INCORPORALĬTER, adverb. *incorporally,* sine corpore. *Claud. Mamert.* l. 3. *de statu anim.* c. 14. Memoria incorporaliter etiam corporalium reminiscitur.

INCORPORATĬO, onis, f. *corporature,* corporis constitutio, μετενσωμάτωσις. *Colum.* l. 6. c. 2. *ad fin. de bobus domandis.* Custodiendum est, ne incorporatione, vel statura, vel viribus impar cum valentiore jungatur. Est qui legit *in corporatione* divisim: et ita habetur in editione *Jenson.* 1472. Nihilominus *incorporatio* rectius se habet. [Immo rectius se habet *in comparatione,* quam quidem lectionem in textum recepit *Schneiderus* fretus auctoritate *Palladii,* qui in simili argumento hæc habet lib. 4. c. 11. Curandum est, ut viribus ad trahendum comparentur æquales, ne valentioris robur alteri procuret exitium.]

INCORPORĀTUS, a, um, *incorporate, incarnate. Prudent. Cathemer.* 12. v. 80. Ducem salutis cælitus Incorporatum gignere. [*Augustin.* ep. 34. (*al.* 31.) n. 5. Aliud est enim nolle incorporare, quæ desunt, aliud jam incorporata divellere.]

INCORPORĔUS, a, um, *without body, incorporeal, immaterial,* ἀσώματος, corpore carens. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 15. De incorporeis disputat. *Gell. Macrobio* antiquior l. 5. c. 15. testatur, fictam esse hanc vocem a quibusdam ad explicandam Græcam ἀσώματος. Quare prudenter dubitari potest, an ea usus fuerit *Cicero,* cujus hæc verba afferuntur ex lib. 3. *Fin.* c. 14. Omnis ista rerum incorporearum æstimatio, &c. Alii enim leg. *in corpore sitarum:* alii *corporearum,* &c.

INCORPŎRO, as, a. 1. *to embody, incorporate,* ἐνσωματίζω, unio, conjungo in uno corpore. *Solin.* c. 22. (*al.* 34.) *extr.* Variæ animalium effigies incorporantur. Adde *Augustin.* l. 2. *de Doct. Christ.* c. 6.

INCORRECTUS, a, um, *not corrected, incorrect,* ἀνεπανόρθωτος, non correctus. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 14. v. 23. Nunc incorrectum populi pervenit ad ora.

INCORRUPTE, adverb. *purely, incorruptly,* ἀφθάρτως, pure, sincere. *Cic. pro Marcell.* c. 9. Qui multis post sæculis de te judicabunt, et quidem haud scio an incorruptius, quam nos. *Id. Fin.* l. 1. c. 9. Incorrupte atque integre natura judicante. *Gell.* l. 13. c. 21. Scite atque incorrupte loqui.

INCORRUPTĒLA, æ, f. incorruptio. *Tertull. de carne Christi,* cap. 15. et *de resurr. carn.* c. 51. item *Augustin.* epist. 146. (*al.* 205.) *ad Consent.* sect. 15. ex 1. *Cor.* 15. 53.

INCORRUPTIBĬLIS, le, adject. *incorruptible. Lactant.* l. 1. c. 3. et *Tertull. de Anim.* c. 50.

INCORRUPTIBILĬTAS, atis, f. *incorruptibility. Tertull. in Apolog.* c. 48. *sub fin.* et lib. 2. *advers. Marcion.* c. 16. et alibi.

INCORRUPTIBILĬTER, *incorruptibly,* incorrupte. *Augustin.* l. 3. *Confession.* c. 2. *de Deo.* Qui purius et incorruptibilius misereris, quia nullo dolore sauciaris.

INCORRUPTĬO, onis, f. *incorruption,* integritas, conservatio, ἀφθαρσία. *Tertull. de Resurr. carn.* c. 51. ex 1. *Cor.* 15. 53. *Augustin.* l. 13. *de Trin.* c. 7. et *Hieronym.* ep. 152. *ad Minerv. et Alex.*

INCORRUPTĪVUS, a, um, incorruptibilis. *Hieronym.* ep. 152. *ad Minerv. et Alex. circa med.* Corruptivum hoc incorruptivum efficitur.

INCORRUPTORĬUS, a, um, adject. incorruptus. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* cap. 16.

INCORRUPTUS, a, um, *incorrupt, incorruptible, entire, perfect, whole, sound,* ἄφθαρτος, non corruptus, integer. *Cic. de clar. Orat.* c. 9. Succus et sanguis incorruptus. *Plin.* l. 13. c. 16. Immortalitas materiæ contra omnia vitia incorruptæ. *Id.* l. 2. c. 103. Incorruptæ aquæ. *untainted. Id.* l. 16. c. 6. Fortius lignum quercus habet, et incorruptius. *less liable to decay. Liv.* l. 32. c. 33. Nicephorium, Venerisque templum, quæ spoliasset evastassetque, pro incorruptis restitui. ¶ Item sincerus, non adulterinus. *pure, genuine, unadulterated. Plin.* l. 10. c. 3. Quintum aquilarum genus γνήσιον vocatur, velut verum solumque incorruptæ originis. ¶ Translate nullo affectu, aut cupiditate labefactatus, inviolatus, integer, purus, fidus, certus, sincerus. *Cic.* 1. *de Fin.* c. *ult.* Incorrupti atque integri testes. *not bribed. Id.* 4. *Acad.* c. 7. Integri incorruptique sensus. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 19. Animus incorruptus suique similis. *Liv.* l. 4. c. 6. Incorruptum judicium. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 81. Custos incorruptissimus. *faithful. Tacit.* 1. *Hist.* c. 35. Adversus blandientes incorruptus. *proof. Id.* 2. *Ann.* c. 12. Explorandos militum animos ratus, quonam id modo incorruptum foret, agitabat. *h. e.* quonam modo ea exploratio sincera et tuta esset. et lib. 12. c. 41. Libertus incorrupta fide. *Cic. in Orat.* c. 19. Virgo incorrupta. *a pure virgin. Id. de clar. Orat.* c. 35. Incorrupta quædam Latini sermonis integritas. ¶ Cum accusativo, Græco more. *Stat.* l. 2. silv. 3. v. 68. Incorrupte fidem, nullosque experte tumultus.

INCOXO, as, a. 1. *Incoxare nates* est inflectere, demittere, ut qui sedendi gratia subsidunt. *Pompon.* apud *Non.* c. 1. n. 180. Neque interim cadendi causa unquam incoxavi nates. ¶ Absolute *Pacuv.* Adeo incoxanti mihi pes obstupuerat. *Ita referunt plerique Lexicographi.* Etiam in verbis *Pomponii* al. leg. *incoxavi nate.*

INCRASSĀTUS, a, um, *fattened,* crassus factus. *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 6. ex *Isai.* 6. et *de jejun.* c. 6. ex *Deuter.* 32.

INCREBRESCO, is, ui, n. 3. *to increase, be augmented, grow frequent, prevail,* διαθρυλλοῦμαι, creber fio, crebresco, augeor, invalesco. *Cic. Fam.* 7. ep. 20. *extr.* Ventus increbrescit. *Virg.* 1. *Georg.* v. 359. Litora misceri, et nemorum increbrescere murmur. *Plaut. Merc.* 5. 1. 9. Ubi mores deteriores increbrescunt in dies. *Liv.* l. 7. c. 12. Gallici belli fama increbrescebat. *gained ground. Cic. in Orat.* c. 20. Ipse numerus increbruit. *Id. Phil.* 14. c. 5. Hæc consuetudo, quæ increbruit. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 4. Nonnullorum sermo increbruit, partim seipsos Attice dicere, partim neminem. *Liv.* l. 8. c. 8. *a med.* Inde rem ad triarios redisse, proverbio increbruit. *it passed into a saying.* ¶ Quidam mallent *r* litteram expungere, *increbesco, bui.* V. dicta in *Crebresco.*

INCRĔBRO. V. *Crebro, as.*

INCREDENDUS, a, um, particip. incredibilis. *Apul.* l. 2. *Metam.* Incredenda fabula. et *in Florid.* n. 15. (*al.* l. 2.) Incredendæ potentiæ. *Id. in Apolog.* habet *incredundus.*

INCREDIBĬLIS, le, *not to be believed, incredible, improbable, wonderful, strange,* παράδοξος, ἄπιστος, qui credi non potest, fidem superans, improbabilis. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 13. Quæ rem credibilem aut incredibilem facere possunt. *Id. in Partit.* c. 4. Incredibilia probabilibus intexere. *Id. Phil.* 7. c. 3. Si erit vel acerbum auditu vel incredibile. et 2. c. 27. Incredibile ac simile portenti est quonam modo illa effuderit. *Id. Fam.* 13. ep. 54. Singularis et prope incredibilis fides. *Id.* 1. *de Orat.* c. 38. Incredibilis quædam, et prope singularis, et divina vis ingenii. *Id. pro Sull.* c. 27. Incredibilis ac singularis furor. *Vellei.* l. 2. c. 99. Mira et incredibilis, atque inenarrabilis pietas. *Cic. fil. ad Tiron. Fam. l. et cap. ult.* Incredibile est, quæ ego illos scio in æstivis fecisse. *Terent. Phorm.* 2. 1. 9. Præter spem, atque incredibile hoc mihi obtigit. *Cic. Attic.* 13. ep. 23. Incredibile est, quam ego ista non curem. *it is scarcely credible, how much,* &c. et lib. 15. ep. 1. Incredibile est quanta me molestia affecerit. *the trouble he has occasioned me is inculculable.* et lib. 5. ep. 16. Incredibilem in modum concursus fiunt ex agris. *Sallust. in Catil.* c. 6. et 7. Incredibile memoratu est, quam facile coaluerint. *Nep. in Annib.* c. 6. et *Justin.* l. 12. c. 9. Incredibile dictu est, ut eum non multitudo hominum, non vis magna telorum terruerit. et lib. 1. c. *ult.* Incredibile prorsus, tanta patientia cessisse eo, quod, &c. et lib. 36. c. 2. *extr.* Quorum justitia religione permixta, incredibile quantum coaluere. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 17. Quanto incredibiliora sunt opera luxuriæ, quoties, &c.! ¶ Item is cui non creditur. *not believed. Plaut. Bacch.* 4. 3. 3. Incredibilis imposque animi, inamabilis, illepidus vivo. ¶ Item incredulus. *incredulous, unbelieving. Apul. ad Asclep.* pag. 93. *Elmenhorst.* Incredibiles enim post delicta cogentur credere non verbis, sed exemplis.

INCREDIBILĬTAS, atis, f. *incredibility,* ἀπιστία. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 5. leg. 29. Adumbrare patientiam prætextu incredibilitatis. *Apul. in Trismeg. ad Asclep.* pag. 93. *Elmenhorst.* Mors, quam ignoratio, aut incredibilitas contemnit humana.

INCREDIBILĬTER, *incredibly, astonishingly, beyond belief,* ἀπίστως, supra fidem, incredibilem in modum. *Cic. de Senect.* c. 15. Quibus ego incredibiliter delector. *Id.* 1. *Phil.* c. 15. Incredibiliter consentiens populi R. voluntas. *Id.* 8. *Attic.* ep. 7. Incredibiliter pertimuit.

INCREDĬTUS, a, um, *disbelieved, discredited,* ἄπιστος, cui non creditur. *Senec.* l. 5. *controv.* 30. Increditam adhuc inertiam miratus est. *Apul. de deo Socrat.* Incredita vaticinia Cassandræ.

INCREDULĬTAS, atis, f. ἀπείθεια, *incredulity, hardness of belief. Apul.* l. 1. *Metam.* Obstinata incredulitate sermonem ejus respuebat. *Paulin. Nolan.* carm. 6. v. 95. pœnas incredulitate meretur.

INCREDŬLUS, a, um, *incredulous, hard of belief, unbelieving,* ἄπιστος, qui non credit. *Horat. in ar. Poet.* v. 188. Quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi. ¶ Incredibilis. *Gell.* l. 9. c. 4. Res inauditæ incredulæ.

INCREDUNDUS, a, um, incredibilis. *Apul. in Apolog.* Propter incredundas frugum illecebras.

INCREMĀTUS, a, um, *burnt, consumed by fire*, crematus. *Flor.* l. 4. c. *ult. ante med.* Viginti centurionibus incrematis.

INCREMENTŬLUM, i, n. *a small increase*, parvum incrementum. *Apul.* l. 5. *Metam.* Miratur de brevi punctulo tantum incrementulum locupletis uteri.

INCREMENTUM, i, n. *an increase, augmentation, increment*, αὔξησις, augmentum : ab *incresco*. *Cic. de Senect.* c. 15. Quid ego vitium satus, ortus, incrementa commemorem? *Id.* 2. *de Fin.* c. 27. Negat summo bono afferre incrementum diem. *Curt.* l. 9. c. 3. Virtus tua semper in incremento erit : nostra vis in fine jam est. *Id.* l. 5. c. 1. *a med.* Incremento novare exercitum. *to recruit. Colum.* l. 8. c. 15. *a med.* Parvi incrementi animalia. *Id. sub fin.* l. 9. Incrementi minuti pisces. ¶ De augmento dignitatis, et ascensu honorum. *preferment, advancement, promotion. Vellei.* l. 2. c. 51. Illis incrementis fecit viam, quibus in triumphum et pontificatum assurgeret. *Sueton. in Vitell.* c. 3. Existimatus initium et causa incrementorum patri fuisse. ¶ De alumnis. *offspring, progeny. Virg. Ecl.* 4. v. 49. Cara deum soboles, magnum Jovis incrementum. διοτρεφής. Heroes enim ac reges a Jove nutriri dicebantur. *Curt.* l. 5. c. 1. *a med.* Magnorum præfectorum, et ducum hæc incrementa sunt, et rudimenta. *h. e.* hi aluntur, et erudiuntur, ut sint aliquando præfecti, et duces. [¶ Etiam de filiis usurpatur. *Apul. Met.* l. 5. pag. 373. *Oudend.* Nimirum istud incrementum lenam me putavit. Loquitur Venus indignata de filio suo Cupidine. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 981. n. 9. Incrementum maximum. Hoc nomine fortasse vocatur filius annorum undecim, cui ille titulus positus fuit. Altera *Inscript.* apud *Marin. Frat. Arval.* pag. 425. Niceratus conjugibus fecit, et sibi et duobus incrementis Victori et Chrysomallo. Hi tamen fortasse fuerunt illius alumni, nam *pædagogus* ipse dicitur. ¶ Est etiam idem ac nutrimentum. *Fronto* apud *Putsch.* pag. 2198. Alitudo incrementum corporis, alimentum incrementum infantis.] ¶ De semine, unde increscit soboles. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 102. motæque jubet supponere terræ Vipereos dentes, populi incrementa futuri. *the seeds, whence a people was to spring.* ¶ Pars est etiam amplificationis rhetoricæ. *Quintil.* l. 8. c. 4. Quatuor maxime generibus video constare amplificationem, incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. Incrementum est potentissimum, cum magna videntur, etiam quæ inferiora sunt. Id aut uno gradu fit, aut pluribus. Per id venitur non modo ad summum, sed interim quodammodo supra summum. Omnibus his sufficit vel unum Ciceronis exemplum. (*Verr.* 7. c. 66.) Facinus est vincire civem R.; scelus, verberare, prope parricidium, necare; quid dicam in crucem tollere? Hæc, et plura *ibid. Quintil.*

INCREPATĬO, onis, f. *a chiding, rebuking*, objurgatio. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 7. *sub fin.* et lib. 5. c. *pænult.*

INCREPATĪVE, adverb. *chidingly*, increpando. *Sidon.* l. 6. ep. 9. Non increpative, sed consolatorie aliquem compellare.

INCREPATORĬUS, a, um, adject. *reprehensive, objurgatory*, ad increpandum inserviens. *Sidon.* l. 9. ep. 7. Nostra judicia nil minantur increpatorium.

INCREPĀTUS, a, um, increpitus. *Prudent. Cathemer.* 7. v. 195. Sed increpata fraude, post tergum ruit. *Lactant.* l. 4. c. 11. Judæi a Prophetis increpati. V. *Increpitus.*

INCREPĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to chide, upbraid, blame, complain of*, ἐπιπλήττω, frequentativum ab *increpo*, sed ejusdem fere significationis. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 15. Increpitare atque accusare reliquos Belgas, qui se populo R. dedidissent. et cap. 30. Irridere ex muro atque increpitare vocibus. *Liv.* l. 1. c. 7. Cum verbis quoque increpitans, adjecisset, sic deinde quicumque alius transiliet mœnia mea. *Virg.* 10. *Æn.* v. 900. Hostis amare, quid increpitas, mortemque minaris? *Id.* 4. *Georg.* v. 138. Æstatem increpitans seram, zephyrosque morantes. *h. e.* incusans. *Sil.* l. 9. v. 6. Increpitare aliquem segnitiæ. *to accuse. Valer. Max.* l. et cap. 3. n. 2. *extern.* increpitare ignaviam alicui. ¶ Cum dativo *Propert.* l. 2. el. 20. v. 15. Et tibi præ invidia Nereides increpitarent. ¶ Pro objicere, *to taunt, Id.* l. 3. el. 13. v. 34. Et speculo rugas increpitante tibi. ¶ Pro ferire ut *increpo. Festus*: increpitato, ferito. *Stat.* 10. *Theb.* v. 132. increpitans languentia pectora dextra. [¶ Est etiam excitare, hortari. *Virgil.* 1. *Æn.* v. 742. Tum Bitiæ dedit increpitans: ille impiger hausit Spumantem pateram, et pleno se proluit auro. *Servius* exponit *inclamans. Vulpius* ad *Propertii loc. cit.* refert ad crepitum vini in libatione humi fusi. Alii explicant, *increpitans moram ad bibendum*, sed simpliciter intelligendum est, *invitans ut ipse biberet.*]

INCREPĪTUS, a, um, *chidden, blamed, reproved, upbraided*, increpatus. *Liv.* l. 25. c. 26. Præfecti, post classem per pavorem desertam, graviter increpiti. et lib. 24. c. 17. *ad fin.* Graviter ab consule increpitus. *Est qui legit* increpatus. (Adde l. 42. c. 9. *ad fin.*) *Apul. in Apolog.* Levitatis et inconstantiæ increpitus.

INCREPĬTUS, ūs, m. *a chiding, rebuking*, increpatio. In sexto casu singulari *Apul. de deo Socrat.* Increpitu indignatum Amorem recinendo placare. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 8. Jussu et increpitu dæmonia expellens.

INCRĔPO, as, ui, itum, *raro* avi, atum, a. 1. *to sound, resound, make a noise*, ψοφέω, crepo, crepitum edo, sono, insono. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 5. Simul ut discus increpuit. *Virg.* 1. *Georg.* v. 382. Corvorum increpuit densis exercitus alis. *Id.* 12. *Æn.* v. 753. vividus Umber Increpuit malis, morsuque elusus inani est. *Propert.* l. 4. el. 7. v. 12. at illi Pollicibus fragiles increpuere manus. *Minuc. Fel. in Octav.* c. 5. flare ventos, grandines increpare, tonitrua mugire. *to patter.* Adde *Propert.* l. 3. eleg. 12. v. 6. ubi de trocho agit. ¶ Translate *Cic. Catil.* 1. c. 7. Quidquid increpuerit, Catilinam timeri. *Id. pro Mur.* c. 10. Simul atque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostræ conticescunt. *Liv.* l. 4. c. 40. *ad fin.* Si quid increpet terroris. *Senec. in Troadib.* v. 302. Timide cum increpuit metus. ¶ Cum accusativo, *Propert.* l. 1. el. 17. v. 6. sævas increpat aura minas. *h. e.* magno strepitu ventus minatur. *Sil.* l. 5. v. 188. Increpuere simul feralia classica signum. *sounded. Sever. in Ætna*, v. 62. validos tum Jupiter ignes Increpat. *Virg.* 9. *Æn.* v. 503. At tuba terribilem sonitum procul ære canoro Increpuit. ¶ Est etiam percutere, ferire, quia percutiendo crepitus, aut sonitus fit, *to strike, beat. Ovid.* 1. *Trist.* el. 4. v. 24. Increpuit quantis viribus unda latus! *struck, lashed. Id.* 14. *Metam.* v. 820. conscendit equos Gradivus, et ictu Verberis increpuit. *Id. Metam.* 12. v. 51. Jupiter atras increpuit nubes. *Id. in Ibin*, v. 230. Terque cruentatas increpuere manus. *h. e.* manibus plausere. *Id. Heroid.* ep. 3. v. 118. et 2. *Amor.* el. 11. v. 32. Threiciam digitis increpuisse lyram. *to strike, play upon.* ¶ Increpare hibernum. V. *Hibernus.* ¶ Item insono, persono. *Enn.* apud *Non.* c. 4. n. 63. Sonitus aures meas pedum pulsu increpat. *Calpurn.* ecl. 5. v. 56. simul argutæ nemus increpuere cicadæ. ¶ Item dictito, jacto, in ore habeo, canto, intono. *Propert.* l. 3. el. 8. v. 9. Alcyonum positis requiescant ora querelis : Increpet absumptum nec sua mater Ityn. *Id.* l. 4. el. 11. v. 59. Ille sua nata dignam vixisse sororem, Increpat. *Turpil.* apud *Non. loc. cit.* Age tu, hymenæum increpa. ¶ Translate est reprehendere, incusare, objurgare, *to chide, blame, rebuke, reprove, upbraid, accuse, increpate* : quasi crepare, et altius loqui in aliquem. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 63. Numquid increpavit filium? *Sallust. in Catil.* c. 22. Maledictis increpare omnes bonos. *Liv.* l. 23. c. 45. Gravibus probris increpare. *Sueton. in Calig.* c. 39. Modo avaritiæ singulos increpans. *Id. in Galb.* c. 15. Sævitiæ populum increpuit. *Liv.* l. 4. c. 50. Saxo ictus turba excedit: insuper increpante, qui vulneraverat, habere quæstorem, quod imperator esset militibus minatus. *Id.* l. 23. c. 47. Increpare ignaviam alicujus. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 3. perfidiam. *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 82. moras. *Cic.* 4. *Acad.* c. 23. arrogantiam. *Ovid. Metam.* 3. v. 646. Increpor a cunctis. ¶ *Increpare aliquid* est quippiam dicere objurgandi atque accusandi causa. *Liv.* l. 1. c. 51. Hæc Aricinus in regem increpans, ex concilio abiit. *speaking loudly, bawling out, inveighing.* et lib. 6. c. 37. Hæc indigna miserandaque auditu cum apud timentes sibimet ipsos increpuissent, &c. *Sallust.* in orat. 1. *ad Cæs. de republ. ordin. ante med.* Illa quæ in Cn. Pompeium, victoriamque Sullanam increpabantur. ¶ Ponitur et pro stimulare, acuere, hortari. *to urge on, stimulate. Tibull.* l. 1. el. 1. v. 10. Aut stimulo tardos increpuisse boves. *Virg.* 9. *Æn.* v. 127. et lib. 10. v. 278. Ultro animos tollit dictis, atque increpat ultro. ¶ Et pro mordere, carpere, pungere, arguere. *Flor.* l. 1. c. 1. Cujus dum irridet angustias Remus, idque increpat saltu, &c. ¶ Sabella carmina increpant pectus, apud *Horat.* epod. 17. v. 28. h. e. quasi vehementi sonitu penetrant in pectus, percelluntque animum, ac de statu dejiciunt.

INCRESCO, is, evi, a. 3. *to increase, grow*, αὐξάνομαι, idem quod cresco. *Cels.* l. 1. c. 3. *ad fin.* Maxime cibo eget, qui increscit. *Id.* l. 3. c. 2. Videndum est, morbus an increscat, an consistat, an minuatur. *Colum. in fi.* l. 3. Cum increverint arbores. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 476. cuti squamas increscere sentit. *Id.* 1. *Trist.* el. 4. v. 5. increscunt æquora ventis. *swell. Plin.* l. 28. c. 11. Tædia animalium capillis non increscunt. *h. e.* in capillis non crescunt. (V. *Tædium.*) [† *Lucan.* 2. 376. Mœstamque genis increscere barbam Passus erat. *to grow upon.*] *Virg.* 9. *Æn.* v. 668. increscunt animis discordibus iræ. *Pers.* sat. 3. v. 32. fibris increvit opimum pingue. *Senec. in Med.* v. 951. Increscit dolor. *Liv.* l. 1. c. 33. *sub fin.* Increscens audacia. *Quintil.* l. 8. c. 4. Hoc genus increscit, et fit manifestius. De *incremento* amplificationis loquitur. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. *circa med.* Quam sententiam quotidie increscere et invalescere videmus.

INCRĒTO, as, a. 1. *to whiten with chalk*, γυψόω, creta illino. *Petron. in Satyr.* c. 102. Pertundere aures, incretare facies.

INCRĒTUS, a, um, *not sifted, or sierced*, non cretus, non purgatus : ab *incerno*, sed contraria significatione. *Apul.* l. 7. *Metam.* Mihi vero furfures apponebat incretos ac sordidos. ¶ Item indivisus, confusus, admixtus. *Festus*: Increta, indivisa. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 74. piper album cum sale nigro incretum. [† *Cruquius* exponit *cribratum per incerniculum. sifted, cleansed.*] *Plin.* l. 37. c. 6. *a med.* Minium incretum candido pingui.

INCRIMINATĬO, onis, f. *unblameableness, blamelessness*, q. d. criminationis, vel criminis, vel accusationis carentia. *Tertull. de Resurr. carn.* c. 23.

INCRISPATĬO, onis, f. *a curling, crisping. Augusti*. ep. 112. *ad Paulin.* c. 22. ex 1. *Petri*, 3. 3. Ornatus capillorum incrispationibus.

INCRISPO, as, avi, atum, a. 1. *to curl, crisp. Tertull. de Idolol.* c. 8. Incrispare ornamenta parietibus. Ita legit *Junius*, alii *incrustare.*

INCRUDESCO, is, dui, n. 3. crudesco. *Incrudescit*, et *incruduit* habentur in Notis *Tiron.* et *Senec.* pag. 9. *Gruteri*, col. 5.

INCRUENTĀTUS, a, um, *unstained with blood, not imbrued with blood*, non maculatus cruore. *Ovid. Metam.* 12. v. 496. manet imperfossus ab omni Inque cruentatus Cœneus Elateius ictu.

INCRUENTE, adverb. *without bloodshed*, ἀναιμεί. *Prudent. in Romano*, v. 1094. Si vos sinatis, incruente vivimus.

INCRUENTUS, a, um, *bloodless, without bloodshed or slaughter, not bloody.* ἀναίμακτος, sine sanguine, sine cæde: ut Incruenta victoria, in qua nullus cruor effusus est ab iis, qui vicere : in qua nulli, aut pauci ex victoribus cæsi sunt. *Liv.* l. 2. c. 56. *ad fin.* Certatum haud incruento prœlio foret, ni, &c. et lib. 7. c. 8. *extr.* Nec Romanis incruenta victoria fuit. et lib. 8. c. 29. *ad fin.* Uno prœlio cecidit Vestinorum res, haudquaquam tamen incruento milite suo. et lib. 9. c. 17. *ad fin.* Alexander Darium incruentus devicit. *Sallust. in Jug.* c. 97. Multis locis potitus, ac plerisque exercitu incruento.

INCRUSTATĬO, onis, f. *a pargetting, rough-casting*, affixio crustæ, marmoris, aut laminæ ad parietem, pavimentum, aut vas. *Procul. Dig.* lib. 8. tit. 2. leg. 12. *extr.* Incrustatio parietis. *Paul. lib. ult. tit. pænult.* leg. 79. Voluptariæ impensæ sunt viridaria, incrustationes, picturæ.

INCRUSTĀTUS. V. *Crustatus.*

INCRUSTO, as, avi, atum, *to incrust, plaster*, πλακόω, crusta marmoris, aliusve rei operio, obduco. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 14. *in fin.* Ollam incrustare sapa et farre. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 56. sincerum vas. *to varnish a whole vessel, that has no flaw, and therefore needs no varnish ; or, to daub over, to taint with a bad smell a pure vessel. Procul. Dig.* lib. 8. tit. 2. leg. 12. parietem.

INCUBATĬO, onis, f. *a sitting on eggs to hatch them, brooding, incubation*, ἐγκοίμησις, actus incubandi, cum aves ova excludunt. *Plin.* l. 10. c. 54. Incubationi datur initium post novam lunam. *Est qui legit* incubitioni. et cap. 56. Incubatio ovis noxia. et cap. 60. Incubationem derelinquere. ¶ Translate *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 7. *Cod.* tit. 38. leg. 3. Diuturna incubatio. *h. e.* occupatio et detentio alicujus rei.

INCUBĀTOR, oris, m. qui alicubi incubat. *Tertull. de Anim.* c. 49. Incubatores fani. V. *Incubo.* ¶ Item possessor anxius aut iniquus alicujus rei. *an usurper, brooder. Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 10. *ad fin.* Dionysius aulæ Siculæ inclementissimus incubator. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 16. *Cod.* tit. 10. leg. 20. Omnia loca, quæ sacris error veterum deputavit, nostræ rei jubemus sociari, ita ut fructus ab incubatoribus exigantur. *Serv.* ad *Æn.* 7. v. 266. Apud nos incubator imperii, tyrannus dicitur. V. *Incubo.*

INCUBĀTUS, us, m. idem ac incubatio. *Plin.* l. 10. c. 54. Si incubatu tonuerit, ova pereunt. Al. leg. *incubitu.*

INCUBITĀTUS, a, um, de eo dicitur, super quo incubitans quis dormivit. Hinc intelliges illud *Plauti Pers.* 2. 4. 13. Video ego te : jam incubitatus es.

INCUBITĬO. V. *Incubatio.*

INCUBĬTO, as, n. 1. *to sit on eggs*, frequent. ab incubo. *Colum.* l. 8. c. 14. *ad fin.* Cellas, in quibus incubitant, siccissimas esse oportet, substratasque habere paleas. *h. e.* incubant ovis excludendis. *Plin.* l. 8. c. 43. *a med.* Asini non nisi spatiosa incubitant laxitate. *h. e.* decumbunt dormiendi causa. *lie down.*

INCUBĬTUS, a, um, nom. ex particip. *sat upon. Plin.* l. 29. c. 3. Cum ova triduo incubita tolluntur.

INCUBĬTUS, us, m. idem ac incubatio. *Plin.* l. 10. c. 54. Quædam autem citra incubitum sponte naturæ gignunt. ¶ Incubitus dextri lateris est, dum aliquis supra dextrum latus cubat. *a lying upon. Plin.* l. 28. c. 4. *sub fin.* Celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius a supinis.

INCŬBO, onis, m. qui incubat alicui rei custodiæ causa. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 38. *Burm.* Cum modo incuboni pileum rapuisset, thesaurum invenit. ¶ Item qui cubantibus insilire videtur, et præfocare, ἐφιάλτης, ut in *Incubus* dicitur. *Scribon. Larg.* compos. 100. Hæc compositio facit ad eos, qui sæpius existimantur ab incubone deludi. *Tertull. de Anim.* c. 45. Genus fuerat gravioris aliquanto soporis, ut de incubone præsumptio est. Adde *Cæl. Aurelian. toto cap.* 3. l. 1. *Chronicor.*

INCŬBO, as, bui, bitum, et (*cum refertur ad aves ova foventes*) avi, atum, a. 1. *to lie, recline, or repose upon,*

ἔγκειμαι, ἐπίκειμαι, super aliqua re cubo, incumbo, quiesco. Differt ab *incumbo*, quod fere ad actionem refertur: *incubo* autem fere ad quietem. *Virg.* 7. *Æn.* v. 88. Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit. *Justin.* l. 23. c. 1. Sine veste, quam induerent, vel cui incubarent. *Senec. in Thyest.* v. 909. Resupinus ipse purpura atque auro incubat. *Plin.* l. 11. c. 45. Omnia animalia a dextris partibus incedunt, sinistris incubant. *Senec. de vita beata*, c. 25. Super tomentum incubabo. ¶ Cum accusativo *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 575. tunc Palladios non inscius haustus Incubuit. *Apul.* l. 7. *Metam.* Tabernulam quandam litori proximam incubabat. ¶ *Servius ad Virgil.* 7. *Æn.* v. 88. *incubare*, inquit, dicuntur proprie hi, qui dormiunt ad accipienda responsa. Unde est, *ille incubat Jovi*, id est dormit in Capitolio, ut responsa possit accipere. Hæc *Servius*. Solebant id facere, et qui opem a diis petebant. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 61. Hic leno ægrotus incubat in Æsculapii fano. et ibid. 2. 2. 16. Incubare satius te fuerat Jovi, tibi qui auxilium in jurejurando tulit. *Ca.* Siquidem incubare velint, qui pejeraverint, locus non præberi potis est in Capitolio. ¶ Sæpe dicitur de avibus, quæ insidendo fovent ova, et excludunt, *to sit or brood on, as a hen. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. *circa med.* Quæ velis, incubent, negant, plus vigintiquinque oportere ova incubare. *et paulo post.* Ova, quæ incubantur. *Colum.* l. 8. c. 5. *ante med.* Gallinas incubare fetibus alienigenis patiemur. *Plin.* l. 10. c. 59. Ova gallinis incubanda subjicere. ¶ Metonymice est soboli operam dare. *Plin.* l. 11. c. 16. *de apib.* Nam nisi incubavere, favos lividos faciunt. ¶ Est etiam incumbere, inclinari, inniti. *to incline to, rest, or lean upon. Plin.* l. 2. c. 54. Omnia contrarias incubant in partes: homo, nisi convertatur in percussas, non exspirat. *Id.* l. 6. c. 17. Jugum incubans mari. ¶ Item supra extendi, superjacere, premere, contegere. *Val. Flacc.* l. 2. v. 494. cælumque, quod incubat urbi. *Plin.* l. 3. c. 1. *extr.* Incubuere maria tam longo ævo: alibi processere litora. ¶ Et translate *Horat.* l. 1. od. 3. v. 30. macies, et nova febrium Terris incubuit cohors. *has encroached upon the land. Senec. in Hippol.* v. 99. Sed major alius incubat mœstæ dolor. *broods over, overhangs, oppresses.* et vers. 268. Incubat menti furor. ¶ De iis, qui nituntur in gladium, ut sibi necem inferant. *Senec. ibid.* v. 259. Laqueo ne vitam finiam, an ferro incubem? *fall upon my sword.* ¶ Et qui moriendo procumbunt. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 87. Ut Tegeæus aper cupressifero Erymantho Incubet, et vasto pondere lædat humum. ¶ Pro inhabitare, morari. *Apul.* l. 4. *Metam.* Hoc genus bestiæ lucos consitos et colles amœnos semper incubare. *frequent.* ¶ Pro sedere, hærere, stare. *Ovid. Metam.* 6. v. 592. Vite caput tegitur: lateri cervina sinistro Vellera dependent: humero levis incubat hasta. ¶ De iis, qui vigilant. *Senec. in Thyest.* v. 570. Pavidusque pinnis (*murorum*) anxiæ noctis vigil incubabat. ¶ Et translate de iis, qui mala fide possident, et alienam rem injuste detinent: quasi ei rei assidue immineant, vigilentque, ne elabatur. *Ascon. in Verr.* 3. c. 45. Quasi jam probaverit, possessorem esse eum, qui incubavit. *et mox.* Nec adimere tibi licet possessionem incubanti, nec dare jure poscenti. *Servius* ad illud *Æn.* 1. v. 93. ponto nox incubat atra: *broods over, covers: incubat* dixit, quod alienum tempus invasit. nam *incubare* proprie dicitur per vim rem alienam velle tenere. Sic *Flor.* l. 2. c. 6. *sub fin.* Ut inhærentem atque incubantem Italiæ extorqueret Annibalem. ¶ Et universim de iis, qui alicui rei inhiant, et cupide adhærent, arcteque custodiunt. *Cic. pro Cluent.* c. 26. *ad fin.* Planus improbissimus, quæstu judiciario pastus, qui illi pecuniæ, quam condiderat, spe jam atque animo incubaret. *Virg.* 2. *Georg.* v. 507. condit opes alius, defossoque incubat auro. *broods over, hatches anxiously. Id.* 6. *Æn.* v. 610. Aut qui divitiis soli incubuere repertis. *Apul.* l. 4. *Metam.* Pannosus ac sordidus aureos folles incubabat.

INCŬBUS, i, m. *the night-mare, incubus*, ἐφιάλτης, ἐπιβολὴ, πνιγαλίων, morbus noctu quiescentes infestans, cum externa quædam vis dormientes videtur invadere, et veluti suo pondere pressos gravare. Vana est autem opinio illorum, qui aut dæmonem, aut Cupidinem, aut vetulam quandam pectus supine cubantis comprimentem esse putaverunt. V. *Incubo, onis.* [† V. et *Ephialtes.*] ¶ Præterea *Incubos* vulgo vocant Silvanos, et Faunos, qui feruntur improbi sæpe exstitisse mulieribus, ut *Augustin.* l. 15. *de Civ. Dei*, c. 23. Adde *Hieronym. in vita Hilarion.* et *Serv. ad Æn.* 6. v. 776. *Incubones* appellat.

INCULCATĬO, onis, f. *an inculcating. Tertull. in Apolog.* c. 39. Disciplinam præceptorum inculcationibus densamus.

INCULCĀTOR, oris, m. *he who tramples upon*, qui pedibus calcat. *Tertull. advers. Gnost.* c. 6. Deus hominem diaboli inculcatorem voluit efficere.

INCULCĀTUS, a, um, *trodden, beaten close, rammed down, thrust or driven in*, calcatus, infartus, calcando impressus. *Plin.* l. 29. c. 2. Lana succida canis rabiosi morsibus inculcata. *Colum.* l. 8. c. 15. Solum stagni lapidibus inculcatis ac tectorio munire. *Gell.* l. 2. c. 6. *sub fin.* Quidquid nimis inculcatum obsitumque aliqua re erat, ut incuteret visentibus facie nova horrorem, id squalere dicebatur. ¶ Translate *Cic. in Orat.* cap. 69. Apud alios autem, et Asiaticos maxime, numero servientes, inculcata reperias inania quædam verba, quasi complementa numerorum. *Id. Attic.* l. 16. ep. 3. Idem σύνταγμα misi ad te retractatius, et quidem ἀρχέτυπον ipsum, crebris locis inculcatum et refectum. *filled up, added to, enlarged, corrected*, additis quibusdam, ubi quid inane esse videbatur. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. *a med.* Traditam atque inculcatam libertatem recipere. *h. e.* impressam, ac veluti impactam, infixamque. *inculcated, impressed.* Sic *Lucan.* l. 9. v. 292. sic voce Catonis Inculcata viris justi patientia Martis. *the necessity of submitting patiently to*, &c. *was impressed on their minds.*

INCULCO, as, avi, atum, a. 1. *to tread, drive, or ram down, beat close, drive or thrust in*, ἐπισάττω, ἐπιστείβω, idem quod calco, calcando immitto. *Colum.* l. 2. c. 20. Area molari lapide condensetur, et rursus subjectis paleis inculcetur. *Id.* l. 11. c. 3. *circa med.* Semen obrutum inculcare pavicula. ¶ Translate est obtrudere, ingerere, ac veluti infarcire. *Cic.* 1. *Offic.* c. 31. Sermone eo debemus uti, qui nobis notus est, ne ut quidam, Græca verba inculcantes, jure optimo irrideamur. *stuffing or foisting in. Id. de Orat.* cap. 15. *extr.* De firmissimis alia prima ponet, alia postrema; inculcabitque leviora. *Senec. de vita beata*, c. 24. Quibusdam non dabo, quamvis desit: quibusdam offeram, quibusdam etiam inculcabo. *shall force upon them. Cic.* 2. *de Orat.* c. 5. Græci, qui se inculcant auribus nostris. *h. e.* obtrudunt se, ut audiantur. *force themselves on our ears; tire us with their disputations.* ¶ Item dicendo instare, urgere. *to inculcate, impress by frequent repetition. Cic. in Vatin.* c. 11. Inculcaris ne, ut C. Pisonem, generum meum nominaret? *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 39. Vos autem non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcatis. *present; make us not only see, but also think by images. Id.* 1. *de Orat.* c. 28. Et id quod tradatur, vel etiam inculcetur, posse percipere animo. *Quintil.* l. 6. c. 4. Firmissima quæque memoriæ judicis inculcanda sunt.

INCULPABĬLIS, le, *blameless, inculpable*, qui culpari non potest. *Prudent. in Apotheos.* v. 1015. solum inculpabile Numen. *Avien. in Arat.* v. 28. Inculpabiles mores. ¶ Translate *Solin.* c. 30. (*al.* 43.) *sub fin.* Hyacinthus, lapis pretiosus, siquidem inculpabilis inveniatur. *h. e.* sine vitio aut macula.

INCULPĀTIM, adverb. sine culpa. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 6. *Cod. Theodos.* tit. 30. leg. 20. Qui inculpatim ad calcem terminumque militiæ pervenerint.

INCULPĀTUS, a, um, *blameless, untainted, spotless, inculpable*, ἀνέλεγκτος, qui culpa caret. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 671. sed vita fidesque Inculpata fuit. *Gell.* l. 14. c. 2. Vita inculpatissima. [*Cod. Justinian.* l. 8. tit. 4. leg. 1. Inculpata tutela. *h. e.* defensio licita, quæ fit sine culpa, cum quis injuste impetitur.]

INCULTE, *plainly, rudely, clownishly, boorishly*, ἀγρίως, ἀκόσμως, sine cultu et vitæ commodis. *Cic. pro Quint.* c. 18. Vixit enim semper inculte atque horride. *Sallust. in Jug.* c. 22. et 94. Getulos accepimus partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare. ¶ Item inornate. *inelegantly, uncouthly. Cic. in Orat.* cap. 9. et *de clar. Orat.* c. 28. Horride inculteque dicere.

INCULTUS, us, m. *want of cultivation or dress, neglect, squalor, fulsomeness, nastiness, filth*, ἀγεωργησία, omissio cultus. *Sallust. in Catil.* c. 58. *de carcere Tulliano.* Incultu, tenebris, odore fœda atque terribilis ejus facies. Al. leg. *inculta tenebris.* et *in Jug.* c. 2. Ingenium incultu atque socordia torpescere sinunt. *Liv.* l. 42. c. 12. *ad fin.* Suos honores partim desertos per incultum ac negligentiam, partim hostiliter sublatos esse. *disuse.*

INCULTUS, a, um, *uncultivated, undressed, uninhabited, desert, horrid, neglected*, ἀγεώργητος, ἄκοσμος, non cultus, neglectus, incomptus, inornatus, rudis, horridus. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 12. Tunc erat ager incultus, sine tecto: nunc est cultissimus cum optima villa. *Plin.* l. 19. c. 8. Genus incultius asparago, mitius corruda. *Id.* l. 25. c. 8. Inculta itinerum. *Cic. in Bruto*, c. 74. Inculta et silvestris via. *Id. de Provinc. Consul.* c. 12. Quid illis terris asperius? quid incultius oppidis? *Id.* 1. *de nat. Deor.* cap. 10. Regiones inhabitabiles atque incultæ. *Id. de clar. Orat.* cap. 4. Incultum et derelictum solum. *Id. post redit. in Sen.* c. 6. Quem præteriens, cum incultum, horridum, mœstumque vidisses, &c. *ill-dressed. Horat.* l. 1. sat. 3. v. 34. Incultum corpus. *undressed, untrimmed, not dressed out. Ovid. Heroid.* ep. 8. v. 64. Hument incultæ fonte perenne genæ. *squalid.* et 3. *Fast.* v. 470. Incultæ comæ. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 31. Homo, ut vita sic oratione durus, incultus, horridus. *rude, uncouth. Id. pro Quint.* c. 30. Rusticana atque inculta parsimonia. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 233. Inculti versus. *unpolished, rough, scabrous, hobbling.* et lib. 1. ep. 3. v. 22. Ingenium incultum et turpiter hirtum. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 59. Inculti Læstrigones. *h. e.* nullo cultu mitigati, feri, sævi, crudeles. *savage.*

INCUMBA, æ, f. *that part of a pillar in vaults and arches on which the weight of the whole building lies.* membrum est in architectura, projectum instar mutuli, cui fornix incumbit. *Vitruv.* l. 6. c. 11. Cum cunei ab oneribus parietum pressi, per coagmenta ad centrum se prementes, extruderint incumbas. V. *Bald. in Lexic. Vitruv.*

INCUMBO, is, ubui, n. 3. *to lean, lie, rest, or recline upon*, ἐπίκειμαι, in aliquid inclinor, innitor, incubo. A postremo hoc verbo quid differat, V. ibi. *Virg. Ecl.* 8. v. 16. Incumbens tereti Damon sic cœpit olivæ. *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 28. Onera, quæ in parietem incumbunt. *Virg.* 4. *Æn.* v. 650. Incubuitque toro, dixitque novissima verba. *threw herself upon. Petron. in Satyr.* c. 80. Super prædam incumbere. *Curt.* l. 6. c. 9. *ad fin.* Linquente animo, in eum, a quo tenebatur, incubuit. *Ovid. Metam.* 9. v. 385. Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non est, Erigite huc artus. (*Est qui aliter leg.*) *Senec. in Herc. Œt.* v. 1764. Herculi totus æther pondus incubuit leve. *Plin.* l. 2. c. 64. *de cælo.* Cava in se convexitas vergit, et cardini suo, hoc est terræ, undique incumbit. *Id.* l. 5. c. 32. Impetum deinde sumit Hellespontus, et mare incumbit. *h. e.* vi influit in mare Ægæum, et veluti pondere aquarum premit. Præpositio omittitur, quæ inest in ipso verbo. Sic *Sallust. in fragm.* apud *Serv. ad Æn.* 9. v. 229. Fessi arma sua quisque stantes incumbere. ¶ Translate *Cic. pro Balbo*, c. 26. Fuit hoc fatum, ut in me unum omnis illa inclinatio communium temporum incumberet. *h. e.* in me caderet, me opprimeret. ¶ De iis, quæ vergunt, propendent, imminent. *Virg. Æn.* 8. v. 236. Silex prona jugo lævum incumbebat ad amnem. et l. 2. v. 514. Laurus incumbens aræ. *overreaching, overhanging.* ¶ Et quæ procumbunt. *Virg.* 10. *Æn.* v. 894. ejectoque incumbit cernuus armo. *falls down. Val. Flacc.* l. 5. v. 162. summo pariter cum monte secutæ Incubuere trabes. *Senec. in Troad.* v. 14. Pergamum incubuit sibi. *h. e.* in se ruit, subsidit in ignem, et in cinerem versum est. ¶ Et qui pectore gladium premunt, sui occidendi causa. *Cic. de Invent.* cap. 51. Incumbere in gladium. *to fall upon his sword, slay himself. Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 11. gladio. *Phædr.* l. 3. fab. 10. v. 33. ferro. *Plaut. Cas.* 2. 4. *in fin.* et *Lucil.* apud *Non.* c. 9. n. 19. gladium. ¶ Et qui cursu, vel fuga inclinantur aliquo. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 722. Tempestate pari versis incumbere turmis. ¶ Et qui imminent, instant, ingruunt, urgent, impellunt. *Virg.* 11. *Æn.* v. 674. incumbens eminus hasta. *Liv.* l. 30. c. 34. Pugna Romana stabilis et suo, et armorum pondere incumbentium in hostem. *pressing upon. Virg.* 2. *Georg.* v. 311. tempestas a vertice silvis incubuit. *beat upon. Valer. Flacc.* l. 2. v. 59. venti veloque marique incumbunt. ¶ Et translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 79. Impelli primo judicem leviter, oportebit, ut jam inclinato reliqua incumbat oratio. ¶ Pro supervenire, ingruere. *Juvenal.* sat. 6. v. 291. sævior armis Luxuria incubuit, victumque ulciscitur orbem. *Horat.* l. 1. od. 3. v. 30. macies et nova febrium Terris incubuit cohors. *Frontin. de aquæduct.* artic. 117. Necessitas incubuit in aliquam regionem. ¶ Pro accedere, vel sequi. *Virg.* 2. *Æn.* v. 653. ne vertere secum Cuncta pater, fatoque urgenti incumbere vellet. ¶ Pro reclinare se, et veluti accingi ad aliquid faciendum. *Virg.* 12. *Æn.* v. 774. Incubuit, voluitque manu convellere ferrum Dardanides. ¶ Hinc sæpe est enixe operam dare, insistere, intendere in aliquid. *to attend or apply to, bend one's whole attention to. Virg.* 1. *Georg.* v. 213. incumbere aratris. et 10. *Æn.* v. 294. remis. *to ply. Quintil.* l. 6. c. 2. Huc igitur incumbat orator: hoc opus ejus, hic labor est. *Flor.* l. 3. c. 16. Rogandis legibus ita vehementer incubuit, ut, &c. *Plin.* l. 7. ep. 27. *a med.* Ceris et stilo incumbere. *Sil.* l. 4. v. 820. labori. *Auct. dial. de Orat.* c. 3. toto pectore novæ cogitationi. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 76. et animo et opibus in bellum. *Hirt. de B. Alex.* c. 12. *extr.* omni studio ad parandam classem. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 8. in aliquod studium. et *Phil.* 4. c. 5. in causam. et 6. c. 1. acrius graviusque ad ulciscendas reipublicæ injurias. *Id. Fam.* 10. ep. 3. et *Attic.* l. 16. ep. 10. tota mente in aliquam curam et cogitationem. et *Fam.* 10. ep. 10. toto pectore ad laudem. et ep. 1. omni cogitatione curaque in rempublicam. *Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 64. Et vitæ pars nulla perit. quodcumque recedit Litibus, incumbit studiis. ¶ Cum conjunct. et *ut* particula. *Liv.* l. 10. c. 15. Appius cum suis, tum totius nobilitatis viribus incubuit, ut se consulem dicerent. ¶ Cum infinito *Virg.* 4. *Georg.* v. 249. hoc acrius omnes Incumbunt generis lapsi sarcire ruinas. ¶ Absolute *Ovid.* 10. *Metam.* v. 657. nunc nunc incumbere tempus, Hippomene. *now is the time to exert yourself to the utmost, to strain every nerve.* ¶ Cum accusativo *Stat. Theb.* 6. v. 575. tunc Palladios non inscius haustus Incubuit. *h. e.* oleo et palæstræ adjecit animum. *Avien. in Perieg.* v. 849. Asiam incumbit Taurus. ¶ Est etiam propendere, inclinari, voluntate, oratione, &c. studere, velle, curare. *Cic.* 3. *de Orat.* cap. 14. *in fin.* Ut eos, qui audiunt, quocumque incubuerit, possit impellere. *to whatever side he chooses. Id. cap. ult. Phil.* 6. Idem volunt omnes ordines, eodem incumbunt municipia, coloniæ, cuncta Italia. *are disposed in the same manner. Id. Attic.* l. 1. ep. 19. *ante med.* Pompeius ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. *Id. pro Mur.* c. 26. Magna est comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio, præsertim cum incubuit ad virum bonum. *has leaned. Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 11. In quam (*causam*) incubuisse

cum Senatu Pompeius videtur, ut Cæsar id. Novembr. decedat. ¶ Incumbere in cupiditatem, iram, &c. est se incitare ad cupiditatem. Cic. Attic. l. 5. ep. 13. Cujus in cupiditatem, te auctore, incubui, nec me piget. Senec. in Med. v. 902. Incumbe in iras, teque jacentem excita. ¶ Hoc mihi incumbit, mei officii est, it is incumbent upon me; it is my duty, apud JCtos. Ulpian. Dig. lib. 48. tit. 2. leg. 5. Accusandi necessitas incumbet domino. Paul. l. 22. tit. 3. leg. 2. Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat. Ulpian. lib. 21. tit. 1. leg. 25. a med. Judici omnium rerum officium incumbit. ¶ Incumbere ova pro incubare quidam leg. apud Petron. in Satyr. c. 33. sed dubia est lectio. ¶ Monet Quintil. initio cap. 3. lib. 9. Veteres libentius dixisse incumbere in illum, quam illi. ¶ Incubuverim pro incubuerim, quod ita postulet metri ratio, quidam legunt apud Phædrum in prol. l. 3. v. 22. ut fuvi pro fui, &c. ¶ Nonnulla, quæ hic adscripta sunt, ad verbum Incubo referri possunt.

INCUNĀBŬLA, orum, n. cradle-clothes, swathes; a cradle, σπάργανα, ea, quæ cunis insunt, quæ ad cunas muniendas et ornandas pertinent, idest lectulus, et fasciæ lineæ, laneæque, quibus infantes involvuntur. Plaut. Truc. a. 5. v. 13. Fasciis opus est, pulvinis, cunis, incunabulis. Incunabula hic sunt lora, aut vincula, quibus in cunis illigantur infantes, ne excidant. ¶ Translate sumitur pro loco, unde orti sumus, vel pro natalibus et origine generis. Cic. Attic. l. 2. ep. 15. Ego vero ad montes patrios, et ad incunabula nostra pergam. [† Ovid. Met. 8. 99. Jovis incunabula Crete. the birth-place of Jove. Justin. 31. 8. 4. Majorum incunabula.] ¶ Denique generatim pro principio et origine. Liv. l. 4. c. 36. Ab incunabulis imbutum odio Tribunorum. Cic. in Orat. cap. 13. extr. Non alienum fuit de Oratoris quasi incunabulis dicere. Id. l. 1. de Orat. c. 6. Ab incunabulis nostræ veteris puerilisque doctrinæ. the rudiments. Quintil. in proœm. l. 1. Ab ipsis dicendi velut incunabulis.

INCUNCTABĬLIS, le, adject. qui moram, vel dubium non patitur. Arcad. Dig. lib. 22. tit. 5. leg. 21.

INCUNCTANTER, vel Incontanter, adverb. without doubting or delay, non cunctando. Lactant. l. 6. c. 12. Incunctanter ac fortiter mortem subire. (Adde lib. 1. c. 15. ad fin.) Apul. l. 11. Metam. Incunctanter continuare pompam. Ulpian. Dig. lib. 40. tit. 2. leg. 20. Incunctanter debet ei permitti. Adde Aurel. Vict. de orig. gentis R. c. 13.

INCUNCTĀTUS, et Incontatus, a, um, particip. qui omnem cunctationem sustulit, qui sine mora facit. Apul. l. 5. Metam. At illæ incontatæ, statim conferto vestigio domum penetrant. Al. leg. incontanter.

INCUPĬDUS, a, um, non cupidus. Afran. apud Non. c. 9. n. 1. Majores nostri incupidiores liberum fuere. Al. interpret. valde cupidi, ut in sit ἐπιτατικόν.

INCURĀTUS, a, um, undressed, uncured, unhealed, non curatus. Horat. l. 1. ep. 16. v. 24. Stultorum incurata pudor malus ulcera celat. Vopisc. in Aurelian. c. 28. Neque quidquam vir fortis reliquit, quod aut imperfectum videretur, aut incuratum.

INCURĬA, æ, f. want of care, carelessness, negligence, neglect, ἀμέλεια, negligentia: ab in, et cura. Cic. de Amic. c. 23. Vituperanda est rei maxime necessariæ tanta incuria. Id. de Provinc. Consul. c. 3. Milites populi R. incuria, fame, morbo, vastitate consumpti. Horat. de ar. Poet. v. 351. non ego paucis Offendar maculis, quas aut incuria fudit, &c. Cato apud Ammian. l. 16. c. 5. Magna cura cibi, magna virtutis incuria. ¶ De negligentia in capillis comendis. Apul. in Apolog. Capillus prorsus inenodabilis diutina incuria. Tertull. de Pœnit. sub fin. Capilli incuria horrorem leoninum præferens. ¶ Incuria Dei, apud eund. l. 4. advers. Marcion. cap. 15. circa med. neglectus, impietas.

INCURIŌSE, adverb. carelessly, negligently, ἀμελῶς, sine cura, negligenter. Liv. l. 8. c. 38. Castra in hostico incuriose posita. Tacit. 4. Hist. c. 28. Cæsæ cohortes incuriosius agentes. et lib. 1. Hist. c. 13. Otho pueritiam incuriose egerat. h. e. sine cura pudoris, et custodia sui. Gell. in præfat. ante med. Incuriose et immeditate. Id. l. 19. c. 9. Homines amœni, et nostras quoque litteras haud incuriose docti.

INCURIŌSUS, a, um, careless, regardless, indifferent, negligent, ἀμελής, negligens, socors, curam non habens. Tacit. 5. Hist. cap. 22. Remeabat disjecto agmine, incuriosis vigiliis. Id. 4. Ann. c. 23. Ptolemæus Jubæ filius, juventa incuriosus. et lib. 14. c. 38. Sed nihil æque, quam fames, affligebat serendis frugibus incuriosos. Sueton. in Aug. c. 79. In capite comendo tam incuriosus, ut, &c. Id. in Galb. c. 3. Multiplicem nec incuriosam historiam edidit. Tacit. 6. Ann. c. 17. extr. Acribus, ut ferme talia, initiis, incurioso fine. h. e. neglecto, remisso. ¶ Cum genitivo, Plin. l. 8. ep. 20. Ita natura comparatum, ut proximorum incuriosi, longinqua sectemur. Tacit. in fi. l. 2. Ann. Vetera extollimus, recentium incuriosi. Id. 1. Hist. c. 49. Incuriosus famæ. et 4. Ann. c. 32. imperii proferendi. Gell. l. 6. c. 5. Alfenus rerum antiquarum non incuriosus. ¶ Eo sensu, quo nos dicimus, not curious, incurious, qui scire non curat, Gell. l. 2. c. 28. sub fin. M. Cato incerta et incuriosa super ea re opinatus est. V. integrum loc. Proximum est illud Solin. in præfat. (al. c. 1.) Nonnulla etiam digna memoratu, quæ prætermittere incuriosum videbatur. ¶ Agnum incuriosum intelligit Apul. in Florid. n. 2. extr. (al. l. 1.) pinguem, quasi qui nulla cura maceat: respiciens locum Plauti, quem V. in fine vocis Curiosus.

INCURRO, is, incurri, et incucurri, ursum, a. 3. to run into, upon, or against, ἐπιτρέχω, in aliquem curro, intus curro. Cic. in Orat. cap. 67. Incurristi amens in columnas. Id. pro Planc. c. 17. Incurrere atque incidere in aliquem . . . . Amnis per saxa incurrit. ¶ Cum dativo, Ovid. Metam. 7. v. 545. Non aper irasci meminit, nec fidere cursu Cerva, nec armentis incurrere fortibus ursi. to rush upon, attack. Tacit. Ann. 2. c. 16. Ut prœliantibus Romanis desuper incurrerent. attack. Liv. l. 28. c. 15. Peditum signa cornibus incucurrerunt. Al. aliter leg. Sil. l. 13. v. 179. ardore pari nisuque incurrere muris. ¶ Cum accusativo sine præposit. Sallust. in fragm. apud Rufinian. Atque eos a tergo incurrerunt. Id. in Jug. c. 107. Rediens ab latere Mauros incurrit. Al. leg. Mauris. Tacit. Ann. 1. c. 51. Tota vi novissimos incurrunt. et lib. 2. c. 17. Validissimos equitum incurrere latus jubet. ¶ In re militari est incursionem facere, to make an incursion. Liv. l. 26. c. 25. Incurrere ea gens Macedoniam solita erat. Al. leg. in Macedoniam. Brut. ad Cicer. Fam. 11. ep. 10. Ut decursionibus per equites, quos habet multos, vastet ea loca, in quæ incurrerit. ¶ Translate est invehi, insectari, to inveigh. Trebon. ad Cicer. Fam. 12. ep. 16. ad fin. In quos tanta libertate verborum incurreret. ¶ Item protendi, dilatari, to be extended, stretch forth. Cic. Agrar. 2. c. 30. Ut privatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, coemeret. ¶ Item objici, occurrere. Cic. Attic. l. 12. ep. 21. a med. In oculos incurrentibus iis, quos æquo animo videre non possum. meeting, occurring to, striking. Senec. de Benef. l. 1. c. 5. Id quod oculis incurrit, solum notant. Cic. 2. Fam. ep. 16. Incurrit hæc nostra laurus non solum in oculos, sed etiam in voculas malevolorum. ¶ Item incidere, to fall into. Cic. 3. Offic. c. 13. Per errorem in maximam fraudem incurrere. et lib. 1. c. 42. Quæstus, qui in odia hominum incurrunt. Id. 4. Fam. ep. 2. ad fin. Nihil constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. Id. 1. de Fin. c. 1. Ut hic noster labor in varias reprehensiones incurreret. et cap. 14. Incurrere in morbos, in damna, in dedecora. Id. Fam. 9. ep. 2. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? never run foul of any thing? never stumble? Ulpian. Dig. lib. 24. tit. 1. leg. 13. Nihil vitii mulier incurrit. Paul. lib. 1. Sentent. tit. 15. Incurrere periculum plus petendi, et causam perdere. Lamprid. in Alex. Sev. c. 12. In milites gravissime animadvertit, qui forte incurrerunt aliquid, quod videretur injustum. h. e. commiserunt. ¶ Item obtingere, accidere, incidere, to happen, occur, befall. Cic. 5. Tuscul. cap. 10. Casus, qui in sapientem potest incurrere. Id. 15. Fam. ep. 11. extr. Si me navigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipsos Etesias. Id. Attic. l. et ep. 7. Tua λῆψις in quem diem incurrat, nescio. Sueton. in Tib. c. 26. Natalem suum plebeiis incurrentem Circensibus, vix unius bigæ adjectione honorari passus est. Cic. in Top. c. 21. Illud intelligendum, nec ullam esse disputationem, in quam non aliquis locus incurrat, nec fere omnes locos incidere in omnem quæstionem. Papinian. Dig. lib. 39. tit. 6. leg. 41. Quærebatur, an mulier, &c. incurrebat hæsitatio, &c. a doubt arose, emergebat, interveniebat. ¶ Item venire, incidere dicendo. Cic. pro Sext. c. 6. Neque quemquam offendet oratio mea, nisi qui se ita obtulerit, ut in eum non invasisse, sed incurrisse videamur. Id. de clar. Orat. c. 69. Ordinem sequens, in memoriam notam et æqualem necessario incurro. Quintil. l. 1. c. 5. (al. 9.) a med. Neque enim artem grammaticam componere aggressi sumus: sed cum in ordinem incurreret, inhonoratam transire noluimus. now that it has become to the purpose: vel in its place. [¶ Incurrere mulierem est cum ipsa concumbere. Apul. 10. Met. pag. 723. Oudend. Verebatur mater, ne quo casu caloris juvenalis impetu lapsus nescius nesciam sororem incurreret.] ¶ Particip. incursurus apud Liv. l. 29. c. 5. Dixit, extemplo infestos utrimque exercitus in agrum suum incursuros.]

INCURSATĬO, onis, f. incursio, ut Larvarum incursatione animo vexari, apud Nonium c. 1. n. 213.

INCURSĀTUS, a, um, particip. passiv. attacked, annoyed. Liv. l. 24. c. 41. Agmen Romanum impune incursatum ab equitibus hostium fuerat.

INCURSAX, acis, adject. qui incursiones crebro facit. Sidon. l. 8. ep. 12. Incursaces Massagetæ.

INCURSIM, adverb. incurrendo, celeriter. Cæcil. apud Non. c. 2. n. 448. Rem omnem incursim perdere. [Cornel. Fronto ad Aurel. Cæsar. lib. 2. ep. 3. Compertum et traditum est, sanguinem, ubi abundet, incursim detrahendum, postea pedetentim esse reparandum.]

INCURSĬO, onis, f. a running or striking upon, actus incurrendi, ἐπιβολή, cursus, excursio. Cic. 1. de nat. Deor. c. 40. Cum sine ulla intermissione pulsetur, agiteturque incursione atomorum sempiterna. Id. pro Cæcin. cap. 15. extr. Incursio atque impetus armorum. an attack. ¶ Irruptio militaris, an incursion, inroad, irruption. Liv. l. 1. c. 11. Antemnatium exercitus hostiliter in fines Romanos incursionem facit. Cæs. l. 6. B. Gall. c. 9. Prohibere hostem ab injuriis et incursionibus. Hirt. de B. Gall. c. 11. Subitas hostium incursiones sustinere. Plin. l. 6. c. 28. Incursionem molientes Parthos inundatione arcere.

INCURSĬTO, as, n. 1. to run against, offend, frequentativum ab incurso. Senec. 2. de Ira, c. 35. Incursitans, vastans, fugans. Id. de vita beata, c. 27. Alter in alterum incursitate. Adde epist. 110.

INCURSO, as, avi, atum, n. 1. to run upon or against; to attack, ἐπιτρέχω, curro adversus aliquem, incurro, invado, aggredior: frequentativum ab incurro. Liv. l. 36. c. 14. a med. Juventus omnis armata in agmen Romanum incursavit. Plaut. Bacch. 5. 2. 29. Arietes truces nos erimus: jam in vos incursabimus. Cels. l. 3. c. 22. Febris incursat. Plin. l. 11. c. 37. sect. 54. Oculi lubrici propter incursantia. h. e. incidentia. ¶ Cum accusativo sine præposit. quæ inest in ipso verbo. Plaut. Rud. 3. 4. 16. Ego te follem pugilatorium faciam, et pendentem incursabo pugnis. Id. Aulul. 2. 2. 57. Asini me mordicus scindant, boves incursent cornibus. Id. Asin. 1. 1. 22. Ubi vivos homines mortui incursant boves. h. e. lora bubula incidunt et pulsant. Liv. l. 5. c. 31. Volsinienses superbia elati, ultro agros Rom. incursavere. made an incursion or inroad. Tacit. 3. Hist. c. 18. Nutantem aciem victor equitatus incursat. Sever. in Ætna, v. 351. Aura incursat corpora. ¶ Cum dativo. Ovid. l. 1. Metam. v. 302. silvasque tenent delphines, et altis Incursant ramis. et lib. 14. v. 190. Prætentatque manu silvas, et luminis orbus Rupibus incursat. h. e. incidit, impingit. strikes or stumbles against. Quintil. l. 10. c. 3. a med. Nihil eorum, quæ oculis, vel auribus incursant, ad animum perveniet. h. e. occurrunt, objiciuntur. strike, meet, occur to. Plin. l. 28. c. 8. a med. Lana ovis nigræ, cui nullus alius color incursaverit. h. e. intercurrerit. Sic l. 29. c. 4. a med. Reliqua parte corporis nigra, albis incursantibus respersum guttis. ¶ Passive Tacit. 15. Ann. c. 1. Eo contemptionis descensum, ut ne duce quidem Romano incursarentur. Liv. l. 24. c. 41. Agmen Romanum impune incursatum ab equitibus hostium fuerat. Arnob. l. 1. pag. 3. Pestilentia, et bellis negotia incursantur humana. ¶ Translate Cic. 12. Attic. ep. 41. Quod nisi fieri videro (audebo hoc dicere, et tu, ut soles, accipies) incursabit in te dolor meus. Auct. ad Herenn. l. 4. c. 39. In omnes amicos atque inimicos, notos atque ignotos incursans.

INCURSUS, us, m. an attack, inroad, incursion, ἐπιβολή, εἰσβολή, incursio, aggressio, invasio, impetus in aliquem. Cic. pro Cæcin. c. 8. Impetum armati, ceterorumque tela atque incursus effugit. Cæs. l. 1. B. Civ. c. 71. Vix equitum incursus sustinere. et c. 72. Incursus atque impetus militum. Liv. l. 2. c. 25. Primo statim incursu pulsi hostes. ¶ Translate Quintil. declam. 8. c. 9. Morborum incursibus mederi. et declam. 9. c. 4. Sævos tempestatis incursus perferre. ¶ Incursus fluminis est cursus atque impetus, quo aliquem locum impetit, et evertit, abraditve. violence, force. Plin. l. 10. ep. 73. Simile est illud Lucani l. 7. v. 700. Respice turbatos incursu sanguinis amnes.

INCURVATĬO, onis, f. a bending, curving, incurvation, κύφωσις, actus incurvandi. Plin. l. 17. c. 23. Flagello infra relicto, et nasci coacto incurvatione materiæ.

INCURVĀTUS, a, um, bent, bowed, curved, crooked, ἐπικυρτωθείς, curvatus. Cic. 2. Fin. c. 11. Incurvatum bacillum. Ovid. Metam. 6. v. 146. Incurvata dolore membra.

INCURVESCO, is, n. 3. to be bent down, κυρτόομαι, incurvus fio. Vetus Poeta apud Cicer. 3. de Orat. c. 38. Ramos baccarum ubertate incurvescere. Al. leg. incurviscere, ut Non. c. 2. n. 412.

INCURVICERVĬCUM PECUS, h. e. cervicem curvam habens. Pacuv. apud Varron. l. 4. L. L. c. 1. et Quintil. l. 1. c. 5. (al. 9.) ad fin. Cum κυρταυχένα mirati sumus, incurvicervicum vix a risu defendimus.

INCURVO, as, a. 1. to bend, bow, curve, make crooked, crook, incurvate, κυρτόω, incurvum facio. Virg. 5. Æn. v. 500. Tum validis flexos incurvant viribus arcus. Plin. l. 16. c. 42. Robur et olea incurvantur, ceduntque oneri. Catull. carm. 63. de nupt. Pel. et Thet. v. 188. lentos incurvans gurgite remos. ¶ Translate Senec. 3. de Ira, c. 5. extr. Non est magnus animus, quam incurvat injuria. h. e. affligit, deprimit. (Adde epist. 82. ante med.) Pers. sat. 1. v. 90. verum, nec nocte paratum Plorabit, qui me volet incurvasse querela. h. e. flectere animum meum ad misericordiam. ¶ Αἰσχρολόγως usurpat Martial. lib. 11. epigr. 44.

INCURVUS, a, um, crooked, bending, curved, stooping, κυρτός, idem quod curvus, aut valde curvus. Cic. 1. de Divin. c. 17. Lituus, idest incurvum, et leviter a summo inflexum bacillum. Id. 4. Verr. c. 35. Stesichori poetæ statua senilis, incurva. Terent. Eun. 2. 2. 4. Incurvus, tremulus, labiis demissis. Plin. l. 11. c. 52. Longæ vitæ esse incurvos humeris. Virg. 1. Georg. v. 494. Agricola incurvo terram molitus aratro. Plin. l. 21. c. 12. Herba incur-

vo folio. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 534. Incurva carina. et lib. 15. v. 690. incurvo munitos aggere portus. *Id.* 4. *Trist.* el. 6. v. 2. Incurvum jugum. *Id.* 1. *Amor.* el. 15. v. 12. Incurva falx. *hooked.* *Lucret.* l. 2. v. 376. Incurvum litus. *winding.*

INCUS, ūdis, f. *a smith's anvil*, ἄκμων, instrumentum e solido ferro, super quod fabri ferri massas cudunt et formant. *Virg. sub fin.* l. 2. *Georg.* Impositos duris crepitare incudibus enses. *Id.* 7. *Æn.* v. 629. Quinque adeo magnæ, positis incudibus, urbes, Tela novant. *h. e.* officinis ferrariis institutis. *Id.* 8. *Æn.* v. 419. Antra Ætnæa tonant, validique incudibus ictus Auditi referunt gemitum. *Lucan.* l. 7. v. 146. Martius incaluit Siculis incudibus ensis. *Horat.* l. 1. od. 35. *in fin.* o utinam nova Incude defingas retusum in Massagetas Arabasque ferrum. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 17. v. 19. incude relicta. *Plin.* l. 7. c. 56. Cinyra Agriopæ filius invenit forcipem, martulum, vectem, incudem. ¶ Translate *Horat. in ar. Poet.* v. 441. incudi reddere versus. *to write or polish over again, revise, retouch.* *Auct. dial. de Orat.* cap. 20. Juvenes, et in ipsa studiorum incude positi. *h. e.* dum adhuc formantur in scholis. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 20. Hic mihi incus est: procudam ego hodie hinc multos dolos. ¶ *Incudem eandem tundere* proverbio dicitur idem opus assidue urgere, in eodem labore perseverare. *to teach the same lesson.* *Cic. de Orat.* c. 39. Si quem plane rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam assiduis, uno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus.

INCUSABĬLIS, le, adject. accusabilis. *Tertull.* l. 1. *ad Nation.* c. 12. Hoc quidem vos incusabiliores, &c.

INCUSATĬO, onis, f. *a blaming, accusing*, αἰτίασις, reprehensio, querela, actus incusandi. *Cic.* 3. *de Orat.* cap. 27. Quorum partim habent vitiorum, et peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem, aut querelam.

INCUSATĪVUS CASUS, *the accusative case*, apud Grammaticos est accusativus. *Diomed.* l. 1. pag. 296. *Putsch.*

INCUSĀTOR, oris, m. *an accuser*, accusator. *Imp. Anastas.* lib. 12. *Cod.* tit. 36. *leg. ult. ad fin.*

INCUSĀTUS, a, um, *accused, blamed*, accusatus, reprehensus. *Colum.* l. 3. c. 17. Sterilitas cacuminis jure incusata. *Plin.* l. 7. c. 45. Augusto incusatæ liberorum mortes. *h. e.* adscriptæ, quasi is in causa fuerit, cur mortui sint. *ascribed to, laid to the charge of.* *Spartian. in Severo*, c. 8. incusati proscriptionis.

INCŪSO, as, avi, atum, a. 1. *to accuse, blame, find fault with, lay to the charge of, complain of*, αἰτιάομαι, μέμφομαι, accuso, arguo, quasi *causam*, seu culpam *in alium* transfero, reprehendo cum querela. In re forensi usurpari non solet: in quo ab *accuso* differt. Neque enim verum est alterum illud discrimen, quod tradit *Servius ad Æn.* 1. v. 414. *incusare* esse, superiorem arguere; *accusare*, parem, vel inferiorem: quod et *Valla* l. 6. *elegantiar.* cap. 13. monuit. *Virg.* 2. *Æn.* v. 745. Quem non incusavi demens hominumque deorumque? *Plaut. Trucul.* 1. 2. 58. Qui alterum incusat probri, eum ipsum se intueri oportet. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 40. Convocato concilio, vehementer eos incusavit, quod, &c. *Terent. Phorm.* 3. 1. 7. Nos jamdudum hic te absentem incusamus, qui abieris. *Curt.* l. 7. c. 7. Deos quoque incusans querebatur, se jacere segnem, &c. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 158. Sed quid ego quemquam immeritis incuso querelis? *Ovid. de remed. amor.* v. 479. Incusare factum alicujus. *Virg. Æn.* 11. v. 471. Multaque se incusat, qui non acceperit ultro Dardanium Æneam. *Tacit.* 2. *Ann.* cap. 78. Incusare aliquem luxus et superbiæ. et lib. 1. c. 35. angustias stipendii, duritiam operum. *to lament.* et lib. 6. c. 23. casum.

INCUSSOR, oris, m. qui incutit, et percutit. *Paulin. Petricord. de vita B. Martini*, l. 5. v. 285. Incussor laceri quatiebat corporis artus.

INCUSSUS, us, m. *a dashing or striking against*, actus incutiendi. In sexto casu singulari. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 23. Armorum incussu præcipitati. *Senec. de const. Sap.* c. 6. Munimenta incussu arietis labefieri.

INCUSSUS, a, um, *dashed or struck against*, immissus, impactus, illisus. *Val. Flacc.* l. 2. v. 339. et incussæ sonitum mirabere massæ. *Curt.* l. 6. c. 11. Flagellorum ictus nudis ossibus incussos ferre non poterat. *Senec.* epist. 45. *ad fin.* Grando incussa tectis crepitat. *Lucan.* l. 3. v. 490. aries Incussus densi compagem solvere muri Tentat. *struck against.* *Tacit.* 4. *Hist.* c. 30. Turrim promoti contra validi asseres, et incussæ trabes perfregere. *Plin.* l. 16. c. 38. Cortex in moro lapide incussus manat; altius fractus, siccus videtur. *bruised.* et lib. 9. c. 30. *de polypo.* Afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, nunc robustioribus brachiis clavarum modo incussos. *struck.* ¶ *Incussi articuli*, et absolute *incussa* (subintellige *membra*) sunt, quæ alicubi incutiendo et impingendo quis læsit. *Plin.* l. 30. c. 9. Incussos articulos aranei telæ commodissime curant. *bruised.* et lib. 29. c. 2. Succidam lanam imponunt percussis, lividis, incussis, collisis, contritis, dejectis. et lib. 20. c. 14. Medetur contusis incussisque. ¶ Translate *Vellei.* l. 2. cap. 126. Recte faciendi omnibus aut incussa voluntas, aut imposita necessitas. *h. e.* injecta. *inculcated.*

INCUSTODĪTUS, a, um, *not kept, unguarded*, ἀφύλακτος, non custoditus, non servatus. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 6. v. 10. Incustoditum captat ovile lupus. *Martial.* l. 1. epigr. 35. Incustodita et aperta limina. *Sil.* l. 15. v. 245. Incustoditam sine milite liquerat urbem. et vers. 333. Incustodita penetravit mœnia nocte. *h. e.* qua vigiliæ habitæ non sunt. *Plin.* l. 6. ep. 29. *sub fin.* Julius Bassus, ut incustoditus nimis et incautus, ita minime malus. *not on his guard.* *Tacit. Ann.* 12. c. 4. Incustoditus amor. *not concealed.* et lib. 15. c. 50. Cum per noctem huc illuc cursaret incustoditus. *without guards.* et lib. 2. c. 12. *extr.* Cum secreti et incustoditi, inter militares cibos, spem aut metum proferrent. *unobserved.* et lib. 15. c. 55. Tabulas testamenti sæpius a se, et incustodita dierum observatione, signatas. *without observing the days.*

INCŪSUS, a, um, particip. ab *incudo*, inusitato, significat cudendo impressus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 275. lapidemque revertens Incusum, aut atræ massam picis urbe reportat. *h. e.* molam cudendo asperatam. *a rough or indented stone, (for a hand-mill to grind corn.)* *Al. leg.* incisum. *Pers.* sat. 2. v. 52. Si tibi crateras argenti, incusaque pingui Auro dona feram. *h. e.* cælata, aspera signis. *vases forged of thick gold and rough with carvings.* Alii interpretantur, non cusa, non elaborata, sed ex rudi massa auri. *gifts of unwrought gold.* Habet etiam *Auson.* epigr. 131.

INCUTĬO, utis, ussi, ussum, a. 3. *to strike or dash upon, throw or cast into*, ἐμβάλλω, injicio, immitto, objicio, infundo: ab *in*, et *quatio*: et dicitur fere de iis, quæ animum subito quatiunt, turbant, immutant. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 51. *sub fin.* Timor incutitur aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus. *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 4. Incutit multis magnum metum. *causes, strikes into.* *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *circa med.* Incutere alicui dolorem. *Al. leg.* inurere. *Id. de Univ.* c. 1. errorem. *Pers.* sat. 5. v. 187. alicui deos. *h. e.* objicere, et injicere deorum timorem. *Liv.* l. 22. c. 42. *a med.* religionem animo. *Id.* l. 2. c. 8. alicui fœdum nuntium. *to bring bad news on a sudden.* *Curt.* l. 4. c. 10. formidinem. et lib. 3. c. 6. ingentem sollicitudinem. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 77. pudorem. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 11. *in fi.* minas. *Lucret.* l. 6. v. 592. tremorem. et vers. 772. morbos. *Justin.* l. 38. c. 7. *a med.* Adeo illis odium Romanorum incussit rapacitas proconsulum. *Horat.* l. 1. ep. 14. v. 22. fornix, et uncta popina Incutiunt urbis desiderium. *cause you to long for.* et lib. 2. sat. 1. v. 80. ne forte negoti Incutiat tibi quid sanctarum inscitia legum. *h. e.* aliquod negotium facessat. *Lucret.* l. 1. v. 19. et 922. amorem per pectus, et in pectus. *to inspire.* ¶ Pro indere, addere, *Virg. Æn.* 1. v. 73. Incute vim ventis. *give force or fury.* ¶ Pro concutere, percellere. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 551. Crebrior incussit mentem pavor. *alarmed.* ¶ Pro infligere, *Senec. in Herc. Fur.* v. 88. Viperea sævæ verbera incutiant manus. *Juvenal.* sat. 9. v. 5. colaphum incutimus lambenti crustula servo. *Liv.* l. 5. c. 41. *sub fin.* Incutere scipionem in caput alicujus. *to strike.* *Seren. Sammon.* c. 47. v. 872. scorpius incussit vulnus atrox. *inflicted.* ¶ Pro impingere, *Plin.* l. 7. c. 53. Incutere pollicem limini cubiculi. *to hit his toe against the threshold.* *Quintil.* l. 2. c. 12. *a med.* Terræ pedem incutere. *to strike the ground with the foot.* *Curt.* l. 9. c. 9. Incutiebantur puppibus proræ. ¶ Pro mittere, jacere, *to throw, hurl, discharge.* *Tacit.* 13. *Ann.* c. 39. Tormentis faces et hastas incutere. *Id.* 3. *Hist.* c. 31. Tela saxaque incutere. *Curt.* l. 8. cap. 4. Repente imber grandinem incutiens, torrentis modo effunditur. ¶ Pro quatere, pulsare, *Avien. in Perieg.* v. 827. incute doctam, Phœbe, chelyn: totis Helicon adspiret ab antris.

INDAGABĬLIS, le, *that may be searched or traced out*, reus, in quem quæstio de crimine aliquo haberi potest. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 5. Qui aliter facit, indagabilis ex ambitu causam dicit. Al. leg. *indagabili*: alii eam vocem omittunt.

INDAGANTER, adverb. *by searching or tracing out*, cum indagatione. *Colum.* l. 5. c. 1. Boni venatoris est indaganter quamplurimas feras capere. [Ita nonnullæ editiones, sed *Gesnerus* et *Schneiderus* ex optimis MSS. reposuerunt *indagantem*.]

INDAGATĪO, onis, f. *a searching, exploring; an inquiry or investigation concerning the beginning or principles of things*, θήρευμα, inquisitio ferarum: et translate omnis inquisitio, seu perscrutatio. *Cic.* 1. *Offic.* c. 5. Velut ex ea parte, quæ primo descripta est, inest indagatio, atque inventio veri. *a search after truth.* *Gell.* l. 18. c. 2. Inopinati rariorisque verbi indagatio. *an examination, explanation.*

INDAGĀTOR, oris, m. *a searcher, inquirer, one who explores or investigates*, θηρευτής, venator: et translate inquisitor in genere. *Colum.* l. 9. c. 8. *ad fin.* Sed indagatorem conveniet matutina tempora vestigandi eligere. *Id.* l. 2. 2. c. *a med.* Indagator aquarum. *Plaut. Trin.* 2. 1. 15. Celati indagator.

INDAGĀTRIX, cis, f. *she that investigates*, quæ indagat. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 2. O vitæ Philosophia dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum. *the tracer out or discoverer.*

INDAGĀTUS, us, m. indagatio. In sexto casu sing. *Apul.* l. 7. *Metam.* Tota factione militarium vexillationum indagatu confecta atque concisa.

INDAGĀTUS, a, um, *diligently searched, explored, investigated*, venando conquisitus. Translate *Cic.* 2. *Attic.* ep. 7. Eaque etiam velim, omnibus vestigiis indagata ad me afferas.

INDĀGES, is, f. indagatio. *Claud. Mamert.* l. 2. c. 2. Quid dignum tanta indage sentirent. *Prudent.* 2. *in Symmach.* v. 845. Quæsitura Deum variata indage latentem.

INDĀGO, as, avi, atum, a. 1. *to search or trace out as hunters do*, ἐξιχνιάζω, θηρεύομαι, proprie est verbum venatorum, et canum feras investigantium, ab *in*, aut *indu*, et *ago*, vel *agito*. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 13. Canis natus ad indagandum. ¶ Translate est diligenter inquirere, exquirere, investigare. *to make diligent inquiry, explore, investigate.* *Cic.* 4. *Verr.* c. 54. Acutissime tota provincia, quid cuique esset necesse, indagare et odorari solebat. *Id. pro Mil.* c. *pœnult.* Cum illa indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli, exstinxi. *Id. in Orat.* c. 3. Inusitatas vias indagare, tritas relinquere. *Id.* 2. *Attic.* ep. 4. *a med.* Tu quidquid indagaris de republica, et maxime quos consules futuros putes, facito ut sciam. ¶ Deponentis forma *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 18. Vestigator a vestigiis ferarum, quas indagatur. [¶ Particip. *indagaturus* apud *Apul.* 8. *Met.* pag. 512. *Oudend.* Die quadam Tlepolemus indagaturus feras.]

INDĀGO, ginis, f. *a series of toils, or nets, placed round a wood or forest by hunters*, venatorum vox est, significans inclusionem ferarum, quæ sit retibus seu plagis, vel etiam serie seu corona hominum itinera obsidentium, item formidine, fossa, aut sepibus, ita cingendo saltus et nemora, ut ibi latentes feræ, qua evadant, non habeant, ἐξιχνιασμός. *Virg.* 4. *Æn.* v. 121. Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt. *with toils.* *Tibull.* l. 4. el. 3. v. 7. densos indagine colles claudere. *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 375. Sic ligat immensa virides indagine saltus Venator. *hems in with toils or nets.* *Flor.* l. 4. c. 2. *ante med.* Missæ quoque in auxilium ejus rates, nova arte, actis sub mare funibus, captæ quasi per indaginem. *et cap. ult. a med.* Partito exercitu totam amplexus Cantabriam, efferam gentem ritu ferarum quasi indagine debellabat. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 18. Campus patens, silvis undique impeditissimis, aut altissimo flumine, velut indagine munitum. ¶ Translate *indago* dici potest septum fossa, aggere, turribus longo spatio ductum, arcendis hostium incursibus, *a chain of fortifications, line of defence.* *Lucan.* l. 6. v. 38. planumque per ardua Cæsar Ducit opus, pandit fossas, turritaque summis Disponit castella jugis; magnoque recessu Amplexus fines, saltus, nemorosaque tesqua, Et silvas, vastaque feras indagine claudit. Sic *Arnob. sub fin.* pag. 151. Hercules pestiferi tegminis circumretitus indagine. *h. e.* veste tanquam rete. *Plin. in Paneg.* c. 35. Delatores in æternum repressisti, mille pœnarum indagine inclusos. *Tacit. Ann.* 13. c. 42. Testamenta, et orbos velut indagine capi. *by his nets.* ¶ Universim est inquisitio, investigatio, *a diligent search, inquiry, investigation.* *Plin.* l. 9. c. 7. In qua sententia fuisse Aristotelem video, et multis persuasisse doctrinæ indaginibus. *learned researches.* *Gell.* l. 7. c. 16. Has undiquevorsum indagines cupediarum majori detestatione dignas censebimus. *Imp. Justinian.* lib. 4. *Cod.* tit. 31. *leg. ult.* Si invenerint, eas majorem et ampliorem exposcere indaginem. *examination, search.*

INDE, *thence, from thence, from that place*, ἐκεῖθεν, ex eo loco. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 21. Eo die mansi Calibus: inde has litteras dedi. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 33. Ut in Provinciam exirent, atque inde in Italiam contenderent. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 39. Nec inde venit, unde mallem. *Liv.* l. 8. c. 22. Palæpolis fuit haud procul inde ubi nunc Neapolis sita est. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 45. Si legiones se se recepissent inde, quo temere essent progressæ. ¶ Refertur interdum ad res ipsas. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 27. Ex avaritia erumpat audacia, necesse est: inde omnia scelera gignuntur. *Id.* 1. *de Invent.* c. 20. Si unde necesse est, inde initium sumetur. *Liv. in præfat.* Inde tibi, quod imitere, capias. *Plin.* l. 7. ep. 5. Inde est, quod, &c. *from thence there is, what*, &c. ¶ Interdum ad personas. *Terent. Adelph.* 1. 1. 21. Uxorem duxit: nati filii duo: inde ego hunc majorem adoptavi mihi. *the elder of them.* ¶ Sæpe ad tempus, et significat ex eo tempore, *from that time, then, next, afterwards, thenceforth.* *Nepos in Phoc. sub fin.* Ne perorandi quidem ei data est facultas. Inde judicio damnatus, &c. *Sueton. in Tiber.* c. 9. Exhinc Rhæticum bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. *Liv.* l. 1. c. 3. Agrippa inde, post Agrippam Romulus Silvius regnat. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 9. Eodem impetu altera castra sunt adorti, inde tertia, deinceps reliqua. *Cic. de Provinc. Consul.* c. 13. Jam inde a principio hujus imperii. *from the very beginning, ever since, all along.* *Liv.* l. 4. c. 36. Jam inde ab incunabulis. *Cic. pro Arch.* c. 1. Quoad longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis: inde usque repetens, hunc video, &c. *so far back.* et *de clar. Orat.* c. 90. *extr.* Prima causa pro Sex. Roscio dicta: deinceps inde multæ. *subsequently to that many others.* *Terent. Heaut.* 1. 1. 1. Quamquam hæc inter nos nuper notitia admodum est: inde adeo, quod agrum in proximo hic mercatus es. *h. e.* omnino ex eo tempore, quo, &c. *in*

fact, from the time that, &c. ¶ *Hinc inde* V. in *Hinc.* ¶ *Inde loci* est ex eo loco: sed per catachresim ponitur pro ex eo tempore, vel deinde. *Lucret.* l. 5. v. 789. inde loci mortalia sæcla creavit. *Enn.* apud *Fest. in Lituus.* Inde loci lituus sonitus effudit acutos. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 105. Multis inde loci sermonibus concelebrarunt. Al. hic aliter leg.

INDEBĪTE, *et* Indebito, *without being due, unduly,* ἀδικῶς, ἀναξίως, immerito, injuria. *Paul. Dig.* lib. 22. tit. 3. leg. 25. *sub fin.* Si cautio indebite exposita esse dicatur. *Ulpian.* lib. 12. tit. 6. leg. 25. Tria indebito soluta sunt.

INDEBĪTUS, a, um, *not owed, undue,* qui non debetur. *Virg.* 6. *Æn.* v. 66. et *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 19. Præmia magna quidem, sed non indebita posco. *destined to me by the fates. Valer. Flacc.* l. 5. v. 509. Non aliena peto terrisve indebita nostris. ¶ *Indebitum* absolute est res vel pecunia indebita. *Paul. Dig.* lib. 12. tit. 6. *qui inscribitur* de condictione indebiti, leg. 65. *in fi.* Indebitum est, non tantum quod omnino non debetur, sed et quod alii debetur, si alii solvatur, aut si id, quod alius debebat, alius, quasi ipse debeat, solvat.

INDĔCENS, entis, *unbecoming, unseemly, indecent,* ἀπρεπής, non decens, deformis, indecorus, turpis. *Petron. in Satyr.* c. 128. Numquid indecens sum? numquid incompta? *Martial.* lib. 5. epigr. 14. Oculoque ludos spectat indecens uno. et lib. 2. epigr. 11. Indecens nasus. *Id.* l. 11. epigr. 62. morbus. *disgraceful, dishonourable. Sueton. in Claud.* c. 30. risus. *Quintil.* l. 11. c. 3. *post med.* In hac cunctatione sunt quædam non indecentes, ut appellant scenici, moræ, caput mulcere, manum intueri, &c. *Senec.* l. 5. *controv. in præfat. a med.* Nihil indecentius, quam ubi scholasticus forum, quod non novit, imitatur. *Vitruv.* l. 7. c. 5. *a med.* Ita indecens inter locorum proprietates status signorum, publice civitatis vitium existimationis adjecit. V. *Indecentia. Sidon.* l. 9. ep. 1. Indecentissimum est materiæ unius simplex principium, triplices epilogos inveniri.

INDECENTER, adverb. *unbecomingly, indecently,* ἀπρεπῶς, non decenter, parum decenter. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *ad fin.* Non indecenter efferri. et lib. 8. cap. 3. Intersistere indecentissime. *Martial.* l. 12. epigr. 22. Quam sit lusca Philænis indecenter, &c. *how frightfully she blinks.* [*Senec.* epist. 27. Nunquam vide hominem beatum indecentius.]

INDECENTĬA, æ, f. *unbecomingness, impropriety. Vitruv.* l. 7. c. 5. *a med.* Non magnum indecentiæ vitium. Loquitur *Vitruv.* de Alabandeis, quorum im gymnasio omnes statuæ erant causas agentes, in foro autem discos tenentes, aut currentes, seu pila ludentes: quod contra esse oportuerat.

INDĔCET, ebat, cuit, imp. 2. *to misbecome, not become,* οὐ πρέπει, dedecet. *Plin. jun.* in ep. 1. l. 3. Juvenes adhuc confusa quædam, et quasi turbata non indecent. *do not misbecome.*

INDECLINABĬLIS, le, *constant, unchangeable, invariable, firm,* ἄκαμπτος, ἀκλινής, qui nullam in partem declinat, rigidus, firmus, constans. *Senec.* ep. 66. Virtus animum rectum et indeclinabilem præstat. et epist. 74. *a med.* Exacta prudentia, indeclinabilis justitia. *Gell.* l. 6. c. 2. Fatum est sempiterna quædam et indeclinabilis series rerum. *Ammian.* l. 25. c. 4. Indeclinabilis judex. ¶ *Indeclinabile nomen* dicitur a Grammaticis, quod in casus non flectitur. *an indeclinable noun. Diomed.* l. 1. pag. 288. 289. *Putsch. Priscian.* l. 5. pag. 668. &c.

INDECLINĀTUS, a, um, *unchanged, constant,* indeclinabilis, firmus, constans. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 5. v. 23. Teque, quod est rarum, præsta constanter ad omne Indeclinatæ munus amicitiæ. *Id.* 4. *ex Ponto,* ep. 10. *in fi.* qui perstas indeclinatus amico.

INDĔCOR, oris, *vel* Indecŏris, et re, *unseemly, misbecoming, indecorous, dishonourable,* ἀσχήμων, ἀπρεπής, idem ac indecorus. *Servius in* 7. *Æn.* v. 231. putat compositum esse a nomine *decor,* et pænultimam obliquorum naturaliter produci, sed a Poetis corripi per systolen, vel certe carere nominativo singulari. Etiam *Priscian.* l. 6. pag. 699. *Putsch.* ponit nominativum *indecor.* Sed *Nonius* asserit, apud antiquos fuisse in usu nominativum *indecoris,* et *indecore.* Utcumque sit, *indecor* hodie non est in usu. *Accius* apud *Non.* c. 8. n. 43. Cujus sit vita indecoris, mortem fugere turpem haud convenit. *Virg. loc. cit.* non erimus regno indecores. *we will not disgrace. Id.* 12. *Æn.* v. 24. Sunt aliæ innuptæ Latio, et Laurentibus arvis, Nec genus indecores. *ignoble in their birth.* ἀσχήμονες τὸ γένος, Græca loquendi ratio. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 810. pudibunda exitia, indecoresque obitus. *without honour, inglorious. Claudian.* l. 2. *in I. Consul. Stilich.* v. 145. non indecores æraria lassant expensæ.

INDECORABILĬTER, adverb. indecore. *Accius* apud *Charis.* l. 2. pag. 182. *Putsch.* Indecorabiliter alienos alunt.

INDECŌRE, adverb. *indecently, unbecomingly,* ἀπρεπῶς, indecenter, turpiter. *Cic.* 1. *Offic.* c. 4. Ne quid indecore, effeminateque faciat. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 23. Captæ lintres sagulis versicoloribus haud indecore pro velis juvabantur.

INDECŏRIS. V. *Indecor.*

INDECŌRO, as, a. 1. *to dishonour, disgrace,* dedecus affero. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 430. Me spernens, inclinans, probris, sermone indecorans. Quidam tribuunt et *Horatio* l. et od. 4. v. 36. Indecorant bene nata culpæ. *Al. leg.* dedecorant.

INDECŌRUS, a, um, *unbecoming, unseemly, indecent, ungraceful, dishonourable, indecorous,* ἀπρεπής, indecens, turpis. *Cic.* 1. *Offic.* 27. Quod animo magno fit, id dignum viro et decorum videtur: quod contra, id ut turpe, sic indecorum. *Id.* 3. *de Fin.* c. 4. Nihil malum, nisi quod turpe, inhonestum, indecorum, pravum, flagitiosum, fœdum. *Id. in Orat.* c. 21. *extr.* Quam indecorum est, de stillicidiis cum dicas, amplissimis verbis et locis uti communibus; de majestate populi R. submisse et subtiliter! *Plin. in Paneg.* c. 46. Effeminatæ artes et indecora sæculo studia. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 18.) Indecorus gestus. *Plin. alter sub fin.* l. 18. Pecora exsultantia et indecora lascivia ludentia. *Id.* l. 14. c. 2. Uva indecora visu. *unseemly.* et lib. 13. c. 12. Charta indecoro visu pertranslucida. *unsightly.*

INDEFATĪGABĬLIS, le, *that cannot be wearied or tired, indefatigable,* ἀκάματος, qui defatigari non potest. *Sen.* 2. *de Ira,* c. 12. Vigiliam indefatigabilem extendit.

INDEFATIGĀTUS, a, um, *unfatigued,* non defatigatus, ἀκάματος. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 18. Intratura es urbem indefatigata cælestium officia volventem.

INDEFECTUS, a, um, adject. indeficiens, perpetuus, *without defect, never failing, indefectible. Apul. de deo Socrat.* Vivacitas æterna et indefecta. *Tertull. de Pall.* c. 3. Chamæleon jejunus semper et indefectus.

INDEFENSE, adverb. sine defensione, et munimine juris, legum, consuetudinis. *Imp. Justinian.* lib. 4. *Cod.* tit. 18. *leg. pænult. in fi.* Quæ negotiatores indefense constituerint.

INDEFENSUS, a, um, *undefended, defenceless,* non defensus. *Liv.* l. 25. c. 15. Ut Capuam desertam indefensamque populo R. tradat. et lib. 4. c. 28. Hic præbituri vos telis hostium estis, indefensi, inulti? *Tacit. Ann.* 2. c. 77. Ut te inauditum et indefensum vulgus imperitum primo rumore rapiat. et l. 11. c. 34. Ne indefensa conjux exitio daretur. [*Sil.* l. 6. v. 652. Campania bellum indefensa recepit.]

INDEFESSE. *Spartian. in Æl. Vero,* c. 5. Cursores suos indefesse atque inhumaniter faciens cursitare. *incessantly, unweariedly,* quasi non fatigarentur. *Auson. in gratiar. act.* c. 35. Omnia agere indefesse et benigne. *indefatigably.*

INDĔFESSIM, indefesse. *Sidon.* l. 3. ep. 2. *sub fin.* Bonorum amicitias indefessim expetere.

INDEFESSUS, a, um, *unwearied, indefatigable,* ἀκάματος, non fessus, indefatigatus. *Virg. Æn.* 12. v. 651. Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 198. defessa jubendo est Sæva Jovis conjux: ego sum indefessus agendo. *Tacit. Ann.* 16. cap. 22. Assiduus et indefessus.

INDEFICĬENS, tis, *not wanting, not deficient,* qui non deficit. *Tertull. advers. Jud.* c. 14. Decor indeficiens.

INDEFICIENTER, indesinenter. *Augustin.* l. 12. *Confession.* c. 11.

INDEFĪNĪTE, adverb. *indefinitely,* non determinando. *Gell.* l. 2. c. 24. Promiscue atque indefinite largiri.

INDEFINĪTUS, a, um, *infinite, indefinite,* ἀόριστος, nullis rationibus circumscriptus, obscurus, implexus. *Gell.* l. 16. c. 4. Indefinitus inexplicabilisque sermo fiet. Id. l. 1. c. 7. Plautus *occisurum,* Laberius *facturum* indefinito modo dixerunt. *h. e.* absolute, et nulla habita ratione numeri, personæ, generis.

INDEFLĒTUS, a, um, *unlamented,* ἄκλαυστος, non defletus, cujus mortem nemo lacrimis est prosecutus. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 611. indefletæque vagantur Natorum matrumque animæ.

INDEFLEXUS, a, um, *unbent,* ἄκαμπτος, qui non flectitur, non inclinatur. *Plin. in Paneg.* c. 4. Ad hoc ætatis indeflexa maturitas. *h. e.* nondum deflexa in senii debilitatem. *Apul. de deo Socrat. post princip.* Indeflexo cursu. *straight, direct, steady.*

INDĒJECTUS, a, um, *unthrown down, not cast down,* non dejectus. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 288. Si qua domus mansit, potuitque resistere tanto Indejecta malo. Al. leg. *indisjecta.*

INDELASSĀTUS, a, um, *unwearied. Manil.* l. 5. v. 63. Indelassato properantia corda labore.

INDELEBĬLIS, le, *that cannot be effaced or blotted out, indelible, perpetual, everlasting,* ἀνεξάλειπτος, qui deleri non potest. *Ovid.* 15. *Metam. in fin.* Nomenque erit indelebile nostrum. Adde l. 2. *ex Pont.* epist. 8. v. 25.

INDELECTĀTUS, a, um, *not delighted,* non delectatus. *Petron. in Satyr.* c. 87. At ille non indelectatus nequitia mea.

INDELIBĀTUS, a, um, *untouched, undiminished, entire, pure,* ἄψαυστος, illibatus, intactus. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 5. v. 28. Indelibatas cuncta sequuntur opes. *Sil.* l. 15. v. 271. Indelibata virgo. *chaste, pure.*

INDELICTUS, a, um, *faultless,* non malus, nihil delicti in se habens. *Attius* apud *Fest.* in *Probrum.* Qui nisi probrum, omnia alia indelicta æstimant. *Indelicta* alii substantive accipiunt, h. e. non delicta, ut *inquies,* non quies, *incultus* substant. non cultus, quæ V.

INDEMNĀTUS, a, um, *uncondemned, untried, unheard,* ἄκριτος, non damnatus. *Cic. de Leg. Agr.* 2. c. 21. Cum bona indemnatorum civium funesta illa auctione sua venderet. *Vellei.* l. 2. c. 45. Indemnatum civem interimere. *Plaut. Curcul.* 5. 3. 17. Hoccine pacto indemnatum atque intestatum me arripi? [† *Juv. Sat.* 6. 562.]

INDEMNIS, ne, *without hurt, loss, or damage,* ἀζήμιος, nullo affectus damno. *Senec.* ep. 9. *ad fin.* Illæsus et indemnis evasit. *Ulpian. Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 23. Socios præstare indemnes. *Non.* c. 4. n. 367. tribuit etiam *Ciceroni, Offic.* l. 3. c. 16. *a med.* ubi in editis aliter leg.

INDEMNĬTAS, atis, f. *security, indemnity,* ἀζημία, ratio damni vitandi, securitas. *Papinian. Dig.* lib. 3. tit. 5. leg. 31. Alicujus indemnitati consulere. *Ulpian.* lib. 12. tit. 4. leg. 5. Indemnitatem alicui præstare. *Ammian.* l. 21. c. 16. (*al.* 34.) Provinciarum indemnitati prospicere.

INDEMONSTRABĬLIS, le, *not to be demonstrated, undemonstrable,* qui demonstrari non potest. *Apul.* περὶ ἑρμηνείας, seu *de syllog. categor.* non semel.

INDEMUTABĬLIS, le, adject. *unchangeable, immutable,* qui mutari non potest. *Tertull. advers. Hermog.* c. 12. Deus inconvertibilis et indemutabilis.

INDENUNTIĀTUS, a, um, *not declared or denounced. Senec. Suasor.* 5. Arma indenuntiata. *Id. Suasor.* 2. Indenuntiata sorte rapi.

INDEPISCI, adsequi, adipisci. *Festus.* V. *Indipisco.*

INDEPLORĀTUS, a, um, *unlamented, unwept, undeplored,* ἄκλαυστος, indefletus. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 3. v. 46. Indeploratum barbara terra teget.

INDEPRAVĀTUS, a, um, *uncorrupted, undepraved,* ἄφθαρτος, incorruptus. *Senec.* ep. 76. *circa med.* Si indepravata virtus est, et sola permanet tenoris sui.

INDEPRECABĬLIS, le, *that cannot be averted by prayer,* ἀπαραίτητος, qui nullis precibus potest averti. *Gell.* l. 1. c. 13. Et pœna indeprecabilis subeunda esset.

INDEPREHENSIBĬLIS, le, *not to be discovered,* ἀκατάληπτος, qui deprehendi non potest. *Quintil.* declam. 8. c. 11. Inenarrabile indeprehensibile est.

INDEPREHENSUS, *et per syncop.* Indeprensus, a, um, *not found, not discovered,* non deprehensus, incognitus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 591. *de labyrintho.* Falleret indeprensus et irremeabilis error. *Stat.* 6. *Theb.* vers. 563. quis Mænaliæ Atalantes Nesciat egregium decus, et vestigia cunctis Indeprensa procis?

INDEPTĀRE, consequi. *Festus.*

INDEPTUS, a, um, *having gotten or obtained,* particip. ab *Indipiscor.* ¶ Passiva significatione. *gotten, gained. Plin. in præfat. Hist. nat.* Cato repulsis tanquam honoribus indeptis gaudens. *Al. leg.* ineptis. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 12. *Cod.* tit. 24. *in fi.* Indeptæ dignitatis honore potiantur.

INDESCRIPTUS, a, um, *undescribed,* non descriptus. *Colum.* l. 3. c. *ult. ante med.* Quod indescriptis vitibus contingere potest. *Male qui separatim leg.* in descriptis. [*Schneiderus* tamen cum *Pontedera* præfert *indiscretis,* quæ ab *indescriptis* diversæ et huic loco aptæ sunt, nam eas *Columella* opponit discretis seminibus; ipse vero *Bened. Del-Bene* optime vertit *non differenziate.* (*not distinguished.*)] *Sidon.* carm. 2. v. 412. Halant rura rosis, indescriptosque per agros Fragrat odor. *h. e.* nullis privatorum terminis definitos.

INDESERTUS, a, um, *not abandoned, not relinquished, unforsaken,* qui non deseritur. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 9. *in fi.* Indeserta meo pectore regna tene.

INDĒSES, idis, *quick, active, not sluggish,* non deses, strenuus, diligens, ἄοκνος. *Gell.* l. 7. c. *ult.* Non omnino inculpatum, neque indesidem visum esse.

INDESINENTER, adverb. *incessantly, continually,* ἀδιαλείπτως, semper, sine intermissione. *Varr. de R. R. extr.* l. 2. Et, si alter indesinenter æger est. Quæ tamen lectio *Scaligero, P. Victorio, Borrich.* et aliis mendosa videtur. *Veget.* l. 1. *de re Milit.* c. 26. Ut assiduo exercitio milites in acie dispositos ordines indesinenter observent. *Al. omittunt* indesinenter. *Cyprian.* epist. 69. *ad fin.* Sacrificia indesinenter offero. *Hieronym.* ep. 117. seu *præfat. in translat. Esai.* Obtrectatio, qua me indesinenter æmuli laniant. *Augustin.* lib. 12. *Confession.* cap. 11. Indesinenter et indeficienter cohærere.

INDESPECTUS, a, um, adject. *unseen, invisible,* qui despici, seu aspici non potest. *Lucan.* lib. 6. v. 748. Indespecta tenet vobis qui Tartara. *Al. leg.* inspectata.

INDESTRICTUS, a, um, *unhurt, unwounded,* non destrictus, illæsus. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 91. removebitur omne Tegminis officium, tamen indestrictus abibo. *Al. leg.* indistrictus.

INDETERMINABĬLIS, le, *indeterminable,* qui terminari, seu definiri non potest, ut Indeterminabiles quæstiones, *Tertullian. advers. Hæret.* c. 7.

INDETERMINĀTUS, a, um, *indeterminate,* non determinatus. *Tertullian. advers. Hæret.* c. 33. Indeterminatæ genealogiæ.

INDETONSUS, a, um, *unshorn, unshaven, uncut,*

ἄκαρτος, non tonsus, intonsus. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 13. Additur his Nyseus, indetonsusque Thyoneus.

INDETRĪTUS, a, um, adject. *not worn out*, ut Indetrita vestimenta, *Tertullian. de Resurrect. carn.* c. 58.

INDEVITĀTUS, a, um, adject. *unavoidable, unerring, inevitable. Ovid.* 2. *Metam.* v. 605. Indevitato trajecit pectora telo.

INDEVORĀTUS, a, um, *not devoured*, tribuitur a quibusdam *Martiali* l. 7. epigr. 19. v. 15. Indevorato capite turturem truncum. *h. e.* devorato, comeso. Sed rectius leges *inde vorato*: vel *et devorato*.

INDEVŌTE. V. in *Indevotio.*

INDEVOTĬO, onis, f. *indevotion*, devotionis, seu pietatis, et obedientiæ legibus debitæ carentia. *Imp. Justinian.* lib. 7. *Cod.* tit. 2. leg. 15. et tit. 4. *leg. ult.* et lib. 8. tit. 54. leg. 35. *ad fin.* Addunt etiam *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 9. leg. 1. *extr.* Sed ea verba alii *Triboniani* esse putant, qui *Ulpiano* recentior est, et *Justiniani* æqualis. *Justinian. Novella* 1. c. 3. indevotionem appellat repugnantiam heredis solvendi legata. *et ibid. in præfat.* eos, qui adeunt hereditates, et legata non implent, *indevote eas percipere* dicit.

INDEVŌTUS, a, um, devotionis, pietatis, et obedientiæ legibus ac Principi debitæ expers. *Imp. Justinian.* lib. 8. *Cod.* tit. 55. leg. 35. *sub fin.* Donator non solum indevotus, sed etiam impius.

INDEX, indicis, m. et f. *a discoverer, discloser, informer, spy*, ἐνδείκτης, μηνυτής, qui aliquid indicat, manifestat, defert, ostendit. In re forensi is est, qui facinoris, cujus ipse est conscius, latebras indicat impunitate proposita, ut *Ascon. in Divin. Verr.* c. 11. docet: ubi etiam tradit, certas esse personas, quæ indices fieri possunt: itaque neque repetundarum causas per indices agi solere; neque senatoriam personam posse indicium profiteri, salvis legibus. Universim autem de eo dicitur, qui occultum quippiam patefacit ei, cuja interest sciri. *Cic.* 4. *Catil.* c. 3. Hæc omnia indices detulerunt, rei confessi sunt. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 3. *a med.* Sestius ab indice Cn. Nerio de ambitu est postulatus. *Id. pro Cluent.* c. 7. Venit index ad Dineam, neque obscurus, neque incertus, qui nuntiaret ei, filium ejus vivere. *Justin.* l. 32. c. 2. *extr.* Ad cujus rei probationem immittit indices, testes subornat. *Tacit.* 4. *Ann.* cap. 28. Structas principi insidias, index idem et testis, dicebat. ¶ De Hercule indice V. *Cicer.* 1. *de Divin.* c. 25. *extr.* ¶ Translate est quidquid rem quampiam indicat. *Cic. Phil.* 11. cap. 2. Complexus summæ benevolentiæ falsi indices exstiterunt in amore simulato. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 6. Quin continetis vocem, indicem stultitiæ vestræ, testem paucitatis? *that betrays your folly. Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 10. v. 3. auctoris annulus index. *Id.* 4. *Fast.* v. 393. non est opus indice causa. *Plin.* l. 18. c. 27. Herbæ horarum indices, heliotropium ac lupinum. *which indicate, or tell the hours. Cic. in Orat.* c. 18. Imago animi vultus, indices oculi. *signs, marks, indexes. Stat. in fi.* l. 1. *Achill.* partus index Lucina resolvit. ¶ *Lapis index* est, qui tactu indicat auri et aliorum metallorum bonitatem, *a touchstone. Ovid.* 2. *Metam.* v. 706. In durum lapidem, qui nunc quoque dicitur index. V. *Battus.* ¶ *Digitus index* est primus a pollice, quo res indicare solemus. *the forefinger. Horat.* l. 2. sat. 8. v. 25. qui, si quid forte lateret, Indice monstraret digito. Adde *Plin.* l. 28. c. 2. *ad fin.* et *Cicer. Attic.* 13. ep. 46. ¶ In libris est summa, seu elenchus, quo res, quæ in iis continentur, summatim indicantur, *an index, table, syllabus. Cic. Attic.* l. 4. ep. 4. Membranula, ex qua indices fiant, quos vos Græci, ut opinor, συλλάβους appellatis. *Varro* l. 1. *R. R.* c. 1. Scribam tibi tres libros indices, ad quos revertare, si qua in re quæres, quemadmodum quidque te in colendo oporteat facere. *Senec.* ep. 39. Sume in manus indicem philosophorum: hæc ipsa res expergisci coget, si videris, quam multi tibi laboraverint. *a catalogue, list.* (Adde *Plin. initio* epist. 5. lib. 3.) Sic *Quintil.* l. 10. c. 1. *circa med.* Indicem poetarum ex bibliotheca sumptum transferre in libros suos. *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 9. Refero vobis pontificis vetustissimam cœnam, quæ scripta est in indice quarto Metelli pontificis. *summary, compendium, abstract.* ¶ Hinc *per indicem rem exponere*, apud *Ascon. in Verr.* 3. c. 9. est summatim exponere, indicando summa capita, *summarily.* ¶ Item titulus et frons prima quæ indicat, qua de re in libro agatur, *the title, frontispiece. Cic.* 2. *de Orat.* c. 14. In philosophos vestros si quando incidi, deceptus indicibus librorum, quod sunt fere inscripti de rebus notis et illustribus, &c. *Sueton. in Calig.* c. 49. Reperti sunt duo libelli diverso titulo: alteri Gladius, alteri Pugio index erat. *Liv.* l. 38. c. 56. Index orationis P. Scipionis, nomen M. Nævii trib. pleb habet. *Gell. in præfat.* Neque desunt qui indices libris suis fecerint, aut *Epistolarum moralium*, aut *Epistolicarum quæstionum.* ¶ In statuis, et similibus est inscriptio, titulus, *an inscription. Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 30. Nec quæris, quid quaque index sub imagine dicat. *Liv.* l. 41. c. *ult.* Tabula in æde Matris Matutæ cum indice hoc posita est: Tib. Sempronii Gracchi consulis imperio auspicioque legio populi R. Sardiniam subegit, &c.

INDI, orum. V. *Indus, a, um.*

INDĬA, æ, f. *India*, regio Asiæ Orientalis ab Indo flu- vio sic dicta, ab eo usque ad Sinarum regnum se extendens. Duplex est, citerior, quæ intra Gangem fluvium, et ulterior, quæ ultra jacet. Eam accurate describunt *Plin.* l. 6. c. 17. *et sequentib. Pompon. Mela*, l. 3. c. 7. et *Curt.* l. 8. c. 9. *Virg.* l. 1. *Georg.* v. 57. India mittit ebur. ¶ Notat *Turneb.* lib. 21. *adversar.* cap. 9. latissime Indiæ nomine usos Veteres, ut qui Æthiopiam interdum eo significarent. V. *Indus, a, um.*

INDIĀNUS, a, um. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 519. n. 7. Albano Vitali eq. alæ Indianæ Treviro an. XXX. stip. X. H. ex T. E. C. Fortasse alam designat, quæ cum Trajano Imp. in expeditione fuit, cum ad Indos prope accessit, qua Oceanus rubro mari infunditur.

INDICABĪLIS, le, adject. qui indicat. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 3. Signum facere indicabile lethargi.

INDICATĬO, onis, f. *the fixing of a price on a thing*, τίμησις, æstimatio, taxatio, et propositio pretii alicujus rei a venditore facta. *Plin.* l. 22. c. 24. Mellis causas atque differentias, nationesque, et indicationem in apium, ac deinde florum natura diximus. *Plaut. Pers.* 4. 4. 37. *Sa.* Indica, fac pretium. *Do.* Tua merx est, tua indicatio est.

INDICATĪVUS, a, um, ὁριστικός, id quod aliquid indicatur. Indicativus modus est unum ex attributis verborum. *the indicative mood.* Dictus est, quia eo præsentem actionem indicamus. *Diomed.* l. 1. pag. 329. *Putsch. Priscian.* lib. 8. pag. 819. &c.

INDICĀTOR, oris, m. qui indicat. *Solin.* c. 40. (*al.* 53.) Anaxagoras naturæ indicator. Al. aliter leg.

INDICATŪRA, æ, f. *a setting a price on a thing, or estimating its value*, idem ac indicatio. *Plin.* l. 37. c. 2. Neque est hodie murrhini alterius præstantior indicatura. *value. Id.* l. 29. c. 1. *a med. de medicis.* Dolorum indicaturam, et mortis arrham, aut arcana præcepta. *h. e.* pretium a medicis constitutum pro morbis sanandis.

INDICĀTUS, a, um, *showed, discovered, pointed out, disclosed, declared, manifested, indicated*, μηνυθείς, indicio delatus, manifestatus, delatus. *Cæs. in fi.* l. 3. *B. Civ.* Indicati deprehensique internuntii. *Cic. pro Cluent.* cap. 65. A puero conscio indicatus. ¶ Item paucis monstratus, ostensus. *briefly shown, slightly touched upon. Plin.* l. 31. c. 8. Hæc obiter indicata sint desideriis vitæ. *Id.* l. 6. c. 32. *extr.* Abunde orbis terrarum extra intra indicatus. ¶ Item æstimatus, taxatus vendendi causa, *esteemed, valued, prized. Plin.* l. 37. c. 1. Indicatus sex aureis denariis smaragdus. *Id.* l. 28. c. 13. *sub fin.* Emi lienem vituli, quanti indicatus sit, jubent.

INDICĪNA, æ, f. indicium, delatio. *Apul.* l. 7. *Metam.* Ob indicinæ præmium. *Id. ibid.* l. 6. Accipere aliquid indicinæ nomine.

INDICĬUM, ii, n. *a discovery, evidence, proof, information; the accusing of any one, or the part of an accuser*, μήνυμα, delatio, manifestatio, detectio rei occultæ, præsertim criminis: et quidem proprie, quæ ab eo fit, qui delicti est conscius. V. *Index. Sallust. in Catil.* c. 49. Frequens Senatus decernit, Tarquinii indicium falsum videri. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 20. Eo ipso tempore, quo fieret indicium conjurationis in Senatu. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 9. Facite indicium, si quis vidit. *Terent. Adelph.* 4. 4. 7. Id anus mihi indicium fecit. *disclosed to me. Cic. pro Dom.* c. 52. Afferre ad aliquem indicium rei alicujus. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 28. Deferre indicium ad aliquem. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 4. Ea res est Helvetiis per indicium enuntiata. *Auct. de B. Hispan.* c. 18. Indicium glande scriptum misit, per quod certior fieret Cæsar, &c. *Sallust. in Catil.* c. 57. Convictus indicio alicujus. *Id. in Jug.* c. 39. Sed ipse deprehensus, multis hortantibus indicium profitetur. *h. e.* palam fatetur et indicat. Sic *Tacit. Ann.* 11. c. 35. Indicium offerre. *Profiteri*, et *offerre indicium* est proprie ejus, qui, cum sit sceleris particeps, ultro indicat, et manifestat socios, aut auctores sceleris, ut impunitatem obtineat, *to act the part of an informer, or, as we say, to turn King's evidence.* Simile est *indicium postulare.* de quo *Cic. ad Attic.* l. 2. ep. 24. Vettius reus cum esset damnatus, erat indicium postulaturus: quod si impetrasset, judicia fore videbantur. Ubi male alii leg. *judicium.* Adde *in Divin. Verr.* c. 11. ¶ Item universim signum, argumentum, *a sign, symptom, mark, token, proof. Cic. pro Cluent.* c. 10. *extr.* Indicia et vestigia veneni. *Id.* 3. *Catil.* c. 5. Certissima argumenta atque indicia sceleris. *Id. de Harusp. resp.* c. 12. Scelerum indicia ostendere, et periculorum signa patefacere. *Id. pro Sull.* c. 27. Notæ scelerum, indicia parricidiorum. *Id. post redit. in Sen.* c. 4. Hoc specimen virtutis, hoc indicium animi sui fore putavit. *Id. Fam.* 7. ep. 6. Insigne indicium meæ erga te benevolentiæ. *Terent. Hecyr.* 4. 1. 31. Res indicium hæc facit, quo pacto factum volueris. *shows, demonstrates.* ¶ *Indicium dare* est ostendere, indicare. *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 13. Sic indicium edere. *Lucret.* l. 2. v. 556. indicium mortalibus edant, Infidi maris insidias, viresque, dolumque Ut vitare velint. ¶ *Indicio esse*, argumento esse: *to be a proof. Cic. pro Dom.* c. 42. Quæ domus erat ipsa indicio tui crudelissimi dominatus. *Terent. in prol. Adelph.* v. 4. indicio de se ipse erit. *Nep. in Attic.* c. 16. Ei rei indicio sunt sexdecim volumina epistolarum. *Id. in Lysand.* c. 3. Quam vere de eo foret judicatum, oratio indicio fuit. *Id. in Timol.* c. 2. Quem non odio tyrannidis dissensisse, sed cupiditate, indicio fuit, quod, &c. *Terent. Heaut.* 2. 4. 4. Mihi, quale ingenium haberes, indicio fuit oratio. *showed clearly.* ¶ Indicium pro præmio indicii. *Ulpian. Dig.* lib. 12. tit. 5. leg. 4. Si tibi indicium dedero, ut fugitivum meum indices, vel furem rerum mearum. *Petron. in Satyr.* c. 97. In lance argentea indicium et fidem præferebat. *Cic.* 3. *Offic.* c. 20. Conscripserunt communiter edictum cum pœna atque indicio. *h. e.* pœna proposita, et præmio promisso indicanti eos, qui contra fecissent. Ita leg. *Facciolat.* ex conjectura. quid enim est *judicio*, quod vulgo libri habent? ¶ In illo *Vitruv.* l. 9. c. 3. Postquam indicium est factum, dempto auro, tantundem argenti in id coronarium opus admixtum esse. *indicium* videtur esse ab indice lapide, quo de auri argentique bonitate experimentum capitur.

INDĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to show, discover, disclose, declare, inform, make known, reveal, indicate*, μηνύω, ἐκδείκνυμι, manifesto, detego, patefacio: et dicitur præsertim de iis, qui crimen deferunt, cujus sunt ipsi conscii, ut in *Index*, et *Indicium* diximus. *Donat. ad Terent. Adelph. prol.* v. 4. *Indicat* is, qui de se volens aliquid, et de aliis etiam prodit: sed *confitetur*, qui de se tantum, et qui invitus. *Cic. pro Cluent.* c. 64. Puer ille conscius pertimuit: rem omnem dominæ indicavit. *Id. pro Mur.* c. 25. Catilina, ut semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit atque induit. *Sallust. in Catil.* c. 49. Nisi de eo indicasset, cujus consilio, &c. et cap. 31. indicare de conjuratione. *Cic.* 2. *Tuscul.* cap. 22. Conscios delendæ tyrannidis indicare. *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 197. Indicasse est detulisse, arguisse, accusasse, et convicisse. ¶ Est etiam universim ostendere, monstrare, indicare. *Cic. de Univ.* c. 2. indicare aliquid in vulgus. εἰς πάντας λέγειν. *Id.* 1. *de Legib.* c. 9. Vultus indicat mores. *is the index of, speaks. Id. de clar. Orat.* c. 94. Dicendi genus, quod fuerit in utroque, orationes utriusque etiam posteris indicabunt. *Id. pro Flacc.* c. 37. Quis tibi, Læli, de epistolis istis indicavit? *Nep. Attic.* c. 4. *extr.* Lacrimis indicare dolorem. *to show, express. Terent. Eun.* 4. 3. 16. Hoc, quod fecit, res ipsa indicat. *Id. Adelph.* 4. 4. 19. Non me hanc rem patri, Ut ut erat gesta, indicasse? *Liv.* l. 8. c. 24. *a med.* indicare iter. Al. aliter leg. *Hirt. de B. Alex.* c. 54. Ne ex eo quid sensisset, indicaretur. *Phædr.* l. 1. fab. 15. Id esse verum parva hæc fabella indicat. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 51. Supercilia maxime indicant fastum. *express. Id. ibid.* sect. 64. Ætas veterinorum indicatur dentibus. *is shown. Id.* l. 34. c. 7. indicare se deum. ¶ Aliquando est brevi, et paucis verbis, et quasi per indicem, ut *Ascon.* loquitur *in Verr.* 3. c. 9. dicendo aliquid attingere, *to show briefly, touch upon. Plin.* l. 6. c. 23. Priusquam hæc generatim persequamur, indicare convenit, quæ prodit Onesicritus. *Id.* l. 33. c. 1. Indicare aliquid obiter. *Id.* l. 15. c. 14. Indicare nominatim. *Id.* l. 36. c. 15. *a med.* Signa ærea, ut indicavimus, fuerunt tria millia. ¶ Præterea *indicare* est vendentium, cum rem venalem proponunt, et pretium statuunt, et quanti venditur sint, indicant. *to tell, or set, the price at which a thing is to be sold; to value, put a price upon. Cic.* 3. *Offic.* c. 15. Cum postulasset, ut sibi fundus, cujus emptor erat, semel indicaretur. *Plaut. Pers.* 4. 4. 25. Hanc eme. *Do.* modo ut sciam, quanti indicet. et vers. 37. indica, fac pretium. ¶ *Indicasso, is*, pro *indicavero, is*, est *Plauti Pœn.* 4. 2. 66. et *Rud.* 4. 3. 89. [¶ Particip. *indicans, indicaturus, indicandus* apud *Liv.* lib. 22. c. 1. Petitus principum insidiis, ipsorum inter se fraude consensum indicantium. et lib. 3. c. 18. Ancilla quædam indicaturam se se causam publicæ pestis, professa est. *Val. Max.* l. 3. c. 3. ext. 3. Indicandorum cosconiorum gratia.]

INDĪCO, is, ixi, ictum, a. 3. *to denounce, declare, proclaim, publish, appoint*, καταγγέλλω, dicendo significo, denuntio. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 63. Totius Galliæ consilium Bibracte indicitur. *et in fi. ejus lib.* Romæ dierum viginti supplicatio indicitur. *Liv.* l. 31. c. 49. *sub fin.* Comitiis diem indixit. *Id.* l. 6. c. 12. indicere exercitum in aliquem locum. *h. e.* ut conveniat. *Cic. Catil.* 2. c. 6. *extr.* Bellum populo R. suo nomine indixit. *Id. Phil.* 5. c. 12. Justitium indici, saga sumi dico oportere. *Liv.* l. 1. c. 9. Indici finitimis spectaculum jubet. *Sueton. in Claud.* c. 22. Ut ferias, advocata concione, prætor indiceret. *should notify by proclamation. Id. in Calig.* c. 55. Viciniæ silentium per milites indicere solebat. *Id. in Ner.* c. 27. Indicebat et familiaribus cœnas. *h. e.* jubebat, eos sibi cœnam apparare. *invited himself to sup with; ordered them to prepare. Virg.* 7. *Æn.* v. 467. Indicere iter. et lib. 1. v. 636. honorem templis divum. *to appoint a sacrifice.* et lib. 5. v. 748. forum. *to appoint a court of justice. Liv.* l. 1. c. 50. concilium. *Sueton. in Cæs.* c. 84. funus. *h. e.* vocare ad exsequias. *Cic. Verr.* 4. c. 53. mercatum. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 49. ultimum supplicium alicui. *Virg. Æn.* 11. v. 737. choros indixit tibia Bacchi. *summoned.* ¶ Pro imponere. *to impose. Cic.* 5. *Verr.* c. 1. Legem sibi ipsi indicunt innocentiæ, qui ab altero rationem vitæ reposcunt. *Al. leg.* dicunt. *Plin.* l. 18. c. 3. Indicere multam. *Liv.* l. 4. c. 60.

tributum. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 58. servorum numerum et pondus argenti Senatoribus. ¶ *Indicens* pro *non dicens. Liv.* l. 22. c. 39. Nam et duo boni consules, etiam me indicente, omnia e republica faceretis. Al. leg. *tacente*, invitis senioribus Criticis. *Terent. Adelph.* 3. 5. 62. Non me indicente hæc fiunt. *h. e.* ita ut non ego aliquando hæc dixerim, seu prædixerim. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 3. *ad fin.* Etiam indicente te intelligo. Al. aliter leg. ¶ *Indice* pro *indic* antiquum est. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 133. Indice ludos nunc jam, quando lubet.

INDICTĬO, onis, f. *the imposition of a tax; an impost, duty*, genus tributi, quod non in pecunia, sed in frugibus imponitur agris, seu possessionibus, ut pro modo redituum solvatur. Hoc significatur illis verbis *Cic. Verr.* 4. c. 2. Quando illa frumentum, quod deberet, non ad diem dedit? quando id, quod opus esse putaret, non ultro pollicita est? quando id, quod imperaretur, recusavit? Ubi *Ascon.* Omne genus pensitationis in hoc capite positum est, canonis, oblationis, indictionis. *Plin. in Paneg.* c. 29. Nec novis indictionibus pressi, ad vetera tributa deficiunt. *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 1. leg. 13. *ante med.* Si qua tributorum, aut vectigalis, indictionisve nomine præstare oporteret. *Paul.* lib. 33. tit. 2. leg. 28. Si fundo indictiones temporariæ indictæ sint. Adde *Lactant. de mortib. persecut.* c. 7. qui *ibid.* c. 31. auri, argentique indictiones memorat. Ex quibus omnibus satis colligi videtur, *indictionem* esse, cum quippiam extra ordinem, ac de novo solvendum, publice indicitur.

INDICTIONĀLIS, le, adject. ad indictionem pertinens, h. e. ad tributum. *Ammian.* l. 17. c. 3. (*al.* 5.) Indictionale augmentum oblatum sibi humi projecit.

INDICTITĬUS, a, um, adject. indictivus. *Cassiod.* l. 5. var. ep. 14. Indictitia onera.

INDICTĪVUS, a, um, *declared, proclaimed, given out, to which the people are called by proclamation*, indictus. *Indictivum funus* erat, ad quod per præconem evocabantur. *Fest.* et *Varr.* l. 3. *L. L.* c. 33. et lib. 6. c. 3. ¶ Formulam, qua usi, docebit *Terent. Phorm.* 5. 8. 37. Exsequias Chremeti, quibus est commodum ire, jam tempus est. His adde ex *Varr. loc. cit.* Ollus letho datus est. et ex *Festo* in *Quirites*. Ollus Quiris letho datus.

INDICTUS, a, um, *not said, unsaid, retracted*, non dictus: ab *in* privativa, et *dictus*. *Terent. Phorm.* 5. 7. 58. Quod dictum, indictum est: quod modo erat ratum, irritum est. *Liv.* l. 5. c. 15. Quæ tum cecinerit, ea se nec, ut indicta sint, revocare posse, &c. *Virg.* 7. *Æn.* v. 733. Nec tu carminibus nostris indictus abibis, Œbale. *Gell.* l. 1. c. 22. Nescio quid aliud indictum inscitumque dicit. *h. e.* non dictum a Veteribus, non usurpatum, insolitum. *Horat.* l. 3. od. 25. v. 7. Dicam insigne, recens, adhuc Indictum ore alio. *Apul.* l. 1. *de doctr. Platon.* Deum cælestem, indictum, innominabilem. *h. e.* qui dici non potest, ἄῤῥητον. ¶ *Indicta causa* est non audita defensione. *without being tried or heard. Cic.* 1. *de Legib.* c. 15. Ut dictator, quem vellet civium, indicta causa, impune posset occidere. *Id.* 5. *Fam.* ep. 2. *a med.* In aliquem animadvertere, indicta causa. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 4. Indicta causa civem R. capitis condemnare. *Id. Verr.* 4. c. 17. *extr.* Indicta causa fortunis omnibus everti. *Id. Phil.* 2. c. 23. Res judicata indicta causa. ¶ Item denuntiatus, significatus. *denounced, intimated, proclaimed, notified by proclamation, published, appointed:* ab *indico*, *is*. *Cic.* 1. *Offic.* c. 11. Bellum denuntiatum ante, et indictum. *Id. pro Dom.* c. 16. Indictum funus. *Id.* 7. *Verr.* c. 71. Tacitæ magis et occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quam indictæ et apertæ. *Ovid. Fast.* 4. v. 354. indictas concelebrare dapes. *appointed. Tacit. Ann.* 2. c. 60. indicta gentibus tributa. *imposed, levied.* et lib. 12. c. 65. indicta mors. *intimated.* ¶ *Senatus indictus* opponitur *legitimo*. Est legitimus, qui habetur certis anni diebus lege vel more constitutis. *Sueton. in Aug.* c. 35. Sanxit, ne plus, quam bis in mense legitimus Senatus haberetur. *Indictus* autem qui aliis diebus vocabatur, prout respublica postulabat: quare hic extraordinarius erat, ille ordinarius. *Capitolin. in Gordian.* c. 11. Non legitimo, sed indicto Senatus die consul domi conventus, &c.

INDICŬLUM, *vel* Indiculus, li, m. vel n. brevis epistola vel scriptum, in quo res breviter, et per indicem conscriptæ sunt. *Symmach.* l. 6. ep. 49. (*al.* 48.) Quæ ad urbem pertinent, indiculi cohærentis lectione noscetis. *Id.* l. 7. ep. 81. (*al.* 82.) Capita rerum subjecto indiculo strictim notavi.

INDĬCUS, a, um, *Indian*, Ἰνδικὸς, ad Indiam, vel Indos pertinens, Indus. *Terent. Eun.* 3. 1. 23. Elephanti Indici. quos *Martial.* appellat l. 5. epigr. 38. Indicas pecudes. *Id.* l. 1. epigr. 73. Indicum cornu. *h. e.* dens elephanti. et lib. 10. epigr. 97. Indici dentes. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 5. v. 80. Tabrobanen Indica cingit aqua. *the Indian Ocean. Petron. in Satyr.* c. 55. Margarita Indica. ¶ *Indicum milium* species est milii, de quo hæc habet *Plin.* l. 18. c. 7. Milium intra hos decem annos ex India in Italiam invectum est, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem, prægrandibus culmis: lobas vocant: omnium frugum fertilissimum. Hæc *Plin.* In quibusdam Italiæ regionibus dicitur *sorgo*, et *sorgo rosso*, et *saggina*. (*a kind of millet.*) ¶ *Indicum, ci*, absolute, *indigo*, Ἰνδικὸν, genus est coloris cærulei, non pridem, inquit *Plin. sub fin.* l. 33. ex India apportari cœptum, cujus usus in pictura ad incisuras, hoc est umbras dividendas ab lumine. Aliud est Indicum antiquius, Romanisque magis cognitum et pretiosius, indidem veniens, arundinum spumæ adhærescente limo: cum teritur, nigrum; at in diluendo mixturam purpuræ cæruleique mirabilem reddens. Alterum genus ejus est in purpurariis officinis innatans cortinis, et est purpuræ spuma. Qui adulterant, vero Indico tingunt stercora columbina, aut cretam Selinusiam: vel anulariam vitro inficiunt. Probatur carbone. Reddit enim, quod sincerum est, flammam excellentis purpuræ, et dum fumat, odorem maris. Hæc *Id.* l. 35. c. 6. *ad fin.* [*Vitruv.* l. 7. c. 11. quod *Plinius* vocat absolute *Indicum*, ipse appellat *colorem Indicum.*]

INDĪDEM, adverb. *from thence, from the same place*, ἐντεῦθεν, αὐτόθεν, ex eodem loco: ab *inde*, et *idem*. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 27. Indidem ne Ameria, an hosce ex urbe sicarios? *Nep. in Epamin.* c. 5. Habuit obtrectatorem Menecliden indidem Thebis. *h. e.* ipsum quoque Thebanum, ut erat Epaminondas. *Liv.* l. 39. c. 12. Indidem ex Aventino. ¶ Item ex eadem re. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 40. Unde simile duci potest (potest autem ex omnibus) indidem verbum unum, quod, &c. *Liv.* l. 39. c. 8. Falsi testes, falsa signa ex eadem officina exibant: venena indidem, intestinæque cædes. *Cato R. R.* c. 25. Indidem, si voles, lavito.

INDIFFĔRENS, tis, *indifferent*, qui non differt, qui nec bonus, nec malus est, ἀδιάφορος. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 16. Quod illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, ut indifferens dicerem. Adde *Senec.* ep. 82. *circa med.* ¶ *Indifferens homo*, qui non est difficilis aut morosus in re aliqua. *not very curious or nice. Sueton. in Cæs.* c. 53. Nam circa victum C. Oppius adeo indifferentem fuisse docet, ut ab hospite conditum oleum pro viridi appositum, aspernantibus ceteris, solum etiam largius dicat appetisse. ¶ *Indifferens syllaba*, quæ nihil refert longa, an brevis sit. *Quintil.* lib. 9. cap. 4. *a med.* Clausula e longis firmissima est: sed cludent et breves, quamvis habeatur indifferens ultima.

INDIFFERENTER, adverb. *indifferently, without difference or distinction, indiscriminately*, ἀκρίτως, ἀδιαφόρως, indiscriminatim, promiscue. *Quintil.* l. 11. c. 3. Utraque appellatione indifferenter uti licet. *Gell.* l. 10. c. 24. Consuetum Veteribus litteris his uti indifferenter, sicuti *præfiscine*, et *prefiscini*, &c. *Paul. Dig.* lib. 48. tit. 3. leg. 10. Cum scierint, sibi quoque molestiæ futurum magistratum, si facile solverint vinctos, non indifferenter de cetero facient. *h. e.* passim, promiscue, et quacumque de causa. ¶ *Indifferenter ferre* est æquo animo ferre, neque dolendo, neque gaudendo. *Sueton. in Domit.* cap. ult. Occisum eum populus indifferenter, miles gravissime tulit. *were quite indifferent about.* ¶ *Indifferenter vivere* apud *Scribon. Larg. compos.* 122. est quocumque cibo uti, more eorum, qui sani sunt, et nullis medicorum legibus subjici volunt.

INDIFFERENTĬA, æ, f. *indifference; likeness, similitude*, ἀδιαφορία, similitudo, affinitas, convenientia. *Gell.* l. 13. c. 3. Hoc ego scripsi de utriusque vocabuli indifferentia.

[* INDIFFICULTER, adverb. *easily*, non difficulter. *Claud. Mamert. de statu anim.* l. 1. c. 21. *ante med.* Aquas indifficulter haurimus.]

INDIGĔNA, æ, comm. gen. *a native of the place*, αὐτόχθων, genitus in eo loco, ubi degit: ab *indu*, pro *in*, et *geno* pro *gigno*. Omnes terræ habitatores aut indigenæ sunt, aut advenæ. Indigenæ sunt inde geniti, quos vocant Aborigenes Latini, Græci αὐτόχθονας, ut de Faunis *Virgilius* dixit 8. *Æn.* v. 314. Advenæ de uno loco venientes, ut Saturnus. Convenæ de diversis, ut Ausones, et Sicani. *Virg.* 2. *Æn.* v. 823. Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos, Neu Troas fieri jubeas. *Colum.* l. 1. c. 7. Felicissimum fundum esse, qui colonos indigenas haberet. *Liv.* l. 21. c. 30. Ne majores quidem eorum indigenas, sed advenas Italiæ cultores, &c. *Prudent.* 2. *in Symmach.* v. 500. Perfidia ne Deum indigenum cecidere tot urbes? ¶ Tribuitur et aliis rebus. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 13. v. 4. et *Colum.* l. 6. c. 2. *a med.* Longe omnis bos indigena melior est, quam peregrinus. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 343. Apri indigenæ. *Plin.* l. 14. c. 6. *extr.* Indigena vinum. *wine made from grapes produced in the same country. Flor.* l. 2. c. 18. *a med.* Cum se se implevissent carnis semicrudæ et cæliæ: sic vocant indigenam ex frumento potionem. *Claudian.* l. 1. *de rapt. Pros.* v. 161. *de Ætna.* Nunc vomit indigenas nimbos. *Id. in Consul. Probi, et Olybr.* v. 254. indigenæ fluvii. *Id. de VI. Consul. Honor.* v. 8. Indigenas habitus nativa Palatia sumunt. *h. e.* vere Romanos. *Prudent. loc. cit.* v. 341. indigena pietas. *h. e.* orta inter nos. *Rutil.* l. 2. v. 65. Indigenis saxis.

INDĬGENS, entis, *wanting, indigent, poor, needy*, ἐνδεὴς, qui indiget, pauper, egens, indigus. *Cic.* 2. *Offic.* c. 15. Indigentibus benigne facere. *Id. de Amic.* c. 9. Quid enim? Africanus indigens mei? minime hercle: at ne ego quidem illius. *Nep. in Regib. sub fin.* Alienarum opum indigens. *Auct. de B. Hispan.* c. 17. Cives R. indigentes præsidii. *Val. Max.* l. 1. c. 4. n. 5. Nullo vocis ministerio indigens. *Gell.* l. 14. c. 2. *circa med.* Disceptatio multa cura indigens. *Plin.* l. 36. c. 22. *a med.* Cotes oleo indigentes. [† *Sall. B. Cat.* 1. Utrumque per se indigens alterum alterius auxilio eget. *defective, insufficient.*]

INDIGENTĬA, æ, f. *indigence, want, need, poverty*, ἔνδεια, inopia, egestas, penuria. *Cic. de Amic.* c. 8. A natura mihi videtur potius, quam ab indigentia orta amicitia. *Id.* 4. *Tuscul.* cap. 9. Indigentia est libido inexplebilis.

INDIGĔO, es, gui, n. 2. *to want, need, stand in need of, require*, ἀπορέω, egeo: ex *in*, et *egeo*, *d* euphoniæ gratia interjecto. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 34. Jam illa non tam artis indigent, quam laboris. *Id. Fam.* 6. ep. 4. Quæ ad consolandum majoris ingenii, et ad ferendum singularis virtutis indigent. *Id.* 12. *Attic.* ep. 35. Indigeo tui consilii. *Id. de Amic.* c. 14. Qui minime alterius indigeant. *Id. Quint. Fr.* l. 1. ep. 3. Ut, vivo me, aliis indigeres. *Id. pro Rosc. Com.* c. 15. Indigere bona existimatione. *Nep. in Agesil.* c. 7. pecunia. *Id. in Attic.* c. 21. medicina. *Cæs.* 2. *B. Civ.* c. 35. iis rebus, quæ ad oppugnationem castrorum sunt usui. *Cass. ad Cicer. Fam.* 12. ep. 11. cohortatione. *Sulpic. ad Cicer.* 4. *Fam.* ep. 5. consolatione. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 31. *extr.* Quod indigent potui, poma dicta esse possunt. Ita leg. *Non.* c. 9. n. 20. al. *potu.* ¶ Cum infinito. *Gell.* l. 4. c. 1. Hoc plane indigeo addiscere. ¶ Cum accusativo. *Afran.* apud *Non.* c. 9. n. 19. Male merentur de nobis heri, qui nos tantopere indigent in pueritia. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 17. Dives, qui ut deus, nihil indigere videtur. ¶ Passive impersonaliter *Plin.* l. 10. c. 27. Cum præsidio earum indigetur. Adde *Pallad. in Jun.* tit. 4. ¶ Pro cupere aut sectari, metonymice. *Cic. pro Sull.* cap. 8. Contemnere omnes libidines: non auri, non argenti, non ceterarum rerum indigere.

INDĬGES, is, adject. indigens. *Pacuv.* apud *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 46. Quem ætate exacta, indigem liberum lacerasti, orbasti, exstinxisti.

INDĬGES, etis, m. V. *Indigetes*.

INDIGESTE, adverb. *confusedly, immethodically*, ἀτάκτως, inordinate, incomposite. *Gell. in præfat.* Quas breviter, et indigeste, et incondite annotationibus, tractationibus, lectionibusque variis feceramus.

INDIGESTIBĬLIS, le, adject. *indigestible*, qui concoqui in ventriculo non potest. *Theod. Priscian. de diæta*, c. 6.

INDIGESTĬO, onis, f. *indigestion*, cruditas. *Hieron*, ep. 22. *ad Eustoch. de custod. Virg.* c. 6. *a med.* Ad orationem tibi nocte surgenti non indigestio ructum faciat, sed inanitas.

INDIGESTUS, a, um, *not separated into parts, ill-arranged, disordered, indigested, confused, without method*, ἄτακτος, non digestus, confusus, perturbatus, sine ordine. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 7. Chaos, rudis indigestaque moles. *Plin.* l. 13. c. 15. Indigesta simplicitas. *Id.* l. 17. c. 10. Turba indigesta. [¶ Est etiam non concoctum, *unconcocted. Macrob.* 7. *Saturn.* c. 7. *ante med.* Indigestum est enim et crudum, quod egeritur (e corpore muliebri), et quasi infirmum effluit, *h. e.* menstruum.]

INDIGĔTES, um, m. *men deified, or worshipped as gods after death*, Ἀνθρωποδαίμονες, qui ex hominibus dii facti sunt: ab *in*, et *dico*, hoc est dedico, consecro, unde *indices*, et *c* in *g* converso *indiges*, inter deos consecratus: vel ab *indigito* invoco, quod ab *indu* pro *in*, et *cito*, voco, quia una cum ceteris diis invocantur: vel a *deus*, et *ago*, quasi in diis agentes. Aliqui censent, deos Indigetes esse deos patrios, seu deos Topicos, qui Græcis Θεοὶ πατρῷοι, et ἐγχώριοι, et τοπικοὶ, vel ἐντόπιοι vocantur, et dici ab *indu* pro *in*, et *ago*, habito, ut Indiges sit, qui locum aliquem incolit. *Serv. in* 12. *Æn.* v. 794. Sed hac acceptione dicti potius fuerunt ab *inde*, et *geno*, quod in eo loco geniti sint, in quo coluntur. Ceterum *Servius* aliorum opinionem hic recitat. Nam *in* 1. *Georg.* v. 498. deos patrios ab Indigetibus distinguit, his verbis: Patrii dii sunt, qui præsunt singulis civitatibus, ut Minerva Athenis, Juno Carthagini: Indigetes autem proprie sunt dii ex hominibus facti, quasi in diis agentes. ¶ Sunt qui stricte intelligunt Semideos Curetes. *Gloss. vet.* Indigetes, ἡμίθεοι Κούρητες. *Arnob.* l. 3. pag. 125. Aut si Curetas pro Laribus invocaro, quos Indigetes Samothracios pars vestrorum adseverat auctorum. Al. leg. *Digitos.* ¶ Universe dicebantur Indigetes, qui dii ex hominibus facti essent. Aliqui Indigetes dicunt esse deos tutelares, quorum nomina vulgari non licet. Aliqui omnes deos Indigetes appellari volunt ab *indigeo*, quod nullius rei indigeant, vel quod nos eorum indigeamus. Sed verius esse videtur, Indigetes esse deos ex hominibus factos, et ibi maxime cultos, ubi nati sunt. *the native or peculiar gods of a place. Hesiod.* apud *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 9. et *Serv. ad cit.* 12. *Æn.* &c. *Liv.* l. 8. c. 9. Lares, dii Novensiles, dii Indigetes, Divi quorum est potestas nostrum hostiumque. *Virg.* 1. *Georg.* v. 498. Dii patrii, Indigetes, et Romule, Vestaque mater. ¶ In singulari num. est Indiges, etis. *Virg. Æn.* 12. v. 794. Indigetem Æneam scis ipsa, et scire fateris, Deberi cælo. Adde *Gell.* lib. 2. cap. 16. *sub fin.* et *Fest.*

INDIGĔTO, *vel* Indigito, as, avi, atum, a. 1. proprie significat invocare, *to invoke:* ab in, vel indu, pro *in* et *cito. Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. Namque Virgines Vestales ita indigetant, Apollo Medice, Apollo Pæan. *Festus:* Indigitanto, imprecanto. *h. e.* invocanto. ¶ *Indigitare precem* apud *Tertull. de Jejun.* c. 16. est precari. ¶ Quia deos invocans, nomine eos appellare solet, *indigitare* et pro nominare ponitur. *Arnob.* l. 4. pag. 144. Qui Patrocles Thurius scriptorum in titulis indigitatur. *Al. leg.* indicatur.

INDIGITAMENTA, orum, n. appellantur libri Pontificales, qui deorum nomina et eorum invocandorum rationem ritusque continent, ἱερατικὰ βιβλία. *Arnob.* l. 2. pag. 95. Apollinis nomen Pompiliana indigitamenta nescire. Adde *Serv. ad* 1. *Georg.* v. 21. ¶ Apud *Festum* legitur: *Indigitamenta, incantamenta,* vel *indicia.* Sed eam interpretationem notant Critici, non *Festi,* sed *Pauli Diac.* esse.

INDIGĬTO. V. *Indigeto.*

INDIGNABUNDUS, a, um, *raging greatly, full of indignation,* δυσχεραίνων, δύσοργος, indignationis plenus. *Liv.* l. 38. c. 57. Illa muliebriter indignabunda, nihil de communi filia secum consultatum. *Sueton. in Aug.* c. 40. Indignabundus et clamitans. *Gell.* l. 19. c. 9. Animo irritato indignabundus.

INDIGNANS, antis, *disdaining, indignant, raging, angry, impatient, outrageous,* δύσοργος, qui indignatur et detrectat, impatiens. *Colum.* l. 8. *c. ult. circa med.* Mullorum genus mollissimum est, et indignantissimum servitutis. *Ovid. Metam.* 6. v. 583. dolor ora repressit, Verbaque quærenti satis indignantia linguæ Defuerunt. *Id.* 4. *Fast.* v. 895. cadit Mezentius ingens, Atque indignanti pectore plangit humum. *Id.* 12. *Metam.* v. 353. qui prensos montibus ursos Ferre domum vivos, indignantesque solebat. ¶ Translate *Id. Metam.* 11. v. 491. Bella gerunt venti, fretaque indignantia miscent.

INDIGNANTER, adverb. *indignantly. Arnob.* l. 3. pag. 103. Musitare indignanter. *Ammian.* l. 15. c. 1. Indignanter ferre.

INDIGNATĬO, onis, f. *indignation, rage, disdain,* ἀγανάκτησις, ira, stomachus, dolor ob rem indignam, quam ferre quis non potest. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 44. Drapes sive indignatione et dolore vinculorum, sive timore gravioris supplicii, paucis diebus se se cibo abstinuit, atque ita interiit, *Horat.* epod. 4. v. 9. Ut ora vertat huc et huc euntium Liberrima indignatio. *Vellei.* l. 2. c. 66. Cogit excedere propositi formam operis erumpens animo ac pectore indignatio. *Justin.* l. 12. c. 4. Indignatio omnium totis castris erat, a Philippo illum patre tantum degenerasse. *Plin.* l. 33. c. 1. *a med.* Tanta Senatus indignatio exarsit, ut, &c. *Id.* l. 8. c. 42. Equus indignatione accensus. *Id.* l. 9. c. 30. Alicujus indignationem in se convertere. *Liv.* l. 4. c. 50. Indignationem movere. *Id.* l. 3. c. 48. Publicæ indignationes. ¶ Apud *Cicer.* l. 1. *de Invent.* c. 53. *indignatio* est oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium, aut in rem gravis offensio concitetur. *et mox.* Ex iis rebus, quæ personis atque negotiis attributæ sunt, quævis amplificationes et indignationes nasci possunt. ¶ Pro indignitate, *Quintil.* declam. 5. c. 1. Nec intelligit, majorem se factis meis auctoritatem hac indignatione conferre. ¶ A *Vegetio de re Veterin.* sæpe usurpatur de læsione alicujus membri, ex qua veluti indignatur, irritatur, et dolet. v. gr. lib. 1. c. 63. lib. 2. *in prologo,* et cap. 13. et 16. lib. 3. c. 15. &c. Sic *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 3. Potum dabimus paulatim, ne tumentia indignentur.

INDIGNATIUNCŬLA, æ, f. *slight rage or indignation,* parva indignatio. *Plin.* l. 6. ep. 17. Indignatiunculam, quam in cujusdam amici auditorio cepi, non possum mihi temperare, quo minus apud te per epistolam effundam.

INDIGNATĪVUS, a, um, adject. qui indignatur. *Tertull. de anim.* c. 16. Indignativum, quod appellant θυμικόν. *the irascible.*

INDIGNĀTUS, a, um, *disdaining, indignant,* particip. V. *Indignor.*

INDIGNE, *unworthily, shamefully, basely, unjustly, undeservedly,* ἀεικῶς, ἀναξίως, contra dignitatem, contra jus fasque, inhoneste, ignominiose. *Terent. Adelph.* 3. 2. 10. Cui miseræ indigne per vim vitium obtulerat. *Id. Phorm.* 5. 1. 3. Indigne aliquem injuria afficere. *Cic.* 7. *Verr.* c. 57. Cervices in carcere frangebantur indignissime civium R. *Terent. Phorm.* 5. 8. 20. An quidquam est hodie factum indignius? *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 38. Persequamur eorum mortem, qui indignissime interierunt. *Plaut. Cistell.* 2. 3. 21. Tute tibi indigne dotem quæras corpore. *Id. Bacch.* 3. 3. 66. Meretricem indigne deperit. ¶ Item cum indignatione, ægre, moleste. *Nep. in Eumen.* c. 1. Macedones, eum sibi anteponi, indigne ferebant. *took it ill. Cic. Verr.* 7. c. 12. Cum indigne pateretur uxor Cleomenis, in conventum suum mimi filiam venisse. *Phædr.* l. 3. fab. 18. Pavo ad Junonem venit, indigne ferens, Cantus luscinii quod sibi non tribuerit.

INDIGNĬTAS, atis, f. *unworthiness, meanness, baseness, disgrace,* ἀπρέπεια, contrarium dignitatis, turpitudo, dedecus. *Cic. Fam.* 6. ep. 14. Cum venissem mane ad Cæsarem, atque omnem adeundi et conveniendi illius indignitatem et molestiam pertulissem. *Id. in Vatin.* c. 6. Ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspersa videatur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 32. Si quid affert præterea hominis aut dignitas aut indignitas, extra quæstionem est. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 56. Infamia atque indignitas rei. ¶ Item res indigna, indignum factum, iniquitas, atrocitas, *heinousness, atrocity,* ἀεικεία. *Cic. pro Mur.* c. 25. Neque tamen satis severe pro rei indignitate decrevit. *Id. Verr.* 7. c. 46. *extr.* Indignitas calamitatis. *et Verr.* 3. c. 55. injuriæ. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 14. Omnes indignitates contumeliasque perferre. *indignities. Liv.* l. 42. c. 52. Omnibus indignitatibus compulsus ad rebellandum. *Id.* l. 5. c. 48. *extr.* Rei fœdissimæ per se adjecta indignitas est: pondera ab Gallis allata iniqua, et adjectus ab insolente Gallo ponderi gladius. ¶ Est etiam indignatio, *indignation. Liv.* l. 5. c. 45. Inde primum miseratio sui, deinde indignitas, atque ex ea ira animos cepit. *Justin.* l. 3. c. 5. Cum hinc injuria, inde indignitas animos acuerit.

INDIGNĬTER, adverb. indigne. *Vetus monumentum* apud *Ferret. in Mus. lap.* pag. 261. Parcæ vitæ finem statuerunt indigniter.

INDIGNOR, aris, atus sum, dep. 1. *to scorn, disdain, be unwilling to brook, be very angry or displeased with, be enraged, incensed, or highly offended at, be indignant,* ἀγανακτέω, rem indignam esse aio, ferre non possum, stomachor, cum ira detrecto, graviter fero. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 17. Ea, quæ indignantur adversarii, tibi quoque indigna videri. *Nep. in Dion.* c. 4. Id cum factum multi indignarentur. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 19. Indignantes milites, quod conspectum suum hostes ferre possent. *Horat. de ar. Poet.* v. 359. Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 5. Nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit. *Virg.* 2. *Æn.* v. 93. Et casum insontis mecum indignabar amici. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 57. Ipse tibi famulas præberet Pegasus alas, Portaretque libens, melioraque pondera passus Bellerophonteas indignaretur habenas. *would spurn, would not brook. Senec. de Tranquill.* c. 10. Ubi non indignari illa, sed pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet. *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) Sunt quidam, nisi institeris, remissi: quidam imperia indignantur. ¶ Cum infinito. *Id. ibid.* c. 1. Cedere peritis indignantur. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 604. a tanto non indignabere vinci. *Sallust. in Jug.* c. 34. Taciti indignabamini ærarium expilari. *Lucan.* l. 10. vers. 444. Et timet incursus, indignaturque timere. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 108. Queri atque indignari cœpit, regem ad dicendam causam evocari. *Stat. in fin.* 1. *Theb.* Indignata sequi. *Quintil.* l. 1. c. 11. (*al.* 19.) *ad fin.* Quod facere oportet, non indignandum est discere. ¶ Cum dativo. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 5. leg. 2. Quique contaminationi non indignatur. Ita *Torrentin.* at *Haloander,* contaminatione. ¶ Particip. *indignandus* passive. *Ovid. Metam.* 8. v. 658. sed et hæc vilisque vetusque Vestis erat, lecto non indignanda saligno. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 547. nec vellera tantum Indignanda: manet propior de virgine rapta Ille dolor. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 18. *a med.* Communes loci, qui aut calumniæ accusatorum demonstrandæ, aut misericordiæ captandæ, aut facti indignandi, aut a misericordia deterrendi causa sumuntur. ¶ Eleganter tribuitur rebus inanimis. *Virg.* 1. *Æn.* v. 59. Venti indignantes circum claustra fremunt. *raging, indignant at being confined.* et l. 8. v. 728. pontem indignatus Araxes. *disdaining to bear. Id.* 2. *Georg.* v. 162. indignatum magnis stridoribus æquor. *Sil.* l. 5. v. 606. Clausus ubi exusto liquor indignatur aheno. V. alium locum *Cælii Aurelian.* huc pertinentem in fine verbi *Indignatio.* ¶ *Indignarier* pro *indignari* paragoge est apud *Lucret.* l. 3. v. 884.

INDIGNUS, a, um, *unworthy, undeserving,* ἀνάξιος, non dignus, qui non meretur, qui non convenit, alienus: tum in bonam, tum in malam partem. In malam. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 16. Divitias quivis, quamvis indignus, habere potest. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 41. Ii ne, qui postulabant, indigni erant, qui impetrarent? *Id. in Vatin.* c. 16. Te omni honore indignissimum judicat. *Terent. Adelph.* 3. 4. 44. hæc te admittere indigna genere nostro? *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 17. Nulla vox est audita populi R. majestate, et superioribus victoriis indigna. et lib. 5. c. 35. Nihil, quod ipsis esset indignum, committebant. ¶ Cum genitivo. *Virg.* 12. *Æn.* v. 649. magnorum haud unquam indignus avorum. ¶ Cum infinito. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 681. Fabula nota quidem, sed non indigna referri. ¶ Cum de rebus dicitur, iniquum, fœdum, crudelem, turpem significat. *Liv.* l. 29. c. 9. Lictoribus indignum in modum mulcatis. *shameful, shocking, cruel, horrible. Terent. Adelph.* 2. 1. 12. Indignis cum egomet sim acceptus modis. *Id. Andr.* 1. 1. 118. Indignum facinus. *Id. Eun.* 5. 5. 4. indigna exempla. *Virg. Æn.* 6. v. 162. Misenum indigna morte peremptum. *Liv.* lib. 1. cap. 40. Antea semper pro indignissimo habuerant, se patrio regno tutoris fraude pulsos. *Cic.* 2. *Offic.* c. 8. *circa med.* Hoc uno sol quidquam non vidit indignius. *Virg.* 9. *Æn.* v. 595. digna atque indigna relatu vociferans. et lib. 12. v. 811. Digna, indigna pati. *all manner of treatment.* ¶ *Indignæ hiemes* sunt asperæ, sævæ, horridæ. *keen, cold, hurtful. Virg.* 2. *Georg.* v. 373. ¶ *Indignum est,* res est indigna, aliena. *Cic. pro Quint.* cap. 31. Indignum est a pari vinci, aut superiore: indignius ab inferiore. *Lucan.* l. 10. v. 102. Sat fuit indignum, Cæsar, mundoque tibique, Pompeium fuisse, &c. *Sallust. in Jug.* c. 81. Sed quoniam in has regiones venimus, non indignum videtur, egregium facinus duorum Carthaginiensium memorare. ¶ *Indignum* aliquando interjectio est indignantis, ut *infandum, nefas. Ovid. Metam.* 5. v. 36. nisi post altaria Phineus Isset: et (indignum!) scelerato profuit ara. *Id.* 1. *Amor.* el. 6. v. 1. Janitor (indignum!) dura religate catena. ¶ In bonam partem dicitur de eo, qui malum non meretur, immerito, immerenti. *Cic. Tuscul.* 4. c. 20. Ad calamitates hominum indignorum sublevandas. *deserving better things. Horat.* l. 2. sat. 2. v. 103. Cur eget indignus quisquam, te divite? *with all thy store, How durst thou let one worthy man be poor? Plaut. Curc.* 4. 2. 27. Indignis si male dicitur, maledictum id esse dico. *Lucret.* l. 2. v. 1101. sæpe nocentes Præterit, exanimatque indignos atque merentes. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 8. Quæ venit indignæ pœna, dolenda venit. *innocent. Terent. Adelph.* 2. 1. 12. Indignus injuria. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 3. v. 14. Forma indigna perire situ. *Id.* 1. *Metam.* v. 508. Crura indigna lædi. *Sil.* l. 2. v. 111. indignumque sagittæ Impubem malas tam certæ occurrere Lyxum. ¶ Item quem non decet, qui non debet. *Cic. in Pison.* c. 23. L. Flaccus, vir tua legatione indignissimus. *Terent. Eun.* 5. 2. 26. Nam si ego digna hac contumelia sum maxime; at tu indignus qui faceres tamen. ¶ Pro magno, ingenti, vult *Servius* poni in illo *Virg. Ecl.* 10. v. 10. indigno cum Gallus amore periret. Additque *Ennium* dixisse *indignas turres,* idest magnas. Sed *Scaligero indignus* his locis est ἄφατος, ineffabilis, inenarrabilis, quique æstimari non potest. Nam *dignum,* inquit, quod æstimari ac monstrari potest. Sic Attici τὸ ἄξιον vocabant, quod facile æstimari poterat, παρὰ τὸ δεικνύειν. Hæc ille ad illud *Virg. in Ciri,* v. 310. Verum hæc tum nobis gravia atque indigna fuere. [† *Sabinus* Grammaticus exponit: *quia non merebatur* amari a Gallo.]

INDĬGUS, a, um, *needing, in want of,* ἐνδεής, ἄπορος, indigens, egenus. Vox fere Poetica. *Stat.* l. 3. silv. 1. v. 102. mihi pauper et indigus uni. *Lucret.* l. 1. v. 60. Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri. *Virg.* 2. *Georg.* v. 428. Vi propria nituntur, opisque haud indiga nostræ. *Plin.* l. 8. c. 40. Canes fidelissima auxilia, nec stipendiorum indiga. *Id.* l. 4. c. 7. Civitas non indiga ullius præconii. ¶ Cum ablativo. *Lucret.* l. 5. v. 224. indigus omni vitai auxilio. *Apul.* l. 9. *Metam.* Refectione virium vehementer indigus. ¶ Item cupidus. *Lucan.* l. 9. v. 254. et omnis Indiga servitii fervebat litore plebes.

INDIGŬUS, a, um, indigus. *Paulin. Nolan. in Nat. XII. S. Fel. edit. Muratorii,* v. 4. Quos magis indiguos opis, et virtute carentes . . . vident. Adde carm. 16. *Nat. S. Felic.* v. 195.

INDILĬGENS, entis, *negligent, careless, heedless,* non diligens, negligens, ὀλίγωρος. *Terent. Adelph.* 4. 5. 50. Vereor, ne indiligens nimium sies. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 23. Vide, quæso, ne quis tractet illam indiligens: scis tu, ut confringi vas cito Samium solet. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 71. Si indiligentiores fuerint. *Gell.* l. 15. c. 28. Cornelius Nepos rerum memoriæ non indiligens. ¶ Passive *Plin.* l. 19. c. 4. *a med.* Nequam esse in domo matremfamilias, ubi indiligens esset hortus. *h. e.* non diligenter cultus, neglectus. *carelessly kept, not kept in proper order, suffered to go to rack.*

INDILIGENTER, *negligently, carelessly,* ἀμελῶς, ὀλιγώρως, negligenter, remisse. *Cic.* 16. *Attic.* ep. 3. Nihil ab eo arbitror neque indiligenter neque illiberaliter factum. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 33. Nostros præsidia deducturos, aut denique indiligentius servaturos crediderant. *Gell.* l. 4. c. 12. Agrum suum indiligenter curare. *Plaut. Mil.* 1. 1. 28. At indiligenter hic eram. *en passant.*

INDILIGENTĬA, æ, f. *negligence, carelessness,* ὀλιγωρία, negligentia. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. Litterarum missarum indiligentiam reprehendere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 17. Summa difficultate rei frumentariæ affecto exercitu, indiligentia Æduorum. *Plin.* l. 14. c. 4. Prædia per indiligentiam neglecta. *Tacit.* 4. *Hist.* cap. 49. Gaudio clamoribusque cuncta miscebant, indiligentia veri, et adulandi libidine. *from being careless about inquiring into the truth.*

INDĬMISSUS, a, um, non dimissus. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 34. Illicite dimissam uxorem pro indimissa ducens, adulter est.

INDIPISCO, is, activa forma, idem ac indipiscor. *Plaut. Asin.* 2. 2. 13. Nunquam ædepol quadrigis albis indipiscet postea. Adde *Aulul.* 4. 10. 45. ut quidem legit *Non.* c. 2. n. 460. nam alii aliter.

INDIPISCOR, eris, eptus sum, dep. 3. *to get, obtain,* ἐπιτυγχάνω, adipiscor, assequor, nanciscor, invenio. *Plaut. Rud.* 5. 2. 28. Magna hercle præda est: largiter mercedis indipiscar. *Id. Epid.* 3. 4. 15. Divitias magnas indeptus. *Lucret.* l. 3. v. 212. simul atque hominem leti secura quies est indepta. *h. e.* mors hominem occupavit. *Liv.* l. 26. c. 39. *circa med.* Quam quis indeptus navem erat ferrea injecta manu, &c. *Plaut. Trin.* 2. 1. 2. Indipisci multum dolorem. *Gell.* lib. 17. cap. 2. Indipisci animo. *h. e.* mandare memoriæ. *Apul.* l. 6. *Metam.* Nec indipisci jam mari-

tum volatilem quiens. *to reach, come up with.* ¶ Pro incipere. *Gell.* l. 1. c. 11. Achæos pugnam indipisci, non tibiarum concentu, sed mentium animorumque conspiratu. ¶ Dicebant etiam *indepiscor*, ut *Festus* docet: atque ita quidam leg. in priore loco *Plauti*, quem in *Indipisco* attulimus, item *Rud.* 5. 2. 28.

INDIRECTUS, a, um, non directus. *Quintil.* l. 5. c. 13. Cum accusatori satis sit plerumque, verum id esse, quod objecerit: patronus neget, defendat, transferat, excuset, deprecetur, molliat, minuat, avertat, despiciat, derideat: quare indirecta fere, atque, ut sic dixerim, clamosa est actio. hinc mille flexus, et artes desiderantur. *ungraceful.*

INDIREPTUS, a, um, *unpillaged, unransacked,* non direptus. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 71. *extr.* Sic Capitolium clausis foribus indefensum et indireptum conflagravit.

INDISCIPLINATIO, onis, f. carentia disciplinæ. Est *Cassiod.* l. 7. num. 3.

INDISCIPLINĀTUS, a, um, *undisciplined,* disciplina carens. *Cyprian.* ep. 62. *ad fin.* et *Augustin.* ep. 169.

INDISCISSUS, a, um, non discissus. *Hieron.* ep. 57. (*al.* 15.) *ad Damas.* Indiscissa Domini tunica.

INDISCRĒTE, adverb. indifferenter, indiscriminatim, *indifferently, confusedly, without distinction,* ἀδιακρίτως. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 65. avium et animalium vocis indiscrete editur imitatio. *Spartian. in Nigro,* c. 3. Cum indiscrete subsellia Circi repleta essent.

INDISCRĒTIM, indiscrete. *Solin.* c. 30. (*al.* 43.) Locus opiparis epulis semper refertus, quibus indiscretim omnes vescuntur.

INDISCRĒTUS, a, um, *undistinguished, indistinct,* ἄκριτος, qui discerni non potest, maxime similis. *Plin.* l. 35. c. 10. Imagines adeo similitudinis indiscretæ pinxit. *Virg.* 10. *Æn.* v. 392. Simillima proles indiscreta suis. *Claudian.* l. 3. *de rap. Pros.* v. 44. Hæccine vita juvat silvestribus abdita lustris, Indiscreta feris? [Indiscretum nomen idem est ac indifferens. *Cels.* l. 4. c. 3. Priorem morbum Græci ὀπισθότονον, insequentem ἐμπροσθότονον, ultimum τέτανον appellant: quamvis minus subtiliter quidam indiscretis his nominibus utuntur.] ¶ Item indivisus, conjunctus. *not separated, undivided. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 46. Quibusdam indiscretum caput est, ut cancris. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 52. Suum cuique sanguinem indiscretum, sed maxime principibus. ¶ Item par. *Impp. Valentinian. Valens, et Gratian.* l. 6. *Cod. Theodos.* tit. 7. leg. 1. Præfectum urbi, præfectum prætorio, magistros equitum ac peditum indiscretæ ducimus dignitatis.

INDISCRIMINABĬLIS, le, indiscretus. *Claud. Mamert. de statu anim.* l. 2. c. 10.

INDISCRIMINĀTIM, adverb. *indifferently, indiscriminately, without any distinction,* ἀκρίτως, ἀδιαφόρως, indifferenter, et sine discrimine. *Varr. de L. L.* apud *Non.* c. 2. n. 449. Quibus nos in hoc libro utemur indiscriminatim et promiscue.

INDISCUSSUS, a, um, non examinatus, ἀλογοθέτητος. *Claud. Mamert.* l. 3. *de statu anim.* c. 11. Illud indiscussum restat.

INDISERTE, adverb. non diserte, *without eloquence. Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 1. Orationem meam non indiserte collaudavit.

INDISERTUS, a, um, *not eloquent, ineloquent,* ἀφραδής, non disertus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 1. Neque indisertum Academicum pertimuissem. *Id.* 3. *de Orat.* c. 35. Malim equidem indisertam prudentiam, quam stultitiam loquacem.

INDISJECTUS. V. *Indejectus.*

[*INDISJUNCTIM, adverb. *immediately,* non disjunctim, continuo. *Claud. Mamert. de statu anim.* l. 1. c. 12. *a med.* Indisjunctim namque mox adjicit, ac dicit, &c.]

INDISPENSĀTUS, a, um, *immoderate, unbounded,* non dispensatus, immoderatus. *Sil.* l. 16. v. 340. at queis prudentia Circi Altior, effusas primo certamine vires Damnare, et cassis longe increpitare querelis Indispensato lassantem corpora nisu. *Seneca* dixit eodem sensu *in præfat.* l. 1. *controvers. a med.* Nesciebat dispensare vires suas, sed immoderati adversum se imperii fuit.

INDISPOSĬTE, incomposite, *without order. Senec. ep. ult. a med.* Quid ergo, inquis, muta animalia perturbate et indisposite moventur?

INDISPOSĬTUS, a, um, *out of order, confused,* incompositus. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 68. Apud Vitellium omnia indisposita, temulenta pervigiliis ac bacchanalibus, &c.

INDISSIMĬLIS, le, *not unlike,* non dissimilis. *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 29. Formæ vocum indissimiles.

INDISSIMULABĬLIS, le, non dissimulatus, *that cannot be dissembled. Gell.* l. 10. c. 22. Cum quadam indissimulabili veritate disseruit.

INDISSOCIABĬLIS, le, *that cannot be separated. Lactant. de Opif. Dei,* c. 10. Indissociabilem prætendunt unitatem.

INDISSOLUBĬLIS, le, *that cannot be dissolved or loosed, indissoluble,* ἄλυτος, qui dissolvi non potest, insolubilis. *Plin.* l. 11. c. 24. Maculasque paribus intervallis, indissolubili nodo implicat. ¶ Translate *Cic. de Univ.* c. 11. Sed quoniam orti estis, immortales vos quidem esse et indissolubiles non potestis.

INDISSOLUBILĬTER, adverb. *indissolubly,* ita ut non possit dissolvi. *Claud. Mamert.* l. 2. c. 2. Indissolubiliter nexum.

INDISSOLŪTUS, a, um, *not loosed,* non dissolutus, non solutus, colligatus. *Cic. de Univ.* c. 11. Hæc sunt indissoluta, me invito. Plerique al. leg. *non sunt dissoluta.*

INDISTINCTE, *indistinctly, confusedly,* ἀδιακρίτως, indiscriminatim. *Gell. in præfat.* Ita quæ libitum erat, cujus generis cumque erant, indistincte atque promiscue adnotabam. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 73. Nummis indistincte legatis, hoc receptum est, ut exiguiores legati videantur. *h. e.* generaliter. *Paul.* l. 4. tit. 8. leg. 32. Julianus indistincte scribit, si per errorem, &c. *h. e.* absolute, omnino, sine ulla distinctione.

INDISTINCTUS, a, um, *indistinct, confused, disordered,* ἀδιάκριτος, inordinatus, confusus. *Quintil.* l. 8. c. 2. *ad fin.* Neque inordinata, neque indistincta. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 283. Indistinctæ corollæ. ¶ *Indistinctus orator,* qui indistincte et obscure loquitur. *Quintil.* l. 12. c. 10. *circa med.* An non in privatis et acutus, et non asper, et non indistinctus, et non supra modum elatus M. Tullius?

INDISTRICTUS. V. *Indestrictus.*

INDĬTUS, a, um, nom. particip. ab *indo, is,* datus, impositus, immissus, *put or set in, put into or upon, given,* ἐντεθειμένος. *Senec. de otio sap.* c. 31. Utrum Deus extrinsecus operi suo circumfusus sit, an toti inditus. *pervading the whole.* Et *Curt.* l. 10. c. 10. Venenum potioni inditum. *put into, mixed with. Flor.* l. 3. c. 1. *ad fin.* Indita monti urbs. *h. e.* imposita. *built upon. Tacit.* 11. *Ann.* c. 2. Vinclisque inditis in urbem raptus. et lib. 12. c. 57. Inditi pontes. et lib. 3. c. 28. Inditi custodes. *h. e.* additi, appositi. et cap. 14. Inditus lecticæ. *h. e.* impositus. *put or placed in. Plaut. Men.* 2. 1. 38. Huic urbi nomen Epidamno inditum est. *was given. Senec. in Troadib.* v. 584. Ferrum inditum visceribus. *buried.*

INDIVIDUĬTAS, atis, f. *individuity. Tertull. de Monog.* c. 5. Individuitas matrimonii. *Id. de Anima,* c. 51. animæ.

INDIVIDŬUS, a, um, *that cannot be divided, inseparable, individual,* ἄτομος, qui non potest dividi, vel qui non separatur. *Cic.* 1. *Fin.* c. 6. Ille atomos, quas appellat, id est, corpora individua. *Id. in Acad.* l. 4. c. 17. Ex illis individuis, unde omnia Democritus gigni affirmat. *atoms. Tacit. Ann.* 6. c. 10. E vetustissimis familiarium Rhodum secuti, et apud Capreas individui. *constantly together, seldom parted.*

INDIVĪSE, sine divisione. *Ascon. in* 3. *Verr.* c. 55. *Particeps,* qui certam habet partem, et non indivise agit, ut *socius.*

INDIVISIBĬLIS, le, *indivisible,* individuus, ut Indivisibilis materia, apud *Diomed.* l. 2. pag. 415. *Putsch.* Indivisibilis anima, apud *Tertull. de Anim.* cap. 51.

INDIVISIBILĬTER, adverb. *indivisibly,* ἀδιαιρέτως. *Tertull. de Anim.* c. 51. Mors indivisibili animæ indivisibiliter accidens.

INDIVĪSUS, a, um, *undivided,* ἄσχιστος, non divisus. *Varr.* 2. *de R. R.* c. 7. Equorum, qui ungulas indivisas habent. *not cloven. Stat.* 8. *Theb.* v. 312. O rerum media, indivisaque magnis Fratribus. *h. e.* tellus communis Jovi, Neptuno, Plutoni. *Cato R. R.* c. 137. Vineam curandam partiario: partiario fœnum et pabulum: cetera omnia pro indiviso. *in common,* pariter, et ex æquo communia. Sic *Plin. initio* l. 17. Pro indiviso possessa a feris. *h. e.* pari jure simul cum homine. *Id.* l. 9. cap. 39. Jus temperatur aqua, et pro indiviso humani potus excremento. *h. e.* æquis portionibus. *Id.* lib. 16. c. 32. *a med.* Mutari naturam in iisdem (*arboribus*) et pro indiviso valere. *h. e.* æque, perinde, similiter. Adde *Senec. de consol. ad Helv.* c. *ult.* et *Frontin. de limitib.* pag. 41. *Goesii.*

INDIVULSUS, a, um, *not parted, inseparable,* non divulsus. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 11. *circa med.* Gracchum servus indivulsus comes tutatus est.

INDO, is, didi, ditum, a. 3. *to put, put into, set upon,* ἐντίθημι, immitto, injicio, impono: ab *in,* et *do. Plaut. Mil.* 2. 5. 1. Inde ignem in aram. *Id. Men.* 1. 1. 3. Fugitivis servis indunt compedes. *Id. Merc.* 1. 2. 92. Quasi in aquam indideris salem. *Id. Cas.* 2. 3. 31. Si in os meum vini guttam indidi. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 57. Vinclo fasciæ indidit cervicem. *Cato R. R.* c. 21. Uti cupam in columella indere possis. *Liv.* l. 1. c. 34. Puero ab inopia Egerio inditum nomen. *given. Tacit. Ann.* 2. c. 56. Indere alicui vocabulum. *Plaut. Rud.* 1. 1. 6. fenestras. *to put.* et *Asin.* 3. 2. 7. cicatrices in scapulas. *to imprint, make. Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 13. leg. 1. aliquid in aurum argentumve. *to mix. Tacit.* 5. *Hist.* c. 4. novos ritus. *to introduce.* et lib. 4. c. 34. pavorem suis, alacritatem hostibus. *Gell. in præfat.* titulos libris. *Id.* l. 1. c. 23. Catonis verba huic commentario indidissem, si, &c. *should have placed or inserted.* Alia V. in *Inditus.*

INDOCIBILĬTAS, atis, f. *unaptness to learn, dulness of comprehension, indocility. Apul.* l. 2. *de dogm. Platon.* Prudentiam indocibilitas impugnat, quæ non abolitionem infert scientiæ, sed contraria est disciplinæ discendi.

INDOCĬLIS, le, *not easy to be taught, indocile, indocible,* ἀδίδακτος, δυσμαθής, qui doceri non potest: et ad eum refertur, qui docetur. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 5. Quia nimis indociles quidam tardique sunt. *Plin.* l. 10. c. 45. E volucribus hirundines esse indociles, et terrestribus mures. ¶ Cum genitivo. *Sil.* l. 12. v. 726. vir indocilis pacisque modique. ¶ Cum dativo. *Id.* l. 11. v. 11. gens vana, indocilisque quieti. (Sic *Juvenal.* sat. 14. v. 40. dociles imitandis turpibus.) Al. leg. *quietem.* Græco more. ¶ Cum infinito *Horat.* l. 1. od. 1. v. 18. Mercator indocilis pauperiem pati. *Lucan.* l. 5. v. 538. quamquam plebeio tectus amictu, Indocilis privata loqui. *Stat.* 6. *Theb.* v. 313. equus ferus, indocilisque teneri. ¶ Aliquando ad rem, quæ docetur, *that cannot instruct. Cic.* 4. *Acad.* c. 1. Sed incredibilis quædam ingenii magnitudo non desideravit indocilem usus disciplinam. ¶ Est etiam indoctus, *ignorant, unlearned, rude, barbarous. Virg.* 8. *Æn.* v. 321. Is genus indocile, et dispersum montibus altis Composuit, legesque dedit. *Plin.* l. 18. c. 25. *a med.* Indocilis cæli agricola. *Senec. in Troad.* v. 82. Non indociles lugere sumus. ¶ Translate est rudis, ineruditus. *rude, uncouth. Ovid.* 4. *Trist.* el. 1. v. 5. Hoc est cur cantet vinctus quoque compede fossor, Indocili numero cum grave mollit opus. et lib. 3. el. 12. v. 8. Indocilique loquax gutture vernat avis. ¶ Item culturam non recipiens. *Sil.* l. 1. v. 237. Nec Cereri terra indocilis, nec inhospita Baccho. *Plin. initio* lib. 14. Arbores indociles nasci alibi, quam ubi cœpere. ¶ Item non doctus, non monstratus, nulla arte paratus. *Propert.* l. 1. el. 2. v. 12. Et sciat indociles currere lympha vias.

INDOCTE, *unlearnedly, ignorantly,* ἀμαθῶς, imperite, inscite. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 16. Quæ qui videat, non indocte solum, verum etiam impie faciat, si deos esse neget. *Plaut. Pers.* 4. 4. 14. Verba haud indocte fecit. *Gell.* l. 12. c. 5. Dicam ego indoctius, ut aiunt, et apertius, quæ fuisse dicturum puto sinuosius atque solertius, si quis nunc adesset Stoicorum. Nosti enim credo, verbum illud vetus et pervulgatum, ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ, καὶ σαφέστερον λέγε. Hæc *Gell.* unde colligitur *indoctius* et *apertius* proverbium esse.

INDOCTOR, oris, m. pro servorum castigatore usurpatur a *Plaut. Asin.* 3. 2. 6. quemadmodum doctores puerorum virgis eos castigare solent. Est tamen ibi lectionis mira varietas. V. *Incloctores,* et *Inductor.*

INDOCTUS, a, um, *untaught, unlearned, illiterate, ignorant, unskilful,* ἀπαίδευτος, non doctus, imperitus, inscitus, ineruditus, rudis, ignarus. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 3. Omnes longe anteeo stultitia, et moribus indoctis. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 46. Homo indoctus, quamvis sit ingeniosus, ad virtutem non potest pervenire. *Cic. de clar. Orat.* c. 48. T. Juventius nec indoctus, et magna cum juris civilis intelligentia. *Id. in Partit.* c. 25. Hominum duo esse genera: alterum indoctum et agreste, alterum humanum et politum. *Id.* 1. *de Fin. in fi.* Non ergo Epicurus ineruditus, sed ii indocti, qui, &c. *Id.* 1. *Tuscul.* 2. Themistocles cum in epulis recusaret lyram, habitus est indoctior. *Id.* 2. *de Divin.* c. 63. Hominum levissimum et indoctissimum genus. ¶ Cum infinito *Horat.* l. 2. od. 6. v. 2. Cantabrum indoctum juga ferre nostra. ¶ Cum genitivo *Id. de ar. Poet.* v. 380. Indoctusque pilæ, discive, trochive quiescit. ¶ Cum accusativo *Gell.* l. 9. c. 10. Homo pleraque alia non indoctus. ¶ Dicitur et de ipsis rebus imperite factis. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 48. Rudis et indocta loquacitas. *Al. leg.* impolita. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 9. Quin etiam canet indoctum, sed dulce bibenti. *Senec. in Herc. Œt.* v. 129. Pastor indocta referens carmina fistula. *Quintil.* l. 1. c. 11. (*al.* 19.) *ad fin.* Ut recta sint brachia, ne indoctæ rusticæve manus, ne status indecorus.

INDOLATĬLIS, le, qui dolari nequit. Translate *Sidon.* l. 5. ep. 5. Corporibus ac sensibus rigidi, indolatilesque. Al. leg. *indociles.*

INDOLĀTUS, a, um, *rough, not hewn,* non dolatus. *Arnob.* l. 7. pag. 253. Lapis indolatus et asper. et lib. 6. pag. 196. Indolatum lignum.

INDOLENTĬA, æ, f. *the absence of pain, freedom from pain,* ἀναλγησία, vacuitas doloris. *Cic.* 2. *Fin.* c. 4. Num propterea idem voluptas est, quod, ut ita dicam, indolentia? Adde 3. *Offic.* c. 3. et *Senec.* ep. 66. *post med.* et ep. 87. et *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 9. ¶ *Cicero* libentius usurpat *doloris vacuitas.* V. *Indoloria.*

INDŎLES, lis, f. *a natural disposition or inclination; natural talents or abilities,* φύσις, vis innata, et ingenita: et per metaphoram egregia spes in pueris, seu significatio quædam futuræ probitatis, et in viris signum præsentis virtutis: et generatim præstantia, seu generositas quædam virtutis atque animi. *Cic. de Senect.* c. 8. Ut enim adolescentibus bona indole præditis sapientes senes delectantur, &c. *well disposed. Id.* 3. *Offic.* c. 4. Homines, in quibus est virtutis indoles, commoventur. *Id. pro Cæl.* c. 17. Si qui hac indole virtutis ac continentiæ fuit, ut respueret omnes voluptates. *Id. in Orat.* c. 13. Ad virtutem major indoles. *Id. ad Brut.* ep. 18. Videtur in eo esse indoles: sed flexibilis ætas, multique ad depravandum parati. *a good disposition, inclination to what is good. Tacit. Ann.* 12. c. 26. Segnis indoles. *a dull understanding.* et l. 1. *Hist.* c. 15. Præclara indoles. *Gell.* l. 19. c. 9. Adolescens lætæ

indolis. *high-spirited. Liv.* l. 21. c. 4. *de Annibale adolescente.* Cum hac indole virtutum ac vitiorum sub Asdrubale meruit. *this propensity to.* et cap. 2. gener ob altam indolem adscitus. *Id.* l. 1. c. 3. Tantisper tutela muliebri (tanta indoles in Lavinia erat) res Latina stetit. *such ability.* ¶ Transfertur ad muta atque inanima. *Liv.* l. 38. c. 17. In frugibus pecudibusque non tantum semina ad servandam indolem valent, quantum terræ proprietas cælique, sub quo aluntur, mutat. *Gell.* l. 12. c. 1. Arborum indolem vel deterere, vel augere. *the nature, native constitution. Plaut. Rud.* 2. 4. 10. quæ indoles in savio est! *what luxury!* ¶ In plurali numero rarum est. *Gell.* l. 19. c. 12. Ne bonas quoque et utiles animi indoles amittamus. ¶ Extra eos casus, qui sunt in allatis exemplis, non facile usurpaverim. ¶ Etymologi ducunt ab *in*, et *olesco*, cresco, inserto *d* euphoniæ causa. Hinc *Festus* indolem, *incrementum* interpretatur et *industriam*, qua crescit vis innata in pueris, et in virtutem roboratur. *Gell.* l. 20. c. 6. In plures libros mendæ istius indoles manavit.

INDOLESCO, is, olui, n. 3. *to be sorry or grieved at; to feel pain*, διαλγέω, idem quod doleo, aut queror. *Senec. de Ira*, l. 1. *c. ult. a med.* Mihi videtur veternosi et infelicis animi, imbecillitatis sibi conscii, sæpe indolescere. *Cels.* l. 8. c. 9. Tactu is locus leviter indolescit. *Plin.* l. 31. c. 3. *a med.* Tanta intentione oculorum opus est, ut indolescant. *Cic.* 2. *Phil.* c. 25. Quis fuit, qui non indoluerit, tam sero se, quem hominem secutus esset, cognoscere? *Ovid. sub fin.* l. 2. *Trist.* Non igitur nostris ullum gaudere Quiritem, Auguror, at multos indoluisse, malis. et lib. 5. el. 11. v. 3. Indolui, non tam quod, *&c.* quam quia, &c. ¶ Cum accusativo Græco more. *Id.* 2. *Metam.* v. 468. id ipsum Indoluit Juno. *Justin.* l. 12. c. 13. *sub fin.* Tanto dolore cruciatus est, ut ferrum in remedia posceret, tactumque hominum, velut vulnera, indolesceret. ¶ Cum genitivo. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 788. successorumque Minervæ indoluit. *grieved at the success of.* Al. aliter leg. ¶ Particip. *indolescendus* passiva significatione. *Sidon.* l. 2. ep. 12. Mœroris retia amicis et externis indolescenda. *Minuc. Fel. in Octav.* cap. 5. Indignandum omnibus, indolescendumque, audere quosdam, &c.

INDOLORĬA MEDICAMENTA, *anodynes*, dolorem auferentia. V. *Anodyna.*

INDOLORĬA, æ, f. idem ac indolentia. *Sidon. in epistola præfixa carmini* 14. scribit, *Ciceronem* ipsum hac voce usum, scil. lib. 2. *Fin.* c. 4. ubi tamen viri docti *indolentia* substituunt: ipsum etiam *Sidonium* eodem modo corrigendum censent, quamquam *Sirmondus* eam lectionem tueri videtur.

INDOMABĬLIS, le, *that cannot be subdued or tamed, untameable*, ἀδάμαστος, qui domari non potest. *Plaut. Cas.* 4. 3. 12. Ædepol næ tu, si esses equus, esses indomabilis.

INDOMĬTUS, a, um, *unsubdued, untamed, unbridled, contumacious, fierce, wild, ungovernable*, ἀδάμαστος, qui domari et mitescere non potest: et qui nondum domitus est, ferus, ferox, pervicax, contumax. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 57. Pastores indomiti, spe libertatis excitati. *Liv.* l. 21. c. 20. Ferocia atque indomita ingenia Gallorum. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 27. Indomitæ et præferoces nationes. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 46. Equus indomitus, quamvis natura bene compositus, idoneus non potest esse ad eas utilitates, quæ desiderantur ab equo. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *a med.* Boves indomitos emere. *Plin.* l. 8. c. 44. Mula effrenis et indomitæ tarditatis. *h. e.* quæ compelli non potest, ut gradum celeret. *Id.* l. 33. c. 3. *ad fin.* Aurum igni indomitum. et lib. 37. c. 4. Adamantis indomita vis. et lib. 17. c. 10. *ad fin.* Indomita ponderibus immensis prela. ¶ Translate *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 14. Indomitæ animi cupiditates. *Id. pro Cluent.* c. 6. O libidinem effrenatam et indomitam! *Id. de Harusp. resp.* c. 24. Indomiti atque effrenati furores. *Plaut. Men.* 1. 2. 1. Mulier indomita imposque animi. *Id. Trin.* 3. 3. 22. Adolescens indomitus, plenus amoris ac lasciviæ. *Virg.* 2. *Æn.* v. 594. Indomitæ iræ. et v. 440. Mars indomitus. *h. e.* pugna ac vis hostium crescens, et cui resisti non potest. *Plin. in Paneg.* c. 14. *extr.* Hercules indomitus semper indefessusque. *unconquered. Ovid. Metam.* 13. v. 355. Dextra indomita. *h. e.* fortis, insuperabilis. *invincible, unconquerable. Id. Heroid.* ep. 15. v. 9. Euri indomiti. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 192. indomitus alumnus. *h. e.* Achilles. *Virg. Æn.* 5. v. 880. Sed non idcirco flammæ atque incendia vires Indomitas posuere. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 92. Animo cupido atque oculis indomitis fui. *not able to govern themselves. Tibull.* l. 2. el. 6. v. 27. Indomitum mare. *Pers.* sat. 3. v. 3. falernum. *h. e.* quod vix concoqui potest, atque edormiri: vel quod austerissimum est, et difficile frangitur. *Juvenal.* sat. 14. v. 175. sæva cupido Indomiti census. *h. e.* magnarum opum, quibus homines indomiti fiunt ac superbi. *Horat.* l. 2. od. 14. v. 4. Indomita mors. *Id.* epod. 12. v. 9. Indomitam rabiem sedare. *Id.* l. 3. od. 24. v. 28. licentiam refrenare. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 585. indomito captus amore. *Quintil.* l. 10. c. 2. *a med.* Forte quidem sed indomitum ingenium. *h. e.* quod nulla arte mollitur, aut flectitur. *Sever. in Ætna*, v. 184. Rupes igni indomitæ. ¶ Indomitum argentum apud *Arnob.* l. 6. pag. 200. est infectum.

INDONĀTUS, a, um, *without a present*, non donatus, ἀδώρητος. *Lamprid. in Heliogab.* c. 21. Nec quenquam facile indonatum relinquebat.

INDORMĬO, is, n. 4. *to sleep upon*, ἐπικοιμάομαι, est in re aliqua, vel super rem aliquam dormire. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 70. Congestis undique saccis indormis. ¶ Per metaphoram accipitur pro cessare, et tardum esse. *Cic. ad Q. Fr.* l. 2. ep. 15. Qui in isto homine colendo tam indormivi diu. *have been so careless.* ¶ *Indormire causæ* est remissius et segnius tractare negotium. *to nod over, not attend to. Cic.* 2. *Phil.* c. 12. An faces admovendæ sunt, quæ te excitent tantæ causæ indormientem? *Senec. de vita beata*, c. 10. Desidiam dissolutionemque segnis animi indormientis sibi. *h. e.* sibi uni vacantis et securi. *Plin.* l. 1. ep. 2. Longæ desidiæ indormiens. *indulging. Curt.* l. 6. c. 10. *ante med.* Cum me malis indormientem mei inimici vinciendo excitarunt. *h. e.* securum malorum imminentium dormientem. ¶ Apud *Veget. de re Veterin.* l. 3. c. 24. et 47. *indormire* dicitur membrum, quod torpescit, induratur: eodemque sensu utitur verbo *obdormio*, *eod.* cap. 47. [¶ Peculiare est illud, quod legitur in *Fragm. Inscript. recens erutæ.* T. Curvius, T. L. Heliades, in quo numquam indormivit timor. V. *Florentin. Ephemer.* ann. 1785. col. 580.]

INDOSTRŬUS. V. *Industrius.*

INDOTĀTUS, a, um, *without a dowry, having no portion*, ἄπροικος, dote carens. *Terent. Phorm.* 5. 7. 45. Vos me indotatis modo patrocinari fortasse arbitramini: etiam dotatis soleo. *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 46. Indotata mihi soror est, paupercula mater. ¶ Translate *Cicero* 1. *de Orat.* c. 55. Cujus artem cum indotatam esse, atque incomitatam, et incomptam videres, verborum eam dote locupletasti et ornasti. *unembellished. Ovid.* 7. *Metam.* v. 608. corpora missa neci Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos Indotata rogos. *h. e.* nullis ductis exsequiis, nullis ornamentis ac muneribus, quæ alias in rogum una cum cadavere conjicere mos erat. *without the usual ornaments or presents.* ¶ Varie a variis exponitur illud ejusdem *Metam.* 4. v. 756. *de Perseo.* Protinus Andromeden, et tanti præmia facti Indotata rapit. V. Interpretes.

INDU, præp. apud vet. pro *in*, a Syracusano ἔνδοι, sive ἐνδοῖ, pro ἔνδον, *intus.* Nam ab ἐνδοῖ, fit *endæ*, et converso *æ* in *u* fit *indu*, quomodo a *pœna* est *impune*, a *Pœnus* est *Punicus. Gifanius* negat, invenire se *indu* a veteribus dictum pro *in*, sed *endo*, unde *Endo procinctu*, *endoperator*, *endogredi*, *endoitium*, *endoplorato*, &c. Sed dubium non est, quin *indu* quoque dixerint, quia in veteribus libris *Lucretii*, aliisque non tantum *endo*, sed et *indu*, et corrupte interdum *inde* legitur, quod *Gifanius* ipse agnoscit: et quia in compositis *indu* non minus reperitur, quam *endo*, ut induperator, indigena, induciæ, indigito, industrius, &c. *Enn.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 2. Indu mari magno fluctus extollere certant. Hæc *Voss. in Etymol.* Sic *Lucil.* apud *Lactant.* l. 5. c. 9. Jactare indu foro se omnes, decedere nusquam.

INDUBITABĬLIS, le, *not to be doubted, indubitable, certain*, certus, de quo dubitari non potest. *Quintil.* l. 4. c. 5. Illo sequenti (si modo indubitabile sit) utendum solo. Adde cap. 1. *a med.* et *Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 5. leg. 9. *circa med.*

INDUBITABILĬTER, adverb. *indubitably*, indubitanter. *Arnob.* l. 5. pag. 183. Cunctis indubitabiliter notum est.

INDUBITANDUS, a, um, nom. particip. indubitatus. *Augustin.* ep. 19. c. 2. Ut veritas indubitanda persistat.

INDUBĬTANTER, adverb. *certainly, without doubt*, ἀναμφιβόλως, certo. *Plin.* l. 18. c. 11. Quæ palma frugum indubitanter Italiam contingit. *Harduin.* legit *indubitata* ex MSS. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 11. leg. 2. *a med.* Indubitanter probatur. *Augustin. de vera relig.* c. 46. Indubitanter invictus. *Venant. Fortun.* lib. 9. carm. 14. v. 10. Et fidei tribuis indubitanter opem.

INDUBITĀTE, *without doubt, indisputably, indubitably*, indubitanter, sine dubio, haud dubie. *Liv.* l. 33. c. 40. Quædam ex proxima Thracia, quæ indubitate Lysimachi fuerint. *Vellei.* l. 2. c. 60. Falsi indubitateque corrupti commentarii. *Oros.* l. 3. *sub fin.* Indubitatissime probatur.

INDUBITĀTO, indubitate. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* cap. 9. Major indubitato eo, quem abscondit.

INDUBITĀTUS, a, um, *certain, sure, undoubted*, ἀναμφίβολος, certus, de quo dubitari non potest. *Quintil.* l. 9. c. 4. In iis ero, quæ indubitata sunt, brevior. *Plin.* l. 31. c. 3. Indubitata spes. *Stat.* 2. *Achill.* v. 72. cubilia prædæ Indubitata tenens, multo legit arva molosso Venator. *Plin.* l. 23. c. 1. *circa med.* Alvo citæ Signinum (*vinum*) maxime conducere, indubitatum est. *Paul. Dig.* lib. 42. tit. 1. leg. 49. Indubitati juris est. [*Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 13. n. 8. Æstatis fluxus indubitatior est.]

INDUBĬTO, as, n. 1. *to doubt of, question*, ἀπιστέω, dubito, diffido. *Virg.* 8. *Æn.* v. 404. absiste precando Viribus indubitare tuis. *Stat.* l. 3. *silv. ult. extr.* sed ingratus, qui plura adnecto, tuisque Moribus indubito. *Servius* notat, ante *Virgil.* usum hoc verbo fuisse neminem.

INDUBĬUS, a, um, *not doubtful. Tacit. Ann.* 14. c. 45. Plurimorum indubia innocentia.

INDUCĬÆ. V. *Indutiæ.*

INDŪCO, is, uxi, uctum, a. 3. *to lead or bring in, lead into, introduce*, εἰσάγω, in aliquem locum duco, introduco, infero, adduco. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *ante med.* Oves et armenta inducere in rura. *Stat.* 12. *Theb.* v. 326. age, mœnibus induc, Et patrios ostende lares. *Sueton. in Ner.* c. 16. Fossa mare urbi inducere. *to let into. Hirt. de B. Alex.* c. 5. aquam in privatas domos. *Plin.* l. 2. ep. 12. aliquem in Senatum. *Plin. alter* l. 7. c. 35. aliquem Romam. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. *extr.* aliquem in viam. *to put into the way. Liv.* l. 31. c. 28. exercitum in Macedoniam. *Sueton. in Aug.* c. 43. Parthorum obsides per arenam mediam ad spectaculum induxit. *Virg.* 1. *Georg.* v. 316. messorem arvis inducere. *Sallust. in Catil. c. pænult.* cohortem prætoriam in medios hostes. *to lead. Liv.* l. 30. c. 34. *ad fin.* principes triariosque in cornua. *Cæs. sub fin.* l. 3. *de B. Civ.* Pars erat regiæ, in quam ipse habitandi causa initio erat inductus. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 9. Nox terris umbras inducit. *brings on. Plin.* l. 2. ep. 17. Inducunt venti nubilum. ¶ *Inducere alicui novercam* dicitur pater, qui filios habens ex priore conjuge, post ejus mortem aliam ducit uxorem. *Plin.* l. 6. ep. 33. Sic *inducere pellicem*, qui viva uxore, cum alia vivit. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 132. charasque toris inducere Thressas. ¶ Interdum ponitur pro induere. *to put on, draw on, clothe. Sueton. in Aug.* c. 92. Si sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero induceretur. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 50. Ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt. *Stat.* l. 5. *silv.* 2. v. 66. albentique humeros induxit amictu. ¶ Item pro illinere, allinere, obducere. *Vitruv. in fin.* c. 3. l. 7. Inducere arenatum, et marmor, et omne tectorium. *Plin.* l. 35. c. 10. *a med.* Inducere colorem picturæ. *to varnish.* et cap. 6. *ad fin.* purpurissum. *et ibid.* aurum ligno. *to overlay.* et lib. 33. c. 7. parieti ceram liquefactam. et lib. 24. c. 8. cuti nitorem. *Justin. sub fin.* l. 21. ceram desuper. *Horat. de ar. Poet.* v. 1. Humano capiti cervicem pictor equinam Jungere si velit, et varias inducere plumas. *h. e.* appingere capiti humano plumas. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 642. humanam membris inducere formam. *h. e.* apponere, dare. ¶ *Inducere pontem* apud *Curt.* l. 5. c. 5. est supra flumen ducere. *to throw across.* ¶ *Inducere cicatricem*, curare ut vulnus cicatricem ducat. *Plin. in fi.* ep. 5. l. 8. *to cicatrize, induce the skin over a sore.* ¶ Pro obtegere. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 33. Scuta ex cortice facta pellibus inducere. et lib. 2. *B. Civ.* c. 10. coria supra lateres. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 142. Postes pice. *to pitch, daub with pitch. Ovid. Metam.* 4. v. 408. inducere brachia penna. ¶ Et æquare, complanare, quod fit inducenda in rimas materia, qua impleantur. *Plin.* l. 2. c. 80. Ita inducto solo, ut nulla vestigia exstent. ¶ Hinc delere significat. *to cancel, erase, blot or strike out*, verso stilo ceram complanando, ut litterarum ductus tollantur: et translate abrogare, tollere, abolere. *Cic.* 13. *Attic.* ep. 14. Nomina jam facta sunt: sed vel induci, vel mutari possunt. *Liv.* l. 39. c. 44. Quas locationes cum Senatus, precibus et lacrimis publicanorum victus, induci, et de integro locari jussisset, &c. *Cic. Attic.* l. 1. *ep. ult.* Inducendi Senatus consulti maturitas nondum est. *to cancel, reverse.* Adde *Ulpian.* et *Marcell. Dig.* lib. 28. tit. 4. *qui de his quæ in testamento delentur, inducuntur, vel inscribuntur, inscribitur.* Ubi *delere* est inverso stilo litteras omnino tollere; *inducere*, per ipsas litteras lineam ducere, ut appareat voluisse tollere, quod et perducere dicitur. ¶ Præterea est aliquem loquentem facere, *to introduce or bring forward as a speaker*: ducta metaphora ab actoribus fabularum, a gladiatoribus, a ceteris spectaculis, quæ proprie induci dicuntur, cum ad agendum scenam aut arenam ingrediuntur. *Cic.* 3. *Offic.* c. 9. Hinc ille Gyges inducitur a Platone. *Id. pro Cæl.* c. 15. Sed quid ego, judices, ita gravem personam induxi? *Id.* 5. *Tuscul.* c. 39. Augurem Tiresiam, quem sapientem fingunt Poetæ, nunquam inducunt deplorantem cæcitatem suam. Sic *Attic.* l. 13. ep. 19. Puero me, hic sermo inducitur. ¶ De spectaculis scenæ, et arenæ, *Cic. de opt. gen. Orat.* c. 6. A me autem gladiatorum par nobilissimum inducitur. *Plin.* l. 8. c. 6. Elephantos in Circum inducere. *Sueton. in Ner.* c. 11. Inducta est et Afranii togata, quæ Incendium inscribitur. *was represented.* ¶ Est etiam producere, sistere. *Sueton. in Claud.* c. 40. Teste inducta in Senatu, &c. *Id. in Domit.* c. 11. Quosdam majestatis reos in Curiam induxerat, et facile perfecerat, ut condemnarentur. ¶ Interdum emittere, proferre, *to put forth, produce. Colum.* l. 5. c. 9. *ad fin.* Arbores musco infestantur, quem nisi ferramento resecueris, nec fructum nec lætam frondem olea inducet. ¶ Translate multiplices elegantesque habet usus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 28. Qui hoc primum in nostros mores induxit. *Id. pro Rabir. Post.* c. 4. Inducere morem novorum judiciorum in rempubl. *Id. Phil.* 13. c. 19. novum verbum in linguam Latinam. *to introduce. Id.* 1. *Offic.* c. 25. seditionem atque discordiam in civitatem. *Id. de Amic.* c. 16. Amici jacentem animum excitare, et inducere spem cogitationemque meliorem. *and to induce.* et *sub fin.* ep. 3. l. 3. *ad Q. Fr.* Si nobiscum eum rus aliquo eduxerimus, in hanc nostram rationem, consue-

tudinemque inducemus. *shall bring him, shall initiate him.* et 2. *Offic.* c. 15. Inducere aliquem in spem. *to lead him into the hope of,* &c. et *de clar. Orat.* c. 85. et 3. *Offic.* c. 13. in errorem. *to lead into error.* et *Catull.* carm. 30. *ad Alphen.* v. 8. in amorem. *to cause to love. Terent. Hecyr.* 4. 4. 67. animum ad aliquid. *to apply. Plaut. Pers.* 4. 4. 91. aliquem in memoriam. *to put in mind.* et *Cic.* 3. *Verr.* c. 41. pecuniam in rationem. *to state or mark down in an account as expended.* et *Agrar.* 2. c. 26. agrum alicui pecunia ingenti. *h. e.* adscribere alicui, emptum alicui referre, tanquam si ingenti pecunia coemptus sit. ¶ Sæpe est adducere, impellere, cogere, *to induce, persuade, drive. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 28. Pretio, gratia, spe, promissis aliquem inducere. *Id. pro Rosc. Com.* c. 16. Quem ego, ut mentiatur, inducere possum. *Id. de clar. Orat.* c. 50. Induci ad misericordiam, ad pudendum, ad pigendum. *Nep. in Annib.* c. 8. Si forte Carthaginienses ad bellum posset inducere. *Id. in Con.* c. 3. Induci ad credendum. *Terent. Andr.* 2. 3. 25. Vide, quo me inducas. *whither you lead me.* et *Heaut.* 4. 4. 1. Me Syri promissa huc induxerunt. ¶ *Inducere animum* (quasi *ducere in animum*) sequente fere infinito, est sibi persuadere, adduci, *to bring, induce, persuade one's self. Cic. Attic.* l. 7. ep. 3. *a med.* Id quod animum induxerat, paulisper non tenuit. et lib. 14. ep. 12. *extr.* Etenim ille, quoniam semel induxit animum, sibi licere quod vellet, fecisset nihilominus, me invito. *Id.* 1. *de Divin.* c. 13. Tu igitur animum poteris inducere, de divinatione dicere, qui, &c? *Id.* 5. *Tuscul.* c. 10. Inducant animum opes contemnere. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 24. Quod nunquam credidi fore, ut, illa viva, posset animum inducere, uxorem habere. ¶ Sequente conjunctivo, et *ut,* aut *ne* particula. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 19. Vitia filii, quibus incensus parens potuerit animum inducere, ut, patrem esse se se, oblivisceretur. *Plaut. Asin.* 5. 1. 5. Possum inducere animum, ne ægre patiar. ¶ *Inducere in animum* eodem sensu dicitur. *Cic. pro Sull.* c. 30. In animum inducam, ejus vitam defendere. *Terent. Hecyr.* 4. 2. 27. Non tute incommodam rem in animum inducas, pati? *Id. Heaut.* 5. 4. 5. Ne istuc in animum inducas tuum, alienum esse te. *Plin.* l. 9. ep. 13. *ante med.* Non sustinui inducere in animum, quo minus illi indicarem. *Liv.* l. 27. c. 9. Quod consules in Senatu ut pronuntiarent, in animum inducere non possent. ¶ Sæpe etiam est decipere, *to take in, draw in, cajole, deceive. Cic. in Pison.* c. 1. Hic eos, quibus erat ignotus, decepit, fefellit, induxit. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 40. Socios induxit, decepit, destituit. *Tibull.* l. 1. el. 7. v. 1. Semper ut inducas, blandos offers mihi vultus. Al. leg. *inducar.* ¶ Nonnunquam in medium afferre, adducere, proponere, *to adduce. Cic. de Fato,* c. 10. *sub fin.* Hanc rationem Epicurus induxit ob eam rem, quod, &c. *Id. pro Cœl.* c. 23. *extr.* Si ei tanta consuetudo, quanta a vobis inducitur, non erat, quæ cum servis potuit familiaritas esse tanta? ¶ *Inducere injuriam,* inferre. *Caius Dig.* lib. 5. tit. 2. leg. 4. Non est consentiendum parentibus, qui injuriam adversus liberos suos testamento inducunt. ¶ Cum accusativo sine præposit. quæ inest in ipso verbo, *Tertull. advers. Valentinian.* c. 11. *extr.* Et veram inducerentur quietem. *h. e.* in quietem ducerentur. ¶ *Induce* pro *induc,* antique, est *Varron.* l. 3. *R. R.* c. 2. *extr.* et *Pomponii* apud *Non.* c. 14. n. 3. ¶ *Induxti* syncope est pro *induxisti* apud *Terent. Andr.* 5. 3. 12. et *Hecyr.* 4. 4. 67. [¶ Particip. *inducens, inducturus* apud *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 21. Medicamentis inducentibus crustam non est utendum. *Hirt. de B. Afr.* c. 90. Edicit, se bonorum venditionem inducturum.]

INDUCTĬBĬLIS, le, qui potest induci, et illini. *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 37. Coagulata, inductibiliaque, et digitis convoluta.

INDUCTĬO, onis, f. *a bringing in or into, letting in, introducing,* εἰσαγωγὴ, actus inducendi, immissio, introductio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. *extr.* Nos aquarum inductionibus terris fecunditatem damus. *bringing in on the fields. Liv.* l. 44. c. 9. Horum (*juvenum*) inductio (*in Circum*) in parte simulacrum decurrentis exercitus erat. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 53. *ad fin.* Personarum ficta inductio. *the introduction. h. e.* prosopopœia. *et ibid.* Inductio erroris. *h. e.* apoplanesis. V. ¶ *Inductiones velorum* in Circo, et theatris, *drawing the curtains,* cum vela expanduntur soli arcendo. *Vitruv. in præfat.* l. 10. ¶ *Inductio animi* est persuasio, cum quis in animum induxit, aliquid facere, *a persuasion, propensity. Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 11. Nam esse abstinentem, continere omnes cupiditates, facilem se præbere, præclarum magis est, quam difficile. non enim est positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi atque voluntate. *Id.* 1. *Fam.* ep. 8. Tantum enim animi inductio, et mehercule amor erga Pompeium apud me valet, ut, &c. ¶ Est etiam genus argumentationis oratoriæ, ἐπαγωγὴ, qua rebus dubiis captatur assensio ejus, quicum instituta est: quibus assensionibus facit, ut illi dubia quædam res, propter similitudinem earum rerum, quibus assensit, probetur. Ita describit *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 31. et exemplum subjicit. *reasoning by induction. Quintil.* l. 5. c. 11. Inductio, qua plurimum Socrates est usus, hanc habuit viam: cum plura interrogasset, quæ fateri adversario necesse esset, novissime id, de quo quærebatur, inferebat, cui simile concessisset. ¶ Item tectorii, aut coloris appositio: et ipsa calx, quæ inducitur, tectorium, *a plastering, pargetting. Pallad.* l. 1. tit. 15. Prima trullis frequentetur inductio: cum siccari cœperit, iterum inducatur. *et ibid.* Quæ inductio tamdiu subigenda est, ut rutrum, quo calx subigitur, mundum levemus. ¶ Item rei scriptæ deletio, *a cancelling, erasing,* abrogatio, *a reversing, abrogating, annulling. Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 4. leg. 1. Lituras, inductiones, superductiones ipse feci. Adde leg. 2. et V. in *Induco.*

INDUCTĪVE, indulgendo, obsequendo, quasi inductione, et persuasione. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 5. sect. 157. Sed inductive nunc indulgeant consentientes, nunc insinuando corrigant, &c.

INDUCTOR, oris, m. idem ac ductor. Inductores appellantur a *Plauto,* qui servos cædunt, quod exercitum ulmorum in eorum terga inducunt, *Asin.* 3. 2. 6. Al. aliter legunt, et explicant.

INDUCTRIX, icis, f. quæ inducit. *Apul. sub fin. Florid.* Corvus crocire adortus, prædæ, quam ore gestabat, inductricem compotivit. *h. e.* vulpem, quæ fraude illum ad canendum induxerat, ac deceperat.

[* INDUCTŪRA, æ, f. idem ac inductio, appositio. *Cœl. Aurel. Acut.* lib. 3. c. 17. *ante med.* Cum grave quisquam cataplasma apponendum putavit, ex plurima atque corporosa inductura. *h. e.* ex multa et copiosa materia.]

INDUCTUS, us, m. *a persuasion, inducement,* ἐπαγωγὴ, inductio, persuasio, impulsus. In sexto casu singulari *Cic. in fragm.* apud *Quintil.* l. 5. c. 10. Utrum velitis, casu illo itinere Varenum usum esse, an hujus persuasu et inductu. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 17. Num concedi reo conveniat, quod alieno inductu fecerit.

INDUCTUS, a, um, *brought in, introduced,* εἰσαχθεὶς, intro ductus. *Plin.* l. 2. ep. 12. Firminus inductus in Senatum respondit crimini. ¶ Item perductus, adductus. *brought, led. Nep. in Annib.* c. 5. Sempronium in insidias inductum sustulit. *Plin. alter* l. 7. c. 35. Inducta Romam deum mater. *Propert.* l. 4. el. 10. v. 34. Vineaque inductum longa tegebat opus. *h. e.* perductum usque intra muros urbis. ¶ Item impulsus, persuasus, *induced, persuaded,* ὑπαχθεὶς. *Cic. pro Quint.* c. 3. Inductus familiaritate fecit societatem. *Id. pro Planc.* c. 42. falsa spe. *Id. Fam.* 5. ep. 6. odio. *Id. pro Mur.* c. 30. auctoribus eruditissimis. *Id. pro Cœl.* c. 16. cupiditate. *Phædr.* l. 2. fab. 6. v. 14. verbis. *Phil.* l. 7. c. 43. argumentis. ¶ Item deceptus, *deceived, cajoled. Cic.* 2. *Plin.* c. 32. Dolabella impulsus, inductus, elusus. *Id. Attic.* l. 3. ep. 15. *ad fin.* Proditus, inductus, conjectus in fraudem. ¶ Item ad loquendum adductus, *introduced speaking. Cic. pro Cœl.* c. 11. Verebar, ne illa subtiliter ad criminandum inducta oratio, ad animos vestros sensim accideret. [† *h. e.* adhibita.] ¶ Item illitus, appositus, impositus. *Cic.* 3. *Verr.* c. 55. *sub fin.* Tectorium vetus delitum, et novum inductum. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 23. inducto ceratæ sulphure tædæ. *besmeared.* ¶ Et translate adscititius, aliunde arcessitus. *Plin.* l. 4. ep. 3. *extr.* Neque enim conjectura eget, quid sermone patrio exprimere possis, cum hoc insititio et inducto tam præclara opera perfeceris. *Id. sub fin.* ep. 6. l. 5. Si nihil inductum, et quasi devium loquimur, non epistola quæ describit, sed villa, quæ describitur, magna est. ¶ Item obductus. *Ovid. Metam.* 10. v. 271. pandis inductæ cornibus aurum. *Pallad.* l. 1. tit. 38. Podia inducta testaceo. ¶ Item deletus, *cancelled, erased, obliterated, blotted out. Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 4. leg. 1. Quæ in testamento legi possunt, ea inconsulto deleta et inducta nihilominus valent. *Sueton. in Ner.* c. 52. *extr.* Multa (*in libellis*) et deleta, et inducta, et superscripta inerant. V. *Induco.* ¶ Item indutus, immissus, circumdatus. *drawn on, put on. Auctor ad Herenn.* l. 1. c. 13. Soleæ ligneæ pedibus inductæ. *Plin. sub fin.* l. 28. Pellicula collo inducta. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 495. laurus sacris inducta capillis. ¶ Item illatus, adductus. *brought on. Ovid.* 1. *Metam.* v. 99. inducta latas caligine terras Occuluit. et lib. 11. v. 231. inductum æquor arenis.

INDUCŬLA, æ, f. *a kind of under garment worn by women,* vestis interioris genus, ab induendo dictæ. De vestitu femineo usurpat *Plaut.* sed quæ ejus forma fuerit, incompertum est. *Epid.* 2. 2. 39. Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam, an impluviatam? ut istæ faciunt vestimentis nomina? Videtur *Non.* c. 14. n. 13. legere *tuniculam.* Certe in tunicarum genere *inducula* ponenda videtur.

INDUGREDĬOR. V. *Endogredior,* et *Indu.*

INDULCITAS, atis, f. *harshness of taste,* non dulcitas, apud *Non.* c. 2. n. 215. ubi *Cæcilius:* Tanta huic invasit in corda indulcitas.

INDULCO, as, a. 1. *to sweeten, dulcorate,* γλυκαίνω, dulce facio. *Tertull. advers. Jud.* c. 13. Hoc lignum, quo Moyses quam amaram indulcavit.

INDULGENS, entis, *indulgent, condescending, obliging, courteous, gracious, kind,* συγχωρέων, φιλόστοργος, qui indulget et obsequitur, facilis, clemens. *Cic. de Amic.* c. 24. Molesta veritas: sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri sinit. *Liv.* l. 22. c. 61. Civitas minime in captivos, jam inde antiquitus, indulgens. *Cic. pro Cluent.* c. 5. Quo ipsum nomen amantius, indulgentiusque maternum, hoc illius matris singulare scelus, &c. *Sueton. in Vespas.* c. 21. Nec ullo tempore facilior, aut indulgentior traditur. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 2. *a med.* Avunculus indulgentissimus. *Vellei.* l. 2. c. 117. Indulgens alicui in re aliqua. *Quintil.* declam. 18. c. 10. Si filio obtigerit indulgentior facies, vultus erectior. *h. e.* cui plus natura indulserit decoris: vel quia decori aspectu mites et indulgentiores esse videntur: vel quia pulcris indulgere facile solemus. ¶ Apud *Nepot. in Attic.* c. 1. *indulgens pater* in laude ponitur: et de eo dicitur, qui ex naturali caritate nihil omittit eorum, quæ ad honestam filii educationem pertinent. eodemque modo *indulgentia* usurpatur. ¶ Est etiam deditus, proclivis. *prone to, fond of. Sueton. in Aug.* c. 70. Notatus est et ut aleæ indulgens. ¶ Passiva significatione de eo, cui quis indulget, usurpari videtur a *Quintil.* declam. 10. c. 13. Fili, indulgentissime adolescens, vidi te, nec semel vidi. *treated with indulgence, made much of.*

INDULGENTER, *indulgently, courteously, kindly, condescendingly,* πειθηνίως, φιλοστόργως, indulgendo, obsequenter, blande, facile, ad gratiam. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 9. *circa med.* Illud me præclare admones, cum illum videro, ne nimis indulgenter, et ut cum gravitate potius loquar. *Liv.* l. 36. c. 14. Athamanum captivis indulgenter habitis. *Senec.* 4. *de benef.* c. 32. Dii alios indulgentius tractant. *Id. de consol. ad Helv.* c. 5. Omnia illa, quæ fortuna in me indulgentissime conferebat. *Plin.* l. 7. c. 40. Abunde atque indulgenter fortuna decidit cum eo, qui jure dici non infelix potest. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 33. Bestiæ multa faciunt indulgenter vel cum labore. *h. e.* in gratiam aliorum. *Solin.* c. 9. (*al.* 14.) Voluptati aurium indulgentissime deditus.

INDULGENTĬA, æ, f. *indulgence, favour, condescension, courtesy, complaisance, gentleness, fondness,* ἄνεσις, συγγνώμη, φιλοστοργία, facilitas et remissio animi, lenitas, obsequentia, qua faciles sumus ad concedendum, remittendum, gratificandum, connivendum: idque fere in deteriorem partem, cum scilicet plus gratiæ amorique tribuitur, quam par est. (In bonam usurpavit *Tacit. in Agric.* c. 4. Mater Julia Procilla fuit, raræ castitatis. in hujus sinu indulgentiaque educatus, per omnem honestarum artium cultum pueritiam adolescentiamque transegit. *affectionate care.*) *Cic. de Legib.* c. 23. Cum animus, cognitis perceptisque virtutibus, a corporis obsequio indulgentiaque discesserit. et c. 13. Homines inter se naturali quadam indulgentia et benevolentia contineri. *Planc. ad Cic. Fam.* 10. ep. 23. Ejus nimia indulgentia in Lepidum, ad hæc pericula perspicienda fecit eum minus sagacem. *Balb. et Opp. ad Cicer.* (*in fi.*) *post* epist. 8. l. 9. *ad Attic.* Et hoc Cæsarem, pro sua indulgentia in suos, probaturum putamus. *Liv.* l. 37. c. 52. *ad fin.* Cum aliquandiu, hinc indulgentia, hinc modestia, inter permittentes invicem, certatum esset. *Vellei.* l. 2. c. 80. Vir omnium vanissimus, neque ulla virtute tam longam fortunæ indulgentiam meritus. *Plin.* l. 10. ep. 3. Experiri alicujus plenissimam indulgentiam. *h. e.* benignitatem, liberalitatem. *favour, kindness. Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. 1. leg. 1. Nerva plenissimam indulgentiam in milites contulit. *h. e.* amplam facultatem condendi testamenta sine solemnitatibus legum. *Plin.* l. 10. ep. 107. Rogatus a P. Accio, ut mitterem tibi libellum, per quem indulgentiam pro statu filiæ suæ implorat. *h. e.* ut civis Romana fiat. ¶ Præcipue vero dicitur de caritate, et facilitate in liberos, parentes, agnatos. *Cic. post redit. ad Quirit.* c. 1. *Verr.* 3. c. 44. et l. 2. *de Orat.* c. 40. *et alibi, Nepos in Attic.* c. 17. et *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) ¶ Pro remissione pœnæ. *Capitolin. in Anton. Pio,* c. 6. His, quos Adrianus damnaverat, in Senatu indulgentias petiit. *pardon, forgiveness.* ¶ In plur. numero usurpavit etiam *Auson. in gratiar. act. ad Gratian.* c. 32. ¶ Pro remissione tributi. *relief from paying tribute. Eumen. in gratiar. act. ad Constantin.* cap. 8. et 10. et *Ammian.* l. 16. c. 5. *ad fin.* (*al.* c. 8.) ¶ *Indulgentia cœli* apud *Virg.* 2. *Georg.* v. 345. et *Plin.* l. 17. c. 2. et lib. 18. c. 21. est temperatus aer, tepidum cælum, bonitas climatis, qua fruges facile proveniunt.

INDULGĔO, es, lsi, ltum, n. 2. *to indulge, gratify, caress, pamper, humour, make much of,* εἴκω, χαρίζομαι, indulgens sum, facile concedo, plus æquo permitto, conniveo, gratificor, inservio. Volunt esse ab *in* privativa, et *urgeo.* nam qui indulgens est, non urget, aut severe exigit, sed remittit facile, et condonat. *Cæs.* l. 1. et 7. *B. Gall.* c. 40. Huic legioni Cæsar præcipue indulserat. *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 21. Dominus servo indulsit, liberalius educavit. *Justin. sub fin.* lib. 32. Annibal cœnans nunquam plus, quam sextario vini indulsit. *never allowed himself more than two pints. Nep. in Lysand.* c. 1. Sic sibi indulsit, ut ejus opera in odium Græciæ Lacedæmonii pervenerint. *h. e.* tantum licentiæ sibi sumpsit. *Id. in Chabr.* c. 3. Indulgebat sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset effugere. *he indulged or humoured himself,* &c. *Terent. Adelph.* 1. 1. 36. Cur perdis adolescentem nobis? cur amat? cur potat? cur tu his rebus sumptum suggeris? vestitu nimio indulges. *you indulge him in too fine clothes. Liv.* l. 3. c. 53. *ad fin.* Iræ vestræ magis ignoscendum, quam indulgendum est. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 246. Tu quid iræ indulges nimis? manus a muliere abstinere me-

lius est. *indulge.* *Cic. Tuscul.* 4. c. 18. Ipsi sibi imbecillitas indulget, in altumque provehitur imprudens. *Liv.* l. 9. c. 43. Indulgent consules legionum ardori. *second, further.* *Nepos in Regib.* c. 1. Indulgere dolori. *Plin.* l. 1. ep. 14. *extr.* amori. et l. 4. ep. 15. precibus. et lib. 5. ep. 15. gaudio. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 371. lacrymis. *Plin.* l. 10. ep. 34. desiderio alicujus. *Pers.* sat. 5. v. 151. Genio. V. *Genius.* *Ovid.* 12. *Metam.* v. 597. et 1. *Trist.* el. 3. v. 57. animo. *to humour the inclination.* *Virg.* 2. *Georg.* v. 276. Sin tumulis acclive solum, collesque supini, Indulge ordinibus. *h. e.* vitium ordines laxa, majus eis da spatium atque intervallum. ¶ Cum accusativo personæ. *Afran.* apud *Non.* c. 9. n. 19. Male merentur de nobis heri, qui nos tantopere indulgent in pueritia. *Terent. Heaut.* 5. 2. 34. Dum istis fuisti solus, te indulgebant, tibi dabant. *Id. Eun.* 2. 1. 16. Ejicienda est mollities animi: nimis me indulgeo. Al. legunt *mi.* ¶ Est etiam libenter inservire, enixam operam, etiam plus aliquanto, quam par est, dare. *to give one's attention to, go willingly in pursuit of, study eagerly, indulge in.* *Cic. de Amic.* c. 15. Veteres amicitias spernere, indulgere novis. *Id. Fam.* 16. ep. 18. Ut ut est, indulge valetudini tuæ: cui quidem tu adhuc, dum mihi deservis, servisti non satis. *Id. Verr.* 5. c. 24. Cives R. coluit, his indulsit, eorum voluntati et gratiæ debitus fuit. *Virg.* 6. *Æn.* v. 135. Indulgere labori. et lib. 9. v. 615. choreis. et vers. 165. vino. et lib. 4. v. 51. hospitio. *Ovid. de remed. amor.* v. 751. theatris. *Quintil.* l. 10. c. 1. *a med.* eloquentiæ. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 49. Gymnasio indulgent Græculi. *are lovers of.* *Tacit.* 16. *Ann.* c. 19. Indulgere somno. ¶ Passive impersonaliter. *Colum.* l. 5. c. 7. *a med.* Si segetibus indulgetur. ¶ Cum accusativo rei, et dativo personæ significat permittere, concedere, largiri. *to allow, permit, grant.* *Sueton. in Aug.* c. 41. Usum ejus pecuniæ iis, qui cavere in duplum possent, ad certum tempus indulsit. *Id. in Claud.* c. 24. Ornamenta consularia etiam procuratoribus indulsit. *Id. in Domit.* c. 11. Indulgere damnatis arbitrium mortis. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 356. moras et spatium amori. *Quintil.* l. 2. c. 17. *a med.* nomen Oratoris malis moribus. *Martial.* l. 1. epigr. 105. improbæque tigres Indulgent patientiam flagello. *h. e.* præbent, præstant. *submit patiently to the lash.* ¶ *Indulgere se alicui,* facilem se præbere. *Stat.* l. 4. silv. 6. v. 36. deus, ille deus, se seque videndum Indulsit Lysippe tibi. *Juvenal.* sat. 2. v. 165. ardenti se se indulsisse tribuno. ¶ Cum infinito. *Sil.* l. 14. v. 672. Jussit stare domos, indulgens templa vetustis Incolere atque habitare deis. *Stat.* 1. *Theb.* v. 500. Indulgens reparare animum. Adde lib. 9. v. 317. ¶ Passive *Gell. in præfat.* Animus, interstitione aliqua negotiorum data, laxari indulgerique potuisset. *h. e.* recreari. *Modestin. Dig.* lib. 48. tit. 16. leg. 17. Abolitio reorum, quæ publice indulgetur. *h. e.* conceditur. *Ulpian.* lib. 4. tit. 3. leg. 9. *extr.* Neque enim passim hæc actio indulgenda est. ¶ Inter *indulgere,* et *ignoscere* hoc interest, quod illud ad peccata futura refertur, hoc ad præterita. Videtur tamen pro hoc illud poni a *Quintil.* declam. 10. c. 11. Indulge sane vanæ rei, ignosce: libenter se orbitas decipit.

INDULGĬTAS, atis, f. indulgentia (vetus verbum.) *Cælius* apud *Serv. ad* 2. *Georg.* v. 345. Consuetudine uxoris, indulgitate liberum. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 439. Bassus assiduitate, indulgitate victus.

INDULTOR, oris, m. qui indulget. *Tertull.* l. 4. *adv. Marcion.* c. 9. *ad fin.* Malus jam, quando legis eversor; si bonus, cum legis indultor.

INDULTUM, ti, n. *indulgence, permission,* concessio, permissio. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 4. *Cod. Theodos.* tit. 15. Juxta Constantinianæ legis indultum. *Iidem ibid.* lib. 3. tit. 10. Indultum Principis.

INDULTUS, a, um, *granted, permitted,* concessus. *Callistrat. Dig.* l. 50. tit. 5. leg. 6. *circa med.* Non potest privilegiis navicularius indultis uti. *Ammian.* l. 14. c. 1. (*al.* c. 2.) Licentia crudelitati indulta. *Sidon.* l. 4. ep. 24. Indultis tantisper induciis. *Ovid.* (seu quicumque alius auctor est) *de nuce,* v. 39. Non odium facit hoc, sed spes indulta rapinæ. *Al. leg.* inducta: *al.* indicta. *Pallad. initio lib. de insit.* Habes aliud indultæ fidei testimonium. *h. e.* datæ fidei.

INDULTUS, us, m. *leave, permission,* concessio, venia. In sexto casu singul. *Sidon.* l. 1. *ep. ult. a med.* Oro, ut indultu clementiæ tuæ in accusatorem meum, quæ volo, scribam.

INDUMENTUM, ti, n. *a garment, vest,* ἔνδυμα, vestis. *Gell.* l. 16. c. 19. *de Arione.* Oravit, ut priusquam mortem oppeteret, induere permitterent sua sibi omnia indumenta. *Gabius Bassus* apud *eund.* l. 5. c. 7. *de persona.* Indumentum illud oris clarescere et resonare vocem facit. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 21. Indumenta in talos demissa. [¶ Translate *Prudent. Cath.* 10. v. 99. Patres carnis indumenta sumunt, eque bustis prodeunt. *h. e.* e mortuis resurgunt, corpus assumendo.]

INDŬO, is, ui, utum, a. 3. *to put on, clothe,* corpori circumdo, induco, vestio: ab ἐνδύω, quod idem significat: et dicitur tam de eo, qui ipse se, quam qui alium vestit: item tam de vestibus, quam de aliis, quæ corpori circumdantur, seu inducuntur. Quid ab *amicio* differat, V. in *Amictus* adject. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 8. Cum Deianira Herculi sanguine Centauri tinctam tunicam induisset. *Id.* 2. *de Fin.* c. 22. Ex ejus spoliis sibi torquem induit. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 21. Induere galeam. *Terent. Eun.* 4. 4. 34. vestem. *Curt.* l. 4. c. 6. loricam. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 399. vincula. *Plin.* l. 28. c. 4. calceamentum. *Virg.* 7. *Æn.* v. 417. albos cum vitta crines. *Plin.* l. 37. c. 6. smaragdos et sardonychas. et cap. 11. lib. 33. Induere soleas jumentis. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 15. v. 4. et *Cic.* 3. *Offic.* c. 9. anulum articulis. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 197. et *Liv.* l. 30. c. 31. arma alicui. *Ovid. Heroid.* ep. 21. v. 90. vestes humeris. *Id. Metam.* 6. v. 598. alicui insignia Bacchi. *Virg.* 11. *Æn.* v. 76. vestem juveni. et vers. 5. Ingentem quercum, decisis undique ramis, Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma. *h. e.* trophæum erigit. ¶ Passive *Terent. Eun.* 4. 4. 40. Indui veste. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 10. v. 29. Induiturque humeris cum lato purpura clavo. ¶ Et cum accusativo rei Græco more. *Virg.* 2. *Æn.* v. 393. Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur. *he puts on, arms himself with.* et lib. 7. v. 639. clypeumque, auroque trilicem Loricam induitur. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 568. Induiturque atras vestes. ¶ *Induere aliquem* pro munire, armare. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 19. *de gigantibus.* Quos scopulis trabibusque parens miserata, jugisque Induit, et versos exstruxit in æthera montes. *Id.* l. 7. v. 371. Talibus infelix contra sua regna venenis Induitur. ¶ *Induere scalas* est ferre humeris, quia sæpe fit, ut scalas qui ferunt, caput collumque gradibus inserant. *Ovid. Metam.* 14. v. 649. Induerat scalas: lecturum poma putares. Huc facit illud *Stat.* 10. *Theb.* v. 841. Innumerosque gradus, gemina latus arbore clusus, Aerium sibi portat iter. ¶ Translate est sumere, assumere, inire, capere. *Cic. Tuscul.* 1. c. 38. *extr.* Habes somnum imaginem mortis, eamque quotidie induis. *Virg.* 1. *Æn.* v. 688. notos pueri puer indue vultus. *assume the likeness.* *Cic.* 3. *Offic.* c. 10. *a med.* Ponit enim personam amici, cum induit judicis. *Liv.* l. 1. c. 56. Juvenis longe alius ingenio, quam cujus simulationem induerat. et l. 3. c. 33. Induere sibi novum ingenium. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 22. sibi cognomen. *Martial.* l. 2. epigr. 41. vultus severos. *Petron. in Satyr.* c. 113. supercilium domini. *Tacit. Ann.* 11. cap. 7. magnum animum. *Claudian. de III. Consul. Honor.* v. 157. Indue mente patrem. *Curt.* l. 6. c. 6. mores Persarum. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 45. animum bonis artibus. et lib. 1. c. 69. munia ducis. *Id.* 4. *Hist.* c. 38. falsos pavores. *Stat.* 8. *Theb.* v. 392. et *Sil.* l. 1. v. 38. iras. *Tacit.* l. 4. *Hist.* c. 57. hostiles spiritus. *Id.* 4. *Ann.* cap. 12. habitus ac voces dolentum, simulatione magis, quam libenter. *Id.* 2. *Ann.* c. 15. seditionem. et lib. 12. c. 13. societatem. et lib. 16. c. 28. palam proditorem et hostem. *h. e.* personam proditoris. *Id.* 6. *Ann.* cap. 33. Sceptuchi, utrimque donis acceptis, more gentico diversa induere. *h. e.* alii aliis partibus adhæsere. *Quintil.* l. 1. c. 1. Induere sibi falsam persuasionem scientiæ. *Plin.* l. 23. c. 1. *circa med.* Vino fumi amaritudine vetustas induitur. *is acquired.* ¶ Item indere, injicere, immittere. *Senec. in Phœnis.* v. 180. Nunc manum cerebro indue. *Petron. in Satyr.* c. 4. Eloquentiam pueris induunt adhuc nascentibus. *Gell.* l. 12. c. 5. Induere alicui amorem sui. et lib. 2. c. 29. Induere aliquid in mentes hominum. *Sil.* l. 15. v. 739. cunctis pavorem. et lib. 4. v. 13. splendorem ferro. *Senec. in Hippol.* v. 574. frenos alicui. *Stat.* l. 1. silv. 4. v. 17. Nec tantum induerint Fatis nova sæcula crimen. ¶ Item affingere, attribuere. *Quintil.* l. 4. c. 1. *ante med.* Fictam orationem induere personis. ¶ *Induere se* est se immittere, implicare. *Cic.* 2. *de Divin.* cap. 19. Cum venti se in nubem induerint. *have entered.* *Plaut. Cas.* a. 1. v. 25. Mea præda est illa: proin tu te in laqueum induas. *go and hang yourself.* *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. et 82. Quo qui intraverant, se ipsi acutissimis vallis induebant. *Virg.* 10. *Æn.* v. 681. Induere se mucrone. *to pierce, transfix.* et *Liv.* l. 44. c. 41. *extr.* Induere se hastis. Sic *Ovid.* 12. *Metam.* v. 339. Decidit in præceps, et pondere corporis ornum Ingentem fregit, suaque induit ilia fractæ. *Gronov.* mallet *fracta.* ¶ Singulare est illud *Statii Theb.* v. 281. Induit a tergo Mucalesia cuspis Agyrten. *h. e.* transfigit. ¶ Translate *Cic.* 7. *Verr.* c. 64. Sua confessione induatur et juguletur, necesse est. *is entangled, is embarrassed, is proved guilty.* et *Verr.* 4. c. 42. Videte, in quot se laqueos induerit, quorum ex nullo se unquam expediret. et 2. *de Divin.* c. 17. Induere se in captiones. *Lucret.* l. 4. v. 815. in fraudem. *Quintil.* l. 12. c. 1. Qui in gravissimas frequenter legum, semper vero malæ conscientiæ, pœnas a semetipsis, improviso rerum exitu, induantur. *Sen. de clem.* l. 1. c. 4. *extr.* Ita se induit reipublicæ Cæsar, ut seduci alterum non possit sine utriusque pernicie. *h. e.* junxit, immiscuit, inseruit. ¶ Illa quoque translata sunt. *Virg.* l. 1. *Georg.* v. 187. cum nux se plurima silvis Induet in florem. *shall put forth flowers, vel shall flower.* et lib. 4. v. 143. pomis se induit arbos. *Id.* 7. *Æn.* v. 19. Quos hominum ex facie dea sæva potentibus herbis Induerat Circe in vultus ac terga ferarum. *h. e.* verterat, et sub specie ferarum occuluerat. *had transformed.* *Colum.* l. 4. c. 24. *circa med.* Vites se induunt uvis. *Plin. in Paneg.* c. 30. Ægyptus tantis segetibus induebatur, ut, &c. *Lucan.* l. 7. v. 834. Nunquam tanto se vulture cælum Induit, aut plures presserunt aera pennæ. *was darkened with such a host of vultures.* *Valer. Flacc.* l. 4. v. 509. cinis induit urbes. *h. e.* obtegit.

INDUPEDĬO. V. *Endopedio.*

INDUPEDĪTUS, a, um, impeditus. V. *Endopedio.*

INDUPĔRANS, imperans. *Enn.* apud *Fest.* in *Nævus.* Sic enim legendum ibi, monet *Scaliger,* non *insuperantum.*

INDUPERĀTOR. V. *Endoperator.* V. etiam *Indu,* et *Endo.*

INDURĀTUS, a, um, adject. *hardened, indurated.* *Stat.* 4. *Theb.* v. 64. Robora indurata flammis. ¶ Translate *Liv.* l. 30. c. 18. Induratus præter spem resistendo hostium timor. *Senec.* l. 1. *de Ira,* cap. 11. Germanis quid induratius ad omnem patientiam?

INDURESCO, is, rui, n. 3. *to harden, grow or become hard,* σκληρύνομαι, durus fio. *Cels.* l. 6. c. 18. n. 8. Si vetus condyloma jam induruit. *Colum.* l. 2. c. 21. Antequam ex toto grana indurescant. *Virg.* 3. *Georg.* v. 366. Stiriaque impexis induruit horrida barbis. ¶ Translate *Tacit.* 3. *Hist.* c. 61. Gregarius miles induruerat pro Vitellio. *h. e.* constantiam induerat. *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) Frangas citius, quam corrigas, quæ in pravum induruerunt. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 2. v. 5. corpus ipso vexatum induruit usu. *has become strong or hardy.* ¶ Cum accusativo Græco more. *Lucan.* l. 4. v. 631. totosque induruit artus.

INDŪRO, as, avi, atum, a. 1. *to make hard, indurate,* σκληρύνω, durum reddo. *Plin.* l. 31. c. 2. Cicero in admirandis posuit, Reatinis tantum paludibus ungulas jumentorum indurari. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 9. v. 11. nivem Indurat Boreas, perpetuamque facit. ¶ Translate *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 46. Quas inter voces, ut flexerat vultum, aut induraverat Otho, &c. *h. e.* ad constantiam composuerat. *Senec.* ep. 51. Indurandus est animus, et a blandimentis voluptatum procul abstrahendus. *Id.* epist. 4. *circa med.* Adversus omnia, quæ accidere possunt, adhortare te, et indura. *steel, fortify.* *Id.* 7. *de benef.* c. 28. *ad fin.* indurare frontem. *h. e.* pudorem exuere. [¶ Particip. *indurans* apud *Plin.* l. 8. c. 52. Sues indurantes arborum attritu costas.]

INDŪRUS pro valde durus, legitur a quibusdam apud *Ovid.* 12. *Metam.* v. 131. et induro lædi quoque corpore ferrum. Sed alii divisim *in duro,* rectius.

INDUS, i, m. Ἰνδός, fluvius Asiæ ingens in India, quæ ab eo nomen accipit, et a Persia disterminatur. Oritur ex Paropamiso monte, Caucasi parte excelsissima, longoque decursu in meridiem decurrens, atque undeviginti amnes recipiens, duobus ostiis longe distantibus Oceano Indico infunditur. V. *Plin.* l. 6. c. 20. et *Pompon. Melam,* l. 3. c. 7. et alios Geographos. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 52. Indus vero, qui est omnium fluminum maximus, non aqua solum agros lætificat, et mitigat, sed eos etiam conserit. magnam enim vim seminum secum, frumenti similium, dicitur deportare. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 3. v. 23. lato spatiantem flumine Gangen, Et quascunque bibit decolor Indus aquas. ¶ Est hujus nominis fluvius etiam in Caria. *Liv.* l. 38. c. 14. *Plin.* l. 5. c. 28.

INDUS, a, um, *Indian,* Ἰνδός, ad Indiam pertinens, Indicus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 67. Indum ebur. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 48. Indus dens. *h. e.* ebur. *Propert.* l. 1. el. 8. v. 39. Indæ conchæ. *h. e.* margarita. *Lucan.* l. 8. v. 343. Indum litus. et lib. 10. v. 120. Inda testudo. ¶ *Indi, orum,* Indi fluminis accolæ, Indiæ populi, *the Indians,* Ἰνδοί. *Catull.* carm. 11. *ad Fur. et Aurel.* extremi. *Propert.* l. 2. el. 7. v. 67. longinqui. *Id.* l. 3. el. 3. v. 1. dites. *Virg.* 2. *Georg.* v. 172. imbellis Indus. *Tibull.* l. 2. el. 2. v. 15. gemmarum quidquid felicibus Indis nascitur. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 130. aures onerate lapillis, Quos legit in viridi decolor Indus aqua. *Id.* 3. *Fast.* v. 720. Et domitas gentes, turifer Inde, tuas. ¶ Indorum nomine aliquando veniunt et Arabes et Persæ Indis contermini, itemque Æthiopes: quod et *Turneb.* l. 21. *Adversar.* c. 9. adnotavit. Hinc *Virg.* 4. *Georg.* v. 293. (si modo ille locus mendo caret) Nili fontes apud Indos posuit, cum in Æthiopia sint. *Hygin.* fab. 275. Thebas in India nominat, quæ in superiori Ægypto sunt. Fortasse etiam *Ovid. loc. cit.* turiferos Indos vocans, Arabas intelligit, cum tus præcipue in Arabia nascatur.

INDUSIARĬUS, ii, m. *one who makes under garments,* qui conficit indusia. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 35. Patagiarii, indusiarii, flammearii, violarii.

INDUSIĀTUS, a, um, indusio vestitus. *Apul.* l. 2. *Metam.* Pueri calamistrati, pulcre indusiati. et lib. 8. Variis coloribus indusiati. ¶ Indusiatam vestem nominat *Plaut. Epid.* 2. 2. 47. inter varia feminearum vestium nomina: ab indusio certe denominatam, quod interioris vestimenti genus est. Videtur autem vox esse adjectiva. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 30. hunc eundem *Plauti* locum referens *intusiatam* legit. V. *Indusium.*

INDUSĬO, as, a. 1. *to clothe,* vestio, induo. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 17. Cum ipsum Tonantem exsuviis indusiari publice cernerent. et lib. 2. pag. 28. Ex illa herbarum felicium lana, qua indusiari perhibent Indicæ prudentiæ Vates.

INDUSĬUM, ii, n. *the garment worn next to the skin,* genus vestis interioris et adstrictæ membris, corpori adhærens intra plurimas vestes, ut *Non.* c. 14. n. 18. definit. Est ab *induo*; vel ab *intus,* ut *Varroni* placet l. 4. *de L.*

L. cap. 30. qui proinde *intusium* scribit. Ejus verba sunt: Alterius generis (h. e. *earum vestium, quæ corpus amiciunt*) unum quod foris, et palam, palla: alterum quod intus, a quo intusium: id quod Plautus (*Epid.* 2. 2. 47.) dicit: intusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam. Adde *de vita pop. Rom.* apud *Non loc. cit.* n. 36. ¶ Fuisse videtur propria mulierum, ut *subucula* virorum. *Plaut.* enim *indusiarios* ponit inter eos, qui matronarum cultui operantur. *Varr. loc. cit.* cum palla conjungit, quæ muliebris est. Similiter in allatis *Plauti* verbis patagiata, caltula, crocotula feminææ vestes sunt. Non tamen ausim hoc perpetuum dicere. Nam *Apul.* non semel de viris usurpat. V. *Indusiatus.*

INDUSTRĬA, æ, f. *industry, carefulness, diligence,* σπουδὴ, φιλοπονία, solertia, diligentia, sedulitas, vis ingenii, qua quippiam excogitamus, et adipiscimur. Itaque supra naturam et ingenium addit studium, et artem, et laborem. *Cic. ad Brut.* ep. 15. Messala tanta industria est, tantumque evigilat in studio, ut non maxima ingenio, quod in eo summum est, gratia habenda videatur. *Id. pro Cœl.* c. 19. Ingenium industria alitur. *Id. pro leg. Manil.* c. 11. Virtutes imperatoriæ, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo. *Id. ibid.* c. 1. Nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere. *Id. post redit. ad Quir. c. ult.* Hoc vobis repromitto, mihi in perferendo labore industriam non defuturam. *Id. Fam.* l. 3. ep. 9. *a med.* Qui in scribendo tantum industriæ ponam. *Id. ad Pompei. post* epist. 11. l. 8. *ad Attic.* Vibullii virtutem industriamque libenter agnovi. et lib. 15. ep. 13. Enitar, ne desideres aut industriam meam aut diligentiam. *Nepos in Agesil.* c. 3. Magna industria bellum apparavit. *with great pains. et ibid.* Quorum egregia in ea re fuisset industria. *Id. in Cat.* c. 3. In omnibus rebus singulari fuit prudentia et industria. *Cæs. in fragm.* apud *Gell.* l. 13. c. 3. Mihi videor non labore, non opera, non industria defuisse. et lib. 11. c. 16. Res obire plurimas cum industria et celeritate. *et in fi.* c. 3. l. 5. Quanam verborum industria causa infirmior fieret fortior. *Sueton. in Aug.* c. 8. Industria itineris. *h. e.* in itinere faciendo. ¶ *De*, et *ex industria* est dedita opera, *on purpose, on set purpose, purposely, designedly. Liv.* l. 1. c. 56. et *sub fin.* l. 26. Ex industria famam captæ Carthaginis compresserunt. (Adde *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) et lib. 10. c. 1. *ad fin.*) *Terent. Andr.* 4. 4. *in fin.* Paulum interesse censes, ex animo omnia, ut fert natura, facias, an de industria? *Cic. in Orat.* c. 44. Ubi etiam de industria id faciendum fuit. *Id.* 1. *Offic.* c. 7. *sub fin.* Injuriæ, quæ nocendi causa de industria inferuntur. ¶ Et *industria* absolute. *Plin.* l. 16. c. 1. *extr.* Velut industria fluctibus agerentur in proras. ¶ *Ob industriam*, idem est. *Plaut. Cas.* 4. 3. 6. Quid illæc nunc tam diu intus remoratur, quasi ob industriam? ¶ In plurali num. *Plaut. Mostell.* 2. 1. 1. Summis opibus atque industriis. ¶ De notatione V. *Industrius.* ¶ Est etiam hoc nomine oppidum Ligurum, nunc *Casale di Monferrato. Plin.* l. 3. c. 5. et 16. *extr.*

INDUSTRĬE, *industriously, diligently,* σπουδαίως, cum industria, diligenter, solerter. *Cato* apud *Charis.* l. 2. pag. 181. *Putsch.* Rempublicam curare industrie, summum periculum esse. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 60. Ut ea, quæ imperasset, diligenter industrieque administrarent. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 95. Castra industrie defendere. *Cic. pro Dom.* c. 11. Quis apud populum R. de illius dignitate industrius, qui Senatui sæpius dixit? *Al. leg.* illustrius. *Sueton. in Galb.* c. 3. Causas industrie actitare. *Justin.* l. 43. c. 5. Auxiliis industrie socios juvare.

INDUSTRIĔNSIS, se, ad Industriam oppidum Liguriæ pertinens, ut Collegium Pastophororum Industriensium, *Tab. ænea* apud *Maffei. in Mus. Taurinensi* pag. 230.

INDUSTRIŌSE, *industriously*, industrie, τεχνικῶς. *Cato* apud *Charis.* l. 2. pag. 181. *Putsch.* Duas res industriosissime persequitur, rem militarem, et argute loqui. *Auct. vitæ Juvenal.* (qui a nonnullis *Sueton.* creditur.) Genus scripturæ industriose excoluit.

INDUSTRIŌSUS, a, um, *industrious, diligent, careful,* σπουδαῖος, τεχνικὸς, industria præditus, industrius. *Senec. de Provid.* c. 2. Cui non industrioso otium pœna est? *Val. Max.* l. 3. c. 4. n. 2. Industriosum pro ignominioso, pro inviso gloriosum reddidit. Al. hic aliter leg.

INDUSTRĬUS, a, um, *industrious, prompt, active, sedulous, assiduous, careful, diligent,* φιλόπονος, σπουδαῖος, sedulus, promptus, solers, laboriosus, multum artis et operæ ponens in rebus agendis: ab *indu*, et *struo*: quia, ut docet *Festus*, Industrium antiqui dicebant *indostruum*, quasi qui quidquid ageret, intro strueret, et studeret domi. *Cic.* 5. *Verr.* c. 21. Homo navus et industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. *Id. ad Pompei. post* ep. 11. l. 8. *ad Attic.* Vigilans homo, et industrius. *Justin.* l. 29. c. 3. *extr.* Quem promptum in bella, industriumque cognoverant. et lib. 1. c. 7. Gens industria. *Cic. pro Cœl.* c. 31. Quæ nisi vigilantes homines, nisi sobrii, nisi industrii, consequi non possunt. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 20. Vir acer et industrius in rebus gerendis. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 12. Industrios ac ignavos pax in æquo tenet. ¶ Comparat. *industrior*, vel *industriior*, antiquum est. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 71. Quo neque industrior de juventute erat arte gymnastica, disco, hastis, &c. *Cato* apud *Priscian.* l. 3. pag. 601. *Putsch.* Imperator exercitum meliorem et industriiorem facit. *C. Gracch. ibid.* Ut in me industriior sis, quam in te.

INDUTĬÆ, et Induciæ, arum, f. *a truce or cessation from hostilities,* ἀνοχαί, belli cessatio ad tempus: differuntque a pace et fœdere, quæ in perpetuum dantur. *Varr.* apud *Gell.* l. 1. c. 25. definit, *Indutiæ sunt pax castrensis paucorum dierum.* Item *Indutiæ sunt belli feriæ.* Quas definitiones *Gell. ibid.* reprehendit. Originem autem vocis sumit ex *inde uti jam*: quod sit pactum, ut ante certam diem ne pugnetur; ex eo die postea uti jam omnia belli jure agantur. *Aurel. Opil. ibid.* ab *initus*, seu *introitus*, quasi *initiæ*, quod hostes inter se utrinque utroque alter ad alterum impune, et sine pugna ineant. Sed hæ Grammaticæ nugæ videntur. Aptius alii ab *in*, vel *indu*, et *otium*: vel quasi *inductæ*, ab *induco*, quod inter arma pax et quies inducatur. Hinc oritur scribendi varietas. *Manut. Cellar.* et *Dausq.* per *t* scribi volunt. *Cic.* 1. *Offic.* c. 10. Cum triginta dierum essent cum hoste pactæ indutiæ, noctu populabatur agros, quod dierum essent pactæ, non noctium indutiæ. *Liv.* l. 10. c. 5. *ad fin.* Pax negata: indutiæ biennii datæ. et lib. 1. c. 15. Agri parte multatis in centum annos indutiæ datæ. et lib. 4. c. 30. Indutias octo annorum impetraverunt. *Cic. Phil.* 8. c. 7. Indutias facere. *Plin. in Paneg.* c. 11. inire æquis conditionibus. *Nep. in Agesil.* cap. 2. petere. *et ibid.* conservare. *Liv.* l. 30. c. 4. tollere. *Sallust. in Jug.* c. 31. agitare. *Id. in Catil.* c. 50. et *Liv.* l. 30. c. 37. Per indutias. *h. e.* indutiarum tempore. ¶ Translate *Terent. Eun.* 1. 1. 15. In amore insunt injuriæ, suspiciones, inimicitiæ, indutiæ. *Plin.* l. 8. ep. 14. Postulabam, ut tribus sententiis constaret suus numerus, nec se brevibus indutiis duæ jungerent.

INDUTĪLIS, le, qui indui seu inseri potest. *Cato R. R.* c. 135. Vomis indutilis optimus erit. Al. leg. *in Rutulis.*

INDUTORĬUS, a, um, ad induendum pertinens, ut Indutoria pellis, apud *Jul. Paul.* lib. 3. *Sententiar.* tit. 7. *a med.*

INDŪTUS, a, um, *put on, clothed,* περιβεβλημένος, vestitus, circumdatus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 364. vestesque rigescunt Indutæ. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 32. Pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, se sua manu confecisse. V. *Amictus* adject. *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 28. Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 47. Citharœdus palla inaurata indutus. *Curt.* l. 7. c. 5. Thoracem indutus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 275. Hector exsuvias indutus Achillis. *armed, equipped. Id. Æn.* 5. v. 674. Indutus galea. et vers. 668. Indutus capiti. *pro* caput. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 262. pallamque induta nitentem. ¶ Item cinctus, circumdatus. *surrounded. Plin.* l. 13. c. 4. Vitilem sibi arborique induti circulum. *Cœl. Sabin.* apud *Gell.* l. 7. c. 4. Mancipia jure belli capta, coronis induta venibant. *Virg.* 11. *Æn.* v. 83. Trunci induti hostilibus armis. *trophies.* ¶ Translate *Cic.* 1. *Offic.* cap. 30. Duabus quasi nos indutos esse personis. *Id.* 2. *de nat. Deor.* cap. 24. Dii induti specie humana. *Petron. in Satyr.* c. 127. Terra vario gramine induta.

INDŪTUS, us, m. *clothing, apparel, raiment,* vestitus. *Tacit.* 16. *Ann.* c. 4. Ne sudorem, nisi ea, quam indutui gerebat, veste detergeret. *Ammian.* l. 30. c. 7. (*al.* 24.) Indutibus Imperatoriæ majestatis ornatus. V. *Amictus, a, um.*

INDUVĪÆ, arum, f. *clothes, apparel put on,* ἐνδύματα, indumenta, quibus quis induitur: ab *induo*, sicut *exsuviæ* ab *exsuo. Plaut. Men.* 1. 3. 9. Induviæ tuæ, atque uxoris exsuviæ, rosa. *h. e.* quibus tu induaris, exsuatur uxor. *Prudent. in Psychom.* v. 578. omnibus ibat Nudata induviis.

INĔBRÆ AVES, quæ in auguriis aliquid fieri prohibent: ab *inhibendo. birds that in augury prohibit the doing of a thing.* Nam generatim omnia *inebra* appellantur, quæ tardant vel morantur agentem. *Fest.* Antique etiam enebræ, seu enibræ, seu enubræ dicebantur. Nam ut *Menerva* dicebant pro *Minerva*, ita et *enubro* pro *inhibente*, eodem *Festo* teste.

INEBRIĀTOR, oris, m. qui inebriat. *Tertull.* l. 5. *advers. Marcion.* c. 18. Inebriatores increpantur.

INEBRIĀTUS, a, um, *made drunk, intoxicated, inebriated. Plin.* l. 8. c. 12. Dracones inebriati sanguine. *Id.* l. 35. c. 6. *a med.* Purpurissum fervente aheno rudibus medicamentis inebriatum. *Id.* l. 17. c. 26. Inebriatæ radices. *h. e.* nimis irrigatæ. *Sidon.* l. 1. epist. 5. *a med.* Spiritus aeris venenatis flatibus inebriatus. *impregnated.*

INEBRĬO, as, avi, atum, a. 1. *to inebriate, make drunk,* μεθύσκω, ebrium reddo. *Plin.* l. 12. c. 22. Palma, quæ vocatur adipsos, vescentes inebriat. *Id.* l. 14. c. 1. Conduntur et musto uvæ, ipsæque vino suo inebriantur. *Id.* l. 9. c. 41. *de colorib.* Amethystum absolutum inebriatur Tyrio. *h. e.* saturatur. ¶ Translate *Juvenal.* sat. 9. v. 113. Miseram vinosus inebriet aurem. *h. e.* impleat, garrulitate obtundat, ut ebrii solent.

INEDĪA, æ, f. *want of food, hunger, fasting,* ἀσιτία, abstinentia a cibo, et tempus, quo quis ab edendo abstinuit: ab *in*, et *edo. Cic.* 5. *de Fin.* c. 27. *extr.* Vigiliis et inedia necatus. ¶ Differt a fame; nam fames semper est cum cupiditate edendi, inedia non item, ut in ægrotis, et in iis, qui voluntaria ciborum abstinentia sibi mortem inferunt. *Plin.* l. 3. ep. 7. Modo nuntiatus est Silius Italicus in Neapolitano suo inedia vitam finisse. *Id. in Paneg.* c. 13. Cum milites tecum inediam, tecum ferrent sitim. *Cels.* l. 1. c. 3. *a med.* Inediam sustinere. *Gell.* l. 3. c. 10. Inedia mori. *to famish himself to death.* ¶ In plur. numero *Plin.* l. 11. *c. ult.* Septimo die inedias durasse.

INEDĪTUS, a, um, *not published, not promulgated,* non editus, non promulgatus, ἀνέκδοτος. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 16. v. 39. Essent et juvenes, quorum quod inedita cura est, Appellandorum nil mihi juris adest.

INEFFABĪLIS, le, *that cannot be uttered, inexpressible, ineffable, unspeakable, unutterable,* ἀνεκφώνητος, quem effari non possis, aut exprimere. *Plin. in præfat.* l. 5. Populorum ejus oppidorumque nomina vel maxime sunt ineffabilia, præterquam ipsorum linguis. *Id.* l. 28. c. 2. Ineffabilia verba.

[* INEFFABILĬTAS, atis, f. *ineffability. Augustin.* epist. 147. (*al.* 112.) c. 13. Necesse est abstrahi ab hac vita mentem, quando in illius ineffabilitatem visionis assumitur.]

INEFFABILĬTER, adverb. *ineffably, unspeakably, inexpressibly,* ἀῤῥήτως. *Augustin. in Enchir.* c. 89. Deus ineffabiliter artifex. *Id.* epist. 32. *ad Paulin.* Ineffabiliter gaudere.

INEFFICACĪTER, *ineffectually, to no purpose, uselessly,* inutiliter, frustra. *Paul. Dig.* lib. 49. tit. 8. leg. 2. Eum, qui in rebus humanis non fuit sententiæ dictæ tempore, inefficaciter condemnatum videri. *Symmach.* l. 6. ep. 54. (*al.* 53.) Verecundiam creant inefficaciter postulata.

INEFFĪCAX, acis, *ineffectual, of no force or strength, wanting power, useless,* ἀνενέργητος, non efficax, inutilis. *Senec.* l. 1. *de Ira*, c. 3. Vox inefficax verborum. *h. e.* quæ verba non potest exprimere. et cap. 10. Ratio sine affectu inefficax est. *Plin.* l. 34. c. 11. Fit et ex candido ære squama, longe Cypria inefficacior. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 415. n. 10. Parentes inefficacissimi. *h. e.* imbecillimi. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 4. Alloqui surda numina, et inefficaces deos. *h. e.* nihil agentes, et nihil boni hominibus facientes, ut deliravit Epicurus.

INEFFIGIABĪLIS, le, qui effingi non potest. *Tertull. de Anim.* c. 24. Anima invisibilis, ineffigiabilis.

INEFFIGIĀTUS, a, um, *without form, shapeless,* ἄμορφος, effigie carens, informis. *Gell.* l. 17. c. 10. Ut illa bestia fetum ederet ineffigiatum informemque. *Tertull. de Anim.* c. 9. Anima indissolubilis et ineffigiata.

[* INEFFRENĀTUS, a, um, *unbridled*, sine freno, infrenatus. *Collat. Mosaic. et Roman. Leg.* tit. 6. c. 4. Nemo audeat ineffrenatis cupiditatibus obedire.]

INEFFUGIBĪLIS, le, adject. *inevitable. Apul. de Mundo, ad fin.* Ineffugibilis necessitas ultionis.

[* INEFFŪSUS, a, um, adject. *collected*, non effusus. *Apul.* 2. *Met.* pag. 129. *Oudend.* Sed, ut mihi morem plenius gesseris, ineffusum laxa crinem, et capillo fluenter undante ede complexus amabiles. Alii legunt eodem sensu *in effusum laxa crinem*, ita ut *laxa* non verbum, sed nomen sit.]

INELABORĀTUS, a, um, *not laboured, unlaboured, inaccurate,* ἀνέργαστος, artificio non satis excultus. *Quintil.* l. 4. c. 1. *a med.* Sed sæpe simplici atque inelaboratæ similis. *Alii leg.* illaboratæ. *Senec. de Tranquill.* c. 1. Inelaborata oratio.

INELĔGANS, tis, *inelegant, ungraceful, without beauty or grace,* ἄκομψος, non elegans, sine elegantia. *Cic. in Bruto,* c. 81. Ineratque et ingenium satis acre, et orationis non inelegans copia. *Catull.* carm. 6. Deliciæ illepidæ atque inelegantes. *Plin.* l. 21. c. 25. Odor non inelegans.

INELEGANTER, *without elegance or grace, inelegantly,* ἀκόμψως, sine elegantia. *Cic. de clar. Orator.* c. 26. Historia non ineleganter scripta. *Gell.* l. 17. c. 2. *in fin.* Non hercle inscite nec ineleganter. ¶ Item sine delectu, judicio, ratione. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 9. Primum divisit ineleganter. Duo enim genera quæ erant, fecit tria. hoc est non dividere sed frangere rem.

INELŌQUENS, tis, adject. *ineloquent*, non eloquens. *Lactant. de opif. Dei, c. ult.* Tullius eloquentiæ unicum exemplar, ab indoctis et ineloquentibus, qui tamen pro vero nitebantur, sæpe superatus est.

INELOQUIBĪLIS, le, *ineffable*, ineffabilis. *Lactant.* l. 7. c. 11. Ineloquibilis et divinus fructus. et cap. 5. Æternæ vitæ ineloquibile præmium.

INELUCTABĪLIS, le, *inevitable, unavoidable, not to be struggled against, not to be resisted,* qui evitari non potest, ut ut eluctere, et exire coneris. *Stat.* 9. *Theb.* v. 502. Ineluctabile cœnum. *Virg.* 2. *Æn.* v. 324. Venit summa dies et ineluctabile tempus Dardaniæ. *Id.* 8. *Æn.* v. 334. et *Vellei.* l. 2. c. 57. Ineluctabile fatum.

INELUIBĪLIS, le, *indelible*, qui elui et deleri non potest. *Lactant.* l. 7. c. 20. *a med.* Ineluibilem quendam fucum trahant, labemque terrenam. *Id. de Ira Dei, sub fin.* Ineluibiles sibi maculas inusserunt.

INEMENDABĪLIS, le, *incorrigible, that cannot be amended,* ἀδιόρθωτος, qui emendari non potest. *Quintil.* l. 1. c. 1. (*al.* c. 2.) *in fin.* Pravitas inemendabilis. *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 41. Inemendabilis affectus, cum ex ira in odium occalluit.

INEMERIBĬLIS, le, quem mereri, seu consequi non possumus. *Tertull. de resurr. carn.* c. 18.

INEMORĬOR, eris, tuus sum, dep. 3. immorior, in aliqua re morior, [† ἐνθνήσκω,] ἐπιθνήσκω. *Horat. Epod.* 5. v. 34. Inemori spectaculo. *to die or pine away in looking at.*

INEMPTUS, et Inemtus, a, um, *unbought, not purchased*, ἀπρίατος, non emptus. *Virg.* 4. *Georg.* v. 133. Dapibus mensas onerabat inemptis. [*Tacit.* 2. *Hist.* c. 60. Vitellius dedit consulatum Simplici innoxium et inemptum.]

INENARRABĬLIS, le, *that cannot be told or described, inexpressible*, ἀνέκφραστος, ἀνεκδιήγητος, qui enarrari non potest. *Liv.* l. 44. c. 5. Inenarrabilis labor descendentibus cum ruina jumentorum sarcinarumque. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 22. Flumina, quorum inenarrabilis natura est. *Plin.* l. 8. c. 7. *de elephantis.* Misericordiam vulgi inenarrabili habitu quærentes, supplicavere.

INENARRABILĬTER, adverb. *in a manner that cannot be told, inexpressibly. Liv.* l. 41. c. 15. Jecur omne inenarrabiliter absumptum.

INENARRĀTUS, a, um, *unexplained*, inexplicatus. *Gell.* l. 12. c. 6. Quod reliquimus inenarratum, ut legentium conjecturas in requirendo acueremus. *Id. sub fin.* l. 19. Verba inenarrata.

INENATABĬLIS, le, qui enatari non potest, ut Inenatibile profundum, apud *Tertull. de Idololat. c. ult.*

INENODABĬLIS, le, *not to be unloosed or solved, intricate, involved, obscure, perplexed, inexplicable*, ἀκατάλυτος, qui enodari et dissolvi non potest, inextricabilis, perplexus. *Cic. de Fato*, c. 9. Et uno tempore suscipiat res duas inenodabiles. *Acc.* apud *Non.* c. 1. *n.* 49. Tam obscurum dicunt esse, tamque inenodabile. *Apul. in Apolog.* Capillus prorsus inenodabilis diutina incuria non modo comendi, sed saltem expediendi et discriminandi.

INENORMIS, e, adject. non enormis. *Apul.* l. 2. *Metam. sub init.* Inenormis proceritas, rubor temperatus.

INENUNTIABĬLIS, le, *unspeakable*, qui enuntiari non potest, inenarrabilis. *Censorin. de die Nat.* c. 19. Incomprehensible quiddam, et inenuntiabile.

INĔO, is, ivi, *vel* ii, itum, a. 4. *to go into, enter*, εἰσέρχομαι, ingredior: ab *in*, et *eo*, *is*. *Cic. pro Deiot.* c. 3. Tu illius domum inire, tu vetus hospitium renovare voluisti. *Liv.* l. 24. c. 9. Quia in urbem non inierat. *Id.* l. 3. c. 24. Triumphantes victore cum exercitu urbem inierunt. *Aurelius Opilius* apud *Gell.* l. 1. c. 25. *in fin.* Induciæ dicuntur cum utrinque utroque alter ad alterum impune et sine pugna ineunt. *have intercourse with each other. Ovid.* 2. *Fast.* v. 266. nemus nullis illud initur equis. *Cic.* 1. *Offic.* c. 11. *extr.* Monet igitur, ut caveat, ne prœlium ineat. *not to go into battle.* et 1. *de Divin.* c. 24. Inire audacius pericula prœliorum. *to encounter, face, brave. Stat.* 8. *Theb.* v. 107. Argolicas acies non ignarus ini. *h. e.* inii. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 18. Convivia cum patre non inibat. *did not attend. Sueton. in Tiber.* c. 54. Anno ineunte. *at the beginning or opening of the year. Nep. in Alcib.* c. 2. Ineunte adolescentia. *from his earliest youth. Cic.* 1. *de Orat.* c. 21. Ab ineunte ætate. *from his infancy.* ¶ Absolute pro incipere. *to commence, begin. Virg. Ecl.* 4. v. 11. Teque adeo decus hoc ævi, te consule, inibit, Pollio. ¶ Est etiam συνουσιάζειν: et ad mares refertur, tum voce activa, tum passiva. *Cic. de Harusp. resp.* c. 18. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. *Plin.* l. 10. c. 63. et *M. Anton.* apud *Sueton. in Aug.* c. 69. ¶ Inire Magistratum, *to enter upon, enter upon the duties of, assume the badges and power of, begin. Cic.* 3. *Phil.* c. 1. Quod confido equidem, consules designatos, simulac Magistratum inierint, esse facturos. *Liv.* l. 24. c. 9. Consulatum ineuntes. *Sueton. in Calig.* c. 1. Inire honorem. *Id. in Tiber.* c. 67. imperium. ¶ Inire numerum, *to enumerate, reckon, count. Liv.* l. 38. c. 23. Numerus interfectorum haud facile iniri potuit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 76. Numerus inibatur, præfecti constituebantur. ¶ Inire rationem, *to make an estimate. Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 29. Inire et subducere rationem. *to make and adjust an estimate. Cato R. R.* c. 2. Rationem inire oportet operarum, dierum. ¶ Et translate considerare, videre, invenire cogitando, *to consider, contrive, devise, think of. Cic. Fam.* 13. ep. 28. Rogo, ut adjuves, ineasque rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur. *Id.* 5. *Verr.* c. 46. Mihi ineunda ratio, et via reperiunda est, qua ad Apronii quæstum possim pervenire. *Id. Fam.* 5. ep. 20. Ut multa tam gravis ipsi T. Mario depelleretur, a me inita ratio est. *Id.* 5. *Phil. c. ult.* Ut inirent rationem de commodis militum veteranorum augendis. *Nepos in Annib.* c. 10. Ad hunc interficiendum talem iniit rationem. *contrived this scheme. Liv.* l. 28. c. 8. Vix rationem iniri posse, utrum ab se audacius, an fugacius ab hostibus, geratur bellum. *it could hardly be determined or ascertained.* ¶ Inire æstimationem, *to make an estimate. Senec.* l. 3. *de benef.* c. 8. *extr.* Horum quomodo judex inibit æstimationem? ¶ mensuram agrorum, *to measure. Colum.* l. 5. c. 3. ¶ societatem cum aliquo, *to form an association. Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 8. Ut potius cum pluribus societatem defendendæ libertatis iniremus. ¶ indutias. *Plin. in Paneg.* c. 11. *to make a truce.* ¶ consilium, *h. e.* capere. *to form a design or plan, enter into a plot, devise a scheme. Ovid.* 3. *Fast.* v. 380. consilium multæ calliditatis init. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 9. Si quid de sua salute ab Æduis consilii iniretur. *et* alio sensu cap. 43. Consilia inibat, quemadmodum a Gergovia discederet. *deliberated, consulted. Nepos in Lysand.* cap. 3. Iniit consilia, reges Lacedæmoniorum tollere. *formed a plan to, &c. conceived the design of, &c. Vellei.* l. 2. c. 88. Interficiendi Cæsaris consilia inierat. *Cic. pro Deiot.* c. 2. Inire consilium facinoris contra vitam alicujus. ¶ gratiam, *to get into favour with, find favour with, gain favour:* quasi *ire in gratiam. Cic. de clar. Orat.* c. 57. *extr.* Plures ineuntur gratiæ, si uno tempore dicas pro pluribus. *Id. de Harusp. resp.* c. 23. *et alibi, Cæs.* l. 6. *B. Gall. c. pænult.* et *Nep. in Alcib.* c. 9. *extr.* Inire gratiam ab aliquo. *Liv.* l. 36. c. 5. Apud regem initam gratiam volebant. (Adde *Curt.* l. 5. c. 7.) *Cic. Attic.* l. 7. ep. 9. *a med.* Quod si ille faciat, jam cum bonis omnibus summam ineat gratiam. Ita *Aldus*: alii *jam jam a bonis*: alii et *a*, et *cum* omittunt, ut *P. Victor.* &c. ¶ imperia alicujus, *h. e.* subire, et iis parere, *to obey, execute, comply with. Stat.* 1. *Achill.* v. 280. *de equo.* non aspera præbet Ora lupis, dominique gemit captivus inire Imperia. ¶ nexum, *to be bound. Liv.* l. 7. c. 19. Sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque inibant. ¶ viam, iter, *to enter or proceed on the way, travel. Cic. pro Mur.* cap. 12. *Curt.* l. 3. c. 4. *ad fin.* et *Valer. Flacc.* l. 3. v. 629. Et translate. *Liv.* l. 1. c. 23. *sub fin.* Ineamus viam aliquam, qua utri utris imperent, decerni possit. *let us find out some way, devise some means.* ¶ somnum, *to fall asleep. Virg. Ecl.* 1. v. 56. ¶ munus alicujus, *to succeed to, discharge. Virg.* 5. *Æn.* v. 846. Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo. ¶ formam vitæ, *to enter upon a certain course of life. Tacit. Ann.* 1. c. 74. Formam vitæ iniit, quam postea celebrem miseriæ temporum fecerunt. ¶ suffragia, *to vote, proceed to give their suffrages. Liv.* l. 3. c. 17. et 25. ¶ *Inietur* pro *inibitur*, et *iniet* pro *inibit*, V. in fi. verbi *Eo.*

IN EOPTE, in eo ipso. *Festus.*

INEPTE, *at an improper time, impertinently, awkwardly, absurdly, foolishly*, ἀλόγως, ἀναρμόστως, minus apte, inconvenienter, stulte, sine ratione. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 6. Inepte disserere. *Id. de clar. Orat.* c. 82. Qui nec inepte dicunt, nec odiose, nec putide. *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 2. quis tam Lucili fautor inepte est, Ut non hoc fateatur? *Id. in ar. Poet.* v. 140. nil molitur inepte. *Gell.* l. 13. c. 24. Inepte et frigide uti verbis. *Id. ibid.* cap. 30. Homo inepte gloriosus. *Id.* l. 18. c. 5. Inscite ineptèque argutus. *Lactant.* l. 3. c. 17. *a med.* Quo sano nullus æger ineptius deliravit. *Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Moneor, ineptissime fieri, cum inter moras laudationum in aurem alicujus loquuntur.

INEPTĬÆ, arum, f. *trifles, insignificant niceties, absurdities, fooleries; folly, nonsense, absurdity, silliness, impertinence*, ἀπειροκαλία, res absurdæ, incongruæ, nugæ futiles. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 4. Omnium ineptiarum, quæ sunt innumerabiles, haud scio an ulla sit major, quam ut illi solent, quocumque in loco, quoscumque inter homines argutissime disputare. et lib. 1. c. 24. Petamque a vobis, ne meas ineptias efferatis. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 16. Quid ad istas ineptias abis? *Id.* 1. *Tuscul.* c. 39. Pellantur istæ ineptiæ pæne aniles. *Colum.* l. 1. c. 8. Socors et somniculosum genus mancipiorum, otiis, campo, circo, theatris, aleæ, popinæ, lupanaribus consuetum, nunquam non easdem ineptias somniat. *Terent. Eun.* 4. 6. 3. Ferre ineptias alicujus. *Sueton. in Aug.* cap. 86. Sententiarum ineptiæ, atque inconcinnitas. ¶ In sing. numero *Plaut. Merc. prol.* v. 26. Ineptia, stultitiaque adeo, et temeritas. *Terent. Adelph.* 4. 7. 31. Video ego tuam ineptiam.

INEPTĬO, is, n. 4. *to do, or say, what is improper for the time, place, or circumstances; to trifle, play the fool*, ματαιόομαι, inepte ago, ineptias dico aut facio. *Terent. Adelph.* 5. 8. 10. *De.* Hanc te æquum est ducere. *Mi.* me? *De.* te. *Mi.* ineptis. *Catull.* carm. 8. Miser Catulle, desinas ineptire.

INEPTIŎLA, æ, f. diminut. ab ineptia. *Auson. epist. Edyll.* 11. *præmissa.* Fuit ineptiolæ hujus ista materia.

INEPTITŪDO, inis, f. *ineptitude*, idem ac ineptia. *Cæcil.* apud *Non.* c. 2. *n.* 455. Homo ineptitudinis cumulatus.

INEPTUS, a, um, *unsuitable to the time, place, and circumstance, unfit, impertinent, improper, absurd, foolish, silly*, ἀπειρόκαλος, qui non est aptus, qui a quovis reprehendi potest, qui sui aliorumque, rei, loci, temporis, modi nec habet, nec callet rationem. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 4. Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod non sit aptus. Idque in sermonis nostri consuetudine perlate patet. Nam qui aut tempus quid postulet, non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus aut multus est, is ineptus esse dicitur. Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio. Itaque quod vim hujus mali Græci non vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt. Ut enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, non reperies. *Id.* 1. *de Legib.* c. 2. In orationibus multus, et ineptus ad summam impudentiam. *Catull.* carm. 39. *in Egnat.* Risu inepto res ineptior nulla est. *Quintil.* l. 11. c. 3. *de actione oratoria.* Discursare, ineptissimum. *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 32. Sine, vivat ineptus. *Cic. in Orat.* c. 9. Nihil insolens aut ineptum. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 35. Ineptum sane negotium, et Græculum. *Terent. Andr.* 1. 5. 22. Causa inepta. *Gell.* l. 12. c. 2. Sententiæ inepto inanique impetu. et lib. 14. c. 1. Ineptum absurdumque. *Horat. in. fin.* ep. 1. l. 2. quidquid chartis amicitur ineptis. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 13. Longulum sane iter, et via inepta. *inconvenient, uneasy, troublesome.* Al. leg. *amara*, al. *madida*, al. *molesta*, al. aliter. ¶ Adhibetur et in conviciis. *Terent. Eun.* 5. 7. 6. Quid est, inepta? quid rides? *Ovid. de remed. amor.* v. 472. Officio natam lædis, inepte, tuo.

INEQUITABĬLIS, le, *not to be ridden upon*, qui equo adiri non potest. *Curt.* l. 8. c. 14. Imber campos lubricos et inequitabiles fecerat.

INEQUĬTO, as, n. 1. *to ride in or upon*, ἐνιππάζομαι, in aliquo loco equito. *Apul. initio* l. 3. *Metam.* Commodum punicantibus phaleris Aurora cælum inequitabat. ¶ Translate *Macrob.* l. 7. *Saturn.* cap. 15. Medicina audet inequitare Philosophiæ, de incorporeis et vere divinis tractanti. *h. e.* insultare. Sic *Arnob.* l. 7. pag. 235. Sed frustra, inquit, inequitas nobis. Simile est illud *Cicer.* 6. *Verr.* c. 20. Jactabit se, et in his equitabit equuleis: emi, pecuniam solvi.

INERMAT, armis spoliat. *Festus.*

INERMIS, e, *et* Inermus, a, um, *without arms, unarmed, weaponless, defenceless*, ἄνοπλος, non armatus: ab *in* privativa, et *arma*. *Cic. Fam.* 11. ep. 12. Cum paucis inermis, perterritis metu, fugisse Antonium. *Lepid. ad Cicer.* l. 10. ep. 34. Multitudo inermorum. *Cæs. cap. ult.* l. 3. *B. Gall.* Ne quis inermibus militibus ab latere impetus fieri posset. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 10. Cum parvulam manum peditum haberet inermium. *Sallust. in Jugur.* c. 115. Nec decere quemquam, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere. *Sisenn.* apud *Non.* c. 8. n. 75. Plerique inermi in castra perfugiunt. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 175. trepidum Perseus, et inermia frustra Brachia tendentem confodit. *Cic. pro Dom.* c. 29. Ne eam civitatem, quam servassem inermis, armatus in discrimen adducerem. *Liv.* l. 29. c. 4. *a med.* Prædas agens ex agro inermi ac nudo præsidiis. *Plin.* l. 5. c. 9. Nilus fama tantum, inermi quæsitu cognitus, sine bellis, quæ ceteras omnes terras invenere. ¶ Translate *Ovid. in Ibin*, v. 2. Omne fuit musæ carmen inerme meæ. *h. e.* innoxium, et neminem lædens. *harmless. Cic.* 1. *de Fin.* c. 7. In altera philosophiæ parte, quæ est quærendi ac disserendi, inermis ac nudus est. *h. e.* minime instructus. *weak, feeble. Propert.* l. 4. el. 6. v. 32. Aut testudineæ carmen inerme lyræ. *h. e.* imbelle, armis minime aptum. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 80. illum parcentes inermi strinximus arcu. *h. e.* levem sagittam jaculante. *Juvenal.* sat. 10. v. 200. Frangendus misero gingiva panis inermi. *h. e.* dentibus carente. *Claudian. in Consul. Probi et Olybr.* v. 27. jam caligantibus armis Debilis Orion dextram miratur inermem. *h. e.* exigua et maligna luce fulgentem. *Prudent. Cathemer.* 3. v. 154. inerme virus.

INERRABĬLIS, le, non errans. *Apul.* l. 1. *de dogm. Plat.* Globorum cælestium omnium supremum esse eum, qui inerrabili meatu censetur. Adde *de Mundo.*

INERRANS, antis, *not wandering*, ἀπλανής, non errans. Unde inerrantes stellæ dicuntur, quæ et fixæ appellantur. *the fixed stars. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 21. Nec vero eæ stellæ, quæ inerrantes vocantur, non significant eandem mentem atque prudentiam, quarum est quotidiana, conveniens constansque conversio. et lib. 3. c. 20. Si Luna dea est, ergo etiam Lucifer, ceteræque errantes numerum deorum obtinebunt. igitur etiam inerrantes.

INERRO, as, n. 1. *to wander in or on*, ἐμπλανάομαι, idem ac erro, vel in loco quopiam erro. *Plin.* l. 1. ep. 6. Non magis Dianam montibus, quam Minervam inerrare. *Id.* l. 7. ep. 27. Memoria imaginis oculis inerrabat. *h. e.* observabatur. *Stat.* l. 1. silv. 5. v. 58. ubi languidus ignis inerrat ædibus. *Minuc. Fel. in Octav.* c. 31. Dum domi natos alienæ misericordiæ frequenter exponitis, necesse est in vestros recurrere, in filios inerrare. [¶ Cum accusativo. *Apul.* 10. *Met.* pag. 734. *Oudend.* Puelli puellæque dispositis ordinationibus decoros ambitus inerrabant, nunc in orbe flexuosi, nunc in obliquam seriem connexi. *h. e.* saltantes choreas ducebant.]

INERS, ertis, *without art*, ἄτεχνος, qui nullam exercet artem. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 34. Lustremus animo has maximas artes, quibus qui carebant, inertes a majoribus nominabantur. *Lucil.* apud *Serv.* ad 4. *Æn.* v. 158. Ut perhibetur iners, ars in quo non erit ulla. ¶ Universim dicitur de nihil agente, nihil moliente, otioso, segne, ignavo, deside, pigro, ut sunt qui nullam artem exercent. *slothful, indolent, inactive, lazy, sluggish, dull. Cic. de senect.* c. 11. Quæ vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignavæ, somniculosæ senectutis. *Id. Verr.* 4. *sub fin.* Homo inertior, ignavior proferri non potest. *Terent. Andr.* 3. 5. 2. Quandoquidem tam iners, tam nullius consilii sum. *Id. Heaut.* 5. 4. 10. Gerro, iners, fraus, helluo. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 33. Inertissimum et desidiosissimum otium. *Id.* 1. *de Fin.* c. 2. Rudem esse in nostris Poetis, inertissimæ segnitiæ est. *Plin.* l. 8. c. 21. Fera iners membris. *heavy, slow. Plaut.*

Bacch. 3. 6. 13. Lingua factiosi, inertes opera. *Claudian.* l. 1. *de rap. Pros.* v. 20. vacui Averni vulgus iners. *h. e.* animæ mortuorum, quæ et vita carent et actione. *Colum.* l. 6. c. 27. Iners in aliquam rem. *Id.* l. 8. c. 2. *ad fin.* Gallinæ inertes ad incubandum. *Nævius* apud *Macrob.* 6. *Saturn.* c. 5. Silvicolæ homines, bellique inertes. ¶ Translate refertur ad res inanimas. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 121. et *Senec.* l. 5. *quæst. nat.* c. 15. inertes aquæ. *stagnant, dead.* et lib. 1. *ex Pont.* ep. 10. v. 14. Iners stomachus. *h. e.* qui non concoquit. *Virg.* 1. *Georg.* v. 94. Inertes glebæ. *h. e.* steriles et nihil gignentes. *Sil.* l. 5. v. 571. stipula crepitabat inani Ignis iners, cassamque dabat sine robore flammam. *Id.* l. 6. v. 146. Lucus iners. *h. e.* inutilis, nulli usui patens, inhabitabilis. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 45. Qui terram inertem, qui mare temperat ventosum. *h. e.* gravem, immobilem, brutam. *Id.* l. 2. sat. 6. v. 61. somno et inertibus horis ducere vitam. *h. e.* quas inertes otiosique transigimus. *Grat. in Cyneg.* v. 44. *de lino.* Ipse in materia damnosus candor inerti. *h. e.* inutili, venationi inepta. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 314. et l. 1. *ex Ponto*, epist. 15. v. 44. iners tempus. *h. e.* in quo nihil fit. ¶ ad cibos, qui insipidi, et sine acrimonia. *tasteless, insipid. Horat.* l. 2. sat. 4. v. 41. Curvet aper lances carnem vitantis inertem. *Plin.* l. 20. c. 22. *sub fin.* Blitum iners videtur, ac sine sapore, aut acrimonia ulla. *Id.* l. 31. c. 7. Iners sal. ¶ Metaphorice *Horat. de ar. Poet.* v. 445. inertes versus reprehendere. *spiritless, frigid, flat.* ¶ Metonymice dicitur de iis, quæ pigros et inertes faciunt. *Cic. de Fato.* c. 13. Iners genus interrogationis. V. *Ignavus.* et *Ovid. Metam.* 8. v. 790. Frigus iners. et 2. *Amor.* el. 10. v. 19. inertes somni. *Plin.* l. 16. c. 43. Viridia ligna serrarum dentes replent æqualitate inerti. *h. e.* quæ serram reddit secando ineptam. ¶ Ponitur et pro minime strenuo, imbelli, infirmo. *weak, feeble, unwarlike. Virg.* 4. *Æn.* v. 158. Spumantemque dari pecora inter inertia votis Optat aprum. ¶ Item pro minime vafro, incallido. *dull. Propert.* l. 2. el. 23. v. 70. Tendis iners docto retia nota mihi. ¶ *Iners censoria nota* apud *Liv.* l. 24. c. 18. est quæ a Censoribus inuritur iis, qui militiam detrectarunt, et sine causa vocatione armorum usi sunt. ¶ *Iners victoria*, quæ nullo aut exiguo labore ac certamine, et fortuna potius, quam virtute parta est. *Claud. Quadrigar.* apud *Non.* cap. 4. n. 452. ¶ In bonam partem accipitur in illo *Tibulli* l. 1. el. 1. v. 5. Me mea paupertas vitæ traducat inerti. *h. e.* quietæ, sine curis ac negotiis, ἀταραξίᾳ, καὶ ἀπραξίᾳ. ¶ In sexto casu singulari fere in i desinit. Poetice autem etiam in *e. Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 5. v. 8. estque minor factus inerte situ. et epist. 10. v. 14. Stabit et in stomacho pondus inerte diu.

INERTĬA, æ, f. *want of art or skill, unskilfulness, ignorance*, ἀτεχνία, ignoratio omnis artis, imperitia. V. *Iners. Cic. in Partit.* c. 10. Animi spectantur, quomodo affecti sint, virtutibus, vitiis, artibus, inertiis. *Petron. in Satyr.* cap. 135. Illa inertiam meam accusans, &c. dentibus folliculos perite spoliat. ¶ Item artis carentia, cum scilicet artem aliquam exercere non licet, vel cum nihil agi potest. *Sallust.* orat. 2. *ad Cæs. ante med.* Ubi eos paulatim expulsos agris, inertia atque inopia incertas domos habere coegit. ¶ Item sæpissime pigritia, desidia, ignavia, *sloth, idleness, laziness, inactivity, sluggishness, dulness*, ῥᾳθυμία. Ab ignavia, et desidia quomodo differat, in iis vocibus dictum est. *Cato* apud *Gell.* l. 11. c. 2. Inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitatio. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 15. Duo illa relinquamus: idque largiamur inertiæ nostræ. *Id.* 1. *Catil.* c. 2. Jam me ipsum inertiæ nequitiæque condemno. *Id.* 1. *de Orat.* c. 41. Castigare segnitiem hominum, atque inertiam. *Sallust. in Catil.* c. 56. Inertia, et mollitia animi. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 8. Propter inertiam laboris. *h. e.* fugam. *Liv.* l. 33. c. 45. *sub fin.* Inertia operis. *doing nothing. Horat.* l. 1. ep. 11. v. 28. Strenua nos exercet inertia. *Sallust.* orat. 2. ad *Cæs. a med.* Libertatem per inertiam amittere.

INERTICŬLUS, a, um, adject. diminutivum. *weak, thin. Inerticula* appellatur genus vitis, de qua ita *Colum.* l. 3. c. 2. *a med.* Inerticula tamen nigra, quam quidam Græci amethyston (ἀμέθυστον) appellant, potest in secunda quasi tribu esse, quod et boni vini est, et innoxia: unde etiam nomen traxit, quod iners habeatur in tentandis nervis, quamvis gustu non sit hebes. *Plin.* l. 14. c. 2. *a med.* Inerticulam e nigris appellavere, justius sobriam dicturi, inveterato præcipue commendabilem vino, sed viribus innoxiam: siquidem temulentiam sola non facit.

INERVO. V. *Enervo*, in fin.

INERUDĪTE, *unlearnedly, ignorantly*, ἀπαιδεύτως, non erudite. *Quintil.* l. 1. c. 10. *a med.* (*al.* c. 17. *in fin.*) Non inerudite ad declamandum ficta materia. *Gell.* l. 7. c. 3. Inerudite, et ἀναγώγως principio nimis insolenti usus est.

INERUDĪTUS, a, um, *uninstructed, unlearned, illiterate, unlettered, ignorant*, ἀπαίδευτος, non eruditus, indoctus, illitteratus. *Cic.* 1. *de Fin. in fin.* Non ergo Epicurus ineruditus, sed ii indocti, qui, &c. *Id.* 4. *Acad.* c. 43. Ne quis illud tam ineruditum absurdumque respondeat. *Quintil.* l. 10. c. 1. Ineruditus judex. *Sueton. de Grammat.* c. 15. Sallustius Catonis verborum ineruditissimus fur. [¶ Translate *Quintil.* lib. 1, c. 12. *extr.* Quanto plus delectationis habiturus, quam ex ineruditis voluptatibus?]

INESCĀTUS, a, um, *caught with a bait, allured, ensnared, trepanned, wheedled*, δελεασθείς, esca captus: et translate deceptus. *Liv.* l. 22. c. 41. Quin potius credere velut inescatam temeritatem ferocioris consulis. Adde *Flor.* l. 3. c. 5. ¶ Proprie est esca repletus. *Apul.* l. 9. *Metam.* Gravi odore sulphuris juvenis inescatus, atque obnubilatus. *having his throat filled.*

INESCO, as, a. 1. *to catch with a bait, ensnare, allure, wheedle*, δελεάζω, proprie est pisces et aves esca captare. Translate sumitur pro decipere, allicere. *Terent. Adelph.* 2. 2. 12. Nescis inescare homines, Sannio. *you do not know how to catch men. Petron. in Satyr.* c. 140. Sicut muta animalia cibo inescantur, sic homines non caperentur spe, nisi aliquid morderent. *Liv.* l. 41. c. 23. Specie parvi beneficii inescamur. Adde *Senec.* epist. 74. *ante med.* [¶ Particip. *inescandus* apud *Vellei.* l. 2. c. 13. Inescandæ multitudinis causa.]

INEVECTUS, a, um, idem ac invectus. *Virg. in culice*, v. 340. Cur aliquis propriæ fortunæ munere dives Tendit inevectus cælum super? Adde vers. 100. ubi alii aliter leg.

INEVITABĬLIS, le, *that cannot be avoided, inevitable*, ἀδιάδραστος, qui vitari non potest. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 50. Mala inevitabilia. *Albinov. ad Liviam*, v. 443. Sed rigidum jus est, et inevitabile mortis. *Curt.* l. 4. c. 6. Inevitabile fatum. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 74. Inevitabile crimen.

INEVITABILĬTER, adverb. *unavoidably, inevitably. Augustin. in Enchyr.* c. 13. Inevitabiliter nos compellit.

INEVOLŪTUS, a, um, *not rolled out, unopened*, non evolutus. *Martial.* l. 11. epigr. 1. *ad librum suum.* Vadas et redeas inevolutus.

INEVULSIBĬLIS, le, non evellendus, indissolubilis, indivulsus. *Augustin.* l. 3. *de Baptism. contra Donatist.* cap. 10. Universæ Ecclesiæ inevulsibile membrum esse gaudebat.

INEXAMINĀTUS, a, um, *not examined. Firmic.* l. 1. c. 2. Inexaminatæ partis allegationes. *Martian. Cap.* l. 9. pag. 303. Inexaminatas mulieres explodere.

INEXCITABĬLIS, le, qui excitari non potest. *Senec.* ep. 83. *circa med.* Oppressus inexcitabili somno. *from which one cannot be awakened.*

INEXCĪTUS, a, um, *not excited*, non excitus, non excitatus. *Virg.* 7. *Æn.* v. 623. Ardet inexcita Ausonia, atque immobilis ante. *formerly at peace.*

INEXCOCTUS, a, um, non excoctus. *Sidon.* carm. 7. v. 380. pando pronus aratro Vertit inexcoctam per pinguia jugera glebam.

INEXCOGITABĬLIS, le, *that cannot be found out, unsearchable*, qui excogitari non potest. *Lactant.* l. 1. c. 8. Inexcogitabilis, et nulli alii satis notus. Adde *Tertull. advers. Valentin.* c. 37.

INEXCOGITĀTUS, a, um, *not thought of, unpremeditated, not found out*, qui excogitatus, et præmeditatus non est. *Plin.* l. 36. c. 15. *ante med.* Novum et inexcogitatum antea posteaque remedium invenit ille rex.

INEXCULTUS, a, um, *uncultivated, unadorned, unpolished*, ἀκόμψος, ἀνέργαστος, inornatus. *Gell.* l. 13. c. 22. Villas suas inexcultas et rudes, ne tectorio quidem prælitas fuisse dicit.

INEXCUSABĬLIS, le, *without excuse, not to be excused, inexcusable*, ἀναπολόγητος, qui excusari non potest. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 58. ne te retrahas, et inexcusabilis abstes. *Ovid. Metam.* 7. v. 511. felix et inexcusabile tempus. *h. e.* in quo nulla excusatio afferri potest. *which admits of no excuse for refusal. Ulpian. Dig.* lib. 5. tit. 1. leg. 50. Inexcusabilia onera. *h. e.* quæ detrectare non licet.

INEXCUSSUS, a, um, *unshaken*, non excussus. *Virg. in Cul.* v. 300. Assidet hac juvenis, sociat quem gloria, fortis, Acer, inexcussus. ¶ Item inexaminatus. *Scævola* leg. 23. *Dig. de pecul. leg.* h. e. *Dig.* lib. 33. tit. 8. leg. 23. sed ibi est interpretatio Græce vocis ἀνεξέταστος.

INEXERCĬTĀTUS, a, um, *unexercised*, ἀγύμναστος, non exercitatus. *Cic. de Senect.* cap. 18. Nec tanquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse. *not trained, unskilful. Id.* 2. *Tuscul.* c. 16. Rudis et inexercitatus miles. *undisciplined. Id.* 2. *de Orat.* c. 17. Homo non hebes neque inexercitatus. *et in Bruto*, c. 36. Promptus et non inexercitatus ad dicendum. *unpractised. Auctor dial. de Oratorib.* c. 5. Inexercitata eloquentia. [¶ Item iners, qui vitam minime laboriosam degit. *Cels. in præf. ad fin.* Famem facilius fert inexercitatus quam exercitatus homo. (*Id.* l. 5. c. 26. n. 6. Facilius sanescit exercitatus, quam iners.)]

INEXERCĬTUS, a, um, idem ac inexercitatus. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 8. Disarium nostrum inexercitum non relinquo. Affertur et locus *Ciceronis Tuscul.* 5. c. 39. Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum Philosophum. Sed mira hic lectionum varietas.

INEXĒSUS, a, um, non exesus. *Minut. Felix in Octav.* c. 25. Pœnale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur.

INEXHAUSTUS, a, um, *unexhausted, inexhaustible*, ἀνεξάντλητος, qui exhauriri non potest, indeficiens, nunquam desinens. *Cic.* 3. *Fin.* c. 2. Erat enim in eo inexhausta aviditas legendi. ¶ *Inexhausta metalla*, fodinæ, quæ exhauriri non possunt præ abundantia. *Virg. Æn.* 10. v. 174. Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

INEXORABĬLIS, le, *implacable, inexorable*, ἀπαραίτητος, implacabilis, qui exorari non potest. *Cic. pro Sull.* c. 31. Ego ille, qui vehemens in alios, qui inexorabilis in ceteros esse visus sum. *Liv.* l. 34. c. 4. *sub fin.* Adversus te, et rem tuam, et liberos tuos inexorabiles. *Tacit.* 11. *Ann.* c. 18. Inexorabilis delictis. *Gell.* l. 14. c. 4. Contra improbos nocentesque immisericors atque inexorabilis. *Id.* l. 1. c. 13. Ferox, durus, indomitus, inexorabilis. *Liv.* l. 2. c. 3. Leges rem surdam, inexorabilem esse. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 51. Inexorabilis disciplina. *h. e.* quæ nunquam remittitur. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 244. sed inexorabile durus Exerces odium. ¶ Item qui impetrari non potest, *not to be obtained, unattainable. Valer. Flacc.* l. 5. v. 321. Annuet ipse, reor: neque inexorabile certe, Quod petimus. ¶ Translate *Valer. Max. in fin.* l. 4. Arcæ inexorabilibus claustris obseratæ.

INEXORĀTUS, a, um, *not desired or entreated*, non rogatus. *Arnob.* l. 3. pag. 114. Hoc est proprium Dei, inexorata beneficia præbere.

INEXPECTATUS. V. *Inexspectatus.*

INEXPEDIBĬLIS, le, *inexplicable*, inexplicabilis. *Ammian.* l. 31. c. 13. *a med.* (*al.* c. 39.) Ne per moras inexpedibiles populandi amitterent copiam.

INEXPEDĪTUS, a, um, *not ready, unprepared*, non expeditus, non promptus, impeditus. *Arnob.* l. 7. pag. 247. Inexpeditus in rebus obeundis. *Id.* l. 5. pag. 182. Quia cuncta, quæ scripta sunt, inexpeditissimum vobis est traducere, invertere, derivare.

INEXPERIENTĬA, æ, f. *inexperience. Tertull. de Anim.* c. 20. Obtundunt inscitiæ, inexperientiæ, otia, vitia.

INEXPERRECTUS, a, um, *unawakened, sound asleep*, non experrectus. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 317. In tanto fremitu ductis sine fine jacebat Sopitus vinis, et inexperrectus Aphydnas.

INEXPERTUS, a, um, *untried, unexperienced*, passive, ἄπειρος, non expertus, intentatus. *Virg.* 4. *Æn.* v. 415. Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat. *Plin.* l. 8. ep. 14. *ante med.* Genus quæstionis inexpertum. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 75. Legiones civili bello inexpertæ. *unaccustomed to, unacquainted with. Liv.* l. 28. c. 18. *ad fin.* Committere se in fidem inexpertam. *Id.* l. 23. c. 18. *a med.* Exercitum in tectis habuit, adversus omnia humana sæpe ac diu durantem, bonis inexpertum atque insuetum. *unacquainted with. Id.* l. 6. c. 18. Animus ad contumeliam inexpertus. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 97. inexpertos tentare parentibus Austros Æsoniden. ¶ Active, qui expertus non est, qui periculum non fecit, *not having made trial of, unexperienced in. Horat.* l. 1. ep. 18. v. 86. Dulcis inexpertis cultura potentis amici. Expertus metuit. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 23. Jussus inexpertam Colchos advertere puppim. *Tacit.* 16. *Ann.* c. 5. Quique per longinquas provincias lasciviæ inexperti. ¶ *Inexpertum carmen* apud *Stat.* l. 4. *silv.* 5. v. 11. est adhuc contentum domi, necdum prolatum, recitatumve.

INEXPIABĬLIS, le, *not to be atoned, inexpiable*, ἀνακάθαρτος, qui expiari non potest. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 12. Nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent. *inviolable, the violation of which cannot be expiated or atoned for. Id. de Harusp. resp.* c. 27. Inexpiabile scelus. ¶ Translate sumitur pro implacabili. *Liv.* l. 39. c. 51. Inexpiabile odium Romanorum in Annibalem. *implacable. Id.* l. 4. c. 35. Inexpiabile bellum. *obstinate. Cic. in Pison.* c. 3. Se se alicui implacabilem inexpiabilemque præbere. *irreconcileable.*

INEXPIABILĬTER, modo inexpiabili. *Augustin.* l. 11. *de Gen. ad litt.* c. 13. Inexpiabiliter corruptus atque perversus. *irremediably.*

INEXPIĀTUS, a, um, *unexpiated*, non expiatus. *Augustin.* ep. 56. *ad Dioscor. post init.* Dedecus inexpiatum remanet.

INEXPLANABĬLIS, le, *inexplicable*, inexplicabilis. *Martian. Capell.* l. 4. pag. 95. Nescio quid vulgo inexplanabile loquebatur.

INEXPLANĀTUS, a, um, *that cannot pronounce articulately*, non planus, impeditus, ut inexplanata lingua, h. e. impedita. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 65. Metellum Pontificem linguæ adeo inexplanatæ fuisse accepimus.

INEXPLEBĬLIS, le, *not to be filled, insatiable*, ἀσυμπλήρωτος, qui expleri non potest, insatiabilis. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 6. Omnia rapide appetentem cum inexplebili cupiditate. *Liv.* l. 28. c. 17. Vir inexplebilis virtutis veræque laudis. *Plin.* l. 11. c. 25. Scorpiones cum sitiunt inexplebiles potu. *Justin.* l. 31. c. 8. Inexplebile desiderium videndi. *Senec.* ep. 89. *extr.* Inexplebilis stomachus. *Id. de consol. ad Helv.* c. 15. Ubi colloquia, quorum inexplebilis eram?

INEXPLĒTUS, a, um, non expletus, inexplebilis. *Ovid. Metam.* 3. v. 439. *de Narcisso.* Spectat inexpleto mendacem lumine formam. *Stat.* l. 3. *silv.* 3. v. 8. inexpleto rumpentem pectora questu. *Id.* 2. *Theb.* v. 518. Inexpleta alvus. *Valer. Flacc. in fin.* l. 6. Semper inexpletis agno-

scit Iasona curis. *Stat.* 6. *Theb.* v. 703. Ardet inexpleto sævi Mavortis amore. et lib. 4. v. 473. et formidabile regnum Mortis inexpletæ. et lib. 8. v. 482. inexpleto rapitur per millia ferro. *not satiated with blood.* Sic vers. 667. Inexpletæ cædes. *incomplete.* *h. e.* plurimæ quidem, sed quæ nondum tamen crudelitatem explevere. Adde lib. 4. v. 474. ¶ *Inexpletum* adverbii more, *Virg.* 8. *Æn.* v. 559. Inexpletum lacrimans. *excessively, beyond measure.*

INEXPLICABĬLIS, le, *perplexed, inextricable, intricate, from which it is hard to disengage one's self,* ἄλυτος, involutus, impeditus, difficilis, unde se facile expedire quis nequit. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 3. *ad fin.* O rem, inquis, difficilem et inexplicabilem! atqui explicanda est. *Liv.* l. 40. c. 33. Inexplicabiles continuis imbribus viæ. *Id.* l. 37. c. 52. Cum aliquamdiu hinc indulgentia, hinc modestia, inter permittentes invicem, non magis mutua, quam inexplicabili facilitate certatum esset. *Quintil.* l. 5. c. 10. *a med.* Laquei inexplicabiles. *Curt.* l. 3. c. 1. Inexplicabile vinculum. *Plin.* l. 36. c. 13. Inexplicabilis error viarum. *Tacit.* 3. *Ann.* cap. 73. Bellum inexplicabile. *Gell.* l. 14. c. 2. Inexplicabilis ambiguitas. ¶ Item inenarrabilis, *inexplicable, hard to be explained,* ἀνέκφραστος, ἄπορος. *Cic.* 4. *Acad.* c. 29. *extr.* Hæc inexplicabilia esse dicitis. (ἄπορα Græce hæc dici, *Gell.* l. 9. c. 15. docet: et ad Dialecticos pertinent.) *Plin.* l. 34. c. 7. Inexplicabilis multitudo. *immense.* *Id.* l. 23. c. 1. *ante med.* De generibus singulis disserere immensum et inexplicabile est.

INEXPLICABILĬTER, adverb. *inexplicably.* *Apul.* l. 2. *Metam. sub fin.* Cetera corporis inexplicabiliter ad regulam congruentia. *h. e.* ita ut explicari verbis non possit. *Augustin.* ep. 255. *a med.* Inexplicabiliter implicare.

INEXPLICĀTUS, a, um, *unexplained,* non explicatus. *Arnob.* l. 7. pag. 219. Quas tamen nos partes inexplicatas transcurrimus, atque intactas.

INEXPLICĬTUS, a, um, *intricate, obscure,* inexplicatus, inexplicabilis. *Stat. Theb.* 2. v. 510. *de Sphinge.* Conlustrat campos, si quis concurrere dictis Hospes inexplicitis, aut comminus ire viator Audeat. *Martial.* l. 9. epigr. 48. Democritos, Zenonas, inexplicitosque Platonas.

INEXPLORĀTE, adverb. *without exploring, searching, or examining beforehand; rashly, precipitately,* ἀκατασκόπως, ἀνεξετάστως, sine exploratione, et inquisitione. *Gell.* l. 5. c. 19. Sed arrogationes non temere, nec inexplorate committuntur.

INEXPLORĀTO, adverb. idem ac inexplorate. *Liv.* l. 21. c. 25. Ibi inexplorato profectus, in insidias præcipitatus, &c. *Id.* l. 12. c. 4. Inexplorato angustiis superatis. *h. e.* non explorato itinere per speculatores præmissos. *without first exploring the country.*

INEXPLORĀTUS, a, um, *unexplored, not examined, untried,* ἀνεξέταστος, non exploratus, non investigatus, non ante cognitus, incompertus, obscurus. *Liv.* l. 26. c. 48. Inexplorata stagni vada. *Plin.* l. 35. c. 6. *a med.* Apportatur et Indicum ex India, inexploratæ adhuc inventionis mihi.

INEXPUGNABĬLIS, le, *not to be taken by assault, not to be conquered, or subdued, impregnable, unconquerable, inexpugnable,* ἀνάλωτος, qui expugnari non potest. *Liv.* l. 2. c. 7. Ibi alto et munito loco arcem inexpugnabilem fore. ¶ Et translate, *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 14. Volumus enim, eum, qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum. *Senec.* ep. 57. Naturalis affectio inexpugnabilis rationi. *Quintil.* l. 7. c. 3. Verborum finitio inexpugnabilis. *Plin.* l. 33. c. 4. Terra prope inexpugnabilis. *h. e.* quæ perfringi et cavari non potest. *Ovid. Metam.* 5. v. 486. inexpugnabile gramen. *h. e.* inextirpabile. *Plin.* l. 35. c. 13. Lapis undis inexpugnabilis. *h. e.* qui ab undis non eroditur, consumiturve. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 767. Non agreste tamen, nec inexpugnabile amori Pectus habens. *Arnob.* l. 7. pag. 218. Inexpugnabilis necessitas.

INEXPUGNĀTUS, a, um, adject. non expugnatus, non victus. *Paulin. Nolan.* ep. 18. *ad Vitric.* n. 5. Voluntas sanctis operibus, et pio ministratu inexpugnata.

INEXPUTABĬLIS, le, *incalculable, incomputable, innumerable,* ἀσυλλόγιστος, cujus ratio et numerus iniri non potest. *Colum.* l. 9. c. 4. Nam inexputabilis erat numerus.

INEXSATURABĬLIS, *et* Inexaturabilis, le, *insatiable,* ἀπλήρωτος. *Virg.* 5. *Æn.* v. 781. Junonis gravis ira, et inexsaturabile pectus. *implacable.* *Al. leg.* nec exsaturabile. *Arnob.* l. 2. pag. 71. Inexsaturabilis appetitus.

INEXSPECTĀTUS, *et* Inexpectatus, a, um, *not expected, unexpected,* ἀπροσδόκητος. *Cic.* 2. *de Orat.* cap. 55. Pro dii immortales, quæ fuit illa, quanta vis! quam inexspectata! *Senec.* ep. 107. Nihil insolitum, nihil inexspectatum est. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 65. inexspectatus in armis Hostis adest.

INEXSTINGUIBĬLIS, *et* Inextinguibilis, le, *inextinguishable,* qui exstingui non potest. *Lactant.* l. 7. c. 19. Flamma inexstinguibilis. ¶ Translate *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 479. Mala consuetudo diu importata est inexstinguibilis.

INEXSTINCTUS, *et* Inextinctus, a, um, *unextinguished.* *Ovid.* 6. *Fast.* v. 297. Ignis inexstinctus templo celatur in illo. ¶ Translate *Id. in Ibin,* v. 424. inexstincta conficiare fame. *insatiable.* et lib. 5. *Trist.* el. 14. v. 35. Aspicis, ut longo maneat laudabilis ævo, Nomen inexstinctum, Penelopæa fides? *Id.* 1. *Fast.* v. 413. Inexstincta libido.

INEXSTIRPABĬLIS, *et* Inextirpabilis, le, *that cannot be extirpated.* *Plin.* l. 15. c. 20. Radices multæ atque altæ, et ideo inexstirpabiles.

INEXSUPERABĬLIS, *et* Inexuperabilis, le, *insuperable, unconquerable, invincible,* ἀνυπέρβλητος, qui superari non potest. *Liv.* l. 5. c. 34. *de Alpib.* Quas inexsuperabiles visas, haud equidem miror. *Id.* l. 44. c. 35. Natura et operibus inexsuperabilis ripa videbatur. *Id.* l. 8. c. 7. Inexsuperabilis vis fati. *Senec.* ep. 85. *circa med.* Beata vita bonum in se perfectum habet, inexsuperabile. *h. e.* quod a nullo alio bono vincitur.

INEXTERMINABĬLIS, le, qui exterminari non potest. *Claud. Mamert.* l. 2. c. 10. ex *Sap.* 2. 23.

INEXTRICABĬLIS, le, *not to be extricated or disentangled, not to be disengaged from, inextricable, irrecoverable,* unde se facile extricare atque expedire quis nequit. *Virg.* 6. *Æn.* v. 27. *de labyrintho.* Hic labor ille domus, et inextricabilis error. *Plin.* l. 20. c. 21. Stomachi inextricabilia vitia. ¶ Item qui avelli non potest. *Plin.* l. 16. c. 39. Cædi tempestivum, quæ decorticentur, cum germinant: alias cortice inextricabili. ¶ Translate est inexplicabilis, inenarrabilis. *inexplicable.* *Cic.* 4. *Acad.* c. 29. *extr.* Hæc inextricabilia esse dicitis. ἄπορα. Al. leg. *inexplicabilia.* et *Plin.* l. 11. c. 2. Inextricabilis perfectio.

INEXTRICABILĬTER, adverb. *inextricably.* *Apul.* l. 11. *Metam.* Inextricabiliter contorta fatorum licia.

INFĂBRE, adverb. *without art, unskilfully, rudely,* ἀτέχνως, ἀκόμψως, inartificiose, inornate, impolite. *Liv.* l. 36. c. 40. In Gallicis vasis, non infabre suo more factis. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 22. infabre sculptum. ¶ *Non.* cap. 1. n. 192. exponit etiam fœde, ut *affabre,* pulcre: affertque illud *Pacuv. in Nyptr.* (quem loc. habet etiam cap. 4. n. 46.) Barbaricam pestem navibus nostris obtulit, Nova figura factam, commissam infabre. *Sed al. leg.* vestem Sabinus nostris, &c.

INFABRICĀTUS, a, um, *unwrought, unhewn, unfashioned,* ἀκατασκεύαστος, ἀνέργαστος, non fabricatus, impolitus. *Virg.* 4. *Æn.* v. 400. Frondentesque ferunt ramos et robora silvis Infabricata fugæ studio.

INFACĒTE, *et* Inficete, *without humour or pleasantry, unpleasantly, unwittily,* ἀκόμψως, minime facete, rustice, ineleganter, insulse: et sæpe præcedente negativa particula ponitur. *Vellei.* l. 2. c. 33. *extr.* Quem haud infacete Pompeius Xersem togatum vocare assueverat. *Sueton. in Tito,* c. 20. Unde quidam urbanorum non infacete, Dicam, inquit, cum, &c. *Plin.* l. 35. c. 4. *a med.* Ostendens in tabula pictum inficetissime Gallum exserentem linguam. (*Cic.* 2. *de Orat.* c. 66. eandem rem narrat.)

INFACETĬÆ, arum, f. *coarse raillery, poor puns, stale jests, low wit,* res, aut dicta infaceta, ineptiæ. *Catull.* carm. 36. *in Annal. Volus.* At vos interea venite in ignem Pleni ruris et infacetiarum, Annales Volusi. *Al. leg.* inficetiarum.

INFACĒTUS, *et* Inficetus, a, um, *destitute of humour or wit, unpleasant, insipid,* ἄκομψος, minime facetus, insipidus, insulsus, inurbanus, illepidus. Fere particulæ negativæ postponitur. *Cic.* 3. *Offic.* c. 14. Canius nec infacetus, et satis litteratus. *Id. pro Cœl.* c. 29. Non inficetum mendacium. *Sueton. in Grammat. c. ult.* Non infaceto dicto notatus. *Martial.* l. 5. epigr. 79. Sed quod grave sit, nec infacetum, Parvi tibia condyli sonabit. *unpleasant, unacceptable.* ¶ Item rudis, rusticus, fatuus, elegantiarum expers atque ignarus. *rude, unpolished, clownish.* *Catull.* carm. 22. *ad Varr.* v. 14. Idem inficeto est inficetior rure. et carm. 43. *ad amic. Form.* Tecum Lesbia nostra comparatur? O sæculum insipiens et inficetum! *Plaut. Trucul.* 2. 4. 4. Qui tam inficetus Lemno adveniens, qui tuæ non des amicæ suavium? *ill-mannered, ill-bred.*

INFACTUS, pro Infectus legitur a nonnullis apud *Tertull. in Apolog.* cap. 11.

INFACUNDĬA, æ, f. *rudeness of speech,* ἡ ἐν τῷ λέγειν ἀπειρία, imperitia loquendi, aut dicendi, infantia. *Gell. in fin.* c. 16. l. 11. Hujus tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia, qui ne pluribus quidem verbis potuerim non obscurissime dicere, quod a Græcis perfectissime uno verbo, et planissime dicitur.

INFACUNDUS, a, um, *uneloquent, rude in speech,* ὁ ἐν τῷ λέγειν ἄπειρος, non facundus, infans, imperitus dicendi aut loquendi. *Liv.* l. 4. c. 49. *a med.* Tribunus plebis vir acer, nec infacundus. *Id.* l. 7. c. 4. *ad fin.* Quod filium juvenem in opus servile dederit, quia infacundior sit et lingua impromptus. *Gell.* l. 18. c. 3. Vir inopi lingua et infacundus.

INFÆCO, as, avi, atum, a. 1. fæce polluo, maculo, conspurco. *Tertull. de Anim.* cap. 53. *ad fin.* Animam concretione carnis infæcat.

INFALSĀTUS, a, um, *falsified, corrupted,* corruptus, ut Infalsati codices, *Augustin.* l. 13. *contra Faust.* c. 4. *sub fin.*

INFAMĀTUS, a, um, *blamed, defamed, aspersed, spoken ill of,* vituperatus. *Nep. in Alcib.* c. 11. Hunc infamatum a plerisque tres historici laudibus extulerunt. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 446. infamatæque relinquunt Tecta deæ.

INFAMĬA, æ, f. *ill fame, an ill report,* δυσφημία, malus sermo dissipatus, malus rumor, mala fama. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 211. Contigerat nostras infamia temporis aures. et vers. 215. minor fuit ipsa infamia vero. ¶ Item *infamy, disgrace, slander, dishonour, ignominy,* ἀδοξία, nota ex mala fama, probrum, turpitudo nominis, macula. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 56. Cum infamia atque indignitas rei impediebat. *Plaut. Pers.* 3. 1. 27. Hominum immortalis est infamia: etiam tum vivit, cum esse credas mortuam. *Terent. Andr.* 2. 6. 13. Hæc res est mihi infamiæ. *Cic. pro Cluent.* cap. 22. Illa judicia senatoria insigni turpitudine notata, atque operta dedecore et infamia. *Id. Catil.* 1. c. 6. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? quod privatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? *Id.* 4. *Tuscul.* c. 20. Ignominiam et infamiam ferre sine dolore. *Terent. Heaut.* 2. 3. 18. In summa infamia esse. *Cic.* 4. *Attic. ep. ult.* Flagrare infamia. *Julian. Dig.* lib. 3. tit. 2. leg. 1. notari. *to be branded.* *Ulpian. ibid.* leg. 6. laborare. *Nep. in Alcib.* c. 3. aspergi. *Cic. Verr.* 2. c. 12. urgeri. *et Verr.* 5. c. 60. *extr.* Ex infamia eripere. *et Verr.* 2. c. 15. liberare. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 30. De re aliqua infamiam capere. *Justin.* l. 3. c. 4. colligere. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 22. habere. *Ulpian. loc. cit.* leg. 13. alicui irrogare. *Cic. pro Cœl.* c. 18. inferre. *Liv.* l. 44. c. 25. *extr.* movere. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 22. ferre alicui. et cap. 56. alicui parare. *Justin.* l. 3. *c. ult.* acquirere alicui. *to draw down upon.* *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 74. sarcire. *Justin.* l. 30. c. 3. expiare. *Sueton. in Cæs.* c. 79. discutere. *Id. in Aug.* cap. 71. refutare. *Id. in Domit.* c. 1. Primæ adolescentiæ tempora tanta infamia gessisse fertur, ut, &c. *Id. in Aug.* c. 55. Libellos ad infamiam cujusquam edere. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 4. Trahere aliquid ad infamiam. *h. e.* infamem reddere. *Sueton. in Aug.* c. 68. Variorum dedecorum infamiam subire. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 551. Cacus Aventinæ timor atque infamia silvæ. *h. e.* qui silvam Aventinam infamem reddidit. Sic 8. *Metam.* v. 97. Dii te submoveant, o nostri infamia sæcli, Orbe suo. ¶ In plur. numero. *Plaut. Pers.* 3. 1. 19. Si ad paupertatem admigrant infamiæ, gravior paupertas fit. *Tacit. Ann.* 4. c. 33. Qui, Tiberio regente, pœnam, vel infamias subiere.

INFĀMIS, e, adject. *infamous, ill spoken of, disreputable, disgraceful, dishonourable, ignominious,* ἄτιμος, qui ob scelus, aut turpitudinem mala fama est, male audit, turpis, famosus, vitiis notus. *Cic. pro Font.* c. 11. Turpis adolescentia, vita infamis. *Tacit. de Germ.* c. 14. Infamis et probrosus. *Cic. pro Cluent.* c. 47. Homines ceteris vitiis, atque omni dedecore infames. *Id.* 6. *Verr.* c. 9. Multas familias in perpetuum infames tuis flagitiis fecisti. *disgraced, dishonoured.* *Tacit.* 2. *Hist.* c. 56. Valens ob lucra et quæstus infamis. *Id.* 1. *Ann.* c. 73. Infamis corpore. *h. e.* flagitiis. et lib. 6. c. 7. infamis per flagitia ¶ Metonymice. *Plin.* l. 7. c. 27. Spatiosa et capax domus; sed infamis et pestilens. *Cic. in Divin. Verr.* c. 7. Ceratam unicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami, et nefaria. *h. e.* quæ corruptis judicibus infamiam peperit. V. *Ascon. Impp. Gratian. Valent. et Theodos.* lib. 10. *Cod.* tit. 31. leg. 34. Infamissima utilitas. ¶ De infami digito, V. in *Digitus.* ¶ *Infamis in aliquem* dicitur, qui alicui infamiam creat, præsertim stupro oblato. Interdum enim *infamis* absolute dicitur, qui libidinum probro laborat. *Quintil.* l. 9. c. 2. *a med.* et declam. 19. Pater, qui infamem in matrem filium secreto occidisset. *Petron. in Satyr.* c. 92. Nescio quis eques Romanus, ut aiebant, infamis. *Quintil.* l. 6. c. 3. *ante med.* Dicebantur infames feminæ ad eam convenire solitæ. ¶ Dicitur de rebus inanimis, et de locis, in quibus aut scelus aliquod commissum est, aut periculum inest ac pernicies. *Ovid. de remed. amor.* v. 254. Non anus infami carmine rumpet humum. *Liv.* l. 8. c. 18. Quorum mors infamem annum pestilentia fecit. *Id.* l. 21. c. 31. Infames frigoribus Alpes. *Id.* l. 44 c. 24. *extr.* Quæ colloquia occulta et legationes infames quidem erant, sed quid actum esset, ignorabatur. *looked upon with an eye of suspicion, notorious.* *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 47. Galloni præconis erat acipensere mensa infamis. *h. e.* propter nimios sumptus. (De hac re exstant *Lucilii* versus apud *Cicer.* 2. *de Fin.* c. 8.) *Id.* l. 1. od. 3. v. 20. Infames scopulos Acroceraunia. *h. e.* propter crebra naufragia. *Stat.* 1. *Theb.* v. 333. Infames Scirone petræ. *h. e.* propter latrocinia et cædes. ¶ *Infames materias* appellat *Gell.* l. 17. c. 12. quas Græci ἀδόξους ὑποθέσεις, *h. e.* ignobiles, viles, et de quibus mala apud omnes opinio est, ut febris, Thersites, asinus, musca, quorum laudes non defuere qui animi causa, ostendendique ingenii luculentis scriptionibus persequerentur.

INFAMISSĬME, adverb. superlat. ab infamiter (cujus tamen adhuc exempla non vidimus) *most infamously.* *Capitol. in Pertin.* cap. 13. *extr.* Cornificiæ infamissime dicitur adhæsisse.

INFĀMO, as, avi, atum, a. 1. *to defame, slander, blacken or hurt the character of, disgrace, brand with infamy,* ἀτιμάζω, infamia afficio, ignominiam vel notam inuro. *Cic. Dolab.* 9. *Fam.* ep. 12. Ut tua moderatio et gravitas aliorum infamat injuriam. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 6. v. 43. De-

sine mitem animum vano infamare timore. *Alii leg.* inflammare. *Al.* informare. *Sil.* l. 3. v. 273. Ferrum infamare veneno. *h. e.* imbuere. *Al. leg.* inflammare. *Liv.* lib. 40. c. 7. Infamandæ rei causa januam observare jubet. *to aggravate the matter. Senec.* ep. 22. Non est, quod quisquam illos apud te temeritatis infamet. *Stat.* 9. *Theb.* v. 96. Funera infamantia bellum. *Petron. in Satyr.* cap. 6. Sententias rident, ordinemque totius dictionis infamant. *h. e.* carpunt, damnant, explodunt. *Stat.* l. 7. *Theb.* v. 416. Acheloon utroque Deformem cornu vagus infamabat Acarnan. *h. e.* vulgabat, diffamabat. *Claudian. de B. Gildon.* v. 513. insanos infamat navita montes. *h. e.* infami nomine insanos appellat. *Colum.* l. 1. c. 7. Ita fit, ut et actor et familia peccent, et ager sæpius infametur. *h. e.* agro imputetur peccatum familiæ, et domini damnum. *Id.* l. 9. c. 8. Non sunt degeneres apes intermiscendæ, quæ infament generosas.

INFANDUS, a, um, *not to be expressed, shocking, base, abominable, heinous, cruel,* ἄῤῥητος, inenarrabilis, nefandus, exsecrandus: is, de quo quis fari non debet, vel non potest. Fere in malam partem sumitur, scil. de rebus turpissimis, aut miserrimis. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 75. Res crudelis, infanda, præter opinionem. *Id. pro Sext.* c. 55. Vix homines odium suum a corpore ejus impuro atque infando represserunt. *Virg.* 2. *Æn.* v. 3. Infandum Regina jubes renovare dolorem. *Id.* 4. *Æn.* v. 85. infandum si fallere possit amorem. et lib. 1. v. 601. infandos Trojæ miserata labores. et lib. 4. v. 613. Infandum caput. *h. e.* homo exsecrabilis. et lib. 7. v. 583. infandum contra omina bellum. et lib. 8. v. 578. infandum casum Fortuna minaris. et lib. 10. v. 673. infanda mors. *dishonourable, opprobrious.* et lib. 2. v. 132. infanda dies. et lib. 3. v. 644. infandi Cyclopes. et lib. 8. v. 483. infandæ cædes. ¶ Absolute *Id.* 8. *Æn.* v. 489. infanda furentem armati circumsistunt. *Lucan.* l. 5. v. 307. Passurasque infanda nurus. *Senec. in Œdip.* v. 15. infanda timeo. *Quintil. Varius* apud *Quintil.* l. 3. c. 8. *a med.* Jam fero infandissima, jam facere cogor. ¶ Ritu adverbii. *Virg.* 1. *Æn.* v. 255. Navibus (infandum!) amissis, unius ob iram, &c.

INFANS, antis, adject. *that cannot speak,* ἄλαλος, qui fari nescit, vel nequit: ab *in* privativa et *fari. Cic.* 1. *de Divin.* c. 53. Scribit Herodotus, Crœsi filium, cum infans esset, locutum. ¶ Item indisertus, infacundus, dicendi imperitus. *unable to speak, ineloquent. Id. de clar. Orat.* c. 26. *ad fin.* Quæ historia neque nimis est infans, neque perfecte diserta. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 4. Gabinius absolutus est. Omnino nihil accusatore infantius. *Id. pro Cluent.* c. 18. *extr.* Ut timerem, si nihil dixissem, ne infantissimus; si multa, ne impudentissimus existimarer. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 11. Dialectici dum caute et expedite loqui volunt, infantissima reperiuntur. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 57. Infans namque pudor prohibebat plura profari. *childish bashfulness. Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 275. Infantior, quam meus est mulio. *proverb.* ¶ Sæpe dicitur de puero, qui nondum fari cœpit, *a child that cannot speak, an infant, babe. Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. Fatur is, qui primum homo significabilem ore emittit vocem: ab eo, antequam ita faciant pueri, dicuntur infantes. *Cic. pro Cluent.* c. 9. Cum haberet ex Nævia infantem filium. *an infant son. Id.* 2. *de Orat.* c. 39. Omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris, in os inserant. *Id. pro Rosc. Amer. c. ult.* Infantium puerorum incunabula. *et Verr.* 3. cap. 58. Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 145. Pectoraque exsorbent avidis infantia linguis. *h. e.* pectora puerorum. et l. 4. v. 208. Tutus ut infanti vagiat ore puer. *Id. Heroid.* ep. 9. v. 86. infans manus. *the hand of an infant.* et epist. 11. v. 119. infantes umbræ. *h. e.* manes puerorum. ¶ Absolute *Cic. de Fin.* l. 2. c. 11. Nec vero, ut voluptatem expetat, natura movet infantem. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 28. Non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. *Liv.* l. 31. c. 12. In Sabinis incertus infans natus, masculus, an femina esset. *Virg.* 6. *Æn.* v. 427. infantumque animæ flentes. ¶ Dicitur et de fetu in utero. *Liv.* l. 24. c. 10. Infantem in utero matris clamasse, &c. Adde *Cels.* l. 7. c. 29. et lib. 5. c. 21. ¶ *Ab infante* est a puero, *from early infancy. Colum.* l. 1. c. 8. et *Senec. de Ira,* l. 2. c. 5. Eligendus est rusticis operibus ab infante duratus. *Cels.* l. 7. c. 7. sect. 15. In his, qui ab infantibus id vitium habent. ¶ In *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 682. n. 9. dicitur *infans* puer annorum novem. ¶ Translate *Cic. Attic.* l. 10. *ep. ult.* Illa Hortensiana omnia fuere infantia. *h. e.* puerilia. non enim, quæ promiserat, præstitit. *were puerile, vain as those of children.* ¶ Per catachresim usurpatur de brutis animalibus. *Plin.* l. 10. c. 33. *de halcyonibus.* Nidum mollibus plumis consternunt, ne duris sit infantibus pullis. et cap. 61. *de vespertilione.* Mater geminos volitat amplexa infantes. *Id.* l. 29. c. 5. Infantes catuli. *whelps, puppy dogs.* Adde *Martial.* l. 13. epigr. 97. ¶ Item de rebus inanimis. *Plin.* l. 22. c. 22. *sub fin.* Infans boletus. *h. e.* recens editus. *small, young. Horat.* l. 2. sat. 5. v. 39. (*fortasse ex persona alterius poetæ*) rubra Canicula findet infantes statuas. *h. e.* e recenti et viridi ligno factas. [† *Alii exponunt* mutas.] ¶ *Infans,* infandus. *Accius* apud *Non.* c. 1. n. 275. et cap. 4. n. 478. Infans facinus.

INFANTARIUS, a, um, ab *infans, fond of infants.* Infantaria a *Martial.* epigr. 88. l. 4. dicitur mulier, quæ infantes amat, vel quæ infantem peperit. ¶ Infantarii olim dicebantur Christiani, quod crederentur in sacris suis infantem mactare, et comedere. V. *Tertull.* l. 1. *ad Nation.* c. 2.

INFANTIA, æ, f. *inability to speak,* ἀλαλία, ἀφωνία, inscitia, aut impotentia loquendi. *Lucret.* l. 5. v. 1029. ipsa videtur Protrahere ad gestum pueros infantia linguæ. ¶ Item imperitia dicendi, jejunitas, orationis inopia, *want of eloquence or utterance. Cic.* 4. *Attic.* ep. 16. *circa med.* Accusatorum incredibilis infantia. *Id.* 3. *de Orat.* c. 35. Neque infantiam ejus, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat, esse laudandam. *Sueton. de Grammat.* c. 4. Quæ quidem emitti jam video desidia quorundam, et infantia. ¶ Item ætas hominis, qua nondum fari cœpit, vel si loquitur, non rationabiliter tamen et congruenter, *infancy, childhood,* νηπιότης. Ea usque ad septimum annum fere producitur, ut colligitur ex *Ulpian. Dig.* l. 26. tit. 7. leg. 1. (V. *Ætas.*) *Quintil.* l. 1. c. 1. (*al.* 2.) Quantum in infantia præsumptum est temporis, adolescentiæ acquiritur. ¶ Pro ipsis infantibus. *Plin.* l. 32. c. 2. *ad fin.* Surculi curalii, infantiæ adalligati, tutelam habere creduntur. ¶ Per catachresim dicitur de prima brutorum ætate. *Plin.* l. 8. c. 44. Infantia asini. *Id.* c. 48. l. 11. Solidipedes in infantia scabunt aures posterioribus cruribus. ¶ Item de rebus inanimis recentibus. *Plin.* l. 15. c. 19. Culices lacteum humorem, hoc est infantiam pomi, absumunt. *Colum.* l. 5. c. 5. *ante med.* Posito semini arundo adnectitur, quæ velut infantiam ejus tueatur. *Macrob. Saturn.* 7. c. 7. *a med.* Vinum cum in infantia est, dulce; cum pubescit, magis suave, quam dulce est. ¶ *Ab infantia,* a puero, *from early infancy. Tacit.* 1. *Ann.* cap. 4. Prima ab infantia eductus in domo regnatrice. *Plin.* l. 10. c. 63. *in fi.* Cervi ab infantia educati. [¶ Translate *Juven.* sat. 10. v. 199. *de sene.* Madidique infantia nasi. *h. e.* destillatio nasi in senectute, ut in infantia esse solet.]

INFANTICĪDA, æ, m. qui infantem occidit. *Tertull. in Apolog.* c. 4.

INFANTICIDĬUM, ii, n. *infanticide,* cædes infantis. *Tertull. in Apolog.* c. 2.

INFANTĪLIS, le, ad infantem pertinens, *infantile, pertaining to an infant, childish. Justin.* lib. 17. *c. ult.* Parvulum infantilibus blandimentis inductus diu protexit. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 26. Infantilis vestis. [Idem ac juvenilis. *Apul.* 5. *Met.* pag. 343. *Oudend.* Hic adhuc infantilis uterus gestat nobis infantem alium. Loquitur Cupido ad Psychen admodum juvenem et jam gravidam.]

INFANTŌ, as, a. 1. infantis instar nutrio. *Tertull.* lib. 1. *advers. Marcion.* c. 14. Lactis et mellis societatem, qua suos infantat.

INFANTŬLA, læ, f. *an infant daughter,* diminut. *Apul.* l. 10. *Metam.* Habebat filiam parvulam de marito. huic infantulæ, &c.

INFANTŬLUS, i, m. *a little infant,* diminut. ab infans. *Apul.* l. 8. *Metam.* Gerebamus infantulos et mulieres. Adde elegans carmen lapidi incisum, apud *Murator.* pag. 1514. n. 3.

INFARCĬO, *et* Infercio, is, si, tum, a. 4. *to stuff or cram into,* ἐμπλάττω, implendi causa immitto, conjicio. *Colum.* l. 12. cap. 53. Et maxime in eas partes, quibus ossa relicta sunt, largum salem infarcito. *Plin.* l. 33. c. 1. *ad fin.* Bracteas infarcire leviore materia. *Prudent. in Psychom.* v. 459. infarcire crumenis turpe lucrum. ¶ *Infercire verba,* inculcare et sine ordine inserere. *to foist in. Cic. in Orat.* c. 69. Neque inferciens verba, quasi rimas expleat.

INFARSUS, *et* infersus, a, um, *crammed full,* impletus. *Tertull. de Pall.* cap. 4. et lib. 3. *adversus Marcion.* c. 10.

INFASTIDĪTUS, a, um, *not loathsome. Sidon.* carm. 16. v. 124. Infastiditum fers ipse ad busta cadaver.

INFATIGABĪLIS, le, *unwearied, indefatigable,* ἀκάματος, qui non defatigatur. *Plin.* l. 28. cap. 19. *a med.* Dentes quidem eorum maximi equis quoque alligati, infatigabilem cursum præstare dicuntur. *Senec. de vita beata,* cap. 7. Altum quiddam est virtus, regale, invictum, infatigabile. et epist. 66. *a med.* Animum servare infatigabilem.

INFATIGABILĪTER, *indefatigably,* sine fatigatione. *Augustin.* ep. 32. *ad Paulin.* Infatigabiliter gaudere.

INFATIGĀTUS, a, um, *unwearied,* indefatigatus. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 190. Crepidas permenso orbe contritas viatrix infatigata gestabat.

[* INFATUĀTUS, a, um, *infatuated,* fatuus et stolidus factus. *Lactant.* l. 1. c. 5. *extr.* Nisi eos retrorsum infatuata pravis opinionibus consuetudo rapuisset. Sic legit *Bunemannus, Heumannus,* et optimæ editiones; olim legebant *infucata.*]

INFATŬO, as, avi, atum, a. 1. *to infatuate, render foolish,* μωραίνω, fatuum atque stolidum facio. *Cic. Phil.* 3. c. 9. Ut hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica. *Id. pro Flacc.* c. 20. Neminem quidem adeo infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet. *Senec. in fi. Suasor.* 2. Sed ne vos diutius infatuem, finem suasoriæ faciam. Adde epist. 59. *a med.*

INFAVORABĪLIS, le, *unfavourable,* non favorabilis. *Cels. Dig.* lib. 37. tit. 6. leg. 6. Nec infavorabilis sententia est.

INFAVORABILĪTER, *unfavourably,* sine favore. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 2. leg. 2. *ad fin.* Non infavorabiliter quis medium tempus illi prodesse respondebit.

INFAUSTUS, a, um, *unlucky, unfortunate, unprosperous, disastrous, ominous,* δυστυχής, non faustus, improsper, infelix, mali ominis. *Virg.* 5. *Æn.* v. 635. infaustas exurite puppes. et lib. 7. v. 717. Allia, nomen infaustum. et lib. 11. v. 347. auspicium. *Senec. in Agam.* v. 416. nuncium. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 91. Infaustus dies. et 1. *Ann.* c. 30. Castra infausta temerataque. et lib. 4. c. *pænult.* Infaustæ amicitiæ gravis exitus imminebat. *Id.* 1. *Hist.* c. 6. Infaustus omine. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 45. sed tristis Erinnys Prætulit infaustas sanguinolenta faces. *Id.* 3. *Metam.* vers. 36. lucum infausto tetigere gradu. *Val. Flacc.* l. 8. v. 315. infausto se se occulit antro Certa mori. *Sueton. in Oth.* c. 8. Quod antiquitus infaustum habeeretur. *Plin.* l. 16. c. 36. *a med.* Quod notatum apud Chæroniam infausto Atheniensium. *h. e.* infortunio. Ita legi vult *Harduin.* Alii aliter. *Tacit. Ann.* 12. c. 10. Socors domi, belli infaustus. *Plerique al. leg.* bellis.

INFECTĬO, onis, f. ἀπραξία, *a doing nothing.* Hoc sensu legitur apud *Eumen. in Paneg. ad Constantinum Cæs.* cap. 18. invitis tamen Criticis *Grutero, Acidalio, Livineio,* et aliis, qui substituunt *effectione,* vel *festinatione,* vel *confectione.* In *vet. Glossa* exponitur βαφή, βάμμα, *a tint, hue, die.* Neutro sensu, si certa non occurrant exempla Latino scriptori usurpanda.

INFECTĪVUS, a, um, adject. *relating to colouring or dying,* ad inficiendum, seu tingendum pertinens, βαφικός. *Vitruv.* l. 7. *sub fin.* Hæc sunt infectiva.

INFECTOR, oris, m. *a dyer,* βαφεύς, qui lanam colore aliquo inficit, idest tingit. *Cic. Fam.* 2. ep. 16. *sub fin.* Curtius dibaphum cogitat, sed eum infector moratur. Adde *Plaut. Aulul.* 3. 5. 42. ¶ Adjective *infector succus,* quo lana, vel quidpiam aliud tingitur, et inficitur. *Plin.* lib. 11. cap. 3. Purpurarum generi infector ille succus.

INFECTORĬUS, a, um, adject. infectivus. *Marcell. Empir.* c. 4. Infectorium alumen.

INFECTUS, a, um, *not done, undone, unmade,* ἄπρακτος, non factus: ab *in* privativa, et *factus. Cato R. R.* c. 2. Ubi cognovit, opera quæ facta, infectaque sient. *Plaut. Amph.* 3. 2. 3. Ea, quæ sunt facta, infecta refert. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 27. Et id, quod judicatum non sit, pro infecto haberi oportere. *Liv.* l. 9. cap. 11. Si sponsionis factæ pœnitet, restituat legiones: omnia pro infecto sint. *let every thing be accounted as though it had not been; let all things be placed in the state in which they were before. Terent. Phorm.* 5. 8. 45. Quando accusando fieri infectum non potest, ignosce. *Id. Eun.* 1. 1. 8. Infecta pace ultro ad eam venies. *not being made. Horat.* l. 3. od. 29. v. 47. Diffingere aliquid, infectumque reddere. *Cic. in Top.* c. 4. Si quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit. (V. *Damnum.*) *Cæs.* l. 1. *B. Cic.* c. 33. Infectis iis, quæ agere destinaverat, ab urbe proficiscitur. *Id.* l. 6. *B. Gall.* c. 11. et *Liv.* l. 9. c. 32. Re infecta abire. *without doing any thing, without effecting his purpose.* et *ibid.* c. 23. *a med.* Infecta victoria. *not obtained.* et lib. 34. c. 10. Argentum infectum. *h. e.* non signatum, aut cælatum: *unwrought or uncoined silver, bullion.* Sic *Virg.* 10. *Æn.* vers. 527. sunt auri pondera facti Infectique mihi. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 27. Infecta dona facere. *h. e.* dona promissa revocare. *Id. Mostell.* 4. 3. 23. Speras, dissimulando infectum hoc reddere. *h. e.* irritum. *Stat.* 3. *Theb.* v. 430. Facta, infecta loqui. *h. e.* vera et falsa. De Fama sermo est, de qua etiam *Virg.* 4. *Æn.* v. 190. pariter facta atque infecta canebat. *Petron. in Satyr.* c. 114. Rudis atque infecta materies. *h. e.* non dolatum, non politum lignum. ¶ Item non confectus, imperfectus. *unfinished, imperfect. Ovid.* 4. *Metam.* v. 10. Telasque, et calathos, infectaque pensa reponunt. et lib. 6. v. 202. et *Valer. Flacc.* l. 3. v. 117. infectaque sacra relinquunt. *unperformed, broken off. Propert.* l. 2. el. 19. v. 65. infecto deposcit præmia cursu. ¶ Infecta verba dicuntur a *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 55. *et sequentib.* quæ rem non jam factam, sed quæ vel nunc fit, aut fiebat, aut facienda est, ostendunt: ut *pungebam, pungo, pungam:* contra *perfecta,* quæ rem jam factam significant, ut *pupugeram, pupugi, pupugero.* ¶ Est etiam tinctus: ab *inficio,* βεβαμμένος, *dyed, stained, coloured. Propert.* l. 2. el. 13. v. 58. infectos imitare Britannos. *h. e.* fucatos. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 56. Palpebræ infectæ mulieribus. *Id.* l. 32. c. 7. Infecta conchylio lana. *Propert.* l. 2. el. 13. v. 58. infectas sanguine habere manus. *stained, imbrued. Plin.* l. 6. c. 19. Infecti sole populi. *sunburnt, made swarthy.* Sic *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 123. conjux sole infecta Sabino. *Plin.* l. 37. c. 9. Infecta fumo iaspis. *Claudian. de B. Gild.* v. 360. juvenci Semineces, et adhuc infecta mapalia tabo. et lib. 2. *in Rufin.* v. 131. Infectæ pallore genæ. ¶ Plus est, quam inquinatus. *Sen.* epist. 59. *circa med.* Vitia elui difficile est. non enim inquinati sumus, sed infecti. ¶ Item veneno imbutus, corruptus. *poisoned, envenomed, tainted, infected. Virg.* 7. *Æn.* v. 341. Gorgoneis Alecto infecta venenis. *Justin.* l. 21.

c. 4. Pocula veneno infecta. *Claudian.* l. 2. *de rap. Pros.* v. 203. infectæ spumis vitiantur arenæ. ¶ Translate *Plin.* l. 30. c. 1. Magica arte infectus orbis. *Liv.* l. 40. c. 11. Imbuti et infecti delenimentis Romanis. *Lucan.* l. 4. v. 736. infectaque semper Punica bella dolis. *Tacit. Ann.* 2. c. 85. Homines superstitione infecti. *Id. de Germ.* c. 24. Nullis aliarum nationum connubiis infecti. *Virg.* 6. *Æn.* v. 741. aliis sub gurgite vasto Infectum eluitur scelus. *h. e.* animus scelere infectus, hypallage. Vel *scelus infectum*, h. e. penitus immissum in animo: quasi intus factum. ¶ Absolute *Claudian. in nupt. Honor. et Mariæ*, v. 229. Infecti enses. *poisoned.* et l. 1. *in Rufin.* v. 301. infecto morbus crudescere cælo incipiens. *tainted, infectious.* ¶ Item simpliciter imbutus. *Plin.* l. 9. c. 7. Odorem quidem non aliud, quam infectum aera, intelligi potest. *Id.* l. 11. c. 13. Mel optimum et minime fronde infectum. *Manil.* l. 2. v. 357. Aeraque infectum nostras dimittit ad auras. *h. e.* imbutum vi siderum. ¶ Ornatum significat in illo *Claudian. in consul. Prob. et Olybr.* v. 264. Ostroque infecta corusco Humida gemmiferis illuxit regia mensis. ¶ Non fictum, h. e. non ornatum, non politum, non fucatum, in illo *Plaut. Mil.* 5. 5. 3. Ita est ingenium mulierum: bene cum lauta est, tersa, ornata, ficta est, infecta est tamen.

INFECTUS, us, m. *a staining, dying,* βαφὴ, tinctura. *Plin.* l. 8. c. 48. De reliquarum lanarum infectu suo loco dicemus. *the method of dying.*

INFECUNDE, *barrenly, unfruitfully,* ἀφόρως, non fecunde. *Gell.* l. 19. c. 3. Infecunde atque jejune laudare. *h. e.* parce, frigide.

INFECUNDĬTAS, atis, f. *unfruitfulness, barrenness, sterility, infecundity,* ἀφορία, sterilitas. *Colum. in proœm.* l. 1. Culpantes agrorum infecunditatem. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 6. Infecunditas terrarum. *Plin.* lib. 11. c. 16. *sub fin.* apum.

INFECUNDUS, a, um, *unfruitful, unfertile, barren, infecund,* ἄφορος, non fecundus, sterilis. *Colum.* l. 2. c. 4. Ut infecundior materia mixta pinguiori segetem minus uberem reddat. *Virg.* 2. *Georg.* v. 48. Infecunda quidem, sed læta et fortia surgunt. [*Sallust. in Jugurth.* c. 17. Ager frugum fertilis, bonus pecori, arbori infecundus.]

INFELICĬTAS, atis, f. *unhappiness, infelicity, calamity, adversity,* δυστυχία, aversa fortuna, calamitas. *Cic. de Fin.* l. 2. c. 27. Beate autem vivere alii in alio, vos in voluptate ponitis: item omnem infelicitatem in dolore. *Terent. Adelph.* 4. 2. 5. Quid hoc, malum, infelicitatis? ¶ Plurali num. *Apul.* l. 2. *de Dogm. Plat.* Miseriæ et infelicitates.

INFELICĬTER, adverb. *unhappily, unluckily, unsuccessfully, disastrously,* δυστυχῶς, misere, incommode, prospere. *Terent. Enn.* 2. 3. 36. Fit mihi obviam infeliciter. *Liv.* l. 1. cap. 45. Ob rem toties infeliciter tentatam in armis. ¶ Comparativum *infelicius* habent *Senec.* l. 5. controv. 33. et *Quintil.* l. 8. c. 6.

INFELICĬTO, as, a. 1. *to make unhappy or wretched, make miserable, plague, vex, distress,* δυστυχῆ ποιῶ, infelicem et miserum facio. *Cæcil.* apud *Non.* c. 2. n. 443. Ut te dii omnes infelicitent cum male monita memoria. *Plaut. Cas.* 2. 3. 30. Dii me et te infelicitent. Adde *Merc.* 2. 3. 99. et *Pœn.* 2. 1. 1. &c. quibus locis *Taubman.* et *Pareus in Lex. Crit.* contendunt, legendum esse *infelicare*, eodem sensu pro *infelicitare*. Ita enim in MSS. esse.

INFELĪCO. V. vocem præced.

INFĒLIX, icis, *unhappy, miserable, wretched, unfortunate, unsuccessful, hapless,* δυστυχὴς, infortunatus, calamitosus, miser, cui nihil succedit. *Cic. Verr.* 7. c. 62. *extr.* Crux infelici et ærumnoso comparabatur. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 41. Postulabant pro homine miserrimo atque infelicissimo. *Virg.* 12. *Æn.* v. 608. totam infelix vulgatur fama per urbem. et lib. 9. v. 786. Infelix patria. *Liv.* l. 5. c. 12. Ne infelicior domi, quam militiæ esset. *Quintil.* declam. 18. c. 1. Mulier infelicissimi pudoris. ¶ Cum genitivo. *Virg.* 4. *Æn.* v. 529. Infelix animi Phœnissa. *Sil.* l. 12. v. 482. fidei Petilia. et lib. 9. v. 627. ausi. ¶ Per metonymiam dicitur de iis, quæ infelicem faciunt. *Cic. Phil.* 2. c. 26. Si quis reipublicæ sit infelix, felix esse non potest. *Propert.* l. et el. 3. v. 29. O prima infelix fingenti terra Prometheo. *Virg.* 6. *Æn.* v. 521. Infelix thalamus. et lib. 10. v. 850. exsilium. et lib. 12. v. 941. baltheus. et lib. 2. v. 245. monstrum. et l. 3. v. 246. vates. *h. e.* quæ infelicia prædicit. ¶ Pro inauspicato, tristi, adverso. *unlucky, ominous.* *Propert.* l. 3. el. 5. v. 29. Infelix Aquilo, raptæ timor Orithyiæ, Quæ spolia ex illo tanta fuere tibi? *Claudian. in IV. Consul. Honor.* v. 496. infelices tabulæ. ¶ Aliquando est infecundus, sterilis. *barren, unfruitful.* *Cic. pro Rabir. perduell.* cap. 13. Arbori infelici suspendito. *Virg.* 2. *Georg.* v. 239. Tellus infelix frugibus. et v. 314. oleaster. et *Ecl.* 5. v. 37. lolium. *Plin.* l. 16. c. 26. et lib. 24. c. 9. *ad fin.* Infelices arbores existimantur damnatæque religione, quæ neque seruntur unquam, neque fructum ferunt. V. *Felix.*

INFENSE, *bitterly, with acrimony,* ἐχθρωδῶς, infenso animo, inimice. *Cic. in Orat.* c. 51. Quis Isocrati est adversatus infensius? *Al. leg.* impensius. *Liv.* l. 34. c. 15. Infensius hostes pro vallo pugnabant. *more eagerly, more furiously.* *Tacit.* 5. *Ann.* cap. 3. Tiberius etsi infense invectus, cetera ambigua reliquerat.

INFENSO, as, a. 1. *to harass, ravage, destroy,* ἐνοχλέω, infesto, turbo, insector. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 37. Palam bello infensare Armeniam. et l. 6. c. 34. Adequitare castris, infensare pabula. et lib. 13. cap. 41. Ut quasi infensantibus diis, exitio tradi crederetur. *by the wrath of the gods.*

INFENSUS, a, um, *angry, displeased, enraged, hostile, inimical,* ἐχθρὸς, iratus, qui ira in alium elatus est. Differt ab *infestus*, quia *infensus* est vehementer iratus, *infestus* vehementer molestus, et qui alicui malum infert: et plus est quam inimicus. *Cic. Verr.* 4. c. 61. Infenso atque inimico animo venire. *Virg.* 5. *Æn.* v. 641. prima infensum vi corripit ignem. *h. e.* ipsa infensa. hypallage. *Id.* 10. *Æn.* v. 521. procul infensam contenderat hastam. et lib. 11. v. 122. Drances infensus Turno. *Claudian.* l. 3. *de rapt. Pros.* v. 201. Phlegra nobis infensior æther. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 25. Infensior illic miles, culpam cladis in Hordeonium vertebat. *Id. Ann.* 11. c. 1. Opes principibus infensæ. *h. e.* inimicæ, noxiæ. *Id. in fi.* l. 1. Infensius servitium. *h. e.* magis obnoxium, gravius. et lib. 14. c. 56. Rarus per urbem, quasi valetudine infensa. *h. e.* adversa.

INFER, a, um, *below,* idem ac inferus apud vet. ut *citer, exter.* *Cato de R. R.* c. 149. Ubi super inferque vicinus permittet, tum decedito. *h. e.* qui pratum super te, quique infra te habet.

INFĔRAX, acis, adject. *unfruitful,* non ferax. *Hieronym. Homil.* 2. *translata ex Orig. ante med.* Silvæ inferaces existimantur.

INFERCĬO. V. *Infarcio.*

INFĔRI, orum, m. *the infernal regions, Hades, Orcus; the infernal gods; the shades; the dead,* οἱ κάτω, loci inferi terræ, vel Dæmones, et homines mortui, qui in centro terræ habitant. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 5. Num te illa terrent, triceps apud Inferos Cerberus, Cocyti fremitus, transvectio Acherontis, &c. *Liv.* l. 26. c. 32. Si ab Inferis exsistat rex Hiero. *Cic.* 2. *Catil.* c. 9. Si salvi esse velint, Sylla sit iis ab Inferis excitandus. *Id. in Vatin.* c. 6. Inferorum animas elicere. *Id.* 14. *Phil.* c. 12. Illi igitur impii, etiam ad Inferos pœnas parricidii luent: vos vero piorum estis sedem et locum consecuti. *h. e.* apud Inferos. ¶ *Inferum* pro *Inferorum.* *Senec. de Ira*, l. 2. c. 35. Teterrimæ Inferum exeunt Furiæ. Adde *Varron.* apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 16.

INFERĬÆ, arum, f. *sacrifices, or oblations, to the infernal deities, or to the* manes *or shades of deceased friends,* ἐναγίσματα, sacrificia, quæ diis Manibus inferebant, ut *Festus* definit. Eæ fiebant tum victimis mactandis, tum liquoribus libandis, aqua, vino, lacte, sanguine: neque diis solum: sed propinquis etiam, amicis, et viris illustribus: nec tantummodo eorum mortis tempore, sed aliis deinceps temporibus. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 16. Tertius Hercules est ex Idæis Dactylis; cui inferias afferunt. *Virg.* 9. *Æn.* v. 215. Absenti ferat inferias, decoretque sepulcro. *In Cenotaph. Pisano L. Cæsaris.* Inferias alicui mittere. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 422. Inferias tacitis Manibus illa dabunt. *Tacit.* 2. *Hist.* cap. 95. Quod exstructis in campo Martio aris, inferias Neroni fecisset. *Sueton. in Calig.* c. 15. Inferias his annua religione instituit. *Catull.* carm. 99. *Infer. ad fratr. tum.* v. 8. munera tradita ad inferias. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 490. magnoque paratas Accipite inferias uteri mala pignora nostri. et lib. 13. v. 615. alasque, adversaque pectora lassant, Inferiæque cadunt cineri cognata sepulcro. *Id. in Ibin*, v. 453. Vulnera totque feras, quot dicitur ille tulisse, Cujus ab inferiis culter abesse solet. ¶ Aliquando cum altero accusativo jungitur. *Virg.* 4. *Georg.* v. 545. Inferias Orphei Lethæa papavera mittes. *Id.* 10. *Æn.* v. 519. immolare aliquem inferias umbris. et lib. 11. v. 81. quos mitteret umbris Inferias. *Sil.* l. 4. v. 232. Mactare aliquem inferias alteri. *Horat.* l. 2. od. 1. v. 27. victorum nepotes Rettulit inferias Jugurthæ. ¶ Caret singulari numero, monente etiam *Gell.* l. 19. c. 8.

INFERIĀLIS, le, adject, ad inferias pertinens, feralis. *Apul.* l. 8. *Metam.* Officiis inferialibus statim exactis.

INFERĬOR. V. *Inferus.*

INFERĬUS, a, um, adject. *Inferium vinum*, idem ac calpar, idest vinum novum, quod ex dolio demebant sacrificii causa, in honorem Jovis, antequām vina gustarent. Nisi enim id facerent, vinum omne in apothecis sacrum fiebat, usibusque humanis eripiebatur: vini parte libata, hac religione solvebantur. Dictum est inferium, quia solum inferretur, his verbis, *Macte hoc vino inferio esto.* Festum, quo id fiebat, *Vinalia* appellabatur. Hæc ex *Trebatio Arnobius* lib. 7. pag. 236. V. *Calpar.* Meminit et *Festus* his verbis: *Inferium vinum, id quod in sacrificando infra pateræ labrum ponebatur.* Quibus hoc fortasse significat, eo vino, cum Jovi libabatur, moris fuisse pateram infra labra tantummodo impleri. Ceterum etiam extra Vinalia inferium vinum Jovi libare solitos fuisse Veteres, constat ex *Cat. R. R.* c. 132. et 134. unde colligas *inferium* universim dictum, quod Jovi inferretur. Etiam Minervæ hoc vinum libari potuit, ut est apud *Arnob.* lib. 4. p. 138. ¶ De inferiis rebus V. *Inferiæ.*

INFERĬUS. V. *Infra.*

INFERMENTĀTUS, a, um, *unleavened,* ἄζυμος, non fermentatus, ut Infermentati panes, *Paulin. Nolan.* carm. 23. *natal.* 8. *S. Fel.* vers. 47.

INFERNĀLIS, le, *infernal,* καταχθόνιος, ad Inferos pertinens, infernus. *Alcim. Avit.* l. 2. v. 290. infernali jamdudum nocte sepultis. *Prudent.* l. 1. *advers. Symmach.* v. 389. Hæc sunt deliciæ Jovis infernalis.

INFERNAS, atis, qui est ex regione infera. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 1086. n. 6. Imp. Fl. Val. Constantino codicarii navicularii infernates devoti N. M. Q. ejus. *h. e.* qui infero mari navigant. ¶ *Infernas arbor* dicitur, quæ ex Apennino, qua parte mare inferum Etruriamque spectat, cæditur: sicut *supernas*, quæ aversa parte, et ad superum. *a tree which grew on the west side of the Apennine hills, which looked towards the* mare inferum *or Tuscan sea.* *Plin.* l. 16. c. 39. *ad fin.* Ideo Romæ infernas abies supernati præfertur. *Vitruv.* l. 2. c. *ult.* Ideo infernates, quæ ex apricis locis apportantur, meliores sunt, quam quæ ab opacis de supernatibus advehuntur.

INFERNE, *below, beneath, underneath,* κάτωθεν, ab inferiori parte. Ultima corripitur a *Lucret.* l. 6. v. 596. Tecta superne timent, metuunt inferne cavernas. et vers. 763. hinc animas Acherontis in oras Ducere forte deos manes inferne reamur. Adde vers. 186.

INFERNUS, a, um, *lying beneath, below,* ὁ κάτω, in inferiore parte positus, et infra nos sicut *supernus*, qui supra. *Cic.* vertens *Arati* versus l. 2. *de nat. Deor.* c. 44. Huc se se infernis e partibus erigit Hydra. *the infernal regions.* *Liv.* l. 24. c. 38. *ad fin.* Superi, infernique dii. *the gods below.* *Id.* l. 8. c. 24. Amnis fluens in stagna inferna. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 49. Inferna fulmina sunt, cum e terra exsiliunt ignes. *lightnings issuing from the earth.* *Plin.* l. 2. c. 47. Auster infernus ex imo maris spirat. *Lucan.* l. 2. v. 400. mare infernum. *h. e.* Tyrrhenum. [† V. *Inferus* et *Infernas.*] ¶ Speciatim de iis dicitur, quæ ad Inferos pertinent, *infernal.* *Virg.* 6. *Æn.* v. 106. inferni janua regis. *h. e.* Plutonis. et vers. 138. Juno inferna. *h. e.* Proserpina. *Id. Æn.* 8. v. 244. Infernæ sedes. et lib. 3. v. 386. Inferni lacus. et lib. 7. v. 325. Infernæ tenebræ. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 28. Infernas umbras carminibus elicere. *the shades below.* *Ovid.* 2. *Fast.* v. 610. Inferna palus. *h. e.* Styx. *Propert.* l. 3. el. 3. v. 36. Inferna ratis. *h. e.* cymba Charontis. *Id.* lib. 1. el. 9. v. 20. Inferna rota. *h. e.* Ixionis. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 27. Infernæ sorores. *h. e.* Furiæ, et ceteræ pestes Inferorum. *Tacit. de Germ.* cap. 43. Nullo hostium sustinente novum ac velut infernum aspectum. *infernal aspect.* *Sil.* l. 2. v. 426. supplex infernis Annibal aris. *h. e.* quæ sacræ sunt diis infernis. ¶ Absolute *Infernus* dicitur de ipso loco Inferorum, *the infernal regions, Hades,* ᾅδης: et frequenter usurpatur a Christianis Theologis. Dubium est tamen, utrum ab antiquioribus dictum sit unquam: tametsi contra Latinam consuetudinem non est, cum *locus* facile subintelligatur. Afferunt locum *Varronis* apud *Non.* c. 4. n. 226. *Infernus tenebrosus κακοδαίμονας tenet.* Verum is locus dubiæ est lectionis, varieque ac multum exagitatur a Criticis. ¶ *Inferni, orum*, sunt ipsi Inferi. *Propert.* l. 2. el. 1. v. 37. Theseus infernis, superis testatur Achilles. et el. 21. v. 49. sunt apud infernos tot millia formosarum. ¶ *Inferna, orum*, res infernæ, loca inferna. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 5. Eadem de infernis persuasio: cælestium contra. *Senec. in Herc. Fur.* v. 423. Inferna tetigit, posset ut supera assequi. ¶ Item loca inferiora corporis, *the anus.* *Plin.* l. 26. c. 8. Helioscopion trahit bilem per inferna. *Id.* l. 25. c. 11. Hysopum cum fico sumptum purgat per inferna. et lib. 26. c. 13. Si sanguis per os redditus est, fluxitve ab infernis.

INFĔRO, ers, tuli, latum, a. anon. *to bring or carry into, introduce,* εἰσφέρω, intro fero, importo, inveho. *Colum.* l. 12. c. 1. Quæ domum inferuntur, diligenter inspicere. *Cic. pro Dom.* cap. 39. Clodius, qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit. *Id.* 3. *Catil.* c. 9. Tectis et templis ignes inferre conati sunt. *to set fire to.* *Horat.* lib. 1. od. 3. v. 28. Iapeti genus Ignem fraude mala gentibus intulit. *introduced amongst mankind.* *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 18. Inferre aliquid in ignem. *to throw, cast.* *Tacit.* 11. *Ann.* c. 13. Inferre fontes urbi. et lib. 13. c. 54. semina arvis. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 106. ignem in aram. *to put or kindle upon the altar.* *Liv.* l. 32. c. 24. scalas ad mœnia. *to apply, fix.* *Cic.* 1. *Offic.* cap. 40. Turpe est in re severa delicatum aliquem inferre sermonem. *to introduce.* *Liv. initio* lib. 4. mentionem. *to make mention.* ¶ Est tricliniare verbum, et significat *to place upon the table.* Habet passim *Apicius*, præsertim lib. 4. Sic *Plin.* l. 9. c. 35. *a med.* Inferri secundam mensam jussit. *to be served up.* *Id.* l. 33. c. 11. *a med.* Lancem, quam multi conservi ejus inferrent. ¶ Item funebre, *to bury.* *Cic.* 2. *de Legib.* c. 26. Ne quis sepulcra deleat, neve alienum inferat. *Nep. in Pausan. sub fin.* Mortui corpus cum eodem dicerent inferri oportere, quo, &c. *Justin. in fi.* l. 11. Reliquias ejus majorum tumulis inferri jussit. ¶ Item tributi conferendi, *to pay.* *Colum.* l. 1. c. 1. *a med.* Tributum alicui inferre. *Plin. in Paneg.* c. 39. Ne remotus quidem vigesimam inferre cogetur. *Id.* l. 2. ep. 11. *a med.* Septingenta millia ærario inferenda. ¶ Item rationum. *Cic. pro Flacc.* cap. 19. Cum pro frumento pecuniam accepisset, celavit suos cives, ultroque iis sumptum intulit. *put them to costs and charges.* et cap. 9. Inferre rationes falsas. *to give in a false*

account. Colum. l. 1. c. 7. *extr.* Nec frumentum conditum cum fide rationibus inferunt. *enter, or note down. Julian. Dig.* lib. 34. tit. 5. leg. 12. Inferre aliquid in rationes. ¶ Sæpe ponitur pro afferre, *to bring upon. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 8. Inferre hostibus terrorem maximum. et cap. 54. alicui injuriam. et l. 1. c. 12. calamitatem. *Cic.* 14. *Phil.* c. 5. *sub fin.* turpitudinem. *Id. pro Sext.* c. 1. periculum civibus. *Id. pro Cæl.* c. 13. probrum castis, labem integris, infamiam bonis. *Id.* 1. *de Invent.* c. 9. moram et impedimentum alicui rei. *Id. de Harusp. respon.* cap. 18. injuriam stupri in aliquem. *Id. pro Sext.* cap. 27. injurias in socios. *Id. pro Mil.* cap. 7. mortem alicui per scelus. *Id. de Harusp. respon.* cap. 2. excisionem, inflammationem, aversionem, depopulationem, vastitatem tectis atque agris. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 16. magna detrimenta. *Cæs.* lib. 2. *B. Gall.* cap. 25. spem alicui. *to give hope to. Cic. pro Mil.* c. 19. vim. *to offer violence. Vellei.* l. 2. c. 45. vim vitæ suæ. *to lay violent hands on himself.* Sic *Hirt. de B. Afric.* c. 93. sibi manus. et *Cic.* 1. *Catil.* c. 8. *ad fin.* vim et manus cuipiam. *to lay hands on. Ovid. in Ibin,* v. 613. in aliquem. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 39. Inferre causam. *to adduce, allege.* et *Auct. de B. Hispan.* c. 1. Aliqua ei inferebatur causa, ut, &c. *an occasion was given him.* ¶ Item pro infligere. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 6. Inferre vulnera hostibus. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 21. pœnam. ¶ Item pro interponere. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 75. Neque vero Pompeius, cognito consilio ejus, moram ullam ad insequendum intulit. *interposed.* ¶ Et pro imponere. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 29. *extr.* Illum in equum quidam ex suis intulit: fugientem silvæ texerunt. ¶ Et pro objicere. *Cic. de Amic.* c. 18. Delectari criminibus inferendis. *in preferring accusations.* ¶ Et pro offerre, diis libare. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 72. Me inferre Veneri jam vovi jentaculum. *to offer, present. Virg.* 3. *Æn.* v. 66. Inferimus tepido spumantia cymbia lacte, Sanguinis et pateras. Hinc *inferiæ.* ¶ Item pro inducere, impellere. *Terent. Phorm.* 4. 4. 9. Qui te ad scopulum e tranquillo inferat. *dash you. Plaut. Trucul.* 2. 7. 19. Meum herum miserum sua blanditia intulit in pauperiem. ¶ Et pro intentare. *Cic. pro Cluent.* cap. 41. *ad fin.* et *pro Rabir. Post.* c. 4. Inferre litem capitis in aliquem. *Id. Verr.* 7. c. 41. Inferre alicui crimen proditionis. ¶ Et pro concludere, colligere, conficere, *to infer. Cic. de Invent.* l. 1. c. 47. Cum concesseris propositionem, et assumptionem, complexio est infirmanda. aliud enim, quam cogebatur, illatum est. Adde *Apul.* l. 3. *de Dogm. Plat.* ¶ Inferre bellum, *to wage war, carry on war. Cic.* 9. *Attic.* ep. 1. Bellum Italiæ terra marique inferamus. *Id.* 2. *Phil.* c. 22. Inferre bellum contra patriam. *to bring upon, make against. Liv.* l. 1. c. 30. Inferre arma. ¶ Pertinet enim sæpe ad rem militarem. Nam *inferre signa* est acie instructa milites in hostem movere, signa eodem promovendo. *to advance against the enemy. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 26. Ut paulatim se se legiones conjungerent, et conversa signa in hostes inferrent. *Liv.* l. 3. c. 18. *a med.* Trepidare tum hostes, nec ulli satis rei fidere: trepidantibus inferunt signa Romani. *Id.* l. 4. c. 18. Dictator dextro cornu adversus Faliscos, sinistro contra Veientem Quintius intulit signa. *Hirt. de B. Afric.* c. 69. Legionarios jubet celeriter signa hostibus inferre. ¶ *Inferre pedem* est progredi, procedere, instare, *to advance, make advances. Curt.* l. 7. c. 9. Turbatis acriter pedem inferre cœperunt. *Liv.* l. 10. c. 33. Inferunt pedem, urgentque, et impulsos semel terrore eodem agunt. *Id.* l. 35. c. 1. Gradum acrius intulere Romani, cessitque Lusitanus. ¶ Extra rem militarem, inferre pedem est ingredi, *to enter, set foot upon or into. Cic. pro Cæcin.* c. 14. Pedem cum intulero, atque in possessionem vestigium fecero. *Plaut. Men.* 5. 2. 67. Inferre pedem in ædes. *Virg.* 4. *Georg.* v. 358. jubet discedere late Flumina, qua juvenis gressus inferret. ¶ *Inferre se* est intro ire, se conferre, *to enter, go into, betake himself to. Liv.* l. 1. c. 21. Lucus erat, quo se Numa sine arbitris inferebat. *Virg. Æn.* 1. v. 443. infert se septus nebula per medios, miscetque viris. *Id.* 11. *Æn.* v. 36. Æneas foribus se se intulit altis. *Vellei.* l. 2. c. 74. *extr.* Transfixum se gladio flammæ intulit. *Cic. pro Cæcin.* c. 5. Atque etiam se ipse inferebat, et intrudebat. *h. e.* non vocatus aderat. Al. aliter leg. *Id. pro Balb.* c. 10. Inferre se in periculum capitis, atque in vitæ discrimen. *to expose himself.* ¶ Item se offerre. *Gell.* l. 19. c. 1. *a med.* Visa vi quadam sua inferunt se se hominibus noscitanda. ¶ Aliquando est cum fastu incedere. *Plaut. Mil.* 4. 2. 54. Viden' ignavum, ut se inferat! *how he struts, how proudly he walks!* et *Pseud.* 4. 1. 7. Ut magnifice infert se se! ¶ Interdum vi progredi, irruere, acriter pedem inferre. *Liv.* l. 2. c. 14. Adeo concitato impetu se intulerant Etrusci, ut funderent ipso incursu Aricinos. *had attacked with such fury. Id.* l. 4. c. 33. Effreno equo in medios ignes infertur. *he rushes. Virg.* 10. *Æn.* v. 66. Inferre se hostem alicui. ¶ Inferre oculos in Curiam, *to turn his eyes, fix his eyes,* apud *Cicer. pro Font.* c. 15. ubi al. leg. *inserere.* ¶ *Inferre judicium,* judicare. *Cai. Dig.* lib. 5. tit. 2. leg. 4. Parentes maligne circa sanguinem suum inferentes judicium, novercalibus delinimentis corrupti. [¶ Particip. *illaturus* apud *Liv.* lib. 21. c. 2. Ut appareret, Hamilcare duce Pœnos arma Italiæ illaturos esse.]

INFERSUS. V. *Infarsus.*

INFERTUS. V. *Calceatus* in fine.

INFERVEFACĬO, is, a. 3. *to heat, make hot,* idem ac fervefacio, vel intus fervefacio. *Cato R. R.* c. 156. *extr.* Infervefacito bene. *Colum.* l. 12. c. 17. Liquatumque acetum infervefaciant. *boil.*

INFERVEFACTUS, a, um, particip. ab. infervefio. *made hot, boiled. Colum.* l. 9. c. 13. Omnia eadem æquis ponderibus in unum lævigata, et fictili vase cum Aminneo vino infervefacta.

INFERVEFĪO, is, actus sum, pass. 3. fervens fio, infervesco. *Scribon. Larg. compos. ult.* Tertio die cum infervefiunt.

INFERVĔO, es, bui, n. 2. *to be hot; to boil,* idem quod ferveo. *Cato* cap. 108. Facito, bis aut ter inferveat. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 67. Hoc ubi confusum sectis inferbuit herbis. *Cels.* l. 2. c. 30. Mulsum, quod inferbuit. *Id.* l. 5. c. 25. sect. 4. Cum eo humore passum misceatur, infervefatque.

INFERVESCO, is, n. 3. idem ac fervesco [† vel inferveo.] *Cato* cap. 90. Et fabæ tertia pars ut infervescat. *Sil.* l. 13. v. 341. Obtendensque manum, solem infervescere fronti Arcet. *Plin.* l. 19. c. 12. Ne infervescat aqua sole.

INFĔRUS, a, um, *below, beneath, underneath,* ὁ κάτω, qui infra est, inferior, ut *superus,* qui est supra. *Liv. in Odyss.* apud *Priscian.* l. 3. pag. 606. *Putsch.* Inferus, an superus deus, &c. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 26. Ut omnia supera, infera, prima, ultima, media videremus. *Plaut. Merc.* 5. 1. 1. Limen superum inferumque salve. *Liv.* l. et cap. 31. In deos superos inferosque. *Plin.* l. 2. c. 52. Cum sit illa ratio non inferi ictus, sed adversi. et cap. 78. Illis in supera succum evocari, his in inferas partes depelli. ¶ Inferum mare, *the lower or Tuscan sea,* mare illud est, quod Etruriam alluit, et Tuscum, ac Tyrrhenum dicitur: sicut *mare superum* est Adriaticum et Ionium. Dictum est tum quia vergit ad meridiem, et occidentem Italiæ; superum vero ad Septemtriones, quæ pars cæli altior esse videtur: tum quia ex Urbe versus Adriaticum euntes fere semper ascendunt; contra ex Urbe ad mare Tuscum, descendunt: tum quia mare Adriaticum et Ionium revera altius est, cum per fretum Siculum assidue in Tuscum defluat. *Plin.* l. 3. c. 5. Inter duo maria, inferum et superum. Adde *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 19. et *Lucan.* l. 2. v. 400. ¶ De inferis avibus V. in *Præpes.* ¶ De inferis diis V. *Inferi.* ¶ *Nonius* cap. 1. n. 221. docet, *inferum* dici posse quidquid desuper mittatur. *Varr. ibid.* Nubes aquam vomentes inferam mortalibus. ¶ Comparativum est *inferior, ius*: et refertur ad locum, *lower. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 35. Iisdem sublicis, quarum pars inferior integra remanebat, pontem reficere cœpit. et l. 2. c. 25. Ex inferiore loco subeuntes. et lib. 7. c. 46. Inferiore omni spatio vacuo relicto. *Stat.* 4. *Theb.* v. 332. inferior vultu dea visa. *h. e.* demissa, humilis, atque adeo minime læta. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 14. v. 12. Si quid et inferius, quam Styga, mundus habet. *Id.* 15. *Metam.* v. 240. suoque Pondere in inferius tellus atque unda feruntur. *to the lower parts. Plin.* l. 16. c. 24. Foliorum pars inferior a terra herbido viret colore. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 61. Inferior exercitus. *h. e.* Germaniæ inferioris. ¶ Item ad ordinem pro *posterior. the latter. Ovid.* 1. *Amor.* el 1. v. 1. Arma gravi numero, violentaque bella parabam Edere, materia conveniente modis. Par erat inferior versus. *Varr. de L. L.* l. 5. c. 5. Inferiores quinque dies. ¶ Item ad tempus. *Cic. Q. Fratr.* l. 3. ep. 5. Maximos motus nostræ civitatis attingere non poteram, quod erant inferiores, quam illorum ætas, qui loquebantur. *subsequent to. Id. de clar. Orat.* c. 64. Inferioris ætatis erat proximus L. Sisenna. et cap. 49. Ætate inferiores paulo, quam Julius, sed æquales propemodum fuerunt Cotta, Sulpicius, &c. ¶ Ad numerum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 57. Erat multo inferior numero navium Brutus. *much inferiour.* ¶ Ad genus, et dignitatem. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 46. Qui propter eximiam virtutem, ex inferioribus ordinibus in eum locum pervenerant. *Ovid. in fi.* l. 1. *de ar. am.* Vilis in amplexus inferioris eat. *Cic. pro Quint.* c. 31. Indignum est a pari vinci aut superiore; indignius ab inferiore atque humiliore. *by one inferiour in rank.* ¶ Ad vires, et virtutem, fortunam, &c. *Nep. in Datam.* c. 8. Inferior copiis. *inferiour in forces. Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. *a med.* Dignitate, auctoritate, existimatione, gratia non inferior, quam qui unquam fuerunt amplissimi. *Id. de clar. Orat.* c. 48. In jure civili non inferior, quam magister, fuit. *Sallust. in fragm.* apud *Arusian. Mess.* Nulla arte cuiquam inferior. *Propert.* l. 2. el. 7. v. 27. Inferior multo cum sim vel matre, vel armis. *Justin.* l. 44. c. 4. Inter cervorum greges, haud inferior velocitate, peragravit. *Cic. Fam.* 13. ep. 5. Gravissimum est, cum superior factus sit ordine, inferiorem esse fortuna. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 40. In superiores contumax, in inferiores crudelis. *towards his inferiours. Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 24. Romanos sub sarcinis inferiores animo adoriri cogitabant. ¶ Dicitur et de iis, qui vincuntur tum in acie, tum in judicio. *Propert.* l. 1. el. 4. v. 9. si levibus fuerit collata figuris, Inferior duro judice turpis eat. *Cic. de clar. Orat.* c. 8. Docere se profitebantur, quomodo causa inferior dicendo fieri superior posset. *Curt.* l. 5. c. 1. Alexandrum, quibus antea vicisset, inferiorem fore. ¶ Superlativum *infimus* est. *lowest. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 6. Omnia supera esse meliora: terram autem esse infimam, quam crassissimus circumfundat aer. *Id.* 1. *de Divin.* c. 33. Ut ab infima ara subito anguis emergeret. *h. e.* ab infima parte aræ. (Sic *Plaut. Curc.* 4. 1. 41. In foro infimo. et *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 18. Infimus collis.) *Id.* 3. *Q. Fr.* ep. 1. c. 6. Cum scripsissem hæc infima, quæ sunt mea manu. *these last lines. Plaut. Mostell.* 3. 2. 14. Postes ambo ab infimo tarmes secat. *h. e.* ab infima parte. *Tacit. Ann.* 13. c. 3. Quod Italiam, velut infimam nationum, afflictavisset. ¶ Sæpe refertur ad conditionem, genus, fortunam. *Cic,* 2. *ad Q. Fr.* ep. 6. *a med.* Infima fæx populi. *the very lowest dregs. Id.* 1. *Offic.* c. 13. Est autem infima conditio et fortuna servorum. et lib. 2. c. 12. Summos cum infimis pari jure retinebat. *Id. pro Flacc.* c. 11. Infimo loco natus. *of the meanest rank. Plin.* l. 18. c. 6. L. Tarius Rufus infima natalium humilitate. *Liv.* l. 8. c. 2. *a med.* Precibus infimis petiere, ut, &c. *most humble.* ¶ Pro recto *inferus,* cujus nondum exempla vidimus, *infer a Catone* dictum est. V. suo loco.

INFESTATĬO, onis, f. *troublesomeness, vexation,* ἐνόχλησις, vexatio, molestia. *Tertull.* in *Apolog.* c. 1. Sectæ hujus infestatio obstruit defensioni.

INFESTĀTOR, oris, m. *one who infests; a troubler, vexer,* qui molestiam affert. *Plin.* l. 6. c. 28. Nomadas, infestatoresque Chaldæorum Scenitæ claudunt.

INFESTĀTUS, a, um, *molested, troubled, infested. Vellei.* l. 2. c. 73. Latrociniis ac prædationibus infestatum mare. Superlat. *infestatissimus,* legitur apud *Orosium in præfat. ad Augustinum,* etsi al. legunt *infestissimus.*

INFESTE, adverb. *in a hostile manner, fiercely, violently, grievously, outrageously,* ἐχθρωδῶς, noxie, inimico animo. *Liv.* l. 26. c. 13. Age contra, quæ illi infeste in nos fecerint, repetite. *Id.* l. 2. c. 55. Quo ferocius clamitabat, eo infestius circumscindere et spoliare lictor. *Cic. pro Quint.* c. 21. Sin inimicissime atque infestissime contendere perseveret. *Quintil.* l. 12. c. 8. *a med.* Infestissime interrogare et premere.

INFESTIVĪTER, adverb. non festive, *without humour, unpleasantly. Gell.* l. 9. c. 9. Cetera vertit non infestiviter.

INFESTĪVUS, a, um, *unpleasant, unwitty, clownish, dull,* ἐκτράπελος, σκαιός, infacetus, injucundus. *Gell.* l. 1. c. 5. Homo subagresti ingenio et infestivo.

INFESTO, as, avi, atum, a. 1. *to trouble, molest, vex, plague, gall, annoy, infest,* ἐνοχλέω, infestus sum, sæpe nocere aggredior, molestiam infero, vexo. *Hirt. de B. Alex.* c. 3. Unoque tempore et nostras munitiones infestabant, et suas defendebant. *Colum.* l. 6. c. 14. *ad fin.* Clavorum, qui fere cervicem (*boum*) infestant, minor molestia est. *Id.* l. 1. c. 5. *a med.* Assiduis divertentium hospitiis infestat rem familiarem. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 730. Scylla latus dextrum, lævum irrequieta Charybdis Infestant. *Plin.* l. 6. c. 32. *extr.* Infestari eas insulas belluis. *Vellei.* l. 2. c. 73. Latrociniis ac prædationibus infestato mari. ¶ Item corrumpere, vitiare. *to spoil, damage, injure, hurt.* [*Cels.* l. 4. c. 12. (*al.* 19.) Si exulceratio stomachum infestat.] *Plin.* l. 2. c. 103. Fons amaritudine infestatur. *Id.* l. 27. c. 4. Aloe non infestat stomachum. *Id.* l. 15. c. 23. Infestare saporem. *to imbitter. Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* Materia sic cæsa judicatur carie non infestari. *Plin.* l. 23. c. 1. *circa med.* Vinum infestat nervos. *impairs. Claudian.* l. 3. *de Rapt. Pros.* v. 165. attonitus stabulo ceu pastor inani, Cui pecus aut rabies Pœnorum inopina leonum, Aut populatrices infestavere catervæ. *Colum.* l. 11. c. 1. *a med.* Haruspicem sagamque sua sponte non noverit, quia utraque genera vana superstitione rudes animos infestant.

INFESTUS, a, um, *hostile to, eager to hurt, spiteful, malicious, actuated by hatred towards, outrageous, insolent, vexatious, troublesome,* ἐχθρὸς, ὀχληρὸς, δάϊος, inimicus, adversus, molestus, hostilis, qui crebro malum infert: ab *in* privativa, et *festus,* ut volunt plerique Etymologi. *Nigid.* autem apud *Non.* c. 1. n. 255. et *Gell.* l. 9. c. 12. ducit a festinando. Nam qui instat alicui, eumque properans urget, et opprimere studet, festinatque, is infestus dicitur. Hæc ille. Sunt etiam qui ab *infero* utcumque derivant. Quid ab *infensus* differat, ibi est dictum. *Cic. pro Quint.* c. 2. *sub. fin.* Cum ei summam per injuriam omnia inimica atque infesta fuerint. *Id. Phil.* 10. c. 10. Gallia, quam sibi armis animisque infestam inimicamque cognovit. *exasperated. Id.* 3. *Verr.* c. 5. Clamore populi R. infesto atque inimico excitatus. et *Verr.* 7. c. 55. Qui nunc animo te iniquissimo infestissimoque intuetur. *enraged.* et *cap.* 56. Sic iste in omnia maria infestus ex omnibus Siciliæ partibus imminebat. *Nepos in Hamilc.* c. 3. Fidenti animo atque infesto Romanis. *Hirt. de B. Alex.* c. 61. In regionibus alienis, et sibi infestis. *Sallust. in Catil.* c. 56. Dii irati infestique sunt. *Catull.* carm. 64. *de coma Beren.* v. 73. Infestis querpiam dictis discerpere. *Tacit. in Agric.* c. 1. Sæva et infesta virtutibus tempora. *Cic. pro Lig.* c. 8. Veniebatis in provinciam, unam ex omnibus huic victoriæ maxime infestam. *hostile to this cause. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 40. Ingratus in amicos, infestus in cognatos. *Al. leg.* infestus cognatis. *Cic. pro Cluent.* c. 66. Infestum et immane scelus. ¶ *Infesta signa* sunt vexilla militaria, quæ in hostes pugnandi, cædendi, fugandique animo inferun-

tur. *hostile standards; standards pointed against the enemy.* *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 7. Ubi præter spem, quos fugere credebant, infestis signis ad se ire viderunt. et lib. 7. c. 51. Legiones infestis contra hostes signis constituerunt. et lib. 3. *B. Civ.* c. 93. Infestisque signis tanta vi in equites impetum fecerunt, ut, &c. *Cic. pro Font.* c. 16. Infestis prope signis inferuntur Galli in Fonteium. *almost with arms in their hands.* Sic *Cæs.* 3. *B. Civ.* c. 93. Milites dato signo, cum infestis pilis procucurrissent. et *Tacit.* 1. *Ann.* c. 69. Infesto agmine Gallias petere. *Justin.* c. 1. l. 37. Infesta arma contra populum R. tulerant. ¶ Passive est is, cui sunt alii infesti, vexatus, impetitus, infestatus, plenus discriminis, *infested, aimed at, obnoxious,* uti docet *Gell. loc. cit.* affertque illud *Ciceron. pro Planc.* c. 1. Si hujus salus ob eam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua custodia texisset. *more unsafe, more exposed to danger. Id. pro Rosc. Amer.* c. 11. Filii vita infesta, sæpe ferro et insidiis appetita. *in danger. Id. in fragm. apud Non.* c. 2. n. 432. et *Liv.* l. 26. c. 24. Uno myoparone mare infestum habere. *h. e.* infestare. Sic *Justin. in fi.* l. 40. Syriam latrociniis infestam reddere. *infested. Cic. de Provin. consul.* c. 2. Via Barbarorum incursionibus infesta. *Id. Phil.* 12. c. 10. Iter infestum et periculosum. *Id.* 2. *Fam.* ep. 10. *a med.* Infestissima Ciliciæ pars. *Sallust. in Catil.* c. 94. Alia omnia vasta, inculta, infesta serpentibus.

INFIBŬLA, æ, f. uncus fibulam iniens. *Tertull. de Pall.* c. 1. Pallii habitus infibulæ morsu humeris acquiescebat. Ita legit *Junius in Not.*

INFIBULĀTUS, a, um, *buckled or clasped together,* fibula vinctus. *Festus:* Infibulati sacrificabant flamines, propter usum æris antiquissimum, æreis fibulis. *h. e.* fibulis vestes subnexi.

INFIBŬLO, as, a. 1. *to buckle, button, or clasp together, infibulate,* ἐμπερονάω, fibula necto. *Cels.* l. 7. c. 25. Infibulare quoque adolescentulos interdum valetudinis causa quidam consueverunt. V. ibi cetera, et quæ in *Fibula* diximus. ¶ *Infiblare* per syncopen legitur a nonnullis apud *Apic.* l. 8. c. 7.

INFICĒTUS, &c. V. *Infacetus.*

INFICIĀLIS. V. *Infitialis.*

INFICĬAS. V. *Infitias.*

INFICIATĬO, &c. V. *Infitiatio.*

INFICĬENS, tis, nom. ex particip. non faciens, iners, nihil agens. *doing nothing, idle. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *de apib.* Neque ipsæ sunt inficientes; necnon oderunt inertes. *Id.* l. 5. *L. L.* c. 8. Dicimus, qui aliquid agit, non esse inficientem.

INFICĬO, is, eci, ectum, a. 3. *to stain, dye, colour, tinge, paint,* βάπτω, imbuo, tingo: ab *in,* et *facio,* quasi *intus facio.* color enim inditus, se immittit, et intro pervadit. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 14. Omnes se Britanni vitro inficiunt, quod cæruleum efficit colorem. *Plin.* l. 7. c. 56. Textilia Ægyptii invenere: inficere lanas Sardibus Lydi. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 63. Qualis ab imbre solet percussis solibus arcus Inficere ingenti longum curvamine cælum. *Senec. in Herc. Œt.* v. 337. Scythasque tepida Phœbus inficiet rota. *h. e.* illustrabit, et calefaciet. *Tibull.* l. 3. eleg. 4. v. 32. virgo Inficitur teneras ore rubente genas. ¶ Item leviter tingere. *Senec.* ep. 71. *ad fin.* Sapientia nisi alte descendit, et diu sedit, animum non coloravit, sed infecit. ¶ Item imbuere. *Plin.* l. 15. c. 3. *sub. fin.* Dulcem succum olivas bibere, et alieno sapore infici. ¶ Pro immiscere. *Virg. Æn.* 12. v. 417. hoc fusum labris splendentibus amnem Inficit, occulte medicans. ¶ Translate est instituere. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 2. *sub fin.* Infici debet iis artibus, quæ si, dum est tener, combiberit, ad majora veniet paratior. *to be seasoned with, to be instructed in. Id.* 1. *de Legib.* c. 17. Teneros et rudes animos inficiunt, et flectunt, ut volunt. ¶ Est etiam vitiare, corrumpere. *to discolour, infect, taint, corrupt. Virg.* 3. *Georg.* v. 481. Corruptique lacus, infecit pabula tabo. *Plin.* c. 1. l. 18. Inficere flumina. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 601. nigrique volumina fumi Infecere diem. ¶ Et translate *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 27. *a med.* Umbris, deliciis, otio, languore, desidia animum infecimus. *Id.* 3. *de Legib.* c. 13. Cupiditatibus principum, et vitiis infici solet tota civitas. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 2. Inficimur opinionum pravitate. [†¶ Particip. *inficiens* apud *Ovid. de Nuce,* 156. Manus cortex nucis inficiens. *Plin.* 35. 15. Inficiens rivum. *Id.* inficiens aera.]

INFICĬOR. V. *Infitior.*

INFICTUS pro infixus. *Callistrat. Dig.* lib. 47. tit. 9. leg. 7. Navi vel inficta, vel fracta intra fines agri cujusque. Ita *Torrentin.* probante *Cujacio,* et aliis: *Haloander* edidit *infixa.*

INFIDĒLIS, le, *unfaithful, faithless, not keeping one's promise, not performing one's duty, treacherous, perfidious, deceitful, false,* ἄπιστος, qui promissis non stat, nec fidem promissam exsolvit, quin potius violat. *Cic.* 3. *Offic.* c. 29. Nullam esse fidem, quæ infideli data sit. *Id. Fam.* 15. ep. 4. *ad fin.* Ut ex infidelissimis sociis firmissimos redderem. *Plaut. Capt.* 2. 3. 83. Infidelior mihi ne fuas, quam ego sum tibi. *Horat. Epod.* 5. v. 49. o rebus meis Non infideles arbitræ, Nox et Diana. ¶ Translate *Plin.* l. 36. c. 22. *ad fin.* Silex ad structuram infidelis, nisi multa suffrenatione devinctus. *Plin. in Paneg.* c. 45. *extr.* Infidelis recti magister est metus. *h. e.* non diuturnus magister officii, ut est apud *Cicer.* 2. *Phil.* c. 36. Γνώμη: cui simile est illud *ejusd.* 2. *Offic.* c. 7. Malus custos diuturnitatis metus.

INFIDELĬTAS, atis, f. *want of fidelity, infidelity, treachery, faithlessness, falsehood, perfidy,* ἀπιστία, fides violata, perfidia. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 22. Quantopere vero amicitias desideraret, quarum infidelitatem extimescebat. *Id. pro Mil.* c. 26. Quantæ infidelitates in amicis. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 33. Infidelitatis suspicionem sustinere.

INFIDELĬTER, adverb. *unfaithfully, treacherously, deceitfully, perfidiously,* ἀπίστως, sine fide. *Cic. ad Brut.* epist. 1. *ex recentiorib.* Minus me putarim reprehendendum, si inutiliter aliquid senatui suaserim, quam si infideliter.

INFIDIBŬLUM. V. *Infundibulum.*

INFĪDUS, a, um, *unfaithful, faithless, false, treacherous, perfidious,* ἄπιστος, non fidus, infidelis. *Cic. de Amic.* c. 15. Se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos. *Liv.* l. 1. c. 14. Infida societas regni. *Sallust. in Catil.* c. 50. Rhodiorum civitas infida atque advorsa nobis fuit. *Id. in Jug.* c. 96. *extr.* Genus hominum mobile infidum. *Justin.* c. 1. l. 11. Barbaræ gentes fidei dubiæ et mentis infidæ. *Liv.* l. 9. c. 45. Æqui sub specie infidæ pacis quieti. *Val. Flacc.* l. 2. v. 578. Promissa infida tyranni. *Liv.* l. 34. c. 28. *ad fin.* Fuga infida ac trepida. *h. e.* intuta. ¶ Translate *Plin.* l. 36. c. 15. *a med. de amphitheatro versatili Curionis.* Sedere ausi tam infida instabilique sede. *Lucret.* l. 2. v. 557. Infidi maris insidias, viresque, dolumque vitare.

INFĪGO, is, ixi, ixum, a. 3. *to fix, thrust, or fasten in,* ἀπερείδω, intus figo, immitto. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 31. Timide signifer evellebat, quod fidenter infixerat. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 22. Gladium hosti in pectus infixit. *Virg.* 9. *Æn.* v. 746. portæque infigitur hasta. et lib. 5. v. 504. adversique infigitur arbore mali. *Nemesian. in Cyneg.* v. 221. Infigere morsus. *Sil.* l. 12. v. 738. natis infigunt oscula matres. *imprint.* ¶ Translate *Quintil.* l. 9. c. 2. Alia repetitione, alia commemoratione infigere. *to impress.* et cap. 4. *ad fin.* Docere aliquid et infigere animis. *Plin.* l. 1. ep. 20. Inculcare, infigere, repetere. [¶ Particip. *infigendus* apud *Plin.* l. 1. ep. 20. *init.* Quæ sint inculcanda, infigenda, repetenda.]

INFIGURABĬLIS, le, adject. *not to be portrayed or described,* non figuratus, informis, deformis. *Ammian.* l. 24. c. 4. (*al.* 14.) Compage scutorum, velut testudine infigurabilium fornicum, operiebantur.

[†INFIGURĀTUS, a, um, adj. *Theod. Priscian.* 2. 1. Febris simplex et infigurata. *h. e.* quæ *typum* nondum habet, ut loquuntur hodie.]

INFĬMAS, atis, m. et f. *a person of the lowest condition,* qui ex infima plebe est, ut *summas,* qui nobilis, ac summæ est nobilitatis. *Plaut. Stich.* 3. 2. 36. Ergo oratores populi, summates viri, summi accumbent: ego infimatis infimus. *Infimatis* pro *infimas* dictum est, quod et *Priscian.* adnotavit lib. 7. pag. 761. *Putsch.* et lib. 12. pag. 943.

INFIMĀTUS, a, um, adject. infimus factus, *lowered, sunk low, debased. Apul. de deo Socrat.* Ingenia ad miserias infimata.

INFIMĬTAS, atis, f. *abasement, lowness, humility. Ammian.* l. 17. c. 13. (*al.* 30.) Ad infimitatem obsequiorum venire servilium. *Id.* l. 29. c. 2. (*al.* 11.) Ipsa sortis infimitate ad omnia præceps.

INFĬMO, as, a. 1. *to lower, depress,* deprimo, infimum facio. *Apul.* l. 1. *Metam.* Manes sublimare, deos infimare.

INFĬMUS. V. *Inferus.*

INFINDO, is, idi, issum, a. 3. *to cut into, cleave,* ἐπισχίζω, idem quod findo, vel in aliqua re findo. *Virg.* 5. *Æn.* v. 142. Infindunt pariter sulcos. et *Ecl.* 4. v. 33. telluri infindere sulcos. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 687. volat immissis cava pinus habenis, Infinditque salum. *furrows.* ¶ Tribuunt et Ciceroni in *Bruto,* c. 16. sed dubia eo loco est lectio. ¶ *Paul.* ex *Festo:* Infindere, intersipere, interponere. *h. e.* interjicere: ducta metaphora, a surculis, qui infissis truncis arborum inseruntur, inquit *Scaliger.*

INFINIBĬLIS, le, *endless,* qui finem habere non potest. *Apul. de dogm. Plat.* l. 1. Cum viduata sit fine, infinibilis recte videri potest.

INFINĪTAS, atis, f. *infinity, infinitude, endlessness, immensity,* ἀοριστία, ἀπειρία, immensitas. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 26. Infinitas locorum, innumerabilitasque mundorum. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 39. Infinitatem omnem peregrinabatur. *Ammian.* l. 15. c. 1. Infinitates mundorum.

INFINĪTE, adverb. *infinitely, excessively, without bounds, without intermission,* ἀδιορίστως, sine fine, immense. *Cic. in Parad.* 6. c. 3. Supellectilem et vestem infinite concupiscenti. *Id.* 1. *Acad.* c. 7. Infinite secare ac dividere aliquid. ¶ Item universim, *universally. Gell.* l. 14. c. 7. *a med.* Referri oportere (*ad Senatum*) aut infinite de republica, aut de singulis rebus finite.

INFINITĬO, onis, f. idem ac infinitas. *Cic.* 1. *Fin.* c. 6. *ad fin.* Infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo est.

INFINITĪVUS MODUS, seu infinitus, *the infinitive mood,* ἀπαρέμφατον, est unus ex modis verborum: quia nullum certum numerum, nec personam sibi aperte definit. Nam numeri et personæ in infinitivo sunt incerta, obscure latent, evolvenda sunt beneficio pronominum, ut me amare, illos amare, &c. *Diomed.* l. 1. pag. 334. *Putsch.* et *Priscian.* l. 8. pag. 808. et 822.

INFINĪTUS, a, um, *infinite, endless, without bounds, immense,* ἄπειρος, ἀόριστος, qui finem, seu terminum non habet, immensus, interminatus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 50. Nihil, cum habeat extremum, infinitum sit, necesse est. et cap. 43. Intervalla infinita et immensa. *Id.* 1. *Offic.* c. 16. Infinita multitudo eorum, qui his egent. *Gell.* l. 14. c. 1. Infinitus prope et innumerabilis annorum numerus. *Cic. pro Deiot.* c. 5. A Pompeio discessit: spem infinitam persequi noluit. *Id. Verr.* 6. c. 48. Spelunca infinita altitudine. *bottomless.* et 1. *de nat. Deor.* c. 9. Ab infinito tempore. *from all eternity.* et *pro Balb. c. pænult.* Si qui sunt, quibus infinitum sit odium. *Id.* 1. *de Orat.* 1. Infinitus rerum forensium labor. *Plin.* l. 25. c. 5. *a med.* Singultus infiniti, aut sternutamenta. *Id.* l. 25. c. 8. *a med.* Quidquid in Creta nascitur, infinito præstat ceteris alibi genitis. *is infinitely better. Senec. in proœm.* l. 2. *except. controvers. ante med.* Ex tempore coactus dicere, infinito se antecedebat. *Quintil.* l. 8. c. 4. *ad fin.* Infinito plus. Rursus *Plin.* l. 34. c. 2. et 7. Cum ad infinitum operum pretia creverint. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 16. leg. 2. Deincepsque ceteri, si qui sunt, in infinitum. *Plin.* l. 7. c. 25. In infinitum ne abeamus. *Paul. Dig.* lib. 8. tit. 2. leg. 23. Cujus ædificium jure superius est, ei jus est, in infinito supra suum ædificium imponere. *h. e.* in infinitum. *Cels. ibid.* tit. 1. leg. 9. Si cui simpliciter via per fundum cujuspiam cedatur, in infinito, videlicet per quamlibet ejus partem, ire, agere licebit. *Plin.* l. 18. c. 28. *sub fin.* Infinitum quantum illo tempore cadentes pruinas congelat. *it is incalculable how much,* &c. Et absolute *Id.* l. 16. c. 39. Infinitum refert et lunaris ratio. *infinitely, exceedingly.* ¶ Item indefinitus, *indefinite, indeterminate, universal.* Hinc *infinita quæstio* dicitur a Rhetoribus, in qua aliquid indefinite et universim quæritur, v. g. *expetenda ne sit eloquentia*: cui opponitur *finita,* in qua certum quippiam ac determinatum disputatur. V. *Finitus. Cic.* 1. *de Orat.* c. 21. Esse omnem orationem aut de infinitæ rei quæstione, sine designatione personarum et temporum; aut de re certis in personis ac temporibus locata. Adde *in Partit.* c. 18. ¶ Item amplus, multiplex, numerosus. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 15. Si cuipiam nimis infinitum videtur, quod ita posui. *Id. in Top.* c. 8. Formarum certus est numerus, quæ cuique generi subjiciantur: partium distributio sæpe est infinitior, tanquam rivorum a fonte deductio. ¶ Item immodicus. *Jabolen. Dig.* lib. 35. tit. 2. leg. 61. Cum heres fundum emere, nisi infinito pretio non posset. *Liv.* l. 3. c. 9. Duos pro uno dominos acceptos, immoderata, infinita potestate. ¶ *Infinitus* verborum *modus* apud Grammaticos est, qui nullas designat personas, aut numerum. V. *Infinitivus. Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) Dummodo per eandem litteram in infinito exeant. ¶ *Infinitum verbum* est verbum infinitivi modi. *Id.* l. 9. c. 3. (ad illud *Pers.* sat. 1. v. 9. nostrum istud vivere triste.) Cum infinito verbo usus sit pro appellatione. ¶ *Infinitum nomen* est, quod rem indefinitam significat, ut *qualis, quantus, quot,* cum sine interrogatione ponuntur. *Priscian.* l. 2. pag. 580. *Putsch.* ¶ *Infinitum pronomen* est, quod personas non recipit, ut *quis, quæ, quid*: contra *finitum,* quod recipit, ut *ego, tu, ille. Varr.* l. 9. *de L. L.* c. 1. et *Donat.* edit. 2. pag. 1752. *Putsch.* ¶ *Infinitæ conjunctiones* apud *Cicer. de Fato,* c. 8. et *infinita connexa* sunt propositiones, quas vocant *particulares.* h. e. de re aliqua indefinita, ut Si quis natus est oriente Canicula, in mari non morietur.

INFIRMATĬO, onis, f. *a weakening, enfeebling, invalidating, confuting, disproving,* ἀσθένωσις, actus infirmandi. *Cic. Agrar.* 2. c. 3. Sed suspicione, ac perturbatione judiciorum, infirmatione rerum judicatarum. ¶ Speciatim sumitur pro argumento, quo ratio infirmatur. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 13. Judicatio est, quæ ex infirmatione et confirmatione rationis nascitur controversia. Adde lib. 2. c. 21.

INFIRMĀTUS, a, um, *weakened, enfeebled,* ἀσθενὴς, debilitatus, fractus. *Cic. in Pison.* c. 19. Infirmatus conscientia scelerum. *Ammian.* l. 17. c. 5. (*al.* 10.) Infirmato imperii robore. *Hermogenian. Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 46. Infirmatus contractus. *h. e.* rescissus.

INFIRME, adverb. *weakly, faintly,* ἀσθενῶς, debiliter. *Cic. Fam.* 15. ep. 1. Etsi intelligebam socios infirme animatos esse. *faintly attached, not warmly interested. Sueton. in Aug.* c. 9. Tonitrua et fulgura paulo infirmius expavescebat. *Plin.* l. 1. ep. 21. *ad fin.* Ut illud immodice et redundanter, ita hoc jejune et infirme.

INFIRMIS, e, adject. idem ac infirmus. *Ammian.* l. 2. c. 6. (*al.* 14.) Coagmenta lapidum recens structorum, madoreque etiamnum infirmium.

INFIRMĬTAS, atis, f. *weakness, feebleness, invalidity, imbecility,* ἀσθένεια, invaliditas, imbecillitas, debilitas illa, quæ vel ex ætate, vel ex morbo contingit. *Cic. de Senect.* c. 10. Infirmitas est puerorum, et ferocitas juvenum, et gravitas jam constantis ætatis. *Id. in Brut.* c. 91. Erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis.

Plin. l. 18. c. 7. *ad fin.* Hordeo contra tempestates maxima infirmitas. *Alphen. Dig.* lib. 39. tit. 2. leg. 43. ædificii. *Cic. Fam.* 7. ep. 1. valetudinis. *Plin.* l. 7. ep. 21. oculorum. ¶ De iis, qui infirmi sunt, *Liv.* l. 34. c. 7. *extr.* Patiendum huic infirmitati est, quodcumque vos censueritis. *h. e.* mulieribus. *the weakness of the sex.* ¶ Translate *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 1. Impositum onus propter infirmitatem animi deponere. *Senec.* ep. 11. Infirmitas mentis. *Papinian. Dig.* lib. 11. tit. 2. leg. 11. memoriæ. ¶ Ponitur et pro levitate, et inconstantia, *fickleness, inconstancy, levity, frailty.* *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 5. Infirmitatem Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiendis mobiles, et novis plerumque rebus student. Adde *Colum.* l. 3. *R. R.* c. 10. ¶ Item pro morbo, *a disease, malady, infirmity.* *Sueton. in Tiber.* c. 72. Ne quam suspicionem infirmitatis daret, castrensibus ludis interfuit. *Justin.* l. 28. c. 3. Infirmitate correptus in itinere decedit. (Adde lib. 11. c. 8. et lib. 26. c. 3.) *Plin.* l. 10. ep. 6. Proxima infirmitas mea obligavit me Marino medico. *Ulpian. Dig.* l. 4. tit. 6. leg. 38. Si infirmitate impeditus continuare iter non potuit. Adde *Auct. dial. de Oratorib.* c. 23. *a med.* ¶ Infirmitas vini est imbecillitas, qua ferre ætatem nequit. *Colum.* l. 12. c. 20. *sub fin.* Propter nimiam infirmitatem vini, quod vix triginta diebus integrum permanebat.

INFIRMĬTER, adverb. infirme. *Arnob.* l. 7. pag. 250. Quam infirmiter invalideque dicatur.

INFIRMO, as, avi, atum, *to weaken, enfeeble,* ἀσθενόω, infirmum reddo. *Cels.* l. 2. c. 12. Alvus si vehementius fluit, hominem infirmat. *reduces.* *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 534. Ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur. *Tacit. Ann.* 15. c. 10. Legiones promiscuis militum commeatibus infirmaverat. ¶ Sæpius translate sumitur pro confutare, refellere, dissolvere, *to invalidate, disprove, confute,* ostendendo scil. verbis, nullam in re, quæ objicitur, aut teste vim inesse ad probandum. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 15. Ego res tam leves qua ratione infirmem ac diluam, reperire non possum. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 59. Quanta vero illa sunt, quæ vos Academici infirmatis et tollitis? *Id.* 1. *de Orat.* c. 31. *extr.* Quæ pro adversariis sunt, infirmare et frangere. *Id. pro Rosc. Com.* c. 15. Infirmare fidem testis. *Id. Attic.* l. 15. ep. 26. Dubitans, utrum morem gerat Leptæ, an fidem infirmet Silio. ¶ Item pro rescindere, irritum reddere. *to make void, annul, disannul, nullify.* *Hermogenian. Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 46. Infirmare contractum. *African.* lib. 30. leg. 105. *circa med.* legatum. *Ulpian.* lib. 28. tit. 4. leg. 2. testamentum. ¶ *Infirmare legem,* est vim ei, atque auctoritatem adimere. *Liv.* l. 34. c. 3. et *Quintil.* l. 7. c. 1. (*al.* 2.) *ad fin.*

INFIRMUS, a, um, *weak, feeble, infirm,* ἀσθενής, non firmus, imbecillus, debilis. *Cic.* 6. *Verr.* c. 43. Nemo ætate tam affecta, neque viribus tam infirmis fuit, qui non surrexerit. *Id. de clar. Orat.* c. 48. *extr.* Infirma atque etiam ægra valetudine esse. *Id.* 7. *Verr.* c. 33. Classis inops et infirma. *Lucan.* l. 5. v. 545. Infirmum lumen solis. *weak, dull, faint.* *Cels.* l. 2. c. 18. Infirmior est panis ex polline: infirmissimus cibarius panis. *h. e.* minoris alimenti. *less nutritive, less substantial.* *Colum. de arborib.* c. 3. *extr.* Infirmi saporis vinum, nec perenne. *not racy or flavorous, poor, weak.* *Plin.* l. 17. c. 24. Infirmissimæ arbores. *Id.* l. 23. c. 2. Infirmi nervi. *Id.* l. 36. c. 20. Infirmior ad omnia hæc est, quem schiston appellant. *h. e.* minoris virtutis adversus hæc mala. *Ovid. in Ibin,* v. 44. Infirmum pecus. *h. e.* oves. *Curt.* l. 4. c. 14. *circa med.* Famam, infirmissimum adversus fortes viros telum, contemnite. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 17. Alteri non magnis facultatibus, quod civitas erat exigua et infirma. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 9. Cum essent infirmi ad resistendum. ¶ Substantivi more. *Plin.* l. 9. c. 43. Glutiunt usque ad infirma lineæ. *till they come to the weakest part of the line.* ¶ De eo, qui æger est. *sick, infirm.* *Plin.* l. 7. ep. 16. Nuper me cujusdam amici languor admonuit, optimos esse nos, dum infirmi sumus. ¶ Translate sæpe refertur ad animum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 32. Tenuis et infirmus animus. et cap. 3. Quorum vocibus et concursu terrentur infirmiores, dubii confirmantur. *they that have less spirit; the faint hearted.* ¶ Speciatim de iis dicitur, qui inconstantes sunt, ac leves animo, aut fide: quo sensu et *infirmitas* a *Cæsare* adhibetur. *Colum.* l. 3. c. 10. Veniunt imprudentissimi ad rem maxime necessariam: deinde etiam infirmissimi. ¶ Præterea refertur ad ea, quæ minus valent ad probandum, minusque habent auctoritatis ac ponderis. *weak, trivial, inconclusive, ineffective.* *Cic. pro Cæcin.* c. 23. Omnino ad probandum utraque res infirma et nugatoria est. *Id. pro Rosc. Com.* c. 2. Quod apud omnes leve et infirmum est, id apud judicem grave et sanctum esse ducetur? *Id. Fam.* 7. ep. 18. Vestræ cautiones infirmæ sunt.

INFIT, *he begins,* incipit, ἄρχεται: verbum defectivum, cujus hæc sola in usu est persona: de qua ita *Festus*: Infit, incipit, sed diversæ significationis est ab eo, quod est *fit.* nam *infit* agentis, *fit* autem patientis est. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 38. Homo ad prætorem deplorabundus venit: infit ibi postulare, ut, &c. *Id. Asin.* 2. 2. 76. Me infit percontarier. *Id. Mercat.* 2. 1. 25. Infit mihi prædicare, sese abduxisse, &c. *Id. Rud. prol.* v. 51. Infit laudare. *Virg.* 5. *Æn.* v. 708. his Æneam solatus vocibus infit. et lib. 11. v. 242. ita farier infit. *Lucret.* l. 3. v. 516. Commutare animum quicumque adoritur, et infit. et lib. 5. v. 1207. caput erigere infit. ¶ Absolute est, incipit dicere. *begins speaking.* *Virg.* 10. *Æn.* v. 860. alloquitur mœrentem, et talibus infit. et vers. 100. Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas, Infit: eo dicente, &c. *Liv.* l. 3. *c. pænult.* Ibi infit, annum se tertium et octogesimum agere, &c. *Ovid. Metam.* 4. v. 475. Atque ita, non longis opus est ambagibus, infit. ¶ *Infit,* loquitur. *he speaks.* *Prudent. in Apoth.* v. 872. *de anima.* Imperat, antevidet, perpendit, præcavet, infit. ¶ *Priscian. sub fin.* l. 8. docet *infio* apud *Varron.* inveniri. In *Glossis* quoque legitur *infe,* ἄρξαι, *h. e.* incipe. *Martian. Capell. in fin.* l. 2. dixit *infiunt.*

INFITĒRI, non fateri. *Festus.*

INFITIĀLIS, *et* Inficialis, le, *pertaining to or containing a denial, negative,* negativus, ut Constitutio infitialis, qua negamus quod objicitur, vel quod petitur. *Cic. in Top.* c. 24. Itaque aut infitialis, aut conjecturalis prima appellatur. V. *Infitior.*

INFITĬAS, *et* Inficias, nomen defectivum, in quarto plurali solummodo usurpatum, cum verbo *eo, is.* Itaque *infitias ire* est negare, *to deny,* ea ratione, qua *exsequias, suppetias ire* dicimus: omissa *ad* præpositione, quæ exprimitur in illo *Pauli Dig.* lib. 10. tit. 2. leg. 44. Non calumniæ causa ad infitias ire. Ita *Torrentin.* nam *Haloand.* τὸ *ad* omittit. Fere dicitur de iis, quæ vera sunt, et probe scimus, sed fateri nolumus. De ratione scribendi V. *Infitior.* *Terent. Adelph.* 3. 2. 41. Si hoc palam proferimus, ille infitias ibit. *Plaut. Cist.* 4. 1. 9. Omnia infitias ire ea, quæ dudum confessa est mihi. *Id. Bacch.* 2. 3. 25. Infitias ire cœpit filio. *Nepos in Epam. in fi.* Hujus de virtutibus satis erit dictum, si hoc unum adjunxero, quod nemo eat infitias. *Quintil.* l. 3. c. 7. Neque infitias eo, quasdam esse ex hoc genere materias. *Liv.* l. 6. c. 40. Quorum alterum neque nego, neque infitias eo, nos enixe operam dedisse, &c. [† *Id.* 31. 31. Neque inficias imus, Siciliam provinciam nostram esse. *Alii* infitiati sumus; *quæ sæpius confundi in Livii libris observat Drakenb. Tacit. Ann.* 15. 2. Non ibo inficias. *Gell.* 16. 19. Nautas stupefactos convictosque infitias ire non quisse. Adde *Terent. Adelph.* 3. 2. 49. *Quintil. Pr.* 7. *extr.*] *Frontin. de aquæduct.* artic. 72. Nec eo infitias, quin, &c.

INFITIATĬO, *et* Inficiatio, onis, f. *a denial, disavowal; a pleading not guilty,* ἄρνησις, negatio. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 25. Ac nostræ fere causæ, quæ quidem sunt criminum, plerumque infitiatione defenduntur. ¶ Item negatio pecuniæ debitæ, aut depositi. *a denying or refusing to pay a debt, or restore a deposite.* *Senec.* 2. *de Ira,* c. 9. Circumscriptiones, furta, fraudes, infitiationes. *Cels. Dig.* lib. 47. tit. 2. leg. 69. Infitiatio depositi. *Terent.* lib. 46. tit. 7. leg. 16. Compellere ad infitiationem.

INFITIĀTOR, *et* Inficiator, oris, m. *one who denies any charge brought against him; one who denies or refuses to pay a debt, a cheat,* ἀποστερητής, qui infitiatur: et præsertim qui debitam pecuniam, aut depositum, aut hujusmodi negat fraudandi causa. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 37. Si ille infitiator probasset judici, ante petitam esse pecuniam, &c. *Id.* 2. *Catil.* c. 10. Hos non tam acres milites, quam infitiatores lentos esse arbitror. *Martial.* l. 1. epigr. 104. In jus, o fallax atque infitiator, eamus. *Senec. de benef.* l. 3. c. 17. *ad fin.* Tristis et sollicitus, qualis esse infitiator ac fraudulentus solet. De orthographia V. in *Infitior.*

INFITIĀTRIX, *et* Inficiatrix, icis, f. quæ infitiatur. *Prudent. in Psychom.* v. 630. Fidei fraus infitiatrix.

INFITĬOR, *et* Inficior, aris, atus sum, dep. 1. *to deny, disavow, disown,* ἀρνέομαι, nego, pernego: et dicitur fere de iis, qui quæ vera sunt, et sibi nota optime, tamen negant. Quibusdam placet esse ab *in* privativa, et *facio,* quasi quis aiat, se non fecisse: itaque per *c* scribunt. Aliis ab *in,* et *fateor*: et scribunt per *t.* Hos inter sunt *Fest. Manut. Cellar.* inter illos *Dausquius.* In neutram partem *Voss.* inclinat: nos in priorem: ita tamen ut alteram non damnemus. *Cic.* 3. *Offic.* c. 16. Quæ qui infitiatus esset, dupli pœnam subiret. *Id. Catil.* 3. c. 5. Cum id posset infitiari, repente confessus est. *Id. pro Sext.* c. 22. Neque enim, in hoc me hominem esse, infitiabor unquam. *Varr. prope fin.* l. 4. *de L. L.* Infitiari de re aliqua. *Cic.* 6. *Verr.* c. 47. Earum rerum nullam sibi iste neque infitiandi, neque defendendi facultatem reliquit. *Id. in Partition.* c. 29. Is qui defendit, resistat oportet aliquo statu, aut infitiando, aut definiendo, &c. *Flor.* l. 1. c. 22. Postumium infitiantem, quas promiserat, prædas, lapidavit. *Nep. in Annib.* c. 1. Non est infitiandum, Annibalem tanto præstitisse, &c. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 6. v. 42. cum magna meorum Notitiam pars est infitiata mei. *Id. Heroid.* ep. 9. v. 4. fama Decolor, et factis infitianda tuis. *Martial.* l. 5. epigr. 31. Varro, Sophocleo non infitiande cothurno. *h. e.* quem Tragica poesis nunquam infitiabitur suum maximum cultorem. ¶ De iis, qui pecuniam debitam, depositum, aliudve in genus negant, fraudandi causa. *to deny or refuse to pay a debt; to defraud his creditors.* *Festus*: Infitiari, creditum fraudare. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 3. Quid, si infitiatur? quid, si omnino non debetur? *Juvenal.* sat. 13. v. 60. si depositum non infitietur amicus. V. *Infitiator,* et *Infitiatio.*

INFIXUS, a, um, *fixed or fastened in, fixed, infixed,* ἐμπαγής, intro fixus, immissus, injectus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. Taleæ pedem longæ, ferreis hamis infixis, totæ in terram infodiebantur. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 24. Sidera certis infixa sedibus. *Liv.* l. 27. c. 14. In quorum tergis infixa stetere pila. *Virg.* 4. *Æn.* v. 689. infixum stridet sub pectore vulnus. *Id.* 9. *Æn.* v. 699. hasta infixa stomacho sub altum pectus abit. *Pompon. Dig.* l. 33. tit. 7. leg. 21. Quæcumque infixa inædificataque sunt, fundo legato continentur. *Plin.* l. 26. c. 12. omnia infixa corpori extrahunt folia tussilaginis, daucum, &c. ¶ Translate *Cic. post redit. ad Quir. in fin.* Hæc cura erit infixa animo meo sempiterna. *Id. ad Brut.* ep. 15. Animus semper infixus est in patriæ caritate. *bent or intent upon.* *Id. pro Cluent.* c. 6. Si hoc, quod in communibus hominum sensibus, atque in ipsa natura positum atque infixum est, non viderem. *Liv.* l. 3. *c. pænult.* Rem se vetustate oblitteratam, ceterum suæ memoriæ infixam afferre. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 5. v. 9. Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis. *Virg.* 4. *Æn.* v. 4. hærent infixi pectore vultus. *engraven on the heart.* *Senec.* ep. 11. Quidquid infixum et ingenitum est, lenitur arte, non vincitur. Γνώμη. *Tacit. Ann.* 15. c. 5. Vologesi vetus, et penitus infixum erat, arma Romana vitandi. ¶ *Infixum est,* decretum est, certum est. *it is resolved.* *Sil.* l. 4. v. 331. nec leti cura decori, Sed fugere infixum est. Adde lib. 10. v. 644.

INFLABELLĀTUS, a, um, *blown into.* *Tertull. advers. Valentinian.* c. 23. His omnibus elementis atque corporibus ignis inflabellatus est. *h. e.* flando immissus.

INFLABĬLIS, le, adject. qui inflari potest. *Lactant. de Opific. Dei,* c. 11. pulmonem vocat viscus inflabile, atque aeris capax.

INFLACCĔO, es, n. 2. *to become flaccid or weak,* flaccidus, infirmus, inutilis fio. *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 323. Inflaccebunt conditiones.

INFLĀGRO, as, *to inflame, kindle,* intus flagro, vel accendo. *Solin.* c. 5. (*al.* 11.) *ad fin. de Sicilia.* Sarmenta, licet viridia, ignem sponte concipiunt, et nullo inflagrante halitu, ab ipso numine fit accendium.

INFLAMMANTER, adverb. *ardently.* *Gell.* l. 10. c. 3. *circa med.* Acriter et inflammanter facit complorationem tam acerbæ rei.

INFLAMMATĬO, onis, f. *an inflammation, accension, kindling, lighting up,* φλόγωσις, φλεγμονή, actus inflammandi. *Flor.* l. 4. c. 2. Cæsaris furor totum, qua patebat, imperium quodam quasi diluvio, et inflammatione corripuit. *Nazar. in Paneg. Constantini,* c. 21. Cum portarum inflammatio ignem late distulisset. ¶ Apud Medicos sic dicitur, cum noxius humor collectus in aliqua parte corporis eum doloris sensum facit, qui ignis ardore sentitur. *an inflammation.* *Cels.* l. 6. c. 6. n. 1. Oculos interdum inflammatio occupat. *Plin.* l. 22. c. 25. Inflammatio anrium. *et ibid.* nervorum. et lib. 28. c. 9. ulcerum. et cap. 4. sedis. *Cels.* l. 4. c. 5. stomachi. et cap. 6. Laterum inflammatio se remittit. *Plin.* l. 21. c. 20. inflammationem discutere. *Id.* l. 22. *c. ult.* sedare. *Id.* l. 24. c. 8. refrigerare. *Id. in procem.* l. 23. mitigare. *Cels.* l. 7. c. 25. reprimere. *Id.* l. 6. c. 6. *sect. ult.* lenire. *Id.* l. 5. c. 26. n. 20. *extr.* solvere. et n. 21. et 23. movere. *to promote, excite, occasion.* et n. 28. excitare. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 46. *extr.* Poetam bonum neminem sine inflammatione animorum exsistere posse, et sine quodam afflatu quasi furoris.

INFLAMMĀTRIX, icis, f. quæ inflammat, incitat, et accendit. *Ammian.* l. 14. c. 1. Megæra inflammatrix. *Mamertin. in Paneg. Juliani,* c. 3. Eædem odii causæ, quæ amoris inflammatrices.

INFLAMMĀTUS, a, um, *inflamed, kindled, set on fire, in a blaze,* flamma correptus, accensus, φλογωθείς, ἐμφλεγείς. *Sueton. in Ner.* c. 38. Horrea labefactata, atque inflammata sunt. ¶ *Inflammatum membrum* est noxio humore, ardentique dolore laborans, ut in *Inflammatio* dictum est. *Plin.* l. 28. c. 16. Inflammata omnia sedat fimi vitulini cinis. ¶ Translate est aliqua vehementi animi ægritudine correptus. *transported with any violent passion.* *Cic. pro Dom.* c. 23. *extr.* In quos propter eorum crudelitatem inflammatæ nostræ mentes fuerunt. *enraged, indignant.* et lib. 1. *Fam.* ep. 7. *a med.* A pueritia inflammatus ad gloriam. *Id.* 1. *de Fin.* c. 18. Voluptatum potiendi spe inflammati. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 6. Libidinibus inflammatus et furens. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 44. amore in patriam. *Id. Verr.* 7. c. 62. scelere et furore. *Martial.* l. 10. epigr. 86. amica. *Hirt. de B. Afric.* c. 19. audacia. *Plin.* l. 8. c. 16. cupidine noscendi. *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 231. Inflammata semel nescit mitescere virtus. *Id. in I. Consul. Stilich.* v. 293. pretio inflammata manus. *h. e.* corrupta, et stimulata pecunia.

INFLAMMO, as, avi, atum, a. 1. *to set on fire, kindle, light,* φλογόω, ἐπιφλέγω, flammam infero, accendo, igne corripio. *Cic.* 6. *Verr.* c. 48. Ceres dicitur inflammasse tædas iis ignibus, qui ex Ætnæ vertice erumpunt. ¶ Item exuro, comburo, *to burn.* *Cic. Attic.* l. 8. ep. 2. *extr.* Cum eadem lucerna hanc epistolam scripsissem, qua inflamma-

ram tuam. *Id. ibid.* Patriam diripiendam et inflammandam reliquimus. *Id.* 7. *Verr.* c. 35. Classem populi R. inflammari incendique jussit. ¶ Translate est excitare, permovere, incitare. *to rouse, excite, incite, stir up, stimulate, inflame. Id. Verr.* 2. c. 1. Cum sint parati, qui concionibus et legibus hanc invidiam Senatus inflammare conantur. *to increase. Id.* 1. *de Orat.* c. 14. Admovere orationem ad sensus animorum atque motus vel inflammandos, vel etiam exstinguendos. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 19. Cum corporis facibus inflammari soleamus ad omnes fere cupiditates. *Id. de Harusp. resp.* c. 19. Animos imperitorum excitare et inflammare. *Id.* 1. *de Fin.* c. 16. cupiditates. *Id. pro Marcell.* c. 10. odium. *Id.* 1. *de Orat.* c. 46. populum in improbos. *Virg.* 4. *Æn.* v. 54. aliquem amore. *Claudian. de III. Consul. Honor.* v. 51. Inflammare magis amorem pugnæ. *Cic. de Amic.* c. 23. Inflammari cupiditate honorum. ¶ Apud Medicos est nimium calorem, noxio humore collecto, in corpore accendere, et ardoris sensum facere. V. *Inflammatio. Plin.* l. 22. c. 23. *sub fin.* Laser tauros inflammat, naribus illitis. *Id.* l. 30. c. 4. Buprestis bovem ita inflammat, ut rumpat. et lib. 25. c. 2. *a med.* Inflammari vulnera ac morbos. et cap. 8. Equi pasti inflammantur rabie.

INFLĀTE, *swellingly, haughtily, pompously, boastingly,* tumide. Translate *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 17. et lib. 3. c. 79. Atque hæc ad eum latius atque inflatius Afranius perscribebat. [*Rectius ita dispone:* Translate *Cæs.* l. 2. *de B. civ.* c. 17. Atque hæc ad eum latius atque inflatius Afranius perscribebat. Adde lib. 3. c. 79. Latius, inflatiusque multo, quam res erat gesta, fama percrebuerat.]

INFLATĬO, onis, f. *a blowing or puffing up, inflation, flatulence, swelling,* φύσημα, tumor præsertim in corpore, ex morbo. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 30. Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus. *Cels.* l. 2. c. 26. Minima inflatio fit ex venatione, aucupio, piscibus, &c. Feniculum vero et anethum inflationes etiam levant. *Colum.* l. 12. c. 11. Si bibatur, inflationem stomachi facit. *Plin.* l. 23. c. 6. Mala dulcia inflationes pariunt. *Id.* l. 27. c. 7. Inflationes discutere. *Id.* l. 23. c. 4. Inflationem sedare. *Senec.* l. 5. *quæst. nat.* c. 4. In nostris corporibus ex cibo fit inflatio, quæ non sine magna narium injuria emittitur, et ventrem interdum cum sono exonerat, interdum secretius. Adde *Vitruv.* l. 8. c. 3. ubi dicitur de spiritu ex aqua percalefacta efflante.

INFLĀTUS, a, um, *blown or breathed into,* ἐμπνευσθεὶς, ὀγκύλος, flatu impletus, inspiratus. *Cic. de clar. Orat.* c. 51. Si tibiæ inflatæ non referant sonum, abjiciendas eas sibi tibicen putat. *blown, played upon. Ovid.* 1. *Metam.* v. 340. buccina cecinit jussos inflata receptus. *blown, sounded, Plin.* l. 9. c. 35. Species inflata inani, sine corpore. *Sen. in Agam.* v. 90. Tela secundis inflata Notis. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 11. Nolo verba exiliter exanimata exire: nolo inflata et quasi anhelata gravius. *uttered with too great exertion.* ¶ Item tumidus, turgidus, *puffed or blown up, inflated, swollen. Cic. in Vatin.* c. 2. Serpens inflato collo, tumidis cervicibus. *bloated. Virg. Ecl.* 6. v. 15. Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho. *Liv.* l. 40. c. 33. Inflati amnes. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 145. capilli. *h. e.* laxi, sparsi, fluentes. *spread, dishevelled. Tertull. de Pall.* c. 4. *a med.* Vestis inflatior. *swelling, flowing.* ¶ Translate est superbiens, elatus. *puffed up, elated, haughty, proud. Cic.* 2. *Agrar.* c. 35. Quibus illi rebus elati et inflati non continebuntur. *Id.* 3. *Tusc.* c. 9. Inflatus et tumens animus. *Id. pro Mur.* c. 15. Cum hostium classis Italiam, spe atque animis inflata, peteret. et cap. 24. Inflatus promissis. *Id.* 14. *Phil.* c. 6. Inflati lætitia atque insolentia impii cives. *Curt. sub fin.* l. 10. Titulo Spartanæ victoriæ inflatus. *Liv.* l. 29. c. 37. Intempestiva jactatione severitatis inflatus. *Id.* l. 24. c. 6. Inflatus assentationibus. *Cic.* 4. *Acad.* c. 36. Est ne quisquam tanto inflatus errore, ut sibi, se illa scire, persuaserit? *Id.* 1. *Offic.* c. 26. Homines inflati opinionibus turpiter irridentur. *Liv.* l. 39. c. 53. Et ipse juvenis haud dubie inflatior redierat, subnixus erga se judiciis Senatus, concessisque sibi, quæ patri negata essent. *Juvenal.* sat. 8. v. 72. quem nobis fama superbum Tradit, et inflatum, plerumque Nerone propinquo. ¶ Refertur etiam ad orationem nimis elatam ac turgidam. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 10. Gravis oratio sæpe imperitis videtur ea, quæ turget et inflata est. *is turgid and inflated. Auct. dial. de Oratorib.* c. 18. Ne Ciceroni quidem obtrectatores defuisse, quibus inflatus et tumens, &c. videretur. *Propert.* l. 2. el. 25. v. 32. non inflati somnia Callimachi. *Quintil.* l. 12. c. 10. Attici pressi et integri, Asiani inflati et inanes.

INFLĀTUS, us, m. ἐμπνευσις, actus inflandi, inflatio, *a blowing into or upon. Cic. de clar. Orat.* c. 51. Oratori populi aures, tanquam tibiæ sunt: eæ si inflatum non recipiunt, &c. et lib. 4. *Acad.* c. 7. Primo inflatu tibicinis. *blast, sound.* ¶ Item afflatus, *inspiration. Id. de Divin.* l. 1. c. 6. Instinctu inflatuque divino futura prænunciat.

INFLECTO, is, exi, exum, a. 3. *to bend, bow, crook, inflect,* idem quod flecto, ἐπικάμπτω. *Colum.* l. 5. c. 6. Radices in nodum inflectere. *Cic.* 7. *Verr.* c. 12. Ubi primum ex alto sinus ad urbem ab litore inflectitur. *Id.* l. 2. c. 19. *de Nat. Deor.* Stellæ nunquam cursus sui vestigium inflectunt. *Tibull.* l. 1. el. 8. v. 37. Voces inflectere cantu. *h. e.* variare. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 77. Colla cave inflectas ad summum obliqua theatrum. *Plin.* l. 6. c. 17. A Caspio mari in Eoum cursus inflectitur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 25. Cum ferrum se inflexisset. *Cic. post redit. ad Quir.* c. 3. Frater erat unus, qui suo squalore vestros oculos inflecteret. *h. e.* in se converteret. ¶ Translate est mutare, deflectere, movere, in aliam mentem inducere. *to turn aside, warp, move, alter, change. Virg.* 4. *Æn.* v. 22. Solus hic inflexit sensus, animumque labantem Impulit. *Id.* 12. *Æn.* v. 800. Desine jam tandem, precibusque inflectere nostris. *be persuaded by, comply with.* et *Stat.* 8. *Theb.* v. 716. Lacrimis aliquem inflectere. *Cic. pro Cæcin.* c. 26. Jus civile neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia potest. ¶ Grammatice *inflectere* est circumflexum accentum verbo apponere. *Arnob.* l. 1. pag. 35. Inflectatur quod acui, an acuatur quod oportebat inflecti. [¶ Particip. *inflectens* apud *Catull.* carm. 64. v. 256. Evœ bacchantes, evœ, capita inflectentes.]

INFLĒTUS, a, um, *unlamented, unpitied,* indefletus. *Virg. Æn.* 11. v. 372. animæ viles, inhumata, infletaque turba. Adde *Valer. Flacc.* l. 6. v. 651.

INFLEXIBĬLIS, le, *that cannot be bent, inflexible,* ἄκαμπτος, qui inflecti non potest. *Plin.* l. 28. c. 12. Dolorem inflexibilem (opisthotonon vocant) levat urina capræ. ¶ Translate *Senec.* ep. 95. *post med.* Necessaria sunt decreta, quæ dant animis inflexibile judicium. *h. e.* certum, et immutabile. *Plin.* l. 10. ep. 97. Pervicaciam et inflexibilem obstinationem debere puniri.

INFLEXĬO, onis, *a bending, bowing, turning, winding,* ἔγκαμψις, inflectendi actus. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 59. Laterum inflexione hac forti ac virili, non ab scena et histrionibus, sed ab armis, aut etiam a palæstra.

INFLEXUS, a, um, *bent, bowed, crooked, inflected,* ἐπικαμπὴς, flexus. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 17. Incurvum et leviter a summo inflexum bacillum. *Plin.* l. 4. c. 8. Montes inflexi theatrali modo. *Propert.* l. 3. el. 13. v. 34. inflexo genu cadere. *Colum.* l. 4. c. 26. *ad fin.* Meminerit, ne retorqueat sarmentum, sed tantum inflexum devinciat. *Sueton. in Aug.* c. 79. Capillus leniter inflexus. ¶ *Inflexa vox* quid sit apud *Cic. in Orat.* c. 17. *extr.* et lib. 2. *de Orat.* c. 46. in adjectivo *Flexus* dictum est. ¶ Item placatus. *Stat.* 8. *Theb.* v. 759. jamque inflexo Tritonia patre venerat.

INFLEXUS, us, m. *a bending, inflecting,* κατάκαμψις, inflexio. *Juvenal.* sat. 3. v. 236. rhedarum transitus arcto Vicorum inflexu. *a narrow turning. Senec. de brevit. vitæ,* c. 12. Vocem, cujus rectum cursum natura et optimum, et simplicissimum fecit, inflexu modulationis inertissimæ torquent. *Arnob.* l. 2. pag. 57. Nec sit introitus rectus, sed adeatur inflexibus flexuosis.

INFLICTĬO, onis, f. actus infligendi. *Imp. Constant.* lib. 9. *Cod. Theodos.* tit. 17. leg. 2. Factum solitum sanguine vindicari, mulctæ inflictione corrigimus.

INFLICTUS, a, um, *struck,* percussus. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 281. jam ecce ruunt, inflictaque late Terga sonant. ¶ Item illatus, incussus. *Imp. Gordian.* lib. 5. *Cod.* tit. 71. leg. 2. Damnum inflictum alicui. *Imp. Antonin.* lib. 10. tit. 8. leg. 1. Summa pœnæ nomine inflicta. *Prudent. in fi. Apoth.* inflictos casus contemnite. *h. e.* illatas calamitates. [†¶ Item illisus. *Virg. Æn.* 10. 103. Puppis inflicta vadis.]

INFLICTUS, us, m. inflictio, collisio, ut Inflictus dentium et labiorum, quo nempe sonos articulamus: apud *Arnob.* l. 3. pag. 111.

INFLĪGO, is ixi, ictum, a. 3. *to inflict, deal, fling, strike,* προστρίβομαι, ἐμβάλλω, infero, impingo, percutio: ab *in,* et *fligo. Cic. in Vatin.* c. 8. Mortiferam plagam infligere. *Id. pro Planc.* c. 29. Infligere alicui securim. *Id. in Pison.* c. 26. sempiternam alicui turpitudinem. *h. e.* inurere. *Justin.* l. 3. c. 5. detrimenta civitati. *h. e.* inferre. *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 9. leg. 6. *ad fin.* Infligere alicui damnum. *Paul.* lib. 22. tit. 1. leg. 11. graviores usuras. *h. e.* imponere. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 63. Cum in altercatione arripitur ab adversario verbum, et ex eo in eum ipsum aliquid, qui lacessivit, infligitur. *Lactant. de mortib. persecutor.* c. 49. caput parietibus infligere. *Julian.* l. 3. tit. 5. leg. 29. Infligere alicui pretium rei emptæ. *to impose:* imponere onus solvendi pretii.

INFLO, as, avi, atum, a. 1. *to blow or breathe into, blow upon, blow or puff up, swell, inflate,* ἐμπνέω, φυσάω, intus flo, inspiro, flatu impleo, tumentem facio. *Cic.* 4. *Acad.* c. 27. Simul inflavit tibicen, a perito carmen agnoscitur. *Virg. Ecl.* 5. v. 2. calamos inflare leves. *to blow, play upon, sound. Cic.* 3. *de Orat.* c. 60. Inflare sonum aliquem. *Virg.* 3. *Æn.* v. 357. tumidoque inflatur carbasus Austro. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 20. merito quin illis Jupiter ambas Iratus buccas inflet. *should swell with anger, storm, rage. fume. Cels.* l. 2. c. 26. Inflant (*corpus*) omnia fere legumina, omnia pinguia, omnia prædulcia. *Cato R. R.* c. 90. Ex ore in os palumbi inflare aquam. *h. e.* flando injicere. ¶ Translate *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 98. Crescentem tumidis infla sermonibus utrem. *puff up, swell.* et *Cic. in Pison.* c. 36. *extr.* Cum tibi spe falsa animos rumor inflasset. *Liv.* l. 35. c. 42. Quibus mendaciis erexerat multorum animos, iisdem et regis spem inflabat. *heightened, increased. Id.* l. 45. c. 31. Inflavit ad intolerabilem superbiam animos. *Paul. Dig.* lib. 39. tit. 4. leg. 9. Locatio vectigalium, quæ calore licitantis ultra modum solitæ conductionis inflatur. *increases, is augmented, runs up.* ¶ Refertur et ad orationem. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 2. Quid tam exile, quam isti omnes? Antipater paulo inflavit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem, sed, &c. *h. e.* fuit in historia scribenda plenior: ducta opinor metaphora ab inflandis tibiis. [¶ Particip. *inflans* apud *Ovid. de medic. fac.* v. 70. Et simul inflantes corpora frige fabas.]

INFLORĔO, es, ui, n. 2. *to flourish in,* in aliquo loco floreo, vigeo. *Claud. in II. Consul. Stilich.* v. 124. Pristina Romuleis infloruit arcibus ætas.

INFLŬENS, entis, *flowing into,* qui influit. *Curt.* l. 8. c. 9. et *Plin.* l. 3. c. 5. Amnis influens in mare. *discharging itself. Justin.* l. 11. c. 8. Flumen per mediam urbem influens. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) *ad fin.* Humor sensim influens. ¶ Item ingruens, irruens. *Cic. de Provinc. Consul.* cap. 13. Influentes in Italiam Gallorum copiæ. *rushing or breaking into. Plin. in Paneg.* c. 8. Si quando cum influentibus negotiis paria fecisti. *pressing or crowding on one.* ¶ Item incurrens, immeans. *Cic. de Univ.* c. 13. Influens atque effluens divinus animus. ¶ *Fortuna influens* est favens, propitia. *Senec. in Thyest.* v. 536. Quis influentis dona Fortunæ abnuit? *prosperous, favourable, propitious.* [† *Influentes capilli* sunt excidentes, decidui. *Cels.* 6. 1.]

INFLŬO, is, xi, xum, n. 3. *to flow or run into,* εἰσρέω, intro fluo, illabor. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 39. Apud Hipanim fluvium, qui ab Europæ parte in Pontum influit. *disembogues itself.* et lib. 2. *de nat. Deor.* c. 55. In quem sanguis a jecore per venam illam cavam influit. *Id.* 1. *de Divin.* c. 35. Atque in amnes mare influxerit. ¶ Translate ponitur pro se se insinuare, sensim irrepere. *Cic. Offic.* l. 2. c. 9. Ut in universorum animos tanquam influere possimus. *to steal into imperceptibly, insinuate ourselves into the good graces of, gain admittance to please. Id. de Amic.* c. 25. Quibus blanditiis C. Papirius nuper influebat in aures concionis? *Id.* 2. *de Legib.* c. 15. Nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi sonos. *Quintil.* l. 12. c. 10. Paulatim sermone Græco in proximas Asiæ civitates influente. *introducing itself into.* ¶ Item irrumpere magna vi, et copia instar fluminum. *Cic. de Provinc. Consul.* c. 13. Influentes in Italiam Gallorum copias reprimere. [† V. in *Influens.*] *Plin.* l. 6. c. 7. Influxisse eo Scythas tradunt. ¶ Cum dativo. *Quintil. declam.* 3. c. 13. Influxit Italiæ inaudita multitudo. *Albinov. ad Liv.* el. 1. v. 395. dolor menti influit ægræ. *Senec.* ep. 50. *circa med.* Illud desperandum est, posse nobis casu tantum bonum influere. ¶ Cum accusativo sine præposit. quæ inest in ipso verbo. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 8. Lacus Lemanus, quem flumen Rhodanum influit. (Adde lib. 3. c. 9.) *Plin.* l. 6. c. 24. Oceanum qui influit, Azanium appellant. ¶ Cum adverbiis motus ad locum. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 1. Non longe a mari, quo Rhenus influit. *Ovid.* 4. *ex Ponto,* ep. 10. v. 48. Huc Lycus, huc Sagaris influit. ¶ In illo *Cicer.* c. 53. lib. 2. *de Orat.* Ex illa lenitate ad hanc vim acerrimam influat, oportet, aliquid; et ex hac vi nonnunquam animi aliquid influendum est illi lenitati: Sunt qui *infundendum,* sunt qui *inflandum* reponunt, sunt qui multo rectius *inflammandum.*

INFLUVĬUM, ii, n. *an effusion, overflowing, flux,* profluvium. *Vellei.* l. 2. c. 120. *extr.* Ut protinus pariter sanguinis cerebrique influvio exspiraret. Alii legunt *profluvio,* alii *effluvio.*

INFLŬUS, a, um, qui influit. *Paulin. Nolan.* carm. 15. v. 107. tam largiter influa traxit Dona Dei.

INFLUXIO, onis, f. influxus, illapsus, actus influendi. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 12. Materialis influxio in corpus.

INFLUXUS, us, m. actus influendi, *power, force, influence, influx. Firmic.* l. 1. c. 1. Si ex solis stellarum influxibus pendeamus.

INFODĬO, is, odi, ossum, a. 3. *to dig in, dig,* ἐπισκάπτω, idem quod fodio, vel in aliquo loco fodio. *Colum.* l. 3. c. 13. Atque ita sequentem sulcum infodiunt. et *ibid.* Campestris locus alte duos pedes infodiendus est. ¶ Item terra obruo, sepelio, planto. *Cato R. R.* c. 37. Sarmenta concidito minute, et ibidem inarato, aut infodito. *Virg.* 2. *Georg.* v. 348. squalentes infode conchas. *cover with earth.* et lib. 3. v. 535. Unguibus infodiunt fruges. *set or dig down with the nails.* et lib. 11. *Æn.* v. 200. corpora multa virum terræ infodiunt. *bury. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. Taleæ totæ in terram infodiebantur. *Nep. in Pausan. in fin.* Procul ab eo loco infoderunt, in quo erat mortuus. *Plin.* l. 12. *in proœm.* Gemmas infodere corpori. *h. e.* una cum corpore sepelire. [¶ Particip. *infodiens* apud *Sil.* l. 10. v. 236. Perfractæ cassidis æra Ossibus infodiens.]

INFŒCUNDUS, &c. V. *Infecundus.*

INFŒDERĀTUS, a, um, fœdere non junctus. *Tertull. de præscriptionib.* c. 12. Quis miles ab infœderatis, ne dicam ab hostibus regibus, stipendium captat, nisi plane desertor?

INFORMABĪLIS, le, qui formari et creari nequit. *Tertull. advers. Praxeam,* c. 27. Deus immutabilis et informabilis.

INFORMATĬO, nis, f. *the sketch or first draught of a thing*, ὑποτύπωσις, σκιαγραφὴ, proprie dicitur prima illa et rudis forma, quæ ab artifice operi alicui inducitur. *Vitruv.* l. 4. c. 6. *in fin.* Ædium sacrarum informationes. ¶ Translate accipitur pro notione a natura animo impressa, hoc est, quasi præsumpta notitia, et anticipata. *an innate idea; an anticipation or preconception.* *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 16. Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum? quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quidquam, nec quæri, nec disputari possit. *Id.* 2. *de Orat.* c. 87. *extr.* Unius verbi imagine totius sententiæ informatio. *Id. in Partit.* c. 29. Informatio verbi. *h. e.* explicatio, et ostensio significationis.

INFORMĀTOR, oris, m. *an instructor*, qui informat, et instruit. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 22. Moses populi informator.

INFORMĀTUS, a, um, *roughcast, roughhewn, made imperfectly*, delineatus, deformatus, institutus, sed rudis adhuc, impolitus, imperfectus. *Varr.* apud *Gell.* l. 3. c. 10. Quarta hebdomade caput et spina, quæ est in dorso, informatur. *Virg. Æn.* 8. v. 426. His informatum manibus, jam parte polita, Fulmen erat. *formed, made; but only a part of it polished.* ¶ Translate *Cic.* 1. *Attic.* ep. 1. Petitorum hæc est adhuc informata cogitatio. *the notion or conjecture I have formed of my competitors for the consulship.* *Id. pro Quint.* c. 10. Ab illo, qui ante dixit, informata jam causa est. *Id. Attic.* 11. ep. 6. Non nominatim sed generatim proscriptio est informata. *was resolved on, not in particular, but generally; viz. the individuals were not marked out by name, but by profession, rank in life*, &c. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 27. Ita est informatum anticipatumque mentibus nostris, ut homini, cum de deo cogitet, forma occurrat humana. *impressed on as an innate idea.* *Id.* 1. *Offic.* c. 4. Ut nemini parere animus bene a natura informatus velit, nisi, &c. *framed, formed, constituted, disposed.*

INFORMIDABĬLIS, le, *not formidable.* *Corippus* lib. 2. v. 354. Omnis erit judex informidabilis illi.

INFORMIDĀTUS, a, um, *not feared.* *Sil.* l. 15. v. 241. Hac tacite nitens informidatus adire.

INFORMIS, e, *without shape or form, shapeless*, ἄμορφος, sine forma, inchoatus, rudis. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 53. Cum res muta aut informis fit eloquens et formata. *Liv.* l. 21. c. 26. *extr.* Alveos informes (nihil, dummodo innare aquæ, et capere onera possent, curantes) raptim faciebant. *Plin.* l. 17. c. 15. Mola est caro informis, inanima, ferri ictum respuens. *Id.* l. 10. c. 63. Leænæ, et vulpes informia pariunt, postea lambendo figurant. ¶ Item deformis, squalidus, turpis, fœdus. *ill-formed, deformed, misshapen, ugly, hideous, horrid, disagreeable.* *Virg.* 8. *Æn.* v. 264. pedibusque informe cadaver (*Caci*) Protrahitur. *Horat.* l. 2. od. 10. v. 15. informes hiemes. *Id.* l. 2. ep. 2. v. 118. Informis situs. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 245. horrendosque toris informibus artus. *Propert.* lib. 1. el. 5. v. 16. Et timor informem ducet in ora notam. *Tibull.* l. 4. el. 4. v. 6. Informis color. *Stat.* 12. *Theb.* v. 528. Informes sanguine peltæ. *Lucan.* l. 6. v. 224. imbre cruento informis facies. *Tacit.* 6. *Ann.* cap. 49. Papinius repentinum et informem exitum delegit, jacto in præceps corpore. et lib. 12. c. 37. Sors mea mihi informis, tibi magnifica est. *Virg. Æn.* 12. v. 603. Et nodum informis leti trabe nectit ab alta. *h. e.* suspendit. [¶ Comparat. apud *Senec.* ep. 94. *a med.* Nihil est illis (metallis), dum fiunt, et a fæce sua separantur, informius.]

INFORMĬTAS, atis, f. formæ, figuræ privatio. *Solin. in epist. priore ad Advent.* Scabra informitas. Adde *Augustin.* l. 12. *Confession.* c. 12. et *Tertull. advers. Hermog.* c. 42.

INFORMĬTER, sine forma. *Augustin.* l. 12. *Confession.* c. 29.

INFORMO, as, avi, atum, a. 1. *to form, shape, fashion, design, roughcast, roughdraw*, ὑποτυπόω, διαμορφόω, primam et rudem alicui rei formam induco, deformo, describo, inchoo. *Virg.* 8. *Æn.* v. 447. Ingentem clypeum informant. *Colum.* l. 2. c. 2. *ante med.* Sarmentis connexus velut funis informabitur in eam crassitudinem, quam, &c. *Id.* l. 11. c. 3. *ante med.* Areæ sic informandæ sunt, ut facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum perveniant. *Sil.* l. 17. v. 525. Informare effigiem. *Plin. in carm.* ep. 9. l. 7. cera nunc informet Martem castamque Minervam, nunc Venerem effingat. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 2. Atque ego in summo oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit. *to describe.* et cap. 9. *extr.* Inchoare et informare oratorem. *to perfect, adorn, form.* *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 15. Chrysippus magnam turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum, ut eos ne conjectura quidem informare possimus, cum mens nostra quidvis videatur conjectura posse depingere. *picture to ourselves, form a notion of, imagine, conceive.* ¶ Est etiam prima institutione imbuere, instituere, docere. *Cic. pro Arch.* c. 3. Artes, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet. *to be formed.* [¶ Particip. *informaturus* apud *Claudian.* 3. *de rapt. Proserp.* v. 331. Noctivago tædas informatura labori.]

INFORMUS, a, um, valde calidus. V. *Formus.* ¶ Pro *informis* tribuunt quidam *Tertulliano de Pall.* c. 2.

INFŎRO, as, a. 1. *to bore a hole in*, ἐντιτρήμι, intus foro: ex *in*, et *foro, as.* *Plin.* l. 17. c. 14. Timebant prisci truncum findere, mox inforare ausi medio. ¶ Est item in forum, sive in jus vocare: ab *in*, et *forum.* *to cite before the prætor in the forum.* *Plaut. Curcul.* a. 3. v. 31. Licet ne inforare, si incomitiare non licet? Ubi tamen alius latet sensus, ut et *in Priap.* carm. 77. ¶ Quod ad *Plinii* locum attinet, *Harduinus* ex MSS. legit *imperare.* V. *Impero.*

INFORTUNĀTUS, a, um, *unfortunate, unlucky, unhappy, hapless*, δυστυχὴς, infelix, miser, calamitosus, ærumnosus. *Terent. Eun.* 2. 3. 7. O infortunatum senem! *Cic. Attic.* l. 2. ep. 24. *ad fin.* Nihil me infortunatius. *Apul.* l. 4. *Metam.* Infortunatissimus maritus. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 20. Homo miser et infortunatus.

INFORTUNĬTAS, atis, f. idem ac infortunium. *Gell.* l. 6. c. 1. Itidem sunt bona et mala, felicitas et infortunitas, dolor et voluptas.

INFORTUNĬUM, ii, n. *a misfortune, calamity, mishap, disaster*, ἀτυχία, infelicitas, calamitas, ærumna. *Terent. Adelph.* 2. 1. 24. Si attigisses, ferres infortunium. *Liv.* l. 1. c. 50. *extr.* Ni pareat patri habiturum infortunium esse. *h. e.* meritam pœnam. *Plaut. Amph.* 1. 1. 130. Modo sis, veni huc: invenies infortunium. et 4. 2. 14. Mactare aliquem infortunio. et *Mercat. prol.* v. 21. multare. ¶ *Vitare infortunio* dixit *Idem Curcul.* 2. 3. 19. pro *infortunium*, quemadmodum *Rud.* 3. 5. 48. cave sis infortunio: et *Bacch.* 1. 2. 39. cavere malo.

INFOSSĬO, onis, f. actus infodiendi. *Pallad. in Februar.* tit. 16. Vetus vinea mergis melius reparabitur, quam si infossione totius corporis obruatur.

INFOSSUS, a, um, *dug, hollowed out by digging*, fossus, ἐνόρυκτος, fossus. *Colum.* l. 9. c. 1. Infossi lacus Signino consternuntur. *Stat.* 8. *Theb.* v. 534. Vulnera penitus infossa cerebro. ¶ Item sepultus. *fixed or set in the ground, buried.* *Horat.* epod. 5. v. 33. Infossus puer. *Plin.* lib. 13. c. 13. Libri tot infossi duraverunt annis.

INFRA, *below, under, beneath, underneath*, ὑπὸ, κάτω, sub: præposit. accusativum regens: cui contraria est *supra.* Sed et sine casu interdum more adverbii ponitur. Est ab *infera* per syncopen. *Pompeius ad Consul.* apud *Cicer.* 8. *Attic.* ep. 6. et *Fam.* 6. ep. 8. *extr.* Earum litterarum exemplum infra scripsi. *Id. in Somn. Scip.* c. 4. Infra nihil est nisi mortale: supra lunam sunt æterna omnia. *Id.* 6. *Verr.* c. 23. Argentum, in lectica cubans, ad mare infra oppidum exspectabat. *Cels.* l. 3. c. 23. *sub fin.* Ferro candente in occipitio, et infra, qua summa vertebra cum capite committitur, adurere. ¶ Sequente *quam.* *Varr. R. R.* l. 1. c. 41. In qua vite inserunt, in ea paulo infra, quam insitum est, incidunt. *Plin.* l. 16. c. 30. Si infra, quam rami fuere, præcidatur. ¶ Absolute inferos significat in illo *Tibulli* l. 1. el. 11. v. 35. Non seges est infra, non vinea culta, sed audax Cerberus, &c. *in the shades below.* ¶ In discumbendo *infra* est, qui ad dexteram est alterius; *supra*, qui ad sinistram. *Infra* autem locus erat honoratior. V. *Accumbo.* ¶ Refertur interdum ad tempus. *Cic. in Bruto*, c. 10. Homerus non infra superiorem Lycurgum fuit. *younger than.* ¶ Et ad magnitudinem. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 27. Uri sunt magnitudine paulo infra elephantos. *inferiour in size to.* ¶ Item ad dignitatem. *Ter. Eun.* 3. 2. 36. Tace tu, quem ego esse infra infimos omnes puto homines. *below, more despicable than.* *Tacit. Ann.* 2. c. 43. Vix Tiberio concedere: liberos ejus, ut multum infra despectare. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 7. Qui invictus sit, eum res humanas despicere, atque infra se positas arbitrari. *Id.* 3. *de Fin.* c. 7. Sapientia et animi magnitudinem complectitur, et ut omnia, quæ homini accidant, infra se esse judicet. ¶ Huc et illa pertinent *Plin.* l. 6. ep. 2. Conferant se Marii, Sullæ, Pompeii: infra Pallantis laudes jacebunt. et lib. 1. ep. 20. *a med.* Non minus non servat modum, qui infra rem, quam qui supra dicit. *h. e.* minus, quam res et causa postulat. *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) Id quidem infra Grammatici officium est. *lower than, of less worth than.* ¶ Comparativum est *inferius.* *Ovid.* 2. *Metam.* v. 136. Altius egressus cælestia tecta cremabis, Inferius terras. *Id.* 2. *Trist.* v. 263. Persequar inferius, &c. Posse nocere animis carminis omne genus. *I will show lower down.* *Senec.* ep. 79. Virtutem non flamma, non ruina inferius adducet. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 208. Inferiusque suis fraternos currere Luna Admiratur equos. et lib. 12. v. 420. inferius, quam collo pectora subsunt, Cyllare, te fixit. ¶ *Infra esse* est inferiorem esse. *Plin.* l. 25. c. 7. *sub fin.* Multum infra hunc succum est, qui in Gallia fit. *Id.* l. 19. c. 3. Laser in Armenia nascitur large, sed multo infra Cyrenaicum. *of much less value than, very inferiour to.* ¶ *Inferius*, pejus, deterius. *Solin.* c. 2. (*al.* 8.) *circa med.* Quæ præterire, quam inferius exsequi, tutius duximus. ¶ *Magis infra* pro *inferius*, seu potius interius, penitius, altius, *Lucret.* l. 3. v. 274. penitus prorsus latet hæc natura, subestque, Nec magis hanc infra quicquam est in corpore nostro. ¶ Differunt *infra*, et *intra* non uno discrimine. *Intra* contrarium habet *extra*: *infra*, *supra.* Præterea *intra* ad numerum et spatium refertur, ut *intra viginti dies*, et *intra muros.* *Infra* ad dignitatem, ut dictum est. Quibus locis *intra* non videtur locum habere. Ita *Valla elegant.* l. 2. c. 53. Reperitur tamen *infra* relatum ad numerum. *Plin.* l. 18. c. 26. Ternadena subjicito æstate tota, hieme pauciora, non tamen infra novena. *less than nine.* Etiam *Petron.* posuit *infra* pro *intra*, *in Satyr.* c. 137. Infra manus meas camellam vini posuit. *Intra* tamen est, qui reponat.

INFRACTĬO, onis, f. idem quod fractio. Translate dicitur de animo pro torpore, demissione, pusillanimitate. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 7. In eundem cadere timorem, et infractionem quidem animi, et demissionem. *dejection, brokenheartedness.*

INFRACTUS, a, um, *broken, broken to pieces, shattered*, ἐπικλασθεὶς, idem omnino quod fractus, vel valde fractus: ab *infringo.* *Colum.* l. 8. *sub fin.* Nuces digitis infractæ. et lib. 12. c. 53. Sal mola infractum. *Plin.* l. 23. c. 1. Infracta ossa extrahere. *Id.* l. 8. c. 36. *a med.* Caput ursi colapho infractum. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 199. infracta est vulnere cervix. *Plin.* l. 8. c. 5. Mares caprarum longis auribus infractisque probant. *h. e.* deciduis, (*flaccidas* et *prægravantes* vocat *Colum.* l. 7. c. 6.) quasi fractæ sint. ¶ Item inflexus. *Cic.* 4. *Acad.* c. 25. Infractus remus. *Plin.* l. 2. c. 38. Infracti radii resiliunt. ¶ Translate quoque eandem, ut *fractus*, vim habet apud probatum quemque Scriptorem. Neque audiendus est *Servius*, qui illud *Virg. initio* l. 12. *Æn.* Turnus ut infractos adverso Marte Latinos Defecisse videt, &c. exponit, antea semper infractos. Sunt enim hic Latini debilitati, afflicti, dejecti, demissi, abjecti, accisis viribus, *broken, weakened, discouraged, downcast, brokenhearted.* Sic *Cic. pro Dom.* c. 25. Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. *et post redit. ad Quirit.* c. 8. Cum esset, summa senectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renovato. *Attic. ad Cicer.* l. 9. *ad Attic.* ep. 12. *ad fin.* Tum poterimus deliberare, non scilicet integra re, sed certe minus infracta. *Virg.* 9. *Æn.* v. 499. torpent infracta ad prœlia vires. *Id. Æn.* 5. v. 784. *de Junone.* Nec Jovis imperio, fatisve infracta quiescit. *conquered, overcome, subdued.* et *Ovid.* 6. *Metam.* v. 627. Mota quidem est genetrix, infractaque constitit ira. *Stat.* 2. *Achill.* v. 213. Infracta virtus. *Liv.* l. 38. c. 14. Oratio submissa, et infracta. *Valer. Max.* l. 5. cap. 10. n. 1. *extern.* Oratione nulla ex parte infractiore concionatus est. *Cels.* l. 3. c. 7. sect. 2. Infractus calor. *h. e.* domitus, et sublatus. *Liv.* l. 7. c. 31. Infractos animos gerere. *Val. Flacc.* l. 3. v. 236. infracti languescunt frigore cursus. *h. e.* debilitati, retardati. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 1. Veritas pluribus modis infracta. *h. e.* corrupta, adulterata. et lib. 3. c. 42. Fides metu infracta. *h. e.* violata. et lib. 4. c. 57. Infracta tributa. *h. e.* imminuta. *Id. Ann.* 13. c. 12. Infracta paulatim potentia matris. ¶ *Infracta fama* apud *Virg.* 7. *Æn.* v. 332. et *Tacit.* 2. *Hist.* c. 22. est imminuta et corrupta. ¶ Refertur et ad sermonem. *Cic. in Orat.* c. 51. Infracta et amputata loqui. *h. e.* interrupta, et veluti confragosa collocatione comprehensa. *Lucret.* l. 5. v. 231. Almæ nutricis blanda atque infracta loquela. *h. e.* fracta, et de industria decurtata, ut fit cum infantibus. ¶ *Infracta vox* apud *Gell.* l. 3. c. 5. est effeminata et mollis. ¶ Pro *non fractus* usurpatur a *Symmacho* l. 1. ep. 3. (edition. *Gerardi Wingendorpii* 1653. Nam apud *Juret.* deest) *a med.* Fractæ opes infractos animos repererunt. et a *Hieronym. in vita Pauli ante med.* Infractus et hoc Antonius spectaculo.

INFRÆNO, &c. V. *Infreno.*

INFRAGĬLIS, le, *that cannot be broken, infrangible*, ἄῤῥηκτος, qui frangi nequit. *Plin. in proœm.* l. 20. Adamantem infragilem omni cetera vi, et invictum, sanguine hircino rumpente. ¶ Translate *not discouraged, invincible, undaunted*, firmus et validus. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 5. v. 53. Si vox infragilis, pectus mihi firmius ære, &c. *Senec. de vita beata*, c. 9. Summum bonum est infragilis animi rigor. Ubi minus recte al. leg. *infrangibilis.* *Albinovan. ad Liviam*, el. 1. v. 354. Infragilemque animum, quod potes, usque tene.

INFRANGIBĬLIS. V. *Infragilis.*

INFRĔMO, is, ui, n. 3. *to rage furiously*, idem quod fremo, hoc est, murmure indignationem ostendo. *Virg.* 10. *Æn.* v. 711. *de apro.* Infremuitque ferox. ¶ Accipitur aliquando pro personare, et sonitu horrorem incutere. *to roar loudly.* *Sil.* l. 3. v. 230. Nec bellum raptis tam dirum mille carinis Acrius infremuit, trepidumque exterruit orbem.

INFRENATĬO, *et* Infrænatio, onis, f. freni injectio, *a bridling, checking.* Habet *Tertull. sub fin.* l. 1. *advers. Marcion.* Infrenatio libidinis.

INFRENĀTUS, *et* Infrænatus, a, um, *without a bridle, unbridled*, ἀχάλινος, non frenatus. *Liv.* l. 21. c. 44. Video generosissimarum gentium equites frenatos et infrenatos. ¶ Item frenum habens, *bridled.* *Id.* l. 37. c. 20. Non stratos, non infrenatos magna pars habebant equos. *Sil.* l. 4. v. 315. undique nudi Assiliunt frenis, infrenatique manipli.

INFRENDĔO, es, n. 2. *to gnash the teeth*, τοὺς ὀδόντας βρύχω, est dentes irascendo quatere, et invicem collidere. *Virg.* 3. *Æn.* v. 664. Dentibus infrendens gemitu. *Stat.* 8.

Theb. v. 580. Sæpius infrendentem aliis, aliosque sequentem. ¶ Est etiam *infrendo, is,* 3. conjugat. *Tertull. in Apolog.* c. 12. Infrendite, inspumate.

[* INFRENDIS, e, adject. *Lactant.* ad *Stat. Theb.* l. 5. v. 663. Infrendere est dentes dentibus quatere, ut *Virgil.* Dentibus infrendens. Infantes enim sine dentibus infrendes dicuntur.]

INFRĒNIS, *et* Infrænis, e, *et* Infrenus, *et* Infrænus, a, um, *without a bridle, unbridled,* ἀχάλινος, sine freno. *Virg.* 10. *Æn.* v. 750. Illum infrenis equi lapsu tellure jacentem, &c. *Id. Æn.* 4. v. 41. Et Numidæ infreni. *h. e.* infrenis equis utentes. *Colum.* l. 10. v. 215. infreno volitare per æthera cursu Passus equos. *h. e.* celeri, præcipiti. ¶ Translate *Gell.* l. 1. c. 15. *a med.* Quorum lingua tam prodiga infrenisque sit, ut fluat semper colluvione verborum teterrima. *unbridled, unrestrained. Seren. Summon.* c. 43. v. 804. infrenus manat de vulnere sanguis.

INFRĒNO, *et* Infræno, as, avi, atum, a. 1. *to put a bridle upon, bridle, rein,* χαλινόω, frenum impono. *Liv.* l. 37. c. 20. *ad fin.* Pauci stabant impavidi equi: eos ipsos non sternere, non infrenare, aut ascendere facile poterant. *Virg.* 12. *Æn.* v. 287. Infrenant alii currus. *h. e.* equos, qui currus trahant. ¶ Translate est cohibere, detinere, coercere. *to check, curb, restrain. Plin.* l. 9. c. 31. *extr.* Statim pluribus ancoris navigia infrenant. et cap. 1. l. 32. *de echeneide.* Infrenat impetus, et domat mundi rabiem.

INFRĒNUS. V. *Infrenis.*

INFRĔQUENS, entis, *not crowded, thin, few, not numerous, scanty, unfrequent,* μανὸς, non frequens, h. e. parum frequentans. *Cic.* 2. *Q. Fr.* ep. 12. Cum Appius Senatum infrequentem coegisset. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 2. Eæ copiæ ipsæ hoc infrequentiores imponuntur, quod multi Gallicis tot bellis defecerant. *Cic.* 3. *ad Q. Fr. ep. ult.* Sum equidem Romæ, et in prædiis infrequens. *Horat.* l. 1. od. 34. v. 1. Parcus deorum cultor et infrequens. ¶ *Infrequens miles,* inquit *Festus,* qui abest, abfuitque a signis. Confirmat *Cincius* l. 3. *de re mil.* apud *Gell.* l. 16. c. 4. *ad fin.* Hinc *Plaut. Trucul.* 2. 1. 19. Ubi nihil det, pro infrequente eum mittas militia domum. ¶ Cum genitivo *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 27. Te tribuni rei militaris infrequentem tradiderunt. *Gell.* l. 13. c. 24. Non usque eo infrequens sum vocum Latinarum, ut ignorem, &c. *h. e.* parum assuetus. ¶ Dicitur et de loco non frequentato, *unfrequented, lonely, solitary, seldom visited. Liv.* l. 31. c. 23. Paulo ante lucem, qua infrequentissima urbis sunt, paucis militibus turrim scalis cepit. *Colum.* l. 9. c. 14. *a med.* Alvi, quæ paucitate plebis infrequentes sunt. ¶ Et de iis, quæ raro fiunt. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 31. leg. 1. Infrequens est hoc interdictum. *Gell.* l. 9. c. 12. *sub fin.* Infrequens usus. *Id.* l. 2. c. 22. Infrequens vocabulum. *seldom used.*

INFREQUENTĀTUS, a, um, *unusual. Sidon.* l. 9. ep. 15. Metrum infrequentatum durius texitur.

INFREQUENTĬA, æ, f. *fewness, paucity, thinness, scantiness,* μανότης, paucitas, raritas. *Cic. ad Q. Fr.* l. 3. ep. 2. Summa infrequentia. *Liv.* l. 2. c. 23. *a med.* Nec agi quicquam per infrequentiam poterat Senatus. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 10. Unde famam aucti exercitus speraret, prodita infrequentia. *the feeble condition, weakness.* et lib. 14. c. 27. Veterani Tarentum, et Antium adscripti: non tamen infrequentiæ locorum subvenere. *solitude.*

INFRIĀTUS, a, um, *crumbled into, rubbed to powder, pulverized. Colum.* l. 7. c. 5. *circa med.* Superfusoque aceto, vel æris ærugine infriata. *Plin.* l. 20. c. 13. *ad fin.* Dare rutam cum bitumine infriatam potioni, propter anhelitum.

INFRICĀTUS, a, um, *rubbed. Plin.* l. 30. c. 12. Muscæ infricatæ digito medico. *Id.* lib. 31. c. 9. *a med.* Sal infricatus. *Colum.* l. 6. c. 32. *extr.* Fuligo ulceri infricata.

INFRĬCO, as, a. 1. *to rub,* ἐντρίβω, est fricare, et fricando contundere, vel etiam illinere. *Colum.* l. 12. c. 30. Et pondo quadrantem amphoris singulis infricato, et oblinito. *Plin.* l. 30. c. 3. *extr.* Cinerem ex aceto infricare. *Id.* l. 28. c. 11. *a med.* Infricare dentes.

INFRICTĬO, onis, f. *a rubbing,* ἔντριψις, actus infricandi. *Cels.* l. 8. c. 11. *sub fin.* Infrictionem membro adhibere. [*Leonard. Targa* contendit legendum esse *frictionem,* ideoque illam vocem e Latio eliminandam.]

INFRICTUS, a, um, adject. ab *infrico,* infricatus. *Marcell. Empir.* c. 10. Infrictus naribus.

INFRIGĔO, es, xi, n. 2. *to grow cold,* frigidus fio. *Cels.* l. 5. c. 25. sect. 4. Cum infrixit, catapotia ex eo fiunt.

INFRIGESCO, is, n. 3. *to become cold,* infrigere incipio. *Veget. de re Veterin.* l. 3. c. 28. De cauda parum sanguinis demis: nam si amplius tuleris, infrigescet.

INFRIGIDATĬO, onis, f. *a growing cold. Veget. de re Veterin.* l. 1. c. 29. Sudoris subita infrigidatio.

INFRIGĬDO, as, a. 1. *to cool, make cold,* refrigero. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 1. c. 1. *a med.*

INFRINGO, is, egi, actum, a. 3. *to break, break in pieces,* καταῤῥήγνυμι, idem quod frango, aut valde frango (unde *infractus*) in præposit. augente. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 190. Ut si quis violas, riguoque papaver in horto, Liliaque infringat. et lib. 5. v. 82. Ingentem manibus tollit cratera duabus, Infregitque viro. *dashed upon his head.* Sic *Plaut. in fragm. Amph.* apud *Non.* c. 15. n. 1. Optimo jure infringatur aula cineris in caput. *Al. leg.* refringatur. *Horat.* epod. 11. v. 22. postes et Limina dura, quibus lumbos et infregi latus. *have bruised. Valer. Flacc.* l. 5. v. 412. genibusque tumens infringitur unda. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 208. infringere vestes. *to tear.* ¶ *Infringere manus* est inter se usque ad articulorum strepitum constringere, seu conterere, ut *Petron. in Satyr.* c. 17. loquitur. *Id. ibid.* c. 23. Qui ut infractis manibus congemuit, ejusmodi carmina effudit. *Quintil.* eodem sensu dixit *infringere articulos,* l. 11. c. 3. *ad fin.* ¶ *Digitos citharæ infringere,* apud *Stat.* 1. *Achill.* v. 575. est illidere chordis, easque pulsare. ¶ *Infringere alicui colaphum* est infligere, illidere. *to give, lay or inflict on. Terent. Adelph.* 2. 1. 46. Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi. ¶ *Infringendo* passive. *Lucret.* l. 6. v. 141. Sunt etiam fluctus per nubila, qui quasi murmur Dant infringendo graviter. *by dashing against one another.* ¶ Translate est minuere, debilitare, reprimere. *Senec.* ep. 67. Nondum me committo frigidæ: adhuc rigorem ejus infringo. *temper, soften. Lucret.* l. 3. v. 156. infringi linguam (*metu*) vocemque aboriri. *h. e.* retardari et hærere. [† *Sappho:* γλῶσσα ϝέαγε.] *Senec.* controv. 19. l. 3. Vocem de industria infringere. *h. e.* demittere, submittere, ad miserationem mollire. *Plin.* l. 7. ep. 31. Nunquam officiorum varietate continuam laudem humanitatis infregit. *h. e.* interrupit, corrupit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 92. Ut primus excursus visque militum infringeretur. *might be broken or checked.* et l. 2. c. 21. Infringere conatus adversariorum. *to weaken, quash. Liv.* l. 38. c. 16. *sub fin.* animos hostium. *to break, discourage. Cic. pro Balb.* c. 6. florem dignitatis. *Id. pro Mil.* c. 2. gloriam. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 1. potentiam. et l. 11. c. 19. ferociam. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 411. Nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem, infregisse suis fortia facta modis. *Cic. in Orat.* c. 2. spem. *Propert.* l. 1. el. 14. v. 17. vires. *Colum.* l. 2. c. 4. *ad fin.* difficultatem. *to vanquish, surmount, overcome.* et *Cic.* 1. *de Orat.* c. 7. Cum Drusi tribunatus infringi jam debilitarique videretur. *Id. Attic.* 7. ep. 2. Vehementius esse quiddam suspicor, quod te infringat. *disheartens, discourages. Tacit.* 4. *Ann.* c. 91. Infringere jus consulis. *to lessen, restrain, check. Paul. Dig.* lib. 34. tit. 9. leg. 5. *ad fin.* testamentum. *to annul, make void. Modestin.* lib. 50. tit. 4. leg. 11. immunitatem. *to take away, deprive of.* ¶ Refertur ad dictionem. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 48. Membra illa modificata esse debent: quæ si in extremo breviora sunt, infringitur ille quasi verborum ambitus. *the harmony is disturbed.* et *in Orat.* cap. 69. Infringendis concidendisque numeris in quoddam genus abjectum incidunt. ¶ Pro placare. *Stat.* 1. *Achill.* v. 144. humilique deos infringe precatu. [¶ Particip. *infringens* apud *Stat.* 2. *Theb.* v. 556. Infringens cautibus manus.]

INFRĬO, as, a. 1. ἐπιτρίβω, idem ac frio, hoc est comminuo, vel rem friatam et comminutam rei alicui impono, *to crumble into, rub upon. Cato R. R.* c. 79. Eos melle ungito, papaver infriato. *Colum.* l. 8. c. 5. *ad fin.* Atque ita paulum triti salis vulneribus infriatur. *Cels.* l. 7. c. 12. Arida medicamenta infrianda sunt. *Cato R. R.* cap. 156. Farinam infriet in aquam. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 177. et *Charis.* l. 1. pag. 64. *Putsch.* Infria seni papaverem.

INFRONS, ondis, *without leaves or trees, leafless,* sine frondibus. *Ovid.* 4. *ex Pont.* epist. 10. v. 31. Hic agri infrondes. *h. e.* sine arboribus. Est qui leg. *informes.*

INFRUCTŬŌSE, *without fruit, unfruitfully,* sine fructu. *Hieronym. ad Augustin.* ep. 89. c. 4. et *Augustin. ad Hieronym.* ep. 87. *a med.*

INFRUCTUOSĬTAS, atis, f. *unfruitfulness,* inanitas. *Tertull. de resurr. carn.* cap. 33.

INFRUCTUOSUS, a, um, *unfruitful, barren, yielding little, unprofitable, useless,* ἄκαρπος, qui non fert fructum. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* Post quem diem sera et infructuosa fit hujusmodi rerum cultura. *Id. de arborib.* c. 8. Infructuosæ vites. ¶ *Infructuosæ preces,* vanæ, frustra factæ. *Plin.* ep. 23. l. 8. Obversantur oculis cassi labores, et infructuosæ preces. Sic Infructosa epistola, *Senec.* controv. 19. l. 3. *ad fin.* Infructuosa militia, *Tacit.* 1. *Hist.* c. 51.

INFRUNĪTUS, a, um, *silly, foolish, senseless, stupid, that knows not how to enjoy what he has, doltish, blockish,* ἄφρων, ἀπειρόκαλος, insipiens, stultus, insulsus, fatuus, quasi qui communi sensu caret, et rebus recte *frui* nescit. *Senec. de vita beata,* c. 23. Sapiens nec jactabit opes, nec abscondet: alterum infruniti animi est, alterum timidi et pusilli. *Id.* l. 3. *de benef.* c. 16. Infrunita et antiqua est, quæ nesciat matrimonium vocari, unum adulterium. *Gell.* l. 4. c. 9. *sub fin.* Verba infrunita. *h. e.* insipida. *Al. leg.* infinita. *Macrob.* l. 5. *Satur.* c. 1. *a med.* Dicendi genus, in quo nec præceps brevitas, nec infrunita copia, nec jejuna siccitas, nec lætitia pinguis.

INFUCĀTUS, a, um, adject. *painted or daubed over, coloured, disguised,* fuco tinctus. *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 25. *extr.* In scriptis et in dictis, non aurium solum, sed animi judicio etiam magis infucata vitia noscuntur. ¶ Item non fucatus. *Arnob.* l. 2. pag. 75. Si infucata vultis audire, nec ab aliqua vocis ostentatione deducta.

INFŪCO, as, avi, atum, a. 1. *to paint or daub over, colour, cloak, disguise, counterfeit,* φυκόω, fuco tingo. Translate sumitur pro tegere, simulare. *Plaut. Mil.* 2. 6. 46. Nunc pol ego metuo, ne quid infucaverit. Ubi *infucare aliquid* dixit pro fallaciam aliquam latenter struere, et quibusdam quasi coloribus ita simulare, ut deprehendi vix possit. Al. leg. *infuscaverit. Id. Cistell.* 1. 1. 21. Infucare merum. *h. e.* aqua diluere. Sed varia ibi quoque lectio est.

INFUDIBŬLUM. V. *Infundibulum.*

INFŬLA, læ, f. *a fillet, turban, mitre, garland,* στέμμα, μίτρα, ornamentum capitis sacerdotale. *Festus* ita describit: Infulæ sunt filamenta lanea, quibus sacerdotes, et hostiæ, templaque velabantur. Plenius vero *Serv.* ad illud 10. *Æn.* v. 538. Phœbi, Triviæque sacerdos, Infula cui sacra redimibat tempora vitta. Infula, *inquit,* fascia in modum diadematis, a qua vittæ ab utraque parte dependent: quæ plerumque lata est, plerumque tortilis, de albo, et cocco. ¶ Metonymice *Prudent. in Apoth.* v. 554. genus hoc hominum (*Christianorum*) tremit infula, et omne Pulvinar divum. ¶ De ornatu hostiarum *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. Infulas dictas apparet in hostiis, quod velamenta e lana, quæ adduntur, infulæ, &c. *veils, or woollen bandages, tied round the heads of victims. Lucret.* l. 1. v. 87. *de Iphigenia.* infula virgineos circumdata comptus Ex utraque pari malarum parte profusa est. *Virg.* 3. *Georg.* v. 486. Sæpe in honore deum medio stans hostia ad aram, Lanea dum nivea circumdatur infula vitta, &c. ¶ Prosæ Scriptores fere in plurali usurpant. *Cic.* 6. *Verr.* cap. 50. Præsto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt. *Flor.* l. 4. c. 2. *sub fin.* Quæ omnia velut infulæ in destinatam morti victimam congerebantur. *Liv.* l. 30. c. 36. Velata infulis ramisque oleæ Carthaginiensium occurrit navis. *scil.* tanquam sacra esset, et pacem præ se ferret. Is enim mos fuit pacem petentium. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 12. Inermes cum infulis se se porta foras universi proripiunt, ad exercitum supplices manus tendunt. *Tacit.* 1. *Hist.* cap. 66. Velamenta et infulas præferentes, genua, vestigia prensando, flexere militum animos. Adde lib. 3. c. 31. ¶ *Infularum loco esse,* vel *habere* est sacrum, ac religiosum esse, ac veneratione dignum. *Senec.* ep. 14. *circa med.* Hæ litteræ, non dico apud bonos, sed apud mediocriter malos, infularum loco sunt. *Id. de consol. ad Helv.* c. 13. Qui adversus sævissimos casus se extollit, et ea mala, quibus alii opprimuntur, evertit, ipsas miserias infularum loco habet: quando ita affecti sumus, ut nihil æque magnam apud nos admirationem occupet, quam homo fortiter miser. ¶ Dicuntur etiam *infulæ* ornamenta et insignia magistratuum. Hinc Infulas honorum, *Imp. Constantin.* lib. 7. *Cod.* tit. 63. leg. 1. et Infulas imperiales, *Imp. Justinian. ibid.* tit. 37. *in fin.* Hinc et pro ipso magistratu ponuntur, ut fasces. *Spartian. in Adrian.* c. 6. ut quidem legit *Salmas.* Martium Turbonem, post Mauritaniæ præfecturam, infulis ornatum Pannoniæ, Daciæ quoque ad tempus præfecit. ¶ De ornatu ædium, et templorum. *Lucan.* l. 2. v. 355. Infulaque in geminos discurrit candida postes. *festoons.* ¶ De qualibet fascia, aut tabella oblonga. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 21. *ad fin.* In infulis rem aliquam depingere.

INFULĀTUS, a, um, *wearing an* infula, καυσία κεκοσμημένος, infula ornatus. *Sueton. in Calig.* c. 27. Infulatus, verbenatusque. [*Prudent.* cathem. 9. v. 5. Christus est, quem rex sacerdos adfuturum Infulatus concinebat voce, chorda et tympano. *h. e.* rex David.]

INFULCĬO, is, ulsi, ultum, n. 4. *to thrust, cram, or foist in,* idem ac infercio, ingero, inculco. *Sueton. in Tiber.* c. 53. Mori inedia destinanti, per vim ore diducto, infulciri cibum jussit. ¶ Translate *Senec.* ep. 114. Non desinit omnibus locis hoc verbum infulcire. et ep. 106. Ut aliud quoque, de quo non quæris, infulciam. et epist. 24. *a med.* Quæris, quid huic epistolæ infulserim, quod dictum alicujus animosum, quod præceptum utile. Adde 3. *de benef.* c. 28.

INFULGENS, tis, adject. idem quod fulgens. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 383. Sæpe pater divum templo infulgente revisens. Alii leg. *in fulgente.*

INFULGĔO, es, lsi, n. 2. idem quod fulgeo. *Capitolin. in Macrin.* c. 5. Infulsit præterea nomen Severi, &c. Dubitant eruditi de hac lectione. *Salmas.* legit *Infulsit præterea in nomen Severi se.* ut sit præteritum ab *infulcio.*

INFUMĀTUS, a, um, *dried in the smoke, smoked,* fumo expositus, aut siccatus. *Plin.* l. 28. c. 16. Asini cerebrum infumatum. et cap. 11. *a med.* Putant hæc efficaciora, in cornu caprino per dies viginti infumata.

INFUMIBŬLUM. V. *Infurnibulum.*

INFŬMUS, antiquo loquendi more est *Infimus.*

INFUNDIBŬLUM, i, n. *a tunnel, or funnel, to pour liquor into vessels,* χώνη, vas in summo latum et expansum, in imo angustum, et in fistulam desinens, quo in vasa angusti oris liquores infundimus. *Colum.* l. 3. c. 18. *in fin.* Illa quæ reflexa et resupina, more infundibuli per medullam transmittit quidquid aquarum superfluit. Adde *Caton. R. R.* c. 10. 11. et 13. *Pallad. in Jun.* c. 7. et *Vitruv.* l. 10. c. 17. 12. et 13. quibus locis MSS. habent *infidibulum,* quasi ab *infindendo,* quia eo tanquam infunduntur vasa an-

usta. Al. leg. *infudibulum*. ¶ Est etiam instrumentum, per quod frumentum in molam infunditur. *the hopper of a mill. Vitruv.* l. 10. c. 10. In qua machina impendens infundibulum subministrat molis frumentum.

INFUNDO, is, udi, usum, a. 3. *to pour in or into, infuse*, ἐγχέω, intro fundo, injicio. *Colum.* l. 6. c. 5. *extr.* et *Plin.* l. 32. c. 7. *ad fi.* Visci folia cum vino trita per nares infundere jubet. *Colum. ibid.* c. 4. Spicas allii cum vino conteras, et in naribus infundas. et c. 6. Vini sextarium faucibus infundere. *Senec.* l. 7. *de benef.* c. 19. Vinum infundere reticulo, aut cribro. *Plin.* l. 20. c. 17. Tritum cum oleo in nares infunditur. *Id.* l. 33. c. 3. Mithridates Aquilio capto aurum in os infudit. et lib. 24. c. 9. *a med.* Clystere aliquid infundere. *et eod. sensu* l. 27. c. 4. Aloe dysenteriæ infunditur. et l. 20. c. 21. Malvas tenesmo et dysentericis utilissime infundi. *Id.* lib. 31. c. 7. Infundere mare in salinas. *to let into.* et cap. 10. salinis. *Id.* l. 3. c. 1. Oceanus Atlanticum mare infundens. *h. e.* per Gaditanum fretum immittens. *Id.* l. 2. c. 38. Tellus inani cælo spiritum infundit. *scatters, or diffuses, through the air.* ¶ *Infundere alicui* est miscere, dare, porrigere. *Cic.* 11. *Phil.* c. 6. Hic nuper sororis filio infudit venenum, non dedit. *Horat.* epod. 5. v. 77. majus infundam tibi Fastidienti poculum. *Juvenal.* sat. 8. v. 154. infundet jumentis hordea lassis. ¶ *Infundere sibi aliquid* est se proluere, aut perfundere. *Auct. de B. Hispan.* c. 33. Ipse de tempore cœnavit: resinam et nardum identidem sibi infudit. *Plin.* l. 10. c. 46. Bibunt aves suctu, et capite resupinato, velut infundentes sibi. ¶ Pro perfundere, aspergere, *Colum.* l. 12. c. 47. Olivas aceto non acerrimo infundere. et cap. 54. Rapa sinapi et aceto infundere. *Pallad. in Octobr.* tit. 9. Si uvam nimius imber infuderit. ¶ Pro superfundere, *to pour upon. Virg.* 4. *Æn.* v. 121. nigrantem commixta grandine nimbum Desuper infundam. *Id.* 1. *Georg.* v. 385. Certatim largos humeris infundere rores. ¶ Pro effundere, *Curt.* l. 8. c. 9. Gemmas, margaritasque mare litoribus infundit. *Sueton. in Cæs.* c. 94. Infundere merum super altaria. ¶ Pro injicere, immittere, *Flor.* l. 3. c. 21. Collina porta geminum agmen Urbi infudit. *Curt.* l. 7. c. 9. Barbari ingentem vim sagittarum infudere ratibus. Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 87. Ut illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere. *Id.* 3. *de Legib.* c. 14. Vitiosi principes vitia infundunt in civitatem. *diffuse, spread. Senec. in Hippol.* v. 154. Rebus lumen infundere. *Pers.* sat. 1. v. 79. monitus pueris. *Auct. declam.* quæ inscribitur *Tribun. Marian.* c. 3. Infundere opprobrium alicui. *Justin.* l. 3. c. 5. Civitati infundere detrimenta. Al. leg. *infligere.* [¶ Particip. *infundendus* apud *Cels.* l. 1. c. 3. Multa aqua per caput infundenda.]

INFURNIBŬLUM, li, n. instrumentum ad fumum excipiendum, quasi parvus furnus. *Plin.* l. 24. c. 15. Radix ejus imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. *a small pipe or tunnel, for conveying smoke, which one draws in at the mouth.* Ita in quibusd. MSS. legit. *Harduin.* in aliis *infundibulum.* Sunt etiam, qui leg. *infumibulum.*

INFUSCĀTUS, a, um, *darkened, blackened, made blackish or dusky. Colum.* l. 11. c. 2. *a med.* Si vinacea jam infuscata, et nonnulla propemodum nigra fuerint. *Senec. in præfat.* l. 1. *controv. a med.* Vox robusta, sed sordida lucubrationibus, et negligentia, non natura, infuscata. ¶ Translate ponitur pro obumbrato, vel inquinato. *Cic. pro Planc.* c. 9. Vicinitas retinens veterem illum officii morem, non infuscata malevolentia, non assueta mendaciis, non fucata, non fallax.

INFUSCO, as, avi, atum, a. 1. *to darken, blacken, make dusky or dark, sully, tarnish, stain, corrupt, pollute,* ἀμαυρόω, fuscum reddo: item inquino, inficio. *Plin.* l. 9. c. 29. Sepiæ, ubi sensere, se apprehendi, effuso atramento infuscata aqua, absconduntur. *Id.* l. 2. c. 51. Humida fulmina non urunt, sed infuscant. *Aurel. Vict. de Orig. gentis R.* c. 14. Subitis turbinibus infuscato aere. *Virg.* 3. *Georg.* v. 388. Nigra subest udo tantum cui lingua palato, Rejice, ne maculis infuscet vellera pullis Nascentum. et vers. 493. Summaque jejuna sanie infuscatur arena. *Gell.* l. 2. c. 26. Rufum colorem nigro infuscantes. ¶ *Infuscare vinum* apud *Plaut. Cistell.* 1. 1. 21. est diluere. *to dilute with water.* nam merum nigrum est: addita aqua ad fuscum accedit. V. *Infuco.* ¶ *Infuscare saporem* est aliquo modo corrumpere, hebetare. *to spoil, vitiate. Colum.* l. 12. c. 19. Nec omnino quidquam (*vino*) permiscendum, quo naturalis ejus sapor infuscetur. ¶ *Infuscare sonum* est graviorem, et obscuram, et minus claram vocem edere. *to drown the voice; to speak so as not to be heard. Plin.* l. 10. c. 29. *de lusciniæ cantu.* Copulatur intorto spiritu, promittitur revocato, infuscatur ex inopinato. Sic *infuscata vox* apud *Senec.* V. *Infuscatus.* ¶ Translate *Cic. in Bruto,* c. 74. Omnes tum fere, qui nec extra urbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscaverat, recte loquebantur. *Plaut. Mil.* 2. 6. 46. Metuo ne quid infuscaverit. *h. e.* turbaverit. V. *Infuco. Justin.* l. 12. c. 11. Ne gloriosam militiam seditionibus infuscarent. *cloud, obscure.* et cap. 5. Ne victoriæ gloria sævitiæ macula infuscaretur. *be sullied or stained.*

INFUSCUS, a, um, *dark, sullied, swarthy, dusky, tawny,* idem quod fuscus. *Colum.* l. 9. c. 3. Apes infusci coloris, horridique pili. et cap. 10. Quidam (*reges apum*) infusci atque hirsuti reperiuntur.

INFUSĬO, onis, f. *a pouring in,* ἔγχυσις, actus infundendi. *Plin.* l. 20. c. 21. Vulvas et cibo, et infusione mollit in oleo. *h. e.* injectione per clysterem. V. *Infundo.* Al. leg. *insessione*, invitis MSS. inquit *Harduin.* Et eodem sensu *Id. Plin.* l. 27. c. 13. Thlaspi et ipsum utile ischiadicorum infusioni. διακλυσμῷ. *Pallad. in Februar.* tit. 25. *a med.* Rigandæ sunt, quoties cælestis negatur infusio. *h. e.* aqua pluvia. et tit. 28. Theriacæ infusione assidua vim succi senescentis iterare. *infusion.*

INFŪSOR, oris, m. *one who infuses,* qui infundit. *Prudent. Cathemer.* 4. v. 11. Infusor fidei.

INFŪSUS, us, m. idem ac infusio. In sexto casu singul. *Plin.* l. 24. c. 6. Sonitus aurium emendat infusu, strumas illitu.

INFŪSUS, a, um, *poured in or into, infused, scattered, spread over,* ἐγχυθείς, intro, aut supra fusus. *Lucret.* l. 1. v. 496. infuso lympharum rore superne. *Plin.* l. 20. c. 8. Succus infusus auribus. *Id.* l. 30. c. 3. *ad fin.* Cinis infusus in aurem. *Justin.* l. 32. *c. ult.* Aurum in statuis infusum. *Plin.* l. 25. c. 13. Succus per nares infusus. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 437. Cera infusa tabellis. *Id.* 7. *Metam.* v. 183. nudos humeris infusa capillos. *h. e.* capillos habens infusos humeris. *hypallage. Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 224. Canitiem terra, atque infuso pulvere fœdans. *Plin.* l. 32. c. 11. Maria tot millibus passuum terræ infusa. *Virg.* 9. *Æn.* v. 461. Jam sole infuso, jam rebus luce retectis. *et Æn.* 8. v. 406. Conjugis infusus gremio. *in her lap infused.* Sic *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 93. collo infusus amantis. [† *Id. Met.* 11. 386. Collo infusa mariti.] *Plin.* l. 23. c. 1. *ad fin.* Acetum sistit alvum et rheumatismos interaneorum infusum. *h. e.* per clysterem injectum. V. *Infundo.* ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 74. Nihil ex illius animo, quod semel esset infusum, unquam effluere potuisse. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 551. tam largus honor, tam mira senectæ Majestas infusa. *h. e.* indita, addita. *Virg.* 5. *Æn.* v. 552. populus Circo infusus. *h. e.* magno numero Circum ingressus, ac totum occupans more aquarum inundantium. *pouring or crowding in.* ¶ Est etiam perfusus, aspersus. *Pallad. in Maio,* tit. 1. Si fœna pluviis infusa fuerint. ¶ *Infusus vino,* apud *Macrob.* est vino madens, temulentus, lib. 7. *Satur.* c. 3. Vino vel infusum, vel aspersum parvus quoque dolor incitat in furorem. et cap. 5. Infusus vino fit similis insano. ¶ Item diffusus. *diffused. Virg.* 6. *Æn.* v. 726. totamque infusa per artus Mens agitat molem. *Sil.* l. 7. v. 258. sensim infusa tranquilla per æquora pace. ¶ Apud *Quintil.* l. 6. c. 1. *a med.* imago senis cadaveri infusa, est e cera facta, quæ in mortui facie infusa sit, *impressed on the face of the dead body.*

INGELABĬLIS. V. *Incongelabilis.*

INGELĬDUS, a, um, non gelidus, tepidus. *Prudent.* 2. *advers. Symmach.* v. 1084. Discit et ingelido nova nupta tepescere lecto. Al. divisim leg. *in gelido* rectius.

[* INGEMINATĬO, onis, f. *a reduplication,* actus geminandi. *Mall. Thedor. de metr.* c. 2. Metrum unius pedis ingeminatione expletur.]

INGEMINĀTUS, a, um, geminatus, *doubled, redoubled. Virg.* 3. *Georg.* v. 45. Et vox assensu nemorum ingeminata remugit. *Ovid.* l. 4. *ex Pont. ep. ult.* v. 43. Maternos Cottas cui, Messalasque paternos Maxima nobilitas ingeminata dedit.

INGEMĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to repeat often, double, redouble, reiterate,* idem quod gemino, aut frequenter gemino, duplico, itero. Vox poetica. *Virg.* 1. *Georg.* v. 410. Tum liquidas corvi presso ter gutture voces, Aut quater ingeminant. *Id.* 5. *Æn.* v. 457. Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. et lib. 7. v. 578. terrorem ingeminat. ¶ Absolute neutrorum more, ita tamen ut accusativus subaudiatur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 333. ingeminant austri et densissimus imber. *are redoubled, increase greatly.* et lib. 1. *Æn.* v. 751. Ingeminant plausu Tyrii, Troesque sequuntur. et lib. 5. v. 227. Ingeminat clamor. et lib. 4. v. 531. Ingeminant curæ. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 653. Me miserum! ingeminat. *repeats, ah! woe is me.* Sic *Valer. Flacc.* l. 4. v. 328. Salve vera Jovis, vera o Jovis, undique, proles, Ingeminant.

INGEMISCO, is, n. 3. *to groan, lament, grieve,* idem quod ingemo, queror. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 27. Pueri Spartani non ingemiscunt, verberum dolore laniati. *do not utter a groan. Id.* 13. *Phil.* c. 10. Quid ingemiscis hostem Dolabellam judicatum? *Sueton. in Aug.* c. 65. *extr.* Ad omnem ejus mentionem ingemiscens. *Cic.* 7. *Attic.* ep. 23. In quo tu quoque ingemiscis. *Id.* vertens *Sophoclis* carmina l. 2. *Tuscul.* c. 8. *extr.* Quem vidit nemo ulli ingemiscentem malo. *Plin. in Paneg.* c. 53. Lætemur his quibus fruimur: ingemiscamus illis, quæ patiebamur. ¶ Transfertur ad inanima. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1732. Tantum ingemiscit ignis. ¶ *Ingemiscendus* passive. *Ammian.* l. 30. c. 7. (*al.* c. 26.) Clades ingemiscendas Illyrici vindicasset. *lamentable, woful.*

INGĔMO, is, ui, n. 3. *to groan, lament, mourn, grieve, bewail,* στενάζω, idem quod gemo, aut valde gemo, queror, doleo. In prosa oratione usum frequentem habet in præteritis: in ceteris temporibus *ingemisco. Cic.* 2. *Phil.* c. 26. Una illa in re, servitutis oblita civitas ingemuit. *Horat.* epod. 5. v. 30. Ligonibus duris humum Exhauriebat, ingemens laboribus. *groaning with the toil; breathing hard while she works. Liv.* l. 36. c. 28. extr. Ingemuerunt quidem principes conditioni suæ: parendum tamen victori censebant. *Sueton. in Vespas.* c. 15. Justis suppliciis illacrimavit etiam, et ingemuit. *Tacit. de Germ. c. ult.* Id beatius arbitrantur, quam ingemere agris, illaborare domibus. *h. e.* in agris excolendis. *than groaning over the plough. Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 5. v. 8. Diceris exsiliis ingemuisse meis. *Virg.* 1. *Georg.* v. 45. Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro Ingemere. ¶ Cum accusativo *Virg. Ecl.* 5. v. 27. tuum Pœnos etiam ingemuisse leones interitum. *h. e.* ob mortem tuam. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1785. cæsos ingemunt nati patres. *Stat.* 9. *Theb.* v. 2. ingemuere jacentem. Adde lib. 4. v. 534. ¶ Cum infinito *Martial.* l. 9. epigr. 60. Ingemuit, citro non satis esse suo. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Ovid. Metam.* 14. v. 407. Ingemuitque solum, vicinaque palluit arbos. et lib. 4. v. 449. sacroque a corpore pressum Ingemuit limen.

INGENERASCO, is. V. *Generasco.*

INGENERĀTUS, a, um, *generated, produced,* ἐγγινόμενος, genitus. *Cic.* 1. *de Legib.* cap. 8. Animum esse ingeneratum a deo. ¶ Item ingenitus, inditus, insitus, *bred in one naturally, naturally implanted, innate. Id.* 2. *de Divin.* c. 46. Si hæc astro ingenerata et tradita essent, nulla res ea mutare posset. *Id. pro Sext.* c. 9. Ut ingenerata familiæ frugalitas videretur.

INGENĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to beget, generate, produce,* ἐμφύω, ἐνεργάζομαι, genero, intus genero, insero. *Cic.* 1. *Offic.* c. 4. Natura ingenerat præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt. *implants naturally. Id.* 2. *Agrar.* c. 35. Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis ac seminis, quam ex iis rebus, &c. *Liv.* l. 5. c. 27. Societas, quam ingeneravit natura. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 417. In tanta animalium varietate homini ut soli cupiditas ingeneraretur cognitionis et scientiæ. [† *Colum.* 10. 196. Ingenera [Tellurem]: nunc sunt genitalia tempora mundi. *h. e.* generationem plantarum in horto tuo promove. *impregnate the earth, by sowing seeds and setting plants.*]

INGENIĀTUS, a, um, *of an apt genius, quick, shrewd,* ingenio seu natura præditus, natura aptus alicui rei. *Plaut. Mil.* 3. 1. 135. Divos dispertisse vitam humanam, æquum fuit: qui lepide ingeniatus esset, vitam longinquam darent: qui improbi essent et scelesti, iis adimerent animam cito. *Est qui leg.* ingenuatus. *Gell.* l. 12. c. 1. *a med.* Corpus et animum bene ingeniatis primordiis inchoatum degeneri alimento corrumpere. *Apul. in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4.) Versutus alioquin et ingeniatus ad astutiam.

INGENĬCLA. V. *Ingeniculus.*

INGENICULĀTUS, a, um, *in a kneeling posture,* nixus genibus. Dicitur a *Vitruv.* l. 9. c. 6. de sidere illo, qui et ingeniculus vocatur. *the constellation called Hercules, or the man on his knees.*

INGENICŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to bow the knee, kneel,* γονατίζω, genua flecto, genibus nitor. *Lamprid. in Heliogab.* c. 5. Nudusque ingenicularet. *Hygin.* l. 2. *Poet. Astron.* c. 6. *ad fin.* Herculem se ingeniculasse, multis jam vulneribus acceptis.

INGENICŬLUS, i, m. ἐν γόνασι, sidus Herculis in cælo, dextro genu nitentis, de quo V. in *Engonasi. Firmic.* l. 8. c. 17. In extremis partibus oritur *Ingeniculus,* qui a Græcis ἐν γόνασιν dicitur. ¶ Per syncopen *ingenicla imago* dicitur a *Manil.* l. 5. v. 645. unde apparet, vocem esse adjectivam.

INGENIŎLUM, i, n. *a little contrivance or device,* dimin. ab ingenio. *Arnob.* l. 5. pag. 157. Apparet, puerilium esse ingeniola fictionum. *Hieronym.* l. 3. *advers. Rufin.* cap. 4. *extr.* Hoc est, quod destruit strophas ingenioli tui.

INGENIŌSE, *ingeniously, acutely,* εὐφυῶς, acute, solerter. *Cic.* 4. *Acad.* c. 27. Tractantur ista ingeniose, disputantur etiam eleganter. *Id.* 1. *de Invent.* c. 6. Ingeniose et diligenter electas res collocare. *Plin.* l. 15. c. 13. Nec aliud pomum ingeniosius geminatum est. *Vellei.* l. 2. c. 48. Homo ingeniosissime nequam, et facundus malo publico.

INGENIŌSUS, a, um, *endued with a good capacity for learning, of a quick apprehension and retentive memory, gifted with good natural talents, acute, clever, shrewd, apt, ingenious,* εὐφυής, qui naturalem vim ad aliquid agendum accommodatam habet, qui ingenio pollet, solers, acutus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 33. Aristoteles quidem ait, omnes ingeniosos melancholicos esse. *Id.* 5. *de Fin.* c. 13. Docilitas, memoria, quæ fere appellantur uno ingenii nomine: easque virtutes qui habent, ingeniosi vocantur. *Cic.* l. 14. *Attic.* ep. 20. Vir ingeniosus et eruditus. *Id. pro Rosc. Com.* c. 11. Quo quisque est solertior et ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosius. *Id. pro Mur.* c. 30. Homo ingeniosissimus. *Ovid. Metam.* 11. v. 313. furtum ingeniosus ad omne. *Id.* 1. *Amor.* el. 11. v. 4. dandis ingeniosa no-

tis. *Martial. in præfat.* l. 1. Ingeniosum esse in aliqua re. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 342. Inque meas pœnas ingeniosus eram. *Id.* 1. *Amor.* el. 8. v. 62. Crede mihi, res est ingeniosa, dare. ¶ De iis, quæ ingeniose excogitata, vel facta sunt. *Plin.* l. 35. c. 10. Pinxit demon (δῆμον) Atheniensium argumento quoque ingenioso. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 6. v. 18. vox mutandis ingeniosa sonis. *h. e.* apta, accommodata. *Id. Heroid.* ep. 6. v. 117. terra ingeniosa colenti. *a soil naturally fertile.* et lib. 4. *Fast.* v. 683. nec olivis apta ferendis Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.

INGENĪTUS, a, um, *implanted by nature, inborn, innate, natural,* ἔμφυτος, ingeneratus, insitus, a natura inditus. *Senec.* ep. 11. Quidquid infixum et ingenitum est, lenitur arte, non vincitur. *Plin. in fin.* l. 27. Ingenitas animalibus morborum omnium medicinas. *Colum.* l. 3. c. 7. Vites natali et ingenita sterilitate laborantes. *Auct. Paneg. ad Pison.* v. 92. ingenitæ stat nobilitatis in illo Pulcher honos. *Sueton. in Ner.* c. 1. Ut tamen vitia cujusque, quasi tradita et ingenita retulerit.

INGENĬUM, ii, n. *nature, genius, quality, naturalness,* φύσις, εὐφυΐα, ἀγχίνοια, vis, natura, indoles, insita facultas cujusque rei; ab antiquo *geno* pro *gigno*, unde *genui* præteritum. *Colum.* l. 3. c. 1. Arbores silvestres ac feræ sui cujusque ingenii poma gerunt. *Virg.* 2. *Georg.* v. 177. Nunc locus arvorum ingeniis, quæ robora cuique, &c. *Tacit.* 5. *Hist.* cap. 14. Campi suopte ingenio humentes. *Gell.* l. 3. c. 6. Ingenium ejusmodi ligni est, ut urgentibus non cedat. *Id.* l. 12. c. 1. Lactis ingenia et proprietates. *Sever. in Ætna,* v. 214. Ingenium velox igni, motusque perennis. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 235. Castrisque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur. *by the nature of the position.* et *Sil.* l. 14. v. 283. Ingenio portus urbs invia. *Petron. in Satyr.* c. 126. Crines ingenio suo flexi. *naturally.* et *Næv.* apud *Non. loc. cit.* Ingenio arbusta nata sunt, non obsita. *h. e.* sua sponte, naturaliter. *of themselves, not by art.* ¶ De hominibus etiam dicitur, et significat naturam, indolem, mores. *natural disposition, temper, manner, way. Terent. Andr.* 1. 1. 50. Ut ingenium est omnium hominum ab labore proclive ad lubidinem. *Id. Adelph.* 4. 5. 49. Ingenium novi tuum liberale. *Id. Hecyr.* 1. 2. 77. pium ac pudicum. *Id. Phorm.* 3. 2. 12. durum atque inexorabile. *Id. Eun.* 5. 2. 41. inhumanum. *Id. Heaut.* 1. 1. 99. lene in liberos. *Plin.* l. 2. ep. 11. *ad fin.* mobile. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 5. cicur et mansuetum. *Terent. Andr.* 3. 2. 7. Ingenio bono esse. *of a good disposition, well-disposed, good-natured.* et *Eun.* 4. 7. 42. Novi ingenium mulierum: nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro. *Enn.* apud *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 58. Alter terribilem minitatur vitæ cruciatum, et necem: Quæ nemo est tam firmo ingenio et tanta confidentia, Quin refugiat timido sanguen, atque exalbescat metu. *so stout-hearted, so undaunted.* et *Liv.* l. 3. c. 68. Vera loqui, etsi meum ingenium non moneret, necessitas cogit. *Terent. Hecyr.* 5. 4. 20. Tu ecastor morem antiquum atque ingenium obtines. *Plaut. Merc.* 4. 1. 2. Feci ego ingenium meum. *have humoured, have satisfied the bent of my genius.* et *Liv.* l. 3. c. 36. Ingenio suo vivere. *according to his own humour.* et *Terent. Adelph.* 1. 1. 45. Redire ad ingenium. *h. e.* ad pristinam animi pravitatem, et vitiosos mores, quos diu quis dissimulatione celaverit. Sic *Liv.* l. 2. c. 22. Volscis levatis metu suum rediit ingenium. *their original inclination to be at war.* Apud *Plaut. ingenium ingenii* est ipsa vis, proprietas, inclinatio ingenii. Ædepol (inquit *Stich.* 1. 2. 69.) vos lepide tentavi, vestrumque ingenium ingenii. ¶ Sæpissime sumitur pro solertia, et vi animi ac facultate insita excogitandi, percipiendi, addiscendi. *natural capacity, genius, understanding, talents, parts, abilities. Plin.* l. 10. c. 3. Ingenium est aquilæ, testudines raptas frangere, e sublimi jaciendo. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 13. Docilitas, memoria, quæ fere appellantur uno ingenii nomine. *Id. pro Font.* c. 14. Multum habet ingenii ad fingendum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 74. Crassi responsum excellentis cujusdam est ingenii, ac singularis. *Id. in Orat.* c. 5. Vir acerrimo ingenio. *Id.* 2. *de Orat.* c. 27. Tardum ingenium. *slow, heavy, dull. Id.* 1. *de Divin.* c. 36. acutum aut retusum. *Id.* 5. *Tuscul.* cap. 24. eximium. *Id.* 2. *de Fin.* c. 16. præstantissimum. *Id.* 4. *Acad. in princ.* magnum. *et pro Cæl.* c. 1. illustre. *Quintil.* l. 2. c. 8. imbecillum. *Id.* l. 10. c. 2. *a med.* tenue. *et ibid.* forte, sed indomitum. *Plin.* l. 8. ep. 12. pulcherrimum et maximum. et ep. 14. hebetatum, fractum, contusum. et l. 1. ep. 16. varium, flexibile, multiplex. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 25. Celeres ingenii motus. et lib. 3. c. 5. Ingenii acies. *Id. de clar. Orat.* c. 15. lumen. *Id. pro Flacc.* c. 14. acumen. *Id.* 5. *Phil.* c. 18. vis. *Horat.* l. 2. od. 18. v. 9. vena. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 254. vigor. *Quintil. in proœm.* l. 6. igniculi. *et ibid.* vires. et lib. 1. c. 1. tarditas. *Nepos in Eumen.* c. 1. celeritas. *Id. in Attic.* c. 1. docilitas. *Cic.* 4. *Fam.* ep. 8. Ingenio abundare. *Quintil.* l. 1. c. 8. (*al.* 14.) valere. *Cic.* 4. *Acad.* c. 36. divino esse. *Id.* 10. *Phil.* c. 8. hebeti. *Id. pro Cæl.* cap. 19. elucere in re quapiam. *Plaut. Trin.* 2. 2. 16. Colere et imbuere ingenium artibus. *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 5.) acuere. et cap. 8. (*al.* 14.) alere. et lib. 2. c. 4. exercere multiplici variaque materia. ¶ *Cum ingenio* est ingeniose, et cum delectu. *Cic.* 13. *Fam.* ep. 10. Versabatur in hoc studio nostro et cum ingenio, ut nosti, nec sine industria. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 16. leg. 9. Patientem esse proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur. ¶ Interdum dicitur de ipsis hominibus ingeniosis. *Senec. de consol. ad Polyb.* c. 8. (*al.* c. 27.) Intentatum Romanis ingeniis opus. *Id.* ep. 2. Certis ingeniis immorari, et innutriri oportet, si velis aliquid trahere. ¶ Item de opera, facultate, industria. *Tacit.* 1. *Hist. c. ult.* In rebus urbanis Galerii ingenio utebatur. *Id.* 14. *Ann.* c. 3. Obtulit ingenium Anicetus. ¶ Item de re ingeniose excogitata. *Plin. in Paneg.* c. 49. *ad fin.* Exquisita ingenia cœnarum. *h. e.* ingeniosi apparatus. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 28. Hormi ne id ingenium, an potior auctor sit Plinius, qui Antonium incusat, haud facile discreverim.

INGĔNO, is, a. 3. ingigno, gigno. *Manil.* l. 5. v. 137. His etiam ingenitur visendi nota cupido. Ita *Scalig.* Alii aliter.

INGENS, entis, *great, large, huge, vast, big,* εὐμεγέθης, immanis, immensus. De origine ita *Festus*: Ingens dicitur augendi consuetudine, ut inclamare, invocare. quia enim gens populi est magnitudo, ingentem per compositionem dicimus, quod significat valde magnum. Ex *Festi* mente locutus videtur *Sallust. in Catil.* c. 10. Nationes feræ et populi ingentes. et *Virg.* 8. *Æn.* v. 475. ingentes populos, opulentaque regnis castra. *Scalig.* tamen, et *Voss.* ducunt a *censeo*: ut sit quasi *incens*, nempe ita magnus, ut censeri non possit. Quod vero plus significet, quam *magnus*, colligitur ex illo *Terent. Eun.* 3. 1. 1. *Thr.* Magnas vero agere gratias Thais mihi? *Gn.* ingentes. *prodigious, immense.* (*Cic. de Amic.* cap. 26. Satis erat respondere *magnas*: *ingentes*, inquit: semper auget assentator.) *Id. Adelph.* 4. 7. 3. Ingentia flagitia. *Cic.* 5. *Verr.* c. 46. Ingens immanisque præda. *Id.* 3. *de Orat.* c. 19. Ingens immensusque campus. *Id. de Provin. Consul.* c. 3. Ingens pecunia. *a large sum of money. Liv.* l. 35. c. 9. Aquæ ingentes eo anno fuerunt. *Horat.* l. 1. od. 7. *extr.* Ingens æquor. et lib. 2. od. 3. v. 9. pinus. *stately.* et lib. 2. sat. 3. v. 111. acervus. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 185. ingens exitus Istri. *huge mouth. Liv.* l. 2. c. 23. clamor. et cap. 22. *ad fin.* gloria. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 166. ira. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 103. virtus atque animus. *Flor.* l. 4. *in fi.* Ingentia facta. *Senec. in Herc. Fur.* v. 441. Ingens vir. ¶ Ingens aliqua re dicitur, qui abundat, polletve. *powerful, mighty. Virg.* 11. *Æn.* v. 124. Vir fama ingens, ingentior armis. et vers. 641. Ingentem animis, ingentem corpore et armis Dejicit Herminium. *Stat.* l. 1. silv. 4. v. 71. Ingens eloquio. ¶ Cum genitivo. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 69. Femina ingens animi. et 4. *Hist.* c. 66. *extr.* Vir ingens rerum. *increasing in power.* ¶ Sequente infinito. *Sil.* l. 10. v. 216. Ingens ferre mala. *h. e.* magni animi in ferendis malis. ¶ Interdum notat gravitatem, auctoritatem, vim, robur. *Sil.* l. 11. v. 67. cœtu Patrum, ingentique Senatu. *Id.* l. 17. v. 297. Ingens Paulus. *Liv.* l. 21. c. 1. Ingentis spiritus vir. ¶ Et nobilitatem, antiquitatem, in illo *Virg.* 12. *Æn.* v. 225. Cui genus a proavis ingens. ¶ Superlativum est *Veget. de re milit.* l. 4. c. 8. Rotæ de lignis viridibus ingentissimæ fabricantur.

INGENUATUS. V. *Ingeniatus.*

INGENŬE, *gentleman-like, as becomes a free-man,* ἐλευθερίως, liberaliter, et ut hominem ingenuum decet. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 11. Honesta in familia institutus, et educatus ingenue. ¶ Item aperte, simpliciter, vere. *openly, candidly, ingenuously,* ἁπλῶς. *Cic. Fam.* 5. ep. 2. Me abs te cupisse laudari, aperte atque ingenue confitebar. Adde 13. *Attic.* ep. 27. ¶ Item libere. *freely, frankly. Quintil.* l. 12. c. 3. Potest autem, quæ tum audiet, fortiter affirmare, aut ingenue pro suis dicere?

INGENUĬTAS, atis, f. *the state of being free-born; the condition of a gentleman,* ἐλευθεριότης, conditio ingenui hominis, honestas, nobilitas. *Cic.* 3. *Verr.* c. 44. Eripies igitur pupillæ togam prætextam? detrahes ornamenta non solum fortunæ, sed etiam ingenuitatis? *Liv.* l. 8. c. 28. Cum ingenuitatis magis, quam præsentis conditionis memorem videret. *Sueton. in Aug.* cap. 74. Assertus in ingenuitatem. *Auct. dial. de Orat.* c. 32. Eloquentia olim omnium artium domina, nunc circumcisa et amputata, sine apparatu, sine honore, pæne dixerim sine ingenuitate, quasi una ex sordidissimis artificiis discitur. ¶ Item probitas, pudor, honestas morum. *modesty, decency, honourable deportment. Cic.* 1. *Acad.* c. 9. Vir ita moratus, ut præ se probitatem quandam, et ingenuitatem ferat. *Id.* 2. *de Orat.* cap. 59. *extr.* Præstare ingenuitatem et ruborem, verborum turpitudine et rerum obscenitate vitanda. ¶ Item simplicitas, veritas. *candour, frankness, openness, ingenuousness. Plin.* l. 35. c. 10. Fertur Zeuxis pinxisse puerum uvas ferentem: ad quas cum advolasset avis, eadem ingenuitate processit iratus operi, et dixit: uvas melius pinxi, quam puerum. ¶ In plur. numero usurpavit *Arnob. sub fin.* l. 2. pag. 98.

INGENŬUS, a, um, *native, natural,* nativus, innatus, naturalis, natura insitus, non manu, aut arte factus, non adventitius, non fucatus: ab *in*, et antiquo *geno* pro *gigno. Lucr.* l. 1. v. 230. Unde mare, ingenui fontes, externaque longe Flumina suppeditant? *Juvenal.* sat. 3. v. 20. nec ingenuum violarent marmora tophum. *Plaut. Mil.* 3. 1. 58. Inest in hoc amussitata sua sibi ingenua indoles. *Propert.* lib. 1. el. 4. v. 13. Ingenuus color. ¶ *Ingenuus homo* olim dicebatur, qui certo patre natus esset: quasi ex eo genitus, non aliunde adscitus. *lawfully begotten, born of parents legally married. Liv.* l. 10. c. 8. *a med.* En unquam fando audistis, patricios primo esse factos, non de cælo demissos, sed qui patrem ciere possent, id est, nihil ultra quam ingenuos? ¶ Deinde strictiore significatione ita dicitur qui statim ac nascitur, liber est, *free-born, born of free parents who had never been slaves*: et servo, ac libertino opponitur, ἐλεύθερος, εὐγενής. Talis autem est tum qui ex duobus ingenuis matrimonio natus est; sive ex duobus libertinis; sive ex altero libertino, altero ingenuo; sive ex matre libera, et patre servo, aut etiam incerto: et sufficit liberam esse matrem, quo tempore peperit, licet serva conceperit: aut si libera conceperit, quamvis ancilla facta pariat. Ita enim *Justinian.* lib. 1. *Institut.* tit. 4. docet. Differt a libero in eo, quod *ingenuus* est ex natali: *liber* etiam ex manumissione, quamvis servus sit natus. *Plaut. Mil.* 4. 1. 15. Ea ingenuan', an festuca facta e serva libera est? *Id. ibid.* 3. 1. 189. Ingenuam ne an libertinam? *Cic. Catil.* 4. c. 7. Omnis ingenuorum adest multitudo. *Horat.* l. 1. epist. 19. v. 33. Ingenuis oculisque legi, manibusque teneri. *Id.* l. 1. sat. 6. v. 91. Ingenui clarique parentes. ¶ Præterea usurpatur in iis, quæ ingenuum hominem decent: et sumitur pro honesto, liberali: cui opponitur servilis, abjectus, illiberalis, sordidus. *Cic. Phil.* 3. cap. 11. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens. *liberal, ingenuous, like or becoming a free-born person, becoming a gentleman, not servile.* et lib. 1. *Offic.* c. 42. Opifices omnes in sordida arte versantur. nec enim quidquam ingenuum potest habere officina. *Id.* 2. *de Orat.* c. 3. Pudore a dicendo, et timiditate ingenua quadam refugisti. *Id. Phil.* 10. c. 9. Ad servitutem propulsandam ingenuo dolore excitari. *Id. Fam.* 5. *sub fin.* Vita ingenua in beata civitate et libera vivere. *Id.* 2. *Fam.* ep. 6. Est animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere. *Id.* 5. *de Fin.* c. 18. Ingenuis studiis atque artibus delectari. *the liberal arts and sciences. Id.* 3. *de Or.* c. 6. Ingenuæ et humanæ artes. et cap. 32. Liberales doctrinæ atque ingenuæ. *Juvenal.* sat. 11. v. 154. Ingenui vultus puer, ingenuique pudoris, Quales esse decet, quos ardens purpura vestit. *Horat.* l. 1. od. 27. v. 16. Ingenuus amor. *Auson. in Mosell.* v. 442. Ingenui mores. *elegant, genteel. Martial.* l. 10. epigr. 82. Per gemitus nostros, ingenuasque cruces. *h. e.* quæ cum sint servile supplicium, ab homine ingenuo feruntur. *Id.* l. 6. epigr. 11. Non minus ingenua est et mihi, Marce, gula. *h. e.* delicata, et sciens, qualis est ingenui, et domini. Servi enim cum vilioribus cibis pascantur, nosse nequeunt, quid magis sapiat. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 5. v. 72. Illi corpus erat durum, patiensque laborum: Invalidæ vires, ingenuæque mihi. *h. e.* moderatæ, aut delicatæ; non immensæ, ut in servis labori assuetis. *delicate, feeble, not so strong as a workman or rustic.* ¶ Interdum est liber, verax, sincerus, *frank, open, candid, sincere, ingenuous. Cic. de clar. Orat.* c. 67. Respuere aliquid ingenuo liberoque fastidio. *Id. de Amic.* cap. 18. Aperte enim vel odisse, magis ingenui est, quam fronte occultare sententiam. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 186. Astuta ingenuum vulpes imitata leonem. ¶ Apud *Liv.* ingenuus opponitur ei, qui aliquando servus fuit, lib. 40. cap. 18. Naves sociis civibus R. qui servitutem servissent, complerentur, ingenui tantum ut iis præessent.

INGĔRO, is, essi, estum, a. 3. *to carry or put into,* ἐμφορέω, εἰσφέρω, intro gero, infero, importo. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 24. Tu, qui urnam habes, aquam ingere: face plenum ahenum sit cito. *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 22. Ingeret ardenti grandia ligna foco. *Petron. in Satyr.* c. 136. Collocavit ignem cassis arundinibus collectum, ingestisque super pluribus lignis, &c. *Plin.* l. 31. c. 7. E puteis aquam in salinis ingerunt. *Colum.* l. 2. c. 16. Stercus ingerere vitibus. et cap. 10. lupinum novalibus. *to sow.* Proverbium est illud *Plauti Pseud.* 1. 3. 135. In pertusum ingerimus dicta dolium. *we are talking to the wind, are wasting our words in air,* operam ludimus. V. *Danaus.* ¶ Est etiam porrigere, præbere, *to give, reach, hold forth, bestow. Plin.* l. 20. c. 12. *extr.* Ocimum equis asinisque ingeritur. *Pallad.* l. 1. tit. 30. Saginandis anseribus polentæ duas partes, et furfuris quatuor ingerunt, pro appetentis voluntate sumenda. *Nemesian. in Cyneg.* v. 5. Castaliusque mihi nova pocula fontis alumno Ingerit. *Suet. de Grammat. c. pænult. extr.* Ingerere alicui osculum. ¶ Item infligere, incutere. *to inflict, strike. Tacit.* 3. *Hist.* c. 85. Ac deinde ingestis vulneribus concidit. *Terent. Phorm.* 5. 7. 95. Nisi sequitur, pugnos in ventrem ingere. *Senec. in Med.* v. 461. Ingerere supplicia. *Curt.* l. 6. c. 11. verbera. *Senec.* epist. 99. *circa med.* manus capiti. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 230. Fulmineumque viris proturbans ingerit ensem. ¶ Item pro jacere, conjicere, *to throw, cast, hurl. Virg.* 9. *Æn.* v. 763. fugientibus ingerit hastas in tergus. *Liv.* l. 2. c. *ult.* Saxa ingerere in subeuntes. *Stat.* 9. *Theb.* v. 303. tela. *Plin.* l. 10. c. 1. lapides contra aliquem. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 11. convicia alicui. *Plaut. Asin.* 5. 2. 77. dicta in aliquem. *Liv.* l. 2. c. 45. probra. *Terent. Andr.* 4. 1. 16. mala multa. *Sueton. in Aug.* c. 54. E Curia per iram se proripienti quidam ingesserunt, licere oportere, &c. *cried out frequent-*

ly after him. ¶ Item sistere, objicere, offerre, to offer, present. Valer. Flacc. l. 7. in fin. nec si ipse sibi terga ingerat ultro, Qui pepigit, velit in pacem dextramque reverti. et lib. 8. v. 53. modo ne quis abactam Huc referat me forte dies, oculisque parentis Ingerat. Auct. dial. de Oratorib. cap. 7. Quorum nomina prius parentes liberis suis ingerunt. suggest, tell, repeat. Sic Senec. l. 1. de Benef. c. 12. Oblivisci non sinit, sed auctorem suum ingerit et inculcat. Liv. l. 3. c. 68. Vocis verborumque quantum voletis, ingerent et criminum in principes, et legum, et concionum. they will throw out. Petron. in Satyr. c. 140. Filium filiamque ingerebat orbis senibus. h. e. obtrudebat. et cap. 36. Ingerebat lentissima voce, carpe, carpe. h. e. repetebat, dictitabat. Sic Senec. l. 7. de Benef. c. 22. Hoc sobrii loquuntur, hoc ebrii non continent: hoc ignotis ingerunt. ¶ Item aggerare, adjicere, to heap upon, add. Senec. in Thyest. v. 731. Puero ne parcit? an scelus sceleri ingerit? Justin. l. 6. c. 8. Quippe recusanti omnia imperia ingesta sunt. ¶ Ingerere se est se immiscere, se conjicere aliquo, to throw himself, betake himself. Justin. l. 11. c. 14. Ubi confertissimos hostes acerrime pugnare conspexisset, eo se semper ingerebat. Senec. in Herc. Fur. v. 1032. Quo te obvium morti ingeris? Sil. l. 10. v. 4. In medios fert arma globos, se seque periclis Ingerit. ¶ Dicitur etiam ingerere se, qui ultro, nec vocatus se operamque offert suam, to offer or obtrude himself. Plin. in Paneg. cap. 86. Præfectum prætorii, non ex ingerentibus, sed ex subtrahentibus legere. ¶ Inger in imperativo, ut fer, Catull. carm. 27. ad puer. suum. Minister veteris puer Falerni, Inger mi calices amariores. h. e. misce ac porrige. Al. leg. infer, alii misce. [¶ Particip. ingerendus apud Cels. l. 5. c. 27. n. 12. Vinum merum calidum cum ruta quamplurimum ingerendum est.]

INGESTABĬLIS, le, that cannot be borne or carried, qui gestari non potest, importabilis, ἀβάστακτος. Plin. l. 7. c. 6. Ingestabile onus.

INGESTĬO, onis, f. actus ingerendi. Martian. Capell. l. 5. pag. 148. Primæ vocis ingestio.

INGESTO, as, a. 1. idem quod ingero, gesto. Particip. ingestans quidam tribuunt Apuleio l. 11. Metam. sed lectio variat.

INGESTUS, us, m. actus ingerendi et immittendi. Tertull. de resurr. carn. c. 42. Immortalitatis ingestus.

INGESTUS, a, um, carried or placed in, εἰσφερόμενος, illatus, impositus. Ovid. in Ibin, v. 464. Saucius ingesta contumuleris humo. cast or heaped upon. Plin. l. 19. c. 7. Paxillo caverna facta, ac fimo ingesto. Id. l. 31. c. 3. circa med. Aqua frigida ingesta sistitur sanguis. thrown upon. et lib. 30. c. 12. Adeps pastillis ingestus. h. e. præbitus. Sic l. 29. c. 1. ad fin. Cibi sæpius die ingesti. Stat. 4. Theb. v. 180. summis ingestum montibus Æpy. h. e. Æpy oppidum Messenæ impositum montibus. ¶ Item oblatus, obtrusus. Tacit. 1. Ann. c. 72. Nomen patris patriæ Tiberius, a populo sæpius ingestum repudiavit. forced upon. Claudian. l. 3. de rapt. Proserp. v. 81. facies ingesta sopori. presented before her in her sleep. [† Alii legunt inserta, vel impressa, vel demum immissa.] ¶ Item inditus. Claudian. de B. Gild. v. 365. ingesta vincula unguibus.

INGIGNO, is, ingenui, ingenitum, a. 3. to generate, engender, beget, produce, ἐγγεννάω, intus gigno, ingenero, insero. Usum habet in præteritis. Lucan. l. 6. v. 438. herbasque nocentes Rupibus ingenuit tellus. Cic. 2. de Fin. c. 14. et lib. 5. c. 21. Natura cupiditatem ingenuit homini veri inveniendi. Id. 2. de nat. Deor. c. 48. extr. Tantam ingenuit animantibus conservandi sui natura custodiam.

INGLOMĔRO, as, avi, atum, a. 1. to gather as into a clew, wind up, glomerate, μηρύω, idem ac glomero, idest coacervo, accumulo, et veluti in globi formam involvo. Stat. 1. Theb. v. 350. Sed plurimus Auster inglomerat noctem.

INGLORĬUS, a, um, of no renown, fame, or reputation, without glory, inglorious, ignoble, obscure, mean, ἄδοξος, qui nullam gloriam sua virtute consecutus est, inhonoratus, ignobilis. Cic. 1. de Legib. c. 11. Beati, qui honorati sunt, videntur; miseri, qui sunt inglorii. Virg. 9. Æn. v. 548. Parmaque inglorius alba. Id. 4. Georg. v. 94. horridus alter Desidia, latamque trahens inglorius alvum. Tacit. 12. Ann. c. 14. Brevi et inglorio imperio perfunctus est. Id. in Agric. c. 9. Vincere inglorium arbitrabatur. Id. ibid. in fi. Multos veterum, velut inglorios et ignobiles, oblivio obruet. Cic. 3. Tuscul. c. ult. Vita inhonorata et ingloria. ¶ Cum genitivo Tacit. 3. Hist. c. 59. Inglorius militiæ. Sil. l. 12. v. 39. inglorius ausi. ¶ Translate Stat. 9. Theb. v. 108. convulsæ cuspide longe Diffugere jubæ, patuitque ingloria cassis. h. e. indecora, sine cristis, sine ornamentis.

INGLUVĬES, ei, f. the craw, crop, or gorge of a bird, πρόλοβος, sinus ille in gutture avium, in quem demittunt cibos, priusquam in ventrem recondant: a gula, ut Festo placet. Colum. l. 8. c. 5. post med. de pullis gallinaceis. Singuli tentandi, ne quid hesterni habeant in gutture. nam si vacua non est ingluvies, cruditatem significat. ¶ Item universim gula, guttur, the gullet or swallow. Virg. de angue, 3. Georg. v. 430. hic piscibus atram Improbus ingluviem, ranisque loquacibus explet. Apul. l. 1. Metam. Restis ad ingluviem adstricta. et lib. 5. Priusquam bestia ingluvie voraci me misellam hauriret. ¶ Item voracitas, liguritio, gluttony, voraciousness, gormandizing. Terent. Eun. 5. 4. 15. Harum videre ingluviem, sordes, inopiam: quam inhonestæ solæ sint domi, atque avidæ cibi. Al. leg. illuviem. Horat. l. 1. sat. 2. v. 7. avi cur, atque parentis Præclaram ingrata stringat malus ingluvie rem. Gell. l. 7. c. 16. Nomina edulium, quæ profunda ingluvies vestigavit. Petron. in Satyr. c. 119. ad fin. Fenoris ingluvies.

INGLUVĬŌSUS, a, um, adject. gluttonous, gulosus, vorax, heluo. Fest. Ingluvies a gula dicta: hinc ingluviosus.

INGRANDESCO, is, dui, n. 3. to grow big, increase, μεγαλύνομαι, grandior fio, augeor, cresco. Colum. l. 2. c. 10. circa med. Lens ut celeriter prodeat, et ingrandescat. et lib. 3. c. 6. Ne difficulter acinus ingrandescat. et lib. 11. c. 3. Licet porrum, si jam ingranduit, transferre.

INGRĀTE, disagreeably, ἀχαρίστως, non jucunde, sine gratia. Plin. l. 37. c. 5. a med. Ingrate virens gemma, atque intus sordida. Ovid. 2. de ar. am. v. 435. Sunt, quibus ingrate timida indulgentia servit. h. e. nullam gratiam ineundo. ¶ Item non libenter, ingratiis, against one's will. Plin. l. 18. c. 3. extr. Non ingrate nominando M. Varrone. ¶ Item ingrato animo, ungratefully, unkindly. Cic. Fam. 12. ep. 1. et pro Deiot. cap. 11. Ingrate nostra facilitate abutuntur. Plin. l. 27. c. 2. Quæ si quis, ab homine excogitari potuisse, credit, ingrate deorum munera intelligit. Tacit. 1. Hist. c. 52. Infensus Galbæ, tanquam oppressa Capitonis consilia ingrate tulisset. ¶ Translate de iis dicitur, quæ fructu spei non respondent. Pallad. in Jun. tit. 5. Ubi ramos multa poma densabunt, interlegenda sunt quæcumque vitiosa, ut succus, qui ingrate his posset impendi, ad meliora vertatur. h. e. sine utilitate, tanquam ingratis.

INGRATĪA, æ, f. ungraciousness, disfavour, contrarium gratiæ, ἀχαριστεία. Tertull. de Pœnit. c. 1. Pœnitet fidei, amoris, simplicitatis, prout quid in ingratiam incidit. et cap. 2. Viderit ergo ingratia hominum, si etiam bonis factis pœnitentiam cogit. ¶ In ablativo plurali sumitur adverbii more. against one's will, in spite of, whether one be willing or not, ἀέκητι. Plaut. Cas. 2. 5. 7. Vobis invitis, atque amborum ingratiis. Id. Merc. 2. 4. 11. Nimium multum scis. Eu. Tuis ingratiis. Nep. in Themist. c. 4. Ut ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur. Terent. Eun. 2. 1. 14. Ingratiis dormire. V. Ingratis.

INGRATIFĬCUS, a, um, ungrateful, ingratus, beneficii immemor. Cic. pro Sext. c. 57. ex Accio. O ingratifici Argivi, inanes Graii, immemores beneficii.

INGRATĪIS. V. Ingratia.

INGRĀTIS, against one's will, by force, ἀκουσίως, ingratiis. Lucret. l. 3. v. 1083. Effugere haud potis est, ingratis hæret, et angit. Adde lib. 5. v. 45. et lib. 6. v. 215. Sic Lactant. l. 2. c. 10. Ingratis tamen Epicurus eripiet. Al. leg. ingrate. Ciceroni etiam tribuunt pro Quint. c. 14. et aliis, sed ubique lectio variat. Videtur autem in locis Lucretii esse per synæresim dictum metri causa pro ingratiis. Quidam putant esse ab ingratus, et ejusdem rationis atque alternis, omnimodis.

INGRATITŪDO, inis, f. ingratitude, ingrati animi vitium, ἀχαριστία. Perperam ponitur in titulo l. 5. c. 3. Valer. Max. ut diximus in Gratitudo, V. Habet tamen Jul. Firmic. l. 5. c. 1. a med. Ingratitudinis vitio inquinati. et Cassiod. l. 5. ep. 8. Sine ingratitudinis nævo. Legitur prætera apud Curt. in quibusd. editionib. sub fin. l. 5. Sed is locus neque Curtii est, neque Justini, ex cujus l. 11. c. ult. Darii mors, quæ in Curtio desideratur, suppleri solet. ¶ Pro ingratia, indignatione. displeasure, disfavour. Cassiod. l. 1. ep. 30. Noverit, se nostræ ingratitudinis pericula subiturum.

INGRĀTUS, a, um, unpleasant, disagreeable, offensive, disgracious, unacceptable, ἀχάριστος, ἀηδής, non gratus, non acceptus, injucundus, molestus. Cic. 5. Fam. ep. 5. a med. Quæ si ego non profundere videbor, omnibus meis viribus sustinebo: sin autem ingrata esse sentiam, non committam, &c. Tacit. 2. Ann. cap. 5. Tiberio haud ingratum accidit, turbari res Orientis. Horat. l. 3. od. 10. v. 9. Ingratam Veneri pone superbiam. Cæs. l. 7. B. Gall. c. 30. Fuit hæc oratio non ingrata Gallis. Virg. 3. Georg. v. 97. Ingratus labor. Ovid. 3. Fast. v. 738. Ingrati joci. Colum. l. 7. c. 8. extr. Non ingrati saporis caseus. ¶ Item qui beneficium non agnoscit. ungrateful, unthankful, unkind, unfeeling. Senec. 3. de benef. c. 1. Ingratus est, qui beneficium se accepisse negat, quod accepit: ingratus, qui dissimulat: ingratus, qui non reddit: ingratissimus omnium, qui oblitus est. Cic. Attic. l. 8. ep. 4. Nihil cognovi ingratius: in quo vitio nihil mali non inest. Id. 9. Attic. ep. 2. a med. Ingrati animi crimen. of ingratitude. et lib. 1. de nat. Deor. c. 33. extr. et Liv. l. 38. c. 50. Ingratum esse in aliquem. Paul. Dig. lib. 4. tit. 2. leg. 21. Ingratus contra aliquem. Vellei. l. 2. c. 69. Vir adversus merita Cæsaris ingratissimus. ¶ Cum genitivo. Virg. 10. Æn. v. 666. Ingratus salutis. h. e. ob salutem acceptam. ¶ Transfertur et ad res inanimas: et dicitur de iis, ex quibus exiguus, aut nullus fructus percipitur, etsi plurimus labor impendatur. thankless, yielding no return or thanks. Ovid. 1. Amor. el. 15. v. 6. Ingrato vocem prostituisse foro. Martial. l. 10. epigr. 47. Non ingratus ager. et lib. 5. epigr. 19. colit ingratas pauper amicitias. Terent. Heaut. 5. 1. 60. Ignosces tamen post; et id erit ingratum. h. e. nullam tibi pariet gratiam. Horat. l. 1. sat. 2. v. 7. Hunc si perconteris, avi cur, atque parentis Præclaram ingrata stringat malus ingluvie rem, &c. h. e. gula, et ventre, qui cito voluptatis, et ingestorum ciborum obliviscitur, nec unquam satiatur. Sic apud eund. l. 2. ep. 1. v. 187. migravit ab aure voluptas Omnis ad ingratos oculos. h. e. qui cito spectacula obliviscuntur, et nova poscunt. Ita enim legit Bentlei. Alii incertos. ¶ De eo, cui gratiæ actæ non sunt. Stat. 1. Theb. v. 700. de Phœbo. Seu Trojam Thymbræus habes, ubi fama volentem Ingratis Phrygios humeris subiisse molares.

INGRAVĀTE, adverb. non gravate, with good will, willingly. Ammian. l. 17. c. 10. (al. 21.) extr. Obsecundabant imperiis ingravate. Adde lib. 18. c. 2.

INGRAVATĬO, onis, f. vexatio, molestia, onus. Imp. Valentinian. Valens, et Gratian. lib. 7. Cod. Theodos. tit. 13. leg. 7. Perpetuæ ingravationi addici.

INGRAVĀTUS, a, um, gravis factus. Plin. l. 28. c. 11. a med. ingravatas aures sic perluendas putant. h. e. quæ gravitate, et difficultate audiendi laborant. Spartian. in Severo, c. 21. Ingravatus morbo. oppressed.

INGRAVESCO, is, n. 3. to grow more and more heavy, become more irksome or oppressive, ἐπιβαρύνομαι, gravior et molestior fio. Plin. l. 31. c. 7. ante med. Vix credibili pondere ingravescit. Plin. alter l. 2. ep. 17. a med. Patentibus fenestris favonios accipit, transmittitque, nec unquam aere pigro et manente ingravescit. ¶ Translate Cic. de Senect. c. 11. Et corpora quidem defatigatione et exercitatione ingravescunt. Id. ad Brut. ep. 10. Ingravescit in dies malum. increases, grows worse. Id. pro Dom. c. 5. Annona ingravescit. h. e. carior fit. provisions grow dearer. Id. 2. de Divin. c. 6. Ingravescens morbus. growing worse. Id. de Senect. c. 2. sub fin. Ingravescens ætas. old age. Id. l. 10. ad Attic. ep. 4. Alter ardet furore et scelere: nec remittit aliquid, sed in dies ingravescit. ¶ In bonam partem. Id. Fam. 4. ep. 4. ad fin. Hoc studium quotidie ingravescit. h. e. crescit, augetur, increases. ¶ Pro gravidam fieri. Lucret. l. 4. v. 1242. Suscipiunt aliæ pondus magis, inque gravescunt. tmesis. become pregnant.

INGRAVĬDĀTUS, a, um, weighed down, oppressed, gravidus, seu gravis factus. Augustin. l. 7. Confession. c. 5. sub fin. Pectus meum ingravidatum curis mordacissimis.

INGRAVĬDO, as, a. 1. idem quod gravido. Paulin. Nolan. carm. 24. Natal. 9. 1. Felic. v. 253.

INGRĂVIS, e, valde gravis, molestus. Ulpian. Dig. lib. 29. tit. 5. leg. 3. Si quis ingravi valetudine affectus. Al. leg. ingravescente.

INGRĂVO, as, avi, atum, a. 1. to weigh down, oppress with a weight, make heavy, ἐπιβαρέω, gravitate ponderis deprimo, gravis fio. Stat. l. 5. Theb. v. 401. puppemque alternus utrinque Ingravat, et medias ardet descendere in undas. ¶ Translate Plin. l. 19. c. 8. ad fin. Iisdem fruticibus utuntur, si non sævitia hiemis ingravat. affects, destroys. Phædr. fab. ult. l. 5. Canis languere cœpit annis ingravantibus. Virg. 11. Æn. v. 220. Ingravat hæc sævus Drances. h. e. exaggerat, et graviora facit. aggravates, increases. Ovid. 3. Trist. el. 4. v. 60. Illa meos casus ingravat, illa levat.

INGREDĬOR, ederis, essus sum, dep. 3. to enter, go into, εἰσέρχομαι, intro gradior, introeo. Cic. 2. Phil. c. 27. ad fin. Tu ingredi illam domum ausus es? Id. 3. Catil. c. 2. extr. Cum pontem Milvium ingredi inciperent. Id. de Senect. c. 10. sub fin. Ingredi iter pedibus. to set out on foot, set out on his journey. Justin. l. 8. c. 3. Non diis penatibus, ad quos paulo ante ingressus hospitaliter fuerat, pepercit. Cic. de clar. Orat. c. 96. In vitam paulo serius, tanquam in viam, ingressus. Id. de Senec. c. 2. extr. Via, quam nobis quoque ingrediendum sit. Al. leg. qua nobis, &c. Id. pro Cæc. c. 8. Ingrediens intra finem ejus loci, quem, &c. Cæs. l. 5. B. Gall. c. 9. Ingredi intra munitiones. Lucan. l. 10. v. 224. fluvius, ingresso vere, tumescit. ¶ Pro venire, prodire. to come forth. Plaut. in fragm. apud Non. c. 6. n. 32. Nihil te pudet, sceleste, populi in conspectum ingredi? ¶ Translate Cic. 1. Offic. c. 32. a med. Quam quisque viam vivendi sit ingressurus. is likely to enter upon. Id. Fam. 12. ep. 25. Quo primum die in spem libertatis ingressus sum. Id. Phil. 7. c. 3. Magna spe ingredior in reliquam orationem. et 2. Catil. c. 6. Quem jam ingressum in bellum esse dicebam. Id. pro Planc. cap. 3. Qua nolui janua ingressus sum in causam. Id. 1. de Orat. c. 21. Antequam ad discendum ingressi sumus. et cap. 28. Cum istam disputationem mecum ingressus esset. Cæs. l. 3. B. Civ. c. 18. Ingredi in sermonem. Cic. pro Arch. c. 1. Hunc video mihi principem ad ingrediendam rationem horum studiorum exstitisse. Vellei. l. 2. c. 61. et Quintil. in proœm. l. 6. Cæsar decimum nonum annum ingressus. having entered on. Hirt. de B. Afric. c. 22. Ingredi in rempubl. h. e. in administrationem reipubl. Quintil. l. 6. c. 1. a med. consulatum. to enter upon the office of consul. Valer. Flacc. l. 5. v. 70. primo lætos sic tempore rector Ingreditur cursus. enters upon his voyage, sets sail. ¶ Pro incipere, aggredi. to commence, begin, cum infinito.

Cic. 1. *Acad.* c. 1. *extr.* Posteaquam sum ingressus eas res mandare monumentis. *Id.* 15. *Attic.* ep. 11. Cum ingressus essem dicere, quid oportuisset. *Vellei.* l. 2. c. 119. Fuga Rhenum petere ingressus est. *Virg.* 4. *Æn.* v. 107. Sic contra est ingressa Venus. *subaudi* dicere. *to whom thus Venus.* Sic 6. *Æn.* v. 867. Anchises lacrimis ingressus obortis. ¶ Cum accusativo. *Sueton. in Aug.* c. 92. Terra marive ingrediens longinquam profectionem. ¶ Pro adire, subire. *to undergo, encounter.* *Cic. pro Mur.* c. 2. Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur. ¶ Sæpe ponitur pro simplici gradior, incedo, ambulo. *to walk, go, advance, proceed.* *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 31. Qui in compedibus semper fuerunt, etiam cum soluti sunt, tardius ingrediuntur. *Id.* 2. *Attic.* ep. 23. Si stas, ingredere: si ingrederis, curre. *Cels.* l. 5. c. 28. sect. 14. Clavus in pedibus dolorem ingredienti movet. *Colum.* l. 11. c. 3. *ante med.* Ingredi per semitas. *Curt.* l. 5. c. 6. Rex pedes per nivem et glaciem ingredi cœpit. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 481. Quacumque ingreditur, miseris loca cuncta querelis Implet. *Virg.* 10. *Æn.* v. 762. quatiens Mezentius hastam Turbidus ingreditur campo. *stalks.* et l. 4. *Georg.* v. 177. Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit. *campo* et *solo* ablativi casus sunt. et 3. *Georg.* v. 75. pecoris generosi pullus in arvis Altius ingreditur. *walks upright; walks high on his pasterns.* *Plin.* l. 8. c. 5. Elephanti gregatim semper ingrediuntur. ¶ Translate *Cic. de Somn. Scip. c. pænult.* Ingredi vestigiis patris. *to tread in the steps of, imitate.* Eodem sensu dixit *Liv.* l. 37. c. 53. Ingredi vestigia patris. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 16. per titulos ingredimurque tuos. *h. e.* carmine procedimus. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ad fin.* Sublimia debent ingredi, lenia duci, acria currere, delicata fluere. *h. e.* alte velut incedere. ¶ *Ingredier* paragoge pro *ingredi* est apud *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 17. ¶ Tmesis est in illo *Lucretii* l. 4. v. 885. ut velit ire, Inque gredi.

INGRESSĬO, onis, f. *an entering, going in, entrance, ingression,* εἴσοδος, actus ingrediendi. *Cic.* 5. *Phil.* c. 4. Ita ab ingressione fori populum Tribunosque plebis propulsari videres. ¶ Item ambulatio, incessus. *Cic. in Orat.* c. 59. Interdum cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio. *pace.* ¶ Item principium. *Cic. in Orat.* c. 3. Ac video hanc primam ingressionem meam e media Philosophia repetitam, &c.

INGRESSUS, us, m. *a walking into, entering, entrance,* εἴσοδος, actus ingrediendi, introitus. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 84. Prohiberi ingressu. *Plin.* l. 10. ep. 28. Hæc tibi, domine, in ipso ingressu meo scripsi. ¶ Item initium. *a beginning, commencement.* *Quintil.* l. 9. c. 4. *circa med.* Si pars posterior in clausula, deprehendatur rursus in ingressu. *Id. in proœm.* l. 8. Affectus maxime in ingressu causæ ac fine dominantur. *Id.* l. 10. c. 1. In ingressu operis. *Virg.* 4. *Georg.* v. 316. Unde nova ingressus hominum experientia cepit? *h. e.* novum hoc experimentum hominum unde nam initia sumpsit? *Vitruv.* l. 1. c. 1. *ad fin.* Operum ingressus, qui manu aut tractationibus ad elegantiam perducuntur. *the beginning, or laying the foundation of, a structure.* ¶ Item ambulatio, incessus. *a going, walking, gait.* *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 34. Ingressus, cursus, accubitio, inclinatio, sessio. *Plin.* l. 2. c. 94. Quædam terræ ad ingressus tremunt. *Id.* l. 11. c. 15. *extr.* Crura recta, ingressus celsior. *Id.* l. 28. c. 4. Animalis ingressum corrigere. ¶ Item janua, porta, aditus. *Prudent. in Psychom.* v. 843. trinis ingressibus aram Cordis adit.

INGRŬENS, entis, *coming on, hard at hand, violently approaching, falling on with violence or great force, assailing,* qui ingruit, et adventat. *Liv.* l. 5. c. 21. Quo minor ab cuniculo ingruentis periculi sensus esset. *approaching, threatening.* et cap. 37. Adeo occæcat animos fortuna, ubi vim suam ingruentem refringi non vult. *Plin.* l. 8. c. 16. *a med.* Sago contra ingruentis feræ impetum objecto. *Colum.* l. 11. c. 3. *ante med.* Ingruente æstate. *coming on apace, approaching, drawing nigh.* *Curt.* l. 5. c. 1. Ingruentes morbi. *Flor.* l. 4. c. 2. *a med.* Ingruentia tela et saxa.

INGRŬO, is, ui, n. 3. *to come violently upon, fall on with violence or great force, fall out suddenly or unlooked for, approach violently, invade, assail, threaten, be hard at hand, overhang,* ἐπισκήπτω, ἐπιπίπτω, advento, irruo, cum vi accedo, prope sum. Differt ab *immineo, impendeo,* quæ dicuntur de iis, quæ licet sint prope, et supra caput, tamen interdum non eveniunt: at quæ *ingruunt,* et imminent, et certo in nos irruunt, et invadunt, ac nocent. *Voss.* (potius quam a *gruibus:* unde quidam derivant) duci mallet ab *in,* et *ruo,* inserto *g.* *Plaut. Amph.* 1. 1. 81. Hostes crebri cadunt: nostri contra ingruunt vicinius, vi feroces. *make a furious onset.* *Liv.* l. 28. c. 44. *sub fin.* Illuc terror fugaque, populatio agrorum, defectio sociorum, ceteræ belli clades, quæ in nos per quatuordecim annos ingruerunt, vertantur. *Id.* l. 37. c. 23. Ingruere morbi vulgo, maxime in remiges cœperunt. *to fall on, seize.* *Plin.* l. 7. c. 50. *extr.* Et universis gentibus ingruunt morbi. *Virg.* 12. *Æn.* v. 628. Ingruit Æneas Italis, et prœlia miscet. *falls upon, attacks furiously.* et vers. 284. ferreus ingruit imber. *pours down.* et lib. 8. v. 535. Si bellum ingrueret. *Plin.* l. 9. c. 30. *extr.* Si nullus ingruat metus. *Colum.* l. 4. c. 29. Frigus ingruit.

INGUEN, inis, n. *the groin,* βουβὼν, pars corporis humani anterior, ad latera pubis, ubi coxendices imo ventri junguntur. Adhibetur tum in singulari numero, tum in plurali. *Cels.* l. 7. c. 2. et *Plin.* multis in locis. ¶ Interdum sumitur pro tumore inguinum, *a swelling in the groin, bubo* *Lucil.* apud *Fest.* in *Tama.* Inguen ne exsistat, papulæ, tama, ne boa noxit. *Cels.* l. 3. c. 5. Si febris vel ex inguine, vel ex lassitudine, vel ex æstu fuit. Adde l. 2. c. 7. *ante med.* ¶ A similitudine dicitur in arboribus sinus ille, qua ramus trunco adhæret. *the part of the knot of a tree or reed, whence the leaves or branches spring.* *Plin.* l. 16. c. 36. de arundine, et lib. 17. c. 21. de vite. ¶ A loci vicinitate de pudendis. *Horat. Petron. Ovid. Martial. Juvenal.* &c. ¶ Per synecdochen de toto imo ventre. *Stat.* 6. *Theb.* v. 900. procumbentemque secutus Colla simul dextra, pedibus simul inguina vinxit.

INGUINĀLIS, le, *inguinal,* ad inguina pertinens. *Plin.* l. 26. c. 9. Inguinalis, quam quidam argemonem vocant, passim in vepribus nascens, ut prosit inguinibus, &c. [† *Apul. de herb.* c. 60. Inguinalis herba, βουβώνιον, *starwort, cudwort, sharewort.* In loco *Plinii* legitur et *inguinaria:* unde novum verbum excogitavit *Gesnerus.*]

INGURGITATĬO, onis, f. *gormandizing, guzzling, ingurgitation.* *Firmic.* l. 5. c. 8. Qui conviviis et ingurgitationibus delectantur.

INGURGITĀTUS, a, um, nom. particip. *crammed, stuffed,* qui se ingurgitavit. *Petron. in Satyr.* c. 79. Anus diutius ingurgitata ne ignem quidem admotum sensit. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 3. Temeto ingurgitatus aut distentus.

INGURGĬTO, as, a. 1. γαστρίζω, *to eat or drink ravenously, gormandize, guzzle, stuff or cram one's self immoderately with food, glut one's self with meat or drink, swallow greedily, devour, ingurgitate,* cum vehementia devoro, gulam impleo, cibo aut potu intemperanter me obruo. *Cic.* 2. *Fin.* cap. 8. Crudique postridie se rursus ingurgitant. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 35. Ingurgitat se in merum. *Ubi alii legunt:* ingurgitat in se merum. *Gell.* l. 15. c. 2. Ingurgitare ingenium crebris et ingentibus poculis. *Apul.* l. 4. *Metam.* Merum sævienti ventri tuo soles avidiler ingurgitare. ¶ Translate sumitur pro immergere se, immittere, *to plunge.* *Cic. in Pison.* c. 18. Ingurgitare se in flagitia. *Id.* 2. *Phil.* c. 27. In ejus copias cum se subito ingurgitavisset. *Gell.* l. 5. c. 16. Ingurgitare se in Philosophiam. *Lactant.* l. 4. c. 17. Sus se ingurgitat cœno. *wallows.* ¶ Aliquando significat redundare, exundare. *Plin.* l. 17. c. 2. Humor ex nivibus non universus ingurgitans, diluensque, sed distillans.

INGUSTABĬLIS, le, *that cannot be tasted, ingustable,* ἄγευστος, qui gustari non potest. *Plin.* l. 16. c. 26. Fert baccas acerbas et ingustabiles cunctis animantibus.

INGUSTĀTUS, a, um, *not tasted,* non gustatus. *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 30. Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi. *idest* quæ ante nunquam gustaveram. Sunt qui contrario sensu exponunt, gustata.

INGUSTO, as, avi, atum, a. 1. gustandum do, apud *Tertull. advers. Gnost.* c. 7. Jovi in media urbe sanguis humanus ingustatur.

INHABĬLIS, le, *difficult to manage, unmanageable, awkward, unwieldy,* qui facile haberi, *h. e.* adhiberi et tractari non potest. *Liv.* l. 24. c. 34. Quorum telum inhabile ad remittendum imperitis est. *that cannot easily be thrown back, by persons unacquainted with it.* *Id.* l. 33. c. 30. Navis regia, inhabilis prope magnitudinis, quam sexdecim versus remorum agebant. *Curt.* l. 8. c. 9. *a med.* Telum inhabili pondere oneratur. et lib. 9. c. 2. *de elephantis.* Ubi nec stare, nec fugere potuerint inhabiles vastorum corporum moles. *Tacit. in Agric.* c. 36. Quod et ipsis vetustate militiæ exercitatum, et hostibus inhabile. *h. e.* impeditum, incommodum. *Ulpian. Dig.* lib. 8. tit. 5. leg. 4. Inhabile iter. *a bad road.* ¶ Item non aptus, ἀνεπιτήδειος, *unfit, unapt, improper, incapable, unqualified, unable, inhabile.* *Liv.* l. 26. c. 16. *a med.* Multitudinem nullius rei inter se sociam, inhabilem ad consensum fore. *Senec.* ep. 15. Reddere aliquem inhabilem studiis. *Colum.* l. 2. c. 1. Progenerandis esse fetibus inhabilem. et lib. 6. c. 1. Boves labori et culturæ non inhabiles. ¶ Cum infinito, *Callistrat. Dig.* lib. 50. tit. 2. leg. 11. Illi, quasi inhabiles rempublicam tueri, ad tempus excusantur.

INHABITABĬLIS, le, *that cannot be inhabited, uninhabitable,* ἀοίκητος, qui habitari non potest. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 10. Atque terræ magnas regiones inhabitabiles incultasque videmus.

INHABĬTANS. V. *Inhabito.*

INHABITATĬO, onis, f. *a habitation, dwelling, place of abode,* habitatio, domicilium. *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion. c. ult.* ex *Gen.* 27. 40. De opimitate terræ erit inhabitatio tua.

INHABITĀTOR, oris, m. *an inhabitant,* qui inhabitat. *Ulpian.* lib. 9. *Dig.* tit. 3. leg. 5. *ad fin.* Nisi vel dominus fuerit ædium, vel inhabitator. *Hieronym. advers. Helvid.* c. 1. Jesus sacri ventris novem mensibus inhabitator fuit.

INHABĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to inhabit, dwell, or abide in,* ἐνοικέω, in aliquo loco habito, incolo. *Petron. in Satyr.* c. 116. Cum diligentius exploraremus, qui homines inhabitarent nobile solum. *Plin.* l. 6. c. 17. Inhabitatur illa regio. *Apul.* l. 8. *Metam.* Ut in asini corio hominem inhabitare credas. ¶ *Inhabitantes* sunt inhabitatores, incolæ, *the inhabitants.* *Plin.* l. 7. ep. 27. Inhabitantibus tristes noctes per metum vigilabantur. *Apul.* l. 1. *Metam.* Densa inhabitantium ædificia. ¶ *Inhabitare* apud *Tertull.* est in habitum seu vestem assumere, vel potius habere, usurpare, uti, *de Pall.* c. 3. *sub fin.* Varias indumentorum formas promulgavere, quarum pars gentilitus inhabitantur, ceteris incommunes; pars vero passivitus omnibus utiles. ¶ Tribuitur etiam *Livio* l. 24. c. 3. sed lectio valde dubia est.

INHÆRĔO, es, æsi, æsum, n. 2. *to stick in, stick or cleave to, cling or be fast to, be closely connected with, be fixed in, adhere to, inhere,* προσέχομαι, προσκολλάομαι, in aliqua re hæreo, adhæreo, infixus sum. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 46. Quorum linguæ sic inhærent, ut loqui non possent. et 2. *de nat. Deor.* c. 39. Partim fluitantes et innantes belluæ, partim ad saxa nativis testis inhærentes. *Id. de Univ.* c. 10. Sidera suis sedibus inhærent, et perpetuo manent. *Id.* 1. *de Divin.* c. 50. Animi, qui corporibus non inhærent. *Id. Tuscul.* 2. c. 8. Inhærere visceribus. et lib. 4. c. 11. in visceribus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 39. Ea, quæ sunt foris, neque inhærent in rei natura. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 535. inhæsuro similis, jam jamque tenere Sperat. *Colum.* l. 9. c. 8. *circa med.* Prioribus inhærens vestigiis. *treading or standing in.* ¶ De iis qui arcte amplectuntur. *Virg.* 8. *Æn.* v. 124. Excepitque manu, dextramque amplexus inhæsit. *grasped.* *Plin.* l. 5. ep. 16. Ut illa patris cervicibus inhærebat! *clung to, hung about.* ¶ Translate *Cic.* 1. *Tuscul.* cap. 15. Sed nescio quomodo, inhæret in mentibus quoddam augurium, &c. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 3. v. 19. Vultibus illa tuis, tanquam præsentis, inhæret. et lib. 1. el. 6. v. 3. pectoribus tu nostris, uxor, inhæres. et lib. 3. el. 7. v. 11. Inhærere studiis. *h. e.* incumbere. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 561. semper alicui. *to be continually at his side.* *Petron. in Satyr.* c. 88. Lysippum statuæ unius lineamentis inhærentem, inopia exstinxit. *h. e.* nimis assidue intentum statuæ perficiendæ. *intent upon.* *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 11. Opinatio inhærens, et penitus insita. *Id.* 1. *de Fin.* c. 20. Virtutes semper voluptatibus inhærent. *h. e.* voluptates habent conjunctas. ¶ Cum accusat. *Apul.* l. 8. *Metam.* Frustra timorem illum satis inanem perfuncti, longe pejores inhæsimus laqueos.

INHÆRESCO, is, n. 3. *to stick fast in, adhere to,* προσκολλάομαι, inhærens fio, adhæresco. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Ut si qua minima bestiola conaretur irrumpere, in sordibus aurium, tanquam in visco, inhæresceret. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 9. Ne quid emineret, ubi ignis hostium inhæresceret. *Plin.* l. 12. c. 17. Succum villis inhærescere. ¶ Translate *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 2. Poetæ audiuntur, leguntur, ediscuntur, et inhærescunt penitus in mentibus.

INHALĀTUS, us, m. *a breathing in, breath,* afflatus, spiritus. *Apul.* l. 2. *Metam.* Patentis oris inhalatu cinnameo.

INHALĀTUS, a, um, afflatus. *Apul.* l. 2. *Metam.* Surculis, et lapillis, et hujusmodi frivolis inhalatis. *h. e.* magico carmine afflatis.

INHĀLO, as, avi, atum, a. 1. *to breathe in or upon, inhale,* εἰσπνέω, halitu inspiro, afflo. *Cic. in Pison.* c. 6. Cum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses. *Lactant. de Ira Dei,* c. 10. *ante med.* Si ceræ inhalaveris, paulatim per minutissimos rores aqua concrescit.

[* INHĀMO, as, are, a. 1. hamo involvo. *Sidon.* l. 9. ep. 9. *a med.* Ligati syllogismis uncatis, volubilem tergiversantum linguam inhamantibus.]

INHIANTER, *eagerly,* inhiando, cupide. *Augustin.* l. 9. *Confess.* c. 8. Plenos mero caliculos inhianter haurire. et epist. 112. c. 8. Videre Deum cupiunt, et inhianter ardescunt.

INHIATĬO, onis, f. actus inhiandi. *Trebell. Poll. in Gallien.* c. 9. Uniuscujusque vultum mira inhiatione mirantes. *h. e.* intentione oculorum, et animi, quæ oris hiatu interdum significari solet.

INHIBĔO, es, bui, ibitum, a. 2. *to hold in, keep back, check, restrain, repress, curb, prevent, hinder, stop, inhibit,* ἐπέχω, ἀνείργω, rem cœptam, ne ultra progrediatur, impedio, cohibeo, prohibeo, sisto: ab *in* et *habeo.* *Virg.* 12. *Æn.* v. 693. Parcite jam, Rutuli, et vos tela inhibete, Latini. *stay your weapons.* *Petron. in Satyr.* c. 105. Inhibete crudelissimas manus. *keep off.* *Liv.* l. 1. c. 48. Inhibuit frenos is, qui jumenta agebat. *drew in the reins.* *Catull.* carm. 90. *in Gell.* a turpi mentem inhibere probro. *Petron. in Satyr.* c. 108. Inhibere facinus. *Liv.* l. 39. c. 21. *extr.* impetum victoris. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 128. equos. et lib. 1. v. 511. fugam. et l. 7. v. 849. cruorem. *to stanch.* *Plin.* l. 19. c. 8. *ante med.* alvum. *to stay or stop a flux.* *Id.* l. 34. c. 6. *sub fin.* Inhibere non potuit, quominus, &c. ¶ Cum infinito *Id.* lib. 2. cap. 16. *a med.* Inhibentur rectum agere cursum. ¶ Significat etiam habere, exercere, uti, adhibere; ita ut *in* intensiva sit, non privativa. *to use, exercise.* *Cic. Agrar.* 3. c. 2. Sed tamen inhibet illis legibus spem nonnullam ille, cui ademptus est. *Al. leg.* habet in illis. *Liv.* l. 36. c. 28. Dum ego imperium inhibeam in

deditos. *Al. leg.* id habeam. *alii* adhibeam. *Id.* l. 3. c. 50. *a med.* Imperium si quis inhiberet, et viros et armatos se esse, respondetur. *Al. leg.* imperio. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 43. Istoccine hic pacto potest inhibere imperium magister, si ipsus primus vapulet? *Id. Stich.* 5. 4. 17. Utrum Fontinali, an Libero imperium te inhibere mavis? *h. e.* utrum aquæ, an vino præesse mavis? *Liv.* l. 4. cap. 53. Damnum et coercitionem inhibenti auxilio futuros esse. *Al. leg.* ferenti. *Cic. Phil.* 13. c. 18. Ut Brutum, Cassium discruciatos necaret, eademque inhiberet supplicia nobis. *Al. leg.* adhiberet. *inflict.* ¶ Pertinet interdum ad rem nauticam. *Liv.* l. 37. c. 30. *sub fin.* Cum, divellere se ab hoste cupientes, inhiberent Rhodii. *rowed backwards. Cic.* ipse explicat, quid hoc sit. Ita enim scribit *ad Attic.* l. 13. ep. 21. Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. est enim verbum totum nauticum: quamquam id quidem sciebam: sed arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent jussi remiges. Id non esse ejusmodi, didici heri, cum ad villam nostram navis appelleretur. non enim sustinent, sed alio modo remigant. id ab ἐποχῇ remotissimum est. *et mox.* Inhibitio autem remigum motum habet, et vehementiorem quidem remigationis, navem convertentis ad puppim. Hactenus *Cic.* qui tamen alibi *inhibere* jam posuerat eo sensu, quem hic damnat, nempe l. 1. *de Orat.* ubi sic habet c. 33. Ut concitato navigio, cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa navis motum et cursum suum, intermisso impetu pulsuque remorum. [† V. notam *Pearcii*, et *Porti Dict. Ionic.* in πρύμνη.] ¶ Dicitur etiam *inhibere remis*, et *inhibere retro* eo sensu, quem *Cic. ad Attic.* probat. *to row backwards. Justin.* l. 2. c. 12. Ite cessim, inhibete remis, et a bello discedite. *Gronov.* l. 4. *Observat.* c. 26. (ubi multa in hanc rem) reprehendit eos, qui *remos* legunt. *Curt.* lib. et cap. 4. Tyrii inhibentes remis ægre evellere navem, quæ hærebat. *Liv.* l. 26. c. 39. Cum rostris concurrissent, neque retro navem inhiberent. [† *Lucan.* 3. 659. Postquam inhibent remis puppes et rostra reducunt. *sc.* remiges.] ¶ *Inhibere remos* aliud omnino significat, scil. a remigando cessare, quemadmodum *inhibere tela* apud *Liv.* l. 30. c. 10. *a med.* est cessare a telorum jactu. *to cease from rowing; to rest on the oars. Quintil.* l. 12. *in præfat.* Hoc mare ingressus contrahit vela, inhibetque remos. *h. e.* ulterius progredi non audet.

INHIBITĬO, onis, f. actus inhibendi, *the motion of the rowers when the sailors suddenly stop and turn the ship backwards. Cic. Attic.* l. 13. ep. 21. Inhibitio autem remigum motum habet, et vehementiorem quidem remigationis, navem convertentis ad puppim. V. *Inhibeo.*

INHIBĬTUS, a, um, *checked, restrained, hindered, stopped,* cohibitus, frenatus. *Curt.* l. 10. c. 6. Futuri exspectatio, inhibitis lacrimis, silentium fecit. *Id.* l. 4. c. 16. Inhibitus cursus. ¶ *Inhibita navis* est ad puppim conversa. V. *Inhibeo. Liv.* l. 30. c. 10. *ad fin.* Ut quæque retro inhibita rostrata onerariam hærentem unco traheret. ¶ Item adhibitus, usurpatus. *Liv.* l. 37. c. 51. Magnis contentionibus certatum est, et imperia inhibita ultro citroque, et pignora capta, et multæ dictæ. *commands issued.* V. *Inhibeo.*

INHĬO, as, avi, atum, n. 1. *to stand open-mouthed, gape at; to desire, long for, covet,* ἐπιχαίνω, idem quod hiare, ore aperto esse: translate autem vehementer cupere, appetere: tractum a lupis famelicis, qui aperto ore cibum appetere dicuntur. Unde illud *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 626. Oraque sicca ferunt trepidorum inhiasse luporum. *h. e.* aperto rictu, et morsu non illato. Regit tum dativum, tum accusativum, vi præpositionis, quæ est in ipso verbo. *Plaut. Stich.* 4. 2. 25. Illic homo tuam hereditatem inhiat, quasi esuriens lupus. *Id. Aulul.* 2. 2. 17. Inhiat aurum ut devoret. *Cic. Catil.* 3. c. 8. Romulus lactens uberibus lupinis inhians. *Senec. in Herc. Fur.* v. 166. Hic nullo fine beatus componit opes, gazis inhians. *Valer. Flacc.* lib. 2. v. 531. Inhiare prædæ. *Cæcil.* apud *Gell.* lib. 2. cap. 23. mortem alicujus. *Virg.* 2. *Georg.* v. 463. varios pulcra testudine postes. *to gape after or covet doorposts variegated with tortoise-shell.* ¶ Item vehementer in aliquid intendere, cognoscendi causa, aut videndi. *Virg. Æn.* 4. v. 63. pecudumque reclusis Pectoribus inhians, spirantia consulit exta. *intent upon.* et *sub fin.* l. 7. Illam omnis tectis agrisque effusa juventus, Turbaque miratur matrum, et prospectat euntem, Attonitis inhians animis. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 469. postquam primis inhiantia dictis Agmina, suppressumque videt jam murmur Iason. ¶ Etiam in admiratione ac stupore locum habet. *Virg.* 4. *Georg.* v. 483. tenuitque inhians tria Cerberus ora. *stupified with amazement.*

INHONESTAMENTUM, i, n. *disgrace, dishonour, disparagement,* dehonestamentum, dedecus, ἀτιμία. *Gracchus* apud *Isid.* l. 2. *Orig.* c. 21. Pueritia tua adolescentiæ tuæ inhonestamentum fuit. *Apul. in Apolog.* Sedulo laboro, ne quid maculæ aut inhonestamenti in me admittam.

INHONESTAS, atis, f. inhonestamentum, dedecus. *Tertull.* l. 5. *advers. Marcion.* c. 5. *sub fin.* Stultitiæ, et infirmitati, et inhonestati, et contemptui deputari possunt. *Id. advers. Jul.* c. *ult.* Omni inhonestate prostratus.

INHONESTE, *dishonourably, disgracefully, basely,* αἰσχρῶς, indecore, turpiter. *Terent. Andr.* 4. 5. 2. Inhoneste optavit parere hic divitias, Potius quam in patria honeste pauper vivere. *by dishonourable means. Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. *ad fin.* Accusavit Nasicam inhoneste: modeste tamen dicit. *Gell.* l. 10. c. 19. Inhoneste et improbe facere aliquid. *Capitolin. in Vero,* c. 8. Libertis inhonestius indulsit. *Vellei.* l. 2. c. 37. Inhoneste submitti alicui. *with shame and disgrace.*

INHONESTO, as, avi, atum, a. 1. *to dishonour, disgrace,* ἀτιμάζω, dedecoro, dehonesto. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 8. v. 19. Ne cadat et multas palmas inhonestet adeptas, Languidus in pratis gramina carpit equus. *Heinsius* hoc distichon illegitimum esse suspicatur.

INHONESTUS, a, um, *dishonourable, disgraceful, shameful, base, foul,* ἄτιμος, αἰσχρὸς, turpis, inhonorus, fœdus. *Cic. pro Dom.* c. 41. Cum expeti nihil ab iis, quod sit injustum atque inhonestum arbitrere. *Cœl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 6. Omnia fœda et inhonesta sunt. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 6. *extrem.* Inhonestissima cupiditas. *Val. Max. in fi.* l. 7. Quid hoc joco inhonestius? *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 36. ignota matre inhonestus. *debased by the obscurity and meanness of his mother. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 18. Homo turpissimus atque inhonestissimus. *Propert.* l. 2. el. 7. v. 89. Mors inhonesta. *Virg.* 6. *Æn.* v. 497. truncas inhonesto vulnere nares. *unsightly, unseemly. Ovid.* 2. *Fast.* v. 211. hostes inhonesta vulnera tergo accipiunt. *Gell.* l. 7. c. 3. *a med.* Velle id facere, si liceat, inhonestum non est. ¶ Pro sordido, deformi. *dirty, nasty, filthy, sordid, ugly, deformed. Terent. Eun.* 2. 3. 65. Illum ne, obsecro, inhonestum hominem, quem mercatus est heri, senem, mulierem? et 5. 4. 15. Harum videre illuviem, sordes, inopiam, quam inhonestæ solæ sint domi, atque avidæ cibi.

INHONORABĪLIS, le, adject. inhonorus. *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 17. Si inglorius, si ignobilis, si inhonorabilis.

INHONORĀTUS, a, um, *without honour, not honoured, dishonoured,* ἀτίμητος, non honoratus. *Liv.* l. 33. c. 23. Inhonoratior triumphus. *less honoured. Cic.* 3. *Tuscul.* c. 34. Vita inhonorata et ingloria. *h. e.* ejus, qui nullos honores in republica gessit. *not spent in the enjoyment of any public office, private, retired. Ovid.* 8. *Metam.* v. 280. Inhonorata dea. *h. e.* cui nulli turis et sacrificii honores sunt habiti. *unhonoured, disregarded.* ¶ Item indonatus, nullo præmio affectus. *unrewarded. Liv.* l. 37. c. 54. Ne regem amicum inhonoratum dimitteretis. *Id.* l. 35. c. 12. Omnium Græciæ gentium inhonoratissimi. *the least honoured or regarded. Flor.* l. 2. c. 8. Inhonoratam apud Romanos querens militiæ suæ societatem. Adde *Ovid.* 13. *Metam.* v. 41.

INHONORIFĬCUS, a, um, adject. *dishonourable. Senec. de constant. Sap.* c. 10. Ob factum dictumque inhonorificum.

INHONŌRO, as, avi, atum, a. 1. *to dishonour. Tertull. de resurr. carn.* c. 10. et *de fuga in persecut.* c. 5.

INHONŌRUS, a, um, *without honour, not honoured or regarded, not looked up to or respected, of small note, inconsiderable, obscure, ignoble,* ἀκλεὴς, sine honore, ignobilis. *Plin.* l. 5. c. 30. Aliæque inhonoræ civitates. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 62. Revulsæ imperatorum imagines, inhonora signa. *stripped of their ornaments, squalid. Plin.* l. 15. c. 24. Inhonorum pomum. *h. e.* nullo in pretio habitum. *Id.* l. 36. c. 5. *ad fin.* Inhonorus Hercules. *h. e.* cui nullus honor sacri habetur. *Sil.* l. 10. v. 391. heu rebus facies inhonora sinistris. *h. e.* turpis, tristris, miseranda. *a dismal appearance.*

INHORRĔO, es, ui, n. 2. *to stand an end, stand or rise erect, become rough or horrent,* ἐπιφρίττω, idem quod horreo, aut valde horreo, horridus fio. V. *Horreo,* et *Horrens.* Frequentem habet usum in præteritis. *Lucret.* l. 6. v. 1193. inhorrebat rictum. *h. e.* ore rigebat. *Virg. Georg.* 1. v. 314. Spicea jam campis cum messis inhorruit. *when the spiky harvest bristled or waved in the fields. Id. Æn.* 10. v. 711. Aper ferox infremuit, et inhorruit armos. *raised up the bristles on his shoulders. Apul.* l. 8. *Metam.* Aper pilis inhorrentibus corio squalidus. *Petron. in Satyr.* c. 17. Tam periculoso inhorrui frigore, ut tertianæ etiam impetum timerem. *Liv.* l. 8. c. 1. Hastas subrecta cuspide in terra fixas, haud secus quam vallo septa inhorreret acies, tenentes. *Virg.* 3. *Æn.* v. 195. et inhorruit unda tenebris. *was terrible with. Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 9. agitatus inhorruit aer. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 348. inhorruit æther, Luctificum clangente tuba. [† *Horat. Carm.* 1. 23. 5. Nam seu mobilibus veris inhorruit Adventus foliis. *h. e.* folia commota sunt et tremuerunt; ut exponit *Vetus Scholiasta. has rustled.*] ¶ De iis, qui horrore frigoris percelluntur. *to shudder with cold. Cels.* l. 3. c. 12. Cum primum aliquis inhorruit, et ex horrore incaluit. ¶ Item qui metu, aut stupore. *to tremble or shudder for fear. Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 5. n. 7. Horum severitate dicitur inhorruisse primum civitas. *to have been struck with horrour.* Al. leg. *severitatem. Tacit.* 11. *Ann.* c. 28. Igitur domus principis inhorruerat. ¶ *Inhorruit* dixit *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 309. *de Mercurio,* ad explicandum ejus transitum ab aura cælesti ad terrestrem.

INHORRESCO, is, n. 3. *to begin to stand an end, stand or rise erect, bristle, grow rough or horrid,* ἐπιφρίττω, inhorrere incipio, horresco. *Plin.* l. 10. c. 41. Gallinæ inhorrescunt, edito ovo, excutiuntque sese. *erect their feathers. Id.* l. 11. c. 28. Frigoris impatientia, villis inhorrescunt. *Pacuv.* apud *Cicer.* 1. *de Divin.* c. 14. Inhorrescit mare, tenebræ conduplicantur. *grows rough or dreadful. Plin. in fi.* l. 18. Trifolium inhorrescere, et folia contra tempestatem subrigere. *Solin.* c. 24. (*al.* 37.) Atlas manat fontibus, nemoribus inhorrescit, rupibus asperatur. ¶ De iis, qui horrore febrili corripiuntur, aut frigore. *Cels.* l. 3. c. 12. *a med.* Antequam inhorrescere possit, operiatur. *Id.* l. 1. c. 3. Frigidæ potio inutilis est iis, qui facile inhorrescunt. *turn cold. Apul. de Mundo.* Aer nivibus et glacie inhorrescit. *grows horrid with snows.* ¶ Et qui horrorem ac metum sentiunt. *Apul. sub fin.* lib. 5. *Metam.* Rusticæ feminæ colloquium prius adhibendum est? inhorresco. *I shudder to think of it. Tacit.* 3. *Hist.* c. 85. Terret solitudo, et tacentes loci: tentat clausa, inhorrescit vacuis. ¶ Translate *Quintil.* l. 9. c. 4. *post med.* Adeo rebus accommodanda compositio, ut asperis asperos etiam numeros adhiberi oporteat, et cum dicente æque audientem inhorrescere. ¶ Cum accusativo. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 24. Cum tantæ severitatis vim milites inhorrescunt.

INHORTĀTUS, a, um, particip. passivæ significationis, *exhorted, encouraged,* apud *Apul.* l. 9. *Metam. sub fin.* Canes pastoricios in eorum exitium inhortatos immitti præcepit.

INHORTOR, aris, atus sum, dep. 1. idem quod hortor, vel valde hortor. *Apul.* l. 8. *Metam.* Jubilationibus et hujuscemodi vocibus nobis inhortantur.

INHOSPITĀLIS, le, *uninhabitable, inhospitable, uninhabited, savage, rough, wild, barbarous, desert, desolate,* ἄξενος, qui nullos recipit hospites, inhabitabilis. *Plin.* l. 6. *in præfat.* Pontus Euxinus, ante ab inhospitali feritate Axenos appellatus. *Horat.* l. 1. od. 22. v. 6. Facturus iter per inhospitalem Caucasum. *Plin. in Paneg.* c. 34. *extr.* Nuda saxa et inhospitale litus incolere. *Senec. in Troadib.* v. 215. Inhospitale regnum. ¶ Translate *Plin.* l. 17. c. 14. *de insitione.* Reliqua observatio, ne fissura in nodo fiat: repudiat quippe advenam inhospitalis duritia.

INHOSPITALĬTAS, atis, f. *inhospitality, unkindness to strangers,* ἀξενία, vitium contrarium hospitalitati. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 11. *extr.* Ut inhospitalitas sit opinio vehemens, valde fugiendum esse hospitem, eaque inhærens et penitus insita.

INHOSPITALĬTER, adverb. *inhospitably,* crudeliter, inciviliter. *Tertull.* l. 4. *adv. Marcion.* c. 24. Populum inhumane, et inhospitaliter copiis defraudare.

INHOSPĬTUS, a, um, *inhospitable, uninhabitable, rough, desert, wild,* ἄξενος, inhospitalis, hospitio non aptus, sive propter asperitatem loci, sive propter inhumanitatem incolarum. Vox poetica. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 15. Ipse domum magni, nec inhospita tecta Crotonis Intrasse. *Virg.* 4. *Æn.* v. 41. Inhospita Syrtis. et lib. 5. v. 627. inhospita saxa. *Horat.* l. 1. ep. 14. v. 19. deserta et inhospita tesqua. ¶ Translate *Sil.* l. 1. v. 237. Nec Cereri terra indocilis, nec inhospita Baccho. *averse, unfit.* ¶ Substantive *Id.* l. 4. v. 753. tanta inter inhospita. *Id.* l. 6. v. 308. Et durus facilem per inhospita ducere vitam.

INHOSTUS, a, um, iniquus. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 31. Vitellius ventre et gula sibi inhostus. et lib. 15. *Ann.* c. 25. Pax inhosta. Ita leg. *Pareus,* et *Grævius*: Alii priore quidem loco, *sibi ipse hostis*: posteriore vero *inhonesta.*

INHUMANATĬO, onis, f. *incarnation,* ἐνσάρκωσις. *Justinian.* l. 1. *Cod.* tit. 1. leg. 5. et 6. *sub fin.* Unigeniti Dei Filii inhumanationem, sive humanitatem, &c.

INHUMANĀTUS, a, um, *incarnated, incarnate, embodied with flesh,* ἐνσαρκωθεὶς, homo factus. *Imp. Justin.* lib. 1. *Cod.* tit. 1. leg. 6. Jesus Christus inhumanatus, sive homo factus est, et passus Crucem pro nobis.

INHUMĀNE, adverb. *inhumanly, savagely, cruelly, barbarously,* ἀπανθρώπως, duriter et contra legem humanitatis, inurbane, inciviliter. *Cicer.* 3. *Offic.* c. 6. Inhumane feceris, contraque naturæ legem. *Id. de Amic.* c. 13. Inhumanius dicere. *Terent. Heaut.* 5. 5. 1. Nimis graviter cruciat adolescentulum, nimisque inhumane. *Nazar. in Paneg. ad Constantin.* c. 16. Tenebo hunc orationis modum, ut nec inhumane de ceteris muta sit, nec odiose de instantibus loquatur. *h. e.* maligne, cum invidentia.

INHUMANĪTAS, atis, f. *inhumanity, cruelty, savageness, barbarity,* ἀπανθρωπία, vitium humanitati contrarium, immanitas, crudelitas. *Cic.* 7. *Verr.* c. 44. Illam clementiam, mansuetudinemque nostri imperii in tantam crudelitatem inhumanitatemque esse conversam? *Id. pro Deiot.* c. 12. Quæ est ista tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? ¶ Interdum quiddam minus significat, scil. rusticitatem, incivilem animum, et qui se minus comem et obsequentem præbet, *rudeness, incivility, unkindness, discourtesy, disrespect. Cic.* 1. *de Orat.* c. 22. Me tibi cupienti atque instanti sæpissime negasse, dixisti: quod ego non superbia, neque inhumanitate faciebam, &c. Affinis huic est alter locus *ejusd. Phil.* 2. c. 4. ubi *inhumanitatem* Antonio objicit, quod litteras a se amice missas,

offensione interposita, palam recitasset. hoc enim esse, tollere e vita vitæ societatem. Unde colligimus universim *inhumanitatem* dici quidquid humanæ societati, vitæque civili opponitur.

INHUMANĪTER, *uncivilly, rudely, discourteously, unkindly*, ἀπανθρώπως, inhumane. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 6. Me miratum esse, illum tam inhumaniter fecisse, ut sine meis litteris ad te proficisceretur.

INHUMĀNUS, a, um, *inhuman, cruel, barbarous, savage*, ἀπάνθρωπος, humanitatis expers, crudelis, immanis. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 19. *extr.* Vox inhumana et scelerata eorum, qui negant se recusare, quo minus, ipsis mortuis, terrarum omnium deflagratio consequatur. (*Sueton. de Ner.* c. 38. Dicente quodam, Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρὶ, imo inquit ἐμοῦ ζῶντος.) *Id. Verr.* 7. c. 46. Quis tam fuit durus et ferreus, quis tam inhumanus, qui non illorum miseria commoveretur? *Ovid.* 3. *Trist.* el. 9. v. 2. Inter inhumanæ nomina barbariæ. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 70. Inhumana via. *h. e.* cadaveribus strata, et strage recentis pugnæ. et lib. 3. c. 83. Inhumana securitas. *h. e.* quæ in media cæde, et urbis direptione voluptatibus tamen dat operam. ¶ Interdum mitiore sensu usurpatur de eo, qui agrestibus est moribus, qui humanæ naturæ ac societatis ignarus, qui incivilis, durus, difficilis, *rude, unpolished, discourteous, uncivil, ill-bred, illiterate, rough, surly, churlish, morose. Cic. in fi. Verr.* 4. At mores commodi. quis contumacior, quis inhumanior, quis superbior? At hæc sine cujusquam malo. quis acerbior, quis insidiosior, quis crudelior unquam fuit? *Id. de Senect.* c. 3. Moderati nec difficiles, nec inhumani senes tolerabilem agunt senectutem. *Id. Attic.* l. 12. ep. 46. Isto animo nihil agreste, nihil inhumanum est. *Id.* 1. *Offic.* c. 40. *ad fin.* Si quid attentius cogitet, non reprehendatur: at hoc idem si in convivio faciat, inhumanus videatur. *coarse, ill-bred.* et cap. 36. Adhibenda est munditia, non odiosa et exquisita nimis, tantum quæ fugiat agrestem et inhumanam negligentiam. *Terent. Eun.* 5. 2. 41. Non adeo inhumano ingenio sum, neque ita imperita, ut quid amor valeat, nesciam. *Id. Phorm.* 3. 2. 24. Homo inhumanissimus. ¶ Pro non humanus, sed cælestis, divinus. *Apul.* l. 5. *Metam.* Lavacro pulcherrimo, et inhumanæ mensæ lautitiis eas opipare reficit.

INHUMĀTUS, a, um, *unburied*, ἄταφος, non humatus, insepultus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 69. Is cum esset projectus inhumatus, ab omnibusque desertus jaceret, amica corpus ejus texit suo pallio. *Virg.* 11. *Æn.* v. 22. Interea socios, inhumataque corpora terræ Mandemus. *Lucan.* l. 7. v. 820. cui dant pœnas inhumato funere gentes.

INHUMECTUS, a, um, non humectus, siccus. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 37. *a med.* Cum inhumectum atque siccum fuerit corpus.

INHUMĬGO, as, a. 1. madefacio, *to moisten. Livius Andron.* apud *Non.* c. 1. n. 331. Confluges ubi conventu campum totum inhumigant.

INHŬMO, as, a. 1. *to bury in the ground, cover with earth, inter*, ἐνθάπτω, humo intego, terra obruo. *Plin.* l. 17. c. 18. Non inhumare taleas, aut siccare prius, quam serantur, utilius compertum.

INĬBI, adverb. *in that very place, just there, precisely there*, αὐτόθι, in eo ipso loco: ex *in*, et *ibi*. *Cic. Agrar.* 1. c. 7. Superbia nata inibi esse ex Campanorum fastidio videtur. *Cato R. R.* c. 18. Prelum longum pedes vigintiquinque: inibi lingulam pedes duos. *h. e.* in eo. Sic *Gell.* l. 17. c. 8. Aula lentis Ægyptiæ, et cucurbitæ inibi minutim cæsæ. et cap. 12. Inibi in iisdem laudibus. *pleonasmus.* ¶ Item in ea re. *in that, therein. Plaut. Pers.* 1. 3. 45. Marsupium habeat: inibi paulum præsidii. ¶ Refertur etiam ad tempus, et significat prope, jam jam, mox. *presently, by and by, shortly, anon. Cic. Phil.* 14. c. 2. Quod sperare debemus, aut inibi esse, aut jam esse confectum. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 427. Profecto aut inibi est, aut jam potiuntur Phrygum. *Cæcil. ibid.* Liber ne es? non sum: verum inibi est. *Gell.* l. 1. c. 3. Cum die vitæ suæ postremo eum inibi mors occuparet.

INJECTĬO, onis, f. *a casting or laying upon, injection*, ἐπιβολή, actus injiciendi. Manus injectio, est jus domini in re capienda, quam suam agnoscit, seu vindicatio rei nobis debitæ, nulla judicum auctoritate exspectata. *the laying of one's hand on a thing, which was the form used by the Romans in claiming possession of any thing. Quintil.* l. 7. c. 7. *sub fin.* Patri in filium, patrono in libertum manus injectio sit. *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 4. leg. 10. Venditor manus injectionem excepit. *Lex XII. Tab.* apud *Gell.* l. 20. c. 1. *a med.* Æris confessi debitique jure judicatis triginta dies justi sunto: post deinde manus injectio esto, in jus ducito, &c. *h. e.* injecta manu et obtorto collo, ut ait *Plaut. Pœn.* 3. 5. 45. in jus ducere fas esto. ¶ Translate *Senec. de Constant. Sapient.* c. 5. Habebat secum vera bona, in quæ non est manus injectio. *h. e.* in quæ fortuna jus non habet, ut auferat, cum libuerit. ¶ Pro objectione usurpat *Tertullian. advers. Hermog.* c. 10.

INJECTĪVUS, a, um. *Aggen. comment. in Frontin. de limitib. agror.* pag. 63. *Goes.* Injectivus status est generalis. Nam sive de possessione, sive de fine controversia nascatur, per hoc repetitio justa injustaque injicitur.

INJECTO, as, avi, atum, *to lay upon*, frequentat. ab injicio. *Stat.* l. 9. *Theb.* v. 133. Ausus erat furto dextram injectare Leonteus, Pone viros, atque arma latens, positumque trahebat, Prenso crine, caput. *to stretch forth the hand.* Adde *Sil.* l. 3. v. 183. et *Lucan.* l. 3. v. 611.

INJECTUS, us, m. *a laying or casting upon*, idem ac injectio. *Plin.* l. 8. c. 16. Quamvis levi injectu operto capite. *h. e.* injectu vestis operto leonis capite. *his head being covered by throwing over it any thing however light.* et cap. 17. Secutus, qua trahebat vestem unguium levi injectu. *h. e.* immissis leviter in vestem unguibus. *by gently laying on his claws. Id.* l. 11. c. 17. *extr.* Quæ dimicatio injectu pulveris discutitur. *by the throwing or casting of dust on them. Stat.* l. 4. *silv.* 3. v. 22. novoque Injectu solidat graves arenas. *by throwing upon. Lucret.* l. 2. v. 738. In quæ corpora si nullus tibi forte videtur Posse animi injectus fieri, procul avius erras. *h. e.* immissio, infusio.

INJECTUS, a, um, *thrown or cast into*, ἐπερριμμένος, intro jactus, immissus: ab *injicio. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 58. Injecta manu ferrea, et retenta utraque nave. *Cic. pro Cluentio*, c. 29. Injectus in flammam. *Hirt. de B. Alex.* c. 29. Repentino aggere injecto, flumen transierunt. ¶ Item conjectus, *thrown, cast, hurled. Auct. de B. Hispan.* c. 23. Multis telis injectis, complures vulneribus affecere. ¶ Item impositus, *thrown or cast upon. Liv.* l. 27. c. 32. Raptus ab suis, atque alteri equo injectus fugit. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 27. Se interfectum in plaustrum a caupone esse conjectum, et supra stercus injectum. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 153. neque injecta tumulabor mortua terra. *Nep. in Agesil.* cap. 8. Ut terra tecta esset stramentis, neque huc amplius quam pellis esset injecta. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. Hæc directa materia injecta contexebantur. *Liv.* l. 1. c. 51. *sub fin.* Turno injectæ catenæ. *Ovid. initio* l. 14. *Metam.* Giganteis injectam faucibus Ætnen. et lib. 11. v. 770. Injectos humeris siccantem sole capillos. *h. e.* sparsos, diffusos. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 266. Injecta lateant fac tibi veste pedes. ¶ *Injectus vestem* Græca loquendi ratione, est vestem injectam, seu super indutam habens. *Apul.* l. 9. *Metam.* Raptim tunicam injectus, procurrit cubiculo. ¶ Translate *Cic. Verr.* 7. c. 9. *sub fin.* Hominem pecuniosissimum, sine aliqua causa quæstus injectum ad tam incredibile crimen. *h. e.* inductum. *induced.* Al. aliter leg. *Id. pro Cluent.* c. 38. Tam atrocis rei suspicio injecta. *h. e.* mota. *et de Provinc. Consul.* c. 18. et *Liv.* l. 27. c. 28. Terror alicui injectus. *h. e.* illatus. *Id. pro Mur.* c. 23. Plaga injecta petitioni tuæ. *h. e.* inflicta. *Id. pro Cæcin.* c. 29. Periculum mortis injectum. *h. e.* objectum. *Id. pro Cluent.* c. 28. Injectus scrupulus. *Id. Attic.* l. 7. ep. 3. Cogitatio de triumpho nobis injecta. *a thought suggested. Horat.* l. 1. sat. 4. v. 94. Injecta mentio. *mention made. Cic. de Harusp. resp.* c. 21. Injecta fax luctuosa reipubl. *h. e.* conjecta. *Phædr.* l. 1. fab. 27. v. 5. Injecta illi divitiarum cupiditas.

INĬENS, ineuntis, *entering upon, commencing, beginning*, ἀρχόμενος, particip. verbi *Ineo. Cic.* 4. *de Fin.* c. 12. Magnum et difficile certamen iniens. *Curt.* l. 5. c. 1. *a med.* Feminarum convivia ineuntium modestus est habitus. *Justin. in fi.* Prima bella ineunti aquila in clypeo consedit. *Gell.* l. 2. c. 15. *extr.* Consulatum ineuntes. ¶ Sæpe refertur ad tempus anni, aut ætatis incipiens, ut ineunte æstate, *Cic.* l. 4. *Attic.* ep. 2. *ad fin.* ineunte vere, *in the beginning of spring, Id. pro leg. Manil.* c. 12. *extr.* ab ineunte ætate, *from one's youth, Id. ibid.* c. 1. adolescentia, *in early youth; at the age of about seventeen, Id. in Divin. Verr.* c. 2. ineuntis ætatis inscientia, *of youth, Id.* 1. *Offic.* c. 34. ex ineunte ævo, *Lucret.* l. 5. v. 857. ineunte anno novo, *Sueton. in Tiber.* c. 61.

INJEXIT, injecerit. V. in *Injicio*.

INĬGO, is, egi, actum, a. 3. *to lead or drive in*, ἐπάγω, (ab *in*, et *ago*) intro ago, induco, impello: cui contrarium est *exigo*: verbum rusticorum, et de pecudibus usurpatum. [*Fronto ad M. Aurel.* l. 2. ep. 7. Equum in oves inigo; oves consternatæ disperguntur.] *Festus*: Inigere pecus, agere, idest minare. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 2. Quibus locis messes sunt factæ, inigere est utile. *h. e.* ad pastum inducere. *et paulo post.* Inigunt in stabula ea, quæ habent ad eam rem seclusa. et lib. 1. c. 2. *a med.* Capram Athenis in arcem non inigi, præterquam semel ad sacrificium. ¶ Hinc particip. *inactus. Id. ibid.* c. 52. Apud alios exteritur (*seges*) grege jumentorum inacto, et ibi agitato perticis. ¶ De aliis rebus. *Senec.* ep. 103. Nunquam feras ad nocendum nisi necessitas inigit. *Apul.* l. 4. *Metam.* Anus repentino pulsu nutantem ac pendulum præces inegit. *h. e.* in præceps egit, præcipitem dedit.

INJICĬO, jicis, jeci, jectum, a. 3. *to throw or cast into, throw in, inject*, ἐμβάλλω, ἐπιῤῥίπτω, intro jacio, ingero, immitto, conjicio: ab *in*, et *jacio. Plaut. Pers.* 1. 3. 7. Struthea, coluthea appara, bene ut in scutris concaleant: calamum injice. *Plin.* l. 18. c. 18. *extr.* Semen protinus injiciunt, cratesque supertrahunt. *Colum.* l. 12. c. 22. Aquæ decoctæ congios duos injicito. ¶ *Injicere se*, se conjicere, *to cast himself. Terent. Andr.* 1. 1. 113. Quæ se in ignem injicere voluit. *Virg.* 2. *Æn.* v. 408. Et se se medium injecit periturus in agmen. et l. 8. v. 257. seque ipse per ignem Præcipiti injecit saltu. et l. 9. v. 552. fera se se haud nescia morti Injicit, et saltu supra venabula fertur. *Plin.* l. 8. c. 40. Injicere se flammæ. ¶ Item super jacio, impono, *to throw over or upon. Quintil. in procem.* l. 6. Infaustum opus super inmaturum funus consumpturis viscera mea flammis injicere. *Plin.* l. 8. c. 12. Ab excelsa arbore se injicit. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. Eo super tigna bipedalia injiciunt. *Liv.* l. 26. c. 6. Injicere pontem. *Hirt. de B. Afric.* c. 83. Tela in elephantos injicere. *Cic. pro Mur.* c. 24. securim alicui. *h. e.* impingere, illidere, infligere. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 235. tædas ad fastigia tectorum. *Plaut. Epid.* 5. 2. 25. tragulam in aliquem. *Id. Capt.* 3. 5. 1. manicas alicui. *to put upon. Virg. Ecl.* 6. v. 19. et *Cic. in fi.* l. 3. *de Fin.* vincula. *Cic. in carm. de suo Consulatu*, l. 1. *de Divin.* c. 12. Et Capitolinis injecit sedibus ignem. *h. e.* fulmen jecit. *Liv.* l. 40. c. 31. *extr.* Injicere ignem castris. *to set fire to. Horat.* l. 4. od. 15. v. 10. et *Cic.* 5. *Phil.* c. 9. frenos cuipiam. *to put reins upon, bridle. Virg. Æn.* 6. v. 365. terram alicui. *to inter.* Rursus *Plaut. Trucul.* 2. 5. 26. Pallium injice in me huc, Archilis. *h. e.* indue me: *put this cloak on me. Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 4. v. 101. Prome, quod injicias humeris victoribus ostrum. et *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 34. Eique laneum pallium injecit. *put upon. Quintil.* l. 11. c. 3. *ad finem.* Togam ex integro injicere. *to clothe himself. Catull.* carm. 35. *ad libellum*, v. 10. et *Ovid.* 3. *Metam.* v. 389. Injicere brachia collo. *to throw about.* ¶ Translate est immittere, afferre, objicere. *Cic.* 3. *Catil.* c. 3. Injicere tumultum civitati. *Id.* 5. *Verr.* c. 28. formidinem alicui. *Id.* l. 3. *Attic.* ep. 22. spem. *Id.* 5. *de Fin.* c. 11. terrorem mortis. *Plaut. Cas.* 3. 3. 26. metum alicui in pectus. *Cic. pro Cæcin.* c. 33. religionem. *Id. pro Cluent.* c. 28. scrupulum. *Nep. in Eumen.* c. 9. suspicionem. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 10. cupiditatem. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 46. alacritatem et studium pugnandi exercitui. *Cic. pro Mil.* c. 31. alicui mentem, ut audeat, &c. *to inspire one with*, &c. *Id. Attic.* l. 7. ep. 3. cuipiam cogitationem de triumpho. *Liv.* l. 27. c. 4. curam, ne, &c. *Virg.* 10. *Æn.* v. 728. iras stimulis haud mollibus. *Plaut. Amph.* 3. 1. 15. frustrationem. *h. e.* fallere, decipere. *Id. Pseud.* 2. 1. 15. metum et fugam perduellibus. *Nep. in Iphicr.* c. 3. admirationem sui. *h. e.* excitare. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 17. alicui voluptatem præfecturæ. *to cause him to fancy or desire.* Al. leg. *voluntatem. Cic. pro Cæcin.* c. 2. alicui causam deliberandi, et judicandi justam moram. *h. e.* præbere, offerre causam et rationem deliberandi, &c. *Liv.* l. 34. c. 4. *a med.* certamen. *h. e.* præbere occasionem certaminis. *Id.* l. 35. c. 25. cunctationem. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 241. arma regnis. *h. e.* bellum inferre. ¶ *Injicere alicui nomen cujuspiam* est inculcare, et veluti imprimere. *Cic. pro Dom.* c. 6. Meum nomen operis ediderat, imperitis injecerat. *h. e.* servis quidem jusserat, ut me nominarent, imperitis vero suaserat. ¶ *Injicere manum*, est extensa manu prehendere, ἐπιβάλλειν χεῖρα. *to lay hands on, take hold of. Petron. in Satyr.* c. 115. Injicio ego phrenetico manum, jubeoque, &c. ¶ Translate *Cic. pro Rosc. Com.* c. 16. Ipsa mihi veritas manum injecit, et paulisper consistere, et commorari cogit. *Senec. in procem.* l. 1. *controv. a med.* At cum sibi manum injecerat, et se blandiendo, unde abduxerat, revocarat, tantis viribus incumbebat in studium, ut, &c. *Vellei.* l. 2. c. 41. Scribenti manum injicere. *h. e.* retinere, et morari. ¶ Præterea *injicere manum*, verbum est juris, et significat manu capere, sibi vindicare, possessionem apprehendere alicujus rei, aut personæ, tanquam nostri sit juris, non exspectata sententia judicis, ut in *Injectio* dictum est: quod in quibusdam casibus Lex permittit, ut domino in servum fugitivum, &c. *to lay hands on, seize, claim as one's property, take possession of. Liv.* l. 3. c. 44. Virgini venienti in forum minister decemviri manum injecit, serva sua natam (servamque appellans) esse: sequique se jubebat: cunctantem vi abstracturum. *Ovid. Heroid.* ep. 8. v. 16. Injice non timidas in tua jura manus. Adde *Paul. Dig.* lib. 18. tit. 7. leg. 9. ¶ Translate *Virg.* 10. *Æn.* v. 419. Injecere manum Parcæ, telisque sacrarunt Evandri. *h. e.* tanquam suum vindicarunt, et ad mortem traxere. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 11. *extr.* Animus sacer et æternus est, cui non possunt injici manus. *Plin.* l. 10. ep. 19. Quieti ejus injeci manum, et exegi, ut me in Bithynia consilio instrueret. *h. e.* otiosum eum nactus, quasi injecta manu me sequi jussi, ejusque operam mihi vindicavi. ¶ Etiam qui in jus vocant, *injicere manum* dicuntur. *Plaut. Pers.* 1. 2. 18. Ubi quadruplator quempiam injexit manum; tantidem idem illi rursus injiciat manum. *injexit* antique dictum pro *injecerit*. prepositionem autem omittit, quia inest in ipso verbo: q. d. *in quempiam jecerit manum.* Sic *Trucul.* 4. 2. 49. Post id ego te manum injiciam quadrupli, venefica. ¶ Hujus generis est illud *ejusd. Pseud.* 2. 2. 47. Nunc certo scio, hoc febrim tibi esse, quia non licet hoc injicere ungulas. *cannot lay your fingers upon it.* ¶ Pertinet etiam ad sermonem, et significat inferre mentionem, et in medio sermone de re quapiam leviter et paucis meminisse. *Cic. pro Quint.* c. 21. An vero id, quod Hortensium, quia nuper injecit, dicturum arbitror, &c. *has mentioned, has suggested. Trebon. ad Cicer. Fam.* 12. ep. 16.

Cum mihi in sermone injecisset, se velle Asiam visere. *Cic. ad Attic.* l. 16. ep. 5. Bruto cum sæpe injecissem de ὁμονοίᾳ, &c. ¶ Altero *i* extrito, Poetæ primam corripiunt. *Sil.* l. 10. v. 570. fulgentia pingui Murice suspirans inicit velamina, et auro. [¶ Particip. *injiciens, injecturus, injiciendus* apud *Cic. de nat. Deor.* lib. 1. c. 20. *ante med.* In quam (magnitudinem regionum), se injiciens animus et intendens late longeque peregrinatur. *et pro Cæcin.* c. 2. Sperarunt, se injecturos vobis causam deliberandi. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 23. Utraque neque nimis rara, neque nimis crebra injicienda est.]

INIMICĀLIS, le, adject. *inimical*, inimicus. *Sidon.* l. 1. ep. 3. Stimulis inimicalibus excitari in aliquem.

INIMĪCE, adverb. *like an enemy, in an unfriendly manner, spitefully*, ἐχθρωδῶς, hostiliter, adverso animo, et infenso. *Cic.* 2. *Phil.* c. 14. Ego autem, vide, quam tecum agam non inimice. *Id. pro Quint.* c. 21. Inimicissime atque infestissime contendere. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 3. Quempiam inimice insectari. *Quintil.* l. 11. c. 1. *a med.* Inimice corripere.

INIMICĪTER, idem quod inimice, sed antiquius. *Acc.* apud *Non.* c. 11. n. 41. Placare hostem ferocem, inimiciterque accensum. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 3. cap. 8. Nos pro tuis injuriis commoti inimiciter. *Tubero* apud *Charis.* l. 1. pag. 181. *Putsch.* Inimiciter irasci. Adde *Enn.* apud *Priscian.* lib. 15. pag. 1010.

INIMICĬTIA, æ, f. *enmity, hostility*, ἔχθρα, simultas, alienatio, disjunctio. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 9. Inimicitia est ira ulciscendi tempus observans. ¶ Fere usurpatur in numero plur. *Terent. Phorm.* 2. 3. 23. Capere inimicitias in familiam aliquam. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 18. Suscipere inimicitias graves. *Id. pro Cæl.* c. 13. Intercedunt mihi inimicitiæ cum aliquo. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 6. Erant ei veteres inimicitiæ cum Rosciis. *Id. pro Font.* c. 11. insitas habere et gerere cum aliquo. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 16. habere conceptas ex re aliqua. *Sallust. in Catil.* c. 49. exercere cum aliquo. *Quintil.* l. 7. c. 1. *a med.* contrahere. *Cic.* 7. *Verr.* c. 71. subire. *Id. pro Flacc.* c. 1. denuntiare alicui. *Anton. ad Cicer. post* ep. 13. l. 14. *ad Attic.* deponere. *Cæl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 6. simpliciter et candide ponere. *Cic. de Provinc. Consul.* c. 9. exstinguere, et ad amicitiam consuetudinemque traducere. *Id. Fam.* 5. ep. 4. suas donare reipubl. *Id. pro Sext.* c. 33. *extr.* temporibus reipubl. permittere. *Tacit. Ann.* 3. c. 12. privatas ulcisci. et l. 11. c. 6. fovere. ¶ In singul. numero. *Enn.* apud *Gell.* l. 19. c. 8. et *Non.* c. 2. n. 467. Amicitiam atque inimicitiam in fronte promptam gero. *Plaut. Stich.* 3. 1. 8. Cum eo reveni ex inimicitia in gratiam. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 5. tit. 1. leg. 15. et *Accium* apud *Charis.* l. 1. pag. 75. *Putsch.*

INIMĪCO, as, a. 1. *to set at variance, make enemies, produce enmity between*, ἐχθραίνω, inimicum facio. *Horat.* l. 4. *od. ult.* v. 20. Et miseras inimicat urbes. *Stat.* 2. *Theb.* v. 419. hostiles inimicant classica turmas. *h. e.* ad pugnam incitant. Adde *Auson.* ep. 24. v. 63. [*Sidon.* l. 5. ep. 19. *init.* Quod vos nosque inimicasset.]

INIMĪCUS, a, um, *at enmity with, inimical, hostile, unfriendly, unkind, contrary, adverse, hurtful, destructive, injurious, prejudicial*, δυσμενὴς, ἐχθρὸς, non amicus, alienatus, aversus, infensus, infestus. *Cic.* 4. *Verr.* cap. 61. Quod eos infenso animo atque inimico venisse dicatis. *Id. in Divin. Verr.* c. 13. Inimicum infensumque esse alicui. *Id. Phil.* 10. c. 10. Gallia, quam sibi armis animisque infestam inimicamque cognovit. *Id. pro Quint.* c. 10. Cum ei omnia inimica atque infesta fuerint. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 18. Inimicos ipsi in se se omnes habent. *Cic.* 4. *Tuscul.* cap. 15. Animorum motus inimicissimi mentis vitæque tranquillæ. *Id. pro Cæl.* c. 13. *extr.* Mulier semper amica omnium potius, quam cujusquam inimica. *Id. Attic.* l. 11. ep. 10. Qui mihi tam crudeliter inimici sunt. *Id. in Orat.* c. 57. Nec quidquam inimicius, quam oratio versibus. *Nepos in Pausan.* c. 3. Consilia capere cum patriæ tum sibi inimica. *Ovid.* l. 2. *ex Pont.* ep. 8. v. 38. Numina sint precibus non inimica meis. *Virg.* 9. *Æn.* v. 355. lux inimica propinquat. et lib. 1. v. 127. naves accipiunt inimicum imbrem. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 53. Odor nervis inimicus. *Varr.* l. 2. *R. R.* cap. 2. *sub fin.* Ne parum aut nimium saturentur. utrumque enim ad corpus alendum inimicum. *Plin.* l. 19. c. 5. Raphani dentibus inimici, quoniam atterunt. *Id.* l. 20. c. 9. *a med.* Brassica inimicissima stomacho. *Id.* l. 17. c. 23. Maritare ulmos, nisi validas, inimicum. ¶ Quamvis *inimicus* et *hostis* differant, ut in *Hostis* dictum est; tamen *inimicus* sæpe poetice pro *hostili* ponitur. *relating to an enemy, hostile. Virg.* 11. *Æn.* v. 83. Indutosque jubet truncos hostilibus armis Ipsos ferre duces, inimicaque nomina figi. et vers. 809. Tela inimica. et lib. 12. v. 944. insigne. *h. e.* spolium cæsi hostis. et l. 8. v. 375. casurasque inimicis ignibus arces. et lib. 10. v. 295. terra inimica. ¶ Absolute *inimicus, i*, qui odit et aversatur. *an enemy. Cic. Verr.* 4. c. 24. Si eo animo esset, quo quivis liber debet esse, aspicere te non potuisset, inimicus, hostis esset. *Id. de Provinc. Consul.* cap. 8. Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? *Id. pro Mil.* c. 9. Ubi vidit fortissimum virum, inimicissimum suum, certissimum consulem. *his deadliest foe. Liv.* l. 39. c. 28. *sub fin.* Aliquem insectari tanquam inimicum et hostem. *his bitterest enemy.* V. *Hostis.* ¶ *Inimicus* appellatur interdum maritus respectu uxoris, divortio facto. *Triphonin. Dig.* lib. 23. tit. 3. leg. 78. *circa med.* Cuivis magis gratiam præstare, quam relinquere apud inimicum jus a se translatum. ¶ In illo *Cicer. sub fin.* ep. 8. l. 3. *Fam.* Sententia, qua nihil mihi potest esse inimicius. quædam MSS. habent *inimicitius.* Simile quiddam in *Amicus, a, um,* in fine adscripsimus.

INIMITABĬLIS, le, *not to be imitated, inimitable*, ἀμίμητος, quem imitari non possumus. *Quintil.* l. 10. c. 2. Quædam sunt inimitabilia, quibus infirmitas naturæ non sufficit. *Id.* l. 8. cap. 3. *ante med. Olli* enim, et *quianam*, et *mis*, et *pone* aspergunt illam, quæ etiam in picturis est gratissima, vetustatis inimitabilem arti auctoritatem. *Id.* l. 1. c. 10. (*al.* 16.) Muta animalia mellis illum inimitabilem humanæ rationi saporem perficiunt. *Vellei.* l. 2. c. 97. Morum dulcedo inimitabilis.

ININITIĀTUS, initio carens. Tribuunt *Claud. Mamert.* l. 1. *de statu Anim.* cap. 23.

ININTERPRETABĬLIS, non interpretabilis. *Tertulliano* tribuunt *advers. Valentinian.* c. 14. sed dubia est lectio nec digna vox, pro qua labores.

ININTERPRETĀTUS, a, um, *uninterpreted*, non interpretatus. *Hieronym.* epist. 130. (*al.* 29.) *ad Marcell. post med.* Quod quare alibi interpretari voluerint, alibi ininterpretatum reliquerunt, &c. Al. leg. *non interpretatum.*

ININVENTIBĬLIS, } qui inveniri et investigari ININVESTIGABĬLIS, } non potest. *not to be investigated, unsearchable.* Voces sunt *Tertulliani advers. Hermog.* c. *ult.* ex *Rom.* 11. 33. et ipsi relinquendæ.

INĪQUE, *unjustly, unfairly, partially, without a cause*, ἀδίκως, παρανόμως, non æque, injuste, injuria. *Cic. pro Deiot.* c. 11. Vide, quid intersit: etsi inique Castorem cum Domitio comparo. *Id. pro Dom.* c. 33. Qui expulsi sunt inique, sed tamen legibus reducti. *Terent. Adelph.* 2. 2. 3. Nunquam vidi iniquius concertationem comparatam: ego vapulando, ille verberando, &c. *Cic. pro Cluent.* c. 21. Jam hoc prope iniquissime comparatum est, quod in morbis corporis medicus nobilissimus quæritur; in periculis capitis deterrimus patronus adhibetur. *Brut. ad Cic.* ep. 4. Inique facis, qui hostilis animi in rempubl. homines, cives appelles. *you do wrong in calling*, &c. *Horat.* l. 1. ep. 14. v. 12. Inique causari aliquem. *Gell.* l. 4. c. 15. Inique interpretari. *Id.* l. 6. c. 2. Pœnæ legibus inique constitutæ. ¶ Item non æque. *unequally. Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 23. Prædam inique dividere. ¶ Item ægre, iniquo animo. *amiss. Sueton. in Cæs.* c. 45. Ut calvitii deformitatem iniquissime ferret. *Lactant.* l. 6. c. 4. *ante med.* Inique ferunt, id habere aliquem, quod ipsi non habent. *they take it ill.*

INIQUĬTAS, atis, f. *inequality, unevenness*, ἀνωμαλία, inæqualitas. *Apul.* lib. 7. *Metam.* Lapidibus additis insuper, sic iniquitati ponderis medebatur. *h. e.* sarcinæ in alterum latus præponderantis. ¶ Item difficultas quæ oritur, cum quippiam gravius est, quam vires ferre possint. *Colum.* l. 2. c. 4. *circa med.* Boves iniquitate operis maxime multantur. *difficulty, hardness, oppression.* ¶ Iniquitas loci in re bellica est locus iniquus, seu inæqualis, ubi cum hostibus ut congrediaris ascensu opus est, aut transitione fluminis, &c. unde incommodum oritur, et victoriæ difficultas. *Liv.* l. 38. c. 22. Subsidia in talibus iniquitatibus locorum maximo sæpe usui fuerunt. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 45. Quid iniquitas loci habeat incommodi, proponit. *unevenness, steepness, disadvantageous nature.* ¶ *Iniquitas rerum* est, cum et loca iniqua sunt, et alia simul obstant, quo minus prospere res geratur. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 22. *extr.* In tanta rerum iniquitate, fortunæ quoque eventus varii sequebantur. *amidst such difficulties, and disadvantages.* ¶ Temporum iniquitas, *troublesome or dangerous times, misfortune, calamity. Liv.* l. 35. c. 16. *sub fin.* Quod aliquando servierunt, temporum iniquitate pressi. *Curt.* l. 7. c. 7. Terrebat eum non hostis, sed iniquitas temporis. ¶ Apud *Cicer. pro Rosc. Amer.* c. 1. *iniquitas temporum* respicit nimiam Sullæ potentiam, qua vis et libido dominabantur. Nam sæpe *iniquitas* refertur ad animum, et significat vitium æquitati contrarium, injustitiam, injuriam, *injustice, iniquity, malignity*, ἀδικία. *Cic. Catil.* 2. c. 11. Æquitas, temperantia, fortitudo certant cum iniquitate, luxuria, ignavia. *Id. pro Quint.* c. 2. Id accidit prætoris iniquitate et injuria. *Id. Fam.* 1. ep. 2. *a med.* Dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia et iniquitate, retinebimus. *Id.* 3. *Verr.* c. 89. Locus intra oceanum nullus est, quo non nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit. *insolence, oppression, griping ambition.* Sic *Plin.* l. 12. c. 19. *a med.* Ob iniquitatem præpotentium. et lib. 28. c. 8. *circa med.* Iniquitates potestatum. et *Tacit.* 2. *Hist.* c. 84. Vespasiano ad obtinendas iniquitates haud perinde obstinante. *h. e.* tributa subditorum vires excedentia. *Id.* 16. *Ann.* c. 17. Iniquitas exitii. *injustice. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 19. Summæ se iniquitatis condemnari debere, nisi eorum vitam sua salute habeat cariorem. ¶ Item illud vitium, quod nos dicimus *unfairness or unreasonableness in asking*, cum scil. plus postulatur, quam præstare quis possit. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 48. Quæ si vobis non probabuntur, vestram iniquitatem accusatote, qui ex me ea quæsieritis, quæ ego nescirem.

INĪQUO, as, a. 1. iniquum facio. *Laber.* apud *Non.* c. 2. n. 444. Æquum animum indignanti iniquat contumelia.

INĪQUUS, a, um, *unequal, uneven, hard, difficult, disadvantageous*, ἀνώμαλος, non æquus, inæqualis, impar: atque adeo difficilis, arduus, incommodus. *Virg. Æn.* 10. v. 303. Puppis inflicta vadis dorso dum pendet iniquo Anceps sustentata diu, &c. *on the dangerous or fatal ridge. Id. ibid.* v. 889. urgetur pugna congressus iniqua. *scil.* quia pedes contra equitem stabat. *in an unequal combat. Valer. Flacc.* l. 3. v. 486. Hæret Hylas lateri (*Herculis*) passusque moratur iniquos. *h. e.* suis grandiores. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 1. leg. 3. Si adjectum sit, pensionibus iniquis, inæquales debebuntur. ¶ Item difficilis, arduus, incommodus, *difficult, troublesome, unfavourable, disadvantageous, dangerous*, ut sunt loca non plana, sed inæqualia. *Liv.* l. 2. c. 31. Loco iniquo subeundum erat ad hostes. *Id.* l. 28. c. 16. Cum hostis nequicquam subire iniquo ascensu conatus esset. *by a difficult ascent. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 32. Iniquissimo nostris loco prœlium committere cœperunt. et lib. 2. c. 10. In locum iniquiorem progredi pugnandi causa. et cap. 27. Ascendere altissimas ripas, subire iniquissimum locum. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 63. Trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam nesciis. *h. e.* inviam. *impracticable to those unacquainted with it. Virg.* 5. *Æn.* v. 202. dum proram ad saxa suburget Interior, spatioque subit Sergestus iniquo. *h. e.* angusto, atque adeo difficili transitu. (Adde 4. *Georg.* v. 147.) *Liv.* l. 8. c. 38. Iniqua ad transitum loca. *difficult, impracticable.* ¶ Est etiam modum excedens, vel a modo deficiens, ut in ponderibus et mensuris, quando communi et justæ rationi non respondent. *Pers.* sat. 1. v. 130. Fregerit heminas Arreti Ædilis iniquas. *short, scanty. Seren. Sammon.* c. 37. Pocula iniqua siccare. *h. e.* majora. *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 1. leg. 32. Oleum adhibitis iniquis ponderibus accipere. *Paul.* lib. 40. tit. 5. leg. 31. Iniquum pretium. *Virg.* 1. *Georg.* v. 164. iniquo pondere rastri. *h. e.* ingenti, nimio, *heavy, unwieldy. Id.* 7. *Æn.* v. 226. et si quem extenta plagarum Quatuor in medio dirimit plaga solis iniqui. *h. e.* nimis ardentis. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 66. Iniquum merum. *h. e.* nimis large potum. ¶ Item injustus, *unjust, unfair, partial, prejudiced, hard, unkind, cruel, severe, austere, unreasonable, too strict. Terent. Heaut.* 2. 1. 1. Quam iniqui sunt patres in omnes adolescentes judices. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 67. Quam temere in nosmet legem sancimus iniquam! *Terent. Heaut.* 5. 3. 9. Oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta postules. *you do me wrong. Cic. pro Quint.* c. 2. Quid hoc iniquius, aut indignius dici potest? *Id. de Harusp. resp.* c. 3. *extr.* Cui præripere destinatam laudem, valde est iniquum. *Terent. Andr.* 1. 5. 22. Iniqua causa. *an unjust motive.* et *Adelph.* 2. 1. 33. Iniqua loqui. *Cic. ad Pomp.* 2. *post* ep. 11. l. 8. *ad Attic. a med.* Pacem vel iniqua conditione retinere. ¶ Item improbus, malignus, *cruel, malignant. Horat.* l. 2. od. 6. v. 9. Parcæ prohibent iniquæ. *Virg.* 10. *Æn.* v. 380. fatis adductus iniquis. ¶ Item alienatus, inimicus, infestus, *hostile, contrary, adverse, malicious. Cic. pro Planc.* c. 16. Homines natura asperi, atque omnibus iniqui. *Terent. Heaut. prol.* v. 27. Ne plus iniquum possit, quam æquum oratio. *pro* iniquorum. *Virg.* 8. *Æn.* v. 291. ut duros mille labores Rege sub Eurystheo fatis Junonis iniquæ Pertulerit. *Cic.* 7. *Verr.* c. 55. Hæc frequentia, quæ nunc animo te iniquissimo infestissimoque intuetur. *Id. Fam.* 1. ep. 5. *sub fin.* Partim sunt obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati. *Gell.* l. 19. c. 3. Qui maledicit et vituperat, pro iniquo et inimico ducitur. *Terent. Hecyr.* 3. 5. 25. Iniquum esse in aliquem. *Ovid.* 1. *de ar am.* v. 313. vultu iniquo spectare. *h. e.* malevolo, invido. *Cic. Fam.* 1. ep. 9. *a med.* Quorum iniqui sermones ad me perferuntur. *h. e.* obtrectationes. ¶ Absolute, ut *inimicus, adversarius. an enemy, adversary. Cic. pro Plancio* c. 16. Notes et tuos, et tuorum necessarios, vel iniquos meos, vel etiam defensorum meorum. et cap. 23. *a med.* Nonnulli nostri iniqui. *Id. Fam.* 11. ep. 27. Me scio a te contra iniquos meos solere defendi. ¶ Item noxius, gravis, *Plin.* l. 13. c. 4. *a med.* Vina iniqua capiti. *hurtful, injurious. Virg.* 6. *Æn.* v. 475. casu percussus iniquo. *Liv.* l. 2. c. 23. Tributum iniquo suo tempore imperatum. *calamitous: when they were distressed.* ¶ Item miser, infelix, *unhappy, unfortunate, wretched, hapless. Virg.* 12. *Æn.* v. 243. et lib. 6. v. 232. sortem miseratur iniquam. ¶ Item æger, invitus. *Cic. de Senect.* c. *ult.* iniquissimo animo mori. *most unwillingly.* et 2. *Tuscul.* c. 2. Iniquo animo ferre aliquid. *Terent. Eun.* 2. 1. 6. Iniquo animo pati. *uneasy, impatient, discontented. Ovid.* 8. *Metam.* v. 634. Paupertas non iniqua mente ferenda. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 20. Demitto auriculas, ut iniquæ mentis asellus, Cum gravius dorso subiit onus. ¶ Translate *Colum.* l. 3. c. 3. *a med.* Nullus vel iniquissimus locus non majorem quæstum reddet, quam acceperit impensam. *h. e.* ut incultus sit, et minus respondens laboribus atque impensis agricolarum.

INITĀLIA, um, n. sacra et cæremoniæ initiorum. *Ca-*

pitolin. in M. Anton. Philos. c. 27. Athenis fuit, et initalia Cereris adiit. Al. leg. *initialia*: alii *inter alia Cereris templum adiit.* Priorem lectionem defendit *Salmas.*

INITIĀLIS, le, adject. *incipient, initial,* ad initium pertinens. *Apul.* l. 4. *Metam.* Rerum naturæ prisca parens, elementorum origo initialis. et lib. 11. Sæculorum progenies initialis. [¶ *Initialis* substantivorum more in præclaro *Lapide Albano in Ephemer. Florent.* an. 1757. col. 420. et apud *Marinium Inscript. Alban.* p. 12. Imp. Cæs. L. Aurelio Commodo, M. Plautio Quintillo Cos. Initiales Collegii Silvani Aureliani, &c. Refert hic Lapis indicem gladiatorum, qui Silvani sacris, ut videtur, initiati erant; Curatores deinde ejus Collegii nominat; tum demum gladiatorum ipsorum decurias quatuor. Alii tamen *Initiales* appellatos putant præsides ipsos Collegii urbani gladiatorum.]

INITIAMENTA, orum, n. *principles, rudiments, maxims,* institutiones, rudimenta, quibus aliquis ad sacra admittitur, et initiatur. Translate *Senec.* ep. 90. *a med.* Hæc ejus (*sapientiæ*) initiamenta sunt, per quæ non municipale sacrum, sed ingens omnium deorum templum, mundus iste reseratur.

INITIATĬO, onis, f. *an initiation, admission or introduction to a knowledge of the sacred mysteries,* μύησις, actus initiandi, seu cooptandi in participationem sacrorum: quod quibus ritibus perageretur, docet *Apuleius* l. 11. *Metam.* ¶ Item ipsa Initiorum sacrorum celebratio. *Sueton. in Ner.* c. 34. Peregrinatione quidem Græciæ, Eleusiniis sacris, quorum initiatione impii et scelerati voce præconis submoventur, interesse non ausus est.

INITIĀTOR, oris, m. *he who initiates,* qui in sacrorum communionem adsciscit, μυσταγωγός. Translate *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 14. Novi testamenti initiator.

INITIĀTRIX, icis, f. *Tertull.* l. 2. *ad Nation.* c. 7. *a med.* Denique per hanc initiatricem litteraturæ ingenuitatis studia producitis.

INITIĀTUS, a, um, *initiated, consecrated, admitted to a knowledge of the sacred rites,* μεμυημένος, sacris Initiorum imbutus, ad Initia præparatus. *Liv.* l. 31. c. 14. Acarnanes duo juvenes, per Initiorum dies, non initiati templum Cereris ingressi sunt. *Justin.* l. 11. c. 7. Mida ab Orpheo sacrorum solemnibus initiatus Phrygiam religionibus implevit. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 13. Reminiscere, quoniam initiatus es, quæ tradantur mysteriis. ¶ Translate significat imbutum in primis alicujus rei initiis: *tinctured, inbued:* item absolute instructum, edoctum. *taught, schooled, tutored, instructed. Aurel. Arcad. Dig.* lib. 1. tit. 11. His cunabulis præfectorum auctoritas initiata in tantum augeri meruit, ut, &c. *Plin.* l. 5. ep. 15. Aliis enim chartis, aliis sum litteris initiatus. ¶ Item inchoatus, *commenced, begun. Impp. Honor. et Theodos.* lib. 3. tit. 6. leg. 3. Absque conventione personæ legitimæ initiatum jurgium videtur.

INITĬO, as, avi, atum, a. 1. *to initiate, consecrate, admit to a knowledge of the sacred rites,* μυέω, sacris imbuo, ad sacra præparo, admittoque: ab *Initiis.* Dicitur enim primo de sacris Cereris, et usurpatur sæpius passiva voce. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 9. Neve quem initianto, nisi ut assolet Cereri, Græco sacro. *Id. ibid.* c. 15. Initienturque eo ritu Cereri, quo Romæ initiantur. *Vitruv. sub fin. præfat.* l. 7. Ita aucto vestibulo, laxamentum initiantibus adjecit. ¶ Deinde ad alia quoque sacra refertur. *Liv.* l. 39. c. 14. et 15. Initiari Bacchis. *Plin.* l. 30. c. 2. Magicis etiam cœnis eos initiaverat. *Terent. Phorm.* 1. 1. 13. Geta ferietur alio munere, ubi hera pepererit: porro autem alio, ubi erit puero natalis dies: ubi initiabunt. Al. leg. *initiabitur.* Ubi *Donat.* Legitur apud Varronem, initiari pueros Eduliæ, et Potinæ, et Cubæ, divis edendi, et potandi, et cubandi; ubi primum a lacte et cunis transierunt. Sed Terentius Apollodorum sequitur, apud quem legitur, in insula Samothracum a certo tempore pueros initiari, more Atheniensium. Hæc *Donat.* Porro *Varronis* verba sunt apud *Non.* c. 2. n. 310. Cum pro cibo et potione initiarent pueros, sacrificabatur ab edulibus Edusæ, et a potione Potinæ nutrici. ¶ Pro baptizare, *to baptize, Tertull. de monogam.* c. 8. *de Joanne Baptista.* Qui non tantum prædicaverit, verum etiam baptizaverit Christum. Quis enim corpus Domini dignius initiaret, quam ejusmodi caro, &c? ¶ Translate *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) *a med.* Neque enim est sanctius sacris iisdem, quam studiis initiari. *Plaut. Cas.* 2. 3. 9. Postquam amo Casinam, magis initio munditiis munditianti deo. *h. e.* magis do operam munditiis, quasi sacra faciens Amori, deo munditiarum. Al. aliter leg. *Quintil.* declam. 1. c. 13. Maritum et uxorem, nisi liberis initiarentur, non fortissimis corporum vinculis inhærere. *Symmach.* l. 4. ep. 20. Dum filius meus Græcis litteris initiatur. [† V. *Initiatus.*] ¶Pro inchoare, incipere, *to commence, begin. Jul. Firmic.* l. 2. c. 12. Ver enim tunc initiatur, cum primam ejus signi (*Arietis*) partem sol fuerit ingressus. *Pallad. in Jun.* tit. 4. Brassicam seremus vel irriguo loco, vel pluvia initiante madefacto. *h. e.* post caniculam redeunte. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 15. Ex his initiata sunt cetera.

INITĬUM, ii, n. *a commencement, beginning,* ἀρχή, principium: ab *initum* verbi *ineo*: quasi ingressus in rem aliquam. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 38. Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster affert, sic exitum mors. et l. 5. c. 24. Inde est indagatio nata initiorum et tanquam seminum, unde essent omnia orta, generata, concreta. *Id. de clar. Orat.* c. 34. Bonis initiis orsus tribunatus, tristes exitus habuit consulatus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 12. Ab initio rerum Romanarum usque ad, &c. *Id.* 1. *de Orat.* c. 26. Sic initio accusationis exanimatus sum, ut, &c. *Id. ad Brut.* ep. 10. Cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. *Id.* 2. *de Leg.* c. 1. Dicendi initium sumere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 1. Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano. *Quintil.* l. 3. c. 2. Initium dicendi dedit natura, initium artis observatio. *Cic.* 14. *Phil. c. ult.* Facere initium confligendi cum hostibus. *to commence fighting.* et *Phil.* 5. c. 7. Cædis initium a me fecisset. *had begun with me.* et *ep. ult.* l. 10. *Attic.* Ut male posuimus initia, sic cetera sequuntur. et lib. 9. ep. 9. Bellum exitiosum impendet, cujus initium ducetur a fame. *Quintil.* l. 1. c. 9. (*al.* 15.) Ethologiæ initium ex lectione ducunt. *Justin.* l. 1. c. 2. Primis initiis. *Id.* l. 21. c. 1. Inter initia regni. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 9. Ab ultimo initio rem repetere. ¶ *Initio* adverbii ritu ponitur pro in principio. *in the beginning, at first, in the first instance. Cic.* l. 1. *Fam.* ep. 7. *ante med.* Quemadmodum Senatus initio censuit. *et paulo post.* Redeo ad illud, quod initio scripsi. *Nepos in Timol.* c. 3. Quod ab his initio Syracusæ erant conditæ. ¶ De origine et conditione natalium. *Vellei.* l. 2. c. 76. Qui natus obscurissimis initiis, parum habebat summa accepisse. *of the very meanest origin.* ¶ De principiis alicujus scientiæ. *the elements, or principles, of a science. Cic.* 4. *Acad.* c. 36. Non quæro ex his illa initia Mathematicorum, quibus non concessis, digitum progredi non possunt: punctum esse, quod magnitudinem nullam habeat, &c. [† Adde *Acad.* 1. 7. *Quintil.* 3. 3. 13. 10. 2. 2. 1. 1. 19. Sic *initia naturæ, the original propensities,* dixit *Cicero, de Fin.* 2. 12. et 3. 6.] ¶ Pro auspiciis, quia hæc omni rei gerendæ initium præbent. *Curt.* l. 5. c. 9. Novis initiis et ominibus opus est. *auspices.* ¶ Sæpe *initia* sunt mysteria et sacra Cereris, ita dicta, quod ab ea initium vitæ sit, vel quod ea sacra essent initium melioris vitæ. *the sacred rites, or mysteries, of Ceres. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 1. Nec sine causa Terram eandem appellabant et Cererem, et qui eam colerent, piam et utilem agere vitam credebant: atque eos solos reliquos esse ex stirpe Saturni regis. Cui consentaneum est, quod Initia vocantur potissimum ea, quæ Cereri fiunt sacra. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 14. Nam cum multa eximia divinaque videntur Athenæ tuæ peperisse, atque in vita hominum attulisse, tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem, et mitigati sumus; initiaque ut appellantur, ita re vera principia vitæ cognovimus: neque solum cum lætitia vivendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi. *Justin.* l. 2. c. 6. Per ordinem deinde successionis regnum ad Erechtheum descendit, sub quo frumenti satio apud Eleusin a Triptolemo reperta est: in cujus muneris honorem noctes Initiorum sacratæ. ¶ Item res, quæ in hujusmodi Initiis adhiberi solent. *Catull.* carm. 62. *de Aty,* v. 9. Niveis citata cepit manibus leve tympanum: Tympanum, tubam, Cybele, tua, mater, initia. ¶ Alia quoque sacra aliquando *Initia* appellantur. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Initiis pacis, fœdus cum feritur, porcus occiditur. *Curt.* l. 8. c. 1. Initia Samothracum.

INĪTO, as, ἐμβατεύω, frequent. ab ineo. *Pacuv.* apud *Diomed.* l. 1. pag. 336. *Putsch.* Loca arida initas.

INĪTUS, a, um, particip. passi. ab ineo. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 19. Altera de capite Civis rogari, nisi maximo comitiatu vetat, non dum initis seditiosis Tribunis plebis. *idest* nondum creato vel constituto Magistratu Tribunorum. *Vellei.* l. 2. c. 65. Inita potentiæ societas. *entered into, contracted, established. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 2. Inita æstate. *begun. Liv.* l. 28. c. 12. *ad fin.* Hispania prima Romanis inita. *h. e.* adita, intrata. *entered, invaded. Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 29. Inita subductaque ratione. *having made and adjusted an estimate. Vellei.* l. 2. c. 45. Initum adulterium. *h. e.* patratum. et cap. 85. certamen. *the battle begun. Terent. Andr.* 5. 1. 5. Ut beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes. *begun, promised, agreed. Colum.* l. 5. c. 9. *ad fin.* Arbores terebrari Gallica terebra convenit, atque ita in foramen viridem taleam demitti: sic velut inita arbor fecundo semine fertilior exstat. *h. e.* veluti mare admisso gravidata.

INĪTUS, us, m. *copulation,* coitus brutorum animalium: ab *ineo. Plin.* l. 8. c. 44. Et quæ non primo initu generare cœperit. *Id.* l. 10. c. 66. *ad fin.* Sues initum matutinum appetere. [*Ovid.* 4. *Fast.* v. 94. *de Venere.* Perque suos initus continet omne genus.] ¶ Item ingressus, adventus. *an approach, entrance. Lucret.* l. 1. v. 12. Aeriæ primum volucres te, diva, tuumque Significant initum, perculsæ corda tua vi. Al. leg. *initium,* ut sit synæresis.

INJUCUNDE, adverb. *unpleasantly, disagreeably,* ἀηδῶς, ingrate, insuaviter. *Cic. Attic.* l. 1. *ep. ult.* Res quæ mihi asperius a nobis atque nostris, et injucundius actæ videbantur.

INJUCUNDĬTAS, atis, f. *unpleasantness, disagreeableness, injucundity,* τὸ ἀτερπές, insuavitas. *Cic. de nat. Deor.* l. 2. c. 55. Nequid habeat injucunditatis oratio.

INJUCUNDUS, a, um, *unpleasant, disagreeable, displeasing,* ἀηδής, qui displicet, minimeque gratus, insuavis, tristis, molestus. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 1. *extr.* Minime nobis injucundus labor. *Id.* l. 3. *Q. Fr.* ep. 8. *a med.* Rumor dictatoris injucundus bonis. *Plin.* l. 25. c. 7. Herba odore non injucundo. *Gell.* l. 13. cap. 20. Injucundus et laxior vocis sonus. *Quintil.* l. 10. c. 1. *ad fin.* Levis quidem, sed non injucundus tamen auctor. ¶ Est etiam sermone asper, severus, acerbus. *harsh, bitter, severe. Tacit. in Agric.* c. 22. Apud quosdam acerbior in conviciis narrabatur, ut bonis comis, ita adversus malos injucundus: ceterum ex iracundia nihil supererat.

INJUDICĀTUS, a, um, ἄκριτος, non judicatus. *Cato* apud *Gell.* l. 13. c. 23. Decem hominibus vitam eripis, indicta causa, injudicatis, indemnatis. *Quintil.* l. 10. c. 1. *ante med.* Id injudicatum relinquo. *undetermined, undecided.*

INJUGĀTUS, a, um, adject. *unyoked,* qui jugum non habet. *Sidon. in carm. post epist. ult. lib. ult.* Vinxit ad tauri latus injugati.

INJŬGES HOSTIÆ, ἄζευκται θυσίαι, vocabantur, quæ nunquam domitæ, aut jugo subditæ fuerant. *Fest.* et *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 5. Addit *Manilius Chrestus* apud *Fulgent. Planc. de prisco serm.* Injuges boves Minervæ sacrificari, quia virginitas jugum nescit maritale, et virtus nunquam est jugo prementi subjecta. ¶ *Injuges versus* sunt, qui nulla conjunctionis syllaba copulantur, quos Græci ἀσυνδέτους nuncupant, sicut (*Virg.* 7. *Æn.* v. 170.) *Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis.* Nullus enim conjunctionis nexus occursat. Hæc *Diomed.* l. 3. pag. 498. *Putsch.*

INJUNCTĬO, onis, f. *an injunction, command,* actus injungendi. *Sidon.* l. 9. ep. 2. Sic benedictione lætor, quod injunctione confundor.

INJUNCTUS, a, um, *united, joined,* συνημμένος, idem quod junctus, conjunctus. *Liv.* l. 5. c. 7. Cum agger promotus ad urbem, vineæque tantum non injunctæ mœnibus essent. *joined or carried forward to. Scævola Dig.* lib. 19. tit. 1. leg. 52. *extr.* Ante domum mari injunctam. *Jabolen. ibid.* tit. 2. leg. 57. Area injuncta domui. *Pallad. in Februar.* tit. 10. Vitis transferatur ad scrobem, cui arbor injuncta est. *h. e.* implantata, vel prope plantata. ¶ Item mandatus. *enjoined, ordered, commanded, imposed upon. Liv.* l. 32. c. 3. Seu injuncta seu suscepta foret militia. *Al. leg.* invita. *Tacit. in Agric.* c. 13. Injuncta imperii munera impigre obeunt. ¶ Item non junctus. *Tertull.* l. 2. *ad Uxor.* c. 2. Fideles injuncti. *h. e.* non juncti matrimonio.

INJUNGO, is, unxi, unctum, a. 3. *to join to, join with, unite or attach to,* συνάπτω, ἐπιζεύγνυμι, idem quod jungo, adjungo, innecto, conjungo. *Liv.* l. 44. c. 5. Duo validi asseres in terra defigebantur: in eos transversi incumbentes tigni, ut pons esset, injungebantur. *were laid athwart upon them. Id.* l. 37. c. 26. Vineas et aggerem muro injunxit. *joined or carried forward to. Colum.* l. 8. c. 3. *a med.* Fenestellis scandulæ injunguntur. *Id.* l. 6. c. 2. Jugum quarto die accipiunt, cui ramus illigatur, et temonis vice trahitur: interdum et pondus aliquod injungitur. *h. e.* adalligatur. Sic l. 5. c. 21. Singulis brachiis licebit bina injungere flagella. *Al. leg.* jungere. *Pallad.* l. 1. tit. 6. *circa med.* Pro macie, vel soliditate vitium, nutrienda sarmenta putator injungat. *h. e.* non amputet, sed reservet, et pedamento suo injungat. ¶Translate *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 50. Ne respublica male administraretur, amicitiam cum eo injunxit. *Plerique al. leg.* junxit. ¶ Pro plantare, serere. *to plant. Pallad.* l. 1. tit. 6. *ante med.* Inter novellas vites omnino nihil est conserendum. Græci jubent, exceptis caulibus, tertio anno, quæ libebit injungere. ¶ Sæpe est imponere. *to lay or impose upon. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 77. Civitatibus æternam servitutem injungere. *Liv.* l. 5. c. 4. alicui novum laborem. et l. 26. c. 35. *extr.* seu æquum, seu iniquum onus. *Id.* l. 39. c. 37. leges alicui. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 55. Injungo mihi, ut mittam nova diplomata. *h. e.* legem mihi impero, statui. *Hirt. de B. Alex.* c. 44. moram sibi aut necessitatem. *Tacit. in Agric.* c. 15. delectus. *et de Germ.* c. 25. tributum. *Liv.* l. 8. c. 32. ignominiam. *Plin. in Paneg.* c. 86. sibi tormentum. *h. e.* sibi ipsi vim facere, se macerare. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 15. leg. 2. alicui pœnam extraordinariam. ¶ Item demandare. *to enjoin, commit, order, command. Liv.* l. 3. c. 35. Injungere alicui munus comitiorum habendorum. *Plin. in Paneg. c. ult.* In istis officiis, quæ e studiis nostris circa tuendos socios injunxeratis. *Id.* l. 2. ep. 18. Quid a te jucundius mihi potuit injungi, quam ut præceptorem fratris tui liberis quærerem? et lib. 4. ep. 9. Mihi Bassus injunxerat, ut defensionis fundamenta jacerem. et ep. 13. *ad fin.* Injungo autem, et pro rei magnitudine rogo, ut, &c. ¶ Item afferre, inferre, irrogare. *to bring upon, occasion. Liv.* l. 3. c. 65. *extr.* Injuriam a nobis repulsam injungimus aliis. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 13. *a med.* Ne quod detrimentum reipubl. injungant. *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 135. damnum alicui. ¶ Item addere, indere. *Valer. Max.* l. 6. c. 9. n. 12. Crasso pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit: sed eidem postea inopia turpem decoctoris superlationem injunxit.

INJURĀTUS, a, um, *that has not sworn or taken an*

oath, ἀνώμοτος, qui non juravit. *Cic. pro Cæcin.* c. 1. Cum id jurati dicunt, quod ego injuratus insimulo. *Plaut. Amph.* 1. 1. 281. Injurato, scio plus credet mihi, quam jurato tibi. *Liv.* l. 10. c. 41. *a med.* Pariter jurati injuratique fugiunt. *Cic.* vertens *Euripidis* versum, l. 3. *Offic.* c. 29. Juravi lingua, mentem injuratam gero.

INJURIA, æ, f. *injury, wrong, injustice, insult,* ὕβρις, ἀδίκημα, omne id, quod non jure fit, sive re fiat, ut cum manus inferuntur; sive verbis, ut in convicio, et contumelia. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 10. *qui est* de injuriis, leg. 1. Injuria ex eo dicta est, quod non jure fiat. omne enim quod non jure fit, injuria fieri dicitur hoc generaliter. Specialiter autem injuria dicitur contumelia. Interdum injuriæ appellatione damnum culpa datum significatur: interdum iniquitatem injuriam dicimus. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 25. Injuriæ sunt, quæ aut pulsatione corpus, aut convicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cujuspiam violant. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 21. Alienum est a sapiente non modo injuriam cui facere, verum etiam nocere. *Ulpian. Digest.* l. 47. tit. 10. leg. 1. *a med.* Nulla injuria est, quæ in volentem fit. *Terent. Adelph.* 2. 1. 35. Tibi a me nulla orta est injuria. *Virg.* 3. *Æn.* v. 604. Si sceleris tanta est injuria nostri, Spargite me in fluctus. *the injustice, the weightiness of the crime. Cic.* 1. *Offic.* c. 7. *extr.* Injuriam alicui inferre. *Id.* 6. *Verr.* c. 9. imponere. *Id. Parad.* 4. jacere, et immittere in aliquem. *Id. in Divin. Verr.* c. 18. accipere ab aliquo. *Id. de Amic.* c. 21. pati. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 50. propulsare. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 7. *extr.* defendere. et lib. 1. *B. Gall.* c. 20. condonare alicui. et lib. 7. c. 38. *extr.* persequi. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 90. ferre. *Cæs. B. Gall.* lib. 1. cap. 12. ulcisci. *Terent. Phorm.* 5. 1. 3. Injuria afficere. *Id. Andr.* 5. 1. 8. Injuriis onerare. *Id. Hecyr.* 5. 1. 14. offerre alicui. *Id. Andr.* 1. 3. 9. Quo jure, quaque injuria, præcipitem me in pistrinum dabit. *right or wrong; justly or unjustly.* et *Hecyr.* 4. 4. 70. Facis injuriam, cum fingis causas ad discordiam. *h. e.* injuste facis. ¶ *Per injuriam* est injuste, cum injuria. *Cic. Verr.* 5. *c. pænult.* Quid potest esse in calamitate residui, quod non ad miseros aratores per summam injuriam ignominiamque pervenerit? ¶ Ablativus *injuria*, adverbii more, est injuste, immerito, cum injuria, *unjustly, undeservedly, without reason, without cause. Cic.* 1. *Catil.* c. 7. Si me meis civibus injuria suspectum viderem. *Plaut. Pœn. prol.* v. 37. Ne palma detur cuiquam artifici injuria. ¶ Sæpe habet ante se negantem particulam. *Cic.* 3. *ad Q. Fr.* ep. 8. *ad fin.* Hoc horret Milo, nec injuria. *and with reason; and not without reason. Terent. Eun.* 3. 1. 43. Metuebant omnes jam me. *Gna.* non injuria. *Id. Heaut.* 3. 3. 20. Credo: neque id injuria. *Curt.* l. 3. c. 5. *sub fin.* Inexperta remedia haud injuria ipsis esse suspecta. ¶ Aliquando refertur ad stuprum. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 64. Ego me injuriam fecisse filiæ fateor tuæ. *Id. Cistell.* 1. 3. 32. Ejus se ex injuria peperisse gnatam. Adde *Petron. in Satyr.* c. 25. et 140. ¶ *Injuriarum* actio est, cum damnum quodvis culpa alicujus nobis illatum persequimur. *an action of assault. Cic. pro Cæcin.* c. 12. *extr.* Actio injuriarum non jus possessionis assequitur, sed &c. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 57. Injuriarum multam dicere. *Terent. Phorm.* 2. 2. 15. Injuriarum dicam alicui scribere. *Paul. Dig.* lib. 47. tit. 10. *qui est* de injuriis, leg. 6. Agere injuriarum. *Ulpian. ibid.* leg. 11. teneri injuriarum. *et ibid. sub fin.* experiri. et leg. 13. Injuriarum judicio convenire quempiam. ¶ De rebus, quæ per injuriam ablatæ sunt, *Liv.* l. 29. c. 1. *a med.* Partim edicto, partim judiciis, etiam in pertinaces ad obtinendam injuriam, redditis, suas res Syracusanis restituit. ¶ Nonnunquam active sumitur, scil. ratione ejus, qui injuriam facit, *injustice. Cic. pro Quint.* c. 2. Id accidit prætoris iniquitate et injuria. *Id. Parad.* 2. *ad fin.* Quocunque aspexisti, ut furiæ, sic tuæ tibi occurrunt injuriæ, quæ te respirare non sinunt. *Id. pro Cæcin.* c. 11. Ut meum jus teneam, et tuam injuriam persequar. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 66. Vostra hercle factum injuria, quæ properavistis, &c. ¶ Videtur etiam sumi pro vindicta injuriæ. *Liv.* l. 42. c. 1. *extr.* Injuria consulis, etiam si justa, non tamen in magistratu exercenda. Est qui *ira* vult legi. *Virg.* 3. *Æn.* v. 256. dira fames, nostræque injuria cædis. ¶ Et pro nimia severitate, et sævitia. *Terent. Heaut.* 5. 2. 39. Matres omnes filiis in peccato adjutrices, auxilio in paterna injuria solent esse. et 1. 1. 85. *filius* carens patria ob meas injurias. ¶ Denique frequenter significat læsionem, damnum, detrimentum, quod vel ex rebus inanimis proficiscitur, vel ipsis rebus inanimis infertur, *damage, detriment, hurt, harm, inconvenience, injury. Plin.* l. 3. ep. 5. Orabat, ut se ab injuria oblivionis assereret. *Colum.* l. 11. c. 3. Veprem post ignis injuriam melius renasci. *Id.* l. 9. c. 1. Quidquid sub injuria pluviarum magis diuturnum est. *Id.* l. 3. c. 18. Nulla stirps vexata et infracta melius provenit, quam quæ integra et inviolata sine injuria deposita est. *Id.* l. 5. c. 6. *ante med.* Ut novæ virgæ ab injuria pecoris tutæ sint. *Plin.* l. 13. c. 24. *extr.* Cytisus non æstuum, non frigorum, non grandinum, aut nivis injuriam expavescit. *Id.* l. 19. *c. ult.* Porrum, raphani, apium in translatione desinunt sentire injurias. *Justin.* l. 43. c. 2. Puellam vinculis onerat, ex quorum injuria decessit. *Sueton. in Aug.* c. 14. Qui desiderabatur, repente comparuit incolumis, ac sine injuria. *Cels.* l. 2. c. 10. *a med.* Opportuniores hæ partes injuriæ sunt, quam quæ jam male habent. *more liable to harm.* et *Plin.* l. 33. c. 12. *ad fin.* Tam opportuna injuriæ subtilitas erat. *so liable to break.* Injurias *Id.* l. 22. c. 7. vocat ictus, morsusque animalium. *Seren. Sammon.* cap. 35. v. 452. Cum sævit penitis hærens injuria lumbis. *h. e.* morbus, et dolor.

INJURIE, adverb. injuriose. *Nævius* apud *Non.* c. 2. n. 429. Injurie facere. *Ammian.* l. 16. *c. ult.* Injuriissime Victorinum nominabant. *Al. leg.* inrisive.

INJURĬOR, aris, atus sum, dep. 1. *to injure, do an injury,* ἀδικέω, injuriam facio. *Senec. de Constant.* c. 9. Omne fortuitum circa nos sævit, atque injuriatur. Al. aliter leg. ¶ Impersonaliter *Tertull. advers. Gnost.* c. 6. Plus victoriatum est, quam injuriatum.

INJURĬŌSE, adverb. *wrongfully, injuriously,* ὑβριστικῶς, cum injuria. *Cic.* l. 1. *ad Q. Fr.* ep. 1. c. 7. Quæ in magistratibus injuriose decreverant. *Id. pro Leg. Man.* c. 5. Majores vestri sæpe, mercatoribus ac naviculatoribus injuriosius tractatis, bella gesserunt. *Augustin. de* 83. *quæstionib.* n. 82. Quæ in eos, qui juste vivunt, injuriosissime cogitantur.

INJURĬŌSUS, a, um, *injurious, unjust, wrongful,* ὑβριστής, ὑβριστικὸς, qui injuriam infert, injurius, injustus. *Cic.* 1. *Offic.* c. 14. In eo peccant, quod sint injuriosi in proximos. *Id.* 1. *ad Legib.* c. 14. Injuriosa et facinorosa vita. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 25. Avaritia, injuriosa appetitio alienorum. *Senec.* l. 2. controvers. 12. *ante med.* Adversus patrem injuriosior. *Adrian. Imp. in quadam epist.* apud *Vopisc. in Saturnino*, c. 8. Genus hominum seditiosissimum, injuriosissimum. ¶ Translate *Horat.* epod. 17. v. 33. donec cinis Injuriosis aridus ventis ferar. ¶ Item damnosus, perniciosus, *hurtful, harmful, noxious, detrimental, destructive. Plin.* l. 17. c. 24. Cum circum fossor injurioso ictu vitem verberavit. *Cic. pro Balb.* c. 9. In socios vero ipsos injuriosum et contumeliosum est.

INJURĬUM, perjurium. *Festus.*

INJURĬUS, a, um, *injurious, wrongful, unjust,* ὑβριστικός, ἄδικος, injuriosus, injustus, iniquus. *Cic.* 3. *Offic.* c. 23. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebit ne eam sapiens, si potuerit? negat, quia sit injurium. *Terent. Andr.* 2. 3. 2. Si id succenseat, ipsus sibi esse injurius videatur. *Id. Hecyr.* 1. 1. 15. Injurium autem est ulcisci adversarios.

INJŪRUS, a, um, injurius, injustus, exlex, ut *perjurus. Plaut. Pers.* 3. 3. 4. Impure, inhoneste, injure, illex, labes populi. *Al. leg.* injurie.

INJUSSUS, a, um, *not ordered, unbidden,* ἀκέλευστος, non jussus. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 2. inter amicos Ut nunquam inducant animum cantare rogati, Injussi nunquam desistant. ¶ Translate ponitur pro spontaneo, vel naturali. *Virg.* 1. *Georg.* v. 55. Atque injussa virescunt gramina. *spontaneous, of itself, without culture. Horat. Epod.* 16. v. 49. injussæ veniunt ad mulctra capellæ. *Colum.* l. 10. v. 16. *tellus* injussi consternitur ubere mali.

INJUSSUS, us, m. *without being ordered or commanded,* ἀπαραγγέλτως, sine jussu, alio non præcipiente. Usurpatur fere in ablativo. *Cic. pro Corn. Balb.* c. 15. Populus Rom. non potest injussu suo religione obligari. *Id. de Senect.* c. 20. Vetatque Pythagoras, injussu Imperatoris, id est, dei, de præsidio et statione vitæ decedere. *Liv.* l. 3. c. 63. Senatus in unum diem supplicationes decrevit: populus injussu et altero die frequens iit supplicatum. *Id.* l. 4. c. 32. *ad fin.* Magistro equitum præcipit, ne injussu pugnam incipiat. *Hirt. de B. Afric.* c. 61. Pars equitatus injussu ac temere longius progressi, &c.

INJUSTE, adverb. *unjustly, wrongfully, injuriously,* ἀδίκως, inique, injuriose. *Cic. pro Flacc.* c. 17. Facis injuste, Læli, si putas periculo nostro vivere tuos contubernales. *Nep. in Themist.* c. 7. Lacedæmonios male et injuste facere, qui id potius intuerentur, quod ipsorum dominationi, quam quod universæ Græciæ utile esset. *Sallust. in Jug.* c. 90. Injustissime luxuria et ignavia, pessimæ artes, illis qui coluere eas nihil officiunt, reipublicæ innoxiæ cladi sunt. *Plaut. Capt.* 2. 2. 58. Injuste imperare alicui. *Id. Bacch.* 3. 3. 59. Dicere injuste in aliquem. *et Pœn.* 5. 2. 77. Loqui injuste alicui. *to slander, revile, traduce.* ¶ *Cels.* l. 7. c. 3. Morbus ipse, sive subito solutus est, sive permanet, non injuste terret. *not without reason,* non injuria.

INJUSTITĬA, æ, f. *injustice, iniquity,* ἀδικία, iniquitas. *Cic.* 1. *Offic.* c. 7. Sed injustitiæ duo genera sunt, unum eorum, qui inferunt, alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si possint, non propulsant injuriam. *Id. ibid.* c. 13. *extr.* Totius autem injustitiæ nulla capitalior est, quam eorum, qui tum cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur. ¶ Item nimia severitas. *Terent. Heaut.* 1. 1. 82. Ego eum hinc ejeci injustitia mea. *by being too strict with him; by being too severe.*

INJUSTUS, a, um, *unjust, wrongful, iniquitous, unreasonable,* ἄδικος, qui a justitia et ratione recedit, sive excedendo, sive deficiendo. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 50. Ut illam non Norbani seditionem, sed populi R. iracundiam, neque eam injustam, sed meritam ac debitam fuisse, defenderes. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 20. Vir maleficus natura et injustus. *Terent. Heaut.* 4. 7. 11. Quam multa injusta ac prava fiunt moribus. *Id. Adelph.* 1. 2. 18. Homine imperito nunquam quidquam injustius, qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat. *Cic. pro Flacc.* c. 38. *extr.* Nemo erit tam injustus, quin potius de præmiis meis, quam de pœna cogitandum putet. *Id.* 3. *Offic.* c. 21. Id quam injustum in patriam, quam inutile, quam turpe esset, non videbat. *Id. Fam.* 5. ep. 17. Injustissima atque acerbissima incommoda. *Id. in Orat.* c. 10. *extr.* Ut, si sustinere tantam quæstionem non potero, injusti oneris impositi tua culpa sit. *h. e.* immodici, et meas vires excedentis. *very great, heavy.* Sic *Virg. Georg.* 3. v. 346. acer Romanus in armis Injusto sub fasce viam cum carpit. *a heavy or oppressive load. Id. Ecl.* 3. v. 33. Injusta noverca. *hard, cruel. Stat.* 6. *Theb.* v. 774. injustis collatum viribus hostem. *h. e.* iniquis, imparibus, majoribus. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 176. injustis auribus apta loqui. *h. e.* iniquis, inimicis. *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 4. v. 73. lædere vivos Livor, et injusto carpere dente solet. *h. e.* invido, maligno. *Id.* 2. *Amor.* el. 11. v. 12. Injustum mare. *h. e.* æque iniquum omnibus. *Id. Metam.* 5. v. 277. injustaque regna tenebat. *h. e.* injustis artibus parta. *held the sovereignty unjustly. Senec. in Troadib.* v. 545. Est quidem injustus dolor rerum æstimator. ¶ *Injustum* absolute est injustitia, *injustice. Horat.* l. 1. sat. 3. v. 111. Jura inventa metu injusti, fateare necesse est.

INLAQUEĀTUS. V. *Illaqueatus.*

INLARGĬO, is, a. 4. idem quod largior. *Cato* apud *Non.* c. 7. n. 19. Pecuniam inlargibo tibi.

INLEX. V. *Illex.*

INLICITĀTOR, emptor. *Festus.*

INLICĬUM. V. *Illicium.*

INLITTERĀTUS. V. *Illitteratus.*

INLUDĬA. V. *Illudia.*

INLŪTUS. V. *Illotus.*

INNABĬLIS, le, *not to be swum in, not navigable,* innavigabilis. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 16. Sic erat instabilis tellus, innabilis unda.

INNARRABĬLIS, le, *inexpressible,* inenarrabilis. *Lactant. in carm. de Phœnice,* v. 54. *ex MS. Voss.* Innarrabilibus nocte dieque sonis. Al. aliter leg.

INNASCIBĬLIS, le, qui nasci non potest. *Tertull. de præscript. advers. Hæret.* c. 46. Innascibilem virtutem, idest Deum.

INNASCOR, eris, atus sum, dep. 3. *to grow in, grow,* ἐμφύομαι, nascor, simul nascor. *Cic.* 1. *Offic.* c. 19. Quod in hac elatione et magnitudine animi facillime pertinacia, et nimia cupiditas principatus innascitur. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 37. Neglectis urenda filix innascitur agris. *Plaut. Mil.* 4. 2. 71. Non mihi avaritia unquam innata est. *I was never covetous by nature. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 41. Conversæ sunt omnium mentes, summaque alacritas et cupiditas belli gerendi innata est.

INNĀTO, as, avi, atum, a. 1. *to swim into,* εἰσνέω, in aliquem locum nato, adnato. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 48. Cum pisciculi parvi in concham hiantem innataverint. ¶ Item super aquam nato, fluito, supernato, *to swim or float upon,* ἐπινήχομαι, ἐπιπολάζομαι. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. Beluæ partim submersæ, partim fluitantes et innatantes. *Virg.* 2. *Georg.* v. 451. torrentem undam levis innatat alnus. *Colum. sub fin.* c. 1. l. 4. Humus condensata subsidit, ac velut innatantes, radices vitium summo solo destituit. *swimming as it were on the surface of the ground.* et *sub fin.* c. 4. l. 12. Ubi non innatent, sed semper sint jure submersa. *Plin.* l. 8. c. 25. *a med.* Homines flumini innatant. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 52. lactuca innatat acri post vinum stomacho. ¶ Translate *Quintil.* l. 10. *sub fin.* Ita enim servabitur pondus, et innatans illa verborum facilitas in altum reducetur. *floating on the surface, superficial, external.* Loquitur de extemporali dicendi facultate. *Id.* l. 7. c. 1. *a med.* Hæc veluti innatantia videbunt. *h. e.* exstantia, manifesta, in oculos incurrentia. *floating as it were on the surface, superficial, obvious.* ¶ Pro influere, inundare. *Plin.* l. 5. c. 9. *a med.* Nilus fecundus innatat terræ. *flows in upon, spreads over.* Adde *Plin. alter* l. 8. ep. 17. ¶ Eleganter de comis dicitur. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 525. tenui vagus innatat unda Crinis, ad obscuræ decurrens cingula mammæ.

INNĀTUS, a, um, *born in, implanted in, inbred, natural to, inborn, innate, ingenerate,* ἐπιγεννηθεὶς, in aliqua re natus, intus natus, insitus. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 37. innataque rupibus altis robora. *Horat. de ar. Poet.* v. 245. Fauni innati triviis. *Justin.* l. 2. c. 6. Eodem innati solo, quod incolunt. *Plin.* l. 8. c. 32. *ad fin.* Innata in cornibus cervi hedera. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 47. Calvitium uni tantum animalium homini, præterquam innatum. *h. e.* exceptis iis, quibus naturale est, ut corvis aquaticis, &c. *Id.* l. 37. c. 7. Carbunculi innato fulgore radiantes. ¶ Translate *Cic.* 4. *de Fin.* c. 2. Nos habere insitam quandam, vel potius innatam cupiditatem scientiæ. *Id.* 6. *Verr.* c. 48. Hoc Siculis tam persuasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse videatur. *Id. in Top.* c. 18. Innata atque insita anteponantur assumptis atque adventitiis. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 42. Iracundia et temeritas, quæ maxime illi hominum generi est innata. et lib. 3. *B. Civ.* c. 92. Alacritas naturaliter innata omnibus.

Quintil. l. 9. c. 3. *post med.* Affectatio innata, non arcessita. ¶ Pro non natus. *not born. Tertull. advers. Hermog.* c. 5. et 18. Innatus Deus: an non et innata materia? *Prudent. in Apotheosi*, v. 313. natum scimus ab innato. Adde vers. 148.

INNAVIGABĬLIS, le, *not to be sailed on, innavigable*, ἄπλοος, ubi quis navigare non potest. *Liv.* l. 5. c. 13. Adeo ut viæ clausæ, Tiberis innavigabilis fuerit.

INNAVĬGANS, antis, *sailing, navigating*, qui navigat. *Pompon. Mela, initio* l. 2. Modo sinistro latere innavigantium apposita.

INNECTO, is, exui, exum, a. 3. *to tie, bind, or fasten, about*, ἐμπλέκω, ἐνείρω, colligare, adnectere, circumligare. *Virg.* 7. *Æn.* v. 351. fit tortile collo Aurum, ingens coluber: fit longæ tænia vittæ, Innectitque comas. et lib. 8. v. 661. lactea colla Auro innectuntur. *are bound with golden chains.* et lib. 5. v. 425. Et paribus palmas amborum innexuit armis. *h. e.* cæstibus palmas induit. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 3. v. 3. Innectere tempora sertis. *Id.* 10. *Metam.* v. 378. fauces laqueo. et lib. 11. v. 240. colla lacertis. *to hug, embrace. Stat.* 4. *Theb.* v. 26. brachia collo. *to clasp, fold, twine around. Horat. epod. ult.* v. 72. vincla gutturi. *Sil.* l. 11. v. 250. huic meritas innecte catenas. (*Bentlei. ad Horat. loc. cit.* negat *innectere vincula alicui* Latine dici: sed non videtur probare.) *Stat.* 1. *Theb.* v. 511. ambos Innectens manibus, tecta ulterioris ad aulæ Progreditur. *taking them by the hand. Tacit.* 4. *Hist.* c. 46. Innecti cervicibus. *h. e.* amplecti cervices. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Pros.* v. 241. innectere retia lustris. *to stretch, spread, pitch. Prudent. in Psychom.* v. 357. rigidas nodis innectier ulnas. *paragoge.* ¶ Translate *Virg.* 4. *Æn.* v. 51. causas innecte morandi. *h. e.* aliam super aliam affer morandi causam. *frame, devise, contrive. Stat.* 5. *Theb.* v. 743. plures moras innectere. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 37. Hyrcanis per affinitatem innexus erat. *Virg.* 6. *Æn.* v. 609. Innectere fraudem clienti. *Senec. in Hippol.* v. 416. Innectere mentem. *to charm. h. e.* veneficio illigare.

INNEXUS, a, um, *tied, bound, made fast*, illigatus, nexus. *Colum.* lib. 11. cap. 1. *a med.* Mancipia compedibus diligenter innexa. ¶ Cum accusativo, Græco more. *Virg.* 5. *Æn.* v. 510. *de columba.* nodos et vincula rupit, Queis innexa pedem malo pendebat ab alto. et lib. 6. v. 281. Vipereum crinem vittis innexa cruentis. et lib. 7. v. 669. Herculeoque humeros innexus amictu. ¶ Translate *Tacit.* 3. *Ann.* c. 10. Innexus conscientiæ alicujus. *conscious of, privy to. Virg.* 6. *Æn.* v. 609. fraus innexa clienti. *h. e.* conflata, parata. *Gell.* l. 19. c. 12. Motus animi innexi implicatique vigoribus quibusdam mentium.

INNIDIFĬCO. V. loc. *Plinii* in *Inædifico.*

INNĪSUS. V. *Innitor.*

INNĪTOR, eris, ixus, *et* isus sum, depon. 3. *to lean or rest upon, recline upon*, ἐνισχυρίζομαι, in aliqua re nitor, incumbo, inhæreo: cum dat. aut ablativo. *Plin.* l. 17. c. 22. *a med.* Vineis breves ad innitendum cannas circumdare. *Ovid. Metam.* 14. v. 655. Innitens baculo. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 27. Ut etiam qui vulneribus confecti procubuissent, scutis innixi prœlium redintegrarent. *Stat.* 12. *Theb.* v. 144. Debile carpit iter, fractæque innititur hastæ. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 599. Doque leves saltus, udæque innitor arenæ. *support my foot on the sand.* et lib. 15. v. 726. Innixus moderamine navis. *Liv.* l. 4. c. 19. Et ipse hasta innixus se in pedes excepit. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 401. Avis innixa alis. *supporting herself on her wings, flying.* et lib. 3. *ex Ponto*, ep. 2. v. 49. templa vastis innixa columnis. et lib. 3. *Amor.* el. 1. v. 31. pictis innixa cothurnis. *Plin.* l. 16. c. 31. Arbores radicibus innituntur. ¶ Cum accus. et *in* præposit. *Plin.* l. 7. c. 53. In Pansam fratrem innixus. ¶ *Inniti* etiam dicitur de eo, qui incumbit premendi causa. *Hirt. de B. Afric.* c. 84. Cum elephantus lixam sub pede subditum, deinde genu innixus, pondere suo premeret atque enecaret. ¶ Translate *Cic. de Harusp. resp. c. pænult. extr.* Vix hæc, si undique fulciamus, jam labefacta, vix, inquam, innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 30. Præcipuus, cui secreta imperatorum inniterentur. *were confided.* et lib. 15. c. 60. Salutem suam incolumitate Pisonis inniti. *depends upon. Quintil.* l. 6. c. 1. *a med.* (*al.* c. 2.) Omnia curæ tutelæque unius innixa. *relying upon. Id.* l. 12. c. 10. *ante med.* Syllabæ nostræ in *b* litteram, et *d* innituntur. *h. e.* desinunt, et veluti incumbunt. ¶ Pro *innixus* dicitur etiam *innisus*, ut ab *enitor enisus. Tacit.* 2. *Ann.* c. 29. Lectica delatus ad fores curiæ, innisusque fratri, &c. V. *Nixus, a, um*, in fine.

INNIXUS, V. *Innitor. Innixum sidus* apud *Avien.* in *Arat.* v. 205. est Engonasi. V.

INNO, as, avi, atum, n. 1. *to swim in, float upon*, εἰσνέω, in aliquo loco nare, innatare. *Virg. Æn.* 10. v. 222. innabant pariter, fluctusque secabant. et lib. 8. v. 93. fluvio pictas innare carinas. et vers. 691. pelago credas innare revulsas Cycladas. *Liv.* l. 21. c. 26. *extr.* Alveos informes (nihil, dummodo innare aquæ, et capere onera possent, curantes) raptim faciebant. *float. Virg. Æn.* 3. v. 142. fluviosque innare rapaces. *to swim over, swim across.* Sic 8. *Æn.* v. 651. Et fluvium vinclis innaret Clelia ruptis. *Sueton. in Ner.* c. 12. Marina aqua innantes belluæ. ¶ Præter ea tempora, quæ in allatis exemplis apparent, vix alium hujus verbi usum invenies.

INNOBILITĀTUS, a, um, ignobilis. *Lamprid. in Heliog.* c. 4. Quæ nobilitatos maritos non habuerant, ne innobilitatæ remanerent.

INNŎCENS, entis, *innocent, faultless, free from fault, harmless, guiltless, blameless*, ἄκακος, ἀβλαβής, qui nocet nemini, qui damni in culpa non est, innocuus, innoxius. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 14. Innocens is dicitur, non qui leviter nocet, sed qui nihil nocet. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 20. Innocens si accusatus sit, absolvi potest: nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. *Id.* 6. *Verr.* c. 4. Vir integer, innocens, religiosus. *spotless, virtuous, upright. Id. de clar. Orat.* c. 48. Erat et bonus vir, et innocens. *Martial.* l. 3. epigr. 44. Vir justus, probus, innocens. *Terent. Adelph.* 2. 1. 1. Ferte misero atque innocenti auxilium. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 34. Verba mea arguuntur: adeo factorum innocens sum. *Flor.* l. 4. c. 1. Innocens parricidii. *Cic. Verr.* 4. c. 33. Innocentissimo patre privatus est. *Tacit. in Agric. c. pænult.* Innocenti sanguine perfundi. *Plin. in proœm.* l. 33. Innocens et beata vita. ¶ Speciatim *innocens* dicitur, qui abstinet se ab alieno, et manus continet, ne quidquam cuiquam detrimenti in re sua inferat: quæ laus est præcipua magistratuum provincialium. *disinterested. Cic. Verr.* 2. c. 4. Siciliam ita vexavit ac perdidit, ut vix per multos annos, innocentesque prætores recreari posse videatur. *Sallust. in Catil.* c. 57. *de Catone.* Cum strenuo virtute; cum modesto pudore; cum innocente abstinentia certabat. ¶ Tribuitur et rebus inanimis, quæ innocuæ sunt. *Cic. Fam.* 5. ep. 18. *in fi.* Epistolam tuam conscidi innocentem. nihil enim habebat, quod non vel in concione recte legi posset. *that any one might read. Martial.* l. 1. epigr. 83. Innocens ruina. *Horat.* l. 1. od. 17. v. 21. innocentis pocula Lesbii ducere. *Plin.* l. 23. c. 7. *a med.* Nec est alius eis pomis innocentior cibus.

INNOCENTER, *innocently, harmlessly, inoffensively, blamelessly*, ἀβλαβῶς, sine noxa, sine culpa, innoxie. *Quintil.* l. 7. c. 4. *circa med.* Innocenter vivere. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 9. Innocentius agere. *Auct. declam. in Sallust.* c. 2. Vita innocentissime acta. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 44. Opes innocenter paratæ, et modeste habitæ. *Plin.* lib. 18. cap. 32. Omnia, quæ cæduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decrescente luna, quam crescente fiunt. *h. e.* salubrius, melius, a damno magis procul.

INNOCENTĬA, æ, f. *innocence, integrity, probity*, ἀβλάβεια, ἀκακία, probitas, integritas, justitia, sanctitas. *Cic.* 3. *Tuscul.* cap. 8. Innocentia, quæ apud Græcos usitatum nomen nullum habet, sed habere potest ἀβλάβειαν. Nam est innocentia affectio talis animi, quæ noceat nemini. *Crassus* apud *Cicer. in Orat.* c. 65. Ubi libido dominatur, innocentiæ leve præsidium est. *Cic.* 3. *Phil.* c. 10. Vir summa integritate atque innocentia. *Plin.* l. 12. c. 14. *circa med.* Silva turis, divisa certis portionibus, mutua innocentia tuta est. *h. e.* dum nemo eorum, quibus eæ portiones contigere, alteri nocet. ¶ Speciatim est abstinentia, ut in *Innocens* dictum est: et rapacitati, atque avaritiæ opponitur. *disinterestedness. Cic. pro Leg. Manil.* c. 13. Ac primum quanta innocentia debent esse imperatores! Adde *Nepot. in Aristid.* cap. 1. et 2. ¶ Tribuitur et brutis, et rebus inanimis. *Plin. in fi. Hist. natur.* Italia principatum obtinens nemorum salubritate, ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, &c. *Pallad.* lib. 1. tit. 35. *a med.* Nocentes spiritus innocentia fumi graveolentis exagitat.

INNOCŬE, adverb. *innocently, innoxiously, harmlessly*, non nocendo, ἀβλαβῶς. *Sueton. in Domit.* c. 19. Sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue evaderent. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 640. Innocue vivere.

INNOCŬUS, a, um, *innocent, harmless, inoffensive, innoxious, innocuous*, ἀβλαβής, active est qui non nocet, innoxius. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 299. Spargimur innocuæ succis melioribus herbæ. *Plin.* l. 8. c. 34. Luporum genus innocuum homini. *Id.* lib. 18. c. 17. Imber leguminibus innocuus. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 373. Viximus innocuæ. *Id.* 2. *Trist.* v. 273. Agere causas innocuas. *h. e.* innocentium. et l. 3. el. 9. v. 26. Innocuum rigido perforat ense latus. *Virg.* 7. *Æn.* v. 229. Diis sedem exiguam patriis, litusque rogamus Innocuum. *h. e.* quod sine aliorum damno possideamus. ¶ Passive cui non nocetur. *unhurt, free from damage or harm. Virg.* 10. *Æn.* v. 301. sedere carinæ omnes innocuæ. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 800. Æneas, Innocuum cui dedit ignis iter. *Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 330. Fida per innocuas errent incendia turres. *uninjured.*

INNODĀTUS, a, um, adject. ἐνδεδεμένος, vinctus, nodo constrictus, *bound, tied or fastened by a knot. Ammian.* l. 28. c. 6. *ad fin.* (*al.* c. 37.) Innodato gutture laquei nexibus interire. ¶ Translate *Imp. Justinian.* lib. 4. *Cod.* tit. 31. *leg. ult.* Si causa liquida sit, et non multis ambagibus innodata. *h. e.* implicata, involuta, obscura.

INNŌDO, as, avi, atum, a. 1. *to tie with a knot*, περιστρέφω, nodo constringo. Translate *Sidon.* l. et ep. 9. *sub fin.* Spiris categoricis lubricas quæstiones innodare.

INNOMINABĬLIS, le, *that cannot be named, nameless*, ἀνώνυμος, qui nomine significari non potest. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 37. Inexcogitabilis, inenarrabilis, innominabilis. *Apul.* l. 1. *de dogm. Plat.* Indictus, innominabilis.

INNŌTESCO, is, tui, n. 3. *to become noted or known*, διαγνωρίζομαι, notus fio. Usum habet fere in præteritis. *Phædr.* l. 1. fab. 10. Quicumque turpi fraude semel innotuit, Etiam si verum dicit, amittit fidem. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 12. v. 7. nostris innotuit illa libellis. *Plin.* l. 35. c. 11. *a med.* Ctesilochus petulanti pictura innotuit. *Sueton. in Ner.* c. 42. Carmina, quæ vulgo innotuerunt. *were published. Justin.* l. 12. cap. 2. Ubi Appulis oraculum innotuit. ¶ In aliis temporibus *Valer. Max.* l. 8. cap. 14. n. 5. *extern.* Etiam sceleribus innotescere non dubitarunt. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 10. Quando enim rarissimarum recitationum fama per tot provincias innotescat? *Capitol. in Maxim.* c. 2. Innotescendi sub Severo Imperatore prima hæc fuit causa. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 1. Ut liquido mens operis innotescat. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 9. leg. 3. Ut innotesceret, prætorem curam agere reprimendæ improbitatis. Al. leg. *Prætor*, Græca loquendi ratione. ¶ Pro cognoscere. *Ulpian. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 4. *sub fin.* Ex quo innotuit tutor, se esse tutorem. Ita *Torrentin.* alii *tutori.* ¶ Etiam pro notum facere usurpari posse, affirmat *Salmas.* non uno in loco Historiæ Augustæ: et legitur in cap. 7. *Soliloquior.* quæ olim *Augustino* tribuebantur. Sed neque hic, neque præcedens dicendi modus satis Latinus est.

INNOTITĬA. V. *Ignotitia.*

INNŎTO, as, a. 1. *to inscribe*, pro noto, adnoto, tribuunt quidam *Hygino* l. 4. *poet. astron.* c. 1. sed dubia est ejus loci scriptura.

INNŌTUS, pro ignotus legitur a quibusdam apud *Ammian.* l. 29. c. 2. (*al.* c. 16.) Ultimi sanguinis et innoti.

INNOVATĬO, onis, f. *innovation*, actus innovandi, renovatio. *Tertull.* l. et cap. 1. *advers. Marcion.* Innovationis ejus occasio aliquid adjicere persuasit. *Arnob.* l. 1. pag. 7. Rerum innovatio. Adde *Apul. ad Asclep.* pag. 95. *Elmenhorst.*

INNOVĀTUS, a, um, *renewed, innovated*, renovatus. *Minuc. Fel. in Octav.* c. 11. *ad fin.* Vellem sciscitari, utrum ne sine corpore, an cum corporibus; et corporibus quibus, ipsis ne, an innovatis resurgatur. Adde *Lactant.* l. 7. c. 22. *circa med.* [*Inscript. in Ephemer. Florent.* an. 1789. col. 454. quæ est anni a Chr. nato CCXVIII. Villa fundi Barbani a solo innovata, &c.]

INNŎVO, as, avi, atum, a. 1. *to alter, renew, innovate*, ἐγκαινόω, νεόω, novum facio, renovo. *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *ad fin.* Labeo fiducia doctrinæ fretus, plurima innovare instituit. ¶ Translate *Cic. in Pison.* c. 36. *extr.* Cum tibi spe falsa animos rumor inflasset, quo te modo ad tuam intemperantiam, scelerate, innovasti? *h. e.* iterum ad intemperantiam rediisti. *hast recruited.*

INNOX, pro innoxius habetur in tribus litteratis lapidibus apud *Reines.* class. 20. n. 144. 145. et 317. qui monumenta Christianorum sunt, et sequioris ævi.

INNOXĬE, *innoxiously, harmlessly, innocently*, innocue. *Plin.* lib. 31. cap. 9. Sal emollit alvum in vino mixtus, innoxie. *Vopisc. in Aurel.* c. 4. Quod vinctum fasciola Aurelianum aquila innoxie de cunis levaverit. *without hurt or injury. Minuc. Fel. in Octav.* c. 33. Deum caste, innoxie, religioseque coluerunt. *blamelessly.*

INNOXĬUS, a, um, *that has done no harm, not guilty, harmless, innocent, inoffensive, not hurtful, blameless, innoxious*, ἀβλαβής, innocuus, innocens. *Plaut. Capt.* 3. 5. 7. Decet, innocentem servum atque innoxium, confidentem esse, suum apud herum potissimum. *Ovid.* l. 9. *Metam.* v. 627. non possum innoxia dici. *Nep. in Milt. in fi.* Maluit eum innoxium plecti, quam, &c. *Cato* apud *Priscian.* l. 3. pag. 601. *Putsch.* Animus innoxior. *Al. leg.* innoxiior. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 20. Innoxium iter. *h. e.* in quo miles nemini nocet. *Plin.* l. 8. *c. ult.* Quædam animalia indigenis innoxia, advenas interimunt. *Id.* l. 14. c. 2. *a med.* Vitis viribus innoxia. *Id.* l. 21. c. 31. *ad fin.* Innoxia medicamina. *Id.* l. 10. c. 37. innoxia vulnera. *h. e.* sanabilia. *not mortal. Id.* l. 3. c. 5. innoxii saltus. *h. e.* in quibus nullum est a noxiis animalibus periculum. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 47. *extr.* Hinc, vel illinc appellere, indiscretum et innoxium est. ¶ Cum genitivo *Sever. in Ætna*, v. 356. fax innoxia rapti. *h. e.* quæ nihil corripit, uritve. Al. aliter leg. ¶ Passive (ut *innocuus*) est is, cui non nocetur, *unhurt. Colum.* l. 2. c. 10. *ante med.* Faba sic condita, a curculionibus erit innoxia. *Lucan.* l. 9. v. 892. gens a sævo serpentum innoxia morsu. *not hurt by the bite of serpents. Sallust. in Catil.* c. 40. Hi magistratus, provincias, aliaque omnia tenere; ipsi innoxii, florentes, sine metu ætatem agere. *Colum.* l. 12. c. 38. *extr.* Quod non decoxeris, poterit innoxium durare biennio. *without spoiling.* Sic cap. 45. Mel exanimum corpus hominis per annos plurimos innoxium conservat. *perfect, entire.*

INNUBĬLO, as, avi, atum, a. 1. *to cloud, darken, make gloomy*, nubilum induco, obscuro. *Solin.* c. 53. (*al.* 66.) *a med.* Orbiculi lapillorum rufo colore innubilantur. *Augustin.* epist. 238. Serenitatem gaudii fœda innubilare tristitia.

INNUBĪLUS, a, um, *without clouds, cloudless*, [illegible]

serene, αἴθριος, non nubilus, clarus, serenus. *Lucret.* l. 3. v. 21. Semperque innubilus æther Integit.

INNUBIS, e, *cloudless, serene,* ἀνέφελος, qui est sine nubibus. *Senec. in Herc. Œt.* v. 238. Et fulsit Iole, qualis innubis dies.

INNŪBO, is, psi, ptum, n. 3. *to be married into; to remove to the roof of her husband,* ἐγγαμεῖν, est transire ad domum mariti. Unde *nubere in illustrem familiam* dicuntur mulieres, quæ nobili viro nubunt. *Liv.* l. 1. c. 34. Ea cum innupsisset. *had married into the family. Al. leg.* Ea, quæ innupsisset. [*Ovid.* 7. *Met.* v. 856. Ne thalamis Auram patiare innubere nostris.] ¶ Per Catachresin sumitur pro *transire* in genere. *Lucil.* l. 6. *Sat.* Invadere atque innubere censent. Ita *Nonius* c. 2. n. 451.

INNŬBUS, a, um, *unmarried,* ἄγαμος, ut mulier innuba, quæ nunquam nupsit. *Ovid. Metam.* 14. v. 141. contempto munere Phœbi Innuba permaneo. *a maid.* Sic *laurus* dicitur *innuba* propter Daphnen virginem, quam fabulantur in laurum fuisse conversam. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 92. Nec tiliæ molles, nec fagus, et innuba laurus. *the virgin laurel.*

INNUMERABĬLIS, le, *that cannot be numbered, numberless, without number, infinite, countless, innumerable,* ἀναρίθμητος, qui numerari non potest. *Cic. post redit. in Sen.* c. 5. Cum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio ad eum supplex sordidata venisset. *Id. pro Quint.* c. 11. Doce, te petiisse ab eo istam nescio quam innumerabilem pecuniam. *Horat.* l. 3. *od. ult.* v. 4. Innumerabilis annorum series. *Gell.* l. 14. c. 1. *ante med.* Infinito prope, et innumerabili numero annorum. *Plin.* lib. 2. cap. 23. *extr.* Innumerabilis multiplicatio.

INNUMERABILĬTAS, atis, f. *an infinite number,* ἀπειρία, infinitas. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 26. Tamen pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitates locorum, innumerabilitatemque mundorum.

INNUMERABILĬTER, *innumerably, without number,* sine numero. *Lucret.* l. 5. v. 274. Aera nunc igitur dicam, qui corpore toto Innumerabiliter privas mutatur in horas.

INNŪMERĀLIS, le, idem ac innumerabilis. *Lucret.* l. 2. v. 1084. Non esse unica, sed numero magis innumerali.

INNUMĔRUS, a, um, *without number, numberless, countless, innumerable, innumerous,* ἀνάριθμος, innumerabilis. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 22. *extr.* Isocrates, cujus e ludo, tanquam ex equo Trojano, innumeri principes exierunt. *Al. rectius leg.* meri. *Virg.* 6. *Æn.* v. 706. Hunc circum innumeræ gentes, populique volabant. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 12. v. 20. Cinctus ab innumero me tenet hoste locus. *Id. Heroid.* ep. 16. v. 366. *de Hectore.* Unus is innumeri militis instar habet. *Martial.* l. 8. epigr. 55. Innumero quoties silva leone furit. *Plin.* l. 6. c. 17. Multitudo populorum innumera. *Id.* l. 18. c. 26. *circa med.* Innumera rusticos cura distringit. *Id.* l. 29. c. 2. Innumeros prope usus habent. *Lucret.* l. 2. v. 1052. innumero numero semina. *Valer. Flacc.* lib. 2. v. 130. innumerum flatus confingis equorum. *pro* innumerorum. *Plaut.* epitaphio, quod sibi ipse composuit, teste *Varrone* apud *Gell.* l. 1. c. 24. Scena est deserta, dein Risus, Ludu', Jocusque, Et numeri innumeri simul omnes collacrumarunt. *h. e.* innumerabiles versus Comici, quos conscripsit. *Turneb.* l. 10. *advers.* cap. 12. alterum ab altero distinguit commate, et per *numeros* Comicos versus, per *innumeros* prosam orationem intelligit, quæ sine numeris est: ut *in* sit privativa. Additque eodem modo interpretandum esse illud *Auson. Edyll.* 4. v. 47. tu flexu, et acumine vocis Innumeros numeros doctis accentibus effer. *Scalig. in lect. Auson.* l. 2. c. 17. nihil distinguendum censet, sed versus Comicorum *innumeros* appellari, quia numeri quidem sunt, sed lege soluti, ut ait *Horat.* l. 4. od. 2. v. 12. et prosæ orationis similes. Sunt etiam qui ita scribi apud *Auson.* volunt, *in numeros numeros,* ut dicat, effer numeros doctis accentibus in numeros, h. e. ad musicæ leges. *Barthius* lib. 37. *adversar.* c. 11. putat etiam *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 21. *extr.* dixisse *innumerum,* numeris non inclusum: sed ibi longe aliter alii leg.

INNŬO, is, ui, utum, n. 3. *to nod or beckon with the head, make signs to one, intimate by a nod, give a nod,* ἐπινεύω, signo aliquo capitis voluntatem ostendo. *Terent. Eun.* 4. 5. 9. Abiens innuit mihi. *Id. Adelph.* 2. 1. 17. Ne mora sit, si innuerim, quin pugnus in mala hæreat. *Plaut. Rud.* 3. 4. 26. Vos adeo, ubi ego innuero vobis, si ne ei caput exoculassitis, ego vos virgis circumvinciam. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 26. Si iste suos hospites rogasset, imo innuisset modo, hoc facile perfici posset. Al. aliter leg. *Juvenal.* sat. 3. v. 317. Nam mihi commota jamdudum mulio virga Innuit. *Vitruv.* lib. 8. cap. 5. *extr.* Aqua innuetur his signis esse tenus, et in summa salubritate.

INNUPTA, æ, adject. *unmarried, unwed, chaste, a virgin,* mulier, quæ non nupsit. *Virg.* 4. *Georg.* v. 476. pueri, innuptæque puellæ. *Id.* 2. *Æn.* v. 31. Innupta Minerva. ¶ Absolute *Catull.* carm. 61. *nupt.* v. 6. Cernitis, innuptæ, juvenes? consurgit contra. et carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 78. Electos juvenes simul, et decus innuptarum. ¶ *Innuptæ nuptiæ,* quæ contra jus fasque factæ sunt. *an unlawful or unlucky marriage. Vetus poeta* apud *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 59. Qua tempestate Paris Helenam innuptis junxit nuptiis. Sic *insepulta sepultura* apud *Cicer.* et *funera ne funera* apud *Catull.* et Græcis ἄγαμος γάμος. ¶ *Innupta bos,* apud *Senec. in Œdip.* v. 373. quæ marem nondum est experta. Al. tamen leg. *infausta.*

INNUTRIBĬLIS, le, qui non nutrit. *Cæl. Aurel.* l. 2. *Acut.* c. 9. *sub fin.* Juscellum innutribile. *weak or thin broth; soup meagre.*

INNUTRĬO, is, a. 4. *to nourish or bring up in,* ἐντρέφω, in aliquo loco nutrio, vel simul nutrio. *Sil.* l. 2. v. 286. ne castris innutriretur et armis. *bred up in. Senec.* ep. 2. Vide ne ista lectio multorum auctorum habeat aliquid vagum et instabile. Certis ingeniis immorari et innutriri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat.

INNUTRĪTUS, a, um, *nourished or brought up in,* nutritus in aliqua re, vel loco. *Plin.* l. 9. ep. 33. Donec homines innutritos mari subiret timendi pudor. *accustomed to the sea. Sueton. in Aug.* c. 3. Innutritus amplis opibus. *brought up in great opulence. Senec. de consol. ad Polyb.* c. 21. *ad fin.* Liberalibus disciplinis non innutritus tantum, sed innatus est. ¶ Item non nutritus. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 1. c. 17. *a med.* Ægrotantem innutritum relinquere.

INO, us, f. Ἰνώ, filia Cadmi et Hermiones, soror Semeles, uxor Athamantis Thebarum regis, nutrix Liberi Patris. Cum illam et filium Melicerten Athamas Junonis, seu Tisiphones, instinctu furens, tanquam leænam et leonem insequeretur, una cum filio se de scopulo præcipitem misit in mare: et deorum miseratione ambo in deos marinos versi sunt, et Ino quidem Leucothea, et Matuta dici cœpit, Melicertes vero Palæmon, et Portumnus. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 416. *et sequentib.* et 6. *Fast.* v. 485. *et sequentib.* et *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 12. *extr.* Adde his *Hygin.* fab. 2. 4. 224. et 243. quibus locis modo *Ino, us,* Græco more, modo Latino *Ino, onis,* declinat. Porro cit. fab. 2. aliter rem narrat: scilicet voluisse eam Phrixum et Hellem, ejusdem Athamantis, sed ex alia uxore, filios interficere, eisque insidias struxisse: re cognita, Athamantem ultionis ergo ipsam interficere voluisse: et primo quidem, insania ab Jove objecta, Learchum filium occidisse: deinde cum Ino quoque cum altero filio Melicerte necare vellet, hos fuga mare petiisse, seque in illud præcipitasse, &c. V. dicta in *Athamas.*

INOBAUDIENTĬA, pro inobedientia, *disobedience. Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 17. *sub fin.*

INOBAUDIO, pro non obedio. *to disobey. Tertull.* l. 3. c. 16. *advers. Marc.* ex *Exod.* 23. 21.

INOBEDIENTER, *disobediently. Augustin.* l. 14. *de Civ. Dei,* c. 17. Voluntatem libido inobedienter movebat.

INOBEDIENTĬA, æ, f. *disobedience,* παρακοή, ἀπείθεια. *August.* l. 14. *de Civ. Dei,* c. 17. Damnata culpa inobedientiæ. *Hieronym. de quæst. Hebraic. ad* 2. *Reg.* 1. Saulus per inobedientiam periit.

INOBĒDUS, a, um, *disobedient,* non obediens. *Arnob.* l. 7. pag. 248. Ut ab ipso patre terror coercitionis inciperet, apud quem causa tanti fuerat motus, et inobeda cessatio. Al. leg. *et in obeundo.*

INOBLECTOR, aris, dep. 1. *to take delight in,* in aliqua re oblector. *Tertull. advers. Hermog.* c. 18. Inoblectabatur in filiis hominum.

INOBLITTERĀTUS, a, um, adject. *not obliterated,* non oblitteratus, non delectus. *Tertull. de Anim.* c. 24. Scientia inoblitterata.

INOBLĪTUS, a, um, *not forgetful,* perpetuo memor. *Ovid.* 4. *ex Ponto,* epist. 15. v. 37. Semper inoblita repetam tua munera mente.

INOBRŬTUS, a, um, *not overwhelmed,* non obrutus. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 356. Deucalioneas effugit inobrutus undas. *not drowned.*

INOBSCURABILIS, le, adject. qui obscurari non potest. *Tertull. de Anim.* c. 3. Inobscurabilis regula.

INOBSCURO, as, a. 1. *to darken, obscure,* ἀμαυρόω, obscurum reddo. *Cic.* 9. *Phil.* c. 5. Nulla ejus legationem posteritatis inobscurabit oblivio. *Al. leg.* obscurabit.

INOBSEPTUS, a, um, non septus. *Lactant. de Opif. Dei,* c. 8. Aurium foramina inobsepta.

INOBSĔQUENS, entis, *stubborn, contumacious, disobedient,* contumax, non obsequens, ἀπειθής. *Senec. in Hippol.* v. 1068. Inobsequentes protinus frenis equi rapuere currum. *Senec. alter in præf. natur. quæst. sub fin.* An a magno artifice prave formentur multa, non quia cessat ars, sed quia id, in quo exercetur, sæpe inobsequens arti est.

INOBSERVABĪLIS, le, *not to be observed, unobservable,* qui observari non solet, aut potest. *Plin.* l. 2. c. 17. Cujus est maxime inobservabilis cursus. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 115. Ne labyrintheis e flexibus egredientem Tecti frustraretur inobservabilis error.

INOBSERVANS, antis, *unobserving,* non observans. *Pallad.* l. 1. c. 25. *a med.* Quod si inobservantes homines sub aere deprehendant, &c.

INOBSERVANTĬA, æ, f. indifferentia circa rem aliquam, *indifference, negligence, inattention. Sueton. in Aug.* c. 76. Ex hac inobservantia nonnunquam solus vel ante initum, vel post dimissum convivium cœnitabat.

INOBSERVĀTUS, a, um, *not observed, unobserved,* ἀπαρατήρητος, non observatus. *Martial.* lib. 8. epigr. 32. Luserat hos casus, nisi inobservata maneret. *Ovid. Fast.* 3. v. 111. Inobservata sidera. *Senec.* lib. 3. *quæst. nat.* c. 26. *a med.* Tempus inobservatum et incertum.

INOBSOLĒTUS, a, um, adject. *not old or obsolete,* non obsoletus. *Tertull. de resurrect. carn.* c. 58. Vestimenta inobsoleta et indetrita.

INOCCĀTUS, a, um, *harrowed in,* occatus. *Colum.* lib. 3. cap. 15. Pastinatio emundata, inoccata, et æquata.

INOCCIDŬUS, a, um, *that never sets,* qui occasu non absconditur. *Lucan.* l. 8. v. 175. Axis inocciduus, gemina clarissimus Arcto. *the never-setting pole. Claudian.* l. 3. *de rapt. Pros.* v. 400. ignes inoccidui. *unextinguishable, unquenchable.* [*Arnob.* l. 2. *ante med.* pag. 68. Vita continua et inoccidua.] ¶ Translate *Stat. Theb.* 6. v. 277. Spectat inocciduis stellatum visibus Argum. *h. e.* oculis semper vigilantibus. *ever watchful; that never sleep.*

INOCCO, as, avi, atum, a. 1. *to harrow in, cover with earth,* ἐμβωλοκοπέω, est semen cooperire, quod fit, cum semen in agro seminatum est, et glebas sarculis, aut cratibus dissolvimus, ut semen humo contegatur: ex *in,* et *occo. Colum.* l. 2. c. 8. Semen, quod sicco solo ingestum, et jam inoccatum est. *Id.* l. 11. c. 2. *a med.* Sementi facta, inoccare oportet quod sparseris.

INOCULATĬO, onis, f. *the taking of a bud or gem from one tree and inserting it in another, ingrafting, inoculation,* ἐνοφθαλμισμός, actus inoculandi, insitio per oculum, cum gemma seu oculus arboris cum exiguo cortice, alterius arboris delibrato cortici inseritur: quæ et emplastratio dicitur, ut *Cato R. R.* c. 42. *Colum.* l. 5. c. 11. et lib. 11. c. 2. *a med.* et *Pallad. in Jun.* tit. 5. docent. ¶ Olim inoculatio alio modo fiebat, scil. fistula aperiendo in arbore oculum cortice inciso; semenque seu surculum includendo, eadem fistula sublatum ex alia: quæ sunt verba *Plin.* l. 17. c. 14. qui proinde cap. 16. recte eam ab emplastratione distinguit.

INOCULĀTOR, oris, m. *an inoculator, one who practises the inoculation of trees,* qui inoculat. *Plin.* l. 18. c. 33. Hunc caveat insitor calamis, gemmisque inoculator.

INOCULĀTUS, a, um, *inoculated, ingrafted,* per inoculationem insitus. Translate *Apul.* l. 6. *Metam.* Bullis aureis inoculatus. *h. e.* distinctus, ornatus.

INOCŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to take the bud or gem from one tree and insert it in another, insert the eye of a bud into another stock, ingraft, inoculate,* ἐνοφθαλμίζω, insitionem per oculum facere, eo modo, quo in *Inoculatio* dictum est. *Colum.* l. 11. c. 2. *a med.* His diebus arbores ficorum inoculantur: quod genus insitionis emplastratio vocatur. *Pallad. in Novembr. tit.* 7. *ante med.* Mense Junio persicus inoculari potest: quod emplastrari dicitur. ¶ Translate *Macrob.* l. et cap. 1. *in Somn. Scip.* Ad hunc justitiæ affectum pectoribus inoculandum. *h. e.* inserendum, imprimendum.

INODŌRO, as, a. 1. *to taint or infect with a smell,* odore inficio. *Colum.* l. 11. c. 3. *ante med.* Allium sic satum, et rursus sic reconditum, existimatur neque acerrimi saporis exsistere, neque mandentium halitus inodorare.

INODŌROR, aris, atus sum, dep. 1. *to smell out, scent,* est indagare, quod in occulto latet. *Cic. Attic.* l. 2. *ep. ult.* Mirabiliter enim inodoratus est, sicut nosti. Ita legit *Manut.* Alii *moratus.*

INODŌRUS, a, um, *without odours or spices, unperfumed, without scent or fragrance, inodorate, inodorous,* ἄνοδμος, qui est sine odore. *Pers.* sat. 6. v. 35. urnæ ossa inodora dabit. *h. e.* nullis unguentis condita. *Al. leg.* inhonora. *Apul.* l. 4. *Metam.* Flos inodorus. ¶ Item carens sensu odoratus. *wanting the sense of smelling.* V. *Inauditus* in fine.

INOFFENSE, *without hurt or harm, inoffensively,* ἀβλαβῶς, sine offensione. *Gell.* l. 6. c. 2. Omnem illam vim, quæ de fato extrinsecus ingruit, inoffensius tractabiliusque transmittunt.

INOFFENSUS, a, um, *not struck against any thing, unhurt,* ἀβλαβής, qui non offenditur, illæsus. *Plin.* l. 6. ep. 4. Voluptates, regionisque abundantiam inoffensa transmitteres. *Gell.* l. 2. c. 1. Ut omnia fere vitæ suæ tempora valetudine inoffensa vixerit. *Tibull.* l. 1. el. 8. *in fin.* Inoffensum pedem referre. *without stumbling. Pallad.* l. 1. tit. 3. Inoffensum lumen oculorum. *clear, distinct, seeing well. Ovid.* 1. *Trist.* el. 9. v. 1. Detur inoffensæ vitæ tibi tangere metam. *h. e.* felicis, nullis vexatæ malis. *without any misfortune, easy, quiet. Quintil.* l. 1. c. 1. *ad fin.* (*al.* c. 2.) Inoffensa atque indubitata litterarum inter se conjunctio. *h. e.* ad quam quis legendo non offendit, nec moratur. *not harsh or grating, not offensive to the ears.* et cap. 10. (*al.* 17.) Structura quædam et inoffensa copulatio vocum. *h. e.* plana, æquabilis, ut in proferendo quis non offendat, et retardetur. *easy, smooth, even. Senec.* ep. 52. Inoffensa et molliter lapsa oratio. *Martial.* l. 14. epigr. 209. Inoffensa via currere. *h. e.* expedita. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 48. Cursu honorum inoffenso, legioni post præturam præpositus. *h. e.* expedito, et non interrupto. *not obstructed, uninterrupted. Lucan.* l. 8. v. 201. Cogit inoffensæ currus accedere metæ. *not touched, shunned.*

INOFFICIŌSUS, a, um, *undutiful, unkind, wanting in attention, disobliging, discourteous, uncivil,, inofficious*, qui contra officium facit, ἄχαρις, illiberalis, inhumanus. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 27. De epistola ad Cæsarem, nobis vere semper rectissime placuit, ut isti ante legerent. aliter enim fuissemus et in hos inofficiosi, et in nosmetipsos periculosi. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 14. leg. 1. Si libertus inofficiosus patrono sit, castigari eum, et dimitti oportet. *Tertull. in Apolog.* c. 40. Humana gens inofficiosa Dei. *h. e.* negligens. ¶ Inofficiosum testamentum, inquit *Paul.* l. 4. *Sentent.* tit. 5. est, quod frustra liberis exheredatis, non ex officio pietatis videtur esse conscriptum. *Cic.* 3. *Verr.* c. 42. Testamentum P. Annius fecerat non improbum, non inofficiosum, non inhumanum. Ubi *Ascon.* Hæc testamenta non solent valere. nam improbum, contra leges: inofficiosum, contra merita: inhumanum, contra pietatem. *Ulpian. Dig.* lib. 5. tit. 2. qui de inofficioso testamento *inscribitur*, leg. 1. Sciendum est, frequentes esse inofficiosi querelas. Omnibus enim tam parentibus, quam liberis de inofficioso licet disputare. [† *Inofficiosum testamentum* est, quo prætermittuntur liberi, conjuges, proximi, quibus officii nostri est consulere. *Ernest.*]

INŎLENS, entis, non olens, *without smell*, ἄνοδμος. *Lucret.* l. 2. v. 849. inolentis olivi Naturam, nullam quod mittat naribus auram.

INOLESCO, is, evi, olitum, n. 3. *to grow, grow to or upon*, ἐπιφύομαι, idem quod cresco, in, vel cum aliqua re adolesco, coalesco: ab *in*, et *olesco*. *Virg.* 2. *Georg.* v. 76. huc aliena ex arbore germen Includunt, udoque docent inolescere libro. *to unite with the moist bark. Colum.* l. 4. c. 29. *a med.* Tradux a materno sustinetur ubere, dum inolescat. *h. e.* in aliena vite crescat. et cap. 22. Vastior plaga nisi habeat superpositam valentem materiam, qua possit inolescere, solis halitu torretur. *h. e.* crescente circa cortice claudi. *Virg.* 6. *Æn.* v. 739. Multa diu concreta modis inolescere miris. *Sil.* l. 8. v. 583. Duritiem lapidum mersis inolescere ramis, *h. e.* circum ramos crescere. *that branches become petrified. Prudent. in Hamartig.* v. 830. sanxit edaces Perpetuis scelerum pœnis inolescere vermes. ¶ Translate *Gell.* l. 5. c. 21. Assidua veterum scriptorum tractatione inoleverat linguæ illius vox, quam sæpe offenderat. *h. e.* inhæserat, et simul quodammodo creverat. *Auson.* epigr. 141. Quæ nosti meditando velis inolescere menti. *h. e.* inseri, et simul cum ea crescere. ¶ Active est insero, et crescere facio. *to implant, insert. Gell.* l. 12. c. 5. Natura induit nobis, inolevitque amorem nostri et caritatem. *Auson. in gratiar. act. ad Gratian.* c. 36. Gratiano ejusmodi semina nostri amoris inolesti, ut, &c. ¶ Particip. passiv. *inolescendus. Gell.* l. 12. c. 1. *a med.* In moribus inolescendis magnam fere partem ingenium altricis, et natura lactis tenet.

INOMINĀLIS, le, *inauspicious, unlucky, ill-boding, ill-omened*, mali ominis, inominatus. *Gell.* l. 5. c. 17. Tanquam inominalem diem, plerique vitant. Adde *Macrob.* qui e *Gellio* descripsit l. 1. *Saturn.* c. 16. *a med.*

INOMINĀTUS, a, um, *inauspicious, unlucky*, κακόφημος, δυσοιώνιστος, idem quod inominalis, male ominatus. *Horat.* epod. 16. v. 38. mollis et exspes Inominata perprimat cubilia.

INOPĀCO, as, a. 1. *to shade, darken*, opacum reddo, obumbro, ἐπισκιάζω. *Colum.* l. 8. c. 15. Viridia quæ inopacant avium receptacula.

INOPERĀTUS, a, um, particip. otiosus. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 11. Nec natura inoperatam debuit continuisse bonitatem.

INOPĔROR, aris, dep. 1. *to work*, idem quod operor, facio. *Tertull.* l. 5. *advers. Marcion.* c. 17. ex *ad Ephes.* 1. Ille inoperatus est in Christum valentiam suam, suscitando eum a mortuis.

INOPERTUS, a, um, adject. non opertus, *uncovered, unveiled. Senec. de otio Sapient.* c. 30. Inoperta ac confessa veritas. *Id. de vita beata*, c. 13. Capite inoperto.

INOPHŎRUM. V. *Œnophorum.*

INOPĬA, æ, f. *want, indigence, need, scarcity, lack, dearth, poverty*, ἔνδεια, ἀπορία, opis carentia, indigentia. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 47. Si propter inopiam in egestate estis. *Id. de Amicit.* c. 8. Num propter imbecillitatem atque inopiam desiderata sit amicitia. et cap. 9. Amicitiam ex inopia atque indigentia natam volunt. *Id. Catil.* 2. c. 11. Neque vero ceteras copias, ornamenta, præsidia vestra cum illius latronis inopia atque egestate conferre debeo. *Id.* 3. *Offic.* c. 12. Magnum frumenti numerum Rhodum advehere in Rhodiorum inopia, et fame, summaque annonæ caritate. *Id. pro Dom.* cap. 30. Propter inopiam tecti in foro pernoctans. et c. 7. Inopia frugum. et cap. 3. frumentariæ rei. *Liv.* l. 29. c. 16. ærarii. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 2 summa rerum omnium. *Plaut. Curc.* 2. 3. 55. argenti. *Id. Pseud.* 3. 2. 9. Si me arbitrabare isto pacto, cur conducebas? *Bal.* inopia: alius non erat. *Sueton. in Calig.* c. 56. Aliis per inopiam occasionis cunctantibus. *Tacit.* 13. *Ann.* c. *pænult.* Inopia remedii. *Id.* 1. *Hist.* c. 35. veri. *inability to discover the truth.* et *Liv.* l. 1. c. 33. loci. *want of room.* et *Cic. Attic.* lib. 6. ep. 3. Affici inopia consilii. *Id. pro Rosc. Amer.* cap. 16. *extr.* criminum. *Tacit.* 11. *Ann.* c. 7. advocatorum. *Cic. pro Quint.* cap. 1. Præsidio esse contra vim et gratiam solitudini, atque inopiæ. *h. e.* ejus, qui inops est ab advocatis. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* cap. 24. Mederi inopiæ frumentariæ. et lib. 1. *B. Civ.* c. 48. Inopiæ subsidium. et lib. 3. cap. 17. Inopiam vitare. *Plaut. Rud.* 3. 2. 3. Inopiæ opem ferre. *Sueton. in Tiber.* c. 47. Alicujus inopiam sustentare. *Tacit. Ann.* 2. c. 37. *extr.* Defendere ab inopia aliquem. et cap. 38. *extr.* Ad pudendam inopiam delabi. *Id.* 3. *Hist.* cap. 48. Inopiam alicui facere. *h. e.* afferre. *Id. in Agric.* c. 28. Ad extremum inopiæ venire. *Sallust. in Jug.* c. 88. Pati inopiam rei alicujus. et cap. 96. Inopiam frumenti lenire. *Id. in Catil.* c. 38. Manuum mercede inopiam tolerare. *Justin.* l. 9. c. 1. Mercibus distractis anhelantem inopiam recreare. *Modestin. Dig.* lib. 2. tit. 4. *leg. ult.* Inopia laborare. *Curt.* l. 4. c. 1. *a med.* Inopiam patientia ferre. *Nep. in Attic.* c. 2. Suis opibus aliorum inopiam levare. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 134. Inopia excruciatum mori. ¶ Refertur ad dicendi facultatem. *Cic. de clar. Orat.* cap. 55. Cavenda est presso illi oratori inopia et jejunitas. ¶ Differt a paupertate, ut majus a minori, gravior enim inopia est, et latius patet. *Sueton. de Grammat.* cap. 11. Vixit in summa paupertate ac pæne inopia. V. *Egestas.*

INOPINABĬLIS, le, *that no one would have thought, difficult to conceive, strange, unaccountable*, παράδοξος, non opinabilis, qui opinione concipi non potest, vel de quo non facile opinamur. *Gell.* l. 17. c. 9. *sub fin.* Profunda quædam et inopinabilis latebra. et cap. 12. Infames materias, sive quis mavult dicere inopinabiles, quas Græci ἀδόξους ὑποθέσεις appellant. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 39. *ante med.* Quæ res post memoriam humanam nova atque inopinabilis fuit.

INOPĪNANS, antis, *not thinking, unthinking, unexpecting, unawares*, improvidus, incogitabilis, incautus, nec opinans. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 4. Omni hoc itinere una nocte confecto, inscios inopinantesque Menapios oppresserunt. et lib. 1. c. 12. Impeditos et inopinantes aggressus. et lib. 2. *B. Civ.* c. 38. Imprudentes atque inopinantes hostes aggredi. et cap. 3. Freto Siciliæ, imprudente atque inopinante Curione, provehitur. *et de B. Gall.* l. 6. c. 36. Inopinantes nostri re nova perturbantur. Adde *Nepot. in Datam.* c. 3. et *Liv.* l. 27. c. 48. *ad fin.*

INOPINANTER, *unexpectedly, on the sudden*, ἀπρονοήτως, præter opinionem, inopinate, inopinato. *Sueton. in Tiber.* c. 60. Piscatori, qui sibi secretum agenti grandem mullum inopinanter obtulerat, &c.

INOPINĀTE, et

INOPINĀTO, idem quod inopinanter. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 5. Hostium adventus eos prosternit, quos inopinate occupavit. *Liv.* l. 26. c. 6. *a med.* Cum inopinato in castra Romana Numidæ irrupissent.

INOPINĀTUS, a, um, *not thought of, unexpected, unlooked for, unexpectedly, casual, emergent, sudden, inopinate*, ἀπροσδόκητος, qui præter opinionem evenit, improvisus, subitus. *Cic.* 4. *Verr.* c. 8. Nova tibi hæc sunt et inopinata. et cap. 28. Cum hoc illi improvisum atque inopinatum accidisset. *Sueton. in Cæs.* c. 87. Finis vitæ repentinus et inopinatus. *Plin. in Paneg.* c. 33. Ac sic quoque plura inopinata, plura subita. *Cic. Parad.* 5. c. 1. Nec hoc tam re est, quam dictu inopinatum atque mirabile. *Id. pro Dom.* c. 4. Allata est a me res inopinata et recens. *Sil.* l. 7. v. 133. si præcipitare sequentem, Atque inopinata detur circumdare fraude. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 12. Hostes inopinato malo permoti. *Justin.* l. 13. c. 1. Principes regnum, vulgus militum thesauros, velut inopinatam prædam, spectabant. *Augustin.* l. 7. *de Trin.* c. 1. Ex quo conficitur inopinatissimus sensus. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 31. Nihil inopinati accidit. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 48. Aliæ ut ex inopinato observant, et si quid incidit, arripiunt. *Sueton. in Galb.* c. 10. Repente ex inopinato prope cuncta turbata sunt. *Gell.* l. 4. c. 11. Verba ipsa Plutarchi, quoniam res inopinata est, subscripsi. *is strange or singular.*

INOPĪNUS, a, um, *not thought of, unexpected, unlooked for, sudden*, idem quod inopinatus: sed vox magis poetica. *Virg. Æn.* 5. v. 857. Inopina quies. et lib. 6. v. 103. nulla laborum, O virgo, nova mi facies inopinave surgit. et lib. 8. v. 476. fors inopina salutem ostentat. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 232. inopino territa visu. *Val. Flacc.* l. 5. v. 639. Vel tu sola polo tacitis inopina tenebris Labere. *Plin. in Paneg.* c. 30. Ægyptus inopina siccitate exaruit.

INOPIŌSUS, a, um, *standing in need*, idem quod inops. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 2. Sæpe ego res multas tibi mandavi, dubias, egenas, inopiosas consilii.

INOPPIDĀTUS, a, um, adject. oppidis carens. *Sidon.* l. 5. ep. 13. Singulos Gabalitanos sparsos, inoppidatos nunc inauditis indictionum generibus exhaurit nunc, &c.

INOPPORTŪNUS, a, um, *unseasonable, inconvenient, unfit, inopportune*, non opportunus. *Cic. de Or.* l. 3. c. 5. Est in eo loco sedes huic nostro non inopportuna sermoni.

INOPS, inŏpis, adject. *poor, needy, indigent, necessitous*, ἄπορος, qui est sine ope, egens, carens, nudus: ab *in* privativa, et *ops*. Unde *Festus*: Ops antiqui dicebant, quem nunc opulentum dicimus, ut testimonio est ei contrarius inops. et *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 17. Ab ope inops, qui ejus indiget. Hoc sensu *Virg.* 9. *Æn.* v. 290. At tu, oro, solare inopem, et succurre relictæ. *h. e.* matri, quæ unico amisso filio, non habet præterea, unde opem exspectet. *destitute, forlorn.* Sic *Cic.* 7. *Verr.* c. 34. *a med.* Inopes relicti a duce. *left helpless, abandoned.* et *Liv.* l. 9. c. 1. Nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi. ¶ Plus est quam *pauper*, et *egens*; et latius patet: quin *egens* ab *inope* fit, ut effectus a causa. V. *Inopia* in fine, et *Egestas. Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 14. Cum sene nos inopi turba vagamur inops. *Clout.* apud *Gell.* l. 16. c. 12. Commodi esse videantur inopibus nummos desiderantibus. *Petron. in Satyr.* c. 133. Inops et rebus attritis egenus. *Plaut. Rud.* 1. 5. 24. Hic pauperes res sunt, inopesque. *Sueton. in Ner.* c. 6. et *de Grammat.* c. 8. Adeo inops atque egens, ut, &c. *Cic.* 5. *Verr.* c. 70. Ærarium inops et exhaustum. *Ovid. in Ibin*, v. 24. nostras inopes noluit esse vias. *h. e.* abitum meum et exsilium, quia opes mihi non ademit. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 17. Inopis et pusilli animi esse. *h. e.* sine audacia. *poor, puny, spiritless. Ovid.* 14. *Metam.* v. 423. Sex illam noctes, totidem redeuntia solis Lumina viderunt inopem somnique cibique. *Liv.* l. 3. c. 7. *a med.* Inops Senatus auxilii humani, ad deos vota vertit. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 10. humanitatis. *Id. de Amic.* c. 15. amicorum. *friendless. Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 96. Terra inops pacis. *h. e.* in qua perpetua sunt bella. *Id.* 4. *Fast.* v. 457. Inops mentis. *out of his mind, besides himself.* Sic *Virg.* 4. *Æn.* v. 300. animi. et *Stat.* 1. *Theb.* v. 373. rationis. *not knowing what to do.* Sic *Liv.* l. 26. c. 18. consilii. *Plin.* l. 16. c. 1. remedii. *Id.* l. 6. c. 29. Inops aquarum iter. *Tacit.* 2. *Hist.* cap. 6. Provinciæ nec virorum inopes, et pecuniæ opulentæ. *Stat.* 10. *Theb.* v. 356. tumuli inops. *unburied.* (Quo sensu absolute *Virg.* 6. *Æn.* v. 325. Hæc omnis, quam cernis, inops inhumataque turba est.) *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 50. inops paterni et laris, et fundi. *deprived. Juvenal.* sat. 7. v. 60. æris. *without money. Sil.* l. 9. v. 334. miles Martis inops. *h. e.* cui non datur pugnandi facultas. *Stat.* 12. *Theb.* v. 444. tuque exsul ubique Semper inops æqui. *h. e.* cui omnes negant, quod æquum est. ¶ Cum ablat. *Cic. pro Dom.* c. 22. *a med.* et *Attic.* l. 1. ep. 1. Sic inopes et ab amicis, et ab existimatione sunt. ¶ Cum infinito *Propert.* l. 2. eleg. 8. v. 27. inopes laudis conscendere carmen. *h. e.* carens viribus ingenii, quibus conscendam, &c. ¶ Refertur ad facultatem dicendi. *Cic. de clar. Orat.* c. 67. Non erat abundans, non inops tamen. et cap. 70. Non tardus sententiis, non inops verbis. et cap. 76. Ex hac inopi ad ornandum, sed ad inveniendum expedita Hermagoræ disciplina. *Id.* 1. *de Fin.* c. 3. *sub fin.* Latinam linguam non modo non inopem, sed locupletiorem etiam esse, quam Græcam. *not only rich in variety of expression, not copious. Gell.* l. 18. c. 3. Vir inopi lingua, et infacundus. *Calpurn. Ecl.* 3. v. 60. carmen inops. *poor, jejune. Horat. de ar. Poet.* v. 322. versus inopes rerum, nugæque canoræ. *void of matter, more sound than sense.* ¶ *Inops* qui parvo emitur. V. locum *Martial.* in *Sturnus.*

INOPTABĬLIS, le, *undesirable*, non optabilis. *Apul.* l. 9. *Metam.* Inoptabilis officinæ disciplina.

INOPTĀTUS, a, um, *unwished*, non optatus. *Senec.* l. 8. *excerpt. controv. ult.* Lacrima est indicium inoptatæ rei.

INŌPUS, i, m. Ἰνωπός, fons, seu fluvius insulæ Delos, ubi Dianam et Apollinem Latona peperit. *Plin.* l. 2. c. 103. tradit, eodem, quo Nilus, modo, et pariter cum eo decrescere, et augeri. Unde alii credidere, sicut Alpheus subterraneis meatibus ex Peloponneso in Siciliam usque subter mare decurrere dicitur; sic Nilum ex Ægypto Delum defluere. Sed hæc fabulosa sunt. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 105. Fidus, et Inopi materna gratior unda.

INORABĬLIS, le, *inexorable*, inexorabilis. *Acc.* apud *Non.* c. 8. n. 28. Sed pervico Ajax animo atque inorabili. Ita legit *Lips. epistolic. quæst.* l. 4. c. 8.

INORĀTUS, a, um, non oratus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 10. Legati Ameriam re inorata reverterunt. *id est* re non exposita. *without obtaining a hearing. Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 745. Quo nunc incerta re, atque inorata gradum regredere conare?

INORDINALĬTER, inordinate. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 4. *circa med.*

INORDINĀTE, adverb. *not in order, irregularly*, ἀτάκτως, sine ordine. *Cels.* l. 3. c. 3. Febres inordinate redire. *et in fin.* l. 4. Inordinate agere.

INORDINĀTIM, adverb. inordinate. *Ammian.* l. 19. c. 7. (*al.* 14.) Acies non inordinatim incedebant.

INORDINATĬO, onis, f. ἀταξία, confusio, *disorder, confusion. Apul. ad Asclep.* pag. 92. *Elmenhorst.* Senectus mundi, inordinatio, irrationabilitas bonorum.

INORDINĀTUS, a, um, *not put in order, not arranged, disordered, irregular, confused*, ἄτακτος, non ordinatus. *Cic. de Univ.* cap. 3. Idque ex inordinato in ordinem adduxit. *Liv.* l. 22. c. 50. Inordinati et incompositi milites. *Plin.* l. 22. c. 22. *a med.* Inordinatissimi pili. *Quintil.* l. 8. c. 2. *a med.* Inordinata, aut indistincta dicere.

INORDĪNO, as, a. 1. idem quod ordino, dispono. *Colum.* l. 11. c. 3. Mox inordinandi, pastinandique soli duo sunt tempora. *h. e.* in areolas distribuendi. Alii leg. *ordinandi.*

INORĬOR, idem quod orior. *Tacit.* l. 11. *Ann.* c. 23. Quid, si memoria eorum inoriretur, qui, &c. Al. aliter leg.

INŌRIS, e, *et* Inorus, a, um, *having no mouth, mouthless,* ἄστομος, qui est sine ore. *Festus:* Inori, inores. *Al. leg.* Inori, sine ore. *Turpil.* apud *Non.* c. 3. n. 152. In acta cooperta age inores ostreas. V. etiam *Inauditus* in fin.

INORMIS, pro enormis legit *Salmas. ad Spartian. in Ælio Vero* c. 1. *extr.* ex MSS. eamque lectionem multis probare nititur. Sic

INORMĬTAS pro enormitas. *Impp. Valentinian. Valens, et Gratian.* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 30. Excedere legem vel vehiculi inormitate, vel ponderis.

INORNĀTE, adverb. *without ornament, inelegantly,* ἀκόμψως, sine ornatu. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 31. Hoc pacto non inornate poterimus dicere. [¶ Comparat. apud *Fronton.* in *supplem.* ep. 2. l. 2. *ad Verum.* Res expeditius et inornatius scripsit Paterculus.]

INORNĀTUS, a, um, *without ornament, unadorned, inelegant,* ἄκομψος, non ornatus, incultus, rudis. *Cic. in Orat.* c. 23. Mulieres esse dicuntur nonnullæ inornatæ, quas id ipsum deceat. *Ovid. Heroid.* ep. 8. v. 9. clamantem nomen Orestæ Traxit inornatis in sua tecta comis. ¶ Refertur ad orationem, quæ exornationibus et figuris caret. *Cic. in Orat.* c. 9. Lysias tenuis atque inornatus. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. *ult.* Ne nuda atque inornata inventio vulgari sermone efferatur. *Horat. de ar. Poet.* v. 234. Nomina et verba inornata, et dominantia. *h. e.* vulgaria, passim usurpata, omni urbanitatis aut troporum ornamento carentia. ¶ Item illaudatus. *Id.* l. 4. od. 9. v. 31. non ego te meis Chartis inornatum silebo, Lolli. *unhonoured, unsung.*

INORNO, as, a. 1. *to adorn,* idem quod orno. *Tertull. de anim.* c. 19. Et folia formantur, et flosculi inornantur.

INŌRO, as, avi, atum, a. 1. circum oram ornare. *Tertull. de resurr. carn.* c. 16. Calix de coronis quoque potatoris sui inorabitur. Al. aliter leg.

INŌRUS. V. *Inoris.*

INOTIŌSUS, a, um, *not at leisure,* non otiosus, ἄσχολος, ut Inotiosa actio, h. e. gestus non lentus et gravis, sed celer et velut cursitans. *Quintil.* l. 11. c. 3. *extr.* Non immerito reprehenditur pronuntiatio vultuosa, et gesticulationibus molesta, et vocis mutationibus resultans. Nec inutiliter ex Græcis veteres translulerunt: quod ab his sumptum Lenas Popilius posuit, esse hanc inotiosam actionem. V. *Mocosus.*

INŌUS, Ἰνῷος, ad Ino Cadmi filiam pertinens. *Virg.* 1. *Georg.* v. 437. Glauco, et Panopeæ, et Inoo Melicertæ. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 496. angues Inoosque sinus, Athamanteosque pererrant. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 280. Inoo linquens Athamanta Learcho. *Stat.* 10. *Theb.* v. 425. Inoa fuga. *Id.* l. 2. silv. 1. v. 98. Bacchus Inoo pectore reptans. *h. e.* sinu Inus nutricis. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 175. qui quondam Phrixon, et Hellen Diceris Inois eripuisse dolis. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 521. Inoæ aræ. *h. e.* quas Ino noverca Phrixo exstruxerat, ut eum mactaret, prætextu sedandæ pestilentiæ, ut *Hygin.* fab. 2. narrat. *Id.* l. 2. v. 608. Inoæ undæ. *h. e.* mare circa Thebas. *Stat.* l. 4. silv. 3. v. 60. Inous Isthmus. *h. e.* ubi ludi in honorem Inus ab Athamante instituti sunt. V. *Athamas.* Eadem ratione Inoum Lechæum *Id.* dixit l. 2. silv. 2. v. 35. quia est Isthmi promontorium.

INQUÆSĪTUS, a, um, inquisitus, *searched, sought after. Tertull.* l. 5. *advers. Marcion. carm.* c. 3. Inquæsita ergo, sed non erepta probatur.

INQUAM. V. *Inquio.*

INQUĬES, tis, f. *want of rest, restlessness, disquiet,* idem ac inquietudo. *Plin.* l. 14. c. *ult.* Furiales somni, et inquies nocturna.

INQUĬES, etis, adject. *restless, unquiet,* idem ac inquietus. *Sallust.* l. 1. *Hist.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 704. *Putsch.* Hominem lingua peritum et inquietem. *Id. ibid.* l. 5. pag. 656. Humanum genus inquies atque indomitum. *Vellei.* l. 2. c. 68. Vir inquies. *Plin. in proœm. operis.* Animus inquies pascitur opere. *Tacit.* 1. *Ann.* cap. 68. Haud minus inquies Germanus spe, cupidine. et lib. 3. c. 4. Dies modo per silentium vastus, modo ploratibus inquies. et lib. 16. c. 14. Inquies animo, et occasionem haud segnis.

INQUIESCENS, entis, idem quod quiescens. *Apul. sub init.* l. 9. *Metam.* Immo vero jam virus, inquiescente sævitia, prorsus exstinctum.

INQUIETATĬO, onis, f. σφαδασμὸς, actus inquietandi. *Liv.* l. 22. c. 17. *de bobus, quorum cornibus sarmenta succensa alligaverat Annibal.* Capitum inquietatio excitans flammas, hominum passim discurrentium speciem præbebat. *a tossing about.* [† ubi tamen pro *inquietatio*, legitur et *irrita quassatio.*] *Senec. Suasor.* 2. *de Euripo.* Qua vix minimo aditus navigio est: et hujus quoque remigium arcet inquietatione, quod circumfluit, mare.

INQUIETĀTOR, oris, m. qui inquietat. *Tertull. de spectac.* cap. 23. Inquietator animarum.

INQUIETĀTUS, a, um, nom. ex particip. *disquieted, disturbed. Petron. in Satyr.* c. 100. Inquietatus ille moleste tulit. *Sueton. in Calig.* c. 26. Inquietatus fremitu. et cap. 59. Inquietatus umbris.

INQUIĒTE, *restlessly, unquietly,* sine quiete, sine intermissione. *Solin.* c. 30. (*al.* 43.) Mons ingenito igne per æternum fervidus, et inquiete jugis flagrantibus. *Ammian.* l. 27. c. 3. (*al.* 4.) Eaque confidentia deinceps inquietius agitans multa.

INQUIĒTO, as, avi, atum, a. 1. *to disquiet, disturb, harass, trouble, molest,* ἐνταράττω, turbo, quietem agere non sino. *Colum.* l. 8. c. 5. Ne incubantes matrices ab aliis avibus inquietentur. *Petron. init. Satyr.* Num alio genere furiarum declamatores inquietantur? *Senec. de vita beata,* c. 12. Opiniones inter se contrariæ mentem inquietabunt. *Plin.* l. 1. ep. 9. Nullo timore sollicitor, nullis rumoribus inquietor. *Sueton. in Aug.* c. 53. Officii causa inquietare aliquem. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 84. inquietare victoriam. *Ulpian. Dig.* l. 48. tit. 5. leg. 26. Quiescens matrimonium non debet alius turbare, atque inquietare. *scilicet* uxorem adulterii accusando. Porro apud *JCtos in Digest.* frequens est pro accusare, in jus vocare, actionibus et litibus inferendis turbare. *Sueton. in Ner.* c. 34. Inquietare aliquem litibus. *Modestin. Dig.* lib. 31. leg. 35. *ante med.* Sciant heredes mei, nullam pecuniam esse penes uxorem meam: ideoque eam hoc nomine inquietari nolo.

INQUIETŪDO, inis, f. *disquietude, disquiet, restlessness, want of rest, inquietude,* ταραχὴ, privatio quietis. *Senec. de benef.* l. 2. c. 8. Tametsi inquietudinem Tiberius ne hoc quidem modo, quo putabat, potuit effugere. Al. aliter leg. *Solin.* c. 1. (*al.* 4.) Jam inde incipiet capitis inquietudo, et caligine visus hebetabitur. *Impp. Dioclet. et Maximian.* lib. 7. *Cod.* tit. 14. leg. 5. Ne de cetero inquietudinem sustineres. Adde *Hieron.* ep. 27. *epitaph. Paulæ post med.*

INQUIĒTUS, a, um, *unquiet, restless, troublesome,* ἄστατος, qui est sine quiete. *Horat.* l. od. et vers. 3. Auster dux inquieti turbidus Adriæ. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1537. Si quis fecerit aper silvas inquietas. *Liv.* l. 1. c. 46. Animus inquietus. *Id.* l. 22. c. 21. Ingenia inquieta, et in novas res avida. *Senec.* l. 7. *de benef.* c. 22. Inter affectus inquietissimos rem quietissimam, fidem, quæris? *Ammian.* l. 22. c. 5. (*al.* 7.) *extr.* O Sarmatæ, tandem alios vobis inquietiores inveni. Al. leg. *inertiores.*

INQUILINĀTUS, us, m. habitatio inquilini. *Tertull. de Anim.* c. 38. *ad fin.* Desiderabit inquilinus toto inquilinatus sui tempore. Adde *Sidon.* l. 5. ep. 19.

INQUILĪNUS, a, m. et f. *one who lodges in a hired house; a renter or tenant,* ἔνοικος, qui in alienis et privatis ædibus habitat: et proprie in conductitiis: ab *in,* et *colo,* quasi *incolinus. Justin.* l. 43. c. 4. Massilienses, qui nunc inquilini videantur, quandoque dominos regionum futuros. ¶ Differt a *colono:* quia inquilinus proprie nihil præter domum alienam colit: colonus agros quoque. *Marcell. Dig.* lib. 41. tit. 2. leg. 37. Ut is, qui hypothecam dedit, pro colono in agro, in ædibus pro inquilino sit. *Ulpian.* l. 43. tit. 31. leg. 1. Hoc interdictum proponitur inquilino, qui soluta pensione vult migrare, nam colono non competit. ¶ Differt etiam ab *incola,* quia incola habitatorem notat in genere: inquilinus est habitator alienæ domus. ¶ Sed neque hoc semper servatur. *Plin.* l. 21. c. 12. Hostilia vicus alluitur Pado. Hujus inquilini, pabulo circa deficiente, imponunt navibus alvos, &c. ¶ Denique differt ad *advena,* quia advena non perpetuo habitat, sed brevi migrat: inquilinus manendi animo incolit. *Cic.* 2. *Phil.* c. 41. At vero te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum. *Sueton. in Ner.* c. 44. Jussit, inquilinos privatarum ædium atque insularum pensionem annuam repræsentare fisco. ¶ Dicitur etiam *inquilinus,* qui in domo mea habitat. *Festus.* Inquilinus, qui eundem colit focum. *Martial.* l. 1. epigr. 87. Vicinus Novio, vel inquilinus Sit, si quis Novium videre non vult. ¶ Translate *Cic. Fam.* 15. ep. 18. Ubi igitur, inquies, philosophia tua illa quidem inquilina? *Al. leg.* in culina. *Senec.* epist. 108. Quos ego non discipulos philosophorum, sed inquilinos voco. *Ammian.* l. 30. c. 5. (*al.* 18.) Cum non suppeteret, quod daretur, erant perpetui carcerum inquilini. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 444. In quarum locum subierunt inquilinæ, impietas, perfidia, impudicitia. *Tertull. de resurr. carn.* c. 46. *sub fin.* Anima inquilina est carnis. ¶ Adjective *Sallust. in Catil.* c. 32. *extr.* Cum eam servaret M. Tullius, inquilinus civis urbis Romæ. *a citizen who lived in a hired house.*

INQUINAMENTUM, ti, n. *filth,* ῥυπαρία, sordes et immunditia. *Vitruv.* l. 8. c. 5. *extr.* Si neque inquinatus ab aliquo inquinamento is locus fuerit. *Gell.* l. 2. c. 6. *extr.* Ut jam squalor de re nulla alia, quam de solis inquinamentis dici cœperit.

INQUINĀTE, *impurely,* ῥυπαρῶς, sordide. Translate *inquinate loqui* est nimis vulgaribus, sordidis, inelegantibus aut barbaris verbis uti: ut *Cic. de clar. Orat.* c. 37. et 74. docet. *corruptly, barbarously.*

INQUINĀTUS, a, um, *polluted, defiled, contaminated, sullied, foul, filthy, sordid, nasty,* μολυνθεὶς, fœdatus, contaminatus, pollutus. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 34. Darius in fuga, cum aquam turbidam, et cadaveribus inquinatam bibisset, negavit, unquam se bibisse jucundius. ¶ Et translate *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 24. Nisi turpis adolescentia, nisi omnibus vitiis inquinata. *polluted, corrupted. Id. pro Flacc.* cap. 22. Nihil hoc homine egentius, nihil inquinatius. *more dirty, mean, or base. Id. in Off.* l. 2. c. 6. Quæ sordidissima quidem est ratio et inquinatissima. *Id. de Harusp. resp.* c. 24. An ille fœdior atque inquinatior in Cn. Pompeio accusando, quam in universo Senatu accusando fuit? *Id. pro Cæl.* c. 6. Quis in voluptatibus inquinatior? *et cap. ult.* Ore, lingua, manu, vita omni inquinatus. *Id. de Harusp. resp.* c. 12. Quid magis deformatum, inquinatum, perversum, conturbatum dici potest? *Q. Cic. de petit. Consul. sub fin.* Comitia largitione inquinata. ¶ Pro tinctus, infectus. *stained, dyed. Martial.* l. et epigr. 4. bis murice vellus inquinatum. ¶ Refertur ad orationem, in qua adhibentur verba aut barbara, aut sordida, aut nimis vulgaria. *impure, corrupt, barbarous. Cic. de opt. gen. Orat.* c. 3. Est vitiosum in verbis, si inquinatum, si abjectum, si non aptum, si durum, si longe petitum. *Id. in Orat.* c. 49. Splendidis nominibus illuminatus est versus: sed proximus inquinatus, insuavissima littera finitus. *Auct. dial. de Orat.* c. 20. Exigitur jam ab oratore etiam poeticus decor, non Accii, aut Pacuvii veterno inquinatus, sed, &c. ¶ et in qua inhonesta, ac turpia dicuntur. *Cic. Verr.* 5. c. 26. Tantum ejus sermo inquinatissimus, et blanditiæ flagitiosæ valuerunt. ¶ De eo, qui leviter est imbutus. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 46. *Burm.* Nam litteris satis inquinatus est. *Senec.* epist. 59. *cir. med.* Diu in istis vitiis jacuimus, elui difficile est, non enim inquinati sumus, sed infecti.

INQUĪNO, as, avi, atum, a. 1. *to pollute, defile, contaminate, befoul, stain,* μολύνω, κοινόω, sordibus aspergo, polluo, fœdo, maculo. Videtur esse a κοινόω, vel ἐγκοινόω, quæ sunt ejusdem significationis. *Festus* ducit a *cunire,* quod est stercus facere. *Plaut. Capt.* 2. 2. 17. Ne id quidem involucre injicere voluit, vestem ut ne inquinet. *Phædr.* l. 1. fab. 29. *v. ult.* Inquinari sanguine. *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 37. Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis Corvorum. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 928. Ruris opes niteant: inquinet arma situs. *Id.* 14. *Metam.* v. 55. Inquinare aquas venenis. *to infect. Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 27. *ante med.* Si lolium in segetem alienam injeceris, quo eam inquinares. ¶ Translate *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 757. Sæpe unus puer petulans atque impurus inquinat gregem puerorum. *spoils, corrupts, vitiates. Cic. pro Planc.* cap. 19. Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. *Id. pro Deiot.* c. 12. Idcirco in hanc urbem venisti, ut hujus urbis jura et exempla corrumperes, domesticaque tua immanitate inquinares? *Liv.* c. *ult.* l. 9. Senatum primus libertinorum filiis lectis inquinaverat. *Cic.* 2. *Phil.* cap. 17. Quos iste agros, ereptos reipublicæ, turpissimis possessoribus inquinavit. *Id.* 5. *de Fin.* c. 8. Inquinare splendorem honestatis. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 2. se parricidio. et lib. 1. c. 30. vitiis atque flagitiis. *Liv.* l. 29. c. 37. *a med.* Inquinare famam alterius. *to blemish, soil, traduce. Curt. sub fin.* l. 6. innoxios. *to disparage. Horat.* l. 3. od. 6. v. 17. Fecunda culpæ sæcula nuptias Primum inquinavere, et genus, et domos. *Id.* epod. 16. v. 64. Jupiter inquinavit ære tempus aureum. ¶ V. alia in *Inquinatus.* [¶ Particip. *inquinans* apud *Cic. de Fin.* l. 5. c. 8. Obscurantis est omnem splendorem honestatis, ne dicam inquinantis.]

INQUĬO, *et sæpius* Inquam, is, *to say,* λέγω, φημὶ, dico, loquor. Est a. 3. secundum *Priscian. sub init.* l. 10. et 4. secundum *Diomed.* l. 1. pag. 375. *Putsch.* Putat *Voss.* esse *inquio* ab ἐνέπω, et *inquam* per syncopen ab *inquiebam,* ut olim fuerit imperfectum, nunc vero usu pro præsenti usurpetur. Verbum est defectivum, et sine casu usurpatur: cujus tempora, ac personas omnes hic subnectam. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 66. Communi sensu plane caret, inquimus. eheu, &c. *Arnob.* l. 2. pag. 44. Non credimus, inquitis, vera esse quæ dicit. *Cic.* 6. *Verr.* c. 14. Ubi sunt, Pamphile, inquiunt, scyphi? *Id. in Top.* c. 12. Inquibat Gallus noster. *Al. leg.* inquiebat. *Catull.* carm. 10. *de Vari scorto,* v. 14. At certe tamen, inquit, quod illic, &c. *Al. leg.* inquiunt. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 64. Tu vero, inquist., molestus non eris. *Catull.* carm. 24. *ad Juvent. puer.* v. 7. non est homo bellus, inquies? est. *Cic. Verr.* 4. cap. 18. Ergo, inquiet, aliquis, donavit, &c. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 21. Quid amor? inquiet quisquam. *Terent. Heaut.* 4. 7. 1. Eccum me, inque. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 58. et *Rud.* 5. 2. 55. Ita dii faxint, inquito. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 3. Quid enim tibi vis? inquiat aliquis. Ita legit *Priscian. sub init.* l. 10. alii *inquiet.* ¶ Usitatissima sunt *inquam, inquis, inquit,* quæ poni non solent in oratione, nisi post unum aut alterum verbum. *Nepos in Alcib.* c. 8. Ab hoc discedens Alcibiades, quoniam, inquit, victoriæ repugnas, &c. *Cic. pro Planc.* c. 26. *extr.* Cum respondissem, me ex provincia decedere, etiam mehercules, inquit, ut opinor, ex Africa. Huic ego jam stomachans fastidiose, immo ex Sicilia, inquam, &c. Hoc loco per præteritum Anglice reddi potest. Sic *Catil.* 3. c. 5. Quæsivi, cognosceret ne signum. annuit. Est vero, inquam, signum quidem notum, &c. *I say, I affirm.* ¶ *Inquam* adhibetur sæpe in repetitione. *Cic.* 2. *Phil.* cap. 44. Hunc unum diem, hunc unum, inquam, hodiernum diem defende, si potes. *Id. in fin.* l. 1. *ad Attic.* Per mihi, per, inquam, mihi gratum feceris.

si, &c. *Id.* 2. *de Fin.* c. 22. Delector enim: quamquam te non possum, ut ais, corrumpere: delector, inquam, et familia vestra et nomine. ¶ *Inquam, inquit* in dialogis locum habent, qui aliorum nomine referuntur. *Cic. de Amic.* c. 1. Quasi ipsos induxi loquentes, ne *inquam*, et *inquit* sæpius interponeretur. *Id. Attic.* l. 5. ep. 1. At illa audientibus nobis, ego sum, inquit, hic hospita. Adde lib. 13. epist. 42. ¶ *Inquam* servit etiam indignationi. *Lucret.* l. 2. v. 257. Libera per terras unde hæc animantibus exstat, Unde est hæc, inquam, fatis avulsa voluntas? ¶ Cum dativo personæ *Cic. Attic.* l. 5. ep. 1. Tum Quintius, en, inquit mihi, hæc ego patior quotidie. *Catull.* carm. 10. *de Vari scorto*, v. 27. minime, inquio puellæ. *Est qui leg.* inquii. ¶ Præterea *inquit* veluti formula est, ubi aliquid ex adverso nobis objici, et opponi fingimus; sive ab uno, sive a pluribus; sive a præsente, sive ab absente fiat. *Cic. pro Cluent.* c. 34. Hoc vos Cluentio putatis obesse oportere, quam ob causam? Si ex lege subsortitus non erat Junius, aut si in legem aliquando non juraverat, idcirco illius damnatione aliquid de Cluentio judicabatur? Non, inquit: sed ille idcirco his legibus condemnatus est, quod, &c. (pro *inquitis.*) *Id. pro Flacc.* cap. 23. Nunc tantum a Trallianis requiro, quam pecuniam a se ablatam queruntur, suam ne dicant, sibi a civitatibus collatam in usum suum: cupio audire. Non, inquit, dicimus. Quid igitur? delatam ad nos, creditam nobis L. Flacci patris nomine, ad hujus dies festos atque ludos. Quid tum? hanc te, inquit, capere non licuit. (pro *inquiunt.*) *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 78. lædere gaudes, Inquit, et hoc studio pravus facis. (pro *inquis.*) Al. leg. *inquis*: sed contradicit *Bentleius*, (a quo hæc desumpsimus) alia quoque congerens in hanc rem. ¶ Interdum *inquit* omittitur. *Phadr.* l. et fab. 5. v. 37. Turpemque aperto pignore errorem probans, En, hic declarat, quales sitis judices. Adde lib. 1. fab. 30. v. 7. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 73. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 626. et *Virg.* 4. *Georg.* v. 356.

INQUĪRO, is, sivi, itum, a. 3. *to seek for, search after, make inquiry, inquire, ask, demand, investigate, examine,* ἐξετάζω, ἐπιζητέω, exquiro, anquiro, perquiro, investigo, quasi in aliqua re quæro. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 2. Vera illa honestas, quam natura maxime inquirit. *Liv.* l. 22. c. 7. *a med.* Priusquam omnia ordine inquisissent. *Cic.* 3. *de Orat.* cap. 29. Consecutio autem tractatur, cum, quid quamque rem sequatur, inquiritur. *Quintil.* l. 3. c. 11. *a med.* Ne parum diligenter inquisisse de opere, quod aggressi sumus, videremur. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 41. Primum nam inquiram, quid sit furere. *Id.* l. 1. sat. 3. v. 28. Vitia alicujus inquirere. *Cic.* 1. *Offic.* c. 34. De alieno negotio nihil inquirere. *Al. leg.* anquirere. et l. 1. *de Leg.* c. 1. Diligenter inquirere in ea, quæ memoriæ sunt prodita. *Al. leg.* anquirere. ¶ Est etiam verbum forense, et dicitur de iis, qui accusandi causa, aut judicandi, quærunt qui mores ejus sint, quæ crimina, quo de agitur, *to institute an inquiry, lodge an information against, inquire into the conduct of in order to accuse, search for documents, proofs, or grounds of accusation against.* *Cic.* 2. *Verr.* cap. 2. Cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulavissem. *Id. pro Mur.* c. 21. *sub fin.* Scis tu, illum accusationem cogitare? inquirere in competitores? testes quærere? *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 18. *sub fin.* Reperiebat Cæsar inquirendo, initium ejus fugæ a Dumnorige factum esse. *Curt.* l. 6. c. 8. *extr.* Inquirere de rebus capitalibus. ¶ Hinc translate *Cic. de clar. Orat.* c. 82. Nimium inquirens in se, atque ipse se se observans, metuensque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat. *being too nice a critic on himself.* *Ovid.* 1. *Metam.* v. 148. Filius ante diem patrios inquirit in annos. *h. e.* ætatem sciscitatur et valetudinem, ejus mortem cupit, adeundæ hereditatis impatiens. *inquires how long he is likely to live.* et lib. 12. v. 62. *de Fama.* Ipsa quid in cælo rerum, pelagoque geratur, Et tellure videt, totumque inquirit in orbem. *Tacit. de Germ.* c. 34. Obstitit oceanus, in se simul, atque in Herculem inquiri. [¶ Particip. *inquirens, inquirendus* apud *Cic. de cl. orat.* c. 82. Nimium inquirens in se. [† V. supra.] *Justin.* l. 3. c. 4. Ad sedes inquirendas proficiscuntur.]

INQUISĪTE. V. *Anquisite.*

INQUISITĬO, onis, f. *an inquiry, search into, investigation, inquisition,* ἐξέτασις, investigatio, disquisitio. *Cic.* 1. *Offic.* c. 4. Hominis est propria veri inquisitio atque investigatio. *Plaut. Cas.* 3. 1. *in fi.* Sed tu cave, inquisitioni mihi sis. *take care that I have not to seek for you; take care and be in the way.* *Plin.* l. 8. c. 30. Ab uno animali sepulcra erui, inquisitione corporum. ¶ Speciatim est investigatio vitæ et criminum alicujus, qui accusandus, aut judicandus est, *a seeking after matter for an impeachment, searching for documents or proofs with a view to accuse; a criminal information, legal inquiry, inquisition.* *Cic.* 4. *Verr.* c. 4. Ecquem existimatis unquam ulla in provincia reum absentem, contra inquisitionem accusatoris, tantis opibus esse defensum? *Id. pro Mur.* c. 21. Non placet mihi inquisitio candidati, prænuntia repulsæ. *a prying into the conduct of a competitor.* *Tacit.* 13. *Ann.* c. 43. Inquisitionem annuam impetrare. *h. e.* annum ad inquirendum. Sic *Ascon. in argum. orat. pro Scauro.* Inquisitionem in Sardiniam, itemque in Corsicam insulas dies tricenos acceperunt. *h. e.* veniam, et facultatem inquirendi. Sic *Plin.* l. 3. ep. 9. Postulare inquisitionem in aliquem. *a commission to search for proofs in order to carry on a prosecution against any one.* et lib. 5. ep. 20. Dare inquisitionem alicui. *Plin. alter* l. 29. c. 1. *a med.* Inquisitionem agere. *Id.* l. 30. c. 2. Inquisitiones alicui mandare. *Tacit. in Agric.* c. 2. Ademptum per inquisitiones loquendi audiendique commercium. ¶ Item conquisitio, *a levy.* *Curt. in fi.* c. 6. l. 4. Amyntam in Macedoniam ad inquisitionem novorum militum misit. V. *Inquisitor.*

INQUISĪTOR, oris, m. *a searcher, inquirer, one who searches for any thing,* ἐξεταστής, qui inquirit, seu investigat. *Cic. in fragm. Acad.* apud *Augustin.* l. 2. *contra Acad.* c. 11. Non enim vocabulorum opificem, sed rerum inquisitorem decet esse sapientem. *Senec.* l. 6. *quæst. nat.* c. 13. Rerum naturæ inquisitor fuit. *Plin.* l. 8. c. 40. Scrutatur vestigia (*canis*) atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loro trahens. *h. e.* venatorem. *Sueton. in Cæs.* c. 1. Ut prope per singulas noctes commutare latebras cogeretur, seque ab inquisitoribus pecunia redimere. *spies.* *Juvenal.* sat. 4. v. 49. dispersi protinus algæ Inquisitores agerent cum remige nudo. *spies.* ¶ Speciatim est, qui in alterius vitam inquirit, accusationis, aut judicii causa, *one commissioned to search for proofs or grounds of accusation against any one; an inquisitor.* *Cic.* 2. *Verr.* c. 2. Ille Achaicus inquisitor ne Brundusium quidem pervenit. *Plin.* l. 3. ep. 9. *a med.* Norbanus legatus et inquisitor reum postulavit. *Senec.* l. 5. *de benef.* c. 25. Inquisitorem habebat veterem amicum. *h. e.* putabat veterem amicum esse inquisitorem sui. *took for a spy.* ¶ Item conquisitor. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 39. Lecti si sunt, inquisitor peccavit: si vicarii dati, penes eos culpa est, qui dederunt. Al. leg. *inquisitio.*

INQUISĪTUS, a, um, *inquired or searched into, investigated,* ἐπιζητηθεὶς, investigatus. *Liv.* l. 10. c. 40. *a med.* Juvenis rem inquisitam, ne quid incompertum deferret ad consulem, detulit. *Id.* l. 22. c. 7. Flaminii corpus magna cum cura inquisitum, non invenit. ¶ Item non quæsitus, *not inquired into, not investigated or examined.* *Plaut. Amph.* 2. 2. 217. Istam rem inquisitam certum est non amittere. et 4. 1. 9. Quæstionem inquisitam amittere.

INRĀDO,
INREDIVĪVUS,
INRESTINCTUS, et hujusmodi. V. *Irrado, Irredivivus,* &c.

INSALŪBRIS, e, *unhealthy, unwholesome, insalubrious,* ἀνυγιὴς, νοσώδης, non salubris, gravis, noxius. *Colum.* l. 1. c. 4. et *Plin.* l. 18. c. 5. Fundum sicuti ne fecundissimi quidem soli, cum sit insalubris; ita nec effeti, si vel saluberrimus sit, parandum. *Plin.* l. 17. c. 2. *sub fin.* Meridiem vineas spectare colono insalubre est. *Id.* l. 23. c. 1. *a med.* Vinum fumo inveteratum, insaluberrimum est. *Gell.* l. 19. c. 5. *a med.* Manet, quod est gravius, sordidius, et insalubrius.

INSALUTĀRIS pro salutaris, quidam legunt apud *Apul.* l. 2. *Metam.* Licet insalutare non erit, Fotis illa tentetur. Sed alii multo rectius *salutare.*

INSALUTĀTUS, a, um, *without taking farewell, unsaluted,* ἀπροσηγόρητος, non salutatus. *Sidon.* l. 4. ep. 10. Annis jam multis insalutatus. Per tmesim *Virg.* 9. *Æn.* v. 288. Inque salutatam linquo.

INSANABĪLIS, le, *that cannot be cured or healed, incurable, desperate, past remedy,* ἀνίατος, qui sanari non potest. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 1. Insanabiles morbi. *Colum.* l. 7. c. 5. Vulnus insanabile. *Plin.* l. 7. c. 15. Insanabili veneno morsus inficitur. *Horat. de ar. Poet.* v. 300. tribus Anticyris caput insanabile. *Liv.* l. 28. c. 25. Lætari, quod nihil tristius, nec insanabilius esset. *Id.* l. 1. c. 28. Insanabile ingenium. *Cic. in Orat.* cap. 26. Insanabiles contumeliæ. *Curt.* l. 10. c. 2. Remedia insanabilibus adhibere. *Plin.* l. 24. c. 17. Insanabili ieto perire. *irreparable.* ¶ Apud *Lactant.* l. 4. c. 19. legitur (si locus mendo caret) Insanibili furore correpti. *h. e.* insanienti. Ut *infinibilis* a *finio* fit, a *partio partibilis,* ita *insanibilis* ab *insanio.*

INSĀNE, *madly, foolishly, imprudently,* ἐπιμανῶς, insipienter, stulte. *Plaut. Curc.* 1. 3. 20. Bonum est pauxillum amare sane: insane non bonum est. *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 34. In silvam non ligna feras insanius, ac si, &c. *Augustin.* ep. 238. Insanissime desperare. ¶ Item vehementer, immodice. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 5. Plautus vehementer cum vellet dicere, dicit insane: quod insani faciunt omnia vehementer. *Plauti locus est Mil.* 1. 1. 24. Esuriens insane bene. [† V. *Insanus* ad *fin.*]

INSANĬA, æ, f. *madness, folly, distraction, infatuation,* ἄνοια, μανία, morbus animi, quo de suo statu deducitur, dementia, insipientia, stultitia. *Cic.* 3. *Tuscul.* cap. 4. Nomen insaniæ significat mentis ægrotationem et morbum, idest insanitatem et ægrotum animum, quam appellarunt insaniam. *et mox.* Sanitatem animorum positam in tranquillitate quadam constantiaque censebant: his rebus mentem vacuam appellarunt insaniam, propterea quod in perturbato animo, sicut in corpore, sanitas esse non possit. et cap. 5. *extr.* Furorem esse rati sunt, mentis ad omnia cæcitatem: quod cum majus esse videatur, quam insania, tamen ejusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania. V. *Furor.* *Id. in Pison.* c. 20. Mihi non venerat in mentem, furorem et insaniam optare vobis, in quam incidistis. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 525. vanique insania cœpti. *madness, rashness.* *Virg. Æn.* 7. v. 461. Sævit amor ferri, et scelerata insania belli. *Martial.* l. 9. epigr. 72. Nulla est insania ferri. *h. e.* bellicus furor. *Plin.* l. 9. c. 36. purpuræ. *h. e.* nimia cupiditas. *ardent desire of.* Sic *Martial.* l. 8. epigr. 48. fœdique insania lucri. *Cic. Verr.* 4. c. 35. Concupiscere aliquid ad insaniam. *even to distraction.* Sic *Sueton. in Calig.* c. 55. Favere alicui ad insaniam. *Plin.* l. 21. c. 31. Insaniam facere. et lib. 25. c. 4. *sub fin.* gignere. et lib. 31. c. 2. abolere. *Terent. Adelph.* 1. 2. 31. adigere ad insaniam. *to drive mad.* ¶ De mentis alienatione poetica. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 5. Auditis? an me ludit amabilis Insania? audire, et videor pios Errare per lucos. *rapture, transport, madness.* ¶ De immodica magnitudine, aut impensis. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 2. Ea villa, quæ nunc est, tanquam philosophia videtur esse, quæ objurget ceterarum villarum insaniam. *Plin.* l. 13. c. 15. Insania mensarum. *Id.* l. 19. c. 1. Vestium insania. *Cic. pro Sull.* c. 25. Insania libidinum. *h. e.* immodicæ, immensæ libidines. *Liv.* l. 7. c. 2. *extr.* Ut appareret, quam ab sano initio res in hanc, vix opulentis regnis tolerabilem, insaniam venerit. *extravagance, excess.* ¶ Transfertur et ad orationem. *Cic. in Bruto,* cap. 82. Insulsitatem et insolentiam, tanquam insaniam quandam orationis, odit: sanitatem autem et integritatem, quasi religionem et verecundiam oratoris, probat. ¶ In plur. numero. *Plaut. Aulul.* 4. 4. 15. Larvæ hunc, atque intemperiæ, insaniæque agitant senem. *Cic.* 4. *Fam.* ep. 1. Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias. *Plin.* l. 26. c. 11. *a med.* Contra insanias vettonica bibitur. ¶ *Optimum est aliena insania frui,* proverb. apud *Plin.* l. 18. c. 5. *extr.* h. e. parvo emere, quæ alii maximis impensis compararunt. ¶ A *Celso* dicitur de morbo, qui φρενῖτις Græce appellatur, h. e. continua dementia cum febri: de qua plura ille lib. 3. c. 18.

INSANIBĪLIS. V. *Insanabilis.*

INSANĬENS, entis, *mad, raging, frantic,* μαινόμενος, insania laborans. *Terent. Adelph.* 4. 2. 22. Verum venit post insaniens: nihil pepercit. *Curt.* l. 8. c. 7. Scelere et malis insanientem ultra negat audiendum. *Petron. in Satyr.* c. 3. Necesse habent cum insanientibus furere. (proverbii genus, de quo *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 39. pudor inquit te malus angit, Insanos qui inter vereare insanus haberi.) *Plin.* l. 25. c. 5. *a med.* Elleborum nigrum medetur insanientibus. ¶ *Insaniens,* phrenitide laborans, non semel apud *Cels.* l. 3. c. 18. ¶ *Insanientem sapientiam* appellat *Horat.* l. 1. od. 34. v. 2. sectam Epicuri, qui deos, ac religionem sustulit. ¶ Translate *Id.* l. 3. od. 4. v. 30. Insanientem navita Bosphorum tentabo. *h. e.* furentem undis, procellosum.

INSANĬO, is, ivi, *et* ii, itum, n. 4. *to be or become mad, be besides himself, be furious or outrageous, rage,* μαίνομαι, παραφρονέω, insanus sum, furo, desipio. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 29. Nec tamen insaniturum illum puto. *Id. in Orat.* c. 67. In alienos insanus insanisti. *Terent. Phorm.* 4. 3. 37. Primo homo insanibat. (pro *insaniebat,* ut *audibat, lenibant,* &c.) scilicet nimis multam pecuniam postulando. *Cic. Verr.* 6. cap. 18. Usque eo est commotus, ut insanire omnibus ac furere videretur. *Id. Fam.* 9. ep. 21. Ain' tandem? insanire tibi videris, quod imitere verborum meorum, ut scribis, fulmina? tum insanires, si consequi non posses. *Id.* 7. *Attic.* ep. 10. Adhuc certe, nisi ego insanio, stulte omnia, et incaute. *Plaut. Merc.* 2. 2. 53. Insanire ex amore. *Terent. Adelph.* 2. 1. 43. et *Liv.* l. 7. c. 39. ex injuria. *Plin.* l. 10. c. 37. amore alicujus rei. ¶ Cum accus. Græco more. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 63. errorem. et lib. 1. ep. 1. v. 101. solemnia. et lib. 2. sat. 3. v. 301. stultitiam. *Al. leg.* stultitia. *Propert.* l. 2. el. et vers. 25. amores alicujus. *h. e.* deperire eam, quam ille quoque amat. *Senec. de vita beata,* cap. 12. Hilarem insaniam insanire, ac per risum furere. ¶ Refertur ad nimios sumptus, et res immodicas. *Plaut. Mil.* 3. 1. 160. Quid opus fuit hoc, hospes, sumptu tanto, nostra gratia? insanivisti hercle. nam idem hoc hominibus sat erat decem. *Id. Merc.* 2. 1. 40. Amavi equidem olim in adolescentia: verum ad hoc exemplum nunquam, ut nunc insanio. ¶ Et ad contentionem, et œstrum poetici certaminis. *to be inspired with the muses, rage with poetic heat.* *Virg. Ecl.* 3. v. 36. Insanire libet quoniam tibi. ¶ Et ad ardorem pugnandi. *Stat.* 3. *Theb.* v. 668. Illic augur ego, et mecum quicumque parati Insanire manu. ¶ Et ad orationem nimis veluti bacchantem. *Quintil.* l. 12. c. 10. *sub fin.* Vitiosum et corruptum dicendi genus, quod aut præcipitia pro sublimibus habet, aut specie libertatis insanit. *runs mad.* ¶ Dicitur et de brutis animalibus, cum ex morbo furunt. *Plin.* l. 27. c. 11. *ad fin. de bobus.* Alligari ad præsepia oportet, donec purgentur. insanire enim solent. ¶ De eo, qui cupide ædificat. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 50. extr. Tametsi in Tusculano quidem cœpi insanire, et in iisdem fundamentis ædificare. *to be possessed with a mania for building.* ¶ *Insanire cum ratione* de iis est, quæ fieri nullo modo possunt. *Terent. Eun.* 1. 1. 18. et *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 270. ¶ Passive impersonaliter. *Senec.* l. 2. controv. 9. *ante med.* Domus in qua totiens aut insanitur a patre, aut peccatur in liberos.

INSANITAS, atis, f. *ill health, indisposition*, mala valetudo, morbus. *Cic.* 3. *Tuscul.* cap. 4. Nomen insaniæ significat mentis ægrotationem et morbum, idest insanitatem et ægrotum animum. et cap. 5. Sapientia sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quædam. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 1. n. 245. et cap. 2. n. 414.

INSANITER, adverb. insane. *Pompon.* apud *Non.* c. 11. n. 4. et apud *Priscian.* l. 15. pag. 1010. *Putsch.* Ludit nimium insaniter.

INSĀNUS, a, um, *mad, frantic, furious, raging, outrageous, distracted, out of his wits*, μανικὸς, παράφρων, non sanus: sed refertur ad animum, qui ægritudine, quasi morbo perturbatur, (V. *Cicer.* 3. *Tuscul.* cap. 4. et 5.) amens, demens, furens, vesanus. *Terent. Eun.* 2. 2. 23. Hic homines prorsus ex stultis insanos facit. et 5. 2. 22. Abin' hinc, insana? *Cic. Parad.* 4. Ego vero te non stultum, ut sæpe; non improbum, ut semper; sed amentem et insanum rebus addicam necessariis. *Id.* 4. *Acad.* c. 17. Quod idem contingit insanis, ut incipientes furere, sentiant. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 12. Hominem longe audacissimum, et quod inter omnes constat, nisi inter eos, qui ipsi quoque insaniunt, insanissimum. *Id. pro Sext.* cap. 7. Homo flagitiis insanus. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 102. uter est insanior horum? *Cic. Verr.* 6. c. 18. Acrior et insanior cupiditas. *Id. pro Mil.* c. 17. Insanissima concio. *Virg. Æn.* 9. v. 760. cædisque insana cupido. *Id. Ecl.* 10. v. 44. Insanus amor duri me Martis in armis Detinet. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 116. insana mente nefanda loqui. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 60. Omnis et insana semita nocte sonat. *h. e.* feminis noctu insanientibus. *Id.* l. 4. el. 1. v. 134. insano verba tonare foro. *h. e.* ubi homines actionibus strepunt, ac veluti insaniunt. *Id.* l. 2. el. 18. v. 16. Et Phrygis insanos cæditur ad numeros. *h. e.* ad sonum tibiæ Berecynthiæ, quando cultris se ipsos secabant, qui illis sacris operabantur. *Calpurn. Ecl.* 1. v. 59. Insani enses. *h. e.* eorum arma, quos belli insania cepit. ¶ Metonymice. *Seren. Sammon.* cap. 20. *sub fin.* Insana herba. *h. e.* hyoscyamus, quia insaniam gignit. *the herb henbane.* ¶ Sic *Lucan.* l. 7. v. 413. insana fames. *h. e.* quæ ad insaniam redigit. *maddening, maddening.* et *Ovid.* 4. *Fast.* v. 364. Amnis it insana, nomine Gallus, aqua. *h. e.* quæ pota insaniam inducit. ¶ De iis, qui divino furore, œstroque percelluntur. *inspired. Virg. Æn.* 3. v. 443. Insanam vatem aspicies, quæ rupe sub ima Fata canit. ¶ Rebus quoque inanimis tribuitur. *Virg. Ecl.* 9. v. 43. Huc ades: insani feriant sine litora fluctus. *tempestuous, boisterous, furious, raging. Tibull.* l. 2. el. 4. v. 9. insanis cautes obnoxia ventis. *Stat.* 1. *Theb.* v. 366. Insanus turbo. *Senec. in Phœnis.* v. 420. insanæ procellæ. *Id. in Agam.* v. 598. maria asperis insana coris. *h. e.* procellosa. Sic *Horat.* l. 3. od. 7. v. 6. insana Capræ sidera. *Virg.* 1. *Georg.* v. 481. insano contorquens vortice silvas Fluviorum rex Eridanus. *Pers.* sat. 3. v. 5. insana Canicula. *Stat.* 5. *Theb.* v. 373. puppemque insana flagellat arbor. *h. e.* malus navis, impellente procella, nutat, casuro similis, et frangi proximus, quasi insanus sit, et loco stare nesciat. ¶ Sæpe significat magnum, immodicum, vehementem, qualia sunt, quæ insani faciunt. *huge, big, vast, large, immensely great, massy. Cic. pro Mil.* c. 31. Aræ, quas ille præceps amentia, cæsis prostratisque sanctissimis lucis, substructionum insanis molibus oppresserat. *Auson. in Sapientib. de Solone*, v. 20. Dives insanum in modum. *Liv.* l. 32. c. 17. *extr.* insana trepidatio. ¶ De insanis vitibus. *Plin.* l. 16. c. 27. Vites quidem et triferæ sunt, quas ob id insanas vocant, quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. ¶ *Insani montes* apud *Liv.* l. 30. c. 39. et *Flor.* l. 2. c. 6. *a med.* sunt præalti in Sardinia, e quorum vertice validi venti, et maxime incerti (unde nomen) in mare ruunt, et periculum navigantibus afferunt. *Claudian. de B. Gildon.* v. 513. insanos infamat navita montes. ¶ *Insanus* pro non sanus, *diseased, indisposed*, ut ad corporis valetudinem referatur, videtur quibusdam usurpari tum in ipsis Sardiniæ *insanis montibus*, quod dicantur ob altitudinem prohibere septemtrionales ventos, unde pars ejus insulæ meridionalis pestilens sit: tum ex loco *Silii* ubi narrat de Annibale l. 1. v. 250. vertice nudo Excipere insanos imbres, &c. Sed non satis id probant. ¶ *Insanum* adverbii more ponitur pro insane, h. e. valde. *Plaut. Mostell.* 3. 4. 5. quid porticus? *Theu.* insanum bonam. *Id. Bacch.* 4. 5. 1. Insanum magnum molior negotium. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 450. Insanum valde uterque deamat. [† V. *Insane.*]

INSATIABĬLIS, le, *that cannot be satiated, insatiable*, ἀπλήρωτος, qui satiari nequit, insaturabilis, inexplebilis. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 19. Natura inest mentibus nostris insatiabilis quædam cupiditas veri videndi. *Sallust. in Catil.* c. 11. Avaritia semper infinita, insatiabilis est. *Cic. Tuscul.* 5. c. 25. Insatiabili gaudio compleri. *Id. Phil.* 11. c. 3. Insatiabilem crudelitatem exercere. *Liv.* l. 4. c. 13. Est humanus animus insatiabilis eo, quod fortuna spondet. *Justin.* l. 1. c. 8. *extr.* Insatiabilem esse sanguinis. *Valer. Maxim.* l. 8. c. 14. n. 3. *extern.* Pectus insatiabile laudis. *Juvenal.* sat. 14. v. 125. acquirendi insatiabile votum. *Ovid. in Ibin*, v. 173. Deque tuo fiet (licet hac sis laude superbus) Insatiabilibus corpore rixa lupis. ¶ Item qui satietatem, et fastidium non affert. *that never cloys or satisfies; that cannot satiate or tire by enjoyment. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. Terra universa cernatur, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus: quorum omnium incredibilis multitudo insatiabili varietate distinguitur. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 441. Cæli signorum admirabilem ordinem, insatiabilemque pulchritudinem spectare. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 62. Nulla est enim insatiabilior species, nulla pulcrior.

INSATIABILITAS, atis, f. *insatiableness*, ἀπληστία, cupiditas inexplebilis. *Ammian.* l. 31. c. 4. *a med.* (*al.* 12.) Quantos undique insatiabilitas colligere potuit canes.

INSATIABILITER, *insatiably, excessively*, ἀκορέστως, sine satietate. *Lucret.* l. 3. v. 921. Insatiabiliter deflebimus, æternumque. et lib. 6. v. 978. Insatiabiliter in spurcitie sues volutantur. *Plin.* l. 9. ep. 6. In re inani insatiabiliter desidere. *Tacit. Ann.* 4. c. 38. *extr.* Insatiabiliter parare memoriam sui. *Lactant. in Epit.* c. 4. *a med.* Insatiabiliter opes congerere.

INSATIĀTUS, a, um, nom. ex particip. non satiatus, *not satiated. Stat.* 6. *Theb.* v. 305. Insatiatus ardor eundi.

INSATIĔTAS, atis, f. *a greedy or insatiable disposition, insatiability, insatiety. Plaut. Aulul.* 3. 5. 13. Quorum animis avidis, atque insatietatibus neque lex, neque tutor capere est qui possit modum.

INSATĪVUS, a, um, *growing spontaneously*, qui non seritur, sed sponte provenit. *Plin.* l. 19. c. 12. Hoc insativum rumex vocatur. Al. rectius leg. *in sativis.*

INSATURABĬLIS, le, *that cannot be satiated, insatiate, insatiable*, inexsaturabilis, insatiabilis. *Cic. pro Sext.* c. 51. *extr.* Manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant. *Oros.* l. 3. c. 18. *ad fin.* Alexander insaturabilis sanguinis humani.

INSATURABILĬTER, adverb. *insatiably*, idem ac insatiabiliter. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 25. Annisque præteritis insaturabiliter expletur.

INSATURĀTUS, a, um, adject. *not sated, insatiate*, insatiatus. *Avien. in Phænom. Arat.* v. 183. Noverca insaturata odiis.

INSCALPTUS. V. *Insculptus.*

INSCENDO, is, endi, ensum, a. 3. *to go up, ascend, climb up to, mount*, ἀναβαίνω, idem quod ascendo. *Cato R. R.* c. 127. Supra pilam inscendat. *Plaut. Amph.* 1. 1. 294. Quadrigas Jovis inscendere. *Id. Aulul.* 4. 6. 12. Inscendere in arborem. *Id. Asin.* 4. 1. 31. in lectum. *Id. Men.* 5. 2. 110. in currum. *Sueton. in Ner.* c. 48. equum. *Tacit.* 14. *Annal.* c. 15. scenam. *to mount the stage.* De bucephalo *Gell.* l. 5. c. 2. Haud unquam inscendi se se ab alio, nisi a rege, passus est. ¶ *Inscendere* absolute, pro in navem inscendere, conscendere, *to go on board, embark. Plaut. Mil.* 2. 1. 37. Ubi amicam avectam scio, inscendo, ut eam rem Naupactum ad herum nuntiem. ¶ Pro inire, συνουσιάζειν. *Apul.* l. 7. et 10. *Metam.*

INSCENSĬO, onis, f. *a climbing up, mounting*, ascensio. *Plaut. Rud.* 2. 6. 19. Quid hinc abitio, quidve in navem inscensio est? *embarking.*

INSCENSUS, us, m. Pro initu (in sexto casu sing.) *Apul.* l. 7. *Metam.* Daturus dominis equarum inscensu generoso multas mulas alumnas.

INSCENSUS, a, um, *climbed up to, mounted. Apul.* l. 7. *Metam.* Properiter inscensum (*asinum*) baculo obverberans per obliquam ducebat viam.

INSCĬE, adverb. *unknowingly*, inscienter. *Apul. de deo Socrat.* Omnes, sed inscie, metuunt: pauci, sed impie, diffitentur.

INSCĬENS, tis, *not knowing, not thinking, unheeding, ignorant*, ἀγνὼς, ignarus. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 2. Nihil in ea re per collegam meum, me insciente, esse factum. *without my knowledge. Terent. Phorm.* 1. 2. 9. Abi, sis, insciens. *Id. Heaut.* 4. 1. 18. Si peccavi, insciens feci. *without thinking, through imprudence.* et vers. 20. Certo scio, te inscientem atque imprudentem dicere ac facere omnia. *Cic. pro Balb.* c. 5. Utrum inscientem vultis contra fœdera fecisse, an scientem? *unknowingly.* ¶ *Insciens* pro sciens. *Alfen. Dig.* lib. 41. tit. 3. leg. 34. Si servus, insciente domino, rem peculiarem vendidisset, emptorem usucapere posse. *In fragm. legis Mamiliæ*, pag. 340. *Goesii.* In terminos singulos, quos ejecerit, locove moverit insciens dolo malo, HS XXV. dare damnas esto. Al. leg. *sciens*: et de loco etiam *Digestor.* miræ lites a Criticis excitantur.

INSCIENTER, adverb. *ignorantly, unknowingly, unwittingly*, δι' ἄγνοιαν, per imprudentiam, sive ignorantiam. *Cic. in Top.* c. 8. Ut si partiri velis tutelas, inscienter facias, si ullam prætermittas. *Liv.* l. 25. c. 10. Tuba inscienter a Græco inflata. *Hygin. poet. Astron.* l. 2. c. 12. Ut quidam inscientissime interpretantur.

INSCIENTĬA, æ, f. *ignorance, want of knowledge*, ἄγνοια, ignorantia. *Cic. pro Sull.* cap. 14. Vos in tantis tenebris erroris et inscientiæ clarissimum lumen prætulistis menti meæ. *Id.* 1. *de Orat.* c. 46. Neque solum inscientiam meam, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 9. Inscientia locorum. et cap. 13. lini. *h. e.* lini elaborandi. et lib. 7. cap. 43. et levitas vulgi. *Nep. in Epam.* c. 7. Inscientia belli, *ignorance of the art of war. Plin.* c. 1. l. 26. Inscientia medicorum. ¶ In uno et altero ex allatis locis al. leg. *inscitia.*

INSCĪTE, adverb. *ignorantly, unskilfully, rudely, absurdly*, ἀμαθῶς, ἀτέχνως, imperite, ineleganter, incompte, impolite. *Cic.* 3. *Fin.* c. 7. Inscite autem medicinæ et gubernationis ultimum cum ultimo sapientiæ comparatur. *Id.* 2. *de Divin.* c. 13. Democritus non inscite nugatur. *Liv.* l. 36. c. 43. Romanas naves inscite factas, immobiles esse. *Gell.* l. 10. c. 16. Inscitissime petit.

INSCĪTĬA, æ, f. *ignorance, unskilfulness, inexperience, imprudence*, ἄγνοια, inscientia, ignorantia. *Cic. de Provinc. Consul.* c. 5. Negotii gerendi inscitia. *Id.* 1. *de Orat.* c. 22. rerum. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 81. sanctarum inscitia legum. et sat. 3. v. 43. quemcumque inscitia veri Cæcum agit. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 1. reipublicæ. *Sueton. in Ner.* c. 41. artis. *Plin.* l. 7. c. 48. temporum. *Tacit. de Germ.* cap. 16. ædificandi. *Id. in Agric.* c. 28. Amissæ naves per inscitiam regendi. *Id.* 1. *Hist.* c. 54. Per inscitiam occidere aliquem. *et Annal.* 15. c. 58. Quo fidem inscitiæ pararet, atrox adversus socios. *the better to escape suspicion of being a party concerned.* et lib. 11. c. 25. *extr.* Isque illi finis inscitiæ erga domum suam. *h. e.* rerum domesticarum. ¶ Est etiam stultitia, *folly, absurdity*, quod et *Festus* monuit. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 29. Male mereri de immerente inscitia est. *Id. Pœn.* 4. 2. 99. Si eadem hic iterem, inscitia est. Adde *veter. Poet.* apud *Cicer. pro Sext.* c. 48. et *Terent. Eun.* 5. 9. 41. et *Phorm.* 1. 2. 27. [¶ Plural. *inscitiæ* apud *Fronton. in princip. histor.* fragm. 2. Sed forte temere Syrorum munditias introspicere, et Pannoniorum inscitias.]

INSCITŬLUS, a, um, *silly, simple, insipid*, diminut. ab *inscitus. Afran.* apud *Non.* c. 1. n. 41. Novi non inscitulam ancillulam. Al. aliter leg.

INSCĪTUS, a, um, *ignorant, silly, foolish, absurd, imprudent*, ἄτεχνος, ἄμουσος, μωρὸς, insciens, stultus, imprudens. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 13. *a med.* Quid est autem inscitius, quam eam naturam, quæ omnes res sit complexa, non optimam dici? *Plaut. Mostell.* 1. 3. 51. Inscita ecastor tu quidem es, quæ istuc cures, ut te ille amet. et 2. 3. 85. Mulier hæc stulta atque inscita est. *Id. Mil.* 3. 1. 141. Qui deorum consilia culpat, stultus inscitusque est. *Id. Mostell.* 5. 2. 14. Sed tu quid istuc confugisti in aram inscitissimus? *Id. Merc.* 5. 4. 57. Annos natus sexaginta qui erit, si quem scibimus scortarier, cum eo lege agemus: inscitum arbitrabimur. *h. e.* invenustum, illepidum, ineptum, risu dignum. Sic *Sueton. in Ner.* c. 28. Exstatque cujusdam non inscitus jocus. *inelegant, without point, destitute of wit or humour, flat, stale, insipid. Auson. in epigramm.* n. 138. inscite magister. *Gell.* l. 2. c. 23. Ancilla non inscito ministerio, et facie non illiberali. *of some quickness or ability. Plaut. Rud.* 3. 1. 5. Mirum atque inscitum somniavi somnium. *extravagant, strange*, absurdum, ineptum, et quod, quid portendat, non facile dignoscas. ¶ Passive est non scitus, *not known. Gell.* l. 1. c. 22. *a med.* Nihil istorum vult, dicere, sed nescio quid aliud indictum inscitumque dicit.

INSCĬUS, a, um, *ignorant, unskilful, rude*, ἀμαθὴς, ἀνεπιστήμων, insciens, nescius, ignorans, rudis, imperitus. *Cic.* 4. *Acad.* c. 7. *sub fin.* Artem si subtraxeris, qui distingues artificem ab inscio? *Colum. in proœm.* l. 6. Majus dispendium sequitur inertem et inscium pastorem, quam prudentem diligentemque compendium. *Varr.* l. 9. *de L. L.* c. 3. *a med.* Naturam usu inscio depravare. *Cic. de clar. Orator.* c. 85. Socrates se omnium rerum inscium fingit et rudem. *Id.* 2. *de Legib.* c. 5. *sub fin.* Neque medicorum præcepta dici vere possent, si quæ inscii imperitique pro salutaribus mortifera conscripserint. *Id. Phil.* 9. c. 5. Perficite, ut is, quem vos ad mortem inscii misistis, immortalitatem habeat a vobis. *unknowingly.* et *pro Planc.* c. 16. Tu, me ignaro, nec opinante, inscio, notes et tuos, et tuorum necessarios? *Virg.* 1. *Æn.* v. 722. inscia Dido, Insideat quantus miseræ deus. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 77. Inscii quid in Æduis gereretur. *not knowing.* et lib. 4. c. 4. Inscios inopinantesque Menapios oppresserunt. *Hirt. de B. Afric.* c. 37. Itaque, omnibus insciis, neque suspicantibus, jubet legiones educi. ¶ *Inscius de aliqua re, Plaut. Trin.* 1. 2. 178. Ego de eorum verbis famigeratorum inscius, prosilui, &c. Potest tamen *inscius* cum *prosilui* conjungi. *Triphonin. Dig.* lib. 16. tit. 3. leg. 31. Latro spolia deposuit apud Sejum inscium de malitia deponentis. ¶ Cum accusativo communi, *Turpil.* apud *Non.* c. 9. n. 14. At enim scies ea, quæ fuisti inscius. ¶ Cum infinito, *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 760. Qui sutrinas facere inscius, nihil homo agis. ¶ Translate *Virg.* 12. *Æn.* v. 648. Sancta anima, atque inscia culpæ. *h. e.* non conscia, non rea. *knowing no fault, unconscious of guilt. Id.* 3. *Georg.* v. 189. equus inscius ævi. *h. e.* etiamnum pullus, et qui quasi per ætatem nondum vivere didicit. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 750. Pabulaque in bustis inscia carpsit ovis. *Val. Flacc.* l. 4. v. 36. *de Argo.* lumina inscia somni. *h. e.* oculi, qui nunquam somno clauduntur. *sleepless. Senec. in Œdip.* v. 545. humor lucis et Phœbi inscius. *h. e.* quem solis radii nunquam vident. *Juvenal.* sat. 11. v. 66. Hædulus inscius herbæ. *h. e.* qui nondum attigit herbam, et solo lacte est nutritus. ¶ *Non nscius* commode et eleganter de eo dicitur, qui

probe omnino scit. *Cic.* 5. *Fin.* c. 19. Nec vero sum inscius, esse utilitatem in historia. *I know very well; I am well aware. Sallust.* orat. 2. *ad Cæs. ante med.* Non inscius neque imprudens sum, quæ sævitia, quæque tempestates futuræ sint, &c. *Virg. in fi.* 10. *Æn.* juguloque haud inscius accipit ensem. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 278. *de vate œstro assueta.* et flatu non inscia gliscit anhelo. [¶ Passive etiam usurpatur pro ignoto, non cognito. *Apul.* 5. *Met.* pag. 368. *Oudend.* Psyche, inscio quodam tramite, accedit quamdam civitatem.]

INSCRĪBO, is, psi, ptum, a. 3. *to write in, or upon, inscribe,* ἐπιγράφω, supra, vel in aliqua re scribo. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 41. *a med.* Quis robur illud cecidit, dolavit, inscripsit. *carved, sculptured, engraved. Id.* 4. *Verr.* c. 69. Statuæ illæ equestres, quas tu poni, inscribique jussisti. *to have inscriptions placed upon them. Id. in Pison.* c. 38. Ut esset, quod in basi tropæorum incidi inscribique posset. *Id. pro Arch.* c. 11. Philosophi etiam illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt. *Al. leg.* in illis libellis. *Id. Fam.* 12. ep. 3. In statua, quam posuit in Rostris inscripsit, Parenti optime merito. *wrote this inscription. Id. de Harusp. resp.* c. 27. Vestris monumentis nomen suum inscripsit. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 26. Epicurus, qui tantummodo induit personam philosophi, et sibi ipse hoc nomen inscripsit. *h. e.* in suis libris inscripsit, et sibi imposuit. *gave to himself, assumed.* Sic *Plin.* l. 29. c. 1. Cum monumento suo Iatronicen se inscripserit. *Gell.* l. 1. c. 25. *ad fin.* Opilius in primo librorum, quos *Musarum* inscripsit. *inscribed, entitled.* ¶ *Inscribere ædes* est scripto affixo venales, vel locandas proponere. *Plaut. Trin.* 1. 2. 131. Inconsultu meo ædes venales hasce inscribit litteris. *Terent. Heaut.* 1. 1. 92. Inscripsi illico ædes mercede. *have put a ticket on the house for sale.* ¶ Inscribere librum, *to inscribe, entitle. Cic.* 15. *Fam.* ep. 2. Oratorem meum (sic enim inscripsi) Sabino tuo commendavi. *that is the title I have given it. Id.* 3. *de Orat.* c. 31. Aliquid de Oratoris arte paucis præcipiunt libellis, eosque rhetoricos inscribunt. *Plin.* l. 4. ep. 14. *ad fin.* Cogito has nugas meas ita inscribere, Hendecasyllabi: qui titulus, &c. *Cic.* 2. *Offic. c. pænult. extr.* In eo libro, qui Œconomicus inscribitur. ¶ Pro simplici scribo, *Cic. Attic.* l. 4. ep. 1. Ea inscribam brevi, quæ te puto potissimum ex meis litteris velle cognoscere. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 87. Ut illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere. *Id.* 1. *Catil. c. ult.* Sit inscriptum in fronte uniuscujusque civis, quid de republ. sentiat. *Ovid. Metam.* l. 6. v. 73. sua quemque deorum Inscribit facies. *h. e.* ostendit, qui deus sit. *distinguishes. Sen. de vita beata,* c. 12. Vitiis suis sapientiam inscribit, et abscondenda profitetur. *h. e.* dat vitiis suis titulum sapientiæ. ¶ Inscribere alicui aliquid, *to attribute,* tribuere, auctorem facere. *Senec. c. ult.* l. 1. *de benef.* Quod ostentare libet, et inscribere sibi. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 128. ipsos Inscripsere deos sceleri. *made the gods the authors of. Sil.* l. 10. v. 619. Adversis etenim frangi, non esse virorum, Qui Martem inscribant genti. *h. e.* Martem suæ gentis auctorem faciant. ¶ Interdum est notare, signare, *to mark. Virg.* 1. *Æn.* v. 482. et versa pulvis inscribitur hasta. *Plaut. in fragm.* apud *Serv. ad loc. Virg. cit.* Corpus tuum virgis ulmeis inscribam. *h. e.* dilacerabo. *Senec. de benef.* l. 4. c. 37. *sub fin.* Inscribere alicui stigmata. *to brand.* ¶ Pro subscribere accusandi gratia, *Imp. Zeno* lib. 9. *Cod.* tit. 35. *leg. ult.* V. in fi. vocis sequent.

INSCRIPTĬO, onis, f. *an inscribing, writing upon,* actus inscribendi, ἐπίγραμμα, ἐπιγραφή. *Cic. pro Dom.* c. 20. Quid? operum publicorum exactio: quid? nominis inscriptio, tibi num aliud videtur esse, ac bonorum meorum direptio? ¶ Speciatim est titulus, qui in fronte libri inscribitur. *the title of a book. Cic.* 16. *Attic.* ep. 11. *a med.* Quod de inscriptione quæris; non dubito, quin καθῆκον officium sit; sed inscriptio plenior, *de officiis. Id. initio Topicor.* Incidisti in Aristotelis topica quædam: qua inscriptione commotus, &c. *Plin.* l. 5. ep. 19. Et ars quidem ejus, et quasi inscriptio comœdus, in qua plurimum facit. ¶ Item, *an inscription,* epigramma, quod statuis, sepulcris et hujusmodi inscribi solet. *Cic.* 13. *Phil.* c. 4. Hæc causa fuit, cur decerneretis statuam in Rostris cum inscriptione præclara. *In monum. Ancyr.* apud *Gruter.* pag. 232. n. 12. Opus impensa grandi refeci sine ulla inscriptione nominis mei. *Plin.* l. 29. c. 1. *ante med.* Hinc illa infelicis monumenti inscriptio, *turba se medicorum periise.* et *Petron. in Satyr.* c. 29. Hinc quemadmodum ratiocinari didicisset, dein dispensator factus esset, omnia diligenter curiosus pictor cum inscriptione reddiderat. *Vellei.* l. 2. c. 104. Bellum ab eo quibusdam in locis gestum, quibusdam sustentatum feliciter: eoque nomine decreta ei cum speciosissima inscriptione operum triumphalia ornamenta. *an eulogium, elogy. Flor.* l. 3. c. 19. *a med.* Fuit de servis ovatione contentus, ne dignitatem triumphi servili inscriptione violaret. *h. e.* ne cum mos esset perscripta devictorum nomina præferre in triumpho, cogeretur id facere de servis, quos devicerat. ¶ Item stigma, compunctio, nota. *a brand, mark of ignominy, stigma. Petron. in Satyr.* c. 105. Frontes notans inscriptione solerti, ut videamini stigmate esse puniti. et cap. 106. Utinam quidem hac se inscriptione frontis maculassent. ¶ Item perscriptio, delatio nominis ejus, quem quis accusare aggreditur. *an accusation, complaint. Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 5. leg. 2. *ad fin.* Si pater prævenerit, et libellos inscriptionis deposuerit. *Paul. ibid.* tit. 2. (qui *de accusationib. et inscriptionib.* est) leg. 3. Libellorum inscriptionis conceptio talis est: consul, et dies: apud illum prætorem, vel proconsulem L. Titius professus est, se Mæviam adulterii ream deferre, &c. *et mox.* Quod si libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur. *Impp. Sever. et Antonin.* lib. 9. *Cod.* tit. et leg. 1. Inscriptionem deponere.

INSCRIPTŪRA, æ, f. inscriptio, seu nota impressa alicui rei. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 30. ubi alii divisim leg. *in scriptura.*

INSCRIPTUS, a, um, *written upon, inscribed, engraved, cut,* ἐπιγεγραμμένος, scriptus, notatus. *Cic. pro Dom.* c. 53. Ut si quæ essent incisæ, aut inscriptæ litteræ, tollerentur. et cap. 37. *extr.* Sepulcrum inimico nomine inscriptum. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 23. Senarioli in monumento inscripti. *Sueton. in Calig.* c. 8. Aras ostendi inscriptas, Ob Agrippinæ puerperium. *Virg. Ecl.* 3. v. 106. Flores inscripti nomina regum. (Græce.) *Cic. Attic.* l. 6. ep. 3. Q. Cicero puer legit epistolam inscriptam patri suo. solet enim aperire. *directed.* ¶ Item titulo notatus. *entitled. Cic.* 2. *de Divin.* c. 1. Eo libro, qui est inscriptus, Hortensius. *Id.* 2. *de Orat.* c. 14. Deceptus indicibus librorum, quod sunt fere inscripti de rebus notis et illustribus. *Sueton. in Cæs.* c. 55. Oratio inscripta pro Metello. *Martial.* l. 11. epigr. 46. inscriptæ limina cellæ. *h. e.* quæ præfert perscriptum nomen prostantis. *Stat. Theb.* 8. v. 269. solus stat puppe magister Pervigil, inscriptaque deus, qui navigat almo. *h. e.* navi pictum aut insculptum habente deum aliquem in tutelam, et ab ejus nomine appellata. ¶ Item stigmate notatus. *branded, stigmatized. Juvenal.* sat. 14. v. 24. Inscripta ergastula. *Plin.* l. 18. c. 3. *sub fin.* Nunc eadem illa vincti pedes, damnatæ manus, inscriptique vultus exercent. Absolute *Martial.* l. 8. epigr. 75. Quatuor inscripti portabant vile cadaver. ¶ *Inscriptum, ti,* absolute est inscriptio, titulus. *Gell. in præfat. ante med.* Et quædam alia inscripta nimis lepida, multasque prorsus concinnitates redolentia. ¶ *Inscriptus,* non scriptus. *Quintil.* l. 3. c. 6. *ante med.* (*al.* c. 8.) Unde et illa divisio est, alia esse scripta, alia inscripta. ἔγγραφα, et ἄγραφα. ¶ *Inscriptæ merces* sunt, quas mercatores, ne portoria solvant, apud publicanos non profitentur. *contraband goods. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *circa med.* Greges ovium longe abiguntur ex Apulia in Samnium æstivatum, atque ad publicanum profitentur, ne si inscriptum pecus paverint, lege censoria committant. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 169. Facit idem, quod illi, qui inscriptum ex portu exportant clanculum, ne portorium dent. ¶ *Inscriptum maleficium* est, de quo nihil in legibus scriptum, cautumque est, ἄγραφον ἀδίκημα. *Senec. in præfat.* l. 3. *excerpt. controv. ad fin.* Postulavit, ut prætor nomen ejus reciperet, lege inscripti maleficii. Adde *tit.* controv. 1. lib. 5. *excerpt. controv.* et *Quintil.* l. 7. c. 4. *ad fin.*

INSCRUTABĬLIS, le, *inscrutable,* qui investigari non potest. *Augustin.* ep. 106. c. 4. Non valentes inscrutabilia Dei judicia perscrutari. Adde *Hieron.* epist. 27. *ad Eustoch.* cap. 12. ex *Rom.* 11. 33.

INSCRŪTOR, aris, dep. 1. *to search, examine,* idem quod scrutor. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 1. *a med.* Si Homeri latentem prudentiam inscruteris altius. Al. leg. *scruteris.*

INSCULPO, is, lpsi, lptum, a. 3. *to engrave, carve, cut out upon,* ἐγγλύφω, in aliqua re sculpo, incido, inscribo. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 90. cum summam patrimonii insculpere saxo Heredes voluit. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 620. Cornuaque æratis, miram referentia formam, Postibus insculpunt. *Quintil.* l. 1. c. 1. (*al.* 2.) *a med.* Litteras tabellæ quam optime insculpere. *Sueton. in Claud.* c. 1. *sub fin.* Elogium tumulo alicujus versibus insculpsit. ¶ Translate *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 17. Natura insculpsit in mentibus, ut deos æternos et beatos haberemus. *has imprinted.*

INSCULPTUS, a, um, *engraved, carved, cut out upon,* incisus, inscriptus. *Cic.* 2. *de Div.* c. 41. Sortes in robore insculptas. *Plin.* l. 8. ep. 6. Incisa et insculpta sunt publicis æternisque monimentis. ¶ Translate *Cic. in fi.* c. 4. l. 2. *de nat. Deor.* Omnibus innatum est, et quasi insculptum, esse deos. *imprinted, implanted. Id.* 4. *Acad.* c. 1. *a med.* Res habere insculptas in animo. ¶ Dicitur et *inscalptus. Plin.* l. 36. c. 5. *sub fin.* Sunt etiamnum in columnarum spiris inscalpta nominum eorum argumenta.

INSECABĬLIS, le, *that cannot be cut or severed,* ἄτμητος, qui secari aut dividi non potest. *Senec. in fi.* ep. 118. Aliquid difficulter secari, cogitavimus: novissime, crescente difficultate, insecabile inventum est. *Quintil.* l. 2. c. 17. *ad fin.* Corpora insecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerunt. *h. e.* atomos. *infinitely small particles of matter, atoms.* Adde *Vitruv.* l. 2. c. 2.

INSĔCE, h. e. persequere, dic, narra. *Cato,* et *Ennius* apud *Gell.* l. 18. c. 9. ¶ Ejusdem rationis est *insecendo,* h. e. fando, narrando. *Cato* apud *Gell. ibid.* Scelera nefaria, quæ neque insecendo, neque legendo audivimus. Hinc *insectiones,* narrationes, teste eodem *Gellio.* V. *Insequi.*

INSECENDO. V. vocem præced.

INSĔCO, as, cui, ctum, a. 1. *to cut, make an incision into,* ἐντέμνω, idem quod seco, sive intus seco. *Auctor ad Herenn.* l. 4. c. 49. Insecare aliquid dentibus. *Colum.* l. 4. c. 15. Sequente deinde anno insecatur superior pars curvaturæ usque ad medullam. *Id.* l. 12. c. 47. Olivam acuta arundine insecare. *et mox.* Sive contuderint, sive insecuerint olivas, &c. *Plin.* l. 19. c. 5. *a med.* Corpora mortuorum insecare ad scrutandos morbos. *to dissect. Colum.* l. 4. c. 29. *circa med.* Vimen cum inaruerit, penetrat et insecat corticem. [¶ Particip. *insecandus* apud *Colum.* l. 9. c. 15. Insecandi sunt favi.]

INSECTA. V. *Insectus.*

INSECTANTER, *vehemently, outrageously,* ὀνειδιστικῶς, cum insectatione, infeste. *Gell.* l. 19. c. 3. Insectanter et graviter vituperari.

INSECTATĬO, onis, f. *an inveighing or railing against, persecution,* δίωξις, actus insectandi. *D. Brut. in epist. Cic. ad Fam.* l. 11. ep. 1. Tanta est hominum insolentia, et nostri insectatio. *Liv.* l. 21. c. 47. Ut ratibus, sine tumultu atque insectatione hostis, copias trajiceret. *Id.* l. 22. c. 34. C. Terentius Varro plebi insectatione principum conciliatus. *Sueton. de Grammat.* c. 9. Ne principum quidem virorum insectatione abstinuit. et cap. 19. Insectatio studiorum et morum alicujus. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 55. Insectationibus petere aliquem. et lib. 12. c. 14. Hostem ad prœlium per insectationes et nuntios vocare. *Quintil.* l. 6. c. 3. *ante med.* et lib. 11. c. 1. *ad fin.* Insectatio fortunæ. *h. e.* qua miseram alicujus fortunam insectamur et deridemus.

INSECTĀTOR, oris, m. *an inveigher against, reprover,* qui insectatur. *Liv.* l. 3. c. 33. *a med.* Trux et sævus insectator plebis. *Quintil.* l. 10. c. 1. *sub fin.* Seneca egregius vitiorum insectator.

INSECTĀTUS, a, um, particip. activæ signific. V. *Insector.* Passivæ *pressed upon, pursued. Hirt. de B. Afric.* c. 71. Gravis armaturæ miles, simul atque ab his insectatus constiterat, illi veloci cursu periculum vitabant.

INSECTĬO, onis, f. narratio, sermo, ab insecendo. V. *Insece.*

INSECTO, as, avi, atum, a. 1. idem ac insector, apud veteres. *Plaut. Capt.* 3. 4. 61. Jam illic nos insectabit lapidibus. *Justin.* l. 15. c. 3. Insectanti regi quosdam palantes hostes. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 70. Aquila insectans alias aves, et agitans.

INSECTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to pursue closely, chase, press upon, harass, speak harshly to, reproach, inveigh against, rail at, speak ill of,* διώκω, persequor, insequor, insto, urgeo, agito, seu verbis, seu factis: frequentativum ab *insequor. Plaut. Capt.* 3. 4. 17. Hic hastis insectatus est domi matrem et patrem. *Plin.* l. 1. ep. 10. et lib. 6. ep. 21. vitia. *Brut. ad Cicer.* ep. 4. miserorum fortunam. *Id. ad Attic.* ep. 17. dolores alicujus. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 12. contumaciam. *Id.* 4. *Hist.* c. 8. aliquem ut tumidum infestumque. *Cicer. Attic.* 10. ep. 1. audaciam improborum. et lib. 5. ep. 17. *a med.* injuriam alicujus. *to blame. Id.* 2. *de Fin.* c. 25. quempiam maledictis. *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 18. leg. 6. calumniosis criminibus innocentes. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 20. aliquem irrisu et contumeliis, postremo verberibus. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 14. Impios agitant insectanturque furiæ. *Id. de Amic.* c. 16. Acerbius in aliquem invehi, insectarique vehementius. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 3. Inimice insectari quempiam. *Id. pro Font.* c. 1. Insector ultro, atque insto accusatori, judices: insector, inquam, et flagito testes. *Id. pro Planc.* c. 39. *ad fin.* Quid taces? quid dissimulas? etiam atque etiam insto, atque urgeo, insector; posco, atque adeo flagito crimen. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 26. O virtutis comes invidia, quæ bonos insequeris plerumque, atque adeo insectaris. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 96. In hunc modum Vitellius apud milites disseruit, prætorianos nuper exauctoratos insectatus. *inveighing against. Phædr.* l. 3. fab. 11. v. 3. Insectari damnum amissi corporis. *h. e.* objicere, exprobrare. ¶ Translate *Virg.* 1. *Georg.* v. 155. assiduis terram insectabere rastris. *h. e.* assidue rastris versabis, et veluti infeste exercebis. *exercise, work or sarcle the ground.* Simile est illud *ibid.* v. 104. jacto qui semine protinus arva Insequitur.

INSECTŪRA, æ, f. *a cutting, incision, notch,* incisura. *Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 7. Virgula totidem redderet soles, quot habuisset insecturas.

INSECTUS, a, um, *cut, cut in pieces, notched,* διασχισθεὶς, concisus, sectus, dissectus. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 22. Insecta caro. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 57. insecti pectine dentes. *cut in the slay. Colum.* l. 12. c. 54. Napi integri, si minuti sunt; majores autem insecti, eodem jure, quo rapa, condiri possunt. *Gell.* l. et cap. 10. Insecta apertaque humana corpora. *Plin.* l. 16. c. 24. Folia divisa platano, insecta pectinum modo piceæ, abieti. ¶ *Insecta, orum,* sunt parva animalia, *insects,* τὰ ἔντομα, alia, inquit *Plin. initio* l. 11. pennata, ut apes; alia utroque modo, ut formicæ; aliqua et pennis et pedibus carentia: jure omnia insecta appellata ab incisuris, quæ nunc cervicum loco, nunc pectorum, atque alvi, præcincta separant membra, tenui

modo fistula cohærentia. Aliquibus vero non tota incisura, cum ambiente ruga: sed in alvo, aut superne tantum, imbricatis flexili (*incisura*) vertebris; nusquam alibi spectatiore naturæ rerum artificio. Hæc *Plin.* qui et sequentib. capitibus multa de his. *Id. ibid.* c. 21. Insectorum quædam binas gerunt pinnas, ut muscæ, quædam quaternas, ut apes.

INSECŪTĬO, onis, f. *a following after, pursuing*, actus insequendi. *Apul.* l. 8. *Metam.* Nequissimi fugitivi, cæcæ festinationis temeritate, ac metu incertæ insecutionis, non exspectata luce, &c.

INSECŪTOR, oris, m. qui quempiam insequitur nocendi causa, *a persecutor*. *Tertull. in Apolog.* c. 5. Tales semper nobis insecutores, injusti, impii. *Prudent. in hymn. Epiphaniæ*, cathemer. 12. v. 126. Quos lucis ipso in limine Christi insecutor sustulit. *Apul. sub init.* l. 7. *Metam.* Nam et præsidium fugæ, quo velocius, frustratis insecutoribus, procul abderet se se, eidem facile suppeditasse, &c.

INSEDABILĬTER, adverb. *so as not to be allayed or quenched*, sine ulla sedandi ratione. *Lucret.* l. 6. v. 1174. Insedabiliter sitis arida corpora mersans.

INSEDĀTUS, a, um, *unquiet, troublesome, turbulent*, non sedatus, turbulentus, commotus. *Cic. in Partit.* c. 22. *sub fin.* Et omne, quod est ejus generis, grave, insedatum, turbulentum. Al. leg. *sedatum*.

INSEMINĀTUS, a, um, *sown*. *Vitruv. in proœm.* l. 8. Terra ex cælestium imbrium conceptionibus inseminata. *Arnob.* l. 2. pag. 93. Ex conventu Jovis inseminati et nati sunt.

INSEMĬNO, as, a. 1. *to sow*, ἐμβάλλω, insero. *Gell.* l. 19. c. 5. Tabem et morbos sensim, atque in diem longam visceribus inseminare. Adde *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. *a med. et sub fin.*

INSENESCO, is, nui, *to grow old on, spend one's life in*, ἐγγηράσκω, diutissime immoror in aliqua re, quasique in ea ætatem consumo, et senex fio. *Tacit.* l. 4. *Ann.* c. 6. Cum plerique iisdem negotiis insenescerent. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 82. Insenuit libris et curis. *Quintil.* l. 10. c. 3. Quomodo sufficere civilibus officiis possit, qui singulis actionum partibus insenescat? *Ovid.* 1. *ex Ponto*, ep. 4. v. 47. Te quoque, quam juvenem discedens Urbe reliqui, Credibile est nostris insenuisse malis. *h. e.* ob calamitatem exsilii mei.

INSENSĀTUS, a, um, *irrational, insensate*, ἄλογος, rationis sensu carens. *Tertull. de præscriptionib.* c. 27. ex *Gal.* 3. 1. et lib. 4. *advers. Marcion.* c. 43. ex *Luc.* 24. 25. et *Augustin.* l. 3. *de Gen. ad litt.* c. 12. ex *Psalm.* 48. 13.

INSENSIBĬLIS, le, *that cannot be felt or perceived, imperceptible, insensible*, ἀναίσθητος, qui non sentitur, qui sub sensum cadere non potest. *Gell.* l. 17. c. 10. Inenarrabile esse ait, et propemodum insensibile. *incomprehensible. Seren. Sammon.* c. 3. *de porrigine.* Est insensibilis morbus, sed noxia formæ, &c. ¶ Item qui expers est sensus. *without feeling, senseless. Lactant.* l. 6. c. 13. *ad fin.* Insensibilia simulacra.

INSENSĬLIS, le, idem ac insensibilis. *Lucret.* l. 2. v. 864. necesse est Ex insensilibus tamen omnia confiteare Principiis constare.

INSENSUĀLIS, le, adject. sensu carens. Vox est *Cassiodori* l. 2. ep. 40. *a med.*

INSEPARABĬLIS, le, *not to be separated, inseparable*, ἀχώριστος, qui separari non potest. *Sen.* ep. 118. Bonum honestumque aliquid inter se habent mixtum et inseparabile. et epist. 85. *ante med.* Ei juncta semper est, et inseparabilis. *Gell.* l. 1. c. 9. *extr.* Coire societatem inseparabilem. *Apul. Metam.* 9. Anus quotidie inseparabilis aderat. *Augustin.* l. 15. *de Trin.* c. 23. Trinitas inseparabilior.

INSEPARABILĬTAS, atis, f. *inseparableness, inseparability*, conjunctio inseparabilis. *Augustin.* l. 15. *de Trin.* c. 23. In Trinitate tanta est inseparabilitas, ut, &c. et ep. 29. c. 2. Inseparabilitas virtutum.

INSEPARABILĬTER, adverb. *inseparably*, ἀδιαχωρίστως, non separabiliter. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 22. Quæ inseparabiliter involuta rerum necessitas in se vinxit. *Lactant.* l. 3. c. 11. Inseparabiliter connexa.

INSEPARĀTUS, a, um, *unseparated*, non separatus. *Tertull. advers. Prax.* c. 9. Inseparatos ab alterutro Patrem, et Filium, et Spiritum testor. Adde cap. 18.

INSEPTUS, a, um, *girt round, surrounded*, idem quod septus. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 19. Hunc inseptum ingenti muro, divisumque a conspectu mortalium, &c. ¶ Significat etiam non septum, teste *Festo*.

INSEPULTUS, a, um, *unburied, uninterred, unentombed*, ἄθαπτος, non sepultus, inhumatus. *Cic. Catil.* 4. c. 6. Cerno animo miseros, atque insepultos acervos civium. *Liv.* l. 29. c. 9. *ad fin.* Nec satiatus pœna virorum, insepultos projecit. *Horat. Epod.* 5. v. 99. Post insepulta membra different lupi. *Senec. de tranquill.* c. 14. Mortem insepultam minari alicui. *h. e.* sine sepultura. ¶ *Insepultam sepulturam* (τάφον ἄταφον, ex *Eurip. in Phœniss.*) appellat *Cic. Phil.* 1. c. 2. tumultuarias exsequias et funus illegitimum C. Cæsari occiso factum in foro. *an illegal or unjust funeral.* Cum enim, ut narrat *Sueton. in ejus vita*, c. 84. rogus ei in Campo Martio fuisset exstructus, ut ibi cremaretur; lectus autem cum cadavere in forum delatus esset, ut inde per exsequias ad locum rogi transferretur, repente immisso igne congestisque subselliis et tribunalibus, in medio foro combustus est. Verba *Cicer.* sunt: Nam cum serperet in Urbe infinitum malum, iidemque bustum in foro facerent, qui illam insepultam sepulturam effecerant, &c. Al. leg. *refecerant*: quia Cæsari, inquiunt, instauratum funus fuit. Porro *bustum facere* hoc loco significat monumentum excitare, ubi Cæsar crematus fuit. Populus enim ei combusto columnam ibidem statuit, ad quam longo tempore sacrificare, vota suscipere, controversias quasdam distrahere perseveravit, donec a Dolabella consule eversa est. Quod vero *bustum* etiam monumentum significet, in ea voce jam est dictum. ¶ Item sepultus, *buried*, ut *in* ea ratione sumatur, qua in *infractus, incanus*, &c. *Cic. Phil. ult.* c. 12. Vestra virtus nec oblivione eorum, qui nunc sunt, nec reticentia posterorum insepulta esse poterit. *Est qui leg.* sepulta.

INSĔQUE, insece, dic, narra: antiquum. *Enn.* apud *Fest.* et *insexit*, dixit. *Id. ibid.* V. *Gell.* l. 18. c. 9. et supra *Insecc.*

INSĔQUENS, entis, *following close upon, coming on, ensuing, approaching*, qui post sequitur, ἑπόμενος. *Cic. in Orat.* c. 44. Ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat, aut asperas. *Liv.* l. 2. c. 18. Insequens annus Postumum Cominium, et T. Lartium consules habuit. *the year following. Id.* l. 26. c. 14. Cum noctem totam, et diei insequentis partem animam egissent. *Plin.* l. 18. c. 28. Prata restitui debent, faba in his sata, mox insequenti anno frumento. *Gell.* l. 3. c. 2. Unum et eundem diem esse a meridie ad insequentem meridiem. *Vellei.* l. 1. c. 6. Insequenti tempore Imperium Asiaticum ab Assyriis translatum est ad Medos. *Sueton. in Aug.* c. 31. Ut illorum veluti ad exemplar insequentium ætatum principes exigerentur a civibus. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 23. Nocte insequenti legati responsa referunt. ¶ Item pone sequens. *Petron. in Satyr.* c. 31. Discubuimus, pueris Alexandrinis aquam in manus infundentibus, aliisque insequentibus ad pedes, et paronychia tollentibus. *Justin.* l. 32. c. 3. Vestigia Argonautarum insequentes. ¶ Item qui persequitur nocendi causa. *Sallust. in Jug.* c. 24. Multitudo Numidas insequentes mœnibus prohibuit. *pressing close upon them.* et *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 45. Hostem insolenter atque acriter insequentem supprimere.

INSEQUENTER, adverb. *inconsequently, not to the purpose*, ἀνακολούθως, inconsequenter. *Gell. in fi.* l. 10. Obscure, et insequenter particula illa posita. Al. aliter leg. ¶ Pro deinceps, protinus, habet *Nonius* c. 4. n. 384.

INSĔQUOR, eris, quutus, *et* cutus sum, dep. 3. *to follow close after, pursue, ensue*, ἐφέπομαι, ἀνακολουθέω, statim sequor, post venio, subsequor. *Virg.* 5. *Æn.* v. 320. Proximus huic, longo sed proximus intervallo Insequitur Salius. *follows, succeeds. Ovid.* 11. *Metam.* v. 468. insequitur fugientem lumine pinum. *follows with her eye. Valer. Flacc.* l. 1. v. 715. qua te, infelix, quibus insequar oris? *Cic. in Orat.* c. 48. Postremam litteram detrahebant, nisi vocalis insequebatur. *Id.* 1. *de Fin.* c. 16. Plerumque improborum facta primo suspicio insequitur, deinde sermo atque fama, tum accusator, tum judex. *Id. de clar. Orat.* c. 10. Hunc proximo sæculo Themistocles insecutus est. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 29. At mors insecuta Gracchum est. *came upon. Lucret.* l. 3. v. 171. Si minus offendit vitam vis horrida leti, Attamen insequitur languor. *Phædr.* l. 3. fab. 2. v. 7. Nox insecuta est: abeunt securi domum. *Plin.* l. 7. c. 11. Quæ septem mensium edito puerperio, insecutis mensibus geminos enixa est. *Virg.* 1. *Æn.* v. 91. Una Eurusque, Notusque ruunt, &c. Insequitur clamorque virum, stridorque rudentum. *Plin.* l. 18. c. 35. Arundinem impendente pluvia seri jubent, et fruges insecuturo imbre. ¶ Cum infinito *Virg.* 3. *Æn.* v. 32. Rursus et alterius lentum convellere vimen Insequor. *proceed to tear up.* ¶ Interdum est instare, urgere, *to press upon, urge. Cic.* 2. *de Orat.* c. 3. Nec vero te, frater, rhetoricis quibusdam libris insequor, ut erudiam. ¶ Sæpius est persequi, insequi, insectari ultionis causa, διώκειν, *to pursue, persecute, harass. Cic. Phil.* 2. c. 9. Cum tu illum in foro, gladio stricto insecutus es. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 130. Insequi crimen. *Virg.* 8. *Æn.* v. 146. crudeli bello aliquem. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 234. ora alicujus protervis manibus. *h. e.* pulsare, cædere. et lib. 13. v. 568. morsibus. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 638. sævis dictis. *Cic.* 14. *Attic.* ep. 14. *a med.* homines benevolos contumelia. *et pro Sext.* c. 11. irridendo. *et pro Cluent.* c. 8. clamore ac minis. ¶ Sæpe est militare verbum, et est instare fugientibus, *to press upon, pursue. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 15. Qui cupidius novissimum agmen insecuti, alieno loco prœlium committunt. et lib. 7. c. 53. Ne tum quidem insecutis hostibus, tertio die pontem refecit. *Virg.* 12. *Æn.* v. 748. Insequi et urgere. *Liv.* l. 26. c. 6. Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit. ¶ Translate *Virg.* 1. *Æn.* v. 244. Nunc eadem Fortuna viros tot casibus actos Insequitur. *Id.* 1. *Georg.* v. 104. jacto qui semine protinus arva Insequitur. V. *Insector* in fi. ¶ *Insequi*, narrare, persequi. *T. Liv.* apud *Senec. Suasor.* 7. *circa med.* Vir memorabilis fuit, et in cujus laudes insequendas Cicerone laudatore opus fuerit. Al. leg. *sequendas* eod. sensu. V. *Inseque*, et *Sequor*.

INSERĒNUS, a, um, *cloudy*, non serenus, nubilus. *Stat.* l. 1. *silv. ult.* v. 21. Non tantis Hyas inserena nimbis Terras obruit.

INSĔRO, is, evi, situm, a. 3. *to sow or plant in*, in aliquo loco sero, insemino, ἐνσπείρω. *Colum.* l. 5. c. 7. *a med.* Arboribus rumpotinis, si frumentum non inseritur, in utramque partem viginti pedum spatia interveniunt: at si segetibus indulgetur, quadraginta pedes, &c. ¶ Item unius arboris surculum alteri arbori includere, *to ingraft, insert the sprig of one tree in the stock of another. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 40. *a med.* Si in pirum silvaticam inseveris pirum quamvis bonam. *Colum. de arborib.* c. 8. Vitem, quam insiturus es, resecato, et plagam lævato. *Id.* l. 5. c. 11. Omne genus surculi omni generi arboris inserere. ¶ Translate *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 34. denique teipsum Concute, num qua tibi vitiorum inseverit olim Natura. *h. e.* immiserit, introduxerit. *has implanted in you.* ¶ Pro jungere, *to unite, join. Cic. de Univ.* c. 11. Cum autem animis corpora cum necessitate insevisset, &c.

INSĔRO, is, erui, ertum, a. 3. *to ingraft, inoculate, take a bud or gem from one tree and insert it in another*, ἐμφυτεύω, surculum arboris in aliam arborem immitto. Quamvis Etymologi hoc a superiore verbo, non solum præterito, sed etiam origine ipsa disjungant, ut in *Consero, erui*, dictum est; tamen hoc pro illo ponitur. *Colum. de arborib.* c. 8. Quidquid inserueris, vimine diligenter ligato. *et ibid.* Nocet nimius humor, nec patitur surculos insertos comprehendere. ¶ Sæpius significat immittere, ingerere, imponere, injicere, *to put or introduce into, insert. Cic.* 6. *Verr.* c. 17. Homini collum in laqueum inserenti subvenisti. *Phædr.* l. 1. fab. 26. v. 8. Ciconia lagenæ rostrum inserens. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 39. Omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris, in os inserant. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 93. utinamque oculos in pectora posses Inserere. *penetrate with the eye into the heart, see into the recesses of the heart. Val. Max.* l. 3. c. 3. *extr.* 1. Inserere oculos alicui rei. *h. e.* intendere, intueri. *Liv.* l. 8. c. 36. Inserere in tentoria caput. *Senec. in Herc. Œt.* v. 493. caput astris. *Quintil.* l. 2. c. 20. Grana ciceris in acum. *to thread. Curt.* l. 9. c. 1. gemmas aureis soleis. *to set. Terent. Heaut.* 3. 3. 2. alicui manum in sinum. *to insinuate. Colum.* l. 6. c. 4. integrum crudum ovum jejuni bovis faucibus. *Gell.* l. 2. c. 3. H litteram plerisque vocibus. *Stat.* 5. *Theb.* v. 230. Inserere ensem. *h. e.* adigere. *to plunge, drive.* Sic *Senec. in Hippol.* v. 1177. Inserere ferrum pectori. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Invent.* c. 53. Jus est, quod non opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit. ¶ Pro admiscere. *to mix, intermingle. Colum.* l. 12. c. 57. Cum viridia, quæ dicta sunt, contriveris, nuces juglandes inserito. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 444. nec obfuit illi Historiæ turpes inseruisse jocos. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 23. Inserendo sæpius querelas, et ambiguos de Galba sermones. *Liv.* l. 27. c. 23. Adeo minimis etiam rebus prava religio inserit deos. *calls or brings in. Justin. in fi.* cap. 3. l. 38. Trogus in Livio, et Sallustio reprehendit, quod conciones directas operi suo inserendo, historiæ modum excesserint. ¶ Translate *Senec. in Thyest.* v. 322. Quid est necesse liberos sceleri meo inserere? *h. e.* implicare, et una mecum auctores sceleris ac reos facere. *to implicate. Ovid.* 13. *Metam.* v. 33. Inserit Æacidis alienæ nomina gentis. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 2. Ignobilitatem suam magnis nominibus inserit. ¶ *Inserere se*, se immittere, immiscere. *Id.* 2. *Hist.* c. 19. Jamque totis castris modesti sermones, et inserentibus se centurionibus, laudari providentia ducis, &c. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 605. Inserere se turbæ. *Id. Metam.* 3. v. 117. bellis civilibus. *Valer. Max.* l. 6. c. 2. *extern.* 1. Inserit se tantis viris mulier alienigeni sanguinis. ¶ Inserere aliquem vitæ. *Stat.* l. 5. *silv. ult.* v. 72. Poscentemque novas tremulis ululatibus auras Inserui vitæ. *h. e.* asserui, servavi, ut viveret, curavi. ¶ Inserere nomen famæ, *Auct. dial. de Oratorib.* c. 10. *h. e.* committere, mandare. ¶ Cum ablat. sine præposit. quæ inest in ipso verbo. *Quintil.* l. 8. c. 2. *a med.* Interjectio, qua et oratores frequenter utuntur, ut medio sermone aliquem inserant sensum. *h. e.* interponant.

INSERPO, is, psi, ptum, n. 3. *to creep, creep in*, idem ac serpo, vel in aliquo loco serpo. *Stat.* 1. *Theb.* v. 340. jam somnus avaris Inserpit curis. *Apul. Metam.* 7. Ei lanugo malis inserpebat. *Claudian.* l. 1. *de rap. Pros.* v. 256. raucum bibulis inserpere murmur arenis.

INSERTA. V. *Insertus*.

INSERTATĬO, onis, f. actus inserendi, insitio, immissio. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 1. *ad fin.*

INSERTĀTUS, a, um, idem ac insertus, immissus. *Prudent. in Apotheos.* v. 532. Jamque insertato reserarat viscera cultro.

INSERTIM, adverb. *by insertion, darting in*, inserendo, immittendo. *Lucret.* l. 2. v. 114. quum solis lumina cumque Insertim fundunt radios per opaca domorum.

INSERTĬO, onis, f. *an ingrafting*, actus inserendi. *Augustin.* ep. 120. c. 20. Insertio oleastri. *Macrob.* l. 1.

Saturn. c. 7. *a med.* Huic deo insertiones surculorum tribuunt.

INSERTĪVUS, a, um, adject. qui inseritur. *Calpurnius* declam. 24. Nemo unquam sacra gentilitia insertiva stirpe corrupit. *h. e.* filiis illegitimis. Sic *insitivi liberi* apud *Phædr.*

INSERTO, as, a. 1. *to put into or insert frequently,* παρεντίθημι, sæpe insero, vel insero, simpliciter, frequentativ. verbi *insero,* a supino *insertum. Petron. in Satyr.* c. 97. Insertans commissuris secures, claustrorum firmitatem laxavit. *Virg.* 2. *Æn.* v. 672. Clypeoque sinistram Insertabam aptans. *Sil.* l. 5. v. 482. arbor nubibus insertans caput. *Prudent.* l. 2. *contra Symmach.* v. 726. Quos spargam flores? quibus insertabo coronis Atria?

INSERTORĬUM, ii, n. *Cœl. Rhodig.* lib. 10. c. 4. ait esse lorum scuti in modum annuli, inter quod et scutum læva manus inseritur. Hoc adstruit loco *Plinii* l. 33. c. 1. qui varie a variis legitur, et ab *Harduino* expenditur *in not. et emend.* n. 2. V.

INSERTUS, a, um, *put or let in, inserted, cast in upon,* ἐμβληθεὶς, ἐντεθεὶς, immissus, injectus. *Enn.* apud *Donat. ad Terent. Phorm.* 2. 2. 25. Insertæ malæ. V. *Calceatus* in fine. *Plin.* lib. 10. c. 57. Pinna per transversas inserta nares. *Id.* l. 33. c. 3. Inserta margaritarum pondera e collo dominarum auro pendeant. *threaded. Virg.* 3. *Georg.* v. 509. Profuit inserto latices infundere cornu. *h. e.* immisso faucibus. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 1. v. 27. Sera inserta posti. *the bolt fastened. Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 14. Falces præacutæ, insertæ, atque affixæ longuriis. *put in, fastened. Senec. in Agam.* v. 92. Nubibus ipsis inserta caput Turris, pluvio vapulat Austro. *h. e.* tam alta, ut cacumen inter nubila immittere videatur. *cloud-capped.* Græca constructio. *Virg.* 11. *Æn.* v. 770. quem pellis aenis In plumam squamis, auroque inserta tegebat. *h. e.* habens aurum assutum, et quasi intextum. *Al. leg.* auro conserta. et lib. 3. *Æn.* v. 151. multo manifesti lumine, qua se Plena per insertas fundebat luna fenestras. *h. e.* luna inserta per rimas fenestræ, hypallage. *Servius* præter hanc, aliam quoque interpretationem addit. Aut, inquit, clathratas, aut non seratas, ut sit quasi insertas, idest non clausas: et dictum quomodo aspros, compostus, vixet, pro asperos, compositus, vixisset. *Plin.* l. 3. ep. 19. Prædia agris meis vicina, atque etiam inserta, venalia sunt. *h. e.* immissa, et veluti permixta. *contiguous and intermixed with.* ¶ Item infusus. *Senec. in Herc. Œt.* v. 521. Tabum fluentem vulneris insertum ungulæ. *Cels.* l. 5. c. 23. *initio.* Venena vel per morsus, vel per cibos aut potiones corporibus inserta. *introduced.* ¶ Item *ingrafted, inoculated,* insitus. *Colum. de arborib.* c. 8. Nocet nimius humor, nec patitur surculos insertos comprehendere. ¶ Translate *Quintil.* l. 2. c. 4. Vix ullus est tam communis locus, qui possit cohærere cum causa, nisi aliquo propriæ quæstionis vinculo copulatus; appareatque, eum non tam insertum, quam applicitum. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 25. Supersunt aliqua, epistolis eorum inserta, ex quibus mutua malignitas detegitur. *Sueton. in Tiber.* c. 3. Insertus Liviorum familiæ, adoptato in eam materno avo. *Id. in Aug.* c. 42. Manumissi insertique civium numero. ¶ *Inserta, æ,* absolute. *Publius Syrus* apud *Gell.* l. 17. c. 14. et *Macrob.* 2. *Saturn.* c. 7. Frugalitas inserta est rumoris boni. *h. e.* ornamentum bonæ existimationis. Volunt enim alii, *insertam* esse emblema quod inseritur ornatus causa: alii vittam, institam, fasciam, ornatus item causa assutam vesti: alii denique aliter leg.

INSERVĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to serve,* δουλεύω, servio, obsequor, studiosus et obnoxius sum. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 81. Antiochus inservientium regum ditissimus. *h. e.* imperio R. subjectorum. ¶ Cum accusativo. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 59. Si illum inservibis solum. et vers. 33. Unum inservire amantem. ¶ Translate *Gell.* l. 1. c. 25. Non id fuit Varroni negotium, ut legibus rationibusque omnibus definitionis inserviret. *observe minutely.* ¶ Sæpissime est dare operam, more eorum, qui serviunt, incumbere, studere, attendere. *to attend to or upon, mind or take care of, study or promote the interest of, desire to obtain or compass. Cic.* 1. *Offic.* c. 15. *extr.* A quo plurimum sperant, ei potissimum inserviunt. *Id. Fam.* 16. ep. 17. Valetudo tua me valde sollicitat: sed inservi, et fac omnia. *Id.* 2. *de Fin. c. ult.* Quos suis commodis inservituros, et quidquid ipsis expediat facturos arbitramur. *Id.* 2. *Offic.* c. 1. *ad fin.* Inservire honoribus. *Id. de Orat.* c. 4. artibus. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 8. famæ. et lib. 16. c. 27. hortorum amœnitati. *Colum.* l. 9. c. 14. fortiter operibus. *to labour unremittingly. Hirt. de B. Alex.* c. 12. Accurate alicui rei studere atque inservire. et l. 8. *B. Gall.* c. 8. Omnibus rebus inserviendum statuit, quo celerius, &c. *Liv.* l. 2. c. 21. Plebi, cui ad eam diem summa ope inservitum erat, injuriæ a primoribus fieri cœpere. *h. e.* indultum et curatum erat, ut in omnibus satisfieret. *had been treated with the utmost deference.* eodem modo lib. 45. c. 37. locutus est. *Terent. Heaut.* 3. 1. 8. Inservire amico atque æquali suo. *h. e.* gratificari, adesse. *to help, aid, assist. Cic. Fam.* 6. ep. 12. Nihil est a me inservitum temporis causa. *Gell.* l. 13. c. 20. Inservire auribus. *h. e.* curare, ne aures offendantur. *Sil.* l. 7. v. 341. feroci Pervigil inservibat equo. *was intent upon the management of.* ἀρχαϊκῶς, ut *lenibant, insanibat,* &c. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 105. Et illud autem inserviendum est consilium vernaculum, *h. e.* adjuvandum, promovendum.

INSERVO, as, a. 1. *to watch, observe,* idem quod servo, observo. *Stat.* 10. *Theb.* v. 886. gemit, inservante noverca, Liber. *Id.* 6. *Theb.* v. 935. piget inservare. *h. e.* servare de cælo. Sic lib. 8. v. 194. Elysias dedit inservare volucres.

INSESSOR, oris, m. ut Insessor viarum, *h. e.* obsessor, apud *Symmach.* l. 2. ep. 48. Sic *Festus*: Insessores, latrones, qui circa vias insidientur sedentes.

INSESSUS, a, um, *occupied, held, beset,* cui aliquis insidet, et insistit, occupatus, possessus. *Liv.* l. 7. c. 34. Consul exercitum incaute in saltum cava valle pervium circaque insessum ab hoste, induxit. *Tacit. Ann.* 13. c. 9. Commeatus per montes ducebantur præsidiis nostris insessos. et lib. 12. c. 43. Insessum diris avibus Capitolium. *perched on, infested. Stat. Theb.* 12. v. 236. horrendis insessa cubilia monstris. et lib. 1. silv. 1. v. 56. insessaque pondere tanto Subter anhelat humus. *burdened, oppressed.*

INSEXIT, dixit. V. *Inseque.*

INSIBĬLO, as, a. 1. *to whistle or blow in, make a hissing noise, whiz,* ἐπισυρίττω, sibilo, spirando sibilo. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 603. Qualia succinctis, ubi trux insibilat Eurus, Murmura pinetis fiunt. *Stat.* 6. *Theb.* v. 421. densis insibilat aer verberibus. *Sil.* l. 12. v. 615. jactæ in turmas per nubila flammæ Stridorem servant, membrisque insibilat ignis. *Id.* l. 2. v. 625. verbera Erinnys Incutit atque atros insibilat ore tumores. *h. e.* sibilando inspirat.

INSICCABĬLIS, le, adject. *that cannot be dried,* qui siccari non potest. *Sidon.* lib. 9. *ep. ult.* Licet antiquarium moraretur insiccabilis gelu pagina, et calamo durior gutta.

INSICCĀTUS, a, um, *undried, not dried up,* non siccatus. *Stat.* 3. *Theb.* v. 364. Vulneraque ista ferens putri insiccata cruore. et lib. 8. v. 246. insiccatus cruor.

INSICĬA, æ, f. *et* Insicium, ii, n. *a kind of sausage,* genus farciminis, seu obsonii ex carne concisa. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 22. Insicia, ab eo, quod insecta caro, ut in carminibus Saliorum est: quod in extis dicitur nunc profectum. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 8. Dicas, quæ causa difficile facit insicium: quod ab insectione insicium dictum, amissione litteræ postea, quod nunc habet, nomen obtinuit. *Donat. ad Terent. Eun.* 2. 2. 26. Fartores, qui insicia et farcimina faciunt. ¶ Scribitur et *Insitia,* et *Isicium.* Quidam vellent et *Esitium.* Ex *Macrob.* autem discimus *isicium* frequentius esse.

INSICIARĬUS, ii, m. qui insicia facit. Legitur in quodam ludicro testamento M. Grunnii Corocottæ porcelli, quod habetur apud *Interpretes Apicii* l. 8. c. 7. et *Brisson. de Formul.* l. 7. *a med.* Ejus meminit etiam *Hieronym. in proœm.* l. 12. *in Esai. ad Eustoch.* et l. 1. *in Rufin.* c. 4. *a med.*

INSICIĀTUS, *vel* Isiciatus, a, um, insicio conditus, vel ad modum insicii conditus. *Apic.* l. 8. c. 7. *ad fin.*

INSICIŎLUM, *vel* Isiciolum, i, n. insicium minutum. *Apic.* l. 2. c. 2. et lib. 5. c. 3. &c.

INSICĬUM. V. *Insicia.*

INSIDĔO, es, edi, essum, ēre, n. 2. *to sit, or rest upon,* ἐπικάθημαι, super aliqua re sedeo. *Liv.* l. 7. c. 6. Insidere equo. *Enn.* apud *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 22. *a med.* currum. (al. leg. *insidēre*) *Senec. in Med.* v. 29. curru. *Id. in Phœniss.* v. 122. saxum. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 134. toro. *Plin.* l. 5. c. 13. Joppe insidet collem. *stands or lies on a hill.* ¶ Dicitur de his, qui in aliquo loco habitandi causa considunt. *to settle in or upon. Virg.* 8. *Æn.* v. 479. ubi Lydia quondam Gens bello præclara jugis insedit Etruscis. ¶ Et de his, qui exspectandi, aut spectandi gratia alicubi se locant. *Plin. in Paneg.* cap. 26. Adventante congiarii die, observare principis egressum, insidere vias examina infantium solebant. ¶ Est etiam universim locum aliquem morando occupare, tenere, obsidere, *to occupy, take possession of. Liv.* l. 21. c. 54. Mago locum monstrabit, quem insideatis. *where you shall lie in ambush. Tacit.* 2. *Ann.* c. 16. Cherusci juga insedere, ut prœliantibus Romanis desuper incurrerent. *posted themselves upon. Sil.* l. 5. vers. 3. Silvarum anfractus cæcis insederat armis. *had posted himself in ambush.* (Al. leg. *insiderat.*) Sic *Virg.* 11. *Æn.* v. 531. Arripuitque locum, et silvis insedit iniquis. *Liv.* l. 26. c. 44. Quingentis militibus arcem insedit. *garrisoned.* ¶ Translate *Valer. Flacc.* lib. 4. v. 445. mea quod vates insedit Apollo pectora. ¶ *Insidere alicui,* h. e. insidiari, *Lactant. de opif. Dei,* c. 1. Adversarius noster saluti insidet. Al. leg. *saltus insidet.* ¶ Sæpe est consistere, hærere, inhærere, incumbere. *to settle upon, be settled or fixed in, adhere to. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 51. Cum in locis semen insedit, rapit omnem fere cibum ad se se. *Horat.* epod. 3. v. 15. Nec tantus unquam siderum insedit vapor Siticulosæ Apuliæ. *Plin.* lib. 1. ep. 12. *circa med.* Dolor non pedibus solis insidebat, sed omnia membra pervagabatur. *Senec. in Œdip.* v. 224. Torpor insedit per artus. *Cels.* l. 3. c. 1. Longus morbus, cum penitus insedit, acuto par est. *Tacit. Ann.* 2. c. 21. Insidens capulo manus. *h. e.* arcte hærens gladii manubrio, et fortiter tenens, ac vibrans. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 28. Nihil quisquam unquam, me audiente, egit orator, quod non in memoria mea penitus insederit. *Id. in Orat.* c. 5. Insidebat in ejus mente species eloquentiæ, quam cernebat animo, re ipsa non videbat. *Id.* 1. *de Legib.* c. 17. *extr.* Voluptas, quæ penitus in omni sensu implicata insidet. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 10. *extr.* Cum hic fervor concitatioque animi inveteraverit, et tanquam in venis medullisque insederit, tunc exsistit morbus, &c. *Id. pro Leg. Manil.* c. 3. Macula, quæ penitus jam insedit atque inveteravit in populi R. nomine. *Lucret.* l. 3. v. 932. Insidet mihi desiderium alicujus rei. ¶ In multis hoc verbum cum *insido, is,* confunditur, et in libris sæpissime invicem commutantur.

INSIDĬÆ, arum, f. *an ambush, ambuscade, lying in wait, snares, treachery,* ἐνέδρα, ἐπιβουλὴ, occulta et dolosa exspectatio ad aliquem aggrediendum: ab *insideo,* quia clam aliquis insidetur locus, ex quo in tempore ad vim afferendam erumpatur. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 3. *a med.* Insidias facere vitæ alicujus. *Id. Attic.* 13. ep. 10. Marcellus insidiis interfectus est. *treacherously.* Sic *pro Dom.* c. 23. per insidias quempiam interficere. *Id. pro Sext.* c. 18. Insidias ponere vitæ alicujus. *Id.* 2. *Agrar.* c. 18. Insidias penitus abstrusas ponere contra aliquem. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 9. alicui parare. *Id. pro Cæcin.* c. 29. opponere. *Id. pro Rosc. Com.* c. 16. tendere. *Id. pro Mil.* c. 10. collocare. *et pro Cluent.* c. 16. comparare. et cap. 66. *extr.* instruere. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 193. struere. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 22. et *Propert.* l. 2. el. 23. v. 69. componere in aliquem. *Tibull.* l. 1. el. 7. v. 4. componere alicui. *Quintil.* l. 4. c. 2. *ante med.* disponere. *Plaut. Mil.* 2. 3. 32. et *Cas.* 2. 7. 13. dare alicui. *h. e.* facere. *Calpurn. Ecl.* 1. v. 40. afferre ovilibus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 271. avibus moliri. *et Ecl.* 5. v. 60. pecori lupus meditatur. *Sueton. in Cæs.* c. 86. undique imminentes satius est subire semel, quam cavere semper. et cap. 74. evadere. *Justin.* l. 7. c. 5. Insidiarum fraude decipere. *Sallust. in Jug.* c. 7. Insidiis opprimere aliquem. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 42. Per insidias circumvenire. *Nep. in Annib.* c. 4. Insidiis circumventum occidere. *Id. ibid.* c. 5. In insidias inducere. *to draw into a snare.* et *Justin.* l. 44. *c. ult.* deducere. ¶ Ad locum ipsum, in quo insidiæ collocantur, videntur ea, quæ sequuntur, pertinere posse. *Cic. pro Deiot.* c. 7. Quid? ille signa ænea in insidiis posuerat? *Id.* 2. *Catil.* cap. 1. Illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium conjecimus. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 20. Milites in insidiis collocare. et *Liv.* l. 23. c. 1. disponere. *et ibid.* Trahere in insidias. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 38. Intrare insidias. et cap. 37. Subito illi ex insidiis consurrexerunt. *Sallust. in Jug. c. pænult.* Ex insidiis invadere aliquem. *Terent. Phorm.* 1. 4. 52. Nunc prior adito tu: ego in insidiis hic ero succenturiatus. *I will lie here in ambush as a reserve to support you. Virg.* 3. *Georg.* v. 537. Nec lupus insidias explorat ovilia circum. *h. e.* captat locum insidiis idoneum. ¶ De ipsis insidiatoribus. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 19. Qui sustinuerant primos impetus insidiarum. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 24. Equites procedere longius jussi, donec insidiæ coorirentur. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 51. Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur. et cap. 61. *extr.* Compositæ orationis insidiis fidem alicujus attentare. *Petron. in Satyr.* c. 3. Adulatores insidias auribus faciunt. *Virg.* 1. *Georg.* v. 426. neque insidiis noctis capiere serenæ. *Id. Ecl.* 3. v. 18. caprum excipere insidiis. *by stealth.* et *Cic. in Orat.* c. 12. Non ex insidiis, sed aperte ac palam elaborare. *Val. Flacc.* l. 1. v. 416. Nosse insidias maris. *Virg.* 2. *Æn.* v. 36. Aut pelago Danaum insidias, suspectaque dona Præcipitare jubent. *h. e.* id, quo insidiæ fiunt, nempe equum durateum. ¶ *Insidia prima,* singulari num. dixit *Sallust. in fragm.* apud *Charis.* l. 1. pag. 75. *Putsch.*

INSIDIANTER, adverb. per insidias, cum insidiis. *Justin.* l. 6. c. 6. Securi insidianter absentium Arcadum speculati. Al. leg. *insidiantes.*

INSIDIĀTOR, oris, m. *a lier in wait, lier in ambush,* ἐπίβουλος, qui tendit insidias. *Cic. Catil.* 2. c. 12. Nullus est portæ custos, nullus insidiator viæ. *Id. pro Mil.* c. 7. Insidiator in foro collocatus. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 25. si vafer unus et alter Insidiatorem præroso fugerit hamo.

INSIDIĀTRIX, icis, f. *she that lies in wait. Ammian.* l. 24. c. 4. *sub fin.* (*al.* c. 17.) Insidiatrix manus.

INSIDĬO, as, avi, atum, n. 1. *to lie in wait,* insidior. *Callistrat. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 28. *a med.* Servi, qui saluti dominorum suorum insidiaverint. Ita *Torrentin.* edidit. Al. leg. *insidiati erunt.*

INSIDĬOR, aris, atus sum, dep. 1. *to lie in wait, lie in ambush, lay snares or ambuscades for, plot against,* ἐνεδρεύω, insidias facio. *Nep. in Datam.* c. 9. Cum nuntiatum esset, quosdam sibi insidiari. *Cic.* 1. *Catil.* c. 5. Quam diu mihi, Catilina, insidiatus es, me privata diligentia defendi. *Id. pro Mil.* c. 14. Hæc sica intentata nobis est: hæc insidiata Pompeio est. *Id. Catil.* 1. c. 10. Vigilare non solum insidiantem somno maritorum, verum etiam bonis occisorum. *Al. leg.* ad insidiandum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 30. Quod neque precibus, nec insidiando, nec speculando assequi potui. *Martial.* l. 12. epigr. 14. Insidiari apris. *Cic. pro Cœl.* c. 21. Magnum crimen, vel in legatis insidiandis, vel

in servis sollicitandis. ¶ Translate *Liv.* l. 23. c. 35. Nocturnum erat sacrum, ita ut ante mediam noctem compleretur. Huic Gracchus insidiandum tempori ratus, vigilia prima tolli jussit signa. *h. e.* hostibus hoc tempore. Alio sensu *Vellei.* l. 2. c. 21. Ita se dubium mediumque partibus præbuit, ut omnia ex proprio usu ageret, temporibusque insidiari videretur. *h. e.* tempora captaret, occasionesque: et ad mutationes temporum consilia mutaret sua. Sic de Amynta *Curt.* l. 4. c. 1. *a med.* Utrique regi hostis, et semper ex ancipiti mutatione temporum pendens. [¶ Particip. *insidiaturus* apud *Hirt. de B. Afr.* c. 65. Cum magno equitatu, levique armatura insidiaturus locis idoneis consedit.]

INSIDIŌSE, adverb. *treacherously, deceitfully, craftily, cunningly, fraudulently, insidiously*, ἐπιβούλως, ex insidiis, cum insidiis, dolose, fraudulenter. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 12. Insidiose in gratiam rediit cum illo. *Id. ad Q. Fr.* l. 1. ep. 3. *ad fin.* Me sceleratissime insidiosissimeque tractavit.

INSIDIŌSUS, a, um, *full of snares, crafty, cunning, deceitful, dangerous, insidious*, ἐπιβούλευτος, ἐπιβουλευτικὸς, qui sæpe insidiatur, plenus insidiis, fallax. *Cic. Attic.* l. 8. *ep. ult.* Hujus insidiosa clementia delectantur. *Id.* 4. *Verr. in fi.* Quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior unquam? *Plin.* l. 29. c. 1. *sub fin.* In qua conditione insidiosissima auctoritatem pessimis boni faciunt. *Id.* l. 3. c. 5. *sub fin.* Capraria insidiosa naufragiis. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 210. Verba insidiosa. et epist. 15. v. 22. O facies oculis insidiosa meis! *Id.* 14. *Metam.* v. 294. Insidiosa pocula Circes. *Caius Dig.* lib. 6. tit. 1. leg. 36. Qui per insidiosa loca servorum misit.

INSĪDO, is, n. 3. *to sit or settle on, rest upon*, ἐφιζάνω, ἐνίζω: ab *in*, et *sido*, idem est quod *insideo*, adeoque commune cum illo habet præteritum, et in aliquibus temporibus facile cum illo commutatur. *Virg.* 6. *Æn.* v. 707. ubi apes æstate serena Floribus insidunt variis. (Ad hunc locum *Serv.* adducit illud *ejusd. Æn.* 1. v. 722. nescia Dido, Insidat quantus miseræ deus. Et ita legit etiam *Donat.* alii *insideat.*) *Stat.* 2. *Theb.* v. 35. Stat sublimis apex ventosque imbresque serenus Despicit, et tantum fessis insiditur astris. *h. e.* ab astris insidentibus premitur. *is rested on by, upholds, supports. Id. ibid.* v. 150. locumque, Quo serere arcanas aptum, atque evolvere curas, Insidunt. ¶ Est etiam hærere, inhærere. *Colum.* l. 2. c. 2. *post med.* In opere boves arcte junctos habere convenit, quo jugum melius aptum cervicibus insidat. *may sit on; may be fitted to; may rest upon.* ¶ Translate [† *Cic. Orat.* 2. 28. Quod non in memoria mea penitus insederit. *which did not remain fixed.*] *Quintil.* lib. 10. c. 7. Dum illa verba fabricentur, et memoriæ insidant. *be fixed upon, be committed to.* ¶ Est etiam sidere, descendere, immergi. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 257. Et credit tactis digitos insidere membris. *Quintil. declam.* 6. c. 7. Insidunt ossibus catenæ. *Pallad.* l. 1. tit. 4. Aqua sit perspicui coloris: nullus illi limus insidat. *settle in it.* ¶ *Insidi* præteritum pro *insedi* quidem leg. apud *Sil.* l. 5. v. 3. et lib. 12. v. 487. sed varia est lectio.

INSIGNE, is, subst. n. *a badge, mark of distinction, sign, ensign*, παράσημα, signum, indicium, nota, monimentum, id quod in veste, vexillo, et hujusmodi insignitum est, aut ipsa vestis, vexillum, &c. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 3. Minerva singulare est insigne ejus gymnasii. *Id. in Verr.* 3. c. 58. Bulla erat ornamentum pueritiæ, indicium et insigne fortunæ. *Id. pro Sext.* c. 26. Sedebat cum purpura, et sceptro, et insignibus illis regiis. *badges, insignia. Virg.* l. 2. *Æn.* v. 319. Danaumque insignia, nobis Aptemus clypeos. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 6. Navem Bruti, quæ ex insigni facile agnosci poterat. *by the ensign, painting or mark on the prow.* et lib. 1. *B. Gall.* c. 22. Dicit montem ab hostibus teneri: id se a Gallicis armis atque insignibus cognovisse. et lib. 2. c. 21. Temporis tanta fuit exiguitas, ut non modo ad insignia accommodanda, sed etiam ad galeas induendas tempus defuerit. et lib. 7. c. 45. Tectis insignibus suorum, occultatisque signis militaribus. *Insignia* his *Cæsaris* locis videntur fuisse ornatus quidam peculiaris in galea, aut veste, quo nobiliores quique milites, centuriones, tribuni, &c. dignoscebantur. *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 13. et 16. ursinas pelles, et argenteas cristas in galeis commemorat. *Virg.* 12. *Æn.* v. 944. atque humeris inimicum insigne gerebat. *h. e.* balteum Pallantis a se occisi. ¶ Translate ponitur pro omni honorum genere. *Cic. Appio* 3. *Fam. ep. ult.* Insignia enim virtutis multi etiam sine virtute assecuti sunt. *ensigns. Id. pro Sull.* c. 9. Sibi habeant honores, imperia, triumphos, et alia præclara laudis insignia. ¶ Item pro aliquo insigni ac pretioso ornatu: unde et ad orationem transfertur. *Cic. in Orat.* c. 39. Et reliqua ex collocatione verborum, quæ sumuntur, quasi lumina, magnum afferunt ornatum orationi. Sunt enim similia illis, quæ in amplo ornatu scenæ aut fori appellantur insignia: non quod sola ornent, sed quod excellant. Eadem ratio est horum, quæ sunt orationis lumina, et quodammodo insignia, cum aut duplicantur iteranturque verba, &c. ¶ Accipitur etiam simpliciter pro signo. *a sign, mark, signal. Cic.* 3. *de Orat.* cap. 33. Quod erat insigne, eum, qui ita faceret, facere civibus omnibus consilii sui copiam. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 20. Vexillum proponendum, quod erat insigne, cum ad arma concurri oporteret. [† *Cic. Acad.* 4. 11. Ut enim confidant, notum his esse debebit insigne veri. *the criterion.*] ¶ *Lucret.* l. 5. v. 699. solem vocat, *radiatum insigne diei.* ¶ De genitivis notis, *Plin.* l. 8. c. 46. Bos in Ægypto etiam numinis vice colitur: Apim vocant. Insigne ei in dextro latere candicans macula.

INSIGNIFICATĪVUS dicitur a nonnullis Grammaticis infinitivus modus, quia per se nullam personam significat. *Diomed.* l. 1. pag. 331. *Putsch.*

INSIGNĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to adorn, ornament, render remarkable, distinguish*, ἐπισημαίνω, insignem reddo, signis noto, distinguo. *Virg.* 7. *Æn.* v. 790. At lævem clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat. *et Æn.* 11. v. 385. passimque tropæis Insignis agros. *Plin.* lib. 9. cap. 17. *a med.* Mulli insigniuntur barba gemina inferiori labro. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 26. Malim oratorem vel hirta toga induere, quam fucatis et meretriciis vestibus insignire. *Senec.* ep. 18. Illud temperatius, non excerpere se, nec insigniri, nec misceri omnibus. *to make one's self singular, be remarkable.* ¶ Item insignem, seu infamem reddo. *Liv.* l. 4. c. 29. *ad fin.* Imperioso, Manlio cognomen inditum: Postumius nulla tristi nota est insignitus. *Sueton. in Calig.* c. 31. Queri de conditione suorum temporum solebat, quod nullis calamitatibus insignirentur. *Tacit. in Agric.* c. 41. Cum omnis annus funeribus et cladibus insigniretur. *Id. Ann.* 16. c. 13. Tot facinoribus fœdum annum etiam dii tempestatibus et morbis insignivere. ¶ Item denotare, nominare, notum facere. *Plin. in fi.* ep. 22. l. 8. Quisquis ille est, qualiscumque, sileatur: quem insignire, exempli nonnihil; non insignire, humanitatis plurimum refert. *to make known, name, expose.* ¶ *Insigni, insignibam*, et *insignibo*, pro *insigniebam* et *insigniam* in imperfecto et futuro in 4. conjugat. frequens est apud Poetas. *Claudian.* l. 1. *de rap. Pros.* v. 246. Hic elementorum seriem, sedesque paternas Insignibat acu.

INSIGNIS, e, *distinguished by some mark, marked*, ἐπίσημος, qui signo aliquo, vel nota inter alia eminet: in quo est aliquod signum unde ab aliis dignoscitur, insignitus. *Festus:* Insignes appellantur boves, qui in femine, et in pede album habent, quasi insigniti. *Tertull. de resurr. carn.* c. 57. Itaque cæci, et claudi, et paralytici, et ut quis insignis excesserit, ita et revertetur. *Virg.* 3. *Georg.* vers. 56. maculis insignis et albo. ¶ Item ornatus, distinctus, *remarkable, distinguished, adorned. Virg.* 4. *Æn.* v. 134. ostroque insignis et auro Stat sonipes. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 1. v. 11. Crinibus insignis Phœbus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 583. Puer insignis facie. *Liv.* l. 1. c. 20. Insigni eum veste, et curuli regia sella adornavit. *Plin.* l. 35. c. 12. *a med.* Insignes officinæ. *celebrated and remarkable.* ¶ Translate dicitur de eo, qui ob decus aliquod facile incurrit in oculos, et ab aliis distinguitur, singularis, præstans, eximius, egregius, *noted, notorious, famous, notable, distinguished, noble, eminent, admirable. Cic. de Amic. c. ult.* Virtus Scipionis etiam posteris erit clara et insignis. *Virg.* 1. *Æn.* v. 14. Vir pietate insignis. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 10. v. 15. excolimur teneri, curaque parentis Imus ad insignes Urbis ab arte viros. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 31. Sol et luna, quorum insignem vim et illustrem faciem videmus. *Propert.* l. 3. *el. ult.* v. 4. Versibus insignem te pudet esse meis. *Ovid. Heroid.* ep. 3. v. 121. Insignia facta. *glorious deeds. Cic. in Orat.* c. 14. Hæc sunt insignia ad maximam laudem. *Id.* 2. *de Orat.* c. 22. Aut ea, quæ facilia sunt, aut etiam illa, quæ insignia ac pæne vitiosa, consectantur imitando. ¶ Refertur etiam ad deformitatem, vitium, vituperationem. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 8. *extr.* Insignis ad deformitatem puer. *Id. de Harusp. resp.* c. 17. Maxime illustre atque insigne perjurium. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 9. Hominem omnibus insignem notis turpitudinis accusare. *infamous. Horat.* l. 2. sat. 1. v. 46. Flebit, et insignis tota cantabitur urbe. *h. e.* notatus, infamatus. ¶ Ponitur et pro ingenti, vehementi, in utramque partem. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 266. Coquus non curat, caudam insignem esse, illa dum pinguis siet. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 22. *circa med.* Cujus studium insigne fuit erga me. *very great. Id. ad Anton. post* ep. 13. l. 14. *ad Attic.* Insigne odium in aliquem. *Id.* 2. *de Orat.* c. 58. *sub fin.* Insignis improbitas, insignis miseria. *Id. sub fin.* l. 1. *Acad.* teneritas. *Id. Verr.* 6. c. 29. impudentia. *consummate. Liv.* l. 4. c. 4. An esse ulla major aut insignior contumelia potest? *Id.* l. 22. c. 7. *ad fin.* Feminarum præcipue et gaudia insignia erant, et luctus. *Terent. Eun.* 5. 6. *extr.* Jamdiu causam quærebat senex, quamobrem insigne aliquid faceret iis. *some signal harm.* ¶ Superlat. *insignissimus* est *Tertull. de spectac.* c. 12. et *in Apolog.* c. 21. ¶ Cum genitivo. *Id. de Pall.* c. 4. *circa med.* Qui, nisi insignes libidinum, alias reges nemo nosset.

INSIGNĪTE, adverb. *remarkably, notably, signally*, παρασήμως, insigniter, valde, summe, clare. *Cic. pro Quint.* c. 23. Neque quisquam inventus est tam insignite improbus. *Liv.* l. 8. c. 13. Quo insignitius omissa res consuli exprobaretur. *Al. leg.* insignius. *Plaut. Cas.* 5. 4. 31. Mihi quidem edepol insignite facta est magna injuria. *Id. Pœn.* 3. 6. 14. Postulare aliquid insignite a quopiam. *h. e.* aperte, aut enixe. *Gell.* l. 6. c. 15. Neque se tam insignite locuturum, absona inauditaque ut diceret. *h. e.* perperam, vel deformiter. nam et *insignitus* in malam partem sumitur. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 85. Nec bonum virum proprie et copiose laudari, sine virtutum; nec improbum notari ac vituperari, sine vitiorum cognitione, satis insignite atque aspere posse. *markedly, expressly.* Al. tum hic, tum apud *Gell.* leg. *insigniter.*

INSIGNĬTER, *remarkably, notably, notoriously, signally, mightily, extremely*, παρασήμως, insignem in modum, eximie, valde, clare: in utramque partem. *Sueton. in Tib.* cap. 14. Pullus insigniter cristatus apparuit. *Cic. in Partit.* c. 23. Amicos præcipue atque insigniter diligere. *Id. Phil.* 3. c. 4. Quis unquam fuit tam insigniter impudens? *Al. leg.* insignite. *Nep. in Agesil.* c. 3. Et quo studiosius armarentur, insigniusque ornarentur, præmia proposuit. *Justin.* l. 7. c. 2. *sub fin.* Amyntas propria virtute insigniter clarus. *Id.* l. 33. c. 2. Dum inter confertissimos hostes insigniter dimicat. *Plin.* l. 9. ep. 29. Satius est unum aliquid insigniter, quam facere plurima mediocriter. *Id.* l. 2. ep. 11. *a med.* Dixit pro Mario Fronto Catius insigniter. *remarkably well. Gell.* l. 18. c. 3. Graviter insigniterque accusare aliquem. et lib. 19. c. 7. Verba nove et insigniter dicta. *worthy of remark.* et lib. 1. c. 15. Neque minus insigniter Veteres nostri hoc genus homines in verba projectos, locutuleios, et blaterones dixerunt. *h. e.* significanter, expresse. [¶ Superlat. *insignissime* est *Hieronym.* in *Chron. Euseb.* ad *ann. Chr.* 46. Clodius Quirinalis rhetor Arelatensis Romæ insignissime docet.

* INSIGNĪTOR, oris, m. *an engraver of gems*, qui lapides insculpit. *Augustin. de civit. Dei*, l. 21. c. 4. Adamantem lapidem multi apud nos habent, et maxime aurifices, insignitoresque gemmarum, qui lapis nec ferro, nec igni, nec alia vi ulla perhibetur, præterquam hircino sanguine, vinci.]

INSIGNĪTUS, a, um, *marked, distinguished*, ἐπίσημος, signatus, notatus: in utramque partem. *Plaut. Mil.* 3. 1. 127. Ne uxor mihi insignitos pueros pariat postea, aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pætum, aut bronchum filium. *Petron. in Satyr.* c. 110. Non translatitia deformitate insignitus. ¶ *Insignita* in corpore sunt etiam signa et livores ex percussione, præsertim circa oculos. *marks, bruises, contusions. Plin.* l. 27. c. 4. Oculorum vitia sanari ea, convenit: privatim prurigines, et scabiem genarum, item insignita, ac livida. et cap. 12. *ad fin.* Epiphoras oculorum sedat, ex passo illita: insignita cum melle, et alia liventia, ex aceto. ¶ Item insignibus ornatus. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. Muri summa, pinnæ, ab his, quas insigniti milites habere in galeis solent. ¶ *Insigniti milites*, per signa descripti, sub signis dispositi. *Enn.* apud *Priscian.* l. 1. pag. 556. *Putsch.* Insignita fere tum millia militum octo Duxit, dilectos, bellum tolerare potentes. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 87. *ad fin.* Utendum imaginibus agentibus, acribus, insignitis, quæ occurrere, celeriterque percutere animum possint. *h. e.* expressis, notabilibus, et veluti signo impressis. *Id. in Top.* c. 5. Conformatio insignita, et impressa intelligentia. *Id.* 1. *de Divin.* c. 30. *sub fin.* Plenus est aer immortalium animorum, in quibus tanquam insignitæ notæ veritatis appareant. *marked, stamped, impressed.* ¶ Est etiam insignis, singularis, apertus, notabilis. *remarkable, noted, notorious, notable. Liv.* l. 7. c. 15. *ad fin.* Qua fœditate supplicii aliquanto ignominia populi R. insignitior fuit. *Al. leg.* insignior. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 51. Insignitius flagitium. et lib. 3. c. 70. Insignitior infamia. *Cato* apud *Gell.* l. 10. c. 3. *ad fin.* Insignitæ injuriæ.

INSILĬA, um, n. *the treadle of a weaver's loom*, instrumentum textorum, aut nentium, quod quidam volunt, esse binas regulas ligneas, pedibus textorum suppositas, quæ alternis depressæ stamen diducunt, aut contrahunt: ab *insiliendo*, quia in eas textor insilit. *Lucret.* l. 5. v. 1351. Nec ratione alia possunt tam lævia gigni Insilia, ac fusi, radii, scapique sonantes. Illud adjunctum *lævia* hanc interpretationem videtur evertere, ut recte monet *Creech.* Sed dici potest, quod alterno motu invicem atterantur, et lævigantur, ideo *lævia* appellari. *Voss. in Catull.* legit *ensibia. Lambin. insubula*, vel *insubla. Salmas. ad Trebell. Poll. ex XXX. Tyrann.* c. 1. dicta esse ait pro *ansilia*, hæc esse κανόνια, telæ. Porro κανόνια, sunt regulæ. Huc pertinet quod *Hesych.* tradit, κανὼν, κτεὶνας, ἢ τὸ ξύλον, περὶ ὃ ὁ μίτος: et quod interpres quidam *Homeri ad Iliad.* ψ, κανόνα esse calamum, circa quem textores fila involvunt. Viderint hæc alii, et expenderint.

INSILĬO, is, lui, n. 4. *to leap into or upon*, εἰσάλλομαι, ἐπιπηδάω, saltu ingredior, aut ascendo: ab *in*, et *salio. Plaut. Rud.* 2. 3. 36. E navi in scapham insiluimus. *Ovid. Metam.* 11. v. 731. Insilit huc: mirumque fuit potuisse, volabat. *Plin.* l. 8. c. 16. Leo dum sequitur, insilit saltu: quo in fuga non utitur. *ramps, is rampant. Liv.* l. 6. c. 7. In equum insilit, et ante signa, &c. *Phædr.* l. 1. fab. 2. v. 23. Tignumque supra rana petulans insilit. ¶ Cum dativo. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 4. v. 7. Monte nec inferior, proræ, puppique recurvæ Insilit, et pictos verberat unda deos. *Id.* 8. *Metam.* v. 367. Arboris Insiluit, quæ stabat proxima, ramis. et lib. 12. v. 345. Insilire tergo centauri. ¶ Cum accusativo sine proposit. quæ inest in ipso verbo. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 52. Reperti sunt milites, qui phalanges insilirent. *Horat. de ar.*

Poet. v. 465. ardentem frigidus Ætnam Insiluit. *Sueton.* in *Claud.* c. 21. Tauros defessos insiliunt. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 132. et *Lucan.* l. 3. v. 625. attonita' cum virgine puppim Insilit. *Apul.* l. 8. *Metam.* Insilire aliquem. *h. e.* aggredi. *to assail, attack.* ¶ Translate *Plin.* l. 17. c. 22. *ante med.* Palmes in jugum insilit. *Plaut. Mil.* 2. 3. 8. Metuo, ne hodie in malum cruciatum insiliamus. ¶ Pro *insilui*, legitur et *insilii* apud *Lucan.* et *Claudian.* sed inconstanti lectione.

INSĬMUL, adverb. *together, jointly*, idem ac simul. *Stat.* l. 1. *silv. ult.* v. 36. Et gentes alis insimul togatas. *Flor.* l. 2. *c. ult.* Tota insimul regna veniebant. *et in proœm.* Si pariter atque insimul universam magnitudinem ejus ostendero.

INSIMULATĬO, onis, f. *an accusation, charge*, ἔγκλησις, accusatio. *Cic. pro Font.* c. 13. In falsam atque iniquam probrorum insimulationem vocabatur. *Id. Verr.* 7. c. 9. Insimulatio repentina capitalis atque invidiosi criminis. *Apul.* l. 10. *Metam.* Falsis insimulationibus Palamedes proditionis damnatur.

INSĬMULĀTOR, oris, m. *an accuser*, κατήγορος, accusator. *Pacat. in Paneg. Theodos.* c. 43. Nisi te purgare eodem teste, quo insimulatore, voluisses. Adde *Apul. in Apolog.*

INSIMULĀTUS, a, um, *blamed, accused*, accusatus, κατηγορηθείς. *Cic. pro Cluent.* c. 65. At is et ex serrula insimulatus, et a puero conscio est indicatus. *Plaut. Amph.* 3. 2. 7. Neque me perpetiar probri falso insimulatam. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 38. Insimulatus proditionis. *Liv.* l. 6. c. 16. Senatus insimulatus falso crimine. *accused falsely.*

INSĬMŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to blame, charge, or tax with, accuse*, καταιτιάομαι, προβάλλομαι, accuso, criminor, arguo: a *simulo*: et proprie significat crimen confingere in aliquem, ut docet *Festus*: sive illud verum sit, sive falsum: quod confirmat *Donat.* ad illud *Terent. Phorm.* 2. 3. 12. Si herum insimulabis avaritiæ, male audies. *Plaut. Men.* 5. 2. 54. Male facit, si istuc facit: si non facit, tu male facis, quæ insontem insimules. *Id. Amph.* 1. 2. 15. Amphitruo uxorem insimulabit probri. *Terent. Heaut.* 1. 2. 30. Et quod illum insimulat durum, id non est. *Cic.* 4. *Acad.* c. 10. *ad fin.* Queruntur, quod eos insimulemus omnia incerta dicere. *Id.* 10. *Attic.* ep. 19. De diplomate admiraris, quasi' nescio cujus te flagitii insimularem. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 27. Peccati se insimulant, quod dolere intermiserint. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 20. *sub fin.* Insimulare aliquem proditionis. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 21. utinam temeraria dicar Criminibus falsis insimulasse virum. *Cic. Verr.* 7. c. 41. Non possum quemquam insimulare falso. ¶ Universim vero accusare significat, culpam conferre, arguere, reum facere, *to accuse, impeach. Cic. pro Cæcin.* c. 1. Si testes sunt boni viri, me adjuvant, cum id jurati dicunt, quod ego injuratus insimulo. *Id.* 6. *Verr.* c. 15. Mirari stultitiam alii, quod in ipso judicio, ejus ipsius cupiditatis, cujus insimularetur, suspicionem augeret. ¶ Cum altero accusativo rei, *Plaut. Amph.* 2. 2. *in fi.* Collibitum est meo viro sic me insimulare falsum facinus tam malum. *et ibid.* v. 188. Istuc facinus, quod tu insimulas, nostro generi non decet. ¶ Tmesis est in illo *Plauti Sticho* 1. 2. 19. Quasi nunquam quicquam in eas simulem. *h. e.* eas insimulem. ¶ Pro simulare, fingere, afferunt locum *Cicer. Verr.* 4. c. 24. *extr.* qui ad rem non facit, et *Pacuv.* apud *eund.* 3. *Offic.* c. 26. ubi plerique leg. *assimulo*, aut *simulo.* [¶ Particip. *insimulaturus* apud *Plaut. Amph.* 3. 2. 21. Nisi, etiam hoc falso dici, insimulaturus es.]

INSINCĒRUS, a, um, *corrupt, putrid*, διεφθαρμένος, non sincerus, non integer, corruptus. *Virg.* 4. *Georg.* v. 284. quoque modo, cæsis jam sæpe juvencis, Insincerus apes tulerit cruor. *Prudent. in Hamartig.* v. 4. Insincera acies duo per divortia semper Spargitur, in geminis visum frustrata figuris. *an imperfect view.* ¶ Translate *Gell.* l. 5. c. 3. *sub fin.* Protagoras insincerus quidem philosophus, sed acerrimus sophistarum fuit. *h. e.* fallax, captiosus. *not sound, insincere, fallacious, captious.*

INSINUATĬO, onis, f. *an insinuating*, actus insinuandi. *Avien. in perieg.* v. 397. eadem insinuatio Ponti Europam et Libyam rapido disterminat æstu. *h. e.* ingressus Oceani per fretum Gaditanum. ¶ Apud Rhetores quid sit, loca docent, quæ subjicio. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 4. Exordiorum duo sunt genera: principium, quod Græce προοίμιον appellatur; et insinuatio, quæ ἔφοδος nominatur. et cap. 7. Inter insinuationem et principium hoc interest, quod principium hujusmodi esse debet, ut statim apertis rationibus aut benevolum, aut attentum, aut docilem faciamus auditorem: at insinuatio ejusmodi debet esse, ut occulte per dissimulationem eadem illa omnia conficiamus. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 15. Exordium in duas partes dividitur in principium et insinuationem. Principium est oratio, perspicue et protinus perficiens auditorem benevolum, aut docilem, aut attentum. Insinuatio est oratio, quadam dissimulatione et circuitione obscure subiens auditoris animum. *a part of an oration artfully composed to gain the favour of the audience.* Adde *Quintil.* l. 4. c. 1. *circa med.* ¶ In Codice *Justin.* lib. 8. tit. 54. leg. 32. *Imp. Constantin.* et *Imp. Justinian. ibid.* leg. 36. usurpant pro denuntiatione cujuspiam rei apud Magistratum facta, per quam res ipsa publice nota fit. *a notification.*

INSINUĀTOR, oris, m. qui se insinuat. *Arnob.* l. 1. *sub finem* pag. 39. Insinuator, magister, atque auctor. *Tertull.* l. 2. *ad Nation.* c. 1. Insinuatores deorum. *h. e.* qui deos introducunt.

[* INSINUĀTRIX, icis, f. quæ insinuat. *Augustin.* epist. 110. (*al.* 135.) n. 1. Epistola rem quidem mihi in te notissimam insinuavit; verumtamen etsi non mihi rei novæ insinuatrix, nova tamen rescriptorum exactrix fuit.]

INSINUĀTUS, a, um, in sinu positus, seu conditus. *Apul.* lib. 9. *Metam.* Siccine vacuus, et otiosus insinuatis manibus ambulabis mihi? *with your arms folded.* Sed aliqui explicant manibus inflexis, complicatis. *with your hands clasped.* ¶ Item qui se insinuavit. *Lucret.* lib. 3. v. 699. intrinsecus insinuatam Permanare animam nobis per membra solere. et lib. 4. v. 525. vox insinuata in aures. ¶ Translate est qui se insinuavit, et alicujus familiaritatem et gratiam est adeptus. *Sueton. in Othon.* c. 2. Per hanc insinuatus Neroni. *having got into the good graces of Nero.* ¶ Item penetratus, pervasus, *penetrated. Gell.* c. 1. l. 15. Ne ulla tua ædificatio e ligno, correpta atque insinuata flammis arderet.

INSINŬO, as, avi, atum, a. 1. *to put into one's bosom, introduce, insinuate*, ἐγκολπίζω, παρεισάγω, proprie est in sinum immittere. *Tertull. de resurr. carn.* c. 28. Moyses manum in sinum condit, et emortuam profert: et rursus insinuat, et vividam explicat. ¶ Translate paulatim introducere, sensim intromittere, injicere. *Cæs.* lib. 4. *B. Gall.* cap. 33. Cum se inter equitum turmas insinuavere, ex essedis desiliunt, et pedibus prœliantur. *have got amongst. Liv.* l. 44. cap. 41. *ad fin.* Romani quacumque data intervalla essent, insinuabant ordines suos. *Id.* l. 9. c. 2. Aut eadem, qua te insinuaveris, retro via repetenda. *Curt.* l. 5. c. 3. Tigris leni tractu aquarum Persico mari se insinuat. *glides gently into. Lucret.* l. 6. v. 859. *de sole.* cum vix possit per septa domorum Insinuare suum radiis ardentibus æstum. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. *ad fin.* Futura mala explores, ne se insinuent. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 35. Penitus insinuare se in causam. *to enter deeply into, search, examine thoroughly*, causam penitus perspicere. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 6. His nos rebus insinuabimus ad causam. *h. e.* ingrediemur, aditum nobis faciemus. (V. *Insinuatio.*) *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 11. Zeno insinuasse se in antiquam philosophiam videtur. *Propert.* lib. 3. el. 7. v. 27. Et tibi ad effectum vires det Cæsar, et omni Tempore tam faciles insinuentur opes. *h. e.* ad te veluti ingrediantur, accedant, ingerantur. *Avien. in Arat.* v. 312. Insinuare ratem terris. *h. e.* appellere, *to land.* ¶ Neutrorum more omisso accusativo *se*, qui tamen facile subintelligitur. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 20. Quod ita nati essemus, ut et blandiri, et suppliciter insinuare iis, a quibus esset petendum, possemus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 229. tremefacta novus per pectora cunctis Insinuat pavor. *Manil.* l. 4. v. 602. Italiæque urbes dextram insinuantis in undam. *h. e.* procurrentis. *Lucret.* l. 4. v. 330. semina possidet ignis Multa, dolorem oculis quæ gignunt insinuando. Adde *Gell.* lib. 3. cap. 7. ¶ Omissa præposit. quæ inest in ipso verbo, *Sisen.* apud *Non.* c. 1. n. 267. Agmen perturbatum pedites insinuant, ac loco commovent. *Lucret.* l. 1. v. 116. *de anima.* An pecudes alias divinitus insinuet se. *Id.* l. 1. v. 408. cæcasque latebras Insinuare omnes. *h. e.* se in latebras insinuare. *Stat.* l. 2. silv. 1. *extr.* desolatamque sororem, Qua potes, et miseros perge insinuare parentes. ¶ Sæpe de iis dicitur, qui paulatim et quasi latenter ad amicitiam et familiaritatem alicujus perveniunt. *Plaut. Mil.* 2. 1. 27. Miles insinuat se ad illam amicam heri mei. *ingratiates himself with; steals gradually into the good graces of. Cic. pro Cæcin.* c. 5. Insinuare se in familiaritatem alicujus. *to insinuate. Plaut. Cistell.* 1. 1. 94. in amicitiam cum aliquo. *Cic.* 4. *Fam.* ep. 13. *ad fin.* in consuetudinem alicujus. *Liv.* l. 40. c. 21. *extr.* Per omne obsequium insinuare se in quam maxime familiarem usum. *Justin.* l. 5. c. 2. Insinuare se alicui officii comitate, et obsequendi gratia. *Cic.* 2. *Agrar.* cap. 5. Cum familiariter me in eorum sermonem insinuarem, ac darem, celabar, excludebar. ¶ Insinuari sacris *Apuleio* l. 11. *Metam.* est initiari, introduci. ¶ Insinuare aliquem alicui, *to recommend to one's notice, introduce as a friend*, commendare, tradere alicui in amicitiam. *Sueton. de Grammat.* c. 21. Quare cito manumissus, Augusto et insinuatus est. *Plin. in Paneg.* c. 62. Hoc est igitur, quod penitus illos animo Cæsaris insinuavit. ¶ *Insinuare alicui aliquid*, est in ejus animum suadendo, aut rogando infundere, *to insinuate, instil. Aurel. Vict. de orig. gentis R.* c. 3. Vitam moresque feris etiam tum mentibus insinuans. ¶ Pro notum facere, *to make known. Ulpian.* lib. 32. leg. 11. Voluntatem suam fideicommittentis heredibus insinuare. *Solin.* ep. 2. *a med.* Quod cum primis industriæ tuæ insinuatum velim.

INSIPĬDUS, a, um, *tasteless, insipid*, ἄχυμος, non sapidus, saporis expers, insulsus. *Jul. Firmic.* l. 2. c. 12. *a med.* Significat saporem salsum, et insipidum. ¶ Translate *Gell.* l. 6. c. 1. Nihil est prorsus istis imperitius, nihil insipidius, qui opinantur, &c. Al. leg. *insubidius.*

INSIPĬENS, tis, *foolish, silly, sottish, unwise, witless*, ἀνόητος, non sapiens, desipiens, stultus, qui non cogitat, quæ agenda sunt. *Cic. de Amic.* c. 15. Neque quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. *Id. de Fin.* 2. c. 15. Turpe est sapientem ex insipientium sermone pendere. *Id.* 2. *de Divin.* c. 23. Ego insipientior, quam illi ipsi. *Senec.* l. 2. *quæst. nat. c. ult.* Timidissimus omnium et insipientissimus.

INSIPIENTER, adverb. *foolishly, unwisely, indiscreetly*, ἀνοήτως, imprudenter. *Cic. de Senect.* c. 19. Sperat adolescens diu se victurum: insipienter sperat. *Plaut. Mil.* 2. 6. 78. Insipienter a me factum, at non malitiose tamen.

INSIPIENTĬA, æ, f. *folly, indiscretion, imprudence, insipience*, ἀνοησία, dementia, amentia, imprudentia. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 5. Ita fit, ut sapientia sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quædam, quæ est insania, eademque dementia. et cap. 28. Neque insipientia ullum majus malum est. *Plaut. Amph. prol.* v. 36. Justa ab injustis petere, insipientia est. *Id. Pœn.* 5. 2. 130. Subdolum esse amico, insipientia est. *Id. Mil.* 3. 3. 5. Stultitia atque insipientia insulsa, atque maxima.

INSĬPO, is, pui, a. 3. *to throw into*, injicio, conjicio: a *sipo*, quod significat jacio: unde *dissipo* disjicio; *obsipo* objicio, ut *Fest.* docet in *Supat*, et in *Insipere.* Hinc *Cato R. R.* cap. 85. Ita insipito in aulam novam. *Pompon.* apud *Non.* cap. 10. n. 3. Facite, ut ignis fervat: ligna insipite, far concidite. et cap. 1. n. 181. Partem insipui, conclusi, condepsui. *Festus:* Insipere, farinulam jacere pullis. ¶ Est etiam *insipo, as*, ut *dissipo, as*, teste eodem *Festo.*

INSISTO, is, institi, n. 3. *to stand, stand upon, tread or rest upon, insist*, ἐφίσταμαι, super, vel in aliqua re me sisto, consisto, innitor, incumbo. *Cic. in Somn. Scip.* cap. 6. Cingulus australis, in quo qui insistunt, adversa vobis urgent vestigia. *Id. Verr.* 6. c. 49. *extr.* Insistebat in manu Cereris dextra simulacrum Victoriæ. *Plin.* l. 8. ep. 8. *ad fin.* Villæ, quæ secutæ fluminis amœnitatem, margini insistunt. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 26. Quod neque ordines servare, neque firmiter insistere, neque signa subsequi poterant. et cap. 33. Per temonem percurrere, et in jugo insistere. *Stat.* 7. *Theb.* v. 765. jam lubrica tabo Frena, nec insisti madidus dat temo. *Cæs. de B. Gall.* l. 2. c. 27. Ut cum primi eorum cecidissent, proximi jacentibus insisterent. *h. e.* sisterent se supra jacentes. *Tacit. Ann.* 15. c. 57. Nam, dissolutis membris, insistere nequibat. *stand on his legs. Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Indecora in dextrum, ac lævum latus vacillatio alternis pedibus insistentium. *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 27. Hastæ insistens, se diis Manibus devovit. *leaning upon his spear. Quintil. loc. cit.* Insistere in sinistrum pedem. ¶ Item resistere, subsistere, gradum sistere: cujus contrarium est progredi: *to stand still, stop, pause. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 40. Stellarum, quas vagas dicimus, motus tum incitantur, tum retardantur, sæpe etiam insistunt. *Id. Phil.* 12. c. 3. *extr.* Ut non referat pedem, insistet certe. *Id.* 5. *de Fin.* c. 25. *a med.* Quæ cum dixisset, paulumque institisset, &c. *Id. in Orat.* cap. 56. Circuitus ille incitatior numero ipso fertur et labitur, quoad perveniat ad finem, et insistat. *Gell.* l. 9. c. 11. Corvus repente improvisus advolat, et super galeam tribuni insistit. *lights. Cic. in Orat.* c. 66. Sæpe accidit, ut aut citius insistendum sit, aut longius procedendum. *Ovid. de remed. amor.* v. 315. Vitiis alicujus insistere. *to pause upon, weigh, consider.* ¶ Sic *Plin.* l. 13. c. 15. *extr.* Inter pauca nitidioris vitæ instrumenta hæc arbor est: quapropter insistendum ei paulum videtur. *we will pause upon, discourse upon it a little.* ¶ Item urgere, instare, premere, *to press upon, fall upon. Nep. in Eumen.* c. 4. Neque eo magis ex prœlio excessit, sed acrius hostibus institit. *Liv.* l. 26. c. 44. Adeo effusis institerunt, ut, nisi receptui cecinisset, permixti fugientibus, &c. ¶ Item persistere, pergere, *to proceed, continue, persist. Cic.* 4. *Acad.* c. 25. Confidere suis testibus, et importune insistere. *Nep. in Attic.* c. 11. Ceterosque pari fortuna perculsos institit tueri. *Cic. Fam.* 10. ep. 16. Flagitare Senatus institit Cornutum, ut referret, &c. *Liv.* l. 24. c. 46. Arpos institit oppugnare. et lib. 27. cap. 2. *ad fin.* Ubi lux fugam hostium aperuit, vestigiis institit sequi. *Plaut. Capt.* 3. 4. 53. Vide ne quid tu huic temere insistas credere. *h. e.* credere pergas. ¶ Cum accusativo, præsertim cum motum aliquem adsignificat. *Virg.* 11. *Æn.* v. 573. Utque pedum primis infans vestigia plantis Institerat, &c. *h. e.* stare in vestigia, et ambulare cœperat. *Stat.* 3. *Theb.* v. 318. ira Jovis si quando nivalem Othryn, et Arctoæ gelidum caput institit Ossæ. *Virgil. Æneid.* lib. 6. v. 563. Nulli fas casto sceleratum insistere limen. *h. e.* adire, ingredi. *to set foot upon, tread upon, enter. Plaut. Cas.* 4. 4. 21. Institit plantam. *h. e.* pedem pede pressit. Adde *Acc.* apud *Non.* c. 1. n. 50. ¶ *Insistere viam, rationem*, est inire, perstare in via, ratione, quam semel sis ingressus. *to commence, begin, enter or proceed upon. Plaut. Cistell.* 4. 2. 11. Facite indicium, utrum hac, an illac iter institerit. *Terent. Eun.* 2. 3. 3. Ubi quæram? ubi investigem? quam insistam viam? *whither shall I go to look for him? Al. leg.* qua via. *Liv.* l. 37. c. 7. Iter, quod insistis, ego quoque approbo. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 14. Neque satis constabat, quam rationem pugnæ insisterent. *what manner of fight to begin. Virg.* 3. *Georg.* v. 164. Jam

vitulos hortare, viamque insiste domandi. ¶ *Insistere vestigiis* est hærere, vestigia alicujus sequi. *to tread in the steps of, follow the example of.* Quintil. in proœm. l. 1. Ne vulgarem viam ingressus, alienis demum vestigiis insisterem. Liv. l. 5. c. 30. Insistere omnes vestigiis laudum suarum. *that all should stand or tread on the vestiges or traces of his renown.* ¶ Translate Plin. l. 4. ep. 8. Lætaris enim, quod honoribus ejus insistam, quem æmulari in studiis cupio. h. e. sequar eum per eosdem honorum gradus. ¶ *Insistere alicui rei,* vel *in aliquam rem* est incumbere, attendere, animo instare. *to apply himself to, attend.* Cæs. l. 6. B. Gall. c. 5. Totus et mente et animo in bellum Trevirorum insistit. *bends his whole mind and thoughts upon.* Plaut. Mil. 2. 4. 4. Age jam nunc insiste in dolos. Quintil. l. 1. c. ult. Insistere studiis. Plin. l. 28. c. 1. curæ rerum. Tacit. 3. Hist. c. 77. perdomandæ Campaniæ. Tibull. l. 4. carm. 1. v. 135. magnis rebus. Plin. l. 7. c. 52. a med. funeri. h. e. curare, et interesse. ¶ Et cum accusativo. Plaut. Mil. 3. 3. 54. Agite, intro abite, insistite hoc negotium sapienter. Cic. 3. de Orat. c. 45. Quonam igitur modo tantum munus insistemus, ut arbitremur, nos hanc vim consequi posse? ¶ Passive impersonaliter. Tacit. Ann. 2. c. 62. Utque, fracto jam Maroboduo, usque in exitium insisteretur. h. e. persisteretur usque ad exitium creandum. ¶ Pro insectari, persequi. Id. 4. Ann. c. 60. Insistentibus contra, irridentibusque, qui Sejano fautores aderant. ¶ Pro urgere, sollicitare. *to insist.* Augustin. in Psalm. 63. n. 4. Institit quantum potuit, ut illum ex eorum manibus liberaret. *insisted.* Macrob. l. 1. Saturn. c. 6. a med. Papirius, quid ipsi mater audire institisset, quid matri ipse simulasset, enarrat.

INSĬTĬO, onis, f. *an ingrafting, grafting, cioning, insition,* ἐμφυτεία, inserendi actus. Cic. de Senect. c. 15. extr. Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil invenit agricultura solertius. Colum. l. 3. c. 9. a med. Vitis celerrime insitionibus ad maximum numerum perducitur. ¶ Item ipsa arbor insita. Pallad. in Apr. tit. 2. Insitionem prope infra terram nutriemus. ¶ Item inserendi tempus. Ovid. de remed. amor. v. 195. Venerit insitio: fac, ramum ramus adoptet. ¶ De variis insitionum generibus V. Colum. de arborib. cap. 26. et lib. 5. c. 11. et Plin. l. 17. c. 14. Est præterea *de insitione* integer lib. 14. Palladii.

INSĬTĬTĬUS, *et* Insiticius, a, um, *what is ingrafted,* ἐμφυτευθεὶς, ex insitione proveniens. Hinc insititios vocat Varro mulos, l. 2. R. R. c. 8. quia non ex suo genere, sed ex alienis parentibus, quasi insitione nascuntur. ¶ Translate est adventitius, aliunde adscitus, et naturali seu nativo opponitur. *foreign, acquired, not natural, adventitious.* Plin. in fin. ep. 3. l. 4. Neque enim conjectura eget, quid sermone patrio exprimere possis, cum hoc insititio et inducto tam præclara opera perfeceris. ¶ Insititius somnus dicitur a Varr. l. 1. R. R. c. 2. qui meridie diurnis operibus inseritur. *a nap at mid-day, in the interval of business.*

INSĬTĪVUS, a, um, *relating to ingrafting, ingrafted,* ἔνθετος, ex insito proveniens, insititius. Horat. epod. 2. v. 19. Insitiva decerpens pira. V. Securicula. ¶ Translate Phædr. l. et fab. 3. v. 10. Insitivi liberi. h. e. illegitimi. *bastard, spurious, illegitimate.* Cic. pro Sext. c. 48. Cum insitivum Gracchum censu prohibuisset. h. e. qui se Gracchum esse simulabat, mentitus conditionem ac nomen. Senec. lib. 2. controv. 9. a med. Tota familia expellere insitivum heredem cupiente. h. e. per adoptionem heredem factum. Gell. l. 12. cap. 1. a med. Insitivum, et degener alimentum lactis alieni. h. e. aliunde, quam a matre sumptum.

INSĬTOR, oris, m. *an ingrafter, grafter,* qui inserit. Propert. l. 4. el. 2. v. 17. Insitor hic solvit pomosa vota corona. Plin. l. 18. cap. 33. Hunc caveat insitor calamis, gemmisque inoculator. ¶ *Insitoris* nomine Flamen Cerealis deum invocabat, Telluri ac Cereri faciens. V. Imporcitor.

INSĬTUS, a, um, *ingrafted, grafted, inoculated, cioned,* insertus, impositus. Colum. de arborib. c. 20. Arbor insita fructuosior est, quam non insita. Virg. 2. Georg. v. 33. mutatamque insita mala Ferre pirum. Plin. l. et cap. 15. Insita nucibus arbutus, cerasis ulmus. ¶ *Insitum* absolute est surculus insitus. *a cion, graff or graft, twig or bud ingrafted.* Colum. l. 5. c. 11. circa med. Terram circa arborem adaggerato usque ad ipsum insitum. Varr. l. 1. R. R. c. 41. Aqua recenti insito inimica. tenellum enim cito facit putre. ¶ Item immissus, injectus. Colum. l. 6. c. 36. de mulis. Equam convenit membris fortibus eligere, ut discordantem utero suo generis alieni stirpem insitam facile recipiat, ac perferat. ¶ Translate est nativus, innatus, ingenitus, inhærens. *natural, innate, inbred, implanted, inherent.* Cic. 6. Verr. c. 48. Hoc Siculis tam persuasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse videatur. et Verr. 7. c. 53. Reliqua est ea causa, quæ non jam recepta, sed innata, neque delata ad me, sed in anima sensuque meo penitus affixa atque insita est. Id. 1. de nat. Deor. c. 17. Insitas deorum, vel potius innatas cognitiones habemus. Id. 1. de Fin. c. 9. ad fin. Notio quasi naturalis atque insita in animis nostris. Id. 1. de nat. Deor. c. 24. Habere notiones tot rerum insitas, et quasi consignatas in animis. Id. pro Cluent. c. 1. sub fin. Evellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam. *so deeply rooted.* Id. de Harusp. resp. c. 25. Haud obscurum odium, atque id insitum penitus, et inustum animis hominum. Id. 4. de Fin. c. 7. a med. Insitus menti cognitionis amor. Liv. l. 28. c. 24. Insita hominum libido alendi de industria rumores. Al. leg. hominibus. Cic. pro Sull. c. 30. Hoc natura est insitum, ut, &c. Liv. l. 20. c. 14. Industria insita animis. et l. 34. c. 20. Silvestrem gentem insita feritas continebat in armis. Horat. l. 4. od. 4. v. 33. Doctrina vim promovet insitam. *innate or natural vigour, force, or genius.* ¶ Item adscriptus, adscitus. *admitted, adopted.* Cic. pro Sext. c. 33. Ex deserto Gavii horreo in Calatinos Atilios insitus. Tacit. Ann. 13. c. 14. Insitus, et adoptivus.

INSĪTUS, us, m. *an ingrafting,* insitio. In sexto casu singulari. Plin. l. 15. c. 14. ad fin. de malis. Est quibusdam sanguineus color, origine ex mori insitu tracta. Adde lib. 14. c. 3.

INSŎCIĀBĬLIS, le, *that cannot be joined or united together, insociable, incompatible,* ἀσυνάλλακτος, ἀσύνακτος, qui sociari, seu conjungi non potest, qui societatem commerciumque cum aliis non habet. Liv. l. 27. c. 39. Homines omni generi humano insociabiles. Al. leg. insociales. Id. l. 37. c. 1. Indomita et insociabilis gens. *unsocial, rude, uncivilized, with whom no alliance can be formed.* Plin. l. 17. c. 19. Inserendi nova ratio Columellæ excogitata, qua vel diversæ, insociabilesque naturæ arborum copulentur. Id. l. 16. c. 43. Et glutinum abdicant quædam, et inter se, et cum aliis insociabilia glutino. Tacit. Ann. 13. c. 17. et Curt. l. 10. c. 9. Insociabile est regnum. h. e. socium non admittit. *that does not admit a partner.* quia ut ait Lucan. l. 1. v. 92. Nulla fides regni sociis, omnisque potestas Impatiens consortis erit. Tacit. Ann. 4. c. 12. Anum suapte natura potentiæ anxiam, insociabilem nurui efficiebat.

INSŎLĀBĬLĬTER, *inconsolably, without solace or comfort,* ἀπαραμυθήτως, ἀπαρηγορήτως, sine consolatione. Horat. l. 1. ep. 14. v. 7. rapto de fratre dolentis Insolabiliter.

INSŎLĀTĬO, onis, f. *an exposing to the sun, drying in the sun, insolation,* ἡλίασις, siccatio in sole. Plin. l. 21. c. 14. sub fin. Candidissima cera fit, post insolationem etiamnum recocta. [† Insolatio, *etiam vocatur a recentioribus Corporis exercitatio in sole, apricatio, de qua re* Plin. Epist. 3. 5. 10. et 6. 16. 5. Pers. 4. 17. Assiduo curata cuticula sole. Gesner.]

INSŎLĀTUS, a, um, *dried in the sun, sunned, insolated,* in sole expansus, sole calefactus, siccatus, ἐνηλιωθεὶς, εἱληθερής. Colum. l. 4. c. 27. Uvæ commodius insolatæ percoquuntur. Id. l. 12. c. 43. Uva sine noxa servari potest, si sereno cælo, post horam quartam, cum jam insolata est, nec roris quidquam habet, viti detrahatur. ¶ *Insolati dies* sunt sereni, et sole perfusi. Id. l. 11. c. 3. a med. Tepidis diebus, et insolatis sub divo ponat.

INSŎLENS, entis, *unaccustomed to, ignorant of,* ἀήθης, non solens, insuetus. Ter. Andr. 5. 4. 4. Quid tu Athenas insolens? Cri. evenit. *contrary to custom.* Horat. l. 1. od. 5. v. 7. aspera Nigris æquora ventis Emirabitur insolens. Cic. Attic. l. 2. ep. 21. Ille amicus noster, insolens infamiæ, semper in laude versatus. Cæs. l. 2. B. Civ. c. 36. Multitudo insolens belli diuturnitate otii. Gell. l. 19. c. 12. a med. Ruris colendi insolens. Sallust. in Catil. c. 3. Insolens malarum artium. Cic. pro Sext. c. 56. Non sum tam ignarus causarum, non tam insolens in dicendo, ut, &c. Tacit. 15. Ann. c. 67. Nero ut faciendis sceleribus promptus, ita audiendi, quæ faceret, insolens erat. ¶ Item insolitus. *unusual, not in use, seldom met with, strange, new, rare.* Cic. in Orat. cap. 8. Nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat. Gell. l. 11. c. 7. Verbis uti aut nimis obsoletis, exculcatisque, aut insolentibus. Id. in fin. c. 27. l. 2. Non corporis dehonestamento lætus, quod est insolens, et immodicum, sed, &c. et cap. 3. l. 7. ante med. Principio nimis insolenti usus est. Adde quæ congessit Non. c. 4. n. 234. ¶ Translate est intemperans, immodicus, nimius, solitum morem excedens, nimium elatus, atque adeo superbus, arrogans, audax, immodestus. *insolent, arrogant, haughty, presumptuous.* Cic. pro Marcell. c. 3. Victoria natura insolens et superba est. Id. 5. Tuscul. c. 14. extr. Temperantia insolenti alacritate gestire non sinit. Id. Parad. 6. Quæ est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio? Hirt. de B. Alex. c. 51. Insolenti voluptate efferri. Horat. l. 2. od. 3. v. 2. Mentem in rebus bonis servare ab insolenti temperatam lætitia. Cic. de Senect. c. 10. Nec erat ei verendum, ne vera de se prædicans, nimis videretur aut insolens, aut loquax. Id. 3. de Orat. c. 84. Non extulisse se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia. Horat. l. 1. od. 16. v. 21. imprimeretque muris Hostile aratrum exercitus insolens. Nepos in Timol. c. 4. Nihil unquam neque insolens, neque gloriosum ex ore ejus exiit. Vellei. l. 2. c. 110. Pannonia insolens longæ pacis bonis. Plin. l. 35. c. 18. Insolens fortuna. h. e. quæ sæpe humiles homines nimium extollit, et contra omnem morem ac fas sua bona distribuit. [† Horat. l. 3. od. 29. v. 49. Fortuna sævo læta negotio, et Ludum insolentem ludere pertinax.] Auson. in gratiar. act. c. 11. extr. Eum pagina Fastorum suorum fecit insolentem. Hirt. l. 8. B. Gall. c. 13. extr. Utrum secundis rebus insolentiores, an adversis essent. Cæl. ad Cicer. 8. Fam. ep. 12. a med. Insolentissimi homines, summis ludis Circensibus meis, postulandum me lege Scantinia curant. Quintil. l. 1. in proœm. Nomen sibi insolentissimum arrogare. Sueton. in Vespas. c. 15. Non ante succensuit, quam altercationibus insolentissimis pæne in ordinem redactus. Valer. Max. l. 2. c. 7. n. 1. Insolentissimos Numantinæ urbis spiritus contundere. ¶ *Insolens locus* dicitur a Pallad. qui infrequens est, ubi non solent homines sæpe versari, in Novembr. tit. 4. Si regio insolens, et incustodita contigerit. *desert, desolate.*

INSOLENTER, *contrary to custom, seldom, unusually, rarely,* ἀήθως, præter id, quod fieri solet, præter morem et consuetudinem. Cic. 1. de Invent. c. 28. Evenire ne vulgo soleat, an insolenter et raro. Gell. l. 1. c. 21. ad fin. Non enim primus finxit hoc verbum Virgilius insolenter, sed in carminibus Lucretii inventum est. et lib. 10. cap. 13. Insolentius paulo hac figura usus est. Catull. carm. 25. ad Thall. in fin. Insolenter æstuare. h. e. immodice, vehementer. ¶ Item præter id, quod decet, par est, opus est: atque adeo immodice, intemperanter. *excessively, immoderately, beyond what is right.* Cic. in Orat. cap. 52. ad fin. Gorgias his festivitatibus insolentius abutitur, quas Isocrates moderatius temperavit. ¶ Item superbe, arroganter. *insolently, proudly, arrogantly, haughtily, presumptuously.* Cæs. l. 1. B. Gall. c. 14. Victoria sua insolenter gloriari. et lib. 1. B. Civ. c. 45. Hostem insolenter atque acriter nostros insequentem supprimit. et l. 3. c. 46. Insolentius atque audacius nostros premere cœperunt. Cic. 2. Catil. c. 9. Qui se insperatis repentinisque pecuniis sumptuosius insolentiusque tractarunt. Id. 9. Phil. c. 3. Auctorem Senatus exstinctum, læte atque insolenter tulit. Id. 4. Tuscul. c. 17. Efferre se insolenter. Flor. l. 1. c. 26. Insolenter irridere aliquem. Valer. Max. l. 3. c. 2. n. 21. Insolentissime obequitantem consectatus interemit.

INSŎLENTĬA, æ, f. *unusualness, not being accustomed to, desuetude, disuse, strangeness, novelty, rarity,* ἀήθεια, insuetudo, novitas. Cic. pro Rosc. Amer. c. 31. extr. Qui propter fori, judiciorumque insolentiam, non modo subsellia, verum etiam urbem ipsam reformidat. *from not being accustomed to.* Sic Liv. l. 30. c. 42. ad fin. Ex insolentia, quibus nova bona fortuna sit, impotentes lætitiæ insanire. Sallust. in Jug. cap. 99. Timidus insolentia itineris. *from the strangeness and difficulty.* Cic. pro Deiot. c. 2. Moveor etiam ipsius loci insolentia, quod tantam causam dico intra domesticos parietes, &c. *the novelty.* et pro Cœl. cap. 31. Fama adolescentis paulum hæsit ad metas, notitia nova mulieris, et infelici vicinitate, et insolentia voluptatum. Id. 1. de Orat. c. 22. Insolentia disputationis. et lib. 13. c. 13. verborum. h. e. verba inusitata. et cap. 12. Peregrina insolentia. *a foreign method of speaking and unusual amongst us.* Horat. epod. ult. sub fin. Meæque terra cedet insolentiæ. h. e. novis ausis, insolitis ac novis viribus, quibus ulciscar, et deprimam omnes. ¶ Sæpe in malam partem accipitur pro intemperantia, et excessu ab eo, quod ex laudabili consuetudine fieri solet, præsertim in cœnarum sumptibus. *excess, want of moderation.* Cic. Phil. 9. cap. 6. Mirifice Sulpicius majorum continentiam diligebat, hujus sæculi insolentiam vituperabat. Id. 9. Fam. ep. 20. In Epicuri nos castra conjecimus: nec tamen ad hanc insolentiam, sed ad illam tuam lautitiam, &c. Sueton. in Vitell. c. 10. Plurimum meri passim divisit, pari vanitate atque insolentia. ¶ Item pro arrogantia, superbia. *pride, haughtiness, insolence, arrogance.* Cic. Verr. 6. c. 41. Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia. Id. 2. de Orat. cap. 52. Non esse tanti ulla merita, quanta insolentia hominis, quantumque fastidium. Id. 1. Agrar. c. 6. Modeste insolentiam suam continere. Id. ad Brut. ep. 2. ex recentiorib. Cœperat esse tanta insolentia, ut neminem liberum duceret. Sallust. in Jug. c. 4. Ne per insolentiam quis existimet memet studium meum laudando extollere. et cap. 44. Insolentia ex secundis rebus. Nep. in Epam. c. 5. Insolentiam alicui objicere. Id. in Agesil. c. 5. Tantum abfuit ab insolentia gloriæ, ut, &c. Justin. l. 39. c. 2. Superba insolentia spernere aliquem. Quintil. l. 1. c. 6. Abolita atque abrogata retinere, insolentiæ cujusdam est, et frivolæ in parvis jactantiæ. Senec. de benef. c. 29. l. 3. Hominum insolentiam contundere. ¶ In plurali num. Phædr. sub fin. l. 4. A noxiorum premitur insolentiis. Gell. l. 13. c. 20. ad fin. Insolentias verborum respuere.

INSŎLESCO, is, n. 3. *to grow haughty or insolent, be mightily elated,* ἀβρύνομαι, insolens, immodicus, superbus fio. Cato apud Gell. l. 7. c. 3. ante med. Ne Romani, Persa quoque rege victo, ad superbiam, ferociamque, et immodicum modum insolescerent. Sallust. in Catil. c. 6. extr. Per licentiam animus humanus insolescit. Tacit. 2. Hist. c. 7. Rebus secundis etiam egregios duces insolescere. [¶ Particip. *insolescens* apud Tacit. 2. Ann. c. 75. Neque ipse gaudium moderans, et magis insolescente Plancina.]

INSŎLET, *it is accustomed,* idem quod solet. Cæcil. apud Gell. l. 3. c. 16. Insolet ne mulier decimo mense parere? Pol nono, etiam septimo, atque octavo.

INSŎLĬDUS, a, um, *unsolid, soft, weak, tender,* μαλακός, non solidus, infirmus, mollis. Ovid. 15. Metam. v. 202. tunc herba nitens, et roboris expers Turget, et insolida est.

INSŎLĪTE, *unusually,* præter consuetudinem, insolenter. Augustin. l. 2. de doctr. Christ. c. 23. extr. Si forte insolite acciderint. Gellio quoque tribui solet, lib. 1. c. 2.

Multa atque immodica intempestive atque insolite disserebat. *Sed plerique omnes leg.* insubide.

INSOLĪTUS, a, um, *unaccustomed to, unacquainted with, not inured to,* ἀήθης, qui non assuevit, insuetus, insolens. *Cic. Verr.* 3. c. 37. Cur pudentissimas feminas in tantum virorum conventum insolitas, invitasque prodire cogis. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 85. Ut insolitum ad laborem Pompeii exercitum quotidianis itineribus defatigaret. *Sallust. in Jug.* c. 43. Civitas insolita rerum bellicarum, timere libertati. *Id. in fragment.* apud *Arusian. Mess.* Genus armis ferox, et servitii insolitum. *Virg.* 3. *Georg.* v. 543. insolitæ fugiunt in flumina phocæ. *h. e.* quæ non solent in fluminibus versari. ¶ Passive est non solitus, novus, *unusual, strange, extraordinary. Cic.* 2. *de Orat.* c. 88. *extr.* Quæ causa me ad hanc insolitam mihi loquacitatem impulerit. *Id. de clar. Orat.* c. 81. Æstus quidam non insolitæ adolescentibus gloriæ. *Id. pro Balb.* c. 16. Priscum aut insolitum verbum interpretari. *Tacit. Ann.* 12. c. 37. Novum et moribus veterum insolitum. *Plin. in Paneg.* c. 60. Sed in principe rarum ac prope insolitum est, ut se putet obligatum. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 23. Machinas etiam, insolitum sibi ausi. *a thing unusual with them.* et lib. 2. c. 95. Ingenti paratu, et ante illum diem insolito. et lib. 4. c. 62. Insolito spectaculo frui. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Insolitus labor. *Stat.* 1. *Theb.* v. 431. Insolitus clamor. *Virg.* 1. *Georg.* v. 475. insolitis tremuerunt motibus Alpes. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 86. Insoliti animalium partus. ¶ *Insolitum est fieri,* fieri non solet. *Callistrat. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 27. Suam mutare sententiam neminem posse; idque insolitum esse fieri.

INSŌLO, as, avi, atum, a. 1. *to sun, dry by the heat of the sun, expose to the sun, insolate,* ἡλιάζω, ad solem expando, sicco ad solem. *Colum.* l. 12. c. 39. Uvæ, quas per triduum insolaveris. *Id.* l. 4. c. 17. *sub fin.* Sic facilius insolatur humus, et fructus percoquitur.

INSOLUBĬLIS, le, *not to be loosed, insoluble,* ἄλυτος, qui solvi non potest. [*Macrob. in Somn. Scip.* l. 1. c. 6. *ante med.* Insolubili inter se vinculo elementa devinxit.] ¶ *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 12. Beneficium, creditum insolubile est. *that cannot be paid.* ¶ Translate *Quintil.* l. 5. c. 9. Ubi est signum insolubile, ibi ne lis quidem est. *h. e.* indubitatam, et quod solvi et infirmari non potest. *indubitable, infallible, certain.*

INSOLUBILĬTAS, atis, f. *difficulty, intricacy,* difficultas, ambages. *Sidon.* ep. 11. l. 4. Quæstionum insolubilitas labyrinthica.

INSOLUBILĬTER, *indissolubly,* ita ut solvere non possis. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. *ante med.* Non tenaciter tantum, sed etiam insolubiliter vinciuntur.

INSŌLUM, insolitum. *Afran.* Orbitatem senectuti tuæ malam metui, quod insolum non venit cæco, ac dementi. *Idem.* Ne veniret, quod nunc agitur insolum. Hæc *Non.* c. 2. n. 426. V. in fine vocis *Sōlum.*

[* INSOLŪTUS, a, um, non solutus. Insoluta loca quæ sint, explicat *Aggen. in Frontin. de limit. agr.* pag. 49. *Goes.* Loca insoluta dicuntur, quæ aut in saxosis et sterilibus locis sunt, aut in paludibus, ubi nulla potuit exerceri cultura.]

INSOMNĬA, æ, f. *want of sleep, watching, waking, lying awake,* ἀϋπνία, privatio somni, vigilia. *Cæcil.* apud *Non.* c. 3. n. 113. Consequitur comes insomnia: ea porro insaniam affert. *Sallust. in Catil.* c. 28. Vigilare, neque insomniis, neque labore fatigari. *Id. in epist. Mithrid. ad Arsac.* Persen, acceptum in fidem, insomniis occidere. *h. e.* prohibendo, ne somnum caperet. *Pacuv.* apud *Charis.* l. 1. pag. 78. Perdita illuvie, atque insomnia. *Sueton. in Calig.* c. 50. Incitabatur insomnia maxime. neque enim plus quam tribus nocturnis horis quiescebat. *Gell. in fin.* c. 4. l. 6. Captivos insomnia cruciatos interiise.

[* INSOMNIĔTAS, atis, f. idem ac insomnia. *Theodor. Priscian.* l. 2. c. 1. Febris procurat capitis dolorem, linguæ asperitatem, aliquando insomnietates.]

INSOMNIŌSUS, a, um, *unable to sleep, troubled with want of sleep,* qui insomniæ morbo laborat. *Cato R. R.* c. 157. *circa med.* Omnis qui insomniosus est, hac eadem curatione sanum facies. *h. e.* brassica adhibita: de qua *Plin.* quoque l. 20. c. 9. *ante med.* Insomnia etiam, vigiliasque tollere decoctam, si jejuni edant. Ubi *insomnia* neutro gen. pro *insomnias* posuisse videtur.

INSOMNIS, e, *wanting sleep, sleepless, watching,* ἄϋπνος, sine somno, vigil. *Tacit. Ann.* 1. c. 65. Cum ipsi passim adjacerent vallo, oberrarent tentoriis, insomnes magis, quam pervigiles. *Virg.* 9. *Æn.* v. 166. noctem custodia ducit Insomnem ludo. *Horat.* l. 3. od. 7. v. 6. frigidas Noctes non sine multis Insomnes lacrimis agit. *Stat.* 3. *Theb.* v. 328. Insomnes oculos rubor excitat. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 190. Pomaque ab insomni male custodita dracone. *Lucan.* l. 2. v. 239. Invenit insomni volventem publica cura Fata virum. et lib. 4. v. 552. insomni dente creati Terrigenæ. *h. e.* dentibus satis draconis insomnis.

INSOMNĬUM, ii, n. *a dream,* ἐνύπνιον, fit, cum cura oppressi animi, corporisve, sive fortunæ, qualis vigilantem fatigaverat, talem se ingerit dormienti: animi, si amator deliciis suis aut fruentem se videat, aut carentem: corporis, si temeto ingurgitatus, aut distentus cibo, vel ex abundantia præfocari se existimet, vel gravantibus onerari: fortunæ, cum se quis æstimat vel potentia, vel magistratu aut augeri pro desiderio, aut exui pro timore. Hæc et his similia, quoniam ex habitu mentis quietem sicut prævenerant, ita et turbaverant dormientis, una cum somno avolant, et pariter evanescunt: hinc et insomnio nomen est, non quia per somnium videtur, sed quia in ipso somnio tantummodo esse creditur, dum videtur, post somnium nullam sui utilitatem, vel significationem relinquit. Hæc *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 3. ubi quinque species enumerat eorum, quæ videre sibi dormientes videntur. *Arnob.* l. 7. pag. 244. Rusticulo cuidam Jovem per insomnium dixisse, &c. ¶ Usurpatur fere in plurali num. *Plin.* l. 5. c. 8. Atlantes insomnia non visunt, qualia reliqui mortales. ¶ Sæpius de malis somniis dicitur. *troublesome dreams. Cic. de Senect.* c. 13. Carent etiam vinolentia, cruditate, et insomniis. *Virg.* 6. *Æn.* v. 897. Sed falsa ad cælum mittunt insomnia Manes. *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 1. Di meliora ferant, nec sint insomnia vera. *Sil.* l. 10. v. 357. Exercent rabidam truculenta insomnia mentem. et lib. 11. v. 102. furibunda insomnia. ¶ Pro insomnia, V. *Insomniosus.*

INSŎNO, as, ui, n. 1. *to sound, sound loudly, resound,* ἐνηχέω, κατηχέω, idem quod sono, in aliqua re sono, resono. *Virg.* 2. *Æn.* v. 53. Insonuere cavæ, gemitumque dedere cavernæ. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 161. calamis agrestibus insonat ille. *Lucan.* l. 1. v. 578. Insonuere tubæ. *Virg.* 5. *Æn.* 2. 579. insonuitque flagello. *resounded with her whip.* et lib. 7. v. 450. geminos erexit crinibus angues, Verberaque insonuit. *h. e.* per verbera, inquit *Serv.* et *Æn.* 12. v. 366. Edoni Boreæ cum spiritus alto Insonat Ægæo. *hisses, whistles. Ovid.* 6. *Metam.* v. 286. insonuit contento nervus ab arcu. et lib. 4. v. 688. unda insonuit. *Petron. in Satyr.* cap. 137. alto Insonuit gemitu turbatum murmure pectus. *Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Si memoria fefellerit, quasi faucibus aliquid obstiterit, insonare. *h. e.* ingenti sonitu fauces purgare conari.

INSONS, sontis, adject. *innocent, guiltless,* ἀθῷος, ἀναίτιος, innocens, innoxius, minime reus: ab *in* privativa, et *sons. Sallust. in Catil.* c. 16. Insontes, sicuti sontes, circumvenire, jugulare. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 69. vivo purus et insons. *Plaut. Amph.* 3. 1. 9. Insontem probri accusare. *Id. Bacch.* 3. 3. 70. Aliquem falso atque insontem arguere. *Liv.* l. 4. c. 15. Regni crimine insons. *Id.* l. 22. c. 49. Insons culpæ cladis hodiernæ. *Al. leg.* culpa. *Id.* l. 34. c. 32. Insontes publici consilii. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 149. fraterni sanguinis insons. ¶ Eleganter *Valer. Flacc.* v. 130. l. 6. et qui tua jugera nondum Eruis, ignotis insons, Arimaspe, metallis. *h. e.* abstinens, integer, et nulla habendi cupiditate flagrans: atque adeo a vitiis immunis. *Senec. in Hippol.* v. 486. Non illum avaræ mentis inflammat furor, Qui se dicavit montium insontem jugis. ¶ Item qui non nocet, *without hurting, harmless. Horat.* l. 2. od. 19. *sub fin.* Te vidit insons Cerberus aureo Cornu decorum. *Stat.* l. 12. *Theb.* v. 682. ille quidem ramis insontis olivæ Pacificus. *Val. Flacc.* l. 1. v. 103. quibus arvorum, studiumque insontis aratri. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 10. v. 66. Et cremat insontes hostica flamma casas.

INSŎNUS, a, um, *making no noise or sound, without noise, noiseless, silent,* ἄψοφος, sono, seu strepitu carens. *Apul.* l. 3. *Metam.* Ad cubiculum suspenso et insono vestigio me perducit. *Ammian.* l. 27. 12. (*al.* 27.) Insonis passibus repens. ¶ *Insonæ litteræ* apud *Apul. de Mundo* sunt mutæ, ἄφωνα γράμματα, *the mutes.*

INSOPIBĬLIS, le, *that cannot be laid asleep,* qui sopiri non potest. *Martian. Capell.* lib. 1. pag. 4. Insopibilis perennitatis igniculos incendere.

INSOPĪTUS, a, um, *never sleeping, watchful, sleepless,* ἄϋπνος, insomnis, pervigil. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 36. Terrigenasque feros, insopitumque draconem. Adde *Lucan.* l. 9. v. 357. ¶ *Insopitus ignis,* inexstinctus. *Claudian.* l. 3. *de rapt. Pros.* v. 401.

INSORDESCO, is, ui, n. 3. *to become sordid,* sordidus fio. *Sidon.* l. 5. ep. 13. Dejectu caducæ frondis agger insorduit. *Rutil.* l. v. 1. 617. subitis tectus nimbis insorduit æther.

INSORTĪTUS, a, um, non sortitus. *Plaut. Cas.* 2. 4. 27. Spicula etiam insortita sunt mihi. *Al. leg.* Etiam specula in sortitu est mihi.

INSPARGO. V. *Inspergo.*

INSPARSUS. V. *Inspersus.*

INSPATĬANS, antis, in aliquo loco spatians. *Prudent. in Apoth.* v. 197. quem videat Babylonis ab arce tyrannus Innocuas inter flammas procul inspatiantem. *Al. leg.* exspatiantem.

INSPECIĀTUS, a, um, adject. in suas species non divisus. *Tertull. advers. Valentin.* c. 10. *extr.* Substantia informis et inspeciata.

INSPECIŌSUS, a, um, adject. *unseemly, ugly,* non speciosus, deformis. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 74. *Burmanni.* Non inspeciosus puer.

INSPECTATĬO, onis, f. *a beholding, looking into, considering,* actus inspectandi, inspectio. *Senec.* l. 6. *nat. quæst.* c. 4. Quorum adeo mihi dulcis inspectatio.

INSPECTĀTOR, oris, m. *a beholder, spectator,* inspector. *Symmach.* l. 6. ep. 9. Adhibiti inspectatores, muro dividi loca nostra dixerunt. *Juret.* habet *inspectores.*

INSPECTĀTUS. V. *Indespectus,*

INSPECTĬO, onis, f. *a looking into, viewing, beholding, observing carefully, inspection,* ἐπίσκεψις, ἐπιθεώρησις, actus inspiciendi, diligens alicujus rei consideratio, quæ inspiciendo fit, contemplatio. *Colum.* l. 1. c. 4. Ager prima inspectione neque vitia, neque virtutes abditas ostendit, quæ mox retractantibus facilius apparent. *at first sight. Quintil.* l. et cap. 5. Tabularum inspectio sæpe falsum deprehendit. *a reading. Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 57. Eos, qui pro consulibus hanc provinciam obtinuerunt, abstinuisse inspectione rationum. *from settling,* &c. *Apul. in Apolog.* Inspectio speculi. ¶ In re augurali quid sit, V. *Spectio.* ¶ Refertur ad animum. *consideration, speculation, contemplation, theory. Quintil.* l. 2. c. 18. Artium aliæ positæ in inspectio, ne idest cognitione et æstimatione rerum, qualis est astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei, cujus studium habet, intellectu contenta, quæ θεωρητικὴ vocatur: aliæ in agendo, &c. *some depend on theory,* &c. *others again on practice,* &c. *Triphonin. Dig.* lib. 41. tit. 1. leg. 63. Inspectio in illo est, num ex operis servi acquiratur, &c. *Id.* lib. 16. tit. 3. leg. 31. Incurrit hic et alia inspectio, an, &c.

INSPECTO, as, avi, atum, a. 1. *to behold, observe, look at or view attentively,* ἐφοράω, attente inspicio, diligenter intueor: frequentativum ab *inspicio. Plaut. Pœn.* 3. 3. 69. Illinc procul nos istuc inspectabimus. *Id. Rud.* 3. 6. 31. Viden' me, ut rapior? *Char.* video atque inspecto libens. *Id. Mil.* 2. 2. 18. Nescio quis inspectavit per impluvium. *Cic.* ep. 9. l. 1. *Fam. a med.* Quoniam, me inspectante, sæpe eum amplexarentur. *before my eyes. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 20. Legio ex castris Varronis, adstante et inspectante ipso, signa sustulit. *Brut. ad Cicer.* ep. 4. *sub fin.* Quod utinam inspectare possis timorem de illo meum. *that you could see.* et *Stat.* l. et silv. 3. v. 1. Summa deum Pietas, cujus gratissima cælo Rara profanatas inspectant numina terras. *h. e.* æquis oculis aspiciunt.

INSPECTOR, oris, m. *an inspector, overseer, examiner of things to be sold,* ἐπόπτης, qui aliquid inspicit: et præsertim qui considerat et examinat aliquid venale, ut videat, probum ne sit, pretiumque statuat. *Plin.* l. 37. c. 7. Accedit religio narrata, a siderum cognatione, ab inspectoribus. *Ulpian. Dig.* lib. 13. tit. 6. leg. 10. Si rem inspectori dedi, dum volo pretium exquirere, &c. ¶ In lemmate tit. 57. lib. 11. *Cod. Justin.* et lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 31. et 33. tit. 28. leg. 2. inspectores sunt, quos princeps dimittit per provincias, ut inspiciant, quæ prædia vectigalibus subjicienda sint.

[* INSPECTRIX, icis, f. quæ inspicit. *Ambros.* ep. 5. (*al.* 64.) Legimus etiam in veteri Testamento obstetrices, sed non inspectrices; ad parturientes ingrediebantur, non ad virgines; ut partus susciperent, non ut pudorem examinarent.]

INSPECTUS, us, m. *a beholding,* inspectio, intuitus. *Senec.* epist. 92. Vacat animus molestia, liber ad inspectum universi. *Apul.* l. 10. *Metam.* Oculis inspectu minacibus. *Ammian.* l. 22. c. 1. Inspectu jecoris prædoctus.

INSPECTUS, a, um, *looked into or upon, beheld, inspected, viewed attentively, considered,* inspiciendo consideratus. *Plaut. Trin.* 3. 3. 65. Si epistolas obsignatas non feret, dici hoc potest, apud portitorem eas resignatas sibi, inspectasque esse. *et in argum.* 2. *Aulular.* v. 7. Reque omni inspecta, servulus id surpit. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 78. Inspecta exta. et cap. 6. Auditi sæpius Cæsares, quam inspecti. *Colum.* l. 1. c. 8. Eligendus est rusticis operibus ab infante duratus, et inspectus experimentis. *known by actual trial.* De eo, qui emendi causa inspicitur. *Martial.* l. 6. epigr. 82. Quidam me modo, Rufe, diligenter Inspectum velut emptor, aut lanista, &c. V. *Inspicio.*

INSPERABĬLIS, e, *not to be hoped for or expected,* ἀνέλπιστος, ἄελπτος, qui sperari non potest. *Gell.* l. 4. c. 18. Pacem et victoriam vobis peperi insperabilem.

INSPĒRANS, antis, *not hoping for, not expecting,* ἀνελπίζων. In obliquis casibus fere adhibetur. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 21. Insperanti mihi, sed valde optanti cecidit, ut in istum sermonem delaberemini. *Id. pro Marcell.* c. 7. Quibus tu salutem insperantibus reddidisti. *Terent. Andr.* 3. 4. 24. Feci hodie ut fierent nuptiæ, insperante hoc, atque invito Pamphilo. Adde *Catull.* carm. 105. *ad Lesb.* ¶ In recto. Vetus lapis apud *Gruter.* pag. 1133. n. 7. Femineaque manu insperans incidit ætas, &c.

INSPERĀTE, insperato. *Valer. Max.* l. 3. *c. ult.* n. 2. *extern.* Et quo vehementius noceat, insperatius prodest.

INSPERĀTO, *contrary to expectation, unexpectedly,* præter spem, ἀέλπτως. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 150. Insperato abiit, quem una angina abstulit hora. *In Argum.* 1. *Aulular. Plauti,* v. 14. Aulam insperato invenit. *Apul.* l. 9. *Metam.* Insperato et contra opinionem.

INSPERĀTUS, a, um, *not hoped or looked for, unhoped for, unexpected,* ἀνέλπιστος, non speratus, inexspectatus. *Cic. Phil.* 10. *c. ult.* Insperatum et repentinum præsidium. *Id.* 2. *Catil.* c. 9. Insperatæ repentinæque pecuniæ. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 40. Insperata accidunt magis sæpe, quam quæ speres. *Id. Men.* 5. 9. 72. O salve insperate, multis annis

post quem conspicor, frater. *Id. Pœn.* 5. 3. 8. Hanno, insperatissime mihi tuisque filiis, salve. ¶ De re tristi. *Cic. Tuscul.* 3. c. 13. Insperatum et necopinatum malum. *Liv.* l. 3. c. 26. Nihil tam necopinatum nec insperatum accidere potuit. *h. e.* quod hostes castra R. adorirentur, obsiderentque. ¶ *Ex insperato*, insperato, *unexpectedly*. *Plaut. Stich.* 2. 1. 32. *Liv.* l. 2. c. 35. et lib. 30. c. 10. *extr.* et *Plin.* l. 25. c. 2. *sub fin.*

INSPERGO, is, ersi, ersum, a. 3. *to sprinkle upon, scatter upon, besprinkle*, ἐπιπάσσω, super aliquam rem spargo. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 16. Caput est in jecore, cor in extis: jam abscedet, simul ac molam et vinum inspersеris. *Cato R. R.* c. 65. Oleam sale inspergito. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* Stercoris pars in prata digerenda, pars oleis et ceteris arboribus inspergenda. *Plin.* l. 19. c. 8. *ad fin.* Papaver panis rustici crustæ inspergitur, affuso ovo inhærens. *Id.* l. 26. c. 8. *a med.* Farina potioni inspergitur. et lib. 23. *in proœm. ad fin.* Oenanthe vulneribus inspergitur. ¶ Dicitur etiam *inspargo*. *Plin.* l. 18. c. 11. *ad fin.* Postea gypsi pars quarta inspargitur. *Id.* l. 34. c. 12. *extr.* Ursorum in arena, et leonum ora atramento inspargere.

INSPERSĬO, onis, f. *a sprinkling upon, besprinkling*, διάπασμα, actus inspergendi, aspersio. *Pallad. in Mart.* tit. 9. *a med.* Ruta seritur locis apricis, solius cineris inspersione contenta.

INSPERSUS, us, m. inspersio. In sexto casu singulari. *Apul.* l. 7. *Metam.* Corium affirmatum cineris inspersu. et lib. 9. Comæ sordentes inspersu cineris.

INSPERSUS, a, um, *sprinkled upon, scattered upon, besprinkled*, ἐπίπαστος, supra sparsus, in aliqua re sparsus. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 67. Egregio inspersos reprehendas corpore nævos. *spots or moles scattered over a beautiful person.* *Plin.* l. 28. c. 15. Suis cinis potioni inspersus. *Id.* l. 24. c. 16. Aron aridum in potione inspersum. *et in fi. ejus cap.* Siccata in farinæ modum, et inspersa vino albo. ¶ Dicitur et *insparsus*. *Plin.* l. 26. c. 14. Farina ejus carnes excrescentes, per se insparsa consumit. *Minuc. Fel. in Octav.* c. 28. *a med.* Fama semperinsparsis mendaciis alitur.

INSPICĬO, is, exi, ectum, a. 3. *to look into or upon, view, behold, observe, survey, inspect*, εἰσοράω, ἐποπτεύω, in aliquid aspicio, intueor. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 72. Intro inspice. *Petron. in Fragm. Tragur.* c. 71. *Burm.* Inspicere horas. *Terent. Adelph.* 3. 4. 51. Inspicere tanquam in speculum, in vitas omnium jubeo. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 389. cum Romam inspexerit Eos. *Id.* 3. *Trist.* el. 1. v. 9. Inspice quid portem: nihil hic, nisi triste videbis. *Id.* 3. *de art. am.* v. 232. Inspice quam tenuis bractea ligna tegat. *Id.* 15. *Metam.* v. 577. Inspicere exta. et lib. 12. v. 39. Orbe locus medio est, &c. Unde quod est usquam, quamvis regionibus absit, Inspicitur. *is seen, is discovered.* ¶ De iis, qui legunt. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 471. Inspice, quodque leges, ex ipsis collige verbis, &c. *Id.* 4. *Fast.* v. 257. Carminis Euboici fatalia verba sacerdos Inspicit. *Cic. pro Balb.* c. 14. Si neque Pœnorum jura calles, neque nostras leges inspicere potuisti. *study, learn, become acquainted with, comprehend.* *Plaut. Stich.* 3. 2. 1. Inspicere libros. ¶ De iis, qui quippiam considerant examinantque, quale sit, quantique, ut fit in rebus venalibus. *to examine, contemplate, weigh, consider.* *Cic. Verr.* 6. c. 28. Petit a rege, ut candelabrum ad se mittat: cupere se dicit inspicere. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 65. Te hoc orare jussit, ut sibi liceret inspicere has ædes. *Si.* non sunt venales. *to inspect, examine before buying.* *Colum.* l. 1. c. 3. In emendo inspiciendoque agro præcipue duo esse consideranda, &c. *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 5. leg. 18. Si rem tibi inspiciendam dedi, et dicas, te perdidisse. Adde *Martial.* l. 9. epigr. 60. et lib. 10. epigr. 80. et *Sueton. in Oth.* c. 6. ¶ Translate est considerare, cognoscere. *Cic.* 2. *Phil.* c. 17. *extr.* Vis ne igitur, te inspiciamus a puero? *Quintil.* c. 1. l. 11. Eum demum dicere apte, qui non solum quid expediat, sed etiam quid deceat, inspexerit. *Plaut. Pers.* 2. 5. 15. Inspicere morbum tuum lubet. *Id. Mil.* 2. 1. 51. Inspexi mulieris sententiam. *have examined into, have searched her thoughts.* *Plin.* l. 29. c. 1. *ad fin.* Satis esse ingenia Græcorum inspicere, non perdiscere. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 57. Inspicere rationes. *to settle, adjust.* *Petron. in Satyr.* c. 15. Flagitabant, ut postero die judex querelam inspiceret. *h. e.* de querela cognosceret. *Martial.* l. 1. epigr. 55. Inspice, an possit fieri, &c. [¶ Particip. *inspiciens, inspecturus* apud *Justin.* l. 6. c. 1. Ea est procul inspicientibus natura loci. *Virgil.* 2. *Æn.* v. 47. Fabricata est machina inspectura domos.

*INSPICĬUM, i, n. idem ac inspectio. *Tertullian. carm. advers. Marcion.* l. 1. v. 12. Posse videre Extorum inspiciis.]

INSPĪCO, as, avi, atum, a. 1. *to point, sharpen at the end.* *Inspicare faces* est ligna in usum facium ita incidere, ut in acutum desinant, et multis præterea incisuris dividantur, in morem spicæ, et aristarum: quas ideo *multifidas* vocant. *Senec. in Med.* v. 111. Multifidam jam tempus erat succendere pinum. *Virg.* 1. *Georg.* v. 292. ferroque faces inspicat acuto. Hinc *Grat. in Cyneg.* v. 484. spicatæ faces.

INSPIRAMENTUM, i, n. inspiratio. *Cæl. Aurelian. Tard.* 2. c. 13. Inspiramentis inserere,

INSPIRĀTE, adverb. *Val. Max.* l. 3. *c. ult.* n. 2. *extern.* Blandum animum sane temeritati casus facit, ubi pravo consilio propitius adspirat: et quo vehementius noceat, inspiratius prodest. *h. e.* magis inspirando, seu adspirando, benignius, prolixius.

INSPIRATĬO, onis, f. *inspiration*, ἐμπνευσις. *Solin.* c. 7. (*al.* 12.) *a med.* Fontes (*Aganippes*, et *Hippocrenes*) poti inspirationem litterariam faciunt.

INSPIRĀTOR, oris, m. *an inspirer*, qui inspirat, et injicit. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 1. c. 5. Apollo furoris inspirator.

INSPIRĀTUS, a, um, *breathed in or into, inspired*, ἐμπνευσθεὶς, spirando immissus, injectus. *Colum.* l. 6. c. 17. *ad fin.* Facit idem trita sepiæ testa, et per fistulam ter die oculo inspirata. *blown into.* ¶ Translate *Id.* l. 3. c. 10. *ante med.* Videmus hominibus inspiratam, velut aurigam rectricemque membrorum, animam. *Justin.* l. 18. c. 5. Cum inspirati vates canerent, non impune laturum. *inspired, enrapt.*

INSPIRITĀLIS, le, adject. non spiritalis. Est vox *Paulini* epist. 22. (*al.* 7.)

INSPĪRO, as, avi, atum, a. 1. *to blow in or upon, breathe into, inspire*, εἰσπνέω, ἐμπνέω, intro spiro, spiritum, seu ventum immitto. *Cels.* l. 7. c. 27. Siqua (*medicamenta*) erunt arida, per scriptorium calamum inspirabuntur. *Flor.* l. 3. c. 19. In ore abdita nuce, quam sulphure et igne stipaverat, leniter inspirans, flammam inter verba fundebat. *Senec. in Hippol.* v. 1008. Nullus inspirat salo ventus. *Quintil.* l. 10. c. 3. Inspirantes ramis arborum auræ. *Colum.* l. 1. c. 6. *ante med.* Granaria modicis fenestellis aquilonibus inspirentur. *be ventilated.* *Plin. in fin.* c. 12. l. 34. Si gravitati aurium per fistulas inspiretur. *be blown into ears dull of hearing.* ¶ Cum accusativo sine præposit. quæ inest in ipso verbo, *Id.* l. 10. c. 29. *a med.* Qui lusciniæ sonum, addita in transversas arundines aqua, foramen inspirantes, linguæque parva aliqua opposita mora, indiscreta redderent similitudine. *Gell.* l. 1. c. 11. *a med.* Fistula sensim graviusculum sonum inspirare. *Id.* l. 2. c. 3. Atticos ἰχθὺν, ἵερον inspirantis primæ litteræ dixisse. *h. e.* prima littera aspirata. Al. leg. *inspirantes primæ litteræ*: alii *primam litteram*, sed eodem recidunt omnia. ¶ Translate est immittere, infundere, *to breathe or inspire into, infuse.* *Virg.* 1. *Æn.* v. 692. Occultum inspires ignem. *Id.* 4. *Georg.* v. 236. læsæque venenum Morsibus inspirant. *Id.* 6. *Æn.* v. 11. magnam cui mentem animumque Delius inspirat vates. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 194. Inspirare amorem. *Curt.* l. 4. c. 13. fortitudinem. *Quintil.* l. 12. c. 10. *ad fin.* iram, misericordiam. *Id.* l. 2. c. 5. Quanta in dividendo prudentia, quam subtilis argumentatio: quibus viribus inspiret, qua jucunditate permulceat. *h. e.* inserat, imprimat quod dicit. *with what strength will he inspire his hearers.* *Justin.* l. 43. c. 1. Unde adhuc, qui inspirari solent, fatuari dicuntur. *h. e.* divino spiritu œstroque impleri.

INSPISSĀTUS, a, um, *made thick, inspissated*, conspissatus. *Veget. de re Veterin.* l. 2. c. 30. Meliceris est tuber, in quo caro inspissata, quomodo in verrucis, invenitur.

INSPOLIĀTUS, a, um, *not spoiled or stripped, not robbed*, non spoliatus. *Quintil.* l. 7. c. 1. *circa med.* Occisus est non prædæ gratia, quia inspoliatus est. *Virg.* 11. *Æn.* v. 594. corpus et arma Inspoliata feram tumulo. *not carried off by the enemy.*

INSPŪMO, as, n. 1. *to foam*, spumas emitto. *Tertull. in Apolog.* c. 12. O sacrilega convicia! infrendite, inspumate: iidem estis, qui, &c.

INSPŬO, is, ui, a. 3. *to spit into or upon*, ἐμπτύω, super aliquid spuo. *Plin.* l. 22. c. 21. Commanducata ea si inspuatur, mori serpentem. *Id.* l. 31. c. 9. *extr.* Et oculis jumentorum inspuitur. *Senec. de Ira*, l, 3. c. 38. *extr.* Inspuere alicui in frontem mediam. *Id. de consol. ad Helv.* c. 13. Inspuere in faciem alicujus. *Sueton. in Vespas.* c. 7. Restituturum oculos, si inspuisset.

INSPŪTO, as, avi, atum, a. 1. *to spit upon*, εἰσπτύω, frequentativum ab *inspuo*, sed ejusdem fere significationis. *Plaut. Capt.* 3. 4. 21. Ain' eum morbum mihi esse, ut qui me opus sit insputarier? *He.* ne verere: multos iste morbus homines macerat, quibus insputari, saluti fuit. Loquitur *Plaut.* de Comitiali morbo (de quo *Plin.* l. 28. c. 4. V. *Despuo*.) et paulo ante dixerat vers. 18. Illic isti, qui sputatur, morbus interdum venit. Ex quo intelligimus, non solum avertendi ejus morbi causa, sed etiam sanandi, in eum, qui laboraret, inspui morem fuisse. Nam saliva hominis in multis vim medicinæ habere creditur. V. *Plin. loc. cit.*

INSTABĬLIS, le, *unsteady, tottering, not firm, unsolid, not to be stood on, unstable*, ἀβέβαιος, ἀσταθὴς, qui stare, et firmiter hærere non potest. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 16. Sic erat instabilis tellus, innabilis unda. *Liv.* l. 27. c. 18. *a med.* Hostis instabilis ad cominus conserendas manus. *Curt.* l. 8. c. 11. Instabili et lubrico gradu præcipites recidebant. *Tacit. Ann.* 1. cap. 64. Locus uligine profunda: idem ad gradum instabilis, procedentibus lubricus. *Plin.* l. 31. c. 6. Vomitiones instabili volutatione commotæ. *h. e.* excitatæ navis agitatione. ¶ Translate est inconstans, incertus, mutabilis, brevi durans, *inconstant, uncertain, fickle, wavering, changeable, perishable, frail.* *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 23. Res maritimæ celerem atque instabilem motum habent. *Pacuv.* apud *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 23. *de Fortuna.* Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta, instabilis sit. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 19. Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quam fama potentiæ non sua vi nixæ. *Virg.* 4. *Georg.* v. 105. Instabiles animos ludo prohibebis inani. *Senec. in Thyest.* v. 215. Ubi non est pudor, nec cura juris, instabile regnum est. *Curt.* l. 7. c. 8. Jam etiam ad pecora nostra avaras et instabiles manus porrigis. *h. e.* quæ huc illuc veluti vagantur prædandi causa, neque ullo pretio aut lucro implentur.

INSTABILĬTAS, atis, f. *unsteadiness, uncertainty, instability*, ἀστασία, inconstantia. *Plin.* l. 24. c. 17. Herbam hanc comedi contra omnia corporum incommoda, instabilitatemque mentis. *disorder or deprivation of reason.*

INSTANS, antis, qui stat in aliquo loco. V. *Insto.* ¶ Item *present, at hand, imminent, approaching, threatening, impending, instant*, ἐνεστὼς, qui instat, præsens, imminens. *Cic. Tuscul.* 4. c. 6. Quæ enim venientia metuuntur, eadem afficiunt ægritudine instantia. *Id.* 2. *de Orat.* c. 25. In deliberationibus plerumque ex controversia futuri, raro etiam ex instantis, aut facti. *Id. Phil.* 11. c. 10. Vereor ne exercitus nostri tardentur animis, si quidquam aliud a nobis, nisi de instanti bello, cogitatum putent. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 5. Id dividitur in tempora tria, præteritum, instans, consequens. *Nep. in Pausan.* c. 3. Pecunia et potentia instans periculum depellere. *In vet. S. C. circa A. U.* DCCC. apud *Reines.* class. 7. n. 11. Convenit felicitati sæculi instantis. *of the present age.* ¶ Apud Grammaticos *tempus instans* in verbis est tempus præsens. *the present tense.* *Charis.* l. 2. pag. 147. *Putsch.* et *Diomed.* l. 1. sæpe. ¶ Substantivi more, *Cic. de Fato*, c. 12. Ut præterita ea vera dicimus, quorum superiore tempore vera fuerint instantia; sic futura, quorum consequenti tempore vera erunt instantia, ea vera dicemus. ¶ Est etiam urgens, flagitans. *earnest, urgent, pressing, importunate.* *Virg.* 1. *Æn.* v. 508. instans operi, regnisque futuris. *eager to press the work forward.* *Sueton. in Aug.* c. 65. Deprecans, et pertinacius instans. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 31. Non dubitabat, quin dato spatio ac tempore, eodem instante Dumnaco, possent concitari. et cap. 14. Ut discedere ex eo loco, sine periculo, barbari, militibus instantibus, non possent. *the soldiers pressing hard upon them.* et *de B. Afric.* c. 69. Cum et proficiscentes insequerentur, et refugerent instantes. et *Justin.* l. 23. c. 3. Instantibus hinc Carthaginiensibus, inde Romanis. *pressing upon them.* et *Virg.* 5. *Æn.* v. 167. ecce Cloanthum Respicit instantem tergo, et propiora tenentem. *close behind, near at hand.* et *Horat.* l. et od. 3. v. 1. Justum et tenacem propositi virum Non vultus instantis Tyranni Mente quatit solida. *h. e.* urgentis, minitantis. *Quintil.* l. 11. c. 3. *circa med.* Gestus in exprobrando et arguendo acer atque instans. et *ibid. ad fin.* Argumentatio plerumque agilior, et acrior, et instantior, consentientem orationi postulat etiam gestum, idest fortem celeritatem. *more pressing or earnest.* *Tacit.* 2. *Ann.* c. 56. Nota hæc Germanico: sed præverti ad Armenios instantior cura fuit. *more earnest, more urgent.* *Gell.* l. 13. c. 24. *a med.* Duplex eadem compellatio admonitionem facit instantiorem. *Augustin.* l. 1. *Retract.* c. 19. *extr.* Instantissima petitio.

INSTANTER, *earnestly, pressingly, forcibly, vehemently, importunately, urgently, instantly*, ἐνστατικῶς, instando, urgendo, vehementer, magna vi et contentione. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ad fin.* Ubicumque acriter erit, et instanter, pugnaciterque dicendum, membratim cæsimque dicemus. et cap. 3. *circa med.* Dissolutio est apta, cum quid instantius dicimus. nam et singula inculcantur, et quasi plura fiunt. *Plin.* l. 5. ep. 19. Dum intente instanterque pronunciat, sanguinem rejecit. et lib. 7. ep. 22. Instanter petere. *Sueton. in Claud.* cap. 5. Instantius flagitare. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 35. Pharasmanes instantius concurrit. *with greater fury.* *Gell.* l. 4. c. 18. *a med.* Instantissime desiderare.

INSTANTĬA, æ, f. *earnestness, urgency, close application, assiduity*, παρουσία, σπουδὴ, actus instandi urgendique aliquid, attentio, sedulitas, assiduitas. *Plin.* l. 3. ep. 5. *ad fin.* Quid est enim, quod non aut illæ occupationes impedire, aut hæc instantia non possit efficere? *Inscript. in Mus. Veron.* pag. 351. n. 5. L. Fabius Modestus sibi et suis instantia et laboribus suis fecit. *Solin.* c. 2. (*al.* 8.) *a med.* Duces duo sunt: alter agmen anteit, alter insequitur: ille ut iter dirigat; hic ut instantia urgeat tarditatem. ¶ Item vis, vehementia, *force, strength, vigour, vehemence.* *Plin.* l. 5. ep. 8. *a med.* Oratio maxime vi, amaritudine, instantia: historia tractu et suavitate, atque etiam dulcedine placet. ¶ Item diligens et assidua petitio, flagitatio, exactio, *incessant or urgent solicitation, importunity, instancy.* *Papinian. Dig.* lib. 32. tit. 1. leg. 32. Omissa est repetendi debiti instantia. *Scævola in fi. tit. ult.* lib. 13. Cullei instantia Caii recuperati sunt.

INSTAR, *similitude, likeness, resemblance, equality*, ὁμοίωμα, ἀντεικόνισμα, similitudo, exemplar, æquiparatio, vis tantundem valens. Nomen indeclinabile: cujus originem alii aliam comminiscuntur Etymologi. V. *Voss.* et

Martinium, &c. *Virg.* 6. *Æn.* v. 866. quantum instar in ipso est! *Plin.* l. 34. c. 7. *sub fin.* Quod primum operis instar fuit. *the original design, or model.* *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 17. Terra ad universi cæli complexum quasi puncti instar obtinet. *Id.* 3. *Offic.* c. 3. Omnia ex altera parte collocata, vix minimi momenti instar habent. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 29. Unum in me scelus est, quod te, scelerate, recepi: Sed scelus hoc meriti pondus et instar habet. et ep. 16. v. 366. *de Hectore.* Unus is innumeri militis instar habet. *Cic. de clar. Orat.* c. 51. Plato mihi unus instar est omnium. *is equal to them all; is worth them all.* *Justin.* l. 4. c. 4. Auxilium a Lacedæmoniis petierunt. Ab his mittitur Gylippus solus, sed in quo instar omnium auxiliorum erat. *Flor.* l. 3. c. 5. *a med.* Classem aggressa tempestas tam fœda strage laceravit, ut navalis belli instar efficeret. *Justin.* l. 36. c. 3. Vallis continuis montibus ad instar castrorum clauditur. *after the manner of, like.* *Ulpian. Dig.* lib. 6. tit. 2. leg. 7. Ad instar proprietatis, non ad instar possessionis. *Id.* lib. 39. tit. 1. leg. 21. Si proponatur instar quoddam, et quasi facies quædam operis facta. (Falluntur qui *ad instar* conjunctim scribunt, et adverbium esse putant.) ¶ Sæpius absolute usurpatur, subaudito aliquo verbo per ellipsin, et sequente genitivo. Refertur ad qualitatem. *Cic.* 2. *Offic.* c. 20. Clientes appellari, mortis instar putant. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 17. Ut instar muri, hæ sæpes munimenta præberent. *like a wall:* vel *as big as a wall.* *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 30. Læna, quod de lana multa. duarum enim togarum instar. ¶ Item ad quantitatem, et magnitudinem. *Cic. Fam.* 15. ep. 4. *ante med.* Eranam, quæ fuit non vici instar, sed urbis, cepimus. *Id. Attic.* l. 10. ep. 4. Epistola, quæ voluminis instar erat. *Virg.* 2. *Æn.* v. 15. Instar montis equus. *Colum.* l. 6. c. 14. Porri succus instar heminæ pari olei mensuræ miscetur. et lib. 4. c. 8. Recedere ab ipso codice instar unius digiti spatio conveniet. *a finger's breadth.* ¶ Item ad numerum. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 66. Animadversum est, cohortes quasdam, quod instar legionis videretur, esse post silvam. *Hirt. de B. Alex.* cap. 19. Cohortium trium instar in terram exposuit. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 5. *extr.* Mearum epistolarum nulla est συναγωγή: sed habet Tiro instar septuaginta. *as many as amount to.* *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 1. *sub fin.* In quæ volumina de Græcis libris adjecit non pauca, et de Magonis dempsit instar librorum octo. *eight in number.* *Vellei.* l. 2. c. 29. Cujus viri magnitudo multorum voluminum instar exigit. *a work of many volumes.* *Colum.* l. 12. c. 28. Irim cribratam, quæ sit instar pondo quincuncem et trientem. *which weighs*, &c. ¶ *Val. Prob. in Cathol.* pag. 1444. tribuit genitivum *instāris:* sed usu caret.

INSTAURATĬO, onis, f. *a renewal, repetition, restoration, instauration,* ἀνασκευή, renovatio, repetitio. *Cic. de Harusp. resp.* c. 12. Si ludi sunt non rite facti, mentes deorum immortalium, ludorum instauratione placantur. *Liv.* l. 2. c. 36. Ludi forte ex instauratione magni parabantur. *Gell.* l. 15. c. 18. Instauratio pugnæ. *Paul.* l. 5. *sententiar.* tit. 5. *sub fin.* Instaurationem causæ deposcere. *to demand a fresh trial.* Rursus *Gell.* l. 13. c. 24. *ante med.* Quid valet hæc repetitio instaurationque ejusdem rei sub alio nomine in *manubiis*, et in *præda*? *repetition.* ¶ Item refectio, restitutio, reparatio. *a renewing, restoring, refitting, repairing.* *Eumen. in fin. Paneg. ad Constant.* Civitas Æduorum exstructione veterum domorum, et refectione operum publicorum, et templorum instauratione consurgit. *Id. pro restaurat. schol.* c. 4. Divinæ Imperatorum nostrorum providentiæ hujus quoque operis instauratione parendum est.

INSTAURATITĬUS, *vel* Instauraticius, dictus est dies additus ludis Circensibus, Senatus consulto et lege Mævia, placandi Jovis causâ, quod cum quidam ante spectaculi commissionem servum suum verberatum, patibuloque constrictum per Circum egisset; ea re iratus Jupiter Annio cuidam per quietem significaverat, non sibi placuisse plenum crudelitatis admissum. Quod narrat etiam *Liv.* l. 2. c. 36. Dictus est autem non a patibulo, ut quidam putant, Græco nomine ἀπὸ τοῦ σταυροῦ; sed a redintegratione, ut Varroni placet, qui instaurare ait esse, instar novare. Hæc *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 11.

INSTAURATĪVUS, a, um, qui instauratur et renovatur; ut Instaurativi ludi, qui in locum eorum, qui aut prætermissi erant, aut perperam facti, instaurabantur. *games repeated or celebrated anew, on account of some informality in the first celebration.* *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 26. Itaque ludis intermissis, instaurativi constituti sunt.

INSTAURĀTOR, oris, m. *a renewer, restorer,* ἐπισκευαστής, qui instaurat et renovat. *Inscript.* apud *Reines.* class. 2. n. 31. Instauratori mœnium. *Ammian.* l. 27. c. 3. (*al.* 5.) Nomen proprium inscribebat, non ut veterum instaurator, sed conditor.

INSTAURĀTUS, a, um, *renewed, performed again, set on foot again, repeated,* renovatus, repetitus. *Cic. de Harusp. resp.* c. 10. Quorum de sententia illa eadem renovata atque instaurata celebrantur. *Id. pro Rosc. Amer.* c. *ult.* Cavete, ne nova et multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur. *Id. de Provinc. consul.* c. 8. *ad fin.* Instauratæ maximi belli reliquiæ ac renovatæ. *Justin.* cap. 13. l. 12. Instaurata comissatio. *Virg.* 2. *Æn.* v. 669. prœlia. ¶ Item refectus, restitutus. *restored, recruited.* *Mamertin. in gratiar. act. ad Julian.* c. 7. Levati status, instauratæ fortunæ. *Virg.* 2. *Æn.* v. 451. Instaurati animi. *refreshed: my courage or ardour was renewed.*

INSTAURO, as, avi, atum, a. 1. *to renew, repeat, celebrate anew, set on foot again, instaurate,* ἀνασκευάζω, renovo, repeto. Si *Varronem* audias (apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 11.) et *Festum*, est ab *instar*, et significat, instar novare, h. e. aliquid ad pristinam similitudinem, et comparationem reficere. *Cic. Attic.* lib. 1. ep. 11. *circa med.* Instaurare sacrificium. *et Q. Fr.* l. 2. ep. 6. Latinas. *Id. pro Dom.* c. 3. cædem. *Id.* 2. *Verr.* c. 4. et renovare scelus pristinum. *Liv.* l. 37. c. 19. novum de integro bellum. *Virg.* 3. *Æn.* v. 62. funus. et lib. 4. v. 63. diem donis. *h. e.* diei celebritatem sacris renovare. (Sic *Stat.* 2. *Theb.* v. 88. Instaurare diem, festasque reponere mensas.) et vers. 145. choros. *to renew the dance.* et lib. 7. v. 146. epulas. *Val. Flacc.* l. 5. v. 691. mensas. *Sueton. in Ner.* cap. 57. societatem. *Stat.* 5. *Theb.* v. 9. vias. *to resume his journey.* Sic *in fin.* l. 2. iter ad Argos. *Val. Max.* l. 8. c. 1. n. 4. quæstionem. *Colum.* l. 11. c. 2. *sub fin.* omne genus operis, auspicandi causa. *to repeat, resume.* ¶ Item reparare, reficere, resarcire. *to repair, refit, renew, restore.* *Eumen. pro restaur. schol.* c. 3. Instaurare opera, reparare templa. *Plin.* l. 14. c. 20. Cinere aut gypso instaurare vina. ¶ Item conficere, parare, facere. *to fashion, make.* *Plin.* l. 11. c. 28. Bombycas frigorum impatientia villis inhorrescere, et adversum hiemem tunicas sibi instaurare densas. *every year renew or make for themselves new tunics.* *Id.* l. 31. c. 2. Instaurare sibi monumenta.

INSTERNO, is, instravi, atum, a. 3. *to strew or spread over, lay upon, cover, overlay,* ἐπιστρώννυμι, supersterno, superextendo, operio. *Plin.* l. 19. c. 5. *a med.* Si palo adacto caverna palea insternatur. *Virg.* 2. *Æn.* v. 722. Fulvique insternor pelle leonis. *I am covered or clothed.* *Stat.* 3. *Theb.* v. 213. terraque insternar avita. *h. e.* humer, sepeliar. *Vet. poeta*, fortasse *Enn.* apud *Terentian. Maur.* pag. 2408. *Putsch.* Pontibus instratis conjunxit litora Xerses. *covered or overlayed with boards, boarded, floored.* *Gell.* l. 20. c. 1. *a med.* In jus vocato, qui ingredi non quiret, plaustrum esse dandum consuerunt, neque insterni tamen delicate arceram jusserunt. V. *Arcera.* *Horat. de art. Poet.* v. 279. modicis instravit pulpita tignis. ¶ Item prosterno, prostro. [† Vox nauci est *prostro.*] *Stat.* 12. *Theb.* v. 800. Turbine quo se se caris instraverit audax Ignibus Evadne. *had thrown herself into the flames.*

INSTIGATĬO, onis, f. *an instigation, incitement, inducement,* instigandi actus. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 30. Amplificatio est res, quæ per locum communem instigationis auditorum causa sumitur. *Caius Dig.* lib. 5. tit. 2. leg. 4. Novercalibus instigationibus corrupti. Adde *Lactant.* l. 5. c. 19.

INSTIGĀTOR, oris, m. *an instigator*, qui instigat. *Auson.* epist. 17. Superfluus instigator agitabo. *Papinian. Dig.* lib. 3. tit. 2. leg. 20. Instigator accusationis.

INSTIGĀTRIX, icis, f. quæ instigat, *she that instigates.* *Tacit.* 1. *Hist.* c. 51. Acerrima instigatrix adversus Galbianos.

INSTIGĀTUS, us, m. instigatio. *Ulpian. lib. Dig.* 9. tit. et leg. 1. Si instigatu alterius fera damnum dederit.

INSTIGĀTUS, a, um, *instigated, incited.* *Plin.* l. 29. c. 4. *ante med.* Neque anguis venenatus est, nisi per mensem luna instigatus.

INSTĪGO, as, avi, atum, a. 1. *to instigate, incite, stimulate,* ἐπικεντρίζω, παροξύνω, παρορμάω, incito, impello: a στίζω, pungo. Alii derivant ab *insto*, quia qui instat, atque urget, is proprie instigat. *Terent. Andr.* 4. 2. 9. Age, si hic non insanit satis sua sponte, instiga. *Cic. in Pison.* c. 11. Cum in Palatio mea domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus injectis instigante te. *at your instigation.* *Liv.* l. 33. c. 47. Infensi et irati Romanos in Annibalem instigabant. *instigated, provoked.* *Senec.* ep. 10. Instigare iracundiam. *Vellei.* l. 1. c. 12. Instigare in arma. *to rouse, animate, encourage.* *Petron. in Satyr.* c. 95. Canem instigare in aliquem. *to set or hound at.* *Senec. in Thyest.* v. 27. mentes cæcus instigat furor. *Stat.* l. 4. *silv.* 4. v. 33. vires instigat alitque Tempestiva quies: major post ostia virtus. *h. e.* excitat. ¶ Cum infinito. *Lucret.* l. 4. v. 1075. Et stimuli subsunt, qui instigant lædere idipsum.

INSTILLATĬO, onis, f. *an infusion, instillation, pouring in by drops,* ἐνστάλαξις, infusio stillatim et guttatim facta. *Plin.* l. 29. c. 6. *a med.* Instillatio lactis sedat dolorem. *Pallad. in Novembr.* tit. 10. Urinæ quatuor cotylas circa truncum debere suffundi, ut ad radices instillatio ipsa descendat.

INSTILLĀTUS, a, um, *poured in by drops or by little and little, infused, instilled,* guttatim infusus. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 3. v. 21. Si jam deficiat suppresso lingua palato, Vix instillato restituenda mero. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) *a med.* Vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt; sensim autem influentibus, vel etiam instillatis complentur. *Plin.* l. 32. c. 4. *ad fin.* Testudinum sanguis instillatus cerebro capitis dolores sedat. et lib. 30. c. 3. Instillatus ex oleo cyprino per aurem.

INSTILLO, as, avi, atum, a. 1. *to pour in drop by drop, infuse by drops, instil,* ἐνσταλάζω, intro stillo, guttatim infundo. *Cic. de Senect.* c. 11. Hæc quoque, nisi tanquam lumini oleum instilles, exstinguuntur senectute. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 62. Oleum instillare caulibus. *Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 153. merum in ignes. *Plin.* l. 20. c. 9. auribus succum brassicæ. *Id.* l. 24. c. 10. Hederæ acinos tritos in rosaceo oleo instillavit dentium dolori. ¶ Cum accus. sine præposit. quæ inest in ipso verbo. *Cic.* vertens *Æschyli* carmina, 2. *Tuscul.* c. 10. Guttæ, quæ saxa assidue instillant Caucasi. *h. e.* cadunt guttatim in saxa. ¶ Translate est sensim immittere, paulatim infundere. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 7. Uberrimæ tuæ litteræ mihi quiddam quasi animulæ instillarunt. *Al. leg.* restillarunt. *Horat. in fi.* ep. 8. l. 1. subinde Præceptum auriculis hoc instillare memento. *to instil or whisper in his ear.* *Senec.* l. 6. *de benef.* c. 16. *ad fin.* Præter illa, quæ a præcipientibus in commune dicuntur, aliqua instillavit, ac tradidit.

INSTIMULĀTOR, oris, m. *an instigator, inciter.* *Cic. pro Dom.* c. 5. Seditionis instimulator, et concitator. Ita *Gruter. ex* MSS. alii *stimulator.*

INSTIMULĀTUS, a, um, nom. particip. *instigated, stimulated, incited.* *Marcell. Dig.* l. 5. tit. 2. leg. 3. Falso instimulati parentes, liberos suos vel exheredant, vel prætereunt.

INSTIMŬLO, as, avi, atum, a. 1. stimulo, instigo, *to instigate, stimulate, incite, push on.* *Ovid.* 6. *Fast.* v. 508. Latias Saturnia Bacchas Instimulat fictis insidiosa sonis.

INSTINCTOR, oris, m. *an inciter, encourager, setter on, prompter,* stimulator, impulsor. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 22. Nec deerat sceleris instinctor. et lib. 4. c. 68. Acerrimus instinctor belli.

INSTINCTUS, a, um, instigatus, stimulatus, incitatus, *instigated, incited, stimulated, roused, instinct,* ab *instinguo.* *Cic.* 7. *Verr.* c. *ult.* Quorum templis et religionibus iste nefario quodam furore et audacia instinctus, bellum sacrilegum semper impiumque habuit indictum. *Liv.* l. 9. c. 40. et lib. 6. c. 14. His vocibus instinctos milites in prœlium ducit. *Lucan.* l. 5. v. 150. sacro mens instincta furore. *inspired.* *Sil.* l. 12. v. 518. Instincti glomerant gressus. *h. e.* hortationibus ducis incitati. *Justin.* l. 12. c. 7. Exercitus repentino impetu mentis, in sacros dei ululatus instinctus, sine noxa discurrit. *Vellei.* l. 1. c. 12. Universa instincta in bellum Achaia. *Lucret.* l. 1. v. 923. Instinctus amore. *Liv.* l. 1. c. 47. furiis. *Quintil.* l. 12. c. 10. *ante med.* divino spiritu. et lib. 10. c. 1. *a med.* oraculo. *Valer. Max.* l. 1. c. 5. *extern.* 1. arrogantia. *Sueton. in Cæs.* c. 19. injuria.

INSTINCTUS, us, m. *instigation, incitement, impulse, inspiration, instinct,* παρόρμησις, ἐνθουσιασμός, instigatio, incitatio, impulsus: et proprie is, qui intus in animo fit: ab *instinguo.* *Cic.* 1. *de Divin.* c. 18. Oracula, quæ instinctu divino afflatuque funduntur. *Sueton. in Vespas.* c. 7. *extr.* Tegeæ in Arcadia, instinctu vaticinantium, effossa sunt vasa operis antiqui, &c. *Gell.* l. 1. c. 11. *a med.* Effervescente impulsu, et instinctu extraneo. *Id.* l. 16. c. 17. Vaticinia, quæ vi atque instinctu ejus dei fiunt. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 70. Milites instinctu decurionum transiere in partes. *Plin. in Paneg.* c. 73. Multa fecimus sponte: plura instinctu quodam et imperio. nam gaudio quoque cogendi vis inest. *from the impulse of joy.* *Quintil.* declam. 4. c. 19. Tanquam sequar classici vocantis instinctum. *Lactant.* l. 4. c. 30. Instinctibus dæmonum populus Dei scissus est.

INSTINGUO, is, nxi, nctum, a. 3. instigo, stimulo, *to incite, instigate:* a stinguo, quod a στίζω, pungo. *Gell.* l. 17. c. 20. Hæc admonitio non modo non repressit, sed instinxit nos ad elegantiam Græcæ orationis verbis Latinis affectandam.

INSTĪPO, as, a. 1. *to stuff or cram into, fill up to the brim,* ἐνστοιβάζω, in aliquid stipo, infercio, impleo. *Cato R. R.* c. 113. Post quatriduum vinum in culleum componito, et instipato. *h. e.* impleto usque ad summum. *Marcell. Empir.* c. 10. *a med.* Ficus veteres contritæ naribus instipantur.

INSTIPŬLOR, aris, dep. 1. *to stipulate, get a promise or obligation for any thing from another,* idem ac stipulor. *Plaut. Pseud.* 4. 6. 7. Quas abs te est instipulatus etiam Pseudolus. *Id. Rud.* 5. 3. 25. Ni dolo malo instipulatus sis.

INSTĬTA, æ, f. *the fringe, border, guard, or selvage of a garment; the broad border or purfle put round the lower part of a woman's robe,* λῶμα, κράσπεδον, περιχιτώνιον, limbus, seu fascia, quæ matronarum stolæ ad oram assuebatur: et per synecdochen ipsa stola. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 29. Quarum subsuta talos tegit instita veste. *h. e.* instita subsuta vesti: hypallage. *Ovid.* 1. *de art. am.* v. 32. Quæque tegis medios, instita longa, pedes. et lib. 2. v. 600. in nostris instita nulla jocis. *h. e.* matrona: metonymia. ¶ Item fascia ad vinciendum, *a bandage, girth, garter.* [† *Stat. Theb.* 7. 654. Candida pampineo subnectitur instita pilo. *h. e.* thyrso.] *Petron. in Satyr.* c. 20. Duas institas ancilla protulit de sinu (al. leg. *de suris*) alteraque pedes nostros alligavit, altera manus. *Scribon. Larg. compos.* 133. Ventrem constringere instita longa. *Petron. ibid.* c. 97. Ut

raptim grabatum subiret, annecteretque pedes et manus institis, quibus sponda culcitam ferebat. *the girths.* In *Gloss. Isid.* Institæ, grabati resticulæ.

INSTITIO, onis, f. *a stopping or standing still,* actus insistendi, quies, mora. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 25. Qui errantium stellarum cursus, progressiones, institiones notavit. *the apparent suspension of motion in the planets; their appearing to be stationary. Al. aliter leg.*

INSTITIUM, ii, n. idem quod institio, *a standing still.* In veteri Calendario apud *Gruter.* pag. 138. mense Junio quando Solstitium fit, *solis institium* legitur. Sed illud Calendarium habetur apocryphum.

INSTITO, as, n. 1. *to continue to press on,* sæpe urgeo, contra sto, repugno: frequent. ab *insto. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 25. Rursus institare, et prœlium redintegrare cœperunt. Al. leg. *instare.*

INSTITOR, oris, m. *a retailer, huckster, shopkeeper, trader, dealer, factor; one who keeps a shop for another, and sells goods on his account,* παλιγκάπηλος, ἐπιστάτης, qui a mercatore negotiationi est præpositus: ab insistendo, quod negotio gerendo insistat, ut *Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. 3. *qui* de institoria actione *inscribitur,* leg. 3. docet. Itaque institor est, qui vel tabernæ est præpositus, vel cuilibet alii negotiationi, ut qui a vestiario, vel lintcario vestem accipit circumferendam et distrahendam: item mulio: item fullonum, et sarcinatorum præpositus: item stabularius: item qui peregre mittitur ad merces comparandas, ut *Id. ibid.* leg. 5. tradit: denique præpositus apud mensam pecuniis mutuis dandis, et accipiendis, ut *Papinian. ibid.* leg. 19. et *Paul.* tit. 5. *leg. ult.* docent. *Horat.* epod. 17. v. 20. Amata nautis multum et institoribus. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 421. Institor ad dominam veniet discinctus emacem, Expediet merces teque sedente suas. *Propert.* l. 4. el. 2. v. 37. et ibo Mundus demissis institor in tunicis. *Liv.* l. 22. c. 25. *extr.* Patrem lanium fuisse ferunt, ipsum institorem mercis. *himself the retailer of his own merchandise. Juvenal.* sat. 7. v. 221. Institor hibernæ tegetis, niveique caduci. *Senec.* l. 4. *quæst. nat. c. ult. a med.* Habet institores aqua, et annonam, pro pudor! variam. ¶ Apud Poetas allatos *institores* præcipue sunt, qui variis mercibus extraneis, ad mundum muliebre pertinentibus, ad mulieres ventitabant: quarum amorem propterea omni cura captabant, alliciebantque: quod adnotavit *Broukhus. ad Propert. loc. cit.* ¶ Translate *Quintil.* l. 8. c. 3. et lib. 11. c. 1. *a med.* Ambitiosus institor eloquentiæ. *h. e.* ostentator, jactator. *an orator displaying his eloquence, as a merchant exposes his wares.* ¶ Sidus Vergiliarum *institorem vestis* dici ait *Perott. in Cornucop.* quia in ejus occasu fiat conjectura futuræ hiemis: quæ, si nubilus fuerit, pluviosa exspectatur: unde institores lacernarum pretia augent. Hæc ille ex *Plinio* hausit l. 18. c. 25. *ad fin.* ubi tamen res aliter se habet. *Plinii* enim verba sunt, ut ex MSS. legit *Harduin.* Hoc, ipso Vergiliarum occasu fieri putant aliqui, a. d. III. Id. Novembris: servantque id sidus etiam vestis institores, &c. statimque augent lacernarum pretia. *tradesmen who sell clothes ready made.*

INSTITORIUS, a, um, ad institorem pertinens. *Institoria actio* de qua est integer titulus 3. lib. 14. *Dig.* est quæ datur ex contractu cum institoribus facto. *an action against a trader, or against the master or employer of the trader, on account of his transactions.* Et absolute *Ulpian. ibi,* leg. 5. *a med.* Non institoria, sed ex locato tenebitur. *et ad fin.* Institoriæ locus erit. ¶ *Institorium* absolute apud *Sueton. in Ner.* c. 27. est institoris munus, vel locus, ubi institor merces vendendas proponit. *Al. aliter leg.*

INSTITŬO, is, ui, utum, a. 3. *to plant, place, appoint, institute,* καθιδρύω, ἐνίσταμαι, in aliquo loco statuo, pono, constituo. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 25. Jugera tercenta, ubi institui vineæ possunt. *Varr. R. R.* l. 1. c. 37. *a med.* Instituere segetes. *Plin.* l. 13. c. 4. *ante med.* plantaria. ¶ Refertur ad alia. *Cic. pro Font.* c. 5. Instituere portorium vini. *Id.* 6. *Verr.* c. 24. officinam. *Id.* 3. *Phil.* c. 12. mercatum. *Id. pro Rosc. Com.* c. 2. codicem, et conscribere. *Plin.* l. 35. c. 2. bibliothecam. *Varr. R. R.* l. 3. c. 2. ὀρνιθοβοσκεῖον. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 427. aras. ¶ Pro facere, construere, *to fabricate, construct, build, make. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 39. Magnus muralium pilorum numerus instituitur. et cap. 11. Instituere naves. et l. 4. c. 18. pontem. et l. 7. c. 69. munitionem. *Val. Flacc.* l. 1. v. 16. delubra. *Horat. de ar. Poet.* v. 22. amphora cœpit Institui: currente rota cur urceus exit? *Sueton. in Tito,* c. 7. convivia. *Virg.* 7. *Æn.* v. 109. dapes. *Sil.* l. 11. v. 272. epulas de more. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 36. Longior consulto ab Ambiorige instituitur sermo. *is entered upon.* ¶ Pro comparare, ordinare, cogere, *to collect, get together, assemble, form. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 93. Quartæ aciei, quam instituerat sex cohortium numero, signum dedit. et lib. 1. c. 16. Instituere delectum. et l. 3. *B. Gall.* c. 8. remiges ex provincia. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 19. civitates. *to found, establish.* et *Plin.* l. 35. c. 12. *a med.* collegium. ¶ Et pro creare, *to pronounce, declare, appoint, make. Cic. Fam.* 13. ep. 61. Qui me cum tutorem, tum etiam secundum heredem instituerit. *Id.* 1. *de Orat.* c. 53. Populum R. tutorem instituit filiorum orbitati. ¶ Et pro decernere, inducere, *to establish, introduce, ordain, appoint, determine. Plin.* l. 18. c. 29. Instituere ferias diesque festos. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 446. Instituit sacros celebri certamine ludos. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 1. Discedens ab hibernis in Italiam, ut quotannis facere instituerat. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 1. Arcesilas instituit, ut ii, qui se audire vellent, ipsi dicerent, quid sentirent. ¶ Et omissa *ut* particula, *Sueton. in Cæs.* c. 41. *extr.* Instituit, quotannis subsortitio a prætore fieret. ¶ Pro invenire, auctorem esse, *to invent, find out, discover. Plin.* l. 7. c. 56. *ad fin.* Triremem Thucydides Aminoclem Corinthium, quadriremem Aristoteles Carthaginienses, quinqueremem Mnesigiton Salaminios ferunt instituisse. ¶ Pro suscipere, *to take upon one's self, undertake. Cic.* 1. *de Acad. c. ult.* Cum Zenone Arcesilas sibi omne certamen instituit. ¶ Pro inire, *Plaut. Stich.* 3. 1. 26. Ubi cœnas hodie, si hanc rationem instituis? *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 42. In præsentia similem rationem operis instituit. ¶ Sæpe est incipere, aggredi, ordiri, *to begin, commence, set out. Cic.* 1. *de Legib.* c. 3. et *Attic.* l. 16. ep. 13. *ad fin.* Historia nec institui potest, nisi præparato otio, nec exiguo tempore absolvi. *Id.* 2. *de Orat.* c. 28. Tu vero, Antoni, perge, ut instituisti. *Id. pro Mur.* c. 32. Ut ad id, quod institui, revertar. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 103. Id negotium institutum est: non datur cessatio. *Terent. Andr.* 1. 1. 40. Sapienter instituere vitam. *Sallust. in Jug.* c. 15. amicitiam cum aliquo. *Cic. Fam.* 7. ep. 19. Ut primum Velia navigare cœpi, institui Topica conscribere. *I commenced writing.* et lib. 16. ep. 20. Confido, si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, cito te firmum fore. *Q. Cic. de petit. consul. c. ult.* Perge tenere istam viam, quam instituisti. *Plaut. Epid.* 3. 2. 27. Instituere astutiam. *Cic.* 1. *Acad.* c. 1. Jam pridem ad hunc ipsum quædam institui, quæ et sunt magna sane, et limantur a me politius. *h. e.* orsus sum quædam, ad hunc ipsum dirigens sermonem. ¶ Frequenter etiam erudire, docere, παιδεύω, *to teach, instruct, school, bring or train up, nurture, educate, edify, direct, inform:* præsertim adolescentulos, et nulla adhuc præditos disciplina. *Cic. pro Cœl.* c. 17. Hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescentes? *Id.* 2. *de Orat.* c. 39. Aliquem plane rudem instituere ad dicendum. *Id. pro Quint.* c. 21. Quem tu a puero sic instituera, ut ne gladiatori quidem cederet. *Quintil.* l. 1. c. 1. Instituere aliquem disciplinis Græcis. et cap. 3. (*al.* 4.) *extr.* artibus. et cap. 10. (*al.* 17.) lyra. *Cic.* 5. *Verr.* c. 69. Filios instituere atque erudire ad majorum instituta, atque civitatis disciplinam, non ad tua flagitia atque ad tuas turpitudines debuisti. *Colum.* l. 6. c. 2. Sic perdomiti boves mox ad aratrum instituantur. *Sallust. in Jug.* c. 17. Nos ita instituit, ne quem coleremus, nisi populum R. *Cic. de Senect.* c. 9. Senectus adolescentulos docet, instituit, ad omne officii munus instruit. (*docere* est rem monstrare: *instituere* est, re monstrata, ad recte agendum dirigere, et quasi in honesta re monstrata statuere et collocare: *instruere* est ornare, et veluti apparare.) ¶ Cum infinito *Colum.* l. 1. c. 1. *a med.* M. Cato censorius agricolationem Latine loqui primus instituit. *Veget.* l. 3. *strategem.* c. 13. *extr.* Disposito quibusdam locis cibo, columbas illuc devolare instituerat. *had accustomed.* ¶ Pro statuere, decernere, *to ordain, institute, appoint, decree. Cic. pro Dom.* c. 48. Instituere pœnam in aliquem. *Id. pro Mur.* c. 28. *extr.* Iniquam legem et miseram conditionem instituere periculis hominum. *Virg.* 6. *Æn.* v. 142. Hoc sibi pulcra suum ferri Proserpina munus Instituit. ¶ Pro consilium capere, constituere, *Nep. in Caton.* c. 3. Senex scribere historias instituit. *formed the resolution of writing. Id. in Alcib.* c. 5. Itaque tempus ejus interficiendi quærere instituerunt. ¶ Et pro parare, adjungere, acquirere, *to acquire, procure, get, gain. Cic. pro Quint.* c. 3. Qui ab adolescentulo quæstum sibi instituisset sine impendio. *Id.* 6. *Verr.* c. 9. *extr.* Instituere aliquos sibi amicos. ¶ Et pro applicare, adhibere, *to apply. Terent. Phorm.* 2. 1. 10. Ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere. Ubi *Donat.* Bene *instituere* dixit, quo verbo quies ostenditur cogitativæ mentis. *compose myself, bring myself to think.* ¶ Pro ordinare, disponere, componere. *Cic. pro Mur.* c. 9. *sub fin.* Tu actionem instituis, ille aciem instruit. *draw up or prepare a process. Id.* 14. *Fam.* ep. 18. Velim tabellarios instituatis certos, ut quotidie aliquas a vobis litteras accipiam. ¶ Cum accusativo, et *in* præposit. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 2. Argumenta in pectus multa institui. *h. e.* versavi, excogitavi. *Terent. Adelph.* 1. 1. 13. Quemquam ne hominem in animum instituere, aut parare, quod, &c. *h. e.* in animo statuere, ponere. Al. leg. *in animo.* [¶ Particip. *instituens, instituendus* apud *Val. Max.* lib. 5. c. 9. n. 3. Instituens heredem. et l. 2. c. 4. n. 4. Instituendorum ludorum causa.]

INSTITUTIO, onis, f. *an ordering, managing, directing, instituting, instructing; regulation, conduct, direction, instruction, discipline, edification, institution,* παιδεία, actus instituendi, et præsertim docendi, educatio, eruditio, disciplina. [† *Cic. Top.* 23. Institutio æquitatis tripartita est. *the institution of what is just or equitable. De Off.* 1. 7. Magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur. *Plin.* 16. 4. Longum est, nec ex institutione operis, disserere, quisnam, &c. *ubi tamen vetus codex habet,* nec instituti operis.] *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 1. L. Crassum non plus attigisse doctrinæ, quam quantum prima illa puerili institutione potuisset. et lib. 1. *de nat. Deor.* c. 4. Complures Græcis institutionibus eruditi. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 2. *extr.* Omnis, quæ a ratione suscipitur, de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci. *treatise, discourse.* et *Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 6. Hæc institutio, atque hæc disciplina potest sustinere in rebus statuendis et decernendis eam severitatem, qua, &c. *maxim, rule, lesson.* ¶ Item institutum, propositum, scopus. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 17. *ad fin.* Sic ego conservans rationem institutionemque nostram, tueor, ut possum, concordiam. *my plan and accustomed manner of acting.*

INSTITŪTOR, oris, m. qui instituit, et edocet, *a teacher, instructor, master. Lamprid. in Commodo,* c. 1. Qui in aula institutores habentur. ¶ Item qui aliquid instituit, et facit. *Tertull. de spectac.* c. 2. Multum interest inter institutorem, et interpolatorem. *Ammian.* l. 14. c. 8. (*al.* 26.) Institutores veteres urbium. *founders.*

INSTITŪTUM, ti, n. *a purpose, object, subject, plan, design,* προαίρεσις, σκοπός, scopus, propositum, inceptum. *Cic. in Top.* c. 6. Sed ad hujus libri institutum illa nihil pertinent. ¶ Sumitur etiam pro more, seu certa quadam vitæ ratione ad mores spectante, *a custom, way, practice, manner, fashion, institution,* ἔθος. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 18. Me nunc oblitum consuetudinis et instituti mei, rarius ad te scribere. *habit. Id. pro Cœl.* c. 20. Si qua mulier sit vita institutoque meretricio. *profession. Cæs. ad Oppium post* epist. 8. l. 9. *ad Attic.* Meo instituto usus sum, et eum statim missum feci. *I have acted agreeably with my practice. Cic.* 4. *de Fin.* c. 15. Institutum vitæ capere. *a tenour, manner.* ¶ Et speciatim dicitur de publicis moribus consilio et ratione sumptis, et civili disciplina, quæ litteris non mandatur, sed observatur communi opinione bonorum virorum per quandam consuetudinem. *manners, customs, practices, institutions.* Unde de *institutis externis* titulus est apud *Valer. Max.* l. 2. c. 6. id est, de moribus usu et consuetudine receptis. *Cic. de clar. Orat.* c. 77. Sed bene Juris publici leges et instituta cognoverat. *Id.* 2. *Agrar.* c. 1. Est hoc in more positum institutoque majorum. *Id. in Divin. Verr.* c. 2. Adductus sum consuetudine institutoque majorum, ut onus hoc suscipiendum putarem. *Nepos in Agesil.* c. 4. Institutis patriæ parere. ¶ Item institutio, doctrina. *Cic.* 1. *Offic.* c. 1. Abundare præceptis institutisque philosophiæ. *lessons. Quintil.* l. 1. c. 1. Optimis institutis mentem infantium informare. ¶ Item conventio, pactum. *a bargain, stipulation, agreement. Liv.* l. 6. c. 10. *ad fin.* Cur per eos annos militem ex instituto non dedissent.

INSTITŪTUS, a, um, *planted, placed,* in aliquo loco statutus, positus, plantatus, excitatus. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 50. Institutas turres, testudines, munitionesque hostium admiratur. *Sueton. in Galb.* c. 1. Arborem ab ipso institutam elanguisse. ¶ Item inceptus. *commenced, begun. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 83. Munitiones institutas Cæsar parat perficere. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 5. Rumpit et serpens iter institutum. *Cic. Fam.* 5. epist. 12. Quantis oneribus premerere susceptarum rerum, et jam institutarum. *Quintil. ad Thryphon.* Institutum opus. *Id.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *a med.* Institutum ordinem sequi. ¶ Item eruditus, doctus. *instructed, taught. Cic. de clar. Orator.* c. 47. Græcis doctrinis institutus. ¶ Item declaratus, factus. *appointed, declared, instituted. Plin.* l. 7. c. 36. Heres bonis omnibus institutus. ¶ Item inventus, inductus, in more positus. *Plin.* l. 29. c. 1. *ad fin.* Luctatus, ceromata valetudinis causa instituta. *Id.* l. 9. c. 23. Mulcta instituta alicui. *h. e.* statuta, imposita, inflicta.

INSTO, as, institi, atum, n. 1. *to stand in, over, or upon any thing,* ἐνίστημι, in *vel* super aliqua re sto, insisto. *Virg.* 11. *Æn.* v. 529. instare jugis, et grandia volvere saxa. *Lucret.* l. 1. v. 65. Horribili super aspectu mortalibus instans. *Lucan.* l. 8. v. 177. instabit summis minor Ursa ceruchis. *Sueton. in Tiber.* c. 72. *extr.* Instans in medio triclinio, adstante lictore, singulos valere dicentes appellavit. *Calpurn.* ecl. 4. v. 121. Jamque palam presso magis ac magis instat aratro. *h. e.* innititur, stat super ac premit, ut altius tellurem sulcet. ¶ Item vicinum esse, imminere. *to be near or at hand, draw nigh, impend, approach, threaten. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 43. Ut alii dicerent, cum legionibus instare Varum, jamque se pulverem venientum cernere. *Cic.* 2. *Catil.* c. 5. Quibus ego confido impendere fatum aliquod, et pœnas jamdiu debitas aut instare jam plane, aut certe jam appropinquare. *Id. in Pison.* c. 27. Instant apparatissimi magnificentissimique ludi. *Id. Attic.* l. 13. ep. 23. Cum illi iter instaret et subitum, et longum. *Sallust. in Catil.* c. 58. Optimum factu ratus, noctem, quæ instabat, ante capere. *Terent. Adelph.* 3. 2. 9. Partus instabat prope. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 20. Tibi ab iis instat periculum. *threatens or overhangs you.* ¶ Hoc sensu in præteritis non tam sæpe invenitur. *Ovid. Metam.* 9. v. 768. dilataque tempora tædæ Institerant, unusque dies restabat. *Id. Fast.* 1. v. 315. Institerint Nonæ, &c. ¶ Cum accusativo vi præposit. quæ inest in ipso verbo. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 96. Tantum eum instat exitii. ¶ Item urgere, insistere, premere. *to push or press upon, urge, harass. Cic.* 3. *Verr.* c. 27. Cædere januam saxis,

instare ferro. *Liv.* l. 10. c. 36. Diversique integri atque intacti abiissent, ni cedenti instaturum alterum, timuissent. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 46. Audacius nostros premere et instare cœperunt. *to press on.* et lib. 1. c. 80. *extr.* Instabat agmen Cæsaris, atque universum imminebat. *Plaut. Curcul.* a. 3. v. 6. Si me instabunt, ad Prætorem sufferam. Al. leg. *mi.* ¶ Translate *Cic. Attic.* l. 13. ep. 32. Quamobrem, ut facis, urge, insta, perfice. *Id. pro Font.* c. 1. Insector ultro, atque insto accusatori, judices, insector, inquam, et flagito testes. *Terent. Andr.* 1. 1. 120. Ego illud sedulo negare factum: ille instat factum. *h. e.* contendit factum esse. *insists upon it, says positively that it was done.* ¶ Quod instat, *that which now claims our attention, our present business,* quod imminet, et præsentem postulat curam. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 11. *extr.* Quare, ante factis omissis, illud quod instet, agi oportere. *Virg. in fi.* ecl. 9. Desine plura puer, et quod nunc instat, agamus. ¶ *Instare alicui rei* est urgere, sedulam dare operam sine intermissione. *Virg.* 1. *Æn.* v. 508. instans operi, regnisque futuris. *Tacit. in Agric.* c. 18. Non ignarus instandum famæ, ac prout prima cessissent, fore universa. *that he ought to improve the first impression of fame.* Et cum accusativo. *Næv.* apud *Non.* c. 3. n. 134. Instat mercaturam. spero, rem faciet: frugi est homo. *Virg.* 8. *Æn.* v. 433. Parte alia Marti currumque, rotasque volucres Instabant. *h. e.* urgebant fabricando. Est enim sermo de Cyclopib. Vulcani ministris. ¶ *Instare viam* est insistere, pergere. Translate *Plaut. Asin.* 1. 1. 39. Est ne hoc, ut dico, Libane? *Li.* rectam ut instas viam! *how precisely you have hit the matter!* ¶ Pro flagitare. *to request strongly, demand, insist.* *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 2. Nolo cum Pompeio pugnare: satis est, quod instat de Milone. *Id.* l. 3. *Attic.* ep. 15. Quod profecto cum sua sponte, tum, te instante, faciet. *at your instance.* et lib. 1. *de Orat.* c. 22. Cupienti atque instanti negare. *Liv.* l. 2. c. 4. Evincunt instando, ut, &c. ¶ Cum infinito. *Cic.* 5. *Verr.* c. 59. *extr.* Instat Scandilius poscere recuperatores. *insists, persists.* ¶ Cum conjunctivo, et *ut* particula. *Id. pro Quint.* c. 10. Tibi instat Hortensius, ut eas in consilium. *Plaut. Cas.* 2. 5. 33. Uxor acriter tua instat, ne mihi detur. *Terent. Heaut.* 5. 1. 22. Unum instat, ut conficiantur nuptiæ. ¶ Passive impersonaliter. *Liv.* l. 2. c. 44. *sub fin.* Profecto, si instetur, suo milite vinci Romam posse. *Tacit. Ann.* 3. c. 21. Ubi instaretur, cedens: ac rursum in terga remeans. ¶ Multa quæ efferuntur in præteritis, ad *insisto* commode reduci possunt, cum quo id tempus commune habet.

INSTRAGŬLUM, i, n. *a covering,* στρῶμα, stragulum. *Cato R. R.* c. 10. et 11. *extr.* Culcitas quatuor, instragula quatuor, pulvinos sex.

INSTRĀTUS, a, um, stratus, στρωτός. *Liv.* l. 34. c. 7. Et equus tuus speciosius instratus erit, quam uxor vestita? *caparisoned.* et *Virg. Æn.* 7. v. 277. instratos ostro alipedes. *Sueton. in Aug.* c. 73. Ne toro quidem cubuisse aiunt, nisi humili, et modice instrato. *covered, furnished.* *Gell.* l. 20. c. 1. *a med.* Arcera instrata vestimentis. *Lucret.* l. 5. v. 985. instrata cubilia fronde. *Virg.* 2. *Georg.* v. 230. instrato saxa cubili. *h. e.* cubili instrato saxis. hypallage. ¶ Absolute *instratum* est vestis stragula, στρῶμα. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 45. Instrato omne vestimentum contineri, quod injiciatur, Labeo ait. (*Torrentin.* habet *in stratum* divisim: quod verius videtur.) *Cato R. R.* c. 10. Sirpeas stercorarias tres, semuncias tres, instrata asinis tria. *panniers, dorsels.*

INSTRENŬE, adverb. non strenue. *Justin.* l. 17. c. 2. Lysimachus non instrenue moriens. *in a cowardly or dastardly manner.*

INSTRENŬUS, a, um, *unactive, spiritless, mean, weak,* ῥᾴθυμος, imbellis, timidus, piger, ad res gerendas minime promptus. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 23. Atque ubi illo immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia, immundus, instrenuus, &c. *Terent. Heaut.* 1. 1. 67. Tamen animi est pudentis signum, et non instrenui. *unmanly.*

INSTREPĬTO, as, avi, atum, n. 1. frequent. ab instrepo. *Venant. Fortun.* 3. carm. 9. vers. 26. Floribus instrepitans mella rapit.

INSTRĔPO, is, epui, epitum, n. 3. *to make a noise,* ἐμβομβέω, idem ac strepo, cum quadam tamen intensione soni ex vi præpositionis accedentis, ut sit gravem strepitum et sonum emittere. *Virg.* 3. *Georg.* v. 172. Post valido nitens sub pondere faginus axis Instrepat. *let the axle groan.* *Liv.* l. 4. c. 43. *ad fin.* Unde si quid instrepat terroris, &c. *Al. leg.* increpet. *Claudian. de consul. Mall. Theod.* v. 222. nec dentibus unquam Instrepis horrendum. *h. e.* infrendes. ¶ Cum accusativo more Græcorum. *Apul.* l. 2. *Metam.* Sic ille senior lamentabiles questus singultim instrepebat.

INSTRICTUS, a, um, idem quod strictus, aut valde strictus. *Apul.* l. 9. *Metam.* Feralibus amiculis instrictus atque obditus. [† *Val. Max.* 2. 9. 6. Instrictus æmulationis hamo. *Apul.* l. 9. *Metam.* Tutelæ nimietate instrictus atque inflammatus.] ¶ Item perstrictus. *Id.* l. 8. Dolore pellicatus uxor ejus instricta.

INSTRĪDENS, entis, idem quod stridens, vel in aliquo loco strigens. *Sil.* l. 14. v. 435. Fax nidore gravi fœdavit comminus auras Ambusto instridens pelago. *hissing in.*

INSTRINGO, is, inxi, ictum, a. 3. *to bind hard,* idem quod stringo; aut valde stringo. *Quintil.* declam. 5. c. 16. Jacet inter vincula, quibus instringat adhuc recentem pirata captivum. ¶ Tribuunt etiam *Catullo* carm. 7. *ad seips.* v. 11. sed valde dubia eo loco verba sunt.

INSTRUCTE, adverb. *with great preparation,* cum apparatu, aut ordine. *Liv.* l. 1. c. 35. Ludos opulentius instructiusque, quam priores reges, fecit. *in a more expensive and splendid manner.* *Apul. in Apolog.* Instructius accusare.

INSTRUCTĬLIS, le, adject. non structilis, ut Instructilis anima, *Tertull. de Anim.* c. 14.

INSTRUCTĬO, onis, f. *a building, furnishing,* κατασκευή, actus instruendi, ædificatio. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 35. Si instructio novi balinei oneratura vires Prusensium non est. *Vitruv.* l. 5. c. 9. *a med.* Tubulorum instructio in cloacas. *h. e.* immissio in parietibus cloacarum, et in ipsas cloacas inclinatio. ¶ Item præparatio, dispositio, ordinatio. *a disposing, setting in array or order.* *Cic. pro Cæcin.* c. 15. Sæpe clamore ipso militum, aut instructione aspectuque signorum magnas copias pulsas esse audivimus. ¶ Item institutio. *instruction.* *Arnob.* l. 5. pag. 167. Illam (*historiam*) quotidie perlegi, et futuri temporis pro instructione per ordinem succedentium tradi.

INSTRUCTOR, oris m. *one who prepares and sets out an entertainment,* κατασκευαστής, qui instruit et apparat. *Cic. post redit. in Sen.* c. 6. *ad fin.* Hi sunt conditores instructoresque convivii.

INSTRUCTŪRA, æ, f. *array, disposition,* instructio, et dispositio aciei. *Frontin.* l. 2. *strategem.* c. 3. *a med.* Quadrigæ exterritæ clamore turbaverunt Macedonum instructuram. [¶ Translate *Fronto ad M. Cæs.* l. 1. ep. 1. Ut in compositionis instructura æque mollitia sit delictum, quam in sententia impudenti.]

INSTRUCTUS, a, um, *set in order, put in array, arranged, marshalled,* ordinatus, dispositus, in re militari. *Liv.* l. 4. c. 18. Exercitus ita stetit instructus, ut dextrum cornu Veientes, sinistrum Falisci tenerent. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 48. Instructa acies. *drawn up in battle-array.* *Sallust. in Catil.* c. 62. Instructi ordines. *Virg.* 11. *Æn.* v. 449. Instructos acie descendere Teucros. ¶ Translate *Terent. Phorm.* 2. 2. 7. Cedo senem: jam instructa sunt mihi in corde consilia omnia. *Cic. de Legib.* l. 1. c. 13. *extr.* Res satis scite instructæ et compositæ. ¶ Item *furnished, provided, equipped, accoutred, well-appointed,* κατασκευασθείς, ornatus, paratus, munitus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 37. Domicilia ornata signis atque picturis, instructaque rebus iis omnibus, quibus abundant ii, qui beati putantur. *Id. Verr.* 4. c. 34. Domum exornatam et instructam iste reddiderat nudam et inanem. et *Verr.* 7. c. 51. Instructæ ornatæque naves. *Id. pro leg. Manil.* c. 8. Mithridatis copiæ omnibus rebus ornatæ atque instructæ. *Id. Phil.* 10. c. 4. Græcia copiis non solum instructa, sed etiam ornata. *Id.* 15. *Fam.* ep. 1. Nos quemadmodum instructos, et quibus præsidiis munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 762. convivia pulcro instructa paratu. *Cic.* 6. *Verr.* c. 27. Omnibus rebus instructum et paratum convivium. *Virg.* 12. *Æn.* v. 124. Haud secus instructi ferro, quam si aspera Martis Pugna vocet. *Ovid. Metam.* 11. v. 167. Fides instructa gemmis et dentibus Indis. *adorned, ornamented, inlaid.* ¶ De *instructo fundo* V. *Instrumentum.* ¶ Sæpe refertur ad animum. *Cic. in Orat.* c. 5. *sub fin.* Ad permovendos et convertendos animos instructi et parati. *prepared, ready.* *Id.* 2. *de Fin.* c. 17. *sub fin.* Instructus ad mortem contemnendam, ad exsilium, ad dolorem etiam. *Id.* 3. *de Orat.* c. 8. *extr.* Ut unus ad dicendum instructissimus a natura esse videatur. et lib. 1. c. 58. *a med.* Satis instructi in jure civili. *instructed, versed.* et cap. 16. *extr.* Omnibus ingenuis artibus instructus. *Ovid. Metam.* 15. v. 479. Talibus atque aliis instructo pectore dictis. *instructed.* *Justin.* l. 20. c. 4. Pythagoras instructus legibus Minois, et Lycurgi. *well-versed, skilled.* *Liv.* l. 34. c. 61. Aristonem instructum mandatis ab Annibale venisse. *with instructions: commissioned, deputed.* *Cic. de clar. Orat.* c. 43. *extr.* Nisi qui a philosophia, a jure civili, ab historia esset instructior. ¶ In malam partem. *Id. in Vatin.* c. 1. *sub fin.* Accusatores instructi et subornati. *Virg.* 2. *Æn.* v. 152. dolis instructus et arte Pelasga. *Terent. Heaut.* 3. 1. 41. Instructa pulcre ad perniciem. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 25. Vitiis instructior.

INSTRUCTUS, us, m. *apparatus, preparation, furniture, provision, equipage,* apparatus, copia, ornatus. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 6. Oratio, quocumque ingreditur, eodem est instructu ornatuque comitata.

INSTRUMENTUM, ti, n. *furniture, effects, goods, provision, household-stuff, moveables, utensils, implements, equipage, gear,* ἐργαλεῖον, τὰ σκεύη, copia et apparatus earum rerum, sine quibus tueri, aut exercere quippiam non licet, supellex. *Cic.* 6. *Verr.* c. 44. Hostium spolia, monumenta imperatorum, decora atque ornamenta fanorum posthac, his præclaris nominibus amissis, in instrumento ac supellectili C. Verris numerabuntur. *Id. pro Dom.* c. 24. In fundum vicini consulis non modo instrumentum aut ornamenta villæ, sed etiam arbores transferebantur. *Sueton. in Aug.* c. 71. Cum nihil sibi, præter unum murrhinum calicem, ex instrumento regio retinuerit. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 29. Omni militari instrumento, quod circum se habebat, erepto. *baggage, equipage.* *Cic.* 5. *Verr.* c. 21. Cum arationes magnas conductas haberet, easque magna impensa, magno instrumento tueretur. *Colum.* l. 4. c. 3. Liberos avare nutrire, nec disciplinis, aut ceteris corporis instrumentis excolere. *Cato R. R.* c. 1. Villa instrumenti magni ne siet. *be not burdened with an extensive apparatus.* Idem *ibid.* c. 10. et 11. et *Pallad. tit. ult.* l. 1. instrumentum rusticum enumerant: quod *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 17. ex quorumdam sententia in tria genera dividit, *vocale,* in quo sunt servi; *semivocale,* in quo sunt boves; *mutum,* in quo sunt plaustra: ex aliorum in duo, homines scilicet, et adminicula hominum. *Sueton. in Cæs.* c. 37. Primum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, diverso quemque apparatu et instrumento. *Plin.* l. 3. ep. 19. Instrumentum venatorium. *the furniture or apparatus for hunting.* *Martian. Dig.* lib. 33. tit. 2. leg. 17. piscatorium et balnearium. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 131. artis. *the tools or instruments of his trade.* Sic *Ovid.* 3. *Metam.* v. 697. crudelia jussæ Instrumenta necis, ferrumque, ignisque parantur. *Plin.* l. 7. c. 50. Ciborum instrumenta. *h. e.* omnia membra, per quæ cibus conficitur. ¶ Fabrilium instrumentorum figuras habes apud *Gruter.* pag. 644. n. 1. et 2. ¶ In Pandectis titulus est 7. lib. 33. qui *de instructo, vel instrumento legato* inscribitur: ubi *instructo* subintelligitur *fundo*: *instrumentum* itidem ad fundum pertinet. Porro hæc duo ita differunt, ut si *fundus cum instrumento* legatus sit, omnia instrumenta, quæ ad fundi culturam pertinent, legato contineantur: si vero *fundus instructus,* non tantum agri instrumentum, sed et proprium instrumentum suum dominus legasse videtur: quæ sunt verba *Ulpiani leg. ejus* tit. 12. *a med.* Quare *instructo legato* et supellex continebitur, quæ illic fuit usus ipsius domini gratia, et vestis non solum stragula, sed et qua uti solebat: mensæ quoque eboreæ, item vitrea, et aurum, et argentum, vina quoque, &c. ¶ Pro ornamento simpliciter, *Ovid.* 1. *Trist.* el. 1. v. 9. Felices ornent hæc instrumenta libellos. *ornaments, embellishments.* ¶ Pro vestitu et cultu, *Id. Metam.* 14. vers. 766. in juvenem rediit, et anilia demit Instrumenta sibi. *accoutrements, dress.* ¶ *Instrumenta litis* sunt ea, quibus causa instruitur, et probationibus firmatur, et speciatim tabulæ, chirographa, *documents, records, papers, charters, patents, processes, instruments.* *Quintil.* l. 12. c. 8. *a med.* Opus est intueri omne litis instrumentum: quod videre non est satis, perlegendum est. *all the papers or documents relating to a lawsuit.* *Modestin. Dig.* lib. 2. tit. 14. leg. 35. Instrumentum divisionis. *Paul.* lib. 24. tit. 3. leg. 49. et lib. 26. tit. 7. leg. 42. dotis. *Scævola* lib. 24. tit. 1. leg. 58. emptionis. ¶ Instrumentum imperii. *Sueton. in Vespas.* c. 8. *extr.* Undique investigatis exemplaribus, instrumentum imperii pulcherrimum ac vetustissimum confecit, quo continebantur, pæne ab exordio Urbis, Senatusconsulta, plebiscita de societate, et fœdere, ac privilegio cuicumque concessis. *the protocol, register, or body of records relating to the empire.* ¶ Translate *Cic.* 1. *de Orat.* c. 36. In Oratoris instrumento tam lautam supellectilem nunquam videram. et l. 2. c. 34. Hoc instrumentum causarum et generum universorum in forum deferre debemus. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 7. Nullum majus boni imperii instrumentum, quam bonos amicos. *prop, stay, support.* ¶ Itaque commode sic dicitur omne subsidium ac præsidium ad aliquid agendum, *means, assistance.* *Cic.* 1. *de Legib.* c. 22. *sub fin.* Quanta instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque sapientiam. *Id.* 2. *Catil.* c. 5. Industriæ subsidia, atque instrumenta virtutis in libidine audaciaque consumere. *natural advantages, means.* *Id. de clar. Orat.* c. *ult.* Eloquentiam locupletare graviorum artium instrumento. *Plin.* l. 13. c. 15. *extr.* Vitæ nitidioris instrumenta. *Quintil. l. et cap. ult. a med.* Quod instrumentum dicendi M. Tullio defuit? *what accomplishment requisite for an orator?* *Gell.* l. 18. c. 7. Utinam muti omnes homines essemus! minus improbitas instrumenti haberet. *Justin.* l. 1. c. 1. Cum proxima quæque victoria instrumentum sequentis esset.

INSTRŬO, is, uxi, uctum, a. 3. *to construct, build,* κατασκευάζω, in aliquo loco struo, ædifico, construo, exstruo. *Nep. in Themist.* c. 6. Postquam audierunt, muros instrui, legatos Athenas miserunt. *Plin.* l. 35. c. 14. Parietes inferiuntur verius, quam instruuntur. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 22. Instruere aggerem. *Curt.* l. 9. c. 10. tuguria conchis, et ceteris purgamentis maris. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 9. Ubi turris altitudo perducta est ad contabulationem, eam (*contabulationem*) in parietes instruxerunt ita, ut capita tignorum extrema parte structura tegerentur. *h. e.* struendo immiserunt. *let in.* Sic *Vitruv.* l. 5. c. 9. *a med.* Instruere tubulos in parietibus. ¶ Item dispono, ordino, *to set in order, dispose, arrange,* præsertim in re militari. *Plaut. Amph.* 1. 1. 66 Nos nostras more nostro et modo instruximus legiones: item hostes contra suas instruunt. *draw up, marshal, array.* *Cic. pro Mur.* c. 9. et *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 22. Copias in collem subducit, aciem instruit. *draws up in battle-array.* *Sallust. in fragm.* apud *Arusian. Mess.* An-

tequam Sertorius instrueret pugnæ suos. *Cic.* 2. *Catil.* c. 11. Instruite nunc contra has Catilinæ copias vestra præsidia, vestros exercitus. ¶ Item compono, construo. *Cic. de clar. Orat.* c. 59. *extr.* Cum tardus in cogitando, tum in instruendo dissipatus fuit. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* His diebus commode instruuntur horti. ¶ Item colloco, struo, paro, molior. *Cic. pro Cluent.* c. 66. *extr.* Instruere insidias in loco aliquo. *to lay snares. Liv.* l. 23. c. 35. Instruendæ fraudi aliquanto intentior. *Id.* l. 6. c. 23. Locum insidiis instruere. *h. e.* parare. Al. aliter leg. ¶ Item apparo, adorno; de rebus necessariis prospicio. *to prepare, furnish, provide, equip, fit out, accoutre. Cic.* 6. *Verr.* c. 5. Instruere domum. et cap. 27. et parare convivium omnibus rebus. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 571. mensas epulis. *Justin.* l. 6. c. 3. classem. *Liv.* l. 6. c. 5. agrum. *h. e.* cultoribus, et instrumento rustico ornare. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 318. *de Omphale.* Cultibus Alciden instruit illa suis. *clothes, dresses. Colum.* l. 4. c. 3. navigia armamentis ministrisque. *Virg.* 8. *Æn.* v. 80. socios armis. *Justin.* l. 6. c. 6. *extr.* frumento et stipendio victorem. *Sueton. in Vespas.* c. 14. Filiam splendidissime maritavit, dotavit etiam et instruxit. *provided with every requisite.* Singularis est loquendi ratio in illo *Plauti Mil.* 4. 1. 34. Instruere mulieri aurum atque ornamenta. Adde 4. 3. 7. ¶ *Instruere accusationem, litem,* &c. est tabulis, testibus, ceterisque ad agendum necessariis adornare ac munire. *to prepare, furnish the proper evidence or documents for. Cic. pro Cluent.* c. 6. Hoc ipsum judicium, hoc periculum, illa accusatio, omnis testium copia, a matre initio est adornata, a matre hoc tempore instruitur. ¶ Instruere se, *to be provided, prepare himself, get ready. Cic.* 6. *Verr.* c. 26. *extr.* Ne cui forte nimium negligens fuisse videatur, neque se satis, cum potestatem habuerit, instruxisse et ornasse. et cap. 19. Ad judicium nondum se satis instruxerat. et lib. 5. *Attic.* ep. 6. Instruar etiam consiliis idoneis ad hoc negotium. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 544. seque armat et instruit ira. ¶ Sæpe significat docere, erudire, *to instruct, teach. Cic. pro Cœl.* c. 30. Disciplinæ et artes, quibus instruimur ad hunc usum forensem, ad capessendam rempubl., ad honorem, gloriam, dignitatem. *Quintil.* l. 4. c. 2. *ante med.* Protinus judex notitia rerum instruendus videtur. *Petron. in Satyr.* c. 140. Salubribus præceptis juvenes instruere. *Plin.* lib. 10. ep. 97. Ignorantiam alicujus instruere. *Quintil. sub fin. proœm.* lib. 1. Aliquem scientia alicujus rei instruere. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 590. deique Ritibus instruitur. [¶ Particip. *instruens* apud *Catull.* carm. 21. v. 7. Instruens insidias.]

INSTUDIŌSUS, a, um, adject. ἀφιλόπονος, non studiosus. *Apul. in Apolog.* Medicinæ neque instudiosus, neque imperitus.

INSTŬPENS, entis, idem ac stupens, aut valde stupens, stupidus, exspers sensus. *Plin.* l. 28. c. 4. *ante med.* Torporem sedari, quocumque membro instupente, si quis in sinum exspuat. *torpid, void of feeling, benumbed.*

INSUĀSUM appellabant colorem similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio. *a smoky yellow colour. Festus.* V. *Suasum. Plaut. Trucul.* 2. 2. 16. Quia tibi insuaso infecisti, propudiosa, pallulam.

INSUĀVIS, e, *unpleasant, disagreeable, offensive,* non suavis, injucundus, tristis, asper, ἀηδής. *Colum.* l. 12. c. 51. *extr.* Oleum non insuavis odoris. *Vitruv.* l. 8. c. 1. Aqua limosa et insuavis. *Plin.* l. 24. c. 16. *ad fin.* Herba cibo non insuavis. *Cic. in Orat.* c. 47. Ipsum meridiem cur non medidiem? credo, quod erat insuavius. et cap. 49. Versus insuavissima littera finitus. *h. e.* littera A. [*Non littera A sed R.* Vide *A* in *Appendice.*] *Id. Attic.* l. 10. ep. 4. Ipsius videmus vitam insuavem reddidisse. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 84. paulum deliquit amicus, Quod nisi concedas, habeare insuavis. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 12. Quid insuavius, quam clamor in exordio causæ? *Gell.* l. 18. c. 11. Voces dictu profatuque ipso tetræ, aut insuaves.

INSUAVĪTAS, atis, f. *unpleasantness, disagreeableness,* acerbitas, molestia. *Tertull. de Pœnit.* c. 10. Per insuavitatem medentur. *Gell.* l. 1. c. 21. Insolentia et insuavitas dictionis.

INSŬBER, is, ad Insubriam pertinens. Sed vox ipsa *Insubria* Latino adhuc auctore caret. *Cic. in fragm. in Pison.* apud *Ascon.* Insuber quidam fuit, idem mercator, et præco, &c. *Liv.* l. 22. c. 6. Insuber eques. ¶ *Insubres* populi sunt Galliæ transpadanæ, quorum urbes Mediolanum, Comum, Cremona, Laus Pompeia, Novaria, &c. ubi nunc *the Dutchy of Milan.* V. Geographos. *Liv.* l. 30. c. 18. In agro Insubrium Gallorum. et lib. 21. c. 25. Boii, sollicitatis Insubribus, defecerunt. *Plin.* l. 3. c. 17. Insubres Mediolanum condidere. ¶ *Insubris* pro *Insuber* quidam leg. apud *Spartian. in Juliano,* c. 1. ¶ In genitivo plur. habet *brum,* et *brium. Plin.* l. 10. c. 29. Immensa finitimo Insubrium tractu examina gracculorum. *Id.* l. 3. c. 17. *sub fin.* Interiere ut Caturiges, Insubrum exsules. In MSS. *Livii* l. 30. c. 18. et lib. 32. c. 30. modo una, modo altera positio habetur.

INSUBĪDE, adverb. *inconsiderately, rashly, foolishly,* præcipitanter, priusquam subeat, aut veniat in mentem, quid faciamus, aut quid dicamus. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 14. Ipsam vero videndi naturam non insubide introspexit Epicurus. *Gell.* l. 1. c. 2. Multa atque immodica de philosophiæ doctrinis intempestive atque insubide disserebat. Al. *insolite.* ¶ Alii exponunt invenuste, rustice. V. *Insubidus.*

INSUBĬDUS, a, um, improvidus, inconsideratus, cui non subit, quid agendum sit: vel a *subidus,* ut præpositio *in* augeat vim significationis. *inconsiderate, silly, foolish.* Alii exponunt, invenustus, rusticus, truculentus, durus. *Gell.* l. 19. c. 9. Sed ne nos, idest nomen Latinum, tamquam profecto vastos quosdam et insubidos ἀφροδισίας condemnetis. et lib. 6. c. 1. Nihil est prorsus istis imperitius, nihil insubidius, qui opinantur, bona esse potuisse, si non essent ibidem mala. et lib. 13. c. 20. Relato Virgilii versiculo *Urbis ne inviser Cæsar,* &c. subdit: Verte, et muta, ut *urbes* dicas, insubidius nescio quid facies, et pinguius. In duobus his posterioribus locis sunt qui legant *insipidius. Lamprid. in Commodo,* c. 17. Fuit vultu insubido, ut ebriosi solent.

INSUBJECTUS, a, um, non subjectus, nulli subditus. *Prudent. in Hamartig.* v. 701. Insubjecte, potens, rerum arbiter. Al. leg. *In subjecta potens.*

INSUBTĪLIS, le, *coarse, gross, not subtile,* non subtilis, crassus. Translate *Papinian. Dig.* lib. 30. leg. 11. Julianus non insubtili ratione motus.

INSUBTILĪTER, *coarsely, without subtilty,* insubtili ratione. *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 14. leg. 7. *ante med.* Quod non insubtiliter dici potest. Adde lib. 28. tit. 5. leg. 1. *ad fin.*

INSUCCĀTUS, a, um, *moistened, soaked,* succo imbutus. *Colum.* l. 9. c. 13. Uvæ passæ austero vino insuccatæ. *Id.* l. 7. c. 5. *a med.* Lanæ oleo atque vino insuccatæ.

INSUCCO, as, avi, atum, a. 1. *to moisten, soak, steep,* ἐμβάπτω, succo imbuo, tingo, immergo. *Colum.* l. 7. c. 4. Lana vino et oleo insuccanda.

INSŪDO, as, avi, atum, n. 1. *to sweat, break out into a sweat,* ἐνιδρόω, idem quod sudo, aut valde sudo, vel in aliqua re sudo. *Cels.* l. et cap. 2. Si corpus dormientis circa partes aliquas, contra consuetudinem, insudat. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 71. Nulla taberna meos habeat neque pila libellos, Queis manus insudet vulgi. *on which the hands of the vulgar may sweat; which may be spoiled by the sweaty hands of the vulgar.* [† V. *Assudo.*]

INSUĒFACTUS, a, um, nom. particip. *habituated, accustomed, inured. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 24. Paululum in aquam progressi equos insuefactos incitarent.

INSUĒSCO, is, evi, etum, *to be accustomed, be in the habit of,* ἐθίζομαι, assuefio. *Terent. Adelph.* 1. 1. 30. Nam qui mentiri, aut fallere insuevit patrem, &c. *Tacit. Ann.* 11. c. 29. Duas pellices, quarum corpori insueverat. ¶ Habet etiam accusativum et significat. activam. *to accustom to. Horat.* l. 1. sat. 4. v. 105. Insuevit pater optimus hoc me, ut fugerem, &c. *Colum.* l. 6. c. 4. *sub fin.* Maxime tamen habetur salutaris amurca, si tantundem aquæ misceas, et ea pecus insuescas. Et passive. *Id.* l. 11. c. 3. Ubi cœperunt aliquod incrementum habere, sic insuesci debent, ut, &c.

INSUĒTE, adverb. præter consuetudinem. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 5. c. 3. Insuete immorari. *Augustin.* ep. 3. Insuetius perscrutari.

INSUETŪDO, inis, f. *a being unaccustomed to,* ut Insuetudo cibi, h. e. cui quis non est assuetus. *Spartian. in Severo,* c. 16. Fluente quoque per insuetudinem cibi alvo militum.

INSUĒTUS, a, um, *unaccustomed,* ἀηθής, qui rei alicui non assuevit. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 21. Tam acer in ferro, et tam insuetus contumeliæ. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 30. *extr.* Homines insueti laboris. et lib. 5. c. 6. Insuetus navigandi. et lib. 3. *B. Civ.* c. 49. Insueti operum. *Nep. in Dion.* c. 7. Insuetus male audiendi. *Liv.* l. 28. c. 18. Syphax barbarus insuetusque moribus Romanis. *Id.* l. 4. c. 31. Mœsta civitas vinci insueta. *Id.* l. 31. c. 18. Insuetus vera audire. *Virg.* 10. *Æn.* v. 364. Arcadas insuetos acies inferre pedestres. *Liv.* l. 31. c. 35. Eques insuetus ad stabilem pugnam. et lib. 41. c. 21. *ad fin.* Insueti ad tale spectaculum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 78. Corpora insueta ad onera portanda. ¶ Item imperitus. *Auct. ad Herenn.* l. 4. cap. 4. Videte, ne insueti rerum majorum videamini. *unacquainted with.* ¶ Dicitur et de rebus ipsis, quibus non assuevimus, et insolitum significat. *unusual, unwonted, infrequent. Virg.* 5. *Ecl.* v. 56. insuetum miratur limen olympi. *et Ecl.* 1. v. 50. Insueta pabula. *Id. Æn.* 6. v. 16. Insuetum iter. *Liv.* l. 3. c. 52. Insueta solitudo. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 4. v. 49. reformidant insuetum lumina solem. *Sueton. in Domit.* c. 2. Poeticæ studium tam insuetum antea sibi. ¶ *Insueta* neutrum plurale, adverbii more. *Virg.* 8. *Æn.* v. 248. *de Caco.* Inclusumque cavo saxo, atque insueta rudentem. ¶ Idem est ac suetus, *accustomed,* ab insuesco. *Liv.* l. 24. c. 48. Ita majores suos bella gessisse, ita se a pueris insuetos.

INSUFFICĬENS, entis, *insufficient,* qui non est satis idoneus ad aliquid faciendum. *Tertull. advers. Hermog.* c. 15. Nisi si insufficiens fuit divina virtus omnibus producendis.

INSUFFICIENTĬA, æ, f. *insufficiency. Tertull.* l. 1. *ad Uxor.* c. 4. Concupiscentia causas habet gloriam, cupiditatem, ambitionem, insufficientiam.

[* INSUFFLATĬO, onis, f. actus insufflandi. *Cœl. Aurel. Tard.* lib. 1. c. 4. Aceti insufflatio naribus. *Hieronym.* epist. 61. Deus per gratiam propriæ insufflationis ei (homini) animam tribuit.]

INSUFFLO, as, a. 1. intro sufflo, inflo. Est *Prudentii* περὶ στεφ. 14. v. 920. et *Vegetii de re Veterin.* l. 2. c. 21.

INSŬLA, æ, f. *an island, isle,* νῆσος, terra in medio mari, undique aquis cincta: quasi *in salo,* ut *Festo* placet. Alii alias origines comminiscuntur. *Cic.* 15. *Fam.* ep. 16. Si insulam Britanniam cœpero cogitare. *Id. pro leg. Manil.* c. 11. *extrem.* Quam multas existimatis insulas esse desertas? *Virg. Æn.* 3. v. 210. Strophades Graio stant nomine dictæ Insulæ Ionio in magno. et vers. 386. Ææque insula Circes. ¶ Item terra seu locus flumine, aut lacu clausus. *Cic. pro Mil.* c. 27. Ut insulam in lacu Pretio venderet. *Liv.* l. 2. c. 5. Insulam inde paulatim, et aliis, quæ temere fert flumen, eodem invectis factam. ¶ De pœna relegationis in insulam V. *Deporto.* ¶ A similitudine *insulæ* dicuntur domus urbanæ, quæ non junguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico, aut privato cinguntur, ut *Festus* docet. *an insulated house, house not joined to the neighbouring houses by a common wall. Donat. ad Terent. Adelph.* 4. 2. 39. Domos vel portus, vel insulas Veteres dixerunt. *Cic.* 3. *Offic.* c. 16. Claudius proscripsit insulam, vendidit. ¶ Hujusmodi insulæ plura sæpe cœnacula, et cubicula habebant, quæ pluribus familiis locabantur, et fere pauperiorum. Anglice dicimus *a lodging-house.* Quare *insula* in Glossis dicitur συνοικία, *h. e.* plurium simul habitatio. *Senec.* l. 3. *de Ira,* c. 35. *extr.* Parietes insularum exesi, ruinosi, inæquales. et lib. 6. *de benef.* c. 15. *sub fin.* Agentem ex imo rimas insulam incredibili arte suspendere. *Martial.* l. 4. epigr. 37. Ex insulis fundisque tricies soldum, Ex pecore redeunt ter ducena Parmensi. *Sueton. in Cæs.* c. 41. Recensum populi nec more, nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit. ¶ Hinc licet aliud discrimen colligere inter domum, et insulam, ut illa sit, in qua una familia habitat, quod fere ditiores faciunt (sive aliis ædibus juncta sit, sive insulæ modo separata); hæc, in qua plures: sive itidem aliis ædificiis cohæreat, sive ab aliis disjungatur. *Tacit. Ann.* 6. c. 45. Exsolutis domuum, et insularum pretiis. *Sueton. in Ner.* c. 16. Formam ædificiorum urbis novam excogitavit: et ut ante insulas, ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur. et cap. 38. Tunc præter immensum numerum insularum, domus priscorum ducum arserunt, hostilibus adhuc spoliis adornatæ. et cap. 44. Inquilini privatarum ædium, atque insularum. ¶ Promiscue adhiberi hæc duo videntur a *Capitolin. in Anton. Pio,* c. 9. Incendium, quod trecentas quadraginta insulas, vel domos absumpsit. ¶ *Muratorius* pag. 2125. *suar. Inscription.* cum animadvertisset numerum insularum in descriptione Urbis Romæ esse 46602: domuum vero 1790, dubitare se scripsit, an eorum opinio præferenda sit, qui *insulas* fuisse putant ædes privatas, plerasque conductitias, parietibus tantum a vicinis divisas, quas nos dicimus *rented houses:* domos autem, quas nunc appellamus *palaces, seats.* Fortasse hæc ita componuntur, ut *Festus* recte et proprie *insulas* definierit, ut posuimus: qui vero Urbem postea descripserunt *insularum* nomine improprie, et per synecdochen partes ipsarum appellaverint, quæ a singulis familiis incolebantur: unde in tantum earum numerus excreverit.

INSULĀNUS, i, *an islander,* insulæ incola, νησιώτης. *Pacat. in Paneg. Theodos.* c. 23. Cum pauci homines, et insulani totius incendium continentis adolerent.

INSULĀRIS, re, *relating to an island, insular, insulary,* νησιωτικός, ad insulam pertinens. *Auct. Priap.* carm. 32. Ductor ferreus insularis. *h. e.* qui in insula ad metalla damnatus, ferrum ducit. *Scalig. Ammian.* l. 15. c. 11. (*al.* 27.) Matrona, et Sequana, post circum clausum ambitu insulari Parisiorum castellum, consociatim meantes. et cap. 7. (*al.* 17.) Insulari pœna multavit. *h. e.* deportatione in insulam. V. *Deporto.* ¶ *Insulares* apud *Justin.* l. 32. c. 2. sunt insularii, seu custodes templi, (nam et templa *insulæ* dicta sunt, quia sejuncta ab ædibus privatorum) vel etiam inquilini, qui in conductis ædibus templo adhærentibus habitant.

INSULARĬUS, ii, m. *a housekeeper, steward,* servus, qui insulas, h. e. ædes custodit, et pensiones locationum exigit. *Pompon. Dig.* lib. 7. tit. 8. leg. 16. Dominus proprietatis, etiam invito usufructuario, vel usuario, fundum vel ædes per saltuarium, vel insularium custodire poterit. *et lib. ult. tit. pænult.* leg. 166. Insularius urbanorum servorum numero est. *Impp. Sever. et Antonin.* apud *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 15. *leg. ult.* Insularios, et eos, qui negligenter ignes apud se habuerunt, potes fustibus et flagellis cædi jubere. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 624. n. 10. M. Antonius Felix insularius. *In Glossis:* Ἐνοικολόγος, (h. e. exactor pretii pro habitatione) insularius. ¶ Item inquilinus, qui in conducta insula, seu æde habitat. *Petron. in Satyr.* c. 95. Interim coctores, insulariique mul-

cant exclusum. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 943. n. 11. Cerdo insularius.

INSULĀTUS, a, um, *made an island of, insulated,* in insulam redactus. *Apul. de Mundo.* Audivimus, terras, quæ prius fuerint continentes, hospitibus atque advenis fluctibus insulatas. *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei,* c. 2. eadem verba habet.

INSULENSIS, se, insularis. *Solin.* c. 54. (*al.* 67.) Ab insulense, ut consequens est, ad continentem.

INSULŌSUS, a, um, *full of islands,* insulis abundans. *Ammian.* l. 23. c. 6. (*al.* 18.) Mare Persicum ex omni latere insulosum, et celebre.

INSULSE, *insipidly, foolishly, sillily,* ἀνοήτως, inepte, frigide, inaniter. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 4. Nescio quid ab eo litterularum, uti me sibi restituerem: sane insulse, ut solet: nisi forte, quæ non ames, omnia videntur insulse fieri. et lib. 5. ep. 10. Ita multa vel iracunde, vel insolenter, vel in omni genere stultitiæ insulse, arroganter et dicuntur, et tacentur quotidie. *Gell.* l. 16. c. 12. Sive hoc ipse Claudius, sive nescio qui alius nebulo effutivit, nihil potest dici insulsius. et lib. 12. c. 2. Postea hoc etiam addidit insulsissime.

INSULSĬTAS, atis, f. *folly, want of sense or taste, sottishness, insipidness,* ineptia, stultitia, ἐπαξιστερότης, ἀπειροκαλία. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 29. In villa, cujus insulsitatem bene noram, video nihil, aut pauca mutata. *dulness, flatness.* et *pro Rabir. Post.* c. 13. Jam nostis insulsitatem Græcorum. *Id. de clar. Orat.* c. 82. Insulsitatem et insolentiam tanquam insaniam quandam orationis odit: sanitatem autem et integritatem, quasi religionem et verecundiam oratoris probat.

INSULSUS, a, um, *insipid, tasteless, flat, stale, unsavoury,* ἄναλος, non salsus, non salitus, insipidus, fatuus. *Colum.* l. 2. c. 9. *a med.* Amurca insulsa perfundunt sulcos. *Hieron.* ep. 22. *ad Eustoch. de custod. virgin. c. ult.* Si cibus insulsior fuerit, contristamur. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 31. *extr.* O gulam insulsam! *h. e.* quæ insulsa appetit. ¶ Translate est ineptus, frigidus, insuavis, absurdus. *silly, foolish, flat, dull, stupid, insipid, heavy, sottish, frigid, insulse.* *Cic.* 2. *de Orat.* c. 64. Est etiam in verbo positum non insulsum genus (*ridiculi*) ex eo, cum ad verbum, non ad sententiam rem accipere videare. *Id. Fam.* 9. ep. 16. *ante med.* Incidunt in sermone vario multa, quæ fortasse illis, cum dixi, nec illitterata, nec insulsa esse videantur. *Id. pro Cœl.* c. 29. Adolescens non tam insulsus, quam non verecundus. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 8. Mihi videris Epicharmi, acuti, nec insulsi hominis, ut Siculi sententiam sequi. *Planc. ad Cic.* 10. *Fam.* ep. 24. *ad fin.* Insulsa efflagitatio. *Terent. Eun.* 5. 4. 9. Fatuus, insulsus, tardus. *Catull.* carm. 17. *ad Colon.* v. 12. Insulsissimus est homo, nec sapit pueri instar bimuli. *Prudent.* l. 1. *in Symmach.* v. 213. insulsus usus. *h. e.* stulta consuetudo, ineptus mos.

INSULTABUNDUS, a, um, *capering,* valde insultans. *Augustin.* ep. 86. *ad Casulan.* In temulenta convivia, et nequissimas ebrietates insultabundus invehitur.

INSULTATĬO, onis, f. *a leaping, bounding,* actus insultandi. *Solin.* c. 52. (*al.* 65.) *ante med.* Adeo proceri, ut elephantos velut equos, facillima insultatione transiliant. ¶ Translate est insolens jactatio in re, de qua nihil amplius dubitamus. *an insulting over an adversary in the end of a speech.* *Quintil.* l. 8. c. 5. *ante med.* Et addita in clausula est, epiphonematis modo, non tam probatio, quam extrema quasi insultatio. ¶ Item irrisio alienæ calamitatis cum superbia, et contemptu. *Flor.* l. 4. c. *ult. circa med.* Nihil insultatione Barbarorum intolerantius.

INSULTATORĬE, adverb. *insultingly, tauntingly,* insultando. *Sidon.* l. 1. ep. 7. Libere queror, non insultatorie.

INSULTATORĬUS, a, um, adject. ad insultandum, et irridendum inserviens, ut Insultatorium verbum, apud *Tertull. advers. Marcion.* l. 5. c. 10. *extr.*

INSULTO, as, avi, atum, n. 1. *to leap or spring upon,* ἐπιπηδάω, in aliquam rem insilio, irruo. *Virg.* 3. *Georg.* v. 116. atque equitem docuere sub armis Insultare solo, et gressus glomerare superbos. *to paw, or prance.* *Id.* 7. *Æn.* v. 580. Attonitæ Baccho nemora avia matres Insultant thiasis. *h. e.* saltant per nemora. *rush bounding through.* *Enn.* apud *Charis.* l. 2. *sub fin.* Juvenum cœtus Bacchico insultans modo. *Virg.* 4. *Georg.* v. 10. neque oves, hædique petulci Floribus insultent. *leap or frisk upon; trample upon.* et *Horat.* lib. et od. 3. v. 40. Dum Priami Paridisque busto Insultet armentum. *Terent. Eun.* 2. 2. 54. Næ tu istas (*fores*) faxo, calcibus sæpe insultabis frustra. *shall kick or beat against.* ¶ Translate est, ex confidentia, aut superbia, et contemptu quippiam calcare, et tanquam victum premere. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 133. quæque diu steterant in montibus altis, Fluctibus ignotis insultavere carinæ. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 8. Batavi, dum insultant aquis, artemque nandi ostentant, turbati, et quidam hausti sunt. ¶ Item irridere, dictis aggredi, alienæ calamitati illudere, in alienum dolorem gaudere, insolenter se gerere, ludibrio habere. *to insult over, deride, taunt, scoff.* *Ovid. sub fin.* l. 2. *Trist.* Insultare jacenti. et lib. 5. el. 8. v. 4. casibus alicujus. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 18. malis, rebusque ægrescere lætis. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 39. in alicujus miserias. *Cic.* 7. *Verr.* c. 50. alicui in calamitate. *Id. pro Mil.* c. 32. in rempublicam. *Propert.* l. 3. el. 4. v. 24. Si placet, insultet, Lygdame, morte mea. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 59. *extr.* patientiam et segnitiam cujuspiam. *Sallust. in fragm.* apud *Donat. ad Terent. loc. cit.* et *Serv. ad Æn.* 9. v. 643. Multos ab adolescentia bonos insultaverat. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 262. Insultat miserum te quoque, Muti. [¶ Particip. *insultaturus* apud *Suet. in Cæs.* c. 22. Jactavit se proinde ex eo insultaturum omnium capitibus.]

INSULTŪRA, æ, f. *a leaping in or upon,* actus insiliendi. *Plaut. Mil.* 2. 3. 8. Ne hodie maximum in malum cruciatum insiliamus. *Pa.* Tu sali solus; nam ego istam insulturam et desulturam nihil moror.

INSUM, ines, inest, infui, anom. *to be in,* ἔνειμι, in aliqua re aut loco sum: ab *in,* et *sum.* *Lucret.* l. 3. v. 1094. Præterea versamur ibidem, atque insumus usque. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 403. Jamque inerat populo, mediæque incognitus urbi. *Cic. Fam.* 5. ep. 15. *a med.* Manere in vita, in qua nihil insit, nisi propagatio miserrimi temporis. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 42. Superstitio, in qua inest timor inanis deorum. et cap. 43. Imagines divinitate præditas inesse universitati rerum. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 658. nec digitis annulus ullus inest. *is upon.* *Id.* 1. *Amor.* el. 14. v. 32. Comæ insunt capiti. *Plaut. Rud.* 5. 3. 3. Omnia ut infuere, ita salva sistentur tibi. *Id. Amph. prol.* v. 144. Meo patri torulus inerit aureus sub petaso. *Id. Rud.* 5. 2. 26. Nummi octingenti aurei in marsupio infuerunt. *Plin.* l. 10. c. 36. Columbis inest quidam gloriæ intellectus. *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 130. Tarda solet magnis rebus inesse fides. *Sallust. in orat. Cottæ ad pop. in fi.* Multa cura summo imperio inest.

INSŪMO, is, mpsi, mptum, a. 3. *to spend, consume, lay out, expend, bestow,* ἀναλίσκω, consumo, impendo. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 17. Sic in provincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruntius insumatur in quemquam. *Id.* 2. *de Invent.* c. 38. Quid sumptus in eam rem, aut laboris insumpserit. *Gell.* l. 2. c. 24. *a med.* Sestertios tricenos in cœnam insumere. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 53. Paucos dies insumpsit reficiendæ classi. ¶ Translate est ponere, adhibere. *Liv.* l. 10. c. 18. *extr.* Frustra operam insumere. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 44. Insumere operam libellis accusatorum. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 29. Nec in evolvenda antiquitate satis operæ insumitur. et cap. 9. Insumere vitam versibus. *Plin.* l. 9. c. 46. *extr.* Omnis cura ad speculandum hoc malum insumitur. ¶ Aliquando est sumere, assumere, *to take, take up, assume.* *Stat.* 12. *Theb.* v. 643. dignas insumite mentes Cœptibus. et lib. 2. c. 38. medium cava nubila montis Insumpsere latus. *h. e.* sibi veluti sumpsere ad insidendum, immorandumque. *Tacit. Ann.* 14. c. 44. Creditisne servum interficiendi domini animum insumpsisse?

INSUMPTĬO, onis, f. *cost, expense,* actus insumendi, impensa. *Impp. Valentinian. et Valens* lib. 6. *Cod. Theodos.* tit. 24. leg. 3. Ita etiam sportularum diversa esse debebit insumptio.

INSŬO, is, ui, utum, a. 3. *to sew into, sew or stitch up,* ἐνράπτω, in aliqua re suo, suendo includo, consuo, adsuo. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *sub fin.* Cingulum cum clavulis capitatis, quæ intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. *Colum.* l. 3. c. 15. Linea insuitur purpura, vel alio conspicuo colore. *Plin.* l. 29. c. 5. Alii vermem adalligavere, aut intus caudæ pilos insuere vulneri. *Senec.* l. 1. *de clem.* c. 23. Insuere aliquem culeo. *Cic.* l. 1. *ad Q. Fr.* ep. 2. c. 2. Quoniam Smyrnæ duos Mysios insuisses in culeum. ¶ *Insuere* dicuntur, qui acu, et Phrygio opere vestes ornant. *Tertull. de habitu mulier.* c. 1. Si Milesii oves tonderent, et Seres arbores nerent, et Tyrii tingerent, et Phryges insuerent, et Babylonii intexerent. *Ovid.* l. 3. *de ar. am.* v. 131. Insutum vestibus aurum. *gold-embroidered garments.* ¶ Translate *Liv.* l. 40. c. 51. Censores opera ex pecunia attributa hæc confecerunt: Lepidus molem ad Tarracinam: ingratum opus, quod prædia habebat ibi, privatamque publicæ rei impensam insuerat. *h. e.* implicaverat, conjunxerat. *had tacked his own private expense to that of the public; had charged to the account of the public what should have been done at his own private expense.* Sunt, qui aliter leg.

INSŬPER, *upon, above,* ὑπὲρ, super, supra. *Liv.* l. 22. c. 2. *a med.* Cumulatis in aquas sarcinis, insuper incumbebant. *Virg.* 3. *Æn.* v. 579. ingentemque insuper Ætnam Impositam. *Sallust. in Catil.* c. 58. Eum muniunt undique parietes, atque insuper camera, &c. *Lucret.* l. 6. v. 190. Aut ubi per magnos montes cumulata videbis Insuper esse aliis alia. ¶ Cum accusativo *Cato R. R.* c. 18. Insuper arbores, stipitesque trabem planam imponito. *Vitruv.* l. 5. c. 12. Insuper eam exæquationem pila struatur. Adde lib. 10. c. 20. ¶ Et cum ablativo *Id.* l. 5. c. 1. *sub fin.* Supra eas trabes everganeæ sunt collocatæ: quibus insuper transtra cum capreolis collocata sustinent culmen, &c. et lib. 10. c. 21. Erigebantur arrectaria duo, conjuncta capitibus transversario tigno, quo insuper collocata erat materies, &c. ¶ Pro desuper *Lucan.* l. 3. v. 610. Ausus Romanæ Graia de puppe carinæ Injectare manum: sed eam gravis insuper ictus Amputat. ¶ Est etiam *besides, over and above, moreover,* προσέτι, ad hoc, præterea. *Plaut. Amph.* 3. 2. 8. Ego illum aut deseram, aut satisfaciat mihi, atque adjuret insuper, nolle esse dicta, quæ, &c. *Id. Merc.* 4. 2. 1. Parum ne est, quod amat, ni sumptuosus insuper etiam siet? *Terent. Adelph.* 2. 2. 38. Etiam insuper defraudat? *is he for cheating me into the bargain?* *Liv.* l. 3. c. 67. Si id parum est, insuper pœnas expetite. *Virg.* 2. *Æn.* v. 593. roseoque hæc insuper addidit ore. *Id.* 9. *Æn.* v. 273. Corpora, captivosque dabit, suaque omnibus arma: Insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus. *Al. leg.* insuper id. *Liv.* l. 23. c. 7. Hæc pacta: illa insuper, quam quæ pacta erant, facinora Campani ediderunt. *h. e.* ultra quam. *Al. leg.* Alia insuper, quam, &c. ¶ *Insuper habere* est negligere, tanquam rem supervacaneam, et non necessariam, nihili facere, posthabere, non curare, contemnere, *to neglect, look upon slightly, overlook, slight.* *Gell.* l. 1. c. 19. Tarquinius eam constantiam confidentiamque non insuper habendam intelligit. et lib. 4. c. 1. *ad fin.* Hæc ego, cum philosophiæ me dedissem, non insuper tamen habui discere. *Apul.* l. 1. *Metam.* Hic est, qui meis amoribus insuper habitis, non solum me diffamat probris, verum, &c. Adde *Papinian. Dig.* lib. 11. tit. 7. leg. 43. ¶ *Insuper* pro *de,* V. in *Cachinno.* ¶ Quidam malunt divisim scribere *in super,* ut *ab usque, in ante, in coram:* afferuntque illud *Plauti Merc.* 1. 2. 82. Neque quisquam hominem conspicatus est, donec in navi super. Contendunt alii, junctim scribendam esse: quibus ego libentius accessero. Neque enim quidquam *Plauti* locus conficere videtur.

INSUPERABĬLIS, le, *not to be overcome, invincible, unconquerable, insuperable,* ἀδάμαστος, qui superari et vinci non potest. *Virg.* 4. *Æn.* v. 40. genus insuperabile bello. *Cornel. Sever. in Ætna,* v. 535. nil insuperabile ab igni. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 807. Insuperabile fatum. *inevitable, unerring.* *Plin.* l. 2. ep. 2. Insuperabilis valetudo. *incurable, irremediable.* *Liv.* l. 21. c. 23. Insuperabilis Alpium transitus. *impassable, inaccessible.* et cap. 36. Via insuperabilis.

INSUPERABILĬTER, *insuperably.* *Augustin. de Civ. Dei,* l. 5. c. 8. Dei potestas insuperabiliter per cuncta porrigitur.

INSUPĔRANS. V. *Induperans.*

INSUPERĀTUS, a, um, *unconquered,* invictus. *Eleg.* 1. v. 34. *ex iis, quæ Corn. Galli nomine circumferuntur.* Spernebat cunctas insuperata minas.

INSURGO, is, rexi, ectum, n. 3. *to rise upon, rise up or against,* ἀνθίσταμαι, erigor, assurgo, tollor. *Tacit. de Germ.* c. 39. Si forte prolapsus, attolli, et insurgere haud licitum. *Virg. Æn.* 9. v. 33. nigro glomerari pulvere nubem Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis. et lib. 11. v. 754. Arrectisque horret squamis, et sibilat ore, Arduus insurgens. *Val. Flacc.* l. 5. v. 671. cœperat ardens Hic iterum alternis Mavors insurgere dictis. *to spring up.* ¶ *Insurgere remis,* dicuntur nautæ, cum vehementius remigant. *to rise upon their oars, ply their oars more vigorously.* tunc enim, ut totis viribus in remos incumbant, e transtris assurgere solent. *Virg. Æn.* 3. v. 560. et 5. v. 189. Sic *Valer. Flacc.* l. 2. v. 14. Vela legunt: remis insurgitur. et lib. 1. v. 450. Insurgit transtris, et remo Nerea versat Canthus. ¶ Et qui incumbunt, dant operam, animum intendunt in aliquid. *Plin. in Paneg.* c. 66. Universos adhortatus es resumere libertatem, capessere imperii curas, invigilare publicis utilitatibus, et insurgere. *to rouse, take courage.* ¶ Et qui alterum aggreditur, aut ei resistit. *Val. Flacc.* lib. 4. v. 274. paulatim insurgere fesso Integer. *Horat.* epod. 10. v. 7. Insurgat Aquilo, quantus altis montibus Frangit trementes ilices. *Virg.* 12. *Æn.* v. 902. Altior insurgens et cursu concitus heros. *Senec. in Hippol.* v. 1064. Contra feroci gnatus insurgens minax vultu, &c. *Ovid. Metam.* 9. v. 444. Insurgere regnis alicujus. *h. e.* ad regna invadenda. *to aim at.* ¶ Præterea, *insurgere* dicuntur, quæ præalta sunt et imminentia. *Virg.* 8. *Æn.* v. 233. Stabat acuta silex, præcisis undique saxis, Speluncæ dorso insurgens. *rising, towering.* *Tacit.* 2. *Ann.* c. 16. Pone tergum insurgebat silva, editis in altum ramis, &c. ¶ Item qui fortuna, opibus, et honore crescunt. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 2. Insurgere paulatim, munia Senatus, magistratuum, legum in se trahere, &c. *he gradually increased his power.* et lib. 11. c. 16. Romanas opes insurgere. ¶ Pro oriri, excitari. *Val. Flacc.* l. 2. v. 82. Insurgunt fremitus. ¶ Transfertur et ad orationem. *Quintil.* l. 10. c. 1. *post med.* Lyricorum Horatius fere solus legi dignus. nam et insurgit aliquando, &c. *h. e.* stilo sublimi utitur. *increases in force, becomes sublime.* et lib. 9. c. 4. *ante med.* Augeri debent sententiæ, et insurgere. *to increase and rise.* et *sub fin.* cap. 2. l. 12. Hæc sunt, quibus mens pariter, et oratio insurgant. et lib. 11. c. 3. *post init.* Vox imbecilla inhibet multa, ut insurgere, exclamare: et aliqua cogit, ut summittere, deflectere. *to inveigh or rail against.* ¶ Active, *Apulei. sub init.* l. 1. *Metam.* Jugi, quod insurgimus, aspritudinem fabularum jucunditas levigabit. *h. e.* quod ascendimus.

INSUSCEPTUS, a, um, *not undertaken, not taken or received,* non susceptus. *Albinovan. ad Liviam,* v. 197. Vota insuscepta reliquit.

INSUSTENTABĬLIS, le, *that cannot be endured, in-*

tolerable, intolerabilis. *Lactant.* l. 7. c. 16. Insustentabilis dominatio. *Id. de mort. persecut.* c. 49. Insustentabilis dolor.

INSUSURRATIO, onis, f. *a whispering in one's ear, insusurration*, actus insusurrandi. *Capitolin. in Antonin. Philos.* c. 19. Cum suos mores semper teneret, neque alicujus insusurratione moveretur.

INSUSURRĀTUS, a, um, *whispered into the ear*, in aurem dictus. *Senec. de brev. vitæ*, cap. 14. Insusurratum millies nomen oscitatione superbissima reddent.

INSUSURRO, as, avi, atum, n. 1. *to whisper into the ear, whisper*, καταψιθυρίζω, susurro, submissa voce in aurem loquor. *Cic.* 5. *Tuscul.* cap. 36. Demosthenes illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculæ, insusurrantisque alteri, Hic est ille Demosthenes. *Id. Verr.* 7. c. 41. Eum vident sedere ad latus prætoris, et ad aurem familiariter insusurrare. *Id.* l. 1. *Q. Fr.* ep. 1. c. 4. Sint aures tuæ, quæ id, quod audiunt, existimentur audire, non in quas ficte et simulate insusurretur. *Id. Attic.* l. 1. ep. 19. *a med.* Ut crebro mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmus cantilenam illam suam. *Senec.* ep. 10. Turpissima vota diis insusurrare. V. *Murmur.* ¶ Translate *Cic.* 4. *Acad. c. ult.* Quoniam non solum nauta significat, sed etiam Favonius ipse insusurrat, navigandi nobis tempus esse.

INSUSTENTABĬLIS, le, *unsufferable*, qui ferri nequit, intolerabilis. *Lactant.* l. 7. c. 16. Insustentabili dominatione vexare orbem. *Id. de mortib. persecut.* c. 49. Insustentabilis dolor.

INSUTĬTĬUS, *et* Insuticius, a, um, adject. insutus, ut Insutitius asinus, et fartilis, cujus scil. corio latrones puellam quandam insuere volebant; apud *Apul.* l. 6. *Metam. sub fin.*

[* INSŪTUS, us, m. actus insuendi. *Apul.* 7. *Met.* pag. 352. *Oudend.* Quos (aureos) insutu laciniæ contexerat. Alii legunt, quos insutos laciniæ.]

INSŪTUS, a, um, *sewed into, sewed or stitched in. Virg.* 4. *Æn.* v. 505. Terga boum plumbo insuto ferroque rigebant. *h. e.* cæstus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 11. Insutus in culeum. *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 13. Insutus culeo. *sewed up in a sack. Ovid. in Ibin*, v. 321. insutus pelle juvenci. *Id.* l. 3. *de ar. am.* 131. insutum vestibus aurum. *h. e.* assutum, consutum Phrygio opere. *wrought.* V. *Insuo.*

INTABESCO, is, bui, n. 3. *to pine or waste away, wither away*, ἐκτήκομαι, tabesco, macie consumor, succum et vigorem paulatim amitto, maceror, languesco. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 35. Diuturno morbo intabescere. *Al. leg.* tabescere. *Horat.* epod. 5. v. 39. Interminato cum semel fixæ cibo Intabuissent pupulæ. *Colum.* l. 4. c. 3. Novella vitis dum adolescit, nisi omnia justa perceperit, ad ultimam redigitur maciem, et sic intabescit, ut nullis deinceps impensis recreari possit. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 780. *de Invidia.* Sed videt ingratos, intabescitque videndo, Successus hominum. *Senec. de consol. ad Polyb.* cap. 35. Intabescere dolori. *Pers.* sat. 3. v. 38. Virtutem videant, intabescantque relicta. ¶ Item liquesco. *to melt, be dissolved. Ovid.* 3. *Metam.* v. 487. ut intabescere flavæ Igne levi ceræ, matutinæve pruinæ Sole tepente solent.

INTACTĬLIS, le, *that may not be touched, not tangible, intactible*, ἄψαυστος, ἀναφὴς, qui tangi nequit, qui sensui tactus non est subjectus. *Lucret.* lib. 1. v. 435. Cui si tactus erit, &c. Corporum augebit numerum, &c. Sin intactile erit, &c. Scilicet hoc id erit, vacuum quod inane vocamus.

INTACTUS, a, um, *not touched, untouched, unhurt, whole, entire*, ἄψαυστος, ἄναπτος, non tactus, integer, illæsus. *Plin.* l. 37. c. 1. Polycratis gemma, quæ demonstratur, illibata intactaque est. *Id.* l. 16. c. 2. Hercyniæ silvæ roborum vastitas intacta ævis. et lib. 25. c. 1. *extr.* Herbarum folia quadrupedum pabulo intacta. *Juvenal.* sat. 14. v. 194. Caput intactum buxo. *h. e.* impexum, nullo pectine culta coma. *Sallust. in Jug.* c. 58. *extr.* Eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur, nemo omnium intactus profugit. *Liv.* l. 2. c. 12. *sub fi.* Intactum aliquem inviolatumque dimittere. et lib. 5. c. 38. *ad fin.* Integri intactique fugerunt. *Curt.* l. 5. c. 9. *sub fin.* Intactæ regionis opulentia. *h. e.* bello non vastatæ. *Virg.* 4. *Georg.* v. 540. intacta cervice juvencæ. *h. e.* quæ nondum passa est jugum. *that has never borne the yoke. Id. Æn.* 11. v. 419. et opes nobis, et adhuc intacta juventus. *h. e.* nullis prœliis imminuta, nullo bello adhibita. *Horat.* epod. 7. v. 7. Intactus Britannus. *h. e.* nondum Romanis armis petitus, aut domitus. Sic *Justin.* l. 2. c. 3. Scythæ perpetuo ab alieno imperio aut intacti, aut invicti. *Sallust. in Jug.* c. 85. *extr.* Tempus procedere, bellum intactum trahi. *h. e.* non inceptum. *Stat.* l. 5. *Silv.* 1. v. 77. intacta fides. *h. e.* intemerata, integra. *Curt.* l. 9. c. 7. Intactæ vires. *h. e.* integræ, non imminutæ, non domitæ. *Id.* l. 4. c. 6. intactus superstitione. *h. e.* carens, expers, vacuus. Sic *Liv.* l. 5. c. 15. Vir haud intacti religione animi. *Id.* l. 38. c. 51. Intactus infamia. *h. e.* nulla infamia notatus. *of spotless integrity.* et lib. 10. cap. 40. et *Senec.* epist. 41. intactus cupiditate. *h. e.* non cupidus. *having no desire.* et *Cæl. ad Cicer.* ep. 2. l. 8. *Fam.* Intactus a sibilo pervenit Hortensius ad senectutem. *h. e.* nunquam exsibilatus, nunquam adverso clamore proscissus. ¶ Item intractatus, intentatus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 40. Dryadum silvas, saltusque sequamur intactos. *h. e.* agriculturam a nullo adhuc Latino poeta tractatam. *unattempted, unsung.* Sic *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 66. intacti carminis auctor. *Sallust. in Jug.* cap. 70. Prorsus nihil intactum, neque quietum pati. *Plin.* l. 34. c. 8. Nova intactaque ratione. *Juvenal.* sat. 7. v. 87. Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agaven. *h. e.* tragœdiam nullis manibus tractatam, nulli lectam, non editam. ¶ Item Veneris expers, castus. *chaste, pure. Horat.* l. 1. od. 7. v. 5. Intacta Pallas. *a virgin. Virg.* 1. *Æn.* v. 349. Cui pater intactam dederat, primisque jugarat Ominibus. *Juvenal.* sat. 6. vers. 162. intactior omni Crinibus effusis bellum dirimente Sabina.

INTACTUS, us, m. non tactus, ut *inusus* non usus, *the property of not being perceived by the touch, intangibility. Lucret.* l. 1. v. 453. Pondus uti saxis, calor ignibu', liquor aquai, Tactus corporibus cunctis, intactus inani.

INTAMINĀTUS, a, um, *uncontaminated, unsullied, undefiled, immaculate, unspotted*, incontaminatus, purus. *Horat.* l. 3. od. 2. v. 18. Virtus repulsæ nescia sordidæ, Intaminatis fulget honoribus. (Adde *Sulpic. Sever.* l. 2. *Hist. sacr.* c. 14. et *Inscript. veter.* apud *Ghezzium* tab. 37. n. 12. ubi habetur, Virgo intaminata.) Al. leg. *Virtus repulsæ nescia sordidæ in Contaminatis*, &c. propterea quod *intaminatus* in *Gloss. Cyrilli* exponitur μιανθεὶς, *h. e.* pollutus, inquinatus: qua de re multa *Bentleius.*

INTARDANS, antis, tardans, moram trahens. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 1. c. 4. *a med.* Magis intardans atque perseverans perspicitur.

[* INTARDĀTUS, a, um, moram trahens, idem ac intardans. *Cæl. Aur. Tard.* l. 2. c. 3. *extr.* Intardata corporibus amovere atque excludere.]

INTECTUS, a, um, *covered*, tectus, contectus: ab *intego. Liv.* l. 27. c. 3. Stramento intecta omnia. *Plin.* l. 9. c. 14. Pisces crustis intecti. *Lucr.* l. 1. v. 404. canes montivagæ persæpe ferai Naribus inveniunt intectas fronde quietes. ¶ Item non tectus, non vestitus. *uncovered, naked*, ἀκάλυπτος. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 22. Dux semisomnus, ac prope intectus. *Id. de Germ.* c. 17. Tegumen omnibus sagum: cetera intecti. *Id.* 2. *Ann.* c. 59. Sine milite incedere, pedibus intectis, et pari cum Græcis amictu. *h. e.* non calceis pedes indutus, sed soleis. *barefooted. Apul.* l. 10. *Metam.* Nudum et intectum corpus. ¶ Translate *Tacit.* 4. *Ann.* c. 1. Tiberium devinxit adeo, ut obscurum adversus alios, sibi uni incautum intectumque efficeret. *undisguised, open, free.*

INTEGELLUS, a, um, diminut. ab *integer. Cic. Fam.* 9. ep. 10. Sed tamen suavissimum συμβιώτην nostrum præstabo integellum. *pretty safe. Catull.* carm. 15. *ad Aurel.* v. 4. Quod castum expeteres et integellum.

INTEGER, gra, um, *whole, entire*, ὁλόκληρος, ἀθιγὴς, cui nihil deest, totus, solidus, intactus, plenus. Volunt esse ab antiquo *tago* pro *tango*, ut rem intactam significet, cujus partem nullam quisquam tetigit, abstulitque. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 35. Iisdem sublicis, quorum pars inferior integra remanebat, pontem reficere cœpit. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 49. Loca integra. *h. e.* bello non vastata, atque adeo omni copia abundantia. *Horat.* l. 2. od. 17. v. 7. Nec carus æque, nec superstes integer. *Id.* l. 4. od. 5. *in fin.* Integro die. *Cic. de Provinc. consul.* c. 8. Annus est integer vobis exspectandus. *Plaut. Trucul.* 4. 2. 13. Integer et plenus thesaurus. *Liv.* l. 5. c. 38. *ad fi.* Non tentato certamine, integri intactique fugerunt. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 148. Domum reduco integrum omnem exercitum. *undiminished, without having sustained any loss. Stat.* 8. *Theb.* v. 487. puer malasque, comasque integer. ἐλληνισμός. h. e. barbatus, et capillatus. ¶ Item purus, incontaminatus, incorruptus. *pure, clear, unpolluted. Horat.* l. 1. od. 26. v. 6. integri fontes. *Id.* l. 2. sat. 4. v. 54. integer sapor. *Cic. in Top.* c. 18. Ut anteponantur integra contaminatis, jucunda minus jucundis, &c. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 91. Vitiatum aprum commodius, quam integrum consumere. *Colum.* l. 12. c. 20. integrum vinum. *not pricked, sound.* ¶ Refertur ad valetudinem et vires, quibus nihil aut moribus, aut labor demsit, aut ætas. *sound in health, free from indisposition, healthful, hale, strong, lusty, vigorous. Cic.* 2. *de Fin.* c. 20. integra valetudo. et cap. 11. Natura movet infantem, ut se ipse diligat, ut integrum se, salvumque velit. *Terent. Andr.* 1. 1. 45. Mulier egregia forma, atque ætate integra. *in the bloom of youth; in the flower of her age. Stat.* 4. *Theb.* v. 94. jam lætus et integer artus. *full of youthful fire.* et lib. 1. v. 414. Integer annorum. *in the prime of life.* Sic *Virg.* 9. *Æn.* v. 255. Integer ævi Ascanius. *h. e.* adolescens, et robustæ ætatis. *Albinovan.* el. 3. v. 5. Pectore maturo fuerat puer, integer ævo. *Propert.* l. 4. el. 5. v. 57. rugis integer annus. *Quintil. in proœm.* l. 8. Corpora sana et integri sanguinis. *Nep. in Eumen.* c. 9. Ad lassitudinem sedandam militum, quo integriore exercitu decerneret. *fresher, fitter for action. Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 4. Integris viribus repugnare. *with fresh troops.* et cap. 26. Cohortes integræ ab labore. *unimpaired.* et l. 5. c. 16. *extr.* Integri et recentes defatigatis succederent. et lib. 3. *B. Civ.* c. 94. Cum recentes atque integri defessis successissent. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 29. Somnia vera multo plura evenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo et vino, perturbata et confusa cernimus. *sober, sober-minded.* ¶ A *Celso* dicuntur *integri*, qui febri carent, lib. 3. c. 4. *ad fin.* Quam integerrimis corporibus cibum offerre. *et mox.* Antequam ex toto integer fiat. *entirely free from fever.* ¶ Item ad ordinem aciei. nam integri milites dicuntur, qui in acie ordinem servant. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 42. Partim fugientes ab equitatu interficiuntur, partim integri procumbunt. *in their ranks. Tacit.* 4. *Hist.* c. 12. Integris turmis Rhenum perrumpere. ¶ Item ad pudorem, et florem virginitatis, et inviolatum castumque significat. *chaste, inviolate, pure, uncorrupted, untouched, spotless. Terent. Hecyr.* 1. 2. 70. Narratque, ut virgo ab se integra etiam tum siet. *Cic.* 2. *Verr.* c. 5. *ad fin.* Quibus liberos conjugesque suas integras ab istius petulantia conservare non licitum est. ¶ Item ad fortunam, quam nulla imminuit calamitas: et ad conditionem et statum florentis, salvi, et incolumis. *Cic. Fam.* 13. ep. 4. *a med.* Si Volaterranos omnibus rebus integros incolumesque esse volueris. *Id. pro Planc.* c. 35. Quos ego florentes atque integros sine ferro viceram. *Cæs. ad Cic. post* ep. 8. l. 10. *ad Attic.* Ne quo progredereris, inclinata jam re, qua integra etiam, progrediendum tibi non existimasses. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 113. Integris opibus novi non latius usum, Quam nunc accisis. *undiminished, unimpaired. Attic. ad Cic.* l. 9. ep. 10. *ad fin.* Non scilicet integra re, sed certe minus infracta. *Cic. pro Quint.* c. 15. Dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem. *unsullied, unsoiled. Ovid.* 3. *Trist.* el. 3. v. 35. Integer hanc potui nuper bene reddere lucem: Exsul ut occiderem, nunc mihi vita data est. et lib. 5. el. 1. v. 7. Integer et lætus læta et juvenilia lusi, &c. Ut cecidi, perago subiti præconia casus. *Sallust. in orat. Cottæ ad popul.* Fama et fortunis integer. *Liv.* l. 9. c. 41. Gens integra a cladibus belli. *unhurt, not affected by.* ¶ Item ad vitam omni ex parte honestam, et mores nullo vitio corruptos. *upright, honest, virtuous. Cic.* 1. *de Orat.* c. 53. Cum esset ille vir exemplum innocentiæ, cumque illo nemo neque integrior esset in civitate, neque sanctior. *Id.* 6. *Verr.* c. 3. Homines integri, innocentes, religiosi. *Id. pro Planc.* c. 1. Integerrima vita, modestissimi mores. *Horat.* l. 1. od. 22. Integer vitæ, scelerisque purus. et lib. 3. od. 2. *in fi.* sæpe Diespiter Neglectus incesto addidit integrum. *Cic.* 1. *de Fin. c. ult.* Incorrupti atque integri testes. *Papinian. Digest.* lib. 22. tit. 5. leg. 13. Ejus testimonii fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 97. Integrum illic ac favorabilem proconsulatum Vitellius egerat. *h. e.* innocentem, abstinentem. *Curt.* l. 10. c. 2. Quo facilius ab integris sumptuosos secerneret. *the frugal; the careful.* ¶ Integer urbis, *Valer. Flacc.* l. 2. v. 374. qui urbis deliciis se corrumpi non est passus. ¶ Dicitur et de iis, qui nullo affectu et cupiditate perturbantur, *indifferent, cool, dispassionate. Horat.* l. 3. od. 7. v. 21. scopulis surdior Icari Voces audit, adhuc integer. *h. e.* intactus amore. Sic lib. 2. od. 4. *in fi.* Brachia, et vultum, teretesque suras Integer laudo. *Id.* l. 2. sat. 3. v. 219. Si qui gnatam pro muta devovet agna, Integer est animi? *in his senses.* Sic *ibid.* v. 65. integer mentis. *et in fi.* od. 31. l. 1. integra mens. *Cic. Attic.* lib. 7. *ep. ult.* integrum se servare. *favouring neither party, neutral*, neutrius partis studiosum. *Tacit. Ann.* 15. c. 52. integer a conjuratione. ¶ Et de iis, qui rem quampiam nondum experti sunt. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* cap. 3. Quia sic aggredior ad hanc disputationem, quasi nihil unquam audierim de diis immortalibus, nihil cogitaverim; rudem me discipulum, et integrum accipe. *unexperienced. Sallust. in fragm.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 902. Curionem quæsivit, uti adolescentior, et populi suffragiis integer, ætati concederet Mamerci. ¶ *Res integra est*, de qua nondum quidquam est deliberatum, intacta, libera, *an affair not broached or meddled with*: atque adeo facilior, quæ transigatur. *Cic. ep. ult.* l. 5. *ad Attic. sub fin.* Præsertim cum integram rem et causam reliquerim. *Id.* 2. *Offic.* cap. 23. Rem integram ad reditum suum jussit esse. *Id. Fam.* 13. epist. 4. integram omnem causam reservare alicui. *to leave the whole cause to him, without deciding any thing concerning it. Id. pro Mur.* c. 21. Ea dicam, vobis audientibus, amisso jam tempore, quæ ipsi soli, re integra, sæpe dixi. *while there was yet time. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 85. Qui etiam bona conditione, et loco confligere noluerit, ut quam integerrima essent ad pacem omnia. ¶ *Integræ offensiones*, apud *Tacit. Ann.* 3. c. 24. sunt, quæ nondum sedatæ sublatæque, et adhuc durant. *wrongs yet fresh in the memory.* ¶ *Integrum est mihi*, res est mihi integra, alterutram partem eligere possum, res est in mea potestate. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 23. Quousque? inquies. quoad erit integrum. *as long as it shall be in my power.* et *Phil.* 1. c. 10. Loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum vobis. *which it is in your power to prevent being passed. Id. in Pison.* c. 24. *a med.* Non est integrum Cn. Pompeio consilio jam uti tuo. *it is not now in his power; he has no longer the means.* et *Tuscul.* 5. c. 21. Ei ne integrum quidem erat, ut ad justitiam remigraret. *Id. in Partit.* c. 38. Defendet, eam sententiam quemvis prudentem hominem, si integrum daretur, scripturum fuisse. *Id. Verr.* 4. c. 40.

Cum tibi in integro tota res esset. ¶ *In integrum restituere*, est in pristinum statum reponere. id enim est integrum, inquit *Hirt. de B. Alex.* c. 35. quod ita est, ut fuit, *to restore to its former state. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 1. et *Cic. pro Cluent.* c. 36. [† *Verr.* 5. 6. *Ter. Phorm.* 2. 3. 11.] et *JCti in Dig.* sæpe. ¶ *De integro, ab integro, ex integro* est rursus, denuo, *afresh, anew. Cic. Attic.* l. 13. ep. 27. Ut mihi de integro scribendi causa non sit. *Liv.* l. 21. cap. 8. Acrius de integro obortum est bellum. *Virg. Ecl.* 4. v. 5. Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo. *Cic.* 3. *Verr.* c. 56. Unam columnam efficere ab integro novam, an quatuor illas reponere. *anew. Colum.* l. 9. c. 13. *circa med.* Ut omnes vitiosi favi eximantur, et cibus ex integro recens ponatur. *Quintil.* l. 10. c. 3. Calor ille cogitationis, qui scribendi mora refrixit, recipit ex integro vires. *Sueton. in Aug.* c. 16. Navibus ex integro fabricatis. *anew, afresh.* ¶ *Ad integrum*, integre, omnino. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 5. *ante med.* Hæc est prima incorporea natura, post corporea, sed non pure, nec ad integrum carens corpore. *altogether.*

INTĔGO, is, exi, ectum, a. 3. *to cover, clothe, ἀμφικαλύπτω*, idem quod tego. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* cap. 22. Turres coriis intexerant. et cap. 73. Reliqua pars scrobis, ad occultandas insidias, viminibus ac virgultis integebatur. *Plaut. Rud.* 1. 2. 13. Villam integundam intelligo totam mihi. nam nunc perlucet ea, quam cribrum, crebrius. *Senec. in Œdip.* v. 551. Ipse funesto integit vates amictu corpus. *Stat.* 4. *Theb.* v. 303. casside crines integere. *Plin.* l. 34. c. 4. Statuas auro integere. *to gild.* et lib. 11. c. 37. sect. 80. *Hard.* Intestina tenui omento integuntur. *are enclosed. Propert.* l. 2. el. 15. v. 25. Qua formosa suo Clitumnus flumina luco Integit. *shades.* ¶ *Integere viam*, est lapide sternere, *to pave. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 150. n. 1. 2. et 3. Viam integendam curavere. [De hac significatione, ac de Lapide Gruteriano, ex quo desumitur, *Maffeius in Art. Crit. Lap.* l. 3. c. 4. vehementer dubitat. At dubitationem omnem sustulit *Morcellus de stil. Lat. Inscript.* pag. 442. qui *viam integere* non jam idem esse dicit ac *viam sternere*, vel *munire*; verum de via fornicata sermonem esse in eo Lapide optime existimat; id enim locus indicat, in quo allata Inscriptio adhuc Tibure est, camera tectus perpetua. De via Fornicata, quæ Romæ fuit vide in V. *Fornicatus.*]

INTEGRASCO, is, n. 3. *to break out afresh, begin anew, ἀνασκευάζομαι*, integror, in pristinum statum redeo, in integrum restituor. *Terent. Andr.* 4. 2. 5. Perii! hoc malum integrascit.

INTEGRATĬO, onis, f. *a restoring, renewal, ἀνασκευή, ἐπανάληψις*, instauratio, renovatio, in integrum restituor. *Terent. Andr.* 3. 3. 23. Amantium iræ amoris integratio est. *Symmach.* l. 3. ep. 73. Amici inopiam rei familiaris integratione solare.

INTEGRĀTOR, oris, m. *a renewer, restorer, ἀνασκευαζόμενος*, restitutor, instaurator. *Tertull. in Apolog.* c. 46. *extr.* Veritatis integrator.

INTEGRĀTUS, a, um, *renewed, renovated, restored to its former state, ἀνασκευασθεὶς*, in integrum restitutus, instauratus. *Flor.* l. 4. c. 10. Integrata amicitia. *Papinian. Dig.* lib. 29. tit. 5. leg. 21. Integratum jus. *Auson.* ep. 14. v. 7. integratus vigor.

INTĔGRE, *entirely*, in totum, omnino. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 52. Sordem et avaritiam Fonteii Capitonis, adimendis assignandisve militiæ ordinibus integre mutaverat. ¶ Nisi malis hoc ad vitæ integritatem, morumque innocentiam, et abstinentiam referre, ut *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 9. Incorrupte atque integre judicare. *uprightly, impartially, dispassionately, honestly, sincerely.* et *pro leg. Manil.* c. 1. In amicorum periculis caste integreque versatus. *disinterestedly, ἀδωροδοκήτως.* et *Plin.* l. 7. ep. 25. Procuratione Narbonensis provinciæ integerrime functus. *with integrity, uprightly.* et *Sueton. in Vespas.* c. 4. Asiam integerrime administravit. et *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 48. Provinciam severe integreque regere. *et Ann.* 13. c. 46. Integre sancteque agere. ¶ Refertur et ad orationem, quæ sana est, nullaque barbarie, aut vitio corrupta. *Cic. de opt. gen. Orat.* c. 4. Integre, et ample, et ornate dicere. *chastely, purely, accurately, correctly, καθαρῶς. Gell.* l. 7. c. 11. Proprie atque integre loqui. et lib. 13. c. 6. Pure atque integre locuti sunt. et lib. 18. c. 9. Recte atque integre scriptum. [¶ Compar. *integrius* apud *Cic. pro Mil.* c. 22. *extr.* Quid hac quæstione dici potest integrius, quid incorruptius?]

INTEGRĬTAS, atis, f. *the whole or aggregate of any thing*, totum aliquod integrum. *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 14. Ex accidenti moventur, quæ in eo sunt, quod movetur, ut in navi sarcina, aut etiam cum pars movetur quiescente integritate. ¶ Item *soundness, healthfulness, ἀδιαφθαρσία*, qualitas rei integræ, soliditas, incorruptio, sanitas. *Colum.* l. 8. c. 11. *circa med.* Pavones perticis insistentes enituntur ova, quæ quo propius ac mollius deciderint, illibatam servant integritatem. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 14. *extr.* integritas corporis. *quod est* membra omnia tum integra habere, tum bene valentia: *whole, and sound*, quæ duo alibi distinxit, ut lib. 2. c. 11. Non ingenii motum, non integritatem corporis, non valetudinem, &c. *Phædr.* l. 3. fab. 11. v. 5. Integritatis testes desunt mihi. *h. e.* testiculi, qui ἀρσενότητος testes sunt. Verba sunt Eunuchi. *Cic. de Fin.* l. 5. c. 27. Valetudo, vires, integritas unguiculorum omnium. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 34. Integritas valetudinis. *entire, perfect, or complete health; total freedom from indisposition.* Vocat *Celsus* l. 3. c. 5. integritatem, cum omnino febri caret is, qui febri intermittente laborat: quod idem habet *sub fin. cap. præced.* et *Vitruv.* l. 8. *c. ult. a med.* integritas saporis (*in aqua*). ¶ Translate *Labeo Dig.* lib. 28. tit. 1. leg. 2. integritas mentis. *soundness of mind, sanity.* ¶ Sæpe refertur ad animum, vitam, mores, *integrity, uprightness, probity, honesty. Cic. in Divin. Verr.* c. 9. Multa esse oportet in eo, qui alterum accuset: primum integritatem, atque innocentiam singularem, &c. *Nepos in Phoc.* c. 1. integritas vitæ. *Cic. pro Lig.* c. 1. Sic provinciæ præfuit in pace, ut et civibus et sociis gratissima esset ejus integritas et fides. *Tacit. in Agric.* c. 9. Integritas et abstinentia. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. *c. ult.* Ut omnes æquitatem tuam, temperantiam, severitatem, integritatemque laudent. et cap. 13. Omnes ita de tua virtute, integritate, humanitate, commemorant, ut &c. et cap. 6. Tua integritas et continentia. *et Attic.* l. 6. ep. 2. *a med.* Laudator integritatis et elegantiæ nostræ. ¶ Speciatim ad castitatem, pudicitiam, virginitatem. *chastity, modesty, maidenly comport. Cic.* 3. *Verr.* c. 25. Mulierem eximia pulcritudine; sed eam summa integritate pudicitiaque existimari. *Flor.* l. 2. c. 6. *a med.* Nequid de virginitatis integritate delibasse saltem oculis videretur. ¶ Interdum ad orationem puram, emendatam, vitio carentem. *Cic. de clar. Orat.* c. 35. Incorrupta quædam Latini sermonis integritas. *purity, correctness.*

INTEGRITŪDO, inis, f. integritas. *Trajan. Imp.* apud *Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. et leg. 1. Secutus animi mei integritudinem erga optimos fidelissimosque commilitones. *h. e.* voluntatem integre propensam, bonitatem, benevolentiam.

INTĔGRO, as, avi, atum, a. 1. *to renew, renovate, repeat, restore, ἀνασκευάζω*, renovo, instauro, repeto, in integrum restituo. *Liv.* l. 1. c. 19. *a med.* Et conspectus aliorum mutua miseratione integrabat lacrimas. *Id.* l. 7. c. 7. *extrem.* Equites provolant ante signa, et novam integrant pugnam. *Stat.* 8. *Theb.* v. 657. integrare bellum. *Liv.* l. 5. c. 25. seditionem. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 445. cædem. *Pacuv. ibid.* inimicitiam. *Virg.* 4. *Georg.* v. 514. ramo sedens philomela miserabile carmen integrat. *h. e.* de integro repetit. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 81. Elapsos in pravum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari. *h. e.* in integrum restitui, et sanari. *Lucret.* l. 2. v. 1145. Omnia debet enim cibus integrare novando. *to recruit, restore. Accius* apud *Non. loc. cit.* Huc venio, ut mea ope opes Trojæ integrem. *to reinstate. Stat.* 5. *Theb.* v. 29. immania vulnera, rector, Integrare jubes. *h. e.* quod *Virg.* dixit 2. *Æn.* v. 3. infandum renovare dolorem. *Lucret.* l. 1. v. 1029. ut largis avidum mare fluminis undis Integrent amnes. *fill.* ¶ Pro reficere, recreare, *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 17. *extr.* Animus defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu renovatur. *Gell.* l. 15. c. 2. Modicis honestisque inter bibendum remissionibus refici integrarique animos ad instauranda sobrietatis officia.

INTEGUMENTUM, ti, n. *a covering, integument, σκέπασμα*, id quo quippiam integitur, tegumentum, velamentum. *Liv. in fi.* lib. 40. Lana (*al.* læna) cum integumentis, quæ Jovi opposita (*al.* apposita) fuit, decidit. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 86. Libenter te aliquando evolutum illis integumentis dissimulationis tuæ, nudatumque perspicio. *disguise.* et lib. 1. cap. 35. Sic modo in oratione Crassi divitias atque ornamenta ejus ingenii per quædam involucra atque integumenta perspexi. *Id. in Pison.* cap. 6. Vereor, ne qui sit, qui istius insignem nequitiam, frontis involutam integumentis, nondum cernat. [† *Pro Cœl.* 20. Huc unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut ea non modo solitudinem ac tenebras, atque hæc flagitiorum integumenta non quærat, sed, &c.] *Plaut. Bacch.* 4. 2. 19. Dic mihi, quis tu es? *Parasitus.* illius sum integumentum corporis. *h. e.* latus ejus tego tanquam satelles, et custos: comes assiduus, sodalis, mensæque assecla.

INTELLECTĬO, onis, f. *an understanding, intellection, νόησις*, actus intelligendi. Figura est Rhetorica, quæ Græco vocabulo *Synecdoche* dicitur. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 33. Intellectio est, cum res tota parva de parte cognoscitur, aut de toto pars. ¶ Pro ipso intelligendi actu non solent Latini hac voce uti, sed *intelligentia.*

INTELLECTOR, oris, m. *he who understands*, qui intelligit. Est *Augustini* l. 2. *de doctr. Christ.* cap. 13. et lib. 8. *de Gen. ad litt.* cap. 2. et *de morib. Manich.* l. 2. cap. 3. et epist. 111. *ad Fortunatian. post med.* qui videtur alicubi, v. gr. postremo loco laudato, pro attento lectore usurpare.

INTELLECTUĀLIS, le, adject. *intellectual. Apul. de dogm. Plat.* l. 1. et *Augustin.* l. 12. *de Gen. ad litt.* c. 7.

INTELLECTUALĬTAS, atis, f. intellectus. *Tertull. de anim.* c. 38. *extr.*

INTELLECTUS, us, m. *an understanding, knowing, νόησις*, actus intelligendi, intelligentia. *Tacit. Ann.* 6. cap. 36. Queis neque boni intellectus, neque mali cura. *Quintil.* l. 1. c. 1. *ante med.* Capere intellectum disciplinarum. *to be capable of understanding what is taught, be fit for learning. Senec.* l. 3. *de benef.* cap. 17. Alicujus rei intellectum amittere. *knowledge. Quintil.* l. 2. cap. 5. *a med.* Intellectu consequi aliquid. *to obtain a knowledge of.* et *Senec.* ep. 120. *a med.* Facere multis intellectum sui. *make himself known.* et *Plin.* l. 8. c. 42. Equi in Circo ad currus juncti non dubie intellectum adhortationis et gloriæ fatentur. *show that they are sensible of.* et *initio ejusd. lib.* Elephantis intellectus sermonis patrii, et imperiorum obedientia. *Id.* l. 29. c. 6. *de muscis.* nullum animal minus docile existimatur, minorisve intellectus. *Tacit.* l. 13. *Ann.* c. 38. Dissimulare intellectum insidiarum. *to feign ignorance of.* ¶ *Intellectu carere*, est non intelligi, apud *Quintil.* l. 1. c. 1. *ad fin.* Stilus rudis et confusus intellectu caret. *is unintelligible.* ¶ *Intellectum habere*, est intelligi, apud *Tacit. de Germ.* c. 26. Hiems, et ver, et æstas intellectum ac vocabula habent: autumni perinde nomen ac bona ignorantur. ¶ Est etiam notio, sententia. *a signification, sense, meaning. Quintil.* l. 7. c. *pænult.* Verba quædam diversos intellectus habent, ut *cerno. Id.* l. 8. c. 3. *circa med.* Mala consuetudine in obscenum intellectum sermo detortus. *Id. ibid. ad fin.* Ἔμφασις altiorem præbet intellectum, quam verba per se ipsa declarant. *implies or signifies more.* et lib. 1. c. 7. (*al.* 13.) Cum eadem littera alium atque alium, prout correpta vel producta est, intellectum facit. *conveys a different sense.* et *sub fin.* c. 5. (*al.* c. 10.) Translata alium natura intellectum, alium loco præbent. ¶ Raro sumitur pro intelligendi vi facultate, quæ animo inest, quam *mentem* et *intelligentiam* sæpius dicimus. *the understanding, intellect. Senec.* ep. 120. Per analogiam nostro intellectu et honestum et bonum judicante. *Apul.* l. 1. *de Dogm. Plat.* Nostræ enim super stellarum cursibus opiniones disputationesque possunt in errorem intellectum inducere. *Paul. Dig.* lib. 29. tit. 2. leg. 92. Mutus dominus, si intellectu non careat, nutu jubere potest, &c. ¶ Refertur etiam ad perceptionem, quæ sensu fit, *perception, sense. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 65. Intellectus saporum est ceteris in prima lingua, homini et in palato. *the power of discerning or perceiving. Id.* l. 19. c. 8. *sub fin.* Citra intellectum acrimoniæ. *Id.* l. 11. c. 53. Nec est intellectus ullus in odore vel sapore. *h. e.* neque ex odore, neque ex sapore sentitur venenum. *Id.* l. 16. c. 39. *a med.* Intellectus in cortice protinus peritis. *h. e.* periti ex cortice statim intelligunt, quænam arbor sit. *Vellei.* l. 1. c. 13. Magis pro republica fuit, manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum, quam in tantum ea intelligi. *knowledge of, acquaintance with.* V. *Intelligentia*, et *Intelligo.*

INTELLECTUS, a, um, *understood, perceived, known*, perceptus, cognitus. *Ovid. Metam.* 7. v. 759. Carmina non intellecta. *Plin.* l. 32. cap. 1. Intellecta causa. et lib. 35. c. 10. intellectus error. *Gell.* l. 18. c. 13. Captio parum intellecta. et lib. 16. cap. 19. intellecta pernicies. *Justin.* l. 2. c. 8. Jussis matronis solito clamore ac strepitu, etiam in accessu hostium, ne intellectos se sentiant, sacra celebrare. *in order that they might not perceive that they were discovered.* et *Ovid. Metam.* 11. v. 41. os illud Auditum saxis, intellectumque ferarum Sensibus.

INTELLĬGENS, entis, *understanding, perceiving, comprehending, knowing well, acquainted with, intelligent, skilful, ingenious, συνετὸς*, qui intelligit, sciens, peritus, ingeniosus. *Cic. de clar. Orat.* c. 49. Semper ne vulgi judicium cum intelligentium judicio congruit? et cap. 54. Intelligens dicendi existimator. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 4. Si teretes aures habent, intelligensque judicium. *nice. Id.* 3. *de Fin.* c. 5. *extr.* Doctus et intelligens vir. et lib. 2. c. 20. Erat et cupidus voluptatum, et cujusvis generis ejus intelligens. *a nice discerning judge. Plin.* l. 6. ep. 27. Omni specie adulationis abstinui, non tanquam liber et constans, sed tanquam intelligens principis nostri. *well acquainted with the character or sentiments of our prince. Tacit.* 5. *Ann.* c. 9. Imminentium intelligens. *sensible of his danger. Augustin.* l. 1. *Retract.* cap. 19. *circa med.* Aliquid vigilantiore atque intelligentiore mente discutere. ¶ Speciatim dicitur de eo, qui in judicandis dignoscendisque operibus artificum callidus est, et peritus. *knowing, a connoisseur. Cic.* 6. *Verr.* cap. 2. Signa pulcherrima, quæ non modo istum hominem, ingeniosum atque intelligentem, verum etiam quemvis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent. et cap. 15. Ita studiosus est hujus præclaræ existimationis, ut putetur in istis rebus intelligens esse. V. *Intelligo.*

INTELLIGENTER, adverb. *with understanding or judgment, intelligently, συνετῶς*, cum intelligentia. *Cic. in Partit.* c. 8. Sumuntur autem trium rerum gratia, ut amice, ut intelligenter, ut attente audiamur. *Plin.* l. 5. ep. 16. Quam studiose, quam intelligenter lectitabat! *intelligibly.*

INTELLIGENTĬA, æ, f. *the power of discerning or understanding; intellect, understanding, apprehension, ἔννοια, νόησις*, facultas animæ nobilissima, qua res, etiam incorporeas, percipimus et contemplamur. *Cic.* l. 2. *de Invent.* cap. 53. Intelligentia est, per quam animus ea perspicit, quæ sunt. *Id. de Univ.* cap. 3. Deus intelligentiam in animo, animum inclusit in corpore. *Id.* 1. *de Divin.* c. 32.

Pars animi, rationis atque intelligentiæ particeps. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 18. *extr.* In eas imagines mens intenta, infixaque nostra intelligentia capit, quæ sit beata natura. *et cap. præced.* Hæc quamquam dicta sunt subtilius, quam ut quivis ea possit agnoscere; tamen fretus intelligentia vestra, dissero brevius, quam causa desiderat. *Id.* 3. *Offic.* c. 4. Id honestum, quod in nostram intelligentiam cadit. et cap. 17. Ratione et intelligentia tenere aliquid. *Id.* 1. *Offic.* c. 4. Quod in nostram intelligentiam cadit. *within the reach or compass of.* *Id.* 1. *de Orat.* c. 3. *extr.* Quod longissime est ab imperitorum intelligentia sensuque disjunctum. *capacity.* ¶ Dicitur item de particularibus notionibus, quas mente assequimur ac tenemus. *knowledge, skill, science; a notion, idea.* *Cic.* l. 1. *de Legib.* cap .22. *sub fin.* Rerum omnium quasi adumbratas intelligentias animo ac mente concipere. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 22. Quia difficilis erat animi, quid, aut qualis esset, intelligentia, nullum omnino animum esse dixerunt. et lib. 5. c. 24. Quæ nos magis ad cognitionem intelligentiamque convertant. *Id. Phil.* 9. c. 5. Habere intelligentiam juris civilis. *Justin.* l. 36. c. 2. Somniorum primus intelligentiam condidit. *h. e.* artem interpretandi. ¶ Et speciatim de cognitione et peritia in rebus artefactis. *art, skill, taste.* *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 17. Quid censes hunc ipsum Sex. Roscium? quo studio, et qua intelligentia esse in rusticis rebus? *Id.* 6. *Verr.* cap. 21. Ut intelligatis in homine intelligentiam esse, non avaritiam: artificii cupidum, non argenti fuisse. *skill in judging of nice workmanship.* *Id.* 1. *de Invent.* c. 29. Pecuniæ quærendæ intelligentia. Adde 6. *Verr.* c. 44. *extr.* V. *Elegans*, et *Intelligo*. ¶ Refertur etiam ad ea, quæ sensibus percipiuntur. *Cic.* 4. *Acad.* cap. 7. In gustu et odoratu intelligentia, etsi vitiosa, est quædam tamen. ¶ In Pandectis Florentinis lib. 20. tit. 1. leg. 20. *sub fin.* legitur *intellegentia*. V. *Intelligo*, in fine.

INTELLIGIBĬLIS, le, *that may be understood, intelligible,* νοητὸς, qui intelligi potest. *Senec. ep. ult.* Quicumque voluptatem in summo ponunt, sensibile judicant bonum; nos contra intelligibile, quia illud animo damus. ¶ Item qui sub sensum cadit. *sensible, perceptible.* *Macrob.* lib. 1. *in somn. Scip.* cap. 6. *ante med.* In corporis intelligibilis lineam (*dyas*) prima defluxit.

INTELLIGIBILITER, *intelligibly, sensibly,* νοητῶς, ita ut intelligi, sentirive possit. *Augustin.* ep. 218. Multa nos ad corpus pertinentia intelligibiliter posse percipere. *Id.* c. 1. l. 1. *Soliloquior.* Deus intelligibilis lux, in quo, et a quo, et per quem intelligibiliter lucent, quæ intelligibiliter lucent omnia.

INTELLĬGO, *et* Intellego, is, exi, ectum, a. 3. *to understand, comprehend, know, perceive,* συνίημι, διανοέω, mente percipio, intelligentia comprehendo, cognosco, animadverto: ab *intus*, vel *inter*, et *lego*, is. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 14. Hæc dumtaxat in Græcis intelligo, quæ ipsi qui scripserunt, voluerunt a vulgo intelligi. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 39. Puderet me dicere non intelligere, si vos ipsi intelligeretis, qui ista defenditis. et cap. 26. *extr.* Corpus, quid sit intelligo? quasi corpus quod sit, nullo prorsus modo intelligo. et lib. 3. c. 14. Non intelligo, quo modo, calore exstincto, corpora intereant. *Id. pro Rosc. Amer.* cap. 31. Quam sis audax, hinc omnes intelligere potuerunt, quod, &c. *Nepos in Pausan. cap. ult.* E vultu cujusdam, insidias sibi fieri intellexit. *perceived, saw.* *Cic.* 1. *Offic.* c. 41. Magna sæpe intelligimus ex parvis. *Id. Attic.* l. 6. *ep. ult.* Intellexi ex tuis litteris, te audisse, &c. *I learned.* *Id. in Vatin.* c. 15. De gestu intelligo, quid respondeas. *from your manner.* et l. 8. *ad Attic.* ep. 12. Aliquid penitus intelligere. *Id.* 2. *Offic.* c. 14. Intelligere, et sapere plus quam ceteros. *Id. in Top.* c. 5. Cernere aliquid animo, atque intelligere. *Nep. in Dion.* c. 9. Facile intellectu est, quam invisa sit, &c. *Id. in Attic.* c. 15. Difficile intellectu est, utrum, &c. *Id. pro Marcell.* c. 1. Intellectum est enim mihi quidem in multis, et maxime in me ipso, te auctoritatem hujus ordinis tuis doloribus anteferre. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 49. Et quidam bonorum cæsi, postquam, intellecto, in quos sæviretur, pessimi quoque arma rapuerant. *it being known or understood.* ¶ In responsionibus *intelligo* est annuentis se percipere, quæ dicuntur. *Terent. Eun.* 2. 3. 79. *Par.* pro illo te deducam. *Chæ.* audio. *Par.* te esse illum, dicam. *Chæ.* intelligo. *Id. Phorm.* 2. 3. *in fi.* Si quid opus fuerit, heus, domo me. *Ge.* intelligo. *very well; I understand you.* Adde *Plaut. Epid.* 2. 2. 63. ¶ Speciatim *intelligere* dicuntur, qui artefacta optime dignoscunt, et in statuis, picturis, et hujusmodi æstimandis peritiam habent. *Cic.* 6. *Verr.* c. 43. Simulacrum, quo non facile quidquam dixerim me vidisse pulcrius: tametsi non multum in istis rebus intelligo. *I have not much taste for, &c. am not very well skilled in, &c.* et cap. 14. *extr.* Ego antea nugatorium sciebam, ista intelligere. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 52. *Burm.* Habeo pocula omnia ponderosa. meum enim intelligere nulla pecunia vendo. V. *Intelligens*, et *Intelligentia*. ¶ Pro discerno. *to distinguish.* *Lactant.* l. 2. c. 16. Oraculorum præstigias profani a veritate intelligere non possunt. ¶ Pro scire, videre, cognoscere, sentire. *Cic. pro Ligar.* c. 5. Intelligo, quid loquar. *I know what to say.* *Nep. in Alcib.* c. 4. Quia nocere se ei non posse intelligebant. *Id. in Datam.* cap. 7. Intelligebat, sibi cum viro forti esse negotium. *she was aware.* et *in Eumen.* c. 3. Intelligebat, copias suas dilapsuras. *he saw.* *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 24. Ubi neque cohortationes suas, neque preces audiri, intelligit. *found.* et lib. 2. *B. Gall.* c. 33. Illi ante inito, ut intellectum est, consilio, &c. *as was discovered.* *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 3. Illud vulgare incursionis signum, quod incendiis ædificiorum intelligi consuevit. *to know.* *Plaut. Trucul.* 2. 6. 64. Vehementer nunc mihi est irata: sentio, atque intelligo. *I perceive it, I know it.* *Petron. in Satyr.* c. 129. Non intelligo me virum esse, non sentio. *I do not know that I am a man.* *Tacit.* 14. *Ann.* c. 6. Solum remedium insidiarum, si non intelligerentur. *by not seeming to be aware of the treachery.* *Cic. Fam.* 16. ep. 22. Si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. *shall not be able to read.* *Plin.* l. 35. c. 10. Ea res concitavit Rhodios ad intelligendum artificem. *to find out.* Sic *Vellei.* l. 2. c. 116. Quem virum ne qui intellexit quidem, abunde miratus est. ¶ Sæpe refertur ad sensum gustus, tactus, &c. et significat sentire, *to feel, perceive*: atque hac ratione etiam brutis animalibus tribuitur. *Ovid. Metam.* 9. v. 456. Illa quidem primo nullos intelligit ignes. *is not susceptible of love.* *Colum.* l. 12. c. 21. *sub fin.* Si genus vini tantum valeat, ut aquæ salsæ non intelligatur sapor. *Id. de arborib.* cap. 13. Cum frigus, contra consuetudinem, intellexeris. *Plin.* l. 28. c. 4. *sub fin.* Perfundere caput calida, et postea frigida, saluberrimum intelligitur. *Id.* l. 8. c. 16. *extr.* Vestigia hominum intelligi a feris. *Id.* l. 10. c. 18. Pici, percussi corticis sono, pabulum subesse intelligunt. ¶ De visu oculorum recte dici, negat *Quintil.* l. 10. c. 1. ¶ *Intellexti* pro *intellexisti*, et *intellexes* pro *intellexisses* syncopæ sunt: illa *Cic. Attic.* l. 13. ep. 32. et *Terent. Eun.* 4. 6. 30. hæc *Plauti Cistell.* 2. 3. 81. ¶ *Intellego* per secundam vocalem sæpissime apud *Plaut.* legitur, et *Terent.* itemque in multis opt. MSS. aliorum Scriptorum inveniri, plures Critici testantur: non desunt etiam, qui ita omnino scribendum putant. Quare non est ea scriptio damnanda: alteram tamen per *i* communior usus tuetur. *Dausquius.* [¶ Particip. *intellecturus* apud *Ovid.* 3. *Trist.* el. 14. v. 40. Intellecturis auribus utar.]

INTEMERABĬLIS, le, inviolabilis. *Claud. Mamert.* l. 1. *de statu anim.* c. 3. *a med.* Intemerabilis divinitas.

INTEMERANDUS, a, um, *that may not be profaned, inviolable,* non violandus, aut contaminandus, referturque ad res sacras. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 642. An Martia templa intemeranda minus?

INTEMERĀTE, incorrupte. *Impp. Honor.* et *Theodos.* lib. 15. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 3. Dum popularibus plausibus intemerate serviunt. Al. leg. *intemperate*, alii *intemperanter*.

INTEMERĀTUS, a, um, *unpolluted, pure, chaste, untainted, undefiled, intemerate,* ἀμίαντος, non temeratus, incorruptus, inviolatus, integer. *Virg.* 11. *Æn.* v. 583. Æternum telorum, et virginitatis amorem Intemerata colit. et lib. 2. v. 143. Intemerata fides. *inviolate.* et lib. 3. v. 177. munera libo Intemerata focis. *h. e.* pura, et rite oblata. *Tacit.* 1. *Ann.* cap. 42. Quid enim per hos dies inausum, intemeratumve vobis? *Id.* 4. *Hist.* c. 58. Ut si vobis non fuit cordi, me duce hæc castra incorrupta et intemerata servari, at certe pollui fœdarique a Classico ne sinatis. et lib. 1. *Ann.* c. 49. Octo equitum alas, quarum ea seditione intemerata modestia fuit. *h. e.* integra, et in officio manens. *Val. Flacc.* l. 4. v. 270. ratis rapidum, ventis certantibus, æquor Intemerata secat. *unhurt.* et *Stat.* 2. *Theb.* v. 724. intemeratæ equæ. *h. e.* virgines, quæ currum Minervæ trahere dicuntur. *Apul. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) Integrum et intemeratum beneficium. *Id. sub fin.* l. 2. *Metam.* Intemerata veritas. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 3. Intemeratior cunctis, pulcriorque virginibus.

INTEMPERABĬLIS, le, adject. Est *Cæl. Aurel.* l. 1. *Tard.* c. 4. *post med.* ubi etiam alii leg. *intemporalis*.

INTEMPĔRANS, antis, *unknowing how to govern himself, intemperate, excessive, immoderate,* ἀκρατὴς, ἀκόλαστος, qui temperare sibi nescit, incontinens, immoderatus, intemperatus. *Cic.* 1. *Acad.* c. 1. Intemperantis esse arbitror, scribere quod occultari velit. *Id. in Vatin.* c. 1. Fui paulo intemperantior fortasse, quam debui. *Id. Attic.* 13. ep. 26. Intemperans sum in ejus rei cupiditate, quam nosti. *Sueton. in Calig.* c. 45. In hoc quoque mimo præter modum intemperans. *Senec.* l. 1. *de Ira*, c. 3. Feræ in quasdam voluptates intemperantiores homine sunt. *Aurel. Vict. in epitom.* c. 6. Ad vescendum intemperans. *Liv.* l. 24. c. 25. *ad fin.* Avidi atque intemperantes animi. *Apul.* l. 1. *Metam.* Ne quam tibi lingua intemperante noxam contrahas. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 57. *Burm.* Intemperans licentia. ¶ Sæpe dicitur de incontinente voluptatum. *profligate, debauched.* *Cic.* 5. *Verr.* c. 68. *extr.* Inter impudicas mulieres et intemperantes viros versari. *Id. in Pison.* c. 29. Impurissima atque intemperantissima pecus. ¶ Proprie *Apul.* l. 1. *de doct. Plat. sub fin.* Æqualitas ista sicci, humidi, ferventis, ac frigidi sanitatem largitur: sicut illa intemperans atque immoderata permixtio animal celeri exitio corrumpit.

INTEMPERANTER, *immoderately, excessively, extravagantly, intemperately,* ἀκρατῶς, ἀκολάστως, intemperate, incontinenter, immoderate. *Cic.* 1. *Phil.* c. 5. Nimis iracunde hoc quidem, et valde intemperanter. et 5. c. 18. Ne honoribus nostris elatus, intemperantius suis opibus utatur. *Liv.* l. 31. c. 37. Aviditate cædis intemperantius insecuti, in cohortes Romanas incidere. *Plin.* l. 1. ep. 5. Intemperanter lacerare aliquem. *Id. in Paneg.* c. 68. *extr.* Intemperantius amare. *Apul. in Apolog.* Intemperantissime gloriari.

INTEMPERANTĬA, æ, f. *intemperateness, intemperature, inclemency,* ἀκρασία, idem quod intemperies. *Senec. de constant. sap.* c. 9. et *Colum. in proœm.* l. 1. Intemperantia cæli. *Cato R. R.* c. 141. Uti morbos, calamitates, intemperantiasque prohibessis. *Al. leg.* intemperiasque. ¶ Sæpius est incontinentia, immoderatio, *want of moderation, immoderation, excess, intemperance, incontinence,* ἀκράτεια. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 9. Omnium perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quæ est a tota mente, et a recta ratione defectio, sic aversa a præscriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant. *et mox.* Menti inimica intemperantia omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat. *Id. Agrar.* 2. c. 36. *ad fin.* Hæc ego vos concupisse, pro vestra stultitia, atque intemperantia, non miror. *Id. pro Cœl.* c. 11. Is multa de incontinentia intemperantiaque disseruit. *Id. pro Dom.* c. 9. Tanta fuisti intemperantia, ut illius tui sceleris rationem occultare non posses. *Id.* 1. *Offic.* c. 34. Intemperantia libidinum. *Nep. in Eumen.* c. 8. Periculum est, ne faciant sua intemperantia, nimiaque licentia, ut omnia perdant. *h. e.* immodestia, et incivili insolentia, παρανομία. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 80. risus. *Senec. in fin.* ep. 106. litterarum. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 18. linguæ. *Id.* 2. *Hist.* c. 1. Intemperantia civitatis, donec unus eligatur, multos destinantis.

INTEMPERĀTE, adverb. *intemperately, excessively, extravagantly,* idem ac intemperanter. *Cic. de Univ.* c. 12. Qui autem immoderate et intemperate vixerit, eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet.

INTEMPERĀTUS, a, um, *immoderate, excessive, intemperate,* ἄκρατος, ἀκρατής, non temperatus, immoderatus, intemperans. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 6. Quid ad ipsum loci situm horribilius? quid ad cæli naturam intemperatius? *more inclement.* *Cic. de Amic.* c. 20. *a med.* Ne intemperata quædam benevolentia impediat magnas utilitates amicorum. *Id. in Pison.* c. 10. Intemperatissimæ perpotationes. *Al. leg.* intemperantissimæ. ¶ Intemperatum vinum, apud *Cæl. Aurel. Acut.* l. 3. c. 17. *a med.* est non temperatum, merum, ἄκρατον.

INTEMPERĬÆ, arum, f. intemperies. *Cato R. R.* cap. 141. Calamitates intemperiasque prohibessis. *the intemperateness of the sky or weather.* ¶ Cum referuntur ad animum, insaniam, furorem significant, qui ex intemperie cerebri nascitur. Quidam Furias intelligunt, quæ mentem agitant et corrumpunt: alii deas, quæ vim habeant per intemperantiam nocendi. *furies, evil spirits, madness.* *Martian. Capell.* l. 2. pag. 40. jungit cum Farina et Mania. *Plaut. Mil.* 2. 5. 24. Quæ te intemperiæ tenent, qui me perperam perplexo nomine appelles? *Id. Aulul.* 1. 1. 32. Nescio pol, quæ illunc hominem intemperiæ tenent: pervigilat noctes totas. et 4. 4. 15. Larvæ hunc atque intemperiæ, insaniæque agitant senem. *Gell. in præfat. a med.* Qui intemperiarum, negotiorumque pleni sunt, abeant a Noctibus his procul. *h. e.* insanis curis, quibus eorum mens distinetur, et quasi a Furiis agitatur. ¶ De intemperantia, et morum difficultate, qua quis ab injuriis, quasi furens, abstinere nescit, *Id.* l. 1. c. 17. Xantippe Socratis uxor morosa admodum fuisse fertur, et furiosa. Has ejus intemperias in maritum Alcibiades demiratus, &c. *extravagancy, wild fury.* Ita legit *Non.* cap. 8. n. 78. Alii *intemperies*.

INTEMPERĬES, ei, f. *intemperateness, unseasonableness,* ἀκρασία, δυσκρασία, mala rerum mixtarum temperatura, ut *intemperies cæli*, cum aer immoderate aut calidus est, aut frigidus, aut humidus, aut siccus. *the intemperature of the sky or weather.* *Liv.* l. 8. c. 18. et *Colum. initio præfat.* Cæli noxia frugibus intemperies. *Colum.* l. 11. c. 2. *a med.* Intemperies solis, aut anni. *Liv.* l. 3. c. 31. Annona propter aquarum intemperiem laboratum est. *an excessive fall of rain.* *Plaut. Capt.* 4. 4. 3. Clades, calamitasque, intemperies modo in nostram advenit domum. ¶ Transfertur ad mores. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 6. Videor stulte illius amici intemperiem non tulisse. *intemperateness, want of moderation*: vel *passion, fury, madness.* Sic *Gell.* l. 18. c. 7. *circa med.* Intemperies ista, quæ μελαγχολία dicitur, non parvis nec abjectis ingeniis accidit. et lib. 1. c. 23. Senatores ingredientes curiam, quid illa mulierum intemperies sibi vellet, mirabantur. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 64. Benigne excepti, modestia certavere: sed brevis lætitia fuit, cohortium intemperie, quas, &c. *through the insolence.* ¶ Pro intemperantia, *intemperance, insobriety*, *Justin.* l. 12. c. 13. *extr.* Amici causam morbi, intemperiem ebrietatis disseminaverunt.

INTEMPESTĪVE, *out of season, at an unseasonable or improper time, unseasonably, improperly, inconveniently,* ἀκαίρως, παρακαίρως, extra tempus, importune, incommode. *Cic.* 1. *Offic.* cap. 25. Si irascamur aut intempestive accedentibus, aut impudenter rogantibus. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 11. v. 19. vulnera mentis Intempestive qui fovet, ille

novat. *Phædr.* l. 3. fab. 19. *extr.* Intempestive qui occupato alluserit. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 23. Miles pavidus turbat nautas, vel intempestive juvat. Adde *Colum.* l. 11. c. 2. *a med.*

INTEMPESTIVĬTAS, atis, f. inopportunum tempus, *unseasonableness,* ἀκαιρία. *Gell.* l. 3. c. 16. *ad fin.* Octavi mensis (*ad partum*) intempestivitas.

INTEMPESTIVĬTER, intempestive. *In lemmate cap. ult.* l. 4. *Gell.* Qui dixerant joca quædam intempestiviter.

INTEMPESTĪVUS, a, um, *untimely, unseasonable, improper, inconvenient, inopportune,* ἄκαιρος, ἄνωρος, qui præter tempus fit, inopportunus. *Cic. de Amic.* cap. 6. *sub fin.* Amicitia nunquam intempestiva, nunquam molesta est. *Id.* 4. *Attic.* ep. 14. Intempestiva epistola. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 141. Postes intempestivos excisos credo: id eis vitium nocet. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 689. intempestiva cupido. *Id.* 5. *Trist.* el. 6. *in fin.* Intempestivi timores. *Plin. sub fin.* l. 18. Anseres continuo clangore intempestivi. *h. e.* intempestive clangentes. *Val. Max. in fin.* l. 7. Quid hoc joco intempestivius? ¶ Intempestiva convivia. V. *Tempestivus.*

INTEMPESTUS, a, um, *unseasonable,* ἄκαιρος, ἄνωρος, intempestivus. Fere est epithetum noctis, quæ rebus agendis idoneum tempus non habet, ut *Macrob. in fin.* cap. 3. l. 1. *Saturn.* loquitur, *still night, midnight, the dead of night.* *Virg.* 1. *Georg.* v. 247. Illic, ut perhibent, aut intempesta silet nox Semper, et obtenta densantur nocte tenebræ, &c. Est hoc nomine certum noctis tempus, scilicet inter concubiam noctem, et mediam (V. *Concubius*) ut *Macrob. ibid.* et *Censorin. de die nat. cap. ult.* docent. *Servius* ad illud 3. *Æn.* v. 587. Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat: ipsam mediam noctem *intempestam* dici tradit. *Varro* l. 5. *de L. L.* c. 2. cum *concubio,* et *silentio* noctis, seu conticinio confundit. Omnes tamen in eo conveniunt, ut significet altiorem noctis partem, cum tempus agendi nullum est. Consentit *Festus,* qui noctem intempestam dici ait incertius noctis tempus, quia non tam facile noctis horæ, quam diei possunt intelligi. Porro noctis tempora eo incertiora sunt, quo magis ab initio ejus, et fine distant. *Cic.* 1. *Phil.* c. 3. Cum intempesta nox esset, mansissemque in villa P. Valerii. *Id. in Pison.* c. 38. Domum se abdidit: inde nocte intempesta, crepidatus, veste servili, navem conscendit. ¶ Refertur etiam ad intemperiem aeris. *unwholesome, intemperate.* Hinc intempestas Graviscas dixit *Virg.* 10. *Æn.* v. 184. quod oppidum illud gravitate cæli laboraret, ut *Cato,* et *Plin.* apud *Serv. ad eum. loc.* itemque *Diomed.* l. 1. pag. 407. *Putsch.* docent. *Stat.* 2. *Theb.* v. 153. quibus ipse per imbres Fulminibus mixtos, intempestumque tonantem Has meus usque domos vestigia fecit Apollo. *tempestuous, stormy.*

INTEMPORĀLIS, le, adject. *not temporal, eternal,* qui est extra tempus, hoc est æternus. *Apul.* l. 2. *de dogm. Plat.* Præteriti, futurique ævi ultimas partes attingere, et esse quodammodo intemporalem. *Prudent. in Romano,* v. 316. Intemporalis ante, quam primus dies. ¶ Item intempestivus, inopportunus. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. cap. 10. *circa med.* Intemporalis cibus. Adde lib. 3. c. 17. et *Augustin. in Psalm.* 39. sect. 13.

INTEMPORALĬTAS, atis, f. intempestivitas. *Cæl. Aurelian. Acut.* 1. c. 9. *circa med.* Somni intemporalitatem interrumpere. Adde cap. 15.

INTEMPORALĬTER, intempestive. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 1. c. 9. *a med.* Intemporaliter uti cataplasmatibus.

[* INTENDĬTUS, a, um, *stretched,* idem ac intensus. *Fronto de fer. Alsiens.* ep. 3. Quis arcus perpetuo intenditus, quæ fides perpetuo strictæ sunt?]

INTENDO, is, di, tum, *et* sum, a. 3. *to bend, stretch,* ἐκτείνω, idem quod tendo, aut valde tendo, extendo, porrigo. *Plin.* l. 26. c. 10. Nervos intendere, aut remittere. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 15. *ante med.* Et simul dextram intendit ad statuam. *Colum.* l. 6. c. 17. Folia malagmatis more scarificationi intenduntur. *are laid over.* *Val. Flacc.* l. 8. v. 68. Jamque manus Colchis, crinemque intenderat astris. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 4. v. 36. Intendere aures ad verba. *to listen.* et *Senec. de clem.* l. 1. c. 25. Intendere alicui manus. *to stretch, hold out.* Al. leg. *intentare.* *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 17. Acrem in omnes partes aciem intendit. et 4. *Acad.* c. 25. Intendi longius acies non potest. *Virg. Æn.* 8. v. 704. arcum intendebat Apollo. *bent.* et l. 3. v. 683. vela ventis. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 58. balistam in aliquem. *Virg. Æn.* 5. v. 34. Zephyri intendunt vela. *fill, stretch.* *Plin.* l. 8. c. 35. Histrici longiores aculei, et cum intendit cutem, missiles. *Liv.* l. 1. c. 57. *a med.* Intendentibus se tenebris. *night approaching.* et lib. 7. c. 28. Nox interdiu visa intendi. *to come on.* ¶ Item dirigere, injicere, intentare. *Virg.* 9. *Æn.* v. 590. Intendere sagittas. *to shoot.* *Plin.* l. 3. ep. 9. *a med.* telum in jugulum. *to strike, aim.* *Tacit. Ann.* 16. c. 9. ictus. *to strike a blow.* ¶ Pro illigare, innectere. *to tie, bind, fasten.* *Virg.* 2. *Æn.* v. 237. et stupea vincula collo Intendunt. et lib. 5. v. 403. duroque intendere brachia tergo. *h. e.* corio cæstuum. ¶ Pro circumdare. *Id. Æn.* 4. v. 506. Intenditque locum sertis, et fronde coronat. ¶ Translate est augere, quia quæ intenduntur, majorem vim habent. *to increase, augment.* *Virg.* 7. *Æn.* v. 513. cornuque recurvo Tartaream intendit vocem. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 362. mœstas altis intendere voces Puppibus. *to call aloud to.* *Tacit.* 2. *Ann.* c. 38. Languescet industria, intendetur socordia. *Id.* 2. *Hist.* c. 54. Intendere formidinem. et l. 1. c. 12. cupiditates hiantes facilitate. et 4. *Ann.* cap. 26. gloriam. *Plin. in Paneg.* c. 19. studium et laborem. *Sallust. in Jug.* c. 78. officia. *Tacit. Ann.* 13. cap. 15. odium. ¶ Item tendere. *Cic. pro Mur.* cap. 9. *ad fin.* Ut eo, quo intendit, cum exercitu mature perveniat. *whither he intended going.* ¶ *Intendere iter* est dirigere. *to direct, turn.* *Liv.* l. 31. c. 33. Ad explorandum, quonam hostes iter intendissent. *Id.* l. 36. c. 21. A porta ad prætorem iter intendit. *Id.* l. 21. c. 29. Cœptum iter in Italiam intendere. ¶ Absolute *Sallust.* orat. 2. *ad Cæs. circa med.* Avaritia, bellua fera, intoleranda est: quo intendit, oppida agros vastat. *Terent. Andr.* 2. 2. 6. Ubi quæram? aut quo nunc primum intendam? ¶ *Intendere fugam* fugæ se enixe dare. *Liv.* l. 7. c. 37. *ad fin.* Neque, utrum castra peterent, an longiorem intenderent fugam, constare poterat. ¶ *Intendere animum* est adhibere, convertere, sed cum conatu et studio. *to turn one's mind, direct one's attention.* *Cic. in fragment.* apud *Non.* c. 4. n. 256. Quæro enim, non quibus intendam rebus animum, sed quibus relaxem. *Id.* 4. *Acad.* c. 15. Parum defigunt animos, et intendunt in ea, quæ perspicua sunt. *Id.* 2. *Verr.* c. 3. Quid iste speret, et quo animum intendat, facile perspicio. *Liv. in præfat. a med.* et *Sallust. in Jug.* cap. 47. et *Plin.* lib. 7. ep. 27. Acriter intendere animum ad aliquid. *to give his utmost attention to.* *Horat.* l. 1. ep. 9. v. 35. Intendere animum studiis et rebus honestis. *Sallust. in Jug.* c. 23. In regnum Atherbalis animum intendit. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 33. *extr.* Intendere considerationem in aliquam rem. *Sallust. in Catil.* c. 50. ingenium. *Liv.* l. 40. c. 5. omnes cogitationes ad aliquid. et lib. 37. c. 36. *extr.* totam curam in belli apparatum. *Quintil.* l. 10. *c. ult. circa med.* Vis omnis intendenda rebus, et remittendum aliquid ex cura verborum. *h. e.* vis animi adhibenda in rebus, et verborum cura remittenda. ¶ *Intendere* absolute, pro intendere animum. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 42. Quod est tibi ante explicandum, quam illuc proficiscare, quo te dicis intendere. *that you intend to go.* Sic *Sallust. in Jug.* c. 27. Quod ubi secus procedit neque quod intenderat, efficere potest, &c. *had intended.* et c. 77. Quocumque intenderat, res advorsæ erant. *turned his thoughts.* *Plin.* l. 8. ep. 19, Intende libro, quem cum hac epistola accipies. *give your attention to, read attentively.* *Quintil.* l. 10. c. 1. Nunc genera ipsa lectionum, quæ præcipue convenire intendentibus, ut oratores fiant, existimem, persequar. *h. e.* enitentibus, conantibus. *Justin.* l. 13. c. 6. Ad nuptias Cleopatræ intendit. *turned his mind.* *Val. Flacc.* l. 6. v. 600. campis intendere suadet, Dum datur, ardentesque viri percurrere pugnas. *to turn his thoughts and his eye.* *Lactant. in fin.* l. 7. Intendamus justitiæ, quæ ad Deum sola perducet. ¶ Cum infinito. *Sallust. in Jug.* cap. 115. *extr.* Quo ire intenderant, perventum est. et cap. 97. Quem locum Marius summa vi capere intendit. *exerts himself to the utmost, strains every nerve to take.* et in orat. 2. *ad Cæs. ante med.* Neque ullam rem agere intendit, nisi illi auctores fierent. *Liv.* l. 36. c. 44. Dolonibus erectis altum petere intendit. *prepares.* et cap. 45. Postero die hostem persequi intenderunt. Adde lib. 38. c. 2. ¶ *Intendere se* est animo, et viribus parare se, eniti, intentum se præbere. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 4. Qui se intenderant adversarios in ejus tribunatum. *Quintil.* l. 4. c. 1. *circa med.* Intendere se in rem. *to give his attention, apply himself.* *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 23. Ne ingemiscit quidem vir fortis, nisi forte ut se intendat ad firmitatem. *h. e.* vires suas colligat. ¶ *Intendi animo* est intentum adhibere animum. *Liv.* l. 1. c. 25. Erecti suspensique in minime gratum spectaculum animo intenduntur. ¶ *Intendere animo* est statuere, propositum habere. *Cic. Phil.* 10. cap. 4. Si C. Antonius, quod animo intenderat, perficere potuisset. ¶ Est etiam intente agere, contendere, affirmare. *to strive, contend, insist, affirm.* *Cic. pro Quint.* c. 29. Quem, quo modo nunc intendit, ne in vivorum quidem numero tum demonstrat fuisse. *Plaut. Mil.* 2. 4. 27. Pergin', sceleste, intendere, atque hanc arguere? *do you persist in accusing her?* *Terent. Eun.* 3. 3. 19. Nisi si illa forte, quæ olim periit parvula soror, hanc se intendit esse, ut est audacia. *means to pass herself off for.* *Senec. de const. Sap.* c. 4. Cum potentes, et consensu servientium validi nocere ei intendent. ¶ Item inferre, intentare. *Cic. pro Mil.* c. 14. Intendere alicui actionem perduellionis. *to bring an action against.* *Liv.* l. 9. c. 26. crimen in aliquem. *to prefer an accusation against.* et l. 1. *de Orat.* c. 10. alicui litem. *to raise a lawsuit against.* *Sueton. in Vitell.* c. 7. alicui injuriarum formulam. *Vellei.* l. 2. c. 13. *in fi.* Intendere injurias. *Tacit.* 1. *Ann.* cap. 28. Spem offerre, metum intendere. *Cic. de Harusp. resp.* c. 1. alicui periculum judicii. et *pro Rosc. Amer.* cap. 3. periculum in omnes. *Tacit. Ann.* 3. c. 36. probra et minas alicui. *Liv.* l. 21. c. 6. *ad fin.* bellum in Hispaniam, et Anibalem. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 27. Intendere orationem. *h. e.* dirigere in aliquem: oratione, et criminatione quempiam aggredi. ¶ *Intendere in se* est ad se respicere, in se ipsum animo et cogitatione converti. *Senec. in præfat.* l. 1. *quæst. nat.* Quid sit Deus: totus in se intendat, an ad nos aliquando respiciat. ¶ *Intendere leges* apud *Plin.* l. 4. ep. 9. *a med.* est earum severitatem sequi: ducta translatione ab intendendo arcu. Cui contrarium est mitigare. ¶ *Intendere alicui* converti ad aliquem, aliquem spectare. *Stat. in fi. præfat.* l. 3. *silvar.* Cum scias hanc destinationem quietis meæ tibi maxime intendere. ¶ *Intendere consilium* est parare, translatum, inquit *Donat.* a venatoribus, qui retia intendunt ad feras captandas. *Terent. Andr.* 4. 3. 18. Repudio quod consilium primum intenderam. Simile est illud *ejusd. Heaut.* 3. 2. 2. Intendenda est in senem fallacia. ¶ Apud Rhetores *intendi* dicitur, quod in prima argumentationis propositione (quæ et *intentio* vocatur) exprimitur. *Quintil.* l. 5. c. 14. *ante med.* In qua idem concluditur, quod intenditur. ¶ Apud Grammaticos *intendere* aliquando est producere. *Gell.* l. 13. c. 22. *sub fin.* Primam syllabam intendit, tertiam corripuit. *has lengthened.* ¶ Participia *intensus,* et *intentus* V. suis locis.

INTENSE. V. *Intente.*

INTENSĬO, onis, f. *a stretching, straining,* ἐπίτασις, vis rei intentæ, extensio, intentio. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 6. Intensionem aeris ostendent tibi inflata, nec ad ictum cedentia. *et mox.* Quid est vox, nisi intensio aeris? et cap. 8. Nihil non intensione vehementius est. *Scribon. Larg. compos.* 255. Cervix rigida cum intensione oculorum et maxillarum. *convulsion.*

INTENSUS, a, um, *stretched, strained; intense,* idem quod intentus, contentus, vehemens. *Senec.* l. 2. *de Ira,* c. 13. Qui meditatus est per intensos funes ire. et cap. 35. Acrior spiritus est, intensior impetus, rupturus se, nisi eruperit. *Nazar. in Paneg. ad Constantin.* c. 23. virtus in parvis remissa, in mediocribus modice intensior. ¶ Tribuunt et *Ciceroni,* sed apud eum rectius leges *intentus,* quod frequentius est, et magis Latinum.

INTENTATĬO, onis, f. *a holding out, stretching forth,* actus intentandi. *Senec.* l. 2. *de Ira,* c. 4. Oculi ad intentationem subitam digitorum comprimuntur. *holding out in a menacing way.* *Est qui leg.* intentionem. *Tertull. in Apolog.* cap. 46. Intentatio criminum. *h. e.* objectio. Al. leg. *intentio.*

INTENTĀTUS, a, um, *aimed at,* objectus: ab *intento, as.* *Liv.* l. 9. c. 6. Gladii etiam plerisque intentati, et vulnerati quidam, necatique. ¶ Item non tentatus, non expertus. *untried, unattempted, not yet tried or proved.* ab *in* privativa, et *tento.* *Horat.* l. 1. od. 5. v. 12. miseri, quibus intentata nites. *Id. de ar. Poet.* v. 285. Nihil intentatum nostri liquere poetæ. *Gell.* l. 9. c. 4. Notavi quædam mirabilia, et scriptoribus fere nostris intentata. *Virg.* 10. *Æn.* v. 39. Nunc etiam Manes (hæc intentata manebat Sors rerum) movet. *Tacit.* 1. *Ann.* cap. 50. Iter intentatum. *Senec. in Med.* v. 62. Vacca intentata jugo.

INTENTE, *attentively, diligently, carefully, with close attention, intently, violently, forcibly, earnestly,* ἐντόνως, intentis viribus, intento animo, acriter, impense, vehementer. *Auct. ad Heren. sub fin.* l. 4. Alia meliora sunt, quæ multo intentius petimus in vita. *Est qui leg.* intensius. *Plin.* l. 5. ep. 19. Dum intente instanterque pronuntiat, sanguinem rejecit. *Quintil.* l. et cap. 2. *a med.* Intente et modeste audire aliquem. *Liv.* l. 8. c. 17. Cum delectus intentius, quam adversus finitima bella, haberetur. *et ibid.* c. 1. *ad fin.* Intentius apparare bellum. et lib. 25. c. 30. Quo intentius custodiæ serventur. *Tacit. Ann.* 3. c. 35. Intentius se excusare. et lib. 11. c. 11. Intentius adesse alicui rei. et lib. 15. c. 13. Intentius premere obsessos. *Lamprid. in Heliogab.* c. 14. Exspectans intentissime.

INTENTĬO, onis, f. *a stretching, straining; violent exertion, vehemence, intension,* ἔντασις, ἐπίτασις, actus intendendi, extensio, contentio: cui opponitur laxatio, remissio, languor. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 10. Ipsius corporis intentionem quandam, velut in cantu, et fidibus, quæ harmonia dicitur. *Colum.* l. 6. c. 6. Cruditatis signa sunt fastidia cibi, nervorum intentio, hebetes oculi. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 34. Quidquid aridum est, et intentione quadam proximum quoque locum male habet, concidere. (Adde l. 8. c. 18.) *Plin.* l. 28. c. 4. *ad fin.* Intentio vocis. *Gell.* l. 5. c. 16. aeris. et l. 18. c. 10. *extr.* et remissio motus. *Tacit. Ann.* 16. c. 34. vultus. *keeping the countenance fixed.* ¶ Translate est cura, studium, conatus, contentio. *force, exertion; an effort.* *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 23. Ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt; simillime animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic urgetur, ut se nequeat attollere. et cap. 27. Patientiam dolorum animi intentione firmare. *Plin. in Paneg.* c. 71. Intentio humanitatis. *h. e.* contentio, qua se aliis ostentare studebat. *Id.* l. 1. ep. 3. Intentio rei familiaris obeundæ. *Cic.* 4. *Tuscul.* cap. 2. Mentem a cogitationum intentione, cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere. *study, thought, attention, application.* et lib. 2. *de Invent.* c. 14. Cum animus hac intentione omnes totius negotii partes considerabit. *Quintil.* lib. 6. cap. 3. Risus animum ab intentione rerum frequenter avertit. *Id.* lib. 10. cap. 3. *a med.* Quæ delectant, necesse est, avocent ab intentione operis destinati. *Liv*

lib. 1. cap. 17. Non aversus ab intentione lusus animus. *diverted from the game. Senec.* epist. 113. Dicam, si mihi accommodaveris subtilitatem et intentionem tuam. *Plin. in Paneg.* cap. 78. Hæc nempe intentio tua, ut libertatem revoces ac reducas. *this is your aim, to recall,* &c. ¶ In plurali num. *Gell.* l. 15. c. 2. Animos ad intentiones rursum capiendas fieri habiliores. ¶ Aliquando est objectio, accusatio, actio. *Quintil.* l. 3. c. 9. Judiciale genus officiis constat duobus, intentionis ac depulsionis. *accusation and defence, the bringing of a charge and repelling it. Id.* l. 7. c. 1. Intentio simplex: *occidit Saturnium Rabirius*: conjuncta: *lege de sicariis commisit L. Varenus. Ulpian. Dig.* lib. 11. tit. 6. leg. 1. Si ex locato fuerit actum, dicendum erit, non tenere intentionem. Adde *Cicer.* 1. *de Invent.* c. 10. et lib. 2. c. 43. et *Auct. ad Herenn. sub fin.* l. 1. ¶ Nonnunquam propositio, seu prima pars argumentationis, *the major of an argument. Quintil. c. ult.* l. 5. Ita erit prima intentio, secunda assumptio, tertia connexio. ¶ Item augmentum, *increase, vehemence, intenseness. Senec.* ep. 78. Summi doloris intentio invenit finem. *Gell.* l. 16. c. 5. *Væ* particula tum intentionem significat, tum minutionem. et lib. 7. cap. 7. *Ad* præverbium significat ἐπίτασιν, quam nos intentionem dicimus. ¶ Raro est voluntas, mens, consilium, *intention, purpose, will. Papinian. Dig.* lib. 34. tit. 1. leg. 10. Intentionem quidem defuncti prima facie refragari.

INTENTĪVUS, a, um, *intensitive*, intendendi, et augendi vim habens, ut Intentiva adverbia, *Priscian.* lib. 15. pag. 1022. *Putsch.*

INTENTO, as, avi, atum, a. 1. *to stretch or hold out*, προτείνω, frequentativum ab *intendo. Liv.* l. 3. c. 47. Virginius intentans in Appium manus, Icilio, inquit, non tibi filiam despondi. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 70. *Burm.* Intentavimus oculos in prœliantes, notavimusque, &c. *et in Satyr.* c. 122. intentans cum voce manus ad sidera. ¶ Sæpe est injicere, objicere terrendi, et nocendi causa, *to hold forth in a menacing manner, aim at, threaten. Id. ibid.* c. 95. Veru extis stridentibus plenum in oculos ejus intentat. *Auct. de B. Hispan.* c. 22. Et ei manus intentare cœperunt. *to lay hands upon him. Cic. pro Mil.* c. 14. Hæc sica intentata nobis est. *Id. Tuscul.* 5. c. 27. Dolor ardentes faces intentat. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 69. Tela, ac manus in ora legatorum intentant. et lib. 3. c. 31. Ingerebant probra, intentabant ictus. *Justin.* l. 2. c. 5. Intentare verbera. *Liv.* l. 6. c. 27. arma Latinis, Hernicis. *Virg.* 1. *Æn.* v. 95. Præsentemque viris intentant omnia mortem. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 28. Terror omnibus intentatur. *Quintil.* l. 3. c. 10. *extr.* Intentari invicem crimen.

INTENTUS, a, um, *stretched, strained, bent*, ἐντενής, ἔντονος, extensus, contentus: ab *intendo. Cic.* 7. *Verr.* c. 12. et 31. Tabernacula carbaseis intenta velis. *Id.* 3. *de Orat.* c. 57. Intentæ chordæ. *Quintil.* l. 6. c. 3. Sella intenta loris. *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 21. intentus nervo levis arcus equino. *Virg.* 5. *Æn.* v. 136. intentaque brachia remis. ¶ Item intentatus, illatus. *Cic. de provinc. consul.* c. 9. Cum omnia tela undique esse intenta in patriam viderem. *aimed at. Id. in Pison.* c. 2. Tela intenta jugulis civitatis. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 340. Intenta nex. ¶ Translate *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 11. Animum esse per naturam rerum omnem intentum, et commeantem. ¶ Sæpe est acer, vehemens, *vehement, forcible, powerful, intense. Cic.* 2. *de Orat.* c. 52. *extr.* Oratio, quæ suscipitur ab oratore ad commutandos animos, intenta et vehemens esse debet. *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 5. v. 60. Intentus labor. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 130. intentæ vires. ¶ Item attentus, diligens. *intent upon, fixed, attentive. Cic. Phil.* 11. c. 9. Intentus animus tuus est ad fortissimum virum liberandum. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 80. Militum intenti animi pugnæ eventum exspectabant. et lib. 3. c. 26. Omnium oculi mentesque ad pugnam intentæ. et cap. 22. Atque in ea re omnium nostrorum intentis animis. *Sallust. in Catil.* cap. 2. *extr.* Aliquo negotio intentus. *bent on.* (Ablativus hic regitur a præpositione, quæ inest in ipso adjectivo.) *Liv.* l. 3. c. 26. Operi agresti intentus. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 351. intentis canere. *Virg.* 5. *Æn.* v. 137. Intenti exspectant signum. *Cic. pro Flacc.* c. 11. Totam causam quam maxime intentis, quod aiunt, oculis contemplari. *Liv.* l. 29. c. 35. *a med.* Cum intentissima conquisitione ad triginta millia peditum confecisset. *Id.* l. 39. c. 19. Intentiore custodia asservare aliquem. *Id.* l. 25. c. 22. et *Quintil.* l. 10. c. 1. *ad fin.* Quæ vix singula quisquam intentissima cura consequi posset. *Val. Flacc.* l. 4. v. 257. Intenta silentia. ¶ Item auctus, *augmented, increased. Tacit.* 1. *Hist.* c. 89. Intenta alimentorum pretia.

INTENTUS, us, m. *a stretching or holding out*, extensio. *Cic. pro Sext.* c. 55. Voces quidem, et palmarum intentus, et maledictorum clamorem omnes profuderunt.

INTEPĔO, es, ui, n. 2. *to be warm*, idem ac tepeo, vel tepidus fio. *Senec.* epist. 67. Ver, quo tempore calere debebat, intepuit. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 124. Et lacus æstivis intepet Umber aquis. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 215. Roscida cum primum foliis excussa pruina est, Et variæ radiis intepuere comæ. *Stat.* 2. *Theb.* v. 376. ambustaque sontibus alte Intepet Hydra vadis.

INTEPESCO, is, pui, n. 3. idem fere ac intepeo, *to grow or become warm. Senec.* epist. 78. *ad fin.* Ne quis intepescat cibus. *Colum.* l. 1. c. 1. Intepescente frigore. *Id.* l. 11. c. 2. *sub init.* Intepescit annus, permittitque dementior dies opera moliri. ¶ Translate *Petron. in Satyr.* c. 94. Paulatim intepescente sævitia.

INTER, *between, betwixt, among, amongst*, μεταξύ, præpositio accusativum regens, et significans medium quiddam: ab *in*, ut *subter* a *sub*, *propter* a *pro*. Refertur ad locum, ad tempus, ad personas. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 2. Mons Jura, qui est inter Sequanos, et Helvetios. *Cic. Verr.* 4. c. 52. *extr.* Ut dies quadraginta quinque inter binos ludes tollerentur. *Nep. in Milt.* c. 4. Inter quos magna fuit contentio, utrum, &c. *Cic. in Orat.* c. 28. *sub fin.* Furere apud sanos, et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur. ¶ Pro *in* aliquando ponitur. *Plaut. Cistell.* 2. 1. 28. Inter novam rem verbum usurpabo vetus. *Cic. ad Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 6. Hæc inter cœnam Tironi dictavi. *during supper. Id.* 7. *Verr.* c. 11. *ad fin.* Ut alius inter manus e convivio auferretur. *in the arms. Terent. Eun.* 4. 2. 1. Cœpi egomet mecum inter vias aliam rem ex alia cogitare. *on my journey. Gell.* l. 1. c. 11. Tibicines inter exercitum positi canere incœptabant. *in the midst.* et lib. 9. c. 4. Plus cernant oculis per noctem, quam inter diem. *in the day-time.* et lib. 13. c. 7. Leænas inter omnem vitam semel parere. *during their life-time.* ¶ Huc pertinent illa *Virg.* 9. *Ecl.* v. 24. inter agendum Occursare capro, cornu ferit ille, caveto. *Gell.* l. 1. c. 26. Vociferari inter vapulandum incipit. *et in fin.* cap. 12. *Amata* inter capiendum a Pontifice appellatur. *Justin.* l. 11. c. 8. Inter bibendum. ¶ Illa etiam huc trahi possunt. *Cels.* l. 3. c. 8. Inter initia sanguis mitti debet. *h. e.* in ipsis initiis. et lib. 7. c. 27. Cibus inter principia non nisi humidus dari debet. Adde *Tacit.* 3. *Hist.* c. 18. ¶ Pro *apud*, *Plin.* l. 8. c. 42. *a med.* Et fere inter omnes constare video. ¶ Pro *ad*, *Virg.* 12. *Æn.* v. 436. nunc te mea dextera bello Defensum dabit, et magna inter præmia ducet. Ubi *Servius*: *Inter* Veteres pro *ad* ponebant. *Cicero* (*Catil.* 1. c. 4.) Dico, te priore nocte venisse inter falcarios. id est, ad falcarios. Hæc *Serv.* ¶ Et pro *invicem*, *mutually, reciprocally. Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *ante med.* Cicerones pueri amant inter se. *love one another. Id.* 3. *Catil.* c. 5. *extrem.* Furtim nonnunquam inter se aspiciebant. *Nep. in Arist.* c. 1. Obtrectarunt inter se. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 28. Nos inter nos esse complexos. *Id. de Amic.* c. 22. Neque solum colent inter se, et diligent, sed etiam verebuntur. *Id.* 1. *Offic.* cap. 16. Latissime quidem patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes, societas hæc est. *Id. ad Anton. post* ep. l. 14. *ad Attic. sub fin.* Ut nosmetipsi inter nos conjunctiores simus. ¶ Et pro *intra, within, in. Titinn.* apud *Non.* c. 1. n. 3. Inter decem annos nequisti unam togam detexere. *Cic. pro Quint.* cap. 14. Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quintium. *Plaut. Stich.* 1. 3. 61. Quot prandia inter continuum perdidi triennium. ¶ Servit sæpe comparationibus. *above, before, in comparison. Cic. in Orat.* c. 2. In oratoribus vero, admirabile est, quantum inter omnes unus excellat. *Liv.* l. 2. c. 46. Inter primores genus Fabium insigne spectaculo civibus erat. *Plin.* l. 21. c. 7. *a med.* Iris Africana, amplissima inter omnes. *Id.* l. 25. c. 9. *ad fin.* Inter primas celebratur peucedanum. *Id.* l. 29. c. 4. *a med.* Inter præcipua laudant. *Liv.* l. 22. c. 7. Nobilis ad Trasimenum pugna, atque inter paucas memorata populi R. clades. ¶ *Inter hæc, inter quæ* est interea. *Liv. in fi.* cap. 23. l. 2. Inter hæc major alius terror. *Cels.* l. 4. c. 2. sect. 4. Inter quæ unctione, et consueto cibo nihilominus uti licet. ¶ *Inter id* idem valet. *Varr. sub fin.* l. 5. *de L. L.* Inter id cum circum muros mittitur, &c. ¶ *Inter nos dicere liceat* apud *Cicer.* est familiariter, et arcano: l. 2. *ad Attic.* ep. 4. Serapionis librum ad me misisti, ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) millesimam partem vix intelligo. *let that be between us; be it said in confidence.* Sic *Senec.* ep. 12. Quod inter nos sit; ego illas posueram. Al. hic leg. *intra*: alii omnino aliter. ¶ Repetitur interdum. *Cic. Parad.* 1. *ad fin.* Sic te ipse abjicies, atque prosternes, ut nihil inter te atque inter quadrupedem aliquam putes interesse? *Id.* 1. *de Fin.* c. 9. Interesse enim inter argumentum conclusionemque rationis, et inter mediocrem animadversionem atque admonitionem. *Id. de Amic.* c. 25. Quid intersit inter popularem, idest assentatorem et levem civem, et inter constantem, severum, et gravem. *Id. de Fato*, c. 9. *a med.* Sed interest inter causas fortuito antegressas, et inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem. In loc. cit. ex *Parad.* al. alterum *inter* omitit. *Virg. Æn.* 9. v. 556. inter et hostes, inter et arma. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 165. Fertilis hanc inter posita est, interque rigentes. *Propert.* l. 2. el. 23. v. 15. inter matrem deus ipse, interque sororem. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 11. Nestor componere lites Inter Peliden festinat, et inter Atriden. Adde l. 1. sat. 7. v. 12. *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 67. *Val. Flacc.* l. 5. v. 13. et lib. 6. v. 509. *Silium* l. 11. v. 180. et *Claudian.* l. 2. *de Rufin.* v. 195. quæ omnia congessit *Cuningham. in Bentlei. Horatii* loca sollicitantem. ¶ Postponitur interdum, aut interponitur suis casibus. *Cic. de Amic.* c. 22. Si quos inter societas aut est, aut fuit. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 116. extremos inter euntem. *Phædr.* l. 2. fab. 8. v. 20. Hæc inter ipse dominus a cœna redit. *Liv.* l. 22. c. 3. Qui Fæsulas inter, Arretiumque jacent. *Tacit. in Agric.* c. 31. Verbera inter, ac contumelias. *Id.* 1. *Ann.* c. 10. Paucos inter sensum regum. et lib. 14. cap. 33. medios inter hostes. ¶ Poetice a suo etiam casu, interjecto verbo disjungitur. *Virg. Ecl.* 9. v. 36. argutos inter strepere anser olores. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 51. utinam inter errem Nuda leones. et od. 15. v. 5. inter ludere virgines. ¶ Adverbii ritu, sine casu, *Val. Flacc.* l. 6. v. 219. Quis tibi fatales unquam metuisset Amyclas, Œbaliamque manum, tot, Rhyndace, montibus inter Diviso, totidemque fretis? *h. e.* tot montibus interpositis. Hinc cum verbis quoque jungi posse ait *Priscian.* l. 14. pag. 991. *Putsch.* ut si dicas *Tu dextrorsum, ille sinistrorsum, ego curro inter.* Nullo id tamen Latino auctore confirmat. ¶ In compositione cum omnibus litteris jungitur, et fere vim suam retinet. Aliquando tamen augere videtur, ut in *interbibo* omnino bibo, *intertraho* penitus extraho, *interficio* penitus conficio: aliquando significat contra, ut in *interdico*: aliquando cum, ut in *interprimo*, comprimo.

INTERÆSTŬANS, antis, per intervalla æstuans. *Plin.* l. 6. ep. 16. *ad fin.* Stomachus illi natura invalidus, et angustus, et frequenter interæstuans erat. *hot by fits or starts.*

INTERALBĬCANS, antis, albicans per intervalla. *Plin.* l. 37. c. 10. Leucochrysos fit chrysolitho interalbicante. *Harduin.* ex MSS. emendat: Leucochrysos sicut crystallus albicat.

INTERAMENTUM, i, n. quidquid ad aliquid interius muniendum, vel instruendum requiritur: ab *inter*, vel *intra*. *Liv.* l. 28. c. 45. *a med.* Populonienses ferrum, Tarquinienses lintea in vela, Volaterrani interamenta navium, et frumentum polliciti sunt. *h. e.* interiorem navium apparatum. Aliquis legit *inceramenta*. h. e. picem, et ceram, et similia ad naves oblinendas. V. *Cera* in fine.

INTERAMNĀNUS. V. *Interamnus*.

INTERAMNAS, atis, qui est ex Interamna oppido Umbriæ ad Narem fluvium: item Volscorum in Latio ad Lirim fluvium. Illud nunc *Terni* dicitur: hoc excisum est. Nomen habent ex eo, quod *inter* duos *amnes* sita sunt, ut *Varro* l. 4. *de L. L.* c. 5. docet. *Id.* l. 3. *R. R.* c. 2. De controversiis Interamnatium, et Reatinorum. Adde *Plin.* l. 3. c. 12. et 14. et *Cicer.* 4. *Attic.* ep. 15.

INTERAMNIS, e, adject. qui est ex Interamna. *Cic. pro Mil.* c. 17. C. Cassius cognomento Scola, Interamnis.

INTERAMNUS, *vel* Interamnanus, a, um, adject. qui inter duos amnes jacet, μεσοποτάμιος. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 56. Terras interamnas. (*Mesopotamiæ scilicet*) recepimus. *Al. leg.* interamnanas. *Solin.* c. 32. (*al.* 45.) Spatia amplecti interamna.

INTERANEA, orum, n. *the intestines*, ἔντερα, intestina: ab *intra*. *Colum.* l. 9. c. 14. *a med.* Exemptis interaneis occisas aves. *Plin.* l. 30. c. 7. *sub fin.* Occulti interaneorum morbi. et lib. 22. c. 25. *a med.* Lens glutinat interanea procidentia. ¶ In singulari num. *Id.* l. 32. c. 9. *a med.* Procidentis interanei morbum coercere. ¶ Adjective *Id.* l. 20. c. 11. *a med.* Hipposelinum, poto semine, torminibus interaneis medetur. *Harduin.* ex MSS. corrigit *torminibus, et interaneis. Scribon. Larg. compos.* 96. Purgat etiam interaneas vomicas.

INTERANĔUS, a, um, internus. V. vocem præced.

[* INTERANNIENSES, ium, m. populi, qui incolebant urbem nomine Interannesia in Lusitania. *Plin.* l. 4. c. 21. sect. 35. et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 162. n. 3.]

INTERARESCO, is, arui, n. 3. *to be dried up, grow entirely dry*, διαξηραίνομαι, est penitus arescere, h. e. omnino aridum fieri. *Vitruv.* l. 7. cap. 8. Hæ glebæ, propter humoris plenitatem, conjiciuntur in fornacem, ut interarescant. *Id. in proœm.* l. 8. Animalia sine humoris potestate interarescent. *h. e.* exstinguentur. Sic *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 14. Nihil enim interarescere, nihil exstingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit.

INTERĀTIM. V. *Interduatim*.

INTERBĬBO, is, n. 3. *to drink up wholly*, ἐκπίνω, totum bibo, plane ebibo. *Plaut. Aulular.* 3. 6. 22. Quæ mihi interbibere sola, si vino scatet, Corinthiensem fontem Pyrenen potest.

INTERBĪTO, is, n. 3. idem quod intereo, pereo. *Plaut. Most.* 5. 1. 47. Ne illi huc confugere possint, quæstioni quos dabo, Hic ego tibi præsidebo, ne interbitat quæstio. Eadem significatione usurpatur *Perbito* ab eodem *Plauto*, et aliis apud *Nonnium* c. 2. n. 654. [† *Gesnerus* exponit per *intervenio*, ἐπέρχομαι. V. *Beto*.]

[* INTERBLANDĬENS, tis, comm. idem ac blandiens. *Augustin.* 9. *Confess.* c. 12. Obsequiis meis interblandiens appellabat me pium.]

INTERCALĀRIS, re, *inserted between, interposed, interpolated, intercalary, intercalar*, ἐμβολιμαῖος, ἐμβόλιμος, qui intercalatur, seu interponitur. *Intercalaris dies* est, qui quinto quoque anno inseritur inter Terminalia, et Regifugium, seu inter vigesimum quartum fere, et vigesimum quintum diem Februarii mensis, ut temporum ratio Solis itineri congruat, uti loquitur. *Plin.* l. 2. c. 8. seu, quod idem est, ut annus civilis ad naturalem exæquetur, ut est apud *Censorin. de die nat.* c. 20. et *Solin.* c. 1. *ante med.* (*al.* c. 3.) ubi multa hac de re, sumpta fere ex *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 13. et 14. V. *Intercalo.* ¶ Quod ait *Plin. quinto quoque anno*, alii dicunt

quarto. Conveniunt tamen. Nam ille intelligit quinto quoque anno incipiente: alii quarto quoque anno transacto, ut est apud Macrob. loc. cit. ¶ Intercalaris mensis olim fuit, qui ceteris anni mensibus interponebatur ad Solis cursum exæquandum: postea ita dictus est mensis Februarius, quod in eo dies addi cœptus, ut dictum est. *the intercalary month.* Macrob. et Censorin. loc. cit. ¶ Intercalares calendæ sunt ejus mensis, cujus præcedenti dies inseritur. *the first day of the intercalary month.* Liv. l. 45. c. 44. Intercalatum eo anno: postridie Terminalia intercalares fuerunt. et l. 43. c. 11. sub fin. Hoc anno intercalatum est: tertio die post (al. postridie) Terminalia calendæ intercalares fuere. ¶ Intercalares calendæ priores, aut posteriores (idem dic de Nonis, atque Idibus) dictæ sunt primi, et secundi mensis, quos Jul. Cæsar, ut anni perversam rationem emendaret, interseruit ante mensem Decembrem, anno U. C. DCCVII. ut Sueton. in ejus vita cap. 40. docet. *the first day of the former, or latter, of the two months inserted by Julius Cæsar, in order to put an end to the custom of intercalating.* Cic. 6. Fam. ep. 14. Cum a. d. V. cal. intercalares priores venissem mane ad Cæsarem. De his Manut. de quæs. per epist. n. 3. ¶ Intercalaris annus est, in quo dies additur Februario mensi. *bissextile, or leap-year.* Plin. l. 2. c. 47. extr. ¶ Translate intercalaris versus est, qui inter aliquot versus interponitur, ut in Ecl. 8. Virg. illud Incipe Mænalios, &c. Et Ducite ab Urbe domum, &c. Servius ibid. v. 21. *the intercalary verse.*

INTERCALARĬUS, a, um, idem quod intercalaris. Liv. l. 37. c. pænult. et Sueton. in Cæs. c. 40. Intercalarius mensis. ¶ Intercalarium, ii, spatium dierum intercalatorum. Cic. 4. Verr. c. 52. extr. Cephaleditani decreverunt intercalarium quadraginta dies longum, ut reliqui menses in suam rationem reverterentur.

INTERCALATĬO, onis, f. *the act of intercalating, intercalation,* interpositio. Plin. l. 2. c. 47. Per singulas intercalationes. Macrob. l. 1. Saturn. c. 13. Omni intercalationi mensis Februarius deputatus est.

INTERCALĀTOR. V. in fin. verbi Intercalo.

INTERCALĀTUS, a, um, *interposed, inserted between, intercalated,* interpositus, insertus, ut Intercalati dies, Macrob. l. 1. Saturn. c. 14. ad fin. ¶ Translate dilatus, prorogatus. Liv. l. 9. c. 9. Hanc jam ut intercalatæ pœnæ usuram habeant. *this interest for their punishment having been so long delayed.*

INTERCĀLO, as, avi, atum, a. 1. *to interpose, insert between, interpolate, intercalate,* παρεμβάλλω, interpono, intersero: et dicitur proprie de diebus, qui interponuntur alicui mensi, ut anni civilis cursus naturalem annum exæquet. Quia enim olim apud Romanos, rudes, et rerum cælestium ignaros, anni spatium brevius, quam par esset, institutum fuerat, necesse habuerunt identidem dies aliquot interponere, ut Solis annuam circuitionem æquo dierum anni numero plene complecterentur. Quod cum varie, neque satis certa ratione factitatum esset, C. Jul. Cæsar, qui annum civilem emendavit, inter alia instituit, ut quarto quoque anno dies unus Februario mensi adderetur, ut in Intercalaris dictum est. Id porro ideo intercalare appellarunt, quod mos erat vetus, ut a Pontificibus cujusque mensis nonæ, idus, calendæ populo calarentur, h. e. indicerentur. V. Calo, as. Ex eo, si dies interponeretur, intercalare dictum est. Fere usurpatur passiva voce, et impersonaliter. Cato R. R. c. 159. Si intercalatum erit cal. Maiis. Plin. l. 18. c. 25. Ut duodecim annis continuis non intercalaretur. Sueton. in Cæs. c. 40. Ut unus dies quarto quoque anno intercalaretur. ¶ Intercalandi arbitrium ante correctionem C. Cæsaris penes Pontifices erat, qui non semper habita temporum ratione sed privatis frequenter inducti rationibus, vel id faciebant, vel omittebant; modo plures, modo pauciores dies interponebant: quod ex Cicer. 2. de Legib. cap. 12. Sueton. loc. cit. et Macrob. l. 1. Saturn. c. 14. licet cognoscere. Unde ambitu, et potentia, sæpe cuja intererat, annum brevi excurrere, obtinebat, ne intercalaretur: cuja longius protrahi, ut pluribus diebus intercalaretur. Cic. 5. Attic. ep. 9. Memento curare, ut annus noster maneat suo statu, ne quid novi decernatur. hoc tibi ita mando, ut dubitem, an etiam te rogem, ut pugnes, ne intercaletur. Adde epist. 13. et Cœl. ad Cicer. Fam. 8. ep. 6. ad fin. ¶ Intercalantes dies apud Macrob. loc. cit. cap. 13. circa med. sunt dies intercalati. Est qui leg. intercalatores.

INTERCAPEDĬNANS, antis, intermittens, omittens, cessans, vel cessare faciens. Fulgent. l. 1. Mythol. post init. Intercapedinante pavoris prolixitate. Abstineas.

INTERCAPEDINĀTUS, a, um, intervallo distinctus, divisus. Martian. Capell. l. 9. pag. 312. Vanescentia intercapedinatæ prolixitatis oblivia. Cæl. Aurelian. l. 1. Tard. c. 1. Nunc continuæ, nunc intercapedinatæ exacerbationes. *interrupted.*

INTERCAPĒDO, inis, f. *an interval of time, intermission, pause, respite,* διαχώρημα, διάστημα, spatium, interstitium, interruptio. Festus: Intercapedo, tempus interceptum, cum scilicet mora est ad capiendum. Cic. Fam. 16. ep. 21. Me non pœnitebat intercapedinem scribendi fecisse. *of having for some time past omitted to write.* et l. 1. de Fin. c. 18. ad fin. Quas ob causas in eorum vita nulla est intercapedo molestiæ. *respite from trouble:* nunquam molestia vacant. Sueton. in Vespas. c. 10. Litium series majorem in modum excreverat, intercapedine jurisdictionis. Id. in Aug. c. 38. Post longam intercapedinem reducto more transvectionis. Plin. l. 4. ep. 9. circa med. Dicentis calor et audientis intentio continuatione servatur: intercapedine, et quasi remissione languescit. Turpil. apud Non. cap. 8. n. 12. et c. 12. n. 30. Videre mihi ægre id pati, quia hos dies complusculos intercapedo sumpti faciundi fuit. Id. ibid. c. 4. n. 279. Intercapedo amicitias levat. h. e. interruptio consuetudinis minuit amicitias. ¶ In recto casu singulari interdum habet obscenum sensum: eique affinis est divisio. nam postremæ duæ syllabæ pedo, et visio κακόφατα sunt. Quintil. l. 8. c. 3. a med. Sed divisio quoque affert injuriam pudori, ut si intercapedinis nominativo casu quis utatur. Cic. Fam. 9. ep. 22. a med. Non honestum verbum est divisio? at inest obscenum: cui respondet intercapedo. Plerique al. hoc loco leg. divisor: quod si recipimus, obscenitas eorum verborum alio spectabit.

INTERCARDINĀTUS, a, um, adject. ut Intercardinatæ trabes. h. e. cardine simul colligatæ, *jointed by hinges,* apud Vitruv. l. 10. c. 20.

[* INTERCATIENSIS, e, adject. qui ad Intercatiam pertinet, urbem in Hispania Tarraconensi. Plin. lib. 37. c. 1. sect. 4. Intercatiensem illum, cujus patrem &c. Id. lib. 3. c. 5. sect. 4. Intercatienses vocat cives illius urbis.]

INTERCĒDO, is, essi, essum, n. 3. *to come between, intervene, come upon,* ἐπέρχομαι, proprie est intervenire, advenire, accedere: ab inter, et cedo, quod proprie ire significat. Plaut. Mostell. 5. 1. 56. Huc si quis intercedat tertius, pereat fame. Id. Curcul. 1. 1. 5. Si status condictus cum hoste intercedit dies. Plin. l. 2. c. 11. Non posset totus sol adimi terris, intercedente luna, si, &c. Cic. de clar. Orat. c. 47. Etsi nemo intercedebat, qui se illi anteferret. et Fam. 15. ep. 2. ante med. Cum vestra auctoritas intercessisset, ut ego regem tuerer. Gell. l. 4. c. 1. Cumque nimis odiose sibi placeret, intercessit placide Favorinus, et, jam, inquit, bone magister, &c. h. e. interpellavit. et lib. 15. c. 9. Cum homo vultum intorqueret, et non hisceret, tum ego intercessi, et, vade, inquam, &c. ¶ Item *to stand or lie between,* ἐνίστασθαι, medium esse inter duo quædam, interjacere, interesse. Cæs. l. 7. B. Gall. c. 26. Longe ab oppido castra Vercingentorigis aberant: et palus, quæ perpetua intercedebat, Romanos ad insequendum tardabat. et lib. 2. cap. 17. Inter singulas legiones impedimentorum magnum numerum intercedere. Plin. l. 2. c. 83. Pratis, oleisque intercedente via publica, in contrarias sedes transgressis. ¶ Refertur ad tempus, quod medium inter duo quædam transit. Cic. 2. de Orat. c. 31. Vix annus intercesserat ab hoc sermone, cum iste accusavit, &c. *had passed.* Nep. in Attic. c. 20. Nullus dies temere intercessit, quo non ad eum scriberet. ¶ Ponitur et pro intervenire, accidere. *to happen, occur, take place, intervene.* Terent. Andr. 5. 5. 4. Nam mihi immortalitas parta est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. *shall come across, disturb, interrupt.* Cæs. l. 1. B. Civ. c. 21. Sæpe in bello parvis momentis magni casus intercedunt. Cic. Fam. 1. ep. 9. a med. Nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Cæsare intercessit, quod ille non illustri gratia exceperit. h. e. non exstitit. ¶ Sæpe de iis dicitur, per quæ alteri jungimur, aut alienamur. Cic. Fam. 13. ep. 23. Inter nosmetipsos vetus usus intercedit. *passes between us.* et ep. 65. Multa et magna inter nos officia, paria et mutua intercedunt. et pro Quint. c. 15. Is, quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causæ, et necessitudines veteres intercedebant. Id. 3. de Fin. c. 20. Ut ei cum genere humano quasi civile jus intercederet. et pro Cœl. c. 13. ad fin. Quod quidem facerem vehementius, nisi intercederent mihi inimicitiæ cum istius mulieris viro. Terent. Hecyr. 3. 1. 25. Magnum nescio quid necesse est evenisse, unde ira inter eas intercessit, quæ tam permansit diu. Cæs. l. 5. B. Gall. c. 11. extr. Huic cum reliquis civitatibus continentia bella intercesserant. *there had been continual wars between him and the neighbouring states.* Nep. in Attic. c. 20. Obtrectatio tanta intercedebat, quantam fuit intercedere necesse inter Cæsarem atque Antonium. Modestin. Dig. l. 20. tit. 1. leg. 25. Cum vitiose, vel inutiliter contractus pignoris intercedat. ¶ Sæpe etiam significat opponere se, ne aliquid fiat, *to oppose, withstand, stand up against, interfere, interpose, protest against, obstruct, impede, restrain, hinder, prevent.* Apud Romanos fuit proprium Tribunorum plebis, qui cum legem, aut Senatusconsultum, aut quippiam ejusmodi perferri nolebant, voce veto (ut apud Liv. l. 6. c. 35.) utebantur, et rem impediebant, donec ferretur ad populum, ejusque arbitrio permitteretur. Hæc intercedendi potestas eis concessa fuit, ut auxilii lationem pro plebe adversus consules, aliosque omnes magistratus haberent, ut apud Liv. l. 2. c. 33. habetur. Cic. 2. de Orat. c. 47. extr. Vi pulsum ex templo Cottam et Didium, cum intercedere vellent rogationi. *to prevent the bill from being passed into a law.* Id. 3. de Legib. c. 8. Quod genus legationis ego consul, approbante Senatu, nisi mihi levissimus tribunus plebis intercessisset, sustulissem. Id. Fam. 1. ep. 7. ante med. Ea, quæ de reductione regis scripta est, auctoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam vim habet, ut, &c. Id. de Provinc. Consul. c. 8. Ea lege, qua intercedi de provinciis non licebit. *by which a negative or a protest concerning the provinces will not be allowed.* Liv. l. 38. c. ult. Pronuntiavit, prætori non intercedere tribunos, quo minus sua potestate utatur. *should not obstruct the prætor in the exercise of his judicial office.* ¶ Etiam reliquis magistratibus intercedendi jus fuisse, colligitur ex Varr. apud Gell. l. 14. c. 7. ubi docet intercedendi, ne Senatusconsultum fieret, jus fuisse iis solis, qui eadem potestate, qua ii, qui Senatusconsultum facere vellent, majoreve essent. Item ex Ascon. in Pisonianam, cap. 26. ubi narrat, Q. Scævolam consulem intercessisse Senatusconsulto, quo triumphus Crasso collegæ decernebatur. *interposed or protested against that degree of the Senate,* &c. Denique ex Liv. l. 5. c. 9. ubi tradit, duos tribunos militum consulari potestate intercessisse Senatusconsulto de abrogando sibi magistratu. ¶ Universim pro opponere se, obstare, et impedire, ne quid fiat. Tacit. in Agric. c. ult. Non quia intercedendum putem imaginibus, sed, &c. Est qui malit interdicendum. Plin. in Paneg. c. 4. Parens noster privatas gratiarum actiones cohibet, intercessurus etiam publicis, si, &c. et cap. 25. extr. Intercedere casibus, occursare fortunæ. Plin. alter l. 32. c. 1. de echeneide. Invenere adhærentem gubernaculo, ostenderuntque Caio indignanti, hoc fuisse, quod se revocaret, quadringentorumque remigum obsequio contra se intercederet. *rendered abortive or useless, thwarted the exertions of,* &c. Apul. l. 11. Metam. Plurimum duritia paupertatis intercedente. ¶ Et pro interponere se, mediumque se offerre spondendo, et fidejubendo, *to interpose one's credit, become surety for one.* Cic. Attic. l. 1. ep. 16. ante med. Biduo per unum servum confecit totum negotium: arcessivit ad se, promisit, intercessit, dedit. Id. 2. Phil. c. 18. Orabat, ut te contra suum patrem, si sestertium sexagies peteret, defenderem. tantum enim se pro te intercessisse. Id. Attic. l. 6. ep. 1. ante med. Adscribit etiam, et quasi calcar admovet, intercessisse se pro iis magnam pecuniam. h. e. spondendo impetrasse. Al. leg. intercessisse a se. Adde Ulpian. Paul. Caium, et alios toto fere tit. 1. lib. 16. Digest. ¶ Qui putant, poni etiam pro deprecari, *to intercede;* quamvis ea significatio facile ab antecedenti descendat; nondum tamen plane probare potuerunt. V. Intercessor.

INTERCEPTĬO, onis, f. *a taking before another; a preventing, forestalling, interception,* διάληψις, actus intercipiendi. Cic. pro Cluent. c. 60. Quæ deinde interceptio poculi?

INTERCEPTOR, oris, m. *a forestaller, intercepter, embezzler, usurper,* μεσολαβῶν, qui intercipit, interversor. Liv. l. 4. c. 50. Prædæ ne interceptorem fraudatoremque, etiam malum minitari militibus? Id. c. ult. l. 3. Populum R. quadruplatoris, et interceptoris litis alienæ personam laturum. Tacit. 3. Hist. c. 10. Interceptor donativi.

INTERCEPTUS, a, um, *intercepted, forestalled, prevented, taken or seized by surprise, or unexpectedly, carried off, taken away,* μεσολαβηθείς, de medio ablatus, raptus. Ovid. Metam. 6. v. 379. Terga caput tangunt: colla intercepta videntur. *cut off between their backs and their heads.* Cæs. l. 2. B. Gall. c. 27. Ut ex tumulo tela in nostros conjicerent, pilaque intercepta remitterent. h. e. excepta. Cic. Q. Fr. l. 3. ep. ult. Ne cujusquam animum meæ litteræ interceptæ offendant. Id. 2. Agrar. c. 2. Ut vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienæ petitionis occasionem interceptus esse videatur. Tacit. 4. Ann. c. 45. Interceptæ e publico pecuniæ. *purloined, embezzled.* Plin. l. 10. ep. 50. Rex mortalitate interceptus. Tacit. 3. Ann. c. 12. Interceptus veneno. *cut off.* Hirt. de B. Afric. c. 19. Intercepti hostium complures. *surprised, made prisoners.* Liv. l. 29. c. 9. Tum ipsum ab suis interceptum, et seclusum, hostiliter lacerant. *intercepted, separated, cut off.* Stat. 8. Theb. v. 87. exstincto tamen interceptus in ore Augurii perdurat honos. h. e. subtractus, subductus injuriæ lethi. Sic Ovid. 10. Metam. v. 476. Myrrha fugit, tenebris et cæcæ munere noctis Intercepta neci. *withdrawn, rescued, saved.* Rutil. in Itiner. v. 101. Intercepta tuis conduntur flumina muris. h. e. in medio cursu derivata in aliam partem, et inter muros tuos inclusa. et vers. 411. Sola manent interceptis vestigia muris. h. e. vetustate absumptis, dirutis.

INTERCEPTUS, us, m. interceptio. In sexto casu singul. legitur apud Fulgent. l. 3. Mythol. c. 10.

INTERCESSĬO, onis, f. *intervention, presence,* interventus, intercessus. Gell. l. 14. c. 2. Probari debere pecuniam datam consuetis modis, expensi latione, mensæ lationibus, chirographi exhibitione, testium intercessione. ¶ Item sæpius *an interposition, protesting against, obstruction,* ἀντιπαράστασις, actus intercedendi, oppositio, quæ fit a tribuno plebis, quo minus quippiam perferatur. V. Intercedo. Cæs. l. 1. B. Civ. c. 7. Syllam, nudata omnibus rebus tribunitia potestate, tamen intercessionem liberam reliquisse. Cic. 2. Agrar. c. 12. Cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura. Liv. l. 38. c. 54. extr. Remittentibus tribunis intercessionem, omnes tribus, uti rogas, jusserunt. Gell. l. 7. cap. 19. extr. Intercessionem facere pro aliquo. Valer. Max. l. 6. c. 1.

r. 10. Tribuni intercessionem suam interponere noluerunt. ¶ Item fidejussio in re pecuniaria, *a giving of surety or security for the payment of money.* Cic. *Attic.* l. 1. ep. 4. Utile est, te aliquando transigere: mea intercessio parata et est, et fuit. *my interposition, mediation, assistance. Id. Parad.* 6. c. 2. Intercessiones pecuniarum in coitionibus candidatorum. *Ulpian. Dig.* lib. 16. tit. 1. leg. 8. Pignoris datio intercessionem facit. ¶ Item exsecutio, *in Cod. Justin.* lib. 12. tit. 22. leg. 1. et *in Cod. Theodos.* lib. 6. tit. 28. leg. 4. et lib. 8. tit. 9. leg. 1.

INTERCESSOR, oris, m. *he who opposes or protests against*, διαπορευόμενος, qui intercedit, et quippiam fieri vetat: et proprie de tribuno plebis dicitur. *Cic. 2. Agrar.* c. 12. Cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura. *Id. pro Sull.* c. 23. Agrariæ legi intercessorem fore professus est. *Liv.* l. 4. c. 53. Tribuni jam ante præparati intercessores legis agrariæ. ¶ Item universim qui rem aliquam impedit. *an obstructer, hinderer. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 38. Postremo isto hortatore, auctore, intercessore, ad Sullam legati non adierunt. *Id.* 3. *de Legib.* c. 4. et 19. Intercessor rei malæ, salutaris civis esto. ¶ Item fidejussor, vel proxeneta, *a surety, bondsman, one who gives security for another. Senec.* ep. 119. Ut negotiari possis, æs alienum facias oportet: sed nolo per intercessorem mutueris. ¶ Possit videri etiam mediator, conciliator, deprecator, *a mediator, agent between two parties to procure reconciliation, intercessour*, apud *Apul. in Apolog.* Res acta est in Rufini cujusdam domo, intercessoribus et deprecatoribus ipso Rufino, &c. sed ibi quoque de pecuniaria re agitur. Nihilominus locus est *Ciceronis Fam.* 7. ubi *intercessoris* vocem, ludens in ambiguo, et pro tribuno intercedente, et pro deprecatore usurpari posse, ostendit: quod et *Manut.* et *Græv.* et *Cellar.* adnotarunt. Ejus verba sunt epist. 27. *ad Gallum.* Utinam semper esses tribunus: intercessorem non quæreres. Petierat a Cicerone Gallus, ut pro se restituendo apud Cæsarem verba faceret. Etiam *Sidon.* hoc sensu usurpat l. 7. ep. 9. *in concione.* Præterea pro conciliatore pacis, et dirimente lites ponitur a *Quintil.* (seu quicumque alius auctor est) declam. 300. *a med.* Non existimabam tam asperam illam dissensionem, nec veram esse litem, quæ ad filium ducebatur. Videbamini mihi quærere intercessorem. ¶ Denique *in Cod. Justin.* non semel ponitur pro executore, ut lib. 1. tit. 42. leg. 8. et lib. 8. tit. 17. leg. 7. et pro fidejussore *in Authent.* Præsente post leg. 3. tit. 41. lib. 8. *Codicis.*

INTERCESSUS, us, m. interventus. In sexto casu sing. *Valer. Max.* l. 5. c. 4. n. 2. Consulem graviter saucium intercessu suo servavit. *by his intercession or assistance.*

INTERCĪDO, is, idi, isum, a. 3. *to cut usunder, cut down, cut in pieces*, διακόπτω, in medio seco: ab *inter*, et *cædo. Plin.* l. 6. ep. 22. Corrupto scribæ servo, interceperat commentarios, intercideratque. *Colum.* l. 4. *c. pænult.* Arundinetum densatum potest intercidi, et disrarari: quod opus rustici castrationem vocant. *Plin. alter* l. 5. c. 29. *a med.* Intercidi planitiem eam jusserat, ut duos sinus jungeret. *h. e.* fossam duci per mediam planitiem. ¶ Et universim præcidere, dividere, *to cut. Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 9. Ut castellum expugnarent, pontemque intercidereut. *Al. leg.* interscinderent. *Plin.* l. 18. c. 19. Intercidere radices. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 65. venas. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 49. Qui incendii arcendi gratia vicinas ædes intercidit. *Gell. c. ult.* l. 13. Intercidere sententias, et verba corrupte pronuntiare. *to mar and confound.* [¶ Particip. *intercidendus* apud *Cels.* lib. 5. c. 26. sect. 21. Venæ, quæ sanguinem mittant, duobus locis deligandæ, intercidendæque sunt.]

INTERCĬDO, is, idi, n. 3. *to fall through or between*, διαπίπτω, inter aliqua cado: ab *inter*, et *cado. Liv.* l. 26. c. 39. Ita in arcto stipatæ erant naves, ut vix ullum telum in mari vanum intercideret. *Est qui leg.* incideret. *Lapis milliarius* apud *Maffei. in Mus. Taurin.* pag. 231. n. 5. . . . . Hadrianus . . . . viam Juliam Aug. a flumine Trebia, quæ vetustate interciderat, sua pecunia restituit. *had become impassable.* ¶ Translate *Cic. Fam.* 5. ep. 8. Si qua interciderunt, non tam re, quam suspicione violata, ea cum fuerint falsa et inania, sint evulsa ex omni memoria. *h. e.* intervenerunt. ¶ Item universim cado, concido, pereo, *to fall, decay, go to ruin. Plin.* l. 9. c. 51. Polypi ova excludunt quinquagesimo die: e quibus multa propter numerum intercidunt. *Id.* l. 4. c. 12. Oppida Coressus, Pœessa interciderunt. ¶ Translate est perire, interire, deficere, *to perish, become extinguished, vanish. Cic. pro Deiot.* c. 9. *ex Græco Poeta.* Pereant amici, dum una inimici intercidant. *Liv.* l. 2. c. 8. Credo, quia nulla gesta res insignem fecerit consulatum, memoria intercidisse. *that they have slipped from the memory; that they have been consigned to oblivion. Al. leg.* memoriam. *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 1. *a med.* Utrum pejorem vocas, apud quem gratia beneficii intercidit, an apud quem etiam memoria? *Ovid.* 2. *Fast.* v. 443. Augur erat: nomen longis intercidit annis. *has been lost; has perished. Plin.* l. 14. c. 6. Cæcubum jam intercidit, et incuria coloni, locique angustia. *Id.* l. 35. c. 8. Et opera (*pictorum*) ipsa conveniet attingere, sive exstant, sive intercidere. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *ad fin.* Quamquam hæc sequenti tempore interciderunt. *have gone into disuse; have become obsolete.* Sic l. 10. c. 2. Cum verba intercidant, invalescantque temporibus. *Justin.* l. 6. *c. ult.* Hujus morte etiam Atheniensium virtus intercidit. *Id.* l. 3. c. 4. Quantum juventutis bello intercidat, mulierum fecunditate suppleri. *Papinian. Dig.* lib. 5. tit. 3. leg. 49. Si periculum erit, ne inter moras rationes intercidant. *Id.* lib. 40. tit. 5. leg. 26. *a med.* Quæstionis est, an fideicommissa libertas non debeat intercidere: et putem, dici debere, salvam esse. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 6. Quod si interciderit tibi nunc aliquid, repetes mox. *h. e.* si oblitus fueris.

INTERCIDŌNA. V. in *Deverra.*

INTERCINCTUS. V. *Interstinctus.*

INTERCĬNO, is, a. 3. *to sing between or in the middle of a thing*, παρᾴδω, cantum immisceo, interpono, insero. *Horat. in ar. Poet.* v. 194. neu quid medios intercinat actus, Quod non proposito conducat, *h. e.* nihil immisceat, quod non ad rem faciat.

INTERCĬPĬO, is, epi, eptum, a. 3. *to take or seize by surprise, intercept, carry off fraudulently or unexpectedly, take unawares, forestall, usurp*, μεσολαβέω, interverto, aufero, quippiam rapio, dum alio mittitur; furor aliquid, antequam ad eum perveniat, ad quem pertinet. *Terent. Eun.* 1. 1. *extr.* Quod nos capere oportet, hæc intercipit. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 47. Infestisque itineribus, commeatus complures, qui comportabantur in hiberna Romanorum, intercipiebat. *Cic. pro Cluent.* c. 60. Venenum cum daretur in mulso, Balbutium quendam intercepisse, bibisse, statimque esse mortuum. *Id. Attic.* l. 1. ep. 13. Litteræ non sunt committendæ ejusmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut intercipi possint. *be intercepted.* et lib. 10. ep. 8. De iis rebus, quas intercipi periculosum esset, finem inter nos scribendi fieri tempus esse. *might be surprised and discovered. Liv.* l. 3. c. 71. *ad fin.* Intercipere aliquid ab aliquo. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 7. v. 25. aliquid alicui. *Plin.* l. 9. c. 8. *a med.* quæstus alicujus. *to take away. Plin. alter in Paneg.* c. 75. Quæ vos, ne qua interciperet oblivio, in acta mittenda censuistis. *h. e.* deleret, tolleret. *Phædr.* l. 4. fab. 11. v. 2. dives arca veram laudem intercipit. *h. e.* pecunia sibi sumit eam laudem, quæ uni virtuti deberetur. ¶ Eleganter *Virg.* 10. *Æn.* v. 401. Ilo namque procul validam direxerat hastam, Quam medius Rhœteus intercipit. *h. e.* in alium directam ipse corpore excipit, et quasi alieno ictu concidit. ¶ Est etiam aliquem inter agendum occupare, incautum deprehendere, ab aliis seclusum capere. *to surprise. Plaut. Asin.* 1. 1. 93. Tu redimes me, si me hostes interceperint? *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 55. Inopinantes aggressi magnum numerum jumentorum atque hominum intercipiunt. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 48. Complures hostium partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur. *are surprised, made prisoners. Tacit.* 4. *Hist.* c. 75. Hostes discretos intercipere. ¶ *Intercipere iter* est intercidere, et ne progredi quis possit, impedire. *to stop or block up, cut off. Curt.* l. 4. c. 2. Præceps in salum murus pedestre interceperat iter. ¶ *Intercipere sermonem*, abrumpere, interpellare. *to interrupt, break off. Quintil.* l. 4. c. 6. *a med.* Ut obstrepant ingenti clamore, et medios sermones intercipiant, et omnia tumultu confundant. ¶ *Intercipi morbo* est rapi, mori. *to be cut off, be carried off, perish*, præsertim si de immatura, et alieni temporis morte sermo sit. *Colum.* l. 9. c. 3. Apes sæpe morbis intercipiuntur. *Quintil. in procem.* l. 6. Si me, quod æquum fuit, fata intercepissent. ¶ Pro excipere. *Plin.* l. 29. c. 3. In sublime jactari, sagoque intercipi, ne tellurem attingat. ¶ Pro impedire. *Curt. in fi.* cap. 13. l. 4. Intercipiente usum aurium fremitu duorum agminum. [¶ Particip. *intercipiendus* apud *Liv.* lib. 30. c. 3. Classem paratam ad commeatus intercipiendos habebant.]

INTERCĪSE, *piecemeal, bit by bit, not in continuity, in a mixed manner, interruptedly*, ἀποτόμως, per incisa, et divisim: cui opponitur continuate, conjunctim, perpetua oratione. *Cic. in Partition.* c. 7. Ut cum semel dictum sit directe, sicut natura ipsa tulerit, invertatur ordo, et idem quasi sursum versus retroque dicatur; deinde idem intercise, atque permixte. *h. e.* naturalem verborum ordinem, alio verbo interposito, abrumpendo: ut *nullum intermisi diem; ab heroicis ducta temporibus. Gell.* l. 11. c. 2. Ex eodem libro Catonis hæc etiam sparsim et intercise commeminimus. *Id.* l. 15. c. 3. *Autumo* dictum intercise, quasi *abæstumo. h. e.* per syncopen, intercidendo mediam syllabam.

INTERCISĬO, onis, f. *a cutting*, διακοπή, actus intercidendi, sectio, abscissio. *Varro* apud *Augustin.* l. 6. *de Civ. Dei*, c. 9. Intercidonam nuncupari a securis intercisione. V. *Deverra.*

INTERCISĪVUS. V. *Intersecivus.*

INTERCĪSUS, a, um, *cut off, interrupted, cut asunder*, διακοπείς, abscissus, dissectus. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 15. Lacus a Curio emissus, interciso monte. *Tacit.* 16. *Ann.* c. 14. Intercisæ venæ. *Plin.* l. 16. c. 34. *sub fin.* Hedera etiam pluribus locis intercisa, vivit tamen, duratque. ¶ Item separatus, divisus. *divided, separated. Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 14. Jugum mediocri valle a castris intercisum. *Id. de B. Alex.* c. 72. Colles intercisi vallibus. *interrupted by, interspersed with. Senec. de consol. ad Matr.* c. 17. Insula ab Italia angusto intercisa freto. ¶ Translate *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 184. Non fugeret diras lux intercisa Mycenas. *h. e.* interrupta, cum sol condidit se die medio, ne Thyestæ cœnam videret. Adde *Claudian. de Cons. Prob. et Olybr.* v. 171. ¶ *Intercisi dies* apud Romanos sunt deorum hominumque communes, *h. e.* partim festi, partim profesti, quod quibusdam eorum horis fas est, quibusdam fas non est jus dicere. Nam cum hostia cæditur, fari nefas est: inter cæsa et porrecta fari licet: rursus cum adoletur, non licet. *days of which part was devoted to religious purposes, and part to ordinary business.* Hæc *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 16. Paulo distinctius *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 4. Intercisi dies sunt, per quos mane et vesperi est nefas, medio tempore, inter hostiam cæsam, et exta porrecta, fas: a quo quod fas tum intercedit, intercisi dies: aut quod tum intercisum nefas. Hactenus *Varro*, cujus posterius etymon verius est, quam primum. *Ovid.* tacito nomine, eosdem *Fast.* 1. v. 49. describit. ¶ Quod in veteri quodam Calendario apud *Gruter.* pag. 133. non semel legitur *en*, putant ea nota hos dies designari, leguntque *endotercisus*, quod *endo* olim pro *in* usurpatum fuit: alii *entercisus.* quod et *en* pro *in* dictum fuerit.

INTERCLĀMANS, antis, *interrupting by crying*, clamore obstrepens. *Ammian.* l. 31. c. 13. (*al.* 36.) Cedentes nostri multis interclamantibus restiterunt.

INTERCLŪDO, is, usi, usum, a. 3. *to shut or block up, stop the passage, prevent, hinder*, διακλείω, inter eundum quippiam claudo, intersepio, obsto, ne quis progrediatur prohibeo. *Cic. Attic.* ep. 20. l. 7. Illum ruere nuntiant, non ut manum conserat, sed ut fugam intercludat. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 38. Hisce, aliqua fretus hora, semper omnes aditus ad Sullam intercludere. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 1. Omnes seditionum vias intercludere. *Virg.* 2. *Æn.* v. 111. sæpe illos aspera ponti Interclusit hiems. *h. e.* impediit, ne discederent. *Plaut. Mil.* 2. 2. 68. Intercludito inimicis commeatum. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 23. Nostros commeatibus intercludere instituunt. *to prevent from getting provisions. Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 72. Quod re frumentaria adversarios interclusisset. *had hindered from foraging or getting grain.* et lib. 2. c. 20. Ne itinere, aut transjectu intercluderetur. *should be beset.* et lib. c. 43. Ab oppido, et ponte, et commeatu omni se interclusurum adversarios confidebat. *should cut off. Liv.* l. 27. c. 42. Intercludi a castris. *to be cut off.* et *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 69. Veriti, ne angustiis intercluderentur. *should be beset.* Sic *Cic. pro Cæcin.* c. 29. In iis ipsis intercludere insidiis, quas mihi conaris opponere. *Liv.* l. 23. c. 7. Comprehensos balneis includi jussit, ubi fervore atque æstu anima interclusa, fœdum in modum exspirarent. *suffocated.* Sic *Curt.* l. 7. c. 5. Qui intemperantius hauserant, intercluso spiritu exstincti sunt. *stifled, stopped. Cic. Attic.* l. et ep. 8. Intercludor dolore, quo minus ad te plura scribam. *h. e.* impedior, prohibeor. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 131. Amazonia latus intercludere pelta. *h. e.* claudere, tegere, ne tela feriant. [¶ Particip. *intercludendus* apud *Cic. post red. ad Quir.* c. 5. Inimici mei flumine sanguinis meum reditum intercludendum putaverunt.]

INTERCLUSĬO, onis, f. *a stopping or shutting up*, ἀπόληψις, actus intercludendi, impedimentum. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 46. Clausulas enim, atque interpuncta verborum animæ interclusio, atque angustiæ spiritus attulerunt. *a stoppage or suspension of the breath.* ¶ Παρένθεσιν quam Græci vocant, figuram dicendi, tum *interpositio*, tum *interclusio* Latine dicitur, *the figure called* Parenthesis, teste *Quintil.* l. 9. c. 3. *ante med.*

INTERCLŪSUS, a, um, *shut or stopped up, enclosed, prevented, hindered*, κατάκλειστος, seclusus, inclusus, prohibitus, impeditus. *Cic. pro Cæl.* c. 18. Via deserta et inculta, atque interclusa frondibus et virgultis. *Id. Attic.* l. 9. ep. 6. Plane interclusi captique sumus. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 1. *a med.* Ipsum apud Bellovacos circumsederi, interclusum ab reliquo exercitu. *separated, cut off.* Sic *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 59. Legiones a præsidio et impedimentis interclusas flumen distinebat. *Cic. Agrar.* 2. c. 18. Cum totam Italiam suis opibus obsidebunt, vestram libertatem suis præsidiis interclusam tenebunt. *shut up, surrounded.* et *de Provinc. consul.* c. 4. Cum Byzantii Mithridaticos impetus, totumque Pontum erumpentem, ægre repulsum, et cervicibus interclusum suis, sustinerent. *shut up, confined. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 20. Omni interclusus itinere. *h. e.* prohibitus. *all the ways being beset.* et lib. 3. c. 42. Pompeius inclusus Dyrrachio. *h. e.* prohibitus ingredi. *Sueton. in Aug.* c. 16. Interclusi commeatus, famesque ingravescens. *provisions cut off; the means of victualling or getting provisions prevented. Liv.* l. 23. c. 7. et *Tacit. Ann.* 6. *c. pænult.* Interclusa anima. *stopped, stifled, suffocated.*

INTERCOLUMNĬUM, ii, n. *a space between the pillars of a building*, μεσόστυλον, μεσοπύργιον, spatium inter columnas. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 2. Hedera convestit intercolumnia ambulationis. *Id.* 3. *Verr.* c. 19. Signa omnibus intercolumniis disposita. Adde *Vitruv.* l. 3. c. 1. et 2. et lib. 4. c. 3.

INTERCONCILĬO, as, avi, atum, a. 1. *to conciliate, gain over, procure, win*, idem ac concilio, idest benevolum reddo. *Quintil.* l. 12. c. 10. *a med.* Sive aliud interconciliandi videtur præstare officium.

[* INTERCREĀTUS, a, um, idem ac intercollectus. *Cœl. Aur. Tard.* l. 5. c. 1. *ante med.* Denique augmento passionis intercreatus humor.]

INTERCULCO, as, avi, atum, a. 1. *to tread in between*, calco in medio, vel inter aliqua: ex *inter*, et *calco*. *Colum.* l. 12. c. 43. *sub fin.* Ita distantes, ut interculcari possint vinacea.

INTERCURRO, is, ri, rsum, n. 3. *to run or go between, run in betwixt*, παρεμπίπτω, inter aliqua curro. *Plin.* l. 3. c. 11. Latitudine intercurrentis freti. *Liv.* l. 5. c. 19. Indicto delectu in diem certam, ipse interim Veios ad confirmandum militum animos intercurrit. *hastens in the interim:* medio tempore currit. ¶ Item intercedo, intersum: et dicitur sæpe de iis, quæ inter aliqua porriguntur in longum. *Lucret.* l. 2. v. 373. intercurrit quædam distantia formis. *Plin.* l. 37. c. 5. Quibusdam smaragdis intercurrit umbra, surdusque fit color. *passes through or between.* et cap. 10. Gemma candida intercurrentibus sanguineis venis. *interspersed.* et lib. 12. c. 3. Folium ejus est unedonis, intercurrentibus spinis. ¶ Item intervenio. *to interpose, intervene.* *Cic. Phil.* 8. c. 6. Pugnatur acerrime: qui intercurrerent, misimus tres principes civitatis: hoc contempsit Antonius. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 15. Ergo his laboriosis exercitationibus et dolor intercurrit. *is intermingled with.* *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 8. Alterum genus narrationis est, quod intercurrit nonnunquam, aut fidei, aut criminationis causa. ¶ Tmesis est in illo *Lucret.* l. 5. v. 1373. olearum Cærula distinguens inter plaga currere posset Per tumulos, &c.

INTERCURSO, as, avi, atum, n. 1. *to run or go between, intervene*, frequentativum ab *intercurro*. *Liv.* l. 21. c. 25. Postero die, jam segnius intercursantibus barbaris, junctæ copiæ. *attacking less furiously.* *Plin.* l. 14. c. 3. *sub fin.* Acinos foliis intercursantibus. *Id.* l. 5. c. 18. Intercursant, cinguntque has urbes tetrarchiæ, regionum instar singulæ. *lie between.* ¶ Tmesis est in illo *Lucretii* l. 3. vers. 263. Inter enim cursant primordia principiorum.

INTERCURSUS, us, m. *a running or coming together; an intervention, interposition, assistance*, cursus inter aliqua. In sexto casu singulari. *Liv.* l. 37. c. 42. Ibi perturbati ordines, et impeditus intercursu suorum usus prælongarum hastarum. *Id.* l. 2. c. 29. Cum conversus in patres impetus esset, consulum intercursu rixa sedata est.

INTERCURSUS, a, um, intercurrendo peragratus. *Ammian.* l. 15. c. 10. (*al.* 26.) *a med.* Navigatione veloci intercurso spatio maris haud longo.

INTERCUS, ŭtis, adject. *under the skin, between the flesh and the skin, intercutaneous*, intra cutem positus. *Aqua intercus* est hydrops, *the hydropsy, dropsy, anasarca*, qua intra cutem aqua colligitur, unde corpus turgescit. *Plaut. Men.* 5. 4. 3. Num eum veternus, aut aqua intercus tenet? *Cic.* 3. *Offic.* c. 24. Medicamentum alicui dare ad aquam intercutem. *Sueton. in Ner.* c. 5. *extr.* Decessit morbo aquæ intercutis. ¶ Absolute *Hieronym. in vita Hilarion.* De primoribus quidam, tumens morbo intercutis. ¶ Translate est intestinus, occultus. *secret, hidden, internal.* *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 166. Aquam te in animo habere intercutem. *Gell.* l. 13. c. 8. *extr.* Vitia facundissime accusant intercutibus ipsi vitiis madentes. ¶ Habet etiam obscenum sensum. *Cato* apud *Priscian.* l. 6. pag. 719. *Putsch.* V. *Flagitatus.*

INTERCUSSUS, us, m. ab *inter*, et *quatio*. In sexto casu singulari. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 27. *a med.* Quod olim fuerat nubilum nox est, et quidem horrida intercussu luminis diri. *h. e.* lumine in tenebris intermicante. Est qui leg. *intercursu*.

INTERCUTĪTUS, a, um, obscenum sensum habet apud *Festum*. Nam, teste *eodem*, inter cutem flagitatos dicebant τοὺς κιναίδους.

INTERDĀTUS, a, um, adject. *given at proper intervals.* *Lucret.* l. 4. v. 866. Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus, et recreet vires interdatus. *h. e.* interjecto convenienti temporis spatio datus: vel, inter corporeos meatus divisus.

INTERDIĀNUS, a, um, adject. interdius, diurnus. *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 3. 6. *ad fin.* Post interdianum cibum ambulatio adhibenda.

INTERDĪCO, is, xi, ictum, a. 3. *to forbid judicially, order, decree*, παραγγέλλω, est interponere auctoritatem, ut, vel ne, aliquid fiat: et proprie ad magistratus pertinet, qui jus dicunt, cum edicto, sententiave jubent aliquid, aut vetant. Præsertim vero Prætoris proprium est jus *inter* duos *dicentis:* quæ etymologia a *Justiniano* lib. 4. *Institution.* tit. 15. traditur. *Cic. pro Cæcin.* c. 8. Prætor interdixit de vi, hominibus armatis, sine ulla exceptione, tantum ut, unde dejecisset, restitueret. et cap. 13. Prætor qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum, itinerumque controversiis interdicit. *issues out decrees.* et cap. 28. Prætor interdixit, ut unde dejectus esset, eo restitueretur. *Ulpian.* recitans verba Prætoris *Digest.* lib. 43. tit. 13. leg. 1. Ut per lacum, fossam, stagnum publicum navigare liceat, interdicam. ¶ Apud JCtos interdum significat interdicto uti. *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 18. leg. 1. *med.* An noceat tibi exceptio, si adversus eum velis interdicere! et tit. 10. leg. 1. Neque latiorem, neque humiliorem viam, sub nomine refectionis, is, qui interdicit, potest facere. et *Paul.* tit. 16. leg. 1. *circa med.* Jus projectionis interdico tecum. *h. e.* ago tecum de jure projectionis ex interdicto, *sicuti nunc possidetis*, &c. Huc pertinet illud *Catonis* apud *Charis.* lib. 2. pag. 178. *Putsch.* Donicum ille tibi interdixit rem capitalem. *h. e.* tecum egit ex interdicto, et rei capitalis reum fecit, damnavitque. ¶ Quia vero interdicendo sæpius vetatur aliquid, hinc universim ponitur pro prohibere, vetare, *to prohibit, forbid, interdict.* *Terent. Hecyr.* 4. 1. 48. Interdico, ne extulisse extra ædes puerum usquam velis. *I charge you not to carry.* *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 22. *extr.* Interdicit atque imperat Cassivellauno, ne Mandubratio noceat. *et cap. ult.* Præcipit atque interdicit, omnes unum peterent Indutiomarum, neu quis quemquam prius vulneraret, quam, &c. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 49. *extr.* Neque enim est interdictum aut a rerum natura, aut a lege aliqua, aut more, ut singulis hominibus ne amplius quam singulas artes nosse liceat. ¶ Cum ablativo rei, quæ alicui prohibetur, *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 12. Si quis eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. *Cic. pro Cœl.* c. 20. Qui etiam meretriciis amoribus interdictum juventuti putet. *Id. de Senect.* c. 7. Male rem gerentibus patribus, bonis interdici solet. ¶ *Aqua et igni interdicere* est in exsilium pellere: nam cui illa duo subducuntur elementa ad vitam necessaria, solum vertere cogitur, *to forbid the use of water and fire; to banish.* *Cæs. in fi.* l. 6. *de B. Gall.* Quibus cum aqua et igni interdixisset, &c. *Cic.* 6. *Phil.* c. 4. Tanquam si illi aqua et igni interdictum sit. *D. Brut. ad M. Brut. et Cass. Fam.* 11. ep. 1. Futurum puto, ut hostes judicemur, aut aqua et igni nobis interdicatur. *Al. leg.* aut aqua et igni interdicamur. [¶ Etiam absolute *interdicere alicui* idem est ac *interdicere alicui aqua et igni.* *Ampel.* c. 42. Quo terrore victus senatus Mario, totique factioni ejus interdixit. *h. e.* eos exsules fecit, ut ait de eadem re *Vellei.* l. 2. c. 19.] ¶ Et addita præpositione, *Cato* apud *Plin.* l. 29. c. 1. Interdixi tibi de medicis. *I have warned you to have nothing to do with.* ¶ Regit etiam accusativum rei cum dativo personæ. *Liv.* l. 34. c. 7. Feminis dumtaxat purpuræ usum interdicemus. *we shall forbid them the use of.* *Al. leg.* usu. *Sueton. in Ner.* c. 32. Cum interdixisset usum amethystini coloris. *Id. in Domit.* c. 7. Interdixit histrionibus scenam. *Justin.* lib. 16. c. 4. Interdicere alicui patriam. et lib. 41. c. 3. feminis convivia et conspectum virorum. *Senec.* ep. 87. *circa med.* alicui admirationem rerum. ¶ Hinc passive *Nep. in Amilc.* c. 3. Quod moribus eorum interdici non poterat socero gener. *Liv.* l. 8. c. 14. Interdictum est mare Antiati populo. *Al. leg.* mari. *Senec.* controvers. 1. *a med.* Nulli interdici misericordiam. *Plin.* l. 30. c. 10. Interdicitur vini potus quinis diebus. *Gell.* l. 15. c. 11. *extr.* Philosophi urbe et Italia interdicti sunt. *were banished from.* ¶ Cum infinito. *Sueton. in Galb.* c. 6. Interdixit commeatus peti. *he forbade furloughs to be asked.* *Paul. Dig.* lib. 48. tit. 19. *leg. ult.* Interdicere alicui arte sua uti. ¶ Pro obstare, resistere, *Cic. Verr.* 4. c. 12. Si Prætor improbus, cui nemo interdicere possit, det, quem velit, judicem. Al. leg. *intercedere* rectius. ¶ *Interdixem* syncope pro *interdixissem* habetur in quodam carmine Q. *Catuli* apud *Gell.* l. 19. c. 9. [† *Auct. ad Herenn.* 2. 11. In præsentiarum hoc interdicere non alienum fuit. *h. e.* interloqui, *et* inter *alium sermonem aliquid* dicere; ut exponit Gesnerus. *Ernesti* interpretatur *obiter dicere.* Qui sensus, si qua sit loci auctoritas, primitivus est.]

INTERDICTĬO, onis, f. *a prohibition, interdiction, debarring from, or forbidding the use of*, ἀπόῤῥησις, interdictum. *Cic. pro Dom.* c. 30. Non ademptione civitatis, sed tecti, et aquæ et ignis interdictione. *Liv.* l. 41. c. 24. *ad fin.* Ne interdictione finium nostrorum et nos quoque regno arceamus. *Martian. Dig.* lib. 48. tit. 22. leg. 5. Exsilium est aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, &c.

INTERDICTOR, oris, m. *a forbidder*, qui interdicit. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* cap. 9. *extr.* Delicti interdictor, immo et condemnator.

INTERDICTUM, ti, n. *an interdict, prohibition, decree of the prætor ordering or prohibiting any thing*, παράγγελμα, proprie est decretum, quod prætor *inter* duos aliquos *dicit*, quippiam jubendo, aut vetando. V. *Interdico.* item universim prohibitio, vetitum. *Plaut. Asin.* 3. 1. 1. Nequeon' ego te interdictis facere mansuetam meis? *Cic.* 3. *Agrar.* c. 3. Ergo hac lege jus civile, causæ possessionum, prætorum interdicta tollentur. *Id. pro Cæcin.* c. 5. *extr.* Possessionem per interdictum repetere. *Id.* 1. *de Orat.* c. 10. Interdicto contendere cum aliquo. *Id. in Pison.* c. 21. Numen, interdictumque deorum immortalium, responsa sacerdotum, regi Ægyptio vendidit. *Petron. in Satyr.* c. 13. et 83. Venire ad interdictum. *h. e.* venire ad prætorem in jus; jure agere, et prætoris interdictum experiri. *Spartian. in Pescen.* c. 2. *in fi.* Ex interdicto agere cum aliquo de re quapiam. *h. e.* ex decreto et formula Prætoris, Uti possidetis. V. *Possideo.*

INTERDICTUS, a, um, *forbidden, prohibited, interdicted*, ἀπαγορευόμενος, vetitus, prohibitus. *Cic. pro Balb.* c. 10. *extr.* Non modo nullo proposito præmio, sed etiam interdicto. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 64. Interdicta voluptas. *unlawful, lawless, illicit.* et *Ovid.* 10. *Metam.* v. 336. Spes interdictæ discedite. *Plin.* l. 19. c. 4. Exquisita poma pauperibus interdicta. *Id.* l. 9. c. 35. Interdicta amicitia. *Sueton. in Claud.* c. 25. *a med.* Religio interdicta civibus. *Id. in Aug.* cap. 27. Interdicta urbs.

INTERDIGITĬA, orum, n. loca inter digitos manuum et pedum, et clavi ibi enascentes. *Marcell. Empir.* c. 34.

INTERDĬU, adverb. *in the day-time*, μεθ' ἡμέραν, per diem: cui opponitur noctu. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 69. *extr.* In quibus interdiu stationes disponebantur: hæc eadem noctu firmis præsidiis tenebantur. *Cato R. R.* c. 124. Canes interdiu clausos esse oportet, ut noctu acriores sint.

INTERDĬUS, idem quod interdiu, apud *Plautum:* ut *Aulul.* 1. 1. 33. Pervigilat noctes totas: tum autem interdius, quasi claudus sutor, domi sedet totos dies. *Id. Most.* 2. 2. 14. Occlusa est janua interdius. *Id. Merc.* 5. 2. 21. Neque quiescam usquam noctu, neque interdius.

INTERDUĀTIM, *et* Interatim dicebant Antiqui, quod nunc *interdum*, et *interim*. *Festus.* Hinc *Plaut. Trucul.* 4. 4. 29. Id quoque interduatim nomen commemorabitur. Al. leg. *interim futatim.*

INTERDŪCA. V. *Domiducus.*

INTERDUCTUS, us, m. *a diacritic mark used by transcribers of books; pointing*, διαστολή, interpunctio et distinctio, quæ inter sententias a librariis duci solet. *Cic. in Orat.* c. 68. Ne infinite feratur, ut flumen, oratio, quæ non aut spiritu pronuntiantis, aut interductu librarii, sed numero coacta debet insistere.

INTERDUM, adverb. *sometimes, now and then, occasionally*, ἐνίοτε, ὅτε, aliquando, nonnunquam: ab *inter*, et *dum*. *Cic. in Orat.* c. 59. Interdum cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio. *Id. de clar. Orat.* c. 67. Sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum. *Id.* 3. *de Orat.* c. 54. Habet interdum vim, leporem alias. *Cels.* l. 1. c. 1. Interdum quiescere, sed frequentius se exercere debet. ¶ Significat etiam interea, interim, *meanwhile, in the mean time:* quasi *interea dum.* *Sil.* l. 4. v. 491. Dumque vada et molles aditus per devia flexo Circuitu petit, et stagni languentia quærit, Interdum rapta, &c. (Adde lib. 6. v. 30.) *Apul. sub init.* l. 3. *Metam.* Hæc identidem mecum replicans, fortunas meas ejulabam. Quati fores interdum, &c. et lib. 9. Ille nocturnas tenebras causabatur sibi obsistere. Interdum Philesietærus, cognito strepitu, &c. *Modestin. Dig.* lib. 40. tit. 5. leg. 15. Ideoque nec vendere eum interdum alii potest, ut ab eo, cui traditus est, manumittatur. ¶ Huc alii trahunt et illud *Justini* l. 11. cap. 9. Movebat hæc multitudo hostium respectu paucitatis suæ, Alexandrum; sed interdum reputabat, &c. et *Velleii* l. 2. c. 74. L. Antonius vitiorum fratris sui consors, sed virtutum, quæ interdum in illo erant, expers. et *Taciti Ann.* 1. c. 5. Acribus custodiis domum, et vias sepserat Livia: lætique interdum nuntii vulgabantur, donec, &c.

INTERDŬO, is, a. 3. pro interdo, as, a. 1. idem fere ac do, æstimo, facio. *Plaut. Capt.* 3. 5. 36. Dum pereat, nihil interduo. *I do not care.* *Id. Trin.* 4. 2. 152. Ciccum non interduim. *I care not a rush.* Adde *Rud.* 2. 7. 22. Porro *interduim* simile est τοῖς *faxim, ausim.*

INTERĔA, adverb. *in the mean time, meanwhile, in the meanwhile, in the interim*, ἐν τούτῳ, ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ, interim: ex *inter*, et *ea*. Habet ultimam longam, etsi accusativus *ea* corripitur, quia adverbium est, ut *præterea, antea*, et similia. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 82. Quid interea? ibat ne ad Bacchidem? *Pa.* quotidie. *Cic. pro Quint.* c. 6. *extr.* Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea de agro detruditur. *Id.* 1. *de Orat.* c. 42. *extr.* Atque interea tamen, dum hæc, quæ dispersa sunt, coguntur, licet, &c. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 10. Interea quoad fides esset data, non intermissuros consules delectus. *Virg. Ecl.* 1. v. 58. Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes, &c. ¶ Apud Comicos additur genitivus *loci* et significationem nihil mutat. *Terent. Eun.* 2. 2. 24. Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum, &c. *Plaut. Men.* 3. 1. 1. Plus annis triginta natus sum, cum interea loci nunquam quicquam feci pejus, quam hodie, cum, &c. ¶ Significat etiam interdum, *sometimes.* *Sil.* l. 7. v. 395. Interea (crede experto: non fallimus) ægris, Nil movisse, salus rebus. *Interim* quoque nonnunquam hanc vim habet. V.

INTEREMPTIBĬLIS, le, qui interimi potest. *Tertull.* l. 3. *contra Marcion.* cap. 6.

INTEREMPTĬO, *et* Interemtio, onis, f. *slaughter, destruction*, καθαίρεσις, actus interimendi, occisio. *Cic. pro leg. Manil.* c. 11. Iter Gallorum interemptione patefactum est. Ita legit *Gruter.* Alii *interitione*, vel *internecione.* *Porcius Latro* (seu quicumque alius auctor est) *declam. in Catil.* c. 10. Hastam contorquere in omnium nostrum ruinam atque interemptionem. *Glossa Vet.* Interemptio, κατασφαγή.

INTEREMPTOR, oris, m. qui interimit, *a slayer, murderer.* *Senec.* ep. 70. *ante med.* Interemptorem sui fieri. Adde *Valer. Max.* l. 6. c. 1. n. 2.

INTEREMPTRIX, icis, f. *a murderess*, quæ interimit. *Lactant.* l. 1. c. 10. Fratris interemptrix. *Tertull. de spectac.* c. 17. Interemptrices pudoris.

INTEREMPTUS, *et* Interemtus, a, um, particip. *slain*,

killed, murdered. Horat. l. 4. od. 4. v. 72. Asdrubale interempto. Justin. l. 26. c. 2. Obversantibus ante oculos Manibus interemptorum. ¶ Item ademptus, sublatus, taken away, removed. Ulpian. Dig. l. 40. tit. 7. leg. 3. ad fin. Quatenus dilatione interempta, illico accipiat, quod post tempus consequi poterat. V. Interfectus.

INTEREO, is, ii, itum, n. 4. to perish, go to ruin or decay, be annihilated, cease to exist, be destroyed, be slain, die, διαφθείρομαι, intercido, pereo, morior, occido. Cic. 3. de nat. Deor. c. 11. Non intelligo, quomodo calore extincto, corpora intereant, non intereant humore aut spiritu amisso; præsertim cum intereant etiam nimio calore. et ibid. Ignem interiturum esse, nisi alatur. Id. 3. de Fin. c. 14. Ut interit magnitudine maris Ægæi stilla muriæ. Id. pro Arch. c. 4. Tabulas publicas, incenso tabulario, interisse, scimus omnes. Virg. 1. Georg. v. 152. intereunt segetes: subit aspera silva, Lappæque, tribulique. Sallust. in fragm. apud Non. c. 6. n. 9. Multi commeatus interierant insidiis latronum. Varr. l. 2. R. R. c. ult. a med. Tegeticulis subjectis oves tondere solent, ne flocci intereant. Cic. pro Dom. c. 13. Sacra gentis Clodiæ cur intereunt, quod in te est? Id. 5. Verr. c. 55. Vectigalia sunt deminuta: res frumentaria, commeatus, copiæ, salus urbis atque exercituum nostrorum istius avaritia interiit. Id. Attic. l. 1. ep. 13. Litteræ aut interire, aut aperiri, aut intercipi possunt. Nep. in Themist. c. 2. Cum pecunia publica largitione magistratuum quotannis interiret. was consumed, was wasted. Cæs. l. 2. B. Civ. c. 16. Tormentorum usum spatio propinquitatis interire. is rendered useless or impracticable, loses its effect. et lib. 3. c. 27. Naves naufragio intereunt. are wrecked. et lib. 5. B. Gall. c. 30. Ferro aut fame interire. Cic. 1. Acad. c. 7. a med. Omnes res intereunt, non in nihilum, sed in suas partes. perish, end. et mox. Nihil esse valentius, a quo ratio perfecta intereat. by whose agency or means it may perish. Horat. l. 2. od. 18. v. 16. Truditur dies die, Novæque pergunt interire lunæ. h. e. condi, et confici. to end, come to a close. Sic l. 4. od. 7. v. 9. ver proterit æstas Interitura, simul Pomifer Autumnus fruges effuderit. Ovid. 1. de ar. am. v. 374. interit ira mora. h. e. desinit, sedatur. Paul. Dig. lib. 27. tit. 3. leg. 10. Actiones morte tutoris intereunt. h. e. exstinguuntur, finiuntur. Papinian. lib. 41. tit. 2. leg. 44. Interit possessio. h. e. amittitur. ¶ Interii (ut perii) familiaris et frequens exclamatio est, apud Comicos, ejus, qui de se actum putat. I am ruined; I am lost; 'tis all over; I am undone. Terent. Hec. 3. 1. 42. Interii! cur mihi id non dixti? Plaut. Mostell. 4. 3. 36. Hei mihi, disperii! vocis non habeo satis: vicini, interii, perii. Id. Bacch. 5. 1. 7. Omnibus exitiis interii. ¶ Differt a pereo magno discrimine. Nam perire levius est, et habet inventionis spem, et non omnium rerum finem. Ita Non. c. 5. n. 4. Hinc Plaut. Capt. 3. 5. 32. Qui per virtutem peritat, non interit. ¶ Proprie est ire, vel positum esse inter aliqua: quo sensu Sever. in Ætna, v. 450. disjectaque saxa Intereunt venis. Gloss. Vet. Intereo, ὑπεισέρχομαι. ¶ Interiendo pro intereundo quidam leg. apud Tertull. de Pudic. c. 7. a med. [¶ Particip. interimendus apud Vellei. lib. 2. c. 58. Quem cum simul interimendum censuisset Cassius.]

INTEREQUITO, as, avi, atum, n. 1. to ride between or in the midst, per medios equito. Liv. l. 35. c. 5. a med. Obstabant duces, cædentes terga trepidantium, et redire in ordines cogentes: sed interequitantes alarii non patiebantur. Id. l. 6. c. 7. Ordines interequitans. Curt. l. 4. c. 13. Prætores agmina sua interequitantes.

INTERERRO, as, avi, atum, n. 1. inter aliquid erro. Prudent. Cathemer. 6. v. 43. Nunc splendor intererrat, Qui dat futura nosse. Minuc. Fel. in Octav. c. 10. Deus locis omnibus intererrat.

INTEREST, impers. anom. n. it concerns or imports, is the interest of, is of importance, is of use, conduces, profits, διαφέρει, refert, pertinet: ab inter, et sum. Cic. l. 2. ad Q. Fr. ep. 4. Hoc vehementer interest reipublicæ. et Phil. 1. c. 9. Quis enim est hodie, cujus intersit istam legem manere? Id. Fam. 4. ep. 10. Multum interest rei familiaris tuæ, te quamprimum venire. Id. Attic. l. 10. ep. 4. a med. Quid illius interest, quoniam in Senatum non venis, ubi sis? ¶ Et sequente alia particula. Id. Fam. 13. ep. 10. In omnibus novis conjunctionibus interest, qualis primus aditus sit. it is a matter of importance. Cæcin. ad Cic. Fam. 6. ep. 7. Non tam interest, quo animo scribatur, quam quo accipiatur. Liv. l. 26. c. 31. ad fin. Ea vos rata habeatis, næ magis reipublicæ interest, quam mea. Cic. Fam. 16. ep. 1. Magni ad honorem nostrum interest, me venire. ¶ Mea, tua, nostra interest, est e re mea, tua &c. quasi est in re mea, &c. Id. Fam. 16. ep. 4. a med. Tua, et mea maxime interest, te valere. it concerns both yourself and me very intimately. Tacit. 1. Hist. c. 30. Vestra interest, ne imperatorem pessimi faciant. ¶ Omittitur in illo Bruti ad Attic. n. 17. inter epist. ad Brut. post med. Quid enim nostra, victum esse Antonium, si victus est, ut, &c? ¶ Loco genitivi cujus potest cuja usurpari. Cic. in fragm. apud Priscian. l. 12. pag. 950. Putsch. Detur ei, cuja interfuit, non ei, cuja nihil interfuit. ¶ Habet etiam genitivos pretii, magni, parvi, tanti, &c. Cic. Attic. l. 11. ep. 22. extr. Illud mea magni interest, te ut videam. is of vast importance to me. Id. 13. Fam. ep. 10. Malui facere, quod meus familiaris tanti sua interesse arbitraretur. Ulpian. Dig. lib. 2. tit. 13. leg. 8. Vel minoris, vel pluris interesse cœpit. ¶ Cum adverbiis quantitatem significantibus. Cic. in Orat. c. 16. Si in philosophia tantum interest, quemadmodum dicas; quid in causis, &c? Id. 12. Fam. ep. 9. Multum interest, te venire. et lib. 3. ep. 11. Ad rem nihil interest. Id. pro Sull. c. 28. Vestra enim, qui summa integritate vixistis, hoc maxime interest. Id. pro Mil. c. 21. Semper ille, quantum interesset P. Clodii se perire, cogitabat. Id. pro Mur. c. 2. sub fi. Ostendam quantum salutis communis intersit, duos consules esse. Id. ad Brut. ep. 5. Quantopere intersit, opprimi Dolabellam. ¶ Sunt aliæ hujus verbi notiones, quas vide in Intersum.

INTERFACIO, is, a. 3. interim, vel per intervalla facio. Tribuunt Livio l. 25. c. 11. [† Verba sunt: Reliquit tamen modicum præsidium, ut simul interfaciendo muro adjuvaret. h. e. dum fieret murus.] sed locus est valde dubius. [† Drakenb. legit: ut simul in faciendo muro adjuvaret.]

INTERFARIS, atus sum, dep. 1. to interrupt, break in upon while speaking, διακόπτω, interpello, loquentem interrumpo. Liv. l. 3. c. 47. Priusquam ille postulatum perageret, interfatur Appius. Id. l. 7. c. 36. Interfante Decio, distulit concionem. Virg. 1. Æn. v. 390. medio interfata dolore est. Plin. in epist. 23. l. 1. Quem interfari nefas esset, hunc etiam convicia audire. Liv. l. 32. c. 34. Orsum eum dicere Phæneas interfatus, &c.

INTERFATIO, onis, f. a passage, clause, actus interfandi, brevis sermo interpositus, interlocutio, μετάβασις. Quintil. l. 4. c. 2. ante med. Interim expediet expositiones brevi interfatione distinguere: audistis, quæ ante acta sunt; accipite nunc, quæ insequuntur. by a short notice or mark interposed. [Cic. pro Sex. c. 37. Sed etiam contra verba atque interfationem legibus sacratis esse armatum putaret. Ita habet edit. Ernesti, alii legunt intercessionem, vel interpellationem.]

INTERFECTIBILIS, le, adject. Apul. de herb. c. 89. Ruta interfectibilis viperarum.

INTERFECTIO, onis, f. a killing, slaying, murdering, cædes, φόνος. Brut. ad Cicer. ep. 3. inter recentior. Interfectio Trebonii. Ascon. in argum. Milon. Interfectio Clodii. Lamprid. in Commod. c. 4. Compulit ad ejus interfectionem consilia inire.

INTERFECTIVUS, a, um, lethalis, deadly, mortal, fatal, ut interfectivus morbus, apud Cœl. Aurel. in Auct. præfat. et Tard. l. 5. c. 10.

INTERFECTOR, oris, m. one who slays or kills, a slaughterer, destroyer, murderer, φονεύς, qui interfecit. Cic. pro Mil. c. 27. Quorum interfectores implerunt orbem terrarum nominis sui gloria. ¶ Translate Tertull. de carne Christi, c. 5. Interfector veritatis. h. e. destructor.

INTERFECTRIX, icis, f. a murderess. Tacit. 3. Ann. c. 17. Interfectricem nepotis aspicere.

INTERFECTUS, a, um, killed, slain, murdered, destroyed, φθίμενος, occisus. Cic. Attic. l. 15. ep. 10. Vos legatum populi R. omni supplicio interfectum inultum relinquetis? ¶ Translate Acc. apud Non. c. 1. n. 51. Fati internecionem fore Meleagro, ubi torris esset interfectus flammeus. h. e. igne consumptus. Plaut. Merc. 5. 1. 4. Usus, fructus, victus, cultus jam mihi harunc ædium Interemptus est, interfectus est, alienatus est: occidi! Apul. l. 5. Metam. Nova nupta interfectæ virginitatis. Impp. Gratian. Valent. et Theodos. l. 4. Cod. Theodos. tit. 22. leg. 2. Ut neuter reparationem interfecti hoc pacto negotii audeat postulare. h. e. finiti, exstincti.

INTERFEMINIUM, ii, n. τὰ γυναικεῖα, muliebris natura. Apul. in Apologet. [et Novius apud Non. c. 10. n. 10. Cum natus artivit matri interfeminia fortiter.]

INTERFICIO, is, eci, ectum, a. 3. to kill, slay, murder, put to death, destroy, ἀναιρέω, κτείνω, occido, interimo, conficio. V. in fin. τοῦ Inter. Cic. pro Dom. c. 23. Eum toties per insidias interficere voluistis. Nep. in Datam. c. 9. Eum insidiis interficere studuit. Cæs. l. 3. B. Gall. c. 6. Undique circumventos interficiunt. Plaut. Most. 1. 3. 35. Dii, deæque omnes me pessumis exemplis interficiant, nisi ego illam anum interfecero siti, fameque, atque algu. Lucret. l. 5. v. 1248. feras interficere, et ditescere præda. ¶ Interficere aliquem vita est vita privare. to deprive of life. Gell. l. 12. c. 7. Mulier virum et filium, venenis clam datis, vita interfecerat. Plaut. Trucul. 2. 6. 37. Qui me interfecisti pæne et vita, et lumine. ¶ Dicitur et de rebus inanimis. Virg. 4. Georg. v. 330. Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes. destroy. Cic. in fragm. apud Non. c. 6. n. 9. Herbas arescere, et interfici. ¶ Comice Plaut. Merc. 5. 1. 4. Usus, fructus, victus, cultus jam mihi harunc ædium Interemptus est, interfectus est, alienatus est. ¶ Pro inficere, imbuere. Plin. l. 2. c. 100. Terræ natura medicatas aquas interficit. ¶ Pro consumere, finire. Lucil. Piscium magnam, atque altilium vim interfecisti. Ita Non. c. 4. n. 263. interpretatur. Accius apud eund. c. 1. n. 51. Fati internecionem fore Meleagro, ubi torris esset interfectus flammeus. Lucil. apud eund. c. 6. n. 9. Durum, molle voras, fragmenta interfici' panis. ¶ Pro interrumpere. Apul. l. 11. Metam. Singultu crebro sermonem interficiens. breaking off, interrupting.

INTERFIO, is, n. pass. anom. to be consumed, be destroyed, perish, die, ἀναιρέομαι, plane tollor, consumor, intereo. Lucret. l. 3. v. 886. Ut aut putrescat corpore posto, Aut flammis interfiat, malisve ferarum. be devoured. Plaut. Trin. 2. 4. 131. Istic oportet obseri mores malos, si in obserendo possint interfieri.

INTERFLUO, is, xi, n. 3. to flow or run between or through, διαῤῥέω, per medium fluo. Liv. l. 27. c. 29. ad fin. Per fretum, quod Naupactum et Patras interfluit. Plin. l. 3. c. 5. Angusto freto interfluente. ¶ Translate Cic. de Senect. c. 6. Cum inter duos consulatus anni decem interfluxissent. Al. leg. interfuissent. ¶ Passive Apul. de Mundo. Insulæ interfluuntur.

INTERFLUUS, a, um, flowing between or through the midst, interfluent. μεσοῤῥός, qui interfluit. Plin. l. 6. c. 26. Interfluo Euphrate. Pallad. in Septembr. tit. 10. extr. Interfluus humor.

INTERFODIO, is, odi, ossum, a. 3. to pierce, penetrate, idem ac fodio, pungo. Lucret. l. 4. v. 717. Pupillas interfodiunt.

INTERFOR. V. Interfaris.

INTERFOSSUS, a, um, effossus. Pallad. in Octobr. tit. 12. Cuneum salicis interfossis radicibus premi.

INTERFRINGO, is, egi, actum, a. 3. to break, idem quod infringo. Cato cap. 44. Et si quid ventus interfregerit, ea omnia eximito. [†Adde Plin. 17. 18.]

INTERFUGIO, is, a. 3. to fly between, inter aliqua fugio. Per tmesim dividit Lucret. l. 6. v. 331. Inter enim fugit, ac penetrat per rara viarum.

INTERFULGENS, entis, shining between or among, inter aliqua fulgens. Liv. l. 28. c. 23. Aurum argentumque cumulo aliarum rerum interfulgens.

INTERFUNDO, is, udi, usum, a. 3. to pour through or between, διαχέω, per medium fundo. Avien. in Periegesi, v. 255. Sic vasti moles pelagi interfunditur oras. Id. ibid. v. 1110. Et tentis procul interfunditur undis.

INTERFURO, is, n. 3. to rage between, in medio duorum insanio. Stat. 1. Achil. v. 395. Et alternum Mavors interfurit orbem. rages or exercises his fury between the one and the other world, amidst both worlds, viz. excites both Europe and Asia to war.

INTERFUSIO, onis, f. actus interfundendi. Lactant. l. 7. c. 3. sub fin. Maris opulenta et copiosa interfusio.

INTERFUSUS, a, um, flowing between. Plin. l. 3. c. 8. Sicilia Bruttio quondam agro cohærens, mox interfuso mari avulsa. intervening. Virg. 4. Æn. v. 643. maculisque trementes Interfusa genas. [† Id. Georg. 4. 480. et Æn. 6. 439. Novies Styx interfusa coercet. flowing nine times round.] ¶ Translate Stat. 3. Theb. v. 677. Hæc alterna ducum nox interfusa diremit.

INTERFUTURUS. V. Intersum.

INTERGANNITUS. V. vocem sequent.

INTERGARRITUS, a, um, inter aliqua garritus, garriendo, interpositus, effutitus. Apul. in Apolog. Dein paucis verbis intergarritis, &c. Al. leg. intergannitis, simili sane sententia.

INTERGERINUS. V. vocem sequent.

INTERGERIVUS, a, um, interjectus. Intergerivi parietes, inquit Festus, dicuntur, qui inter confines struuntur, et quasi intergeruntur. common walls between neighbouring proprietors of houses. Plin. l. 35. c. 14. extr. Sesquipedalis paries non plus, quam unam contignationem tolerat: cautumque est, ne communis crassior fiat, nec intergerivorum ratio patitur. ¶ Transfertur ad alia. Plin. l. 11. c. 10. de apib. Ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerivis sic a solo fornicatis, ne desit aditus ad sarciendum. h. e. interstruendo quasi pilas, quæ favos per intervalla sustineant. with partition walls or pillars reared between to support the cells. ¶ Tribuunt quidam etiam Vitruv. c. ult. l. 5. sed dubia est lectio. ¶ Sunt, quibus placet intergerinus ubique legi. Scaliger mallet etiam intergerrivus, a gerris, h. e. cratibus.

INTERGERIUM, ii, n. quidquid alicui rei interjicitur, seu intergeritur. Itaque Plin. l. 13. c. 12. ad fin. intergerium vocat glutinamentum quoddam, quod inter duas chartas inseritur in earum confectione: ducta metaphora ab intergerivo pariete. the glutinous substance put between two membranes or coats of the papyrus, to make them stick together in manufacturing paper.

INTERGERO, is, essi, estum, a. 3. to carry or throw in the midst, insert, interpose, interpono, intersero. Exemplum Festi V. in Intergerivus.

INTERGRESSUS, us, m. interventus. In sexto casu singulari Minuc. Felix in Octav. c. 15. Vires actionis meæ intergressu gravissimæ disputationis infringere.

INTERHIO, as, n. 1. to yawn in the midst, in medio hio. Tertull. in Apolog. c. 48. ad fin. Finis et limes medius, qui interhiat.

INTERJACEO, es, n. 2. παρέγκειμαι, in medio jaceo, to lie between. Liv. l. 37. c. 41. Interjacebat campus: colles imminebant nudi. Plin. l. 5. c. 4. Regio, quæ duas syrtes interjacet. Id. l. 4. c. 12. Interjacet hæc inter eam et Rhodum. Colum. l. 11. c. 3. Spatium, quod sulcis interjacet. Liv. l. 21. c. 30. extr. Campus interjacens Tiberi, ac mœnibus Romanis.

INTERJACĬO, *et* Interjicio, is, jeci, jectum, a. 3. *to cast, put, set, or place between, throw among*, παρεμβάλλω, inter aliqua jacio, interpono, intersero, admisceo. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 73. Crebras stationes disponunt equitum, legionariasque interjiciunt cohortes. *interpose, intermix. Tacit. Ann.* 2. c. 10. Pleraque sermone Latino interjaciebat. *interlarded the greater part of his speech with Latin expressions. Cic. de Univ.* c. 7. Tertium materiæ genus ex duobus in medium admiscuit, idque interjecit inter individuum, atque id, quod, &c. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 23. *extrem.* Ni miles præces et minas interjecisset. *had interposed. Id.* 3. *Hist.* c. 81. Si moram interjecissent. *In vet. marm.* apud *Murator.* pag. 575. n. 2. Proposito eorum restitit provocatione interjecta.

INTERĬBI, *meanwhile*, interea, interim. *Plaut. Pers.* 1. 3. 85. Abi, et istuc cura: interibi ego puerum volo mittere, &c. *Gell.* l. 3. c. 7. Interibi, dum ea pugna fit. Adde *Afran.* apud *Non.* c. 13. n. 14.

INTERĬBĬLIS, le, *perishable, mortal*, qui interire potest, mortalis. *Tertull. advers. Hermog.* c. 34. *ad fin.* Nihil Deus interibile fecisset. *Arnob.* l. 2. pag. 65. Animæ passivæ atque interibiles.

INTERJECTĬO, onis, f. *the interposition or insertion of something extraneous in the middle of a sentence*, παρένθεσις, interpositio, insertio. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 6. Et tamen occulte dicemus interjectione verborum. V. *Interjectus, us.* ¶ Apud Grammaticos est pars orationis indeclinabilis, quæ varios animi affectus ostendit, ut *Euge, malum, vah*, &c. *an interjection. Charis.* l. 2. pag. 171. *Putsch. Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 6.) &c. ¶ Item figura Rhetorica, eadem ac Parenthesis, seu Interruptio. *Quintil.* l. 8. c. 2. *a med.* Etiam interjectione, qua et Oratores et Historici frequenter utuntur, ut medio sermone aliquem inserant sensum, impediri solet intellectus, nisi quod interponitur, breve est.

INTERJECTĪVE, ad modum interjectionis. Est *Prisciani in fin.* lib. 15.

INTERJECTĪVUS, a, um, qui interjicitur, seu interponitur. *Simplic. de re Agrar.* pag. 78. *Goes.*

[* INTERJECTŪRA, æ, f. eadem ac interjectio. *Frontin. de colon.* pag. 135. *Goes.* Sunt et per recturas positæ interjecturæ.]

INTERJECTUS, a, um, *interposed, placed between*, interpositus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interjectus esse videatur. *Id.* 1. *Offic.* c. 26. Aut interjecti inter philosophos, et eos qui rempublicam administrarent. *following a middle course between philosophers*, &c. *Id. de Somn. Scip.* c. 6. In ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interjectas vides. *Id. de Provinc. Consul.* c. 8. Annus interjectus. et 1. *Offic.* c. 9. Quasi longo intervallo interjecto. *Liv.* l. 1. c. 58. Paucis interjectis diebus. *a few days after.* ¶ Dividitur per tmesim a *Lucret.* l. 3. v. 873. Inter enim jecta est vitai pausa. ¶ *Interjectus*, disjectus. *Claudian. in Epithal. Pallad. et Celer.* v. 28. Utque erat interjecta comas, turbata capillos. *h. e.* comam habens non in unum collectam, sed divisis, disjectisque capillis solutam.

INTERJECTUS, us, m. *an interposition, intervention*, idem ac interjectio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 40. Luna interpositu interjectuque terræ repente deficit. *Tacit. Ann.* 3. c. 51. *extr.* Interjectu temporis. et lib. 6. c. 39. Interjectu noctis. et lib. 3. c. 67. Petito paucorum dierum interjectu. *an adjournment, respite. Colum.* l. 3. c. 21. *ante med.* Si vero interjectibus capere cujusque generis fructum aveat, &c. *h. e.* per intervalla temporis. Al. leg. *interjectionibus* eod. sensu. ¶ Pro actu interjacendi, *Apul. in Florid. prope fin.* Velut in maceria lapides temerario interjectu poni necesse est.

INTERJICĬO. V. *Interjacio.*

INTĔRIM, adverb. *in the mean time, meanwhile, in the meanwhile, in the interim*, μεταξὺ, interea: ab inter. *Cic. Fam.* 10. ep. 12. Interim ad me venit Munatius noster. *Id.* 2. *de Orat.* c. 86. Hoc interim spatio conclave illud concidisse. *Terent. Andr.* 1. 1. 100. Funus interim procedit. *Id. Eun.* 5. 2. 3. Interim, dum ante ostium sto, notus mihi quidam obviam venit. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 29. Interim mihi videris, Eruci, una mercede duas res assequi velle. *h. e.* dum ista dicis. ¶ Significat etiam interdum, modo, *sometimes, now and then, occasionally:* quemadmodum etiam *interdum* aliquando pro *interim* ponitur. *Senec.* l. 1. *de Ira*, c. 16. Interim optimum misericordiæ genus est, occidere. *Senec. alter in Herc. Œt.* v. 481. Interim scelus est fides. *Quintil.* l. 9. c. 3. *ante med.* Ut in cibis interim acor ipse jucundus est. *Id.* l. 5. c. 10. *a med.* Hæc interim necessario fiunt, interim plerumque, sed non necessario. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 27. Prudenter constitutis interim navibus, interim vehiculis uti. Scripserat *Plin. epist. præced.* destinasse se partim navibus, partim vehiculis provinciam petere. Adde *Pompon. Melam*, l. 3. c. 6.

INTERĬMO, is, emi, emptum, a. 3. *to take away*, ἀφαιρέω, e medio tollo, adimo, intercipio: ab *inter*, et *emo*, quod sumere, tollere significat: ut in *abemere, adimere, eximere*, &c. *Cic. pro Mur.* c. 12. *ad fin.* Senes ad coemptiones faciendas, interimendorum sacrorum causa, reperti sunt. *Plaut. Epid.* 4. 2. 24. et *Cas.* 3. 5. 29. Interimere ait velle vitam. *Lucret.* l. 3. v. 288. Interimere sensum. ¶ Sæpe est *to kill, slay, murder, destroy*, διαφθείρειν, e vivis tollere, interficere, occidere. *Plaut. Cist.* a. 3. v. 13. Accurrite amabo, ne se interimat. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 19. Si quæ interimant, innumerabilia sint, etiam ea quæ conservent, infinita esse debere. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 131. Cum laqueo uxorem interimis, matremque veneno. *Liv.* l. 1. c. 3. *sub fin.* Addit sceleri scelus: stirpem fratris virilem interimit. ¶ Item exstinguere, destruere, delere. *to destroy, annihilate, bring to nothing. Lucret.* l. 1. v. 215. uti quæque in sua corpora rursum Dissolvat natura, neque ad nihilum interimat res. *Colum.* l. 11. c. 3. Hunc veprem manifestum est interimi non posse, nisi radicitus effodere velis. ¶ Translate *Plaut. Merc.* 3. 4. 22. Disperii! illæc interemit me modo hic oratio. *Cic. pro Mil.* c. 34. Me quidem, judices, exanimant et interimunt hæ voces Milonis. *greatly distress or affect.*

INTERĬOR, rius, oris, adject. *more within, more inward, inner, interiour*, ἐνδότερος, qui est magis intus. *Cic. pro Sext.* c. 10. Quibuscum hominibus in interiore ædium parte vivebat. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 11. Nihil est interius mente. *Id. pro leg. Manil.* c. 22. Regna interiorum nationum. *more inland:* a mari remotiorum. Sic *Liv.* l. 42. c. 39. Ab Dio Perseus in interiora regni se recepit. Adde *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 2. ¶ *Interiora* absolute pro interaneis, *the intestines, entrails, Veget. de re Veterin.* l. 1. c. 39. Torsiones vocant, et interiorum incisiones. [*Cels.* l. 1. c. 1. Facilius omnium interiorum morbi, curationesque in notitiam venient, si prius eorum sedes breviter ostendero.] ¶ *Interior homo* apud *Plaut. Asin.* 3. 3. 66. est ipsa anima, et vita. *the inner man; the life, soul.* ¶ In cursu Circensi *interior* est sinister: ita enim metam adibant quadrigis, ut a dextra ad lævam partem flecterent, eam circumituri. Hinc *interior rota* est sinistra: *interior equus* sinister. Ex quo etiam fit, ut *interior* sit propinquior, quia sinistra pars propius ad metam accedit, et minorem gyrum, circa eam flectendo, facit. Contrarium *dexter* et *exterior* significant. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 2. v. 12. Nunc stringam metas interiore rota. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 426. Interior curru meta terenda meo est. *Virg.* 5. *Æn.* v. 170. Radit iter lævum interior. et vers. 202. dum proram ad saxa suburget Interior. *nearer to the goal.* et lib. 11. v. 694. *de Camilla.* magnumque agitata per orbem Eludit gyro interior, sequiturque sequentem. *pursued through a large circle, she eschews him by wheeling through one narrower and more confined, thus pressing upon him closer and closer.* Sic *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 26. bruma nivalem Interiore diem gyro trahit. *shorter and more contracted.* ¶ Hinc sæpe idem est, quod propinquior, vicinior. *Liv.* l. 7. c. 10. *a med.* Cum scuto scutum imum perculisset, totoque corpore interior periculo vulneris factus, insinuasset se inter corpus armaque. *closing with him so as to be out of reach of his antagonist's weapon; at half-sword with him.* et lib. 24. c. 34. *a med.* Propius quædam subibant naves; quo interiores ictibus tormentorum essent. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 51. *sub fin.* Timor incutitur aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus: interior ille est proprius, sed hic quoque communis, &c. *that which makes the stronger impression.* et lib. 3. *Offic.* c. 17. Societas latissime patet hominum inter homines: interior eorum, qui ejusdem gentis sunt: propior eorum, qui ejusdem civitatis. ¶ In ambulando *interior* est, qui a media via est remotior, et parieti propior (sive dexter sit, sive sinister) et honoratiorem locum tenet: *nearest to the wall:* contra exterior, qui minus honorato loco ambulat, scilicet mediam viam versus, et a pariete longius. *furthest from the wall.* Hic dicitur latus tegere, aut claudere. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 67. Et medius juvenum (*senior*) non indignantibus ipsis, Ibat et interior, si comes unus erat. *next to the wall. Horat.* l. 2. sat. 5. v. 16. ne tamen illi Tu comes exterior, si postulet, ire recuses. ¶ *Lectus interior* est ejus pars ab janua remotior, et parieti cubiculi propior: in ea cubabant pueri, et mulieres. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 14. v. 32. Cur pressus prior est, interiorque torus? *h. e.* utraque lecti sponda. *Sueton. in Cæs.* c. 49. Interior sponda regiæ lecticæ. ¶ *Interior epistola* apud *Cicer.* l. 3. *ad Q. Fr.* ep. 1. c. 5. *a med.* est pars epistolæ remotior a principio, h. e. vel media, vel mediæ proxima. *the middle of a letter. Manutio* placet, esse eam, quæ a fine propius absit, nimirum a consuetudine complicandi epistolas in volumen, ita ut quæ ultima scripta in pagina pars erat, involveretur prima; quæ prima ultima. Sic enim volumine confecto, postrema pars interior remanebat. ¶ Translate est occultus, reconditus, non vulgatus, *hidden, secret. Cic.* 2. *de Divin.* c. 60. Sed hæc quoque in promptu fuerint: nunc interiora videamus. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 16. Qui interiores scrutantur et reconditas litteras. *profound, abstruse. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 239. pars maxima rerum Offendat, si non interiora tegas. *Nep. in Annib.* c. 2. Cum se ab interioribus consiliis segregari vidisset. *from his secret counsels. Sueton. in Tiber.* c. 54. Patefacta interiore animi sui nota. *his inmost thoughts.* et *in Aug.* c. 61. Referam nunc interiorem ac familiarem ejus vitam. *private, domestic. Horat.* l. 2. od. 3. v. 8. Interiore nota Falerni. *h. e.* magis recondita, ac diligentius asservata. ¶ Item familiaris, intimus, *intimate. Liv.* l. 42. c. 17. Litteris spem amicitiæ interioris, magnæque inde fortunæ facientibus. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 2. Alii sacerdotia et consulatus adepti, procurationes alii, et interiorem potentiam. *h. e.* gratiam familiaritatis apud principem et ex ea potentiam. *greater power by intimacy with the prince; secret influence.*

INTERITĬO, onis, f. *a decaying, perishing, destruction, death*, interitus. *Cic. Verr.* 5. c. 54. Tamen aratorum interitio facta nulla est. Ita leg. *Non.* c. 3. n. 112. et alii: alii *internecio. Auct. de B. Hispan.* c. 24. *extr.* Ita pridie duorum centurionum interitio hac adversariorum pœna litata est. *Arnob.* l. 2. p. 87. Christus in hoc missus a Deo est, ut infelices animas ab interitionis exitio liberaret. Adde *Auson. perioch. ult. Odyss.* ¶ *Interitio rerum* est, cum penitus destructæ in nihilum rediguntur. *Vitruv. in præfat.* l. 8. Quæ de aere nascerentur, item in cæli regiones reverti, neque interitiones recipere, sed dissolutione mutata, in eandem recidere, in qua ante fuerant, proprietatem.

INTERĬTUS, us, m. *destruction, ruin, utter decay, extinction, death*, ἀναίρεσις, διάλυσις, quasi discessus, et secretio, ac diremptio earum rerum, quæ junctione aliqua tenebantur, ut *Cic. Tuscul.* 1. c. 29. definit. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 25. *extr.* Individuorum corporum concretionem fugit, ne interitus et dissipatio consequatur. *Id.* 2. *de Divin.* c. 16. *ad fin.* Natura omnium rerum interitus, atque obitus conficit. *Id.* 3. *Catil.* c. 8. Cædes, atque incendia, et legum interitum, atque imperii occasum appropinquare. *Id. pro Sull.* c. 11. Ad occasum interitumque reipublicæ. *Nep. in Epamin.* c. 8. Uno prœlio Thebas ab interitu retraxit. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 32. Cum interitum exercitus nuntiavisset. *the defeat, discomfiture.* (Adde 2. *Offic.* c. 6.) et 2. *de Fin.* c. 9. Qualis ista philosophia est, quæ non interitum afferat pravitatis, sed sit contenta mediocritate vitiorum? *Id. de clar. Orat.* c. 33. Damnum enim, illius immaturo interitu, Latinæ litteræ fecerunt. *Gell.* l. 15. c. 7. Sexagesimum tertium vitæ annum cum periculo venire aut morbi gravioris, aut vitæ interitus, aut animi ægritudinis. *Lucret.* l. 5. v. 875. Redigere aliquid ad interitum. *Senec. in Troadib.* v. 489. Ab interitu arcere aliquem. *Cic. pro Marcell.* c. 5. Ad interitum ruere voluntarium.

INTERĬTUS, a, um, *extinguished, destroyed*, διεφθαρμένος, particip. passiv. a neutro *intereo. Claud. Quadrigar.* apud *Priscian.* l. 9. p. 869. *Putsch.* Pugna acriter commissa, et multis utrinque interitis. *Sidon.* l. 2. epist. 10. Eam brevi abolitam defleamus, interitamque.

INTERJUNCTUS, a, um, jugo junctus inter alia jumenta. Ita sumitur a *Stat.* 6. *Theb.* v. 307. Sæpe per Ionium, Libycumque natantibus ire Interjunctus equis. (De Arione celebri equo Neptuni filio loquitur.)

INTERJUNGO, is, unxi, unctum, a. 3. *to unyoke horses by the way in order to rest, bait at a place*, ἐφίσταμαι, est equos, intermisso paulum itinere, e curru disjungere, et cibo ac quiete recreare. *Martial.* l. 3. epigr. 67. et hora lassos Interjungit equos meridiana. *Id.* l. 2. epigr. 6. Lassus tam cito deficis viator: Et cum currere debeas Bovillas, Interjungere quæris ad Camenas. ¶ Translate est intermittere, quiescere. *Senec. de tranquill. anim.* c. *ult. a med.* Quidam medio die interjunxerunt, et in postmeridianas horas aliquid levioris operæ distulerunt. *Id.* epist. 83. Brevissimo somno utor, et quasi interjungo. *I take a very short nap, and as it were rest my horses. Al. leg.* intervigilo. ¶ Pro jungere. *Liv.* l. 22. c. 30. Tum dextræ interjunctæ, militesque benigne invitati. *joined one with another.*

INTERĬUS, adverb. *more within, internally*, ἐνδοτέρω, comparativum ab *intra. Ovid. Metam.* 6. v. 306. Ipsa quoque interius cum duro lingua palato Congelat. *Plin.* l. 3. *c. ult.* In eo sinu duo maria: Ionium in prima parte, interius Adriaticum. *Juvenal.* sat. 11. v. 15. Interius si attendas. *more closely.* ¶ Translate a cursu Circensi. *Senec. de Tranquill. anim.* c. 9. Non in cursu tantum, Circique certamine, sed in his spatiis vitæ interius flectendum est. *h. e.* breviore circuitu, et propius metam. V. *Interior.* Sic *Cic.* 3. *de Orat.* c. 49. Ne fluat oratio, ne vagetur, ne insistat interius, ne excurrat longius. *may not stop or be cut short in the middle.*

INTERLĀBOR, eris, apsus sum, dep. 3. inter aliquid labor, *to glide, or fall, through or between*, παρεμπίπτω. *Stat.* 2. *Theb.* v. 649. Parce per has stellis interlabentibus umbras. *gliding amidst the darkness.* [† *Sil. Ital.* 6. 18. Truncosque trahebat Per stragem nervis interlabentibus artus. *failing.*] *Virg.* 2. *Georg.* v. 349. *per tmesim:* Inter enim labentur aquæ.

INTERLATĔO, es, n. 2. *to lurk or lie hid between or amongst*, inter aliqua lateo. *Senec.* l. 6. *quæst. nat.* c. 16. *sub fin.* Non est dubium, quin multum spiritus interlateat, et cæca sub terra spatia aer latus obtineat.

INTERLATRANS, antis. *Paulin. Nolan.* ep. 4. (*al.* 41.) *a med.* Inter nos et Deum peccatis interlatrantibus.

INTERLECTĬO, onis, f. lectio, quæ in opere aliquo interponitur. *Tertull.* l. 2. *ad Uxor.* c. 6. Ubi fomenta fidei de Scripturarum interlectione?

INTERLĔGO, is, egi, ectum, a. 3. *to gather or cull here and there*, inter aliqua lego, seu colligo, decerpo.

Pallad. in Februar. tit. 25. *ante med.* Si spissa poma ramos onerabunt, interlegenda sunt quæque vitiosa. Adde *in Jun.* tit. 5. et *in Jul.* tit. 3. ¶ Tmesis est in illo *Virg.* 2. *Georg.* v. 366. uncis Carpendæ manibus frondes, interque legendæ.

INTERLĪDO, is, isi, isum, a. 3. idem fere ac illido. *Paulin. Nolan.* carm. 10. v. 261. gravem interlidere dentem.

INTERLĬGO, as, a. 1. *to fasten between.* *Stat.* 7. *Theb.* v. 571. alterno maculas interligat ostro. *intermingles a purple colour among the spots.*

INTERLĬNO, is, interlevi, itum, a. 3. *to erase, blot out, cancel,* καταλείφω, est scripturam, vel picturam atramento, vel aliqua re superinducta corrumpere, destruere, abolere. *Cic. pro Cluent.* c. 44. Qui tabulas publicas municipii sui corrupisse judicatus sit, qui testamentum interleverit. ¶ Item illinere, seu allinere. *Curt.* l. 5. c. 1. Constat Babylonios muros hujus frontis bitumine interlitos fuisse. *cemented.* *Plin.* l. 28. c. 9. *ante med.* Caseus oleo interlinitur.

INTERLĪSUS, a, um, in medio elisus. *Gabius Bassus* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 14. Jovis glans, litteris interlisis, juglans nominatur. *struck out.*

INTERLĬTUS, a, um, *cancelled, erased,* particip. ab interlinor. *Cic. pro Cluent.* c. 33. In eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur. *h. e.* deletus. *Id.* 4. *Verr.* cap. 42. Corruptæ atque interlitæ tabulæ. ¶ Item illitus. *Curt.* lib. 5. cap. 1. Murus instructus laterculo coctili, bitumine interlitus. *cemented.* *Liv.* l. 21. c. 11. Cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto. *intermixed with clay or mud.* *Hieronym.* epist. 1. *ad Heliodor.* *Litteræ* lacrimis interlitæ.

INTERLOCUTĬO, onis, f. *a dialogue, conference, discourse, interposition of speech, interlocution,* διαλογισμὸς, sermonis interpositio, interpellatio. *Quintil.* l. 5. c. 7. *a med.* Brevi interlocutione patroni refutandus est. *Gell.* l. 14. c. 2. *a med.* Nisi is, qui judicat, crebris interrogationibus, et necessariis interlocutionibus et suos deserere, et litigantium deprehendat. ¶ Apud JCtos *interlocutio* est pronuntiatio judicis initio, mediove litis, quæ totam causam non perimit, finitque, sed ex parte solum definit, et judicat: quæ *sententia interlocutoria* hodie in scholis appellatur. *the pronouncing an opinion concerning any incidental point of law, which occurred in a process, previous to the final decision of a cause.* *Paul. Dig.* lib. 1. tit. 15. leg. 3. Aut fustibus castigat eos, qui negligentius ignes habuerunt, aut severa interlocutione comminatus, fustium castigationem remittit. *Impp. Dioclet. et Maxim.* lib. 7. *Cod.* tit. 45. leg. 9. Nec causam ullam interlocutiones plerumque perimunt. Adde *Imp. Gordian.* lib. 2. tit. 12. leg. 17. &c.

INTERLŎQUOR, eris, quutus, *seu* cutus sum, dep. 3. *to interrupt one while speaking, interrupt in discourse,* διαλέγομαι, διακόπτω, est alio loquente sermones intermiscere, ac quodammodo interturbare loquentem. *Terent. Heaut.* 4. 3. 13. Siccine mihi interloquere? *Gell.* l. 14. c. 2. *a med.* Aliter atque aliter eadem in causa, eodemque in tempore sentire, et interloqui videatur. ¶ Apud JCtos *interloqui* dicitur judex, cum quidpiam inter cognoscendum pronuntiat: ut in voce præced. explicatum est. *Ulpian. Dig.* l. 48. tit. 19. leg. 32. Si judex ita interlocutus sit, Vim fecisti. *Id.* lib. 38. tit. 3. leg. 6. *circa med.* Si de decurione puniendo præses, scribendum principi, interlocutus est.

INTERLUCATĬO, onis, f. *a lopping or thinning of useless branches,* collucatio, recisio ramorum inutilium. *Plin.* l. 17. c. 27. *a med.* Interlucatio arboribus prodest, sed omnium annorum trucidatio inutilissima.

INTERLUCĀTUS. V. *Interluco.*

INTERLUCĔO, es, uxi, n. 2. *to shine between or in the midst,* παρεμφαίνω, in medio luceo, inter aliquid luceo. *Liv.* l. 29. c. 14. Duos Soles visos, et noctu interluxisse. *had shined: that an uncommon light had appeared.* ¶ Translate ponitur pro apparere, conspici. *to be apparent or conspicuous.* *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 19. Ut loci distincte interlucere possint. ¶ Dicitur et de iis, quæ rara sunt, et intervalla habent, per quæ visus transit. *Virg.* 9. *Æn.* v. 508. Qua rara est acies, interlucetque corona Non tam spissa viris. *is seen through.* *Quintil.* declam. 12. c. 2. Rari per vias interlucent. *Frontin.* l. 2. *Strategem.* c. 3. *a med.* Ea ipsa intervalla velitibus implevit, ne interluceret acies. [† *Liv.* 1. 42. Servius conditor ordinum, quibus inter gradus dignitatis fortunæque aliquid interlucet. *by which the degrees of dignity and fortune are distinguished.*]

INTERLŪCO, as, a. 1. *to lop or thin, so that the branches may be seen through, lop off the superfluous branches,* διακαθαίρω, ramos, seu plantas inutiliter pullulantes cum intervallo reseco, superfluos ramos amputo: a *lucus:* vel a *luce,* quod, cum cæduntur rami, lux fiat ipsi arbori amplior. *Plin.* l. 17. c. 23. *sub fin.* Deputantur enim pariter cum vite, interlucata densitate ramorum, qui sint supervacui. et cap. 12. *extr.* Adultas arbores interlucare justo plus, et in senectam præcipitare.

INTERLŪDO, is, usi, usum, a. 3. inter aliquid ludo. *Auson. in Mosell.* v. 76. Interludentes examina lubrica pisces. *sporting amidst.*

INTERLŪNIS, e, adject. ut Nox squalida et interlunis, apud *Ammian.* l. 19. c. 6. (*al.* 12.) cum scilicet interlunium est.

INTERLUNĬUM, ii, n. *the change of the moon; the space of time that elapses between the disappearing of the old moon and the appearance of the new,* σύνοδος, συμμηνία, Lunæ silentium, Luna silens, cum Luna est in conjunctione Solis, id spatium temporis, quo nec amplius Luna vetus apparet, nec adhuc nova videtur, quia radiis solaribus superne illustratur, non autem ab ea parte, quæ nobis conspicua est: ab *inter,* et *Luna,* quasi aliquod tempus sit inter veterem, novamque Lunam. *Plin.* l. 7. c. 5. Septimo non nisi pridie, posterove plenilunii die, aut interlunio concepti nascuntur. *Id.* l. 16. c. 39. Inter omnes convenit, utilissime in coitu Lunæ sterni, quem diem alii interlunii, alii silentis Lunæ appellant. *Horat.* lib. 1. od. 25. v. 11. Thracio bacchante magis sub interlunia vento. *about the time of the change of the moon.*

INTERLŬO, is, ui, utum, a. 3. *to flow or run between, wash,* διακλύζω. *Liv.* l. 41. c. 23. Quantum interluit fretum? *Virg.* 3. *Æn.* v. 418. *de freto Siculo.* arvaque et urbes Litore diductas angusto interluit æstu. ¶ Aliquando est lavare. *to wash between whiles, wash while doing any thing.* *Cato de R. R.* c. 132. Manus interluito. postea vinum sumito.

INTERLUVĬES, ei, f. *a strait,* ὁ μεταξὺ πορθμός, fretum interluens seu interfluens. *Solin.* c. 22. (*al.* 35.) *a med.* Hebudes insulæ angusta interluvie dividuntur.

INTERMANĔO, es, ansi, n. 2. *to remain in the midst of,* inter, vel in medio maneo. *Lucan.* l. 6. v. 47. Defessus Cæsar mediis intermanet agris. *Al. aliter leg.*

INTERMEDĬUS, a, um, *in the middle, between two, intermediate,* ἔμμεσος, medius inter aliqua, interjectus, interpositus, interjacens. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. *a med.* Porticus, primoribus columnis lapideis, intermediis arbusculis humilibus ordinatæ.

INTERMENSTRŬUM, i, n. interlunium. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 37. Quoad veniat ad intermenstruum, a quo die dicitur Luna esse extrema, et prima.

INTERMENSTRŬUS, a, um, inter duos menses interjectus. *Plin.* l. 18. c. 32. Maxime autem Luna intermenstrua, dimidiaque stercorato. *h. e.* interlunio. *when the moon is in the change, and half full.*

INTERMĔO, as, avi, atum, n. 1. *to run or flow through,* διαῤῥέω, interfluo, per medium meo. *Plin.* l. 5. c. 30. *a med.* Longeque clarissimum Asiæ Pergamum, quod intermeat Selinus.

INTERMESTRIS, stre, interjectus inter menses, ut Luna intermestris, idest interlunium, coitus Lunæ. *Cato R. R.* c. 37. et *Plin.* l. 16. c. 39. Nisi intermestri Luna, atque dimidiata, ne tangas materiam. Adde *Varron. de L. L.* l. 5. c. 2. *in the change.*

INTERMĬCO, as, icui, n. 1. *to shine in the midst or among, shine at intervals, twinkle,* διαστίλβω, in medio splendeo. *Claudian.* l. 1. *de rapt. Pros.* v. 183. Rutilum squamis intermicat aurum. *Stat. Theb.* 12. v. 252. E speculis moriens intermicet ignis. *Val. Flacc.* l. 4. v. 662. tenebras, nimbosque intermicat ignis. [*Apul. de deo Socrat. ante med.* pag. 43. *Elmenh.* Rapidissimo coruscamine lumen candidum intermicare. *Lactant.* l. 6. c. 20. Intermicantibus astrorum luminibus.]

INTERMINABĬLIS, le, *without boundary, interminable,* ἀόριστος, sine termino, interminatus. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 3. Immensa et interminabilis ætas. *Sidon.* l. 2. ep. 7. *extr.* Jurgium prope interminabile.

INTERMINATĬO, onis, f. *a threatening, menacing, forbidding,* comminatio. *Impp. Valentinian. Theodos. et Arcad.* lib. 16. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 18. De hac urbe pellantur sub interminatione judicii. et lib. 8. tit. 7. leg. 21. Quos etiam monuimus sub viginti interminatione librarum auri. *on pain of a fine of,* &c.

INTERMINĀTUS, a, um, *unbounded, boundless, unlimited, interminate,* ἀπέραντος, non terminatus, termino carens, indefinitus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 20. Si immensam et interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis. *Vellei.* l. 2. c. 33. Interminata cupiditas imperii. ¶ Item vetitus, prohibitus, *forbidden, prohibited:* a *minor, aris,* passivæ significat. *Horat.* epod. 5. v. 39. Interminato cum semel fixæ cibo Intabuissent pupulæ. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 16. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 60. Interminatæ pœnæ erunt obnoxii. *threatened.*

INTERMĪNO, as, avi, atum, a. 1. idem ac interminor. *Plaut. Mil.* 2. 3. 42. Quis homo interminat?

INTERMĬNOR, aris, atus sum, dep. 1. *to threaten, menace, call out to in a threatening tone, charge upon pain, forbid strictly,* διαπειλέω, interpositis minis aliquid veto. *Terent. Andr.* 3. 2. 15. Edixin' tibi? interminatus sum, ne faceres? num veritus? *Id. Eun.* 5. 1. 14. Istuccine interminata sum tibi? *did I not charge you about that?* *Plaut. Asin.* 2. 2. 95. Mihi, tibique interminatus est, nos futuros ulmeos, nisi, &c. *Id. Cas.* 3. 5. 28. Viro suo interminatur vitam. *h. e.* se vitam viro ablaturam minatur. *threatens her husband's life.* *Id. Capt.* 4. 2. 11. Eminor, interminorque, ne quis mi obstiterit obviam.

INTERMĪNUS, a, um, idem ac interminatus. *Avien. in Periegesi,* v. 74. Oceanus interminus. *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 106. longis intermina sæclis. *Auson.* epist. 16. v. 38. Perge, o libelle, et utere Felicitate intermina. [*Apul. de mundo init.* pag. 57. *Elmenh.* Agens stellarum choros intermino lapsu.]

INTERMISCĔO, es, iscui, ixtum, a. 2. *to intermingle, intermix,* παραμμίγνυμι, misceo in medio. *Colum.* l. 11. c. 3. *ad fin.* Quibus et aliquod satureiæ semen intermiscendum erit. *Virg. Ecl.* 10. v. 5. Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos, Doris amara suam non intermisceat undam. *Liv.* l. 4. c. 56. Turbam indignorum intermiscendo dignis.

INTERMISSĬO, onis, f. *a discontinuance, ceasing, intermission, respite, leaving off,* διάλειψις, vacatio ab aliquo munere per aliquod tempus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 68. Nunc quidem propter intermissionem forensis operæ et lucubrationes detraxi, et meridiationes addidi. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 41. Cum sine ulla intermissione pulsetur agiteturque atomorum incursione sempiterna. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 6. Virtutis laus in actione consistit, a qua tamen sæpe fit intermissio, multique dantur ad studia reditus. *Liv.* l. 5. c. 5. Ipsi per intermissiones et intervalla lentiorem spem nostram facimus. *Cels.* l. 2. c. 10. *a med.* Intermissio febris. *Cic. Fam.* 7. ep. 13. epistolarum. et lib. 5. ep. 17. consuetudinis. *et de Amic.* c. 2. *a med.* Intermissionem officii facere. [† *Orat. Partit.* 6. Verba disposita aut circumscriptione conclusa, aut intermissione. *either in a full connected period, or in detached numbers.*] *Al. aliter leg.* *Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 1. leg. 20. *circa med.* Si furiosus habet intermissionem. *a lucid interval.*

INTERMISSUS, us, m. idem quod intermissio. In sexto casu singulari, *Plin.* l. 10. c. 29. Lusciniis diebus ac noctibus quindecim garrulus sine intermissu cantus. *without intermission.*

INTERMISSUS, a, um, *left or broken off, discontinued, given over for a time, interrupted, intermitted,* διαλελειμμένος, ad tempus omissus, cessans, interruptus. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 38. Verba prisca et ab usu quotidiani sermonis jamdiu intermissa. *Id.* 2. *Offic.* c. 7. Acriores morsus sunt intermissæ libertatis, quam retentæ. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 26. Nullam partem noctis itinere intermisso. *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 4. v. 16. Non intermissis cursibus ibit equus. *Plin.* l. 7. c. 12. Intermissus ordo. *h. e.* non continuatus, *not continued, broken, interrupted.* Sic *Plin. alter* l. 2. ep. 17. *sub fin.* Litus ornant nunc continua, nunc intermissa tecta villarum. *at a distance from one another.* et lib. 9. ep. 13. *ad fin.* Intermissum morem reducere. *Curt.* l. 4. c. 3. Sacrum multis sæculis intermissum repetere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 70. Planities intermissa collibus. *Liv.* l. 34. c. 37. *extr.* Per intermissa mœnia urbem intrarunt. ¶ Item interpositus, interjectus, *interposed, intervening.* *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 20. Nullo puncto temporis intermisso. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 34. Brevi tempore intermisso, in castra legiones reduxit. et lib. 5. c. 11. Ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis. ¶ Omissus, *omitted.* *Hieronym. in præfat. ad Chron. Euseb. ad fin.* Nonnulla, quæ mihi intermissa videbantur, adjeci. ¶ Separatus, distinctus. *Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 3. *a med. de iride.* Incipit facies esse non multarum imaginum intermissarum, sed unius longæ atque continuæ.

INTERMITTO, is, isi, issum, a. 3. *to give over for a time, leave off, intermit, discontinue,* διαλείπω, ad tempus omitto, interim relinquo, differo. *Cic. in Orat.* c. 10. In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ. *Id. Fam.* 7. ep. 12. Mirabar, quid esset, quod tu mihi litteras mittere intermisisses. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 28. Non intermittit suo tempore cælum mitescere, arbores frondescere. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 31. Obsides dare intermiserant. *Id.* 3. *B. Civ.* c. 13. Intermittere iter. *Id.* l. 3. *B. Gall.* c. 5. paulisper prœlium. *et cap. ult.* opus. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 13. curam rerum. et l. 1. c. 16. solita munia. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 154. laborem. *Quintil.* l. 11. c. 1. *a med.* dolorem. *Plin.* l. 7. ep. 31. Intermittere et ponere otium. *Plin. alter* l. 10. c. 46. Aves, quibus longa colla, intermittentes bibunt. *by draughts.* ¶ *Intermittere diem, tempus* est interponere, rem interim differendo, et ab opere cessando. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 31. Non tantulum unquam intermittit tempus, quin eum nominet. *she never lets a moment pass without mentioning his name.* et *Terent. Adelph.* 3. 1. 6. Nunquam intermittit diem, quin semper veniat. *he never let's a day pass without coming.* *Cic. Attic.* l. 9. ep. 16. Ne quem diem intermitterem, has dedi litteras. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 34. Gallos gallinaceos sic assidue canere cœpisse, ut nihil intermitterent. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 26. *extr.* Triduo intermisso, eos sequi cœpit. *three days being suffered to pass over,* vel *at the expiration of three days.* ¶ Absolute *Id. ibid.* c. 38. Flumen pæne totum oppidum cingit: reliquum spatium, qua intermittit, mons continet. *h. e.* qua non fluit. *Plin.* l. 17. c. 22. Marsi ad vicenos pedes intermittunt, arationis gratia. *h. e.* vitem non serunt, intervalla relinquunt. [¶ Particip. *intermissurus, intermittendus* apud *Cæs. de B. Civ.* l. 1. c. 10. Non intermissuros consules, Pompeiumque delectus. *Cels.* lib. 3. c. 22. Post cibum intermittenda hora.]

INTERMIXTUS, *et* Intermistus, a, um, *mingled toge-*

ther, intermingled, intermixed, παρεμμεμιγμένος. Liv. l. 21. c. 46. Turbabant equos pedites intermixti. Id. l. 10. c. 20. Intermixti hostibus. Scribon. Larg. compos. 207. Ubi his adjectis et intermixtis intepuerit medicamentum.

INTERMORĬOR, eris, tuus sum, dep. 3. *to die*, ἀποθνήσκω, idem quod morior, intereo, pereo: quasi in media re morior. *Cato R. R.* c. 161. Asparagum vellito ab radice. nam si defringes, stirpes fient, et intermorientur. *Plin.* l. 21. c. 18. Radices omnibus annis intermoriuntur. *Curt.* l. 6. c. 6. *a med.* Si qua intermoreretur ignis, effugere tentabant: sed qua flamma dederat locum, hostis obstabat. ¶ Translate *Liv.* l. 34. c. 49. Satius visum esse, tyrannum debilitatum relinqui, quam intermori vehementioribus, quam quæ pati posset, remediis civitatem sinere. *Bithynicus ad Cicer. Fam.* 6. ep. 16. Peto, ut absentem me tueare, si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas. *will be forgotten. Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 7. leg. 3. Viarum vicinalium pars in militares vias exitum habet, pars sine ullo exitu intermoritur. *ends.* ¶ Est etiam deficere, spiritu linqui, morientis modo, *to faint, be like to die. Cels.* l. 5. c. 26. sect. 25. Multi ex profluvio sanguinis intermorientes, ante ullam curationem vino reficiendi sunt.

INTERMORTŬUS, a, um, *almost dead, like to die, at the point of death, like one dead*, inter mortem vitamque veluti positus, exspiranti proximus. *Liv.* l. 37. c. 53. Cum Bœotos ad societatem vestram hortaretur, in ipsa concione intermortuus, paulo post exspiravit. *struck lifeless by an apoplectic fit in the middle of his speech. Plin.* l. 32. c. 10. *circa med.* Vituli marini adeps instillatur naribus intermortuarum vulvæ vitio. ¶ Translate *Cic. pro Mil.* c. 5. Declarant hujus ambusti Tribuni plebis illæ intermortuæ conciones. *h. e.* incendii coorti flamma intermissæ, atque abruptæ, atque adeo fractæ et perditæ. *languid, feeble. Plaut. Trin.* 1. 1. 7. Mores boni plerique omnes jam sunt intermortui: sed dum illi ægrotant, interim mores mali, quasi herba irrigua, succreverunt uberrime. *corrupted. Cic. in Pison.* c. 7. *sub fin.* Intermortuæ Catilinæ reliquiæ. *the expiring remains.* ¶ Item mortuus, *dead*: nam et *intermorior* est mori. *Sueton. in Ner.* c. 42. Collapsus, animoque male fracto, diu et sine voce, et prope intermortuus jacuit. *Plin.* l. 37. c. 7. Anthracitides gemmæ jactatæ in ignem, velut intermortuæ exstinguuntur: contra aquis perfusæ exardescunt. *h. e.* igneum colorem amittunt. ¶ Translate *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 5. v. 5. Candor, in hoc ævo res intermortua pæne. *Cic. pro Mur.* c. 7. *extr.* Memoriam prope intermortuam generis sui, virtute renovare. *h. e.* abolitam. *almost extinct.*

[* INTERMOVĔO, es, ere, a. 2. inter duco. *Symmach.* l. 8. ep. 69. Rusticari te asseris, et ducendis vitibus aut arboribus inserendis crudam senectutem fovere; non hoc litteræ tuæ sapiunt; alios sulcos stilo intermoves, alios ordines pangis.]

INTERMUNDĬUM, dii, n. spatium medium inter plures mundos. Voluit enim Epicurus, infinitos esse mundos, et inter eos spatia magna inania, per quæ atomi volitantes alios atque alios mundos coagmentarent. *Cic.* 2. *Fin.* c. 25. Individua cum dicitis, et intermundia, quæ nec sunt ulla, nec possunt esse, intelligimus. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 8. Tanquam modo ex Epicuri intermundiis descendissent.

INTERMURĀLIS, le, *that is between two walls*, qui est inter muros. *Liv.* l. 44. *c. ult.* Divisa est intermurali amni, et eadem ponte juncta.

INTERMUTĀTUS, a, um, invicem mutatus. *Tertull. de baptism.* c. 8. Nepotes suos Jacob, capitibus impositis, et intermutatis manibus, benedixit.

INTERNASCOR, eris, dep. 3. *to grow amongst or in the midst, grow between*, παρεμφύομαι, in medio nascor. *Plin.* l. 18. c. 16. Internascentesque herbas excludi. *Id.* l. 17. c. 27. Dilatatæ cicatrices, et internato corpore expletæ. *growing between the aperture.*

INTERNĀTUS, a, um, particip. ab internascor. *Liv.* l. 28. c. 2. Angustiæ et internata virgulta ordines dirimebant. *interspersed, growing here and there. Tacit. Hist.* l. 4. c. 60. Internatas saxis herbas vellentes. Adde *Colum.* l. 4. c. 24.

INTERNE, adverb. intra, interius, *within, inwardly*, ἔνδον. *Auson. de clar. Urbib. in Burdigala*, v. 14. Distinctas interne vias mirere domorum. Alii aliter leg. *Id.* epist. 5. v. 21. Implicitum quam te nostris interne medullis, &c. ¶ Utroque loco ultima corripitur: quod in *inferne* et *superne* fecit etiam *Lucret.*

INTERNECĀTUS, a, um, nom. ex particip. *killed, slain, utterly destroyed. Plaut. Amph.* 1. 1. 34. Internecatis hostibus.

INTERNECIĀLIS, *vel* Internicialis, le, lethifer, *mortal, deadly. Liv.* l. 37. c. 23. Pestilentia magis in morbos longos, quam interneciales evasit. Ita leg. *Rhenanus* ex vet. Cod. Alii *in perniciales.*

INTERNECĪNUS. V. *Internecivus.*

INTERNECĬO, onis, f. *a massacre, general slaughter, carnage, internecion*, πανωλεθρία, actus internecandi, occisio, nex illata, excidium, exitium. *Priscian.* l. 4. pag. 623. *Putsch.* ab *internectus* deducit, extrito *t* euphoniæ causa. *Cic. pro Dom.* c. 24. Vicissem cum magna internecione improborum. *Id. Attic.* ep. 20. l. 2. Neque enim resisti sine internecione posse arbitramur. *Id.* 3. *Catil.* c. 10. Illæ dissensiones non reconciliatione concordiæ, sed internecione civium dijudicatæ. *Sallust. in epist. Pomp. ad Senat.* Hispaniam ad internecionem vastavimus. *till we have almost exterminated its inhabitants. Nep. in Eumen.* c. 3. Bella, quæ ad internecionem, post Alexandri mortem gesta sunt. *to the utter destruction of the vanquished.* Sic *Liv.* l. 9. c. 26. Lucerini ad internecionem cæsi. *were to a man put to the sword.* et *Vellei.* l. 2. c. 119. Exercitus ad internecionem trucidatus. *utterly destroyed. Liv.* l. 9. c. 45. *sub fin.* Nomen Æquorum ad internecionem deletum. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 21. Solam internecionem gentis finem bello fore. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 28. Prope ad internecionem gente ac nomine Nerviorum redacto. *Colum.* l. 4. c. 22. Ad internecionem vineta perducere. et lib. 1. c. 3. *a med.* Interneciones hostium facere. *Curt.* l. 4. c. 11. *a med.* Persequi aliquem ad internecionem. *to pursue even to destruction.* et *Sueton. in Oth. in fi.* Multi, accepto nuntio, præ dolore, armis inter se ad internecionem concurrerunt. *till they dispatched one another.* ¶ In illo *Plinii* l. 18. c. 6. In gloria internecionem ergo, famemque censebimus? *internecio* est neglectus culturæ, quo agri fertilitas interimitur quodammodo, et utilia sata intereunt. *Id. in proœm.* l. 14. Internecionem memoriæ inducere. *h. e.* oblivionem. ¶ Legitur et *internicio.*

INTERNECĪVE, adverb. *destructively*, cum internecione, ad internecionem. *Ammian.* l. 27. c. 9. (*al.* 20.) Internecive cuncta disperdere.

INTERNECĪVUS, a, um, *mortal, deadly, destructive, internecine*, πανώλεθρος, ad internecionem pertinens: ut *internecivum bellum*, quod ad internecionem alterius partis suscipitur: *internecivum odium*, quod, nisi internecione et excidio, non satiatur. *Cic. Phil.* 14. c. 3. et *Liv.* l. 9. c. 25. *extr.* Internecivo bello certare. *Justin.* l. 6. c. 6. Assidua bellorum interneciva odia. *Gell.* c. 1. l. 2. Pestilentia Atheniensium civitatem internecivo genere morbi depopulata est. ¶ *Internecivum testamentum* est, propter quod dominus ejus necatus est. *Festus.* Hinc *internecivi actio* apud *Impp. Gratian. Valentin. et Theodos.* lib. 9. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 14. ubi alii intelligunt actionem de veneficio, qua vitæ hominis internecio infertur. ¶ Scribitur et *internecinus*, quod a nonnullis etiam præfertur: a nobis stat, præter alios, *Dausquius*, qui probe ex analogia eam scriptionem confirmat. Non tamen alteram damnaverim.

INTERNĔCO, as, a. 1. *to kill, destroy*, interimo, extinguo. *Prudent. in proœm. Apoth.* v. 61. Ne forte culmum fibra inanis spiceum Simul revulsa internecet. V. *Internecatus.*

INTERNECTĬO, vitæ privatio: a nece denominato vocabulo. *Festus.*

INTERNECTO, is, a. 3. *to knit, tie, or bind together, interlace*, συμπλέκω, inter aliqua necto, annecto. *Virg. in fi.* l. 7. *Æn.* ut fibula crinem Auro internectat. *Stat.* 8. *Theb.* v. 168. et efflantes libet internectere plagas. *h. e.* hiantium vulnerum oras futura jungere.

INTERNIDĬFĬCO, as, avi, atum, n. 1. *to build nests here and there*, inter aliqua nidifico. *Plin.* l. 10. c. 33. Ripas excavant, atque ita internidificant.

INTERNĪGRANS, antis, *mingled with black, blackish*, inter aliqua nigricans: particip. sine verbo. *Stat.* 6. *Theb.* v. 336. noctemque diemque Assimilant maculis internigrantibus albæ. *having white hair with black spots interspersed.*

INTERNITĔO, es, ui, n. 2. *to shine amidst or among*, καταλάμπομαι, συλλάμπω, inter aliqua niteo. *Curt.* l. 5. c. 4. Etiam si qua sidera internitebant. *Plin.* l. 37. c. 5. Tellure internitent smaragdi. [*Curt.* l. 3. c. 3. *a med.* Gemmæ internitentes.]

INTERNODĬUM, ii, n. *the space between two knots or joints*, γόνυ, ὑποκώλιον, spatium medium inter duos nodos, quale videmus in arundinibus, et culmis. *Plin.* l. 7. c. 2. Arundines vero tantæ proceritatis, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant. *each of the parts between two joints. Colum. de arborib.* c. 3. Brevia internodia habent. *Ovid.* ad crura translulit l. 6. *Metam.* v. 256. Mollia nervosus facit internodia poples. *makes the space between the joints soft. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *de canibus.* Crassis cervicibus, internodiis articulorum longis, cruribus rectis, &c. *Calpurn.* ecl. 1. v. 26. Longa internodia. *h. e.* longa crura. ¶ *Internodius, ii*, masc. gen. *Colum.* l. 3. c. 2. Internodius quoque rarior. Al. leg. *internodiis.*

INTERNOSCO, is, ovi, otum, a. 3. *to know one thing from another, discern, distinguish*, διαγινώσκω, inter alios nosco, sive discerno. *Cic.* 4. *Acad.* c. 18. Mater geminos internoscit consuetudine oculorum. *Id. de Amic.* c. 25. Secerni blandus amicus a vero, et internosci potest, adhibita diligentia. *Id.* 4. *Acad.* c. 7. *extr.* Geometres cernere ea potest, quæ internosci a falsis non possunt. et cap. 15. *ad fin.* Ut internoscat, visa vera illa sint, anne falsa. *Pacuv.* apud *Auctor. ad Herenn.* l. 2. c. 23. Fortuna dignum atque indignum nequit internoscere. [*Plaut. Amph.* prol. v. 142. Nunc internosse ut nos possitis facilius. *Internosse* est syncop. pro *internovisse.*]

INTERNUCŬLUS a quibusdam legitur apud *Petron. in Satyr.* c. 7. pro puero meritorio. Sed dici vix potest, quam varie is locus a variis legatur.

INTERNUNDINĬUM, ii, n. spatium novem dierum, inter quos fiunt nundinæ. *Mar. Victorin.* ut Latinum agnoscit, l. 1. *artis Gramm.* pag. 2469. *Putsch.* V. *Nundinæ.*

INTERNUNTĬA. V. *Internuntius.*

INTERNUNTĬO, as, a. 1. *to send messengers between two parties*, est nuntios vicissim mittere. *Liv.* l. 42. c. 39. Paulisper internuntiando cunctatio fuit.

INTERNUNTIUS, ii, m. *a messenger that goes between two parties; a go-between, trouchman, interpreter, internuncio*, διάκτωρ, qui inter aliquos medius est ad aliquid tractandum, et modo illi per vices nuntiat. *Terent. Eun.* 2. 2. 56. Ne quis forte internuntius clam a milite ad istam curset. *Plaut. Mil.* 4. 1. 16. Egone ut ad te ab libertina esse auderem internuntius? *Id. Amph. prol.* v. 71. Sive qui ipsi ambissent, seu per internuntium. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 56. Internuntium esse inter aliquos. *Nep. in Alcib.* c. 5. Colloqui per internuntium cum aliquo. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 20. Internuntiis ultro citroque missis. *Cic.* 7. *Verr.* c. 6. *extr.* Ut ab eo vita, vel ipso carnifice internuntio, redimeretur. *Id.* 13. *Phil.* c. 5. Utrum igitur augurem Jovis optimi maximi, cujus interpretes internuntiique constituti sumus, &c. ¶ Femininum. *Id.* 2. *de Divin.* c. 34. Hæ sunt aves internuntiæ Jovis. *Plaut. Mil.* 4. 1. 39. Hæc celox illius est, quæ hic egreditur internuntia. *Plin.* l. 10. cap. 37. Columbæ internuntiæ in rebus magnis fuere. ¶ Neutrum. *Apul. de doctr. Plat.* lib. 1. *ad fin.* Ea, quæ sunt internuntia sentiendi. [¶ Cum genitivo more adjectivi. *Apul.* 9. *Met.* pag. 622. *Oudend.* Anus quædam adulteriorum internuntia.]

INTERNUS, a, um, *that is within, inner, interiour, internal*, ὁ ἐντὸς, interior, intestinus: ab *intus*, vel *intra*. *Senec.* l. 6. *quæst. nat.* c. 27. Aer corruptus internorum ignium vitio. *subterraneous fires, fires in the bowels of the earth. Plin.* l. 2. c. 1. interna mundi. et c. 68. Oceanus infusus in multos sinus, adeo vicino accessu interna maria allatrat, ut, &c. *Sil.* lib. 8. v. 21. Internæ tabes, et civica invidia. *internal, civil, domestic. Tacit.* 2. *Ann.* c. 26. internæ discordiæ. et cap. 54. Provinciæ internis certaminibus fessæ. et lib. 2. *Hist.* cap. 69. Interdum simul externumque bellum. et *Ann.* l. 4. c. 32. Si quando ad interna præverterent. *to domestic occurrences.* ¶ Apud *Veget. rei Veterin.* l. 3. c. 2. *circa med.* interna boum, sunt viscera.

INTĔRO, is, trivi, itum, a. 3. *to crumble, bruise, or pound into any thing*, ἐντρίβω, idem quod tero, tritumque alteri rei immisceo. *Cato R. R.* c. 156. *a med.* Infundito in catinum: eo interito, &c. *Plin.* l. 28. c. 12. *sub fin.* Aridi, ut potioni interi possint. *Id.* l. 30. c. 9. Cochleæ illinuntur cum helxines herbæ succo: quidam ex aceto intrivisse contenti sunt. ¶ Notum est illud *Terent. Phorm.* 2. 2. 4. Tute hoc intristi: tibi omne exedendum est. Ubi *Donatus*: Παροιμία apta parasito, quæ de cibo est, hoc autem inter rusticos de alliato moretario dici solet. Et bene *intristi.* proprie enim *intrita* dicitur hujusmodi cibus. Hæc *Donat.* Porro hoc proverbium significat: tu te in hoc periculum conjecisti: tu quoque te expedire debes. *you have prepared this dish, you must eat it up; you have made up this pill, you must swallow it.*

INTERORDINĬUM, ii, n. *a space between two rows or ranks*, μεσοστίχιον, μετόρχιον, spatium quod est inter ordines arborum. *Colum.* l. 3. c. 13. Minimum est quinque pedum interordinium, septem maximum. *Id.* l. 4. c. 14. Cum terra vitibus detrahitur, et in media spatia interordiniorum confertur.

INTERPATĔO, es, ui, n. 2. *to lie open*, patesco, apertus sum. *Macrob.* lib. 1. *Sat.* c. 18. Ei deo ædes dicata est specie rotunda, cujus medium interpatet tectum. et l. 7. c. 15. *a med.* Pulmo tot meatibus distinctus est, et interpatet rimis. *Veget. de re milit.* lib. 3. cap. 15. Senos pedes inter singulas acies in latum diximus interpatere debere.

INTERPEDĬO, is, ivi, tum, a. 4. impedio, *to impede, hinder. Macrob.* l. 7. c. 12. *extr.* Gustatum linguæ fervor interpedit.

INTERPELLATĬO, onis, f. *a hinderance, interruption, interpellation*, διακοπὴ, interruptio. *Cic.* l. 6. ep. 18. *Fam.* Itaque ne litteræ quidem meæ impediuntur, in quibus sine ulla interpellatione versor. *without being disturbed. Id. in Partit.* c. 8. Si interventus alicujus, aut interpellatio dederit occasionem. *Id.* 2. *de Orat.* c. 10. Cursum orationis interpellatione impedire. *Id. de Provinc. Consul.* c. 8. Orationem interpellatione interrumpere. ¶ Item judiciaria persecutio. *Paul. Dig.* lib. 5. tit. 1. leg. 23. Non potest videri in judicium venisse id, quod post judicium acceptum accidit: ideoque alia interpellatione opus est. *Ulpian.* lib. 50. *tit. pænult.* leg. 188. Obtinere aliquid sine interpellatione. *without contradiction.*

INTERPELLĀTOR, oris, m. *an interrupter, disturber, hinderer, intermeddler*, ὁ ὑποβάλλων, interventor, qui interrumpit sermonem, aut aliquid aliud agentem. *Cic.* 3. *Offic.* c. 14. Et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 11. Dialectici alieni sermonis molesti interpellatores. [† *Sueton. Aug.* 97. Cum interpellatores aliis atque aliis causis in jure dicendo detinerent. *persons applying to a judge for justice.*] ¶ Item qui de re turpi aliquam appellat. *Paul. Dig.* lib. 47. tit. 11. leg. 1.

Sollicitatores alienarum nuptiarum itemque matrimoniorum interpellatores.

INTERPELLĀTRIX, icis, f. quæ interpellat. *Hieronym.* epist. 3. *ad Heliodor. de morte Nepotiani, circa med.* Vidua interpellatrix duri judicis.

INTERPELLĀTUS, a, um, *interrupted, hindered, disturbed, molested, stopped, obstructed, broken off, discontinued,* interruptus, impeditus. *Cic. Attic.* lib. 1. ep. 19. *ante med.* Hæc tota res interpellata bello refrixerat. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 105. Senatores ex provincia vocasse, sed interpellatum adventu Cæsaris profugisse. *Liv.* l. 9. c. 14. *ad fin.* Infensi milites ob interpellatam dulcedinem iræ. Adde *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 23. *a med.* [† *Sueton. Claud.* 15. Interpellatus ab adversariis de propria lite. *being summoned before the Emperour about a cause of his own.*] ¶ Item appellatus, ut debitum solvat. *Papinian. Dig.* lib. 22. tit. 1. leg. 32. Si interpellatus opportuno loco, non solverit. *Paul.* lib. 36. tit. 2. leg. 24. Cum interpellatus heres fundum non dederit.

INTERPELLO, as, avi, atum, a. 1. *to interrupt one while speaking,* ὑποβάλλω, διακόπτω, est loquentem interrumpere, interfari: ab obsoleto *pello, as,* quod ex compositis conjicimus, pro *loqui* usurpatum fuisse. *Cic. Tuscul.* 1. c. 8. *extr.* Nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo. *Id.* 2. *Q. Fr.* ep. 10. Tu vero, ut me et appelles, et interpelles, et obloquare, et colloquare, velim. ¶ Item alloqui aliud agentem, cogitantemve. *Curt.* l. 6. c. 10. *a med.* Id me, cum a Cebalino interpellatus sum, movere non poterat. et lib. 9. c. 4. *a med.* Si quis arti tuæ intentum, et exta spectantem sic interpellet. ¶ *Interpellare aliquam,* est de re turpi appellare. *to try, attempt. Paul. Dig.* lib. 47. tit. 11. leg. 1. Qui mulierem, puellamve interpellaverit. *Id.* l. 5. *Sentent.* tit. 4. Interpellari de stupro. ¶ *Interpellare debitorem,* est in, vel extra judicium ab eo debitum petere. *Id.* lib. 26. tit. 7. leg. 44. Improbe alterum illius nomine conabitur interpellare. et lib. 50. tit. 1. leg. 21. Post mortem patris in reliqua collegarum interpellari cœpit. *Pompon.* lib. 22. tit. 2. leg. 2. Si nemo sit, qui ex parte promissoris interpellari trajectitiæ pecuniæ possit. ¶ Pro dicere, alloqui. *Lucil.* l. 28. Verum tu quid agis? interpella me ut sciam. Ita *Non.* c. 4. n. 264. ¶ Translate est aliquid agentem impedire, remorari, mediam rem turbare, intercipere. *to interrupt, hinder, molest, disturb, prevent, stop, obstruct. Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 10. Interpellent me, quo minus honoratus sim, dum ne interpellent, quo minus respubl. a me administrari possit. *Martius ad eund. ibid.* ep. 28. *ad fin.* Cæsar nunquam interpellavit, quin, quibus vellem, uterer. *Cic. ipse ad Anton. post* ep. 13. l. 14. *ad Attic. sub fin.* Interpellantibus enim his inimicitiis, animus tuus mihi magis patuit, quam domus. *Liv.* l. 4. c. 43. Tribunis interregem interpellantibus, ne Senatusconsultum fieret. *preventing the interrex by their* VETO. [† *Sueton. Tiber.* 75. Nemo extabat, qui adiri interpellarique possit. *who could be applied to and solicited. ibid.* 45. Ne ream quidem interpellare desiit. *to ask.*] *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 44. Nos esse iniquos, quod in suo jure se interpellaremus. ¶ Ad inanima etiam refertur. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 73. Sive ipsorum perturbatio, sive error aliquis, sive etiam fortuna partam jam victoriam interpellassent. *Liv.* l. 3. c. 57. Stupro interpellato magis, quam cæde motus. *Curt.* l. 6. c. 6. Otium bello interpellare. *Hirt. de B. Alex.* c. 50. Sibi, quod rapuerant, acceptum ferebant: quod interciderat, aut erat interpellatum, Cassio assignabant. *h. e.* interceptum. *Curt.* l. 4. c. 6. Nec saxa, cotesque, quæ interpellent specus, obstabant. *h. e.* intercidant, obstruant, impediant. Sic lib. 6. c. 4. Amnis saxo, quod alveolum interpellat, repercussus, duo itinera aperit. ¶ Cum infinito. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 127. Pransus non avide, quantum interpellet inani Ventre diem durare. *h. e.* quantum impediat, ne ventre jejuno totum diem durem. ¶ Huc pertinent illa JCtorum, *Triphon. Dig.* lib. 23. tit. 5. leg. 16. Lex Julia non interpellat eam possessionem, quæ per longum tempus fit. *h. e.* interrumpit, tollit. *Paul.* lib. 8. tit. 6. leg. 18. Interpellare jus alicujus. et lib. 41. tit. 5. leg. 2. *extr.* usucapionem. *Julian.* lib. 17. tit. 1. leg. 30. manumissionem servi. *h. e.* impedire. *Modestin.* lib. 40. tit. 5. leg. 36. *extr.* jurisdictionem.

INTERPENSĪVA, orum, n. apud *Vitruv.* l. 6. c. 3. aliis sunt asseres, aut tigilla ab angulis parietum ad angulos tignorum projecta, ad imbres in colliquiis derivandos, vel alium quemvis usum. *pieces of timber, boards, or stones, which are set in from the corners of the walls to the ends of the rafters, to convey rain-water into spouts; a kind of penthouse.* Aliis sunt fulcra stillicidiorum, quæ uno capite tabes projectas sustinent, altero parieti infiguntur. *corbets or corbels.* Aliis trabes a pariete in parietem trajectæ, ad eundem usum.

INTERPLĪCO, as, a. 1. *to fold or plait between, interlace,* παρεμπλέκω, implico, involvo, internecto. *Stat.* 2. *Theb.* v. 282. raptumque interplicat atro Tisiphones de crine ducem. et lib. 4. v. 218. Albaque puniceas interplicat infula cristas.

[* INTERPOLAMENTUM, i, n. id quod immiscetur, interpolatur. *Claud. Mamert. de statu anim. præf.* Sicque adjectis nostris aliquot sine aliorum interpolamento finem liber accepit.]

INTERPOLATĬO, onis, f. *a dressing anew, furbishing, renewing, vamping,* ἀνακαίνισις, actus interpolandi, renovatio. *Plin.* l. 13. c. 12. *de charta.* Excepit hanc Fannii sagax officina, tenuatamque curiosa interpolatione, principalem fecit e plebeia.

INTERPOLĀTOR, oris, m. *a dresser or mender of old things to make them seem anew; a scourer, polisher, furbisher, vamper,* ἐπισκευαστής, qui interpolat, reficit, renovat: et præsertim qui renovando fucum facit, et corrumpit. *Tertull. de Spectac.* c. 2. Multum interest inter corruptelam et integritatem, quia multum est inter institutorem, et interpolatorem. *Id. de testimon. anim.* c. 3. Satanas totius sæculi interpolator. *et in Apolog.* cap. 46. *extr.* Interpolator veritatis.

INTERPOLĀTRIX, icis, f. quæ interpolat, et rei veteri novam speciem inducit. Afferunt quidam hoc fragmentum *Pomponii.* Interpolatricem arcessire oportet, quæ huic vestem adducet. ¶ Translate, quæ fucum facit, et corrumpit. *Nazar. in Panegyr. Constantini,* c. 15. *de historia.* Neque in hoc veri interpolatrix tenenda. *she is not worthy of estimation, who has warped the truth. Tertull. advers. Hæret.* c. 7. *sub fin.* Sapientia humana affectatrix et interpolatrix veritatis.

INTERPOLĀTUS, a, um, *dressed up again, furbished, scoured, vamped, varnished, trimmed up anew, repaired,* renovatus, refectus. *Plin.* l. 36. c. 26. Ex quo apparet antiquior materiæ origo, et nunc vitri similitudine interpolata. ¶ Item interruptus, abruptus. *Senec.* ep. 47. Magno malo ulla voce interpolatum silentium luitur. *Al. leg.* interpellatum. ¶ Item depravatus, corruptus. *Minuc. Fel. in Octav.* c. 34. Interpolata veritas.

INTERPŎLIS, le, *capable of or being renewed, repaired, refreshed, new dressed, new scoured, furbished, vamped up,* qui interpolari potest: item interpolatus, refectus. *Plin.* l. 19. c. 2. Est sparti natura interpolis, rursumque quam libeat vetustum novo miscetur. ¶ Translate *Id.* l. 29. c. 1. *ante med. de medicina.* Mutatur ars quotidie, toties interpolis. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 117. Istæc veteres, quæ se unguento unctitant, interpoles, vetulæ, edentulæ. *h. e.* quæ se fuco oblinunt, ut faciem renovent. *indebted to paint for a complexion; made young again by paint.*

INTERPŎLO, as, avi, atum, a. 1. *to renew, repair, refresh, vamp or patch up anew, scour, furbish,* ἀνασκευάζω, est immittere, interponere, et novam formam e vetere fingere in vestibus. Est enim proprium artis fulloniæ, quæ poliendo diligenter vetera quæque, quasi in novam speciem mutat. *Cic. ad Q. Fr.* l. 2. ep. 12. Quod nolit, inquam, renovare honores eosdem, quo minus togam prætextam quotannis interpolet. *to whiten anew by means of the fuller, give it a new appearance.* ¶ Translate ponitur pro, rebus quibuslibet vetustis novam formam inducere, immutare, renovare, instaurare, nova veteribus miscendo. *Cic.* 3. *Verr.* c. *ult.* Semper aliquid demendo, mutando, curando, ne litura appareat, interpolando. *Plaut. Amph.* 1. 1. 161. Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo. *Plin.* l. 12. c. 14. At hercle Alexandriæ, ubi tura interpolantur. *idest* rudia cum sint, poliuntur. Convehebatur enim illuc tus rude, aspectu simile cortici. *is refined.* et lib. 35. c. 16. Tectoriorum albaria interpolare. *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 37. Quia igitur venalitiarii sciunt, facile decurri ad novitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores, et pro novitiis vendunt. ¶ Est etiam addendo corrumpere. *to interpolate. Prudent. in Apotheos.* v. 57. læta Christi culta fur interpolat, Addens avenas æmulas. ¶ Item interpellare, interrumpere. *Curt.* l. 4. c. 6. *ad fin.* Vincam tamen silentium, et si nihil aliud, certe gemitu interpolabo. *Al. leg.* interpellabo. *Id.* lib. 6. cap. 2. Satietatem epularum ludis interpolabat. *h. e.* intermiscebat. nam et qui interpolant, miscent nova veteribus.

INTERPŎLUS, a, um, *repaired, new dressed, vamped up,* interpolatus, refectus. *Martian. Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 45. Si interpola quis pro novis emerit, Trebatio placere, ita emptori præstandum quod interest, si ignorans interpola emerit. ¶ Qui *interpollus* scribunt, male scribunt.

INTERPŌNO, is, sui, situm, a. 3. *to interpose, put in between or amongst, insert,* παρεντίθημι, inter aliqua pono, interjicio, intersero. *Cic. de Amic.* cap. 1. Quasi ipsos induxi loquentes, ne *inquam,* et *inquit* sæpius interponeretur. *Hirt. de B. Afric.* c. 13. Inter eos levis armaturæ Numidas interposuerant. *had intermingled with. Id.* lib. 8. *B. Gall.* cap. 17. Equitatui interponit præsidia levis armaturæ. *Plin.* l. 28. c. 4. *sub fin.* Cibis frigidam interponere. *h. e.* bibere inter cibos. ¶ Translate *Cic.* 6. *Phil.* c. 1. Nullam moram interponendam insequendi Antonium putavi. *that no time should be lost. Id.* 1. *Acad.* c. 1. Nullam moram interponendam putavimus, quin, &c. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 74. Interponere spatium ad recreandos animos. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 46. cunctationem. *Hirt. in proœm.* l. 8. *B. Gall.* Qui me mediis Cæsaris scriptis interposuerim. *Cic. Phil.* 13. c. 7. Interponere auctoritatem. *Liv.* l. 34. c. 25. jusjurandum. *Cic.* 2. *Q. Fr.* ep. 3. querelas. et 5. *Verr.* c. 57. nomen alicujus in re turpi. ¶ *Interponere fidem,* est sua fide confirmare, in suam fidem recipere, polliceri, *to pledge his credit, engage his word or honour, pledge his faith, pledge his word of honour. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 39. et *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 36. Inque eam rem fidem suam interponeret. *Hirt. de B. Alex.* c. 63. Fidem suam in re omni interponit. ¶ *Interponere se,* est se immiscere, *to interpose, intermix, intermeddle, become a party concerned, interfere. Cic.* 10. *Fam.* ep. 27. Sapientius facies, si te in istam pacificationem non interpones. *if you will not interpose as a mediator,* &c. *Id. in Divin. Verr.* c. 6. Cur te interponis invitissimis his, quibus, &c? *Id.* 3. *Q. Fr.* ep. 4. *ad fin.* Tu vero, quod voles, facies: nihil me interpono. *Flor.* l. 3. c. 10. *ante med.* Num me interpono Romanis? *Cic. in Vatin.* c. 15. *ad fin.* Num quem putas posse reperiri, qui se interponat, quo minus, &c? *who will intercede or interpose his negative, to prevent your being impeached.* ¶ Aliquando est adhibere, admittere. *Sueton. in Calig.* c. 39. Provincialem locupletem ducenta HS. numerasse vocatoribus, ut per fallaciam convivio interponeretur. *Id. in Ner.* c. 22. Interponere aliquem epulis familiaribus. ¶ Item interfari, interloqui. *Cic. pro Quint.* c. 4. Neque interea verbum illum interposuit Nævius. *Quintil.* l. 6. c. 3. Augustus præfecto, quem ignominia notabat, subinde interponenti precibus, *quid respondebo patri meo?* dixit, *dic, me tibi displicuisse.* ¶ Item intercedere, opponere. *Cic.* 2. *Phil.* c. 4. Quid enim me interponerem audaciæ tuæ? *why should I oppose? Ulpian. Dig.* lib. 44. tit. 1. leg. 2. Exceptionem actioni Interponere. ¶ Item adhibere, uti. *Cic. in Divin. Verr.* c. 19. *extr.* Pro sociis, pro salute provinciæ operam, studium, laborem interponere. ¶ Item proferre, proponere. *Id. Attic.* l. 7. ep. 15. Interponere postulata. *Id. in fi.* l. 2. *de Divin.* Cum proprium sit Academiæ, judicium suum nullum interponere. ¶ Item edicere, indicere, facere. *Id.* 4. *Verr.* c. 48. Ob decreta interponenda pecuniam accipere. *et Verr.* 5. cap. 19. Acerbiorem legem, duriora edicta interposuit. et cap. 27. Iste, pœnis compromissisque interpositis, H-S CCC. extorquenda curavit. ¶ Item afferre. *Nep. in Themist.* c. 7. Dedit operam, ut quam longissime tempus duceret, causam interponens, se collegas exspectare. ¶ Item submittere. *Cic. Verr.* 3. c. 11. Interposuistis accusatorem, qui, &c. *you brought in,* &c.

INTERPOSĬTĬO, onis, f. *a putting in between, introduction, insertion, interposition,* παρένθεσις, insertio, interjectio. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 6. Quæstionem autem eam appellat, quæ habeat in se controversiam in dicendo positam sine certarum personarum interpositione. *Vitruv.* l. 6. c. 5. Interpositiones columnarum. ¶ De iis, quæ lineis superscribi, et interscribi solent, dum aliquid emendatur. *Cic.* lib. 16. *Fam.* ep. 22. Tu istic, si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. Una omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facile legere soleo, de quadrimo Catone. *an insertion or interlineation about an incident in the life of Cato when four years old.* ¶ Dicitur et de parenthesi, figura Rhetorica, *the figure called* Parenthesis. *Quintil.* lib. 9. cap. 3. *ante med.* V. *Interclusio.*

INTERPOSĬTUS, a, um, *placed between, inserted, interposed,* interjectus. *Cic. pro Cluent.* c. 2. Spatio interposito, et causa cognita consenescat. *Id. pro Mur.* c. 17. Dies intermissus unus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia. *Ulpian. Dig.* lib. 44. tit. 5. leg. 1. *a med.* Parvi refert, protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpositam fidejussoris personam. *Cæs.* lib. 1. *B. Gall.* c. 11. Tridui mora interposita. *Cels.* l. 3. c. 3. Illo tantum interposito discrimine, quod, &c.

INTERPOSĬTUS, us, m. idem quod interpositio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 40. Luna interpositu interjectuque terræ repente deficit. *by the interposition of the earth between it and the sun. Plin.* l. 2. c. 10. Solis radios Luna interpositu suo auferens terræ.

INTERPRES, ĕtis, m. et f. *an intermediate agent between two parties in making a bargain or transacting business; a mediator, umpire, arbitrator, referee,* μεσίτης, internuntius, qui in aliqua re agenda medium se interponit, quasi consiliator et auctor. Alii ab *inter* ducunt et *pretium,* quod præsertim locum habeat in contrahendo: alii a *pars,* quod sit quasi inter partes: alii a *paro*: alii aliunde. *Cic. Verr.* 2. c. 12. *extr.* Qui aut deponere, aut recipere, aut polliceri, aut sequestres, aut interpretes corrumpendi judicii solent esse. Ubi *Ascon.* per quos inducitur pactio. *agents employed in corrupting or bribing the judges. Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 11. *sub fin.* Utor in hac re adjutoribus interpretibusque fratre meo, et Laterense. *Plaut. Curcul.* a. 3. v. 64. Quod te præsente istic egi, teque interprete. *Id. Mil.* 4. 1. 6. Quæ tibi conditio nova, et luculenta fertur per me interpretem! *Liv.* l. 21. c. 12. Se pacis ejus interpretem fore pollicetur. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 690. Regius interpres ut fœdera jungat. *a plenipotentiary. Cic. ad Brut.* ep. 10. Cæsarem quidam improbissimis litteris, fallacibusque interpretibus ac nuntiis impulerunt in spem certissimam consulatus. *Virg.* 4. *Æn.* v. 377. Jove missus ab ipso Interpres divum fert horrida jussa per auras. *h. e.* Mercurius, qui est deorum internuntius. *the messenger, or internuncio, of the gods.* et vers. 608. Tuque harum interpres curarum, et conscia Juno. *h. e.* quæ has nuptias conciliasti. ¶ Quoniam vero hujusmodi homines eorum animos sciscitantur, quibuscum agunt; hinc *inter-*

pres accipitur etiam pro eo, qui obscura exponit, *an explainer, expounder, interpreter*, ἐξηγητής. *Cic. in Top.* c. 1. Interpres juris. *a lawyer. Id.* l. 1. *de Divin.* c. 18. Grammatici interpretes poetarum. *Id.* 2. *de Divin.* c. 44. Interpretes cæli. *h. e.* astronomi. *Id. de Legib.* c. 10. *extr.* Interpres est mentis oratio. *Horat. in ar. Poet.* v. 111. effert animi motus interprete lingua. *Plin.* l. 36. c. 6. Menander diligentissimus interpres luxuriæ. *most curious in discussing such superfluities. Liv.* l. 27. c. 44. *extr.* Metus interpres semper in deteriora inclinatus. ¶ Sæpe dicitur de auguribus, et somniorum conjectoribus. *Virg.* 3. *Æn.* vers. 359. Trojugena interpres divum. *Cic.* 2. *de Divin.* cap. 28. *ad fin.* Quod etiam conjector quidam et interpres portentorum non inscite respondisse dicitur. et cap. 35. Avis illa videri posset interpres et satelles Jovis. *et Phil.* 13. c. 5. Augures interpretes internuntiique Jovis. *Liv.* l. 1. c. 7. *a med.* Mater veridica interpres deum. Adde *Ovid.* 3. *Amor.* el. 5. v. 45. ¶ Item de eo, qui ex una in aliam linguam convertit. *a translator, interpreter. Cic. de opt. gen. Orat.* c. 5. Nec converti, ut interpres, sed ut orator. *a literal translator. Id.* 3. *de Fin.* c. 4. *a med.* Nec tamen exprimi verbum e verbo necesse erit, ut interpretes indiserti solent. ¶ Item qui duorum diversa lingua utentium sermonem explicat. *an interpreter, dragoman.* Hujusmodi homines habere solebant in provinciis Romani magistratus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 19. Divitiacum ad se vocari jubet, et quotidianis interpretibus remotis, per C. Valerium, familiarem suum cum eo colloquitur. *Cic. Fam.* 13. ep. 54. M. Marcilius, amici atque interpretis mei filius. *Id.* 2. *de Divin.* c. 64. Tanquam si Pœni, aut Hispani in Senatu nostro loquerentur sine interprete. *Plin.* l. 25. c. 2. Appellare aliquem per interpretem. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 29. *ad fin.* Audire aliquem cum interprete. *Gell.* lib. et cap. 17. Per interpretem colloqui. *Liv.* lib. 27. cap. 43. Litteræque lectæ per interpretem sunt.

INTERPRETĀBĬLIS, le, adject. *interpretable*, qui explicari potest. *Tertull. cont. Valentin.* c. 14. Sed alii aliter leg.

INTERPRETAMENTUM, ti, n. ἑρμήνευμα, idem ac interpretatio. *Gell.* l. 6. c. 2. Si cui istud interpretamentum videbitur obscurius. *Petron. in Satyr.* c. 10. Interpretamenta somniorum.

INTERPRETATĬO, onis, f. *an interpretation, exposition, explanation, translation*, ἑρμηνεία, expositio, conjectura, judicium. *Cic.* 1. *Offic.* cap. 10. Exsistunt etiam sæpe injuriæ calumnia quadam, et nimis callida, sed malitiosa juris interpretatione. *Liv.* l. 2. c. 8. Nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. *nor is it easy to determine from conjecture. Plin.* l. 2. c. 53. interpretatio fulgurum. et lib. 7. c. 56. *a med.* ostentorum, et somniorum. et lib. 2. c. 107. naturæ. *the study of nature.* et lib. 3. cap. 17. nominis. *the etymology.* et lib. 18. c. 5. Singula magnas interpretationes habent. *important meanings. Sueton. in Cæs.* c. 14. Consulem non piguit sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire. *to soften by explanation.* ¶ Speciatim *interpretatio* est figura Rhetorica, eadem ac illa, quæ Græco vocabulo Synonymia vocatur. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 28. Interpretatio est, quæ non iterans idem redintegrat verbum, sed id commutat, quod positum est, alio verbo, quod idem valeat: hoc modo: Rempubl. radicitus evertisti, civitatem funditus dejecisti. item, Patrem nefarie verberasti, parenti manus scelerate intulisti.

INTERPRETATIUNCŬLA, læ, f. *a brief interpretation*, brevis interpretatio. *Hieronym.* ep. 89. *a med.* Miror, quod Christiani hominis interpretatiunculam non sequaris.

INTERPRETĀTOR, oris, m. explicator, interpres. *Tertull. advers. Prax.* cap. 19. Ipse interpretator est, quomodo cælum solus extenderit.

INTERPRETĀTUS, a, um, *interpreted, expounded, explained, translated*, expositus, explicatus: particip. ab interpretor, in passiva significatione. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 12. Vesta quasi focus Urbis, ut Græco nomine est appellata, quod nos prope idem Græcum interpretatum nomen tenemus. *Id. de Harusp. resp.* c. 17. Quæ nunc ex Etruscis libris in te conversa atque interpretata dicuntur.

INTERPRETĬUM, ii, n. *the profit between buyer and seller*, lucrum inter emptum, et venditum, ut si quid pretio unius aurei emptum, duobus postea aureis vendam, interpretium erit unus aureus. *Ammian.* lib. 28. c. 1. (*al.* 5.) Verum quoniam denis modiis singulis solidis indigentibus venundatis, emerat ipse tricenos, interpretii compendium ad principis ærarium misit. Alii leg. *integrum compendium.*

INTERPRĔTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to interpret, expound, explain*, ἑρμηνεύω, interpretem ago, expono, explico rem obscuram. *Cic.* 2. *Offic.* c. 2. Nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quam studium sapientiæ. *Id.* 1. *de Legib.* c. 4. Qui jus interpretari populo, et responsitare soliti sunt, et lib. 2. c. 5. In ipso nomine legis interpretando inest vis et sententia justi. ¶ *Interpretari somnium, prodigium*, &c. est, quid illa portendant, explicare: quod est augurum, conjectorum, et hujusmodi. *to interpret a dream*, &c. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 6. Monstra, aut fulgura interpretantes. et cap. 2. In monstris interpretandis, aut procurandis. et cap. 41. Etruria interpretatur, quid quibusque ostendatur portentis. ¶ Est etiam in bonam aut malam partem accipere. *Cic. ad Planc. post epist.* 16. lib. 16. *ad Attic. in fi.* Sic velim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, ut tuo summo beneficio me affectum judicem. *shall so construe. Id. pro Mur.* c. 31. Mitiorem in partem aliquid interpretari. *to soften, mitigate. Id. de clar. Orat.* c. 1. *extr.* Grato animo alicujus felicitatem interpretari. *to judge of. Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 31. Bene dicta male interpretari. *to put a bad construction upon. Plin.* l. 2. ep. 13. *a med.* Beneficia mea ipse tam grate interpretatur, ut dum priora accipit, posteriora mereatur. *Senec.* ep. 63. *ante med.* Beneficium fortunæ male interpretari. ¶ Pro colligere, eruere, intelligere. *to understand, take the meaning of, comprehend. Cic. de Invent.* c. 47. Cogitationem alicujus assequi, et voluntatem interpretari. *Id. Tuscul.* 3. c. 17. *a med.* Numquid est aliud? recte ne interpretor sententiam tuam? *do I rightly take your meaning? Id. Attic.* lib. 15. ep. 28. Bruti epistolæ, quam interpretari vix ipse poteram, exemplum tibi miseram. *could scarcely make out. Colum.* lib. 11. cap. 2. *a med.* Vindemiarum maturitatem alii aliter interpretati sunt: quidam cum vidissent partem aliquam uvarum virescere: quidam cum coloratas animadvertissent, &c. ¶ Cum infinito. *Cic.* 3. *Offic.* c. 32. Reditu enim in castra, liberatum se esse jurejurando, interpretabatur. *Liv.* l. 3. c. 36. Nec attinuisse demi securim, cum sine provocatione creati essent, interpretabantur. *Plin.* l. 2. c. 25. *sub fin.* Interiore gaudio sibi illum natum, seque in eo nasci, interpretatus est. ¶ Pro definire, pronuntiare. *Liv.* l. 1. c. 23. Cupido imperii duos cognatos populos ad arma stimulat: neque, recte, an perperam, interpretor. ¶ Interpretari memoriæ alicujus, *Plaut. Epid.* 4. 1. 25. est divinare, et dicere, quid quis meminerit. ¶ *Interpretari diabolo*, h. e. tribuere, acceptum ferre, dixit *Tertull. de virginib. veland.* c. 15. ¶ Divisit more suo per tmesim *Lucret.* l. 4. v. 830. Cetera de genere hoc inter quæcumque pretantur. ¶ Passiva significatione. *Ammian.* lib. 24. c. 6. (*al.* 21.) Flumen Naarmalcha, quod amnis regum interpretatur. *Julian. Dig.* lib. 28. tit. 5. leg. 37. Hæc verba sic interpretanda sunt, ut, &c. *Macer* lib. 49. tit. 1. leg. 4. An jure interpretatum sit. Adde *Paul. lib. et tit. ult.* leg. 12. et *Augustin. in Psalm.* 126. sect. 3.

INTERPRĪMO, is, essi, essum, a. 3. *to take by the throat, squeeze the jaws of, throttle, stifle*, διασπίζω, comprimo, vel premendo collido, re aliqua compressa spiritum intercludo. *Plaut. Rud.* 3. 2. 46. Qui sacerdoti scelestus fauces interpresserit. ¶ Pro occultare. *to suppress. Minuc. Fel. in Octav.* c. 10. Quod colunt, et interprimunt.

INTERPUNCTĬO, onis, f. *the placing of marks of distinction between words, pointing, distinguishing by points, interpunction*, διαστολή, actus interpungendi, distinctio. *Cic. pro Mur.* cap. 11. Res enim sunt parvæ prope in singulis litteris, atque interpunctionibus verborum occupatæ.

INTERPUNCTUM, ti, n. idem ac interpunctio. *Cic.* 3. *de Orat.* cap. 46. *ad fin.* Clausulas et interpuncta verborum animæ interclusio et angustiæ spiritus attulerunt.

INTERPUNCTUS, a, um, *distinguished by points, pointed, marked*, διεσταλμένος, distinctus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 80. Sed et festivitatem habet narratio distincta personis, et interpuncta sermonibus. *Id. in Orat.* c. 16. Flumen aliis verborum, volubilitasque cordi est: distincta alios, et interpuncta intervalla, moræ respirationesque delectant.

INTERPUNGO, is, a. 3. *to point, distinguish by putting points or marks between*, punctis distinguo, διαστέλλω, διαστίζω. *Senec.* ep. 40. *a med.* Nos etiam cum scribimus, interpungere consuevimus. ¶ De ratione interpungendi agunt *Diomed.* l. 2. pag. 432. *Putsch. Lips. epist.* cent. 3. n. 39. *Manut.* et *Cellar. in Orthogr.* et *Emman. Alvar.* l. 3. c. *ult.*

INTERPURGO, as, avi, atum, a. 1. *to cleanse between*, idem fere quod purgo. *Plin.* 18. cap. 26. *a med.* Herbas malas radicitus erui, ficus interpurgari.

INTERPŬTO, as, a. 1. *to prune here and there, cut off the small branches or twigs up and down*, idem quod puto, per intervalla amputo. *Cato R. R.* cap. 50. Ficos interputare. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 30. oleam. *Colum. de arborib. c. ult.* rosas.

INTERQUĔROR, eris, estus sum, dep. 3. *to interrupt with complaints, complain while one is speaking or doing any thing*, in media aliqua re queror. *Liv.* l. 33. c. 35. *ad fin.* Ætolorum principes interquesti sunt, quod, &c.

INTERQUIESCO, escis, evi, etum, n. 3. *to rest between whiles, rest in the middle of any work, pause in speaking or doing any thing*, inter aliquid agendum quiesco. *Cic. de clar. Orat.* c. 23. Cum hæc dixissem, et paululum interquievissem. *Cato R. R.* c. 159. Adde vini Coi cyathum unum, bibe, interquiesce: deinde iterum eodem modo, deinde tertium. *rest a little. Plin.* l. 8. ep. 21. Julio mense, quo maxime lites interquiescunt. *h. e.* cessant. *Senec.* ep. 78. Dolor interquiescit.

INTERRĀDO, is, asi, asum, a. 3. *to cut out, or carve, here and there*, διαξέω, per intervalla rado, ita ut et asperum sit aliquid, et planum ac læve. *Plin.* l. 33. c. 11. Vasa repositoriis imponimus, et ad sustinenda obsonia interradimus latera. ¶ Item interputo, intervalla interpurgo. *to lop or cut the intermediate branches of trees. Colum. de arborib.* c. 19. Arbores si spisse posueris, fructuosæ non erunt, nisi eas interraseris. *prune, thin. Id.* l. 5. c. 10. eadem verba repetens, habet *intervulseris*, quod ideo hic alii reponendum putant. *Plin.* l. 15. c. 1. Oleæ tondentur, cum et vites, atque etiam interradi gaudent.

INTERRASĬLIS, le, rasus, limatus, lævigatus per intervalla, h. e. ut et sint partes asperæ ac cælatæ, et partes complanatæ ac politæ. Nam quæ plana sunt inter cælaturas, rasa quodammodo videntur. *Plin.* l. 12. c. 19. *a med.* Coronas ex cinnamo, interrasili auro inclusas, primus dicavit Vespasianus. *enclosed in fine polished gold.* [*Venant. Fortunat.* l. 1. carm. 32. v. 15. Hic sculptæ cameræ decus interrasile pendet.]

INTERRĀSUS, a, um, interrasilis. *Plin.* c. 1. l. 35. Interraso marmore, vermiculatisque ad effigies rerum et animalium crustis. *cut or hollowed here and there.*

INTERREGNUM, ni, n. *an interreign, vacancy of the throne, interregnum; the space of time in which a throne is vacant between the death of one king and the accession of another*, μεσοβασιλεία, regni intervallum, tempus illud, quo regnum rege vacat: ab *inter*, et *rex*, quia inter regem defunctum, et regem eligendum interpositum est. Ejus originem, *Liv.* l. 1. c. 17. tradit. *Id. ibid.* Id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, Interregnum appellatum. ¶ Translate dicebatur, cum consulum loco, quod abessent reipubl. causa, aut vitio creati fuissent, si Dictatorem dici non placeret, Interrex creabatur, per quem consularia comitia haberentur. *the space of time when, from some accident, there were no curule magistrates in the state, who had a right to hold the* comitia. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 9. Nam permagni ejus interest, rem ad interregnum non venire. et lib. 7. ep. 9. Rem adduci ad interregnum. ¶ *Interregnum inire*, est Interregis potestatem capere. *Liv.* l. 3. c. 8. Tertio die, quam interregnum inierat, consules creat.

INTERREX, ēgis, m. *a person appointed to discharge the royal functions during the vacancy of the throne, or between the death of one king and the accession of another; one invested with vicarious royalty; an interrex, regent, protector*, μεσοβασιλεύς, qui regis mortui munere fungitur, donec novus creatus sit. Apud Romanos primum Interrex creatus fuit post mortem Romuli. Hinc mos exstitit, ut quando rex mortuus esset, Interrex constitueretur. Creatus est a Patribus, et ex Patribus. Patres enim illi, ex quibus Senatus a Romulo constitutus est, Romulo mortuo, decem factis Decuriis eorum Senatorum, qui prima electione ex Albanis electi fuerant (nam *Livius* l. 1. c. 8. quidem centum Senatores a Romulo creatos esse scripsit: sed *Dionysius* l. 2. ducentos duabus electionibus, prima ex Albanis, altera ex Sabinis) singulos ex singulis legerunt, qui summæ rerum præessent, et ex his unum decreverunt, qui esset cum fascibus et reliquis regiæ potestatis insignibus. Primi illius interregni imperium quinque dierum spatio finiebatur. Nam singulos imperare oportebat eo ordine, quo sors unicuique obtigisset. Transacto quinquaginta dierum spatio, quo illi decem primi regnarant, rursus decem decuriis factis ex secundæ electionis Senatoribus, qui ex Sabinis erant, decem alii creati eum magistratum suscepere. Atque ita imperium per omnes in orbem ibat. Regni intervallum annuum fuit, rege denique constituto Numa Pompilio. Vide *Dionys.* l. 2. *Liv.* l. 1. c. 17. ¶ Etiam reipubl. tempore Interrex creari solitus fuit. Cum enim consules abessent reipubl. causa, aut vitio creati fuissent, si Dictatorem comitiorum causa dici non placeret, res deducebatur ad Interregem, et per eum consularia comitia habebantur. Ejus imperium similiter quinque dierum erat, ut tradit *Asconius in Milonianam*, cap. 5. ¶ Interregem patricium esse, et a patricio prodi necesse erat. *Cic. pro Dom.* c. 14. *Id. in Rul.* 3. c. 2. L. Flaccus Interrex legem de Sylla tulit, ut omnia quæcumque ille fecisset, rata essent. *Cic. loc. cit. pro Dom.* Interregem prodere. ¶ Moris non fuit, ut qui primus Interrex proditus esset, ab eo consularia comitia haberentur, sed a secundo, aut tertio, &c. *Ascon. loc. cit.*

INTERRĬTE, *intrepidly*, intrepide. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 7. Dum sola concitus interrite transmearet.

INTERRĬTUS, a, um, *undaunted, dauntless, intrepid, fearless, bold, unafraid, not intimidated, undismayed*, ἀδεής, non territus, imperterritus, intrepidus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 737. spectatque interrita pugnas. *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) Hæc vultu interrito, nulla tardati verecundia, proferunt. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 506. nec adhuc interrita vultu. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 64. Secundarum, ambiguarumque rerum sciens: eoque interritus. *Vellei.* l. 2. c. 70. Cervicem interritus præbuit. *Gell.* l. 19. c. 1. Scire cupiens, quo statu animi, et an interritus intrepidusque esset. *Quintil.* l. 5. c. 7. Plus deprehensi nocent, quam firmi et interriti profuissent. *Senec.* epist. 41. Homo interritus periculis, intactus cupiditatibus. ¶ Cum genitivo *Ovid. Met.* 10. v. 616. et mens interrita leti. *fearless of death.*

INTERRĪVATĬO, onis, f. derivatio aquarum inter duo loca. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 213.

INTERRĪVĀTUS, a, um, inter duo loca derivatus. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 191.

INTERROGATĬO, onis, f. *a question, demand, interrogation*, ἐρώτησις, πεῦσις, actus interrogandi, percontatio. *Quintil.* l. 8. c. 5. Sententia per interrogationem. et lib. 5.

c. 7. Contra testes duplici acie confligitur, actionum, et interrogationum. *et ibid. ante med.* Interrogationi instare. *to persist in asking or interrogating.* et lib. 6. c. 3. *ante med.* Instare interrogatione. *to press a question.* ¶ Item quæstio, inquisitio, *an examining, questioning, interrogating. Martian. Dig.* lib. 48. tit. 3. leg. 6. Cum apprehenderint latrones, interrogent eos de sociis et receptoribus, et interrogationes litteris inclusas atque obsignatas ad cognitionem magistratus mittant. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 47. Interrogatio testium. *the examination.* [† *Cic. Fam.* 1. 9. Interrogatio mea. *the questions, or interrogatories, which I put to Vatinius, when called to give his evidence as a witness in the trial of Sextius.*] ¶ Apud Rhetoras est figura sententiarum, cum non simpliciter sciscitandi gratia quidpiam interrogamus, sed instandi et urgendi. *Quintil.* l. 9. c. 2. et cap. 3. *sub fin.* ¶ Quia veteres Dialectici sæpe per interrogationem, et responsionem argumenta disponebant: rogabant enim aliquid, quo admisso conficeretur id, quod argumentatione probare conabantur: (qua de re *Gell.* l. 16. c. 2.) hinc aliquando *interrogatio* argumentum significat, licet interrogando non efferatur, *a form of reasoning or argumentation; an argument, syllogism. Cic. de Fato,* c. 12. *extr.* Si fatum tibi est ex hoc morbo non convalescere, sive tu medicum adhibueris, sive non, non convalesces. Medicum ergo adhibere nihil attinet. Recte genus hoc interrogationis ignavum ac iners nominatum est. *Senec.* ep. 87. *ante med.* Volo paucissimas interrogationes nostrorum tibi reddere: Quod bonum est, bonos facit: fortuita bonum non faciunt: ergo non sunt bona. Adde *ibid. ad fin.* epist. 82. 83. et 85. et lib. 2. *quæst. natur.* c. 37. V. *Interrogo.* ¶ Pro stipulatione, quia et hæc per interrogationem fit: *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 15. Ille per tabulas plurium nomina, interpositis parariis, facit: ille non est interrogatione contentus, nisi reum (*al.* rem) manu sua tenuit. V. *Stipulatio.*

INTERROGATĪVE, *in the form of a question, interrogatively,* ἐρωτηματικῶς. *Ascon. in Verr.* 3. c. 56. Hucusque interrogative pronuntiandum est: et contra responsive, *omnes rejecti sunt.* Adde in cap. 42.

INTERROGATIUNCŬLA, læ, f. *a little or short question,* ἐρωτημάτιον, brevis interrogatio: item breve argumentum, ut in *Interrogatio* dictum est. *Cic. in proœm. Parad.* Minutis interrogatiunculis, et quasi punctis, quod proposuit, efficit. *Senec. sub fin.* epist. 82. Verba mihi captiosa componis, et interrogatiunculas nectis.

INTERROGATĪVUS, a, um, *interrogative,* πευστικὸς, interrogationem continens. *Priscian.* l. 17. pag. 1059. *Putsch.* Adverbia quo, ubi, unde, qua, et quando possunt et interrogativa, et relativa, et infinita esse. *Diomed.* l. 2. pag. 432. Interrogativa particula.

INTERROGĀTOR, oris, m. *an interrogator,* ἐπερωτητὴς, qui interrogat. *Ulpian. Dig.* lib. 11. tit. 1. leg. 11. *circa med.* An obscure respondeat, ut incertum dimittat interrogatorem.

INTERROGATORĬUS, a, um, *interrogative, interrogatory,* ἐρωτηματικὸς, ad interrogandum pertinens, interrogativus. *Callistrat. Dig.* lib. 11. tit. 1. leg. 1. Interrogatoriæ actiones. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 25. Interrogatorio sono legendum est.

INTERROGĀTUS, a, um, *asked, questioned, interrogated,* ἐρωτηθεὶς. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 64. A Philippo interrogatus, quid latraret? furem se videre respondit. *Id. in Orat.* c. 40. Ut interrogando urgeat, ut rursus, quasi ad interrogata, sibi ipse respondeat. *Paul. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 83. et *Caius ibid. leg. ult.* Respondere ad interrogatum. *Sueton. in Tiber.* c. 71. Miles interrogatus testimonium. *examined as a witness. Vellei.* l. 2. c. 35. Pæne inter ultimos interrogatus sententiam. *interrogated as to his opinion.* Sic *Tacit.* 2. *Hist.* c. 53. Interrogatus causam digressus. et cap. 72. Interrogatus quisnam mortalium esset. *Id.* 12. *Ann.* c. 22. Interrogatum Apollinis simulacrum super nuptiis imperatoris. *consulted. Sueton. in Cæs.* cap. 74. *extr.* Interrogatus, cur, &c. *et in Aug.* c. 54. Interrogatus, an, &c. ¶ Item accusatus, *accused, arraigned. Sallust. in Catil.* c. 18. Legibus ambitus interrogati, pœnas dederant. Adde cap. 32. et *Vellei.* l. 2. c. 13. et V. *Interrogo.*

INTERRŎGO, as, avi, atum, a. 1. *to ask, question, demand, inquire, interrogate,* ἐρωτάω, percontor, sciscitor, quæro, rogo. *Plaut. Merc.* 1. 2. 70. Hoc quod te interrogo, responde. *Cic. in Partit.* c. 1. Ut tu me Græce soles ordine interrogare, sic ego te vicissim eisdem de rebus Latine interrogem. *Id.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 3. Interrogabat suos, quis esset, &c. *Id.* 1. *Catil.* c. 5. *extr.* Interrogas me, num, &c. *Nep. in Iphicr. in fi.* Cum interrogaretur, utrum, &c. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 71. *extr.* Magna verborum contumelia interrogans, solerent ne, &c. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 61. Me interrogat, ecquem trapezitam noverim. *Id. Pœn.* 3. 4. 20. Censetis, hominem interrogem, meus servus si ad eum venerit, nec ne? *Sueton. in Vespas.* cap. 23. Interrogavit, quanti calceasset. *et in Ner.* c. 39. Interrogavit, quale id genus pœnæ esset. *et in Cæs.* c. 21. et *Liv.* lib. 45. c. 25. interrogare sententias. *h. e.* petere a Senatoribus, ut in Senatu, quid sentiant, expromant. Quo sensu absolute, *Plin. in Paneg.* c. 76. Quis antea loqui, quis hiscere audebat, præter miseros illos, qui primi interrogabantur? *Id.* l. 1. ep. 5. *ante med.* Interrogare testes in reos. *to examine.* ¶ Pro accusare, inquirere in aliquem, *to accuse, charge. Liv.* l. 38. c. 50. Neminem civem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non possit. *Cic. pro Dom.* c. 29. Quis me unquam ulla lege interrogavit? quis postulavit? quis diem dixit? *Tacit.* 13. *Ann.* c. 14. Pepigerat Pallas, ne cujus facti in præteritum interrogaretur. et lib. 14. c. 46. Damnatus Priscus repetundarum, Bithynis interrogantibus. Formulam hoc modo interrogandi habes apud *Liv.* l. 8. c. 32. ¶ Pro argumentari, *to argue, reason, dispute.* (V. *Interrogatio.*) *Senec.* ep. 87. *ad fin.* Possidonius sic interrogandum ait: Quæ neque magnitudinem animo dant, nec securitatem, non sunt bona: divitiæ nihil horum faciunt: ergo non sunt bona. ¶ *Interrogandi casus,* est genitivus. *Nigid.* apud *Gell.* lib. 13. cap. 25. et ipse *Gell.* lib. 20. cap. 6.

INTERRUMPO, is, upi, uptum, a. 3. *to break down, break off, or asunder,* διαῤῥήγνυμι, in medio rumpo, divido, abrumpo. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 45. Contingere idem terræ necesse est, ut omnibus ejus partibus in medium vergentibus, nihil interrumpat, quo labefactari possit. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 48. et *Liv.* l. 2. c. 10. pontes ambos, quos Fabius fecerat, uno die interrupit. ¶ Item interpellare, dirimere, *to disturb, interrupt. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 19. Quorum mediam orationem interrumpunt undique subito tela immissa. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 2. Occupatio nulla esse potest tanta, ut interrumpat iter amoris nostri, et officii mei. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* et *Tacit.* 2. *Hist.* c. 27. Ordinem cœptum interrumpere. *Plin.* l. 28. c. 4. *extr.* somnos. *Plaut. Trin.* 5. 2. 25. sermonem. *Ovid. Metam.* 11. v. 420. Singultuque pias interrumpente querelas. *Caius Dig.* lib. 41. tit. 3. leg. 5. Interrumpitur possessio, cum quis de possessione dejicitur. ¶ Tmesis est in illo *Lucret.* l. 5. v. 288. et radios inter quasi rumpere lucis. [¶ Particip. *interrumpendus* apud *Curt.* l. 5. c. 1. Interrumpendæ sunt res Asiæ.]

INTERRUPTE, adverb. *in a broken manner, interruptedly,* incise, divise. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 80. *extr.* Si verbis usitatis, si ordine temporum conservato, si non interrupte narrabitur.

INTERRUPTĬO, onis, f. *interruption,* actus interrumpendi. *Paul. Dig.* lib. 41. tit. 3. leg. 2. Usurpatio est usucapionis interruptio. ¶ Est hoc nomine figura Rhetorica. *Quintil.* l. 9. c. 2. *circa med.* Ἀποσιώπησις, quam idem Cicero reticentiam, Celsus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant.

INTERRUPTUS, a, um, *broken asunder or in the midst, broken off or down,* abruptus, diremptus. *Sisenn.* apud *Non.* cap. 4. n. 157. Cohors una, qua murus erat interruptus, evasit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 34. et *Tacit.* 3. *Hist.* c. 70. Interrupti fluminum pontes. *Tacit.* l. 3. *Ann.* c. 31. Itinera interrupta et impervia. *Id.* 16. *Ann.* c. 15. Venæ quamquam interruptæ parum sanguinis effundebant. *opened, cut. Cic. in Somn. Scip.* cap. 6. Hos qui incolunt terram, interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit. *separated, distant, standing aloof,* dissiti. *Virg.* 9. *Æn.* v. 239. Interrupti ignes. *h. e.* rari, nec totis castris continuati. *Plin.* l. 6. c. 15. Interruptis angusto transitu jugis. *separated, divided.* ¶ Tmesis est in illo *Lucret.* l. 5. v. 300. nec loca lux inter quasi rupta relinquit. ¶ Item intermissus, *interrupted, disturbed. Cic. Fam.* 5. ep. 8. Multa varietate temporum interruptum officium, cumulate reddidi. et lib. 15. ep. 14. Amicitia, quæ longis intervallis temporum interruptam consuetudinem habuit. *Id.* 1. *de Legib.* c. 3. Neque tam facile interrupta contexo, quam absolvo instituta. *Id. pro Cœl.* c. 24. Interruptis atque morientibus vocibus significabat, quanta impenderet procella urbi. *low, broken murmurs. Virg.* 4. *Æn.* vers. 88. Pendent opera interrupta. *interrupted, suspended. Quintil.* l. 11. c. 2. *ad fin.* Interruptus actionis impetus. et lib. 9. c. 2. *a med.* Interrupta silentio dictio. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 41. Interruptus sermo. et lib. 1. *Ann.* cap. 25. Interruptus tumultus. *h. e.* tantisper sedatus.

INTERSCALMĬUM, ii, n. *the space between two thowls in a ship,* μεσοσκάλμιον, spatium illud in navi, quod est inter scalmum, et scalmum. *Vitruv.* l. 1. c. 2.

INTERSCAPILĬUM, ii, n. *that part of the back which lies between the shoulders,* μετάφρενον, spatium illud in dorso, quod inter scapulas est. *Apul. in Florid.* n. 14. (*al.* lib. 2.) Cum interscapilium Crates retexisset, quod erat aucto gibbere. *Hygin.* lib. 2. *Poet. Astron.* c. 1. Habet stellam in summo interscapilio unam. [¶ Legitur etiam *interscapulum* apud *Cœl. Aurel. Tard.* l. 1. c. 4. Cucurbitulæ apponendæ stomacho atque thoraci; et interscapulis, atque præcordiis.]

INTERSCINDO, is, idi, issum, a. 3. *to cut asunder or in the midst, cut down, hew asunder,* διακόπτω, medium discindo, sive abrumpo, divido. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 4. A tergoque pontem interscindi juberet. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* cap. 24. *extr.* Alii turres reducerent, aggeremque interscinderent. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 43. Opera flamma comprehensa partim restinguunt, partim interscindunt. *Liv.* lib. 28. c. 7. Chalcis arcto interscinditur freto. *h. e.* separatur, dirimitur. *is separated or cut off. Tacit.* 15. *Ann.* c. 35. Brachiorum venas Torquatus interscidit. *cut or laid open. Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 11. Sæpe ruina interscindit aquas. *h. e.* fontium iter interrumpit. ¶ Translate *Gell.* l. 12. c. 1. *ad fin.* Vinculum illud animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura consociat, interscindunt. *Senec.* ep. 72. *circa med.* Imperfectis adhuc interscinditur lætitia: sapienti vero contexitur gaudium: nulla rumpitur causa.

INTERSCRĪBO, is, ipsi, iptum, a. 3. *to write between, interline, insert,* παρεγγράφω, in medio scribo, inter versus scribo, interpono, intersero. *Plin.* epist. 9. l. 7. Multa detinere, plura transire, alia interscribere, alia rescribere. ¶ Translate *Solin.* c. 33. (*al.* 46.) *circa med. de phœnice.* In cauda roseis pennis cæruleus interscribitur nitor. *h. e.* intermiscetur. *Id.* c. 5. (*al.* 11.) *ad fin. de achate lapide.* Quippe interscribentes eum venæ naturalibus sic notant formis, ut varias præferat rerum imagines. *h. e.* intercurrentes et distinguentes.

INTERSECĪVUS, a, um, *intersected, divided,* intersectus, divisus: ab *interseco.* In agris intersecivi termini sunt, qui interciduntur montibus, vel alio soli genere, quod culturam non patitur. *Frontin. de colon.* p. 112. 119. et 123. *Goesii.* Al. leg. *intercisivus,* quod est ab *intercido,* eodem sensu.

INTERSĔCO, as, ecui, ectum, a. 1. *to divide, separate, intersect,* διατέμνω, per medium seco, in partes seco. *Auctor. ad Herenn.* l. 3. c. 14. Ut ipsa pronuntiatione res ipsas, quas demonstravimus, inserere, aut intersecare videamur in animis auditorum. Alii aliter leg. *Ammian.* l. 29. *sub fin.* Tiberis media intersecans mœnia.

INTERSECTĬO, onis, f. *an intersection,* actus intersecandi, διακοπή. *Vitruv.* l. 3. c. *ult. a med.* Intersectio, quæ Græce μετοχὴ dicitur, sic est dividenda, &c. *h. e.* spatium inter denticulos, qui sunt supra zophorum.

INTERSEMINĀTUS, a, um, nom. ex particip. in medio, vel per intervalla seminatus. *Apul. in Apolog.* Remedia sane sunt plurima in omnibus rebus naturæ munere interspersa atque interseminata.

INTERSEPĬO, is, epsi, eptum, a. 4. *to fence or compass about as with a hedge, block up, hem in, enclose,* διείργω, sepibus quibusdam intercludo: et generatim intercludo, munio. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 20. Foramina illa, quæ patent ad animum a corpore, terrenis concretisque corporibus sunt intersepta quodammodo. *Liv.* l. 25. c. 11. Intersepire urbem vallo. *Id.* l. 34. c. 40. Nunc prœliis lacessendo, nunc operibus intersepiendo quædam, ne exitus ad fugam esset. *Id.* l. 1. c. 27. *a med.* Id factum magnæ parti peditum Romanorum conspectum abeuntis exercitus intersepsit. *shut up from, prevented from seeing.*

INTERSEPTUS, a, um, *stopped up, enclosed, hedged or fenced in, blocked up,* interclusus. *Cic. pro Balbo,* c. 18. Ne interseptum sit his iter perpetuo ad hoc amplissimum præmium civitatis. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 53. Intersepta Germanorum auxilia. *shut out, stopped on their march.* et c. 21. Legio densis arbustis intersepta. *defended, surrounded.*

INTERSĔRO, is, evi, itum, a. 3. *to plant, or sow between,* παρεμφυτεύω, inter aliqua sero. *Colum.* l. 3. c. 9. *a med.* Quemnam igitur existimas vitium numerum interseri posse duorum jugerum malleolis? et c. 16. Malleolus ordinariis vitibus interserendus est. *must be planted among. Pallad. tit. ult.* l. 1. Serrulæ manubriatæ, quibus facile est, quod per serram fieri non potest, resecando trunco arboris, aut vitis interseri. *to be let in.* ¶ Translate est interponere, intermiscere, interjicere. *to interpose, intermingle. Nep. in Milt.* c. 4. Causam interserens, se hostem esse Atheniensibus. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 559. mediis interserit oscula verbis. *Pallad. in Aug.* tit. 11. Si se vallis interserat. *Stat.* 6. *Theb.* v. 781. et manibus necopinum interserit ictum. *h. e.* inter manus ictum caventes plagam infligit.

INTERSISTO, is, stiti, statum, n. 3. *to stop in the midst,* διΐσταμαι, in medio immoror. Translate *Quintil.* l. 8. c. 3. Intersistere nos indecentissime cogit. *h. e.* in medio sermone consistere. *to stop in the middle of a sentence.* et l. 9. c. 4. *ante med.* Vocalium concursu hiat, et intersistit, et quasi laborat oratio. [† *Ibid.* Intersistentes clausulæ, et debita actionibus respiratio. *short clauses where one may stop and draw breath, as in pleading.*] ¶ Passive impersonaliter. *Id. ibid.* Longæ syllabæ aliquid etiam medii temporis, quasi intersistatur, assumunt. *as if there were a stop or clause.* et *post med.* Ubi cursus orationis exigitur, et clausulis non intersistitur.

INTERSĪTUS, a, um, *planted or sown between or amongst,* inter aliqua satus. *Colum.* l. 8. c. 15. *a med.* Eaque contegantur intersitis buxeis, aut myrteis fruticibus. *Lucret.* l. 5. v. 1376. pomis intersita dulcibus. ¶ Translate interpositus. *set or put between, interposed. Plin.* l. 9. c. 15. Nullis ossibus spinisve intersitis, carne prædulci. *Plin. alter* l. 3. ep. 19. Habet multum jucunditatis soli cælique mutatio, ipsaque illa peregrinatio intersita. *Gell.* l. 2. c. 22. *ante med.* Quatuor venti intersiti inter primores duos. *C. Ælius Gallus* apud *eund.* l. 16. c. 5. Janua procul via est, area vacanti intersita.

INTERSŎNO, as, ui, n. 1. *to sound or play amongst,* in medio sono. *Stat. Theb.* 5. v. 341. mediis intersonat Orpheus Remigiis.

INTERSPERSUS, a, um, *interspersed*, sparsus per intervalla. *Apul.* l. 5. *Metam.* Interspersus rara canitie. Adde *in Apolog.*

INTERSPIRATIO, onis, f. *a drawing or fetching breath between*, διαπνοή. *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 44. Interspirationis enim, non defatigationis nostræ, neque librariorum notis, sed verborum et sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt. *Plin.* l. 23. c. 1. *ante med.* Mustum raptim, et sine interspiratione potum.

INTERSPIRO, as, avi, atum, n. 1. *to breathe between, vent*, διαπνέω, de medio, seu per medium spiro. *Cato R. R.* c. 112. Relinquito, qua interspiret. *where it may admit air.*

INTERSTERNO. V. *Interstratus.*

INTERSTES, itis, adject. interjectus, interpositus, medius: ab *inter*, et *sto*. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 33. *ad fin.* Desierunt vetera, et cœperunt nova, interstite Joanne.

INTERSTINCTIO, onis, f. distinctio, divisio. *Arnob.* l. 6. pag. 191. Sidereos evomunt variata interstinctione fulgores.

INTERSTINCTUS, a, um, distinctus, divisus, διάστικτος. *Stat.* l. 3. silv. 5. v. 90. Spatia interstincta columnis. *adorned with at intervals, supported by.* *Tacit.* 4. *Ann.* c. 57. Ulcerosa facies, ac plerumque medicaminibus interstincta. *covered here and there with salves and medical applications.* *Plin.* l. 37. c. 10. Candor interstinctus coloribus. *variegated or intermingled with different colours.* et lib. 36. c. 8. Lapis interstinctus aureis guttis. *dropped with gold.* Est qui *intertinctus* hoc loco malit. Quidam etiam *intercinctus.*

INTERSTINGUO, is, inxi, inctum, a. 3. *to extinguish totally*, est penitus exstinguere. Nam præpositio *inter* hic vim habet φθαρτικὴν, idest corruptivam, ut *interficio*, *interimo*. *Lucet.* l. 5. v. 760. Quæ faciunt ignes interstingui atque perire. *Apul.* l. 4. *Metam.* Jamque protinus oblisis faucibus interstinguere eam debuisset. ¶ Significat etiam distinguere, separare. V. *Interstinctus.*

INTERSTITIO, onis, f. *a pausing, leaving off, vacation, respite*, μεταπαυσωλὴ, intervallum, cessatio, vacatio: ab *inter*, et *sto*. *Gell.* l. 20. c. 1. *a med.* Velut quoddam justitium, idest juris inter reos quasi interstitionem quandam et cessationem. *Id. in præf.* Quando animus eorum, interstitione aliqua negotiorum data, laxari indulgerique potuisset! ¶ Item discrimen, dissimilitudo. *Arnob.* l. 6. p. 198. Interstitio fieri quæ poterit singulorum, cum qui Jupiter fuerat, idem possit existimari Mars esse?

INTERSTITIUM, ii, n. *a break, interval, space between, interstice*, διάστημα, διαχώρημα, τὸ μεταξὺ, distantia, spatium, intervallum, quod inter aliqua interjectum est: ab *inter*, et *sto*. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. Ex quatuor elementis, et tribus eorum interstitiis absolutionem corporum constare. ¶ Dicitur etiam de spatio seu intervallo temporis. *Tacit. Ann.* 5. c. 4. Dandum interstitium pœnitentiæ. *time for his wrath to cool.* Al. aliter leg.

INTERSTO, as, intersteti, *to stand in the midst, stand between*, διΐστημι, inter aliquid sto, seu intercedo. *Ammian.* l. 22. c. 11. (*al.* 27.) Cum tempus interstetisset exiguum. *Avien. in Periegesi*, v. 849. *de Tauro monte.* Interstatque jugo mediam. *scil.* Asiam.

INTERSTRATUS, a, um, *strewed or laid amongst*, inter aliqua stratus. *Plin.* l. 29. c. 2. Assulis tædæ subjectis, et subinde interstratis. *having made several layers of this kind.* *Justin.* l. 1. c. 2. Murum urbi cocto latere circumdedit, arenæ vice bitumine interstrato. *laid between.*

INTERSTREPO, is, pui, pitum, n. 3. *to make a noise in the midst of*, διαψοφέω, est strepitum inter alios, vel inter rem aliquam emittere. *Virg.* 9. *Ecl.* v. 36. argutos interstrepere anser olores. *to cackle or scream like a goose.* Potest etiam divisim legi. Non sic tamen apud *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 303. mediis Nereus interstrepat undis.

INTERSTRINGO, is, xi, ictum, a. 3. *to strain or squeeze close*, διασφίγγω, idem quod stringo, comprimo, interprimo. *Plaut. Aulul.* 4. 4. 31. Ibo intro, atque illi tuo socienno jam interstringam gulam. *break his gullet by squeezing, strangle him, throttle him.*

INTERSTRUO, is, xi, ctum, a. 3. *to build or join together*, διαδομέω, συνάπτω, simul inter se struo. *Silius* l. 10. v. 149. Telesinus, ad ossa Illiso saxo, qua spina interstruit artus, Occumbit. *idest* ubi spina, quæ est in medio dorso artus connectit. *connects.* *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 39. *a med.* Nullam hic poteris interstruere distinctionem. *h. e.* interponere.

INTERSUM, es, fui, n. anom. *to be in the midst, come or lie between*, διαγίγνομαι, μέτειμι, inter aliqua sum, intercedo, medius sum. *Cic. Catil.* 3. c. 2. Ut Tiberis inter eos, et pons interesset. *Liv.* l. 22. c. 4. Via tantum interest perangusta. *Pompon. Mela* l. 3. c. 5. *extr.* Emensosque quæ intererant, tandem in Germaniæ litora exiisse. *Plin.* l. 6. c. 30. Fertilissima regio, quæ interest, auri. ¶ Refertur ad tempus. *Cic. de Senect.* c. 17. Cujus inter primum et sextum consulatum sex et quadraginta anni interfuerunt. ¶ Est etiam distare. *to be distant.* *Cato R. R.* c. 4. Clatros interesse oportet pede. ¶ Item differre, discrepare. *to differ, be different*, διαφέρειν. *Cic.* 4. *Acad.* c. 17. *ad fin.* Ut inter eos, ne minimum quidem intersit. *et mox.* Nihil differat, nihil intersit. et 1. *Offic.* c. 4. Inter hominem et belluam hoc maxime interest, quod, &c. *Id. in Divin. Verr.* c. 11. Vide, quantum interfuturum sit inter meam atque tuam accusationem. et 4. *Acad.* c. 15. In his rebus nihil omnino interest. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 57. Triduum non interest ætatis, uter major siet. *there is not three days' difference.* et *Terent. Adelph.* 1. 1. 51. Hoc pater ac dominus interest. τούτῳ πατὴρ καὶ δεσπότης διαφέρει. *Liv.* l. 26. c. 11. *extr.* Tantum id interest, venerit ne eo itinere ad urbem, an ab urbe in Campaniam redierit. *Cic.* 4. *Acad.* c. 13. Quæ visa sunt ejusmodi, ut in iis nihil intersit. ¶ Cum ablativo, et *a* vel *ab* præpositione. *Id. ibid.* c. 9. Qui illa visa, e quibus omnia decreta sunt nata, negant quidquam a falsis interesse. et c. 26. Nullum esse visum verum, a sensu profectum, cui non oppositum sit visum aliud, quod ab eo nihil intersit. ¶ Cum dativo. *Horat. in ar. Poet.* v. 231. Effutire leves indigna Tragœdia versus, Ut festis matrona moveri jussa diebus, Intererit Satyris paulum pudibunda protervis. ¶ Cum genitivo. *Cic.* 5. *ad Attic.* ep. 19. *extr.* Sed plane gaudeo: quoniam τὸ νεμεσᾶν interest τοῦ φθονεῖν. *h. e.* indignatio differt ab invidentia. ¶ Sæpe significat adesse. *to be present, be on the spot*, παρεῖναι. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 54. Perinde illi videatur indignum, ac si ipse interfuerit, ac præsens viderit. *Id. in fi.* l. 14. *ad Attic.* Quod et plura audis, et interes consiliis. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 14. Hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuisse. *Id. pro Cluent.* c. 59. Neque hic in testamento faciendo interfuit. *Id.* 9. *Attic.* ep. 5. *extr.* Melioris viri putabam, quovis supplicio affici, quam illi crudelitati non solum præesse, verum etiam interesse. *Id. Fam.* 1. ep. 6. Omnibus negotiis non interfuit solum, sed etiam præfuit. *Cæs.* l. 9. *B. Gall.* c. 12. Interesse rebus divinis. et l. 7. c. 87. *extr.* prælio. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 9. Quibus in rebus alicujus firma auctoritas videbitur interfuisse. *Arnob. sub fin.* l. 8. Bellicas res amat, interque esse desiderat pugnis. τμῆσις. ¶ Item referre, e re esse, pertinere, *to import, concern.* V. supra *Interest* suo loco.

INTERTALEARE, dividere, vel excidere ramum ex utraque parte: a *talea*. Ita *Nonius* cap. 4. n. 473. sed auctorem Latinum idoneum, qui usurpaverit, reperio neminem. Neque enim Varronis sunt ea verba omnia, quæ ibi *Nonius* recitat.

INTERTEXO, is, xui, xtum, a. 3. *to interweave*, διϋφαίνω, texo, contexo, intexo. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. Fabricator mundanæ animæ deus partes ejus ex pari et impari intertexuit.

INTERTEXTUS, a, um, *interwoven, intertwined*, παρυφὴς, inter aliqua textus, et aliquid in medio textum habens. *Quintil.* l. 8. c. 5. *a med.* Neminem deceat intertexta pluribus notis vestis. *interspersed.* *Ovid.* 6. *Metam.* v. 128. Nexilibus flores hederis habet intertextos. *entwined.*

INTERTIGNIUM, ii, n. *the interval or space between two beams*, spatium inter tigna, et ornamentum in eo spatio factum. *Vitruv.* l. 4. c. 2. Antiqui fabri quodam in loco ædificantes, cum ita ab interioribus parietibus ad extremas partes tigna prominentia habuissent collocata, intertignia struxerunt. *et ibid. a med.* Quod inter duas opas est intertignium, id metopa apud eos est nominatum.

INTERTINCTUS. V. *Interstinctus.*

INTERTORTUS, legitur a quibusdam apud *Petron. in Satyr.* c. 124. Atque intertorto laceratam pectore vestem. Sed ea lectio valde incerta est.

INTERTRAHO, is, axi, actum, a. 3. *to take away*, ἐξέλκω, plane extraho, de medio traho, eripio, aufero. *Inter* hic eam vim habet, quam in *interficio*, *interimo*, *interbibo*. *Plaut. Amph.* 2. 2. 41. Næ ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero. *will draw out all the water from the well.*

INTERTRIGO, iginis, f. *a galling, chafing, or fretting of the skin, by rubbing against any thing*, παράτριμμα, morbus, cum femina sive equitando, sive alia de causa attrita sunt, adusta, excoriata: item cum in genere veterinario pes pedem, ungula ungulam terit. *Varr.* l. 4. *de L. L. sub fin.* Intertrimentum ab eo, quod duo inter se trita et deminuta: a quo etiam intertrigo. *Cato R. R.* c. 159. Intertrigini remedium, in viam cum ibis, absinthii Pontici surculum sub anulo habeto. *Colum.* l. 6. c. 32. Intertrigo bis in die subluitur aqua calida, mox decocto, ac trito sale cum adipe defricatur. *a hurt or sore in a horse's foot, made by interfering, or striking one leg against the other.* [† *Id.* 7. 5. Subluvies atque intertrigo in ipso discrimine ungulæ nascitur. *the chafe-gall in sheep.*] *Plin.* l. 20. c. 14. Intertrigines menta prohibet. *chafings.*

INTERTRIMENTUM, ti, n. *the waste of gold or silver in melting or working it; that part which in melting turns into what is called* calx, παράτριμμα, detrimentum, deminutio ex re detrita, aut absumpta. *Varr.* l. 4. *de L. L. sub fin.* Intertrimentum ab eo, quod duo inter se trita et deminuta. *Liv.* l. 34. c. 7. In purpura, quæ teritur absumiturque, aliquam causam tenacitatis video: in auro vero, in quo, præter manus pretium, nihil intertrimenti fit, quæ malignitas est? *Id.* l. 32. c. 2. Id argentum, quia, probum non esse, quæstores renuntiaverant, experientibusque pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua sumpta intertrimentum argenti suppleverunt. *Scævola Dig.* lib. 13. *tit. ult. in fin.* Intertrimentum culleorum. ¶ Item universim jactura, damnum. *loss, waste.* *Cic.* 3. *Verr.* c. 50. *sub fin.* Is pupilli tutor erat, cum eo, sine ullo intertrimento, convenerat jam, quemadmodum traderetur. Ubi *Ascon.* Detrimentum vel unius partis dici potest: intertrimentum non ad unius partis spectat, sed dantis, et accipientis. Hoc tamen *Asconii* discrimen non servatur. *Terent. Heaut.* 3. 1. 35. Paululo tum erat contenta, &c. nunc sine magno intertrimento non potest haberi.

INTERTRITURA, æ, f. *waste, wear and tear*, intertrimentum. *Scævola in fin. tit. ult.* lib. 13. *Dig.* Quæro intertrituram culleorum, quæ ex operis facta est, utrum debitor, an creditor agnoscere debeat.

INTERTURBATIO, onis, f. Legitur apud *Liv.* l. 23. c. 8. *a med.* sed locus adeo incertæ lectionis est, ut si non de ipsa voce, de ejus tamen sensu ambigatur, aliis turbationem, aliis constantiam, et intrepidum animum intelligentibus. V. *Drakenborch.*

INTERTURBO, as, a. 1. *to disturb, trouble, hinder, interrupt*, διαταράττω, valde turbo, in media re turbas cieo. *Terent. Andr.* 4. 1. 39. Davus interturbat omnia. Al. omittunt *interturbat*. Retinet *Donatus*, et vocem *Davus* ablegat. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 81. Ne interturba: jam imperatum in cera inest.

INTERVACANS, antis, *left vacant, empty, or void between*, inter aliqua vacans. *Colum.* l. 4. c. 32. Bulbus tripedaneis intervacantibus spatiis obrutus, anno celerius maturam perticam præbet. *with vacant spaces of three feet between each.*

INTERVALLATUS, a, um, περιοδικὸς, per intervalla disjunctus, ut intervallata febris, quam intermittentem, et revertentem vocamus. *Gell.* l. 1. c. 12. *extr.* Hæc biduo medio intervallata febris. *intermittent.* *Ammian.* l. 26. c. 1. (*al.* 2.) Intervallato brevi tempore.

INTERVALLUM, i, n. *the space between the stakes of the rampart of a camp; a space, interval, distance*, διάστημα, proprie est spatium inter capita vallorum, idest stipitum, quibus castrense vallum fit, ut ex *Varrone* docet *Ann. Cornutus* apud *Cassiod. de orthograph.* pag. 2284. *Putsch.* Ex quo per synecdochen de quovis loci spatio vacuo, et distantia dicitur. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 23. Trabes directæ, paribus intervallis distantes inter se binos pedes, in solo collocantur. Ea autem intervalla grandibus saxis effarciuntur. et lib. 1. c. 43. Legionem Cæsar passibus ducentis ab eo tumulo constituit: itemque equites Ariovisti pari intervallo constiterunt. *at an equal distance.* *Liv.* l. 1. c. 25. Respiciens videt magnis intervallis sequentes. *at a considerable distance from one another.* *Sallust. in fragm.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 680. *Putsch.* Flumen, quod Valentiam parvo intervallo præterfluit. *at a short distance.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 20. *ad fin.* Mercurii stella nunquam a sole longius unius signi intervallo discedit. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 70. Intervalla vides humane commoda. *distances.* *Plin.* l. 14. c. 21. Intervalla doliis dare. *space between, roominess.* *Sueton. in Domit.* c. 19. Sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue evaderent. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 18. Harmoniam ex intervallis sonorum nosse possumus, quorum varia compositio etiam harmonias facit plures. *consonances.* ¶ Sæpe refertur ad spatium temporis, quo aliquid intermittitur. *Cic.* 1. *Fam.* ep. 7. Quoniam intervallo locorum et temporum disjuncti sumus. *Id.* 2. *de Fin.* c. 29. Dolor si longus, levis. dat enim intervalla, et relaxat. *pauses.* et *in Orat.* c. 16. Flumen aliis verborum volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam: distincta alios et interpuncta intervalla, moræ, respirationesque delectant. *pauses in pronunciation and construction.* et cap. 57. *a med.* Ne spondeum quidem intelligit esse æqualem dactylo. syllabis enim metiendos pedes, non intervallis existimat: quod idem facit in trochæo, qui temporibus et intervallis est par iambo. *time of pronunciation and quantity.* et *Fam.* 7. ep. 18. Si intervallum longius erit mearum litterarum, ne sis admiratus. eram enim abfuturus mense Aprili. *h. e.* intermissio, cessatio. *Plaut. Men.* 1. 1. 28. Sed mihi intervallum jam hos dies multos fuit. *h. e.* cessavi, intermisi cœnare foris. *Cic.* 15. *Fam.* ep. 14. Ut te tanto intervallo viderem. *after so long a time.* et *pro Arch.* c. 4. Interim satis longo intervallo, cum esset in Siciliam profectus, venit Heracleam. *after a considerable lapse of time.* *Liv.* l. 3. c. 38. Cur ex tanto intervallo rem desuetam usurparent. *so long grown into disuse.* *Gell.* l. 15. c. 12. *sub fin.* Atque ibi ex intervallo, Itaque inquit, &c. *shortly after.* et *Cic. in Orat.* c. 66. *Missos faciant patronos: ipsi prodeant.* nisi intervallo dixisses *ipsi prodeant*; sensisset profecto, effugisse senarium. *after a short pause.* *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *a med.* Statim sine intervallo cibum dare. *presently.* *Liv.* l. 2. c. 2. Ne intervallo quidem facto. *without any interval.* *Sueton. in Claud.* c. 41. Subinde ex intervallo reminisci. *now and then.* *Liv.* l. 28. c. 44. Multa quæ ex intervallo non apparent, bellum aperiet. *at a distance.* *Plin.* l. 8. c. 42. Dare quippiam alicui per intervalla. *h. e.* non continuate, sed per interruptas vices. Sic *Tacit.* 4. *Ann.* c. 73. Per intervallum adventantes. *in separate divisions; in detachments.* et *in Agric.* c. 44. *extr.* Domitianus non jam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo et

veluti uno icto rempublicam exhausit. *Id.* 4. *Ann.* c. 3. Dolus intervalla scelerum poscebat. *h. e.* ut per interjectum tempus scelera fierent. *Vellei.* l. 1. c. 13. *a med.* Intervalla negotiorum otio dispungere. ¶ Interdum est differentia, dissimilitudo, discrimen, *difference, dissimilitude.* *Cic. Agrar.* 2. c. 33. Videte, quantum intervallum sit interjectum inter majorum consilia, et istorum dementiam. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 5. Cum vero his rebus omnibus Gracchus omnes vicerit, quantum intervallum tandem inter te et illum interjectum putas?

INTERVELLO, is, a. 3. *to pluck or pull here and there,* διατίλλω, inter aliqua evello, e medio evello. *Senec.* ep. 114. *a med.* Quod vides istos sequi, qui aut vellunt barbam, aut intervellunt. *thin by pulling hairs here and there.* *Plin.* l. 17. c. 27. *extr.* Poma intervelli melius est, ut quæ relicta sint, grandescant. *Colum.* l. 5. c. 10. Arbores si spisse posueris, nec infra serere quid poteris, nec ipsæ fructuosæ erunt, nisi intervulseris. *Quintil.* l. 12. c. 9. *a med.* Inviti recedunt a præparatis, et tota actione respiciunt, num aliquid ex illis intervelli, atque ex tempore dicendis inseri possit. et lib. 10. c. 7. Quæ ita sunt natura copulata, ut mutari aut intervelli sine confusione non possint. *be taken asunder or out of their place.*

INTERVENIENS, entis, *coming between, intervening, intervenient,* interpositus, interjectus. *Colum.* l. 4. c. 29. *ad fin.* Plaga lævis relinquitur, quæ facilius omni parte sedentem surculum contingat, nulla interveniente lanugine. et lib. 9. c. 1. Stipes in circuitu vivarii, certis intervenientibus spatiis, defixus erigitur.

INTERVENIO, is, eni, entum, n. 4. *to come upon, come in while any thing is doing,* ἐπέρχομαι, inter aliqua venio, in media re venio, intercedo, intersum. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 3. *sub fin.* Verens ne molesti vobis interveniremus. *Id. pro Cluent.* c. 16. *sub fin.* Multi boni viri cum ex occulto intervenissent. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 36. Casu Germani equites interveniunt. *Liv.* l. 23. c. 18. Plures cecidissent, ni nox prœlio intervenisset. et lib. 1. c. 48. Huic orationi Servius cum intervenisset, &c. ¶ Cum accusativo sine præposit. quæ inest in ipso verbo. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 23. Ludorum diebus, qui cognitionem intervenerant. ¶ Pro intercedere, medium esse. *Jabolen. Dig.* lib. 33. tit. 3. leg. 4. Medius paries, qui utrasque ædes distinguat, intervenit. *Paul.* lib. 8. tit. 1. leg. 14. Interveniente via publica. *Plin.* l. 37. c. 7. Carbunculi variis intervenientibus maculis albis. ¶ Pro interesse, adesse, *to be present, intermeddle, interfere.* *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 1. Statius intervenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo habebantur. *Sueton. in Tiber.* cap. 33. Eatenus interveniebat, ne quid perperam fieret. *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 3. leg. 33. *extr.* Si quis in rem suam procurator interveniat. *Paul.* lib. 4. tit. 4. leg. 24. Intervenire negotiis alicujus. ¶ Translate pro accidere, contingere, *to fall out, happen, occur.* *Cic.* 1. *de Fin.* c. 19. Epicurus exiguam dicit fortunam intervenire sapienti. *Id. Fam.* 7. ep. 5. Casus mirificus quidam intervenit. *Terent. Heaut.* 4. 3. 1. Nulla mihi res posthac potest jam intervenire tanta, quæ, &c. ¶ Pro intercedere, fidejubere, alterius nomine se obligare, se interponere, et auctorem fieri alicujus rei. *Ulpian. Dig.* lib. 15. tit. 1. leg. 3. Si filiusfamilias, vel servus pro aliquo fidejusserint, vel alias intervenerint, vel mandaverint. *Papinian.* lib. 50. tit. 1. leg. 17. *extr.* Fidejussores pœnalibus actionibus non adstringuntur, in quas inciderunt hi, pro quibus intervenerunt. ¶ Et se se opponere, *Sueton. in Claud.* c. 38. Quod inquilinos ædium suarum, contra vetitum vendentes multasset, villicumque intervenientem flagellasset. *Calpurn.* ecl. 3. v. 23. quis vestro deus intervenit amori? *has interposed himself, stood in the way of.* ¶ Pro auctoritatem suam interponere, quod est magistratus jus dicentis. *Paul. Dig.* lib. 4. tit. 4. leg. 23. Si in eventu damnum minor passurus sit, sine dubio prætor interveniet. *will interfere.* et *Sueton. in Cæs.* c. 30. Cum adversariis pepigit, ut, *&c.* verum neque Senatu interveniente, et adversariis negantibus, &c. ¶ Translata sunt illa quoque, *Sallust. in Jug.* c. 119. Cognationem, affinitatem, præterea fœdus intervenisse. *Liv.* 1. c. 6. *sub fin.* Intervenit his cogitationibus avitum malum regni cupido. *intervened, came in amidst, interrupted.* *Plaut. Amph.* 3. 2. 59. Iræ interveniunt: redeunt rursum in gratiam. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 708. Plura dolor prohibet: verboque intervenit omni planctus. *is mingled with.* *African. Dig.* lib. 10. tit. 3. leg. 9. Si neutrius culpa intervenerit. *Terent. Hecyr.* 3. 2. 15. Omnem rem narrabit, quæ inter vos intervenerit. *every thing which has passed between you.* ¶ Passive impersonaliter. *Cic. in Top.* cap. 20. Si interventum est casu. *Terent. Heaut.* 2. 3. 40. Ubi de improviso est interventum mulieri. *when we came in upon the woman unexpectedly.*

INTERVENIUM, i, n. *a vein, subterraneous passage,* locus vacuus, et permeans intra terram, per quam aqua, aut ignis discurrit. *Vitruv.* l. 2. c. 6. Penitus ignis per intervenia permanans et ardens, efficit levem eam terram. et cap. 7. Ignis interveniorum vacuitates occupans. et lib. 8. *c. ult. ad fin.* Per intervenia fistulosa terræ. et cap. 1. et *Pallud. in Aug.* tit. 8. Ne aquæ inventæ inter rimas refugiant, et per intervenia dilabantur. [† *Gesnerus* interpretatur: μεσοφλέβιον, *spatium illud, quod est inter venas terræ. the intermediate space between the different veins of the earth.*]

INTERVENTIO, onis, f. *an intercession, giving bail or security,* actus interveniendi, intercessio, fidejussio. *Ulpian. Dig.* lib. et tit. 4. leg. 7. Non solum autem in his eis succurritur, sed etiam in interventionibus, ut puta si fidejussorio nomine se, vel rem suam obligavit.

INTERVENTOR, oris, m. *one who comes in, an interrupter,* ὁ ἐπελθὼν, qui aliquid agenti supervenit. *Cic. de Fato,* c. 1. *extr.* Quodam liberiore, quam solebat, et magis vacuo ab interventoribus die. *from visitors.* ¶ Item qui pro altero intervenit, et fidem suam interponit. *a surety, bondsman, one who makes himself responsible for another.* *Ulpian. Dig.* lib. 15. tit. 1. leg. 3. *a med.* Si filius fidejussor, vel quasi interventor acceptus sit. et lib. 37. tit. 15. leg. 7. *extr.* Honor his personis habebitur ipsis, non autem interventoribus eorum. ¶ Item deprecator. *an intercessour, mediator.* *Lamprid. in Commodo,* c. 4. Paternum autem hujus cædis auctorem et interventorem, ne conjuratio latius puniretur, a præfecturæ administratione submovit. Adde *Paulin. Nolan.* carm. 23. *Nat.* 8. *S. Fel.* v. 195.

INTERVENTUS, us, m. *a coming on, intervention,* ἐπέλευσις, superventus. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* cap. 15. Perpaucæ (*naves*) noctis interventu, ad terram pervenerunt. *Cic. in Partition.* c. 8. *sub fin.* Si quando tempus, aut res, aut locus, aut interventus alicujus, aut interpellatio dederit occasionem, &c. *interruption.* *Id. Attic.* l. 16. ep. 11. Caleni interventum, et Calvenæ cavebis. *Id.* 3. *Catil.* c. 3. Interventu Pomptini pugna sedatur. *Justin.* c. 1. l. 11. Iis rebus veluti medela quædam interventus Alexandri fuit. ¶ Item interpositio. *an interruption.* *Plin.* l. 29. c. 3. *a med.* Donec arceantur amnis alicujus interventu. *Id.* l. 2. c. 10. Solem interventu Lunæ occultari. *Ulpian. Dig.* l. 4. tit. 6. leg. 26. *a med.* Dies, quibus actor agere voluit, et interventu feriarum impeditus est. *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 40. Quæ ergo vita? suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interventu. *without any mixture of evil.* ¶ Item interpositio auctoritatis, aut fidei. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 68. Statui alicujus subvenire interventu principis. *Pompon. Dig.* lib. 35. tit. 1. leg. 7. *extr.* Interventu judicis hæc omnia debent ad effectum perduci. *Marcell.* lib. 46. tit. 3. leg. 68. Conditio potest impleri citra interventum tutoris. *Sueton. in Cæs.* c. 18. Retinentes creditores interventu sponsorum removit.

INTERVERSANDO, *by moving up and down,* inter aliqua versando. *Plin.* l. 9. c. 50. ut *Hard.* legit ex MSS. nam alii aliter.

INTERVERSIO, onis, f. *an overthrow,* eversio, subversio, turbatio. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 20. O Christe patientissime, qui tot annos interversionem prædicationis tuæ sustinuisti. ¶ Item interceptio, fraus, adversio. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 10. *Cod.* tit. 70. leg. 12. De interversione convictus.

INTERVERSOR, oris, m. *an embezzler of the public money,* qui ex pecunia publica aliquid intervertit, interceptor. *Impp. Valent. et Valens* lib. 10. *Cod.* tit. 1. leg. 8. Qui in contractibus scelestis, ac fisco perniciosis interversorum maculosis se fraudibus implicuerint.

INTERVERSURA, æ, f. versura, et flexus agri in obliquum extensi, antequam ad ejus finem pervenias. *Hygin. de limitib.* pag. 178. 198. et 218. *Goesii.*

INTERVERSUS, a, um, *purloined, intercepted, embezzled, taken away fraudulently,* interceptus, præreptus, fraudatus. *Cic.* 6. *Verr.* c. 30. *sub fin.* Si intellexerunt, interverso hoc regali dono, graviter vos tulisse. *Tacit.* 16. *Ann.* c. 10. Interversis patroni rebus, ad accusationem transgrediens libertus. *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 33. Cum interversæ pecuniæ argueretur. *Cic. pro Dom.* c. 43. Interversa Ædilitas. *h. e.* alio conversa, cum prætextu Ædilitatis in rem suam quis vertit, quod populo R. debebatur. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 22. Neque enim recta ingenia, qualem in adolescentia spem sui fecerant, usque in senectutem pertulerunt: sed interversa plerumque sunt. *turned aside, distorted.*

INTERVERTO (antique Intervorto) is, rti, rsum, a. 3. *to turn aside, turn out of the regular channel,* rem alio directam alio verto, averto, ἀποτρέπω. *Vitruv.* l. 4. c. 3. In extremis partibus triglyphi semicanaliculi intervertantur. *Scævola Dig.* lib. 43. tit. 19. *leg. ult.* Cui per fundum iter aquæ debetur, quacumque vult, in eo rivum faciat, licet: dum ne aquæductum intervertat. ¶ Translate *Imp. Alex.* apud *Paul. Dig.* lib. 31. leg. 89. *a med.* Ob intervertendam inofficiosi querelam. *to avoid, shun.* Sic *Papinian.* lib. 36. tit. 1. leg. 54. Intervertendi fideicommissi gratia. V. et loc. *Senec.* in voce præced. ¶ Sæpe est rem alteri debitam ad dominum pervenire non sinere, et in rem suam convertere, sibique retinere, surripere, intercipere. *to intercept, turn aside to his own use, purloin, embezzle,* ὑπεξαιρέω, παρακλέπτω. *Cic.* 2. *Phil.* cap. 32. Ille induxit, ut peteret: et receptum intervertit, ad seque transtulit. *Sueton. in Vitell.* c. 7. Quorum publica vectigalia interverterat. *Marcell. Dig.* lib. 16. tit. 3. leg. 22. Rem depositam dolo intervertere. *Celsus JCtus* apud *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 2. leg. 44. *a med.* Res non intervertitur ei, qui eam sponte jecit. *Paul.* lib. 4. tit. 5. leg. 5. Ea capitis deminutione, quæ salva civitate accidit, per quam publica jura non interverti constat. *h. e.* adimi. *Marcell.* lib. 41. tit. 2. leg. 20. Cujuspiam rei possessionem alicui intervertere. ¶ *Intervertere aliquem re quapiam* est spoliare, fraudare. *to deceive, dupe, cheat, defraud, chouse.* *Plaut. Asin.* 2. 1. 10. Unde sumam? quem intervortam? *Id. Pseud.* 3. 2. 110. Ut me, si posset, muliere intervorteret. *Gell.* l. 11. *c. ult. circa med.* Condemnatum furti colonum, qui fundo, quem conduxerat, vendito, possessione ejus dominum intervertisset.

INTERVIBRANS, antis. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 191. Æthra intervibrans.

INTERVIGILO, as, avi, atum, n. 1. *to watch between whiles, sleep only by fits, awake now and then during sleep,* idem ac vigilo, vel per intervalla vigilo. *Lamprid. in Alex. Severo,* c. 61. Dormientibus cunctis, solo tantum imperatore intervigilante. *Senec.* ep. 83. Somno brevissimo utor, et quasi intervigilo. Meliores tamen libri hab. *interjungo.*

INTERVIREO, es, n. 2. *to be green amongst,* in medio vireo. *Claudian. de rapt. Pros.* l. 2. v. 100. *de Iride.* Semita discretis interviret humida nimbis. *Stat. Theb.* 4. v. 98. *de angue,* lætisque minax interviret herbis.

INTERVISO, is, si, sum, a. 3. *to visit in the mean time or now and then, go to see,* inviso, aliquem inter negotia, vel per intervalla viso, ἐπισκέπτομαι. *Plaut. Stich.* 3. 2. 3. Nunc interviso jam ne a portu advenerit. *Id. Aulul.* 2. 7. 1. Intervisam, quid faciant coqui. *Id. Stich.* 1. 2. 90. Intervisam prius domum, si a viro tibi forte veniet nuntius. [† *Id. ibid.* 1. 2. 97. Sed tamen volo intervisi. *I wish a person now and then to be sent to see.*] *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 2. *extr.* Urbanam expolitionem urget ille quidem: sed etiam ipse crebro interviso. *Id. Fam.* 7. ep. 1. *ad fin.* Quod nos minus intervisis, fero animo æquiore.

INTERULA, æ, f. *a kind of shirt or waistcoat,* vestis interior, et corpori adhærens, ut tunica, subucula, indusium. Est qui a tunica sic distinguit, ut sub toga tunica sit, sub pallio interula: alii hoc discrimen non agnoscunt. *Apul.* l. 8. *Metam.* Discissaque interula, decora brachia sævientibus palmulis converberat. Adde *Tertull. de Pall.* c. 5. ¶ Revera est adjectivum. V. vocem sequent.

INTERULUS, a, um, interior, internus. *Martian. Capell. sub init.* l. 9. Quin etiam interulos gaudens dissolvere nexus. *Valerian. Imp. in quadam epist.* apud *Vopisc. in Probo,* c. 4. Tunicas russulas duas, interulas paragaudias duas. *Apul. in Florid.* n. 9. Habebat indutui ad corpus tunicam interulam tenuissimo textu triplici licio, purpura duplici. *h. e.* purpura bis tinctam. V. vocem præced.

INTERUNDATUS, a, um, in undarum figuram distinctus. *Solin.* c. 17. (*al.* 27.) Hoc fulvum nigrantibus segmentis interundatum, varietate apprime decet. *done in waves, waved, like tabby.*

INTERVOCALITER, adverb. *Apul.* l. 9. *Metam.* Intervocaliter clamare. *h. e.* magna voce.

INTERVOLITO, as, avi, atum, n. 1. *to fly frequently up and down,* in medio volito. *Liv.* l. 3. c. 10. Carne pluit: quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuisse fertur.

INTERVOLO, as, avi, atum, n. 1. *to fly between or among, fly up and down,* in medio volo. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 614. Immittitque ratem, mediasque intervolat urbes. et lib. 5. v. 27. Ille recens oculis intervolat Idmon. *Stat.* 2. *Theb.* v. 539. fuscas intervolat auras Hasta. Adde *Colum.* l. 8. c. 10.

INTERVOMO, is, ui, itum, n. 3. *to pour or throw out amongst,* inter aliqua vomo. Translate *Lucret.* l. 6. v. 894. Quod dulces inter salsas intervomit undas. *h. e.* infundit.

INTERUSURIUM, ii, n. commodum, vel usura medii temporis, *profit arising from usury.* *Ulpian. Dig.* lib. 15. tit. 1. leg. 9. *sub fin.* Ut medii temporis interusurium creditor consequatur.

INTERVULSUS, a, um, evulsus, avulsus, non continuus, interruptus. *Solin.* c. 1. *a med.* (*al.* c. 5.) Tres Lepidi, intervulsa tamen serie, ex eadem domo, obducto membrana oculo similes.

INTESTABILIS, le, *not permitted to give evidence in a court of law,* ἀδόκιμος, ἀμάρτυρος, qui testari, h. e. testis esse non potest. *Caius Dig.* lib. 28. tit. 1. leg. 26. Cum lege quis intestabilis esse jubetur, eo pertinet, ne ejus testimonium recipiatur: et eo amplius, ut quidam putant, neve ipsi dicatur testimonium. Lex XII. *Tab.* apud *Gell.* l. 6. c. 7. et lib. 15. c. 13. *extr.* Improbus, intestabilisque esto. ¶ Item qui testamentum facere non potest. *one who by law is not allowed to make a testament.* *Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 1. leg. 18. Si quis ob carmen famosum damnetur, Senatusconsulto expressum est, ut intestabilis sit. ergo ne testamentum facere poterit, nec ad testamentum adhiberi testis. ¶ Translate est detestabilis, exsecrandus, infamis. *execrable, detestable, odious, infamous, abominable.* *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 180. uter ædilis fueritve Vestrum prætor, is intestabilis et sacer esto. *Gell.* l. 7. c. 18. *extr.* Eos, qui ad Annibalem non redissent, usque adeo intestabiles in-

visosque fuisse, ut tædium vitæ ceperint, necemque sibi conscriverint. *Sallust. in Jug.* c. 71. Quia illi in tanto malo turpis vita integra fama potior fuit, improbus intestabilisque videtur. *Id. in orat. Lepidi.* Cum illi spes omnis in scelere atque perfidia sit, neque se aliter tutum putet, quam si pejor atque intestabilior metu vestro fuerit. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 42. *ad fin.* Neronem extremum dominorum putatis, cum interim intestabilior et sævior exortus est. *Id.* 6. *Ann.* cap. 54. Lepida crebris criminibus maritum insecuta, quamquam intestabilis, tamen impunita agebat. *et in fin. ejus lib.* Intestabilis sævitia. et lib. 15. c. 55. Intestabilis et consceleratus. *Plin.* l. 30. c. 2. *ad fin.* Ars magica intestabilis, irrita, inanis. et lib. 28. cap. 7. *extr.* Reliqua intestabilia, infanda. ¶ Ludit in ambiguo *Plaut. Curcul.* 1. 1. 30. et *Mil.* a. 5. v. 24. potest enim intestabilis dici etiam ὁ σπάδων.

INTESTĀTO. V. vocem sequent.

INTESTĀTUS, a, um, *without making a testament or will, intestate,* ἀδιάθετος, est non solum qui testamentum non fecit, sed etiam cujus ex testamento hereditas adita non est, ut *Paul. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 64. docet. Sed præcipue dicitur de eo, qui nullo facto testamento decessit. *Cic. Verr.* 4. 22. Mulier ita propinqua, ut etiam si intestata esset mortua, Epicratem, Bidinorum legibus, heredem esse oporteret. *Labeo* apud *Gell.* l. 1. c. 12. *extr.* Virgo Vestalis neque heres est cuiquam intestato, neque intestatæ quisquam. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 88. Nicenses, qui intestatorum civium suorum concessam vindicationem bonorum a divo Augusto affirmant. ¶ Ablativus *intestato*, et *ab intestato*, adverbii ritu, est, nullo testamento facto, *intestate,* ἀδιαθέτως: sed posterius fere ad heredem refertur. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 40. Paterfamilias cum uxorem prægnantem reliquisset, mortuusque esset intestato. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 7. leg. 1. *ad fin.* Filia, quæ ab intestato patri heres fit. *Martian.* lib. 29. tit. 7. leg. 8. Ab intestato succedere. *Ulpian.* lib. 36. tit. 1. leg. 17. *extr.* Bonorum possessor ab intestato. ¶ Est præterea *intestatus*, cujus verbis fides non habetur, si *Nonio* est fides habenda cap. 4. n. 237. ubi hæc affert verba *Pomponii*: Ipsus cum uno servo senex intestato proficiscitur. ¶ Item nullis testibus convictus. *not convicted by witnesses. Plaut. Curcul.* 5. 3. 17. Hoccine pacto indemnatum atque intestatum me arripi? ¶ Et ὁ σπάδων. *emasculated, castrated.* Itaque in ambiguo jocatur *Id. Mil.* a. 5. v. 24. Si intestatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia. [† V. *Intestabilis.*]

INTESTĪNA, orum. V. *Intestinus.*

INTESTINARĬUS, ii, m. *one who wainscots or plasters buildings,* qui intestinum opus facit, λεπτουργός. *Imp. Constantin.* lib. 13. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 2. Intestinarii, statuarii, musivarii.

INTESTĪNUS, a, um, *internal, inward, intestine,* ὁ ἔνδοθεν, interior, internus, intimus: ab *intus. Cic.* 4. *Acad.* c. 15. *a med.* Nihil ut esset, qui distingueretur tremor ille, et pallor, neque ut quidquam interesset inter intestinum, et oblatum. *Id.* 3. *Verr.* c. 15. Occultum, intestinum, ac domesticum malum. *Id.* 2. *Catil.* c. 13. Bellum intestinum ac domesticum. *intestine, civil. Liv.* l. 4. c. 52. *sub fin.* Nihil eo biennio intestini externive incommodi fuit. *Sulpic. ad Cicer.* 4. *Fam.* ep. 5. Intestinus dolor. *Justin. c. ult.* l. 20. Intestina discordia. *domestic, civil, intestine. Curt.* l. 6. c. 7. Intestino facinore peti. *a secret and domestic conspiracy.* Sic lib. 9. c. 6. *ad fin.* Intestina fraus. ¶ *Intestinum opus* est, quod sub tecto, et intra domum subtiliore, et elegantiore artificio fit, præsertim e ligno, *the plastering, and wainscotting, or inner wood-covering of a wall,* λεπτουργία. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 1. *sub fin.* Cum villam haberes opere tectorio, et intestino, ac pavimentis nobilibus lithostrotis spectandam. *Plin.* l. 16. c. 42. Abies valvarum repagulis, et ad quæcumque libeat intestina opera aptissima. *Vitruv.* l. 4. c. 4. Intercolumnia pluteis marmoreis, sive ex intestino opere factis intercludantur. *Id.* l. 5. c. 2. Præcingendi sunt parietes medii coronis ex intestino opere, aut albario. *cornices of wood, or stucco.* ¶ *Intestinum, i,* et *Intestina, orum,* sunt interanea, h. e. ductus cibi, et excrementorum in ventre animalium, qui a ventriculo alimenta excipiunt, et longis anfractibus per inferna dejiciunt, *the intestines, guts, bowels,* ἔντερα, ἐντόσθια. Differunt a visceribus (apud Medicos) quæ in superiore parte usque ad ventriculum locum habent. *Lucret.* l. 4. v. 114. animalia sunt tantula, eorum Tertia pars nulla ut possit ratione videri: Harum intestinum quodvis quale esse putandum est? *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. Reliquiæ cibi depelluntur, tum adstringentibus se intestinis, tum relaxantibus. *Id.* 7. *Fam.* ep. 26. Cum decimum jam diem graviter ex intestinis laborarem. *was disordered in my bowels. Plaut. Cas.* 4. 3. 6. Mihi inanitate jamdudum intestina murmurant. et *Men.* 5. 5. 26. Quando esurio, intestina tum crepant. ¶ Intestinorum nomina, apud *Celsum* l. 4. c. 1. sunt *jejunum, tenue, cæcum*: deinde quod Anatomici *colon* vocant, late fusum atque sinuatum: postremo loco *rectum. Jejunum* inde nomen habet, quia nunquam quod accepit, continet, sed protinus in inferiores partes transmittit: *cæcum*, quia ab altera parte non est pervium: *rectum* dicitur a figura. Anatomici plura intestina faciunt, quæ persequi non est nostri muneris. ¶ Intestinum medium apud *Cicer.* 2. *de nat. deor.* c. 55. est μεσεντέριον, seu μεσάραιον, h. e. membrana in mediis intestinis sita, de qua V. Anatomicos. *the mesentery.* ¶ *Intestinus, i,* m. usurpatum fuit a *Varrone* (V. *Hydragogia*) teste *Non* c. 3. n. 114. et præterea *Harduin.* ex MSS. ita legit locum *Plinii* l. 11. c. 37. *Sect.* 78. Sanguine carentibus intestinus ab ore incipit, et quibusdam eodem reflectitur, ut sæpiæ, polypo. In homine adnexus infimo stomacho, similis canino, &c.

INTESTIS, is, ὁ σπάδων. Tribuitur *Arnobio* l. 5. pag. 160. ubi al. leg. *investis. Salmas. in not.* ad *Tertull. de Pall.* c. 3. intestes ait appellatos Gallos Matris deum.

INTEXO, is, xui, xtum, a. 3. *to inweave, interweave, interlace, plait, embroider,* ἐνυφαίνω, in aliqua re texo, implico, innecto, contexo. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 577. Purpureasque notas filis intexuit albis. *Plin.* l. 8. c. 48. *a med.* Diversos colores picturæ intexere. *to embroider. Virg. Ecl.* 2. v. 49. casia, atque aliis intexens suavibus herbis, Mollia luteola pingit vaccinia caltha. *intermixing, plaiting.* et *Ecl.* 5. v. 31. Et foliis lentas intexere mollibus hastas. *Id.* 2. *Georg.* v. 221. lætis intexit vitibus ulmos. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Pros.* v. 128. lilia fuscis intexit violis. ¶ Pro simplici texo, contexo. *Plin.* l. 10. c. 33. Acanthyllis nidum ex lino intexens. ¶ Pro assuere, *Ulpian. Dig.* lib. 10. tit. 4. leg. 7. Si purpuram vestimento intexueris. ¶ Translate *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 5. Nec tua præter te chartis intexere quisquam Facta queat. *h. e.* describere. *Petron. in Satyr.* c. 118. Ut quisque versum pedibus instruxit, sensumque teneriorem verborum ambitu intexuit, putavit se continuo in Heliconem venisse. ¶ Pro immiscere, inserere, *to insert, introduce, intermingle. Cic. in Partit.* c. 4. Cum parva magnis, simplicia conjunctis, obscura dilucidis, læta tristibus inteximus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 16. Aliquid in causa prudenter intexere. *Id. Attic.* 13. ep. 12. Scis, me ante orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, ut Varronem nunquam possem intexere. *introduce as a speaker.*

INTEXTUS, us, m. *an interweaving. Plin.* l. 2. c. 8. Æterna est cælestibus natura, intexentibus mundum, intextuque concretis.

INTEXTUS, a, um, *inwoven, interwoven, interlaced,* intus textus, in aliqua re textus. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 47. Chlamys purpurea, coloribus variis intexta. *wrought, interwoven, embroidered. Sueton. in Ner.* c. 50. Stragula alba, auro intexta. *Ovid. Metam.* 6. v. 166. intextum vestibus aurum. *embroidered. Virg. Georg.* lib. 3. v. 25. Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. *h. e.* intexti in ipsis aulæis. *interwoven, represented upon the curtains. Lucan.* l. 5. v. 517. domus sterili junco, cannaque intexta palustri. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. Venæ, et arteriæ crebræ, multæque toto corpore intextæ. *intermingled, interlaced. Virg.* 10. *Æn.* v. 785. Opus tribus tauris intextum. *h. e.* scutum triplici taurino corio contextum. *the texture of the shield covered with three bulls' hides. Claudian. de IV. cons. Honor.* v. 605. Liber Erythræis intextus nebrida gemmis. *h. e.* nebrida habens gemmis intextam. *et in nupt. Honor. et Mar.* v. 167. diadema gravibus baccis intextum. *Id. in epithal. Pallad. et Celer.* v. 2. Antrum intextum vitibus.

INTIMATĬO, onis, f. *an intimation, insinuation,* denunciatio. *Martian. Capell.* l. 9. *post princ.* pag. 304. Doctæ intimationis excursus. *Imp. Antonin.* lib. 9. *Cod.* tit. 40. leg. 1. Si reus post intimationem suam fuerit defunctus.

INTIMĀTOR, oris, m. qui aliquid introducit, atque insinuat. *Capitolin. in Pertinace,* c. 10. Velut stultum intimatorem nonnullarum rerum reprehendebat.

INTIMĀTUS, a, um, *made known, proclaimed, proposed,* edictus, propositus, insinuatus. *Spartian. in Ælio Vero, c. ult.* Quod contrarium est his, quæ de adoptionis pœnitentia per auctores plurimos intimata sunt. *Trebell. Poll. in Gallien.* c. 16. Hæc vita Gallieni fuit, breviter a me litteris intimata. *Imp. Justinian.* lib. 1. *Cod.* tit. 2. leg. 19. Ut donationes, licet minus in actis intimatæ essent, tamen valerent. *h. e.* insertæ, *registered, inserted. Arnob.* l. 5. pag. 180. Unde est vobis cognitum, vel unde intimatum?

INTĪME, *within, inwardly, internally,* ἐνδοτάτω, intrinsecus, intus. *Apul.* l. 2. *Metam.* Si te meus igniculus afflaverit, ureris intime. *Id.* l. 2. *de dogm. Plat.* Summus deorum cuncta hæc comperta intime providæ ordinationis constantia regit. ¶ Refertur ad amicitiam et familiaritatem. *Nep. in Attic.* c. 5. Utebatur intime Q. Hortensio. *was on terms of close intimacy with. Apul. in Apolog.* Arcto contubernio intime junctus. ¶ Enixe, vehementer, ex animo. *Cic. Q. Fr.* c. 2. ep. 2. l. 1. Quem scribis certissimum matricidam tibi a me intime commendari. *strongly recommended.*

INTIMĪDE, adverb. *fearlessly,* non timide. *Ammian.* l. 26. c. 6. (*al.* 17.) Huic intimidius incedenti nec resistebat populus, nec favebat. *Hadrian. Valesius* exponit, valde timide, ut *in* augeat.

INTĬMO, as, avi, atum, a. 1. intimum reddo, insinuo, introduco, infundo. *Solin.* c. 32. (*al.* 45.) *ante med.* Nilus mari intimatur. *runs into.* et cap. 5. (*al.* 11.) Quantam sui partem gurgiti intimaverit, tantam it perditum. *has sunk. Apul. de Mundo, sub init.* Ut cum ipsius intervalli conditione a mundi vicinia Natura nos secretos esse voluisset, immensitati tamen ejus cogitationum nos pernicitas intimaret. ¶ Item immittere, adigere. *Tertull. de habit. mul.* c. 5. *ad fin.* Nullus bidens aurum demergit in terram: nullus clavus argentum intimat tabulis. ¶ Translate *Id. advers. Valentin.* c. 17. Imaginem aliquam imbibere, et sibi intimare. *h. e.* intimum animum inducere, et altius imprimere. ¶ Sæpe est docere, significare, indicare, et quasi in intimos sensus inducere, *to make known, explain, notify,* apud sequioris ævi Scriptores. *Symmach.* l. 10. ep. 33. (*al.* 40.) Prædecessor meus perennitati vestræ rationem dicitur intimasse. *Sidon.* l. 7. ep. 20. Qui, quid negotii ferat, præsentaneo compendiosius potest intimare memoratu. *Jul. Firmic.* l. 8. c. 5. Breviter tibi promissi operis intimabo decreta. *Imp. Leo* lib. 8. *Cod.* tit. 54. leg. 30. Donationem suam apud magistratum intimare. *Impp. Theodos. et Valent.* lib. et tit. 10. *leg. ult.* Rerum nobis notitia intimetur. Adde *Martian. Capell.* l. 6. pag. 192. et lib. 7. pag. 236. *Spartian. in Julian.* c. 2. et *Prudent.* περὶ στεφ. 14. *de S. Romano,* v. 1111. ¶ Item edicere, indicere. *Imp. Constantin.* lib. 14. *Cod. Theodos.* tit. 3. leg. 1. Cunctis pistoribus intimari oportet, quod si quis, &c. *to proclaim, intimate, signify.* Sic *Impp. Honor. et Theodos. ibid.* lib. 15. tit. 3. *leg. ult.* Quam legem provinciarum judicibus intimari conveniet.

INTĬMUS, a, um, *innermost, inmost, furthest within, interiour,* ἐνδότατος, qui maxime intus est, internus, reconditus: superlat. ab *intra,* ut *extimus* ab *extra. Massur. Sabin.* apud *Gell.* l. 10. c. 15. Tunica intima. *a shirt, waistcoat, doublet. Cic.* 6. *Verr.* c. 45. In eo sacrario intimo fuit signum Cereris perantiquum. *h. e.* in intima sacrarii parte. *in the most secret part. Id. Fam.* 13. ep. 29. *circa med.* Abdidit se in intimam Macedoniam. *in the interiour of Macedonia. Plaut. Trucul.* 2. 7. 41. Traxit ex intimo ventre suspirium. *from the bottom of his breast. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 65. Ranis lingua prima cohæret, intima absoluta a gutture. *h. e.* interior linguæ pars. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 5. Penitus ex intima philosophia hauriendam juris disciplinam putas. *from the depths of philosophy.* et *Verr.* 2. c. 6. *extr.* Ad intima alicujus consilia pervenire. *most secret.* ¶ Refertur sæpe ad amicitiam et familiaritatem. *Nep. in Alcib.* c. 5. Cum in intimam regis amicitiam pervenisset. *had become one of the inmates or intimate acquaintances of the king.* et in *Attic.* c. 12. Intima familiaritate conjunctus Cæsari. *on terms of strict intimacy. Cic.* 2. *Catil.* c. 5. Qui se non intimum Catilinæ esse fateatur. *Nep. in Dion.* c. 1. Erat intimus Dionysio priori. *intimate, familiar. Cic. Attic.* l. 4. ep. 16. Itaque in intimis est meis, cum antea notus non fuisset. *Id. Fam.* 13. ep. 27. M. Æmilius unus est ex meis familiarissimis atque intimis. *one of my most intimate friends. Terent. Eun.* 1. 2. 47. Tute scis, quam intimum habeam te, et mea consilia ut tibi credam omnia. *Id. Andr.* 3. 3. 44. Davus, qui intimus est eorum consiliis. *is intimately acquainted with their designs. Plaut. Mil.* 2. 1. 30. Facere se intimum apud aliquem.

INTINCTĬO, onis, f. actus intingendi. *Tertull.* de Baptismo usurpat, *de Pœnit.* c. 2. 6. et 7. *Baptism.* Sic intinctionem secundam, martyrium intelligit, *de Patient.* c. 13. *a med.* Adde *Hieronym.* ep. 4. (*al.* 125.) *ad Rusticum.*

INTINCTUS, *dipped, moistened,* βαπτός, tinctus, madefactus, imbutus. *Vitruv.* l. 2. c. 5. Intinctus in aqua. *Id.* l. 8. c. 2. *extr.* Sapor (*aquæ*), et odor, et color intinctus, et commixtus propter naturæ raritatem. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 260. Faces intinctæ sanguine. *Cels.* l. 2. c. 24. Oleæ aceto intinctæ. *Plin.* l. 28. c. 17. *a med.* Sevum oleo intinctum. *Tertull. de Pœnitent.* c. 6. *ad fin. intinctus* est baptizatus. ¶ Item conditus, condimento imbutus. *seasoned. Ovid.* 2. *Fast.* v. 634. Nutriat intinctos missa patella cibos. *Al. rectius leg.* Nutriat incinctos missa patella Lares.

INTINCTUS, us, m. *sauce, seasoning, brine, pickle,* ἔμβαμμα, condimentum liquidum, jusculum, quo intinguntur cibi saporis gratia. *Plin.* l. 20. c. 7. *a med.* Oxypori obolis asperitatem, addito dulci, ad intinctum aceti temperantes. et cap. 9. Vel cum his trita sorbenda est brassica, vel ex hoc intinctu sumenda. *Id.* l. 15. c. 29. Eadem origine aprorum sapor commendatur, plerumque ad intinctus additis myrtis.

INTINGO, *et* Intinguo, is, nxi, nctum, a. 3. *to dip, wet, moisten,* ἐμβάπτω, in aliqua re tingo, madefacio. *Quintil.* l. 10. c. 3. *ad fi.* Quoad intinguntur calami, morantur manum. ¶ Refertur ad cibos, qui intinctu condiuntur. *Cato R. R.* c. 156. Brassicam si crudam edes, in acetum intinguito. *Plin.* l. 20. c. 17. *circa med.* Anisum omnibus, quæ condiuntur, quæque intinguntur, desideratum.

INTOLERABĪLIS, le, *not to be borne, intolerable, insurmountable,* ἄτλητος, δύσοιστος, qui ferri et tolerari non potest, intolerandus, non ferendus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 50. *extr.* Intolerabilis odoris fœditate insectantes depellunt. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 45. Intolerabile frigus. *Id.* 4. *Acad.* c. 8. Intolerabilis dolor. *Liv.* l. 1. c. 53. Intolerabilis sævitia. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 59. Intolerabiles sumptus. *Cic. in Orat.* c. 65. *extr.* Intolerabile vitium est. et cap. 8. Verba dura, odiosa, intolerabilia. *Id. Fam.* 3. ep. 7. Intolerabilia tributa exigere. et lib. 4. ep. 3. Multo intolerabiliorem futurum. *Juvenal.* sat. 6. v. 459. Intolerabilius nihil est,

quæ femina dives. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 13. Mihi cum omnia sunt intolerabilia ad dolorem, tum maxime, quod, &c. ¶ Active est intolerans. *impatient. Afran.* apud *Non.* c. 2. n. 135. Quod si fecissem id sæpius, didicisset is ferre, et non esset intolerabilis.

INTOLERABILITER, adverb. *intolerably*, ita ut ferri non possit. *Colum.* l. 1. c. 4. *ad fin.* Sed frigoribus hiemis intolerabiliter horrent.

INTOLERANDUS, a, um, *not to be borne or endured, intolerable, insufferable*, intolerabilis. *Cic. in Vatin.* c. 9. Intolerandus tyrannus. *Liv.* l. 22. c. 1. Intoleranda frigora. *Cic.* 6. *Verr.* c. 35. *ad fin.* Res indigna atque intoleranda. *not to be brooked. Id.* 1. *Agrar.* c. 5. Omnium rerum infinita atque intoleranda licentia. *Id. pro Font.* c. 16. Immanis atque intoleranda barbaria. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 13. Perniciosa atque intoleranda potentia. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 26. Intolerandus tam longi itineris labor. *Id.* 12. *Ann.* c. 10. Dominatio nobilitati plebique juxta intoleranda. *Gell.* l. 10. c. 12. Multa vana atque intoleranda auribus. *Sallust. in Catil.* c. 61. Res fœdæ atque intolerandæ. et cap. 10. *extr.* Crudele intolerandumque factum. ¶ *Intolerandum* adverbii more *Gell.* l. 17. c. 8. Aula, ut video, intolerandum fervit.

INTOLĔRANS, antis, *unable to bear, intolerant*, δυσανάσχετος, qui tolerare non potest, impatiens. *Liv.* l. 9. c. 18. Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit. *knew less how to controul himself.* et lib. 10. c. 28. Corpora intolerantissima laboris atque æstus. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 80. Superbia viri, æqualium quoque, adeo superiorum, intolerantis. et lib. 2. *Ann.* c. 75. Omnium, quæ ultionem morarentur, intolerans. ¶ Item intolerandus. *intolerable. Tacit.* 11. *Ann.* c. 10. Vir ingens gloria, atque eo ferocior, et subjectis intolerantior. et lib. 3. c. 45. Quanto intolerantior servitus iterum victis. (Utroque loco *Grotius* malebat *intoleratior.*) *Flor.* l. 4. *c. ult. circa med.* Nihil insultatione Barbarorum intolerantius fuit. *Gell.* l. 13. c. 8. Nihil posse fieri indignius, atque intolerantius, quam quod homines ignavi, &c. *Liv.* apud *eund.* l. 19. c. 7. Curis intolerantibus.

INTOLERANTER, *intolerably, immoderately, excessively*, δυσανασχέτως, intolerabiliter. *Cic.* 2. *Tusc.* c. 9. *extr.* Intoleranter dolere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 52. Intolerantius se jactare. *et in Vatin.* c. 12. Intolerantissime gloriari. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 51. Intolerantius Gallos insequentes legio tardavit.

INTOLERANTĬA, æ, f. *insolence, insufferable pride, intolerableness*, ἀδυνατία, impotentia, insolentia, superbia quæ ferri, ac tolerari non potest. *Cic. pro Cluent.* c. 40. *sub fin.* Quis eum cum illa superbia atque intolerantia ferre potuisset. *Id.* 2. *Agrar.* c. 13. Perspicite quanta potestas permittatur: non privatorum insaniam, sed intolerantiam regis esse dicetis. *Sueton. in Tiber.* c. 51. Acerbitas et intolerantia morum. ¶ Item impatientia. *impatience. Gell.* l. 17. c. 19. *ad fin.* Intolerantia, cum injurias, quæ sunt ferendæ, non toleramus, neque ferimus.

INTOLERĀTUS, a, um. Intoleratus æger apud *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 19. *sub fin.* est nullis cibis recreatus.

INTOLLO, is, a. 3. extollo, ut clamores absonos intollere, *Apul.* l. 8. *Metam.*

INTONĀTUS, a, um, particip. ab intono. *Horat. Epod.* 2. v. 51. Si quos Eois intonata fluctibus Hiems ad hoc vertat mare. *h. e.* procellosa tempestas in Eoum mare cum tonitru et ventis immissa. *a thunder-storm.*

INTONDĔO, es, ondi, onsum, a. 2. *to clip off*, κείρω, tondeo. *Colum.* l. 11. c. 3. *ante med.* Et fibrarum summas partes intondeas.

INTŌNO, as, ui, *raro* avi, n. 1. *to thunder loudly*, idem quod tono, aut valde tono. *Cic. in Mario*, l. 1. *de Divin.* c. 47. Partibus intonuit cæli Pater ipse sinistris. *Virg.* 2. *Æn.* v. 693. subitoque fragore Intonuit lævum. *it thundered on the left.* et lib. 1. v. 94. Intonuere poli. et lib. 8. v. 527. iterum atque iterum fragor intonat ingens. *Non.* c. 4. n. 258. leg. *increpat:* alii, fragor intonat aures. *Sidon.* l. 9. ep. 14. Præparare aures fragoribus intonaturis. *h. e.* plausibus, qui personabunt. ¶ Translate dicitur de quovis sono ac voce vehementiore. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 78. *Burm.* Consonuere cornicines funebri strepitu: unus præcipue servus tam valde intonuit, ut, &c. *blew a blast so loud. Senec. in Agam.* v. 328. Chelys nil acre velim, magnumque modis intonet altis. *Plin.* l. 8. c. 40. Intonuit ingenti latratu canis. *bayed aloud. Virg.* 7. *Æn.* v. 515. Contremuit nemus, et silvæ intonuere profundæ. *resounded, rebellowed. Valer. Flacc.* l. 2. v. 365. magnis cum fratribus Eurus Intonat Ægæo. *blows aloud, roars across the Ægean. Paulin. Nolan.* carm. 21. (*al.* 13.) v. 903. Cum suscitandis mortuis Cœlo tuba intonaverit. *swells the loud trump that wakes the dead.* ¶ Et præsertim de eo, qui impetu quodam, clamoseque loquitur, ut fit in ira, aliove animi impetu. *Cic. pro Mur.* c. 38. Jam hesterna concione intonuit vox perniciosa tribuni. *Liv.* l. 3. c. 48. Cum hæc intonuisset plenus iræ. *had thundered out these words. Ovid.* 1. *Amor.* el. 7. v. 45. Nonne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ, Nec nimium rigidas intonuisse minas? *Propert.* l. 2. el. 1. v. 39. Phlægræos Jovis Enceladique tumultus Intonet angusto pectore Callimachus. *Senec. in Agam.* v. 544. Furibundum intonat, superasse nunc se pelagus atque ignes. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 1. Claudius cælibi vitæ intonans. *h. e.* invehens. Alii aliter leg. *Val. Flacc.* l. 3. v. 168. Occupat os barbamque viri, clavaque superne Intonat. *h. e.* quasi tonitru, et fulmine, sonantes ictus infligit. Al. leg. *clavamque*, et est, clavam intentando inclamat, et tonanti voce percellit.

INTONSUS, a, um, *unshorn, with the hair uncut*, ἄκουρος, non tonsus. *Accius* apud *Cicer.* 3. *Tuscul.* c. 26. Scindens dolore identidem intonsam comam. *Horat.* epod. 15. v. 9. Intonsi capilli. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 655. intonsum caput. *Virg.* 9. *Æn.* v. 181. ora intonsa. *h. e.* nondum rasa. Sic *Curt.* l. 8. c. 22. *a med.* Mentum intonsum. *unshaven. Colum.* l. 7. c. 3. Intonsæ oves. *unshorn, unclipped. Virg. Ecl.* 5. v. 63. Intonsi montes. *h.e.* nemorosi, et incædui. *woody. Id.* 9. *Æn.* v. 681. quercus intonsa cælo attollunt capita. *h. e.* frondosa. *leafy. Stat.* l. 4. silv. 7. v. 10. intonsa myrtus. *not pruned, luxuriant.* ¶ Sæpe dicitur de antiquis Romanis, qui cum nullis dediti deliciis essent, ne comam quidem tondebant: unde et *hirsuti* dicti sunt. *Plin.* l. 7. c. 59. Tonsores in Italiam venere post R. C. anno CCCCLIV. antea intonsi fuere. *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 34. et *Ovid.* 2. *Fast.* v. 30. Intonsi avi. *unshorn, unshaven, rough.* et lib. 6. v. 264. intonsi regia magna Numæ. ¶ Et universim de incultis hominibus, et pauperem asperamque vitam agentibus. *rude, uncivilized, savage. Liv.* l. 21. c. 32. *de Alpinis incolis.* Homines intonsi et inculti. *Tibull.* l. 1. el. 8. v. 16. Cilices. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 2. Getæ. ¶ *Intonsus deus* est Apollo. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 1. v. 60. et *Propert.* l. 3. el. 11. v. 52. ¶ Cum accus. Græco more. *Sil.* l. 15. v. 674. Rhodanique comas intonsa juventus.

INTORQUĔO, es, orsi, ortum, a. 2. *to twist, writhe, bend*, ἐπιστρέφω, idem quod torqueo, contorqueo, inflecto. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 66. Mentum in dicendo intorquens. *Virg.* 4. *Georg.* v. 451. Ardentes oculos intorsit lumine glauco. *rolled. Plin.* l. 19. c. 16. *sub fin.* Debet intorqueri caulis, ut caput validius fiat. *Claudian. in* 11. *consul. Stilich.* v. 363. Intorquere clavum. *Colum.* l. 5. c. 10. *a med.* ramulos. *Val. Flacc.* l. 8. v. 287. Intorquere undas remis. *Lucret.* l. 6. v. 123. Cum subito validi venti collecta procella Nubibus intorsit se se. *h. e.* se involvit, et induit. *Auct. de B. Hispan.* c. 38. Huc accedebat, ut etiam talum intorsisset. *had sprained his ankle.* ¶ Item jaculari, conjicere, vibrare. *to brandish, throw, cast, hurl*, quod torquendo brachio fit. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 7. Vereor, ne Pompeio quid oneris imponam, μή μοι Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου intorqueat. *Virg.* 2. *Æn.* v. 231. et tergo sceleratam intorserit hastam. et lib. 10. v. 322. et lib. 11. v. 637. Intorquere jaculum, hastam alicui. *h. e.* in aliquem. et vers. 882. et *Senec.* epist. 45. *a med.* telum in hostem. ¶ Translate *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 36. Alternis versibus intorquentur inter fratres gravissimæ contumeliæ. *are thrown out by the brothers against each other. Sil.* l. 11. v. 342. Intorquere vocem diram. *to make a horrible noise.* [¶ Particip. *intorquendus* apud *Tacit. Ann.* l. 14. c. 36. Ita se ad intorquenda pila expedierat vetus miles.]

INTORTE, *crookedly*, contorte. *Plin.* l. et cap. 16. Bruscum intortius crispum, molluscum simplicius sparsum. *a knur or knot curled in a more winding or intricate manner.*

INTORTĬO, onis, f. *a twisting, curling*, contortio. *Arnob.* l. 3. pag. 108. Hos capillorum intortionibus crispulos.

INTORTUS, a, um, *twisted, twined, twirled, writhed*, εἰλιγματώδης, contortus, flexus, involutus. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 235. Intorti rudentes. *Petron. in Satyr.* c. 131. De sinu licium protulit varii coloris filis intortum. et cap. 80. et *Liv.* l. 25. c. 16. *ad fin.* Intorto circa brachium pallio, composui ad prœliandum gradum. *having wrapped or rolled. Horat.* l. 2. od. 13. v. 35. Angues intorti capillis Eumenidum. *entwined, wreathed. Val. Flacc.* l. 6. v. 563. et *Martial.* l. 8. epigr. 33. v. 19. Intorti capilli. *curled, frizzled. Liv.* l. 28. c. 30. *ad fin.* Navis repente intorta, in proram circumagebatur. *whirled round. Val. Flacc.* l. 4. v. 452. niger intorto turbine nimbus. ¶ Translate *Plaut. Cist.* 4. 2. 63. Intorta oratio. *intricate, perplexed, obscure, involved. Pers.* sat. 5. v. 38. Intorti mores. *h. e.* minus recti, pravi. *Plin.* l. 10. c. 29. Sonus concisus, intortus. V. *Luscinia.* ¶ Est etiam jactus, vibratus. *brandished, hurled, thrown, cast. Virg.* 10. *Æn.* v. 382. hunc, magno vellit dum pondere saxum, Intorto figit telo. *Sil.* l. 1. v. 304. verba ocius acer Intorto sancit jaculo.

INTRA, *within*, ἐντὸς, ἔντοσθι, in, intus, inter: præpositio regens accusativum: ab *in*, ut *citra* a *cis*, *ultra* ab *uls*, ut *Gell.* l. 12. c. 13. et *Prisc.* l. 14. pag. 991. *Putsch.* docent. Refertur sæpe ad locum. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 10. *a med.* Nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur. *Id. ad Brut.* ep. 18. Cum tantum resideat intra muros mali. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 3. Intra carceres stare. *Plaut. Merc.* 1. 2. 75. Ubi eam vidit? *Acanth.* Intus intra navim. *Cic. pro Sext.* c. 27. Antiochum intra montem Taurum regnare jusserunt. *h. e.* intra fines montis Tauri, ita ut cis eum montem transgredi non liceret. (V. *Liv.* l. et cap. 38.) *Flor.* l. 3. cap. 10. et lib. 4. c. 12. Intra ripam. *h. e.* in ulteriore ripa. *Cic.* 5. *Verr.* c. 89. Locus intra oceanum jam nullus est, quo, &c. *h. e.* in omnibus terris, quas ambit oceanus: quod est, in toto terrarum orbe. *Liv.* l. 5. c. 35. Intra Apenninum tamen se se tenuere. *h. e.* cis Apenninum transgressi non sunt, neque propius Romam accessere. *Cels.* l. 3. 18. Quidam phrenetici intra verba desipiunt: alii insurgunt, et violenter quædam manu faciunt. *h. e.* verbis tantum desipiunt, neque ulterius progrediuntur. *Plin.* l. 12. c. 21. Ea intra se consumunt Arabes. *h. e.* inter se ipsi consumunt, neque extra fines suos exportant: *amongst themselves; in their own country.* Et lib. 9. c. 51. *ad fin.* Torpedo intra se parit ova, in alium locum uteri transferens. *within itself.* et lib. 10. c. 42. Picæ meditantes intra se. *h. e.* secum ipsæ, *amongst themselves. Quintil.* l. 11. c. 3. Quæ intra nosmet ipsos componimus. *Plin. alter* l. 3. ep. 10. Præcipue cum affirmetis, intra vos futura, donec placeat emittere. *amongst yourselves, secret.* et *Flor.* l. 1. c. 3. Abstulit virtus parricidam, et facinus intra gloriam fuit. *h. e.* intra gloriæ fines: adhuc fuit gloriosum. *Plin.* l. 4. ep. 16. *a med.* Paulisper se intra silentium tenuit. *remained silent.* ¶ Sine casu. *Cels.* l. 7. c. 15. Pars, quæ intra, longior esse debet, quam quæ extra. *Colum.* l. 12. c. 43. *a med.* Vasa extrinsecus, et intra diligenter picata. *Petron. in Satyr.* c. 22. Idem tota intra, forisque familia fecerat. ¶ Refertur etiam ad motum ad locum. *Cic. pro Cæcin.* c. 8. Ingrediens intra finem ejus loci. *Id.* 2. *de Orat.* c. 34. *extr.* Nosse regiones, intra quas venias. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 32. *extr.* Qui intra fines suos Ariovistum recepissent. *Liv.* l. 34. c. 33. Compulsus intra mœnia hostis. *Plaut. Cistell.* a. 3. v. 19. Ferre aliquid intra limen. *Id. Trucul.* 1. 1. 23. Ea intra pectus se penetravit potio. ¶ Item ad tempus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 36. *extr.* Qui intra annos quatuordecim tectum non subiissent. *Plaut. Curcul.* a. 3. v. 77. Dimidiam partem nationum subegit solus intra viginti dies. *within twenty days. Tacit.* 2. *Ann.* c. 71. Quod dii me intra juventam præmaturo exitu raperent. *in the prime of life.* ¶ Sequente *quam. Liv.* l. 36. c. 10. Intra decimum diem, quam Pheras venerat. *h. e.* in spatio dierum decem, postquam venerat. *in not more than ten days after. Senec. de Tranquil.* c. 11. *a med.* Quem populus R. intra annum quam timuerat, spectavit. *Colum.* l. 12. c. 23. Intra quartum diem, quam de lacu sublatum est. ¶ *Gell.* l. 12. c. 13. multa disserit de sententia horum verborum *intra calendas:* et quidem ex vi verborum esse ait in ipsis calendis: ex consuetudine autem significare totum illud tempus, quod ante calendas futurum est. Utrum autem et ipsæ calendæ comprehendantur, non statuit: at ipsas quoque comprehendi, aperte significat *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 9. leg. 1. *circa med.* et *lib. ult.* tit. 16. leg. 133. Verba ejus priore loco sunt: Quod dicimus, intra dies centum bonorum possessionem peti posse, ita intelligendum est, ut et ipso die centesimo bonorum possessio peti possit: quemadmodum intra calendas, etiam ipsæ calendæ sint. *Plin.* l. 16. c. 25. *extr.* Deflorescunt omnia septenis diebus: quædam tardius, sed nulla pluribus bis septenis: omnia et intra VIII. Id. Jul. *h. e.* antequam ille dies elabatur. ¶ Ponitur et pro citra. *Liv.* l. 1. c. 43. Secunda classis intra centum, usque ad quinque et septuaginta millium censum instituta. *within or below the valuation of.* ¶ Translate *Cic. Fam.* 9. *epist. ult. sub fin.* Epulamur una non modo non contra legem, sed etiam intra legem, et quidem aliquanto. *h. e.* ut ne omne illud quidem mensæ inferamus, quod lex permittit, sed aliquanto minus. *less expensively than the sumptuary law allows.* et lib. 4. ep. 4. *a med.* Modice hoc faciam, aut etiam intra modum. *even less than moderately. Gell.* l. 12. c. 13. *a med.* Modice, idest cum modo æquo et pari: intra modum, minus quam modice, idest non ad ipsum modum, sed retro paululum, et citra modum. *Quintil.* l. 11. c. 3. Hortensii scripta intra famam sunt. *h. e.* sunt minora fama. *below his reputation as an orator. Flor.* l. 4. c. 11. *sub fin.* Cleopatræ pulcritudo intra pudicitiam Principis fuit. *h. e.* minus potuit, quam pudicitia. *was unable to affect the chastity of. Cels.* l. 3. c. 24. *ad fin.* Oportet carnis aliquid esse, intraque aquam manere. *h. e.* solam aquam bibere vino abdicato. ¶ Postposuit suo casui *Tacit.* 4. *Ann.* c. 48. Dum populatio lucem intra sisteretur. *should continue only as long as daylight lasted.*

INTRĀBĬLIS, le, *that may or can be entered*, qui adiri potest. *Liv.* l. 22. c. 19. *ad fin.* intrabile os amnis. Ita legit *Gronov.* cum aliis. Alii aliter.

INTRACTABĬLIS, le, *unmanageable, intractable, rough*, qui tractari non potest, durus, asper, indomabilis, ἀδάμαστος, ἀμεταχείριστος. *Senec. in Hippol.* v. 229. et 271. Tentemus animum tristem et intractabilem. *intractable, ungovernable, unmanageable, stubborn. Gell.* l. 18. c. 7. Domitius, cui cognomen Insano factum est, quoniam erat natura intractabilior, et morosior. *Senec.* ep. 25. Respice ætatem ejus jam duram et intractabilem: non potest reformari. *incorrigible. Virg.* 1. *Æn.* v. 343. genus intractabile bello. *not to be meddled with, fierce, invincible. Plin.* l. 19. c. 5. Pastinacæ virus intractabile est. *its bad taste cannot be removed or got rid of. Grat. in Cyneg.* v. 159. Ira intractabilis. *Virg.* 1. *Georg.* v. 211. Intracta-

bilis bruma. *hardly to be borne, rough, severe, inclement.* Sic *Justin.* l. 24. c. 4. Loca frigore intractabilia. *uninhabitable.* ¶ Apud *Gell.* l. 4. c. 15. *in fin.* quidam leg. *intrectabilis.*

INTRACTĀTUS, a, um, *untamed, not broken in, wild,* ἄδμητος, non tractatus, indomitus. *Cic. de Amic.* c. 19. Nemo est, qui non equo eo, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato et novo. *Grat. in Cyneg.* v. 134. intractatus decor. *h. e.* nativus, non arte elaboratus, nullo artificio politus. *Virgil. Æn.* 8. v. 205. Caci mens effera, ne quid inausum, Aut intractatum scelerisve, dolive fuisset, Quatuor tauros avertit. *h. e.* intactum a furtis suis. *unattempted, untried.*

INTRACTĬO, onis, f. *contraction. Plin.* l. 7. c. 12. *a med.* Rictum in loquendo, intractionemque linguæ, et sermonis tumultum piscator quidam reddidit. Al. leg. *contractionem.*

INTRĀHO, is, axi, actum, a. 3. *to draw on,* traho. *Apul.* l. 5. *Metam.* Sulcatos intrahens gressus. *Id. ibid.* l. 11. Sol inclinatus intrahebat vesperam. ¶ Apud *Festum* intrahere, est contumeliam intorquere.

INTRAMURĀNUS, a, um, qui est intra muros, urbanus. V. *Extramuranus.*

INTRANSITĪVE, *intransitively. Priscian.* l. 18. pag. 1134. [† *Putsch.*] Quæ habent passivam terminationem impersonalia, non possunt infinitis adjungi, ut *statur, curritur, sedetur,* et intransitive intelliguntur.

INTRANSITĪVUS, a, um, *intransitive,* non transiens. *Priscian.* l. 14. pag. 982. *Putsch.* Per intransitivam dicuntur elocutionem, id est non transeuntem ab alia ad aliam personam, ut *percurrit homo excelsus.*

INTRĀTUS, a, um, *entered,* nom. ex particip. passivæ significationis: ab *intro, as. Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 8. v. 56. Intrata est Superis quod domus una tribus. *Vellei.* l. 2. c. 105. Intrata protinus Germania. *Liv.* l. 21. c. 25. *a med.* Ubi rursus silvæ intratæ, tum postremos adorti, &c. *Sil.* l. 12. v. 323. Phœbo jam intrata sacerdos. *h. e.* afflata. *Sidon.* carm. 2. v. 147. cum bellua ferrum Ferret, et intratos exirent arma per armos. *h. e.* transfixos.

INTREMĬDUS. V. *Tremidus.*

INTREMISCO, is, n. 3. *to tremble, quake,* contremisco. *Cels. in præfat.* l. 7. *a med.* Manu stabili esse, nec unquam intremiscente. *Plin.* l. 2. c. 79. Terræ intremiscunt, sopito mari. *Id.* l. 8. c. 4. Elephas, vestigio hominis animadverso, priusquam homine, intremiscere insidiarum metu, circumspectare, &c.

INTRĔMO, is, mui, n. 3. *to tremble, quake, quiver,* idem quod tremo. *Cels.* l. 3. c. 3. Totum corpus intremit. *Virg.* 3. *Æn.* v. 581. intremere omnem murmure Trinacriam. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 180. subito genua intremuere timore. ¶ Transitive *Sil.* l. 16. v. 664. Hannibalem ecce senectus Intremit, aut ægros simulat mentita timores. Al. leg. *Hannibali.* Et l. 8. vers. 60. Intremuit regum eventus.

INTREMŬLUS, a, um, *tremulous,* tremens, tremulus. *Auson. in epitaph. Heroum,* 34. Intremulam baculo non subeunte manum.

[* INTREPĬDANS, antis, particip. a verbo inusitat. *intrepido,* idem ac intrepidus, non trepidans. *Inscript.* apud *Paulovich. Marmor. Macarens.* pag. 61. D. M. Licinia Prima, et Licinius Gerontius, Crescenti conjux, et filius adhuc intrepidantis ætatis patri .... hunc titulum posuerant.]

INTREPĬDE, adverb. *intrepidly, fearlessly, boldly,* ἀδεῶς, sine pavore, audacter. *Liv.* l. 26. c. 4. Postquam assuetudine quotidiana satis intrepide visum est fieri. *Gell.* l. 9. cap. 11. Progreditur intrepide modesteque obviam.

INTREPĬDUS, a, um, *intrepid, fearless, bold, undaunted, unafraid, dauntless,* ἀδεής, non trepidus, impavidus, imperterritus. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 478. Pertulit intrepidos ad fata novissima vultus. *Val. Flacc.* l. 1. v. 503. non intrepidus genitor discrimine nati. *Tacit. Hist.* l. 1. c. 35. *extr.* Intrepidus minantibus, adversus blandientes incorruptus. *Justin.* l. 24. c. 4. Ptolemæus adventum Gallorum intrepidus audivit. *Gell.* l. 1. c. 11. *extr.* Intrepida modulatio. *Id.* c. 1. l. 19. Interritus intrepidusque. et cap. 12. *extr.* Tranquillus, intrepidus, immobilis. *Senec. in Hippol.* v. 593. Intrepida verba. *Curt.* l. 8. c. 11. *ad fin.* Saluti fuit, quod sensim, et intrepidi se receperunt. *without confusion. Tacit. in Agric.* c. 22. Ita intrepida ibi hiems, et sibi quisque præsidio. *h. e.* hiberna quieta ac tuta ab hostibus.

INTRIBŬO, is, a. 3. *to contribute,* εἰσφέρω, contribuo, confero, tributum solvo. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 35. Modo ne quid ideo intribuant.

INTRIBUTĬO, onis, f. *a contribution,* εἰσφορὰ, actus intribuendi, collatio, pensio, contributio. *Ulpian. Dig.* lib. 49. *tit. ult.* leg. 4. Nec ab intributionibus veteranos esse excusatos, palam est. et lib. 50. tit. 1. leg. 22. *extr.* Omnibus patrimonii intributionibus fungi debent. Adde *Arcad. ibid.* tit. 4. *leg. ult. a med.*

INTRICĀTUS, a, um, *entangled, hampered, perplexed, embarrassed,* impeditus, implicatus. *Plaut. Pers.* 4. 1. 9. Nunc ego lenonem ita hodie intricatum dabo, Ut ipsus se se, qua se expediat, nesciat.

INTRĪCO, as, avi, atum, a. 1. implico, involvo, *to embarrass, hamper, entangle, involve, intricate,* ἐμπλέκω: a tricis. *Afranius* apud *Non.* c. 1. n. 26. Ita intricavit hanc rem temeritas. *Ulpian. Dig.* l. 11. tit. 3. leg. 1. *in fin.* Is quoque deteriorem facit, qui servo persuadet, ut injuriam faceret, vel furtum, vel ut peculium intricaret. *Id.* lib. 15. tit. 1. leg. 21. Intricare peculium in necem creditorum. *h. e.* obligare, æri alieno subjicere: *to pledge, pawn. Cic. in fragm.* apud *Gell.* l. 6. c. 2. *extr.* Chrysippus æstuans laboransque, quonam pacto explicet, et fato omnia fieri, et esse aliquid in nobis, intricatur hoc modo.

INTRĪGO, inis, f. idem ac intertrigo. *Varr.* l. 4. *de L. L. ad fin.*

INTRIMENTUM, ti, n. *sauce, seasoning, pickle,* conditura ex rebus tritis, et in cibos condiendi gratia infusis. *Apul.* l. 10. *Metam.* Sapidissimis intrimentis succuum pulmenta condita.

INTRINSĔCUS, adverb. *on the inside, within, internally, intrinsically,* ἔσωθεν, in interiore parte: ab *intra,* et *secus,* qua notat juxta, prope. *Varr.* l. 2. *de R. R.* c. 11. Eam intrinsecus eadem re perungunt. *Colum.* l. 12. c. 43. Lata vasa intrinsecus et exterius crasse picari jubebat. *Id.* l. 8. c. 3. Aviaria intrinsecus et extrinsecus poliantur opere tectorio. *Lucret.* l. 6. v. 1145. Sudabant etiam fauces intrinsecus atro sanguine. *Sueton. in Aug.* c. 95. Immolanti omnium victimarum jocinora replicata intrinsecus ab ima fibra paruerunt.

INTRĪTA. V. vocem sequent.

INTRĪTUS, a, um, *crumbled, rubbed, bruised, pounded,* in aliqua re tritus. *Plin.* l. 24. c. 3. Glans intrita duritias cum salsa axungia sanat. *Id.* l. 30. c. 9. *extr.* Cantharides cum uva taminia intritæ. ¶ Item aqua, aliove humore mollitus, maceratus, subactus, *macerated, steeped, soaked, sopped. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. *in fin.* Panis triticeus intritus in aquam. et cap. 10. Hordeum intritum in aqua. *Plin.* l. 17. c. 10. *ante med.* Grandissimis baccarum tusis leviter, ne grana frangantur, eaque intrita reste circumlini, atque ita seri. ¶ Apud *Scribon. Larg. compos.* 201. *acetum intritum* est quod rebus contusis, et intritis infunditur. ¶ *Intrita, æ,* ὑπότριμμα, res aliqua intrita. *a mash, mixed mass composed of several ingredients. Plin.* l. 35. c. 14. *de confectione laterum.* Quin et intritam ipsam eorum, priusquam fingantur, macerari oportet. *loam, clay.* et lib. 36. c. 23. Intrita quo vetustior, eo melior. *mortar, slaked or slacked lime, mixed with water and sand; a cement used in building.* et lib. 17. c. 15. Atque ita ligatum insitum, intritaque illitum operire terra. *h. e.* luto paleis mixto, et subacto, ut ipse *sub fin. cap. præced.* et *Colum. de arborib.* c. 26. docent. *a kind of plaster used in engrafting trees. Colum.* l. 12. c. 55. Semen sinapis in mortarium conjicito, et pistillis conterito: cum contritum fuerit, totam intritam ad medium mortarium contrahito, et comprimito manu plana. *Phædr.* l. 1. fab. 26. v. 7. intrito cibo plenam lagonam posuit. *Plin.* l. 9. c. 8. *ad fin.* et *Cels.* l. 3. c. 19. *a med.* Intrita panis e vino. *a sop from wine; crumbs of bread steeped in wine. Cels. ibid.* c. 6. *a med.* Dari potest intrita ex aqua calida. *boiled bread, brewis,* fortasse, aut *pap, panado.* et *sub fin.* cap. 3. l. 4. Incipiendum erit a pulticula, vel intrita bene madida. *panado.* Docet *Donat. ad Terent. Phorm.* 2. 2. 4. a rusticis *intritam* vocari alliatum moretarium. V. *Moretum.* ¶ Dicitur etiam *intritum, i,* n. *Apul.* l. 11. *Metam.* Et insuper fluctus libant intritum lacte confectum. ¶ Denique *intritus* est non tritus, non fractus. *Colum.* l. 12. c. 49. Deinde intrita oliva novo fisco includitur, et prelo subjicitur. *h. e.* integra. [*Cæs. de B. Gall.* l. 3. c. 26. Eductis quatuor cohortibus, quæ præsidio castris relictæ, intritæ ab labore erant. Alii leg. *integræ.*]

INTRO, adverb. *into a place, within,* ἔσω, intus, servitque verbis motus ad locum: ab *in.* Frequentissimum est apud Comicos: et fere ad ædes refertur. *Plaut. Trucul.* 3. 2. 19. Sequere intro me, amabo. *into the house. Cic. Verr.* 3. c. 26. Cur ad nos filiam tuam non intro vocari jubes? *into our house.* [† V. *Introvoco.*] *Terent. Eun.* 5. 7. 2. Modo senex intro ad nos venit. *Plaut. Most.* 2. 2. 39. In hasce ædes pedem nemo intro tetulit. *hath set foot within. Id. Merc.* 2. 1. 20. Respondet, ni properem illam ab se se abducere, ad me intro domum ad uxorem ductum meam. *Id. Pseud.* 2. 2. 59. Huc quidem hercle haud ibis intro, ne quid harpax feceris. *Hirt. de B. Afric.* c. 88. Cum dormitum isset, ferrum intro clam in cubiculum tulit. ¶ Pro *intus. Cato R. R.* c. 157. Omnia sana facit, intro quæ dolitabunt. *Pallad.* l. 1. tit. 40. Ut sipilam miseris, intro stare non possit.

INTRO, as, avi, atum, a. 1. *to go into, enter, penetrate,* εἰσέρχομαι, intro eo, ingredior. *Cic. Phil.* 2. c. 27. Tu ingredi illam domum ausus es? tu illud sanctissimum limen intrare? *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 4. Cum pomœrium postea intrasset. *Id. pro Rabir. Post.* c. 8. Una reprehensio est, quod regnum intrarit. *Petron. in Satyr.* c. 139. Mulier quædam januam intravit. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 16. Cum equites intrare fumum et flammam densissimam timerent. *Virg.* 6. *Æn.* v. 59. Tot maria intravi, duce te. et lib. 8. v. 390. medullas intravit calor. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 11. Amnis intrans æquora. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 656. cultosque intravit in hortus. et lib. 7. v. 492. in portusque intrat amicos. *Cic. pro Dom.* c. 3. In Capitolium intrare non debuisti. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. Quo qui intraverant, &c. *Plin.* l. 6. c. 29. *a med.* Intravere eo arma Romana. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 8. Intrare intra præsidia. *Martial.* l. 11. epigr. 99. Intrare per rimas. *Hirt. de B. Afric.* c. 79. Ne hostes intrare ad se possent. *Phædr.* l. 5. fab. 9. Cum vix intrare posset ad præsepia. *make his way. Stat.* 5. *Theb.* v. 355. vultu galeas intrare soluto Non pudet. *h. e.* capiti inducere. ¶ Poetice dativum regit. *Val. Flacc.* l. 1. v. 590. mediis intrarent montibus undæ. *Sil.* l. 9. v. 289. discordia demens intravit cælo. et lib. 11. v. 473. Intrare ponto. et *Stat.* 1. *Theb.* v. 255. septis et turribus aureis intres. Adde *Sil.* l. 7. v. 464. dubia tamen lectione. ¶ Passive *Tacit.* 2. *Ann.* c. 5. Si mare intretur. et lib. 16. c. 25. Intrari curiam placebat. *Id.* 3. *Hist.* c. 20. Non, si pateant portæ, nisi explorato, nisi die, intrandum. ¶ Impersonaliter *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 17. Quo non modo intrari, sed ne perspici quidem possit. ¶ Interdum est aggredi. *to attack. Stat.* l. 6. *Theb.* v. 774. Sæpe etiam injustis collatum viribus hostem Ultro audax animis intrat, &c. ¶ Item penetrare, transfigere. *to penetrate, transfix, pierce. Martial.* l. 7. epigr. 26. Quem (*aprum*) meus intravit ingenti cuspide Dexter. et lib. 14. ep. 30. *de venabulis.* Intrabunt ursos, sit modo firma manus. ¶ Translate est se insinuare, penetrare. *Cic. Acad.* 4. c. 39. Nulla acies humani ingenii tanta est, quæ penetrare in cælum, terram intrare possit. *Id.* 5. *de Fin.* c. 16. Intrandum est igitur in rerum naturam, et penitus quid ea postulet, pervidendum. *Id. pro Flacc.* c. 16. Querendum est ergo de omni accusationis iniquitate, &c. propius accedo; nego esse ista testimonia, *&c.* intrabo etiam magis: qui gessit, non adest; &c. *I will go still further; I will examine it still more accurately.* et 2. *de Orat.* c. 25. *extr.* Definitio in sensum et in mentem judicis intrare non potest. *Id. Q. Fr.* l. et ep. 1. c. 5. Intrare penitus in alicujus familiaritatem. *to insinuate himself. Sil.* l. 1. v. 124. Intravit mentes superum. *h. e.* exploravit et intellexit consilia et voluntatem deorum. *Id.* l. 3. v. 697. Ecce intrat subitus vatem deus. *h. e.* invadit, impletque œstro ejus animum. *Tacit. in Agric.* c. 5. Intravit animum militaris gloriæ cupido. *Id.* 1. *Ann.* c. 39. Pavidos et conscientia vecordes intrat metus, venisse patrum jussu, &c. ¶ Ad forum et judicia aliquando pertinet. *Plin.* l. 5. ep. 4. Alio Senatu Vicentini sine advocato intraverunt. *appeared.* et lib. 6. ep. 31. A parte heredum intraverunt duo: omnino postularunt, &c. [¶ Particip. *intraturus, intrandus* apud *Liv.* l. 9. c. 36. Abhorrebat ab fide, quemquam Ciminios saltus intraturus. *Ibid.* Regio quæ intranda erat.]

INTROCĒDO, is, essi, essum, n. 3. *to enter,* introeo. *Apul.* l. 5. *Metam.* Post opimas dapes quidam introcessit, et cantavit invisus. et lib. 10. Super has introcessit alia visendo decore præpollens.

INTROCURRO, is, n. 3. *to run into,* curro intro, incurro. *Nov.* apud *Non.* c. 3. n. 92. Per fretum introcurrimus.

INTRODŪCO, is, xi, ctum, a. 3. *to bring or lead in, conduct within, introduce,* εἰσάγω, duco intro, induco. *Sallust. in Jug.* c. 12. Noctu milites introducit. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 5. Copias in fines hostium introducere. et lib. 3. *B. Civ.* c. 26. Eo naves introduxerunt. *Curt.* l. 6. c. 7. Operiens aliquem, quo introduceretur ad regem. *Plaut. Aulul.* 3. 3. 4. Etiam huc introduce, si vis, vel gregem venalium. ἀρχαϊκῶς, pro introduc. *Paul. Dig.* lib. 25. tit. 5. leg. 2. Introducere aliquem in possessionem. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 4. Philosophiam devocavit e cælo, et in urbibus collocavit, et in domos etiam introduxit. ¶ Translate *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 8. Non modo natum mundum introduxit, sed etiam pæne manu factum. *h. e.* docuit, posuit, mundum natum esse. *Id.* 4. *Acad.* c. 42. *sub fin.* Introducebat etiam Carneades, non quo probaret, sed ut opponeret Stoicis, summum bonum esse, frui, &c. *introduced as an opinion. Id. de Amic.* c. 1. Quasi ipsos introduxi loquentes. *Al. leg.* induxi. *Quintil.* l. 9. c. 2. *ante med.* Et nostros cum aliis sermones, et aliorum inter se introducimus. *Cic. Phil.* 11. c. 8. Introducere ambitionem in Senatum. ¶ Novum aliquid instituere, et in usum inducere. *Cic. fil. ad Tiron. Fam.* 16. ep. 21. Introducere consuetudinem. *Paul. Dig.* lib. 13. tit. 2. leg. 1. Si obligatio nova lege introducta sit. *Id.* lib. 9. tit. 4. leg. 26. Idem enim prætor introduxit, ne eluderetur actio. *Ulpian.* lib. 29. tit. 5. leg. 1. Ideo senatusconsulta introducta sunt de publica quæstione habenda.

INTRODUCTĬO, onis, f. actus introducendi, *an introduction,* εἰσαγωγή. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *ante med.* Noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum introductiones nonnullis judicibus pro mercedis cumulo fuerunt. *the bringing in, or introducing of, for criminal purposes.*

INTRODUCTOR, oris, m. *an introducer,* εἰσαγωγεύς, qui introducit. *Rufin.* l. 2. *invectivar. in Hieronym.* c. 7. Porphyrius, quem iste introductorem et instructorem ad logicam habere gloriatur.

[* INTRODUCTORĬUS, a, um, adject. *introductory,* qui introducit. Translate *Cassiodor. divin. lection.* c. 24. Post introductorios libros auctoritatem cum expositoribus suis sedula intentione curramus.]

INTRODUCTUS, a, um, *introduced,* inductus, invectus. *Cic. Filius ad Tiron.* l. 16. *Fam.* ep. 21. Introducta consuetudo.

INTROĔO, is, ivi, *et* ii, itum, n. 4. *to enter, go into*, εἰσέρχομαι, eo intro, ingredior. *Cic.* 5. *Phil.* c. 8. Ad urbem venturum, introiturum, quotiescumque vellet. *Id. Attic.* l. 7. ep. 7. Quod scribis in urbem introisse. et lib. 16. ep. 11. Ut etiam in Sicæ domum introeat. *Nepos in Alcib.* c. 7. Primus in Thraciam introiit. *Sallust. in Jug.* c. 74. In tabernaculum introit, epistolam sumit ac perlegit. *Cic. in Pison.* c. 23. Cum ego Cœlimontana porta introisse dixissem. *Sallust. in Catil.* c. 29. et *Terent. Hecyr.* 4. 1. 36. Introire ad aliquem. *to visit, go to see at his house.* ¶ Cum accusativo. *Cic.* 2. *Phil.* c. 28. An tu illa spolia cum aspexisti, domum tuam te introire putas? *Sueton. in Cæs.* c. 81. *sub fin.* Introiit Curiam. et cap. 18. Nisi privatus introisset urbem. et cap. 80. Consule theatrum introeunte. ¶ Cum ablat. et præposit. *Cato R. R.* c. 157. *sub fin.* Si polypus in naso introierit. ¶ Sequente infinito. *Terent. Hecyr.* 3. 2. 10. Tuus filius introiit videre, quid agat. ¶ Passive impersonaliter. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 63. Cum periculo introitur recenti apertione. *men enter. Cato R. R.* c. 66. Caveat, quam minimum in cellam introeatur. *Sallust. in fragm.* apud *Serv. ad Æn.* 10. v. 628. Castra sine vulnere introitum. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 5. Si in fundum alienum introitum sit. ¶ Translate *Cic. de Amic.* c. 4. Quem fuerat æquius, ut prius introieram, sic prius exire de vita. ¶ *Introiet* pro *introibit* habetur in *Dial. D. Hieron. in Lucifer.* sect. 5. *sub fin.* V. in fine verbi *Eo, is.*

INTROFĔRO, ers, tuli, latum, anom. a. *to bear or carry within, bring in*, infero, in aliquem locum porto, εἰσφέρω, εἰσκομίζω. *Cic.* 7. *Verr.* c. 13. Lectica in urbem introferri solitus est ad mulierem. *Liv.* l. 43. c. 7. Princeps eorum pedibus captus, lectica est introlatus.

INTROGREDĬOR, eris, essus sum, dep. 3. *to enter*, εἰσέρχομαι, introeo. *Virg.* 1. *Æn.* v. 524. Postquam introgressi, et coram data copia fandi.

INTROĬTUS, us, m. *a going or coming in, entrance*, εἴσοδος, actus introeundi, ingressus. *Cic. Phil.* 11. c. 2. Nocturnus introitus Smyrnam, quasi hostium in urbem. *Id. pro Dom.* c. 28. *a med.* Adventus meus, atque introitus in urbem. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* Sol in Geminos introitum facit. *et paulo post.* Sol introitum in Cancro facit. *Lucret.* l. 2. v. 407. introituque suo perrumpere corpus. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 31. Primo statim introitu. *Cic. pro Cæcin.* c. 13. *extr.* Aliquem introitu prohibere. *to prevent from entering. Plin.* l. 20. c. 9. *ad fin.* Introitum alicujus rei pellere. *h. e.* repellere quippiam ne introeat. *Plin. alter* l. 10. ep. 113. An qui deinde buleutæ leguntur, certum aliquid debeant pro introitu dare. *for their entrance. Sueton. in Claud.* c. 9. Sestertium octogies pro introitu novi sacerdotii coactus impendere. *Scæv. Dig.* l. 32. *leg. pænult. ad fin.* Militiam illam cum introitu comparari volo. *h. e.* cum pecunia, quæ pro introitu in militiam erogari solet. ¶ Est etiam aditus, seu locus, qua introitur. *an avenue, entry, passage, entrance. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Aures duros et quasi corneolos habere introitus. *Id.* 7. *Verr.* c. 31. Litus propter ipsum introitum atque ostium portus. *the mouth, entrance. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 2. Omnes introitus erant præclusi. *the passes.* et *Cic. pro Cæcin.* c. 8. Ad omnes introitus, qua adiri poterat in eum fundum, armatos homines opposuit. *Sueton. in Ner.* c. 48. Dum clandestinus ad villam introitus pararetur. *Plin.* l. 4. c. 12. *circa med.* In Euripo Euboico, primo fere introitu, quatuor insulæ, &c. *Id.* lib. et c. 12. Primo statim introitu amnis. *mouth.* ¶ Translate est principium, initium. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 18. Primus introitus fuit in causam fabulæ Clodianæ. *Id. pro Cœl.* c. 2. Mihi quidem videtur hic introitus defensionis adolescentia M. Cœlii maxime convenire. *this beginning, introduction, or entrance upon the defence of Cœlius. Plin.* l. 6. c. 27. *extr.* In introitu hujus operis.

INTROĬTUS, a, um, particip. pass. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 5. Quod se pulsatum verberatumve, domumve suam vi introitam esse dicat.

INTROJŬGUS, a, um. *Introjugus equus* in veteri tabula apud *Gruter.* pag. 337. in qua Dioclis, Circensium agitatoris, victoriæ enumerantur, est equus, qui sub jugum ab interiori parte junctus est. Legitur ibi: *duobus introjugis, Cotyno et Pompeiano, vivit: et introjugis tribus, Abigeio, Lucido, Parato:* et *Cotyno, Galata, Abigeio, Lucido, Pompeiano, introjugis quinque victor*, &c. quibus verbis et nomina equorum indicantur, et quo loco sub currum juncti essent. Numerus autem ipsorum equorum non significat duos, aut tres, aut quinque simul introjugos uno cursu adhibitos fuisse; sed duobus cursibus v. gr. primum Cotyno, deinde Pompeiano victoriam esse partam. Soli autem *introjugi* nominabantur, quamvis quatuor, aut sex sub currum irent, quia in his maximum erat victoriæ momentum, propter flexum metæ. V. *Salmas. in Solin.* ubi de quadrigis agit.

INTROMISSUS, a, um, *admitted, let in, introduced*, admissus. *Cic. pro Sull.* c. 18. *extr.* Ut cum prima luce consulem salutatum veniret, intromissus meo more, et jure amicitiæ, me in meo lectulo trucidaret.

INTROMITTO, is, isi, issum, a. 3. *to send in, let in, intromit*, εἰσπέμπω, mitto intro, immitto. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 11. Legiones, portis accensis, intromittit, atque oppido potitur. *Auct. de B. Hispan.* c. 34. Legatos ad Cæsarem mittunt, ut sibi legiones subsidio intromitteret. *Tacit. Ann.* 15. c. 61. *extr.* Intromisit ad Senecam unum ex centurionibus, qui necessitatem ultimam denuntiaret. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 2. leg. 4. Qui cum bestiis depugnandi causa in arenam intromissi sunt. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 12. Quatuor lepores intromittere in leporarium. *to shut in, enclose.* ¶ Sæpe est *to admit, allow to enter, receive into one's house*, εἰσδέχομαι, in domum admitto, recipio. *Terent. Eun.* 3. 1. 52. Phædriam comissatum intromittamus. *Plaut. Trucul.* 4. 2. 6. Nec quemquam interim istoc ad vos, qui sit odio, intromittam. et vers. 53. Quid si me jubeat intromittier? *paragoge.* et *Aulul.* 1. 2. 20. In ædes meas, me absente, neminem volo intromitti: atque etiam hoc prædico tibi: si bona Fortuna veniat, ne intromiseris. ¶ Aliquando est introducere, inducere. *Gell.* l. 19. c. 13. Verba, quæ a Laberio ignobilia nimis, et sordentia in usum linguæ Latinæ intromissa sunt. *have been introduced. Id.* l. 1. c. 13. Intromittere exemplum.

INTRORĔPO, is, n. 3. *to creep within or into*, rependo ingredior. *Apul.* l. 2. *Metam.* Repente introrepens mustela. et lib. 9. Fide tenebrarum contectus introrepere posset. ¶ Potest etiam divisim scribi.

INTRORSUM, *et* Introrsus, *inwards, inwardly, within*, introversus, h. e. versus interiora. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 18. Collis infimus apertus, ab superiore parte silvestris, ut non facile introrsus perspici posset. et lib. 7. c. 22. Introrsus reducere aliquid. *to draw in. Liv.* l. 10. c. 33. Cedunt primo, et hostem introrsum in media castra accipiunt. *Senec. de vita beata*, c. 3. Ista, quæ spectantur, foris nitent, introrsum misera sunt. *Sallust. in fragm.* apud *Serv. ad* 5. *Æn.* v. 373. Igitur introrsus prima Asiæ Bithynia est. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 25. Eo promptior Cæsar pergit introrsus, populatur, exscindit. *within the country.* et lib. 6. c. 33. Pulso introrsus freto, brevia litorum nudantur. [*Horat.* 1. *epist.* 16. v. 44. Sed videt hunc omnis domus, et vicinia tota Introrsus turpem.] ¶ Cum accus. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 8. Quantum introrsus Pontum, et Armenios patescit. *Al. leg.* in Pontum.

INTRORUMPO, is, upi, uptum, n. 3. *to break or burst into, break in, rush in, enter by force*, εἰσβάλλω, irruo, cum impetu introeo. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 49. Quod ea non posse introrumpere videbantur. *h. e.* per portas. Al. leg. *eas*, scil. portas, ut sit accusativus verbi. *Gell.* l. 15. c. 22. Cerva emissa in cubiculum Sertorii introrupit. *Terent. Eun.* 5. 6. 26. Cesso huc introrumpere? *Al. leg.* intro irrumpere. *Plaut. Mil.* 2. 5. 50. Introrumpam recta in ædes. *Gell. in fi.* cap. 4. l. 15. Parthos in Syriam introrumpentes tribus prœliis fusos. *making an irruption or inroad.*

INTROSPECTO, as, a. 1. *to introspect*, introspicere. *Plaut. Most.* 4. 2. 27. Quid volunt? quid introspectant? *Al. leg. divisim* intro spectant.

INTROSPICĬO, is, exi, ectum, a. 3. *to look in or into*, εἰσοράω, intro aspicio. *Cic. de Harusp. resp.* c. 15. Ne quis meorum imprudens introspicere possit domum tuam, tollam altius tectum. ¶ Translate est perspicere, diligenter considerare, animadvertere, *to examine, weigh, consider, observe attentively, view closely. Cic. pro Font.* c. 15. Inserite oculos in Curiam, introspicite penitus in omnes reipubl. partes. *Id. pro Sull.* c. 27. Penitus introspicite Catilinæ, Cethegi, ceterorumque mentes. *Id.* 2. *de Fin. c. ult.* Tute introspice in mentem tuam ipse: eamque omni cogitatione pertractans, percunctare ipse te, &c. *Tacit.* 11. *Ann.* c. 38. Tum primum fortunam suam introspexit. *Gell.* l. 17. c. 2. Si quis ea verba non incuriose introspiciat. *Tacit. Ann.* 1. c. 7. Ad introspiciendas etiam procerum voluntates. *to probe, search, discover.* ¶ Et simpliciter pro intueri, *to see, behold, gaze upon. Id.* l. 2. *Hist.* c. 20. Insita hominum natura, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introspicere.

INTROTRŬDO, is, a. 3. *to thrust in*, intrudo. *Cato R. R.* c. 157. Turundam introtrudito. *Al.* scribunt divisim *intro trudito.*

INTROVERSUS, introrsus. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 188. Quid sibi vult? quare fit, ut introversus, et ad te Spectent, atque ferant vestigia se omnia prorsus? *Horat.* eandem sententiam his verbis retulit l. 1. ep. 1. v. 74. quia me vestigia terrent Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum. ¶ Potest etiam divisim scribi *intro versus.*

INTROVOCĀTUS, us, m. *a calling in. Ammian.* l. 29. c. 1. (*al.* 6.) Primo introvocatu.

INTROVŎCO, as, a. 1. *to call in*, εἰσκαλέω, in domum advoco. *Liv.* l. 10. c. 24. *extr.* Priusquam introvocarentur ad suffragium Tribus. *Cic. Verr.* 3. c. 26. Cur ad nos filiam tuam non introvocari jubes? [†V. *Intro.*] [¶ Particip. *Apul.* 8. *Met.* pag. 539. *Oudend.* Introvocata Charite invadit, ac supersistit sicarium.] ¶ Potest etiam divisim scribi.

INTRŪDO, is, usi, usum, a. 3. *to thrust in, intrude*, εἰσωθέω, intro trudo, et quasi vi quadam. *Cic. pro Cæcin.* c. 5. Atque etiam se ipse inferebat et intrudebat. *obtruded himself; encroached.*

INTUBACĔUS, a, um, *of succory, cichoraceous*, qui est ex intubo. *Plin.* l. 27. c. 12. Intubacea folia.

INTŬBUS, *vel* Intybus, i, m. vel f. *vel* Intubum, *seu* Intybum, i, n. *cichory or succory, endive*, ἴντυβον, σέρις, herba eadem ac cichorea, ut *Servius* ait in 1. *Georg.* v. 120. Sed aliis herba est ex cichoriorum genere, radice capillata, quam vulgo vocant endiviam. *Plin.* l. 20. c. 8. Intubi quoque non extra remedia: succus eorum cum rosaceo, et aceto capitis dolores lenit. *Id.* l. 19. c. 8. Intubi hiemis patientiores; sed caule non minus grati. *Virg.* 4. *Georg.* v. 120. Quoque modo potis gauderent intuba rivis. *Colum.* l. 10. v. 110. et torpenti grata palato intyba. *Pompon.* apud *Non.* c. 3. n. 111. Rustici edunt libenter pædidos, tristes, acres intybos. ¶ Qui per *y* scribunt, Græcæ scriptioni adhærent: qui per *u*, Latinæ.

INTUĔOR, eris, itus sum, dep. 2. *to look steadfastly at, gaze upon, behold*, εἰσοράω, βλέπω, in aliquid oculos conjicio, aspicio, contuor. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 21. Tum ad mensam pueros delectos jussit consistere, eosque nutum ejus intuentes, diligenter ministrare. *Al. leg.* ad nutum. *Id. in Somn. Scipion.* c. 5. Intueri solem adversum nequitis. *Id. de Univ.* c. 10. In speciem rerum intuens. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 13. Dumque in ea intueberis, te continebis. *Id. de clar. Orat. c. ult.* Sed in te intuens, Brute, doleo. et 1. *de Orat.* c. 2. Mihi quidem in summos homines intuenti, visum est, &c. *Id. Fam.* 5. ep. 17. *ad fin.* Nec minus nostra sunt, quæ animo complectimur, quam quæ oculis intuemur. *Id. de Provinc. Consul.* c. 9. Intueor coram hæc ornamenta reipubl. *Id.* 1. *de Orat.* c. 40. *sub fin.* Huc atque illuc intuens. *Id. pro Planc.* c. 1. Cum intueor et contemplor unumquemque vestrum. *Id. in Orat.* c. 2. *extr.* Eam intuens, in eaque defixus. ¶ Translate *Id.* 1. *Tuscul.* c. 30. Mentis acies seipsam intuens nonnunquam hebescit. *Id.* 1. *de Orat.* c. 32. Commonens oratorem, quo quidque referat, et quo intuens, ab eo, quodcumque sibi proposuerit, minus aberret. *on which having his eye fixed.* et *Agrar.* 2. c. 28. Intentis oculis omnes reipubl. partes intueri. *to view, consider.* et 1. *de Orat.* c. 34. Intuendi nobis sunt non solum oratores, sed etiam actores. *Quintil.* l. 5. c. 10. Intuendum etiam quid affectet quisque, &c. *Nep. in Attic.* c. 9. *in fi.* Potius, quid se facere par esset, intuebatur, quam quid alii laudaturi forent. *kept his eye upon*, spectabat. *Cic. pro Planc. c. ult.* Quos enim ego tum alios animo intuebar? *had before my eyes? had in my mind?* et 5. *Tuscul.* c. 3. *sub fin.* Rerum naturam studiose intueri. *to observe, contemplate, study. Plin. in Paneg.* c. 55. Ac mihi intuenti in sapientiam tuam, minus mirum videtur, &c. ¶ Interdum est cum admiratione aspicere, admirari, suspicere. *to look up to with regard or admiration. Cic. pro Leg. Manil.* c. 14. Pompeium, sicut aliquem, non ex hac urbe missum, sed de cælo delapsum intuentur. *Liv.* l. 37. c. 54. *circa med.* Genus humanum vestrum numen imperiumque, juxta ac deos immortales, jampridem intuetur. *Petron. in Satyr.* c. 85. Ut me mater præcipue, tanquam unum ex philosophis intueretur. ¶ Pro versum esse, prospectum habere, *Plin.* l. 5. ep. 6. *circa med.* Cubiculum, quod hippodromum, vineas, montes intuetur. ¶ Passive *Ammian.* l. 23. c. 5. (*al.* 13.) Hoc modo contacta loca nec intueri, nec calcari debere. ¶ Divisit per tmesim *Lucret.* l. 4. v. 713. Nenu queunt rapidi contra constare leones, Inque tueri. ¶ *Intui* in infinitivo V. in *Contueor.*

INTUĬTUS, us, m. actus intuendi, aspectus, *a looking upon, beholding, view, insight, glance*, ἔποψις. *Quintil.* l. 10. c. 1. *ante med.* Non ad intuitum rei, pugnamque præsentem. *Al. leg.* actum. *Plin.* l. 16. c. 10. Abies hilarior intuitu. *Al. rectius leg.* in totum. ¶ Translate *Modestin. Dig.* lib. 34. tit. 1. leg. 14. Pietatis intuitu. *h. e.* ratione, gratia. Sic *Papinian.* leg. 46. tit. 1. leg. 47. Intuitu humanitatis. *Triphonin.* lib. 23. tit. 2. leg. 68. Affectionis intuitu. *with respect to.*

INTUMESCO, is, intumui, n. 3. *to swell, rise or be puffed up, be inflated*, turgesco, inflor, ὀγκύλλομαι. *Plin.* l. 2. c. 81. Fluctus flatu intumescens. *Colum.* l. 1. c. 4. *in fin.* Loco tamen ipso paululum intumescente. *h. e.* altius surgente. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 700. Vidi virgineas intumuisse genas. *swollen with weeping.* et lib. 1. v. 215. quibus intumuit suffusa venter ab unda. *Plin.* l. 20. c. 6. Si partes corporis in vesicas intumuerint. ¶ Translate sumitur pro efferri, superbire, *Quintil.* l. 1. c. 1. Jure quodam potestatis intumescere. *to be swollen or puffed up. Tacit.* 4. *Hist.* c. 19. Intumuere statim superbia ferociaque. *Senec. de consol. ad Polyb. c. pænult. sub fin.* supra humanum modum intumescere. ¶ Item pro irasci, *Ovid.* 2. *Fast.* v. 607. Jupiter intumuit, quaque est non usa modeste, Eripit huic linguam. *swelled with rage. Id.* 4. *ex Pont.* ep. 14. v. 34. Intumuit vati non tamen Ascra suo. *h. e.* in vatem ira non exarsit, *was not enraged with. Stat.* 1. *Theb.* v. 412. Iræ intumuere. ¶ Pro crescere, augeri, *Tacit. Ann.* 1. c. 38. Intumescente motu. *h. e.* seditione crescente. *Id. de Germ.* c. 3. Affectatur præcipue asperitas soni, et fractum murmur, objectis ad os scutis, quo plenior et gravior vox repercussu intumescat.

INTUMULĀTUS, a, um, *unburied*, insepultus, inhumatus. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 136. Occurramque oculis intumulata tuis.

INTUNDO, is, a. 3. idem quod tundo, aut valde tundo. *Scribon. Larg. compos.* 71. Hæc omnia intunduntur, cribrantur.

INTŬOR, ēris, dep. 3. intueor. *Turpil.* apud *Non.* c. 7. n. 20. Tamen oculis longa intercapedine appetunt cupide intui. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 150. Nullam equidem cornicem intuor. *Senec. in Hippol.* v. 898. Quod facinus cerno? quod monstrum intuor? *Terent. Heaut.* 2. 4. 23. Quisnam hic adolescens est, qui intuitur nos?

INTURBĀTUS, a, um, *undisturbed*, ἀτάραχος, non turbatus. *Plin. in Paneg.* c. 64. Et sedit inturbatus, interritus, et tanquam ita fieri soleret.

INTURBĬDUS, a, um, *not disturbed, undisturbed, quiet*, non turbidus, quietus, tranquillus. *Tacit. Ann.* 3. c. 52. Inturbidus externis rebus annus. *Id.* 14. *Ann.* c. 22. Esse illi per Asiam avitos agros, in quibus tuta et inturbida juventa frueretur. *Id.* 3. *Hist.* c. 39. Vir sanctus, inturbidus, nullius repentini honoris appetens.

INTURGESCO, is, n. 3. *to swell*, idem quod turgesco. *Veget.* l. 1. *R. Veterin.* c. 56. *circa med.* Pridie infundas in calidam, ut inturgescat.

INTUS, *within*, ἔνδον, εἴσω, intra: ab ἐντὸς, quod idem significat: vel ab *in*, ut *Gell.* l. 12. c. 13. et *Prisc.* l. 15. pag. 991. *Putsch.* placet. *Cic. pro Sull.* c. 5. *ad fin.* Ille relictus intus, exspectatus foris. *Plaut. Rud.* 3. 3. 27. Signum in fano hic intus. *within here.* *Id. Capt.* 1. 2. 89. Ibo intro, atque intus subducam ratiunculam. *Cic.* 2. *Catil.* c. 5. Intus insidiæ sunt: intus inclusum periculum est: intus est hostis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 68. Nasica sensit, illum intus esse. *in the house; within.* Sic *Terent. Adelph.* 4. 2. 30. Est ne frater intus? *is he at home?* et *Cic. de Senect.* c. 4. *ad fin.* Nec vero ille in luce modo atque oculis civium magnus, sed intus domique præstantior. *Plin.* l. 3. c. 4. Regio Anatiliorum, et intus Desuviatium. *further within.* et *Cic.* l. 3. *de Fin.* c. 5. *a med.* Ea, quæ sunt intus in corpore. *et de Univ.* c. 10. Omne animal in mundo intus incluserat. *Pers.* sat. 3. v. 30. ego te intus et in cute novi. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 7. In Gallia transalpina intus ad Rhenum. [¶ Cum genitivo *Apul.* 8. *Met.* pag. 587. *Oudend.* Intus ædium audito ruditu meo. *h. e.* intra ædes.] ¶ Cum accusativo. *Plaut. Mil.* 2. 6. 55. Vide, sit ne istæc vostra intus domum. *Liv.* l. 27. c. 11. Romæ intus cellam Fortunæ signum prolapsum. *Al. leg.* intra: *alii* intus in cellam, *vel* in cella. ¶ *Intus et foris canere* quid sit, V. in *Aspendius.* ¶ Cum verbis, et casibus motus ad locum pro *intro.* *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 26. Quo simul atque intus est itum, &c. *Lucret.* l. 2. v. 710. Nam sua cuique cibis ex omnibus intus in artus Corpora discedunt. *Cels.* l. 7. c. 4. Si recta intus tendunt. *Plaut. Cas.* 5. 2. 7. Intus novam nuptam deduxi via recta. *Scribon. Larg. compos.* 46. Injicere autem intus narem oportebit cochleæ vivæ carnem. et 121. Non patitur late fieri, nec intus vulnus converti. ¶ Et de loco, apud Comicos. *Plaut. Epid.* 3. 2. v. *pænult.* Abeamus intro hinc ad me. *Stratip.* atque aliquanto lubentius, quam abs te sum egressus intus. *from within, from this house.* *Id. Amph.* 2. 2. 137. Tu intus pateram proferto foras. *et Bacch.* 1. 1. 63. Ego tibi argentum jubeo jam intus efferri foras. *et Mostell.* 3. 1. 144. Evocato aliquem intus ad te. *et Cistell.* a. 3. v. 8. Aliquis intus prodeat propere. ¶ Sunt plurima *Plauti* loca, in quibus *intus* hac ratione effertur: quæ alii ita accipiunt, ut per ὑφ' ἓν dictum sit. v. gr. *argentum intus efferri*, quod est domi in arca: *evocato aliquem intus*, aliquem eorum, qui intus sunt domi, &c. ¶ *Intus equum agere* est breviore gyro circumagere, ac metam propius accedendo: sumptum a cursu equorum in Circo, de quo V. *Interior.* Hinc translate *Ovid.* 6. *Fast.* v. 575. Tertia causa mihi spatio majore canenda est: Nos tamen adductos intus agemus equos. *will drive round the horses in a narrower circle, nearer the gaol; will be brief.*

INTUSIUM, &c. V. *Indusium.*

INTŪTUS, a, um, *unsafe, insecure, unguarded, defenceless*, ἐπισφαλής, non securus, incustoditus, indefensus. *Liv.* l. 5. c. 45. Castra Gallorum intuta neglectaque ab omni parte nacti invadunt. *Sallust. in orat. Phil. contra Lepid.* Quousque cunctando rempubl. intutam patiemini? *Tacit.* 3. *Hist.* c. 76. Intuta mœnium firmare. *Id.* 2. *Ann.* c. 42. Intuta amicitia. *Plin.* l. 14. c. 14. Intutum est scribere stylo. *Nazar. in Paneg. Constant.* cap. 26. Non intutior tempore, quam Deo tectior.

INTȲBUS. V. *Intubus.*

INVĀDO, is, si, sum, n. 3. *to make one's way into, enter, fall upon, invade, attack, assail, rush against or upon*, ἐπέρχομαι, in aliquem locum vado, ingredior (et fere cum aliqua vi, aut impetu) aggredior, irrumpo, irruo. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 15. Ignis quocumque invasit, cuncta disturbat ac dissipat. *Id. Phil.* 2. c. 31. Cum mulier fleret uberius, homo misericors ferre non potuit: caput aperuit, in collum invasit. *Petron. in Satyr.* c. 91. Invadere amplexibus pectus alicujus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 260. Tuque invade viam, vaginaque eripe ferrum. et lib. 3. v. 382. Vicinosque, ignare, paras invadere portus. et lib. 2. v. 265. Invadunt urbem somno vinoque sepultam. *Colum.* l. 7. c. 12. *circa med.* Canes constantius appropinquantem violenter invadunt. *Nep. in Themist.* c. 2. Xerses Europam cum tantis copiis invasit, quantas neque ante neque postea habuit quisquam. *Cic. Phil.* 11. c. 2. In Galliam invasit Antonius, in Asiam Dolabella. *Id. Verr.* 3. c. 20. *sub fi.* Si in eas urbes vi cum exercitu invasisses. *Id. pro Cæcin.* c. 9. *ad fin.* Invadere cum ferro in aliquem. *Virg.* 12. *Æn.* v. 710. Procursu rapido, conjectis eminus hastis, Invadunt Martem clypeis atque ære sonoro. *rush to the fight; begin the battle.* ¶ Passive *Sallust. in Jug.* c. 92. Sperans, mox effusos hostes invadi posse. et cap. 121. *extr.* Signo dato, undique simul ex insidiis invaditur. *Plaut. Asin.* 5. 2. 58. In oculos invadi nunc est optimum. *to commence an attack on his eyes.* ¶ De iis, qui alienum per vim, et nefas occupant. *Petron. in Satyr.* c. 15. Nescio qui calvus invaserat pallium, exhibiturumque crastino die affirmabat. *had filched away.* *Cic.* 2. *Phil.* c. 16. In multas præterea pecunias alienissimorum hominum, ejectis veris heredibus, tanquam heres esset, invaserat. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 5. Accusant ii, qui in fortunas hujus invaserunt. *Sueton. in Cæs.* c. 9. Invadere dictaturam. *Cic. Phil.* 1. c. 2. Unctus impactus est fugitivo illi, qui in C. Marii nomen invaserat. ¶ Translate *Cic.* 1. *Fam.* ep. 9. *ante med.* Num potui magis in arcem illius causæ invadere? *Virg.* 4. *Æn.* v. 265. Continuo invadit. *h. e.* verbis aggreditur, alloquitur. ¶ Pro corripere. *Sallust. in Jug.* c. 39. *ad fin.* Ne reliquos populares metus invaderet. *should seize.* *Lucret.* l. 6. v. 658. arripit acer Sæpe dolor dentes: oculos invadit in ipsos. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 14. Tantus repente terror invasit, ut, &c. *Plaut. Asin.* 1. 1. 40. Eum morbus invasit gravis. *Cic.* 3. *Offic.* c. 7. *a med.* Negat ullam pestem majorem in vitam hominum invasisse, quam, &c. ¶ Pro suscipere, aggredi. *to undertake, attempt.* *Virg.* 9. *Æn.* v. 186. aliquid jamdudum invadere magnum Mens agitat mihi. ¶ Cum dativo personæ. *Cic. Fam.* 16. ep. 12. Mirus invaserat furor non solum improbis, sed etiam his, qui boni habentur. *Al. leg.* improbos, sed etiam hos, &c. *Plaut. Epid.* 5. 2. 5. Lassitudine invaserunt misero in genua flemina. *Lucret.* l. 6. v. 1210. Usque adeo mortis metus his invaserat acer. Al. aliter leg. *Varr.* apud *Non.* c. 9. n. 7. Tanta porro invasit cupiditas honorum plerisque, ut, &c. *Gell.* l. 19. c. 4. Quibus invasit repentinus rei magnæ timor. ¶ Pro irruere, incidere. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 238. Ut profugiens hostem, inimici invadem manus. *fall into the hands of.* ¶ Pro ire, inire, iter conficere. *Tacit.* 11. *Ann.* c. 8. Ille, ut erat magnis ausis promptus, biduo tria millia stadiorum invasit, ignarumque et exterritum Gotarzen proturbat. ¶ *Invasse* syncope pro *invasisse*, est *Lucilii* apud *Non.* c. 4. n. 154. ubi al. leg. *involasse.* [¶ Particip. *invasurus, invadendus* apud *Liv.* l. 10. c. 35. Jam invasurum castra Samnitem credentibus. et l. 33. c. 44. Spes orta Ægypti invadendæ.]

INVALENTĬA, æ, f. idem quod invaletudo. *Gell.* l. 20. c. 1. *circa med.* Vitium aliquod imbecillitatis atque invalentiæ demonstratur. *Apul. sub fin.* l. 1. *de Doctr. Plat.* Alioquin invehit ægritudinem, atque invalentiam, et fœditatem.

INVALĔO, es, lui, n. 2. *to be strong, be in health*, idem quod valeo, aut valde valeo, invalesco. *Lucret.* l. 2. v. 300. Et quæ consuerunt gigni, gignentur eadem Conditione, et erunt, et crescent, inque valebunt. *tmesis.* *Cic. pro Mur.* c. 15. Tantum ipse opibus conatuque invaluit, ut &c. *became so strong and powerful.* *Tacit.* 2. *Hist.* c. 98. Hæc, illave defensurus, prout invaluissent. ¶ Translate *Suet. in Vespas.* c. 11. Libido atque luxuria, coercente nullo, invaluerat. *Id. de Grammat.* c. 4. Appellatio Grammaticorum Græca consuetudine invaluit: sed initio Litterati vocabantur. *has become prevalent; has prevailed.* *Plin.* l. 6. ep. 8. Amor hic mansit, nec refrixit judicio, sed invaluit.

INVALESCO, is, n. 3. *to grow strong, acquire strength*, ἐπιῤῥώννυμαι, vires ac firmitatem acquiro. *Quintil. initio* lib. 2. Tenuit consuetudo, quæ quotidie magis invalescit. *gains ground.* *Id.* l. 10. c. 2. *ante med.* Verba intercidunt, invalescuntque temporibus. *come into vogue or use.* *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. *a med.* Quam sententiam quotidie increscere et invalescere videmus. *Sueton. in Ner.* c. 27. Paulatim invalescentibus vitiis. *gaining ground.* ¶ Præteritum *invalui* pertinet ad vocem præced.

INVALETUDINARĬUS, a, um, adject. idem ac valetudinarius, sæpius ægrotans, *indisposed, valetudinary.* *Senec. in præfat.* lib. 1. *quæst. nat.* Non video, quare sibi placeat, qui robustior est invaletudinario. *a valetudinarian, invalide. Sed rectius al. leg.* in valetudinario.

INVALETŪDO, inis, f. *want of health, indisposition, infirmity, sickness*, ἀῤῥωστία, imbecillitas. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 2. Invaletudo tua me valde conturbat.

INVALĬDE, adverb. debiliter. *Arnob.* 7. pag. 250. Quam infirmiter invalideque dicatur. Legitur etiam in *Cicer.* l. 10. *Attic.* ep. 8. An invalide tuli scelus? Sed mira hic textus varietas.

INVALĬDUS, a, um, *not strong, infirm, feeble, weak, invalid*, ἄῤῥωστος, infirmus, debilis, ægrotus. *Liv.* l. 6. c. 8. Qui ubi videre Camillum, jam ad munera corporis senecta invalidum, vadentem in hostes. *Colum.* l. 2. c. 11. Ne alterius generis herba invalidam Medicam perimat. *Plin.* l. 8. c. 36. Invalidissimum urso caput, quod leoni fortissimum. *Liv.* l. 23. c. 16. Calones, lixæque, et invalidi milites. *invalides.* *Val. Flacc.* l. 5. v. 21. Pueri invalidi, et adhuc genitoris egeni. *Justin.* l. 41. c. *ult.* Ad postremum ab invalidioribus Parthis oppressi sunt. *Sueton. in Aug.* c. 13. Invalidus atque æger. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 46. Invalidus et inermis. *Plin.* l. 7. c. 37. Ne medicus crederetur, si unquam invalidus fuisset ipse. *sick, ill.* et *Tacit.* l. 12. *Ann.* c. 16. Invalida mœnia adversus irrumpentes. et lib. 1. c. 65. Invalidi ignes. *half extinguished, dying.* *Gell.* l. 20. c. 1. *ante med.* Si homo morbo, aut ætate æger, ad ingrediendum invalidus est. *should be unable to walk.* *Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 170. Invalidum venenum. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 18. leg. 1. *a med.* invalidum argumentum. *Lucan.* l. 7. v. 67. Addidit invalidæ robur facundia causæ. ¶ Item valde validus. *strong, powerful, puissant.* *Lucret.* l. 1. v. 969. Telum invalidis contortum viribus. *Al. leg.* id validis. *Sil.* l. 1. v. 552. Invalidam duris evellit ab ossibus hastam. Al. leg. *et validam* rectius. Huc trahunt quidam et illud *Virg.* 6. *Æn.* v. 113. Atque omnes pelagique minas cælique ferebat Invalidus, vires ultra sortemque senectæ.

INVASĬO, onis, f. *an attack, invasion*, actus invadendi, occupatio. *Glossæ*: Invasio, ἐφόρμησις, ἔφοδος. *Symmach.* l. 10. ep. 41. (*al.* 48.) Ut in examen clementiæ vestræ invasionis indignitas perveniret.

INVĀSOR, oris, m. *an invader*, qui invadit et occupat. *Aurel. Vict. in Epit.* c. 35. Romanum orbem triennio ab invasoribus receptavit. *Imp. Constant.* lib. 7. *Cod.* tit. 4. leg. 5. Invasor locorum pœna teneatur legitima. Adde *Augustin. sub init. Tract.* 4. *in Epist. Joann.*

INVĀSUS, us, m. occupatio, aggressio. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 1. c. 4. sect. 82. Primo invasu affici passione.

INVĀSUS, a, um. *Pallad. de Insit.* v. 120. Persuadet moris tetrum mutare colorem Ficus, et invasis dat sua jura comis. *h. e.* ramis, quos insitione invasit.

INŪBER, eris, *ill-fed, ill-conditioned, poor*, non uber. *Gell.* l. 20. c. 8. Ostreæ cum appositæ fuissent, et multæ quidem inuberes macræque essent.

INVECTĬO, onis, f. *a bringing in, importing*, invehendi actus. *Cic.* 2. *Offic.* c. 3. *a med.* Jam vero et earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, et earum, quibus egeremus, invectio certe nulla esset. ¶ Ponitur etiam pro insectatione, et impetu animi in aliquem. *an inveighing against, upbraiding; an invective.* *Cic.* 2. *de Invent.* c. 54. Clementia, per quam animi temere in odium alicujus invectionis concitati comitate retinentur. Alii aliter leg. *Ascon.* in illud *Cicer.* 2. *Verr.* c. 10. Quid est, quæso, Metelle, judicium corrumpere, &c. Invectio est ad Metellum consulem.

INVECTITĬUS, *et* Invecticius, a, um, *imported from a foreign country, not indigenous or native*, qui invehitur aliunde. *Plin.* l. 10. c. 29. Cum Theophrastus tradat, invectitias esse in Asia etiam columbas. *Senec.* ep. 23. Quodcumque invectitium gaudium est, fundamento caret. *foreign, derived from some external source.*

INVECTIVĀLĬTER, adverb. *invectively.* Est *Sidonii* l. 1. ep. 11.

INVECTĪVUS, a, um, *invective*, στηλιτευτικὸς, quo in aliquem invehimur, hoc est maledictis eum insectamur. Unde *invectivæ orationes* dicuntur adversus aliquem scriptæ, quibus in illius mores, vel ingenium, aut vitam, invehimur. *Ammian.* l. 21. c. 10. (*al.* 18.) Orationem acrem, et invectivam, probra quædam in eum explanantem et vitia, scripserat ad Senatum. *Id.* l. 22. cap. 14. (*al.* 32.) In eos volumen composuit invectivum, quod Misopogonem appellavit. Grammatici dum citant orationes *Ciceronis* in Catilinam, sæpe *invectivas* appellant, ut *Diomed.* l. 1. pag. 318. *Putsch.* et *Priscian.* l. 16. pag. 1023. &c. *invective orations; invectives.*

INVECTOR, oris, m. qui aliquid invehit. *Symmach.* lib. 10. ep. 27. (*al.* 34.) *a med.* Lanati pecoris invector.

[* INVECTRIX, icis, f. quæ invehit. *Ambros.* epist. 63. (*al.* 71.) n. 3. Etsi (Epicurus) neget invectricem mali esse voluptatem. Mss. habent minus recte *inventricem.*]

INVECTUS, a, um, *carried or brought in*, particip. ab invehor, pro feror, importor. *Cic. in Somn. Scip.* c. 2. Cum eris curru in Capitolium invectus. *Id. de Fin.* l. 5. c. 24. Rex Perses eodem flumine invectus. *Liv.* l. 4. c. 29. Ipse triumphans invectus Urbem Dictatura se abdicavit. *Id.* l. 22. c. 15. Concitatis equis invectus. *Plin.* l. 6. c. 22. Carmaniæ portum invectus. *Id.* l. 9. c. 8. *circa med.* Delphinus in arenam invectus exspiravit. *having thrown itself.* ¶ Item importatus, illatus. *Plin.* l. 33. c. 1. Commercia victus gratia invecta. *imported, introduced.* et lib. 18. c. 10. Externa omnia ab Oriente invecta. *imported or brought from the East.* et lib. 5. c. 5. Gemma ex Æthiopia invecta. et lib. 18. c. 7. Milium in Italiam invectum. *Sueton. in Aug.* c. 41. Invecta urbi Alexandrino triumpho regia gaza, tantam copiam nummariæ rei effecit, ut, &c. ¶ *Invecta et illata*, et omissa conjunctione *invecta, illata* apud JCtos sunt res mobiles, quæ a conductoribus in ædes conductitias invehuntur, et inferuntur, utendi causa, *moveables, goods, household-stuff, furniture.* *Paul. Dig.* lib. 2. tit. 14. leg. 4. Placet, in urbanis habitationibus locandis, invecta illata pignori esse locatori. *Martian.* lib. 20. tit. 2. leg. 2. Invecta et illata pignori erunt obligata. Adde *Ulpian. ibid.* leg. 3. et lib. 13. tit. 7. leg. 11. Sic inducta, invecta, importata, *Scævola* lib. 20. tit. 1. leg. 32. Quo spectat illud *Tertull. de Patient.* c. 13. Rector animus facile

communicat spiritus invecta cum habitaculo suo. *h. e.* bona, seu dona spiritualia cum corpore. ¶ Est etiam pro. maledictis insectatus. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 133. Tristibus invectus verbis. *inveighed against.*

INVECTUS, us, m. idem quod invectio. *Plin.* l. 4. cap. 1. *extr.* Et Artemiram insulam assiduo terræ invectu continenti annectens. *Id.* l. 2. c. 85. Terræ nascuntur fluminum invectu, sicut Echinades insulæ ab Acheloo amne congestæ. *by a continual bringing in of earth.* *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 16. Invectus opportunos habere ad ea, quæ opus sunt.

INVEHO, is, exi, ectum, a. 3. *to bring or carry in, introduce,* ἐμφορέω, ἐπάγω, intro veho, importo, infero. *Cic.* 2. *Offic.* c. 22. Tantum in ærarium pecuniæ invexit, ut unius imperatoris præda finem attulerit tributorum. *Plin.* l. 18. c. 30. Frumenta invehere. *scil.* in horreum. *Id.* l. 18. c. 17. *a med.* Limum non invehunt Euphrates Tigrisque. *scil.* in agros. *Id.* l. 33. c. 11. *sub fin.* Victoria Achaica signa et tabulas pictas invexit. *scil.* Romam. *Plin.* l. 29. c. 1. *post med.* Invehi peregrinas merces displicuit majoribus. *Senec. in Œdip.* v. 79. Vitia, quæ tecum invehis, infaustus hospes. *et in Hippol.* v. 1032. litori invexit malum majus timore. *Liv. in præfat. sub fin.* Divitiæ avaritiam invexere. *Cic. Tuscul.* l. 4. c. 17. Ut quemcumque casum fortuna invexerit, hunc quiete ferat. *h. e.* attulerit. ¶ Pro inducere, h. e. in aliquem locum ducere, *Valer. Flacc.* l. 2. v. 624. Ogygii, quam nec trieterica Bacchi Sacra, neque arcanis Phrygius furor invehit antris. ¶ Passive de iis dicitur, qui equo, curru, aut navi feruntur aliquo. *Liv.* l. 2. c. 31. Dictator triumphans urbem invehitur. *rides into, enters.* et lib. 1. c. *pænult. a med.* Invecta corpori patris nefando vehiculo filia. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 3. v. 19. ætherias meritis invectus es arces. *enteredst, gottest admittance into.* et l. 3. el. 10. v. 54. Invehitur celeri barbarus hostis equo. *is carried, advances on.* et 14. *Metam.* v. 597. Perque leves auras junctis invecta columbis. *Virg. Æn.* 6. vers. 785. invehitur curru Phrygias turrita per urbes. ¶ Absolute *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 28. Qualis ille maritimus Triton pingitur, natantibus invehens beluis. *pro* invectus. ¶ *Invehi in aliquem* est infestum inferri pugnandi causa. *Liv.* l. 5. c. 8. *a med.* Cum pleraque castella oppugnata, superatas munitiones, utrinque invehi hostem, nuntiaretur. Sic *invehere se*, apud *eund.* l. 28. c. 15. Cum eo ipso acrius, ubi inclinatam sensere rem, victores se unique inveherent. ¶ Translate est asperioribus verbis aggredi, increpare, maledictis incessere. *to inveigh against, rail at, upbraid:* et plerumque passiva voce. *Cic. Phil.* 2. c. 29. *sub fin.* De quo Cæsar in Senatu, aperte in te invehens, questus est. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 259. In eum palam vehementer est invectus. *et* 2. *de Orat.* c. 75. Si in homines caros acerbius et contumeliosius invehare. ¶ Cum accusativo communi, Græco more, *Nep. in Timol. c. ult.* Cum nonnulla inveheretur in Timoleonta. *Id. in Epamin.* c. 6. Cum in oratione sua multa invectus esset in Thebanos. *Liv.* l. 3. c. 48. Ignosce patrio dolori, si quid inclementius in te sum invectus. [¶ Idem ac invado. *Prudent.* περὶ στεφ. l. 10. v. 404. Quis hos sophistas error invexit novus, Qui non colendos Divos esse disputent? ¶ Particip. *invehendus* apud *Sueton. in Claud.* c. 18. Nihil non excogitavit ad invehendos etiam in tempore hiberno commeatus.]

INVELĀTUS, a, um, *unveiled, uncovered,* non velatus, intectus. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 3. Chlamyde indutus parva, invelatus cetera.

INVENDIBĬLIS, le, *unsaleable, invendible,* qui non potest facile vendi. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 128. Invendibili merce oportet ultro emptorem adducere.

INVENDĪTUS, a, um, *unsold,* non venditus, ut Prædia invendita, *Scævola* lib. 18. *Dig.* tit. 5. *leg. ult.*

INVENIO, is, eni, entum, a. 4. *to find, find out, meet with, discover,* εὑρίσκω, reperio, quasi *in rem venio*: et dicitur de rebus omnibus, quæ vel data opera quæsita, vel casu oblata, quocumque modo comperimus. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 5. Naves reliquas paratas ad navigandum, atque omnibus rebus instructas invenit. *Nep. in Dion.* c. 8. Quem si invenisset idoneum, facile omnium animos cogniturum, &c. *Terent. Andr.* 2. 2. 1. Ubi inveniam Pamphilum? *Plaut. Amph.* 4. 1. 2. Neque domi, neque in urbe invenio quemquam, qui illum viderit. *Id. Merc.* 2. 4. 24. Unde erit argentum, quod des? *Cha.* invenietur, exquiretur, aliquid fiet. *Id. Bacch.* 2. 2. 41. Quod ames, paratum est: quod des, invento est opus. *h. e.* invenire oportet. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 556. spelunca Abdita, vix ipsis invenienda feris. *Virg.* 1. *Georg.* v. 139. laqueis captare feras, et fallere visco Inventum. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 2. Cum vix singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores invenirentur. *Liv.* l. 3. c. 23. *sub fin.* Eodem anno descisse Antiates, apud plerosque auctores invenio. *Plin.* l. 10. c. 21. *extr.* Invenitur in Annalibus, in Ariminensi agro locutum gallinaceum. et lib. 14. c. 13. Invenimus inter exempla, uxorem interfectam a marito, &c. *Id.* l. 28. c. 1. Pleraque inventu rara ac difficilia. ¶ Qui discrimen statuunt inter *invenio*, et *reperio*, ut illud de re quæsita, hoc de casu oblata dicatur, frustra sunt. Neque enim quidquam probat, quod mutilum ex *Ovid.* afferunt l. 1. *Metam.* v. 654. *tu non inventa reperta es.* Integrum enim sic legi debet: *tu non inventa reperta Luctus eras levior.* h. e. levius te lugebamus non inventam, quam postquam reperiimus. Deprehendimus enim buculam factam, quæ eras puella. Itaque hic ipse locus satis ostendit promiscue utrumque usurpari. Sic *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 15. Ille, quomodo crimen commentitium confirmaret, non inveniebat: ego res tam leves qua ratione infirmem, reperire non possum. *Quintil.* l. 5. c. 10. *ad fin.* Hoc reperire, difficilius, quam cum inveneris, argumentis adjuvare. *Plaut. Aulul.* 4. 2. 13. Perscrutabor fanum, si inveniam uspiam aurum: sed si reperero, o Fides! ¶ Ponitur et pro cognoscere, comperire, intelligere. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 16. Inveniebat ex captivis, Sabin flumen ab suis castris non amplius millia passuum decem abesse. *he ascertained.* *Terent. Phorm.* 5. 3. 34. Gnatam inveni nuptam cum filio tuo. ¶ Pro excogitare, comminisci, *to find out, contrive, devise, scheme, invent,* *Cic. pro Dom. in princip.* Multa divinitus a majoribus nostris inventa atque instituta sunt. *Terent. Heaut.* 3. 3. 35. Inveni quandam nuper fallaciam. *I have hit upon an expedient.* *Plin.* l. 27. c. 11. Inventum est, ut cum pisce sumerentur. et lib. 37. c. 12. Inventum est, traducere, &c. ¶ Pertinet hoc sensu ad artem rhetoricam, cum excogitamus res veras, aut verisimiles, quæ causam probabilem reddant, ut est apud *Cic.* 1. *de Invent.* c. 7. Sic *Quintil.* l. 10. c. 1. *circa med.* Tanta in eo inveniendi copia, et eloquendi facultas. *of invention.* ¶ Pro comparare, acquirere. *to meet with, acquire, gain, get, procure.* *Cic.* 1. *de Fin.* c. 7. Eum Torquatum, qui primus hoc cognomen invenit. *Plin.* l. 7. c. 43. *a med.* Pecuniam bono modo invenire. *Terent. Andr.* 2. 1. 34. Si quid potes aut tu, aut hic Byrrhia, facite, fingite, invenite, efficite, qui detur tibi. *Tacit. Ann.* 1. c. 74. Perniciem aliis, ac postremo sibi invenere. ¶ Pro scire, aut videre. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 12. v. 45. Nec quid agam, invenio, nec quid nolimve, velimve. ¶ Pro deprehendere, detegere. *to detect, discover, bring to light.* *Cic.* 3. *Catil.* c. 7. *ad fin.* Hæc tanta in rempublicam conjuratio manifesto inventa atque deprehensa est. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 19. Invenire aliquem in culpa. *Quintil.* l. 2. c. 10. *a med.* Quæ nos, quamlibet per alia in scholis exercitati simus, tirones in foro inveniunt. *Terent. Eun.* 5. 9. 6. Scis, Pamphilam meam inventam civem? ¶ *Non invenire se,* dicuntur, qui aliquando eas in se vires, aut facultatem non agnoscunt, quam alias habere se, probe sciunt, quique cum se putent posse aliquid, in re præsenti nihil possunt. *Senec.* l. 5. *de benef.* c. 12. *ad fin.* Felicissimis itaque opulentissimisque plurimum æstus subest, minusque se inveniunt, quo in majorem materiam inciderunt. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 47. *Burm.* Multis jam diebus venter mihi non respondet: nec medici se inveniunt. *are posed.* et *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 113. Postquam se dolor invenit, nec pectora plangi, Nec puduit scissis exululare comis. ¶ *Inveniri* aliquando est esse. *Plaut. Capt.* 3. 4. 49. Quia tu te ipse eges in patria, nec tibi, qui vivas, domi est; omnes inveniri similes tibi vis. ¶ *Invenibit* pro *inveniet*, antiquum est. *Pompon.* apud *Non.* c. 7. n. 96. Sæpe annuit, invenibit sæpe. [¶ Particip. *inventūrus* apud *Tacit. Hist.* l. 4. c. 20. Sin arma occurrant, ferro viam inventuros.]

INVENTARĬUM, ii, n. *an inventory,* ἀναγραφή, idem quod repertorium. *Ulpian. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 6. Tutor, qui repertorium non fecit, quod vulgo inventarium appellatur, dolo fecisse videtur, Ex quo colligas, *Ulpiani* temporibus vocem hanc minus receptam apud doctos fuisse, et *repertorium* elegantius usurpari. *Id.* lib. 27. tit. 3. leg. 1. Inventaria proferre. et lib. 37. tit. 8. leg. 1. *sub fin.* Inventarium rerum facere. *Scævola* lib. 26. tit. 7. leg. 56. Ex inventario convenire aliquem.

INVENTĬO, onis, f. *the power of finding out or discovering any thing new, invention,* εὕρεσις, εὕρημα, actus inveniendi. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 25. Quid? illa vis quæ tandem est, quæ investigat occulta, quæ inventio atque excogitatio dicitur? *Petron. in Satyr.* c. 88. Chrysippus, ut ad inventionem sufficeret, ter helleboro animum detersit. *Plin. in Paneg.* c. 72. *sub fin.* Alia tristium inventio, alia gaudentium. *h. e.* alia sunt, quæ a tristibus inveniuntur, alia, quæ a gaudentibus. ¶ Speciatim *inventio* est pars officii Oratorii. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 7. et *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 2. Inventio est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quæ causam probabilem reddant. *Quintil.* l. 12. c. 10. *circa med.* Quo minus adjuvat sermo, rerum inventione pugnandum est. *Justin.* l. 9. *cap. ult.* Ut nec ornatui facilitas, nec facilitati inventionum deesset ornatus. *h. e.* rerum inventarum.

INVENTIUNCŬLA, æ, f. *a little invention,* parva inventio. *Quintil.* l. 8. c. 5. *a med.* Ad hoc plerique minimis etiam inventiunculis gaudent.

INVENTOR, oris, m. *one who finds out or contrives something new; an inventor, finder out,* εὑρετής, qui quippiam primus invenit. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. Aristæus, qui olivæ dicitur inventor. et lib. 1. *Fin.* c. 10. Ille inventor veritatis, et quasi architectus beatæ vitæ. et 1. *de Orat.* c. 11. Harum disputationum inventor, et princeps omnium in dicendo gravissimus et eloquentissimus, Plato. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* cap. 16. Mercurium omnium artium inventorem ferunt. *Terent. Eun.* 5. 9. 5. O mearum voluptatum omnium inventor, inceptor, perfector. *Virg.* 2. *Æn.* v. 164. scelerumque inventor Ulysses. *Stat.* l. 1. *Silv.* 1. v. 78. auctor ego, inventorque salutis. ¶ *Inventor,* cognominatus est Jupiter ab Hercule ob inventas boves, quas Cacus abduxerat. *Solin.* cap. 1. (*al.* 2.) *sub init.* et *Vet. lap.* apud *Gud.* pag. 2. n. 7.

INVENTRIX, icis, f. *an inventress,* quæ invenit. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 4. Atque illas omnium doctrinarum inventrices Athenas. *Id.* 3. *de nat. Deor.* cap. 21. Qui genuisse Minervam dicitur, quam principem et inventricem belli ferunt. *Virg.* 1. *Georg.* v. 18. oleæque Minerva inventrix.

INVENTUM, ti, n. εὕρημα, commentum, res inventa, *an invention, discovery, contrivance, device, scheme.* *Cic. pro Mur.* c. 29. Æmuli inventorum Zenonis. *Virg.* 4. *Georg.* v. 283. Memoranda inventa. *Terent. Heaut.* 4. 6. 7. Ut te omnes dii cum istoc invento atque incepto perduint. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 521. Inventum medicina meum est. *Id.* 6. *Fast.* v. 696. Estque sub inventis hæc quoque turba meis.

INVENTUS, a, um, *found,* εὑρημένος, repertus. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 654. Tu non inventa reperta Luctus eras levior. (V. *Invenio.*) *Virg.* 1. *Georg.* v. 184. Inventusque cavis bufo. *Terent. Phorm.* 3. 3. 26. Inventas reddam. *h. e.* inveniam. *I'll take care that they shall be found; I'll find them.* *Cic.* 3. *Catil.* c. 7. Conjuratio inventa atque deprehensa. ¶ Excogitatus. *found out, discovered, devised, invented.* *Virg.* 6. *Æn.* v. 663. Inventas aut qui vitam excoluere per artes. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 41. Nequaquam satis est, reperire quid dicas, nisi id inventum tractare possis.

INVENTŬS, us, m. idem ac inventio. *Plin.* l. 17. c. 10. Ex eodem inventu est surculos abscissos serere. *Al. leg.* inventum. et cap. 21. *a med.* Inventu novitio finditur malleolus, &c.

INVENUSTE, adv. *without grace, ungracefully,* ἀμούσως, ἀχαρίτως, illepide, inepte. *Gell.* l. 17. c. 12. Inibi in eisdem laudibus non hercle hac sententiola invenuste lusit. *Apul. de Mundo.* Qui in ligneolis hominum figuris gestum movent, quando filum traxerint, torquebitur cervix, nutabit caput, &c. nec invenuste totus videbitur vivere. [† *Quintil.* 1. 6. Quare mihi non invenuste dici videtur. *improperly, without reason.*]

INVENUSTUS, a, um, *without grace, ungraceful, disgracious,* ἄμουσος, illepidus, et sine Venere (ut ait *Donatus*) idest sine gratia. *Cic. de clar. Orat.* c. 67. Non invenustus actor, sed iners inimicus fori. *Catull.* carm. 10. Scortum non sane illepidum, nec invenustum. *void of wit, insipid, unhandsome.* et carm. 13. Sordida res et invenusta. *inelegant.* [† *Colum.* 5. 6. Invenustum arbustum. *unseemly, disagreeable to the sight.*] ¶ Proprie significat eum, cui amores male procedunt, ἀναφρόδιτος; atque hinc sumitur pro infelici. *Terent. Andr.* 1. 5. 10. Adeone hominem esse invenustum, aut infelicem quemquam, ut ego sum? Ubi *Donatus*: invenustus, cui displicens objicitur: infelix, cui placens negatur. *unlucky in love, not favoured by Venus.*

INVERECUNDE, adverb. *shamelessly, without being ashamed, immodestly,* imprudenter, ἀναισχύντως. *Senec.* epist. 114. Aliqua ætas fuerit, quæ translationis jure uteretur inverecunde. *Quintil.* l. 7. c. 4. Non inverecunde dicet. *improperly.* *Hieronym.* ep. 12. *ad Gaudent. circa med.* Cum quo multo inverecundius, quam cum marito, egisti. *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. et leg. 1. *ante med.* Inverecunde postulans, et magistratum inquietans.

INVERECUNDĬA, æ, f. *immodesty, shamelessness,* impudentia, ἀναισχυντία. *Arnob.* l. 4. pag. 150. Obduratus inverecundia. *Tertull. de Pœnit.* c. 6. *in fin.* Præsumptio inverecundiæ portio est.

INVERECUNDUS, a, um, *without shame, shameless, immodest, imprudent,* ἀναιδής, impudens, omnis verecundiæ expers. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 45. Sin inverecundum animi ingenium possidet, &c. *Plaut. Rud.* 3. 2. 43. Legirupa, impudens, impurus, inverecundissimus. *Valer. Max.* l. 7. c. 7. n. 1. Quid enim illis inverecundius? *Quintil.* l. 2. c. 4. *ante med.* inverecunda frons. *Sallust.* apud *Sueton. de Grammat.* c. 15. Os improborum, inverecundus animus. *Paul. Dig.* lib. 32. leg. 23. Ex imperfecto testamento legata vindicare, inverecundum est. ¶ Inverecundus deus, apud *Horat.* epod. 11. v. 13. est Bacchus, quia in vino verecundiam abjicimus. [¶ Tertia syllaba apud *Horat. loc. cit.* longa est, at brevis apud *Venant. Fortun. de vita. S. Mart.* l. 1. v. 393. Irruit in medios clamoribus inverecundus.]

INVERGO, is, a. 3. *to invert or turn round for the purpose of pouring upon, pour out, spill,* ἐπιχέω, inverto fundendi gratia. *Virg.* 6. *Æn.* v. 244. frontique invergit vina sacerdos. Ubi *Servius*: Vergere est, conversa in sinistram partem manu ita fundere, ut patera convertatur: quod in infernis sacris fit. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 247. invergens tepidi carchesia lactis. *Valer. Flac.* l. 2. v. 611. pelago vina invergens, dux talibus infit. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 12. Invergere in me liquores tuos sino ductim.

INVERSĬO, onis, f. *inversion,* actus invertendi. *Quintil.* l. 8. c. 6. *a med.* τὴν ἀλληγορίαν interpretatur *inversionem,* quia invertitur verborum sensus, dum aliud dicimus, aliud significamus. *an allegory.* [† *Id.* 8. 6. Verum id cum duobus verbis fit, ἀναστροφὴ dicitur, *reversio* quædam, qualia

sunt vulgo, *Mecum, secum:* apud oratores et historicos, *Quibus de rebus. h. e.* pro *cum me, cum se, de quibus rebus.* Adde 1.5.] Propter eandem causam *ironia* inversio appellatur a *Cic. 2. de Orat.* c. 65.

INVERSOR, aris, dep. 1. *to be employed about,* in aliqua re versor. *Lucil.* apud *Lactant.* l. 6. c. 5. Queis inversamur, queis vivimu' rebus adesse.

INVERSŪRA, æ, f. *a turn, bend. Vitruv.* l. 5. c. 3. Aditus directus, et sine inversuris.

INVERSUS, a, um, *turned upside down, turned the contrary way, inverted,* ἀνεστραμμένος, in contrarium versus, perversus. *Horat. Epod.* 2. v. 63. Videre fessos vomerem inversum boves Collo trahentes languido. *Sallust. in Jug.* c. 21. Alveos navium inversos pro tuguriis habuere. *Plin.* l. 12. c. 25. *a med.* Inversa manus. *turned downwards,* cui *supina* opponitur. *Id.* l. 2. c. 10. Figura umbræ terræ similis metæ, aut turbini inverso. *Id.* l. 32. c. 10. *ad fin.* Inversa rana. et lib. 15. c. 17. inversa vasa. et lib. 19. c. 8. *a med.* inversos ramos serere. *Juvenal.* sat. 14. v. 187. inversæ pelles. *with the hair innermost. Martial.* l. 4. epigr. 87. inversa charta. *h. e.* aversa, seu ab ea parte, qua scripta non est: tergo, inquit *Juvenal.* sat. 1. v. 6. Apud *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 36. inversus annus. *h. e.* revolutus ad suum principium: quod fit Januario mense. *cum se verterit annus* dixit *Juvenal. in fin.* sat. 7. ¶ Translate *Horat.* l. 3. od. 5. v. 7. Pro curia, inversique mores! *h. e.* in pejus versi. *Val. Flacc.* l. 3. v. 646. potioribus ille Deteriora fovens, semperque inversa tueri Durus. *obstinate, bent on defending the bad side of the question. Quintil.* l. 3. c. 9. *extr.* inversa consuetudo. *a preposterous custom. Propert.* l. 1. el. 15. v. 30. inversæ anni vices. *Lucret.* l. 1. v. 642. inversa verba. *h. e.* translata, in alium a proprio sensum detorta, atque adeo obscura. Sic *Apul. in Apolog.* Voluntatem meam inversis verbis periclitabundus, &c. *Terent.* quoque *inversa verba* dixit *Heaut.* 2. 3. 131. præpostere, ac inversis syllabis pronuntiata ab amatoribus, quæ solæ amicæ intelligant, non item ceteri, qui forte adsunt. Simile est, quod nos dicimus *jargon, gibberish.* [¶ *Inversum* adverbii more. *Solin.* c. 8. Surculis inversum superpositis.]

INVERTO, is, rti, rsum, a. 3. *to turn upside down, turn the contrary way, invert, pervert, alter, change,* ἀναστρέφω, in contrariam partem verto, perverto, immuto. *Cic. in Partition.* c. 7. Ut cum semel dictum sit directe, invertatur ordo, et idem quasi sursum versus retroque dicatur. *Horat.* epod. 10. v. 5. invertere mare. *to turn up from the bottom. Lucan.* l. 6. v. 390. Boreas invertit ornos. *tears up, upsets, overthrows. Virg.* 11. *Æn.* 202. nox humida invertit cælum. Ubi *Serv.* ut ea pars, quæ noctem haberet, sub terra esset. *Plin.* l. 9. c. 30. Si polypus invertatur, elanguescit vis. *be placed on its back. Horat.* l. 2. sat. 8. v. 39. Invertunt Allifanis vinaria tota. *turn over, empty. Sil.* lib. 16. v. 569. serva albentes invertere lanas Murice Gætulo docta. *to change from white to purple.* ¶ *Invertere terram,* est arare, quia tunc in solem glebæ vertuntur. *to turn up, plough, cultivate. Virg.* 1. *Georg.* v. 64. Pingue solum fortes invertant tauri. et lib. 3. vers. 525. Vomere terras invertere. ¶ Translate *Cic.* l. 3. *Q. Fr.* ep. 2. Nisi noster Pompeius, diis hominibusque invitis, negotium inverterit. *Al. leg.* everterit. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 55. At nos virtutes ipsas invertimus. *Cic. de Harusp. resp.* cap. 24. Videant ii, quam se cito inverterit. *he has changed himself or his conduct.* ¶ In illo *Tacit.* 15. *Ann.* c. 63. *de Seneca moriente:* Advocatis scriptoribus, pleraque tradidit, quæ in vulgus edita ejus verbis, invertere supersedeo. *invertere* est sententias aliis verbis exprimere. Est tamen qui mallet *innectere.* ¶ *Ascon. in Verr.* 3. c. 69. Vertumnus deus invertendarum rerum est, id est mercaturæ. *h. e.* permutandarum.

INVESPERASCIT, ebat, imperf. 3. *evening draws on,* ἑσπεράζει, vesper fit. *Liv.* l. 39. c. 50. Jam invesperascebat.

INVESTĪGABĪLIS, le, *investigable,* qui investigari potest. *Lactant.* l. 3. c. 27. Res non investigabiles quærere. *Al. leg.* vestigabiles. *Tertull. advers. Hermog. in fin.* Quæ nec inveniri, nec investigari, nisi a solo Deo possent: alioqui investigabilia, si, &c.

INVESTIGATĬO, onis, f. *a searching for or after, seeking out, inquiring into, tracing or finding out, investigation,* ἐξιχνιασμὸς, indagatio, inquisitio. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 4. Qua ex cognitione facilior facta est investigatio rerum occultissimarum. *Id.* 1. *Offic.* c. 4. Veri inquisitio, atque investigatio.

INVESTĪGĀTOR, oris, m. *a tracer or finder out, discoverer,* ἀνιχνευτὴς, inquisitor. *Cic. de Univ.* c. 1. Acer investigator et diligens earum rerum, quæ natura involutæ videntur. *et pro Syll.* c. 30. Conjurationis investigator atque ultor.

INVESTIGĀTRIX, icis, f. *she that finds out,* quæ investigat. *Martian. Capell.* l. 5. *post init.* pag. 141. Investigatrix comprehensio.

INVESTIGĀTUS, a, um, *searched diligently, traced or found out, discovered, investigated,* indagatus, perquisitus, et deprehensus. *Cic. pro Ligar.* c. 1. Diligentia inimici investigatum est, quod latebat. *Rutil.* l. 1. v. 255. flagrantia taurus, Investigato fonte, lavacra dedit. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 146. Magna, nec ingeniis investigata priorum, Quæque diu latuere, canam. Al. leg. *evestigata.*

INVESTĪGO, as, avi, atum, a. 1. *to trace or find out by the prints of the feet, or by the smell; to track, scent,* ἐξιχνεύω, per vestigia quæro, vestigiis insequor, et deprehendo: pertinetque ad rem venatoriam. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Canum tam incredibilis ad investigandum sagacitas narium. ¶ Deinde universim perquirere, inquirere, indagare. *to search for or after, search diligently, investigate. Cic. Verr.* 6. c. 21. Immittebantur illi continuo Cibyratici canes, qui investigabant, et perscrutabantur omnia. *Q. Cic. de petit. consul.* c. 8. Perquirere et investigare homines. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 17. Ut investiges ex consponsorum tabulis, sit ne ita. ¶ Item reperire, deprehendere. *to find out, discover, ascertain. Cic.* 9. *Attic.* ep. 1. Ubi Lentulus sit, investigare non possum. *Id. Verr.* 2. c. 16. Habeo certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus investigare et consequi possim. *Plaut. Merc.* 4. 5. 4. Nihil investigo quicquam de illa muliere. *Id. Rud.* 5. 2. 52. Si vidulum illum, quem ego in navi perdidi, cum auro atque argento salvum investigavero, isque in potestatem meam pervenerit. *Id. Aulul.* 4. 9. 4. Equidem quo eam, aut ubi sim, aut qui sim, nequeo cum animo certum investigare. *Terent. Heaut.* 4. 2. 8. Nihil tam difficile est, quin quærendo investigari possiet. *Curt.* l. 8. c. 4. Tecta barbarorum, quæ in ultimo saltu abdita, necessitas investigaverat. ¶ *Investigandum* pro *investigandorum,* dixit *Pacuv.* apud *Non.* cap. 9. n. 1.

INVESTĬO, is, a. 4. *to clothe, cover, adorn,* κοσμέω, veste tego, orno. *Plin.* l. 35. c. 7. Publicas porticus investivit pictura. ¶ Non est imitandum illud *Mæcenatis* apud *Senec.* ep. 114. Focum mater, aut uxor investiunt. *h. e.* circumsident, cingunt: vel veste obducta tegunt. V. *Lips. in hunc locum.*

INVESTIS, ste, *without clothes, naked,* ἀχίτων, sine veste, nudus. *Tertull. de Pall.* c. 3. Nudus certe, et investis figulo suo constitit. ¶ Item imberbis, impubes, qui necdum pubertate vestitus est. *beardless,* ἄνηβος. *Festus* in *Vesticeps.* Investis puer, qui necdum pubertate vestitus est. *Macrob.* l. 3. *Saturn.* c. 8. Romani pueros et puellas nobiles et investes, camillos et camillas appellant, Flaminicarum, et Flaminum præministros. *Pallad.* l. 11. c. 14. *sub fin.* Ut quoties vinum movetur, investis puer hoc, aut aliquis satis purus efficiat. Adde lib. 8. tit. 7. ¶ Item quia impuberes Venerem nesciunt, *investis* accipitur etiam pro eo, qui Venerem expertus non est, ἄφθορος. Minus placet *Non.* qui cap. 1. n. 220. scripsit, investem dici quasi *in Vesta,* hoc est pudicitia, seu castitate, quam amat Vesta, cujus nempe virginibus nubere non licebat. Igitur idem est *mas investis,* et *mas virgo.* Sed tamen *virgo* proprie de muliebri sexu dicitur, *investis* de virili. *Tertull. de veland. virgin.* c. 8. Si virgo mulier non est, nec vir investis est. Si non operitur virgo, quia mulier non sit, operiatur investis, quia vir non sit. et cap. 11. *extr.* Mater familiæ vocatur licet virgo, et pater familiæ licet investis. ¶ Translate est spoliatus, privatus. *Id.* l. 2. *ad Uxor. c. ult.* An ideo sit investis dotalibus, cui Deus censum suum credidit.

INVESTĪTUS, a, um, vestitus, tectus, obsitus. *Enn.* apud *Fest. in Scrupi, de ceto.* Scrupeo investita saxo, atque ostreis. V. *Scrupeus. Prudent.* l. 2. *contra Symmach.* v. 38. Nec tumidas fluitante sinu investita papillas. Al. leg. *vestita.*

INVETERASCO, is, n. 3. *to grow old, continue long,* περιγηράσκω, vetustatem acquiro. *Cic. Tuscul.* 5. c. 14. Nihil inveterascere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit. *Al. leg.* interarescere. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 1. Populi R. exercitum hiemare atque inveterascere in Gallia moleste ferebant. *Nep. in Attic.* c. 2. Neque indulgendo inveterascere eorum æs alienum patiebatur, neque multiplicandis usuris crescere. ¶ Metaleptice sumitur pro invalescere, confirmari. *to prevail, gather strength by age or time. Cic. Catil.* 3. c. 11. Res nostræ litterarum monumentis inveterascent et corroborabuntur. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 40. Ut hanc inveterascere consuetudinem nolint. *Lucret.* l. 4. v. 1060. Ulcus enim vivescit, et inveterascit alendo. [† *Terent. Hecyr. Prolog.* v. 12. Novas qui exactas feci, ut inveterascerent. *Ubi Donatus:* In consuetudinem venirent, spectarentur, amarentur.] ¶ Præteritum *inveteravi* ad *Invetero* pertinet.

INVETERATĬO, onis, f. *inveteracy,* παλαιότης, vetustas, antiquitas. *Cic. Tuscul.* 4. *c. pænult. extr.* Inveteratio autem ut in corporibus ægrius depellitur, quam perturbatio. *h. e.* morbus, qui inveteravit. *an inveterate disease.*

INVETERĀTUS, a, um, *confirmed by long use, growing into a custom, of long continuance, old, inveterate,* πεπαλαιωμένος, antiquus: ab *inveteror. Cic.* 5. *Phil.* c. 11. *extr.* Omne malum nascens facile opprimitur, inveteratum fit plerumque robustius. *Id. de Senect.* c. 20. Conglutinatio recens ægre, inveterata facile dissolvitur. *Id.* 3. *Fam.* ep. 9. *a med.* Pro nostra non instituta, sed jam inveterata amicitia. *Plin.* l. 14. c. 2. *a med.* inveteratum vinum. *old, long kept. Nepos in Eumen.* c. 8. Inveterata licentia et gloria. *Curt.* l. 3. c. 10. Macedones inveteratæ virtutis admonebantur.

INVETĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to keep until it be old or stale, preserve or keep for a long time, preserve fresh, keep from spoiling or rotting,* ad vetustatem servare, curare, ut aliquid vetus fiat. *Colum.* l. 12. c. 12. Quibus curæ non fuit inveterare aquam cælestem, recentem sumunt. *Plin.* l. 19. c. 6. *ad fin.* Si diutius allium, cæpamque inveterare libeat, aqua salsa tepida ungenda sunt. *Id.* l. 23. c. 2. Aquæ marinæ sextarios pariter coquebant, atque ita diffundebant, inveterabantque. *Curt. sub fin.* c. 3. l. 10. Inveteravi peregrinam novitatem. *h. e.* quasi veterem et consuetam reddidi. ¶ *Inveterari* est vetus fieri, et ætatem ferre, *to become old, keep or last fresh. Plin.* l. 31. c. 10. Ad ea, quæ inveterari volunt, nitro utuntur. *Id.* l. 28. c. 9. Adeps inveteratur duobus modis, aut cum sale aut sincerus. et lib. 19. c. 4. Inveterari vina, saccisque castrari. *to be brought into a fit state for drinking, have the taste of old wine.* ¶ Pro passiva voce sæpe activa usurpatur eodem sensu, neutrorum more, sed fere in præteritis. [*Cels.* l. 3. c. 13. Si res inveteraverit. *Id.* l. 3. c. 13. Si malum inveteravit, non nisi magna mole discutitur.] *Plin.* l. et cap. 12. *a med.* Color, qui inveteraverit. ¶ Translate *Cic. Fam.* 14. ep. 3. Spes reliqua est in novis tribunis plebis, et in primis quidem diebus. nam si inveterarit, actum est. ¶ Sæpe est invalescere, corroborari, obtinere. *to gain ground by use, gather strength by age or time, be confirmed by use, grow into a custom, become deeply rooted, prevail. Cic.* 2. *Verr.* c. 1. Inveteravit jam opinio perniciosa reipublicæ, vobisque periculosa. *Id. pro Leg. Manil.* c. 3. Illa macula, quæ penitus jam insedit atque inveteravit in populi R. nomine. *Id. pro Sull.* c. 8. Si tibi nos peregrini videmur, quorum jam et nomen, et honos inveteravit et huic urbi, et hominum famæ, ac sermonibus. ¶ Impersonaliter *Id.* 2. *Offic.* c. 16. *ad fin.* Intelligo in nostra civitate inveterasse a bonis temporibus, ut splendor ædilitatum ab optimis viris postuletur. *that it has become an old custom or practice,* &c. ¶ Active pro abolere, antiquare. *Lactant.* l. 2. c. 16. *in fi.* Hac versutia, et his artibus notitiam veri Dei apud omnes inveteraverunt.

INVETĬTUS, a, um, non vetitus, *unforbidden, unrestrained. Sil.* l. 2. v. 441. It liber campis pastor, cui fine sine ullo Invetitum saltus penetrat pecus.

INVĬCEM, *by turns, one after another, alternately,* ἀλλήλων, πρὸς ἀλλήλους, alternis, vicissim, per vices, in vicem alterius altero succedente, et paria paribus reponente. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 1. Quotannis singula millia armatorum suis ex finibus educunt: reliqui domi manent, pro se atque illis colunt. Hi rursus invicem anno post in armis sunt: illi domi remanent. *in their turn.* et l. 7. c. 85. Defatigatis invicem integri succedunt. *Hirt. de B. Afric.* c. 70. Equitatu suo extremo agmine remoto, legiones invicem ad extremum agmen evocabat. *Liv.* l. 2. cap. 57. Cum timor atque ira invicem sententias variassent. et cap. 44. *extr.* Multis invicem casibus victi, victoresque. *Colum.* l. 4. c. 26. Pedamenta submovenda, quæ cariosa sunt; eorumque invicem idonea reponenda. (Al. divisim leg. *in vicem:* quod fere fit cum casum regit.) *Cels.* l. 3. c. 2. *a med.* Bibenda aqua: postero die etiam vinum: deinde invicem alternis diebus modo aqua, modo vinum. ¶ Item mutuo inter se, contra, *one another, each other mutually. Plin.* l. 7. ep. 20. *extr.* Ut invicem ardentius diligamus. *Tiber.* apud *Sueton. in ejus vita,* c. 28. Invicem odisse. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ad fin.* Ut homines, qui manibus invicem apprehensis gradum firmant, continent, et continentur. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 10. *in fin.* Et tamen propter vicinitatem totos dies simul eramus invicem. *with each other.* Al. leg. *eramus juncti. Quintil.* l. 4. c. 1. *ante med.* Hæc invicem obstant. et lib. 3. c. 10. Litigatores idem crimen invicem intentant. *one after another.* et lib. 1. c. 4. O atque U permutatæ invicem. *one with the other reciprocally. Sueton. in Aug.* c. 66. Exegit et ipse invicem ab amicis benevolentiam mutuam. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 46. Cuncta invicem hostilia. *h. e.* ultro citroque: *on both sides.* ¶ Dividitur per tmesim, interjecto verbo. *Stat.* 2. *Theb.* v. 149. inque vicem dextras junxere. Adde lib. 7. v. 817. ¶ *Ad invicem,* instar, *like.* Est *Veget. de re Veterin.* l. 2. c. 7. *extr.* sed non imitandi. [†*Ed. Gesn.* Ad instar. V. *Adinvicem.* ¶ *Ab invicem,* V. *Abinvicem.*]

INVICTE, adverb. *Augustin.* ep. 28. *ad fin.* Ut abs te liquidissime, atque invictissime defendatur. *h. e.* ita ut tuam defensionem avertere nemo posit, *indisputably, incontestably, incontrovertibly, unquestionably.*

INVICTRIX, icis, f. invicta. *In vet. lap.* apud *Gruter.* sed incertæ auctorit. pag. 1065. n. 6. Invictricis Fortunæ filius. *Reines.* legit *victricis.*

INVICTUS, a, um, *unconquered, unsubdued, invincible, unconquerable,* ἀνίκητος, qui victus non est, aut qui vinci non potest. *Cic. pro Marcell.* c. 4. *extr.* Recte igitur unus invictus es, a quo etiam ipsius victoriæ conditio visque devicta est. *Id.* 1. *Offic.* c. 5. Animi excelsi atque invicti magnitudo ac robur. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 21. Invictus adversum gratiam animus. *Cic.* 1. *Offic.* c. 20. Invictum se a labore præstare. *unwearied. Liv.* l. 22. c. 26. Invictus a civibus hostibusque animus. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 35. Luxuries Annibalem, armis invictum, voluptate vicit. *Ovid. Metam.* 7. v. 792. ambo invicti certamine cursus. *invincible in the race. Justin.* l. 12. c. 15. In hostem et in mortem invictus animus. *Plin.* l. 8. c. 25. Crocodilus contra omnes ictus cute invicta. *impenetrable, invulnerable.* Sic

Ovid. 12. Metam. v. 167. invictum ad vulnera corpus. Plin. l. 19. c. 2. Spartum in aquis, marique invictum. not liable to decay. et lib. 7. c. 16. Dentes invicti ignibus. not to be consumed by fire: proof against fire. et lib. 20. in proœm. et Ovid. 4. ex Pont. epist. 12. v. 32. Adamas infragilis omni cetera vi, et invictus. Lucan. l. 10. v. 322. Invicti fluctus. h. e. qui nullo obice frangi, et contineri possunt. Senec. ep. 30. a med. Necessitas invicta. inevitable, unavoidable. Liv. l. 6. c. 16. Sed invicta sibi quædam, patientissima justi imperii civitas fecerat. h. e. quibus contraire non auderet. Cic. post redit. in Sen. c. 12. Constans, perpetua, fortis, invicta defensio. Id. 6. Verr. c. 38. Invictissimus imperator. Plaut. Mil. 1. 1. 57. Pyrgopolinices virtute, et forma, et factis invictissumis. Id. Pœn. 5. 4. 17. Invicta pietas. h. e. constans, perpetua, quæ nunquam defecit. Horat. in ar. Poet. v. 123. Sit Medea ferox invictaque. h. e. indomabilis. Id. l. 3. od. 27. sub fin. Uxor invicti Jovis. h. e. omnipotentis. all-powerful, omnipotent. ¶ Cum genit. et infin. Sil. l. 3. v. 326. Cantaber hiemisque, æstusque, famisque Invictus, palmamque ex omni ferre labore. Tacit. 1. Ann. c. 20. Invictus operis ac laboris. unwearied, indefatigable. Al. leg. vetus. ¶ Proprium fuit epithetum Herculis, ut videre est in multis Inscriptionib. apud Gruter. pag. 46. n. 7. 8. 9. 10. 11. et 12. et pag. 47. n. 1. 2. 3. 4. 5. 8. 9. 10. et 11. et pag. 48. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. et 11. et pag. 49. n. 1. &c. Hinc invictum juvenem appellat Propert. l. 1. el. 20. v. 23. ¶ Item Solis Mithræ. Gruter. pag. 33. et 34. et Reines. class. 1. n. 45. et sequentib. ¶ Comparat. invictior est Augustini de immortalit. anim. c. 8. Quæ sententia invictiore ratione approbatur. more incontrovertible. Adde de morib. Manich. l. 2. c. 11.

INVIDENDUS, a, um, to be envied, liable to envy; great, mighty, invidiæ obnoxius. Horat. l. 3. od. 1. in fin. Cur invidendis postibus, et novo Sublime ritu moliar atrium? Id. lib. 2. od. 10. vers. 7. Caret invidenda Sobrius aula.

INVĪDENS, entis, invidus, envying, invidious. Cic. Tuscul. 4. cap. 8. Nocere invidenti. Vellei. l. 2. c. 73. Speciosis invidens. ¶ Item nolens, invitus. Horat. l. 1. od. 37. in fin. Sævis Liburnis scilicet invidens Privata deduci. scorning to be carried in triumph.

INVIDENTĬA, æ, f. the act of envying, φθόνος, βασκανία, ægritudo animi, quam describit Cic. 4. Tuscul. c. 8. Invidentiam esse dicunt ægritudinem susceptam propter alterius res secundas, quæ nihil noceant invidenti. et lib. 3. c. 10. Atqui quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus adversis, sic invidentia ægritudo est ex alterius rebus secundis. et cap. 9. Posset sapiens incidere in invidentiam. Non dixi, in invidiam, quæ tum est, cum invidetur: ab invidendo autem invidentia recte dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ, quod verbum ductum est a nimis intuendo fortunam alterius. et lib. 4. c. 7. Subjicitur ægritudini invidentia. Utendum est enim docendi causa verbo minus usitato, quoniam invidia non in eo, qui invidet, solum dicitur, sed etiam in eo, cui invidetur.

INVIDĔO, es, idi, isum, a. 2. to envy, grudge, φθονέω, βασκαίνω, ex alicujus rebus secundis dolore afficior: ab in, et video, quod oculos, et animum in eos, quibus invidemus, continue intentos teneamus. Suapte natura activum est primi ordinis, et accus. postulat vel personæ, vel rei, ut simplex video, unde factum est. Ex consuetudine fere usurpatur in 3. ordine neutrorum, aliquando in 3. activorum. Quintil. initio c. 3. l. 9. Pæne jam quidquid loquimur, figura est, ut huic rei invidere: non, ut omnes Veteres, et Cicero præcipue, hanc rem. Cic. Tuscul. 3. c. 9. Ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ, quod verbum ductum est a nimis intuendo fortunam alterius, ut est in Menalippo: Florem quisnam liberum invidit meum? Male Latine videtur. Sed præclare Accius. Ut enim videre, sic invidere florem rectius, quam flori dicitur. Nos consuetudine prohibemur; Poeta jus suum tenuit, et dixit audacius. Id. 2. de Orat. c. 52. Invident autem homines maxime paribus, aut inferioribus. Id. 3. Tuscul. c. 2. Ut nobis optimam naturam invidisse videantur. Al. leg. optimæ naturæ. Sic Horat. l. 2. sat. 6. v. 84. neque illi Sepositi ciceris, nec longæ invidit avenæ. Al. tamen leg. ille. Cic. 2. Agr. in fin. Qui honori inviderunt meo. have envied my preferment. Horat. l. 1. sat. 6. v. 50. Invidere honorem alicui. Valer. Flacc. l. 5. v. 508. Tu modo ne claros Minyis invideris actus. ¶ Cum dat. et abl. et præp. in. Cic. pro Flacc. c. 29. In qua tibi invideo, quod unis vestimentis tandiu lautus es. Id. 2. de Orat. c. 56. Nisi interdum in hoc Crasso paulum inviderem. ¶ Passive Horat. in art. Poet. v. 56. Ego cur, acquirere pauca si possum, invideor? ¶ Impersonaliter Cic. 2. de Or. cap. 51. Invidetur enim commodis hominum ipsorum. ¶ Reperitur etiam usurpatum pro inspicio. Sallust. in orat. 2. ad Cæs. de Republ. ordin. circa fin. Mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam divino numine invideri. is seen into; is watched. Al. leg. invisi. Huc pertinet et illud ex Acc. in Menalippo. quod affertur a Cicer. modo cit. ¶ Item pro nolo, invitus sum. Horat. l. 1. od. 37. in fin. de Cleopatra. Sævis liburnis scilicet invidens Privata deduci superbo Non humilis mulier triumpho. [† V. Invidens.] ¶ Invidere cuipiam aliquid dicitur is, qui ab illo aufert, et habere non sinit. Virg. Ecl. 7. v. 57. Liber pampineas invidit collibus umbras. grudges. et 11. Æn. v. 42. Te ne, inquit, miserande puer, cum læta veniret, Invidit Fortuna mihi, ne regna videres nostra? envied, denied. Tacit. Ann. 1. cap. 22. Responde, ubi cadaver abjeceris? ne hostes quidem sepulturæ invident. grudge, refuse. Plin. l. 15. c. 2. Africæ solo oleum et vinum Natura invidit. ¶ Cum ablat. Lucan. l. 7. v. 798. Invidet igne rogi miseris. h. e. comburi, et sepeliri prohibet. ¶ Cum infinito. Lucan. l. 2. v. 550. his te quoque jungere, Cæsar, invideo. h. e. invitus te his jungo: nolim te his jungere. ¶ Pro non video. Apul. in Apolog. Qui cum adversum me eas litteras promeret, invidit profecto, cupiditate lædendi, si quid mihi ex illis fieret criminosum, id mihi secum esse commune. he certainly did not see, that if, &c.

INVIDĬA, æ, f. envy, hatred, ill-will, spite, grudging, malice, maliciousness, invidiousness, odium, dislike, φθόνος, βασκανία, mœror ex aliena prosperitate: ab in, quod hic auget, et video, idest a nimis intuendo fortunam alterius. Differt ab invidentia, quia invidentia active sumitur, invidia tum active, tum passive, idest, dicitur et de eo, qui invidet, et de eo, cui invidetur. Quintil. lib. 6. cap. 2. Invidia duplex: altera invidum, altera invidiosum facit. V. Invidentia. Differt etiam ab odio. Nam invidemus fortunato, odimus vitiosum. Invidemus et in iis, quæ non lædunt, odimus quæ lædunt. Deinde invidia hominum tantum est, odium reliquorum etiam animantium. [† V. Cic. Inv. 1. 16.] ¶ De invidia cum pro invidentia usurpatur, hæc exempla sunto. Nep. in Eumen. c. 10. Invidia ducum, cum quibus erat, perfidiaque militum Antigono est deditus. Cic. Phil. 14. c. 6. in fin. Digna imitatione, non invidia, excellentium hominum virtus est. Horat. l. 1. ep. 2. v. 58. Invidia Siculi non invenere tyranni Majus tormentum. γνώμη. ¶ Sine invidia est libenti animo, et non invidente aut repugnante. Martial. l. 3. epigram. 65. Quid, si tota dares illa sine invidia? ¶ Sæpius vero usurpatur passive pro odio, et malevolentia, cum scilicet quis invidetur, ut dictum est. Hinc invidiam facere alicui, to render him odious, D. Brut. ad M. Brut. l. 11. Fam. ep. 1. in fin. Senec. in Herc. Œt. v. 1861. et Ovid. 4. Metam. v. 547. Invidiam subire, to be subject or liable to the hatred of another, Cic. in Divin. Verr. c. 14. In invidia esse, to be odious, or the object of envy, Id. Attic. l. 2. ep. 9. et Sallust. in Jug. c. 27. (Utroque loco alii tollunt in. Sic Cic. ibid. ep. 21. a med. Bibulus admirabili gloria est. et Plin. in præfat. Hist. nat. ad fin. Ob id magna invidia fuere omnia ea.) In invidia magna esse, Plin. l. 18. c. 6. a med. Invidiam quærere in aliquem, Cic. pro Rabir. Post. c. ult. Habere invidiam. h. e. invidia laborare, Id. 2. Agrar. c. 26. In summam invidiam adducere, Id. 1. Fam. ep. 1. sub fin. Invidiam exstinguere, Id. pro Balb. c. 6. sub fin. Venire in invidiam, Sueton. in Tiber. c. 8. Invidia onerare quemquam, Id. in Ner. c. 34. Cumulare alicui invidiam, Liv. l. 3. c. 12. sub fin. Conflare, Cic. 1. Catil. c. 9. Invidiæ alicui esse, to cause him to be odious, Liv. l. 4. c. 49. a med. Invidia rumpi, to be ready to burst with envy, Martial. l. 9. epigr, 99. Opprimi, Quintil. l. 7. c. 2. a med. Invidiam a se removere, Ovid. 12. Metam. in fin. Sedare, Cic. initio Verr. 2. Lenire, Sallust. in Catil. c. 23. extr. Pati, Ovid. Heroid. ep. 20. v. 67. Macerat me invidia, Lucret. l. 3. v. 75. ¶ Absit verbo invidia formula est, qua deprecamur invidiam, cum aliquid dicturi sumus, quod superbiam jactationemque sapiat. Liv. l. 9. c. 19. ad fin. Absit verbo invidia: nunquam ab equite hoste, nunquam a pedite laboravimus. Al. leg. vero. Id. l. 36. c. 7. Hoc ego adjuncto (absit verbo invidia) qui dubitare de eventu possim? ¶ Γνώμη est illud Liv. l. 45. c. 35. Intacta invidia media sunt: ad summa ferme tendit. et Taciti 14. Ann. c. 54. Invidia, ut omnia mortalia, infra magnitudinem Principis jacet: privato incumbit. ¶ In plur. numero. Cic. pro Cluent. c. 56. Vita remota a procellis invidiarum. Vatin. ad Cicer. 5. Fam. ep. 9. Malevolorum obtrectationes et invidias prosternere. ¶ In Fabulis Invidia dea est, filia Stygis et Pallantis gigantis. Hygin. in præfat.

INVIDIŎLA, læ, f. [† φθονίδιον,] petty envy, diminut. ab invidia. Cicero: Cum nescio quid invidiolæ inter eos exortum fuisset. Ita Sipontin. in Cornucop. nullo designato loco. Thesaur. Nizol. designatur Cic. ad Attic. Mihi adhuc hæc verba incomperta sunt.

INVIDIŌSE, adverb. in a manner calculated to raise envy or odium, enviously, odiously, spitefully, hatefully, invidiously, ἀπεχθῶς, odiose, ut Invidiose aliquid dicere, vel facere, idest, eo animo quippiam dicere, vel facere, ut aliquem in invidiam, hoc est in odium adducamus. Cic. 4. Acad. c. 47. a med. Num minus hæc invidiose dicuntur? Id. pro Mil. c. 5. Conciones illæ, quibus invidiose potentiam meam criminabatur. Vellei. l. 2. c. 45. de Ciceronis exsilio. Neque quisquam aut expulsus invidiosius, aut restitutus lætius. ¶ Passive Auct. ad Herenn. l. 4. c. 20. ad fin. Invidiose vivere. Senec. epist. 87. Tantum suburbani agri possidet, quantum invidiose in desertis Apuliæ possideret.

INVIDIŌSUS, a, um, invidious, envious, spiteful, malicious, malignant, qui invidet, invidus, φθονερός. Propert. l. 2. el. 21. v. 12. illa peræque Præ se formosis invidiosa dea est. Ovid. 15. Met. v. 234. Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas, Omnia destruitis. ¶ Item cui invidetur. envied; the object of envy, ἐπίφθονος. Cic. 2. Agrar. c. 26. Qui possessiones invidiosas tenebant. Id. pro Balb. c. 25. Pecunia non invidiosa. ¶ In bonam partem. Propert. l. 2. el. 1. v. 83. Mæcenas nostræ spes invidiosa juventæ, Et vitæ, et morti gloria justa meæ. enviable. ¶ Item invisus, odium creans. hated, hateful, odious, offensive, disliked. Cic. pro Cluent. c. 58. Etiam si is invidiosus ac multis offensus esse videatur. et c. 37. Quod fuit in illo judicio invidiosissimum. Id. 4. Verr. c. 17. Putabant absentis damnationem multo invidiosiorem fore, quam si, &c. Id. 8. Attic. ep. 3. ad fin. Triumphum accipere, invidiosum ad bonos. is an odious thing with the good. et pro Cœl. c. 9. Neque id ego dico, ut invidiosum sit in eos, quibus gloriosum esse debet. to make it odious to those, to whom, &c. Q. Cic. de petit. consul. c. 3. Qui ex eo judicio tam invidiosus discessit, ut aliud in eum judicium quotidie flagitetur. Adde Propert. l. 2. eleg. 23. v. 102.

INVĬDUS, a, um, envious, invidious, malignant, spiteful, φθονερός, βάσκανος, qui invidet, hoc est ex alterius prosperitate tristatur et dolet. Hinc Horat. l. 1. ep. 2. v. 57. Invidus alterius macrescit rebus opimis. γνώμη. Sic Curt. in fin. cap. 12. l. 8. Invidos homines nihil aliud quam ipsorum esse tormenta. Nep. in Timoth. c. 3. Populus acer, suspicax, invidus etiam potentiæ. Cic. pro Flacc. c. 1. Si forte aut beneficii obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis invidus exstitisset. Id. 4. Tuscul. c. 12. Invidi, malevoli, et lividi. Horat. l. 4. od. 3. v. 16. Et jam dente minus mordeor invido. Senec. in Herc. Fur. v. 524. O Fortuna viris invida fortibus! Varr. apud Non. c. 9. n. 1. Invidum tabes. pro invidorum. ¶ Interdum substantivi more usurpatur, ut amicus. Cic. 7. Fam. ep. 2. a med. Persuaserat nonnullis invidis meis. et lib. 1. ep. 4. A tuis invidis et obtrectatoribus. ¶ Invida etiam translate dicuntur, quæcumque quippiam nobis auferunt, aut habere non sinunt. Phædr. l. 5. fab. 6. v. 5. Invidum fatum. Lucret. l. 1. v. 320. Sed quæ corpora decedant in tempore quoque, Invida præclusit speciem natura videndi. Horat. l. 1. ep. 10. v. 18. Est ubi divellat somnos minus invida cura? Id. l. 4. od. 8. v. 24. Invida taciturnitas. h. e. quæ silet res præclare gestas, ne veniant ad posteros, et famam extendant. Id. l. 1. od. 11. v. 7. dum loquimur, fugerit invida ætas. h. e. tempus cito præteriens, et voluptatibus diu frui non sinens. Ovid. 9. Metam. v. 485. Noxque fuit præceps, et cœptis invida nostris. et lib. 10. v. 330. et quod natura remittit, Invida jura negant. Calpurn. ecl. 4. v. 156. Invida paupertas.

INVIGILĀTUS, a, um, nom. ex particip. evigilatus, elucubratus. Cinna vetus poeta apud Isid. l. 6. c. 12. Hæc tibi Arateis multum Invigilata lucernis Carmina.

INVĬGĬLO, as, avi, atum, n. 1. to watch diligently, watch over, pay attention to, ἐπαγρυπνέω, in aliqua re vigilo: et translate curam in aliqua re pono, diligenter incumbo. Ovid. 4. Fast. v. 530. Nec capiat somnos, invigiletque malis. Sil. l. 10. v. 331. Sed mens invigilat curis, noctisque quietem Ferre nequit. is awake to; is agitated by. Stat. Theb. l. 3. v. 4. Curæ invigilant animo. disturb his mind during sleep. et lib. 8. v. 624. Cura invigilat quieti. disturbs our repose while asleep. Valer. Flacc. l. 2. v. 374. Invigilans rati Hercules. Virg. 4. Georg. v. 158. de apib. Namque aliæ victu invigilant. are on the alert to procure food. et 9. Æn. v. 605. Venatu invigilant pueri, silvasque fatigant. are intent on hunting; are engaged in the chace. Colum. l. 10. v. 159. Invigilate, viri, tacito nam tempora gressu Diffugiunt. Ovid. 1. Trist. el. 5. v. 43. Invigiles igitur nostris pro casibus oro, Diminui si qua numinis ira potest. ¶ Cum infinito. Valer. Flacc. l. 5. v. 257. Ergo omnes prohibere minas prædictaque Phrixi Invigilat.

INVINCIBĬLIS, le, adject. qui vinci non potest, invictus, invincible, ἀνίκητος. Apul. in Apolog. Cum hæc ab illis quasi gravia et invincibilia dicerentur. h. e. quibus responderi non posset. Tertull. advers. Hermog. c. 11. Invincibile et insuperabile malum.

INVINCIBILITER, adverb. invicte, invincibly. Apul. in Florid. n. 18. (al. l. 4.) Ratio conclusa acriter et invincibiliter videbatur.

INVINCTUS, a, um, valde vinctus. Nam præposit. in interdum negat, interdum auget. Callistrat. Dig. lib. 48. tit. 16. leg. 6. Qui hominem ingenuum invitum celaverit, invinctum habuerit. Ita Torrentin. at Haloand. habet in vinculis.

INVINĬUS, a, um, abstaining from strong drink, ἄοινος, abstemius. Apul. l. 11. Metam. Præcipit, neque ullum animal essem, et invinius essem.

INVĬO, as, avi, atum, a. 1. viam facio vel viam ingredior, calco, ἐνοδίζω. Solin. c. 2. (al. 8.) Parcius depavit levibus vestigiis inviare.

[* INVĬO, adverb. sine via. Fronto de oration. l. 1. fragm. 4. Perviam potius, ad vestigandum, quam invio progrediamur. h. e. eo, ubi nulla via est.]

INVIOLABĬLIS, le, inviolable, qui violari non potest,

ἀνεκβίαστος. *Lucret.* l. 5. v. 306. Inviolabilia hæc ne credas forte vigere. *unimpaired, undiminished by time. Sil.* l. 10. v. 16. Caput inviolabile telis. *that cannot be hurt.*

INVIOLABILĬTER, *inviolably*, inviolate, ἀνεκβιάστως. *Marcellin. et Faustin. in libello ad Impp. Valentin. Theodos. et Arcad.* pag. 46. *edition. Sirmondi.* Fidem integram inviolabiliter possidere.

INVIOLĀTE, *inviolably, faithfully*, integre. *Cic. de Senect.* c. 22. *extr.* Memoriam nostri pie inviolateque servabitis. *Gell.* l. 7. c. 18. Jusjurandum apud Romanos inviolate sancteque habitum servatumque.

INVIOLĀTUS, a, um, *inviolate, unhurt, uninjured, untainted, irreproachable, uncorrupted, pure, immaculate*, ἀνεκβίαστος, non violatus, illæsus, integer, incorruptus. *Cic. pro Sext.* c. 67. Invulnerati inviolatique vixerunt. *Id. pro Cœl.* c. 5. Præstare aliquid integrum atque inviolatum. *Id. pro Sull.* c. 17. *extr.* Inviolata amicitia. *Liv.* l. 28. c. 28. *a med.* Nihil divinarum humanarumque rerum inviolatum vobis est. *Ovid. de nuce*, v. 52. quæ longius absunt, Nativum retinent inviolata decus. *Sil.* l. 13. v. 875. Vita inviolata. *h. e.* felix, prospera. et l. 11. v. 309. Mens inviolata mero. *unaffected by wine, sober. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. Cum viverent homines ex iis rebus, quæ inviolata ultro ferret terra. *h. e.* nullo ferramento exculta.

INVISCERĀTUS, a, um, in viscera immissus. *August. serm.* 24. *edition. recent.* Ejus sanctam charitatem inviscerátam sentimus in cordibus nostris. Adde epist. 57. *sub fin.*

INVISCĔRO, as, avi, atum, a. 1. indo, intus gigno, in viscera immitto. *Nemesian. in Cyneg.* v. 214. Hoc canibus blandis inviscerat æstus.

[* INVĪSE, adverb. *invisibly*, invisibiliter. *Fulgent. Mythol.* l. 3. c. 6. Ut invise vespertinus advenerat, ita in crepusculo incognitus etiam discedebat. Loquitur de Cupidine, qui vesperi ad Psychen invisus se conferebat. Sunt tamen, qui legendum putent *invisus.* Viderint eruditi.]

INVISIBĬLIS, le, *that cannot be seen, invisible*, ἀόρατος, qui videri non potest. *Cels. in præfat. ante med.* Si manantia corpuscula, per invisibilia foramina subsistendo iter claudant. *Lactant.* l. 7. c. 9. Deus incorporalis, invisibilis, æternus.

INVISIBILĬTAS, atis, f. *invisibility. Tertull. advers. Prax.* c. 14.

INVISIBILĬTER, *invisibly*, ἀθεωρήτως. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 14.

INVISITĀTUS, a, um, nom. ex particip. *not visited, not seen before, unusual. Liv.* l. 27. c. 39. Galli invisitati ante alienigenis, nec videre ipsi advenam in sua terra assueti. *Quintil.* declam. 12. c. 18. Nulla celebris civitas invisitata transitur. *Vitruv.* l. 9. c. 4. Omnia visitata et invisitata, temporum necessitudine sunt constituta. *h. e.* quæ videntur, et quæ non videntur. Adde *Liv.* l. 4. c. 33. l. 5. c. 17. et 34. et alibi: quib. loc. *inusitatus* al. leg. quod Criticis plerisque minus placet.

INVĪSO, is, si, sum, a. 3. *to visit, go to see*, ἐπισκέπτομαι, idem quod viso, nisi si quid addit præpositio vehementiæ. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 58. Cui nostrum non licet fundos nostros obire, aut res rusticas vel fructus causa, vel delectationis invisere? *Id. in fin.* l. 1. *ad Attic.* Ut jam invisas nos, non rogo. *Id. pro Dom.* c. 40. Quid tibi necesse fuit sacrificium, quod alienæ domi fieret, invisere? *Virg.* 4. *Æn.* v. 144. Delum maternam invisit Apollo. *Plaut. Stich.* 1. 2. 9. Ad meam majorem filiam inviso domum. *I am going home to visit my elder daughter.* et *Men.* 1. 1. 32. Nunc ad eum inviso. *I am going to pay him a visit.* et *Merc.* 3. 2. 12. Huc intro ad me invisam domum. ¶ Pro visere, perlustrare inspiciendi causa, et imperii administrandi, *Virg.* 1. *Georg.* v. 25. urbes ne invisere, Cæsar, Terrarumque velis curam. ¶ Pro simplici video, cerno, *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 333. simul ac nostros invisent lumina colles.

INVĪSOR, oris, m. *an envier, maligner*, invidens, invidus. *Apul. in Florid.* n. 9. (*al.* 1. *ad fin.*) Si quis forte in hoc pulcherrimo cœtu ex illis invisoribus meis malignus sedet.

INVĪSUS, a, um, *not seen, unseen*, ἀόρατος, non visus. *Cic. de Harusp. resp.* c. 27. sacra occulta, et maribus non invisa solum, sed etiam inaudita. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 4. Communi fit vitio naturæ, ut invisis, latitantibus, atque incognitis rebus magis confidamus. *Cato R. R.* c. 141. Uti tu morbos visos invisosque prohibessis. ¶ Sæpius est odiosus, displicens, quem æquo animo videre non possumus, *odious, hated, hateful, offensive, disliked, loathed, detested*, μισητός. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 48. Invisos omnes nos esse illis sentio. *Id. sub fin. Adelph.* Si ob eam rem vobis mea vita invisa est. *Cic. pro leg. Manil.* c. 16. Ne aut invisa diis oratio nostra, aut ingrata esse videatur. *Id.* 2. *Offic.* c. 9. *ad fin.* Quo quis versutior, et callidior est, hoc invisior, et suspectior. *Plin.* l. 2. ep. 20. Cujus marito inimicissimus, ipsi invisissimus fuerat. *Sueton. in Tiber.* c. 13. Contemptior in dies, et invisior. *Quintil.* l. 3. c. 7. *a med.* Quosdam claritas ipsa notiores circa vitia, et invisos magis fecit. *Justin.* l. 36. c. 2. *ad fin.* Ne eadem causa invisi apud incolas forent. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 70. Invisus avunculo, infensusque. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 7. Persona lutulenta, impura, invisa. *Plin.* l. 22. c. 13. Urtica quid esse invisius potest? *Horat.* l. 1. ep. 14. v. 17. invisa negotia me trahunt Romam. *Id.* l. 2. od. 14. v. 23. Invisæ cupressus. *Senec.* ep. 51. *extr.* Voluptates præcipue exturba, et invisissimas habe. *Martial.* l. 7. epigr. 20. O Nero crudelis, nullaque invisior umbra. *h. e.* nulla re magis invisus, quam cæde Lucani, de quo est epigramma.

INVITABĬLIS, le, *delightful, charming*, ἐπαγωγός, blandus, delectabilis, jucundus. *Gell.* l. 13. c. 11. Sermones jucundos et invitabiles, et cum quadam illecebra et voluptate utiles.

INVITAMENTUM, i, n. *an attraction, allurement, inducement, incitement, motive*, invitatio, illecebra. *Cic. in Hortens.* apud *Non.* c. 4. n. 232. Voluptates nulla ad res necessarias invitamenta afferunt senibus. *Id.* l. 5. *Fin.* c. 6. *extr.* Fons reperiendus est, in quo sint prima invitamenta naturæ. [¶ Proprie usurpat *Apul. in Apolog.* pag. 322. *Elmenh.* Filia autem per adolescentulos ditiores invitamento matris suæ circumlata, quibusdam etiam procis ad experiundum permissa.]

INVITATĬO, onis, f. *an invitation, incitement, encouragement*, πρόκλησις, invitamentum. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 12. In Epirum vero invitatio quam suavis, quam liberalis, quam fraterna! *Id. Tuscul.* 3. *c. ult.* Ægritudo non natura exoritur, sed judicio, sed opinione, sed quadam invitatione ad dolendum. *as it were a courting of grief. Id. Verr.* 4. c. 34. Quæ studiose compararat, non tam suæ delectationis causa, quam ad invitationes adventusque nostrorum hominum, amicorum suorum atque hospitum. *et Verr.* 3. c. 26. Fit sermo inter eos, et invitatio, ut Græco more biberetur. *Gell.* l. 15. c. 2. Largior paulo jucundiorque vini invitatio, quæ fit, &c.

INVITATIUNCŬLA, æ, f. levis, aut brevis invitatio. *In lemmate* cap. 2. l. 15. *Gellii.* Largiores lætioresque in conviviis invitatiunculas vini.

INVITĀTOR, oris, m. *an inviter*, qui invitat, præsertim ad cœnam. *Martial.* l. 9. epigr. 93. Ad cœnam si me diversa vocaret in astra Hinc invitator Cæsaris, inde Jovis. *Sidon.* l. 9. ep. 13. Quos undique ascitos invitator in unam cœnam contraxerat. ¶ Fuisse inter officia domus Augustæ etiam invitatores, colligitur tum ex allato loco *Martial.* tum ex *leg. ult.* tit. 60. qui *de diversis officiis* inscribitur, lib. 12. *Cod.* tum ex *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 598. n. 6. Agathopus Augg. lib. invitator, et Junia Epictesis, &c. Hi et *vocatores* dicti sunt. V.

INVITATORĬUS, a, um, *invitatory*, ad invitandum pertinens. *Tertull. de anim.* c. 57. Invitatoria operatio. *Hieronym.* ep. 1. *ad Heliodor.* Invitatoria scripta transmittere ad aliquem.

[* INVITĀTRIX, icis, f. *she who invites*, quæ invitat. *Symmach.* l. 1. ep. 59. *init.* Placet hortatio invitatrix religionis.]

INVITĀTUS, us, m. invitatio, *an invitation. Cic.* 7. *Fam.* ep. 5. Ut initio mea sponte, postea invitatu tuo mittendum duxerim.

INVITĀTUS, a, um, *invited, asked, bidden*, vocatus. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 11. Hæc a te invitatus breviter exposui. et lib. 2. ep. 19. *ad fin.* Cosconio mortuo, sum in ejus locum invitatus. *Liv.* l. 1. c. 9. Invitati hospitaliter per domos. *Curt.* l. 9. c. 7. Invitatus ad epulas. *Sueton. in Calig.* c. 22. *extr.* Invitatus in contubernium. *Cic.* 1. *Acad.* c. 2. *extr.* Jucunditate quadam ad legendum invitati. *allured, attracted, drawn, induced.* et *Cæs. B. Gall.* l. 4. c. 6. Invitati uti ab Rheno discederent. et lib. 6. c. 34. Invitati præda longius procedunt. *Sueton. in Calig.* c. 59. Invitatus lucro. *Plin.* l. 8. c. 17. Feras dulcedine invitatas corripiunt. *Plin. alter* l. 8. ep. 17. Anio, delicatissimus amnium, ideoque adjacentibus villis velut invitatus, retentusque.

INVĪTE, adverb. *against one's will, unwillingly, forcibly, involuntarily*, non libenter, coacte, ἀκουσίως. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 3. *circa med.* Invite cepi Capuam. *Id.* 2. *de Orat.* c. 89. Quem ego paulo sciebam vel pudentius, vel invitius ad hoc genus sermonis accedere. *Id.* 3. *Fam.* ep. 10. Qui cum maximis rebus suis coactus a me invitissime discessisset. Melius tamen legitur *invitissimo.*

INVITIABĬLIS, le, adject. qui vitiari, et corrumpi non potest. *Prudent. in Psychomach.* v. 626. Spes invitiabilis ævi.

INVĪTO, as, avi, atum, a. 1. *to invite, ask, bid, desire to come*, προσκαλέω, voco, advoco: et fere ad hospitalitatem refertur, et convivia. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 9. Is me crebro ad cœnam invitat. *Id. Attic.* l. 13. ep. 2. Invito eum per litteras, ut apud me diversetur. *Id. Phil.* 12. c. 9. *extr.* Tota familia occurret, hospitio juvitabit. *Liv.* l. 28. c. 18. Utrumque in hospitium invitat. *Cic. Verr.* 7. c. 11. Ecquis est, qui Senatorem tecto ac domo non invitet? *et Verr.* 4. c. 3. 6. Eum domum suam statim invitant. *Justin.* l. 1. c. 6. Eosdem postero die apparatis epulis invitat. ¶ Absolute *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 74. Alii suos in castra, invitandi causa adducunt. *h. e.* cœna excipiendi. *Cic. in fragm.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 12. Cum Scipio unum et alterum invitasset, et plures invitaturus esset. ¶ *Invitare aliquem poculis* est præbibere, et ad bibendum provocare, *to challenge, pledge; to drink to one. Plaut. Rud.* 2. 3. 31. Perit potando, opinor. Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit. ¶ Hinc *invitare se* est ad bibendum se excitare. *Id. Amph.* 1. 1. 126. Credo edepol dormire solem, atque appotum probe. Mira sunt, nisi invitavit se se in cœna plusculum. *has drunk a little too much. Sueton. in Aug.* c. 77. Quoties largissime se invitaret, senos sextantes non excessit. *when he drank most freely. Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 232. Cum se ibi cibo vinoque læti invitarent. *caroused.* Adde *Turpil. Lucil. Varron.* apud *Non.* c. 4. n. 232. ¶ Refertur et ad alia. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 18. *a med.* A Cæsare liberaliter invitor in legationem illam, sibi ut sim legatus. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 19. Invitare hostes ad deditionem. *et de B. Afric.* c. 73. ad dimicandum. *to provoke, challenge. Sueton. in Calig.* c. 22. Lunam in amplexus. et cap. 53. *extr.* aliquem ad audiendum. *et in Ner.* c. 12. ad spectaculum. *Id. in Cæs.* c. 3. Lepidi societate, quamquam magnis conditionibus invitaretur, abstinuit. *Cic. pro Ligar.* c. 4. *extr.* Præmiis invitare ad quippiam agendum. ¶ Translate est allicere, attrahere, incitare. *to attract, allure, induce, incite. Cic. ad Brut.* ep. 15. *a med.* Præclara illa quidem ingenia, quæ gloria invitantur. *Id. de Senect.* c. 16. *ad fin.* Ad agrum fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque allectat senectus. *Id. de Amic.* c. 26. Assentationem ipsi allectant et invitant. *Id.* 5. *de Fin.* c. 6. *ad fin.* Invitare et allicere appetitum animi. *Plaut. Trin.* 1. 1. 5. Ni me id invitet, ut faciam, fides. *should excite me to do it. Vellei.* l. 2. c. 129. Invitare luxuriam. *to encourage luxury. Virg.* 1. *Georg.* v. 302. Invitat genialis hiems, curasque resolvit. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 604. Invitat somnos crepitantibus unda lapillis. *Id. Heroid.* ep. 17. v. 183. invitant omnia culpam. *h. e.* ut culpam admittam. *Sil.* l. 8. v. 327. si qua interea invitaverit aura, Annueritque deus, velox accede secundis. *Plin.* l. 33. c. 4. *a med.* Spes invitat. *Id.* lib. 23. c. 1. *a med.* Invitatur vino appetentia ciborum. *the appetite is excited.* et lib. 22. c. 24. *circa med.* Aqua mulsa invitat vomitiones. *provokes. Solin.* c. 2. *sub fin.* (*al.* c. 8.) Marius factis manu fossis invitavit mare. *h. e.* viam fecit, ut posset influere, adduxit. ¶ Cum infinito *Virg.* 4. *Georg.* v. 23. Vicina invitet decedere ripa calori. *Liv.* l. 22. c. 51. Reliquum sanguinem invitantes haurire. *Al. leg.* jubentes. ¶ Pro vita privare, *to deprive of life, kill*, ut *evitare*, esse videtur *Plauti Cas.* 3. 6. 21. Gladium ancilla Casinam intus habere ait, qui me atque te invitet. Sed potest allusisse *Plaut.* ad cœnam, de qua antea verba fecerat: vel potius ad illud *invitare aliquem poculis*, quod supra ex eodem attulimus. Sic *invitare aliquem clava* dixit, quasi in eodem ambiguo ludens, *Rud.* 3. 5. 31. (ubi *invitassitis* ἀρχαϊκῶς habet pro *invitaveritis*) quod nos dicimus *to cudgel one within an inch of his life.* [¶ Particip. *invitandus* apud *Suet. in Calig.* c. 41. Misit circum fora et basilicas nomenclatores ad invitandos in libidinem juvenes, senesque.]

INVITUPERABĬLIS, le, *unblameable*, non vitupera bilis. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 10. et lib. 4. c. 1.

INVĪTUS, a, um, *unwilling, reluctant, against one's will, whether one be willing or not, involuntary*, ἀκούσιος, non libens, repugnans, recusans, iniquo animo faciens. *Cic. Parad.* 5. c. 1. Soli hoc contingit sapienti, ut nihil faciat invitus, nihil dolens, nihil coactus. *against his will.* et *Fam.* 13. ep. 63. Ego eum a me invitissimus dimisi. *very much against my will.* et *ad Attic.* l. 5. *ep. ult. a med.* Contendam a Q. Fratre, ut se præfici patiatur: quod et illo et me invitissimo fiet. *much against the will of us both.* et *de Senect.* c. 12. *ad fin.* Invitus feci, ut L. Flamininum e Senatu ejicerem. *it was much against my inclination, that I was obliged to eject*, &c. et *Verr.* 4. c. 62 *extr.* Pecunia coacta ab invitissimis. et cap. 67. Statuas inviti per vim atque imperium dederunt. *against their will or inclination; in spite of their teeth.* et 2. *de Orat.* c. 4. *extr.* Hoc nos ab istis adolescentibus facere, inviti et recusantes, heri coacti sumus. *Id. pro Rosc. Com.* c. 13. Fannium invitum, et huc atque illuc tergiversantem, testimonium contra se dicere cogo. *Id. pro Quint.* c. 14. Extorquendum est invito atque ingratiis, quod non debet. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 2. Diis hominibusque invitis. *despite of both gods and men.* et *Attic.* l. 7. ep. 13. Delectus adhuc quidem invitorum est, et a pugnando abhorrentium. *unwilling and averse to fighting.* et lib. 3. *de nat. Deor.* c. 35. Invita in hoc loco versatur oratio. videtur enim auctoritatem afferre peccandi. *Nep. in Eumen.* c. 4. Exercitus in ea loca erat deductus, ut invito Eumene elabi non posset. *Cæs.* c. 8. l. 1. *B. Gall.* Si, se invito, transire conarentur. *in spite of him.* et *in fin.* l. 3. *B. Civ.* Ne pugnare invitus cogeretur. *Hirt.* l. 8. *B. Gall. in proœm.* Utinam scire possent, quam invitus susceperim, &c. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 16. invita sæpe juvamur ope. *h. e.* quæ proficiscitur ab eo, qui juvare nollet. *Val. Flacc.* l. 3. v. 391. invito maduerunt sanguine dextræ. *h. e.* quem fundere noluissent, qui cædem fato casuve admiserunt. ¶ Præcedente negativa particula. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 2. Cum iidem fabellas Latinas non inviti legant. *Id. de Amic.* c. 1. Itaque feci non invitus, ut prodessem multis tuo rogatu. *very willingly; very gladly.* et *Horat. de ar. Poet.* v. 311. Verbaque provisam rem non invita sequentur. *readily.* ¶ Invita Minerva. V. *Minerva.* ¶ Cum genitivo. *Ulpian. Dig.* lib. 16. tit. 3. leg. 11. Credidit, dominum non invitum fore hujus solu-

tionis. *h. e.* se non facturum hanc solutionem invito domino. [¶ Comparat. *invitior* apud *Plaut. in novis fragm. Cistellariæ* pag. 19. Nam sola nulla invitior solet esse.]

INVIUS, a, um, *not to be passed, impassible, invious*, ἄνοδος, ἄβατος, qui est sine via, qui adiri non potest. *Virg.* 6. *Æn.* v. 154. lucos Stygios, regna invia vivis. et lib. 9. v. 130. maria invia Teucris, nec spes ulla fugæ. et lib. 4. v. 151. altos ventum in montes, atque invia lustra. *Liv.* l. 9. c. 14. Invii saltus. *Ovid. Fast.* 5. v. 582. Gens circumfusis invia fluminibus. *enclosed, surrounded, inaccessible. Plin.* l. 12. c. 14. Regio rupibus invia. *Flor.* l. 3. c. 20. Invius exitus. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 113. Invia virtuti nulla est via. γνώμη. Sic *Tacit. in Agric.* c. 27. Nil virtuti invium. Apud *Ovid. Metam.* 11. v. 414. facere locum aliquem invium, est aditus præcludere qua ad illum accedi potest. *to block up the road, cut off all access.* ¶ Substantivi more. *Sil.* l. 4. v. 306. Dimittit passim dumosa per invia pestem. *Liv.* l. 21. c. 35. In jugum Alpium perventum est, per invia pleraque, et errores. *through pathless places and wanderings from the right way; through wrong roads.* et lib. 38. c. 23. Ruunt cæci per vias, per invia. *Lucan.* l. 9. v. 386. tentare invia. ¶ Cum infinito. *Senec. in Herc. Fur.* v. 715. Acheron invius renavigari. ¶ Translate *Sil.* l. 14. v. 639. tot bellis invia tecta. *h. e.* urbs non expugnata. *Martial.* l. 7. epigr. 1. v. 5. Invia Sarmaticis domini lorica sagittis. *impenetrable.*

INŬLA, læ, f. *the herb elecampane, enulacampane, or star-wort*, ἑλένιον, herba est pastinaca et sisere brevior, sed radice torosior, amariorque, per se stomacho inimicissima, sed dulcibus mixtis saluberrima. Ejus condiendæ rationes non unas tradunt *Plin.* l. 19. c. 5. *ad fin.* et *Colum.* l. 12. c. 46. usus in medicina enumerat *Plin.* l. 20. c. 5. culturam *Id. cit.* l. 19. c. 5. *Colum.* l. 11. c. 3. *circa med.* et *Pallad. in Februar.* tit. 24. *sub fin.* docent. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 51. Erucas virides, inulas ego primus amaras Monstravi incoquere.

INULCĔRO, as, a. 1. *to ulcerate*, ulcus facio. Est *Vegetii de re Veterin.* l. 2. c. 59.

INULTE, adverb. *without being revenged. Curt.* l. 4. c. 4. Nonnulli ruunt in hostem, haud inulte tamen perituri.

INULTUS, a, um, *unrevenged, not revenged*, ἀνεκδίκητος, qui acceptam injuriam ultus non est. *Cic. pro Sext.* c. 23. Marius vitam suam, ne inultus esset, ad incertissimam spem reservavit. *Sallust. in Catil.* c. 61. *extr.* Cavete, ne inulti animam amittatis. *Id. in fragm.* apud *Priscian.* lib. 6. p. 699. *Putsch.* Dedecores, inultique ab hostibus cædebantur. *Liv.* lib. 25. c. 37. Ne inultos imperatores suos jacere sinerent. *Virg.* 3. *Georg.* v. 227. gemens quos amisit inultus amores. *Id.* 10. *Æn.* v. 739. non me quicumque es, inulto Victor, nec longum lætabere. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 34. Nos, nisi damnose bibimus, moriemur inulti. *Id.* l. 1. od. 28. v. 33. precibus non linquar inultis. *h. e.* non exauditis: non exoratis diis, quin te ulciscantur, quod me precantem neglexeris. ¶ Passive est impunis, impunitus, seu is, de quo ultio sumpta non est. *unpunished, scot-free, with impunity. Cic. pro Cluent.* c. 62. Cur nunc Asellium esse inultum tandiu sinis. *Horat.* epod. 17. v. 56. Inultus ut tu riseris Cotyttia? *Sallust. in Jug.* c. 73. Ne ager inultis hostibus vastaretur. *Horat.* l. et od. 3. v. 40. Dum Priami Paridisque busto Insultet armentum, et catulos feræ Celent inultæ. Adde *Plaut. Epid.* 3. 1. 6. ¶ Item res ea, quæ non punitur. *Cic. in Divin. Verr.* c. 16. Ut ceterorum quoque injuriæ sint impunitæ atque inultæ. *Terent. Andr.* 3. 5. 4. Sed id inultum nunquam auferet. *Valer. Max.* lib. 9. c. 7. n. 2. Tantumque scelus Curia inultum habuit. *h. e.* ulta non est. *Senec. in Agam.* v. 220. Victrix inultum Græcia hoc facinus feret? ¶ De eo, qui est ab injuria tutus. *Curt.* l. 3. c. 4. Jugum itineri imminens, obtinere, unde inultus subeuntem prohibere potuisset. *without hurt or harm.*

INUMBRATĬO, onis, f. *darkness*, umbra, obscuratio, tenebræ. *Martian. Capell.* l. 1. p. 20. *de Plutone.* Lucifuga inumbratione pallescens.

INUMBRĀTUS, a, um, *darkened, shady, obscure, inumbrated*, ἐπίσκιος, umbra tectus, umbrosus. *Curt.* l. 3. c. 4. Amnis multa riparum amœnitate inumbratus. *Apul. initio Floridor.* Spelunca frondibus inumbrata. ¶ Translate *Cels. Dig.* 41. tit. 2. leg. 18. Si furioso, quem mentis suæ existimasti, eo quod in conspectu inumbratæ quietis fuerit constitutus, &c. *apparent, feigned, unreal.*

INUMBRO, as, avi, atum, a. 1. *to shade, darken, cast a shadow upon, obscure, cloud, inumbrate*, ἐπισκιάζω, umbram induco, umbra tego, opaco. *Virg.* 14. *Æn.* v. 66. Exstructosque toros obtentu frondis inumbrant. *Id.* 1. *Georg.* v. 20. Palmaque vestibulum, aut ingens oleaster inumbret. *Lucret.* l. 5. v. 290. Terraque inumbratur, qua nimbi cumque feruntur. *Plin.* l. 19. c. 1. *sub fin.* Velis forum inumbravit. ¶ Absolute *Tacit.* 3. *Hist.* c. 19. Inumbrante vespera, universum exercitus robur advenit. *towards the close of the evening.* ¶ Pro tegere. *Lucret.* l. 3. v. 927. et inumbrant ora coronis. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Pros.* v. 25. stridentia colla Gorgonos obtentu pallæ fulgentis inumbrat. *Id. in consul. Prob. et Olybr.* v. 69. metasque tenetis Antegenas dulces quam flos juvenilis inumbret. *Apul. Met.* l. 5. Juvenis lanoso barbitio genas inumbrans. ¶ Translate est obscurare. *Plin. in Paneg.* c. 19. Parva et exilia sidera validiorum exortus obscurat: similiter imperatoris adventu legatorum dignitas inumbratur. *is dimmed.* ¶ Pro delineare, describere. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 2. Ut Præneste incisum in solario vidi, quod Cornelius in basilica Æmilia inumbravit. *h. e.* umbras describendo, quibus horas diei sol ostendit.

INUNCĀTUS, a, um, *hooked, caught with a hook*, unco apprehensus. *Colum.* l. 7. c. 3. *ante med.* Lana obnoxia est rubis, quibus velut hamis inuncata, a pascentium tergoribus avellitur.

INUNCO, as, avi, atum, a. 1. *to hook, catch with a hook*, ἁρπάζω, unco apprehendo, traho, rapio, arripio. Translate *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 425. aut qui nummos tristis inuncat. Proprie *Apul. in Florid.* n. 2. (*al.* l. 1.) Aquila de cælo improvisa, campis pecua cernens, unde rostro transfodiat, unde unguibus inuncet vel agnum, vel leporem. *may pounce.* Adde *Paulin. Nolan.* carm. 20. *Nat.* 7. *S. Fel.* v. 272. [¶ Particip. *inuncandus* apud *Apul. in Apol.* pag. 293. *Elmenh.* Instrumenta non falcibus metenda, sed hamis inuncanda.]

INUNCTĬO, onis, f. *an anointing, besmearing, unction, inunction*, ἄλειψις, actus inungendi, illitus. *Cels.* l. et cap. 7. sect. 14. *extr.* Opus est lenium medicamentorum inunctionibus. *Colum.* l. 6. c. 33. Omnis dolor oculorum inunctione succi plantaginis levatur. *Plin.* l. 28. c. 8. *post med.* Felle glaucomata et suffusiones corrigi, tridui inunctione. *Id.* l. 29. c. 6. *circa med.* Accipiter decoctus in rosaceo, efficacissimus ad inunctiones omnium vitiorum putatur.

INUNCTUS, a, um, *anointed, besmeared*, illitus. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 25. Cum tua prævideas oculis mala lippus inunctis. *having your eyes anointed with eye-salve. Plin.* l. 25. c. *ult.* Succus inunctus hyoscyami. et l. 28. c. 11. Ungulæ asiniæ cinis inunctus e suo lacte. *Martial.* l. 7. epigr. 77. Et bene si cœnas, conchis inuncta tibi est. *h. e.* condita.

INUNDATĬO, onis, f. *a flood, deluge, overflowing of water, inundation*, κατακλυσμός, aquarum exuberantia, exundatio. *Colum.* l. 3. c. 11. *ad fin.* Valles, quæ fluminum alluvie, et inundationibus concreverint. *Sueton. in Aug.* c. 28. Urbs inundationibus obnoxia. et cap. 10. Inundationes coercere. *Plin.* l. 5. c. 13. Joppe Phœnicum antiquior terrarum inundatione. *than the flood.*

INUNDĀTUS, a, um, *deluged, inundated*, aquarum vi obrutus. ¶ Translate *Curt.* l. 5. c. 7. Exercitus, quibus Europa inundata est. *Id.* l. 9. c. 2. *circa med.* Cilicia inundata cruore Persarum. *hyperbole.* ¶ Metaphorice *Petron. in Satyr.* c. 101. Inundatus hac Eumolpus invidia, jurat, &c. *h. e.* obrutus. et cap. 118. Mens ingenti flumine litterarum inundata.

INUNDO, as, avi, atum, a. 1. *to overflow, overwhelm or cover with water, deluge, inundate*, πλημμυρέω, aquis extra ripas diffluentibus obruo, redundo, exundo, superfluo. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 37. Ut terra infimum locum teneat: hanc inundet aqua. *Liv.* l. 8. c. 24. Imbres continui, campis omnibus inundantes. ¶ Translate *Virg.* 12. *Æn.* v. 280. Hinc densi rursus inundant Troes. *Justin.* l. 38. c. 4. Cimbros more procellæ inundasse Italiam. *Liv.* l. 24. c. 38. Crastino die aut vestro, aut Ennensium sanguine Enna inundabitur. *hyperbole. Petron. in Satyr.* c. 21. Vino etiam Falerno inundamur. *h. e.* abunde proluimur. et c. 113. Inundavere pectus lacrimæ, dolore paratæ. ¶ Est etiam abundo, plenus sum. *Virg.* 10. *Æn.* v. 24. et inundat sanguine fossæ. *Valer. Max.* l. 1. c. 7. n. 5. Quod in quiete viderat, urina ejus omnes Asiaticas gentes inundasse.

INUNGĬTO, as, a. 1. frequentativum ab inungo. *Cato* apud *Charis.* l. 1. p. 78. *Putsch.* Mulieres nostræ capillum cinere inungitabant, ut rutilus esset crinis. *Serv.* hoc idem referens *ad Æn.* 4. v. 698. habet *unctitabant.* Alii leg. *ungitabant.*

INUNGO, is, nxi, nctum, a. 3. *to anoint, besmear*, ἐναλείφω, in aliquo loco ungo, illino: et dicitur de oculis ungendis medicinæ causa. *Cels.* l. 7. c. 7. n. 3. Si intus plaga est, inungendum primo lenibus, deinde acrioribus. *Plin.* l. 29. c. 6. *ante med.* Cinere mustelarum cum melle inungi caligines, utilissimum est. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 28. Non possis oculos quantum contendere Lynceus: Non tamen idcirco contemnas lippus inungi. *to use eye-salve, apply a collyrium to your eyes. Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 8. Inungere oculos. ¶ De aliis rebus. *Plin.* l. 18. c. 30. *extr.* Fabam siccatam oleo inungunt. *Id.* l. 13. c. 3. Aquilæ, ac signa inunguntur festis diebus. ¶ Legitur et *inunguo.*

INUNĪTUS, a, um, *united*, unitus, conjunctus. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 29. Triformem naturam professi, et tamen inunitam in Adam. *Apul. in Apolog.* Radii lumini extrario mixti atque inuniti. *Al. leg.* ei uniti.

INVOCATĬO, onis, f. *a calling upon, invoking, invocation*, ἀνάκλησις, actus invocandi, nominatio, appellatio. *Ascon. in divin. Verr.* c. 13. Incipiebant Veteres ab invocatione deorum. *Quintil.* l. 10. c. 1. *ante med.* Benevolum auditorem facit invocatione dearum, quas, &c. [†*Id.* 9. 2. Aversus quoque a judice sermo, qui dicitur ἀποστροφή, mire movet, sive adversarios invadimus, &c. sive ad invocationem aliquam convertimur, *Vos enim jam ego, Albani tumuli atque luci. a species of the rhetorical figure apostrophe.*]

INVŌCĀTUS, a, um, *not called, not invited, uninvited, unbidden*, ἄκλητος, non vocatus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 38. *extr.* Quid, quod imagines rerum etiam ad dormientem veniunt invocatæ? *Plaut. Capt.* 1. 1. 1. Juventus nomen indidit scorto mihi, eo quia invocatus soleo esse in convivio. *Nep. in Cim. c. ult.* Quotidie sic ei cœna coquebatur, ut quos invocatos vidisset in foro, omnes devocaret. Adde *Vitruv.* l. 6. cap. 8. et *Cæl. ad Cicer. Fam.* lib. et ep. 8. et *Terent. Eun.* 5. 9. 29. ¶ Item vocatus, nominatus, *called, called by name.* Mos fuit Græcorum, ut talis ludentes scorta invocarent, fausti ominis et jactus causa. Hinc Parasitus in verbis *Plauti* allatis, sibi scorto nomen impositum ait, quod *invocatus* esset in convivio: alio tamen sensu: nam scorta *invocata* quidem erant, et appellata; parasiti vero vel non vocati aderant ultro, aliena quadra viventes. *Id. ibid.* v. 4. In convivio sibi amator, talos cum jacit, scortum invocat. Est ne invocatum, an non est? est planissime. Verum nos parasiti planius, quos nunquam quisquam neque vocat, neque invocat. *Plin. in Paneg.* c. 80. Omnia invisere, omnia audire, et undecumque invocatum statim, veluti numen, adesse. *Justin.* l. 18. c. 6. Diu viri nomine cum multis lacrimis invocato. *Senec. in Hippol.* v. 944. Et invocata munus hoc sanxit Styge. *called to witness, invoked. Mamertin. in Paneg. ad Maximian.* Ad restituendam rempublicam invocatus.

INVŎCO, as, avi, atum, a. 1. *to call, call to, call in, invite*, εἰσκαλέω, ἐπικαλέω, idem quod voco, aut intro voco. *Enn.* apud *Isidor.* l. 1. *Orig.* c. 25. Alium invocat, cum alio cantat. *Sallust.* orat. 1. *ad Cæs. a med.* Neque quisquam te ad crudeles pœnas, aut acerba judicia invocat. *Senec. in Hippol.* v. 888. et *Curt.* l. 4. c. 10. *sub fin.* et lib. 5. cap. 12. Ille quæstioni corpus offerre, deos testes invocare, &c. *Liv.* l. 2. c. 45. *ad fin.* Si fallat, Jovem patrem, Gradivumque Martem, aliosque iratos invocat deos. ¶ Item nominare, appellare, *to call by name, name, designate by the appellation of. Ennius* apud *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* c. 2. Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Jovem. Apud *Fest.* in *Sublime* leg. *vocant. Curt.* l. 10. c. 5. Persæ justissimum ac mitissimum dominum, Macedones optimum ac fortissimum regem invocantes, certamen quoddam mœroris edebant. *Apul.* l. 11. *Metam. sub init.* Quoquo nomine, quoquo ritu, quaqua facie te fas est invocare. ¶ Sæpe est appellare ad auxilium ferendum, *to call to for help, invoke, implore, beg the assistance of. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. Junonem Lucinam in pariendo invocant. *Id.* 2. *de Orat.* c. 47. Invocare aliquem ad communem fortunam defendendam. *Plaut. Merc.* 5. 2. 23. Invoco vos, Lares Viales, ut me bene juvetis. *Id. Amph.* 5. 1. 9. Ubi parturit, deos sibi invocat. *Quintil. in proœm.* l. 4. Invocare deos in auxilium. *Tacit.* 16. *Ann.* c. 31. [†impios] deos precibus. *to invoke the infernal gods.* et lib. 2. c. 71. leges. et lib. 15. c. 56. auxilia libertati. et lib. 2. c. 46. arma alicujus adversus alium. *Id.* 2. *Hist.* c. 9. fidem suorum militum. ¶ Cum conjunctivo, omissa *ut* particula. *Id.* 4. *Hist.* c. 79. Justæ preces invocantium, ad ultionem accingerentur. ¶ De more invocandi amicas in jaciendis talis, quem tradit *Plaut. Curcul.* 1. 1. 4. et tangit *Asin.* 4. 1. 36. et 5. 2. 60. et *Curcul.* 2. 3. 77. dictum est in voce præced.

INVOLĀTUS, us, m. *a flying, flight*, idem ac volatus, verbum est augurum ex avium volatu omen captantium. *Cic.* 6. *Fam.* ep. 6. *circa med.* Non igitur ex alitis involatu, nec e cantu oscinis, &c.

INVOLĪTO, as, avi, atum, n. 1. frequent. ab involo. *Prudent.* περὶ στεφ. 5. *de S. Cypr.* v. 100. Involitare terris. ¶ Translate *Horat.* l. 4. od. 10. v. 3. Et quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ. *flow, hang loose and waving. Paulin. Nolan.* epist. 32. (*al.* 12.) sect. 6. *in carm.* involitare Superis.

INVŎLO, as, avi, atum, n. 1. *to fly into*, ἐφίπταμαι, intro volo. *Varr.* l. 3. *de R. R.* c. 7. At in villam intro involant columbæ. *Colum.* l. 8. c. 3. Neque enim debent ipsis nidis involare, ne pedibus ova confringant. ¶ Translate sumitur pro irruere in aliquem, manus violenter alicui injicere, cædendi, aut auferendi causa: translatione ab avibus in escam irruentibus. *Terent. Eun.* 5. 2. 20. Vix me contineo, quin involem in capillum. *from flying at, from tearing. Plaut. Amph.* 1. 1. 89. Equites parent citi: ab dextera maxumo cum clamore involant impetu alacri. *they rush; they gallop. Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 139. Involare oculis. *Hirt. de B. Alex.* c. 52. *extr.* Involare ad aliquem, eumque sauciare. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 31. Nostra est omnis ista prudentiæ doctrinæque possessio, in quam homines, quasi caducam atque vacuam, abundantes otio, nobis occupatis involaverunt. ¶ Cum accus. sine præposit. *Plin.* l. 9. c. 59. Piscator singulos involat verius, quam capit. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 33. Adeo improvisi castra involavere, ut, &c. *Id. Ann.* 1. c. 49. Truces etiam tum animos cupido involat eundi in hostem. *h. e.* incessit. ¶ Hinc *involare aliquid* est auferre, furari, *to make off with, filch, purloin, steal. Catull.* carm. 25. *ad Thall.* v. 6. Remitte pallium meum, quod involasti. *Petron. in Satyr.* c. 43. Hereditatem accepit, ex qua plus involavit, quam illi relictum

est. *et in fragm. Tragur.* c. 56. *Burm.* Anuli, quos amicæ tuæ involasti. *Callistrat. Dig.* l. 47. tit. 9. leg. 6. Ancoræ involantur de mari. ¶ *Serv. ad* 3. *Æn.* v. 233. et *ad* 2. *Georg.* v. 88. ducit a *vola* manus.

INVOLŪCRE, is, n. *a barber's towel*, ὠμόλινον, linteum illud, quo tonsores humeros tondendorum involvunt, ne vestes capillorum segmentis sordidentur: ab *involvo*. Ita *Turneb.* l. 28. *advers.* c. 38. et lib. 14. c. 7. interpretatur. *Plaut. Capt.* 2. 2. 17. Ne is quidem involucre injicere voluit, vestem ut ne inquinet. Al. leg. *involucrum.*

INVOLŬCRIS, cre, *unable to fly*, ἄπτερος, qui volare non potest. *Gell.* l. 2. c. 29. Pulli tunc involucres erant.

INVOLŪCRUM, i, n. *any thing with which another thing is wrapped round; a wrapper, covering*, εἴλημα, quidquid aliquid involvendo tegit ac circumplectitur. *Cic. Verr.* 6. c. 28. Candelabrum involutum attulerunt, involucrisque rejectis constituerunt. *Plin.* l. 13. c. 12. Emporetica involucris chartarum usum præbet. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 2. leg. 21. Involucrum solvere. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Orat.* c. 35. Divitias ac ornamenta ejus ingenii per quædam involucra atque integumenta perspexi. *veils and coverings. Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 5. Multis simulationum involucris, et quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura. *coverings, cloaks.* ¶ Male corripuit pænultimam *Prudent. Cathemer.* 5. v. 36. *in Hamartis.* v. 929. *et in præfat.* l. 1. *in Symmach.* v. 54.

INVOLUMENTUM, ti, n. involucrum. *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei*, c. 8. Geniculis nodisque culmorum præfecerunt deum Nodotum, involumentis folliculorum deam Volutinam.

[* INVOLUNTARIE, adverb. *involuntarily*, coacte, contra voluntatem. *Marcian. Dig.* lib. 1. tit. 3. leg. 2. Coercitio eorum, quæ sponte, vel involuntarie delinquuntur. Animadvertas tamen velim his verbis translatum fuisse a *Marciano*, vel ab antiquo aliquo auctore, locum *Demosthenis in Orat. advers. Aristogit.* qui ita se habet: ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων, καὶ ἀκουσίων, ἁμαρτημάτων.]

INVOLUNTARIUS, a, um, adject. *involuntary. Cœl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 3. Urinæ involuntaria emissio.

INVOLUNTAS, atis, f. non voluntas. *Tertull. in Apolog.* c. 45. ubi alii leg. *voluntas.*

INVOLVO, is, olvi, lutum, a. 3. *to tumble or roll upon*, ἐνειλέω, in aliquo loco, vel super aliquid volvo, voluto, convolvo, volvendo injicio. *Virg.* 1. *Georg.* v. 281. Ter sunt conati imponere Pelio Ossam Scilicet, atque Ossæ frondosum involvere Olympum. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 507. Saxa trabesque super, totosque involvite montes. *Virg.* 12. *Æn.* v. 687. Fertur in abruptum [mons], silvas armenta virosque Involvens secum. *dragging or tumbling along with it.* et vers. 291. ruit ille recedens, Et miser oppositis a tergo involvitur aris In caput, inque humeros. *tumbles or rolls headlong*, &c. *Senec. in Herc. fur.* v. 683. flexibus multis gravem Involvit amnem. *whirls round; causes to wind round.* ¶ Item circumvolvo, circumplico, volvendo contego, *to wrap up, wrap round, fold in, cover, involve. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 75. Sinistras sagis involvunt, gladiosque distringunt. *Petr. in Satyr.* c. 26. Caput flammeolo involverat. *Phædr.* l. 4. fab. 1. v. 12. Mustela involvit se farina, et obscuro loco abjecit negligenter. *Tibull.* l. 3. el. 1. v. 9. Lutea sed niveum involvat membrana libellum. *Plin.* l. 11. c. 28. Involvere aliquid corpori. et cap. 24. *de araneis.* Namque et lacertarum catulos venantur, os primum tela involventes. *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 10. leg. 5. Pelles, quibus involvuntur vestimenta. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 705. Captivam vulpem stipula fœnoque involvit. *Sen. in Thyest.* v. 624. nube aliquem involvere. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 232. Involvi fumo. *to be involved. Virg.* 2. *Georg.* v. 308. Ignis totum involvit flammis nemus. *Id.* 3. *Æn.* v. 198. Involvere diem nimbi. *shut up, hid, concealed.* et lib. 2. v. 251. nox Involvens umbra magna terramque polumque. *enveloping. Sil.* l. 7. v. 460. assuetum casside crinem involvere. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 70. *de obruto exercitu vi tempestatis.* Nihil strenuus ab ignavo, consilia a casu differre: cuncta pari violentia involvebantur. Sic *Virg.* 6. *Æn.* v. 336. quos obruit auster, aqua involvens navesque virosque. *overwhelming, drowning.* ¶ Translate *Cic. Fam.* 9. ep. 20. *ad fin.* Ubi salutatio defluxit, litteris me involvo. *I devote myself to study. Horat.* l. 3. od. 29. v. 54. mea me virtute involvo. *I wrap myself up in, shield myself. Plin.* l. 7. ep. 3. Involvere se otio. *Id.* l. 1. ep. 5. se laqueis insidiosæ interrogationis. *to be entangled, perplexed, embarrassed. Plin. alter* l. 2. c. 7. *a med.* Quæ singula improvidam mortalitatem involvunt. *confound, perplex. Lucan.* l. 7. v. 89. Involvat populos una Fortuna ruina. *h. e.* simul opprimat. ¶ Interdum est tegere, obscurare. *Virg.* 6. *Æn.* v. 99. horrendas canit ambages, obscuris vera involvens. *wrapping up truth in obscurity. Ovid. in Ibin*, v. 57. historiis involvam carmina cæcis. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 63. Ut perspecto jure, et si qua iniquitas involveretur, &c. *h. e.* lateret. [¶ Particip. *involvendus* apud *Cels.* l. 2. c. 17. Curiose involvendus vestimentis is est.]

INVOLVŎLUS. V. *Involvulus.*

INVOLŪTE, adverb. obscure. *Spartian. in Caracal.* c. 2. Questus est de fratris insidiis involute et incondite.

INVOLUTĬO, onis, f. actus involvendi, vel res involuta, εἴλυμα. *Vitruv.* l. 10. c. 11. Tabulæ pertegant etiam involutionem. *the winding, enwrapping, enfolding.*

INVOLŪTO, as, avi, atum, a. 1. involvo. *Apic.* l. 2. c. 1.

INVOLŪTUS, a, um, *rolled, rolled along*, volutus. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 11. Cupas de muro in musculum devolvunt: involutæ labuntur. *Senec. in Herc. Œt.* v. 731. Involutos fluctus frangit Leucas opposita. ¶ Item *enwrapped, wrapped or folded up, enveloped*, circumplicatus, obvolutus, convolutus, εἰλητός, ἑλικτός. *Cic. Verr.* 6. c. 28. Ut candelabrum id involutum quam occultissime deferrent. *wrapped round.* et *Verr.* 7. c. 60. Qui capitibus involutis in piratarum numero producebantur, ut securi ferirentur. *muffled up. Justin.* l. 15. c. 3. Manum amiculo involutam in os leonis immersit. *Sueton. in Aug.* c. 83. Lodicula involutus. *Plin.* l. 31. c. 9. Sal in linteolo involutus. Et lib. 28. c. 4. *a med.* Clavus lana involutus. ¶ Translate est tectus, implicatus, intricatus, obscurus, *covered, obscured, intricate, concealed. Cic. Phil.* 7. c. 6. Pacis nomine bellum involutum reformido. *Plin.* l. 2. c. 15. Res multis involuta miraculis. *Tacit. Ann.* 16. c. 32. *extr.* Homo involutus fraudibus. *full of deceit. Cic.* 1. *de Fin.* c. 9. Occulta quædam, et quasi involuta aperire. *Id. in Orat.* c. 29. Res involutas definiendo explicare. *Senec.* l. 6. *quæst. nat.* c. 5. Res omnium maxima atque involutissima. *intricate, involved.* Et l. 2. c. 41. Adhibitis in consilium diis, quos superiores et involutos vocant.

INVOLVŬLUS, *vel* Involvolus, li, *a small worm or caterpillar, that winds itself round the leaves of vines and other trees; a vine-fretter*, ἴψ, ἴουλος, vermiculus, qui et *convolvulus* dicitur, qui sese foliis arborum et vitium involvit et implicat. *Festus. Plaut. Cist.* 4. 2. 63. Imitatur nequam bestiam, et damnificam. *P.* quamnam amabo? *L.* Involvulum, quæ in pampini folio intorta implicat sese.

INURBĀNE, *without wit or humour, unpleasantly*, non urbane, illepide, invenuste. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 19. Apud quos non inurbane Stratonicus, ut multa, &c. *Plin.* l. 2. ep. 14. Non inurbane σοφοκλεῖς vocantur. *Quintil.* l. 8. c. 3. *a med.* Emendavit hoc non inurbane in Hirtio Cicero.

INURBĀNUS, a, um, *unpolitely, unpolished, rude, clownish, unmannerly, boorish*, ἄγροικος, illepidus, infacetus. *Cic. in Bruto*, c. 63. Expedita erat, et perfacile currens oratio: et erat ejus quidem tanquam habitus non inurbanus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 90. Non essem tam inurbanus, ac pæne inhumanus, uti eo gravarer, quod vos cupere sentirem. *Quintil.* l. 6. c. 3. *ante med.* Aspectus et habitus oris, et gestus non inurbanus. *unpleasing. Horat. in ar. Poet.* vers. 273. Scimus inurbanum lepido seponere dicto. *to distinguish a coarse joke from a smart or witty saying.*

INURGĔO, es, ursi, a. 2. *to press strongly, urge, push, thrust*, ἐπιστρέχω, contra aliquem urgeo. *Lucret.* l. 5. v. 1034. inurget vitulus cornibus. [*Apul.* 8. *Met.* pag. 536. *Oudend.* Pergit linguæ sauciantis improbos susurros inurgere.]

INURĪNO, as, avi, atum, n. 1. *to dive or plunge into the water and emerge again*, in aliquo loco urino, aquam subeo. *Colum.* l. 8. c. 14. *de anserib.* Lacus piscinaque manu fiant, ut sint, quibus inurinare possint aves.

INŪRO, is, ussi, ustum, a. 3. *to burn, scorch*, ἐγκαίω, in aliqua re uro, exuro, deuro. *Cels.* l. 1. c. 3. *ante med.* Extenuat corpus balneum, inurens sol, et omnis calor. *Colum.* l. 11. c. 3. *ante med.* Solum, quod vere conserere destinaverimus, post autumnum patiemur effossum jacere, brumæ frigoribus et pruinis inurendum. *Id.* l. 4. c. 29. *ad fin.* Terebra Gallica sic excavat truncum, ne foramen inurat. *h. e.* ne inæqualiter cædat instar ignis amburentis. ¶ De encaustico picturæ genere. *to enamel, paint by means of fire. Plin.* l. 35. c. 4. *ad fin.* Nicias scripsit, se inussisse. et cap. 7. Ceræ tinguntur iisdem coloribus ad eas picturas, quæ inuruntur. ¶ Sæpe est ignito ferro inscribere, notam, vel stigma imprimere. *to brand, sear, imprint marks with a burning iron*, ut fit in armentorum coxis, et servorum frontibus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 158. *de vitulis.* Continuoque notas et nomina gentis inurunt. ¶ Translate *Cic. pro Sull.* c. 31. Ne qua generi, ac nomini suo nota nefariæ turpitudinis inuratur. *Id. pro Mil.* c. 12. Quas ille leges fuit impositurus nobis atque inusturus? *h. e.* per vim perlaturus. *Id. in Orat.* c. 23. *ad fin.* Inurere aliquid calamistris. *Id. pro Cluent.* c. 46. Censoriæ severitatis nota inuri. *Id. Phil.* 11. c. *ult.* Acerbissimum alicui dolorem inurere. *Id. pro Mur.* c. 4. Inurere alicui famam superbiæ et crudelitatis. *h. e.* imponere. *to brand his reputation with an indelible stain of pride and cruelty. Id. Phil.* 2. c. 46. plurima mala reipublicæ. *h. e.* infligere. *Id. de Provinc. Consul.* c. 7. alicui ignominiam. *to brand with a mark of ignominy. Liv.* l. 3. c. 58. eam maculam Claudiæ genti, ut carcere et vinculis digni videantur. *Martial.* l. 6. epigr. 64. v. 24. At si quid nostræ tibi bilis inusserit ardor, Vivet et hærebit. *Arnob.* l. 4. pag. 149. Illud acerbissime vulnerat, quod inurit innoxios.

INUSITĀTE, adverb. *in an unusual manner, unusually, strangely*, ἀήθως, præter consuetudinem. *Cic. ad Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 3. Absurde et inusitate scriptæ epistolæ. *Id. in Bruto*, c. 75. Inusitate loqui. *Id. in Orat.* c. 46. Poeta inusitatius contraxerat. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 4. *a med.* Inusitatissime *nox* pro *noctu* dixerunt. Al. leg. *inusitate.*

INUSITĀTO, adverb. inusitate. *Plin. in Paneg.* c. 5. Inusitato enituit. Al. leg. *inusitato indicio enituit.*

INUSITĀTUS, a, um, *unusual, uncommon, strange, extraordinary, unwonted, not in use*, ἀήθης, insolitus, præter consuetudinem, raro visus, inauditus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 47. Nova et inusitata belli ratio. *Cic.* 3. *Offic.* c. 9. Hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata. *Id.* 2. *de Orat.* c. 23. Alter leporem quendam inusitatum nostris Oratoribus est consequutus. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 25. Species navium inusitatior. *Accius* apud *Non.* c. 3. n. 231. Pro dii immortales! speciem humanam inusitatam, egregiam, indignam clade et squalitudine. *Plin. in Paneg.* c. 3. Magna et inusitata principis gloria.

INUSQUE, pro usque in, ut *hucusque* pro usque huc. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 439. neque enim meus audeat istas Civis inusque manus. *Avien. in ora marit.* v. 525. tum jugum Celebandicum Inusque salsam dorsa porrigit Thetim. Adde vers. 606. et 641. Scribitur et divisim *in usque.*

INUSTUS, a, um, *scorched, burnt*, deustus, combustus. *Ovid. Metam.* 12. v. 275. vulnere sanguis inustus Terribilem stridore sonum dedit. *burnt in the wound. Colum.* l. 7. c. 5. *circa med.* Vetus hominis urina testis candentibus inusta. *heated. Lucan.* l. 9. v. 852. Ire libet, qua Zona rubens, atque axis inustus Solis equis. *Plin.* l. 22. c. 14. Medetur contusis, incussisque, inustis, et strumis. *burns.* et lib. 18. c. 28. *ad fin.* Ros inustus sole acri. *dried up.* ¶ Item igne adhibito inscriptus, impressus. *branded, seared, marked or impressed with a hot iron. Lucret.* l. 6. v. 218. quali natura prædita constent Fulmina, declarant ictus, et inusta vapore signa. ¶ Et translate quocumque modo impressus, inflictus. *impressed, marked, inflicted. Catull.* carm. 25. *ad Thall.* v. 10. ne tibi latus, et nates Inusta turpiter flagella conscribillent. *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 504. en pectus inustæ Deformant maculæ, vitiisque inolevit imago. *Cic. in Pison.* c. 13. Lex inusta per servos, incisa per vim, imposita per latrocinium. *Propert.* l. 4. el. 11. v. 70. Nunc tibi commendo communia pignora, natos: Hæc cura et cineri spirat inusta meo. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 45. Nisi omnes ii motus, quos orator adhibere volet judici, in ipso oratore impressi esse atque inusti videbuntur. *Id. de Harusp. resp.* c. 25. *ad fin.* Odium insitum penitus et inustum animis hominum. *Id.* 1. *Catil.* c. 6. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? *Id. de Provinc. Consul.* c. 7. Ignominia inusta alicui. *Id. Catil.* 2. c. 9. *extr.* Inustus dolor. ¶ Videtur esse, non ustus, in illo *Lucani* l. 8. v. 786. semiusta rapit, resolutaque nondum Ossa satis nervis, et inustis plena medullis.

INŪSUS, us, m. *sloth, negligence, disuse*, desuetudo, ignavia. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 64. ego sum inusu factus nimio nequior. Al. leg. divisim *in usu.*

INUTĬLIS, le, *unuseful, useless, vain, unserviceable, unprofitable, needless*, ἄχρηστος, non utilis, ad nullam rem utilis, vanus. *Cic.* 3. *Offic.* c. 6. *a med.* Homo iners atque inutilis. *Id. de Fin.* l. 1. c. 4. Ad usus civium non inutile. *Horat.* epod. 2. v. 13. Inutilesque falce ramos amputans, Feliciores inserit. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 16. Quique per ætatem ad pugnam inutiles viderentur. *unable, unfit.* et lib. 7. c. 78. Qui valetudine aut ætate inutiles sunt bello. et lib. 4. c. 29. Naves ad navigandum inutiles. et lib. 7. c. 27. Non inutilem hanc ad capiendum consilium tempestatem arbitratus. *unseasonable, inconvenient. Colum.* l. 3. c. 10. Nam et inutilissimus quisque, et qui nullum alium laborem ferre queat, huic officio applicatur. ¶ Item perniciosus, incommodus, noxius. *hurtful, prejudicial, injurious. Cic.* 3. *Offic.* c. 13. *in fi.* Nonne inutile est, vitiorum subire nomina? et lib. 2. c. 14. Seditiosus et inutilis civis. *Liv.* l. 42. c. 14. *sub fin.* Orationem habuit invisam Senatui, inutilemque sibi et civitati suæ. *Senec.* l. 6. c. 27. Aquæ inutiles pestilentesque in abdito latent. *Cels.* l. 5. c. 27. sect. 17. Si fungos inutiles quis assumpsit. *Ovid. Metam.* 13. v. 37. solertior isto, Sed sibi inutilior. *Plin.* l. 17. c. 27. *a med.* Interlucatio arboribus prodest: sed omnium annorum trucidatio inutilissima. Adde *Liv.* l. 5. c. 5. *ad fin.*

INUTILĬTAS, atis, f. *uselessness, unprofitableness, inutility, hurt, harm*, ἀχρηστία. *Lucret.* l. 5. v. 1272. Nam fuit in pretio magis æs, aurumque jacebat, Propter inutilitatem, hebeti mucrone retusum. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 52. Ut appetendarum rerum partes sint honestas, et utilitas, vitandarum turpitudo, et inutilitas.

INUTILĬTER, *uselessly, unprofitably*, sine utilitate, ἀχρήστως. *Liv.* l. 3. c. 51. Non inutiliter respondere. *Quintil.* l. 2. c. 4. *ante med.* Narrationibus non inutiliter subjungitur opus destruendi confirmandique eas. ¶ Item perniciose. *harmfully, hurtfully. Hirt. de B. Alex.* c. 65. Multa Romæ male et inutiliter administrari. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. Late diffusa aqua et inquinatur facilius, et bibitur inutilius.

INVULGĀTUS, a, um, *published, noised or blazed abroad, common*, vulgatus, vulgaris. *Gell.* l. 11. c. 7. Culpatius esse arbitror, verba nova, incognita, inaudita dicere, quam invulgata et sordentia. *Id. in præfat. a med.* Non aspernentur, quasi nova invulgataque.

INVULGO, as, avi, atum, a. 1. idem ac vulgo, divulgo, *to publish or spread abroad. Gell.* l. 20. c. 5. Non recte

cura fecisse, quod disciplinas ἀκροατικὰς, libris foras editis, invulgasset. *Id.* l. 4. c. 9. *a med.* Reformidanda sunt magis, quam invulganda. ¶ Antique est *involgo*. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. Septima oratio, qua Catilinam emisi: octava, quam habui ad populum postridie, quam Catilina profugit: nona in concione, quo die Allobroges involgarunt. Al. aliter leg. [† V. *Gronov.* ad l.]

INVULNERABILIS, le, *that cannot be wounded, invulnerable*, ἀτραυμάτιστος, qui vulnerari non potest. *Senec.* ep. 9. et *de consol. ad Helv.* c. 13. Virtus animum undique invulnerabilem præstat. *Id.* l. 5. *de benef.* c. 5. Hostis invulnerabilis.

INVULNERĀTUS, a, um, *unwounded, not wounded, unhurt*, ἄτρωτος, non vulneratus. *Cic. pro Sext.* c. 67. Aut omnino invulnerati inviolatique vixerunt.

INŬUS, i, m. Πὰν, deus idem qui Pan: ab ineundo sic dictus, ut placet *Servio* ad illud *Virg.* 6. *Æn.* v. 775. Pometios, Castrumque Inui. *Liv.* l. 1. c. 5. Lyceum Pana venerantes, quem Romani deinde vocarunt Inuum. *Arnob.* l. 3. pag. 113. Armentorum et pecorum gregibus Pales præsunt, Inuusque custodes. Adde *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 22. ¶ *Voss. in Etymol.* in v. *Eo* notat, in antiquis *Livii* codicibus legi *Inivum*: id fortasse factum, quia ut a *Vaco* facta sunt *vacuus*, et *vacivus*; sic ab *Ineo inuus*, et *inivus*.

INUXŌRUS, a, um, cælebs, ut inuxora virginitas, apud *Tertull. in exhort. ad castit.* c. 9. *a med.*

I O

IO, *O! ah! alas!* ἰὼ, dolendi interjectio exclamantis in aliquo affectu: ut in dolore. *Tibull.* l. 2. el. 4. v. 6. Uror! io, remove sæva puella faces! *Ovid. Metam.* 3. v. 442. Ecquis, io silvæ, crudelius, inquit, amavit? ¶ In lætitia, et plausu. *Tibull. ibid.* el. 5. v. 121. lauro devinctus agresti Miles, io, magna voce, triumphe, canet. et vers. 83. Laurus, io, bona signa dedit: gaudete coloni. *Ovid. initio* l. 2. *de ar. am.* Dicite, io Pæan, et io, bis dicite, Pæan. ¶ In invocatione. *Tibull.* l. 1. eleg. 1. v. 27. Agna cadet vobis, quam circum rustica pubes Clamet, io, messes, et bona vina date. *Plaut. Cas.* 4. 3. 3. Io hymen hymenæe, io hymen. ¶ In admonendo, de re magni momenti. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 118. io, prohibe! Graia juvenca venit. *Virg.* 7. *Æn.* v. 400. Clamat, io matres, audite, ubicumque Latinæ. *holla!* Ubi *Servius* adscribit, vocem esse Bacchantium propriam. *Martial.* l. 5. epigr. 26. Ecquis, io, revocat? ¶ In admiratione. *Id.* l. 8. epigr. 4. Quantus, io, Latias mundi conventus ad aras Suscipit, et solvit pro duce vota suo! ¶ Est etiam instanter vocantis. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 625. Et bis, io Arethusa, io Arethusa, vocavit. ¶ Raro monosyllabon est. *Martial.* l. 11. epigr. 2. Clamant ecce mei, io Saturnalia! versus.

IO, Ius, f. contract. Ἰὼ, filia Inachi primi Argivorum regis. Hanc Jupiter amavit, fugientemque nube remoratus compressit. Cum Juno inusitatas tenebras diurnis horis aspexisset, suspicans, aliquid fraudis a conjuge admitti, e cælo delapsa caliginem discussit. Jupiter præsentiens Junonis adventum, puellam, ne agnosceretur, in juvencam transformavit. Sed Juno suspicata id, quod res erat, vaccam eam a Jove sibi dono dari postulavit, quam cum accepisset, apposuit ei custodem Argum, a quo molestissima custodia servabatur. Id ægre Jupiter ferens per Mercurium eum interficiendum curavit. Quam ob rem irata Juno Argi oculos pavonis caudæ affixit, œstrum pellici immisit, cujus aculeis exagitata in Ægyptum usque perfugit. Ibi implorato Jovis auxilio pristinam formam recuperavit, regique Osiridi nupsit. Ægyptiis omnibus adeo chara fuit, ut post mortem dea habita sit: quam illi Isidem appellarunt, sacraque ejus Isiaca, quibus anser immolari consuevit. Dicitur Ægyptiis usum lini, agriculturam, litteras, et alia multa tradidisse. *Suidas* scribit, Jovem Isim ex Argo Græciæ urbe rapuisse, et, cum Junonem timeret, mutasse nunc in bovem candidam, nunc in nigram, nunc in violaceam, cumque ea oberrantem in Ægyptum venisse. Mythologici Isidis in vaccam metamorphosin de navi interpretantur, qua Jupiter in Ægyptum navigavit, quod vacca navis insigne fuerit. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 588. *et sequentib.* et vers. 724. *et sequentib. Valer. Flacc.* l. 4. a vers. 351. *Lactant.* l. 1. c. 11. *Hygin.* fab. 145. et *Serv. ad Æn.* 7. v. 790. qui *ad* 3. *Georg.* v. 153. et *ad* 3. *Æn.* v. 211. tradit, Ionio mari nomen dedisse, in quod se præcipitaverat. ¶ Ad nominis declinationem quod attinet, eadem est hujus ratio, et nominis *Dido*: scilicet et *Io, Ius* dicitur, et *Io, Ionis*, sed est prior illa usitatior. *Ovid. loc. cit.* Viderat a patrio redeuntem Jupiter Io flumine. *Nemesian. in Cyneg.* v. 31. Stellatumque oculis custodem virginis Ius. *Propert.* l. 2. el. 30. v. 29. Ut Semela est combustus, ut est deperditus Io. et eleg. 24. v. 7. Tu certe Jovis occultis in amoribus, Io, Sensisti, multas quid sit inire vias. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 20. Argus, quem quondam Ioni Juno custodem addidit. *Actius* apud *Charis.* l. 1. pag. 47. *Putsch.* Custodem assiduum Ioni apposuit virgini. *Serv. ad* 3. *Georg.* v. 153. Ionem dicit Inachi filiam. Confirmat *Priscian.* l. 6. pag. 683. *Putsch.* ¶ Raro primam syllabam brevem habet. *Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 103. Quæ tibi causa fugæ? quid Io freta longa pererras? *Id. in Ibin*, v. 624. Quem memor a sacris nunc quoque pellit Io. Al. legunt. *Ion*, a recto Græco Ἰών.

JOCABUNDUS, a, um, *jesting greatly or much, jocular*, joci plenus, jocans, ludibundus. *Valer. Max.* l. 2. c. 4. n. 4. Juventus rudi atque incomposito motu corporum jocabunda. et lib. 3. c. 2. n. 6. *extern.* Veneni potionem non dubitanter hausit, quodque ex ea superfuerat, jocabundus illisum humo clarum edere sonum coegit. *by way of a joke. Lactant.* l. 2. c. 7. Cum jocabundus ac ludens interrogaret.

JOCALĬTER, adverb. *jocosely*, jocose, joculariter. *Ammian.* l. 15. c. 12. (*al.* 29.) Quos jocaliter Murcos appellant. Al. leg. *joculariter*.

IOCASTA, æ, f. quadrisyllab. Ἰοκάστη, filia Menœcei (ut est apud *Hygin.* fab. 67. et 242.) soror Creontis Thebanorum regis, et uxor Laii. Post mariti necem Œdipo filio imprudens nupsit, ex quo Eteoclem, et Polynicem genuit: qui cum se mutuis vulneribus confecissent, ipsa quoque sibi manus intulit. *Stat.* 1. *Theb.* v. 681. Et genitrix Iocasta mihi. Adde *Senec. in Phœniss.* et *in Œdip. Hygin.* fab. 66. 67. 242. (ubi et *Iocaste, es*, legitur, Græca positione) et 243.

JOCATĬO, onis, fem. *a joking, jesting; a facetious or jocular saying*, τὸ γελοῖον, actus jocandi, jocosum dictum, jocus. *Cic. Fam.* 9. ep. 16. *a med.* Nunc venio ad jocationes tuas. Adde l. 2. *ad Attic.* ep. 8.

JOCO, as, activa forma pro jocor. *Plaut. Cas.* 4. 4. 10. Quasi jocabo.

JOCOR, aris, atus sum, dep. 1. *to speak in jest, speak jocosely or merrily, speak humorously, joke, jest*, παίζομαι, joco utor, venuste et facete aliquid dico, ac per ludum, risus causa. *Cic.* 1. *Offic.* c. 29. *a med.* Duplex jocandi genus, unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum; alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. *Id.* 9. *Fam.* ep. 14. Quamquam, mi Dolabella (hæc enim jocatus sum) libentius omnes meas laudes ad te transfuderim. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 17. Hic quam volet Epicurus jocetur, homo non aptissimus ad jocandum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 7. Eaque esset in homine jucunditas, et tantus in jocando lepos, ut, &c. *Terent. Heaut.* 4. 4. 7. Tu hanc jocari credis? faciet, nisi caveo. *do you think that she is only joking? do you think that she is not in earnest?* Sic *Cic.* 16. *Attic.* ep. 5. Jocari me putas? moriar, si quisquam me tenet præter te. *do you think that I am joking? Id. Fam.* 2. ep. 4. Jocari cum aliquo per litteras. *Id. Attic.* l. 2. ep. 1. *ante med.* Familiariter cum aliquo cavillari ac jocari. *Id. Fam.* 7. ep. 11. Jocari cum aliquo de re gravissima. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 62. Campanum in morbum, in faciem permulta jocatus. *Cic.* 4. *Acad.* c. 19. *a med.* Me quoque (jocans ne, an ita sentiens) cœpit hortari, &c. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 497. Quid, si scripsissem mimos obscena jocantes? ¶ Dicitur etiam de facete, et ridicule factis, et pro *ludo, is*, ponitur. *Juvenal.* sat. 3. v. 39. Quales ex humili magna ad fastigia rerum Extollit, quoties voluit Fortuna jocari. ¶ Sic *ludere* de festive dictis, pro *jocari*. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 1. Cum vero, deos nihil agere, nihil curare, confirmat, ludere videtur. *Plin.* l. 1. ep. 11. Ludere me putas? serio peto. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 43. *ad fin.* In me quidem lusit ille, ut solet. V. *Jocus.*

JOCŌSE, adverb. *pleasantly, merrily, jestingly, jocosely*, παιδικῶς, cum joco, per jocum, et risum, joco, festive. *Cic. ad Q. Fr.* l. 2. ep. 12. Eumque lusi jocose satis. *Id. Fam.* 9. ep. 24. *sub fin.* Cave existimes, me, quod jocosius scribam, abjecisse curam reipublicæ. *Nep. in Alcib.* c. 2. *extr.* Odiosa multa delicate, jocoseque fecit. *ludicrously.* [*Horat.* 1. sat. 4. v. 103. Liberius si Dixero quid, si forte jocosius, hoc mihi juris Cum venia dabis. Nisi malis *jocosius* esse nomen comparativum neutrius generis.]

JOCŌSUS, a, um, *merry, sportive, frolicsome, jocose, humorous, witty, pleasant, ludicrous*, εὐτράπελος, ad jocum pertinens, ludicrus, per jocum facetus. *Cic.* 1. *Offic.* c. 37. *ad fin.* Si seriis de rebus loquatur, severitatem adhibeat; si jocosis, leporem. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 332. arbiter sumptus de lite jocosa. *Id.* 5. *Fast.* v. 183. Mater ades florum, ludis celebranda jocosis. et lib. 6. v. 692. Jocosa verba. *Horat.* l. 1. od. 10. v. 7. Jocosum furtum. *Id.* l. 1. sat. 10. v. 11. Jocosus sermo. ¶ De eo, qui jocis abundat, et delectatur, *witty, humorous, facetious. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Q. Lucienus homo quamvis humanus et jocosus. *Horat.* epod. 3. v. 20. Si quid unquam tale concupiveris, jocose Mæcenas. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 354. Vita verecunda est, Musa jocosa mihi. ¶ *Jocosa imago* dicitur ab *Horatio* l. 1. od. 12. v. 3. Echo, quæ veluti per jocum verba reddere videtur. *sportive, playful.* ¶ *Jocosum Nilum* dixit *Ovid.* l. 1. *Trist.* el. 2. v. 80. propter mores Alexandrinorum, quos otio et luxui, hilarique ac delicatæ vitæ deditos fuisse legimus.

JOCŬLANS, antis, *jesting, joking*, jocos agens, ludens, joculabundus. *Liv.* lib. 7. cap. 10, *sub fin.* Incondita quædam militariter joculantes.

JOCULANTER, adverb. jocose. *Sidon.* l. 1. ep. 2. *a med.* Joculanter compellare.

JOCULĀRIS, re, *jocular, laughable, ludicrous, comical*, παιγνιώδης, per jocum dictus, aut factus, joco, aut risu dignus. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 20. Joculare istuc quidem, et a multis sæpe derisum. *Id. de Fato*, c. 8. O licentiam jocularem! *Terent. Phorm.* 1. 2. 84. Jocularis audacia. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 23. ut qui jocularia ridens percurram. *Senec. de constant. sap.* c. 12. Joculare convicium. *Gell.* l. et cap. 12. Joculari responso quippiam eludere. *Liv.* l. 7. c. 2. Inconditis versibus jocularia fundere.

JOCULARĬTER, *in a jocular manner, jocosely, humorously*, παιγνιωδῶς, per jocum, jocose. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 11. Jöculariter irridere. *Plin.* l. 22. c. 22. *circa med.* Aristophanes Euripidi objicit joculariter, matrem ejus ne olus quidem legitimum venditasse. *Sueton. in Aug.* c. 75. Festos dies joculariter celebrare. *Id. in Cæs.* c. 49. Carmina joculariter canere.

JOCULARĬUS, a, um, jocularis. *Terent. Andr.* 4. 4. 43. Jocularium in malum insciens pæne incidi. *into a comical scrape.*

JOCULATĬO, onis, f. jocus, facetiæ, festivitas. *Firmic.* l. 5. c. 5. Joculationes cantusque exercebunt.

JOCULĀTOR, oris, m. *a joker, jester, droll, boon companion*, qui jocos facit. *Cic.* 4. *Attic.* ep. 16. Joculatorem senem illum interesse nolui. Alii aliter leg. V. *Joculatorius.*

JOCULATORĬUS, a, um, idem ac jocularis. *Cic. ad Attic.* l. 4. ep. 16. Huic joculatoriæ disputationi senem illum, ut noras, interesse sane nolui. Alii aliter leg. V. *Joculator.*

JOCŬLOR. V. *Joculans.*

JOCŬLUS, li, m. *a small jest*, brevis jocus. *Plaut. Mostell.* 3. 3. 20. Ego ne te joculo modo ausim, dicto, aut facto fallere? *Id. Trucul.* 1. 2. 11. Per joculum et ludum oblectare aliquem. *Id. Rud.* 3. 4. 24. Occipito modo illis afferre vim joculo pauxillulum: ita hinc ego te ornatum amittam, tu ipsius te ut non noveris. *Id. Merc.* 5. 4. 33. Joculo dicere aliquid.

JOCUNDUS. V. *Jucundus.*

JOCUS, ci, m. *et in plur. num. etiam* Joca, orum, n. *a joke, jest, humorous or merry saying; wit, raillery, humour, pleasantry*, παιδιὰ, dictum, aut factum non serium, sed ludicrum, et risu dignum, ludus, lepor, facetia. Derivant alii a ἴακχος, vel ἰαχὸς, clamor: alii *a juvo. Quintil.* l. 6. c. 3. Jocum accipimus, quod est contrarium serio. Nam et fingere, et terrere, et promittere interim, jocus est. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 14. Suavis est, et vehementer sæpe utilis jocus et facetiæ. *Id.* 2. *de Fin.* c. 26. *ad fin.* Quicum joca, seria, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia. et cap. 20. *ad fin.* Risus et jocus comes levitatis. *Id.* 14. *Attic.* ep. 15. Joca tua plena facetiarum. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 444. Historiæ turpes inseruisse jocos. *Sallust. in Jug.* c. 101. Joca, atque seria cum humillimis agere. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 320. agitare jocos cum aliquo. *Cic. Phil.* 2. c. 17. Joci causa magistrum adhibes. *Sallust. in Catil.* c. 26. *extr.* et *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 20. Movere alicui jocum. *to excite mirth. Sueton. in Calig.* c. 27. Provocare aliquem ad hilaritatem et jocos. *Sueton. in Aug.* c. 99. Cachinnum sustulit, atque in jocos effusus est. et cap. 67. Rem non minimi periculi in jocum vertit. *turned into a joke; turned into ridicule.* et *in Claud.* c. 21. Immiscere frigidos et arcessitos jocos. *Id. in Ner.* c. 28. Non inscitus jocus. *Id. in Calig.* c. 27. Ambiguus jocus. *Id. in Aug.* c. 56. Lacessere aliquem invidiosis ac petulantibus jocis. *Petron. in Satyr.* c. 17. *extr.* Religionem risum jocumque facere. et *in fragm. Tragur.* c. 57. *Burm.* Spero me sic vivere, ut nemini jocus sim. *that I am no man's butt.* Sic *Propert.* l. 2. el. 18. v. 64. Fallaci dominæ jam pudet esse jocum. et *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 36. hæc mea cura est, Ne quid tu perdas, neu sis jocus. *h. e.* ne fabula fias, ut *Id.* ait l. 1. ep. 13. v. 9. Rursus *Id.* l. 1. sat. 5. v. 98. Dare alicui risus et jocos. *to cause to laugh and to be merry.* ¶ *Joco*, et *per jocum* est cum joco, jocose, festive. *Terent. Heaut.* 3. 2. 30. Jocon' an serio illæc dicat, nescio. *in joke.* et *Nep. in Epamin.* c. 3. Adeo veritatis amator, ut ne joco quidem mentiretur. *that he would not even tell a lie in jest.* et *Plaut. Amph.* 3. 2. 29. Si quid dictum est per jocum, non æquum est, id te serio prævortier. *Cic. Fam.* 4. ep. 4. Quem tu per jocum (sic enim accipio) divitias orationis habere dicis. ¶ *Extra jocum, remoto joco*, est sine joco, serio, *without joking, joking or jesting apart. Cic.* 7. *Fam.* ep. 16. Sed mehercules, extra jocum, homo bellus est. et ep. 11. Remoto joco, tibi hoc amicissimo animo præcipio, ut, &c. ¶ *Ludus*, et *jocus* hoc differunt, quod ille in factis, hic in verbis est. *Cic.* 1. *Offic.* c. 29. Neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum et jocum facti esse videamur. *et mox*, Ludo et joco uti licet, sed sicut somno et quietibus ceteris. ¶ Interdum sic in oratione junguntur, ut nulla ejus discriminis ratio habeatur. *Cic. Verr.* 3. c. 60. Paucos homines, hoc adjutore, Q. Opimium, per ludum et jocum, fortunis omnibus evertisse. *Plin.* l. 5. ep. 14. *extr.* Cum alii divinum me; alii meis rapinis occursum, per ludum ac jocum dictitant. *Terent. Eun.* 2. 3. 8. Hic vero si occeperit, ludum jocumque dices fuisse illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit. Adde *Liv.* l. 28. c. 42. et *Martial.* l. 4. epigr. 49. ¶ Aliquando *ludus* pro *joco* ponitur. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 27. Sed tamen amoto quæramus seria ludo. ¶ Sic *ludere* pro *jocari*. V. *Jocor.* in fine. ¶ Contra

jocus pro *ludo*. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 367. Mille facesse jocos: turpe est nescire puellam ludere. ¶ Hinc *jocus*, pro turpi actu, et lascivo. *Id. ibid.* v. 796. *Plin.* l. 8. c. 40. et *Justin.* l. 7. c. 3.

JOGĀLIS. V. *Jugalis.*

IOHIA, interjectio renuentis, aut negantis. *Plaut. Merc.* 4. 3. 31. Illa quidem est. *Do.* quæ illa est? *Ly.* illa. *Do.* iohia, illa! Al. aliter leg.

IOLĀUS, i, m. quadrisyllab. Ἰόλαος, Iphicli filius (al. Aristæi) fratris Herculis. Herculi Hydram interficienti adfuit, ferroque candenti cruorem restrinxit atque cohibuit. Cum ad decrepitam ætatem pervenisset, Herculis precibus juventuti restitutus est. Ad extremum cum Thespiadis in Sardiniam venit, eam ad pacem reduxit, priorem illius partem tenuit, et Ioleam a se denominavit, populosque Iolenses: ubi plures urbes condidit. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 399. Ora reformatus primos Iolaus in annos. *Id. ibid.* l. 8. v. 310. Hyanteus Iolaus.

IOLCHIĂCUS, *et* Iolciacus, a, um, *Colchian*, ad Iolchon pertinens. *Propert.* l. 2. el. 1. v. 56. Colchis Iolciacis urat ahena focis. (alludit ad fabulam Æsonis regis Thessaliæ a Medea recocti.) *Virg. in Ciri*, v. 377. Regis Iolchiacis animum defigere votis. *h. e.* Thessalicis, magicis. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 158. Victor Iolciacos tetigit cum conjuge portus. Al. aliter leg.

IOLCHOS, *et* Iolcos, i, Ἰωλχὸς, et Ἰωλκὸς, oppidum, et portus Thessaliæ, in Magnesia, ad sinum Pelasgicum, unde Jason cum Argonautis solvisse dicitur. *Plin.* l. 4. c. 9.

IOLCI, orum, m. Ἰωλκοὶ, populi Thessaliæ, seu Magnesiæ, quorum oppidum Iolcos. *Servius ad Eclog.* 4. v. 34.

IŎLE, es, f. trisyllab. Ἰόλη, Euryti Oechaliæ regis filia fuit, ab Hercule adamata, quam cum Eurytus jam victus ei tradere recusasset, licet certaminis lege debitam, ira accensus Hercules Eurytum interfecit, urbeque direpta Iolem abduxit. Postea Hylo filio suo uxorem tradidit. Sed ab aliis scriptum est, Hylum, patre mortuo, Iolen in uxorem duxisse. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 140. Amphitryoniaden Ioles ardore teneri. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 156. capta vidit ut urbe Alcides Iolen, hanc ego, dixit, amo. *Hygin.* fab. 35. ¶ Apud *Propert.* l. 4. el. 5. v. 35. est ancillæ nomen.

ION, pro Io. V. in fine ejus vocis. ¶ Est hoc nomine et gemma violacei coloris, sed dilutioris: ab ἴον, viola purpurea, seu nigrior. *a gem of a violet colour. Plin.* l. 37. c. 10. qui de ipsa viola hæc habet l. 21. c. 11. Florum prima ver nuntiantium viola alba: postea quæ ion appellatur, et purpurea: proxime flammea. *a kind of violet. Vetus lap.* apud *Fabrett.* c. 4. n. 186. Hic jacet Optatus pietatis nobilis infans, Cui precor ut cineres sint ia, sintque rosæ. V. *Ia.* ¶ Item vir Atheniensis Zuthi, seu Xuthi et Creusæ filius, quo duce Athenienses, ex oraculo Apollinis, tredecim uno tempore in Asiam colonias deduxerunt, qui tractus inde *Ionia* dictus est. *Vitruv.* l. 4. c. 1.

IONÆUS, a, um, ad Ionam seu Jonam Prophetam pertinens. *Juvenc.* l. 2. v. 711. Hinc et Ionæis monitis potiora jubentur.

IŌNAS, æ, m. Ἰωνᾶς, Propheta Dei celebris in sacra Scriptura. Disyllabum faciunt, Latino more, *Prudent. Cathemer.* 7. v. 111. et *Sidon.* carm. 16. v. 26.

IŌNES, um, m. *the Ionians*, Ἴωνες, populi Ioniæ. *Plin.* l. 5. c. 29. et lib. 13. c. 8. *Cic. pro Flacc.* c. 27. *Vitruv.* l. 4. c. 1. et *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 239.

IONIA. V. in *Ionius.*

IONIĂCUS, a, um, adject. quinque syllabar. Ἰωνιακὸς, Ionius. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 73. Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas.

IONĬCE, adverb. Ἰωνικῶς, more, vel lingua Ionum. *Gell.* l. 6. c. 15. Ἔσχον, καὶ ἔσκον Ionice, a verbo ἔχω.

IONĬCUS, a, um, *Ionian, Ionic*, Ἰωνικὸς, quadrisyllab. ad Ioniam, seu Iones pertinens. *Horat.* epod. 2. v. 54. et *Martial.* l. 13. epigr. 61. Attagen Ionicus. *Plin.* l. 6. c. 2. Ionica gens. ¶ Quia Iones deliciis maxime dediti fuisse dicuntur: nempe e Græcia in regionem mollioris ac fertilioris soli translati, facile moribus corrupti sunt ex affluentia rerum; hinc *Horat.* l. 3. od. 6. v. 21. Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo, et fingitur artibus. *Plaut. Stich.* 5. 7. 1. Qui Ionicus, aut cinædicus, qui hoc tale facere possiet? *h. e.* saltator. nam peculiare fuit saltationis genus, molle ac lascivum (de quo etiam *Horat.* loquitur) ab Ionibus profectum. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 27. Orant me, uti saltem: quippe ego, qui probe Ionica perdidici, &c. Adde *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 15. ¶ *Ionica lingua* Græca est quidem, sed propria dialecto differens in multis: de qua V. Grammaticos. Iones enim ab Attica illo profecti, genuinum illud Atticum paulatim vertere. *Quintil.* l. 8. c. 3. *post med.* Ut si Atticis Dorica, Ionica, Æolica etiam dicta confundas. ¶ *Ionicas columnas* primi erexere in Asia in templo Dianæ Ephesinæ Athenienses illi tredecim, qui duce Ione Zuthi, vel Apollinis filio cum tredecim coloniis in Asiam profecti sunt, et tredecim urbes condiderunt; qui a suo duce Iones appellati fuere. Hoc genus columnæ factum fuit ad similitudinem pedis muliebris, sed crassitudo erat octava (*Plinio* l. 36. c. 23. est nona.) pars altitudinis. Adhibuere autem ornamenta. Nam basi supposuere spiram, quasi pro calceo, in capitulo dextera et sinistra collocaverunt volutas, seu concrispatos cincinnos præpendentes, a fronte cymatia, et encarpos ad instar capillorum, toto corpore demiserunt strias, quasi pro rugis stolarum. Placuit hoc genus columnæ appellare Ionicum, eo quod secundum suum exemplum, non alienum effecissent. *Vitruv.* l. 4. c. 1.

IŌNIS, idis, f. Ἰωνὶς, mulier ex Ionia. *Senec. in Troadib.* v. 362. quo jugari Thessalæ cultu solent, Ionidesve, vel Mycenææ nurus. ¶ *Ionides insulæ* sunt, quæ in mari Ægæo prope litus Ioniæ jacent. *Avien. in perieg.* v. 722. Nec minus attolluntur Ionides insulæ ab alto, &c.

IONĬUS, a, um, *Ionian*, Ἰώνιος, et Ἰόνιος, ad Ioniam, seu Iones pertinens. *Plin.* l. 10. c. 48. Attagen Ionius. ¶ *Ionia, æ*, est Ionum regio, Ἰωνία, nempe regio Asiæ minoris maritima in ora maris Ægæi, dicta ab Ione Atheniensi (V. *Ion.*) inter Æolidem, et Cariam, ubi tredecim coloniæ Atheniensium fuerunt. Ejus caput fuit Miletus. Reliqua oppida enumerant *Plin.* l. 5. c. 29. et *Pompon. Mela* l. 1. cap. 17. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 175. Nec Latium norat, quam præbet Ionia dives, Nec, quæ Pygmæo sanguine gaudet, avem. *h. e.* attagenem. *Propert.* l. 1. el. 6. v. 31. mollis qua tendit Ionia. ¶ *Ionium mare* primo est pars Ægæi, Ioniam alluens, qui et *Ionius sinus* dicitur: et sane ita appellatur in tabulis a Geographis. Secundo Poetice per synecdochen ita dicitur ipsum Ægæum. *Valer. Flacc.* lib. 1. v. 22. Æmoniam primis Pelias frenabat ab annis, &c. illius amnes, ionium quicumque petunt. ¶ Tertio, et quidem sæpissime, est mare illud, quod Italiam, et Græciam interjacet, quod nunc *a part of the Adriatic*, a faucibus Adriatici incipiens alluensque inferiora Italiæ et Siciliam, ab oriente item Macedoniam, Epirum, Peloponnesum. (*Ionium sinum* appellat *Avien. in perieg.* v. 141.) [†*Thucyd.* 1. 24. *Eurip. Phœn.* 215.] Dictum est vel ab Ionum naufragio; vel ab Ione Italo Adriæ patre; vel ab Ionio Illyrico; vel ab alio ejusdem nominis, Dyrrhachii filio, quem Hercules, cum imprudens occidisset, in hoc mare projecit; vel denique ab Io, seu Ione filia Inachi: quod postremum, *Serv. ad* 3. *Æn.* v. 211. et *Hygin.* fab. 145. tradunt: qui tamen Ionium mare latius extendunt, ut Cretam usque atque etiam ultra pertineat, ex more Græcorum, qui teste *Plin. in fin.* cap. 11. l. 4. illud in Siculum, et Creticum dividunt. Si *Solin.* audias c. 23. (*al.* 36.) iidem Græci mare Tuscum, seu Tyrrhenum, Ionium appellant. ¶ Cum de mari sermo est, secunda syllaba fere corripitur, prima producitur. *Virg.* 2. *Georg.* v. 108. Nosse quot Ionii veniant ad litora fluctus. et 3. *Æn.* v. 211. Insulæ Ionio in magno. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 534. Jactari quos cernis in Ionio immenso. Sic semper aliis in locis, et *Propert. Val. Flacc. Lucret. Catull.* &c. ¶ Synæresis est in illo *Horat.* epod. 10. v. 19. Ionius udo cum remugiens sinus Noto carinam ruperit. ¶ *Ionius magister* apud *Val. Flacc.* l. 7. v. 83. est, qui Ionio mari navigat. Et *Ioniæ naves* eadem ratione apud *Senec. in Thyest.* v. 143. ¶ In genere ardentium gemmarum una est, quæ *Ionia* appellatur a colore. V. *Ion. Plin.* l. 37. c. 7. *a med.*

IŌNUS, a, um, Ἴωνος, Ionius. Quidam sic leg. apud *Horat.* epod. 2. v. 51. Si quos Ionis intonata fluctibus, &c. ubi plerique alii Eois. Hinc *Iona, æ*, pro Ionia. *Propert.* l. 2. el. 21. v. 53. Et quot Iona tulit, vetus et quot Achaia formas. Al. leg. *Troja.*

IŌTA, n. indeclin. nomen Græcum ejus litteræ, a qua ipsa hæc vox incipit, ἰῶτα. Vox est trisyllaba, sed Latino more disyllaba fit. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 12. Ut iota litteram tollas, et *e* plenissimum dicas. *Martial.* l. 2. *epigr. ult.* Unum de titulo tollere iota potes. *one jot; a tittle, the least thing that is.* ¶ Si quando feminino genere effertur, littera subintelligitur. *Auson. in monosyllab. de litteris*, v. 23. Ansis cincta duabus erit cum Iota, leges Θ. ¶ *Idem ibid.* declinavit etiam in casus, vers. 7. Littera sum iotæ similis, vox plena jubens I.

IOTACISMUS, i, m. ἰωτακισμὸς, vitium sermonis, cum i littera supra justum decorem in dictionibus pronuntiando extenditur: vitium oris, et linguæ, quod demonstrari scripto non potest. Ita *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *ante med.* et *Diomed.* l. 2. p. 448. *Putsch.* ¶ Apud *Martian. Capell.* l. 5. pag. 167. est, cum in oratione sæpius, quam par est, i littera recurrit, ut si dicas, Junio Juno Jovi jure irascitur. ¶ Græca vox est, et Græce melius adhibetur.

JOVIĀLIS, le, ad Jovem pertinens. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 19. *ad fin.* Veneria, et Jovialis stella. *h. e.* planeta Veneris, et Jovis. *Id.* l. 5. *Saturn.* c. 16. *a med.* Ganymedes Jovialium poculorum minister. *Arnob.* l. 5. pag. 162. Jovialis incontinentia. et pag. 171. Jovialis pellacia. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 190. Jovialis majestas.

JOVIS, is, m. *Jove, Jupiter*, qui nunc Jupiter dicitur, olim recto casu ita dicebatur, teste *Varr.* l. 7. *L. L.* c. 38. *extr.* Nam, ut ait *Gell.* l. 5. c. 12. quod elisis, aut immutatis litteris est Jupiter, id plenum, atque integrum est Jovis pater. Videtur deductum ab Hebræo יְהוָה Jehovà. *Apul.* l. 4. *Metam. sub fin. in carm.* Quem tremit ipse Jovis. *Ennius* apud *eund. de deo Socrat.* Mercurius, Jovi', Neptunus, Vulcanus, Apollo. Adde numos Othonis et Vespas. in in quibus est *Jovis custos*: item *Hygin.* fab. 54. *Cæcil.* atque *Accium* apud *Priscian.* l. 6. pag. 695. *Putsch.* et *Petron. in fragm. Tragur.* c. 58. *Burm.* ¶ In plurali num. *Plaut. Cas.* 2. 5. 26. Repente ut emoriantur humani Joves.

JOVISJURANDUM, *a swearing by Jove*, juramentum per Jovem. *Enn.* apud *Apul. de deo Socrat.*

JOVISTÆ, compositum a *Jove*, et *justæ*. *Festus*: quæ verba Critici suspecta habent, et aliter, atque aliter legenda putant.

JOVĬUS, a, um, ad Jovem pertinens, Jovialis. *Arnob.* l. 6. pag. 194. erubuit, cum vocabulum templo daret, ex Oli capite Capitolium, quam ex nomine Jovio nuncupare. Adde *Mamertin. in Paneg. Maxim.* c. 13. et veter. Lap. apud *Gruter.* pag. 167. n. 1. ¶ *Jovia cohors* apud *Claudian. de B. Gild.* est legio instituta ab Imp. Diocletiano, qui et Jovius dictus est: a *Jove.* Unde ea legio Jovis effigiem habuit in vexillo: vers. 418. Herculeam suus Alcides, Joviamque cohortem Rex ducit Superum.

I P

IPHIANASSA, æ, f. Ἰφιάνασσα, eadem quæ Iphigenia. *Lucret.* l. 1. v. 84. Aulide quo pacto Triviai virginis arma Iphianassai turparunt sanguine fœde Ductores Danaum. genit. antiquus *Lucretio* usitatus. Al. leg. *Iphianassæo*, ut sit adjectivum. ¶ Aliis est nomen alterius ex filiabus Prœti, quæ in vaccas conversæ sunt. V. *Prœtides.*

IPHIANASSÆUS. V. vocem præced.

IPHĬAS, adis, patronym. f. Ἰφιὰς, Iphidis filia. *Ovid. Trist. l. et el. ult.* v. 38. Ausaque in accensos Iphias ire rogos. V. *Evadne.*

IPHIGENĬA, æ, f. Ἰφιγένεια, Agamemnonis et Clytemnestræ filia. Cum Agamemnon in Aulide cervum Dianæ ignarus occidisset, dea irata ventorum flatus amovit, ut Græci navigare in Troadem non possent. Quapropter cum Oraculum consulerent, responsum est, Agamemnonio sanguine deam esse placandam. Missus igitur Ulysses Iphigeniam astu a matre abduxit, sub prætextu facti cum Achille matrimonii. Sed cum jam immolanda esset, dea ejus miserta, cervam pro ea supposuit, virginem autem in Tauricam regionem transtulit, ubi a Thoante rege ejusdem deæ sacris præfecta est, quæ humano sanguine fieri solebant. Quo cum postea Orestes a furiis agitatus, et ab incolis captus venisset, jamque esset immolandus, a sorore agnitus et liberatus est, cum quo non multo post occiso Thoante rege aufugit, ablato secum Dianæ simulacro in lignorum fasce abscondito, propter quod illam Fascelidem vocarunt. Tandem venerunt in Italiam, et in Aricino nemore simulacrum locaverunt, ædificato deæ insigni templo. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 27. et lib. 4. *Trist.* el. 4. v. 63. et lib. 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 45. *Serv.* ad lib. 2. *Æn.* v. 116. et ad lib. 3. v. 331. et *Hygin.* fab. 98. et 120. Meminit etiam *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 48. et *in Orat.* cap. 22. item lib. 3. *Offic.* c. 25. Ubi tamen non navigandi causa, sed voti implendi infantem, non nubilem, ab Agamemnone immolatam Iphigeniam dicit. ¶ In illo *Ovidii cit.* l. 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 61. liquidas fecisse per auras Nescio quam dicunt Iphigenian iter. *Iphigenian* quartus est casus Græcæ positionis.

IPHIMEDIA, æ, f. Ἰφιμέδεια, uxor fuit Aloei, quæ compressa a Neptuno filios geminos peperit, Œtum, et Ephialtem, qui singulis mensibus novem digitorum longitudinem staturæ suæ adjiciebant, cumque paucis annis in summam corporis molem excrevissent, una cum ceteris gigantibus adversus superos bellum moventes, Apollinis, et Dianæ telis confixi sunt. *Serv.* ad lib. 6. *Æn.* v. 582.

IPHIS, is, m. Ἶφις, puer fuit formæ venustate conspicuus, qui cum Anaxaretem puellam efflictim amaret, neque illa ejus amori responderet, impatientia amoris vitam laqueo finivit, cumque jam ad sepulturam efferretur, Anaxarete e fenestra prospiciens in saxum mutata est. *Ovid.* 11. *Metam.* a vers. 698. ¶ Fuit etiam Iphis puella quædam Cretensis ex Phæsto oppido, Lygdi et Telethusæ filia, quam mater inscio viro (qui, si filia sibi nasceretur, occidi eam imperarat) virili habitu Isidis jussu educaverat. Qua ratione cum ad annos pubertatis patrem fefellisset, Lygdus Ianthen puellam ei despondit. Quapropter inops consilii Telethusa Isidis auxilium imploravit, quæ ipso nuptiarum die Iphidem transformavit in marem. *Ovid.* l. 9. *Metam.* a vers. 665. ¶ Denique Iphis unus fuit Argonautarum. *Val. Flacc.* l. 1. v. 441.

IPSE, a, um, *himself, itself*, αὐτὸς, pronomen demonstrativum primæ, secundæ, ac tertiæ personæ, quod cum alio pronomine junctum, ejus vim ac significationem accipit, et vicissim majorem demonstrandi vim addit. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 17. Ego ipse cum eodem ipso non invitus erraverim. *I myself. Id.* 2. *ad Attic.* ep. 1. *sub fin.* Me, illum ipsum vindicem æris alieni, ære circumforaneo obruerunt. *Terent. Andr.* 1. 1. 124. Tute ipse his rebus finem præscripsti pater. *thou thyself. Cic.* 2. *de Divin.* c. 28. Quarum causas si a Chrysippo quæram, ipse ille divinationis auctor nunquam illa dicet facta fortuito. *he himself. Id.* 3. *de Orat.* c. 32. Ipse ille Gorgias in illo ipso Platonis libro profitetur, &c. *the self-same Gorgias. Id. pro leg. Manil.* c. 12. Ejus ipsius liberos, qui cum prædonibus bellum gesserat, a prædonibus esse sublatos. et cap. 11. Africa, quæ magnis oppressa hostium copiis, eorum ipso-

rum sanguine redundavit. *Id.* 4. *Attic.* ep. 1. *ante med.* Natali suo ipso die. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 9. Nisi idem hoc ipsum ad voluptatem referret. *Id.* 7. *Attic.* ep. 3. *ante med.* Cur respublica, consule isto ipso, defensa non est? *Id.* 1. *de Fin.* c. 16. Hoc ipso, quod adest. *for the very reason, that,* &c. *Plaut. Bacch.* 5. 2. *in fin.* Lepide ipsi hi sunt capti. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 6. Meque, cum huc veni, hoc ipsum nihil agere et plane cessare, delectat. *Id.* 1. *de Orat.* c. 16. In orationibus hisce ipsis. *in these very.* *Id.* l. 1. *Acad.* c. 1. Ad hunc eum ipsum quædam institui, quæ, &c. *Id. post redit. in Sen.* c. 2. Illo ipso tempore. *at that very time.* et 4. *Attic.* ep. 1. Illo ipso die, quo lex est lata. *on the self-same day.* et lib. 7. *Fam.* ep. 23. *a med.* Ea ipsa hora. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 46. Id ipsum est, deos non putare, quæ ab iis significantur, contemnere. *'tis precisely the same thing, to,* &c. *Terent. Adelph.* 4. 4. 17. Ipsum id metuo ut credant. ¶ Jungitur passim ipsis nominibus, atque emphasim addit. *Cic. de Amic.* c. 23. A multis ipsa virtus contemnitur. *Id. Fam.* 6. ep. 10. Neque enim ipse Cæsar est alienus a nobis. *Terent. Eun.* 5. 2. 66. Adest optime ipse frater. *Horat.* l. 1. od. 16. v. 12. nec tremendo Jupiter ipse ruens tumultu. *Sallust. in Jug.* c. 94. Naturam serpentium, ipsa perniciosa, siti magis, quam alia re accenditur. *in itself, of itself.* *Virg.* 3. *Georg.* v. 259. fluctus immane sonat per saxa neque ipso Monte minor. *less than an entire mountain.* ¶ Cum pronominibus *me, te, se,* sed fere in alio casu. *Cic.* 6. *Fam.* ep. 10. Agam per me ipse, et moliar. et lib. 3. ep. 11. Mihi ipse assentor fortasse. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 5. Medici ipsi se curare non possunt. *Senec.* l. 3. *de Benef.* c. 23. Illos quoque ad suos redisse, et dominam sibi ipsos dedisse. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Ut se ipsa stans sustinere non possit. *Terent. Adelph. prol.* v. 4. Indicio de se ipse erit. *Plin.* l. 3. ep. 4. Factum S. C. ut darer provincialibus patronus, si ab ipso me impetrassent. ¶ *Per se ipsum* est ipsum solum. *Cic. de Harusp. resp.* c. 17. Hoc quid sit, per se ipsum non facile interpretor; sed ex eo, quod sequitur, suspicor, &c. *by itself alone.* ¶ Cum relativo *qui, quæ, quod.* *Cic. pro Mur.* c. 25. Cum miserorum fidelem defensorem negasset inveniri posse, nisi eum, qui ipse miser esset. *Id. Attic.* l. 12. ep. 21. *sub fin.* Quod ipsum erat fortis ægroti, accipere medicinam. *Justin.* l. 1. c. 9. *ad fin.* Quibus ne ipsis quidem animus defuit. ¶ Absolute *Cic. de Amic.* c. 22. Amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt: quæque ipsi non tribuunt amicis, hæc ab iis desiderant. Par est autem, ipsum esse virum bonum, tum alterum similem sui quærere. *that he himself should be a good man, and then,* &c. Sic 2. *de Divin.* c. 40. Hoc est ipsum esse contra se copiosum et desertum. ¶ Interdum vim relativi habet. *Terent. Eun.* 5. 2. 32. Tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis vocabula. *h. e.* ex ipsis philosophis. ¶ Et reciproci. *Nep. in Annib.* c. 2. Ut Annibalem in suspicionem regi adducerent tanquam ab ipsis corruptum. *h. e.* a se. Sic *Senec. de Benef.* l. 3. c. 23. Quærentibus, quænam esset, dominam, et quidem crudelissimam, ad supplicium ab ipsis duci, professi sunt. *Curt. in fin.* cap. 12. l. 8. Invidos homines nihil aliud, quam ipsorum esse tormenta. *Plin.* l. 7. c. 56. *ante med.* Medicinam Ægyptii apud ipsos volunt repertam. ¶ Pro *ego, me, nos,* *Cic.* 3. *ad Q. Fr.* ep. 1. c. 2. *extr.* Urbanam expolitionem urget ille quidem et Philotimus, et Cincius; sed etiam ipse crebro interviso. *I myself.* *Virg. Ecl.* 1. v. 10. et ipsum Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti. *h. e.* me. *Quintil.* l. 11. c. 1. Ipsos erubescere, etiam cum ab aliis laudabimur, decet. *h. e.* nos. ¶ Eleganter adhibetur ad designandum determinatum tempus, aut numerum. *Cic. pro Sext.* c. 63. Cum ipsis nonis Sext. idem dies adventus mei fuisset, natalis idem carissimæ filiæ. *exactly on the fifth of August.* et lib. 3. *Attic.* ep. 21. Triginta dies erant ipsi, cum has dabam litteras, per quos nulla a vobis acceperam. *thirty whole days have elapsed.* et *pro Cæcin.* c. 10. Cum dixisset, minus abesse LIII., populus cum risu acclamavit, ipsa esse. *that this was the number precisely.* et *de clar. Orat.* c. 15. *extr.* Qui L. Marcio, M. Manilio Coss. mortuus est, annis octoginta tribus ipsis ante me consulem. *exactly eighty years.* *Terent. Andr.* 5. 6. 10. O Charine, in tempore ipso mihi advenis! *in the very nick of time.* ¶ Interdum *ipse* (quemadmodum et *ille*) dicitur de eo, qui satis notus est, et licet non nominetur, statim tamen, qui sit, intelligitur. *Plaut. Cas.* 4. 2. 10. Quid tu hic agis? *Ancilla.* ego eo, quo me ipsa misit. *h. e.* hera. *my mistress.* Huc pertinet illud *ipse dixit,* αὐτὸς ἔφα, quod de Pythagora magistro suo discipuli usurpabant, apud *Quintil.* l. 11. c. 1. *ante med.* [† Cf. *Theocr.* κδ'. 50. αὐτὸς ἀυτεῖ. *it is your master that calls you.*] ¶ *Ipsus* in recto casu est Comicis frequens. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 43. Te is ipsus coram præsens præsentem videt. *Terent. Hec.* 3. 5. 5. Ipsus est, de quo hic agebam tecum. *Cato R. R.* c. 70. et 71. Bos ipsus sublimiter stet. *Cic.* quoque usurpavit, si *Diomedi* credimus, qui lib. 1. pag. 318. *Putsch.* Ipsus, inquit, quod est in Comœdiis, est et apud Tullium. ¶ Hinc *ipsi* pro *ipsius.* *Afran.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 694. Ipsi me velle vestimenta dicito. *Sever. in Ætna,* v. 218. in promptu est operis natura, solique Una ipsi, et venti. ¶ Superlat. *ipsissimus,* ut Græce αὐτότατος, est *Plauti Trin.* 4. 2. 146. Ergo ipsus ne es? *Char.* ipsissimus. *the identical person, the very person, his very self.* ¶ Genitivus *ipsius* in prosa oratione pænultimam producit: Poetice interdum corripit. *Virg.* 1. *Georg.* v. 452. Ipsius in vultu varios errare colores. *Id.* 1. *Æn.* v. 118. Ipsius ante oculos. ¶ Particula *ce* addita vim addit demonstrandi. *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. *ult.* Quod epitheton ipsiusce legerat, sociæ ejus imposuit. [† *Ipsipsus* legunt *Plaut. Cist.* 2. 3. 58. quidam ex MSS. Sed *Is ipsus* obtinet. V. *Taubman.* Similis varietas est *Truc.* 1. 2. 23.]

IPSIPE, ipsi, neque alii. *Fest.* ubi notant Critici, *ipsipte* legi posse, ut *mihipte, eopte.*

IPSŬLÆ. V. in *Salisubsulus.*

IPSULLĪCES, *vel* Ipsilices, bracteæ in virilem, muliebremque speciem expressæ. *Festus.* ubi quidam suspicantur, intelligi imagunculas, quibus magi in amatoriis sacrificiis utebantur, ut eos, quos referebant, ad amandum illicerent: ab *ipse,* et *illex.* Dicuntur et *ipsilles,* et *subsilles.* De quibus *Festus:* Supsilles sunt, quas aliter ipsilles vocant, lamellæ necessariæ sacris, quæ ad rem divinam conferre dicuntur maxime, specie virum ac mulierum.

I R

IR. V. *Hir.*

IRA, æ, f. *anger, displeasure, wrath, passion, choler, ire, rage, resentment, pique,* ὀργή, dolor animi vehemens ob injuriam, unde est cupido vindictæ. De ea scripsit *Seneca* libris tribus: in quorum primo cap. 1. lib. 2. c. 35. et l. 3. c. 4. irati hominis habitum depingit. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 9. Ira est libido puniendi ejus, qui videatur læsisse injuria. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 62. Ira furor brevis est. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 23. Quam bene Ennius iram initium esse dixit insaniæ. *Id.* 1. *Offic.* c. 38. Ira procul absit, cum qua recte nihil fieri potest. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 37. Facere aliquid per iram. *Hirt. de B. Afric.* c. 46. Ira percitus. et cap. 85. et *Nep. in Pelop. sub fin.* Ira et dolore incensus. *Terent. Hecyr.* 3. 5. 35. Quibus iris impulsus, &c. *Cic.* vertens *Homeri* locum 3. *Tuscul.* c. 9. Corque meum penitus turgescit tristibus iris. *Sallust. in Catil.* c. 32. Ira commotus. *Virg. Æn.* 2. v. 594. quis indomitas tantus dolor excitat iras? et vers. 316. furor iraque mentem præcipitant. *Id.* 12. *Æn.* v. 590. Iram acuere. *Sil.* l. 11. v. 7. iras servare repostas. et lib. 1. v. 38. cunctas sibi induere. et lib. 17. v. 443. accendere. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 48. asperare. *Virg.* 2. *Æn.* v. 381. attollere. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 33. concire. et 4. 1. 47. ira incendi. *Val. Flacc.* l. 7. v. 294. æstuare. *Justin. in fin.* cap. 10. l. 5. Iram concipere. *Val. Flacc.* l. 6. v. 556. cassa ira frendere. et lib. 5. v. 637. ira fluctuare. et lib. 1. v. 748. irarum ignes concipere. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 14. v. 41. iram concitare. *Terent. Adelph.* 3. 2. 14. evomere in aliquem. *Horat.* epod. 5. v. 54. vertere in aliquem. *Petron. in Satyr.* cap. 139. satiare. *Liv.* l. 23. c. 3. Indulgere iræ. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 673. consurgere in iras. *Virg.* 12. *Æn.* v. 499. irarumque omnes effundit habenas. et vers. 314. Iram cohibere. *Petron. in Satyr.* c. 94. exstinguere. *Senec. in Med.* v. 381. comprimere. et vers. 866. frenare. *Colum.* l. 6. c. 2. contundere. *Justin.* l. 9. c. 8. vincere. *Val. Flacc.* l. 2. v. 315. et *Quintil.* l. 6. c. 3. frangere. et lib. 3. c. 8. lenire. *Virg.* 1. *Æn.* v. 61. temperare. *Horat. de art. Poet.* v. 160. ponere. *Id.* l. 1. ep. 2. v. 59. moderari iræ. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 36. Ira defervescit. *Liv.* l. 40. c. 8. deflagrat. *Terent. Hecyr.* 3. 5. 55. decedit. *Id. Andr.* 3. 3. 20. Iræ sunt inter aliquos. *a variance or difference.* *Id. Hecyr.* 3. 1. 25. Ira inter eas intercessit. [† *Id. Andr.* 4. 3. 20. Amantium iræ. *quarrels.*] *Valer. Flacc.* l. 7. v. 34. talique effunditur ira. *h. e.* hujusmodi voces iratas profert. ¶ *Iræ esse alicui,* iram movere. *Virg.* 10. *Æn.* v. 714. Haud aliter justæ quibus est Mezentius iræ. *Macrob. Saturn.* l. 6. c. 6. Odio esse aliquem, usitatum: iræ esse, inventum Maronis est. ¶ Cum infinito *Virg.* 2. *Æn.* v. 575. subit ira cadentem Ulcisci patriam. ¶ Translate *Sallust. in fragm.* apud *Priscian.* l. 10. p. 887. *Putsch.* Nisi cum ira belli desenuisset. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 149. ipsum horrisoni quatit ira flagelli. *Id.* lib. 1. v. 37. Ira maris. *rage, fury.* *Sil.* l. 17. v. 254. ventorum. *Grat. in Cyneg.* v. 418. morbi. *Claudian. de consul. Prob. et Olybr.* v. 25. tunc fulva Leonis ira perit. *h. e.* splendor, aut calor sideris Leonis. *Id.* l. 1. *de rapt. Pros.* v. 146. caput inde Pachyni Respuit Ionias prætentis rupibus iras. *h. e.* fluctus et procellas. ¶ Metonymia est in illo *Ovidii* 4. *ex Pont.* ep. 3. v. 21. dic aliquam, quæ te mutaverit, iram. et *Gratii in Cyneg.* v. 374. commissam ulciscitur iram. *h. e.* injuriam, ex qua ira orta est. et *Silii* l. 7. v. 344. renovant tela . . . . et dant mucronibus iras. *h. e.* saxo asperant. ¶ *Ira alicujus rei* est, quæ ob rem aliquam oritur. *Liv.* l. 27. c. 7. *ad fin.* Qui ex prætoris exercitu ob similis iram fugæ missi eo ab Senatu fuerant. ¶ Passive *Liv.* l. 2. c. 61. Nunquam ante tam invisus plebi reus ad judicium vocatus populi est: plenus suarum, plenus paternarum irarum. *hatred both on account of his own conduct and that of his father.* ¶ *Irai* pro *iræ* more suo dixit *Lucret.* l. 3. v. 304.

IRĀCUNDE, adverb. *angrily, passionately,* cum iracundia, irate, ὀργίλως. *Cic. Phil.* 8. c. 5. Vehementer me tecum agere fateor; iracunde nego. *Id. pro Rosc. Com.* c. 11. Quo quisque est ingeniosior, eo docet iracundius. *Justin.* l. 12. c. 6. Iracunde accipere aliquid.

IRACUNDĬA, æ, f. *a readiness or natural inclination to be angry, hastiness of temper, cholericness, irascibility; anger, wrath, rage, passion,* ὀργιλότης, proclivitas in iram. *Verrius,* sive *Festus,* sive *Paulus,* dicit iracundiam dictam esse, quod iram accendat, quasi conflata sit ex *ira,* et veteri *cando,* unde *accendo,* et *incendo.* Sed hoc ineptum videtur. Quid enim fiet *facundia?* Differt ab ira, quia iracundia est vitium, ira est motus animi ad tempus. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 12. Ex quo in aliis anxietas, unde anxii, in aliis iracundi dicitur, quæ ab ira differt: estque aliud iracundum esse, aliud iratum, ut differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxii, qui anguntur aliquando, neque anxii semper anguntur, ut inter ebrietatem et ebriositatem interest, aliudque est esse amatorem, aliud amantem. Hæc *Cic.* (Adde *Sueton. in Claud.* c. 38.) Sed hæc differentia non observatur: ac sæpe pro ira ponitur. *Id.* 4. *Acad.* c. 44. Ipsam iracundiam fortitudinis quasi cotem esse dicebant. *Id. de Harusp. resp.* c. 2. Qui hesterno die dolore me elatum, et iracundia longius prope digressum arbitrabantur, quam sapientis hominis cogitata ratio postularet. *Terent. Adelph.* 3. 2. 12. Ardere iracundia. *Id. Heaut.* 5. 1. 47. Præ iracundia vix sum apud me. *Id. Adelph.* 5. 3. 8. Iracundiam reprimere. et 4. 3. 37. omittere. *Cic. Phil.* 8. cap. 6. remittere. *Id. pro Marcell.* c. 3. cohibere. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 8. suam reipubl. dimittere. et lib. 3. cap. 16. Esse summa iracundia. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 75. Iracundia efferri. *Id.* 4. *Verr.* c. 20. exardescere, et stomacho. et 4. *Tuscul.* c. 22. inflammari. *Curt.* l. 10. c. 5. *ad fin.* Iracundiam irritare, aut mitigare. *Petron. in Satyr.* cap. 97. satiare. *Sallust. in Catil.* c. 50. Quæ apud alios iracundia dicitur, ea in imperio superbia atque crudelitas appellatur. *Apul.* l. 2. *de dogm. Plat.* Iracundias domitas habere.

IRACUNDĬTER, adverb. idem ac iracunde. *Cæcil.* apud *Non.* c. 11. n. 45. Temere rem agere, et iracunditer. Adde *Enn.* apud *Priscian.* l. 15. pag. 1010. *Putsch.*

IRACUNDUS, a, um, *choleric, irascible, angry, passionate, boisterous, raging, ireful,* ὀργίλος, qui natura ad iram proclivis est, et ex parva, vel nulla causa irascitur. Differt ab *iratus,* quia *iratus,* dicitur qui ira concitatus est, *iracundus,* qui facilis est ad iram, etiamsi tunc nulla ira movetur. V. *Iracundia.* *Cic. de Senect.* c. 18. Sunt morosi, et anxii, et iracundi, et difficiles senes. *Id. Phil.* 5. c. 9. Impotens, iracundus, contumeliosus, superbus. *Id. pro Planc.* c. 26. Iracundum esse in aliquem. *Justin.* l. 7. *in fin.* adversus aliquem. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 31. Homo barbarus, iracundus, temerarius. *Senec.* l. 2. *de Ira,* c. 6. *extr.* Aut iniquus erit sapiens, si æqualiter irascetur delictis inæqualibus; aut iracundissimus, si, &c. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 29. Iracundior est paullo. *Id. in fin.* od. 3. l. 1. neque per nostrum patimur scelus, Iracunda Jovem ponere fulmina. *his wrathful bolts.* *Ovid. Metam.* 15. v. 86. Armeniæque tigres, iracundique leones.

IRASCENTĬA, æ, f. iracundia. *Apul. de dogm. Plat.* lib. 1. Irascentiam ad domicilium cordis deductam esse. *et ibid. sub fin.* Irascentiam subigere.

IRASCIBĬLIS, le, adject. *irascible,* qui facile irascitur, iracundus. *Firmic.* l. 5. c. 9. Irascibilem effici.

IRASCOR, eris, depon. 3. *to be angry or enraged, be displeased or out of humour, be in a rage, be hot with anger, swell with wrath, rage, storm, fume,* ὀργίζομαι, iram concipio, ira incendor, succenseo. *Cic.* 3. *Tusc.* c. 9. Nunquam sapiens irascitur. nam si irascitur, etiam concupiscit. *Id. Phil.* 8. c. 5. *sub fin.* Omnino irasci amicis non temere soleo. *Id.* 15. *Attic.* ep. 17. Arabioni de Sitio nihil irascor. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 8. Graviter irasci inimicis. *Plaut. Trucul.* 4. 2. 56. de nihilo. *Id. Merc. prol.* v. 37. alicui ob multiloquium. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 16. Ex perfidia et malitia dii immortales hominibus irasci et succensere consuerunt. *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 68. Irascor votis, heu! levis ipsa meis. *Quintil.* l. 2. c. 6. Admonitioni alicujus irasci. *Propert.* l. 3. el. 22. v. 12. Irascor, quoniam es lente moratus heri. *Virg.* 12. *Æn.* v. 104. taurus irasci in cornua tentat, Arboris obnixus trunco. *to vent his wrath on his horns by pushing against a tree.* *Plaut. Capt.* 4. 2. 60. Noli irascier. *paragoge.* *Quintil.* declam. 9. c. 3. Hic irascendo pertinax erat: ille incendendo contumax. *Gell.* l. 1. c. 26. Hæc super irascendo sentio. *Cic. de clar. Orat.* c. 95. Sæpe videbam cum irridentem, tum etiam irascentem, et stomachantem Philippum. *Petron. in Satyr.* c. 139. *extr.* Vix fieri posse, ut rabies irascentis sine verbere considat. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 269. Mirantem potuisse, irascentemque, quod ausi Hoc essent Superi. ¶ Cum accusativo. *Cato* apud *Gell.* l. 7. c. 3. *a med.* Id ne irascimini, si quis superbior est, quam nos? *Gell.* l. 19. c. 12. *extr.* Nihil dolent, nihil irascuntur. *Liv.* l. 34. c. 32. Remittimus hoc tibi, ne nostram vicem irascaris. *be not angry on our account.* *In Suppositis Mercatoris Plautini, Scena, quæ incipit:* Syra non redit: vers. 15. Istuc dictum tibi non amplius irascor. ¶ Translate *Petron. in Satyr.* cap. 104. *extr.* Cum pelago ventus irascitur. *Plin.* l. 9. c. 36. Color irascenti similis mari. *troublous, tempestuous.* ¶ *Irascere* activa forma, pro *irasci,* usi sunt *Pompon.* et *Nigid.* apud *Non.* c. 2. n. 446.

IRĀTE, *angrily, in anger, in angry mood, irefully*, χαλεπῶς, ἐπικότως, cum ira. *Phædr.* l. 4. fab. 24. v. 14. ne irate dimissum te sentiam, Ad cœnam mihi promitte. Al. aliter leg. *Colum.* l. 7. c. 12. Ut nonnunquam etiam conservos iratius intueantur.

IRĀTUS, a, um, *angry, displeased, enraged, ireful, furious*, ὀργισθεὶς, ira commotus. Irati descriptionem habes apud *Senec.* l. 1. *de Ira*, c. 1. l. 2. *c. pænult.* et lib. 3. c. 4. Hinc *Cic.* 4. *Tuscul.* cap. 36. *extr.* Archytas cum villico factus esset iratior, quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem? *Id. Phil.* 8. c. 6. Cæsar illis fuerat iratissimus. *Id. Attic.* l. 14. ep. 19. Habere aliquem iratum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 51. Iratum adversario judicem facere. *Id. pro Flacc.* c. 4. Quam iratus de judicio, et de villico! *Plaut. Pseud.* 5. 2. 30. Numquid iratus es mihi propter has res? *Plin.* l. 3. ep. 9. *a med.* Iratus, quod evocatus esset invitus. *Nep. in Cat.* c. 2. Neque hoc per Senatum efficere potuit: qua ex re iratus, &c. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 57. Iratos ungues in vultum alicujus conjicere. et lib. 3. *el. ult.* v. 30. irata janua fracta manu. *Phædr.* l. 4. fab. 19. *extr.* Diis iratis natus. ¶ Translate *Horat.* epod. 2. v. 6. Iratum mare. *troublous, stormy, tempestuous. Id.* l. 2. sat. 8. v. 5. Quæ prima iratum ventrem placaverit esca. *craving, hungry. Propert.* l. 4. el. 9. v. 62. Irata sitis. et el. 6. v. 28. Irati venti. *Petron. in Satyr.* c. 114. Irati fluctus. *Claudian. in IV. Consul. Honor.* v. 426. irati vultus Lunæ. *h. e.* rubentes.

IRCĔUS apud *Fest.* est genus farciminis. Putant autem esse ab *hircus*, omissa aspiratione, et farcimen ex hircino sanguine significare.

IRENARCHA, *vel* Irenarches, æ, m. *a justice of peace*, εἰρηνάρχης, magistratus ad id constitutus, ut ad provincialium tutelam, quietis et pacis per singula territoria concordiam stare faciat, ut habetur *tit. pænult.* lib. 10. *Cod.* ab εἰρήνη, pax, et ἀρχὸς, princeps. *Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 4. leg. 18. Irenarchæ, qui disciplinæ publicæ, et corrigendis moribus (*al. leg.* motibus) præficiuntur. *Martian.* lib. 48. tit. 3. leg. 6. Ut irenarchæ, cum apprehenderint latrones, interrogent eos de sociis, et receptoribus, &c.

IRI. }
IRĬER. } V. in *Eo, is.*

IRICŎLOR, oris, adject. *of the colour of the rainbow; changeable, versatile, or party-coloured like the neck of a duck or pigeon.* Iridis colores referens. *Auson.* epist. 3. v. 15. Iricolor pluma columbæ.

IRĪNUS, a, um, *of the iris or flower de luce*, ἴρινος, ad iridem herbam pertinens, ut *irinum oleum*, seu *unguentum*, et *irinum* absolute, quod ex ejus radice fit. *Plin.* l. 30. c. 12. *ad fin.* Irino succo perunctus. Adde lib. 13. c. 1. et lib. 20. c. 17. et lib. 21. c. 7. *a med.* et *Cels. sub fin.* l. 2.

IRĬO, onis, m. *winter-cresses, rock-gentle, or rock-gallant*, ἐρύσιμον, genus frugis sesamæ simile, fruticosum, foliis erucæ, semine nasturtii, ut *Plin.* l. 22. c. 25. *post med.* describit. *Id.* l. 18. c. 7. et 10. enumerat inter æstiva frumenta, *h. e.* quæ æstate seruntur.

IRIS, is, *sæpius quam* idis, f. *the rainbow, iris*, ἶρις, colores varii in nubibus impressi, et in modum ingentis arcus conformati, qui ex radiis solis uvidis nubibus impressis fiunt. De ea multa *Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 3. *et sequentib. Plin.* l. 2. c. 59. et *Ammian.* c. 11. *a med.* (*al.* c. 32.) lib. 20. ¶ In fabulis est filia Thaumantis et Electræ, ut est apud *Hygin. in præfat.* nuntia non solum Junonis et dearum, sed etiam Jovis et ceterorum deorum, ut docet *Serv. ad* 5. *Æn.* v. 606. ubi *Virg.* Irim de cælo misit Saturnia Juno Iliacam ad classem. *et ad Æn.* 9. v. 16. ubi *Virg.* v. 803. aeriam cælo nam Jupiter Irim demisit. et vers. 18. Iri, decus cæli, quis te mihi nubibus actam Detulit in terras? *Id. in fin.* l. 4. Iris croceis per cælum roscida pennis, Mille trahens varios adverso sole colores Devolat. *Ovid. Metam.* 1. v. 270. varios induta colores Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus affert. et lib. 14. v. 830. Irin ad Hersiliam descendere limite curvo imperat. *Auson. in perioch.* 2. *Iliad.* Iride ita monente. *et perioch.* 15. Minaciter per Iridem conterritus. ¶ Est etiam *Iris* herba, gladioli foliis, sed majoribus, radice odorata (ex qua irinum unguentum fit) flore colorum varietate cælestem arcum referente. *the iris or flower de luce. Plin.* multa de ea lib. 21. cap. 7. item cap. 20. ubi varios ejus usus tradit in medicina. *Pallad.* l. 1. *R. R.* tit. 37. Hyacinthus, qui iris, vel gladiolus dicitur similitudine foliorum. *Cato R. R.* c. 107. Iris aridæ contusæ heminam infundito, et sertam Campanicam una cum iri contundas. *Colum.* l. 12. c. 27. Irin bene pinsitam addito. et cap. 51. Junci radicis, tum etiam iridis Græcæ pari pondere. ¶ Item gemma, quæ sub tecto percussa sole, species et colores arcus cælestis in proximos parietes ejaculatur, subinde mutans, magnaque varietate admirationem sui augens. *Plin.* l. 37. c. 9. *ad fin.*

IRNĔA. }
IRNELLA. } V. *Hirnea.*

IRONĪA, æ, f. *irony, a figure of speech in which the meaning is contrary to the words*, εἰρωνεία, Latine *inversio, dissimulatio*, et *illusio*, figura est Rhetorum, Allegoriæ species, quam non solum aliud verbis, aliud sensu ostenditur, ut in Allegoria, sed omnino contrarium significatur. Duplex est, alia tropi seu verborum: alia schematis, seu sententiarum, ut *Quintil.* l. 9. c. 1. et 2. docet. Illa in paucis verbis, hæc in tota sententia conspicitur. Plures ejus species enumerat *Id. cit.* cap. 2. *ante med.* monetque, et jocos, et totam interdum causæ conformationem, tum etiam vitam alicujus universam, ironiam habere, qualis est visa Socratis, qui ideo dictus εἴρων, id est agens imperitum, et admirator aliorum, tanquam sapientium. *Cic.* 2. *de Orat.* cap. 67. Socratem opinor in hac ironia, dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus præstitisse. *et de clar. Orat.* c. 85. Ironiam illam, quam in Socrate dicunt fuisse, facetam et elegantem puto. et cap. 87. Nec in hoc ironiam duxeris esse, quod eam orationem mihi magistram fuisse dixerim. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 4. Sine ulla mehercule ironia loquor. ¶ Triplex est ratio detegendæ ironiæ. nam aut pronuntiatione intelligitur, aut persona, aut rei natura. Si qua enim illarum dissentit verbis, apparet, diversam esse orationi voluntatem. *Quintil.* l. 8. c. 6. *a med.*

IRONĬCE, *ironically*, εἰρωνικῶς, per ironiam. *Ascon. in proœm. act. in Verr.* seu *Verrina* 2. c. 13. Et *honeste* ironice dictum est.

IRPEX, icis, m. *a rake, or harrow, to pull up weeds with*, ἅρπαξ, ἁρπάγη, genus rastri ferrei, plures dentes habentis, ad exstirpandas herbas in agris, ut *Festus* docet. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 31. Irpices, regula cum pluribus dentibus, quam item ut plaustrum boves trahunt, ut eruant, quæ in terra sunt. *Cato R. R.* c. 10. Irpicem unum, crates stercorarias quatuor. *Servius* ad illud *Virg.* 1. *Georg.* v. 95. Vimineasque trahit crates, &c. instrumenta rustica, ad agrorum scilicet exæquationem, quam rustici irpicem vocant. Apud *Caton.* al. leg. *urpicem*: alii mallent aspirationem *h* appingere, quod sit a Græca voce allata. *Varr. loc. cit.* videtur a *serpo* deducere.

IRPĪNI. V. *Hirpini.*

IRQUITALLUS. V. *Hirquitallus.*

IRRADIĀTUS, *et* Inradiatus, a, um, *enlightened, irradiated*, radiis illustratus. *Martian. Capell.* l. 8. pag. 273. Candore luminis propinquantis plures irradiati refulsere divi.

IRRADĪO, *et* Inradio, as, a. 1. *to enlighten, illumine, irradiate*, ἀκτιβολέω, radiis illustro. *Stat.* 6. *Theb.* v. 64. teretes hoc undique gemmæ irradiant. *Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 84. Graiorum obscuras Romanis floribus artes Irradias. *h. e.* Latino cloquio illustras. ¶ Radios emittere *Sedull.* l. 5. vers. 315. *in Matth.* c. 28. Cœperat interea post tristia sabbata felix Irradiare dies.

IRRĀDO, *et* Inrado, is, a. 3. *to scrape into*, in aliquam rem rado. *Cato R. R.* c. 157. Eodem silphium inradito: bonum est. *h. e.* rade, et permisceto.

IRRĀSUS, *et* Inrasus, a, um, ξεστὸς, in aliquam rem rasus, et immixtus. *Cato R. R.* c. 157. Sic et laserpitium inrasum cum brassica ex aceto. ¶ Item simpliciter rasus, *shaven, shorn. Plaut. Rud.* 5. 2. 16. Dii te ament cum irraso capite. De naufrago loquitur. Mos enim erat, ut post naufragii periculum caput raderent. Hinc *Juvenal.* sat. 12. v. 81. gaudent ibi vertice raso Garrula securi narrare pericula nautæ. Est tamen, qui putat, hoc *Plauti* loco, non rasum, significare: quo sensu *Sil.* l. 8. v. 586. Aptabat dextris irrasæ robora clavæ. *h. e.* ferro non politæ, sed ut e silva decisa fuerat, αὐτοφυῆ, ἄξοον. *rough, unpolished.*

IRRATIONABĪLIS, *et* Inrationabilis, le, *irrational, without reason*, ἄλογος, ratione, aut causa carens. *Quintil.* declam. 9. cap. 16. Sive cælestis providentia, sive irrationabilis casus. *Id.* declam. 325. *a med.* Sunt quidam irrationabiles impetus animorum. *Cels. in præfat. a med.* Irrationabile animal hanc artem posse præstare. *Lactant. de Ira Dei*, c. 7. Rationale animal cum mutis et irrationabilibus coæquare.

IRRATIONABILĬTAS, *et* Inrationabilitas, atis, f. *irrationality, want of reason. Apul. in Trismeg. ad Asclep.* pag. 92. *Elmenhorst.* Talis senectus veniet mundi, irreligio, inordinatio, irrationabilitas bonorum omnium. *Al. leg.* hominum.

IRRATIONABILĬTER, *et* Inrationabiliter, *irrationally, without reason*, ἀλόγως, sine ratione. *Tertull. de Pœnit.* c. 1. In pœnitentiæ actu irrationabiliter deversari.

IRRATIONĀLIS, *et* Inrationalis, le, *without reason, irrational*, ἄλογος, ratione carens. *Senec.* epist. 92. Bonum rationalis animi ex irrationalibus nectere. *Quintil.* l. 8. c. 6. Secantur hæc in plures, ut a rationali ad rationale, et idem de irrationalibus.

IRRATIONALĬTER, *et* Inrationaliter, *irrationally*, ἀλόγως, sine ratione. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 6. Irrationaliter bonum. *et advers. Prax.* c. 3. Unitas irrationaliter collecta.

IRRAUCĔO, *et* Inrauceo, es, ausi, n. 2. *to grow hoarse*, βραγχιάω, raucus sum, aut fio. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 61. At Æsopum, si paulum irrauserit, explodi. Ita legit etiam *Priscian.* l. 10. pag. 904. *Putsch.* Sunt tamen, qui malunt *irraucuerit.*

IRRECITABILĬTER, *et* Inrecitabiliter, *unutterably, unspeakably*, ineffabiliter. *Venant. Fortun.* l. 3. carm. 9. v. 49. Irrecitabiliter manans de corde Parentis.

IRRECOGITATĬO, *et* Inrecogitatio, onis, f. *incogitancy*, incogitantia. *Tertull. in exhortat. ad castit.* c. 4. ubi *alii leg.* recogitatio.

IRRECORDABĪLIS, *et* Inrecordabilis, le, *not to be remembered*, cujus meminisse quis nequit. *Arnob.* l. 2. pag. 62. Aliquid irrecordabili oblitteratione deperdere.

IRRECUPERABĪLIS, *et* Inrecuperabilis, le, *irrecoverable, irreparable*, ἀνεπισκεύαστος, irreparabilis. *Tertull. de Pudic.* c. 14. Immunditia irrecuperabili tabiosum cadaver. *h. e.* quæ elui non potest.

IRRECUSABĪLIS, *et* Inrecusabilis, le, *not to be refused*, qui recusari non potest. *Imp. Justin.* lib. 3. *Cod.* tit. 1. leg. 13. *a med.* Irrecusabilis occasio.

IRREDIVĪVUS, *et* Inredivivus, a, um, *irreparable*, non redivivus, qui reviviscere non potest. *Catull.* carm. 17. *ad Colon.* v. 2. sed vereris inepta Crura ponticuli adsulitantis, inredivivus Ne supinus eat, cavaque in palude recumbat. *h. e.* irreparabilis.

IRRĔDUX, *et* Inredux, ucis, *from which one cannot safely return*, qui redux esse non potest. *Lucan.* l. 9. v. 408. Irreducemque viam deserto limite carpit. *h. e.* qua non erat rediturus.

IRREFORMABĪLIS, *et* Inreformabilis, le, *that cannot be mended or improved*, qui reformari, et in melius mutari non potest. *Tertull. de virginib. veland.* c. 1. Regula Fidei una omnino est, sola immobilis et irreformabilis. *Id. advers. Valentinian.* c. 29. Immutabilis et irreformabilis natura.

IRREFUTABĪLIS, *et* Inrefutabilis, le, *that cannot be refuted or overthrown by argument, irrefutable*, qui refutari non potest. *Arnob.* l. 4. pag. 139. Si mendaces illi, vos, veritas quæ sit, exponite, et irrefutabile aperite secretum.

IRREFUTĀTUS, *et* Inrefutatus, a, um, *not disproved or refuted*, non refutatus. *Lactant. in fin.* cap. 16. l. 5. Irrefutata hæc, tanquam foveam, prætergressus est.

IRREGIBĬLIS, *et* Inregibilis, le, *ungovernable*, qui se regere, vel regi ab alio non potest. *Veget.* l. 2. *de re Veterin.* c. 3. Animal freneticum repente salit, et velut effugere velit, parietibus se tanquam irregibilis impingit. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 1. c. 14. Corporis fluxa et irregibilis laxitas. *h. e.* immoderata.

IRREGRESSIBĪLIS, *et* Inregressibilis, le, *from which there is no returning*, qui regredi non potest. *Irregressibilis transgressio* apud *Augustin.* l. 8. *de civit. Dei*, c. 22. a qua regredi quis non potest. *that cannot be retracted.*

IRRELIGĀTUS, *et* Inreligatus, a, um, *not tied, unbound, loose*, non religatus, solutus. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 530. Nuda pedem, croceas irreligata comas. *Albinov.* el. 2. v. 5. Irreligata ratis. *h. e.* non ligata ripæ. *not moored.*

IRRELIGĬO, *et* Inreligio, onis, f. *irreligion*, irreligiositas. *Apul. in Trismeg. ad Asclep.* pag. 92. Irreligio, inordinatio, irrationabilitas.

IRRELIGIŌSE, *et* Inreligiose, *impiously, irreligiously*, ἀσεβῶς, sine religione. *Tacit.* 2. *Ann.* cap. 50. Si qua de Augusto irreligiose dixisset. *Arnob.* l. 1. pag. 13. Vestra sunt hæc irreligiose opinata, et irreligiosius credita.

IRRELIGIOSĬTAS, *et* Inreligiositas, atis, f. *irreligion, impiety*, ἀσέβεια, religionis carentia, impietas. *Tertullian. in Apolog.* c. 24. Committitis crimen veræ irreligiositatis.

IRRELIGIŌSUS, *et* Inreligiosus, a, um, *impious, irreligious, undevout*, ἀσεβὴς, religionis expers, impius. *Liv.* l. 5. c. 4. *sub fin.* Irreligiosum ratus, sacerdotes sacraque populi R. pedibus ire ferrique; se, ac suos in vehiculo conspici. *Plin.* l. 4. ep. 1. Templi dedicationem differre, irreligiosum est. *Arnob.* l. 5. pag. 185. Potest irreligiosius quidpiam existimari? *Tertull. de orat.* c. 12. *extr.* Factum istud irreligiosissimum est.

IRREMEABĬLIS, *et* Inremeabilis, le, *from which there is no return, not to be repassed*, unde remeare non licet. *Virg.* 5. *Æn.* v. 590. *de labyrintho.* qua signa sequendi Falleret indeprensus, et irremeabilis error. *Id.* 6. *Æn.* v. 425. ripam irremeabilis undæ. *h. e.* Stygis. *Senec. in Herc. Fur.* v. 548. ire vias irremeabiles. *Sil.* l. 5. v. 41. Irremeabile litus.

IRREMEDIABĬLIS, *et* Inremediabilis, le, *not to be cured, or remedied, incurable, irremediable*, ἀνήκεστος, cui remedium adhiberi non potest. *Plin.* l. 25. *c. ult. ante med.* Cicuta in vino pota irremediabilis existimatur. *Mæcenas* apud *Senec.* epist. 114. Irremediabilis factio. *h. e.* implacabilis.

IRREMISSIBĬLIS, *et* Inremissibilis, le, *irremissible, not to be forgiven*, qui remitti, seu condonari non potest. *Tertull. de Pudic.* c. 2. et 13. Irremissibilia peccata. Adde *Hieronym.* epist. 149. *ad Marcellam.*

IRREMŌTUS, *et* Inremotus, a, um, *unremoved, irremoveable*, non remotus. *Prudent. peristeph.* 2. *de S. Vincent.* v. 407. Hoc munus implet sedule, Et inremotus excubat.

IRREMUNERABĬLIS, *et* Inremunerabilis, le, *that cannot be rewarded, not to be remunerated*, ἀνανταλλακτος, quem remunerari non possumus. *Apul.* l. 3. et 11. *Metam.* Irremunerabile beneficium.

IRREMUNERĀTUS, *et* Inremuneratus, a, um, *unrewarded*, cui nihil repensum est. *Cassiod.* l. 1. ep. 16. *extr.*

IRREPARABILIS, *et* Inreparabilis, le, *not to be repaired, irreparable, irrecoverable, irretrievable*, ἀνεπισκεύαστος, qui reparari, seu recuperari non potest. *Senec.* epist. 123. *a med.* Fluunt dies, et irreparabilis vita decurrit. *Colum.* l. 11. c. 1. *ad fin.* Temporis fuga irreparabilis. *Virg.* 3. *Georg.* v. 284. et 10. *Æn.* v. 467. breve et irreparabile tempus Omnibus est vitæ.

IRREPERCUSSUS, *et* Inrepercussus, a, um, *not retorted, not refuted*, non repercussus. *Tertull. in Apolog.* c. 16. *extr.* Ne quid rumoris irrepercussum præterissemus. *h. e.* irrefutatum. Al. leg. *impercussum.*

IRREPERTUS, *et* Inrepertus, a, um, *not found out, undiscovered*, ἀνεύρετος, non repertus. *Horat.* l. et od. 3. v. 49. Aurum irrepertum, et sic melius situm, Cum terra celat, spernere fortior. *Senec. in Med.* v. 648. Herculi magno puer irrepertus.

IRREPLĒTUS, *et* Inrepletus, a, um, non repletus. *Paulin. Nolan.* carm. 17. *ad Nicet.* v. 67. Cogimur victo, licet irrepleti, Cedere voto.

IRRĒPO, *et* Inrepo, is, psi, n. 3. *to creep into, steal into, get into by little and little, enter by stealth*, προσέρπω, ὑπεισέρχομαι, rependo introeo, illabor, sensim, aut clam me infero. Proprie dicitur de iis, quæ repunt: late de aliis. *Plin.* l. 24. c. 4. *ante med.* Salamandra si arbori irrepsit, omnia poma inficit veneno. *Sueton. in Aug.* c. 94. Draconem repente irrepsisse ad eam. *Colum.* l. 4. c. 1. Ut sit inferior tenera terra, quæ non arceat, nec duritie sua repellat novas irrepentes radiculas. *Id.* l. 3. c. 18. *ad fin.* Irrepentibus aquis, prædictisque animalibus, celeriter senescunt. *Flor.* l. 2. c. 12. Summa arte et industria ducis, cum alia minatus, alia irrepsisset. *Apul.* l. 3. et 8. *Metam.* Summa cum trepidatione irrepit cubiculum. et lib. 4. Caveam festinus irrepsit. et lib. 9. Latenter irrepit hospitium. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 28. Eloquentia modo perfringit, modo irrepit in sensus. *insinuates itself. Id.* 3. *de Orat.* c. 53. Irrepere in mentes hominum. *Id. de Harusp. resp.* c. 24. *extr.* in opinionem gratiæ. *Id. pro Arch.* c. 5. in tabulas municipiorum. *Id.* 3. *Offic.* c. 75. in testamenta locupletium. *Senec. de consol. ad Polyb.* c. 26. *ad fin.* Dolor requiescenti animo paulatim irrepet. *Colum. in fin. proœm.* l. 12. Cum in totum exoleverit vetus ille matrum familiarum mos, necessaria irrepsit villicæ cura, quæ tueretur officia matronæ. *Gell.* l. 1. c. 6. Ad movendos animos hominum qualicumque astu irrepere. *Stat.* 5. *Theb.* v. 60. lentoque irrepunt agmine pœnæ. *Plin.* l. 26. c. 1. Irrepsit hæc lues in Italiam. *Pompon.* apud *Non.* c. 9. n. 11. Quot lætitias insperatas mihi irrepsere in sinum! ἐλληνισμός. ¶ De iis, qui paulatim, aut clam ad alicujus familiaritatem perveniunt. *Tacit. Ann.* 13. c. 12. Adolescentuli, ignara matre, dein frustra obtinente, penitus irrepserant per luxum et ambigua secreta. *Id.* 2. *Hist.* c. 63. Vitellius irrepentibus dominationis magistris, superbior et atrocior.

IRREPOSCĪBĪLIS, *et* Inreposcibilis, le, *that cannot be demanded back*, qui reposci non potest. *Apul. in Apolog.* Vidua nihil affert irreposcibile.

IRREPREHENSIBĪLIS, *et* Inreprehensibilis, le, *irreprehensible*, qui reprehendi non potest. *Tertull. de resurr. carn.* c. 23. *sub fin. ex* 1. *Timoth.* 6. Mandatum immaculatum irreprehensibile. *Jul. Firmic.* l. 1. c. 3. *a med.* Post dictaturæ irreprehensibiles actus. *Arnob.* l. 2. pag. 53. Inculpabiles, et ideo irreprehensibiles vivimus.

IRREPREHENSUS, *et* Inreprehensus, a, um, *without blame, blameless, harmless, irreproachable, irreprehensible*, ἀνέλεγκτος, non reprehensus, irreprehensibilis. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 14. v. 22. Et laudem probitas irreprehensa tulit. *Id. Metam.* 3. v. 340. Irreprehensa dabat populo responsa petenti. *h. e.* vera, et non simulata.

IRREPTO, *et* Inrepto, as, n. 1. *to creep or steal into*, frequentativum ab *Irrepo*, et ejusdem fere significationis. Cum dativo *Stat.* 4. *Theb.* 5. 386. Pampineumque jubes nemus irreptare Lycurgo. *h. e.* circumfundi, et circumvincire. *Id.* l. 3. silv. 1. v. 177. grexque protervus Nunc humeris irreptet avi. ¶ Cum accusativo. *Id.* l. 11. *Theb.* v. 731. Argos eat, hostilesque Mycenas Squalidus irreptet.

IRREPTOR, *et* Inreptor, oris, m. *an encroacher*, qui irrepit. *Imp. Constantin.* lib. 2. *Cod. Theodos.* tit. 26. leg. 2. Irreptor agrorum. *h. e.* qui alienos agros sine jure invasit.

IRREQUIEBĪLIS, *et* Inrequiebilis, le, *restless, incessant*, irrequietus. *Scribon. Larg. compos.* 105. Stomachi vitium, quod cum siccitate, et irrequiebili, ut ita dicam, et inexstinguibili siti consistit. Eadem verba habet *Marcell. Empir.* c. 20.

IRREQUĬES, *et* Inrequies, etis, adject. irrequietus. *Auson. in monosyllab. de membr.* v. 5. Palpitat irrequies, vegetum, teres, acre calens cor. *et de inconnex.* v. 11. pervigil, irrequies gens. Adde *Paulin. Nolan.* carm. 5. v. 16.

IRREQUIĒTUS, et Inrequietus, a, um, *without rest, restless, unquiet, incessant, troubled, disturbed*, ἄπαυστος, qui requiem non habet, qui nunquam cessat. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 386. ab ævi Sors mea principiis fuit irrequieta. et lib. 13. v. 730. irrequieta Charybdis. et lib. 2. *Trist.* v. 236. Bellaque cum multis irrequieta geris. *Plin.* l. 2. c. 5. Irrequietus mundi circuitus.

[* IRREQUISĪTUS, a, um, *unsought for*, non quæsitus. *Sidon.* l. 9. epist. 3. Custodias aggerum publicorum nequaquam tabellarius transit irrequisitus.]

IRRESECTUS, *et* Inresectus, a, um, *uncut, unimpaired*, non resectus. *Horat.* epod. 5. v. 47. irresectum sæva dente livido Canidia rodens pollicem.

IRRESOLUBĪLIS, *et* Inresolubilis, le, *not to be broken, irresoluble*, non resolubilis. *Apul.* l. 2. *de doctr. Plat.* Pares paribus irresolubili nexu junguntur.

IRRESOLŪTUS, *et* Inresolutus, a, um, *not loosed or slackened*, non resolutus, contentus. *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 21. At semel intentus nervo levis arcus equino, Vincula semper habens irresoluta manet.

IRRESPĪRABĪLIS, *et* Inrespirabilis, le, qui respirari non potest. *Tertull. de Idolol. c. ult.* Inenatabile excussis profundum est, inextricabile impactis naufragium, irrespirabile devoratis hypobrychium.

IRRESTINCTUS, *et* Inrestinctus, a, um, *unextinguished*, inexstinctus. *Sil.* l. 3. v. 29. Irrestincta focis servant altaria flammæ.

IRRETĬO, *et* Inretio, etis, ivi, itum, a. 4. *to ensnare, entangle*, σαγηνεύω, πεδάω, reti involvo, circumretio, implico, illaqueo. *Cic. Acad.* l. 4. c. 29. Quid enim ad illum, qui te captare vult, utrum tacentem irretiat, an loquentem? *Colum.* l. 4. c. 2. Vitis toto prostrata corpore inferius solum quasi cancellavit, atque irretivit. ¶ Translate *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 21. *extr.* Iis enim se adolescens irretierat erratis, ut, &c. *Id.* 1. *Catil.* c. 6. Quem adolescentulum corruptelarum illecebris irretisses. *Id. in Vatin.* c. 5. Cum homines negotia gerentes judiciis iniquissimis irretires.

IRRETĪTUS, *et* Inretitus, a, um, *caught fast in a net, ensnared, entangled, entrapped, allured, embarrassed*, reti implicatus, illaqueatus, captus, detentus. *Colum.* l. 3. c. 11. Solum pluribus radicibus impeditum, et quasi irretitum. *Lucil.* apud *Non.* cap. 4. n. 313. Si laqueis, manicis, pedicis mens irretita est. *Cic. de Harusp. resp.* c. 4. Illaqueatus omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, exspectatione supplicii implicatus. *Id.* 5. *de Fin.* c. 18. *sub fin.* Si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur. *Id.* 1. *de Orat.* c. 10. *a med.* Stoici disputationum suarum, atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. *Id. in Vatin.* c. 1. Ut istam loquacitatem paucissimis interrogationibus irretitam retardarem.

IRRETORTUS, *et* Inretortus, a, um, *not turned aside, unmoved, fixed, straight*, non retortus, non reflexus, rectus. *Horat. in fin.* od. 2. l. 2. Quisquis ingentes oculo irretorto Spectat acervos. *h. e.* rectis, et nil curantibus oculis. Sapiens enim divitias securus spectat, neque iis capitur, sed contemnit. Contra insipiens aurum videns, cupide miratur, et etiam si prætereat, retorquet vultum, et visu fruitur, quandiu licet. Al. aliter explicant.

IRRETRACTABĪLIS, *et* Inretractabilis, le, *irrevocable*, qui retractari, seu revocari non potest, irrevocabilis. *Augustin.* l. 10. *Confession.* c. 33. *a med.* Magisque adducor, non quidem irretractabilem sententiam proferens, &c.

IRREVĔRENS, *et* Inreverens, entis, *not paying due respect, not expressing or conceiving due veneration, irreverent*, ἀνευλαβής, qui non veretur, aut metuit. *Plin.* l. 8. ep. 21. Sum deprecatus, ne quis ut irreverentem operis argueret, quod, &c. *Spartian. in Caracall.* c. 2. Matri irreverentem esse. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* cap. 14. *extr.* Immisit pueris ursos irreverentibus in prophetam. *et de Orat.* c. 12. *in fin.* Irreverens est assidere sub conspectu ejus, quem maxime reverearis.

IRREVERENTER, *et* Inreverenter, *without showing due veneration or respect, irreverently*, sine reverentia, aut metu, ἀναιδημόνως. *Plin.* l. 2. ep. 14. Audaces huc transeunt tam irreverenter et temere, ut, &c. *Id.* l. 6. ep. 13. Egit Claudius Capito irreverenter magis, quam constanter, ut qui ipsum senatusconsultum apud Senatum accusaret.

IRREVERENTĬA, *et* Inreverentia, æ, f. *want of reverence, want of veneration or respect, irreverence*, ἀναίδεια, carentia metus et reverentiæ, quæ Deo, dominis, legibus, magistratibus, et majoribus debetur. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 26. Quibusdam, coalitam libertate irreverentiam eo prorupisse, frementibus. et lib. 3. c. 31. Majores juventutis irreverentiam gravibus decretis notaverunt. *Id.* 3. *Hist.* c. 51. Tantam victoribus adversus fas nefasque irreverentiam fuisse, ut gregarius eques, occisum a se proxima acie fratrem professus, præmium a ducibus petierit.

IRREVOCABĪLIS, *et* Inrevocabilis, le, *that cannot be recalled, irrevocable*, ἀναπότρεπτος, qui revocari non potest. *Lucret.* l. 1. v. 468. Ætas præterita irrevocabilis. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 71. Et semel emissum volat irrevocabile verbum. *Liv.* l. 42. c. 62. Ut secunda fortuna in conditione honestæ pacis uteretur, potius quam spe vana evectus in casum irrevocabilem se daret. *irreparable, irremediable, irretrievable. Lucan.* l. 1. v. 509. ruit irrevocabile vulgus. *Plin.* l. 3. ep. 7. Morbi tædio ad mortem irrevocabili constantia decucurrit. *Plin. alter* c. 1. l. 32. Ancoræ pondere irrevocabili jactæ. *h. e.* quæ propter pondus reduci, et retrahi vix possunt, cum semel jactæ sunt. *not to be pulled back. Id.* l. 16. c. 36. Hamus irrevocabilis. *Paul. Dig.* lib. 39. tit. 5. leg. 35. Donatio irrevocabilis. ¶ Translate *Tacit. in Agric.* cap. 42. Domitiani natura præceps in iram, et quo obscurior, eo irrevocabilior. *h. e.* implacabilior.

IRREVOCABILITER, *et* Inrevocabiliter, *irrevocably*, ita ut non sit revocandi locus. *Augustin.* epist. 120. c. 24. Superbia, qua diabolus irrevocabiliter progressus est.

IRREVOCANDUS, *et* Inrevocandus, a, um, irrevocabilis. *Claudian. de B. Get.* v. 122. ferro ne largius acto, Irrevocandus eat sectis vitalibus error.

IRREVOCĀTUS, *et* Inrevocatus, a, um, *not recalled, not to be recalled*, non revocatus. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 223. Cum loca jam recitata revolvimus irrevocati. V. *Revoco* in fine. *Ovid. Metam.* 11. v. 401. sed enim irrevocatus ab acri Cæde lupus perstat.

IRREVOLŪTUS, h. e. inevolutus, legitur a nonnullis apud *Martial.* epigr. 1. l. 11. ubi alii rectius *inevolutus. unrolled, unopened.*

IRRIDENTER, *et* Inridenter, *scoffingly*, irridendo. *Laber.* apud *Charis.* l. 1. pag. 182. *Putsch.* Irridenter petit. *Augustin.* ep. 5. *a med.* Irridenter admonere. [¶ Comparat. apud *Fronton. de oration.* l. 1. fragm. 5. Quisquam vereri potest, quem irridentius contempserit?]

IRRIDĔO, *et* Inrideo, es, isi, isum, a. 2. *to laugh at*, καταγελάω, in, seu super aliqua re rideo. *Cic.* 12. *Attic.* ep. 6. Cæsar mihi irridere visus est. *Terent. Heaut.* 5. 2. 29. Irrides in re tanta, neque me quidquam consilio adjuvas? *Phædr.* l. 5. fab. 3. Calvi momordit musca nudatum caput: quam opprimere captans, alapam sibi duxit gravem. Tunc illa irridens, &c. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 8. Multum irridentibus, qui ipsi viderant, &c. ¶ Et derideo, ridendo contemno, ludibrio habeo. *to mock, ridicule, laugh to scorn, scoff. Plaut. Trin.* 2. 4. 45. Bonis tuis rebus meas res irrides malas. *Id. Amph.* 2. 1. 40. Venis ultro irrisum dominum. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 35. Irridere aliquid et contemnere. *Id. Fam.* 9. *ep. ult.* An tu id melius, qui etiam in philosophum irriseris? *Est qui omittit in. Id.* 4. *Acad.* c. 39. *a med.* Vos ab illo irridemini, et ipsi illum vicissim eluditis. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 3. Per jocum deos irridens. ¶ Olim fuit etiam *irrido, is. M. Brutus* apud *Diomed.* l. 1. pag. 378. *Putsch.* Irridunt horum lacrymas.

IRRIDICŬLE, *et* Inridicule, *unpleasantly, unwittily, without humour or pleasantry*, non ridicule, infacete. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 42. Non irridicule quidam ex militibus dixit, &c.

IRRIDICŬLO, *et* Inridiculo. *Irridiculo habere* est irridere. *to make a laughing-stock of. Plaut. Pœn.* 5. 4. 8. Præpotentes, pulcræ, pacisque potentes, soror, fuimus, neque ab juventute ibi irridiculo habitæ. ¶ *Irridiculo esse* est irrideri, ludibrio, seu irri sui esse. *to be made a laughing-stock. Id. Cas.* 5. 2. 3. Atque ita irridiculo sumus ambo. Al. aliter leg.

IRRIGATĬO, *et* Inrigatio, onis, f. *a watering, moistening, irrigation*, ἄρδευσις, actus irrigandi. *Cic.* 2. *Offic.* c. 4. Ductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes. *Plin.* l. 36. c. 12. Irrigatione fluminis diluere aliquid.

IRRIGĀTOR, *et* Inrigator, oris, m. *a waterer*, qui irrigat. *Augustin.* epist. 95. *ante med.* Plantator et irrigator extrinsecus.

IRRIGĀTUS, *et* Inrigatus, a, um, *watered, moistened, irrigated*, ἀρδόμενος. *Colum.* l. 2. c. 14. Melius habetur fœnum, quod suapte natura succoso gignitur solo, quam quod irrigatum aquis elicitur. *Phædr.* l. 4. fab. 14. v. 9. irrigatus multo venas nectare. *Liv.* l. 7. c. 3. Cum medios forte ludos circus Tiberi superfuso irrigatus impedisset. *inundated.* ¶ Jocular iter *Plaut. Epid.* 1. 2. 18. Quem quidem ego hominem irrigatum plagis pistori dabo. *whipped till the blood runs down.*

IRRĬGO, *et* Inrigo, as, avi, atum, a. 1. *to water, bedew, irrigate*, ἄρδω, in aliquem locum rivos deduco. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 52. Ægyptum Nilus irrigat. et lib. 1. cap. 43. Fontibus irrigare hortulos. ¶ Translate *Virg.* 3. *Æn.* v. 511. fessos sopor irrigat artus. *Lucret.* l. 4. v. 905. somnus per membra quietem inriget. (Hinc *irriguus somnus* apud *Persium.*) *Lucret.* l. 5. v. 282. Largus item liquidi fons luminis ætherius sol Irrigat assidue cælum candore recenti. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 86. Coo vino edentulo ætatem irriges. *h. e.* madefacias, foveas, et quasi virides reddas annos tuos. *Lucil.* apud *Non.* c. 9. n. 5. Si voles per aures pectus irrigarier. ¶ Pro madefacere. *to moisten, bathe. Senec. in Phœniss.* v. 441. Irrigare fletu genas. *Id. in Thyest.* v. 44. Irrigat terram cruor. ¶ *Irrigare aquam* est derivare, et diducere agri irrigandi causa. *to water by means of grips or rills. Cato R. R.* cap. 151. Si quando non pluet, aquam irrigato leniter in areas. *Virg.* 4. *Georg.* v. 115. et amicos irriget imbres. *Cato R. R.* c. 36. Amurcam spargas, vel irriges ad arbores. ¶ Translate *Virg.* 1. *Æn.* v. 695. At Venus Ascanio placidam per membra quietem Irrigat. *Accius* apud *Serv. ad Æn.* 12. v. 605. Et lanugo florea nunc demum irrigat. [¶ Particip. *irrigandus* apud *Justin.* l. 11. c. 10. Cum operam oblocare ad puteos exhauriendos, hortosque irrigandos solitus esset.]

IRRIGŬUS, *et* Inriguus, a, um, *watered, well-watered*,

wet, moist, plashy, irriguous, καταῤῥυτος, aquis abundans, unde facile irrigari potest. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 16. Irriguus hortus. *Plaut. Trin.* 1. 1. 9. Herba irrigua. *Plin.* l. 5. c. 14. Regio irrigua fontibus. ¶ Translate *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 9. Irriguumque mero sub noctem corpus habento, *h. e.* madens, perfusum. *soaked.* ¶ Active *irrigua aqua* quæ irrigat. *Virg.* 4. *Georg.* v. 32. irriguumque bibant violaria fontem. *Ovid.* l. 2. *Amor.* el. 16. v. 2. irriguis ora salubris aquis. Adde *Tibull.* l. 2. eleg. 1. v. 44. ¶ Translate *Pers.* sat. 5. v. 56. Hic satur irriguo mavult turgescere somno. Sic *Lucret.* l. 4. v. 905. somnus per membra quietem irrigat. ¶ *Irriguos ignes* dixit *Sever. in Ætna*, v. 28. qui per occultos terræ meatus more aquæ manant, et discurrunt. *lava.* ¶ *Irriguum carmen* dixit *Id. ibid.* v. 295. significans sonos, qui per organa hydraulica ope aquæ eduntur. Addit *Scalig.* similem locum *Manilii* l. 3. v. 4. ubi alii aliter *leg.*

IRRĬMOR, *et* Inrimor, aris, dep. 1. *to investigate*, idem quod rimor, investigo. *Pacuv.* apud *Non.* c. 4. n. 395. Cum incultos pervestigans inrimarer sinus.

IRRĬO. V. *Hirrio.*

IRRISIBĬLIS, *et* Inrisibilis, le, *deserving of ridicule*, qui irrideri potest, vel irrideri dignus. Est *Augustini Serm.* 87. sect. 9. (*al.* c. 7.)

IRRISĬO, *et* Inrisio, onis, f. *a mocking, laughing to scorn, scoffing, mockery, irrision*, καταγέλως, μυκτηρισμὸς, actus irridendi, derisio, ludibrium. *Cic.* 4. *Acad.* c. 39. *a med.* Liber igitur a tali irrisione Socrates. *Id.* 1. *de Orat.* c. 12. Hæc oratio omnium irrisione luditur. *Id.* 1. *Offic.* c. 38. *extr.* Deforme est, de se ipso prædicare, et cum irrisione audientium imitari militem gloriosum. *h. e.* ut ab audientibus irridearis.

IRRISĪVE, irridendo. V. *Injurie.*

IRRĪSOR, *et* Inrisor, oris, m. *one who mocks or laughs to scorn; a mocker, scorner, scoffer, derider, buffoon*, χλευαστὴς, qui irridet. *Cic. Parad.* 1. c. 4. Veniant igitur isti irrisores hujus orationis ac sententiæ. *Propert.* l. 1. el. 9. v. 1. Dicebam tibi venturos, irrisor, amores.

IRRISORĬUS, *et* Inrisorius, a, um, *derisive, derisory*, ad irridendum pertinens. *Martian. Capell.* l. 8. pag. 273. Irrisoria lepidaque versutia.

IRRĪSUS, *et* Inrisus, us, m. *a mocking, scoffing, mockery, irrision, derision*, irrisio. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 15. Suam virtutem irrisui fore, perdoluerunt. *Liv.* l. 7. c. 10. Gallus linguam ab irrisu exserens. *Plin.* l. 28. c. 8. *a med.* Irrisu coarguere aliquid. *Id.* l. 37. c. 9. *ante med.* Non sine irrisu et contemptu generis humani. *Tacit. Ann.* 13. c. 15. Nero Britannico jussit, exsurgeret, et cantum aliquem inciperet: irrisum ex eo sperans pueri sobrios convictus ignorantis.

IRRĪSUS, *et* Inrisus, a, um, *laughed at, mocked, derided, ridiculed*, derisus, contemptus. *Plaut. Epid.* 3. 4. 81. Perdam potius, quam sinam, me impune irrisum esse habitum. *Virg.* 5. *Æn.* v. 272. Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 9. Ad vana et toties irrisa revolutus.

IRRITABĬLIS, *et* Inritabilis, le, *easily provoked or irritated, irritable*, ὀργιστικὸς, ἐρεθιστικὸς, qui facile irritatur. *Cic. Attic.* lib. 1. ep. 17. *ante med.* Irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum, et eosdem placabiles. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 102. Multa fero, ut placem genus irritabile vatum. ¶ Item qui facile irritat, et provocat. *Lactant.* l. 6. c. 23. Diabolus objicit oculis irritabiles formas, suggeritque fomenta.

IRRITABILĬTAS, *et* Inritabilitas, atis, f. *irritability, irascibility*, vis irascendi. V. *Excandescentia.*

IRRITĀMEN, *et* Inritamen, inis, n. irritamentum. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 434. opes, animi irritamen avari. et lib. 12. v. 102. Haud secus exarsit, quam Circo taurus aperto Cum sua terribili petit irritamina cornu, Puniceas vestes.

IRRITAMENTUM, *et* Inritamentum, ti, n. *an incitement, incentive, inducement, encouragement, provocation*, ἐρέθισμα, id, quo quispiam irritatur, lacessitur, provocatur. *Liv.* l. 40. c. 27. Quibuscumque irritamentis poterat, iras militum acuebat. et lib. 30. c. 11. Quod irritamentum certaminum equestrium est. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 140. Effodiuntur opes, irritamenta malorum. *Val. Max.* l. 2. c. 6. n. 1. Irritamenta luxuriæ. *Sallust. in Jug.* c. 94. gulæ. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 9. invidiæ. *Id. in Agric.* c. 20. pacis. *Justin.* l. 31. c. 6. *extr.* belli. *Plin. in Paneg.* c. 8. irarum.

[* IRRITĀTE, adverb. idem fere ac irate, cum frequenti incitatione. *Ammian. Marcellin.* l. 22. c. 15. *a med.* Trochilus genas ejus (crocodili) irritatius titillando pervenit adusque ipsam viciniam gutturis.]

IRRITATĬO, *et* Inritatio, onis, f. *a stirring, provoking, or instigating; an excitement, inducement, encouragement, provocation, irritation*, ἐρεθισμὸς, actus irritandi. *Liv.* l. 31. c. 14. *a med.* Et irritatio animorum ea prima fuit. *Senec.* ep. 9. *a med.* Ad amicitiam fert illum sapientem nulla sua utilitas, sed naturalis irritatio. *desire, inclination.* (Adde *de consol. ad Helv.* c. 6.) *Gell.* lib. 7. cap. 16. Reperire irritationes edendi. *h. e.* gulæ irritamenta. *Tacit. de Germ.* c. 29. Feminæ nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptæ.

IRRITĀTOR, *et* Inritator, oris, m. *one who irritates or provokes; an instigator, provoker, inciter*, ἐρεθιστὴς, qui irritat, provocat, lacessit. *Senec.* epist. 108. Omnibus natura fundamenta dedit, semenque virtutum: omnes ad ista nati sumus: cum irritator accessit, tunc illa animi bona, velut sopita, excitantur.

IRRITĀTUS, *et* Inritatus, a, um, *irritated, excited, roused, provoked, angered, exasperated, enraged*, provocatus, lacessitus, ad iram incitatus, commotus. *Terent. Phorm.* 2. 1. 10. Ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere. *Plaut. Capt.* 3. 1. 25. Canis irritata. *Justin.* l. 12. c. 6. *sub fin.* Infestæ et irritatæ bello gentes. *Ovid. in fin.* l. 13. *Metam.* furit ille, irritatusque repulsa, &c. *Sueton. in Galb.* c. 21. Maxime irritati ad talem jocorum petulantiam, quod, &c. *h. e.* stimulati, invitati. *Senec.* ep. 97. *a med.* Lætatur ille adulterio, in quod irritatus est ipsa difficultate. *Gell.* l. 19. c. 9. Animo irritato indignabundus. et lib. 15. c. 9. Atque ego his ejus verbis irritatior, audi inquam, &c.

IRRĪTO, *et* Inrito, as, avi, atum, a. 1. *to irritate, provoke, anger, enrage, rouse, stimulate, stir up*, ἐρέθω, παροργίζω, παροξύνω, ad iram provoco, lacesso, incendo. *Irritari*, inquit *Non.* cap. 1. n. 131. et *Donat. ad Terent. Adelph.* 2. 4. 18. et *ad Andr.* 3. 4. 18. proprie dicuntur canes, qui ante latrandum, restrictis dentibus, R litteram sono asperiore imitantur. Hinc *Lucil. de littera R.* Irritata canes quod, homo quam, planiu' dicit. Alii tamen Etymologi aliunde derivant. *Cic. pro Mil.* c. 31. Ut vi irritare ferroque lacessere fortissimum virum auderet. *Liv.* l. 29. c. 15. et *Stat.* 11. *Theb.* v. 716. Irritare iram alicujus. *Liv.* l. 33. c. 46. sibi simultates. *Sallust. in fragm.* apud *Non. loc. cit.* bellum. *Varr. ibid.* ventos et procellas. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 418. hostem ad iram. *Justin.* l. 9. c. 2. animos. *Vellei.* l. 2. c. 66. aliquem ad necem cujuspiam. ¶ *Irritare crabrones*, proverb. V. *Crabro.* ¶ Translate *Horat.* l. 3. od. 29. v. 40. Cum fera diluvies quietos Irritat amnes. *Tacit. initio* l. 13. *Ann.* Ingenii violentia exitum (*al. leg.* exitium) irritavit. ¶ Est etiam excitare, commovere, *to excite, move, affect, stir, inflame. Quintil.* l. 1. c. 1. *a med.* (*al.* c. 2.) Irritare infantiam ad discendum. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 649. sicco cortice irritare flammas. *Id.* 2. *Amor.* el. 4. vers. 9. forma meos irritat amores. et lib. 3. el. 4. v. 11. vitia irritare vetando. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 4. suspiciones. *Sen.* ep. 7. *a med.* cupiditatem. *Horat. in ar. Poet.* v. 180. Segnius irritant animos demissa per aurem, Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus. *h. e.* tardius, lentius, minus movent, afficiunt, excitantque: *make a less impression. Lucret.* l. 1. v. 70. Irritare virtutem animi. *Propert.* l. 4. el. 6. v. 75. Ingenium potis irritat Musa poetis. *Senec.* l. 6. *de benef.* c. 29. Irritare ac provocare naturam per se pronam ad humanitatem. *Sil.* l. 13. v. 353. Poculaque Eoa luxum irritantia gemma. ¶ *Irrito, as*, pænult. correpta, pro irritum reddo, parum Latinum est. *Imp. Theodos.* lib. 3. *Cod.* tit. 12. leg. 2. *extr.* Et quod contra hoc factum fuerit omnibus modis irritatur. [¶ Particip. *irritandus* apud *Liv.* l. 31. c. 5. Opportune irritandis ad bellum animis litteræ allatæ. ¶ *Irritassis* antique pro *irritaveris* apud *Plaut. Amph.* 1. 1, 298. Num si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes?]

IRRĪTUS, *et* Inritus, a, um, *not ratified, of no effect, force, or weight, empty, fruitless, void, invalid, nothing worth, idle, vain, useless*, ἄθετος, ἄκυρος, non ratus, vanus, inanis, inutilis, effectu carens. *Terent. Phorm.* 5. 7. 58. Quod dictum, indictum est: quod modo erat ratum, irritum est. *Cic.* 4. *Verr.* c. 26. Ut omnes istius injurias, quas modo posset, rescinderet et irritas faceret. et cap. 57. Ea, quæ in magistratu gessisti, sustulit atque irrita jussit esse. *Id.* 2. *de Legib.* c. 8. *extr.* Quæ augur injusta, vitiosa, dira defixerit, irrita infectaque sunto. *Plaut. Asin.* 1. 2. 10. Ingrata atque irrita esse omnia intelligo, quæ dedi, et quod bene feci. *Cic.* 2. *Phil.* c. 42. *sub fin.* Testamentum irritum facere. *to make null and void. Sueton. in Tiber.* c. 51. Testamentum pro irrito habere. *Gell.* l. 13. cap. 14. Remus aves irritas habuit. *Quintil.* l. 12. c. 1. et *Ovid.* 1. *Metam.* v. 273. irritus labor. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 81. irritum remedium. *Virg.* 4. *Georg.* v. 519. irrita dona. *Id.* 2. *Æn.* v. 459. tela. et lib. 16. v. 95. jurgia. *Catull.* carm. 40. *ad Alphen.* v. 9. tua dicta omnia factaque venti irrita ferunt. et carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 142. Quæ cuncta aerii discerpunt irrita venti. et vers. 59. irrita promissa. *Plin. in Paneg.* c. 26. Irritis precibus surdas principis aures adstrepere. *Liv.* l. 29. c. 35. *ad fin.* Ab irrito incepto abscedere. *Id.* l. 28. c. 31. Spes ad irritum redacta. *disappointed, vanished, fled.* Al. leg. *in irritum. Id.* l. 2. c. 6. Incensus dolore tantæ ad irritum cadentis spei. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 53. *extrem.* In irritum cecidere labores. et cap. 26. Victoria ad irritum revolvebatur. *was likely to be thrown away.* et lib. 3. *Hist.* cap. 34. irrita præda. *h. e.* quæ nullum emolumentum affert. *Propert.* l. 3. el. 11. *extr.* irrita lingua. *h. e.* quæ in cassum loquitur. ¶ Irritus contractus, irrita emptio, venditio, solutio, pactio, et hujusmodi, h. e. nullius valoris, aut roboris, frequentissima sunt apud JCtos. ¶ *Irrita ova*, quæ Græce hypenemia, sunt, ex quibus incubando nihil gignitur. *Plin.* l. 10. c. 58. et 60. *wind-eggs.* ¶ *Irritus alicujus rei*, est, qui frustra et sine effectu quippiam egit. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 32. *extr.* irritus legationis. *Vellei.* l. 2. c. 63. consilii. *Curt. in fin.* cap. 5. l. 6. spei. *Sil.* l. 7. v. 131. incepti. *Nazar. in Paneg. Constant.* c. 2. cupitorum. *Ammian. sub fin.* l. 20. propositi. ¶ Et absolute *Virg.* 5. *Æn.* v. 441. Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat Arte locum, et variis adsultibus irritus urget. *without effect; to no purpose.* et *Senec. de benef.* l. 6. c. 11. Domum non minus lassus, quam irritus rediit. et *Tibull.* l. 2. el. 3. v. 22. Venit et e templis irrita turba domum. *h. e.* sine ullo oraculi responso: inconsulta. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 25. Irriti legati remittuntur, cum donis tamen. *without attaining their object; without effecting their purpose.* et *Cato* apud *Gell.* c. 2. l. 11. Sumptuosus, cupidus, vitiosus, irritus qui habebatur, is laudabatur. *h. e.* inutilis, nequam. *good for nothing.* ¶ Videtur *irrito*, adverbii ritu usurpari in illo *Eumen. in gratiar. act. ad Constantin.* c. 11. In eo quod irrito petebatur.

IRROBŎRO, *et* Inroboro, as, avi, atum, a. 1. robur addo, vires do. Neutrorum more adhibetur a *Gell.* l. 1. c. 22. Irroboravit inveteravitque falsa atque aliena verbi significatio. *has taken firm hold; has gained ground; prevails.* Subintelligitur autem accus. *se.*

IRROGATĬO, *et* Inrogatio, onis, f. *the imposing of a fine or penalty*, actus irrogandi, constitutio, impositio, inflictio. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 3. Quod est in eadem multæ irrogatione præscriptum. *Plin. in Paneg.* c. 40. *sub fin.* Tarditatem solvendi dupli vel quadrupli irrogatione multare.

IRROGĀTUS, *et* Inrogatus, a, um, *imposed, inflicted*, impositus, constitutus, inflictus. *Tacit. Ann.* 13. c. 23. Irrogatum accusatori exsilium. et lib. 16. c. 5. Tenuioribus irrogata supplicia. *Gell. in fin.* cap. 19. l. 7. Multa irrogata Scipioni.

IRRŎGO, *et* Inrogo, as, avi, atum, a. 1. *to impose or set upon, appoint, ordain, inflict*, ὑποτιμάω, constituo, impono, infligo: quasi contra aliquem rogo. Nam in irrogandis alicui legibus, multa, tributo rogabatur populus contra eos, in quos leges ferebantur, multa dicebatur, tributum imponebatur, rogabatur, inquam, ut suo suffragio ea confirmaret. *Cic. pro Dom.* c. 17. Leges privatis hominibus irrogare. *to make.* et cap. 42. privilegia tyrannica. et cap. 22. et *pro Mil.* c. 14. multam alicui. *Plin. in Paneg.* c. 37. alicui tributum. *Tacit. Ann.* 13. c. 28. pœnam. et lib. 16. c. 5. supplicium. et lib. 4. c. 10. *extr.* sibi mortem. *to destroy himself. Quintil.* declam. 10. c. 15. religionem alicui. *h. e.* injicere, imponere. *Id.* l. 10. c. 3. *a med.* Labori non plus irrogandum est, quam quod somno supererit. *h. e.* assignandum, tribuendum. *Plin.* l. 2. c. 7. Irrogare imperium in aliquem. *h. e.* imponere, tribuere. ¶ Pro rogare, petere. *Eumen. pro restaur. Schol.* (si sanus est locus) c. 4. Cum obsessa civitas auxilium Romani Principis irrogaret. ¶ *Irrogassit* pro *irrogaverit Cic.* 3. *de Legib.* c. 3.

IRRORĀTUS, *et* Inroratus, a, um, *moistened, bedewed, besprinkled*, rore aspersus. *Colum.* l. 9. cap. 14. *circa med.* Irroratis floribus apes mella conficiunt. [*Cels.* l. 5. c. 26. sect. 8. Sudores tenues, malique odoris tamquam irrorato corpore oriuntur.]

IRRŌRO, *et* Inroro, as, avi, atum, a. 1. *to sprinkle or wet with dew or moisture, bedew, besprinkle*, δροσίζω, rore aspergo, perfundo, madefacio. *Colum.* l. 12. c. 24. Noctibus vas tegendum erit, ne irroretur. *Id.* l. 10. v. 147. Primitiis plantæ modicos tum præbeat imbres sedulus irrorans olitor. *watering. Ovid. Metam.* 7. v. 189. ter sumptis flumine crimen Irroravit aquis. et lib. 1. v. 371. irrorare liquores vestibus et capiti. *Sil.* l. 11. v. 303. Bacchi liquorem mensis. et lib. 2. v. 123. oculos lacrimis. *moistened, bathed. Colum.* l. 12. c. 47. Plusculum mellis adjiciunt, oleoque viridi irrorant. *h. e.* guttatim perfundunt. *Pers.* sat. 6. v. 21. irrorans patinæ piper. ¶ Translate *Sil.* l. 10. v. 355. *de Somno.* quatit inde soporas Devexo capiti pennas, oculisque quietem Irrorat, tangens Lethæa tempora virga. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Pros.* v. 75. Zephyrus assiduis irrorat flatibus annum. *moistens.* ¶ Absolute et impersonalium more. *Colum.* lib. 10. v. 331. *de Jove.* Sæpe etiam gravidis irrorat pestifer undis. et lib. 11. c. 2. *post med.* Africus, (*spirat*) interdum Auster irrorat. *Val. Flacc.* l. 7. v. 359. cum viscere vultur adeso Tollitur e scopulis, et rostro irrorat aperto. *h. e.* stillat guttas sanguinis. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 369. Lacrimæ irrorant foliis. [¶ Particip. *irrorandus* apud *Cels.* l. 7. c. 19. *a med.* Bis die tantum aceto irroranda lana, vel spongia.]

IRRŎTO, *et* Inroto, as, avi, atum, a. 1. *to turn or whirl round, trundle*, rotando, seu circumagendo impello. *Minut. Felix in Octav.* c. 3. *de puerili quodam lusu.* Testam super undas irrotare.

IRRUBESCO, *et* Inrubesco, is, bui, n. 3. *to be or grow red*, ἐρυθριάω, ruber fio. *Stat.* 6. *Theb.* v. 230. nec sanguine ferrum irrubuit. *Id.* l. 5. *Silv.* 3. v. 31. tuus ut mihi vultibus ignis Irrubuit. *Solin.* c. 5. *extr.* (*al.* c. 11. *ad fin.*) Hæmachates sanguineis maculis irrubescit.

IRRUCTO, Inructo, as, a. 1. *to belch, belch out, rift*, ἐνερεύγω, est ructu afflare. *Plaut. Pseud.* 5. 2. 6. Quid tu, malum, ergo in os mihi ebrius irructas?

IRRUFĀTUS, *et* Inrufatus, a, um, *made red, reddened,*

rufus factus. *Tertull. in Apolog.* cap. 22. *extr.* Barba tactu irrufata. Adde *advers. Psych.* c. *ult.*

IRRŪFO, *et* Inrufo, as, a. 1. *to make red,* rufum facio, ἐρυθραίνω. *Hieronym.* ep. 7. *ad Lat. ante med.* Nec caput gemmis oneres, nec capillum irrufes.

IRRUGATIO, *et* Inrugatio, onis, f. *a wrinkling,* rugarum contractio. Est *Serv. ad Æn.* 1. v. 652.

IRRŪGO, *et* Inrugo, as, a. 1. *to wrinkle, make wrinkled, contract into wrinkles,* in rugas contraho, corrugo, ῥυτιδόω. *Gell.* l. 12. c. 1. *ante med.* Ne æquor illud ventris irrugetur. *Stat.* 4. *Theb.* v. 266. Undantemque sinum nodis irrugat Iberis. *h. e.* vestem laxam fibula contrahit, vel balthei fascia.

IRRUMATĬO, *et* Inrumatio, onis, f. actus irrumandi. *Catull.* carm. 21. *ad Aurel.* v. 8.

IRRUMĀTOR, *et* Inrumator, oris, m. qui irrumat. *Catull.* carm. 10. *de Vari scorto,* v. 12.

IRRUMĀTUS, *et* Inrumatus, a, um, particip. passiv. ab Irrumo. *Auctor. Priapeor. et Martial.* l. 2. epigr. 70.

IRRŬMO, *et* Inrumo, as, avi, atum, a. 1. *to give suck or milk,* est rumam, seu mammam præbere. Transfertur et ad alia. Pro λεσβιάζειν. *Catull.* carm. 16. *ad Aurel. et Fur. Martial.* l. 2. epigr. 47. &c. ¶ Pro despicere, ludibrio habere, contumelia afficere. *Catull.* carm. 73. *in Gell.* nam quamvis irrumet ipsum Nunc patruum, verbum non faciet patruus.

IRRUMPO, *et* Inrumpo, is, upi, uptum, n. 3. *to break in violently, enter or rush in by force or main strength, rush furiously into, burst into,* εἰσπίπτω, introrumpo, irruo, vi atque impetu ingredior, invado, irruptionem facio. *Terent. Eun.* 5. 7. 26. Cesso huc intro irrumpere? *Cic.* 1. *de Divin.* c. 24. Syracusanos improviso in castra irrupisse. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 43. Et quæ pars hostium confertissima visa est, in eam irrumpit. *Sallust. in Catil.* c. 49. *ad fin.* Cethegus libertos suos orabat, uti, grege facto, cum telis ad se se irrumperent. *Plin.* l. 6. c. 23. *in fin.* Mare in terras irrumpit. et c. 13. Mare irrumpit e Scythico Oceano in aversa Asiæ. *Senec. in Octav.* v. 732. Irrumpere intra tecta. ¶ Et omissa præposit. quæ inest in ipso verbo. *Sallust. in Jug.* c. 62. Portam irrumpit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 111. Primo impetu domum ejus irrumpere conatus est. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 9. Repentino incursu stationes hostium irrumpit. et lib. 5. c. 20. irrumpere pontem. et lib. 4. c. 13. Italiam. et lib. 1. c. 82. convivium. ¶ Poetice cum dativo. *Virg.* 6. *Æn.* v. 528. irrumpunt thalamo. *Sil.* l. 2. v. 378. attoniti, ceu templo irrumperet hostis. et lib. 9. v. 365. irrupit trepidis hostis. et lib. 10. v. 368. sacris irrumpere muris. ¶ Immanis hyperbole est in illo *ejusd.* lib. 15. v. 167. Tellurem procul irrumpentem in sidera cernunt, Aerias Alpes. ¶ *Irrumpere se,* est impetu ferri. *Varr.* apud *Non.* cap. 4. n. 76. Quidam navicularius irrupit se in curiam. *ran furiously, forced his way.* Sic *erumpere se,* dixere *Cæs. Virg.* et alii. ¶ Translate *Cic.* 4. *Acad.* c. 44. Atrocitas ista quo modo in Academiam irruperit, nescio. et cap. 40. Imagines extrinsecus in animos nostros per corpus irrumpunt. *Id.* 3. *de Orat.* c. 27. *extr.* Qui in nostrum patrimonium irruperunt. et cap. 42. Luxuries in domum irrupit. *Senec.* epist. 117. *a med.* Quomodo istas calamitates removeam, quæ ad me irruperunt, quomodo illas, ad quas ego irrupi. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 15. irrumpet adulatio. *Ovid. in fin.* el. 1. l. 5. *Trist.* irrumpunt curæ, quoque vetantur, eunt. *break or rush in. Lucan.* l. 1. v. 470. Fama irrupit animos populi. *Quintil.* l. 2. c. 1. Grammatici ad prosopopœias usque, et ad suasorias irrumpunt. *h. e.* accedunt ad ea tradenda, quæ non sunt artis suæ, quasi in alienam provinciam irrumpentes. *launch out. Stat.* 1. *Achill.* v. 508. Eja, irrumpe deos. *h. e.* scrutare, explora deorum mentem. *intrare mentes superum* hoc sensu dixit *Sil.* l. 1. v. 124. Rursus *Stat.* 10. *Theb.* v. 341. Phœbe veni: sæpe hanc dignare irrumpere mentem. *h. e.* numine et afflatu invadere. [¶ Particip. *irrupturus* apud *Tacit. in Agric.* c. 25. Interim cognoscit, hostes plurimis agminibus irrupturos.]

IRRŬO, *et* Inruo, is, ui, n. 3. *to rush in or on furiously, rush impetuously, force one's way, run headlong into,* ἐφορμάω, in aliquid ruo, impetu me infero, vi me immitto, invado, irrumpo. *Terent. Eun.* 4. 7. 18. Quam mox irruimus? *shall we rush to the charge?* Ubi *Donat.* irruere proprie dicuntur, qui cum furore prœlium ineunt. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 19. Et equo admisso, in mediam aciem Latinorum irruebant. *Terent. Adelph.* 1. 2. 8. Fores effregit, atque in ædes irruit alienas. *Virg.* 3. *Æn.* v. 222. irruimus ferro. *sword in hand. Claudian. de consul. Mall. Theod.* v. 194. irruet intrepidus flammis. *will throw himself.* et *Cic. pro Dom.* c. 45. *extr.* Omni impetu furoris irruere in aliquem. ¶ *Irruere se,* dicitur, ut *irrumpere, aut erumpere se. Terent. Adelph.* 4. 2. 11. Vide, ne ille huc prorsus se irruat. *should rush in this way.* ¶ Translate *Cic.* 1. *de Orat.* c. 10. In alienas possessiones temere irruere. et lib. 3. c. 41. Verecunda debet esse translatio, ut deducta esse in alienum locum, non irruisse videatur. *Id.* 2. *Verr.* c. 12. De industria in odium alicujus et offensionem irruere. *Lucan.* l. 7. vers. 60. Cladibus irruimus, nocituraque poscimus arma. [¶ Particip. *irruens* apud *Curt.* l. 10. c. 3. Ut non modo nullus ex omnibus irruenti regi restiterit.]

IRRUPTĬO, *et* Inruptio, onis, f. *a breaking or bursting in, entering in forcibly; an irruption, inroad, incursion,* ἐπιδρομή, εἰσβολή, actus irrumpendi, incursio. *Cic. pro leg. Manil.* c. 6. Cum hostium copiæ non longe absunt, etiam si irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur. *Plin. in Paneg.* c. 81. Submovere campis irruptionem ferarum. *Flor.* l. 2. c. 12. Regem securum subita belli irruptione terruit. *Plaut. Pœn. prol.* v. 42. Irruptionem facere in popinam. *Pallad. in Septembr.* tit. 17. Botryones in loco obscuro sine luminis irruptione suspendere.

IRRUPTUS, *et* Inruptus, a, um, *unbroken, unsevered, firm,* ἄῤῥηκτος, non ruptus. *Horat. sub fin.* od. 13. l. 1. Felices ter et amplius, Quos irrupta tenet copula.

IRTIŎLA, *vel* Irciola, æ, f. genus est vitis, atque uvæ, Umbriæ, Mevanatique, et Piceno agro peculiaris. *Plin.* l. 14. c. 3. ¶ Hanc nuper sibi cognitam ait *Colum.* l. 3. c. 2. *ad fin.* nobis vero prorsus incognita est: etsi non desunt, qui *uvam passam* esse putant.

IRUS, i, m. Ἶρος, mendicus fuit Ithacensis, assecla procorum Penelopes, quem Ulysses domum reversus pugno interfecit. Hujus paupertas abiit in proverbium, ut hominem extremæ inopiæ Iro pauperiorem dicamus. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 7. v. 42. Irus et est subito, qui modo Crœsus erat. *Propert.* l. 3. el. 3. v. 39. Lydus Dulichio non distat Crœsus ab Iro. *Martial.* l. 6. epigr. 77. Cum sis tam pauper, quam nec miserabilis Irus. *Id.* l. 5. epigr. 40. Crœso divitior licet fuissem, Iro pauperior forem, Charine. ¶ Binominem appellat *Ovid. in Ibin,* vers. 519. quia et Arnæus appellatus est.

I S

IS, ea, id, *he, this or that person, the same,* οὗτος, ἐκεῖνος, αὐτός, pronomen demonstrativum, et relativum, tertiæ personæ, mediam vim habens inter *hic,* et *ille:* nam pro utroque ponitur. Vult *Voss.* esse a Græco ὅς, quamvis usu differat, *o* in *i* converso. *Cic.* 2. *Attic.* ep. 1. Venit mihi obviam tuus puer: is mihi litteras abs te reddidit. *Terent. Andr.* 1. 3. 16. Fuit quidam senex mercator: navem is fregit apud Andrum insulam: is obiit mortem. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 3. Constituerunt ea, quæ ad proficiscendum pertinerent, comparare. *those things, which,* &c. *such things as,* &c. *Terent. Eun.* 4. 4. 56. Id modo dic, abiisse Dorum. *only just this.* et *ibid.* 3. 4. 7. Quisnam hinc a Thaide exit? is est, an non est? ipsus est. *is it he, or not?* ¶ De *id,* et *eo,* et *ea* suo loco egimus. ¶ Sæpe adjective ponitur, h. e. cum ipso nomine jungitur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 4. Ea res ut est Helvetiis enuntiata, &c. *when the matter was told to,* &c. *Cic.* 3. *Offic.* c. 13. Ea re, quia turpe sit, faciendum non esse. *h. e.* ob eam rem. *Plin.* l. 6. c. 17. *a med.* Quam urbem is rex condidit. *Terent. Adelph.* 5. 6. 5. Is mihi profecto est servus spectatus satis, cui dominus curæ est. *Liv.* l. 2. c. 17. Cum jam in eo res esset, ut in murum evaderet miles. *h. e.* in eo statu. *the matter was come to that pass. Al. leg.* cum jam in eo esset, ut, &c. ¶ Sæpe est talis, hujusmodi. *such a one, that kind of person. Cic. Fam.* 5. ep. 12. Neque enim tu is es, qui, quid sis, nescias. *Id. Attic.* l. 7. ep. 8. Itaque ego is in illum sum, quem tu me esse vis. *Id. pro Flacc.* c. 15. Est enim, credo, is vir iste, ut civitatis nomen sua auctoritate sustineat. *Terent. Heaut.* 2. 3. 118. In eum jam res rediit locum, ut, &c. ¶ Cum secunda persona. *Cic. Phil.* 2. c. 30. *in fin.* Qui magister equitum fuisse tibi viderere, in proximum annum consulatum peteres, is per municipia coloniasque Galliæ cum Gallicis et lacerna cucurristi. *h. e.* cum talis esses. ¶ Interdum refertur ad primam. *Plaut. Merc.* 3. 4. 47. Egomet credidi homini docto rem mandare: is lapidi mando maximo. *Cic. Fam.* 12. ep. 14. *ad fin.* Atque hæc omnia is feci, qui sodalis Dolabella eram. Adde *Senec.* epist. 63. *ad fin.* ¶ Interdum emphasim habet. *Cic. Phil.* 3. c. 12. Antonius cum una legione, eaque vacillante. *and that too. Id. Attic.* lib. 5. epist. 1. In primis nobis sermo, isque multus, de te fuit. et lib. 12. ep. 10. Tuus dolor, humanus is quidem, sed magnopere moderandus. *Id.* 4. *Catil.* c. 4. Vincula, eaque sempiterna. *Id. Phil.* 2. c. 18. Certa flagitiis merces, nec ea parva. *Sallust. in Catil.* cap. 50. Silanum certe scio, quæ dixerit, studio reipubl. dixisse, neque illum in tanta re gratiam, aut inimicitias exercere: eos mores, eam modestiam viri cognovi. *such are his principles, such his discretion,* &c. ¶ Interdum vim habet reciproci. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 5. Helvetii persuadent Rauracis, ut una cum iis proficiscantur. *h. e.* secum. *along with themselves.* et cap. 12. *in fin.* Cæsar etiam privatas injurias ultus est, quod ejus soceri avum Tigurini interfecerant. Sic cap. 11. Liberi eorum. *h. e.* sui. ¶ Aliquando redundat. *Cic.* 4. *Acad.* c. 25. Quod ne id facere posses, idcirco, &c. *Terent. Eun.* 1. 2. 70. Id, amabo, adjuta me, quo id fiat facilius. *Plaut. Trin.* 4. 3. 16. Quorum eorum unus surripuit currenti cursori solum. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 36. Quid est enim, quo non progrediatur eodem ira, quo furor? *Id. de Senect.* c. 15. Malleoli, plantæ, sarmenta, viviradices, propagines, nonne ea efficiunt, ut quemvis cum admiratione delectent? *do not all these things? Liv.* l. 1. c. 19. Urbem novam, conditam vi et armis, jure eam, legibusque de integro condere parat. *Al. omitt.* eam. *Plin.* l. 16. c. 4. *ad fin. de Corona civica.* Quatuordecim eas accepit Siccius Dentatus. *fourteen of them.* ¶ Aliquando assumit syllabicam adjectionem. *Plaut. Merc. prol.* v. 91. Iisce confectis, navim solvimus. *Id. Trucul.* 2. 6. 15. Alios collaudat, eapse se vero non potest. *Id. Curcul.* 4. 3. 2. eapse illa, qua, &c. et vers. 6. eopse illo, quo, &c. *et Cistell.* 1. 3. 22. Eampse vos audistis. ¶ Dativus *ei* etiam *eii* scriptum legimus: qua ratione prima producitur. *Plaut. Curcul.* 4. 3. 12. eii reddidi. *et Cas. prol.* v. 35. eii est filius. et vers. 37. est eii quidam servus. *Lucret.* l. 2. v. 1134. Nec facile in venas cibus omnis diditur eii. Etiam *eiius* scripsisse Veteres *Priscian.* docet l. 1. pag. 545. *Putsch.* ¶ *Eæ,* pro *ei, Cato R. R.* c. 46. Quam simillimum genus terræ eæ, ubi semina positurus eris. Sic *eo* pro *ei,* in veteri Tab. mox citanda, *ad fin.* Eam semitam eo ædificio continentem constratam recte habeto. *h. e.* ædificio adhærentem. ¶ In recto plurali *ei* dictum est olim pro *ii. Cic. de clar. Orat.* c. 54. Ut ex nervorum sono in fidibus, quam scienter ei pulsi sint, intelligi solet. *Al. leg.* ii. *Enn.* apud *Fest.* in *Sos,* ex lectione *Scalig.* hortantur ei sos. ¶ Pro *eorum* antiqui dixerunt *eum,* teste *Festo:* et habetur in vet. Tab. æn. apud *Murator.* pag. 582. ¶ Dativus, et ablat. pluralis est *eis,* et *iis:* et hoc est illo usitatius. *Plaut. Amph. prol.* v. 92. Auxilio eis fuit. *et Asin.* 2. 2. 3. Triumphum eis affero. Adde *Capt.* 4. 2. 36. *Curcul.* 2. 1. 35. et alibi. Sic *Plin.* l. 23. c. 7. *a med.* Nec est alius eis pomis innocentior cibus. ¶ *Iis* frequentius est, quam ut exemplis firmari oporteat. Pro quo *iibus,* et *ibus,* apud antiquos invenitur. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 20. Parissimi estis iibus. *Al. leg.* hibus *pro* his. *Id. Mil.* 1. 1. 74. Ibus dinumerem stipendium. *Non.* quoque ita legit cap. 8. n. 21. ubi *Pompon.* Fac, voluptati sies ibus. *Titinn. ibid.* Si moratæ sitis ambæ ibus. Adde *Plaut. Trucul.* 1. 2. 14. et *Rud. prol.* v. 73. ¶ *Eabus* pro *eis,* dixit *Cato R. R.* c. 152. Facito scopas virgeas ulmeas: eabus latera doliis perfricato. ¶ Putant aliqui ita olim declinatum fuisse: *Is, is, i, im:* unde in plur. num. *ii, iis,* et *iibus.* [† V. *Im.*] *Plaut. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 541. Boni im miserantur, irrident mali. Alii aliter leg. In vet. epitaph. Anno 1739. Romæ via Salaria vet. effosso, apud *Mazzoch. in epist. de Ascia,* pag. 130. Amplexus vitæ i reddere post obitum. ¶ *Eum, eam, eos,* in fine versus pentametri improbari solet. non caret tamen exemplis. *Propert.* l. 2. el. 22. v. 8. Arripite hunc, inquit: nam bene nostis eum. *Martial.* lib. 5. epigr. 48. Non cœnat, quoties nemo vocavit eum. *Auson.* epigr. 104. Te tamen et cultus damnat, et actus eam. ¶ In medio versu tolerari potest. *Ovid. sub fin.* 1. *Fast.* Utque domus, quæ præstat eam, cum pace perennet. et lib. 4. v. 521. Terque manu permulsit eum, tria carmina dixit. Adde 5. *Metam.* v. 521. et 10. v. 235. ¶ Ne *ejus* quidem in medio, aut fine versus caret exemplis. *Horat.* l. 3. od. 11. v. 17. quamvis furiale centum Muniant angues caput ejus, atque, &c. [† *Id. Sat.* 2. 6. 76. Et quæ sit natura boni, summumque quid ejus.] *Propert.* lib. 4. el. 2. v. 35. Est etiam aurigæ species Vertumnus, et ejus, &c. et el. 6. v. 67. Actius hinc traxit Phœbus monumenta, quod ejus, &c. *Tibull.* l. 1. el. 7. v. 25. Sæpe velut gemmas ejus, signumve probarem. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 16. saxo sonus ejus inhæsit. *Id.* 3. *Trist.* el. 4. v. 27. Non foret Eurymedes orbus, si filius ejus, &c. *Grat. in Cyneg.* v. 224. si qua est, qua fallitur, ejus Turba loci. Ceterum illud *ejus* languidos reddit versus, et prosæ orationis similiores. quare in toto *Virgilio* nusquam legitur. V. *Bentlei. ad Horat. loc. cit.*

ISÆUS, i, m. Ἰσαῖος, rhetor Græcus, Chalcidensis, Demosthenis præceptor, cujus meminit *Quintil.* lib. 12. cap. 10. Alius item Græcus *Plinii* æqualis laudatur impense ab *eodem* lib. 2. epist. 3. a summa facultate, copia, ubertate dicendi. De hoc intelligendus videtur *Juvenal.* sat. 3. v. 74. sermo promptus, et Isæo torrentior.

ISAGŌGE, es, *et* Isagoga, æ, f. *an introduction,* εἰσαγωγή, introductio, prima scientiæ artisve alicujus rudimenta, quæ ad majora altioraque veluti introducunt: ab εἰσάγω, introduco. *Gell.* l. 1. c. 2. Se in theorematibus tantum nugalibus, et puerilium isagogarum commentationibus oblectantes.

ISAGOGĬCUS, a, um, *introductory,* εἰσαγωγικός, ad isagogem pertinens. Græce legitur apud *Gell.* cap. 7. lib. 14. at in lemmate ejus capitis, Latine: Dedit commentarium, quem appellavit isagogicum.

ISĂRA, æ, m. nunc *l'Isere,* fluvius Galliæ, qui ex Alpibus ortus, Gratianopolim alluit, et in Rhodanum influit. *Lucan.* l. 1. v. 399. Hi vada liquerunt Isaræ, qui gurgite ductus Per tam multa suo, famæ majoris in amnem Lapsus, ad æquoreas nomen non pertulit undas. Adde *Plin.* l. 3. c. 4.

ISĀTIS, tis, *et* tidis, f. *wild lettuce,* ἴσατις, genus herbæ silvestris, lacteo succo præditæ, cujus folia trita cum polenta prosunt vulneribus. *Plin.* l. 20. c. 7. ¶ Alias est sativa, alio nomine glastum, et vitrum, cujus usus est lanis cæruleo colore tingendis, *the herb woad. Id. ibid.* et lib. 22. c. 1.

ISAURĬCUS, a, um, Ἰσαυρικός, ad Isauriam pertinens, quæ regio est Asiæ prope Taurum montem, pars Galatiæ.

Pisidiæ contermina, inter Lycaoniam, et Ciliciam. *Plin.* l. 5. c. 27. Isaurica gens. *Cic. Attic.* l. 5. *ep. ult.* Isauricum forum. ¶ *Isauricus* cognominatus est P. Servilius Vacia, qui proconsul eam provinciam subegit. *Epit. Liv.* l. 93. et *Fasti consul.* apud *Gruter.* pag. 294.

ISAURUS, a, um, Ἴσαυρος, Isauricus. *Ovid. Fast.* l. 1. v. 593. alter Isauras, Aut Cretum domitas testificatur opes. *Al. leg.* Isaurum, h. e. *Isaurorum.* ¶ *Isauri, orum,* sunt Isauriæ populi. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 217. Indomitos curru Servilius egit Isauros. Adde *Epit. Liv.* l. 93. et *Pompon. Mel.* l. 1. c. 2. *ad fin.*

ISCHÆMON, n. *a herb, resembling millet, good for stanching blood,* ἴσχαιμον, herba a Thracibus primum inventa, qua ferunt sanguinem sisti, non aperta modo vena, verum etiam præcisa. Serpit e terra milio similis, foliis asperis et lanuginosis. *Plin.* l. 25. c. 8. et lib. 26. c. 12. *extr.*

ISCHIĂCUS, et

ISCHIADĪCUS, a, um, *ischiadic, sciatic,* ἰσχιακὸς, et ἰσχιαδικὸς, ischiadis morbo laborans. *Cato R. R.* c. 123. Vinum ad ischiacos sic facito. *Gell.* l. 4. c. 13. Ischiaci cum maxime doleant, &c. *Plin.* l. 28. c. 2. Carmine ischiadicos sanari. et lib. 30. c. 8. ischiadicis cochleas crudas tritas prodesse. ¶ Ischiadici dolores, *the sciatica or gout in the hip. Plin. in fi.* cap. 7. l. 26. Ischiadicos dolores, et spinæ levat agaricum potum.

ISCHĬAS, adis, f. *the sciatica, or hip-gout,* ἰσχιὰς, morbus coxendicum, ad caput ossis ejus, quod ἴσχιον, dicitur, Latine a *Celso* l. 8. c. 1. femur. *Plin.* l. 27. c. 5. Arction bibitur propter ischiada, et stranguriam. ¶ Item herba, quæ et leucacantha, radice cyperi. *the white thorn. Plin.* l. 22. c. 16.

ISCHNON EROMENĬON, *a slender or lean girl,* ἰσχνὸν ἐρωμένιον, h. e. amicula gracilis. Græcæ voces a *Lucretio* usurpatæ l. 4. v. 1159. et in quibusdam editionibus Latinæ scriptæ.

ISCHOMĂCHE, es, f. Ἰσχομάχη, Hippodamia, Atracii, seu Atracis filia, uxor Pirithoi, ex Atracia Thessaliæ regiuncula, quam cum Centauri Pirithoo præripere conarentur, ingenti clade ab Hercule et Theseo profligati sunt. Dicta est ab ἴσχω, cohibeo, et μάχη, pugna. *Propert.* l. 2. el. 2. v. 61. Ischomache Lapithæ genus heroinæ. V. *Hippodame.*

ISCHURĬA, æ, f. *a stoppage of the urine, strangury, ischury,* ἰσχουρία, integra urinæ in vesica suppressio. Vox Græca ab ἴσχω, reprimo, sisto, et οὖρον, urina. *Veget.* l. 3. *de re Veterin.* c. 15.

ISELASTĬCUS, a, um, εἰσελαστικὸς, ab εἰσελαύνω, invehor, ingredior: ut *iselastica certamina,* in quibus victores cum magna pompa coronati quadrigis introducebantur quisque in patriam suam. *Plin.* l. 10. ep. 119. Quæ pro iselasticis certaminibus constituisti. ¶ Hæc autem certamina erant Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea, quibus qui vicissent, Græcorum majores ita magnos honores constituerant, uti non modo in conventu, stantes cum palma et corona, ferrent laudes, sed etiam cum revertebantur in suas civitates cum victoria, triumphantes quadrigis in mœnia, et in patrias inveherentur, e reque publica, perpetua vita, constitutis vectigalibus fruerenter: quæ sunt verba *Vitruvii in præfat.* l. 9. ¶ Iselastici etiam dicebantur ipsi victores. *Plin. loc. cit.* Ego contra scribo Iselasticorum nomine. Al. leg. *iselastici.* Nam *Iselasticum,* absolute, pro eo quod Iselasticis victoriæ nomine dabatur. *Trajan. ad Plin.* ep. 120. Iselasticum tunc primum mihi videtur incipere debere, cum quis in civitatem suam εἰσέλασεν.

ISĒUM, i, n. Ἴσειον, templum Isidis. *Plin.* l. 5. c. 9. *ante med.* Crocodilus Cæsareæ in Iseo dicatus. *P. Victor. de regionib. Urb. Romæ* Iseum ponit etiam ibi in regione nona. ¶ Legitur et *Isium* apud *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 26.

ISIĂCUS, a, um, *relating to Isis, Isiac,* Ἰσιακὸς, ad Isim pertinens. *Enn.* apud *Cicer. in fin.* l. 1. *de Divin.* Isiaci conjectores. *Ovid.* 1. *ex Pon.* ep. 1. v. 51. Vidi ego linigeræ numen violasse fatentem Isidis, Isiacos ante sedere focos. *Juvenal.* sat. 6. v. 488. Isiacæ sacraria lenæ. *Manil.* l. 1. v. 916. Isiacum sistrum. ¶ *Isiaci* sunt sacerdotes Isidis. *Sueton. in Domit.* c. 1. Isiaci celatus habitu. *h. e.* lineo amictu, quo illi utebantur.

ISICĬUM, &c. V. *Insicia.*

ISIS, is, *et* idis, f. Ἶσις, dea Ægyptiorum. V. *Io. Ovid.* 2. *Amor.* el. 13. v. 7. et 9. *Metam.* vers. 772. Isi, Parætonium, genialiaque arva Canopi Quæ colis, et Memphin, palmiferamque Pharon. *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 101. Isi, Phoroneis quondam stabulata sub antris, Nunc regina Phari. *Ovid. Amor.* l. 1. el. 8. v. 74. Et modo quæ causas præbeat, Isis erit. *Id. in Ibin,* v. 623. Isidis hospes. *Lucan.* l. 9. v. 158. Evolvam busto jam numen gentibus Isin. ¶ Utrumque genitivum, ut posuimus, ponit etiam *Valer. Prob. in Cathol.* pag. 1473. *Putsch.* Etiam *Varro* in genit. *Isis* dixit, teste *Charis.* l. 1. pag. 69. ¶ *Isidis crinis,* arbor est peregrina, et ignota, de qua *Juba* apud *Plin. in fin.* l. 13. *a marine shrub resembling coral.* ¶ *Isidis sidus,* a quibusdam appellatur stella Veneris. *Id.* l. 2. c. 8. *a med.*

ISITĬA. V. *Insicia.*

ISĬUM. V. *Iseum.*

ISMARĬCUS, a, um, et

ISMARĬUS, a, um, adject. ad Ismarum pertinens. *Avien. in descript. orbis,* v. 33. Ismaricique riget semper flabris aquilonis. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 305. Gentibus Ismariis, et nostro gratulor orbi. *Id.* 9. *Metam.* v. 641. Ismariæ celebrant repetita triennia Bacchæ. *Id.* 3. *Fast.* v. 410. Fertur in Ismariis Bacchus amasse jugis. *Propert.* l. 2. el. 24. v. 32. Tu quoque, o Eurytion, vino, Centaure, peristi, Nec non Ismario tu, Polypheme, mero. *h. e.* in Ismariis collibus nato. nam *Virg. Georg.* 2. v. 37. juvat Ismara Baccho conserere. Hoc autem vinum, quo Polyphemus periit, Ulyssi dederat Maron, Apollinis Ismarii sacerdos. *Propert.* l. 2. eleg. 10. v. 6. Ismaria vallis. *h. e.* ubi Orpheus in Thracia feras lyræ sono traxit.

ISMĂRUS, i, m. et n. pl. Ismara, orum, mons Thraciæ, partim asper, partim olivetis ac vinetis cultus (atque adeo Baccho gratus) apud Hebrum fluvium, et Maroneam urbem, quem Orpheus incoluit: cujus accolæ ab Homero Cicones dicuntur, ubi palus, et Ismara vel Ismarum urbs quondam fuit. *Virg. Ecl.* 6. v. 30. Nec tantum Rhodope miratur, et Ismarus Orphea. *Lucret.* l. 5. v. 30. Thracen, Bistoniasque plagas, atque Ismara propter. *Virg.* 2. *Georg.* v. 37. juvat Ismara Baccho conserere. ¶ Græca positione. *Sabin.* el. 1. v. 60. Ismaron errantes cum tenuere rates. ¶ De oppido. *Virg.* 10. *Æn.* v. 351. Et tres, quos Idas pater, et patria Ismara mittit. Ubi *Servius:* Hic feminino genere, quia patriam dixit: ibi (*cit.* 2. *Georg.*) neutrius est.

ISMĒNIS, idis, Ἰσμηνὶς, Thebana: ab Ismeno fluvio. *Ovid. in fin.* l. 3. *Metam.* Talibus exemplis monitæ nova sacra frequentant, Turaque dant, sanctasque colunt Ismenides aras. et vers. 169. Ismenis Crocale.

ISMENĬUS, a, um, *Ismenian, Theban,* Ἰσμήνιος, Thebanus. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 682. Hospes ab Aoniis Therses Ismenius oris. *Stat.* 2. *Theb.* v. 307. et l. 1. v. 673. Ismenius heros. *h. e.* Polynices rex Thebanus. *Id.* l. 8. v. 498. Ismenius Hæmon.

ISMĒNUS, i, m. Ἰσμηνὸς, fluvius Bœotiæ cum oppido et monte cogn. qui ex Cithærone monte oritur, Thebas alluit circa Dircen fontem, et apud Saganeum oppidum in Euripum labitur, non procul ab Aulide. Dictus est ab Ismeno Pelasgi filio. Græca positione. *Stat.* 9. *Theb.* v. 404. At pater arcano residens Ismenos in antro. et lib. 1. v. 40. Horruit ingenti venientem Ismenon acervo.

ISOCINNĂMON, i, n. ἰσοκίνναμον, frutex, al. daphnois, præstantissimi odoris, in iisdem fere locis nascens, in quibus cinnamomum, et casia, ita dictus, quod cinnami præstantiam adæquare videatur: nempe ab ἴσος, par, æqualis. *Plin.* l. 12. c. 20.

ISOCŌLON, i, n. ἰσόκωλον, Latinis *compar,* Figura verborum per similitudinem, per quam membra periodi ex pari ferme numero vocabulorum constat: ab ἴσος, æqualis, et κῶλον, membrum. *Quintil.* lib. 9. cap. 3. et *Martian. Capell.* lib. 5. p. 174. Græce scribunt. V. *Compar.*

ISOCRĂTES, is, m. Ἰσοκράτης, præstantissimus Rhetor et Orator Atheniensis. Adolescens senem Gorgiam audivit, et Platonem. Plato exagitator omnium Rhetorum illum unum mirabatur. Pudore et timiditate abstinuit a dicendo. Aristoteles ei invidens una cum Philosophia etiam Rhetoricam docere cœpit, dicens, turpe sibi esse tacere, cum Isocratem dicere pateretur. Appellatur pater eloquentiæ; sed ejus eloquentia non est apta ad forum. ¶ Scripsit in senectute, idest anno ætatis 94. Panathenaicum ad Philippum Macedonem: vixitque annos novem et nonaginta. Unam orationem vendidit viginti talentis. Hæc ex *Cicer.* variis in locis: postremum vero tradit *Plin.* l. 7. c. 30.

ISOCRATĒUS, et

ISOCRATĬUS, *aut* Isocratĭus, a, um, Ἰσοκράτειος, et Ἰσοκράτιος, ad Isocratem pertinens. *Cic. in Orat.* c. 61. Placet omnia dici Isocrateo more. *Id.* 1. *Fam.* ep. 9. *post med.* Isocrateam rationem oratoriam complecti. *Lucil.* apud *Gell.* lib. 18. cap. 8. Si minu' delectat, quod ἄτεχνον Isocratium est, &c. *Al. leg.* τέχνιον Isocrateum: alii aliter. *Gell. ibid.* Qui se Isocratios videri volunt.

ISODŎMON, *a form of building in which the stones are of equal size like brickwork,* ἰσόδομον, Græca vox, ab ἴσος, par, æqualis, et δομέω, struo, ædifico. *Plin.* l. 36. c. 22. *ad fin.* Græci e lapide duro, aut silice æquato construunt veluti lateritios parietes. Cum ita fecerint, isodomon vocant genus structuræ. At cum inæquali crassitudine structa sunt, pseudisodomon. Tertium genus est emplecton, tantummodo frontibus politis: reliqua fortuito collocant. Hæc *Plin.* cui similia habet *Vitruv.* l. 2. c. 8. [Structuræ genus, isodomon appellatum, simile est illi, quod Romani vocabant reticula tum, quia nempe retis quodammodo speciem exhibebat, quadratis enim, nec ideo jacentibus, sed in latus stantibus lapidibus construebatur. Pseudisodomon vero, quod Romani opus incertum appellabant; hoc non ordinatim dispositis, sed fortuito collocatis lapidibus struebant, ita ut impares et inæquales choriorum ordines exhiberet. Tertium vero genus, quod et emplecton et diamicton vocitabant (V. *Emplecton* et *Diamicton*), erat hujusmodi, ut in frontibus tantum politis saxis, reliqua, ita ut nata erant, cum materia, *h. e.* calce, collocata alternis alligarent in muri crassitudinem coagmentis, nec ullum intrinsecus cavum facerent, sed in unam crassitudinem murum consolidarent.]

ISOĔTES, n. *a species of the herb ay-green,* ἰσοετὲς, ab ἴσος, par, et ἔτος, annus. Ita dicitur aizoi genus minusculum, quod semper vireat, ac toto sit anno sui simile. *Plin.* l. 25. *c. ult.*

ISOPLEURON, ἰσόπλευρον, ab ἴσος, æqualis, et πλευρὰ, latus, adjunctum trianguli tria latera æqualia habentis. *equilateral. Auson. in præfat. ad Edyll.* 13. *qui est cento nuptialis.*

ISOPȲRON, n. ἰσόπυρον, herba, quam aliqui vocant phasiolum. quoniam ejus folium, quod est aniso simile, in pampinos torquetur. Capitula habet in summo caule tenuia plena seminis melanthii. *Plin.* l. 27. c. 11.

ISOSCĔLES, ἰσοσκελὲς, ab ἴσος, æqualis, et σκέλος, crus, adjunctum est trianguli duo tantum latera æqualia habentis. *isosceles. Auson. cit. in voce* Isopleuron.

ISRĀEL, elis, *Israel; the people of Israel,* Ἰσραὴλ, nomen Patriarchæ Jacobi, et totius populi ex eo nati. *Prudent. in Psychom.* v. 650. respectans victor hiantem Israel rabiem ponti post terga minacis. ¶ Corripuit *Sidon.* carm. 16. v. 7. rapiens cum tympana siccus Israel appensi per concava gurgitis iret. ¶ Ab *Isidoro* exponitur *vir Deum videns,* l. 7. *Orig.* c. 7. Hinc

ISRAELĪTÆ, arum, m. *the Israelites,* Israelis posteri. *Juvenc.* l. 1. v. 234. *in Lucæ* cap. 2. Israelitarum cumulatæ gloria plebis.

ISSA, æ, f. nomen catellæ, apud *Martial.* l. 1. epigr. 110. Issa est deliciæ catella Publi. ¶ Hinc factam esse vocem *Issulus,* qua parentes filios suos parvulos blandimenti causa appellabant, putat *Fabrettus,* hanc afferens *vet. inscript.* pag. 45. Aponius et Aponia Issulo, et Delicio suo fecere.

ISSÆUS, et

ISSIĂCUS, et

ISSĪCUS, a, um, adject. ab Isso oppido Ciliciæ, ut Issicus sinus, nunc *the gulf of Ajazzo or Lajazzo,* qui id oppidum alluit, apud *Ammian.* l. 26. c. 8. (*al.* 25.) *in fin.* et *Plin.* l. 2. c. 108. et lib. 5. c. 27. Issæi, orum, et Issiaci lembi, *Liv.* lib. 31. cap. 45. lib. 32. cap. 21. et lib. 42. cap. 48.

ISSŬLUS. V. *in Issa.*

ISSUS, Ἰσσὸς, hod. *Ajazzo, Lajazzo,* urbs Ciliciæ extrema, in Syriæ confinio, prope Amanum montem, ad mare Mediter. Hic Darius rex primo fusus fuit ab Alexandro Magno. *Plin.* l. 5. c. 27. et *Ammian.* l. 26. c. 8. (*al.* 25.) *in fin.*

ISTAC, *this way,* τῇδε, per istum locum. *Terent. Heaut.* 3. 3. 27. Abi sane istac, istorsum, quovis.

ISTACTĔNUS, *so far,* usque ad istum locum, aut terminum. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 58. Istactenus tibi, Lyde, libertas data est.

ISTÆC. V. *Istic.*

ISTE, a, ud, *he, this man; this, that,* οὗτος, pronomen demonstrativum ad ea ostendenda, quæ ad eum quoquo modo pertinent, quocum loquimur. Discrimen inter *hic,* et *iste* in voce *Hic* posuimus. *Senec.* epist. 43. Non est quod te ad hunc locum respiciens metiaris: ad istum respice, in quo moraris. *Cic. pro Quint.* c. 5. Tum iste vir optimus, qui, &c. *Id.* 7. *Attic.* ep. 3. Ut jam ne istius quidem rei culpam sustineam. *Nep. in Epamin.* c. 4. Istud faciam, neque tua causa, sed mea. *h. e.* hoc, quod tu petis. Sic *Cic. de Amic.* c. 2. *a med.* Nec enim ab isto officio abduci debui. *h. e.* hoc, quod tu dicis. Adde lib. 1. *Acad.* c. 4. ¶ Jungitur et aliis pronominibus. *Cic. de Orat.* l. 2. c. 29. Istius ipsius in dicendo facultatis. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 25. Transeat idem iste sapiens ad rempubl. tuendam. *Plaut. Amph.* 2. 2. 125. Scio ista hæc facta, proinde ut proloquor. ¶ Post relativum *qui. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 16. Necesse est, eam, quæ suum corpus addixerit turpissimæ cupiditati, timere permultos. Quos istos? virum, parentes, ceteros, ad quos, &c. ¶ Interdum pro *hic* ponitur. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. *ult.* Non erit ista amicitia, sed mercatura. *Quintil.* l. 11. c. 1. Nos institutionem professi, non solum scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus. *Cic.* non semel *hic* pro *iste* posuit, ut *Fam.* 3. ep. 10. *circa med.* Ni purgare me tibi hoc tuo tempore, quam accusare te mallem. Adde lib. 10. ep. 25. et *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 10. quæ loca congessit *Manut. ad cit.* l. 3. *Fam.* V. *Hic.* ¶ Aliquando pertinet ad augendum, et vim habet τοῦ *tantus,* aut *talis. Cic. pro Mur.* c. 6. Quare cum ista sis auctoritate, non debes, M. Cato, arripere maledictum ex trivio. *such, so great.* ¶ Aliquando ad contemptum. *Cic. pro Dom.* c. 26. Quin ab isto nihil legibus, nihil religionibus, nihil jure esset actum. *this contemptible wretch.* et *mox.* Scripto illo istius, sententiam dicere vetebatur. *et mox.* Lex, quam idem iste tulerat. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 455. tecto prohibere quis iste Arcuit? Adde *Petron. in Satyr.* c. 9. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 8. v. 57. et *Stat.* 11. *Theb.* v. 287. ¶ *O isti,* quemadmodum apud Græcos ὦ οὗτοι, appellatio est urgentis, irridentis, et contemnentis, frequens apud *Arnob.* ut l. 1. pag. 23. et 36. lib. 2. pag. 51. et 67. l. 4. pag. 138. l. 5. p. 155. lib. 6. p. 197. et 205. et lib. 7. pag. 222. Exemplum unum sit ex *cit.* l. 4. Quid dicitis, o isti, qui ad deorum nos cultum membrorum laniatibus invitatis? ¶ Recipit et syllabicam adjectionem. *Plaut. Rud.* 3. 4. 40. Argentum pro istisce ambabus dedi. ¶ Genitivus

istus a Poetis interdum in penultima corripitur. *Virg. Æn.* 12. v. 648. Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ. ¶ Olim *isti* pro *istius* dictum fuit. *Cato* apud *Priscian.* lib. 6. pag. 694. Pecunia mea reipubl. profuit, quam isti modi, uti tu es. *Subaudi* magis. *Plaut. Trucul.* a. 5. v. 38. Quæ ames hominem istimodi. ¶ In dativo *isto* pro *isti*, est qui legit apud *Apul. sub fin.* l. 7. *Metam.* Caput pessimo isto asino demere. Sed plerique omnes *isti* agnoscunt. ¶ Reperitur et *ista* in feminino. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 16. Istæ dedi. ¶ *Isto* ablat. propter istam causam. *for this reason, on this account. Plaut. Rud.* 4. 7. 8. Isto tu pauper es, cum nimis sancte pius.

ISTER, *et* Hister, tri, m. *the Danube*, fluvius Germaniæ de quo V. in *Danubius. Virg.* 3. *Georg.* vers. 350. Turbidus et torquens flaventes Ister arenas. *Ovid.* 1. *ex Pont.* epist. 8. v. 11. Stat vetus urbs, ripæ vicina binominis Istri. ¶ De gentibus hujus fluvii accolis. *Claudian. de VI. Consul. Honor.* v. 648. Colla triumphati proculcat Honorius Istri. ¶ *Istro fallacior* dicitur Marcion a *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 1. quia is fluvius propter aquarum impetum, tortuosos meatus, et multiplicia ostia valde fallax et periculosus habetur. ¶ *Istrus*, vel *Histrus* pro *Ister*, quidam leg. apud *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 146. quin *Istrum* pro *Istrus*, olim usurpavere teste *Priscian.* l. 5. p. 658. *Putsch.* ¶ Ad scriptionem quod attinet, aspirationem asserunt *Cassiod. de orthogr.* p. 2313. et *Terentian. de litter.* p. 2338. quibus favere videtur *Dausq. in Orthograph.* Contra sine aspiratione est in Inscript. optimæ notæ apud *Gruter.* p. 236. n. 5. Libri editi variant. Neutram prætulerim, aut improbaverim.

ISTHMIA, orum, n. *the Isthmian games*, τὰ Ἴσθμια, certamina, ac ludi celebres, in Græcia celebrari soliti, in Isthmo Corinthiaco, prope Neptuni templum, pari dignitate cum Olympiis, Nemeæis, et Pythiis: instituti a Sisypho Corinthi rege, Athamantis fratre, vel ab ipso Athamante, cum Melicerta filius in mare se se projiciens, deus factus est, et Palæmon appellatus, ut in *Athamanteus* dictum est. Hos ludos, diu intermissos, instauravit, et Neptuno dicavit Theseus, ut est apud *Plutarch.* in ejus vita. *Pindari* ævo, tertio quoque anno fiebant, ut ex ipso constat *Nemeor.* od. 6. vers. 69. et Græco ibi Scholiaste. Quinquennales tamen fuisse, tradunt *Plin.* l. 4. c. 5. *sub fin. Solin.* c. 7. (*al.* 12.) et *Auson. in Eclogar. sub fin.* Fortasse ab initio trium, postea quinque annorum intervallo celebrati sunt. In iis victores pinu coronabantur, teste *Plin.* l. 15. c. 10. illa, opinor, de causa, quod ex ea arbore maxime naves fiunt, in quas Neptunus summum jus habet. *Liv.* l. 33. c. 32. Isthmiorum statum ludicrum aderat, semper quidem et alias frequens, cum propter spectaculi studium insitum genti, quo certamina omnis generis artium, viriumque, ac pernicitatis visuntur; tum quia propter opportunitatem loci, per duo diversa maria, omnium Græcorum undique conventus erat.

ISTHMIACUS, et

ISTHMICUS, et

ISTHMIUS, a, um, *Isthmian*, Ἴσθμιος, Ἰσθμιακὸς, ad Isthmum pertinens, et ad ludos ibi factos. *Stat.* 6. *Theb.* v. 557. Et bis in Isthmiaca victor clamatus arena. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 252. Isthmiaca pinus. (V. *Sinis.*) *Id. de IV. Consul. Honor.* v. 463. Isthmiacum litus. *Valer. Max.* l. 4. *c. ult.* n. 5. Isthmicum spectaculum. *Horat.* l. 4. od. 3. v. 3. Isthmius labor. [† *Liv.* 33. 32. Ludi Isthmii.] ¶ Quod Syracusarum urbs in Sicilia ab advenis Isthmi, et Corinthi fundata fuit, ut *Sil.* docet lib. 14. v. 50. et *Tertull. de Pall.* c. 2. *sub fin.* hinc *Isthmiacus* interdum pro Syracusano ponitur. *Sil. ibid.* v. 341. Vir fuit Isthmiacis decus immortale colonis. *h. e.* Archimedes. et vers. 642. Tunc se se Isthmiacis æquassent oppida tectis. ¶ *Isthmia Dione* apud *Stat.* l. 2. *silv. ult.* v. 2. est Venus, quæ in arce Corinthi templum habuit. ¶ *Isthmiacæ favillæ* apud *eund.* l. 2. silv. 2. 68. incendium, quo Corinthus absumpta est.

ISTHMUS, *et Græca positione* Isthmos, i, m. ἰσθμὸς, *an isthmus, neck of land separating two seas*, proprie apud Græcos, collum significat: a cujus similitudine terra oblonga et angusta inter duo maria, duas continentes jungens, *Isthmus* dicitur. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 406. bimarem pacaveret Isthmon. ¶ Isthmi multi numerantur. Primus est Peloponnesi, qui et Corinthiacus, et Achaicus vocatur, et Peloponnesum reliquæ Græciæ connectit. In hujus isthmi faucibus Corinthus sita est, totius Peloponnesi urbs clarissima. Hunc multi perfodere tentavere, Demetrius rex Asiæ, cognomento Poliorcetes, C. Cæsar Dictator, Caius princeps, et Nero, infausto, ut omnium patuit exitu, incepto. *Plin.* l. 4. c. 4. et *Sueton. in Ner.* c. 19. V. *Isthmia.* ¶ Alius Isthmus est in Thracia Chersoneso. tertius in Ægypto, inter mare Mediterraneum, et sinum Arabicum. quartus Tauricæ Chersonesi. quintus in Macedonia, &c. de quibus consulendi Geographi. ¶ Est etiam angustum fretum inter duas terras. *Propert.* l. 3. eleg. 21. v. 1. Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos, Tulle, Propontiaca qua fluit Isthmos aqua. *the straits of the Dardanelles.* Aliter *Passerat.* qui et peccare aliquid videtur in geographia. ¶ *Apul. initio* l. 1. *Metam.* feminino genere extulit, *Isthmos Ephyræa:* videturque ad ipsam circa regionem respexisse. Eadem est ratio de *Hymettos Attica*, ac *Tænaros Spartiaca*, quæ *ibid.* leguntur: et *aperta Tænaros* apud *Lucan.* l. 9. v. 36.

ISTIC, æc, oc, *et* uc, *the self-same, this same, this; this person, he*, οὗτος, idem quod *iste, a, ud. Terent. Phorm.* 5. 8. 6. Quid istic narrat? *Plaut. Capt.* 5. 3. 10. Is ne istic fuit, quem vendidisti? *was this the person? Id. Trucul.* 2. 6. 40. Istic labor. *Id. Pseud.* 2. 4. 47. Istic servus. *Id. Amph.* 2. 1. 43. Miserrima istæc miseria est servo bono. *Id. Bacch.* 3. 1. 15. Priusquam malum istoc addis, dicam patri. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 9. *a med.* Si istuc ita est. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 32. Quid istuc est verbi? *Id. Mil.* 3. 1. 24. et *Terent. Heaut.* 1. 1. 58. Istuc ætatis homo. *at this time of life. Cic.* 1. *Acad.* c. 4. Istuc quidem considerabo. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 2. Cum istoc ornatu. *Id. Amph.* 1. 1. 222. Ergo istoc magis, quia vaniloquus es, vapulabis. *h. e.* hoc magis. *Terent. Hecyr.* 4. 2. 17. Nihil mihi istæc res voluptatis ferunt. *Pompei. ad Domit.* 2. *post* epist. 12. l. 8. *ad Attic.* Si ille circum istæc loca commoraretur. *Cic.* 14. *Attic.* ep. 1. Non posse istæc sic abire. ¶ Recipit syllabicam adjectionem. *Terent. Eun.* 5. 1. 14. Istuccine interminata sum hinc abiens tibi? *Plaut. Pseud.* 3. 2. 58. Istaccine causa tibi hodie nummum dabo? *Id. ibid.* 1. 1. 81. Istoccine pacto me adjutas? *Id. Asin.* 5. 2. 82. Istoscine patrem æquum mores est liberis largirier? *Id. Trucul.* 3. 2. 16. Istæcce ridicularia. ¶ Sunt quibus placet aspirationem inserere, *isthic, isthæc, isthuc*, &c. quod ab *iste*, et *hic* conflata sint. Opponit *Manut. in Orthogr.* libros veteres, et Virgilium Carpensem: cui favere videtur *Dausq.* Si quis tamen sic scribat, ne damnaveris.

ISTIC, *in that place, there*, αὐτόθι, in isto loco: et refertur ad locum, in quo tu es. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 12. Intelligo, te istic prodesse: hic ne verbo quidem levare me posse. *Id.* 1. *Fam. ep. ult.* Ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quam istic, ubi solus sapere videare. *Terent. Andr.* 5. 2. 8. Quid istic tibi negotii est? *Id. Eun.* 5. 2. *in fin.* Tu istic mane, ut Chremem introducas. ¶ Urbane *Cic.* 5. *de Fin.* c. 26. *extr.* Istic sum, inquit, exspectoque quid respondeas. *h. e.* sum animo in ista re, quam tu dicis: istud ago. Sic *Terent. Hecyr.* 5. 2. 39. Ausculta. *Phi.* istic sum. ¶ Pro in ista re, *Terent. Andr.* 2. 5. 9. Neque istic, neque alibi tibi usquam erit in me mora. *neither on this occasion, nor*, &c. ¶ Cum adjectione syllabica *Plaut. Rud.* 1. 2. 22. Isticcine vos habitatis? ¶ Scribitur et *isthic.* V. in fin. vocis præced.

ISTIM, pro Istinc. V. *Illim.*

ISTIMŎDI, istiusmodi. V. *Iste* in fin.

ISTINC, *thence, from thence*, αὐτόθεν, ex isto loco. *Cic. Fam.* 1. *ep. ult.* Qui istinc veniunt, superbum te esse dicunt. *Plaut. Capt.* 3. 4. 71. Istinc loquere, si quid vis: procul tamen audiam. *Id. Mil.* 2. 3. 72. Serva istas fores, ne tibi clam se subterducat istinc. *Id. Rud.* 3. 5. 28. Age, alter istinc, alter hinc assistite. ¶ Item ex ista re. *Id. Pseud.* 4. 7. 68. Memento dimidium istinc mihi de præda dare. *h. e.* de ista præda. Sic *Rud.* 4. 4. 33. Neque ego partem posco mihi istinc de istoc vidulo. ¶ Scribitur et *isthinc.* V. *Istic, æc*, in fine.

ISTIUSMŎDI, *of that kind or sort, such*, istius modi, formæ, generis. *Terent. Heaut.* 2. 4. 7. Et vos esse istiusmodi, et nos non esse, haud mirabile est. *Cic. Verr.* 2. c. 11. *sub fin.* Necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere. *Plaut. Epid.* 1. 2. 16. istiusmodi amicos. *Id. Rud.* 2. 2. 15. Cum istiusmodi virtutibus.

ISTO, *thither, to that place*, δεῦρο, adverb. motus, versus istum locum, ubi tu es. *Cic. Fam.* 9. ep. 16. *sub fin.* Liceat modo isto venire. *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 15. Si minima causa est properandi isto mihi. *Plin.* l. 4. ep. 12. *extr.* Si cognoverit, factum suum isto usque penetrasse. ¶ Item in istam rem. *Cic.* l. 3. *ad Q. Fr.* ep. 1. c. 3. Trebatium meum quod isto admisceas, nihil est.

ISTOC, *thither*, adverb. idem quod *isto. Plaut. Trucul.* 4. 2. 6. Nec quemquam interim istoc ad vos intromittam. *Id. Mil.* 2. 5. 45. Do fidem, istoc me intro ituram. ¶ Item ab isto loco, istinc. *Terent. Adelph.* 2. 1. 15. Accede illuc, Parmeno: fer istoc abisti. ¶ Pro *istuc*, V. in *Istic, æc.*

ISTORSUM, *thitherward, towards that place, that way*, πρὸς τόνδε τὸν τόπον, adverb. motus versus locum, idest, versus eum locum, ubi tu es. *Terent. Phorm.* 5. 1. 14. Concede hinc a foribus paululum istorsum, sodes, Sophrona. Adde *Heaut.* 3. 3. 27.

ISTRI, pop. extremi Italiæ, Liburnis finitimi, quorum regio Istria. Hos fama est originem a Colchis duxisse, missis ab Æeta rege ad Argonautas persequendos, qui ut a mari intraverunt Istrum fluvium, nec raptores invenere, sive metu regis, sive tædio longæ navigationis, juxta Aquileiam consederunt, Istrique ex amnis nomine, quo a mari concesserant, sunt appellati. *Liv.* l. 41. c. 11. *Plaut. Men.* 2. 1. 10. *Plin.* l. 3. c. 19. ¶ Al. scribunt *Histri.* V. in voce sequenti.

ISTRĬA, æ, f. et nunc *Istria*, Ἰστρία, regio Italiæ in confinio Illyrici, in mare Adriaticum, ut peninsula, excurrens. *Plin.* l. 3. c. 19. ¶ Scribitur et *Histria.* Scribit enim *Festus*, dictos histriones, quod primum ex Histria venerint: quæ etymologia licet minus vera sit, id tamen ostendit, aspirationem aliquando huic verbo appingi consuevisse. Confirmant Inscriptiones apud *Gruter.* pag. 402. n. 4. pag. 433. n. 4. sed in hac posteriore etiam per *y* scribitur, *Hystria:* quod non est imitandum. Aspirationem abjiciunt libri quamplurimi, Græci, *Ammian. Plin.* et al. Utraque igitur admittenda est.

ISTRIĀNI, orum, m. Istri. *Justin.* l. 9. c. 2. Cum bello Istrianorum premeretur.

ISTRĬCUS, a, um, *Istrian*, ad Istriam pertinens. *Liv.* l. 41. c. 1. et 11. Istricum bellum. *Plin.* l. 32. c. 6. Istrica ostrea. ¶ Scribitur et *Histricus.* V. in voce *Istria.*

ISTRUS, a, um, Istricus. *Martial.* l. 12. epigr. 64. Uncto Corduba lætior Venafro, Istra nec minus absoluta testa. *h. e.* oleo Istrico in testis condito, quod et *Plin.* laudat l. 15. c. 2. ¶ Scribitur et *Histrus.* V. *Istria.*

ISTUC, *thither, hither*, δεῦρο, in, vel ad istum locum. *Plaut. Asin.* 3. 3. 56. Concedite istuc. *Id. Merc.* 4. 1. 25. Istuc ego, quantum potest. *Id. Pœn.* 3. 3. 1. Jam istuc ego revortar. ¶ Pro *istud*, V. *Istic, æc.* ¶ Scribitur et *Isthuc.* V. *ibid.*

ISTUCCĬNE. V. *Istic, æc.*

I T

ITA, *so, even so, thus, in this manner, after this fashion, in such sort*, οὕτως, οὕτω, sic: adverb. similitudinis. Primitiva vox est, teste *Prisciano* lib. 15. pag. 1007. *Putsch.* non composita. *Cic. Verr.* 6. c. 52. Est, judices, ita, ut dicitur. *Id.* 1. *Offic.* c. 44. *sub fin.* Non est ita. *Id.* 12. *Attic.* ep. 17. Des operam, ut investiges, sit ne ita. et lib. 7. ep. 8. Quod putasti fore, ut Pompeium viderem, factum est ita. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 2. Quæ cum ita sint. *Id.* 2. *de Divin.* c. 32. Ita ne censes, ante coronam herbæ extitisse, quam conceptum esse semen? *are you then of opinion, that*, &c. et lib. 1. c. 13. Casu, inquis: itane vero? *do you really think so?* ¶ Servit conjunctioni, et complexioni. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 39. Ita nobis sinistra videntur, Graiis dextra, meliora. *Id.* 1. *de Orat.* c. 25. *a med.* Ita quidquid est, in quo offenditur, id etiam illa, quæ laudanda sunt, obruit. *Id.* 1. *Offic. c. ult.* Ita fit, ut agere considerate pluris sit, quam cogitare sapienter. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 40. Virtus actuosa est; et deus vester nihil agens: expers virtutis igitur: ita ne beatus quidem. ¶ Est etiam optantis et jurantis. *Cic.* 4. *Catil.* c. 6. Ita mihi salva republ. vobiscum perfrui liceat, ut, &c. *so, as*, &c. *Balb. ad Cicer. post* epist. 8. l. 9. *ad Attic.* Ita, incolumi Cæsare, moriar. *Terent. Eun.* 4. 1. 1. Ita me dii bene ament, non nihil timeo. *so help me heaven.* et *Cic. Attic.* l. 5. ep. 15. Ita vivam, ut maximos sumptus facio. *Id.* 16. *Fam.* ep. 20. Sollicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, valetudo. *Propert.* l. 1. el. 7. v. 3. Atque, ita sim felix, primo contendis Homero. *Quidam disertus* apud *Senec.* epist. 117. *a med.* Ita quamprimum moriar. ¶ Et respondentis cum affirmatione. *Terent. Andr.* 1. 2. 20. Omnes, qui amant, graviter, sibi dari uxorem, ferunt. *Da.* ita aiunt. et 1. 1. 27. Nam antea qui scire posses, dum ætas, metus prohibebant? *So.* ita est. *'tis even so; you are right.* et 5. 2. 9. Quid istic tibi negotii est? *Da.* mihin'? *Si.* ita. *ay; yes.* et *Plaut. Mostell.* 4. 2. 31. *Pha.* Herus his noster potat. *Theu.* Herus hic vester potat? *Pha.* ita loquor. *Id. Men.* 5. 9. 37. Menæchmum, opinor, te vocari dixeras. *Me.* ita vero. *assuredly so; exactly so.* ¶ Ponitur et pro valde, multum, vel tam, *very, so very much:* idque fere post negationem. *Cic. in Orat.* c. 8. Non ita lato interjecto mari. et 2. *de Orat.* c. 19. Mihi quidem non ita molesti sunt: facile omnes perpetior. *et de clar. Orat.* c. 66. Fimbria non ita diu jactare se potuit. *Id.* 2. *de Fin.* c. 13. *a med.* Accessione utuntur non ita probabili. *Id.* 6. *Verr.* c. 49. *ad fin.* Simulacra præclara, sed non ita antiqua. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 31. Quibus homines non ita valde moventur. *Liv.* l. 5. c. 19. Prædæ pars maxima ad quæstorem redacta est: haud ita multum militi datum. *Id.* l. 3. c. 20. *in fin.* Non ita civitatem ægram esse, ut consuetis remediis sisti possit. *not so weak. Nepos in Cim.* c. 3. Post, neque ita multo, Cyprum missus. *Cic. pro Quint.* c. 4. Nec ita multo post in Galliam proficiscitur Quintius. *Id. Fam.* 4. ep. 7. *a med.* Cum ita late pateat ejus potestas. ¶ Et pro adeo, *so much, to such a degree:* et servit epiphonemati. *Plaut. Amph.* 5. 1. 46. Uxorem tuam neque gementem, neque plorantem nostrum quisquam audivimus: ita profecto sine dolore peperit. *that there can be no doubt, but*, &c. *Cic. Fam.* 2. ep. 5. Non quo verear ne tua virtus opinioni hominum non respondeat; sed ne cum veneris, non habeas jam, quod cures: ita sunt omnia debilitata, et jam prope exstincta. ¶ Et pro talis. *such, after such sort. Terent. Adelph.* 1. 2. 63. Nam ita est homo. *that is his way.* et 4. 7. 21. Ita est vita hominum, quasi cum ludas tesseris. ¶ Frequentissime particulam *ut* post se habet: interdum *quasi, quemadmodum, si*, &c. *Terent. Eun.* 1. 2. 36. Cæpit studiose educere, ita uti si esset filia. *just as though.* et 4. 2. 1. Cœpi egomet mecum inter vias, ita ut fit, aliam rem ex alia cogitare. *as my way is.* et *Andr.* 3. 3. 10. Oro te, ut me adjuves in re hac, atque ita ut nuptiæ fuerant futuræ, fiant. *and as,—so.* et *Cic. Attic.* l. 5. ep. 9. *a med.* Hoc tibi ita mando, ut dubitem, &c. *with the air of a person doubt-*

ing, &c. *et Fam.* 13. ep. 21. Mihi ita benevole præsto fuit, ut si a me manumissus esset. *as if:* vel *as much, as if.* et lib. 1. ep. 7. *ante med.* Ita fore, ut per te restituatur. *that it would turn out, that,* &c. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* cap. 12. Arar influit incredibili lenitate, ita ut, in utram partem fluat, judicari non possit. *so that. Liv. c. ult.* l. 22. Ita admissi sunt, ne tamen iis Senatus daretur. *were admitted, but so as,* &c. et *Justin.* l. 11. c. 4. *sub fin.* Bellum deprecantibus ita demum remisit, ut duces sibi dederentur. *on condition that,* &c. *Cic. Phil.* 5. c. 17. Senatui placere, ejus rationem ita haberi, prout, &c. *Id. Verr.* 6. c. 22. Neque enim ita se gessit in his rebus, tanquam rationem aliquando esset redditurus, sed ita, quasi reus nunquam esset futurus. *et Fam.* 13. ep. 4. *a med.* Ut ita defendere possem Volaterranos, quemadmodum consuevi tueri meos. *in the same manner as,* &c. et *Agrar.* 2. c. 1. *extr.* Me consulem ita fecistis, quomodo pauci facti sunt. *Justin.* l. 12. c. 2. Ita cupide profectus est, veluti sibi Occidens forte contigisset. *Caius Dig.* lib. 35. tit. 2. leg. 1. *circa med.* Aut ita ratio habeatur, tanquam pure debeatur; aut ita tanquam nihil debeatur. *Cic. Fam.* 15. ep. 20. Crebris nos litteris appellato: atque ita, si idem fiat a nobis. *and on this condition, that,* &c. *Propert.* lib. 2. el. 4. v. 11. Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus undæ, Quam facile irati verbo mutantur amantes. *not so as:* vel *not so much as.* Adde *Lucret.* l. 2. v. 1035. ¶ Sequente *atque. Ulpian. Dig.* l. 29. tit. et leg. 1. Ita judicandum, atque in propriis servis, Senatus censuit. *Paul.* lib. 5. tit. 3. leg. 36. *ad fin.* Ita condemnatur, atque si possideret. ¶ Sequente infinito. *Cic. Fam.* 6. epist. 2. Velim ita statutum habeas, me tui memoriam cum summa benevolentia tenere. *Id. pro Cluent.* c. 19. Collegi me aliquando, et ita constitui, fortiter esse agendum. *Liv.* l. 1. c. 55. Id omen ita acceptum est, non motam Termini sedem firma stabiliaque cuncta portendere. ¶ Aliquando redundat. *Cato R. R.* c. 144. Scalæ ita uti datæ erunt, ita reddito. ¶ *Quid ita* est cur. *why? wherefore? Cic. pro Rosc. Amer.* c. 12. Accusatis Sex. Roscium. quid ita? quia de manibus vestris effugit. *Liv.* l. 32. c. 21. Quid ita passus est Eretriam capi? quid ita tot Thessaliæ urbes? quid Locridem &c? Adde l. 27. c. 34. ¶ Pro *deinde* usurpari putat *Brisson. de V. S.* congestis pluribus JCtorum locis: sed non est necesse a prima ejus notione discedere.

ITALĬA, æ, f. *Italy*, Ἰταλία, regio Europæ pulcherrima, inter Alpes a septentrione, fretum Siculum a meridie, Adriaticum et Ionium ab oriente, et Tyrrhenum ab occasu. Dicta putatur vel ab Italo rege Siciliæ, vel Ligurum; vel advena Molossio; vel a quodam hujus nominis Augure, vel a filia Minois Cretensis; vel denique (quod *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *Festus*, et *Colum. in proœm.* l. 6. docent) a bubus, quibus abundat, quos Græci ἰταλοὺς vocant: unde *vituli:* quæ omnia leges apud *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 1. v. 536. nunc fama, minores Italiam dixisse, &c. V. *Italicus.* ¶ De ejus laudibus V. *Plin.* l. 3. c. 5. et *in fin.* l. 37. ¶ Prima syllaba brevis est, sed a Poetis ex metri necessitate producitur. *Virg. Horat. Ovid.* &c. ¶ Adjective *Italia terra* dixit *Cato* apud *Gell.* l. 2. c. 6. V. dicta in *Arabia.*

ITALĬCA, æ, f. *Sevilla la veja*, [† *Harduin.*] col. et urbs Hisp. Bæt. condita a Scipione Africano, ad Bætim fl. Hispali vicina. Aliis est *Alcalà del Rio*, opp. inter Hispalim et Castrum Album. *Plin.* l. 3. c. 1. ¶ *Italica* item urbs Pelignorum in Aprutio cit. ita dicta bello Italico, seu Marsico, seu sociali, quod Marsi, Picentes, Peligni, Vestini, Marrucini, Frentani, Hirpini, Pompeiani, Picentini, Venusini, Iapyges, Lucani, Samnites, atque omnis ora a Liri fl. usque ad Ionium sinum cum populo R. gesserunt. Hi enim Corfinium communem patriam, et belli caput legere, et *Italicum* appellavere. *Vellei.* l. 2. c. 16. ¶ Utra ex his patria Silii Italici poetæ fuerit, non satis constat. Posteriorem fuisse, censet *Voss.* priorem alii: neutram *Cellar. in dissertat. de Sil. Ital.* sect. 7. sed cognomen illud non patriam designare, sed casu impositum, fortasse quia majores ejus olim ab Italica Hispana venerint.

ITALĬCE, Italorum more. *Messala Corvin.* incertæ, fortasse nullius auctorit. scriptor *de progen. Aug.* c. 11. Troja namque vulgo Italice, Latineque scrofa, vel sus dicitur.

ITALICENSIS, se, ad Italicam pertinens. *Hirt. de B. Alex.* c. 52. Italicenses homines. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 385. n. 1. Colonia Italicensis in provincia Bætica. *Gell.* l. 16. c. 13. D. Adrianus in oratione, quam de Italicensibus, unde ipse ortus fuit, in Senatu habuit.

ITALĬCUS, a, um, *Italian*, ad Italiam pertinens. Cum de hominibus dicitur, Italos omnes significat, sed extra Latium, et Galliam Cisalpinam. *Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 5. leg. 35. Quidam duos heredes scripsit, unum rerum provincialium, Italicarum rerum alterum. *Plin.* l. 9. ep. 23. Italicus es, an provincialis? *Plin. alter* l. 3. c. 21. Jus Italicum habere. *Id.* l. 18. c. 28. Italicum genus falcium. et cap. 7. *ante med.* Italicum triticum. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 71. Italica oppida. et lib. 6. c. 12. Italicæ coloniæ. *h. e.* extra Italiam ex Italicis hominibus deductæ. *Id.* 1. *Hist.* c. 59. Italica legio. *h. e.* ex Italicis hominibus conscripta. (V. *Sueton. in Ner.* c. 19.) *Id. Ann.* 15. c. 13. Italicus populus. *Plin.* l. 36. c. 13. *ad fin.* Italicus labyrinthus. *h. e.* factus a Porsenna Etruriæ rege sub urbe Clusio. *Id.* l. 17. c. 12. *ad fin.* De qua (*olea*) Catonis Italica sententia, &c. *h. e.* Italico cælo accomodata. *Cic. Verr.* 7. c. 15. Italicum bellum. V. de hoc (quod et Sociale, et Marsicum dicitur) *Flor.* l. 3. c. 18. *Vellei.* l. 2. c. 15. et 16. et *Eutrop.* l. 5. c. 3. ¶ Scribunt *Diony. Halicarn.* l. 1. et *Strabo* l. 6. eam primum regionem, quæ Œnotria, et postea Magna Græcia appellata est, *Italiam* dictam esse. Ejus autem incolæ luxus et deliciarum studiosi fuere: unde *Tarentinæ deliciæ*, et *Sybaritici cibi*, &c. Huc referuntur illa *Cicer. de Senect.* c. 21. Pythagorei, qui essent Italici philosophi quondam nominati. *scil.* quia Pythagoras Crotone diu vixit, et docuit. *et Tuscul.* 5. c. 35. Italicæ, et Syracusiæ mensæ. *Liv.* l. 24. c. 47. *de Arpinis.* Quam ob noxam Romanorum pro alienigenis Italici bellum gererent. ¶ De Silio Italico V. in *Italica.*

ITĂLIS, idis, f. *Italian*, Itala, Italica. *Virg.* 11. *Æn.* v. 655. Larinaque virgo, Tullaque, et æratam quatiens Tarpeia securim, Italides. *Martial.* l. 11. epigr. 54. Italides matres. *Sil.* l. 7. v. 429. Nympharum maxima natu Italidum. *Ovid.* 2. *ex Pont.* epist. 3. v. 84. Italis ora.

ITALĬUS, a, um, Italus. Tribuunt *Lucretio*, et *Ovid.* non uno in loco: sed utrobique lectio variat. V. dicta in *Arabia.*

ITĂLUS, a, um, *Italian*, Ἰταλὸς, ad Italiam pertinens. *Cic. de Harusp. resp.* c. 9. *extr.* Itali, ac Latini. *Virg. Æn.* 1. v. 256. Prodimur, atque Italis longe disjungimur oris. et lib. 6. v. 92. Quas gentes Italum, aut quas non oraveris urbes! *pro* Italorum. et l. 7. v. 643. Itala terra. et lib. 12. v. 827. Itala virtus. ¶ *Italus sermo* apud *Arnob.* est sermo Latinus, l. 4. pag. 135. et 147. Euhemeri libellos Ennius sermonem in Italum transtulit.

ITĂQUE, *therefore*, οὖν, τοιγαροῦν, conjunctio similem vim habens τοῦ ergo, et igitur: item τοῦ quamobrem. Concludentis enim est, et ex præcedentibus deducentis, continuantisque sermonem. *Cic. de Amic.* c. 1. *a med.* Itaque ipse mea legens, sic afficior interdum, ut &c. *Nepos in Milt.* c. 7. Itaque quoniam ipse pro se dicere non posset, verba pro eo facit frater ejus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 9. Itaque rem suscipit, et a Sequanis impetrat, &c. *Plin.* l. 16. c. 6. *a med.* Omnium sententiis absolutus itaque est. ¶ Interdum ponitur in ipso ingressu orationis. *Cic. in Partit.* c. 7. Est itaque id genus totum situm in commutatione verborum. *then.* ¶ Non raro valet simpliciter *et ita*, ex quibus conflatur, et connectendæ tantummodo orationi inservit, *and so; and thus:* accentumque transfert in secundam syllabam. *Cic. in Divin. Verr.* c. 1. Cum quæstor in Sicilia fuissem, itaque ex ea provincia discessissem, ut Siculis jucundam memoriam nominis mei relinquerem. *and had left that province, so as to,* &c. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 52. Ita nostri acriter in hostes, signo dato, impetum fecerunt: itaque hostes repente celeriterque procurrerunt, ut spatium pila in hostes conjiciendi non daretur. *Cic. pro Cluent.* c. 19. Collegi me aliquando, et ita constitui, fortiter esse agendum. itaque feci: sic pugnavi, &c. *I did so.* Sic *pro Deiot.* c. 7. Eodem te, cum cœnavisses, rediturum dixeras: itaque fecisti. Adde *Attic.* l. 15. ep. 20. *extr. Hecyr.* 2. 1. 10. et 4. 2. 3. et 28. et *Liv.* l. 3. c. 30. *a med.* ¶ *Itaque ergo* est atque ita igitur. *and so for that reason. Terent. Eun.* 2. 3. 24. Tametsi bona natura est, reddunt curatura junceas. itaque ergo amantur. *Liv.* l. 9. c. 31. *sub fin.* Loca difficilia hosti quæsita, ipsos tum sua fraude impediebant. Itaque ergo perpaucis effugium patuit. Adde lib. 39. c. 25. *et alibi.*

ITARGUS, i, m. nunc *the Weser*, fluv. Germaniæ, quem nonnulli Visurgim vocant. *Albinov. ad Liv.* el. 1. v. 386. Decolor infecta testis Itargus aqua.

[* ITATĔNUS, adverb. vox composita ab *ita* et *tenus*, *so far, to such a degree. Claud. Mamert. de statu anim.* lib. 2. c. 10. Duoque ista itatenus uniuntur, ut sint indiscriminabilia. Sæpius utitur hac voce hic auctor, cujus loco rectius quispiam usurpaverit *illatenus.*]

ITEM, adverb. *also, likewise, in like manner, as well*, ὁμοίως, similiter, eodem modo, etiam, quoque: ab *itidem* per syncop. vel ab ἔτι, insuper: vel ab *ita. Cic.* 1. *de Divin.* cap. 48. Romulus augur cum fratre item augure. et cap. 52. Item igitur, si sine divinatione non potest, &c. et lib. 2. c. 6. Solis defectiones, itemque lunæ prædicuntur in multos annos. *Id.* 2. *de Leg.* c. 21. Placuit Scævolæ, et Coruncanio, itemque ceteris, qui, &c. *Varr.* lib. 5. *de L. L.* cap. 5. Democritus, secuti et item alii, qui infinita principia dixerunt. *Vet. Tab. æn.* apud *Murator.* pag. 582. *initio.* Is eadem omnia item, eisdemque diebus ad Cos. profitemino. *Terent. Andr.* 1. 1. 49. postquam amans accessit unus et item alter. *first one and then another. Id. Adelph.* 1. 1. 24. Solum id est carum mihi: ille ut item contra me habeat, facio sedulo. *do the like in return. Sallust. in Jug.* c. 105. Ipse armatus intentusque, item milites cogebat. *h. e.* ut similiter armati essent milites, et intenti. *Cic.* 2. *Attic.* ep. 21. Spectaculum uni Crasso jucundum, ceteris non item. *not so. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *a med.* His lapides substernendi, aut quid item. *or something similar.* Sic cap. 9. *a med.* Substernitur eis acus, aut quid item aliud. ¶ Habet post se particulas *ut, atque, quasi, quemadmodum. Cic. in Orat.* c. 60. Ita fit, ut non item in oratione, ut in versu, numerus exstet. *Id. Verr.* 6. c. 9. *ad fin.* Fecisti item, uti prædones solent. *Varr.* l. 9. *de L. L.* c. 4. Analogia non item ea definienda, quæ dirigitur ad naturam verborum, atque illa, quæ ad usum loquendi. (Adde lib. 8. c. 40. *extr.*) *in the same manner, as,* &c. *Liv.* l. 39. c. 19. *a med.* Ubi Feceniæ tutoris optio item esset, quasi ei vir testamento dedisset. *just as if. Cic.* 4. *Verr.* c. 22. Ut item palæstritæ Bidenses peterent ab Epicrate hereditatem, quemadmodum palæstritæ Syracusani ab Eraclio petissent. ¶ Pro iterum, *Sueton. in Tiber.* c. 6. Parentes vagitu suo pæne bis prodidit: semel, cum a nutricis ubere; item cum a sinu matris raptim auferretur.

ITER, itineris, n. *a going along, journey, way, march*, πορεία, ὁδεία, actus eundi, profectio, via. *Cic.* 13. *Attic.* ep. 23. Cum illi iter instaret et subitum, et longum. *Id. ad Pompei.* 2. *post* ep. 11. l. 8. Confestim cum Q. Fratre iter ad te in Apuliam facere cœpi. *et mox.* Cæsarem iter habere Capuam. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 5. *in fin.* Iter agentes. *travelling. Cic. pro Planc.* c. 40. *extr.* Iter a Vibone Brundisium terra petere contendi. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 34. *sub fin.* Contendere iter. *h. e.* quod dixit *Liv.* l. 21. c. 29. intendere. *h. e.* celerare. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 63. maturare. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 12. properare. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 520. urgere. *Nep. in Alcib.* c. 10. Comparare iter. *to prepare for his journey.* et *Cic. pro Mil.* c. 10. Iter est mihi Lanuvium. *Id. Attic.* l. 5. ep. 14. conficere pulverulenta via. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 715. agere in aliquam partem. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 56. convertere in aliquem locum. *Virg.* 7. *Æn.* v. 35. flectere. *Stat.* 12. *Theb.* v. 232. frangere. *h. e.* minuere, vel deflectere. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 11. dirigere ad Mutinam. *Cic. de Senect.* c. 10. *sub fin.* ingredi pedibus. *Id. pro Planc.* c. 41. præstare tutum alicui. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 9. Itinere prohibere aliquem. *to stop on his journey. Cic.* 15. *Attic.* ep. 24. Ex itinere redire. et lib. 1. *de Invent.* c. 30. venire. et 1. *de Divin.* c. 15. revertere. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 13. Esse in itinere. *Sallust. in Catil.* c. 35. Catilina ex itinere plerisque consularibus litteras mittit. *on his journey:* postquam ex urbe discesserat. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 3. Ut in itinere copia frumenti suppeteret. *Cic. Phil.* 12. c. 10. Committere se itineri infesto, et periculoso. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 36. Continuare iter die ac nocte. *Id.* l. 5. *B. Gall.* c. 11. Desistere itinere. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 598. cœptum dimittere. *Virg.* 7. *Æn.* v. 810. ferre per medium mare. *to walk. Stat.* 1. *Theb.* v. 326. ferre Inachias urbes. *h. e.* ad Inachias urbes. *Virg.* 6. *Æn.* v. 384. inceptum peragere. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 119. et *Tacit.* 4. *Ann.* c. 20. pergere. *to continue, prosecute. Sallust. in Jug.* c. 81. et *Hirt. de B. Afric.* c. 69. Maturavere iter pergere. *Cic. Fam.* 15. ep. 4. Cum abessem ab Amano iter unius diei. *a day's journey.* et *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 24. Cum dierum iter quadraginta processerit. ¶ Etiam de brevi ambulatione dicitur. *a walk or going a little way. Terent. Phorm.* 3. 3. *in fin.* Dicam in itinere. *h. e.* dum ad Phormionem imus. *as we go along. Plin. in Paneg.* c. 77. Iter illi sæpius in forum, frequenter tamen et in campum. *Liv.* l. 1. c. 28. *sub fin.* In diversum iter equi concitati. ¶ Notat aliquando modum itineris faciendi. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 7. Quam maximis itineribus potest, in Galliam contendit. *by forced marches; with all speed.* et cap. 38. Magnis diurnis nocturnisque itineribus contendere. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 13. Biduo me antecessit, itinera multo majora fugiens, quam ego sequens. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 5. v. 8. festinatum iter facere. *Terent. Hec.* 3. 4. 1. Ain' tu, tibi hoc in commodum evenisse iter? *h. e.* navigationem. ¶ Sæpe sumitur pro via, *a way, road, path:* et proprie in re agraria significat viam angustiorem, qua pedes tantummodo ire quis potest: unde ab *actu* differt, quo etiam jumentum, et a *via*, qua etiam vehiculum agitur, ut in *Via* dicetur. Hinc *Plin. in præfat. Hist. nat. ante med.* Præterea iter est, non trita auctoribus via. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 3. Qua ibant, ab itu iter appellarant. ¶ Item jus, quod quis habet, ut pedes ire aliqua possit. *Cic. pro Cæcin.* c. 26. Aquæductus, haustus, iter, actus. ¶ Universim vero de quacumque via dicitur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 6. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent. et l. 3. c. 9. Pedestria itinera concisa æstuariis. et l. 1. *B. Civ.* c. 27. Aditus atque itinera duo, quæ extra murum ad portum ferebant, defixis trabibus præsepit. et lib. 1. *B. Gall.* c. 8. Dare iter alicui per provinciam. *to allow to pass.* et *Cic. pro leg. Manil.* c. 11. Patefacere alicui iter in aliquem locum. *Sallust. in Catil.* c. 61. Ferro iter aperire. *to cut his way. Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 144. Ad sepem alterius quis tibi fecit iter? et 15. *Metam.* v. 106. Facere iter sceleri. *to make a way.* et *Cels. Dig.* lib. 8. tit. 1. leg. 10. Fodiendo, substruendo iter facere. *to make a road*, viam munire. *Cic.* 14. *Attic.* ep. 10. Itineribus deviis proficisci in provinciam. *by by-roads.* et *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 3. leg. 1. Sine metu et periculo per itinera commeare. ¶ In ædibus est locus, per quem ex uno in alium domus membrum transitur. Hoc sensu adhibetur a *Vitruv. sub fin.* c. 9. l. 6. ¶ De quocumque meatu, et via. *any outlet or passage. Cels.* l. 7. c. 25. et 26. Iter urinæ. *Virg.* 7. *Æn.* v. 734. Vocis iter. *Colum.* l. 8. c. 17. Itinera aquæ.

¶ Translate est via, ratio, institutum. *a method, way, plan.* *Cic.* 3. *ad Q. Fratr.* ep. 3. *in fin.* Ipse puer declamatorio illo genere delectari videtur: in quo quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus. *Id. Attic.* l. 4. ep. 2. Nulla occupatio esse potest tanta, ut interrumpat iter amoris nostri, et officii mei. *Plin.* l. 8. ep. 10. Iter pronum ad honores. *Virg.* 2. *Æn.* v. 387. Fortuna salutis monstrat iter. Adde *Propert.* l. 2. el. 24. v. 22. ¶ *Itiner* integer est casus, a quo *iter* per syncop. factum videtur. *Lucret.* l. 6. v. 338. Obvia discutiat plagis, itinerque sequatur. *Plaut. Merc.* 5. 2. 72. Inceptum hoc itiner perficere exsequar. *Manil.* l. 1. v. 88. Fecit et ignotis itiner commercia terris. *Varr.* apud *Non.* c. 8. n. 2. itiner longum sermone levare. Adde *Acc.* et *Turpil. ibid.* item *Enn.* et *Pacuv.* n. 54. et *Juvenc. sub init.* l. 2. *Evang. hist.* ¶ In obliquis pro *itineris* reperitur *iteris*, &c. *Propert.* l. 2. el. 10. v. 40. memento Hoc itere ad cineres cana venire meos. Al. aliter leg. *Lucret.* l. 5. v. 652. Concussos itere, et labefactos aere multo. *Acc.* apud *Non. ibid.* n. 13. Te longo itere cerno vadere. *Varr. ibid.* Properans citus itere. *Næv. ibid.* et cap. 2. n. 428. et apud *Priscian.* l. 6. pag. 695. *Putsch.* Ignotæ iteris sumus. Adde *Jul. Hygin.* apud *Charis.* l. 1. pag. 108. *Putsch.* ¶ In plur. num. *itinera* semper habet, non *itera*. *Charis. ibid.* pag. 63.

ITERABĬLIS, le, *that may be repeated.* *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion. c. pænult.* Iterabilem injuriam facere.

ITERATĬO, onis, f. *a repetition, iteration,* ἀνάληψις, repetitio, resumptio, redintegratio, geminatio. *Cic. in Orat.* c. 25. Itemque si quæ verborum iterationes contentionem aliquam et clamorem requirent. *Id.* 3. *de Orat.* c. 53. Et reditus ad propositum, et iteratio, et rationis apta conclusio. *h. e.* repetitio, figura Rhetorum, late sumpta, quæ et ἐπανάληψις dicitur. ¶ Pertinet ad rem rusticam. *Plin.* l. 18. c. 20. Aratione per transversum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, crate, vel rastro, et sato semine iteratio. *h. e.* occationis repetitio operiendorum seminum gratia. *the second tilth or earing.* *Colum.* l. 11. c. 2. *a med.* Iterationem arationis peragere. *Id.* l. 2. c. 12. *ad fin.* Iteratio sarritionis. et cap. 4. Compluribus iterationibus resolvatur vervactum in pulverem. *Id.* l. 12. c. 50. *circa med.* Plurimum refert non miscere iterationem cum prima pressura. *h. e.* secundam olei pressuram. ¶ Latini, inquit *Ulpian.* tit. 4. *Regular. de Latinis*, jus Quiritium consequuntur his modis: beneficio Principali, liberis, iteratione, militia, &c. *et paulo post.* Iteratione fit civis R. qui post Latinitatem, quam acceperat major triginta annorum, iterum juste manumissus est ab eo, cujus ex jure Quiritium servus fuit.

ITERATĪVUM VERBUM, h. e. frequentativum, apud *Diomed.* l. 1. pag. 335. et 336. *Putsch.* et *Charis.* l. 3. pag. 226. *a frequentative verb.*

ITERĀTO, adverb. *again, a second time, twice,* αὖθις, iterum. *Justin.* l. 43. c. 4. Iterato petiit. *Id.* l. 22. c. 7. Iterato Carthaginienses superat. et lib. 16. c. 3. Iterato ad oraculum decurrunt. *Modestin. Dig.* lib. 49. tit. 16. leg. 3. *circa med.* Si iterato hoc admiserint.

ITERĀTUS, a, um, *repeated, gone over again, iterated,* δευτερωθεὶς, iterum factus, repetitus. *Cic. in Partit.* c. 15. Augent etiam relata verba, iterata, duplicata, et ea, quæ ascendunt gradatim. *h. e.* per figuram repetitionis. et cap. 6. Verba geminata, atque duplicata, vel etiam sæpius iterata ponantur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 30. Ager non semel aratus, sed novatus, et iteratus. *ploughed a second time.* *Justin.* l. 29. c. 4. Iterato prœlio victi. *in a second engagement.* *Sueton. in Ner.* cap. 23. Iterata certamina. *Horat.* epod. 12. v. 21. Muricibus Tyriis iteratæ vellera lanæ. *h. e.* bis tinctæ. *twice dipped or dyed.* *Ovid. Metam.* 8. v. 172. *de labyrintho.* Utque ope virginea, nullis iterata priorum Janua difficilis, filo est inventa relicto. *h. e.* quæ ingredientibus reperta fuerat, non reperta iterum egredi volentibus.

ITERDŪCA. V. in *Domiducus.*

ITĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to repeat, do a second time, do over again, begin again, renew, iterate,* δευτερόω, iterum aliquid facio, repeto. *Enn.* apud *Cicer.* 4. *Acad.* c. 27. et 2. *Tuscul.* c. 19. et *Attic.* l. et ep. 14. Iteradum eadem ista mihi. non enim satis intelligo, &c. *repeat to me.* et *in Orat.* c. 39. Cum duplicantur, iteranturque verba. *h. e.* per figuram Repetitionis. *Horat.* l. 2. od. 19. v. 11. truncis Lapsa cavis iterare mella. *h. e.* semel et iterum cantare. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 199. Mane ubi bis fuerit, Phœbusque iteraverit ortus. *h. e.* iterum retulerit diem. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 99. Quæ audistis, si eadem hic iterum, inscitia est. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 495. quotiesque puer miserabilis eheu Dixerat, hæc resonis iterabat vocibus eheu. *repeated.* *Horat.* l. 1. od. 34. v. 3. nunc retrorsum Vela dare, atque iterare cursus Cogor relectos. Sic l. 1. sat. 7. *in fin.* Cras ingens iterabimus æquor. *h. e.* rursus navigabimus. *Liv.* l. 6. c. 32. Iterare pugnam. *Plin.* l. 7. c. 55. Vitam morte iterare. *h. e.* post mortem iterum vivere. *Samprid. in Alex. Sev.* c. 22. Iterare causas. *to try anew.* ¶ *Bis iterare* pleonasmus est apud *Plaut. Pseud.* 1. 3. 154. Sic *iterum iterare* apud *eund. Rud.* 4. 8. 1. Quamquam est interdum simpliciter referre, memorare, narrare, *to relate, recount.* *Id. Amph.* 1. 1. 56. Hæc ubi Telebois ordine iterarunt, &c. *Id. Cas.* 5. 2. 5 Operam date, dum mea facta itero. Est operæ auribus percipere: ita ridicula auditu, iteratu ea sunt. *Sempron. Asell.* apud *Gell.* l. 5. c. 18. Scribere bellum, et quæ in eo gesta sint, iterare. ¶ Iterare calceamentum, anulos, *Lamprid. in Heliogab.* c. 32. h. e. bis gestare. ¶ *Stat.* 12. *Theb.* v. 775. Multiplicem tenues iterant thoraca catenæ. *h. e.* duplicant, et densiorem faciunt. ¶ Est rusticorum verbum. *Colum.* l. 2. c. 4. *circa med.* Siccitatibus censeo, quod jam proscissum est, iterare, pluviamque opperiri. *to plough a second time.* et *paulo post.* Colles pinguis soli Februario statim proscindendi sunt, deinde ab Aprili medio iterandi, tertiandique Septembri. et lib. 11. c. 3. Locus exherbandus, stercorandus, et diligenter fossione iterandus. et cap. 2. *ante med.* Iterare sarrituram. *Plin.* l. 18. c. 27. segetes. *h. e.* iterum sarrire. [¶ Translate *iterare mulierem* est iterum seu secundo eam inire. *Lamprid. in Heliogab.* c. 24. Mulieres nunquam iteravit, præter uxorem.]

ITĔRUM, *again, a second time, anew,* αὖθις, secunda vice, rursus, denuo. Volunt Etymologi esse ab *iter:* quasi eadem via rursum ineatur. *Cic. de clar. Orat.* c. 18. Livianæ fabulæ non satis dignæ, quæ iterum legantur. *Id.* 1. *de Divin.* c. 35. C. Flaminius consul iterum. (V. *Bis.*) *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 4. Vina bibes, iterum Tauro diffusa. *h. e.* iterum consule. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 31. Cum his Æduos semel atque iterum armis contendisse. *once and again, repeatedly.* *Cic. pro Dom.* c. 52. *a med.* Se a me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum universis. *Id.* 1. *de Invent.* c. 39. *ad fin.* Primo quidem decipi, incommodum est: iterum, stultum: tertio, turpe. *Plaut. Men.* 2. 3. 58. In Sicilia, ubi rex Agathocles regnator fuit, et iterum Pinthia, tertium Liparo. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 59. Nemo est, quin sæpe talos jactans, Venerium jaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum ac tertium. *twice or thrice running.* et *pro Rosc. Amer.* c. 22. Iterum ac tertio nominavi. *Liv.* l. 3. c. 19. Seditiosi homines iterum atque tertium tribuni. *Cic.* 13. *Fam.* ep. 42. Iterum ac sæpius te rogo. *Id.* 1. *de Divin.* c. 25. *sub fin.* Quod semel ille iterumque neglexit. *Id. pro Font.* c. 8. Pecuniam semel atque iterum, ac sæpius dare coacti sunt. *once and again, and oftener still.* *Cels.* l. 4. c. 4. *ad fin.* Iterum tertioque. *Plin.* l. 14. *c. ult.* Iterum tertiumque. *Varr. in fin.* c. 18. l. 1. *R. R.* Iterum et tertio. *Quintil.* l. 2. c. 13. et *Virg.* 2. *Æn.* v. 770. Id maxime præcipiam, ac repetens iterumque iterumque monebo. *over and over again.* *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 39. iterum atque iterum spectanda. ¶ Pro vicissim, vel itidem. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 44. *a med.* Ut sibi concedi non oporteret, si in nostros fines impetum faceret; sic iterum nos esse iniquos, quod in suo jure se interpellaremus.

ITHĂCA, æ, f. hod. *Thiachi, Val du Compere,* Ἰθάκη, insula maris Ionii, regnum Laertæ et Ulyssis, inter Cephaleniam ad Occ. et Echimadas ad Or. *Virg.* 3. *Æn.* v. 272. Effugimus scopulos Ithacæ, Laertia regna.

ITHACENSIS, se, ad Ithacam pertinens, ut Ithacensis Ulysses, *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 63.

ITHACESĬUS, a, um, Ithacensis, ut Ithacesia sedes. *Sil.* l. 8. v. 541. h. e. Baiæ, quæ dicuntur nomen habere a Baio, Ulyssis gubernatore, ut *Id.* l. 12. v. 113. significat. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 12. Ithacesium antrum.

ITHĂCUS, i, m. Ulysses, rex Ithacæ ins. *Virg.* 2. *Æn.* v. 104. Hoc Ithacus velit.

ITHĂCUS, a, um, ad Ulyssem, et Ithacam pertinens. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 12. v. 29. Æolios Ithacis inclusimus utribus Euros. *Id.* l. 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 60. Ithaca puppis. *Id.* 13. *Metam.* v. 512. Ithacæ matres. Adde *Propert.* l. 3. el. 10. v. 29.

ITHONÆUS, a, um, adject. possess. ab Ithone urbe Bœotiæ: Hinc *Ithonæi* ejus urbis incolæ, apud *Stat.* 7. *Theb.* v. 330.

ITHYPHALLĬCUM CARMEN (dictum quod eo Athenis in mysteriis utebantur, rectum stipitem in modum fascini tenentes) ἰθυφαλλικὸν μέτρον, *an ithyphallic verse,* constat dimetro brachycatalecto, ut *Bacche junge tigres.* *Serv. in Centim.* pag. 1819. *Putsch.* et *Atil. Fortunatian.* pag. 2698. ¶ Etiam Phalæcium aliquando Ithyphallicum appellatur. *Mar. Victor.* l. 3. pag. 2566.

ITHYPHALLUS, i, m. ἰθύφαλλος, lignum efformatum in modum fascini, h. e. τοῦ αἰδοίου ἐντεταμένου: ab ἰθὺς pro εὐθὺς, rectus, et φαλλὸς, veretrum. Item ipse Priapus talium turpitudinum turpissimus deus. *Colum.* l. 10. v. 31. truncum forte dolatum Arboris antiquæ, numen venerare Ithyphalli. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 95. n. 5. Ἰθυφάλλῳ κορυνηφόρῳ, κηποφύλακι, κλεπτομάστιγι, &c. [*Arnob.* lib. 5. pag. 176. In Liberi honorem patris ithyphallos subrigit Græcia, et simulacris virilium fascinorum territoria cuncta florescunt.]

ITĬDEM, adverb. *in like manner, likewise,* παραπλησίως, similiter, eodem modo, pariter, item: ab *ita*, et *dem* adjectione syllabica: vel ab *iterum*, et *idem.* *Cic. in Partit.* c. 22. Temperantia in suas itidem res, et in communes distributa est. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 36. Itidem populum R. victis ad suum arbitrium imperare. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 38. Nullius nostrum filium, et filiam, non apte discerni marem ac feminam: contra deorum liberos non itidem. ¶ Sequente *quasi, ut, Plaut. Mostell.* 1. 3. 119. Ubi se sudor cum unguentis consociavit, illico itidem olent, quasi cum una multa jura confundit coquus. *Id. Curcul.* 5. 3. 12. Ita te nervo torquebo, itidem uti catapultæ solent. *Terent. Eun.* 1. 2. 13. Utinam hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet.

ITĬNER. V. *Iter.*

ITINERARĬUM, ii, n. *a journal, book of travels, itinerary,* ὁδοιπορικὸν, descriptio itineris. *Veget.* l. 3. c. 6. *de re milit.* Itineraria regionum plenissime habere perscripta. [*Id. ibid.* Usque eo ut solertiores duces itineraria provinciarum, in quibus necessitas geritur, non tantum annotata, sed etiam picta habuisse firmentur, ut non solum consilio mentis, sed veram adspectu oculorum viam profecturis eligerent. *Itineraria annotata* sunt ea, quæ loca eorumque distantias habent notata, ut *Itinerarium Antonini*, et *Hierosolymitanum; picta*, quæ ipsa loca oculis repræsentant, ut *Tabula Peutingeriana.*] ¶ Item itineris signum. *Ammian.* l. 24. c. 1. Itinerarium sonare lituos jubet. *to give the signal for marching.*

ITINERARĬUS, a, um, *itinerary,* ὁδοιπορικὸς, ad iter pertinens. *Lamprid. in Comm.* c. 9. Sumptus itinerarius. *Ammian.* l. 21. c. 15. (*al.* 29.) Ratus, itinerario motu imminutæ valetudinis excuti posse discrimen.

ITĬO, onis, f. *a going, walking, travelling,* πορεία, profectio, actus eundi: a sup. *itum.* *Cic. Attic.* l. 11. ep. 16. De obviam itione ita faciam, ut suades. *about meeting him.* *Terent. Phorm.* 5. 8. 23. Hæccine erant itiones crebræ, et mansiones diutinæ Lemni? *journeys.*

ITĪTO, as, frequentativum ab *ito.* *Nævius* apud *Calpurn. Pison.* MS. referente *Merula ad fragm. Ennii* pag. 417. Cæsum funera agitant, exsequias ititant, Temulentiamque tollunt festam.

ITO, as, n. 1. *to go frequently,* φοιτάω, frequenter eo. *In edicto Censorum* apud *Sueton. de cl. Rhet.* c. 1. Et quos in ludos itare vellent. *Cic. Fam.* 9. ep. 24. Te ad cœnas itare desisse, moleste fero. *Gell.* l. 3. c. 18. Pedibus itare in curiam. ¶ Pro simplici *eo, is. Plaut. Mostell.* 1. 2. 48. Ad legionem cum itant, adminiculum eis danunt. *h. e.* cum proficiscuntur in militiam.

ITONĬDA, *vel* Itonĭa, Minerva, a loco sic appellata. *Fest.* V. vocem sequent.

ITŌNUS, i, *et* Iton, onos, m. et f. urbs Bœotiæ, in qua antiquissimum Palladis templum. Item mons, et urbs Thessaliæ, in qua itidem Pallas culta fuit. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 328. sancti incola Itoni. ¶ Scribitur et *Ithonus.*

ITURÆUS, a, um, *Ituræan,* Ἰτουραῖος, ad Ituræam pertinens, quæ provincia est Cœles Syriæ, teste *Plin.* l. 5. c. 23. cujus populi Ituræi a sagittandi peritia laudantur. *Virg.* 2. *Georg.* v. 446. et bona bello Cornus: Ituræos taxi curvantur in arcus. *Servius* Parthos intelligit. *Lucan.* l. 7. v. 230. Ituræis cursus fuit inde sagittis. ¶ Scribitur et *Ityræus.* Est etiam qui putat aspirandum esse *Ithyreus*, quasi sit ab ἰθύνω, dirigo.

ITUS, us, m. *a going*, idem ac itio: a sup. *itum.* *Cic. Attic.* l. 15. ep. 5. Quis porro noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 73. n. 9. Pro salute, itu, ac reditu DD. NN. M. Aur. Antonini Pii Aug. et P. Septimii Getæ. *Alia* pag. 63. n. 9. Pro salute itus ac reditus Imp. Cæs. divi F. Augusti. *Sueton. in Tiber.* c. 38. Vota pro itu et reditu suo suscipi passus. *for his good journey and safe return.* *Lucret.* l. 3. v. 389. Nec repentis itum cujusviscumque animantum Sentimus. *h. e.* incessum. *Titinn.* apud *Non.* c. 2. n. 419. Itum, gestum, amictum qui videbant ejus. *his pace, gait, manner of walking.* ¶ Jus eundi in aliquem locum, v. gr. ad sepulcrum. V. *Ambitus.* ¶ In plur. num. *Pallad. in Jun.* tit. 2. *extr.* Ita per paucos itus ac reditus, brevi horarum spatio, tota messis impletur.

ITȲLUS, et Neis, vel Thius, filii Zethi ex Aedone conjuge. Itylum mater noctu per errorem interfecit, putans eum esse Amalea Amphionis filium. Invidebat enim uxori Amphionis, eo quod ei essent sex filii masculi. Quæ cum errorem suum cognovisset, optavit mori, sed deorum commiseratione in carduelem versa, Itylum deflet. V. *Aedon.* Facile autem cum Ity confunditur. De Ity enim est illud *Catull.* carm. 64. *ad Ortalum*, v. 13. Qualia sub densis ramorum concinit umbris Daulias, absumpti fata gemens Ityli. Contra de Itylo videtur esse illud *Senecæ in Agamemn.* v. 671. Ramo cantat tristis aedon, Ityn in varios modulata sonos.

ITYRÆUS. V. *Ituræus.*

ITYS, ityos, ityn, m. Ἴτυς, Terei et Prognes filius fuit, qui (ut est in fabulis) a Progne matre discerptus, et patri epulandus appositus, in phasianum mutatus est. Aliqui dicunt mutatum fuisse in carduelem. V. *Progne*, et *Daulias.* *Ovid.* 6. *Metam.* v. 652. Tantaque nox animi est: Ityn huc arcessite, dixit. et vers. 658. Prosiliit, Ityosque caput Philomena cruentum Misit in ora patris. ¶ *Itys* pro *Itylo.* V. *Itylus.*

J U

JUBA, æ, f. *the mane of a horse or other beast,* χαίτη, crines, qui a collo animalium pendent, ut leonum, et equo-

rum: a φόβη, crinis. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 33. Et equum alacrem lætus aspexit, cujus in juba examen apum consederat. *Virg. Æn.* 11. v. 497. luduntque jubæ per colla, per armos. ¶ *Colum.* l. 8. c. 2. *a med.* jubas vocat etiam plumas exstantes in collo gallinaceorum. *the feathers which a cock raises on his neck.* et *Virg.* 2. *Æn.* v. 206. usurpat de serpentum cristis. *the red flesh like crests in the neck of a serpent.* Sic *Val. Flacc.* l. 8. v. 88. de dracone vellus aureum servante. *Id.* l. 3. v. 196. et *Virg.* 2. *Æn.* v. 412. et l. 7. v. 785. de coma, seu crista galeæ: *the crest of a helmet.* et *Val. Flacc.* l. 6. v. 11. de villosis canum collis. De crinibus cometæ, qui pogonias dicitur, *Plin.* l. 1. c. 25. et de frondibus arborum, *Id.* l. 6. c. 22. *circa med.* Denique de coma, et capillis, *Senec. de brevit. vitæ,* c. 12. et *Martial.* l. 1. epigr. 32. ¶ Ad orationem modeste transtulit *Plin.* l. 5. ep. 8. *a med.* Hanc (*historiam*) sæpius ossa, musculi, nervi; illam (*orationem*) tori quidam, et quasi jubæ decent.

JUBAR, ăris, n. *raro* m. *the radiance of the stars, more especially of the morning-star or day-star,* σέλας, radii et splendor stellarum, jubæ quandam similitudinem referens. Primo dici cœptum est de radiis Luciferi. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 4. Jubar dicitur stella lucifer, quæ in summo habet diffusum lumen, ut leo jubam. et lib. 5. cap. 2. Inter vesperuginem, et jubar dicta nox. *Festus:* Jubar, stella quam Græci appellant φωσφόρον, vel ἕσπερον, hoc est lucifer, quod splendor ejus diffunditur in modum jubæ leonis. Eadem habet *Servius* ad illud *Virg.* 4. *Æn.* v. 130. It portis, jubare exorto, delecta juventus. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 149. Quintus ab æquoreis nitidum jubar extulit undis Lucifer. *Calvus* apud *Priscian.* l. 5. pag. 658. *Putsch.* Hesperium ante jubar quatiens. ¶ Deinde de splendore ac radiis cujusvis sideris, aut alterius rei fulgorem habentis. *the splendour of the sun, moon, stars, or of any thing else.* De Sole *Lucret.* l. 5. v. 696. Sub terris ideo tremulum jubar hæsitat ignis. *a sun-beam.* De Luna *Ovid.* 4. *Fast.* v. 944. Sustulit immenso ter jubar orbe suum. De astro quolibet *Id.* 15. *Metam.* v. 840. Hanc animam interea, cæso de corpore raptam, Fac jubar. *Id.* 1. *Fast.* v. 77. Flamma nitore suo templorum verberat aurum, Et tremulum summa spargit in æde jubar. *Val. Flacc.* l. 5. v. 411. Tale jubar per tecta micat. *h. e.* auri splendor. *Stat.* l. 3. *Theb.* v. 223. cristarum galeæ jubar. ¶ Transfertur ad majestatem hominis. *splendour, majesty. Senec. in Troadib.* v. 448. *de Hectore.* Non ille vultus flammeum intendens jubar, sed fessus ac dejectus, et fletu gravis. *Martial.* l. 8. epigr. 45. Purpureum fundens Cæsar ab ore jubar. ¶ In masc. genere. *Enn.* apud *Priscian.* l. 5. pag. 658. Interea fugit albu' jubar Hyperioni' cursum. *h. e.* luna, vel lucifer. *Sever. in Ætna,* v. 332. Purpureoque rubens surgat jubar aureus ostro. *h. e.* sol.

JUBĀTUS, a, um, *having a mane or crest, maned, crested,* χαιτήεις, jubam, aut cristam habens. *Plin.* l. 8. c. 16. Jubati leones. et cap. 34. Jubata cervix. *Liv.* l. 41. c. 21. *extr.* et *Plaut. Amph.* 5. 1. 56. Jubati angues. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 2. Jubata stella. *h. e.* radios, seu jubar habens.

JUBĔO, es, jussi, jussum, a. 2. *to order, bid, command, charge, enjoin,* κελεύω, impero, mando, præcipio. *Terent. Eun.* 2. 3. 97. Jubes ne? *Chæ.* Jubeo, cogo, atque impero. *Juvenal.* sat. 6. v. 222. Hoc volo, sic jubeo: sit pro ratione voluntas. *Virg.* 2. *Æn.* v. 3. Infandum, regina, jubes renovare dolorem. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 27. Eos in eo loco suum adventum exspectare jussit. *Terent. Eun.* 2. 3. 16. Jubete istos foras exire. ¶ Elegantem habet usum pro firme aliquid velle, aut serio et intente hortari. *Plaut. Pers.* 2. 5. 2. Jubeto, habere bonum animum. *bid him be of good courage.* et *Cic.* 42. *Fam.* ep. 1. Sperare nos amici jubent. et lib. 7. ep. 2. *ad fin.* Valde jubeo, gaudere te. *wish health to.* et *Attic.* l. 12. ep. 6. *ad fin.* Cæsar te sine cura esse jussit. et lib. 4. ep. 14. Dionysium jube salvere. *commend me to; salute for me; my service to.* (Et omisso infinito, qui facile subintelligitur, *Terent. Andr.* 3. 3. 1. Jubeo Chremetem. *I salute; I greet.*) et lib. 5. ep. 2. Illum salutavi, postea jussi valere. *bade him farewell; bade him adieu.* ¶ Sequente conjunctivo, cum, vel sine, particula *ut,* aut *ne. Plaut. Amphitr.* 1. 1. 50. jubet, sententiam ut dicant suam. *Sueton. in Vespas.* c. 23. jussit, ut continuo ponerent. *Liv.* l. 32. c. 16. Jussitque, ut quæ venissent naves, Eubœam peterent. *gave orders. Horat.* l. 1. sat. 4. v. 121. sive jubebat, Ut facerem quid. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 11. v. 19. rescribat multa, jubeto. *Terent. Eun.* 4. 4. 24. Jube, mihi denuo respondeat. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 52. *extr.* Quod ne fieret, consules jusserunt. *Al. leg.* intercesserunt. ¶ Regit etiam dativum personæ. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 13. Quamquam hæ mihi litteræ Dolabellæ jubent ad pristinas cogitationes reverti. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 98. Militibus suis jussit, ne qui eorum violarentur, neu quid sui desiderarent. *Tacit. Ann.* 13. c. 40. Quibus jusserat, ut instantibus resisterent. et cap. 15. Britannico jussit, exsurgeret, et cantum aliquem inciperet. *Ascon. in Verr.* 3. c. 16. Sulla mihi jussit. *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 154. regit Italiam, Libyenque coercet, Hispanis Gallisque jubet. *gives laws to.* Adde in *II. Consul. Stilich.* v. 85. ¶ Item accusativum vel personæ, vel rei. *Cic. Fam.* 13. ep. 26. *a med.* Litteræ, non quæ te aliquid juberent, sed quodam modo commendatitiæ. *Plaut. Stich.* 2. 2. 71. Jube famulos, rem divinam mihi apparent. *Apul. in Florid.* n. 22. (*al.* l. 3.) Ægrum jubet, uti sit animo bono. *Sueton. in Vespas.* c. 23. Nuntiantes legatos, decretam ei publice statuam, jussit, ut continuo ponerent. *Al. leg.* nuntiantibus. *Martial.* l. 9. epigr. 67. Sed tu jussisses Eurysthea. *Tacit. Ann.* 13. c. 15. Neque jubere cædem fratris palam audebat. *Id. in Agric.* c. 45. Nero jussit scelera, non spectavit. *Stat. Theb.* 7. v. 373. Jubere silentia alicui. *to order silence.* Sic *Lucan.* l. 2. v. 528. secuturo jussurus classica Phœbo. et lib. 8. v. 684. Jubere bella. et vers. 832. sistra jubentia luctus. ¶ Et accusativum rei cum dativo personæ. *Tacit. Ann.* 4. c. 72. Tributum iis Drusus jusserat modicum. *had imposed.* et *Stat.* 7. *Theb.* v. 32. Aspiciam terras, pacemque jubebo omnibus. *h. e.* cogam pacem servare. ¶ Passive *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 6. Quod jussi sunt, faciunt. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 75. jubetur Rura suburbana indictis comes ire Latinis. *Liv.* l. 3. c. 30. Consules jubentur scribere exercitum. *Petron. in Satyr.* c. 120. Inferni manes cælum sperare jubentur. *Plin.* l. 28. c. 2. *a med.* Pollices, cum faveamus, premere, etiam proverbio jubemur. *Plin. alter in fin.* ep. 29. l. 6. Opto, ut ea potissimum jubear, quæ me deceat vel sponte fecisse. *Justin.* l. 19. c. 1. Pœni mortuorum corpora cremare a rege jubebantur. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 76. Germanos non juberi, non regi; sed cuncta ex libidine agere. ¶ *Jubere legem, magistratum, pacem, fœdera* ad eum pertinet, quem penes suprema auctoritas, jus, ac potestas est: et significat sciscere, creare, firmare. Romæ mos fuit, ut magistratus quidem (in rebus gravioribus) ac Senatus censerent, decernerentque; at populus juberet, quo jubente, tum demum rata et firma erant, quæ proponebantur. *Cic. pro Balb.* c. 17. Legem populus R. jussit de civitate tribuenda. *Liv.* l. 1. c. 22. Tullum Hostilium regem populus jussit. *chose, elected. Cic.* 1. *de Orat.* c. 14. Dicere apud populum de legibus jubendis, aut vetandis. *about voting for or passing. Id.* 4. *Verr.* cap. 67. Senatus decrevit, populusque jussit, ut, &c. *ratified. Sallust. in Jug.* cap. 44. Sed plebs, incredibile memoratu est, quanta vi rogationem jusserit, decreverit, voluerit. *voted for the bill. Liv.* l. 3. c. 30. Id modo excepere, ne postea eosdem tribunos juberent. *Sallust. in Jug.* cap. 85. Postquam ei provinciam Numidiam populus jussit. *appointed.* ¶ Hinc illa *velitis, jubeatis,* quibus rogabat populum magistratus, cum perferri quippiam volebat. *In formula arrogationis* apud *Gell.* l. 5. c. 19. Velitis, jubeatis, Quirites, uti L. Valerius L. Titio jure legeque filius siet. *Liv.* l. 31. c. 6. Rogationem promulgavit: vellent, juberent, Philippo regi bellum indici. ¶ Huc pertinet illud *Ovid.* 5. *Fast.* v. 461. *ex persona Remi.* Qui modo, si volucres habuissem regna jubentes, In populo poteram maximus esse meo. *h. e.* bono auspicio regnum mihi portendentes. ¶ Negant celebres Critici, et Grammatici, apud aureæ ætatis scriptores *jubeo* dativum, aut accusativum per se regere, sed usurpari solum cum infinito. Itaque in iis, quæ adduximus, exemplis, aut ad ellipsim confugiunt, infinitivum aliquod verbum subintelligentes, aut lectionem sollicitant. Contra alii sentiunt, acriterque defundunt. Latine studiosus a prioribus quidem steterit; sed nec posteriores damnaverit. ¶ *Jusso* syncope est τοῦ *jussero,* poetis concedenda. *Virg.* 11. *Æn.* v. 467. Cetera, qua jusso, mecum manus inferat arma. Adde *Sil.* l. 12. v. 175. Sic *justi* pro *jussisti. Terent. Eun.* 5. 1. 15. Ita ut tu justi, soli credita est. ¶ *Jussitur* antiquum est pro *jubetur. Cato R. R.* c. 14. Faber hæc faciat oportet: parietes omnes, uti jussitur, calce et cæmentis, pilas ex lapide, &c. [¶ Veteres Latini scribebant *jusi* pro *jussi:* nam ait *Quintil.* l. 1. c. 7. *a med.* Atqui paulum superiores etiam illud, quod nos gemina *s* dicimus, *jussi,* una dixerunt, *jusi.*] ¶ *Jubere fide,* V. in *Fidejubeo.* ¶ *Jubere de manufactis,* V. in *Jussus, a, um.*

JUBERNA, *vel* Juverna, æ, f. hod. *Ireland,* eadem quæ Hibernia, insula Angliæ proxima ad occidentem. *Juvenal.* sat. 2. v. 159. arma quidem ultra Litora Jubernæ promovimus. ¶ *Jerne,* vel *Hiberne, es,* dicitur a *Claudiano.* V. *Hibernia.*

JUBILÆUS, *seu* Jubelæus, *a jubilee,* apud Hebræos dicebatur annus quinquagesimus exclusive, scilicet quadragesimus nonus, quo fiebat remissio a servitute, et fundi redibant ad veterem dominum, et servi fiebant sui juris. Hinc et annus remissionis vocatus est. *Arator in Act. Apost.* c. 19. seu lib. 2. v. 677. quinquagesimus annus Cum Jubilæus adest, proprii distractio ruris Antiquo donatur hero, &c. Græce est Ἰωβηλαῖος, vel Ἰωβιλαῖος: quare medias rectius syllabas *Arator* produxisset. Sed non est is valde solicitus de prosodiæ legibus.

JUBILATĬO, onis, f. *jubilation,* ἀλάλαγμα, ἀλαλαγμὸς, clamor, quo ad lætam aliquam rem acclamatur. *Apul.* l. 8. *Metam.* Jubilationibus solitis inhortantur. Al. aliter leg.

JUBĬLO, as, avi, atum, a. 1. *to call aloud for help, shout,* ἀλαλάζω, rustica voce inclamo, ut ait *Fest.* opem clamando peto. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. Quiritare dicitur is, qui Quiritium fidem clamans implorat. *et mox.* Ut quiritare urbanorum, sic jubilare rusticorum. Itaque hos imitatus apte *Accius,* ait in Bacchis: Quis me jubilat? vicinus tuus antiquus.

JUBĬLUM, i, n. *a joyful shout,* κραυγὴ, clamor inconditus rusticorum, cantus pastoralis. *Sil.* l. 14. v. 475. Et lætus scopulis audivit jubila Cyclops. *h. e.* cantus Daphnidis pastoris. *Calpurn.* ecl. 1. v. 30. nihil armentale resultat: Non montana sacros distinguunt jubila versus. et ecl. 7. v. 3. Et tua mœrentes exspectant jubila tauri. V. vocem præced.

JUCUNDE, *pleasantly, agreeably, cheerfully, merrily, gladly,* ἡδέως, ἀλύπως, suaviter, dulciter, læte. *Cic. pro Cæl.* c. 6. Cum tristibus severe, cum remissis jucunde vivere. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 34. Darius in fuga cum aquam turbidam bibisset, negavit, unquam se bibisse jucundius. *Augustus in epist.* apud *Sueton. in ejus vita,* c. 71. Quinquatriis satis jucunde egimus. *jovially. Val. Max.* l. 7. c. 2. n. 8. *extern.* Jucundissime loqui. *Gell.* l. 20. c. 9. Jucunde lepideque fictum. *Plin.* l. 20. c. 17. Herba jucunde olet. *smells sweet. Sueton. in Tito,* c. 3. Cantare, et psallere jucunde, et scienter. [*Cic. de fin.* l. 1. c. 22. Cur non jucundissime vixerit?]

JUCUNDĬTAS, atis, f. *pleasantness, agreeableness, sweetness, mirth, jollity, jucundity,* ἡδονὴ, suavitas, voluptas, res grata sensum movens, aut animum, et voluptate afficiens. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 18. Corporis morbis vitæ jucunditas impeditur. *Id. Agrar.* 2. cap. 29. Quibus ista agri spes et jucunditas ostenditur. *Id.* 2. *Q. Fr.* ep. 10. Epistola plena jucunditatis. *Id. in fragm.* apud *Gell.* l. 12. c. 2. Suaviloquens jucunditas. *Id.* 3. *de Orat.* c. 38. Delectatio et jucunditas. *Id. pro Marcell.* cap. 6. Fructus, et jucunditas. *Id.* 1. *Offic.* c. 3. Vitæ commoditas, et jucunditas. et cap. 34. Relaxare animum, et dare se jucunditati. *Id.* 2. *de Fin.* c. 3. Jucunditate perfundi. *Id.* 1. *de Orat.* c. 7. Ea est in homine jucunditas, et tantus in jocando lepos, ut, &c. *gentleness, good humour.* Et in plur. num. *Attic.* l. 10. ep. 8. *ad fin.* Nihil mihi ex plurimis tuis jucunditatibus gratius accidit, quam quod meam Tulliam suavissime diligentissimeque coluisti. *h. e.* jucundis officiis, *services, good offices, favours. Quintil. in procem.* l. 6. *a med.* Vocis jucunditas, et claritas. *a pleasing and distinct voice.*

JUCUNDO, as, a. 1. *to cause pleasure, delight,* ἡδύνω, jucunditatem affero, voluptate afficio, gaudio perfundo. *Augustin.* l. 12. *de Gen. ad litt.* c. 34. *ex Psalm.* 94. 19. Consolationes Dei jucundant animam. *Lactant.* l. 4. c. 6. *ex Proverb.* 8. 30. Quotidie autem jucundabar ante faciem ejus.

JUCUNDUS, a, um, *pleasant, agreeable, delightful, grateful, pleasing, joyful, jovial, merry, jocund,* ἡδὺς, τερπνὸς, suavis, gratus, dulcis: a *juvo,* ut *Cic.* docet 2. *de Fin.* c. 4. *ad fin.* est enim id omne jucundum, quod sensum aut animum movet et juvat: præsertim vero quod tristitiæ opponitur, et hilaritatem in eo, ac lætitiam gignit. Differt a *gratus,* quia *grata* accepta sunt, *jucunda* etiam delectabilia. Omne jucundum est gratum, sed non contra: ut medicina ægro grata quidem est, sed non jucunda. *Id. Catil.* 4. c. 1. Est mihi jucunda in malis, et grata in dolore vestra erga me voluntas. et cap. 6. Comes alicui charus atque jucundus. et cap. 7. *extr.* Commune patriæ solum cum sit carum, tum vero est dulce et jucundum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. *penult.* Id vero militibus fuit pergratum et jucundum. *Cic. pro leg. Manil.* c. 1. Conspectus vester est mihi multo jucundissimus. *Id. Fam.* 5. ep. 15. Amor tuus est mihi gratus et optatus: dicerem, jucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. *Id. in fin.* ep. 24. l. 3. *ad Attic.* Ista veritas, etiamsi jucunda non est, mihi tamen grata est. et 4. *Fam.* ep. 6. Cujus officia jucundiora scilicet mihi semper fuerunt, nunquam tamen gratiora. *Id. pro Arch.* c. 3. et *Nep. in Attic.* c. 16. Homo alteri jucundissimus. *most welcome or agreeable. Justin.* l. 2. c. 10. Jucunda convivia habere. *gay, merry, glad. Cic.* 1. *de Orat.* c. 49. Verba ad audiendum jucunda. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 43. Nihil visum est illo pane jucundius. *more agreeable to the taste. Plin.* l. 6. c. 32. Aqua potui jucunda. *Cels.* l. 5. c. 26. n. 27. Aqua sic temperanda est, ut manu contingenti jucunda sit. *lukewarm, tepid. Cic.* 2. *Agrar.* c. 16. Agri jucundi, et fertiles. *delightful.* et 5. *Verr.* c. 9. *extr.* Odor suavis et jucundus. *grateful, pleasing, agreeable. Catull.* carm. 46. *ad seips.* v. 3. Jucundæ auræ Zephyri. *sweet breezes. Plaut. Pœn.* 1. 1. 78. Jucundissimi ludi. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 236. O nimium jucunda dies! *Virg.* 6. *Æn.* v. 363. cæli jucundum lumen. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 3. v. 24. Jucundum tempus agere. *to pass time pleasantly. Horat.* epod. 1. v. 5. Quid nos, quibus te vita si superstite, Jucunda; si contra, gravis? *Gell.* l. 19. c. 9. Jucundum in modum canere. ¶ Legitur et *jocundus* tum in antiquis libris non unis, tum in lapidib. apud *Gruter.* pag. 331. n. 7. et pag. 871. n. 2. &c. et defenditur ab his, qui a *jocus* deducunt. Jure tamen improbant *Manut. Dausq. Cellar.*

JUDÆA, æ, f. *Judea, Palestine,* Ἰουδαία, regio Palæstinæ, dicta a Juda filio Jacob, vel potius a Tribu Juda. *Plin.* l. 5. c. 14. et lib. 12. c. 25.

JUDÆUS, a, um, *Jewish, Judaic,* Ἰουδαῖος, ad Judæam pertinens. *Plin.* l. 13. c. 4. Judæa gens. *Id.* l. 31. c. 8. Judæa sacra. *Id.* l. 14. c. 20. Judæa resina. ¶ *Judæi, orum,* Hebræi, qui a Juda primogenito Jacob originem trahebant. *the Jews, Hebrews.* Sed postquam eorum regnum in duo divisum fuit, Judæ, et Israel, duarum Tri-

bnum populi, Judæ, et Benjamin, Judæi appellari cœpti sunt: progressu temporis omnes Hebræi *Judæi* dicti. De his multa fabulosa *Justin.* l. 36. c. 2. et *Tacit.* l. 5. *Hist.* Veriora et S. Scripturis consona *Lactant.* l. 4. c. 10.

JUDAÏCE, Judæorum more, vel superstitione. V. *Apostatice.*

JUDAÏCUS, a, um, *Judaic*, dicitur fere de rebus ad Judæos pertinentibus. *Cic. pro Flacc.* c. 28. Judaicum aurum. *Quintil.* l. 3. c. 7. *a med.* Judaica superstitio. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 4. Judaicum bellum. et cap. 78. Judaica victoria. *h. e.* de Judæis reportata. et cap. 79. Judaicus exercitus. *h. e.* in Judæa militans. et 5. *Hist.* c. 4. Judaicus panis. et cap. 7. Judaicum mare. *Juvenal.* sat. 14. v. 101. Judaicum ediscunt, et servant, et metuunt jus.

JUDAISMUS, i, m. *the Jewish religion, Judaism*, Judæorum religio. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 20. et lib. 4. c. 11.

JUDEX, dicis, m. et f. *a judge*, κριτὴς, qui litigantium causas cognoscit, et sententiam fert. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. Judex, quod jus dicat, accepta potestate. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 30. Verissimus, et sapientissimus judex. *Id.* 4. *Verr.* c. 12. Judex nequam, et levis. *Id. pro Planc.* c. 13. Plurimarum rerum judex sanctissimus et justissimus. *Id.* 2. *Verr.* c. 10. Severissimi atque integerrimi judices. *Id.* 3. *de Fin.* c. 2. Æquissimus eorum studiorum æstimator et judex. *Brut. ad Cic.* ep. 6. *sub fin.* Sumere aliquem judicem de controversia hereditaria. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 48. *extr.* Apud judicem causam agere. *Id. pro Cæcin.* c. 17. Habere aliquem judicem de re quapiam. *Id. pro Cluent.* c. 38. Sedere judicem in aliquem. et cap. 43. Esse judicem de re pecuniaria. *et Fam.* 9. ep. 10. inter aliquos. *et pro Dom.* c. 13. Judicem de quaque re constituere. *Id.* 5. *Fam.* ep. 2. *sub fin.* Æquum se judicem rei alicui præbere. *Petron. in Satyr.* c. 80. Judici litem committere. *Terent. Adelph. prol.* v. 4. Vos eritis judices laudin', an vitio duci id factum oporteat. *Phædr.* l. 3. fab. 13. v. 3. Lis ad forum deducta est, vespa judice. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 427. de cæspite virgo Se levat, et, salve numen, me judice, dixit, Audiat ipse licet, majus Jove. *Id.* 4. *Fast.* v. 322. Morte luam pœnas, judice victa dea. *Lucan.* l. 10. v. 368. Et sumus, ut fatear, tam sæva judice, sontes. *Plin.* l. 14. c. 13. Judex pronuntiavit, videri, &c. *decided, determined.* ¶ *Judicem ferre alicui* dicebatur accusator reum citans ad judicium subeundum; aut ipse nominando judicem, aut jubendo reum nominare, quem sumeret; sequente *ni* particula. *Liv.* l. 3. c. 24. Ni ita esset, multi privatim ferebant Volscio judicem. et c. 57. Proinde ut ille iterum ac sæpius provocet, sic se iterum ac sæpius judicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in servitutem dederit. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 70. Cum ei M. Flaccus, multis probris objectis, P. Mucium judicem tulisset. Adde *ibid.* cap. 65. et *pro Rosc. Com.* c. 15. et *Liv.* l. 8. c. 33. ¶ *Judicem dicere* erat ipsius rei judicium se subire profitentis. *Liv.* l. 3. c. 56. Omnium tibi, quæ impie per biennium es ausus, gratiam facio. unius tantum criminis ni judicem dices, te ab libertate in servitutem, contra leges vindicias non dedisse, in vincula te duci jubeo. Ita *Gronov.* alii aliter leg. ¶ *Dare judicem* est prætoris, cum causæ cognitionem cuipiam committit. Nam Romæ non erant certi causis cognoscendis assignati judices, sed certus ordo solummodo (modo senatorius, modo equestris, &c.) ex quo a Prætore deligebantur, vel sorte ducebantur, qui res disceptarent, judicarentque, cum Prætor præ copia causarum non omnia per se posset cognoscere. Licebat autem tum actoribus, tum reis hunc, vel illum ejerare, rejicere, excludere. Etiam Senatus, aut Princeps judices dabat, cum suæ cognitionis res non esse censebat. Horum omnium exempla habes apud *Cicer.* 4. *Verr.* c. 12. et lib. 2. *de Orat.* c. 70. *Plin.* lib. 2. ep. 11. et *in Paneg.* c. 36. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 4. leg. 18. &c. Hinc *judices petere* apud *Plin. cit.* l. 2. est postulare, ut causa non in Senatu, sed apud ordinarios judices agatur. ¶ *Judices* aliquando dicti sunt ipsi consules. *In commentariis consularib.* apud *Varr. sub fin.* l. 5. *de L. L. seu* cap. 9. Accensus dicit sic: Omnes Quirites, inlicium visite huc ad judices. *et mox.* Omnes Quirites, ite ad conventionem huc ad judices. Adde *Liv.* l. 3. c. 55. *ad fin.* ¶ De *judice quæstionis* V. *Quæstio.* ¶ *Lusus ad judices* est ludus puerilis, quo pueri inter se ludentes, unum aliquem judicem constituebant, qui medius inter eos incederet, et fictam jurisdictionem exerceret. *Spartian. in Severo*, c. 1. et *Vopisc. in Proc.* c. 13. Simile est illud *Sueton. in Ner.* cap. 35. Ducatus, et imperia ludere.

JUDICABILIS, le, qui judicio est subjectus. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 149.

JUDICATĬO, onis, f. *a judging, judgment, judicature*, κρίσις, actus judicandi, cognitio, disceptatio. *Cic.* 3. *Fam.* ep. 9. Longi subsellii (ut noster Pompeius appellat) judicatio, et mora si quem tibi item unum, alterumve diem abstulerit, tamen, &c. *Quintil.* l. 6. *c. ult.* Consilium est ratio quædam alte petita, et plerumque plura perpendens et comparans, habensque in se et inventionem, et judicationem. *Vetus tabula ænea sub Vespas.* apud *Gruter.* pag. 242. *in fin.* Neve cui de ea re actio, neve judicatio esto. ¶ Apud Rhetores *judicatio*, τὸ κρινόμενον, est quæstio nata ex conflictione, et quasi concursu inter rationem Rei, et infirmationem Accusatoris: in qua quæritur, quid veniat in judicium, et de quo disceptetur. *the chief point to be debated.* v. gr. Orestes matrem occidit, et se juste fecisse dicit: status est qualitatis: quæstio an juste fecerit: ratio illa, quod patrem Orestis occiderit: judicatio, an oportuerit vel nocentem matrem a filio occidi. Quod si Orestes alteram afferat matris necatæ causam, quod responsis sit impulsus, altera ratio erit, indeque judicatio altera, an responsis parere debuerit. Quot enim causæ faciendi afferuntur, tot sunt judicationes. *Auct. ad Herenn.* l. 1. *c. pænult.* et *Quintil.* l. 3. c. 11. ¶ *Cic. in Partition.* c. 30. *discrepationem* vocat: *et in Top.* c. 24. *quæstionem juridicialem*: et cap. 25. *qua de re agitur*, JCtorum more. et lib. 1. *de Invent.* cap. 13. *quæstionem.*

JUDICATO. V. *Judicatus, a, um*, in fin.

JUDICATORĬUS, a, um, *judicatory*, δικαστικὸς, ad judicandum pertinens. *Augustin.* ep. 54. *ante med.* Judicatorius rigor. *h. e.* severitas judicum.

JUDICĀTRIX, icis, f. quæ judicat. *Quintil.* afferens verba eorum, qui *Theodori Gadarei* definitionem Rhetoricæ ex Græco transtulerunt, l. 2. c. 15. *circa med.* Ars inventrix, et judicatrix, et enuntiatrix, decente ornatu, &c.

JUDICĀTUS, a, um, *judged, on which judgment has been passed, determined, decided*, κρινόμενος, disceptatus, cognitus, dijudicatus, sententia judicis constitutus. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 4. Causa judicata, atque damnata. *Id. Phil.* 11. c. 5. Ut intelligamus, illos, quorum res judicatas irritas fecimus, bene et e republica judicavisse. *Id.* 4. *Verr.* c. 48. Ut aliquando de rebus ab isto cognitis judicatisque dicere desistamus. *Id. pro Flacc.* c. 21. Re judicata stari ostendit placere. (De re judicata est tit. 1. lib. 42. *Digest.*) *Id. de Senect.* c. 21. Socrates omnium sapientissimus oraculo Apollinis judicatus. *accounted, esteemed, held. Id. Fam.* 7. *ep. ult.* Mihi judicatum est deponere illam personam. *h. e.* certum est, deliberatumque. ¶ Item damnatus. *condemned. Plaut. Asin.* 5. 2. 87. Judicatum me uxor adducit domum. *Liv.* l. 6. c. 14. Centurionem judicatum pecuniæ cum duci vidisset. *in consequence of judgment having been given against him for debt.* (Adde *leg.* XII. *Tab.* apud *Gell.* l. 20. c. 1. *ad fin.*) et cap. 34. Fama, et corpore judicati atque addicti creditoribus satisfaciebant. ¶ *Judicatum, i*, est res judicata. *the thing judged or determined; a decree. Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 13. Judicatum est id, de quo sententia lata est, aut decretum interpositum. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 30. Judicatum est res assensione, aut auctoritate, aut judicio alicujus, aut aliquorum comprobata. et cap. 44. Solitarium aliquod, aut rarum judicatum afferre. *Id. pro Flacc.* c. 21. Decrevit, ut si judicatum negaret, in duplum iret. *h. e.* negaret rem judicatam esse, vel se debere id, quod ex sententia judicis debebat: atque adeo sententiæ judicis non pareret. *Id. ibid.* c. 20. *extr.* Cum judicatum non faceret, addictus Hermippo, et ab hoc ductus est. *h. e.* non præstaret id, quod ex sententia judicis præstare debuit. *did not submit to the sentence given. Papinian. Dig.* lib. 27. tit. 3. leg. 21. Quamvis postea judicatum fiat, tamen actio data non intercidit. *judgment takes place; judgment is pronounced. Papinian.* lib. 31. leg. 80. Qui post dictam sententiam judicatum solvere supersederunt. *judicatum solvere*, h. e. æstimationem litis solvere, aut rem, quæ actione petita est, restituere. *to pay the costs of the suit, or give up the matter for which he was sued.* Porro quicumque in rem actione conveniebatur, cavere cogebatur actori, *judicatum solvi*: qua stipulatione tres clausulæ continentur, ut docet *Ulpian.* lib. 46. tit. 7. *qui inscribitur* judicatum solvi, leg. 6. h. e. de re judicata, de re defendenda, et de dolo malo. *Cic. pro Quint.* c. 3. Postulat a Prætore, ut sibi Quintius judicatum solvi satisdet. *h. e.* sponsores det, a quibus quod judicatum fuerit, solvantur, si Quintius damnetur. Hinc illa apud JCtos, *stipulari, promittere, spondere, cavere, judicatum solvi; teneri ex stipulatu judicatum solvi; satisdare stipulatione judicatum solvi*: quæ habentur apud *Ulpian. Caium, Paul. Modestin. et alios cit.* tit. 7. Sic *judicatum solvi satisaccipere* apud *Ulpian.* lib. et tit. 3. leg. 28. ¶ *Judicati actio* est, quæ ex sententia datur. *Ulpian.* lib. 3. tit. 3. leg. 28. et 31. &c. Hinc *judicati agere. Id. cit.* leg. 28. et *judicati conveniri. Modestin.* lib. 46. tit. 1. leg. 41. ¶ *Judicatum* pro judicatione. *Gell.* l. 14. c. 2. *sub fin.* Juravi mihi non liquere: atque ita judicato illo solutus sum. ¶ *Judicato*, adverbii ritu, ponitur pro considerate, maturo judicio. *on mature consideration, deliberately*, κεκριμένως. *Gell.* l. 14. c. 1. Exercendi ne gratia ingenii, an quod ita serio judicatoque existimaret, non habeo dicere.

JUDICĀTUS, us, m. *judgment, authority to judge*, κρίσις, facultas judicandi, judicatio, judicis munus. *Cic. Phil.* 1. c. 8. Isti ordini judicatus lege Julia patebat.

JUDICIĀLIS, le, *of a judge or trial, judicial*, δικαστικὸς, ad judicium pertinens. *Cic. pro Arch. in fin.* Judicialis consuetudo. *Id. Verr.* 6. c. 47. Legibus et judiciali jure aliquem persequi. *Id. de clar. Orat.* c. 69. Illius judicialis anni severitatem non tulit. *Id.* 13. *Attic.* ep. 6. Judicialis molestia carere. ¶ *Judiciale genus* apud Rhetores est, in quo accusatur et defenditur, vel petitur et negatur. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 5. Judiciale est, quod positum in judicio, habet in se accusationem et defensionem, aut petitionem et recusationem. *Id.* 2. *de Divin.* c. 26. Judiciales causæ.

[* JUDICIALĬTER, adverb. *judicially*, cum judicio. *Sidon.* l. 5. ep. 156. Bibliopolam vestrum non gratiose, sed judicialiter expertus insinuo.]

JUDICIARĬUS, a, um, *judiciary, judicial*, δικαστικὸς, [† judicialis,] ad judicem, vel judicium pertinens. *Cic. in Pison.* c. 39. Ecquid sentis, lege judiciaria lata, quos posthac judices simus habituri? *Id. pro Cluent.* c. 26. *a med.* Quæstu judiciario pastus. *Id.* 3. *Verr.* c. 2. Judiciariæ controversiæ finem constituere. *Capitolin. in M. Anton. Philos.* c. 12. Judiciarii dies. *h. e.* quibus judicia exercentur: dies actui rerum accommodati, ut *Sueton. in Aug.* cap. 32. loquitur. *Id. ibid.* c. 56. Judiciariæ leges.

JUDICIŎLUM, ii, n. diminut. parvum judicium. *Ammian.* l. 27. c. 11. (*al.* 25.) Juste, an secus, non judicioli est nostri. Adde lib. 28. c. 4. (*al.* 21.)

JUDICĬUM, ii, n. *judgment; a trial, sentence; the power of judging; a commission to try causes*, κρίσις, κρῖμα, legitima causæ seu rei controversæ, apud judicem inter duos aut plures litigantes, contentio et disceptatio. *Cic. pro Cæcin.* c. 2. *ad fin.* Omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt. *Id. pro Quint.* c. 2. Prætor judicium prius de probro, quam de re fieri maluit. *Id. pro Flacc.* c. 33. Gravia judicia pro reipubl. dignitate, multa de conjuratorum scelere fecistis. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 4. Judicium inter sicarios hoc primum committitur. *Id. pro Cæl.* cap. 1. Crimen, quod versatur in judicio. *the cause which is now trying. Id. de opt. gen. Orat.* c. 7. Adducere causam aliquam in judicium. *Id. in fragm. contra C. Anton.* apud *Ascon.* Judicio æquo certare cum aliquo. *Id. pro Quint.* c. 20. Judicio aliquid defendere. *Plin.* l. 9. c. 35. *a med.* Judicium agere. *Cic. Q. Fr.* l. 2. *ep. ult.* Exercere judicium. *h. e.* agere, facere. *Id. pro Balb. in fin.* et *pro Cæl. in princ.* Vocare aliquem in judicium. *to summon. Id. pro Flacc.* c. 6. Judicio quempiam arcessere. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 39. condemnare. *Ulpian. Dig.* l. 2. tit. 6. leg. 1. sistere. et tit. 5. leg. 4. Sistere in judicium. ¶ *Judicium dare* dicitur prætor, cum agendi potestatem facit, et in eam rem dat actionem, et judices. *Cic. pro Flacc.* c. 35. In Lurconis libertum judicium ex edicto dedit. Adde 4. *Verr.* c. 12. ¶ Etiam *exercere judicium* aliquando ad Prætorem pertinet. *Id. pro Arch. in fin.* Ea, judices, a vobis spero esse in bonam partem accepta: ab eo, qui judicium exercet, certe scio. ¶ *Accipere*, et *suscipere judicium* est litigatorum: quod fit litis contestatione. *Cic. pro Quint.* c. 20. Judicium quin acciperet, non recusavit. *Ulpian. Dig.* lib. 5. tit. 3. leg. 7. Nolebat ad liberale judicium ire, dicens, suscepturum se de inofficioso testamento judicium. ¶ *Judicium pati* est Rei, ὑπομένειν δίκην. *Cic. pro Quint.* c. 20. ¶ Accipitur et pro ipsa causæ actione, quæ in judicio fit. *Cic. Fam.* 9. ep. 21. Quid enim simile habet epistola aut judicio aut concioni? ¶ Item pro loco ubi judicium fit. *a court of justice. Nep. in Epamin.* c. 8. At ille in judicium venit: nihil eorum negavit, quæ, &c. *Quintil.* l. 4. c. 2. *ante med.* Pompeius judicium militibus armatis clauserat. ¶ Item pro ipsis judicibus. *a body of judges. Valer. Max.* l. 2. c. 10. n. 1. Cum tabulæ ad nomen inspiciendum circa judicium ferrentur. ¶ Extra rem forensem est mens, sententia, existimatio, opinio. *judgment, opinion, belief, estimation. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 1. Meum semper judicium fuit, omnia nostros aut invenisse per se sapientius, quam Græcos; aut accepta ab illis fecisse meliora. *Anton. ad Cicer. post* epist. 13. l. 14. *ad Attic.* Si bonitas tua respondebit judicio meo, quod semper habui de te. *Hirt. de B. Alex.* c. 15. Nos prœlium sustinebimus, neque tuum judicium fallemus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 41. Decima legio per tribunos militum ei gratias egit, quod de se optimum judicium fecisset. *Cic. Fam.* 13. ep. 29. Ut primum per ætatem judicium facere potueris, quanti quisque sibi faciendus esset. et lib. 1. ep. 7. *circa med.* Facti tui judicium non tam ex consilio tuo, quam ex eventu homines esse facturos. *Terent. Phorm.* 5. 8. 56. Ejus judicio permitto omnia: quod is jubebit, faciam. *decision. Cic.* 1. *de Orat.* c. 27. Grave judicium in dicendo subire. *Id.* l. 1. *Q. Fr.* ep. 1. c. 15. Non est tibi his solis utendum existimationibus ac judiciis, qui nunc sunt hominum, sed iis etiam, qui futuri sunt. *Id.* l. 3. *Offic.* c. 30. Non enim suo judicio stetit, sed suscepit causam, ut esset judicium Senatus. *Id. in fragm.* apud *Augustin.* l. 3. *contra Acad.* c. 7. Eum recte primum esse judicio suo, qui omnium ceterorum judicio sit secundus. *Id. de clar. Orat.* c. 8. Intra parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem, meo judicio, est poeta consequutus. *in my estimation; in my belief*: ut ego sentio. Sic *Quintil.* l. 9. c. 3. *a med.* Similia sunt illa, meo quidem judicio, in quibus, &c. *Nep. in Attic.* c. 9. *extr.* Ille autem sui judicii, potius quid se facere par esset, intuebatur, quam quid alii laudaturi forent. *not apt to be led by the opinion of others; depending upon his own judgment*: semper sui arbitrii, contentusque se uno, ut *Sueton. in Tiber.* c. 18. loquitur. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 22. Mihi hæc audienti in incerto judicium est, fato ne res mortalium, an forte volvantur. *I know not which way to decide.* ¶ De testamento: quia ibi testator judicium facit de iis, quos dig-

nos aut indignos bonis suis existimat. *Valer. Max.* l. et cap. 7. sect. 4. Testamento utrumque filium præteriit, a quibus aditus D. Augustus, et nuptias mulieris, et suprema judicia improbavit. Adde *Justin.* l. 5. cap. 11. *Sueton. in Aug.* c. 66. et *Senec.* l. 4. *de Benef.* c. 11. *ad fin.* ¶ Item vis et facultas discernendi, et solertia judicandi de re qualibet, *judgment, discernment, choice, discretion. Cic. in Orat.* c. 7. *extr.* Sed tamen eos, studio optimo, judicio minus firmo præditos, docere, quæ sit propria laus Atticorum, non alienum puto. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 4. Qui teretes aures habent, intelligensque judicium. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 242. Judicium subtile videndis artibus. *a fine taste. Cic.* 2. *de Fin.* c. 12. Si quid mei judicii est. *h. e.* si quid ego video, et judicare possum. *Cæs.* lib. 1. *B. Civ.* c. 35. Neque sui judicii, neque suarum esse virium discernere, utra pars justiorem habeat causam. (Hinc formula *si quid mei judicii est*, qua utebantur judices, cum sententiam pronuntiabant, teste *Cic.* 2. *de Finib.* c. 12.) *Nep. in Attic.* c. 15. *extr.* Ex quo judicari poterat, non inertia, sed judicio fugisse reipubl. procurationem. *deliberately, on set purpose.* Sic *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 5. *extr.* Videor id judicio facere. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 83. Sæpe honestas rerum causas, ni judicium adhibeas, perniciosi exitus consequuntur. *Lucret.* l. 2. v. 1040. acri judicio perpendere aliquid.

JUDĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to judge, give judgment, pass sentence, determine, decide*, κρίνω, jus dico, judicium exerceo, statuo, decerno, sententiam fero: a *jure dicendo*, ut docet *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. Sed tamen proprie loquendo aliud est *judicare*, aliud *jus dicere*. Nam Judex pedaneus proprie *jus* non *dicit*, quanquam cognoscendi habet judicandique facultatem: at Prætor, aliusve Magistratus *jus dicere*, non *judicare* dicendus est, quando judici a se dato jus quasi constituit, et formulam juris atque æquitatis præscribit, a qua in cognoscendo judicandoque recedere non possit. Hoc discrimen valide firmat, quod interdum ut diversa conjunguntur, quomodo titulus est *lib. Cod. Just.* 3. tit. 5. Ne quis in sua causa judicet, vel jus sibi dicat. Argumento quoque est, quod, cum possit quis in sua causa judicare, jus tamen dicere non possit. *African. Dig.* lib. 5. tit. 1. leg. 77. In privatis negotiis pater filium, vel filius patrem judicem habere potest. et *Ulpian.* lib. 2. tit. 1. leg. 10. Qui jurisdictioni præest, neque sibi jus dicere debet, neque uxori, vel liberis suis, neque libertis, vel ceteris, quos secum habet. ¶ Varie usurpatur. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 41. Si recte et ordine judicaris. *et pro Flacc.* c. 20. *extr.* Itaque Recuperatores contra istum rem minime dubiam prima actione judicarunt. *Vetus Poeta* apud *Cic.* 1. *de Divin.* c. 50. judicavit inclutum judicium inter deas aliquis. *Cic. pro Cæcin.* c. 25. *extr.* Nunquam auderet judicare, deberi viro dotem, quam mulier nullo auctore dixisset. ¶ Cum genitivo *judicare capitis, pecuniæ alicui* est judicium intendere, dicam impingere. *Liv.* l. 26. c. 3. Seu legibus, seu moribus mallet, anquireret, quoad vel capitis vel pecuniæ judicasset privato. Tum Sempronius, perduellionis se judicare Cn. Fulvio, dixit. ¶ Interdum est adjudicare, addicere. *Plaut. Men.* 1. 1. 20. Nam ego ad Menæchmum nunc eo, cui jam diu sum judicatus. Al. aliter leg. V. *Judicatus.* ¶ Item damnare, *to condemn. Gell.* l. 20. c. 1. *ad fin.* Quantæ pecuniæ judicati essent. V. *Judicatus.* ¶ Item declamare, et in numero habere. *Cic.* 3. *Phil.* c. 6. Judicetur non verbo, sed re, non modo non consul, sed etiam hostis, Antonius. *Nep. in Annib.* c. 7. *extr.* Bona ejus publicarunt, ipsum exsulem judicarunt. ¶ Judicare inedia de seipso apud *Tertull. in Apolog.* c. 4. est inedia sibi mortem consciscere. ¶ Extra forum interdum est æstimare. *to estimate, value. Cic.* 2. *Offic.* c. 22. *sub fin.* Non enim numero hæc judicantur, sed pondere. ¶ Sæpe existimare, putare, judicium facere. *to judge, think, deem, suppose. Cic.* 2. *de Divin.* c. 43. Oculorum fallacissimo sensu judicant ea, quæ ratione atque animo videre debebant. *Id.* 2. *de Orat.* c. 42. Plura homines judicant odio, aut amore, aut cupiditate, quam veritate, aut præscripto, aut legibus. *Id.* 3. *Fam.* ep. 4. Quod egomet multis argumentis jam antea judicaram. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 10. Exploratum habes, malle me tuum judicium, quam ex altera parte omnium istorum. tu enim a certo sensu et vero judicas de nobis. *Terent. Eun.* 1. 2. 118. Ex aliorum ingeniis judicare aliquem. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 52. Temeritatem militum reprehendit, quod sibi ipsi judicavissent, quo procedendum, aut quid agendum videretur. *Cic. de Amic.* c. 25. Concio judicare solet, quid intersit inter, &c. *Id.* 12. *Fam.* ep. 3. Cetera cujusmodi sint, ex hoc judica, quod, &c. *Id.* 2. *de Orat.* c. 28. Sic statuo et judico, neminem tot habuisse ornamenta dicendi. ¶ *Judicassit*, ἀρχαϊκῶς pro *judicaverit*, apud *Cicer.* 3. *de Legib.* c. 3. ubi XII. Tabularum more loquitur. [¶ Particip. *judicans, judicaturus, judicandus* apud *Justin.* l. 5. c. 7. Miseriorem incolumium, quam amissorum fortunam judicantes. *Cæs. de B. Gall.* l. 1. c. 40. De itinere ipsos brevi tempore judicaturos. *Cic.* 1. *Verr.* c. 10. Homo in rebus judicandis spectatus et cognitus.]

JUGA JUNO. V. in *Jugarius.*

JUGABĬLIS, le, qui est jugo habilis, qui conjungi potest. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. *ante med.* Per jugabilem competentiam fœderari. Adde lib. 2. c. 2.

JUGĀLIS, le, *of a yoke, fit to be yoked*, ζύγιος, ad jugum pertinens, ut *jumentum jugale* aptum jugo, et trahendo currui. *Curt.* l. 9. c. *ult.* Cum equorum jumentorumque jugalium vim ingentem misissent. ¶ *Jugale os*, ζυγῶδες, appellari potest os illud capitis supra aures, quod transversum a genis tendens, ab inferioribus ossibus sustinetur, inquit *Cels.* l. 8. c. 1. *ante med.* Habet enim jugi figuram. ¶ *Jugales* absolute apud Poetas sunt equi jugales. *horses fit for being yoked in a chariot. Virg. Æn.* 7. v. 280. Absenti Æneæ currum, geminosque jugales. *Sil.* l. 16. v. 401. sociosque trahit prior ipse jugales. ¶ Sæpe transfertur ad conjugii vinculum. *conjugal, nuptial. Virg.* 4. *Æn.* v. 16. Ne cui me vinclo vellem sociare jugali. *the bond of marriage, nuptial tie.* et vers. 496. Jugalis lectus. *the marriage bed, nuptial bed. Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 302. tædas celebrare jugales. *Val. Flacc.* l. 8. v. 222. Jugale fœdus. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 309. Jugalia dona. *Senec. in Agamemn.* v. 239. Jugalis amor. *Martial.* l. 10. epigr. 38. Jugales anni. *h. e.* in conjugio transacti. *Virg.* 7. *Æn.* v. 319. nec face tantum Cisseis prægnans ignes enixa jugales. *h. e.* Paridem, ex cujus conjugio incendium Trojæ exstitit. [¶ *Jugalis* absolute pro marito. *Venant. Fortun.* l. 6. carm. 2. v. 76. O virgo miranda mihi, placitura jugali. Loquitur Venus de Brunichilde regina nuptias jam jam initura.] ¶ *Cato R. R.* c. 10. et 14. in instrumento villici recenset *telam jugalem (seu potius, ut habent libri, jogalem) unam, telas jogales duas:* ubi *Popma* intelligit ipsum jugum textorium, cui tela imponitur. Hoc enim sensu etiam *telam* accipi apud *Senec.* ep. 90. *ante med.* Describere, quemadmodum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat. et *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 66. et applauso tela sonat latere. Addit *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 23. sed hæc omnia vereor ut satis id probent.

[* JUGALĬTAS, atis, f. *union*, conjunctio. *Fulgent. Mythol.* l. 1. c. 15. Quæ una eademque fervoris humorisque jugalitate gignuntur. Adde l. 3. c. 7.]

JUGAMENTO. V. *Jugumento.*

JUGAMENTUM. V. *Jugumentum.*

JUGARĬUS, ii, m. *one who yokes and drives oxen; a neatherd; ploughman, husbandman*, βοώτης, bubulcus, qui juga ducit et regit: vel qui boves Jugales curat. *Colum.* l. 1. c. 6. Lata bubilia esse oportebit ad procumbendum pecori, et jugario ad circumeundum. ¶ *Jugarius vicus* fuit Romæ in regione octava, ita dictus, quia ibi Junonis Jugæ ara erat, quam putabant matrimonia conjungere. *Fest.* [¶ *Jugarius, a, um*, idem ac jugalis. *Hygin.* fab. 183. *de Solis equis.* Feminæ jugariæ. Bronte, quæ nos tonitrua appellamus, Sterope, quæ fulgitrua.]

JUGATĪNUS, i, deus conjugii præses apud vet. Ethnicos. *Augustin.* l. 6. *de Civ. Dei*, c. 9.

JUGATĬO, onis, f. *a yoking, coupling*, in modum jugi alligatio. [*Cic. de senect.* c. 15. *de vitibus loquens.* Capitum jugatio.] *Varr. R. R.* l. 1. c. 8. *de vitibus.* Jugationis species duæ, una directa, altera compluviata, in longitudinem et latitudinem jugata. ¶ Item jugum, seu par boum, *a yoke of oxen.* Hinc sumitur pro mensura agrorum, et possessionem, a jugis boum, quibus exercentur. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 10. *Cod.* tit. 48. leg. 1. Universi pro portione suæ possessionis, jugationisque, ad hæc munia coarctentur. Adde lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 28. leg. 4.

JUGĀTOR, oris, m. qui jugo jungit. *Arnob.* l. 5. pag. 174. Boum jugator Triptolemus.

JUGATORĬUS, a, um, *relating to a yoke, used to the yoke*, ὑποζυγιώδης, pertinens ad jugum, ut *jugatorius bos*, qui jugo subditur. *Varr.* l. 2. *de R. R.* c. 5. Boni enim generis in Italia, plerique Gallici ad opus, contra jugatorii Ligustici. Al. leg. *nugatorii* rectius.

JUGĀTUS, a, um, *yoked, joined, or coupled together*, ἐπεζευγμένος, conjunctus, alligatus, particip. a *jugor. Cic.* 3. *Tuscul.* c. 8. Omnes enim inter se nexæ et jugatæ sunt. ¶ *Jugatæ vites* dicuntur, quæ pedamentis, quibus stant, transversæ alligantur. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 8. cujus verba V. in *Jugatio. Colum. de arborib.* c. 4. Vinearum genera tria; jugata, humi projecta, &c. ¶ Translate *Senec. in Herc. Fur.* v. 852. Virgines nondum thalamis jugatæ. *married.* ¶ Jugata apud *Quintil.* l. 6. c. 3. *a med.* sunt conjugata, ut *justus, justitia, juste.* V. *Conjugatio.*

JUGE, adverb. jugiter. *Prudent.* in Rom. περὶ στεφ. 14. v. 472. Anima juge durans.

JUGERĀLIS, le, adject. ad jugerum pertinens, ut jugeralis tabula, apud *Pallad.* l. 3. tit. 9. *a med.* et lib. 2. tit. 12. *h. e.* quævis area quadrata, jugeri modum explens.

JUGERĀTIM, adverb. *by acres, acre by acre*, κατὰ πλέθρα, per singula jugera. *Colum.* l. 3. c. 3. Ut primæ vineæ centenas amphoras jugeratim præberent.

JUGERATĬO, onis, f. *the dividing of land into acres* divisio et assignatio agrorum per jugera. *Frontin. de colon.* pag. 146. *Goes.* ¶ Item modus, et mensura agrorum, ut *jugatio. Impp. Constantin. et Constans*, lib. 12. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 33. Minorem jugerationis modum studio cultionis exercet.

JUGĔRE, dicitur milvus, cum vocem emittit. *Festus. Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 846. Jugere volitans milvus visus, aquam e nubibus tortam indicat fore. Ita legit *Scalig.* ex conjectura. *Glossæ:* Jugit, ἰκτὶν βοᾷ. h. e. milvus clamat. ¶ Tribuitur et aliis. *Apul.* l. 5. *Metam.* Jubet tibias jugere; sonatur. Al. aliter leg.

JUGĔRUM, ri, n. *an acre of land*, πλέθρον, mensura ex ducentis, et quadraginta pedibus in longitudinem, centum et viginti in latitudinem. Nam fit ex duobus actibus quadratis, seu ex actu quadrato duplicato in longitudinem, actus autem quadratus centum et viginti pedes ex omni parte continet. Ita describunt *Plin.* l. 18. c. 3. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 4. et lib. 1. *R. R.* c. 10. *Colum.* l. 5. c. 1. et *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 18.) *ad fin.* Dictum est, quod sit e duobus actibus quadratis simul junctis, ut *Varr.* et *Colum. loc. cit.* docent. Nam quod quidam afferunt ex *Plin. loc. cit. Jugerum vocabatur, quod uno jugo boum in die exarari possit:* alii plerique non *jugerum*, sed *jugum* legendum putant. Sic enim et apud *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 10. habetur. ¶ In num. sing. frequentius est 2. decl. in plurali sæpius per 3. inflectitur, ab antiquo nominativo *juger*, vel potius *jugus, eris.* Reperitur tamen in singulari ablat. *jugere*, et in plur. legitur *jugeris* pro *jugeribus. Varr.* l. 1. *de R. R.* c. 10. In Hispania ulteriore metiuntur jugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano, ac Latino jugeris. *Tibull.* l. 2. el. 6. v. 24. Ut multo innumeram jugere pascat ovem. *Cic.* 5. *Verr.* c. 47. *ad fin.* Medimnum ex jugere decumano dari poterat. *Id. Attic.* l. 12. ep. 33. Is partes fecit in ripa, nescio quotenorum jugerum. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 2. Jugera quinquaginta prati facile irrigabis. *Plaut. Men.* 5. 5. 15. Non potest hæc res ellebori jugere obtinerier. *h. e.* tanta ellebori copia, quanta ex agri jugere meti potest. *Juvenal.* sat. 9. v. 60. donare clientem jugeribus paucis.

JUGES, ejusdem jugi, pares: unde conjuges, et sejuges. *Festus.* Græce sunt ὁμόζυγες.

JUGIFLŬUS, a, um, jugiter fluens. *Paulin. Nol.* carm. 32. (*al.* 15.) v. 437. Jugifluus semper biberis.

JUGIS, ge, adject. *perpetual, continual, never-failing, perennial*, συνεχής, διηνεκής, perpetuus, continuus, perennis. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Ex putei jugibus aquam calidam trahi. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 2. Hortus ubi et tecto vicinus jugis aquæ fons. *a perennial spring. Sallust. in Jug.* c. 94. Capsenses una modo jugi aqua, cetera pluvia utebantur. *had but one fountain. Plaut. Pseud.* 1. 1. 82. Is mihi thesaurus jugis in nostra est domo. *Gell.* l. 12. c. 8. *extr.* Postea jugi concordia fidissime amicissimeque vixerunt. *Impp. Valentinian. et Valens* lib. 12. *Cod. Theodos.* tit. 6. leg. 11. Biennio jugi. *two years running.* ¶ In genitivo plur. habet *jugium*, pro quo *jugerum* dixit *Lucil.* apud *Charis.* l. 1. pag. 40. *Putsch.* ¶ *Juge auspicium*, inquit *Fest.* est cum junctum jumentum stercus facit. Hinc *Cic.* l. 2. *de Divinat.* c. 36. Huic simile est, quod nos augures præcipimus, ne juge auspicium obveniat, ut jumenta jubeant dijungere. *Serv. ad Æn.* 3. v. 537. hoc auspicium ex disjunctis bobus fieri tradit: sed potior est *Cic.* et *Festi* auctoritas. Citat *Servius* augurales libros, et *jugetis* genitivum facit, quasi sit *juges, etis.* Fortasse autem totus ille *Servii* locus in mendo cubat: quod et Interpretes *Festi* adnotarunt. In *Glossis* habetur: Jugites, συνεζευγμένοι. ¶ Corripuit primam syllabam *Sedul.* lib. 1. vers. 18. et lib. 2. vers. 255. et alibi, non imitandus.

JUGĬTAS, atis, f. *continuance, perpetuity*, perpetuitas, diuturnitas. *Marcell. Empir.* c. 8. Lacrimarum jugitatem sedare. *Constantin. Imp.* lib. 5. *Cod.* tit. 17. leg. 7. Post tam magni temporis jugitatem. Adde *Martian. Capell.* l. 5. pag. 150.

JUGĬTER, adverb. *continually, perpetually*, διηνεκῶς, assidue, continue. *Apul. de Mundo.* Machina jugiter per circuitum suis legibus terminata. *Mamertin. in genethliac. Maxim.* c. 15. Exinde salutares spiritus jugiter manant. *Auson. in parental.* 19. v. 4. Conjugium sancti jugiter hæc habuit. *Impp. Gratian. Valentinian. et Theodos.* lib. 16. *Cod. Theodos.* tit. 7. leg. 3. Jugiter atque perpetuo. Adde *Prudent. Cathemer.* 4. v. 54. ¶ Item continenter. *Auson.* epist. 19. v. 9. Enonas decimas ab se nox longa calendas Jugiter acciri celebranda ac festa jubebat. ¶ Qui *Plauto* quoque hanc vocem tribuunt, *Mil.* 3. 1. 62. frustra faciunt.

JUGLANS, andis, f. *a walnut or walnut-tree*, κάρυον, fructus nucis arboris, gemino protectus operimento, pulvinati primum calycis, mox lignei putaminis, quod compactile est ex bifidis veluti carinis: nucleus vero quadripartita distinctione divisus, lignea intercursante membrana. Dicitur tum de fructu, tum de arbore. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 21. Hæc glans optima, et maxima, ab Jove et glande juglans appellata est. *Gabius Bassus* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 14. Juglans arbor proinde dicta est, ac Jovis glans. Nam quia id arboris genus nuces habet, quæ sunt suaviore sapore, quam glans est, hunc fructum antiqui illi, qui egregium, glandique similem, ipsamque arborem deo dignam existimabant, Jovis glandem appellaverunt: quæ nunc, litteris interlisis, juglans nominatur. *Cloatius Verus ibid.* a Græcis trahit. Juglans, inquit, *di* prætermissum est, quasi dijuglans, idest διὸς βάλανος. Hanc Græci etiam basilicam nominant. Ipse *Macrob. ibid.* addit, secundum nonnullorum opinionem a *juvando* et *glande* dictam existimari. Sed primum etymon verius est. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 20. Ut candentibus juglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. *Plin.* l. 17. c. 12. Juglandium um-

bra gravis et noxia, etiam capiti humano, omnibusque juxta satis. ¶ Dicitur et *nux juglans*. *Plin.* l. 15. c. 22. Ab his locum amplitudine vindicaverunt nuces juglandes. *Id.* l. 14. cap. 21. *extr.* Defruta coquere, nucibus juglandibus additis.

JUGO, as, avi, atum, a. 1. *to yoke, join, tie, or couple together*, ζεύγνυμι, in modum jugi conjungere et colligare. *Colum.* l. 12. c. 39. Furcas, vel palos, qui cannas sustineant, inter quaternos pedes figere, et perticis jugare. *Id.* l. 4. c. 26. Adminiculare, et jugare vineam. *to fasten up for the purpose of forming an arbour.* ¶ Translate est matrimonio jungere. *to marry.* *Virg.* 1. *Æn.* v. 349. Cui pater intactam dederat, primisque jugarat Omnibus. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 21. Tum Thetidi pater ipse jugandum Thesea sensit. *Stat.* lib. 1. silv. 2. v. 183. Quas ego non gentes, quas non face corda jugavi? Adde *Senec. in Troad.* v. 362. ¶ Pro simplici *jungo*. *Næv.* apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 18. Sol vagus igneas habenas Immittit propius, jugatque terræ. ¶ *Jugo, is.* V. *Jugere.*

JUGŌSUS, a, um, *full of ridges, ridgy*, acclivis, jugis abundans. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 1. v. 9. Quis probet, in silvis Cererem regnare jugosis?

JUGŬLÆ, æ, *et* Jugulæ, arum, f. Ὠρίων, signum cæleste, quod et Orion vocatur. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. *a med.* Jugula signum est, quod Accius appellat Oriona, cum ait, Citius Orion patefit. Hujus signi caput dicitur ex stellis quatuor, quas infra duæ claræ, quas appellant humeros, inter quas quod videtur, jugulum, unde Jugula dicta. Hactenus *Varro*. Alii dicunt, hoc nomen esse Orioni a gladio, quo armatus fingitur, quasi jugulum petens. Alii a jugi aqua, quia Orion aquosus est. (*Voss. in Etymol.*) *Festus* nominis rationem hanc affert, quod hoc signum sit amplius ceteris, quasi nux juglandis. Sed hoc futile est. *Plaut. Amph.* a. 1. sc. 1. v. 119. Nec Jugulæ, neque Vesperugo, neque Virgiliæ occidunt. *Manil.* l. 5. v. 175. Nunc Cancro vicina canam, cui parte sinistra Consurgunt jugulæ. Sed *Manilio* Jugulæ dicuntur, quos alii Asellos in signo Cancri interpretantur. ¶ In loco allato *Plauti* al. leg. *jugula*, singulari num.

JUGULATIO, onis, f. *a butchering, cutting of one's throat, killing, slaying*, ἀπόσφαξις, actus jugulandi. *Auct. de B. Hisp.* c. 16. Jugulatione oppidanorum facta. Adde cap. 18. *extr.*

JUGULĀTUS, a, um, *having his throat cut, butchered, killed, slain*, jugulo perfosso interfectus. *Nep. in Eumen.* c. 12. *extr.* Insciente Antigono jugulatus est a custodibus. *Val. Flacc.* l. 7. v. 277. totque ora simul jugulata procorum Respiciens. ¶ Translate *Cic.* 5. *Verr.* c. 54. His te litteris, homo audacissime, jugulatum esse non sentis? *M. Anton.* apud *Cicer. Phil.* 13. c. 18. Quo facilius reviviscat Pompeianorum causa toties jugulata.

JUGŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to cut the throat, butcher, kill, slay*, σφάττω, jugulum prædico, incido et generatim interficio. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 40. Ne stridorem quidem serræ tum audiunt, cum acuitur, aut grunnitum, cum jugulatur sus. *Id.* 3. *Phil.* cap. 2. In hospitis tectis Brundusii fortissimos viros, cives optimos jugulari jussit. ¶ Sæpe translate usurpatur. *Cels.* l. 3. c. 15. *extr.* Quartana neminem jugulat. *carries off.* *Cic.* 4. *Verr.* c. 26. Posteaquam tam multis eum factis, decretisque jugulasset. ¶ Jugulare hominem, est convincere. *to convict, confute.* *Terent. Eun.* 3. 1. 27. Pulchre mehercle dictum, et sapienter! papæ! jugularas hominem. *you did for the man at once.* *Cic.* 7. *Verr.* c. 64. Jugulari sua confessione. ¶ Jugulari suo gladio suoque telo dicitur, qui suis verbis, suo invento, dolove capitur. *to be condemned out of his own mouth, be beaten at his own weapon.* *Terent. Adelph.* 5. 8. *in fin.* ¶ Jugulare gladio plumbeo, est futili levique argumento, et nullo negotio aliquem convincere. *to overthrow with a feather.* *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. Cum illum plumbeo gladio jugulatum tamen iri diceret. ¶ Jugulare falernum, apud *Martial.* l. 1. epigr. 19. est depravare, corrumpere, nimia aqua, vel deteriore vino immixto. *to spoil.* ¶ Jugulare curas, *Id. in fin.* epigr. 51. l. 8. *h. e.* conficere, abstergere. *to banish.*

JUGŬLUM, i, n. *et* Jugulus, i, m. *that part of the neck where the windpipe is; the throat or neck*, σφαγή, λαιμός, pars colli anterior supra pectus, ad gulam. Hoc nomine veniunt tum duo illa ossa, quæ sunt supra summas costas, unde collum incipit, ut est apud *Cels.* l. 8. c. 1. *a med.* et *claviculæ* dicuntur ab Anatomicis: tum vero, et quidem sæpius, cavum illud, quod circa gulam, supra illa duo ossa, utrinque conspicitur: unde et *jugula* plurali numero sæpe vocantur. Item universim tota ipsa gula. Dicitur proprie de homine. *Cic. de Fato*, c. 5. Zopyrus stupidum esse Socratem dixit, quod jugula concava non haberet. *Plin.* l. 11. c. 43. Uni homini juguli, humeri: ceteris armi. *Tacit. Ann.* 3. c. 15. Jugulum perfodere. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 227. resolvere. *Plaut. Merc.* 3. 4. 28. Demittere gladium in jugulum. *Senec. in Agam.* v. 973. Jugulo ferrum mergere. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 458. condere. ¶ Sæpe refertur ad vitam, et sanguinem. *Plin.* l. 14. c. 22. Alii mortifera loquuntur, rediturasque per jugulum voces non continent. *Juvenal.* sat. 4. v. 110. tenui jugulos aperire susurro. *Lucan.* l. 2. v. 317. Hic dabit, hic pacem jugulus, finemque laborum. *Quintil.* declam. 9. c. 21. Jam præbendus erat jugulus, et fundenda vita cum sanguine. *Cic. pro Mil.* c. 11. Optabilius fuit Miloni dare jugulum P. Clodio, non semel ab illo petitum, quam jugulari a vobis, quia se illi non jugulandum tradidisset. *Id.* 1. *Attic.* ep. 16. *ante med.* Ut aperte jugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 41. Offerre alicui jugulum. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 89. amaras Porrecto jugulo historias, captivus ut, audit. *Cic. Phil.* 14. c. 9. Qui Antonii immanem crudelitatem non solum a jugulis nostris, sed etiam a membris et visceribus avertit. *Manil.* l. 4. v. 128. In jugulumque dabit fructus. *h. e.* in necem, vel exitium. ¶ Eleganter dicitur orator *jugulum petere*, quando, quod est in causa potissimum, id invadit, ac premit adversarium, videturque illum jugulare argumentis. *Quintil.* l. 8. c. 6. *a med.* Nam illa in agendis causis jam detrita, pedem conferre, et jugulum petere, et sanguinem mittere, inde sunt, nec offendunt tamen.

JUGUM, i, n. *a yoke*, ζυγός, ligneum instrumentum recurvum, quod duorum boum collo transversum impositum, eos simul jungit, et colligat: a voce Græca allata. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. Nos onera quibusdam bestiis, nos juga imponimus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 216. leones Præbent insolitas ad juga curva jubas. *Plin.* l. 8. c. 16. *a med.* Leones jugo subdere, et ad currum jungere. et lib. 10. c. 45. Leones jugum subeunt. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 170. colla jugo didicit submittere taurus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 57. Bos juga detrectans. *Id. Ecl.* 4. v. 41. Solvere juga tauris. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 42. Demere juga tauris fatigatis. *Id.* l. 3. od. 3. v. 14. Collo tigres jugum trahentes. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 97. tauros juga ferre coegit. ¶ Hinc interdum accipitur pro pari boum, *a yoke of oxen.* *Plin.* l. 33. c. 10. Juga boum tria millia. *Cic. Verr.* 5. c. 51. Ager decumanus, propter istius avaritiam desertus est. neque id solum accidit, uti minus multis jugis ararent, si qui in agris remanserunt, sed etiam, &c. Adde cap. 52. et *Ovid.* 1. *Fast.* v. 564. ¶ Immo et pro pari cujuscumque generis rerum, *a pair, couple.* *Plin.* l. 10. c. 4. Jugum aquilarum. *Valer. Max.* l. 5. c. 5. n. 3. Fraternum jugum Claudiæ gentis. *two brothers.* ¶ Item pro modo et mensura agri. *Plin.* l. 18. c. 3. Jugum vocabatur, quod uno jugo boum in die exarari posset. Al. leg. *jugerum.* sed *Harduin.* tuetur *jugum.* Nam et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 10. In Hispania metiuntur jugis, in Campania versibus, apud nos in agro R. ac Latino jugeris. Jugum vocant, quod juncti boves uno die exarare possint. Hinc uno jugo aliquid facere, h. e. una opera unius bubulci cum jugo boum. *Colum.* l. 2. c. 13. ¶ Non bubus solum, sed equis etiam, mulis, asinis sub currum junctis jugum imponebatur. Et in quadrigis quidem, ubi equi quaterni æqua fronte juncti erant, duo medii jugum habebant, duo reliqui funibus, ac loris alligabantur. Hinc illi *jugales*, hi *funales* dicti. Est tamen discrimen inter boum, et equorum juga. In bobus enim quorum cervix ad trahendum apta est, tria sunt jugi officia, ipsos inter se jungendi; temonis sustinendi regendique; et plaustri trahendi: in equis, qui non cervice, sed pectore trahunt, duo priora tantum: quare præter jugum helcia quoque habebant, queis axi currus alligarentur. De asinorum, mulorumque jugo testes *Cato*, qui *R. R.* c. 11. jugum asinarium memorat: et *Martial.* l. 9. epigr. 58. Nec ruptæ recutita colla mulæ. *scil.* jugo ferendo. Adde *Phædr.* l. 3. fab. 6. De equis vero Poetæ passim, et alii. *Virg.* de his loquens l. 3. *Æn.* v. 541. iidem olim curru succedere sueti Quadrupedes, et frena jugo concordia ferre. *Ovid.* 12. *Met.* v. 77. tum colla jugo candentia pressos Exhortatur equos. et lib. 2. v. 314. Consternantur equi, et saltu in contraria facto, Colla jugo eripiunt. *Curt.* l. 3. c. 11. Equi jugum quatere, et regem curru excutere cœperant. et lib. 4. c. 15. Equi jactatione cervicum jugum excusserant. *Claudian. de consul. Prob. et Olybr.* v. 81. hic sub juga ferrea mittit cornipedes. ¶ Ad equos itidem pertinet illud *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 416. nunc avidi prono juga pectore tangunt. *h. e.* aurigæ proni, et prope tangentes pectore jugum equorum decurrentium. ¶ Juga pro equis jugalibus, sunt in illo *Virg. Æn.* 5. v. 146. Nec sic immissis aurigæ undantia lora Concussere jugis. ¶ Præterea *jugum* dicitur in re militari, cum transversa hasta duabus stantibus imponitur (uti docent *Liv.* mox citandus, et *Festus*. Hinc *Auson. in Technopægn. de litt. monosyllab.* v. 15. Hostilis quæ forma jugi est, hanc efficiet Π.) ita tamen demissa, ut qui subter transire velit, curvare se, et corpus duplicare necesse sit. Sub hoc jugum victos hostes a victoribus mitti ignominiæ causa mos fuit, demptis armis, et veste detracta. *a yoke, or machine, under which vanquished enemies were made to pass.* *Cic.* 3. *Offic.* c. 30. Cum male pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub jugum missis, &c. V. *Liv.* l. 3. c. 28. *extr.* et l. 9. c. 4. *et sequentib.* et cap. 15. et lib. 10. c. 36. ¶ Translate *Senec. de Provid.* c. 4. Calamitates, terroresque mortalium sub jugum mittere, proprium magni viri est. ¶ A similitudine est jugum in vitibus, cum duobus, aut pluribus pedamentis transversa earum brachia alligantur; vel pluribus perticis terræ fixis, aliæ super eas transversæ imponuntur, super quas ipsæ vites flexæ alligantur. *a frame for supporting vines.* *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 8. quatuor jugorum genera enumerat, perticam, arundinem, restes, vites: jugationis duo, directum, et compluviatum: et singula describit. *Colum.* quoque multa disputat hac de re lib. 4. c. 16. *ad fin.* et cap. 17. et 19. Adde *Plin.* l. 17. c. 21. *extr.* Hinc illa *Colum.* l. 4. c. 22. Vineam sub jugum mittere. *Plin. ibid.* c. 22. Palmes in jugum insilit. *et mox.* Vineam ad jugum perducere. ¶ Ex allatis *Varron.* et *Colum.* locis satis patet, *jugum* dici tum ipsam jugatam vitem, tum perticam transversam, qua jugum fit. Sunt qui putant, ab hoc vineatico jugo ad militare deductam appellationem: alii contra. ¶ Etiam scapus stateræ, vel libræ transversus, *jugum* dicitur, *the beam of a balance.* Hinc de Libra, signo cælesti, *Cic.* 2. *de Divin.* c. 47. Romam, in jugo cum esset luna, natam esse dicebat. *Solin.* enim cap. 1. (*al.* 2. *circa med.*) Romulus fundamenta murorum jecit, Jove in piscibus, Luna in Libra constitutis. *Manil.* l. 1. v. 609. Et juga Chelarum medio volitantia cælo. *h. e.* extrema Scorpii brachia, quæ adeo extenta sunt, ut Libræ signum occupent. ¶ Item lignum teres transversum in textorio instrumento, cui tela imponitur, et circumvolvitur, *the beam of a loom, on which weavers turn their web.* *Ovid. Metam.* 6. v. 55. Tela jugo vincta est: stamen secernit arundo. ¶ Item transtrum, quo transverso remiges sedent, *the seat or bench on which rowers sit*: quod et Græci ζυγὸν appellant, teste *Servio* ad illud *Virg.* 6. *Æn.* v. 411. Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant, Deturbat, laxatque foros. ¶ Denique sæpissime est cacumen, vertex, *the summit or top of a mountain*: et universim ipse mons. *Virg. Ecl.* 5. v. 76. Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 19. Ut ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientum jugo sunt doctrinarum facta divortia. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 138. in immensis qua tumet Ida jugis. *Id. de remed. amor.* v. 202. Nunc tua frondosis retia tende jugis. ¶ Præcipue vero dici videtur de continuo montis cacumine. *the ridge.* *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 70. Ut mutato itinere, jugis Octogesam perveniret. ¶ Neque tamen summum verticem proprie significat, sed dorsum montis vertice inferius, et colles minus assurgentes. *Ovid. Metam.* 4. v. 656. Quantus erat, mons factus Atlas. jam barba comæque In silvas abeunt: juga sunt humerique, manusque: Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen. *Propert.* l. 2. el. 25. v. 78. Quo seges in campo, quo viret uva jugo. ¶ Translate a jugo boum est alienum imperium, servitus, tyrannis, *the yoke of slavery, servitude, thraldom, oppression.* *Cic. Phil.* 1. c. 2. Cujus a cervicibus jugum servile dejecerant. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 91. eripe turpi colla jugo: liber, liber sum, dic age. *Id.* l. 3. od. 9. v. 18. Venus diductos jugo cogit aeneo. *Justin. in fin.* l. 44. Nec prius, perdomita provincia, jugum Hispani accipere potuerunt, quam, &c. *Tacit. in Agric.* c. 31. Exuere jugum. *to throw off the yoke.* *Ovid. de remed. amor.* v. 90. Colla jugo subtrahere. *Plin. in Paneg.* c. 11. Hostes sustulerant animos, et jugum excusserant. *Senec. in Octav.* v. 250. Orbem turpi jugo premere. *to tyrannize over, lord it over.* et *in Agamemn.* v. 134. Animum jugo premit Cupido turpis. *Id. in Herc. Fur.* v. 432. Servire, et jugum pati. *Stat.* 1. *Theb.* v. 19. Rhenus jugo adactus. *subjected, made subject.* ¶ De calamitate et incommodis, *Horat.* l. 1. od. 35. v. 26. diffugiunt, cadis Cum fæce siccatis, amici, Ferre jugum pariter dolosi. *Juvenal.* sat. 13. v. 21. felices, qui ferre incommoda vitæ, Nec jactare jugum vita didicere magistra. ¶ De conjugii vinculo, *Horat.* l. 2. od. 5. Nondum subacta ferre jugum valet cervice. ¶ *Pari jugo niti* est æquali contentione ac studio una cum altero quippiam agere, *with equal effort or exertion.* *Plin.* l. 3. ep. 9. et *Senec.* ep. 109. *ad fin.*

JUGUMENTO, as, a. 1. *to fasten together*, et transversa materia aliquid munire, et colligare, ut in jugo vineatico, et militari fit. *Vitruv.* l. 2. c. 1. Luteas glebas arefacientes, struebant parietes, materia eos jugumentantes. *et paulo post.* Alternis trabibus angulos jugumentantes. Al. leg. *jugamentantes.*

JUGŪMENTUM, i, n. colligatio in modum jugi vineatici, aut militaris. *Cato R. R.* c. 14. Limina, postes, jugumenta. *the lintel of a door.* et *paulo post.* Jugumenta, et antepagmenta. *h. e.* limina superiora januarum, fenestrarum, et hujusmodi, quæ transversa erectos postes continent, ac firmant. Al. leg. *jugamenta* eod sensu.

JUGURTHĪNUS, a, um, *relating to Jugurtha, Jugurthine*, ad Jugurtham pertinens, qui Numidiæ rex fuit, et cum populo R. diu bellum gessit: tandem a socio rege proditus, et Mario consuli traditus, ab eoque Romam in triumpho ductus, in carcere interiit: quæ omnia in historia *Sallustius* narrat. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 30. Jugurthina conjuratio. *Horat.* epod. 9. v. 23. Jugurthinum bellum. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 3. v. 45. Ille Jugurthino clarus, Cimbroque triumpho. *Gell.* l. 16. c. 10. *sub. fin.* Sallustii historia Jugurthina.

[*JUGUS, a, um, conjunctus. *Cato R. R.* c. 10. Vasa juga quinque. *Varro R. R.* l. 1. c. 22. hæc eadem *Catonis* verba repetit.]

JULĒUS, a, um, pertinens ad Iulum, vel ad aliquem e gente Julia: et præcipue ad C. Cæsarem, aut Augustum. Est trisyllabum, et quadrisyllabum. *Propert.* l. 4. el. 6. v. 17. Actia Juleæ pelagus monumenta carinæ. *h. e.* navium, quibus Augustus apud Actium Antonii classem devicit.

Ovid. 6. *Fast.* v. 797. Tempus Iuleis cras est natale calendis. *h. e.* Julii mensis, a C. Julio Cæsare dicti. et lib. 4. v. 124. Magnus Iuleos Cæsar haberet avos. ¶ Item universim ad Cæsarem pertinens. *Martial.* l. 9. epigr. 36. Cujus Iuleæ capiti nascantur olivæ. *h. e.* corona ex olea danda a Domitiano victoribus ludorum. Sic epigr. 104. Solus Iuleas cum jam retineret habenas. *h. e.* imperium Romanorum. *Id.* l. 13. epigr. 109. Iuleus mons. *h. e.* Albanus. Iulus enim Æneæ filius Albam ibi condidit, ut est apud *Liv.* l. 1. c. 3, ¶ De Iuleis vocibus V. in *Iulus.* ¶ Scribunt et *Iulæus.*

JULIĀNUS, a, um, ad C. Julium Cæsarem pertinens. *M. Anton. in epist.* apud *Cicer. Phil.* 13. c. 15. Vectigalia Juliana Lupercis ademistis. *h. e.* a C. Julio Cæsare constituta. ¶ *Juliani* apud *Sueton. in Cæs.* c. 75. sunt milites, qui civili bello a C. Julio Cæsare stabant. Sic *Vellei.* l. 2. c. 55. Julianarum partium dux. Adde cap. 63. et 68. et *Hirt. de B. Afric.* c. 15. et 78. ¶ *Anni Juliani* apud *Censorin. de die nat.* c. 20. *ad fin.* et cap. 21. dicti sunt, qui post ordinatum ab eodem C. Julio annum secuti sunt.

JULIENSIS, se, adject. Julienses cognominantur in Hispania Tarraconensi Teari populi, ab eorum oppido Teara Julia. *Plin.* l. 3. c. 3. Item Aretini in Tuscia, *Id. ibid.* c. 5. Item Carni, quorum oppidum Julium Carnorum, *Id. ibid.* c. 19. V. Geographos. Præterea coloni Julienses in fine Cenotaphii L. Cæsaris sunt Pisani, quia Pisas coloniam vel C. Jul. Cæsar, vel successor ejus Augustus, qui C. Julius Cæsar Octavianus dictus est, deduxit.

JULIS, idis, f. Ἰουλίς, oppidum in Ceo insula. *Plin.* l. 4. c. 12. *ante med.* et *Valer. Max.* l. 2. cap. 6. n. 8. ¶ Item genus piscis saxatilis, *Plin.* l. 32. c. 9.

JULĬUS, a, um, *Julian*, idem quod Juleus. *Julia* gens patricia, Romæ nobilissima, et vel uno C. Cæsare Dictatore celeberrima fuit. V. *Cæsar.* In ejus familiam (quæ ab Iulo Æneæ filio originem ducere putabatur) et nomen Octavius Cæsar, qui postea Augustus cognominatus fuit, testamento ejusdem Dictatoris cooptatus est, ut *Sueton. in Cæs.* c. 83. narrat. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 40. Unde domus Teucros Julia tangit avos. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 5. v. 21. patres in Julia templa vocati. *h. e.* in Curiam Juliam. V. *Hostilius. Horat.* l. 1. od. 12. v. 47. micat inter omnes Julium sidus. *h. e.* C. Jul. Cæsar inter divos relatus. Alludit ad cometem, qui post ejus obitum per septem dies Romæ visus fuit, ut *Augustus* apud *Plin.* l. 2. c. 25. et *Sueton. in Cæs. in fin.* narrant *Horat.* l. 4. *od. ult.* v. 22. Julia edicta. *h. e.* jussa, et leges ab Augusto latæ. *Virg.* 2. *Georg.* v. 163. Julia unda. *h. e.* Baianus sinus: de quo *Sueton. in Aug.* c. 16. Portum Julium apud Baias, immisso in Lucrinum et Avernum lacum mari, effecit. *Plin.* l. 5. *ep. ult.* et *Quintil.* l. 12. c. 5. Basilica Julia. *h. e.* a Julio Cæsare dedicata: tametsi alii aliam intelligunt. In ea agebantur causæ Centumvirales. ¶ *Julius mensis*, et *Julius* absolute est Quinctilis, *July:* ita dictus in honorem C. Julii Cæsaris, legem ferente M. Antonio M. F. consule, quod a. d. IV. Id. ejus is natus esset, ut apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. *a med.* legitur. *Martial.* l. 12. epigr. 32. O Juliarum dedecus calendarum. (His calendis mos erat Romæ novas ædes conducere, ut tum ex hoc loco, tum ex *Sueton. in Tiber.* c. 35. colligitur.) *Id.* l. 10. epigr. 62. Tostamque fervens Julius coquit messem. ¶ *Juliæ leges* plurimæ fuerunt: celebriores referam. De civitate Italis danda, qui bello Italico in fide populi R. permanserant. Lata fuit a L. Julio Cæsare solo consule, cum ejus collega P. Rutilius Lupus in prœlio esset occisus. *Cic. pro Balb.* c. 8. ¶ De damnatis de vi, ut iis aqua et igni interdiceretur. Tulit C. Jul. Cæsar post victum Pompeium. Meminit *Cic. Phil.* 1. c. 9. ¶ De adulteriis, ne quis stuprum adulteriumve faciat sciens dolo malo: de sumptibus cœnarum, ut profestis diebus permitterentur ducenti æris in cœnam; calendis, idibus, nonis, et aliis quibusdam festivis trecenti; in nuptiis, et repotiis mille. (V. *Gell.* l. 2. c. 24.) de pudicitia, ut insigniter impudici pœnis coercerentur (*Horat.* l. 4. od. 5. v. 22.) de ambitu, ut candidatus, qui turbam suffragiorum causa conduxerit, servos advocaverit, ut vis publicæ reus, in insulam deportetur (*Paul.* l. 5. *sentent.* tit. 30.) de maritandis ordinibus, ut cælibem vitam ducentibus certa pœna infligeretur, ducentibus uxorem certa præmia essent. Has omnes tulit Augustus, teste *Suet. in ejus vita*, cap. 34. V. *Lips. in excurs. ad* lib. 3. *Ann. Tacit. litt.* C. De majestate, ut qui reus majestatis sit, vitam amittat, ejusque memoria etiam post mortem damnetur. Hæc C. ne Cæsarem, an Augustum auctorem habeat, incertum est. *Justinian. lib. et tit. ult. Institution.* ¶ Repetundarum; lata a C. Julio Cæsare, ne quis ob judicem dandum, hominem in vincula conjiciendum, litem æstimandam, judicium faciendum quippiam accipiat. *Cic. pro Sext.* c. 64. *extr.* et *Marcell. Dig.* lib. 48. tit. 11. *qui inscribitur* Ad legem Juliam repetundarum, leg. 7. ¶ Ab eodem latæ sunt de peculatu, de vi publica, et privata, de annona, de parricidis, de pecuniis creditis, &c. quæ percensere, longum esset. ¶ *Julia Tribus* una fuit ex antiquis XXXV. Romanis Tribubus, sed mutato nomine, Julia dicta a Senatu in honorem Augusti, ut *Dio* lib. 44. tradit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 924. n. 15. Q. Titienus Q. F. Julia Quadratus, &c. *Alia ibid.* pag. 549. n. 4. Q. Junius Q. F. Julia Valens mil. leg. V. &c.

JŪLUS, li, m. *the moss or down of plants; a catkin, gosling,* ἴουλος, lanugo quædam arborum, florem antecedens, vel floris loco. *Plin.* l. 16. c. 29. Ferunt et avellanæ iulos compactili callo, ad nihil utiles. ¶ Apud *Polluc.* l. 1. c. 1. *sub fin.* ἴουλος est genus cantilenæ, quæ in honorem Cereris canebatur. Huc igitur fortasse pertinet illud *in carm. de Phœnice* (quod quidam *Lactantio* tribuunt) v. 45. Incipit illa sacri modulamina fundere cantus, Et mira lucem voce ciere novam: Quam nec Iuleæ voces, nec tibia possit Musica Cyrrhæis assimilare modis. Alii aliter interpretantur. ¶ Fuit hoc nomine filius Ascanii, Æneæ nepos, quem Gens Julia auctorem sui sanguinis credi voluit. *Virg.* 1. *Æn.* v. 290. Nascetur pulcra Trojanus origine Cæsar Julius, a magno demissum nomen Iulo. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 8. Caledonius postquam tua carbasa vexit Oceanus, Phrygios prius indignatus Iulos. *h. e.* Julium Cæsarem, cujus classis Britanniam petens tempestate disjecta fuit, ut est apud *Flor.* l. 3. c. 10. *a med.* ¶ Alii ipsum Ascanium binominem fuisse putant, et *Iulum* quoque dictum. *Virg. loc. cit.* v. 271. At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo Additur: Ilus erat, dum res stetit Ilia regno. Ἴουλος Græce est prima lanugo pubescentis pueri. Inde ergo dictum Iulum putat *Servius* ad hunc loc. ex *Catone*, quod prima pubertate Mezentium singulari certamine vicerit. ¶ Est etiam dissyllabum. *Horat.* l. 4. od. 2. Pindarum quisquis studet æmulari, Jule, ceratis ope Dædalea Nititur pennis. [† *Sunt qui sic dispescunt:* Pindarum quisquis studet æmulari I-|ule, &c.]

JUM, *vel* Jon. V. *Ia.*

JUMENTARĬUS, a, um, ad jumenta pertinens. *Jabolen. Dig.* l. 33. tit. 7. leg. 27. Molas manuarias supellectilis, jumentarias instrumenti esse, Ofilius ait. *Apul.* l. 9. *Metam.* Jumentarium contubernium. ¶ *Collegii jumentariorum* mentio fit in *Inscript.* apud *Fabrett.* c. 10. n. 276. Locum sepulturæ donavit C. Valgius Fuscus conlegio jumentariorum portæ Gallicæ, posterisque eorum. *h. e.* eorum, qui jumenta curant: fortasse *carriers*, vel *muleteers.* Adde aliam apud *Murator.* pag. 525. n. 2. [¶ *Medicus jumentarius* habetur in fragmento *Inscriptionis in quodam vico viæ Appiæ repertæ* ann. 1785. V. *Florentin. ephemeridas ejusdem anni* col. 580.]

JŪMENTUM, ti, n. *a beast of burden, packhorse, jument,* ὑποζύγιον, quadrupes majus, ex eorum genere, quibus utimur ad gerendum, trahendumve, ut equi, muli, boves, asini, cameli, &c. a *jungo*, ut docet *Gell.* mox citandus: vel per syncop. a *jugumentum:* vel a *juvo*, quasi *juvamentum*, quod nostrum laborem vel onera subvectando, vel arando juvant, ut *Colum. in præfat.* l. 6. loquitur. *Cic.* 1. *Tuscul.* cap. 47. Cum illam curru vehi jus esset, morarenturque jumenta. *Nep. in Timol.* c. 5. Vectus jumentis junctis, de vehiculo ea, quæ videbantur, dicebat. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 60. Undique conquisitis jumentis, frumentum in castra deportant. *Sallust. in Jug.* c. 78. Jumenta sarcinis levare. *Nep. in Annib.* c. 5. Sarmenta in cornibus jumentorum deligata incendit. *Cato R. R.* c. 5. *ad fin.* Scabiem pecori et jumentis caveto. ¶ Interdum ita usurpatur, ut equos, mulos, asinosve significet, boves non significet. In vet. Tab. æn. apud *Murator.* pag. 582. *sub fin.* Plostra bubus jumentisve juncta. *Colum.* l. 6. c. 19. Machina fabricanda est, qua clausa jumenta, bovesque curentur. *et ib.* Firmum jugum, ad quod jumenta capistrantur, vel boum cornua religantur. *Ulpian. Dig.* l. 21. tit. 1. leg. 38. *ante med.* Jumentorum appellatione non contineri boves, verius est: sed pecoris appellatione continebuntur. Hinc *Martian.* l. 32. leg. 63. *sub fin.* Jumentis legatis, boves non continentur. ¶ Interdum dicitur de solis curru junctis. *Plin.* l. 2. ep. 17. Iter arenosum jumentis paulo gravius et longius, equo breve et molle. ¶ Præterea etiam ipsum vectabulum, quod adjunctis pecoribus trahitur, jumentum veteres a jungendo dixerunt, inquit *Gell.* l. 20. c. 1. *circa med.* exponens illud *ex legib. XII. Tab.* Si in jus vocat; si morbus ævitasve vitium escit, qui in jus vocabit, jumentum dato. ¶ *Malum rem jumento suo arcessere*, proverb. apud *Plaut. Amph.* 1. 1. 171. h. e. sui mali ipsum sibi auctorem ac fabrum esse. ¶ Servus a jumentis, qui jumenta curat. *a head-groom. Inscript.* apud *Spon. in Miscellan.* pag. 209. T. Sallustio Eutycho a jumentis Cæsaris N. Flavia Horæa conjugi B. M.

JUNCESCO. V. in *Ejuncidus.*

JUNCĒTUM, i, n. *a place where rushes grow,* σχοινὼν, locus juncis consitus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 8. Primum genus maxime quærit salicta, secundum arundineta, tertium junceta.

JUNCĔUS, a, um, *of or belonging to a bulrush, juncous,* σχοινώδης, qui est e junco. *Colum.* l. 12. c. 6. Sporta juncea, vel spartea. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 870. juncea vincula. *Plin.* l. 21. c. 14. *sub fin.* Juncea cratis. *Id.* l. 11. c. 28. Junceus fusus. ¶ Item junco similis. *Id.* l. 25. c. 8. *ante med.* Herba caule junceo pedali. *Terent. Eun.* 2. 3. 23. Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt: deducunt cibum: tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas. *h. e.* graciles, tenues, macras. *slender, small as a bulrush.* Sic *Prudent. Cathemer.* 9. *de S. Eulal.* v. 132. juncea pectora. [¶ Translate et jocose *Plaut. Stich.* 4. 2. 56. Nam mihi intus potione juncea onerabo gulam. *h. e.* laqueo junceo mihi gulam frangam. Ita habet Cod. Ambrosian. cum editiones minus recte *vincea* legant.]

JUNCĬDUS. V. *Ejuncidus.*

JUNCĬNUS, a, um, junceus, ut Juncinum oleum, *Plin.* l. 15. c. 7. *a med.*

JUNCŌSUS, a, um, *full of bulrushes, juncous*, juncis abundans. *Plin.* l. 18. c. 6. *sub fin.* Juncosus ager. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 231. Juncosa litora.

JUNCTIM, adverb. *jointly, together,* ζυγάδην, conjunctim, contigue. *Gell.* l. 12. c. 8. Ut apud eandem mensam duo illi junctim locarentur. *Mamert. in genethl. Maxim.* cap. 11. Junctim sedere. ¶ Refertur ad tempus. *continually, successively, without intermission. Sueton. in Claud.* cap. 14. Consulatus quatuor gessit: ex quibus duos primos junctim, sequentes per intervallum.

JUNCTĬO, onis, f. *a joining, union, junction, conjunction,* ζεῦξις, conjunctio, junctura. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 29. *a med.* Est enim interitus quasi discessus earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur.

[* JUNCTOR, oris, m. qui mulas jungit ad rhedam, vel mulio tantum et lecticarius. *Alfen. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 203. Quo in genere junctores, cubicularii, coci numerantur. Sunt qui legendum putant *unctores*, sed cum voces *adjunctor*, et *junctura* recte usurpentur, quippini etiam *junctores?* Pro hujusmodi voce pugnat etiam *Marinius Frat. Arval.* pag. 824.]

JUNCTŪRA, æ, f. *a joining, uniting, union, junction, juncture,* ζεῦξις, junctio, conjunctio. *Colum.* l. 2. c. 2. *a med.* In opere boves arcte junctos habere convenit, quo speciosius ingrediantur, &c. hoc enim genus juncturæ maxime probatum est. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 823. Genuum junctura. *the joint.* et lib. 12. v. 288. Terque quaterque gravi juncturas verticis ictu Rupit (*the sutures of the skull*) et in liquido sederunt ossa cerebro. et l. 2. v. 375. digitosque ligat junctura rubentes. *h. e.* pellis, quæ pedes ligat avium aquaticarum. *he becomes webfooted. Plin.* l. 16. c. 40. *a med.* Ut humor teneat juncturas. *the commissures.* Sic lib. 13. c. 15. Mensa commissa ex orbibus dimidiatis duobus latente junctura. *Virg. Æn.* 12. v. 273. teritur qua sutilis alvo Balteus, et laterum juncturas fibula mordet. *h. e.* oras, quibus balteus committitur. ¶ Item copulæ, habenæ, lora, vel juga, quibus jumenta currui junguntur. *Capitolin. in Vero*, c. 5. Data et vehicula cum mulabus, et mulionibus, cum juncturis argenteis. ¶ Item ipsa jugalia jumenta. *Paul.* l. 3. *Sentent.* tit. 7. *de legat. sub fin.* Carruca cum junctura legata, mulæ quoque legatæ, nec non et mulio videtur, propter quotidianam loquendi consuetudinem. ¶ Translate *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 135. Junctura generis. *h. e.* conjunctio sanguinis. *relationship.* ¶ Sæpe dicitur de compositione oratoria verborum. *Quintil.* l. 9. c. 4. In omni compositione tria sunt necessaria, ordo, junctura, numerus. *et paulo post.* Junctura est in verbis, incisis, membris, periodis. *Horat. in ar. Poet.* v. 242. tantum series juncturaque pollet. *Pers.* sat. 1. v. 64. carmina molli Nunc demum numero fluere, ut per læve severos Effundat junctura ungues. ¶ Et de compositione Grammatica. *Horat. de ar. Poet.* v. 47. Dixeris egregie, notum si callida verbum Reddiderit junctura novum. Hinc *verba juncta* apud *Cic.* sunt composita. V. vocem sequent.

JUNCTUS, a, um, *joined, united, coupled,* ἐζευγμένος, unitus, conjunctus, vicinus. Dicitur proprie de jumentis jugo colligatis: universim de re qualibet. *Virg.* 3. *Æn.* v. 113. Et juncti currum dominæ subiere leones. *yoked.* et lib. 12. v. 735. cum prima in prœlia junctos Conscendebat equos. *h. e.* currum equis junctis tractum. *Id.* 4. *Georg.* v. 388. Proteus magnum qui piscibus æquor, Et juncto bipedum curru metitur equorum. *Liv.* l. 42. c. 65. Juncta vehicula mille capiuntur. *waggons with horses. Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *ad fin.* Rheda equis juncta. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 54. Naves carris junctis devehere. *h. e.* binis carris inter se junctis. et cap. 61. Navibus junctis pontem imperat fieri. *h. e.* binis navibus inter se colligatis. *Horat.* l. 1. od. 25. Fenestræ junctæ. *closed, shut. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 45. Corpora inter se juncta. et cap. 11. Natura cum alio juncta atque connexa. et cap. 45. Aer mari continuatus et junctus est. *Id.* 3. *de Orat.* c. 35. Sapientia juncta eloquentiæ. *united with. Id.* 2. *de Invent.* c. 11. Indignatio juncta conquestioni. *Horat.* l. 1. od. 4. v. 6. Junctæque Nymphis Gratiæ decentes. *accompanied by, attended by. Cic. de Fato*, c. 16. Causa fuit propior, et cum exitu junctior. *Id.* 2. *de Divin.* c. *ult.* Religio, quæ est juncta cum cognitione naturæ. *Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Junctæ manus. *h. e.* quæ simul ambæ gestum faciunt. *Lucan.* l. 4. v. 209. Juncti amplexibus. *Calpurn.* ecl. 6. v. 4. hædos Juncta matre dedit. *h. e.* simul cum matre. ¶ Cum solo ablativo, *Cic.* 2. *de Orat.* c. 58. *sub fin.* Insignis improbitas, et scelere juncta. *Id. in Bruto*, c. 44. Defensione juncta laudatio. ¶ *Verba juncta* apud *Cicer. in Partit.* c. 15. sunt composita. V. *Jungo.* ¶ Refertur ad conjunctionem sanguinis, *united by the ties of consanguinity, related. Ovid.* 2. *Fast.* v. 738. Comiter excipitur, sanguine junctus erat. *Liv.* l. 30. c. 14. Puellam matrimonio junctam accipere. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 368. materno a sanguine junctus alui. ¶ Et amicitiæ, *intimate, closely united to by the ties of friendship. Horat.* l. 1. sat. 3. v. 54. Hæc res et jungit, junctos et servat amicos. *Sueton. in Aug.* cap. 56. Arcte junctus alicui *Plaut. Cistell.* 1. 1. 28. Amicitiam bene junctam inter se

habent. *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 7. v. 31. frater tanto tibi junctus amore. *Id.* 4. *Trist. el. ult.* v. 16. Jure sodalitii qui mihi junctus erat. *Id.* 5. *Metam.* v. 60. junctissimus illi Et comes, et veri non dissimulator amoris. et lib. 10. v. 70. Junctissima pectora. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 52. Principum prosperis et alii fruuntur: adversa ad junctissimos pertinent. ¶ Interdum est continuatus, connexus, *continued, successive. Plin.* l. 1. ep. 9. Mirum est, quam singulis diebus in urbe ratio constet, pluribus junctisque non constet. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 316. junctis sine fine jacebat Sopitus vinis, et inexperrectus Aphidas. Alii aliter leg. *Stat.* l. 2. silv. 6. v. 11. cui major stemmate juncto Libertas ex mente fuit. et lib. 7. *Theb.* v. 31. nec longa moratus, Sicut anhelabant, juncto sudore, volantes Mars impellit equos.

JUNCTUS, us, m. junctio. In sexto casu singulari. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 8. Ceroliensis a carinarum junctu dictus Carinæ.

JUNCŬLUS, i, m. *a cracknel, juncate,* diminut. dulciariæ placentæ genus, ad similitudinem unci effictum. *Apul.* l. 10. *Metam.* Hic panes, crustula, junculos, hamos, &c. Ita legit, et explicat *Beroaldus.* Alii aliter.

JUNCUS, ci, m. *a bulrush, flag,* σχοῖνος, frutex longi viminis, texendo, vinciendoque utilis: unde et nomen traxisse putant, nempe a *jungendo.* Varia ejus genera, varios item in medicina usus *Plin.* l. 21. c. 18. recenset. *Plaut. Rud.* 3. 4. 27. Quasi murteta juncis, item ego vos virgis circumvinciam. *Colum.* l. 10. v. 306. contorti stamina junci. *h. e.* calathum e junco. *Tibull.* l. 2. el. 3. v. 15. Tum fiscella levi detexta est vimine junci. *Virg. Ecl.* 1. v. 49. Limosoque palus obducat pascua junco. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 336. juncique palustres. et lib. 4. v. 299. Nec steriles ulvæ, nec acuta cuspide junci. ὀξύσχοινος. V. *Plin. loc. cit.* ¶ Est etiam nomen commune virgis flexilibus cujusque plantæ, junci similibus. *Plin.* l. 26. c. 8. *a med.* Apios ischas juncos duos sive tres spargit in terra rubentes.

JUNGO, is, nxi, nctum, a. 3. *to join, couple, yoke,* ζεύγνυμι, proprie est jumenta sub currum, plaustrumve jugo copulare. *Virg.* 3. *Georg.* v. 169. Junge pares, et coge gradum conferre juvencos. et vers. 113. Primus Erichthonius currus, et quatuor ausus Jungere equos. *Id.* 7. *Æn.* v. 724. Curru jungere equos. *Plin.* lib. 33. c. 3. *circa med.* ad currum. *Virg. Ecl.* 3. v. 91. Atque idem jungat vulpes, et mulgeat hircos. *de re impossibili.* ¶ Universim est duo vel plura simul unire, nectere, committere, conjungere, *to unite or join together, conjoin, connect. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. Tigna bina sesquipedalia intervallo pedum duorum inter se jungebat. *Claudian. de B. Get.* v. 17. Jungere robora. *scil.* exstruendæ navi. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 48. *a med.* Incensum calcaribus equum jungit equo Quadrati. *brings near, causes to approach. Virg.* 8. *Æn.* v. 485. Mortua quin etiam jungebat corpora vivis. *bound or tied together, coupled. Sil.* l. 4. v. 374. Jungere gradus. *h. e.* ire pariter. *to go together, or step for step. Juvenal.* sat. 9. v. 105. junge ostia. *shut the gate. Cic.* 1. *de Orat.* c. 51. *ad fin.* Quædam inter se jungere et copulare. *Id. in Bruto, c. ult.* Decus omne virtutis cum summa eloquentiæ laude junxisses. *Id.* 5. *de Fin.* c. 14. *a med.* Ad illa, quæ semper habuit, junget ea, quæ postea accesserint. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 2. Philosophia homines inter se primo domiciliis, deinde conjugiis, tum litterarum et vocum communione junxit. *Petron. in Satyr.* c. 86. *extr.* Cervicem alicujus amplexui jungere. *Val. Flacc.* l. 1. v. 163. et *Quintil.* declam. 10. c. 5. amplexus. *h. e.* mutuo amplecti. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 357. oscula. *h. e.* mutuo osculari. *to kiss, exchange kisses.* ¶ Jungere pontem, *to throw a bridge,* quia sic altera alteri ripæ conjungitur: vel quia ex pluribus trabibus, aut navibus junctis fit. *Virg.* 9. *Æn.* v. 170. pontesque et propugnacula jungunt. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 49. Junctoque ponte, milites transmittit. ¶ Dicimus etiam jungere ponte urbem, ut *Plin.* l. 5. c. 24. *ad fin.* et amnem ponte jungere, ut *Curt.* l. 4. c. 9. Simile est illud *Stat.* 2. *Achill.* v. 423. ingenti saltu jungere fossas. *h. e.* superare. Et *Plinii in Paneg.* c. 12. Cum Danubius ripas gelu jungit. ¶ Aliquando significat continuare. *to continue. Plin.* l. 4. ep. 9. *circa med.* Difficilius est laborem repetere, quam jungere. *Justin.* l. 12. c. 13. *a med.* Cum diei noctem pervigilem junxisset. *Petron. in Satyr.* c. 79. *a med.* Somnum morti jungere. *Stat.* lib. 1. *Silv.* 5. v. 10. Junge puer cyathos: sed ne numerare labora. *Lucan.* l. 1. v. 167. longos jungere fines agrorum. ¶ Refertur eleganter ad conjugium. *to unite by marriage. Virg.* 4. *Æn.* v. 192. Cui se pulcra viro dignetur jungere Dido. et lib. 1. v. 77. connubio jungam stabili. *Curt.* l. 5. c. 3. Jungere aliquam secum matrimonio. et lib. 10. c. 3. *a med.* in matrimonio. *Stat.* l. 3. silv. 4. v. 54. Jungere tædas. ¶ Item ad amorem, societatem, fœdera. *Cic. pro Deiot.* c. 9. *ad fin.* Cum hominibus nostris consuetudines, amicitias, res, rationesque jungebat. *Plin.* l. 10. ep. 11. Rosianum Geminum arctissimo vinculo mecum tua in me beneficia junxerunt. *Liv.* l. 1. c. 1. Latinum pacem cum Ænea, deinde affinitatem junxisse. *Virg.* 1. *Æn.* v. 408. dextræ jungere dextram. *to join hands.* et lib. 3. v. 83. Jungimus hospitio dextras. et lib. 4. v. 212. et *Liv.* l. 7. c. 30. Jungere fœdera. et lib. 10. v. 154. Tarchon jungit opes, fœdusque ferit. *Liv.* l. 26. c. 24. Fœdere jungi alicui. *Id.* l. 1. c. 2. Socia arma alicui jungere. *Id.* l. 24. c. 6. Per hos juncta societas Annibali, ac Syracusano tyranno. ¶ Pro adjungere, *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 47. Se ad aliquem jungere. *Virg.* 8. *Æn.* v. 476. Sed tibi ego ingentes populos, opulentaque regnis Jungere castra paro. ¶ *Jungere vulnera* est conducere, obducere, claudere, et sanare. *Stat.* 10. *Theb.* v. 732. ego vulnera doctum Jungere, supremique fugam revocare cruoris Eetiona petam. ¶ *Jungere verba* est grammatice componere. *to compound. Quintil. sub fin.* cap. 5. (*al.* c. 9.) l. 1. Junguntur autem aut ex duobus Latinis integris, ut *superfui*; aut ex corrupto, et integro, ut *malevolus,* &c. Adde lib. 8. c. 6. *ante med.* ¶ Item oratoria compositione collocare. *Id.* l. 9. c. 4. Tantum interest, verba eadem qua compositione vel in exitu jungantur, vel fine claudantur. ¶ Pro loqui, *Martial.* l. 6. epigr. 54. Junget vix tria verba miser. ¶ *Jungere colloquium,* est habere, apud *Sil.* l. 13. v. 734. [¶ Particip. *jungens, juncturus, jungendus* apud *Sil.* l. 5. v. 252. Urgebat jungens convicia linguæ. *Liv.* l. 29. c. 5. Satis scire, Sp. Lucretium se cum M. Livio juncturum. *Justin.* l. 29. c. 4. Jungendæ societatis causa.]

JUNIĀNUS, a, um, adject. ad Junium (nomen viri) pertinens, ut Junianum judicium, in quo scil. C. Junius quæsitor, apud *Cicer. pro Cluent.* c. 1. *Juniana cerasa,* grati saporis, sed pæne tantum sub arbore sua, adeo tenera, ut gestatum non tolerent. *Plin.* lib. 15. cap. 25.

JUNICŬLUS, i, m. palmes vetus in magnam longitudinem, et ad quartum usque pedamentum porrectus, quem alio nomine draconem vocant, ad masculeta conficienda idoneum. *Plin.* l. 17. c. 22. Nec veterem placet palmitem in longum, et ad quartum usque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii juniculos vocant, ut faciant, quæ masculeta appellant. [† *Alii legunt:* funiculos. V. *Funetum.*]

JUNIŎR. V. *Juvenis.*

JUNIPĔRUS, i, f. *the juniper tree,* ἄρκευθος, arbuscula, quæ in locis arenosis frequens nascitur, pro foliis spinas habens perpetuo virentes, unde et topiario operi idonea est: a *junior,* et *pario,* quod juniores, et novellos fructus pariat antiquis maturescentibus. Parit enim usque ad tertium annum, arbori suæ inhærente fructu. Materiam habet cariei non obnoxiam. *Plin.* l. 16. c. 21. 25. 26. &c. *Virg. Ecl.* 10. v. 76. Juniperi gravis umbra: nocent et frugibus umbræ.

JUNĬUS, ii, m. *June,* Ἰούνιος, ἑκατομβαιών, sextus ex mensibus anni, a *junioribus,* quos Romulus voluit regio corpori adesse, et armis rempubl. defendere. Aliqui censent vocatum esse a Juventute, seu Hebe, filia Junonis, uxore Herculis, quam Romani in deorum numero venerati sunt. Alii volunt, a Junone esse appellatum, et primo dictum fuisse Junonialem, vel Junonium, deinde Junium, per syncop. Alii a L. Junio Bruto, qui primus consul fuit, et civitatem regio dominatu liberavit, vel simpliciter in ejus honorem, vel etiam quod die prima hujus mensis, pulso Tarquinio, sacrum Carnæ deæ in Cœlio monte voti reus fecerit. Alii a *jungo* extrito *g,* in memoriam illius unionis, qua Romulus et T. Tatius rex Sabinorum regnum et populum junxerunt. V. *Ovid. initio* lib. 6. *Fast. Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. *a med. et Fest.* ¶ Dicimus, *Calendis Junii, Idibus Junii,* &c. et adjective *Calendis Juniis, Idus Junias,* &c. Utramque loquendi rationem leges apud *Colum.* l. 11. c. 2. Sic *Cic.* 6. *Attic.* ep. 2. Ibi cum Junium mensem consumpsissem.

JUNĬUS, a, um, ad Junium pertinens: quod est nomen Romani hominis, a *Junio* Æneæ comite dictum, ut quidam putant. *Tacit.* l. 3. *Ann.* c. 24. D. Silanus Juniæ familiæ redditus. ¶ *Junia gens,* Romæ nobilis, duplex fuisse traditur: patricia, in qua L. Junius Brutus regum exactor, primusque Romæ consul, quique pro libertate tuenda, quam asseruerat, filios suos securi percussit, ut est apud *Liv. in fin.* lib. 1. et *initio* lib. 2. plebeia, quæ in plures familias propagata est, in qua celeberrimus Junius Brutus, princeps fuit conjuratorum in C. Cæsarem. V. *Sueton. in Cæs.* c. 80. *et sequentib.* et *Vellei.* l. 2. c. 56. ¶ *Juniæ leges* multæ fuere. De abrogandis legibus, quibus stipendia militaria minuebantur, lata est a M. Junio Silano (qui consul fuit cum Q. Cæcilio Metello Numidico circa A. U. DCXLIV.) teste *Ascon. in orat. pro C. Cornel.* De peregrinis Urbe ejiciendis lata a M. Junio Penno trib. pleb. circa A. U. DCXXVII. Hujus meminere *Fest. in Respublicas,* et *Cic.* 3. *Offic.* c. 11. *Junia Licinia* lata a D. Junio Silano, et L. Licinio Muræna Coss. circa A. U. DCXCI. de pœnis irrogandis in eos, qui trinum nundinum in ferenda lege aliqua non servassent. *Cic.* 5. *Phil.* c. 3. *Junia Norbana* lata a M. Junio Silano, et L. Norbano Coss. sub Tib. Imp. qua servi Latinam libertatem consequebantur. *Ulpian.* tit. 3. *Regular. Junia Petronia* de judiciis lata est a C. Junio Cæsonio, et Petronio Turpiliano Coss. circa A. U. DCCCXIII. ut si sententiæ judicum pari numero discreparent, pro libertate pronuntiaretur. *Hermogenian. Dig.* l. 40. tit. 1. leg. 24. *Junia Vellea* de testamentis, cujus fit mentio non semel in libris Digestorum, ut l. 26. tit. 2. leg. 10. et l. 28. tit. 3. leg. 13. *extr.* &c. varia capita habet, de quibus JCtos consule.

JUNIX, īcis, f. δάμαλις, *a heifer,* vacca ætate viridior, quæ jam vitula esse desiit, necdum tamen ad summam magnitudinem pervenit: quasi *juvenix.* Quibusdam placet dici a *jugum,* quasi *jugenix.* Boves eadem ætate *juvenci* dicuntur. *Plaut. Mil.* 2. 3. 33. Quam mox ad stabulum junix recipiat se de pabulo. *Pers.* sat. 2. v. 47. Tot tibi cum in flamma junicum omenta liquescant. [*Inscript.* apud *Marinium Frat. Arval.* pag. 212. Felix Asinianus Bonæ Deæ votum solvit junicem albam libens animo.]

JUNO, onis, f. *the goddess Juno,* Ἥρα, filia Saturni et Opis, soror et conjux Jovis: ita dicta a *juvando,* ut *Cic.* ipse putat l. 2. *de nat. Deor.* c. 26. Physici aiunt per Junonem intelligi aerem, idcirco autem Jovis conjugem et sororem putari, quod summa sit aeris cum æthere similitudo. *Cic. loc. cit. Serv.* autem ad l. 2. *Georg.* v. 325. dicit, Jovem fere accipi pro æthere, interdum vero pro æthere simul et aere, Junonem item plerumque pro aere, interdum pro terra et aqua. ¶ Narrabant veteres, Junonem a Thetide educatam fuisse. Aer enim aquæ humore alitur, et instauratur. Dicebant reginam esse deorum, vel quia et ipsi aerem dæmonum refertum esse noverant, vel quid credebant, etiam deos ex terra ortum habuisse. Præsidem censebant esse regnorum, et divitiarum, quia regna in terrarum orbe sita sunt, divitiæ ex terra eruuntur. Eam nuptiis præficiebant, et *pronubam Junonem* sæpe nuncupabant. Matrimonium enim proprium est hominum, qui terrestrem vitam vivunt. Existimabant præesse partui mulierum. Hinc *Juno Lucina* cognominata est, in *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 24. n. 16. et 3. *pronuba,* pag. 25. n. 3. et *jugalis,* pag. 24. n. 15. [† V. *Lucina.*] Eadem enim ac Luna vulgo habita est: Luna autem magnam vim in fetum hominum et bestiarum, et aliarum rerum habet. Curru per aerem ferri fingebant, quod aer perpetuo in motu versetur. Pavones ejus currui adjungebant, quod illæ aves superbæ sunt, vario pennarum colore; et Juno dearum superbissima fingitur: et ut illæ in terra degunt, et facile alta petunt; sic aer et ima et sublimia loca percurrit. ¶ Ex Jove Vulcanum peperit. Præterea Heben, et Martem absque Jove, aut alio viro genuisse dicitur. ¶ Apud veteres mulierum Genius erat, *Plin.* l. 2. c. 7. Singuli quoque ex semetipsis totidem deos faciunt, Junones, Geniosque adoptando sibi. ¶ Hinc *Junones Augustæ, Juno Claudia, Julia, Junia,* &c. in *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 24. n. 4. et 14. et pag. 25. n. 9. et 10. Hinc per Junonem jurabant mulieres, ut est apud *Petron. in Satyr.* c. 25. Proinde *Juvenal.* sat. 2. v. 98. reprehendit quendam per Junonem jurantem, tanquam effeminatum et mollem. ¶ Juno infera, et inferna est Proserpina. *Stat.* lib. 2. *Silv.* 1. v. 147. *Virg.* 6. *Æn.* v. 138. ¶ Per antonomasiam interdum pro uxore accipitur. *Plaut. Cas.* 2. 3. 14. Eja, mea Juno, non decet te esse tam tristem tuo Jovi. ¶ *Junonis sacra ferre,* proverb. de eo, qui tarde incedit, et magno fastu, βαδίζειν Ἡραῖον ἐμπεπλεγμένον. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 9. Nil æquale homini fuit illi, sæpe velut qui Currebat fugiens hostem, persæpe velut qui Junonis sacra ferret. [¶ *Juno Historiæ* videtur fuisse *Marinio Frat. Arval.* pag. 369. Historiæ Dea, vel Musa Clio. Junoni Historiæ Telephus et Priscus L. D. I.]

JUNONĀLIS, le, Junonius. *Ovid.* 6. *Fast.* vers. 63. Junonale leges tempus.

JUNONĬCŎLA, æ, comm. qui Junonem colit. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 49. Adde senem Tatium, Junonicolasque Faliscos.

JUNONIGĔNA, æ, m. Vulcanus, filius Junonis. *Ovid.* 4. *Metam.* vers. 173. Junonigenæque marito Furta tori, furtique locum monstravit.

JUNONĬUS, a, um, Ἡραῖος, ad Junonem pertinens. *Val. Flacc.* l. 8. v. 231. Junonia Hebe. *h. e.* Junonis filia. *Virg.* 1. *Æn.* v. 675. Junonia hospitia. *h. e.* Carthago, ubi Juno colebatur. Sic *Ovid.* 8. *Metam.* v. 220. Junonia Samos. *Id.* 2. *Amor.* el. 6. v. 55. ales. *h. e.* pavo. *a peacock. Id. Metam.* 14. v. 85. Iris. *h. e.* a Junone missa, quæ *Statio* l. 5. sil. 1. v. 103. est Junonia virgo. Sic Junonius anguis apud *Sil.* l. 6. v. 184. h. e. draco, quem Juno custodem apposuerat hortis Hesperidum, irata, quod Hesperides aurea mala decerperent, quæ in honorem nuptiarum suarum cum Jove Tellus ediderat, ut *Serv. ad Æn.* 4. v. 484. docet. Sic *Ovid.* 1. *Metam.* v. 678. Junonius custos. *h. e.* Argus a Junone appositus. *Id.* 6. *Fast.* v. 61. mensis. *h. e.* Junoni sacer. ¶ *Auct. epist. ad Octav. circa med.* appellat *Junonium puerum* ipsum Octavium, vel quasi alterum Martem, qui Junonis filius est; vel generosissimum, ac divinæ originis, ut Junonis ac Jovis filii sunt.

JUPPĬTER, *et* Jupiter, Jovis, Jovi, Jovem, Jove, m. *Jupiter, Jove,* rex deorum et hominum, secundum fabulas: ab antiquo nominativo *Jovis* et *pater,* quasi Jovis pater, ut Saturnus pater, Neptunus pater, Janus pater, Marspiter, idest Mars pater, &c. *Gell.* l. 5. c. 12. Sed *Ciceroni* 2. *de nat. Deor.* c. 25. dictus videtur quasi *juvans pater.* ¶ Secundum *Priscian.* l. 6. pag. 695. *Putsch.* habet genitivum proprium *Jupiteris,* vel *Jupitris.* Nam genit. *Jovis* est ab antiquo nom. *Jovis,* de quo V. *sup. suo loco.* Sed hodie nullus alius genitivus, quam *Jovis,* usitatus est. ¶ Joves tres ab antiquis numerantur, duo primi Arcades, tertius Cretensis. Primus filius fuit Ætheris ex

Die: secundus Cæli; tertius Saturni et Opis. Suos quisque filios habuit, sed hic fuit fecundissimus. V. *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* c. 21. Quidam posuere Jovem unum universalem mundi totius opificem, et insuper tres sub illo opifices particulares. Denique multi alii reges hoc nomine appellati sunt, ut Corythus rex Etruriæ, Tantalus rex Phrygiæ, qui jussit Ganymedem rapi, &c. ¶ De Jove tertio narrant, in Creta insula eodem cum Junone partu, sed posteriorem editum fuisse: cum Saturnus ex pactione cum Titano fratre inita filios suos omnes devoraret, pro Jove lapidem ei datum esse devorandum, Jovem autem fuisse educatum clam patre a Curetibus, et ab Amalthea et Melissa virginibus lacte caprino et melle, in Ida monte: cum Titanes comperissent, Jovem servatum fuisse, bellum Saturno intulisse, Saturnum et Opim victos esse, captos et conjectos in vincula, a filio, ubi adolevit, liberatos esse; Saturnum etiam tunc vitæ Jovis insidiatum esse, sed cognitis insidiis a Jove expulsum fuisse ex regno: Jovem mundi imperium cum fratribus Neptuno et Plutone divisisse; Jovi Cæli, et terræ regnum obtigisse, idest Cretæ; Neptuno maris, idest insularum maris Ægæi; Plutoni inferorum, idest partis inferioris Græciæ, nempe Epiri; Jovem sororem suam uxorem duxisse, quæ ei Vulcanum peperit. ¶Habuit amplum templum in Peloponneso, in Elide, apud Olympiam, quingentis passibus ab urbe, ubi Ludi Olympici in ejus honorem celebrabantur. Celebre etiam est templum illud Jovis, quod exstitit apud Dodonam urbem Molossiæ, seu Tesprotiæ in Epiro, in silva juxta Dodoneum fluv. ubi oracula fundebat: item quod Romæ in Capitolio, Præneste, &c. ¶A Romanis optimus et maximus vocabatur. *Cic. pro Dom.* c. 57. Quo circa te, Capitoline, quem propter beneficia populus R. optimum, propter vim maximum nominavit. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 25. A majoribus nostris optimus maximus dicitur: et quidem ante optimus, idest beneficentissimus, quam maximus, quia majus est, certeque gratius prodesse omnibus, quam opes magnas habere. ¶Aliis quoque honorificis epithetis decoratur, ut *magnus, æternus, saluturis, hospitalis, servator, conservator, custos, depulsor, fulgurator, tonans, stator,* quæ habentur apud *Cic.* et in Inscriptionib. multis apud *Gruter.* pag. 17. *et sequentib.* item *altus, arduus, summus, invictus, omnipotens, altitonans,* &c. apud Poetas. *Ovid.* 13. *Met.* v. 91. Ecce ferunt Troes ferrumque, ignemque, Jovemque In Danaas classes. *h. e.* Jovem faventem, Jovis auxilium. V. *Homer. Iliad.* 15. v. 693. Rursus *Ovid. loc. cit.* v. 384. *de Ajace.* qui ferrum, ignemque, Jovemque Sustinuit toties. *h. e.* Jovem adversum. ¶*Stygius,* et *Tartureus,* et *niger Juppiter* est Pluto apud *Virg. Ovid. Val. Flacc.* et *Senec. Tragic.* et *in Inscriptionib.* apud *Gruter.* pag. 23. n. 6. et 7. at *Æquoreus Juppiter* est Neptunus apud *Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 282. ¶Jovis nomine æther significatur, cælum, aer. [† V. *Virg. Georg.* 2. 325. ibique notam doctissimam *Ludovici De la Cerda.*] *Cic.* 1. *de nat. Deor.* cap. 15. Chrysippus disputat, æthera esse eum, quem homines Jovem appellarent. *Enn.* apud *Cic. ibid.* l. 2. c. 25. Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Jovem. *Horat.* l. 1. od. 1. v. 25. manet sub Jove frigido Venator, teneræ conjugis immemor. et od. 22. v. 19. Quod latus mundi nebulæ, malusque Juppiter urget. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 4. nimboque minacem Sanguineo rubuisse Jovem. *Virg. Georg.* 2. v. 419. Et jam maturis metuendus Juppiter uvis. *h. e.* pluvium cælum. et lib. 1. v. 418. uvidus. *Juvenal.* sat. 5. v. 78. vernus. *Stat.* 3. *Theb.* v. 26. hibernus. ¶Hinc *sub Jove* est sub dio. *in the open air. Ovid. Fast.* 2. v. 299. Sub Jove durabant, et corpora nuda gerebant. et l. 3. v. 527. Sub Jove pars durat: pauci tentoria ponunt. Adde *Metam.* 4. v. 260. ¶*Chrysippus* apud *Cicer.* 1. *de nat. Deor.* c. 15. etiam legis perpetuæ, et æternæ vim, Jovem dicit esse, eandemque fatalem necessitatem appellat, sempiternam rerum futurarum veritatem. ¶Est etiam unus ex planetis, secundus ordine. *the planet Jupiter. Cicer.* 2. *de nat. Deor.* cap. 20. Infra hanc (*Saturni stellam*) Jovis stella fertur, quæ φαέθων dicitur, eaque eundem XII. signorum orbem annis XII. conficit; easdemque, quas Saturni stella, efficit in cursu varietates. *Lucan.* lib. 10. v. 207. Sub Jove temperies, et nunquam turbidus aer. ¶*Juppiter!* exclamatio est admirantis, *heavens! good heavens! Plaut. Merc.* 5. 2. 24. Juppiter! est ne illic Charinus? *Catull.* carm. 1. v. 7. Doctis, Juppiter! et laboriosis. Adde carm. 65. *de coma Beren.* v. 30. et 48. ¶*Pro Juppiter?* V. *Pro.* ¶*Jovem lapidem jurare,* dicebantur, qui (uti docet *Fest.* in *Lapidem*) juraturi per Jovem, tenebant silicem, hæc verba dicentes: Si sciens fallo, tum me Diespiter, salva urbe arceque, bonis ejiciat, uti ego hunc lapidem. *Cic. Fam.* 7. ep. 12. Quomodo autem tibi placebit Jovem lapidem jurare, cum scias, Jovem iratum esse nemini posse? *Gell.* lib. 1. c. 21. Jovem lapidem, quod sanctissimum jusjurandum est habitum, paratus sum ego jurare, Virgilium hoc nunquam scripsisse. ¶De tunica Jovis V. in *Palmatus.* ¶*Juppiteres* in plurali *Tertull. in Apolog.* c. 14. Varro trecentos Joves (sive Juppiteres dicendum) introducit. ¶Duplici *p* scribi placet *Manutio,* et *Cellar. in Orthogr.* ex veteribus libris, nummis, et lapidibus: simplici *Dausquius* ex etymologia, nonnullis nummis, ac libris antiquis; quod et *Pierius* adnotaverat ad *Virg. Æn.* 7. v. 799. Prior itaque scribendi modus tutior.

JURAMENTUM, ti, n. *an oath,* ὅρκος, sacramentum, jusjurandum. *Paul. Dig.* lib. 22. tit. 3. leg. 25. *a med.* Judex juramenti fidem secutus. (*Cujac.* et al. putant, hæc inserta a *Triboniano* esse, qui fuit *Justiniani* æqualis.) *Ammian.* l. 21. c. 5. (*al.* c. 9.) Juramento, quæso, concordiam sponsete mansuram. *Sulpic. Sever.* lib. 1. *Histor. sacr.* cap. 8. *ex Genes.* 21. 32. Pulsus apud puteum juramenti consedit. *Imp. Justinian.* lib. 2. *Cod.* tit. 56. leg. 4. Quod et ipse arbiter juramentum præstiterit super lite dirimenda. Adde tit. 59. leg. 1. et alibi. Usi sunt etiam *Hieronym.* et *Augustin.* Latiniores qui usurpaverint, non facile invenies. nam illud *Senecæ* l. 2. *de clement.* cap. 1. suspectum merito Criticis est: *in cujus* verba *principes, regesque juramentum faciant.* legendum est enim *jurarent,* vel *jurent.*

JURANDUM, di, n. *an oath,* jusjurandum. *Plaut. Cistell.* 2. 1. 26. Abi quærere, ubi jurando tuo satis sit subsidii.

JURANDUS, a, um, nom. particip. is, in quem jurare licet, vel oportet. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 16. Jurandasque tuum per nomen ponimus aras. *Ovid.* 2. *Met.* v. 46. Diis juranda palus.

JURATĬO, onis, f. *a swearing; an oath,* actus jurandi, juramentum. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 6. *extr.* Verba jurationis concipit, nulla esse in villa sua scropham. Adde *Augustin.* epist. 154. et *Tertull. de Idolol.* c. 21.

JURATĪVUS, a, um, ad jurandum pertinens, ut *jurativa adverbia,* per quæ juramus. *adverbs of swearing.* Est *Priscian.* l. 15. pag. 1020. *Putsch.*

JURĀTO. V. *Juratus.*

JURĀTOR, ris, m. *a swearer,* qui jurat. *Macrob.* lib. 5. *Saturn.* c. 19. *a med.* Mox in lacu amittebat vitam falsus jurator. ¶Juratores etiam dicuntur testes jurati. *Senec. Apocolocynth. in princ.* Quis unquam ab historico juratores exegit? Ita legit, et tuetur *Lips. ibid.* et l. 2. *epistolic. quæst.* epist. 24. Sic *Plaut. in prol. Pœn.* v. 58. Vos juratores estis: quæso, operam date. Ubi *Turneb.* l. 19. c. 12. per translationem interpretatur spectatores, veluti arbitros, et censores Fabulæ. Proprie autem dicit intelligi Censores, qui eum, quem censebant, jurejurando adigebant. Quo trahit illud *ejusd. Trin.* 4. 2. 30. Census cum juratori recte rationem dedi, &c. Confirmat hæc erudite *Gronov.* l. 4. *Observat.* c. 1. Ceterum apud *Senec.* al. leg. *jurato res exegit:* quod est multo planius: et posteriorem quoque *Planti* locum non desunt qui sollicitent. [*Symmach. in orat. pro Synes.* c. 1. Dum juratoribus abundat, dum meriti sui certus est, adhibuit petitorem, quem testem sibi alius reservasset.]

JURATORĬUS, a, um, *juratory,* ad jurandum pertinens. *Imp. Anastas.* lib. 12. tit. 19. leg. 12. Juratoriæ cautioni committatur.

JURĀTUS, a, um, *sworn,* jurejurando firmatus. *Cic.* 3. *Offic.* c. 29. *a med.* Quod enim ita juratum est, ut mens conciperet, fieri oportere, id servandum est. *Lucan.* l. 4. v. 228. Sacramenta sceleri jurata nefando. *Sil.* l. 11. v. 145. Juratum bellum. et lib. 1. v. 9. Juratumque Jovi fœdus. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 53. jurataque multum barba tibi. *h. e.* diis promissa. *Lucan.* l. 9. v. 850. in gladios jurata manus. *h. e.* devota, addicta, conjurata. ¶Item jurando invocatus, testis jurisjurandi adhibitus. *sworn by. Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 25. nec te jurata reducunt Numina. *Senec. in Agamemn.* v. 755. Jurata Superis unda. *h. e.* Styx. ¶Active est qui juravit, *having sworn. Cic. pro Sull.* c. 11. *extr.* An me existimasti hæc injuratum in judicio non esse dicturum, quæ juratus in maxima concione dixi? *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 60. per sanctum juratus dicat Osirim. *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 98. tumidoque nihil juratus Atridæ. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 50. ille eadem nobis juratus in arma. *Liv.* l. 32. c. 22. Juratus, se eum sua manu interempturum, pervicit, ut, &c. ¶Est etiam jurejurando adstrictus, obligatus. *under an oath, bound by oath. Cic.* 3. *Offic.* c. 26. Regulus juratus missus est ad Senatum, ut, &c. *Sil.* l. 6. v. 346. At nova Elissei jurato fœdera patres Consultant mandare duci. ¶Juratissimi auctores apud *Plin. in præfat. Hist. nat. a med.* sunt fidelissimi, et qui, tanquam jurati sint, se vera scripturos, nunquam mentiuntur. ¶Ablativus *jurato* adverbii more, *with an oath. Paul. Dig.* lib. 2. tit. 8. *leg. ult.* Qui jurato promisit judicio sisti, non videtur pejerasse, si, &c.

JURE. V. *Jus,* in fine.

JURECONSULTUS. V. *Jurisconsultum.*

JUREJŪRO, as, a. 1. idem ac juro. *Liv.* l. 41. c. 15. *sub fin.* Prætores ambo in eadem verba jurejurarunt. Suspecta alicui Critico hæc lectio est.

JURENSIS, se, ad montem Juram pertinens, qui in Gallia est, inter Sequanos, et Helvetios, ut *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 8. docet. *Sidon.* l. 4. *ep. ult.* Jurensia monasteria. *h. e.* in eo monte sita.

JUREPERĪTUS. V. *Jurisperitus.*

JURĔUS, a, um, adject. *of broth,* jurulentus. *Plaut. Pers.* 1. 3. 15. Quasi juream esse jus decet collyricum. Subintellige, *placentam. brewis.*

JURGĀTĬO, onis. f. juris actio, ut *Fest.* exponit. V. *Jurgo.*

JURGATORĬUS, a, um, adject. ad jurgium pertinens. *Ammian.* l. 27. c. 1. Vocis jurgatorio sono.

JURGĀTRIX, icis, f. quæ jurgat. *Hieron.* ep. 47. *ad matr. et fil. ante med.* Illa jurgatrix: ergo iste placabilis.

JURGIŌSUS, a, um, *brawling, quarrelsome,* φιλόνεικος, contentiosus, seu contumeliosus. *Gell.* l. 1. c. 17. Mulier morosa admodum fuisse fertur, et jurgiosa. Adde lib. 19. c. 9.

JURGĬUM, ii, n. *a dispute, quarrel, altercation; a brawling, chiding, scolding; strife, contention, dissension,* φιλονεικία, ἔρις, contentio, concertatio, dissensio, et levior quædam lis, qualis nonnunquam etiam inter propinquos, et amicos solet accidere: aliquando et inter infensos: a *jurgo. Cic.* l. 4. *de Republ.* apud *Non.* c. 5. n. 34. Si jurgant, benevolorum concertatio, non lis inimicorum, jurgium dicitur. *Id. de Senect.* c. 3. Ut Themistoclem ferunt Seriphio cuidam in jurgio respondisse. *Id. de Amic.* c. 21. Ex inimicitiis jurgia, maledicta, contumeliæ gignuntur. *Id. de clar. Orat.* c. 70. Ut non cum adversario solum, sed etiam (quod mirabile) cum judice ipso, cujus delinitor esse debet orator, jurgio sæpe contenderet. *Id. pro Cæl.* c. 13. Non crimina, sed maledicta jurgii petulantis. *Id.* 1. *de Divin.* c. 45. Litibus et jurgiis se abstinere. *Plaut. Men.* 1. 2. 18. Jurgio tandem uxorem abegi ab janua. *Id. Pers.* 5. 2. 19. Jurgium hinc auferas, si sapias. *Id. Merc.* 3. 2. 14. Uxor me jurgio enicabit, si intro rediero. *Sallust. in Catil.* c. 32. et *Tacit.* 14. *Ann.* c. 49. Optimum quemque jurgio lacessere. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 53. jurgio quempiam invadere. et lib. 3. c. 32. Petulantibus jurgiis illudere. *Virg. Æn.* 10. v. 95. irrita jurgia jactare. *Ovid.* 2. *Amor.* eleg. 2. v. 35. nectere cum aliquo. *Id.* 5. *Trist.* el. 11. v. 1. per jurgia dicere aliquid. *Plin.* l. 16. c. 44. Jurgia facere. *Val. Flacc.* l. 3. v. 638. sævisque furens in jurgia dictis. *Justin.* l. 10. c. 2. Erumpere in jurgia. *Sueton. in Galb.* c. 5. Jurgio aliquem corripere. *to chide, scold, reprimand. Tacit.* 1. *Hist.* c. 64. Jurgia primum, mox rixa inter Batavos, et legionarios, prope in prœlium evasere. et lib. 4. c. 6. Acre jurgium. *Senec. in Herc. Fur.* v. 172. clamosi rabiosa fori jurgia vendere. *Plin.* l. 8. ep. 5. Vixit cum uxore XXXIX. annis, sine jurgio, sine offensa. *h. e.* sine querela. ¶Pro lite inter propinquos, ut dictum est, vel etiam inter extraneos, *a dispute, difference. Papinian. leg. ult.* tit. 2. lib. 10. *Dig.* Licet arbiter sententiam, jurgio perempto, non dixerit. *Ascon. in Verr.* 3. c. 45. Nihil se deterius in possessione facturum, de qua jurgium esset.

JURGO, as, avi, atum, a. 1. *et* Jurgor, aris, atus sum, dep. 1. *to quarrel, brawl, chide, scold,* ἐρίζω, ζυγομαχέω. Si *Varronis* sententia placeat l. 6. *de L. L.* c. 5. est a *jure,* et *ago;* et proprie significat, jure litigare. Unde et *Festus* jurgationem, *juris actionem* interpretatur. et *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 5. n. 34. docet, cum vicini inter se de re aliqua judicio contendunt, non *litigare* dici, sed *jurgare.* V. *Jurgium.* Fere significat verbis contendere, concertare, vicissim queri, verbis lacessere. *Terent. Andr.* 2. 3. 15. Cedo, quid, jurabit tecum? *Liv. in fin.* c. 33. l. 8. Hæc simul jurgans, querens, deum hominumque fidem implorans, plurimis cum lacrimis agebat. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 22. ne mea sævus Jurgares ad te quod epistola nulla veniret. et lib. 2. sat. 2. v. 100. Trausius istis jurgatur verbis. *Sueton. in Ner.* c. 5. Equiti R. liberius jurganti oculum eruit. ¶Pro litigare, *to sue at law, litigate, Justin.* l. 21. c. 5. Apud ædiles adversus lenones jurgari. *Impp. Gratian. Valentinian. et Theodos.* lib. 2. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 6. Omnes jacturam litis incurrant, qui non ante in proprio foro jurgaverint. *Impp. Arcad. et Honor. ibid.* lib. 11. tit. 33. Ne ætates jurgantium veternosis litibus consenescant.

JURIDICĀTUS, us, m. jurisdictio. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1093. n. 3. C. Cornelio C. F. Quirin. Felici Thrallo Patrono Coloniæ Vicani vicorum VII. et Colleg. Fab. Cent. Dendr. Urb. Juridicatus ejus, &c.

JURIDICIĀLIS, le, adject. *pertaining to law; Juridicialis constitutio,* seu *quæstio* est, in qua quæritur, jure ne, an injuria quippiam sit factum. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 14. Juridicialis constitutio est, cum factum convenit, sed jure, an injuria factum sit, quæritur. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 11. et lib. 2. c. 23. Juridicialis constitutio est, in qua æqui et iniqui natura, et præmii aut pœnæ ratio quæritur. *Id. in Top.* c. 24. *extr.* Accusator personam arguat facti: defensor aliquid opponat de tribus, aut non esse factum: aut si sit factum, aliud ejus facti nomen esse; aut jure esse factum. Itaque aut infitialis, aut conjecturalis prima appelletur: definitiva, altera: tertia, quamvis molestum nomen hoc sit, juridicialis vocetur.

JURIDICĪNA, æ, f. locus, ubi jus dicitur: item ipsa jurisdictio. *Tertull. de Pall.* c. 3. *in fine.*

JURIDĬCUS, a, um, ad jus dicendum pertinens. *Juridicus conventus* est locus, in quo magistratus in provinciis jus dicunt, quoque provinciales conveniunt, jure experturi. *Plin.* l. 3. c. 1. *de Bætica provincia.* Juridici conventus ei quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, Hispalensis. *assemblies for administering justice, sessions or assizes.* ¶*Juridicus* absolute est, qui juri dicundo præest, judex, *one who sits in judgment, a judge. Senec. in Herc. Fur.* v. 581. Flentes Eurydicem juridici sedent. *Capitolin. in M. Anton. Philos.* c. 11. Datis juridicis Italiæ consuluit, ad id exemplum, quo Adrianus consulares viros reddere jura

præceperat. Adde *Ulpian. Dig.* lib 1. tit. 20. *qui est* de officio juridici, leg. 1. et 2. ubi præcipue sermo est de eo, qui Principis nomine Alexandriæ jus dicebat. Nam ea provincia ex instituto Augusti, non a proconsule, aut proprætore, sed a Juridico administrabatur, ut est apud *Tacit. Ann.* 12. c. 60. Sic *in vet. lap.* apud *Gruter.* pag. 372. n. 4. Juridicus Ægypti. [Quamquam illud sane probabilius, Ægypti præfectum Augustalem *judicem* dictum esse, ut eum appellat *Eutrop.* l. 7. c. 7.; præter hunc vero, juris dicendi causa, alium etiam in eam provinciam missum esse, qui *juridicus* diceretur: hunc enim δικαιοδότην appellat *Strabo* l. 17. et a præfecto distinguit. Erat præfectus loco Cæsaris; suberant illi primum juridicus, deinde Cæsaris procurator, tum ceteri. V. *Morcellum de stil. Inscript. Latin.* pag. 167.]

JURISCONSULTUS, *et* Jureconsultus, i, m. *a lawyer, counsellor, jurisconsult,* νομικὸς, juris et legum consultus: qui legum, et consuetudinis ejus, qua privati in civitate utuntur, et ad respondendum, et ad agendum, et ad cavendum peritus est, ut *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 48. *extr.* definit. *Id. pro Mur.* c. 11. *ad fin.* Ab ipsis cautis jurisconsultis eorum sapientiam compilavit. et cap. 12. Ea jureconsultorum ingeniis corrupta sunt. et cap. 13. Triduo me jurisconsultum esse profitebor. *Gell.* l. 4. c. 2. Jureconsulti veteres. ¶ *Consultus juris.* V. *Consultus.* [¶ Cum vero jurisconsultorum cavillationes plurimum molestiæ afferrent etiam antiquis Romanis, hinc in suis ipsi sepulcralibus titulis, ut longe eæ abessent, sibi precabantur. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 662. n. 5. et fidelius ex ipso marmore apud *Marinium Inscript. Alban.* pag. 63. Huic monumento dolus malus abesto, et jurisconsultus. Huic formulæ gemina est ea, quæ legitur in quodam *Lapide* apud eumdem *Marinium ibid.* pag. 64. Ab iis omnibus dolus malus abesto, et jus civile. In alia vero apud *Gruter.* pag. 903. n. 12. Lis abeat.]

JURISDICTĬO, onis, f. *the administration of justice,* δικαιολογία, ipse actus juris dicundi. *Cic. de Harusp. resp.* c. 26. Justitium edici oportere, jurisdictionem intermitti. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 12. Ut ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamque jurisdictionem absolverem. *Cic. Fam.* 2. ep. 13. *ad fin.* Mihi erat in animo, quoniam jurisdictionem confeceram, proficisci in Ciliciam. Edictum Prætoris apud *Gell.* l. 10. c. 15. *extr.* Flaminem Dialem in omni mea jurisdictione jurare non cogam. *Colum.* l. 12. c. 3. *in fin.* Assidua jurisdictione vim legum custodire. ¶ Per tmesim aliquando dividitur. *Liv.* l. 41. c. 9. *extr.* Hæc causa jurisque dictio consuli decreta est. ¶ Item facultas, seu potestas jurisdictionis exercendæ. *legal authority, jurisdiction. Cic. Agrar.* 2. c. 36. Ut sub vestrum jus, jurisdictionem, potestatem urbes, nationes, provincias subjungeretis. *Senec. de clement.* l. et cap. 1. Quas nationes funditus excidi, quibus libertatem dari, quibus eripi, quæ ruant urbes, quæ oriantur, mea jurisdictio est. *Sueton. in Calig.* c. 16. Magistratibus liberam jurisdictionem, et sine sui appellatione concessit. ¶ Item ipse locus, ubi jurisdictio exercetur. *a district. Plin.* l. 5. c. 28. *extr.* Sed prius mediterraneas jurisdictiones indicasse conveniat.

JURISŎNUS, a, um, jura sonans, leges crepans. *Sulpic. Luperc. in Catalect. Scalig.* p. m. 186. et *Pithœi* p. 23. Ut post jurisonæ famosa stipendia linguæ, &c.

JURISPERĪTUS, *et* Jureperitus, i, m. idem ac jurisconsultus. Divisim *Cic. de clar. Orat.* c. 21. Fabius Pictor et juris, et litterarum, et antiquitatis bene peritus. *Id. pro Cluent.* c. 38. Quis jure peritior? Adde *Lucil.* apud *Charis.* l. 1. pag. 62. *Putsch.* ¶ Conjunctim *Gell.* l. 4. c. 2. *ad fin.* In libris jurisperitorum scriptum est. [¶ Superlat. apud *Cic. in Bruto,* c. 39. Ut eloquentium jurisperitissimus Crassus, jurisperitorum eloquentissimus Scævola putaretur.]

JURISPRUDENTĬA, æ, f. *jurisprudence,* νομικὴ τέχνη, juris ac legum scientia. *Ulpian. Dig.* lib. et tit. 1. leg. 10. Jurisprudentia est divinarum humanarumque rerum notitia, justi atque injusti scientia. ¶ Scribitur et divisim.

JURO, as, avi, et juratus sum, atum, a. 1. *to swear, take an oath, make oath, swear by,* ὄμνυμι, jurejurando confirmo, jusjurandum do: videturque esse a *jure,* quia qui jurat, inquit *Voss.* religiose spondet, se aliquid, ceu jus sit, servaturum. *Cic. pro Flacc.* c. 36. *a med.* Qui si aram tenens juraret, crederet nemo. *Id.* 2. *de Invent.* c. 43. *extr.* Judici demonstrandum est, quid juratus sit, quid sequi debeat. et cap. 45. Ex lege, in quam jurati sitis. *Plaut. Rud.* 5. 3. 16. Non tu juratus mihi es? *La.* juratus sum, et nunc jurabo. *Cato R. R.* c. 144. Oleam qui legerint, omnes juranto ad dominum, non ad custodem, se se oleam non surripuisse. *Plaut. Pers.* 3. 2. 2. Qui mihi juratus est, se se hodie argentum dare. *Sil.* l. 2. v. 351. flammis urere gentem Jurabat Phrygiam. *Calpurn. eclog.* 6. v. 58. Hunc dare, si vincar, cælestia numina juro. *Claudian. de B. Get.* v. 81. patrii numen juraverat Istri, Non nisi calcatis loricam ponere Rostris. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 13. Jurat, se eum non deserturum. et cap. 87. Juravit, se, nisi victorem, in castra non reversurum. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 114. Bœotum in crasso jurares aere natum. *Cic.* 4. *Acad.* c. 47. et *Liv.* l. 22. c. 53. *ad fin.* Ex mei animi sententia, inquit, juro, ut ego rempubl. populi R. non deseram. Al. omitt. τὸ juro. *Cic.* 4. *Acad.* c. 20. Jurarem per Jovem, deosque Penates, me ea sentire, quæ dicerem. (*jurare per aliquem* frequentissimum est apud quosque Scriptores.) *Id.* 3. *Offic.* c. 29. *sub fin.* falsum. *Id.* 5. *Fam.* ep. 2. *circa med.* vere. *et ibid.* verissimum pulcherrimumque jusjurandum. *Petron. in Satyr.* c. 117. *Sil.* l. 10. v. 448. et *Lucan.* l. 4. v. 228. sacramentum in verba alicujus. ¶ Notandum illud *Propertii* l. 3. eleg. 4. *extr.* Jurabo bis sex integer esse dies. Simile est illud *Horat.* l. 1. epist. 7. v. 22. dignis ait esse paratus. Et *Catulli* carm. 4. v. 2. ait fuisse navium celerrimus. Quæ Poetica sunt. ¶ *Jurare deos,* est per deos jurare. *Cic. Fam.* 7. ep. 12. Quomodo tibi placebit Jovem lapidem jurare, cum scias, &c. (V. *Juppiter.*) *Ovid. Heroid. ep. ult.* v. 2. Juraret ne quos inscia lingua deos. et ep. 16. v. 319. Tunc ego jurabo quævis tibi numina. Sic *Virg. Æn.* 12. v. 197. Hæc eadem, Ænea, terram, mare, sidera juro, Latinæque genus duplex, Janumque bifrontem, Vimque deum infernam, et duri sacraria Ditis. Ubi *Serv.* Et ornatior elocutio, et crebra apud majores, quam si velis addere præpositionem ut dicas, *juro per maria, per terras.* et lib. 6. v. 323. Stygiamque paludem, Dii cujus jurare timent, et fallere numen. et vers. 351. maria aspera juro. Adde *Tibull.* l. 4. el. 13. v. 15. *Propert.* l. 1. el. 15. v. 35. *Silium* l. 8. v. 105. ¶ *Jurare alicui,* est jurejurando fidem alicui polliceri. *to swear allegiance to. Plin. in Paneg.* c. 68. Scis, tibi ubique jurari, cum ipse juraveris omnibus. ¶ *Jurare aliquid alicui,* jurejurando promittere. *Stat.* 4. *Theb.* v. 396. alium tibi, Bacche, furorem Juravi. *Sil.* l. 3. v. 83. Et cineri juret patrio Laurentia bella. ¶ *Jurare conceptis verbis.* V. *Conceptus.* ¶ *Jurare calumnia.* V. *Calumnia. bonam copiam.* V. *Ejuro.* ¶ *Jurare in verba alicujus,* est ad præscriptam ab aliquo jurisjurandi formulam jurare, quod *jurare alio præeunte,* h. e. dictante verba, *Plin. in Paneg.* c. 64. *extr.* dixit. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 76. Petreius princeps in hæc verba jurat. *Liv.* l. 28. c. 29. Milites in verba P. Scipionis jurarunt. *swore obedience to. Horat.* l. 1. ep. 1. v. 14. Nullius addictus jurare in verba magistri. *h. e.* credere ea certa ac vera habere, quæ a magistro dicta sunt. Adde *Senec. in fin.* ep. 12. ¶ *Jurare in se,* est jurando sibi mala imprecari. *to call down imprecations upon himself. Liv.* l. 2. c. 45. *sub fin.* Idem deinceps omnis exercitus in se quisque jurat. ¶ *Jurare in litem,* apud *Cicer. pro Rosc. Com.* est jurare ad litem obtinendam. Ita enim cap. 1. *in fi.* Quod nomen in codicem injuratus referre noluit, id jurare in litem non dubitet? *h. e.* jurare, nomen illud revera exstare, pecuniamque illam sibi jure deberi, ut Judex secundum hoc jusjurandum sententiam ferat. ¶ *Jurare in litem,* apud JCtos (de quo toto tit. 3. lib. 12. *Dig.* et alibi) est jurejurando interposito, æstimationem facere ejus rei, qua de lis est: quod jusjurandum fere a judice defertur actori rem suam repetenti, quando ob dolum, aut contumaciam adversarii difficilis est probatio, quanti res æstimari oporteat: tunc enim ratio exigit, ut jurejurando actoris lis æstimetur. Habet autem locum præcipue in bonæ fidei judiciis. Sed de his fusius JCti. *Paul. Dig.* lib. 4. tit. 3. leg. 18. Ut possit per contumaciam suam tanti reus condemnari, quanti actor in litem juraverit. ¶ *Jurare in rem,* est de re jurare, quæ in judicium deducta est. *Ulpian. Dig.* lib. 44. tit. 5. leg. 1. Si fidejussor de persona sua tantum juravit, quasi non esset ipse obligatus, nihil reo proderit: si vero in rem juravit, dabitur exceptio reo quoque. ¶ *Jurare in nomen alicujus,* jurare alicui. *to swear allegiance. Sueton. in Claud.* c. 10. *extr.* Armatos pro concione jurare in nomen suum passus est. ¶ *Jurare in legem,* est secundum legem, eam ratam habendo. *Cic. pro Sext.* c. 16. Cum unus in legem per vim latam jurare noluit. *to swear to observe.* ¶ *Jurare morbum,* h. e. se morbo laborare: jurejurando morbum excusare. *to excuse himself by swearing that he is in bad health. Cic. Attic.* l. 12. ep. 13. Veniam, et ipse perpetuum morbum jurabo. Adde lib. 1. ep. 1. ¶ Aliquando est conjurare. *to conspire. Cato* apud *Plin.* l. 29. c. 1. *circa med.* Jurarunt inter se, barbaros necare omnes medicina. *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 117. In me jurarunt somnus, ventusque, fidesque. *Id.* 1. *Metam.* v. 242. In facinus jurasse putes. ¶ Particip. *jurans. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 457. Parcite Cecropidæ, juranti credere Theseo. *Id. Heroid.* ep. 21. v. 143. Non ego juravi: legi jurantia verba. ¶ Particip. *juratus,* et *jurandus.* V. supra suo loco. ¶ Passive, *Stat.* 7. *Theb.* v. 102. Inachias nec tantum culta per urbes Numina: captivis etiam jurabere Thebis. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 447. juratur Honorius absens. *Lucan.* l. 5. v. 396. Et lætæ jurantur aves, bubone sinistro. *h. e.* jurant augures, aves esse lætas, cum tamen solus bubo sinister et mali ominis visus sit. *Gell.* l. 5. c. 19. Jusjurandum, quod in arrogando juraretur. ¶ Passive impersonaliter. *Sueton. in Tiber.* c. 26. et 67. Ne in acta sua juraretur. *Plin. in Paneg.* c. 68. Scis, tibi ubique jurari.

JURULENTĬA, æ, f. liquor eorum, quæ coquuntur. *Tertull. de Jejun.* c. 1. Siccantes cibum ab omni carne, et omni jurulentia.

JURULENTUS, a, um, *stewed in broth, juicy,* ζωμώδης, cum jure coctus, juris plenus. *Cels.* l. 2. c. 18. *a med.* Tum res eadem magis alit jurulenta, quam assa; magis assa, quam frixa.

JUS, juris, n. *broth, liquor,* ζωμὸς, liquor eorum, quæ coquuntur. *Cic. Fam.* 9. ep. 20. *a med.* In ea cœna cocus meus præter jus fervens nihil potuit imitari. *Terent. Eun.* 5. 4. 17. Ex jure hesterno panem atrum vorare. *h. e.* sordidum, et atro jure diei hesternæ maceratum. *Cic. Tuscul.* 5. c. 34. Negavit, se jure illo nigro delectatum. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 120. Itidem olent, quasi cum una multa jura confundit cocus: quid oleant, nescias; nisi id unum, ut male olere intelligas. ¶ *Jus Verrinum,* dixit *Cic. Verr.* 3. c. 46. ludens in ambiguo, ut Verrem jus dicentem irrideret; est enim *verres* porcus masculus. Negabant, *inquit,* mirandum esse, jus tam nequam esse Verrinum. ¶ In plur. numero, *Seren. Sammonic.* c. 46. v. 847. gallinæ jura vetustæ. Adde cap. 48. v. 902. ¶ Dicitur etiam de liquore, qui non sit cibus. *Plin.* l. 35. c. 6. *a med. de purpuræ sanie.* Addita creta in jus idem. ζέμα.

JUS, juris, n. *right, law, reason, justice,* δίκη, τὸ δίκαιον, a *jubeo,* ut quidam volunt; est enim universim id, quod legibus constitutum est sive naturalibus, sive divinis, vel gentium, vel civilibus. Alio nomine vocatur æquitas communis, æquum universale, legitimum, idest adæquatum legi, tanquam norma ac regula actionum humanarum. *Terent. Heaut.* 4. 1. 29. Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum, neque æquum sciunt? *Cic.* l. 1. *Tuscul.* c. 26. Jus hominum situm est in generis humani societate. *Plaut. Epid.* 3. 4. 85. omnium legum, atque jurium fictor, conditor cluet. ¶ Atque hæc est notio juris universalis. Est enim jus etiam particulare seu privatum, quod collectum est ex naturalibus præceptis aut gentium aut civilibus, ut ait *Justinian.* lib. 1. *Institut. de Justit.* et *ju.* §. 4. ¶ Jus Latium. V. in *Latius, a, um.* ¶ Jus Quiritium. V. *Quirites.* ¶ Jus trium liberorum quid sit. V. *Liberi.* ¶ Sumitur præterea speciatim pro æquo et justo, quod alicui ex justitia debetur. *Cic. pro Cæc.* c. 11. Ut per interdictum jus meum teneam. *Id. pro Quint.* c. 9. Ubi nostrum jus contra ipsos obtineremus. ¶ *Jure suo agere* est libere agere, nemine impediente. *Flor.* l. 3. c. 17. Equites Romani tanta potestate subnixi peculabantur suo jure rempubl. ¶ Significat etiam, et quidem sæpius, pro auctoritate et facultate, seu potestate a legibus seu jure concessa agere. *Terent. Adelph.* 1. 1. 27. Non necesse habeo omnia pro meo jure agere. Hinc sui juris facere. *to make his own. Vellei.* l. 2. c. 69. Decem legiones in eo tractu sui juris fecerat. et c. 108. *extr.* Finitimos omnes aut bello domuit, aut conditionibus sui juris fecit. *gained over.* ¶ Sumitur item jus pro justitia legali, seu pro ipsis legibus. *the laws. Cic. de Orat.* l. 2. c. 33. De jure alicui respondere. et 1. *de Legib.* c. 4. Respondere jus. Angl. *to give advice in a matter of law.* ¶ De variis juris divisionibus in civile, naturale, &c. V. JCtos toto tit. 1. lib. 1. *Dig.* ¶ Item pro loco, in quo jus redditur. *a court of justice. Terent. Phorm.* 5. 7. 43. In jus ambula. *Nep. in Attic.* c. 6. In jus de sua re nunquam ivit. *Cic. pro Quint.* c. 25. Ut statim de jure aliquis cucurrerit. ¶ Item pro sententia a judice prolata. *sentence of condemnation, judgment.* Hinc Prætor cum sententiam pronuntiat, jus dicere, aut reddere dicitur. *Cic.* lib. 13. *Fam.* ep. 14. Ea res a Volcatio, qui Romæ jus dicit, rejecta in Galliam est. *Paul. Dig.* lib. 1. tit. 1. leg. 11. Prætor quoque jus reddere dicitur, etiam cum inique decernit. ¶ Item pro eo, quod vim habet sanctionis et legis. *Cic.* 3. *Leg.* c. 3. Quod is, qui bellum geret, imperassit, jus ratumque esto. *Ulpian.* lib. 1. tit. 1. leg. 9. Non ambigitur, Senatum jus facere posse. ¶ *Sui juris esse,* est liberum esse, suique arbitrii. *Senec.* ep. 11. Nihil adversus hæc sapientia promittit; sui juris sunt, injussa veniunt. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. *ante med.* Ut esset sui juris ac mancipii respublica. ¶ Item pro conditione, seu statu. *state, condition. Cic. Verr.* 5. c. 6. Ut eodem jure essent, quo fuissent. *Id.* 2. *Offic.* c. 8. Universas provincias uno calamitatis jure comprehenderet. ¶ Item pro necessitudine, aut conjunctione. *consanguinity, relationship. Ovid.* 6. *Metam.* v. 536. conjugalia jura. *Sueton. in Calig.* c. 26. Jus necessitudinis. *Pompon. Dig.* lib. *et tit. ult.* leg. 8. sanguinis. ¶ Item pro potestate, licentia, facultate. *power, authority, leave. Ovid.* 2. *Metam.* v. 47. currus rogat ille paternos, Inque diem alipedum jus, et moderamen equorum. *Plin.* l. 2. c. 7. *sub fin.* Nullum deus habet in præterita jus, præterquam oblivionis. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 12. *sub fin.* Cum plebe agendi jus aut dare, aut non dare, augurum est. *Liv. in fin.* l. 5. Materiæ cædendæ unde quisque vellet, jus factum. *Cic. in Top.* c. 3. Si compascuus est ager, jus est compascere. *Lucan. in princ.* Jusque datum sceleri. *Plin.* l. 18. c. 34. Zephyrus vites putandi, fruges curandi, arbores serendi jus dabit. ¶ Item pro justitia; seu cum legibus, ac jure convenientia. *Liv.* l. 1. c. 26. *sub fin.* Absolverunt admiratione magis virtutis, quam jure causæ. *out of regard to the justice of his cause.* ¶ *Jus summum* dicitur, cum leges severe, et sine ulla mitigatione observantur. *the rigour of the law. Cic. Verr.* 7. c. 2. Non agam summo jure tecum. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 10. Ex quo illud, *Summum jus, summa injuria,* factum est jam tritum sermone proverbium. *Terent. Heaut.* 4. 5. 48. Jus summum sæpe summa est malitia. *Colum.* l. 1. c. 7. Jus summum antiqui summam putabant crucem. ¶ Jus petere, orare, postulare, est rem justam petere. *Plaut. Pseud.* 5. 2. 16. Quid dubitas dare mihi argentum?

S. Jus petis, fateor. Adde *Trin.* 5. 2. 37. *Jus est* pro justum est, vel licet. *Plaut. Pers.* 1. 3. 26. Jus est apponi pernam frigidam. Sic *jus fasque est*, apud *eund. Cistell.* 1. 1. 22. ¶ Æquo jure agere, disceptare, h. e. ex æquo, et bono, leniter, remisse. *Cic. Verr.* 4. c. 15. ¶ Ablativus *jure* eleganter ponitur more adverbii, et significat juste. *justly, reasonably. Cic. Verr.* 7. c. 8. Quamobrem jure in eum animadverteretur. *Id. Catil.* 3. c. 6. Prætores merito ac jure laudantur. *Juvenal.* sat. 2. v. 34. Nonne igitur jure ac merito vitia ultima fictos Contemnunt Scauros? *Senec. de Clement.* l. 1. c. 12. Jure meritoque præferri multis potest. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 24. Te ipse, jure optimo, merito incuses licet. ubi nota Pleonasmum. ¶ Huic opponitur *injuria. Cic. Verr.* 4. c. 61. Non quæro, jure, an injuria sint inimici. *reasonably or not. Terent. Andr.* 1. 3. 9. Quo jure, quaque injuria præcipitem me in pistrinum dabit. *right or wrong.* Ubi *Donat.* Proverbiale hoc est, qualia sunt *fas et nefas, nolis velis.* Al. leg. cum *Priscian.* l. 18. pag. 1190. *Putsch.* (non tamen in omnib. editionib.) Quo jure, quave injuria. ¶ *Ipso jure* est per se, citra aliud factum, vel pactum, vi sola legis, stricto et solo jure. Passim occurrit apud JCtos *in Digestor. libris.* ¶ In genitivo plur. pro *jurium* dixit *jurum* apud *Charis.* l. 1. pag. 109. *Putsch. Cato in* 7. *Orig.* Eodem loco *Charis. juribus* dici negat: quod tamen ex *Ulpiano* lib. 27. *ad Edict.* asserit *Voss.* l. 3. *de Grammat.* c. 46. *ad fin.*

JUSCELLUM, i, n. jusculum. *Theod. Priscian.* l. 2. c. 13. Juscellum gallinarum. [*Venant. Fortunat.* l. 6. carm. 10. v. 18. Plus juscella coci, quam mea jura valent.]

JUSCULARIUS, a, um. Felix Aug. L. Juscul. habetur in fragm. de antiquit. Antii: et ita legit *Murator.* pag. 305. *novi Thesauri.*

JUSCŬLUM, i, n. *broth; a hash, ragout; pottage, gruel,* ζωμίδιον, liquor eorum, quæ coquuntur, et quilibet liquidior cibus. *Cato de R. R.* c. 155. *in fin.* Postea inde jusculum frigidum sorbere.

JUSJURANDUM, jurisjurandi, jurijurando, jusjurandum, jurejurando, n. *an oath,* ὅρκος, juramentum, sacramentum. *Cic.* 3. *Offic.* c. 29. Est enim jusjurandum affirmatio religiosa. *Id.* 5. *Fam.* ep. 2. *circa med.* Maxima voce juravi verissimum pulcherrimumque jusjurandum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 76. Ipse idem jusjurandum adigit Afranium. *Plaut. Most.* 5. 1. 36. Jusjurandum pollicitus est dare mihi, neque se hasce ædes vendidisse, neque sibi esse argentum datum. *Cic.* 3. *Offic.* cap. 31. Juravit, se illum statim interfecturum nisi jusjurandum sibi dedisset, se patrem missum esse facturum. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 28. Tirones, jurejurando accepto, nihil iis nocituros hostes, se Otacilio dediderunt. et lib. 1. *B. Gall.* c. 3. *in fin.* Inter se fidem et jusjurandum dant. *Quintil.* l. 5. c. 6. Deferre jusjurandum alicui. V. *Defero. Id. ibid.* offerre. *et ibid.* recipere. *Et,* exigere ab aliquo. *Et,* jurejurando stare. *Paul. Dig.* lib. 12. tit. 2. leg. 6. Jusjurandum remittere. *h. e.* gratiam facere. *Ulpian. ibid.* tit. 3. leg. 4. *a med.* Jurijurando modum statuere. *et mox.* Taxationem jurijurando dicere. *Tacit.* 4. *Hist.* 41. Jusjurandum concipere. *Liv.* l. 34. c. 25. interponere. *Cic.* 3. *Offic.* c. 27. et 28. conservare. et cap. 29. violare. *Id.* l. 1. *de Invent.* c. 29. *sub fin.* negligere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 31. Jurejurando civitatem obstringere. et cap. 30. *extr.* sancire, ne quis enuntiet. et lib. 7. c. 2. ac fide sancire. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 7. firmare aliquid. *Id.* 3. *Offic.* c. 27. teneri. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 11. alicui fidem facere. *Cic. pro Flacc.* c. 6. *extr.* Psephismata jurejurando constricta. *Id. pro Cæl.* c. 22. *sub fin.* Jurejurando devincta auctoritas. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 28. Contra religionem jurisjurandi crudelissime interficiuntur. ¶ Divisim *Cic. pro Cæl.* c. 22. Socius vestræ religionis jurisque jurandi. *Ovid. Heroid. ep. ult.* v. 133. quid prodest jurandi formula juris? ¶ *Jusjurandi* in genitivo pro *jurisjurandi*, qui *Cæsari*, et *Tacito* tribuunt, non probant. ¶ *Jurajuranda* dixit *Pacuv.* apud *Fest.* in *Manticularum.* ¶ Invertit *Plaut. Pseud.* 1. 2. 63. Qui jurando jure malo quærunt rem.

JUSQUIĂMUS, corrupta vox ex *Hyosciamus.* V.

JUSSĬO, onis, f. *an order, command,* πρόσταγμα, actus jubendi, jussum. *In Epit. Livii,* l. 67. Secundum populi R. jussionem Cæpionis bona publicata sunt. Al. aliter leg. *Modestin. Dig.* lib. 40. tit. 4. leg. 44. *extr.* Testatricis jussioni parere. *Lactant.* l. 4. c. 15. *ante med.* Hæc omnia verbo ac jussione faciebat. *Arnob.* l. 2. pag. 49. Unius imperii jussione maris insanias compescere.

JUSSĬTUR, et

JUSSO. V. *Jubeo.*

JUSSULENTUS, a, um, idem ac jurulentus apud *Apul. in Apolog.* Qualiter quisque piscium assus, aut jussulentus optime sapiat.

JUSSUM, i, n. *an order, command, charge, mandate,* idem ac jussio, vel jussus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 24. Cum præsertim deorum immortalium jussis atque oraculis id fecisse dicantur. *Sallust. in Jug.* c. 25. *extr.* Jussa efficere. *to execute.* et cap. 35. Jussis alicujus obedientem esse. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 17. Jussa alicujus detrectare. et lib. 11. c. 19. exuere. et lib. 14. c. 3. spernere. et cap. 37. *extr.* abnuere. et 4. *Hist.* c. 81. exsequi. et cap. 83. patrare. *Virg.* 1. *Æn.* v. 81. capessere. et vers. 306. facere. et lib. 4. v. 295. facessere. et vers. 538. sequi. *h. e.* exsequi. *Val. Flacc.* l. 5. v. 660. dira tyranni subire. et lib. 7. v. 61. perficere. et vers. 95. pati. *Ovid.* 2. *Met.* v. 119. peragere. et lib. 1. v. 315. jussis parere. ¶ Aliquando ponitur pro lege. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 5. Perniciosa et injusta jussa populis describere. *Id. pro Balb.* c. 18. Cum scita ac jussa nostra sua sententia comprobat. Huc pertinet quod *Festus jussa* exponit, *jura*: ubi tamen quidam scribendum putant *jusa* ex more veteri ponendi *s* pro *r* ut *Fusius, Furius: Lases, Lares,* &c. ¶ In singulari num. *Ovid.* 4. *Met.* v. 509. Sic victrix, jussique potens, ad inania magni Regna redit Ditis. V. *Potens* in fin. *Cic. pro Cæcin.* c. 33. Putas ne, si populus jusserit, id jussum ratum atque firmum futurum? *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 472. Tudertibus populi jusso dat civitatem. *Gell.* l. 11. c. 18. Ejus leges non decreto jussoque, sed tacito consensu oblitteratæ sunt. *Sil.* l. 9. v. 602. nec jusso mora.

JUSSUS, us, m. *a command,* jussum, jussio. *Cic. pro leg. Manil.* c. 9. *ad fin.* Vestro jussu coactus, partem militum dimisit. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 50. Tuo jussu profectus sum. *Nep. in Timoth. sub fin.* Populi jussu bellum gessit. *Sallust. in Jug.* c. 120. Uti jussu populi R. fœdus fieret. ¶ Extra ablativum casum non facile invenies. ¶ Pro *jussui* in dativo *Augustus de vita sua* apud *Serv. ad* 8. *Æn.* v. 696. Antonium jussisse, ut legiones suæ apud Cleopatram excubarent, ejusque nutu et jussu parerent.

JUSSUS, a, um, *ordered, commanded, enjoined,* impositus, præceptus, ἐπιτεταγμένος. *Ovid. Trist.* l. 4. *el. ult.* v. 9. Errorem jussæ, non scelus, esse fugæ. *Horat.* epod. 17. v. 37. jussas cum fide pœnas luam. *Val. Flacc.* l. 3. v. 508. Obsequitur tamen, et jussas petit ocius oras. *Tacit. Ann.* 16. c. 17. Accepto jussæ mortis nuntio, semet interfecit. *Sil.* l. 14. v. 395. Puppes jussam proram incurrunt. ¶ Sæpe refertur ad personam, sequente fere infinitivo. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 36. Jussus arma abjicere, imperatum facit. *Liv.* l. 1. c. 5. Aliis alio itinere jussis ad regiam venire pastoribus. *Val. Flacc.* l. 5. v. 482. cui non jusso tot adire voluptas Monstra maris? et lib. 4. v. 523. agnoscunt monitus, jussæque recedunt. *Virg.* 3. *Æn.* v. 236. Haud secus ac jussi faciunt. ¶ Eleganter refertur ad res inanimas, quæ non sponte, sed artificio et industria coguntur præter naturam quippiam efficere. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 144. Gutta quoque ex oculis non nisi jussa cadet. *Colum.* l. 10. v. 48. Tum jussi veniant declivi tramite rivi. *Laurea Tullius* apud *Plin.* l. 31. c. 2. Silva loco melius surgere jussa viret. *Plin. alter* l. 7. ep. 9. *in carm.* Ut laus est ceræ, mollis cedensque sequatur Si doctos digitos, jussaque fiat opus. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 362. Figitur in jusso nostra sagitta loco. *in the destined place.*

JUSTE, *justly, impartially, uprightly, lawfully, regularly,* δικαίως, jure, recte, legitime. *Cic.* 1. *Offic.* c. 4. *a med.* Juste et legitime imperare. *Id. pro Marcell.* c. 3. Clementer, mansuete, juste, moderate, sapienter facere. *Tacit. in Agric.* c. 9. Agricola naturali prudentia facile justeque agebat. *Curt.* l. 10. c. 5. *a med.* Juste æstimare aliquid. *Phædr.* l. 4. *fab. ult.* v. 82. Sæpe impetravit veniam confessus reus: Quanto innocenti justius debet dari? *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 86. justius reprehendi. *Brut. ad Cicer.* ep. 4. At hoc ipsum, inquies, inique facis: immo justissime. *Plin.* l. 8. ep. 14. *ante med.* Quo justius peto, ut errori tribuas veniam. *Hirt. de B. Alex.* c. 25. Juste postulare aliquid. *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 168. juste timere.

JUSTIFICĀTRIX, icis, quæ justum facit. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 36.

JUSTIFICĀTUS, a, um, adject. *justified,* justus factus. *Prudent. in Apotheos.* v. 949. et comparat. *justificatior* apud *Tertull. de Orat.* c. 13.

JUSTIFĬCO, as, a. 1. *to do justice, act justly,* juste facio. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 19. et lib. 4. c. 17. et 29. *ad fin.* ex *Isai.* 1. 17. Judicate pupillo, et justificate viduam. *Id.* l. 1. *ad Uxor.* c. 8. hunc ipsum locum ita refert: *juste facite viduæ:* et lib. 4. *advers. Marcion.* c. 14. juste tractate viduam. ¶ Item justum reddo, *to justify. Coripp. sub fin.* l. 2. *de laudib. Justini jun.* Deus est, cui verbo competit uno Justificare malos.

JUSTIFĬCUS, a, um, *acting justly, doing what is just,* δίκαιος, justitiam faciens. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet. in fin.* Justifica mens deorum.

JUSTINIĀNUS, a, um, ad Justinum Imp. pertinens. *Coripp.* l. 1. *de laudibus Justini jun.* c. 15. v. 277. Justinianorum series ubi tota laborum.

JUSTINIĀNUS, i, Justini maj. Imp. ex sorore nepos, Imperator R. celeberrimus, qui JCtis usus præstantissimis, jus civile in eum redegit ordinem, quo nunc utimur. Obiit A. C. DLXV.

JUSTĪNUS, i, *Justin,* historicus, Trogi Pompeii libros historiarum in epitomen redegit. Floruit Antonini Imp. ætate, si *Vossio* credimus: præsertim cum in præfatione ejus nomen hujus Imperatoris his verbis legatur: *quod ad te, Imperator Antonine, non tam cognoscendi,* &c. Monent tamen Critici illam compellationem in MSS. non exstare, Alii ipsius Trogi discipulum putant, qui tempore Augusti floruit. Sunt etiam qui cum D. Justino Martyre, sed perperam, confundunt. Stilus certe ejus aurea magis ætate dignus videtur, quam ænea, in quam a plerisque conjicitur, Et vero vix est credibile, ipsum non passim et verba, et dicendi modos ab eo exscripsisse, a quo rerum narrationem descripsit.

JUSTITĬA, æ, f. *justice, impartiality,* δίκη, δικαιοσύνη, virtus, qua suum cuique tribuimus, quæ et particularis dicitur. Est enim et universalis, quæ obedientia est erga leges, et virtutes omnes morales complectitur. *Cic.* 5. *de Fin.* cap. 23. Quæ animi affectio suum cuique tribuens, atque hanc, quam dico, societatem conjunctionis humanæ munifice æque tuens, justitia dicitur: cui adjuncta sunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, quæque sunt generis ejusdem. *Id.* 2. *Offic.* c. 10. Justitia, ex qua una virtute boni viri appellantur. *Id. in Partit.* c. 22. *extr.* Justitia erga deos religio, erga parentes pietas, vulgo autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animadvertendi lenitas, amicitia in benevolentia nominatur. *Flor.* l. 1. c. 2. *extr.* Ut quod vi et injuria occupaverat imperium, religione atque justitia gubernaret. *Virg. Æn.* 1. v. 527. Justitiaque dedit gentes frenare superbas. ¶ Pro bonitate vitæ, lenitate, mansuetudine, *clemency, mercy. Terent. Heaut.* 4. 1. 32. Nunc hoc te obsecro, quanto tuus est animus natu gravior, ignoscentior; ut meæ stultitiæ in justitia tua sit aliquid præsidii. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 4. Legatos ad Cæsarem mittant: sperare se, pro ejus justitia, quæ petierint, impetraturos. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 6. v. 23. Principe nec nostro deus est moderatior ullus: Justitia vires temperat ille suas. ¶ Pro æquitate civilis animi, et nihil se supra alios efferentis, *uprightness. Nep. in Aristid.* c. 2. Tum autem et intemperantia Pausaniæ, et justitia factum est Aristidis, ut, &c. Dixerat *paulo sup.* Ejus æquitate factum est, ut summa imperii, &c. Adde *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 32. *extr.* ubi justitiam, et æquitatem conjungit. et *Cicer. pro Marcell.* c. 4. ubi justitiam, et lenitatem. ¶ Pro ipsis legibus, *Flor.* l. 1. c. 24. Ordinataque erat in duodecim tabulis tota justitia.

JUSTITĬUM, ii, n. *a total cessation from business, ordained in a public mourning, on account of some signal calamity, when courts of justice did not sit,* ἀπραξία, juris dicendi intermissio, quæ fieri solet in publico luctu, et reipublicæ calamitatibus: quasi *juris statio,* hoc est silentium, per translationem. *Gell.* l. 20. c. 1. Velut quoddam justitium, idest juris inter eos quasi interstitionem quandam et cessationem, quibus diebus nihil agi cum his jure posset. *Cic. Phil.* 5. c. 12. Justitium indici, saga sumi dico oportere. *Id. de Harusp. resp.* c. 26. Justitium edici oportere, jurisdictionem intermitti, claudi ærarium, judicia tolli. *Liv.* l. 3. c. 5. Justitium per aliquot dies servatum est. ¶ *Justitium remittere* est pristinam facultatem tractandarum litium publice restituere. *Liv.* l. 10. c. 21. ¶ Interdum pro luctu publico ponitur. *Sidon.* l. 2. epist. 8. Decessit nudius tertius, non absque justitio matrona Filimatia. ¶ Justitii tempore non juris solum administrandi, sed aliorum etiam publicorum munerum cessatio erat, ut ex *Taciti Ann.* l. 1. c. 16. et 50. et l. 2. c. 82. aperte colligitur. V. etiam *Sueton. in Cal.* c. 24. et *Liv.* l. et cap. 26.

JUSTUS, a, um, *just, upright, virtuous,* δίκαιος, qui jus servat, qui juste facit, qui justitia præditus est, æquus, innocens. *Cic.* 2. *Offic.* c. 12. Justus et bonus vir. *Id. pro Planc.* c. 26. Liberalis in publicanos, justus in socios. *Id. pro Sext.* c. 67. Qui omnium justissimus fuisse traditur. ¶ Item debitus, meritus. *just, suitable, merited, due, reasonable, proper. Cic. Catil.* 1. c. 8. Dubitas vitam istam, multis suppliciis justis debitisque ereptam, fugæ mandare? *Id.* 2. *Phil.* c. 29. Propemodum æqua et justa dicebas. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 5. v. 22. Nam nisi justa tua est, justa querela mea est. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 48. *extr.* Quam postulationem cum judicaret ab justo nasci timore, veniam petenti dedit. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 58. Justa bella facere. ¶ Item legitimus. *lawful, legitimate. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 16. Justissima causa faciendi aliquid. et lib. 1. c. 45. Populi R. justissimum esse in Gallia imperium. *Sallust. in epist. Mithrid. sub fin.* Pauci libertatem, pars magna justos dominos volunt. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 35. Septem et decem filii justa uxore nati. *Liv.* l. 39. c. 53. Hunc justa matrefamilias, illum pellice ortum esse. *Justin.* l. 15. c. 2. *ad fin.* Justus heres. ¶ De justa libertate V. in *Manumissio.* ¶ *Justa, orum,* sunt quæ in quoque genere debita sunt, quæ secundum leges, aut morem fieri debent. *Cic. de Harusp. resp.* c. 10. *extr.* Omnia solemnia ac justa ludorum, omnibus rebus observatis, summa cum cæremonia esse servata. *every thing requisite. Liv.* l. 9. c. 6. Justis omnibus hospitalibus, privatisque et publicis funguntur officiis. *the proper offices of hospitality.* et c. 8. Nec prius ingredi hostium fines, quam omnia justa in deditionem nostram perfecta erunt. *Colum.* l. 6. c. 14. et 30. Jumentum ad justa perducere. *h. e.* ad solitum et debitum opus præstandum. Sic l. 1. c. 8. *circa med.* Justa reddere. *to perform their daily tasks.* ¶ Præcipue vero dicuntur de parentalibus, et exsequiis. *funeral rites, obsequies:* quia hæc maxime defunctis debentur. *Sallust. in Jug.* c. 11. Postquam illi more regio justa magnifice fecerant. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 18. *extr.* Justis funebribus confectis. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 8. *ad fin.* Paterno funeri justa solvere. *Plin.* l. 2. c. *ult.*

Justa peragere. *Curt.* l. 10. c. 8. *a med.* præstare. et lib. 6. c. 6. persolvere. *Flor.* l. 4. c. 2. *a med.* dare Manibus alicujus. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 480. ferre avis positis. ¶ De cibariis, et de menso servorum. *Colum.* l. 1. c. 8. *a med.* Diligens dominus ab ipsis vinctis quærat, an ex sua constitutione, justa percipiant. *whether they receive their just dues or allowance.* *Cic.* 1. *Offic.* c. 13. *ad fin.* Servis justa præbere. ¶ Translate *Colum.* l. 4. c. 3. Novella vitis, dum adolescit, nisi omnia justa perceperit, ad ultimam redigitur maciem. *if it do not receive all due care and attention.* ¶ Est etiam *justus* integer, plenus, perfectus, cui ad naturalem magnitudinem, aut quantitatem nihil deest. *Liv.* l. 39. c. 2. *a med.* Eos primo levibus prœliis fatigavit: postremo coactos in aciem descendere justo prœlio devicit. *a regular engagement, a pitched battle.* *Id.* l. 1. c. 4. Ad justi cursum amnis. *the regular or usual channel of.* *Cic.* 2. *Fam.* ep. 10. *a med.* Justa victoria imperator appellatus. *full, complete.* *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 23. et l. 3. c. 76. Justum iter conficere. *h. e.* quantum a militibus agmine euntibus, uno die confici potest, quæ fere viginti mill. pass. sunt, ut ex *Vegetio* l. 1. *de re milit.* c. 9. *Lipsius* l. 5. *de milit. R. dial.* 14. docet. *a day's march.* *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 23. Dum justa muri altitudo expleatur. *Vellei.* l. 2. c. 119. Ordinem atrocissimæ calamitatis justis voluminibus, conabimur exponere: nunc summa deflenda est. *Hirt. de B. Alex.* c. 44. Magnitudo navium non satis justa ad prœliandum. *Ovid. de medicam. fac.* v. 76. Sed justum tritis uncia pondus erit. *Id.* 10. *Met.* v. 36. cum justos matura peregerit annos. et l. 2. v. 732. Forma justa. *complete beauty.* et *Plaut. Rud.* 5. 3. 23. Si vidulum justum redegissem in potestatem ejus, juratus dare mihi talentum. *h. e.* cum omnibus quæ infuere. *Sueton. in Tiber.* c. 68. Justa statura. *ordinary.* et *Nerat. Dig.* lib. 12. tit. 4. leg. 8. Si inter eas personas, quarum altera nondum justam ætatem habeat, nuptiæ factæ sint. *the lawful age.* *Cic. de clar. Orat.* c. 90. Justa eloquentia. *h. e.* vera, absoluta, perfecta, *full and perfect.* ¶ Interdum est æquus, facilis, humanus, lenis. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 1. Ut propemodum justioribus utamur iis, qui omnino avocent a philosophia, quam iis, qui, &c. *Terent. Andr.* 1. 1. 9. Ut semper tibi apud me justa et clemens fuerit servitus. *easy, mild.* ¶ Apud *Tacit.* *justa loca* sunt æqua, et in quibus neuter exercitus habet subsidii quidquam præter virtutem: quibus *iniqua* opponuntur: l. 2. *Ann.* c. 5. Fundi Germanos acie et justis locis: juvari silvis, paludibus. ¶ *Justum vadem* interpretatur *Festus* idoneum sponsorem. ¶ *Justi dies*, inquit idem *Fest.* et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 16. dicebantur triginta continui dies, cum exercitus esset imperatus, et vexillum russi coloris in arce positum. Hos dies eosdem esse ait *Macrob.* ac prœliales, quibus fas est res repetere, vel hostem lacessere. ¶ In re civili *justi* dicebantur triginta dies, qui dabantur confessi æris, ac debiti judicatis, conquirendæ pecuniæ causa, quam dissolverent: eos Decemviri *justos* appellaverunt, velut quoddam justitium, id est juris inter eos quasi interstitionem quandam, et cessationem, quibus diebus nihil cum his agi jure posset. Post deinde ad Prætorem vocabantur, et ab eo addicebantur, &c. *Lex* XII. *Tab.* apud *Gell.* ex quo hæc sumpta sunt l. 20. c. 1. Æris confessi ac debiti judicatis triginta dies justi sunt: post deinde manus injectio esto, in jus ducito, &c. ¶ Universim *justi dies* sunt stati, ac certi, quos ab omnibus servari, justum est. *Cicero* 2. *de Legib.* c. 9. Præter Idææ matris famulos, eosque justis diebus, ne quis stipem cogito. *appointed, lawful.* ¶ *Justum* absolute est ipsum jus, justitia. *justice, equity.* *Cic.* 2. *de Legib.* cap. 5. Justum ac jus colere. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 98. utilitas justi prope mater et æqui. *Id.* l. 3. od. 7. v. 24. Ne vicinus Enipeus Plus justo placeat, cave. *more than it ought.* et *Ovid.* 6. *Met.* v. 470. rogare ulterius justo. et l. 3. v. 333. gravius justo dolere. *more than is proper.* *Quintil.* lib. 9. c. 4. *post med.* Justo longior. *Vellei.* l. 2. c. 49. Justo ferocior. *Lucret.* l. 4. v. 1234. Semen liquidum præter justum.

JUSUM. V. *Susum.*

JUTURNA, æ, f. Ἰουτούρνη, Dauni filia, et Turni Rutulorum regis soror, quam Juppiter pro erepta virginitate immortalitate donavit, Numicique fluminis Nympham fecit. Hæc in bello fratrem adversus Æneam multum adjuvit: sed videns fratri necem instare, in Numicium se fluvium occultavit. Alii dicunt eam rem habuisse cum Latino rege, eoque flagitio palam facto, sua sponte se in Numicium præcipitavisse. Frequens est ejus mentio apud *Virg.* l. 12. *Æn.* ubi ad vers. 139. *Servius* tradit, esse hoc nomine fontem saluberrimum juxta Numicium fluvium: a *juvando* dictum: ex quo Romam ad omnia sacrificia aqua afferri consueverat. Huic fonti ac Nymphæ propter aquarum inopiam sacrificari, morem fuisse: eique primum Lutatium Catulum in campo Martis templum fecisse: nam et Juturnæ ferias celebrasse, qui artificium aqua exercebant, eumque diem festum Juturnalia fuisse appellatum. Hæc *Servius.*

JUTURNALĬA. V. in voce præced.

JUTUS, a, um, particip. a juvo, *assisted, holpen.* *Tacit. Ann.* 14. c. 4. Solertia tempore juta. *Pallad. in Mart.* tit. 10. *sub fin.* Rami stercorati, et humoribus juti.

JUVĀMEN, inis, n. *help, assistance,* ὠφέλημα, auxilium. *Æmil. Macer, c. de Betonica.* Fert hæmophthisicis cum posca sumpta juvamen.

JUVAMENTUM, ti, n. juvamen. Tribuunt *Vegetio de re Veterin.* l. 3. c. 4. *in fin.* sed rectius ibi *jumentum* leges.

JUVENĀLIS, le, *youthful, juvenile,* idem ac juvenilis. *Apul. de Mundo.* Valenti habitudine, pubertate juvenali. *Auson. in Profess. Burdigal.* 15. Animo juvenali senex. *Virgilio* quoque et *Ovidio* tribuunt non uno in loco ex probatis MSS. ut videre est apud *Pier.* ad illud l. 5. *Æn.* v. 475. *juvenali in corpore vires*: quod in *juvenili* passim mutatum fuit: sed *juvenali* legit etiam *Charis.* l. 1. p. 108. *Putsch.* assignatque discrimen inter hoc adjectivum, et nomen viri proprium, quod adject. in sexto casu in *i* desinet, nomen vero proprium in *e*. Præterea *Priscian.* l. 4. pag. 531. ita ponit *juvenalis*, et *juvenilis* a *juvenis* deducta, ut satis significet *juvenalis* esse usitatius. *Plin.* l. 33. c. 2. Dum juvenalem famam apud Principem aucupatur. Ita ex omnibus suis MSS. *Harduin.* al. leg. *juvenilem.* ¶ Hujus vocis frequentem usum satis probant et quæ sequuntur. Nam *Juvenalis* dictus fuit festus dies a Caligula institutus, et Saturnalibus adjectus, a juvenibus præcipue celebrandus, unde et nomen. *Sueton. in Calig.* c. 17. Ut lætitiam publicam in perpetuum quoque augeret, adjecit diem Saturnalibus, appellavitque Juvenalem. ¶ *Juvenales ludi* a Nerone instituti, cum primum barbam deposuit, et Jovi Capitolino dicavit, ut *Dio*, et *Xiphilin.* scripsere, scenici fuerunt, privatimque per domos, aut in hortis agitabantur. In hisce Nero primum vocis suæ tirocinium posuit. *Tacit. Ann.* 14. c. 15. Instituit ludos Juvenalium vocabulo, in quos passim nomina data. *Id.* 15. *Ann.* c. 33. Acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiscuas scenas frequentandi. nam adhuc per domos, aut hortos cecinerat Juvenalibus ludis, quos ut parum celebres, et tantæ voci angustos spernebat. Adde *Sueton. in Ner.* c. 11. ¶ *Juvenalia* inquit *Festus* (al. leg. *juvenilia*) fingebantur Dianæ simulacra, quia ea ætas fortis est ad tolerandam viam. Diana enim viarum putabatur dea.

JUVENĀLIS, is, *Juvenal*, D. Junius Juvenalis, poeta Satyricus, satyras, quibus in corruptissimos sæculi sui mores acerrime invehitur, sexdecim scripsit varietate, ubertate, et acumine pulcherrimas, spurcas tamen multis in locis, et sine pudore. In exsilio mortuus creditur, ob Paridis histrionis invidiam, quem non semel versibus suis perstrinxerat. Vixit sub Domitiano, teste *Suida*, vel sub Trajano, ut alii volunt, quod et contra ipsum Domitianum liberius scripserit, quæ eo vivo scribere non potuisse videtur. Auctor vitæ ejus, qui a nonnullis *Sueton.* creditur, narrat per honorem militiæ, quamquam octogenarius esset, missum fuisse in Ægyptum, ad præfecturam cohortis: ibique brevi angore confectum periisse. Eum laudat *Martial.* l. 7. epigr. 23. et alibi.

JUVENCA, æ, f. *an heifer,* δάμαλις, πόρτις, vacca junior, quæ jam vitula esse desiit, nondum tamen in justam magnitudinem excrevit. *Virg.* 3. *Georg.* v. 219. Pascitur in magna silva formosa juvenca. ¶ Dicitur etiam de puella, vel florentis ætatis muliere. *a damsel.* *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 117. Graia juvenca venit. quæ te, patriamque, domumque Perdat: io prohibe, Graia juvenca venit. ¶ Revera est adject. et juniorem significat: unde et aliis quoque adjungi potest. *Plin.* l. 10. c. 53. *de gallinis.* Ex iis juvencæ plura, quam veteres pariunt.

JUVENCŬLUS, *et* Juvencula diminut. Tribuunt quidam *Catullo* carm. 24. *ad Juvent. puerum.* O qui flosculus es juvenculorum. *of the youth.* Sed plerique omnes legunt *Juventiorum.* *Tertull.* tamen *de monogam.* cap. 13. Vult, juvenculas nubere, filios suscipere. *et mox.* Juvenculas viduas, quæ in viduitate, &c.

JUVENCUS, ci, m. *a bullock, steer,* μόσχος, πόρταξ, bos juvenis, qui jam vitulus esse desiit, nondum tamen ad justam magnitudinem pervenit. *Varro* enim l. 2. *R. R.* c. 5. quatuor ætatis gradus in bubulo genere distinguit: primus est vitulorum, secundus juvencorum, tertius boum novellorum, quartus vetulorum. Dictus est autem, si eidem credimus l. 4. *de L. L.* c. 19. a *juvando*, quia jam juvare ad agrum colendum potest. Alii a *juvenis* derivant. *Virg. Ecl.* 2. v. 66. Aspice, aratra jugo referunt suspensa juvenci. *Id.* 3. *Georg.* v. 50. fortes ad aratra juvenci. ¶ De iis ad jugum domandis præclare *Colum.* l. 6. c. 2. ¶ Dicitur et de hominibus adolescentibus. *Horat.* l. 2. od. 8. *in fin.* Te suis matres metuunt juvencis, Te senes parci. *striplings.* ¶ Per synecdochen est corium bubulum. *Stat.* 3. *Theb.* v. 591. Nec pudor emerito clypeum vestisse juvenco. ¶ Adjective de equo, *Lucret.* l. 5. v. 1073. ubi equus florenti ætate juvencus, &c. V. *Juvenca.* ¶ *Juvencum* pro *juvencorum* est *Virgil.* 9. *Æn.* v. 609. et *Stat.* 4. *Theb.* v. 409.

JUVENCUS, i, Presbyter Hispanus, Evangelia quatuor libris heroico carmine complexus, pæne ad verbum translulit. Vixit sub Constantino M. circa sæculum Christi IV. scripsitque pro illis temporibus non infeliciter.

JUVENESCO, is, ui, n. 3. *to grow up,* νεανίζω, juvenis fio, juventutem acquiro. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 54. Me tener solvet vitulus, relicta Matre qui largis juvenescit herbis. ¶ Item rursus juvenis fio, ad juventutem redeo. *to grow young.* *Ovid.* 3. *Amor.* el. 7. v. 41. Pylius juvenescere posset. *Plin.* l. 21. c. 11. *sub fin.* Rosa recisa juvenescit. *Id.* l. 8. c. 57. *extr.* Glires æstate juvenescunt. *Id.* l. 17. c. 18. Alia arbore ex eadem juvenescente. ¶ Translate *Stat.* l. 3. *Theb.* v. 583. Horrentesque situ gladios in sæva recurvant Vulnera, et attrito cogunt juvenescere saxo. *Claudian.* l. 2. *de laudib. Stilich.* v. 20. te sospite fas est Vexatum laceri corpus juvenescere regni. *Id. de IV. Consul. Honor.* v. 534. Quam pax intulerat, bello discussa senectus. Erexit subitas turres, cinctosque coegit Septem continuo montes juvenescere muro. ¶ Præterit. *juvenui* est *Tertull. in exhortat. ad Castit.* cap. 6. *sub fin.*

JUVENĪLIS, le, *youthful, juvenile,* νεανικὸς, ad juvenem pertinens. *Cic. de clar. Orat.* c. 91. *sub fin.* Juvenilis quædam dicendi impunitas et licentia. *Id. in Orat.* c. 30. *sub fin.* Juvenilis redundantia. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 339. Juvenilia carmina. Al. leg. *juvenalia.* V. *Juvenalis.* *Id. Met.* 8. v. 632. Juveniles anni. et lib. 1. v. 564. meum intonsis caput est juvenile capillis. et lib. 14. v. 314. Juvenile signum. *the statue of a youth.* et lib. 2. *Trist.* v. 167. Utque tui faciunt, sidus juvenile, nepotes. *h. e.* juvenes, Augusti nepotes, instar sideris inter Romanam juventutem fulgentes. et lib. 14. *Metam.* v. 639. Silvanusque suis semper juvenilior annis. *h. e.* qui quamvis sit senex, tamen amoribus, et lascivia ætatem vincit. *Id.* 5. *Trist.* el. 1. v. 7. Integer et lætus læta et juvenilia lusi. ¶ *Juvenile* adverbii ritu pro *juveniliter* *Stat.* l. 3. silv. 5. v. 25. et adhuc juvenile vagantem. ¶ Ut Græcum νεανικὸς magnum aliquando, vehementem, validum significat, sic videtur accipi posse *juvenilis* in illo *Stat.* l. 1. silv. 4. v. 50. Ipsa etiam cunctos gravis inclementia fati Terruit, et subiti præceps juvenile pericli. *h. e.* magnum præcipitium, ingens periculum.

JUVENILĬTAS, atis, f. *the age of youth, juvenility,* νεότης, ætas juvenilis. *Varro* apud *Non.* c. 2. n. 418. et cap. 5. n. 42. Quam dereliquit multicupida juvenilitas.

JUVENILĬTER, adverb. *like a young man, youthful,* νεανικῶς, more juvenum. *Cic. de Senect.* c. 4. Et Annibalem juveniliter exsultantem patientia sua molliebat. *h. e.* juvenili audacia, et inconsiderantia. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 804. Sole fere radiis feriente cacumina primis Venatum in silvas juveniliter ire solebam. *h. e.* alacritate juvenili. et lib. 10. v. 675. Jecit ab obliquo nitidum juveniliter aurum. *h. e.* vi magna atque impetu. Quædam MSS. habent *juvenaliter* teste *Burmanno.* Rursus *Id.* 2. *Trist.* v. 117. Ingenio videor nimium juveniliter usus. *h. e.* inconsiderate, more juvenum. Hic quoque alii *juvenaliter.*

JUVĔNIS, is, adject. *young, youthful,* νέος, qui ad eam ætatem, seu statum pervenit, ut juvare possit. a *juvando* enim *Varr.* apud *Censorin. de die nat.* c. 14. derivat. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 295. juvenes nutricibus annos Posse suis reddi. *Colum.* l. 7. c. 3. *ante med.* Ovis juvenis habetur, quinquennis. *Calpurn.* ecl. 7. v. 6. juvenis deus. *Apul.* l. 8. *Metam.* Unus præ ceteris et animo fortior, et ætate juvenior, et corpore validior. *Plin.* l. 4. ep. 8. Multo etiam juvenior, quam ille. Al. hic leg. *junior:* quod certe est usitatius: et *juvenior* pæne obsolevit. *Liv.* l. 3. c. 4. In hanc sententiam ut discederetur, juniores patrum evincebant. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 44. Qui vel mense brevi, vel toto est junior anno. ¶ Absolute *juvenis* de homine dicitur, qui ad eos annos pervenit, qui sunt inter adolescentiam, et virilem ætatem: *a youth:* qua de re V. in *Ætas.* *Plin.* l. 7. c. 36. Cornelia juvenis est, et parere adhuc potest. ¶ Sæpe cum adolescente confunditur. *Catull.* carm. 60. *epithal.* v. 6. Cernitis, innuptæ, juvenes? consurgite contra. *Phædr.* l. 2. v. 5. Animosque ejus pulcra juvenis ceperat. *a beauteous damsel.* *Cic. de Senect.* c. 10. *a med.* Infirmitas puerorum, et ferocitas juvenum, et gravitas jam constantis ætatis, &c. *Id.* 2. *Offic.* c. 13. Quorum prima ætas in hominum ignoratione versatur, hi simul ac juvenes esse cœperunt, magna spectare debent. *Id.* l. 2. *Attic.* ep. 12. juvenem appellat Curionem, cujus ætatem l. 2. *ad Fam.* ep. 1. *extr.* adolescentiam vocat: cum tamen, ut adnotavit *Manut.* trigesimum annum excederet. *Liv.* l. 3. c. 41. Edicitur delectus: juniores ad nomina respondent. *Quintil.* l. et cap. 2. Adulti fere pueri ad hos præceptores transferuntur, et apud eos, juvenes etiam facti, perseverant. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 385. sed prœlia differ in juvenem. *h. e.* in juventutis tuæ tempus. ¶ *Juvenis* pro *juventus*, h. e. juvenum manus. *Sil.* l. 4. v. 219. consul trahit undique lectum Divitis Ausoniæ juvenem, Marsosque, Coramque, &c.

JUVĔNOR, aris, dep. 1. *to act or speak like a young man, wanton,* νεανίζω, temere et inconsiderate, et juvenum more aliquid dico, vel facio. *Horat. in ar. Poet.* v. 246. Aut nimium teneris juvenentur versibus unquam.

JUVENTA, æ, f. *youth, the age of youth,* νεότης, ætas juvenilis, adolescentia, florens ætas. *Liv.* l. 35. c. 42. Non ita se a juventa eum gessisse. *Plin.* l. 10. c. 55. Livia, prima sua juventa ex Nerone gravida. *Id.* l. 7. c. 2. *ad fin.* In juventa candido capillo, qui in senectute nigrescat. *Id.* l. 8. c. 10. Elephantorum juventa a sexagesimo anno incipit. *Id.* l. 16. c. 23. Huic arbori in juventa folia circinatæ rotunditatis sunt. *Virg. Georg.* 3. v. 437. *de angue.* Cum positis novus exsuviis, nitidusque juventa, &c. ¶ Differt a *juventate*, et *juventute.* Nam *juventa* est ætas, *Juventas* dea, *juventus* multitudo juvenum, uti præter alios

Non. cap. 5. n. 42. docet. Sed hoc discrimen non observatur. Igitur *juventa* invenitur etiam pro juventute. *Martial.* l. 2. epigr. 90. Quintiliane, vagæ moderator summe juventæ.

JUVENTAS, atis, f. *the goddess of youth*, Ἥβη, dea, quæ juventuti, seu florenti ætati præesse putabatur. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 40. At poetæ quidem nectar, ambrosiam, epulas comparant, et aut Juventatem, aut Ganymedem pocula ministrantem. V. *Hebe.* ¶ Metonymice accipitur pro ætate juvenili. *Horat.* l. 2. od. 11. v. 6. fugit retro levis juventas, et decor.

JUVENTUS, utis, f. *a body of young men; the youth*, νεολαία, multitudo juvenum. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 24. Ob eamque causam juventus nostra dedisceret pæne discendo. ¶ Sæpe sumitur pro ætate. *the age of youth. Cic. de Senect.* c. 6. An iis, quæ geruntur juventute, et viribus? ¶ Item pro dea, quæ præesse putabatur ætati juvenili. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 26. Non enim ambrosia deos, aut nectare, aut Juventute pocula ministrante lætari arbitror. *Liv.* l. et cap. 36. Juventutis ædem in Circo Maximo C. Licinius Duumvir dedicavit. Adde *Plin.* l. 35. c. 10. Sed his tribus locis alii legunt *juventatis.* [*Champollion Figeac* in opere cui titulus: *Antiquités de Grenoble* pag. 65. n. 19. affert inscriptionem, quæ sarcophagum ornabat Sex. Julii Gordiani, qui Deæ Juventutis flamen fuisse dicitur. ¶ Princeps juventutis apud *Gruter.* pag. 236. n. 11. dicitur Drusus Tiberii frater, *h. e.* ordinis equestris. Nam, licet multi in eo ordine consenescerent, potior tamen equitum pars juvenes censebantur. V. *Norisium Cen. Pisan. Dissert.* 2. c. 3. atque etiam *Morcellum de stil. Inscript. Latin.* p. 60.]

JUVERNA. V. *Juberna.*

JUVO, as, juvi, jutum, a. 1. *to help, aid, assist, succour, profit, benefit*, ὠφελέω, βοηθέω, prosum, adjuvo, opem fero, auxilior. *Cic. ad Capiton. in fin.* l. 16. *ad Attic.* Multum potes nos apud Plancum juvare. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 14. Qui se natos ad homines juvandos, tutandos, conservandos arbitrantur. *Id.* 1. *de Fin. c. ult.* Nullam eruditionem esse duxit, nisi quæ beatæ vitæ disciplinam juvaret. *Ovid.* 7. *Met.* v. 505. juvit facundia causam. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 647. imbres arva juvantes. *Cic. Fam.* 11. ep. 17. Si omnibus tuis opibus, omni studio Lamiam in petitione juveris. et lib. 13. ep. 22. Juvare aliquem quibuscumque rebus honeste possis. *Id. pro Balb.* c. 9. Qui nostros duces auxilio laboris, commeatus, periculo suo juverit. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 780. auxilio juvare aliquem. *Id. Heroid.* ep. 2. v. 55. portuque, locoque. *h. e.* portu et domo excipiendo. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 6. v. 18. pectora alloquio. *to console, comfort. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 26. hostes frumento. et lib. 3. *B. Civ.* c. 35. opibus enixe aliquem. et lib. 1. c. 15. exercitum Cæsaris omnibus rebus. et lib. 7. *B. Gall.* c. 78. aliquem cibo. *Hirt. de B. Afric. c. pænult.* armis, militibus, pecunia. *Terent. Heaut.* 1. 1. 34. aut consolando, aut consilio, aut re. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 6. v. 23. et *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 41. quempiam in re aliqua. ¶ Refertur ad medicum, et medicinam. *Horat. in carm. sæcul.* v. 63. *de Phœbo.* Qui salutari juvat arte fessos. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 9. v. 8. medica ope juvare aliquem. *Id.* 2. *Trist.* v. 270. Quæque juvans, monstrat (*medicina*) quæque sit herba nocens. *Plin.* l. 23. c. 1. Decoctum vinaceorum dysentericos et cœliacos juvat et potione, et fotu. *Id.* l. 28. c. 12. *sub fin.* Graveolentiam halitus butyrum efficacissime juvat. *remedies.* ¶ Impersonaliter, *Virg.* 2. *Georg.* v. 37. juvat Ismara Baccho Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum. ¶ *Diis juvantibus*, σὺν θεῷ, *with the blessing of heaven. Cic.* 7. *Fam.* ep. 20. Meque, diis juvantibus, ante brumam exspecta. *Liv.* l. 25. c. 38. *sub fin.* Ite, diis bene juvantibus, corpora curate, ut, &c. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c. pænult.* Quorum neminem, nisi juvante deo, talem fuisse credendum est. ¶ Passive *Cic.* 3. *Verr.* c. 47. Lex Cornelia proscriptum juvari vetat. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 71. Temperie cæli corpusque animusque juvantur. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 12. *extr.* precor, quæras, qua sim tibi parte juvandus. ¶ Sæpe est delectare, placere, *to please, delight, amuse, entertain, divert:* quia quæ prosunt, eadem fere voluptati sunt. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 4. *ad fin.* Juvare in sensu et in animo dicitur: ex eoque jucundum. *Id.* 5. *Fam. ep. ult.* Juvit me, tibi tuas litteras profuisse. *Phædr.* l. 4. fab. 6. v. 22. Si nec fabellæ te juvant, nec fabulæ. *Liv.* l. 28. c. 27. Nec me vita juvaret, invisa civibus et militibus meis. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 159. auremque juvantia verba. *Horat.* l. 1. od. 1. v. 23. Multos castra juvant, et lituo tubæ Permixtus sonitus, bellaque matribus Detestata. ¶ Sæpe impersonaliter ponitur, sequente infinito. *Virg.* 1. *Æn.* v. 207. forsan et hæc olim meminisse juvabit. et lib. 9. v. 615. juvat indulgere choreis. et lib. 3. v. 606. Si pereo, manibus hominum periisse juvabit. *I shall have the consolation of*, &c. *Plin.* l. 8. ep. 6. *in fin.* Quam juvat, quod in illa tempora non incidi! *how delighted I am*, &c. *Senec.* ep. 106. Quæ sint hæc, interrogas? quæ scire magis juvat, quam prodest. V. *Prosum.* ¶ Passive *Cic. in Orat.* c. 48. Refer ad aures, probabunt: quære, cur? ita se dicent juvari. ¶ Cum dativo perrarum est, et incertum. *Plaut. Cist.* 1. 1. 118. Quando ita tibi juvat, vale, et salve. Al. leg. *lubet.* ¶ Primam in *juvi* corripuit *Catull. de coma Beren.* carm. 65. v. 18. Non, ita me divi, vera gemunt, juverint! ¶ *Juvavi* pro *juvi* certo caret idonei Scriptoris exemplo. Nam quod afferunt ex *Pallad. in Decembr.* tit. 6. incertæ lectionis est. *Voss.* quoque ex *Manilio* citat *juvavi*, sed neque locum designat, neque ego invenire adhuc potui. Legitur tamen a quibusdam *juvaturus* apud *Sallust. in Jug.* cap. 51. et *Plin.* l. 4. ep. 15. *sub fin.* fortasse quia *juturus* non ita juvaret aures: quod tamen nonnulli Critici legunt *Colum.* l. 10. v. 121. Rutaque Palladiæ baccæ jutura saporem.

JUXTA, *nigh, near to, by, hard by*, παρὰ, πρὸς, apud, prope: præposit. regens accusativum. A *jugo* pro *jungo* esse volunt: idcirco de iis dici, quæ juncta aut vicina sunt. *Virg.* 6. *Æn.* v. 605. Furiarum maxima juxta accubat. *Ovid. Met.* 8. v. 809. neque enim est accedere juxta Ausa. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 26. Cum legionem, quæ juxta constiterat, urgeri ab hoste vidisset. et lib. 1. *B. Civ.* c. 16. Ad oppidum constitit, juxtaque murum castra posuit. *Nep. in Datam.* c. 1. Pars Ciliciæ juxta Cappadociam. *Tacit. de German.* cap. 17. Totos dies juxta focum atque ignem agunt. ¶ Postponitur et suo casui. *Virg.* 3. *Æn.* v. 506. vicina Ceraunia juxta. *Plin.* l. 14. c. 19. Vitis, quam juxta, &c. *Nep. in Pausan.* cap. 4. Hanc juxta locum fecerunt sub terra, &c. *Tacit. Ann.* 13. c. 15. *extr.* Cubiculum Cæsaris juxta. Sic alibi sæpe. ¶ Translate *Tacit. de Germ.* c. 30. *extr.* Velocitas juxta formidinem, cunctatio proprior constantiæ est. *h. e.* similis formidini. *et Ann.* 6. c. 13. Gravitate annonæ juxta seditionem ventum. *a sedition was nearly raised by the dearth of corn. Sueton. in Calig.* cap. 10. Tanti fuit in avum, et qui juxta erant, obsequii, ut, &c. *h. e.* qui cognitionis jure avum prope contingebant: vel qui circa avum erant, puta amici, liberti, et hujusmodi, οἱ περὶ αὐτόν. ¶ Significat etiam statim post, *immediately after, immediately upon, next to, next after:* quia quæ statim post sunt, prope ac vicina sunt. *Cels.* l. 2. c. 16. Neque enim convenit, juxta inediam protinus satietatem esse. *Tacit.* 2. *Hist.* cap. 76. Juxta deos in tua manu positum est. *Gell.* l. 4. c. 9. Nigidius Figulus, homo, ut ego arbitror, juxta M. Varronem doctissimus. *Id.* l. 7. c. 3. *ante med.* Quæ deinde Cato juxta dicit, ea confessionem faciunt, non defensionem. ¶ Item simul, conjunctim. *along with, together with. Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 233. Cum interea lucubrando faceret juxta ancillas lanam. *Tacit. de Germ.* c. 21. Periculosiores sunt inimicitiæ juxta libertatem. *h. e.* quæ geruntur inter eos, qui liberi sunt. *among free men; in a free state.* ¶ Item secundum. *conformably with, agreeably with, according to. Justin.* l. 2. c. 12. *ad fin.* Iones juxta præceptum Themistoclis pugnæ se paulatim subtrahere cœperunt. *Nazar. in Paneg. Constantini*, c. 23. Virtus juxta magnitudinem exantlandi laboris erigitur. *Solin.* c. 9. (*al.* 14.) Juxta responsum dictum deo. *Hieronym.* ep. 4. *ad Rustic. Monach. ad fin.* Juxta illud poeticum: Prima leo, &c. ¶ Est etiam æque, similiter, pari modo. *equally, alike. Sallust. in Catil.* cap. 2. Eorum ego vitam mortemque juxta æstimo. *et cap. ult.* Ita cuncti suæ hostiumque vitæ juxta pepercerant. *Liv.* lib. 24. cap. 5. *sub fin.* Adjectique pœnæ ceteri juxta insontes. et cap. 19. Fabius omittendam rem parvam, ac juxta magnis difficilem censebat. *Tacit. Ann.* 1. c. 6. Juxta periculosum, seu ficta, seu vera promeret. *Id.* 1. *Hist.* c. 10. Vir secundis adversisque juxta famosus. ¶ Sequentibus particulis *ac, atque, et, quam, cum. Cic. post redit. in Sen.* cap. 8. Qui me omnibus rebus, juxta ac si meus frater esset, sustentavit. *just as though. Liv.* l. 21. c. 33. Juxta invia, ac devia assueti discurrunt. *Id.* l. 1. c. 54. *sub fin.* Absentium bona juxta, atque interemptorum divisa fuere. *Id.* l. 9. c. 13. *a med.* Juxta, obsidentes, obsessosque inopia vexavit. *Sallust. in Catil.* c. 51. Juxta bonos et malos interficere. *Id. in Jug.* c. 100. Litteris Græcis atque Latinis juxta atque doctissume eruditus. *Liv.* l. 10. c. 6. *ad fin.* Juxta eam rem ægre passi patres, quam cum consulatum vulgari viderent. *Plaut. Trin.* 1. 2. 160. Juxta eam curo cum mea. *Id. Pers.* 4. 3. 75. Juxta tecum æque scio. *Sallust. in Catil.* c. 60. *extr.* Quo in loco res nostræ sint, juxta mecum omnes intelligitis. ¶ Ultima syllaba longa est. *Virg.* 4. *Æn.* v. 408. *Ovid.* 12. *Met.* v. 235. &c. Corripuit *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 66. Callisto juxta Lycaonida. ubi *justa* antiquo ritu in multis libr. scriptum est.

JUXTIM, *nigh, near to*, idem quod juxta, prope. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 451. Juxtim Numicium flumen obtruncatur. *Liv. ibid.* In sedes collocat se regias: Clytemnestra juxtim: tertias natæ occupant. *Lucret.* l. 4. v. 503. Cur ea, quæ fuerint juxtim quadrata, procul sint Visa rotunda.

I X

IXĬA, æ, f. *the sow-thistle*, ἰξία, herbæ genus, ab ἰξὸς, viscum, quod quibusdam in locis circa radicem ejus invenitur, quo pro mastiche utuntur mulieres. Cum terra colorem mutat. Unde et chamæleon appellatur. Hujus duæ sunt species candido et nigro colore distinctæ. *Plin.* l. 22. cap. 18.

IXĪON, Ixiŏnis, m. Ἰξίων, filius Phlegyæ, rex Lapitharum in Thessalia. Sed aliqui Ætionis, alii Jovis filium faciunt. Uxorem duxit Diam filiam Deionei, seu Eionei, quæ illi Pirithoum peperit. Socero cum multa pro compensatione dotis pollicitus esset, et ob id ille ad hunc venisset, ut munus reciperet, Ixion facta scrobe, eaque lignis et stramentis intecta, illum in ea fraude peremit. Ab hac cæde cum neque homines, neque dii eum lustrare vellent, diuque incertus vagaretur, Juppiter illius misertus in cælum assumptum expiavit. Cum jam purgatus apud superos degeret, Junonem amare cœpit, eamque de stupro interpellavit. Quod cum Juppiter ab uxore intellexisset, nubem illi sub Junonis effigie opposuit, ex qua ille Centauros genuit. Dejectus deinde in terram, cum passim gloriaretur, se cum deorum regina rem habuisse, Juppiter indignatus, fulmine ad inferos detrusit, curavitque, ut ibi rotæ volubili anguibus alligatus, perpetuo volutaretur. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 460. Volvitur Ixion, et se sequiturque, fugitque. *Virg.* 6. *Æn.* v. 601. Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque? V. *Hygin.* fab. 62. et *Serv. ad Virg. loc. cit.* et alibi.

IXIONĔUS, et Ixionĭus, a, um, adject. ad Ixionem pertinens. *Virg.* 4. *Georg.* v. 484. Atque Ixionei vento rota constitit orbis. *Lamprid. in Heliogab.* cap. 24. Parasitos ad rotam aquariam ligabat: eosque Ixionios amicos vocavit.

IXIONĪDES, æ, m. filius Ixionis, idest Pirithous. *Propert.* l. 2. el. 1. v. 38. Hic Ixioniden, ille Menœtiaden. *Lucan.* l. 6. v. 386. Illic semiferos Ixionidas Centauros, &c. Adde *Ovid.* 8. *Metam.* v. 566.

IXIONĬUS. V. *Ixioneus.*

I Y

IYNX, iyngis, f. *a wryneck, hickwall, or hickway; a wagtail*, ἴυγξ, avis est linguam serpentibus similem habens, quam longitudine quatuor digitorum exserit, rursumque contrahit intra rostrum. Collum circumagit in adversum, reliquo quiescente corpore. Ungues ei grandes, ceu graculis. *Plin.* l. 11. c. 47. Aiunt vim habere in amatoriis. Sane *Theocritus in Pharmaceutria* sæpe repetit intercalarem illum versum, Ἴυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα: ad cujus exemplum *Virg. Ecl.* 8. v. 68. Ducite ab urbe domum, &c. *Servius ibid. Lælius Poeta* apud *Apul. in Apolog.* Philtra omnia undique eruunt: Trochisci, iynges, tæniæ, &c.

DE LITTERA K.

K Græcorum littera est, non Latinorum, qui ejus loco *c* habent ejusdem potestatis. V. dicta in *Calumnia.*

KALENDÆ. } V. in littera C.
KALO. }

[* KOPPA, n. indeclin. nomen litteræ K. *Quintil.* lib. 1. c. 4. Et K, quæ et ipsa quorumdam nominum nota est: et Q, an cujus similis effectu specieque, nisi quod paulum a nostris obliquatur, Koppa apud Græcos nunc tantum in numero manet. [† ϟ.] Hæc enim nonaginta significat, quemadmodum et ק apud Hebræos, quæ non solum potestate, sed etiam sono per quam simillima est.]

DE LITTERA L.

L littera Latinorum est, Græcorum λάμβδα sono et potestate respondens, una ex iis, quæ a Græcis ἀμετάβολα, hoc est immutabiles, a Latinis *liquidæ*, et *semivocales* appellantur. Quo fit, ut mutam immediate subsequens in eadem syllaba, præcedentem syllabam, si brevis fuerit, reddat indifferentem. ¶ In notis numeralibus quinquaginta significat: idque ex antiquo Latinorum more pro Græco N scribentium L. Græci autem per N quinquaginta significant, ut *Priscian.* l. 1. p. 561. docet. Propriis nominibus præfixa, *Lucius*, ut *L. Cornelius Sulla.*

L A

LABANS, antis, *tottering, ready to fall, giving way, drooping, decaying, wavering*, qui labat, qui casui est proximus, nutans, vacillans. *Plin.* l. 24. c. 13. *a med.* Cauliculi decocti in vino labantes dentes firmant. *Virg. Æn.* 2. v. 463. qua summa labantes Juncturas tabulata dabant. *h. e.* non apte cohærentes. *not well fastened, giving way. Val. Flacc.* l. 3. v. 150. taboque labantia terga. *h. e.* lubrica. Al. aliter leg. ¶ Translate ad animum refertur dubium, inconstantem, ac varium. *Virg. Æn.* 4. v. 22. Solus hic inflexit sensus, animumque labantem Impulit. et lib. 12. v. 223. vulgi variare labantia corda. *Horat.* l. 3. od. 5. v. 45. Donec labantes consilio Patres Firmaret auctor nunquam alias dato. *Lucan.* l. 2. v. 244. tu mente

labantem Dirige me: dubium certo tu robore firma. *Tacit. de Germ.* c. 8. Aciem inclinatam jam et labantem restituere. *h. e.* jam jam fugam spectantem. *Id.* 2. *Hist.* c. 86. Labantibus Vitellii rebus, Vespasianum secutus. *on the decline.* et lib. 14. c. 22. *extr.* Labante jam Agrippina. *h. e.* deficiente ejus potentia.

LABARUM, i, n. *the imperial standard, banner, or flag*, λάβαρον, vexillum militare auro intextum, gemmisque intermicantibus splendidissimum, quod Imperatori præferri, ac a militibus pæne adorari solebat, a λάφυρον, υ in α abeunte, ut calix a κύλιξ, quia primitus labarum fuerit λάφυρον, hoc est exsuviæ, seu spolia hosti vivo detracta, e. g. paludamentum imperatorium, quod vexilli loco gestabatur. Quidam a *labore* deducunt, quod *laborum* vulgo diceretur. Et sane *Hermias Sozomenus* l. 1. c. 4. λάβωρον per ω scribit. Sed *Prudentius* mediam syllabam corripit lib. 1. *advers. Symmach.* v. 487. Christus purpureum gemmanti textus in auro Signabat labarum. Erat autem labarum hasta longa cum ligno in apice transverso; a quo pendebat pretiosus pannus cum Imperatoris icone. Huic Constantinus M. coronam imposuit cum cruce et litteris initialibus nominis JESU CHRISTI, quod contra Maxentium pugnaturus crucem in aere vidisset cum verbis ἐν τούτῳ νίκα. Plura de hoc habes apud *Du Fresne in Glossar.* ubi et illud docet, posteriori ævo labarum pro Cruce, seu Crucis vexillo usurpari. ¶ In *titulo* 18. l. 12. *Cod. Justin.* et 25. lib. 6. *Cod. Theodos.* ubi legitur *de præpositis laborum*, quidam leg. *labarorum*, et sermonem haberi aiunt de iis, qui ejus vexilli custodiæ addicebantur.

LABASCO, is, n. 3. *et* Labascor, eris, dep. 3. *to fail, faint, be ready to fall, waver, totter*, καταφέρομαι, casum minor, ruinæ vicinus sum: inchoativum a *labo, as. Lucret.* l. 4. *in fin.* Nam leviter quamvis, quod crebro tunditur ictu, Vincitur in longo spatio tamen, atque labascit. ¶ Per translationem accipitur pro animo concidere, frangi, et de pristina constantia excidere, *to droop, lose courage, give ground. Terent. Eun.* 1. 2. 98. Labascit victus uno verbo quam cito! *Id. Adelph.* 2. 2. 31. Labascit. unum hoc habeo, &c. Ubi *Donat.* Proprie dixit *labascit*, ut cunctationem tarde incipientis consentire monstraret. Et est metaphora ab arbore facta, quæ multis succisa ictibus ferri, tandem incipit in casum pendere, ruinamque minitari. *Varro* apud *Non.* c. 7. n. 41. Postquam vidit, misericordia labasci mentem infirmam populi. *Accius ibid.* Nullum est ingenium tantum, neque cor tam ferum, quod non labascatur lingua, mitescat malo. ¶ Producitur prima in illo *Virg. in Ciri*, v. 450. Marmorea adductis labascunt brachia nodis. *Scalig.* tamen vult legi: *adductisque labascunt*, &c.

LABDA, æ, m. dictus est flagitiosus homo, qui id agit, quod *Varro in Marcipore* apud *Non.* c. 4. n. 335. dixit buccam offendere. *Sueton. in Tiber.* c. 44. ore morigerari. *Varro in Margopoli* apud *Non.* c. 2. n. 13. Depsistis, dicite labdæ? *Auson.* epigr. 126. Cui ipse linguam cum dedit suam, labda est: *vel ut alii scribunt*, Λ est. Hæc ita congerit, et interpretatur *Voss. in Etymol.* et *Scalig. in Priap.* quæ in eo præcipue nituntur, quod λάβδα pro λάμβδα sæpe dicunt Græci εὐφωνίας ἕνεκα: hæc autem littera prima est in λείχειν, vel λαικάζειν, vel λεσβιάζειν, quibus flagitium illud significatur. Ceterum in allatis Auctorum locis non ubique certa est lectio.

LABDACIDES, æ, m. patronym. Labdaci filius, vel nepos. *Stat.* 6. *Theb.* v. 450. nec verbera pallidus addit Labdacides. *h. e.* Polynices, cujus avus Laius Labdaci filius fuit. ¶ *Labdacidæ, arum*, sunt Thebani, quorum fuit rex Labdacus. *Id.* l. 9. v. 777. indignantesque coibant Labdacidæ. Adde lib. 10. v. 36. et *Senec. in Œdip.* v. 710.

LABDACISMUS, i, m. λαβδακισμός, vitium sermonis, cum *l* littera nimium sæpe repetitur [†, ut *Iotacismus*, cum *i*,] (a λάβδα pro λάμβδα.) ut si dicas, *Sol, et luna luce lucebant alba, levi, lactea.* Ita *Martian. Capell.* l. 5. pag. 167. ¶ *Isidoro* est cum pro uno *l* duo pronuntiantur, ut *collo-quium* pro *conloquium*: vel cum unum *l* exilius, duo largius proferimus: quod contra est. nam unum largius, duo exilius proferre debemus. lib. 1. *Orig.* c. 31. *extr.*

LABDACĬUS, a, um, ad Labdacum Thebarum regem pertinens. *Stat.* 2. *Theb.* v. 210. Labdacius dux. *h. e.* Eteocles, cujus avus Laius fuit Labdaci filius.

LABDĂCUS, i, m. Λάβδακος, filius Agenoris, qui, cum Cadmus ejus frater regno Thebano pulsus esset, Amphion suis manibus sibi mortem conscivisset, Lycus interfectus esset ab Hercule, rogatus ab amicis, ut Syria relicta in Græciam veniret, quod propter senectutem itineri se minus idoneum cerneret, Laium filium misit, qui regni statim potitus est. Alii dicunt, Labdacum filium fuisse Phœnicis, senem Thebas a Thebanis vocatum venisse, ibi aliquandiu regnavisse, et Laium genuisse. *Senec. in Herc. Fur.* v. 495. et *in Phœniss.* v. 53.

LABĔÆ, arum. V. *Labiæ.*

LABECŬLA, æ, f. *a small stain*, κηλὶς, diminut. a labes. *Cic. in Vatin. c. ult.* Et clarissimo viro nonnullam tua laudatione labeculam aspergas.

LABEFACĬO, is, eci, actum, a. 3. *to loosen, make to totter, shake, make ready to fall, undermine*, ἀποσφάλλω, μετακινέω, moveo ut evertam, vel eruam, dimoveo, percello, concutio, quasi *labare facio. Terent. Adelph.* 2. 2. 36. Omnes dentes labefecit mihi: præterea colaphis tuber est totum caput. *Ovid. Metam.* 3. v. 69. fixumque hastile momordit: Idque ubi vi multa partem labefecit in omnem, &c. ¶ Translate *Cic. pro Sext.* c. 47. Quem nulla unquam vis, nullæ minæ, nulla invidia labefecit. *h. e.* a constantia, et fide demovit. *Laber.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 7. Quem nulla ambitio, nulla unquam largitio Movere potuit in juventa de statu; Ecce, in senecta ut facile labefecit loco Viri excellentis blandiloquens oratio! *Tacit.* 6. *Ann.* c. 29. Nihil hunc amicitia Sejani, sed labefecit haud minus validum ad exitia Macronis odium. *worked his ruin.* ¶ *Labefacere fidem suam* dicitur debitor, cum tardius solvendo efficit, ne quis ei in posterum quippiam credat. *Sueton. in Vespas.* c. 4. Ut qui, prope labefacta jam fide, omnia prædia fratri obligarit. Al. leg. *labefactata.* ¶ Est etiam corrumpere, vitiare, *to corrupt, infect, taint, vitiate:* quasi de statu bonæ valetudinis deturbare, et evertere. Sunt qui exponunt, quasi labem facio. *Colum.* l. 6. c. 5. Segregandi a sanis morbidi, ne quis contagione ceteros labefaciat. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 93. Obnoxia morbis corpora fluminis aviditas, et æstus impatientia labefecit. ¶ Translate *Id. Ann.* 15. c. 51. Primores classiariorum labefacere, et conscientia illigare connixa est. *h. e.* ad conjurandum impellere.

LABEFACTATĬO, onis, f. *a weakening, loosening, undermining*, actus labefactandi, labefactio. *Quintil.* l. 8. c. 4. *ante med.* Mediocris labefactatio cædi, et incendiis, et vastationi comparatur.

LABEFACTĀTUS, a, um, *made to shake or totter, loosened, weakened, shaken, undermined*, μετακινηθεὶς, motus, concussus, perculsus evertendi causa. *Cic. de Harusp. resp.* c. 4. Urbem a multis imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactatam, pæne captam aliquando, solus evertit. *Sueton. in Ner.* c. 38. Horrea bellicis machinis labefactata, atque inflammata. ¶ Translate *Cic. de Senect.* c. 6. *sub fin.* Maximas respublicas ab adolescentibus labefactatas, a senibus sustentatas et restitutas reperietis. *Al. leg.* labefactas. *et Fam.* 5. ep. 2. Labefactata societas. et ep. 13. Quæ cogitatio cum mihi non omnino excidisset: etenim penitus insederat; vi tamen tempestatum erat aliquantum labefactata atque convulsa. *Sallust. in orat. Lepidi contra Sull. ad fin.* Res secundæ labefactatæ. *h. e.* afflictæ, eversæ. *Tacit. Ann.* 13. c. 21. Cohortes in urbe tentatæ, provinciarum fides labefactata. *h. e.* tentata, corrupta.

LABEFACTĬO, onis, f. *a loosening*, actus labefaciendi, concussio. *Plin.* l. 23. c. 1. *sub fin.* Acetum tussim veterem inhibet, orthopnœam, dentium labefactionem. *looseness.* Sic *Terent.* omnes dentes labefecit mihi. V. *Labefacio.* Al. apud *Plin.* leg. *labefactatio.*

LABEFACTO, as, avi, atum, a. 1. *to weaken, loosen, undermine, cause to totter or fall*, παρακινέω, frequentativum a labefacio, ejusdemque fere vis, atque usus. *Cic. Verr.* 6. c. 43. Demoliri signum, ac vectibus labefactare conantur. *Plin.* l. 29. c. 4. *a med.* Phalangii morsus genua labefactat. *weakens, renders feeble.* ¶ Item lædere, perstringere, corrumpere, *to hurt, injure, impair. Colum.* l. 2. c. 2. *a med.* In opere boves arcte junctos habere convenit, quo minus colla eorum labefactentur. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 13. v. 1. labefactat onus gravidi temeraria ventris. *Lucret.* l. 1. v. 694. Labefactare sensus. ¶ Translate *Id.* l. 6. v. 798. animum. *Cic. ad Brut.* ep. 10. *sub fin.* Hoc præsidium adhuc firmum esse confido: sed ita multi labefactant, ut, ne moveatur, interdum extimescam. *h. e.* vexant, urgent, impellunt. *et Fam.* 12. ep. 25. Nec vero postea destiti labefactare eum, qui summa cum tua injuria provinciam absens obtinebat. ¶ Item imminuere, affligere. *to lessen, disparage. Cic. pro Rabir. Post.* c. 16. Labefactare alicujus dignitatem. ¶ Item debilitare, infirmare, ac veluti prosternere. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 13. Ne invidia verbi labefactetur oratio mea. *Id. pro Cluent.* c. 2. Si quam opinionem mentibus comprehendistis, eam ratio labefactabit. *Id.* 1. *Acad.* cap. 9. Aristoteles primus species labefactavit, quas mirifice Plato erat amplexatus. *Id. pro Cæcin.* c. 25. Labefactare leges ac jura. *Id.* 4. *Catil.* c. 10. *extr.* Perstringere, et labefactare conspirationem. *Id. pro Rosc. Com.* c. 4. *ad fin.* Cum causam labefactari animadvertunt. *h. e.* vacillare, laborare. ¶ Item de statu depellere, evertere, dissolvere. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 13. *a med.* Universas familias evertunt: totam etiam labefactant sæpe rempublicam. *Id. pro Dom.* c. 11. Desinant iisdem machinis sperare me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. *Flor.* l. 3. c. *ult.* Labefactare compositam civitatem. *Cic.* 3. *de Fin.* c. *pænult.* Amicitiam, aut justitiam labefactare, atque pervertere. *Id.* 5. *Verr.* c. 18. *extr.* Labefactarat vehementer aratores superior annus: proximus vero funditus everterat. ¶ Item de constantia demovere, a recto proposito avertere. *Terent. Eun.* 3. 3. 3. Ita me video ab ea astute labefactarier. παραγωγή. ¶ Hinc labefactare donis quempiam, *to bribe. Cic. pro Cluent.* c. 68. Quorum fidem pretio labefactare conata sit. *Catull.* carm. 68. *in Ruf.* v. 3. Non illam raræ labefactes munere vestis. [¶ Particip. *labefactandus* apud *Liv.* l. 24. c. 20. Spe labefactandæ fidei.]

LABEFACTUS, a, um, *weakened, loosened, made to totter or give way, shaken, ready to fall, undermined*, παρακινηθεὶς, loco motus, concussus, labefactatus, prope ad ruinam deductus. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 22. Dejecta turris, labefacta magna pars muri. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 75. Mole publicæ viæ, ductuque aquarum labefactæ ædes. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 774. labefactaque tandem Ictibus innumeris, adductaque funibus arbor Corruit. et lib. 12. v. 329. Et quatit huc illuc, labefactaque robora jactat. *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 8. v. 5. Nostra quid apportet jam nostis epistola, quamvis Charta sit a vinclis non labefacta suis. *Val. Flacc.* l. 8. v. 357. fluctu puppis labefacta reverso Solvitur, effunditque viros. *beaten, lashed, shattered.* Sic *Lucret.* l. 5. v. 652. ignes labefacti aere multo. ¶ Translate *Cic. de Harusp. resp.* c. 27. *extr.* Etenim vix hæc, si undique fulciamus, jam labefacta; vix, inquam, innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt. *Tacit. Ann.* 4. c. 60. Drusum traxit in partes, spe objecta principis loci, si priorem ætate, et jam labefactum demovisset. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 375. Sic animus vario labefactus vulnere nutat. *Virg.* 4. *Æn.* v. 395. Multa gemens, magnoque animum labefactus amore. *h. e.* agitatus, perculsus, turbatus. *Sil.* l. 3. v. 557. ancipiti mentem labefacta timore. *Senec. in Troadib.* v. 950. Labefacta mens succubuit. *h. e.* de constantiæ statu depulsa. Eodem sensu *Val. Flacc.* l. 7. v. 175. mota loco labefactaque cessit. ¶ Notanda sunt illa Virgiliana l. 2. *Georg.* v. 264. Et labefacta movens robustus jugera fossor. Ubi *Servius:* hypallage: movens, et labefaciens. et lib. 8. *Æn.* v. 389. notusque medullas Intravit calor, et labefacta per ossa cucurrit. *h. e.* commota, concussa impetu amoris. Sunt qui exponunt, liquefacta. Simile est illud *Lucret.* l. 4. v. 1107. Membra voluptatis dum vi labefacta liquescunt. et *Sereni Sammon.* c. 32. *extr.* Obruit hic morbum, labefactaque saxa remittit. *h. e.* calculos in vesica liquefactos, mollitos, diffractos. Sic *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 5. *a med.* Nix tenera et labefacta *opponitur* fixæ et duræ.

LABEFĪO, is, actus sum, passivum τοῦ labefacio. *to be loosened. Senec. de constant. Sap.* c. 6. Munimenta incussu arietis labefieri.

LABELLUM, i, n. *a little lip, lip*, χειλάριον, parvum labrum. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 36. Cum Platoni in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent. ¶ Adhibetur sæpe blandimenti causa. *Virg. Ecl.* 2. v. 34. Nec te pœniteat calamo trivisse labellum. *Propert.* l. 2. el. 10. v. 29. Osculaque in gelidis ponas suprema labellis. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 575. Fac, primus rapias illius tacta labellis Pocula. *Plaut. Pœn.* 2. 1. 153. Meus ocellus, meum labellum, mea salus. ¶ Item parvum vas aquarium, ad similitudinem labri, quo in balneis utebantur. *a little pan; a small vat or tub. Cic.* 2. *de Legib.* c. 26. *extr.* Super tumulum noluit quid statui, nisi columellam, aut mensam, aut labellum. *Colum.* l. 12. c. 43. Labellum fictile novum impleto paleis quam siccissimis .... tum labello altero operito. et cap. 28. Gypsum, et medicamentum in labello permisceto. *Cato R. R.* c. 88. Eam muriam in labella, vel in patinas in sole ponito. *Catull.* carm. 55. *ad Camer.* Te campo quæsivimus minore, Te in Circo, te in omnibus labellis. *h. e.* balneis: synecdoche. Al. leg. *libellis*, h. e. tabernis librariis. [*Auct. Priap.* carm. 1. v. 2. Horto carmina digna, non labello, Scripsi non nimium labori me.]

LABENS, entis, *gliding or passing away, falling to decay, failing, tottering*, ruens, cadens. *Horat.* l. 3. *Od.* 6. v. 2. Ædes labentes deorum reficere. *Virg.* 2. *Georg.* v. 133. folia haud ullis labentia ventis. *Id.* 4. *Æn.* v. 77. Nunc eadem, labente die, convivia poscit. *at the decline of day. Val. Flacc.* l. 3. v. 218. trepidi singultibus agri Labentum. *h. e.* morientium. ¶ *Labentes oculi* dicuntur in morte, aut somno, h. e. languentes, et visum jam jam amissuri. *languid. Ovid.* 3. *Trist.* el. 3. v. 44. Labentes oculos condet amica manus. (*fugientes* dixit *Id.* 3. *Amor.* el. 9. v. 49. et *morte cadentes Stat.* l. 3. *silv. ult.* v. 39.) *Propert.* l. 1. el. 10. v. 7. Quamvis labentes premeret mihi somnus ocellos. ¶ *Labentes malæ* sunt morbo absumptæ, et barba obsitæ. De Augusto ægrotante *Sueton. in ejus vita*, c. 99. Petito speculo capillum sibi componi, ac malas labentes corrigi præcipit. *fallen in, sunk.* Fiebat hoc barbam tondendo, aut radendo, aut etiam componendo pectendoque. ¶ Est etiam fluens, decurrens. *flowing, running. Virg.* 3. *Æn.* v. 281. Exercent patrias oleo labente palæstras. *Id.* 4. *Georg.* v. 366. sub magna labentia flumina terra. *Propert.* l. 1. el. 20. v. 19. Labens ratis. *gliding along. Virg.* 3. *Æn.* v. 515. sidera tacito labentia cælo. et lib. 2. v. 695. Stella labens super culmina tecti. et vers. 14. tot jam labentibus annis. *passing away.* et lib. 1. v. 287. veniet lustris labentibus ætas, cum, &c. *in the course of time.* ¶ Translate *Cic. Phil.* 2. c. 21. Cum labentem et prope cadentem rempubl. fulcire cuperetis. *Id. ad Brut.* ep. 18. Ferre præsidium labenti et inclinatæ reipublicæ. *Id. pro Rabir. Post.* c. 16. Veterem amicum suum labentem excepit, corruere non sivit, fulsit et sustinuit re, fortuna, fide. *h. e.* excidentem de statu fortunarum suarum. *Virg.* 4. *Æn.* v. 318. miserere domus labentis. *tottering, nearly extinct. Val. Max.* l. 3. c. 2. n. 19. Labentem belli fortunam restituit. *wavering.* et *sub fin.* l. 4. Labentis annonæ subsidia. *becoming scarce.*

LABĔO, onis, m. *one who is bloblipped or blobberlipped*, qui labia habet justo majora, ut *Charis.* l. 1. pag. 79. *Putsch.* ex *Verr. Flacc.* docet. *Arnob.* l. 3. pag. 108. Esse quosdam capitones, silunculos, frontones, labeones. ¶ Cognomen id fuit familiarum Romanarum Attiniæ, Fabiæ, Antistiæ. Ex hac fuit *Antistius Labeo*, celebris præcipue in Juris civilis scientia, de qua publice consulentibus responsitavit, et multa volumina scripsit, ceterarum quoque bonarum artium non expers. nam et in Grammaticam se se, atque Dialecticam, litterasque antiquiores, altioresque penetraverat, Latinarumque vocum origines, rationesque percalluerat: eaque præcipue scientia ad enodandos plerosque juris laqueos utebatur. Hæc *Gell.* l. 13. c. 10. Floruit sub Augusto, a quo oblatum consulatum recusavit (ut est apud *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. *ad fin.*) quo liberius vacaret studiis. nam totum annum ita diviserat, ut Romæ sex menses cum studiosis esset, sex mensibus secederet, et conscribendis libris operam daret. Multa ex his afferuntur a JCtis in libris Digestorum. ¶ Alius certe fuit is, de quo *Plin.* l. 35. c. 4. Parvis gloriabatur tabellis, exstinctus nuper in longa senecta, Antistius Labeo prætorius, etiam proconsulatu provinciæ Narbonensis functus.

LABERIĀNUS, a, um, ad Laberium pertinens. *Senec.* l. 2. *de Ira*, c. 11. Occurrat tibi Laberianus ille versus.

LABERĬUS, ii, m. Decimus Laberius, eques R. asperæ libertatis mimographus floruit sub C. Cæsare: a quo jam sexagenarius, quingentis millibus invitatus fuit, ut in scenam prodiret, et mimos ipse ageret, quos scriptitabat: quod quidem fecit, sed adeo dictis non abstinuit, ut ne ipsi quidem parceret, qui produxerat. V. *Macrob.* lib. 2. *Saturn.* c. 7. *Sueton. in Cæs.* c. 39. et *Senec.* 2. *de Ira*, c. 11. ¶ Exstant ejusMimor um fragmenta solum, tum apud citatos Auctores, tum apud *Gell. Charis. Non.* &c. In iis nimiam ejus licentiam in fingendis Latinis vocibus notat *Gell.* l. 16. c. 7. nonnulla ejus verba insolentiora referens. *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 6. Et Laberi mimos, ut pulcra poemata, mirer. ¶ Si quid tolerabile habent (inquit *Senec.* l. 3. controv. 18. *sub fin.*) jocos, et dicta habent. Ab eadem asperitate eum laudat etiam *Horat. loc. cit.* ¶ Rem de eo lepidam narrat *Senec. ibid.* D. Julius, inquit, ludis suis mimum produxit: deinde equestri illum ordini redditum, jussit ire sessum in Equestria. Omnes ita se coarctaverunt, ut venientem non reciperent: multosque tunc in Senatum legerat Cæsar, ut repleret exhaustum bello civili ordinem. Cicero in utramque rem jocatus misit ad Laberium transeuntem: *recepissem te, nisi anguste sederem.* Laberius ad Ciceronem remisit: *atqui soles duabus sellis sedere.* quia Cicero male audiebat, tanquam nec Pompeio certus amicus, nec Cæsari, sed utriusque adulator.

LABES, is, f. *a great downfal or sinking of the ground as in earthquakes*, πτῶμα, lapsus, casus, ruina, vitium quodlibet, quo res de suo statu labitur, deformaturque, et corrumpitur; a *labor, eris*, ut *cædes* a *cædo*, et *nubes* a *nubo*, inquit *Voss.* Hanc originem *Serv.* quoque ad lib. 2. *Æn.* v. 97. ei tribuit. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 43. Delata ad Senatum labes agri Privernatis, cum ad infinitam altitudinem terra desedisset. et cap. 35. *extr.* Tantos terræ motus in Italia factos esse, ut multa oppida corruerint, multis locis labes factæ sint, terræque desederint. *Inscript.* apud *Fabrett.* pag. 400. n. 292. Imp. Cæs. Trajanus substructionem contra labem montis fecit. *Justin.* l. 30. c. 4. Motus terræ multas civitates ruinarum labe concussit, quasdam solidas absorbuit. *Lucret.* l. 2. v. 1143. magni mœnia mundi Expugnata dabunt labem putresque ruinas. *Labeo Dig.* lib. 19. tit. 2. *leg. ult.* Si rivum labes corrupit. *Ulpian. ibid.* leg. 15. Si labes facta sit, omnemque fructum tulerit. *h. e.* e cælo calamitas. *Arnob.* l. 5. pag. 185. labes imbris e cælo. *a heavy fall of rain or hail.* ¶ Universim est damnum, exitium, pernicies, corruptio, vitium, malum. *ruin, destruction, waste, loss, damage. Plaut. Capt.* 4. 3. 3. Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido! *Val. Flacc.* l. 5. v. 237. Tunc tibi regnorum labes, luctusque supersunt. *Cic. pro Flacc.* c. 10. *extr.* Innocentiæ labes ac ruina. *Quintil.* declam. 12. c. 4. Labes frumenti. ¶ Speciatim est morbus, pestis, lues. *a disease, plague, pestilence*, &c. *Grat. in Cyneg.* v. 468. præcipitem, qua spes est proxima, labem Aggredere. *Seren. Sammon. de morbo comit.* c. 57. v. 1018. Concilium populi labes horrenda diremit. ¶ De cive pernicioso. *Cic. de Harusp. respon.* c. 22. Non sinit eadem ista labes: eas habet conciones, ut, &c. *et pro Dom.* c. 1. Illa labes ac flamma reipublicæ. *that pest and incendiary.* et 2. *Verr.* c. 1. Labes atque pernicies provinciæ Siciliæ. ¶ Est etiam macula, sordes, illuvies. *a spot, mark, stain, blot, blur, blemish*: quia quæ lapsa sunt, deformia fiunt et sordida. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 235. tractata notam labemque relinquunt Atramenta. *Pers.* sat. 3. v. 25. purum et sine labe salinum. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 514. Sit bene conveniens, et sine labe toga. *Et ibid. de tauro*, v. 291. Signatus tenui media inter cornua nigro: una fuit labes, cetera lactis erant. *Virg.* 6. *Æn.* v. 746. Concretam exemit labem, purumque reliquit Ætherium sensum. *Sueton. in Aug.* c. 38. Senio vel aliqua corporis labe insignes. *defect, deformity. Ovid.* 15. *Metam.* v. 130. Victima labe carens, et præstantissima forma. *spotless. Lactant.* l. 7. c. *ult.* Homo subtractus his labibus terræ. ¶ Translate est turpitudo, infamia, ignominia, dedecus. *shame, dishonour, discredit, disgrace, ignominy, infamy. Festus.* Labes macula in vestimento dicitur: et deinde μεταφορικῶς transfertur in homines vituperatione dignos. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 10. Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec amnibus ullis elui potest. *Id. pro Dom.* c. 20. *extr.* Labes atque eluvies civitatis. *Id. pro Balb.* c. 6. Est hujus sæculi labes quædam et macula, virtuti invidere. *Id. in Vatin.* c. 6. Ne qua ex tua indignitate labes illius dignitati adspersa videatur. *Id. pro Cæl.* c. 18. Probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferre. *Id. pro Dom.* c. 38. Labem turpitudinis et inconstantiæ sustinere. *Curt.* l. 7. c. 7. *a med.* Labem imponere felicitati alicujus. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 24. Abolere labem prioris ignominiæ. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 20. famæ non sine labe meæ. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 5. *in fin.* Pectus adulterii labe carere negant. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 8. v. 20. Mores labe carent. et lib. 2. ep. 2. v. 49. vita sine labe peracta. *Cic.* 3. *Offic.* cap. 21. *ad fin.* Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quæ vulnera? *compunction, remorse.* et *Lactant.* l. 4. c. 26. *et de ira Dei*, c. 19. Peccatorum labibus, ac vitiorum maculis inquinati. ¶ De cive vitiis infami. *Cic. pro Sext.* c. 8. *ad fin.* Habeo quem opponam labi illi atque cœno. *that infamous person.* ¶ *Labi* pro *labe*, ut *colli* pro *colle*, dixit *Lucret.* l. 5. v. 928. Nec novitate cibi, nec labi corporis ulla.

LABĬÆ, arum, f. *the lips*, labra, χείλη. Vox antiqua, et usus exigui. *Plaut. Stich.* 5. 4. 41. Age tibicen: refer ad labias tibias. *Nigid.* apud *Gell.* l. 10. c. 4. Labias sensim primores emovemus. *Poeta quidam Gellii æqualis* apud *eund.* l. 19. c. 11. Animula ægra et saucia Cucurrit ad labias mihi. *Apul.* l. 3. *Metam.* [† p. 94. *ed. Delph.*] Nares hiantes, et labiæ pendulæ. [† *alii*: labia pendula.] *et ibid.* [† p. 95.] Postrema dejecta labia. Adde lib. 10. [† p. 334.] *Næv.* ac *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 120. ¶ Etiam *labeæ, arum*, legitur. *Pompon.* apud *Non.* c. 6. n. 43. Rictum et labeas cum considero. *Gell.* l. 18. c. 4. Rictu oris, labearumque ductu. *Al. aliter leg.* ¶ In singulari num. *Cato R. R.* c. 20. *de trapeto.* Labeam bifariam facito. *Al. aliter leg.* [† V. supr. locos duos *Apul.*]

LABICĀNUS, a, um, Λαβικανός, ab Labicos pertinens, ut Labicanus ager, *Liv.* l. 26. c. 9. *sub fin.* ¶ *Via Labicana* Roma Labicos ferebat, ab Exquilina porta incipiens, simul cum Prænestina. *Liv.* l. 4. c. 41. ¶ Scribitur et *Lavicanus.*

LABĪCI, orum, m. *et* Labīcum, ci, n. Λαβῖκοι, oppidum et colonia Latii, inter Tusculum et Præneste: quod Glaucus Minois filius vel condidit, vel primus in eo regnavit. Dictum est ἀπὸ τῆς λαβῆς, ansa: quod scutum cum ansa iis civibus monstravit. Hæc *Serv. ad Æn.* 7. v. 796. innuere videtur. *Liv.* l. 2. c. 39. Corbionem, Trebiam, Labicos, Pedum cepit. *Sil.* l. 12. v. 534. campos ingressus, et arva Labici. ¶ *Labici, orum*, sunt etiam ejus oppidi cives. *Virg. loc. cit.* et picti scuta Labici. *Sil.* l. 8. v. 368. atque habiles ad aratra Labici. ¶ Scribitur et *Lavicum.*

LABĬDUS, a, um, *slippery*, ὀλισθηρός, in quo labi quis facile potest, lubricus. *Vitruv. in proœm.* l. 6. Labidis itineribus.

LABIENIĀNUS, a, um, ad Labienum pertinens, quod est nomen ducis Romani, ut Labieniani milites, *Hirt. de B. Afric.* c. 29.

LABĬLIS, le, *slippery, apt to slip*, qui facile labitur, ὀλισθηρός. *Ammian.* l. 27. c. 10. *a med.* (*al.* c. 23.) Per labilem limum incitato jumento digressus. ¶ Translate *Arnob.* l. 7. pag. 213. Et quisquam est, qui deos sibi persuadeat dulcedinis labilis volucri titillatione mulceri? *unstable, inconstant, frail, momentary, that soon passes away.*

LABĬO, onis, m. labiosus. *Verrius Flacc.* apud *Charis.* l. 1. pag. 79. *Putsch.*

LABĬŌSUS, a, um, *having great lips, blobberlipped*, μακρόχειλος, παχύχειλος, qui magna labra habet, labeo, labrosus. *Lucret.* l. 4. v. 1162. Simula, Silena ac Satura est: labiosa, Philema.

LABĬUM, ii, n. *a lip*, χεῖλος, extremitas oris, seu membrum, quo supra infraque os operitur, et clauditur: a λήβω, capio, quia labiis cibum apprehendimus. Dicitur etiam *labrum* eadem origine: sed discrimen aliqui commenti sunt, ut *labium* inferius sit, *labrum* superius: quod *Donat.* refert ad *Terent. Eun.* 2. 3. 44. Alii, contra rem se habere, putant. Ipse autem hoc statuere videtur, ut *labia* immodica sint, unde *labeones*: modica vero *labra*: quod idem ex *Verr. Flacc.* tradit *Charis.* l. 1. pag. 79. *Putsch.* qui tamen recte docet, *labia* et *labra* indistincte dici. Inanissimum vero est, quod alii *labia* mulierum, *labra* virorum putarunt, quos et *Serv. ad Ecl.* 2. v. 34. reprehendit. Illud certo statui potest, *labium* minoris esse usus, et in prosa oratione vix usurpandum. *Terent. loc. cit.* Incurvus, tremulus, labiis demissis. *Sil.* l. 8. v. 114. volvens vix murmur anhelum Inter singultus, labiisque trementibus Anna. *Plin.* l. 29. c. 3. Labiorum fissuris mederi. *Apul. in Apolog.* Salivosa labia. ¶ *Labiis ductare* apud *Plaut. Mil.* 2. 1. 15. dicuntur meretrices, quæ amatores suos falsis verbis, et fallacibus osculis atque blanditiis ludificant, irrident, decipiunt. ¶ In singulari num. *Seren.* apud *Non.* c. 3. n. 120. labiumque insigne revelli.

LABO, as, n. 1. *to totter, be ready to fall, give way, be loosened*, ἀστατέω, παραπταίω, σφάλλομαι, labefactor, nuto, vacillo, ruinam minor. Unde discrimen patet inter *labentem*, et *labantem*. ille enim cadit, ruit: hic labefit, nutat, instabilis est ac dubius, non tamen labitur. *Cic. Verr.* 6. c. 43. *ad fin.* Signum illud nulla lababat ex parte, cum alii vectibus subjectis conarentur commovere, &c. *Virg.* 2. *Æn.* v. 492. labat ariete crebro Janua. et lib. 5. v. 432. tarda trementi genua labant. et lib. 10. v. 283. egressisque labant vestigia prima. *Cels.* l. 7. c. 1. sect. 1. Si ex ictu vel alio casu labant dentes. *Val. Flacc.* l. 3. v. 163. magna juvenum cum densa securi Silva labat. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 163. Utque labant curvæ justo sine pondere naves, Perque mare instabiles nimia levitate feruntur; sic, &c. *Id.* 6. *Fast.* v. 678. dubii stantque, labantque pedes. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 85. *de Icaro.* Vincla labant, et cera deo propiore liquescit. *Id. Heroid.* ep. 10. v. 140. Litteraque articulo pressa tremente labat. *h. e.* tremente manu scripta, ipsa quoque, inæqualibus lineis exarata, tremere videtur. ¶ Translate est dubitare, incertum esse, a constantia decedere, *to waver, be at a loss, hesitate. Cic.* 8. *Attic.* ep. 14. Scito, labare meum consilium, illud, quod satis jam fixum videbatur. *Id.* 7. *Phil.* c. 10. Cum ei labare M. Antonius videretur. *et* 1. *Tusul.* c. 32. Labamus, mutamusque sententiam clarioribus etiam in rebus. *Liv. in fin.* l. 22. Qui sociorum ad eam diem firmi steterant, tum labare cœperunt. et lib. 32. c. 30. Suberat suspicio animis, labare fidem sociorum. *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 178. in dubio pectora nostra labant. *Id.* 6. *Met.* v. 629. ex nimia matrem pietate labare, Sensit. *et* 4. *Trist.* el. 3. v. 12. Cur labat ambiguo spes mihi mixta metu? *Val. Flacc.* l. 3. v. 75. ægra virorum Corda labant. *know not which party to espouse. Plin. sub fin.* l. 14. *de insigni potore vini.* Torquato rara gloria, non labasse sermone, non levatum vomitione, &c. ¶ Item esse in ancipiti, et proximum casui, *be in danger. Ovid.* 2. *Trist.* v. 232. pars nulla est, quæ labet, imperii. *Id.* 15. *Metam.* v. 438. cum res Trojana labaret. ¶ Pro deficere, *to fail*, *Liv.* l. 5. c. 18. Memoria labat, vigor animi obtusus. *Apul.* l. 8. *Metam.* Labanti spiritu totam se super corpus effudit. ¶ Pro dissolvi, turbari, misceri, confundi, *Cic.* 3. *de Fin. c. ult.* Quid in philosophia non sic aliud ex alio nectitur, ut non, si ullam litteram moveris, labent omnia? *go to rack and ruin.* ¶ V. alia in *Labans.* ¶ Qui in præteritis usurpaverit, adhuc non legi.

LĀBOR, eris, psus sum, dep. 3. *to fall gently, glide, descend*, ἀποῤῥέω, ὀλισθαίνω, deorsum feror, cum aliqua velocitate descendo, delabor, defluo, cado. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 18. Sunt in lubrico, incitataque semel, proclive labuntur. *Ovid. in Ibin.* v. 513. Lapsuram domum subire. *Virg.* 11. *Æn.* v. 588. Labere, Nympha, polo, finesque invise Latinos. *Val. Flacc.* l. 7. v. 259. Cum levis a superis ad te modo laberer auris. *Horat.* l. 1. od. 13. v. 7. Humor in genas furtim labitur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 366. stellas præcipites cælo labi. *et* 2. *Æn.* v. 262. Demissum lapsi per funem. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 185. Perque genas lacrimæ strictum labuntur in ensem. *drop or trickle down. Cic. de Fato*, c. 3. Naufragum illum in rivo esse lapsum. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 3. v. 4. Labitur ex oculis gutta. *Id.* 13. *Metam.* v. 954. Lapsi de fontibus amnes. et lib. 3. v. 410. Lapsus ab arbore ramus. et vers. 699. Catenæ lapsæ lacertis, sponte sua, nullo solvente. et lib. 11. v. 51. medio dum labitur amne. *Lucret.* l. 4. v. 445. splendida signa videntur Labier adversum nimbos. παραγωγή. *Ovid. Metam.* 13. v. 477. super terram defecto poplite labens. *falling. Virg.* 11. *Æn.* v. 818. Labitur exsanguis: labuntur frigida leto Lumina. *Val. Flacc.* l. 5. v. 2. morbis fatisque rapacibus Idmon Labitur. *dies.* [† *Cic. de Amic.* 41. Proclivius ad perniciem, cum semel cœpit, labitur. *Liv.* in *Præf.* Labitur paullatim disciplina. *gives way, goes to ruin, decays.*] ¶ Item decurro, serpo, lubrico ac facili motu feror, quamvis non deorsum, *to run, glide, or pass along*, unde proprie de anguibus dici, notat *Serv.* ad illud *Virg.* 2. *Æn.* v. 225. At gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt. *Id.* l. 8. v. 91. Labitur uncta vadis abies. *floats. Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 65. Ut rate felici pacata per æquora labar. et ep. 21. v. 83. *de insula Delo.* quid me fugis, insula? dixi: Laberis in magno numquid, ut ante, mari? *et* 2. *Amor.* el. et vers. 13. Pigraque labatur circa donaria serpens. *glides. Cic.* 1. *Acad.* c. 8. Res subjectæ sensibus essent ita mobiles et concitatæ, ut nihil unquam unum esset constans, quia continenter laberentur et fluerent omnia. ¶ Translate *Plaut. Trin.* 2. 1. 17. Illico res foras labitur. *gets abroad. Ovid.* 1. *Amor.* el. 8. v. 49. Labitur occulte, fallitque volubilis ætas. *glides or passes away. Cic. in Orat.* cap. 57. Brevitate et celeritate syllabarum labi putat verba proclivius. *Id.* 1. *de Legib.* c. 19. *extr.* Videtis ne, ut ex alio alia nectantur? Quin labebar longius, nisi me retinuissem. *h. e.* sensim ac paulatim digrediebar, et declinabam dicendo. *I was going still farther astray from the subject.* et lib. 4. *ad Attic.* ep. 5. Ne qua mihi liceret labi ad illos, qui etiam, tum, cum misereri mei debent, non desinunt invidere. *h. e.* deflectere, accedere, adjungi. ¶ Aliquando ponitur pro excidere. *Virg. Ecl.* 1. v. 64. Quam nostro illius labatur pectore vultus. ¶ Item pro deficere. *to fail. Tacit.* 6. *Ann. c. pænult.* Labi spiri-

tum, nec ultra biduum duraturum. ¶ Item pro effugere, elabi. *Curt.* l. 5. c. *ult.* E manibus custodientium lapsus. *being escaped.* ¶ Item pro sensim irrepere. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 631. labique somnum ut sensit in artus, Effugit. *Petron. in Satyr.* c. 21. et 22. Labi in somnum. ¶ Et pro sensim devenire, paulatim abire. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 628. Labi in cineres. *to pass away into, become.* ¶ Et pro se demittere. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 6. Labi in adulationem. ¶ Et pro ferri. *Val. Flacc.* l. 6. v. 662. Labi in gaudia. *to give a loose to joy.* ¶ Et pro decidere, prolabi. *Justin.* l. 1. c. 7. in luxuriam. et lib. 21. c. 2. in segnitiem. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 93. in vitium. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 53. Labi spe. *to be disappointed. Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 8. leg. 1. *a med.* Labi facultatibus. *to become poor.* Et absolute *Paul.* lib. 26. tit. 7. leg. 13. Si idoneus contutor subito lapsus sit. ¶ Et sæpissime pro errare, peccare, falli, decipi, *to fall into a mistake, err, faulter, go wrong. Cic.* 1. *Offic.* c. 6. Labi, errare, nescire, decipi, et malum et turpe ducimus. *Id. in Bruto*, c. 49. In aliqua re labi et cadere. *Phædr.* l. et fab. 5. Pravo favore labi mortales solent. *Cæs. sub fin.* l. 5. *B. Gall.* Ne plebs propter imprudentiam laberetur. *should be guilty of some impropriety. Cic. Q. Fr.* l. 3. *sub fin.* Lapsus est per errorem. *Modestin. Dig.* lib. 33. tit. 2. leg. 19. errore. *Arr. Men.* lib. 49. tit. 16. leg. 6. *ad fin.* per vinum, aut lasciviam. *Ulpian.* lib. 2. tit. 13. leg. 1. *extr.* ob ætatem, vel rusticitatem, vel sexum. *Cic. Agrar.* 2. c. 3. *et Phil.* 7. c. 6. Labi consilio. ἀτυχεῖν. *h. e.* consilium quidem adhibere, et rem pensitare, sed errare tamen: cui opponitur apud *eund.* cit. 2. *Agrar.* labi casu. *Id. pro Rab. perduell.* c. 9. Labi imprudentia. *Id. in Brut.* c. 69. ambitione. *et Phil.* 13. c. 4. opinione. *Papinian.* l. 3. tit. 5. leg. 31. imperitia. *Paul.* lib. 24. tit. 3. leg. 17. ignorantia juris. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 4. *extr.* Philosophus in ratione vitæ peccans, in officio, cujus magister esse vult, labitur. *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 13. Mente labi. *to be delirious. Ovid.* 2. *Amor.* el. 8. v. 7. Labi in verbo aliquo. *h. e.* cum imprudenter verbum aliquod invito effluit: *to let slip a word. Plin.* l. 2. ep. 3. Ne verbo quidem labi. *h. e.* ne verbum quidem omittere eorum, quæ dicenda sunt. *not to omit so much as a single word.*

LĂBOR (antique etiam Labos) oris, m. *labour, toil, fatigue*, πόνος, operis functio, ex qua vires labuntur, opera, defatigatio, contentio, afflictatio. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 15. Interest aliquid inter laborem, et dolorem: sunt finitima omnino, sed tamen differt aliquid. Labor est functio quædam vel animi, vel corporis, gravioris operis et muneris: dolor autem motus asper in corpore, alienus a sensibus. Hæc duo Græci uno nomine appellant πόνον. itaque industrios homines illi studiosos, vel potius amantes doloris (φιλοπόνους) appellant, nos commodius laboriosos. *Id. pro Cœl.* c. 17. Omnem vitæ cursum in labore corporis, atque in animi contentione transigere. *exercise. Id.* 1. *de Or.* c. 33. Res est magni laboris. *Plaut. Rud.* 1. 3. 7. Hoc est mihi labori. *Plin.* l. 26. c. 11. *a med.* Lethargicos excitare, labor est. *is laborious: is difficult.* et lib. 11. c. 17. In labore esse. *Cic. pro Mur.* c. 18. Laborem sibi sumere, et alteri imponere. *Quintil. in proœm.* l. 1. alicui injungere. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 38. Sumptum et laborem insumere in rem aliquam. *pains. Id.* 5. *Verr. c. ult.* Laborem et sumptum ad incertum casum impendere. *Virg.* 2. *Georg.* v. 61. alicui rei laborem impendere. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 55. Multum operæ laborisque consumere. *Id.* 1. *ad Attic.* ep. 17. *circa med.* Laborem sustinere. *et* 4. *Acad.* c. 34. exantlare. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 5. suscipere. *Virg.* 1. *Æn.* v. 14. adire. *Cic.* 3. *Attic.* ep. 15. *sub fin.* subire. *Id. pro Rosc. Com.* c. 16. *extr.* capere. *h. e.* subire, sentire. *Nep. in Eumen.* c. 18. *in fin.* ferre. *Liv.* l. 1. c. 54. pericula et labores obire. *hardships. Terent. Hecyr.* 2. 1. 29. Labori haud parcere. *Plin.* l. 3. ep. 1. *ad fin.* Laboribus conteri. *Cic. de clar. Orat.* c. 69. Labores magnos excipere. *Id.* 1. *Fam.* ep. 8. *circa med.* Laboribus maximis perfunctus. *Id. pro Arch.* c. 11. *ad fin.* Se in magnis laboribus exercere. *et mox.* Se magnis laboribus frangere. *et* 2. *de nat. Deor.* c. 23. Cum labore operoso moliri aliquid. *by dint of labour. Id. pro Font.* c. 1. *ad fin.* Multo sudore ac labore quippiam facere. *Terent. Adelph.* 5. 4. 17. Sine labore potiri aliquid. *et Heaut. prol.* v. 4. Agere (*in scena*) cum labore maximo. *Plin.* l. 2. c. 63. Veneni haustu exstinguimur, nullo labore. *Plin. alter* l. 2. ep. 19. Quæ scripsimus cum labore, etiam cum labore audiri putamus. *Cic. in Orat.* c. 34. Laborem levare alicui. *Id.* 3. *Fam.* ep. 6. *a med.* detrahere. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 208. minuere. et lib. 3. v. 154. intermittere. *Curt.* l. 5. c. 13. relaxare. *Sil.* l. 4. v. 820. labori incumbere. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 5. Ex labore se reficere. et lib. 5. c. 11. Ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis. *Sallust. in* orat. 2. *ad Cæs. a med.* Corpus in laboribus habui. *have subjected to toil.* ¶ Metonymice est molestia, calamitas, incommodum, *distress, hardship, trouble, misfortune. Cic. Fam.* 15. ep. 8. Cujus erga me singularem benevolentiam vel in labore meo, vel in honore perspexi. *Virg.* 4. *Æn.* v. 78. Iliacos iterum demens audire labores Exposcit. et lib. 2. v. 11. Trojæ supremum audire laborem. et lib. 5. v. 617. tædet pelagi perferre laborem. *dangers, disasters. Nep. in Annib. c. ult.* Multis variisque perfunctus laboribus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 150. Mox et frumentis labor additus, ut mala culmos Esset rubigo, &c. *h. e.* malum. et lib. 4. v. 340. primos Lucinæ experta labores. *h. e.* nisus ac dolores pariendi. *the pains of childbirth.* et lib. 2. v. 478. et *Ovid.* 7. *Metam.* v. 208. Lunæ labores. *eclipses.* tunc enim *laborare* creditur. *Terent. Andr.* 5. 2. *in fin.* Tantum laborem capere ob talem filium! *to undergo such hardships.* ¶ Item res gestæ bellicæ, *deeds of war, warlike exploits*, quæ maxime laborem postulant. *Virg.* 11. *Æn.* v. 126. et *Val. Flacc.* l. 5. v. 133. Belli labores. *Claudian.* l. 1. *de laudib. Stilich.* v. 21. Decertati labores. ¶ Item opus rusticum. *Virg.* 2. *Georg.* v. 514. et *Horat.* l. 3. od. 24. v. 15. ¶ Item morbus, *sickness, illness, disease. Plaut. Curc.* 2. 1. 4. Valetudo decrescit, accrescit labor. *Vitruv.* l. 8. c. 3. Sulphurosi fontes nervorum labores reficiunt. ¶ Item dolor, *pain. Scribon. Larg.* compos. 227. *ad fin.* Hoc medicamentum sine magno labore cadere cogit hæmorrhoidas. ¶ Item discrimen, periculum, *danger, hazard, risk. Colum.* l. 9. c. 13. *de apibus.* Maximus autem earum labor est initio veris, quo tithymali floret frutex, &c. tali nocente cibo: quo cum se affatim repleverint, profluvio alvi intereunt. ¶ Item pondus, *weight. Plin.* l. 36. c. 22. *a med.* Hi lapides tractabiles in opere, laborem quoque tolerant. *Vitruv.* l. 2. c. 7. Saxa si sint in locis tectis, sustinent laborem; sin autem in apertis, friantur, et dissolvuntur. ¶ Item vis, violentia, conatus. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 617. Has etiam terras, consertaque gentibus arva Sic, pelago pulsante, reor Neptunia quondam Cuspis, et adversi longus labor abscidit ævi. et vers. 285. Visa ratis sævæ defecta laboribus undæ. *attacks, force, violence. Virg.* 9. *Æneid.* vers. 404. Tu dea, tu præsens nostro succurre labori. *attempts.* ¶ Item artificium. *work, workmanship. Valer. Flacc.* l. 1. v. 143. Poculaque, insignis veterum labor. et lib. 5. v. 453. nondum noscentibus, ille Quis labor. *Virg.* 1. *Æn.* v. 459. Artificumque manus inter se, operumque laborem Miratur. et lib. 6. v. 27. Hic labor ille domus, et inextricabilis error. *h. e.* ingeniosum opus labyrinthi. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 409. Dona duci promit, chlamydem, textosque labores. *tissued and storied.* ¶ Item cura, sollicitudo. *care, anxiety, solicitude, uneasiness. Virg.* 4. *Æn.* v. 379. Scilicet is Superis labor est: ea cura quietos Sollicitat. et lib. 1. v. 80. tuus, o regina, quid optes, Explorare labor. ¶ Metaphorice *Id. ibid.* v. 746. Hic canit errantem lunam, solisque labores, Unde hominum genus, et pecudes, &c. *h. e.* assiduum, celeremque cursum, ex quo laborare videtur. [† Et *Sabinus* Grammaticus exponit per *errores. Gesnerus* de *eclipsi* intelligit.] ¶ *Labores uteri* sunt filii. *Claudian.* l. 1. *de rapt. Pros.* v. 193. tibi gaudia nostri Sanguinis, et caros uteri commendo labores. ¶ Inter ceteras Pestes, quas in vestibulo Ditis habitare fingunt Poetæ, Laborem recenset *Virg. Æn.* 6. v. 277. ¶ *Labos* legitur apud *Plaut. Merc. prol.* v. 72. et *Trin.* 2. 1. 35. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 6. *Catull.* carm. 55. *ad Camer.* v. 13. *Sallust.* in *Jug.* c. 105. et *in orat. Macri trib. pleb. Virg. loc. mod. cit. Valer. Flacc.* l. 7. v. 361. et *Non.* c. 8. n. 27. &c. tametsi in his aliquando libri variant. Hac de re ita *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 6.) Nam ut *Valesii*, et *Fusii* in *Valerios, Furiosque* venerunt; ita *arbos, labos, vapos* etiam, et *clamos*, ac *lases* ætatis fuerunt. *Serv. ad Æn.* 1. v. 257. observat, *Sallustium* pæne ubique *labos* dixisse.

[* LABORATĬO, onis, f. *fatigue*, labor. Utitur hac voce *Fronto princip. hist.* fragm. 7.]

LABŌRĀTUS, a, um, *laboured, wrought with great pains and care*, διαπεπονημένος, labore ac studio factus, elaboratus. *Cic. pro Cœl.* c. 22. Sed hæc, quæ sunt oratoris propria, quæ mihi fructum aliquem ferre potuissent, cum a me ipso laborata proferri viderentur, &c. *Plin.* l. 5. c. 1. *circa med.* Laborata Herculi et Perseo. *Virg.* 1. *Æn.* v. 643. Arte laboratæ vestes. et lib. 8. v. 180. onerantque canistris Dona laboratæ Cereris. *made into bread. Ovid.* 3. *Metam.* v. 158. Antrum arte laboratum nulla. *Quintil.* l. 12. c. 6. Actio laborata dierum ac noctium studio. *Martial.* l. 4. epigr. 33. Laborati libri. *Id.* l. 9. epigr. 19. Curva laboratas antlia tollit aquas. *h. e.* magno labore haustas. *Tertull. de virgin. veland.* c. 10. Continentia laboratior. *h. e.* majore labore, ac difficultate custodita. ¶ Item per labores et ærumnas actus, laboriosus, exercitus. *laborious, calamitous, passed amidst toil and fatigue. Valer. Flacc.* l. 5. v. 225. Fata laborati Phryxus compleverat ævi. *Stat.* 1. *Theb.* v. 341. Grata laboratæ referens oblivia vitæ.

LABORĬÆ. V. *Laborini.*

LABORĬFER, a, um, *bearing labour, inured to toil*, ἐπίπονος, ferens laborem, laboris patiens, laboriosus. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 285. Laboriferi cum jam natalis adesset Herculis. et lib. 15. v. 129. Laboriferi juvenci cædes. *Stat.* 6. *Theb.* v. 25. Clara laboriferos cælo Tithonia currus Extulerat. *Auson. Edyll.* 4. v. 6. Graio Schola nomine dicta est, Justa laboriferis tribuantur ut otia Musis.

LABORĪNI CAMPI, qui et *Laboriæ* appellantur, in Campania sunt, inter viam Consularem, quæ a Puteolis, et quæ a Cumis Capuam ducit: ceterorum qui in Campania, feracissimi. *Plin.* l. 3. c. 5. et lib. 17. c. 4. et lib. 18. c. 11. *a med.*

LABORIŌSE, adverb. *laboriously, with toil and fatigue*, ἐπιπόνως, cum labore. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 11. Quo quisque est ingeniosior, hoc docet iracundius, et laboriosius. *Id.* 1. *Verr. c. ult.* Itaque semper hi diligentissime, laboriosissimeque accusarunt. *Catull.* epigr. 39. Male est, Cornifici, tuo Catullo; Male, mehercule, et laboriose. *distressfully.* Et *Cels.* l. 5. c. 17. sect. 2. Laboriose conteruntur ea, ex quibus emplastra pastillique fiunt. *with labour and pains.*

LABORIŌSUS, a, um, *laborious, requiring much pains, tiresome, toilsome, wearisome, fatiguing, operose, irksome, troublesome*, ἐπίπονος, qui multo cum labore fit, difficilis, molestus. *Terent. Heaut.* 4. 6. 2. Vel me hæc deambulatio, quam non laboriosa, ad languorem dedit. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 8. Nihil erit his domo sua dulcius, nec laboriosius molestiusque provincia. *Liv.* l. 5. c. 19. *ad fin.* Operum longe maximum, ac laboriosissimum. *Catull.* carm. 1. v. 6. Omne ævum tribus explicare chartis, Doctis, Jupiter! et laboriosis. *Nep. in Attic.* c. 12. *extr.* Quod utrum ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit judicare. *Gallus* apud *Non.* c. 2. n. 491. Durum rus fugite, et laboriosum. ¶ Item qui in labore libenter versatur, qui multum laboris subit, et sustinet. *industrious, pains-taking, laborious, sedulous, assiduous*, φιλόπονος. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 15. Industrios homines Græci studiosos, vel potius amantes doloris appellant: nos commodius laboriosos. *Nepos in Timoth.* c. 1. Fuit enim disertus, impiger, laboriosus. *Colum. in fin. proœm.* l. 6. Bos laboriosissimus hominis socius in agricultura. ¶ Item laboris plenus, h. e. multis laboribus exercitus. *exercised in hardship, schooled in toil. Cic. pro Mil.* c. 2. Quid enim nobis duobus laboriosius? quid magis sollicitum, magis exercitum dici potest? *Auct. carm. Priap.* n. 61. Sed quod carmina pessimi poetæ Ramis sustineo laboriosis. ¶ Item qui multos dolores perfert. *Cic. Phil.* 11. c. 4. Dolores Trebonius pertulit magnos: multi ex morbi gravitate majores: quos tamen non miseros, sed laboriosos dicere solemus.

LABŌRO, as, avi, atum, *to labour, be oppressed with toil or fatigue*, πονέω. Primo neutrorum vim ac significationem habet, scilicet laborem sentio, cum labore ago, fatigor: et refertur ad corpus. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 15. Aliud est dolere, aliud laborare. Cum varices secabantur C. Mario, dolebat: cum æstu magno ducebat agmen, laborabat. Est inter hæc tamen quædam similitudo. *Id.* 5. *Phil.* c. 6. *extr.* Non quo ille scuta occulta esse vellet, sed ne familiares, si scuta ipsi ferrent, laborarent. *Id.* 5. *Verr.* c. 52. Quamdiu intelligebant, se se sibi, et populo R. non Verri, et Apronio serere, impendere, laborare. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Jumenta onere et jugo laborantia. ¶ Sæpe est morbo, aut dolore aliquo male habere. *Cic.* 7. *Attic.* ep. 2. Invaletudo tua me valde conturbat. significant enim tuæ litteræ, te prorsus laborare. *that you are considerably indisposed.* et lib. 7. *Fam.* ep. 26. Cum decimum jam diem graviter ex intestinis laborarem. *was troubled with a diarrhœa.* et lib. 9. ep. 23. Laborare ex pedibus. *to have the gout.* et lib. 2. *Tuscul.* c. 25. ex renibus. *to be afflicted with the gravel. Terent. Andr.* 1. 5. 34. e dolore. *to have the pains of childbirth upon her.* et *Colum.* l. 2. c. 10. frigore. et *Plin.* l. 32. c. 10. *a med.* a frigore. *to be benumbed with cold.* et l. 24. c. 10. torminibus. et lib. 17. c. 24. fame et cruditate. *Martial.* l. 1. epigr. 99. podagra. *Sueton. in Claud.* c. 44. abundantia. *to have a surfeit. Horat.* l. 3. od. 22. laborantes utero puellæ. *parturient.* ¶ Hinc ad alia quoque mala refertur sive corporis, sive animi, quibus urgemur ac premimur. *Cic. pro Cluent. c. ult.* Laborare ex invidia. *to be hated.* et *Liv.* l. 6. c. 2. odio apud hostes, contemptu inter socios. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 9. a re frumentaria. *to be in want of corn. Sueton. in Aug.* c. 47. ære alieno. et *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 22. ex ære alieno. *to be oppressed with debt. Justin.* l. 16. c. 3. pestilentia. *Sueton. in Ner.* c. 2. obsidione. *to be closely besieged. Cic. Fam.* 16. ep. 11. ex desiderio. *Id.* 2. *de Invent.* c. 2. ex inscientia. *to be ignorant. Horat.* l. 1. sat. 4. v. 26. ab avaritia, aut ambitione. *Est qui legit* ob avaritiam. *Justin.* l. 4. c. 3. discordia. *Quintil.* l. 12. c. 9. *a med.* crimine temeritatis. *to be accounted rash.* Sic lib. 4. c. 1. opinione arrogantiæ. *Id.* l. 12. c. 9. fastidio. *to be haughty and fastidious. Liv.* l. 34. c. 4. Diversis duobus vitiis, avaritia et luxuria, civitas laborat. *Horat.* l. 1. od. 17. v. 19. laborantes in uno Penelopen, vitreamque Circen. *h. e.* flagrantes amore unius Ulyssis. *Liv.* l. 22. c. 39. Laborare a veritate. *h. e.* deficere, abesse. *to swerve or deviate from.* Al. aliter leg. *Martial.* lib. 5. epigr. 79. Si tristi domicœnio laboras. *if you are obliged to sup at home. Cels.* l. 2. c. 7. Quibus causa doloris, neque sensus ejus est, his mens laborat. *is delirious.* [Male hic *Forcellinus* cum *Lindenio* legit *laborat*; nam potius *labat* reponendum censet *Leon. Targa*: et re quidem vera plura *Celsi* loca, in quibus hæc dicendi ratio habetur, id confirmant.] ¶ Absolute dicitur de iis, qui aliqua re inferiores sunt, et a validiore premuntur. *Quintil.* l. 4. c. 1. Est enim naturalis favor pro laborantibus. *for the weaker party*: qui causa laborant, ut *Id. ibid.* loquitur. Hinc sæpe adhibetur in re militari. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 26. Quos laborantes conspexerat, iis subsidia submittebat. *hard pressed; with difficulty maintaining their ground.* et lib. 7. c. 67. Si qua in parte nostri laborare, aut gravius premi videbantur. et lib. 2. *B. Civ.* c. 6. Suis laborantibus

succurrere. ¶ Passive impersonaliter. *Id.* l. 7. *B. Gall.* c. 85. Maxime ad superiores munitiones laboratur. ¶ *Laborare alicui*, laborando inservire. *Sil.* l. 8. v. 116. Nigro forte Jovi, cui tertia regna laborant. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 6. Triremes adeo graviter inter se incitatæ conflixerunt, ut vehementissime utræque ex concursu laborarent. *were damaged. Petron. in Satyr.* c. 23. Detectus paries nimbo laborat. *chinks, cracks. Horat.* l. 2. od. 9. v. 6. Aquilonibus laborant querceta Gargani. et od. 9. l. 1. Vides, ut alta stet nive candidum Soracte, nec jam sustineant onus silvæ laborantes. *Id.* l. 1. sat. 4. v. 19. conclusas hircinis follibus auras, Usque laborantes, dum ferrum molliat ignis. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* Oleis laborantibus, circum radices amurcam conveniet infundere. *sick, unhealthy. Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 6. v. 22. laborantem ratem deserere. *in danger. Quintil.* l. 9. c. 4. *ante med.* Vocalium concursu hiat, et intersistit, et quasi laborat oratio. [*Petron. in Satyr.* c. 115. Sinite me sententiam explere: laborat carmen in fine. *Flor.* l. 1. c. 12. *extr.* Laborat Annalium fides, ut, Veios fuisse credamus. *h. e.* Annales vix fidem faciunt, ut credamus, &c. *are hardly of such authority as to induce us to believe.* ¶ Sæpe refertur ad animum, et significat laborem, ac studium impendere, contendere, curare, niti, conari. *to strive, struggle, exert one's endeavours, take pains, labour for, endeavour to obtain, do one's utmost to effect. Cic. Parad.* 2. Quid enim ego laboravi, aut quid egi, aut in quo evigilaverunt curæ et cogitationes meæ? *Cæs.* 7. *B. Gall.* c. 31. Animo laborabat, ut reliquas civitates adjungeret. et lib. 1. c. 31. Non minus se id contendere et laborare, ne ea enuntiarentur, quam uti ea, quæ vellent, impetrarent. *Cic.* 5. *Verr.* c. 57. *extr.* Sponsio illa ne fieret, laborasti. *you did all you could, to prevent*, &c. *Id. de Provinc. Consul.* c. 11. Ut vos decerneretis, laboravi. *Id.* 2. *de nat. Deor.* l. 3. c. 24. et *de clar. Orat.* c. 8. *extr.* Laborare in re aliqua. *Id. pro Cæcin.* c. 1. et *Fam.* 13. ep. 26. *sub fin.* de re aliqua. *Id. pro Dom.* c. 11. *extr.* pro salute alicujus. *Senec.* 3. *de Ira*, c. 41. Nil in famam laboremus. sequatur vel mala, dum bene merentes. *h. e.* de fama. *Quintil.* l. 6. c. 4. circa memoriam, et pronuntiationem. *Id.* l. 8. c. 2. *a med.* In hoc etiam malum a quibusdam laboratur. *h. e.* labor ac studium impenditur, ut hoc malum adsciscant. ¶ Cum infinito. *Nep. in Pelop.* c. 3. Ut ne quærere quidem de tanta re laborarint. *Horat.* l. 2. od. 3. v. 11. obliquo laborat Lympha fugax trepidare rivo. *Id. in ar. Poet.* v. 434. Reges dicuntur multis urgere culullis, Et torquere mero, quem perspexisse laborant, An sit amicitia dignus. *h. e.* nosse curant. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 77. cui placuisse laborem? *Id. Metam.* 13. v. 285. quæ nunc quoque ferre laboro. *Plin.* l. 1. ep. 10. Amarique ab eo laboravi. *Justin.* l. 21. c. 5. *ad fi.* Laborabat invidiam demere. Adde *Stat.* 1. *Theb.* v. 489. ¶ *Non laboro, nihil laboro*, non curo, non sum anxius. *it concerns me not, I do not care, it does not trouble me, I am not anxious or solicitous. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 34. Cujus manu sit percussus, non laboro. *Id. pro Rosc. Com.* c. 15. Quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. *Id. Phil.* 8. c. 9. Tironi prospicit: de se nihil laborat. *Id.* 16. *Fam.* ep. 4. Nihil laboro, nisi ut salvus sis. ¶ Secundo habet vim activam, et accusativum regit, et significat elaborare, facere. *to work, labour, fashion, form. Horat.* epod. 5. v. 60. quale non perfectius Meæ laborarint manus. *Propert.* l. 4. el. 3. v. 33. Noctibus hibernis castrensia pensa laboro. *Tacit. de Germ.* c. 45. Frumenta ceterosque fructus patientius, quam pro solita Germanorum inertia, laborant. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 10. Sed mortalis honos, agilis quem dextra laborat. *Sil.* l. 16. v. 411. Et nobis, et equis letum commune laboras. *h. e.* paras, struis. *you work the common destruction of*, &c. *Plin. in proœm.* l. 23. Ex me parata omnia, nec curvo laboranda, sed se porrigentia ultro. *h. e.* cum labore colligenda. [¶ Particip. *laboraturus* apud *Marcell. Empir.* c. 36. Constat, eum non laboraturum podagræ dolore.]

LABOS. V. *Lăbor.*

LABŌSUS, a, um, *laborious*, idem quod laboriosus: a *labos.* Ita *Non.* apud quem c. 8. n. 46. *Lucilius*: Præterea omne iter hoc est labosum, atque lutosum. *Id. ibid.* Tantalus labosas pœnas luit.

LABRADĒUS, i, m. Λαβραδεος, cognomen Jovis, qui in Caria colebatur. Hujus simulacrum primum dicitur consecrasse Arselis rex, cum Gygi adversus Candaulem Lydorum regem suppetias tulisset, indeque securim, Lydorum regum gestamen, in Cariam retulisset. Securim autem Lydi λάβρυν appellant. Unde Jovi Labradeo cognomen factum est. V. *Cæl.* l. 6. c. 11. ¶ Jovis Labradei meminit etiam *Plin.* l. 32. c. 2. ubi tamen *Harduin.* ex *Æliano* legit *Labrandeus*, Λαβράνδεος ex Labranda Cariæ vico ducta appellatione.

LABROS, i, nomen canis apud *Ovid. Metam.* 3. v. 224. ita dicti a voracitate. nam λάβρος voracem sonat. ¶ Indidem dictus est *labrus*, piscis marini genus, cauda placens, apud *Plin. sub fin.* l. 32.

LABRŌSUS, a, um, *with large lips*, πρόχειλος, extremitates habens prominentes, veluti quædam labra. *Cels.* l. 7. c. 26. sect. 2. *sub fin.* Ferramentum fecit in summa parte labrosum. *with large brims.*

LABRUM, i, n. *a lip*, χεῖλος, extrema oris pars in animali, de cujus notatione in *Labium* dictum est. Fere adhibetur in plurali numero. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 31. Apes, quas dixisti in labris Platonis consedisse pueri. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 14. Omni parte corporis rasa, præter caput, et labrum superius. *the upper lip. Virg. Ecl.* 3. v. 43. Poculo labra admovere. et lib. 11. *Æn.* v. 572. teneris immulgens ubera labris. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 60. Labra movet metuens audiri. *Id.* l. 1. sat. 4. v. 137. hæc ego mecum Compressis agito labris. *h. e.* tacitus considero. *mutter over to myself. Valer. Æditıus* apud *Gell.* l. 19. c. 9. Quid mi abs te quæram? verba labris abeunt. *Quintil.* l. 1. c. 11. (*al.* 19.) *circa med.* Observandum ut recta sit facies dicentis, ne labra distorqueantur. et lib. 11. c. 3. *circa med.* Labra male porrigere, scindere, adstringere, diducere, replicare, in latus trahere. *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 24. Vix labra diduxit. *hardly opened his mouth. Juvenal.* sat. 6. v. 622. longa manantia labra saliva. *slabbering. Cn. Matius* apud *Gell.* l. 20. c. 9. Labra labris conserere. *h. e.* osculari. quod, Labra labellis ferruminare, *Plaut. Mil.* 4. 8. 25. dixit. et *Pseud.* 5. 1. 14. Labra ad labella adjungere. *Petron. in Satyr.* c. 132. Osculis collisa labra crepitabant. et cap. 26. Labra valgiter commovere. *et in fragm. Tragur.* c. 52. *Burm.* Demisso labro orare. *Nigid.* apud *Gell.* l. 10. c. 4. Projectis labris pronuntiare. *Lucret.* l. 5. v. 1406. calamos unco percurrere labro. ¶ Urbane *Plaut. Trin.* 4. 2. 63. et 65. Devoravi nomen imprudens modo: atqui etiam modo versabatur mihi in labris primoribus. *I had it at my tongue's end.* ¶ *Linere alicui labra* proverbiali locutione apud *Martial.* l. 3. epigr. 42. est decipere, verba dare: quod *os sublinere* dixit *Plaut. Merc.* 2. 4. 17. ¶ *Primis* aut *primoribus labris gustare*, aut *attingere* est leviter quid attingere, addiscere, cognoscere, *lightly, superficially. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 8. Hunc censes primis, ut aiunt, labris gustasse physiologiam, qui quidquam, quod ortum sit, putet æternum esse posse? *think you, that he knows nothing of the matter, who*, &c. *that he is but a smatterer, who*, &c. et lib. 1. *de Orat.* c. 19. Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. *Id. pro Cæl.* c. 12. Qui primoribus labris gustassent hoc vitæ genus, et extremis, ut dicitur, digitis attigissent. ¶ Simile est illud *Senec.* ep. 10. Non a summis labris ista venerunt: habent hæ voces fundamentum. *h. e.* dicta sunt hæc ex intimo animi sensu, et non ore solum prolata. ¶ *Similem habent labra lactucam*, proverb. apud *D. Hieronym.* epist. 43. *ad Chromat. ad fin.* dictum a M. Crasso, cum vidisset asinum carduos comedentem: quod illi risum elicuit, qui neque antea, neque post ridens visus est unquam, teste *Lucilio* apud *Cicer.* 5. *Fin.* c. 30. et *Tuscul.* 3. c. 15. Proverbium habet locum, ubi similia similibus contingunt, ut perforatæ navi debilis gubernator, et cæcus cæco dux viæ, et talis sit rector, quales illi, qui reguntur: quo sensu *Angli* dicimus, *like lips, like lettuce; like priest, like people.* ¶ Per similitudinem *labrum* est extrema ora cujusque rei, *the extremity, edge, brim, brink, or margin of any-thing. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 72. Ut ejus fossæ solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant. (Adde *Liv.* l. 37. c. 37. *extr.*) et lib. 6. c. 27. Cornua ab labris argento circumcludunt, atque pro poculis utuntur. *they tip the edges with silver. Cato R. R.* c. 107. Labra doliorum circumlinere. *Petron. in Satyr.* c. 102. Vos in duas pelles conjiciam, apertis aliquatenus labris, quibus spiritum recipere possitis. *Plin.* l. 22. c. 22. *ad fin.* Boleti rancido aspectu, livido colore, pallido per ambitum labro. *Sisenna* apud *Non.* cap. 6. n. 8. Innoxios trementibus artubus repente extrahit, sistitque in labro summo fluminis. *Plin.* l. 31. c. 2. *ad fin.* Herba in labris fontis virens. *Id.* l. 21. c. 5. Lilium resupinis per ambitum labris. *Id.* l. 17. c. 22. Scrobes pulvinatis a devexitate labris. ¶ *Labrum* pro fossa cum aggere positum est in illo *Auson. de clar. Urbib.* n. 5. v. 9. Mœniaque in valli formam circumdata labro. ¶ Denique *labrum* est vas grande, latique oris, diductas habens oras, et in exteriorem partem, in modum labrorum, repandas, *any large open vessel; a vat, tub, cistern.* Hinc labrum lupinarium, et aquarium est apud *Caton. R. R.* c. 10. et 11. eluacrum, cap. 11. oleariurn, cap. 13. et apud *Colum.* l. 12. c. 50. *circa med.* fictile, aut lapideum condendis ficis, apud *eund. ibid.* c. 15. De vinario labro est illud *Virg.* 2. *Georg.* v. 6. spumat plenis vindemia labris. *with full vats.* De aquario lib. 12. *Æn.* v. 417. hoc fusum labris splendentibus amnem Inficit. et *Plin.* l. 5. ep. 6. *ante med.* Marmoreo labro aqua exundat. De balneario *Ovid.* 4. *Fast.* v. 761. Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianæ. et *Cic.* 14. *Fam.* ep. 20. Labrum si in balineo non est, &c. *the basin of a bath, place in which they bathed.* ¶ Labrum Venerium herba est in fluminibus nascens, de qua *Plin.* l. 25. *sub fin.*

LABRUS. V. *Labros.*

LABRUSCA, æ, f. *the weed called wild-vine or bryony*, ἀγριάμπελος, vitis agrestis: ita dicta, inquit *Serv. ad Virg. Ecl.* 5. v. 7. et *Non.* c. 6. n. 8. quod in labris, h. e. extremitatibus agrorum, seu in sepibus nascatur: quod et *Isid.* l. 17. *Orig.* c. 5. exscripsit. *Virg. loc. cit.* antrum Silvestris raris sparsit labrusca racemis. ¶ Adjective *Colum.* l. 8. c. 5. *ad fin.* Uva labrusca, de vepribus immature lecta. *Plin.* l. 12. c. 13. Labrusca vitis.

LABRUSCUM, i, n. *the fruit of the weed wild-vine*, fructus labruscæ vitis. *Virg. in Cul.* v. 52. Densaque virgultis avide labrusca petuntur.

LABUNDUS, a, um, *falling, gliding, running*, labens. *Accius* apud *Non.* c. 10. n. 4. Unda sub undis labunda sonit.

LABURNUM, i, n. *the plant called laburnum*, arbor Alpina, dura, candidaque materia, aquas refugiens, cujus florem cubitali longitudine non attingunt apes, ut *Plin.* l. 16. c. 18. tradit. *Id.* l. 17. c. 22. *ante med.* optimos ex eo palos pedandis vitibus fieri docet.

LABYRINTHĒUS, a, um, *of a labyrinth*, ad labyrinthum pertinens, λαβυρίνθειος. *Catull.* carm. 64. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 214. Ne labyrintheis e flexibus egredientem Tecti frustraretur inobservabilis error.

LABYRINTHĬCUS, a, um, labyrintheus. *Sidon.* l. 9. ep. 13. *in carm.* Iter asperum, viasque labyrinthicas cucurrit. *Id.* l. 11. ep. 4. Quæstionum insolubilitas labyrinthica.

LABYRINTHUS, i, m. *a labyrinth, maze, place formed with inextricable windings*, λαβύρινθος, locus multis viarum ambagibus inflexus, ex parietibus, vel ex arboribus: a λάβιρος fovea, vel a λαβεῖν, et ῥινᾶν, quod prehendendo decipiat, vel a λαβεῖν θύρας, quasi λαβίνθυρος, quod varia ab ingresso aperiuntur, et quasi prehenduntur ostia, nec tamen exitus invenitur. *Senec.* epist. 44. *extr.* Quod evenit in labyrintho properantibus, ipsa illos velocitas implicat. ¶ Quatuor præcipue labyrinthi celebrantur a *Plin.* l. 36. c. 13. Primus fuit Ægyptius, in urbe Heliopoli, omnium maximus, portentosissimum humani ingenii opus, lapideis e Paro columnis in introitu, reliquis Syeniticis. Secundus Creticus, apud Gortynam urb. perplexis parietibus, factus a Dædalo (qui exemplar ab Ægyptio sumpsit) jussu Minois, in quo Minotaurus monstrum inclusum est. Centesimam tantum portionem ejus, qui in Ægypto erat, continebat, itinerum tamen ambagibus, occursibus, et recursibus multo admirabilior fuit. Tertius fuit Lemnius columnarum nitore insignis. Centum enim et quinquaginta columnas habebat. Quartus fuit Italicus, quem Porsena Hetruscorum rex sepulchri causa sibi exstruxit. V. *Plin. loc. cit.* De Ægyptio multa habet et *Pompon. Mela* l. 1. c. 9. *a med.* De Cretico *Ovid.* 8. *Metam.* v. 159. Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis, Ponit opus: turbatque notas, et lumina flexum Ducit in errorem variarum ambage viarum, &c. *Virg.* 5. *Æn.* v. 588. Ut quondam Creta fertur labyrinthus in alta, Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque Mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi Falleret indeprensus et irremeabilis error.

LAC, lactis, n. *milk*, γάλα, succus maternus, quo statim a partu animal nutritur: a genitivo γάλακτος Græcæ vocis allatæ. Caret autem plurali numero. *Lucret.* l. 5. v. 811. femina quæque, Cum peperit, dulci repletur lacte. *Virg. Ecl.* 4. v. 21. Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ ubera. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 1. Ut pæne cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 1. Maximam partem lacte atque pecore vivunt. *Virg. Ecl.* 7. v. 15. Agni a lacte depulsi. *weaned. Ovid.* 3. *Fast.* v. 444. Lac dare alicui. *to suckle, give suck.* et lib. 3. *de ar. am.* v. 627. Lac recens. quod *Virg.* dixit *Ecl.* 2. v. 22. Lac novum. *new milk.* et *Georg.* 3. v. 463. concretum. *cheese.* ¶ In sacris lac, ut vinum, mel, far, sal, sæpe locum habuit. V. *Virg. Ecl.* 5. v. 67. lib. 3. *Æn.* v. 66. lib. 5. v. 78. lib. 1. *Georg.* v. 344. et *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 143. Præcipue vero rustici, et pauperiores lacte diis supplicabant, quod majoris pretii hostias habere non possent, ut *Plin.* adnotavit *in præfat. Hist. nat.* ¶ *Tam simile est, quam lac lacti*, proverb. de rebus simillimis. *as like as one egg to another. Plaut. Mil.* 2. 2. 85. *Amph.* 2. 1. 54. et *Merc.* 5. 9. 30. ¶ *Lac gallinaceum* item proverbio dicitur de re admodum rara, et singulari, ὀρνίθων γάλα. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 38. *Burm.* et *Plin. in præfat. Hist. nat.* ¶ *Lac* etiam dicitur succus quarundam herbarum et arborum, lacti simile. *the juice of any herb; the soft pulp in figs, nuts*, &c. *Cels.* l. 5. c. 7. Lac caprifici. *Colum.* l. 7. c. 8. Ficulneum lac. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 606. Innumeræque herbæ, quarum de lacte soporem Nox legit. ¶ Item lacteus color. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 290. *de tauro.* Signatus tenui media inter cornua nigro. Una fuit labes: cetera lactis erant. *milk-white; of a milky white.* ¶ Translate *Plaut. Trucul.* 1. 2. 77. In melle sunt linguæ sitæ vestræ, atque orationes, lacteque: corda felle sunt lita. *Quintil.* l. 2. c. 4. Satiari velut quodam jucundioris disciplinæ lacte. ¶ In masculino genere. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 71. *Burm.* Servi homines sunt, et æque unum lactem biberunt. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 16. Quæ nec lactem, nec lanam habent. *Gell.* l. 12. c. 1. *a med.* Præsertim si ista, quam ad præbendum lactem adhibetis, aut serva, aut servilis est. *Apul.* l. 8. *Metam.* Vini cadum, et lactem, et caseos donare. ¶ Olim declinabant *lacte, is. Plaut. Merc.* 5. 9. 30. Neque aqua aquæ, neque lacte est lacti usquam similius. Adde *Enn. Cass. Hemin. Cæcil.* et *Varron.* apud *Non.* c. 8. n. 4. et 19. et *Caton.* apud *Charis.* l. 1. pag. 79. *Putsch.* Sic *Apul. loc. cit.* Eum rogavit, haberet ne vænui lacte liquidum. Apud *Plin.* l. 15. c. 15. dicitur *lacte* succus pyrorum, quæ Falerna cognominantur, et magna vi succi abundant. ¶ Quidam, inquit *Mar-*

tian. Capell. l. 3. pag. 81. cum *lac* dicunt, adjiciunt *t*, propter quod facit *lactis*. Sed Virgilius (*Ecl.* 2. v. 22.) *Lac mihi non æstate novum, non frigore desit.* Quippe cum nulla apud nos nomina in duas mutas exeunt. et ideo Veteres *lacte* in nominativo dixerunt. Hæc *Martian.* quæ lucem afferunt loco illi *Ausonii in Technopægn. in Grammaticomast.* v. 12. Vox solita, et cunctis notissima, si memores, lac: Cur condemnetur, ratio magis ut faciat lact? *Valer. Prob. in Cathol.* pag. 1445. monet, *lact* apud solum *Varron. de L. L.* reperiri. ¶ V. *Lactes* infra suo loco.

LACÆNA, æ, f. *a Spartan dame*, Lacedæmonia, Spartana. *Virg.* 2. *Georg.* v. 487. et virginibus bacchata Lacænis Taygeta. et l. 6. *Æn.* v. 511. Scelus exitiale Lacænæ. *h. e.* Helenæ. *Val. Flacc.* l. 7. v. 150. fervere cæde Lacænæ. *h. e.* Clytemnestræ. *Martial.* l. 9. *epigr. ult.* Cyeno nupta Lacæna. *h. e.* Leda. ¶ Lacænæ canes memorantur a *Claudian.* l. 3. *de laudib. Stilich.* v. 300. V. *Laco.*

LACCA, æ, f. *knots, or swellings of the veins, in the hips or legs of cattle*, tumor morbosus in cruribus jumentorum, ad similitudinem vesicæ. *Veget. de re Veterin.* l. 1. c. 27. et l. 3. c. 19. ¶ Item genus herbæ succum ferentis ad ictericos utilis. *a drug called lack. Apul. de herb.* c. 3. *in fin.*

LACCARĬI, orum, *diggers, delvers*, qui fossas, vel puteos fodiunt. Legunt nonnulli apud *Imp. Constant.* lib. 10. *Cod.* tit. 64. leg. 1. ubi alii *lecticarii.*

LACEDÆMON, ŏnis, m. Λακεδαίμων, filius Jovis secundi ex Taygeta filia Agenoris regis Phœnicum. Alii dicunt filium fuisse Semeles ex patre incerto. Regnavit in Laconia, in urbe Sparta. Hinc urbs *Lacedæmon* dicta est, populi *Lacedæmonii*. De urbe *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 129. quidquid Lacedæmone tota Ostendi dignum, conspicuumque fuit. *Virg.* 7. *Æn.* v. 363. Phrygius penetrat Lacedæmona pastor. *Nep. in Lysandr.* c. 3. Legatos Lacedæmona miserunt. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 15. *extr.* Illa severa Lacedæmon. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 10. Patiens Lacedæmon. *Plin.* l. 16. c. 8. *in fin.* Circa Elim et Lacedæmonem. ¶ Ultima longa est: sed corripitur a *Sidon.* carm. 5. v. 44. (*fert*) Atthis mel, Phœnix palmas, Lacedæmon olivum. ¶ *Lacedæmones, um*, sunt Spartani. *Mamertin. in Paneg. ad Maximian.* c. 9. Gemini illi reges Lacedæmones Heraclidæ.

LACEDÆMONĬUS, a, um, *Spartan, Lacedemonian*, Λακεδαιμόνιος, ad Lacedæmonem pertinens, Spartanus. *Plin.* l. 36. c. 7. Lacedæmonium marmor viride cunctisque hilarius. *Horat. in fin.* od. 5. l. 3. et *Ovid.* 15. *Metam.* v. 50. Lacedæmonium Tarentum. *h. e.* a Spartanis conditum. Sic de eod. *Petron. in Satyr.* c. 5. Seu Lacedæmonio tellus habitata colono. *Martial.* l. 2. epigr. 43. Lacedæmonius Galesus. *h. e.* qui prope Tarentum fluit, ut *Serv.* ad lib. 4. *Georg.* v. 126. docet. *Lucan.* l. 3. v. 269. Heniochi Lacedæmonii. *h. e.* a Lacedæmoniis, Castore et Polluce, oriundi, ut apud *Plin.* l. 6. c. 5. legitur. *Grat. in Cyneg.* v. 101. Lacedæmoniæ Amyclæ. *h. e.* quæ in Laconia sunt, ab Amycla Lacedæmonio conditæ, ut *Steph. de Urbib.* docet: ad discrimen alterius urbis cognominis in Italia. *Juvenal.* sat. 11. v. 173. Lacedæmonius orbis. *h. e.* vel annulus, quod Lacedæmoniorum inventum esse dicitur, vel trochus: vel genus saltationis Lacedæmoniis usitatæ: vel mensa rotunda e marmore Lacedæmonio. Adeo obscurus est locus, et variis conjecturis expositus. ¶ *Lacedæmonii, orum*, sunt Spartani. *Cic. Nep. Sallust. Liv. Plin. Justin. Flor. Tacit.* &c. *the Spartans, Lacedemonians.*

LACER, a, um, *maimed, mangled, dismembered, disabled, shattered, cut or lopped off*, πηρὸς, ἀνάπηρος, amputatus, truncatus, mutilatus, abscissus, mutilus. *Festus*: Lacerare, dividere, comminuere est. Lacer, quod auribus curtatis est. Lacerum, quodcumque est in corpore imminutum. *Ascon. in Verr.* 2. c. 6. Lacer dicitur amputatis a corpore sensuum membris, hoc est auribus, oculisque. *Virg.* 6. *Æn.* v. 490. laniatum corpore toto Deiphobum videt, lacerum crudeliter ora, Ora, manusque ambas. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 97. Caput lacerum cornu. ¶ Hinc metaphorice *lacera castra* dixit *Sil.* l. 15. v. 9. de exercitu, qui ducem in prœlio amisit. ¶ Item discissus, discerptus, distractus, *torn, rent, torn in pieces, lacerated, ragged, tattered*, ῥακώδης, τρυχηρός. *Liv.* l. 1. c. 28. *sub fin.* In diversum iter equi concitati, lacerum in utroque curru corpus portantes. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 522. Mille lacer spargere locis. et l. 2. v. 318. Sparsaque sunt late laceri vestigia currus. *Id. Heroid.* ep. 2. v. 45. Laceras puppes reficere. *Justin.* l. 21. c. 4. *sub fin.* Corpus verberibus lacerum. *Senec. in Phœniss.* v. 162. Laceræ unguibus venæ. *Martial. de Spectac.* epigr. 7. Vivebant laceri membris stillantibus artus. *Stat.* 10. *Theb.* v. 8. inhonora cohors laceris insignibus. *Id.* l. 3. silv. 3. v. 133. Laceri crines. *torn, dishevelled. Ovid.* 11. *Metam.* v. 509. Cum laceras aries, ballistave concutit arces. *battered. Tacit.* 3. *Hist.* c. 10. Lacera vestis. *Id.* 15. *Ann.* c. 40. *extr.* Tectorum vestigia lacera et semiusta. *Grat. in Cyneg.* v. 408. deformis lacerum dulcedine corpus Persequitur scabies. *scratched.* ¶ Active, lacerans. *tearing, rending. Ovid. Metam.* l. 8. v. 878. Ipse suos artus lacero divellere morsu Cœpit. ¶ Translate *Plin. in Paneg.* c. 39. Sparsas, atque, ut ita dicam, laceras gentilitates colligere atque connectere. *Senec. in Thyest.* v. 432. Laceræ domus artus componere. *Rutil.* l. 1. *Itiner.* v. 331. Lacera urbs. *sacked.* Sic vers. 29. Laceri post longa incendia fundi. *wealth destroyed.*

LACERABĬLIS, le, adject. *that may be torn*, qui lacerari potest. *Auson. Edyll.* 15. v. 17. ipsa senectus Objicit innumeris corpus lacerabile morbis.

LACERATĬO, onis, f. *a tearing, rending, lacerating, laceration*, ἄμυξις, σπαραγμὸς, actus lacerandi, laniatus. *Cic. in Pison.* c. 18. Si te, et Gabinium cruci suffixos viderem, majore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, &c. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 26. Muliebres lacerationes genarum. Adde *Liv.* l. 7. c. 4.

LACERĀTOR, oris, m. *one who lacerates*, δάπτριος, qui lacerat. *Augustin. de morib. Ecclesiæ Cathol.* c. 1.

LACERĀTUS, a, um, *torn, rent, lacerated*, discerptus, discissus, laniatus, ἀμυττόμενος. *Liv.* l. 3. c. 58. *a med.* Scissa veste tergum laceratum virgis ostendit. *Phædr.* l. 2. fab. 3. Laceratus morsu canis. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 7. v. 35. et *Curt.* l. 4. c. 3. Navis lacerata fluctibus. *shattered. Curt.* l. 4. c. 10. Lacerata vestis. *Id.* lib. 10. c. 5. et lib. 3. c. 11. Lacerati crines. *Sueton. in Aug.* c. 91. Lectica confossa atque lacerata. ¶ Translate *Sueton. in Cæs.* c. 75. *extr.* Lacerata existimatio alicujus carminibus maledicentissimis. *Quintil.* l. 12. c. 10. Nihil est tot ac tam variis affectibus concisum atque laceratum, quam mala mens.

LACERNA, æ, f. *a kind of cloak or great coat; a surtout, overall*, τρίβων, φαινόλη, vestis exterior ex panno crassiore, quæ togæ superinduebatur, vel tunicæ sine illa: habebatque usum contra pluvias, ac frigus, ut pallium et pænula, ac tum domi, tum militiæ adhibebatur a Romanis. De vocis origine nihil certi affertur ab Etymologis. Gestabatur tum in Urbe, tum extra: sed in Urbe, sine causa frigoris aut pluviæ, lacernatum esse turpe fuit: ut ex *Cicer.* 2. *Phil.* c. 30. *Sueton. in Aug.* c. 40. *extr.* et *Gell.* l. 13. c. 21. colligitur. Quin et honoris causa solebant, superveniente Principe, eam deponere, v. g. in spectaculis, in quibus, quod sub dio fierent, lacernis uti ad frigus arcendum, et subita cæli, fas erat: quod factum in honorem Claudii, *Sueton. in ejus vita*, c. 6. narrat. De usu ejus in spectaculis est et illud *Martial.* l. 14. epigr. 137. cujus lemma est, *Lacernæ albæ*: Amphitheatrales nos commendamur ad usus, Cum tegit algentes nostra lacerna togas. Quod frequentissima esset in militia, satis, præter cetera, ostendunt illa *Ovid.* 2. *Fast.* v. 645. *de Lucretia.* Mittenda est domino (nunc, properate puellæ) Quamprimum nostra facta lacerna manu. et *Propert.* l. 4. el. 3. v. 18. Texitur hæc castris quarta lacerna tuis. Adde *Vellei.* l. 2. c. 70. et 80. ex quo utroque loco, cum de ducibus sermo sit, confirmari fortasse potest, quod quidam putant, lacernam militarem eandem cum chlamyde omnino fuisse. Quod vero etiam inter domesticas vestes enumeranda sit, indicare videtur locus *Propert.* l. 4. el. 8. v. 85. quem integrum V. ¶ Forma lacernæ fuit chlamydi similis, scil. aperta et laxa, fibula in humero, vel ad pectus connexa, longior tamen, quam chlamys, et fluxior, ut quæ frigori, et pluviæ arcendæ, totique amiciendo corpori instituta fuit. Ejus usus sero apud Romanos cœpit, cum primus *Cicero* credatur ejus mentionem fecisse. Materia fuit crassior lana, ut dictum est: color fere vel nativus lanæ, vel pullus: sed procedente luxu, et frequente ejus usu in ipsa Urbe, ex pretiosiore materia, et colore a ditioribus gestari cœpta est. Hinc Tyrias, auratas, coccineas, et purpureas lacernas legimus apud *Juvenal.* sat. 1. v. 27. et sat. 10. v. 312. et *Martial.* l. 15. epigr. 131. et lib. 13. epigr. 87. et lib. 5. epigr. 8. V. de his plura apud *Ferrar. de re Vestiar.* par. 2. l. 1. et *To.* VI. *antiquit. R. Græv.* et *Pitisc. in Lex.* ¶ An et mulieres lacernis uterentur, V. in sequenti verbo.

LACERNĀTUS, a, um, *clothed in a* lacerna, lacerna indutus, χλαμυδωτός. *Vellei.* l. 2. c. 80. Cum inermis, et lacernatus esset. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 69. *Burm.* Lacernatus cum flagello mulionum fata egit. *Juvenal.* sat. 1. v. 69. Ipse lacernatæ cum se jactaret amicæ. *h. e.* virili veste indutæ, qualis erat lacerna. Quidam putant indicari hic Sporum a Nerone adamatum, et ab eo muliebri Augustarum habitu adornatum, ut est apud *Sueton. in Ner.* c. 28. atque inde colligi, etiam feminas lacernis usas fuisse.

LACERNŬLA, æ, f. *a small cloak*, χλαμύδιον, parva lacerna. *Arnob.* l. 2. pag. 56. Lænas, lacernulas, trabeas.

LACĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to maim, mangle, cut or lop off*, ἀποκόπτω, vi abscindo, amputo, divido. *Fest.* Lacerare, dividere, comminuere est. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 46. lacerare ferro, et Frangere enitar modo multum amati Cornua monstri. V. *Lacer.* ¶ Item consumere, absumere. *Vellei.* l. 2. c. 21. Cum utrumque exercitum, velut parum bello exhaustum, laceraret pestilentia. *cut off.* ¶ Item discindere, discerpere, distrahere. *to rend, tear, lacerate*, σπαράττω, ἀμύσσω. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 695. mea crudeli laceravit verbere terga. *Id. Metam.* 11. v. 726. Ora, comas, vestem lacerare. *Senec. in Œdip.* v. 968. oculos lacerare unguibus. *Val. Flacc.* l. 7. v. 636. exsectos lacerat Bellona comatos. *Sueton. in Tiber.* c. 60. Lacerare alicui os locusta. *Phædr.* l. 1. fab. 12. v. 11. Morsibus canum lacerari. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 3. v. 51. parce tamen lacerare genas: ne scinde capillos. *to tear, scratch.* et l. 3. *ex Pont.* ep. 6. v. 19. Neptunus navem laceravit Ulyssis. *shattered. Petron. in Satyr.* c. 36. Lacerare obsonium. *to cut or carve.* ¶ Translate est distrahere, dissipare, absumere. *Lucan.* l. 10. v. 44. *de Alexandro.* nulloque herede relicto, Totius fati lacerandas præbuit urbes. *Plaut. Merc. prol.* v. 48. Lacerare rem suam. *to waste, squander, consume. Sallust. in Catil.* c. 14. manu, ventre bona patria. *Id. in orat. Philippi contra Lepid.* rempublicam largitionibus. *Cato* apud *Serv. ad Virg. Ecl.* 6. v. 76. Cum Annibal terram Italiam laceraret atque vexaret. *Cic.* 1. *Offic.* c. 17. *a med.* omni scelere patriam. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 22. Vos fenore, illi male suadendo lacerant homines. *impoverish, ruin.* Hinc *lacerare diem* apud *Plaut. Asin.* 2. 2. 25. et *Stich.* 3. 1. *in fin.* est male terere, male consumere: quod *Stich.* 3. 1. 31. *excruciare* dixit. ¶ Item obtrectare, detrahere, conscindere, maledicere. *to revile, defame, rail at, bespatter with censure or calumny, asperse. Cic. in Bruto*, cap. 42. Obtrectatio invidiæ, qua solet lacerare plerosque. *Id. Phil.* 11. c. 2. *a med.* Verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerare. et *Phil.* 2. c. 34. Hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. *Liv.* l. 31. c. 6. *sub. fin.* Lacerare aliquem probris. *Id.* l. 38. c. 54. famam cujuspiam. *Ovid.* 4. *ex Pont. ep. ult.* alicujus carmina. *Tacit. Ann.* 15. c. 73. Crebro vulgi rumore lacerabatur, tanquam insontes ob invidiam extinxisset. *Sueton. de Grammat.* c. 15. Acerbissima satyra lacerari. *Id. in Domit. c. ult.* Lacerare quempiam acclamationibus. ¶ Item vexare, affligere, excruciare. *to torment, gall, pain, harass, afflict. Cic. pro Dom.* c. 23. Uxorem meam vexavistis, raptavistis, omni crudelitate laceravistis. *Id.* l. 3. *Attic.* ep. 8. Meus me mœror quotidianus lacerat et conficit. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 13. Ægritudo lacerat, exest animum, planeque conficit. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 212. quid laceras pectora nostra mora? *Id.* 8. *Metam.* v. 784. lacerare aliquem fame. *Vellei.* l. 2. c. *pænult.* animum alicujus magnis doloribus. ¶ Interdum est spoliare bonis. *Terent. Hecyr.* 1. 1. 7. Te moneo, et hortor, ne cujusquam misereat, quin spolies, mutiles, laceres, quemque nacta sis. *Cic. pro Quint.* c. 15. *extr.* Bonorum emptores, ut carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas et distrahendas.

LACERTA, æ, f. et Lacertus, i, m. *a lizard, newt, evet, eft*, σαῦρα, serpens quadrupes satis nota. *Plin.* l. 8. c. 39. Lacertæ, inimicissimum genus cochleis, negantur semestrem vitam excedere. Lacerti cubitales Arabiæ: in Indiæ vero Nysa monte vigintiquatuor in longitudinem pedum, colore fulvi, aut punicei, aut cærulei. *Virg.* 4. *Georg.* v. 13. Absint et picti squalentia terga lacerti. *Martial.* l. 14. epigr. 172. Reptans lacerta. *Horat.* l. 1. od. 23. v. 6. virides rubum Dimovere lacertæ. *lizards.* ¶ *Lacerta* tam de mare, quam de femina dici videtur, sed vulgaribus ac minoris formæ: *lacertus* item, sed de majoribus, et coloris varii. ¶ Γνώμη est quædam illud *Juvenal.* sat. 3. v. 230. Est aliquid quocumque loco, quocumque recessu Unius se se dominum fecisse lacertæ. *h. e.* parvi cujuslibet loci, qui vel ad lacertam receptandam sufficiat. [† ¶ Item nomen piscis. *Cic. Attic.* 2. 5. Ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ. (ubi tamen post *Gronovium* corrigit Ernesti *lacertos captandos*: "nam hi," inquit, "sunt marini, *lacertæ* sunt terrestria animalia.") V. *Lacertus.*]

LACERTŌSUS, a, um, *brawny, sinewy, musculous, nervous, strong*, μυώδης, magnos lacertos habens, nervosus, torosus: atque adeo robustus, validus. *Cic.* 8. *Phil.* c. 9. Centuriones pugnaces, et lacertosi. *Colum.* l. 1. c. 9. Vineæ non sic latos et lacertosos viros exigunt. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 33. Dura lacertosi fodiebant arva coloni. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. *a med.* Equum tum maxime crescere, ac lacertosum fieri. *Id.* l. 3. c. 9. Lacertosi Galli.

LACERTŬLUS, i, m. parvus lacertus. De pistorio opere, lacerti figura, usurpat *Apul.* l. 10. *Metam.* ubi tamen al. leg. *laterculos.*

LACERTUS, i, m. *the sinewy part of the arm; that part of the arm which lies between the shoulder and the elbow; an arm*, μυὼν, βραχίων, pars brachii musculosa, quæ est ab humero ad cubitum: et per synecdochen ipsum brachium. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 500. laudat digitosque, manusque, Brachiaque, et nudos media plus parte lacertos. *Plin.* l. 32. c. 10. *ad fin.* Dens crocodili annexus brachio, vel nervi rubetæ dextro lacerto adalligati. (V. *Brachium.*) *Cic.* vertens carmen *Sophoclis*, l. 2. *Tuscul.* c. 9. O pectora, o terga, o lacertorum tori! *Auct. Dial. de Oratorib.* c. 10. Immanes lacerti, et ad pugnam nati. *brawny arms. Senec.* l. 2. *de benef.* c. 6. Excusso lacerto telum torquere. *by moving his arms violently.* Et *Virg.* 11. *Æn.* v. 561. adducto contortum hastile lacerto Immittit. et vers. 693. lævo dependet parma lacerto. *Val. Flacc.* l. 8. v. 93. fusis circum projecta lacertis, Seque, suumque simul flevit crudelis alumnum. *with extended arms. Propert.* l. 2. el. 18. v. 37. Cupidis lacertis tenere et fovere aliquem. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 18. v. 8. lacertos circum colla implicare. *to throw the arms round.* Sic *Heroid.* ep. 16. v. 219. collo imponere. et *Metam.* 11. v. 240. lacertis colla innectere. et lib. 10. v. 407. complecti. et lib. 3. *Amor.* el. 8. v. 11. amplecti. et lib. 2. *de ar. am.* v. 457. cingere. *Id.* 3. *Amor.* el. 12. v. 97. jaculari. *Id.* l. 4. *Metam.* v. 706. sudantibus acta navis. ¶ *Lacertus auratus* apud *Propert.* l. 3. el. 11. v. 57. est aurea armilla cultus, ut *Petron.* loquitur *in Sat.* c. 32. *Burm.* Solebant enim non feminæ solum, sed viri quoque molliores, armillis lacertos ornare, ut *ibid.* et in

fragm. Tragur. c. 67. videre est. ¶ Lacertos suos in dolore et fletu percutere, frequens est. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 138. Percutit indignos claro plangore lacertos. *smote her arms.* et lib. 9. v. 635. tum vero a pectore vestem Deripuit, planxitque suos furibunda lacertos. Adde lib. 3. v. 493. et *Lucan.* l. 2. v. 37. ¶ Translate robur, vires, nervos, potentiam significant, *strength, force, vigour. Cic. de clar. Orat.* c. 16. *in fin.* In Lysia sunt sæpe lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius. *Id.* 1. *de Orat.* c. 57. Ab aliquo amentatas hastas accipere, easque oratoris lacertis viribusque torquere. *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 37. quid prodest vestris disjecta lacertis Ilios? *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 47. civilisque rudem tulit æstus in arma, Cæsaris Augusti non responsura lacertis. *Flor. in fin. proœmii.* Imperium inertia Cæsarum quasi consenuit, atque decoxit: nisi quod sub Trajano principe movet lacertos. *recovers its strength a little.* ¶ Eleganter *Virg.* ad apes transtulit, l. 4. *Georg.* v. 74. Spiculaque exacuunt rostris, aptantque lacertos. ¶ Metonymice est ictus. *Sil.* l. 16. v. 562. Et Glagus insignis ventos anteire lacerto. *Id.* l. 1. v. 262. et famam letalis amare lacerti. ¶ De lacerto serpente V. in *Lacerta.* ¶ Est etiam hoc nomine piscis marinus, plurium generum, terrestrem specie referens. *Juvenal.* sat. 14. v. 131. conchem æstivi cum parte lacerti. *Martial.* l. 10. epigr. 48. Secta coronabunt rutatos ova lacertos. Adde lib. 12. epigr. 19. *Plin. cap. ult.* l. 32. *Colum.* l. 8. *c. ult.* et *Cels.* qui l. 2. c. 18. inter eos recenset, ex quibus salsamenta fiunt, et quorum cibus gravissimus est. [† V. *Lacerta.*] ¶ *Lacertum* neutr. genere dixit *Accius* apud *Non.* c. 3. n. 121. Tribuit verubus lacerta in focos.

LACESSĬO, is, a. 4. V. in *Lacesso.*

LACESSĪTĬO, onis, f. *a provoking, irritating,* irritatio, provocatio. *Ammian.* l. 19. c. 3. (*al.* 6.) Lacessitionibus crebris occupare obsidioni adhærentes.

[* LACESSĪTOR, oris, m. qui lacessit. *Isidor. Orig.* l. 10. *in littera L.* Lacessitor per translationem dictus a canibus vel a feris, quæ solent lacerando provocare.]

LACESSĪTUS, a, um, *provoked, stirred up, roused, irritated, exasperated,* προκλητος, provocatus, irritatus. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 8. Tenere arma, quibus possis vel provocare integros, vel ulcisci lacessitus. *Id.* 1. *Attic.* ep. 10. Lacessitus ad scribendum. *Id.* 1. *Offic.* c. 7. Lacessitus injuria. *Sallust. in Catil.* c. 32. jurgio. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 150. dente cruento. ¶ Translate *Virg.* 7. *Æn.* v. 526. æraque fulgent Sole lacessita. *struck. Lucan.* l. 3. v. 194. Inde lacessitum primo mare, cum rudis Argo Miscuit ignotas temerato litore gentes.

LACESSO, is, ivi, *et* ii, itum, a. 3. *to provoke, challenge, irritate, exasperate,* προκαλέω, προπηλακίζω, provoco, irrito, tento: a *lacero,* cujus est frequentativum, ut *Charis.* l. 3. pag. 227. *Putsch.* et *Diomed.* l. 1. pag. 375. docent: vel a *lacio,* ut *Fest.* in *Lacit.* In præteritis fere est quartæ conjugationis: in infinito passivo aliquando. *Cic. pro Mil.* c. 31. Ut vi irritare, ferroque lacessere fortissimum virum auderet. *Brut. et Cass. ad Anton.* l. 11. *Fam.* ep. 3. Nos, Antoni, te nulla lacessimus injuria. *Cic.* 2. *Phil.* c. 1. Ultro me maledictis lacessisti. *Id. in Pison.* c. 23. Sponsione me homo promptissimus lacessivit. *Colum.* l. 9. c. 15. Neque convenit, æstu medio exasperatas apes lacessiri. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 11. *extr.* Mittit, qui nuntiarent, ne hostes prœlio lacesserent: et si ipsi lacesserentur, sustinerent. et lib. 1. c. 35. Aliquem injuria lacessere. et lib. 6. c. 5. bello. *Liv.* l. 2. c. 45. ad pugnam. *to challenge. Curt.* l. 6. c. 5. hostem occultis telis. *Sueton. in Ner.* c. 39. dictis et carminibus. *Id. in Tiber.* c. 61. probris. *Id. in Aug.* c. 56. jocis petulantibus. *Liv.* l. 38. c. 33. jurgiis. *Virg.* 5. *Æn.* v. 429. Immiscentque manus manibus, pugnamque lacessunt. *dare the fight.* et lib. 10. v. 9. quis metus aut hos, Aut hos arma sequi, ferrumque lacessere suasit? et lib. 11. v. 254. ignota lacessere bella. ¶ Translate *Quintil.* l. 6. c. 3. Non solum facto aliquo, dictove, sed etiam corporis tractu risus lacessitur. *is provoked or excited. Horat.* l. 1. od. 35. v. 7. Quicumque Bithyna lacessit Carpathium pelagus carina. *h. e.* tentat. *tempts. Id.* l. 2. od. 18. v. 12. nihil supra Deos lacesso. *h. e.* precibus non fatigo, et ad iram provoco. *importune. Ovid.* 5. *Trist.* el. 9. v. 29. fores nondum reserati carceris acer Nunc pede, nunc ipsa fronte lacessit equus. *h. e.* icit, et reserare tentat. *Virg.* 12. *Æn.* v. 85. Circumstant properi aurigæ, manibusque lacessunt Pectora plausa cavis. *h. e.* blande percutiunt, et equorum ardorem veluti provocant. *rouse, stimulate, encourage.* ¶ Illa quoque translata sunt, et poetica. *Claudian. de Consul. Prob. et Olybr.* v. 94. Et formidato clypeus Titana lacessit lumine. *h. e.* quasi ipsum solem provocat de splendore. *Lucan.* l. 10. v. 320. Nilus spuma astra lacessit. *Stat.* l. 12. *Theb.* v. 604. Taurus lacessit campum. *Sil.* l. 17. v. 387. Invadunt acies pugnam, et clamore lacessunt sidera. *Virgil.* eadem ratione dixit *Æn.* 2. v. 483. ferit aurea sidera clamor. ¶ Pro tentare, nocere, *Colum.* l. 9. c. 8. Ex vicinia potius, quam ex peregrinis regionibus petantur apes, quoniam solet cæli novitate lacessiri. *to be affected; to take harm. Id.* l. 3. *c. ult.* Vindemia precox populationibus volucrum, pluviisque aut ventis lacessita dilabitur. et lib. 10. v. 320. Exurat ne sata resoluti pulveris æstus, parvulus aut pulex irrepens dente lacessat. *Catull.* carm. 15. *ad Aurel.* v. 16. Insidiis lacessere caput alicujus. *Plin.* l. 1. ep. 5. Quempiam capitaliter apud centumviros lacessere. *h. e.* accusare. ¶ Pro titillare, movere, *Lucret.* l. 4. v. 598. Hæc loca per voces veniant, auresque lacessant. et vers. 693. Quæ feriunt oculorum acies, visumque lacessunt. ¶ Pro commovere, excitare, *Cic.* 3. *Fam.* ep. 8. *post med.* Hos ego sermones lacessivi nunquam: sed non valde repressi. *h. e.* nunquam in causa fui, cur haberentur, mentionem ejus rei faciendo. ¶ Accipitur etiam in bonam partem, pro invitare, allicere. *Cic.* 12. *Fam.* ep. 20. Me amabis et scripto aliquo lacesses. ego enim respondere facilius possum, quam provocare. *Val. Flacc.* l. 5. v. 572. Æsonidem magno cratere lacessit. *invites, challenges to drink.* Adde *Cic.* l. 13. *ad Attic.* ep. 18. et *in fin.* l. 5. *Tuscul.* [† V. *Invito.*] [¶ Particip. *lacessens, lacessiturus, lacessendus,* apud *Liv.* l. 21. c. 11. Saguntini nec lacessentes, nec lacessiti per aliquot dies. et l. 28. c. 28. Nec populum Romanum, nec socios populi Romani ultro lacessituri bello. *Cæs. de B. Gall.* l. 8. c. 14. At Cæsar neque cedentes tanto collis adscensu lacessendos judicabat.]

LACHANISSO, as, n. 1. *to be faint, feeble, or weak,* λαχανίζω, langueo, vacillo: a λάχανον, olus. *Sueton. in Aug.* c. 87. Ponit betissare pro languere, quod vulgo lachanissare dicitur. Al. scrib. *lachanizare.* V. dicta in *Badizo.*

LACHĂNUM, i, n. *eatable herbs,* λάχανον, olus, generatim. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 115. Ad porri, et ciceris refero, lachanique catinum. Plerique al. leg. *laganique.* V. *Laganum.*

LACHĔSIS, is, f. Λάχεσις, una Parcarum, quam Latine sortem interpretari possumus: a λαγχάνω, sortior. Fingunt enim eam præesse tempori futuro, sortiri de hominibus, quid futurum sit, nere vitam, prosperitatem, et calamitatem hominum. V. *Parcæ. Ovid.* 5. *Trist.* el. 10. v. 45. O diram Lachesim, quæ tam grave sidus habenti Fila dedit vitæ non breviora meæ! *Claudian. de B. Get.* v. 54. Ferrea Lachesis. *Juvenal.* sat. 3. v. 27. Dum superest Lachesi, quod torqueat. *Martial.* l. 4. epigr. 54. Nil adjicit penso Lachesis, fusosque sororum Explicat, et semper de tribus una necat.

LACHRȲMA. V. *Lacryma.*

LACĬNĬA, æ, f. *the lappet, flap, or fringe, of a garment,* dicitur proprie de fimbriis, seu segmentis, quæ ad oram vestis assuuntur, et alterum ab altero divisa pendent: κράσπεδον: a λακὶς, ίδος, scissura, fragmentum: quod a λακῶ, lancino, lacero, scindo: vel a *lacio, is.* Quod vero apud *Fest.* in *Lacerare,* inde *laciniam* dici legitur, placet aliis *lanienam* reponi: tametsi ad significationem eodem recurrunt. Hinc per similitudinem de aliis rebus dicitur, quæ veluti segmentum a reliquo corpore dependent, aut prominent. *Plin.* l. 5. *c. ult. a med.* Promontorium, in quo Megarice oppidum fuit: unde Craspedites sinus vocabatur, quoniam id oppidum velut in lacinia erat. *on a narrow neck of land.* et lib. 15. c. 30. Excrescente in medio folio parvulo, veluti lacinia folii. *Id.* l. 8. c. 50. *de capris.* Feminarum generositatis insigne, laciniæ corporibus a cervice binæ dependentes. *h. e.* caranculæ illæ duæ, quas *Varro* 2. *R. R.* c. 3. mammulas pensiles, *Colum.* l. 7. c. 6. verruculas vocat. *Plin.* l. 19. c. 7. Porrum, et allium serunt in laciniis colligatum. *in pieces of linen rag:* quia *Colum.* l. 11. c. 3. *circa med.* de re simili verba faciens, linteolum nominat. Porro ex hoc *Plinii* loco discimus, etiam particulam resectam et separatam, *laciniam* dici posse. ¶ Translate *Colum.* l. 7. c. 5. *de ovib. ægrotantib.* Cum grex ad locum fuerit perductus, in lacinias colonis distribuatur. nam particulatim facilius, quam universus convalescit. *h. e.* in minores partes. *into separate folds.* Sic cap. 6. *de capris.* Nec in pastione separatim laciniæ diducantur. ¶ Est etiam limbus, seu extrema ora vestis, sive in fimbrias diducta sit, sive non, *the border, guard, selvage, or hem, of a garment. Petron. in Satyr.* c. 100. Eumolpi jam in soporem labentis laciniam duxi. *caught him by the edge of his garment. Sueton. in Calig.* c. 35. *sub fin* Ita se proripuit, ut calcata lacinia togæ, præceps per gradus iret. *Id. in Ner.* c. 19. Cum in æde Vestæ resedisset, consurgenti ei lacinia obhæsit. *Plaut. Merc.* 1. 2. 16. Sume laciniam, atque absterge sudorem tibi. Hic *laciniam* quidam sudarium intelligunt: sed potest commode de ima veste explicari. Idem dic de illo *Cicer. filii* l. 16. *Fam.* ep. 21. *ad fin.* Videor videre ementem te rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia servantem ex mensa secunda semina. *h. e.* sinu facto extrema vestis parte. ¶ *Laciniam prehendere* ejus, quem abeuntem retinere quis vellet, mos fuit. *to take by the hem of his garment. Sueton. in Calig.* c. 15. Ut descendentem e tribunali non solum voce revocarent, sed et lacinia togæ retenta, interdum pede apprehenso detinerent. *Plaut. Asin.* 3. 2. 41. Lacrimantem lacinia tenet lacrimans. ¶ Urbane, ac lepide *Cic.* 3. *de Orat.* c. 28. Nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, reis definitum, obtinent, atque id ipsum lacinia. *h. e.* leviter, ac vix, et quasi brevi tempore elapsurum. ¶ Ab *Apul.* multis in locis *lacinia* sumitur pro tota veste, quæ significatio vel per synecdochen est totius pro parte, vel proprie locum habet in veste viliori, et quasi variis laciniis, segmentisque consuta: tametsi *Apul.* universim de qualibet, etiam pretiosa, usurpat, ut lib. 6. *Metam.* Lacinias auro litteratas, ramis arborum, postibusque suffixas. et lib. 11. Sacerdos præcipit, tegendo mihi linteam dari laciniam. et l. 1. Unam e duabus laciniis meis exuo, eumque propere vestio. et l. 3. Omnibus laciniis se devestit. et lib. 2. Lacinias omnes exuunt, amicula dimovent.

LACĬNĬĀTIM, adverb. *in small divisions,* per lacinias, particulatim. Translate *Apul.* l. 8. *Metam.* Ut non laciniatim disperso, sed cuneatim stipato commeatu difficultates illas transabiremus. *h. e.* agmine non diviso in particulas, sed junctim universo incedente.

LACĬNĬO, as, a. 1. verbum est *Apul.* l. 10. *Metam.* Ut ventus adhærens pressule, membrorum voluptatem graphice laciniaret. *h. e.* membra per lacinias distingueret, et singulorum pulcritudinem exprimeret. Alii aliter legunt. ¶ Pro in lacinias secare. Translate *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 1. Deus blasphemiis laciniatur. Alii legunt *lancinatur. Senec.* ep. 32. Vitam deducimus in particulas, ac laciniamus. Al. leg. *lancinamus.*

LACĬNĬŌSE, adverb. in laciniarum modum. *Plin.* l. 16. c. 43. Laciniose crispa. Ita legit *Harduin.* Alii *lacunose,* alii *lacrymose.*

LACĬNĬŌSUS, a, um, *full of plaits or folds, crumpled, jagged, laciniated,* in extrema ora dissectus in particulas, fimbriatus. *Tertull. de cultu femin.* c. 9. Quid prodest faciem quidem frugi, et expeditam exhibere, cetera vero corporis laciniosis pomparum, et deliciarum ineptiis occupare. *Plin.* l. 32. c. 6. Ostrea spondylo brevi, atque non carnoso, nec fibris lacinioso. *Id.* l. 25. c. 10. Folia erant plantaginis, nisi angustiora essent, et magis laciniosa. *Id.* l. 5. c. 10. *de figura Alexandriæ.* Ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato laciniosa. ¶ Translate est impeditus, implicatus: quasi laciniis incessum impedientibus. *Apul. in Apolog.* Namque animi, ita ut corporis, sanitas expedita, imbecillitas laciniosa est. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 29. *ante med.* Succingere debemus lumbos, id est expediti esse ab impedimentis laciniosæ vitæ, et implicitæ. et c. 1. A legis laciniosis oneribus expeditus. ¶ Item nimis diffusus, supervacuus, redundans, quasi laciniis instructus. *Id. de virginib. veland.* c. 4. *a med.* Compendium sermonis et gratum, et necessarium est, quoniam sermo laciniosus et onerosus, et vanus est. *Hieron. in* c. 11. *Daniel.* v. 22. Hæc Porphyrius sermone laciniosissimo prosequutus est, quæ nos brevi compendio diximus. *Est qui legit* latissimo.

LACĬNĬUM, ii, n. nunc *Capo de Colonne,* Λακίνιον, promont. Brutiorum, in Magna Græcia, in eo tractu, ubi nunc pars Borealis Calabriæ Ulterioris, inter mare Hadriaticum, et Ionium. Dictum est a Laceno, seu Lacino latrone ibi ab Hercule interempto, qui partem illam Italiæ infestabat. Nonnulli causam afferunt, quod latro ille boves quasdam ab Herculis armento abegisset, et prædatus esset. Vulgo autem dicitur *Capo delle Colonne,* ab extantibus columnis templi Junonis Laciniæ. Nam prope hoc promontorium Hercules occiso latrone prædicto, superbissimum templum extruxit in honorem Junonis, quam Laciniam appellavit. *Serv. ad Æn.* 3. v. 552. (ubi et alias, sed incertas hujus appellationis origines tradit.) et *Plin.* l. 3. c. 10. ¶ Re vera hæc vox adjectiva est: unde Juno Lacinia, *Cic.* 1. *de Divin.* c. 24. et *Plin.* l. 35. cap. 9. *sub fin.* quæ et Diva Lacinia, *Virg. loc. cit.* Sic Lacinia litora, *Ovid. Metam.* 15. v. 13. Lacinia templa *ibid.* v. 701.

LACĬNĬUS, a, um. V. vocem præced.

LACĬO, is, a. 3. *to deceive,* decipio. *Festus:* Lacit, in fraudem inducit. lax enim fraus est. Inde est allicere, et lacessere: inde lactat, illectat, delectat, oblectat. *Lucret.* l. 4. v. 1200. Quæ lacere in fraudem possent, vinctosque tenere.

LACO, *et* Lacon, ōnis, m. adject. *Spartan, Lacedemonian,* Λάκων, ωνος, ad Laconiam pertinens, Lacedæmonius. *Horat.* l. 2. od. 6. v. 11. Flumen et regnata petam Laconi Rura Phalanto. *Nep. in Timoth.* cap. 1. A quo cum Laco pecuniam numeratam accepisset, &c. Adde *in Agesil.* c. 2. et 3. ¶ Ex Laconia canes generosissimi erant: de quibus *Nemesian. in Cyneget.* v. 107. Seu Lacedæmonio natam, seu rure Molosso, Non humili de gente canem. Hinc *Horat.* epod. 6. v. 5. Molossus, aut fulvus Lacon, Amica vis pastoribus. *Sil.* l. 3. v. 295. pernix cum densa vagis latratibus implet Venator dumeta Lacon. Apud *Ovid.* quoque nomen est canis, *Metam.* 3. v. 219. Prævalidusque Lacon et cursu fortis Aello. Adde *Colum.* l. 7. c. 12. *sub fin.* Laudant hos canes etiam *Virg.* 3. *Georg.* v. 405. *Grat. in Cyneg.* v. 211. *Senec. in Hippol.* v. 35. *Claudian.* l. 3. *de laudib. Stilich.* v. 300. ¶ Lacōnes, um, Lacedæmonii. *Propert.* l. 3. el. 12. v. 33. Quod si jura fores, pugnasque imitata Laconum, &c. *Stat.* l. 6. *Theb.* vers. 739. nuda de plebe Laconum. *Martial.* l. 1. epigr. 37. Qualia Lædi facta Lacones habent. *h. e.* Castor et Pollux filii Ledæ Lacænæ: quos *Id.* vocat l. 9. epigr. 4. pios Laconas. Sic *de Spectac.* epigr. 26. Et gratum nautis sidus fulgere Laconum. ¶ De duplici positione recti casus V. in *Rubico.*

LACONĬA, æ, f. nunc *Laconia,* regio Peloponnesi, in

ora Australi, ad sinum Laconicum, inter Argiam, Arcadiam, et Messeniam: cujus metropolis Sparta, sive Lacedæmon. *Plin.* l. 6. c. *ult.*

LACONICA, æ, *et* Laconice, es, f. Λακωνικὴ, eadem quæ Laconia. Prior positio est apud *Nepot. in Timoth.* c. 2. *Vellei.* l. 1. c. 3. et *Plin.* lib. 25. cap. 8. *a med.* altera apud *Pompon. Mel.* l. 2. c. 3.

LACONICUM. V. *Laconicus.*

LACONICUS, a, um, *Spartan, Lacedemonian, Laconic,* Λακωνικὸς, ad Laconiam pertinens, Lacedæmonius. *Horat.* l. 2. od. 18. v. 7. Laconicæ purpuræ. (V. *Tænarius.*) *Al. leg.* Laconiæ. *Plin.* l. 10. c. 63. Laconicæ canes. (V. *Laco.*) *Symmach.* l. 1. ep. 8. (*al.* 14.) Laconicæ brevitati studere. (V. *Laconismus.*) *Plaut. Most.* 2. 1. 57. Laconica clavis. *h. e.* qua foris ædes claudebantur, et intus aperiebantur: Laconum inve[ntum]: ad discrimen earum, quæ intus tantummodo claudebant, quales olim primo claves apud Græcos fuisse, probant ex *Theone Scalig.* et *Meurs.* l. 2. *miscell. Laconic.* c. 17. Alii putant, ita fuisse compositas, ut foris quidem clauderent, at intus aperire non possent. Verba sunt *Plauti*: Clavem mihi harunce ædium Laconicam jam jube efferri intus: hasce ego ædes occludam hinc foris. ¶ Laconicum balneum, quod *Laconicum* absolute dicitur, *the sweating-room in a bath,* Romæ primus extruxit M. Agrippa sub Augusto, teste *Dione* l. 53. et ita appellavit, quoniam Lacones nudare corpora, et oleo inungi, maxime solebant. Erat enim locus cameratus, in quo, depositis vestibus, sicco calore sudorem provocabant. Accenso enim igne sub ipso pavimento, quod eam ob rem vacuum erat, et suspensum (et *hypocaustum* dicebatur) flamma et calor per tubulos in ipsum Laconicum ascendebat, et ad summam cameræ curvaturam: in cujus medio erat foramen, clypeo æneo catena apto obstructum, quo clypeo remisso, patebat calori aditus, ut ad superiora conscenderet, æstumque Laconici minueret: reducto, omnis calor in Laconico inclusus vim suam augebat: atque hac ratione perficiebatur temperatura sudationis, qua cruditates digeri, et solvi putabant. V. *Vitruv. in fin.* c. 10. l. 5. *Assam sudationem* appellat *Cels.* l. 3. cap. 27. n. 3. et *siccum calorem,* l. 2. c. 17. Siccus, inquit, calor est et arenæ calidæ, et Laconici, et clibani. *Colum. præfat. circa med.* Ut apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, et exsucto sudore sitim quærimus. Meminit et *Cicer.* 4. *ad Attic.* ep. 10.

LACŌNIS, idis, adject. f. *a Spartan woman,* Lacæna, Λακωνίς. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 223. Et patre Dictæo, sed matre Laconide nati. ¶ Absolute *Laconis* est ipsa Laconia. *Pompon. Mela* lib. 2. cap. 3. *ante med.*

LACONISMUS, mi, m. *a speaking briefly; a laconism,* λακωνισμὸς, breviloquentia, a Laconum seu Lacedæmoniorum moribus, sive quod illis prolixa loquacitate nihil esset odiosius, quippe qui factis magis, quam eloquentia præcellerent; sive quod in apophthegmatis præcipue valerent, quorum præcipua est gratia, ut paucissimis verbis plurimas sententias complectantur. Græce usurpat *Cic.* l. 2. *Fam.* epist. 25. Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum: altera jam pagella procedit.

LACONĬUS. V. *Laconicus.*

LACOTŎMUS, i, λακότομος, linea recta meridianum circulum secans: a λακὶς, frustum, fragmentum, et τέμνω, seco. *Vitruv.* l. 9. c. 8. *ad fin.* V. *Bald. in Lex. Vitruv.* et Mathematicos. [† *Turnebus* legit *lœotomos.*]

LACRȲMA, *et* Lacrima, æ, f. *a tear,* δάκρυ, δάκρυμα, humor ex oculis fluens ex fletu, vel morbo: a Græca voce allata. *Cic. in Partit.* c. 17. Cito arescit lacryma, præsertim in alienis malis. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 720. Lacrimam dare ignoto. *h. e.* ignotum lugere. *Terent. Adelph.* 4. 1. 20. Homini illico lacrymæ cadunt, quasi puero, gaudio. *Id. Heaut.* 2. 3. 65. Lacrymis opplet os totum sibi. *Lucret.* l. 2. v. 975. Et lacrymis spargunt rorantibus ora genasque. *Virg.* 9. *Æn.* v. 251. vultum lacrymis atque ora rigabat. *bedewed with tears.* et l. 1. v. 232. lacrymis oculos suffusa nitentes. et l. 4. v. 30. sinum lacrymis implevit obortis. *with rising tears. Tacit. Ann.* 3. c. 23. Effundi in lacrymas. *to burst into tears. Cic. pro Mil. in fin.* Neque enim præ lacrymis jam loqui possum. *Id.* 7. *Verr.* c. 67. Lacrymas in morte misera navarchorum non tenebamus. *Id.* 5. *Fam.* ep. 14. Tradere se lacrymis et tristitiæ. et lib. 14. ep. 4. Lacrymis confici. *Curt.* l. 7. c. 2. temperare. *Val. Flacc.* l. 4. v. 169. absumi. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 20. Multis cum lacrimis obsecrare. *Curt.* l. 7. c. 8. Manantibus præ gaudio lacrymis. *Justin.* l. 11. *in fin.* Lacrymis prosequi alicujus mortem. *Plin.* l. 3. ep. 16. Diu cohibitæ lacrymæ prorumpunt. *Lucan.* l. 7. v. 707. lacrymas luctusque remitte. *Cic. pro Planc. c. ult.* Lacrimas effundere. *Id. pro Font. sub fin.* profundere. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 458. emittere. *Virg.* 6. *Æn.* v. 455. demittere. *Senec.* ep. 76. *circa med.* mittere. *Justin.* l. 1. c. 8. *ad fin.* Dolorem in lacrymas effundere. *to vent forth his grief. Valer. Flacc.* l. 3. v. 395. fatiscere in lacrymas. *Ovid. in Ibin,* v. 208. In lacrymas cogere aliquem. *Id.* 3. *Amor.* el. 6. v. 57. lacrymis madidos corrumpere ocellos. *Id.* 9. *Metam.* v. 142. indulgere. *Propert.* l. 1. el. 19. v. 23. Lacrymas siccare cadentes. et l. 2. el. 8. v. 8. supprimere. *Virg.* 4. *Æn.* v. 370. dare. *h. e.* fundere. et vers. 413. ire in lacrymas. et lib. 6. v. 468. lacrymas ciere. *h. e.* movere, fletum excitare. et lib. 8. v. 384. lacrymis quempiam flectere. *Quintil.* l. 11. c. 3. Lacrymas alicujus concitare. *to move to tears.* Eodem sensu. *Id.* l. 4. c. 2. *a med.* movere. et *Curt.* l. 5. c. 5. commovere. et *Albinov. ad Liv.* el. 1. vers. 466. alicui elicere. ¶ Transfertur ad significandum humorem, qui ex nonnullis plantis emanat. *Plin.* l. 11. c. 6. E lacrymis arborum, quæ glutinum pariunt. *tears, gum-drops. Id. in proœm.* l. 23. Lacryma vitium, quæ veluti gummi est. *Colum.* l. 10. v. 103. lacryma medica panaces. *Prudent. Cathemer.* 5. v. 22. *lacrimas olentes* dixit guttas stillantes ceræ ardentis. ¶ Ad scriptionem quod attinet, per *y* recte scribitur, quia a δάκρυμα, ut dictum est: (unde *dacrymas* sæpe *Liv. Andron.* posuit, teste *Festo*) itaque placet *Manut.* et *Dausq.* satisque illud probat, quod in multis Veterum monumentis, quæ *Manut.* collegit, *lacruma* legitur, *y* in *u* converso, usitato more Latino, ut in *Sulla* pro *Sylla, sus,* a σῦς, *Cumæ, inclutus,* &c. *Cellar.* videtur per *i* magis probare. Sane Græcæ voces, quando longo usu sunt Latinæ factæ, Latinas quoque litteras assumere solent, ut *fama, silva.* Veteres etiam Inscriptiones plurimæ pro hac scriptione stant, et *Pier. ad* vers. 1. l. 6. *Æn.* Prisci aspirationem adhibuerunt, *lachryma* scribentes: quod eos factitasse ait *Gell.* l. 2. c. 3. firmandæ vocis causa, et roborandæ, ut ejus esset sonus vividior vegetiorque. Sed hæc scribendi ratio jam obsolevit. V. *Cicer. in Orat.* c. 48.

LACRYMABĬLIS, le, *sad, worthy of lamentation, lamentable, woful, miserable,* δακρυτέος, πολύδακρυς, lacrymas commovens, dignus lacrymis, miserabilis. *Virg.* 3. *Æn.* v. 39. gemitus lacrymabilis imo Auditur tumulo. et lib. 7. v. 604. Getis inferre manu lacrymabile bellum. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 796. Vixque tenet lacrymas, quia nil lacrimabile cernit. de Invidia loquitur. [¶ Lacrymis similis. *Arnob.* l. 7. pag. 233. Viscum est ex corticibus profluens, ita ut ex amygdalo, ceraso, lacrymabili destillatione coalescens.]

LACRYMABILĬTER, cum lacrymis. *Hieron.* ep. 139. *ad Cyprian. post med.* Propheta lacrymabiliter deprecatur.

LACRYMABUNDUS, a, um, *full of tears, weeping much, ready to weep, tearful, tearfalling,* multum lacrymans, δακρυόεις. *Liv.* l. 3. c. 46. *ad fin.* Atque ille lacrymabundus, gratum est, inquit.

LACRȲMANS, antis, *weeping, lamenting, plaining,* flens, δακρύων. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 38. Convocatis militibus, lacrymans, quo proficiscimur, inquit, milites? *Cic. pro Sext.* cap. 69. Video hunc prætextatum filium oculis lacrymantibus me intuentem. *Virg.* 2. *Æn.* v. 790. lacrymantem, et multa volentem Dicere deseruit. ¶ De plantis humorem remittentibus, *Plin.* l. 17. c. 14. Lacrimantes calamos inseri non oportet, non hercule magis, quam aridos.

LACRYMATĬO, onis, f. *a weeping,* δάκρυσις, actus lacrymandi. *Plin. in proœm.* l. 23. *sub fin.* Omphacium emendat oculorum lacrymationes. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 54. *Hard.* Natura oculos composuit tunicis callosis, quas subinde purificant lacrymationum salivis.

LACRYMĀTUS, a, um, *distilled, dropped,* emissus per modum lacrymæ: particip. a lacrymor. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 339. Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas.

LACRȲMO, *et* Lacrĭmo, as, avi, atum, n. 1. *sæpius quam* Lacrymor, aris, atus sum, dep. 1. *to weep, shed tears, plain, lament,* δακρύω, lacrymas fundo, fleo. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 27. Te, ut a me discesseris, lacrymasse, moleste ferebam. *Id. Verr.* 7. c. 46. Ecquis fuit, quin lacrymaretur? *Senec.* ep. 63. Nec sicci sint oculi, amisso amico, nec fluant: lacrymandum est, non plorandum. *Terent. Adelph.* 3. 4. 46. Lacrymo gaudio. *Id. Hecyr.* 3. 3. 45. Lacrymo, quæ posthac futura est vita, cum in mentem venit. et 3. 2. 20. Quid tu igitur lacrymas? ¶ Regit aliquando accusativum, vi præposit. *ob,* vel *propter,* quæ subintelligitur. *Id. Eun.* 5. 1. 13. Num id lacrimat virgo? *Nep. in Alcib.* c. 6. Ut nemo tam ferus fuerit; quin ejus casum lacrymarit. *Stat.* 9. *Theb.* vers. 99. ne non mœrentibus Argos Exsequiis lacrymandus eat. ¶ De plantis humore manantibus. *Venant. Fortun.* lib. 3. carm. 9. v. 18. Caudice desecto lacrimat sua gaudia palmes. *drops, distills, weeps.* V. *Lacrymans.* ¶ Scribitur et *lacrumo.* V. *Lacryma* in fin.

LACRYMŌSE, *with tears,* cum lacrymis. *Gell.* l. 10. c. 3. Dicere quippiam lacrymose atque miseranter.

LACRYMŌSUS, a, um, *full of tears, weeping; sad, doleful,* δακρυώδης, lacrymis manans, lacrymabilis. *Horat.* l. 1. od. 8. v. 14. Lacrymosa Trojæ funera. et od. 21. v. 13. Lacrymosum bellum. *Ovid. sub fin.* el. 8. l. 1. *Amor.* Lumina lacrymosa vino. *Id.* 5. *Trist.* el. 1. v. 35. Lacrymosum carmen. *Id.* 2. *Fast.* v. 387. Jussa recusantes peragunt lacrymosa ministri. *Stat.* 6. *Theb.* v. 164. Lacrymosus risus. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 80. et *Ovid.* 10. *Metam.* v. 6. Lacrymosus fumus. *h. e.* ex oculis lacrymas exprimens. *causing tears to come into the eyes.* Sic *Plin.* l. 19. c. 6. Cæpis omnibus odor lacrymosus. et *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 67. Flebile cæpe simul, lacrymosæque ordine thallæ. ¶ De plantis humore manantibus. *Plin.* l. 17. c. 28. Vitium radicibus aquam salsam affundi, si sint lacrymosæ.

LACRYMŬLA, æ, f. *a little tear,* δακρύδιον, parva lacryma. *Cic. pro Planc.* c. 31. Non modo lacrymulam, sed multas lacrymas et fletum videre potuisti. *Terent. Eun.* 1. 1. 22. Hæc verba una mehercle falsa lacrymula, quam oculos terendo misere, vix vi expresserit, restinguet. *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 16. parentum Frustrantur falsis gaudia lacrymulis.

LACT. V. in *Lac.*

LACTA, æ, f. *a kind of cassia,* barbarum nomen est, quo casiæ genus quoddam appellant, teste *Plin.* l. 12. c. 19. Quod huc addunt ex *Tertull. de Pudic.* c. 6. *a med.* dubiæ admodum lectionis est.

LACTANĔUS, a, um, lactans. *Nutritores lactanei,* in quadam Inscrip. incertæ ætatis apud *Maffei. in Mus. Veron.* pag. 293. n. 1. et 2. sunt pueri lactentis educatores.

LACTANS, antis, *suckling, giving suck,* θηλάζων, lac habens, aut præbens. *Gell.* l. 12. c. 1. *a med.* Nam plerumque sine discrimine, quæcumque id temporis lactans est, adhiberi solet. *Al. rectius leg.* lactens. *Seren. Sammon.* c. 20. Ubera fecundo multum lactantia succo. Al. melius leg. *lactentia.* Et observant Eruditi, passim hæc duo confundi, ut et in illo *Ovidii* 6. *Metam.* vers. 342. Uberaque ebiberant avidi lactantia nati. ¶ Item lac sugens. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. *a med.* Equis anniculis dandum hordeum, usque quo erunt lactantes. *Al. rectius leg.* lactentes. *Liv. in Tereo* apud *Non.* c. 2. n. 654. Ego puerum interea ancillæ subdam lactantem meæ. Al. leg. *lætantem.* ¶ *Lactantia, um,* cibi ex lacte facti, *milken diet,* apud *Cels.* l. 2. c. 28. et 29. et *Apic.* l. 7. cap. 11. Sed apud *Cels.* plerique leg. *lactentia.* ¶ *Lactantes anni* apud *Auson. Edyll.* 4. v. 67. sunt anni pueritiæ: nisi forte hic quoque *lactentes* reponendum est. ¶ *Lactantes metæ* apud *Martial.* sunt metæ lactis: l. 1. epigr. 44. Rustica lactantes nec misit fiscina metas. ¶ *Lactans deus,* qui se infundit segetibus, et eas facit lactescere. *Varro* apud *Serv.* ad lib. 1. *Georg.* vers. 315. ubi Servius discrimen addit inter *lactantem* et *lactentem,* quod illud lac præbentem; hoc, cui præbetur, significet. ¶ Translate est mulcens, inducens, illectans decipiendi causa. *alluring, deceiving. Accius* apud *Non.* c. 1. n. 54. Frustrando lactans. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 7. *sub fin.* Malevolentia lactans alieno malo. Ita *Non.* sed al. rectius aliter leg.

LACTANTĬUS, L. Cœlius (al. Cæcilius) Lactantius Firmianus, patria Afer quibusdam fuisse videtur, aliis Italus ex Firmio, seu Firmo Piceni oppido. Ex Pagano Christianus factus, in Africa litteris operam dedit, præceptore usus Arnobio: ubi cum valde profecisset, Nicomediam Bithyniæ accitus fuit, ibique Rhetoricam aliquandiu docuit. Deinde ad scribendum se contulit, pluraque emisit, quorum adhuc exstant multa. Floruit circa initium sæculi Christi IV. sub Diocletiano, et Constantino Impp. hujusque filium Crispum Cæsarem jam senex in Gallia litteris erudiit. Omnium sui temporis, cunctorumque Christianorum Scriptorum eloquentissimus habitus et, est magistrum ipsum suum elegantia, suavitate, ac puritate sermonis longe vicit: quod et ipsa ejus scripta ostendunt, propter quæ merito Christianus Cicero est appellatus. *Hieronym.* ep. 13. *ad fin.* Lactantius quasi quidam fluvius eloquentiæ Tullianæ, utinam tam nostra affirmare potuisset, quam facile aliena destruxit.

LACTĀRIS, e, lac habens, lactens. Capra lactaris est, quæ lac habet, et fetus lactat. *Marcell. Empir.* c. 23. *post med.*

LACTARĬUS, a, um, adject. *Lactaria herba,* Latine est, quæ Græce tithymalus, Anglice *tithymal, spurge, or milk-weed,* a succo lacteo, quem copiose continet, appellata. *Plin.* l. 26. c. 8. *ante med.* ¶ *Lactarium opus,* cibus a lacte confectus, *food made of milk,* γαλάκτινον. *Lamprid. in Heliog.* c. 27. et 32. Cœnam exhibere de opere lactario. *Cels.* l. 2. c. 28. de his, quæ intus facile corrumpuntur, et cap. 29. Omne opus pistorium, lac, mel, itemque lactaria. *Al. leg.* lactentia. ¶ *Lactarius, ii,* qui cibos e lacte conficit. *Id. ibid.* Dulciarios et lactarios tales habuit, ut &c. ¶ Est etiam *lactarius,* qui lac sugit, *sucking milk. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *a med.* Dandum bubus lupinum, et lactariis Medica, et cytisum. *calves.* [† Sunt qui de *bubus lactantibus* locum accipiunt, Anglice *milch-cows.*] ¶ *Lactaria* columna ponitur Romæ a *P. Vict.* in regione undecima, in foro olitorio, ad quam infantes lacte alendos deferebant. Eadem habet et *Festus.*

LACTĀTUS, us, m. *a giving suck, suckling,* actus ipse lactandi. *Plin.* l. 32. c. 2. *de murænis.* Ob id sibilo a piscatoribus, tanquam serpentibus, evocari, et capi, pinguescere lactatu. *Harduin.* leg. *jactatu* ex MSS.

LACTE. V. in *Lac.*

LACTENS, entis, *hanging at the breast, sucking,* θηλάζων, qui lac sugit. *Cic. Catil.* 3. c. 8. Romulus parvus, atque lactens, uberibus lupinis inhians. *Id.* 2. *de Legib.* c. 12. Lactentes hostiæ. *Liv.* l. 37. c. 3. Lactentibus rem divinam facere. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. *a med.* Porci lactentes. et cap. 11. lactentes agni. *Colum.* l. 10. v. 343. lactens catulus. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 137. Carpere dicuntur lactentia viscera rostris. *scil.* puerorum lactentium. ¶ Item lac habens, *having or containing milk; full of milky juice. Virg.* 1. *Georg.* v. 315. Frumenta in viridi stipula lactentia

turgent. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 351. sata vere novo teneris lactentia succis. *Plin.* l. 20. c. 7. *ad fin.* Lactuca lactens. ¶ Item ex lacte confectus. *Cels.* l. 2. c. 28. Facile intus corrumpuntur omne pistorium opus, lac, mel, itemque lactentia. Et cap. 29. Alvum movent mel crudum, lac, lactentia omnia, mulsum, vinum dulce. ¶ Translate *lactens annus*, dicitur ab *Ovid.* vernum tempus, cum tener et lactens, puerique simillimus ævo Vere novo est. ¶ V. alia in *Lactans.*

LACTĔO, es, n. 2. *to grow milky, swell with milk,* lactens fio, γαλακτιάω. *Pallad. in Februar.* tit. 26. Verno tempore, cum lactent novella virentia. V. similem *Colum.* locum in *Lacto.*

LACTEŎLUS, a, um, *white as milk, milk-white,* diminut. a *lacteus,* candidulus. *Catull.* carm. 55. *ad Camer.* v. 17. Num te lacteolæ tenent puellæ? *Auson.* ep. 7. v. 47. Viscus lacteolum. *h. e.* caro candida testæ marinæ inclusa. In quodam epigram. apud *Scriver.* quod *Ovidio* tribuitur. Alludunt teneri tremulis cum matribus agni: Lacteolasque animas lacteus humor alit. *h. e.* tenellas, recentes. *Lacteolos agnos,* dixit etiam *Prudent. in fin.* περὶ στεφ. 4. *de S. Hippol.* h. e. lactentes.

LACTES, ium, f. *the small guts, chitterlings,* tenuiora intestina in animalibus, in quæ primo cibus e ventriculo illabitur, lacteo pingui obducta, mollia, esui teneriora et delicatiora: dicta vel a lacteo colore, vel quia lactis instar suavia sunt, vel quia in his cibus in lacteum humorem vertitur. *Plin.* quidem l. 11. c. 37. in homine tantum ponit, et in ove: sed de aliis quoque animalibus dici, mox patebit. Verba ejus sunt sect. 79. *Hard.* Ab hoc ventriculo lactes in homine, et ove, per quas labitur cibus: in ceteris hillæ: a quibus capaciora intestina ad alvum, &c. *Priscian.* l. 6. pag. 686. *Putsch.* Hæ lactes partes sunt intestinorum, a Græco γαλακτίδες dictæ: et servaverunt apud nos quoque idem genus: cujus singulare *hæc lactis* est. Titinnius in Ferentinati: *Cerebellum, lactis agnina.* Pomponius in Lare familiari: *Oro te, Basse, per lactes tuas.* Hactenus ille. *Pers.* sat. 2. v. 30. qua tu mercede deorum Emeris auriculas? pulmone et lactibus unctis? *Plaut. Curcul.* 2. 3. 40. Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus. ¶ Alligare canem fugitivam agninis lactibus, apud *eund. Pseud.* 1. 3. 85. proverbium est de levi inutilique remedio ad magnum malum.

LACTESCO, is, n. 3. *to turn into milk, become milk,* γαλακτόομαι, in lac convertor, lac fio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 51. In iis animantibus quæ lacte aluntur, omnis fere cibus matrum lactescere incipit. ¶ Item lactens fio. *Plin.* l. 11. c. 41. Asinæ prægnantes continuo lactescunt. *begin immediately to have milk.*

LACTĔUS, a, um, *of milk, milky,* γαλακτικὸς, ad lac pertinens, e lacte confectus. *Lucret.* l. 1. v. 258. et *Ovid.* 15. *Metam.* v. 79. candens lacteus humor Uberibus manat distentis. *Virg.* 2. *Georg.* v. 525. ubera vaccæ Lactea demittunt. *h. e.* lacte plena. *distended with milk.* ¶ Item lactens. *sucking. Martial.* l. 3. epigr. 58. v. 22. Cingunt serenum lactei focum vernæ. et epigr. 47. Nondumque victa lacteum faba porcum. ¶ Item lactis colorem referens. *white as milk, milk-white. Virg.* 8. *Æn.* v. 660. Lactea colla. et lib. 10. v. 137. Lactea cervix. *Martial.* l. 8. epigr. 45. hanc lucem lactea gemma notet. ¶ *Orbis lacteus, via lactea,* est veluti fascia in cælo, in meridiem porrecta, candidior ceteris partibus: ob id ita nuncupata: de qua *Ovid.* 1. *Metam.* v. 168. Est via sublimis, cælo manifesta sereno, Lactea nomen habet, candore notabilis ipso. Hac iter est superis ad magni tecta Tonantis. *Cic. de somn. Scip.* c. 3. *ad fin.* Splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos, ut a Graiis accepistis, orbem lacteum nuncupatis. V. quæ in hunc locum adnotavit *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 15. ubi de causis ejus candoris plura disserit. Græci vocant γαλαξίαν κύκλον, Angli *the milky way,* et *galaxy.*

LACTICŎLOR, oris, *of the colour of milk, milk-white,* lactei coloris. *Auson.* ep. 7. v. 54. Aut cunctis pariter versibus oblinat Fulvam lacticolor spongia sepiam. *Lacticolorem* vocat, quia mos erat spongias arte candidas facere, e mollissimis recentes per æstatem salis spuma tingendo, et ad Lunam ac pruinas sternendo, ut *Plin.* docet lib. 31. c. 11.

LACTĬFER, a, um, lac ferens. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 70. n. 6. Silvano Sancto Patri et Custodi Pecudifero, Lactifero, Gladifero, &c.

LACTILĀGO, inis, f. *spurge-laurel,* herba eadem, quæ chamædaphne: a jucundo sapore, ceu lactis, appellata. *Apul. de herb.* c. 27.

LACTINĔUS, a, um, lacticolor, lacteus. *Venant. Fortun.* l. 8. carm. 1. v. 27. Regia lactineo commutans pallia cultu.

LACTĬTO, as, a. 1. *to give or yield milk,* frequentat. a *lacto,* lac præbeo. *Martial.* lib. 7. *epigr. ult.* Cur sit ager sterilis, cur uxor lactitet, edam.

LACTO, as, avi, atum, a. 1. *to give milk, suckle, give suck, feed with milk,* θηλάζω, lac præbeo. V. *Lactans.* ¶ Item lac sugo. *to suck. Colum.* l. 7. c. 9. *circa med.* Porcius leguminum facienda est potestas: et utique vere, dum adhuc lactant. Al. rectius leg. *lactent,* et conjungunt cum sequentibus, *viridia pabula.* Eadem in loco simili apud *Pallad. in Februar.* tit. 26. ratio est. *Auson. in epitaph.* n. 32. Infans lactavit, pubes et virgo adolevit. ¶ Translate est blanditiis trahere, spe, promissis allicere, mulcere, inducere, et frustrari, decipere. *to allure, deceive with fair words, wheedle, cajole, trepan, dupe. Terent. Andr.* 5. 4. 7. Adolescentulos imperitos rerum in fraudem illicis: sollicitando et pollicitando eorum animos lactas. et 4. 1. 23. Nonne tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium, nisi me lactasses amantem, et falsa spe produceres? *Plaut. Cistel.* 2. 1. 9. Ita me amor lassum animi ludificat, fugat, raptat, retinet, lactat. *Accius* apud *Non.* c. 1. n. 54. Dictis lenibus lactare aliquem. *Id. ibid.* Frustrando lactare. *Varr. ibid.* Aviditatem speribus lactet suis. ¶ In hac significatione quidam non a *lac,* sed a *lacio* ducendum putant, quod trahere, allicere, significat. Quo pertinet illud *Lucret.* lib. 5. vers. 1067. Aut ubi eos lactant pedibus, morsuque petentes. Est qui leg. *jactant.*

LACTŎRIS, f. herba est oleæ folio, sed minore, et flore luteo, intus plena lactis, quod gustatum vomitiones concitat. *Plin.* lib. 24. cap. 18.

LACTŪCA, æ, f. *lettuce,* θρίδαξ, herba, cujus tria gener Græci fecere: unum lati caulis, adeo ut, ostiola olitori ex his factitari, prodiderint. Folium his paulo majus herbaceo, et angustissimum, ut alibi consumpto incremento. Alterum rotundi caulis: tertium sessile, quod Laconicon vocant. Alii colore, et tempore satus genera discrevere. Esse enim nigras, quarum semen mense Januario seratur: albas, quarum Martio: rubentes, quarum Aprili. Diligentiores plura genera faciunt, purpureas, crispas, Cappadocas, Græcas. In Italia olim illa solum nota erat, quæ meconis vocatur, a copia lactis soporiferi: unde et *lactuca* nomen inditum. Est autem natura omnibus refrigeratrix, et ideo æstate gratæ stomacho fastidium auferunt, cibique appetentiam faciunt. Hæc ex *Plin.* l. 19. c. 8. ubi alia plura de his. V. etiam, si lubet, *Colum.* l. 10. v. 79. et lib. 11. c. 3. *ante med.* et *Pallad. in Januar.* tit. 14. &c. [et præsertim *Cels.* l. 2. c. 32. Lactuca, maximeque æstiva, cujus cauliculus jam lacte repletus est, somno apta est.] *Martial.* l. 13. epigr. 14. Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum, Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes? *Auct. Moreti,* v. 76. Grataque nobilium requies lactuca ciborum. *h. e.* finis cœnæ. *Martial.* l. 11. epigr. 53. Prima tibi dabitur ventri lactuca movendo utilis. *Id.* l. 10. epigr. 48. Lactuca sedens. *h. e.* sessilis. ¶ *Similem habent labra lactucam,* proverb. de quo V. *Labrum.* [¶ Alia est quæ lactuca marina dicitur, Græce autem τιθύμαλος. *Cels.* lib. 5. c. 7. Lac lactucæ marinæ, quæ τιθύμαλος a Græcis nominatur, exedit. *Colum.* l. 6. c. 15. Item si vomer crus sauciavit, marina lactuca, quam Græci τιθύμαλον vocant, admixto sale imponitur.]

LACTUCARĬUS, ii, m. qui lactucas emit, aut vendit. Agnoscitur ut Latinum a *Diomed.* l. 1. p. 313. *Putsch.*

LACTUCĪNUS. Lactucini cognominati sunt Romæ quidam in Valeria familia a studio colendæ lactucæ. *Plin.* l. 19. c. 4. *a med.*

LACTUCŌSUS, a, um, lactucis abundans. Ponitur ut Latinum a *Diomed. Gramm.* l. 1. pag. 316. *Putsch.*

LACTUCŬLA, æ, f. *a small lettuce,* θριδακινὶς, parva lactuca. *Colum.* l. 10. v. 111. teneris frondens lactucula fibris. *Pallad.* l. 1. tit. 30. Lactuculas serere. *Sueton. in Aug.* c. 77. Lactuculæ thyrsum pro potione sumebat.

LACTURCĬA, dea lactescentium frumentorum, apud Latinos. *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei,* c. 8. ubi al. leg. ex melioribus MSS. *deum lacturnum.*

LACTURNUS. V. vocem præced.

LACŪNA, æ, f. *a ditch, pool, body of stagnant water,* τέλμα, τέναγος, collectio aquæ, et fossa in qua aqua collecta stare consuevit. *Festus:* Lacuna aquæ collectio: a lacu derivatur. *Lucret.* l. 6. v. 551. ubi in magnas aquæ, vastasque lacunas Gleba vetustate e terra provolvitur ingens. *Virg.* 1. *Georg.* v. 117. cavæ tepido sudant humore lacunæ. *Pallad.* l. 1. tit. 17. Lacunas cisternarum sarcire. *Stat.* l. 4. silv. 3. v. 54. Hi siccant bibulas manu lacunas. *Martial.* l. et epigr. 4. Quod siccæ redolet palus lacunæ. ¶ *Salsas lacunas,* dixit *Lucret.* aquas maris, l. 3. v. 1045. et l. 5. v. 792. eodemque sensu *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 10. Neptunias lacunas. ¶ Pro quacumque fossa. *Cic. in Arat.* v. 431. cæcas lustravit luce lacunas, E quibus ingenti exsistit cum corpore prae se Scorpius, &c. *Lucret.* l. 1. v. 115. Aut tenebras Orci visat, vastasque lacunas. ¶ Et pro quacumque cavitate. *a small hole or cavity; a cleft, opening, chasm. Vitruv.* l. 7. c. 1. *circa med.* Pavimenta testacea sunt diligenter exigenda, ut non habeant lacunas, nec exstantes tumulos. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. Cum supercilia cana, et sub ea lacunæ, dicunt, eum equum habere annos sedecim. et lib. 1. c. 29. Qua aratrum vomere lacunam facit, sulcus vocatur. *Martial.* l. 8. epigr. 59. *de lusco.* Lippa sub attrita fronte lacuna patet. ¶ Dicitur et de loco vacuo, in quo quippiam deest. *a want or defect.* Hinc translate *lacunam explere,* est damnum sarcire. *to supply a defect. Cic.* 4. *Verr.* c. 55. Illi censores fecerunt idem, quod in nostra republ. solent ii, qui per largitionem magistratus adepti sunt: dederunt operam, ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent. *may get back their expenses; may stop up that hole in,* &c. Sic *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *in fin.* Est, qui expleas duplicem istam lacunam. *h. e.* hæc duo, quæ desunt, et pro his alia reponas. *Gell.* l. 1. c. 3. *a med.* Minima illa labes, et quasi lacuna famæ imminentis, partarum amico utilitatum ratione solidatur. (Al. leg. *munimentis* pro *imminentis,* et τὸ *ratione* omittunt.) *h. e.* quasi vacuum honestate locum: vel interruptæ bonæ existimationis intervallum, quasique fractura. *Cic.* 12. *Attic.* ep. 6. Vide quæso, ne qua lacuna sit in auro. *h. e.* ne quod detrimentum, ne quid minus probum in auro sit: translatione, inquit *Manut.* ducta a fundis, quos lacunæ deteriores faciunt. ¶ Pro lagena. V. in fine ejus vocis.

LACŪNAR, aris, n. *the empty space left in cielings, between the different beams, to be ornamented or filled up afterwards; a carved or fretted cieling,* σανίδωμα, φάτνωμα, interstitium tignorum in cælo cubiculi, seu alterius ædium membri, quod cameratum non sit: ex eo dictum, quia inter tignum et tignum veluti lacuna est: item ipsum cælum seu tabulatum, sive contignatione constet, sive tabulis suffixis, et inter plana intervalla cavitates seu lacus habentibus: (quæ *compartments, pannels,* dicuntur,) sive etiam æquato opere coagmentatis. Hujusmodi lacunaria, quæ et *laquearia* dicuntur, picturis, aliisque ornamentis apud ditiores, ut hodieque fit, expoliri solebant. *Vitruv.* l. 7. c. 2. *extr.* Camerarum dispositiones in conclavibus expediantur, nisi lacunaribus ea fuerint ornata. *Horat.* l. 2. od. 18. Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 21. Gladium e lacunari, seta equina aptum, demitti jussit, ut impenderet illius beati cervicibus. ¶ *Spectare lacunar* proverbiali locutione de eo dicitur, qui alias res tum maxime agit, cum sua res agitur, et omni attentione opus est. *Juvenal.* sat. 1. v. 56. doctus spectare lacunar, Doctus et ad calicem vigilanti stertere naso. Nos quoque simili sensu dicimus, *to be in a dogsleep.* ¶ In genit. plur. *lacunariorum* pro *lacunarium* habet *Vitruv.* l. 4. c. 3. et l. 6. c. 4. et in dativo *lacunaribus* l. 7. c. 2. *extr.* et *lacunariis* lib. 5. cap. 2. et lib. 6. c. 5. et 10.

LACUNARĬUM, i, n. idem quod lacunar. *Vitruv.* l. 4. c. 3. Impedita est distributio in opere triglyphorum, et lacunariorum.

LACUNARĬUS, ii, m. qui lacunas fodit. *Jul. Firmic* l. 8. c. 21.

LACUNĀTUS, a, um, ad lacunæ formam depressus. *Plin.* l. 15. c. 10. Intus exiles nucleos lacunatis includit toris.

LACŪNO, as, avi, atum, a. 1. *to fret or pit, variegate with protuberances and hollows,* σανιδόω, lacunaris similitudinem alicui rei induco. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 561. Pumice multicavo, nec levibus atria tophis Structa subit: molli tellus erat humida musco: Summa lacunabant alterno murice conchæ.

LACUNŌSUS, a, um, *full of ditches, holes, or cavities; uneven, pitted, rugged,* lacunis plenus, inæqualis. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 18. Quid pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet, quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? *Apul.* l. 1. *Metam.* Avia, et lacunosa convallis. et l. 9. Via lacunosis incilibus voraginosa. Adde *Vitruv. in fin.* cap. 6. lib. 8.

LACUS, us, m. *a lake,* δεξαμένη, λίμνη, locus profundus cum aquis perpetuis ibidem natis, unde rivi, et flumina oriuntur: a λάκκος, fossa. Differt a *stagno,* quod hoc temporalem habet aquam stagnantem, quæ plerumque hyeme colligi solet, æstate siccari: sed *lacus* aqua perpetua, et perennis est. *Cic.* 7. *Verr. c. ult.* Deæ, quæ illos Ennenses lacus, lucosque colitis. *Id. Agar.* 3. c. 2. Agros, ædificia, lacus, stagna. ¶ *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 5. lacum definit, lacunam magnam, ubi aqua contineri potest. Hinc *lacus* Romæ fuerunt capaces alvei, in quibus aquæ recipiebantur ex Aquæductibus in usum publicum, jumentorum potui, lotionibus, exstinguendis incendiis, et fortasse etiam usibus fullonum, coriariorum, aliorumque opificum, &c. *Frontin. de Aquæduct.* artic. 3. Ponam quot castella publica privataque sint, et ex his quantum publicis Operibus, quantum Muneribus, quantum lacubus. *Liv.* de his intelligendus, l. 39. c. 44. ubi lacus lapide sternendos memorat. Sic *Horatii* illud huc pertinet l. 1. sat. 4. v. 36. Et quodcumque semel chartis illeverit, omnes Gestiet a furno redeuntes scire, lacuque, Et pueros, et anus. Plurimos in Urbe fuisse hujusmodi lacus constat ex *Frontino* artic. 78. ubi summam eorum colligit ad DXCI. *Plin.* vero l. 36. c. 15. *a med.* DCC. enumerat ab Agrippa factos. Itaque sæpissime eorum meminit *P. Vict. de regionib. Urb. R.* ¶ Quod *Plaut. Curcul.* 4. 1. 16. enumerans varia loca urbis Romæ, in quibus varia hominum genera agitare solent: confidentes ait, garrulosque, et malevolos *supra lacum* solere consistere; varie a variis is locus designatur, cum alii lacum Curtium intelligant, alii lacum Juturnæ, nam utrumque ponit *P. Victor* in regione Urbis octava, quæ et *Forum Romanum* appellatur. ¶ *Siccus lacus,* proverb. de re nullius usus, aut pretii. *Propert.* l. 2. el. et vers. 11. At dum demissis supplex cervicibus ibam, Dicebar sicco vilior esse lacu. ¶ Translate dicitur de vase amplo, in quo mustum prelo, vel pedibus expressum recipitur.

a vat or large cask into which new wine or oil was pressed. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 888. Præmia, de lacubus proxima musta tuis. *Cic. in Curt.* c. 33. *sub fin.* Sic ego istis censuerim et novam istam quasi de musto ac lacu fervidam rationem fugiendam. ¶ Item de musti quantitate, quæ una pressura pedibus aut torculari exprimitur, *as much must as the wine-press yields at one pressing. Plin.* l. 18. c. 31. *a med.* Pressura una culeos viginti implere debet. Ad totidem culeos et lacus viginti jugeribus unum sufficit torculum. ¶ Item de vase, in quo amurca recipitur, in olei confectione. *an oil-cooler. Colum.* l. 12. c. 50. *ante med.* ¶ Item dicitur de conceptabulo aquæ fabrorum, in quam metallum candens demergunt. *Virg.* 4. *Georg.* v. 173. ¶ Item de loco, ubi calx rutro subigitur maceraturque. *Vitruv.* l. 7. c. 2. ¶ Item de loco, quo distinguitur granarium ad legumina separanda. *Colum.* l. 1. cap. 6. Sed et lacubus distinguuntur granaria, ut separatim quæque legumina ponantur. ¶ Item de tignorum, sive trabium interstitio, ut idem sit ac lacunar. *Lucil.* apud *Serv.* 1. *Æn.* v. 730. resultant ædesque lacusque. ¶ Lacus leonum apud *Prudent.* 4. *Cathem.* v. 65. locus est depressus, et septus, in quo custodiuntur leones. ¶ Si quidquam habet auctoritatis Vetus Poeta in descriptione Mensium *in Catalect.* l. 2. dicitur etiam *lacus, ci,* 2. declin. Sic enim ille pag. 243. *edition. Lugdunens.* 1573. Fundit et October vina Falerna lacis. ¶ De lacu vinario verba fient etiam in *Victor.*

LACUSCŬLUS, li, m. *a small lake or ditch,* parvus lacus. *Colum.* l. 4. c. 8. Hiemalis aqua, quæ ex pluviis consistit in lacusculis ablaqueationis. ¶ De loculis in tabulato, ubi reponuntur olivæ, *a little vat, Id.* l. 12. c. 50. Quia interdum immodica multitudo baccæ torculariorum vincit laborem, esse oportet pensile horreum, et habere lacusculos tam multos, quam postulabit modus olivæ, ut separetur, et seorsum reponatur uniuscujusque diei coactura.

LACUTURRIS, *a sort of large cabbage or cauliflower,* cognomen caulis, de quo *Plin.* l. 19. c. 8. *ante med.* Nuper subiere lacuturres, ex convalle Aricina, ubi quondam fuit lacus, turrisque, quæ remanet: capite prægrandes, folio innumeri, alii in orbem porrecti, alii in latitudinem torosi.

LADA, æ, f. *a kind of cassia,* λῆδον, herba in Cypro ex cisti, vel cisthi generibus, longioribus foliis et nigrioribus, quæ verno tempore pingue quiddam roscidum contrahunt, quod caprarum barbis adhærescit, indeque depexum colatur, cogiturque in offas, et ladanum appellatur. *Plin.* l. 26. c. 8. ubi *Harduin.* ex MSS. *ledon* pro *lada* reponit.

LADĂNUM, i, n. *the dewy moisture which is found on the leaves of the herb* lada; *a sort of laudanum,* λήδανον, pingue illud roscidum, de quo dictum est in voce præced. *Plin.* lib. 26. cap. 8. et lib. 12. cap. 17.

LADAS, æ, m. Λάδας, Alexandri Macedonis cursor, qui traditur fuisse tanta pedum velocitate, ut vestigia ejus in arena non appareren**t**. Quo nomine statuam meruit apud Argos in templo Veneris, quam νικοφόρον cognominabant. Hinc *Martial.* l. 10. epigr. 100. Habeas licebit alterum pedem Ladæ, Inepte frustra crure ligneo curres. Adde lib. 2. epigr. 86. *Catull.* carm. 55. *ad Camer.* v. 25. *Juvenal.* sat. 13. v. 97. *Auct. ad Heren.* l. 4. c. 3. et *Senec.* ep. 85. [† et *Solin.* 6.]

LADON, onis, m. Λάδων, fluvius Peloponnesi, qui per Arcadiam in Alpheum influit. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 702. arenosi placidum Ladonis ad amnem. ¶ In Fabulis dicitur fuisse pater Daphnes. *Serv.* ad ecl. 3. v. 63. et ad lib. 2. *Æn.* v. 513. quamquam alii Peneum dicunt. *Id.* ad lib. 3. *Æn.* vers. 91. ¶ Est etiam nomen canis Actæonis. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 216.

LÆDO, is, si, sum, a. 3. *to hurt, harm, injure, offend,* βλάπτω, aliquid mali alicui infero, violo, noceo. Volunt esse per metathesim a δηλέω, quod idem significat. *Tacit. in Agric.* c. 42. Proprium humani ingenii est, odisse quem læseris. Γνώμη. *Plaut. Curcul.* 4. 3. 9. Lora lædunt brachia. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 150. frondes lædit hiems. *Id. Heroid.* ep. 4. v. 21. teneros lædunt juga prima juvencos. *Id. Metam.* 4. v. 601. Lædere aliquem vulnere. *Phædr.* lib. 4. fab. 7. dente. *Virg.* 2. *Georg.* v. 301. ferro retuso plantas. et vers. 220. rubigine ferrum. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 926. herbas morsu læsere juvencæ. *Plin.* l. 27. c. 11. Grana lathyridis stomachum lædunt. *Horat.* lib. 1. ep. 17. v. 7. si te pulvis, strepitusque rotarum, Si lædet caupona, Ferentinum ire jubebo. *shall annoy you.* et epist. 2. v. 38. Quæ lædunt oculum, festinas demere: si quid Est animum, differs curandi tempus in annum? *Virg. Ecl.* 10. v. 48. ah, ne te frigora lædant! *et Ecl.* 9. v. 64. Cantantes licet usque (minus via lædet) eamus. *will be less tedious.* et *Æn.* 7. v. 809. per summa volaret Gramina, nec teneras cursu æsisset aristas. [† *et Ecl.* 1. 51. Nec mala vicini pecoris contagia lædent. *infect.*] *Plin.* l. 21. c. 10. Thymum læditur imbribus, amittitque florem. *is injured.* et lib. 37. c. 5. Smaragdi sole læduntur. *lose their lustre.* et lib. 13. c. 15. *extr.* Mensæ splendescunt manu sicca fricatæ, nec a vinis læduntur. *h. e.* si vino perfundantur, nihil gratiæ amittunt. *Paul. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 30. *ad fin.* Si ignis alienam segetem, vel vineam læserit. ¶ Pro allidere, affligere, *Lucret.* l. 5. v. 999. turbida ponti Æquora lædebant naves ad saxa virosque. *dashed.* ¶ Illa sunt urbana, et elegantia, *Terent. Adelph.* 5. 4. 10. Clemens, placidus: nulli lædere os, arridere omnibus. *h. e.* in faciem nemini male dicere. *Sueton. in Cæs.* c. 49. famam alicujus gravi opprobrio. *Metell. ad Cicer. Fam.* 5. ep. 1. Ludibrio aliquem lædere. *Quintil.* l. 7. c. 2. *a med.* infamia. *to speak ill of, asperse, slander, defame. Horat.* l. 2. sat. 1. v. 21. tristi versu. *to lash, satirize. Plaut. Capt.* 2. 2. 53. dicto aut facto. *Lucan.* l. 7. v. 848. superos crimine. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 9. v. 25. animum lento curarum frigore. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 38. *a med.* fidem. *to break, violate. Martian. Dig.* lib. 48. tit. 2. leg. 3. majestatem publicam. ¶ Speciatim *lædere* dicitur testis, qui contra reum dicit. *Cic. pro Cæcin.* c. 10. Cum ita vehemens acerque venisset, ut non modo Cæcinam perjurio suo læderet, sed etiam mihi videretur irasci. *Id.* 2. *de Orat.* c. 70. *a med.* Cum læsisset testis Silus Pisonem, quod se in eum audisse dixisset. Adde cap. 74. et *Quintil.* l. 6. c. 3. *a med.* Veteres *lædere* res rapere dicebant, etiam si rapinæ nullum crimen exsisteret: similiter *satisfacere* res reddere. *Serv.* ad lib. 10. *Æn.* v. 14. ¶ Absolute pro injuriam facere, *to injure, disoblige, Nep. in Attic.* c. 10. Nullas inimicitias gessit, quod neque lædebat quemquam, neque, &c. ¶ Et pro dictis pungere, maledicere. *to rail against, carp at. Sallust. in Jug.* c. 86. Marius antea infestus nobilitati, tum vero multus atque ferox instare, singulos modo, modo universos lædere. [¶ Particip. *læsurus* apud *Lucan.* l. 5. v. 151. Haud æque læsura ducem.]

LÆLAPS, ăpis, m. λαῖλαψ, canis nomen, quod signat procellam, aut turbinem. *Ovid. Metam.* 7. v. 772. et lib. 3. v. 211. altero hoc loco inter canes Actæonis enumerans: priore ita appellans canem Cephali, qui cum vulpem feram, infestamque incolis persequeretur, una cum ipsa in lapidem versus est.

LÆLIĀNUS, a, um, ad Lælium pertinens, quod est nomen proprium Romanum: ut Lælianæ naves, apud *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 100. h. e. quibus D. Lælius imperabat.

LÆNA, æ, f. *an upper robe or mantle,* χλαῖνα, genus vestis, quæ aliis superinduitur: a voce Græca allata, quam ducunt a χλιαίνω, calefacio: tametsi sunt apud *Fest.* qui Tuscæ originis esse arbitrantur. Certe non est audiendus *Varro,* qui l. 4. *de L. L.* c. 30. dictam putat, quod de *lana* multa, quia duarum togarum instar erat. Multiplex ejus fuit usus. Legimus enim, a sacerdotibus in sacrificio adhibitam fuisse, apud *Cicer. in Bruto,* c. 14. (V. vocem sequent.) eaque usos Flamines, a Flaminicis suis texta (sic enim oportebat) etiam *Serv. ad Æn.* 4. v. 262. tradit. Item a regibus et principibus viris, ut ex *Virg. ibid.* et *Sil.* l. 15. v. 424. colligitur. Item a ditioribus, et denique a vulgo. *Pers.* sat. 1. v. 30. ecce inter pocula quærunt Romulidæ saturi, quid dia poemata narrent. Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna est, &c. *Juvenal.* sat. 5. v. 130. plurima sunt, quæ Non audent homines pertusa dicere læna. Ex loco *Persii* colligimus, domesticam quoque et cœnatoriam vestem fuisse: quod confirmatur illo *Martial.* de lusco furante in convivio, l. 8. epigr. 59. Et tectus lænis sæpe duabus abit. ¶ Etiam militare vestimentum fuisse, docet *Non.* c. 14. n. 26. sed non probat. *a military cloak.* ¶ Præcipua ejus utilitas, postquam passim adhiberi cœpta est, frigori arcendo: unde ex crassiore panno (quare et *duplex* dicitur a *Serv. loc. cit. et Festo.*) et villosa fuit. *Martial.* in epigram. 136. l. 14. cui titulus *Læna*: Tempore brumali non multum lævia prosunt: Calfaciunt villi pallia vestra mei. Hinc Græcum proverb. ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις: de eo, qui rebus necessariis in tempore uti nescit. ¶ Propria fuit virorum, ut ricinium mulierum, teste *Varron. loc. cit.* ¶ Formam fuisse putant similem lacernæ, aut pallio, aut chlamydi, apertam scilicet et toga breviorem: aptam proinde, quæ superinduceretur tunicæ, et aliquando etiam togæ, fibula ad humeros, aut collum adstringente. Plura V. apud *Ferrar. et al. in To. VI. antiquitat. R. Grævii.*

LÆNAS, atis, m. et f. In Popilia gente Romana, familia fuit cognomine *Lænas,* inde ducto, ut fertur, quod cum M. Popilius consul esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quod erat Flamen Carmentalis, plebis contra patres seditione nuntiata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem, seditionemque cum auctoritate, tum oratione sedavit. Ita *Cic. in Bruto,* c. 14.

LAERTES, æ, m. Λαέρτης, filius Acrisii, seu Arcesii. Ex uxore Anticlia filia Autolyci Ulyssem suscepit, et Echimenen. Hinc Ulysses dicitur *Laertiades,* et *Laertius Heros. Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 113. Respice Laerten: ut jam sua lumina condas, &c. ¶ In recto casu est etiam *Laerta* Latina positione. *Senec. in Troadib.* v. 699. Annosque, dum te recipit, extendat suos Laerta. ¶ In genitivo etiam *Laertis,* ut *Priscian.* docet l. 6. pag. 705. *Putsch.*

LAERTIĂDES, æ, m. Λαερτιάδης, filius Laertæ, aut nepos. *Ovid. Metam.* 13. v. 48. Saxa moves gemitu, Laertiadæque precaris, Quæ meruit. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 59. O Laertiade, quidquid dicam, aut erit, aut non. et lib. 1. od. 15. v. 21. Non Laertiaden, exitium tuæ gentis, non Pylium Nestora respicis?

LAERTĬUS, a, um, ad Laerten spectans, ut Laertia regna, Ithaca insula, ubi Laertes regnavit. *Virg.* 3. *Æn.* v. 272. Effugimus scopulos Ithacæ, Laertia regna. *Ovid. Trist.* l. et el. 5. v. 3. Laertius heros. *h. e.* Ulysses.

LÆSĬO, onis, f. *a hurting, harming, injuring,* δήλησις, actus lædendi, damnum, injuria. *Papinian. Dig.* lib. 10. tit. 3. leg. 28. *extr.* Si quid, absente socio, ad læsionem ejus fecit. *Lactant. de Ira Dei,* c. 17. *a med.* Irritat læsio dolorem. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 422. n. 10. et pag. 428. n. 10. Conjugi rarissimi exempli, quæ vixit mecum ann. 23. sine ulla animi læsione. ¶ In re oratoria enumerat *Cic. de Orat.* c. 53. *extr.* inter figuras sententiarum. Verba sunt: Purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atque exsecratio. Videtur autem esse, cum reum ob alias causas, quam ob quas accusatur, dictis, obtrectatione, detractione pungit orator, et lacerat, ut ei aversiores judices faciat.

LÆSTRYGŌNES, um, m. Λαιστρυγόνες, pop. Latii novi circa Formias urbem excisam incolentes, ubi Læstrygonia regio, cum urbe cognomine, quæ et Lamus dicta est. Immanissimi fuisse dicuntur, et humana carne victitasse. *Plin.* l. 7. c. 2. et lib. 3. c. 5. et *Gell.* l. 15. c. 21. Hinc *Juvenal.* sat. 15. v. 18. Fingentem immanes Læstrygonas, et Cyclopas. ¶ In sing. num. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 233. Inde Lami veterem Læstrygonis, inquit, in urbem Venimus. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 9. v. 41. Quis non Antiphaten Læstrygona devovet? ¶ Fuere Læstrygones etiam in Sicilia in Leontinis campis. *Sil.* l. 14. v. 125. Prima Leontinos vastarunt prœlia campos, Regnatam diro quondam Læstrygone terram. ¶ Scribitur et *Lestrygones,* sine diphthongo.

LÆSTRYGONĬUS, a, um, adject. ad Læstrygones pertinens. *Ovid. in Ibin,* v. 390. Læstrygoniæ domus. *h. e.* Formiæ. *Silv.* l. 7. v. 276. *de Italia.* Hinc Læstrygoniæ rupes. *h. e.* Formiana saxa, ut *Liv.* l. 22. c. 16. appellat. et vers. 410. Litora Caietæ, Læstrygoniosque recessus. nunc *the gulf of Gaeta. Horat.* l. 3. od. 16. v. 34. Nec Læstrygonia Bacchus in amphora Languescit mihi. *h. e.* Formianorum collium, quos a vini bonitate laudat. *Id.* l. 1. od. 20. *extr.* ¶ De Sicilia. *Plin.* l. 3. c. 8. Flumina Symæthum, Terias: intus Læstrygonii campi.

LÆSŪRA, æ, f. læsio. *Tertull. de Patient.* c. 7. Læsura divitiarum. *h. e.* detrimentum, jactura. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 567. n. 8. Vixit mecum annis XVII. sine ulla animi læsura. Adde pag. 828. n. 10.

LÆSUS, a, um, *hurt, harmed, injured,* δεδηλημένος. *Cic. Verr.* 5. c. 1. Nulla læsus injuria. *Ovid. Metam.* 12. v. 421. parvo cor vulnere læsum. *Id. de remed. amor.* v. 608. Læse vir a domina, læsa puella viro. et vers. 159. Ætola Venus a cuspide læsa. *wounded.* et lib. 4. *Fast.* v. 120. Læsus cuspide. *Id.* 1. *Amor.* el. 7. v. 40. Læsæ genæ. *Id.* 2. *Metam.* v. 408. læsæ silvæ. *h. e.* incendio corruptæ. *Id.* 5. *Fast.* v. 322. grandine læsa Ceres. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 376. vipera læsa pede. *bruised, trodden upon.* et lib. 3. *de art. am.* v. 207. læsa figura. *features impaired. Martial.* l. 3. epigr. 47. Leporemque læsum Gallici canis dente. *bitten. Id.* l. 9. *epigr.* 57. Non jaculo, non ense fuit, læsusve sagitta. *wounded, struck.* et lib. 12. epigr. 54. lumine læsus. *blear-eyed, purblind, dim-sighted.* ¶ Translate *Cic. pro Cluent.* c. 42. Læsa dignitas. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 104. pudicitia. *violated. Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) opinio. *good name lost. Tacit.* 3. *Ann.* c. 24. religio. *Nep. in Timol.* c. 1. pietas. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 6. leg. 1. Læsum jus alicujus. *Horat.* l. 1. od. 33. v. 4. fides. *broken, violated.* Sic *Virg.* 12. *Æn.* v. 496. Læsum fœdus. et lib. 1. v. 12. numen. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 12. v. 21. ingenium longa rubigine. *Lucan.* l. 5. v. 456. læsus nube dies. *darkened, obscured.* ¶ Apud JCtos *læsus* dicitur, qui est damnum passus, deceptus, fraudatus. *Paul. Dig.* lib. 4. tit. 6. leg. 44. In aliqua parte læsus, non restituitur. ¶ *Læsæ res* apud *Sil.* l. 11. v. 6. sunt accisæ, attritæ, adversæ.

LÆTA, orum, τὰ λαιτὰ, agri publici. Vox Græca. *Hesych.* Λαιτῶν, τῶν δημοσίων τόπων. *Impp. Valentinian. Valens, et Gratian.* lib. 7. *Cod. Theodos.* tit. 20. leg. 10. Si quis præpositus fuerit aut fabricæ, aut classi, aut Lætis. ¶ Hinc Læticus, a, um, ad agros publicos pertinens. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 13. *ejusd. Cod.* tit. 11. leg. 9. Quibus terræ Læticæ administrandæ sunt.

LÆTABĬLIS, le, *joyful, glad, gladsome, joyous,* lætitia dignus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 21. Quid habet ista res aut lætabile, aut gloriosum? et lib. 4. c. 17. Is est beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis lætabile ad efferendum videri potest. *Ovid. Metam.* 9. v. 255. cunctisque meum lætabile factum Dis fore confido. *Mamertin. in genethl. c. pænult.* Quanto hoc lætabilius, ac melius? *Val. Flacc.* l. 6. v. 606. Sidus lætabile alicui.

LÆTABUNDUS, a, um, adject. *greatly rejoicing,* lætans, valde lætus. *Gell.* l. 11. c. 15. *sub fin.* Lætabundus is dicitur, qui abunde lætus est.

LÆTĀMEN, inis, n. *dung, manure, compost, soil; any thing used to fertilize the soil,* κόπρος, fimus, qui per agros jacitur: quod facit lætas segetes, h. e. pingues, ac fertiles, votisque agricolæ respondentes. *Plin.* l. 18. c. 16. Secale nascitur qualicumque solo, ipsumque pro lætamine est. *Pallad.* l. 1. tit. 23. Anserum lætamen satis omnibus

inimicum est. *Id. in Februar.* tit. 1. Prata sparso lætamine saturare.

LÆTANS, antis, *rejoicing, joyful. Cic. pro Cluent.* c. 9. *sub fin.* Itaque nubit Oppianico continuo Sassia, lætanti jam animo, et spe optima confirmata. *Virg.* 1. *Æn.* v. 397. Lætantes agmine cygni. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 33. oppletur lætanti regia cœtu. *Plaut. Stich.* 3. 1. 5. Olim quos abiens affeci ægrimonia, eos nunc lætantes faciam adventu meo. *Lucret.* l. 2. v. 344. volucres, lætantia quæ loca aquarum concelebrant. *h. e.* amœna et lætitiam inducentia.

LÆTANTER, adverb. læte. *Lamprid. in Commod.* c. 5. Quod Commodus lætanter accepit.

LÆTASTER, tri, aliquantum lætus. Prisca vox *Titinnii* apud *Fest.* in *Obstrudant.*

LÆTATĬO, onis, f. *a rejoicing*, lætitia. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 50. *extr.* Neque hostibus diutina lætatio, neque ipsis dolor longior relinquatur.

[* LÆTĀTUS, a, um, adject. *gladdened, rejoiced*, lætus factus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 841. Adnuit his Juno, et mentem lætata retorsit. *Sallust. in Jugurt.* c. 69. Ita Vagenses biduum modo ex perfidia lætati.]

LÆTE, adverb. *gladly, joyfully, cheerfully*, γηθοσύνως, ἱλαρῶς, jucunde, hilariter. *Cic. Phil.* 9. c. 3. Læte atque insolenter tulit. *Gell.* l. 3. c. 15. Lætissime gaudere. *Vellei.* l. 2. c. 45. *de Cicerone.* Neque quisquam aut expulsus invidiosius, aut receptus est lætius. *Quintil.* l. 8. c. 3. *circa med.* Concitate dicere, aut moderate; læte, aut severe; abundanter, aut presso. ¶ Translate *Colum.* l. 5. c. 9. *a med.* Truncus lætius frondet. *h. e.* uberius. *more abundantly. Plin.* l. 16. c. 31. Laurus recisa lætius fruticat. et lib. 33. c. 5. Seges læte virens.

LÆTĬCUS. V. *Læta, orum.*

LÆTĬFĬCANS, tis, pro læto posuit *Plaut. Pers.* 5. 1. 8. Unde ego omnes hilaros, lubentes, lætificantes faciam ut fiant.

LÆTĬFICĀTUS, a, um, *Sedul.* l. 1. v. 41. Lætificata seges, spinis mundatur ademptis.

LÆTĬFĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to gladden, exhilarate, make glad or joyful*, εὐφραίνω, lætum facio. *Lucan.* l. 3. v. 48. non illum gloria pulsi Lætificat Magni. *Plaut. Aulul.* 4. 9. 15. Nunc alii eo lætificantur meo malo et damno. ¶ Translate *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 40. Sol quasi tristitia quadam contrahit terram, tum vicissim lætificat, ut cum cœlo hilarata videatur. ¶ Pro stercorare. *to manure. Id. ibid.* c. 52. Indus non aqua solum agros lætificat, et mitigat, sed etiam eos conserit. *Plin.* l. 18. c. 12. Faba solum lætificat stercoris vice.

LÆTĬFĬCUS, a, um, *making glad, gladdening, glad, joyful, joyous*, χαρτὸς, lætum faciens, lætus. *Lucret.* l. 1. v. 192. uti sine certis imbribus anni Lætificos nequeat fetus submittere tellus. *Senec. in Troadib.* v. 597. Lætifica referre alicui. *Stat. Theb.* 8. v. 261. Lætifici tumultus. et lib. 12. v. 521. plausus.

LÆTISCO, is, n. 3. *to rejoice*, εὐφραίνομαι, lætus fio, lætor. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 494. Utrum ne divi cultu erga se mortalium lætiscant, an superna agentes humana negligant. *take pleasure in.* ¶ Translate *Vetus Poeta* apud *Cicer.* 1. *Tuscul.* c. 28. Cælum mitescere, arbores frondescere, Vites lætiscere, pampinis pubescere. Al. aliter leg.

LÆTĬTĬA, æ, f. *joy, gladness, mirth, joyfulness*, χαρὰ, γηθοσύνη, est opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse videtur, ut apud *Cicer.* 4. *Tuscul.* c. 7. definitur: vel, ut est apud *Gell.* l. 2. c. 27. exsultatio quædam animi cum gaudio efferventiore rerum expetitarum. Differt a gaudio, ut in ea voce dictum est. Nam in gaudio vel nihil animus, vel certe moderate diffunditur: in lætitia effuse exsultat, et gestit: tametsi hoc ab oratorie loquentibus non servatur. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 44. Percipere lætitiam et voluptatem ex re quapiam. *to derive joy.* et cap. 57. Itaque hilaritatis plenum judicium, ac lætitiæ fuit. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 32. Efferri lætitia. *to be transported with joy. Id.* 14. *Attic.* ep. 6. exsultare. *Id. Catil.* 1. c. 10. perfrui. *et pro Mil.* c. 28. afficere aliquem. *et Fam.* 2. ep. 10. Comitia ista præclara me lætitia extulerunt. et ep. 9. Repente incessi omnibus lætitiis. *Id. Attic.* l. et ep. 14. Lætitiam capere oculis. *Id. pro Planc. c. ult.* dare alicui. *h. e.* lætandi occasionem. Sic *Terent. Heaut.* 1. 2. 12. objicere. *et Hecyr.* 5. 3. 18. offerre. *Plin.* l. 15. c. 30. afferre. *Plaut. Merc. prol.* v. 72. parere alicui. *Liv.* l. 4. c. 40. Tantam ex metu lætitiam fecere, ut, &c. *Terent. Heaut.* 2. 3. 51. Ne me in lætitiam frustra conjicias. *Sallust. in Jug.* c. 109. Magna lætitia nobis est, cum te dii monuere, ut aliquando pacem malles. *Nep. in Timoth.* c. 2. Victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, ut, &c. *Plaut. Stich.* 3. 2. 13. Præ lætitia lacrymæ præsiliunt mihi. *Justin.* l. 12. c. 13. Totus in lætitiam effusus. *Terent. Adelph.* 4. 1. 6. Diem perpetuum in lætitia degere. ¶ Facile convenit cum voluptate. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 4. Huic verbo (*voluptatis*) omnes qui Latine sciunt, duas res subjiciunt, lætitiam in animo, commotionem suavem jucunditatis in corpore. et lib. 1. c. 7. *ad fin.* Recta et honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiam, idest voluptatem. ¶ Translate est venustas, pulcritudo, quia videndo lætos facit. *Stat.* 6. *Theb.* v. 571. Effulsere artus, membrorumque omnis aperta est Lætitia, insignesque humeri, nec pectora nudis Deteriora genis: latuitque in corpore vultus. ¶ Sæpe de satis, et plantis dicitur, quæ fertiliter, et ubertim proveniunt, et gignunt. *Colum.* l. 4. c. 25. *circa med.* Vites ita se induunt uvis, ut nequeant maturitatem capere, si benignitas terræ, atque ipsius trunci lætitia non adsit. *vigour, rankness.* et *Justin.* l. 44. c. 4. *a med.* In hac insula tanta pabuli lætitia est, ut, &c. ¶ Item de solo ipso, ubi lætæ segetes, plantæque proveniunt. *Colum.* l. 4. c. 21. Loci lætitia plures palmites, exilitas pauciores desiderat. *fruitfulness.* ¶ Item de ratione dicendi ornata, luminibus verborum distincta. *Auct. dialog. de Oratorib.* c. 20. Lætitia et pulcritudo orationis. *richness, exuberance.*

LÆTĬTŪDO, inis, f. lætitia. Antiqua vox *Accii* apud *Non.* c. 2. n. 487. Me excitasti ex luctu in lætitudinem. *Id. ibid.* Quanta in venando affectus ex lætitudine?

LÆTO, as, avi, atum, a. 1. *to make joyful, gladden*, εὐφραίνω, lætum facio, lætitia afficio. *Liv.* apud *Non.* c. 2. n. 494. Jamne oculos specie lætavisti optabili? *Acc. ibid.* Te ut triplici lætarem bono. ¶ *Lætare arbores* est stercorare. V. in fine vocis sequent.

LÆTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to rejoice, be glad or joyful*, γηθέω, χαίρω, lætus sum, lætitiam capio. Differt a *gaudeo*, quia *gaudere* est interno animi motu exsultare: *lætari* est extrinsecus signa gaudii proferre, et effundi exsultatione liberius. Hinc *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 6. *extr.* *lætari* dictum putat, *quod latius gaudium* propter magni boni opinionem diffusum. Quamquam promiscue sæpissime usurpantur. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 47. Quæ perfecta esse, gaudeo, judices, vehementerque lætor. *Id.* 2. *de Divin.* c. 9. An Cn. Pompeium censes tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lætaturum fuisse, si scisset, se in solitudine Ægyptiorum trucidatum iri? *Id. Fam.* 2. ep. 9. Lætor tum præsenti, tum sperata tua dignitate. *Id. pro Marcell. sub fin.* Nam lætari omnes, non ut de unius solum, sed ut de communi omnium salute, sentio. *Id. Verr.* 7. c. 46. Lætaris tu in omnium gemitu, et triumphas. *Id. Phil.* 11. c. 4. *ad fin.* In hoc est semper lætatus, quod ea faceret; quæ, &c. *Id. pro Leg. Manil.* c. 1. *ad fin.* Illud in primis mihi lætandum jure esse video, quod, &c. *Id. Fam.* 7. ep. 1. Utrumque lætor, et sine dolore corporis te fuisse, et animo valuisse. *Sallust. in Jug.* c. 17. Lætandum magis, quam dolendum puto casum tuum. ¶ Translate pro delectari, juvari. *to be delighted with, take delight in. Sueton. in Ner.* c. 46. Asturconem, quo maxime lætabatur, &c. *which he took great pleasure in. Colum.* l. 3. c. 9. *ad fin.* Omne vitis genus naturaliter lætatur tepore potius, quam frigore. *Pallad.* l. 1. tit. 6. *a med.* Frumenta omnia maxime lætantur patenti campo, et ad solem reclivi. *Id. ibid.* Loca sterilia beneficio lætantur incendii. *et sub fin.* In lætandis arboribus crates faciemus, terram prius trunco admoventes, et mox lætamen. *h. e.* stercorandis. [¶ Etiam cum genitivo. *Virgil.* 11. *Æn.* v. 280. Nec veterum memini, lætorve malorum. More Græcorum genitivus est pro ablativo.]

LÆTORĬUS, a, um. *Lætoria lex* a quonam lata sit, obscurum est. Vetabat, minorem annis vigintiquinque stipulari, h. e. ἐπερωτᾶσθαι, ut *Sueton. in fragm.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 794. *Putsch.* docet. Curatores dabat vel propter lasciviam, vel propter dementiam: vindicabatque adolescentium circumscriptiones, ut est apud *Cicer.* 3. *Offic.* c. 15. Adde 3. *de nat. Deor.* c. 30. et *Imp. Constantin.* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 12. leg. 2.

LÆTUS, a, um, *glad, joyful, cheerful*, γηθόσυνος, εὔοχθος, qui hilaritatem, quam intus habet, vultu et aliis signis ostendit. *Varr.* ducit a *latus*, ut in *lætor* dictum est. Alii ad Græcum λαῖτος referunt, quod integrum, incolumem significat. *Cic. pro Mur.* c. 24. Catilina alacer atque lætus. *Id. pro Font.* c. 11. Vagantur læti atque erecti passim toto foro. *Id. Attic.* 8. ep. 9. Læto vultu gratulantes. *Plin.* l. 8. c. 17. Læta atque gestiens. *Cæcil.* apud *Cicer.* 2. *de Fin.* c. 4. Lætus omnibus lætitiis. *Terent. Andr.* 2. 2. 3. Lætus est nescio quid. *Id. Phorm.* 5. 4. 1. Lætus sum, fratri obtigisse quod vult. *Id. Eun.* 3. 1. 2. Ain' tu, læta est? *Gn.* non tam ipso quidem dono, quam abs te datum esse. *Id. Adelph.* 2. 2. 45. Sed Ctesiphontem video: lætus est de amica. *Virg.* 6. *Æn.* v. 863. Frons læta parum. *Tacit. in Agric.* c. 39. Fronte lætus, pectore anxius. *Virg.* 3. *Æn.* v. 524. Lætus clamor. *Sil.* l. 11. v. 370. læta convivia. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1975. diem lætum ducere. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 242. læto ore quempiam alloqui. *Vellei.* l. 2. c. 127. Vir severitatis lætissimæ, hilaritatis priscæ. *Tacit. Ann.* 2. c. 75. Luctum læto cultu mutare. *sorrow into joy. Quintil.* l. 11. c. 3. *bis.* Res lætæ. *joyful things. Plin.* l. 23. c. 1. *ante med.* Lætior color. *more lively, more apt to cheer the eye.* ¶ Metonymice *lætus* est, qui prompte, et lubenti animo quidpiam facit. *ready, willing. Sallust. in Jug.* c. 86. Senatus supplementum etiam lætus decreverat. *Virg.* 6. *Æn.* v. 88. Has ego Dardanio juveni, cum classis egeret, Læta dedi. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 39. Inspice, si possum donata reponere lætus. *Stat.* 2. *Theb.* v. 396. Fortunam exuere, et lætum descendere regno. *h. e.* ultro, *spontaneously, voluntarily.* ¶ Item qui contentus est, *pleased, satisfied, content. Senec.* ep. 92. *ante med.* Mutis aggregetur animal pabulo lætum. *Est qui leg.* natum. *Martial.* l. 4. epigr. 77. Nunquam divitias deos rogavi, Contentus modicis, meoque lætus. ¶ Item qui delectatur. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 33. Visam Britannos hospitibus feros, Et lætum equino sanguine Concanum. *delighting in. Sil.* l. 1. v. 170. sævis gens læta. *Id.* l. 9. v. 223. et ferro vivere lætum vulgus. ¶ Item gratus, acceptus, *pleasing, acceptable, grateful, welcome. Val. Flacc.* l. 1. v. 30. virtus haud læta tyranno. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 71. Læta primoribus civitatis Celsi salus, ne militibus quidem ingrata fuit. et lib. 4. c. 68. Lætum militibus id nomen. *Id.* 12. *Ann.* c. 8. Veniam exsilii pro Seneca impetrat, lætum in publicum rata, ob claritudinem studiorum ejus. *Grat. initio Cyneg.* lætæ venantibus artes. ¶ Item prosper, secundus, *favourable, prosperous. Val. Flacc.* l. 4. v. 31. Jam socii læti rapuerunt vincula ventis. *Id.* l. 5. v. 69. primo lætos sic tempore rector Ingreditur cursus. *Sallust.* orat. 1. *ad Cæs.* Qui clementia imperium temperavere, his læta et candida omnia visa. *Sil.* l. 10. v. 552. Primitias pugnæ, et læti libamina belli. ¶ Item favens, propitius, *propitious, favourably inclined. Plaut. Amph. prol.* v. 1. Ut vos in vostris voltis mercimoniis emundis vendundisque me lætum lucris afficere. *h. e.* ut vos vultis me propitium afficere vos lucris in mercimoniis vestris emendis, &c. Verba sunt Mercurii. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 540. Omnis adhuc fors læta quidem. ¶ Item faustus, felix, *favourable, lucky, auspicious. Sueton. in Cæs.* c. 77. Eo arrogantiæ progressus est, ut haruspice tristia exta nuntiante, futura diceret lætiora, cum vellet. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 77. *Hard.* Lætum prodigium. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 62. augurium. *Plin.* l. 8. c. 46. Delubra ei gemina: alterum intrasse, lætum est, in altero dira portendit. ¶ Item universim de iis dicitur, quæ lætitiam afferunt. *Cic. ep. ult.* l. 7. *ad Attic.* Omnia erant facta hoc biduo lætiora. *Tacit. Ann.* 2. c. 48. Ceteris haud læta memoria Quirinii erat. ¶ Sæpe de agris pinguibus, de satis, plantisque, in quibus fertilitas et ubertas est, *fertile, fruitful, rich, flourishing, abundant*: quia hujusmodi et læta sunt visu, et fructu lætos faciunt. *Cato R. R.* c. 6. et *Varr.* l. 1. c. 23. Ubi ager crassus et lætus est sine arboribus, eum agrum frumentarium esse oportet. *Cic. de Senect.* c. 15. *a med.* Vite quid potest esse cum fructu lætius, tum aspectu pulcrius? *Virg. initio* l. 1. *Georg.* Lætæ segetes. et vers. 74. lætum siliqua quassante legumen. et vers. 101. hiberno lætissima pulvere farra. et lib. 3. v. 385. læta pabula. *Senec. in Herc. Fur.* v. 698. prata viridi læta facie germinant. ¶ Translate *Quintil.* l. 2. c. 4. Læta indoles. *h. e.* quæ fructum eloquentiæ spondet. ¶ Pro bene habito, et pingui, *fat, in good condition. Virg. Æn.* 3. v. 220. Læta boum passim campis armenta videmus. *Id.* 2. *Georg.* v. 520. Glande sues læti redeunt. *Plin. in Paneg.* c. 82. Et lætum opere corpus, et crescentia laboribus membra mirabor. *Nemesian. in Cyneg.* v. 286. lætæ redeunt in pectora fortia vires. ¶ Pro copioso, fluenti, *Virg.* 3. *Georg.* v. 310. Læta magis pressis manabunt flumina mammis. ¶ Pro venusto, gratiæ pleno, *Id.* 1. *Æn.* v. 595. et lætos oculis afflarat honores. ¶ Pro superbo, fidenti, jactanti, *Id.* 2. *Æn.* v. 417. Confligunt Zephyrusque, Notusque, et lætus Eois Eurus equis. *exulting.* ¶ Pro ornato figuris dicendi, florido, amœno, *rich, florid, flowery, Quintil.* l. 9. c. 4. Dicendi genus tenue lætioribus numeris corrumpere. *et sub fin.* cap. 3. l. 8. Copia dicendi floribus læta. *Id.* l. 10. c. 1. *de Homero.* Idem lætus ac pressus, jucundus et gravis, &c. *Plin.* l. 3. ep. 18. *ad fin.* Lætior stilus. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 20. Lætitia, et pulcritudo orationis. ¶ Græco more genitivo jungitur ab historicis, et poetis. *Vellei.* l. 2. c. 93. et *Tacit.* 2. *Ann.* c. 26. Juvenis ingenuarum virtutum, lætusque animi et ingenii. *Virg.* 11. *Æn.* v. 73. laborum. *Sil.* l. 1. 17. v. 308. iræ. *Id.* l. 7. v. 338. incepti. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 659. lætus opum pacisque meæ. *h. e.* contentus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 445. Lucus lætissimus umbræ. *Al. leg.* umbra. *Sil.* l. 14. v. 279. plebs facilis impelli, et læta tumultus. *Sallust. in fragm.* apud *Servium ibid.* Frugum pabulique lætus ager. *h. e.* fertilis, copiosus. ¶ Et a poetis cum infinito. *Sil.* l. 9. v. 453. lætus uterque spectari Superis. et lib. 16. v. 565. lætus bellare Latinis. et lib. 3. v. 575. Gens ferri patiens, et læta domare labores. ¶ *Lætum* adverbii modo, læte. *Stat.* 1. *Achill.* v. 323. lætumque rubet.

LÆVA, æ, f. *the left hand*, sinistra manus. V. *Lævus.*

LÆVĀTUS. V. *Levatus.*

LÆVE, adverb. *slowly, heavily, carelessly*, male, stulte, contra ac fieri debet. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 52. Puer hic non læve jussa Philippi Accipiebat. V. *Lævus.*

LÆVĬĀNUS, a, um, ad Lævium pertinens, quod est nomen Romani Poetæ antiqui, cujus fragmenta aliquot *Gell.* servavit, l. 19. c. 7. l. 2. c. 24. l. 12. c. 10. &c. item *Priscian.* l. 6. 9. 11. &c. sed ejus nomen sæpe in *Livius* a librariis mutatum esse, Critici jam adnotarunt, ita ut *Livius Andronicus* pro *Lævio* accipiatur. Scripsit Erotopægnia obsceno Lyrico carmine, teste *Auson. sub fin. Centonis nupt.* et alia. *Voss. de Poet. Lat.* c. 8. recenset inter antiquos incertæ ætatis. *Gell. cit.* lib. 19. c. 7. Lævianum carmen. *et ibid.* Læviana verba.

LÆVĬGATĬO. V. *Levigatio.*

LÆVĪNI, m. familia Romana in gente Valeria, sic dicta, quod ejus princeps læva manu uteretur.

LÆVIS. V. *Levis.*

LÆVITAS. V. *Levitas.*

LÆVIUS. V. in *Lævinus.*

LÆVORSUM, et Lævorsus, *towards or on the left hand,* ἐπ' ἀριστερὰ, ad lævum, sinistrorsum. *Fest.* in *Læva. Apul. in Florid.* n. 2. (*al.* l. 1.) Aquila nutu clementi lævorsum, vel dextrorsum tota mole corporis labitur. *Ammian.* l. 31. c. 10. (*al.* 28.) Lævorsus flexo itinere.

LÆVUS, a, um, *left, on the left side,* λαιὸς, sinister: a Græca voce allata. *Cic. Acad.* 1. *cap. pænult.* Lævam manum admovere. *Horat.* l. 1. ep. 15. v. 12. Læva habena. et ep. 16. v. 6. et *Ovid. Metam.* 12. v. 415. Lævum latus. et vers. 536. Læva auris. *Id. in Ibin,* v. 101. Lævus pes. *Id. Heroid.* ep. 9. v. 62. humerus. et ep. 12. v. 28. Ponti qua plaga læva jacet. *Id.* 4. *Fast.* v. 834. lævo fulmina missa polo. *h. e.* læva cæli parte. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 119. lævus Pontus. *h. e.* ad lævam situs. *Virg.* 5. *Æn.* v. 170. radit iter lævum interior. ¶ Læva manus sæpe *læva* absolute dicitur, *the left hand. Virg. Æn.* 1. v. 615. Ilionea petit dextra, lævaque Serestum. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 163. Cognovi clypeum lævæ gestamina nostræ. ¶ Item locus, pars ad lævam manum sita. *Liv.* l. 4. c. 32. Dextra montibus, læva Tiberi amne septus. *Id.* l. 21. c. 43. Dextra lævaque duo maria claudunt. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 642. dextra mihi lintea danti, quid facis? inquit: lævam pete. *Plin.* l. 14. c. 6. Falernus ager a ponte Campano, læva petentibus coloniam Syllanam, incipit. ¶ *Læva,* neutr. plural. læva loca. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 257. Thracen, et læva Propontidos intrat. *Plin.* l. 6. c. 32. Insulæ Fortunatæ contra læva Mauritaniæ. ¶ Ad lævam, in lævum, in lævam, *on or towards the left. Cic. de Univ.* c. 13. Ante, et pone; ad lævam, et ad dexteram. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 10. v. 17. Fleximus in lævum cursus. *Plin.* l. 28. c. 1. Si in lævam detorserit. ¶ *Lævi boves* qui sint, V. in *Camurus.* ¶ Quia læva manus ad officia tardior est, et veluti stupidior, *lævus* aliquando tardum, stupidum, fatuum significat, *foolish, silly, infatuated. Virg.* 2. *Æn.* v. 54. si mens non læva fuisset. *Horat. de ar. Poet.* v. 301. o ego lævus, Qui purgor bilem sub verni temporis horam! ¶ Item inopportunus, *improper, inconvenient. Horat.* l. 2. sat. 4. v. 4. Peccatum fateor, cum te sic tempore lævo Interpellarim. ¶ In re augurali *læva* felicia habentur, et fausta: quia Romani capturi auguria, ad meridiem se vertebant: atque ita a læva orientem, a dextera occidentem habebant: cujus rei exemplum est apud *Liv.* l. 1. c. 18. in auguratione Numæ. Porro nobilior plaga est oriens, ex qua dies incipit, quam occidens, in qua desinit. *Plin.* l. 2. c. 54. Læva prospera existimantur, quoniam læva parte mundi ortus est. *Id. ibid.* In sedecim partes cælum divisere Tusci: has iterum in quaternas: ex quibus octo ab exortu sinistras, totidem e contrario appellavere dextras. *Varr.* apud *Fest. in Sinistræ.* A deorum sede cum in meridiem spectes, ad sinistram sunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes: hinc factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia, quam dextra esse existimentur. *a deorum sede* est a septemtrione; illa enim pars, quia est altior, vicinior est domicilio deorum, uti docet *Serv.* ad illud *Virg.* 2. *Æn.* v. 693. subitoque fragore Intonuit lævum. Porro *Serv. ibid.* et *ad Æn.* 6. v. 631. aliam affert causam cur *læva* fausta sint: quod quæ nobis cælum intuentibus sinistra sunt, diis sunt dextera. *Phædr.* l. 3. od. 18. v. 12. Læva omina. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 833. Ille precabatur: tonitru dedit omina lævo Jupiter, et lævo fulmina missa polo. Augurio læti jaciunt fundamina cives. *Virg.* 4. *Georg.* v. 7. si quem Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo. *Gell.* l. 5. c. 12. *extr.* hoc loco *læva* interpretatur adversa et lædentia: quod magis placet. Nam contra interdum *lævus* infaustum, infelicem, adversum significat: idque vel more Græcorum augurum, qui se ad Septemtrionem convertebant: vel habita ratione deorum, a quibus auguria mittuntur, quorum sunt dextera, quæ nobis læva apparent, ut ex *Serv.* modo est dictum: vel denique habita ratione lævæ manus, quæ incommoda est agentibus, et impeditior. *unlucky, unpropitious, adverse. Horat.* l. 3. od. 27. v. 15. Teque nec lævus vetat ire picus. *Val. Flacc.* l. 6. v. 70. lævum omen. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 634. lævus ignis. *h. e.* pestilentia. Adde *Senec. in Thyest.* v. 698. et *Martial.* l. 6. epigr. 85.

LAGĂNUM, i, n. *a thin cake made of fine flour, oil,* &c. λάγανον, genus placentæ conditæ ex simila et oleo in sartagine cocto, ut est apud *Hesych.* vel cibus ex siligine quasi membrana compositus, et cum piperis liquamine coctus, ut est apud *Acron.* ad illud *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 115. inde domum me Ad porri et ciceris refero, laganique catinum. Al. leg. *lachani,* h. e. oleris, quod melius cum porro, et cicere conjungi videtur. Describunt alii *lagana,* membranulas ex farina et aqua, quæ jure pingui coctæ, caseo, pipere, croco, et cinnamomo condiuntur. Illud certum est, cibum esse teneriorem, et qui nullo labore mandi potest. Nam *Cels. extr.* c. 7. l. 8. præcipit maxillam fractam habenti humidum cibum diu assumere: atque etiam, cum tempus processit, in lagano similibusque aliis perseverare: neque quicquam edere, donec ex toto maxillam callus firmaverit. ¶ Apud *Apic.* l. 4. c. 2. laganum substernitur patinæ Apicianæ, quæ sumine cocto, pulpis piscium, et pulli, ficedulis coctis, ovis, oleo, pipere, vino, passo constat. Unde colligitur simile esse iis, quæ Angli vocant *pancakes, fritters,* quæ hodieque multis delicatioribus impensis, quas dicunt *puddings, pasties,* substerni solent, continendi gratia.

LAGĔA VITIS. V. *Lageos.*

LAGĒNA, æ, f. *a flagon, flask, bottle,* λάγηνος, vas fictile capax, collo instructum et ore angustiore, et ut *Apul.* l. 2. *Metam.* loquitur, cessim dehiscente, in usum præsertim defundendi vina in pocula. *Quintil.* l. 6. c. 3. Juvenes Tarentini multa de Pyrrho rege securius inter cœnam locuti, cum rationem facti reposcerentur, et neque negari res, neque defendi posset, risu et opportuno joco elapsi sunt. Namque unus ex his, immo, inquit, nisi lagena defecisset, occidissemus te. *Colum.* l. 10. v. 385. *de cucurbita.* sobolem dabit illa capacem Naryciæ picis, &c. Aut habilem lymphis hamulam, Bacchove lagenam. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 41. imi Convivæ lecti nihilum nocuere lagenis. *Plin.* l. 28. c. 11. *a med.* Urina capræ calfacta, vapore per lagenæ collum subeunte. (*a boiler* vulgo apud nos.) *Petron. in Satyr.* c. 22. Lagenam expilare. *et ibid.* frangere. *In lemmate* epigram. 116. l. 14. *Martial.* Lagena nivaria. *h. e.* in qua frigida decocta servatur vino miscenda. *Id.* lib. 7. epigram. 60. Nulla catenatis pila est præcincta lagenis. *h. e.* quas simul colligatas in pilis caupones exponebant ad ostendendum ibi esse vinum venale. ¶ Obsignandi lagenas vini plenas, fuit mos passim, ut ex *Horat.* colligitur l. 2. ep. 2. v. 134. et *Martial.* l. 9. epigr. 89. Quin et inanes matrem suam obsignare fuisse solitam, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccatæ, scribit ad Tironem *Q. Cicero Fam.* 16. *ep. pænult.* ¶ Habet etiam usum condendis pomis, defruto, et hujusmodi. *Colum.* l. 12. c. 45. Cydonea maturissima legantur, et in lagena nova, quæ sit patentissimi oris, componantur leviter et laxe, ne collidi possint. et c. 11. Aquam mulsam decoctam, cum tam crassa fuerit, quam defrutum, bene picatis lagenis condere. ¶ Fiunt et ex alia materia. *Plin.* l. 16. c. 31. E fici radicibus montani prætenuia fila decerpentes, spectabiles lagenas, et alia vasa nectunt. *Martial.* l. 4. epigr. 46. Et nigri Syriam defruti lagenam. *h. e.* vitream, ut quidam volunt, quia in Syria primum inventum est vitrum, teste *Plin.* l. 36. c. 26. ¶ Quia Græce non solum λάγηνος sed et λάγυνος, per *υ* scribitur; hinc pro *lagena* etiam *laguna* in vet. MSS. vidisse se, testantur Eruditi, ex more scil. Latinorum Græcam *υ* vertendi in *u*: unde *laguncula.* Hinc in Inscript. apud *Gruter.* pag. 578. n. 1. M. Ulpio Aug. lib. Phædimo, divi Trajani Aug. a potione, item a laguna. (Adde n. 4.) *h. e.* qui lagenæ curam habebat, ex qua bibebat princeps. *a butler.* Quia vero interdum Græca *υ* in *o* Latine mutatur, ut νὺξ, nox, μύλη, mola; hinc etiam *lagona* in probatis libris reperitur apud *Phædr.* l. 1. fab. 26. v. 8. et 10. &c. Denique etiam *lageona* alicubi scriptum fuit, ut adnotavit *Dausqu. in Orthograph.* item *lacuna,* propter affinitatem litterarum *C* et *G,* ut apud *Gruter.* pag. 578. n. 4.

LAGĔOS, *a kind of grape,* genus vitis. *Virg.* 2. *Georg.* v. 93. Et passo Psythia utilior, tenuisque Lageos. Ubi *Servius*: Lageos est, qua Latine leporaria dicitur. nam λαγὼς lepus. *Plin.* l. 14. c. 3. *Lageam vitem* appellat, et peregrinam esse dicit.

LAGĔUS, a, um, *Egyptian,* ad Lagum pertinens, qui fuit pater Ptolemæi Ægypti regis: et pro Ægyptio ponitur. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 118. Et centumgeminæ Lagea novalia Thebes. Al. aliter leg. *Lucan.* l. 1. v. 684. Qua mare Lagei mutatur gurgite Nili. *Sil.* l. 10. v. 322. Lagea ratis. *Id.* l. 1. v. 196. Lageus amnis. *h. e.* Nilus. *Martial.* l. 10. epigr. 26. Lagea litora. *Marcell in carm. de Medic.* v. 67. Lagea cataplus. Ita leg. *Salmas.* al. *Lalagea,* quod quid sit, obscurum est. ¶ Scribitur et *Lagæus,* sed minus recte.

LAGO, inis, f. *a kind of scammony,* herba, quæ et scammonia tenuis dicitur, ramis bipedalibus, foliosis, non dissimilibus scammoniæ: in vineis et arvis nascens. Estur, ut, olus, cum oleo ac sale. *Plin.* l. 24. c. 15. *ad fin.*

LAGŌENA. V. *Lagena.*

LAGŌIS, idis, f. λαγωΐς, vel λαγὼς, aut λαγὼς θαλάσσιος, lepus marinus, genus piscis: a λαγὼς, lepus. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 22. Nec scarus, aut poterit peregrina juvare lagois. Aliqui dicunt, *lagoidem* etiam avem esse, quæ leporinas habet carnes. [† Anglice, conjiciente *C. Smart, a curlew.*]

LAGONOPŎNOS, m. *a pain in the bowels; the gripes,* iliorum dolor, τῶν λαγόνων πόνος. *Plin.* l. 20. c. 4. Semen raphani commanducatum prodest ad lagonoponon.

LAGOPHTHALMOS, m. λαγωφθαλμὸς, oculorum vitium, cum superior palpebra non descendit, et oculum semiapertum relinquit: a λαγὼς, lepus, et ὀφθαλμὸς, oculus, quia lepores apertis oculis dormire dicuntur. *Cels.* l. 7. c. 7. sect. 9. habet, sed Græcis litteris scriptum.

LAGŌPUS, odis, f. *a bird called the white partridge,* λαγώπους, avis Alpina candida, magnitudine columbæ habens pedes villo leporino: a λαγὼς, et πούς, pes. quasi leporipes, ut *Plin.* l. 10. c. 48. describit. *Martial.* l. 7. epigr. 86. Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. *Scalig.* tamen in lib. 4. *Propert.* el. 3. legendum contendit *glaucopide,* h. e. bubone, seu ulula. ¶ Est et herba quædam a pedis leporini similitudine sic dicta. *the herb hare's foot or hare's cumin. Plin.* l. 26. c. 8. *ante med.* Lagopus sistit alvum e vino pota, aut in febri ex aqua. Nascitur in segetibus.

LAGOTROPHION, ii, n. *a warren of hares, hare-warren,* λαγωτροφεῖον, locus conclusus, in quo aluntur lepores, leporarium: a λαγὼς, lepus, et τρέφω, nutrio. Item universim, pecudum silvestrium, quæ nemoribus clauduntur, vivarium. Sic enim interpretatur *Colum.* c. 1. *extr.* libri 8. ubi ipsam vocem Græce usurpat.

LAGŪNA. V. *Lagena.*

LAGUNCŬLA, æ, f. *a small bottle or flagon,* λαγύνιον, parva laguna, seu lagena. *Plin.* l. 2. ep. 6. Vinum parvulis lagunculis in tria genera descripserat. *Colum.* l. 12. c. 38. *ad fin.* Liquatum succum lagunculis bene picatis condere.

LAGUNCŬLUS, i, m. genus dulciarii panis apud *Stat.* l. 1. *silv. ult.* v. 17. ubi al. leg. *lucunculus.*

LAIĂDES, æ, m. Λαϊάδης, filius Laii, h. e. Œdipus. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 659. Carmina Laiades non intellecta priorum Solverat ingeniis. Ubi vides, vocem esse quadrisyllabam. Nam *Laius* trisyllaba est apud *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 296. et l. 2. v. 7. et 66. ut *Caius.* Fuit autem Laius filius Labdaci, Thebarum regis. ¶ In vocativo est *Lai. Stat. Theb.* v. 355. tuus, o mitissime Lai, &c. ¶ Alii in *Ovid.* leg. *Naiades,* et *solvunt.*

LAĬCUS, a, um, *belonging to the laity, laical, laic,* adject. a λαὸς, populus, apud *Tertull.* significat quempiam e populo, qui sacerdos non sit: *in exhortat. ad castit.* c. 7. Vani erimus, si putaverimus, quod sacerdotibus non liceat, laicis licere. Nonne et laici sacerdotes sunt? Adde *Sulpic. Sever.* l. 2. *Hist. Sacræ,* cap. 47. *et in fin. dial.* 1.

LAIS, idis, *et* idos, f. Λαΐς, famosa meretrix Corinthia, quæ suæ sibi pulcritudinis conscia, immenso pretio vendebat se procis, et Demosthenem quoque ipsum, mille drachmarum petita mercede, deterruit, dicentem, cum recederet, οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 5. v. 12. Dicitur et multis Lais amata viris. *Propert.* l. 2. el. 5. v. 1. Non ita complebant Ephyreæ Laidos ædes, Ad cujus jacuit Græcia tota fores. *Auson.* epigr. 17. Canus rogabat Laidis noctem Myron. et epigr. 18. Laidas, et Glyceras lascivæ nomina famæ.

LAĬUS. V. in *Laiades.*

LALAGĔUS. V. *Lageus.*

LALETĀNUS, a, um, adject. Laletani, orum, populi sunt Hispaniæ citerioris, seu Tarraconensis, inter Gerundam, et Tarraconem. *Plin.* l. et cap. 3. ¶ Laletana vina *Id.* l. 14. c. 6. *ad fin.* copia nobilitari, scribit. Bonitate non item commendabantur. Unde *Martial.* l. 1. epigr. 27. A caupone tibi fæx Laletana petatur. et lib. 7. epigr. 52. Et Laletanæ nigra Lagena sapæ. *fæcem,* et *sapam* vocat, quia turbidum id vinum erat. ¶ Regio illa est *Laletania* apud *eund.* l. 1. epigr. 50. v. 22. et *Sallust. in epist. Pompeii ad Senat.*

LALISĬO, onis, m. *the foal of a wild ass,* Africana vox, qua significatur pullus asini silvestris. *Plin.* l. 8. c. 44. Onagri in Phrygia et Lycaonia præcipui. Pullis eorum, ceu præstantibus sapore, Africa gloriatur, quos lalisiones appellant. *Martial.* l. 13. epigram. 97. Cum tener est onager, solaque lalisio matre Pascitur, hoc infans, sed breve nomen habet.

LALLO, as, n. 1. *to sing as a nurse to a child, entice to suck or sleep by singing, sing lalla or lullaby,* verbum est exprimens voces nutricum, quibus somnum infantibus conciliant: quia litteram *l* facile puelli pronuntiant. *Pers.* sat. 3. v. 17. Et similis regum pueris, pappare minutum Poscis, et iratus mammæ, lallare recusas. *h. e.* fastidis et respuis cantilenam nutricis ad soporem invitantis. Eam cantilenam *lallum* vocat *Auson.* epist. 16. v. 90. Nutricis inter lemmata, Lallique somniferos modos. *Pers.* autem pro ipso nomine verbum posuit: quæ figura *enallage* est, ut apud *Cicer.* l. 13. *ad Attic.* ep. 28. Quam turpis est assentatio, cum vivere ipsum turpe sit nobis? pro *vita ipsa.* Imitatus est *Persium Hieronym.* epist. 1. *ad Heliodor. Monach.* Mater, antiquum referens mammæ lallare, congeminat. ¶ *Turneb.* c. 34. l. 18. Lallum sibi videri scribit, fuisse nutricum deum: sed non probat.

LALLUM, *vel* Lallus. V. in dictione præced.

LAMA, æ, f. *a slough, bog, puddle, ditch,* locus humidus, palustris, voraginosus, ubi pes non consistit. *Fest.* Lacuna, aquæ collectio, quam alii lamam, alii lustrum dicunt. *Vet. Gloss.* Lamæ, πηλώδεις τόποι. h. e. loci lutosi. *Horat.* l. 1. ep. 13. v. 10. Viribus uteris per clivos, flumina, lamas. ¶ Est etiam genus masticbes. *a kind of mastich. Plin.* l. 12. c. 17.

LAMBDACISMUS, i, m. λαμβδακισμὸς, vitium pronuntiationis, quo *l* littera pleniore sono effertur, quam par est. *Diomed.* l. 2. pag. 448. *Putsch.* [† V. *Labdacismus.*]

LAMBĔRO, as, a. 1. *to tear in pieces, beat,* secundum *Festum* est scindere, atque laniare. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 53. Lepide, Charine, me meo ludo lamberas. *h. e.* me meo lacessis ludo, inquit *Scalig. in conjectan. ad Varron.*

LAMBĬTO, as, a. 1. frequentat. a lambo. *Solin.* c. 15. (*al.* 25.) *ante med.* Ægyptii canes e Nilo nunquam nisi currentes lambitant.

LAMBĬTUS, us, m. actus lambendi. *Aurel. Vict. de orig. gentis R.* c. 20. Lupam primo lambitu pueros detersisse, dein mammas præbuisse.

LAMBO, is, bi, a. 3. λείχω, lingua leviter tango, lingo: videturque factum a sono, quem edunt lingentes, v. gr. canes, dum bibunt. *Cic.* 5. *Verr.* c. 11. *sub fin.* Hi canes, quos tribunal meum vides lambere. *Phædr.* l. 1. fab. 26. v. 10. Cum vulpes lagonæ frustra collum lamberet. *Martial.* l. 4. epigr. 30. Pisces norunt dominum, manumque lambunt. *Id.* l. 14. epigr. 67. Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muscas. *Colum.* l. 8. *c. ult. a med.* Pisces, quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt. *Lucil.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 884. *Putsch.* Jucundasque puer qui lamberat ore placentas. ¶ Translate *Plin. in Paneg.* c. 48. Cum illa immanissima bellua (h. e. *Domitianus*) nunc propinquorum sanguinem lamberet, nunc se ad clarissimorum civium strages cædesque proferret. ¶ Dicitur de fluminibus, quæ leni cursu ripas alluunt, non abradunt. *Horat.* l. 1. od. 22. v. 7. vel quæ loca fabulosus lambit Hydaspes. ¶ Item de igne, qui leviter tangit, nec dum comburit. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 73. flamma summum properabat lambere tectum. *Virg. Æn.* 2. v. 684. tactuque innoxia molli Lambere flamma comas. Ὑπερβολικῶς *Id.* 3. *Æn.* v. 574. Attollitque globos flammarum et sidera lambit. ¶ De aliis rebus. *Pers. in prol.* v. 5. quorum imagines lambunt hederæ sequaces. *h. e.* circumdant. De Phœbo Delum accedente *Claudian. in Consul. Probi et Olybr.* v. 189. tunc insula motos Lambit amica pedes. *h. e.* ad ejus pedes advolvitur quasi osculatura. ¶ *Lambui* in præterito legitur in vulgata versione S. Scripturæ, *Judic.* 7. n. 5. 6. et 7. sed non est facile imitandum. ¶ Supinum *lambitum* a vetustissimis usurpatum fuisse, scribit *Priscian. loc. cit.* Appellat tamen neminem. [† ¶ Particip. *Ovid. Met.* 3. 57. Tristia sanguinea lambentes vulnera lingua. *Mart.* 3. 82. Catellæ lambentes.] ¶ Pro *lambo*, *Cassiodor. de Orthogr.* pag. 2309. *Putsch.* ex *Adamantio* agnoscit *lambio, is, ivi*, sed neque hoc, sine graviori auctoritate, usurpandum.

LAMELLA, æ, f. *a small or thin plate of metal*, parva lamina. *Vitruv.* l. 7. c. 3. *a med.* Speculum argenteum tenui lamella ductum. *Senec. de brevit. vitæ*, c. 12. Qui Corinthia anxia subtilitate concinnat, et majorem dierum partem in æruginosis lamellis consumit. *Id. de vita beata*, c. 21. *a med.* M. Cato cum laudaret Curium, et Coruncanium, et sæculum illud, in quo censorium crimen erat, paucæ lamellæ argenti. *h. e.* argentum factum parvi pretii, *light money, and of small value.* Sic *Ovid. Fast.* 1. v. 208. Jura dabat populis, posito modo Consul aratro: Et levis argenti lamina crimen erat.

LAMELLŬLA, æ, f. *a small plate of metal*, parva lamella. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 57. *Burm.* Glebulas emi, lamellulas paravi. *h. e.* parvas massas auri, aut argenti infecti, ad cudendam pecuniam: vel etiam facti, ut in dictione præcedenti. Al. aliter leg.

LAMENTA, æ, f. lamentatio apud veteres. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 493. Lamentas, fletus facere compendi licet.

LAMENTABĬLIS, le, *lamentable, doleful, mournful, woful*, πολύθρηνος, lamentis plenus, queribundus. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 13. *in fin.* Afflictus et jacens, et lamentabili voce deplorans. *Id.* 2. *de Legib.* c. 25. Sumptuosa funera, et lamentabilia. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 1. Lamentabile carmen. ¶ Item lamentatione dignus, *worthy of lamentation, to be deplored or lamented.* *Virg.* 2. *Æn.* v. 4. Trojanas ut opes, et lamentabile regnum Eruerint Danai. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 263. jam lamentabile Athenæ Pendere desierant, Thesea laude, tributum.

LAMENTARĬUS, a, um, *causing lamentation*, θρηνώδης, qui ingerit lamentationem. *Plaut. Capt.* 1. 1. 28. Quæ ædes lamentariæ mihi sunt: quas quotiescumque conspicio, fleo.

LAMENTATĬO, onis, f. *a weeping, wailing, mourning, bemoaning, lamentation*, θρῆνος, actus lamentandi, querimonia, questus, lamentum. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 8. Lamentatio est ægritudo cum ejulatu. et lib. 1. c. 13. *ad fin.* Lugubris lamentatio, fletusque mœrens. *Id.* 6. *Verr.* c. 21. Hic quos putatis fletus, quas lamentationes fieri solitas? *Id. in Orat.* c. 38. Plangore et lamentatione complere forum. *Id. post redit. in Sen.* c. 7. Lamentatio et gemitus urbis. *Id. de Invent.* l. 2. c. 26. Sponsi nomen appellans cum gemitu et lamentatione. *Plaut. Merc.* 5. 2. 29. Ægritudo, lacrimæ, lamentatio. *Liv.* l. 37. c. 7. Inutili lamentatione complorare fortunam suam. *Id.* l. 25. c. 37. Lamentationem sedare. *Justin.* l. 18. c. 6. Viri nomine cum multis lacrymis, et lamentatione flebili invocato. *Senec. in Hippol.* v. 852. Mœsta lamentatio. *Plin.* l. 8. c. 7. Elephanti quadam se se lamentatione complorantes.

LAMENTĀTUS, a, um, particip. a Lamentor. *Cic. Tuscul.* 1. c. 31. Satis quidem tu in consolatione es lamentatus. *Apul.* l. 8. *Metam.* Diu lamentatus lacrymis inefficacibus. ¶ Passive, *mourned, lamented, bewailed.* *Sil.* l. 13. v. 711. Armipotens ductor, quam sunt tua fata per urbem Lamentata diu! *Stat.* 12. *Theb.* v. 224. Nocte velut Phrygia cum lamentata resultant Dindyma. *h. e.* clamoribus, et ululatibus se vulnerantium completa.

LAMENTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to lament, bewail, bemoan, weep or mourn for*, θρηνέω, voce querula, tristique oratione dolorem ac damnum suum testari. *Pacuv.* apud *Cicer.* 2. *Tuscul.* c. 21. Conqueri fortunam adversam, non lamentari decet: Id est viri officium: fletus muliebri ingenio additus. *Plaut. Mil.* 4. 2. 41. Lamentari, cruciari, et lacrymantem se se afflictare. *Sueton. in Ner.* c. 49. et *in Oth.* c. 8. Lamentari, ac plangere. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 57. *extr.* Lapides mehercule omnes flere ac lamentari coegisset. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 38. Lamentari cæcitatem alicujus. *Sueton. in Vitell.* c. 3. aliquem pro afflicto. *Terent. Phorm.* 1. 2. 46. matrem mortuam. *Plaut. Pers.* 4. 9. 7. se ipsum. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 224. Cum lamentamur, non apparere labores nostros. *Plaut. Mercat.* 1. 2. 105. Quid ego hic in lamentando pereo? *et Pseud.* 1. 3. 79. Quod nunc lamentare, non esse argentum tibi. *Id. Pers.* 4. 9. 5. Quid cesso infelix lamentarier minas sexaginta? παραγωγή. *Cic.* 4. *Catil.* c. 2. *extr.* Ut nemo ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinquatur. *Gracch.* apud *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 56. Matrem ne ut miseram, lamentantemque videam, et abjectam? *Gell.* l. 12. c. 5. *a med.* Ejulans, atque lamentans, ac miserum se se, et infelicem appellans. *Enn.* apud *Donat. ad Terent. Phorm.* 5. 4. 2. Sed quid ego hæc animo lamentor? ¶ *Lamentari vitam* est ostendere, lamentatione dignam esse. *Cic. Tuscul.* 1. c. 31. Nam hæc quidem vita mors est: quam lamentari possem, si liberet. *A.* Satis tu quidem in Consolatione es lamentatus: quam cum lego, nihil malo, quam has res relinquere. ¶ Passive impersonaliter, *Apul.* l. 4. *Metam.* Mœretur, fletur, lamentatur diebus plusculis.

LAMENTUM, ti, n. *lamentation, lament*, θρῆνος, lamentatio. Usurpatur fere in plurali numero. *Cic. de Senect.* c. 20. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum, lamentisque vacare. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 21. Si se lamentis muliebriter, lacrymisque dedet. *Id. in Pison.* c. 36. Diffidens ac desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, luctuque jacuisti. *Virg.* 4. *Æn.* v. 667. Lamentis, gemituque, et femineo ululatu Tecta fremunt. *Gell.* l. 7. c. 5. Luctu atque lamentis opplere omnia. *Tacit.* 4. *Hist.* cap. 45. Planctum, et lamenta, et supremorum imaginem præsenti sibi circumdata. *Id. de morib. Germ.* c. 27. Lamenta ac lacrymas cito; dolorem et tristitiam tarde ponunt. *Id. in Agric.* c. 28. Filium amisit: quem casum neque ambitiose, neque per lamenta ac mœrorem muliebriter tulit. *Apul. de Mundo.* Lamentis et ploratibus ejulare. ¶ Translate *Plin.* l. 10. c. 55. *extr.* Lamenta gallinarum.

LAMĬÆ, arum, f. *sorceresses, enchantresses, hags, witches*, λάμιαι, veneficæ mulieres, quæ strigum instar infantium sanguinem sugunt, sive ipsæ striges. Hæ cum foris essent egregie oculatæ, domi prorsus cæcutiebant, ut scribit *Plutarch. de curiosit.* V. plura apud *Cœl. Rhodig.* l. 29. c. 5. Dictæ sunt a λαιμὸς, ingluvies, ut quæ infantes et adolescentes devorarent. *Horat. in art. Poet.* v. 340. Neu pransæ Lamiæ puerum vivum extrahat alvo. *Apul.* l. 1. *Metam.* At ille colore spurcissimi humoris percussus, quo me Lamiæ illæ infecerant, aspernatur. ¶ Lamiæ turres, et pectines Solis apud *Tertull. advers. Valentinian.* c. 3. sunt fabellæ nutricularum, quibus conciliare solebant somnum infantibus. ¶ Fuit hoc nomine nobilis familia Romæ in gente Æliorum, ortum habens a Lamo Antiphatis patre, et rege Læstrygonum, qui Formiis regnavit. Ex hac familia fuit Ælius ille Lamia Senator, de quo *Horat.* l. 3. od. 17. Æli, vetusto nobilis ab Lamo, &c. *Juvenal.* sat. 4. *in fin.* hoc nocuit Lamiarum cæde madenti. ¶ Denique *lamia* nomen est piscis plani, pro spina cartilaginem habentis. *a dog-fish.* *Plin.* l. 9. c. 24.

LAMIĀNUS, a, um, adject. a Lamiis familia Rom. *Sueton. in Calig. c. pænult.* Cadaver in hortos Lamianos asportatum. Adde *Cicer. Attic.* l. 12. ep. 21.

LAMĬNA, *et per syncop.* Lamna, æ, f. *a plate, or thin piece, of metal or wood*, λεπὶς, ἐλασμὸς, metalli, aut ligni, aut marmoris frustum in latitudinem ductum, crassius tamen, quam bractea. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 23. Cum lamina esset inventa, et in ea scriptum, Domina honoris. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. Eo super tigno bipedalia injiciunt, eaque laminis, clavisque relegant. *Ovid. Metam.* 5. v. 172. extrema percussæ parte columnæ Lamina dissiluit. *the blade of his sword.* *Virg.* 1. *Georg.* v. 143. argutæ lamina serræ. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 79. Cataphractorum tegmen ferreis laminis, aut præduro corio consertum. *Petron. in Satyr.* c. 32. Brachium armilla aurea cultum, et eboreo circulo lamina splendente connexum. *Plin.* l. 34. c. 17. Lamina plumbi pectori imposita. *Id.* l. 18. c. 26. *ante med.* Doliorum laminas scabendo purgare. *staves.* *Val. Flacc.* l. 1. v. 123. pinus gracili dissolvere lamna. *in thin planks.* *Quintil.* l. 2. c. 4. Tenuem nimium laminam ducere, et quam cælatura altior rumpat. *Plin.* l. 8. c. 3. Ossa in laminas secare. *Id.* l. 34. c. 8. *sub fin.* Æs in laminas tenuare. et lib. 33. c. 9. Ex argento laminas ducere. *Ovid. de nuce*, v. 95. laminam vocat, nucis putamen. *Senec. in Agam.* v. 855. laminam crepitantem dixit folium aureæ arboris, quam bracteam appellat *Virg. Æn.* 6. v. 209. ¶ Dicitur de vasis e tenui lamina factis. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 209. Et levis argenti lamina crimen erat. V. *Lamella*, et *Lamellula.* ¶ Item de serra, *a saw.* *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 6. Tenues crustas, et ipsa, qua secantur, lamina graciliores. ¶ Item de massis tenuibus auri et argenti ad faciendam pecuniam: et universim de auro et argento infecto. *ingots, bullion.* *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 28. *extr.* Argentum factum recte quis ita definierit, quod neque in massa, neque in lamina, neque in signato, *&c.* sit. *Horat.* l. od. et vers. 2. inimice lamnæ, Crispe Sallusti. *Senec.* l. 7. *de benef.* c. 10. Laminæ utriusque materiæ. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 124. Lamina fulva. ¶ In cruciatibus laminæ usus erat, cum ferrea, aut ærea candens corpori admovebatur. *Cic. Verr.* 7. c. 63. Cum ignes, ardentesque laminæ, ceterique cruciatus admovebantur. *plates of red-hot metal.* *Plaut. Asin.* 3. 2. 4. Advorsum stimulos, laminas, crucesque, compedesque. Adde *Lucret.* l. 3. v. 1031. *Horat.* l. 1. epist. 15. v. 36. *Pacat. in Paneg. ad Theodos.* c. 42. et *Quintil.* declam. 18. c. 11. et 15. ¶ Non soli Poetæ, sed et *Vitruv.* l. 7. c. 9. bis habet *lamna* pro *lamina.* ¶ Aurium laminæ sunt imæ partes cartilaginosæ auricularum. *Arnob.* l. 2. pag. 72. Gemmas, lapillos, margaritas compararent: innecterent his colla, laminas pertunderent aurium. Adde *Cœl. Aurel. Tard.* l. 2. c. 1. et 14.

LAMĬUM, ii, n. *dead-nettle, archangel*, urticæ genus prorsus innoxium, quam urticam mortuam herbarii appellant. *Plin.* l. 21. c. 15. *in fin.* Quæ innoxia est, morsu carens, lamium vocatur.

LAMNA. V. *Lamina.*

LAMNŬLA, æ, f. lamella. *Tertull. de corona mil.* c. 12.

LAMPĂDA, æ, f. idem ac lampas: ab accusativo Græco λαμπάδα, ut hebdomas, et hebdomada, et alia. *Plaut. Cas.* 4. 4. 16. Tene hanc lampadam. Ac ne quis putet *lampadem* legendum esse, accedit auctoritas *Prisciani* l. 7. pag. 758. *Putsch.* *lampadam* dixisse *Plautum* affirmantis. Sic *Manil.* l. 1. v. 352. cui tertia lampada dispar conspicitur, &c.

LAMPADARĬUS, ii, m. δᾳδοῦχος, qui lampada, seu funale præfert Magistratui: de quo plura *Du Fresne in Glossario.* *Impp. Leo, et Zeno* lib. 12. *Cod.* tit. 60. *leg. ult.* Adde *Inscript.* apud *Murator.* pag. 888. n. 5. et *Fabrett.* c. 4. pag. 307. n. 309. et *Donium* class. 7. n. 8. Aprilis Lampadarius Ti. Cæsaris ser. Vix. annis, &c. Unde apparet fuisse etiam inter officia domus Augustæ.

LAMPADĬAS, æ, m. *a comet, blazing star*, λαμπαδίας, genus cometæ, ardentes faces imitantis, ut *Plin.* l. 2. c. 25. docet.

LAMPADĬON, ii, n. *a little torch or lamp*, λαμπάδιον, parva lampas, facula. Hoc nomine amatores vocant suas puellas loquaculas, audaculas, et petulantiores, ut vitii speciem imminuant. *Lucret.* l. 4. v. 1157. Balba loqui nequit; traulizi: muta; pudens est: At flagrans, odiosa, loquacula; lampadion fit. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 906. Quid tristiorem video te esse? num angit hæc lampadion? Nos dicimus, *she is a fiery jade.* Quod *hæc lampadion* dicit, ad vocem *puella* refertur, ut apud *Terent. Eun. prol.* v. 32. *Eunuchum suam*, hoc est *fabulam.*

LAMPAS, adis, f. *a torch*, λαμπὰς, fax, ignis: a λάμπω, luceo. *Acc.* apud *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* c. 16. Ille, cui in monte Œtæo illatæ lampades fuerunt. *Virg. Æn.* 9. v. 535. Princeps ardentem conjecit lampada Turnus, Et flammam affixit lateri. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 59. *ad Cupidinem.* At tu sic habeas ferientes cuncta sagittas: Sic nunquam rapido lampades igne vacent. *Val. Flacc.* l. 3. v. 124. gravem nodis, pinguique bitumine quassant lampada. *Petron. in Satyr.* c. 124. Sumite, et in medias immittite lampadas urbes. Adde *Stat. in fin.* lib. 3. ¶ Splendor. *brightness, splendour.* *Stat.* 10. *Theb.* v. 121. *de Somno.* ipse autem nec lampade clara, Nec sonitu, nec voce deæ perculsus, eodem More jacet. ¶ Lychnuchus, lucerna. *a lamp, candle.* *Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 25. Undique collucent præcinctæ lampades auro. *Colum.* l. 12. c. 18. Dolia, quæ demersa sunt, ferreis lampadibus ardentibus calefiunt, et cum pix in fundo destillavit, sublata lampade, &c. *Juvenal.* sat. 3. v. 285. ænea lampas. *Lucret.* l. 2. v. 25. lampades igniferæ. ¶ Ignes in cælo apparentes. *fiery meteors.* *Plin.* l. 2. c. 26. Emicant et faces, non, nisi cum decidunt, visæ. Duo genera earum: lampades vocant plane faces, alterum bolidas. Distant, quod faces vestigia longa faciunt, priore ardente parte: bolis vero perpetua ardens, longiorem trahit limitem. *Lucan.* l. 1. v. 532. Nunc jaculum longo, nunc sparso lumine lampas Emicuit cælo. Adde lib. 10. v. 502. et *Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 15. ¶ Poetice Solis, Lunæ, diei splendor. *Virg.* 7. *Æn.* v. 148. Postera cum prima lustrabat lampade terras Orta dies. et l. 3. v. 637. Phœbææ lampadis instar. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 366. decima sub lampade Phœbes. *h. e.* nocte decima Lunæ. *Nemesian. in Cyneg.* v. 130. cum se bina formavit lampade Phœbe. *h. e.* post duos menses. *Lucret.* l. 6. v. 1196. nona reddebant lampade vitam. *h. e.* nono die. ¶ Alio sensu. *Stat.* l. 4. silv. 8. v. 59. Quippe et opes, et origo sinunt hanc lampade prima Patritias intrare fores. *h. e.* primis nuptiis. nam in his lampades, seu faces præferebantur. Unde *Terent. Adelph.* 5. 7. 9. Missa hæc face, hymenæum, turbas, lampadas, tibicines. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 4. Demigrant Helicone deæ quatiuntque novena Lampade solemnem thalamis coeuntibus ignem. ¶ *Lampada cursu tradere*, proverbialis locutio, *h. e.* partes suas, quasi successione, et per manus in alium transferre: ducta a ludo juvenum Atheniensium, in quo lex erat, ut lampada, seu tædam ardentem ab uno ad alium locum, atque in-

exstinctam, non intermisso cursu perferrent. si enim intermisissent, fax exstinguebatur, cursus agitatione cessante. Itaque primus aliquis cursum inibat: qui defessus alteri integro tradebat lampada: hic deinceps tertio, &c. donec ad statam metam perveniretur. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 46. Non enim, quemadmodum in palæstra qui tædas candentes accipit, celerior est in cursu continuo, quam ille, qui tradit; ita melior imperator novus, qui accipit exercitum, quam ille, qui decedit: propterea quod defatigatus cursor integro facem, hic peritus imperator imperito exercitum tradit. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *ante med.* Quod de fructu nihil dixi, nunc cursu tibi lampada trado. *I yield the palm to you; I give up that department to you.* et *Lucret.* l. 2. v. 77. Inque brevi spatio mutantur sæcla animantum, Et quasi cursores, vitai lampada tradunt. ¶ De re præpostera. *Pers.* sat. 6. v. 61. Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis?

LAMPRIDĬUS. V. in *Capitolinus.*

LAMPSACENUS, et

LAMPSACĬUS, a, um, ad Lampsacum pertinens, quæ est urbs Asiæ minoris, in primis clara et nobilis (ut ait *Cic. Verr.* 3. c. 24.) in Mysia, ad Hellespontum et ostia Granici amnis: ubi Priapus præcipuo cultu adorabatur, tanquam conditor oppidi, et gentis auctor. *Valer. Max.* l. 7. c. 3. n. 4. *extern.* Lampsacenæ urbis salus. *Martial.* l. 11. epigr. 17. Non mea Lampsacio lascivit pagina versu. *h. e.* obsceno, et Priapi digno. et epigr. 52. Lampsaciæ puellæ. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 95. n. 4. Lampsacios melior non imbuet hostia cultros. *h. e.* quibus mactantur Lampsaci Priapo victimæ. ¶ *Lampsaceni, orum,* ejus urbis cives. *Cic. loc. cit.*

LAMPSĂCUM, ci, n. apud *Cic. Ver.* 3. c. 24. et Lampsacus, vel Græca positione Lampsacos, f. apud *Val. Flacc.* l. 2. v. 524. et *Ovid.* 1. *Trist.* el. 10. v. 26. urbs Asiæ min. de qua V. vocem præced.

LAMPSĀNA. V. *Lapsana.*

LAMPȲRIS, idis, f. *a glow-worm,* λαμπυρίς. V. *Cicindela.*

LAMȲRUS, i, m. *a kind of sea-lizard,* λάμυρος, piscis marinus e lacertorum genere. *Plin. cap. ult.* l. 32. et *Ovid. in Halieut.* v. 120.

LANA, æ, f. *wool,* ἔριον, pili ovium. Vox est Græca, inquit *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 23. ut Polybius, et Callimachus scribunt. Itaque *Scalig.* ducit a λῆνος, et Dorice λᾶνος, quod idem significat. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 34. Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant. *Plaut. Men.* 5. 2. 46. Inter ancillas sedere, lanam carere. *Lucret.* l. 4. v. 376. carmine lanam trahere. *Id.* l. 5. v. 1353. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 233. et *Ovid.* 6. *Metam.* v. 31. facere. *to spin. Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 8. leg. 12. *sub fin.* expediendam conducere. *h. e.* carendam, et faciendam. *Justin.* l. 1. c. 3. tractare. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 220. rudem excolere. *Id.* 6. *Metam.* v. 19. glomerare. *Id.* 3. *Fast.* v. 817. mollire. *Virg.* 2. *Georg.* v. 465. fucare veneno Assyrio. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 9. tingere murice. *Horat.* l. 3. od. 5. v. 28. medicare fuco. ¶ Laudatiores lanas recenset *Colum.* l. 7. c. 2. Milesias, Calabras, Apulasque, et inter has Tarentinas: item Gallicas, et præcipue Altinates: item Parmenses, et Mutinenses. *Martial.* quoque l. 14. epigr. 155. Velleribus primis Apulia, Parma secundis Nobilis: Altinum tertia laudat ovis. *Id.* l. 12. epigr. 66. Bæticas commendat. et *Juvenal.* sat. 8. v. 15. Euganeas. et *Horat.* l. 3. od. 15. v. 14. Lucerinas, quæ sub Apulis comprehenduntur. Adde *Tertull. de Pall.* c. 3. ¶ Mulierum apud Romanos maxima laus fuit, si sua manu lanam facerent, argumento, frugi eas esse, et domesticæ rei intentas, et a nugis abhorrentes. Talis fuit Lucretia, quam scribit *Liv.* l. 1. c. 57. nocte sera deditam lanæ, inter lucubrantes ancillas inventam fuisse. Sic *Terent. Andr.* 1. 1. 47. Hæc pudice vitam parce ac duriter agebat, lana ac tela victum quæritans. *In vet. epitaph.* apud *Gruter.* pag. 769. n. 9. Domum servavit, lanam fecit. dixi: abi. Adde quæ ex *Festo* de more sedendi novas nuptas in lanata pelle referemus in *Lanatus.* ¶ Mos erat, vulnera et affecta membra lana obligare et obtegere fovendi causa. *Martial.* l. 12. epigr. 91. Quod lana caput alligas, Charine, Non aures tibi, sed dolent capilli. *Sueton. in Domit.* c. 17. Sinisteriore brachio, velut ægro, lanis fasciisque per aliquot dies, ad avertendam suspicionem, obvoluto. *Plaut. Mil.* a. 5. v. 37. Ille qui lanam ob oculos habebat, nauta non erat. V. *ibid.* 4. 4. 42. et 4. 7. 23. Hinc *lanoculus.* ¶ Dicitur etiam *lana* de pilis aliorum animalium: item de pluma quarundam avium, præsertim interiore. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 70. Lana legata, etiam leporinam lanam, et anserinam, et caprinam credo contineri, et de ligno, quam Græci ἐριόξυλον appellant. *Martial.* l. 14. epigr. 161. Lassus Amyclæa poteris requiescere pluma, Interior cycni quam tibi lana dedit. *down.* De lanugine arborum. *Virg.* 2. *Georg.* v. 120. nemora Æthiopum molli canentia lana. *V. Plin.* l. 12. c. 10. et 11. ¶ De lanugine foliorum, malorum, &c. *the down of leaves, apples,* &c. *Martial.* l. 10. epigr. 42. Celantur simili ventura cydonia lana. ¶ De filis herbaceis. *Martial.* l. 13. epigr. 57. Niliacum ridebis olus, lanasque sequaces. ¶ De nubibus tenui quasi vellere expansis. *Virg.* 1. *Georg.* v. 397. Tenuia nec lanæ per cælum vellera ferri. ¶ *Rixari de lana caprina,* h. e. de re nullius pretii, aut momenti: proverb. apud *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 15. ¶ *De lana sua cogitare,* h. e. rem suam curare, aliud proverb. apud *Ovid.* l. 2. *de ar. am.* v. 686.

LANAMENTUM pro linamentum quidam leg. apud *Veget.* l. 2. *rei Veterin.* c. 56. h. e. penicillus laneus.

LANĀRIS, re, *bearing wool,* ἐριώδης, laniger, lanatus. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. Nos, qui pecus pascimus lanare.

LANARĬUS, a, um, ad lanam pertinens. *Lanaria herba* alio nomine *radicula,* Græce *struthion,* Angl. *fuller's weed, cudwort, soap-wort,* lavandis lanis succum habet, mirum quantum conferens candori, mollitiæque. Caule est ferulaceo et lanuginoso, folio oleæ. Floret æstate, grata aspectu, verum sine odore, spinosa, semine nullo, radice magna. Ovibus jejunis data, lactis abundantiam facit. *Plin.* lib. 19. c. 3. *extr.* et lib. 24. c. 18. Sic *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* Oves Tarentinæ radice lanaria lavari debent, ut tonsuræ præparentur. ¶ *Lanarius, ii,* est artifex lanæ faciendæ. *one that works or deals in wool,* ἐριουργός. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 34. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. *Est qui legit* linarius. *Arnob.* l. 2. pag. 70. Fullones, lanarii, phrygiones, coqui. Adde vet. lapid. apud *Fabrett.* cap. 10. n. 233. pag. 701. ¶ *Lanaria, æ,* subaudi *officina,* in qua lana fit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 173. n. 4. Lanarias, et quæ in iis sunt, sua pecunia fecerunt. [¶ Est et cognomen Romanum in familia Calpurnia. P. Calpurnius Lanarius apud *Cic.* 3. *de Offic.* c. 16. *post init.*]

LANĀTUS, a, um, *having or bearing wool, woolly,* ἐριώδης, lanam habens. *Colum.* l. 6. c. 2. Lanatæ pelles. *Id.* l. 7. c. 3. Lanatæ oves. *h. e.* intonsæ. *Plin.* l. 8. c. 49. Lanata animalium stultissima. *In lemmate* epigr. 65. l. 14. *Martial.* Lanatæ soleæ. *lined with wool.* ¶ In pelle lanata (inquit *Fest.* ad vocem *In pelle*) nova nupta considere solet, vel propter morem vetustum, quia antiquitus homines pellibus erant induti: vel quod testetur lanificii officium se præstaturam viro. ¶ *Lanatas* absolute pro ovibus dixit *Juvenal.* sat. 8. v. 155. lanatas, torvumque juvencum More Numæ cædit Jovis ante altaria. ¶ Item lanuginosus. *covered with moss or down, mossy, downy. Plin.* l. 14. c. 2. et *Colum.* l. 3. c. 2. *circa med.* Lanata vitis. *h. e.* quæ lanuginem habet in foliis. *Plin.* l. 15. c. 14. Lanata mala. *Id.* l. 9. c. 17. Lanatus lupus. (V. *Laneus.*) *Id.* l. 21. c. 20. *a med.* Folia molliora, et lanatiore canitie. ¶ Proverb. est *dii lanatos pedes habent,* apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 44. *Burman. extr.* V. *Laneus.* ¶ *Lanatus* cognomen est Romanum in gente Menenia, ut T. Menenius T. F. Lanatus. Fasti *Capitol.* apud *Gruter.* pag. 289.

LANCĔA, æ, f. *a lance, spear, javelin, pike, dart. Varr.* apud *Gell.* l. 15. c. 30. *extr.* dixit non Latinum, sed Hispanicum verbum esse. *Fest.* ducit a Græco λόγχη, hasta. *Isidor.* l. 18. c. 7. lancea est, inquit, hasta habens amentum in medio: dicta quia æqua lance, id est æquali amento ponderata vibratur. Sed ut cetera admittantur, Isidori notatio frigida videtur. *Sisenn.* apud *Non.* c. 18. n. 26. dicit, esse Suevorum, sicut materes Gallorum. Est certe in antiquo usu Latinis, videturque fuisse longior pilo, et hasta. Inventam primo scribit *Plin.* l. 7. c. 56. ab Ætolis. ¶ Quod missile telum fuerit, patet ex illo *Virg.* 12. *Æn.* v. 374. hunc lata retectum Lancea consequitur, rumpitque infixa loricam. *latam* dixit, h. e. lato ferro. *Martial. de Spectac.* epigr. 11. Nec volet excussa lancea torta manu. Unde et venatorium telum fuisse, colligitur. Sic *Valer. Flacc.* l. 3. v. 587. velut refugi quem contigit improba Mauri Lancea, sanguineus vasto leo murmure fertur. ¶ Ejus usum passim in militia ostendunt hæc quæ subjicio. *Sisenn.* apud *Non.* c. 18. n. 26. Galli materibus, Suevi lanceis configunt. *Flor.* l. 3. c. 3. *a med. de uxorib. Cimbror.* Objectis undique plaustris, altæ desuper, quasi e turribus, lanceis contisque pugnabant. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 27. Disjectam testudinem lanceis contisque scrutantur. et l. 1. c. 79. Romanus miles missili pilo, aut lanceis assultans. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 48. Lanceaque infesta femur ejus transjicit. *Lucan.* l. 7. v. 472. Cujus torta manu commisit lancea bellum. *Sil.* l. 1. v. 318. impulsa levi torquetur lancea nodo. *h. e.* levi amento. *Curt.* l. 6. c. 5. *a med. de Amazone.* Equo ipsa desiluit, duas lanceas dextra præferens. *Justin.* l. 24. c. 5. Caput ejus amputatum, et lancea fixum, tota acie circumfertur. Adde *Valer. Flacc.* l. 6. v. 124. ¶ Fuit gestamen satellitum, seu custodum corporis. *Sueton. in Claud.* c. 35. Spiculatores cum lanceis circumstabant. *Id. in Galb.* c. 18. Spiculator, impulsu turbæ, lancea prope vulneravit. ¶ Translate *Apul.* l. 1. *Metam.* Mihi quoque non parvam incussisti sollicitudinem, immo vero formidinem, injecto non scrupulo, sed lancea, ne, &c. *h. e.* gravi timore, quo animum meum quasi transadegisti.

LANCEARĬUS, ii, m. *one armed with a lance; a lancier or lancer,* λογχοφόρος, lancea armatus, hastatus. *Ammian. sub fin.* cap. 13. l. 21. (*al.* c. 28.) Cum lanceariis, et mattiariis, et catervis expeditorum. Adde lib. 31. c. 13. (*al.* c. 37.)

LANCĔO, as, a. 1. *to handle a lance, hurl or strike with a lance,* lanceam tracto, lanceæ manum admoveo: vel lancea ferio, lanceam mitto. *Tertull. advers. Jud.* c. 9. *ante med.* Qui ante norint lanceare, quam lancinare. Eadem verba habet l. 3. *cont. Marcion.* c. 8.

LANCEŎLA, æ, f. *a small lance,* σιβύνιον, parva lancea. *Capitolin. in Maxim. jun.* c. 4. Lanceola sic fissa est fulmine, ut tota, etiam per ferrum, scinderetur. *Apul.* l. 8. *Metam.* Tunicæ albæ, in modum lanceolarum quoquo versum fluente purpura, depictæ.

[*LANCEOLĀTUS, a, um, adject. lanceola armatus. *Macer de plantagine* v. 5. Altera vero minor, quam vulgo lanceolatam Dicunt, quod foliis, ut lancea, surgat acutis.]

LANCES. V. *Lanx.*

LANCICŬLA, æ, f. *a little platter,* parva lanx. *Arnob.* l. 2. pag. 59. Trulla, lancicula, candelabrum.

LANCINĀTOR, oris, m. qui lancinat, et discerpit. *Prudent. in Rom.* v. 1057. Lancinatores gregum.

LANCINĀTUS, a, um, *lacerated, mangled, torn in pieces,* scissus, laceratus, discerptus. *Arnob.* l. 1. pag. 20. Conjux membratim lancinatus. *Catull.* carm. 29. *in Cæs.* Paterna prima lancinata sunt bona. *h. e.* dissipata, distracta, absumpta.

LANCĪNO, as, avi, atum, a. 1. *to lacerate, mangle, tear in pieces,* ἀμύσσω, λακίζω, κατακνίζω, in frusta scindo, lacero, lanio. A λακίζω censet esse *Voss.* ut a πήγω, pango, *n* inserta. Alii a *lance,* quasi primo significet dividere, distribuere, deinde laniare. *Senec. de Ira,* l. 1. c. 2. Alium inter sacra mensæ ira percussit: alium inter cleebris spectaculum fori lancinavit. *Senec. alter in Thyest.* v. 778. Lancinat gnatos pater, artusque mandit ore funesto suos. *Plin.* l. 9. c. 6. Morsu lancinare aliquem. ¶ Translate *Catull.* carm. 29. *in Cæs.* v. 18. Paterna bona lancinare. *h. e.* dissipare, distrahere, helluari. *to waste, consume, run through. Sen.* ep. 32. Vitam diducimus in particulas, ac lancinamus. *Al. leg.* laciniamus. *Plin.* l. 4. c. 5. *sub fin.* Tot sinus Peloponnesi oram lancinant. *Arnob.* l. 2. pag. 47. Credulitatem facetiis jocularibus lancinare.

LANCŬLA, æ, f. parva lanx. *Vitruv.* l. 10. c. 8. *de statera.* Cum ansa propius caput, unde lancula pendet, &c. *the scale or basin of a small balance.* ¶ Apud *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 25. *sub fin.* legitur *lungula:* quod idem cum lancula esse videtur.

LANĔA, *seu* Lanĭa pro laniena legitur a quibusdam apud *Liv.* l. 44. c. 16.

LANERUM, vestimenti genus ex lana succida confectum. *Festus.*

LANESTRIS, e, *of wool, woollen,* laneus. *Vopisc. in Aureliano,* c. 29. Lanestre pallium.

LANĔUS, a, um, *made of wool, woollen,* εἰρίνεος, qui est ex lana. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 34. Aureum ei detraxit amiculum, *&c.* eique laneum pallium injecit. *Propert.* l. 3. el. 4. v. 30. Lanea vitta. *Virg.* 3. *Georg.* v. 487. Lanea infula. *Suet. in Aug.* c. 82. Subuculæ thorax laneus. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 8. Laneum vinculum. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 183. Lanea cui Phrygii est coma flaminis. *h. e.* filum laneum in capite flaminis. ¶ Laneæ effigies, Compitalibus, noctu dabantur in compita, quod lares, quorum is erat dies festus, animæ putabantur esse hominum, redactæ in deorum numerum. *Festus.* ¶ Item lanatus, lanosus, lanuginosus, *downy. Plin.* l. 15. c. 15. Pyra laneo corio. ¶ Translate est mollis. *Catull.* carm. 25. *ad Thall.* v. 10. Laneum latusculum. *Martial.* l. 13. epigr. 89. laneus lupus. *h. e.* piscis, de quo *Plin.* l. 9. c. 17. Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati, a candore mollitiaque carnis. ¶ *Dii irati laneos pedes habent* proverb. apud *Macrob. loc. cit. Petron. in fragm. Tragur.* c. 44. *extr. Burman.* et *Porphyr. ad Horat.* l. 3. od. 2. *extr.* quo significatur, pedes deorum esse vinculo veluti laneo constrictos, et tarde quidem venire ad punienda scelera; venire tamen, et quidem tacitos, et inopinantibus. Quod *Horat. ibid.* dixit: Raro antecedentem scelestum Deseruit pede pœna claudo. et *Tibull.* l. 1. el. 10. v. 4. Sera tamen tacitis pœna venit pedibus. *Macrob.* ex *Apollodoro* tradit inde ortum esse proverbium, quod Saturnum mos esset alligari per annum laneo vinculo, solvi autem Saturnalibus.

LANGA, æ, f. Vox Barbara: animalis genus, al. Languria, circa Padum flu. cujus urinam Zenothemis in electrum putavit concrescere. *Plin.* l. 37. c. 2. *a med.* [†V. *Langurium.*]

LANGĪA, æ, f. fluvius Peloponnesi in Arcadia, qui ex Nemeæa silva per Sicyoniam in sinum Corinthiacum fluit. Postea Archemorus dictus est ab Archemoro filio Lycurgi Thracum regis, quem ibi cum Hypsipyle nutrix Argivis fluvium hunc ostensura, in gramine reliquisset, serpens interemit. *Stat.* l. 4. *Theb.* v. 717. *et sequentib.* ¶ In hujus honorem Nemeæa certamina celebrata sunt ab Argivis, ut describit *Id. initio* l. 6.

LANGUEFACĬO, is, eci, actum, a. 3. *to make languid or faint,* languere facio, languorem affero. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 15. Incitare languentes, et languefacere excitatos. Est qui legit *languere facere.*

LANGUENS, entis, *languishing, fainting, languid, fading, drooping,* ἄτονος, νωθρός, languidus. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 15. Incitare languentes. *Id.* 2. *de Orat.* c. 44. Facilius est currentem incitare, quam commovere languentem. *Id. Fam.* 10. ep. 28. Senatum jam languentem et defessum ad pristinam virtutem revocavi. *Cœl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 13. Languenti stomacho esse. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 14. Nostri languentes, atque animo remissi. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 388. languentia lumina somno. *Petron. in Satyr.* c. 101.

Languentem visere officii causa. *an invalide. Phædr.* l. 4. fab. 25. v. 15. Languens ævum. *the period of old age and debility. Cic.* 1. *Offic.* c. 37. Vox nec languens, nec canora. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 99. Quantos illa tulit languenti in corde timores. *Auct. Priap.* n. 82. Licebit, æger, aut languentior cubes. [Alii tamen, et quidem rectius pro *aut languentior* legunt *angue lentior.*] *Virg.* 11. *Æn.* v. 69. Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi. Ubi *Servius*: aut postquam decerptus sit; aut quia non est acuti coloris: aut quando demittit caput. *Id. Æn.* 10. v. 289. Languens pelagus. *h. e.* remittens se ad litus. *Lucan.* l. 3. v. 692. Ictus languens. *Val. Flacc.* l. 7. v. 24. cum languentes levis erigit imber aristas. *Sueton. in Aug.* c. 92. Veterrimæ ilicis demissos ad terram, languentesque ramos convaluisse.

LANGUĔO, es, gui, trisyllab. n. 2. *to languish, be sick, feeble, or faint, fade, droop, become languid or weak,* ἀτονέω, ἀσθενέω, viribus deficior, vigore careo, flaccesco, infirmus sum. Refertur tum ad corpus, tum ad animum. *Cic. Phil.* 1. c. 5. Cum de via languerem, et mihimet displicerem. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 161. Sæpe per assiduos languent mihi brachia motus. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 4. v. 3. Jam vigor, et quasso languent in corpore vires. *Propert.* l. 4. el. 2. v. 46. Flos languet. *droops, fades, withers. Stat.* l. 12. *Theb.* v. 305. Lunæ languet jubar. *h. e.* lumen amittit. *Val. Flacc.* l. 7. v. 466. Languent ignes. *Sever. in Ætna,* v. 427. lapis languet in ignes. *h. e.* in cinerem, igni ustus, dilabitur. ¶ *Languere* dicitur mare, cum nulla aura movetur: quod valde incommodum est navigantibus. *Martial.* l. 10. epigr. 30. v. 12. Nec languet æquor, viva sed quies Ponti Pictam phaselon adjuvante fert aura. *Lucan.* l. 8. v. 471. Flectit iter: nec Phœbus adhuc, nec carbasa languent. *h. e.* nec sol adhuc occasu lucem amittit, nec vela lentiora fiunt cessante vento. ¶ De ægrotantibus *to be sick or ill, be indisposed, languish. Virg.* 4. *Georg.* v. 252. tristi languebunt corpora morbo. *Tibul.* l. 3. el. 5. v. 28. Languent ter quinos sed mea membra dies. *Sueton. in Aug.* c. 81. Sub natale suum plerumque languebat. *Id. in Ner.* c. 51. Ter omnino per quatuordecim annos languit. Adde *Martial.* l. 5. epigr. 9. ¶ Sæpe refertur ad animum. *Cic. in Pison.* c. 33. Languet juventus, nec perinde atque debet, in laudis cupiditate versatur. *grows listless. Id.* 3. *Offic.* c. 1. *a med.* Neque solitudinem languere patior. *h. e.* neque quamvis in solitudine sim, nihil ago. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 4. Languere otio. *Id.* 4. *Acad.* c. 2. *ad fin.* In otio hebescere, et languere. *to grow dull or heavy. Gell.* l. 19. c. 12. Languet animus, et torpet. *Ovid. de ar. am.* l. 2. v. 436. Et, si nulla subest æmula, languet amor. *Sallust. in Catil.* c. 56. Si paululum modo vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt. *h. e.* remisse ac timide agere. *Quintil.* l. 9. c. 3. *ante med.* Hæc schemata et convertunt in se auditorem, nec languere patiuntur, subinde aliqua notabili figura excitatum. *Lucret.* l. 5. v. 1144. genus humanum defessum vi colere ævum, Ex inimicitiis languebat. *Sil.* l. 17. v. 361. mihi gratia languet, Et cecidit jam primus amor. ¶ Præteritum trisyllabum est, ut diximus. *Lucan.* l. 7. v. 245. Illa quoque in ferrum rabies promptissima, paulum Languit, et casus, &c. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 291. moribunda relanguit ore. Ceterum rarus est hujus verbi usus in præteritis.

LANGUESCO, is, n. 3. *to languish, grow languid, faint, or feeble,* καταμαλθακίζομαι, ἐκχύομαι, languere incipio, languidus fio, langueo. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 24. Hebes acies est cuipiam oculorum: corpore alius languescit. *Id. de Senect.* c. 9. Senectute languescere. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 188. languescunt lumina morte. *Virg.* 9. *Æn.* v. 436. flos succisus aratro Languescit moriens. *droops. Horat.* l. 3. od. 16. v. 34. Nec Læstrygonia Bacchus in amphora Languescit mihi. *h. e.* asperitatem et vim amittit, vetustate molliente. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 775. Ut solet a magno fluctus languescere flatu. *h. e.* cessare, minui post flatum. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 236. Deficit: infracti languescunt frigore cursus. *Plin.* l. 18. c. 15. Vites languescunt, si vicia in arbusto seratur. *Id.* l. 27. c. 13. Color in luteum languescens. *h. e.* qui dilutior fit, et ad luteum accedit. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 28. Luna claro repente cælo visa languescere. *to be obscured or darkened.* ¶ Pro ægrotare, *to be sick or ill, Ovid.* l. 3. *Trist.* el. 3. v. 39. Nec mea consueto languescent corpora lecto? ¶ Translate *Plin.* l. 3. ep. 9. *circa med.* Ne, si longius extracta esset cognitio, satietate et tædio quodam justitia cognoscentium severitasque languesceret. *should become remiss. Id. in Paneg.* c. 18. Militaria studia languescunt. *Id.* l. 8. ep. 20. Omnium rerum cupido languescit, cum facilis occasio est. *h. e.* minuitur. *Quintil.* l. 11. c. 3. Affectus omnes languescant necesse est, nisi voce, vultu, totius prope habitu corporis inardescant.

LANGUĬDE, *faintly, feebly, languidly, remissly, carelessly,* cum languore, remisse, lente, ἀνειμένως, ῥαθύμως. *Plin.* l. 18. c. 7. Panicum cacumine languide nutante. *Colum.* l. 11. c. 1. *circa med.* Ne statim a prima luce familia cunctanter et languide procedat. *Petron. in Satyr.* c. 98. Languide agere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 27. Suosque languidius in opere versari jussit. *Plin.* l. 13. c. 4. *ante med.* Palmæ languide dulces. *of a flat and insipid sweetness.* et lib. 37. c. 7. Carbunculi languidius ac lividius lucent. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 9. Theophrastus vexatur scholis omnium philosophorum, quod laudarit illam sententiam: *Vitam regit fortuna, non sapientia.* Negant ab ullo philosopho quidquam dictum esse languidius. *h. e.* mollius, et magis abhorrens a constantia et severitate philosophiæ.

LANGUIDŬLUS, a, um, *a little languid,* diminut. a *languidus. Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 331. Languiduli somni. *Cic. in fragm.* apud *Quintil.* l. 8. c. 3. Humus erat immunda, lutulenta vino, coronis languidulis, et spinis cooperta piscium. *withered.*

LANGUĬDUS, a, um, *faint, languid, weak, feeble,* ἀσθενής, ἀνειμένος, languens, remissus, viribus defectus, debilitatus, tardus, lentus. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 13. Tarda et languida pecus. *Id. Catil.* 2. c. 5. et *Verr.* 5. c. 12. Vino languidi, conferti cibo, sertis redimiti. *enervated. Horat.* epod. 3. v. 63. Videre fessos vomerem inversum boves Collo trahentes languido. et epod. 5. v. 55. latent in silvis feræ dulci sopore languidæ. *Id.* l. 2. od. 14. v. 17. ater flumine languido Cocytos errans. *slow, dull, sluggish.* et lib. 3. od. 21. v. 8. Promere languidiora vina. *h. e.* vetustiora, atque adeo minus austera, mitiora. *more easy or mellow. Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 2. et lib. 4. ep. 10. v. 44. Ventus languidus. *Lucan.* l. 5. v. 421. languida carbasa. *h. e.* vela non contenta, vento cessante. *Plin.* l. et cap. 12. Languidus color. *decayed, faded. Id.* l. 34. c. 8. *a med.* Sufflare languidos ignes. *Id.* l. 22. c. 20. Tenuiora folia et languidiora. et lib. 17. c. 2. Arbores foliorum amissione languidæ. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 88. *extr.* Venarum languidus ictus. *languid pulse. Alter Plin.* l. 6. ep. 20. *ante med.* Dubius, et quasi languidus dies. *obscure, clouded, dark. Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Vultus non mœstus, nec stupens, nec languidus. *void of expression.* ¶ Ægrotus. *sick, ill, unhealthy. Martial.* l. 9. epigr. 87. Languidior noster si quando est Paulus. *if he does not find himself well. Laurea Tull.* apud *Plin.* l. 31. c. 2. Languida quæ infuso lumina rore levant. *Pallad. in Februar.* tit. 25. Si languida arbor est pyri, ablaqueatæ radicem terebras. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Orat.* c. 52. *ad fin.* Philosophus mollis, languidus, enervatus, omnia ad voluptatem corporis referens. *Id. de Senect.* c. 8. Senectus non modo languida atque iners non est, verum etiam operosa, et semper agens aliquid et moliens. *listless, inactive. Id. pro Ligar.* c. 9. Languidiore studio in causa fuistis. *remiss. Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. *sub fin.* Si qui antea aut alieniores fuerant, aut languidiores. *h. e.* negligentiores. *Plin.* l. 15. c. 29. Languida auctoritas patrum. *Lucan.* l. 4. v. 699. languida segni Cernit cuncta metu. ¶ Metonymice *Virg.* 12. *Æn.* v. 908. oculos ubi languida pressit Nocte quies. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 181. Languida otia.

LANGUIFĬCUS, a, um, languidum faciens. *Auson. in Eclogar. in versib. Q. Cic.* Languificusque Leo proflat ferus ore calores.

LANGŬLA. V. *Lancula.*

LANGUOR, oris, m. *faintness, feebleness, weakness, languor,* ἀσθένεια, ῥαθυμία, defectio virium, remissio vigoris, lassitudo, infirmitas. *Terent. Heaut.* 4. 6. 3. Hæc deambulatio me ad languorem dedit. *Catull.* carm. 55. *ad Camer. in fin.* Defessus tamen omnibus medullis, Et multis languoribus peresus Essem te, mi amice, quæritando. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 648. *de Somno.* et rursus molli languore solutus Deposuitque caput, stratoque recondidit alto. ¶ Morbus. *sickness, disease. Cic.* 2. *de Divin.* c. 62. Animus cum languore corporis nec membris uti potest, nec sensibus. *Ovid. Metam.* 9. v. 766. Nunc ficto languore moram trahit. *Horat.* l. et od. 2. v. 15. Languor aquosus. *the dropsy. Martial.* l. 9. epigr. 87. Tu languore quidem subito, fictoque laboras. *Sueton. in Tiber.* c. 72. In languorem incidere. *Id. in Ner.* c. 41. Excusato languore faucium, propter quem non adesset. ¶ Translate est torpor, ignavia, debilitas animi. *listlessness, sluggishness, inactivity, torpor. Cic.* 1. *Offic.* c. 34. Nihil magis cavendum est senectuti, quam ne languori se desidiæque dedat. *et initio* l. 3. Otium et solitudo languorem afferunt. *Id. Attic.* l. 14. ep. 6. Vides languorem bonorum. *timidity, faintheartedness. Tacit.* 2. *Hist.* c. 42. Attonitas subito terrore mentes falsum gaudium in languorem vertit. *carelessness, supineness, indifference.* ¶ De mari omnino tranquillo. *Senec. in Agamemn.* v. 160. Redemit illa classis immotæ moras, Et maria pigro fixa languore impulit. V. *Langueo.* ¶ Refertur et ad colores. *Plin.* l. 37. c. 2. *a med.* Gemmarum vitia languor, et alienis turbari coloribus. *want of brilliancy.* ¶ Apud *Catull.* carm. 62. *de Aty,* v. 37. habetur, *langore oculos sopor operit* pro *languore.*

LANGURĬUM, ii, n. *amber,* quidam ex Græcis Scriptoribus succinum appellarunt, quod putarent, circa Padum bestias quasdam esse langurias, sive langas appellatas, quarum urina in succinum concresceret. *Plin.* l. 37. c. 2. *a med.* [† V. *Langa.*]

LANIARĬUM, ii, n. *a butcher's shop, slaughter-house,* κρεωπώλιον, idem quod laniena. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Ignavum, et sumptuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab laniario quam ex domestico fundo. Sunt qui putant, hoc loco ablativum *laniario* esse a recto *laniarius. a butcher.*

LANIARĬUS, ii, m. idem ac lanius. Inscript. Narbonensis apud *Gruter.* pag. 1055. n. 4. Nigidius primus Laniarius. V. diction. præced.

LANIATĬO, onis, f. *a tearing or cutting,* ἀμυξις, σπάραξις, κρεουργία, actus laniandi. *Senec.* 2. *de Clement.* cap. 4. In cædes hominum, et laniationes pervenit. *slaughter, butchery, carnage.*

LANIĀTUS, a, um, *rent or torn in pieces, lacerated, mangled. Ovid.* 7. *Metam.* v. 349. Laniatum mersit in undis. *Virg.* 6. *Æn.* v. 494. Laniatum corpore toto Deiphobum vidit. *Id. Æn.* 12. v. 606. Laniata genas. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 139. comas. et lib. 2. v. 335. sinus. *Id. Heroid.* ep. 7. v. 135. laniataque classis Postulat exiguas semirefecta moras.

LANIĀTUS, us, m. *a tearing or cutting to pieces,* idem ac laniatio. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 43. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti? *Justin.* l. 41. c. 3. *de Parthis.* Sepultura vulgo, aut avium aut canum laniatus est. *Val. Max.* l. 1. c. 6. n. 11. Avium ferarumque laniatibus objectus. et lib. 9. c. 2. *in fin.* Laniatui esse animalibus, quæ corporibus innasci solent. ¶ Translate *Tacit.* 6. *Ann.* cap. 6. Si recludantur tyrannorum mentes, posse aspici laniatus, et ictus: quando ut corpora verberibus, ita sævitia, libidine, malis consultis animus dilaceratur.

LANICĬA, æ, f. idem quod lanicium. *Laber.* apud *Non.* cap. 3. n. 133.

LANICĬUM, ii, n. *wool; the working or dressing of wool; the woollen trade,* ἔριον, idem quod lana, vel lanæ proventus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 384. Si tibi lanicium curæ, primum aspera silva, Lappæque tribulique absint. *Plin.* l. 6. c. 17. Seres lanicio silvarum nobiles. *Id.* l. 8. c. 47. Cujus coloris arietes sub lingua habuere venas, ejus et lanicium est in fetu.

LANICŬTIS, e, adject. qui lanam habet. *Laberius* apud *Tertull. de Pall.* c. 1. *a med.* Arietem lanicutem.

LANIĒNA, æ, f. *a butcher's shop or stall, slaughter-house,* κρεωπώλιον, macellum, officina, in qua laniantur, ac venduntur carnes. *Plaut. Epid.* 2. 2. 15. Per myropolia, et lanienas circumque argentarias sum raucus factus. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 2. n. 281. ¶ Accipitur etiam pro ipsa laceratione. Hinc *Prudent. in Rom.* v. 498. Medicorum sectiones vocat lanienam Hippocraticam. ¶ Tabernæ lanienæ adject. *the shambles,* dixit *Varr.* apud *Non.* c. 12. n. 55. ubi tamen alii legunt *ligneæ.* Male nonnulli *lanignæ,* tanquam a *lanius.*

LANĬFER, ra, rum, *bearing or producing wool,* ἐριοφόρος, lanam ferens. *Plin.* l. 13. c. 14. Æthiopia Ægypto contermina insignes arbores fere non habet, præter laniferas. V. *Cannabifer.*

LANIFĬCĬUM, ii, n. *the working of wool, art of making wool into cloth, lanifice,* ἐριουργία, lanæ opificium. *Vitruv.* l. 6. c. 10. Œci, in quibus matresfamiliarum cum lanificiis habent sessiones. *Est qui malit* lanificis. *Aurel. Vict. de Vir. illustr.* c. 9. Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. *Colum.* l. 12. *in præfat. a med.* Ut ne lanificii quidem curam suscipere dignentur. *Justin.* l. 2. c. 6. Athenienses primi usum lanificii docuere.

LANIFĬCUS, a, um, *working in wool, making wool into cloth,* ἐριουργός, qui lanæ artem exercet. *Martial.* l. 6. epigr. 58. Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores stamina. [*h. e.* tres Parcæ.] *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 10. Manum lanificam imponere pensis. *Claudian. in Eutrop.* lib. 2. v. 382. Lanificæ doctissimus artis. ¶ Lanificæ mulieres non solum lanam facere, sed texere etiam, et vestem ex ea conficere solebant. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. *ante med.* Item lanificæ, quæ familiam rusticam vestiunt. *Ovid.* quoque *initio* l. 6. *Metam.* ubi de Arachne loquitur celebri *lanificæ laudibus artis,* non solum subigendæ, ac nendæ, sed et texendæ lanæ, et conficiendarum inde vestium artificio mirabilem fuisse dicit.

LANĬGER, ra, rum, *bearing wool, fleeced, fleecy, lanigerous,* ἐριοφόρος, qui lanam fert. *Accius* apud *Cicer. de Divin.* l. 1. c. 22. Pecus lanigerum eximia pulcritudine. *Plin.* l. 12. c. 10. Ejusdem infusæ excelsiore suggestu lanigeræ arbores alio modo, quam Serum. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 312. innumeris effetus laniger annis. *h. e.* aries. *Phædr.* l. et fab. 1. v. 6. Laniger timens. *h. e.* agnus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 287. Lanigeri greges. *Plin.* l. 11. c. 24. *de araneo.* Est quædam intus lanigera fertilitas. *Manil.* sæpissime *lanigerum* de Ariete signo cælesti dixit.

LANIGNUS, a, um. V. *Laniena.*

LANĬO, as, avi, atum, a. 1. *to cut like a butcher, to tear or cut in pieces, cut up, lacerate, mangle, laniate,* ἀμύσσω, in frusta seco, scindo, lacero. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 1. *circa med.* Cum homo imbecillus a valentissima bestia laniatur. *Liv.* l. 9. c. 1. *a med.* et *Ovid.* 4. *Metam.* v. 456. Nisi hauriendum sanguinem, lanianda viscera nostra præbuerimus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 514. Discissos nudis laniabant dentibus artus. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 41. Ceteri crura brachiaque fœde laniavere. et lib. 3. c. *pænult.* Laniare vestem. *Ovid.* l. 2. *Metam.* v. 350. crinem manibus. et lib. 3. *de ar. am.* v. 678. ora digitis. et lib. 1. *Metam.* vers. 60. Venti mundum laniant. [¶ Particip. *lanians* apud *Cic.* 1. *de Divin.* c. 47. *ex poeta.* Lanians se, rostroque cruentans.]

LANĬO, onis, m. *a butcher,* idem ac lanius. *Petron. in*

fragm. Tragur. c. 29. *Burmann.* In Libra laniones, et unguentarii nascuntur. *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 18. Cum de lanionis instrumento quæritur. *Pompon.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *ante med.* Arrepto cultro de taberna lanionis. *Flav. Caper de Orthograph.* pag. 2245. *Putsch.* *Lanius* nomen est: verbum autem *lanio, as*. at dixerunt tamen et *lanio* in nomine. [¶ Jocularitet *Plaut. Pseud.* 1. 3. 98. Lanios arcessam duos cum tintinnabulis. *h. e.* carnifices. et *Sedul.* carm. 2. v. 127. *ad Herodem.* Quis tibi tunc, lanio, cernenti talia sensus?]

LANIONIUS, a, um, κρεοπωλικός, ad lanium pertinens, ut laniониæ mensæ, in quibus scinditur caro. *Sueton. in Claud.* c. 15. Carnificem statim acciri cum machæra, mensaque laniona flagitavit. *a butcher's table or board.*

LANIPENDIA, æ, f. quæ lanam pendit, et distribuit faciendam aliis. *Paul. Dig.* lib. 24. tit. 1. leg. 31. In ea re uxor tanquam lanipendia fuit, et viri negotium procuravit. ¶ In vet. Inscript. est *lanipenda* apud *Reines.* class. 11. n. 38. D. M. Irenes lanipendæ. V. A. XXXIII. Olympus contubernalis bene merenti fecit. Adde aliam apud *Donium* class. 8. n. 57.

LANIPENDIUS, ii, m. qui pensam lanam lanariis nendam aut carminandam dividit. Vet. lap. apud *Gruter.* pag. 642. n. 5. Musa quasill. vix. ann. XXX. Cratinus lanipend. de suo.

LANĬPES. V. *Planipedes.*

LANISTA, æ, m. *a teacher or trainer of gladiators, fencing-master,* μονομαχοτρόφος, qui ludo præest gladiatorio, et gladiatores exercet in arte pugnandi, ut publice mutuo lanientur. Lanistæ (quorum artificium probrosum erat) familias domi habebant (V. *Sueton. in Aug.* c. 42.) quas in gladiatura instituebant (V. *eund. in Cæs.* c. 26.) et mox paratas vendere solebant munerariis. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 40. *sub fin.* Num aut ille lanista omnino jam a gladiis recessisse videtur, aut iste discipulus magistro tantulum de arte concedere? *Id.* l. 1. *Attic.* ep. 16. Cum accusator, tanquam censor bonus, homines nequissimos rejiceret: reus, tanquam clemens lanista, frugalissimum quemque secerneret. *Juvenal.* sat. 6. v. 215. Testandi cum sit lenonibus, atque lanistis libertas. et sat. 11. v. 8. Scripturus leges, et regia verba lanistæ. ¶ Translate de eo dicitur, qui alios committit, et causa est rixæ et dimicationum. *Anton. in quadam epist.* apud *Cicer. Phil.* 13. c. 19. Ne videret unius corporis duas acies, lanista Cicerone, dimicantes. *Liv.* l. 35. c. 33. Populum R. cum Antiocho, lanistis Ætolis, non sine pernicie Græciæ dimicare. ¶ *Rixosarum avium lanistas,* appellat eleganter eos *Colum.* l. 8. c. 2. qui ferocissimum quemque alitem certaminibus, et pugnæ præparabant: qua de re *Plin.* l. 10. c. 21. *de gallis gallinaceis. a cock-master.* Jam ex his quidam ad bella tantum, et prœlia assidua nascuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum, aut Tanagram, &c.

LANISTATŪRA, æ, f. *the trade of a* lanista, lanistæ artificium. In vet. Tab. æn. Heracl. apud *Mazoch.* pag. 424. n. 49. Quive lanistaturam, artemve ludicram fecit, fecerit. *Mazoch.* pag. 443. Vox Lexicis ignota, nunc primum in Latium, unde ævo optimo prodierat, ope æris hujus revocatur.

LANISTITĬUS, a, um, adject. ad lanistam pertinens, ut lanistitia familia, apud *Petron. in frugm. Tragur.* c. 45. *Burm.*

LANITĬA, æ, f. et

LANITĬES, ei, f. lana, lanicium. *Laber.* apud *Non.* cap. 3. n. 133. Mollis e lanitia Attica vestis. *Tertull. in carm. advers. Marcion.* lib. 2. c. 3. *extr.* lanities renovata hæc corpora vestit.

LANITĬUM. V. *Lanicium.*

LANIUS, ii, m. *a butcher,* κρεωπώλης, κρεουργός, qui carnes in carnario vendit populo: a laniandis pecudibus, quod eas concidat lanietque. *Varr.* 2. *R. R.* c. 5. Lanii, qui ad cultrum bovem emunt. *Cic.* 1. *Offic.* c. 42. Cetarii, lanii, coqui, ut ait Terentius. (*Eun.* 2. 2. 26.) *Phædr.* l. 3. fab. 4. Pendere ad lanium quidam vidit simium. ¶ De discrimine inter lanium, et macellarium, V. in *Macellarius.*

LANNA pro *lamna,* quæ syncope est pro *lamina* legitur in quibusdam MSS. *Arnobii* l. 2. pag. 72. teste *Heins.* ad *Petron.* c. 58. *Burm.* Et *Gloss. vet.* Lannæ, λοβοί.

LANOCŬLUS, m. qui lana tegit oculi vitium. *Festus.* V. dicta in *Lana.*

LANOSĬTAS, atis, f. lanities, lana. *Tertull. de Pall.* c. 3. Muscosæ lanositatis conchæ.

LANŌSUS, a, um, *woolly, fleecy,* ἐριώδης, lana abundans. *Colum.* lib. 7. cap. 3. *ante med.* Prolixi villi, nec asperi, lanosi et ampli uteri.

LANTERNA. V. *Laterna.*

[* LANUGINĔUS, a, um, idem ac lanuginosus. *Apul. de herb.* c. 62. Foliis paulo majoribus, atque floccosis, vel lanugineis adnationibus.]

LANŪGINŌSUS, a, um, *downy, mossy, lanuginous,* λαχναῖος, lanuginem habens. *Plin.* l. 29. c. 4. *a med.* Lanuginosus araneus. *Id.* l. 30. c. 15. Vermiculi lanuginosi. *Id.* l. 25. c. 8. Aspera et lanuginosa folia. *Id.* l. 22. c. 20. Herba lanuginosior.

LANŪGO, inis, f. *the soft tender hair or down, which grows upon the faces of young people; the soft wool, down, gossamer, or fur, upon fruits, leaves, herbs, &c. the down upon young birds, &c.* ἴουλος, λάχνη, tenera quasi lanæ tenuioris mollities, qualis in puerorum genis, in pullis avium pennas emittere incipientibus, in herbis, in pomis quibusdam, ut in malis cotoneis, et similibus. *Virg.* 10. *Æn.* v. 324. flaventem prima lanugine malas Dum sequeris Clytium. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 753. octonis iterum natalibus actis Signarat dubia teneras lanugine malas. *Vir. Ecl.* 2. v. 51. cana legam tenera lanugine mala. *Lucret.* l. 5. v. 814. herba cubile Præbebat, multa et molli lanugine abundans. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 14. v. 23. Comæ graciles, et lanuginis instar. *Colum.* l. 3. c. 2. *ante med.* Aminea vitis præcipue canescit lanugine. *Plin.* l. 24. c. 11. Arundinum lanugo illita auribus. *Id.* l. 19. c. 1. Gossipion similem barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur. *Id.* l. 24. cap. 12. Folia araneosa lanugine obducta. *Id.* l. 8. c. 32. Cervorum cornua arundineas in paniculas molli plumata lanugine. *Id.* l. 32. c. 10. *ante med.* Linea lanugo. *h. e.* quæ ex lineis pannis deraditur. ¶ De scobe, *saw-dust, filings. Colum.* l. 4. c. 29. *ad fin.* Plaga lævis relinquitur, nulla interveniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra.

LANŬLA, æ, f. *a small lock of wool,* diminut. a lana. *Cels.* l. 6. c. 9. *ad fin.* Alumen involutum in lanula. *Id.* l. 7. c. 27. Tenues carunculæ lanulis similes. *slips of flannel.*

LANUVIĀNUS, a, um, Lanuvinus, ut Lanuviana templa, *Capitolin. in Anton. Pio,* c. 8. ubi al. leg. *Laviniana.* Inscript. apud *Fabrett.* c. 9. n. 37. Juno Lanuviana.

LANUVĪNUS, a, um, ad Lanuvium pertinens, quod est oppidum Latii in via Appia in agro Laurenti (nunc *città indovina*) inter Ariciam, Albam longam, et Ardeam. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 3. ab agro Rava decurrens lupa Lanuvino. *Cic.* epist. 22. lib. 9. *Fam. ad fin.* Colei Lanuvini. *h. e.* familia Coleorum Lanuvii. V. *Cliterninus.*

LANX, lancis, f. *a broad plate, platter, charger,* πίναξ, vas escarium latum, et cavum ex aliquo nobiliori metallo plerumque factum, in quo cibi reponuntur, et mensæ inferuntur. Videtur *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 25. a *latitudine* ducere. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *circa med.* In felicatis lancibus, et splendidissimis canistris, olusculis nos soles pascere: quid te in vasis fictilibus appositurum putem? *Horat.* lib. 2. sat. 4. v. 40. rotundas Curvet aper lances. et sat. 2. v. 4. inter lances mensasque nitentes. *Martial.* l. 11. epigr. 32. Sic implet gabatas, paropsidasque, Et leves scutulas, cavasque lances. *Id.* l. 10. epigr. 29. Quam mihi mittebas Saturni tempore lancem, Misisti dominæ, Sextiliane, tuæ. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 42. *Phæ.* Si scias, reliquiæ quæ sint. *Cur.* scire nimis lubet. *Phæ.* pernam, abdomen, sumen, suis glandium. *Cur.* ain tu omnia hæc? in carnario fortasse dicis. *Phæ.* immo in lancibus. *Juvenal.* sat. 5. v. 80. Aspice quam longo distendat pectore lancem, Quæ fertur domino squilla. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 5. v. 19. Et magis adducto pomum decerpere ramo, Quam de cælata sumere lance juvat. ¶ Insignis magnitudinis lances in luxu Romanorum fuisse, legimus. *Plin.* l. 33. c. 11. Lances e centenis libris argenti, quas tunc super quingentas numero Romæ fuisse constat. *et mox.* Claudii principatu servus ejus Drusillanus quingenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat: et comites ejus octo octingentarum quinquaginta librarum. *h. e.* e quingentis libris argenti: comites vero ejus octo universæ, non singulæ ex octingentis quinquaginta. ¶ Lancium usus etiam in sacris frequens fuit, impositis victimæ carnibus, aut ture, &c. *Virg.* 2. *Georg.* v. 194. Lancibus et pandis fumantia reddimus exta. et vers. 394. Baccho lances et liba feremus. *et Æn.* 8. v. 284. cumulantque oneratis lancibus aras. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 8. v. 39. Nec quæ de parva Dis pauper libat acerra Tura, minus, grandi quam data lance, valent. *Auson. in Technopægn. de monosyllab. per interrogat.* v. 5. Turibula, et pateræ: quæ tertia vasa deum? lanx. ¶ Etiam quadratas lances memorat *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 20. et *Paul.* lib. 6. tit. 1. leg. 6. ¶ *Per lancem, et licium furta concipere* apud *Fest. Gell.* l. 11. *c. ult.* hoc modo solebant. Qui furtum ibat quærere in domo aliena, in qua illud latere, suspicio erat, solo licio cinctus intrabat, ne rem furtivæ similem sub veste habere videretur, lancem autem tenebat ob oculos propter matrumfamilias, et virginum præsentiam, ne earum causa ingressus putaretur. Hac ratione si furtum inventum esset, fur perinde multabatur, ac si per quæstionem a judice compertus, manifestusque fuisset. Hic autem mos ab Atheniensibus ductus est, et in XII. Tabulas relatus. Alii dicunt, dominum rei ablatæ lancem ante oculos habuisse, adhibito servo publico, qui solo licio cinctus esset. Hic enim quærere, et scrutari poterat: non item dominus lance oculos obtegens. ¶ A similitudine *lances* sunt in libra duo illa vascula, in quorum altero pondus, in altero res ponderanda imponitur: *the scales of a balance:* unde *bilanx* dicta, *a balance, pair of scales. Cic.* 4. *Acad.* c. 12. Ut enim necesse est lancem in libra, ponderibus impositis, deprimi; sic animum perspicuis cedere. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 17. *extr.* Critolaus cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa; tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram et maria deprimat. ¶ Hinc translate *Virg.* 12. *Æn.* v. 725. Jupiter ipse duas æquato examine lances Sustinet, et fata imponit diversa duorum. *Pers.* sat. 4. v. 10. Scis etenim justum gemina suspendere lance Ancipitis libræ. *Plin.* l. 1. et cap. 7. Is demum profecto vitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. *will form a just estimation of human life. Modestin. Dig.* lib. 42. tit. 1. leg. 20. Quod et in persona mulieris æqua lance servari, æquitatis ratio suggerit. *h. e.* pari, eodemque modo.

[* LAOCŎON, ontis, m. Λαοκόων, fuit Priami regis et Hecubæ filius, vel Acœtis filius et Anchisæ frater, vel tandem Antenoris filius, Thymbræi Apollinis sacerdos. Cum Trojanos frustra admonuisset de fraude lignei equi a Græcis relicti, una cum duobus filiis a draconibus e Tenedo per maris fluctus egressis interemptus est. Quod Trojani idcirco factum putarunt, quia hastam in equum Trojanum immiserat. *Virgil.* 2. *Æn.* v. 41. et 201. *Hygin.* fab. 135.]

LAODAMĪA, æ, f. Λαοδάμεια, Bellerophontis filia ex Achemene conjuge, quam, cum forma excelleret, Juppiter amavit, suscepitque Sarpedonem, qui postea Lyciæ rex factus est. Verum cum Bellerophon rerum successu elatus in cælum evolare Pegaso insidens conaretur, Juppiter hominis temeritatem ægre ferens, œstrum equo immisit, quo exagitatus sessorem excussit. Diana quoque Laodamiæ infensa suis eam telis confixit. ¶ Altera fuit Laodamia, Acasti et Laodotheæ filia, quæ tanto amore Protesilaum virum suum adamavit, ut cum ab Hectore occisum cognovisset, superstes ei esse noluerit. Priusquam tamen interiret, in solatium mœroris optaverat, ut mortui umbram videret, qua visa in illius amplexibus exspiravit. *Hygin.* fab. 243. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 74. &c. et *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 110. V. *ejusd. Heroid.* epist. 13.

LAODICENSIS, e, et

LAODICĒNUS, a, um, ad Laodiceam urbem pertinens, ut *Laodicensis civitas,* apud *Cicer.* l. 5. *Fam.* ep. 20. et *Laodiceni, orum,* ejus urbis cives, apud *Cass. ad Cicer.* l. 12. *Fam.* ep. 13. et *Plin.* l. 5. c. 23. Porro *Laodicea,* Λαοδίκεια, triplex est: altera in Cœlesyria ad Libanum montem, et Orontem fluvium: altera Syriæ metropolis, in ora maris Phœnicii: tertia in Lydia, ad Lycum fluvium. V. Geographos.

LAOMĔDON, ontis, m. Λαομέδων, filius Ili, nepos Trois, pronepos Erichthonii, abnepos Dardani, rex Troadis, pater Priami. Cum de ædificandis Trojæ mœnibus cogitaret, Apollini et Neptuno id negotii dedit, pactus mercedem, quam mox exstructis mœnibus se soluturum jurejurando affirmavit. Verum perfecto opere, perjurus pactam mercedem negavit. Propter quod dii irati, Neptunus aquam, Apollo pestem urbi immisere. Duplici igitur calamitate affectus, de remedio Oraculum consuluit. Responsum est, non aliter deos placari posse, quam si singulis annis virgo Trojana ceto dilaceranda exponeretur. Institutum itaque est, virginem quotannis exponi, eamque sorte eligi. Sed cum tandem sors in Hesionem Laomedontis filiam cecidisset (quam tamen alii solam ab Apolline et Neptuno postulatam tradunt) et jam scopulo alligata monstrum exspectaret, Hercules forte illac transiens, vel ut alii scripsere, in Colchos cum Argonautis proficiscens, liberaturum se filiam Laomedonti pollicitus est, si equos divino semine procreatos, quos habere eam constabat, in præmium sibi traderet. Rex pollicitus est, jurejurando se obstrinxit. Hunc igitur in modum pactione facta, Hercules, interfecta bellua, virginem liberavit. Sed cum Laomedon promissis non staret, indignatus Hercules, collecto undequaque exercitu, Ilium expugnavit, Laomedontem occidit, Hesionem Telamoni uxorem dedit, quod primus murum conscendisset, Priamum regis filium captivum abduxit, qui postea auro a vicinis redemptus fuit. *Propert.* l. 2. el. 11. v. 2. Cum caderent magni Laomedontis opes. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 96. nec profuit Ilion illi, Laomedonve pater. *Horat.* l. et od. 3. v. 21. ex quo destituit deos Mercede pacta Laomedon.

LAOMEDONTĔUS, a, um, Λαομεδόντειος, ad Laomedontem spectans, Trojanus. *Virg.* 4. *Æn.* v. 542. Necdum Laomedonteæ sentis perjuria gentis? *Ovid.* 11. *Metam.* v. 196. Laomedontea arva. *Val. Flacc.* l. 2. v. 474. Laomedontei penates. *Sil.* l. 1. v. 543. Laomedonteæ flammæ. *h. e.* ignis Vestæ ab Ænea Romam translatus.

LAOMĔDONTIĂDES, æ, m. patron. Priamus, vel alius ex filiis Laomedontis. *Virg.* 8. *Æn.* v. 158. Laomedontiadem Priamum Salamina petentem. ¶ Laomedontiadæ in plur. num. sunt Trojani. *Virg.* 3. *Æn.* v. 248. Laomedontiadæ, bellum ne inferre paratis?

LAOMEDONTĬUS, a, um, Laomedonteus. *Virg.* 8. *Æn.* v. 18. Talia per Latium: quæ Laomedontius heros Cuncta videns, &c. *h. e.* Æneas Trojanus. et lib. 7. v. 105. Laomedontia pubes. *h. e.* Trojana juventus.

LAPATHĬUM, ii, n. idem quod lapathum. *Varr.* apud *Non.* c. 17. n. 3. Eandem voluptatem consequi lapathio, et ptisana possum.

LAPĂTHUM, i, n. *a kind of sorrel; monk's rhubarb or dock,* λάπαθον, herba duplicis generis, sativi et silvestris. Sativum, cujus varii sunt usus in medicina. Silvestre sapore proximum sativo, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima: Latina appellatione *rumex* dictus. *Plin.* l. 20. c. 21. *ad fin.* ubi et alias ejus species recenset. *Seren. Sammon.* c. 20. v. 369. calami radix, lapathique legumen.

LAPATHUS, i, f. λάπαθος, herba eadem quæ lapathum. Colum. l. 10. v. 373. Lubrica jam lapathos, jam rhamni sponte virescunt. *lubrica* dicitur, quia ventrem ciet, *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 29. teste. ¶ Est etiam masc. gen. *Lucil.* apud *Cicer.* 2. *de Fin.* c. 8. O lapathe, ut jactere necesse est, cognitu' cui sis. Innuit *Lucil.* fuisse inter hortensia in deliciis mensarum. Unde *Horat. Epod.* 2. v. 54. Non attagen Ionicus Jucundior, quam lecta de pinguissimis Oliva ramis arborum, Aut herba lapathi prata amantis, et gravi Malvæ salubres corpori.

LAPICÆDINA. V. *Lapicidina.*

LAPICIDA, æ, m. *a cutter or hewer of stones, stone-cutter, lapicide*, λιθουργός, λατόμος, qui lapides cædit, et polit. *Varr.* l. 7. *de L. L.* c. 33. Qui lapides cædunt, lapicidas: qui ligna, lignicidas non dici.

LAPICIDINÆ, arum, f. *a quarry of stones, stone-quarry*, λατομία, locus, ubi exciduntur lapides. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 13. *sub fin.* In Chiorum lapicidinis saxo diffisso, caput exstitisse Panisci. *Plaut. Capt.* 5. 1. 24. In lapicidinas compeditum condidi, ubi rescivi mihi data esse verba. *Plin.* l. 36. c. 7. Quantislibet molibus cædendis sufficiunt lapicidinæ. *Id.* l. 3. c. 56. Lapicidinas invenit Cadmus Thebis, aut ut Theophrastus, in Phœnice. ¶ Sunt quibus placet *lapidicina*, quod etiam ex *Festo* probari posse videtur, si originem ibi literarum spectes: sed si a *lapicida* est, hoc autem a *lapis*, et *cædo*, *lapicidina* est præferendum. Quin *in vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1035. n. 2. *lapicædina* legitur. ¶ *Servus a lapicidina*, fuit inter officia domus Augustæ. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 593. n. 8. Ser. Thamyrianus a lapicidinis Carystiis.

LAPICIDINARIUS, i, m. lapicida. Vet. Lap. opt. notæ apud *Vulp. in vet. Latio* To. 6. pag. 169. T. Tremelius T. L. Nestor lapicidinarius, et tabularius Portuen. &c.

LAPIDARIUS, a, um, *belonging to stones*, ad lapides pertinens. *Plaut. Capt.* 3. 5. 65. Inde ibis porro in latomias lapidarias. *stone quarries. Petron. in Satyr.* c. 117. Quid vos, inquit, me jumentum putatis esse, aut lapidariam navem? *h. e.* qua vehuntur lapides. *Id. in fragm. Tragur.* c. 58. *Burm.* Lapidarias litteras scio. *h. e.* quæ in lapidibus quadratæ et grandiores inscribi solent. ¶ *Lapidarius*, absolute subaudi *faber*, lapicida. *a stone-cutter, worker in stone, lapidary. Id. ibid.* c. 65. Habinnas Sevir est, idemque lapidarius, qui videtur monumenta optime facere. *Mela* apud *Ulpian. Dig.* lib. 13. tit. 6. leg. 5. *ante med.* Si servus lapidario commodatus sub machina perierit. ¶ *Lapidarii campi*, apud *Solin.* c. 2. (*al.* c. 8.) sunt lapidosi. V. *Lapideus.*

LAPIDAT. V. *Lapido.*

LAPIDATIO, onis, f. *a throwing of stones, stoning to death, lapidation*, jactus lapidum, actus lapidandi. *Cic.* 6. *Verr.* c. 43. *ad fin.* Fit magna lapidatio. *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 73. Intercedentem Bebium Collega facta per populum lapidatione submovit. *Flor.* l. 3. c. 8. Non diu lapidatione terruere Romanos. ¶ De casu grandinis. *Imp. Constant.* lib. 9. *Cod.* tit. 18. leg. 4. Ne vindemiæ ventis, grandinisque lapidatione quaterentur. [¶ Lapidatio fuit etiam supplicii genus apud Hebræos, tum etiam apud Macedones. Nam *Curt.* lib. 6. *ad fin.* Omnes ergo a Nicomacho nominatos, more patrio, dato signo, saxis obruerunt. Sed nullus est auctoris Latini locus, in quo ea vox hoc sensu fuerit usurpata.]

LAPIDATOR, m. *a thrower of stones*, λιθοβόλος, lapides jaciens. *Cic. pro Dom.* c. 5. Percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ.

LAPIDATUS, a, um, *stoned, battered or beaten with stones*, lapidibus ictus. Translate *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 7. Notantes impotentiam ejus hac dicacitate lapidatam.

LAPIDESCO, is, n. 3. *to grow hard as stone, turn to or become stone, petrify*, λιθόομαι, in lapidem convertor, seu in lapideam duritiem. *Plin.* l. 32. c. 2. *a med. de coralio.* Aiunt, tactu protinus lapidescere. *Id.* l. 24. c. 13. *sub fin.* Spongiæ ipsæ lapidescunt. *Id.* l. 16. c. 6. Glans, cujus in balano utrinque ex longitudine, extrema lapidescit duritia.

LAPIDEUS, a, um, *of stone, hard as stone, stony, of the nature of stone, lapideous*, λίθινος, ad lapidem pertinens, ex lapide constans. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 28. Lapideus, aut sanguineus imber. *a shower of stones. Liv.* l. 1. c. 38. *ad fin.* Muro lapideo urbem cingere. *Plin.* l. 27. c. 11. Lapidea duritia. *Id.* l. 34. c. 18. In lapideo mortario terere. *Id.* l. 35. c. 14. *a med.* Lapideæ columnæ. *P. Syrus* apud *Petron. in Satyr.* c. 55. Quo Carchedonios optas ignes lapideos? *h. e.* gemmas ignei coloris. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 44. Lapideus sum: commovere me miser non audeo. *I am petrified with horrour and astonishment*, præ stupore et metu. [*Inscript. apud Maffei. Mus. Veron.* pag. 307. Pontem olim vetustate collapsum lapideum restituerunt. *Curt.* l. 5. c. 1. *a med.* Pons lapideus, flumini impositus, jungit urbem.] ¶ Est etiam lapidosus. *full of stones. Plin.* l. 3. c. 4. et l. 21. c. 10. Lapidei campi. Priore loco designat campum taxis plenum, in quo Hercules contra Neptuni liberos pugnans, cum tela omnia consumpsisset, ab Jove imbre lapidum adjutus dicitur. Credas, pluisse, inquit *Pompon. Mela* l. 2. c. 5. adeo multi passim, et late jacent. Is est in Gallia Narbonensi, non longe ab ostiis Rhodani. *Solin.* c. 2. (*al.* 8.) in Liguria locat.

LAPIDICINA. V. *Lapicidina.*

LAPIDO, as, avi, atum, a. 1. *to stone, throw stones, strike with stones*, λιθάζω, lapides jacio, lapidibus aliquem peto. *Petron. in Satyr.* c. 93. Per fidem, saltem nobis parce, qui te nunquam lapidavimus. *Auct. de B. Hispan.* c. 22. Ab oppidanis concursu facto, eum, qui legatos jugulasset, lapidare cœperunt. *Flor.* l. 1. c. 22. Exercitus imperatorem, facta seditione, lapidavit. *Sueton. in Calig.* c. 5. Quo defunctus est die, lapidata sunt templa, subversæ deum aræ. ¶ Item saxa congero, saxis tego. *Petron. in Satyr.* c. 114. Si voluerit misericors ad idem litus expellere, aut præteriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit, aut imprudens arena componet. ¶ Impersonaliter est lapidibus pluere. *Liv.* l. 27. c. 37. Novendiale sacrum fuit, quia Velis de cælo lapidaverat. *a shower of stones had fallen. Id.* l. 29. c. 14. Novendiale sacrum, quod de cœlo lapidatum esset, factum. *Id.* l. 29. c. 10. Libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de cælo lapidatum inspectis. *Id.* l. 43. c. 13. Reate imbri lapidavit. *it rained stones.*

LAPIDOSITAS, atis, f. durities similis lapidi. *Tertull. de habitu mulier.* c. 6. In piscium cerebris lapidositas quædam est.

LAPIDOSUS, a, um, *abounding in stones, stony*, λιθώδης, lapidibus abundans. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 9. Lapidosa terra. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 44. Fronde tegi silvas, lapidosos surgere montes. et lib. 8. v. 799. Lapidosus ager. et lib. 15. v. 23. fluvius. *Id.* 3. *Fast.* v. 273. rivus. ¶ Item durus instar lapidis. *hard as stone. Claudian. de B. Get.* v. 240. lapidosos grandinis ictus. *Virg.* 2. *Georg.* v. 34. Lapidosa corna. *h. e.* quæ nucleum intus habent durissimum. Sic *Colum.* l. 10. v. 15. lapidosa poma pruni. *Pallad. in Februar.* tit. 25. Lapidosi generis pira. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 91. Lapidosus panis. *Senec.* l. 2. *de Benef.* c. 7. Fabius beneficium ab homine duro aspere datum, panem lapidosum vocabat, quem esurienti accipere, necessarium sit, esse acerbum. *Plin.* l. 37. c. 10. Aromatites gemma lapidosa. *Id.* l. 34. c. 12. Sory splendescit, ut misy, et est lapidosius. ¶ Podagram *lapidosam* appellat *Pers.* sat. 5. v. 58. quia in articulis lapidosam duritiem creat.

LAPILLULUS, i, m. diminut. a lapillus, *a very small stone. Solin.* c. 10. (*al.* c. 15.) Grues sublatis lapillulis saburrantur.

LAPILLUS, i, m. *a little stone, pebble, pebble-stone*, λιθάριον, parvus lapis. *Ovid. Metam.* 11. v. 604. Invitat somnos crepitantibus unda lapillis. *Plin.* l. 10. c. 23. *de gruib.* Lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno, et decidens, indiligentiam sono coarguat. *Id.* l. 28. c. 4. Lapillus ejectus calculoso. *a calculus, stone in the reins or bladder. Martial.* l. 9. epigr. 53. diesque nobis Signanda melioribus lapillis. *h. e.* albis. Sic enim notabant faustos dies: infaustos vero atris. Sic *Pers.* sat. 2. v. 1. Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo. *set this down for a happy day.* De hoc more verba facit et *Plin.* l. 7. c. 40. V. *Calculus.* ¶ Mos fuit etiam antiquis, inquit *Ovid.* 15. *Metam.* v. 41. niveis atrisque lapillis, His damnare reos, illis absolvere culpa. ¶ Sæpe de gemmis dicitur. *a precious stone, gem, jewel*: et fere quidem de margaritis. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 80. inter niveos, viridesque lapillos. *nivei* sunt margaritæ: *virides* smaragdi. Sic *Senec. in Hippol.* v. 391. nec niveus lapis Deducat aures, Indici donum maris. V. *Lapis.* Rursus *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 19. Lapilli Libyci. *h. e.* tesserulæ e marmore Numidico. *Martial.* l. 1. epigr. 110. Indici. et lib. 5. epigr. 38. Erythræi. *Propert.* l. 1. el. 15. v. 7. Eoi. *Ovid. de nuce*, v. 141. peregrini. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 129. caris aures onerare lapillis. ¶ *Servius JCtus* apud *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 20. *sub fin.* ita lapillos a gemmis distinguit, ut hæ sint pellucidæ materiæ, lapilli non item: margaritas autem nec gemmis, nec lapillis contineri, ibidem *Sabinus* ait.

LAPIO, is, ivi, itum, a. 4. *to petrify*, λιθόω, durum efficio, et quasi in lapidem converto, apud vet. *Pacuv.* apud *Non.* c. 1. n. 87. Lapit cor cura, ærumna corpus conficit. *h. e.* perstringit, et veluti indurat. *Voss. in Etymol.* verbum neutrum putat, et hæc verba ita exponit: cor lapit, h. e. lapidescit cura et mœrore. *Festo* lapire, est dolore afficere.

LAPIS, idis, m. *a stone*, λίθος, πέτρα, petra, saxum. Differt a silice, quia silex est proprie lapis sectilis. *Plin.* l. 36. c. 18. Lunensem silicem serra secari. et cap. 22. *sub fin.* Græci e lapide duro, aut silice æquato construunt veluti lateritios parietes. Eodem fere modo *Vitruv.* l. 2. c. 8. *ante med.* loquitur. Lapis autem est petra suæ formæ, et nulla arte elaborata. *Cic. de Orat.* c. 47. et *pro Dom.* c. 5. *a med.* A quibus ille se lapidibus appetitum, etiam percussum esse dixit. *Petron. in Satyr.* c. 90. Lapidibus aliquem prosequi. *et ibid.* Lapides in quempiam mittere. *to throw stones at. Sallust. in Jug.* c. 61. Lapidibus pugnare. *Plaut. Stich.* 4. 2. 33. lapide percutere. *Nep. in Regib.* c. 2. Lapide ictus. ¶ Differt a marmore, quod et rarius est, et solidius, et pretiosius, et ad subtiliora artis opera aptius. *Plin.* l. 36. c. 6. Fuit tamen inter lapidem, atque marmor differentia jam et apud Homerum. Dicit enim marmoreo saxo percussum. *Id. ibid.* c. 22. In Cappadocia lapis repertus est duritia marmoris. *Lamprid. in Heliogab.* c. 25. Parasitis in secunda mensa sæpe ceream cœnam, nonnunquam vel marmoream, vel lapideam exhibuit. *h. e.* vel cibis e marmore sculpto, vel e naturalibus lapidibus vario colore cibos imitantibus. Præterea *lapis* genus est, *marmor* species, ita ut omne marmor lapis sit, non contra. V. *Plin. initio* l. 36. Differt etiam a saxo, quod durius est, et asperius quid significat: lapis autem nitidioris est significationis. *Plin.* l. 36. c. 22. *a med.* Est et viridis silex, vehementer igni resistens, sed nunquam copiosus, et ubi invenitur, lapis, non saxum est. ¶ Hæc tamen discrimina passim negliguntur. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 57. *sub fin.* Lapides mehercule omnes flere coegisset. *Curt.* l. 5. c. 1. *a med.* Supra pilas lapide quadrato solum stratum est. *Virg.* 2. *Georg.* v. 348. Lapis bibulus. *h. e.* arenarius, vel pumex. *a sand-stone or pumice-stone.* et lib. 1. v. 275. incusus. *h. e.* mola cudendo asperata. [† *Quintil.* 2. 19. molaris. *a millstone. Virg.* 1. 593. Parius. *marble.*] *Plin.* l. 36. c. 19. Lapis vivus. *a flint-stone. Catull.* carm. 68. *ad Manl.* v. 148. Quo lapide illa diem candidiore notet. *h. e.* albo calculo. V. *Calculus. Plaut. Asin.* 1. 1. 16. Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit? *h. e.* in pistrinum, et molam. ¶ *Lapidem ferre altera manu, altera panem ostentare*, proverb. apud *eund. Aulul.* 2. 2. 18. de iis, qui palam blandiuntur, ut clam deinde noceant. *to give him roast meat and beat him with the spit.* ¶ *Verberare lapidem*, aliud proverb. de eo, qui ludit operam, et in eo laborat, in quo plus est damni, quam utilitatis. *to kick against the pricks. Id. Curcul.* 1. 3. 41. Noli, amabo, verberare lapidem, ne perdas manum. ¶ *Lapides loqui*, res auditu molestas, duras, et acerbas dicere. *Id. Aulul.* 2. 1. 29. Mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta soror: lapides loqueris. Contra *Aristoph. in Nubib.* v. 907. Ῥόδα μ' εἴρηκας. ¶ *Omnem movere lapidem*, proverb. omnia experiri, nihil intentatum relinquere, *to leave no stone unturned.* Græce *Plin.* l. 1. epist. 20. Omnia pertento, omnia experior, πάντα denique λίθον κινῶ. [† ¶ *Jovem lapidem jurare*, quid sit, V. in *Juppiter.*] ¶ Lapis sæpe est limes in agro positus, *a land-mark. Tibull.* l. 1. el. 3. v. 43. non fixus in agris, Qui regeret certis finibus arva, lapis. Hic etiam *sacer* dicebatur, vel quia sæpe dei alicujus; vel quia nefas erat illum violare; vel denique quia Terminus ipse deus habebatur. *Liv.* l. 41. c. 13. In Crustumino avem sanguinem sacrum lapidem rostro cecidisse. *Senec. in Hippol.* v. 528. Nullus in campo sacer Divisit agros, arbiter populis, lapis. *Lactant.* l. 1. c. 20. *ad fin.* Lapidem colunt informem, atque rudem, cui nomen est Terminus. ¶ Item sepulcri tegumen. *a grave-stone, tomb-stone. Tibull. loc. cit.* v. 54. Fac, lapis his scriptus sit super ossa notis. *Propert.* l. 3. el. 1. v. 37. Ne mea contempto lapis indicet ossa sepulcro. *Lapidem ultimum*, vocat *Id.* l. 1. el. 17. v. 20. ¶ Item lapillus, seu gemma, *a precious stone, gem, jewel. Catull.* carm. 68. *in Rufum*, v. 3. Non illam raræ labefactes munere vestis, Aut pelluciduli deliciis lapidis. Adde *Tacit. Ann.* 3. c. 53. ¶ Sæpe autem margaritam significat, *a pearl. Ovid. de ar. am.* lib. 1. v. 432. Elapsusque cava fingitur aure lapis. *Senec. in Herc. Œt.* v. 661. Nec gemmiferas detrahit aures Lapis Eoa lectus in unda. *et in Hippol.* v. 391. nec niveus lapis Deducat aures Indici donum maris. Adde *Horat.* l. 3. od. 2. v. 48. *Sil.* l. 12. v. 231. et *Martial.* l. 11. epigr. 50. et V. *Lapillus.* Huc etiam plerique trahunt locum *Catulli* modo allatum. ¶ Fuit Romæ locus eminens, seu lapideus suggestus, ad quem venales servi prostabant, et a præconibus proclamabantur. Hinc homo de lapide emptus, h. e. abjectus, vilissimus. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 17. Nescis nunc, venire te: atque in eo ipso astas lapide, ubi præco prædicat. *Colum.* l. 3. c. 3. *circa med.* Vel de lapide noxium comparare. *Cic. in Pison.* c. 15. Præter duos de lapide emptos tribunos plebis. *h. e.* pretio corruptos, et quasi mercede conductos. V. *Mensa* in fine. ¶ Metonymice *lapis* est spatium mille passuum in viis, *a mile*: quia Romanis singula passuum millia in viis militaribus lapide, seu columella distinguebantur, in qua inscriptum erat, quoto milliario ab Urbe distaret. *Rutilius* lib. 2. v. 7. intervalla viæ fessis præstare videtur, Qui notat inscriptus millia crebra lapis. *a mile-stone. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. *a med.* Fundus in Sabinis, qui est ad quartum et vicessimum lapidem, via Salaria, a Roma. *Plin.* l. 10. ep. 24. *in fin.* Municipium et agri sunt ultra centesimum et quinquagesimum lapidem. *Plin. alter* l. 33. cap. 12. *in fin.* Effoditur ad vigesimum ab Urbe lapidem. *Liv.* l. 4. c. 5. *ad fin.* Intra vicesimum lapidem. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 45. Duodecimum apud lapidem. *Justin.* l. 22. c. 6. Castra deinde in quinto lapide a Carthagine statuit. Al. omittunt *in. Flor.* l. 2. c. 6. *a med.* Moventi castra a tertio lapide Annibali deos restitisse. *et sub fin.* Jam non a tertio lapide, sed ipsas Carthaginis portas obsidione quatiebat. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 682. Sacra videt fieri sextus ab urbe lapis. ¶ Interdum lapis omittitur. *Tacit.* 2. *Hist.* cap. 24. Ad duodecimum a Cremona locus Castorum vocatur. et lib. 3. cap. 15. Ad octavum a Bedriaco progressus. *Marmor* posuit *Martial.* pro *lapide.* V. *Marmor.* ¶ Hujusmodi lapidum exempla multa habes apud *Gruter.* pag. 153. 154. 155. 156. et 158. ¶ Metaphorice dicitur de homine tardo, stulto, stupido, bardo, ignavo, ut et λίθος Græcis. *a slow, heavy, dull fellow. Terent. Heaut.* 4. 7. 3. I, quid stas, lapis? quin accipis? et 5. 1. 4. Quot res dedere, ubi possem persentiscere, ni essem lapis? *were I*

; as dull as a beetle. Tibull. lib. 1. el. 11. vers. 59. Ah lapis est ferrumque, suam quicumque puellam verberat. ¶ Per synecdochen *Horat.* lib. 1. sat. 6. v. 116. Cœna ministratur pueris tribus, et lapis albus Pocula cum cyatho duo sustinet. *h. e.* mensa, vel repositorium ex albo marmore. *Mensam marmoream* intelligit. V. *Mensa.* ¶ Reperitur et in genere feminino: ad *Homeri* similitudinem, inquit *Non.* cap. 3. n. 123. qui et ἡ λίθος dixit. *Enn. ibid.* Tanto sublatæ sunt agmine tunc lapides. ¶ Olim *lapis, is*, declinatum fuit. Hinc in ablat. *lapi* pro *lapide*, ut *Priscian.* l. 6. pag. 708. *Putsch.* docet. *Enn.* ibid. Obcumbunt multi leto, ferroque, lapique. ¶ *Lapiderum* pro *lapidum* dixit *Cn. Gell.* apud *Charis.* l. 1. pag. 40. Sed hæc jampridem obsolevere.

LAPITHÆ, arum, m. Λάπιθαι, pop. Thessaliæ circa Olympum montem, et Larissam urb. incolentes: dicti a Lapitha filia Apollinis, teste *Isidoro* l. 9. *Orig.* c. 2. qui primi omnium equos domuisse, eorumque frenos et strata invenisse creduntur. Eorum rex aliquando Pirithous Ixionis filius fuit, in cujus nuptiis cum Centauris, Hippodamen sponsam rapere conantibus, certaverunt, quam pugnam graphice describit *Ovid. Metam.* 12. a vers. 210. Hinc *Horat.* l. 1. od. 18. v. 8. Ac ne quis modici transiliat munera Liberi, Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero Debellata. *Id.* l. 2. od. 12. v. 5. Lapithæ sævi. *Virg.* 7. *Æn.* v. 304. Mars perdere gentem Immanem Lapithum valuit. pro *Lapitharum.* ¶ Confundit hos cum Centauris (nam Thessali omnes fuerunt) *Id.* 3. *Georg.* ubi ait vers. 115. Frena Pelethronii Lapithæ, gyrosque dedere Impositi dorso, &c. simulque docet, sive Centauros, sive Lapithas, primos domandorum equorum rationem invenisse. quod et *Lucan.* l. 6. v. 399. confirmat. *Plin.* l. 7. c. 56. ubi de rerum inventoribus agit, frenos et strata, equorum inventa dicit a Pelethronio: pugnam ex equis a Thessalis, qui Centauri dicti sunt. ¶ In singulari num. *Ovid.* 12. *Met.* v. 250. Illisit fronti Lapithæ Celadontis. *Val. Flacc.* l. 5. v. 516. His Lapithes adsuerat eques. ¶ In feminino gen. *Propert.* l. et el. 2. v. 61. Qualis et Ischomache, Lapithæ genus heroinæ.

LAPITHÆUS, a, um, adject. ad Lapithas pertinens. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 530. O salve, dixit, Lapithææ gloria gentis.

LAPITHEĬUS, a, um, ad Lapithas spectans. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 670. nec quæ Lapitheia movit Prœlia.

LAPITHONĬUS, a, um, ex stirpe Lapitharum. *Stat.* lib. 7. *Theb.* v. 297. confudere modos, puerum Lapithonia Nympha, &c. Alii aliter leg.

LAPPA, æ, f. *a bur*, ξανθίον, tribuli genus, capitula habens leviter hamata, ideoque vestibus adhærentia: a λαβεῖν, prehendere, quod vestes prehendat. *Virg.* 1. *Georg.* v. 152. intereunt segetes: subit aspera silva, Lappæque, tribulique. *Ovid.* l. 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 14. Mixta tenax segeti crescere lappa solet. Hinc *Plin.* l. 18. c. 17. eam numerat inter frugum morbos. *Id.* l. 21. c. 17. Notabile et in lappa, quæ adhærescit, quoniam in ipsa flos nascitur, non evidens, sed intus occultus, et intra seminat, velut animalia, quæ in se pariunt. *Id.* l. 24. c. 19. Lappa, quæ canaria appellatur. *Id.* l. 26. c. 11. Lappa boaria.

LAPPACĔUS, a, um, *of or like a bur*, lappæ formam habens. *Plin.* l. 22. c. 17. *de helxine.* Semina in capitibus lappaceis adhærentia vestibus.

LAPPĀGO, inis, f. *the herb maiden-lips, shepherd's rod, or teasel*, herbæ species: a *lappa*, quia lappæ similis est: ut *cunilago*, quia similis cunilæ. *Plin.* l. 26. c. 10. *ad fin.* Et lappago similis anagallidi, nisi esset ramosior, ac pluribus foliis aspera, rugosa, asperioris succi, gravis odoris.

LAPRĬUS, cognomen Jovis apud *Lactant.* l. 1. c. 22. *a med.* Quidam *Elaphum* intelligunt, secundum *Hesychium* in Creta cultum.

LAPSABUNDUS, a, um, labascens, *decaying, ruinous, dilapidated. Senec.* ep. 52. Fundamenta lapsabunda. Al. leg. *lassarunt.*

LAPSĀNA, æ, f. *wild colewort or dockerel, nipplewort*, λαμψάνη, genus oleris, seu cymæ silvestris, pedalis altitudinis, hirsutis foliis, napi simillimis, nisi candidior esset flore. Coquitur in cibo: alvum lenit, et mollit. Ita *Plin.* l. 20. c. 9. *a med.* ubi inter silvestres brassicas recenset. *Celsus* vero refert inter ea, quæ stomacho sunt aliena, l. 2. c. 25. et quæ urinam movent, cap. 31. *Varro* inter ea, quæ triplicem fructum præbent, l. 2. *R. R.* c. 16. *a med.* scilicet cibum, mel, ceram. Creat enim florem apibus amicissimum, ut est apud *Colum.* l. 9. c. 4. *ad fin.* Hic denique inter ea, quæ conditura servantur, l. 12. c. 7. ¶ Proverbium est *lapsana vivere*, de victu præparco minimique sumptus: *to fare hard*: quod tangere videtur *Plin.* l. 19. c. 8. *circa med.* ubi narrat exercitum Julii Cæs. inter jocos militares alternis versibus exprobrasse ei, lapsana se vixisse apud Dyrrachium, præmiorum parcimoniam cavillantes. ¶ Sunt qui *lampsana* scribunt, hærendo Græcis litteris.

LAPSĬLIS pro *Dapsilis* legunt in pluribus MSS. *Plauti Pareus* et *Lipsius* lib. 1. *antiquar. lection.* c. 15.

LAPSĬO, onis, f. *a falling, sliding; a going to decay or ruin; a trip, failure, mistake*, ὀλίσθημα, πτῶσις, casus, lapsus, ruina, præcipitium. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 12. Hæc in bonis rebus facilitas nominetur, in malis proclivitas, ut significet lapsionem.

LAPSO, as, n. 1. *to slip, trip, or fall often*, ὀλισθαίνω, sæpe labor, nutanti incertoque gradu incedo. *Flor.* l. 2. c. 10. Cum subinde crapula, et capitis errore lapsaret. *Virg.* 2. *Æn.* v. 551. Priamum trementem, et in multo lapsantem sanguine nati. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 65. Equi sanguine suo, et lubrico paludum lapsantes. *Sil.* l. 3. v. 631. tumulis delatus iniquis, Lapsantem dubio devexa per invia nisu Firmabat gressum. ¶ Pro cadere, *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 223. Gyan vidi lapsare cruentæ Vulnere Myrmidonis. ¶ Translate *Gell.* c. 15. l. 1. Qui sunt leves, et futiles, et importuni locutores, quique nullo rerum pondere innixi, verbis humidis et lapsantibus diffluunt. *h. e.* ultro, et facile ex ore excidentibus.

LAPSUS, a, um, *having slipped or fallen*, πεσὼν, ὀλισθήσας, particip. a *labor, eris. Horat.* l. 2. sat. 8. v. 72. si patinam pede lapsus frangat agaso. *Val. Flacc.* l. 6. v. 366. Galea lapsa solo insonuit. *Senec. in Thyest.* v. 701. regium capiti decus bis terque lapsum est. *Val. Flacc.* l. 4. v. 503. *de harpyiis.* Hoste novo turbata lues, lapsæque rapinæ faucibus. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 29. cum lapsa capillis Decidit ante sacros lanea vitta focos. *Virg.* 2. *Æn.* v. 693. stella de cælo lapsa. *Horat.* l. 2. od. 19. v. 11. Mella lapsa cavis truncis. *Propert.* l. 1. el. 3. v. 23. lapsos formare capillos. *disordered.* et lib. 2. el. 12. v. 5. somno lapsi ocelli. *Tacit.* l. 4. *Hist.* c. 22. Lapsus in somnum. *Senec. in Hippol.* v. 364. Lapsæ genæ. *h. e.* oculi jam morte cadentes, ut *Stat.* l. 3. silv. 5. v. 39. loquitur. vel ut *Claudian. de B. Gild.* v. 21. Vox tenuis, tardique gradus, oculique jacentes, Interius fugere genæ. ¶ Translate *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 9. v. 11. Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis. *h. e.* qui statu exciderunt, afflictis, miseris. *the wretched; the afflicted. Propert.* l. et el. 1. v. 25. Et vos, qui sero lapsum revocatis, amici, Quærite non sani pectoris auxilium. *h. e.* qui in morbum amoris incidit. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 53. Lapsus spe. *disappointed in his expectation. Justin.* l. 20. c. 4. Populum in luxuriam lapsum, auctoritate sua ad usum frugalitatis revocavit. *Id.* l. 21. c. 2. In segnitiem lapsus. *Tacit. Ann.* 4. c. 6. in adulationem. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 8. v. 7. verbo lapsus in uno. *h. e.* cui imprudenti verbum unum excidit: vel qui in verbo peccavit. *Lucret.* l. 2. v. 176. Lapsus a vera ratione. *Cic. pro Marcell.* c. 6. *sub fin.* Boni viri non cupiditate, aut pravitate aliqua lapsi, sed opinione officii, et specie quadam reipublicæ. *having offended.* et *pro Deiot.* c. 3. Errore communi lapsus est. *he has fallen into a common errour.* et *Phil.* 7. c. 6. consilio. et *Phil.* 10. c. 2. inopia verbi. *Suet. in Cæs.* c. 56. memoria. *Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 8. leg. 1. *a med.* facultatibus. *having become poor. Cic.* 2. *Offic.* c. 3. in re aliqua. *Suet. in Cæs.* c. 48. mente. *out of his mind, delirious.* Sic *Valer. Max.* l. 5. c. 3. n. 2 Lapsæ mentis error. *Virg.* 4. *Georg.* v. 449. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 5. v. 35. et *Senec. in Herc. Fur.* v. 646. Lapsæ res. *h. e.* afflictæ, accisæ, adversæ. *Virg. ibid.* v. 249. generis lapsi sarcire ruinam. *nearly extinct. Plin. in Paneg.* c. 18. Disciplinam castrorum lapsam exstinctamque refovisti. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 102. Lapsa fides. *promise broken. Curt.* l. 6. c. Omnia in externum morem lapsa. *have degenerated.* ¶ Dicitur et de iis, quæ descendunt, defluunt, decurrunt, ut aquæ, aves, angues, et hujusmodi. *Val. Flacc.* l. 1. v. 399. anguis lapsus ab arbore. *gliding. Ovid.* 13. *Metam.* v. 954. lapsi de fontibus amnes. *Val. Flacc.* l. 5. v. 254. lapsus montibus anguis. *Martial.* l. 4. epigr. 64. v. 24. Lapsæ per Tiberim volant carinæ. *floating. Virg. Æn.* 2. v. 262. demissum lapsi per funem. *descending, coming down*. et lib. 3. *Georg.* v. 457. ima dolor balantum lapsus ad ossa. *penetrating.* et lib. 7. *Æn.* v. 374. penitusque in viscera lapsum Serpentis furiale malum. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 71. *sub fin.* Ignis lapsus in porticus. ¶ Pro elapsus. *Id.* l. 5. *Ann.* c. 10. Lapsus custodia. et lib. 11. c. 31. *extr.* Seu forte lapsa vox in præsagium vertit. *having escaped from the mouth.* ¶ De iis, quæ sensim, ac tacite prætereunt. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 6. v. 17. Cuncta potest tacito pede lapsa vetustas. *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 2. leg. 6. Lapsa tempora. ¶ Sunt qui scribunt *lapsus*: quod in aliquib. MSS. vidisse se, testatur *Pier. ad lib.* 2. *Georg.* v. 305. et lib. 3. v. 448. sed improbant *Dausq.* et vulgatior usus.

LAPSUS, us, m. *a sliding, slipping, falling*, idem quod lapsio, prolapsio. *Virg.* 10. *Æn.* v. 750. infrenis equi lapsu jacens. *Apul.* l. 9. *Metam.* Assiduis lapsibus contusa crura. *Plin.* l. 22. c. 17. Contra ulcera, rupta, lapsusque. *Id.* l. 9. c. 35. Nullo lapsu franguntur. *Id.* l. 7. c. 37. Lapsu scalarum exanimatus. *Liv.* l. 21. c. 35. *sub fin.* Sustinere se a lapsu. ¶ Translate est error, culpa per imprudentiam admissa. *a mistake, errour, trip, oversight*, σφάλμα. *Cic.* 1. *Acad.* c. *ult.* Cohibere, et ab omni lapsu continere temeritatem. *Id.* 2. *de Orat.* c. 83. Cum sint populares multi variique lapsus. *Plin.* l. 5. c. 1. *a med.* Haud alius fidei pronior lapsus, quam ubi falsæ ubi gravis auctor exsistit. *there is no case in which one is more apt to be too credulous*, &c. ¶ Est etiam cursus, decursus. *a gliding, running, flowing*: et dicitur de aquis, stellis, avibus, et hujusmodi. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 44. Si lacus emissus lapsu, et cursu suo ad mare profluxisset. *Id. ibid.* c. 11. *in carm. de suo consul.* Stellæ certo lapsu, spatioque feruntur. *Virg.* 4. *Æn.* v. 524. medio volvuntur sidera lapsu. *Id.* 3. *Æn.* v. 243. Harpyiæ celeri fuga sub sidera lapsæ. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 39. Volucrum lapsus, atque cantus. *Val. Flacc.* l. 1. v. 91. deæ celeri per æthera lapsu Diversas petiere vias. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 163. *de Mæandro.* ambiguo lapsu refluitque, fluitque. *lapse. Colum.* l. 1. c. 5. Aqua palustri, quæ pigro lapsu repit. *Horat.* l. 1. od. 12. v. 10. rapidos fluminum lapsus morari. *course. Virg.* 2. *Æn.* v. 225. gemini lapsu delubra ad summa dracones Effugiunt. *Id.* 7. *Æn.* v. 349. anguis inter vestes lapsus morari. *Cic. in fragm.* apud *Lactant.* l. 3. c. 19. Castos animos, puros, integros levi quodam, et facili lapsu ad deos pervolare. *Id. de Senect.* c. 15. Vitis serpens multiplici lapsu, et erratico. ¶ *Lapsus rotarum* apud *Virgil.* 2. *Æn.* v. 235. sunt ipsæ rotæ, aut cylindri labentes, quibus subjectis facilius moles aliqua movetur, et traducitur.

LAQUĔAR, ris, n. *the roof of a house, or chamber, fretted or formed into raised work and hollows: a fretted cieling*, idem omnino quod *lacunar*, ejusdemque originis, per ἀντίστοιχον. *Virg. Æn.* 1. v. 730. dependent lychni laquearibus altis. et lib. 8. v. 25. summi laquearia tecti. *Senec.* ep. 90. *ante med.* Versatilia cœnationum laquearia ita coagmentat, ut subinde alia facies atque alia succedat, et toties tecta, quoties fercula, mutentur. *Plin.* l. 33. c. 3. *a med.* Laquearia, quæ nunc et in privatis domibus auro teguntur, post Carthaginem eversam primo inaurata sunt in Capitolio, Censura L. Mummii. *Id.* lib. 12. c. 1. Lætior quam marmorum nitore, picturæ varietate, laquearium auro. *Apul. sub initio* l. 5. *Metam.* Summa laquearia citro et ebore curiose cavata, subeunt aureæ columnæ. *Claudian. de B. Get.* v. 223. Laquearia auro fulta. ¶ *Laquear*, recti casus positio est a *Priscian.* l. 6. p. 691. Alii ponunt *laqueare*, alii *laquearium. Virg. in Cul.* v. 62. si nitor auri Sub laqueare domus animum non tangit avarum. *In Gloss. vet.* Laquear, καλάθωσις: Laqueare, σανίδωμα: Laquearium, ὀρόφωσις, ὄροφή. Hanc postremam habent etiam *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 12. et *Serv. ad cit.* l. 1. *Æn.* Quamvis autem tribus diversis Græcis vocibus reddantur, eæ tamen eandem fere significationem habent.

LAQUEARĬUS, ii, m. qui laquearia facit. *Imp. Constantin.* lib. 13. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 2. Architecti, laquearii, albarii, tignarii, &c. ¶ Item gladiator. V. vocem sequent.

LAQUEĀTOR, oris, m. qui laqueum injicit. *Isid.* l. 18. *Orig.* c. 56. fuisse ait gladiatores *laqueatores* dictos, quorum pugna erat ejusmodi, ut adversarium injecto laqueo captare studerent, atque irretitum confodere. Hos Latini *retiarios* dicunt. *Isid.* tamen ab his diversos laqueatores facit, cum de retiariis cap. 54. verba faciat. Alii apud Isidor. legunt *laquearii.*

LAQUEĀTUS, a, um, *ensnared, entangled*, ἐμπαγισθεὶς, laqueo irretitus, ligatus. *Colum.* l. 6. c. 19. *extr.* Ceterum corpus laqueatum et distentum temonibus obligatur. ¶ Item laquearibus ornatus. *fretted, formed into raised work, channelled, fluted*, φατνωτός. *Enn.* apud *Cicer.* 1. *Tuscul.* c. 35. et *Horat.* l. 2. od. 16. v. 11. Tecta cælata, laqueata. *Lucret.* l. 2. v. 28. laqueata aurataque templa. *Sueton. in Ner.* c. 31. Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis versatilibus, ut flores; fistulatis, ut unguenta desuper spargerentur. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 315. Antra subit tophis, laqueataque pumice vivo.

LAQUEUS, i, m. *a noose, halter, snare, trap, gin*, πάγη, βρόχος, vinculum ita nexum, ut pondere magis claudatur. Ducunt a *lax*, quod fraudem significat, teste *Festo* in *Lacit*: unde *Lacio*, in fraudem induco. *Virg.* 1. *Georg.* v. 139. Tum laqueis captare feras, et fallere visco. *Phædr.* l. 4. fab. 1. v. 17. Mus, qui sæpe laqueos et mucipula effugerat. *Liv.* l. 1. c. 26. Duumvir inquit, i lictor, colliga manus. accesserat lictor, injiciebatque laqueum. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 22. Laqueis falces avertebant. *Cic.* 6. *Verr.* c. 17. Collum inserere in laqueum. *Sallust. in Catil.* c. 58. Laqueo gullam alicui frangere. *to strangle. Senec. in Hippol.* v. 259. Laqueo vitam finire. *to hang himself. Ovid.* 7. *Metam.* v. 604. claudere animam. et lib. 10. v. 378. innectere fauces. et lib. 6. v. 132. ligare guttura. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 37. premere collum. *Id.* l. 2. sat. 3. v. 131. aliquem interimere. *Senec. in Hippol.* v. 1086. Implicare laqueo tenaci corpus. *Propert.* l. 1. *el. ult.* v. 48. In validis laqueis hærere. *Sueton. in Vitell.* c. 17. Injicere cervicibus laqueum. *Plin.* l. 36. c. 5. Quempiam ad laqueum compellere. *to drive him to hang himself.* ¶ Translate est fraus, insidiæ. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 591. Captus amator cadit in laqueos. et lib. 2. v. 595. rivali laqueos disponere. ¶ Et universim quidquid capere potest, et constringere. *Cic. pro Mil.* c. 15. *a med.* Cum illam belluam, judicii laqueos declinantem, jam irretitam teneret. *Id. pro Cluent.* c. 55. Laquei legum, et conditionum, ac judiciorum. *Plin.* l. 2. ep. 8. Nunquam ne hos arctissimos laqueos, si solvere negatur, abrumpam? *h. e.* occupationes, negotia. ¶ Præsertim vero captiosum argumentum, aut verbum. *an artifice, trick, equivocation, will, device. Cic.* 1. *de Orat.* c. 10. *a med.* Stoici disputationum suarum, atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. *Id. de Fato*, c. 4. Ad Chrysippi laqueos revertamur. *Id. pro Cæcin.* cap. 29. Verbi laqueo capere. *Quintil.* lib. 5. cap. 10. *a med.* In laqueos inexplicabiles incidere. *Plin.* l. 1. ep. 5. Involvere se laqueis insidiosæ interrogationis. *Gell.* l. 13. c. 10. Enodare laqueos juris. *knotty points, difficulties, intricacies.*

LAR, *vel* Lartes, tis, prænomen Civis Romani, aut Tusci. *Liv.* l. 3. c. 65. Lar Herminius consul. *Id.* l. 4. c. 17. Ad Lartem Tolumnium, Veientium regem. *Id.* l. 2. c. 9. Ad Lartem Porsenam Clusinum regem perfugerant. Adde l. 4. c. 58. ¶ Alii putant in recto casu *Lars* esse, docent autem, ductum esse a Laribus, et Tuscum prænomen esse. Ita *Auct.* libelli *de nominib. et prænominib.* &c. qui a nonnullis *Valerio Max.* tribuitur. *Charis.* l. 1. p. 110. *Putsch.* et *Priscian.* l. 5. p. 645. Lar, quando significat κατοικίδιον θεόν, Laris facit genitivum: sin autem imperatorem Veientum, Lartis. ¶ De deo domestico V. *Lares.* ¶ De signo cælesti, V. in *Ara.*

LARA, æ, *et* Larunda, æ, f. una Naiadum Tiberis, filia Almonis. Cum Juppiter Juturnam amaret, illique vim pararet, Lara admonuit Juturnam de Jovis insidiis, insuper Junonem adiit, et Jovis amorem narravit. Juppiter Laræ linguam eripuit (Hinc dea muta appellata est) et jussit a Mercurio ad Inferos adduci, et Stygiæ paludis Nympham esse. Mercurius in itinere compressit. Illa gravida facta geminos peperit, qui a nomine matris Lares dicti sunt, et a Romanis tanquam compitorum præsides, et urbis Romæ custodes, seu patroni culti. Ita et *Ovid.* 2. *Fast.* v. 585. et sequentib. *Id. ibid.* v. 599. forte fuit Nais, Lara nomine: prima sed illi Dicta bis antiquum syllaba nomen erat Ex vitio positum (*h. e.* Lala, nempe a loquacitate: quasi a λαλέω, loquor. subdit enim *Ovid.* sæpe illi dixerat Almo: Nata tene linguam: nec tamen illa tenet. *Varr.* tamen l. 4. *de L. L.* c. 10. *ad fin.* *Laram*, et *Larundam* Sabinas voces esse, docet.) *Lactant.* l. 1. c. 20. *a med.* Quis cum audiat deam mutam, tenere risum queat? Hanc esse dicunt, ex qua sint nati Lares: et ipsam Laram nominant, vel Larundam. *Auson. in monosyllab. de deis*, v. 9. Nec Genius domuum Larunda progenitus, Lar.

LARALĬA, ium, n. plur. dies festi in honorem Larium. In veteri Calendario apud *Gruter.* pag. 133. in Decembri, habetur Lar. N P. h. e. Laralia. nefastus primo: sed posses etiam legere *Larentalia*: quæ Decembri mense celebrabantur. *Ovid.* 3. *Fast.* 55. Non ego te tantæ nutrix Larentia gentis, Nec taceam vestras, Faustule pauper, opes. Vester honos veniet, cum Larentalia dicam: Acceptus geniis, illa December habet.

LARARĬUM, ii, n. *a private chapel, place of private worship,* ἐφέστιον, sacrarium domesticum, locus, in quo dii tutelares domus reponebantur, et adorabantur: a *Lare*, vel *Laribus*. Scribit *Lampridius* cap. 29. et 31. Alexandrum Severum in larario suo sanctiore, et majore rem divinam matutinis horis factitasse ad effigies deorum, in quibus habebat Apollonium, Orpheum, Abrahamum, et Christum: in secundo Larario habuisse simulacrum Virgilii, et Ciceronis, et aliorum. Sic L. Vitellius Auli Vitellii Imp. pater, Narcissi, et Pallantis imagines aureas inter Lares coluit, uti narrat *Sueton. in Vitell.* c. 2. *extr.*

LARDARĬUS, ii, m. qui lardum vendit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 647. n. 4. L. Neffinius Potiti L. Primus, Lardarius.

LARDUM. V. *Laridum.*

LARENTALĬA. V. *Laralia*, et *Laurentalia.*

LARENTĬA. V. *Acca.*

LARES, ium, *et* rum, m. (*in sing. num.* Lar, ris) duo filii Laræ, seu Larundæ Nymphæ, qui compita, et vicos servare, et pro Urbis conservatione vigilare credebantur. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 615. *de Lara.* Fitque gravis, geminosque parit, qui compita servant, Et vigilant nostra semper in Urbe, Lares. ¶ De origine vocis ita *Arnob.* l. 3. *sub fin.* pag. 124. Lares arbitratur vulgus vicorum atque itinerum deos esse, ex eo quod Græci vicos cognominant lauras. (λαῦρα, vicus, platea: a λαῦρος, latus.) Alii putant esse Hetruscam vocem, quæ principem et præsidem significat. ¶ De ipsis vero Laribus non una est opinio. Nam præter eos, qui Laræ duos filios fuisse dicunt, ut modo positum est; alii putant eosdem esse cum Manibus, alii tres Idæos Dactylos, Damnameneum, Acmonem, Celmonem: alii aerios deos et Heroas, alii larvas, hoc est genios, et functorum animas mortuorum. *Diomed.* l. 3. pag. 475. *Putsch.* et *Arnob. loc. cit.* ¶ Omnium ædium ac familiarum dii erant: iisque focus peculiariter sacer erat: et præterea apud ditiores sacrarium habebant (V. *Lararium*) in quo eorum sigilla servabantur. Sacra iis fiebant publice quidem quotannis mense Maio, teste *Ovid.* 5. *Fast.* v. 130. Sed Augustus instituit, ut bis anno, vernis et æstivis floribus colerentur, ut narrat *Sueton. in ejus vita*, c. 31. Privatim vero quotiescumque illorum opem petendi causa exsisteret. ¶ Erant præterea Lares urbium, agrorumque, habiti custodes et præstites omnium locorum, quæ ab hominibus incolerentur. *Plaut. Aulul. prol.* v. 2. Ego sum Lar familiaris, ex hac familia, unde exeuntem me aspexistis. *Id. Merc.* 5. 1. 5. Dii penates meum parentum, familiæque Lar pater, Vobis mando, meum parentum rem bene ut tutemini: Ego mihi alios deos penates persequar, alium Larem. et 5. 2. 24. Invoco vos, Lares viales, ut me bene juvetis. *Tibull.* l. et el. 1. v. 23. Vos quoque, felicis quondam, nunc pauperis agri Custodes, fertis munera vestra, Lares. ¶ Quod Penates, et Lares distinguit *in cit. Merc.* 5. 1. *Plautus*, in eo discrimen est, quod Lares communes erant omnium ædium, et vulgo ab omnibus colebantur: Penates erant singularum proprii, quos sibi quæque familia custodes tutoresque adsciscebat. Laribus in foco, Penatibus in atrio, aut interiore ædium parte sacra fiebant: Lares denique in compitis quoque, ac vicis; Penates domi solummodo colebantur. Hæc tamen discrimina non ubique certa sunt. ¶ *Præstites* dicti sunt, quod præstant oculis omnia tuta suis, ut ait *Ovid.* 5. *Fast.* v. 134. ¶ Eorum signum cum ara in compitis constituebatur calendis Maii cum cane ante pedes, quia Servat uterque domum: domino quoque fidus uterque: Compita grata deo, compita grata cani. Exagitant et Lar, et turba Diania fures, ut est apud *Ovid. ibid.* v. 139. ¶ Præter focum in privatis ædibus, publicam etiam ædem Romæ habuere, cujus meminit *Id.* l. 6. *Fast.* v. 791. ¶ Laribus sacra fiebant ture, floribus, mola salsa, horna fruge, agna, porca, vitula. Testimonia habes apud *Horat.* l. 3. od. 23. et lib. 2. sat. 3. v. 164. *Tibull. loc. cit.* et el. 3. v. 34. *Plaut. Aulul.* 2. 8. 15. *Fest.* in *Donaticæ*, *Sueton. in Aug.* c. 31. &c. ¶ De Laribus marinis V. in *Permarinus.* ¶ Per metonymiam Lares ponuntur pro ædibus, atque etiam pro patria urbe. *a house; one's country.* *Sallust. in Catil.* c. 21. Illos binas aut amplius domos continuare: nobis larem familiarem nusquam ullum esse? *Horat.* l. 1. od. 12. v. 43. avitus apto Cum lare fundus. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 3. v. 30. Capitolia cernens, Quæ nostro frustra juncta fuere Lari. *Id.* 1. *Fast.* v. 478. Deserit Arcadium, Parrhasiumque larem. *Martial.* l. 11. epigr. 83. Lar conductus. *a hired or rented house.* et lib. 1. epigr. 77. Flacce, Antenoreis spes, et alumne Laris. *h. e.* urbis Patavii. *Senec. in Med.* v. 20. per urbes erret ignotas egens, Exsul pavens, invisus, incerti Laris. ¶ De nido avium, *Val. Flacc.* l. 4. v. 44. Fluctus ab undisoni ceu forte crepidine saxi Cum rapit halcyones miseræ fetumque laremque. ¶ Genitivus plural. est *Larum* et *Larium*: sed illud frequentius. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 25. Fanum Orbonæ ad Ædem Larum. *Al. leg.* Larium. *Id.* l. 2. *de Legib.* c. 8. Lucos in agris habento, et Larum sedes. *Al.* Larium. *Liv.* l. 40. c. 52. *Dedicavit* ædem Larium Permarinum. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 8. Lucus Larum. *In monum. Ancyrano tab.* 4. pag. 232. *Gruter.* Ædem Larum in summa sacra via.

LARGE, *largely, plentifully, abundantly, liberally, bountifully,* δαψιλῶς, εὐπόρως, copiose, abunde, liberaliter. *Cic. pro Mur.* c. 4. *ad fin.* Quod dandum est amicitiæ, large dabitur a me. *Sallust. in Catil.* c. 16. Plerique Sullani milites largius suo usi. *having squandered away what they had.* *Horat.* l. 1. od. 9. v. 5. ligna super foco Large reponens. *Hirt. de B. Alex.* c. 1. *extr.* Aquam large præbere. *Plin.* l. 9. ep. 2. Varietas rerum largissime suppetit. *Phædr.* l. 2. fab. 6. v. 15. Large dapem dividere cuipiam. *Cic. in fin. Verr.* 3. Cujus mihi copiam quam largissime factam oportebat. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 8. *in fin.* Large effuseque donare. *Sueton. in Domit.* c. 21. Convivari frequenter ac large. *Cic.* 5. *Verr.* c. 88. Large liberaliterque æstimare. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Pastum animantibus large et copiose natura comparavit. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 19. Nemini credo, qui large blandus est dives pauperi. *Colum.* l. 8. c. 14. *sub fin.* et *Plin.* l. 10. c. 34. Large bibere. *Q. Cic. de petit. consul.* c. 11. *ad fin.* Large atque honorifice promittere. *Al. leg.* longe. *Plin.* l. 12. c. 14. *a med.* Large deos adorare. *h. e.* nulla turis parcimonia adhibita. *Id.* l. 7. c. 50. Quibus (*vita*) largissime contigit. *whose lot it has been to be long-lived.* et lib. 6. c. 17. Large frequentare locum aliquem. *in great numbers.* et lib. 21. c. 10. Thymum large florescens. *Horat.* l. 2. ep. 2. *in fin.* Largius æquo. *beyond what is right.* *Gell.* l. 4. c. 17. *ad fin.* I litteram, quæ in vocabulo quoque gemina esse debet, paulo uberius largiusque pronuntiabat. *h. e.* majore et longiore sono. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 15. Senatusconsultum large factum. *an ample decree.* ¶ Pro facile. *easily.* *Plin.* l. 17. c. 19. Juxta oleam seri ficum jubet, non ampliore intervallo, quam ut contingi large possit ramo oleæ quam maxime sequaci, atque obedituro. ¶ Pro late, ut videtur, *Id.* l. 2. c. 11. Sol montem Idam exoriens dextra lævaque large amplectens. *Id.* l. 36. c. 15. Amplitudinem cavis eam fecisse proditur, ut vehem fœni large onustam transmitteret. *Pallad.* l. 1. tit. 30. Anseribus large vagandi licentia prohibetur.

LARGIĀNUS, a, um, ad Largium pertinens, quod est nomen viri proprium. *Largianum Senatusconsultum*, de liberorum successione, memoratur a *Justin.* lib. 3. *Institut.* tit. 7. *ad fin.* et lib. 7. *Cod.* tit. 6.

LARGĬFĬCUS, a, um, *liberal, giving largely or bountifully,* copiosus, abundans. *Lucret.* l. 2. v. 627. Stipe largifica aliquem ditare.

LARGĬFLŬUS, a, um, *flowing copiously,* large et abundanter fluens. *Pacuv.* apud *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 39. Grando mixta imbri largifluo, subita et præcipitans cadit. *Lucret.* l. 5. v. 597. Largifluus fons.

LARGĬLŎQUUS, a, um, *full of words, talkative, verbose, wordy,* πολυλόγος, large loquens, multiloquus, verbosus. *Plaut. Cistell.* 1. 2. 2. Quæ ubi saburratæ sumus largiloquæ extemplo sumus: plus loquimur, quam sat est. *Id. Mil.* 2. 3. 47. Nonne tibi istam prætruncari linguam largiloquam jubes?

[*LARGĬMENTUM, i, n. largitas, largitio. *Fulgent. Mythol.* l. 1. *præf.* Quæ ampliora eveniunt, non hominis, sed divinum est largimentum.]

LARGĬO. V. in fin. vocis sequent.

LARGĬOR, iris, itus sum, dep. 4. *to give in abundance, give or grant liberally, bestow largely, lavish,* προΐεμαι, χορηγέω, large præbeo: item simpliciter, dono: a *largus.* *Cic. pro Rosc. Com.* c. 10. Largitus est scilicet homo liberalis, et dissolutus, et bonitate affluens Fannius Roscio. *Id. pro Quint.* c. 1. Hortensio summam copiam facultatemque dicendi natura largita est. *Id. de Harusp. resp.* c. 25. Utrisque secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 15. Largiri honores alicui. *Tacit. Ann.* 16. c. 11. pecuniam in servos. et lib. 1. c. 28. agros emeritis. *Martial.* l. 5. ep. 19. opes veteri fidoque sodali. *Plaut. Pers.* 2. 3. 13. Amico homini mea ex crumena largiar. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 23. Gallis autem propinquitas, et transmarinarum rerum notitia, multa ad copiam, atque usus largitur. *supplies abundantly.* *Hirt. de B. Afric.* c. 87. *extr.* De sua pecunia largitus est. *Cic. Fam.* 3. ep. 8. *ad fin.* Cum natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior. *Id. pro Balb.* c. 22. Largiri civitatem. *Id.* 3. *de Legib.* c. 17. libertatem istam populo, ut, &c. *Plaut. Amph.* 1. 1. 155. cœnam esurientibus. ¶ Non raro de iis dicitur, qui pecuniam donant corrumpendi causa, et commendorum suffragiorum: unde *largitio.* *to give largesses, bribe.* *Sallust. in Catil.* c. 39. Senatum criminando, plebem exagitare, dein largiundo et pollicitando magis incendere. *Id. in Jug.* c. 13. Quemcunque possint largiundo parare, ne cunctentur. *Liv.* l. 3. c. 1. Largiendo de alieno, popularem fieri. ¶ Translate *Justin.* l. 6. c. 7. Tanto patriæ, et penatium conspectus præsentia, quam recordatione sui, majores spiritus largiuntur. *Plaut. Asin.* 5. 2. 82. Istoscine patrem æquum mores est liberis largirier? *to instil, infuse.* paragoge. *Id. Mil.* 4. 6. 28. Tu te vilem feceris, si te ultro largiere. *h. e.* te offeres; copiam tui facile et sæpe facies. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 15. *a med.* Duo illa relinquamus: idque largiamur inertiæ nostræ. *give, attribute.* Sic *Fam.* 5. ep. 12. Amori nostro plusculum etiam, quam concedit veritas, largiare. *Tacit. Ann.* 3. c. 70. Sane lentus in suo dolore esset: reipublicæ injurias ne largiretur. *h. e.* remitteret, condonaret. *Sil.* l. 15. v. 727. Largiri habenas equo. *to let go, throw loose upon the neck.* *Plin.* l. 2. c. 23. Largiri cuipiam occasionem impudentiæ. *h. e.* præbere, *to give.* *Plaut. Capt.* 4. 2. 49. lætitiam alicui. *to cause, occasion.* *Plin.* l. 11. c. 23. *a med.* Si largiatur crassitudo. *should not contain.* Sic *Colum.* l. 5. c. 9. *ante med.* Si tempus non largitur. *does not permit.* *Scævola Dig.* lib. 35. tit. 2. leg. 25. Reditus largitur annuam præstationem. *yields.* *Cic. de Senect. c. ult.* Si quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam. *should grant to me.* *Virg.* 10. *Æn.* v. 493. Quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est, Largior. *I grant it; I permit it.* ¶ *Largibor* in futuro pro *largiar*: quod in verbis quartæ Prisci factitarunt. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 30. Libertatem Chrysalo largibere. ¶ Et *largibar* pro *largiebar.* *Propert.* l. 1. el. 3. v. 25. largibar munera somno. ¶ Etiam *largio* dictum fuit olim, positione activa. *Accius* apud *Non.* c. 7. n. 19. Benigne, et pro beneficio largito, atque amplius. *Lucil. ibid.* Quod viscus dederas tumidum, hoc in viscera largi. *h. e.* largito. Confirmat hæc *Priscian.* l. 8. pag. 797. *Putsch.* Hinc *largitus* passiva significatione *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 129. Cum largita tuis sunt muta silentia votis. ¶ Hinc *Inlargio*, is, et *Dilargitus*: quæ vide suis locis.

LARGĬTAS, atis, f. *liberality, bounty, abundance, plenty, largeness,* μεγαλοδωρία, largitio, liberalitas. *Terent. Heaut.* 3. 1. 31. Vehemens in utramque partem es nimis, aut largitate nimia, aut parcimonia. (Adde *Adelph. sc. ult.* v. 28.) *Cic. de clar. Orat.* c. 4. Ut impendiis augere possimus largitatem tui muneris. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 62. Terra fruges cum maxima largitate fundit. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 3. *a med.* Aliquem continua largitate ditare.

LARGĬTER, *largely, in abundance, plentifully, much,* δαψιλῶς, large, abunde, valde, affatim. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 18. Dumnorigem non solum domi, sed etiam apud finitimas civitates largiter posse. *had very great influence.* *Brut. ad Attic. inter epist. ad Brut.* n. 17. *sub fin.* Persuade tibi, de voluntate mea propria nihil esse remissum, de judicio largiter. *Plaut. Trucul.* a. 5. v. 11. Opus nutrici, utrem ut habeat veteris vini largiter. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 132. fortassis et istinc Largiter abstulerit longa ætas, liber amicus, Consilium proprium. *Plaut. Epid.* 3. 4. 49. Argentum stulte datum reor, atque peccatum largiter. *a great fault has been committed.* *Sueton.* (seu quicumque alius auctor est) *in vita Lucani, in fin.* Largiter epulatus. *Id. in Aug.* c. 39. Largiter præstare alicui. *to surpass greatly.* *Hirt. de B. Afric.* c. 72. *ad fin.* Ut jumenta bestiarum odorem, stridorem, speciem non reformidarent, largiter erat consecutus. *had succeeded fully in bringing about, that,* &c. *Lucret.* l. 6. v. 1110. facies hominum distare videntur largiter. *a great deal.* ¶ Interdum vim habet substantivi. *Plaut. Rud.* 4. 4. 144. Credo, illic inesse auri et argenti largiter. et 5. 2. 28. Largiter mercedis indipiscar. [*Apul. in Apol.* Largiter aquæ superest mihi.]

LARGĬTĬO, onis, f. *a giving freely, bestowing liberally, bountifulness, liberality, largition,* δώρημα, δαψιλὴς χορηγία, actus largiendi, distributio donorum, liberalitas. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 39. *extr.* Duas res consecutus est, quod pignore

animos centurionum devinxit, et largitione redemit militum voluntates. *Auct. de B. Hispan.* c. 1. *sub fin.* Ut ex ejus pecunia latronum largitio fieret. *h. e.* in latrones. *Hirt. de B. Alex.* cap. 4. Largitionem in milites auget *increases his largesses among the soldiers.* et *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 31. *extr.* Maximas largitiones facere. ¶ *Largitiones* Imperatorum tempore sunt fiscus, seu ærarium Principis, ex quo scilicet congiaria populo distribui solebant. Hinc *Impp. Constantin. et Constans* l. 7. *Cod.* tit. 62. leg. 21. Triginta auri pondo largitionibus nostris cogatur inferre. *Impp. Valentinian. Valens, et Gratian.* l. 9. *Cod. Theodos.* tit. 21. leg. 7. Quidquid ex auro hominum privatorum in monetis publicis repereris figuratum, id omne nostris scias largitionibus vindicandum. *Impp. Honor. et Theodos.* l. 10. *Cod. Justin.* tit. 23. leg. 2. Sacrarum vel privatarum largitionum palatina officia. ¶ Sæpe *largitio* in malam partem accipitur pro distributione pecuniæ, quæ fit ad aucupandum favorem in petitione honorum, et ad benevolentiam conciliandam potentiæ comparandæ causa. *bribery. Cic.* 2. *de Orat.* c. 25. De ambitu raro illud datur, ut possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione sejungere. *Id. pro Planc.* c. 15. Tribum turpi largitione corrumpere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 9. Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat. *Liv.* l. 4. c. 48. *a med.* Largitione pessimi exempli seditionem concire. *Sallust. in Catil.* c. 3. Pro pudore, abstinentia, virtute, audacia, largitio, avaritia vigebant. *Id. in Jug.* c. 18. *extr.* Largitio famosa et impudens. *Vellei.* l. 2. cap. 20. Corrupti spe largitionis milites. *Nep. in Milt.* c. 6. Populus largitione Magistratuum corruptus. *Id. in Amilc.* c. 3. Largitione vetustos pervertit mores Carthaginiensium. *Justin.* l. 1. c. 9. Regnum, quod fraude quæsierant, indulgentia et largitionibus confirmant. *Sueton. in Cæs.* c. 13. Pontificatum maximum petiit, non sine profusissima largitione. ¶ Item universim pro quacumque prodigentia. *profusion, prodigality. Senec.* l. 1. *de benef.* c. 2. Nullius rei, minime beneficiorum, honesta largitio est. ¶ Est etiam concessio. *a grant. Cic. pro Balb.* c. 13. *a med.* Nunquam est intermissa a majoribus nostris largitio et communicatio civitatis. ¶ Item administratio. *a direction, management. Cic. pro Mur.* c. 20. In jure dicundo gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam æquitatis largitio.

LARGITIONĀLIS, le, ad largitiones, seu fiscum Principis pertinens, ut *largitionales officiales*, qui eum fiscum curant, *Impp. Valentinian et Valens*, lib. 12. *Cod. Theodos.* tit. 6. leg. 13. Adde lib. 8. tit. 7. leg. 6. &c.

LARGĪTOR, aris, dep. 1. frequentat. *a largior. Plaut. Trin.* 3. 3. 14. Ex ea largitari te illi, &c.

LARGĪTOR, oris, m. *a profuse spender, liberal giver*, μεγαλόδωρος, qui largitur, qui libenter, et multa donat. *Liv.* l. 6. c. 16. *a med.* Seditionis leniendæ causa, postulante nullo, largitor voluntarius repente Senatus factus. et cap. 2. *sub fin.* Prædam militi dedit, quo minus speratam a minime largitore duce, eo militi gratiorem. *Sil.* l. 7. v. 164. Bacche, sacri largitor laticis. Adde *Liv.* l. 9. c. 42. ¶ Interdum in malam partem sumitur pro eo, qui per ambitum pecunia coemit suffragia, et favorem multitudinis, ut in *Largitio* dictum est. *a briber. Cic.* 1. *Offic.* c. 19. Exsistunt in republica plerumque largitores et factiosi, ut opes quam maximas consequantur, et sint vi potius superiores, quam justitia pares. *Id. Catil.* 4. c. 5. Lentulum largitorem et prodigum non putat, cum de pernicie populi R. tam crudeliter cogitarit.

LARGITŪDO, inis, f. largitas. *Charis.* lib. 1. pag. 78. *Putsch.* Largitudo nusquam invenitur, nisi apud Nepotem.

LARGĪTUS, a, um, particip. V. in *Largior.* ¶ Passiva significatione V. ibid. in fin.

LARGĪTUS, adverb. *largely, profusely*, largiter, affatim. *Afran.* apud *Non.* c. 11. n. 44. Quid lacrymas? largitus proloquere.

LARGIUSCŬLUS, a, um, *somewhat large*, aliquantum copiosus, largus. *Solin.* c. 7. (*al.* 12.) Galactites sub nexus parvulis, largiusculos haustus facit salivarum.

LARGUS, a, um, *abundant, plentiful, copious, large, extensive*, εὔπορος, δαψιλής, copiosus, abundans, amplus, multus. Dictum putant quasi λάεργον, a λα, valde, et ἔργον, res; alii a λαῦρος, copiosus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 19. Cum sol terras larga luce compleverit. *Virg. Æn.* 12. v. 721. sanguine largo Colla, armosque lavant. et l. 6. v. 699. largo fletu ora rigare. *Id.* 2. *Georg.* v. 390. largo pubescit vinea fetu. et l. 3. v. 308. largi copia lactis. et l. 1. v. 23. Largus imber. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 617. Larga messis. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 408. Largæ opes. *Id.* 4. *Metam.* v. 756. Largi odores: *Tacit. Ann.* 1. c. 31. Largiora stipendia exposcere. *Sueton. in Tito*, c. 7. Munus edidit apparatissimum, largissimumque. *most splendid. Horat.* l. 1. sat. 8. v. 44. Largior ignis ardet. *Petron. in Satyr.* c. 82. Largiore cibo excitare vires. *Lucret.* l. 4. v. 892 Largus aer penetrat foramina. *Liv.* l. 40. c. 14. Die festo inter æquales largiore vino uti. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 551. Largus honor. *h. e.* amplus, multa oris dignitas. *Plin.* l. 11. c. 39. Pili equis in juba largi, in armis leoni. *long and thick. Lucret.* l. 5. v. 156. Quæ tibi posterius largo sermone probabo. *in a long discourse. Plaut. Asin.* 2. 2. 24. Largior lingua. *wordy, talkative, verbose. Plin.* lib. 34. cap. 14. *in fin.* Metallorum omnium vena ferri largissima est. ¶ Cum genitivo. *Virg.* 11. *Æn.* v. 338. Largus opum. Ubi *Servius:* abundans, dives: non qui multa donaret. *Lucan.* l. 9. v. 608. fons largus aquæ. *Martial.* l. 8. epigr. 70. Cum siccare sacrum largo Permessida posset Ore, verecundam maluit esse sitim. *h. e.* amplo et facundo ob divitem venam carminum. ¶ Cum ablat. *Plin.* l. 25. c. 13. *a med.* Folia carnosa, pinguia, larga succo. ¶ Est etiam liberalis, profusus, pronus ad donandum. *liberal, profuse, prodigal, bountiful, generous. Cic.* 2. *Offic.* c. 16. Duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. *Id.* 5. *Verr.* c. 50. Si largissimus esse vellet, cumulatiore mensura uteretur. *Plaut. Asin.* 3. 3. 8. Audin' tu hunc, opera ut largus est? *h. e.* facile pollicens operam suam. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 59. Vir largus animo, et par opibus. *of a liberal mind.* et l. 3. c. 58. Largus promissis. *Sil.* l. 8. v. 250. largusque rapinæ. *h. e.* de alieno largiens. et l. 15. v. 498. Pœnus mercandi dextras largus. *h. e.* facilis et largus in conducendis militibus. *Stat. Theb.* 3. v. 603. largusque animæ, modo suaserit ira. *h. e.* vitam facile periculis objiciens, vitæ prodigus. *prodigal of life. Lucan.* l. 7. v. 225. et largus habenæ Ponticus ibat eques. *h. e.* qui equitando solet equo habenas laxare. Al. leg. *habenis:* al. *habena.* Ita *Sil.* l. 7. v. 696. Ferrata calce, atque effusa largus habena Cunctantem impellebat equum. Sic l. 15. v. 727. totas largitus habenas Livius acer equo. ¶ Cum infinito. *Horat.* l. 4. od. 12. v. 19. Spes donare novas largus. ¶ Fuit cognomen familiæ Romanæ non unius. De horum uno *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 16. v. 17. Ingeniique sui dictus cognomine Largus, Gallica qui Phrygium duxit in arva senem. Apud *Tacit. Ann.* 11. c. 33. legitur P. Largus Cæcina: apud *Plin.* l. 17. c. 1. Cæcina Largus: apud *Gell.* l. item 17. c. 1. Largius Licinius.

LARĪDUM, *et per syncop.* Lardum, i, n. *bacon; the fat of bacon, lard*, caro suilla cum suo pingui sale condita et siccata: item ipsum pingue. *Macrob.* dici putat, quasi *large aridum.* Ejus verba sunt l. 7. *Saturn.* c. 12. Sæpe apposita salita carne, quam laridum vocamus, ut opinor, quasi large aridum, quærere mecum constitui, qua ratione carnem, ad diuturnitatem usus, admixtio salis servet. *Plaut. Capt.* 4. 3. 3. Quarta pernis pestis veniet! quanta labes larido! *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 85. semesaque lardi Frusta dedit. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 169. Pinguia cur illis gustentur larda calendis. *Martial.* l. 6. epigr. 79. v. 10. Et pallens faba cum rubente lardo. *Juvenal.* sat. 11. v. 84. Et natalitium cognatis ponere lardum. *Plin.* l. 28. c. 15. *a med.* Lardum elixum, atque circumligatum mira celeritate ossa fracta solidat. *Pallad. in Decembr.* tit. 6. Pernas etiam et lardum conficimus non solum mense hoc, sed omnibus, quos hiemalis algor adstringit. [¶ Adjective *laridus, a, um. Cod. Theodos.* lib. 8. tit. 4. leg. 17. Pro octoginta libris laridæ carnis, pro octogenis etiam libris olei, et pro duodenis modis salis singuli solidi perferantur.]

LARIFŬGA, æ, m. et f. *a vagabond*, qui lares suos deserit, erro, vagabundus. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 57. *Burm.* Larifuga nescio quis, non valet lotium suum.

LARIGNUS, a, um, *of or pertaining to the larch-tree*, πεύκινος, qui est ex larice. *Vitruv.* l. 2. c. 9. *ad fin.* Larigna materies.

LARĪNAS, atis, m. et f. qui est ex oppido Larino, quod est in finibus Apuliæ in Trentanis. *Cic. pro Cluent.* c. 7. Larinas socrus Oppianici. *Sil.* l. 8. v. 404. Ac Larinatum dextris socia hispidus arma Commovet, &c. *Plin.* l. 3. c. 11. *sub fin.* Larinates cognomine Trentani. *Sil.* l. 12. v. 174. Larinatia signa. *Cicer. pro Cluent.* c. 13. In foro Larinatium.

LARISSA, æ, f. hod. *Larizza*, Λάρισσα, urbs Thessaliæ mediterranea, in confinio Macedoniæ, ad Peneum fluvium. *Plin.* l. 4. c. 8. et *Pompon. Mela*, l. 2. c. 3. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 11. Larissæ campus opimæ. *Lucan.* l. 6. v. 355. Atque olim Larissa potens. ¶ Aliæ sunt hujus nominis urbes, de quibus adi Geographos.

LARISSÆUS, a, um, ad Larissam pertinens. *Virg.* 2. *Æn.* v. 197. Quos neque Tydides, nec Larissæus Achilles, &c. *Serv.* ad hunc loc. dicit, Achillem Phthium fuisse, sed Larissæum cognominari a vicinitate. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 542. Larissæa Coronis. *Seren. Sammon.* c. 46. v. 836. Larissæa sanatus Telephus hasta. *h. e.* Achillis. ¶ Etiam arx Argivorum *Larissa* dicta est, a Larissa Pelasgi Argivorum regis matre, ut est apud *Serv. ad Æn.* 1. v. 628. quare ad eam pertinet illud *Stat.* l. 4. *Theb.* v. 5. Prima manu rutilam de vertice Larissæo Ostendit Bellona facem.

[* LARISSENSES, ium, m. populi, seu incolæ urbis Larissæ, iidem ac Larissæi. *Liv.* l. et c. 31.]

LARĪUS, ii, m. hod. *lago di Como*, lacus amplus Insubriæ, per quem fluit Addua amnis. In vocativo *Lari* habet. *Virg.* 2. *Georg.* v. 159. Anne lacus tantos, te, Lari maxime, teque Fluctibus, et fremitu assurgens, Benace, marino? ¶ Adjective *Catull.* carm. 55. *ad Libell.* v. 4. Comi mœnia, Lariumque litus.

LARIX, icis, *the larch-tree*, λάριξ, arboris genus cognatum abieti, et pino: a λαρὸς, suavis, nempe ab odoris suavitate. Resinam enim fundit, et vere flores gignit odoratos. Nullam quantumvis longa senecta cariem sentit. Neque ignem per se concipit, neque ulla ratione ardet, eo quod plurimum terrestris, aqueæque habeat substantiæ, minimum autem igneæ, aut aeriæ. Nec est alia ratio eam consumendi, quam si magna lignorum copia uratur, quemadmodum in iis contingit lapidibus, qui calcis gratia coquuntur. Abundat circa Padi ripas, et maris Adriatici litora, vix alibi nota. *Plin.* l. 16. c. 10. *Vitruv.* l. 2. c. 9. *Lucan.* l. 9. v. 920. Et larices, fumoque gravem serpentibus urunt Abrotanum. ¶ Plin. feminini generis facit *loc. cit.* Excepta larice, quæ nec carbonem facit. Adde cap. 12. et 40. *sub fin.* At masculini *Vitruv. ibid.* Larix, qui non est notus, nisi, &c. ¶ Quod negant *Plin. Vitruv.* itemque *Pallad. in Novembr.* tit. 15. hanc arborem igne corripi, aiunt nonnulli, aliam esse ab ea, qua nunc utimur, cum certum sit, hanc ardere.

LARS. } V. *Lar.*
LARTES. }

LARVA, æ, f. *a spectre, ghost, phantom, walking spirit, hobgoblin, goblin, noxious spirit*, μορμολύκειον, genius malus ac noxius defunctorum. Dictam putant a *Lare*, a quo ita differat, ut *Lar* certis ædibus curam gereret posterorum, *larva* vagaretur incertis sedibus, et perterreret homines horribili visu: atque hac pœna plecteretur ob vitam male actam. *Augustin.* l. 9. *de Civit. Dei*, c. 11. Dicit (*Plato*) animas hominum dæmones esse, et ex hominibus fieri lares, si boni meriti sunt; lemures, si mali, seu larvas: manes autem deos dici, si incertum est, bonorum eos, seu malorum esse meritorum. *Apul. de deo Socrat. a med.* Est et secundo significatu species dæmonum, animus humanus, emeritis stipendiis vitæ, corpore suo abjurans. Hunc vetere lingua Latina reperio Lemurem dictitatum. Ex hisce ergo Lemuribus, qui posterorum suorum curam sortitus, placato et quieto numine domum possidet, Lar dicitur familiaris: qui vero ob adversa vitæ merita, nullis bonis sedibus, incerta vagatione, ceu quodam exsilio, punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterum noxium malis: id genus plerique larvas perhibent. Cum vero incertum est, quæ cuique eorum sortitio evenerit, utrum Lar sit, an Larva, nomine Manem deum nuncupant. Hucusque *Apul. Plaut. Amph.* 2. 2. 45. Hæc quidem ædepol laruarum plena est. *Id. Aulul.* 4. 4. 15. Laruæ hunc, atque intemperiæ agitant senem. *Id. Capt.* 3. 4. 66. Jam deliramenta loquitur: larvæ stimulant virum. *Senec. in Apocoloc. circa med.* Qui contra hoc SC. deus factus erit, eum dedi larvis, et proximo munere ferulis vapulare placet. *Plin. sub fin. præfat. Hist. nat.* Nec Plancus illepide, cum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab ipso, aut liberis post mortem Planci ederentur, ne respondere posset: *cum mortuis non nisi larvas luctari.* Hæc *Plin.* Eo autem dicto Plancus Asinium, ut insanientem, præstringebat. Nam est etiam convicium in hominem insanum, aut stupidum. *Plaut. Merc.* 5. 4. 20. Etiam loquere larua? tu? Adde *Cas.* 3. 4. 2. Utroque autem loco trisyllabum est, ut et *Amph.* 2. 2. 145. et *Aulul.* 4. 4. 15. ¶ Est etiam *larva* persona, *a mask*, πρόσωπον, προσωπίς. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 64. Nil illi larva, et tragicis opus esse cothurnis. ¶ Translate *Petron. in fragm. Tragur.* c. 44. *Burman.* vocat *larvas* Ædiles, aut similes magistratus, qui personam quidem illam gerunt, ceterum alia omnia curant, quam res civium, et utilitatem reipublicæ, privato solum lucro intenti. Al. aliter leg. ¶ Est etiam sigillum, imaguncula, ita quodam occulto artificio compacta, ut moveri per se videatur, *an automatous image or puppet. Petron. in fragm. Tragur.* c. 34. *Burm.* Larvam argenteam attulit servus sic aptatam, ut articuli ejus, vertebræque laxatæ in omnem partem verterentur. Apud *Apul. in Apolog.* *larvam* appellabant et *sceletum* adversarii ejus imaguncolam Mercurii, quam ille religionis causa sibi fabricari jusserat, ipsi autem magicis artibus paratam calumniabantur.

LARVĀLIS, le, *like a ghost, ghastly, terrible, frightful*, μόρμυος, terribilis, deformatus, pallens, emaciatus, ac prorsus horrendus: a *larva. Ammian.* l. 31. *sub init.* Larvale simulacrum. *Senec.* ep. 24. *a med.* Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat, et tenebras, et larvalem habitum nudis ossibus cohærentium. *Apul. in Apolog.* Macilenta forma diri cadaveris, prorsus horribilis, et larvalis. ¶ In *Priap.* carm. 32. legitur *larvialis* epenthesi τοῦ i. Pallorem, maciemque larvialem. Al. leg. *larualem*, quadrisyllabum. V. *Larva.*

LARVĀTUS, a, um, *frighted with ghosts, distracted, mad, out of his wits*, furiosus, mente motus, quasi a larvis exterritus, ut *Festus*, vel in larvas incurrerit, ut *Non.* c. 1. n. 213. exponit. *Plaut. Men.* 5. 4. 1. Quid esset illi morbi, dixeras? num larvatus, aut cerritus? *Id. in fragm.* apud *Serv. ad Æn.* 6. v. 229. Pro larvato te circumferam. *Apul. in Apolog.* Hunc denique qui larvam putat, ipse est larvatus. ¶ Priore loco al. leg. *laruatus* quadrisyllabum, quod ita ratio carminis postulet. V. simile exemplum in voce præced. et in *Larva.*

LARVIĀLIS. V. *Larvalis.*

LARVO, as, a. 1. larvis infesto, terreo. *Firmic.* l. 3. c. 14. *a med.* Fascinantes mulieres, quæ etiam ipsos artus larvari, ac fascinari faciant.

LARUNDA. V. in *Lara.*

LASĀNUM, i, n. *a chamber-pot, close-stool*, λάσανον, vas evacuando ventri accommodatum: a Græca voce allata,

quam *Hesychius* familiaricam sellam interpretatur. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 109. Cum Tyburte via Prætorem quinque sequuntur Te pueri, lasanum portantes, œnophorumque. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 41. *Burm.* Ab hoc ferculo Trimalchio ad lasanum surrexit. [† V. *Scaphe.*]

LASCĪVE, *wantonly, sportively, lasciviously*, ἀσελγῶς, ἀκολάστως, petulanter, molliter. *Martial. in epist. ad Domitian. initio* l. 8. Illis non permisi tam lascive loqui, quam solent. *Apul. in Apolog.* Versus amatorios fecit etiam mulier Lesbia, lascive illa quidem, tantaque gratia, &c. *Avien. in Arat.* v. 514. Et si persultans aries lascivius herbas Appetit.

LASCIVĬA, æ, f. *petulance, licentiousness, contempt of just restraint, boundless liberty, insolence*, ἀσέλγεια, animi incontinentia, ex saturitate fere et otio nascens quæ vel in procacitatem, vel in libidinem erumpit. *Cic.* 2. *de Fin.* 20. Non enim hilaritate, nec lascivia, nec risu, aut joco comite levitatis, sed sæpe etiam tristes firmitate et constantia sunt beati. ¶ Sæpe tamen est sine malitia. *wantonness, playfulness, sportiveness, frolicsomeness. Senec. de consol. ad Helv.* c. 16. *a med. de blandissimo puero:* Cujus non lacrymas ejus hilaritas supprimat? cujus non contractum solicitudine animum illius argutiæ solvant? quem non in jocos vocabit illa lascivia? *liveliness, vivacity.* Sic *Plin.* l. 9. ep. 33. lasciviam vocat ludicros cursus decursusque delphini. et *Pacuv.* apud *Cicer.* l. 1. *Divin.* c. 14. Ut provectione læti piscium lasciviam intuerentur. Sic *Tacit. de Germ.* c. 24. saltationem inter gladios audacem lasciviam dixit. Sic *Lucret.* l. 5. v. 1397. *de priscis temporib.* agrestis enim tum musa vigebat: Tum caput atque humeros plexis redimire corollis, Floribus, et foliis lascivia læta monebat. ¶ Interdum pro libidine ponitur, *lustfulness, libidinousness, lasciviousness. Sueton. in Calig.* c. 36. Cum maxime placitam sevocasset, paulo post, recentibus adhuc lasciviæ notis, reversus, &c. ¶ Item pro petulantia, et procacitate. *Quintil.* l. 9. c. 2. *a med.* Assistentes oderint hanc maledicendi lasciviam. Sic *Tacit. Ann.* 11. c. 13. theatralem lasciviam vocat jocos impudentes, et probra a populo in theatro jactata in consulares viros, et illustres feminas. ¶ Est etiam lascivia in oratione, cum scilicet intemperanti stylo quis utitur. *Quintil.* l. 2. c. 6. *a med.* Ne recentis hujus lasciviæ flosculis capti, voluptate quadam prava deliniantur, ut illud prædulce genus adament. ¶ Et in operibus naturæ. *Plin.* l. 11. c. 37. *sub init. de cornibus.* Nec alibi major Naturæ lascivia: lusit animalium armis. Sparsit hæc in ramos, ut cervorum: aliis simplicia tribuit, &c. *caprice.* Similiter vertitur illud *Taciti Ann.* 11. c. 31. Vectius Valens lascivia in præaltam arborem connisus. *in a fit of ecstasy, whimsically, capriciously.* et lib. 3. *Hist.* c. 33. Faces in vacuas domos per lasciviam jaculabantur. *by way of sport.* ¶ Passive *Plaut. Asin.* 2. 2. 32. O catenarum colone. L. O virgarum lascivia. *h. e.* in cujus tergum virgæ lascivire solent.

LASCĪVIBUNDUS, a, um, *wanton, sportive*, lasciviens. *Plaut. Stich.* 2. 1. 16. Quidnam dicam, Dinacium lascivibundum tam libenter currere?

LASCĪVĬO, is, ii, itum, n. 4. *to be wanton, play the wanton, wanton, sport, frisk, frolic*, ἐξυβρίζω, est petulanter agere, ut equi indomiti solent, et qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrant, præter solitum, aut lusitant, exsultantque. *Liv.* l. 2. c. 29. Et lascivire magis plebem, quam sævire. *Colum.* l. 6. cap. 24. Nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciviunt. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 321. Fuga lascivit agnus. *Sil.* l. 13. v. 329. Dextera lascivit cæsa Tegeatide capra. *h. e.* hos, illos percutiens pelle capræ. De Lupercis loquitur, qui nudi per urbem discurrebant, et obvios quosque percutiebant. ¶ Translate *Claudian.* l. 2. *de rapt. Pros.* v. 145. Insolitisque docet galeam mitescere sertis: Ferratus lascivit apex, horrorque recessit Martius, et cristæ pacato fulgure vernant. ¶ Refertur et ad orationem molliorem, et stili delicatioris. *Quintil.* l. 9. c. 4. Pedes in oratione simili pæne licentia lascivientes. *et sub fin. ejusd. cap.* Quotidie magis lascivimus syntonorum modis saltitantes. *Id.* l. 12. c. 10. *ad fin.* Corruptum dicendi genus, quod aut verborum licentia resultat, aut puerilibus sententiolis lascivit.

LASCĪVĪTAS, atis, f. lascivia, petulantia. *Firmic.* l. 1. c. 1. et *Cœl. Aurel.* l. 3. *Tard.* c. 8.

LASCĪVĪTER, lascive. *Lævius* apud *Charis.* l. 2. pag. 183. *Putsch.* Lasciviterque ludunt.

LASCĪVŬLUS, a, um, *a little wanton*, diminut. a Lascivus. *Lævius* apud *Priscian.* l. 10. pag. 903. *Putsch.* Manu lascivula ac tenellula.

LASCĪVUS, a, um, *petulant, pert, wanton, sportive, frolicsome, playful, frisky*, ἀκόλαστος, ἀσελγής, ὑβριστικός, petulans, procax, protervus, nimia licentia exsultans ex hilaritate quadam animi, rerum copia, atque otio. Quidam ducunt a *lacio*, unde *lacesso*, quasi *lacessivus*, quia sine ulla causa lacessere alios solet. Alii alias assignant origines, e Græco petitas. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 14. Naturale sepimentum, quod habet radices, ac prætereuntis lascivi non metuit facem ardentem. *Virg. Ecl.* 2. v. 64. Florentem cytisum sequitur lasciva capella. *et Ecl.* 3. v. 64. Malo me Galatea petit, lasciva puella, Et fugit ad salices, et se cupit ante videri. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 133. Vellunt tibi barbam Lascivi pueri, quos tu ni fuste coerces, &c. *Ovid. Metam.* 13. v. 791. tenero lascivior hædo. *Rutil. in Itiner.* l. 1. v. 379. Ludere lascivos inter vivaria pisces. *M. Cœl.* apud *Quintil.* l. 6. c. 3. *ante med.* Siculi quidem, ut sunt lascivi et dicaces, aiebant, in delphino sedisse, &c. *Id. ibid.* Lascivum et hilare dictum. *Horat. de ar. Poet.* v. 105. tristia mœstum Vultum verba decent, iratum plena minarum, Ludentem lasciva, severum seria dictu. *Id. in fin.* ep. 2. l. 2. ne potum largius æquo Rideat, et pulset lasciva decentius ætas. *Plin.* l. 10. c. 42. *de psittaco.* Imperatores salutat, et quæ accipit verba, pronuntiat: in vino præcipue lasciva. *lively. Tibull.* l. 2. el. 1. v. 87. jam Nox jungit equos, currumque sequuntur Matris lascivo sidera fulva choro. *Spartian. in Adrian.* c. 14. *extr.* Idem severus, lætus; comis, gravis; lascivus, cunctator. *h. e.* nimis festinus, et præceps, *precipitous, hasty*, προπετής. ¶ Sæpe ad res turpes refertur, *lustful, lascivious, libidinous, obscene. Ovid.* 3. *Amor.* el. 7. v. 10. et lib. 1. *de ar. am.* v. 523. et alibi. Sic *Martial.* l. 5. epigr. 2. Lascivi libelli. et *Sueton. in Tiber.* c. 43. Lascivissimæ picturæ. ¶ Transfertur et ad inanima. *Horat. in fin.* od. 36. l. 1. Lascivæ hederæ. *h. e.* quæ erratico, et libero cursu passim adhærescunt. *Martial.* l. 11. epigr. 46. Lasciva acus. *h. e.* comatoria, calamistrum. Sic *Tertull. de virgin. veland.* c. 12. Acu lasciviore comam sibi inferunt. *Martial.* l. 8. epigr. 78. Nunc veniunt subitis lasciva numismata nimbis. *h. e.* huc illuc vage super populum cadentia, et illius aviditatem ac proterviam in colligendo excitantia. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 76. cum lascivum sternet arena forum. *h. e.* cum propter gladiatorium ludum convenientibus in forum puellis, licentiæ et amoribus locus erit. *Claudian. de consul. Mall. Theod.* v. 331. lascivi confligunt æquore lembi. *h. e.* agiles, leves ludunt in undis pugnæ simulacro. ¶ *Lasciva oratio* est nimis compta, et ornata. *Gell.* l. 12. c. 2. *a med.* Ciceronem hæc (*Enniana*) interposuisse ad effugiendam infamiam lascivæ orationis, et nitidæ.

LASER, eris, n. *the juice of the herb* laserpitium, λασάριον, ὀπὸς, succus sirpis, seu silphii. *Plin.* l. 19. c. 3. Auctoritate clarissimum laserpitium, quod Græci silphion vocant, in Cyrenaica provincia repertum: cujus succum vocant laser, magnificum in usu, medicamentisque, et ad pondus argentei denarii pensum. (V. ibi plura de eo. Adde et locum *Solini*, quod in *Laserpitium* referemus.) *Id.* l. 22. c. 23. Laser e silphio profluens, inter eximia naturæ dona numeratum, pluribus compositionibus inseritur. (V. ibi plurimos ejus usus in medicina.) *Colum. de arborib.* c. 23. Laser Cyrenaicum vino diluere. *Marcell. in carm. de medic.* v. 54. Zingiber et calidum, mordax piper, et laser algens. *Pallad. in Februar.* tit. 29. ὀπὸν Κυρηναϊκὸν vocat. ¶ Sumitur et pro ipso silphio. *Plin.* l. 19. c. 8. *a med.* Condiuntur aceto, addita laseris radice. Adde *Scribon. Larg. compos.* 192. et 196.

LASERĀTUS, a, um, *mixed with benzoin*, lasere mixtus, seu conditus. *Plin. Valer.* l. 1. c. 21. Cinis cum aceto laserato mixtus. ¶ *Laseratum* absolute, est condimentum ex lasere. *Apic.* l. 1. c. 30. *in lemmate.*

LASERPITIARĬUM, ii, n. condimentum ex laserpitio. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 35. *Burm.* De laserpitiario, mimo canticum extorsit. Al. aliter leg.

LASERPITIĀTUS, a, um, *mixed with* laserpitium, laserpitio mixtus. *Cato de R. R.* cap. 116. Permisceto lentim aceto laserpitiato. *Plin.* l. 18. c. 30. *sub fin.* Sunt qui lentem aceto laserpitiato respergant.

LASERPITĬFER, a, um, *producing* laserpitium, laserpitii ferax, ut Laserpitiferæ Cyrenæ, apud *Catull.* carm. 7. *ad Lesb.* v. 4.

LASERPITĬUM, ii, n. *an herb producing a gum or resin; laserwort, or masterwort, of which one kind is called benzoin or benjamin, and another assafœtida*, σίλφιον, idem quod silphium, herba radice multa, crassaque, et nigri corticis, caule ferulaceo, aut simili crassitudine, foliis apio maxime similibus, semine foliaceo. Vesci pecora solita, primoque purgari, mox pinguescere, carne mirabilem in modum jucunda. Post folia amissa, caule ipso et homines vescebantur decocto, asso, elixoque, eorum quoque corpora quadraginta primis diebus purgante a vitiis omnibus. Hæc *ex Plin.* l. 19. c. 3. ubi addit, ex inciso tubere, seu radice manare succum, qui laser dicitur (V. *Laser*) qui et ipse aliquando laserpitium vocatur. *Id.* l. 20. c. 13. *ad fin.* Nonnulli laserpitium una illini jubent. *Plaut. Rud.* 3. 2. 16. Si speras tibi hoc anno multum futurum sirpe, et laserpitium. ¶ De hoc succo ita *Solin.* c. 27. (*al.* 40.) *a med.* Apud Cyrenenses sirpe gignitur, odoratis radicibus, virgulto herbido magis, quam arbusto: cujus e culmo exsudat stato tempore pingue roscidum, idque pascentium hircorum inhæret barbulis: ubi cum arefactum inolevit guttis stiriacis, legitur ad usum mensarum, vel medelis. Dictum est primo lac sirpicum, quoniam manat in modum lacteum: deinde usu derivante laser nominatum. Ita *Solin.* qui tamen laserpitium cum ladano confundit, ut et *Salmas.* monet. ¶ Scribitur et *laserpicium.*

LASES olim dicebantur, qui nunc Lares, teste *Terent. Scaur. de Orthogr.* pag. 2252. *Putsch.* sed temporum mutatione transierunt, uti monet *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 6.)

LASSĀTUS, a, um, *wearied, tired, fatigued*, κοπωθεὶς, defatigatus. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 648. lassata sequendo. et lib. 1. v. 308. In mare lassatis volucris vaga decidit alis. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 419. Assidua Tiphys vultum lassatus ab Arcto. *Pallad. in Mart.* tit. 12. *extr.* Bos siti ac fame lassatus. *Manil.* l. 2. v. 852. Lassatæ vires. *Id.* l. 4. v. 853. Astra lassata. *h. e.* quæ deficiunt, et absconduntur. ¶ Translate *Plin.* l. 6. c. 13. Lassata cum siderum vi Riphæorum montium deficiunt juga. *Lucan.* l. 5. v. 703. lassatum fluctibus æquor. *h. e.* quasi tempestate fessum, et ad tranquillitatem rediens. *Id.* l. 2. v. 727. lassata triumphis Descivit fortuna tuis.

LASSESCO, is, n. 3. *to grow tired or weary, begin to be tired*, ἐκκάμνω, lassus fio. *Plin.* l. 7. c. 40. Ne lassescat fortuna, metus est. *Id.* l. 14. c. 2. *ad fin.* Vitis fertilitas absumitur, si non præpinguis soli ubertas lassescentem sustineat. *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 101. victo lassescere visu. *to grow tired with gazing at.* et *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch. de custod. Virgin.* c. *ult.* Arma sumere, lassescere sub lorica.

LASSITŪDO, nis, f. *weariness, fatigue, lassitude*, κόπος, molestia, quam ex labore suscipimus. *Cic. de Invent.* l. 2. c. 4. Postquam illos arctius ex lassitudine dormire sensit. *Id.* l. 12. *Fam.* ep. 25. *sub fin.* Sed nulla lassitudo impedire officium et fidem debet. *Nep. in Datam. sub fin.* A lassitudine acquiescere. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* cap. 41. Nostros vires lassitudine deficiebant. et lib. 3. c. 92. et 95. Lassitudine confici. et l. 2. *B. Gall.* c. 23. Cursu ac lassitudine exanimati. *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 9. Citra lassitudinem exercere aliquid. *Plin.* l. 23. c. 1. *a med.* Lassitudinem auferre. et l. 37. c. 5. mulcere. *Id.* l. 28. c. 9. *a med.* Itinerum lassitudines et fatigationes levare. *Id.* l. 37. c. 10. Lassitudinem solvere. et lib. 24. c. 9. dissolvere. et l. 31. c. *ult.* reficere. *Id.* l. 22. c. 13. recreare. *Nep. in Eumen.* c. 9. et *Plaut. Bacch.* 1. 1. 75. sedare. et *Merc.* 1. 3. 17. eximere. et vers. 45. alicui addere. *Plin.* l. 23. c. 1. *a med.* Lassitudo armorum, equitandive. *h. e.* quæ oritur ex armorum, aut equitandi labore. *Id.* l. 22. c. 24. In lassitudine homines proniores sunt ad iracundiam. ¶ Active *Titinn.* apud *Fest.* in *Redivia.* Lassitudo conservum, reduviæ flagri. *h. e.* qui conservos lassas, ab eis vapulando: et est convicium in flagritribam. ¶ Lassitudo minus est, quam fatigatio, ut colligitur ex illo *Celsi* l. 1. c. 2. *a med.* Exercitationis plerumque finis debet esse sudor, aut certe lassitudo, quæ citra fatigationem sit.

LASSO, as, avi, atum, a. 1. *to weary, tire, fatigue*, κοπόω, lassum reddo, fatigo, defatigo. Verbum est Poetarum magis, quam prosæ scriptorum. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 67. nostris lassavit brachia plagis. *Curt.* l. 9. c. 5. Jamque lævam, qua clipeum ad ictus circumferebat, lassaverat. *Cels.* l. 1. c. 3. sect. 1. Fatigato quotidianum cubile tutissimum est, insolitum contra lassat. *Ovid. Heroid. ep. ult. in fin.* Longior infirmum ne lasset epistola corpus. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 661. vacuos lassant æquora visus. *tire the eye.* et lib. 1. v. 707. visu lassatur inani. *is fatigued with gazing at vacancy. Lucan.* l. 9. v. 452. Ventus annosa robora torquens lassatur. *Id.* l. 5. v. 695. Lassare numina. *scil.* votis, aut precibus. *to importune.* Sic *Martial.* l. 8. epigr. 31. supplicibus dominum lassare libellis. ¶ Eleganter *lassare* dicitur, qui constanter quippiam tolerat. *Martial.* lib. 4. epigr. 3. *de Domitiano.* Sidus Hyperborei solitus lassare Bootæ, Et madidis Helicen dissimulare comis. ¶ In re turpi. *Tibull.* l. 1. el. 10. v. 55. et *Juvenal.* sat. 6. v. 129. ¶ Absolute *Senec.* ep. 52. *ante med.* Puta, duo ædificia excitata esse, ambo paria: alterum dura area accepit: alterius fundamenta lassarunt, in mollem ac fluidam demissa humum. *h. e.* lassarunt se, et desederunt.

LASSŬLUS, a, um, *somewhat weary*, diminut. a *lassus.* *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 35. Itaque ut domum Cybelles tetigere lassulæ, Nimio e labore somnum capiunt sine Cerere.

LASSUS, a, um, *weary, tired, fatigued, spent or worn out*, κοπωθεὶς, ex labore languens, fatigatus, fessus, defessus, corporis vel animi labore fractus. *Sallust. in Jug.* c. 57. Romani itinere, atque opere castrorum, et prœlio fessi lassique erant. *Plaut. Asin.* 5. 2. 23. Lassus opere faciundo. *Lucret.* l. 6. v. 1246. lacrymis lassi, luctuque redibant. *Plin.* l. 37. c. 1. Lassus assiduo gaudio. *Terent. Andr.* 2. 1. 4. Animus lassus, cura confectus. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 10. Lassus ab equo indomito. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 712. ab hoste. *Plaut. Pseud.* 2. 2. 66. de via. *Colum. in fin.* l. 6. Lassæ et æstuanti mulæ adeps in fauces dimittitur. *Justin.* l. 28. c. 4. Lassos milites reficere. *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 10. verba onerantia lassas aures. et l. 2. sat. 8. v. 8. Acres cibi pervellunt lassum stomachum. ¶ Translate *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 4. v. 14. Fructibus assiduis lassa senescit humus. *Plin.* l. 6. ep. 21. Lassa et effeta natura. *Plaut. Stich.* 4. 1. 16. Ut cuique homini res parata est, firmi amici sunt: si res lassa labat, itidem amici collabascunt. *h. e.* si facultates dilabuntur, si pecuniæ angustia laboratur. *Virg.* 9. *Æn.* v. 436. lassoque papavera collo. *h. e.* inclinato. *drooping. Stat.* 1. *Theb.* v. 330. qua molle Cithæron Porrigitur, lassumque inclinat ad æquora montem. *h. e.* declive fit, et paulatim in plana descendit. ¶ Cum genitivo ut *fessus. Horat.* l. 2. od. 6.

v. 7. lassus maris, et viarum, militiæque. *Plaut. Cistell.* 2. 1. 8. Ita me amor lassum animi luditicat. ¶ Cum accusativo, Græcorum more. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1599. Lassus an pondus titubavit Atlas. *h. e.* ob pondus. ¶ Cum infinito. *Propert.* l. 2. el. 10. v. 28. Nec fueris nomen lassa vocare meum. Adde el. 12. v. 46. et el. 24. v. 26. ¶ Proverbium est vetus *a lasso rixam quæri*, apud *Senec.* l. 3. *de Ira.* cap. 10. quia lassi facile irascuntur: et ægra nunquam tanguntur sine querela. ut *Id. ibid.* ait. *Plin.* l. 22. c. 24. In lassitudine proniores esse ad iracundiam, et in siti.

LASTAURUS, i, m. λάσταυρος, Græca vox a λα intensiva particula, et ταῦρος, qua partem corporis significat sub ipsis feminibus: vel ab eadem voce, et λάσιος, hirsutus, hispidus. Aliis est catamitus, et turpiter effeminatus: aliis magni peculii, et salax, atque adeo scortator: aliis denique pravus, et cruce dignus. Certe convicium est in hominem infamem, libidinosum, turpem. *Sueton. de Illustr. Grammat.* c. 15. Mores ejus sigillatim expressit, nebulonem, lurconem, popiuonem, et lastaurum appellans.

[† LATACE, es, f. herba magica, de qua *Plin.* 26. 4. Latacen dari solitam a Persarum rege legatis, ut quocunque venissent, omnium rerum copia abundarent.]

LATE, *widely, extensively, far and wide,* πλατέως, εὐρὺ, magno spatio. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 26. Sullanus ager latissime continuatus. *Id. pro Marcell.* c. 9. Vagabitur nomen tuum longe atque late. et l. 1. *de Legib.* c. 12. Late longeque diffusus. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 35. Omnibus longe lateque ædificiis incensis. et l. 1. c. 2. Minus late vagari. et lib. 6. c. 25. Rami quam late diffunduntur. *Ovid. Metam.* 5. v. 130. Latius possidere agros. *Virg.* 4. *Georg.* v. 515. mœstis late loca quæstibus implet. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 119. Mœnia late patentia. *extending far and wide. Hirt. de B. Gall.* c. 9. Vallis late patens. *Phædr.* l. 3. fab. 1. v. 3. Odorem late spargere. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 159. Latius ire. *through more places. Virg. Æn.* 8. v. 671. Hæc inter tumidi late maris ibat imago. *h. e.* erat, extendebatur imago lati maris. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 33. Latius imperare. *Justin.* l. 13. c. 7. *sub fin.* Late regnare. *Virg.* 1. *Æn.* v. 25. Populus late rex. *Horat.* l. 4. od. v. 23. diu, lateque victrix. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 23. Late cladem inferre. *to deal slaughter on all sides. Virg.* 9. *Æn.* v. 517. moles stravit Rutulos late. *h. e.* multos Rutulos. *Id.* 4. *Georg.* v. 358. alta jubet discedere late flumina. *h. e.* amplo spatio dehiscere. *Id.* 5. *Æn.* v. 760. lucus late sacer. *h. e.* lucus amplus, et totus sacer. et l. 7. v. 681. hunc legio late comitatur agrestis. *h. e.* magno militum numero. *Horat.* l. 4. od. 6. v. 10. impulsa cupressus euro Procidit late. *h. e.* amplum spatium cadendo occupavit. *Id. de ar. Poet.* v. 15. late splendere. *h. e.* valde. *Tacit. Ann.* 12. c. 43. Dum latius metuitur. *h. e.* a pluribus. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 127. Ingreditur late lato spectabilis auro. *h. e.* late conspicua, ut ait *Horat.* l. 3. od. 16. v. 19. a multis spectata. Alii interpretantur superbe et cum fastu. V. *Latus, a, um,* nomen. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 6. v. 53. Illic innocui late pascuntur olores. *freely. Flor.* l. 3. c. 9. Quæ res latius ærarium populi R. quam ullus triumphus implevit. *h. e.* majore pecunia. et c. 21. *ante med.* Ad nomen tanti viri late concurritur. *from all sides.* ¶ Translate *Horat.* l. et sat. 2. v. 113. Latius uti opibus, *more splendidly. Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 57. Phrygiæ late refer primordia gentis. *h. e.* multis verbis, fuse, magnifice. *Plin.* l. 4. ep. 20. In quo tu ingenii simul, dolorisque velis latissime vectus es. *Cic. de Invent.* l. 1. c. 46. Hoc genus majorem quandam vim continet, et latius patet, quam hic exponitur. *Id.* 1. *de Orat.* c. 55. Ars magna est, et late patet, et ad multos pertinet. *Id.* 3. *Offic.* c. 17. Fidei bonæ nomen latissime manat. *Id.* 2. *de Fin.* c. 6. Latius loquuntur rhetores, dialectici compressius. *copiously. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 17. Hæc ad eum latius, atque inflatius Afranius perscribebat. *more at length; more amply. Cels. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 99. Stipulatori liberum fuit, verba late concipere. *in a broad sense.*

LATĔBRA, æ, f. *a lurking-place, hiding-place, shelter, covert, den, recess, retreat,* κεῦθος, φωλεός, locus in quo quippiam latet, et absconditur. *Cic. pro Cæl.* c. 26. Cur balneas publicas potissimum constitueras? in quibus non invenio, quæ latebra togatis hominibus esse possit. *Id. pro leg. Manil.* c. 3. Mithridates se Cappadociæ latebris occultare non vult. *Lucan.* l. 2. v. 494. Non satis est muris latebras quæsisse pavori? *Ovid.* 5. *Metam.* v. 460. latebram petere. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 8. Cum ignaviæ ratio te in fugam, atque in latebras impelleret. *Justin. in fin.* l. 34. Cum in latebris ageret, a filio interficitur. *Plaut. Aulul.* 4. 2. 2. Aurum non metuo ne quisquam inveniat: ita probe in latebris situm est. *Lucan.* l. 5. v. 743. Cedendum est bellis, quorum tibi tuta latebra Lesbos erit. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 216. Mænala latebris horrenda ferarum. *Virg.* 3. *Georg.* v. 544. curvis frustra defensa latebris vipera. *Id.* 4. *Æn.* v. 424. At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris. *Id.* l. 12. *Æn.* v. 389. Ense secent lato vulnus, telique latebram. *h. e.* ubi telum latet infixum corpori. et lib. 10. v. 601. Tum latebras animæ, pectus mucrone recludit. *Lucret.* l. 5. v. 750. solis defectus, lunæque latebras. *h. e.* cum per eclipsin luna latet. ¶ Translate *Id.* l. 1. v. 408. cæcasque latebras Insinuare omnes, et verum protrahere inde. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 54. Adhibere latebram obscuritatis, ut iidem versus alias in aliam rem posse accommodari videantur. *Id. pro Marcell.* c. 7. Cum in animis hominum tantæ latebræ sint, et tanti recessus. *Id. pro Sext.* c. 4. Cum illa conjuratio ex latebris atque ex tenebris erupisset, palamque armata volitaret. *Id. pro Cœl.* c. 22. Omnes latebras suspicionum peragrare dicendo. *Id. Fam.* 3. ep. *pœnult.* Mirandum est, nullam ne in tabellæ quidem latebra fuisse absconditam malivolentiam, quæ te impugnare auderet. ¶ *Latebra scribendi* apud *Gell.* l. 17. c. 9. est modus scribendi occultus, qui omnes latet, eo excepto, qui illius modi conscius est. *a ciphering, writing in cipher.* ¶ Interdum ponitur pro excusatione, refugio, et quasi asylo, quo se quis tuetur, ne arguatur, *a cloak, cover, disguise, shift, subterfuge, pretence, feigned excuse. Cic.* 2. *de Fin.* c. 33. Si tuam dicerem, latebram haberes: ad corpus diceres pertinere. *Id.* 2. *de Divin.* c. 20. Te mirificam in latebram conjecisti. *Id.* 3. *Offic.* c. 28. Quærere latebram perjurio. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 754. latebram dare vitiis.

LATEBRICŎLA, æ, m. *one who dwells in lurking-places; a lurcher,* φωλητὴρ, latebras incolens. *Plaut. Trin.* 2. 1. 14. Latebricolarum hominum corruptor.

LATEBRŌSE, adverb. *privily, secretly,* κρύβδην, occulte, clam. *Plaut. Trin.* 2. 2. 2. Neque latebrose me abs tuo conspectu occultabo.

LATEBRŌSUS, a, um, *full of lurking-places, full of hiding-places or coverts, hidden, retired, secret,* φωλεώδης, latebras multas habens, ad latendum aptus, occultus, absconditus. *Cic. pro Sext.* c. 59. Illa via latebrosa, qua spectatum ille veniebat. *Liv.* l. 21. c. 54. Ad equites quoque tegendos satis latebrosus locus. *Virg.* 8. *Æn.* v. 713. Latebrosa flumina. *Sil.* l. 5. v. 192. Latebrosi colles. *Lucan.* l. 6. v. 120. latebrosæ tempora noctis. *dark. Claudian. in II. Consul. Stilich.* v. 313. latebrosæ frondes. *Virg.* 12. *Æn.* v. 587. Inclusas ut cum latebroso in pumice pastor Vestigavit apes. *h. e.* cavernulis abundanti, fistuloso. ¶ *Latebrosa loca* dicit *Plaut. Bacch.* 3. 3. 26. tabernas, popinas, lupanaria, ubi adolescentes vitiis dediti degere solent, et latere, vitantes gymnasia, palæstras, campum, ubi in omnium oculis se exerceant. ¶ Translate *Augustin.* l. 1. *Retractat.* c. 19. *circa med.* Latebrosissima quæstio.

LATENS, entis, *lying hid, lurking, secret, covered, retired, concealed, latent,* λαθραῖος, κρυφαῖος, abditus, occultus, absconditus, obscurus. *Hirt. de B. Afric.* c. 66. Insidiatores in convallibus latentes. *Plaut. Cas.* 3. 5. 32. Omnes sub arcis, sub lectis latentes metu mussitant. *Horat. in ar. Poet.* v. 437. Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes. *Plin.* l. 35. c. 10. *ante med.* Apelles post ipsam tabulam latens. *Ovid. in Ibin,* v. 625. Latens tenebris. *Id.* 11. *Metam.* v. 775. Latens herba coluber. et lib. 13. v. 106. Latentem manifestare. *Virg.* 1. *Æn.* v. 112. Saxa latentia. *shelves. Ovid.* 2. *Fast.* v. 701. Tarquinius mandata latentia nati accipit. *the secret commands. Stat.* 10. *Theb.* v. 242. Latens dolus. *Plin.* l. 13. c. 15. Latens junctura. *a joint not appearing. Cic. de clar. Orat.* c. 41. Rem latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando. *Virg.* 3. *Æn.* v. 32. causas penitus tentare latentes. *Val. Flacc.* l. 1. v. 128. latentia lumina. *h. e.* occultæ rimæ. *Augustin.* l. 12. *de Gen. ad litt.* c. 18. Latentior origo. ¶ *In latenti* est clam, in abdito. *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *a med.* In latenti jus civile retinere cogitabant: solumque consultatoribus potius, quam discere volentibus se præstabant.

LATENTER, *secretly, privily,* λάθρα, clam, occulte. *Cic. in Top.* c. 17. Latenter efficitur. *Ovid. in fin.* ep. 6. l. 3. *ex Pont.* Tu modo quem poteras vel aperte tutus amare, Si res est anceps ista, latenter ama. *Gell.* l. 2. c. 18. *in fin.* Epicteti versus, ex quibus latenter intelligas, non omnes diis exosos esse. *you may learn tacitly.*

LATĔO, es, tui, n. 2. *to lurk, lie hid, be concealed, skulk,* λανθάνω, clam sum, in occulto sum, delitesco: a λάθω, Dorice pro λήθω, quod idem significat. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 7. *sub fin.* Inclusus atque abditus latet in occulto. *Id. Verr.* 4. c. 73. *a med.* Abdite latere. *Ovid. de remed. amor.* v. 437. latere clam. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 16. Occulte latere. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 2. Istam virtutem non latere in tenebris, neque esse abditam, sed in luce Asiæ, in oculis clarissimæ provinciæ, &c. *Id. Acad.* 4. c. *ult.* Omnia latere censebant in occulto. *Virg. Ecl.* 3. v. 93. latet anguis in herba. et vers. 20. tu post carecta latebas. *Horat.* epod. 9. v. 19. Naves latent portu. *Virg. Æn.* 10. v. 805. tuta latet arce viator. et lib. 4. v. 582. latet sub classibus æquor. *Cic.* 12. *Phil.* c. 7. Quoniam sub nomine pacis bellum lateret. *Nep. in Attic.* c. 10. Latebat apud P. Volumnium. *Martial.* l. 5. epigr. 59. Numquid apud Parthos, Armeniosque latet? *Plaut. Trin.* 4. 2. 80. Intra labra atque dentes latuit. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 40. Ibi scelus quoque latere inter tot flagitia putatote. *Plaut. Trin.* 3. 2. 35. Nisi me auscultas, atque hoc, ut dico, facis, tute pone te latebis facile, ne inveniat te honor. *h. e.* tute tibi impedimento eris. ¶ In jure *latere* dicuntur ii, a quibus aliquid petitur, ne præstent, solvantve, quod debent. *to abscond; not to appear. Cic. pro Quint.* c. 23. Ubi erant creditores? quis est, qui, fraudationis causa latuisse, dicat? V. *Latito.* ¶ Item qui tuti sunt, et minus objecti periculis. *Phædr. in fin.* fab. 5. l. 4. Periclitatur magnitudo principum: Minuta plebes facili præsidio latet. *Liv.* l. 34. c. 9. Latere sub umbra Romanæ amicitiæ. ¶ Item qui privatam vitam agunt, et a publico, et rerum administratione abstinent. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 4. v. 25. Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit: et intra Fortunam debet quisque manere suam. Quo pertinet tritum illud, λάθε βιώσας. ¶ Item *latere* dicuntur, quæ ignorantur. *Nep. in Lysandr.* c. 1. Id qua ratione consecutus sit, latet. *is not known. Virg.* 5. *Æn.* v. 5. quæ tantum accenderit ignem, causa latet. ¶ Hinc me, te, illum hoc latet, h. e. me, te fugit, a me ignoratur, non cognoscitur, non intelligitur. *Plin.* l. 2. c. 20. Latet plerosque, siderum ignes esse, qui decidui, &c. *many persons are ignorant, that,* &c. *Virg.* 1. *Æn.* v. 134. Nec latuere doli fratrem Junonis. *escaped the observation of. Val. Flacc.* l. 6. v. 703. Nec latuere diu sævum spolia illa Syenen. *were not long unobserved by. Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 126. Nil illum, toto quod fit in orbe, latet. *Justin.* l. 13. c. 8. Res Eumenem non latuit. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 40. Semen duplex: unum, quod latet nostrum sensum: alterum, quod apertum. ¶ Cum dativo personæ pro accusativo, *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 25. Vis et potestas, quæ et oculis et auribus latere soleat. *Lucan.* l. 1. v. 418. at mihi semper Tu, quæcumque moves tam crebros causa meatus, Ut Superi voluere, late. *Sil.* l. 12. v. 614. hostique propinquo Roma latet. *Cic. post redit. in Sen.* c. 6. Ubi nobis hæc auctoritas tamdiu tanta latuit? (τὸ *nobis* potest etiam videri casus communis.) *Id. Catil.* 1. c. 6. Nihil agis, nihil assequeris, quod mihi latere valeat in tempore. Al. leg. *quod me:* alii omittunt.

LATER, ĕris, m. *a brick, or tile,* πλίνθος, terra in quadratam formam durata, sive igni percocta sit, sive non, in usum ædificandi. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 43. In latere, aut in cæmento, ex quibus urbs effecta est. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. Lateres, qui super musculo struantur. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 49. Maceria illa, in horto quæ est, in noctes singulas latere fit minor. *Curt.* l. 7. c. 3. Tuguria latere struere. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 14. Sepimentum, quod e lateribus coctilibus, ut in agro Gallico: quod e lateribus crudis, ut in agro Sabino. *Colum.* l. 9. c. 1. Paries crudo latere ac luto constructus. *Lucil.* apud *Non.* c. 5. n. 97. et *Vitruv.* l. 2. c. 3. Lateres de terra ducere. *to make. Id. ibid. Plin.* l. 35. c. 14. et *Pallad. in Maio* tit. 12. eorum ducendorum rationem tradunt. Tria etiam eorum genera faciunt, a mensuræ discrimine petita. V. *Didoros.* ¶ *Lateres aurei, argentei,* sunt massæ auri, aut argenti in formam laterum conflatæ, ex quibus moneta cuditur, *ingots or wedges of gold. Plin.* l. 33. c. 3. *post med.* C. Cæsar primo introitu Urbis, in civili bello, suo ex ærario protulit laterum aureorum XXV. M. argenteorum XXXV. et in numerato HS. CCCC. Adde *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 481. et cap. 12. n. 9. ¶ *Laterem lavare,* proverb. de opera vana, et inutili, *to wash a blackamoor white, spend one's time idly, lose one's labour.* nam quo magis abluitur later, eo magis aquam conspurcat. *Terent. Phorm.* 1. 4. 9. Loquar ne? incendam: taceam? instigem: purgem me? laterem lavem. ¶ Neutro genere *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 481. et cap. 12. n. 9. Aureum later, quod conquadravit religio. ¶ Recti casus positio procul dubio est *later,* quamvis olim in dubium revocata sit, vel in usu esse negata. *Varr.* apud *Charis.* l. 1. pag. 139. *Putsch.* Later, lutum, cæmenta. *Vitruv.* l. 1. c. 5. *in fin.* Sive silex, aut coctus later, sive crudus.

LATERĀLIS, le, *of or belonging to the side, lateral,* ad latus pertinens, πλευρίτης. *Lucil.* apud *Maxim. Victorin.* pag. 2963. *Putsch.* Tum laterali' dolor certissimu' nuntiu' mortis. *h. e.* pleuritis. *Plin.* l. et cap. 21. Si lateralis dolor sit. *Harduin.* ex MSS. legit *si lateris dolor. Calpurn.* ecl. 6. v. 40. a dorso quæ totam circuit alvum, Alternat vitreas lateralis cingula bullas. *a girdle, belt.* ¶ *Lateralia* absolute sunt sacculi, seu crumenæ, ad latera ephippii pendentes, in quibus necessaria itineri recondimus, *wallets, saddle-bags. Scævola Dig.* lib. 32. *leg. pœnult.* Chirographa prædiorum, et pecuniam in lateralia condidit.

LATERĀMEN, inis, n. *an earthen vessel,* opus lateritium. *Lucret.* l. 6. v. 232. Conlaxat, rareque facit lateramina vasi. *h. e.* vas ipsum lateritium. Loquitur enim de doliis, quæ apud veteres lateritia fuere: nisi malis *lateramina* interpretari vasis latera: quod tamen minus placet.

LATERĀNUS, a, um, *Lateran.* Lateranorum familia Romæ fuit nobilissima, ex qua Plautius Lateranus consul designatus, a Nerone interfectus fuit, ut est apud *Tacit. Ann.* 15. c. 49. et 60. et innuit *Juvenal.* sat. 10. v. 17. Dictos quidam putant, quod eorum princeps libenter in otio lateret. Habitarunt in Cœlio monte, ubi nunc templum magnificentissimum S. Joannis in Laterano. Nam eorum ædes (quas egregias vocat *Juvenal. loc. cit.*) successu temporis Constantinus M. possedit, qui Miltiadi Papæ, vel Silvestro donavit. Hinc adjective *Prudent.* l. 1. *contra Symmach.* v. 587. Lateranas currit ad Ædes. ¶ Præterea *Lateranus* deus est focorum, et Genius; dictusque hoc nomine, quod ex laterculis crudis ab hominibus caminorum istud exædificatur genus. Ita *Arnob.* l. 4. p. 130.

LATERARĬUS, a, um, *of a brick, fit for making bricks*, πλίνθινος, ad lateres pertinens. *Plin.* l. 19. c. 8. *a med.* Ruta apricis gaudet, et siccis, terra quam maxime lateraria. ¶ *Lateraria*, absolute, est locus ubi fiunt lateres. *a brick-kiln or tile-kiln. Id.* lib. 7. c. 56. Laterarias, ac domos constituerunt primi Euryalus et Hyperbius fratres Athenis. ¶ *Laterarius, ii*, est laterum artifex, *a brick-maker*, πλινθευτής. Usurpatur a *Nonio* c. 5. n. 97. ¶ *Lateraria*, subaudi tigna, (a *latus, eris*) sunt in testudine militari, quæ ad latera capreolorum in ejusdem summitate fixa, ipsos continent, et firmant. *Vitruv.* l. 10. c. 20.

LATERCULENSES dicti qui laterculi dignitatum curam habebant. *Justinian. in Cod.* l. 12. tit. 34. leg. 5. *in fin.* V. vocem sequent.

LATERCŬLUM, li, n. *a register, note-book, memorandum-book, catalogue*, πλίνθιον, album, codex, liber, in quo memoriæ causa perscribebatur notitia omnium officiorum, dignitatum, et administrationum tam civilium, quam militarium: ita dictum a figura oblonga, et quadrata, qualis est in laterculo coctili. Duplex fuit majus, et minus. Illud continebat omnes dignitates, quæ a Principe mandabantur ac deferebantur, sacroque memoriæ scrinio conditum asservabatur sub cura Primicerii Notariorum. Hoc habebat præfecturas, tribunatus, et præposituras castrorum, aliasque id genus dignitates; pertinebatque ad curam Quæstoris. Ejus mentio fit in *Cod.* l. 1. tit. 27. leg. 1. §. 7. *et ult.* et tit. 30. leg. 1. et 2. Utitur et *Tertullian. advers. Valentinian.* c. 29. *sub fin.* Habes præterea ejus fragmenta apud *Gruter.* pag. 30. et apud *Murator.* p. 1095. ¶ De genere ne ambigas, neutrum facit *Isidor.* l. 6. *Orig.* c. 17. item *Cedren.* λατέρκουλον παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται. nam ex locis ex *Codice*, et *Tertull.* citatis colligi non potest.

LATERCŬLUS, li, m. *a small brick or tile*, πλίνθιον, πλινθὶς, diminut. a *later*, et ejusdem sæpe significationis. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 9. Hanc insuper contignationem laterculo adstruxerunt. *Colum.* l. 8. c. 14. Sub porticibus quadratæ haræ cæmentis, vel etiam laterculis exstruuntur. *Plin.* l. 30. c. 7. *ad fin.* Sacellum factum crudis laterculis, ad formam camini. *Id.* lib. 7. c. 56. Observationes siderum coctilibus laterculis inscriptæ. *Id.* l. 31. c. 7. *circa med.* Sal, qui in laterculis affertur. *h. e.* in patinis, aut tubulis lateritiis. *Harduin.* ¶ Item opus pistorium quadratum et oblongum laterculi forma. *a brick, sort of sweet cake or biscuit shaped like a brick. Plaut. Pœn.* 1. 2. 112. Laterculos, sesamum, papaveremque, triticum, et frictas nuces. *Apul.* l. 10. *Metam.* Panes, crustula, lucunculos, laterculos, et complura scitamenta mellita. Al. leg. *lacertulos*, eodem sensu. *Cato R. R.* c. 109. De ervo farinam facito: conspergito sapa: postea facito laterculos. ¶ In re agrar. est certa agri forma referens figuram laterculi, et certum numerum jugerum continens. *Siculus Flacc. de condit. agror.* pag. 2. *Goes.* V. *Plinthus.*

LATERENSIS, se, adject. ad latus pertinens, ut laterensis satelles, qui corpus Principis custodit. *a yeoman of the guard. Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 43. Tot fere laterensibus uti solebat. [¶ Fuit etiam cognomen Romanum in familia Juventiorum. Hinc M. Juventius Laterensis apud *Cic. pro Planc.* c. 1.]

LATERĪNA, æ, f. latrina, *a common sewer, sink. Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 20. Pro laterinis deductis, pro civitatibus ædificatis. Al. *laterinas* hic intelligunt laterarias officinas, vel lateritia opera.

LATERITĀNA PYRA inter generosissima enumerat *Colum.* l. 5. c. 10. *a med.* et lib. 12. c. 10. ubi al. leg. *lateritiana*: videnturque esse eadem, quæ *lateriana* dicuntur a *Plin.* l. et cap. 15. et *lateresiana* a *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 15. ex *Cloatio.*

LATERITĬUS, *et* Latericius, a, um, *of bricks, made of brick*, πλίνθινος, ex lateribus factus. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 15. Lateritii muri. et c. 14. Lateritia turris. et c. 9. Ne saxa ex catapultis lateritium discuterent. *subaudi* opus. *Sueton. in Aug.* c. 28. Urbem excoluit adeo, ut jure sit gloriatus, marmoream se relinquere, quam lateritiam accepisset.

LATERNA, æ, f. *a lanthorn or lantern*, λυχνοῦχος, instrumentum ex laminis corneis, vel ex alia materia, in quo candela accensa, vel ignis oleo ardens includitur, ne a vento exstinguatur: a *lateo*, quia in ea ignis latet. Primam syllabam longam habet, etsi prima in *lateo* brevis est. *Cic. ad Attic.* l. 4. ep. 3. *a med.* Pauci in vestibulo pannosi sine laterna. *Martial.* l. 14. epigr. 61. Dux laterna viæ clausis feror aurea flammis: Et tuta est gremio parva lucerna meo. ¶ *Pareus in Lex. Crit.* testatur, se in quodam MS. legisse *lanterna*, in illo *Plauti Aulul.* 3. 6. 29. *de agno macro.* Ita is pellucet, quasi lanterna Punica. In *Veget.* quoque similem lectionem adstruit, l. 4. *de re milit.* c. 18. *in fin.* In lanternis portant lucernas. Quin apud *Cicer.* ex alio MS. legit (*in Pison.* c. 9.) Altero Catilinæ lanternario. Nihilominus certior est prior lectio, quæ *n* exterit. ¶ *Senec. in præfat.* l. 3. *controvers. ante med.* de Albutio Silo verba faciens, Splendidissimus erat, inquit: idem res dicebat omnium sordidissimas, acetum, et puleium, et laternas, &c. nihil putabat esse, quod dici in declamatione non posset.

LATERNARĬUS, rii, m. *a lantern-bearer*, λυχνουχοφόρος, qui alteri laternam præfert. *Cic. in Pison.* c. 9. An cum altero barbato Epicureo, cum altero Catilinæ laternario? Al. aliter leg.

LATESCO, is, n. 3. latus fio, *to grow broad or large*, πλατύνομαι. *Colum.* l. 2. c. 10. *in fin.* Napi non in ventrem latescunt, sed tenuem radicem deorsum agunt. *Manil.* l. 1. v. 680. bis sex latescit fascia partes. *Cels.* l. 8. c. 1. *a med.* Ossa paulatim latescentia. ¶ Item condor, latito, abscondor. *to lie hid or concealed*: a *lateo*: prima brevi. *Cic. in Arat.* v. 385. Hic equus a capite, et longa cervice latescit.

LATET. V. *Lateo.*

LATEX, icis, m. *water, spring-water, running water*, νᾶμα, fons, aqua decurrens: vox Poetica. *Festus*: latex a lapsu, profluens aqua dicitur. *Serv. ad Virg.* 1. *Æn.* v. 690. Latex proprie aqua est, ab eo, quod intra terræ venas lateat. Alii ducunt a Græco λάταξ, liquor cum sonore cadens. *Virg.* 4. *Æn.* v. 512. latices simulatos fontis Averni. et lib. 6. v. 715. Lethæi ad fluminis undam Securos latices, et longa oblivia potant. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 17. *de tellure Pontica.* Nec tibi sunt fontes, laticis nisi pæne marini. *Id.* 4. *Metam.* v. 353. Desilire in latices. et lib. 5. v. 636. Mutari in laticem. *into a fountain. Lucret.* l. 4. v. 1086. expletur laticum frugumque cupido. *hunger and thirst.* ¶ Sæpe dicitur de vino. *Virg. Æn.* 1. v. 690. Regales inter mensas, laticemque Lyæum. et vers. 740. in mensam laticum libavit honorem. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 10. v. 11. Nectar et ambrosiam, latices epulasque deorum. et l. 13. *Metam.* v. 653. Latex meri. *Lucret.* l. 5. v. 15. liquoris vitigeni latex. ¶ Item de aliis liquoribus. *Lucret.* l. 4. v. 16. perpotare amarum absinthii laticem. *juice. Ovid.* 8. *Metam.* v. 274. Palladii latices. *h. e.* oleum. *Prudent. Cathemer.* 3. v. 67. nivei latices. *h. e.* lac. *Apul.* l. 3. *Metam.* lacteum laticem dixit, aquam intelligens gustatus suavissimi. ¶ In feminino genere *Actius* apud *Priscian.* l. 5. p. 658. *Putsch.* Non calida latice lautus.

LATHȲRIS, idis, f. *the herb spurge*, λαθυρὶς, herba folia habens multa lactucæ similia, ut capparis: quæ cum inaruere, eximuntur grana piperis magnitudine, candida, dulcia, facilia purgatu. *Plin.* l. 27. c. 11. [¶ Scribitur etiam *lathyr* apud *Seren. Sammon.* v. 1099. Aut herbæ succus, quæ fertur nomine lathyr. Alii tamen legunt *lichen.*]

LATĬĀLIS, le, *Latin*, ad Latium pertinens, Latinus. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 481. Accepisse Numam populi Latialis habenas. *Plin.* l. 3. c. 1. Latialis sermo. *Lucan.* l. 1. v. 198. Et residens celsa Latialis Jupiter Alba. et vers. 535. fulmen percussit Latiale caput. *h. e.* signi Jovis Latialis.

LATĬALĬTER, adverb. Latine. *Sidon.* carm. 23. v. 235. Et te seu Latialiter sonantem, &c. Alii leg. *Latiariter*, quod idem est. *Martian. Capell.* l. 5. *init.* Peplo circa humeros involuto latialiter tegebatur. *Id.* l. 6. pag. 192. Latialiter Atticissant.

LATĬAR, ris, n. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 16. docet ita appellatum fuisse ab Romanis solemne sacrificium, quod a Latinis populis tempore Latinarum feriarum Jovi Latiali fiebat. [*Cic. ad Q. Fratr.* lib. 2. epist. 4. *extr.*]

LATĬĀRIS, re, idem ac Latialis. *Cic. pro Mil.* c. 31. Tuque ex tuo edito monte, Latiaris sancte Jupiter, &c. *Al. leg.* monte Latiari, sancte Jupiter. *h. e.* monte Albano. *Lactant.* l. 1. c. 21. Latiaris Jupiter etiam nunc sanguine colitur humano. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 2. Doctrinæ Latiaris haud inscius. Al. leg. *Latialis.* Quod de sacrificio humano hic a *Lactant.* dicitur, confirmatur a *Tertull. advers. Gnost.* c. 7. *Minuc. Fel. in Octav.* c. 30. et *Prudent.* l. 1. *contra Symmach.* v. 397.

LATĬARĬTER. V. *Latialiter.*

LATĬARĬUS, a, um, Latiaris, ut Latiarius Jupiter, *Plin.* l. 34. c. 7. *a med.*

LATIBŬLO, as. V. in voce sequenti.

LATIBŬLOR, aris, dep. 1. *to lie hid, be concealed*, lateo, delitesco: apud Veteres. *Nævius* apud *Non.* c. 2. n. 496. Nocte ut opertus amictu latibuletur. *Accius ibid.* Progredere: ne quis latibuletur, prospice. ¶ Etiam *latibulo, as*, ponitur a *Non. ibid.* et *Perott. in Cornucopia* affert hoc fragmentum *Varronis*: Vide, ne servus domino latibulet.

LATIBŬLUM, li, n. *a lurking-place, hiding-place, place of shelter or retirement, covert, retreat, den*, κεῦθος, locus in quo aliquis latet, latebra: et sæpe de ferarum cubilibus dicitur. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 15. Cum etiam feræ latibulis se tegant. *Id. in Vatin.* c. 2. Repente enim te, tanquam serpens e latibulis, intulisti. Adde *Offic.* 1. c. 4. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 54. et *Phædr.* l. 2. fab. 8. et lib. 1. fab. 30. ¶ De hominibus. *Cic. pro Flacc.* c. 13. *extr. de prædonibus.* Defendendi facilis est cautio, non solum latibulis occultorum locorum, sed etiam tempestatum moderatione et conversione. *Id. Attic.* l. 12. ep. 13. *extr.* Volo aliquod emere latibulum et perfugium doloris mei. *Apul. in Apolog.* Quærere occœpit ex diffidentia latibulum aliquod temeritati.

LATICLAVIĀLIS, le, qui laticlavia tunica est indutus. *Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 180. n. 3. Tribunus laticlavialis.

LATICLAVĬUS, a, um, qui latum clavum habet. *Valer. Max.* l. 5. c. 1. n. 7. Et tunica laticlavia donatum ad Massinissam remisit. *a tunic with an oblong stripe of purple on the breast. Sueton. in Domit.* c. 10. Laticlavius Tribunus. ¶ *Laticlavii* absolute dicti sunt Senatores, et Patritii, quorum insigne erat latus clavus in tunica: quam *tunicam potentem* dixit *Stat.* l. 4. silv. 2. v. 29. *Sueton. in Ner.* c. 26. A quodam laticlavio cæsus. *one who had a right to wear the* latus clavus *or* tunica laticlavia, *before he was made a senator. Id. in Aug.* c. 38. Binos laticlavios præposuit singulis alis. *V. Clavus.*

LATIFOLĬUS, a, um, *having large or broad leaves*, πλατύφυλλος, lata folia habens. *Plin.* lib. 15. cap. 7. Optima laurus ad id latifolia, silvestris, nigra baccis.

LATIFUNDĬUM, ii, n. *a large estate, extensive possession*, εὐρυχωρία, latus fundus, ampla possessio agri. *Plin.* l. 18. c. 6. *ante med.* Verum confitentibus, latifundia perdidere Italiam, jam vero et provincias. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 77. *Burm.* Latifundia possidere. *Senec.* ep. 88. Latifundia metiri me geometres docet. *Valer. Max.* l. 8. c. 6. n. 1. Amplam pecuniam latifundiaque festinanter consumpsit. Adde *Flor.* l. 19. c. 3.

LATĪNÆ, arum, f. subaudi *feriæ*, tempus sacrificii solemnis a Latinis populis faciendi. V. *Latinus.*

LATĪNE, adverb. *after the manner of the Latins*, Λατινιστί, more Latinorum. *Liv.* l. 40. c. 42. *in fin.* Cumanis petentibus permissum, ut publice Latine loquerentur, et præconibus Latine vendendi jus esset. ¶ *Latine loqui*, est loqui proprie et eleganter. *to speak with elegance and propriety. Cic. in Bruto*, c. 45. Eodem tempore M. Herennius in mediocribus Oratoribus Latine, et diligenter loquentibus numeratus est. ¶ Interdum est loqui aperte, clare, plane, nullo astu, nulla malitia, nulla fraude, nulla metaphora, nullo verbi ambigui prætextu. *to speak plainly, without any amplification. Cic.* 6. *Verr.* c. 1. Latine me scitote, non accusatorie loqui. *Id.* 7. *Phil.* c. 6. Quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed ut appellant ii, qui plane et Latine loquuntur. *Quintil. Declam.* 3. c. 6. De injuria nostra Latine queri non possumus: parcendum verbis est. *h. e.* de stupro militi a tribuno intentato. ¶ *Latine scire*, est scire Latine loqui. *to be skilled in the Latin tongue. Cic. pro Cæcin.* c. 19. Quid enim facilius est, quam probari iis, qui Latine sciant in uno servulo familiæ nomen non valere? Adde *de clar. Orat.* cap. 37. *Latine reddere*, Latino sermone vertere. *to turn or translate into Latin. Cic.* 1. *de Orat.* c. 34. Cum ea, quæ legerem Græce, Latine redderem. ¶ Quod ait *Paul.* ex *Festo*: Latine loqui a Latio dictum est: quæ locutio adeo est versa, ut vix ulla pars ejus maneat in notitia: illa verba *quæ locutio*, &c. ipse *Paulus* de suo protulit, sua nimirum, non *Festi* tempora respiciens, scil. sæculum Christi VIII.

LATĪNI, orum, m. *the Latins*, Latii incolæ, qui olim Aborigines appellati fuerant: dicti a regione, quam incolebant. Et hoc nomen æque antiquum est, ac nomen Latii, usitatum usque ab eo tempore, quo Saturnus in Italia latitavit. *Virg.* 12. *Æn.* v. 820. *et sequent.* Sed *Dionys.* l. 1. *Rom. antiq.* scripsit, vetus Aboriginum nomen usque ad bellum Trojanum servatum fuisse, idest usque ad expeditionem Græcorum in Asiam: a Latino rege Fauni filio, qui belli Trojani temporibus regnavit, Latinos dici cœpisse, statim cum regni potitus est. *Justin.* l. 20. c. 1. dicit, Latinos populos ab Ænea conditos videri. *Liv.* l. 1. c. 2. narrat, Aborigines vocatos fuisse Latinos post bellum Trojanum, facta permixtione ex Aboriginibus, et Trojanis, auctorem nominis Æneam fuisse, eum utramque gentem Latinos appellavisse, non Trojanos, ante bellum cum Mezentio, ut animos Aboriginum sibi conciliaret. *Virg. loc. cit.* fabulatur, cum Juno a Jove prohibita esset ulterius pro Turno, et adversus Æneam progredi, eam petiisse, ut nomen Trojæ sempiterna hominum oblivione deleretur, ne Latini vetus nomen, vestem, loquendi rationem mutarent: idque Jovem annuisse. ¶ Latini etiam, ut populi fœderati reipubl. Rom. spectantur. Hac acceptione sic definiuntur: Latini erant Latii incolæ, populi Rom. fœderati, jure Latii donati. Vel Latini erant illi, qui Latium incolebant, et habebant jus census, jus tributorum, jus militiæ, jus suffragii, jus honorum. Cives autem jure Latii erant, qui donati fuerant eo jure, quod ante Legem Juliam Latinorum proprium fuerat, etsi extra Latium habitarent; cujus generis erant ex. gr. Galli, Hispani, &c.

LATINIENSIS, se, adject. *Plin.* l. 3. c. 5. *ante med.* Latinienses populos recenset inter eos, qui ad quinquaginta tres in Latio interiere. Eorum agrum vino nobilem fuisse dicit l. 14. c. 6. quod Latiniense cognominabatur. Hujus agri mentio fit in verbis haruspicum, apud *Cicer. de Harusp. resp.* c. 10. et in Latio quidem fuisse constat: sed nihil præterea certi habetur. Veri tamen simile est, quod ad eum locum adnotavit *Manut.* fuisse in agro Romæ suburbano. Ceterum apud *Cicer.* al. leg. *Latiensis*, al. *Latinensis.*

LATINĬTAS, atis, f. *the Latin Tongue; Latinity*, locutio Latina, sermo Latinus. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 3. *a med.* Secutusque sum, non dico Cæcilium, mane ut ex portu in Piræeum (malus enim auctor Latinitatis est) sed Terentium, cujus fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur a C. Lælio scribi. ¶ Accipitur etiam pro jure Latii. [*Cic. Att.* l. 14. ep. 12. *init.* Scis quam diligam Siculos.

Multa illis Cæsar, neque me invito; etsi Latinitas erat non ferenda. *h. e.* jus Latii a Cæsare Siculis concessum.] *Sueton. in Aug.* c. 47. Urbium quasdam merita erga populum Rom. allegantes, Latinitate, vel civitate donavit. V. *Latius, a, um.*

LATINIZO, as, a. 1. *to turn into Latin, Latinize*, in Latinum verto. Vox est *Cælii Aurel. Acut.* l. 2. c. 1. *extr.*

LATINO, as, a. 1. *to Latinize*, idem quod latinizo. Est ejusdem Auctoris *Tard.* l. 5. c. 4. *a med.*

LATINUS, a, um. *Latin*, Λατῖνος, ad Latium pertinens, ut Sermo Latinus, quo utebantur in Latio. *Virg.* 1. *Æn.* v. 10. Genus unde Latinum. *Cic.* 1. *Fin.* c. 3. *sub fin.* Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putarent, sed locupletiorem etiam esse, quam Græcam. *Colum. in præfat.* l. 12. Hæc in Œconomico Xenophontis, et deinde Cicero, qui eum Latinæ consuetudini tradidit. *h. e.* vertit in Latinum sermonem. ¶ Vertere in Latinum, est in linguam Latinam. *Quintil.* l. 10. c. 5. Vertere Græca in Latinum veteres nostri Oratores optimum judicabant. ¶ Latini, populi Latii incolæ. V. supra *Latini.* ¶ Compar. *latinior*, et superlat. *latinissimus. Hieron.* epist. 13. *ad fin.* Nihil latinius tuis voluminibus. *Id.* epist. 51. *ante med.* Homo latinissimus. ¶ *Casus Latinus* interdum dictus est a *Varrone* ablativus, quia Latinæ linguæ proprius est, ejusque vis apud Græcos per genitivum explicatur. *Diomed.* l. 1. pag. 277. *Putsch.* ¶ *Latinæ feriæ* dicebantur, cum ex populis Latinis viri simul et mulieres in montem Albanum hostias adducebant, et quatriduano sacrificio noctu (*Lucan.* l. 1. v. 550. et l. 5. v. 402.) facto in honorem Jovis Latialis, accepta carne in suam quique civitatem digressi revertebantur. Ea dicta visceratio, quoniam ex hostiis carnes in partes cæsæ distribuerentur. Ferias autem Latinas maximo Romanorum, Latinorumque Magistratuum conventu, Consules procurabant, cum interea cum populo agere non liceret, ut ob eam causam Latinæ aliquando a Consulibus instaurarentur, cum Tribunis pleb. obsistere vellent, populares leges, et reipubl. perniciosas ferre cupientibus. Itaque *Cic. ad* Q. *Fr.* ep. 6. l. 2. Consul Lentulus dies comitiales exemit omnes. Nam etiam Latinæ instaurantur. Nec tamen deerant supplicationes. Sic legibus perniciosissimis obsistitur, maxime Catonis. Hæc *Cic.* Instaurabant Latinas etiam Pontifices, ut *Liv.* l. 32. c. 1. tradit. Id autem fiebat, quasi jam faciendis iis aut prætermissum aliquid esset, aut, quod non oporteret, commissum. ¶ Primus eas in unum diem Tarquinius Superbus instituit, secundus dies additus pulsis regibus, tertius post secessionem in Aventinum, quartus plebe et patribus a Dictatore Camillo in concordiam reductis. Non habebant certum statumque diem. nam legimus apud *Liv.* lib. 41. c. 16. celebratas fuisse III. Nonas Maii. et lib. 44. c. 22. prid. Idus Aprilis. et lib. 45. c. 3. a. d. IV. Id. Novembr. In iis quadrigæ certabant in Capitolio, victorque absinthium bibebat: credo, inquit *Plin.* l. 27. c. 7. sanitatem præmio dari honorifice arbitratis majoribus. ¶ Latinorum Concilium erat congregatio populorum Latii veteris, idest Albanorum, et Rutulorum, in lucum Ferentinæ, qui erat sub monte Albano, ubi de negotiis publicis consultabant, et peracta consultatione duos Prætores creabant, qui rempubl. Latinam administrarent. Fuit simile Concilio Amphictyonum in Græcia. *Liv.* l. 8. c. 2. et 3. *Sigon. de antiq. jure Italiæ* l. 1. c. 3. et lib. 7. c. 25. ¶ Celebratum fuit usque ad Consulatum M. Valerii Maximi, et P. Decii Muris, idest usque ad annum Urbis CCCCXLI. *Festus* in voce *Prætor* ex *Cincio. Sigon. loc. cit.* ¶ *Latina via* (quæ et *Latina* absolute, apud *Juvenal.* sat. 1. *extr.*) a porta ejusdem nominis in Latinos populos ducebat inter Appiam, et Labicanam. *Cic. pro Cluent.* c. 59. Binnius quidam, copo de via Latina. ¶ *Porta Latina*, Romæ fuit in II. Reg. in Cœliolo, prope Capenam, ubi nunc Ædes S. Joannis ante portam Latinam.

LATINUS, i, m. Λατῖνος, rex Aboriginum, seu Laurentium. Stupro procreatus est ex Hercule, et filia Fauni, eo tempore, quo ille, exstincto Geryone, armenta victoriæ præmia per Italiam ducebat. *Justin.* l. 43. c. 1. Sed *Dionys.* l. 1. *Rom. Antiq.* tradit, fuisse filium Herculis et mulieris Hyperboreæ; Herculem cum ex Italia discederet mulierem Hyperboream jam prægnantem Fauno in matrimonium reliquisse. *Virg.* l. 7. *Æn.* v. 47. tradit, Latinum filium fuisse Fauni ex Marica Nympha Laurente, nepotem Pici, pronepotem Saturni. *Serv. ibid.* et *ad Æn.* 12. v. 164. ex *Hesiodo* narrat fuisse filium Ulyssis, et Circes filiæ Solis, Circen a nonnullis Maricam appellari, Maricam deam fuisse litoris Minturnensium prope Lirim fluvium, poetica licentia Laurentem dici pro Minturnensem: alios Maricæ nomine Venerem intelligere, cujus fanum fuerit ad Maricam silvam Latii apud Minturnas, et ad Lirim flu. *Hyginus* apud *Serv. ibid.* vult, Latinos plures fuisse. Similiter alii Maricas plures fuisse suspicantur. Uxorem habuit Amatam sororem Dauni regis Ardeatium. *Virg. Æn.* 7. v. 343. et 401. &c. Sed quidam apud *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 8. dicunt, Latino uxorem fuisse Pallantiam Evandri filiam. Hoc tenente regnum Æneas, Troja a Græcis expugnata, in Italiam venit, cui pars agri Laurentis, et Lavinia in matrimonium data est. Latinus interiit in prœlio cum Rutulis. *Liv.* l. 1. c. 2. *Justin.* l. 43. c. 1.

LATĬO, onis, f. actus ferendi, *a carrying, bringing. Cic.* 3. *Attic.* ep. 26. Mihi in animo est, legum lationem exspectare. *the proposing or passing of laws. Liv.* l. 38. c. 36. Pronuntiavit, uti iis suffragii latio esset. *Gell.* l. 14. c. 2. Expensi latio. *a noting down what he has laid out.*

LATĬPES, edis, qui latos pedes habet. *Avien. in prognost. Arat.* v. 358. Latipedemque anatem cernes excedere ponto.

LATITABUNDUS, a, um, adject. qui latet. *Sidon.* l. 1. epist. 6. *ad fin.* Nobilem latitabundum pauperis honorati sententia premet.

LATĬTANS, antis, *lying hid, lurking*, qui sæpe latet: vel idem quod latens. *Cic. pro Cluent.* c. 13. *a med.* Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 4. Communi fit vitio naturæ, ut invisis, latitantibus, atque incognitis rebus magis confidamus, vehementiusque exterreamur. *Horat. in fin.* od. 12. l. 3. arcto latitantem fruticeto excipere aprum. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 449. tegunt nigræ latitantia sidera nubes. *Lucan.* lib. 6. vers. 712. Latitans in antro.

LATITATĬO, onis, f. *a lurking or hiding*, actus latitandi. *Quintil.* l. 7 c. 2. *a med.* Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, similia.

[* LATITĬA, æ, f. *breadth, largeness*, latitudo. *Inscript.* apud *Marinium Inscript. Alban.* pag. 119. L. Septimius Severinus Aug. Lib. fecit munimentum a solo cum agello concluso sibi et suis libertis libertabusque, posterisque eorum. Habet autem agellus conclusus latitiæ P. LXXV. longitiæ P. CXXXVII. H. L. E. N. H. *h. e.* hic locus exterum non habet, scilicet non recipit, non admittit.]

LATĬTO, as, avi, atum, n. 1. *to lie hid, lurk, be concealed*, διαλανθάνω, frequentativum a *lateo*, et ejusdem fere significationis. *Cic. pro Dom.* c. 31. Jube adesse: latitat omnino: sed si requiri jusseris, invenient. *Lucret.* l. 1. v. 888. latitare in terris. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 405. Fumida jamdudum latitant per tecta sorores. *Plaut. Trin.* 4. 2. 81. Ille ignavissimus mihi latitabat. *hid himself from me. Petron. in Satyr.* c. 116. Quisquis suos heredes habet, omnibus prohibetur commodis, inter ignominiosos latitat. *h. e.* jacet neglectus et abjectus. ¶ Peculiariter de iis dicitur, qui se abscondunt vitandi judicii causa, et secum jure agendi potestatem non faciunt. *Cic. pro Quint.* in verbis edicti Præt. c. 19. Qui fraudationis causa latitarit. *has absconded. Id. ibid.* c. 17. Si latitare, ac diutius ludificare videatur. De allatis Prætoris verbis multa *Ulpian. Dig.* lib. 42. tit. 4. leg. 7. ¶ *Latitare aliquem*, occultare se ab aliquo. *Pompon. Dig.* lib. 35. tit. 1. leg. 8. Si ea latitans patronum de medio discesserit. ¶ *Cato* apud *Fest.* posuit *latitaverunt* pro sæpe tulerunt, frequentativum a supino *latum*, verbi *Fero.*

LATITŪDO, inis, f. *breadth, width, latitude, broadness, large extent*, πλατύτης, πλάτος, spatiositas. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 20. In hac immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. *Id.* 2. *Agr.* c. 26. Qui latitudinem possessionum tueri, qui invidiam Syllanorum agrorum ferre non possunt. *Colum. de arborib.* c. 17. Crescere in latitudinem. *Plin. in procem.* l. 3. Fauces Oceani quinque millia passuum in latitudinem patent. *Id.* l. 18. c. 13. Aut in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari. ¶ Translate *Plin.* l. 1. ep. 10. Frequenter Platonicam illam sublimitatem et latitudinem effingit. *h. e.* amplitudinem, ubertatem dicendi. ¶ Latitudo verborum est eorum lato ore prolatio. *a vicious pronunciation, with too wide a mouth; a speaking broad. Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 22. Nervos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non assequitur: oris pravitatem, et verborum latitudinem imitatur.

LATĬUM, tii, n. regio Italiæ, ab Occ. habens Hetruriam, a Mer. mare, ab Or. Campaniam, a Sept. Sabinos, et Samnites. Dictum est a *latendo*, quod ibi Saturnus latitarit. *Virg.* 8. *Æn.* v. 322. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 238. *Arnob.* l. 4. pag. 143. *Lactant.* l. 1. c. 13. et *Minuc. Fel. in Octav.* c. 22. Sed *Varro* l. 4. *de L. L.* c. 4. a Latino rege dictum asserit. ¶ Duplex est, vetus, et novum. Antiquum extendebatur ab Hetruria, et Tiberi fluvio usque ad Circeios urb. vel ad summum usque ad Tarracinam urb. Volscorum, et Ufentem fl. Novum productum fuit a Circeiis, seu a Tarracina, et Ufente fl. usque ad Campaniam, et Lirim fl. ¶ Latium differt ab agro Romano, hod. *Campagna di Roma.* Nam ager Romanus Latio vetere continetur. Latium autem novum, seu quicquid inter Tarracinam, et Lirim jacet, ad regnum Neapolitanum spectat. ¶ Latii descriptionem geographicam, et aliarum circa regionum, poeticis coloribus depictam habes a *Virg.* 7. *Æn.* a vers. 647. et *Sil.* l. 8. a vers. 358.

LATĬUS, a, um, *relating to Latium, Latian, Latin*, ad Latium pertinens, Latinus, Romanus. *Colum. in procem.* l. 1. *post med.* Latiæ Musæ. *Ovid.* 1. *Fast. init.* Latius annus. *Id.* 3. *Trist.* el. 12. v. 46. Jupiter. *Id.* 5. *Fast.* v. 91. Latii agri. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 245. fasti. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 560. duces. et lib. 14. v. 832. Latia gens. *Id.* 4. *Fast.* v. 879. Latia Amata. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 3. v. 75. lingua. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 414. Latia vulnera. *h. e.* Romanis militibus inflicta. *Id.* 4. *Trist.* el. 4. v. 4. Latium forum. *h. e.* ubicumque Romæ causæ aguntur. Sed apud *Stat.* l. et silv. 1. v. 2. est forum Romanum. ¶ *Latium jus*, et *jus Latii* erat, quo utebantur populi Latini nominis in administratione publica, in adipiscenda civitate R., in suffragiis ferendis, in honoribus petendis, in connubiis, &c. de quo V. *Sigon.* l. 1. *de antiqu. jure Ital.* c. 4. fuse disserentem. *Ascon. in argum. Pisonianæ.* Pompeius veteribus incolis jus dedit Latii, ut possent habere jus, quod ceteræ Latinæ coloniæ. [¶ Absolute *Latium* pro *jus Latii. Tacit. Hist.* l. 3. c. 55. Fœdera sociis, Latium externis dilargiri. *Plin.* l. 5. c. 1. Latio dato. *Id.* l. 3. c. 1. sect. 3. Latio donata oppida.]

LATMĬUS, a, um, adject. a Latmo monte. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 84. Latmius Endymion non est tibi, Luna, rubori. *Val. Flacc.* l. 8. v. 28. Latmius venator.

LATMUS, i, m. Λάτμος, mons Cariæ, in Ioniæ confinio, apud Meandri fl. ostia, et Miletum urb. juxta quem Heraclea urbs inter Mæandrum, et Miletum sita est. Celebris est fabula Endymionis, quem cum Luna adamaret, in hoc monte ab ea sopitum narrant, ut unum ab eo osculum auferret. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 38.

LATO, Λητὼ, hoc est Latona. V. *Celato.*

LATOĬDES, æ, m. Λατωΐδης, Latonæ filius, h. e. Phœbus. Poetica licentia secunda syllaba corripitur. *Stat.* 1. *Theb.* v. 695. Latoiden votis iterumque iterumque canamus. Adde v. 663. et *Marcian. Capell. sub init.* l. 3. ¶ *Latoidæ* in plur. sunt Phœbus et Diana Latonæ filii. *Auson. in epitaph.* n. 27. *de Niobe.* læsi numina Latoidum, *pro* Latoidarum.

LATŌIS, idis, f. Λατωΐς, Diana filia Latonæ. *Ovid. Heroid.* ep. 21. v. 153. timeo sævæ Latoidos iram. ¶ Legitur et *Letōis*, quia Græcum η in Λητὼ sæpe in latinum *e* transit. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 278. Præteritæ cessasse ferunt Letoidos aras. ¶ Adjective *Id.* l. 7. v. 384. Inde Calaureæ Letoidos adspicit arva. *h. e.* quæ Latonæ sacra est. ¶ Sic *Letoius* pro *Latoius* apud *eund. ibid.* v. 15. proles Letoia. et lib. 11. v. 196. Laomedonteis Letoius adstitit arvis. *h. e.* Phœbus.

LATOĬUS, a, um, Λατώϊος, ad Latonam pertinens, Latonius. *Ovid.* l. 3. *Trist.* el. 2. v. 3. stirps Latoia. et lib. 5. el. 1. v. 57. Latoia proles. Al. utroque loco leg. *Latonia.* ¶ Legitur et *Letoius.* V. in *Latois.*

LATOMĬÆ, arum, f. *stone-quarries.* V. *Lautumiæ.*

LATŌNA, æ, f. Λητὼ, filia Cei Titanis. A Jove tertio amata et compressa geminam concepit prolem, Apollinem et Dianam secundam. Quod Juno adeo ægre tulit, ut pellici omni terra ad pariendum interdixerit, et immisso contra illam Pythone serpente per totum terrarum orbem persecuta sit, donec errando ad sororem Asterien in insulam Ortygiam pervenit, a qua suscepta est, ibique Dianam peperit, quæ e vestigio obstetricis officium in nascituro fratre matri præstitit, et Apollinem nascentem suscepit, qui adultus mox Pythonem interfecit, et petentibus cœpit dare responsa. Deinceps hæc insula Delos vocari cœpit, quod cum antea aquis mersa fuisset, subito Jovis jussu conspicua fuerit reddita. Nam δηλοῦν Græci dicunt, quod nos *ostendere.* Dicta etiam est Latonia, quod in ea Latona enixa sit. Fabulantur etiam, cum Latona per Lyciam Apollinem et Dianam adhuc infantes ferret, et ad lacum quendam siti laborans accessisset, rusticos quosdam aquam turbavisse, Latonam rusticis interitum precatam esse, rusticos in ranas versos lacum incolere cœpisse. *Cic. Verr.* 1. c. 18. et l. 3. *de nat. Deor.* c. 23. *Hygin.* fab. 14. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 331. *et sequentib.* &c. *Virg.* 1. *Æn.* v. 506. Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. *Catull.* in carm. 34. *ad Dian.* Latonæ laudes persequitur. ¶ *Latonas* in genit. sing. ut *Monetas, Familias*, &c. *Livius in Odyss.* apud *Priscian.* l. 6. p. 79. Mercurius, cumque eo filius Latonas.

LATONIGĔNA, æ, m. et f. Latona genitus. *Ovid. Metam.* 6. vers. 169. Et date Latonæ, Latonigenisque duobus Cum prece tura pia. *h. e.* Apollini et Dianæ. Sic *Senec. in Agam.* v. 320. Latonigenæ dii.

LATONĬUS, a, um, ad Latonam pertinens. *Virg.* 3. *Georg.* v. 6. Latonia Delos. *Id. Æn.* 11. v. 557. Latonia virgo. *h. e.* Diana. *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 29. Latonia Luna. *Colum.* lib. 10. v. 288. Latonia Phœbe. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 701. Cynthus Latonius. *scil.* mons Deli, ubi Latona peperit. ¶ *Latonia*, absolute, est Diana. *Virg.* 9. *Æn.* v. 405. Astrorum decus, et nemorum Latonia custos. et lib. 11. v. 534. et has tristi Latonia voces Ore dabat. *Catull.* carm. 34. *ad Dian.* v. 5. O Latonia, maximi Magna progenies Jovis. Adde *Ovid.* 1. *Metam.* v. 696. et *Stat.* 9. *Theb.* v. 679.

LATOR, oris, m. qui fert, *a bearer, carrier*: a sup. *latum* verbi *fero. Senec. de tranquill.* c. 5. Debet plus virium esse in latore, quam in onere. Al. leg. *vectore.* ¶ Accipitur et pro tabellario. *Sueton. in Calig.* c. 44. Magnificas Romam litteras misit, monitis sæpe latoribus, ut vehiculo, &c. Optimi Codices habent *speculatoribus*, pro *sæpe latoribus.* ¶ *Lator legis* est, qui legem vel instituit, vel promulgat. *the proposer of a law. Liv.* l. 3. c. 31. *sub fin.* Cum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet. et cap. 9. Lator rogationis *Cic. Catil.* 4. c. 5. Lator legis Sempronia.

LATŌUS, i, m. Apollo dictus est, Latonæ filius. *Horat.* l. 1. od. 31. v. 18. Frui paratis et valido mihi, Latoe, dones. Adde *Ovid.* 6. *Metam.* v. 384.

LATRABĬLIS, le, adject. ut Latrabilis vox, apud *Cœl. Aurel. Acut.* l. 3. c. 11. quæ latrare videtur.

LATRANS, antis, *barking, latrant.* Pro cane. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 411. Misit et Æsonides telum, quod casus ab illo Vertit in immeriti fatum latrantis. et vers. 344. *de apro.* obliquo latrantes dissipat ictu. *Phædr.* quoque eodem modo fortasse usurpat *in fin.* l. 5. et *Petron. in fragm. Tragur.* c. 72. *Burm.*

LATRATIUNCŬLA, æ, f. Est fragmentum *Afranii* apud *Non.* c. 4. n. 89. ubi hæc vox legi videtur. Sed cum nulla subsit sententia, alii reponunt *de ratiuncula.*

LATRĀTOR, oris, *a barker,* ϑωΰκτήρ, qui latrat. *Virg.* 8. *Æn.* v. 698. Et latrator Anubis. *Martial.* l. 12. epigr. 1. latratoresque Molossi. V. in *Venator* similia loca. ¶ Translate est rabula molestus, et maledicus. *Quintil.* l. 12. c. 9. *circa med.* Super omnia perit illa, quæ plurimum oratori et auctoritatis, et fidei affert, modestia, si a viro bono in rabulam latratoremque convertitur.

LATRĀTUS, a, um, particip. a latror. *barked at. Stat.* 1. *Achill.* v. 451. juxtaque Caphareus Latratum pelago tollens caput. *h. e.* fragore et quasi latratu fluctuum pulsatum, et circumsonum. *beaten by the noisy waves. Martial.* l. 4. epigr. 53. Cui dat latratos obvia turba cibos. *h. e.* latratu petitos. *importunately asked or craved by a cynic philosopher, as by a dog.*

LATRĀTUS, us, m. *a barking, baying,* ὑλαγμὸς, ὑλακὴ, vox canum, latrandi actus. *Plin.* l. 8. c. 40. Laniatu et latratu adactum, ut cogeretur fateri scelus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 411. apros latratu turbabis agens. *Plin. loc. cit. a med.* Ingenti latratu intonuit. *Virg.* 12. *Æn.* v. 751. Venator cursu canis, et latratibus instat. *Colum.* l. 7. c. 12. Canis vasti latratus canorique. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 414. implevit latratibus auras. et lib. 7. v. 362. latratu terrere agros. et lib. 4. v. 450. latratus edere.

LATRĪNA, æ, f. *a private bath,* λουτρὸν, ἀπόλουτρον, olim notabat balneum privatum, a *lavando,* quasi *lavatrina,* ut *tonstrina* a *tondeo. Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 131. ¶ Aliis locum notat, in quem saturi eunt. *a privy, necessary, water-closet, jakes; the sink of a private house.* Qua significatione fortassis a latendo dicitur, quod in eam se se homines abdant, ne conspiciantur. Item locum in ædibus, in quem sordes confluunt, et differt a cloaca, quæ publica est. *Plaut. Curcul.* 4. 4. 24. Non pluris facio, quam ancillam meam, quæ latrinam lavat. Ubi *Lambinus* locum excrementorum, sed *Turnebus* l. 21. c. 20. privatum intelligit balneum. *Apul.* l. 1. *Metam. de homine lotio perfuso.* Apage te, fœtorem extremæ latrinæ. et l. 9. Omnia prorsus ut in quandam cœnosam latrinam, in ejus animum confluxerant, vitia. *Colum.* l. 10. v. 85. Immundis quæcumque vomit latrina cloacis.

LATRĪNUM, i, n. latrina, balneum. *Laber.* et *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 131.

LATRO, as, avi, atum, n. 1. *to bark or bay, bark at,* ὑλακτέω, proprium est canis, cum vocem edit, terrens et in aliquem impetum faciens: a sono, ob liquidam *r. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 20. Si luce quoque canes latrent, cum deos salutatum aliqui venerint. *Horat.* epod. 5. v. 57. Senem adulterum Latrent Suburanæ canes. *Plin.* l. 25. c. 10. *a med.* Hanc habentes negant latrari a canibus. ¶ Impersonaliter *Ovid.* 2. *Trist.* v. 459. Scit, cui latretur, cum solus obambulat ipse. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat.* c. 15. Latrant jam quidam oratores, non loquuntur. *h. e.* aspere loquuntur, et suaviloquentia carent. *vociferate, rant.* ¶ Latrare aliquem, est maledicere. *to inveigh or rail against. Plaut. Pœn.* 5. 4. 64. Etiam me meæ latrant canes? *Al. leg.* in me. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 85. si quis Opprobriis dignum latraverit improbus ipse. Al. leg. *laceraverit,* quod solum probat *Bentlei.* ¶ Sumitur et pro poscere. *to require, demand, crave, ask, beg. Lucret.* l. 2. v. 17. nonne videre est, Nil aliud sibi naturam latrare, nisi ut, &c? *Festus* quoque notat, *Ennium* latrare pro petere usurpasse. Hinc et stomachus *latrare* dicitur, cum est jejunus, et cibum poscit, veluti fame irritatus. *Horat.* l. et sat. 2. v. 17. cum sale panis Latrantem stomachum bene leniet. ¶ Sæpe de mari dicitur, quod fluctus allidens ad litora et scopulos, fragorem edit. *Sil.* l. 5. v. 396. Ceu pater Oceanus exesa in viscera montis Contortum pelagus latrantibus ingerit undis. *noisy, roaring. Claudian.* l. 1. *de rapt. Pros.* v. 148. Hinc latrat Gætula Thetis, Lilybæaque pulsat Brachia consurgens. *Id. in epithal. Pallad. et Celer.* v. 61. rubris quæ fluctibus insula latrat. *Sil.* l. 3. v. 470. *de amne.* Alpibus ortus, Avulsas ornos, et adesi fragmina montis Cum sonitu volvens, fertur latrantibus undis. In illo *Lucani* l. 6. v. 66. *rabidum nescit latrare Pelorum,* alluditur tum ad strepitum maris, tum ad Scyllæ fabulam, quam ibi esse aiunt, Candida succinctam latrantibus inguina monstris, ut est apud *Virg. Ecl.* 6. v. 75. ¶ Item de curis, et angore animi. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 13. stat pectore demens Luctus, et admoto latrant præcordia tactu. *Id.* 2. *Theb.* v. 338. et magnas latrantia pectora curas. *Petron. in Satyr.* c. 119. labes tacitis concepta medullis, Intra membra furens curis latrantibus errat. *Enn.* apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 5. *ad fin.* Animus cum pectore latrat. *h. e.* irascitur, et vociferatur. Al. leg. *in pectore.* ¶ *Latrare nubila,* apud *Stat. Theb.* 1. v. 551. potest habere speciem proverbii, ut apud nos, *to bark at, or bay, the moon.* ¶ Prima syllaba perraro a Poetis corripitur. *Phædr.* l. 5. *fab. ult.* cui senex contra latrans. *Avien. in Arat.* v. 283. et cura latrantis Anubis. Hæc tamen observatio in derivatis, et compositis locum non habet.

LATRO, onis, m. Latrones primo fuere conducti satellites, et custodes corporis, *yeomen of the guard, soldiers of the Prince's body-guard, life-guards,* σωματοφύλακες, qui regis latus custodiunt, ipsumque prodeuntem comitantur: quasi *laterones:* a latus, eris. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores appellarunt, et quia conducebantur mercede. Ab eo veteres Poetæ nonnunquam milites appellant latrones. *mercenaries,* μισϑαροι. *Enn.* apud *Non.* c. 4. 196. Hæc effatus ubi, latrones dicta facessunt. *Festus:* Latrones, eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, ἀπὸ τῆς λατρείας, *h. e.* a servitute. Al. leg. ἀπὸ τοῦ λάτρου a stipe. *Serv. ad Virg. Æn.* 12. v. 7. Græci λατρεύειν dicunt obsequi et servire mercede. Unde latrones vocantur conducti milites. Moris autem erat, ut hos imperator et circa se haberet, et eos primos mitteret ad omne discrimen. *Plaut. Mil.* 4. 1. 2. Ad Seleucum regem misi parasitum meum, Ut latrones, quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret, Qui ejus regnum tutarentur. ¶ Dicti sunt etiam *latrones* milites, qui nullo legitimo duce, suis auspiciis injustum bellum gerebant, incursionesque, et cetera hostilia faciebant. *marauders. Pompon. Dig. lib. ult. tit. pœnult.* leg. 118. Hostes hi sunt, qui nobis, aut quibus non publice bellum decrevimus: ceteri latrones, aut prædones sunt. *marauders, banditti. Ulpian.* lib. 49. tit. 15. leg. 24. A latronibus captus, servus latronum non est, nec postliminium est illi necessarium: ab hostibus captus, et servus est hostium, et postliminio statum recuperat pristinum. *Auct. de B. Hispan.* c. 1. Ut ex ejus pecunia latronum largitio fieret. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 109. *extr.* Ut potius privatorum paucorum, et latronum consilio, quam regio susceptum bellum videretur. et cap. 110. Collecti ex prædonibus latronibusque Syriæ. Adde *Cicer.* 2. *Offic.* c. 11. et *Horat.* epod. 4. *extr.* ¶ Nunc, inquit *Festus sup. cit.* viarum obsessores dicuntur, *highwaymen, robbers, cut-throats,* ὁδοιδόκοι: quod a latere adoriuntur, vel quod latenter insidiantur. Confirmat *Serv. loc. cit. Cic. pro Mil.* c. 21. Non semper viator a latrone: nonnunquam etiam latro a viatore occiditur. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 32. Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones: Ut te ipsum serves, non expergisceris? *Juvenal.* sat. 10. v. 22. Cantabit vacuus coram latrone viator. ¶ Etiam venatores *latrones* dici possunt, quia quod hi cum hominibus, illi cum feris faciunt, *hunters, huntsmen. Virg. loc. cit. de leone.* fixumque latronis Impavidus frangit telum, et fremit ore cruento. ¶ *Phædr.* l. et fab. 1. v. 4. latronem vocat lupum, quia insidiatur ovilibus. ¶ Denique *latrones* sunt iidem qui latrunculi, seu calculi lusorii, *chessmen:* de quibus V. in *Calculus. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 357. Cautaque non stulte latronum prœlia ludat. *Martial.* l. 7. epigr. 71. Mandris, et vitreo latrone clausos. *Id.* l. 14. distich. 20. Insidiosorum si ludis bella latronum. ¶ De M. Porcio Latrone V. in *Latronianus.*

LATROCINĀLIS, le, *relating to robbers,* ad latrones pertinens. *Apul.* lib. 2. *Metam.* Id omne latrocinalis invasit manus. et lib. 4. Capto noctis latrocinali momento, prorepit cavea, custodes gladio conficit. *Ammian.* l. 27. c. 2. Latrocinalia castra perrupit.

LATROCINALĬTER, latrocinando. *Martian. Capell.* lib. 6. pag. 206. Hercules Ionam Naulochi filiam obsidentem viam latrocinaliter interemit.

LATROCINATĬO, onis, f. *a robbing, plundering,* idem ac latrocinium. *Plin.* l. 19. c. 4. *a med.* Multitudinis innumeræ sæva latrocinatio.

LATROCINĬUM, ii, n. militia latronum, qui corpus Principis custodiunt, ut in *Latro* dictum est. *Vetus Scriptor* apud *Non.* c. 2. n. 508. Qui apud regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti. ¶ Item eorum qui illegitimum bellum privata auctoritate collecta manu, nullo duce publice dato, movent, et incursiones, direptiones, ceteraque hostilia admittunt, ut itidem in *Latro* diximus: item eorum, qui vias obsident, palam aggrediuntur homines, spoliant, occidunt, *robbery, highway-robbery,* λῃστήριον. *Cic. Catil.* 2. cap. 1. Cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium conjecimus. *Id. pro Deiot.* c. 8. Fines suos ab excursionibus hostium, et latrociniis tueri. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 34. In bello et latrociniis nati. *Tacit. Ann.* 12. c. 27. Catti latrocinia agitantes. *Plin.* l. 6. c. 28. *sub fin.* In latrociniis degere. *Sallust. in Jug.* c. 102. Pugna latrocinio magis, quam prœlio similis. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 8. Sublata Mysiæ latrocinia, cædes repressas. *et mox.* Oppidorum et fanorum furta et latrocinia esse depulsa. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 15. In furto aut latrocinio comprehensi. ¶ De ipsis latronibus, ut *servitium* de servis. *Cicer. Catil.* 1. c. 13. Si ex tanto latrocinio iste unus tolletur. ¶ Dicitur et de piratica, *piracy. Justin.* l. 43. c. 3. Latrocinio maris vitam tolerabant. *Vellei.* l. 2. c. 73. Latrociniis ac prædationibus infestatum mare. ¶ Translate est fraus, insidiæ, vis, violentia, *fraud, artifice, stratagem. Sallust. in Jug.* c. 4. Furtim et per latrocinia potius, quam bonis artibus, ad imperia et honores niti. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 22. Confitere, huc ea spe venisse, quod putares hic latrocinium, non judicium futurum. ¶ De ludo latrunculorum. *Ovid.* l. 2. *de ar. am.* v. 207. Sive latrocinii sub imagine calculus ibit, Fac, pereat vitreo miles ab hoste tuus. *h. e.* sub imagine pugnæ. nam latrunculi dicti, quia instar parvorum militum prœlium ineunt.

LATROCĬNOR, aris, atus sum, dep. 1. *to serve as a mercenary soldier,* mercede conductus milito. V. *Latro. Plaut. Trin.* 2. 4. 198. Ibit latrocinatum aut in Asiam, aut in Ciliciam. *Id. Mil.* 2. 6. 19. An quia latrocinamini, arbitramini, quidvis licere facere vobis, verbero? *Id. in Fragm.* apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 3. Qui regi latrocinatus annos decem Demetrio. ¶ Item latrocinium exercere, vias obsidendo, aggrediendo aperta vi homines, spoliando, occidendo, prædas agendo, *to rob, plunder like robbers, rob on the highway,* λῃστεύω. *Cic. Catil.* 2. c. 7. *sub fin.* Catilina latrocinantem se interfici mallet, quam exsulem vivere. *Id. pro Mil.* cap. 7. Nisi forte Appius viam munierit, ubi impune sui posteri latrocinarentur. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 32. Liberam vagandi latrocinandique facultatem habere. ¶ Pro venari, *Plin.* l. 9. c. 42. Pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes (*pisces*) radio figens. ¶ *Cels. in præfat.* l. 1. *a med.* Itaque demum mortui præcordia, et viscus omne in conspectum latrocinantis medici dari. *h. e.* vivorum corpora secantis.

LATRONIĀNUS, a, um, ad Latronem Oratorem pertinens. *Senec.* l. 1. controv. 7. *sub fin.* Latroniano colore usus est. *M. Porcius Latro,* genere Hispanus, carissimus M. Annæi Senecæ sodalis, ut ipse dicit *in præfat.* l. 1. *controv.* primus clari nominis professor, ut ait *Quintil.* l. 10. c. 5. *a med.* et clarus inter dicendi magistros, ut est apud *Plin.* l. 20. c. 14. *sub fin.* miris extollitur laudibus ab eodem *Senec. loc. cit.* Nihil enim, inquit, illo viro gravius, nihil suavius, nihil eloquentia sua dignius. V. ibi plura, et *in præfat.* l. 4. et 5. et alibi sæpe. Exstat ejus nomine declamatio contra Catilinam, quam tamen *Voss. de vit. serm.* l. 3. c. 6. non Latronis, sed alius non insulsi Rhetoris esse putat, qui posteriore tempore vixerit. Nam præter declinantis Latinitatis argumenta non una, legitur cap. 2. vox *coœtaneus,* quæ auream Augusti ætatem, qua Latro floruit, minime sapit.

LATRUNCULARĬUS, a, um, ad latrunculos, seu calculos pertinens, ut Latruncularia tabula, apud *Senec.* ep. 117. *ad fin. a chess-board.*

LATRUNCULĀTOR, oris, m. *a judge of the sessions or assizes upon offenders,* λῃστοδιώκτης, qui ad conquirendos, et persequendos latrunculos a Principe mittitur. *Ulpian. Dig.* lib. 5. tit. 1. leg. 61. *extr.* Latrunculator de re pecuniaria judicare non potest.

LATRUNCŬLUS, i, m. *a little robber, petty robber, thief,* diminutivum a *latro,* et ejusdem fere significationis. *Cic. de Provin. Consul.* c. 7. Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis a proprætore una cohorte auxiliaria gesta. *Ulpian. Dig.* lib. 49. tit. 15. leg. 24. Hostes sunt, quibus bellum publice populus R. decrevit, vel ipsi populo R. ceteri latrunculi, vel prædones appellantur. *Paul.* lib. 39. tit. 5. leg. 35. Si quis aliquem a latrunculis, vel hostibus eripuit. ¶ De eo, qui legitimus Imperator non est, *Vopisc. in Firmo,* c. 2. Cum ille diceret, Firmum latrunculum fuisse, non principem: contra ego, illum et purpura usum, et percussa moneta Augustum esse vocitatum. ¶ Calculus lusorius, *a chess-man (V. Calculus,)* sic dictus, quod est veluti parvus miles certans. *Senec.* ep. 106. *sub fin.* Latrunculis ludimus: in supervacuis subtilitas teritur.

LATUMĬA. V. *Lautumiæ.*

LĀTUS, a, um, *borne, carried,* particip. anom. verbi *fero. Cic. Phil.* 2. c. 41. Operta lectica latus est per oppidum. *Tacit.* 14. *Ann.* c. *pœnult.* Caput amputatum, latumque in urbem Poppæa vidit. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 32. Latæ conditiones. *proposed. Cic. pro Sext.* c. 16. In legem per vim latam jurare noluerat. *proposed, passed. Horat.* l. 2. ep. 1. v. 153. Pœna lata. *imposed, decreed. Liv.* l. 23. c. 14. Latoque, ut solet, ad populum, ut equum ascendere liceret, &c. *it being referred.*

LĀTUS, a, um, *broad, wide, spacious, ample, large, extensive,* εὐρὺς, πλατὺς, amplus, spatiosus: cui contrarium est angustus: a posteriore Græca voce allata, abjecta priore littera. *Cic.* 6. *Verr.* c. 46. Latum mare. et cap. 53. Lata via. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 22. Latissimæ solitudines. et lib. 2. c. 27. Latissimum flumen. *Virg.* 9. *Æn.* v. 725. obnixus latis humeris. *large or broad shoulders.* et 12. *Æn.* v. 165. hastilia lato ferro. *Id.* l. 2. v. 482. et ingentem lato dedit ore fenestram. *Plin.* l. 36. c. 13. *a med.* Latera pedum lata tricenum. *thirty feet broad. Colum.* l. 2. c. 11. Areas latas pedum denum facito. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 72. Fossæ quindecim pedes latæ. et cap. 19. Palus non latior pedibus quinquaginta. *Pallad. in Januar.* tit. 10. Scrobes latæ pedibus duobus semis. *Juvenal.* sat. 12. v. 58. Confisus ligno, digitis a morte remotus Quatuor; aut septem si sit latissima tæda. *seven at the very broadest. Virg.* 4. *Georg.* v. 94. latamque trahens inglorius alvum. *his large paunch.* et lib. 2. v. 468. Lati fundi. *large estates,* latifundia. *Ovid. Metam.* 1. v. 336. Crescere in latum. *in size; in bulk. Colum.* l. 1. c. 9. Vineæ non sic altos, quemadmodum latos, et lacertosos viros exigunt. *strong-limbed,*

brawny. Sic *Tacit.* 2. *Ann.* c. 21. Latos Barbarorum artus fodere. Ubi *Davanzatus* vertit, *quelle membruta* (*those brawny limbs*). ¶ *Latum aurum*, apud Poetas interdum est multum aurum. *Virg.* 5. *Æn.* v. 312. pharetra, lato quam circumplectitur auro Balteus. *Ovid. Metam.* 6. v. 567. velamina auro fulgentia lato. *Juvenal.* sat. 6. v. 481. latum pictæ vestis considerat aurum. Adde *Pers.* sat. 4. v. 44. ¶ De lato clavo V. *Clavus.* ¶ Translate *Cic. Acad.* 4. c. 41. Erigimur, latiores fieri videmur, humana despicimus. *Senec.* ep. 76. *ad fin. de histrionib.* Cum, præsente populo, lati incesserunt et cothurnati; simul exierunt, excalceantur, et ad staturam suam redeunt. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 183. Latus ut in circo spatiere. *Latum incedere*, his locis est subnixis alis, et ansatum (ut *Plaut.* loquitur *Pers.* 2. 5. v. 6. et 7.) superbe, et cum fastu ambulare, *to walk erect, and with the arms a-kimbo.* sic enim homo latior fieri videtur. Quo spectat illud *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 127. Ingreditur late lato spectabilis auro. Nisi malis τὸ *late* ad *spectabilis* referre. Al. tamen apud *Cicer.* et *Senec.* reponunt *elatus*: apud *Horat.* vero *lætus.* ¶ Poetæ frequenter summis ducibus et heroibus magna membra tribuunt, et *latos humeros*, ut staturæ moles animi magnitudini virtutique bellicæ respondere videatur. Exempla habes apud *Virg.* 5. *Æn.* v. 376. *Stat.* 1. *Theb.* v. 489. *Val. Flacc.* l. 2. v. 490. et *Sil.* l. 4. v. 417. et lib. 2. v. 454. Hoc sensu *latum hostem* dixit *Id. Sil.* l. 1. v. 499. *de Annibale.* lato Murrus caligat in hoste. ¶ Refertur aliquando ad orationem. *Cic. de clar. Orat.* c. 31. *a med.* Ut Stoicorum adstrictior est oratio, aliquantoque contractior, quam aures populi requirunt; sic Academicorum liberior et latior, quam patitur consuetudo judiciorum et fori. *Quintil.* l. 12. c. 10. *ante med.* Æschines nonne his latior, et audentior, et excelsior? *h. e.* fusior, ornatior. *Id.* l. 5. c. 14. *sub fin.* Sermone lato ornatoque argumenta dicere. *Tacit. in fi.* l. 1. *Hist.* Genus orandi, ad implendas populi aures, latum et sonans. ¶ *Lata gloria*, quæ ad plures notitia diffunditur, et late pervagatur. *Plin.* l. 4. ep. 12. *extr.* Nescio quo pacto magis homines juvat lata gloria, quam magna. ¶ *Lata culpa* apud JCtos est magna culpa, et manifesta, ex nimia negligentia, id est non intelligere, quod omnes intelligunt, ut loquitur *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 213. ideoque, teste eod. lib. 11. tit. 6. leg. 1. *ad fin.* dolo comparatur. *Id.* lib. 43. tit. 25. leg. 8. *ad fin.* In restitutionem venit dolus, et culpa lata dumtaxat. Sic *Id.* lib. 26. tit. 7. leg. 6. Solam latam negligentiam eos præstare debere. ¶ *Lata fuga*, est genus exsilii, interdictionem habentis omnium locorum, præter certum locum, ut docet *Martian.* lib. 48. tit. 22. leg. 5. ¶ *Lata interpretatio*, quæ plura complectitur, et ex æquo et bono fit. *Papinian.* lib. 22. tit. 1. leg. 1. Circa tutelæ restitutionem pro favore pupillorum latior interpretatio facta est.

LĂTUS, eris, n. *the side, flank, ribs*, πλευρὰ, in corpore animalis est pars sinistra, et dextera inter ventrem et dorsum, ab armis, vel alis ad crura posteriora, vel femina: in corpore hominis a brachiis ad genu: ducuntque a *latendo*, quia sub axillis lateat. In aliis rebus pars est inter frontem, et posticum. *Virg. Æn.* 2. v. 51. In latus, inque feri curvam compagibus alvum. *Id. Æn.* 6. v. 53. *de tauro.* latus niveum molli fultus hyacintho. *Id.* 2. *Æn.* v. 393. laterique accommodat ensem. *Cic.* 3. *Phil.* c. 13. A fronte, a tergo, a lateribus tenetur. *Id. pro Cluent.* c. 62. *sub fin.* Cecidisse ex equo dicitur, et latus offendisse vehementer. *Sueton. in Ner.* c. 13. Perductum in theatrum, juxta se latere dextro collocavit. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 5. Latus unum castrorum ripis fluminis muniebat. et lib. 5. c. 13. Insula, cujus unum latus est contra Galliam. et lib. 2. c. 8. Ab utroque latere collis. *Virg.* 1. *Æn.* v. 104. tum prora avertit, et undis dat latus. *runs sideways, gives her side. Horat.* l. 1. od. 22. v. 19. latus mundi. *part, country, region. Plin.* l. 2. ep. 17. *ante med.* Ex alio latere est cubiculum. *on the other side. Hirt. de B. Alex.* c. 28. Tribus ex lateribus variis genere munitionibus tegebatur: unum latus erat adjectum flumini. *on three sides*, &c. *Plin.* l. 37. c. 2. *circa med.* Crystallus sexangulis nascitur lateribus. *with six sides. Virg.* 1. *Æn.* v. 85. cuspide montem impulit in latus. *drove into the side.* et lib. 3. v. 581. mutare latus. *to change sides*, de jacente. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 2. Dolor lateris. *a pain in the side; a pleurisy*, πλευρῖτις. (Adde *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 32. et *Cels.* l. 2. c. 7. et 8.) *Virg.* 12. *Æn.* v. 507. Excipere aliquem in latus. *to strike in the flank.* et lib. 10. v. 314. gladio latus haurit apertum. *Cic. pro Ligar.* c. 3. Cujus latus ille mucro petebat? *Ovid.* 3. *Metam.* v. 187. adstitit in latus obliquum. *stood askaunt.* ¶ In exercitu sæpe locum habet. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 7. Reliquos equites ad latera disponit. et lib. 1. c. 25. Ex itinere nostros latere aperto aggressi. *on the open flank.* et lib. 3. c. *ult.* Ne quis inermibus militibus ab latere impetus fieri posset. *in flank.* ¶ Pertinet et ad gladiatores. Eorum enim sunt in pugna *tegere*, aut *præbere latus*, pro vario corporis habitu, quo cum adversario utuntur. Hinc translate *Tibull.* l. 1. el. 4. v. 26. Sæpe dabis nudum, vincat ut illa, latus. *will lay yourself open. Senec. in præfat.* l. 4. *Hist. nat.* Nec adulatoribus latus præbeas: artifices sunt ad captandum. *Flor.* . 3. c. 5. Nudum imperii latus ostentabant procul Marius, Sulla, Sertorius. *Terent. Heaut.* 4. 2. 5. Triumpho, si licet me latere tecto abscedere. *h. e.* evadere infortunium. ¶ *Artifices lateris* apud *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 351. sunt qui alios saltandi arte instituunt, et movendi lateris, jactandique corporis rationem docent. *dancing-masters.* ¶ In lateribus sunt vires, et robur. *strength, force. Cic. de Senect.* c. 9. Neque enim ex te unquam es nobilitatus, sed ex lateribus et lacertis tuis. et cap. 5. *ad fi.* Cum legem Voconiam voce magna et bonis lateribus suasissem. *Quintil.* l. 9. c. 2. *ante med.* Illa adhuc audaciora, et majorum, ut Cicero existimat, laterum. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 26. forte latus. *Id.* l. 2. od. 7. v. 18. longa fessum militia. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 11. v. 14. invalidum. *Quintil. in fin. proœm.* l. 1. patiens laboris. *Plin.* l. 2. ep. 11. *circa med.* Ut sæpius admoneret, voci, laterique consulerem. Hinc nos de fesso et anhelo dicimus. *his sides pant; he is out of breath.* ¶ Notat interdum stirpem, familiam, genus. *extraction, pedigree. Plin.* l. 8. ep. 10. Neque enim ardentius tu pronepotes, quam ego liberos cupio: quibus video a meo, tuoque latere pronum ad honores iter, et non subitas imagines relicturus. ¶ A JCtis dicitur de cognatione, quæ ex transverso procedit: ad differentiam ejus, quæ est inter ascendentes, et descendentes. *collateral relationship. Paul. Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 10. Sunt et ex lateribus cognati, ut fratres sororesque, &c. *Id.* lib. 23. tit. 2. *leg. ult.* Qui ex latere eam duxerit, quæ vetatur. *Stat. in præfat.* l. 5. *silv.* Latus omne divinæ domus semper demereri connitor. ¶ Sæpe significat conjunctionem amicitiæ et consuetudinis. Hinc *a latere alicujus esse* est semper cum aliquo versari, familiarem esse, ab aliquo nunquam discedere. *to be intimately acquainted with one. Liv.* l. 24. c. 5. *ad fin.* Avertit ab consciis in insontes indicium, ab latere tyranni. *among the intimate friends of the tyrant. Curt.* l. 3. c. 5. *sub fin.* Cum ab latere pecunia sollicitaret hostis. Sic *Martial.* l. 6. epigr. 63. ille tuum, Castrice, dulce latus. *your bosom-friend.* ¶ Adjungere aliquem lateri filii. *Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* c. 3.) *h. e.* custodem apponere, qui assiduus adhæreat. ¶ Adhærere lateri, *Liv.* l. 39. *h. e.* vicinum esse, imminere, instare, urgere. Ejus verba sunt cap. 25. *a med.* Procul abesse libertatis auctores Romanos: lateri adhærere gravem dominum prohibentem, &c. *was at their side.* ¶ *Tegere*, aut *claudere latus alicui*, aut *alicujus* dicitur, qui ad latus alicujus incedit, et quidem loco sinisteriore, aut certe exteriore, et minus honorato. honoratior enim est ad parietem, aut dexter: idque ideo, quia incedentis ad parietem latus alterum tectum est quodammodo, nudum alterum. *to give one the wall, walk on one's left side. Horat.* l. 2. sat. 5. v. 16. ne tamen illi Tu comes exterior, si postulet, ire recuses. Ut ne tegam spurco Damæ latus? *Juvenal.* sat. 3. v. 131. Divitis hic servi claudit latus ingenuorum Filius. Adde *Sueton. in Claud.* c. 24. *extr.* ¶ *Dare latus alicui*, idem fere quod *latus tegere*, apud *Senec. sub fin.* l. *ult. quæst. nat.* ¶ *Latus fodere.* V. *Fodio.* ¶ *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 1. leg. 13. *sub fin.* Si quis a pupillo sine tutoris auctoritate emerit, ex uno latere constat contractus. nam qui emit obligatus est pupillo, pupillum sibi non obligat. *on one side.* Sic *Id.* lib. 3. tit. 5. leg. 5. *ante med.* Nulla ex utroque latere nascitur actio.

LATUSCŬLUM, i, n. *a little side*, parvum latus. *Catull. ad Thallum*, carm. 25. v. 10. Ne laneum latusculum, natesque mollicellas Inusta turpiter tibi flagella conscribillent. *Lucret.* l. 4. v. 311. Quin etiam quæcumque latuscula sunt speculorum, &c.

LAVĀCRUM, cri, n. *a bath, bagnio, place to wash in*, λουτρὸν, balneum, in quo quis lavare commode potest: a sup. *lavatum*, ut *involucrum* ab *involutum. Gell.* l. 1. c. 2. Lucorum umbra ingentium, longis ambulacris et mollibus, ædium posticum refrigerantibus lavacris. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 410. Assiduus ludis, avidus splendere lavacris. *Spartian. in Adrian.* c. 18. Lavacra pro sexibus separavit. ¶ *Alcimum Avit.* l. 5. v. 712. et lib. 6. v. 191. item *Venantium Fortun.* l. 5. carm. 5. v. 96. qui pænultimam corripuere, cave imiteris.

LAVANDRĬA, um, n. supellex ad lavandum. Vox est *Laberii*, quæ inter obsoletas, et maculantes ex sordidiore vulgi usu, refertur a *Gell.* l. 16. c. 7.

LAVATĬO, onis, f. *a washing or bathing*, κλύσις, lavandi actus. *Cic. in fragm.* apud *Colum.* l. 12. c. 3. Post quæ ad cibum conficiendum, vasa, ut assolent, constituebantur: inde quæ ad lavationem, quæ ad exornationem, &c. *Cels.* l. 1. c. 3. *a med.* Lavatio calida et pueris et senibus apta est. *Plin.* l. 8. c. 45. Boves lavatione calidæ aquæ traduntur pinguescere. Adde *Plaut. Mostell.* 1. 3. 4. ¶ Item supellex ad lavandum, instrumentum balneare. *apparatus for bathing. Cic. Fam.* 9. ep. 5. *extr.* Ante te certiorem faciam, ut lavatio parata sit. *Phædr.* l. et fab. 4. v. 21. Seponit mœchæ vestem, mundum muliebrem, Lavationem argenteam, &c. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 181. n. 2. Balineum, et lavationem solo privato gratuitam in perpetuum dedit. *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 26. Mundo muliebri continentur specula, matulæ, vasa unguentaria, et si qua similia dici possunt, ut lavatio, riscus. Al. aliter leg. ¶ Item locus ad lavandum. *a bath, bagnio. Vitruv.* l. 5. c. 11. In porticu collocentur hæc membra: ephebeum in medio: sub dextro coriceum, deinde proxime conisterium: in versura porticus frigida lavatio, quam Græci λουτρὸν vocitant. *Alfen. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 30. Posse cum balneatore ex conducto agere, ut pro portione temporis, quo lavationem non præstitisset, pecuniæ contributio fieret. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 444. n. 8. Lavationem gratuitam municipibus, incolis, hospitibus dedit. Adde pag. 473. n. 1. et pag. 181. n. 1.

LAVATRĪNA, æ, f. prisca vox, qua balineum privatum significabatur, ut *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 41. et *Non.* c. 3. n. 131. docent. Ab ea per syncopen *latrina* facta est. Sed et ipsa *lavatrina* pro *latrina*, h. e. pro loco domus, ubi sordes confluunt, adhibita fuit. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 25. Truæ, quæ a culina in lavatrinam aquam fundunt.

LAVĀTUS, a, um, *washed*, lotus. Tribuitur *Plauto Pœn.* 1. 2. 22. et *Colum.* l. 7. c. 2. sed utrobique lectio est dubia.

LAUDABĬLIS, le, *laudable, commendable, praiseworthy, deserving of praise or commendation*, qui laudari potest, dignus laudari, laudandus, αἰνετός. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 4. Laudabile est, quod conficit honestam et præsentem, et sequentem commemorationem. *Cic.* 1. *Offic.* c. 4. *extr.* Honestum etiam si a nullo laudetur, natura est laudabile. *Id. de clar. Orat. in fin.* Vix singulis ætatibus binos oratores laudabiles exstitisse. *Id. Parad.* 1. *sub fin.* Voluptas meliorem ne efficit, aut laudabiliorem virum? *Horat. in ar. Poet.* v. 408. Laudabile carmen. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 14. v. 35. longo laudabilis ævo Penelopæa fides. ¶ Item in pretio habitus, optimus. *precious, valuable, esteemed. Plin.* l. 11. c. 15. *de melle.* Maxime laudabile est etiam omne rutilum: in æstimatu est e thymo, &c. *Id.* l. 17. c. 4. Nec fluminibus aggesta terra semper laudabilis. *Id.* l. 14. c. 3. Laudabilius vinum.

LAUDABILĬTAS, atis, f. *laudableness, praiseworthiness*, id, quo quis laudabilis est. In *Cod. Theodos.* est titulus, quo appellatur Comes metallorum. Sic enim ibi lib. 10. tit. 19. leg. 3. *Impp. Valentinian. et Valens.* Si qui sponte confluerint, eos laudabilitas tua cogat exsolvere, &c.

LAUDABILĬTER, *laudably, commendably, praiseworthily*, ἐπαινετῶς, cum laude. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 5. Ad recte, honeste, laudabiliter, postremo ad bene vivendum satis ne est præsidii in virtute? *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 484. n. 6. Honorem ædilitatis laudabiliter administravit. *Valer. Max.* l. 5. c. 1. n. 2. *extern.* In hunc modum filiæ injuriam tulit, suam multo laudabilius. *Gell.* l. 7. c. 3. *ante med.* Judices conciliandos esse, ac propitiandos laudabiliter, ac placabiliter, et leniter existimationi, salutique ejus, qui apud eos accusatus est. *h. e.* adhibitis laudibus.

LAUDANDUS, a, um, *laudable, worthy of praise*, laudabilis, laudatus. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 9. v. 62. istos, ut non laudandos, sic tamen esse jocos. *Senec. in Herc. Furent.* v. 1268. Laudanda feci jussus: hoc unum meum est.

LAUDĀTE, *laudably*, laudabiliter. *Plin.* l. 36. c. 6. Regias domos laudatissime ebore adornans.

LAUDATĬO, onis, f. *a praising, extolling, commending; a laudatory oration, panegyric, encomium; an attestation of one's good character*, αἶνεσις, ἐγκώμιον, laudantis oratio, commendatio. *Cic. Fam.* 15. ep. 6. Quam lauream cum tua laudatione conferrem? *Id. pro Cæl.* c. 2. Lectissimos viros cum legatione ad hoc judicium, et cum gravissima atque ornatissima laudatione miserunt. *Id.* 2. *Fin. c. ult.* Lege laudationes non eorum, qui sunt ab Homero laudati, &c. *Sen.* ep. 102. Aliud est laus, aliud laudatio. Hæc et vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, sed laudationem, cujus officium oratione constat. Cum dicimus aliquem laude dignum, non verba illi benigna hominum, sed judicia promittimus. Hæc *Seneca.* Porro sæpe *laudatio* dicitur de laudatione funebri. *a funeral oration. Liv.* l. 5. c. 50. Matronis honos additus, ut earum sicut virorum, post mortem solemnis laudatio esset. *Cic. pro Mil.* c. 13. Cadaver Clodii spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa, laudatione, &c. *Id. de Senect.* c. 4. Est in manibus laudatio, quam cum legimus, &c. ¶ Item de laudatione judiciali, de qua est locus *Cicer.* modo allatus *pro Cæl.* V. *Laudator.*

LAUDATĪVUS, a, um, *commendatory*, ἐγκωμιαστικὸς, laudans, laudationi accommodatus. Unde *Laudativum genus* orationis a Rhetoribus dicitur Demonstrativum. *Quintil.* l. 2. c. 15. *circa med.* Laudativam totam, quæ est pars Rhetorices tertia. *Id.* l. 3. c. 4. *a med.* Est unum genus, quo laus et vituperatio continetur: sed est appellatum a meliore parte laudativum: idem alii demonstrativum vocant. utrumque nomen ex Græco creditur fluxisse. nam et ἐγκωμιαστικὸν, et ἐπιδεικτικὸν dicunt.

LAUDĀTOR, oris, m. *a praiser, commender, panegyrist*, ἐπαινετὴς, ἐγκωμιαστὴς, qui laudat, testis innocentiæ, vel virtutis alicujus. *Cic. post redit. ad Quir.* c. 6. *extr.* Qui rerum mearum gestarum laudatores fuerunt. *Id. Attic.* l. 6. ep. 2. *a med.* Laudator integritatis et elegantiæ. *Horat. de ar. Poet.* v. 433. Derisor vero plus laudatore movetur. *Ovid. Heroid. ep. ult.* v. 33. Hæc nobis formæ, te laudatore, superbæ, Contingit merces? *Plin.* l. 2. ep. 1. Laudatus est a consule Cornelio Tacito. Nam hic supremus felicitati ejus cumulus accessit, laudator eloquentissimus. *Liv.* l. 2. c. 47. *sub fin.* Funera deinde duo, collegæ fratrisque, ducit: idem in utroque laudator. *h. e.* funebrem laudationem utriusque habuit. *the pronouncer of a funeral oration.* ¶ In causis judicialibus *laudatores* aderant reo

(præter advocatos, et patronos) testes innocentiæ, et commendatores. *witnesses brought forward to attest the character of a criminal. Cic. pro Balb.* c. 18. Proferam testes, proferam legatos, excitabo laudatores, quos ad hoc judicium summos homines ac nobilissimos, deprecatores hujus periculi missos videtis. *Id. Verr.* 7. c. 22. In judiciis qui decem laudatores dare non potest, honestius est ei nullum dare. Hinc *laudatio judicialis* apud *Suet.* in *Aug.* c. 56. *ad fin.* et *Cic. Fam.* l. 1. ep. 9. ubi de Vatinio agit.

LAUDATORĬUS, a, um, *commendatory, laudatory,* laudativus. *Fulgent.* l. 1. *Mythol. post init.* Illa exhilarata versiculis, laudatorio palmulæ tactu meam mulsit cæsariem.

LAUDĀTRIX, icis, f. *she who praises or commends,* quæ laudat. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 2. Vitiorum laudatrix fama popularis. *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 126. Laudatrix Venus est invidiosa mihi.

LAUDĀTUS, a, um, *praised, commended, honoured; praiseworthy, laudable, commendable,* ἐπαινετός, laudibus ornatus, laudabilis, spectatus, probatus. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 12. *a med.* et *Tuscul.* 4. c. 31. *ad fin.* et 15. *Fam.* ep. 6. Lætus sum, laudari me (inquit Hector, opinor apud Nævium) abs te, pater, laudato viro. Ea est enim profecto jucunda laus, quæ ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. *Sallust.* in *Jug.* c. 8. Scipio donatum, atque laudatum magnifice pro concione Jugurtham in prætorium adduxit. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 57. *extr.* Germanicus cunctis laudatus. *h. e.* a cunctis. *Plin.* l. et cap. 22. Herba laudata Eratostheni. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 3. Laudatarum omnium artium procreatrix philosophia. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 35. Excitat auditor studium: laudataque virtus Crescit, et immensum gloria calcar habet. *Plin.* l. 2. c. 26. Hipparchus nunquam satis laudatus. *Id.* l. 35. c. 11. Inter pauca laudatus. ¶ Item qui in æstimatu est, optimus, eximius, pretiosus, *excellent, precious, highly esteemed, inestimable. Ovid.* 9. *Metam.* v. 715. Inter Phæstiadas quæ laudatissima formæ Dote fuit virgo. *of exquisite beauty. Plin.* l. 12. c. 8. Saccharon et Arabia fert, sed laudatius India. *Id.* l. 11. c. 42. Laudatissimus caseus. *Id.* l. 20. c. 23. Fœniculum pulmonibus et jocineribus laudatissimum. *h. e.* ad sanandos pulmonum, et jecoris morbos probatissimum. *Id.* l. et cap. 22. Olus laudatum in cibis. ¶ Pro nominatus, *called by name, cited, quoted, Imp. Alexand.* lib. 5. *Cod.* tit. 44. leg. 2. Qui laudatus per te defendi debeat. Adde lib. 8. tit. 45. leg. 7. V. *Laudo.*

LAUDĔA, *vel* Ludea, æ, f. idem ac laus. Quidam sic leg. apud *Plaut. Cistell.* 1. 3. 50. Parite laudeam, et lauream. Sed incerta admodum res est. *Isid.* quidem l. 17. *Orig.* c. 7. tradit, apud Antiquos *laudeam* dictum esse pro *lauream*: sed nullo exemplo confirmat.

LAUDICŒNUS, i, m. cœnipeta, qui cœnam laudat. *Plin.* l. 2. ep. 14. Inde jam non inurbane σοφοκλεῖς vocantur: iisdem Latinum nomen impositum est, laudicœni. *persons employed to applaud an advocate while speaking.*

LAUDO, as, avi, atum, a. 1. *to praise, commend, extol, make honourable mention of, laud,* αἰνέω, honorificis verbis prosequor, laudibus orno, laudem tribuo, commendo, extollo, effero. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 9. Vituperare improbos asperius, laudare bonos ornatius. et cap. 75. Laudare et efferre aliquid. *Id. pro Sext.* c. 34. Approbare et laudare sententiam alicujus. *Id. Fam.* 5. ep. 20. *cir. med.* Quam rationem omnes non solum probant, sed etiam laudant. *Nep.* in *Attic.* c. 9. *extr.* Potius quid se facere par esset, intuebatur, quam quid alii laudaturi forent. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 1. Laudare legem ipsam veris et propriis generis sui laudibus. *Id.* 4. *Phil.* c. 3. Exquisitissimis verbis laudare quempiam. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 12. Satis pro dignitate laudare. *Id. de Senect.* c. 1. Nunquam satis laudari digne poterit philosophia. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 64. *Burm.* Laudare effuse. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 209. maligne. *Cic. sub init.* l. 3. *de Legib.* nimis valde. *Id.* 1. *de Offic.* c. 18. *ad fin.* ore pleniore. *Cato in proœm. R. R.* amplissime. *Cic. in Bruto,* c. 73. magnifice. *Sil.* l. 4. v. 260. Laudabat leti juvenem. *h. e.* ob letum. ἐμακάρισε τοῦ θανάτου. Eodem modo locutus est lib. 1. v. 395. et l. 5. v. 561. ¶ Pertinet ad laudationem funeris, *to pronounce a funeral oration. Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 8. *ad fin.* Serrani filii funus perluctuosum fuit. Laudavit pater scripto meo. *Id. pro Mur.* cap. 36. Quem cum supremo ejus die Maximus laudaret, &c. ¶ In illo *Virg.* 2. *Georg.* v. 412. laudato ingentia rura, Exiguum colito; *Turneb.* l. 20. *adversar.* c. 14. putat, *laudato* positum esse pro rejicito, vituperato: quod et Græcis ἐπαινεῖν eadem interdum ratione adhibeatur. Sed non est necesse ad insolentem significationem recurrere. *Servius:* Hoc etiam Cato ait in libris ad filium de Agricultura: quod ideo dictum est, quia majores, agros incultos *rura* dicebant, idest silvas et pascua: *agrum* vero, qui colebatur: ut intelligamus, Laudato ingentes silvas, colito agrum minorem: vel quod melius est, cum Virgilius præcipiat alternis cessare novales (1. *Georg.* v. 71.) hoc fieri non potest, nisi fuerint spatia majora terrarum. ita ut una parte cessante, alia coli possit. ¶ Est etiam *laudare,* probare, in pretio habere, optimum putare, *to esteem, prize, value. Plin.* l. 29. c. 3. *a med.* Ovum anguinum ad victorias litium mire laudatur. et lib. 28. c. 10. Apri cerebrum contra serpentes laudatur. ¶ Item nominatim appellare, citare, *to call by name, cite, quote:* præsertim cum de testibus sermo est: hos enim cum citamus, non sine laude citare solemus. *Gell.* l. 2. c. 6. *a med.* Laudare significat prisca lingua, nominare appellareque. Sic in actionibus civilibus auctor laudari dicitur, quod est nominari. *Plaut. Capt.* 2. 3. 66. Idque ut scias, Jovem supremum testem laudo. *Cic. de clar. Orat.* c. 11. Quem rerum Romanarum auctorem laudare possum religiosissimum. Adde lib. 3. *de Orat.* c. 18. *sub fin.* et cap. 49. et *Festum.*

LAVER, eris, n. *water-parsley, or yellow water-cresses,* σίον, herba, alio nomine sion, in aqua nascens, latiore folio, quam apium, pinguiore, et nigriore; copiosa semine, sapore nasturtii. Condita, et cocta torminibus medetur. *Plin.* l. 26. c. 8. et lib. 22. c. 22.

LAVERNA, æ, f. Πραξιδίκη, dea, in cujus tutela fures esse putabantur: a λαβεῖν, accepisse, quasi Laberna, β converso in v. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 60. Labra movet, metuens audiri: pulcra Laverna, Da mihi fallere, da justum, sanctumque videri. *Novius* apud *Non.* cap. 8. n. 6. Per deam sanctam Lavernam, quæ cultrix quæstuis siet. ¶ Ponitur et pro fure ipso. *Auson. epist.* 4. *extr.* Hic est ille Theo poeta falsus, Bonorum mala carminum Laverna. Al. leg. *taberna.*

LAVERNĀLIS PORTA, una ex Portis urbis Romæ, ita dicta, quod ibi ara Lavernæ deæ fuerit. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 34. et *Fest.* in *Laverniones.*

LAVERNĬO, onis, m. *a thief, robber,* fur. *Festus:* Laverniones, fures antiqui dicebant, quod sub tutela deæ Lavernæ essent, in cujus luco obscuro abditoque soliti furta prædamque inter se luere.

LAVINIENSIS, se, ad Lavinium pertinens. V. vocem sequent. *Lavinienses* sunt ejus oppidi incolæ. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. *a med.*

LAVINĬUS, *et* Lavīnus, a, um, ad Lavinium pertinens, quod fuit oppidum Latii prope Ardeam, ab Ænea conditum, appellatumque nomine Laviniæ uxoris, filiæ Latini regis Laurentum et Amatæ. *Virg.* 4. *Æn.* v. 236. Lavinia respicit arva. et lib. 1. v. 6. et *Propert.* l. 2. el. 25. v. 64. Lavina litora. *Lucan.* l. 9. v. 991. Lavinia sedes. *h. e.* Lavinium.

LAVITO, as, a. 1. frequentat. a *lavo.* V. in fin. vocis *Cerebrum.*

LAVO, as, *et* is, lavavi, *et sæpius* lavi, lavatum, *et* lautum, a. 1. et 3. *to wash, rinse, bathe,* λούω, νίπτω, πλύνω, abluo, aqua purgo: a priore Græca voce allata. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 60. Manus lava, et cœna. *Id.* 1. *Offic.* c. 34. *extr.* Cum soceris generi non lavantur. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 1. *extr.* Lavantur in fluminibus. *Horat.* l. 4. od. 6. v. 26. Phœbe, qui Xantho lavis amne crines. *Val. Flacc.* l. 4. v. 229. lavitur patrios victor ad amnes. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 340. sacerdos Almonis dominam, sacraque lavit aquis. *et Heroid. ep. ult.* v. 177. in umbroso cum velles fonte lavari. et lib. 3. *Fast.* v. 12. Sacra lavaturas mane petebat aquas. *Titinn.* apud *Non.* c. 10. n. 2. Manus lavite mulieris, et capita velate. *Pompon. ibid.* Jampridem volo latrinam lavi. *should be cleaned.* Sic *Cato R. R.* c. 65. Si inquinata erit, lavito. ¶ Sæpe cum de balneis sermo est, usurpatur activa voce pro passiva, sine casu, qui tamen facile subauditur. *Plaut. Trucul.* 2. 3. 1. Pisces ego credo, qui usque dum vivunt, lavant, Minus, diu lavere, quam hæc lavat Phronesium. et 1. 2. 95. Opperire ibi: jam exibit. nam lavavit. *Terent. Andr.* 3. 2. 48. Ubi nos laverimus, si voles, lavato. *et Heaut.* 4. 1. 42. Ea lavatum dum it, servandum mihi dedit. Adde *Liv.* l. 44. c. 6. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 76. et *Sueton.* in *Ner.* c. 35. et *in Tito,* c. 8. Affert quidem *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 61. discrimen inter *lavamur,* et *lavamus,* quod illud de toto corpore dicatur, hoc de corporis partibus; itaque illud ad balinei lavationem pertineat, hoc ad alias: sed contra sunt allata exempla. ¶ Est etiam madefacere, aspergere, *to moisten, besprinkle, bedew. Plaut. Pseud.* 1. 1. 8. Gestas tabellas tecum: eas lacrymis lavis. *you bathe with tears. Ovid.* 7. *Metam.* v. 267. Et quas Oceani refluum mare lavit arenas. *Lucret.* l. 5. v. 948. proluvie larga lavere humida saxa. *Virg.* 10. *Æn.* v. 727. lavit improba teter Ora cruor. *Val. Flacc.* l. 4. v. 153. ut misero lavet arma cerebro. Adde *Enn.* et *Varron.* apud *Non.* c. 6. n. 106. et cap. 10. n. 2. ¶ Translate *Horat.* l. 3. od. 12. v. 2. dulci mala vino lavere. *h. e.* abstergere, delere, tollere. *to wash down, throw or shake off. Terent. Phorm.* 5. 7. 80. Venias nunc precibus lautum peccatum tuum. *h. e.* ad purgandum, excusandum, deprecandum. ¶ Jocus videtur esse illud *Varron.* apud *Non. cit.* cap. 10. n. 2. Et Hymenæus, qui primo lavere alvum marsupio solet. [¶ Particip. *lavans, lavandus* apud *Liv.* l. 44. c. 6. Lavanti regi dicitur nuntiatum, hostes adesse. *Plin.* l. 8. ep. 18. Dentes lavandos, fricandosque præbebat.]

LAURĔA, æ, f. *the foliage of the laurel-tree; the laurel-tree, laurel, cherry-bay,* proprie de lauri foliis dicitur: sed et de ipsa arbore. *Plin. in fin.* l. 15. *de lauro.* Unius arborum Latina lingua nomen imponitur viris (ut *Laurea Tullius* Ciceronis libertus) unius folia distinguuntur appellatione. lauream enim vocamus. *Liv.* l. 32. c. 1. Lauream in puppi navis longæ enata. *Horat.* l. 2. od. 15. v. 9. Tum spissa ramis laurea fervidos Excludet ictus. ¶ Pro corona ex lauro, *a crown of laurel, garland of laurel or bays:* quam gestare dicitur Apollo, cui laurus sacra est (V. *Daphne*) et eximii Poetæ. *Ovid. de remed. amor.* v. 75. Te precor, o vates, adsit tua laurea nobis, Carminis, et medicæ Phœbe repertor opis. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 5. v. 67. Thyrsus enim vobis, gestata est laurea nobis. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 9. *de Pindaro.* Laurea donandus Apollinari. ¶ Etiam triumphantes lauream in capite gerebant, ut *Plin. c. ult.* l. 15. docet. Hinc sæpe de victoria dicitur, et gloria militari. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 67. Præstat et exsulibus pacem tua laurea Cæsar. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 22. Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. *Id. Fam.* 15. ep. 6. Quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? ¶ Translate *Plin.* l. 7. c. 30. *sub fin. de Cicerone.* Salve primus in toga triumphum, linguæque lauream merite. *h. e.* principatum eloquentiæ. ¶ Aliquando Imperatores triumpho abstinentes, id solum victoriæ signum populo R. ostendebant, quod lauream publice in Capitolium in sinum Jovis ferebant. *Sueton.* in *Domit.* c. 6. De Cattis, Dacisque duplicem triumphum egit: de Sarmatis lauream modo Capitolino Jovi retulit. Adde *in Ner.* c. 13. et *Plin. in Paneg.* c. 8.

LAUREĀTUS, a, um, *crowned or wreathed with laurel, laurelled, laureate,* δαφνοφόρος, laurea coronatus, vel ornatus. *Sueton.* in *Aug.* c. 58. Plebs laureata. *Vitruv.* l. 2. c. 8. *a med.* Naves laureatæ. *Cic. pro Mur. c. ult.* Imaginem parentis sui, quam paucis ante diebus laureatam in sua gratulatione conspexit, &c. *Id. Attic.* l. 7. ep. 10. Laureati lictores. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 28. Laureati fasces. *Senec. de consol. ad Polyb.* c. 35. Laureatæ fores. *Liv.* l. 45. c. 1. Laureatæ litteræ. *letters bound up with bay-leaves in token of victory obtained against the enemy, and sent by the Roman commander to the Senate; laurelled letters. Tacit. in Agric.* c. 18. *extr.* Ne laureatis quidem gesta prosecutus est. *subaudi* litteris, et V. *Laurus. Plin.* l. 18. c. 3. *a med.* Gaudens terra vomere laureato, et triumphali aratore.

LAURENS, entis, adject. *Laurentian;* a Laurento oppido, quod fuit in Latio versus oram maris Tyrrheni, inter Ardeam, et ostia Tiberina, appellatumque vel a silva laurea, qua excisa exædificatum fuit, vel quod ibi laurus primum inventa est. Notat autem non illud oppidum solum, sed et omnem circa regionem, quæ Aboriginum fuit. *Virg.* 5. *Æn.* v. 797. liceat Laurentem attingere Tibrim. et lib. 7. v. 661. Laurentia arva. et vers. 650. excepto Laurentis corpore Turni. et lib. 10. v. 706. Laurens ora. *Plin.* l. 2. ep. 17. Laurens meum. *subaudi* rus, aut prædium. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 60. Laurens populus. ¶ *Laurentes, um,* sunt ejus oppidi, et circa regionis incolæ. *Virg.* 8. *Æn.* v. 537. Heu quantæ miseris cædes Laurentibus instant! et lib. 12. v. 137. Laurentum, Troumque acies. ¶ Pro Romanis. *Sil.* l. 3. v. 83. Et cineri juret patrio Laurentia bella. *Id.* l. 17. v. 282. Laurens præda. *h. e.* ab Annibale in Latio acta.

LAURENTALĬA, um, n. feriæ in honorem Accæ Laurentiæ, cui sacerdotes in Velabro sacrificabant: quæ et Laurentinæ dictæ sunt. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. *a med.* V. *Laralia.*

LAURENTĪNUS, a, um, ad Laurentum oppidum pertinens, de quo V. in *Laurens. Martial.* l. 10. epigr. 37. Laurentinum litus. *Plin.* l. 2. ep. 17. Laurentinum meum. *subintellige* prædium, seu rus, quod habeo in agro Laurente. *Id. ibid.* et *Valer. Max.* l. 8. c. 5. *sub fin.* Laurentina via. *h. e.* quæ Roma Laurentum ferebat. ¶ *Laurentinæ feriæ* sunt ipsa Laurentalia. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. *a med.*

LAURENTIS, idis, adject. f. Laurentina, Laurens. *Enn.* apud *Priscian.* l. 7. pag. 762. *Putsch.* Quos homines quondam Laurentis terra recepit.

[* LAURENTĬUS, a, um, idem ac Laurentinus. *Virgil.* 10. *Æn.* v. 709. Multosve (apros) palus Laurentia. *h. e.* quæ prope Laurentum oppidum erat.]

LAURENTUM. V. in *Laurens.*

LAUREŎLA, æ, f. *a small crown or garland of laurel,* diminut. a *laurea,* et pro corona triumphali capitur. *Cic.* l. 2. *Fam.* ep. 10. Velles enim, tantum modo ut haberem negotii, quod esset ad laureolam satis. ¶ *Laureolam in mustaceo quærere,* est ex re frivola insignem laudem captare, quia mustaceum conficere, exigui laboris, et nullius gloriæ est. *Cic. ad Attic.* l. 5. ep. 20. *ante med.* Bibulus, credo, voluit appellatione hac inani nobis esse par: in eodem Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere.

[† LAUREOTIS. V. *Lauriotis.*]

LAURETĀNUS, a, um. Lauretanus portus, in Etrusca ora, memoratur a *Liv.* l. 30. c. 39. ubi al. leg. *Laurentinum,* alii aliter.

LAURETUM, *et* Loretum, ti, n. *a thicket of laurels, place, or grove, where bay-trees grow,* δαφνών, locus lauris consitus. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. et *Plin.* l. 15. *in fin.* Loretum in Aventino vocatur, ubi silva lauri fuit. ¶ Duplex fuit Romæ loretum, majus, et minus: uterque in regione decimatertia, ut est apud *P. Victor. de regionib. Urb. Romæ,* et in veteri *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 134. et 250. Porro *loretum* pro *lauretum* ea ratione dicitur, qua *codex, coda, plodo,* pro *caudex, cauda, plaudo,* &c.

LAUREUS, a, um, *of laurel*, δάφνινος, qui est e lauro. *Cato R. R.* c. 76. Laurea folia. et cap. 31. Vectes laurei. *Liv.* l. 23. c. 11. Laurea corona. *a crown or garland of laurel. Ovid.* 2. *Trist.* v. 172. serta. *Martial.* l. 10. epigr. 92. Laureum nemus. *Plin.* l. 20. c. 13. *a med.* oleum. *h. e.* e baccis lauri, vel folio, vel folio simul, et cortice baccarum, ut *Id.* l. 15. c. 7. docet. *Id. ibid.* c. 15. et *Colum.* l. 12. c. 10. Laurea pira. *h. e.* odorem lauri habentia, ut *Plin. ibid.* tradit. *Id.* l. 15. c. 25. cerasa. *h. e.* in lauro insita, non ingratæ amaritudinis. Putant esse, quæ apud Italos *maraschè* (*a kind of sour cherry*).

LAURICES, cum, m. fetus cuniculorum a matre exsecti, vel uberibus ablati, qui olim cum interaneis non repurgatis cocti gratissimi in cibis habebantur. Vox est balearica. *Plin.* l. 8. c. 55.

LAURICŎMUS, a, um, *covered with laurels*, ornatus comas lauro, ut Montes lauricomi. *Lucret.* l. 6. v. 151. Lauricomos ut si per montes fama vagetur.

LAURĬFER, a, um, *bearing or wearing laurel, crowned or decorated with laurel, laurelled*, δαφνηφόρος, ferens laurum. *Plin.* l. 15. c. 30. Lauriferam tellurem illam osculatus ex responso. *Lucan.* l. 5. v. 332. Lauriferos nullo comitetur vulnere currus. et lib. 8. v. 25. Laurifera juventa.

LAURĬGER, a, um, laurifer, laureatus. *Ovid.* l. 3. *de ar. am.* v. 389. laurigero sacrata palatia Phœbo. *Propert.* l. 4. el. 6. v. 54. Laurigera manus. *Sil.* l. 5. v. 412. Laurigeri avi. *Martial.* l. et epigr. 10. Laurigeri fasces. *Id.* l. 7. epigr. 5. Laurigera cuspis. *h. e.* hasta laureata.

LAURĪNUS, a, um, *of laurel*, δάφνινος, laureus. *Plin.* l. 12. c. 8. Laurinum folium. *Id.* l. 23. c. 4. Oleum laurinum. V. *Laureus.*

LAURIŌTIS, is, f. λαυριῶτις, spodos in argenti fornacibus: ita dicta ἀπὸ τοῦ Λαυρίου, qui Atticæ pagus fuit, ubi argenti metalla Atheniensibus aliquando fuerunt, ut *Pausan. in Attic.* tradit. *Plin.* l. 34. c. 13. [† *Lauriotis* est ex conjectura *Harduin.* Vulgo legitur *Laureotis*, minus recte.]

LAURIPŌTENS, entis, epitheton Apollinis apud *Martial. Capell. in* carm. l. 1. pag. 10.

LAURONENSIS, se, ad Lauronem pertinens, ut Lauronensia vina, quæ laudat *Plin.* l. 14. c. 6. *ad fin.* Est autem Lauro, vel Lauron oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in regno Valentiæ. *Flor.* l. 2. c. 22. et lib. 4. c. 2.

LAURUS, i, f. *a laurel-tree, laurel, cherry-bay, bay-tree*, δάφνη, arbor perpetuo virens: cujus plura genera *Plin.* l. 15. *c. ult.* recenset, ac describit. In fabulis est arbor dilecta Phœbo propter Daphnen puellam ab eo adamatam, et in eam conversam. V. *Daphne.* In magno honore apud Romanos fuit, quod pluribus ostendit *Plin. loc. cit.* Ipsa, inquit, pacifera, ut quam prætendi, etiam inter armatos hostes, quietis sit indicium. Romanis præcipue lætitiæ victoriarumque nuntia, additur litteris, et militum lanceis, pilisque: fasces imperatorum decorat (*adde* et navium proras in victoriæ signum) ex his in gremio Jovis optimi maximique deponitur, quoties lætitiam nova victoria attulit. idque non ideo, quia perpetuo viret, nec quia pacifera est, sed quia spectatissima in monte Parnasso, ideoque etiam grata Apollini, assuetis eo dona mittere jam et Regibus Romanis, teste L. Bruto: et quia manu satarum sola fulmine non icitur. Ob quas causas equidem crediderim, honorem ei habitum in triumphis, potius quam quia suffimentum sit cædis hostium, et purgatio, ut tradit Masurius (item *Fest.* in *Laureati*). Tiberium principem, tonante cælo, coronari ea solitum ferunt, contra fulminum metus. *Id. ibid.* Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus, janitrix Cæsarum, Pontificumque: sola et domos exornat, et ante limina excubat. Hæc *Plin.* quorum exempla non una habes in *Laureatus.* Præterea lauro utebantur in ominibus capiendis, si nimirum in ignem conjecta crepitaret, boni; si taceret, mali augurii signum putantes. Hinc opinor præscia venturi a *Claudian.* l. 2. *de rapt. Pros.* v. 109. appellatur. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 81. *et sequentib.* et *Propert.* l. 2. el. 21. v. 36. ¶ Ea item coronabantur in certis sacris Flamines, ut est apud *Liv.* l. 23. c. 11. et *Ovid.* 3. *Fast.* v. 137. Item imagines majorum domesticæ, in gratulatione solemni, cum quis honorem esset adeptus, ut ex *Cic. pro Mil. c. ult.* colligitur. Poetæ quoque et vates eam gestare dicebantur, ut qui Apollinis tutelæ assignati, et ab eo vim carminis accipientes. *Horat.* l. 2. od. 7. v. 19. Quin et ea vesci. *Juvenal.* sat. 7. v. 19. et *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 63. quod vaticinandi scientiam parere credebatur: item *Martial.* l. 5. epigr. 4. ad discutiendam ebrietatem. ¶ Metonymice sumitur pro victoria. *Plin. in Paneg.* c. 14. et *Stat.* l. 4. silv. 1. v. 41. ¶ In quibusdam casibus est etiam quartæ declinationis. Dixerunt enim *ab hac lauru*, et *lauruum* teste *Charis.* l. 1. pag. 110. *Putsch.* et *Horat.* l. 2. od. 7. v. 19. et *laurus* in primo, et quinto plurali legitur apud Poetas non semel, ut *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 63. Sic *Plin. loc. sup. cit.* Nullum genus laurus in Corsica fuisse. Dixi *in quibusdam casibus*, quia *laurui*, et *laurubus*, vel *lauribus*, in utroque dativo non facile usurpaverim: quod monet etiam *Servius ad Æn.* 10. v. 689.

LAUS, laudis, f. *praise, commendation, laud; glory, honour, good report, fame, renown*, ἔπαινος, commendatio, præconium, verba, quibus alicujus virtutem testamur. Volunt esse vel a λάω, eloquor, vel a λαὸς, populus. *Cic.* 15. *Fam.* ep. 6. Ea est profecto jucunda laus, quæ ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. et lib. 9. ep. 14. Summis aliquem laudibus ad cælum efferre. et lib. 2. ep. 15. Divinis laudibus ornare aliquem. *et Attic.* l. 13. ep. 38. Habere laudes quotidianas et assiduas de aliquo. *Id.* 2. *Offic.* c. 13. *in fin.* Laude quempiam afficere. *Id.* 1. *de Orat.* c. 26. Omni laude cumulare. et 5. *Fam.* ep. 2. Summam alicui laudem tribuere. *Id. pro Mur.* c. 7. Illustri laude celebrari. *et Verr.* 2. c. 17. Esse in laude et in gratia cum populo R. *Id. pro Marcell.* c. 2. Laudem consequi. *Id.* 2. *Offic.* c. 13. maximam ex re aliqua sibi parere. *Virg.* 12. *Æn.* v. 321. afferre cuipiam. *Cic.* 2. *Phil.* c. 11. Ornare quempiam suis laudibus, et onerare alienis. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 83. implere. *Plin.* l. 5. c. 1. et lib. 15. c. 8. celebrare. et lib. 25. c. 5. prædicare. et lib. 20. c. 3. *ad fin.* ferre. *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 35. Principibus placuisse viris, non ultima laus est. *Id.* l. 2. sat. 3. v. 99. et *Ovid.* 5. *Fast.* v. 290. Hoc mihi est laudi. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1561. Laudis est, purum tenuisse ferrum. *is it a laudable deed. Gell.* l. 4. c. 9. *ad fin.* Hæc dicuntur in laudem. *h. e.* laudandi gratia. *by way of praise. Cic.* 5. *Verr.* c. 91. Neque ego hoc in tua laude pono: alia sunt tua facta summa laude digna. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 2. Fabio laudi datum est, quod pingeret. *Id.* 1. *de Orat.* c. 23. Tibi nunquam eloquentiæ majorem tribui laudem, quam humanitatis. *Id. de clar. Orat.* c. 13. Brevitas laus est interdum in aliqua parte dicendi: in universa eloquentia laudem non habet. *Virg. Ecl.* 6. v. 6. Dicere alicujus laudes. *Cic. pro Planc.* c. 39. celebrare. et *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 13. v. 23. laudes de Cæsare dixi. *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 553. et *Val. Flacc.* l. 1. v. 105. longa laude canere aliquem. *Plin.* l. 7. c. 47. Supremæ laudes. *a funeral oration.* ¶ Metonymice dicitur de recte factis, et virtute, quia his laudem meremur. *Cic.* 2. *Attic. ep. ult.* Plena manu nostras laudes in astra sustulit. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 22. *ad fin.* Vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius. *Virg.* 1. *Æn.* v. 465. sunt hic etiam sua præmia laudi. et lib. 5. v. 355. primam merui qui laude coronam. et lib. 9. v. 252. Quæ vobis, quæ digna, viri, pro laudibus istis Præmia posse rear solvi? *Plin. in Paneg.* c. 70. A laude aliquem deterrere. Adde *Propert.* l. 3. el. 1. v. 15. ¶ *Laus dicendi*, aut *oratoria* est ipsa dicendi facultas, qua laudem adipiscimur. *Cic. in Bruto*, c. 7. Pericles cum floreret omni genere virtutis, hac tamen fuit laude clarissimus. ¶ Notat etiam æstimationem et pretium cujuspiam rei, quæ ad usum aliquem optima habetur. *repute, estimation, value. Plin.* l. 35. c. 12. *ad fin.* Cois amphoris laus maxima. *Id.* l. 22. c. 22. *circa med.* Peculiaris laus ejus, quod fatigato corpori succurrit. *Id.* l. 9. c. 41. Coccum Galatiæ in maxima laude est. *Id.* l. 36. c. 22. *a med.* Creticæ cotes diu maximam laudem habuere. ¶ In genit. plurali *laudium* pro *laudum* dixit *Sidon.* carm. 23. v. 31. Hoc centesima est laudium tuarum.

LAUSUS, us, m. planctus, ejulatus, lugubris lamentatio. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 235. Funus exsequiati, cum lausu ad sepulcrum antiquo more silicernium confecimus. Alii leg. *plausu.* al. *exsequiati laute. Plaut. Trucul.* 4. 2. 18. Thetis quoque lamentando lausum fecit filio. Al. leg. *lessum*, quod idem significat. Qui lausum defendunt, ducunt a Græco κλαῦσις, h. e. fletus, priore littera abjecta: et pro *lausus* etiam *losus* reperiri aiunt, ut pro *plaudo plodo*, &c.

LAUTE, adverb. *elegantly, splendidly, sumptuously, daintily, nobly, magnificently*, λαμπρῶς, splendide, eleganter. *Plaut. Cas.* 4. 1. 10. Candide vestitus, laute exornatusque ambulat. *Terent. Adelph.* 5. 1. 2. Laute munus administrasti tuum. *have played your part to some purpose. Nepos in Chabr.* c. 3. Quod vivebat laute, et indulgebat sibi liberalius. *Sueton. in Calig.* c. 55. Quo lautius invitati acciperentur. *Cic.* 2. *de Leg.* c. 1. Villa lautius ædificata. *Al. leg.* latius. *Id. Tuscul.* 1. c. 1. Mores et instituta vitæ, resque domesticas melius tueri, et lautius. ¶ Translate *Vetus Poeta* apud *Cicer. de Amic.* c. *pœnult.* Lautissime ludere aliquem. *Plaut. Mil.* 4. 4. 25. Militem lepide et facete et laute ludificari. *h. e.* ample, valde, insigniter. *Terent. Eun.* 3. 1. 37. Facete, lepide, laute, nihil supra. *h. e.* ornate: formula plaudentium. *Plaut. Mil.* 4. 2. 11. Loquitur laute, et minime sordide. *h. e.* ornate et amplis verbis, ac magnificis. *Plin.* l. 2. ep. 5. Si quis exstiterit, qui putet, nos lautius fecisse, quam orationis severitas exigat. *h. e.* ornatiore et delicatiore dicendi stylo usos esse.

LAUTĬA, orum, n. ξένια, exponuntur a *Festo*, epularum magnificentia (tametsi al. ibi leg. *lautitia*) a *Charis.* l. 1. pag. 21. supellex: rursus ab eodem *Festo* in *Dautia*, ea quæ dantur legatis hospitii gratia (V. *Xenium*) ab aliis verius esculenta, et poculenta ad lautiorem victum accommodata, quæ a Quæstoribus Romæ legatis exterarum nationum, quibuscum amicitia et societas esset, publice præbebantur, hospitii gratia: unde et hospitale jus vocantur a *Liv.* mox afferendo. Alii ducunt a lavatione (nempe a *lautus*) quia apud antiquos hæ elegantiæ, quæ nunc sunt, inquit *Festus*, non erant, et raro aliquis lavabat. Quare et *lotia* alicubi scriptum legimus, ut *lotus* pro *lautus.* Alii derivant a Græco δώτια a δίδωμι, do: unde et *dautia* olim dicta sunt, teste eodem *Festo.* Fortasse pænultima producenda est, quia *Plutarch. in quæst. Rom.* n. 43. λαυτίαι scribit. Proprius ejus usus apud unum fere *Livium* habetur, ut lib. 28. c. 39. *ad fin.* Locus inde, lautiaque legatis præberi jussa. et lib. 30. c. 17. *extr.* Legatis dona in singulos ne minus quinum millium æris, et vestimenta bina. Ad hoc ædes liberæ, loca, lautia legatis decreta. In veteri SCto quod Græce et Latine habetur apud *Gruter.* pag. 503. Munusque eis ex formula, locum, lautiaque Quæstorem Urb. eis locare, mittereque. Ξένιά τε αὐτοῖς κατὰ τὸ διάταγμα, τόπον, παροχήν τε, τὸν ταμίαν τὸν κατὰ πόλιν τούτοις μισθῶσαι, &c. Rursus *Liv.* l. 45. c. 20. Consulti a M. Junio Patres, stantibus in comitio legatis, an locum, lautia, Senatumque darent, nullum hospitale jus in iis servandum censuerunt. Adde lib. 33. c. 24. lib. 35. c. 23. lib. 42. c. 26. et lib. 44. c. 16. In his *lautia præbere* est *presents to foreign ambassadors, or an allowance of provisions for their entertainment at the public charge.* ¶ Translate *Apul.* l. 3. et 9. *Metam.* Mihi, ne rudimentum servitii perhorrescerem, novus dominus loca, ac lautia prolixe præbuit.

LAUTĬTIA, æ, f. *elegance, splendour, daintiness, gayety, luxury, magnificence*, πολυτέλεια, magnificentia, elegantia, et munditia in victu, et vestitu, et habitatione, sed in victu præcipue: a *lautum*, quia lautitiæ initium Romani a lavando, et balneis fuisse videtur, ut est apud *Fest. Sueton. in Cæs.* c. 46. Munditiarum lautitiarumque studiosissimus. *Id. in Aug.* c. 71. Lautitiarum invidiam facile refutavit, cum Alexandria capta, nihil sibi, præter unum murrhinum calicem retinuit, et vasa aurea conflavit omnia. *Plin.* l. 36. c. 6. Columnis utebantur in templis, nec lautitiæ causa. ¶ Quam late hoc verbum pateat, disce ex his *Senecæ* verbis epist. 114. *ante med.* Ubi luxuriam late felicitas fudit, cultus primum corporum esse diligentior incipit: deinde supellectili laboratur: deinde in ipsas domos impenditur cura, *&c.* deinde ad cœnas lautitia transfertur. et illi commendatio ex novitate, et soliti ordinis commutatione captatur, &c. Hæc *Senec.* Præcipue tamen habet locum in apparatu, et pretio ciborum, ut dictum est, *niceness, exquisite taste, or delicate choice, in the selection of food. Cic.* 9. *Fam.* ep. 16. *sub fin.* Fama ad te de mea nova lautitia veniet. *Petron. in Satyr.* c. 21. Tres lecti strati erant, et reliquus lautitiarum apparatus splendidissime expositus. et cap. 34. Accuratissimæ lautitiæ. et cap. 32. Esse in lautitiis. *Plin.* l. 9. c. 35. *a med.* Lautitiam Cleopatræ, apparatumque obtrectans Antonius. *Id.* l. 35. c. 12. *ad fin.* Tripatinum, inquit Fenestella, appellabatur summa cœnarum lautitia. *Senec. de brevit. vitæ*, c. 12. Elegantiæ, lautitiæque famam captare. ¶ *Lautitia farina* apud *Festum* est ex tritico aqua consperso.

LAUTIUSCŬLUS, a, um, adject. diminut. aliquantum lautus. *Apul.* l. 7. *Metam.* Vestem lautiusculam proferunt.

LAUTŬLÆ, *et* Lautolæ, arum, f. θερμαί, locus Romæ ad Janum geminum, ubi aquæ calidæ fuerunt, ut *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. docet. Fabulam addit *Servius ad Æn.* 8. v. 361. Cum Romani a Sabinis urgerentur fugientes, subita eruptione aquæ ferventis et ipsos a periculo liberatos, et hostes ab insequendo repressos fuisse: unde loco Lautulæ nomen factum. ¶ Extra urbem quoque *lautulæ* fuerunt, prope Anxur. *Liv.* l. 7. c. 39. et lib. 9. c. 23. Sic *Festus:* Lautulæ, locus extra urbem, quo loco quia aqua fluebat, lavandi usum exercebant.

LAUTUMARĬUS, m. qui lautumias incolit. *Cic. in Pison.* c. 9. juxta codices antiquos, ut *Turnebus* monet l. 21. *Adversar.* c. 15. In vulgatis est *laternarius.* Ita vocat sodalem Catilinæ, quasi qui aliquando lautumiæ, sive carceris colonus fuisset.

LAUTUMĬÆ, *et* Latomiæ, arum, f. *stone-quarries*, λατομίαι, a λᾶας, lapis, et τέμνω, seco, lingua Siculorum locum significant, ubi cæduntur lapides, ut *Ascon.* docet *in Verr.* 3. c. 5. In eas, ut in ergastula, servi vincti compingebantur, ad opus faciendum. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 5. Vel in lautumiis, vel in pistrino mavelim ætatem agere, quam, &c. *Id. Capt.* 3. 5. 65. Inde ibis porro in latomias lapidarias. Ibi cum octonos alii lapides effodint; nisi quotidianus sesquiopus confeceris, sexcentoplago nomen indetur tibi. ¶ Speciatim ita dictus est carcer publicus Syracusis, quia totus e vivo lapide excisus erat. De eo *Cic. Verr. ult.* c. 27. Lautumias Syracusanas omnes audistis, plerique nostis: opus est ingens, magnificum, regum ac tyrannorum. totum est ex saxo in mirandam altitudinem depresso, et multorum operis penitus exciso. nihil tam clausum ad exitus, nihil tam septum undique, nihil tam tutum ad custodias nec fieri, nec cogitari potest. [† Cf. *Thucyd.* 7. §. 86.] ¶ Inde transfertur ad carcerem quemvis, *a prison, gaol. Liv.* l. 32. c. 26. *sub fin.* Triumviri carceris lautumiarum intentiorem curam habere jussi. *Id.* l. 37. c. 3. Principes Ætolorum Romam deducti, et in lautumias conjecti sunt. Adde lib. 26. c. 27. et lib. 39. c. 44. Ubique autem alii leg. *latumiæ*, aut *latomiæ.* Sed prior scribendi ratio videtur Latinis usitatior, qui Siculum *latomiæ* in *lautumiæ* mutarunt. Inde enim est cujusdam Sabini jocus, apud *Senec. in excerpt. controvers.* l. 9. n. 4. *extr.* qui, cum reus rogaret, ut in lautumias transferretur, Non est, inquit, quod quemquam vestrum decipiat nomen lautumiæ: illa animo meo lauta res est. Apud *Fest.* est *latumiæ*, ita litterarum or-

dine postulante. *latomiæ* autem est a Græco λατομίαι, et a Siculis, ut dictum est, et *Varr.* docet l. 4. *de L. L.* c. 32. ubi et *latomia* singulari numero legitur.

LAUTUS, a, um, *washed, clean, dressed,* mundus, lotus: a *lavo, is. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 381. qui circum compita siccus Lautis mane senex manibus curreba. *Cic. pro Deiot.* c. 7. Cur te lautum voluit, cœnatum noluit occidere? *Plaut. Pers.* 1. 3. 10. et *Terent. Phorm.* 2. 2. 25. Lautum credo a balneis jam hic affuturum. *C. Gracch.* apud *Gell.* l. 10. c. 3. Parum cito sibi balneas traditas esse, et parum lautas fuisse. *h. e.* parum instructas supellectili balnearia. *Acc.* apud *Non.* c. 4. n. 280. Volnere tetro deformatum, suo sibi lautum sanguine tepido. *h. e.* aspersum, inquinatum. ¶ Quia vero initium deliciarum ab usu sæpe lavandi Romanis fuit, quem prisci illi, et rustici omnino nesciebant; factum est, ut *lautus* sumi cœperit pro nitido, eleganti, delicato, magnifico, sumptuoso, *elegant, neat, splendid, noble, sumptuous, luxurious, gay,* εὔδειπνος, δαψιλής. et tum de cetero cultu, tum præcipue de victu et conviviis dicitur. *Cic. in Pison.* c. 27. *ad fin.* Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 36. Lauta supellex. *Gell.* l. 1. c. 14. Lautus paratus. *Plin.* l. 16. c. 15. Acer crispius ad lautiora opera. *for works that are more delicate and expensive. Cic.* 9. *Fam.* ep. 16. *ad fin.* Nec tamen eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ sint: quod erit, magnificum sit, et lautum. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 280. Lautum victum, et elegantem colere. *Catull.* carm. 47. *ad Porc. et Socrat.* v. 5. Convivia lauta sumptuose facere. *Plin.* l. 9. ep. 17. et *Martial.* l. 12. epigr. 48. Lautissima cœna. *Stat.* l. 1. *silv. ult.* v. 32. Epulæ lautiores. *Plin.* l. 14. c. 13. Lautissima apud priscos vina erant, myrrhæ odore condita. *Id.* l. 18. c. 12. Fabæ radix perquam lauta incolarum cibis. ¶ Item pro copioso, amplo, divite, *wealthy, rich, opulent. Cic. pro Rabir. Post.* c. 14. Lautum et copiosum patrimonium. *Id. Fam.* 13. ep. 32. Civitas Halesina tam lauta, quam nobilis. *Terent. Heaut.* 4. 5. 50. Omnes te in lauta et bene aucta parte putant. *Plin.* l. 8. c. 45. *ad fin.* Hinc victimæ opimæ, et lautissima deorum placatio. *most sumptuous; most costly.* ¶ *Lautus* etiam dicitur, qui laute vivit, splendidus est, deliciis et sumptuoso victu cultuque utitur, *dainty, nice, delicate. Cic.* 7. *Fam.* ep. 14. Valde jam lautus es, qui gravere litteras ad me dare. *Nep. in Attic.* c. 13. Cum in primis lautus esset eques Romanus, et liberaliter homines invitaret. *Cic. Attic.* l. 13. *ep. ult.* Libertis minus lautis, servisque nihil defuit. nam lautiores eleganter accepti. *Afran.* apud *Non. loc. cit.* Lautus conviva. *Martial.* l. 13. epigr. 7. Lautorum cœnæ. *Cic.* 3. *Verr.* c. 6. Homines lauti et urbani. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 27. Est lepida, et lauta. *nice.* Et cum infinito *Pers.* sat. 6. v. 23. rhombos libertis ponere lautus. ¶ Lautæ Carinæ dicuntur a *Virg.* 8. *Æn.* v. 361. propter elegantiam et lautitiam ædificiorum. V. *Serv.* alias hujus appositi rationes afferentem. ¶ Translate *Cic.* 2. *Offic.* c. 15. Beneficentiæ ac liberalitatis est ratio duplex. nam aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. facilior est hæc posterior, locupleti præsertim: sed illa lautior ac splendidior, et viro forti claroque dignior. *Plin.* l. 19. c. 8. *circa med.* Omnium hortensiorum lautissima cura asparagis. *h. e.* maxime exquisita, diligens, et quasi delicata. Nam lauti conquirendis cibis intentissimi sunt. *Cic.* l. 6. *Attic.* ep. 1. *circa med.* Lautum negotium. *h. e.* splendidum, illustre, magnificum. ¶ *Inachis lauta* dicitur ab *Ovid.* 1. *Fast.* v. 454. quia in ejus sacris jecur anseris adhibebatur, qui erat lautiorum mensarum cibus, quod observat *Voss.* l. 4. *Institut. Orator.* c. 13. §. 8. V. *Anser.* ¶ In illo *Lucil.* Malis necesse est lautum (*esse eum, qui*) e mensa pure capturus cibum: *Non.* cap. 4. n. 280. pro nudo, et carente accipit.

LAX, fraus: unde lacit, in fraudem inducit. *Fest.* in *Lacit.*

LAXAMENTUM, ti, n. *a letting out, widening, extending; space, room,* spatium, ἔνδοσις, λώφημα, laxitas, dilatatio. *Vitruv.* l. 4. c. 7. *ad fin.* Alii removentes parietes ædis efficiunt amplum laxamentum cellæ. *Id.* l. 5. c. 9. Choragia laxamentum habeant, ad chorum parandum, uti sunt porticus Pompeianæ. *Senec.* l. 6. *quæst. nat.* c. 18. Nec ventum tenet ulla compages. solvit enim quodcumque vinculum, infususque per minima laxamentum sibi parat. *gets abroad, escapes.* ¶ *Laxamentum ventris,* cum laxantur intestina, et retrimenta non continent. *a relaxation of the bowels. Macrob. Saturn.* 7. c. 11. *sub fin.* Laxamentum ventris comitatur timorem. ¶ Translate est interruptio, et remissio laboris, operis, curæ, qua relaxatur animus, spatiumque habet colligendi se, et recreandi. *ease, relaxation, respite. Trebon. ad Cicer. Fam.* 12. ep. 16. *a med.* Nactus in navigatione pusillum laxamenti, concinnavi tibi munusculum ex instituto meo. *Gell.* l. 5. c. 1. Laxamentum, atque otium prolixe laudandi non habet. *Justin.* l. 41. c. 5. Dato laxamento regnum Parthicum format. *Liv. in fin.* cap. 38. l. 7. Eo laxamento cogitationibus dato, quievit in præsentia seditio. *Id.* l. 9. c. 41. *circa med.* Legati ad consulem missi, ut si quid laxamenti a bello Samnitium esset, in Umbriam exercitum duceret. *Id.* l. 22. c. 37. *a med.* Ut et hostes in terra sua bellum haberent, minusque laxamenti daretur iis ad auxilia Annibali submittenda. ¶ Item remissio severitatis, juris, aut hujusmodi, ἄφεσις, *a relaxation of severity,* &c. *indulgence. Cic. pro Cluent.* c. 33. Non modo causæ, sed ne legi quidem quidquam per tribunum laxamenti datum est. Adde *Liv.* l. 2. c. 3. et 24.

LAXATĬO, onis, f. *a loosing; space, room,* ἀνευρισμὸς, actus laxandi, spatium interjectum. *Vitruv.* l. 4. c. 7. Trabes ita sint compactæ, ut compactura duorum digitorum habeat laxationem.

LAXATĪVUS, a, um, *laxative,* χαλαστικὸς, qui ad solvendum ex laxandum pertinet, ut Laxativa cataplasmata, *Cœl. Aurel. Tard.* l. 2. c. 3.

LAXĀTUS, a, um, *opened, enlarged, widened, extended, dilated,* ἀνειμένος, laxus factus, apertus, dilatatus. *Liv.* l. 21. c. 32. *sub fin.* et *Petron. in Satyr.* c. 112. Ubi degressos tumulis montanos, laxatasque sensit custodias, raptim angustias evadit. *Plin.* l. 19. c. 1. *de lino.* Virgas maceratas indicio est membrana laxatior. *Virg. Æn.* 11. v. 150. Et via vix tandem voci laxata dolore est. *Ovid. in Halieut.* v. 27. laxata foramina retis. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 25. et *Sil.* l. 9. v. 364. Laxati ordines (*aciei*) abrumpuntur. *Senec. in Œdip.* v. 582. Subito dehiscit terra, et immenso sinu laxata patuit. ¶ Item solutus. *slackened, loosened, released, freed, eased,* ἄνετος. *Cic. in Somn. Scip.* c. 3. *a med.* Qui jam vixerunt, et corpore laxati illum incolunt locum, quem vides. *Plin.* l. 10. c. 23. *de gruib.* Lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno, &c. *Cic. de Senect.* c. 3. Libidinum vinculis laxati. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 19. Laxati curis. ¶ *Laxata nox* apud *Sil.* l. 13. v. 550. est discussis tenebris illustrata, et veluti aperta. ¶ *Laxata pugna* apud *Liv.* l. 21. c. 59. est intermissa.

LAXE, *loosely, slackly, widely, openly,* εὐρὺ, ἀνέτως, laxo spatio, late, ample, cui *anguste* opponitur. *Cic. pro Dom.* c. 44. Habitare laxe et magnifice voluit. *Plin.* l. 2. c. 97. *a med.* Vis sideris laxe grassantis. *Id.* l. 17. c. 15. *a med. de insitione.* Ne hiscat nimium rima, laxeque capiat, aut ne parum. *Id.* l. 13. c. 4. Laxe distans. *Id.* l. 33. c. 3. *ad fin.* Aurum laxius dilatatur. *Id.* l. 2. c. 16. Mercurii stella laxissime vagatur. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 10. *ad fin.* De numero pastorum alii angustius, alii laxius constituere solent. *h. e.* pauciores, aut plures. *Liv.* l. 28. c. 24. In hostico laxius rapto suetis vivere, arctiores in pace res erant. *h. e.* liberius, licentius. *Sallust. in Jug.* c. 92. Romanos, remoto metu, laxius licentiusque futuros. *h. e.* late dispersos, solutis ordinibus, et remissa disciplina. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 14. Si laxius volent proferre diem. *h. e.* longius. *to extend farther.* Al. leg. *latius.* ¶ Item remisse, non adducte. *Lucan.* l. 4. v. 450. medio suspendit vincula ponto, Et laxe fluitare sinit.

LAXĬTAS, atis, f. *looseness, laxity; expansion, largeness, capacity, wideness, amplitude,* εὐρυχωρία, amplitudo, latitudo, spatium: cui angustia opponitur. *Cic.* 1. *Offic.* c. 39. In domo clari hominis, in quam et hospites multi recipiendi, et admittenda hominum cujusquemodi multitudo, adhibenda est cura laxitatis. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 492. Laxitas loci. *Plin.* l. 4. c. 12. *a med.* maris. *et in proœm.* l. 14. mundi. et lib. 8. c. 43. spatiosa. *Colum.* l. 4. c. 18. Vindemiatoribus hæ semitæ opportunam laxitatem præbent, per quam vel fructus, vel statumina portentur. *room and opportunity. Pallad.* l. 1. tit. 5. *ad fin.* Vallis cum quadam moderatione, et aeris laxitate submissa. *a free current of air.* ¶ Item remissio, languor. *Arnob* l. 6. pag. 197. Liber membris cum mollibus fingitur, et liquoris feminei dissolutissimus laxitate.

LAXO, as, avi, atum, a. 1. *to open, enlarge, widen, let out, dilate, expand,* εὐρύνω, χαυνόω, latum facio, dilato, aperio. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 16. *ad fin.* Ut forum laxaremus, et usque ad atrium Libertatis explicaremus. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 25. Manipulos laxare jussit, quo facilius gladiis uti possent. *Pers.* sat. 5. v. 110. Jam nunc adstringas, jam nunc granaria laxes. *Plin.* l. 21. c. 5. Lilium ab angustiis in latitudinem paulatim se laxans. *Id.* l. 32. c. 2. Laxare fores. *et ibid.* maculas retis. *Lucan.* l. 6. v. 270. effuso laxat tentoria campo. et vers. 567. ora. *Claudian. in Consul. Probi, et Olybr.* v. 74. laxare Alpes. *Virg.* 2. *Æn.* v. 259. pinea furtim Laxat claustra Sinon. *Id.* 2. *Georg.* v. 330. Zephyrique tepentibus auris Laxant arva sinus. *Id.* 6. *Æn.* v. 411. Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant, Deturbat, laxatque foros. *clears. Plin.* l. 26. c. *ult.* *a med.* Hyssopum suffocationes laxat. *Id.* l. 8. c. 36. Laxare intestina. *h. e.* alvum ciere. *Id.* l. 19. c. 5. *circa med.* Laxare ructum. *h. e.* ciere. *to excite. Stat.* 12. *Theb.* v. 254. Solaque nigrantes laxabant astra tenebras. *h. e.* aliquantum minuebant. ¶ Est etiam solvere. *to loosen:* quia qui solvit, aperit. *Nep. in Pausan.* c. 4. Vincula epistolæ laxavit. *broke. Valer. Max.* l. 3. c. 3. n. 5. *extern.* Fidiculas laxavit, solvit equuleum. *Lucan.* l. 4. v. 632. Laxare nodos Herculeos. *to unloose. Sil.* l. 11. v. 17. jugum. *h. e.* detrectando solvere, et abjicere. De bobus indomitis loquitur. Huc et illa pertinent, *Justin.* l. 42. c. 4. *ad fin.* Ubi dolor vocem laxaverat, nihil aliud, quam Pacorum vocabat. ¶ *Laxare ferrum* igne mollire, et extendere. *to draw or beat out. Stat.* 1. *Achill.* v. 429. ferrum laxatur ad usus Innumeros, quod rostra liget, quod muniat arma, Belligeros quod frenet equos, &c. ¶ Item remittere, quod contentum erat, relaxare. *to slacken, relax. Plin.* l. 23. c. 8. *ad fin.* Oleum ad nervos laxandos utile est. *scil.* cum vitiose intenduntur, ut in episthotono. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 73. Quam cito (me miserum!) laxantur corpora rugis. *scil.* laxante se cute ex macie, quæ, pleno corpore in juventa, intenta erat. *Virg.* 3. *Æn.* v. 266. excussosque jubet laxare rudentes. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 35. Laxare habenas. *Lucan.* l. 7. v. 125. frenos. ¶ *Laxare arcum* apud *Phædr.* l. 3. fab. 14. v. 11. et huc pertinere potest, quia et *tendere arcum* dicimus; et ad notionem primam, quia remisso nervo, cornua arcus aperiuntur, ac dilatantur. Hinc *Auct. Paneg. ad Pison.* v. 130. nec semper Gnosius arcu Destinat, exemplo sed laxat cornua nervo. ¶ Translate *laxare* est remittere, intermittere. *to remit, intermit:* quia curis, ac labore animus intenditur. *Liv.* l. 6. c. 9. Ut oppidanis pugnando fessis laxaretur labor, et ipse spatium intrandi mœnia haberet. *Pers.* sat. 5. v. 44. Atque verecunda laxamus seria mensa. *Virg.* 9. *Æn.* v. 224. somno laxare curas. ¶ Item relaxare, indulgere. *to relax, indulge. Liv.* l. 9. c. 16. *a med.* Equites ausos ab eo petere, ut sibi pro re bene gesta laxaret aliquid laboris. *Gell.* l. 1. c. 3. *a med.* Laxare paulum, et remittere subtile examen justitiæ. ¶ Item levare, recreare. *to relieve, recreate, refresh. Cic. in fin.* lib. 3. *de Orat.* A contentione disputationis animos, curamque laxemus. *Id. in Bruto,* c. 93. *ad fin.* Laxare judicum animos, atque a severitate ad hilaritatem traducere. *Liv.* l. 32. c. 5. Laxare animum ab assiduis laboribus. *Senec. de tranquill. c. ult.* Cato vino laxabat animum curis publicis fatigatum. *Martial.* l. 4. epigr. 8. Et bonus ætherio laxatur nectare Cæsar. ¶ Item solvere. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 2. Dixerim, me plurima vincla tecum summæ conjunctionis optare: etsi sunt amoris arctissima: tantum abest, ut ego ex eo, quo adstricti sumus, laxari aliquid velim. *Virg.* 5. *Æn.* v. 857. quies laxaverat artus. *Petron. in Satyr.* c. 82. Si quid habueram virium perdidi, totoque corpore velut laxato, &c. *languid, feeble, debilitated.* Sic *Pers.* sat. 3. v. 58. Stertis adhuc, laxumque caput compage soluta Oscitat hesternum dissutis undique malis. *Flor.* l. 2. c. 4. Alpina corpora, ut caluere pugna, statim in sudorem eunt, et laxantur. *become feeble; are enervated.* ¶ Item liberare, eripere. *to liberate, free, release. Lucei. ad Cicer.* 5. *Fam.* ep. 14. *a med.* Ut istis te molestiis laxes. ¶ Item aperire. *to manifest, disclose. Stat.* l. 1. *Achill.* v. 508. Eja irrumpe deos, et fata latentia laxa. ¶ Item producere. *to lengthen, prolong. Quintil. sub fin.* c. 5. l. 10. Longiore dierum spatio laxabit dicendi necessitatem. *Senec. in Med.* v. 420. Laxare tempus fugæ. ¶ Item levare. *to lighten, unload, disburden, disencumber. Id. in Herc. Œt.* v. 787. Posuitque clavæ pondus, et pharetra graves laxavit humeros. ¶ *Laxare iram* est remittere, et sedare. *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 831. armiferas laxare adsueverat iras. *Petron. in Satyr.* c. 108. Plures cruenti vulneribus referunt veluti ex prœlio pedem: nec tamen cujusquam ira laxatur. Sic cap. 82. Paulatim temeritate laxata. *h. e.* deposita. ¶ *Laxare annonam* est ciborum pretium minuere, cui contrarium est *arctare. to lower the price of grain.* V. *Annona.*

LAXUS, a, um, *loose, large, roomy, open, spacious, wide, extensive,* εὐρὺς, latus, spatiosus, amplus. De notatione nihil certi habemus. *Sallust.* apud *Non.* c. 4. n. 3. Socordius ire milites occepere, et laxiore agmine. *Virg.* 3. *Georg.* v. 166. laxos tenui de vimine circlos Cervici subnecte. et lib. 4. v. 247. Laxos in foribus suspendit aranea casses. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 171. nuces ferre sinu laxo. et lib. 1. sat. 3. v. 32. male laxus in pede calceus hæret. *Tibull.* l. 1. el. 7. v. 46. Laxa toga. *Senec.* ep. 88. *a med.* Laxum spatium. *Vellei.* l. 2. c. 81. Laxior domus. *Ovid.* 1. *amor.* el. 8. v. 77. Laxa janua. *open, wide open.* et lib. 2. el. 15. v. 14. Laxus annulus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 126. Laxæ compages. *Martial.* l. 5. epigr. 80. Laxa cutis. *h. e.* laxata ex sudore, et meatus apertos habens. ¶ Item remissus. *loosened, slackened, slack, lax,* ἀνειμένος. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 20. Qui jam contento, jam laxo fune laborat. *Ovid.* 3. *amor.* el. 4. v. 16. Laxa frena. *Virg.* 1. *Æn.* v. 67. Laxæ habenæ. ¶ *Laxus arcus* apud *Virg.* 11. *Æn.* v. 874. *Horat.* l. 3. od. 8. v. 23. et *Ovid. de remed. amor.* v. 702. et remissus intelligi potest, et latus diductusque, ut in *Laxo* diximus. *unstrung.* ¶ Est etiam dilatatus, productus, longus. *long, continued. Cic.* 6. *Attic.* ep. 1. *a med.* Diem statuo satis laxam, quam ante si solverint, dico, me centesimas ducturum. *Plin.* l. 4. ep. 9. *a med.* Tempus sibi, et quidem laxius, postulavit. Adde *Procul. Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 113. ¶ Item amplus, magnus, multus. *large, extensive, ample. Martial.* l. 2. epigr. 30. Et cujus laxas arca flagellat opes. ¶ Translate *Cic. de Amic.* cap. 13. Commodissimum est quam laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, cum velis, vel remittas. *h. e.* non est amicitia nimis arcte jungenda. *Sallust. in Jug.* c. 68. Milites in hibernis laxiore imperio, quam antea, habere. *more pleasant, less severe, less strict. Liv.* l. 24. c. 8. Si bellum cum eo hoste haberemus, in quo negligentiæ laxior locus esset. *more room or liberty.* ¶ Laxa annona, *cheap, plentiful,* cui opponitur *arcta.* V. *Annona.* ¶ *Laxa vox* est quæ laxo ore fit, ut cum *a* pronuntiamus. *Gell.* l. 13. c. 20. Si dicas *Quam das finem* (apud *Virg.* 1. *Æn.* v. 245.) injucundum nescio quo pacto, et laxiorem vocis sonum

feceris. ¶ Laxioribus verbis dicere aliquid, *Id.* cap. 1. lib. 16. h. e. latius, et fusius rem explicantibus. ¶ *Laxum caput* apud *Pers.* sat. 3. v. 58. est solutum, somni plenum, et languidum. V. *Laxo.*

L E

LEA, æ, f. *a lioness,* idem quod leæna: sed non æque usitatum; et fere Poeticum. *Lucr. in frag.* apud *Philargyr. ad ecl. Virg.* 2. v. 63. Sicut nocet panthera, et lea. *Lucret.* l. 5. v. 1317. Irritata leæ jaciebant corpora saltu. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 176. Audet et hirsutas cominus ire leas. *Id.* 14. *Metam.* v. 255. mixtæque lupis ursæque, leæque. *Id.* 4. *Fast.* v. 102. Lea sæva. Adde lib. 4. *Trist.* el. 7. v. 14. et *Senec. in Agam.* v. 740. ¶ In aliis casibus non facile usurpaverim. [†¶ Item brassicæ genus, dicta etiam caulodes, quam Græci λείαν appellant, hoc est levem, a foliorum levitate. *a kind of colewort.* *Plin.* 20. 9. Alteram leam, latis foliis e caule exeuntibus. Sed fortasse legendum *leiam* vel *liam,* ut *leiostrea,* vel *liostrea* scribunt.]

LEÆNA, æ, f. *a lioness,* λέαινα, leo femina. *Cic. in fragm.* apud *Philargyr. ad Virg.* ecl. 2. v. 63. Statuerunt æream leænam. *Gell.* l. 13. c. 7. Leænas inter omnem vitam semel parere, eoque partu nunquam edere plures, quam unum, Herodotus scriptum reliquit. *Plin.* l. 8. c. 16. Aristoteles tradit, leænam primo fetu parere quinque catulos, ac per annos singulos uno minus, ab uno sterilescere. *Catull.* carm. 64. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 154. Quænam te genuit sola sub rupe leæna? (*De homine crudeli, et feris moribus.*) *Horat.* l. 3. od. 20. v. 2. Getulæ catulos leænæ. *Virg.* 3. *Georg.* v. 245. et *Val. Flacc.* l. 6. v. 148. leæna sæva. *a fell lioness.* et lib. 4. *Georg.* v. 408. fulva. *et Ecl.* 2. v. 63. torva. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 371. Libyca. et vers. 177. feta. et lib. 13. *Metam.* v. 547. Utque furit catulo lactente orbata leæna. (*De ira vehementissima.*) Adde *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 90. et eleg. 6. v. 15. ¶ Veteres Grammatici apud *Philargyr. loc. cit.* hanc vocem negabant Latinam esse, quia ad significandum sexum *leo femina* dicebatur, ut *Plaut. in Vidul.* Nam audivi feminam ego leonem semel parire. Sane *leæna* tota Græca est, potiusque *lea* dicendum esset: quod et *Isid.* adnotavit l. *Orig.* 12. c. 2. Verum contra hæc omnia stat usus.

LEANDER, *et* Leandrus, dri, m. Λείανδρος, juvenis nomen, ex Abydo Asiæ oppido in litore Hellesponti sito, qui cum Herus puellæ amore captus esset, quæ in oppositi litoris oppido Sesto habitabat, noctu ad eam transnabat. Quod ubi aliquoties non infeliciter cecidisset, jam audacior factus, cum mari tumido et impacato se se commisisset, vi ventorum fluctuumque victus, in Hellesponto submersus est. Fabulam hanc, aut fortassis historiam elegantissimo carmine apud Græcos prosequutus est *Musæus,* a quo *Ovid.* mutuatus est argumentum Epistolarum 18. et 19. Herus ad Leandrum, et Leandri ad Hero. Ubique autem primam producit syllabam. Sic *Martial.* l. 14. epigr. 181. Clamabat tumidis audax Leander in undis. ¶ Dicitur et *Leandrus. Id. de spectac.* epigr. 25. Cum peteret dulces audax Leandrus amores.

LEANDRĬCUS, et

LEANDRĬUS, a, um, adject. ad Leandrum pertinens, ut Hellespontus Leandrius, *h. e.* a Leandro natatus. *Sil.* l. 8. v. 622. Mille rates vidit Leandrius Hellespontus. *Fulgent.* l. 1. *Mythol. sub init.* Leandrici natatus.

LEARCHĒUS, a, um, Λεάρχειος, ad Learchum pertinens. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 491. Mœsta Learcheas mater tumulaverat umbras.

LEARCHUS, i, m. Λέαρχος, Athamantis et Inus filius, quem pater furore correptus occidit. Quod cum vidisset Ino, arrepto Melicerta altero filio in mare se præcipitavit. Atque Ino, quidem in deam maris mutata est, quam Græci Leucotheam, Latini Matutam vocant, Melicertes autem in deum marinum, quem Græci Palæmona, Latini Portunum. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 479. *et sequentib. Hygin.* fab. 1. et 2.

LEBĔDUS, i, f. Λέβεδος, urbs Asiæ minoris, in Ionia, in ora sinus Ionici, inter Teon ad Bor. et Colophonem ad Aust. Hic scenicorum histrionum collegium fuit, qui ludos, et certamina Libero Patri quotannis celebrabant. *Horat.* l. 1. ep. 11. v. 6. et *Plin.* l. 5. c. 29. *a med.*

LEBER olim pro *liber* a priscis scriptum fuit, teste *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* c. 7.)

LEBES, ētis, m. *a cauldron, or kettle,* λέβης, pelvis, malluvium, vas æreum, in quod aqua, dum manus abluuntur, decidit, ut *Serv.* docet ad illud *Virg.* 3. *Æn.* v. 466. stipatque carinis Ingens argentum, Dodonæosque lebetas. *Id. Æn.* 5. v. 266. Tertia dona facit, geminos ex ære lebetas. *Ovid. Heroid.* ep. 3. v. 31. Viginti fulvos operoso ex ære lebetas, Et tripodas septem. ¶ Dictus est a λείβω, fundo, quoniam in eum aqua funditur. Quod vero allatis locis in muneribus locum habet, facile intelligitur, non vilis ministerii vas fuisse. Hinc et convivis inserviebat, cum manus ante cibum lavabant, ut colligitur ex *Ovid.* 12. *Met.* ubi narrat, orta inter epulas rixa inter Centauros et Lapithas, vers. 242. prima pocula pugna Missa volant, fragilesque cadi, curvique lebetes. ¶ *Isid.* l. 20. *Orig.* c. 8. culinæ vas esse ait, coquendis cibis aptum: et ita adhibetur ab *Homer. Il.* Φ. &c. *Servius* quoque *loc. cit.* ollam æream exponit, et post pauca verba interjecta, quod allatum est, subdit.

LECHÆUM, i, n. *et* Lechææ, arum, f. Λέχαιον, et Λέχη, opp. et navale Corinthiorum in Isthmo ad sinum Corinthiacum, Cenchreis alteri oppido, et navali ad sinum Saronicum sito, adversum. *Plin.* l. et cap. 4. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur sinus: Lechææ hinc, Cenchreæ illinc, &c. *Stat.* l. 2. silv. 2. v. 34. Qualis si subeas Ephyres Baccheidos altum Culmen ab Inoo fert semita tecta Lechæo. *Id.* 2. *Theb.* v. 381. Curva Palæmonio secluditur unda Lechæo. *Propert.* l. 3. el. 20. v. 19. Deinde per Ionium vectus, cum fessa Lechæo Sedarit placida vela phaselus aqua, &c. ¶ Sunt qui contra rem se habere putant, ut Lechæum ad sinum Saronicum, Cenchreæ ad Corinthiacum sitæ sint. Quod si est, ut de aliis taceam, locus certe *Propertii* allatus intelligi non potest. ¶ Pænultima in *Lechææ* corripi potest, si Græcæ diphthongi priorem exteras. *Stat.* l. 4. silv. 3. v. 59. His parvus, Lechiæ nisi vetarent, Inous freta miscuisset Isthmos. Al. aliter leg.

LECTARĬUS, ii, m. *a maker of beds,* κλινοποιός, qui lectos facit. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 956. n. 7. Hostilius L. L. Amphio faber lectarius.

LECTE, *choicely, selectly,* λογάδην, eligendo. *Varr.* l. 5. *de L. L.* cap. 5. Ab lego lecte, lectissime. *Id.* l. 1. *R. R.* c. 54. Uva lectius defertur in forum vinarium. Al. aliter leg. *Cic. in Orat.* c. 68. Optimis sententiis verbisque lectissime dicere.

LECTĪCA, æ, f. *a litter, couch, sedan, chair,* κλινίδιον, φέρετρον, φορεῖον, sella cum pulvinari et lectulo, qua ditiores cubantes, seu jacentes, servorum humeris vel duorum, ut tenuiores, vel quatuor, aut sex, aut octo, ut ditiores, ferebantur: primo quidem itineris causa extra Urbem, deinde paulatim etiam in ipsa Urbe, deliciarum causa. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 35. a *legendo* ducit, quod olim herbis et stramentis collectis sterneretur. Commodius tamen a *lectus, i,* duci videtur. Quæ de ejus usu, ac forma dici possunt, ex subjectis scriptorum locis apparent. *Cic. Verr.* 7. c. 11. Nam, ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur, in qua pulvinus erat Melitensi rosa fartus. (Dicuntur Bithyni lecticæ inventores fuisse. *Vetus Juvenal. Scholiast. ad* sat. 1. v. 121. *Catull.* carm. 10. v. 14.) *Id. Phil.* 2. c. 24. Vehebatur in essedo tribunus plebis: lictores laureati antecedebant, inter quos aperta lectica, mima portabatur. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 10. Cum ille ignarus sui comitatus, repente aperuit lecticam, &c. *Juvenal.* sat. 3. v. 240. turba cedente vehetur Dives, et ingenti curret super ora Liburno, Atque obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus. Namque facit somnum clausa lectica fenestra. *Sueton. in Aug.* c. 43. Accidit votivis Circensibus, ut correptus valetudine, lectica cubans, thensas deduceret. *August.* ipse apud *eund. ibid.* c. 82. Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvæ duracinæ comedi. *Suet. in Tib.* c. 27. Adulationes adeo aversatus est, ut neminem senatorem, aut officii, aut negotii causa ad lecticam suam admiserit. *Id. in Aug.* c. 35. Ipse jus dixit assidue: si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata. *Id. in Cæs.* c. 43. Lecticarum usum, item, conchyliatæ vestis, et margaritarum, nisi certis personis, et ætatibus, perque certos dies, ademit. *Id. in Domit.* c. 8. Probrosis feminis lecticæ usum ademit. *Petron. in Satyr.* c. 28. Lecticæ quempiam imponere. *Tacit. Ann.* 3. c. 14. et lib. 12. *c. ult.* Indere lecticæ. *Senec.* ep. 110. *ad fin.* Lectica formosis imposita calonibus. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 214. Lectica gestare aliquem. *Tacit. Ann.* 2. c. 2. Lecticæ gestamine uti. *Sulpic. ad Cicer.* 4. *Fam.* ep. 12. *a med.* Lectica deferri. *Catull.* carm. 10. v. 15. comparare homines ad lecticam. *h. e.* lecticarios. ¶ Cadavera lectica efferri solita, testis *Nep.* de quo V. in *Lecticula,* et *Sulpic. ad Cicer.* 4. *Fam.* ep. 12. et *Sueton. in Cæs.* c. 82. ¶ In militia quoque lecticæ usus fuit, teste *Liv.* de quo V. in *Lecticula,* item *Sueton. in Aug.* c. 91. et *Val. Max.* l. 2. c. 8. n. 2. ¶ De lectica lucubratoria V. in *Lecticula.* ¶ A sella quid differat, vide in *Sella.* ¶ A similitudine lecticas appellat *Plin.* l. 17. c. 14. in arboribus loca, unde rami e trunco exeunt, et planitiem quandam, et quasi sedem efficiunt.

LECTICARIŎLA, æ, f. *a woman that kept company with litter-bearers,* mulier quæ lecticariorum (id erat vilissimum servorum genus) amores sectatur, ut *ancillariolus,* qui ancillarum insanit amore. *Martial.* l. 12. epigr. 58. Ancillariolum tua te vocat uxor, et ipsa Lecticariola est: estis, Alauda, pares.

LECTICARĬUS, ii, m. *the bearer of a litter or sedan; a litter-bearer, chairman, sedan-man,* κλινοφόρος, φορειοφόρος, qui lecticam defert. *Serv. Sulpic. ad Cicer.* 4. *Fam.* ep. 12. *a med.* Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre. Adde *Cicer. pro Rosc. Amer.* c. 46. et *Sueton. in Calig.* c. 58. ¶ Lecticariorum fuere *corpora,* ut et ceterorum artificum, nempe hominum infimæ plebis, aut libertorum, qui operam suam quibusvis, vel etiam certis dominis locabant. Hinc *P. Vict. de regionib. Urbis Romæ* in regione decimaquarta trans Tiberim bis ponit *castra lecticariorum,* h. e. certum locum, ubi parati multi stabant ad hujusmodi ministerium. V. *Castra. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 599. n. 11. Ti. Claudio Aug. lib. Tigrano ex corpore lecticariorum Cæsaris. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 897. n. 8. Faustus Ti. Claudi. German. lecticarius. In alia apud *Gruter.* pag. 600. n. 1. Decurio lecticariorum.

LECTICŬLA, æ, f. *a small chair or sedan,* κλινίδιον, parva lectica. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 26. lecticula in curiam esse delatum. *Liv.* l. 24. c. 42. Scipio lecticula in aciem illatus. *Nep. in Attic. in fin.* Elatus est in lecticula, sine ulla pompa funeris. ¶ Lecticæ lucubratoriæ in ædibus fixæ, et stabiles, erant parvi lecti in angusta cella positi, in quibus cubantes lucubrabant. *Suet. in Aug.* c. 78. A cœna lucubratoriam se in lecticulam recipiebat: ibi, donec residua diurni actus conficeret, ad multam noctem permanebat. In lectum inde transgressus, &c. De his intelligendum et illud *Plin.* l. et ep. 5. Visus est sibi per nocturnam quietem, jacere in lectulo, compositus in habitum studentis, habere ante se scrinium, *&c.* et *Ovid.* 1. *Trist.* el. 11. v. 37. Non hæc in nostris, ut quondam scribimus hortis: Nec consuete meum lectule corpus habes. et *Senec.* ep. 72. Quædam sunt quæ possis et in cisio scribere: quædam lectum, et otium, et secretum desiderant. et *Pers.* sat. 1. v. 52. non quidquid denique lectis Scribitur in citreis. et denique *Juvenal.* sat. 7. v. 28. Qui facis in parva sublimia carmina cella. Simile est apud nos *a sofa, settee, couch to read or study in.* ¶ *Lecticula* de lecto conjugali, *a little bed,* *Martial.* l. 10. epigr. 38. O quæ prœlia, quas utrinque pugnas Felix lecticula, et lucerna vidit! [Perperam hic affertur locus *Martialis,* nam *lecticula* haberet secundam brevem, cum certo constet longam esse. Hinc optimæ editiones habent *lectulus.*]

LECTĬO, onis, f. *a reading, lesson,* ἀνάγνωσις, actus legendi. *Cic.* 4. *Acad.* c. 2. Delectabatur mirifice lectione librorum. *Nep. in Attic.* c. 14. Neque unquam sine aliqua lectione apud eum cœnatum est. ¶ Aliquando est ipsum illud, quod legitur. Hinc *lectio Juris,* ipsa lex, verba Juris, *the letter of the law.* *Ammian.* de malis JCtis loquens l. 30. c. 4. (*al.* c. 13.) Et si voluntate matrem tuam finxeris occidisse, multas tibi suffragari absolutionem lectiones reconditas pollicentur. *et ibid.* (*al.* c. 15. *extr.*) Ut pervulgati juris proferatur lectio vana, septem vendibiles introitus præparant. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 7. Lectio tamen docet, eo tempore solitos, &c. *Impp. Leo, et Anth.* lib. 6. *Cod.* tit. 61. leg. 5. Cum mulier diversis juris lectionibus, idem intelligi maritum et sponsum, nitetur probare. ¶ Est etiam *a gathering, collecting,* συλλογὴ, actus legendi, seu colligendi, collectio. *Colum.* l. 2. c. 2. *ante med.* Saxosum solum facile est expedire lectione lapidum. *Arnob.* l. 5. pag. 173. Cum illam (*Proserpinam*) per floream messem huc atque illuc lectionis cupiditas avocaret. ¶ Item electio. *a choosing, choice,* αἵρεσις. *Cic.* 5. *Phil.* c. 6. Illud os, illam impuritatem cœni fecisse, ut hos judices legere auderet, quorum lectione duplex imprimeretur reipubl. dedecus. ¶ Lectio Senatus fiebat, stante republ. a Censoribus; ea mutata, fere ab Imperatoribus ipsis. In ea qui dignissimus visus esset, princeps Senatus pronuntiabatur: si qui indigni eo ordine essent, præteriebantur, eoque silentio ejecti e Senatu censebantur. *Liv.* l. 9. c. 29. Ob infamem atque invidiosam Senatus lectionem, verecundia victus collega, magistratu se abdicaverat. *Sueton. in Aug.* c. 35. Senatorum affluentem numerum ad modum pristinum redegit duabus lectionibus. Adde *Liv.* l. 27. c. 11.

LECTISTERNIĀTOR, oris, m. *a coverer of couches,* qui mensam ac lectulos discubitorios sternit. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 29. Tu esto lectisterniator, tu argentum eluito.

LECTISTERNĬUM, ii, n. *a spreading or covering of couches, a ceremony used at solemn sacrifices,* διασκευή, sacrificii genus, in quo diis in templis pulvinaria, sive lecti sternebantur, conviviumque iis apponebatur. Idem vocatum est *daps,* aut *epulum,* quia cibi apponebantur. Appositis epulis septem sacerdotes, qui dicti sunt *Epulones,* fruebantur. *Liv.* l. 22. c. 10. Curatum lectisternium, et per triduum habitum, decemviris sacrorum curantibus: sex pulvinaria in conspectu fuere, Jovi et Junoni unum, alterum Neptuno ac Minervæ, tertium Marti et Veneri, quartum Apollini ac Dianæ, quintum Vulcano ac Vestæ, sextum Mercurio ac Cereri. *Id.* l. 5. c. 13. Duumviri sacris faciundis, lectisternio tunc primum in urbe Romana facto, per dies octo Apollinem, Latonamque, et Dianam, Herculem, Mercurium, atque Neptunum, tribus, quam amplissime tum apparari poterat, stratis lectis, placavere. *Id. in fin.* lib. 40. In foris publicis, ubi lectisternium erat, deorum capita, quæ in lectis erant, averterunt se, lanaque cum integumentis, quæ Jovi opposita fuit, decidit: de mensa quoque oleas prægustasse mures, in prodigium versum est. *Id.* l. 22. c. 1. Ad ædem Saturni Romæ immolatum est, lectisterniumque imperatum (senatores straverunt) et convivium publicum, &c. *Id.* l. 21. c. 62. Lectisternium Cere, ubi sortes attenuatæ erant, imperatum. Adde lib. 7. cap. 2. et lib. 42. c. 30. et lib. 29. c. 14. ¶ Est etiam locus, ubi homines in templo sedere consueverunt, si *Servio* credimus ad *Æn.* 12. v. 199.

LECTITĀTUS, a, um, *read often,* sæpe lectus. *Tacit.*

Ann. 14. c. 51. Libros conquisitos lectitatosque, donec cum periculo parabantur.

LECTĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to read often, read again and again, peruse,* ἐπαναγινώσκω, sæpe lego, assidue et studiose percurro. *Cic. Fam.* 9. ep. 25. Pyrrhi te video libros lectitasse. *Id. Attic.* l. 12. ep. 18. Habeo nonnullos ex iis, quos nunc lectito, auctores, qui, &c. *Plin.* l. 2. ep. 17. *ante med.* Parieti armarium insertum est, quod non legendos libros, sed lectitandos capit. *h. e.* non multos, sed necessarios. *books of great use.* ¶ Est etiam sæpe colligo. *to gather often, gather here and there. Valer. Max.* l. 8. c. 8. n. 1. Conchulas, et umbilicos in litore lectitasse. *Arnob.* l. 5. pag. 183. In nemore Hennensi quondam flores Proserpina lectitabat.

LECTIUNCŬLA, æ, f. *a short lesson,* diminut. brevis lectio. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 1. Quin per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris.

LECTO, as, avi, atum, a. 1. idem ac lectito, frequentativum. *Horat.* lib. 1. sat. 6. *ad fin.* aut ego lecto, Aut scripto, quod me tacitum juvet. *Bentlei.* vult *lecto,* et *scripto* esse ablativos participiorum, absolute positos, *h. e.* postquam legi, aut scripsi. Sic *Liv.* l. 23. c. 14. Lato ad populum, ut equum ascendere liceret. Adde *Tacit.* sæpe, et *Justin.* Quod si verum est, exsulent, oportet, in perpetuum a Latio tum *lecto, as,* tum *scripto,* et inter barbara amandentur: quod tamen utrumque, ut Latinum agnoscitur a *Mar. Victorino* l. 1. *Grammat.* pag. 2472. *Putsch.* et se ipsum quoque satis analogia defendit.

LECTOR, oris, m. *a reader,* ἀναγνώστης, qui legit. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 12. *ante med.* Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quam fortunæ vicissitudines. *Nep. in Pelop.* c. 1. Mederi cum satietati, tum ignorantiæ lectorum. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 214. qui se lectori credere malunt, Quam spectatoris fastidia ferre superbi. *h. e.* scripta sua legenda edere. *Ovid. in fi.* l. 4. *Trist.* Jure tibi grates, candide lector, ago. *Virg. Ecl.* 3. v. 85. Pierides, vitulam lectori pascite vestro. ¶ Apud Romanos erant servi litterati (*anagnostæ*, Græca appellatione, item *a studiis* dicti) qui legebant dominis, quæ jubebantur. *Plin.* l. 1. ep. 15. et lib. 9. ep. 17. Cum lector, aut lyristes, aut comœdus inductus est, calceos poscunt. V. *Anagnostes.*

LECTOSĬA, insula dicta a consobrina Æneæ ibi sepulta. *Festus:* ubi al. legi jubent *Leucasia,* vel *Leucosia,* quam ab eadem Æneæ consobrina nominatam scribit *Dionys. Halic.* l. 1. quamquam *Plin.* l. 3. c. 7. a Sirene ibi sepulta nomen Leucasiæ datum testatur. Est autem in mari Tyrrheno, in sinu Pæstano, contra Lucaniam. Alii Leucasiam a Leucosia distinguunt. hanc enim esse aiunt in Ionio mari.

LECTRIX, icis, f. *she who reads,* quæ legit. *Inscript.* apud *Fabrett.* c. 4. n. 347. Colit ossa ejus Cnide lectrix conjunx ejus. *Cledonius in Arte,* pag. 1893. *Putsch.* Dictor facit dictrix, lector facit lectrix, auctor non facit auctrix, quia est communis generis. Adde *Servium ad Æn.* 12. v. 159.

LECTUĀLIS, le, adject. *Spartian. in Adrian.* c. 23. In morbum incidit lectualem. *h. e.* qui diu in lecto ægrotum detinet, ut exponit *Salmas. causing him to be bedrid.* Al. leg. *lethalem.* Tabem vocat *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 14. *sub fin.*

[* LECTUARĬUS, a, um, ad lectum pertinens. *Non.* c. 14. n. 5. Plagæ, grande linteum tegmen, quod nunc torale, vel lectuariam sindonem dicimus, quarum diminutivum est plagulæ.]

LECTŬLUS, li, m. *a small couch or bed,* κλινίδιον, diminut. parvus lectus: item sæpissime lectus quicumque. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 13. *ad fin.* A ducenda uxore sic abhorret, ut libero lectulo neget esse quidquam jucundius. *Id.* 1. *Catil.* c. 4. Qui se se illa ipsa nocte me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. *Id.* 2. *de Fin.* c. 30. In suo lectulo mori. *to die in his bed,* vel *to die a natural death.* cui opponitur mori in prœlio, aut alia quapiam externa vi. ¶ Lectulus lucubratorius. *a couch or settee to study in.* V. in *Lecticula* exempla *Plin. jun.* et *Ovid.* ¶ De lectulis cœnatoriis, *Plaut. Pers.* 5. 1. 6. Hic volo ante ostium meos participes bene accipere. Statuite hic lectulos: ponite hic quæ assolent, &c. *Cic. pro Mur.* c. 36. Cum epulum populo R. daret, stravit pelliculis hædinis lectulos Punicanos, et exposuit vasa Samia. ¶ De funebribus. *Tacit. Ann.* 16. cap. 11. Tres modo lectulos ad suprema retineri jubet.

LECTURĬO, a. 4. *to be inclined to read,* ἀναγνωσείω, desidero legere. *Sidon.* lib. 9. ep. 7. Cum merito lecturiremus. *Serv. in* art. 2. *Donati,* pag. 1789. *Putsch.* Meditativa forma in *rio* desinit, ut scripturio, lecturio.

LECTUS, i, m. *a bed or couch,* κλίνη, εὐνή, λέκτρον, cubile stratum jacendi, et dormiendi causa. *Festus:* Lectus dictus vel a collectis foliis ad cubitandum, vel quod fatigatos ad se alliciat, vel a Græco λέκτρον. Priorem notationem confirmat ipse *Varr.* qui l. 4. *de L. L.* c. 35. lecticam dictam ait, quod legebant, unde eam facerent, stramenta atque herbas. *Id. ibid.* l. 7. c. 16. Si esset analogia petenda in supellectile, omnes lectos haberemus domi ad unam formam, et aut cum fulcro, aut sine eo, nec tum ad tricliniarem gradum, non item ad cubicularem. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 65. Somniasse se, ovum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. *Cato R. R.* c. 10. Lecti loris subtenti. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 90. Comminxit lectum potus. *Nepos in Dion.* c. 9. Cubare in lecto. *Cic. Fam.* 9. ep. 23. Dixit, te in lecto esse, quod ex pedibus laborares. *Propert.* l. 2. el. 18. v. 31. surgere lecto. et eleg. 24. v. 41. recipere se lecto. *to go to bed. Tibull.* l. 1. el. 2. v. 19. descendere lecto. (*Broukhus.* hic notat, pluribusque ostendit antiquorum lectos cubiculares altos fuisse, ad quos scabello, aut scamno ascenderetur.) *Cic. Verr.* 7. c. 7. Lecto teneri. *to be confined to his bed. Horat.* l. 1. sat. 1. v. 81. casus te lecto affixit. et sat. 2. v. 129. Desilire lecto. *to spring from her bed.* ¶ *Lectus genialis* est qui in nuptiis parari solet. *the nuptial bed. Cic. pro Cluent.* c. 5. *in fi.* Lectum illum genialem, quem biennio ante filiæ suæ nubenti straverat, in eadem domo sibi ornari et sterni jubet. ¶ Post nuptias *adversus* dicebatur, quia fere in thalamo ex adverso ante januam positus erat. In eo sedebant matresfamilias, lanæ operam dantes. Mortua conjuge, idem mutabatur, et alius novæ nuptæ sternebatur. *Propert. l. et eleg. ult.* v. 81. Seu tamen adversum mutarit janua lectum, Sederit et nostro cauta noverca toro, &c. ¶ Hinc *Ovid. Heroid.* ep. 13. v. 107. Lectus cælebs. *single life.* Sic *Propert.* l. et el. 2. v. 5. vacuo vivere lecto. ¶ Nam sæpe refertur ad conjugium. *the marriage-bed, genial couch. Virg.* 4. *Æn.* v. 496. lectumque jugalem, quo perii. *Ovid. Heroid.* epist. 5. v. 101. temerati fœdera lecti. ¶ Est etiam lectus tricliniaris, in quo mensæ accumbebant. *a couch to recline on at table.* V. *Accumbo. Cic. Verr.* 4. c. 74. *ad fin.* Non quæro, unde habueris quinquaginta tricliniorum lectos, unde tot candelabra. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 21. Collocari jussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo magnificis operibus picto. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 102. rubro ubi cocco Tincta super lectos canderet vestis eburnos, Multaque de magna superessent fercula cœna. *Id.* l. 1. ep. 5. v. 1. lecto recumbere. *Sueton. in Aug.* c. 64. *extr.* In imo lecto assidere. ¶ Item lucubratorius. *Senec.* ep. 72. V. *Lecticula.* ¶ Item funebris, in quo componebantur efferenda cadavera. *a bier or hearse; a couch on which a corpse was laid. Pers.* sat. 3. v. 103. tandemque beatulus alto Compositus lecto crassoque lutatus amomo, In portam rigidos calces extendit. *Tibull.* l. 1. el. 1. v. 75. Flebis et assuro positum me, Delia, lecto. *Petron. in Satyr.* c. 114. Lecto funebri aptatus. *Propert.* l. 2. el. 8. *in fin.* Omnia crede mihi, secum uno munera lecto Auferet extremi funeris atra dies. et lib. 3. el. 11. v. 17. ubi mortifero jacta est fax ultima lecto. ¶ In illo *Ovid.* 8. *Metam.* v. 655. in medio torus est de mollibus ulvis Impositus lecto, sponda pedibusque salignis: *lectus* sunt ipsi asseres et tabulæ compactæ, super quibus lectus sternitur: torus autem id ipsum, quod sternitur, stramentum, ulva concisa (apud pauperiores et in castris) culcita, tomentum, &c. ¶ *Lectum* neutro gen. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 50. *extrem.* Legatum lectum continet et fulcra. Adde lib. 34. tit. 2. leg. 20. et *Glossas.* ¶ *Lectus, us,* 4. declinat. *Plaut. Amph.* 1. 3. 15. Prius abis, quam lectus, ubi cubuisti, concaluit locus. *Cornific.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 711. *Putsch.* Ipsis vero, ad Cereris memoriæ renovandæ gratiam, lectus sternuntur.

LECTUS, us, m. *a choosing, electing, choice,* συλλογή, electio, sive collectio. In ablativo sing. *Tacit.* l. 4. *Hist.* c. 70. Tutor Trevirorum copias recenti Vangionum, Caracatium, Triboccorum lectu auctas veterano pedite atque equite firmavit. *Al. leg.* delectu. ¶ Pro *cubili* V. in fine vocis præced.

LECTUS, a, um, *read, perused,* ἀναγνωσθείς, legendo percursus, ut Lectus liber, *Cic.* 6. *Fam.* ep. 5. lectos versus probare, *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 5. v. 20. &c. ¶ Item selectus, delectus. *chosen, selected,* ἐκλεχθείς. atque adeo singularis, eximius, præstans, præcipuus, insignis. *choice, select, notable, excellent. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 41. *a med.* Pueruli ex tot elegantissimis familiis lecti. *Virg.* 9. *Æn.* v. 48. Viginti lectis equitum comitatus. *Plin.* l. 8. c. 22. Sorte lectus. *chosen by lot. Cic.* 3. *de Orat.* c. 37. Lectis atque illustribus verbis uti. *Id. Verr.* 3. c. 6. Lectissimi atque ornatissimi viri. *Id.* 1. *de Invent.* c. 31. *a med.* Ut neque vir melior, neque femina lectior in terris sit. *Horat.* l. 3. od. 21. v. 5. lectum Massicum servare. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 247. juvenum lectissime. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 50. Hic sunt quinque argenti lectæ numeratæ minæ. *h. e.* probæ, et justi ponderis: *good money; standard coin.* Sic *Terent. Phorm.* 1. 2. 3. Accipe, hem! lectum est (*argentum*) conveniet numerus, quantum debui. ¶ Cum infinito *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 530. eadem fidissima custos Lecta, sacrum justæ Veneri occultare pudorem. ¶ Item collectus, *culled, gathered, collected. Plin.* l. 18. c. 15. Vicia, si lecta matura est, præfertur. *Quintil.* l. 6. c. 1. *a med.* Lecta e vulneribus ossa. *Propert.* l. 4. el. 4. v. 40. Cum patuit lecto stamine torta via. V. *Lego.*

LECYTHĪNUS, a, um, ad lecythum pertinens, ut Lecythinum oleum, quod in lecytho servatur. *Petron. in Satyr.* c. 21. Nos lecythino perfusos oleo refecerunt. Al. leg. *lecythi.* Est autem *lecythus,* f. ampulla olearia, ut est in *Gloss. Isid.* Græca vox λήκυθος, ἡ, *an oil-cruet, oil-cruise,* pænult. producta ab *Homer. Odyss.* 6. v. 79. Δῶκε δὲ χρυσέῃ ἐν ληκύθῳ ὑγρὸν ἔλαιον. [† Quo in loco pro χρυσέῃ habet *Clarkius* χρυσείη, ut versus, quod ad numeros attinet, processerit recte. Sed cum mox in v. 215. nullo modo stare possit χρυσείη, legendum proculdubio: Δῶκεν δὲ χρυσέῃ ἐν ληκύθῳ ὑγρὸν ἔλαιον—ut disyllabon sit χρυσέῃ, (quemadmodum in *Il.* Σ. 610.) ληκύθῳ autem dactylus. Pænultima τοῦ λήκυθος ubique corripitur. V. *Aristoph. Av.* 1589. *Plut.* 810. *Thesm.* 139. *Concion.* 538. 744. 996. 1032. 1101. 1111.] Adhibetur autem a *Cicer.* l. 1. *Attic.* ep. 14. et *Plin.* l. 1. ep. 2. sed Græce, atque translate. Apud *Petron.* lectio est valde incerta: ac plerique reponunt *legitimo perfusos oleo.*

LECȲTHUS. [† corrige, LECȲTHUS.] V. in voce præced.

LEDA, æ, f. Λήδη, Tyndari Laconiæ regis uxor, Thestii filia, quam cum Juppiter adamaret, transformatus in cygnum, ad Eurotam fluvium, cum ea concubuit: ex quo congressu Leda duo peperit ova, unum immortale, ex quo nati sunt Pollux et Helena, alterum mortale, ex quo Castor et Clytemnestra. *Hygin.* fab. 77. *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 55. Dat mihi Leda Jovem, cygno decepta parentem. ¶ Dicitur et *Lede, es,* Græca positione. *Id.* 1. *amor.* el. 10. v. 3. et lib. 3. *de ar. am.* v. 251. ¶ Tradit *Lactant.* l. 1. c. 21. *ante med.* Ledam post mortem deam factam, et Nemesim dictam esse, sicut Romulus Quirinus, Circe Marica, Ino Leucothea, &c.

LEDÆUS, a, um, Ληδαῖος, ad Ledam pertinens. *Virg.* 7. *Æn.* v. 364. Ledæa Helena. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 706. Hæc sunt Ledæis templa dicata deis. *h. e.* Castori, et Polluci, Ledæ filiis, quos Lacones Ledæos *Martial.* l. 1. epigr. 37. vocat. *Id. ibid.* epigr. 54. Ledæi olores. *Id.* l. 8. epigr. 33. Ledæum ovum. *h. e.* cycni. V. *Leda. Id.* l. 4. epigr. 25. Ledæus Timavus. *scil.* quia redeunte Castore cum Argonautis, Cyllarus ejus equus eo fluvio sitim depulit. *Virg.* 3. *Æn.* v. 328. Ledæa Hermione. *h. e.* Ledæ neptis, nempe nata ex Helena et Menelao. *Lucan.* l. 4. v. 526. nam sol Ledæ tenebat sidera. *h. e.* signum Geminorum, qui sunt Castor et Pollux. (*Ledæum astrum* vocat *Martial.* l. 8. epigr. 21.) *Stat.* l. 1. silv. 1. v. 54. Cyllarus Ledæus. *h. e.* equus Castoris. *Martial.* l. 4. epigr. 55. Ledææ palæstræ. *h. e.* in quibus se studiose Lacedæmone Pollux exercuit. *Id.* l. 8. epigr. 28. Ledæum Phalantum. *h. e.* Tarentum a Phalanto Lacone conditum. *Sil.* l. 2. v. 434. Ledææ Amyclæ. *scil.* Laconiæ urbs, et in qua Castor et Pollux nati sunt. *Id.* l. 4. v. 358. Ledæus Xantippus. *h. e.* Amyclæus. *Stat.* l. 2. silv. 6. v. 45. Ledæus gurges. *h. e.* Eurotæ fluvii Laconiæ.

LEGĀLIS, le, *of or pertaining to law, legal,* νομικός, ad leges pertinens. *Quintil.* l. 3. c. 5. Legale genus quæstionis. et cap. 8. (*al.* c. 10.) Legales tractatus. ¶ *Legalis vita* apud *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 25. *a med.* est, quæ secundum legem Divinam traducitur.

LEGĀLĬTER, *according to law, legally,* νομικῶς, secundum leges. *Cassiod.* l. 4. ep. 37. Adversarium provocare legaliter.

LEGARĬUM, rii, n. idem quod legumen. *Varr. de R. R.* l. 1. c. 32. Ceteraque, quæ alii legumina, alii (ut Gallicani quidam) legaria appellant.

LEGATARĬUS, a, um, ad legatum pertinens, testamento heredi mandatus. *Tertull. de Spectac.* c. 6. Privatorum memoriis legatariæ editiones parentant. ¶ Hinc *legatarius* absolute, is, cui ex testamento aliquid legatum est, *a legatee, legatory; one to whom a legacy is left. Sueton. in Galb.* c. 5. Cum præcipuum inter legatarios habuisset. *Paul. Dig.* l. 41. tit. 3. leg. 14. In re legata legatarius quodammodo quasi heres est. ¶ *Legataria, æ,* mulier, cui legatum relictum est. *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 1. leg. 43. Cum legataria fideicommissum ad se pertinere noluisset. Adde lib. 33. tit. 4. leg. 2. ¶ *Legataria provincia,* quæ cuipiam legata, seu mandata est, legitur a nonnullis apud *Cicer. Attic.* lib. 15. ep. 9. sed valde incerta lectio est, aliis *legatoriam* (*h. e.* in quam aliquis tanquam legatus mittitur, *governed by a legatus or lieutenant*) aliis *locatoriam* legentibus.

LEGATĬO, onis, f. *an embassy, lieutenancy, legation; the office of an ambassadour or lieutenant,* πρεσβεία, actus legandi, legatorum missio, itemque ipsum munus et officium legati. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 2. A Treviris Germanos crebris legationibus sollicitari. *Cic. de opt. gen. Orat. c. ult.* Capitis accusatus, quod legationem ementitus esset. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 3. Is sibi legationem ad civitates suscepit. et lib. 1. *B. Civ.* c. 33. Munus legationis recusare. et l. 3. c. 103. Legationis officium conficere. *Nep. in Dion.* c. 1. Legationem administrare. *Liv.* l. 45. c. 10. peragere. *Quintil.* l. 7. c. 4. *med.* gerere. *Cic.* 15. *Fam.* ep. 7. obire. *Id. init. Phil.* 9. renuntiare. *to state the result of his embassy. Id. Attic.* l. 4. ep. 2. *ad fin.* sumere. *Justin.* l. 8. c. 4. audire. *to give an audience to. Phædr.* l. 4. fab. 17. v. 28. dimittere. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 22. Legatione fungi. *Quintil.* lib. 7. cap. 1. *a med.* In legatione esse. *Cic. Verr.* 6. cap. 5. Cum imperio aut legatione in provinciam proficisci. *Liv.* lib. 21. cap. 63. In legationem proficisci. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 45. Per legationes aliquid petere. ¶ *Legatio libera* erat, quæ ornamenti et commodi tantum causa ab Senatu impetrabatur, quemadmodum honorarii magistratus a Principibus honestamenti causa conceduntur, titu-

laque tenus obeuntur, et geruntur. Has autem ii Senatores impetrabant, quibus negotia futura erant in provinciis, ut qui hereditates persequi, aut legata, aut qui nomina exigere volebant, aut vota solvere. Nam legatorum persona accepta, commendatiores controversias habebant, atque favorabiliores. Ideo autem *libera* dicebantur, quia introire in Urbem, et rursus exire licebat: cum ceteri magistratus, qui extra Urbem gerebantur, ingredientibus in Urbem deponendi essent. *Cic. Fam.* 12. ep. 21. Negotiorum suorum causa legatus est in Africam legatione libera. *Id. Attic.* l. 15. ep. 11. *ad fin.* Habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Julia, &c. *h. e.* quinquennium. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 7. leg. 14. Qui libera legatione abest, non videtur reipublicæ causa abesse. hic enim non publici causa, sed sui abest. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 8. Jam illud apertum profecto est, nihil esse turpius, quam quemquam legari, nisi reipublicæ causa. Omitto quemadmodum isti se gerant, qui legatione hereditates, aut singraphas suas persequuntur. In hominibus est hoc fortasse vitium: sed quæro, quid reapse sit turpius, quam sine procuratione Senator, legatus sine mandatis, sine ullo reipublicæ munere. Quod quidem genus legationis ego consul, quamquam ad commodum Senatus pertinere videatur, tamen approbante Senatu frequentissimo, nisi mihi levissimus tribunus plebis tum intercessisset, sustulissem. Tamen minui tempus, et quod erat infinitum, annuum feci. Ita turpitudo manet, diuturnitate sublata. Hæc *Cic.* qui tamen *pro Flacc.* c. 34. *ad fin.* causæ suæ inserviens, legationes liberas excusat ac defendit. ¶ *Legatio votiva* species est legationis liberæ voti extra Urbem solvendi impetratæ. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 2. *ad fin.* et lib. 15. ep. 8. ¶ Interdum *legatio* sunt ipsi legati. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 8. *extr.* Communem legationem ad Crassum mittunt. et lib. 2. c. 35. Quas legationes Cæsar, inita æstate ad se reverti jubet. et lib. 1. cap. 13. Cujus legationis Divico princeps fuit. *Liv.* l. 45. cap. 13. Et ab Eumene legatio de victoria gratulatum venit.

LEGATITIUM. V. *Legativum.*

LEGATĪVUM, vi, n. *the allowance made to an ambassadour or lieutenant,* dicebatur id, quod dabatur Legato nomine viatici, et impensæ. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 4. *leg. ult. circa med.* Legati quoque, qui ad sacrarium Principis mittuntur, quia viaticum, quod legativum dicitur, interdum solent accipere, personale munus ineunt. et tit. 7. leg. 2. His, qui non gratuitam legationem susceperunt, legativum ex forma restituitur. Est qui legit *legatitium. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 421. n. 1. Impendium bigæ, quam populus ex collatione legativi ac donativi epuli offerebat, remisit. *Donius* class. 5. n. 222. hanc eandem Inscription. referens, deletis (inquit *Gorius*) pluribus maculis, habet, *quam populus ex collatione legativi epuli offerebat. h. e.* epuli legato relicti.

LEGĀTOR, oris, m. *a legator,* qui aliquid legat per testamentum. *Sueton. in Tiber.* c. 31. Quin rata voluntas legatoris esset.

LEGATORĬUS, a, um. V. in *Legatarius.*

LEGĀTUM, ti, n. *a legacy, bequest,* delibatio hereditatis, qua testator ex eo, quod universum heredis foret, alicui quid collatum velit, ut *Florentin. Dig.* l. 30. leg. 113. definit. *Cic. Attic.* lib. 7. ep. 3. *a med.* Hortensii legata cognovi. *Petron. in Satyr.* c. *ult.* Omnes, qui in testamento meo legata habent, hac conditione percipient, quæ dedi, si, &c. *Sueton. in Tiber. in fin.* Dare legata alicui. *to leave or bequeath legacies.* et *in Domit.* c. 8. Jus capiendi legata alicui adimere. et cap. 9. Legatum alicujus irritum facere. *Tacit. Ann.* 1. c. 36. *extr.* petere, exsolvere, duplicare. *Scævola Dig.* lib. 33. *leg. ult.* præstare.

LEGĀTUS, ti, m. *an ambassadour, envoy, plenipotentiary, legate,* πρεσβευτὴς, qui legatione fungitur, sive qui refert mandata alterius, a *legando,* idest mittendo, quia Legati a Senatu, vel a Rege legantur seu mittuntur. *Cic. in Vatin.* c. 15. Ne hoc quidem Senatui relinquebas, quod nemo unquam ademit, ut Legati ex ejus Ordinis auctoritate legarentur. *et ibid.* Legati nuntii pacis ac belli, curatores, interpretes, bellici consilii auctores, ministri muneris provincialis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 37. Cum Athenienses ad Senatum Legatos de suis maximis rebus mitterent. *Liv.* l. 2. c. 18. *ad fin.* Itaque Legatos de pace mittunt. *Cic. pro Leg. Manil.* c. 12. Legatos deprecatoresque mittere. *Liv.* l. 31. c. 8. Legatos mittere ad indicendum bellum. ¶ *Legatus* item in bello dicebatur, *a lieutenant, deputy,* ἀντιστράτηγος, ὕπαρχος, vicarius Imperatoris, qui Imperatoris vice fungebatur, aut ejus locum tenebat. Maximam Imperatore absente in exercitu obtinebat auctoritatem, et ab illo cum parte copiarum in expeditionem mittebatur, aut præsidio præficiebatur. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* cap. 17. Neque se ignorare, quod sit officium Legati, qui fiduciariam operam obtineret. *fiduciariam operam* obtinere dixit, quia redeunte Imperatore, aut Consule, cedere eum oportebat. *Cic. pro Cluent.* cap. 36. Qui M. Æmilio clarissimo viro Legati, et Præfecti, et Tribuni militares fuerunt. ¶ Præterea *Legati* dicebantur, quos Proconsules, et Prætores ituri in Provincias sibi adjungebant, vel a Senatu accipiebant consiliorum atque officii adjutores. *Nep. in Attic.* c. 6. Præfecturas delatas sic accepit, ut neminem in Provinciam sit secutus: qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam, cum apud eum Legati locum obtinere posset. non enim decere se arbitrabatur, cum præturam gerere noluisset, asseclam esse Prætoris. ¶ Denique temporibus Imperatorum *Legati* dicebantur, qui soli mittebantur ad administrandas Provincias, eas, inquam, Provincias, quas Imperator sibi reservasset: unde et Legati Cæsarum dicti sunt, et Legati Prætorii, seu pro Prætore. *Spartian. in Adrian.* cap. 3. ¶ Item qui Proconsulum in provinciis vices gerebant. *Sueton. in Tiber.* c. 63. *extr.*

LEGENS, entis, *a reader,* lector. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 7. v. 25. Nunc precor, ut vivant, et non ignava legentum Otia delectent, admoneantque mei. *Plin.* l. 8. c. 16. Quæ a me collecta, quæso, ut legentes boni consulant.

LEGIBĬLIS, le, *legible,* qui legi potest. *Ulpian. Dig.* lib. 28. tit. 4. leg. 1. Sufficit, si legibilia sint inconsulto deleta.

LEGICRĔPA, æ, m. *a pettifogger, petty small-rate lawyer,* rabula, qui leges crepat, seu inculcat. *Var. Atacinus* apud *Fulgent.* Legicrepæ tundunt, latrant fora, classica turbant. Ita *Basil. Faber in Thes.* et *Taubman ad Plaut. Mil.* 3. 1. 57. [Si consulas *Burmannum* in *Antholog. Latin.* Tom. 2. pag. 322. certo certius tibi constabit, auctorem carminis, atque adeo hujus versus et vocis non esse *Varronem Atacinum,* sed *Sisebutum* Visigothorum in Hispania regem, qui anno 612. Gundemaro successit, et octo ferme annos regnavit.]

LEGĬFER, ra, rum, *making or giving laws, law-giving, legislative,* νομοθέτης, qui legem fert. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 10. v. 41. Optavit Minos similes sibi legifer annos. *Virg.* 4. *Æn.* v. 58. Legifera Ceres. Hæc enim inventis frugibus, leges prima dicitur condidisse, et homines ad societatem collegisse. Hinc ejus sacra a Græcis θεσμοφόρια appellata. [*Apul.* 10. *Met.* pag. 747. *Oudend.* Judicium illud apud legiferos Athenienses.]

LEGĬO, onis, f. *a legion, body of soldiers consisting of ten cohorts,* τάγμα, certa militum manus, in qua cives R. militabant: a legendo dicta, quod milites in delectu leguntur. *Varr.* l. 4. *L. L.* c. 16. Dividebatur in decem cohortes peditum: Cohors in quinquaginta manipulos. His adjungebantur equites in tres centurias divisi, ac subinde in turmas. De singulis hisce nominibus V. suis locis. ¶ Numerus militum in legionibus non semper idem fuit. Nam sub Romulo legio fuit trium millium peditum, et trecentorum equitum; vel ut alii volunt, tres legiones fuere ex mille peditibus, et equitibus centum, ut *Varr.* docet *loc. cit.* Deinde post Sabinos in civitatem receptos, scribit *Plutarchus in Romulo,* duplicatum eum numerum fuisse: qui tamen non semper idem deinceps stetit, sed varie aut imminutus, aut auctus est. Legimus enim apud *Liv.* l. 6. c. 22. Volsco bello quatuor legiones quaternum millium scriptas: et l. 7. c. 25. decem quaternum millium, et ducenorum peditum, equitumque trecenorum. Bello Punico secundo quatuor millia fere singulis legionibus data esse, colligitur ex *eodem* l. 21. c. 17. sed aliquando, eodem bello, ta is numerus mutatus est, ut una legio essent quinque millia peditum, et equites quadringenti, teste *eod.* l. 23. c. 34. *ad fin.* interdum, ut ex duabus legionibus una legio quinque millia peditum, et trecenti equites essent, ut *Id.* tradit l. 26. cap. 28. Deinde Macedonico bello, scribit *Id.* l. 42. c. 31. id præcipue provinciæ Macedoniæ datum, ut cum alterius consulis legionibus quina millia, et duceni equites, ex vetere instituto, darentur in singulas legiones, in Macedoniam sena millia peditum, equites treceni scriberentur. Sed jam antea Scipio in Africam trajecturus, legiones senis millibus, et ducenis peditibus supplevérat, et equitibus trecenis, ut est apud *eund.* l. 29. c. 24. *extr.* Bello autem Antiochi quina millia et quadringentos legio habuit, teste *eod.* l. 37. c. 39. Præterea aliquando legio quinque millium, et ducentorum peditum cum equitibus quadringentis in Hispaniam missa legitur, apud *eund.* l. 40. c. 36. Tradit *Paul.* ex *Festo* in *Sex,* primum C. Marium legionem conscripsisse sex millium et ducentorum, cum antea quatuor millium fuisset: unde etiam appellabatur quadrata. Temporibus *Vegetii* legio constabat fere sex millibus militum, interdum amplius, ut videre est l. 2. *de re milit.* c. 2. *Cap.* autem 6. ubi singillatim omnium decem cohortium numerum militum exsequitur, summam totius legionis colligit ad sex mille centum pedites, equites septingentos viginti sex. ¶ Varius quoque legionum numerus in Romanis exercitibus fuit, pro varia Reipublicæ copia, et bellorum gravitate. Nam primo una tantum ab Romulo scripta fuit: deinde crescentibus opibus, usque ad decem, et amplius crevere. Tertiamdecimam legionem memorat *Liv.* l. 30. c. 18. undevicesimam et vicesimam l. 27. c. 14. et 38. majorem etiam numerum sub Imperatoribus leges apud *Tacit.* 1. *Ann.* c. 31. et 45. &c. ¶ Legiones ex solis civibus R. constabant: auxilia ex sociis. Quod si aliquando servi adsciti, necessitate factum est, ut post Cannensem cladem, bello Punico secundo, ut est apud *Liv.* l. 22. c. 57. Interdum tamen et de auxiliis, et de externis quoque gentibus legio dicitur. *Id.* l. 8. c. 24. Cum sæpe Bruttias, Lucanasque legiones fudisset. et l. 37. c. 39. Duæ legiones Romanæ, duæ socium, ac Latini nominis erant. *Plaut. Amph.* 1. 1. 62. Teleboæ ex oppido legiones educunt suas. ¶ Variis nominibus Romanæ legiones vocabantur, vel ab ordine et tempore, quo scriptæ sunt, ut prima, secunda, tertia, vicesima: *Liv.* l. 10. c. 18. et lib. 72. c. 14. vel ab institutoribus, aut ducibus, ut Claudiana, Galbiana: *Tacit.* 2. *Hist.* cap. 85. et 86. vel a locis ubi militaverant, ut Caudina, Cannensis, Actiaca: *Liv.* l. 9. c. 12. et lib. 29. c. 24. et *Tacit.* 1. *Ann.* c. 42. vel a deorum nominibus, ut Martia, Minerva, Primigenia: *Cic. Phil.* 4. c. 2. et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 561. n. 10. aut avium, ut Alauda: *Cic. Attic.* l. 16. ep. 8. et *Plin. initio* cap. 37. lib. 11. vel denique ab eventu, ut Victrix, Adjutrix, Fulminatrix, Rapax: *Tacit.* 2. *Hist.* c. 43. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 391. n. 4. et pag. 547. n. 6. &c. Vide *Claudian. de B. Gild.* a vers. 418. ubi alia legionum nomina Poetice enumerantur. ¶ In carmine quoque usum habet. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 48. Quod mihi pareret legio Romana tribuno. ¶ Sumitur et pro quocumque exercitu, aut ejus parte. *Virg.* 7. *Æn.* v. 681. hunc legio late comitatur agrestis. et lib. 9. v. 368. Cetera dum legio campis instructa moratur. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 573. Horruit Argoæ legio ratis. ¶ Translate *Plaut. Cas. prol.* v. 50. Sibi nunc uterque contra legiones parat, paterque, filiusque. *h. e.* dolos, artes, insidias, fallacias, tanquam instructum exercitum.

LEGIONARĬUS, a, um, *of a legion, legionary,* ad legionem pertinens. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 73. Stationes disponunt equitum, et cohortium alariarum, legionariasque interjiciunt cohortes. et lib. 1. *B. Gall.* c. 42. Legionarii milites legionis decimæ. *Plin.* lib. 10. epist. 82. Centurio legionarius.

LEGIRŬPA, æ, *et* Legirupĭo, onis, *et* Legirŭpus, a, um, qui rumpit, et violat legem. *a breaker or violator of the laws; an outlaw. Plaut. Pseud.* 1. 3. 130. Perjure, legirupa, pernicies adolescentum. *Id. Pers.* 1. 2. 16. Legirupam damnare. *Id. Rud.* 3. 4. 4. Tun' legirupionem hic nobis cum diis facere postulas? *Prudent. in hamartig.* v. 239. ruuntque Omnia, legirupis quassantia viribus orbem.

LEGISLĀTOR, *et* Legumlator, oris, m. *a lawgiver, legislator,* νομοθέτης, qui leges fert, qui jura statuit. Fere divisim adhibetur, a *Cicer.* præsertim. V. 4. *Catil.* cap. 5. *pro Mur.* cap. 2. et lib. 3. *de nat. Deor.* c. 38. Sed et conjunctim scribi potest, ut *agricultura, jurisconsultus, respublica,* &c. *Liv.* lib. 34. c. 31. *ad fin.* Noster legumlator non in paucorum manu rempubl. esse voluit. *Valer. Max.* l. 6. c. 5. n. 3. *extern.* Se inter misericordem patrem, et justum legislatorem partitus.

LEGITĬME, adverb. *legally, justly, legitimately, lawfully,* νομίμως, juste, ratione legum observata. *Cic. pro Cæcin.* c. 20. Is, qui legitime procurator dicitur. *Id.* 1. *Offic.* c. 4. Juste et legitime imperanti. *Id. pro Dom.* cap. 29. In ea adoptione legitime factum est nihil. *Juvenal.* sat. 10. v. 338. Non nisi legitime vult nubere. ¶ Translate est rite, ex ordine. *Id.* sat. 12. v. 103. Legitime fixis vestitur tota tabellis porticus. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 32. Ut legitime studuisse, ut per omnes eloquentiæ numeros isse fateatur. *Plin.* lib. 23. c. 2. *a med.* Fæx legitime cocta. *h. e.* quantum satis est, quantum res postulat, *enough, completely.*

LEGITĬMUS, a, um, *according to law, required or appointed by law, legal, lawful, right, just, legitimate,* νομικὸς, νόμιμος, qui secundum leges est, legibus constitutus, justus, verus, æquus, conveniens. *Sallust. in Catil.* c. 6. Romani imperium legitimum, nomen imperii regium habebant. *Cic.* 4. *Verr.* c. 52. Dies is erat legitimus comitiis habendis. *Id.* 11. *Phil.* c. 10. *extr.* Legitimum imperium habere. (huic opponitur *extra ordinem.*) *Id. Tuscul.* 1. c. 30. *in fin.* Tanquam a magistratu, aut ab aliqua potestate legitima. *Id. pro Dom.* c. 13. *in fi.* Jure Quiritium legitimo tutelarum et hereditatum relicto. *Id.* 2. *de Invent.* c. 43. Si legitimum scriptum proferetur, idest aut lex ipsa, aut ex lege aliquid. *Id. in Orat.* c. 34. Legitimæ et civiles controversiæ. *h. e.* quæ sub leges cadunt, et legibus dirimuntur. Sic *pro Arch.* c. 2. Legitima quæstio. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 7. Theatrum, qui locus non est concionis legitimæ. *Id.* 3. *Offic.* c. 29. *in fi.* Cum justo et legitimo hoste rem gerere. *h. e.* quem persequi leges permittunt. *Liv.* l. 25. c. 2. Ætas legitima ad petendam Ædilitatem. *prescribed. by law. Ovid. Metam.* 10. v. 437. Legitima conjux. *Quintil.* lib. 7. c. 7. *in fin.* Legitimus filius. (cui *nothus* opponitur.) *Cic. Agrar.* 2. c. 9. Legitimum impedimentum. *Id.* 3. *Verr.* c. 9. Legitimæ horæ. *h. e.* quæ legibus alicui ad agendum conceduntur. *Frontin. de aquæduct.* artic. 112. Legitima mensura. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 130. legitimo equo merere. *h. e.* publico, et legibus dato. et l. 2. v. 662. *de Termino.* Legitima servas credita rura fide. *h. e.* quæ legibus præcipitur. *Sueton. in Claud.* c. 14. Legitima pœna. *h. e.* legibus imposita. *Ulpian. Dig.* l. 47. tit. 20. leg. 3. Legitimum crimen. *h. e.* legibus expressum. ¶ Aliquando est idem quod legalis. *relating to law, legal. Gell.* l. 11. c. 1. Ita Varro verba hæc legitima, quibus multa diceretur, concepit. *Id.* l. 14. c. 2. In comperendinationibus, et aliis quibusdam legitimis ritibus. *Justinian. in proœm. Institution. a med.* Ut sint totius legitimæ scientiæ prima elementa. ¶ *Legitima, orum,* sunt solemnes ritus legum et judiciorum. *Nep. in Phoc. sub fin.* Inde judicio, legitimis quibusdam confectis, damnatus est. ¶ Translate de iis dicitur, quæ certa quadam lege, et consuetudine fiunt. *Cic. Verr.*

7. c. 22. Illum quasi legitimum consuetudinis numerum non explere. *Id.* 7. *Fam.* ep. 6. In omnibus meis epistolis, quas ad Cæsarem mitto, legitima quædam est accessio commendationis tuæ. *h. e.* quam a me amicitiæ leges postulant, debita, justa: nisa malis ad sequentem notionem trahere. ¶ Sæpe enim est plenus, perfectus, justus, cui nihil deest. *full, complete. Sueton. in Claud.* c. 21. Munus gladiatorium anniversarium exhibuit in castris prætorianis, sine venatione apparatuque: justum atque legitimum in Septis. *Horat.* l. et ep. 2. v. 109. Legitimum poema facere. *Plin.* l. 21. c. 31. Trychos legitimam insaniam facit. ¶ Item necessarius. *Quintil.* l. 9. c. 9. Præcisa, veluti ante legitimum finem, oratio. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 293. cum legitima fraudatur littera voce Blæsaque fit jusso lingua coacta sono. *Cic. de clar. Orat.* c. 21. Illa oratorum propria, et quasi legitima tractavit, ut delectaret, ut moveret, ut augeret, &c. ¶ Item concessus, permissus, conveniens. *allowed, permitted. Ovid.* 2. *Trist.* v. 249. Nil nisi legitimum, concessaque furta canemus. et vers. 536. non legitimo fœdere junctus amor. *h. e.* inconcesso hymenæo. *Sueton. in Aug.* cap. 32. Collegia, præter antiqua et legitima, dissolvit. ¶ Item certus, solemnis, certa formula, quasi lege, constans. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 527. Curio legitimis nunc Fornacalia verbis Maximus indicit. ¶ Item verus, genuinus. *Horat. de ar. Poet.* vers. 273. Scimus inurbanum lepido secernere dicto, Legitimumque sonum digitis callemus, et arte. *Plin.* l. et c. 22. *a med.* Ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem. *Petron. in Satyr.* c. 117. Tanquam legitimi gladiatores, domino corpora animasque religiosissime addicimus. *h. e.* veri et proprie dicti, et qui in leges et regia verba lanistæ juravimus. Simile est illud *Sueton. in Aug.* c. 45. Spectavit studiosissime pugiles, non legitimos et ordinarios modo, sed et catervarios oppidanos inter angustias vicorum pugnantes. *h. e.* qui more, legibus, atque ordine pugilatus servato pugnant. ¶ Item consuetus, ordinarius. *customary, usual, ordinary. Sueton. in Vespas.* c. 8. Legitima præmia sero militibus persolvit. *Id. in Aug.* c. 35 Legitimus Senatus. (V. dicta in *indictus.*) *Plin.* l. 8. c. 43. *de asinis.* Partus a tricesimo mense ocyssimus, sed a trimatu legitimus. *Id.* l. 17. c. 22. *a med.* Operarum in latifundiis ista computatio est, non legitima naturæ festinatio. ¶ *Legitimum est*, æquum, justum est. *Plin.* l. 33. c. 3. *sub fin.* Æs inaurari argento vivo, aut certe hydrargyro legitimum erat: de quibus excogitata fraus est. *Id.* l. 31. c. 6. Fistulas denum pedum longitudinis esse, legitimum est. *h. e.* conveniens est. *is the right length.* et l. 19. c. 8. *ante med. de lactucis.* Seruntur lactucæ anno toto: legitimum tamen, a bruma semen jacere. *h. e.* aptum, conveniens: et sic postulat quædam veluti lex ejus herbæ serendæ. [¶ *Legitimus Deus* is est, ad quem proprie pertinet cura rei alicujus, ut ad Æsculapium valetudinis restitutio, ad Neptunum naufragorum tutela, &c. seu fortasse ita appellabatur, qui legibus in urbem esset receptus. *Auct. Priapeor.* carm. 37. v. 5. Diis me legitimis nimisque magnis, ut Phœbo, puta, filioque Phœbi, Curatum dare mentulam verebar. Huic dixi, fer opem, Priape, parti.]

LEGĬTO, as, pro *lectito*, ut *rogito* a rogo, *agito* ab *ago*, agnoscit *Priscian.* l. 8. pag. 825. *Putsch.* sed sine exemplis.

LEGIUNCŬLA, æ, f. *a small legion*, ταγμάτιον, parva legio. *Liv.* l. 35. c. 49. *a med.* Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum instar in castris regis.

LĒGO, as, avi, atum, a. 1. *to send as an ambassadour, depute, dispatch*, ἀποστέλλω, mitto aliquem ad quempiam nuntiandi, petendi, indicendi gratia: et fere dicitur de legatis, qui publice mittuntur. *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 57. Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat. *Cic. Verr.* 5. c. 48. Hominem suæ civitatis in primis honestum ac nobilem legarunt ad Apronium. *Id.* 3. *Fam.* ep. 8. *circa med.* Privatæ rei causa legari. *Sallust. in Jug.* c. 24. *extr.* Tres adolescentes in Africam legantur, qui reges adeant, &c. *Gell.* l. 7. c. 14. Quos Athenienses Romam ad Senatum legaverant impetratum, ut, &c. *In lemmate cap. ult.* l. 16. *ejusd.* Quæ verba legaverint Rhodii ad hostium ducem. *h. e* per legatos dicenda miserint. ¶ In re provinciali, et militari *legare alicui aliquem*, est legatum ei assignare. *Cic.* 4. *Attic.* ep. 15. *ad fin.* Messius defendebatur a nobis, e legatione revocatus. nam eum Cæsari legarat Appius. *had appointed him Cæsar's lieutenant.* et ep. 2. *ad fin.* Ego me a Pompeio legari ita sum passus, ut, &c. et l. 10. ep. 1. *extr.* Istum legatum iri, non arbitror. *Id. pro leg. Manil.* c. 19. Ne legaretur Gabinius Pompeio expetenti. ¶ *Legare sibi aliquem*, legatum assumere in administratione belli, aut provinciæ. *to choose for his deputy or lieutenant. Sallust. in Jug.* c. 30. Calpurnius, parato exercitu, legat sibi homines nobiles, factiosos, quorum auctoritate, quæ deliquisset, munita fore sperabat. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 11. *ad fin.* Dolabella me sibi legavit. ¶ Interdum accipitur pro committere, mandare, *to consign, intrust. Plaut. Cas.* a. 1. v. 12. Quin potius quod legatum est tibi negotium, id curas? ¶ Item imputare, adscribere, dare, *to ascribe, impute. Liv.* l. 28. c. 42. *a med.* Patere, nos omnia, quæ prospera tibi evenere, tuo consilio assignare, adversa casibus incertis belli et fortunæ legare. *Al. leg.* relegare, *al.* delegare. ¶ Sæpe est testamento relinquere, *to leave by will, leave or bequeath as a legacy. Lucil.* apud *Gell.* l. 4. c. 1. Legavit quidam uxori mundum omne penumque. *Cic. pro Cæcin.* c. 4. *a med.* Usumfructum omnium bonorum Cæsenniæ legat. *Id. in Top.* cap. 3. Fabiæ pecunia legata est a viro. *Sueton. in Aug.* cap. 101. Heredes instituit Tiberium, et Liviam: legavit populo R. quadringenties, tribubus tricies HS. ¶ *Legare*, aut *relinquere quippiam alicui ab aliquo*, est ita legare, ut legatarius non ipse per se possideat statim post mortem testatoris rem legatam, sed ab eo accipiat, qui heres est factus. V. gr. Pecuniam uxori legare a filio, est, filio herede facto, ei committere, ut pecuniam matri præstet. Hoc autem ideo fiebat, ut uxor, defuncto viro, majorem filii curam gereret, ut quæ ab eo pecuniam acciperet. *Cic. pro Cluent.* c. 12. Uxori testamento legat grandem pecuniam a filio, si qui natus esset: ab secundo herede nihil legat. *Id. in Top.* c. 4. Si paterfamilias uxori ancillarum usumfructum legavit a filio, neque a secundo herede legavit. *Scævola Dig.* lib. 35. tit. 2. leg. 25. A liberto, cui fundum legaverat per fideicommissum Seiæ annua decem dedit. Adde leg. 20. et alibi non semel. Simile est *ab aliquo solvere. Cic. Attic.* l. 7. ep. 18. Quintus frater laborat, ut tibi ab Egnatio solvat.

LĔGO, is, gi, ctum, a. 3. *to collect, gather, cull, pick up*, λέγω, colligo: a voce Græca allata. *Virg. Ecl.* 3. v. 92. Qui legitis flores, et humi nascentia fraga. *Senec. in Herc. Fur.* v. 910. Arabesque odoris quidquid arboribus legunt. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 606. legit de lacte soporem. *Tibull.* l. 1. el. 8. v. 32. Pomaque non notis legit ab arboribus. *Id.* lib. 2. el. 4. v. 27. O pereat quicumque legit virides-que smaragdos, &c. *goes in search of.* et *Cic.* 2. *de Orat.* c. 66. Legere nuces. *Ovid. Metam.* 14. v. 347. herbas collibus. *Id.* 5. *Fast.* v. 218. flores in calathos. *Id. in fin.* epist. 10. *Heroid.* ossa. *h. e.* post crematum cadaver colligere, et in sepulcrum inferre. V. *Os. Cato R. R.* c. 144. oleam. *Liv.* lib. 5. cap. 19. cæsorum spolia. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1341. ore spiritum fugientem morientis. *Ovid.* 2. *Fastor.* v. 254. ficus non erat apta legi. *h. e.* nondum erat matura. et lib. 14. *Metam.* v. 251. sorte legi. ¶ *Legere vestigia* est ejus, qui præcessit, vestigia observando, quasi in modum e terra legentis quippiam, eadem via sequi, *to follow his footsteps, tread in his footsteps, follow slowly or step by step, trace, track, pursue. Virg.* 9. *Æn.* v. 392. et vestigia retro Observata legit. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 17. Subsequitur, pressoque legit vestigia gressu. Adde *Val. Flacc.* l. 1. v. 711. Huc pertinet et illud *Virg. Æn.* 12. v. 481. Haud minus Æneas tortos legit obvius orbes, Vestigatque virum. Ubi *Servius*: translatio a canibus, qui per vestigia feram indagant. ¶ Sæpe ad navigationem pertinet. nam *legere vela*, est contrahere, et in volumen colligere: quod fit navigandi fine, *to gather, draw in, contract, furl*: cui contrarium est *dare, explicare*, &c. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 215. Ipse gubernabit residens in puppe Cupido: Ipse dabit tenera vela, legetque manu. *Val. Flacc.* l. 2. v. 13. Vela legunt: remis insurgitur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 373. atque omnis navita ponto Humida vela legit. ¶ *Legere funem*, est solvere, quod fit, cum nautæ funem a ripa trahunt, et colligunt. *Val. Flacc.* l. 1. v. 312. hi celso cornua malo Expediunt: alii tonsas in marmore summo Prætentant: prora funem legit Argus ab alta. Sic *ancoram legere*, est tollere, et in navem adducere, *to weigh anchor. Id.* l. 2. v. 428. legitur piger uncus arenis: Jam remi rapuere ratem. *Senec. in Troadib.* v. 759. ancoras classis legit. ¶ *Legere locum aliquem*, est percurrere, præterire, obire, *to run or pass over, pass by, go through*: ut qui poma legunt, huc illuc discurrunt colligendi studio: et fere de navigantibus dicitur. *Virg.* 2. *Æn.* v. 207. pars cetera pontum Pone legit. *sweeps. Ovid.* 4. *Fast.* v. 289. Æquoraque Afra legit, Sardoaque regna sinistris Prospicit a remis. *sails past.* et vers. 566. Ioniumque rapax, Icariumque legit. *Virg.* 2. *Georg.* v. 44. primi lege litoris oram. *coast along the shore.* Sic *Liv.* l. 21. c. 51. *extr.* Navibus oram Italiæ legens. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 709. Inde legit Capreas, promontoriumque Minervæ. et lib. 5. v. 578. Legere saltus. *h. e.* percurrere venando. *Senec. in Med.* v. 791. Luna cælum freno propiore legit. ¶ Sæpe est oculis scripta percurrere, quasi verba colligendo, *to run over, read, peruse*, ἀναγινώσκω. *Cic. in Top.* c. 1. Ut eos libros per te ipse legeres. *Id. de clar. Orat.* c. 51. Cum, convocatis auditoribus, legeret eis magnum illud volumen suum, et eum legentem omnes, præter Platonem, reliquissent, legam, inquit, nihilominus, &c. *Id.* 4. *Acad.* c. 45. Legi apud Clitomachum, A. Albium jocantem dixisse, &c. *Plin.* l. 9. ep. 13. Studiose intenteque legere aliquid. *Id.* l. 5. ep. 29. Libertus meus tam commode orationes et historias, et carmina legit, ut, &c. *Id.* l. 9. ep. 34. Audio, me male legere dumtaxat versus: orationes enim commodius: sed tanto minus versus. *Gell.* l. 17. c. 9. *a med.* Epistola incorrupta, et legi facilis. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 4. v. 14. Ipse pater patriæ Sustinet in nostro carmine sæpe legi. *et lib. et eleg. ult.* v. 5. Dumque legar, mecum pariter tua fama legetur. ¶ Significat etiam docere, enarrare, interpretari, *to read lectures on; to explain, interpret, illustrate*: quia olim omnis Grammaticorum industria in eo versabatur, ut Poetas alta voce discipulis legerent atque interpretarentur, ut *Sueton. de Grammat.* c. 2. tradit. *Id. ibid.* Lucilii satyras legisse se apud Archelaum Pompeius Lenæus, apud Philicomum Valerius Cato prædicant. *Vetus poeta* apud *eund. ibid.* c. 11. Cato Grammaticus, Latina Siren, Qui solus legit, ac facit poetas. ¶ Pro percurrere oculis, et videre, quasi qui scripta legit, *to see, descry, observe, survey. Virg.* 6. *Æn.* v. 754. Et tumulum capit, unde omnes longo ordine possit Adversos legere, et venientum discere vultus. ¶ Pro furari, quasi clam colligere: unde *sacrilegium*, de sacro furtum. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 271. Omnia viscatis manibus leget. *Virg.* 10. *Æn.* v. 79. soceros legere, et gremiis abducere pactas. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 117. Et qui nocturnus sacra divum legerit. *has committed sacrilege.* Adde *Auct. ad Heren.* lib. 2. cap. 30. *sub fin.* ¶ Et pro clam aucupari, furtim excipere. *Plaut. Pseud.* 1. 4. *extr.* Huc concedam, ut horum sermonem legam. ¶ *Legere fila*, est adducere, et colligere obvolvendo: quod fecisse dicitur Theseus, qui e labyrintho Cretensi, Ariadnæ admonitu, expedivit se, filum in introitu explicando, in reditu colligendo. *to gather in or wind up as a clue. Ovid.* 3. *Fast.* vers. 462. Quæ dedit ingrato fila legenda viro. *Propert.* l. et el. 4. v. 40. Cum patuit lecto stamine torta via. ¶ Parcæ quoque *fila legere* dicuntur, cum ea veluti ad se trahunt, et vitæ nostræ finem imponunt. *Virg. Æn.* 10. v. 814. extremaque Lauso Parcæ fila legunt. ¶ Sæpissime est eligere, seligere, *to choose, select. Cic. de Fin.* lib. 4. cap. 15. Nisi omnia, quæ leget, quæque rejiciet, unam referantur ad summam. *Id.* 5. *Phil.* c. 6. Ut hos judices legeret, quorum lectione duplex imprimeretur reipubl. dedecus. *Id. pro Cæl.* c. 15. *extr.* Legere conditiones nubendi. *to choose for herself the conditions on which she would be married. Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 357. Illa legat tempus, Quo facilis dominæ mens sit, et apta capi. *choose the proper time.* et lib. 1. *Trist.* el. 3. v. 9. Non mihi servorum, comitis non cura legendi. *Id. Metam.* 13. v. 242. de tot millibus unum legere. *to choose out. Virg.* 8. *Æn.* v. 79. geminasque legit de classe biremes. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 27. summaque locum sibi legit in arce. *Phædr.* l. et fab. 2. v. 7. Capillos homini legere cœpere invicem. *h. e.* canos a nigris secernere, et evellere. *to pick or pull out. Pompei. ad Coss. post* ep. 12. l. 8. *ad Attic.* Legere milites. *to levy or enlist soldiers.* Sic *Ovid.* 7. *Metam.* v. 669. viros ad bella. *Gell.* c. 2. l. 14. Legere aliquem in judices. *h. e.* creare judicem. *Cic. pro Cluent.* c. 45. Ut scribam jurati legerent eum, quem, &c. *h. e.* crearent. *Liv.* l. 23. c. 22. Legere cives in Patres. *to elect into the senate, make senators of.* et *ibid.* Ut bini in demortuorum locum in Senatum legerentur. ¶ *Legere Senatum* munus Censorum fuit, qui recitabant in Curia nomina Senatorum, qui in eum ordinem tunc primum adsumebantur, et qui jam ante eo munere functi erant: ac si quis nota dignus esset, prætereuntes, Senatu movebant. *to review, choose new members and inspect the characters of the old.* Quem primum legendo nominabant, is princeps Senatus habebatur. *Liv.* l. 40. c. 51. Censores fideli concordia Senatum legerunt: princeps electus est ipse censor M. Æmilius Lepidus pontifex max. tres ejecti de Senatu: retinuit quosdam Lepidus a collega præteritos. *was chosen prince of the Senate.* (Adde lib. 43. c. 15. et lib. 9. c. 29. et 30. et *cap. ult. sub fin.*) *Cic. pro Dom.* c. 31. Ubi cavisti, ne meo me loco Censor in Senatum legeret? *Gell.* l. 4. c. 10. et lib. 14. c. 7. *a med.* Primum rogari solitum (*sententiam*) qui princeps in Senatum lectus esset. *Plin.* l. 10. ep. 113. Eos, qui in bulen a censoribus leguntur, &c. ¶ *Vir virum legere*, dicitur, cum unus civis alterum elegit. *Sueton. in Aug.* c. 35. Senatum ad modum pristinum redegit duabus lectionibus: prima ipsorum arbitratu, quo vir virum legit: secunda suo et Agrippæ. Adde cap. 54. Hoc autem ab antiquo pugnandi more sumptum est. *Virg.* 11. *Æn.* v. 632. totasque Implicuere inter se acies, legitque virum vir. *h. e.* quasi destinavit, elegitque hostem quem occideret. Ita milites, quisque pro se cum hostibus conserere manum, ut haberent singuli, quocum pugnarent. Ita *Liv.* l. 8. c. 8. *ad fin.* Nec vexilla cum vexillis tantum, universi hastati cum hastatis, principes cum principibus, sed centurio quoque cum centurione, si ordines turbati non essent, concurrendum sibi esse sciebat. *Id.* l. 22. c. 14. *ad fin.* Armari copias oportet deducendas in æquum, ut vir cum viro congrediaris. Porro ex *Tacit.* 1. *Histor.* c. 18. colligitur, moris olim aliquando fuisse etiam in faciendo exercitu, ut aliquot primum deligerentur ab iis, quibus habendi delectus cura demandata esset: hi vero singulos quisque, vel binos, vel etiam plures nominarent, quos militari virtute præstare nossent: quo in delectu *vir virum legere* dicebatur. Verba *Taciti* sunt: Apud militum concionem, adoptari a se Pisonem, more divi Augusti, et exemplo militari, quo vir virum legeret, pronuntiat. Fortasse huc pertinet illud *Plaut. Amph.* 1. 1. 160. Alia forma oportet esse, quem tu pugno legeris. *h. e.* feriendum elegeris, et percusseris.

LEGŬLA, æ, f. *the ear*, pars auris concava exterior, quæ apparet, quæ Græce in Glossis μύστρον dicitur. *h. e.* cochlear, quia ejus similitudinem habet: vel potius ima pendens auriculæ pars, quæ et *lamina* dicitur: quasi *ligula*. *the flap of the ear. Sidon.* lib. 1. ep. 2. Aurium legulæ, sicut mos gentis est, crinium superjacentium flagellis operiuntur.

LEGULEIUS, ii, m. *one acquainted only with the little*

[illegible] of law; *a pettifogger, petty small-rate lawyer*, δι-[illegible], κ[illegible], qui legum studia sectatur. et fere in contemptu ponitur. *Cic.* 1. *de Orat.* cap. 55. *ad fin.* Ita tibi jurisconsultus ipse per se nihil nisi leguleius quidam cautus et acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum.

LEGŬLUS, li, m. συλλογεὺς, qui uvas, aut oleas colligit, *a gatherer of grapes or olives.* *Calpurn. Ecl.* 3. v. 49. extremas legulus cum sustulit uvas. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. A legendo leguli, qui oleam, aut uvas legunt. ¶ Videtur tamen magis proprie dici de eo, qui oleas legit, et quidem caducas. nam qui pendentes, dicuntur strictores. *Id. ibid.* l. 4. c. 18. Vocabula aperta, ut legulus, et vindemiator: alter ab oleis, alter ab uvis. *Cato R. R.* cap. 144. *de olea legenda.* Legulos, quot opus erunt, præbeto, et strictores. et c. 64. Leguli volunt, ut olea caduca quam plurima fit, quo plus legatur.

LEGŪMEN, inis, n. *all kinds of pulse, as peas, beans, vetches, &c. a leguminous plant, legume, lègumen,* ὄσπριον, quicquid ex terræ satis in siliquis nascitur, ut sunt fabæ, pisum, cicer, lens, et similia, quæ evelluntur e terra, non subsecantur: unde a *legendo* dicta sunt, ut *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 23. et 32. et *Plin.* l. 18. cap. 17. *sub fin.* docent, quia vellendo colliguntur: cum frumenta sectione metantur. Eorum varia genera enumerat *Colum.* l. 2. c. 7. et 10. nempe fabam, lentem, pisum, phaselum, cicer, cannabim, milium, panicum, sesama, lupinum, linum, hordeum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 62. Terra feta frugibus, et vario leguminum genere. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 47. *extr.* Milites non, illis hordeum cum daretur, non legumina recusabant. *Plin.* l. 18. c. 7. Legumina omnia singulas habent radices, præter fabam, easque surculosas: frumenta multis radicantur fibris, sive ramis. ¶ Per synecdochen dicitur de faba, quæ insigniores siliquas habet, in illo *Virg.* 1. *Georg.* v. 74. lætum siliqua quassante legumen, Aut tenues fetus viciæ, tristesque lupini.

LEGUMENTUM, ti, n. idem quod legumen. *Gell.* l. 4. c. 11. Nullo sæpius legumento Pythagoram dicit usum, quam fabis.

LEGUMINARĬUS, a, um, *relating to pulse, leguminous,* ad legumina pertinens. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 935. n. 3. Negotiatrix frumentaria, et leguminaria.

LEIOSTRĔA, *vel* Liostrea, æ, f. λειόστρεον, ostrea lævi cortice: a λεῖος, lævis. *Lamprid. in Heliogab.* c. 19. Primus fecit de piscibus isicia, primus de ostreis, leiostreis, et aliis marinis conchis. *Salmas.* omnino vult legi *lithostreis,* h. e. quæ testis concreta suis, ceu saxa cohærent, ut *Auson.* ep. 9. v. 6. loquitur: a λίθος, lapis.

LELEGĒIS, idis, adject. femininum, ad Lelegas, Asiæ minoris populos, pertinens, Λελεγηΐς. *Ovid. Metam.* 9. vers. 651. Sæpe etiam Nymphæ teneris Lelegeides ulnis Tollere conantur. ¶ Miletus quoque urbs, Ioniæ caput, olim Lelegeis dicta est, teste *Plin.* l. 5. cap. 29. quia a Lelegibus habitata. V. *Leleges.*

LELEGEĬUS, a, um, ad Lelegas pertinens, Λελεγήϊος. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 8. Interea Minos Lelegeia litora vastat. *h. e.* Megarensia. et lib. 7. v. 443. Lelegeia mœnia. *h. e.* Megaram.

LELĔGES, um, Λέλεγες, genus hominum ex variarum gentium colluvie mixtum, quæ laribus carentes diu erraverant, quasi λελεγμένοι, idest collecti, quod diversis e locis collecti sint: a λέγω, colligo. Quidam dicunt, Leleges fuisse populos Acarnaniæ, et eorum appellationem ad Lelegem quendam Leucadium referri, cujus nepotem ex filia tradunt fuisse Teleboum. Hoc nomine speciatim appellati fuere populi Achaiæ apud Locros Epicnemidios. Aliqui dicunt, Lelegas olim appellatos fuisse, quos postea Locros Epicnemidios nominarunt, per quos Cephissus amnis in mare labitur. *Plin.* l. 4. c. 7. ¶ Item pop. Thessaliæ. fortasse quia Locri sunt Thessaliæ proximi. *Lucan.* l. 6. v. 383. ¶ Item populi Asiæ Caribus contermini, vel ipsi Cares. Horum originem nonnulli ad Thessalos referunt. Alii narrant, Leleges Asiæ populos origine Græcos fuisse, qui primum insulas tenuerunt, indeque in continentem transgressi, partim in Mysia ad Adramyttenum sinum consederunt, ubi et Homerus majorem Lelegum partem videtur collocare, partim in eo Ioniæ tractu, qui Cariæ est proximus, unde etiam *Plinius* l. 5. c. 29. tradit Miletum Ioniæ totius caput Lelegeida olim fuisse appellatam. *Virg.* 8. *Æn. sub fin.* Hic Lelegas, Carasque, sagittiferosque Gelonos Finxerat. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 644. Caras, et armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat. ¶ In singulari numero. *Ovid. Metam.* 8. v. 566. Hac Ixionides, illa Trœzenius heros Parte, Lelex. *nom. propr.*

LEMA, æ, f. *a white humour, or matter, congealed in the eye,* λήμη, humor in angulis oculorum concrescens, et lippitudinem inducens. Vox Græca. *Plin.* lib. 23. cap. 1. *a med.* Si cruore suffunduntur oculi, aut si lemæ in oculis erunt.

LEMANNUS, i, m. *the lake of Geneva,* lacus Allobrogum, per quem Rhodanus fluit: in cujus fine Geneva urbs sita est. *Lucan.* l. 1 v. 396. Deseruere cavo tentoria fixa Lemanno. Adde *Plin.* l. 2. c. 103. et lib. 3. c. 4. Putat *Serv. ad* lib. 4. *Georg.* v. 278. inde Alemannos nomen sumpsisse: quod cave homini credas. ¶ Etiam *Lemanus,* sed minus recte, scribitur.

LEMBARĬUS, ii, m. miles classiarius, qui in lembis pugnat. Legit *Salmas.* apud *Vopisc. in Aurelian.* c. 38. ubi alii aliter.

LEMBŬLUS, et

LEMBUNCŬLUS, li, m. *a small pinnace or bark,* parvus lembus, cymba. *Tacit.* 14. *Ann.* cap. 5. *extr.* Occursu lembunculorum Lucrinum in lacum vecta, villæ suæ infertur. *Al. leg.* lenunculorum. *Prudent. peristeph.* 2. *de S. Vincent.* v. 455. Levique vectus lembulo Amplum per æquor auferas. Adde *Paulin. Nolan.* epist. 49. (*al.* 36.) sect. 1.

LEMBUS, i, m. *a pinnace, bark, galliot, cockboat, skiff,* λέμβος, naviculæ exiguæ genus, sed miræ velocitatis, cujusmodi ante classem explorandi gratia solent præmitti. Pro *lembus* reperias *limbus* apud *Isid.* l. 19. c. 1. item in *Gloss. Isid.* inque *Gloss. Arabicolat.* Erant autem et majores lembi bello utiles. *Liv.* l. 45. c. 10. Antenor, qui cum classe lemborum ad Phanas stabat, Cassandriam inde trajecit. ¶ Erant et minores, scapharum instar, quibus fiebat a litore ad onerarias advectio. *Plaut. Merc.* 1. 2. 81. Dum hæc aguntur, lembo advehitur pater tuus pauxillulo. et 2. 1. 35. Ascendi in lembum, atque ad navim advehor. ¶ Lembi etiam inter naves actuarias annumerantur. *Liv.* l. 34. c. 35. Nevè ipse navim ullam præter duos lembos, qui non plus, quam sexdecim remis agerentur, haberet. ¶ Item inter lintres fluviatiles. *Virg.* 1. *Georg.* v. 201. Non aliter, quam qui adverso vix flumine lembum Remigiis subigit. ¶ Et inter naviculas piscatorias. *a fishing-smack.* *Accius* apud *Non.* c. 13. n. 5. Eo autem, nocte extrema retia ut proveherem et statuerem: forte aliquanto, quam solitus, lembo sum progressus longius. [¶ Qui primi lembum invenerunt, fuerunt Cyrenenses, teste *Plin.* l. 7. c. 56. *ad fin.*]

LEMMA, atis, n. *a theme, subject, argument, title,* λῆμμα, materia, seu argumentum, quod sumimus enarrandum, ornandumve epigrammate, ode, ecloga, aliove scripto: et quod solet ipsi carmini præscribi ad ostendendum, quid in eo differatur: a λαμβάνω, sumo. *Plin.* l. 4. ep. 27. Lemma sibi sumpsit, quod ego interdum versibus ludo. *he has chosen for a subject.* *Martial.* lib. 14. ep. 2. Lemmata si quæris cur sint adscripta, docebo: Ut, si malueris, lemmata sola legas. *Auson. in præfat. parental.* Aliquoties fortasse lectorem solum lemma sollicitat tituli. ¶ Ipsum quoque epigramma *lemma* dici potest. *Plin. ibid.* Si mihi ex hoc ipso lemmate secundus versus occurrerit. *Martial.* l. 10. epigr. 59. Consumpta est uno si lemmate pagina, transis, Et breviora sibi, non meliora placent. ¶ Nutricis lemmata apud *Anson.* ep. 16. v. 90. sunt fabellæ, quibus infantes oblectari solent. ¶ Apud Dialecticos est sumptio, seu assumptio in syllogismo. *a lemma, proposition previously assumed.* Græce hoc sensu habet *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 53. at Latine *Gell. in fin.* l. 9. Et vitium insidiosum, et sub falsa lemmatis specie latens.

LEMNIĂCUS, a, um, ad Lemnum pertinens, Λημνιακός. *Stat.* l. 3. *silv.* 1. v. 231. nec major ab antris Lemniacis fragor est, ubi flammeus ægida cælat Mulciber. *Id.* 3. *Theb.* v. 274. et *Martial.* l. 5. epigr. 7. Lemniacæ catenæ. *h. e.* quas Vulcanus in Lemno fecit Marti et Veneri deprehendendis.

LEMNĬAS, adis, f. Λημνιὰς, mulier Lemnia. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 672. Lemniadi gladios in mea fata dabo. *Al. leg.* Lemniasi, ταῖς Λημνιάσι: al. aliter. *Id. Heroid.* ep. 6. v. 52. Lemniadesque viros nimium quoque vincere norunt. *Stat.* 5. *Theb.* v. 500. Lemnias exsul. *h. e.* Hypsipyle.

[* LEMNICŎLA, æ, m. qui Lemnum insulam colit, habitat. Sic vocatur Vulcanus, quod in ea insula officinam habere credebatur, ibique colebatur in primis. *Ovid.* 2. *Met.* v. 757. Cum sine matre creatam Lemnicolæ stirpem contra data fœdera vidit. *h. e.* Erichthonium Vulcani filium.]

LEMNISCĀTUS, a, um, *adorned with ribbands,* lemnisco ornatus. V. vocem sequent. *Cic. pro Rosc. Amer.* cap. 35. Multas esse infames palmas, hanc primam tamen esse lemniscatam, quæ Romæ deferatur. *h. e.* ceteris ornatiorem, et nobiliorem, et quæ magnam trium fundorum mercedem attulit: cum aliæ non tantum lucri contulerint. Adde *Tertull. de Anim.* c. 1.

LEMNISCUS, i, m. *a fillet or ribband, coloured ribband, silken string, label hanging down on garlands or crowns,* λημνίσκος, fasciola, quæ coronæ circumvolvitur, et ab ea dependet, ornatus gratia. Hos designare videtur *Virg.* cum ait *Æn.* 5. v. 269. Puniceis ibant evincti tempora tæniis. Ubi *Serv.* Significat lemniscatas coronas, quæ sunt de frondibus, et discoloribus fasciis, et sicut *Varro* dicit, magni honoris sunt. *Fest.* Lemnisci, idest fasciolæ coloriæ, dependentes ex coronis, propterea dicuntur, quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum. *Plin.* l. 16. c. 14. *de tilia.* Inter corticem ac lignum tenues tunicæ multiplici membrana, e quibus vincula, tiliæ vocantur: tenuissimæ earum, philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorum honore. et l. 21. c. 3. Crassus dives, primus argento auroque folia imitatus, ludis suis coronas dedit: accesseruntque et lemnisci, quos adjici ipsarum coronarum honos erat, propter Etruscas (V. *Etruscus*) quibus jungi nisi aurei non debebant. Puri diu fuere ii. cælare eos primus instituit P. Claudius Pulcher, bracteasque etiam philyræ dedit. *Capitolin. in Vero,* c. 5. Coronas quin etiam datas, lemniscis aureis interpositis, et alieni temporis floribus. *Tertull. de coron. milit.* c. 12. (ex lectione *Salmasii ad Capitolin. in Vero,* c. 5.) Triumphi laurea foliis struitur, hinc aureis lemniscis inornatur. ¶ Usus lemniscorum fuit etiam separatim a coronis. *Sueton. in Ner.* c. 25. Incedenti passim victimæ cæsæ, sparso per vias identidem croco: ingestæque aves, ac lemnisci, et bellaria. *Liv.* l. 1. et c. 33. Ruente turba adire, contingere dextram cupientium, coronas, lemniscosque jacientium. ¶ Etiam palmæ, quæ dabantur ludorum victoribus, lemniscis ornabantur. Colligitur id ex *Cicer. pro Rosc. Amer.* cujus verba V. in *Lemniscatus.* ¶ Ex his patet, laneos primum fuisse lemniscos, postea et ex metallis in tenues laminas ductis factos. *Festus* in allatis verbis a *lana* deducere videtur: nec defuere, qui *laniscus* inde ubique legendum arbitrarentur, inter quos sunt etiam ii, qui a λῆνος, *lana,* derivant. Alii a *lamna* esse putant, quasi *lamniscos.* Sed verius est, esse totam Græcam. *Hesychius:* λημνίσκους· τὰς στενὰς Συρακούσιαι ταινίας. ¶ Denique *lemniscus* est linamentum, quod tinctum medicamine chirurgi in vulnera indunt, *a tent or roll of lint put into wounds or sores.* Græce usurpat *Cels.* l. 7. c. 28. Latine *Veget. de re Veterin.* l. 2. c. 14. et 48.

LEMNĬUS, a, um, Λήμνιος, ad Lemnum pertinens. *Virg.* 8. *Æn.* v. 454. Lemnius pater. *h. e.* Vulcanus: qui *Lemnius* absolute ab *Ovid.* 4. *Metam.* v. 185. dicitur. *Stat.* 5. *Theb.* v. 131. Lemnia classis. *Plin.* l. 36. c. 13. Lemnius labyrinthus. *Id.* l. 28. c. 8. Lemnia rubrica. V. *Lemnos.* *Ovid.* 5. *Trist.* el. 1. v. 61. in gelido quare Pæantius antro Voce fatigaret Lemnia saxa sua. *h. e.* Philoctetes sagitta Herculis vulneratus, et in Lemno a Græcis relictus: quod et *Cic.* 2. *de Fin.* c. 29. tangit. V. *Philoctetes.* *Ovid. in Ibin,* v. 398. Quosque feræ morti Lemnia turba dedit. *h. e.* Lemniæ mulieres, quæ una nocte viros omnes jugularunt: qua de re *Val. Flac.* l. 2. et *Stat.* l. 5. *Theb.* et *Hygin.* fab. 15. [¶ *Lemnii* absolute sunt Lemni insulæ incolæ. *Nep. in Milt.* c. 1. Idque Lemnii sua sponte fecerent.]

LEMNOS, *et* Lemnus, i, f. hod. *Stalimene,* Λῆμνος, insula Græciæ in mari Ægæo, satis fertilis, et plana, in qua colebatur Vulcanus deus ignis. Unde et Lemnius ardor, λήμνιον πῦρ, dicitur a Poetis. Nam, ut est in fabulis, cum Juno eum peperisset, eumque turpem conspexisset, e cælo in eam insulam dejecit, in collem quendam Hephæstiadi urbi imminentem. Hujus fabulæ occasionem præstitit collis ejus color, et sterilitas. Nam et exusto simillimus est, et nullam omnino plantam gignit. *Serv. ad Æn.* 8. v. 454. At *Val. Flacc.* l. 2. v. 87. *et sequentib.* ab Jove dejectum scribit. *Stat.* 5. *Theb.* v. 49. Ægæo premitur circumflua Nereo Lemnos. *Terent. Phorm.* 5. 8. 15. In Lemno clam te uxorem duxit. et 5. 7. 49. Lemni aliam uxorem habuit. ¶ In ea quotannis terra illa effoditur, quæ Lemnia terra dicitur. Hujus tres a *Galeno* l. 9. *de simpl. medicam.* enumerantur species, quarum una fullonibus in usu est ad extergendas vestes: altera fabris, quæ a Græcis μίλτος, a Latinis rubrica vocatur: tertia Medicis, quæ a Græcis σφραγὶς λημνία, hoc est sigillum Lemnium appellatur. Lemniam rubricam memorat *Plin.* l. 28. c. 8. et lib. 29. c. 5.

LEMONĬA, nomen unius ex tribubus rusticis Romanis, dicta a pago Lemonio, qui est extra portam Capenam, via Latina, ubi posita erat, ut *Festus* docet. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 23. n. 2. Jovi Optumo servatori M. Ruspicus M. F. Lemonia Ulpianus, miles veteranus S. P. *et* pag. 339. n. 3. Q. Rapidio Q. F. Lem. Mulioni, moratori, &c et pag. 520. n. 7. M. Annius M. F. Lemo. Paulinus, &c. [Hujus meminit et *Cic. pro Planc.* c. 16. Quid Plancio cum Lemonia, cum Veientina, quid cum Crustumina?]

LEMONĬUM, *et* Limonium, ii, n. *the herb wild-beet,* λειμώνιον, apud *Plin.* l. 25. c. 9. *ante med.* herba est succum lacteum emittens, concrescentem gummi modo. Nascitur in humidis locis, ἐν λειμῶσι, unde nomen. Latine beta silvestris dicitur. *Id.* l. 20. c. 8.

LEMŬRES, um, m. *ghosts, spectres, goblins, hobgoblins, walking spirits,* μορμολύκεια, Lemures animas dixere silentum, inquit *Ovid. Fast.* 5. v. 483. Hinc ponuntur pro umbris, spectris, et hujusmodi nocturnis terriculamentis, quæ se in tenebris videre quis putat, et timore inani percellitur: cui avertendo, umbrisque mortuorum placandis sacra Romanis instituta fuere *Lemuria* appellata, quorum originem, ac ritum *Ovid. ibid.* a vers. 421. describit. An a Larvis differant, V. loca *Platonis,* et *Apuleii,* in *Larva.* De notatione vocis V. *Lemuria.* *Pers.* sat. 5. v. 185. Tunc nigri Lemures, ovoque pericula rupto. *Horat.* l. et ep. 2. v. 208. Somnia, terrores magicos, miracula, sagas, Nocturnos Lemures, portentaque Thessala rides. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 513. Quibus temporibus in sacris fabas jactant noctu, et dicunt, se Lemures domo extra januam ejicere. [†V. *Memoirs de Litt.* T. 1. 26.]

LEMURĬA, orum, n. *a festival consecrated to the Lemures or shades of departed friends,* festa placandorum Lemurum causa instituta, et VII. id. Mai. per tres dies, qui ideo nefasti erant, a Romanis celebrata: ut est in veteri

Calendario apud *Gruter.* pag. 133. quasi *Remuria*, quia sunt primum facta a Romulo ad placandos manes Remi fratris occisi, qui credebatur Faustulo nutritio, et Accæ ejus uxori apparuisse, et id sacri genus postulasse. Fiebat autem id noctu nudis pedibus, ter manus lavando, et nigras fabas post terga novies jaciendo: qua re redimere ac liberare se suosque putabant ab umbrarum, seu Lemurum terroribus. Cum hoc sacrum peragebatur, cuncta deorum templa clausa erant, et nuptiæ infaustæ habebantur. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 421. Ritus erit veteris nocturna Lemuria sacri: Inferias tacitis Manibus illa dabunt. V. ibi quæ sequuntur.

LENA, æ, f. *a bawd, procuress*, πορνοβοσκὸς, μαστρωπὸς, quæ mulieres quæstuarias alit, prostituit, et conciliat, quæque mediam se illicitis amoribus præbet, nuntia, quæ tabellas amatorias portat ultro citroque. *Ulpian. Dig.* lib. 23. tit. 2. leg. 43. Lenas eas dicimus, quæ mulieres quæstuarias prostituunt. Lenam accipiemus et eam, quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet. Si qua cauponam exercens, in ea quæstuaria corpora habet, dicendum, hanc quoque lenæ appellatione contineri. *Tibull.* l. 1. el. 6. v. 11. quod adest huic dives amator, Venit in exitium callida lena meum. *Id.* l. 2. *el. ult.* v. 27. Lena necat miserum Phryne, furtimque tabellas Occulto portans, itque reditque, sinu. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 15. v. 17. improba. *Martial.* l. 11. epigr. 62. obscena. *Propert. initio* el. 5. l. 4. Terra tuum spinis obducat, lena, sepulcrum, &c. *et in fin.* Sit tumulus lenæ curto vetus amphora collo. ¶ Dicitur et de rebus inanimis, quæ amorem conciliare valent. *an attraction, allurement. Ovid* 3. *de ar. am.* v. 316. discant cantare puellæ: Pro facie multis vox sua lena fuit. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 27. Non vides, quam blanda conciliatrix, et quasi sui sit lena natura? ¶ Adjective *Ovid.* 3. *Amor.* el. 5. v. 30. Ingenium dominæ lena movebit anus. *Claudian. in nupt. Honor. et Mar.* v. 24. ut nuntia formæ Lena per innumeros iret pictura penates.

LENÆUS, i, m. Bacchus, *et* Lenæus, a, um, ληναῖος, ad vinum, vel ad Bacchum pertinens: a λήνη, lacus preli vinarii. *Virg.* 2. *Georg.* v. 7. Huc, pater o Lenæe, veni. et vers. 529. Te libans, Lenæe, vocat. et adjective lib. 3. v. 510. Lenæi latices. et lib. 4. *Æn.* v. 207. Lenæum honorem libare Jovi. *Stat.* l. 4. silv. 6. v. 80. Lenæa dona. ¶ Fuit et hoc nomine rex quidam, quem alii Anium dicunt Bacchi pronepotem, alii Mithridatem (qui et Dionysii nomen sumpserat) incerta enim admodum historia est. *Ovid. in Ibin*, v. 331. Aut ut Amastriacis quondam Lenæus ab oris, Nudus Achillea destituaris humo. [¶ Lenæus, seu Pompeius Lenæus fuit Pompeii Magni libertus, qui illustris grammaticus fuit. *Sueton. de ill. gramm.* c. 15. *Plin.* lib. 15. c. 30. *init.* et lib. 25. c. 2.]

LENE, adverbii loco pro leniter. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 704. Sectus humum rivo lene sonantis aquæ. *Avien. in descript. Orbis*, v. 857. Vel qua lene Notus spirat, qua perstrepit Auster. *Nemesian.* ecl. 4. v. 47. lene fluens fons. *softly flowing. Calpurn.* ecl. 7. v. 25. clivi lene jacentes. *h. e.* colles leniter acclives, ut loquitur *Ovid.* 5. *Fast.* v. 154. ¶ Gradus V. in *Leniter.*

LENĪMEN, inis, n. et

LENIMENTUM, ti, n. *a softening, alleviation, mitigation, assuagement, charm*, ἠπίαμα, μείλιγμα, id, quo quippiam lenitur, mitigatio, mulcedo. *Horat.* l. 1. od. 32. *in fin.* Testudo laborum dulce lenimen. *Ovid. Metam.* 11. v. 450. addidit illis Hoc quoque lenimen, quo solo flexit amantem. et lib. 6. v. 500. sollicitæ lenimen dulce senectæ. *Plin.* l. 25. c. 5. *ad fin.* Nuper invenere, dissectis raphanis inserere helleborum, rursusque comprimere raphanos, ut transeat vis, atque eo lenimento dare. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 67. Addito honestæ missionis lenimento.

LENĬO, is, ivi, *et* ii, itum, a. 4. *to soften, mitigate, calm, alleviate, assuage, allay, appease, lenify, pacify, diminish, soothe, still, charm*, ἠπιάω, κηλέω, lenem facio, mulceo, mitigo, placo, flecto, minuo. *Cic. pro Marcell.* c. 10. Vicit is, qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. *Id.* 6. *Attic.* ep. 2. Illum sæpe lenivi iratum. *Id. Phil.* 2. c. 45. *in fin.* Muneribus, congiariis, epulis multitudinem imperitam lenierat. *Id.* 1. *de Fin.* c. 14. Temperantia animos quasi concordia quadam placat ac lenit. *Id. pro Mur.* c. 31. *de Catone.* Te ipsum, nunc animi quodam impetu concitatum, usus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. *Nep. in Eumen.* c. 11. Adeo erat incensus, ut, nisi magna spe maximarum rerum, leniri non posset. *Sallust. in Jug.* c. 11. *extr.* Lenire animum ferocem. *Virg.* 6. *Æn.* v. 467. dictis ardentem animum. et lib. 4. v. 393. dolentem solando. *Cicer.* 3. *Q. Fr.* epist. 5. se multa consolatione. *Liv.* l. 2. c. 45. iras. et lib. 6. c. 16. *a med.* seditionem. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 8. v. 3. superos rogando. *Cic. Fam.* 15. ep. 21. desiderium crebris et longis epistolis. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 317. requie dolores. *Virg.* 4. *Æn.* v. 528. somno curas. *Terent. Heaut.* 1. 1. 75. miseriam alicui. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 29. crimina, aut asperare. *Id.* 3. *Hist.* c. 61. dedecus. *Id.* 1. *Ann.* c. 71. memoriam cladis comitate. *Nep. in Dione*, c. 6. invidiam obsequio. *Sallust. in Jug.* c. 29. atrocitatem facti. *to soften, extenuate. Virg.* 1. *Æn.* v. 454. nova res oblata timorem Leniit. et lib. 8. v. 86. Tibris ea fluvium, quam longa est, nocte tumentem Leniit. *Propert.* l. 3. el. 20. v. 32. Lenire vulnera. *h. e.* fovere, eorumque dolorem minuere. *Ovid. in fin.* ep. 19. *Heroid.* moras. *h. e.* dolorem dilationis. *Horat.* l. et sat. 2. v. 17. cum sale panis Latrantem stomachum bene leniet. *shall still or quiet. Sallust. in Jug.* c. 96. inopiam frumenti. *to render tolerable. Plin.* l. 23. c. 8. *ante med.* Nuces leniunt saporem cæparum. *soften, sweeten.* et l. 21. c. 28. Colocasia acria corporis leniri. *Id.* l. 20. c. 9. *a med.* Lapsana alvum lenit et mollit. *h. e.* leniter ciet. *Horat.* l. 1. od. 27. v. 7. Lenire clamorem. *to lower. h. e.* clamoris vocem demittere, et minuere. ¶ De morbis dictum, minuere, et vires adimere significat. *Plin.* l. 20. c. 17. *sub fin.* Lenire articulares morbos. *Id.* l. 22. c. 23. *sub fin.* podagras. *Id.* l. 33. c. 6. *extr.* tumores. *Id.* l. 23. c. 4. *a med.* dyspnœas, collectiones, duritiasque. et lib. 20. c. 13. *circa med.* epiphoras. et cap. 8. dolores capitis. et lib. 22. c. 25. Collectiones impetusque discutere, lenire, concoquere. ¶ Neutrorum more, *Plaut. Mil.* 2. 6. 99. Occultabo me aliquot dies, dum hæ consilescunt turbæ, atque iræ leniunt. ¶ *Lenibam*, et *lenibo* pro *leniebam*, et *leniam* (quod in quarta conjugatione non raro usuvenit) habes apud *Virg.* 5. *Æn.* v. 527. et 6. v. 468. et *Propert.* l. 3. el. 20. v. 32. ¶ *Lenitus* particip. V. suo loco. [¶ Particip. *leniendus* apud *Cels.* l. 6. c. 6. sect. 39. Ad inflammationem leniendam.]

LENIS, is, subst. m. genus vasis: a ληνὸς, lacus torcularis. *Afran.* et *Laber.* apud *Non.* c. 15. n. 13. ¶ Item genus navigii, a similitudine ληνοῦ, idest vasis torcularis. *Martial.* l. 1. epigr. 50. Tepidum natabis lene Congedi vadum. Al. ad *vadum* referunt: vel *lene* accipiunt pro leniter: quod longe est rectius.

LENIS, ne, *soft, smooth, delicate*, λεῖος, lævis, et tactu nullam asperitatem habens. Ducunt a mollitie lanæ, quæ ληνος dicitur: vel a λεῖος. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 12. Sensus judicat dulce, amarum; lene, asperum; prope, longe; stare, movere; quadratum, rotundum. *Plin.* l. 28. c. 4. *ad fin.* Vehemens fricatio spissat, lenis mollit. ¶ Transfertur ad alia multa, et significat mitem, levem, placidum, minime acrem, non vehementem, *mild, gentle, sweet, easy, soft. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 58. Vocis genera permulta, canorum, fuscum; lene, asperum; grave, acutum; flexibile, durum. *Al. leg.* lēve. sed lenem vocem asperæ contrariam, etiam *Quintil.* l. 11. c. 3. appellat. *Cels.* l. 2. c. 22. Lenes sunt sorbitio, pulticula, laganum, &c. item lac, defrutum, passum. Acria sunt omnia nimis austera, acida, salsa, &c. *easy of digestion. Ter. Heaut.* 3. 1. 48. Vinum hoc asperum est: aliud lenius, sodes, vide. *mild, smooth. Cic. Attic.* l. 2. ep. 21. Ita lenibus uti videbantur venenis, ut posse videremur sine dolore interire. *slow. Horat.* l. 3. od. 21. v. 13. Lene tormentum. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 28. et *Cic.* 7. *Attic.* ep. 2. Belle nobis flavit ab Epiro lenissimus ventus. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 527. Lenis volatus. *Quintil.* l. 11. c. 3. *post med.* Laterum lenis motus. *h. e.* compositus et gravis. *Plin.* l. 5. c. 9. *a med.* Nilus lenis. *flowing gently or slowly.* et lib. 21. c. 18. *in fi.* Leni igni coquere. *with a slow fire.* Sic l. 21. c. 17. Leni sole siccare. *Id.* l. 16. c. 36. *de arundine.* Gracilitas nodis distincta leni fastigio tenuatur in cacumina. *tapers gradually. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 24. Jugum directum, utraque ex parte præruptum atque asperum, sed paulo tamen leniore fastigio ab ea parte, quæ, &c. *of a more easy ascent. Horat.* l. 3. od. 1. v. 21. Lenis somnus. *Plin.* l. 16. c. 35. Lenis sonus. *Id.* l. 9. c. 41. Color suavior et lenior. ¶ Sæpissime ad animum, et mores, et est qui non irascitur, qui parcit, qui impetum animi cohibet, qui a severitate et crudelitate abhorret, indulgens, clemens, facilis, mitis, placidus, *easily forgiving, good-natured, good-humoured, mild, meek, gentle, lenient, placid, kind, indulgent, merciful*, πρᾶος, ἤπιος. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 2. *a med.* Lenis a te, et facilis existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem. *Id. in fin. pro Rosc. Amer.* Populus R. in hostes lenissimus. *Sueton. in Calig.* c. 3. Obtrectatoribus lenis et innoxius. *Cæs. ad Opp. post* epist. 8. l. 9. *ad Attic.* Ut quam lenissimum me præberem. *Terent. Heaut.* 3. 1. 29. Si te tam leni, et victo animo esse ostenderis. et 1. 1. 99. Leni ingenio esse in liberos. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 2. v. 36. Sæpe suo victor lenis in hoste fuit. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 2. Dixerat aliquis leniorem sententiam, ut, &c. et c. 5. Lenissima postulata. *Cic. Fam.* 5. ep. 15. Lenissimis et amantissimis verbis utens, re graviter accusas. *Plaut. Capt.* 2. 1. 5. Servitutem lenem reddere. *light and supportable. Horat.* l. 3. od. 4. v. 41. Lene consilium dare. *Id.* l. 1. od. 24. v. 17. Mercurius non lenis precibus fata recludere. ¶ Sæpe etiam ad genus dicendi, et orationem. Est autem lenis oratio, quæ impetu, vehementia, ac nervis caret; et stilo sedato utitur, et conciliandis auditorum animis accommodato, ut docet *Cic.* 2. *de Orat.* c. 29. V. *Lenitas.* Ducta est metaphora a fluminibus, quæ placido ac leni cursu feruntur. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 7. In exordienda causa servandum est, ut lenis sit sermo, et usitata verborum consuetudo. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 13. Tractu orationis leni et æquabili perpolivit illud opus. et c. 43. Non enim semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, submissa, lenis, quæ maxime commendat reos. *Quintil.* l. 10. c. 1. *a med.* Quosdam elatior dicendi vis, et magis concitata, et plena spiritus capit: sunt et lenis, et nitidi, et compositi generis non pauci amatores. *Id.* l. 9. c. 4. *post med.* Lenis et fluens contextus orationis. *Id.* l. 10. c. 2. *ad fin.* Etiam hoc solet incommodi accedere iis, qui se uni alicui generi dediderunt, ut si asperitas his placuit alicujus, hanc etiam in leni ac remisso causarum genere non exuant. *Id.* l. 9. c. 4. Lenia spatium, sublimia et ornata claritatem quoque vocum poscunt. *h. e.* longas syllabas. *et ibid. ad fin.* Sublimia debent ingredi, lenia duci, acria currere, delicata fluere. *Id.* l. 11. c. 3. *post med.* Prœmio frequentissime lenis convenit pronuntiatio. nihil est enim ad conciliandum gratius verecundia. *Id.* l. 9. c. 4. Syllabæ acres sunt, quæ ex brevibus ad longas insurgunt: leniores quæ a longis in breves descendunt. V. *Bentlei.* ad illud *Horat. in art. Poet.* v. 26. sectantem lenia, &c. ¶ *Lenis jocus* apud *Quintil.* l. 6. c. 3. *ante med.* est, qui risum quidem movet, sed asperitate caret. ¶ *Lenis spiritus* apud Grammaticos quid sit V. sub fin. vocis *Asper.*

LENĬTAS, atis, f. *softness, smoothness, tenderness, delicateness*, λειότης, levitas, mollities rerum, quæ levem tactum habent, cui *asperitas* opponitur, ut in *Lenis* dictum est. *Plin.* l. 13. c. 12. *ad fin.* Minimum hoc modo intergerii: atque etiam lini lenitas superatur. ¶ Item rerum, quæ acres non sunt, et gustu suaves, et usu concoctuque faciles redduntur. *Plin.* l. 14. c. 19. Africa gypso mitigat vini asperitatem: Græcia sale, aut mari lenitatem excitat. *softness, mildness, smoothness. Id.* l. 27. c. 8. *a med.* Differentia intelligitur lenitate gustus. ¶ Item colorum, qui visu sunt faciles, et oculos acri splendore non percellunt. *Id.* l. 37. n. 5. Smaragdi viridi lenitate lassitudinem mulcent. *relieve the eye by the pleasantness, or agreeableness of the colour, which is green.* et c. 3. *circa med. de succinis.* Sunt et, in quibus decocti mellis lenitas placeat. ¶ Est etiam tarditas, placiditas. *slowness, stillness. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 12. Arar in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit. ¶ Transfertur ad genus dicendi, et significat quandam veluti placiditatem, et æquabilitatem orationis, quæ sedate, molliter, remisse, et nullo impetu fertur, et nervis caret, ac vehementia: pertinet autem ad stilum medium, et conciliandis animis apta est, ut *Cic.* 2. *de Orat.* c. 29. docet. *Id. in Orat.* c. 16. Elaborant alii in lenitate et æquabilitate, et puro quasi quodam et candido genere dicendi. *a smooth and equable style of speaking. Id. in Bruto*, c. 48. Sunt ejus aliquot orationes, ex quibus, sicut ex ejusdem tragœdiis, lenitas ejus sine nervis perspici potest. *Id.* 2. *de Orat.* c. 15. *de historico stilo.* Genus orationis fusum atque tractum, et cum lenitate quadam æquabili profluens, sine hac judiciali asperitate persequendum est. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ad fin.* Aspera iambis maxime concitantur, quod sunt e duabus modo syllabis, eoque frequentiorem quasi pulsum habent: quæ res lenitati contraria est. ¶ *Lenitas vocis* est moderata ejus remissio, acri clamore remoto: respondetque lenitati orationis. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 43. Sed hæc adjuvant in oratore, lenitas, vocis, vultus, verborum comitas. ¶ Transfertur etiam ad animum et mores, et est mansuetudo, indulgentia, facilitas, moderatio, et quædam quasi mollitia, et suavitas naturæ, quæ iram vel nescit omnino, vel moderatur. *gentleness, mildness, calmness, good-nature, easiness, meekness, condescension, indulgence, courtesy, lenity*, ἠπιότης, πρᾳότης. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 12. In hominum mentibus vel ad iram, aut ad odium, aut dolorem incitandis; vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem misericordiamque revocandis. *Id.* 13. *Fam.* ep. 1. Dare se ad lenitatem. *Id. Catil.* 2. c. 4. Non est jam lenitati locus: severitatem res ipsa flagitat. *Id. pro Sull.* c. 6. Qua mollitia sum animi, ac lenitate, nunquam illius lacrymis ac precibus restitissem. *Hirt. de B. Afric.* c. 86. et 92. Lenitas et clementia. et cap. 54. Lenitas, modestia, patientia. *Terent. Adelph.* 3. 4. 26. Inepta lenitas patris, et facilitas prava. *Gell.* l. 11. c. 18. Remissa nimis lenitate uti. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 3. *extr.* Qui vestram libertatem non acerbitate suppliciorum infestam, sed lenitate legum munitam esse voluerunt. ¶ Ad locum citatum *Terentii* quidam apud *Donatum* ita inter lenitatem, et facilitatem distinguunt, ut illa in permittendo, hæc in ignoscendo versetur.

LENĬTER, *gently, softly, sweetly, mildly*, λίγδην, ἠρέμα, modice, leviter, placide, non acriter, non aspere, sine impetu, aut vi. *Cic. in Somn. Scip.* c. 2. *extr.* Leniter arridens. *Plin.* l. 2. c. 18. Nox leniter illustrans. *Id.* l. 18. c. 22. *sub fin.* Pampinos tenero alligato leniter. *Id. ibid.* cap. 34. *a med.* Ventus leniter pluvius. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 19. Collis leniter acclivis. *of a gentle ascent.* Sic *Liv.* l. 2. c. 50. Leniter editus collis. *Hirt. de B. Afric.* c. 70. Placide leniterque procedere. *Ovid.* l. 1. *Amor.* el. 6. v. 7. per excubias custodum leniter ire. *softly, gently.* et *Metam.* 3. v. 568. Torrens lenius decurrit. *Plin.* l. 26. c. 8. *a med.* Herba odorata, suavis, leniter acuta. *Id.* l. 27. c. 5. Folia leniter hirsuta. *Id.* l. 12. c. 16. Stacte gustu leniter amara. *Id.* l. 37. c. 9. Color aspectu leniter blandus. ¶ Transfertur ad animum pro placide, moderate, remisse, sine ira, aut severitate, æquo animo, facile. *mildly, placidly, good-humouredly, calmly, leniently*, ἠπίως, πρᾴως. *Plaut. Stich.* 1. 2. 20. Tentem leniter, an minaciter? *Id. Bacch.*

8. 3. 1. Leniter sævire. *Id. Amph. prol.* v. 25. Petere quippiam leniter ab aliquo dictis bonis. *with fair words. Cic.* 5. *Fam.* ep. 2. *ad fin.* Sedens iis assensi, qui mihi lenissime sentire visi sunt. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 7. Leniter, ex merito quidquid patiare, ferendum est. *patiently. Cic. in Partitionib.* c. 22. *extr.* Lenitas animadvertendi. ¶ In malam partem pro languide, remisse, segniter. *remissly, inactively, sluggishly. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 1. Pompeio esse in animo, reipublicæ non deese, si Senatus sequatur: sin cunctetur, atque agat lenius, nequicquam ejus auxilium imploraturum. ¶ Item ad orationem (V. dicta in *Lenis*, et *Lenitas.*) *Cic. in Bruto*, c. 44. Multa in illa oratione graviter, multa leniter, multa aspere, multa facete dicta sunt. *Quintil.* l. 9. c. 4. *a med.* et lib. 10. cap. 2. *a med.* Alia lenius, alia concitatius, alia sublimius dicenda sunt. ¶ Leniter agere versum, *Cic.* 3. *de Orat.* c. 26. h. e. leni gestu. ¶ Leniter traducere ævum, *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 97. h. e. placide, tranquille, æquo animo.

LENĪTŪDO, inis, f. idem quod lenitas; idest mollitudo expers asperitatis. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 16. Lenitudo orationis, mollitudo corporis, ea si bona dicemus, quid erit in philosophi gravitate, &c? ¶ Item mansuetudo, facilitas. *Cic.* 6. *Verr.* cap. 61. Virorumque, quibuscum nuptæ erant, nimia in istum non lenitudine, sed etiam liberalitate oppugnarer. *Turpil.* apud *Non.* c. 2. n. 486. Mira lenitudine ac suavitate abundat. Adde *Cic.* 1. *Offic.* c. 25. *a med.* ubi al. leg. *altitudine.* ¶ De nimia facilitate, qua quis, ne cum oportet quidem, irasci solet. *Cic. Tuscul.* 4. c. 19. Virum videri negant, qui irasci nescit: eamque quam lenitatem nos dicimus, vitioso lenitudinis nomine appellant. Al. leg. *lentitudinis.*

LENĪTUS, a, um, *softened, mitigated, calmed, appeased, allayed, assuaged*, placatus, deminutus. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 31. aliquem lepide lenitum reddere. *Petron. in Satyr.* c. 107. Flectite ergo mentes satisfactione lenitas. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 2. *in fi.* precibus lenito Cæsare vestris. et ep. 3. v. 6. Lenitum vulnus. *Liv.* l. 1. c. 16. *extr.* Lenitum desiderium. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 44. Lenita invidia. *Suet. in Aug.* c. 34. Adempta, vel lenita pars pœnarum. *Sallust.* apud *Priscian.* l. 9. pag. 871. *Putsch.* Lenita ira. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Post meridiem rursus, lenito fervore, pascunt.

LENO, onis, m. *a pimp, pander, procurer*, μαστρωπὸς, qui scortorum prostitutione quæstum facit: quique illicitos amores conciliat. *Festus*: Lenones ab alliciendo adolescentulos appellati. *Priscian.* l. 4. pag. 623. *Putsch.* a leniendo ducit: nempe quod mentes deliniendo seducit. *Terent. Adelph.* 2. 1. 34. Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium. *Id. Phorm.* 3. 2. 23. Eja, ne parum leno sies. *h. e.* ne parum calleas lenonias artes: qua ratione etiam ironice *Plaut. Pers.* 4. 6. 4. Ne non sat esses leno, id metuebas miser. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 7. Improbissimus et perjurissimus leno. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 12. v. 10. Vendibilis culpa facta puella mea est: Me lenone, placet. *h. e.* me ejus formam versibus commendante. Lege *scenam* 3. *actus* 1. *Pseudoli Plautini*, ubi lenonum mores et vita præstringitur: item *scenam* 3. *act.* 3. *Persæ.* ¶ Cum genitivo. *Prudent. in Hamartig.* v. 261. ornatus solvendi leno pudoris. ¶ Est convicium impuri hominis, et aliorum ætati insidiantis. *Cic. post redit. in Sen.* c. 5. Cum equites Romani se ad lenonis impudicissimi pedes abjecissent. ¶ In bonam partem est medius alicujus rei conciliandæ. *a mediator, go-between, ambassadour. Justin.* l. 2. c. 3. Primus Scythis bellum indixit Vexoris rex Ægyptius, missis primo lenonibus, qui hostibus parendi legem dicerent. Mox *legatos* appellat.

LENO, as, a. 1. lenocinor, concilio. *Vetus epigramma*: Quod si formosus redeas lenare puellas. *et aliud*: lenandi callidus arte. Hæc *Salmas. ad Vopisc. in Carino*, c. 16. quæ tamen non sunt satis, ut verbo, tanquam probe Latino, uti velim. V. *Adductor.*

LENOCINAMENTUM, i, n. lenocinium. *Sidon.* l. 7. ep. 9. *in conc. ante med.* Pro omni gratiarum privilegio, decoramento, lenocinamento. *Auct. declamat. quæ inscribitur.* Tribunus Marianus, c. 5. *a med.* Nihil omnino, quod ad lenocinamentum spectare possit lasciviæ.

LENOCINĀTOR, oris, m. πορνοβοσκὸς, conciliator, leno. *Tertull.* l. 1. *advers. Marc.* c. 22. *ad fin.* Gratiæ lenocinator.

LENOCINĬUM, ii, m. *the trade of a procurer or pimp, bawdry*, μαστρωπεία, lenocinandi actus, exercitium lenonis. *Cic. post redit. in Sen.* c. 5. Qui egestatem domestico lenocinio sustentavit. *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 2. leg. 4. Lenocinium facit, qui quæstuaria mancipia habuerit, sed et qui in liberis hunc quæstum exercet. *Scævola* lib. 24. tit. 3. leg. 47. Lenocinium præbere uxori. *h. e.* lenocinium de uxore facere. ¶ Translate ponitur pro delinimento, illecebra. *an allurement, enticement, inducement. Cic. pro Mur.* c. 35. Utrum lenocinium a grege delicatæ juventutis, an orbis terrarum imperium a populo R. petebas? *Id. pro Sext.* cap. 66. Et se vitiorum illecebris, et cupiditatum lenociniis dediderunt. ¶ Item pro quovis nimis exquisito ornamento, quod alicui rei adhibetur ad conciliandam ei gratiam. *finery or nicety of dress. Sueton. in Aug.* c. 79. Quanquam et omnis lenocinii negligens, et in capite comendo incuriosus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 58. Perspicuum est, quo compositiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia processerint. *Manil.* l. 5. v. 516. Hinc lenocinium formæ, cultusque repertus Corporis. *Plin.* l. 35. c. 11. *a med.* In lenocinio commendationis dolor est. *h. e.* ipse dolor facit ad commendationem augendam, addens operi gratiam, et pretium. *Senec.* l. 1. *de benef.* c. 11. Lenocinium est muneris antecedens metus. ¶ In oratione *lenocinia* dicuntur fucata ornamenta, et illecebræ verborum, in malam partem. *Sueton. in Calig.* c. 39. Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 18. Nec ullum orationi aut lenocinium addit, aut pretium. *Quintil. post med. proœm.* l. 8. Nos quibus sordent omnia, quæ natura dictavit: qui non ornamenta quærimus, sed lenocinia.

LENOCĬNOR, aris, atus sum, dep. 1. *to bawd, pimp, pander, procure; to flatter, allure, cajole, wheedle, decoy*, lenocinium facio: et translate demisse blandior, inservio, gratificor. *Cic. in Divin. Verr.* c. 15. Tibi serviet, tibi lenocinabitur: minus aliquanto contendet, quam potest. *Quintil.* declam. 12. c. 19. Ita ne infelicitas mea negotianti tibi lenocinata est? *h. e.* tanquam leno emptores tibi conciliavit. *Senec.* controv. 1. *a med.* Lenocinatur gloriæ meæ, ut videar etiam prohibitus aluisse. *h. e.* inservit. *Plin.* l. 20. c. 14. *in fi.* Lenocinari alicui captatione testamenti. *h. e.* inservire, et blandiri cupiditati cujuspiam testamentum tuum captantis. *Tacit. de Germ.* c. 43. Populi truces, insitæ feritati arte ac tempore lenocinantur: nigra scuta, tincta corpora, atras ad prœlia noctes legunt. ¶ Item gratiam conciliare. *to procure favour or advantage. Plin.* l. 2. ep. 19. *a med.* Ut libro isti novitas lenocinetur. *Id.* l. 1. ep. 8. *ante med.* Anceps hic et lubricus locus est, etiam cum illi necessitas lenocinatur. *h. e.* inevitabilem esse ostendit, atque adeo venia dignum.

LENONĪCE, adverb. *like a pimp*, lenonum more. *Lamprid. in Commod.* c. 15. Quæ gladiatorie, quæ lenonice faceret.

LENONĪUS, a, um, *of a procurer or pimp*, μαστρωπικὸς, ad lenonem pertinens. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 30. Lenoniæ ædes. *Id. Pers.* 3. 1. 1. Lenonia servitus. *Id. in fragment.* apud *Fest.* in *Muneralis*. Lenonia lex. *Id. Rud.* 5. 3. 30. Lenonia fide uti. [† Adde *Pers.* 2. 2. 62.] *Id. Curcul.* 4. 2. 13. Lenonium genus. *Apul. in Apolog.* Lenonia illectamenta. ¶ Lenonium lutum, apud *Plaut. Pers.* 3. 3. 2. est convicium in lenonem impurissimum, et vilissimum: tanquam lenonum cœnum.

LENS, lendis, f. *a nit; the egg of a louse*, κόνις, ovum pediculorum, capillis adhærens, ex quo postea pediculi generantur. *Plin.* l. 29. c. 6. *ante med.* Lendes tolluntur adipe canino, vel anguibus in cibo sumptis anguillarum modo. *Seren. Sammon.* c. 5. *in fi.* v. 72. Unda maris lendes capiti deducit iniquas, Et quidquid crebri defendit silva capilli.

LENS, lentis, f. *lentiles, a kind of pulse*, φακὸς, genus leguminis folio viciæ, granis parvis, rotundis, et jacentibus, ternis, aut quaternis in siliqua. *Virg.* 1. *Georg.* v. 228. Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. *Plin.* l. 18. c. 12. *a med.* Lens amat solum tenue magis, quam pingue. *Id. ibid.* Invenio apud auctores, æquanimitatem fieri lente vescentibus. Ex his *Plinii* verbis quidam vocis notationem eruunt, ut sit a *lenis*, vel *lentus*. *Id.* l. 22. c. *ult.* sect. 70. *Harduin.* persequitur ejus utilitates in medicina. ¶ In plurali num. *Scribon. Larg. compos.* 114. In vino rosa, et lentes incoquuntur. ¶ In accusativo habet *lentem*, et *lentim*, et in ablativo *lente*, et *lenti*: atque olim fuit etiam generis masculini. *Cato R. R.* c. 35. Lentim serito in rudecto, et rubricoso loco. et cap. 116. Lentim servare. *et ibid.* Lentim oleo perfricare. (Adde *Varron.* apud *Charis.* l. 1. pag. 101. *Putsch.*) *Colum.* l. 2. c. 10. *a med.* Lentem solo tenui seri convenit. *Titinn.* apud *Non.* c. 3. n. 117. Lenti calido. ¶ Olim et *lentis* dixere in recto casu, teste *Priscian.* l. 7. pag. 764. ¶ In pretio fuit lens Ægyptia, præcipue circa Pelusium: quam præter *Virg. loc. cit.* laudat *Martial.* l. 13. epigr. 9. memorat et *Gell.* l. 17. c. 8.

LENTĀTUS, a, um, nom. particip. dilatus, *prolonged, retarded. Trebell. Poll. in Claud.* c. 6. Videntur fata Romana boni principis occupatione lentata. *Sidon.* carm. 22. v. 191. lentatus vapor. *h. e.* remissus calor.

LENTE, *slowly, gently, without haste, slackly, leisurely*, βραδέως, cum mora, tarde, cunctanter. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 80. Tali dum pugnatur modo, lente ac paulatim proceditur. et lib. 2. c. 40. Ipse cum reliquis copiis lentius subsequitur. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 13. v. 40. Lente currite noctis equi. *Colum.* l. 2. c. 15. Asinus lentissime mandit, ideoque facilius concoquit. *Tacit. in Agric.* c. 3. Corpora lente augescunt, cito exstinguuntur. *Ovid. de remed. amor.* v. 650. Lente desinere. *by little and little, gradually.* Sic *Plin.* l. et cap. 18. Nilus evagari incipit, lente primo, deinde vehementius. ¶ De proverb. *festina lente* V. in *Festino.* ¶ Item diu, longo tempore, *long, for some time. Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. Quem librum non essem ausus mittere, nisi eum lente ac fastidiose probavissem. ¶ Item segniter, remisse, oscitanter, leniter, sine ira, aut impetu animi, *sluggishly, remissly, carelessly, negligently, easily, patiently, calmly, without anger or resentment. Liv.* l. 1. c. 10. Lente agere iis Tatius Sabinique visi sunt. *Sueton. in Ner.* cap. 40. Neapoli de motu Galliarum cognovit die ipso, quo matrem occiderat: adeoque lente et secure tulit, ut gaudentis etiam suspicionem præberet. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 45. Neque enim facile est perficere, ut irascatur, cui tu velis, judex, si tu ipse id lente ferre videare. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 281. Cum publicas injurias lente tulisset, non tulit suam. ¶ *Lente dicere*, aut *disputare* est sine vi et acrimonia, sedate, placide, *calmly, coolly, dispassionately. Cic. Parad.* 1. c. 3. Sed hæc videri possunt obscuriora, cum lentius disputantur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 71. Salsum est etiam, quærentibus et quasi percunctantibus, lente respondere, quod nollent. *Id. in fragm.* apud *Non. loc. cit.* Lentius dicere. *Gell.* l. 1. c. 26. Tum Plutarchus lente et leniter, quid, inquit, verbero, nunc ego tibi irasci videor? ¶ *Lente cedere* est ignaviter, et nulla vi resistendo. *Plin.* l. 16. c. 43. Arida ligna lentius serræ cedunt, viridia pertinacius resistunt.

LENTĔO, es, n. 2. *to be slow*, γλισχραίνομαι, lentus sum. *Lucil.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 800. *Putsch.* Lentet opus. *idest* lente procedit. *gets on slowly.*

LENTESCO, scis, n. 3. *to relent, slacken, flag*, γλισχραίνομαι, lentus fio. *Ovid.* 2. *de art. aman.* v. 357. Lentescunt tempore curæ. ¶ Interdum est tenerum, et glutinosum fieri. *to become clammy or gluey; to stick like pitch. Virg.* 2. *Georg.* v. 250. Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. *Colum.* l. 2. c. 11. *sub fin. de cicera.* Paulum aqua maceratur, dum lentescat. *Plin.* l. 37. c. 10. *sub fin.* Gemma si quis terat in vino, ceræ modo lentescit. *Colum.* l. 11. c. 2. *post med.* Salix si minus lenta est, in stercore obruenda, ut lentescat. *may become tender and pliant.*

LENTICŬLA, læ, f. *a small lentil*, φακὴ, idem quod lens. *Cels.* l. 2. c. 18. *ante med.* Ex leguminibus valentior, faba, vel lenticula, quam pisum. *Pallad. in Februar.* tit. 4. Hoc mense lenticulam seres solo tenui. ¶ Significat etiam ipsam lentis figuram, quæ in re quapiam est. *Plin.* l. 37. c. 12. Figura oblonga maxime probatur in gemmis, deinde quæ vocatur lenticula, postea cycloides, et rotunda. *a lens.* ¶ A similitudine figuræ tribuitur cuidam vasorum generi. *Cels.* l. 2. c. 17. *ad fin.* Calido oleo replentur utriculi, et in vasa fictilia (quas a similitudine lenticulas vocant) aqua conjicitur. *Isidor.* l. 20. *Orig.* c. 7. inter olearia vasa recenset. ¶ Item maculis in cute nascentibus, quæ et lentigines, *a freckle on the skin, pimple on the face*, φακός. *Plin.* l. 26. c. 1. *a med.* Elephantiasis a facie sæpius incipit, in nare primum veluti lenticula. *Cels.* l. 6. c. 5. Lenticulam tollunt galbanum, et nitrum.

LENTICULĀRIS, re, *lenticular*, φακοειδὴς, ad lenticulam spectans. *Apul. in Florid.* n. 9. (*al.* l. 2.) Ampullam oleariam, quam gestabat, lenticulari forma, &c.

LENTIGINŌSUS, a, um, *lentiginous, scurfy, scurfuraceous*, φακοψὶς, lentiginem habens. *Val. Max.* l. 1. c. 7. n. 6. *extern.* Vir flavi coloris, lentiginosi oris.

LENTĪGO, inis, f. *a freckly or scurfy eruption upon the skin, lentigo; a freckle on the skin, pimple on the face*, φακὸς, vitium cutis ita dictum, quia ad lentis similitudinem maculis subrufis, ac nigris faciem fœdat. *Plin.* l. 30. c. 2. Lentiginem habentibus non obsequi numina. *Id.* l. 29. c. 4. *ante med.* Faciem lentigine obducit. *Id.* l. 20. c. 2. Lentigines e facie tollere. *Id.* l. 22. c. *ult. a med.* corrigere. et lib. 23. c. 1. *ante med.* emendare. et lib. 24. c. 9. sanare. ¶ Dicitur et de aliis maculis. *Id.* l. 24. c. 4. Stellio plenus lentigine. et lib. 13. c. 12. *a med.* Deprehenditur chartæ lentigo oculis.

LENTĪPES, edis, adject. *slow of foot, slow-paced*, qui lentus est pedibus. *Auson.* epist. 21. v. 40. Spondeus illi lentipes ibat comes.

LENTISCIFĔRUS, ra, rum, *abounding in mastich-trees*, σχινοφόρος, ferens lentiscos. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 713. Lentisciferumque tenetur Linternum.

LENTISCĪNUS, a, um, *made of lentisck wood*, ex lentisco factus. *Plin.* l. 23. c. 2. *sub fin.* Tunc addito oleo lentiscino illita, una nocte rufat capillum. *Id.* l. 24. c. 6. *extr.* Lentiscina resina.

LENTISCUS, i, f. *the mastich-tree or lentisck*, σχῖνος, arbor magnitudine roboris, sorbi folio, terebinthi odore, acinis, dum maturescunt, rufis, ubi maturuerint, nigris, mastichen exsudans in modum gummi: quæ perpetuo viret, terque in anno fructus profert: ita dicta, quod folia ejus lentescant, vel potius quod ipsa arbor lentescat, dum resinam, idest mastichen fundit. Nascitur præcipue in Chio, item in Italia, et in Gallia Narbonensi. *Cic. de Divin.* l. 1. c. 9. *ex prognost. suis*: quos versus affert etiam *Plin.* l. 18. c. 25. *sub fin.* Jam vero semper viridis, semperque gravata Lentiscus triplici solita grandescere fetu, Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi. ¶ Ex arboris hujus ligno præstantissima fiunt dentiscalpia. *Martial.* l. 14. epigr. 22. Lentiscus melius, sed si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna levare potest. Al. leg. *lentiscum.* Adde lib. 3. epigr. 82. et lib. 6. epigr. 74. *a toothpick made of lentisck wood.* ¶ Ipsum quoque oleum, quod ex tali arbore exprimitur, eodem nomine appellatur. *Cato R. R.* c. 7. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 60. et *Plin.* l. 15. c. 6. Condi olivas optime vel virides in muria, vel fractas in lentisco.

LENTITĬA, æ, f. *pliantness, flexibility,* γλισχρότης, flexibilitas. *Plin.* l. 16. c. 37. Virgas sequacis ad vincturas lentitiæ. et cap. 40. *circa med.* Est lentitia platano, sed madida. ¶ Item viscosa qualitas, tenacitas. *viscosity, stickiness, glutinousness, tenacity. Id.* l. 20. c. 7. *a med.* Lactucæ lentitiam pituitæ digerunt.

LENTITĬES, ei, f. lentitia. *Sever. in Ætna,* v. 540. Lentitiem plumbum non exuit.

LENTITŪDO, inis, f. *slowness, sluggishness, lentitude,* βραδύτης, tarditas. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 51. Epicharis accendere et arguere conjuratos: ac postremo lentitudinis eorum pertæsa, &c. et cap. 64. Durante tractu et lentitudine mortis. Adde *Vellei.* l. 2. c. 11. [*Tibull. in Priap.* carm. 82. v. 37. Quid est, iners, pigetne lentitudinis?] ¶ Transfertur ad lenitatem, et languorem dicendi. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 21. Ceterosque ejusdem lentitudinis ac teporis libros legit. ¶ Item ad nimiam lenitatem animi, qua quis nunquam irascitur, etiam cum opus est. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 13. Omnino non irasci non solum est gravitatis, sed nonnunquam etiam lentitudinis. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 19. Eam, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant. ἀναλγησίας, *calmness, coolness, indisturbance, dispassion, apathy.* Al. hic leg. *lenitudinis.* Adde 1. *Offic.* c. 25. *a med.* cum eadem lectionis varietate.

[* LENTO, onis, m. cognomen Romanum in familia Cæsennia. Cæsennius Lento VII. Vir Antonianus apud *Cic. Philipp.* 12. c. 9.]

LENTO, as, avi, atum, a. 1. *to bend, ply,* lentum, mollem, et flexibilem reddo. Hinc *lentare arcum* est intendere. tunc enim cornua inflectuntur, cum adducto nervo attrahuntur. *Stat.* 1. *Theb.* v. 703. Tela tibi, longeque feros lentandus in hostes Arcus. et lib. 3. v. 587. alii Gortynia lentant cornua. *Id. Achill.* 1. v. 436. Nec modus aut arcus lentare, aut fundere glandes, Aut torrere sudes, galeasque attollere conis. ¶ *Lentare remos* est remigare. impulsu enim remi flectuntur. *Virg.* 3. *Æn.* v. 384. Ante et Trinacria lentandus remus in unda, Et salis Ausonii lustrandum navibus æquor. *we must ply our oars. Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 42. exsertus lentandis navita tonsis. *Senec. in Agam.* v. 437. Properat juventus omnis adductos simul Lentare remos. ¶ Translate est retardare, lentius trahere. *Sil.* l. 8. v. 11. *de Fabio.* lentando fervida bella Dictator, cum multa adeo, tum, miles egenus Cunctarum ut rerum Tyrius foret, arte sedendi Egerat.

LENTOR, oris, m. *toughness, clamminess, viscosity, stickiness, tenacity, lentor,* γλισχρότης, qualitas rei viscosæ, ac tenacis. *Colum.* l. 6. c. 17. Cuminum conteritur, eique adjicitur exiguum picis liquidæ et axungiæ, ut lentorem malagmatis habeat. *Plin.* l. 13. c. 6. Lentor resinosus, qui cortice erumpit. *Id.* l. 16. c. 11. Lentor picis. *Id.* l. 17. c. 14. *a med.* Argillæ arenam, fimumque bubulum admisceri, atque ita usque ad lentorem subigi jubet. ¶ Item flexibilitas. *pliancy, flexibility. Id.* l. 16. c. 43. Ad rotarum axes lentore fraxinus utilis, sicut duritia ilex.

LENTŬLI, orum, nomen familiæ Romanæ nobilissimæ: a *lente,* teste *Plin.* l. 18 c. 3. sicut *Pisones* a pisis, a cicere *Cicerones,* &c.

LENTULĬTAS. V. *Appietas.*

LENTŬLUS, a, um, diminut. a lentus, *somewhat slow, a little slow or slack. Cic. Attic.* l. 10. ep. 11. An existimas illum in isto genere lentulum, aut restrictum? *Al. leg.* lentum. ¶ Fuit hoc cognomine familia in gente Cornelia, summis honoribus in Republica illustris. Sed P. Cornelius Lentulus Sura tempore Ciceronis Catilinariæ conjurationis particeps, in carcere laqueo necatus est. *Sallust. in Catil.* c. 58. *Vellei.* l. 2. c. 34. *Flor.* l. 4. c. 1. et *Cicer. Catil.* 3. V. *Lentuli.*

LENTUS, a, um, *pliant, flexible, limber, slender,* λυγώδης, flexibilis: cui opponitur rigidus, durus: fortasse a *lenitus* per syncop. vel a λεπτὸς, tenuis. *Virg. Ecl.* 1. v. 26. Lenta viburna. *et Ecl.* 3. v. 38. Lenta vitis. et 2. *Georg.* v. 12. Lentæ genistæ. et l. 4. v. 558. Lenti rami. *Phædr.* l. 3. fab. 6. v. 6. Lentum flagellum. *Virg.* 3. *Georg.* v. 208. Verbera lenta pati, et duris parere lupatis. *h. e.* lentis virgis inflicta. et lib. 4. v. 34. Lentum vimen. et 7. *Æn.* v. 634. leves ocreas lento ducunt argento. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 800. Lentior et salicis virgis. ¶ Item mollis, tener. *softened, soft, tender. Virg.* 4. *Georg.* v. 170. lentis Cyclopes fulmina massis Cum properant. *h. e.* igne mollitis. *Horat.* epod. 15. v. 6. Arctius, atque hedera procera adstringitur ilex, Lentis adhærens brachiis. *h. e.* inflexis, et corpus arcte circumplectentibus. Sic *Plaut. Men.* 1. 1. 18. Lenta vincula. *h. e.* arcte constringentia. ¶ Item viscosus, tenax. *viscous, tough, tenacious, clammy, sticky, gluey, lentous. Virg.* 4. *Georg.* v. 41. gluten visco et pice lentius. *Plaut. Men.* 1. 1. 18. Vincla nimis lenta. ¶ Translate est remissus, tardus, piger. *slow, gentle, dull, sluggish, lingering, heavy. Cic. de clar. Orat.* c. 48. T. Juventius, nimis ille quidem lentus in dicendo, et pæne frigidus, sed et callidus, &c. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 169. lentissima pectora. *h. e.* frigida, et tarda ad concipiendum amorem. *Phædr.* l. 1. fab. 15. v. 6. Suadebat asino fugere, ne posset capi: at ille lentus, &c. *Plin.* l. 36. c. 26. Lentus amnis. *Virg.* 7. *Æn.* v. 28. in lento luctantur marmore tonsæ. *h. e.* mari tranquillo, et nullis ventis impulso. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 96. Pondera lenta. *h. e.* quæ lentos ac tardos faciunt ferentes. Sic el. 3. v. 39. Tellus lenta gelu. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 90. lento perfregerit obvia pilo. *h. e.* gravi, adeoque tardius eunte. ¶ Item placidus, lenis, qui non facile irascitur, aut movetur. *mild, peaceful, gentle, lenient, placid, slow to anger, not easily provoked, calm, cool, unruffled, dispassionate. Cic.* 2. *de Orat.* c. 69. Genus ridiculi patientis ac lenti. et cap. 75. In quo ego nimium patiens, et lentus existimor. *Propert.* l. 3. eleg. 6. v. 20. Hostibus eveniat lenta puella meis. *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 249. tam justa lentum Menelaon in ira. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 70. Sane lentus in suo dolore esset: reipublicæ injurias ne largiretur. *Cic. in fragm.* apud *Ammian.* l. 19. *c. pœnult. sub fin.* Quod judicis lenti, et considerati est proprium. ¶ Item securus, otiosus, negligens, qui parvi pendit, et contemnit. *easy, at ease, at leisure, having nothing to do, leisurely, heeding nothing, thoughtless, careless, reckless, heedless. Virg. Ecl.* 1. v. 4. Nos patriam fugimus: tu Tityre lentus in umbra, &c. *Tibull.* l. 4. el. 11. v. 6. Nostra potes lento pectore ferre mala? *Liv.* l. 22. c. 14. Tendentem ad mœnia Romanæ coloniæ Annibalem lenti spectamus. *Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 81. Certe ego tum ventos audirem lenta sonantes: et nunquam placidas esse precarer aquas. *Senec. in Troadib.* v. 896. *de Helena.* Tibi fluxit Asiæ, fluxit Europæ cruor, cum dimicantes lenta prospiceres viros, incerta voti. et vers. 253. Minasque tumidi lentus Æacidæ tuli. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 66. Hæc est pro miseri lenta salute viri. ¶ Item remissus, lenis, moderatus, non vehemens. *Plin.* l. 16. c. 11. Coquere aliquid lento igne. *by a slow fire.* et lib. 24. c. 14. *sub fin.* Lento vapore decoctus. et lib. 16. c. 10. *ante med.* Liquor melleo colore, atque lentiore. *less lively or brisk.* ¶ Item durus, aut resistens. *Plin.* l. 24. c. 16. Herba durior, et in coquendo lentior. ¶ Item tenax, cohærens. *Id.* l. 8. c. 27. *a med.* Fera vivacitatis adeo lentæ, ut ejectis interaneis diu pugnet. ¶ Item tardus, et in longum differens. *slow, tardy. Cic. Catil.* 2. c. 10. Hos ego non tam milites acres, quam infitiatores lentos esse arbitror. *Id. initio* ep. 12. *et extrem.* ep. 13. l. 1. *ad Attic.* Teucris illa lentum sane negotium. *h. e.* Antonius collega solutionem differens. ¶ Cum genitivo. *Sil.* l. 3. v. 176. Dum lentus cœpti terra cunctaris Ibera. ¶ Cum infinito. *Id.* l. 5. v. 19. Nympha nec Idalia lenta incaluisse sagitta. ¶ Item protractus, longus. *long. Senec.* ep. 70. Venti segnes tranquillitatis lentissimo tædio lassant. *Tibull.* l. 1. el. 3. v. 82. Optavit lentas et mihi militias. et el. 4. v. 81. lento amore torqueri. *h. e.* longo, et diu macerante: ita tamen, ut vehemens et veluti furiosus non sit. Sic *Ovid.* 7. *Metam.* v. 82. Sic jam lentus amor, jam quem languere putares. *Id. Heroid.* ep. 2. v. 9. Spes lenta. ¶ Item diuturnus. *Id. de remed. amor.* v. 243. Nec satis esse puta discedere: lentus abesto. ¶ Facilis: ducta metaphora ab iis, quæ flectuntur. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 85. et cap. 4. n. 281. Magnu' fuit trico nummariu', solvere nulli Lentus.

LENULLUS, li, m. *a sorry pimp, young bawd,* parvus leno, diminut. a *leno. Plaut. Pœn.* a. 2. v. 24. Ita ut occœpi dicere, Lenulle, de illa pugna. Apud *Priscian.* l. 3. pag. 614. *Putsch.* est *lenŭlus.*

LENUNCULARĬUS, ii, m. *a barge-man, barger,* qui lenunculo, quod parvi navigii genus est, utitur. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 398. n. 7. Patrono corporis lenunculariorum auxiliariorum Ostiensium. et pag. 1077. M'. Acilio Glabrione M. Valerio Homulo Coss. Ordo Corporatorum lenunculårior. tabularior. auxiliares Ostienses patroni, &c. Adde alias apud *Reines.* class. 11. n. 85. et 88. et apud *Don.* class. 8. n. 47. et 48.

LENUNCŬLUS, li, m. *a young pimp or procurer,* parvus leno. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 7. Ære militari tetigero lenunculum. Adde *Priscian.* l. 3. pag. 614. *Putsch.* ¶ Item genus parvi navigii. *a barge, bark, skiff,* σκαφίδιον: quales erant cymbæ, quibus Tiberi Ostiam commeabant, ut videre est in Inscriptionib. in voce præced. allatis. *Non.* c. 13. n. 8. piscatorium navigium esse, definit. *Gell.* navium appellationes enumerans l. 10. c. 25. Lembi, oriæ, lenunculi, actuariæ, &c. *Sallust. in fragm.* apud *Non. loc. cit.* Incidit forte per noctem in lenunculo piscantis. *fell in with a fishing-smack. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 43. Pauci lenunculi ad officium, imperiumque conveniebant. Adde *Tacit.* 14. *Ann.* c. 5. His autem locis al. *remunculi* reponunt, al. *lembunculi*: sed constantior pro *lenunculis* Criticorum sententia est. Ducunt autem Etymologi a *lene,* quod item parvum navigium est. V. *Lenis* substant.

LEO, onis, m. *a lion,* λέων, animal quadrupes, jubatum, omnium fere generosissimum, et fortissimum. *Phædr.* l. 4. fab. 12. Cum se ferarum regem fecisset leo, &c. (V. lib. 1. fab. 5. 11. et 21. et lib. 2. fab. 1.) *Plin.* l. 8. c. 16. Leoni præcipua generositas, tunc cum colla, armosque vestiunt jubæ. *Id. ibid.* Leoni tantum ex feris clementia in supplices: prostratis parcit. *Id. ibid.* Leonum animi index cauda, sicut et equorum aures. Immota placidus, clemens, blandientique similis. Iracundiæ principio terra verberatur: incremento terga, ceu quodam incitamento flagellantur. V. ibi alia plura in hanc rem. *Virg. Æn.* 12. v. 4. Pœnorum qualis in arvis, Saucius ille gravi venantum vulnere pectus, Tum demum movet arma leo, gaudetque comantes Excutiens cervice toros, fixumque latronis Impavidus frangit telum, et fremit ore cruento. *Val. Flacc.* l. 2. v. 458. Qualiter, implevit gemitu cum taurus acerbo Avia, frangentem morsu super alta leonem Terga ferens. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 5. v. 33. Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni. *Id. Heroid.* ep. 10. v. 85. Fulvus leo. et 7. *Metam.* v. 373. ferus. *Lucret.* l. 5. v. 983. validus. ¶ Lepidam de leone hominis hospite fabulam habes apud *Gell.* l. 5. c. 14. V. et *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 19. ¶ Pro *leæna* olim dicebatur *leo femina. Plaut. in fragm.* apud *Philargyr.* ad ecl. 2. *Virg.* v. 63. Nam audivi feminam ego leonem semel parire. *Val. Flacc.* etiam absolute dixit l. 6. v. 346. ceu septus in arcto dat catulos post terga leo. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 9. citius me tigris abactis Fetibus, orbatique velint audire leones. ¶ Per synecdochen sunt leonis exuviæ. Has gestare mos fuit Herculi post devictum leonem Nemæum. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 126. aptans humeris, capitique leonem. *a lion's skin.* ¶ Currum Cybeles leones trahere dicuntur. V. *Cybele.* ¶ Translate dicitur de homine forti, et audente, sicut cervus de timido, et imbelli. *Tertull. de coron. milit.* c. 1. *a med.* Novimus Pastores eorum in pace leones, in prœlio cervos. *Sidon.* l. 5. ep. 7. *a med.* In prætoriis leones, in castris lepores. ¶ *Domi leones foris vulpes,* proverb. apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 44. *Burm.* de loquacibus, et timidis, qui extra periculum multa minantur, in periculo fugiunt. Quo pertinet lepida fabula de viatoribus et latrone apud *Phædr.* l. 5. fab. 2. Similia habes in *Liv.* l. 4. c. 28. lib. 7. c. 15. et lib. 35. c. 49. et in *Justino,* l. 2. c. 10. *sub fin.* ¶ Est etiam *Leo* signum cæleste, ex duodecim, per quæ sol Zodiaco decurrit, in quod cum ingreditur, maximi calores sunt. *one of the twelve signs of the Zodiac.* In fabulis est leo silvæ Nemææ, quem ab Hercule occisum, tanquam primi ejus laboris monumentum, Juppiter in cælum transtulit. Alii dicunt, a Junone translatum, ut Herculi inviso sibi dolerent oculi, cum a se occisam feram tam honoratam viderent. Constat ex stellis decem et novem secundum *Hygin.* l. 3. *poet. Astron.* cap. 23. secundum alios viginti septem. *Plin.* l. 24. c. 17. Cum sol in Leone est. *Id.* l. 18. c. 26. VIII. Cal. Februar. stella regia appellata Tuberoni, in pectore Leonis occidit. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 15. ubi gratior aura Leniat et rabiem Canis, et momenta Leonis. *the dog-days.* ¶ Etiam cancrorum quoddam genus, leones appellantur, teste *Plin.* l. 9. c. 31. qui alio nomine astaci maximi dicuntur: brachia habentes cancris similia, reliquum corpus locustæ, ut *Id.* docet *cap. ult.* l. 32. *a kind of crab or lobster.* ¶ Denique in illo *Colum.* l. 10. v. 260. Oscitat et leo, et ingenuo confusa rubore, &c. *leo* est herba, quam alii leontopodion, alii antirrhinon esse contendunt, flore in modum hiantis oris leonini hiscente. *the herb lion's foot.* Sic vers. 98. Narcissique comas, et hiantis sæva leonis Ora feri. ¶ *Leo* cognomen Romanum in gente Valeria, ut P. Valerius Leo. *Ascon. sub fin. Milonianæ.* [¶ *Leones Mithræ* sunt ipsius numinis sacerdotes apud *Tertullian. advers. Marcion.* l. 1. c. 13. V. *Leontica sacra.*]

LEO, es, obsoletum verbum: cujus unum præteritum *levi* V. in *Lino.* Volunt esse a λεῖος, lēvis, levigatus. Ab hoc est *deleo,* ut docet *Priscian. sub fin.* l. 9.

LEOCROCOTTA. V. *Leucrocotta.*

LEONĪNUS, a, um, *of a lion, leonine,* λεοντώδης, λεόντειος, ad leonem pertinens. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *ante med.* Canis sit colore potissimum albo, quod in tenebris specie leonina. *Plin.* l. 37. c. 10. Leonina pellis. *et ibid.* Leoninæ jubæ. *Id.* l. 24. c. 17. *ad fin.* Leoninus adeps. ¶ *Cassius JCtus* apud *Ulpian.* lib. 17. tit. 2. leg. 29. societatem leoninam appellabat, in qua alter ex duobus lucrum tantum, alter damnum sentiret. Quod lucem habet ex *Phædr.* fab. 5. l. 1. ¶ *Leonina lex* apud *Justinian. in Cod.* lib. 1. tit. 3. leg. 50. (*al.* 38.) est lex Leonis Imp. R. ¶ *Leonini versus* dicti putantur a quodam Leone Poeta Gallo, qui vixit ineunte sæculo Christi XIII. non quod eorum auctor, inventorque fuerit (nam et antea eorum aliquis usus fuit) sed quia maxime in suis carminibus frequentavit: quem postea plures alii male sunt imitati. *Leonine verses.* Fiunt autem ea lege, ut in medio, et in fine voces sint, quæ similiter desinant. Summis quidem Poetis unus aut alter hujusmodi aliquando excidit, ut *Virg.* 9. *Æn.* v. 634. Trajicit. i, verbis virtutem illude superbis. *Propert.* l. 3. el. 1. v. 32. Troja bis Œtæi numine capta dei. (Adde l. 1. el. 8. v. 11.) *Ovid. Fast.* 3. v. 746. Quærebant flavos per nemus omne favos. et lib. 1. v. 706. Hac sunt Ledæis templa dicata deis. *et in Ibin,* v. 286. Cui nihil Hercei profuit ara dei. Adde *Silium* l. 14. v. 652. et *Propert.* l. 1. el. 17. v. 5. Verum de industria si quærantur, et toto carmine fundantur, vitiosi sunt profecto, et a Latina gravitate maxime abhorrentes: quod jam censuit *Scalig.* l. 2. *Poet.* c. 29. *extr.* V. *Rhythmus* in fine.

LEONTĪCA SACRA, λεοντικὰ, erant Mithræ Persarum dei (quo nomine solem intelligebant) qui specie leonis in spelunca colebatur. Hinc *Arnob.* l. 6. pag. 196 Inter deos videmus vestros leonis torvissimam faciem,

mero oblitam minio, et nomine Frugiferi nuncupari. Quin et ipsi sacerdotes *Leones Mithræ* dicuntur a *Tertull.* l. 1. *adv. Marcion.* c. 13. Porro hæc sacra etiam a Romanis recepta fuere, ut videre est ex Inscriptionib. apud *Gruter.* pag. 303. n. 1. et pag. 1087. n. 5. in quibus *Leontica tradere* dicuntur, qui illis quempiam imbuunt.

LEONTĬCE, es, f. λεοντική, herbæ genus. *wild chervil.* V. *Cacalia.*

LEONTĪNI, orum, m. Λεοντῖνοι, populi Siciliæ ad oram orientalem, quorum urbs eodem nomine dicta, Læstrigonum sedes fuit. *Plin.* c. 8. l. 3. Intus Læstrigonii campi: oppida Leontini, Megaris, amnis Pantagies. *Cic. Verr.* 4. c. 66. Leontinis, misera in civitate, atque inani, tamen istius, in gymnasio, statua dejecta est. ¶ Adjective *Plin.* l. 18. c. 10. et *Sil.* l. 14. v. 126. Leontini campi. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 33. Leontinus ager.

LEONTĬOS, ii, m. λεόντιος, gemma, a leoninæ pellis similitudine nominata, quemadmodum pardalios a similitudine pellis pantheræ. *Plin.* l. *ult.* c. 11. *ad fin.*

LEONTOPETALON, i, n. *an herb having leaves like coleworts or lion's foot, and called* pata de lion, λεοντοπέταλον, herba caulem emittens dodrantalem, seu semipedalem, lenem, plurimis alis concavum, et in cacumine semina parva duo, aut tria, eaque in siliquis, ciceris modo, flores punicei coloris, anemonæ similes, folia brassicæ, sed papaveris divisura, radicibus nigris, grandibus, rapæ similibus. Vulgus pedem leonis appellat, quia folia habet similia pedi leonis. Nascitur vulgo in arvis. *Plin.* l. 27. c. 11.

LEONTOPHŎNOS, i, m. *a small worm said to kill any lion that eats it*, λεοντοφόνος, exiguum est animal, in iis tantum regionibus nascens, in quibus leones gignuntur: a λέων, leo, et φόνος, cædes. Leonibus enim tam præsens est venenum, ut gustato leontophono statim exspirent. *Plin.* l. 8. c. 38.

LEONTOPODĬON, ii, n. *an herb called lion's foot*, λεοντοπόδιον, herba eadem, quæ leontopetalon. *Plin.* l. 26. c. 8.

[† LEONTOSPERMON, i, n. Idem quod *Leontopetalon* et *Leontopodion*. *Apul. de herb.* c. 7.]

LEOPARDĪNUS, a, um, ad leopardum pertinens, ut Leopardina adeps, *Marcell. Empir.* c. 28. *sub init.*

LEOPARDUS, i, *a leopard*, λεοπάρδαλος, animal ex pardo et leæna natum, jubis carens, nigris maculis leoninam pellem distinguentibus. *Vopisc. in Probo*, c. 19. Editi deinde centum leopardi Libyci, centum leænæ, &c. *Lamprid. in Heliogab.* c. 21. Habuit et leones, et leopardos exarmatos in deliciis. [† ¶ Vox *Leopardus* cadentis, ut videtur, Latinitatis est, sub Constantini temporibus usurpari cœpta. *Plin.* 8. 16. memorat *Leones, quos pardi generavere*.]

LEPARENSES, iidem qui Liparenses, h. e. Liparitani cives. *Festus.*

LEPAS, adis, f. λεπὰς, genus conchæ marinæ edulis, exteriore parte testa contectum, interiore carnosa firmissime petris adhærescens. *Plaut. Rud.* 2. 1. 8. Echinos, lepadas, ostreas, balanos captamus. *Id. Cas.* 2. 8. 56. Abi, opsonia propera, sed volo molliculas escas: emito sepiolas, lepadas, &c. ¶ Videtur eadem esse cum *lopade*: de qua *Non.* c. 17. n. 9. Lopades genus conchæ marinæ (λοπὰς, a λέπω, decortico) Plaut. in Parasito: Addite lopades, echinos, ostreas. Al. leg. *lepades.*

LEPASTA. V. *Lepista.*

LEPIDĀNUS, a, um, ad Lepidum pertinens, quod est nomen propr. civis R. *Sallust. in fragm.* apud. *Arusian. Mess.* Post reditum eorum, quibus Senatus belli Lepidani gratiam fecerat. ¶ Dicitur et *Lepidianus*, ut a *Crasso Crassianus. Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 13. Lepidianus tumultus. Significant autem tum *Sallust.* tum *Macrob.* tumultum excitatum a M. Æmilio Lepido (qui consul fuit cum Q. Lutatio Catulo circa A. U. DCLXXV.) qui, Sulla mortuo, ejus acta rescindere volebat: sed a Pompeio M. et Catulo repressus, et Roma pulsus fuit. Tangit hæc *Lucan.* lib. 2. v. 547. et lib. 8. v. 808.

LEPĬDE, *with a grace, pleasantly, prettily, smartly, humorously, wittily, neatly, appositely*, ἐπιδεξίως, κομψῶς, λαμυρῶς, venuste, festive, apposite, commode, eleganter, apte, scite. Dicitur non solum de verbis et sermone, sed de factis, deque aliis rebus, quæ apte fiunt, et gratæ sunt. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 43. et *in Orat.* c. 44. In quo lepide soceri mei persona lusit is, qui elegantissime id facere potuit, Lucilius: Quam lepide lexes compostæ, &c. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 84. Satis nunc lepide te ornatam credo. et 3. 3. 84. Lepide stratus lectus. *Id. Curcul.* a. 3. v. 15. Ego hoc effectum lepide tibi tradam: tace. *Id. Cas.* 2. 8. 46. Lepide reperi. *h. e.* callide, astute, et ad rem, *ingeniously, and a-propos.* et 3. 2. 27. Jam hic est lepide ludificatus. *et Bacch.* 5. 2. 33. Meum pensum lepide accurabo. *Id. Most.* 1. 3. 15. Ut lepide res omnes tenet! *how he knows every thing! how knowing he is!* et *Trucul.* 3. 2. 13. Lepide intellexisti. *Id. ibid.* 3. 1. 22. Lepide facis. *well, capitally.* et *Truoul.* 1. 2. 15. Lepide referre gratiam. *Id. Bacch.* 1. 1. 35. Lepide memoras. *Id. Mil.* 3. 3. 50. Nimis lepide fabulare: eo potuerit lepidius pol fieri. ¶ *Lepide esse*, commode et laute tractari. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 50. Ubi epide voles esse tibi, mea rosa, mihi dicito. ¶ Jungitur cum aliis adverbiis. *Plaut. Mil.* 3. 1. 21. Loquere lepide et commode. *Id. Pseud.* 2. 1. 1. Mihi omnia lepide prospereque eveniunt. *Id. Cist.* 1. 1. 12. Ita in prandio nos lepide atque nitide accepisti. *Id. Mil.* 3. 3. 65. Dare operam lepidissime et comissime. ¶ In acclamatione, et plausu, *Terent. Eun.* 3. 1. 37. Facete, lepide, laute, nihil supra. *Plaut. Mil.* 2. 2. 85. Euge, euge, lepide: laudo commentum tuum. ¶ In responsionibus, affirmando et probando. *Id. Bacch.* 1. 1. 1. Quid, si hoc potis est, ut taceas, ego loquar? *Ba.* lepide: licet.

LEPIDIĀNUS. V. *Lepidanus.*

LEPIDĬUM, ii, n. *dittander or pepper-wort; a kind of cresses*, λεπίδιον, herba duplicis generis, sativi et silvestris, altitudine cubitali, foliis laurinis, sed mollibus. Usus ejus in cibis non sine lacte est. *Plin.* l. 19. c. 8. *a med.* ¶ Adhibetur etiam ipsi lacti condiendo, et oxygalæ faciendæ. *Colum.* l. 12. c. 8. ¶ Habet in medicina urendi vim, et cutis emendandæ. *Plin.* l. 20. c. 17. V. dicta in *Fucæ.*

LEPIDŌTIS, is, f. *a gem resembling the scales of a fish*, λεπιδωτὶς, h. e. squamosa, a λεπὶς, squama, nomen est gemmæ, variis coloribus squamas piscium imitantis. *Plin.* l. 37. c. 10.

LEPIDŬLE, adverb. Tribuitur a multis *Plaut. Pseud.* 1. 5. 115. Eam circumducam lepidule. Sed plerique omnes leg. *Ea circumducam lepide lenonem.*

LEPIDŬLUS, a, um, *somewhat humorous or witty*, diminut. a *lepidus. Martian. Capell. sub init.* l. 7. Ne infacetus, et impar lepidulis videretur. *et post init.* l. 8. Satyra lepidula.

LEPĪDUS, a, um, *pretty, smart, humorous, witty, pleasant, gay, facetious, apposite, neat*, χαρίεις, δεξιὸς, κομψὸς, is in quo leporis est plurimum, festivus, venustus, urbanus, concinnus, commodus, aptus: et dicitur de sermone, de homine, deque rebus aliis, quæ gratiam habent utcumque. *Donat. ad Eunuch. Terent.* 3. 1. 37. ducit a λεπὶς, lamina, quia lepidus homo, quasi lamina, politus est. *Cic. Catil.* 2. c. 10. *a med.* Hi pueri tam lepidi et delicati, non solum amare et amari, neque cantare et saltare; sed etiam sicas vibrare, et spargere venena didicerunt. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 23. Quæ sunt ampla et pulcra, diu placere possunt: quæ lepida et concinna, cito satietate afficiunt aurium sensum fastidiosissimum. *Plaut. Capt.* 5. 2. 3. Fui ego bellus, lepidus, bonus vir nunquam, neque frugi bonæ. *Id. Curcul.* 4. 1. 1. Lepidus nugator. *Terent. Eun.* 5. 7. 17. Ita ne lepidum tibi visum est, scelus, nos irridere? *you are monstrous witty, I presume, in*, &c. *et Heaut.* 5. 5. 16. Lepida puella. *Plaut. Epid.* 1. 1. 41. Forma lepida et liberalis. *Terent. Eun.* 3. 3. 25. O capitulum lepidissimum! *Plaut. Most.* 1. 3. 12. Lepidi mores. *pleasing. Id. Mil.* 3. 1. 65. Non invenies alterum lepidiorem ad omnes res. *Id. Stich.* 5. 5. 19. Cantio lepida et suavis. *Horat. de ar. Poet.* v. 273. Scimus inurbanum lepido seponere dicto. *Catull.* carm. 6. *ad Flav. in fi.* volo te, ac tuos amores Ad cælum lepido vocare versu. *Plaut. Trin.* 2. 2. 98. Eo pacto addideris nostræ lepidam famam familiæ. *Id. Pœn.* 1. 2. 95. Facinus lepidum et festivum. *Id. Bacch.* 1. 1. 51. Ubi bene sit, tibi locum lepidum dabo. *Id. Stich.* 2. 1. 2. Lepidum nuntium nuntiare. *Id. Cas.* 2. 3. 10. Myropolas omnes sollicito: ubicumque est lepidum unguentum, ungor. *Id. Aulul.* 4. 8. 4. O lepidum diem! *happy, fortunate, auspicious.* ¶ Illustris fuit Romæ Lepidorum familia in gente Æmilia, quæ in duas postea divisa, celebres utraque viros habuit. Primus qui ita cognominatus est, a festivitate ac lepore id habuit.

LEPIS, idis, f. *the scales of brass*, squama, λεπίς. *Plin.* l. 34. c. 11. Ex panibus æris fit, quam vocant lepida, et sic adulteratur flos, ut squama veneat decussa vi clavis, &c.

LEPISTA, *seu* Lepasta, æ, f. *a sort of pot or phial*, λεπάστη, vel λεπαστή, genus vasis aquarii, al. depasta, vel depesta. *Fest.* et *Non.* c. 15. n. 35. Est a voce Græca allata, quæ Dolopum est, et dicitur, teste *Eustathio*, διὰ τὸ λεπτὸν, καὶ ἐκπέταλον εἶναι κατὰ λεπάδας, idest, quod vas illud tenue, ac patulum foret ad modum conchæ. *Varro* apud *Non. ibid.* Lepistæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt, aut æneæ.

LEPOR, *et* Lepos, oris, m. *mirth, wit, humour, facetiousness, drollery*, καλλιέπεια, sermo nitidus, et quasi lautitia quædam sermonis, venustas, urbanitas, ornatus, concinnitas, elegantia in loquendo. *Cic.* 7. *Verr.* c. 54. *in fi.* Lepore ac venustate affluens. *Id.* 1. *de Orat.* c. 7. Multa erat in homine jucunditas, et magnus in jocando lepos. *Id.* 4. *Acad.* c. 6. Quanquam floruit acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi. *Id. de clar. Orat.* c. 38. Erat cum gravitate junctus facetiarum, et urbanitatis oratorius, non scurrilis lepos. ¶ Sumitur etiam generatim pro gratia, et amœnitate cujuscumque rei, pro festivitate, urbanitate. *grace, elegance. Cic. in Orat.* c. 27. *sub fin.* In quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. *Lucret.* l. 2. v. 501. Aurea pavonum ridenti imbuta lepore Sæcla. *Id.* l. 5. v. 1258. *de metallis.* nitido capti, levique lepore. et lib. 4. v. 1126. medio de fonte leporum Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat. *Plin.* l. 31. c. 7. *a med.* Omnis vitæ lepos, et summa hilaritas, laborumque requies, &c. ¶ *Agrætius de Orthogr.* pag. 2272. *Putsch.* hoc distare putat inter *lepor*, et *lepos*, quod ille sit in jucunditate voluptatis, hoc in eloquio. ¶ Apud *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 72. est *Lepos* histrionis nomen.

LEPORARĬUM, ii, n. *a hare-warren, place for keeping hares*, λαγωτροφεῖον, locus ubi lepores aluntur, et generatim, secundum *Varronem*, omne septum villæ affixum, quod habet inclusa animalia, quæ inibi pascuntur. *Varr. de R. R.* c. 3. l. 3. Leporaria te accipere volo, non ea, quæ tritavi nostri dicebant, ubi soli lepores sint, sed omnia septa, affixa villæ quæ sunt, et inclusa habent animalia, quæ pascuntur. *Id. ibid. ad fin.* In leporario apri fuere multi. (Adde cap. 12.) *Gell.* l. 2. c. 20. Vivaria veteres quandoque leporaria dixere, in quibus omnia clauderentur animalia.

LEPORĪNUS, a, um, *of a hare, leporine*, λαγῷος, qui est ex lepore. *Plin.* l. 28. c. 11. Leporinus cinis. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 11. Leporinum coagulum. Adde *Cels.* l. 5. c. 5. [*Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 70. n. 9. Leporina lana.]

LEPOS. V. *Lepor.*

LEPRÆ, arum, *the leprosy*, λέπρα, scabiei genus est, cutem deformi obducens crusta, corpusque vehementi pruritu infestans. Alii usurpant pro elephantiasi, quod morbi genus superiore multo est perniciosius, ut quod non solum cutem infestet, verum etiam carnem ipsam usque ad ossa depascatur. Ab aliis duplex ponitur, una, quæ potest curari, alia, quæ incurabilis est, quam malam scabiem *Horat. in ar. Poet.* v. 453. nominat. Aliis eadem est ac impetigo, vel depetigo, vel sane species ejus. Dicta est a λέπος, vel λεπὶς, squama, sive a λέπω, desquamo, decortico. Lepræ enim cutem scabram et asperam reddunt, inque squamas resolvunt. *Plin.* l. 24. c. 8. Corticis interior tilia lepras sedat. *Id.* l. 20. c. 21. *ad fin.* Lapathi radice lepras curant. *Id.* l. 22. *c. ult.* Lupini lepras emendant. et lib. 32. c. 9. Lepras sanare. et lib. 20. c. 17. tollere. ¶ In singulari num. usurpat *Juvenc. Presb. sub fin.* lib. 1. et *Scribon. Larg. compos.* 250.

LEPRŌSUS, a, um, adject. *infected with the leprosy, leprous*, qui leprarum morbo laborat, λεπρώδης. *Sedul.* l. 4. v. 191. decem maculosa gerentes Leprosi portenta viri. *Prudent.* περὶ στεφ. 3. *de S. Laurent.* v. 285. Peccante nil est tetrius, Nil tam leprosum aut putridum.

LEPTĬCUS, a, um, et

LEPTITĀNUS, a, um, adject. ad Leptim pertinens, quæ urbs est Africæ in Byzacena provincia, prope Adrumetum, ut est apud *Plin.* l. 5. c. 4. item alia cognomine magna prope Syrtes, et Neapolim, (nunc *Tripoli* dicta) teste *eodem ibid.* Hinc Leptica ostrea, *Id.* l. 32. c. 6. et Leptitani, ejus cives, *Tacit.* 4. *Hist.* c. 50. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 38. et *Sallust. de B. Jug.* c. 80. et 81.

[* LEPTIMAGNENSIS, e, ad urbem Leptim magnam pertinens. *Cod. Justinian.* lib. 1. tit. 27. leg. 2. Dux militum Tripolitanæ provinciæ in Leptimagnensi civitate sedes habeat.]

LEPTON CENTAURĬUM, n. *the lesser centaury*, κενταύριον λεπτὸν, centaurium minus, herba, quam Latini *fel terræ* vocant, propter summam amaritudinem, Galli vocant *exacum*, eo quod potum omnia medicamenta mala per alvum exigat. Dicta est a minutis foliis. nam λεπτὸς tenuem significat. *Plin.* l. 25. c. 6.

LEPTOPHYLLON, n. *a kind of spurge with small leaves*, λεπτόφυλλον, tithymali species, in petris nascens: ita dicta a tenuitate foliorum. *Plin.* l. 26. c. 8.

LEPTŎRAX, agis, f. *a kind of small grapes, like corinths or currants*, λέπτοραξ, uva quædam, quæ dulces quidem habet acinos, sed tenues tamen, et minutos, cujusmodi sunt, quas uvas Corinthiacas appellamus: a λεπτὸς, tenuis, et ῥὰξ, ῥαγὸς, acinus. *Plin.* l. 14. c. 1.

LEPTOPSĒPHOS, h. e. minutus lapis, seu calculus: a λεπτὸς, tenuis, et ψῆφος, calculus: species est marmoris porphyritæ rubei, albis punctis distincti. *Plin.* l. 36. c. 7. ut quidem legit *Harduin.* nam alii *leucostictos.* h. e. albis punctis distinctus: a λευκὸς, albus, et στικτὸς, compunctus.

LEPUS, ŏris, m. *a hare*, λαγὼς, animal notum, timidissimum, velocissimum, fecundissimum: a λέπορις, Æolica, et Sicula voce idem significante, ut *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 20. et lib. 3. *R. R.* c. 12. *sub fin.* docet. *L. Ælius* apud *Gell.* l. 1. c. 18. dictum putavit quasi *levipes*: sed *Varr. ibid.* improbat. *Plaut. Pers.* 3. 3. 30. Argentarii, ubi quid credideris, citius extemplo a foro fugiunt, quam ex porta Ludis cum emissus est lepus. *Cato* apud *Diomed.* l. 1. pag. 358. *Putsch.* Lepus multum somni affert, qui illum edit. *Virg.* 1. *Georg.* v. 308. Auritosque sequi lepores. *Plin.* l. 9. c. 55. Lepores in Alpibus candidi, quibus hibernis mensibus pro cibatu nivem credunt esse. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 12. Lepores in Gallia ad Alpes toti candidi sunt. ¶ Usurpatur masculino genere, licet de femina sermo sit. *Varr. ibid.* Qui lepus dicitur, cum prægnans sit, tamen concipere. *Plin. loc. cit.* Lepus solus, præter dasypodem, superfetat. ¶ Et in feminino. *Priscian.* enim l. 5. pag. 658. *Putsch.* recenset inter ea, quæ utroque genere efferuntur. et *Bentlei.* ex duob. MSS. ita legit illud *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 44. Fecundæ leporis sapiens sectaberis armos. Ubi plerique omnes *fecundi.* ¶ *Aliis leporem excitare*, proverb. apud *Petron. in Satyr.* c. 131. h. e.

bonum aliquod reperire, quo alii, non is, qui reperit, fruantur. Huc facit illud *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 661. Credula si fueris, aliæ tua gaudia carpent: et lepus hic aliis exagitatus erit. [† Cf. *Dictum Dioclesiani ap. Vopisc. in Numer.* Ego apros occido, sed alter fruitur pulpamento. Anglice, *I beat the bush, another catches the hare.*] ¶ *Lepus tute es, et pulpamentum quæris,* aliud apud *Terent. Eun.* 3. 1. 36. (et est dictum *Livii Andronici,* teste *Vopisco in Numeriano,* c. 13.) *h. e.* in id malum vis alios conjicere, in quo tu ipse es: *you are game yourself, and want venison:* vel cum te multi insectentur, ipse vis insectari alios. Subest autem obscena sententia. ¶ Est etiam hoc nomine marinus piscis e lacertorum genere, inter venena numeratus, præsertim in Indico mari, ubi etiam tactu pestilens est, et vomitum dissolutionemque stomachi protinus creat: in nostro offa informis, colore tantum lepori similis: in Indis et magnitudine, et pilo, duriore tantum. Hæc *Plin.* l. 9. c. 48. V. et lib. 32. c. 1. *a kind of sea-lizard.* ¶ Item cæleste signum, sex habens stellas, secundum *Hygin.* l. 3. *Poet. Astron.* c. 22. Situs est infra sinistrum pedem Orionis, videturque fugere ante canem ipsius, ut in *Canis* dictum est. Exoritur cum Leone, occidit post exortum Sagittarii. *Hygin. ibid.* qui l. 2. c. 33. fabulam narrat hujusmodi: in Lero insula (quæ una est inter Sporadas in Ægæo mari, teste *Plin.* l. 4. c. 12.) nullos olim fuisse lepores: a quodam adolescente alibi captos invectos fuisse: eorum fecunditate celeriter repleta insula, cœpisse fruges ab iis absumi, ita ut fame incolæ laborarent: inito consilio, omnes tandem diligenter venando, sustulisse. ob id figuram leporis in cælo positam, ut discerent homines, suarum ipsos fere calamitatum auctores esse. *Manil.* l. 5. v. 159. Septima pars Leporem tollit: quo sidere natis Vix alas Natura negat, volucresque meatus: Tantus erit per membra vigor referentia ventos. [¶ Adhibetur etiam in blanditiis. *Plaut. Cas.* 1. 50. Meus pullus passer, mea columba, mi lepus!]

LEPUSCŬLUS, i, m. *a young or little hare, leveret,* λαγῴδιον, parvus lepus: sed et pro quocumque lepore ponitur. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 31. *extr.* In qua insula lepusculos et vulpeculas sæpe vidisse. *Colum. sub fin.* c. 1. l. 9. Ordeum, et cicercula non nimis ab lepusculis appetuntur. ¶ Per syncopen est *lepusclus.* In quodam epigram. apud *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 38. Tantum tu comedas velim lepusculos.

LERĪA apud *Fest.* sunt ornamenta tunicarum aurea. *trinkets of gold worn by women.* Cui lucem addit illud *Hesychii*: Λῆροι τὰ περὶ τοῖς γυναικείοις χιτῶσι κεχρυσωμένα: ut præcipue de mulierum ornamentis dicantur.

LERNA, æ, *et Græca positione* Lerne, es, f. et nunc *Lerna,* Λέρνη, palus Argiæ in Peloponneso, apud Argos urb. ubi Lernæus, al. Amymonius fons et fluvius, qui ex palude egreditur. Poetæ fabulati sunt, ibi hydram fuisse, serpentem septem capitibus, quorum uno rescisso, alia septem nascebantur; et hoc monstrum ab Hercule clava et igne interfectum esse. Veteres Mythologi non conveniunt in numero capitum ejus. V. *Hydra.* Palus hæc cum noxia esset incolis, quod aquam multis ex partibus effunderet, quæ si uno loco clausa fuisset, ex pluribus aliis erumpebat, ab Hercule exsiccata est, aliorsum versis fluviis, qui in eam influebant. Hinc Græc. adagium, *Lerna malorum,* Λέρνη κακῶν, de malis multis in unum congestis. V. *Hydra. Cic.* vertens carm. *Sophocl. in Trachin.* l. 2. *Tuscul.* c. 9. Hæc dextra Lernam tetram, mactata excetra, Placavit. *Virg.* 6. *Æn.* v. 287. bellua Lernæ. *Stat.* l. 2. *silv.* 1. v. 181. anguifera Lerna. *Id.* 9. *Theb.* v. 340. fecunda veneno. *Propert.* l. 2. el. 20. v. 48. et Lerne pulsa tridente palus. Al. leg. *Lernæ.* Sed *Lerne* habetur etiam apud *Plin.* l. 4. c. 5. *a med.* et *Pompon. Mel.* l. 2. c. 3. *a med.* ubi docet ita appellari oppidum in Argolica regione.

LERNÆUS, a, um, *Lernean,* Λερναῖος, ad Lernam pertinens. *Virg.* 8. *Æn.* v. 300. Lernæus anguis. *Stat.* 1. *Theb.* v. 385. Lernæi stagna atra vadi. *Lucret.* l. 5. v. 26. Lernæa pestis. *Propert.* l. 2. el. 19. v. 9. Lernæa hydra. *Ovid.* 9. *Æn.* v. 130. mixtus Lernæi tabe veneni. *Lucan.* l. 6. v. 392. Lernææ sagittæ. *h. e.* quibus Lernæam hydram peremit Hercules. ¶ Cur *Lernæus* dicatur a *Colum.* Cancer, signum cæleste, V. *Cancer.* ¶ Sumitur et pro Græco, ut Argolicus. *Stat.* 4. *Theb.* v. 638. Lernæosque trahit fatalis alumnos Gradivus stimulis. et lib. 5. v. 499. Lernæi reges. et lib. 3. v. 461. Lernæi coloni.

LERNĬFER, a, um, Lernæus. Tribuunt quidam *Ovidio Heroid.* ep. 9. v. 141. sed plerique alii multo rectius aliter.

LESBĬACUS, a, um, ad Lesbum spectans. *Lesbiaci libri,* dicti sunt tres libri Dicæarchi contra animæ immortalitatem, quia de Mitylene urbe Lesbi sermo habetur. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 31. ¶ *Lesbiacum metrum* est Sapphicum, quia Sappho ex Lesbo insula fuit. *Sidon.* in carm. 1. ep. 13. l. 9.

LESBĬAS, adis, f. Λεσβιὰς, et

LESBIS, idis, f. Λεσβὶς, adject. femin. ad Lesbum pertinens. *Ovid.* l. 2. *Fast.* v. 82. *de Delphino.* Lesbida cum domino seu tulit ille lyram. *h. e.* cum Arione, qui e Lesbo fuit. *Id. Heroid.* ep. 15. v. 199. Lesbides, Æolia nomina dicta lyra. et vers. 16. Nec me Lesbiadum cetera turba juvat. *Id.* 2. *Amor.* el. 18. v. 26. Æoliæ Lesbis amica lyræ. *h. e.* Sappho. *Id. Heroid.* ep. 15. v. 100. Et modo dixisses, Lesbi puella vale. ¶ *Lesbĭas,* gemma apud *Plin.* l. 37. c. 10. a loco, ubi invenitur, nomen habet.

LESBĪUS, a, um, *Lesbian,* Λέσβιος, ad Lesbum pertinens. *Horat.* lib. 1. od. 26. v. 11. Lesbium plectrum. *h. e.* Alcaicum. Alcæus enim Lesbius fuit. et od. 32. v. 5. Lesbius civis. *h. e.* ipse Alcæus. et lib. 4. od. 6. v. 35. Lesbius pes. *h. e.* Lyricum carmen. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 7. v. 20. Lesbia vates. *h. e.* Sappho. ¶ *Lesbium vinum* laudant *Plin.* l. 14. c. 7. et *Gell.* l. 13. c. 5. et *innocens* appellat *Horat.* l. 1. od. 17. v. 21. ¶ *Lesbium marmor* memoratur a *Plin.* l. 25. c. 6. inter maculosa. ¶ *Lesbium* denique genus est vasis cælati, a Lesbiis inventum. *Festus.*

LESBOS, i, f. hod. *Meteline,* Λέσβος, insula Asiæ minoris, in mari Ægæo, versus oram Troadis et Mysiæ majoris. Dicta est ab urb. Metr. nomine, quæ alias Mitylene appellatur, sive a Lesbo Iapeti filio, qui in eam insulam navigavit. Soli fertilitate, et vini generositate inter alias præstat, nec non puellarum formositate. Unde est nomen puellæ a *Propertio* et *Catullo* celebratæ. Olim universæ Troadis imperium obtinuisse dicitur. Ex hac insula Pittacus unus ex septem Sapientibus, Alcæus, Sappho, Theophrastus philosophus, et alii viri scientia clarissimi orti fuere. *Plin.* l. 5. c. 31. *ad fin.* ¶ In illo *Ovid.* 11. *Metam.* v. 55. Et Methymnææ potiuntur litore Lesbi, al. leg. *Methymnæi,* ut sit mascul. gen. quomodo dixit *Virg.* 1. *Georg.* v. 207. ostriferi fauces tentantur Abydi. Ceterum *Lesbos* feminine sine controversia usurpat *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 1. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 281. et *Valer. Flacc.* l. 3. v. 7. ¶ *Lesbus* positione Latina legitur apud *Tacit.* l. 2. *Ann.* c. 54.

LESBŌUS, a, um, ex Lesbo. *Horat.* l. 1. od. 1. v. 34. Lesboum refugit tendere barbiton. *h. e.* Lyricum carmen, quale fuit Alcæi, et Sapphus e Lesbo.

LESSUS, *a lamentation for the death of any one,* θρηνῳδία, ἰάλεμος, fletus cum gemitu, ejulatio. *Lessum facere alicui* est ejus mortem lamentis, gemituque, et femineo ululatu (ut *Virg.* loquitur 4. *Æn.* v. 667.) prosequi. *Plaut. Trucul.* 4. 2. 18. Thetis quoque etiam lamentando lessum fecit filio. *In leg.* XII. *Tab.* apud *Cic.* l. 2. *de Legib.* Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris causa habento. Hoc (subdit *Cic.*) veteres interpretes Sex. Ælius, L. Acilius, non satis se intelligere, dixerunt, sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris: L. Ælius lessum, quasi lugubrem ejulationem, ut vox ipsa significat: quod eo magis judico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat. Hæc *Cic.* qui in eo, quod ait, *ut vox ipsa significat,* ejus notationem ostendit. Est enim per ὀνοματοποιΐαν facta a sono ejulantium, qui est similis τῷ le, le, ut *Voss.* docet. Sunt tamen, qui aliunde trahunt. In vet. script. apud *Plaut. loc. cit.* habetur *lausum* et *losum,* teste *Lips. epistolic. quæst.* l. 4. c. 12. V. *Lausus.* ¶ Quidam faciunt *lessus, us,* 4. declin. quidam *lessus, i,* 2. sed neutri, opinor, habent, unde confirment.

LESTRYGŌNES. V. *Læstrygones.*

LETABĪLIS, le, letalis. *Ammian.* l. 19. c. 4. (*al.* 7. *sub fin.*) Lues volucri velocitate letabilis. ¶ Scribunt et *lethabilis.*

LETĀLIS, le, *mortal, deadly, fatal,* θανάσιμος, letum afferens, mortalis. *Virg.* 9. *Æn.* v. 580. et *Sueton. in Cæs.* c. 82. Spiramenta animæ letali vulnere rumpit. *Id.* 4. *Æn.* v. 73. hæret lateri letalis arundo. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 392. Letalis ensis. et lib. 2. v. 827. hiems. *Stat.* 6. *Theb.* v. 40. serpens. *Plin.* l. 11. c. 35. Letale venenum. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 155. Letales dapes. *Plin.* l. 11. c. 41. Lac gustasse, letale est. ¶ *Letale* pro *letaliter. Stat.* l. 4. *silv.* 4. v. 84. necdum letale minari Cessat apex. *Id. Theb.* 12. v. 760. Jam letale furens. ¶ Scribitur et *Lethalis.* V. *Letum.*

LETALĬTER, *mortally,* mortifere, καιρίως. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 81. *Hard.* Letaliter circum renes concreto pingui. ¶ Scribunt et *Lethaliter.*

LETĀTUS. V. *Leto, as.*

LETHÆUS, a, um, *Lethean,* Ληθαῖος, ad Lethen pertinens. *Virg.* 6. *Æn.* v. 705. Lethæumque, domus placidas qui prænatat, amnem. *Catull.* carm. 64. *ad Ortal.* v. 5. Lethæus gurgex. *Propert.* l. 4. el. 7. v. 91. Lethæa stagna. *Tibull.* l. 3. el. 3. v. 10. et el. 5. v. 24. Lethæa ratis. *h. e.* quæ per Lethen commeat. *Colum.* l. 10. v. 271. Lethæus tyrannus. *h. e.* Pluto, in cujus ditione Lethe est. *Lucan.* l. 6. v. 685. Lethæi dii. *h. e.* Inferi. *Stat.* l. 3. *silv.* 2. v. 112. Lethæus janitor. *h. e.* canis Cerberus, qui ad januam Ditis excubat, et, ut ait *Virgil.* 6. *Æneid.* v. 401. æternum latrans exsangues terret umbras. Sed *Statius* hoc loco de Ægypto loquitur, et Anubin significat, qui canino capite pingitur, et Ægyptiorum deorum custos habetur, ut canis hominum, et Cerberus Inferorum. *Virgil. Æneid.* 8. v. 698. Omnigenumque deum monstra, et latrator Anubis. ¶ Sæpe ad somnum pertinet, et oblivionem. *Virg.* 1. *Georg.* v. 78. Lethæo perfusa papavera somno. *Id.* 5. *Æn.* v. 854. ramum Lethæo rore madentem. *Lethean, soporiferous.* Sic *Valer. Flacc.* l. 8. v. 84. Cunctaque Lethæi quassare silentia rami. *Ovid.* 7. *Met.* v. 152. Lethæi gramina succi. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 648. Sunt quoque, quæ faciant altos medicamina somnos, Victaque Lethæa lumina nocte premant. *h. e.* gravi sopore. *Sen. in Œdip.* v. 230. Lethæa vates. *h. e.* plena deo, et oblita sui. Sed *Gronov.* mendum subesse putat, et legi vult *repleta. Ovid. de remed. Amor.* v. 551. Lethæus amor. *h. e.* amoris oblivia ingerens. ¶ *Horat.* l. 4. od. 7. *extr.* Lethæa vincula alicui abrumpere. *h. e.* ab inferis ad superos et ad vitam reducere.

LETHĀLIS, &c. V. *Letalis.*

LETHARGĪA, f. *a lethargy, morbid drowsiness,* idem ac lethargus, ληθαργία. *Plin.* l. 24. c. 9. *circa med.* Semen instillatur in oleo decoctum capiti in lethargia, et phrenesi.

LETHARGĬCUS, a, um, *lethargic,* ληθαργικὸς, ad lethargum spectans. *Plin.* l. 23. c. 1. *init.* Gravedinem enim, morbumque lethargicum patitur. *Augustin.* epist. 48. *ad Vincent.* Lethargicus somnus. ¶ *Lethargici* sunt, qui lethargo laborant. *Plin.* l. 24. c. 6. Spondylion infunditur capitibus phreneticorum et lethargicorum. *Id.* l. 26. c. 11. Lethargicos excitare labor est. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 30. Ut lethargicus hic cum fit pugil, et medicum urget.

LETHARGUS, i, m. *a lethargy, morbid drowsiness, morbid sleepiness,* λήθαργος, veternus, marcor, et inexpugnabilis pæne dormiendi necessitas (ut *Cels.* l. 3. c. 20. loquitur) cum mentis alienatione, et oblivione rerum: a λήθη, oblivio, et ἀργὸς, piger, iners. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 145. Quondam lethargo grandi est oppressus. *Sever. Sulpic.* apud *Quintil.* l. 4. c. 2. *a med.* Somno ne te languidum, an gravi lethargo putem pressum? *Plin.* l. 20. c. 12. Ocimum insaniam facit, et lethargos, et jocinoris vitia. *lethargicness. Id.* l. 30. c. 11. Lethargus olfactoriis excitatur. *Id.* l. 28. c. 8. *a med.* Lethargos resolvere. *Id.* l. 32. c. 10. In lethargum vergere.

LETHĀTUS. V. *Leto, as.*

LETHE, es, f. *the river Lethe,* Λήθη, fluvius Inferorum, quem fabulantur filium esse Phlegethontis. Ex eo bibere dicuntur, qui ad Manes transeunt, et omnium inde rerum præteritarum oblivionem haurire. Unde est ei nomen. λήθη enim oblivio est. Locus fabulæ hinc datus, quod morientes vulgo putantur omnium rerum mortalis vitæ oblivisci: et posset etiam in causa esse illud, quod mortuorum facile obliviscuntur, qui supersunt. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 4. v. 23. Non ego, securæ biberes si pocula Lethes, Excidere hæc credam pectore posse tuo. et lib. 4. ep. 1. v. 17. Da mihi, si quid ea est, hebetantem pectora Lethen: Oblitus potero non tamen esse tui. *Id.* 4. *Trist.* el. 1. v. 47. soporiferæ biberem si pocula Lethes. *Lucan.* l. 5. v. 221. Immittere Lethen Stygiam alicui in viscera. *h. e.* oblivionem. *Senec. in Herc. Œt.* v. 936. Stabo ante ripas, immemor Lethe, tuas. *Id. in Herc. Fur.* v. 680. Placido quieta labitur Lethe vado, Demitque curas. [† ¶ Constat autem (ait *C. Steph. in Dict. Hist.* &c. *ex edit. Lloyd.*) revera *Lethen* seu *Lethonem* in Africa amnem esse, circa extremum Syrtium cornu, Berenicen urbem alluentem, verum quoniam terræ hiatu absorptus, et occulto meatu per aliquot lapsus millia, circa Berenicen magna aquarum copia erumpit, persuasum fuit accolis, ab inferis eum emergere. *Lucan.* 9. 355. Quam juxta Lethes tacitus prælabitur amnis, Infernis, ut fama, trahens oblivia venis. *ubi* Lethon *legendum ex optimo suo codice monet Vossius ad Mel.* 1. 8. ¶ *Lethe* pro herba papavere, *a poppy, Apul. de Herb.* c. 53. *Lethæa papavera* dixit *Virg. Georg.* 4. 545.]

LETĬFER, a, um, *causing or bringing death, mortal, deadly, fatal,* θανατικὸς, letum afferens, mortiferus. *Colum. in fin. cap. pænult.* l. 7. Rabies, letifer morbus canibus. *Virg.* 10. *Æn.* v. 169. Letifer arcus. et lib. 3. v. 139. annus. *pestilential. Ovid.* 8. *Metam.* v. 362. ictus. et lib. 12. v. 606. letifera dextra. *Stat.* 5. *Theb.* v. 628. letifer anguis. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 390. in letifero belli certamine. *Ovid. Metam.* 5. v. 133. locus. *dangerous, mortal.* loquitur de membro corporis, in quo vulnus letale est. ¶ Scribitur et *Lethifer.* V. *Letum.*

LETO, as, avi, atum, a. 1. *to put to death, kill, slay,* θανατόω, leto dare, interficere. *Ovid. in Ibin,* v. 505. Quique Lycurgiden letavit, et arbore natum, Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper. Hinc particip. *letatus,* apud *eund.* 3. *Metam.* v. 55. Ut nemus intravit, letataque corpora vidit. Etiam *Virgilio* tribuunt *in Culice,* v. 324. Rursus acerba fremunt, Paris hunc quod letat. Ita *Scalig.* Alii *lædat.*

LETŌIS, et LETOĬUS. V. in *Latois.*

LETUM, i, n. *death,* θάνατος, mors: a λήθη, oblivio, ut *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. et *Fest.* docent: vel a supino verbi *leo, es,* insuitati (unde *deleo*) ut *Priscian.* l. 5. pag. 665. *Putsch.* et lib. 10. pag. 898. quia mors aufert ac delet omnia. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 26. Eodem sibi leto, quo ipse interiisset, esse pereundum. *Id.* l. 10. *Attic.* ep. 10. *ad fin.* Vide, quam turpi leto pereamus. *Nepos in Regib.* c. 3. Pari leto affectus est Lysimachus a Seleuco. *Plaut. Aulul.* 4. 5. 1. Emortuum ego me mavelim leto malo, quam, &c. *Id. Mil.* 4. 6. 16. et *Lucret.* l. 3. v. 81. Letum sibi consciscere. *to destroy himself. Virg.* 6. *Æn.* v. 434. sibi manu parere. et lib. 11. v. 872. ferre alicui. *Plin.* l. 24. c. 17. Insanabili leto perire. *Horat.* l. 3. od. 22. v. 3. Leto

adimere aliquem. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 314. demittere. et lib. 1. v. 633. segni occumbere. *Ovid. Heroid.* ep. 2. *in fin. Phædr.* l. 3. fab. 16. *extr.* et *Virg.* 5. *Æn.* v. 806. dare. (Habetur hæc loquendi ratio etiam apud *Cicer.* 2. *de Legg.* c. 9. *extr.*) *Virg. Æn.* 2. v. 134. se eripere. et lib. 8. v. 566. quempiam sternere. *Lucret.* l. 3. v. 1055. offerre caput. *Stat.* 9. *Theb.* v. 280. Mille modis leti miseros mors una fatigat. ¶ *Mortem*, et *letum* jungit *Lucret.* l. 4. v. 767. cum mortis, letique potitum Jampridem, quem mens vivum se cernere credit. ¶ In funeribus indictivis formula erat, *ollus leto datus esse*, teste *Varr. loc. cit.* Libentius enim eam vocem adhibebant, quam *mortem*, ne cogerentur δυσφημεῖν, et verbum mali ominis pronuntiare: qua de re in *Mors*, et *Vita*, et alibi quoque dictum est. *Cic. de leg.* l. 2. c. 9. *extr.* Deorum Manium jura sancta sunto. Hos leto datos, divos habento. ¶ Ponitur et pro excidio, ac ruina rerum inanimatarum. *ruin, destruction. Virg. Æn.* 5. v. 689. da flammam evadere classi Nunc, pater, et tenues Teucrum res eripe leto. *Servius* hic superfluam acyrologiam agnoscit. ¶ Sunt qui scribunt *lethum* addita aspiratione, quæ est in Græco λήθη, unde *Varr.* et *Fest.* derivant: sed præterquam quod iidem illi *Varr.* et *Fest.* aspiratione abstinent; et sæpe fit ut vox Latina Græcæ quidem originis sit, sed Latina consuetudine scribatur, ut *fama*, a φήμη; non est absurda notatio *Prisciani*, et, quod multo est gravius, in antiquis libris, et lapideis monumentis nulla est aspiratio, testibus *Manut.* et *Cellar. in Orthogr.* Hoc idem et *Dausqu.* præfert.

LEVABĬLIS, le, qui levari potest. *Cœl. Aurel. Acut.* l. 3. c. 7. Levabilis et passibilis motus.

LEVĀMEN, nis, n. idem ac levamentum. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 16. Quod si esset aliquod levamen, id esset in te uno, et cum primum ab aliquo poterit esse, a te erit. Adde *Catull. Virg. Ovid. Tacit.* et al.

LĔVAMENTARĬUS, ii, m. qui parvo navigio navi onerariæ majori adjungitur, ejus levandæ causa, si portum, aut flumen intrare cum toto onere non possit, ut *Callistrat. Dig.* lib. 14. tit. 2. leg. 4. loquitur. Veneti *libo* vocant. *a lighter. Imp. Constantius* lib. 13. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 1. Si navicularius originalis levamentarius fuerit.

LĔVAMENTUM, ti, n. *an alleviation, mitigation; ease, comfort*, κουφισμὸς, consolatio, id, quod levat et minuit, aut tolerabilius malum aliquod facit. *Cic.* 5. *Fin.* c. 19. Nos autem non solum beatæ vitæ istam oblectationem videmus, sed etiam levamentum miseriarum. *Plin.* l. 8. ep. 19. Ad unicum doloris levamentum, studia confugio. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 66. Accusatorum major in dies, et infestior vis sine levamento grassabatur. *Id.* 1. *Hist.* c. 8. Levamentum tributi in posterum. *Plin.* l. 30. c. 3. præstare levamentum. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 43. Hæc res est mihi levamento.

LEVĀNA, æ, f. dea, quæ recens natos de terra levabat. *Augustin.* l. 4. *de Civit. Dei*, c. 11.

LEVATĬO, onis, f. *a lifting or raising up*, ἄρσις, actus levandi, elatio. *Vitruv.* c. 8. l. 10. Onerum levationes facere. ¶ Item levamentum, *an alleviation, mitigation; ease, comfort, relief. Cic.* 6. *Fam.* ep. 4. *sub fin.* Non dubito, quin magnæ tibi levationi solitus sit esse quotidianus congressus familiarissimi hominis. *Id. in fin.* 1. *Tuscul.* Ea potissimum agamus, quæ levationem habeant ægritudinum, formidinum, cupiditatum. *et in fin.* l. 5. Nostris acerbissimis doloribus, variisque molestiis alia nulla potuit inveniri levatio. *Id. Attic.* l. 12. ep. 23. *a med.* Levatio quædam est, si minus doloris, at officii debiti. *Id.* 4. *de Fin.* c. 24. Progressionem ad virtutem fieri aiunt, levationem vitiorum fieri negant. *Vellei.* l. 2. c. 130. *extr.* Cujus potentiam nemo sensit, nisi aut levatione periculi, aut accessione dignitatis.

LĔVĀTOR, oris, m. *a thief*, fur, qui aliquid aufert. *Petron. in Satyr.* c. 140. *ad fin.* Unde plani autem, unde levatores viverent, nisi aut locellos, aut sonantes ære sacellos pro hamis in turbam mitterent? Al. aliter leg.

LĔVĀTUS, a, um, *lifted or raised up*, in altum sublatus, elatus, κουφισθεὶς, ἀναρθεὶς. *Liv.* l. 21. c. 58. *a med.* Aqua levata vento. *Horat.* epod. 16. v. 25. simul imis saxa renarint Vadis levata. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 159. pennisque levati Prætereunt Euros. et lib. 8. v. 693. baculisque levati, Nituntur longo vestigia ponere clivo. *with staves in their hands.* et l. 14. v. 302. tellure levati erigimur. *from the ground. Petron. in Satyr.* cap. 29. Levatum mento in tribunal excelsum Mercurius capiebat. *by the chin. Plin.* l. 32. c. 2. Levatus arundine extra aquam. *Quintil.* l. 2. c. 12. *a med.* Nam et clamant ubique, et omnia, levata, ut ipsi vocant, manu, emugiunt. ¶ Item ablatus, sublatus. *taken away, withdrawn. Ovid.* 2. *Trist.* v. 186. Pars erit e pœna magna levata mea. *Hirt. de B. Afric.* c. 34. Annonæ levata sollicitudo. ¶ Item recreatus. *eased, relieved, allayed, mitigated. Ovid.* 5. *Metam.* v. 500. Levatus curis. *Cic.* 5. *Attic.* ep. 2. *ante med.* Multæ civitates ære alieno liberatæ, multæ valde levatæ. *Virg.* 4. *Æn.* v. 538. auxilio levatus. *Plin.* l. 17. c. 26. Arbores putatione levatæ onere. *Id.* l. 14. *c. ult. a med.* Levatus vomitione.

LĒVĀTUS, *et* Lævatus, a, um, *smoothed, polished, furbished, burnished*, ὁμαλιζόμενος, levigatus, politus. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 6. Cubilia tectorio levata, quo neque serpens, neque bestia accedere ulla possit. *Senec. de consol. ad Helv.* c. 11. *a med.* Magni, levatique mensarum orbes. *Virg.* 5. *Æn.* v. 306. Gnossia bina dabo levato lucida ferro Spicula. *Quintil.* l. 2. c. 5. *circa med.* Vulsi levatique, et inustas comas acu comentes, et non suo colore nitidi. *Gell.* l. 17. c. 8. *sub fin.* Faciliora ad coeundum videntur, quæ levatiora, levioraque sunt. ¶ De scribendi ratione V. in *Levis.*

LEUCA, æ, f. *a league*, mensura itinerum apud Gallos, ut parasanga apud Persas, milliarium apud Latinos. Ea mille et quingentorum passuum olim erat. *Ammian.* l. 16. c. 12. (*al.* c. 23.) A loco, unde Romana promota sunt signa, ad usque vallum barbaricum, quarta leuca signabatur, et decima, idest, unum et viginti millia passuum. Adde *Hieronym. in* c. 9. *Joel.* et lapides inscriptos duos apud *Murator.* pag. 456. n. 4. et pag. 457. n. 2. exaratos sub Septimio Severo, et Antonino Pio, atque adeo *Ammiano* antiquiores, positos tamen in Gallia, non in Italia. ¶ Nunc bis mille passibus constat, secundum vulgatum illud carmen; miliare Octo dabunt stadia; duplicatum dat tibi leucam. Neque id tamen apud omnes perpetuum est: nam apud Hispanos, qui et ipsi hac mensura utuntur, et *legua* vocant, longior est. *Isidor.* vero l. 15. *Orig.* c. 16. quingentorum tantum passuum esse putat; nisi forte ibi sit mendum, ut *Vossio* videtur *de vit. serm.* lib. 3. c. 19. Quidquid sit, ipsa certe vox barbara est, et ab Anglis ortum duxit, ut idem *Voss.* putat *loc. cit.* ¶ Sunt etiam qui pro *leuca* scribunt *leuga*, et *leuva.*

LEUCACANTHA, æ, f. *the white-thorn or white-bramble*, λευκάκανθα, herba, al. rhamnus, in cacumine aculeum habens, radice cyperi, quæ commanducata dentium dolores sedat. *Plin.* lib. 22. c. 16. qui lib. 21. cap. 16. leucacanthon appellat. Dicta est autem a λευκὸς, albus, et ἄκανθα, spina. ¶ Est hoc nomine et alia, quæ phalangites dicitur. *an herb said to cure the bite of a venomous spider. Id.* l. 27. c. 12. *a med.*

LEUCACHĀTES, æ, m. *a white agate*, λευκαχάτης, gemma candida ex genere achatarum, apud *Plin.* l. 37. c. 10. a λευκὸς, albus.

LEUCADĬA, æ, *et* Leucas, adis, f. nunc *S. Maure*, Λευκαδία, pæninsula in mari Ionio, Acarnaniæ adjuncta, in qua Leucas oppidum, totius quondam Acarnaniæ caput: opere accolarum abscissa quondam a continenti. *Plin.* l. 4. c. 1. *Liv.* l. 33. c. 17. et *Pompon. Mela*, l. 2. c. 7. Hinc *Ovid.* 15. *Metam.* v. 289. Leucada continuam veteres habuere coloni: Nunc freta circueunt. ¶ Postea reddita continenti est, ventorum flatu congeriem arenæ accumulante, ut *Plin.* tradit *loc. cit.*

LEUCADĬUS, a, um, Λευκάδιος, ad Leucadiam, et Leucadem pertinens. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 166. Leucadium æquor. *Plin.* l. 4. c. 1. Leucadium litus. *Id.* l. 14. c. 7. *extr.* Leucadium vinum. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 630. quotannis Tristia Leucadio sacra peracta modo. *h. e.* more Leucadiorum, qui quotannis in sacris Apollinis sontium aliquem e specula montis in mare præcipitabant, circumdatum omnis generis alis, et avibus, quo levior casus esset, et volatui similis, dispositisque in orbem naviculis in subjecto mari ad eum excipiendum, quantum poterant, servabant, et extra fines eductum dimittebant, ut est apud *Strab.* l. 10. *ante med.* quem morem *Id. Ovid.* tangit l. 5. *Trist.* el. 2. *in fin.* et *Heroid.* ep. 15. v. 165. *et sequentib.* Narrat *Serv. ad Æn.* 3. v. 279. Leucaten puerum ab Apolline adamatum, ex eo monte se in mare abjecisse: inde ortum morem homines inde præcipitandi. *et ad* ecl. 8. n. 59. tradit, solitos fuisse inde præcipites in pelagus dare se, qui aut suos parentes invenire cupiebant, aut amari desiderabant. Unde Sappho idem Phaoni minitatur, si minus illi in amore responderit, ut est apud *Ovid. cit.* ep. 15. et revera id fecit, teste *Menandro* apud *Strab. loc. cit.* ¶ Leucadius deus est Apollo Leucade cultus. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 2. *in fin.* et l. 3. el. 1. v. 42. et *Propert.* l. 3. el. 9. v. 69. V. *Leucates.* ¶ De Leucadia a Varrone Atacino adamata, cujus meminit *Propert.* l. 2. *el. ult.* v. 86. V. in *Atacinus.* ¶ *Leucadia Tragœdia* fuit *Turpilii* antiqui Poetæ, quam memorat *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 34. et sæpe citat *Nonius.* Fortasse in ea inducebatur puella præ amore in mare se Leucade projiciens. ¶ *Leucadii, orum*, sunt Leucadiæ populi. *Liv.* l. 33. c. 17. *ad fin.*

LEUCÆTHIŎPES, um, Λευκαιθίοπες, pop. inferioris Libyæ, qui supra Getulos meridiem versus primi occurrunt, Libyægyptiis proximi: ita dicti a λευκὸς, albus, quia sunt ceteris Æthiopibus candidiores. *Plin.* l. 5. c. 8. ¶ Apud *Pompon. Mel.* l. 1. c. 4. legitur *Leucoæthiopes.*

LEUCANTHĔMIS, idis, f. *the herb chamomile*, λευκανθεμὶς, herba quæ et anthemis dicitur. *Plin.* l. 22. c. 21.

LEUCANTHĔMOS, i, λευκάνθεμος, eadem herba, quæ leucanthemis. *Plin.* l. 22. 21. ¶ Item eadem, quæ phalangites, [† et *leucacantha.*] *Id.* l. 27. c. 12. *a med.* ¶ Item alia, abrotoni similis odore. *Id.* l. 21. c. 10. *extr.*

LEUCANTHES, n. *the herb pellitory*, λευκανθὲς, herba, quæ et parthenium vocatur: a λευκὸς, albus, et ἄνθος, flos, quia florem album edit. *Plin.* l. 21. cap. 30.

LEUCARGILLOS, *a kind of white clay*, λευκάργιλλος, genus cretæ albæ in agro Megarico: a λευκὸς, albus, et ἄργιλλος, argilla. *Plin.* l. 17. c. 7. [† *Legitur et* leucargillion.]

LEUCAS, adis, f. nunc *S. Maure*, Λευκὰς, eadem quæ Leucadia. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 289. ¶ Item sæpius oppidum ipsum Leucadiæ. *Liv.* l. 33. c. 17. et *Plin.* l. 4. c. 1. ¶ Item Leucates promontorium. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 171. pete protinus altam Leucada, nec saxo desiluisse time. Adde *Senec. in Herc. Œt.* v. 732.

LEUCASĬA. V. *Lectosia.*

LEUCASPIS, idis, adject. f. *armed with white shields*, λευκασπὶς, albis scutis armata: a λευκὸς, albus, et ἀσπὶς, scutum. *Liv.* l. 44. c. 41. Secundam legionem L. Albinus ducere adversus leucaspidem phalangem jussus.

LEUCĀTE, es, f. *et* Leucates, æ, m. Λευκάτης, promontorium, et mons Epiri, seu Acarnaniæ, prope Leucadem, nobile Apollinis templo: a λευκὸς, albus, quia albescentes petras in cacumine habet. *Serv. ad Virg.* 3. *Æn.* v. 279. nomen accepisse ait a puero Apollinis, de quo V. in *Leucadius. Virgil. ibid.* v. 274. Mox et Leucatæ nimbosa cacumina montis, Et formidatus nautis aperitur Apollo. *formidatum* dicit, vel quia scopulosa ea loca sunt: vel quia ibi Apollini humana victima faciebant, ut in *Leucadius* dictum est. *Id. Æn.* 8. v. 676. totumque instructo Marte videres Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus. *Claudian. de B. Get.* v. 185. nec nubifer Actia texit Litora Leucates. Adde *Plin.* l. 4. c. 1. et *Liv.* l. et c. 26. ¶ Apud *Serv. ad cit.* 3. *Æn.* est *Leucate, is.*

LEUCE, es, f. λεύκη, herba Mercuriali similis, per medium folium candida linea transcurrente: unde ei nomen. λευκὸς enim albus est. *Plin.* l. 27. c. 11. *subfin.* ¶ Item populus alba. *the white poplar.* In fabulis est Oceani filia, a Plutone adamata, et ad Inferos ducta: post mortem in albam populum ab eodem versa, et in Elysiis campis collocata: ex qua postea Hercules se, revertens ab Inferis, coronavit. *Serv. ad Virg.* ecl. 7. v. 61. ¶ Item nomen aliquot insularum, de quibus adi Geographos. ¶ Item raphani silvestris genus. *Plin.* l. 19. c. 5. ¶ Item species vitiliginis albidæ serpentis, quam *Cels.* l. 5. c. 28. *sect. ult.* describit. *Id. ibid.* Leuce quem occupavit, non facile dimittit. *a foul spottiness of the body, like the white morphew.*

[* LEUCEŎRON, i, n. λευκήορον, herba eadem ac leontopodion. *Plin.* l. 26. c. 8. sect. 34.]

LEUCIPPIS, idis, patron. f. Leucippi filia. Duæ fuerunt Leucippo Messenio genitæ, Phœbe, et Hilaira (Φοίβη, et Ἱλάειρα) desponsæ Idæ, et Lynceo Messeniis, Apharei filiis, quæ cum essent sacerdotes, illa Minervæ, hæc Dianæ, et pulcritudine excellerent, a Castore, et Polluce raptæ sunt. Quam ob rem orto bello, Lynceus Castorem (teste *Ovid.* 5. *Fast.* v. 709.) Pollux Lynceum interfecit. *Lactant.* l. 1. c. 10. scribit, alterum eorum tantum ab Ida interfectum esse. *Hygin.* autem fab. 80. a Castore Lynceum interemptum tradit, ab Ida Castorem, et a Polluce Idam. *Propert.* lib. 1. el. 2. v. 15. Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe: Pollucem cultu non Hilaira soror. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 327. Te rapuit Theseus, geminas Leucippidas illi.

[† LEUCŎCHRUM, i, n. *a kind of small white wine diluted with water. Plin.* 14. 8. *Al.* leucochrium.]

LEUCOCHRȲSOS, i, m. λευκόχρυσος, gemma in crystalli morem albicans. *Plin.* lib. 37. c. 10. ¶ Item alia ex hyacinthorum genere, aureo colore candori mixto: *a kind of jacinth*: a λευκὸς, albus, et χρυσὸς, aurum. *Plin.* l. 37. c. 9.

LEUCOCŎMOS, λευκόκομος, cognomen mali Punici, cujus frondes albescunt: a λευκὸς, albus, et κόμη, coma. *Plin.* l. 13. c. 19.

LEUCOCŌUM, λευκόκῳον, Coum vinum album: a λευκὸς, albus. *Plin.* l. 14. cap. 8.

LEUCOCRŎTA. V. *Leucrocota.*

LEUCOGÆA, æ, f. λευκογαῖα, gemma eadem quæ galactitis, quasi terra alba: a λευκὸς, albus, et γαῖα, terra. *Plin.* l. 37. c. 10.

LEUCOGÆI COLLES, hod. *l' Alumera*, locus Campaniæ, inter Neapolim, et Puteolos, ubi sulphur præstantissimum effoditur, et cretæ genus optimum, quod alicæ admixtum candorem simul affert, et teneritatem: a λευκὸς, albus, et γαῖα, terra. *Plin.* l. 18. c. 11. et lib. 35. c. 15. Ibi etiam Leucogæi fontes, qui firmitatem dentibus, oculis claritatem, et vulneribus sanitatem afferunt. *Plin.* 31. c. 2. *ante med.*

LEUCOGRAPHĬA, æ, f. λευκογραφία, gemma eadem quæ leucogæa. *Plin.* lib. 37. cap. 10.

LEUCOGRĂPHIS, idis, λευκόγραφις, herba quædam utilis sanguinem excreantibus. *Plin.* l. 27. c. 11.

LEUCOĬON, ii, n. *a stock-gilliflower*, λευκόϊον, Græca vox, quæ violam albam significat; ab ἴον, viola, et λευκὸς, albus. *Plin.* l. 34. c. 20. *a med.* Ex eo candidum colorem sentientem violam, leucoion appellant. *Harduin.* ex MSS. legit *lonchoton*, h. e. chalcanthi, seu atramenti genus ex stalagmia factum, λογχωτόν. quasi lanceolæ, aut cuspidi similem: a λόγχη, lancea, cuspis. ¶ Sed et *Colum.* hanc vocem habet non semel, ut lib. 9. c. 4. In hortensi lira nitent candida lilia, nec his sordidiora leucoia, tum puniceæ rosæ, &c. et lib. 10. v. 97. Candida leucoia, et flaventia lumina calthæ. *candida* quod dicit, appositum perpetuum esse videtur, ut *humida vina* apud *Virg.* 3. *Georg.* v. 364.

LEUCON, i, n. *a white heron*, λευκὸν, h. e. album, genus ardeolarum, a candore pennarum dictum. *Plin.* l. 10. c. 60.

LEUCONĬCUM, i, n. *flocks of wool used in stuffing bed-ticks, mattresses, cushions*, &c. genus lanæ, seu tomenti, quo culcitæ farciuntur. Tribuitur *Martial.* l. 11. epigr. 22. Culcita leuconico quam viduata suo. Al. leg. *leuconio*, eod. sensu. et epigr. 57. Leuconicis, agedum, tumeat tibi culcita lanis. Al. leg. *Lingonicis*. Qui vero *Leuconicis* retinent, ducunt a Leuconibus Galliæ populis, qui iidem cum Leucis fuisse dicuntur (ubi nunc *Toul*) et Lingonibus proximi. Utcumque legas, veri est simile, cum dicat *Plin.* l. 8. c. 48. tomenta Gallicis nominibus discerni.

LEUCONŎTUS, i, m. *the south-west wind*, λευκόνοτος, ventus Africæ occidentalis, inter Notum, et Favonium spirans: a λευκὸς, albus, et νότος, Notus: de quo *Horat.* l. 1. od. 7. v. 15. Albus ut obscuro deterget nubila cælo Sæpe Notus. *Auson. in Technopægn. de deis*, v. 12. Velivolique maris constrator leuconotus Libs.

LEUCOPHÆĀTUS, a, um, leucophæo colore indutus. *Martial.* l. 1. epigr. 97. Amator ille tristium lacernarum, Et bæticatus, atque leucophætus.

LEUCOPHÆUS, a, um, *of a gray, russet, or dusky brown colour*, λευκόφαιος, color cineritius, seu ex albo, et fusco mixtus: a λευκὸς, albus, et φαιὸς, fuscus. *Plin.* l. 32. c. 10. Jecur rubetæ, vel cor adalligatur in panno leucophæo, et quartanis prodest. *Vitr.* l. 8. c. 3. *a med.* Fontes, et flumina sunt, quorum potu pecora, quamvis alba sint, aliis locis procreant vellera leucophæa, aliis locis pulla, aliis coracino colore.

LEUCOPHŎRON, n. *borax* (*used in soldering gold*), λευκοφόρον, glutinum, quo aurum ligno inducitur. Fit ex sinopidis Ponticæ selibra, salis lucidi libris decem, et melini Græciensis libris duabus, mixtis, et per dies duodecim una tritis. *Plin.* l. 35. c. 6. et lib. 33. c. 3. *sub fin.*

LEUCOPHRȲNA, æ, f. *having white eyebrows*, λευκοφρύνη, candida supercilia habens: a λευκὸς, albus, et ὀφρὺς, supercilium. Est cognomen Dianæ apud Magnesios. *Tacit. Ann.* 3. c. 62.

LEUCOPHTHALMOS, i, m. λευκόφθαλμος, gemma, quæ candidam nigramque oculi speciem continet, alias rutila. *Plin.* l. 37. c. 10.

[* LEUCŌPIS, idis, f. λευκῶπις, *h. e.* pulcros oculos habens, herba eadem ac artemisia. *Apul. de herb.* c. 10.]

LEUCOPŒCĪLOS, i, λευκοποίκιλος, gemma, quæ candorem lineis ex auro distinguit: a λευκὸς, albus, et ποικίλος, varius. *Plin.* l. 37. c. 10. ubi al. leg. *leucopetalos*.

LEUCOSĬA. V. *Lectosia*.

LEUCOSTICTOS, *full of white spots or streaks*, λευκόστικτος, albis punctis, seu maculis distinctus. Dicitur de porphyrite a *Plin.* l. 36. c. 7. ubi *Harduin.* aliter leg.

LEUCOTHĒE, es, f. Λευκοθέη, dea maris, eadem, quæ Matuta Latinis. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 545. Leucothee Graiis, Matuta vocabere nostris. V. *Ino*. ¶ Dicitur et *Leucothĕa*, *æ*, positione Latina, quasi alba dea, a λευκὸς, albus, et θεὰ, dea. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 12. *extr.* Ino Leucothea nominata a Græcis, Matuta habetur a nostris. Adde lib. 3. *de nat. Deor.* c. 15. *ad fin.* et *Stat. Theb.* 9. v. 402. ¶ Quidam eandem faciunt cum Aurora: unde ratio nominis clarius patet, quia aurora alba est. V. *Matuta*.

LEUCOTHŎE, es, f. Orchami regis Babyloniorum filia fuit ex Eurynome, quæ a Phœbo, qui ei matris specie primum apparuit, gravida facta est. Clytie, quæ antea a Phœbo amata fuerat, Leucothoæ invidit, ejusque crimen patri indicavit. Ille vivam defodit. Sed puella Phœbi miseratione mutata est in arborem turiferam. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 208. *et sequentib.* ubi al. leg. *Leucothee*, et cum præcedenti confundunt.

LEUCOZŌMUS, a, um, λευκόζωμος, albo jure conditus, ut Pullus leucozomus, apud *Apic.* l. 6. c. 9. *extr.* a λευκὸς, albus, et ζωμὸς, jus esculentum.

LEUCROCŌTA, æ, m. λευκροκότης, fera pernicissima in India, asini fere magnitudine, cruribus cervinis, collo, cauda, pectore leonis, capite melium, bisulca ungula, ore ad aures usque rescisso, dentium loco osse perpetuo, quam humanas voces tradunt imitari. Hæc *Plin.* l. 8. c. 21. quæ exscripsit more suo *Solin.* c. 52. (*al.* c. 65.) *circa med.* Al. leg. *leococrotta*, alii *leucocrotta*. [† Cum κροκόυττας habeat *Strabo* lib. 16. legerim potius *leocrocuta* vel *leocrocotta*. V. *Crocotta* et *Crocuta*.]

LEUCTRĬCUS, a, um, Λευκτρικὸς, ad Leuctra pertinens. Sunt autem *Leuctra* neutr. plur. τὰ Λεῦκτρα (apud *Solin.* cap. 7. (*al.* 12.) Leuctræ, arum) pagus Bœotiæ in confinio Megaridis, inter Platæas et Thespias, ubi ingens planities est, in qua Bœoti, duce Epaminonda Thebano, Lacedæmonios ingenti prœlio fuderunt, adeoque eorum opes attrivere, ut qui cunctæ Græciæ terribiles fuerant, satis haberent, si salvi esse possent. *Nep. in Epamin.* c. 8. Eos coegit apud Leuctra superare Lacedæmonios. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 46. Prius Bœotia Leuctra tollentur, quam pugnæ Leuctricæ gloria. *Id.* 1. *de divin.* c. 34. Leuctrica calamitas. *Nep. in Agesil.* c. 7. Sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedæmonii se nunquam refecerunt, neque pristinum imperium recuperarunt. ¶ Sunt Leuctra et in Laconia, apud *Plin.* l. 4. c. 5.

LEVENNAM HOMINEM, pro *levem* dixit *Laber. in Saturnal.* sed nimis prælicenter, ut recte notat *Gell.* l. 16. c. 7.

LEUGA. V. *Leuca*.

LEVICŌMIS tribuitur *Fulgent. Planc.* l. 1. *Mythol.* c. 1. *ad fin.* Levicomes lateris refugo, &c. Sed legendum *lævi comes lateri*.

LEVICŬLUS, a, um, *somewhat light or vain*, ὑπόκουφος, dimin. a levis. Translate *Cic. Tuscul.* 5. c. 36. Leviculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ, &c. *Gell.* l. 13. c. *ult. ad fin.* Quid significet prandium caninum, rem leviculam diu et anxie quæsivimus.

LEVIDENSIS, se, ἀραιὸς, qui est ex tela leviter densata, cui *pavitensis* opponitur: a *levi*, et *denso*. *Isid.* l. 19. c. 22. Levidensis vestis dicta, quod raro filo sit, leviterque densata. Pavitensis contraria levidensi, dicta, quod graviter pressa, atque calcata sit. ¶ Translate *Cic.* l. 9. *Fam.* ep. 12. Sed ego hospiti veteri, et amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo, cujusmodi ipsius solent esse munera. *idest* munus vile, et minimi pretii, scil. orationem parum elaboratam, atque expolitam. *a small present.* Sunt tamen qui aliter legunt.

LEVIFĬDUS, a, um, *of slight credit, not to be trusted*, εὐρίπιστος, ἄπιστος, qui habet levem fidem, cui secretum non possis tuto committere, qui facile fidem violat. *Plaut. Pers.* 2. 2. 61. Omnes sunt lenæ levifidæ.

LĒVIGATĬO, *et* Lævigatio, onis, f. *a smoothing, polishing*, actus levigandi, et poliendi. *Vitruv.* lib. 7. cap. 1. Levigationibus et polituris cum fuerint perfecta.

LĒVIGĀTUS, *et* Lævigatus, a, um, politus, complanatus, *planed, smoothed, polished. Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. *a med.* Oleum levigatius et spissius est. ¶ Item in pulverem redactus, comminutus, maceratus. *rubbed in pieces, pulverized, comminuted, macerated. Colum.* l. 6. c. 17. Semina trifolii collecta, et levigata, cum vino dantur potanda. *Id.* l. 9. c. 13. Omnia eadem in unum levigata, et fictili vase cum Amineo vino infervefacta. *Id.* l. 7. c. 5. *circa med.* Galla cum austero vino levigata.

LĒVĬGO, *et* Lævigo, as, avi, atum, a. 1. *to polish, plane, smooth, levigate*, λειόω, λειαίνω, lēvem facio, complano, polio, scabritiem, et asperitatem aufero. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 11. et *Colum.* l. 9. c. 7. Parietes tectorio levigantur, ne feles introire ad nocendum possit. *Plin.* l. 36. c. 6. *ad fin.* Æthiopica arena nulla scabritiæ secat marmora: Indica non æque levigat. *Id.* l. 17. c. 14. Levigatur falce truncus. *Id.* l. 20. c. 3. Ad levigandam cutem in facie. *Pallad.* v. 81. *de insitione.* Spiniferas prunos, armataque robora sentes Levigat. ¶ Item comminuo, contundo, *to bruise small, comminute, pulverize*: ita ut tactu mollissima res sit. *Colum.* l. 12. c. 41. *ad fin.* Quæ in colo subsiderunt, diligenter contrita levigantur. V. *Levigatus*. ¶ *Levigare alvum* est ciere, quod fit intestinorum rugis veluti complanatis. *Gell.* l. 4. c. 11. Aristoxenus nullo sæpius legumento Pythagoram dicit usum, quam fabis, quoniam is cibus et subduceret sensim alvum, et levigaret. ¶ De ratione scribendi V. in *Lēvis*.

LĒVĬPES, edis, *light-footed, swift of foot*, ἀερσίπους, celer, et pedibus levis. *Varro* l. 3. *de R. R.* c. 12. *ad fin.* Dictum leporem a celeritudine, quod levipes esset. *Cic. in Arat.* v. 120. subterque pedes, quos diximus ante, Orioni jacet levipes Lepus.

LĒVIR, iri, m. *a man's wife's brother, or a woman's husband's brother*, ἀνδράδελφος, δαὴρ, uxoris meæ frater, secundum *Fest.* vel frater mariti mei, secundum *Non.* c. *ult.* num. 5. Posterior hæc interpretatio est etiam JCtorum. *Modestin. Dig.* l. 38. tit. 10. leg. 4. *a med.* Viri frater levir est, apud Græcos δαὴρ appellatus, ut est apud Homerum relatum. sic enim Helena ad Hectorem dicit: Δάερ ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυοέσσης. ¶ Est ab allato δαὴρ: neque audiendus *Nonius*, a quo quasi *lævus vir*, dictus creditur: unde et *lævir* quidam scripsere. [† ¶ Testatur *Varro* scriptum olim fuisse *devir* pro *levir*. Sic *dacrimas* pro *lacrimas*, ait *Festus*, sæpe posuit *Livius Andronicus*. V. *Dacrimas*. Levir sine dubio nihil aliud est nisi Græcorum δαὴρ, vel potius δαϝὴρ, *a* facili mutatione in *v* transeunte. Ceterum V. *Licet*.]

LĒVIS, ve, *light, easy to bear or carry, of little weight*, κοῦφος, ἀβαρὴς, qui pondere caret, vel, licet pondus habeat, facilis est portatu, et facilius sursum fertur, quam deorsum. cui opponitur *gravis*. Vellent Etymologi esse a λέπὶς, cortex. *Plaut. Men.* 3. 2. 23. Levior, quam pluma. *Virg.* 1. *Georg.* v. 289. Leves stipulæ. et l. 2. v. 449. tiliæ. et 5. *Æn.* v. 558. pharetræ. ¶ Dicitur etiam de eo, qui pondere liber est. *Plaut. Capt.* 5. 4. 22. Compedibus quæso ut tibi sit levior filius, atque hic gravior servus. ¶ Hinc *levis miles* est, qui paucioribus et levioribus armis utitur, *a light-armed soldier*: γυμνὴς, ῆτος, ψιλὸς στρατιώτης: cujusmodi erant apud Romanos, qui hastam tantum, et gæsa gerebant, ut *Liv.* l. 8. c. 8. docet: cum alii scuta, pila, aliaque haberent. Hi dicuntur etiam *levis armaturæ milites*, item *levis armatura*. V. *Armatura*. ¶ De cibis, qui parvi alimenti sunt, et facile coquuntur in stomacho. *light, easy of digestion. Cels.* l. 1. c. 18. Quæ in aqua degunt, leviorem cibum præstant. Inter domesticas quadrupedes levissima suilla est, gravissima bubula. [† *Horat.* l. 1. od. 31. v. 16. Me cichorea levesque malvæ.] ¶ Est etiam agilis, celer, velox, *nimble, swift*: quia quæ pondere carent, cito feruntur. *Nep. in Iphicr.* c. 1. Peltam pro parma fecit, ut ad motus, concursusque essent leviores. *Phædr.* l. 1. fab. 12. v. 8. *de cervo.* Per campos cœpit currere, et cursu levi Canes elusit. *Sil.* l. 7. v. 645. levibus flexo per devia gyris Ludificatus equo. *Al. leg.* brevibus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 489. Messapus cursu levis. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 240. Levis equus. *Virg. Georg.* l. 4. v. 55. apes. et vers. 314. Parthi. *et Ecl.* 1. v. 60. cervi. *Val. Flacc.* l. 1. v. 389. Et levis Elis equis. ¶ Cum infinito. *Sil.* l. 16. v. 488. Omnes ire leves, atque omnes vincere digni. Adde l. 10. v. 605. ¶ Translate est exiguus, parvus, *small, little, slight. Virg. Ecl.* 1. v. 56. Sæpe levi somnos suadebit inire susurro. *gentle. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 36. Leve prœlium. *a skirmish. Id.* l. 2. *B. Civ.* c. 32. *a med.* Mea in vos merita sunt adhuc et mea voluntate, et vestra exspectatione leviora. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 30. Pueri inter se se quam pro levibus noxiis iras gerunt! *Cic.* 1. *de Fin.* c. 12. Dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis solet esse. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 26. Levius periculum. *Plaut. Capt.* 2. 1. 2. Levior labor. *Val. Flacc.* l. 3. v. 257. leve lumen. et vers. 627. pretium. *Sil.* l. 10. v. 592. levior numerus. *less. Ovid.* 2. *Trist.* v. 339. Ad leve rursus opus, juvenilia carmina, veni. ¶ *Levis aura* in re nautica interdum est secundus flatus ventorum. *Sil.* l. 15. v. 162. levis inde secunda Aspirans aura propellit carbasa flatus. ¶ Item tenuis, vanus, parvi momenti, aut fidei. *trifling, trivial, inconsiderable, of no esteem or credit. Cic. pro Rosc. Com.* c. 2. Quod apud omnes leve et infirmum est, id apud judices grave et sanctum esse judicetur? *Id. pro Planc.* c. 26. Inania et levia conquirere. *Cæs.* l. 7. *Bell. Gall.* c. 42. Levem auditionem habere pro re comperta. *et ibid.* c. 4. *in fin.* Leviore de causa. *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 21. In levi habere aliquid. *h. e.* parvifacere, negligere. ¶ Item placidus, lenis, gratus; sicut *gravis* ingratus. *Sallust. in fragm.* apud *Philarg. ad* 4. *Georg.* v. 49. Amomum, et alii leves odores gignuntur. *Horat.* epod. 2. v. 27. Fontesque lymphis obstrepunt manantibus, Somnos quod invitet leves. ¶ Item facilis. *Liv.* l. 5. c. 23. *ad fin.* Tandem eo, quod levissimum videbatur, decursum est, ut, &c. ¶ Item mitis, non asper. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 40. Relinquamus igitur has ineptias. quod enim levius huic levitati nomen imponam? *what name less harsh? Id.* 4. *Acad.* c. 32. Levior reprehensio. ¶ *Leviora loca* apud *Varron.* l. 4. c. 4. et 6. sunt salubriora, et opponuntur gravioribus. ¶ Mustum leve, *of trifling strength and age*, apud *Pallad. in Octobr.* tit. 14. ¶ *Levis terra* pingui contraria, *meager, poor. Virg.* 2. *Georg.* v. 92. ¶ *Levem terram* precabantur sepultis. *Tibull.* l. 2. el. 4. v. 50. Terraque securæ sit super ossa levis. Hinc illæ notæ in Inscriptionib. sepulcr. S. T. T. L. h. e. sit tibi terra levis, ut apud *Gruter.* pag. 582. n. 2. Contra *Tertull. de testim. Animæ*, c. 4. Terram gravem imprecaris, et cineri penes Inferos tormentum. ¶ *Levis homo* est comis, facilis. *Plaut. Trin.* 3. 2. 58. Nunquam erit alienis gravis, qui suis se concinnat levem. *agreeable, pleasant.* ¶ Item sæpius inconstans, animo, et fide mobilis, vilis, nullo honore dignus. *fickle, inconstant, not to be relied on, unsettled, capricious, false, corrupt, worthless.* V. *Levitas*. *Plaut. Men.* 3. 2. 23. Quid ais, homo levior, quam pluma, pessime et nequissime? *Liv.* l. 5. c. 15. *extr.* Auctorem levem, nec satis fidum super tantà re Patres rati. *Cic. de Amic.* c. 17. Quidam sæpe in parva pecunia cognoscuntur, quam sint leves: quidam, quos parva movere non potuit, cognoscuntur in magna. et cap. 26. *in fi.* Leves amicitiæ. *h. e.* levium hominum. *Ovid. Metam.* 12. v. 53. veniunt leve vulgus, euntque. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 159. Parva leves capiunt animos. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 32. Mulieres sunt ferme, ut pueri, levi sententia. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 28. *extr.* Quid levius, aut turpius, quam auctore hoste de summis rebus capere consilium? ¶ Item vaniloquus, mendax. *Tibull.* l. 1. el. 7. v. 61. Et tibi nescio quas dixit, mea Delia, pœnas. Si tamen admittis, sit precor illa levis. ¶ Cum genitivo, Græca ratione. *Sil.* l. 2. v. 102. opum levior, venatu extendere vitam Abnuit, atque arctæ res exegere per æquor. *with a scanty fortune.* et lib. 5. v. 363. Haud levior famæ Synhalus. *in no less esteem.* Al. leg. *fama*. Similiter legit *Heins.* illud *Stat.* 7. *Theb.* v. 84. vidit pater altus, et iræ Jam levior. *h. e.* ira jam remissa. Alii *ira*.

LĒVIS, et Lævis, e, *smooth, polished, furbished, sleek*, λεῖος, planus, complanatus, non scaber, non asper, politus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 24. Corpuscula quædam levia, alia aspera, rotunda alia. *Id. in Partit.* c. 10. Loci plani, an montuosi; leves, an asperi; opaci, an aprici. *Id. de Univ.* c. 6. *a med.* Deus levem mundum fecit, et undique æquabilem. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 792. Levior assiduo detritis æquore conchis. *Virg.* 5. *Æn.* v. 91. levia pocula. *Id. Ecl.* 7. v. 31. Leve marmor. *Id.* 8. *Æn.* v. 624. Leves ocreæ. et lib. 7. v. 616. clypei. et lib. 5. vers. 259. levibus hamis conserta lorica. *Id.* 4. *Georg.* v. 45. Apum cubilia levi limo ungere. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 409. coma pectine levis. et lib. 4. v. 221. Levia stamina. *Martial.* l. 14. epigr. 136. levia pallia. *h. e.* ex panno non villoso. *Cato R. R.* c. 157. Levis brassica. *h. e.* quæ extenta folia habet: cui opponitur crispa. *Lucret.* l. 4. v. 660. levissima corpora. ¶ Est etiam imberbis, glaber. *beardless. Horat.* l. 2. od. 11.

v. 5. fugit retro Levis juventas, et decor. *Juvenal.* sat. 8. v. 115. levia crura. et vers. 35. canes scabie vetusta leves. *Tibull.* l. 1. el. 9. v. 31. levia ora. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 745. Levis senex. *Ibid.* ¶ Item nitidus, candidus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 40. levi patens in pectore vulnus. et lib. 7. v. 815. leves humeri. *Id. Ecl.* 6. v. 51. levis frons. *Ovid. Metam.* 10. v. 698. Levia colla. ¶ Item lubricus. *slippery.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 328. levi sanguine Nisus labitur. ¶ *Leves malvæ* dicuntur ab *Horat.* l. 1. od. 31. v. 16. quia ventrem levigant, et subducunt. [† Sed hoc exemplum pertinet ad vocabulum *Lēvis*, metro postulante. V.] ¶ Levia nonnunquam dicuntur, quæ bene trita sunt, et macerata, et mollia tactu. *Scribon. Larg. compos.* 201. Acetum intritum consumatur ad omnia, quæ teri debeant, dum levia habuerint mellis spissitudinem. *et compos.* 228. Hæc terere oportet, donec levia passi habeant temperamentum. Adde *compos.* 204. Huc pertinet illud *Celsi* l. 2. c. 8. *a med.* Si quod excernitur, leve est, et mali odoris. ¶ *Leve* absolute est res levigata. *Pers.* sat. 1. v. 64. ut per leve severos Effundat junctura ungues. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 87. Externi ne quid valeat per leve morari. ¶ Translate *levis oratio* est delicata, et æquabiliter fluens. *Horat. in ar. Poet.* v. 26. sectantem levia nervi deficiunt. *Bentlei.* tamen *lenia* legit, et copiose defendit. ¶ Est etiam mollis, effeminatus: ductum ab his, qui pilos vellunt, et cutem levigant. *soft, effeminate.* *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 437. Femina quid faciat, cum vir sit levior ipsa? *Pers.* sat. 1. v. 82. Trossulus exsultat tibi per subsellia levis. ¶ Ad scriptionem quod attinet, sunt quibus placet per diphthongum scribi, ad differentiam τοῦ Lĕvis, quia sæpe fit, ut amphibologia suboriatur, si aliter fiat: contra stant Critici fere omnes cum *Dausquio*, et probatior consuetudo tum Etymologi, qui a λεῖος ducunt: Græca autem diphthongus ει in *e* simplex Latine verti solet.

LĔVISOMNUS, a, um, *watchful, easily waked,* qui levi somno est. *Lucret.* l. 5. v. 862. Et levisomna canum fido cum pectore corda. ἐπιπόλαιον ὕπνον.

LĔVĬTAS, atis, f. *lightness,* κουφότης, qualitas gravitati contraria, privatio ponderis. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 34. Levitas armorum. *Lucret.* l. 3. v. 387. plumas avium, papposque volantes, Qui nimia levitate cadunt plerumque gravatim. *Plin.* l. 13. c. 22. *de ferula arbore.* Nulli fruticum levitas major. ¶ Item agilitas, velocitas. *agility, nimbleness, swiftness, velocity.* *Lucret.* lib. 4. v. 203. ubi tam volucri hæc levitate feruntur. Adde vers. 746. ¶ Item mobilitas. *Ovid.* 2. *Fast.* vers. 673. Termine, post illud levitas tibi libera non est: Qua positus fueris in statione, mane. ¶ Transfertur ad animum, et significat mobilitatem atque inconstantiam, qua quis levi quacumque de causa quippiam aut suscipit, aut omittit. *levity, inconstancy, mutability, uncertainty, caprice, fickleness.* *Cic. Phil.* 7. c. 3. Quid est inconstantia, mobilitate, levitate, cum singulis hominibus, tum vero universo senatui, turpius? *Cæs.* lib. 2. *B. Gall.* cap. 1. Mobilitate et levitate animi novis imperiis studebant. *Phædr. in prol.* lib. 5. v. 8. non levitas mihi, Sed certa ratio causam scribendi dedit. et fab. 7. v. 3. Facile ad derisum stulta levitas ducitur. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 18. *ad fin.* Amatoriis levitatibus dediti. *Ovid.* lib. 5. *Trist.* el. 8. v. 18. *de Fortuna.* Et tantum constans in levitate sua est. ¶ Item nequitia, vilitas, ut docet *Gell.* l. 7. c. 11. h. e. vilis abjectique hominis, nulli rei, neque frugis bonæ, nulloque honore digni conditio. *corrupt. vile, worthless.* *Cic.* 2. *Phil.* c. 31. At videte levitatem. Cum hora diei decima, &c. *Id.* 1. *Offic.* c. 26. Ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est. ¶ Item vanitas. *vanity, airiness, fancifulness, conceit.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 17. Cujus opinionis levitas, confutata a Cotta, non desiderat orationem meam.

LĒVĬTAS, *et* Lævitas, atis, f. *smoothness, planeness, evenness, sleekness,* λειότης, æquabilitas, lævor: cui contraria est asperitas, scabrities. *Cic. de Univ.* c. *ult.* Speculorum levitas. *Id.* 3. *de Orat.* c. 25. *a med.* In ipso tactu est modus mollitudinis, et levitatis. *Plin.* lib. 2. cap. 3. Mundi corpus levitate continua lubricum. ¶ *Levitas intestinorum* est, cum eorum rugæ aperiuntur, extenduntur, et veluti complanantur; quo fit, ut continere nihil possint, et quidquid assumptum est, in confectum protinus reddant. *lubricity, looseness.* *Cels.* l. 4. c. 16. et lib. 2. c. 8. *a med.* ¶ Translate in oratione est æquabilitas. *Quintil.* l. 10. c. 1. *ante med. de Hesiodo.* Levitas verborum, et compositionis probabilis. *evenness,* ὀνομάτων λειότης. ¶ De ratione scribendi V. in *Lēvis.*

LĔVĬTER, *lightly,* κούφως, sine pondere, exiguo pondere. *Curt.* l. 4. c. 13. *a med.* et lib. 8. c. 11. Thraces leviter armati. V. *Lĕvis,* et *Armatura.* ¶ Item parum, exigue, modice, tenuiter. *slightly, a little, somewhat, triflingly.* *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 8. Collis leviter fastigiatus. *Al. leg.* leniter. *Flor.* l. 3. c. 1. Atqui non leviter se Numidia concussit. *Sueton. in Claud.* c. 15. *extr.* Genam non leviter perstrinxit. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 92. Levius casura pila sperabat, in loco retentis militibus, quam si ipsi immissis telis occurrissent. *h. e.* leviore ictu. *Curt.* l. 4. c. 10. *a med.* Porta castrorum, quæ levius custodiebatur. *h. e.* indiligentius. *more carelessly.* *Cic. de Invent.* c. 51. Leviter saucius. *slightly.* *Id. Verr.* 5. c. 76. *a med.* Non leviter lucra ligurriens. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 17. Leviter a summo inflexum bacillum. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Genæ leviter eminentes. *Id.* l. 1. *Offic.* c. 24. Leviter ægrotans. *Id.* 3. *de Orat.* c. 6. Homines leviter eruditi. *Id.* 2. *de Fin.* c. 11. Aliquid leviter agnoscere. *Sueton. in Ner.* c. 41. Leviter recreata mens. *Id. de Grammat.* c. 9. Studia non leviter attigerat. *Quintil.* l. 7. c. 3. *a med.* Quæ libro quinto leviter in transitu attigeram. ¶ *Leviter ferre* est facile, et æquo animo ferre. *to take in good part, bear easily, brook.* *Cic. de Provinc. Consul. in fin.* Sed levissime feram, si forte iis minus probaro, &c. *Id.* 4. *Fam.* ep. 3. *circa med.* Quod a tuis abes, id eo levius ferendum est, quod, &c. ¶ *Levius,* minus. *less.* *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 18. quanto constantior idem In vitiis, tanto levius miser. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 9. v. 30. Levius dolere. ¶ Urbane, et per figuram μείωσιν. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 9. Quamquam bene volumus leviter lenonibus. *h. e.* odio habemus. et 5. 3. 35. Ego faxo hospitium hoc leviter laudabitis. *h. e.* vituperabitis, abominabimini. ¶ *Ut levissime dicam,* formula, cum mitiore vocabulo utimur, quam rei atrocitas postulat. *to say the very least of it.* *Cic.* 3. *Catil.* cap. 7. *sub fin.* Si Catilina in urbe remansisset, ut levissime dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset.

LEVĪTES, æ, m. *a Deacon in the Christian church, the same in rank as a Levite amongst the Jews,* sacer ordo Ecclesiasticus dignitate sacerdoti proximus: dictus a Levitis Hebræorum, qui ministri erant rerum sacrarum, ex tribu Levi assumpti. *Sidon.* l. 9. ep. 2. Albiso Antistes, Proculusque Levites. *Arator in Acta Apost.* v. 553. Levitas vocitare placet, quam splendida cœpit, &c.

LEVĪTIS, idis, f. ut *gens Levitis,* ipsi Levitæ. *Prudent. in Psychom.* v. 502. et gentis Levitidis una Semper fida comes.

LĒVĬTŪDO, *et* Lævitudo, inis, f. idem quod lēvitas, lēvor. *Lactant. de Ira Dei,* c. 10. Si quis milium velit in unam coagmentationem constringere, levitudo granorum in massam coire non sinat.

LEVIUSCŬLUS, a, um, levior: a *Lĕvis,* ut *duriusculus* a *durus.* *Plin.* l. 1. ep. 16. Facit versus data opera molliusculos leviusculosque, duriusculos quosdam. Al. leg. *data opera mollius, leniusque, duriusculos quosdam.*

LĔVO, as, avi, atum, a. 1. *to lift up, raise, elevate,* αἴρω, tollo, elevo, in altum fero: a *lĕvis.* *Virg.* 4. *Æn.* v. 690. Ter se se attollens, cubitoque adnixa levavit. *Val. Flacc.* l. 6. v. 89. densique levant vexilla Coralli. *hoist.* *Ovid. Met.* 2. v. 427. de cæspite virgo Se levat. *Id.* 4. *Fast.* v. 521. Seque levat saxo, subsequiturque senem. *Id.* 1. *Trist.* el. 3. v. 94. gelida membra levavit humo. *Colum.* l. 9. c. 12. Apis se confestim levat sublimius. *Plin.* l. 2. c. 16. *ad fin.* Ignea vi levantur in sublime. *Id.* l. 36. c. 15. *de aquæduct.* Ad eam excelsitatem, ut in omnes Urbis montes levarentur. *Claudian. in Consul. Prob. et Olybr.* v. 39. nunquamque levantibus alte Intumuit rebus. ¶ Item erigo, excito. *to excite, rouse, encourage.* *Cic.* l. 2. *ad Q. Fratr.* ep. 9. Illum neque ursi, neque levavi. *Id.* translate *Attic.* l. 12. ep. 50. Ut me levarat tuus adventus, sic discessus adflixit. ¶ Item aufero, adimo. *to take away, take off.* *Virg.* 2. *Æn.* v. 146. Ipse viro primus manicas, atque arcta levari Vincla jubet Priamus. *Pallad. in Februar.* tit. 25. Levare terram ab radicibus. *Id. in Jun.* tit. 5. corticem scalpro. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 647. furca levat ille bicorni Sordida terga suis, nigro pendentia tigno. *takes down.* Et translate *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Consuetudine difficultas omnis levatur. ¶ Item exonerare, relevare. *to relieve, lighten, exonerate, ease.* *Virg. Ecl.* 9. v. 65. Cantantes ut eamus, ego hoc te fasce levabo. *Id.* 2. *Georg.* v. 400. omne levandum Fronde nemus. *Spartian. in Caracall.* c. 7. Cum levandæ vesicæ gratia ex equo descendisset. ¶ Cum genitivo. *Plaut. Rud.* 1. 4. 27. Ut me omnium jam laborum levas! Simile est illud *Virgilii* 11. *Æn.* v. 126. Justitiæ ne prius mirer, belli ne laborum: quod Græci dicunt θαυμάζω τῶν πόνων: tametsi sunt codices, in quibus *justitia,* et *labore* legitur, et in quibus *justitium,* et *laborem,* teste *Pierio.* Sic, Fastidit mei, *Plaut. Aulul.* 2. 2. 67. *et,* Uxor, quæ non vereatur viri, *Afran.* apud *Non.* c. 9. n. 5. ¶ Dicimus autem, levare paupertatem alicui, ut apud *Plaut. Epid.* 4. 1. 29. et levare quempiam ære alieno, ut apud *Cicer. Attic.* l. 6. ep. 2. *ante med.* ¶ Levare dentes, h. e. purgare. *to pick the teeth.* *Martial.* l. 14. epigr. 22. si tibi frondea cuspis Defuerit, dentes penna levare potest. ¶ Levare se vita, *to destroy himself.* *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 279. Qui manu corporis fervidos aperis lacus sanguinis, teque vita levas ferreo ense. ¶ Item elevare, detrahere, minuere, *to lessen, diminish, weaken, impair.* *Plin.* l. 33. c. 6. *a med.* Quoties id factum est, levatur bonitas pro numero, dilutiore sanie. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 59. Levavitque, apertis horreis, pretia frugum. *Accius* apud *Non. loc. cit.* Cave, lassitudo poplitum cursum levet. *Id. ibid.* Tu laudes illorum levas. *Cic. Verr.* 5. cap. 59. *in fin.* Levare suspicionem, et a se removere. *Horat.* l. et ep. 2. vers. 10. Multa fidem promissa levant. *Justin.* lib. 12. cap. 10. *extr.* Ut communi facto crimen regis levaretur. (Adde *Liv.* lib. 4. cap. 17.) *Cæs.* lib. 1. *B. Civ.* cap. 9. Levare injurias. *Turpil.* apud *Non.* cap. 4. n. 279. Intercapedo amicitias levat. ¶ Et recreare, *to refresh, relieve.* *Ovid.* 6. *Fast.* v. 328. Pars jacet, et molli gramine membra levat. *Cic. Fam.* 3. ep. 8. *circa med.* Levare miseriis perditas civitates. *Id. Attic.* l. 6. ep. 2. *ante med.* Liberare, aut levare se ære alieno. *to extricate.* *Id. Verr.* 5. c. 61. Levare se infamia. *Id.* 3. *Q. Fr.* ep. 9. aliquem cura domestica. ¶ Et sedare, *to allay, assuage.* *Ovid. de remed. amor.* v. 250. Arida nec sitiens ora levabis aqua. *Id.* 4. *Trist.* el. 8. v. 26. fonte levare sitim. *Id. Heroid.* ep. 14. v. 96. fronde levare famem. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 48. inopiam. ¶ Et levem facere, et tolerabilem. *Virg.* 8. *Æn.* v. 309. varioque viam sermone levabant. *beguiled.* ¶ Et auferre, avertere. *Virg.* 3. *Æn.* v. 36. Rite secundarent visus, omenque levarent. *avert, remove.* ¶ Et curare, medendo relevare. *Plaut. Mil.* 4. 6. 57. Levando morbum mulieri video. *Horat.* epod. 11. v. 17. Fomenta vulnus nil malum levantia. *Id. in carm. sæcul.* v. 63. Qui salutari levat arte fessos Corporis artus. ¶ Et infirmare. *Cic.* 4. *Acad.* c. 22. Inconstantia levatur auctoritas. ¶ Et capere, auferre. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 15. leg. 4. Agri tributum in eam civitatem debet levari, in cujus territorio possidetur. ¶ Sæpe refertur ad animum, et significat lenire, levamen afferre, *to lighten, alleviate, allay.* *Cic. Fam.* 4. ep. 3. Hæc tibi ad levandas molestias magna esse debent. *Catull.* carm. 2. v. 10. Et tristes animi levare curas. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 18. Qui sæpissime curam et angorem animi mei sermone et consilio levasti tuo. *Quintil.* l. 8. c. 3. Levare tædium. ¶ Et sublevare. *Virg.* 2. *Æn.* v. 452. et *Justin.* l. 5. c. 2. *sub fin.* Auxilio levare aliquem. ¶ Et liberare. *Liv.* l. 21. c. 62. Magna ex parte levaverunt animos religione. *Id.* l. 2. c. 22. Levare aliquem metu. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 24. *sub fin.* Levare metum alicui. ¶ Et eruere, eripere. *Cic. de Amic.* c. 20. Qui hac opinione non modo verbis, sed etiam opere levandi sunt. ¶ Et reficere, recreare. *Id. de Senect.* c. 11. Et corpora quidem exercitatione ingravescunt: animi autem exercitando levantur. *are relieved.* ¶ *Levasso* antique pro *levavero.* *Enn.* apud *Cicer. de Senect.* c. 1. O Tite, si quid ego adjuro, curamve levasso, Quæ nunc te coquit. [¶ Particip. *levaturus* apud *Curt.* l. 3. c. 6. Tantam vim morbi potione medicata levaturum esse promisit.]

LĒVO, *et* Lævo, as, avi, atum, a. 1. *to plane, polish, smooth,* λειόω, lēvem facio, complano, polio, levigo. *Cels.* l. 5. c. 13. Levant id, quod exasperatum est, spodium, hebenus, gummi. *Id.* l. 8. c. 3. *sub fin.* Os radere et levare satis est. *Lucret.* l. 5. v. 1266. levare et radere tigna. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 519. Pars teretes levare manu, ac disponere mensas. *to furbish.* *Colum. de arborib.* c. 8. Vitem quam insiturus es, resecato, plagam levato. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 6. n. 98 Tu vero festivus, tu elegans, qui levare vultum, mollire vocem potes. ¶ Translate *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 122. Luxuriantia compescet, nimis aspera sano Levabit cultu. *h. e.* molliet, suaviora reddet. ¶ De ratione scribendi V. in *Lēvis.*

LĒVOR, *et* Lævor, oris, m. idem quod lēvitas, lēvitudo. *Cic. de Univ.* c. 13. *extr.* Multis modis concors et aptus redditus in levore consedit. *Plin.* l. 13. c. 12. Spectantur in chartis tenuitas, densitas, candor, levor. *Id.* l. 30. c. 12. Cochleæ arefactæ tusæque in farina candoremque, et levorem corpori afferunt. *Id.* lib. 37. c. 4. Adamas laterum sexangulo, levore turbinatus in mucrone. *Lucret.* l. 4. v. 452. Asperitas autem voci fit ab asperitate Principiorum, et item levor levore creatur.

LEUSON. V. in fine vocis *Ægis.*

LEX, legis, f. *law; a law, statute, ordinance,* νόμος, recta ratio rerum agendarum: a *legendo,* quia cum ferretur, proponebatur legenda omnibus. Ita *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. At *Cic.* l. 1. *de Legib.* c. 6. a *legendo,* h. e. eligendo ducit. *Id. ibid.* c. 15. Lex est recta ratio imperandi, atque prohibendi: quam qui ignorat, is est injustus, sive est illa scripta uspiam, sive nusquam. *Quintil.* l. 7. c. 5. Omnis lex aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut jubet, aut vetat, aut permittit. *Cic.* l. 3. *de Legib.* c. 1. Ut magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus: vereque dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. ¶ Apud Romanos *lex* erat, quod populus R. magistratu senatorio interrogante constituebat: quo pacto a Plebiscito distinguebatur: tametsi et hoc aliquando *lex* dicitur. Ac primis quidem temporibus, Regum, vel etiam Consulum responsa et decreta pro legibus habebantur: postea vero missis Athenas legatis (Decemvirum magistratu ad id constituto) descriptæ leges Solonis in XII. Tabulis, et ad Rempubl. regendam adhibitæ, additis successu temporum quamplurimis aliis, quas proponente aliquo populus R. acceptabat. Porro qui legem erat laturus, eam prius domi describebat; deinde promulgabat, hoc est proponebat in publicum per trinundinum; tum populum rogabat per formulam, *velitis, jubeatis,* &c. quæ si acciperetur, lata et perlata dicebatur; si displiceret, antiquata. Perlata lex in ærea tabula describebatur et publice figebatur, ut ab omnibus perlegi posset. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 12. Antonius fixit legem, a dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani, &c. *Id. pro Dom.* c. 27. De me retulisti, legem promulgasti, tulisti. *have promulgated or proposed.* et *post redit. in Sen.* c. 5. Legem tulit, ne auspiciis obtemperaretur. *Id. pro Dom.* c. 30. *ad fin.* Legem de injuriis publicis tulisti Anagnino nescio cui. *in favour*

of some person of Anagnia. et *Liv.* l. 33. c. 46. Legem promulgavit, pertulitque, ut, &c. *Cic.* 2. *Offic.* c. 21. Cum legem agrariam ferret: quam tamen antiquari facile passus est. *Id. pro Dom.* c. 18. Hanc tibi legem Clodius scripsit. *drew up, dictated.* et *Phil.* 2. c. 29. Ego leges perniciosas rogavi. *proposed.* et *pro Planc.* c. 14. *ad fin.* Legem sciscere de re aliqua. *Id. pro Balb.* c. 17. Populus R. legem jussit de civitate tribuenda. *Id.* l. *de Legib.* c. 22. Populis leges vivendi, et disciplinam dare. *Id.* 3. *Offic.* c. 30. Legem accipere. *Id. de Amic.* c. 25. *a med.* repudiare. *Id.* 4. *Acad.* c. 8. gravem cuipiam imponere. *Id.* 5. *Phil.* c. 3. facere. *Id. pro Cæcin.* c. 14. constituere alicui. *Id. de Amic.* cap. 12. sancire. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 105. ponere. *Liv.* l. 3. c. 34. condere. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 39. et *Virg. Æn.* 11. v. 322. dicere alicui. *to propose. Cic. Catil.* 1. c. 7. *ad fin.* negligere, evertere, perfringere. *Id.* 1. *de Legib.* c. 15. negligere, perrumpere. *Id. pro Cæcin.* c. 25. Leges ac jura labefactare. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 1. v. 22. servare. Adde *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 41. ¶ *Legibus aliquem solvere* est cuipiam concedere, ut legibus parere non teneatur, *to exempt or excuse. Ascon. in argum. orat. Cic. pro C. Cornel.* Promulgavit legem, ne quis, nisi per populum, legibus solveretur. *Cic. Phil.* 11. c. 5. Ille homo summo ingenio, summa potentia, solvatur legibus: quamquam leges eum non tenent. ¶ *Lege agere* dicitur, qui actionem in judicio intendit, litem movet, et jus suum persequitur. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 36. Alter plus, lege agendo petebat, quam quantum lex in XII. Tabulis permiserat. et cap. 38. *sub fin.* Lege egit in hereditatem paternam testamento exheres filius. Adde *Nep. in Timol.* c. *ult.* ubi et *legibus experiri* habetur, eodem sensu. Huc pertinet illud *Ovid.* 1. *Fast.* v. 47. Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur: Fastus erit, per quem lege licebit agi. ¶ Item *lege agito* dicebatur ei, cujus intentio contemptibilis adversario videbatur, ut ait *Donat.* ad illud *Terent. Phorm.* 5. 7. 90. Una injuria est tecum. *Chre.* Lege agito ergo. Adde *Plaut. Mil.* 2. 5. 43. ¶ Præterea lege agere dicitur lictor, qui judicis sententiam exsequitur. *Liv.* l. 26. c. 15. Fulvius præconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet. ¶ *Lege*, et *legibus* est secundum leges, *by law, according to law. Terent. Andr.* 4. 5. 4. Ejus morte ea ad me lege redierunt bona. *Id. Phorm.* 4. 3. 21. An legibus daturum pœnas dices, si illam ejecerit? *Nep. in Phoc.* cap. 3. *extr.* Athenas deductus est, ut ibi de eo legibus fieret judicium. *Id. in Cim.* cap. 1. Cimon eadem custodia tenebatur, neque legibus Atheniensibus emitti poterat. ¶ Leges XII. Tabularum per Decemviros a Græcis petitæ, quibus Romani uterentur (V. *Liv.* l. 3. c. 33. et 34. &c.) fontes omnis publici privatique juris, impense laudantur a *Cicer.* 1. *de Orat.* c. 43. et 44. Harum fragmenta hodieque exstant, ab Eruditis collecta. ¶ Legis pro plebiscito positæ exemplum est Manilia, quæ revera plebiscitum fuit, et lex appellatur a *Cic.* c. *ult.* ¶ Interdum *lex* est pactum, conditio, *a condition, stipulated agreement. Nep. in Timoth.* c. 2. Pacemque his legibus constituerunt, ut, &c. *Terent. Andr.* 1. 2. 28. In pistrinum te dedam, ea lege atque omine, ut si te inde exemerim, ego pro te molam. *Phædr.* l. 3. fab. 13. v. 5. Legem duabus hanc proposuit partibus. *Liv.* l. 33. c. 30. Pax data Philippo in has leges est. *on these conditions; on these terms. Cato R. R.* c. 145. Oleam faciundam hac lege oportet locare: Facito recte arbitratu domini, &c. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 39. Cum ædes vendidisset, neque servire quandam earum ædium partem in mancipii lege dixisset. *Id.* 5. *Fam.* ep. 16. Homines nos ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra. ¶ Item *Lex loci* est conditio, natura, qualitas. *Ovid. in Halieut.* v. 32. *de Polypo.* Et sub lege loci sumit, mutatque colorem. *h. e.* ad similitudinem loci, ut *Plin.* l. 9. c. 29. loquitur. *Id.* l. 3. *Amor.* el. 2. v. 20. Hæc ex lege loci commoda Circus habet. ¶ Item regula, norma, *a rule, canon. Cic.* 3. *de Orat.* cap. 49. Hanc igitur ad legem cum exercitatione, tum stilo formanda vobis oratio est. *Id. in Orat.* c. 58. Difficilius est oratione uti, quam versibus, quod illis certa quædam et definita lex est, quam sequi sit necesse; in dicendo autem nihil est propositum. ¶ Item artis præceptum, *a precept. Sueton. in Ner.* c. 24. In certando ita legi obediebat, ut nunquam excreare ausus, sudorem quoque frontis brachio detergeret. *Gell.* l. 13. c. 20. *a med.* Secundum Grammaticam legem. ¶ Item stata ratio, status ordo. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 71. qua sidera lege mearent. ¶ *Sine lege* est sine ratione, modo, ordine, *without order or regulation, in disorder, confusedly. Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 73. jacent collo sparsi sine lege capilli. (Contra, *dare legem rudibus capillis* dixit *Senec. in Hippol.* v. 320.) *Id.* 2. *Metam.* v. 202. Exspatiantur equi, quaque impetus egit, Hac sine lege ruunt. et lib. 11. v. 489. quæ dum sine lege geruntur, Aspera crescit hiems. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 445. Datque alias sine lege colus. *h. e.* sine certo fatorum ordine.

LEXIDĬUM, ii, n. *a small or trifling word*, λεξίδιον, vocula: a λέξις, dictio. *Gell.* l. 18. c. 7. Vox philosophi mera estis, ut M. Cato ait, mortuaria glossaria. namque colligitis lexidia, res tetras, et inanes, et frivolas tamquam mulierum voces præficarum.

LEXIPYRĔTOS, *good against fever, antifebrile*, ληξιπύρετος, ὁ, καὶ ἡ, Græca vox a λήγω, cessare facio, et πυρετὸς, febris: dicitur de medicamentis, quæ febrem fugant. *Plin.* l. 20. c. 18. et *Marcell. Empir.* c. 16. *ante med.*

LEXIS, is, f. *a word*, λέξις, verbum, dictio, vox: a λέγω, dico. *Lucil.* apud *Cicer.* l. 3. *de Orat.* c. 43. et *in Orat.* c. 44. et *Quintil.* l. 9. c. 4. *post med.* Quam lepide lexes compostæ, ut tesserulæ omnes Arte pavimento, aut emblemate vermiculato. *Senec. in præfat.* l. 3. *controv. ante med.* Splendor orationis, quantus nescio an in ullo fuerit. Non lexis magna, sed phrasis.

L I

LIACŬLUM, i, n. *a plane*, instrumentum, quo levigantur tectoria: a λειαίνω. Tribuitur *Vitruv.* l. 2. c. 4. et lib. 7. cap. 3. sed incerta admodum lectione.

LIBA. V. *Libs.*

LIBACUNCŬLUS, li, m. parvum libum. *Tertull. de Spectac.* c. 27. *extr.* Omnia illic proinde habe, ac si stillicidia mellis de libacunculo venenato. Al. leg. *lucunculo* rectius.

LIBADĬON, ii, n. *a kind of centaury*, λιβάδιον, centaurii genus minutis foliis, circa fontes nascens, origano simile, angustioribus et longioribus foliis, anguloso caule paululum alto, fruticante, flore lychnidis, radice tenui et supervacua. A λιβὰς, άδος, rivus, et irriguus locus. *Plin.* l. 25. c. 6.

LIBĀMEN, inis, n. et

LIBAMENTUM, ti, n. *a libation, drink-offering; any thing offered in sacrifice*, λοιβὴ, σπονδὴ, id, quod diis libatur in sacrificiis. V. *Libo.* Prior vox est fere Poetica. *Virg.* 6. *Æn.* v. 246. Et summas carpens media inter cornua setas, Ignibus imponit sacris, libamina prima, Voce vocans Hecaten, &c. *Val. Flacc.* l. 1. v. 204. Sic fatus pingui cumulat libamine flammam. et lib. 5. v. 193. Ipse gravi patera sacri libamina Bacchi Rite ferens. *Apul. in Florid.* n. 1. Cæspes libamine humigatus. *h. e.* ara e cæspite madefacta vino effuso. *Cic.* 2. *de Legib.* cap. 12. Ut sacrificiorum libamenta serventur. *h. e.* fruges et baccæ, quæ sacerdotes publice libant, ut *ibid.* cap. 8. habetur. *Justin.* l. 12. c. 10. Oceano libamenta dare. et lib. 18. cap. 5. libamenta Veneri solvere. *Stat.* l. 3. *Silv.* 1. v. 163. Hæc ego nascentes lætus bacchatus ad aras Libamenta tuli. ¶ A Libero Patre, qui primus, devictis Indis, Jovi in ara obtulerit cinnama et tura, dicta esse *libamina*, et *liba*, docet *Ovid.* illis versib. 3. *Fast.* v. 733. Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen, Libaque: quod sacris pars datur inde focis. ¶ Translate *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 27. Tu nova servatæ capies libamina famæ. *Gell. in præfat. a med.* Primitias quasdam, et quasi libamenta ingenuarum artium dedimus. *a taste.* et l. 16. c. 8. *ad fin.* Hoc breve ex dialectica libamentum dedisse nunc satis erit. ¶ *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 224. libamen dicit quidquid in rogum injicitur, cum cadavere arsurum, verb. gr. frena, cingula, jacula, cristas, in funere militari.

LIBANĬOS, vitis genus apud Thasios, turis odore (a λίβανος, tus) unde ex ea diis prolibant. *Plin.* l. 14. c. 18.

LIBANŎCHRUS, λιβανόχρους, ὁ, καὶ ἡ, gemma, quæ turis similitudinem ostendit, sed succum mellis: a λίβανος, tus, et χρόα, color. *Plin.* l. 37. c. 10.

LIBANŌTIS, idis, f. λιβανωτὶς, frutex odorem turis habens: a λίβανος, tus, et ὄζω, oleo. *Plin.* l. 19. *cap. ult.* Libanotis radicem habet olusatri, nihil a ture differentem. Usus ejus post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam alio nomine rosmarinum appellant. Adde lib. 20. c. 16.

[† LIBANŌTUS, i, m. *the south-west wind. Plin.* 2. 47. Item inter Liba et Noton compositum ex utroque medium, inter meridiem et hybernum occidentem, Libanoton. *Alii legunt:* Libonoton. V. *Austroafricus*, et *Libonotus*.]

LIBĂNUS, i, Λίβανος, mons Syriæ, unde Jordanis oritur, excelsus, fertilis, amœnus, et cedro arbore abundans. *Plin.* l. 5. c. 20. *Auson. in Technopægn. Edyll.* 12. *cap. de vere primo*, v. 5. Florum spirat odor, Libani ceu montis honor tus. ¶ In Vulgata *Eccli.* 24. 21. Libanus est ipsum tus. ¶ Adjective, et prima producta *Sedul.* l. 4. v. 55. et tanquam Libana cedrus.

LIBARĬUS, ii, m. *a confectioner*, qui liba vendit. *Senec.* ep. 56. *ante med.* Jam libarii varias exclamationes, et botularium, et crustularium, et omnes popinarum institores, mercem suam quadam et insignita modulatione vendentes. Fuit qui *librarius* legeret.

LIBATĬO, onis, f. *a libation, offering*, λοιβὴ, actus libandi in sacris. *Cic. de Harusp. resp.* c. 10. Tui sacerdotii sunt tensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum.

LIBĀTUS, a, um, *poured forth as a libation, offered in sacrifice*, fusus, sparsus, oblatus in honorem deorum in sacris. *Virg.* 1. *Æn.* v. 740. in mensam laticum libavit honorem, Primaque libato summo tenus attigit ore. *Ovid.* 5. *Fast.* vers. 637. Falcifero libata seni duo corpora, gentes Mittite. *Tibull.* lib. 1. el. 1. v. 17. Et quodcumque mihi pomum novus educat annus, Libatum agricolæ ponitur ante deo. ¶ Item degustatus. *tasted. Ovid.* 1. *Amor.* el. 4. v. 33. Si tibi forte dabit, quos delibaverit ipse, Rejice libatos illius ore cibos. ¶ Item imminutus, ut Libata virginitas, *Id. Heroid.* ep. 2. v. 115. et ep. 16. v. 159. et Libatæ vires, *Liv.* l. 21. c. 29. *ad fin.* ¶ Item decerptus, excerptus. *Cic.* 2. *de Divin.* cap. 11. Ex divinitate animos omnes haustos, aut acceptos, aut libatos habemus. *derived.*

LIBELLA, læ, f. diminut. a *libra*: *a small Roman coin, the twelfth part of a* denarius: parvus nummus argenteus, decimam denarii partem valens, ut *Varr.* docet l. 4. *de L. L.* c. 16. ita dictus, quod libram æris valebat, quod fuit pretium assis, qui primo libralis fuit: hic autem æreus erat, libella argentea. *Plin.* l. 33. c. 3. Librales (unde etiam nunc libella dicitur) appendebantur asses. *Cato R. R.* c. 15. Villam locare libellis in pedes quinque. ¶ Dicitur de minima pecuniæ summa, quia nullus erat argenteus nummus libella minor. *Plaut. Casin.* 2. 5. 7. Vobis invitis atque amborum ingratiis, Una libella liber possum fieri. *at the cost of a single farthing. Id. Capt.* 5. 1. 27. Ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis: gratis a me abducito. *not so much as a farthing. Cic. Verr.* 4. cap. 10. Et quis Volcatio, si sua sponte venisset, unam libellam dedisset? ¶ *Ad libellam* idem est quod ad assem, ad nummum. *Cic. pro Rosc. Com.* cap. 4. Nisi planum facit, HS. IϽϽϽ ad libellam sibi deberi, causam perdit. *h. e.* ita ut ne libella quidem illæ summæ desit. ¶ *Ex libella* est ex asse, ut exponit *Manut.* in illo *Cicer.* 7. *Attic.* ep. 2. Fecit te palam ex libella, me ex teruncio. *subaudi* heredem. *h. e.* te omnium bonorum fecit heredem, ea tamen lege, ut mihi teruncium ex illa summa restitueres. Aliter tamen *Gronov. de pec. Vet.* l. 2. c. 1. ubi libellam non pecuniam, sed nomen tantummodo fuisse dicit, significans decimam partem sestertii, h. e. quatuor uncias, tres sicilicos, et scriptulum. V. ibi plura. Sunt etiam qui apud *Cicer.* aliter leg. ¶ *Donat. ad Terent. Phorm.* 1. 1. 9. libellam dicit partem esse unciæ duodecimam. Fortasse quia sæpe pecuniæ valor, et ratio mutata est. ¶ Præterea est *libella* instrumentum fabrile, quo utuntur ad examinandas planæ superficiei inclinationes. *a line, level, instrument for examining an horizontal plane:* quemadmodum norma *(a rule, square)* angulos metiuntur: perpendiculo *(a plumb-line, plummet,)* erecti operis directam aut obliquam positionem. Constat autem libella duabus regulis ita junctis ab altera parte, ut angulum efficiant, in ima vero parte alia recta regula pro basi: in summo angulo filum habet plumbo pendente, ex quo inclinatio omnis deprehenditur: estque figura litteræ A in imo clausæ. Dicta est a *libra*, quia ad modum libræ hinc illinc pendet æqualiter, et quæ inclinata sunt fili inclinatione detegit. *Plin.* l. 7. c. 56. Dædalus serram, asciam, perpendiculum invenit; normam autem et libellam, et tornum Theodorus Samius. *Id.* l. 36. c. 22. *extr.* Structuram *(parietis)* ad normam et libellam fieri, et ad perpendiculum respondere oportet. et cap. 25. *a med.* Materia (*in pavimentis*) ad regulam, et libellam exigitur. *is measured by line and level. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 6. *sub fin.* Campester locus is melior, qui totus æquabiliter in unam partem vergit, quam is, qui est ad libellam æquus. *quite level. Lucret.* l. 4. v. 516. ut in fabrica, si prava est regula prima, Normaque si fallax rectis regionibus exit, Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum, Omnia mendose fieri, atque obstipa, necessum est. *Vitruv.* l. 1. c. 6. *ante med.* Collocare et expolire aliquid ad regulam, et libellam.

LIBELLĀRIS, e, ad librum, seu libellum pertinens. *Sidon.* l. 9. ep. 11. *a med.* Libellare opus conficere.

LIBELLARĬUM, ii, n. *a chest or box for holding books; a bookcase*, loculus, seu cista, in qua libri asservantur. *Cic. pro Mil.* c. 12. Exhibe quæso, Sexte Clodi, libellarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse e domo, tanquam Palladium, &c. Al. leg. *librarium* rectius.

[* LIBELLATĬCUS, a, um, hinc substantive libellatici a libello recipiendo sic dicti sunt in veteri Ecclesia, qui libellum a magistratu accepit sua pecunia redemptum, quo magistratus testaretur, licet falso, ipsum sacrificasse, *h. e.* Christi fidem eo ritu abnegasse, ut tutus deinde fuerit ab aliorum quæsitorum injuriis. *Cyprian.* ep. 55. Cum ergo inter ipsos qui sacrificant (*h. e.* idolis) multa sit diversitas, quæ inclementia est et quam acerba duritia, libellaticos cum iis, qui sacrificarint, jungere? quando is, cui libellus acceptus est, dicat &c.]

LIBELLENSES, *clerks to the masters of requests*, in *Cod.* tit. 62. lib. 7. leg. 32. *a med.* et tit. 19. lib. 12. leg. 14. et tit. 24. lib. 3. leg. 3. sunt qui in scrinio Palatino libellis ad Principem datis excipiendis, et in acta referendis inserviunt: quibus qui præest *libellorum magister* appellatur.

LIBELLĬO, onis, m. *a scribe, notary*, a veteribus dictus putatur, quem nos tabellionem vocamus: a *libellus. Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 499. Tum ad me fuerunt, quod libellionem esse sciebant. ¶ Accipitur interdum pro paupere librario, qui libros scribit et vendit, βιβλιογράφος, βιβλιοπώλης. *a poor copyist or pamphleteer. Stat.* l. 4. *Silv.* 9. v. 21. Sed Bruti senis oscitationes, De capsa miseri libellionis, Emptum plus minus asse Caiano, Donas.

LIBELLŬLUS, li, m. *a little book*, parvus libellus. *Martian. Capell.* l. 3. pag. 71. *in carmin.* Quantumque solo inditum libellulo potest probare serium fastidium.

LIBELLUS, li, m. *a little book*, γραμμάτιον, βιβλίον, parvus liber. Cic. 1. *de Orat.* c. 21. Scripsi etiam illud quoddam in libello, qui me imprudente et invito excidit. Apud *Liv.* l. 29. c. 9. *sub fin.* crimini dabant nonnulli P. Scipioni, quod cum in Sicilia esset, jam jam in Africam trajecturus, cum pallio et crepidis in gymnasio inambularet, libellis etiam, palæstræque operam daret: ubi *libelli* sunt Græcorum litterulæ, quæ tunc temporis ab Romanis contemnebantur. ¶ Aliquando etiam ponitur pro commentario, pro scripto memoriæ causa facto. *a register, roll, memorandum.* Cic. *Attic.* l. 6. ep. 1. *ante med.* Quin etiam libellum ipsius habeo, in quo est, Salaminii pecuniam debent M. Scaptio, et P. Mantinio familiaribus meis. *Id.* 1. *Phil.* c. 8. Nisi forte si quid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis. *Quintil.* l. 6. cap. 2. Ubi animis judicum vis afferenda est, ibi proprium oratoris opus est. Hoc non docet litigator: hoc libellis non continetur. *charts, written instructions, writings.* ¶ Pro tabella proscriptionis. *a writ of attachment.* *Senec.* lib. 4. *de benefic.* c. 12. Suspensum amici bonis libellum dejicio. *Cic. pro Quint.* c. 6. *ad fin.* Libellos Alphenus, procurator Quintii dejicit. ¶ Pro delatione scripto proposita cum subscriptione accusatoris. *a charge in writing against a person in court.* *Juvenal.* sat. 6. v. 243. Componunt ipsæ per se, formantque libellos. *Paulus Digest.* l. 48. tit. 2. leg. 3. rationem tradit, qua hujusmodi libelli formandi sunt. ¶ Libellus famosus. *a satire, libel, lampoon, scurrilous pamphlet.* *Sueton. in Aug.* c. 55. ¶ Pro libello simpliciter, etiam *libellum memorialem* dicimus. *Sueton. in Cæs.* c. 56. *a med.* Epistolæ quoque ejus ad Senatum exstant, quas primum videtur ad paginas et formam memorialis libelli convertisse. ¶ Aliquando sumitur pro tabella, sive epistola. *a letter, epistle.* *Brut. ad Cicer.* l. 11. *Fam.* ep. 11. Ne de Planco quidem spem adhuc abjecit, ut ex libellis ejus animadverti, qui in me inciderunt. ¶ Aliquando pro epistola assertoria, quam vulgo certificationem vocamus. *a certificate, passport.* *Paul. Dig.* l. 39. tit. 4. leg. 4. Significent id libello manu sua subscripto eumque ad Publicanum mittant. ¶ Aliquando pro scripto, quod continet supplicationem, vel accusationem, vel aliud simile. *a petition, memorial.* Tales Principibus dari solent ad negotia explicanda, in quibus petitiones continentur. *Cic. ad Planc. Attic.* l. 16. ep. 10. Ut primum Buthrotium agrum proscriptum vidimus, commotus Atticus libellum composuit, cum mihi dedit, ut darem Cæsari. eram enim cœnaturus apud eum illo die. Cum libellum Cæsari dedi, probavit causam, rescripsit Attico, æqua eum postulare. *Sueton. in Cæs.* c. 81. Libellumque indicem insidiarum ab obvio quodam porrectum libellis ceteris, quos sinistra tenebat, quasi mox lecturus commiscuit. ¶ Hic etiam *supplex libellus* nominatur. *Martial.* l. 8. epigr. 31. Supplicibus dominum lassare libellis. ¶ Hinc *libellos signare*, sive *subnotare* dicuntur, qui libellis supplicibus Principum nomine respondent. *Sueton. in Aug.* c. 50. In diplomatibus, libellisque, et epistolis signandis initio sphinge usus est, mox imagine Magni Alexandri. *Plin.* in epist. 10. lib. 1. Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas. ¶ Hinc *libellos agere*, quod est libellis præfectum esse. *Triphonin. Dig.* lib. 20. tit. 5. leg. 12. Rescriptum est ab Imperatore, libellos agente Papiniano. ¶ *A libellis* ministri illi esse dicuntur, qui Principi in hoc negotio subserviunt, ut supplices libellos accipiant, evolvant, illisque respondeant. *Sueton. in Domit.* c. 14. Epaphroditum a libellis capitali pœna condemnavit. *one of those who took care of the petitions presented to the Emperour, a master of requests.* ¶ Accipitur etiam pro scripti genere, quo aliquis in judicium vocatur, *a citation, bill of process.* *Plaut. Curcul.* 1. 3. 6. Ubi tu es, qui me libello Venereo citasti? ecce me: sisto tibi me. ¶ Vel quo invitantur recitantem audituri, *a card of invitation.* *Auct. dial. de Oratorib.* c. 9. *circa med.* Domum mutuatur, et auditorium exstruit: et subsellia conducit, et libellos dispergit. ¶ Pro taberna libraria V. *Labellum.*

LIBENS, et Lubens, entis, *willing, pleased, glad*, ἑκὼν, volens, alacris, animo libenti: cui *invitus* opponitur. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 14. Res nostræ, quæ tam libenti Senatu laudabantur. *Id. Fam.* 13. ep. 65. Consecutus es, ut libentissimis Græcis, nutu, quod velis, consequare. *Id. pro Mil.* c. 14. *extr.* Cum totius Italiæ concursus facti illius gloriam libens agnovisset. *Id. de Harusp. resp.* c. 5. *extr.* Non modo patienti, sed etiam libenti animo parebo. *Id. Attic.* l. 2. ep. 4. Cum Musis nos delectabimus animo æquo, immo vero etiam gaudenti ac libenti. et lib. 10. ep. 4. *a med.* Me libente eripies mihi hunc errorem. *Plaut. Men.* 2. 1. *extr.* Cape atque serva: me lubente feceris. *Tacit. Ann.* 4. c. 12. Populus habitum dolentum, simulatione magis, quam libens induebat. *Terent. Andr.* 2. 1. *in fin.* fugin' hinc? *Byr.* Ego vero ac lubens. *indeed I will, and shall be glad to do it.* et *Adelph.* 5. 6. 7. Tibi ob eam rem, siquid usus venerit, Lubens bene faxim. ¶ *Libens*, vel *Lubens merito*, formula solventis vota, et gratias diis agentis. *Plaut. Pers.* 2. 3. 1. Jovi opulento, inclito, &c. lubens meritoque vitulor. Hinc notæ illæ in vet. lapid. votivis, passim apud *Gruter. Reines. Gud.* et *Murator.* in monum. diis dedicator. V. S. L. M. h. e. *votum solvit libens merito*: quæ expressæ habentur apud *Gruter.* pag. 19. n. 3. et apud *Gud.* pag. 51. n. 3. et 6. et pag. 61. n. 2. ¶ T. *libens*, vel *lubens* aliquando refertur ad *votum*, et cum eo concordat. Sic enim expresse habetur apud *Gruter.* pag. 36. n. 1. Soli Sanctissimo Sacrum. Ti. Claudius felix et Claudia Helpis votum solverunt libens merito. et pag. 41. n. 7. P. Cornelius Trophimus, et Lania conjux ejus votum libens solverunt. Sic pag. 63. n. 2. Cn. Cornelius Charito A.Timinius Januarius Silvano libens animo don. deder. ¶ Contra ad solventem refertur in aliis quamplurimis: v. gr. in his: pag. 46. n. 10. Quod proficiscentes expeditionibus sacris voverant, regressi cum commanipulis libentes votum solverunt. et pag. 49. n. 1. L. Cornelius L. F. Pal. Terentianus, et Lemnius libertus merito libentes fecerunt. ¶ Reperiuntur etiam alio ordine inscriptæ: ut apud *Gruter.* pag. 88. n. 5. A. L. V. S. *h. e.* Animo libenti (*vel* libens) votum solvit. et pag. 93. n. 2. V. L. A. S. *h. e.* Votum libens (*vel* libenti) animo solvit. et pag. 94. n. 8. V. L. S. *h. e.* Votum libens solvit. et pag. 97. n. 6. V. S. A. L. P. *h. e.* Voto suscepto (*vel* votum susceptum) animo libens (*vel* libenti) posuit. et apud *Fabrett.* cap. 10. n. 111. Votum solvit lætus libens. Sic *Plaut. Trin.* 4. 1. 1. Jovis fratri lætus libens gratias ago. Apud *Gruter.* pag. 87. n. 6. 7. 8. V. S. L. L. M. Votum solvit lætus libens merito. ¶ In alia apud *eund.* habetur expressis verbis pag. 1066. n. 3. voto solenni libere munere. ¶ Lubens pro hilari, læto, *glad, merry, cheerful, joyful, blithe.* *Plaut. Asin.* 2. 2. 1. Ubi ego nunc Libanum requiram, aut familiarem filium, uti ego illos lubentiores faciam, quam Lubentia est? *may put them in better spirits than*, &c. Maximam prædam et triumphum eis affero adventu meo. *Id. Pers.* 5. 1. 8. Ego omnes hilaros, lubentes, lætificantes faciam. *Terent. Adelph.* 4. 7. 37. Hilarum ac lubentem fac te in gnati nuptiis. *show that you are pleased and well-satisfied with.*

LIBENTER, et Lubenter, *willingly, cheerfully, gladly*, ἀσμένως, προθύμως, ἀσπαστῶς, libenti, æquo animo, studiose, sponte, cupide. *Cic. in Divin. Verr.* c. 12. Ut homines te non solum audiant, verum etiam libenter studioseque audiant. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 107. Cui ego, quibuscumque rebus potero libentissime commodabo. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 18. Libenter homines id, quod volunt, credunt. *Nep. in Agesil.* c. 7. Eoque libentius, quod latere arbitrabantur. *Terent. Phorm.* 3. 2. 3. Nunc dicam, quod lubenter audias. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 1. Jampridem ecastor frigida non lavi magis lubenter. *with greater pleasure.* *Cato R. R.* c. 156. Si voles in convivio multum bibere, cœnareque libenter. *with an appetite.* et *Cic.* l. 9. *Fam.* ep. 19. Adjurans, nusquam se unquam libentius. *subaudi* cœnasse. *never supped better.* et *Terent. Eun.* 5. 9. 44. Cum illa libenter vivis: etenim bene libenter victitas. *h. e.* bonorum ciborum edax es, ut *Donat.* exponit. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 63. jubeas miseram esse libenter. *their inclination prompting them to it.*

LIBENTIA, et Lubentia, æ, f. *delight, pleasure*, voluptas, gratia. *Gell.* l. 15. c. 2. *ad fin.* Cui libentiæ, gratiæque omnes conviviorum incognitæ sint. *Plaut. Stich.* 2. 1. 3. Onustum pectus porto lætitia, lubentiaque. ¶ Fuit lætitiæ, et voluptatis dea. *Plaut. Asin.* 2. 2. 2. Illos lubentiores faciam, quam Lubentia est.

LIBENTĪNA, et Lubentina, æ, f. dea libidinis, Venus. *Augustin. de Civit. Dei*, l. 4. c. 8. et *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 6. et *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 23. ubi Lubentina Venus appellatur. Adde *Non.* c. 1. n. 324.

LĪBER, Liberi, m. *Bacchus, the god of wine*, Διόνυσος, Bacchus, vini inventor, et præses: quo nomine quidam solem ipsum significari voluerunt, sicut Cerere lunam, ut est apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 18. idque ipsum dixisse *Virg.* docet *Serv.* in illo l. 1. *Georg.* v. 5. vos o clarissima mundi Lumina, labentem cœlo, quæ ducitis annum, Liber et alma Ceres. Alii Liberum cum Marte conjungunt, unum deum esse monstrantes, teste *Macrob. ibid.* c. 19. Alii plures Liberos faciunt, et duos quidem *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 24. alterum Semele, et Jove natum: alterum genitum ex Cerere, et cum sorore Libera ex homine consecratum: quinque autem l. 3. c. 23. ut in *Bacchus* dictum est. Celeberrimus est Semeles filius, cui Poetæ ea fere omnia tribuunt, quæ de aliis dicuntur: de quo V. in *Bacchus.* Vocatur autem Liber, vel a *liberis*, idest filiis, quia cum (ut ait *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 24.) ex nobis natos liberos appellemus, idcirco Cerere nati nominati sunt Liber, et Libera; vel a *liberando*, quia pro Bœotiæ libertate pugnasse fertur; vel (ut ait *Senec. de tranquill. c. ult.*) quod vinum, cujus inventor fuit, liberat servitio curarum animum; vel (ut ait *Fest.*) quod vino nimio usi omnia libere loquuntur. ¶ Sæpe dicitur *Liber pater.* V. Pater. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 5. Romulus, et Liber pater, et cum Castore Pollux. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *a med.* Libero patri repertori vitis hirci immolantur. *Plin.* l. 4. c. 10. *in fin.* Per vestigia Liberi patris, et Herculis. Adde *Curt.* l. 8. c. 2. et 10. et lib. 9. c. 2. ¶ Metonymice, ut *Bacchus*, ita et *Liber* pro vino ponitur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 23. Illud, quod erat a deo natum, nomine ipsius dei nuncupabant, ut cum fruges Cererem appellamus, vinum aut Liberum: ex quo illud Terentii (*Eun.* 4. 5. 6.) Sine Cerere et Libero friget Venus. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 87. Condita cum verax aperit præcordia Liber. *Quintil.* l. 8. c. 6. *ante med.* Liberum et Cererem pro vino et pane licentius dicimus, quam ut fori severitas ferat. *Plaut. Cist.* 1. 2. 8. Me complevi flore Liberi. *Id. Curcul.* 1. 2. 4. Salve, anime mi, Liberi lepos.

LĬBER, bri, m. *the inward bark or rind of a tree*, βίβλος, φλοιὸς, λέπος, pars interior corticis, quæ ligno adhæret, medium illud inter lignum, et corticem, quod in plures phyliras dividi potest. V. *Cortex.* *Serv. ad Ecl.* 10. v. 67. *Isid.* l. 17. *Orig.* c. 6. Dictus est quasi *leper*, ab Æolico λέπορ pro λέπος, cortex, π converso in *b*, et *e* in *i*, veteri more, quo dicebant *magester* pro *magister.* *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Obducunturque libro, aut cortice trunci, quo sint a frigoribus, et a caloribus tutiores. ¶ Indifferenter tamen pro quovis cortice positum invenitur. *Virg.* 2. *Georg.* v. 76. Huc aliena ex arbore germen Includunt, udoque docent inolescere libro. *Id.* l. 11. *Æn.* v. 554. libro et silvestri subere clausam. V. *Endiadys.* ¶ Et quoniam primo in palmarum foliis scriptitatum est, deinde in quarundam arborum libris, teste *Plin.* l. 13. c. 11. et præcipue in libris, quæ papyris in Ægypto detrahebantur; hinc factum est per Metonymiam materiæ, ut et *folium* et *liber* poneretur pro membrana scripta; obtinuitque usus, ut, quamvis mutata re, aliisque jam inventis chartarum generibus, priscum tamen manserit nomen, liberque dicatur, qui ex pluribus concinnatus est chartis, ex quacumque materia præparatæ fuerint, *a book*, βίβλος, βιβλίον. Sic universa Virgilii opera simul compacta unum dicimus librum. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 12. *extr.* Demetrii librum de concordia velim mihi mittas. *Plin.* l. 1. ep. 20. *ante med.* Postea recisa ac purgata, in unum librum, grandem quidem, unum tamen coarctasse. *Cic. de Senect.* c. 15. Dixi in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi. *Id.* 5. *Attic.* ep. 12. Libros pervolutare. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 11. *a med.* evolvere. *Id. de clar. Orat.* c. 87. volvere. *Id.* 6. *Fam.* ep. 5. legere. *Id. de Fato*, c. 1. edere. *Quintil. in epist. ad Tryphon.* emittere. *Id. ibid.* componere. *Cic. de Senect.* c. 1. et *Nepos in Attic.* c. 18. *extr.* conficere. *Nepos in Lysand.* c. 4. conscribere. *Phædr. in prol.* l. 3. v. 29. exarare. ¶ Quandoque libros vocamus operis alicujus partes, certaque segmenta, in quæ totum opus distinguitur, quæ et volumina dicuntur, ut cum dicimus, Virgilii Æneidem in duodecim libros distinctam esse. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 1. Quibus rebus editis tres libri perfecti sunt de natura deorum. ¶ Liber præterea ponitur pro inventario, ut vulgo dicitur, sive registro. *an inventory, register.* *Cic.* 5. *Verr.* c. 71. Misit litteras ad Carpinatium, quas ego Syracusis apud Carpinatium in litterarum allatarum libris, Romæ in litterarum missarum apud Tullium magistrum, familiarem tuum inveni. ¶ Item pro oratione. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. Iisdem ex libris perspicies, quæ gesserim. V. integr. locum. *Plin.* l. 5. ep. 20. Egi pro Vareno, non sine eventu. nam bene, an male, liber indicabit. *Id. ibid. in fi.* hunc eund. librum *oratiunculam* appellat. *Id.* l. 3. ep. 18. *librum* et *volumen* vocat panegyricum suum ad Trajanum. ¶ Item pro rescripto, decreto. *Id.* l. 5. ep. 14. *a med.* Liber principis severus, et tamen moderatus. ¶ Item commentarius recte, aut prave factorum alicujus, testimonii causa confectus, *Nep. in Lysand. c. ult.* Librum gravem multis verbis conscripsit, in quo summis eum effert laudibus. ¶ Per antonomasiam *libri* dicuntur de Sibyllinis, qui apud Romanos in summa religione erant: item de aliis ad sacra populi pertinentibus. *Liv.* l. 3. c. 1. Libri per duumviros sacrorum aditi. *Id.* l. 21. c. 62. Ob cetera prodigia libros adire decemviri jussi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 4. Litteras ad collegium misit, se, cum legeret libros, recordatum esse, &c. *Id. Attic.* l. 9. ep. 9. *a med.* Nos autem in libris habemus, non modo consules a prætore, sed ne prætores quidem creari jus esse, idque factum esse nunquam. Hic *augurales* videtur intelligere.

LĪBER, a, um, *free, in a state of liberty*, ἐλεύθερος, qui sui juris est, qui aut ingenuus natus est, aut a domino libertatem assecutus, cui contrarius est *servus.* Ducunt quidam a *libet*, quia liberi, quod libet facere possunt. (V. *Voss.*) Hinc *Pers.* sat. 5. v. 83. An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam Cui licet, ut voluit? licet, ut volo, vivere: non sim Liberior Bruto? *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. In jure civili, qui est matre libera, liber est. ¶ Translate est, qui nullius habito respectu, quod sentit, dicit, et facit. *Cic.* 1. *de nat. Deor. sub fin.* Ludimur ab homine non tam faceto, quam ad scribendi licentiam libero. *Id. pro Sull.* c. 31. Vos, dii patrii, ac penates, testor, integro me animo, ac libero P. Sullæ causam defendere. *Plaut. Cistell.* 1. 2. 9. Libera uti lingua collibitum est mihi. *Id. Epid.* 1. 2. 43. Facile tu istuc sine periculo et cura, corde libero fabulare. *Liv.* l. 35. c. 32. Vocem liberam mittere adversus aliquem. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 13. Hominibus Epiroticis paulo liberiores litteras committere non audeo. *Id. de clar. Orat.* c. 67. Hominum ineptias iracundius respuebat ingenuo liberoque fastidio. *open, bold.* *Horat.* epod. 4. v. 10. Liberrima indignatio. *Martial.* l. 1. epigr. 68. Liber homo es nimium, dicis mihi, Chœrile, semper: In te qui dicit, Chœrile, liber homo est. ¶ Item expeditus, solutus, nulla re impeditus: tum de personis, tum de rebus. *unrestrained, uncontrolled.* *Cic. pro Dom.* c. 4. *ad fi.* Liberum

Senatus judicium propter metum, non fuit. *Id.* 4. *Acad.* c. 3. Hoc liberiores et solutiores sumus, quod integra nobis est judicandi potestas. *Id. sub fin.* 1. *Agrar.* Soluti a cupiditatibus, liberi a delictis. *Id. Attic.* l. 1. ep. 13. Sum et ab observando homine perverso liber, et ad dignitatem retinendam solutus. *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 6. v. 32. Libera a ferro crura. *unshackled. Cicer. de Harusp. resp.* c. 6. Quamquam vestræ domus multo maxima ex parte sunt liberæ religione. *Liv.* l. 2. c. 36. Liber religione animus. et lib. 7. c. 34. Omni liber metu. *free. Valer. Flacc.* l. 3. v. 470. liber amictu. *having thrown aside. Ovid.* 2. *Amor.* el. 9. v. 20. carcere liber equus. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 15. Robustus animus omni est liber cura, et angore. *void of, exempt from. Liv.* l. 30. c. 4. *a med.* Itaque tollit inducias, ut liber a fide incepta exsequeretur. *no longer shackled by the truce.* Al. rectius leg. *libera fide. Horat.* l. 1. ep. 7. v. 36. nec Otia divitiis Arabum liberrima muto. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 301. Liberiore frui cælo. *Id.* 4. *Fast.* v. 292. Tiberis campo liberiore natat. *more open, more spacious. Lucan.* l. 3. v. 522. Liber nubibus æther. *cloudless. Cic. Attic.* l. 15. ep. 16. Loca abdita, et ab arbitris libera. ¶ *Liberum est mihi*, licet, possum, *it is at my option or discretion; I have the power or choice*, integrum est. *Plin.* l. 1. ep. 8. Erit enim et post emendationem liberum nobis vel publicare, vel continere. Adde *Plin. alterum* l. 30. c. 2. ¶ *Libera omnia sibi servare*, integra. *Plin.* l. 1. ep. 5. ¶ Cum genitivo. *Virg.* 10. *Æn.* v. 154. tum libera fati Classem conscendit jussis gens Lydia divum. *Al. leg.* fatis. *Horat. in art. Poet.* v. 212. Liber laborum. *Stat.* l. 4. silv. 2. v. 24. liberior campi. *h. e.* majus campi spatium habens. *Lucan.* l. 4. v. 384. liber curarum. *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 80. revertendi. *Senec. in Hippol.* v. 492. spei metusque. ¶ Refertur etiam ad licentiam morum. *Cic. pro Cæl.* c. 18. Sit adolescentia liberior: non omnia voluptatibus denegentur. *somewhat gay. Terent. Eun.* 3. 1. 40. Dolet dictum adolescenti imprudenti et libero. *Plaut. Amph. prol.* v. 104. Vos novisse credo, jam, ut sit pater meus: quam liber harum rerum multarum siet: quantumque amator siet, quod complacitum est semel. *h. e.* intemperans, immoderatus, licentior. De Jove loquitur. *Cic.* 5. *Verr.* c. 76. Consuetudo peccandi libera. ¶ Est item immunis, non obnoxius. *not liable to, exempt, free. Cic.* 6. *Verr.* c. 10. Mamertini soli vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumptu, molestia, munere. *Liv.* l. 37. c. 55. *ad fin.* Ut civitates, quæ vectigales Antiochi fuissent, eæ liberæ atque immunes essent. *Cic. Verr.* 4. c. 69. Agri immunes et liberi. *Id. Catil.* 1. c. 7. Tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera. *Plaut. Trin.* 4. 3. 26. Ambitio jam more sancta est: libera est a legibus. *Cic.* 4. *Acad.* c. 39. Liber a tali irrisione Socrates, liber Aristo Chius. *h. e.* extra periculum. ¶ *Libera mandata*, quæ liberam ac plenam rei agendæ facultatem permittunt. *plenipotence, fulness of power, power to act at discretion. Liv.* l. 38. c. 8. Legati ab Ætolis cum liberis mandatis ad consules venerunt. Adde lib. 37. c. 56. ¶ *Liberum arbitrium* est animi voluntas ac sententia libera. *Liv.* l. 31. c. 11. Liberum arbitrium alicui cujuspiam rei permittere. *Id.* l. 37. c. 1. de re quapiam. ¶ *Liberæ ædes* apud *Liv.* l. 30. c. 17. et lib. 35. c. 23. et lib. 42. c. 6. Romæ assignari solebant hospitii gratia legatis eorum, quibuscum societas, aut amicitia erat. Dicebantur liberæ *Turnebo* interprete lib. 30. *adversar.* c. 32. quia nulli alii vel inquilino, vel habitatori serviebant, ut eis libere legati, nullo impediente, uterentur. Sic Liber locus. *subject to no control, that may be used or occupied as one pleases. Plaut. Cas.* 3. 2. 4. Ne qua ignavissimis liberi loci potestas sit. *Id. Pœn.* 1. 1. 49. Dicat, locum sibi velle liberum præberier, ubi nequam faciat clam, ne quis sit arbiter. Adde 3. 2. 25. ¶ De *libera custodia*, V. in *Custodia*. De *legatione libera*, in *Legatio*. ¶ *Libera toga* est virilis, quæ pueris dabatur post XVI. annum ætatis, quia ex eo tempore liberioris vitæ genus ingrediebantur: et quia liberi hominis gestamen est. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 771. et 777.

LĪBER, i, m. *a son*, filius. *Quintil.* declam. 2. c. 8. Liberi ac parentis non alius mihi videtur affectus, quam quo rerum natura, quo mundus ipse constrictus est. *Imp. Justinian.* lib. 3. *Cod.* tit. 28. leg. 33. Si quis maximam portionem libero relinquat. Adde lib. 5. tit. 9. leg. 8. *ad fin.* ¶ Fere usurpatur in plurali numero. V. infra *Liberi, orum.*

LIBĔRA, æ, f. *Proserpine*, Περσεφόνη, filia Jovis primi et Cereris, soror Liberi, quæ et Proserpina dicitur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 24. Non eum, quem nostri majores auguste sancteque Liberum cum Cerere, et Libera consecraverunt. *Liv.* l. 33. c. 25. Signa ænea Cereri, Libero, Liberæque posuerunt. *Id.* l. 41. *c. ult.* Supplicatio ad Cereris, Liberi, Liberæque fuit. Adde *Cic.* 7. *Verr.* c. 14. ¶ Hanc colebant mulieres (quam eandem ac Venerem putabant) fecunditatis causa, ut Liberum viri. V. *Augustin.* l. 6. *de Civ. Dei*, c. 9. Ejus templum fuit juxta Circum max. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 49. ¶ Hoc nomine etiam appellatur Ariadna ab *Ovid.* 3. *Fast.* v. 512. quod Liberi Patris uxor fuerit.

LIBERALĬA, lium, *vel* orum, n. Διονύσια, Liberi, seu Bacchi sacra. Celebrabantur XVI. Cal. Aprilis, ut *Ovid.* 3. *Fast.* v. 713. docet. *Cic.* l. 12. *Fam.* ep. 25. Liberalibus litteras accepi tuas. *Id. Attic.* l. 14. ep. 10. Liberalia tu accusas? ¶ Pro *Liberalia* dicimus etiam Ludos Liberales. *Næv.* apud *Fest.* Libera lingua loquuntur Ludis Liberalibus. ¶ Hoc die togam virilem, et liberam pueris, qui jam ad decimum sextum ætatis annum pervenissent, dare solebant: cujus rei causam non unam affert *Ovid. loc. cit.* v. 771.

LIBERĀLIS, le, *liberal, befitting a freeman, or (as we say) a gentleman, genteel, well-bred, ingenuous*, ἐλευθέριος, ingenuus, nobilis, non servilis: a *liber. Cic. pro Cæl.* c. 21. Huic tanto facinori tua mens liberalis conscia esse non debuit. ¶ *Liberali ingenio* dicitur esse, qui est, ut vulgus loquitur, bonæ naturæ. *of a good disposition. Terent. Adelph.* 4. 5. 50. Nam ingenium novi tuum liberale. ¶ *Liberale responsum* est ingenuum, humanum, benignum. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 15. *circa med.* Qui me Pompeii minus liberali responso perterritum a turpissimo consilio revocaret. Sic *Sallust. in fragm.* apud *Priscian.* l. 9. pag. 871. *Putsch.* Dein lenita jam ira, postero die liberalibus verbis permulcti sunt. *with words full of kindness and civility.* ¶ *Liberalis fortuna* est libero homine digna, a servili ministerio, et turpi quæstu abhorrens. *Liv.* l. 22. c. 26. Ubi pecunia a patre relicta animos ad spem liberalioris fortunæ fecit: togaque et forum placuere. ¶ *Liberalia nomina*, *h. e.* liberorum hominum. *Varr.* l. 7. *de L. L.* c. 18. *extr.* ¶ *Liberale conjugium* est, quod libere, et inter liberos fit. *Terent. Andr.* 3. 3. 28. Spero consuetudine et conjugio liberali devinctum, Chreme, dehinc facile ex illis se se emersurum malis. ¶ *Liberale judicium*, et *liberalis causa*, ἐλευθερία δίκη, dicitur, in qua de alicujus agitur libertate. *Quintil.* l. 6. c. 3. *ante med.* Contra quem judicio liberali aderat. ¶ Et *liberali causa manu asserere*, est asserere in libertatem judicio, seu causa, seu actione de libertate. *to assert the liberty of one, or claim that he may be free, by an action of freedom, and take hold of him by the hand (which was the form prescribed by law in such cases.) Terent. Adelph.* 2. 1. 40. Nam ego illam liberali causa assero manu. Ubi *Donat.* Ordo est, Ego liberali causa assero illam manu: et sunt juris verba, a quibus etiam *assertores* dicuntur vindices alienæ libertatis: quin et causa ipsa liberalis dicitur, quæ actionem in se continet libertatis. ¶ Liberales artes, ἐλευθέριοι παιδεῖαι, ἐλευθέρια μαθήματα. *the liberal arts.* quæ solius ingenii non manuum ministerio exercentur, ut Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Geometria, ut *Ulpian. Digest.* lib. 50. tit. 13. leg. 1. docet, ceteræque id genus, ita dictæ, quod dignæ sint liberis hominibus, seu quod liberum hominem potissimum deceant. Aliter dicuntur Liberales doctrinæ, Liberalis eruditio, Liberalia studia, Ingenuæ artes, &c. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 25. Quos habuerit artium liberalium magistros, quos vivendi præceptores. *Id.* 3. *de Orat.* c. 32. Liberales atque ingenuæ doctrinæ. *Id. pro Arch.* c. 3. Liberalissima studia. ¶ Accipitur etiam pro pulcro, et eleganti, uti docet *Fest.* Nam egregia forma hominis, liberi propria vulgo existimatur. *Terent. Eun.* 3. 2. 20. Quam liberali facie, quam ætate integra! ¶ Item pro benigno, munifico, eo, qui virtute liberalitatis præditus est: cui opponuntur parcus, tenax, sordidus. *bountiful, generous, munificent, liberal*, ἐλευθέριος, δαψιλής. Virtus enim hæc est hominis non servili vel conditione, vel animo, sed vere liberi. *Cic.* 2. *de Offic.* c. 16. Liberales sunt, qui suis facultatibus aut captos a prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adjuvant, aut opitulantur vel in re quærenda, vel augenda. *Id. pro Q. Rosc. Com.* c. 8. Roscius semper liberalissimus munificentissimusque fuit. *Liv.* l. 22. c. 26. Animum ad spem liberalioris fortunæ adjecit. *Id. pro Deiot.* c. 9. Largus, beneficus, liberalis. *Id. Offic.* 2. c. 15. Gratificandi liberalis voluntas. *Sallust. in Catil.* c. 7. Laudis avidi, pecuniæ liberales erant. et cap. 55. Sint sane, quoniam ita se mores habent, liberales ex sociorum fortunis. *Sueton. in Vespas.* c. 17. In omne genus hominum liberalissimus. ¶ Pro copioso, largo, abundanti. *copious, plentiful, abundant. Cels.* l. 8. c. 10. sect. 7. Primis diebus fames, deinde liberalius alimentum: fomentum aquæ calidæ, dum inflammatio est, et liberale. *Cic. pro Flacc.* c. 6. Largum et liberale viaticum. *Cels.* l. 3. c. 6. *ad fin.* Potio liberalis. ¶ Pertinet etiam ad Liberum patrem. Unde *Liberales ludi* apud *Nævium*, h. e. *Liberalia*. V. vocem præced.

LIBERALĬTAS, atis, f. *ingenuousness, civility, treatment befitting a freeman, fair means, good usage*, ἐλευθεριότης, ingenuitas, humanitas, bonitas. *Terent. Adelph.* 1. 1. 32. Pudore et liberalitate liberos retinere satius est, credo, quam metu. ¶ Fere accipitur pro munificentia, benignitate. *bounty, liberality, munificence, generosity*, ἐλευθεριότης. Est autem liberalitas virtus nobilissima in pecuniis, ceterisque rebus donandis decorum servans. Huic opponitur avaritia, cum minus datur quam oporteat; et prodigalitas, cum magis datur, quam oporteat. Virtutem porro in recte dando consistentem, liberalitatem vocant, quod virtus hæc sit hominis non servili vel conditione, vel animo, sed vere liberi. *Cic.* 1. *Offic.* c. 7. Justitiæ est conjuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet. *Id. ibid.* c. 14. Videndum est igitur, ut ea liberalitate utamur, quæ prosit amicis, noceat nemini. ¶ Hinc et ipsa ea, quæ per liberalitatem in alios conferuntur, *liberalitates* vocantur. *Sueton. in Claud.* c. 29. Ne sigillatim enumerem revocatas liberalitates. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 20. Appellari singulos jussit, decima liberalitatis parte apud quemque relicta. ¶ In nummis quoties *liberalitas Aug.* legitur, fere congiarium intelligitur.

LIBERALĬTER, adverb. *ingenuously, as befits a freeman, or (as we say) a gentleman, liberally, honourably, genteelly*, ἐλευθερίως, ingenue, ut libero homine dignum est. *Cic.* 3. *Fin.* c. 17. Esseque hominis ingenui, et liberaliter educati velle bene audire a parentibus. ¶ Liberaliter eruditus, vel instructus is dicitur, qui optimis artibus institutus est. *instructed in the liberal arts, well-educated. Cic.* 2. *Tuscul.* c. 2. *extr.* Qui liberaliter eruditi, adhibita etiam disserendi elegantia, ratione et via philosophantur. ¶ Liberaliter servire, est bono animo, et libero, libenter obsequendo. *Terent. Andr.* 1. 1. 11. Propterea quod serviebas liberaliter. ¶ Frequenter accipitur pro large, munifice. *splendidly, profusely, largely, bountifully, liberally, munificently*, ἐλευθερίως. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 6. Fui libenter apud Talnam nostrum, nec potui accipi liberalius. *Id. Verr.* 5. c. 85. Benigne ac liberaliter. et cap. 88. Large et liberaliter. *Id.* 2. *Q. Fr.* ep. 6. *ante med.* Vivo paulo liberalius, quam solebam. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 61. Quod erant honesto loco nati, et instructi liberaliter. *liberally provided. Apul.* l. 10. *Metam.* Dotem largiri liberalissime. ¶ Item ample, prolixe. *Nep. in Lysand. c. ult.* Petiit a Pharnabazo, ut ad Ephoros sibi testimonium daret, deque ea re accurate scriberet. Huic ille liberaliter pollicetur. [*Cic. ad Att.* lib. 5. ep. 13. Liberalissime erat pollicitus tuis omnibus.] ¶ Item comiter, benigne, civiliter. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 5. Cæsar Rhemos cohortatus, liberaliterque oratione prosequutus. et lib. 4. c. 18. Legatis pacem petentibus liberaliter respondit.

LIBERATĬO, onis, f. *a delivering, freeing, disengaging, release*, διάλυσις, actus liberandi, remissio, absolutio. *Cic. in Pison.* c. 36. Quid ego rerum capitalium quæstiones, reorum pactiones, redemptiones, acerbissimas damnationes, libidinosissimas liberationes proferam? *Id. pro Lig.* c. 1. Cum a te non solum liberationem culpæ, sed etiam errati veniam impetravissent. *an acquittal. Id.* 1. *de Fin.* c. 11. Cum privamur dolore, ipsa liberatione et vacuitate omnis molestiæ gaudemus. *Justin.* l. 5. c. 8. *ad fin.* Ne iterum rempubl. sub obtentu liberationis invaderet. *under the pretence of setting it at liberty.* ¶ Liberationis verbum, inquit *Paul. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 47. eandem vim habet, quam solutionis. Hinc *liberatio* dicitur a *Paulo Dig.* lib. 46. tit. 3. leg. 62. cum debitor, soluta pecunia, ære alieno liberatur. *Ulpian.* lib. 34. tit. et leg. 3. Liberationem debitori legare. *h. e.* legato in testamento debitum ei remittere. Hinc *liberatio legata* inscribitur titulus tertius lib. 34. *Dig.* h. e. remissio, et condonatio debiti legato relicta.

LIBERĀTOR, oris, m. *a freer, deliverer*, ἐλευθερωτής, λυτρωτής, vindex libertatis. *Cic.* 1. *Phil.* c. 2. Patriæ liberatores urbe carebant ea, cujus a cervicibus jugum servile dejecerant. *Curt.* l. 3. c. 10. Terrarum orbis liberatores. ¶ Apud *Tacit. Ann.* 15. c. 64. et lib. 16. c. *ult.* est epitheton Jovis.

LIBERĀTUS, a, um, *set at liberty, freed, delivered, released, liberated*, ἀφεθείς, in libertatem assertus, dimissus, absolutus. *Cic. Fam.* 14. ep. 4. *a med.* De familia liberata nihil est, quod te moveat. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 3. Cum cavea liberati pulli non pascerentur. *Id. initio Tuscul.* 1. Defensionum laboribus, et senatoriis muneribus liberatus. *et initio* l. 4. dominatu regio. *Id. pro Marcell.* c. 5. a scelere. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 50. culpa. *freed, acquitted. Id.* 6. *Attic.* ep. 2. *ante med.* ære alieno. et lib. 10. ep. 15. *sub fin.* a quartana. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 47. obsidione. *Justin.* l. 5. c. 9. metu. *Sueton. in Aug.* cap. 29. periculo. ¶ Liberata, inquit *Fest.* ponebant pro effata. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 8. *extr.* Sacerdotes urbem, et agros, et templa liberata, et effata habento. *h. e.* certis verbis, quibus eorum termini statuebantur ab auguribus, definita, et consecrata. V. *Effari*, et *Effatus*.

LIBĔRE, adverb. *ingenuously, liberally, honourably*, ἐλευθέρως, liberaliter, ingenue, quemadmodum liberum hominem decet. *Terent. Andr.* 5. 4. 7. Tu ne hic homines adolescentulos, imperitos rerum, educatos libere in fraudem illicis? ¶ Item nullo timore, nullo impediente, nulla assentatione, &c. *freely*, μετὰ παῤῥησίας. *Cic. de Divin.* l. 2. c. 48. Animus somno relaxatus solute movetur et libere. *Id. pro Quint.* c. 11. Quem tu respirare libere non sinis. *Id. Attic.* l. 4. ep. 16. Constanter et libere me gessi. *Id. in Orat.* c. 23. Ut ingredi libere oratio, non errare licenter videatur. ¶ *Libere vivere* est licenter, et suo more vivere, neque subjici alicujus voluntati. *Terent. Andr.* 1. 1. 24. Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia, liberius vivendi fuit potestas. ¶ *Libere loqui*, vel *dicere*, est confidenter, ut nihil gratiæ tribuas, aut potentiæ alicujus. *Cic.* 4. *Verr.* c. 72. Ne quis hoc me magis accusatorie, quam libere dixisse arbitretur. *Id. pro Planc.* c. 13. Asperius, inquit, locutus est: imo fortasse liberius. ¶ Pro liberaliter, large, copiose, *Virg.* 1. *Georg.* v. 127. ipsaque tellus Omnia liberius, nullo poscente, ferebat. Possis etiam in-

expetari. ultro, sponte, quia terra sine labore hominum, ultro fruges fundebat.

LIBERI, orum, m. children, (freeborn, vel sanes,) τὰ τέκνα, οἱ παῖδες, filii, vel filiæ. Romani hoc dixere liberos, non simpliciter, sed ad discrimen servorum, vernarumque. Cic. Attic. l. 8. ep. 2. Vagamur egentes cum conjugibus, et liberis. et lib. 16. ep. 11. Ut sciant, cum ex C. Fadii filia liberos habuisse. Id. 5. Verr. c. 69. Susceperas enim liberos non solum tibi, sed etiam patriæ. Id. 5. Tuscul. c. 37. extr. Procreare liberos. Sueton. in Aug. c. 48. educare et instituere. Tacit. 4. Ann. c. 3. gignere ex aliqua. ¶ Hoc nomine etiam utimur, cum de uno tantum filio, aut filia loquimur. Caius Dig. lib. 50. tit. 16. leg. 148. Non est sine liberis, cui vel unus filius, unave filia est. Sulpic. ad Cic. 4. Fam. ep. 5. ante med. Malum est liberos amittere. De Tulliola loquitur. Adde Plaut. Aulul. 4. 10. 5. ¶ Liberorum appellatione etiam nepotes et pronepotes, ceterique ex iis descendentes continentur. *Paul. Dig.* lib. 38. tit. et leg. 10. Liberi vocantur usque ad trinepotem. *Callistrat. lib. ult. tit. pænult.* leg. 220. Liberorum appellatione nepotes, et pronepotes, ceterique, qui ex his descendunt, continentur. Hos enim omnes liberorum appellatione lex XII. Tabul. comprehendit. *Cic.* 3. *Verr.* c. 15. Habitus sis in liberum loco, sicut mos majorum ferebat. ¶ *Dare operam liberis*, est procreandorum liberorum causa cum uxore rem habere. *Cic.* 1. *Offic.* c. 35. *a med.* Liberis dare operam, re honestum est, nomine obscenum. ¶ *Jus trium liberorum* apud Romanos, erat privilegium quoddam ejus, qui plures liberos procreasset, ut primo in petitione Magistratus præferretur; secundo ut in ipso Magistratu priorem locum teneret; tertio ut ante annum vigesimum quintum posset ad honores admitti. Hoc autem jure carebat, qui pauciores, quam tres liberos haberet. Poterat tamen Princeps peculiari quadam indulgentia hoc jus iis tribuere, qui totidem liberos non procreassent: cujus exempla legimus apud *Plin.* l. 2. ep. 13. et lib. 10. ep. 2. 95. et 96. *Stat.* l. 4. silv. 8. v. 20. et 21. *Sueton. in Galb.* c. 14. et *Martial.* l. 2. epigr. 91. et lib. 3. epigr. 95. Hinc jocatur *Id.* l. 10. epigr. 60. Jura trium petiit a Cæsare discipulorum, Assuetus semper Munna docere duos. ¶ *Liberum* pro *liberorum* præter *Cicer. loc. cit.* habent præterea *Accius* apud eund. 3. *Tuscul.* c. 9. *Turpil.* apud *Non.* c. 9. n. 1. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 38. lib. 3. c. 25. et 35. et alii: immo fuit usitatius, ut ex *Cic. in Orat.* c. 46. colligitur. ¶ In singulari num. perrarum est. V. supra post *Liber* adjectivum. ¶ *Liberi* pro masculis tantum, *Hygin.* fab. 9. Procreavit liberos septem, totidemque filias. ¶ De pecudum fetu, *Plaut. Capt.* 4. 2. 38. Lanii, qui concinnant liberis orbas oves.

LIBĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to set at liberty, free, make free*, ἐλευθερόω, ex servo liberum facio, libertatem do, manumitto: et proprium est domini servum de sua potestate emittentis. *Plaut. Most.* 1. 1. 22. Amicas emite, liberate, pascite. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 9. Servos omnes puberes liberaverunt. *Plin.* l. 7. ep. 16. Si voles vindicta liberare, quos proxime inter amicos manumisisti. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 40. Si quis apud nos servisset, se seque liberasset. ¶ Translate est libere dimittere, permittere, ut quippiam quis agat. *Id.* 3. *Fam.* ep. 7. Ut eos quamprimum, ne in hiemem inciderent, ad facultatem ædificandi liberarem. ¶ Et universim extricare, solvere, ex impedimento, damno, molestia eripere. *to free, deliver, release, extricate. Cic.* 2. *de Divin.* c. 46. Quorum linguæ sic inhærerent, ut loqui non possent, eæ scalpello resectæ, liberarentur. *were unloosed. Ovid.* 6. *Metam.* v. 551. vagina liberat ensem. *draws, unsheathes. Cic. de Univers.* c. 6. Eum ab omni erratione liberavit. *Id. Verr.* 7. c. 9. Multos ex his incommodis pecunia se liberasse. *Hirt. de B. Afric.* c. 48. Liberari a terrore. *Phædr.* l. 3. fab. 2. v. 10. Panthera saltu fovea se se liberat. *escapes. Cic. Attic.* 13. ep. 22. Liberare aliquem culpa. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 6. invidia. *Id.* 1. *Fam.* ep. 2. suspicione cupiditatis. *Id. Attic.* l. 6. ep. 1. *circa med.* magna sollicitudine. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 83. periculo. et lib. 1. c. 9. et *Terent. Andr.* 2. 2. 14. metu. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 19. obsidione. *Auct. de B. Hispan.* c. 42. provinciam vectigalibus. *to exempt. Curt.* l. 8. c. 4. militem damno et fame. *Justin.* l. et cap. 11. infamia matrem. *Plin.* l. 7. c. 50. Liberari febri quartana. ¶ Cum genitivo, subintellecto ablativo *crimine*, aut ejusmodi. *Liv.* l. 41. c. 19. Senatus nec liberavit ejus culpæ regem, neque arguit. *Id.* l. 5. c. 28. Quin sine mora voti liberaretur. ¶ Pertinet etiam ad judicia, pro absolvere, *to absolve, acquit*: cui contrarium est condemnare. *Cic. pro Cluent.* c. 22. Qui ceteros ex ipsa causa condemnassent, hunc, quem bis condemnatum jam acceperant, liberarent. *Id.* 4. *Verr.* c. 29. Qui antea Sopatrum eodem illo crimine liberarant. *Id. pro Mil.* c. 18. Videte, judices, quantæ res his testimoniis sint confectæ. Primum certe liberatur Milo, non eo consilio profectus esse, ut insidiaretur. ¶ *Liberare fidem* est præstare promissum. *Cic. pro Flacc.* c. 20. Fusiis satisfacit absentibus, et fidem suam liberat. *Sueton. in Claud.* c. 9. Cum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege prædiatoria venalis pependit. ¶ *Liberare nomina* est impedita extricare, et æquare, *to settle, balance, adjust. Liv.* l. 7. c. 21. *ad fin.* ¶ *Liberare promissa* est abrogare, irrita reddere. *Cic.* 1. *Offic.* c. 10. Quæ promissa pleraque jure prætorio liberantur, nonnulla legibus. ¶ *Liberare se ære alieno* est se expedire æs alienum persolvendo. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 2. et *Sallust. in Catil.* cap. 41. Sic *liberari* dicitur *debitor*, cum quod debebat, solutum est. *Ulpian. Dig.* lib. 46. tit. 3. leg. 58. Et universim *liberari* dicuntur, qui obligationis cujusquemodi vinculo solvuntur, quo adstringebantur. *Paul.* lib. 44. tit. 7. leg. 46. et lib. 46. tit. 4. leg. 11. ¶ *Liberare impensam* est *to make free of expense. Colum.* l. 3. c. 3. *a med.* Cum ea res omnem impensam terreni pretio suo liberet. ¶ Refertur et ad inanima. *Julian. Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 41. Fundum alii obligatum liberare. *Caius* lib. 33. tit. 4. leg. 15. Pignoratas res, vel in publicum obligatas liberare. ¶ *Liberare flumen* est superare, ac transire, *to pass. Hygin.* fab. 257. Vix tandem Mœrus liberato flumine, consequitur carnificem. *Frontin.* l. 1. *Strategem.* c. 3. Cum unam spem salutis haberet, si flumen liberasset. Adde lib. 4. *c. ult.* Porro hæc loquendi ratio a Latinioribus quoque usurpata fuit. *Petron. in Satyr.* c. 136. Collectoque cultu meo, ire extra casam cœpi: necdum liberaveram cellulæ limen, cum animadverto, &c. *I had hardly cleared the threshhold.* Sunt quidem, qui lectionem sollicitant, sed vano conatu. ¶ *Liberasso* antique pro *liberavero* est *Plauti Mostell.* 1. 3. 66. [¶ Particip. *liberaturus, liberandus* apud *Liv.* l. 32. c. 10. Quas (civitates) ipse cepisset, eas liberaturum. *Cic.* 6. *ad Att.* ep. 2. Civitatibus facultatem ad se ære alieno liberandas, aut levandas dedi.]

LIBERTA, æ, f. *a freed-woman*, mulier, quæ ex justa servitute in libertatem manumissa est. [† Refertur ad patronum. V. *Libertinus*, et *Libertus.*] *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 99. at hunc liberta securi Divisit medium fortissima Tyndaridarum. *Modestin. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 105. His verbis, *libertis libertabusque meis*, libertum libertæ testatoris non contineri. *Libertabus* dixit ad distinctionem, qua si non sit opus, habet in dat. plur. *libertis*, ut in *Anima*, et *Asina* adscripsimus. Hinc *Plin.* l. 10. ep. 4. Rogo, des jus Quiritium libertis Antoniæ Maximillæ, ornatissimæ feminæ, Heliæ, et Antoniæ Harmeridi. Adde ep. 22. Ceterum *libertis, libertabusque* sæpissime in sepulcrorum antiquis epitaphiis legitur.

LIBERTAS, atis, f. *liberty, freedom*, ἐλευθερία, status et conditio liberi hominis. In numis duobus Cassiæ gentis apud *Patin. de Fam. Rom.* pag. 69. *leibertas* scriptum est. *Cic.* 5. *Parad.* c. 1. Quid est enim libertas? potestas vivendi, ut velis. *Id. pro Rabir. perduell. in fi.* Servo libertatem dare. *Id.* 2. *de Orat.* c. 33. *extr.* In libertatem se vindicare. *Id.* 15. *Attic.* ep. 13. Libertatem retinere. *Id. pro Dom.* c. 9. alicui adimere. *Id. pro Rabir. Post.* c. 9. perdere. *Id.* 1. *Offic.* c. 20. *extr.* Libertate uti. *Id.* 3. *de Legib.* cap. 17. largiri alicui. *Lucan.* l. 2. v. 282. pro legibus arma Ferre juvat patriis, libertatemque tueri. *Sueton. in Ner.* c. 24. Aliquem libertate donare. *Cic. pro leg. Manil.* c. 5. et *pro Cæcin.* c. 12. *extr.* Libertatem imminuere. *h. e.* injuriam quamlibet alicui inferre. Nam qui in ea re libertatem amittit, cum libertatis proprium sit lædi in vita a nemine, aut impediri, quo minus possit se ipso et rebus suis uti, ut libuerit. *Papinian. Dig.* l. 38. tit. 2. leg. 41. *extr.* et *Julian.* lib. 40. tit. 2. leg. 4. et *Ulpian.* lib. 4. tit. 4. leg. 11. Libertatem alicui imponere. *h. e.* dare: ductum a virga, quæ capiti manumissi a prætore imponebatur. ¶ Item status liberæ reipublicæ, democratia. *Tacit. initio Annal.* Urbem Romam a principio reges habuere: libertatem, et consulatum L. Brutus instituit. *Quintil. c. ult.* l. 6. Asserere libertatem reipublicæ. ¶ Item immunitas agrorum, domuum, et hujusmodi, qua liberantur servitute. *Paul. Dig.* lib. 8. tit. 6. leg. 18. Non potest vicinus usucepisse libertatem ædium suarum. Adde *Pompon. ibidem* tit. 2. leg. 6. ¶ Universim est libera facultas faciendi quidlibet. *Virg.* 11. *Æn.* v. 346. Dare libertatem fandi. *liberty or leave to speak. Cic. pro Planc.* c. 14. Quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti R. in plorando non est concessa libertas. *Id. Verr.* 5. c. 1. *extr.* Præcidere sibi licentiam libertatemque vivendi. *Id.* 4. *Acad.* c. 10. Ne majorem largiar ei, qui contra dicturus est, libertatem, et licentiam. *Id. pro Planc.* c. 6. Tabella dat populo eam libertatem, ut, quod velint, faciant. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 5. multa cum libertate notare. ¶ Cum infinito. *Val. Flacc.* l. 1. v. 601. Nec mihi libertas imis freta tollere arenis. *Propert.* l. 1. eleg. 1. v. 28. Sit modo libertas, quæ velet ira, loqui. ¶ Speciatim est libere loquendi facultas. παῤῥησία. *freedom of speech. Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 67. Me quoque, quod monui bene multa fideliter, odit. Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit. *Justin.* l. 15. c. 3. Non culpæ, sed libertatis pœnas pendens. ¶ Interdum a licentia ita distinguitur, ut in bonam partem accipiatur, licentia in malam. *Liv.* l. 34. c. 2. *extr.* Feminæ omnium rerum libertatem, immo licentiam, si vera dicere volumus, desiderant. ¶ In plur. numero. *Plaut. Cas.* 2. 8. 70. Tribus non conduci possim libertatibus, quin ego illis hodie comparem magnum malum. *Paul. Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 45. Libertates in fraudem datas retrahere. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 1. leg. 13. Libertatium conservandarum causa. V. *Civitas* in fi. ¶ Dea fuit Romanis hoc nomine, cui templum in Aventino a quodam Graccho ex multatitia pecunia constructum fuit, ut *Liv. in fi.* cap. 16. l. 24. narrat. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 23. Quid Opis? quid Salutis? quid Concordiæ, Libertatis, Victoriæ? quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut sine deo regi non posset, ipsa res deorum nomen obtinuit. ¶ Ejus templi atrium peramplum fuit, et multis etiam membris ac cellis instructum. *Liv.* l. 25. c. 7. Obsides Tarentini custodiebantur in atrio Libertatis. *Cic. pro Mil.* cap. 22. Quæstiones urgent Milonem, quæ sunt habitæ nunc in atrio Libertatis. *Tacit.* 1. *Histor.* c. 31. Præceptum, ut Germanicos milites e Libertatis atrio arcesserent. *Liv.* l. 45. c. 15. Ex quatuor urbanis tribubus unam palam in atrio Libertatis sortirentur, in quam, &c. Adde lib. 34. c. 44. et *Sueton. in Aug.* c. 29.

LIBERTINITAS, atis, f. conditio libertinorum. *Ulpian. Dig.* lib. 22. tit. 3. leg. 14. Qui se ex libertinitate ingenuum dicit. *Paul.* lib. 4. tit. 8. leg. 32. Sive de ingenuitate, sive de libertinitate quæstio sit. Adde *Macr.* lib. 49. tit. 4. leg. 2. *a med.*

LIBERTINIUM, ii, n. bona, quæ libertus consequitur in morte patroni. *Calpurn.* declam. 14. *sub fin.* Ego postulo tenue libertinium, quod, &c. Al. leg. *tenue, libertinum.*

LIBERTĪNUS, i, m. *et* Libertina, æ, f. *a freed man, and freed woman*, ἀπελευθερικὸς, qui, et quæ aliquo pacto se ex servitute in libertatem vindicavit. *Cic.* 3. *Phil.* cap. 6. Ipse ex libertini filia suscepit filios. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 48. Merx tutior libertinarum. ¶ *Libertinus*, et *libertus*, significatione idem sunt, differunt usu loquendi. nam *libertus* ad patronum refertur, h. e. ponitur, cum patroni mentio est, ut *libertus Ciceronis, Cæsaris, meus, tuus*, &c. *Libertinus* ad conditionem refertur, et designat statum ejus, qui antea servus, nunc liber est, sine respectu ad eum qui liberavit, ut *libertinus homo, libertina mulier, conditio*, &c. *Cic. Verr.* 3. cap. 47. Trebonius viros bonos et honestos fecit heredes: in his libertum suum. *et paulo post, de eodem loquens.* Equiti Romano libertinus homo sit heres? *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 34. Naves actuariæ, quas Domitius servis, libertis, colonis suis compleverat. *Liv.* l. 10. c. 21. Nec ingenui modo, aut juniores sacramento adacti sunt, sed seniorum etiam cohortes factæ, libertinique centuriati. *Plin.* l. 14. c. 4. Libertina plebs. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 6. libertino patre natus. *of a father that had been a slave. Modestin. Dig.* lib. 1. tit. 3. leg. 21. Libertina conditio. *Sueton. in Aug.* c. 25. Libertino milite bis usus est. *Martial.* l. 3. epigr. 13. Et libertinas arca flagellat opes. ¶ Discrimen modo traditum servasse non videtur *Plaut.* ubi ait *Pers.* 5. 2. 57. Ita pars libertinorum est: nisi patrono qui adversatus est, nec satis liber sibi videtur, nec satis frugi. *libertorum* enim dicere debuit. Sic *Florentin. Dig.* l. 38. tit. 2. leg. 28. Si in libertinum animadversum erit, patronis ejus eripiendum non est. ¶ App. Claudii ætate, et aliquandiu post *libertini* dicebantur libertorum filii: qui tamen inter ingenuos habentur. *libertines. Sueton. in Claud.* c. 24. Etiam App. Cæcum Censorem libertinorum filios in Senatum allegisse docuit: ignarus temporibus Appii, et deinceps aliquandiu libertinos dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. ¶ Libertini non plus quam in urbanis tribubus suffragium ferebant. P. autem Clodius legem ferre proposuerat, qua possent in rusticis quoque, quæ propriæ ingenuorum sunt, ferre. *Ascon. in Milonian.* c. 32.

LIBERTUS, i, m. *a freed man, slave made free*, ἀπελεύθερος, e servitute in libertatem vindicatus: et refertur ad patronum, ut in *Libertinus* dictum est. *Terent. Andr.* 1. 1. 10. Feci, e servo ut esses libertus mihi. *Cic.* 13. *Fam.* ep. 23. Tota Cossinii domus me diligit, in primisque libertus ejus L. Cossinius Anchialus. *Id. pro Mil.* c. 33. Servos nostros libertos suos fecit. *Id. pro Sext.* cap. 35. Seque servorum, et libertorum corporibus obtexit. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 122. Filius, aut etiam hæc libertus ut ebibat heres.

LIBET, *et* Lubet, ebat, buit, *vel* libitum est, impers. 2. *it pleases; it is agreeable*, δοκεῖ, ἀρέσκει, φίλον ἐστὶ, placet. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 114. Cur id ausus facere? *B.* lubuit. *it suited me. Id. Asin.* 1. 1. 9. Ubicumque libitum erit animo meo. *Cic. pro Quint.* c. 30. *sub fin.* Sin et poterit Nævius id, quod libet, et ei libebit, quod non licet. *Id. Attic.* l. 2. ep. 18. Sed de republ. non libet plura scribere. *I am not disposed. Plaut. Merc.* 1. 2. 19. Lubet scire ex hoc me, ut sim certior. *Sueton. in Cæs.* c. 20. Cetera item, quæ cuique libuissent, dilargitus est. *Plaut. Amph.* 1. 1. 17. Quodcumque homini accidit libere, posse retur. *takes his whim. Cic. Attic.* l. 14. ep. 19. *a med.* Cui facile persuasi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non lubere. ¶ *Ut lubet* formula est assentientis, permittentis, concedentis. *Terent. Heaut.* 4. 4. 16. Atqui jam dabitur. *Ba.* ut lubet: num ego insto? *just as you please.* Adde 4. 5. 32. et alibi. ¶ *Caper* apud *Priscian.* l. 11. pag. 922. testatur, in usu Veterum *libeo, es*, personale fuisse, sic *pigeo, tædeo, pudeo*, et alia id genus. ¶ *Lubet* pro *libet*, et *lubido, lubentia*, &c. priscorum sunt, ut et *Priscian.* monet l. 1. p. 553. *Putsch.* et apud Comicos præcipue frequentia.

LIBĒTHRA, æ, f. Λείβηθρα, fons Magnesiæ, in Mace-

donia. *Plin.* l. 4. c. 9. *Mela*, l. 2. c. 3. Aliqui dicunt, esse cavernam ad radices Libethri montis, fontem Pimpleam vocari. Aliqui eum constituunt in Thessalia, alii in Thracia, alii in Bœotia. Sed Thessalia, et Thracia sunt partes Macedoniæ, Bœotia Thessaliæ contermina est. Fuit Musis sacer. Apud *Serv. ad Ecl.* 7. *Virgil.* v. 21. est *Libethros, i*, m.

LIBETHRĬDES, dum, f. Λειβηθρίδες, Musæ a Libethra fonte Magnesiæ Musis sacro. *Pompon. Mela*, l. 2. c. 3. *Strabo*, l. 10. auctor est, Musas appellatas esse Libethridas a Libethro Thraciæ monte, quem postea Macedones tenuerunt, sub quo et antrum fuisse ait Musis Libethridibus a Thracibus consecratum. *Virg.* 7. *Ecl.* v. 21. Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen, Quale meo Codro, concedite, &c. Ubi *Servius* aliam quoque opinionem tradit, nempe dictas esse a Libethro poeta, qui primus harmoniam tradiderit, et arcem Musis consecraverit.

LIBIDINĬTAS, *et* Lubidinitas, atis, f. libido. *Laber.* apud *Non.* c. 8. n. 61. Lubidinitate labitur.

LIBIDĬNOR, *et* Lubidinor, aris, dep. 1. *to gratify a criminal appetite*, ἡδυπαθέω, libidini indulgeo, libidine agor. *Martial.* l. 7. epigr. 66. et *Sueton. in Ner.* c. 28. *extr.*

LIBIDINŌSE, *et* Lubidinose, *according to one's pleasure or caprice, wilfully, wantonly*, ἀκολάστως, ἀσελγῶς, secundum animi libidinem, cupide, intemperanter, nimis appetenter, licenter. *Sallust. in Catil.* c. 51. Ubi paulatim licentia crevit, juxta bonos et malos lubidinose interficiunt. *Cic. in Divin. Verr.* c. 12. Quæ ille libidinose, quæ nefarie, quæ crudeliter fecerit. *Id.* 1. *Offic.* c. 4. *in fin.* Cavetque in omnibus et opinionibus, et factis, ne quid libidinose aut faciat, aut cogitet. *Liv.* l. 3. c. 36. *ad fin.* Abstinebatur a patribus: in humiliores libidinose, crudeliterque consulebatur. *Tertull. de Monogam. c. pænult. in fi.* Libidinosius sævire.

LIBIDINŌSUS, *et* Lubidinosus, a, um, *wilful, wanton, arbitrary; lustful, libidinous, sensual*, ἀσελγής, ἀκόλαστος, intemperans, cupidus, secundum animi libidinem, voluptatis causa factus: sive illa Venerea sit, sive alterius generis. *Cic. in Pison.* c. 36. Quid ego rerum capitalium quæstiones, reorum pactiones, acerbissimas damnationes, libidinosissimas liberationes proferam? *Id. pro Dom.* c. 2. Quos ab inconstantia gravitas, a libidinosa sententia certum et definitum jus religionum, vetustas exemplorum deterret. *partial. Senec. de consol. ad Marc.* c. 10. *sub fin.* Fortuna, ut varia et libidinosa, mancipiorumque suorum negligens domina, et pœnis et muneribus errabit. *Arnob.* l. 4. p. 138. Libidinosa fictio. *wanton, whimsical, capricious.* et *Colum. in procem.* l. 10. Cum nostra ætas dapibus libidinosis pretia constituerit, cœnæque non naturalibus desideriis, sed censibus æstimentur. *delicate, exquisite, dainty, luxurious, delicious. Cic. in Pison.* c. 27. Scitote, nihil isto esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius. *luxuriosus* nimius est in effundendo, *libidinosus* in appetendo. *Nep. in Alcib.* c. 1. Luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur. *Cic. sub fin. Verr.* 4. Homo flagitiosissimus, libidinosissimus, nequissimusque. *Horat. in fin.* epod. 10. Libidinosus caper. *lecherous.* ¶ Translate *Quintil.* l. 5. c. 12. *a med.* Quapropter eloquentiam, licet hanc (ut sentio enim, dicam) libidinosam resupina voluptate auditoria probent, nullam esse existimabo, quæ ne minimum quidem in se indicium masculini, et incorrupti ostendet. *effeminate.* ¶ Libidinosus eloquentiæ, et gloriæ, apud *Tertull. in Apolog.* c. 48. et *de virgin. veland.* c. 13. est vehementer cupidus.

LIBĪDO, *et* Lubido, inis, f. *will, inclination, fancy, humour, caprice; desire, passion, lust, cupidity; an unlawful appetite or desire*, ἐπιθυμία, cupiditas, voluntas, impetus animi quippiam appetentis: et fere sine ratione: a *libet. Lucret.* l. 4. v. 780. Quæritur in primis, quare, quod cuique lubido Venerit, extemplo mens cogitet ejus idipsum. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 6. Ex bonis libidinem, et lætitiam, ut sit lætitia præsentium bonorum, libido futurorum: ex malis metum, et ægritudinem nasci censent, metum futuris, ægritudinem præsentibus. et lib. 3. c. 5. Iracundia libidinis est pars. sic enim definitur iracundia, ulciscendi libido. *Id.* 3. *de Fin.* c. 9. *ad fin.* Timere, mœrere, in libidine esse, peccatum est. *Plin.* l. 3. c. 2. *de Nerone.* Quippe non citharæ, tragicique cantus libido illi major fuit. *did not take greater delight.* et *Gell.* l. 19. c. 4. Libido urinæ lacessit. *inclination.* et *Cato R. R.* c. 156. Ubi libido veniet nauseæ. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 15. *ad fin.* Suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus. *partiality, injustice. Id.* 9. *Fam.* ep. 16. *ante med.* Nec præstari quidquam potest, quale futurum sit, quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine. *Id.* 2. *de Invent.* c. 45. Ex ea ratione, quæ in mentem, aut in libidinem venerit, rem administrare. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 49. Ad libidinem suam vexare aliquem. *arbitrarily, just as he pleases.* et *pro Font.* c. 12. Ad libidinem aliorum judicare. *to please others.* et 1. *de Fin.* c. 6. Fingere aliquid ad libidinem. Sic *Liv.* l. 25. c. 21. Instruitur acies ad libidinem militum forte procurrentium: deinde per libidinem, aut metum deserentium locum. *Tacit. Ann.* 4. c. 46. Ne regibus quidem parere, nisi ex libidine, soliti, *save only when they are in the humour. Sallust. in Catil.* c. 8. Fortuna res cunctas ex lubidine magis, quam ex vero celebrat, obscuratque. *Plaut. Pers.* 5. 2. 26. Hunc irridere lenonem lubido est. *Crassus* apud *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 1. Spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit. ¶ Sæpe ad voluptates corporis Venereas refertur, *lust, sensuality, criminal appetite or indulgence. Cic.* sæpe, *Sallust. Petron. Horat. Plin. Sueton. Tacit.* &c. tum in singulari num. tum in plurali. ¶ In bonam partem *Sallust. in Catil.* c. 7. Juventus magis in decoris armis, et militaribus equis, quam in scortis, atque conviviis, lubidinem habebat. *took delight in.* et *in fin.* orat. 2. *ad Cæs.* Si tibi bona lubido fuerit patriæ, parentibus gratificandi. [¶ *Libidines* absolute dicuntur lascivæ imagines, quæ in tabulis, vel in poculis pingebantur, aut sculpebantur, quales fuisse dicuntur, quæ Philænidis, aut Elephantidis schemata obscena repræsentabant. *Plin.* l. 33. c. 1. Auxere et vitiorum irritamenta: in poculis libidines cælare juvit. *Id.* l. 35. c. 10. Parrhasius pinxit et minoribus tabellis libidines, eo genere petulantis joci se reficiens.]

LIBITĪNA, æ, f. *the goddess of funerals*, dea in cujus templo vendebantur, et locabantur, ea, quæ ad sepulturam pertinebant. Aliqui censent, esse Proserpinam Plutonis uxorem. Quia enim Inferorum credebatur regina, eam mortuis præesse putaverunt. Ideoque etiam ea, quibus mortui veluti exornati ad Inferos deducuntur, in ejus templo Romani voluerunt asservari. Romanorum eruditissimi arbitrati sunt, Venerem esse, quemadmodum tradit *Plutarchus in Numa.* Apud eundem *in Quæstionibus Romanis*, n. 23. problema est, cur in templo Libitinæ, quæ eadem ac Venus putaretur, funebria venderentur. Respondetur, id forte factum, ut indicaretur, eandem deam et ortui, et interitui præsidere, et eo ipso humanæ fragilitatis homines admonerentur, certo scientes, exitum ab ortu non procul abesse, cum eadem dea morientibus præesset, et vitam ingredientibus, atque id eo firmari, quod Delphis sit imaguncula Veneris ἐπιτυμβίας, sive sepulchralis, ad quam manes eorum evocant, quibus libant. Etiam *Dionysius Halicarnass.* scribit lib. 4. Servium Tullium, quo numerum nosset quotannis obeuntium, imperavisse, ut nummus in templum Veneris cognomento Libitinæ ferretur, quoties quis naturæ concederet. *Liv.* l. 40. c. 19. Pestilentia in urbe tanta erat, ut Libitina vix sufficeret. et lib. 41. c. 21. Ne liberorum quidem funeribus Libitina sufficiebat. [† *Vet. Schol.* ad *Horat. Serm.* 2. 6. 19. Libitina locus est in urbe, quo constituuntur qui efferenda corpora conducunt, et præbent funeribus necessaria.] *Sueton. in Ner.* c. 39. Pestilentia unius autumni triginta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt. ¶ Metonymice ponitur pro morte. *Juvenal.* sat. 12. v. 122. si Libitinam evaserit æger. *Horat.* l. 3. *od. ult.* v. 6. multaque pars mei Vitabit Libitinam. ¶ Significat et feretrum, seu pyram, in qua mortui collocantur. [† *Vet. Schol. Cruq.* ad *Horat. Epist.* 2. 1. 49. Libitina; feretrum.] *Ascon. in argum. Milonianæ.* Fasces ex lecto Libitinæ raptos attulit ad domum Scipionis. *Martial.* l. 10. epigr. 97. Dum levis arsura struitur libitina papyro. *Plin.* l. 37. c. 3. Arma vero, et libitina, totusque unius diei apparatus erat e succino. *h. e.* lectus, quo in arena mortui gladiatores statim efferebantur. ¶ Denique pro sepeliendi arte, seu vendendi ea, quæ ad sepulturam pertinent. *Valer. Max.* l. 5. c. 2. n. 10. Qui tunc libitinam exercebant, tum rerum suarum usum, tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt. *In Tab. æn.* apud *Mazoch.* pag. 415. et 420. Præconium, dissignationem, libitinam facere. [† ¶ Pro mali ominis hominibus (ait *Gesnerus*) poni videntur apud *Apul. Flor.* p. 345, 6. *Libitinæ* vel *Libitini* forte.]

LIBITINARĬUS, ii, m. *an undertaker*, κτερισ͂τής, ἐνταφιαστής, qui locat, aut vendit ea, quæ ad pompam funebrem sunt necessaria, vel qui curam habet sepeliendorum hominum: a Libitina dea, in cujus æde asservabantur ea, quæ ad instructionem funebris pompæ erant necessaria. Honestior erat libitinarii conditio, quam pollinctoris. Nam pollinctor servus erat libitinarii, hic pollinctoribus præerat. Igitur cum libitinario transigi solebat de sumptibus, quos funeri impendi oporteret. Hic deinde pollinctorum, præficarum, vespillonum opera administrabat, quæcumque ad justa ac parentationem pertinent. *Senec.* l. 6. *de benef.* c. 38. An tu Aruntium, et Aterium, et ceteros, qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere, quæ designatores et libitinarios, vota?

LIBITINENSIS, e, adject. ut Libitinensis porta, apud *Lamprid. in Commod.* c. 16. Galea ejus, inquit, bis per portam Libitinensem elata est. Ubi intelligendam esse portam Amphitheatri, qua interfectorum gladiatorum cadavera efferebantur, censet *Kirchman. de fun. Rom.* l. 2. c. 20.

LIBĪTUM, i, n. *one's will, pleasure, humour or liking*, quod libet. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 1. Sua ipsi libita, velut in captos exercebant. *Id.* l. 12. c. 6. Vidisse ipsos, arripi conjuges ad libita Cæsarum. Adde lib. 14. c. 2. sed hic quoque in plur. numero.

LIBĪTUS, a, um, *what is pleasing or suits one's inclination*, qui placuit, cujus libido et cupido fuit. *Tertull. de Idolol.* c. 4. *a med.* Omnes vani, qui faciunt libita sibi, quæ illis non proderunt.

LIBO, as, avi, atum, a. 1. *to pour out, make a libation, offer in sacrifice*, λείβω, spargo, fundo: a voce Græca allata, quæ idem significat. Habet autem locum præcipue in sacris, in quibus *libare* est partem vini, alteriusve liquoris, vel etiam rei cujuslibet, quæ oblata sit, in aram, vel in aerem, vel in mare fundere, ut significetur, totum illud deo sacrum esse, cujus prima portio in ejus honorem funditur. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 666. Hac (*patera*) libat latices, et talibus infit. *Virg.* 5. *Æn.* v. 77. duo rite mero libans carchesia Baccho. et lib. 1. v. 740. in mensam laticum libavit honorem. *Liv.* l. 39. c. 43. Libare diis dapes. *Virg. Æn.* 12. v. 174. Dant fruges manibus salsas, et tempora ferro Summa notant pecudum, paterisque altaria libant. *h. e.* pateras altaribus hypallage. ¶ Pro sacrificare. *Tibull.* l. 1. eleg. 11. v. 21. libare uvam. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 274. frugem Cereri. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 8. v. 39. tura diis de acerra. *Id.* 1. *Fastor.* v. 389. exta canum Triviæ. et vers. 588. ovis viscera flammis. *Gell.* l. 12. c. 8. Cum solemni die Jovi libaretur. ¶ Translate *Ovid.* 1. *ex Pont.* el. 9. v. 41. Jure igitur Celso lacrimas libamus adempto. *Propert.* l. 4. el. 6. v. 8. Libare carmina aris. ¶ Pro fundere, simpliciter. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 15. arcano redolentem nectare rorem Detulit, inque vagi libavit tempora nati. ¶ Translate est gustare, degustare, *to taste or sip. Virg.* 3. *Æn.* v. 354. Aulai in medio libabant pocula Bacchi. *Id.* 4. *Georg.* v. 54. *de apib.* et flumina libant Summa leves. *Id.* 5. *Ecl.* v. 26. nulla neque amnem Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam. *Calpurn.* ecl. 6. v. 51. pullus equi, qui gramina, matre relicta, Nunc primum teneris libavit dentibus. ¶ Item leviter attingere, *to touch gently. Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 577. Libare cibos digitis. *Id.* 10. *Metam.* v. 653. summam celeri pede libat arenam. *Virg. Æn.* 1. v. 256. oscula libavit natæ. *h. e.* summis labris sumpsit. *Senec. in Phœniss.* v. 174. *dextra* timida tum parvo caput Libavit haustu. ¶ Item decerpere, excerpere, *to take out, cull, extract. Cic.* 2. *de Invent.* c. 2. Ex variis ingeniis excellentissima quæque libavimus. *Id. Tuscul.* 5. c. 29. Libasque ex omnibus quodcumque te maxime specie veritatis movet. *Id.* 1. *de Orat.* c. 50. *ad fin.* Est boni oratoris multa legendo percurrisse, neque ea, ut sua possedisse, sed, ut aliena, libasse. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 3. Vide, ne impudenter facias, qui nomini tuo velis ex aliorum laboribus libare laudem. ¶ Item imminuere, absumere. *Lucret.* l. 5. v. 261. Ergo terra tibi libatur, et aucta recrescit. et vers. 569. Nil visus intervalla de corpore libant. *Propert.* l. 4. el. 5. v. 57. ne quid cras libet ab ore dies. *h. e.* ætas de forma detrahat. V. *Libatus.* [¶ Particip. *libandus* apud *Ovid.* 3. *Met.* v. 27. Et petere e vivis libandas fontibus undas.]

LIBONŌTUS. V. *Austroafricus.*

LIBRA, æ, f. *a pound, twelve ounces*, λίτρα, σταθμὸς, ζυγὸς, pondus duodecim unciarum. Est a Siculis, qui obolum dixere λίτραν. Æquivalet assi, et inter minora pondera maximum est, inter majora minimum. Fuit autem libra Romana aliquanto major, quam mina Attica. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 36. As erat libræ pondus. *Liv.* l. 4. c. 20. Coronam auream libræ pondo Jovi donum posuit. *Al. leg.* libram pondo. *Plin.* l. 26. c. 8. *ad fin.* Libra radicis in vini congio decocta. *Id.* l. 9. c. 17. Mulli binas libras ponderis raro exsuperant. et cap. 15. Thynnus pinguescens ad mille aliquando libras. ¶ Libræ partes eædem sunt atque assis. V. *As.* ¶ Erat etiam libra mensuræ genus constans duodecim partibus æqualibus, quas similiter uncias vocabant. *Sueton. in Cæs.* c. 38. Frumenti denos modios, et totidem olei libras. ¶ Erat autem libra hæc teste *Gal.* l. 1. *de composit. med. per gen.* c. 17. et lib. 6. c. 8. mensura cornea, qua oleum admetiebantur, intersecta lineis quibusdam dividentibus ipsam in duodecim partes. Corneis autem mensuris oleum apud Romanos vendi consuevisse, ostendit etiam *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 61. ¶ Est item instrumentum, quo res ponderantur, habens duas lances, ex quarum depressione, vel elevatione justum rei pondus deprehenditur. Unde etiam bilancem vocant, *a balance, pair of scales.* Statera vero instrumentum est, quo res sine lancibus, vel unica lance ponderantur, *a steelyard. Cic.* 5. *Tuscul.* c. 17. *extr.* Quo in loco quæro, quam vim habeat libra illa Critolai, qui cum in alteram libræ lancem animi bona imponebat, in alteram corporis et externa, tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram et maria deprimat. *Pers.* sat. 4. v. 10. Scis etenim justum gemina suspendere lance Ancipitis libræ. *Plin.* l. 10. c. 33. *circa med.* Surculo super bina ova imposito, ac ferruminato alvi glutino, subdita cervice medio, æqua utrinque libra deportant alio. ¶ Translate *Claudian.* l. 1. *de laudib. Stilich.* v. 75. animi cunctantis libra. *h. e.* examen, disquisitio. ¶ *Facere aliquid per æs, et libram*, V. *Mancipium.* ¶ *Libra* etiam instrumentum est fabrile, seu potius Geometrica machina, qua exploramus altitudinem maris, fontium, lacuum, vel fluviorum, num scilicet altiora sint eo loco, quo ea ducere constituimus, quæ et *libella* appellatur. Quamquam etiam non raro libræ vocabulum usurpamus pro ipsa altitudine, quam machina

...deprehendimus. Unde lacum dicimus esse pari libra cum mari, idest æquali altitudine, *on a level with*. Item fontem dicimus esse infra libram montis, cujus scaturigo monte est inferior. [† V. *Libella.*] *Col.* l. 8. c. 17. Sin autem locus, ubi vivarium constituere censemus, pari libra cum æquore maris est, in pedes novem defodiatur piscina. *et mox* Modus aquæ jacentis infra libram maris. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 40. Alteram navem pluribus aggressus navibus, in quibus ad libram fecerat turres. *h. e.* pari libra hinc et hinc, ne navis inclinet. *Al. expon.* æqualis altitudinis. ¶ Ponitur quoque pro libramento. *Plin.* l. 16. c. 36. Contra flatus quoque pervicax libra Bononiensibus calamis. *h. e.* pondus æquilibratum. ¶ Est et *Libra* cæleste signum, constans ex octo stellis, quod Cæsaris ætate octavo, hodie decimo tertio Cal. Octobris, Sole ipsum ingrediente, æquinoctium facit autumnale. *one of the twelve signs of the Zodiac.* *Virg.* 1. *Georg.* v. 208. Libra die somnique pares ubi fecerit horas. Aliqui dicunt, Libram esse imaginem Astrææ filiæ Astræi et Auroræ, vel Jovis et Themidos, ut alii malunt, quæ a gentibus dea justitiæ antistita habita est. V. *Astræa.* Porro Veterum nonnulli hoc Signum non agnovere: ejus enim spatium a Scorpii chelis occupari faciebant. *Virg.* 1. *Georg.* v. 33. Qua locus Erigonen inter, chelasque sequentes. et *Ovid.* 2. *Metam.* v. 195. Est locus, in geminos ubi brachia contrahit ardens Scorpios, et cauda, flexisque utrinque lacertis Porrigit in spatium signorum membra duorum. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 18. *a med.* Libram, idest Scorpii chelas, oriri videmus. *Servius ad loc. Virg. cit.* Ægyptii duodecim esse asserunt signa: Chaldæi vero undecim. nam Scorpium, et Libram unum signum accipiunt. Chelæ enim Scorpii libram faciunt.

LIBRĀLIS, le, *of a pound weight, libral*, λιτραῖος, qui est unius libræ. *Plin.* l. 19. c. 2. *ad fin.* Excedunt sæpe magnitudinem mali cotonei etiam librarii pondere. *Colum.* l. 6. c. 2. et *Pallad. in Mart.* tit. 12. *a med.* Libralesque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas in gulam demittito.

LIBRĀMEN, inis, n. libramentum, vis librandi, et ejaculandi. *Liv.* l. 42. c. 65. Huic spiculo ad libramen pinnæ tres, veluti sagittis solent, circumdabantur. [¶ Translate *Claud. Mamert. de statu anim.* lib. 3. c. 13. *init.* Adhibito judicii libramine.]

LIBRAMENTUM, ti, n. *a balancing, counterpoising, equipoise, equilibration, equilibrium*, ἰσοῤῥοπία, æquamentum. *Colum.* l. 1. c. 5. *a med.* Temperatum libramentum ventorum hiemalium, et æstivorum. *Senec. de benef.* l. 5. c. 6. *a med. de eclipsi solari.* Modo excludit (*luna*) totius solis aspectum, si recto libramento inter solem terrasque media successit. *perpendicularly.* Sic *Cic.* 4. *Acad.* c. 36. *a med.* extremitatem mathematicam, *h. e.* superficiem, *quasi libramentum* dicit, ob summam æqualitatem. ¶ In aquæductibus libramentum aquæ est collatio altitudinis loci, unde deducitur, cum altitudine loci, quo ducitur, ut aqua commode vel ascendere, ubi opus sit, vel descendere possit. *Plin.* l. 31. c. 6. Libramentum aquæ in centenos pedes sicilici minimum erit. *h. e.* descensus, seu declivitas aquæ, quæ deducenda est. *the water's level; the level or height from which the water may be brought.* *Vitruv.* l. 8. c. 7. Si canalibus (*fiat deductio*) structura fiat quam solidissima, solumque rivi libramenta habeat fastigiata. *h. e.* positiones, non quidem æquas, sed initio quidem sublimes, in fine declives. *Plin. jun.* l. 4. *ep. ult. sub fin.* de aqua in parvo quodam fonte crescente, et decrescente: An nescio quod (*inquit*) libramentum abditum et cæcum, quod cum exinanitum est, suscitat et elicit fontem, cum repletum moratur et strangulat? *h. e.* cavea quædam naturalis ad librandam ipsius fontis aquam, ita ut hæc per ipsam facile defluere, et emergere possit. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 65. *de ranis coaxantib.* Inferiore labro demisso ad libramentum modicæ aquæ recepta in fauces, palpitante ibi lingua, ululatus elicitur. *h. e.* ad libram modicæ aquæ demerso labro. ¶ In bellicis tormentis libramenta sunt pondera, quæ ballistis illigantur, ut majore impetu, ac facilius missilia jacere possint. *Tacit.* 3. *Histor.* c. 23. Nisi vincla, ac libramenta tormentorum abscidissent. *the counterpoises.* Hinc *Liv.* simpliciter pro pondere, seu magno pondere usurpavit, l. 38. c. 5. In arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut saxorum, stipitesque robustos incutiebant. Ubi tamen adverte, ideo pondera illa dici *libramenta*, quia tollenonibus dejiciebantur. Sic l. 42. c. 63. Arietem admotum, libramento plumbi gravatum, ad terram urgebant.

LIBRARĬA, æ, f. *a bookseller's shop, library*, βιβλιοπωλεῖον, taberna, in qua libri prostant. *Gell.* l. 5. c. 4. Apud Sigillaria forte, in libraria ego, et Julius Paulus Poeta, vir memoria nostra doctissimus, consederamus. Adde lib. 13. c. 30. ¶ Est et libraria a *libra*, quo nomine significatur ancilla, quæ præficitur partiendis pensis. *a female slave who weighed out to those that spun their portions of wool.* *Juvenal.* sat. 6. v. 475. Si nocte maritus Aversus jacuit, periit libraria, ponunt Cosmetæ tunicas. Hoc eodem sensu librariam intelligit in aliquot Inscriptionib. *Fabrettus* cap. 3. n. 542. 544. 545. &c.

LIBRARĬŎLUS, li, m. *a copyist*, dimin. a librarius. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 4. Et jam velim, mihi mittas de tuis librariolis duos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus. Adde lib. 15. ep. 7. *pro Balb.* c. 6. et lib. 1. *de Legib.* c. 2.

LIBRARIUM, ii, n. *a chest or box for holding books; a bookcase*, βιβλιοθήκη, locus, ubi domi asservantur scripta privata. *Cic. pro Mil.* c. 12. Exhibe quæso, S. Clodi, librarium illud legum vestrarum. *Ammian.* l. 29. c. 2. (*al.* 11.) Libraria omnia exurerent.

LIBRARĬUS, ii, m. *a copyist, copier, transcriber, scribe, clerk, notary, amanuensis*, βιβλιογράφος, qui libros manu sua describit, pretio ad id conductus. Nam qui eos vendit, Græco potius nomine *bibliopola*, βιβλιοπώλης, dicitur. *Cic. Agrar.* 2. c. 5. *extr.* Concurrunt jussu meo plures uno tempore librarii, descriptam legem ad me afferunt. *Cic. fil. ad Tiron. Fam.* 16. ep. 21. *sub fin.* Peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Græcus. multum enim mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematis. *Liv.* l. 38. c. 55. Malim librarii mendum, quam mendacium scriptoris esse. *Cic.* 2. *Phil.* c. 4. Litteræ sunt librarii manu. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 563. n. 1. Librarius legionis. *h. e.* qui ejus milites, ac rationes perscribit. *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 7. Librarii, ab eo, quod in libros referant actiones ad milites pertinentes. Sic in *Inscript.* apud *Reines.* class. 8. n. 44. Librarius Manipularis. *h. e.* qui sui manipuli rationes scribit, et conficit. *Aurel. Arcad. Dig.* l. 50. tit. et leg. 6. Librarii quoque, qui docere possunt (*writing-masters*) et horreorum librarii, et librarii depositorum, et librarii caducorum. *book-keepers.* ¶ Legitur et *scriba librarius* apud *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. *a med.* et in *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 585. n. 2. 3. 4. 5. et videtur idem esse cum *librario* simpliciter. Sic *scriptor librarius* habetur apud *Horat. de ar. Poet.* v. 354. *Festus* quoque scribas cum librariis confundit in voce *Scribas.* Est tamen ubi distinguuntur. In senatusconsulto apud *Frontin. de aquæduct.* artic. 100. Curatores aquarum lictores binos, et servos publicos ternos, architectos singulos, et scribas, et librarios habere. *Cic. Agrar.* 2. c. 13. Decemviros ornat apparitoribus, scribis, librariis, præconibus, architectis. His locis *librarii* sunt scribis subjecti, iisque in publicis rebus conscribendis operam suam præbent. ¶ Est etiam *librarius*, qui libris negotiatur. *a bookseller*, βιβλιοπώλης. *Senec.* l. 7. *de benef.* c. 6. Libros dicimus esse Ciceronis: eosdem Dorus librarius suos vocat: et utrumque verum est. Alter illos, tanquam auctor, sibi: alter tanquam emptor, asserit. Adde *Gell.* l. 5. c. 4. et lib. 18. c. 4. ¶ In illo *Juvenal.* sat. 9. v. 109. Et quæ finxerunt librarius, archimagiri, &c. quidam dictum putant a *libra*, et poni pro eo, qui præficitur partiendis pensis: cujusmodi officium in *Libraria* posuimus.

LIBRARĬUS, a, um, *pertaining to books*, γραφικὸς, ad libros pertinens. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. *a med.* Scriba librarius libertus ejus, qui apparuit Varroni. *Horat. de art. Poet.* v. 354. Ut scriptor si peccat idem librarius usque. *a copyist.* *Cic. Phil.* 2. c. 9. Libraria taberna. *a bookseller's shop.* *Plin.* l. 27. c. 7. *sub fin.* Atramentum librarium. ¶ Item ad libram pertinens, libralis. *of a pound weight.* *Colum.* l. 12. c. 53. *a med.* Caro in libraria frusta conciditur. *Vitruv. sub fin.* l. 8. Cæmentum de silice frangatur, ne gravius, quam librarium. *Gell.* l. 20. c. 1. *a med.* Librariis assibus in ea tempestate populus usus est. *Cato R. R.* c. 21. *a med.* Foramen librarium, digitos sex latum. *h. e.* massa ferrea libræ pondo, quæ foramen habeat.

LIBRĀTE, adverb. *deliberately*, re ponderata et perspecta. Est *Servii ad Virg.* 2. *Æn.* v. 713.

LIBRATĬO, onis, f. *a weighing, poising, balancing, levelling*, ταλάντωσις, actus librandi, seu ad libellam exigendi. *Vitruv.* l. 8. c. 6. *a med.* Qui Archimedis libros legit, dicet, non posse fieri veram ex aqua librationem, quod ei placet, aquam non esse libratam, sed sphæroides habere schema. *Minut. Fel. in Octav.* c. 17. *circa med.* Cælum ipsum vide, quam late tenditur, quam rapide volvitur: jam scies, quam sit in eo summi moderatoris mira et divina libratio.

LIBRĀTOR, oris, m. qui librat, et præsertim qui in deducendis aquis expendit altitudinem fontium, quanto scilicet altiores sint eo loco, quo eos ducere constituimus. *an examiner of the height from which water might be brought; a person skilled in collecting springs to form an aqueduct.* *Plin.* l. 10. ep. 50. Superest, ut tu libratorem, vel architectum mittas, qui diligenter exploret sit ne lacus altior mari. ¶ Erant inter ministros Curatoris aquarum, et in aquæductuum curatione iis inserviebant, v. gr. in metiendis calicibus, ut est apud *Frontin. de aquæduct.* Sic enim ille artic. 105. Procurator calicem ejus moduli, qui fuerit impetratus, adhibitis libratoribus, signari cogitet, *&c.* ne sit in arbitrio libratorum, interdum majoris luminis, interdum minoris, pro gratia personarum, calicem probare. ¶ Item qui librat, hoc est tormentis torquet, jacit. *an engineer.* *Tacit.* 2. *Ann.* c. 20. Funditores libratoresque excutere tela, et proturbare hostem jubet. Adde lib. 13. c. 39. Utroque autem loco al. leg. *libritores*, ut *librilis* dicitur pro *libralis.*

LIBRATŪRA, æ, f. æquatio superficiei. *Veget. de re Veterin.* l. 2. c. 22. Medicamento libraturam cutis consumis.

LIBRĀTUS, a, um, *weighed, poised, balanced, levelled*, ad libram collocatus, æquatus. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 24. *in fin.* Quibus terra librata ponderibus, quibus cavernis maria sustineat. *Vitruv.* l. 8. c. 6. *a med.* Aquam non esse libratam, sed sphæroides habere schema. *Plin.* l. 36. c. 13. *circa med.* Columnarum turbines in officina ita librati pependerunt, ut puero circumagente tornarentur. *Lucan.* l. 9. v. 528. cum cardine summo Stat librata dies, truncum vix protegit arbor. *h. e.* cum meridie sol rectis radiis terram ferit: quod fit sub Tropicis, et æquinoctiali circulo. Eo igitur tempore lux solis, quasi ad libram, recta delabitur. ¶ *Librata* etiam dicuntur, quæ dum moventur, jaciunturque, certo et æquabili cursu feruntur. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 22. Ingerunt desuper Othoniani pila, librato magis, et certo ictu, adversus temere subeuntes. *Liv.* l. 30. c. 10. *a med.* Pœni vana pleraque tela in superiorem locum mittebant: gravior, ac pondere ipso librator superne ex onerariis ictus erat. *Plin.* l. 8. c. 2. *de elephantis.* Plenis homine tricliniis accubitum iere per lectos, ita libratis vestigiis, ne quis potantium attingeretur. *Id.* l. 37. c. 6. Opalis falsis contra radios libratis, unus atque idem translucet colos. *h. e.* certa ratione motis, et versatis. *Sil.* lib. 15. v. 429. per nubes aquila librata volatu.

LIBRĬGER, ri, m. qui librum gerit. *Paulin. Nolan.* epist. 28. (*al.* 9.) n. 4. Postulasti per eundem librigerum, ut, &c.

LIBRĪLIS, le, libralis. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 81. Nostri fundis librilibus, ludibusque, ac glandibus Gallos perterrent. *h. e.* quæ libralia saxa jaciebant. ¶ *Librilia* apud *Festum* (ita enim ibi legendum, non *librilla*, monent Critici) appellantur instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem, in modum flagellorum loris revincta. ¶ *Librile*, is, est scapus libræ, ut docet *Festus*, hoc est transversa illa linea, ex qua lances dependent: et accipitur etiam pro ipsa libra. *the beam of a balance; a pair of scales.* *Gell.* l. 20. c. 1. *a med.* Ut talionem in eo vel ad amussim æquiperarent, vel in librili perpenderent.

LIBRĬPENS, dis, m. ζυγοστάτης, qui ante argentum signatum, cum Romani adhuc ære gravi uterentur, pecuniam pendebat: a *libra*, et *pendo.* *Plin.* l. 33. c. 3. Populus R. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. Libralis (unde etiam nunc libella dicitur) et dipondius appendebatur assis. Quare *æris gravis pœna* dicta, et adhuc *expensa*, in rationibus dicuntur, item *impendia*, et *dependere.* Quin et militum *stipendia*, hoc est stipis pondera, *dispensatores* libripendes dicuntur. Qua consuetudine in his emptionibus, quæ mancipii sunt, etiam nunc libra interponitur. Hæc *Plinius.* Vet. lapis apud *Gruter.* p. 1115. n. 1. T. Vedius T. F. T. Vitorius Cn. F. II. Viri libripendes ex D. D. ¶ In mancipationibus quoque, et in testamentis, libripendis opera utebantur. [†*Priscian.* p. 726. *Putsch.* Caius in primo Institutorum: *Adhibitis non minus quinque testibus puberibus, item libripende.* In eodem: *Qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens.*] V. *Mancipium.*

LIBRO, as, avi, atum, a. 1. *to level, make plane or smooth*, ad libram exigo, æquo, complano. *Cato R. R.* c. 18. *a med.* Pavimenta ad hunc modum facito: ubi libraveris, de glarea, et calce arenato primum corium facito. ¶ Translate *Colum.* l. 10. v. 42. Et paribus Titan orbem libraverit horis. *h. e.* æquaverit nocti diem. *Pers.* sat. 1. v. 85. crimina rasis Librat in antithetis. *h. e.* respondet ille quidem criminibus, sed affectata verborum cura, antitheta congerens paribus incisis, et quasi libra appensis, aliisque verborum figuris nimia arte elaboratis. ¶ *Librare aquam* est ejus altitudinem explorare, et deducere ad libram ejus loci, quo ducenda est. *to examine the height from which water may be brought.* *Vitruv.* l. 8. c. 6. Libratur autem aqua dioptris, aut libris aquariis, aut chorobate. V. ibi librandi rationem. ¶ Est etiam sustinere, suspendere, *to weigh, poise, balance; to counterpoise, counterbalance.* quemadmodum in libra suspenduntur, quæ ponderantur. *Sil.* l. 17. vers. 274. *de navi naufraga.* Et fluctus supra, vento librante, pependit. *Plin.* l. 2. c. 5. Aeris vi suspensam librari medio spatio tellurem. *Id.* l. 19. c. 5. *ante med. de cucurbitis.* Mire tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. *Gell.* l. 5. c. 3. Acervum illum, et quasi orbem caudicum, brevi vinculo comprehensum, ratione quadam quasi geometrica librari continerique animadvertit. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 585. Vela cadunt primo, et dubia librantur ab aura. *h. e.* non intenduntur, sed suspensa antennis laxe agitantur. *Plin.* l. 2. c. 5. Terram universi cardine stare pendentem, librantem per quæ pendeat. *h. e.* sustinentem circum se fusa corpora, per quæ ipsa vicissim sustinetur, h. e. aquam, et aerem. ¶ Item perpendere, examinare, *to weigh, ponder, examine.* *Stat.* 9. *Theb.* v. 165. paulum stetit anxius heros, Librabatque metus. *Nazar. in Paneg. ad Constantin.* cap. 7. Illa majestas, fandi ac nefandi discriminatrix, quæ omnia meritorum momenta perpendit, librat, examinat. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 26. Si quas cælestes præscriptiones super reddenda militia elicuerit provincialis apparitor, quas non ante præcelsa sedes tua libravit. ¶ Significat etiam vibrare, jaculari, et quasi libra, idest directo jaciendo emittere: vel quia quæ jaculari volumus, prius ad nos adducimus, et retrahimus, et in

æquilibrio quodammodo constituimus, ut emissa citius ferantur, *to throw, hurl, fling. Ovid.* 7. *Metam.* v. 787. Ad jaculi vertebar opem, quod dextera librat Dum mea, dum digitos amentis indere tento, Lumina deflexi, &c. *Virg.* 9. *Æn.* v. 417. summa telum librabat ab aure. et lib. 10. v. 479. ferro præfixum robur acuto In Pallanta diu librans jacit. et lib. 5. v. 478. durosque reducta Libravit dextra media inter cornua cæstus. *Lucan.* l. 3. v. 433. raptam librare bipennem Ausus, et aeriam ferro proscindere quercum. *Stat.* 2. *Achill.* v. 419. librare vulnera. *Senec. in Agam.* v. 900. Sic huc et illuc impiam librat manum. *Quintil.* declam. 1. cap. 10. Sic ergo libravit manum cæcus, ut ipsam protinus feriret animam. ¶ *Librare se* dicuntur volucres, cum expansis utrinque alis, quasi libra, tolluntur ad volandum. *Plin.* l. 10. c. 3. Haliæetos librans ex alto se se. Sic *Ovid. de Dædalo*, l. 8. *Metam.* v. 201. geminas opifex libravit in alas Ipse suum corpus. *et de eod.* l. 2. *de ar. am.* v. 68. Inque novum timide corpora librat iter. et lib. 2. *Amor.* el. 6. v. 11. quæ liquido libratis in aere cursus. *Virg.* 4. *Georg.* v. 196. *de apib.* sæpe lapillos Tollunt, his se se per inania nubila librant. *balance themselves in their flight.* Sic *Plin.* l. 11. c. 10. *a med. de iisd.* Si cooriatur procella, apprehensi ponderusculo lapilli se librant. ¶ *Librare iter* est dirigere. *Senec. in Œdip.* v. 899. Callidus medium senex Dædalus librans iter, Nube sub media stetit. *steering, guiding, directing.* ¶ Librare corpus in herba, apud *Ovid.* 1. *Fast.* v. 429. est paulatim, et æquali descensu quasique ad libram demittendo se, decumbere, *to recline or sink down upon.* Simile est illud *Plinii* c. 25. l. 12. Incidentis manus libratur artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet. *h. e.* temperato ictu leviter demittitur.

LIBS, Libis, adject. *the south wind*, Λὶψ, ad Libyam pertinens, Africus. *Sidon.* enumerans labores Herculis, carm. 9. v. 94. Nessus, Libs, juga, poma, virgo, serpens. *h. e.* Antæus. ¶ Item ventus Africus, *the south-west wind. Auson. in Technopægn. de deis*, v. 12. Velivolique maris constrator leuconotus Libs. *Gell.* l. 2. c. 22. *a med.* Africus, qui Græce vocatur Λὶψ. *Plin.* l. 2. c. 47. A meridie Auster, et ab occasu brumali Africus: Noton, et Liba nominant.

LIBUM, i, n. *a kind of sweet cake*, πέλανος, θύον, genus cibi, cujus conficiendi rationem sic tradit *Cato R. R.* c. 75. Libum hoc modo facito. Casei P. II. bene disterat in mortario: ubi bene distriverit, farinæ siligineæ libram, aut si voles, tenerius esse, selibram similaginis solum eodem indito, permiscetoque cum caseo bene: ovum unum addito, et una permisceto bene. Inde panem facito: folia subdito: in foco caldo sub testu coquito leniter. *Ovid.* 3. *Fastor.* v. 670. Fingebat tremula rustica liba manu: Atque ita per populum fumantia mane solebat Dividere. *Martial.* l. 3. epigr. 77. Nec te liba juvant, nec sectæ quadra placentæ. ¶ Etiam ex aliis rebus liba fiebant. *Virg.* 7. *Æn.* v. 109. Instituuntque dapes, et adorea liba per herbam Subjiciunt epulis. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 761. liboque infusa calenti Jure repertori candida mella damus. ¶ Dicta sunt a *libando*, quia præcipuus eorum usus erat in sacris. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 8. Dum hæc loqueremur, venit libertus, qui dicat, liba absoluta esse, et rem divinam paratam: venirent, et ipsi pro se sacrificarentur. *Id.* l. 4. *de L. L.* c. 22. Libum, quod libaretur, priusquam essent, (*h. e. comederent*) coctum. *Al. leg.* priusquam esset coctum. In aliis enim sacris crudum libabatur, in aliis coctum, ut in Matralibus. Adde *Ovid. loc. cit.* v. 735. *Virg. Ecl.* 7. v. 33. et 3. *Georg.* v. 394. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 10. *Tibull.* l. 1. el. 8. v. 54. &c. Sic *Juvenal.* sat. 16. v. 38. Aut sacrum effodit medio de limite saxum, Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo. Hinc *quinquagesima liba* dixit *Martial.* l. 10. epigr. 24. quæ quinquagesimo suæ ætatis anno, natali die, sacra faciens obtulerat. ¶ *Ovid. loc. cit.* v. 733. a Libero Patre liba, et libamina dicta esse putat, quia illi primum fieri et offerri cœpta. ¶ *Libus, i*, masc. gen. *Nigid.* apud *Non.* c. 3. n. 127. Deinde surgat, faciat libos quatuor, &c.

LIBURNA, *et* Liburnica, æ, f. *a light and swift ship, galley, pinnace, galiot, brigantine*, genus navigii velocioris, variæ magnitudinis. Nam minima unum habebat remorum ordinem: paulo major binos: idoneæ mensuræ ternos, vel, quaternos, interdum quinos ut *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 37. docet, de suis loquens temporibus. nam primo biremis fuit, ut ex *Lucano* colligitur mox afferendo. Dicta est a Liburnis populis Illyrici: quorum auxiliis cum usus fuisset Augustus bello Actiaco contra Antonium, et Cleopatram; et experimento didicisset, eorum naves ceteris aptiores esse, classem Romanam ad illarum exemplum instituit, et ceteri deinceps Imperatores. [† V. *Horat. Carm.* 1. 37. 30. *Epod.* 1. 1.] *Veget. ibid.* c. 33. Sunt tamen qui et ante Augustum Liburnarum usum fuisse Romanis putant. *Sueton. in Aug.* c. 17. Tempestate conflictatus, parte Liburnicarum demersa. *Id. in Calig.* c. 37. Fabricavit et de cedris Liburnicas, gemmatis puppibus, versicoloribus velis. *Tacit. de morib. German.* c. 9. Signum ipsum in modum Liburnæ figuratum, docet, advectam religionem. *Lucan.* l. 3. v. 534. Ordine contentæ gemino crevisse Liburnæ. *Sil.* l. 13. v. 240. Quanta est vis agili per cærula summa Liburnæ. *Plin.* l. 10. c. 23. Olores Liburnicarum modo, rostrato impetu feruntur, facilius ita findentes aera, quam si recta fronte impellerent. [† ¶ V. omnino *Scheff. de Mil. nav.* 2. 2. p. 97.]

LIBURNI, orum, m. Λιβυρνοὶ, populi Liburniæ, quæ regio est Illyrii inter Istriam, et Dalmatiam, ad sinum, et mare Dalmaticum. *Virg.* 1. *Æn.* v. 148. Regna Liburnorum, et fontem superare Timavi. *Plin.* lib. 3. cap. 22. Liburniæ finis, et initium Dalmatiæ Scardona.

LIBURNĬA. V. vocem præced.

LIBURNĬCUS, a, um, Λιβυρνικὸς, ad Liburnos pertinens, ut Liburnicæ insulæ, *Plin. in fin.* l. 3. Liburnicum oleum, *Pallad. in Novembr.* tit. 18. Liburnici cuculli, *Martial. in lemmate* epigr. 139. l. 14. ¶ De Liburnicis navibus V. *Liburna.*

LIBURNUS, a, um, ad Liburnos et Liburniam pertinens, ut Liburnæ terræ, *Lucan.* l. 8. v. 38. Liburna rostra, *Propert.* l. 3. el. 9. v. 44. *h. e.* Liburnicæ naves. ¶ Liburni Romæ multi erant servili conditione, quod ea gens proceros, et validos homines habebat. *Juvenal.* sat. 3. v. 239. Si vocat officium, turba cedente vehetur Dives, et ingenti curret super ora Liburno. *h. e.* lecticario. (Alii intelligunt lecticam in modum Liburnæ factam: ut sit *Liburnum, i, n.*) *Id.* sat. 6. v. 476. periit libraria, ponunt Cosmetæ tunicas, tarde venisse Liburnus Dicitur. *Id.* sat. 4. vers. 75. primus, clamante Liburno, Currite, jam sedit, rapta properabat abolla Pegasus.

LIBUS, i, m. V. *Libum.*

LIBȲA, æ, *et* Libye, es, f. *Libya*, Λιβύη, Africæ pars ea, quæ ad septentriones est, et mediterraneo alluitur mari, inter Æthiopiam, et mare Atlanticum: et magis stricte, quæ est inter Ægyptum, et Syrtes: quæ Libya Mareotis a *Plin.* l. 5. c. 6. appellatur: ubi nunc est *the kingdom of Barca. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 100. Græcus Aristippus, qui servos projicere aurum In media jussit Libya. ¶ Dicta est a Libye filia Epaphi (apud *Hygin.* fab. 160. est *Palamedis*) et matre Busiridis: vel a Libye Afro, Herculis filio, ut est apud *Martian. Capell.* l. 6. pag. 215. ¶ Item Africa universa, *Africa. Virg.* 1. *Georg.* v. 240. Mundus, ut ad Scythiam, Rhiphæasque arduus arces Consurgit, premitur Libyæ devexus in Austros. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 607. campos Libyes, ac pinguia Nili arva. *Sil.* l. 1. v. 194. Æstifero Libye torretur subdita Cancro. ¶ Adjective *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 132. In quibus Libya citrus fasce cingit fores. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 60. Diversum ad mare, terramque Libyam devectus. V. his similia in *Arabia.*

LIBȲCUS, a, um, *Libyan, African*, Λιβυκὸς, ad Libyam pertinens, Africus. *Plin.* l. 5. c. 1. Mare Libycum. *that part of the Mediterranean which washes the coast of Africa. Virg.* 1. *Æn.* v. 343. Libyci fines. et l. 4. v. 320. Libycæ gentes. et l. 6. v. 338. Libycus cursus. *h. e.* navigatio per mare Libycum. *Horat.* l. 1. od. 1. v. 10. Libycæ areæ. *scil.* quia feracissima frumenti est Africa. Hinc *Senec. in Thyest.* v. 356. Non quidquid Libycis terit Fervens area messibus. [† *Lucan.* 3. 68. sq.] Sic *Colum.* l. 3. c. 8. Mysiam, Libyamque largis abundare frumentis. Rursus *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 19. Libyci lapilli. *h. e.* segmenta e Numidico marmore, quibus parietes incrustabantur, et conferebantur pavimenta. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 178. Libyca fera. *h. e.* leæna, qua frequens est Africa. *Id.* 4. *Metam.* v. 616. Libycæ arenæ. *h. e.* Libyæ deserta, ut est apud *Virg.* 1. *Æn.* v. 388. Hinc *Lucan.* l. 1. v. 368. per calidas Libyæ sitientis arenas. Rursus *Ovid. in Ibin*, v. 315. Libycus Jupiter. *h. e.* qui in Ammonis templo in Libya colebatur. *Senec. in Herc. Œt.* v. 908. Libycus axis. *h. e.* Africum cælum, Africæ regio. *Colum.* l. 3. c. 2. Libycæ uvæ. *h. e.* quæ inter eas sunt, quibus ad escam utimur magis, quam ad vinum. *Plaut. Cas.* 3. 5. 16. meraco se percussit flore Libyco. *h. e.* vino Mareotico se inebriavit. *Al. leg.* flore Liberi. *Colum.* lib. 5. cap. 10. *circa med.* Libycæ ficus. *h. e.* de quibus *Martial.* l. 4. epigr. 46. Et ficus Libyca gelata testa. V. dicta in *Africanus. Stat.* l. 3. *silv.* 1. v. 157. et *Martial.* l. 5. epigr. 66. Libycæ palæstræ. *h. e.* quibus Hercules cum Antæo luctatus est. *Lucan.* l. 7. v. 800. Libyca succensæ lampade Cannæ. *h. e.* rogo ab Annibale exstructo cremandis Romanis, qui Cannensi prœlio ceciderant. *Id.* l. 10. v. 129. Libyci crines. *h. e.* torti, crispi, quales sunt Afris. *Id.* l. 9. v. 805. Libycæ pestes. *h. e.* serpentes venenatæ, quarum ferax est Libya. *Festus*: Libycus campus in agro Argeo (*Romæ*) appellatus, quod in eo primum fruges ex Libya allatæ sunt: quam ob causam etiam Ceres ab Argeis Libyssa vocata est. ¶ *Libyci, orum*, Libyæ populi. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. Cum Libyci invasuri Siciliam classem appulissent.

LIBYPHŒNĪCES, cum, Λιβυφοίνικες, populi Libyæ, ex Phœnicibus oriundi, et cum Afris mixti: quorum regio nunc est *the kingdom of Tunis*, fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fenus reddente terra, ut *Plin.* loquitur l. 5. c. 4. Horum meminit et *Liv.* lib. 21. c. 22. et lib. 25. c. 40.

LIBYS, yos, *et* ys, *Libyan, African*, Λίβυς, qui est ex Libya. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 570. Hinc Libys, hinc Meroe, siccaque terra subest. *Senec. in Herc. Œt.* v. 24. Antæus Libys. et vers. 41. Indusque Phœbo subditus, Cancro Libys. *Virg. in Ciri*, v. 440. Nec Libys Assyrio sternetur lectulus ostro. *h. e.* citreus, e citro factus. V. *Citrus*, et *Citrum. Stat.* lib. 4. silv. 2. v. 27. Mons Libys. *Lucan.* l. 6. v. 221. Cum jaculum parva Libys amentavit habena. *Sallust. in Jug.* c. 21. Africam initio habuere Getuli, et Libyes. Adde *Sil.* l. 12. v. 644.

LIBYSCA FICUS, Libyca. *Colum.* lib. 10. v. 418. ubi alii mallent *Libyssa.*

LIBYSSA, æ, f. adject. *Libyan, African*, quæ est ex Libya. *Catull.* carm. 7. *ad Lesb.* v. 3. Quam magnus numerus Libyssæ arenæ. *Sil.* l. 8. v. 206. Libyssa gens. *Lucan.* lib. 8. v. 666. terræque in fine Libyssæ. ¶ De Cerere Libyssa V. *Libycus* in fine.

LIBYSSĪNUS. V. *Libystinus.*

LIBYSTĬCÆ FABULÆ quæ sint, V. in *Æsopicus.*

LIBYSTĪNUS, a, um, Libys, Libycus. *Catull.* carm. 59. Num te leæna montibus Libystinis, &c. Al. leg. *Libyssinis*, minus recte. ¶ Libystinus Apollo colebatur a Siculis, quia pestilentia immissa, eos a Libycorum bello defenderat. *Macrob.* lib. 1. *Saturn.* cap. 17.

LIBYSTIS, idis, adject. fem. Λιβυστὶς, Libyssa. *Virg.* 5. *Æn.* v. 37. Horridus in jaculis, et pelle Libystidis ursæ. Ubi *Servius*: Aut revera ursæ, aut feræ Africanæ, idest leonis, aut pardi. Adde *Æn.* 8. v. 368. ubi quoque *Servius* quamlibet feram accipi posse ait. V. *Ursus.*

LICENS, tis, adject. *unconfined, extravagant, too free, unruly, untoward, luxurious, licentious*, ἀνειμένος, qui licet, aut liber est, παῤῥησιαστικός. *Stat.* l. 1. *silv. ult.* v. 93. Quis spectacula, quis jocos licentes, &c. *Martial.* l. 4. epigr. 8. egressu timet ire licenti Ad matutinum nostra Thalia Jovem. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 48. Inde ille licentior, et divitior fluxit dithyrambus. *Valer. Max.* l. 9. c. 1. n. 3. Licentior vita. *h. e.* dissoluta. *Id.* l. 6. c. 4. n. 2. Mala licentis imperii magistra inopia, atque avaritia. *absolute power.* ¶ De hominibus. *Gell.* l. 15. cap. 9. Audacem et licentem esse. *Senec. in Hippol.* v. 780. Turba licens Naides improbæ. ¶ Item qui licetur, particip. *Plin. in Paneg.* c. 29. *in fin.* Annona, de qua inter licentem, vendentemque conveniat. *between buyer and seller. Curt.* l. 5. c. 12. Hominem mercede conductum ad nutum licentium circumferri. *of those who should bid highest.* [† *Cæs. B. G.* 1. 18. Illo licente, contra liceri audeat nemo.]

LICENTER, *licentiously, with too much liberty, too freely, without due restraint*, ἀδεῶς, ἀνειμένως, cum licentia, nimis libere, immoderate. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* cap. 39. Vos non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcatis. tanta est impunitas garriendi. At quam licenter? &c. *Id. in Orat.* c. 23. Solutum quiddam sit, nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videatur errare. *Id. pro Cœl.* cap. 23. Servos licentius, liberius, familiarius cum domina vivere. *Horat. de art. Poet.* vers. 265. Idcirco ne vager, scribamque licenter? *Liv.* l. 26. cap. 10. Licenter et otiose facere aliquid. *Val. Max.* lib. 5. c. 4. n. 3. Excedere omnes jussit cubiculo, quo licentius, remotis arbitris, indicium perageret. *with greater liberty. Tacit.* 6. *Ann.* cap. 13. Gravitate annonæ juxta seditionem ventum: multaque in theatro licentius efflagitata, quam ut, &c. *with greater boldness.*

LICENTĬA, æ, f. *licence, liberty, permission, leave, opportunity*, ἄνεσις, facultas, venia, libertas, qua licet nobis quippiam facere, nullo impediente. Est a *licet* formula affirmantis, ut apud *Plaut. Rud.* 4. 6. 21. videre est. *Cic.* 3. *Offic.* cap. 4. *extr.* Nobis nostra Academia magnam licentiam dat, ut quodcumque maxime probabile occurrat, id nostro jure liceat defendere. et l. 1. c. 29. *a med.* Pueris non omnem licentiam ludendi damus. *Id. de Senect.* c. 13. Tantum licentiæ dabat gloria. *Phædr.* l. 3. fab. 7. v. 25. Si quo abire est animus, est licentia? Non plane est, inquit. *Tacit. Ann.* 14. cap. 49. Licentia absolvendi. et l. 1. c. 26. bene faciendi. *of doing good.* et *Julian. Dig.* l. 24. tit. 3. leg. 6. Licentiam habet mulier ad alias migrare nuptias. ¶ Apud Rhetores est figura sententiarum, παῤῥησία, cum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamen aliquid pro jure nostro dicimus, quod eos minime offendat, aut quos hi diligunt, cum in aliquo errato vere reprehendi posse videantur. *Auct. ad Herenn.* lib. 4. c. 36. Orationem liberam appellat *Quintil.* l. 9. c. 2. *ante med.* ¶ Sæpissime in malam partem sumitur, estque intemperans et immoderata libertas, quam sibi quis arrogat faciendi quidquid libuerit, sine verecundia, aut metu aut legum aut hominum. *too much liberty, licentiousness, contempt of just restraint, unruliness. Phædr.* l. 1. fab. 2. Athenæ cum florerent æquis legibus, Procax libertas civitatem miscuit, Frenumque solvit pristinum licentia. *Tacit.* 2. *Histor.* c. 10. Civitas discors, et ob crebras Principum mutationes, inter libertatem ac licentiam incerta. *Terent. Heaut.* 3. 1. 74. Deteriores omnes sumus licentia. *Cic.* 1. *Agrar.* c. 5. Nunc prospicite omnium rerum infinitam atque intolerandam licentiam. *Id. Attic.* lib. 10. ep. 4. Qui nisi me civitate expulissent, obtinere se non posse putaverunt licentiam cupiditatum suarum. *Id.* 5. *Verr.* c. 94. Dare alicui infinitam licentiam pecuniarum eripiendarum. *Id.* 2. *Offic.* c. 8. *circa med.* Nisi multorum impunita scelera tulissemus, numquam ad unum tanta pervenisset licentia. [illegible]

absolute power. et pro Font. cap. 11. Habere magnam licentiam ad maledicendum *Id. de Amic.* cap. 22. In iis perniciosus est error, qui existimant, libidinum, peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. *Id. pro Mil.* c. 31. Quem si vicisset, habiturus erat impunitatem et licentiam sempiternam *Id. pro Cæl.* c. 20. Hujus sæculi licentia. *the libertinism or licentiousness of the age.* quam *Plin.* lib. et epist. 3. vocat licentiam temporum. *Nep. in Eumen.* c. 8. Licentia militum. *contempt of discipline, ungovernableness. Tacit.* 1. *Hist.* cap. 72. Licentia sævitiaque imbuere militem. *Cic. Verr.* 5. c. 12. Licentiam alicui permittere, ut, &c. et cap. 1. *extr.* præcidere. *et sub fin.* l. 2. *de Divin.* Licentiæ cujuspiam resistere. *Id.* 4. *Acad.* c. 10. Libertatem et licentiam largiri. *Id. pro Mur.* cap. 9. concedere. *Horat.* l. 3. od. 24. v. 29. indomitam refrenare. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 35. coercere. et l. 2. c. 84. *extr.* habere in aliqua re facienda. et l. 3. c. 66. in aliquem. *over any one. Petron. in Satyr.* c. 17. Licentia juvenili impulsus. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 22. Paucis diebus per licentiam absumpta sunt, quæ adversus necessitates in longum suffecissent. ¶ Eleganter refertur ad orationem, cum sibi indulget orator, aut scriptor, et leges, aut consuetudinem loquendi excedit. *Cic. de clar. Orat.* c. 91. *sub fin.* Dedit operam, ut nimis redundantes nos, et superfluentes juvenili quadam dicendi impunitate et licentia, reprimeret. *Id.* 3. *de Orat.* cap. 38. Verba prisca ac vetusta, quæ sunt poetarum licentiæ liberiora, quam nostra. *to poetic licence. Quintil.* lib. 10. cap. 1. *ante med.* Non per omnia poetas esse oratori sequendos, nec libertate verborum, nec licentia figurarum. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Ovid.* 1. *Metam.* vers. 309. *de diluvio.* Obruerat tumulos immensa licentia ponti.

LICENTIĀTUS, a, um. Afferunt locum *Laberii* apud *Non.* c. 3. n. 130. In paupertatem eo licentiatus. Sed obscura hæc sunt, et mendosa, aliis alia reponentibus. Neque enim eo pertinere possunt, quæ de licentiatis in Juris scientia apud nos traduntur.

LICENTIŌSE, *licentiously*, ut Licentiose vivere, apud *Petron. in Satyr.* c. 140. *sub fin.* ubi plerique alii reponunt *levatores.*

LICENTIŌSUS, a, um, *licentious, too free, dissolute, unruly,* παῤῥησιαστὴς, qui nimia utitur licentia. *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) Nam *ebor* dicere non minus est licentiosum, quam si *sulphuri*, et *gutturi* subjicerent *o* mediam in genitivo. *Apul.* l. 4. *Metam.* Lamentationes licentiosæ. et l. 5. Licentiosa temeritas. et l. 9. Licentiosa Fortuna. *Senec.* lib. 6. *excerpt. controvers. ult.* Conversatio cum viris licentiosior. *Augustin.* l. 2. *cont. Pelag.* c. 7. Libidini licentiosissimum spatium præbere.

LICĔO, es, cui, citum, n. 2. *to be put up or exposed to sale, have a price put upon it, be prized or valued,* πλειστηριάζομαι, est in auctione æstimari: a *licet*, quia licet emere, et vendere quæ in auctione æstimata sunt. A Grammaticis in neutris passivis numeratur. Construitur vel absolute, vel cum communibus casibus. Si ablativus personæ agentis exprimendus sit, ad verbum *liceor* confugiendum est. *Plaut. Men.* 5. 9. 97. Omnia venibunt, quiqui licebunt, præsenti pecunia. *Cic. Attic.* lib. 12. ep. 23. *a med.* De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis, &c. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 12. Contra Lævinum, Valeri genus, unde Superbus Tarquinius regno pulsus fuit, unius assis Non unquam pretio pluris licuisse. *Martial.* l. 6. epigr. 66. Parvo cum pretio diu liceret, &c. ¶ Est etiam rem venalem æstimare, pretium indicare: et ad venditorem pertinet. *Plin.* l. 35. cap. 10. *ante med.* Percontanti quanti liceret opera effecta, parvum nescio quid dixerat. *at how much he valued; what he asked for.* Ita *Harduin.* ex MSS. Alii *licitaretur.*

LICĔOR, eris, licitus sum, dep. 2. *to bid money for, offer a price for,* ἀντωνέομαι, pretium offero in auctione alicujus rei. *Cic.* 5. *Verr.* c. 33. Liciti sunt usque eo, quoad efficere posse arbitrabantur. *Id. pro Cæcin.* c. 6. Licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, fundus addicitur Ebutio. *Id.* 3. *Offic.* c. 15. Non licitatorem venditor, nec qui contra asse liceatur, emptor apponet. *Id. Attic.* lib. 12. ep. 38. Heredes Scapulæ istos hortos liceri cogitant. *Pers.* sat. 5. *in fin.* Et centum Græcos curto centusse licetur. *Paul. Dig.* l. 10. tit. 2. leg. 29. Nisi si objiciatur creditori, quod animose licitus sit. *Cæs.* lib. 1. *B. Gall.* c. 18. Omnia vectigalia parvo pretio redempta habebat, propterea quod, illo licente, contra liceri audebat nemo. Τὸ *licente* ad hoc verbum pertinet, non ad *liceo.* ¶ Mos erat, ut in auctionibus, qui liceretur in turba, et pretium augeret, digitum tolleret. *Cic. Verr.* 5. cap. 11. Utrum est æquius, eum qui manu quæsierit, an eum qui digito licitus sit, possidere? *Plin. in Paneg.* c. 50. Illos hortos, illud suburbanum licemur, emimus, implemus. ¶ Translate *Plin. alter* l. 14. c. 22. Tunc avidi matronam oculi licentur. *h. e.* in ebrietate oculi veluti destinant, quo pretio, aut ratione matronæ amoribus potiantur.

LICESSIT. V. in fine vocis sequent.

LĬCET, ebat, licuit, *vel* licitum est, imp. 2. *it is lawful; it is permitted or allowed; one may,* θέμις ἐστὶ, ἔξεστι, ἔνεστι, fas est, honestum est, rectum est: a δίκη, jus, δ in *l* abeunte, ut δάκρυμα, lacryma, Ὀδυσσεὺς, Ulysses. [†V. quæ de δ et *l* permutatis diximus in *Levir.*] *Cic.* 13. *Phil.* cap. 6. Neque enim, quod quisque potest, id ei licet. *Id. ibid.* Licet autem nemini contra patriam ducere exercitum, si quidem licere id dicimus, quod legibus, quod more majorum, institutisque conceditur. *Senec.* l. 1. *de clem.* c. 18. In servos omnia licent. *Plaut. Amph.* 2. 1. 70. Introire in ædes nunquam licitum est. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 629. Viatoribus, qui ex hac lege lecti erunt, vicarium dare, subdere jus esto, licetoque. ¶ Sæpe significat, possibile est, conceditur, potestas datur. *Cic. pro Mur.* c. 4. Neque enim jam mihi licet, neque est integrum, ut meum laborem hominem periculis sublevandis non impertiam. *Id. pro Rabir. Post.* c. 5. Quid deceat vos, non quantum liceat vobis, spectare debetis. *Id. Attic.* l. 2. ep. 1. *ante med.* Nihilo magis ei liciturum esset plebeio rempublicam perdere, quam similibus ejus, me consule, patriciis esset licitum. *Id.* 1. *Offic.* cap. 29. Licet ora ipsa cernere iratorum. *Id.* l. 1. *de Divin.* cap. 7. Mirari licet, quæ sint animadversa a medicis herbarum genera. *it is worthy of admiration.* Dum licet. *whilst it is possible. Horat.* l. 2. od. 11. v. 16. et l. 2. sat. 6. v. 96. ¶ Cum verbo *licet* infinitivus usurpari potest etiam passive. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 12. Idque cum multis aliis rebus, tum e Pontificio jure, et cæremoniis sepulchrorum intelligi licet. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 28. Hinc cognosci licuit, quantum, &c. ¶ Si conjungatur cum infinitivo *esse*, vel alio ex neutris primi ordinis, ut *vivere, redire,* &c. post illum infinitivum modum potest habere tum dat. tum accus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 15. Licuit enim esse otioso Themistocli, licuit Epaminondæ. *Id. pro Corn. Balb.* c. 12. Quod si civi Romano licet esse Gaditanum sive exsilio, sive rejectione hujus civitatis. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 14. Licet me id scire, quid sit? *Cic.* 1. *Offic.* c. 26. *extr.* Hæc præscripta servantem licet magnifice, graviter, animoseque vivere. Sed hic locus *Jacobo Facciolato* magistro meo valde suspectus est νοθείας. *Id.* l. 2. c. 19. *a med.* Licet opera prodesse multis beneficia petentem, commendantem judicibus, vigilantem, &c. Sed non videntur τὰ *petentem, commendantem* a *licet* pendere. ¶ Regit etiam conjunctivum sine conjunctione *ut*, quemadmodum *oportet. Cic.* 1. *de Orat.* c. 43. Fremant omnes, licet: dicam, quod sentio. *idest,* fremere possunt. *Id.* 1. *de Invent.* c. 51. Sequatur Hermagoram, licebit. ¶ Frequenter ponitur cum accus. et præposit. *per*, ut *Si per te licebit*: idest si permiseris, vel si potero, a te non impeditus. *Non licet mihi per te hinc abire*: idest, tu non vis, seu pateris, me hinc abire. *Licet hoc mihi per leges facere*, vel *non licet per leges facere.* idest, legibus approbantibus, vel improbantibus. *Cic. pro Flacc.* c. 29. Cur his per te frui libertate sua, cur denique esse liberis non licet? *Id. pro Rosc. Amer.* c. 44. Id quod postea, si per vos, judices, licitum erit, aperietur. *Plin.* l. 11. c. 6. Nullus, cum per cælum licuit, otio perit. ¶ In responsionibus *licet* est affirmantis, assentientis, *yes, very well. Plaut. Cas.* 3. 3. 30. Propera ergo. *Cle.* licet. *Id. Rud.* 4. 6. 8. *Dæ.* Eum rogato, ut huc veniat. *Tra.* licet. *Dæ.* Dicito, daturum illi meam filiam uxorem. *Tra.* licet. *Dæ.* sed propera. *Tra.* licet. Lege integram scenam. ¶ *Licet rogare?* formula interrogandi testes in judicio, apud *Cic.* 2. *de Orat.* c. 60. *Licet consulere?* petendi consilium domi a Jurisconsultis, apud *eund. pro Mur.* c. 13. *Licet antestari?* citandi quempiam, ut apud judicem testis sit. V. *Antestor.* ¶ *Licet ne?* petendi cum verecundia. *Terent. Heaut.* 5. 2. 20. Here, licet ne? *Chre.* loquere. *may I speak? will you permit me to speak?* ¶ Habet locum in precationibus. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 13. Sis licet felix, ubicumque mavis, Et memor nostri, Galatea, vivas. *may you be happy,* &c. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 404. manus aliquis despectus ad æthera tollens, Sic amet iste licet, sic non potiatur amato, Dixerat. ¶ Servit et ironiæ. *Ovid.* 2. *de ar. am.* vers. 31. Dixerat hæc: sed et hæc, et multo plura licebat Dicere: regressus non dabat ille viro. *but he might have said this, and much more, which however did not obtain him permission to return.* ¶ *Licet*, necesse est, oportet, cogor. *Propert.* l. 2. el. 13. v. 71. Nunc licet in triviis sicca requiescere Luna. et el. 8. v. 3. Quam mihi si liceat media pugnare puella. et vers. 31. Scribant de te alii, vel sis ignota, licebit. ¶ *Licessit* pro *licuerit* est apud *Plaut. Asin.* 3. 3. 13.

LICET, *though, although, albeit,* κἂν, καίτοι, εἰ καὶ, conjunctio adversativa, quæ significat *etsi, quamquam, quamvis. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 11. Licet hercule undique omnes in me terrores, periculaque impendeant omnia. *Id.* 3. *de Legib.* c. 10. *ad fin.* Quamvis enumeres multos licet, nullos reperies, &c. *Id. de Amic.* c. 20. Quantumvis licet excellas. *Virg.* 6. *Æn.* v. 400. Licet ingens janitor antro Æternum latrans exsangues terreat umbras. ¶ Eodem modo, ac significatione usurpatur *licebit. Ovid.* 5. *Trist.* el. 14. v. 3. Detrahat auctori multum fortuna licebit. *Horat.* epod. 15. v. 19. Sis pecore, et multa dives tellure licebit. ¶ Quamquam hujusmodi, quæ conjunctiones a Grammaticis appellantur, nihil aliud quam Verba sunt, post quæ particula *ut* subauditur: est tamen, ubi vim propriam habent adversantis particulæ, sequente tamen. *Brut. ad Cicer.* ep. 17. *a med.* Licet ergo patrem appellet, tamen illud apparebit, &c. *Cic.* 3. *Attic.* ep. 12. Licet tibi significarim, ut ad me venires, tamen intelligo, &c. ¶ Sequente indicativo, *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. *ult.* leg. 8. *sub fin.* Licet ruinæ, vel incendio subjecta transactio est. *Julian.* lib. 29. tit. 7. leg. 2. Licet directæ libertates deficiunt, attamen, &c. *Ulpian.* lib. 30. leg. 73. Licet imperator rescripsit, &c. tamen, &c. Adde *Corrip.* l. 1. v. 3. et 85. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 11. *post med.* et *Ammian.* l. 22. c. 8. (*al.* 11.)

LICHĂNOS, i, λιχανὸς, unus ex phthongis musicis mobilibus, qui inter stantes, et immotos sunt in tetrachordo dispositi. Est autem duplex, alter a recentioribus Musicis vocatur *G sol re*, alter *D sol re.* Primus est mediarum chordarum, secundus summarum. *Vitruv.* l. 5. c. 4. V. ibi *Bald. in Lexico.*

LICHEN, ēnis, m. *a tetter, ringworm, impetiginous affection,* λειχὴν, morbus cutis, præcipue in facie serpens, atque asperitate et pustulis fœdans: Latine mentagra, et impetigo. *Martial.* l. 11. epigr. 99. Non triste mentum, sordidique lichenes. *Plin.* l. 23. c. 7. Foliorum fici usus est in fricando lichene, alopeciis, &c. Adde lib. 26. c. 1. ¶ Etiam equi, asini, mulæ eo laborant in facie, et super pedum ungulas. *Id.* l. 28. c. 11. *ad fin.* Equi lichene vexati. Adde lib. 28. c. 17. et lib. 30. c. 10. ¶ Est etiam herba in saxosis locis nascens, folio uno ad radicem lato, caule uno parvo, longis foliis dependentibus, quæque inter alia etiam ad lichenas prodest, *liver-wort. Plin.* l. 26. c. 4. *a med.*

LICĬA, orum. V. *Licium.*

LICIĀTUS, a, um. *Augustin.* l. 22. *de Civ. Dei*, c. 14. In qua ratione jam quodam modo, ut ita dicam, liciatum esse videtur, quod nondum est, immo quod latet, sed accessu temporis erit. *h. e.* inchoatum, ut tela inchoata dicitur, cum liciis adjuncta sunt stamina, necdum tamen texta subtemine. *Al. leg.* innatum. *Id.* l. 3. *de Gen. ad litter.* c. 14. Quasi præseminata, et quodammodo liciata primordia futurorum animalium. Al. leg. *initiata.*

LICĪNI BOVES qui sint, V. in *Camurus.*

LICINIĀNUS, a, um, ad Licinium pertinens, quod est nomen propr. Rom. civis. *Cato R. R.* c. 6. Oleam Licinianam serere. *h. e.* quam primum bonitatis locum obtinere, tradit *Colum. de arborib.* c. 17. Dicta est autem a quodam Licinio, qui eam vel apprime coluit, vel invexit. *Colum.* l. 1. *R. R.* c. 3. *a med.* Liciniana illa jugera, quæ plebis tribunus viritim diviserat. *h. e.* C. Licinius Stolo, qui tribunus plebis legem tulit, ne quis plus quingentis jugeribus possideret: et primus post reges exactos septena jugera plebi viritim divisit. Sed idem postea decem millibus æris a M. Popillio Lænate, ipsa sua lege damnatus est, quod mille jugerum agri cum filio possideret, emancipandoque filium fraudem legi fecisset, uti narrant *Liv.* l. 6. c. 35. et lib. 7. c. 16. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *Plin.* l. 18. c. 3. *a med. Colum.* l. 1. c. 3. *ad fin.* et *Valer. Max.* l. 8. c. 6. n. 3. ¶ *Liciniani* cognominati sunt filii posterique Catonis Censorii ex Licinia priore ejus conjuge: sicut ex posteriore, filia Salonii, Saloniani, quos inter Uticensis fuit. *Plin.* l. 7. c. 14. [¶ *Liciniani* dicti sunt etiam milites imperatoris Licinii. *Lactant. de mort. persecut.* c. 46. ¶ Licinianus fuit quoque cognomen consularis et prætorii cujusdam viri apud *Plin.* l. 4. ep. 11. qui appellatus fuit Valerius Licinianus.]

LICINĬUM, ii, n. *a tent to put in wounds,* linamentum, licium medicamine illitum plagis sanandis. Est *Vegetii* l. 2. c. 22. et 48. *de re Veterin.*

LICINĬUS, a, um, ad Licinium pertinens. Est autem *Licinius* nomen propr. civis R. Licinia gens plebeia perillustris Romæ fuit, et in plures familias abiit, quarum præcipuæ Crassorum, Lucullorum, et Murenarum. ¶ De Licinio Proculo V. *Proculus.* ¶ Licinia olea apud *Colum.* l. 5. c. 8. et l. 12. c. 49. et 52. eadem est ac Liciniana. ¶ Licinia lex agraria itidem in voce præced. explicata est. ¶ Alia fuit de sacerdotibus creandis, lata a Q. Licinio Crasso, sed non perlata, ut sacerdotum cooptatio ab ipsorum collegio ad populum transferretur, ut est apud *Cicer. de Amic.* c. 25. ¶ Sumptuaria, lata a P. Licinio Crasso Divite, qui fuit consul cum Cn. Lentulo circa A. U. DCLVI. certis diebus centenos æris in cœnam impendi permittebat, nuptiis ducenos: ceteris diebus statuebat tricenos: carnis aridæ, et salsamenti certa pondera in singulos dies constituebat: si quidquam esset natum e terra, vite, arbore, promiscue et indefinite largiebatur. Ita *Gell.* l. 2. c. 24. ¶ Alia fuit de consulatu lata a C. Licinio Stolone trib. pleb. una cum L. Sextio, ut alter consul de plebe crearetur. *Liv.* l. 6. c. 35. et *Gell.* lib. 17. c. 21. ¶ Alia de sodalitiis apud *Cicer. pro Planc.* c. 15. qua sanciebatur, ut in causa de sodalitiis (quod erat gravissimum crimen ambitus) accusator ederet reo judices quos vellet, ex quibus vellet tribubus, qui sine rejectione judicarent: ne ab reo pecunia corrumpi possent. ¶ Alia fuit *Licinia Mucia* de peregrinis, quam tulit L. Licinius Crassus orator, cum esset consul cum Q. Mucio Scævola item oratore, et jurisconsulto, de regendis in sua civitate sociis. Cum enim summa cupiditate civitatis R. Italici populi tenerentur, et ob id magna pars eorum pro civibus R. se gererent, lata est lex, ut in suæ quisque civitatis jus redigeretur, quæ lex maxima causa fuit belli Italici, quod post triennium exortum est. *Ascon. in fragm. orat. pro C. Cornel.* Quo pertinet illud *Cicer. de clar. Orat.* c. 16. Lysias est Atticus, quoniam certe Athenis est et natus, et mortuus, et functus omni civium munere: quamquam Timæus eum, quasi Licinia et Mucia lege,

repetit Syracusas. Adde *pro Balb.* c. 21. et 24. et lib. 3. *Offic.* c. 11. ¶ Præterea *Licinia Junia*, cujus auctores fuerunt L. Licinius Murena, et D. Junius Silanus Coss. quæ graviores pœnas statuebat in eos, qui contra Cæciliam Didiam fecissent, quæ lex erat de servando trinundino in legibus ferendis. *Cic. in Vatin.* c. 14. *pro Sext.* c. 64. *Phil.* 5. c. 3. lib. 4. *Attic.* ep. 16. et lib. 2. ep. 9. ¶ Denique alia fuit de legum latoribus, quæ non modo eum, qui legem tulisset de aliqua potestate, aut procuratione mandanda, sed etiam collegas ejus, cognatos, affines excipiebat, ne eis ea potestas curatiove mandaretur. *Cic. Agrar.* 2. c. 8. et *pro Dom.* c. 20. ¶ *Atria Licinia* apud *Cicer. pro Quint.* c. 3. et 6. Romæ fuere auctionaria, ut appellat *Id.* 1. *Agrar.* cap. 3. h. e. in quibus præcones versabantur, et auctiones fiebant: dicta fortasse a L. Licinio Crasso, quem narrat *Plin.* lib. 17. cap. 1. et lib. 36. cap. 3. primum in atrio domus suæ in Palatio, columnas marmoreas habuisse.

LICITATĬO, onis, f. *a bidding or offering of a price*, ἀντώνησις, oblatio pretii in auctione, vel in quacumque emptione. Habet enim locum etiam in hereditatibus dividendis, ubi cum partes omnes æquabiliter secari non possunt, pecuniæ oblatione æquantur, quæ minoris pretii sunt. *Cic. Verr.* 4. c. 53. *a med.* Exquisitis palam pretiis, et licitationibus factis, describebat censores binos in singulas civitates. *Id. in fin.* ep. 15. l. 11. *ad Attic.* Cum ea pars, quæ videtur esse minor, licitatione expleri posset. *Sueton. in Ner.* c. 26. Prædam ad licitationem dividere. *to sell in lots to the best bidder. Id. in Calig.* c. 22. Ambitione et licitatione maxima comparare aliquid. *at a great price. Ulpian. Dig.* lib. 10. tit. 2. leg. 6. Ad licitationem rem deducere, ut qui licitatione vicerit, hic habeat instrumenta hereditaria, non placet. *Martian.* l. 4. tit. 7. *leg. ult.* Ut potentior emptor per licitationem rem accipiat. *Paul.* lib. 10. tit. 3. leg. 19. Penes quem licitatio remansit. *h. e.* qui plus licitatus superavit.

LICITĀTOR, oris, m. *a bidder*, ἀντωνούμενος, qui licitatur, et pro re emenda, conducendave pretium alio majus offert. *Licitatorem apponere* est subornare aliquem, qui coram emptore majus pretium proponat, ut res pluris vendatur. *Cic.* 3. *Offic.* c. 15. Tollendum est ex rebus contrahendis omne mendacium: non licitatorem venditor; nec qui contra asse liceatur, emptor apponet. (Ita enim omnino legendum, auctoribus *Mureto Var. lect.* l. 14. c. 3. et *Græv.* atque ita postulante sententia, quæ nulla est, si cum aliis retineas *contra se.*) *Id. Fam.* 7. ep. 2. Nunc cum tuum pretium novi, licitatorem potius apponam, quam illud minoris veneat.

LICĬTE, et

LICĬTO, *lawfully*, θεμιτῶς, per leges, per jus, eo modo, quo licet. *Martian. Dig.* lib. 30. leg. 111. *ante med.* Si quid alicui licite fuerit relictum. *Solin.* c. 11. (*al.* 16.) Ædem numinis, præterquam nudus vestigia, nullus licito ingreditur.

LICĬTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to bid or offer a price*, ἀντωνέομαι, frequentativum a *liceor*, ejusdemque fere significationis, atque usus, rarioris tamen. *Plaut. Merc.* 2. 3. 104. Potin' ut ne licitere adversum animi mei sententiam? ¶ Translate *Curt.* l. 4. c. 1. Impia bella suscipitis, et cum habeatis arma, licitamini hostium capita. *h. e.* pretium offertis hostium capita afferentibus. ¶ Pro contendere, pugnare. *to contend, fight. Ennius* apud *Non.* c. 2. n. 505. pars Ludicre jactant saxa, inter se licitantur. *Cæcil. ibid.* Machæra licitari adversum cum cœpisti sciens. *Festus:* Licitati, in mercando, sive pugnando contendentes.

LICĬTUS, a, um; *lawful, allowable, permitted*, θεμιτός, qui licet, legi consentaneus. *Virg.* 8. *Æn.* v. 467. Congressi jungunt dextras, mediisque residunt Ædibus, et licito tandem sermone fruuntur. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 37. Per licita atque illicita fœdatus. *Petron. in fragm.* pag. 683. *Burm.* Licitus torus. *Stat.* 11. *Theb.* v. 123. Licitæ acies. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 14. leg. 2. Licita negotiatio. *Id.* lib. 50. tit. 14. leg. 3. Liciti contractus. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 24. Idque jure licitum.

LICĬUM, ii, n. *thread or yarn*, μίτος, filum lanæ contortum. De etymo res est valde incerta. Sunt autem *licia*, quibus textores induunt, atque implicant stamina, et jugo adnectunt: eaque cum tela pertexta est, recidunt. *the threads or thrums, which tied the web to the* jugum *or beam.* Itaque vel unico filo, vel etiam pluribus constare possunt. *Virg.* 1. *Georg.* v. 285. licia telæ addere. *h. e.* texturam incipere. *Plin.* l. 11. c. 24. *de araneo.* Derelicta lasso prætendi summa parte arbitrere licia. *Id.* l. 8. c. 48. *a med.* Pluribus vero liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit. *h. e.* in plures ordines, quam duos, diviso stamine: qui ordines plura licia postulant, quibus jugo adnectantur. ¶ Item ipsa stamina, quibus tela texitur. *the warp of a web. Auson.* epigr. 38. Licia qui texunt et carmina, carmina Musis, Licia contribuunt, casta Minerva, tibi. *Id.* epist. 23. v. 14. per licia texta querelas Edidit, et tacitis mandavit crimina telis. De Philomela loquitur. ¶ Sic etiam appellatur quodcumque filum, seu stamen. *a thread, string, small cord. Ovid. Fast.* 3. v. 267. Licia dependent longas velantia sepes: Et posita est meritæ multa tabella deæ. *h. e.* funiculi, quibus vota pendent. Sic *Plin.* l. 23. c. 7. *ante med.* Cinerem fici cum aluta illigatum licio e collo suspendere. *Auson. Edyll.* 6. v. 31. Licia fert glomerata manu deserta Ariadne. *a clue of thread. Petron. in Satyr.* c. 135. Ut solvit licio pannum, partem leguminis super mensam effudit. *Tiro* apud *Gell.* l. 12. c. 3. Licio transverso, qui magistratibus præministrabant, cincti erant. ¶ Per lancem et licium furta concipere, quid sit, V. in *Lanx.* ¶ Habet sæpe usum in incantamentis. *Virg. Ecl.* 8. v. 73. Terna tibi hæc primum triplici diversa colore Licia circumdo. Ubi *Servius:* bene utitur liciis, quæ ita stamen implicant, ut hæc adolescentis mentem implicare contendit. *Petron. in Satyr.* c. 131. De sinu licium protulit, varii coloris filis intortum, cervicemque vinxit meam. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 575. Tum cantata ligat cum fusco licia rhombo. *Id.* 1. *Amor.* el. 8. v. 8. Scit bene, quid gramen, quid torto concita rhombo Licia, quid valeat virus amantis equæ. *Plin.* l. 28. c. 4. *a med.* Licium telæ detractum alligantes novenis, septenisque nodis: ad singulos nominantes viduam aliquam. V. *Rhombus*, et *Stamineus.* [¶ Erant demum *licia* ornamentum capitis feminarum. *Prudent. in Symmach.* l. 2. v. 1105. Perfundunt quia colla comis bene, vel bene cingunt Tempora tæniolis, et licia crinibus addunt?]

LICTOR, oris, m. *a lictor, serjeant or beadle who attended on the principal Roman magistrates*, ῥαβδοῦχος, servus publicus consulum, aliorumque magistratuum, qui fascem virgarum cum securi ferens præcedit. *Valgius Rufus* apud *Gell.* l. 12. c. 3. *Non.* c. 1. n. 257. et *Festus* ducunt a *ligando*, quod cum magistratus populi R. virgis quempiam verberari jussissent, crura ejus, et manus ligari a viatore solita sint: isque, qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, *lictor* sit appellatus: unde *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 4. et *Liv.* l. 1. c. 26. I lictor, colliga manus. et *Liv.* l. 8. c. 7. I lictor, deliga ad palum. *Tiro Tullius* apud *Gell. ibid.* a *licio* dictum scripsit. licio enim transverso, qui magistratibus præministrabant, cincti erant. ¶ Lictores usque ad bellum Punicum secundum a plebe Romana fuere, teste *Liv.* l. 2. cap. 55. temporibus vero *Taciti* etiam e libertino genere, ut est lib. 13. *Ann.* c. 27. quamquam post secundum bellum Punicum e Bruttiis sumpti sunt, qui in provincia magistratibus apparerent. V. *Bruttianus.* ¶ Instituti sunt a Romulo, qui eos ab Etruscis accepit, et numero duodecim sibi præire jussit, ut *Liv.* narrat c. 8. l. 1. quem numerum retinuerunt deinceps tum reges reliqui, tum singuli consules, decemviri, interreges, tribunique militum consulari potestate, tum domi, tum militiæ: excepto Dictatore, qui vigintiquatuor habuit, et magistro equitum, qui sex. Quæ omnia testem habent *Liv.* l. 3. c. 36. l. 4. c. 50. l. 9. c. 5. et 11. l. 10. c. 25. l. 27. c. 27. et alibi: item ex *Dione* l. 42. *Lips.* l. 1. *elector.* c. 23. Prætores in urbe duos lictores habuerunt, ut est apud *Cicer.* 2. *Agrar.* c. 34. et *Censorin. de die natal. c. ult.* extra urbem cum imperio, sex, ut colligitur ex *Cic. pro leg. Manil.* c. 12. quot et proconsulibus permittebantur, teste *Ulpian. Dig.* lib. 1. tit. 16. leg. 14. At Tribunis pleb. Ædilibus, et Quæstoribus in Urbe nulli fuerunt, ut *Varr.* docet apud *Gell.* l. 13. c. 12. extra Urbem tamen Quæstores cum lictoribus legimus apud *Cic. Verr.* 4. c. 4. et *pro Planc.* c. 41. itemque apud *Liv.* l. 4. c. 50. ubi, absente tribuno militum consulari potestate, Quæstor ejus lictorem ad vociferantem militem mittit. Similiter legati imperium exercentes in provinciis lictoribus usi sunt, eadem de causa, qua proconsules, ut patet ex *Cicer.* l. 12. *Fam. ep. ult. Tacit.* 3. *Hist.* c. 11. et *Spartian. in Severo*, c. 2. Postremo duumviris coloniæ deducendæ lictores binos apparuisse, colligi videtur ex *Cic. Agrar.* 2. c. 34. non tamen cum fascibus, sed cum bacillis. ¶ Ex his patet, lictoribus usos eos magistratus, qui potestatem et imperium simul habebant, caruisse, qui sola potestate præditi erant. Quamquam et aliis aliquando tributi sunt honoris, aut præsidii causa, ut Vestali in publicum prodeunti, unus, ex lege Triumvirorum Augusti, Antonii, et Lepidi, teste *Dione* l. 47. apud *Lips. loc. cit.* et Senatoribus liberas legationes obeuntibus. quos binos lictores habuisse, docet *Manut. in not. ad orat. pro Quint.* c. 2. et publicanis, exigendorum vectigalium causa; quod scribit *Hotomann. in orat. de Provinc. consul.* c. 5. item dominis funerum, præsertim quæ solemniori apparatu celebrabantur, arcendæ turbæ causa: quod legitur apud *Cicer.* l. 2. *de Legib.* c. 24. *sub fin.* (V. *Designator.*) item magistris vicorum certis diebus, ex instituto Augusti; quod ex *Dione* probat *Lipsius loc. cit.* denique aliquot uxoribus Imperatorum: quod habetur apud *Tacit.* l. 1. *Ann.* c. 14. et lib. 13. c. 2. ¶ Lictorum munus fuit præire in publico Magistratui cum fascibus, submovere turbam, prehendere homines, eosque virgis, aut securi cædere. Præibant autem non bini, sed singuli: unde *primus lictor* qui omnibus antecedebat, primusque submovebat: *proximus*, qui ibat post ceteros, et prope ipsum Magistratum, atque adeo quasi caput erat inter lictores. *Liv.* l. 24. c. 44. *in fin. Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 2. c. 2. et *Valer. Max.* l. 2. c. 2. n. 4. Pater filio legatus in castra venit. Cum obviam filius progrederetur, lictoresque verecundia majestatis ejus taciti anteirent, præter undecim fasces equo prævectus senex, ut consul, animadvertere proximum lictorem jussit, et is, ut descenderet ex equo, inclamavit, tum demum desiliens, &c. *Valer. Max. ibid.* Maxima diligentia majores hunc honorem retinuerunt, ne quis se inter consulem, et proximum lictorem, quamvis officii causa una progrederetur, interponeret. Filio dumtaxat, et ei puero, ante patrem consulem ambulandi jus erat. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 7. Apud quem primus lictor quievit, tacuit accensus, quoties quisque voluit, dixit, et quam voluit diu. ¶ Lictoria insignia fuere fasces cum securibus, ut dictum est: quibus addit *Lips. loc. jam cit.* virgam ad submovendum, et ad pulsandas fores: idque pluribus probare nititur. V. *Liv.* l. 6. c. 34. ¶ *Lictor Flaminius* dictus est, qui Flamini Diali sacrorum causa præsto erat, uti docet *Fest.* sed hic sine fascibus fuisse videtur, cum Flamini Diali nullum esset imperium: quod idem dicendum de *Lictoribus Curiatis* numero triginta, quorum mentio est apud *Gell.* l. 15. c. 27. et *Cic.* 2. *Agrar.* c. 12. quorum munus erat Curias suas calare ad comitia. ¶ Translate *Plin.* l. 9. c. 35. *circa med.* Lictorem feminæ in publico unionem esse dictitant. *h. e.* propter unionem decedi, assurgi feminis, et reverentiam conciliari.

LICTORĬUS, a, um, ῥαβδουχικός, ad lictorem pertinens. *Plin.* l. 7. c. 30. Fasces lictorios januæ summisit, cui se Oriens Occidensque summiserat. *the bundles of rods carried by the lictors. Harduin.* ex MSS. leg. *litterarum januæ.* Sed *lictorius* habetur etiam in vet. Inscript. apud *Gruter.* pag. 631. n. 2. [† *Flor.* 1. 26. Virga lictoria.]

LIEN, enis, *et* Liēnis, is, m. *the milt or spleen*, σπλὴν, viscus est in humano corpore, Græco nomine *splen*, quod Vide. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 80. *Hard.* Ventriculo adnectitur lien in sinistra parte adversus jecur, cum quo locum aliquando permutat, sed prodigiose. *Cato R. R.* c. 157. Lienes turgent. *Cels.* l. 4. c. 9. At lienis, ubi affectus est, intumescit. *et ibid. a med.* Lienis bubulus utiliter esui datur. Adde lib. 5. c. 25. sect. 3. ¶ Cursu lien intumescere solet, et dolorem afferre. *Plaut. Merc.* 1. 2. 14. Genua hunc cursorem deserunt: seditionem facit lien, occupat præcordia. *Plin.* l. 26. c. 13. Equisetum lienes cursorum exstinguit. et cap. 8. *a med.* Argemonia lienem consumere dicitur. *Id.* l. 23. c. 1. *ante med.* Lienem minuit bryonia. *Cels.* l. 4. c. 9. Aqua a ferrario fabro lienem coercet. *et ibid.* Eruca, et nasturtium lienem extenuant. ¶ Fiscum *lienem* appellabat Trajanus, apud *Aurel. Vict. in Epist.* c. 42. *extr.* quia sicut, crescente liene, reliqui artus tabescunt, sic, aucto fisco improbis exactionibus, civium paupertas augetur. ¶ *Serv. ad Æn.* 6. v. 646. male docet, *Lien* esse neutrius generis.

LIENĬCUS, a, um, lienosus. Tribuitur *Plin.* l. 29. c. 3. sed *Harduin.* correxit *lientericus*, h. e. levitate intestinorum laborans. *lienteric.* V. *Lienteria.*

LIENŌSUS, a, um, *splenetic*, σπληνικὸς, σπληνώδης, qui liene turgente laborat. *Plin.* l. 7. c. 2. *ante med.* Sicut Pyrrho regi pollex in dextro pede, cujus tactu lienosis medebatur. *Plaut. Cas.* 2. 6. 62. Cor lienosum, opinor, habeo: jamdudum salit, de labore pectus tundit. *h. e.* ad instar lienis intumescit, ac laborat.

LIENTERĬA, æ, f. *a lientery*, λειεντερία, levitas intestinorum, de qua V. in *Lēvitas:* a λεῖος, levis, et ἔντερα, intestina. *Cels.* l. 2. c. 1. Græce usurpat.

LIENTERĬCUS, a, um, λειεντεριώδης. V. *Lienicus.*

LIGĀMEN, inis, n. et

LIGAMENTUM, ti, n. *a band, bond, tie, ligament*, δεσμὸς, ligatura, vinculum. *Propert.* l. 2. el. 22. v. 15. cum Sidoniæ nocturna ligamina mitræ Solverit. *Ovid.* 14. *Met.* v. 230. dempsisse ligamina ventis. *Colum.* l. 11. c. 2. *post med.* Possit etiam salix decisa expurgari, et ad vitium ligamina præparari. ¶ De fasciis, quibus obligantur vulnera. *a bandage. Colum.* l. 6. c. 6. *a med.* Sanguis inhibetur papyri ligamine. *Tacit. Ann.* 15. c. 54. Vulneribus ligamenta, quibusque sistitur sanguis, parare. *Quintil.* l. 11. c. 3. *post med.* Fasciæ, et focalia, et aurium ligamenta sola excusare potest valetudo.

LIGARIĀNUS, a, um, adject. ad Ligarium civem R. pertinens, ut Ligariana oratio, qua Cicero Ligarium nobilem Romanum defendit apud Cæsarem, quod in civili bello a Pompeio stetisset. *Id. Attic.* l. 13. ep. 19. Ligarianam præclare auctoritas tua commendavit.

LIGATĬO, onis, f. *a binding, tying, ligation*, δέσις, actus ligandi, ligamentum. *Scribon. Larg. compos.* 255. Malagma facit ad omnem tensionem, et contractionem nervorum, et ligationem.

LIGATŪRA, æ, f. ligamen, *a ligature*, περίαμμα. *Pallad.* lib. 1. tit. 6. *a med.* Ligatura in vitibus locum debet mutare, ne unum semper assiduitas conterat vinculorum. ¶ De amuleto ad collum suspenso, aliive cui membro corpori alligato ad depellendum morbum. *Augustin.* tract. 7. *in Joann. ante med.* Qui seducunt per ligaturas, per præcantationes, &c.

LIGĀTUS, a, um, *bound, tied, tied up*, vinculo obstrictus, illigatus, vinctus, δετός. *Catull.* carm. 2. *extr.* Quod zonam solvit diu ligatam. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* Vineæ palatæ, et ligatæ. *Plin.* l. 18. c. 28. Cornu, propter oleum, ad crus ligato fœnisex incedabat. *Id.* lib. 9. c. 33. Brevi nodo ligatus. *Tibull.* lib. 1. el. 7. v. 73. vitta ligatos Impediat crines. *Tacit. de Germ.* c. 39. Ligatus vinculo. *chained. Lucan.* l. 8. v. 61. Funis ligatus litoribus. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 10. v. 49. Vidimus in glacie pisces hærere li-

gatas. Id. 3. Metam. v. 57[illegible]. manus post terga ligatæ. *Senec.* [illegible] c. 51. Ligato circum collum sudario. *Plin.* l. 17. c. 1[illegible]. Ligatam insitum, intritaque ulmum operire terra. *Senec.* [illegible] *Med.* v. 742. Tartari ripis ligati specus. *h. e.* cincti, circumdati. *Petron. in Satyr.* cap. 123. turmæ nimbos [illegible] ligatos *h. e.* glaciem.

LIGEA, æ, f. Λιγεια, Nympha, filia Nerei et Doridis: a λιγυς, stridulus, sonorus, nempe a cantus suavitate. *Virg.* 4. *Georg.* v. 336. Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque.

LIGELLUM, li, n. *a small cottage or hut*, καλύβη, οἰκίδιον, breve domicilium, tugariolum. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 22. Divum atque hominum clamat continuo fidem, de suo ligello [illegible] si qua exit foras. Ita *Non.* c. 2. n. 504. sed alii multo rectius legunt *tigillo*. Al. *ligillo*. h. e. parvo ligno.

LIGER, is, m. nunc *the Loire*, flumen nobile Galliæ Celticæ, quod in Arvernorum finibus oriens, aliquot deinceps fluviis auctus in Oceanum Aquitanicum influit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 55. Quod Liger ex nivibus creverat. *Tibull.* l. 1. el. 8. v. 12. Carnuti et flavi cærula lympha Liger. *Sidon.* carm. 5. v. 209. Ligerimque bipenni Excisum per frusta bibit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 59. Cæsar Ligere interclusus. et lib. 3. c. 9. Naves ædificari in flumine Ligeri jubet. et lib. 7. c. 5. Cum ad flumen Ligerim venissent.

LIGERICUS, a, um, ad Ligerim pertinens. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 472. n. 1. L. Tauricio patrono nautarum Araricorum, et Ligericorum.

LIGNARIUS, a, um, ad lignum pertinens, ξυλικός. *Capitol. in Pertin.* c. 1. Lignaria negotiatio. *the trade of a timber-merchant. Pallad.* l. 1. tit. 6. Lignarius faber. *a carpenter, joiner*, ξυλοκόπος. Hinc locus Romæ extra portam Trigeminam apud *Liv. in fin.* c. 41. l. 35. *inter lignarios* dictus. *Scribon. Larg. compos.* 141. Cornu cervinum limatum lima lignaria.

LIGNATIO, onis, f. *a cutting down or gathering of wood; a fuelling*, ξυλοφορία, lignorum desectio, vel deportatio. *Vitruv.* l. 5. c. 9. *ad fin.* Lignatio maxime necessaria est ad cibum excoquendum. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 38. Qui lignationis, munitionisque causa in silvas discessissent. ¶ Sumitur etiam pro loco, unde ligna accipi possunt. *Colum.* l. 1. c. 5. Sit autem vel intra villam, vel extrinsecus inductus fons perennis, lignatio, pabulumque vicinum.

LIGNATOR, oris, m. *one sent to get wood; a wood-monger, hewer of wood*, ξυλεὺς, ξυλευτὴς, miles, qui lignatum vadit. *Liv.* lib. 10. cap. 25. Paucis citra millibus lignatores ei cum præsidio occurrunt. Adde *Cæs.* lib. 5. *B. Gall.* c. 26.

LIGNEŎLUS, a, um, *of wood, wooden*, dimin. a ligneus. *Cic. ad Q. Fr.* l. 3. ep. 7. Hanc scripsi ante lucem ad lychnuchum ligneolum. *Lucil.* apud *Priscian. in fin.* l. 3. Scutam ligneolam cerebro infixit. *Apul. de Mundo.* Qui in ligneolis hominum figuris gestus movent. *puppets, dolls.*

LIGNĔUS, a, um, *of wood, wooden, ligneous*, ξύλινος, qui est e ligno. *Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 57. Lignea materia. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 20. Ligneus ponticulus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 9. Ligneæ turres. *Sallust. in Jug.* c. 78. Lignea vasa. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 694. Lignea simulacra. *Tibull.* l. 1. el. 11. v. 20. Stabat in exigua ligneus æde deus. *Plin.* l. 15. c. 8. Lignea supellex. *Id.* l. 34. c. 12. *a med.* Ligneæ piscinæ. *Plaut. Pœn.* 5. 6. 28. Lignea custodia. *h. e.* lignei compedes. V. *Codex*. Jlocaliter *Id. Pseud.* 1. 1. 45. Lignea salus. *h. e.* quæ per tabellas alicui dicitur. ¶ Item lignosus. *Plin.* l. 15. c. 22. Ligneum putamen. *Id.* l. 16. c. 26. Ligneum semen. ¶ Eleganter dicitur de membris corporis exsuccis, duris, aridis. *Lucret.* l. 4. v. 1154. nervosa, et lignea, Dorcas. *Catull.* carm. 23. *ad Fur.* vers. 6. Lignea conjux.

LIGNICĪDA, æ, *a hewer of wood*, qui ligna cædit. Affertur a *Varr.* l. 7. *de L. L.* et simul damnatur. Qui lapides (inquit cap. 33.) cædunt lapicidas: qui ligna lignicidas non dici.

LIGNOR, aris, atus sum, dep. 1. *to get or gather wood, fetch wood for firing or other purposes*, ξυλεύομαι, verbum est castrense, sicut *aquor, pabulor, frumentor*, et similia, et significat ad capienda ligna ire, ligna colligere et congerere. *Liv.* l. 10. c. 25. Respondentibusque, lignatum se ire. *Auct. de B. Hispan.* c. 27. Dum lignantur, interfecti sunt. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 15. Neque lignandi, neque aquandi potestas fiebat.

LIGNŌSUS, a, um, *resembling wood, hard as wood, ligneous*, ξυλώδης, ligni similis, ligneam duritiem habens. *Plin.* l. 24. c. 9. *a med.* Lignosus fructus. *Id.* lib. 25. cap. 6. caules. *Id.* l. 13. c. 19. nucleus. *Id.* l. 28. c. 17. *ad fin.* Lignosum glutinum. et lib. 19. c. 5. *a med.* Lignosiora sunt reliqua.

LIGNUM, i, n. *wood, timber; a log of wood, fuel*, ξύλον, pars, et veluti caro arboris sub cortice: item tota arborum materia, operi, aut igni apta. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. *a med.* ducit a *legendo*, quod ligna caduca, inquit, legebantur in agro, quibus in foco uterentur. Alii a *ligando*, alii a λιγὺς, fumus. *Cato R. R.* c. 130. Ligna neque fumosa erunt, et ardebunt bene. *Cic.* 3. *Verr.* c. 27. Ligna et sarmenta circumdare, ignem subjicere. *Horat.* l. 1. od. 9. v. 5. Ligna super foco large reponere. *Plin.* l. 15. c. 3. vocat *lignum* olivæ nucleum. et lib. 13. c. 4. semen in pomo palmæ. et lib. 15. c. 28. nucleum in olivis, cerasis, persicis, prunis. *et ibid.* corticem, seu putamen nucum: item corticem siliquarum prædulcium, quas nos appellamus *carobs*. Denique l. 17. c. 21. *ad fin.* vinacea uvarum. ¶ *In silvam ligna ferre* proverb. apud *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 34. est quod Angli dicunt, *to carry coals to Newcastle*, Græci γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας. V. *Noctua*. ¶ Aliquando ligni nomine intelligitur quidquid comburendi causa paratum est: et sic distinguitur a *materia*, quæ significat ligna ad ædificandum et fulciendum apta. Ita *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 55. Unde *Labeo* apud *eund.* lib. 7. tit. 1. leg. 12. Nec materia eum pro ligno usurum, si habet unde utatur ligno. (Ubi notandus usus singularis numeri. nam hoc sensu fere in plurali effertur. Sic *Cato* apud *Charis.* l. 1. pag. 55. *Putsch.* Vehes ligni. *a cart-load of wood.*) *Plin.* l. 10. ep. 50. Per lacum ligna, materiæ modico labore devehuntur. ¶ Inter vitia mensarum *lignum* dicitur materia surda, et indigesta simplicitas, aut platani foliorum modo digesta. *Plin.* l. 13. c. 15. *a med.* ¶ Per synecdochen ponitur pro tabella, in qua scribitur. *Juvenal. sat. ult.* v. 41. Vana supervacui dicens chirographa ligni.

LIGO, onis, m. *a spade, mattock, shovel, instrument for digging and delving with*, δίκελλα, μάκελλα, instrumentum rusticum lato ferro, herbis ac radicibus evellendis, purgandoque agro, et terræ fodiendæ aptum. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 8. v. 59. longis purgare ligonibus arva. *Horat.* epod. 5. v. 30. Ligonibus duris humum exhaurire. et ligonibus versare glebas, *Id.* l. 3. od. 6. v. 38. Rursus *Ovid.* 3. *Amor.* el. 10. v. 31. Cum bene jactati pulsarant arva ligones. *Martial.* l. 4. epigr. 64. *ad fin.* Centeno ligone domare arva. *Stat.* 3. *Theb.* v. 589. incurvi ligones. *Juvenal.* sat. 7. v. 33. ætas Et pelagi patiens, et cassidis, atque ligonis. *h. e.* agriculturæ. metonymia. *Colum.* l. 10. v. 88. cum glebis vivacem cæspitis herbam Contundat marræ, vel fracti dente ligonis. *Fractum* dicit, quia inflexum et curvum ferrum habet, præsertim qua parte in dentes deducitur. Sic *infractus remus, infracti radii*, apud *Cicer.* et *Plin.*

LIGO, as, avi, atum, a. 1. *to bind, tie, tie up or fast*, δέω, vincio, colligo, jungo, constringo. Voluut esse a λυγόω, quod idem significat. *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 36. Fascia ligare crus. et l. 4. fab. 5. v. 5. capitibus cornua suis ligarant. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 13. dum mula ligatur. *Gell.* l. 12. c. 3. Ligare, et vincire crura, et manus. *Plin.* l. 36. c. 27. Igne cremato lapide, cæmenta in tectis ligantur. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 94. Balteus loricam ligat. *goes round, girds. Ovid.* 2. *Metam.* v. 375. digitosque ligat junctura. et lib. 6. v. 134. laqueo ligare guttura. *to hang himself.* et lib. 7. v. 849. Ligare vulnera veste. *to bind up. Senec. in Thyest.* v. 686. caput vitta. *et in Hippol.* v. 1003. equorum ora frenis. et vers. 1037. nodos sequaces. *Seren. Sammon.* cap. 63. Aut cineres alni tardo cum melle ligentur. *be mixed or incorporated with.* ¶ Translate *Senec. in Œdip.* v. 455. Vivaces hederas remus tenet: Summa ligat vitis carchesia. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 25. Dissociata locis concordi pace ligavit. et lib. 9. v. 548. quæ cum tibi sit junctissima, junctior esse Expetit, et vinclo tecum propiore ligari. *Quintil.* l. 5. *c. ult. a med.* Quæ (*argumenta*) apprehensa Græci magis in catenas ligant, et inexplicabili serie connectunt. *h. e.* ita jungunt, ut quasi catenam faciant. *Propert.* l. et el. 4. v. 80. Ligare pacta. *Stat.* l. 4. silv. 3. v. 74. *de flumine.* Et ripas habitare nescientem Recti legibus alvei ligasti. *Senec. in Herc. Œt.* v. 452. artibus magicis fere Conjugia nuptæ precibus admixtis ligant. *h. e.* conjugum amorem jungunt, firmantque. [¶ Particip. *ligans* apud *Ovid. ex Pont.* l. 1. el. 6. v. 39. Hæc Dea quam multos laqueo sua colla ligantes Non est proposita passa perire nece.]

LIGŬLA, seu Lingula, æ, f. *a little tongue*, γλωσσάριον, γλωσσίς, parva lingua, diminut. a *lingua*. In veteribus libris promiscue reperitur *ligula*, et *lingula*. Sed *Martial.* l. 14. epigr. 120. *lingula* indoctorum Grammaticorum appellationem facit. Nempe ad originem vocis respexere, non cogitantes, uti ab *offa* est *ofella*, a *mamma mamilla*, a *curru curulis*, prima correpta, sic a *lingua* dici potuisse *ligula*, p. c. prout Senatores, et Equites loquebantur. Verba *Martialis* sunt: Quamvis me ligulam dicant equitesque patresque, Dicor ab indoctis lingula Grammaticis. ¶ Translate ita dicebatur pars in calceis linguæ exsertæ instar fastigiata, *Fest.* Sed *Juvenalis* vetus interpres ligulas in calceis ait esse ansas calceorum, neque hanc notionem a *linguæ* similitudine fluxisse, ut diximus ex *Festo*, sed a *ligando*. *a shoe-latchet, shoe-tie. Juvenal.* sat. 5. v. 20. propter quod rumpere somnum Debeat, et ligulas dimittere, &c. *Martial.* l. 2. epigr. 29. Non extrema sedet lunata lingula planta. Ubi *lingula* scripsit, etsi in Grammaticis id alibi damnat. ¶ Præterea ita in tibiis vocabant, a similitudine linguæ infra dentes coercitæ, quod γλωττὶς a Græcis, simili Metaphora, dicitur. *Fest.* et *Plin.* l. 16. c. 36. *the tongue of a wind-instrument.* ¶ Item instrumentum est cavum, et oblongum, quale est, quo aromatarii educunt ungentum e vasis: quia habet figuram linguæ ad palatum retractæ, atque ita cavæ, *a spatula*. *Plin.* l. 21. c. 14. *a med.* Inde ligulis eligunt florem. ¶ Item instrumentum ad purgandam e vase spumam. *Colum.* l. 9. c. 5. *sub fin.* Isque sæpius ligula est purgandus. ¶ Item genus mensuræ, quarta pars cyathi. *Plin.* l. 20. c. 5. *circa med.* Item opisthotonicis, et jecinorum vitiis, et torminibus, et stranguriæ, duarum, aut trium ligularum mensura. ¶ Idem creditur, ac cochleare. *a spoon.* Sed tamen ab eo distinguitur, saltem ut pars a parte. *Martial.* l. 8. epigr. 33. ligulam cum mittere possis, Mittere cum possis vel cochleare mihi. V. *Cochlear.* ¶ Ad hæc ligula est gladiolus oblongus in speciem linguæ factus. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 6. *Gell.* l. 10. c. 25. ubi *Nævius in Hesion.* Sine, mihi morem gerere videar, haud lingua, verum lingula. ¶ Similitudo quoque linguæ nomen in Architectura dedit lingulis vectium, quæ et *linguæ* dicuntur. *Vitruv.* l. 10. c. 8. Si sub onus vectis lingula subjecta fuerit. ¶ Item extremitatibus paxillorum, quæ transversis foratis perticis inducuntur. *Colum.* l. 8. c. 11. *ante med.* In solo figuntur breves paxilli, eorumque partes summæ lingulas edolatas habent, quæ transversis foratis perticis inducantur. ¶ Item tubulorum, quibus aqua ducitur, in modum linguæ conformatis, ut alter in alterum convenire possit: quos *lingulatos* idcirco appellat *Vitruv.* l. 8. c. 7. ¶ Item osscilis loliginum instar cultelli, aut scalpelli. *Apul. in Apolog.* Cancrorum furcas, echinorum caliculos, loliginum lingulas. ¶ Est etiam convicium in hominem nullius pretii: ductum a ligulis calceorum. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 30. Ligula, i in malam crucem. [† ¶ Usurpatur pro promontorio oblongo. *Cæs. B. G.* 3. 12. Erat ejusmodi fere situs oppidorum, ut posita in extremis lingulis, promontoriisque, neque pedibus aditum haberent, &c. *narrow necks of land. Alii legunt*: linguis. V. *Lingua.*]

LIGUR, et Ligus, ŭris, m. et f. Λίγυς, qui est e Liguria. *Cic. pro Sext.* c. 31. Intercessit Ligus iste nescio qui. *Virg.* 11. *Æn.* v. 715. Vane Ligus. *Lucan.* l. 1. v. 442. tonse Ligur. *Pers.* sat. et vers. 6. mihi nunc Ligus ora Intepet. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 13. Femina Ligus. *Sallust. in fragm.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 715. *Putsch.* Ligus mulier. *Virg.* 2. *Georg.* v. 168. Assuetumque malo Ligurem. *Id.* 10. *Æn.* v. 185. Ligurum fortissime. ¶ *Ligures, um*, sunt Liguriæ populi, olim admodum bellicosi. *Plin.* l. 3. c. 5. et *Liv. sæpe*, et *Flor.* l. 2. c. 3. [† ¶ Male audivisse Ligures patet ex loco *Virgilii* (*Æn.* 11. 715.) modo allato, quem plenius citabo. Vane Ligus, frustraque animis elate superbis, Nequidquam patrias tentasti lubricus artes. *Cato.* 2. *Orig.* Sed ipsi [Ligures] oriundi unde sunt exacta memoria inliterati, mendaces, quæ sunt, et vera minus meminere. *Nigidius*: Nam et Ligures, qui Apenninum tenuerunt, latrones, insidiosi, fallaces, mendaces. V. *Servium.* Sunt qui et sententiam *Assuetumque malo Ligurem* (*Georg.* 2. 168.) torqueant ad gentis hujus κακίαν et malos ac vitiosos mores. Sed cum recte moneat *Germanus* hunc cavillum non satis aptum laudibus Italiæ, (V. locum) *assuetus malo* est potius εἰθισμένος τῇ κακοπαθείᾳ, vel εἰθισμένος κακοπαθεῖν, ita explicante *H. Steph. Schediasm.* 1. 6.]

LIGURĬA, æ, f. *Liguria*, regio Italiæ Alpibus maritimis, Apennino, Etruria, et Ligustico mari circumscripta, cujus magna pars nunc est *il Genovesato*. *Plin.* l. 3. c. 5. *Flor.* l. 2. c. 3.

LIGURĪNUS, a, um, Ligusticus. [† *Cic. Att.* 5. 20. In quo laboras, ut etiam Ligurino μώμῳ satisfaciam.] *Grat. in Cyneg.* v. 510. Garganumque trucem aut Ligurinas desuper Alpes.

LIGURĬO, et Ligurrio, is, ivi, *et* ii, itum, a. 4. *to eat or lick up, eat nicely, pick out the choicest bits, feed delicately, have a lickerish palate*, λιχνεύω, lingo, leviter degusto, libo. Volunt quidam esse a *ligo* pro lingo. Fere simplici *r* scribitur. *Manut.* tamen et *P. Victor* duplicem præferunt ex veterib. libris. Utraque scriptio proba. *Terent. Eun.* 5. 4. 12. Meretrices dum foris sunt, nihil videtur mundius: Quæ cum amatore cum cœnant, ligurriunt, &c. Quam inhonestæ solæ sint domi, atque avidæ cibi, &c. Ubi *Donat.* Ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ, quod secundum Græcos suave intelligitur: *ligurire* dicitur, qui eleganter, et more senum multo fastidio suaviora quæque degustat. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *ante med. de apib.* Itaque his unctus qui accessit, pungunt, non, ut muscæ, ligurriunt. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 80. Si quis eum servum, patinam qui tollere jussus, Semesos pisces, tepidumque ligurrierit jus, In cruce suffigat. et lib. 2. sat. 4. v. 79. puer unctis Tractavit manibus calicem, dum furta ligurrit. *Plaut. Capt.* 1. 1. 14. Parasiti, rebus prolatis, latent, dum ruri rurant homines, quos ligurriant. *h. e.* quorum cibos lingant, quorum invitatu cœnent. ¶ Sunt, qui in locis *Horatii* allatis *ligurire* exponunt devorare, avide intemperanterque comedere: quasi quis ita vescatur, ut et reliquias lingat in patina. V. *Liguritio*, et *Liguritor*. ¶ Translate *Cic.* 5. *Verr.* c. 76. Non reperietis hominem timide, nec leviter hæc improbissima lucra ligurrientem: devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit. *tasting or taking a small part of. Id.* 11. *Fam.* ep. 21. *sub fin.* Cum quidam de collegis nostris agrariam curationem ligurrirent, disturbavi rem. *h. e.* appeterent, inhiarent, velut si quis cibi cupidus patinas lambat. *hankered or longed after.* ¶ Habet interim obscenum sensum, ut apud *Cicer. pro Dom.* c. 18. et *Sueton. in Tiber.*

c. 45. *extr.* et λείχειν, et λειχάζειν, apud Græcos, et *Martial.* l. 11. epigr. 59.

LIGURĬTĬO, *et* Ligurritio, onis, f. *lickerishness, greediness, gluttony, eager desire,* λιχνεία, actus liguriendi. *Cic. Tuscul.* 4. c. 11. Ægrotationi talia quædam subjecta sunt, avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, liguritio, vinolentia, cupedia.

LIGURĪTOR, *et* Ligurritor, oris, m. *lickerish, greedy, gluttonous, voracious,* λίχνος, delicatioris cibi avidus, cupide comedens, vorax. *Macrob. sub fin.* c. 12. l. 2. *Saturn. de lupo pisce.* Lucilius ostendit, scire se hunc piscem egregii saporis, qui inter duos pontes captus esset: eumque, quasi liguritorem, catillonem appellat. ¶ Obscenum sensum habet apud *Auson.* epigr. 128.

LIGUS. V. *Ligur.*

LIGUSCUS. V. in voce sequenti.

LIGUSTĬCUS, a, um, Λιγυστικὸς, ad Liguriam pertinens. *Plin.* l. 3. c. 6. In Ligustico mari est Corsica. et cap. 5. *ante med.* Portus Herculis Monœci, Ligustica ora. *Juvenal.* sat. 3. v. 257. Nam si procubuit, qui saxa Ligustica portat, Axis, &c. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 18. *a med.* Ligusticus ager. *Id.* l. 3. c. 9. *a med.* Ligustici montes. Adde lib. 2. c. 5. quibus locis al. ex MSS. leg. *Liguscus*, nam ut ab *Etruria Etruscus*, sic a *Liguria Liguscus* fieri, ut ait *Scalig.* ¶ *Ligusticum, i,* n. *lovage,* herba est (alio nomine siler montanum) in Liguriæ montibus frequens: seritur ubique: suavius sativum, sed sine viribus. Panacem aliqui vocant: Crateuas apud Græcos cunilam bubulam eo nomine appellat: ceteri vero conyzam, id est cunilaginem. Stomacho utile est: item convulsionibus, et inflationibus. Hæc *Plin.* l. 19. c. 8. *a med.* et lib. 20. c. 15. *extr.* Meminit et *Colum. sub fin.* l. 12. ¶ Habet in condimentis usum piperis, memoraturque ab *Apic.* l. 1. c. 29. et lib. 4. c. 5. ¶ Apud *Veget. l. de re Veterin.* 3. c. 52. appellatur *Libysticum*, vel *Levisticum*.

LIGUSTĪNUS, a, um, Ligusticus, Ligurinus. *Liv.* l. 42. c. 4. Ligustinus ager. *Id.* l. 34. c. 8. Ligustini montes. *Id.* l. 31. c. 10. Ligustini populi. (Hos *Ligustinos* absolute vocat *Plin.* l. 10. c. 24.) *Id.* l. 44. c. 35. *ad fin.* Cominus stabilior et tutior, aut parma, aut scuto Ligustino, Romanus erat.

LIGUSTIS, idis, f. Λίγυστις, Ligustica. *Sidon.* l. 9. ep. 15. *in carm. ad fin.* Humo, atque gente cretus in Ligustide.

LIGUSTRŬM, tri, n. frutex, seu arbor est, de qua ne sibi quidem *Plin.* constare ait, quæ sit. Scribit enim tum l. 12. c. 24. tum l. 24 c. 10. credi a quibusdam eandem esse cum cypro, quæ Orientis planta est. *a privet or primprint.* Ipse tamen nihil affirmat. Solum lib. 16. c. 18. *ad fin.* inter eas recenset, quæ non nisi in aquosis locis proveniunt: additque, esse tesseris utilissimam. ¶ Alius est frutex, alio nomine *oleastellus*, quia folio est oleæ simili, et ab Italis corrupte dicitur *conostrella*, (*the shrub wild olive; withwind or bindweed*) adeo passim nascens, ut *dare ligustra colono* apud *Martial.* l. 9. epigr. 27. eo sensu dicatur, quo *noctuas mittere Athenas.* Florem gignit album. *Virg. Ecl.* 2. v. 18. Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Ubi *Serv.* Ligustrum flos est candidus, sed vilissimus. Sic *Ovid.* 13. *Metam.* v. 789. Candidior nivei folio Galatea ligustri. *Martial.* l. 1. epigr. 116. Toto candidior puella cycno, Argento, nive, lilio, ligustro. et lib. 9. ep. 27. cana ligustra. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Proserp.* v. 130. Hæc graditur comitata rosis, hæc alba ligustris. *Colum.* tamen l. 10. v. 300. Ter calathis violam, et nigro permixta ligustro Balsama cum casia nectens, croceosque corymbos. Sed *Parrhas.* quia plures album dicunt, *niveo* hic legendum censet. Recentiorum conjecturas V. apud Botanicos.

LILIACĔUS, a, um, *made of lilies,* λείρινος, e liliis factus. *Pallad. in Maio, in lemmate* tit. 14. De oleo liliaceo.

LILIĒTUM, ti, n. *a bed of lilies,* locus liliis consitus. *Pallad. in Februar.* tit. 21. *ad fin.* Nova lilieta formabimus.

LILĬUM, ii, n. *a lily,* λείριον, flos est rosæ nobilitate proximus, ceterorum excelsissimus, interdum cubitorum trium, languido semper collo, et non sufficiente capitis oneri. Candor ejus eximius, foris striati, et ab angustiis in latitudinem paulatim se se laxantis, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuique filo, et semine, stantibus in medio crocis. Ita odor, colorque duplex, et alius calycis, alius staminis, differentia angusta. Hæc ex *Plin.* c. 5. l. 21. qui cap. 18. varios ejus usus in medicina describit. *Virg. Ecl.* 10. v. 25. grandia lilia. *Id.* 6. *Æn.* v. 709. candida. *Propert.* l. 3. el. 11. v. 30. lucida. et lib. 4. el. 4. v. 23. argentea. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 411. candentia. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 115. hiantia. *Horat.* l. 1. od. 36. v. 16. breve lilium. *short-lived, that endureth but for a little while.* Sic *Valer. Flacc.* l. 6. v. 492. Lilia per vernos lucent velut alba colores Præcipue, queis vita brevis, totusque parumper Floret honor. *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 33. Ut cum contexunt amaranthis alba puellæ Lilia. *Propert.* l. 1. el. 20. v. 37. lilia Candida purpureis mixta papaveribus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 8. Indum sanguineo veluti violaverit ostro Si quis ebur, aut mixta rubent ubi lilia multa Alba rosa. *Martial.* l. 5. epigr. 38. Cui nec lapillos præferas Erythræos, Nivesque primas, liliumque non tactum. ¶ Sunt et rubentia lilia, quæ Græci crina vocant: item purpurea, aliquando gemino caule, carnosiore tantum radice, majorisque bulbi, sed unius: narcissum vocant. *Plin. cit.* l. 21. c. 5. ¶ A similitudine *lilium* est militaris machina ad impediendum hostem: de quo *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. Obliquis ordinibus, in quincuncem dispositis, scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paulatim angustiore ad summum fastigio. Huc teretes stipites feminis crassitudine, ab summo præacuti, et præusti demittebantur, ita ut non amplius quatuor digitis ex terra eminerent, &c. Id ex similitudine floris Lilium appellabant.

LILYBÆTĀNUS, a, um, Lilybeius. *Cic.* 13. *Fam.* ep. 34. Lyso Lilybætanus. *Id. in Divin. Verr.* c. 17. Lilybætana mulier. *Ascon. ibid.* c. 1. Lilybætanus quæstor. *h. e.* qui Lilybæi Quæsturam gerebat.

LILYBÆUM, i, n. nunc *Cape Coco,* Λιλύβαιον, promontorium Siciliæ, Africam spectans. *Plin.* l. 3. c. 8. ¶ Item urbs prope eum locum, nunc *Marsala. Cic. in Divin. Verr.* cap. 17. ¶ Adjective *Lucan.* l. 4. v. 583. Lilybæo litore solvit.

LILȲBE, es, f. Lilybæum. *Priscian. in Parieges.* v. 482. Eminet ad Zephyrum Lilybe, Pachynusque sub ortum.

LILYBEĬUS, a, um, ad Lilybæum pertinens. *Virg.* 3. *Æn.* v. 706. Et vada dura lego saxis Lilybeia cæcis.

LIMA, æ, f. *a file,* ῥίνη, instrumentum fabrile, densis, minutisque dentibus, quo ferrum, aliudve quid terendo expolitur. *Phædr.* l. 4. fab. 7. Vipera limam momordit. *Plin.* l. 33. c. 11. Interest, quamplurimum lima perdiderit. *Id.* l. 28. c. 9. *post med.* Lima polire aliquid. *Id.* lib. 37. c. 8. Topazius limam sentit. *Id.* l. 9. c. 35. Lima aliquid avellere. *Plaut. Men.* 1. 1. 9. proterere. *Id. in fragm.* apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 3. *ad fin.* adradere. ¶ Translate dicitur de censura, emendatione, expolitione scripti alicujus. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 5. v. 19. incipiam lima mordacius uti, Et sub judicium singula verba vocem. et lib. 2. ep. 4. v. 17. meus lima rasus liber esset amici. et lib. 1. *Trist.* el. 7. v. 30. Defuit et scriptis ultima lima meis. *the last polish, the finishing stroke. Horat. de ar. Poet.* v. 291. poetarum limæ labor, et mora. *Martial.* l. 5. epigr. 81. Quem (*libellum*) censoria cum meo Severo Docti lima momorderit Secundi. *Id.* l. 10. epigr. 2. Carmina rasa lima recenti. *lately revised and polished. Vellei.* l. 2. c. 9. Clara fuere ingenia Afranii, Pacuvii, atque Actii, &c. ut in illis limæ, in hoc pæne plus videatur fuisse sanguinis. [*Apul.* 8. *Met.* pag. 530. *Oudend.* Sed Charite ad limam consilii desiderium petitoris distulit. *h. e.* ut scilicet desiderium petitoris perpenderet, ac libraret.] ¶ Fuit et *Lima* dea apud Romanos, quæ una cum Limentino gerebat custodiam liminum. *Arnob.* l. 4. pag. 132. ubi alii aliter leg. Et sane quid isti sit *Limæ* cum *limine*, non satis video.

LIMACĔUS, a, um, *made of clay,* e luto factus. *Tertull. de resurr. carm.* c. 49. Primus homo de terra choicus, id est limaceus.

LIMARĬUS, a, um, *of clay, mire, or dirt,* ad limum pertinens. *Frontin. de aquæduct.* artic. 15. Interposita est limaria piscina. *h. e.* in quam aqua defluens, et cursum remittens, limum deponit.

LIMĀTE, adverb. *accurately, correctly,* polite, ornate, perfecte. *Cic.* l. 5. *Fin.* c. 5. Duo genera librorum, unum populariter scriptum, alterum limatius. *Ammian.* l. 15. c. *ult.* Cum limatius superstitionum quæreret sectas. *h. e.* accuratius.

LIMĀTŬLUS, li, m. *neat, elegant, subtile, accurate,* ὑπερρινισμένος, diminut. a limatus. *Cic.* l. 7. *Fam. ep. ult.* Opus est hic limatulo et polito tuo judicio. *idest* terso et subtili. [† Cur non *limatulus, a, um,* adj.?]

LIMĀTUS, a, um, *filed, polished,* κατεῤῥινημένος, lima rasus, politus. *Plin.* l. 8. c. 20. Cornu ad saxa limato, præparat se pugnæ. ¶ Item lima detractus, abrasus. *Id.* l. 34. c. 18. Limatum plumbum. *et ibid.* Limata scobs. ¶ Translate est perfectus, politus, elaboratus. *polished, subtile, neat, trim, elegant, finished. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 29. Vir moribus domesticis ac nostrorum hominum urbanitate limatus. *Plin.* l. 1. ep. 20. *ad fin.* Limatius ingenium. *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 65. Comis, et urbanus, fuerit limatior idem. *Cic.* 1. *de Orat.* cap. 39. Vir oratione maxime limatus. *Id. de clar. Orat.* c. 24. Limatius dicendi genus. *Martial.* l. 7. epigr. 50. varioque togæ limatus in usu. *h. e.* exercitatione perfectus, peritus.

LIMAX, acis, m. et f. *a snail, dew-snail, slug,* κοχλίας, cochlea terrestris, tum quæ testa operitur, tum quæ nuda est: a *limo*, in quo vivit, ut *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. *a med.* et *Fest.* docent. *Colum.* l. 10. v. 323. teneras audent erodere frondes Implicitus conchæ limax, hirsutaque campe. *Plin.* l. 32. c. 1. Eum limaci magnæ similem esse, dicunt. *Id.* l. 29. c. 6. *ante med.* Limacis inter duas orbitas inventæ ossiculum. *Id.* l. 30. c. 11. *a med.* Quatuor limacum capita. *Id.* l. 19. c. 10. Lactucis innascuntur limaces, et cochleæ. *Id.* l. 18. c. 7. *circa med.* Limaces nascuntur in vicia, et aliquando e terra cochleæ minutæ, mirum in modum erodentes eam. ¶ Translate *Plaut. in fragm.* apud *Varron. loc. cit.* meretrices appellare videtur *limaces lividas*, quia amatorum bona corrodunt. Quo fortasse pertinet aliud ejusdem fragmentum apud *Non.* c. 4. n. 274. *limaces viri.* Utrumque autem vel a *limacibus*, qui lactucas et viciam erodunt, vel a *limando* duci potest.

LIMBĀTUS, a, um, *hemmed, fringed,* limbo prætextus et ornatus. *Gallien. in quadam epist.* apud *Trebell. Pollion. in Claud.* cap. 17. Misi ad eum chlamydes veri luminis limbatas duas.

LIMBOLARĬUS, ii, m. *a maker of fringes; an embroiderer,* qui vestium limbos consuit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 45. Textores, limbolarii, arcularii. *Pareus* legit *limborarii*, ut sit a *limbus*, et *ora*. Sed hoc frigidum est. Vetus lapis apud *Donium* class. 8. n. 27. M. Antonio M. Lib. Apollonio Limbolario M. Antonius M. L. Patroclus solearius amic. optim. P.

LIMBUS, i, m. *the hem, welt, border, fringe, guard, or selvage, of a garment,* κροσσὸς, fascia, qua extrema vestis ora prætexitur: quæ et *instita* vocatur. *Virg.* 4. *Æn.* v. 137. Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. *Ovid. Metam.* 5. v. 51. Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat Aureus. et lib. 6. v. 127. Ultima pars telæ, tenui circumdata limbo, Nexilibus flores hederis habet intertextos. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 330. Et picturato cohibet vestigia limbo. ¶ Pro fascia, seu vitta, *a ribband or fillet. Claudian. de consul. Mall. Theod.* v. 118. frontem limbo velata pudicam. *Arnob.* l. 2. pag. 72. Lapillis innecterent colla, laminas pertunderent aurium, imminuerent frontes limbis. V. *Nimbus* in fin. *Varr. R. R.* l. 2. c. 3. Limbus XII. Signorum. *h. e.* Zodiacus. ¶ Pro zona, *Stat.* 6. *Theb.* v. 367. picto discingit pectora limbo. ¶ A *Nonio* cap. 14. n. 30. dicitur limbus muliebre vestimentum, quod purpuram in imo habet, allato *Plauti* loco, quem V. in voce præced.

LIMEN, inis, n. *the threshold of a door; also the lintel,* βηλὸς, οὐδὸς, lignum, aut lapis transversus in janua, aut porta, tum superius, tum inferius. A *limus*, h. e. transversus, *Festus* ducit. *Novius* apud *Non.* c. 4. n. 278. Limen superum, quod mihi misero sæpe confregit caput: inferum autem, ubi ego omnes digitos defregi meos. *Plaut. Merc.* 5. 1. 1. Limen superum inferumque salve. *Plin.* l. 36. c. 14. Imponere limen foribus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 207. col. 1. Insuper ostium limen robustum longum P. VIII. imponito. *Juvenal.* sat. 6. v. 226. pendentia linquit Vela domus, et adhuc virides in limine lauros. et vers. 52. densos per limina tende corymbos. (*Vitruv.* quoque l. 6. c. 9. et 11. de superiori usurpat.) *Plaut. Cas.* 4. 4. 1. Sensim superattolle limen pedes, nova nupta. *Virg.* 3. *Georg.* v. 317. gravido superant vix ubere limen. *Cic. pro Dom.* c. 23. Non existimo, illos tam cupidos liminum meorum, et columnarum, et valvarum fuisse. ¶ Per synecdochen est ipsa janua, ingressus, aditus, *a gate, door, entrance. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. Fores in liminibus profanarum ædium, januæ nominantur. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 105. Simulacrum Victoriæ ad valvas se templi limenque convertisse. *Plaut. Cistell.* a. 3. v. 19. Occludite ædes pessulis, ubi hanc ego tetulero intra limen. *Id. Men.* 2. 3. 63. Intrare intra limen. *et Mil.* 3. 1. 11. Cohibere se intra limen. *Juvenal.* sat. 2. v. 88. Limen intrare. et sat. 14 v. 220. subire. et sat. 3. v. 124. submoveri limine. *Virg. Ecl.* 5. v. 56. insuetum miratur limen Olympi. *Id.* 2. *Georg.* v. 504. penetrare aulas et limina regum. et lib. 4. v. 188. *de apib.* mussantque oras et limina circum. *Id.* 9. *Æn.* v. 647. hic Dardanio Anchisæ Armiger ante fuit, fidusque ad limina custos. *h. e.* atriensis. *Sil.* l. 1. v. 66. Famuli ad limina. ¶ *Salutare a limine* est a longe: et translate leviter attingere. *Senec.* ep. 49. *circa med.* Nec ego nego prospicienda ista, sed prospicienda tantum, et a limine salutanda. ¶ Item ædes ipsæ et tecta, *a house. Virg.* 2. *Georg.* v. 511. Exsilioque domos, et dulcia limina mutant. *homes. Juvenal.* sat. 15. v. 153. laribus conjungere nostris Tectum aliud, tutos vicino limine somnos Ut collata daret fiducia. *Virg.* 7. *Æn.* v. 579. Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli. *Senec. in Med.* v. 22. limen alienum expetere. ¶ Item carceres, *h. e.* initium cursus, quia limen domus viæ initium est. *Virg.* 5. *Æn.* v. 316. signoque repente Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt. *the goal.* ¶ Metaphorice est principium, *a beginning. Senec. in Herc. Fur.* v. 1132. quas in primo Limine vitæ scelus oppressit. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 74. In limine belli. *Sil.* l. 5. v. 423. in limine mortis. *at death's door. Lucret.* l. 2. v. 958. leti limine ab ipso ad vitam reverti. ¶ Item finis, quia limen domus viæ finis est, *an end. Apul.* l. 11. *Metam.* Transactis vitæ temporibus, jam in ipso finitæ lucis limine constituti. Huc pertinet illud *Justin.* lib. 1. *Institution.* tit. 12. *a med.* Limina sicut in domo finem quendam faciunt, sic et imperii finem esse limen, Veteres voluerunt. Ab eo postliminium dictum est. ¶ Religiosum erat limen ædium, quod propterea abeuntes, redeuntesque salutare solebant, ut est apud *Plaut. Merc.* 5. 1. 1. Cautio quoque erat, a dextro semper pede prolato transiretur, ut ex *Petron.* colligitur *in Satyr.* cap. 30. ¶ Limen interni maris multi appellavere ipsa ostia freti Gaditani, per quæ ab Oceano in mare mediterraneum patet aditus. *Plin. in proœm.* l. 3.

LIMENARCHA, æ, m. *the warden of a port,* λιμενάρχης, qui portui præest, et inspicit solventes, et appellentes: a λιμὴν, portus, et ἀρχὸς, princeps. *Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 4. *leg. ult. ante med.* Logographi, vel tabularii, vel

xenoparochi, vel limenarchæ, vel curatores ad exstruenda ædificia publica, muneribus personalibus adstringuntur. *Pand.* lib. 11. tit. 4. leg. 4. Limenarchæ, et stationarii fugitivos deprehensos recte in custodiam retinent.

LIMENTINUS, i, m. deus præses, et custos liminis ædium. *Tertull. de Idolol.* c. 15. et *de cor. Mil.* c. 13. *in fin.* *Arnob.* l. 1. pag. 15. et l. 4. pag. 132. et 133. et *Augustin.* l. 4. *de civ. Dei*, c. 8. et lib. 6. c. 7. Unde simile fit veri, dictum fuisse olim *limentum* pro *limen* (ut *lenimentum* pro *lenimen*, *ligamentum* pro *ligamen*, et plura hujusmodi) ut inde *limentinus* formaretur.

LIMES, itis, m. *a cross-road, cross-path, by-road*, ἀτραπὸς, semita transversa, militari via angustior, tum in agris, tum in urbibus: a *limus*, obliquus. *Fest.* Aliqui derivant a *limen*. Quemadmodum enim limen introitum, exitumque loco præstat, ita per limitem ingressus in agrum, et ex eo egressus patet. Nam agrorum divisores in singulis Centuriis singulos limites constituebant, ut agri et mensuræ, et itineris causa pervii essent. *Colum.* l. 1. c. 8. *ante med.* Semitas, novosque limites in agro fieri non patiatur. ¶ Antiqui Latini quatuor genera limitum in agris habebant, duo latiorum, duo angustiorum. Ex latioribus unus ab Oriente in Occidentem spectabat, qui *Decumanus* est appellatus: alter a Meridie in Septentrionem, qui *Cardo*. Angustiorum unus ab Occidente in Orientem intuebatur, qui *Prorsus*, alter a Septentrione in Meridiem, qui *Transversus* nuncupabatur. Progressu temporis alia limitum nomina invenere, vel ex natura loci, ut *Maritimum*, *Montanum*, vel ex limitum ordine, ut *Actuarium*, vel ex modo latitudinis, ut *Linearium*. *Hygin. de limitib. constit.* et *Plin.* l. 18. c. 33. et 34. Sed de his, et aliis limitum generibus consule Auctores de limitibus, quos uno libro edidit *Goesius*. ¶ Limites item in agris dicuntur etiam ipsi termini, teste *Festo*, quibus agrorum fines distinguuntur, *boundaries, landmarks, limits*. *Virg.* 1. *Georg.* v. 126. Nec signare quidem, aut partiri limite campum Fas erat. *Id.* 12. *Æn.* v. 897. Saxum antiquum ingens, campo quod forte jacebat, Limes agro positus, litem ut discerneret arvis. ¶ Item quibus imperii, et ditionis fines notantur. Quia vero interdum hujusmodi limites aggere excitato signantur, pro aggere nonnunquam ponuntur. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 50. Romanus limitem a Tiberio cœptum scindit. *Stat.* l. 4. *silv.* 3. v. 40. inchoare sulcos, et rescindere limites. ¶ Translate *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 16. limes mihi carminis esto Œdipodæ confusa domus. ¶ Interdum est differentia, discrimen, intervallum. *Ovid. de remed. amor.* v. 325. Quam potes in pejus dotes deflecte puellæ, Judiciumque brevi limite falle tuum. ¶ Sumitur et pro quavis via, *a path, way, road*. *Liv.* l. 31. c. 34. Intra eam portam, extraque latæ sunt viæ, &c. et extra limes in gymnasium ferens. Eo limite Athenienses signa extulerunt. *Liv.* l. 31. c. 39. Profectus inde transversis limitibus, terrorem præbuit subitum hosti. *Virg.* 9. *Æn.* v. 323. et lato te limite ducam. *Sil.* l. 9. v. 379. Limitem agere. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 6. v. 39. gracili terrena sub horrea ferre Limite formicæ grana reperta solent. *a slender path; a narrow way*. et 2. *Metam.* v. 19. Limes acclivis. *a steep way*. et lib. 7. v. 782. limite recto fugere. *in a direct line, straight away*. et lib. 8. v. 548. solito dum flumina currant limite. *h. e.* alveo, quæ est fluminum via. ¶ Translate *Senec.* l. 1. *de benef.* c. 14. Benignitatis fines introrsus referre, et illi minus laxum limitem aperire. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 18. Si benedicetis, vostra ripa vos sequar: si maledicetis, vostro gradiar limite. *Cic. in Somn. Scip.* c. 8. Bene meritis de patria quasi limes ad cæli aditum patet. ¶ Item pro vestigio in longum tracto, et veluti orbita, aut sulco, quem faces decurrentes, aliaque post se relinquunt, *a track, mark, train, furrow*. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 133. Jam patet attritus solitarum limes aquarum. ὑπερβολή. et *Metam.* 15. v. 849. Flammiferumque trahens spatioso limite crinem, Stella micat. *Virg.* 2. *Æn.* v. 697. tum longo limite sulcus dat lucem. *Plin.* l. 2. c. 26. Bolis perpetua ardens, longiorem trahit limitem. ¶ De zona, seu fascia in cælo, *Ovid. Metam.* 2. v. 130. Sectus in obliquum est lato curvamine limes. *h. e.* Zodiacus. ¶ Pro linea, *Plin.* l. 37. c. 10. *sub fin. de gemma Veientana*. Nigram materiam distinguente limite albo. ¶ *Limites Circi* apud *Tertull. de Spectac.* cap. 20. sunt viæ recta serie inter sedilium ordines relictæ. *Salmas. in Solin.* c. 45. pag. 918.

LIMĒUM, i, n. herba, de qua V. in *Cervarius*.

LIMICŎLA, æ, m. *dwelling in the mud*, qui in limo habitat. *Auson.* ep. 7. v. 36. Junctus limicolis musculus ostreis.

LIMIGĔNUS, a, um, *vel* Limigena, æ, m. et f. *mud-born*, in limo genitus. *Auson. in Mosell.* v. 45. Limigenis ripam prætexeris ulvis.

LIMINĀRIS, re, *belonging to a threshold, or lintel*, ad limen pertinens, ut Lapis liminaris, qui in domus aditu transversus jacet. Liminares trabes apud *Vitruv.* l. 6. c. 4.

LIMIS, me. V. *Limus, a, um.*

LIMITANĔUS, a, um, *limitaneous*, ad limites spectans, ut *Agri limitanei*, qui in limitibus alicujus provinciæ proxime hostes sunt siti: *Limitanei milites*, qui sunt in limitibus, idest in finibus Imperii, in præsidio constituti, ad incursus vicinorum arcendos. *Impp. Theodos. et Valent.* lib. 11. *Cod.* tit. 59. leg. 3. Agros limitaneos universos cum paludibus, omnique jure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio, atque arare consueverunt. *Spartian. in Nigro*, c. 7. Cum apud Ægyptum ab eo limitanei milites vinum peterent. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 58. Sola, quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus, et militibus donavit, dicens, attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent. ¶ Hinc est limitrophus ager (vox hybrida ex Latino *limes*, et Græco τρέφω, nutrio) assignatus militibus limitaneis, unde alantur: sive in limitibus Imperii, sive alibi positus sit. Titulus est 56. lib. 11. *Cod.* qui *de fundis limitrophis* (al. *limitotrophis*) inscribitur.

LIMITĀRIS, e, adject. ut Limitare iter, apud *Varron.* l. 4. *L. L.* cap. 4. h. e. limes, qui inter agrorum confinia relinquitur. *a narrow way separating two contiguous estates.*

LIMITATĬO, onis, f. *a bounding, limiting, limitation*, ὁρισμὸς, limitum descriptio: et translate definitio, determinatio. *Colum.* l. 3. *R. R.* cap. 12. Commemorabimus Julii Græcini conscriptam veluti formulam, ad quam posita est limitatio terræ vinealis. *h. e.* qua præscribitur, qualis terra vinealis esse debeat. *Vitruv.* lib. 10. *cap. ult. a med.* Ex eo intellectum est, qua regione adversarii specus agentes intra pernetrare cogitabant. Sic limitatione cognita, &c. *the precise spot being ascertained.*

LIMITĀTUS, a, um, *bounded, limited*, metatus, limitibus distinctus. *Festus*: Limitatus ager est in centurias dimensus. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 12. leg. 1. et V. *Centuria.* ¶ Translate *Varr.* lib. et cap. 2. *R. R.* Nos nostrum pensum absolvimus, et limitata est pecuaria quæstio. *h. e.* confecta, absoluta. *finished.*

LIMĪTO, as, avi, atum, a. 1. *to limit, bound, divide*, ἀφορίζω, limitibus, seu semitis distinguo, ut *Colum.* l. 3. c. 20. et lib. 4. cap. 18. loquitur, limites assigno. *Plin.* l. 17. cap. 22. Vineas limitari decumano XVIII. pedum latitudinis, ad contrarios vehiculorum transitus, aliisque transversis limitibus X. pedum distingui per media jugera. Aut si major modus sit, totidem pedum cardine, quot decumano, limitari. ¶ Item limites, seu fines assigno, circumscribo. *to prescribe bounds or limits to.* Hinc translate *limitare quæstionem* apud *Varron.* l. 2. *R. R.* cap. 2. est quæstioni finem imponere, eamque absolvere. V. *Limitatus.*

LIMMA, atis, n. *a half-note in music*, λῆμμα, vox Græca a λαμβάνω, sumo, assumo. *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* cap. 1. *ad fin.* Plato semitonium limma vocitavit. *h. e.* ut opinor, sonus, qui assumitur, ut suavius ad alium illi proximum gradus fiat. [*LIMMA, et quæ sequuntur dele omnia, et eorum loco scribe:*

* LIMMA, atis, n. λεῖμμα, idest reliquium, defectus, a verbo λείπω, relinquo, deficio. *Macrob. de Somn. Scip.* lib. 2. c. 1. *ad fin.* Plato semitonium limma vocitavit. *h. e.* cui aliquid deest, scilicet pars dimidia.]

LIMITRŎPHUS. V. in *Limitaneus.*

LIMNE, es, f. *a lake, pool*, λίμνη, vox Græca stagnum lacumve significans. *Vitruv.* lib. 8. cap. 3. *ante med.* Lacus, qui Limne asphaltitis appellatur.

LIMO, adverb. V. in *Limus.*

LIMO, as, avi, atum, a. 1. *to file, polish*, ῥινέω, lima tero, levigo, polio. *Plaut. Men.* 1. 1. 9. Tum compediti januam lima proterunt. [Hic *Plauti* locus qua de causa huc intrusus fuerit, prorsus ignoro.] *Plin.* l. 36. c. 7. Gemmis scalpendis atque limandis. *Id.* l. 18. c. 1. Arbore exacuunt, limantque cornua uri. ¶ Jlocaliter *limare caput cum aliquo* dixit *Plaut. Merc.* 1. 40. et *Pœn.* 1. 2. 79. ad eos referens, qui amplectuntur invicem, et osculantur. Adde *in fragm.* apud *Non.* cap. 4. n. 274. et *Cæcil. Turpil.* et *Liv. in Tereo, ibid.* ubi et *limassis* pro *limaveris* legitur. ¶ Translate est expolire, et redundantia detrahere. *to polish, finish, take away what is superfluous, amend, correct.* *Cic.* 1. *Acad.* c. 1. Quædam institui, quæ limantur a me politius. *Id.* 1. *de Orat.* cap. 25. Neque hæc ita dico, ut ars aliquid limare non possit. neque enim ignoro, quæ bona sunt fieri meliora doctrina. et lib. 3. c. 49. Stilus et alia, et hoc maxime ornat ac limat. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 6. v. 36. Tenui cura limare aliquid. ¶ *Limare se ad aliquid* est studio, ac diligentia idoneum se reddere. *Cic. de opt. gen. Orat.* cap. 3. *extr.* Videtur esse jejunior, quoniam se ipse consulto ad minutarum genera causarum limaverat. ¶ Item auferre, detrahere, imminuere. *to take away, remove.* *Cic.* 3. *de Orat.* c. 9. *extr.* Tantum alteri affinxit, de altero limavit. *Id.* 3. *Fam.* ep. 8. *ad fin.* Etsi de tua prolixa beneficaque natura limavit aliquid posterior annus, propter quandam tristitiam temporum. *Horat.* lib. 1. ep. 14. v. 37. Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat. *h. e.* deterit invidendo. *Prudent.* de jejunio, *Cathemer.* 7. v. 205. Quod limat ægram pectoris rubiginem. ¶ Item detegere, scrutari, eruere, examinare. *to discover, search out, examine:* quia lima superficiem aufert, et quod subter latebat, detegit. *Cic.* 2. *Offic.* c. 10. Veritas ipsa limatur in disputatione. *Phædr.* l. 3. fab. 10. v. 48. si mendacium subtiliter limasset, a radicibus Non evertisset scelere funesto domum. *Impp. Honor. et Theod.* lib. 13. *Cod. Theod.* tit. 5. leg. 32. Quæ tuæ cognitionis limavit examen. ¶ Posset etiam a *limo* duci, ut significet limo aspergere, et conspurcare. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 80. *Mi.* Curram aliquo ad piscinam, aut ad lacum: limum petam. *Ag.* Quid eo opust? *Mi.* ut tibi, et illi limem caput. Sed hæc joci causa ibi dicuntur.

LIMOCINCTUS (ut *alticinctus* apud *Phædr.*) minister Magistratus, ut viator, lictor, licio cum transversa, seu obliqua purpura, ceu insigni cinctus. *Reines.* ad illam Inscript. class. 6. n. 44. Honori M. Gavi M. F. Pob. Squillani Curatori Vicetinor. apparitores, et limocincti tribunalis ejus. *Maffeius in Mus. Veron.* pag. 116. n. 2. hanc eand. refert. V. *Servii* et *Gellii* loca in *Limus*, i.

LIMODŎRON, i, n. λιμόδορον, herba statim ab radice cumino adnascens, unicaulis, radice bulbo simili, non nisi in solo gracili proveniens. *Plin.* lib. 19. cap. 10. ut quidem legit *Harduin.* nam alii aliter.

LIMONĬA, æ, f. *an artichoke*, λειμωνία, a λειμὼν, ῶνος, pratum: frutex est, alio nomine scolymos, nunquam cubitali altior, cristisque foliorum, ac radice nigra, sed dulci: quam in cibos recepit Oriens. *Plin.* l. 22. c. 22. *a med.* ubi al. leg. limonion. ¶ Item genus anemones hortensis, et coronariæ. *Id.* l. 21. cap. 11.

LIMONIĂDES, dum, f. *nymphs of the meadows*, λειμωνιάδες, Nymphæ florum, et pratorum, quas aliquando mori et deficere dicit *Aristoteles*, sicut Faunos et Satyros, a λειμὼν, pratum. *Serv. ad Ecl.* 10. v. 62.

LIMONIĀTES, æ, f. *an emerald*, λειμωνιάτης λίθος, lapis nomen habens a virore pratorum, quæ λειμῶνες dicuntur. *Plinio* videtur eadem esse, quæ smaragdus, lib. 37. c. 10.

LIMONĬON, ii, n. *the herb water-green or wild-beet*, λειμώνιον, beta silvestris, minoribus, tenuioribusque, ac densioribus foliis, quam sativa, undecim sæpe, caule lilii: a λειμὼν, pratum, quia in pratis nascitur. *Plin.* lib. 20. cap. 8.

LIMŌSUS, a, um, *full of mud or slime, muddy, slimy*, ἰλυώδης, limo abundans. *Virg. Ecl.* 1. v. 49. Limosoque palus obducit pascua junco. *Id.* 2. *Æn.* v. 135. Limosus lacus. *Frontin. de aquæduct.* artic. 15. Flumen limosum et turbulentum. *Cels.* l. 2. c. 21. *extr.* Limosi rivi. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 1. v. 7. Limosa arena. *Id.* 3. *Amor.* el. 6. v. 1. Limosæ ripæ. *Plin.* l. 27. c. 5. Limosa radix. *Id.* l. 16. c. 36. Ubi limosiore callo induruit. Al. leg. *lignosiore*. et lib. 9. c. 42. Pinna nascitur in limosis.

[* LIMPĬDO, as, avi, a. 1. limpidum reddo. *Veget. Veter.* l. 2. c. 18. Est et aliud vitium ejusmodi, ut interdum oculo album inducat, interdum limpidet.]

LIMPĬDUS, a, um, *limpid, clear, pure, transparent, translucent*, διειδὴς, lucidus, splendidus, nitidus, purus, perspicuus: a λάμπω, luceo: vel a *lympha*: unde *lympidus* quidam scribunt. *Colum.* lib. 12. c. 28. *a med.* Vinum defæcatum quam limpidissimum. *Catull.* carm. 4. v. 24. Limpidus lacus. *Vitruv. sub fin.* lib. 8. Limus cum habuerit quo subsidat, limpidior aqua fiet. *Plin.* l. 35. c. 15. Limpidum alumen. *Id.* l. 37. c. 9. Limpidæ chrysolithi. *Id. sub fin.* l. 34. Sandaracha vocem limpidam ac canoram facit. *Harduin.* in nullo suorum MSS. hæc verba exstare testatur.

LIMPITŪDO, inis, f. *clearness, transparency*, λαμπυρία, puritas, perspicuitas, nitor. *Plin. sub fin.* l. 32. Limpitudo maris.

LIMŬLA, læ, f. *a small file*, ῥίνιον, parva lima. *Terentian. Maur. de syllab.* pag. 2390. *Putsch.* Perpolite, quam potestis, crebriore limula.

LIMŬLUS, a, um, *somewhat awry or askew*, diminut. a limus, h. e. transversus, obliquus. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 12. Viden', limulis, obsecro, ut intueantur! *subaudi* oculis.

LIMUS, i, m. *mud, slime*, ἰλὺς, cœnum illud mollius, quod ab aquis deferri solet, et ex liquoribus subsidit. Differt a luto, quod e terra aqua macerata fit, ac tenacior est: limus autem madentis arenæ similior est. Ducunt vel a λειμὼν, locus irriguus, vel a λήμη, sordes, vel a λίμνη, palus. *Cic. in fragm.* apud *Non.* cap. 3. n. 132. Luta, et limum aggerebant. *Virg.* 1. *Georg.* v. 115. amnis abundans Exit, et obducto late tenet omnia limo. *Horat.* l. et sat. 1. v. 59. Haurire aquam limo turbatam. et lib. 2. sat. 4. v. 80. gravis veteri crateræ limus adhæsit. *Virg.* 4. *Georg.* v. 45. Tu tamen e levi rimosa cubilia limo Unge, fovens circum. et lib. 2. v. 188. amnes limum felicem trahunt. *h. e.* arva fecundantem. ¶ Pro luto. *clay*. *Ovid.* 3 *Fast.* v. 769. Ridet et ipse deus, limumque inducere monstrat: Hic paret monitis, et linit ora luto. ¶ Translate *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 17. Scilicet ut limus venas excæcat in undis, *&c.* Pectora sunt mea sic limo vitiata malorum. Et carmen vena pauperiore fluit. ¶ De intestinorum fæcibus. *Pallad. in Februar.* tit. 31. Quod vinum solet fluorem ventris adstringere, limum dysentericæ passionis medicabiliter asperare.

LIMUS, i, m. species cinguli: a *limus, a, um*, obliquus, quod purpuram transversam haberet. *Aggen. de limit. constit.* pag. 151. *Goesii.* Limum cinctum, ideo, quod purpuram transversam habeat. *Serv. in* 12. *Æn.* v. 120. Limus autem est vestis, qua ab umbilico usque ad pedes teguntur popæ. *an apron.* Hæc autem vestis in extremo sui purpuram limam, idest flexuosam habet. Unde et nomen accepit. Nam limum obliquum dicimus. *Virg. loc. cit.* Velati limo, et verbena tempora vincti. *Alii leg.* lino.

Tiro Tullius apud *Gell.* l. 12. c. 3. Licio transverso, quod limum appellatur, qui magistratibus præministrabant, cincti erant. Hinc *limocinctus.*

LIMUS, a, um, *et interdum* Limis, e, *oblique, crooked, askance, awry, askew,* πλάγιος, obliquus, transversus. *Limis oculis aspicere,* ὑποβλέπειν, παραβλέπειν, est non recta, et conversa ad ipsam rem facie, sed conversis tantummodo oculis, et, ut ait *Virg. Ecl.* 3. v. 8. transversa tueri, obliquis oculis aspicere. *to look with the eyes askance, look sideways:* quod strabones naturaliter faciunt. *Plaut. Mil.* 4. 6. 2. Aspicito limis oculis, ne ille, nos se videre, sentiat. *Plin.* l. 8. c. 16. *a med.* Leones dolis carent, et suspicione, nec limis intuentur oculis, aspicique simili modo nolunt. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 1. v. 33. limis subrisit ocellis. *Terent. Eun.* 3. 5.53. Ego limis aspicio sic per flabellum clanculum. Ubi *Donat. Limis* si nominativus singularis est, transversus significat: si septimus pluralis, deest *oculis.* Cum igitur dissimulant homines se videre, quod vident, et non recta facie, sed transversa intuentur, *limis* dicuntur *aspicere.* Hæc *Donat.* ubi al. leg. *limes dicuntur, &c. Ammian.* l. 20. c. 9. (*al.* c. 23.) Limibusque oculis eos adusque metum contuens mortis, egredi jussit. *Al. leg.* limisque. *Id.* l. 17. c. 7. (*al.* c. 16.) Climatiæ (*genus terræ motus*) limes ruentes et obliqui, urbes, ædificia, montesque complanant. ¶ *Limo,* adverbii ritu, est limo oculo. *Solin.* c. 27. (*al.* 40.) *ante med.* Leones nunquam limo vident, minimeque sic volunt aspici. ¶ *Limus* etiam dici videtur is ipse, qui limis oculis aspicit. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 500. et c. 5. n. 85. Neque post respiciens, neque ante prospiciens, sed limus intra limites culinæ. ¶ Distinguit *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 34. *limos* a *transversis* oculis. fortasse quia *limi* voluntate, *transversi* natura sunt: vel quia *limi* turpe quid aut subdolum notant, *transversi* non item. Unde *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Limi, et ut sic dicam, venerei. ¶ *Limi dii* apud *Arnob.* lib. 4. pag. 132. sunt obliquitatum custodes. ¶ De *limo cincto* V. in voce præced. ¶ *Limum sidus,* h. e. obliquum, et sinistrum, quidam intelligunt in illo *Pedon.* apud *Senec.* suasor. 1. jam sidere limo Navigia, et rapido desertam flamine classem. Alii τὸ *sidere* pro subsidere accipiunt: alii τὸ *limo* ea ratione usurpari volunt, qua *Solin.* modo allatus, scilicet in obliquum subsidere, atque adeo mergi.

LINAMENTUM, ti, n. *a linament, any thing made of lint,* quidquid e lino constat. *Plin.* l. 32. c. 10. *circa med.* Delphini adipe linamenta accensa excitant vulvæ strangulatu oppressas. ¶ Item speciatim *a lint or tent for wounds, made of scraped lint or linen,* λημνίσκος, μοτὸς, penicillus ex lino, lana, aut spongia, qui medicamento illitus imponitur vulneri. *Colum.* l. 6. c. 11. Suppurationis sinus linamentis oleo imbutis colligatur. et cap. 12. Linamenta sale atque aceto imbuta applicantur. *et cap. ult.* Suppurationem linamentis curare. *Cels.* l. 8. c. 9. Linamentum demittere. et l. 5. c. 26. sect. 23. indere. et sect. imponere. et sect. 21. Siccis linamentis vulnus implere.

LINARĬUS, ii, m. *a flax-dresser, one who works flax or linen,* λινοπλόκος, qui lini artem exercet. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 34. ubi al. leg. *lanarius.* Inscript. apud *Gruter.* pag. 649. n. 3. C. Cassius Sopater linarius sibi et Cassiæ C. L. Domesticæ linar. patronæ, &c.

LINCTUS, us, m. *a licking,* lingendi actus. *Plin.* l. 31. c. 9. Multi tussim veterem linctu salis discussere. *Id.* l. 36. c. 17. Prodest et phthisicis linctu.

LINCTUS, a, um, *licked,* lingendo gustatus. *Plin.* l. 35. c. 15. Sulphur prodest et suspiriosis linctum.

LINDĬUS, a, um, ad Lindum pertinens, urbem olim Rhodi insulæ, ut *Plin.* docet l. 5. c. 31. ut Lindia Minerva, *Id.* l. 33. c. 12. Chares Lindius, *Id.* l. 34. c. 7. *a med.* Cleobulus Lindius (unus ex VII. Sapientibus) *Auson. in sept. Sapient. sub init.* et *in fi.*

LINĔA, æ, f. *a line, cord, string,* λίνον, λινάριον, filum, funiculus ex lino, cannabe, &c. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 23. *ad fin.* Nectere lineas, restes, funes. *Colum.* l. 8. c. 11. *ad fin.* Ligato pede longa linea gallina custoditur. *Plin.* l. 9. c. 17. Mugilem linea longinqua per os ad branchias religata emissum in mare. *Scævola Dig.* lib. 35. tit. 2. leg. 26. Lineam margaritarum triginta quinque legavit. *a string of pearls; a bracelet or row of pearls.* Sic *Id.* lib. 34. tit. 2. *leg. ult.* Lineæ duæ ex margaritis. et *Ulpian.* lib. 9. tit. 2. leg. 27. *ad fin.* Si, cum maritus uxori margaritas extricatas dedisset in usum, ea invito viro perforasset, ut pertusis in linea uteretur. *Tertull. de habitu mulier. in fin.* Uno lino decies sestertium inseritur. Quidam huc trahunt illud *Martial.* epigr. 78. l. 8. Omnis habet sua dona dies, nec linea dives Cessat, et in populum multa rapina cadit. Loquitur enim de muneribus, quæ in populum per ludos spargebantur: inter quæ et margaritas spargi aliquando consuevisse, testis est *Sueton. in Ner.* c. 11. ¶ Translate dicitur de serie cognationis, quæ Græce σειρά. *a degree of kindred, line, lineage. Paul. Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 9. Στέμματα cognationum directo limite in duas lineas separantur, quarum altera est superior, altera inferior: ex superiore autem, et secundo gradu transversæ lineæ pendent. *Imp. Justinian.* lib. 5. *Cod.* tit. 9. leg. 10. Ex paterna, vel materna linea venientes. *Stat.* l. et silv. 3. v. 43. Non tibi clara quidem, senior placidissime, gentis Linea, nec proavis demissum stemma. ¶ Speciatim est filum, ex quo hamus pendet. *a fishing-line. Martial.* l. 3. epigr. 58. v. 27. et lib. 10. epigr. 30. Tremulave captum linea trahit piscem. *Plaut. Most.* 5. 1. 22. Mittam lineam. *h. e.* dolo captabo. ¶ Item funiculus, quo fabri materiam dirigunt, *a carpenter's or mason's line; a plumb-line, plummet. Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 1. *extr.* Columnas neque rectas, neque e regione Diphilus collocarat: eas scilicet demolietur: aliquando perpendiculo, et linea discet uti. *Vitruv.* l. 5. c. 3. Uti linea cum ad imum gradum, et ad summum extenta fuerit, omnia cacumina graduum, angulosque tangat. *Id.* l. 7. c. 3. *ante med.* Ut longitudines ad regulam et lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. *by line and rule.* et *Pallad. in Februar.* tit. 9. *a med.* Lineam candidis signis notabimus: tunc tensa per tabulam linea, in eis locis surculos figemus. ¶ Ad lineam, et recta linea, *straight, in a straight line. Plin.* l. 19. c. 8. *circa med.* et *Cato R. R.* c. 161. Ad lineam grana bina aut terna paxillo demitti. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 6. Solida corpora ferri suo deorsum pondere ad lineam. *plumb-down.* et lib. 1. *Tuscul.* c. 17. Ignis rectis lineis in cælestem locum subvolat. *Lucan.* l. 10. v. 306. Linea tam rectum Mundi ferit illa Leonem. *h. e.* adeo regio illa recta linea Leoni subjicitur. ¶ De *alba linea,* V. *Albus.* ¶ In plagis, seu retibus *lineæ* sunt funiculi crassiores, quibus maculæ continentur. *Plin.* l. 11. c. 24. *de tela aranei.* Licia difficile cernuntur: atque ut in plagis lineæ offensæ, præcipitant in sinum. ¶ Item funiculus varii coloris pinnis intextus, ad terrendas aves, et feras. V. *Formido. Senec. de clem.* c. 12. Sic feras lineis, et pinna clusas contineas. *Senec. in Hippol.* v. 46. Picta rubenti linea penna, Vano cludat terrore feras. ¶ Item ductus longus ac tenuis calamo, aut penicillo, aut scalpro signatus, *a line, mark, stroke with a pen, pencil,* &c. γραμμή. *Plin.* l. 35. c. 10. *ante med.* Apelli fuit perpetua consuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, ut non, lineam ducendo, exerceret artem: quod ab eo in proverbium venit. (*Proverb. est,* nulla dies sine linea, *de iis, qui nullam diem præterire sinunt, quin agant aliquid.*) *Id. ibid.* Arrepto penicillo lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. *Pers.* sat. 3. v. 4. quinta dum linea tangitur umbra. *h. e.* in horologio solari picta. Sic *Plin. sub fin.* l. 7. Nec congruebant ad horas ejus lineæ. *Id.* l. 2. c. 81. Tenuis linea nubis in longum porrectæ. *Id.* l. 18. c. 33. Lineam cinere ducere. *to draw a line with ashes.* et lib. 27. c. 11. *ad fin.* Linea candida per medium folium transcurrens. *Id.* l. 36. c. 6. *a med. de sectione marmorum.* Serra in prætenui linea premente arenas. *cut, cleft, furrow. Stat.* l. et silv. 3. v. 200. te lucida saxa, Te similem doctæ referet mihi linea ceræ: Nunc ebur, et fulvum vultus imitabitur aurum. *h. e.* imago e cera referens lineamentis effigiem tui. *shall represent you in stone, in wax, in ivory, in gold.* ¶ Geometræ *lineam* accipiunt longitudinem sine latitudine, et altitudine, ut *Varr.* apud *Gell.* l. 1. c. 20. definit, brevius alii, magnitudinem tantum longam. *a geometrical line; length without breadth. Quintil.* l. 1. c. 10. *a med.* (*al.* 18.) Quorum locorum extremæ lineæ eandem mensuram colligunt, eorum spatium quoque, quod his lineis continetur, par esse. *et mox.* Circumcurrens linea si efficiat orbem. *et mox.* Areæ quatuor lineis divisæ. *Plin.* l. 2. c. 65. *ad fin.* Lineæ, quæ emittuntur ex centro. et cap. 16. Lineas deductas ab summa abside coarctari ad centrum necesse est. *Id.* l. 18. c. 34. Omnes lineæ currunt per eundem umbilicum. *Id.* l. 33. c. 3. *a med.* et cap. 6. Lineas producere. *Id.* l. 35. c. 10. *ante med.* secare. ¶ Solent pictores, priusquam colores adhibeant, figuram totam solis lineis unicoloribus describere, quod nos dicimus *to sketch, delineate, design, make the first draught of a picture.* Hinc sunt illa *Quintil.* l. 2. c. 6. Quidam materias latius dicendo prosequebantur: alii cum primas modo lineas duxissent, &c. et lib. 4. c. 2. *ad fin.* Aliquid velut primis lineis designare. et *Gell.* l. 17. c. 20. *ad fin.* Ea, quæ in Platonis oratione demiramur, non æmulari quidem, sed lineas umbrasque facere quæsivimus. ¶ De lineamentis faciei, *Arnob.* l. 5. pag. 179. Sciculi pusiones, atque adulti venustissimis lineis. *lineaments, features.* ¶ Sunt *lineæ* in agris limites angustiores, qui tanquam lineæ in longum producti, mensuræ disterminandæ causa sunt constituti, et aliquando itineris, aut asportandorum fructuum: qui et *limites linearii,* seu *lineales* appellantur, teste *Hygin. de limitib.* pag. 151. et 152. *Goes.* Ad harum similitudinem *linea* dici potest quicumque trames, et via. *Prudent. Cathemer.* 7. v. 48. Curvos viarum qui retorsit tramites, Et flexuosa corrigens dispendia, Dedit sequendam calle recto lineam. ¶ In Circo *lineæ* dictæ videntur repagula, per quæ ab uno ad alium retro sedilium ordinem transitus impediebatur. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 2. v. 19. Quid frustra refugis? cogit nos linea jungi. Hæc in lege loci commoda Circus habet. (Adde lib. 1. *de ar. am.* v. 141.) *Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Transire in diversa subsellia, parum verecundum est. Nam et Cassius Severus urbane, adversus hoc facientes lineam poposcit. Hæc aliter, atque aliter Interpretes, et Critici *Heins. Salmas. Scalig.* et alii explicant. ¶ *Extrema linea amare* apud *Terent. Eun.* 4. 2. 12. est veluti de longinquo, et procul, h. e. in amore sequi quod minimum est, quando quod summum est, non licet. *to love at a distance, love with never so little encouragement.* Hoc unde ductum sit, definire non ausim. Alii ad lineas in Circo, aut stadio respici putant: alii ad lineamenta pictorum, alii Mathematicorum, qui extremam lineam ultimas oras figurarum appellant: alii ad lineas in lusoria tabula, quarum ultima, ἱερὰ γραμμὴ dicta, ludo finem imponebat, calculis eo promotis: alii ad lineas horologii solaris, quarum ultima finem diei significat. Ad unum horum aliquod referenda sunt et quæ subjicio: *Senec.* ep. 49. *ante med.* Non solebat mihi tam velox tempus videri: nunc incredibilis cursus apparet, sive quia admoveri lineas sentio, sive quia, &c. *Horat. in fin.* ep. 16. l. 1. mors ultima linea rerum est. ¶ *Transilire lineas* est ulterius progredi, quam licet aut decet. *Cic. Parad.* 3. c. 1. Peccare est tanquam transilire lineas: quod cum feceris, culpa commissa est: quam longe progrediare, cum semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet. *to pass the limits prescribed.* Sic *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 1. *a med.* Orator non debet in omnibus uti, *&c.* cum poetæ transilire lineas impune possint. *go out of bounds, transgress the rules.*

LINEĀLIS, e, adject. *composed of lines, lineal,* linearis. *Ammian.* l. 22. c. 16. (*al.* 40.) Omnes ambitus lineales farina respersit.

[* LINEALĬTER, adv. in modum lineæ. *Martian. Capell.* l. 8. pag. 280. *Grot.* Quorum (circulorum) unus Signifer, non ut ceteri, quos linealiter feci, sed latissimus omnium, comprobatur.

* LINEAMENTATĬO, onis, f. idem ac lineamentum. *Firmic.* l. 1. *c. ult.* Unde enim sese singuli propria corporis lineamentatione cognoscunt.] [† Sed V. *Lineatio.*]

LINEAMENTUM, ti, n. *a line, lineament,* γραμμή, linearum descriptio, productio, conformatio: et fere in plurali num. adhibetur. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 41. In geometria lineamenta, formæ, intervalla, magnitudines. *diagrams.* ¶ Sæpe de figuris, formisque rerum dicitur: a pictura ductum, in qua per solas lineas effigies hominum dignoscitur, *lineaments, features, outlines,* ὑπογραφή, διατύπωσις. *Cic.* 4. *Verr.* c. 36. Contemnere etiam signum illud Himeræ jam videbatur, quod eum multo magis figura et lineamenta hospitæ delectabant. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 27. Cedo mihi istorum adumbratorum deorum lineamenta atque formas. *Id.* 1. *de Divin.* c. 13. Lineamenta oris effingere. *Id. Verr.* 6. c. 44. *a med.* Operum lineamenta solertissime perspicere. *the design, execution, workmanship.* ¶ Translate [† *Id. Brut.* 87. Lineamenta Catonis. *the simple writings, unadorned descriptions.*] *Id.* l. 3. *de Fin. sub fin.* Animi lineamenta sunt pulcriora quam corporis. *Id. in Orat.* c. 56. Numerus quasi quandam palæstram, et extrema lineamenta orationi attulit. *the last strokes, finishing touches, highest ornaments.*

LINEĀRIS, re, *linear, lineal, relating to lines,* ad lineam pertinens, linealis, ex lineis constans, γραμμικός. *Linearis pictura,* μονόγραμμος, dicta est initio ejus artis, cum nullis adhibitis coloribus, per solas lineas rerum figuram exprimebant: quæ nunc est *the sketch, design, outline.* Huic successit, quæ singulis coloribus res expressit, monochromatos dicta, *light and shade in painting, clare-obscure. Plin.* l. 35. c. 3. Inventam linearem dicunt a Philocle Ægyptio. [¶ *Scalptor linearis ære cælando* dici nunc posset χαλκογράφος, *a copper-plate engraver,* qui nempe vericulo post varios linearum ductus, sive punctorum ordines aliquid in ære repræsentat, ut ex æreis tabulis prelo suppositis in chartis postea referatur imago. Sed cum ars hæc proavorum nostrorum inventum sit, ut vulgo creditur, non occurrit hæc formula, aut alia huic similis apud veteres scriptores. Quamvis autem artis hujus nomen ignoremus, eam tamen a veteribus non ignoratam, et a *M. Varrone* primum repertam suspicatus est *Jo. Ludovicus Bianconi in epist. ad Thomam Puccini,* et deinde etiam auctor allatæ formulæ *Morcellus Inscript.* pag. 120. ex quodam *Plinii* loco l. 35. c. 2. Imaginum amore flagrasse quondam testes sunt et Atticus ille Ciceronis edito de his volumine, et M. Varro benignissimo invento, insertis voluminum suorum fecunditati non nominibus tantum septingentorum illustrium, sed et aliquo modo imaginibus: non passus intercidere figuras, aut vetustatem ævi contra homines valere, inventor muneris etiam Diis invidiosi, quando immortalitatem non solum dedit, verum etiam in omnes terras misit, ut præsentes esse ubique, et claudi possent.] ¶ *Linearis ratio* apud *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* c. 18.) *a med.* est scientia ac disciplina geometriæ. *plain geometry.* Et *linearis probatio,* γραμμικὴ ἀπόδειξις, quæ per lineas a geometris fit. *a geometrical proof. Id. ibid. in fin.*

LINEARĬUS, a, um, linearis. De *leneariis limitibus* V. in *Actuarius,* adject.

LINEATĬO, onis, f. *a marking out by lines, drawing of lines, lineation,* lineæ ductio, seu productio. *Vitruv.* l. 9. c. 4. *circa med.* Solis radii paribus lateribus, forma, lineationibus extenduntur. *Jul. Firmic.* l. 1. *c. ult.* Unde sese singuli propria corporis lineatione cognoscunt. *h. e.* lineamentis. [† V. *Lineamentatio.*]

LINEATUS, a, um, *marked by lines, delineated*, ad lineam factus, directus. *Plaut. Mil.* 3. 3. 40. Ubi probus est architectus, bene lineatam si semel carinam collocavit, facile est navem facere.

LINEO, as, avi, atum, *to delineate, mark by lines, draw lines*, ad lineam dirigo, [illegible] *Cato R. R.* c. 14. Sucudet, dolabit, lineabit, secabitque materiam. Al. aliter leg. *Vitruv.* l. 9. c. 4. *circa med.* Si enim per omnem mundum fuisset circinationibus vagarentur, neque extentionibus porrecti ad trigoni formam linearentur.

LINEŎLA, æ, f. diminut. *a little or short line*, parva linea. *Gell.* l. 10. c. 1. *ad fin.* Numerus consulatus tribus lineolis significatus est.

LINEUS, a, um, *made of lint or flax, flaxen, linen*, λινεος, qui est ex lino. *Virg.* 5. *Æn.* v. 510. Linea vincula. *Tacit. de Germ.* c. 17. Lineis amictibus velari. *Cels.* l. 8. c. 10. sect. 1. Pannis lineis involvere. *Plin.* l. 12. c. 6. Lineæ vestes. *Id.* l. 32. c. 10. Linea lanugo. *Virg.* 10. *Æn.* v. 784. linea terga. *h. e.* tergora scutum obducentia, quæ, ut ait *Servius*, lineo panno tegebantur, ut posset inhærere pictura.

LINGO, is, nxi, nctum, a. 3. *to lick, lap*, λείχω, lingua molliter tango, et delibo: a verbo Græco allato (ut *Varr.* docet *sub fin.* l. 5. *de L. L.*) inserto *n*, quomodo a θίγω est tango. *Plaut. Cas.* 2. 8. 21. Mel mihi videor lingere. *Catull.* carm. 96. *ad Vectium.* crepidas lingere carbatinas. *Plin.* l. 31. c. 9. *extr.* Sal pecoribus datur lingendus. Adde *Martial.* sæpe.

LINGŎNES, um, m. pop. Galliæ Celticæ, Heduis, Sequanis, et Leucis vicini, quorum urbs item Lingones, hod. *Langres*, antiquissima ad Vogesi montis radices. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 26. [†*Lucan.* 1. 398.] et *Plin.* l. 4. c. 17. ¶ In singulari numero. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 55. Miscuere sese Julius Tutor, et Julius Sabinus: hic Trevir, hic Lingon.

LINGONĬCUS, a, um, ad Lingones spectans. *Eumen. in Paneg. ad Constantin.* c. 6. Lingonica victoria. *et in Paneg. ad Constantium*, c. 6. Lingonicum solum. ¶ *Lingonicum tomentum* erat e lanæ rasæ floccis. Differebat a Leuconico, quod nomen habuit a Leuconibus, qui iidem erant ac Leuci, quos *Ptolemæus* Lingonibus vicinos facit. *Plin.* enim l. 8. c. 46. dicit, suo tempore tomenta Gallicis discerni nominibus. *Martial.* l. 14. epigr. 159. Accipe Lingonicis vellera rasa sagis. ¶ *Bardocucullus Lingonicus* erat vestimenti vilissimi genus, quod Lingonibus præcipue fuit in usu. *Martial.* l. 1. epigr. 54. Sic interpositus vitio contaminat uncto Urbica Lingonicus Tyriantina bardocucullus.

LINGŎNUS, a, um, ex Lingonibus. *Martial.* l. 8. epigr. 75. Lingonus a recta Flaminiaque recens.

LINGUA, æ, f. *the tongue*, γλῶσσα, γλῶττα, pars corporis voci formandæ, dignoscendisque saporibus destinata: a *lingo*, quia unicum est linctus instrumentum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 59. Deinde in ore sita lingua est, finita dentibus. Ea vocem immoderate profusam fingit, et terminat; quæ sonos vocis distinctos et pressos efficit, cum et ad dentes, et ad alias partes pellit oris. Itaque plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes, nares cornibus iis, quæ ad nervos resonant in cantibus. *Crassus* apud *eund.* l. 3. *de Orat.* c. 1. Hæc tibi est excidenda lingua, qua vel evulsa, spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 25. Sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, &c. et cap. 18. Quidam operarii lingua celeri et exercitata. *ready, prompt.* et cap. 25. Linguæ solutio. *readiness, fluency.* et *Ovid.* 3. *Metam.* v. 261. linguam solvere ad jurgia. *to give a loose to.* et 3. *ex Pont.* ep. 5. v. 9. lingua properanti legere. *Id.* l. 3. *Trist.* el. 1. v. 21. titubante loqui. *hesitating, stuttering, stammering.* *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 65. *Hard.* Linguæ inexplanatæ esse. *Id.* l. 10. c. 33. Lingua exserta. et *Cic.* 2. *de Orat.* c. 66. ejecta. *the tongue out.* *Lucan.* l. 4. v. 755. projecta. *Plin.* l. 11. c. 47. Linguam porrigere. *to put out.* *Phædr.* l. 5. fab. 2. v. 8. condere. *Catull.* carm. 55. *ad Camer.* tenere in ore clauso. *within the teeth.* Et eod. sensu *Ovid.* 2. *Fast.* v. 602. sæpe illi dixerat Almo, Nata, tene linguam, nec tamen illa tenet. et vers. 608. alicui eripere. *to pull out.* ¶ Metonymice est sermo, locutio, oratio. *language, words, speech, conversation, discourse.* *Ovid.* 3. *Trist.* el. 11. v. 9. Nulla mihi cum gente fera commercia linguæ. *Cic. in Pison.* c. 13. Mens oppressa præmio, lingua adstricta mercede. *Plin.* l. 32. c. 6. Dicemus et de nationibus, sed dicemus aliena lingua. *in the words of another.* ¶ Item facultas dicendi, eloquentia. *eloquence.* *Virg. Æn.* 11. v. 338. Largus opum, lingua melior. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 120. Vehemens, et liquidus, puroque simillimus amni Fundet opes, Latiumque beabit divite lingua. ¶ Item licentia loquendi, obtrectatio. *too much freedom in speaking, detraction, slander, calumny.* *Cic. pro Flacc.* c. 23. Lingua quasi flabello seditionis, concionem ventilare. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 13. Linguam diligentissime continere. *Sallust. in Jug.* c. 84. moderari. *Cic. Fam.* 9. ep. 2. Ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possumus. *Virg. Ecl.* 7. v. 28. ne vati noceat mala lingua futuro. ¶ Item differentia sermonum. *a tongue, language.* *Virg.* 8. *Æn.* v. 723. gentes Quam variæ linguis, habitu tam vestis, et armis. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 122. ediscere linguas. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 3. *ad fin.* Latinam linguam non modo non inopem, sed locupletiorem etiam esse, quam Græcam. *Cæs.* l. 1. c. 1. *B. Gall.* Qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur. et cap. 47. Gallicæ linguæ scientiam habere. *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 23. et lib. 3. od. 8. v. 5. Utraque lingua. *h. e.* Græca, et Latina. ¶ Item in una lingua diversitas sermonis. *a dialect.* *Cic. pro Flacc.* c. 26. *de Massilia.* Quæ tam procul a Græcorum regionibus, disciplinis, linguaque divisa, &c. ¶ Item vox, sonus. *the voice; a sound.* *Phædr.* l. 1. fab. 23. v. 5. si, canis inquit, linguam vis meam præcludere, Ne latrem pro re domini, multum falleris. *Virg.* 3. *Æn.* v. 361. et lib. 10. v. 177. Volucrum linguæ. *h. e.* cantus, garritus. ¶ Item signum vocis, ut littera. *Lucan.* l. 3. v. 224. Sculptaque servabant magicas animalia linguas. V. *Hieroglyphicus.* ¶ A similitudine dicitur de herba, quæ alio nomine lingulaca. *Plin.* l. 24. c. 19. ¶ Sic *lingua bubula* est buglossa, lata folia linguæ bovis similia gerens. *oxtongue, bugloss, lang de beuf.* *Cato R. R.* c. 40. et *Plin.* l. 17. c. 14. *a med.* [¶ *Lingua canis* apud *Apul. de herb.* c. 96. et *lingua canina* apud *Cels.* l. 3. c. 27. sect. 13. est herba, quæ cynoglossos etiam dicitur.] ¶ Item de promontoriis, aut terrarum prominentiis in mare excurrentibus. *a promontory, cape, narrow neck of land.* *Ovid.* 13. *Metam.* v. 724. intrant Sicaniam: tribus hæc excurrit in æquora linguis. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 12. Oppida posita in extremis linguis, promontoriisque. [† Alii leg. *lingulis.* V. *Ligula.*] *Lucan.* l. 2. v. 613. tenuem producit in æquora linguam. *Liv.* l. 44. c. 11. Eminet in altum lingua, in qua urbs sita est. (Adde lib. 37. c. 31. *sub fin.*) *Pacuv.* apud *Gell. in fin.* c. 17. l. 4. Lingua promontorii. ¶ Sumitur et pro lingula, seu ligula, qua mensuram significat. *a spoon, spoonful.* *Plin.* l. 26. c. 11. *a med.* Semen lonchitidis duabus linguis ex aqua potum. ¶ Item pro tenui lamina in tibiis, qua diviso spiritu sonus efficitur. *the tongue of a wind-instrument.* *Plin.* l. 10. c. 29. *ad fin.* Qui sonum lusciniarum, addita in transversas arundines aqua, foramen inspirantes, linguæque parva aliqua opposita mora, indiscreta redderent similitudine. ¶ *Lingua vectis* est pars extrema, quæ oneri subjicitur. *Vitruv.* l. 10. c. 8. Vectis lingua sub onus subdita, caput ejus unius hominis viribus pressum, onus extollit. ¶ *Linguai* pro *linguæ* more suo *Lucret.* l. 4. v. 625.

LINGUARĬUM, rii, n. *a penalty for a rash saying; a gag, instrument for stopping the tongue*, pretium, vel tributum pro temeraria locutione. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 36. Quod dicere solemus, linguarium dabo. *h. e.* pendam aliquid ob linguam temere locutam. Sed alii aliter leg. aut interpretantur.

LINGUĀTUS, a, um, linguam habens, facundus. *Tertull. de anima*, c. 3. Apostolus Athenis expertus linguatam civitatem.

LINGUAX, cis, *full of words, wordy, verbose, loquacious, talkative, linguacious*, λάλος, verbosus, multum loquens, qui nimis et stulte loquitur. *Gell.* l. 1. c. 15. *in fin.* Hoc genus homines in verba projectos, locutuleios, et blaterones, et linguaces dixerunt. Plerique tamen alii legunt *lingulacas.*

LINGŬLA. V. *Ligula.*

LINGULĀCA, æ, f. herba est circa fontes nascens, capillo confirmando apta. *Plin.* l. 25. c. 11. ¶ Item genus piscis, a linguæ similitudine: qui idem esse creditur cum solea. *a sole.* *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 12. et *Fest.* ¶ Lingulaca etiam dicitur locutuleius, loquax, garrulus. *Fest.* Lingulaca, mulier argutatrix. (Ita enim ibi legi volunt, non *auguratrix.*) *Plaut. Cas.* 2. 2. 63. Vin' lingulacas? *Sta.* quid opus est, quando uxor domi est? Ea lingulaca est nobis: nunquam tacet. *a gossip, tattlebasket, tonguepad.* *Gell. in fin.* c. 15. l. 1. Hoc genus homines in verba projectos, locutuleios, et blaterones, et lingulacas dixerunt. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 105. Lingulacæ obtrectatores.

LINGULĀTUS, a, um, *tongued, having a tongue or tenon*, ad modum lingulæ factus, ut Lingulati tubi, quorum alius ad modum lingulæ acuminatus in alium intrat. *Vitruv.* l. 8. c. *ult.*

LINGUŌSUS, a, um, [† linguax,] lingua, seu verbis abundans. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 43. et 63. *Burmanni*: item *Hieronym. in epitaph. Paulæ*, ep. 27. c. 10. et *Augustin.* l. 1. *Confession.* c. 9.

LINĬFER, a, um. Epithetum est Silvani in vet. Inscript. apud *Murator.* To. 1. pag. 70. n. 6. V. *Cannabifer.*

LINĬGER, a, um, *wearing linen, clothed in linen*, lineam vestem gerens. De Iside, ejusque sacerdotibus maxime dicitur: quia Isis Ægyptiis lini usum monstrasse credita est. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 1. v. 51. Vidi ego linigeræ numen violasse fatentem Isidis. *Id.* 1. *de art. am.* v. 77. Neu fuge linigeræ Memphitica templa juvencæ. *Id.* 1. *Metam.* v. 747. Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. *Juvenal.* sat. 6. v. 532. grege linigero circumdatus.

LINIMENTUM, ti, n. *a smearing or greasing; grease*, actus liniendi, et res ipsa, quæ illinitur. *Pallad. in Octobr.* tit. 14. *ad fin.* Linimentum quoque dolii non gypso, sed sarmentorum cinere debebis inducere. Adde *Petron. in Satyr.* c. 79. ubi al. leg. *liniamenta*, eod. sensu.

LINĬO, is, ivi, itum, a. 4. *to anoint, daub, besmear*, idem quod *lino* (sed minoris usus) illino, oblino, ungo. *Colum.* l. 6. c. 17. *a med.* Liquida pice cum oleo linire. *Id. in fin.* cap. 44. l. 12. Si qua rimam creta facit, luto liniunt. *Al. leg.* linunt. et cap. 45. Creta liniunt mala. *Al. leg.* linunt. *Id.* l. 6. c. 27. *sub fin.* Oleo ulcera linire. *Al. leg.* linere. *Plin.* l. 17. *c. ult.* Falces sanguine ursino liniri volunt. *Colum.* l. 4. c. 24. Allevatas plagas terra, quam prius amurca madefeceris, linire. *Al. leg.* lenire. *Id.* l. 6. c. 30. Caput et spina tenui adipe liniuntur. *Id.* l. 7. *c. ult.* Aures canum contritis nucibus liniendæ sunt. *Plin.* l. 20. c. 13. Prævalet contra serpentes potu, et linitu. [† V. *Linitus, us,* m.] *Pallad.* in *Mart.* tit. 10. *a med.* Bitumen, et oleum, aut calcem latebris vermium liniunt. *Propert.* l. 3. el. 10. v. 11. Neve tua Medæ liniantur cæde sagittæ. *Plerique al. leg. rectius* lætentur. *Vitruv.* l. 7. c. 3. *sub fin.* Tectoria luto cum liniuntur. *Liv.* l. 21. c. 8. *ad fin.* Ferrum stuppa circumligabant, liniebantque pice. *Al. leg.* linebantque. *Martial.* l. 7. epigr. 19. Dulci placenta sordidam linit mappam. *h. e.* inquinat. ¶ In futuro facit et *ibo*, *is*: quod in verbis quartæ sæpe usuvenit. *Pallad. in Februar.* tit. 31. Vas cooperies, ac linibis. ¶ Confirmant hujus verbi usum composita *allinio, circumlinio, illinio, oblinio*, &c. Quare non audiendi, qui ex albo Latinorum verborum expungere conati sunt.

LINIPHIARĬUS, ii, m. et

LINIPHĬO, onis, m. *a linen-weaver*, lini textor, linteo. *In quadam epist. Adriani* apud *Vopisc. in Firmo, Saturn.* &c. c. 8. et leg. 8. et 16. *Cod. Theodos.* lib. 10. tit. 20. quamquam non ubique est constans lectio: et ipsæ voces nihil habent sanæ Latinitatis.

[*LINĪTUS, us, m. actus liniendi. *Plin.* l. 20. c. 12. sect. 47. *de petroselino.* Prævalere contra serpentes potu et linitu.]

LINĪTUS, a, um, *anointed, besmeared*, illitus, litus: a *linio.* *Plin.* l. 29. c. 6. *ante med.* Porrigines tolluntur felle ovillo cum creta Cimolia, linito capite, donec inarescat. Ita *Harduin.* ex MSS. Alii *illito.*

LINO, is, livi, *et* lini, *et* levi, litum, a. 3. *to anoint, besmear, daub, paint, grease*, ἀλείφω, χρίω, ungere, illinere, rem aliquam liquidam aut mollem alteri superinducere, ungendi, aut obturandi causa. Tria habet præterita: ex quibus *levi* est ab obsoleto *leo*, quod V. suo loco. *Virg.* 4. *Georg.* v. 39. certatim tenuia cera Spiramenta linunt. *Horat.* l. 1. od. 20. Vile potabis modicis Sabinum Cantharis, Græca quod ego ipse testa conditum levi. *Colum.* l. 12. c. 16. *in fi.* Picata opercula diligenter gypso linunt, ne possit spiritus introire. *Juvenal.* sat. 9. v. 58. Nam quis plura livit victuro dolia musto? Ita *Priscian.* l. 10. pag. 898. *Putsch.* Al. leg. *linit.* *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 18. Omnia vipereo spicula felle linunt. *Quintil.* declam. 13. c. 5. Livit flores maleficis succis. *Ovid. de medic. fac.* v. 81. linere medicamenta per corpora. *Colum.* l. 12. c. 50. *a med.* Cum nova dolia crassa gummi liverunt. *Juvenal.* sat. 6. v. 480. Linere faciem. *to paint.* *Martial.* l. 7. epigr. 38. Linere et obligare plantas. *to apply salves or plasters to.* *Senec. in Med.* v. 711. succis linere sagittas. *to poison.* ¶ Est etiam obducere, obtegere, *to cover, incrust, overlay.* *Ovid. de medic. fac.* v. 7. auro sublimia tecta linuntur. *Martial.* l. 9. epigr. 62. Et linit Hesperium bractea viva pecus. ¶ Item delere, inducere, *to blot out, erase, cancel.* *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 5. v. 15. Cum relego, scripsisse pudet, qui plurima cerno, Me quoque, qui feci, judice digna lini. ¶ Item fœdare, conspurcare, *to dirty, bemire, foul, pollute*, collinere, oblinere. *Martial.* l. 9. epigram. 23. Ut lutulenta linat Tyrias mihi mula lacernas. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 760. linit ora luto. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 136. scriptores carmine fœdo Splendida facta linunt. ¶ *Linere alicui labra.* V. *Labrum.* ¶ *Lisse* pro *livisse* quidam leg. apud *Spartian. in Adrian.* c. 4. ¶ *Lini* in præterito, inquit *Priscian.* l. 10. pag. 898. *Putsch.* pro *livi* vetustissimi protulisse inveniuntur. unde Varro rerum rusticarum: *Cum oblinerunt vasa.* Etiam *Voss.* l. 5. *de Grammat.* c. 29. affert illud ex *Quintil.* declam. l. c. 15. *Mariti tui cruore parietem linisti.* Sed al. leg. *Mariti tui* (vel *tu*) *cruore lusisti*, omisso *parietem*: Alii etiam aliter.

LINOSTRŎPHON, i, n. *hoarhound*, λινόστροφον, Græca appellatio marrubii herbæ. *Plin.* l. 20. c. 22.

LINOZOSTIS, ostis, *et* ostidis, f. *the herb mercury*, λινόζωστις, herba eadem, quæ Mercurialis. *Plin.* l. 25. c. 5. et lib. 26. c. 12. et 14. *sub fin.*

LINQUO, is, liqui, a. 3. *to leave, forsake, quit, resign, abandon, discard, cast off*, λείπω, desero, relinquo, destituo, omitto. *Cic. pro Planc.* c. 10. *sub fin.* Eum linquentem terram eam, quam servaverat, lacrymis prosequuti sunt. *Plaut. Most.* 3. 1. 69. Urbem exsul linquat factus hic causa tui? *Id. Asin.* 2. 2. 14. Herum in obsidione linquet. *Id. Pseud.* 1. 2. 8. Malo lupos apud oves linquere, quam hos domi custodes. *Propert.* l. 4. el. 9. v. 54. Cede agedum, et tuta limina linque fuga. *Sil.* l. 11. v. 327. me linque meæ menti. *leave me to my thoughts.* *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 59. Irrita ventosæ linquens promissa procellæ. *Horat.* l. 3. od. 8. *in fi.* Dona præsentis cape lætus horæ, et Linque severa. *Id.* l. 1. od. 28. v. 33. precibus non linquar inultis. *Id. de ar. Poet.* v. 285. Nil intentatum nostri liquere poetæ. *Val. Flacc.* l. 1. v. 569. linquere habenas. et vers. 631. spem. *Senec. in Œdip.* v. 78. lacrymas. *Lucan.* l. 9. v. 162. has mihi pœnas Terra

dabit: linquam vacuos cultoribus agros. *h. e.* vastabo, et vastatos relinquam. *Senec. in Med.* v. 618. Tiphys liquit indocto regimen magistro. *left in the hands of.* *Valer. Flacc.* l. 5. v. 229. at vellera Martis in umbra Ipse sui Phrixus monumentum insigne pericli Liquerat. *had deposited or left.* ¶ *Linqui*, et *linqui animo*, dicitur is, quem vires et spiritus deficiunt, *to faint, swoon.* *Sueton. in Cæs.* cap. 45. Fuisse traditur valetudine prospera: nisi quod tempore extremo repente linqui animo, atque etiam per somnum exterreri solebat. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 130. Linquor, et ancillis excipienda cado. Sic *Senec. in Troadib.* v. 623. Me liquit animus: membra quatiuntur, labant, Torpetque vinctus frigido sanguis gelu. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 363. trepidantem et terga parantem Vertere, succiso liquerunt poplite nervi. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 46. Jacentesque nullo ad resurgendum nisu, quasi exanimes linquebantur. *Curt.* l. 6. c. 1. Linquente spiritu, moribundus procubuit. *failing.* ¶ *Lictus* particip. quidam putant legi apud *Capitolin. in M. Anton. Philos.* c. 7. sed locus ille incertus valde est, et mendo corruptus. [¶ Particip. *linquendus* apud *Claudian. in Rufin.* lib. 2. v. 21. Cum luce simul linquenda potestas.]

LINTEĀMEN, inis, n. idem quod linteum. *Lamprid. in Heliogab.* c. 26. Linteamen lotum nunquam attigit. *Apul.* 11. *Metam.* Candido linteamine cinctum pectorale.

LINTEARĬUS, a, um, ad lintea pertinens. *Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. 4. leg. 5. *a med.* Duas negotiationes exercebat, puta sagariam, et lintеariam. *the trade of a linen-draper.* *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 649. num. 4. Lintearia ars. ¶ *Lintearius, ii*, est, qui lintea conficit, aut vendit. *a linen-weaver, linen-merchant, linen-draper.* *Ulpian. lib. cit.* tit. 4. leg. 5. Institores, quibus vestiarii, vel lintearii dant vestem circumferendam et distrahendam. *Impp. Theodos. et Valentinian.* lib. 10. *Cod. Theodos.* tit. 20. leg. 16. Lintеariorum corpus.

LINTEĀTUS, a, um, *clothed or dressed in linen*, lineis vestibus indutus. *Liv.* l. 10. c. 38. *ad fin.* Ea legio linteata, ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est. *Senec. de vita beata*, c. 27. Linteatus senex.

LINTĔO, onis, m. *a linen-weaver, linen-manufacturer, linen-draper*, lintearius, h. e. qui lintea texit, aut vendit. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 38. Propolæ, linteones, calceolarii. *Serv. ad Æn.* 7. v. 14. Apud majores, stantes texebant, ut hodie linteones videmus. *Vet. lap.* apud *Gruter.* pag. 38. n. 15. L. Posthumius Facilis, T. Kareius Valens linteones Apoll. D. P. S. D.

LINTEŎLUM, li, n. *a little piece of linen cloth; a rag, clout, pledget*, ὀθόνη, parvum linteum. *Plaut. Epid.* 2. 2. 46. Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium. *Colum.* l. 6. c. 16. Præfractis cornibus linteola sale atque aceto imbuta superponuntur. *Plin.* l. 14. c. 16. Rosæ folia tusa in linteolo. *Id.* l. 31. c. 8. *a med.* In linteolis concerptis imponitur. et cap. 9. Sal in linteolo involutus. ¶ Adjective *Prudent.* περὶ στεφ. 9. *de S. Eulal.* v. 180. Palliolum linteolum.

LINTER, lintris, f. *a bark, boat, wherry, canoe*, Græce λυντὴρ, ut docet *Priscian.* l. 5. pag. 647. *Putsch.* (quamquam *Voss. de Gramm.* l. 3. c. 26. minime id ei credendum putat) cymba parva ex cavata arbore, vel etiam ex pluribus asseribus compactis, in usum trajiciendi fluminis. *Liv.* l. 21. c. 26. *sub fin.* Novas lintres inchoantes cavabant ex singulis arboribus. et cap. 27. *a med.* Paratas aptatasque habebat lintres. *Ovid.* 6. *Fast.* vers. 779. Ferte coronatæ juvenum convivia lintres. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 60. Conquirit etiam lintres: has magno sonitu remorum incitatas, &c. et l. 1. c. 12. Flumen ratibus ac lintribus junctis transire. *Cic. pro Mil.* c. 27. Lintribus materiam in insulam convehere. ¶ Allegorice *Ovid.* l. 2. *Fast. in fin.* Venimus in portum, libro cum mense peracto: Naviget hinc alia jam mihi linter aqua. *Tibull.* l. 1. el. 7. v. 37. Nescio quid furtivus amor parat. utere quæso, Dum licet. in liquida nat tibi linter aqua. ¶ Festivus est jocus, quo notavit C. Julius Curionem, in dicendo in utramque partem toto corpore vacillantem, quærens per risum, *quis loqueretur e lintre.* Refert *Cic. de clar. Orat.* c. 60. ¶ *Lintris* in recto singulari. *Sidon.* carm. 5. v. 283. Hercynii nemoris si stipite lintris Texta Nabathæum pro Rheno sulcat Hydaspem. ¶ In genere masculino. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 34. ire solebat Exiguus pulsa per vada linter aqua. ¶ Est etiam genus vasis vinarii, convehendis, calcandisque uvis apti: a similitudine fluviatilis cymbæ, *a trough or tray to tread or carry grapes in.* *Cato R. R.* c. 11. *extr.* enumerat inter instrumenta vineæ. *Tibull.* l. 1. el. 5. v. 23. Aut mihi servabit plenas in lintribus uvas. *Virg.* 1. *Georg.* v. 262. durum procudit arator Vomeris obtusi dentem: cavat arbore lintres. ¶ Est qui scribit *Lynter.*

LINTERNUM, &c. V. *Liternum.*

LINTĔUM, i, n. *linen cloth; a rag, piece of linen*, ὀθόνη, pannus lineus. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 109. Linteum cape, atque exterge tibi manus. *Catull.* carm. 12. v. 3. Tollis lintea negligentiarum. *h. e.* sudaria, vel mappas. *towels, napkins.* Ipse mox *sudaria* appellat. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 14. Merces fallaces et fucosæ, chartis, et linteis, et vitro delatæ. *Plin.* l. 21. c. 18. *extr.* Folia trita per linteum spissum in æreum vas. *Id.* l. 25. c. 13. *a med.* Succus linteo colatur. *Id.* l. 34. *c. ult.* Spodium lavatur in linteis raris aqua cælesti. *Id.* l. 28. cap. 16. Fel suum linteo calefacto impositum. *Sueton. in Calig.* c. 26. Quosdam summis honoribus functos sibi cœnanti ad pedes stare succinctos linteo, passus est. *with an apron.* [Immo lintea tunica succinctos epheborum more, quos Romani ad libidinem excitandam sibi adsistere jubebant sola tunica, eaque tenuissima ita alticinctos, ut totum eorum corpus pelluceret.] *Martial.* l. 2. epigr. 57. Recensque sella linteisque, lorisque. *h. e.* velis, seu plagulis lineis, quibus fenestræ ejus claudebantur. *curtains, blinds.* *Liv.* l. 28. c. 45. *a med.* Populonienses polliciti sunt ferrum, Tarquinienses lintea in vela. *canvass for sails.* Hinc pro ipsis velis navium. *Virg.* 3. *Æn.* v. 686. certum est dare lintea retro. *Val. Flacc.* l. 4. v. 83. Fluctibus intulerant placido cava lintea cursu. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 11. v. 41. Zephyri veniant in lintea pleni. *Sever. in Ætna*, v. 243. Quo rapiant nautæ, quo sidere lintea tendant. ¶ Dicitur et de tela ex alia materia. *Plin.* l. 12. c. 11. Circa fruticem lanugines esse, tradit, linteaque ea Indicis præstantiora.

LINTĔUS, a, um, *made of lint or flax, linen, flaxen*, lineus. *Cic. Verr.* 7. cap. 56. Lintea vestis. *Liv.* lib. 10. cap. 38. Linteus liber. *Id.* lib. 9. cap. 4. Linteæ tunicæ. *Id.* lib. 4. cap. 20. Linteus thorax. *Nep. in Iphicr.* cap. 1. Genus loricarum mutavit, et pro ferreis atque æneis linteas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit. nam pondere detracto, quod æque corpus tegeret, et leve esset, curavit. ¶ *Lintei libri*, quos *loc. cit.* et lib. 4. cap. 7. *extr.* et c. 20. et alibi *Livius* memorat, pro charta spisso linteo, et fortasse etiam leviter cerato, confecti erant. Hos annalibus magistratuum conscriptos, et in æde Monetæ repositos, idem affirmat. *Plin.* lib. 13. c. 11. In palmarum foliis primo scriptitatum, deinde quarundam arborum libris: postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox et privata linteis confici cœpta, aut ceris. *Symmach.* l. 4. ep. 34. Sibyllina etiam carmina linteis textis scripta fuisse significat. Adde *Vospic. in Aurel.* c. 1. et 8. Non tamen crediderim, fuisse hos libros ex multis lineis paginis compactos, sed ex linteo oblongo, quod in volumen complicaretur. *Mappæ* enim aliquando dicti sunt, ut videre est in *Codic. Theodos.* lib. 11. tit. 27. leg. 1. et apud *Var. Auctor. de limitib.* pag. 145. 263. et 266. *Goes.* ¶ *Linteæ loricæ*, de quib. *loc. cit. Nep.* non solum a militibus, sed etiam a venatoribus gestari solebant, adversus ungues, ac morsus ferarum. Quidam putant, factas fuisse ex funiculis, seu toris multiplici filo lineo contortis, et in telam contextis. *Plin.* l. 19. cap. 1. narrat, in thorace Amasis Ægypti regis fila singula tercentis sexaginta quinque filis constitisse. Alii ex lino coacto, et aceto, aut vino austero macerato, ut soliditatem, et crassitiem acquireret ad ictus repellendos. Alii denique ex tela linea multis plicaturis octies, aut decies complicata. *Sil.* l. 3. v. 272. Tempora multiplici mos est defendere lino, Et lino munire latus. *Id.* l. 4. v. 292. fugit hasta per oras Multiplicis lini, subtextaque tegmina nervis. et lib. 9. v. 587. lævum qua tegmine thorax Multiplicis lini claudit latus. De his *Casaub. ad Sueton. in Galb.* c. 19. *Scalig.* et *Ferrar. de re vestiar.* l. 4. par. 2. c. 11.

LINTRARĬUS, ii, m. *a burgeman, waterman*, qui lintre commeat. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 9. leg. 1. et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 345. num. 4. et *Murator.* pag. 1096. n. 2.

LINTRICŬLUS, li, m. *a small bark, little boat*, parva linter. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 10. *sub fin.* Ego vero vel lintriculo, si navis non erit, eripiam me ex istorum parricidio. Al. aliter leg.

LINTRIS. V. *Linter.*

LINUM, i, n. *flax, line, lint*, λίνον, herba, quæ macerata, et in lanæ mollitiem contusa, netur in usum vestium, candore maxime commendabilis, si diligenter purgetur. Multa de eo *Plin. in proœm.* et c. 1. l. 19. ubi habentur hæc etiam: lini tenuitas, splendor, candor, firmitas: linum tundere, pectere, depectere, digerere, carminare, nere, texere, &c. De lino vivo V. *Asbestinum.* *Cic. Verr.* 7. c. 11. Reticulum ad nares sibi admovebat, tenuissimo lino, minutis maculis. *of the finest flax.* *Virg.* 1. *Georg.* v. 77. Urit enim lini campum seges, urit avenæ. *Ulpian. Dig.* l. 32. leg. 68. Linum tam factum, quam infectum, quodque netum, quodque in tela est. *Grat. in Cyneg.* v. 57. linorum messes. ¶ Per synecdochen dicitur de lineo filo, vel funiculo. *a thread, string.* *Cels.* l. 7. c. 14. *a med.* Ad imum acu trajectatur, duo lina ducente. *Cic. Catil.* 3. c. 5. Tabellas proferri jussimus: ostendimus Cethego signum: cognovit. nos linum incidimus: legimus. *Linum* intelligit, quo epistolæ obligabantur, tabellis ita circumvoluto, ut incidere necesse esset aperire volenti. Quatuor enim erant epistolæ scribendæ instrumenta, tabellæ ceratæ, in quibus scribebatur; stilus, quo scribebatur; linum ad obligandum, et claudendum; cera ad obsignandum, qua linum nodo colligabatur. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 64. Effer cito stilum, ceram, et tabellas, et linum. et vers. 96. Cedo tu ceram, ac linum actutum: age, obliga, obsigna cito. *Id. Pseud.* 1. 1. 40. Per ceram, et linum, litterasque interpretes salutem mittit. Hinc illud *Nepotis in Pausan.* c. 4. Vincula epistolæ laxavit, signoque detracto cognovit, &c. *broke the tie.* Idem fiebat in tabulis testamentorum, et hujusmodi, quas arcanas et legitimas esse volebant. *Sueton. in Ner.* c. 17. Adversus falsarios tunc primum repertum, ne tabulæ nisi pertusæ, ac ter lino per foramina trajecto, obsignarentur. *Paul.* l. 5. *receptar. sententiar.* tit. 25. Amplissimus Ordo decrevit, eas tabulas, quæ publici, vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summa marginis ad mediam partem perforatæ, et triplici lino constringantur, atque impositum supra linum ceræ signa imprimantur. ¶ De linea piscatoria, ex qua hamus pendet. *a fishing-line.* *Ovid.* 13. *Metam.* v. 923. Nunc in mole sedens moderabar arundine linum. ¶ Item sæpe de lineo panno, aut veste. *linen; a linen garment.* *Virg.* 12. *Æn.* v. 120. Velati lino, et verbena tempora cincti. *Horat.* lib. 2. sat. 4. v. 54. Massica Integrum perdunt, lino vitiata, saporem. *h. e.* sacco lineo colata. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 519. flumineam lino celantibus ulvam Incubuere toris. *a quilt, mattress.* ¶ Lineæ vestis usus præcipue fuit apud sacerdotes Isidis. V. *Liniger.* ¶ De lino in thoracibus militaribus, V. *Linteus.* ¶ Item de velis quæ et *lintea* dicuntur. *Senec. in Med.* v. 320. nunc lina sinu Tendere toto: nunc prolato Pede transversos captare Notos. ¶ Item de fune, quamvis e lino non sit. *a cord, rope.* *Ovid.* 3. *Fast.* v. 587. parant torto subducere carbasa lino. ¶ Item de retibus venatoriis, aut piscatoriis. *nets, toils.* De illis *Ovid.* 7. *Metam.* v. 768. et 807. et l. 3. v. 153. De his *Virg.* l. 1. *Georg.* v. 142. *Ovid. Metam.* 14. v. 931. et *Juvenal.* sat. 4. v. 45. (ubi *lini magister* est piscator) et sat. 5. v. 102. item *Sil.* l. 7. v. 503. ubi *sinuatum linum* est rete contractum in modum sinus: quod fit, cum ejus cornua contrahuntur, et ducuntur ad litus.

LĪNUS, i, m. Λίνος, filius Apollinis ex Psammate Crotopi Argivorum regis filia. Cum enim Apollo, occiso Pythone serpente, ad Crotopum venisset, ab eodem hospitio susceptus est, ubi clam cum Psammate filia concubuit. Quæ cum concepisset et tempore debito secus Nemeum flumen occulte peperisset, filium suum Linum appellavit, eumque, ut quorundam est opinio, exposuit, qui sic repertus, a canibus devoratus est. quod innuit *Stat.* 6. *Theb.* v. 64. Alii dicunt, hanc pastori infantem alendum tradidisse, pastorem eum ex incuria in herba jacentem neglexisse, a canibus inventum dilaniatum esse. Apollo monstrum in eam regionem immisit, quod omnia vastaret, quod postea a Chorœbo interfectum fuit. *Id.* l. 1. a. v. 570. ¶ Alius fuit Linus Apollinis et Terpsichores filius, lyræ peritissimus, in qua discipulos habuit Orpheum, Thamyram, et Herculem. Hunc ab Hercule plectro, et cithara occisum ferunt, cum eum rusticius canentem nimis petulanter corripuisset. *Virg.* 4. *Ecl.* v. 56. ubi *Servius* hunc cum priore videtur confundere: item *Propert.* qui l. 2. eleg. 10. v. 8. Inachium vocat, id est Argivum. Alii dicunt Linum Mercurii ex Musa Urania filium fuisse, et Thebis genitum, fuisse Poetam antiquissimum, scripsisse de Mundi generatione, item de Solis et Lunæ cursu, animaliumque et fructuum generatione. Hic in principio sui operis omnia simul nata dixit, quem secutus est Anaxagoras. Occubuit in Eubœa sagitta ab Apolline transfixus. *Hygin.* fab. 161. et *Martial.* l. 9. epigr. 88. Lini ab Hercule occisi tacite meminit etiam *Plaut. Bacch.* 1. 2. 47. Aliqui addunt, hunc primum e Phœnicia ad Græcos litteras attulisse. ¶ Alius fuit Linus Hypermnestræ maritus, Ægysthi filius (al. Ægypti) quem tamen *Ovid. in epist. Heroid.* 14. Lynceum appellat, non Linum.

LIO, as, a. 1. λειαίνω, polio, lævigo: a λεῖω. *Tertull. de Idolol.* c. 5. Liare cisternam. *h. e.* tectorio polire.

LIOSTRĔA. V. *Leiostrea.*

LIPĂRA, æ, et Lipare, es, f. nunc *Lipari*, Λιπάρη, insula maris Tyrrheni, Æoliarum princeps: dicta a Liparo rege Ausonis filio, qui successit Æolo, ut *Plin.* l. 3. c. 9. tradit. Sacra Vulcano habita est, quia quibusdam locis flammam et fumum evomit. *Val. Flacc.* l. 2. v. 96. nec fama notior Ætne, Aut Lipares domus. *Claudianus de III. Consul. Honor.* v. 196. Ignifluisque gemit Lipare fumosa cavernis. ¶ *Lipara, æ*, (a Græco, λιπαρὸς, ὰ, ὸν, pinguis, unctus) dicitur de emplastro leni, quod constet adipis, pinguedinis oleive mixtura quadam. *a salve or soft plaster.* Græce usurpat *Cels.* l. 5. c. 19. n. 25. Latine *Plin.* l. 23. *c. ult.* l. 33. c. 6. *a med.* et l. 34. c. 18. et *Scribon. Larg. compos.* 220. et 222. ¶ Est etiam nomen gemmæ, qua suffita omnes bestias evocari tradunt. *Plin.* l. 37. c. 10.

LIPARÆUS, a, um, Λιπαραῖος, ad Liparam insulam pertinens. *Juvenal.* sat. 13. v. 45. et jam siccato nectare tergens Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna. *Plin.* l. 3. c. 9. Liparæorum insulæ.

LIPARENSIS, se, ad Liparam pertinens. *Cic.* 5. *Verr.* c. 37. Liparensis ager. *et ibid.* Liparensium testimonium.

LIPĂRIS, idis, f. *a kind of sea-lizard*, λιπαρὶς, nomen piscis, a pinguitudine dicti: nam λιπαρὸς pinguis est. *Plin. cap. ult.* lib. 32. ¶ Item fluvius Ciliciæ, ad Solos urbem, in quo lavantes non aliter unguntur, quam si oleo, aut adipe lavarentur, teste *Vitruv.* l. 8. c. 3. quia per pingues terræ venas profluit. ¶ Item Lipara insula. Ita enim dicitur ab *Apul. de Mundo.* Liparis, Ætna, Vesuvius.

LIPARITANUS, a, um, Liparensis. *Valer. Max.* l. 2. c. 7 num. 4. Quem obsidioni Liparitanæ præfecerat. *Id.* l. 1. c. 1. n 4. *extern.* Thymasitheus Liparitanorum princeps.

LIPIO, is, n. 3 verbum est milvii vocem exprimens. *Auct. carm. de Philom.* v. 24. Accipiter pipat, milvus hiansque lipit.

LIPPIO, is, ivi, itum, n. 4. *to be purblind or blear-eyed*, λημάω, lippus sum, h. e. oculos lacrymantes aut pituita offusos, et sordentes habeo. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 14. Cum fluenter lippirem, has litteras dedi. *Plin.* l. 29. c. 6. *a med.* Ciconiæ pullum qui ederit, negatur annis continuis lippiturus. *Id.* l. 28. c. 8. Ne omnino lippiatur. *Cels.* l. 1. c. 9. Calor adjuvat lippientes, si nec dolor, nec lacrymæ sunt. De arida lippitudine loquitur, de qua V. in voce sequenti. ¶ Translate, et jeculariter *Plaut. Curcul.* 2. 3. 39. Os amarum habeo, dentes blennos: lippiunt fauces fame. *h. e.* crassiore saliva, et concretiore veluti obductæ sunt, ad instar lippientium oculorum.

LIPPITUDO, inis, f. *purblindness, bleeredness, lippitude*, λήμη, vitium oculorum lippientium. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 37. *extr.* Citius repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo depellitur. *Id. Attic.* l. 8. ep. 12. Mihi molestior lippitudo erat, quam ante fuerat: dictare tamen hanc epistolam malui. *Plin.* l. 28. c. 11. Sicca lippitudo lumbulis suum exustis tollitur. *Cels.* l. 6. c. 6. sect. 29. Est etiam genus aridæ lippitudinis, quod ξηροφθαλμίαν Græci appellant. Sub hoc neque tument, neque fluunt oculi, sed rubent tantum, et cum dolore quodam fere levi, ac prurigine graves sunt, et palpebræ citra duritiem ullam noctu prægravi pituita inhærescunt. *Plin.* l. 28. c. 4. Lippitudines arcere. et l. 31. *c. ult. a med.* abstergere.

LIPPŬLUS, a, um, *somewhat purblind or thicksighted*, aliquantum lippus. *Arnob.* lib. 7. pag. 240. Quod possent adscribere diis morbos, non dubitarent eos lienosos, lippulos, atque enterocelicos dicere.

LIPPUS, a, um, *blear-eyed, purblind, thicksighted, mope-eyed*, λημῶν, oculos habens lacrymantes, aut crassa pituita, et adhærescenti offusos: unde visus acies obfuscatur. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 30. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere. *Id.* l. 1. ep. 1. v. 28. Non possis oculis quantum contendere Lynceus; Non tamen idcirco contemnas lippus inungi. *Id.* l. 1. sat. 3. v. 25. Cum tua prævideas oculis mala lippus inunctis. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 72. Lippus oculus. *Id. Mil.* 4. 3. 15. Lippa mulier, atque oculis turgidis. *Juvenal.* sat. 10. v. 130. ardentis massæ fuligine lippus. *half blind.* Interdum enim universim *lippus* dicitur qui oculorum, et visus vitio aliquo laborat. *Pers.* sat. 1. v. 79. Hos pueris monitus patres infundere lippos. *Martial.* l. 8. epigr. 59. Lippa sub attrita fronte lacuna patet. *h. e.* cavum oculi amissi assidue lacrymans. ¶ *Horat.* l. 1. sat. 7. v. 3. opinor Omnibus et lippis notum, et tonsoribus esse. In proverb. abiit hic versus, cum de re loquimur, quam nemo non videt, aut ignorat: lippi enim, quo minus vident, quoque magis domi continere se coguntur, eo sunt diligentiores in quærendo, quid novi in urbe eveniat. Tonsores vero in suis officinis, quo confluunt omne genus homines, facile norunt quæcumque aguntur in urbe. Ceterum ipsum quoque *Horatium* lippum fuisse, ex l. 5. sat. 5. v. 30. et 49. satis colligitur: et se ipsum quoque his verbis notare voluisse, vero est non absimile. ¶ Transfertur ad animum, ut *cæcus. Pers.* sat. 5. v. 76. hic Dama est, non tressis agaso, Vappa, et lippus. *Horat.* quoque hac ratione fortasse usurpat l. 1. sat. 4. *extr.* Crispini scrinia lippi compilare. *Bentlei.* tamen aliter legit. ¶ *Lippa ficus* apud *Martial.* l. 7. epigr. 19. est valde matura, et dulci humore fluens instar oculi lippientis.

LIPTŌTES. V. *Litotes.*

LIQUABĬLIS, le, *that may be dissolved or melted, liquable*, τηκτός, qui liquari potest. *Apul. in Apolog.* Laurus fragilis, limus durabilis, cera liquabilis. *Prudent. in Hamartig.* v. 744. saxum liquabile vocat statuam salis, in quam uxor Lot conversa est, *Genes.* 19. 26.

LIQUĀMEN, inis, n. *juice or liquor squeezed or dropping from any thing*, χύλισμα, materia liquefacta. *Col.* l. 7. c. 4. *ad fin.* Succus excocti lupini, veteris vini fæx, et amurca pari mensura miscentur, eoque liquamine tonsa ovis imbuitur. ¶ Speciatim dicitur de pinguitudine animalis ad ignem liquefacta, et adhuc magis speciatim de garo, quod est genus condimenti liquidi ex putrefactis piscium intestinis, aliave ratione confectum, et in usum coquinarium servatum ad condiendos cibos. *grease, dripping, gravy, pickle. Colum.* l. 6. c. 2. Libralesque offas, in præsulsæ adipis liquamine tinctas, lingula demittito. *Pallad. in Februar.* tit. 25. *ante med.* Liquamen de piris facere. Habet etiam sæpe *Apicius.*

LIQUAMENTUM, ti, n. liquamen. *Veget.* l. 3. *de re Veterin.* c. 66.

LIQUAMINATUS, a, um, adject. ut Liquaminatus porcellus, apud *Apic.* l. 8. c. 7. h. e. liquamine conditus. *basted with dripping.*

LIQUAMINŌSUS, a, um, adject. liquamine abundans. *Marcell. Empir.* c. 5. *ad fin.* Res salsæ et liquaminosæ.

LIQUARĬUS, a, um, a liquo, as. *Liquariæ mensuræ* in Inscript. apud *Gruter.* pag. 1020. n. 10. et *Donium* class. 2. n. 67. sunt mensuræ liquidorum.

LIQUATIO, onis, f. *a melting, liquation*, τῆξις, actus liquandi. *Vopisc. in Aureliano*, c. 46. Aurum per varios bracteurum, filorum, et liquationum usus perit.

LIQUATORĬUM, ii, n. vas ad liquandum aptum. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 39. *a med.* Si vinum sine fæce per liquatoria fundatur. *h. e.* per colum.

LIQUĀTUS, a, um, *melted, dissolved, liquefied*, liquidus factus. *Cic.* vertens carmina *Æschyli* l. 2. *Tuscul.* c. 10. Liquatæ solis ardore excidunt guttæ. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 152. expressis mella liquata favis. *Plin.* l. 34. c. 13. Liquatum æs. ¶ Item percolatus, *strained through a sieve, percolated*, ut Liquatum vinum, Liquatæ aquæ, *Plin.* l. 15. c. 29. *ad fin.* et lib. 31. c. 3. Et, medullæ liquatæ per cribrum, *Id.* l. 28. c. 9. *a med. strained, passed. Colum.* l. 12. c. 38. *ad fin.* Succus per colum junceum liquatus. ¶ Translate *Quintil.* l. 12. c. 6. Quæ deferbuisse tempore, et annis liquata jam senior idem fatetur. ¶ Item clarus, purus. *Hostius* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 3. non si mihi linguæ Centum, atque ora sient totidem, vocesque liquatæ.

LIQUEFACĬO, is, eci, actum, a. 3. *to melt, dissolve, make fluid, liquefy*, τήκω, ἀνίημι, liquidum facio, fluidum reddo, solvo, mollio ignis aut solis calore. *Catull.* carm. 88. *in Gell.* v. 6. Omentum in flamma pingue liquefaciens. *Plin.* l. 21. c. 14. *sub fin.* Sol ceram ne liquefaciat, protegunt tenui linteo. ¶ Translate est mollire, effeminatum reddere. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 6. Illi beati, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullæ futiles lætitiæ exsultantes languidis liquefaciunt voluptatibus. ¶ Secunda syllaba brevis est, sed necessitate produci potest, quoties brevis est item, quæ sequitur: quod fecit *loc. cit. Catullus.* V. *Tepefacio.*

LIQUEFACTUS, a, um, *melted, dissolved, liquefied*, liquidus ac fluens factus. *Cic.* 3. *Catil.* c. 8. Legum æra liquefacta. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Glacies liquefacta et dilapsa. *thawed. Virg.* 1. *Georg.* v. 473. Saxa liquefacta. et lib. 4. v. 36. mella calor liquefacta remittit. et lib. 9. *Æn.* v. 588. Liquefactum plumbum. *Quintil.* l. 10. c. 1. Cibos mansos, et prope liquefactos demittimus, quo facilius digerantur. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 829. Lac mihi semper adest niveum; pars inde bibenda Servatur: partem liquefacta coagula durant. et lib. 9. v. 175. cæca liquefactæ tabe medullæ. *h. e.* corruptæ. Sic *Virg.* 4. *Georg.* v. 555. liquefacta boum per viscera toto Stridere apes utero. *putrified, putrid, rotten.* ¶ Translate *Sil.* l. 11. v. 416. Bacchi dona volunt, epulasque, et carmina rursus Pieria liquefacta lyra. *h. e.* mollita, fracta, fluentia, et liquida. ¶ Secundam syllabam produxit *Id.* l. 1. v. 178. Ossa liquefactis fumarunt fervida membris.

LIQUEFĪO, is, actus sum, anom. 3. *to melt, dissolve, grow liquid, liquate, liquefy*, τήκομαι, ἀνίεμαι, liquidus ac fluens fio, solvor, liquesco. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 160. congestaque flamma Tura liquefiunt. *Al. leg.* liquefaciunt. *Plin.* l. 28. c. 9. *a med.* Sevum liquefieri prius jubent. *Gell. in fin.* c. 10. l. 17. Saxa et scopulos liquefieri. ¶ Translate *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 57. Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis, Ignibus admotis, ut nova cera solet. *are wasted, are consumed.* Al. leg. *liquescunt:* sed hoc est a *liqueo*, et primam corripit. Sunt etiam, qui pro *solet* reponunt *liquet.*

LIQUENS, entis, *liquid, fluid, moist*, liquidus, fluidus: a *liqueo*, et primam corripit: et a *liquor, eris*, et producit. *Varr.* l. 2. *R. R. c. ult.* Lac est omnium rerum, quas cibi causa capimus, liquentium maxime alibile. *the most nourishing of all fluids. Virg.* 5. *Æn.* v. 238. et vina liquentia fundam. et lib. 6. v. 724. cælum, ac terras, camposque liquentes. *h. e.* mare. et lib. 9. v. 679. Quales aeriæ liquentia flumina circum Consurgunt geminæ quercus. et 4. *Georg.* v. 442. fluviumque liquentem. et *Æn.* l. 1. v. 436. aut cum liquentia mella Stipant. [† *h. e.* roscida.] ¶ Translate est purus, clarus, liquidus. *pure, clear. Gell.* lib. 18. c. 5. *sub fin.* Ut non turbidæ fidei, nec ambiguæ, sed, ut puræ liquentisque esset. Al. leg. *pure, liquentiusque:* tanquam sit comparativum a *liquenter:* quæ minus apte cohærent. *Prudent.* περὶ στεφ. 1. vers. 88. per poli liquentis axem.

LIQUĔO, es. Usurpatur fere in tertiis personis. V. *Liquet.*

LIQUESCO, is, n. *to grow liquid, melt, dissolve, liquefy*, τήκομαι, liquidus fio, liquor, liquefio: a *liqueo. Virg. Ecl.* 8. v. 80. Limus ut hic durescit, et hæc ut cera liquescit. *Id.* 8. *Æn.* v. 446. Vulnificusque chalybs vasta fornace liquescit. *Liv.* l. 21. c. 36. Tabes nivis liquescentis. *thawing. Plin.* l. 37. c. 10. Galaxia in ore liquescit. *melts in the mouth.* ¶ Translate *Ovid. in Ibin*, v. 425. Sic tua nescio quo semper fortuna liquescat, Lapsaque per medias effluat usque manus. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 1. v. 67. Nil igitur mirum, si mens mihi tabida facta, De nive manantis more liquescit aquæ. *is wasted, is consumed.* nam quæ liquescunt, semper aliquid perdunt, et paulatim imminuuntur, et evanescunt. *Id.* 7. *Metam.* v. 550. *de cadaveribus lue defunctorum.* dilapsa liquescunt, Afflatuque nocent, et agunt contagia late. *rot, become putrid. Senec.* ep. 26. Incommodum summum est minui, et deperire, et ut proprie dicam, liquescere. *Prudent. Cathemer.* 6. *sub fin. ad Diabolum.* Hic Christus est: liquesce. *melt away to nothing; shake to pieces.* ¶ Alia translatione *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 22. Cum voluptate liquescimus, fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. *are dissolved in voluptuousness and effeminacy.* ¶ Significat etiam liquidum, ac purum fieri, ut ea, quæ liquantur et percolantur. *to grow pure or clear. Hirt. de B. Alex.* c. 5. Alexandria specus habet ad Nilum pertinentes, quibus aqua in privatas domos inducitur, quæ paulatim spatio temporis liquescit, ac subsidit. nam quæ flumine Nilo fertur, adeo est limosa atque turbida, ut, &c. ¶ A Grammaticis liquescere dicuntur consonantes *l, m, n, r*, quando aliis consonantibus postpositæ, ab iis quodammodo molliuntur, et tenuantur. *Val. Prob.* l. 1. pag. 1389. *Putsch.*

LIQUET, ebat, liquit, *vel* liquvit, *aut* licuit, n. 2. *to be clear or manifest, appear clearly, be apparent or evident, be sure or certain*, σαφές, δῆλόν ἐστι, φαίνεται, liquidum, manifestum, exploratum est, clare patet, constat, compertum est. Videtur esse a *liquor*, vel a *liquo, is.* Nam *liquere* proprie dicuntur, quæ fluida sunt, et clara, atque adeo perlucida quodammodo, ut videre est in metallis liquefactis, et in aqua glacie soluta: vel quæ percolata, et defæcata sunt, atque adeo pura et minime turbida. Quo spectare videtur illud *Plauti Pseud.* 2. 4. 69. Quidquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit, nunc liquet, nunc defæcatum est: cor mihi nunc pervium est. *Id. Mostell.* 2. 1. 69. Ego efficiam, quæ facta hic turbabimus, profecto ut liqueant omnia, et tranquilla sint. *Id. Trin.* 2. 1. 3. Hoc non liquet, nec satis cogitatum est, utram potius, &c. et vers. 7. De hac re mihi satis haud liquet. *I am not clear, I am uncertain. Terent. Eun.* 2. 3. 39. Illum liquet mihi dejerare, his mensibus sex non vidisse. *I can take my oath on it. Ovid.* 1. *Trist.* el. 1. v. 62. Dissimulare velis: te liquet esse meum. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 12. Protagoras se se negat omnino de diis habere, quod liqueat. *Id. pro Cæcin.* c. 11. Utrum his testibus non credidistis, cum quid liqueret, non habuistis? *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 42. Cui neutrum liquerit, nec esse deos, nec non esse. *Quintil.* l. 9. c. 3. *ad fin.* Relationem quid accipi velit, non mihi liquet. *Gell.* l. 14. c. 1. *ante med.* Mirabatur, id cuiquam pro percepto liquere, stellas non esse plures, &c. *Id.* l. 1. c. 3. Quod recte ne, an perperam fecerim, nondum mihi plane liquet. *I am not yet quite clear. Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. 3. leg. 2. Si liquerit eum vivere. Hoc præteritum habet et *Tertull. de carne Christi*, c. 17. l. 5. *advers. Marcion.* c. 13. et *advers. Gnost.* c. 6. quibus locis alii malunt scribi *liquvit*, ut *pluvit, fuvit.* Alii vero ubique vellent *licui*, quod in compositis *deliquesco* dicatur *delicui*, et *colliquo, is, collicui.* Et sane *Cujac.* lib. 11. *Observation.* c. 1. in libris suis legit *licuerit*, apud *Ulpian. loc. cit.* tametsi *Torrent.* et *Haloander* ediderunt *liquerit.* ¶ Non liquet, *it doth not appear, (a form used, when the judge brought in his verdict* ignoramus, *and the affair was left undetermined,)* formula erat judicialis, cum significare volebant judices, non satis sibi constare de causa, nec utrum damnandus, an absolvendus esset reus, vel qua pœna puniendus, ideoque ampliatione opus esse, et de integro rem agi, in aliud tempus rejiciendo. Hæc verba inscripta erant in tabella per notas N. L. ut in *Ampliatio* dictum est: atque hoc suffragium *a verdict of* ignoramus ab Anglis dicitur. *Cic. pro Cluent.* c. 28. Homines sapientes, qui neque absolvere hominem nocentissimum possent, neque eum, de quo esset orta suspicio, pecunia oppugnatum, re illa incognita, primo condemnare vellent, non liquere dixerunt. *Id. pro Cæcin.* c. 10. *a med.* Cum causam non audisset, et potestas esset ampliandi, dixit, sibi liquere. *Gell.* l. 14. c. 2. *ad fin.* Juravi, mihi non liquere.

LIQUĬDE. V. *Liquido.*

LIQUIDĬTAS, atis, f. *fluidity, fluidness, clearness. Apul. de Mundo.* Aeris liquiditas ad modum tegminis.

LIQUIDIUSCŬLUS, a, um, adject. diminut. lenis, mollis, *somewhat more soft, mild, or gentle. Plaut. Mil.* 3. 1. 70. Leniorem dices, quam mutum est mare: liquidiusculusque ero, quam ventus est Favonius.

LIQUĬDO, *et* Liquide, *clearly, plainly, manifestly, palpably, apparently, for certain, evidently, truly*, φανερῶς, σαφῶς, clare, manifeste, aperte, certo. *Cic.* 5. *Verr.* c. 59. Manifesta res est, cum nemo esset, quin hoc se audisse liquido diceret. *et Verr.* 6. c. 56. Confirmare hoc liquido, judices, possum. *safely, with confidence, with a clear conscience. Terent. Andr.* 4. 3. 14. *Senec.* 7. *de Benef.* c. 9. et *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 49. liquido jurare. *Cic. Fam.* 11. ep. 27. Alia sunt, quæ liquido negare soleo. *flatly, frankly.* et lib. 10. ep. 10. Tuis litteris lectis, liquidius de sensu tuo judicavi. *Id.* 2. *de Fin.* c. 12. *extr.* Quod eo liquidius faciet, si perspexerit, &c. *with the greater certainty. Plin.* l. 10. c. 69. Aquilæ clarius cernunt: liquidius audiunt talpæ. *Id.* l. 6. c. 23. Liquido patet. *Gell.* l. 2. c. 21. Cælum liquide serenum. *Id.* l. 14. c. 1. Siderum observatio haudquaquam liquide consistit. *Ulpian. Dig.* lib. 44. tit. 5. leg. 1. *circa med.* Si liquido appareat. *Id.* l. 29. tit. 4. leg. 4. Si liquido constiterit. *Pompon.* l.

12. tit. 2. *leg. ult.* Si liquido approbari non potest. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 20. Obscuritatem definitionis liquidius absolvens. *August.* ep. 28. *ad fin.* Liquidissime atque invictissime defendere.

LIQUĬDUS, a, um, *liquid, fluid, moist, soft,* ὑγρὸς, fluidus, liquens, mollis: cui opponitur durus, crassus, spissus, cohærens. Unde *Ovid.* 1. *Metam.* v. 23. Et liquidum spisso secrevit ab aere cælum. Item purus, clarus, sine sordibus: talia enim sunt fere, quæ fluunt. Si ducas a *liqueo*, primam corripit (quod est frequentius) si a *liquor*, producit. Utrumque simul fecit *Lucret.* l. 4. v. 1252. Crassaque conveniant liquidis, et liquida crassis. *Id.* l. 2. v. 452. fluido quæ corpore liquida constant. *Plin. in Paneg.* c. 82. Flumina nunc rigentia gelu, nunc liquida et deferentia. *Lucret.* l. 6. v. 266. Ignis item liquidum facit æs, aurumque resolvit. *Horat.* l. 1. od. 35. v. 20. liquidum plumbum. et od. 5. v. 2. liquidi odores. *unguents, ointments. Lucret.* l. 6. v. 404. liquida moles. *h. e.* mare. et lib. 5. v. 273. humor liquido pede detulit undas. *h. e.* fluenti. *Ovid.* 1. *Metam.* vers. 704. liquidæ Nymphæ. *h. e.* fontium. *Cels.* l. 2. c. 6. *a med.* Liquida alvus. et cap. 8. *circa med.* Venter liquidus. ¶ *Liquidum, i,* absolute, est aqua, humor. *water, moisture. Horat.* l. 1. sat. 1. v. 54. tibi si sit opus liquidi non amplius urna. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 453. neque adhuc epota parte loquentem Cum liquido mixta perfudit diva polenta. ¶ Item fluidus simul, et purus, clarus, limpidus, defæcatus, *clear, pure, limpid,* εὐκρινής. *Horat.* l. 1. ep. 14. v. 34. Liquidum Falernum. *Martial.* l. 12. epigr. 61. merum. *Virg. Ecl.* 2. v. 59. liquidis immisi fontibus apros. *Id.* 4. *Georg.* v. 101. Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum Et liquida. *Colum.* l. 12. c. 38. Vinum liquidum, et sine fæce. *Lucret.* l. 5. v. 282. Liquidum lumen. *Curt.* l. 7. c. *ult.* Liquidior lux. *Virg. Ecl.* 6. v. 33. Liquidus ignis. *Id. Georg.* 1. v. 404. aer. *Id.* 7. *Æn.* v. 65. æther. *Horat.* l. 4. od. 8. v. 7. color. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 2. et 275. Phrygios per ossa cantus liquida canit anima. *with a clear and sonorous voice.* ¶ Item serenus, *serene, calm, mild, clear. Virg.* 10. *Æn.* v. 272. liquida si quando nocte cometæ Sanguinei lugubre rubent. *Id.* 4. *Georg.* v. 59. *de apib.* Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen. *liquid.* [† *Grayius* nostras: *the liquid noon.*] *Lucret.* l. 4. v. 168. modo cum fuerit liquidissima cæli Tempestas, perquam subito fit turbida. ¶ Translate *Cic. pro Cæcin.* c. 27. *ad fin.* Cujus tantum est ingenium, ita prompta fides, ut quidquid inde haurias, purum liquidumque te haurire sentias. ¶ *Liquida vox* apud *Lucret.* l. 2. v. 145. *Virg.* 1. *Georg.* v. 410. et *Horat.* l. 1. od. 24. v. 3. est pura, clara, mollis, et apte, suaviterque fluens. *clear, shrill, distinct, harmonious.* Sic *liquidum citharæ carmen*, apud *Lucret.* l. 4. v. 978. ¶ *Liquida mens* apud *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 46. *undisturbed, unruffled, free from passion or prejudice.* ¶ *Liquida fides* est pura, sincera, nullis permixta dolis. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 9. v. 10. Seria cum liquida sæpe peracta fide. *Val. Max.* l. 6. c. 5. n. 1. Quia parum liquida fide id gestum ab imperatore videbatur. ¶ *Liquida voluptas*, itidem pura, sincera, nullo dolore admixto. *pure, unmixed, sincere, unsophisticated, unqualified. Cic.* 1. *de Fin.* c. 18. Animus a se ipse dissidens gustare partem ullam liquidæ voluptatis et liberæ non potest. *Lucret.* l. 3. v. 40. Voluptas liquida et pura. ¶ *Liquidus homo*, placidus et minime turbatus ira. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 64. Nunquid increpavit filium? *Tra.* tam liquidus est, quam liquida esse tempestas solet. Sic *liquidus animus*, tranquillus, serenus. *Plaut. Epid.* 5. 1. 36. Animo liquido et tranquillo es: tace. ¶ *Liquidus somnus* apud *Val. Flacc.* l. 4. v. 16. est tranquillus, placidus, atque adeo altus, profundus. Vel ea ratione dicitur, qua *irriguus somnus* apud *Pers.* sat. 5. v. 56. et sopor irrigat artus, *Virg.* 3. *Æn.* v. 511. adludendo ad cornu, quo Somnus deus perfundere membra fingitur: de quo *Stat.* 2. *Theb.* v. 144. et *Valer. Flacc.* l. 8. v. 72. ¶ *Liquida oratio*, pura. *Cic. de clar. Orat.* c. 79. Oratio ita pura erat, ut nihil liquidius, ita libere fluebat, ut nusquam adhæresceret. ¶ *Liquidum iter* apud *Virg.* 5. *Æn.* v. 217. est, quod per aera habetur: apud *Propert.* l. 3. el. 20. v. 14. quod mari. ¶ *Liquida palæstra* dicitur a *Lucan.* l. 9. v. 661. quia oleo perungebantur. ¶ *Liquidum auspicium*, manifestum, certum: vel quod sereno cælo accidit, atque adeo propitium est. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 72. Avi sinistra, auspicio liquido, atque ex sententia. ¶ *Liquidum* adverbii ritu. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 13. v. 8. Et liquidum tenui gutture cantat avis. *Calpurn. Ecl.* 4. v. 150. Tam liquidum, tam dulce canunt. ¶ *Ad liquidum*, usque ad rem exploratam, et manifestam. *so as that the matter may be placed in a clear light, beyond all doubt, to a certainty. Liv.* l. 35. c. 8. *ad fin.* Si quid vani afferret argui posset, donec ad liquidum veritas explorata esset. *Senec.* ep. 71. *ad fin.* Quid erit hæc virtus? judicium verum et immotum: ab hoc omnis species, quæ impetum movet, redigetur ad liquidum. *Quintil.* l. 5. c. *ult. a med.* Ad liquidum confessumque perducere aliquid. *Curt.* l. 9. c. 2. *ante med.* Nunquam ad liquidum fama perducitur: omnia, illa tradente, majora sunt vero. ¶ *Liquidæ consonantes* a Grammaticis dicuntur, quæ sunt quodammodo molliores, et ab aliis consonantibus comprimi, et frangi possunt ut *l*, et *r* apud Latinos, et hæ ipsæ, atque *m*, et *n* apud Græcos. *the liquids. Diomed.* l. 2. *Priscian.* l. 2. *Val. Prob.* l. 1. &c.

LIQUIS, e, *oblique*, idem quod obliquus, quod inde factum videtur. *Frontin. in exposit. formar.* pag. 32. *Goes.* Omnium summitatum metiundi observationes sunt duæ, enormis, et liquis. V. ibi reliqua.

LIQUO, as, avi, atum, a. 1. *to melt, dissolve, liquefy,* τήκω, διαλύω, liquentem reddo, liquefacio, fundo, solvo. *Plin.* l. 36. c. 26. Vitrum continuis fornacibus, ut æs, liquatur. et cap. 8. Lapis liquatur igni, ac funditur ad usum vitri. *Id.* l. 22. c. 20. Anchusa liquari non potest in aqua: oleo dissolvitur. *Lucan.* l. 7. v. 158. *de fulmine.* Excussit cristas galeis, capulosque solutis Perfudit gladiis, ereptaque tela liquavit. ¶ *Liquare alvum* est liquidam reddere. *to loosen, make lax or loose. Cels.* l. et c. 4. sect. 2. Liquanda alvus, interdum etiam ducenda: quibus extenuatum corpus incipit spiritum trahere commodius. ¶ Est etiam colare, defæcare, purgare. *to strain, purify,* διηθέω, διϋλίζω. *Colum.* l. 9. c. *pænult. ad fin.* Tenui vimine raris contextus saccus, qualis est, quo vinum liquatur. *is racked or fined. Frontin. de aquæduct.* artic. 15. Interposita est piscina limaria, ubi consisteret, et liquaretur aqua. *Manil.* l. 5. v. 534. et silicem rivo saliente liquabit. *Horat.* l. 1. od. 11. v. 6. Sapias, vina liques. *h. e.* saccis eorum vires frangas, defæces, ut mitiora sint, et suavius bibantur. Metonymice autem est, defundas, et bibas. *prepare or mellow by making it pass through a strainer; pour out for drinking.*

LĪQUOR, oris, m. *moisture, juice, liquor,* ὑγρότης, ἰδρὼς, humor liquidus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. Liquores perlucidi amnium. *Lucret.* l. 1. v. 936. Liquor mellis. *Id.* l. 2. v. 846. Sicut amaracini blandum, stactæque liquorem. *Id.* l. 5. v. 14. liquoris vitigeni latex. *Ovid. in Ibin*, v. 594. Liquor Stygius. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 8. v. 38. Virgineus. *h. e.* aquæ virginis. *Cic. in Prognost.* l. 1. *de Divin.* c. 7. Saxaque cana, salis niveo spumata liquore. *Senec. in Œdip.* v. 565. niveus lactis liquor. *Virg.* 3. *Georg.* v. 484. fluidus liquor. *h. e.* tabes. *Plin.* l. 35. c. 15. oleaceus. *Stat. in fin.* silv. 3. l. 3. Assyrius. *h. e.* amomum. *Cels.* l. 7. c. 21. sect. 2. *de hernia aquosa.* Liquoris ejus major modus prohibet. *Scribon. Larg. compos.* 8. Liquor e naribus. *Senec. in Œdip.* v. 955. Hactenus fundent levem oculi liquorem. ¶ De mari. *Horat.* l. 3. od. 3. v. 46. qua medius liquor Secernit Europen ab Afro. ¶ Item liquiditas. *liquidity, fluidness, fluidity. Cic. de Univ.* c. *ult.* Causæ, quæ vim habent frigoris et caloris, concretionis et liquoris. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Atque aquæ etiam admixtum esse calorem, primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio. *Lucret.* l. 1. v. 453. Pondus uti saxis, calor ignibu', liquor aquai. Prima syllaba hoc loco producitur, ut in *Liquidus*, et *Liquens. Plin.* l. 33. c. 6. Vomica liquoris æterni argentum vivum appellatur.

LĪQUOR, eris, passiv. 3. *to be dissolved, melt, liquate, liquefy, drop, run, flow,* τήκομαι, liquefio, liquesco, dissolvor, labor, diffluo. *Virg.* 1. *Georg.* v. 43. Vere novo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur. *Id.* 9. *Æn. sub fin.* tum toto corpore sudor liquitur. et l. 3. v. 27. Nam quæ prima solo ruptis radicibus arbos Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ. *Lucan.* l. 9. v. 772. femorum quoque musculus omnis Liquitur, et nigra distillant inguina tabe. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 618. cui nunc venit irritus ori Lactis, et infelix in vulnera liquitur imber. *Plin.* l. 15. c. 6. Oleum e cortinis in labra fundendum, ut fraces et amurca liquentur. ¶ Translate *Lucret.* l. 2. v. 1130. Inde minutatim vires, et robur adultum Frangit, et in partem pejorem liquitur ætas. *h. e.* labitur, defluit, deficit. *wastes or wears away. Plaut. Trin.* 2. 1. 17. Illico res foras labitur, liquitur. *h. e.* res familiaris dissolvitur, absumitur.

LIRA, æ, f. *the ground thrown up by the plough; a balk or ridge of earth between two furrows*, idem quod porca. *Colum.* l. 2. c. 4. *a med.* Liras rustici vocant easdem porcas, cum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat. *Id.* l. 11. c. 3. *ante med.* Est autem lira similis ei porcæ, quam in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uliginem vitent. *Id.* l. 2. c. 4. *a med.* Jugerum commode proscinditur duabus operis, una iteratur, tertiatur dodrante, in liram satum redigitur quadrante operæ. et cap. 8. Patentes liras, et sulcos aquarios facere. et c. 10. Prius jaciemus semina, deinde proscindemus terram, proscissamque in liram revocabimus. *Non.* c. 1. n. 62. et *Isidor.* l. et cap. 15. *Orig.* ita liram a porca distinguunt, ut hanc dicant quod in arando exstat, liram quod defossum est, scilicet sulcum. Etiam *Festus* porcam, sulcum definit. Sed magis est *Columellæ* credendum, qui liram et porcam idem facit: quamvis lib. 2. c. 8. videatur liras et sulcos conjungere, tanquam unam atque eandem rem. Cæterum facile fuit hæc confundere, et promiscue accipere, quia lira, et sulcus simul fiunt. Neque enim potest terra in liram erigi, quin eodem tempore sulcus ad ejus latera deprimatur. V. *Porca.*

LIRĀTIM, *by ridges, ridgewise*, per liras, secundum liras. *Colum.* l. 11. c. 3. *ante med.* Habet allium plures cohærentes spicas, eæque cum sint divisæ, liratim seri debent, ut in pulvinis positæ minus infestentur hiemis aquis.

LIRĪNON oleum, seu unguentum, est, quod ex liliis conficitur, quæ λείρια Græce appellant, λείρινον, *oil, or ointment, of lilies. Plin.* l. 21. c. 5. et lib. 23. c. 4. *ad fin.*

LIRĬŎPE, f. Λειριόπη, Nympha marina, Oceani et Tethyos filia, ex qua Cephisus amnis Narcissum puerum formosissimum suscepit. *Ovid.* l. 3. *Metam.* v. 342. Cærula Liriope.

LIRIS, is, m. hod. *Garigliano*, Λῖρις, fl. Italiæ, qui Latium a Samnio, et Campania separat. Supra Soram apud Atinam oritur, Minturnas urbem excisam præterlabitur, et in mare Tyrrhenum inter Formias, et Sinuessam desinit. *Plin.* lib. 2. cap. 103. et lib. 3. c. 5. *Lucan.* lib. 2. v. 424. et umbrosæ Liris per regna Maricæ Vestinis impulsus aquis.

LIRO, as, avi, atum, a. 1. liras facio, in liram satum redigo: quod fit post jacta semina, ut terra obruantur. *to make balks or ridges in land; to cover the seed in ploughing. Varr.* l. 1. *R. R.* cap. 29. Terram cum primum arant, proscindere appellant: cum iterum, offringere: tertio cum arant jacto semine, lirare dicuntur: id est, cum tabellis additis ad vomerem, simul et satum frumentum operiunt in porcis, et sulcant fossas, quo pluvia aqua delabatur. Hæc *Varro. Plin.* l. 18. c. 20. Aratione per transversum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, crate, vel rastro: et sato semine, iteratio. Hæc quoque, ubi consuetudo patitur, crate dentata: vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operiente semina: unde primum appellata deliratio est. *Colum.* l. 11. c. 2. *circa med.* Si facilis est terra, proscinditur jugerum duabus operis, iteratur una, lirantur unâ jugera quatuor. ¶ Qui *liram* sulcum interpretantur, *lirare* intelligunt sulcum facere. Metaphorice pro delirare posuit *Auson.* hoc est a recta via declinare, aberrare a veritate: epist. 10. v. 8. Phœbus jubet verum loqui. Et si Pierias patitur lirare Sorores, Nunquam ipse torquet αὔλακα. ¶ *Lirare alicui labias*, ungue lacerare. *Pompon.* apud *Non.* c. 1. n. 62. Num quis hic resistit, qui nondum labias lirarit mihi?

LIRŒ, *trifles, toys, fooleries, gimcracks*, λῆροι, Græca vox, idest deliria, gerræ, nugæ. Interdum enim nomina secundæ declinationis per diphthongum *œ* more Græcorum usurpata reperiuntur. Sic *Adelphœ* inscribitur Terentii Comœdia, quæ Græce Ἀδελφοί. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 9. Nam tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet, gerræ germanæ, atque ædepol liræ, liræ. Sunt qui Græce legunt λῆροι, λῆροι, vel λῆροι λήρων.

LIS, litis, f. *strife; a dispute, controversy, judicial contest, litigious or controverted cause, suit of law, lawsuit, fact, process or action at law,* ἔρις, δίκη, res quæ est in controversia, et ipsa controversia. Quidam volunt primum dictam *sistlitem* a sistendo; deinde *stlitem*, demum *litem*. Alii ducunt ab ἔλις pro ἔρις, per aphæresim. De re, quæ est in controversia. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 5. *circa med.* Quibus res erat in controversia, ea vocabatur lis: ideo in actionibus videmus dici, *Quam rem, sive litem dicere oportet.* Ad hanc formulam alludit *Cic. pro Mur.* c. 12. *extr. de JCtis.* Illud mihi mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, utrum rem, an litem dici oporteret. *Id. ibid.* c. 20. Lites severe æstimatæ. V. *Æstimo. Id. pro Rosc. Com.* c. 1. Quo minus secundum eas tabulas lis detur, non recusamus. et c. 14. De tota lite pactionem facere. *Liv.* l. 3. c. *ult.* Judices in suam rem litem vertunt. ¶ De ipsa controversia. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 28. Superius illud genus causam, aut controversiam appellant, eamque tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt. *h. e.* controversia judiciali. *Quintil.* l. 4. c. 2. *a med.* Litem suscipere. *Id.* l. 6. c. 1. *ad fin.* agere adversus aliquem. *to bring an action against any one. Cic.* 3. *Offic.* c. 10. *a med.* orare. *to plead a cause. Terent. Eun.* 4. 5. 8. Lites factæ sunt inter eos maxumæ. *Quintil.* c. *ult.* l. 3. *ad fin.* Scire, quid litem faciat. *h. e.* constituat. *Cic.* 5. *Verr.* c. 13. Bona sua repetere, ac persequi lite atque judicio. *Id.* 1. *de Orat.* c. 10. Litem alicui intendere. *to sue, go to law with.* et *pro Rabir. Post.* c. 4. et *pro Cluent.* c. 41. inferre in aliquem. *Id.* lib. 16. *Attic.* ep. 15. contestari. *to produce witnesses in court. Id. pro Rosc. Com.* c. 4. obtinere, aut amittere. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 37. litem perdere. *to lose his action, be cast. Festus:* Liti cecidisse dicitur, qui ejus rei, de qua agebat, causam amisit. Ubi nota *liti* pro *lite*, ut *igni* pro *igne*, et alia. *Hermogenian. Dig.* lib. 48. tit. 10. leg. 20 Litem instruere advocatione, aut testibus. *Triphonin.* lib. 5. tit. 2. leg. 22. instituere de re quapiam. *to draw up or prepare a process. Papinian.* l. 3. tit. 5. leg. 30. in judicium deducere. *et ibid. in fin.* Sumptus in lite facere. *Paul. ibid.* tit. 3. leg. 30. Facere impensas in litem. *Virg.* 12. *Æn.* v. 898. litem discernere agris. *Id. Ecl.* 9. v. 14. incidere novas lites. *Cic.* 5. *Verr.* c. 57. *extr.* sedare. *Horat.* lib. 1. ep. 16. v. 42. secare. *Id.* l. 1. sat. 7. v. 5. molestas habere cum aliquo. *Id.* l. 1. ep. 2. v. 11. et *Virg. Ecl.* 3. v. 108. componere inter aliquos. *Ovid. Fast.* 6. v. 89. in litem studio certaminis ire. *Terent. Adelph.* 2. 2. 40. lites sequi. *Id. Phorm.* 2. 3. 61. sectari, et 4. 3. 29. litibus desistere. ¶ *Litem suam facere*, dicitur orator, cum,

relicta causa, se ipsum defendit, et oblitus rei, pro se dicit. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 75. Quid, si cum pro altero dicas, litem tuam facias, aut læsus efferare iracundia, causam relinquas; nihil ne noceas? ¶ Item judex, in quem litis damnum transfertur, quia vel dolo malo, vel pecunia corruptus, vel gratia, vel ex ignorantia male judicavit, ut est apud *Ulpian. Dig.* lib. 5. tit. 1. leg. 15. Adde *Caium* lib. 44. tit. 7. leg. 4. *a med.* Hinc translate *Gell.* c. 1. l. 10. Nam et Varro satis aperte, quid dici oporteret, edocuit; et ego adversus eum, qui doctus esse dicebatur, litem meam facere absens nolui. ¶ Item qui ad constitutum tempus ad causam disceptandam in foro non adfuit, cum judex esset datus, aut sumptus. *C. Titius* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 12. Inde ad comitium vadunt, ne litem suam faciant. ¶ Litis nomen, inquit *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 36. omnem actionem significat, sive in rem, sive in personam sit. Quare etiam de capitali judicio dicitur. *Cic. pro Cluent.* c. 41. Judices, quod sibi cum, quem semel condemnarunt, inimicum putant esse, si qua in eum lis capitis illata est, non admittunt. ¶ De quacumque controversia, certamine, contentione, jurgio, *any strife, contention, contest, debate, or dispute. Horat. in ar. poet.* v. 77. Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor, Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est. *Propert.* l. 4. el. 5. v. 39. Semper habe morsus circa tua colla recentes, Litibus alternis quos putet esse datos. *Senec. in Troadib.* v. 223. Et, causa litis regibus, Chryse jacet. ¶ Proverbii species est illud *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 103. Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit. ¶ Translate dicitur de discrepantia et contrarietate rerum inanimatarum. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 108. Ut semel hæc rerum secessit lite suarum, Inque novas abiit massa soluta domos. *Id. Heroid.* ep. 16. v. 288. Lis est cum forma magna pudicitiæ. [† Dixit *Juvenalis*: Rara est concordia formæ Atque pudicitiæ.]

LITABĬLIS, le, qui litari potest. *Lactant.* l. 1. c. 21. Priapo litabilis victima est asellus. *h. e.* justa et grata, qua illud numen placari potest. *a meet proper sacrifice. Minut. Fel.* c. 32. Litabilis hostia. Rursus *Lactant. in Epitom.* c. 7. Litabilior victima. Priore *Lactantii* loco al. leg. *litalis.*

LITĀMEN, inis, n. *a sacrifice,* sacrificium, quo litatur. *Stat.* 10. *Theb.* v. 610. Audite, o sontes, extrema litamina divum. *Prudent. in præfat. Hamartig.* v. 50. *de Cain immolante.* Cujus litamen sordet, et terram sapit.

LITANĪA, æ, f. *a supplication, prayer, litany,* λιτανεία, supplicatio, preces: a λιτή, unde λιτανεύω, supplico. Vox Græca est, quam tamen usurpat *Sidon.* l. 5. ep. 7. et *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 1. *Cod.* tit. 5. leg. 3. ubi *litanias facere* est preces simul cum aliis habere.

LITATĬO, onis, f. *an appeasing of the gods by sacrifice,* καλλιέρησις, καλλιέρημα, actus litandi, sacrificii peractio rite facta, voti per cæsam victimam impetratio. *Liv.* l. 27. c. 23. Per dies aliquot hostiæ majores sine litatione cæsæ, diuque non impetrata pax deorum. *Id.* l. 41. c. 15. Cum relatum esset, jecur hostiæ defluxisse; Senatus, inquit, majoribus hostiis usque ad litationem sacrificari jussit. *until favourable omens should appear by their entrails.* Adde *Plaut. Pseud.* 1. 3. 99. [*Inscript.* apud *Marinium Fratr. Arval.* n. 14. lin. 23. Agnam opimam immolaverunt, et hostiæ litationem inspexerunt. *h. e.* observarunt, num cæsæ hostiæ exta recte se haberent, ex haruspicinæ præscripto; nam nisi id ita esse reperissent, aliis, iisque majoribus hostiis Deorum iram placare studebant.

*LITATO, adverbialis vox, qua significatur hostiis litatis, *h. e.* ex more inspectis et recte se habentibus. *Liv.* lib. 5. c. 38. Non Deorum saltem, si non hominum, memores, nec auspicato, nec litato, instruunt aciem.]

LITĀTUS, a, um, adject. *Festus:* Litatum alii solutum, deditum deo, quasi luitatum; alii ex Græco, a precibus, quas illi λιτὰς dicunt. *Virg.* 4. *Æn.* v. 50. Tu modo posce deos veniam, sacrisque litatis Indulge hospitio. *having properly performed sacred rites.* Ubi *Servius:* Diis litatis debuit dicere. non enim sacra, sed deos sacris litamus, idest placamus. Ergo nove dixit. Sed distinguendum est, ut dicamus *sacris,* id est per sacra: *litatis* scilicet diis. Hoc *Servii* postremum, ut nihil dicam de reliquis, minime placet. Nam et violentum est, et in aliis hujusmodi locis locum habere non potest, ut apud *Ovid.* 14. *Metam.* v. 156. Euboicam emergit in urbem Troius Æneas, sacrisque e more litatis, Litora adit, &c.

LITĔRA. V. *Littera.*

LITERNĪNUS, a, um, ad Liternum pertinens, ut Liternimum rus, *Plin.* l. 14. c. 4. et lib. 16. c. 44. Liternina villa, *Valer. Max.* l. 2. c. 10. n. 2. [¶ *Literninum* absolute, *h. e.* prædium. *Liv.* lib. 38. c. 52. Scipio in Literninum concessit. *Cic.* 10. *ad Att.* ep. 13. In Liternino mansurus. *Plin.* l. 16. c. 44. *init.* In Liter nino Africani prioris manu satæ oleæ.]

LITERNUM, i, n. hod. *Torre di Patria,* Λείτερνον, oppidum Campaniæ in ora maris Tyrrheni prope fluvium cognominem, inter Vulturnum et Cumas. *Plin.* l. 3. c. 5. et *Sil.* l. 6. v. 654. ubi *stagnosum* appellat, et *Ovid.* 15. *Metam.* v. 714. ubi *lentisciferum* a lentisci copia. De flumine *Liv.* l. 32. c. 19. ¶ Literni rus Africani superioris fuit, qui ibidem in exsilio diem obiit extremum, teste *eod.* l. 38. cap. 53. ¶ Scribitur et *Linternum*: sed *Liternum* Critici magis probant.

LITERNUS, a, um, ad Liternum pertinens, ut Literna palus, *Sil.* l. 7. v. 278. Liternus ager, *Cic.* 2. *Agrar.* c. 25.

[*LITHANĪCUS, i, m. qui calculo laborat, a λιθιάω, calculo laboro. *Plin.* l. 22. et c. 22. sect. 87. Utuntur (sinapi) ad alopecias cum rubrica, psoras, lepras, phthiriases, lithanicos, opisthotonicos. *Harduinus* adnotat: Ita libri omnes: alii *tetanicos*; ego *lichenas* malim.]

LITHARGȲRUM, i, n. *litharge, the scum, froth, or spume of silver,* λιθάργυρος: a λίθος, lapis, et ἄργυρον, argentum, scoria est argenti in lapidis duritiem compacta, usum habens in medicina. *Plin.* l. 26. c. 10. *a med.*

LITHIZONTES, m. *a sort of carbuncle,* λιθίζοντες, gemmæ quædam ex genere carbunculorum languidius lucentes: a λιθίζω, lapidesco, quod ad lapidum potius, quam gemmarum naturam accedant. *Plin.* l. 37. c. 7.

LITHOSPERMON, i, n. *the herb grummel or stonecrop,* λιθόσπερμον: a λίθος, lapis, et σπέρμα, semen: herba est quincuncialis fere, foliis duplo majoribus, quam rutæ, ramulis surculosis, crassitudine junci. Gerit juxta folia singulas veluti barbulas, et earum in cacuminibus lapillos candore et rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia vero lapidea. Ipsi qua pediculis adhæreant, cavernulas habent, et intus semen. Nascitur et in Italia: sed laudatissimum in Creta. Nec quicquam inter herbas majore miraculo aspexi: tantus est decor, velut aurificum arte alterne inter folia candicantibus margaritis: tam exquisita difficultas lapidis ex herba nascentis. Hæc *Plin.* l. 27. c. 11.

LITHOSTRŌTA, orum, n. *a pavement composed of small pieces of marble of different colours; a tessellated or mosaic pavement,* λιθόστρωτα: a λίθος, lapis, et στρώννυμι, sterno. Proprie lithostrota erant e parvis crustulis marmoris diversi coloris. *Plin.* lib. 36. c. 25. Pavimenta originem habent apud Græcos elaborata arte, picturæ ratione, donec lithostrota expulere eam. V. ibi plura. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. Emblema, aut lithostrotum. Vox est adjectiva. *Varr. ibid. sub fin.* c. 1. Villa opere tectorio, et intestino, ac pavimentis nobilibus lithostrotis spectanda. Adde *Capitolin. in Gordian.* cap. 32.

LITĪCEN, cinis, m. *one who blows a clarion; a trumpeter,* σαλπιγκτής, qui lituo canit, ut *tubicen,* qui tuba. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 16. *sub fin.* Tubicines a tuba, et canendo: similiter liticines. *Stat.* l. 4. *Silv.* 7. v. 19. liticene notus Hectoris armis. *h. e.* Misenus. Adde *Caton.* apud *Gell.* l. 20. c. 2. et *Ammian.* l. 14. c. 2. (*al.* c. 8.) *Inscript.* apud *Don.* class. 6. n. 118. M. Aurelius M. Aur. L. Crestus liticen Leg. III. Parthic. Adde aliam apud *Murator.* pag. 798. n. 1.

LITĬGANS, antis, *a litigant; one engaged in a suit of law,* litigator. *Gell.* l. 2. c. 12. *extr.* Litigantes destituere. et lib. 14. c. 2. *a med.* Sensus litigantium deprehendere. *Plin.* l. 19. c. 1. *ad fin.* Velis forum adumbravit, ut salubrius litigantes consisterent. *the parties litigant.*

LITIGATĬO, onis, f. *litigation,* lis, litigium. *Lactant.* l. 3. c. 8. Omissis litigationibus furiosis ac pertinacibus, veniamus ad judicem. *Al. rectius leg.* litigatoribus.

LITIGĀTOR, oris, m. *a litigant,* ἐριστής, qui litigat. *Cic. pro Dom.* c. 44. Emit domum litigatoribus fatigatis. *Al. leg.* licitatoribus. *Quintil.* l. 2. *c. ult.* Litigator rusticus, illitteratusque, de sua causa melius, quam orator, qui nescit, quid in lite sit, dicet. *Id.* l. 10. c. 1. *ante med.* Ne orator omnia testimonia expetat a litigatore, sed pleraque ex vetustate diligenter sibi cognita sumat. *Sueton. in Aug.* c. 33. Appellationes urbanorum litigatorum. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 42. Sponte litigatoris, præmium honestæ operæ assequi.

LITIGĀTUS, us, m. lis, litigium. In sexto casu singulari *Quintil.* declam. 6. cap. 19. Quamquam in hoc litigatu quodammodo tibi ipsa excidisti.

LITIGIŌSUS, a, um, *litigious, inclined to lawsuits,* φιλόδικος, qui frequens in litibus versatur, vel quavis de causa litem movet. *Cic.* 4. *Verr.* c. 14. Hominemque id ætatis minime litigiosum, quam tumultuosissime adoriantur. *Sidon.* l. 8. ep. 3. Duæ anus, quibus nihil unquam litigiosius, bibacius, vomacius erit. *Augustin.* epist. 68. Homines pertinacissimi, et litigiosissimi. ¶ Interdum idem est ac controversus, seu de quo lis est, ἐριστικός, ἀμφισβητητικός. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 27. In parvo, et eo litigioso prædiolo relicti sumus. *the subject of dispute.* ¶ Dicitur etiam de re plena litibus, seu de loco, in quo lites agitantur. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 188. Fora litigiosa. *full of wrangling or disputes, noisy.* ¶ Item de oratione contentiosa. *Cic.* 5. *Fin.* c. 26. Habent enim et bene longam, et satis litigiosam disputationem. *quarrelsome, captious.*

LITIGĬUM, ii, n. *quarrelling, wrangling, strife,* ἔρις, litis actio, lis, controversia. *Plaut. Cas.* 3. 9. 31. Ego quid contrahere cupio litigii inter eos. *Id. Men.* 5. 2. 15. Cum viro litigium natum.

LITĬGO, as, avi, atum, n. 1. *to strive, contend, quarrel, wrangle, dispute, debate, sue at law, litigate,* ἀμφισβητέω, ἐρίζω, discepto, contendo: a *lis,* quasi litem ago. *Cic.* 9. *Fam.* epist. 25. Noli pati, litigare fratres, et judiciis turpibus conflictari. *Id. Attic.* l. 13. ep. 36. Hirtium cum Quinto acerrime litigasse. *Plaut. Rud.* 4. 4. 16. Qua de re litigatis inter vos? *Martial.* l. 11. epigr. 36. Quare non veniam vocatus a te, Miraris, quererisque, litigasque. *Petron. in Satyr.* cap. 132. Quid? non et Ulysses cum corde litigat suo? et cap. 83. Litigare cum ventis. *h. e.* inani contentione certare, et operam perdere, εἰς ἀέρα λαλεῖν.

LITO, as, avi, atum, a. 1. *to appease by sacrifice,* καλλιερέω, sacrificio facto deos placo, votumque impetro, frequent. a *luo,* quod est solvo. Nam ut *optimus* pro *optumus, maximus* pro *maxumus* dixere posteriores, sic *litare* pro *lutare.* Igitur *litare,* est sacra persolvere. Ideo autem sumitur pro placare, quia qui solvit, quod debet, is a creditoris se molestia liberat. *Varro* ἑκατόμβη περὶ θυσιῶν. Habes, qui, et cujus rei causa fecerim hecatomben: in quo ego, ut puto, quoniam est luere, solvere, lutavi. Citat *Non.* in *Lutavi,* cap. 2. n. 482. Tunc autem litasse credebant veteres, cum exta hostiarum luculenta et notis felicibus insignita essent. *Sueton. in Cæs.* c. 81. Pluribus hostiis cæsis cum litare non posset, introiit curiam spreta religione. *Plaut. Pœn.* a. 2. v. 41. Si istuc unquam factum est, tum me Jupiter faciat, ut semper sacrificem, nec unquam litem. *Plin.* l. 8. c. 45. *sub fin.* Victimarum probatio in vitulo, ut articulum suffraginis cauda contingat: breviore non litant. *Sueton. in Aug.* c. 96. Cum sacrificio non litante, augeri hostias imperasset. *not presenting any favourable omens. Martial.* l. 10. epigr. 73. Non quacumque manu victima cæsa litat. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 17. Cum pluribus diis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur? *Plin.* l. 10. c. 28. Litatum est ei deo. ¶ Cum accusat. est sacrificare, mactare, diis offerre. *to sacrifice, offer in sacrifice. Sueton. in Othon.* c. 8. Victimas Diti Patri cæsas litavit: cum tali sacrificio contraria exta potiora sint. *Al. leg.* victima cæsa. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 630. Pontifices forda sacra litate bove. *Stat.* 10. *Theb.* v. 338. et *Lucan.* l. 1. v. 632. tibi enim hæc ego sacra litavi. *Flor.* l. 3. c. 4. Litare diis sanguinem humanum. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 24. Pastor et ad calamos exta litabat ovis. ¶ Ponitur interdum pro deo offerre, sacrificare. *Tertull. de Patient.* c. 10. Quem autem honorem litabimus Domino Deo. *Prudent. Cathemer.* 7. v. 5. litare victimam. ¶ Et pro parentare sacrificando. *Cic. pro Flacc.* c. 38. Litemus Lentulo, parentemus Cethego. *Senec. in Agamemn.* v. 577. Postquam litatum est Ilio, Phœbus redit. ¶ Translate *Senec. in Med. sub fin.* Plura non habui, dolor, tibi quæ litarem. *Apul.* l. 3. *Metam.* De latronis hujus sanguine legibus vestris, et disciplinæ publicæ litate. *h. e.* hujus morte legum vim tuemini, et servate. *Plin. in Paneg.* c. 52. Statuæ aureæ strage et ruina publico gaudio litaverunt. *h. e.* satisfecerunt. ¶ Illud *Plinii senior. in præfat. histor. nat. ante med. Mola tantum salsa litant, qui non habent tura,* proverbii speciem habere potest, de iis scilicet, qui ut possunt, vivunt, quando ut vellent, non licet, ut est apud *Terent. Andr.* 4. 5. 10. vel qui quod habent, libenter largiuntur, plura daturi, si haberent.

LITORĀLIS, le, *of, or on, the sea-side or shore, littoral,* ἀκταῖος, ad litus pertinens, litoreus. *Plin.* l. 9. c. 17. *a med.* Litorales pisces. *Justin.* l. 12. c. 10. Litorales Indi. *Catull.* carm. 4. v. 22. Vota facta litoralibus diis. *h. e.* qui præsunt litoribus, et in iis templa habere solent, quæ adeunt nautæ vota soluturi pro felici navigatione. *Virg. Georg.* 1. v. 436. Votaque servati solvent in litore nautæ Glauco, et Panopeæ, et Inoo Melicertæ.

LITORĔUS, a, um, *of or belonging to the sea-shore,* ἀκταῖος, ad litus pertinens, maritimus. Vox est fere poetica. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 725. Litorea arena. *Martial.* lib. 10. epigr. 78. Ibis litoreas, Macer, Salonas. et epigr. 58. Litorea domus. *Virg. Æn.* 12. v. 248. Litoreæ aves. et lib. 8. v. 43. ilices. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 369. et lib. 10. v. 127. Litoreus cancer. *h. e.* qui prope litus degere amat.

LITORŌSUS, a, um, litoralis, litoreus. *Plin.* l. 37. c. 10. Callais sapphirum imitatur, candidior, et litoroso mari similis. *h. e.* eum aquæ marinæ colorem referens, qui est circa litus. *Fab. Max.* apud *Serv. ad Æn.* 1. v. 7. Ager macerrimus, et litorosissimus. *close to the sea-shore.*

LITŌTES, f. λιτότης, h. e. tenuitas: a λιτὸς, tenuis, exiguus. Nomen est figuræ, qua negando contrarium, plus significamus, quam dicimus: et est species synecdoches. *a figure in rhetoric, wherein, by a negation of the contrary, more is implied than expressed.* Exempla ejus non una *Servius* in *Virgilio* observavit, ut 2. *Georg.* v. 129. Miscueruntque herbas, et non innoxia verba. *h. e.* nocentissima. et vers. 125. Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris. *h. e.* strenuissima. et lib. 3. v. 56. Nec mihi displiceat maculis insignis et albo. *h. e.* valde placeat. et *Æn.* 5. v. 39. non immemor ille parentum. *remembering well.* et lib. 7. v. 261. Munera nec sperno. *I accept willingly. Sulpic. ad Cicer.* 12. *Fam.* ep. 4. Etsi scio non jucundissimum nuntium me vobis allaturum. *h. e.* tristissimum. *none of the most pleasant, very sad.* ¶ Etiam sine negatione fit, cum res magna verbis extenuatur, ut *Virg. Æn.* 1. v. 81. mihi jussa capessere fas est. *h. e.* oportet, necesse est omnino. V. plura apud *Voss.* l. 4. *institution. orator.* c. 10. sect. 8. ubi statim monet, male a quibusdam *liptotes* dici.

LITTĔRA, *et* Litera, æ, f. *a letter,* γράμμα, elementum, minima ac individua pars orationis, ex qua syllaba

constituitur, ut *a*, *b*, *c*. *Cic. de Divin.* l. 1. c. 13. Sus rostro si humi A litteram impresserit. *Id.* 2. *de Divin.* c. 41. Sortes in robore insculptæ priscarum litterarum notis. *Id.* 4. *Verr.* cap. 33. *extr.* Maximis litteris incisum. *in large characters or letters.* (Sic littera quadrata apud *Petron.*) et *Fam.* 2. ep. 17. *a med.* Ille cum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me litteram nunquam misit. *not a single letter.* et *Plin. in fin.* cap. 9. l. 37. Reliquas gemmas litterarum ordine explicabimus. *alphabetically.* Sic *Senec.* ep. 68. *a med.* Digerere in litteram. *h. e.* per ordinem litterarum, ut singula sub sua littera perscribantur. *Plin.* l. 13. c. 12. *ad fin. de charta.* Inserta mediis glutinamentis tænia, vix, nisi littera fundente se. *h. e.* ductu litteræ per atramentum facto. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 649. Litteram ducere in pulvere. *Cic. de clar. Orat.* c. 74. Lenis appellatio litterarum. ¶ Litteras invenisse primi dicuntur Assyrii, vel Ægyptii, vel Syri. In Græciam intulit Cadmus e Phœnice, sexdecim numero: quatuor adjecit Palamedes Trojano bello Θ, Ξ, Φ, Χ: totidem postea Simonides Melicus Ζ, Η, Ψ, Ω. Hæc *Plin.* l. 7. c. 16. ¶ *Homo trium litterarum* apud *Plaut. Aulul.* 2. 4. 46. est fur. *a thief.* ¶ *Litteram ex se longam facere*, apud *eundem ibid.* 1. 1. *in fin.* est se suspendere: *to hang himself*: scil. I longam, qui laqueo pendent, referunt. Alii intelligunt T, h. e. pendentem hominem ex trabe transversa. Alii etiam aliter leg. ¶ *Littera salutaris* dicitur a *Cic. pro Mil.* c. 6. A: *tristis* vero C: quia in tabellis judicum illa *absolvo*, hac *condemno* significatur. ¶ Sumitur et pro verbo. *a word.* Hinc *ad litteram* est *word for word. Quintil.* l. 9. c. 1. *a med.* Quem duobus ab eo libris tractatum locum, ad litteram subjeci. ¶ Interdum pro ratione scribendi, quæ propria cujusque est. *a style, character, or manner of writing. Cic. Attic.* lib. 7. epist. 2. Alexidis animum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ: manum non amabam, quod indicabat, te non valere. ¶ *Facere litteram*, vel *litteras* est scribere. *to write. Plaut. Asin.* 4. 1. 22. Ne illi sit cera, ubi facere possit litteras. *Cic.* 4. *Acad.* c. 2. *ad fin.* Ne litteram quidem ullam facimus, nisi forensem. ¶ *Nescire litteras* est *to be able neither to read nor write; not to know one's letters. Senec. de clement.* lib. 2. cap. 1. et *Sueton. in Ner.* c. 10. Cum de supplicio cujusdam ut ex more subscriberet, admoneretur: Quam vellem, inquit, nescire litteras! Idem significat *nescius litterarum* apud *Colum.* l. 1. c. 8. Et *scientia litterarum* apud *Paul. Dig.* lib. 29. tit. 2. leg. 92. est peritia scribendi. ¶ Aliquando nescire litteras est indoctum, seu ineruditum esse. *Cic. de clar. Orat.* c. 74. Flamininus existimabatur bene Latine, sed litteras nesciebat. *he was not a learned man.* ¶ Per synecdochen accipitur pro scripto, seu scriptura: et fere in plur. numero. *a writing, composition. Cic.* 6. *Verr.* c. 63. Mihi litteras publicas, quas in ærario sanctiore conditas habebant, proferunt, in quibus ostendunt omnia, quæ dixi ablata esse, perscripta. *the public acts or records.* et cap. 16. Ab hoc abaci vasa omnia abstulit. Dicat, se emisse. etenim hic propter magnitudinem furti sunt, ut opinor, litteræ factæ. [¶ *Litteræ missæ* eæ sunt, quas tu ad aliquem scripseris; *allatæ*, quas ab aliquo tibi scriptas acceperis. Hinc liber litterarum missarum, et allatarum fuit tabularium, quo utebantur publici magistratus, quodque nos vulgo vocamus *il Copialettere.* (*a book into which letters were copied.*) *Cic. pro Fonteio*, c. 4. Quod vox ex litteris quidem nostris, quas exscripsistis, et missis et allatis certe scire potuistis. Quas si antea non legistis, nunc ex nobis, quid de iis rebus Fonteius ad legatos suos scripserit, quid ad eum illi rescripserint, cognoscite. L. M. (*h. e.* litteræ missæ) ad C. Annium Leg., ad C. Fonteium Leg. L. A. (*h. e.* litteræ allatæ) a C. Annio Leg., a C. Fonteio Leg. Adde eund. *Cic. in Verr.* 4. c. 71. Quas ego (litteras) Syracusis, apud Carpinatium in litterarum allatarum libris; Romæ, in litterarum missarum apud magistrum Tullium inveni.] ¶ Et speciatim pro scripto, quo absentes alloquimur. *a letter, epistle. Cic. Attic.* l. 1. ep. 13. Litteræ non sunt committendæ ejusmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut intercipi possint. *Liv.* l. 26. c. 15. Litteras resolvere. *Plaut. Trin.* 3. 3. 65. resignare. *Cic. Catil.* 3. c. 4. dare alicui ad aliquem. *Id. Attic.* l. 5. ep. 21. mittere. *et ibid.* accipere. *et ibid.* reddere alicui. et lib. 11. ep. 16. *ad fin.* remittere. et lib. 12. ep. 1. exarare. *Id. Fam.* 3. ep. 7. Unis litteris totius æstatis res gestas ad Senatum perscribere. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 18. Binis continuis litteris, ut venirem, rogavit. *Cic. sub fin. ep. ult.* l. 5. *ad Attic.* Queri apud aliquem per litteras. et l. 13. ep. 2. Invitare per litteras. *Justin.* l. 27. cap. 2. Inde ad Antiochum fratrem litteras facit, quibus auxilium ejus implorat. *Cic. Attic. ep. ult.* l. 1. Ei nunc epistolæ litteris his respondebo. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 3. Venio ad tuas litteras, quas pluribus epistolis accepi. V. *Epistola.* ¶ Hoc sensu in singulari num. adhibere poeticum est. *Ovid. Heroid.* epist. 3. Quam legis, a rapta Briseide littera venit. Adde epist. 6. v. 9. et lib. 4. *Trist.* el. 7. v. 23. et *Martial.* l. 10. epigr. 73. &c. ¶ Et pro historia, et monumentis rerum gestarum. *Nep. in præfat.* Expertes litterarum Græcarum. Adde *in Pelopida*, c. 1. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 13. et *Liv.* l. 6. c. 1. ¶ Et pro tabulis accepti, et expensi. *Cic. pro Quint.* c. 11. Ad te ipsum venit in agrum communem: eo denique, ubi non modo res erat, sed ratio quoque omnis, et omnes litteræ. Adde *Verr.* 6. c. 12. ¶ Et pro edicto, et jussis magistratus. *an edict, decree, proclamation. Id. Verr.* 7. c. 22. Cedo mihi ejusdem prætoris litteras et frumenti imperati, et tritici empti. ¶ Et sæpe pro libris, et scriptionibus doctrinam et eruditionem continentibus. *writings, books, memoirs. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 3. Mandare litteris cogitationes suas. *to commit to writing.* et 1. *Acad.* c. 1. Litteris consignamus, quæ monumentis mandare volumus. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 16. Sed quod litteris exstet, Pherecydes primum dixit, animos hominum esse sempiternos. *Id.* 2. *de Orat.* c. 2. Custodire aliquid litteris. *Macrob.* 5. *Saturn.* c. 19. *ante med.* Dare aliquid in litteras. *h. e.* mandare litteris. Sic *Spartian. in Sever.* c. 16. Ut plerique in litteras tradunt. et *Vopisc. in Aureliano*, c. 1. *ad fin.* Mittere aliquem in litteras. *h. e.* ejus vitam scribere. ¶ Et pro ipsa eruditione et doctrina. *literature, letters, learning, erudition*: præsertim quæ ex Grammatica arte hauritur: unde *litteratura*, et *litterati* dicti sunt. V. *Grammatica*, et *Grammaticus. Cic.* 2. *de Orat.* c. 20. Sit mihi orator tinctus litteris: audierit aliquid, legerit, ista ipsa præcepta acceperit. *Id. de clar. Orat.* c. 76. Erant in eo plurimæ litteræ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam et reconditæ. *Id.* 2. *de Orat.* c. 17. Homo communium litterarum, et politioris humanitatis non expers. *Id.* 6. *Verr.* c. 44. Homo sine ingenio, sine litteris. *Id. Attic.* l. 9. ep. 10. Mihi nihil libri, nihil litteræ, nihil doctrina prodest. et l. 4. ep. 16. *a med.* Refero me ad litteras et studia nostra. *Id.* 2. *de legib.* c. 1. In litteris ætatem agere. *et pro Arch.* c. 2. Studia humanitatis et litterarum. *et de Harusp. resp.* c. 9. In studio litterarum versari. *Id. de clar. Orat.* c. 42. Dialecticam attulit: sed adjunxit etiam et litterarum scientiam et loquendi elegantiam. *Id.* 3. *de Orat.* c. 32. Geometriam, musicam, litterarum cognitionem, et poetarum. ¶ Etiam altiores disciplinæ, philosophia, theologia, et hujusmodi, litterarum nomine intelligi possunt. *the arts and sciences. Cic.* 5. *Tuscul.* c. 36. *in fin.* Quid est enim dulcius otio litterato? iis dico litteris, quibus infinitatem rerum, atque naturæ, et in hoc ipso mundo cælum, terras, maria cognoscimus. *Plin.* l. 14. c. 4. Altiores litteræ. *h. e.* magica ars. ¶ Etymologi quidam ducunt a supino *litum*, verbi *lino*, unde et litura: et simplici *t* scribi volunt: quam scriptionem probat *Dausq.* et fulciunt libri non pauci. Verum gravior antiquitas stat pro duplici *tt*, quam lapides, Pandectæ Florentinæ, et libri veteres, testib. *Manut.* et *Cellar.* confirmant.

LITTERĀLIS, le, litterarius. *Symmach.* l. 4. ep. 54. Litterale commercium. *h. e.* epistolarum. *Al. leg.* tale. *Cæl. Aurel. Chronic.* l. 1. c. 5. Litteralis lectio. *h. e.* librorum. *Diomed.* l. 2. *sub init.* p. 414. *Putsch.* Grammatica litteralis dicta, quod a litteris incipiat.

LITTERARĬUS, a, um, *relating to letters, literary*, γραμματικός, ad litteras pertinens. *Quintil.* l. 1. c. 4. *a med.* (*al.* c. 8.) *Sueton. in Calig.* c. 45. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 66. et *Plin.* l. 9. c. 8. Litterarius ludus. *a school.* et *Vopisc. in Pertin.* c. 8. Litterarius magister. *a writing-master, schoolmaster, abecedarian.*

LITTERĀTE, *learnedly, eruditely, elegantly, accurately, correctly*, erudite, docte, cum litterarum peritia, scite, eleganter, πεπαιδευμένως. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 62. Belle et litterate dicta laudantur. *Id. in Bruto*, c. 56. Antiquitatis, scriptorumque veterum litterate peritus. et c. 28. Perbene Latine loqui putabatur, litteratiusque, quam ceteri. *Id. de Harusp. resp.* c. 8. *sub fin.* Litterate respondere. *Id. in Pison.* c. 25. *sub fin.* Rationes ad ærarium retuli continuo: quas si cognoris, intelliges, nemini plus quam mihi, litteras profuisse, ita enim sunt perscriptæ scite et litterate, ut, &c. *so accurately and so skilfully.*

LITTERATĬO, onis, f. *the knowing one's letters, A B C learning*, quædam velut infantia Grammaticæ, scilicet ratio et scientia litterarum, ex quibus voces fiunt: quæ pertinet ad primam partem, et rudimenta litteraturæ, et ad librariorum artem et calculonum, qui pueros legere, scribere, et supputare docent. Ita enim appellata est a *Varrone*, testib. *Augustin.* l. 2. *de Ordine*, c. 12. et *Isid.* l. 1. *Orig.* c. 3. Adde *Martian. Capell.* l. 3. pag. 50.

LITTERĀTOR, oris, m. *a learned person*, γραμματικός, idem qui *litteratus*, h. e. qui litteras profitetur, et qui aliquid diligenter et acute, scienterque potest aut dicere, aut scribere: proprie autem qui poetarum interpres est. Ita ex *Cornelio Nepote*, *Sueton. de Grammat.* c. 4. ubi subdit: Messala Corvinus in quadam epistola, non esse sibi dicens rem cum litteratore Catone, significat haud dubie Val. Catonem poetam simul, Grammaticumque notissimum. Hoc sensu usurpat *Catull.* carm. 14. *ad Calv. Licin.* v. 9. ¶ Sunt qui litteratum a litteratore distinguant, ut Græci grammaticum a grammatista, et illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existiment (*a grammaticaster, mean verbal pedant, low grammarian*) quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat. Nam apud majores, ait, cum familia alicujus venalis produceretur, non temere quem litteratum, in titulo, sed litteratorem inscribi solitum esse, quasi non perfectum litteris, sed imbutum. *Sueton. ibid.* Sic *Gell.* l. 18. c. 9. Ex his, qui aderant, alter litterator fuit alter litteras sciens. *mox ibid.* appellat *grammaticum*, grammatistam intelligens. *Id.* l. 16. c. 6. Quispiam Latinæ linguæ litterator, Roma a Brundusinis arcessitus, experiundum se se vulgo dabat. *mox.* barbare insciteque legisse dicit, et *indoctum hominem* vocat. ¶ Apud *Apul. in Florid.* n. 20. (*al.* l. 4.) litterator est, qui pueros legere et scribere docet. *a teacher of letters, schoolmaster, pedagogue.*

LITTERATORĬUS, a, um, ad litteratorem pertinens, litterarius. Videtur excludi ab usu Latino illis *Quintiliani* verbis lib. 2. c. 14. Grammatice litteratura est, non litteratrix, quemadmodum oratrix: nec litteratoria quemadmodum oratoria. *Tertull.* tamen *de Idolol.* c. 10. Videamus necessitatem litteratoriæ eruditionis.

LITTERĀTRIX. V. locum *Quintil.* in dictione præced.

[* LITTERATŬLUS, i, m. diminut. a *litteratus. Hieronym. in Rufin.* l. 1. *c. ult.* Tu, qui videris tibi litteratulus, atque Rabbi, responde.]

LITTERATŪRA, æ, f. *the forming of letters, writing*, litterarum formatio in tabella stilo, vel in charta atramento. *Cic. in Partition.* c. 7. *extr.* Litteratura constat ex notis litterarum, et ex eo, in quo imprimuntur illæ notæ. ¶ Item *the art which treats of letters, grammar; literature, learning, scholarship, erudition*, γραμματική, scientia litterarum, quæ Græca appellatione *grammatica* dicitur. *Quintil.* l. 2. c. 1. Grammatice, quam in Latinum transferentes, litteraturam vocaverunt. *Senec.* ep. 88. *circa med.* Prima illa, ut antiqui vocabant, litteratura, per quam pueris elementa traduntur. *Cic.* 2. *Phil.* c. 45. *de C. Cæsare.* Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, litteratura, cogitatio, diligentia. *Litteratura* hic est plena litterarum cognitio, et peritia, qua quis potest aliquid diligenter, et acute, scienterque aut dicere, aut scribere, ut in *Litterator* dictum est.

LITTERĀTUS, a, um, *written on*, litteras inscriptas habens. *Plaut. Rud.* 4. 4. 112. Ensiculus aureolus litteratus. et 2. 5. 21. Litterata urna. *Apul.* l. 3. *Metam.* Laminæ litteratæ. et lib. 6. Laciniæ auro litteratæ. *h. e.* aureis litteris intextæ. ¶ *Servus litteratus*, est stigmate notatus, v. gr. si fugitivus esset, aut furax. Solebant enim hujusmodi inscribere frontem, inurendo litteras ferro candenti. *Plaut. Cas.* 2. 6. 49. Hoc age sis, Olympio. *Ol.* si hic litteratus me sinat. *Apul.* l. 9. *Metam.* Homunculi frontes litterati, et capillum semirasi, et pedes annulati. in verbis *Plauti* allatis, alii intelligunt servum, qui tergus cicatricosum, et virgarum notis, quasi litteris inscriptum habeat. Unde *Id. Pseud.* 1. 5. 131. Quasi in libro cum scribuntur calamo litteræ, stilis me totum usque ulmeis conscribito. Apud *Apul.* al. leg. *frontes liturati*: quod eodem fere recidit. ¶ Item qui scribere scit, scriptor, amanuensis, *a scribe, writer, notary, amanuensis, clerk. Cic. in Bruto*, c. 22. *a med.* Omnibus exclusis, commentatum in quadam testudine cum servis litteratis fuisse, &c. Addebat etiam, scriptores illos male mulcatos exisse cum Galba. ¶ Item litteris præditus, eruditus, doctus, *learned, erudite*, πεπαιδευμένος. *Cic.* 3. *Offic.* c. 14. Canius nec infacetus, et satis litteratus. *Id. de clar. Orator.* c. 21. Albinus et litteratus, et disertus fuit. *Id. pro Mur.* c. 7. Tua nobilitas hominibus litteratis, et historicis est notior: populo vero et suffragatoribus obscurior. *Senec.* l. 4. *quæst. natur.* c. 13. Quid istas ineptias, quibus nec litteratior fit quisquam, nec melior, tam operose persequeris? *Cic. Fam.* 9. ep. 16. *ante med.* Frater tuus, quem litteratissimum fuisse judico, facile diceret, hic versus Plauti non est: quod tritas haberet aures notandis generibus poetarum, et consuetudine legendi. Ex hoc *Ciceronis* loco colligimus, *litteratos* proprie dictos, qui interpretes essent poetarum. *Sueton. de Grammat.* c. 4. Appellatio Grammaticorum Græca consuetudine invaluit: sed initio litterati vocabantur. Cornelius quoque Nepos, in libello, quo distinguit litteratum ab erudito, litteratos quidem vulgo appellari ait eos, qui aliquid diligenter, et acute, scienterque possint aut dicere, aut scribere: ceterum proprie sic appellandos poetarum interpretes. Hæc *Sueton.* ¶ Est etiam *litteratus* litterarius. *literary. Cic.* 5. *Tuscul.* c. 36. Quid est enim dulcius otio litterato? iis dico litteris, quibus infinitatem rerum, atque naturæ cognoscimus.

LITTERĬO, onis, m. *a grammaticaster*, contemptus litterator, sciolus, grammatista. *Ammian.* l. 17. c. 11. (*al.* 22.) Ut hirsutum, Julianum carpentes, appellantesque loquacem talpam, et purpuratam simiam, et litterionem Græcum.

LITTERŌSUS, a, um, litteratus, antique. *Cassius Hemina* apud *Non.* c. 2. n. 495. Homo mere litterosus.

LITTERŬLA, æ, f. *a small letter*, γραμμάτιον, parva littera. *Cic. epist. ult.* l. 6. *ad Attic.* Admiratus sum σύγχυσιν litterularum, quæ solent tuæ compositissimæ et clarissimæ esse. *Id. Fam.* 16. ep. 15. Accepi tuam epistolam vacillantibus litterulis: nec mirum tam gravi morbo. ¶ De studiis leviorib. litterarum vel modestiæ causa, vel per contemptum. *Id. Attic.* l. 7. ep. 2. *ad fin.* Chrysippum vero, quem ego propter litterularum nescio quid, libenter vidi, in honore habui. *Id. Fam.* 16. ep. 10. Litterulæ meæ, sive nostræ, tui desiderio oblanguerunt. et l. 5. ep. 21. Utor eodem perfugio, quo tibi utendum censeo, litterulis nostris. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 7. Litterulis Græcis imbutus. ¶ De epistola, *a short letter or epistle; a note.*

Cic. Attic. l. 12. ep. 1. Postquam a te discesseram, hoc litterularum exaravi.

LITTUS. V. *Litus.*

LITŬRA, æ, f. *a smearing, anointing*, ἄλειψις, litus, unctio: a sup. *litum* verbi *lino*. *Colum.* l. 4. c. 24. *ante med.* Solem etiam, et pluvias arcet ejusmodi litura. ¶ Ferre sumitur pro superinductione illa, et complanatione, qua scriptura in tabula cerata deletur, *the rubbing out of a letter or word; a rasure; a blot, streak, or dash through any writing*, ἐξάλειψις. *Cic. pro Arch.* c. 5. Et unius nominis litura se commotum esse dixerit. *Horat. de ar. poet.* v. 292. carmen reprehendite, quod non Multa dies, et multa litura coercuit. *Cæcin. ad Cicer. Fam.* 6. ep. 7. Mendum scripturæ litura tollitur. *Cic. Verr.* 4. c. 76. Erant acceptæ pecuniæ *a C. Verrutio C. F.* sic tamen ut usque ad alterum r litteræ constarent integræ, reliquæ omnes essent in litura. *et cap. ult.* Videtis Verrutium? videtis primas litteras integras? videtis extremam partem nominis, caudam illam Verris, tanquam in luto, demersam esse in litura? ¶ Translate *Senec. de vita beata*, c. 8. Fiducia ejus non sine scientia sit, scientia non sine constantia: maneant illi semper placita, nec ulla in decretis ejus litura sit. *h. e.* nulla mutatio, aut pœnitentia. *Martial.* l. 7. epigr. 17. corpus nulla litura notat. *h. e.* nulla ruga signat. ¶ Est etiam macula, quæ scribendo fit, *a blot, blur. Propert.* l. 4. el. 3. v. 4. Si qua tamen tibi lecturo pars oblita deerit, Hæc erit e lacrimis facta litura meis. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 1. v. 15. Littera suffusas quod habet maculosa lituras, &c.

LITURARĬUS, a, um, ad liturandum, seu delendum pertinens. *Auson. in præfat. ad centon. nuptial.* Hoc cum inter liturarios meos reperissem. *h. e.* codicillos, in quibus concepta carmina perscribimus, et subinde, quæ displicent, delemus.

LITURĀTUS. V. in *Litteratus.*

LITURGUS, i, m. λειτουργὸς, minister publicus, seu qui publico aliquo ministerio fungitur. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 24. *leg. ult.* et *Martian. Capell.* l. 2. pag. 45.

LITŪRO, as, avi, atum, a. 1. *to blot out, erase*, περιγράφω, deleo. *Sidon. Apol.* l. 9. ep. 3. *extr.* Tunc vel certius probasse reliqua gaudebo, si liturasse aliqua cognovero.

LĪTUS, oris, n. *the shore, sea-side, strand, coast*, αἰγιαλὸς, ἀκτὴ, terra adjacens mari, quæ fluctibus alluitur. *Cels. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 96. Litus est, quousque maximus fluctus a mari pervenit: idque M. Tullium aiunt, cum arbiter esset, primum constituisse. *Cic. in Top.* c. 7. Solebat Aquilius quærentibus, quid esset litus, ita definire, qua fluctus alluderet. *Id. pro Rosc. Amer.* cap. 26. Quid tam commune, quam mare fluctuantibus, litus ejectis? *Catull.* carm. 11. *ad Fur. et Aurel.* v. 4. Litus tunditur unda. *is lashed by the waves. Virg. Ecl.* 9. v. 43. Huc ades: insani feriant sine litora fluctus. *Id.* 7. *Æn.* v. 10. Proxima Circææ raduntur litora terræ. *Horat.* epod. 16. v. 40. prætervolare litora. et epod. 12. v. 21. curvum litus. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 451. sinuosum legere. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 844. petere. et lib. 14. v. 104. intrare. *h. e.* portum. et lib. 6. v. 520. exire in litus. et lib. 1. *Trist.* el. 5. v. 36. Et date naufragio litora tuta meo. ¶ *Arare litus* est operam perdere. Sterilis est enim arena litorum. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 4. v. 48. ¶ *In litus arenas fundere* est idem quod *noctuas Athenas, ligna in silvam*, et hujusmodi, *to carry water to the sea, or (as we say) to carry coals to Newcastle. Id. ibid.* el. 6. v. 44. in litus arenas, In segetem spicas, in mare fundat aquas. ¶ *Cic. Attic.* l. 1. ep. 18. Metellus non homo, sed litus, atque aer, et solitudo mera. *h. e.* tam non idoneus levandæ tristitiæ, et consulendo, consolandoque, quam est litus, aer, solitudo. Alii aliter interpretantur. Est enim locus variis tum conjecturis, tum lectionibus exagitatus. ¶ Late accipitur pro terra vicina litori, *land lying near the sea. Virg. Æn.* 4. 212. cui litus arandum, Cuique loci leges dedimus. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 63. De numero servorum et electione litorum loqui. *h. e.* secessuum amœnorum in litoribus. ¶ Differt a *ripa*, quæ de flumine dicitur. *Ovid. Metam.* 1. v. 42. *de fluminibus.* campoque recepta Liberioris aquæ, pro ripis litora pulsant. ¶ Reperitur tamen *litus* pro ripa, ut monet *Servius* ad illud *Virg.* 3. *Æn.* v. 389. et lib. 8. v. 43. Litoreis ingens inventa sub ilicibus sus. et vers. 83. viridique in litore conspicitur sus. *Prudent. Cathemer.* 5. v. 45. rex Niliaci litoris. Sic de ripa lacuum *Ovid.* 6. *Fast.* v. 765. et *Sil.* l. 15. v. 818. Thrasymenaque litora. et *Catull.* carm. 35. *ad Libell.* v. 4. Larium litus. ¶ Et contra *ripa* pro litore. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 23. Æquoris nigri fremitum, et trementes Verbere ripas. ¶ Variant Etymologi in adsignanda origine, nec afferre videntur quidquam probabile: a *lido* pro lædo, a *luo*, a *ludo, is*, a *lino, is*, a *lito, as*, a λιτὸς, tenuis, a λιτὴ, terra inculta, vel preces, a λισσὸς, glaber, &c. Ne in scribendi quidem ratione conveniunt, quia *tt* geminare nonnullis placet. Sed plerique alii simplici *t* scribunt ex veterib. libris et lapidibus, cum *Pierio ad Virg. Æn.* 7. v. 1. *Manutio, Cellar. Dausq.* et aliis.

LĬTUS, a, um, *anointed, smeared, daubed*, κεχρισμένος, illitus, aspersus, inspersus, particip. a *linor. Virg.* 4. *Georg.* v. 99. Elucent aliæ, et fulgore coruscant Ardentes auro, et paribus lita corpora guttis. *spotted, marked, dropped.* In tab. marmor. apud *Gruter.* pag. 207. col. 2. *ad fin.* Eosque parietes marginesque omnes, quæ lita non erunt calce arenato (*plastered, pargetted*) lita, politaque, et calce uda dealbata recte facito. *Ovid.* 4. *ex Pont.* epist. 9. v. 83. litæ serpentis felle sagittæ. *dipped.* et *Martial.* l. 10. epigr. 68. Deque coloratis nunquam lita mater Etruscis. *painted.* et *Sueton. in Ner.* c. 31. In ceteris partibus (*domus Neronis*) cuncta auro lita, distincta gemmis, &c. *inlaid with gold, gilded.*

LĬTUS, us, m. *an anointing*, unctio: a *litum* supino verbi *lino. Plin.* l. 33. c. 6. *sub fin.* Usus ejus ad collyria, et litu ad muliebrium cicatricum fœditates tollendas. *Cels.* l. et cap. 6. sect. 20. Ante litum, hoc ungendum est. [Acute hic conjicit *Leon. Targa* in altera *Celsi* editione legendum esse: Ante leni, tum hoc inungendum est. Sensus erit, ante leni collyrio, tum hoc acri inungendum esse.]

LĬTŬUS, i, m. *a clarion*, λίτυος, genus tubæ minoris, incurvum, gracilem edens sonum, quo in bello utebantur: a λιτὸς, tenuis, acutus, nempe ob sonum. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 216. Jam lituus pugnæ signa daturus erat. *Horat.* l. 1. od. 1. v. 23. Multos castra juvant, et lituo tubæ Permixtus sonitus. *Id.* l. 2. od. 1. v. 18. Jam litui strepunt. *Stat.* 6. *Theb.* v. 228. Et lituis aures circum pulsantur acutis. *Lucan.* l. 1. v. 237. stridor lituum, clangorque tubarum. (pro *lituorum*: quod habet et *Valer. Flacc.* l. 6. v. 166.) *Senec. in Thyest.* v. 575. Jam tacet stridor litui strepentis. *et in Œdip.* v. 734. Lituusque adunco stridulos cantus Elisit ære. *h. e.* spiritu per aduncum, seu inflexum cavum emisso. ¶ Sunt, qui lituum a tuba distinguunt etiam ex eo, quod ille equitum sit, hæc vero peditum. Sed unde probent, habere non videntur. ¶ Item baculus incurvus, quo Augures sedentes avibus templum designabant: ita dictus a similitudine litui. *a staff a little bent at the end, used by the augurs. Liv.* l. 1. c. 18. Dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellaverunt. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 17. Quid lituus iste vester, quod clarissimum est insigne Auguratus, unde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit, tum cum urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, idest incurvum et leviter a summo inflexum bacillum, quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit, cum situs esset in Curia Saliorum, quæ est in Palatio, eaque deflagrasset, inventus est integer. Hactenus *Cicero.* Sed quis credat, Ciceronem putasse opus, ut, quid lituus esset, exponeret? Omnino interpretatio illa e glossemate in textum irrepsit, ut jam *Lips.* l. 1. *variar. lect.* c. 20. observavit. Interim tamen vera dicuntur. Nam et *Gell.* l. 5. c. 8. lituum auguralem a lituo militari dictum docet, non hunc ab illo, ut quidam putabant. Similis lituo est nunc Episcoporum baculus. *the pastoral staff of a bishop; a crosier. Virg.* 7. *Æn.* v. 187. Ipse Quirinali lituo, parvaque sedebat Succinctus trabea, lævaque ancile gerebat Picus. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 375. lituo pulcher, trabeaque Quirinus. *Servius ad loc. Virg. mod. cit.* adscribit, posse ibi intelligi etiam regium baculum, in quo potestas esset dirimendarum litium. *et ad* lib. 3. *Georg.* v. 183. etiam Mercurii virgam lituum appellari. ¶ Translate *Cic. Attic.* l. 11. ep. 12. Q. Fratrem lituum meæ profectionis fuisse. *h. e.* impulsorem. Est qui legit *illicium.*

LĪVĒDO, inis, f. *blackness or blueness*, livor. *Apul.* l. 9. *Metam.* Quales illic homunculi, vibicibus livedinis totam cutem depicti! [† V. *Lividineus.*]

LIVENS, entis, *black and blue, livid, yellow, pale and wan*, lividus, plumbei coloris, pallens. *Virg.* 7. *Æn.* v. 687. pars maxima glandes Liventis plumbi spargit. *Sil.* l. 8. v. 383. Liventes cœno per squalida turbidus arva Cogit aquas Ufens. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 817. Prunaque non solum nigro liventia succo, Verum etiam generosa. *Propert.* l. 4. el. 2. v. 13. Prima mihi variat liventibus uva racemis. *Albinov. ad Liviam*, v. 273. Aspiciam regum liventia colla catenis. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 2. v. 47. compedibus liventia crura. *Stat.* 1. *Theb.* v. 617. liventes in morte oculi. ¶ Translate est invidens. *invidious. Martial.* l. 8. epigr. 61. Quid imprecabor, o Severe, liventi?

LIVENTER, adverb. fusce, ad modum lividi coloris. *Paulin. Petrocor.* l. 4. v. 192. Liventer fracto nigrescunt gutture fauces.

LIVĔO, es, n. 2. *to be black and blue, be pale and wan, be livid*, πελιδνόομαι, lividus sum, hoc est plumbei coloris. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 776. Livent rubigine dentes. *Propert.* l. 4. el. 7. v. 65. Hæc sua maternis queritur livere catervis Brachia. ¶ Translate sumitur pro invidere, quia invidi aliena felicitate pallent, et livescunt. *to envy, repine at another's prosperity. Tacit. Ann.* 13. c. 42. Livere iis, qui eloquentiam exercent. Al. aliter leg. *Martial.* l. 6. epigr. 86. Et potet calidam, qui mihi livet, aquam. *Al. leg.* laudat. *Id.* l. 9. epigr. 24. Albanæ livere potest pia quercus olivæ, quod, &c. *Id.* l. 8. epigr. 61. Livet Carinus, rumpitur, furit, plorat. *is black and blue with envy. Stat.* 11. *Theb.* v. 211. Liveat infandum licet Argos, et aspera Juno. *Id.* l. 1. silv. 2. v. 150. rupesque nitent, queis purpura sæpe Œbalis, et Tyrii moderator livet aheni. V. *Lividus.*

LIVESCO, is, n. 3. *to become black and blue, grow livid*, πελιδνόομαι, lividus fio. *Lucret.* l. 3. v. 529. Digiti livescunt in pedibus. ¶ Translate sumitur pro invidere. *to envy. Claudian.* l. 3. *de rapt. Proserp.* v. 27. nec enim livescere fas est, Vel nocuisse deos.

LIVIĀNUS, a, um, adject. ad Livium, vel Liviam familiam Rom. pertinens, ut Livianæ fici, apud *Colum.* l. 5. c. 10. Livianum æs, *Plin.* l. 34. c. 2. *h. e.* a Livia Augusti conjuge, metalli domina, appellatum. Liviana charta, *Id.* l. 13. c. 12. ab eadem Livia dicta: secundæ notæ, et bonitatis, cum primæ Augusta diceretur. Livianus exercitus, *Liv.* l. 28. c. 9. *h. e.* a M. Livio Cos. ductus. ¶ In Euganeis montibus, inter Tauriliam, et Titulum, parvus est vicus, qui Livianum dicitur, hod. *Luvigliano*, ubi T. Livii fuisse villam, vulgo ferunt.

[* LIVĬDE, adverb. subobscure. *Plin.* l. 37. c. 7. Qui carbunculi languidius et lividius ex Indicis lucent, lithizontas appellari.]

LIVIDINANS, antis, particip. qui invidet, et livore tabescit. *Petron. in Satyr.* c. 138. Ipse Paris dearum lividinantium Judex. Alii leg. *libidinantium*, alii *litigantium.*

LIVIDINĔUS, a, um, lividus, ut Vibices lividinei, apud *Apul.* l. 9. *Metam.* Ita leg. *Salmas.* alii aliter. [† V. *Livedo.*]

LIVĬDO, as, a. 1. πελιδνόω, lividum reddo. *Paulin. Nolan.* carm. 21. (*al.* 13.) v. 620. Pallore vultum lividet.

LIVĬDŬLUS, a, um, *somewhat envious and spiteful*, sublividus. *Juvenal.* sat. 11. v. 110. Quibus invideas, si lividulus sis.

LIVĬDUS, a, um, *black and blue, livid, pale and wan*, πελιδνὸς, color idem qui plumbeus, subniger: a voce Græca allata, per Metathesin. *Virg.* 6. *Æn.* v. 320. illæ remis vada livida verrunt. *Catull.* carm. 17. *ad Coloniam*, v. 11. lividissima vorago paludis. *Horat.* l. 2. od. 5. v. 10. jam tibi lividos Distinguet autumnus racemos. ¶ Speciatim lividus dicitur, qui fuscum colorem in cute ex ictu contraxit, exilibus venis collisis, sanguineque ad cutem diffuso. *black and blue from the effect of a bruise. Horat.* l. 1. od. 8. v. 10. Neque jam livida gestat armis brachia. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 82. Oraque sint digitis livida facta tuis. ¶ Translate dicitur invidus. *invidious. Martial.* l. 1. epigr. 41. Omnibus invideas, livide, nemo tibi. *Cic. Tusc.* 4. c. 12. Ergo et invidi, et malevoli, et lividi, et timidi, et misericordes, quia proclives ad eas perturbationes, &c. Distinguit hic *Cic.* lividos ab invidis, ut livere ab invidere. *Auct. dial. de Orat.* ubi ait cap. 25. Nam et Calvum et Asinium, et ipsum Ciceronem credo solitos et invidere, et livere, et ceteris humanæ infirmitatis vitiis affici. Discrimen fortasse est, quod *invidus* intra se potest invidiam continere, *lividus* manifestat aut verbis, aut signo aliquo, quemadmodum livida sunt membra, quæ suffuso sanguine ictum ostendunt. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 74. differ opus, livida lingua, tuum. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 93. Lividus et mordax videor tibi. Adde lib. 2. ep. 1. v. 89. Hæc tamen differentia non est perpetua. ¶ *Lividæ obliviones*, quibus recte facta tacentur ex invidia, ne laude merita fruantur. *Id.* l. 4. od. 9. v. 30. non ego te meis Chartis inornatum silebo, Totve tuos patiar labores Impune, Lolli, carpere lividas Obliviones. *envious oblivion.* ¶ *Livida sententia*, invida et mordax. *Senec.* controv. 14. l. 2. *sub fin.* Agrotas longe lividiorem sententiam dixit. Al. leg. *vividiorem.*

LIVIUS, ii, *Livy*, nomen propr. civis R. Liviorum gens Romæ tres habuit celebres familias, Denterum, Salinatorum, Drusorum, ex quibus prodiere clari viri, summisque honoribus usi. ¶ *Titus Livius* Patavii natus circa exsilium Ciceronis, Romæ diu vixit sub Augusto et Tiberio: obiitque demum in patria septuagenario major, anno quarto Imperii Tiberii, U. C. DCCLXX. a Christo nato XVII. Scripsit Romanam historiam ab initio ad sua usque tempora libris CXL. ex quibus vix XXXV. supersunt: periere ceteri magno damno historiæ et litterarum, et simul cum his dialogi quidam, aliique libri philosophiam ex professo continentes, quos teste *Senec.* ep. 100. confecerat. Eum *Id.* l. 1. *de ira*, c. 16. *a med.* disertissimum virum, *Plin. in præfat. hist. nat.* auctorem celeberrimum, *Tacit. Ann.* 4. c. 34. eloquentiæ ac fidei præclarum in primis, *et in Agric.* c. 14. veterum auctorem eloquentissimum, appellant. *Quintil.* autem l. 10. c. 1. ejus lacteam ubertatem laudat, et Herodoto æquat: et cum in narrando miræ jucunditatis, clarissimique candoris, tum in concionibus, supra quam enarrari possit, eloquentem prædicat. Mirum vero, quod narrat *Plin.* l. 2. ep. 3. fuisse, qui usque a Gadibus illius visendi causa Romam veniret, visoque abiret statim: quasi in Urbe domina terrarum et populorum majus esset miraculum vir unus, quam opes reliquæ, et potentia: qua de re verba facit etiam *Hieronym.* ep. 103. *ad Paulin.* ¶ De Livio Andronico. V. *Andronicus.*

LIVĬUS, a, um, ad Livium aliquem pertinens. *Colum.* l. 10. v. 413. Livia arbos. *h. e.* Liviana ficus. *Tacit.* 6. *Ann.* c. *ult.* Livia familia. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 6. Liviæ leges. *h. e.* a M. Livio Druso Trib. pleb. latæ per vim: de quibus in *Epit. Livii* l. 71. mentio fit.

LIVOR, oris, m. *blackness or blueness (the effect, for example, of a bruise), lividity*, πελίωμα, color ex pallido ni-

grescens, quem et plumbeum nonnulli appellant, qualem in contusis corporis partibus videre est, cum exiles venæ contusæ sanguinem ad extremam cutem diffundunt. *Plin.* l. 20. c. 22. Illinitur et livoribus, sugillatisque cum melle. *Colum.* l. 12. c. 47. Quia hæc candidior est oliva, quam ea, quæ contusione livorem contrahit. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 5. v. 26. Sed niger in vaccæ pectore livor erat. *blackness, black and blue spots.* et *Juvenal.* sat. 2. v. 81. Uvaque conspecta livorem ducit ab uva. ¶ Translate est invidia, odium, quod sæpe in obtrectationem erumpit. *envy, spite, malice, malignity. Brut. ad Cicer.* l. 11. *Fam.* ep. 10. Tu a certo sensu et vero judicas de nobis: quod isti ne faciant, summa malevolentia et livore impediuntur. *Sueton. in Calig.* c. 34. Nec minore livore ac malignitate, quam superbia sævitiaque pæne adversus omnis ævi homines grassatus est. *Phædr. in epil.* l. 2. v. 10. Si livor obtrectare curam voluerit, Non tamen eripiet laudis conscientiam. *Ovid.* 1. *Amor. el. ult. sub fin.* Pascitur in vivis livor: post fata quiescit. *Id.* l. 3. *ex Pont.* ep. 4. v. 73. Scripta placent a morte fere, quia lædere vivos Livor, et injusto carpere dente solet. *Id. sub fin. ep. ult.* l. 4. Ergo submotum patria proscindere, livor, Desine. *Id. de remed. amor.* v. 389. Rumpere, livor edax: jam magnum nomen habemus. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 1. Ambitionem scriptoris facile adverseris: obtrectatio et livor pronis auribus accipiuntur. *Nemesian. Ecl.* 1. v. 84. præsens tibi fama benignum Stravit iter, rumpens livoris nubila plena.

LIX, apud *Varron.* referente *Plin. sub fin.* l. 36. est cinis foci: apud *Non.* vero cap. 1. n. 309. est cinis, vel humor cineri admixtus: quæ posterior interpretatio plenior videtur, et verior. Nam et apud *Plin. loc. cit.* de cinere potando sermo est. *ashes, or water mixed with ashes.*

LIXA, æ, m. *a sutler, victualler in a camp, retainer or follower of the camp, who sold to the soldiers what things they needed,* ἀγοραῖος, qui quæstus gratia exercitum sequitur, et cibos, ac præcipue carnes, coquit ac vendit. V. *Calo.* Tres affert *Festus* notationes, omnes ineptas: vel quod extra ordinem sit militiæ, eique liceat, quod libuerit: vel a Licha, qui Herculem secutus fuit: vel a liguriendo quæstum. *Non.* c. 1. n. 309. ducit a *lixa*, qua voce Veteres aquam appellaverint: lixarum autem proprium officium fuisse militibus aquam subvehere. *Liv.* c. 1. l. 39. Inops regio, quæ parsimonia adstringeret milites, prædæ haud multum præberet, itaque non lixa sequebatur, non jumentorum longus ordo agmen extendebat. *Valer. Max.* l. 2. c. 7. n. 2. Lixas e castris submovit, cibumque coctum venalem proponi vetuit. *Hirt. de B. Afric.* c. 75. Lixarum, mercatorumque, qui plostris merces portabant, interceptis sarcinis. *Justin.* l. 38. c. 10. Luxuriæ non minor apparatus, quam militiæ fuit. nam LXXX. millia armatorum secuta sunt CCC. millia lixarum: ex quibus coquorum, pistorum, scenicorumque major numerus fuit. Vides hic *lixarum* nomine pistores quoque, scenicosque comprehendi. *Sil.* l. 5. v. 31. et inutile Marti Lixarum vulgus. ¶ Item minister, et servus magistratus. *Apul.* l. 1. *Metam.* Nam lixas, et virgas, et habitum prorsus magistratui congruentem in te video.

LIXABUNDUS, iter libere, ac prolixe faciens (scil. lixarum more) *Festus.*

LIXĪVĬA, æ, f. *lee, ley or lie, a kind of wash made of ashes, lixivium,* κονία, aqua, in qua eluendi causa cinis incocta est. V. *Lix.* Est autem vox adjectiva: et ubi substantivum reticetur, *aqua*, aut *cinis* subintelligitur. V. vocem sequent. *Colum.* l. 12. c. 22. Infundito cineris lixiviæ congios duos: cum requieverit, eliquato lixiviam. et cap. 16. Præparatam lixiviam cineris sarmenti calefieri convenit. et cap. 50. *a med.* Dolia, et seriæ, in quibus oleum reponitur, non calidissima lixivia, ne vasa ceram remittant, eluantur.

LIXĪVĬUS, a, um, dicitur de cinere in aqua cocto. *Plin.* l. 14. c. 20. *ad fin.* Vina concinnari cineris lixivii cum defruto cocti parte quadragesima in culeum. *lixivial, of lie.* et lib. 15. c. 18. *ad fin.* Uvas in cinere lixivio tingere. *Id.* l. 28. c. 18. *ad fin.* Cinere lixivio abluere. *with lie ashes.* ¶ Absolute *Pallad. in Novembr.* tit. 7. *circa med.* Ossa prunorum prius lixivio sunt maceranda per biduum, ut cito germinare cogantur. ¶ De musto lixivio V. in voce sequenti.

LIXĪVUS, a, um, pro *lixivius* aliquando legitur. *Pallad. in Januar.* tit. 15. *a med.* Nucem lixivo per annum continuum ter rigabis in mense. *h. e.* lixivia. ¶ *Colum.* l. 12. c. 50. *circa med.* Longe melioris saporis est oleum, quod minore vi preli, quasi lixivum defluxerit. (Al. leg. *lixivium.*) *h. e.* more lixiviæ aquæ ex pannis sponte defluentis. Sic *Cato R. R.* c. 23. Defrutum de musto lixivo coctum. *h. e.* quod ante pressuram uvarum sponte defluxit, ut *Colum.* l. 12. c. 27. interpretatur: vel quod distillaverit, antequam nimium calcetur uva, ut *Id. ibid.* exponit cap. 41. Primum musti genus *protropum* dicitur a *Plin.* l. 14. c. 9. *in fi.* ab Italis quibusdam *presmone* (*must that comes out of the grapes before they are pressed*).

LIXŬLÆ, arum, f. dicebantur vocabulo Sabino circuli ex farina, caseo, et aqua incondite facti: iidemque semilixulæ. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 22.

L O

LOBA, æ, f. *the stalk or stem of Indian wheat or millet,* culmus milii Indici. *Plin.* c. 7. l. 18.

LOCĀLIS, le, *local,* τοπικός, ad locum pertinens. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 34. *a med.* Esse aliquam localem determinationem, quæ sinus dicta sit Abrahæ. *Id. ad Scapul.* cap. 3. locale universali opponit. *Id. in apolog.* cap. 20. Locales clades. *h. e.* locorum. Sic *Ammian.* l. 14. c. 7. (*al.* 21.) Principum diffusa potestas localibus subinde medetur ærumnis. ¶ *Localia adverbia* apud Grammaticos sunt, quæ locum adsignificant. *local adverbs; adverbs of place. Charis.* l. 2. pag. 182. *Putsch.*

LOCĀLĬTER, *locally,* ratione loci. *Tertull. de Pall.* c. 2. Mutat et nunc localiter habitus. *Ammian.* l. 19. c. 12. (*al.* c. 26.) Besæ dei localiter appellati oraculum. *h. e.* ab incolis loci.

LOCĀRĬUM, ii, n. *money paid for the use of a stable or tavern,* ἐνοίκιον, pretium, quod datur in stabulo, et taberna, ubi consistant. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 2.

LOCĀRĬUS, ii, m. *one who took possession of a seat at the public spectacles, and parted with it for hire,* locator. *Martial.* l. 5. epigr. 25. Hermes divitiæ locariorum. *h. e.* qui locabant aliis sedem in gladiatorum spectaculis.

LOCĀTIM, per loca. Legitur a *Græv. in Valer. Max.* l. 5. c. 3. n. 3. *extern.* ex antiquis codicib. ubi alii *vicatim.*

LOCĀTĬO, onis, f. *a letting, lease,* ἐκμίσθωσις, actus locandi, *h. e.* rem alteri vel committendi faciendam, vel utendam concedendi, pretio pacto: cui *conductio*, et *redemptio* respondent. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 3. Disturbata porticus Catuli, quæ ex S. C. consulum locatione reficiebatur. *In vet. edict. Prætor.* apud *Gell.* l. 11. c. 17. Ex lege locationis. *Colum.* l. 1. c. 7. Mea fert opinio, rem malam esse frequentem locationem fundi. ¶ Item collocatio, dispositio, *collocation. Quintil.* l. 7. c. 1. Partitio est rerum singularum in partes discretus ordo, et recta quædam locatio, prioribus sequentia adnectens. *Id.* l. 9. c. 4. Amphiboliam fieri vitiosa locatione verborum.

LOCĀTĪTĬUS, a, um, *let or hired,* qui locatur. *Sidon.* l. 6. ep. 8. Mercenariis prosecutionibus, et locatitia fatigatione.

LOCĀTOR, oris, m. *he who lets, or hires, out,* ἐργοδότης, qui pretio rem aliquam utendam, aut faciendam dat alteri: cui *conductor*, et *redemptor* respondent. *Plin.* l. 7. c. 52. Locator funeris. *Labeo Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 60. domus. *African. ibid.* leg. 35. insulæ, et fundi. *Florentin. ibid.* leg. 36. operis. *Jul. Firmic.* l. 4. c. 6. Locatores meretricum.

LOCĀTUS, a, um, adject. *placed, set, laid, posited, collocated, disposed, stationed,* positus. *Cic. de clar. Orat.* c. 57. Membra suo quæque loco locata. *Enn.* apud *eund.* l. 2. *Offic.* c. 18. Benefacta male locata malefacta arbitror. *Cic. pro Cæl.* c. 28. Fortes viri in insidiis, atque in præsidio balnearum locati. *Curt.* l. 3. c. 9. *a med.* Equites ab utroque cornu locati. *Hirt. de B. Afric.* c. 36. Castellum in montis loco munito locatum vi expugnare. *situate. Sallust. in Jug.* c. 14. Castra locata. *pitched. Ovid.* 14. *Metam.* v. 89. sterilique locatæ Colle Pithecusæ. *Id.* 3. *Fast.* v. 615. dii nuper hac sede locati. *having taken up their abode. Id.* 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 129. inter convexa locatus sidera. ¶ Translate *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *ante med.* Civitatem in Catonis et Bruti fide locatum, meisque beneficiis ornatum funditus perdidissem. *placed under the protection of.* et *de Amic.* c. 12. Eo loco, Fanni, locati sumus, ut nos longe prospicere oporteat futuros casus reipublicæ. ¶ Est etiam pretio faciendus, vel utendus datus, *hired, let out. Plin.* l. 7. c. 52. Locatum funus. *Paul. Dig.* lib. 14. tit. et leg. 2. Ex locato agere cum aliquo. *h. e.* ex contractu locationis. Adde tit. 2. lib. 19. qui *locati et conducti* inscribitur. *Juvenal.* sat. 9. v. 143. duo fortes De grege Mœsorum, qui me cervice locata Securum jubeant clamoso insistere Circo.

LOCELLUS, li, m. *a little bag or purse,* βαλαντίδιον, parvus loculus, capsula. *Cæsar ad Pison.* apud *Charis.* l. 1. pag. 60. *Putsch.* Locellum tibi signatum remisi. *Martial.* l. 14. epigr. 13. cujus lemma est *Loculi lignei.* Si quid adhuc superest in nostri fæce locelli, Munus erit: nihil est, ipse locellus erit. *Id.* l. 10. epigr. 88. Omnes persequeris prætorum, Cotta, locellos. *Petron. in Satyr.* cap. 140. Unde plani viverent, nisi aut locellos, aut sonantes ære sacellos pro hamis in turbam mitterent? *Val. Max. in fin.* l. 7. Annulos in locellum repositos heredibus reddidit.

LOCĬTO, as, a. 1. *to let,* frequentativum verbi *loco, as,* qua significat utendum, aut faciendum dare. *Terent. Adelph.* 5. 8. 26. Agelli est hic sub urbe paulum, quod locitas foras.

LOCO, as, avi, atum, a. 1. *to place, set, lay, collocate, dispose, arrange, station,* καθίστημι, in loco pono, constituo, colloco. *Cic.* 15. *Fam.* ep. 2. Castra ad Cybistra locavi. *Quintil.* l. 2. c. 13. Locare equites pro cornibus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 46. Crates ad extremum tumulum contra hostem proferri, et adversas locari jubet. *Sallust. in Jug.* c. 105. Milites super vallum in munimentis locare. *Justin.* l. 2. c. 8. Juventutem in insidiis locat. *Plaut. Rud.* 2. 5. 17. et *Curcul.* 1. 1. 25. Locare insidias alicui. *Virg.* 1. *Æn.* v. 701. aulæis jam se regina superbis Aurea composuit sponda, mediamque locavit. et lib. 2. v. 525. recepit Ad se se, et sacra longævum in sede locavit. et lib. 8. v. 176. gramineoque viros locat ipse sedili. *seats.* et lib. 4. v. 508. Effigiemque toro locat. et vers. 266. Locare fundamenta urbis. *to lay the foundation of.* et lib. 1. v. 251. urbem Patavî, sedesque locavit Teucrorum. *founded. Tacit. de Germ.* c. 16. Vicos locant non in nostrum morem, connexis ædificiis: suam quisque domum spatio circumdat. *build, form, fashion, dispose. Sallust. in Jug.* c. 95. Ad oppidum Laris, ubi stipendium et commeatum locaverat, ire jubet. *had deposited.* ¶ Translate *Cic.* 1. *Acad.* c. 10. Inter recte factum, atque peccatum media locabat quædam. *Id. pro Mur.* c. 14. Artes, quæ possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis. *Lucret.* l. 5. v. 11. Fluctibus e tantis vitam, tantisque tenebris In tam tranquillo, et tam clara luce locavit. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 6. Omnia mea studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis magistratu fixi, et locavi. *Plaut. Amph.* 1. 1. 122. Operam pulcre locare. *to employ, bestow. Liv.* l. 7. c. 20. Locare beneficium apud gratos. *Cic. de Amic. in fi.* Vos hortor, ut ita virtutem locetis, ut, ea excepta, nihil amicitia præstabilius putetis. *h. e.* eo loco habeatis, ea existimatione et pretio dignam putetis, ut, &c. *Græv.* suspicatur legendum *colatis.* ¶ *Locare puellam* est nuptui dare, *to bestow or give in marriage. Plaut. Aulul.* 2. 2. 14. Virginem habeo grandem neque eam queo locare cuiquam. *Id. Trin.* 3. 3. 52. Locare in matrimonium. *Id. Cistell.* 2. 3. 18. Locare aliquam in luculentam familiam. *Terent. Phorm.* 5. 1. 25. Nuptum virginem locavi huic adolescenti. *Cic.* 2. *Phil.* c. 18. Locare in matrimonio stabili et certo. *Enn.* apud *Auct. ad Herenn.* c. 24. l. 2. Cur me huic locabas nuptiis? ¶ Est etiam mercede pacta quippiam alicui utendum concedere, *to let, or hire, out,* ἐκμισθόω, ἀπομισθόω: cui respondet *conducere. Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 30. Si Rhodiis turpe non est portorium locare, ne Hermacreonti quidem turpe est conducere. *Id.* 1. *Agrar.* c. 3. Censoribus vectigalia locare, nisi in conspectu populi R. non licet. *Liv.* l. 27. c. 3. Agrum omnem locavit frumento. *let for a rent of corn. Plin.* l. 9. ep. 37. Prædia locare non nummo, sed partibus. *not for money, but for a part of the produce. Sueton. in Ner.* cap. 37. Locare tabernas civitatibus ad stationem. ¶ Item aliquid faciendum committere, pretio proposito, *to bargain to have a thing done:* cui respondet *suscipere, redimere. Cic. sub fin. Phil.* 9. Ut Quæstores eam basim, statuamque faciendam, et in Rostris statuendam locent: quantique locaverint, tantam pecuniam redemptori solvendam curent. *Id.* 3. *Verr.* c. 59. Qui majore pecunia quatuor columnas dealbandas, quam ille omnes ædificandas locaverit. *et Verr.* 7. c. 45. *extr.* Palam vivorum funera locabantur. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 30. Tu idem optimum est loces efferendum. nam jam credo, mortuus est. *h. e.* pecuniam des alicui, qui curam funeris suscipiat. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 90. Anseribus cibaria publice locantur. *scil.* præbenda. Sic *Liv.* l. 27. c. 10. *extr.* Vestimenta præsenti pecunia locare exercitui. *h. e.* facienda pro exercitu. *Pers.* sat. 6. v. 67. ingentesque locat Cæsonia Rhenos. *h. e.* imagines Rheni faciendas. *Sueton. in Claud.* cap. 9. Quod fratrum Cæsaris statuas segnius locandas ponendasque curasset. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 12. *sub fin.* Monumentum ei marmoreum faciendum locarunt. ¶ *Locare se*, aut *operam suam* est pretio accepto alteri addicere, *to hire one's self. Plaut. Rud.* 2. 6. 51. Quid, si aliquo ad ludos me pro manduco locem? *Id. Trin.* 4. 2. 2. Ego operam meam tribus numis hodie locavi ad artes nugatorias. *Gell.* l. 3. c. 3. *sub fin.* Plautus ob quærendum victum, ad circumagendas molas operam pistori locavit. *Juvenal.* sat. 8. v. 185. Consumptis opibus, vocem, Damasippe, locasti. *h. e.* ut præconem ageres. ¶ Eleganter causidici, et rabulæ dicuntur a *Senec. in Herc. Fur.* v. 173. jurgia vendere, iras, et verba locare. ¶ *Locare noctes* meretricum est pretio amatoribus se addicentium. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 10. v. 30. Sola viro mulier spoliis exsultat ademptis: Sola locat noctes, sola locanda venit. ¶ *Locare nomen* est fidejussoris fidem suam interponentis, et se pro alio obligantis, ita ut patiatur nomen suum poni pro nomine debitoris. *Phædr.* l. 1. fab. 16. Fraudator nomen cum locat sponsu improbo, &c. Al. aliter leg. aut interpretantur. ¶ *Locare pecuniam* est ponere, impendere, *to lay out, expend. Plaut. Mostell.* 1. 3. 141. Triginta minas pro capite tuo dedi: nec quidquam argenti locavi jamdiu usquam æque bene. ¶ Item fenori dare, *to put out at interest. Id. ibid.* 3. 1. 4. Locare argenti nemini nummum queo. ¶ *Locassim, is, it,* pro *locaverim* antique habetur apud *Cicer.* 3. *de Legib.* c. 4. et *Plaut. Aulul.* 2. 2. 51. [¶ Particip. *locaturus* apud *Liv.* l. 23. c. 48. Quæque alia opus essent navalibus sociis, esset locaturus.]

LOCRENSIS, se, ad Locros pertinens. *Cic.* 7. *Verr.* c. 34. Philarchus, quem a prædonibus Locrenses redemerunt. *Plin.* l. 11. c. 27. Locrensis ager.

LOCRI, orum, Λοκροί, populi Bœotiæ, Epicnemidii cognominati, per quos amnis Cephissus in mare fluit: Leleges olim dicti. Horum oppida Opus, et Cynos. *Plin.* l. 4. c. 7. ¶ Alii sunt proximi Ætolis, qui cognominantur

Ozolæ, quorum oppidum Oeanthe. *Id. ibid.* c. 3. ¶ Alii in Italia, in extrema provincia Brutiorum cognominati a promontorio Zephyrio, nunc *capo Bursano*: quorum urbs item *Locri* dicitur, nunc *Gieraci*, condita a Locris Bœotiæ, qui Ajacem Oileum secuti ad Trojam, post eversionem ejus in Italiam pars pervenere, iisque locis posuere sedem: pars in Africam tempestate delati, Pentapolim Cyrenaicæ regionis, vel loca Syrtibus proxima, vel Nasamonum regionem, vel insulam Africæ, quæ nunc Cercina [† *Cercare*] dicitur (tum enim sunt variæ sententiæ) tenuere. Qui in Italiam venere, hos *Narycios* cognominat *Virgil.* quia Narycium oppidum fuit Locrorum Epicnemidiorum. Hæc ex *Plin.* l. 3. c. 5. *ad fin.* et lib. 4. c. 7. et *Virg.* et *Serv. ad* l. 3. *Æn.* v. 399. et lib. 11. v. 265. et *Solin.* c. 2. (*al.* c. 8.) ¶ De urbe ipsa. *Liv.* l. 29. c. 7. Haud procul is amnis ab urbe Locris abest. ¶ De populis. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 2. Cum Crotoniatas Locri maximo prœlio devicissent.

LOCRIS, idis, f. Λοκρίς, regio Locrorum. *Liv.* l. et cap. 26.

LOCULAMENTUM, i, n. *a partition, apartment; a place for pigeons to build their nests in, pigeon-house, pigeon-cote*, σηκὸς, γλωσσόκομον, loculus, cellula, capsula, seu potius loculorum plurium distinctorum series, qualia in favis ad receptaculum apum, et in columbariis, ubi columbæ nidificant, &c. *Colum.* l. 8. c. 8. Paxillis adactis tabulæ superponantur, quæ vel loculamenta, quibus nidificent aves, vel fictilia columbaria recipiant. *lockers, small hollow cells. Veget.* l. 2. *de re veterin.* c. 32. Loculamenta dentium. *the sockets. Senec. de tranquill.* c. 9. *sub fin.* Apud desidiosissimos videbis quidquid orationum historiarumque est, et tecto tenus exstructa loculamenta. *shelves, the small divisions of a bookcase. Colum.* l. 8. c. 9. Custos novum loculamentum in hoc præparatum perliniat intrinsecus. *a hive, beehive. Vitruv.* l. 10. c. 14. loculamentum appellat thecam, cavum, in quo aliquid recipitur, et includitur.

LOCULĀRIS, re. *Locularis resina* legitur apud *Pallad. in Februar.* tit. 25. *a med.* ubi eam pici liquidæ mixtam, in arborum morbis, jubet adlini truncis. Quidam interpretantur *in loco factam*: quod sane nihil est. Fortasse intelligitur resina ferventibus cocta lapidibus, in alveis, seu loculis validi roboris, ut est apud *Plin.* l. 16. c. 11.

LOCULĀTUS, a, um, loculos habens, seu loculamenta crebra, et distincta. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 17. Ut pictores loculatas magnas habent arculas, ubi discolores sint ceræ; sic hi loculatas habent piscinas, ubi dispares disclusos habeant pisces. *boxes or chests of drawers, with a number of small distinct divisions;—fishponds with partitions for different kinds of fishes.*

LOCULŌSUS, a, um. *full of holes or distinct places*, loculis, seu cellulis, alia ab alia distinctis, abundans. *Plin.* l. 15. c. 22. *de nucib.* Differentia generum in putamine duro fragilive, et tenui ac crasso, loculoso et simplici.

LOCŬLUS, i, m. *a small place*, στενοχωρία, parvus locus. *Plaut. Mil.* 3. 2. 38. In cella est paulum nimis loculi lubrici: ibi erat bilibris aqualis, &c. ¶ Speciatim est locus in sepulcro, ubi cadavera conduntur. *a niche, coffin. Plin.* l. 7. c. 16. *a med.* M'. Maximum, et M. Tullium equites R. binum cubitorum fuisse, auctor est M. Varro: et ipsi vidimus in loculis asservatos. et cap. 2. *circa med.* Pollicem cremari cum reliquo corpore non potuisse, tradunt, conditumque loculo in templo. Adde *Justin.* l. 39. c. 1. ¶ De feretro, seu sandapila, *a bier*, qua effertur ad sepulturam cadaver, usurpat *Fulgent. Planciad. initio exposit. serm. antiqui.* ¶ Item loculamentum in piscinis, aviariis, aliorumque animalium stabulis, in quibus unaquæque seorsum degunt, et aluntur. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 17. Cum piscinas haberet magna pecunia ædificatas, ac loculos. Al. leg. *ad Baulos.* ¶ Item capsula, cista. *a small box or chest. Pallad. in Mart.* tit. 10. *ad fin.* Pulpæ ficorum duplicatæ in cistellis serventur, aut loculis. ¶ Item locus in præsepi, ubi jumenta separatim cibum capiunt. *a stall. Veget. de re veterin.* l. 1. c. 56. Loculi vel marmore, vel ligno facti distinguendi sunt, ut singula jumenta hordeum suum ex integro, nullo præripiente consumant. ¶ Item capsula continendæ pecuniæ, et hujusmodi pretiosis rebus, quæque diligenter custodiri solent. *a coffer, bag, pouch, purse*: adhibeturque semper in plurali num. fortasse quia hujusmodi capsulæ pluribus constabant loculamentis ad varia pecuniarum genera distinguenda. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 175. Gestit enim nummum in loculos demittere. *Juvenal.* sat. 1. v. 89. neque enim loculis comitantibus itur Ad casum tabulæ, posita sed luditur arca. et sat. 13. v. 138. gemmaque princeps Sardonyches, loculis quæ custoditur eburnis. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 749. Gramina continuo loculis depromit eburnis. *Martial.* l. 5. epigr. 40. Excussi loculosque, sacculumque. Adde lib. 14. epigr. 13. cujus lemma est *Loculi lignei. Plin.* l. 14. c. 13. Quod loculos, in quibus erant claves vinariæ cellæ, resignavisset. *Auson. in gratiar. act.* c. 5. Consul ego munere tuo, non passus septa, neque campum, non suffragia, non puncta, non loculos. *h. e.* largitionem pecuniæ. In illo *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 74. Lævo suspensi loculos, tabulamque lacerto: *loculi* sunt capsulæ calculorum plenæ, vel arculæ loculatæ, quibus ad supputandum utebantur. ¶ Jculariter, et convicii gratia *stimulorum loculi* dicitur de malo servo, ita stimulis perfosso, ut hi in ejus corpore, sicut pecunia in loculis, servari videantur. [*Plaut. Cas.* 2. 8. 11. At candidatus cedit hic mastigia, stimulorum loculi.]

LOCŬPLES, etis, adject. *rich, wealthy, opulent*, πλούσιος, multa possidens, dives. Proprie est is, qui multas habet agrorum possessiones: quasi a *locus*, et *pleo* pro impleo. Quo sensu locuples esse potest aliquis, nec tamen dives: ut si magno in ære alieno sit, majores tamen fundos habeat. *Nigid.* apud *Gell.* l. 10. c. 5. Locuples dictus ex compositis vocibus, qui pleraque loca, hoc est qui multas possessiones teneret. *Cic. in fragment.* apud *Non.* c. 1. n. 204. Quod tunc res erat in pecore, et in locorum possessionibus: ex quo pecuniosi, et locupletes vocabantur. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 279. Cetera luxuriæ nondum instrumenta vigebant: Aut pecus, aut latam dives habebat humum. Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est. *Plin.* l. 18. c. 3. Locupletes dicebant, loci, hoc est agri, plenos. *Id.* l. 33. c. 10. Crassus negabat locupletem esse nisi qui reditu annuo legionem tueri posset. *Cic. Catil.* 2. c. 8. Unum genus est eorum, qui magno in ære alieno majores etiam possessiones habent: quarum amore adducti, dissolvi nullo modo possunt. Horum hominum species est honestissima: sunt enim locupletes: voluntas vero et causa impudentissima. Adde *Quintil.* l. 5. c. 10. *ante med.* ¶ Universim autem pro divite, copioso, opulento adhibetur, tum de personis, tum de rebus ipsis. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 8. Egebat? immo locuples erat. debebat? immo in suis nummis versabatur. *Id. in Divin. Verr.* c. 17. Mulier copiosa plane, et locuples. *Id.* 1. *de Orat.* c. 35. Locuples, et referta domus. *Hirt. de B. Alex.* c. 2. Locupletiores domini. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 31. *extr.* Locupletissimæ urbes. *Nep. in Agesil.* c. 3. Ea regio multo putabatur locupletissima. *well stored, abundant.* et *in Thrasyb. sub fin.* Parva munera diutina; locupletia, non propria esse consueverunt. *Pers.* sat. 3. v. 73. multa fidelia putet In locuplete penu. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 39. Mancipiis locuples, eget æris Cappadocum rex. *Sallust. in Jug.* c. 86. Se se quisque præda locupletem fore sperabat. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 137. annus locuples frugibus. *Plaut. Rud.* 2. 1. 4. Nos de ornatu propemodum ut locupletes sumus, scitis. *Apul. initio* l. 8. Juvenis prænobilis, equo clarus, pecunia simul satis locuples. *Juvenal.* sat. 14. v. 197. Ut locupletem Aquilam tibi sexagesimus annus Afferat. *h. e.* gradum in militia, qui te locupletem reddat. ¶ Translate *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 40. Locupletior igitur hominum natura ad beate vivendum est, quam deorum, quod pluribus generibus fruitur voluptatum. *h. e.* magis instructa, atque adeo magis idonea. *Id.* 5. *de Fin.* c. 5. Lysias oratione locuples, rebus ipsis jejunior. et lib. 1. c. 3. *extr.* Latina lingua locupletior, quam Græca. ¶ *Locuples auctor*, aut *testis* est plenus fidei, et dignissimus, cui credatur. *creditable, worthy of credit, of good account, of good authority, that may be credited or believed*, ἀξιόπιστος: quemadmodum locupleti homini fides habetur in rebus creditis. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 58. Pythagoras et Plato, locupletissimi auctores, jubent, &c. *Id.* 3. *de Offic.* c. 2. *sub fin.* Accedit eodem testis locuples Posidonius, qui, &c. ¶ *Locuples reus*, qui cum se obligarit, habet unde solvat, et idoneus est implendo promisso. *Liv.* l. 9. c. 9. *ad fin.* Samnitibus sponsores nos sumus, rei satis locupletes in id, quod nostrum est. ¶ *Locuples tabellarius*, cui tuto committi litteræ possunt de rebus magni momenti. *Cic.* 3. *ad Q. Fr. ep. ult. a med.* Habeo absolutum suave ἔπος ad Cæsarem: sed quæro locupletem tabellarium, nec accidat, quod Erigonæ tuæ. ¶ Duplicem habet in sexto singulari positionem, in *te*, et *ti*. *Cic.* 5. *Verr.* c. 19. In provincia tam locupleti, ac referta. Ita legebat *Priscian.* l. 7. pag. 756. *Putsch.* Alii *locuplete.* ¶ Hinc in genitivo plur. et *tum*, et *tium*, sed hoc videtur esse frequentius. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 19. *ante med.* Exercitus hominum locupletium. et lib. 7. ep. 7. *sub fin.* In pecuniis locupletum. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 110. Bona locupletum diripere. *Cic. Parad.* 6. c. 2. Proscriptiones locupletium. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 16. Ex libidine locupletium. *In tabula ærea Lugdun.* apud *Gruter.* pag. 502. Bonorum scilicet virorum, et locupletium. In non uno ex allatis locis al. leg. *locupletum.*

LOCUPLETĀTOR, oris, m. *one who enriches*, ditator. In duobus numis Hadriani apud *Mediobarb.* Locupletatori orbis terrarum. *In vet. Inscript.* apud *Fabrett.* c. 6. n. 57. pag. 447. Imp. Cæsari D. Nervæ F. Nervæ Trajano Aug. ····· propagatori orbis terrarum, locupletatori civium, &c. *Eutrop.* l. 10. c. 15. Familiarium locupletator. [Alia *Inscript.* effossa anno 1767. edita vero ann. 1773. in *Ephemer. Florent.* col. 6. Hadriano Augusto C. III. P. P. Sabinæ Augustæ locupletatoribus municipii ex D. D. publice.]

LOCUPLETĀTUS, a, um, *enriched, furnished*, ditatus. *Cic. Verr.* 7. c. 31. Hac tanta præda auctus, mancipiis, argento, veste locupletatus. *Nep. in Agesil.* c. 3. Magna præda milites locupletati.

LOCUPLETISSĬME, *most richly*, ditissime. *Spartian. in Adrian.* c. 3. Ob hoc se a Trajano locupletissime muneratum. *Aurel. Vict. in Epit.* c. 9. Filia locupletissime dotata.

LOCUPLĒTO, as, avi, atum, a. 1. *to make rich, enrich*, πλουτίζω, locupletem facio, dito. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 26. Hæc lex eos homines fortunis locupletat. *Nep. in Amilc. sub fin.* Equis, armis, viris, pecunia totam locupletavit Africam. *Colum. in præfat.* l. 6. Quam partem rei rusticæ exercendo, celeriter locupletari posset. *Accius* apud *Gell.* l. 14. c. 1. *ad fin.* Auro locupletare domum. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Fin.* c. 28. Sapientem locupletat ipsa natura. *Id. de clar. Orat. c. ult.* Ipsam eloquentiam locupletavisti graviorum artium instrumento. *Id.* 2. *de Invent.* c. 1. Templum Junonis egregiis picturis locupletare voluerunt.

LOCUS, ci, m. *et in plur. num. etiam* Loca, orum, n. *a place*, τόπος, quidquid continet aliquid, sive, ut ait *Varro* l. 4. *de L. L.* c. 2. ubi quidquam consistit. Origo vocis incerta est admodum. *Pompei. ad Cos.* apud *Cicer. Attic.* l. 8. ep. 6. Omnes copias in unum locum convenire. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 210. Facere alicui locum in turba. *room. Liv.* l. 22. c. 38. *ad fin.* Locorum situm, naturam regionis nosse. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 805. *de Fame.* Ventris erat pro ventre locus. *Quintil.* l. 6. c. 3. *circa med.* Locum perdere. *h. e.* spectandi in Ludis. *Sallust. in Catil.* c. 46. Postquam ad id loci legati cum Vulturtio venere. *Horat.* l. 1. ep. 3. v. 34. ubicumque locorum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 49. Ultra eum locum, quo in loco Germani consederant. et l. 2. c. 4. Galli, qui ea loca incolerent. *those parts. Virg.* 1. *Æn.* v. 310. exire, locosque Explorare novos, quas vento accesserit oras. et vers. 369. Devenere locos, ubi nunc ingentia cernes Mœnia. *Plaut. Trin.* 4. 2. 86. Quos locos adiisti? *Sallust. in Jug.* c. 21. Proximos nostro mari locos occupavere. et cap. 32. Romæ per omnes locos. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 61. Incedunt mœstos locos. Adde lib. 2. c. 20. et 54. et alibi sæpe. Ceterum apud Oratores *Ciceronem* præsertim, hoc sensu frequentius est *loca*, quam *loci*, et *locos*: tametsi *Cic.* in aliis casibus efferens, masculina adjectiva adjunxit, ut *in Partit.* c. 10. In locis illa naturalia, maritimi, an remoti a mari; plani, an montuosi: leves, an asperi; salubres, an pestilentes; opaci, an aprici: et illa fortuita, culti, an inculti; celebres, an deserti coædificati, an vasti; obscuri, an rerum gestarum vestigiis nobilitati; consecrati, an profani. Adde *de Fato*, c. 4. ¶ Speciatim dicitur de pago, seu vico. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 3. *a med* Magis reprehendendus sum, quod Piresea scripserim, quam quod *in* addiderim, non enim hoc ut oppido præposui, sed ut loco. ¶ Apud *Plin.* non raro (quod adnotavit *Harduin.*) *locus* est, ubi quondam fuit oppidum, cujus vestigia tantummodo, et situs manent, ut lib. 4. c. 5. Intus Cleonæ, Hysiæ, Patræ: locus, Pheræ. et *mox.* Ultra Patras oppidum Olenum, colonia Dyme: loca Buprasium, Hyrmine. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 280. Hic, ubi nunc urbs est, tunc locus urbis erat. *the site.* ¶ *Locus* pro agro V. in *Locuples.* ¶ Stricte loquendo *locus* non est fundus, inquit *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 60. sed pars aliqua fundi. tametsi et pro fundo accipi potest. *Pompon. Dig.* lib. 41. tit. 2. leg. 26. Locus certus ex fundo possideri potest. *Ulpian.* lib. 8. tit. 5. leg. 2. Per ea loca fundi, per quæ, &c. ¶ Quando apud *Liv.* legitur, ædes, loca, lautia legatis decreta, ut lib. 30. c. 17. *extr.* et lib. 35. c. 23. *extr.* videntur *loca* esse spatia extra ædes assignata, v. gr. deambulandi causa, sedes certæ in spectaculis, in foro ad consistendum, &c. ¶ *Locus* pro sepulcro frequens est in veterib. Lapidib. ut apud *Gruter.* pag. 807. n. 12. P. Memisianæ uxori ····· Q. Herculanius maritus ····· locum consecravit. Apud *Reines.* class. 17. n. 269. Loc. C. Volumnii C. Liberti ······· et class. 17. n. 269. Locus assignatus ab Ti. Claudio Hilaro patrono, in Fr. P. V. &c. Apud *Fabrett.* c. 3. n. 238. Anniæ Galittæ uxori ····· T. Statilius Calocerus ····· loco sibi concesso a patronis suis, &c. ¶ *Ex loco superiore agere* dicitur orator, qui e Rostris ad populum verba facit (et Magistratus, qui jus dicit) *ex æquo*, qui in Senatu (item qui familiariter cum aliis colloquitur) *ex inferiore loco*, qui ad judices. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 6. Sive de cæli natura loquitur, sive de terræ; sive de divina vi, sive de humana; sive ex inferiore loco, sive ex æquo, sive ex superiore. *Id. Tuscul.* 1. *c. ult.* Magna eloquentia est utendum, atque ita velut superiore e loco concionandum. *Id.* 4. *Verr.* c. 42. Ipse in Sicilia sæpe et palam de loco superiore dixerat, et in sermone multis demonstrarat. *Id. Fam.* l. 3. ep. 8. Meos multos et illustres, et ex superiore, et ex æquo loco sermones habitos cum tua summa laude. ¶ *Loci*, et *loca* speciatim dicuntur de utero, *the womb. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 51. Cum in locis semen insederit. *Cels.* l. 2. c. 8. *ante med.* Quæ locis laborat. *Colum.* l. 8. c. 11. *circa med.* Sæpiusque digitis loca feminarum tentanda sunt. nam in promptu gerunt ova. *Cato R. R.* c. 157. *a med.* Si eo lotio locos fovebit, numquam ii virosi fient. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 84. *Hard.* Vesicæ junctus utriculus, unde dictus uterus: quod alio nomine locos appellant: in aliis animalibus vulvam. *Plin.* hic innuit, *locos* in humana specie tantum dici. Tamen *Colum. loc. cit.* de pavonibus, et lib. 6. c. 27. de equis usurpavit. ¶ Ponitur etiam *locus* pro tempore, et spatio, *time. Terent. Heaut.* 2. 1. 6. Et cognoscendi, et ignoscendi dabitur peccati locus. *Sallust. in Jug.* c. 67. Tamen is ad id locorum talis vir, consulatum appetere non audebat. *Liv.* l. 22. c. 38. *sub fin.* Temeritatem infelicem ad id locorum fuisse. *at that time. Plaut. Cas.* a. 1. v. 32. Post id locorum, quando ad villam veneris, dabitur, &c. *Lucret.* l. 5. v. 438. inde loci. V. *Inde.* [† *Interea loci*, V. *Interea.*]

Tertull. de Pall. c. 4. *a med.* Si tunc locorum Diogenes de dolio latraret. ¶ Refertur et ad ordinem. *Cic. Fam.* 1. ep. 6. Facile secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum. ¶ Designat et gradum honoris, *post, station. Cic. in fragm. contra C. Anton.* apud *Ascon. sub fin.* Te ex me petisse, cum præturam peteremus, ut tibi primum locum concederem. *et mox.* Te e postremo in tertium locum esse sublectum. *Liv.* l. 4. c. 16. *a med.* Pervicerunt, ut tribunorum militum comitia haberentur: haud dubii, quin sex locis (tot enim jam creari licebat) et plebei aliqui crearentur. *Id.* l. 10. c. 15. Ut patricii recuperarent duo consularia loca. ¶ *Priore loco causam dicere*, ante defendere, quam quis accusatus sit. *Cic. pro Quint.* c. 2. et 8. ¶ Significat etiam opportunitatem, occasionem, facultatem, *an occasion, opportunity, fit season. Cic. Attic.* l. 1. ep. 18. *ante med.* Nactus, ut mihi videbar, locum resecandæ libidinis, et coercendæ juventutis. et lib. 9. ep. 7. *ad fin.* Valde gaudeo: si est nunc ullus gaudendi locus. ¶ *Loco*, et *in loco* est opportune, commodum, in tempore, *opportunely, appositely, at the proper time, seasonably. Cic.* 9. *Fam.* ep. 16. *circa med.* Œnomao tuo nihil utor: etsi posuisti loco versus Accianos. et lib. 11. ep. 16. Quemadmodum coram qui ad nos intempestive adeunt, molesti sæpe sunt; sic epistolæ offendunt non in loco redditæ. *Terent. Adelph.* 2. 2. 8. Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum. *Horat. in fin.* od. 12. l. 4. Dulce est desipere in loco. ¶ *Loco dicere* est Senatoris, qui non nisi rogatus sententiam in Senatu dicit. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 18. Senatori jussa tria sunt: ut adsit; nam gravitatem res habet, cum frequens ordo est: ut loco dicat, id est rogatus: ut modo, ne sit infinitus. ¶ Sæpe accipitur pro genere, conditione, statu, *condition, state, degree, family. Cic. pro Flacc.* c. 11. Si quem infimo loco natum, nullo splendore vitæ, nulla commendatione famæ defenderem. *Liv.* l. 1. c. 34. Tanaquil summo loco nata. *Sallust. in Catil.* c. 24. Natus haud obscuro loco. ¶ Item pro gradu dignitatis, auctoritatis, æstimationis, gratiæ, &c. *rank, station, dignity. Cic. pro Cluent.* c. 55. Qui in summum locum civitatis non potuerunt ascendere. *Q. Cic. de petit. consul.* c. 1. *ad fin.* Prodest, quorum in locum ac numerum pervenire velis, ab his ipsis illo loco ac numero dignum putari. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 16. Secundum locum obtinere. *Id. pro Planc.* c. 15. Esse ex equestri loco. *Id.* 3. *Fam.* ep. 9. Tua dignitas suum locum obtinebit. *Id.* 2. *Phil.* c. 29. Quem locum apud ipsum Cæsarem obtinuisti? *Id. de clar. Orat.* c. 36. Qui hoc munere in civitate functi sunt, ut tenerent oratorum locum. *Terent. Adelph.* 3. 2. 46. Pejore loco res non potis est esse, quam in quo nunc sita est. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 13. *a med.* Meliore loco erant res nostræ. *Id. pro Sext.* c. 31. Res erat et causa nostra eo jam loci, ut erigere oculos, et vivere videretur. *Id.* 2. *de Fin.* c. 28. Socrates voluptatem nullo loco numerat. et cap. 15. *sub fin.* Honestatem eo loco habet, ut sine ea jucunde neget posse vivi. ¶ Item pro vice. *Cic. pro Dom.* c. 14. Ut vel filii tibi loco per ætatem esse potuerit. *in the place or stead of. Terent. Andr.* 1. 5. 57. Si te in germani fratris dilexi loco. *Brut. ad Cicer.* ep. 17. *a med.* Habere aliquem loco patris. et ep. 13. Meque his in patris locum successisse existimes. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 19. *ad fin.* Cosconio mortuo, sum in ejus locum invitatus. *to occupy his post.* ¶ Vim habet interdum *pro* præpositionis. *Cic. Fam.* 7. ep. 3. *sub fin.* Criminis loco putant esse, quod vivam. *h. e.* pro crimine habent. *Id.* 2. *de Invent.* c. 49. Hæc filium suum sibi præmii loco deposcit. ¶ *Movere loco*, expellere, depellere: tractum a gladiatoribus, vel luctatoribus, in quibus qui adversarium loco movit, in quo consistebat, facile et cito propellit ac superat. *Terent. Phorm. prol.* v. 32. Cum per tumultum noster grex motus loco est. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 111. Audebit, quæcumque parum splendoris habebunt, Verba movere loco, quamvis invita recedant. Adde *Cicer.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 3. et *Catil.* 2. c. 1. Sic *loco dejicere Horat. loc. cit.* v. 30. Præsidium regale loco dejecit. ¶ *Locum dare* est cedere, *to give place, give way, retire. Brut. ad Cicer.* 11. *Fam.* ep. 1. Dandus est locus fortunæ, cedendum ex Italia. *Cic. pro Quint.* c. 16. *a med.* Avaritia paululum aliquid loci rationi et consilio dedisset. Sic *loco cedere*, eodem sensu *Sallust. in Catil.* c. 9. Qui signa relinquere, aut pulsi loco cedere, ausi erant. ¶ *Loco excidere* metaphorice est a vero discedere, errare, falli. Usurpatur a *D. Hieronym. de vir. illustr. de S. Luca.* quo sensu *Tertull. de baptism.* c. 17. dixit, *loco decedere.* ¶ Præterea *locum dare* est dare causam, ansam, opportunitatem, facultatem. *to give or furnish a handle, reason, opportunity*, &c. *Cic.* 3. *Fam.* ep. 6. *ad fin.* De tuo in me animo iniquis secus existimandi videris nonnihil dedisse loci. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 8. Repente avertis orationem, nec das respondendi locum. *Id. pro Cœl.* c. 4. Dare suspicioni locum. *room for suspicion. Id. pro Balb.* c. 6. *extr.* dubitationi. *Val. Flacc.* l. 4. v. 451. *de Harpyiis.* Fallere quas nunquam misero locus. *h. e.* nunquam misero facultas et opportunitas datur. ¶ Item admittere, recipere, *to admit. Cic.* 1. *de Orat.* c. 26. Hæc turba et barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. ¶ *Locum habere* res dicitur, cujus vis, et usus est aliquis. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 54. In hoc altero genere dicacitatis quid habet ars loci, cum ante illud facetum dictum emissum hærere debeat, quam cogitari potuisse videatur? *Id.* 3. *Offic.* c. *ult.* Qui dolorem summum malum dicit, apud eum quem habet locum fortitudo, quæ est dolorum laborumque contemptio? *Ulpian. Dig.* lib. 36. tit. 4. leg. 5. *circa med.* Si remissa sit satisdatio, rescriptum locum habebit. ¶ Similiter *locus esse alicui rei*, est eam rem usum, ac vim habere. *Paul.* lib. 37. tit. 10. leg. 6. Huic edicto locus est, etiam si ab intestato ad bonorum possessionem liberi veniant. *Ulpian.* lib. 9. tit. 2. leg. 27. Legi Aquiliæ locus est adversus te, si tua voluntate fecit. ¶ Eodem modo *locum esse alicui* est admitti, vel recipi. *Cic. pro Planc.* c. 33. *extr.* Si in mea familiaritate locus esset nemini, nisi litigioso, aut nocenti. *Id. pro Mur.* c. 5. *extr.* Maledicto nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupavit. *Id. in Orat.* c. 1. In poetis non Homero soli locus est, aut Archiloco, aut Pindaro, sed, &c. ¶ *Locum non relinquere*, non admittere, excludere. *Cic.* 1. *Fam.* ep. 1. Nec precibus nostris, nec admonitionibus relinquit locum. (*h. e.* adeo est bene animatus, ut non sit opus preces adhibere. Alio sensu *Terent. Andr.* 3. 4. 21. Nihil est preci loci relictum: jam perturbavi omnia. *h. e.* prece nihil possum proficere.) *Id. pro Quint.* c. 15. Vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. ¶ *Si isto loco essem*, si meum esset negotium, si mea res ageretur. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 116. Si ego in istoc siem loco, dem potius aurum, quam, &c. *if I were in your place; if I had your part to act.* et *Cic.* 4. *Fam.* ep. 4. Is enim, si eo loco esset, negavit se facturum. ¶ Apud Rhetores *locus*, et *loci* sunt sedes argumentorum, *topics of discourse, sources of argument, common places*, de quibus fuse *Cic.* in Topicis (nam Græce quoque τόποι) ex quibus ea, tamquam ex promptuario, petuntur. *Cic. in Top.* c. 2. Cum pervestigare argumentum aliquod volumus, locos nosse debemus. *et mox.* Itaque licet definire, locum esse argumenti sedem. *Id. in Orat.* c. 35. Traditi sunt, ex quibus argumenta ducantur, duplices loci, uni e rebus ipsis, alteri assumpti. *Id. in proœm. Parad.* Illa ipsa, quæ vix in gymnasiis Stoici probant, ludens conjeci in communes locos. ¶ Item quæstio, pars alicujus doctrinæ, vel operis, *a question, subject, point, matter, passage. Cic.* 2. *de Divin.* c. 1. Cum fundamentum esset philosophiæ positum in finibus bonorum et malorum, perpurgatus est is locus a nobis quinque libris. *et mox.* Magnus locus, philosophiæque proprius, a Peripateticorum familia tractatus uberrime. *Id. in Orat.* c. 48. *extr.* Est enim hic locus late patens, de natura, usuque verborum. et cap. 33. Habeat omnes philosophiæ notos et tractatos locos: de religione, de morte, de pietate, de caritate patriæ, de virtutibus, &c. *Plin.* l. 1. ep. 8. *ante med.* Cogimur cum de munificentia parentum nostrorum, tum de nostra disputare. Anceps hic et lubricus locus est, etiam cum illi necessitas lenocinatur. *Gell.* l. 1. c. 21. *in fin.* Non verba autem sola, sed versus prope totos, et locos quoque Lucretii plurimos sectatum esse Virgilium videmus.

LOCUSTA, æ, f. *a locust, kind of grasshopper*, ἀττέλαβος, ἀκρίς, genus insecti pennis instructum, extremis pedibus longioribus. In India ternum pedum longitudinis esse traduntur, cruribus, et feminibus serrarum usum præbere, cum inaruerint. Gregatim volant infestæ messibus, multa contactu adurentes, omnia vero morsu erodentes. Parthis et ipsæ in cibo gratæ. Hæc et alia *Plin.* lib. 11. cap. 29. Indos quoque, et Æthiopum partem quandam locustis ali, *Id.* tradit lib. 7. c. 2. et lib. 6. cap. 30. Earum multitudine immensa agris involante integram civitatem in Africa sedibus suis pulsam narrat *Id.* l. 8. c. 29. ex M. Varrone. ¶ Dicuntur carere palpebris, ideoque præduros habere oculos, eminentesque, ut est apud *eund.* l. 11. c. 37. sect. 55. Hinc *Plaut. Men.* 5. 5. 24. Dic mihi hoc etiam: solent tibi unquam oculi duri fieri? *Men.* quid? tu me locustam censes esse? ¶ *Prius locusta pariet lucam bovem*, proverb. *Ennii* apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 3. de re, quæ nunquam fiet. ¶ Est etiam piscis marinus, ex genere eorum, qui carent sanguine, crusta fragili obtectus, reptantis modo fluitans, cornibus, quæ sunt propria rotunditate præpilata, porrectis. *a kind of lobster.* Vivit petrosis locis. Hæc et alia *Id. Plin.* l. 9. c. 30. *sub fin.* ¶ Fuit hoc nomine mulier veneficiis insignis, cujus opera Nero Britannicum, Agrippina Claudium veneno sustulit, teste *Tacit. Ann.* l. 12. c. 66. et lib. 13. c. 15. et *Sueton. in Ner.* c. 33. Hinc *Juvenal.* sat. 1. v. 71. Instituitque rudes melior Locusta propinquas, Per famam et populum nigros efferre maritos. ¶ De locusta insecto terrestri loquens *Juvenc.* primam corripit, l. 1. *in cap. Matth.* 3. v. 329. Arvis qui solitus ruralibus esse locustas. [*Alcim. Avit.* lib. 5. v. 188. Bruchus, et excusso confidens crure locusta.]

LOCUTĬO, *sive* Loquutio, onis, f. *a speaking, speech, discourse*, φράσις, sermo, vel ipse loquendi actus. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 13. Sermo est oratio remissa, et finitima quotidianæ locutioni. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 19. Quanquam enim omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est. *Id. in Bruto*, c. 74. Locutio emendata, et Latina. ¶ Item loquendi modus. *a phrase, idiom, manner of speaking. Gell.* l. 1. c. 7. *ad fin.* Multam apud veteres scriptores locutionum talium copiam offendimus. ¶ Quidam *locutiones* dixere voces, dictiones, *words*, ut est apud *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* c. 9.)

LOCUTĬUS. V. *Aius.*

LOCŪTOR, *sive* Loquutor, oris, m. *a speaker; a talka*tive person, λάλος, qui nimium loquitur. *Gell.* l. 1. c. 1[5] Qui sunt leves, et futiles, et importuni locutores. *Apu*[l.] *sub init.* l. 1. *Metam.* Si quid exotici sermonis rudis lo[cutor] offendero.

LOCUTULEĬUS, ii, m. *a prater, great talker*, ἀθυρό[γλωσσος], homo in verba projectus, quem et blateronem, [et] linguacem dicimus. *Gell.* lib. 1. cap. 15. *extr.*

LOCŪTUS, *vel* Loquutus, us, m. loquela, locutio, ser[mo]. *Apul. in Florid.* n. 15. (*al.* l. 2. *sub fin.*) Passis ver[sibus], soluto locutu, libera oratione.

LODICŬLA, æ, f. *a small blanket*, diminut. a lodi[ce]. *Sueton. in Aug.* c. 83. Ita ut in extremis spatiis subsulti[m] decurreret, sestertio vel lodicula involutus. *Petron.* i[n] *Satyr.* c. 20. Lodiculam in pavimento diligenter ex[tendit].

LODIX, icis, f. *a blanket, sheet, coverlet*, στρῶμα, τύλ[η], lecti operimentum. *Juvenal.* sat. 6. v. 194. Ζωὴ καὶ ψυ[χή] modo sub lodice relictis Uteris in turba. ¶ Masculino ge[nere] *hos lodices* dixit Pollio, sed non est imitandus, ut e[st] apud *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* c. 11.)

LŒBASĬUM Sabini dicebant Liberum patrem, ut e[st] apud *Serv.* ad lib. 1. *Georg.* v. 7. Nam

LŒBERTATEM, et

LŒBĔSUM, antiqui dicebant, libertatem, et liberum ita Græci λοιβὴ, et λείβω. *Festus.*

LŒDORĬA, æ, f. *a bitter taunt, keen reproach*, λοιδορί[α], mordax convicium. Differt a scommate, quod hoc s[it] mordacitas quadam urbanitate et joco adumbrata; lœdori[a] vero apertum amarulentumque est convicium, nulla u[r]banitatis specie velatum. Ita *Macrob. in Saturnal.* l. 7. c. 3. Sed hæc Græca sunt, et vix Latine adhibenda.

LOGARĬON, ii, n. *a small account-book, account [of] daily expenses or the like*, λογάριον, leviores minutioresqu[e] rationes, quales iis de rebus, quæ quotidie in usum familia[e] erogantur, in adversariis solent conscribi. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 9. leg. 3. *ad fin.* Sed et chartas ad ratiuncu[]lam, vel ad logarion paratas contineri appellatione peno[]ris. Ita *Torrentin.* at *Haloand.* Græcis litteris edidit. Es[t] enim Græca vox, a λόγος, ratio.

LOGEUM, i, n. *the part of the stage where the choru[s] spoke*, λογεῖον, pulpitum in scena, in quo chorus tragœdia[]rum et comœdiarum (quoad comœdiæ chorum habuerunt) ceterique personam non habentes, fabulæ subserviebant. *Vitruv.* l. 5. c. 8. semel Græce scribit, semel Latine: se[d] ubi Latine, dubia est lectio.

LOGĬCE, es, f. *the art of reasoning, logic*, λογική, dis[]ciplina rationalis, ars disserendi, quæ et Dialectica dicitur. *Cic.* 1. *Fin.* c. 7. Jam in altera Philosophiæ parte, qua[e] est quærendi ac disserendi, quæ λογικὴ dicitur, iste vester, ut mihi quidem videtur, plane inermis ac nudus est. *Id. de Fato*, c. 1. Totaque est Logice, quam rationem disserendi voco.

LOGĬCUS, a, um, *logical*, λογικὸς, ad Logicam perti[]nens. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 14. Habes ea, quæ de perturba[]tionibus enucleate disputant Stoici, quæ Logica appel[]lant, quia disseruntur subtilius. *subtile disputations. Si[]don.* carm. 15. v. 100. dum primus et unus Physica ve[l] logico, logicum vel jungit ad ethos.

LOGISTA, æ, m. *an accountant, computist*, λογιστὴς, qui rationes conficit. Dicitur et de curatore publico ali[]cujus civitatis, qui ejus vectigalia, et publicos reditu[s] colligendo impendendoque, et rationes conficiendo, curat. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 389. n. 2. Logistæ civitati[s] splendidissimæ Nicomedensium. *Imp. Gordian.* lib. 1[0] *Cod.* tit. 54. leg. 3. Curator rei publicæ, qui Græco vo[]cabulo logista nuncupatur, multandi jus non habet.

LOGISTORĬCUS, λογιστορικὸν, *vel* Logistoricus, titu[]lus est cujusdam libri M. Varronis, in quo perscripta fuisse videntur dicta et doctrinæ scitu dignæ, historiæque memorabiles, per varia capita, suis lemmatis distinctæ a λόγος, sermo, et ἱστορία, historia, vel cognitio, peritia. *Gell. l. et cap. ult.* Sculnam scriptum esse in Logistorico M. Varronis, qui inscribitur *Cæcus*, Lavinius admonet. *Id.* l. 4. c. 19. *extr.* M. Varro in Logistorico scripsit, qua[e] inscripta est *Capys, aut de liberis educandis.* h. e. historia vel sectio, vel doctrina ejus libri inscripta est de liberis educandis.

LOGODÆDALĬA, æ, f. λογοδαιδαλία, ingeniosa nimis et curiosa sermonis elaboratio: a λόγος, sermo, et δαίδαλος, ingeniosus. *Auson. Edyll.* 12. *grammaticomast.* v. 1. E logodædalia strides modo qui nimium trux.

LOGOGRĂPHUS, i, m. λογογράφος, *a computist, reckoner, accountant*, rationarius, qui in municipiis, libros rationum scribit, quique in acta refert quæ ad Rempubl. pertinent: a λόγος, ratio, et γράφω, scribo. *Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 4. leg. 18. *ante med.* Qui custodes ædium, vel logographi, vel tabularii, *&c.* muneribus personalibus adstringuntur. Adde *Imp. Alex.* lib. 10. *Cod.* tit. 69. *qui de tabulariis, scribis, logographis inscribitur*, leg. 1.

LOGOS, *vel* Logus, i, m. *speech, discourse; a word*, λόγος, Græce est verbum, vox, dictum, sermo. Fere adhibetur in plur. numero. *Plaut. Men.* 5. 2. 29. Loquere, uter meruistis culpam, paucis: non longos logos. *no pro-*

sing. et *Petron. in Satyr.* c. 126. Procedentibus longius logis. Al. leg. *pers.* ¶ Accipitur et pro dicto ridiculo, futili, vano, contemnendo. *a foolish saying, trivial remark. Plaut. Stich.* 1. 3. 68. Logos ridiculos vendo: agite, licemini. *Id. Pers.* 3. 1. 66. Dabuntur dotis tibi sexcenti logi *Terent. Phorm.* 3. 2. 7. *Pha.* Non mihi credis? *Do.* hariolare. *Pha.* Sin fidem do. *Do.* fabulæ. *Pha.* Feneratum istuc beneficium tibi pulcre dices. *Do.* logi. *stuff, nonsense, mere fooleries. Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 1. n. 313. Ego certe scio, omnes logos, qui ludis dicti sunt, animadvertisse. ¶ Item pro fabula. *a fable. Senec. de consol. ad Polyb.* c. 27. Fabellæ, et Æsopei logi, intentatum Romanis ingeniis opus. ¶ *Logos* Græce est etiam ratio. Hinc *Auson. Idyll.* 11. *qui et Griphus inscribitur*, v. 67. triplex quoque forma medendi, Cui logos, aut methodos, cuique experientia nomen. *h. e.* medicina rationalis. V. *Cels. in præfat.* Sic *Marcell. in carm. de Medicina*, v. 6. Quod logos, aut methodus, simplexque empirica pangit.

LOLIĂCĔUS, a, um, *made of darnel or tares*, αἴρινος, qui ex lolio est. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. *sub fin.* Turundæ admixtæ ex farina loliacea.

LOLIĀRIUS, a, um, *pertaining to darnel*, αἰρικὸς, ad lolium pertinens. *Colum.* l. 8. c. 5. *a med.* Cribro viciario, vel loliario, pulli superponantur.

LOLĪGO, inis, f. *the calamary, cuttle-fish, or sleeve*, τευθὶς, τεῦθος, piscis genus: fortasse ab atro succo, quem habet. Sane ater iste succus in sepia vocatus ὀλὸς pro θολός. Itali hodie a thecæ calamariæ similitudine calamarium appellant. Habet enim cruorem nigrum atramenti similitudine. Unde succus loliginis pro livore hominis atri, idest malevoli, ponitur. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 100. Hic nigræ succus loliginis, hæc est Ærugo mera. *malice.* ¶ *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 13. dictam putat a volando, quasi *voligo.* Volitat enim interdum, extra mare efferens se, ut *Plin.* l. 9. c. 29. tradit. Instructa est octonis quasi pediculis, quibus natat, ac venatur: ac præterea duobus pedibus longioribus, et asperis, quibus ad os cibum admovet: caret ossibus sed corpus habet circulis carnis vinctum, ut *Id.* docet *ibid.* c. 28. et lib. 11. c. 37. sect. 87. additque cap. 30. l. 9. in nostro mari loligines quinum cubitorum capi, sepias binum. ¶ Scribitur et *lolligo.*

LOLIGUNCŬLA, *seu* Loligiuncula, æ, f. *a small calamary*, parva loligo, τευθίς. *Plaut. Cas.* 2. 8. 58. Volo molliculas escas: emito sepiolas, lepadas, loliguncculas, hordeias.

LOLĬUM, ii, n. *ray, darnel, cockle, or tares*, αἶρα, ζιζάνιον, herba in segetibus nascens, iisque inimica, hordeo similis, cujus etiam vitium esse putatur, quasi δόλιον, hoc est adulterinum. Fit enim e corruptis tritici ac hordei seminibus. *Plin.* l. 18. c. 17. Nam lolium, et tribulos, et carduos, lappasque, non minus, quam rubos, inter frugum morbos potius, quam inter ipsius terræ pestes numeraverim. *Virg.* 1. *Georg.* v. 153. interque nitentia culta Infelix lolium et steriles dominantur avenæ. ¶ *Lolio victitare* dicitur, qui visu est imbecillo. Nocet enim oculis lolium propter vapores acres, quos in cerebrum attollit. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 691. Et careant loliis oculos vitiantibus agri. *Plaut. Mil.* 2. 3. 50. Mirum est, lolio victitare te, tam vili tritico. *Pa.* quid jam? *Sce.* quia luscitiosus.

LOLLIĀNUS, a, um, ad Lollium pertinens, quod est nomen Romani civis. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 10. Lolliana clades. *h. e.* quam M. Lollius legatus in Germania sub Augusto accepit: de qua *Vellei.* l. 2. c. 97. et *Sueton. in Aug.* c. 23.

LOMENTUM, ti, n. *bean-meal*, σμῆγμα, farina fabacea, qua ad rugas e cute tollendas usa est antiquitas: a *lotum*, ut *fomentum* a *fotum*, quod ea ad lavandum uterentur. *Martial.* l. 3. epigr. 42. Lomento rugas uteri quod condere tentas. *Pallad. in Octobr.* tit. 14. *circa med.* Ex faba lomentum factum vino adjicere. ¶ Translate *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 14. *ad fin.* Persuasum est ei, censuram lomentum, aut nitrum esse. nam sordes eluere vult, &c. ¶ Est item coloris genus, quod in usum pictorum ex cæruleo confici solet, λεῖμμα. *azure refined; a kind of paint or powder. Plin.* l. 33. c. 13. Ex cæruleo fit, quod vocatur lomentum: perficitur id lavando, terendove, et hoc est cæruleo candidius.

LONCHĪTIS, idis, f. *the herb spleenwort*, λογχῖτις, herba in locis sitientibus nascens, foliis porri ad radicem rubentibus, flores habens, ceu galericulos, personis comicis similes, parvam exserentes linguam, semen vero involucris clausum, triangulum, et lanceæ simile, unde sibi nomen vindicavit. λόγχος enim *lancea* est. *Plin.* l. 25. c. 11. et lib. 26. c. 8. *a med.*

LONCHUS, i, m. *a spear, lance*, hasta, lancea, λόγχος. *Tertull. de cor. Mil.* c. 11. Requiescens super loncho, quo perfossum est corpus Christi. Al. leg. *luncho* eodem sensu.

LONDINIENSIS, e, adject. *Eumen. in Paneg. ad Constantium*, c. 17. Ad oppidum Londiniense pervenerant. *h. e.* Londinium, ut *Tacit.* l. 14. *Ann.* c. 33. appellat, nunc *LONDON*, totius Angliæ caput ad Tamesim fluvium. [† Locus *Taciti* est: At Suetonius mira constantia medios inter hostes Londinium perrexit, cognomento quidem coloniæ non insigne, sed copia negociatorum et commeatu celebre.] Adde *Ammian.* l. 27. c. 8. (*al.* c. 18.) ubi *Lundinium*, et *Lundonium* varie legitur. [† Dicta etiam *Augusta*, ut patet ex *Ammiano*: Theodosius vero dux nominis inclyti, animi vigore collecto, ab Augusta profectus, quam veteres appellavere Lundinium, &c. *Steph. Byzant.* Λινδόνιον, πόλις τῆς Βρεττανίας· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Λινδονῖνος. V. *Camdenum* (in *Trinobantibus*) et omnino virum doctissimum *Guil. Burtonum, Comment. in Antoninum*, p. 154. &c.]

LONGÆVĬTAS, atis, f. *old age, longevity*, πολυετία, longum ævum, senectus. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 5. De longævitate eorum (*corvorum*) opinio fabulatur.

LONGÆVUS, a, um, *long-lived, aged, ancient, of long continuance*, πολυετὴς, annosus, senex, longi ævi: vox Poetica. *Virg.* 3. *Æn.* v. 169. et hæc lætus longævo dicta parenti Haud dubitanda refer. *Id. Æn.* 2. v. 525. sacra longævum in sede locavit. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 52. Longævum caput. *Martial.* l. 14. epigr. 27. Longævi capilli. *Id. de Spectac.* epigr. 5. Longæva vetustas. *Propert.* l. 2. eleg. 10. v. 47. senectus. *Stat.* 10. *Theb.* v. 864. Amnis ut incumbens longævi robora pontis Assiduis oppugnat aquis. ¶ In illo *Virg. Æn.* 6. v. 764. Silvius, Albanum nomen, tua postuma proles, Quem tibi longævo serum Lavinia conjux Educet silvis regem: tum *Servius*, tum *Apollinaris Sulpicius* apud *Gell.* l. 2. c. 16. *longævo* interpretantur non seni, sed in longum jam ævum perpetuum recepto, immortalique ac deo facto. Sed hoc nimis subtile est, et vel ipsi *Gellio* merito displicet.

LONGĀNO, *vel* Longabo, onis, m. *the straight gut*, ἀπευθυσμένον ἔντερον, intestinum rectum, a crasso intestino, quod κῶλον appellant, ad sedem usque porrectum, spinæ e directo incumbens: quod in longum protendatur, nullis orbibus implicitum, ut cetera intestina. *Veget.* l. 1. c. 42. *de re veterin.* et *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 22. et *Chronic.* l. 2. c. 1. ¶ Ex hujusmodi intestino farto varia fiebant farcimina, ut est apud *Apic.* l. 4. c. 2. *ante med.* Unde et ipsum pro farcimine accipitur a *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 22. *sub fin.* et *Arnob.* l. 7. pag. 229. ¶ Apud *Veget. loc. cit.* legitur *longanon* in recto singulari: apud *Cœl. Aurelian.* l. 4. *Chronic.* c. 3. et lib. 5. c. 10. *longao, onis.* Apud *Varron.* vero *longabo.*

LONGE, *far off, afar off, a great distance off, a great way from, at a distance*, πόῤῥω, τῆλε, longo intervallo, procul. *Plaut. Rud.* 4. 3. 95. Ubi tu hic habitas? *Gri.* Porro illic longe usque in campis ultimis. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 7. Longe absum, audio sero. et lib. 14. ep. 2. *sub fin.* Longius, cum ita vobis placet, non discedam. *Plin.* l. 7. ep. 27. Strepitus vinculorum longius primo, deinde e proximo reddebatur. *Nep. in Themist.* c. 3. Progredi longius. *Quintil.* l. 1. c. 1. Longe subsequi. *Colum.* l. 9. c. 8. *a med.* Apes, quæ longius meare videbuntur. *Terent. Eun.* 2. 3. 43. Continuo accurrit ad me, quam longe quidem. *from such a distance, truth! Cic.* 13. *Fam.* ep. 29. Exspectare te arbitror, hæc tam longe repetita principia quo spectent. *Id. de Amic.* c. 12. Longe prospicere futuros casus. *Martial.* l. 1. epigr. 87. Hic longe est mihi. *is far from me. Cic.* 5. *Tuscul.* c. 31. Honestatem sic complectitur, ut omnia, quæ sine ea sint, longe et retro ponenda censeat. *Id. pro Quint.* c. 25. Quam longe est hinc in saltum Gallicanum? *how far is it?* et *Verr.* 4. c. 27. Longe mihi obviam cum suis omnibus processerunt. et cap. 22. Bidis oppidum est non longe a Syracusis. *at no great distance from. Id. pro Flacc.* c. 29. *sub fin.* Longe omnino a Tiberi ad Caicum. *Virg.* 1. *Georg.* v. 358. resonantia longe litora. ¶ Additur interdum genitivus *gentium*, leporis et significantiæ causa. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 3. Tu autem abes longe gentium. ¶ *Longe lateque* est in omnes partes, multis et longinquis in locis, *far and wide, every where. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 15. Sol, qui immenso mundo tam longe lateque collucet. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 36. Dii vim suam longe lateque diffundunt. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 20. Animus late longeque peregrinatur. ¶ *Longe esse* eleganter dicuntur, quæ nihil juvant. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 36. Si id non fecissent, longe ab his fraternum nomen populi R. abfuturum. *Virg. Æn.* 12. v. 52. Longe illi dea mater erit, quæ nube fugacem Feminea tegat. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 53. Quam tibi nunc longe regnum dotale Creusæ, Et socer, et magni nata Creontis erant! *Sil.* l. 17. v. 80. Longe conjugia, ac longe Tyrios hymenæos Inter Dardanias acies fore. ¶ Refertur etiam ad tempus. *Cic. de clar. Orat.* c. 15. *ad fin.* Varro, diligentissimus investigator antiquitatis, vitam Nævii producit longius. *spins to too great a length.* et cap. 34. Longius ætate provectus. *Nep. in Attico*, c. 2. Neque longius, quam dictum esset, eos debere passus est. *longer. Albinov.* el. 2. v. 4. Longius annoso vivere dignus avo. *h. e.* diutius. *Plaut. Rud.* 4. 1. 24. Quid tu? quam dudum in portum venis huc? *Ep.* longissime. *a very great while.* et *Men.* 5. 9. 52. Quid longissime meministi in patria tua? *what do you remember the farthest back?* ¶ Item ad multitudinem verborum: cui contrarium est *breviter. Cic. in Orat.* cap. 48. *extr.* Hæc dixi brevius, quam si hac de re una disputarem: longius autem, quam instituta ratio postulabat. *more at length. Quintil.* l. 10. c. 2. *a med.* Otiosi, et supini, si quid modo longius circumduxerunt, jurant, ita Ciceronem locuturum fuisse. ¶ Sæpe significat valde, multum, *much, very much, a great deal, exceedingly. Cic.* 3. *Tuscul.* c. 14. Lenit eorum adventum, quæ venientia longe ante videris. *Terent. Adelph.* 1. 1. 40. Errat longe, mea quidem sententia. *he is very much out. Gell.* l. 17. c. *ult.* *a med.* Neque ita longe post Aristoteles vita functus est. ¶ Jungitur superlativis, aut eorum vim habentibus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 2. Longe nobilissimus et ditissimus apud Helvetios. *by far. Cic. cap. ult. Verr. ult.* Cæremoniæ longe maximæ atque occultissimæ. *Id. in Bruto*, c. 14. Longe plurimum ingenio valuisse videtur. *Id.* 13. *Fam.* ep. 13. Longe princeps municipii Lucensis. *Id.* 4. *Verr.* c. 22. Longe primus civitatis. ¶ Item comparativis. *Petron. in Satyr.* c. 9. Longe major. et cap. 98. blandior. *Virg. Æn.* 9. v. 556. melior. *Vellei.* l. 2. c. 74. tumultuosior. et cap. 51. *extr.* Prœlium longe magis prosperum. *Phædr.* l. 3. fab. 7. v. 6. Longe fortior. ¶ Item cum verbis, adverbiis, et nominibus, quæ præstantiam, vel diversitatem ac dissimilitudinem adsignificant. *Cic. in Bruto*, c. 64. Inter æquales longe præstitit. *he far outstripped. Id. Verr.* 6. c. 53. Ædes duæ, quæ longe ceteris antecellunt. et 1. *de Orat.* cap. 21. *in fin.* Longe Academiæ illi tuum hoc suburbanum gymnasium anteponam. et *Verr.* 4. c. 4. A quo mea longissime ratio, voluntasque abhorrebat. *Id. de Amic.* c. 9. Longe dissentire. *Id. ibid.* Quod longe secus est. *far otherwise. Id.* 4. *Acad.* cap. 31. *extr.* Longe aliter se habet, ac, &c. *Liv.* l. 39. c. 28. Id ego aliter longe judico esse. *Vatin. ad Cicer. Fam.* 5. ep. 10. Longe alia conditione sum, ac ceteri. *Cic.* 5. *Phil.* c. 18. Longissime diversa ratio est. *Id. pro Sulla*, c. 17. Erat huic judicio longe dissimilis illa contentio. *Liv.* l. 1. c. 9. Longe ante alias specie et pulcritudine insignis. ¶ Item cum *multum Cic.* 1. *de Orat.* c. 49. *in fi.* Multum inter se distant istæ facultates, longeque sunt diversæ atque sejunctæ. *Id.* 7. *Verr.* c. 44. Longe omnes multumque superare. *Id.* 5. *de Fin.* c. 14. *sub fin.* Cum longe multumque ratio præstet. *Id. pro Mur.* c. 13. Longe et multum antecellere. ¶ Absolute *Stat.* 1. *Achill.* v. 176. Par studiis, ævique modis, sed robore longe. *h. e.* longe dispar, inferior. Loquitur de Patroclo Achillis sodali. ¶ Interdum repetitur. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 21. Plurimum, et longe longeque plurimum tribuere honestati. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 325. Sed longe cunctis, longeque potentior illis. *Gell.* l. 14. c. 1. *circa med.* Et supra longe atque longe per infinitum. Adde *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 18. ex lectione *Bentleii.* [¶ Etiam cum genitivo. *Apul.* 5. *Met.* pag. 337. *Oudend.* Longe parentum velut exsulantes. *h. e.* longe a parentibus.]

LONGILOQUĬUM, ii, n. longus sermo, et tædii plenus. Est *Donati* ad *Terent. Eun.* 2. 2. 34.

LONGIMĀNUS, a, um, *longimanous, long-handed, having long hands*, μακρόχειρ, qui alteram manum longiorem habet. Cognomen fuit Artaxersis Persarum regis. Alteram enim manum habuit hujusmodi. *Hieronym. in Chronic. Euseb. ad ann. Mundi* MCCCCXXX. ¶ Apud *Nepot. in Regib.* cap. 1. Græca voce *macrochir* dicitur: a μακρὸς, longus, et χεὶρ, manus.

LONGĬNQUE, adverb. longe. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 440. et cap. 11. n. 49. Annos multos longinque a domo bellum gerentes. *far from home, a long way abroad. Gell.* l. 1. c. 22. *a med.* Longinquius diutiusque adesse. *for a considerable time.*

LONGINQUĬTAS, atis, f. *distance, remoteness*, διάστημα, locorum distantia. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 9. In his enim sum locis, quo propter longinquitatem tardissime omnia perferuntur. ¶ Item distantia temporum, diuturnitas, *length of time, long continuance, lastingness. Id.* 1. *de Divin.* cap. 7. Nihil est, quod non longinquitas temporum efficere possit. *Id.* 5. *Tuscul.* cap. 40. Si dolores longinquitate producti vehementius torquent. *Id. Phil.* 10. c. 8. Nondum ex longinquitate gravissimi morbi recreatus. *Terent. Hecyr.* 4. 2. 20. Longinquitas ætatis. *long life, longevity.* ¶ Item longitudo, *length. Flor. sub fin.* l. 4. Nihil magis quam longinquitatem viæ imputabant, quam quadriennio impleverant. *Plin.* l. 31. c. 6. Longinquitas navigandi.

LONGINQUO, as, a. 1. distare facio, removeo, *to remove to a distance. Claud. Mamertin.* l. 1. c. 1. Deum a se longinquare. Adde *Augustin. in Psalm.* 34. serm. 2. sect. 6.

LONGINQUO, adverb. longinque, longe. *Paul. Dig.* lib. 30. leg. 39. Servus longinquo absens. *Ulpian.* lib. 3. tit. 3. leg. 44. Si longinquo sit abfuturus.

LONGINQUUS, a, um, *far off, remote, distant*, ἀπώτερος, longo intervallo distans, remotus, dissitus. *Cic. Fam.* 15. ep. 9. Non dubito, quid præsentes sentiant: nos quidem longinqui, et a te ipso missi in ultimas gentes, &c. *Id. pro leg. Manil.* c. 16. Ex locis tam longinquis, tamque diversis. *Id. Catil.* 2. c. 13. Ab extero hoste atque longinquo. *Id.* 15. *Attic.* ep. 9. Longinqua Lacedæmon. *Tacit. Ann.* 11. c. 10. militia. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 77. *in fin.* Longinquæ nationes. et lib. 4. c. 27. Longinquiores loci. *Tacit. Ann.* 3. c. 34. Adire longinqua imperii. ¶ Translate est peregrinus, externus. *foreign, strange. Ovid. in Ibin*, v. 150. Nostraque longinquus viscera piscis edet. *Cic. pro Deiot.* c. 3. *extr.* Homo longinquus, et alienigena.

¶ E, et *ex longinquo*, e loco remoto, *from afar, from a distance. Senec.* epist. 22. Ex longinquo suadere aliquid. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 47. Majestate salva, cui major e longinquo reverentia. *Plin.* l. 35. c. 10. *a med.* E longinquo intueri. *Id.* l. 10. c. 23. venire. et cap. 42. Nobilitas e longinquo. ¶ Præterea *longinquus* refertur ad tempus, et ponitur pro diuturno, *long, of long duration. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 8. Se confidere munitionibus oppidi, si celeriter succurratur: longinquam oppugnationem sustinere non posse. et lib. 1. c. 47. Longinqua consuetudo. *Liv.* l. 5. c. 5. *extr.* Longinquus morbus. *lingering. Nep. in Themist.* cap. 4. Longinquiore tempore bellum conficere. *Cic.* 1. *de Divin.* cap. 49. Longinqua observatio. *Id.* 2. *de Fin.* c. 29. Bene longinqui dolores. *Id. in Partit.* c. 32. In longinquum tempus differre. *Plaut. Mil.* 3. 1. 136. Vitam longinquam dare alicui. *Propert.* l. 1. el. 6. v. 27. Longinquus amor. ¶ Absolute more adverbii. *Plaut. Merc.* 3. 4. 23. Odiosa est oratio, cum rem agas, longinquum loqui. *at length.* ¶ Est etiam longo loci spatio extensus. *spacious, extensive. Claudian.* l. 3. *de rap. Pros.* v. 363. Sic qui vecturam longinqua per æquora merces Molitur tellure ratem, &c. ¶ Item antiquus, qui longe ante fuit. *Plin.* l. 13. c. 12. *in fi.* Ita sunt longinqua monumenta Tiberii, Caiique Gracchorum manus, quæ apud Pomponium Secundum vidi annos fere post ducentos. ¶ Translate est tardus, lentus, serus. *Plaut. Merc.* 5. 2. 55. Longinquum istuc amanti est. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 37. *extr.* Si omissa spe longinqua et sera, præsentem potioremque sequeretur.

LONGĬPES, edis, *with long feet, long-footed*, μακροσκελὴς, longos pedes, sive longa crura habens. *Plin.* l. 30. c. 4. Simillimum scarabæo longipedi. Adde lib. 11. c. 47.

LONGISCO, is, n. 3. *to grow in length*, ἐκτανύομαι, longus fio, in longum cresco. *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 506. Neque corpora firma longiscunt quicquam.

LONGĬTER, adverb. longe. *Lucret.* l. 3. v. 677. Non, ut opinor, ea ab leto jam longiter errat. Adde lib. 5. v. 134.

LONGITĬA, æ, f. longitudo. *Auctor de limitib. edit. Goesii*, pag. 271. et *Veget. de re veterin.* l. 4. c. 2. ubi et *longicia* scribitur. [Habetur etiam *Inscript.* apud *Marinium Inscript. Alban.* pag. 119. in qua hæc vox usurpatur. V. supra *Latitia* in *Appendice.*]

LONGITRORSUS, adverb. in longum, in longitudinem. *Fest.* Longitrorsus sic dicitur, sicut dextrorsus, sinistrorsus. *in length.*

LONGITŪDO, inis, f. *length, longitude*, magnitudo in longum extensa, prolixitas, μακρότης: et tum de loco dicitur, tum de tempore. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 54. In hac immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. *Id. Phil.* 9. c. 1. Longitudo itineris. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 33. agminis. *Cic. Verr.* 7. c. 10. Diei brevitas conviviis, noctis longitudo flagitiis conterebatur. *Id. in Orat.* c. 51. *extr.* Longitudines, et brevitates in sonis. *Id. in Partit.* c. 17. Longitudo orationis. *Id. de Univ.* cap. 7. Diffindere aliquid in longitudinem. *lengthwise. Plin.* l. 16. c. 34. *a med.* Helix adolescit in longitudinem. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 28. Arduenna silva millibus amplius quingentis in longitudinem patet. *Plin.* l. 3. c. 5. Italia patet longitudine ab Alpino fine usque Rhegium oppidum, &c. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 46. A medio fere colle in longitudine murum præduxerant. *Hirt. de B. Alex.* c. 29. Magnis arboribus excisis, quæ longitudine utramque ripam contingerent. *Plin.* l. 3. c. 1. Hispania ulterior in duas per longitudinem provincias dividitur. *Terent. Heaut.* 5. 2. 10. Consulere in longitudinem. *h. e.* in futurum prospicere, providere quod diu prosit.

LONGIUSCŬLE, longule. *Sidon.* l. 8. ep. 11. *sub fin.* Longiuscule me progredi amor impulit. Adde *Donat.* edit. 2. p. 1760. *Putsch.*

LONGIUSCŬLUS, a, um, *somewhat longer than usual*, paulo longior. *Cic. pro Arch.* c. 10. Quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis.

LONGŬLE, adverb. dimin. a longe. *somewhat far off, at a little distance. Plaut. Rud.* 1. 5. 8. Haud longule ex hoc loco. *Terent. Heaut.* 2. 2. 10. Non cogitas hinc longule esse. [*Apul.* 9. *Met.* pag. 623. *Oudend.* Auribus grandissimis præditus cuncta longule etiam dissita facillime sentiebam.]

LONGŬLUS, a, um, *somewhat long, longish*, dimin. a longus. *Cic. Attic* l. 16. ep. 13. Longulum sane iter, et via inepta.

LONGURĬO, onis, m. προμήκης, longus homo et procerus: a perticæ, quam *longurium* vocant, similitudine. Usurpatur convicii loco, haud aliter ac *vacerram*, ac *stipitem* dicimus. [† V. *Longus homo*, in *Longus.*] *Varro* apud *Non.* c. 2. n. 484. Hic qui ante me est, nescio quis longurio. *as tall as a steeple.*

LONGURĬUS, ii, m. *a long pole, rod, perch, or rail*, κάμαξ, pertica longior, variis usibus inserviens. *Varr. R. R.* l. 1. c. 14. Secunda sepes est ex agresti ligno, sed non vivit. Fit aut e palis statutis crebris, et virgultis implicatis, aut latis perforatis, et per ea foramina trajectis longuriis fere binis, aut ternis. et lib. 2. cap. 7. *a med.* Inter singulas equas a præsepibus interjicere longurios, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 14. Falces præacutæ, insertæ affixæque longuriis. et lib. 4. c. 17. Trabes directa materia injecta contexebantur, ac longuriis cratibusque contexebantur.

LONGUS, a, um, *long*, μακρὸς, porrectus, extensus, sive per planum extendatur, sive in altum erigatur. Volunt, esse vel a λόγχος, hasta, vel ab ὄγκος, amplitudo. Dicitur de spatio tum loci, tum temporis. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 9. Rhenus longo spatio citatus fertur. et lib. 5. c. 31. Ex castris proficiscuntur longissimo agmine, magnisque impedimentis. *Virg.* 3. *Æn.* v. 381. Italiam, quam tu jam rere propinquam, Longa procul longis via dividit invia terris. et lib. 9. v. 229. Stant longis adnixi hastis. *long, tall. Cels.* l. 3. c. 1. Longus morbus. *tedious.* V. *Acutus. Cic.* 16. *Attic.* ep. 11. Longissima epistola. et lib. 12. ep. 5. *in fin.* Horæ, quibus exspectabam, longæ videbantur. *long, tedious. Id.* 1. *Offic.* c. 9. *sub fin.* Quæ quasi longo interjecto intervallo videmus. *Horat.* l. 1. od. 11. v. 7. Spem longam resecare. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 69. Longa interjecta mora. *Virg. Æn.* 10. v. 549. Canitiemque sibi, et longos promiserat annos. *h. e.* multos, et diuturnam vitam. *Cic.* 4. *Verr.* c. 52. Nonnunquam uno die longiorem mensem faciunt, aut biduo. *Colum.* l. 5. c. 6. *circa med.* Scrobis latus pedum duorum, longus pedum sex. et lib. 2. c. 11. Areas longas pedum quinquagenum facito. *Id. de arborib.* c. 16. Sulcum in quatuor pedes longum, in tres altum cum feceris. *Plaut. Trin.* 4. 2. 58. Qua facie est homo? *Sy.* sesquipede quidem est, quam tu, longior. *Plin.* l. 6. *c. ult.* Umbilicus septem pedes longus umbram quatuor pedes longam reddit. *Pallad. in Januar.* tit. 10. Scrobes faciemus tribus pedibus longas. ¶ *Longa freta* dicuntur a Poetis vasta, ampla, longinqua, et diuturna navigatione peragenda. *Horat.* l. 3. od. 3. v. 37. et od. 27. v. 43. *Propert.* l. 2. el. 20. v. 29. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 46. et alibi sæpe. ¶ *Longus* pro longinquo. *remote, distant, afar off. Justin.* l. 18. c. 1. Alexander, qui tam longa a domo militia Orientem subegit. *Sil.* l. 4. v. 376. Squalentes campos, et longa mapalia complent. *h. e.* longo spatio dissita. et lib. 6. v. 627. remeans longis Tirynthius oris. *Sallust. in fragm.* apud *Serv. ad Æn.* 11. v. 544. Et Metello procul agente, longa spes auxiliorum. *h. e.* longe posita, ut et *Serv.* exponit. ¶ *Longa navis* a figura dicta, tum velis, tum remis agitur, *a galley*: differtque ab oneraria, quæ velis dumtaxat. *Lentul. ad Coss.* &c. l. 12. *Fam.* ep. 15. *a med.* Navi longa profugerunt, onerariis relictis. ¶ *Longos versus* appellabat *Ennius* heroicos, teste *Cic.* 2. *de Legib.* c. *ult.* Confirmat *Diomed.* lib. 3. pag. 493. *Putsch. long lines, heroic verses.* ¶ *Longa syllaba*, quæ longiore spatio temporis effertur. *a long syllable. Cic.* 3. *de Orat.* c. 47. Pæon oritur a brevibus deinceps tribus, extrema producta atque longa. V. *Brevis.* ¶ *Longus homo* interdum per contemptum dicitur, ut *vacerra, longurio*, scil. pro bardo, ac stupido: *a loggerhead, dolt, thickscull*: sic *magnus*, et μέγας, aliquando apud Græcos. *Catull.* carm. 66. *ad jan. impud. in fi.* Longus homo est, magnas cui lites intulit olim Falsum mendaci ventre puerperium. ¶ *Longus* item dicitur, qui multa verba facit. *tedious, prolix, verbose. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 36. Possum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed nolo esse longus. *Quintil.* l. 1. *ad fin.* In cura verborum nimius, et compositione nonnunquam longior, et translationibus parum modicus. ¶ *Longum est*, res est longi temporis, laboris, multorum verborum, &c. *Cic.* 3. *Verr.* c. 60. Jam vero quas iste prædas, quam aperte, quam improbe fecerit, longum est dicere. *it is tedious; it would take up much time. Id. pro Sext.* c. 5. Longum est ea dicere, sed hoc breve dicam. *Terent. Heaut.* 2. 3. 94. Longum est, si tibi narrem, &c. *Id. Andr.* 5. 6. 13. Longum est, nos illum exspectare dum exeat. *Id. Phorm.* 3. 2. 10. Experire: non est longum. ¶ *Ne longum sit, ne longum faciam*, ut breviter dicam. *Cic.* 3. *Catil.* c. 5. Ac, ne longum sit, Quirites, tabellas proferri jussimus. *to be brief, to save time. Horat.* l. 1. sat. 3. v. 137. Ne longum faciam, dum tu quadrante levatum Rex ibis, &c. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 10. At ne longum fiat, videte. *h. e.* ne diu differatur. ¶ *Longius facere* trahere in longius plura dicendo. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 6. Nihil opus est exemplis id facere longius. *Id.* 1. *de Legib.* c. 7. Non faciam longius. ¶ *Nihil mihi est longius*, nihil magis cupio, nullius rei tanta exspectatione teneor. *I desire nothing more earnestly; I look for nothing so eagerly. Cic. Fam.* 11. ep. 27. Respondit, nihil sibi longius fuisse, quam ut me videret. *Id.* 6. *Verr.* c. 39. Nihil ei longius videbatur, quam dum illud videret argentum. Adde *pro Rabir. Post.* c. 12. et *Lucil.* apud *eund.* 4. *Tuscul.* c. 21. ¶ *In longum, in longius*, in futurum, et longum tempus. *for some time, for a long time. Vellei.* l. 2. c. 83. Illis etiam detracto capite, in longum fortissime pugnandi duravit constantia. *Virg. Ecl.* 9. v. 56. Causando nostros in longum ducis amores. *Tacit. Ann.* 3. c. 27. Otium ejus rei haud in longum paravit. *for but a short time.* et lib. 11. c. 20. Unde tenuis fructus, nec in longum fuit. *nor lasted long.* et 4. *Histor.* c. 22. Paucis diebus absumpta sunt, quæ in longum suffecissent. ¶ *Per longum*, per longum tempus. *long, for a long time. Sil.* l. 2. v. 464. exurit siccatas sanguine venas Per longum celata fames. Adde lib. 12. v. 295. et l. 15. v. 788. ¶ *Ex longo*, ex longo tempore. *Virg.* 9. *Æn.* v. 64. collecta fatigat edendi Ex longo rabies. ¶ *In longum*, in longitudinem. *to a great length, lengthwise. Plin.* l. 2. c. 81. Nubes in longum porrecta. ¶ *In longo* eodem sensu. *Id.* l. 17. c. 23. Vitis in arbusto quatuor pedes in longo constat. ¶ *Longum* absolute, est longe, diu. *long, for a considerable or long time. Virg.* 10. *Æn.* v. 740. non me, quicumque es, inulto, Victor, nec longum lætabere. et *Ecl.* 3. v. 79. Et, longum formose vale, vale, inquit, Iola. *Horat. in art. poet.* v. 459. longum clamare. *Stat.* 7. *Theb.* v. 300. nec longum, et pulcher Alathreus editus. *and not long after.* ¶ *Longus spe* dicitur senex, quia tardus est, et difficilis ad sperandum, propter experientiam fallacis fortunæ. *Horat. de art. poet.* v. 172. Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri. δύσελπις. *slow in hope.* Legit ex conjectura *Bentlei.* spe longus, iners, pavidusque futuri. ¶ *Longa spes* est sera, longinqua, et longo post tempore implenda. *Horat.* l. 1. od. 4. v. 15. Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam. *to extend our hopes very far.* Sic *Stat.* 1. *Theb.* v. 322. spes anxia mentem Extrahit, et longo consumit gaudia voto. ¶ *Longa* neutr. plur. longum, diu, ut *acerba, torva, transversa*, &c. *Stat.* 2. *Theb.* v. 240. non unquam longa tuendo Expedias, cui major honos. ¶ Fuit *Longus* cognomen Romanæ familiæ, ductum ab habitu corporis, ut docet *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 7.) et cap. 6. (*al.* 10.) [¶ *Longas manus* alii aliter explicant apud *Propert.* l. 3. el. 7. v. 59. Quo rapitis miseros primæ lanuginis annos? Attulimus longas in freta vestra manus. *Vulpius* interpretatur *extensas* et *porrectas*, et hanc esse ait hujus loci sententiam: Parcite Dii maris, non enim sacrificia vestra neglexi, antequam solverem, immo pelagus intravi supplicibus palmis et ad vos protentis. *Dousa* vero, *Barthius* et *Kuinoel* id nimis longe petitum existimant, et interpretantur *longas manus* esse integras, non mutilatas, nam supra v, 51. ait Poeta, fluctus et scopulos abstulisse juveni ungues. Putabant autem veteres, perjuros membro aliquo mutilari solitos, et perfidis mare esse valde periculosum. Hinc Pœtus his verbis inducitur sortem suam deplorans, et innocentiam suam declarans.]

LOPAS. V. *Lepas.*

LOQUACĬTAS, tis, f. *talkativeness, loquacity*, πολυλογία, multiloquium, inanis et immodica garrulitas. *Cic.* l. 6. *Fam.* ep. 4. *sub fin.* Facit autem non loquacitas mea, sed benevolentia longiores epistolas. *Plin.* l. 10. c. 42. Expressior loquacitas picarum generi. *h. e.* facilitas loquendi. *Sidon.* carm. 14. v. 6. Eja, Calliope, nitente palma Da sacri laticis loquacitatem.

LOQUACĬTER, adverb. *talkatively, pratingly, loquaciously*, πολυλόγως, multis et inanibus verbis. *Cic. pro Mur.* c. 12. Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille? *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 4. Scribetur tibi forma loquaciter, et situs agri. *h. e.* satis verbose. *Paulin. Nolan.* ep. 39. *ad Aprum*, c. 8. Dum loquacius vos fatigo.

LOQUACŬLUS, a, um, *a little loquacious*, λαλίσκος, dim. a loquax. *Lucret.* l. 4. v. 1158. At flagrans, odiosa, loquacula; Lampadion sit.

LOQUAX, acis, *talkative, full of words, prating, loquacious*, λάλος, σπερμολόγος, verbosus, garrulus, multus vel nimius in loquendo. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 38. Quare istam artem totam dimittamus, quæ in excogitandis argumentis muta nimium est, in judicandis nimium loquax. *Id. de Senect.* c. 16. Et senectus est natura loquacior. *Id. pro Flacc.* c. 20. *in fin.* Repente homo audacissimus pertimuit, loquacissimus obmutuit. *Id.* 4. *Attic.* ep. 14. Nunquam mihi tua epistola aut intempestiva, aut loquax visa est. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 9. v. 3. Fama loquax. *Propert.* l. 3. el. 23. v. 22. Loquacem esse de aliquo. *h. e.* multa dicere. *Sallust. in fragm.* apud *Quintil.* l. 4. cap. 2. et *Gell.* l. 1. cap. 15. *sub fin.* M. Acilius loquax magis, quam facundus. λαλεῖν ἄριστος, ἀδύνατος λέγειν. ¶ Translate *Virg.* 3. *Georg.* v. 431. Ranæ loquaces. *croaking. Id.* 12. *Æn.* v. 475. loquaces nidi. *h. e.* in quibus sunt pulli avium. Sic lib. 11. v. 458. stagna loquacia. *h. e.* ubi cycni, ranæ, et hujusmodi incolunt. *Tibull.* lib. 1. el. 2. v. 21. loquaces nutus. et lib. 2. el. 7. v. 25. oculi. *expressive.* (*Cic.* 1. *de Legib.* cap. 9. Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur.) *Ovid.* 1. *Amor.* el. 4. v. 17. loquax vultus. *Petron. in fragm.* apud *Burman.* pag. 669. Manu puer loquaci. *h. e.* gesticulandi perita. *Horat.* l. 3. od. 13. v. 15. Loquaces lymphæ. *murmuring, bubbling, purling. Plin.* l. 11. c. 51. Avium loquaciores, quæ minores. *h. e.* magis canoræ et garrulæ.

LOQUĒLA, æ, f. *speech, talk, discourse, language, words*, λαλία, loquendi facultas, sermo, verba. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. Hinc quidam loquelam dixerunt verbum, quod in loquendo efferimus. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 76. Commoda loquelam tuam. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 2. v. 68. Graiaque quod Getico victa loquela sono est. *Lucret.* l. 5. v. 231. Almæ nutricis blanda atque infracta loquela. *Virg.* 5. *Æn.* v. 842. fuditque has ore loquelas. ¶ Sunt qui scribunt *loquella.* V. *Querela.*

LOQUELĀRIS, re. *Præpositiones loquelares* dicuntur a Grammaticis, quæ ornandi sensus, aut augendi, vel minuendi gratia ceteris partibus præponuntur, ut *am, co, con, re, se, di, dis.* Ita *Valer. Prob.* l. 1. pag. 1427. *Putsch.* Hæ

autem semper cohærent, nec interpositionem patiuntur. nemo enim dicit *con tibi duco*, aut *re illum cipio*, inquit *Serv.* in art. 2. *Donati* pag. 1793. Ideo autem *loquelares* appellantur, quia cum loquelis, hoc est verbis compositæ aliquid significant, separatæ nihil valent. *Festus*: Am, præpositio loquelaris, significat circum.

LOQUELARITER, volunt quidam (inter quos *Scalig.* ad *Fest.* in voce *Am*) legi apud *Cicer. in Somn. Scip.* c. 7. Homines enim loquelariter annum tantummodo solis, idest unius astri reditu metiuntur. *h. e.* inquit *Scalig.* contemplatione ipsius solis, non quod revera is annus dicendus sit: quemadmodum loquelares præpositiones revera non sunt, nisi contemplatione earum vocum, quibus conjunguntur. Est qui mallet *jöculariter*. Vulgo habetur *populariter*.

LOQUENTIA, æ, f. *talk, fluency of words*, loquendi facilitas, loquacitas, verbositas. *Gell.* l. 1. c. 15. *ad fin.* Valerium Probum, grammaticum illustrem, ex familiari ejus docto viro comperi, Sallustianum illud (*in Catil.* c. 5.) *Satis eloquentiæ, sapientiæ parum*, brevi antequam vita decederet, sic legere cœpisse, et sic a Sallustio relictum affirmasse: *satis loquentiæ, sapientiæ parum*: quod *loquentia* novatori verborum Sallustio maxime congrueret; *eloquentia* cum insipientia minime conveniret. *Plin.* l. 5. ep. 20. Julius Candidus non invenuste solet dicere, aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam. Nam eloquentia vix uni, aut alteri; hæc vero, quam Candidus loquentiam appellat, multis, etiam impudentissimo cuique maxime contingit.

LOQUITOR, aris, dep. 1. *to talk much, prate, babble, chatter*, πολυλογέω, multum loquor, verba multa inaniter profundo, garrio: frequent. a *loquor*. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 5. Eho tu loquitatus ne es gnato meo male per sermonem? [*Apul. in Flor.* pag. 332. *Elmenh.* Prorsus hoc erat primum sapientiæ rudimentum, meditari condiscere, loquitari dediscere.]

LOQUOR, eris, quutus, *et* cutus sum, dep. 3. *to speak, say, tell, declare, discourse, talk*, λαλέω, φράζω, verba facio, sermonem habeo, dico. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. ducit a *locus*, quod is loquitur, qui suo loco quodque verbum sciens ponit. pueros enim, corvos, cornices, quæ id facere nesciunt, non loqui, sed fari. Alii a λόγος, sermo. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 1. Magistratum legem esse loquentem; legem autem mutum magistratum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 32. Præcipitur primum, ut pure et Latine loquamur, deinde ut plane et dilucide, tum ut ornate; post ad rerum dignitatem apte et quasi decore. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 48. Desinant aliquando dicere, male aliquem locutum esse, si quis vere ac libere locutus sit. *Id. Fam.* 9. ep. 22. *a med.* Cum loquimur terni nihil flagitii dicimus. *when we say* terni, &c. *Id. Acad.* 4. c. 39. *a med.* Quid tu, Epicure? loquere: putas solem esse tantulum? *speak, say.* et 5. *ad Attic.* ep. 1. Veni ad ea, quæ fueramus ego et tu inter nos de sorore in Tusculano locuti. *Id.* 1. *Fam.* ep. 8. *sub fin.* Litteræ tuæ, de quibus eramus jam cum Pompeio locuti. *Terent. Andr.* 1. 5. 30. Opus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa adversum hunc loqui. *h. e.* coram hoc. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 1. Loqui pro aliquo. *to speak in defence of, or in favour of.* et *pro Marcell.* c. 10. pro aliis. *in the name of; in behalf of.* et lib. 2. *de Fin.* c. 22. *extr.* apud aliquem. *Id.* 1. *de Orat.* c. 11. In jure, aut in judiciis, aut apud populum, aut in Senatu copiose loqui. et lib. 2. c. 14. *sub fin.* Poetæ sunt quasi alia quadam lingua locuti. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 6. v. 10. Numen ad Augustum supplice voce loqui. *Virg.* 9. *Æn.* v. 5. ad quem sic ore locuta est. ¶ Cum accusativo, *Cic. Attic.* l. 14. ep. 4. Horribile est, quæ loquantur, quæ minitentur. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 15. Ut tuam rem tecum hic loquerer familiarem. *Ovid. Metam.* 1. v. 525. Plura locuturum timido Peneia cursu Fugit. *Terent. Heaut.* 4. 6. *extr.* Loquitur paucula. *he speaks but little.* et *Andr.* 1. 2. 31. Aperte ipsam rem modo locutus, nihil circuitione usus es. *Plaut. Amph.* 2. 2. 64. Loqui deliramenta. *Cic.* 9. *Attic.* ep. 12. *extr.* mera scelera. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 7. pugnantia. *Stat.* 3. *Theb.* v. 430. facta infecta. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 3. v. 17. aliquem absentem. *Id. Heroid.* ep. 14. v. 45. falsa. et ep. 17. v. 251. fortia facta. *Plaut. Men.* 5. 9. 7. loquere tuum mihi nomen. et 2. 2. 47. Quas tu mulieres, quos tu parasitos loquere? *h. e.* narras, nominas. Sic *Ovid.* 1. *Metam.* v. 648. nomen suum et casus loqui. *Horat.* lib. 4. od. 15. Phœbus volentem prœlia me loqui, Victas et urbes, increpuit lyra. *h. e.* carmine persequi, canere. *Senec.* ep. 90. *circa med.* Quid loquar marmora, quibus templa fulgent? quid lapideas moles? quid verborum notas? *why should I speak of the marbles?* ¶ Pro narrare, prædicare, efferre. *Lucan.* l. 4. v. 573. nullam majore locuta est Ore ratem, totum discurrens fama per orbem. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 2. *ad fin.* Nil nisi classes loquens, et exitus. *Martial.* l. 5. epigr. 26. Quem chartis, famæque damus, populisque loquendum. *to be talked of.* *Cic. Verr.* 7. cap. 30. *a med.* Cum vulgo loquerentur suppositum in ejus locum, quem pro illo probare velles. *seeing that it was reported commonly.* et *Attic.* l. 16. ep. 10. Eodem die vulgo loquebantur, Antonium mansurum esse Casilini. *it was commonly reported.* ¶ Absolute *Virg.* 1. *Æn.* v. 735. Juppiter: hospitibus nam te dare jura loquuntur. *they say; report goes.* ¶ Cum dativo, *Terent. Phorm.* 2. 3. 35. et *Plaut. Trucul.* 2. 2. 10. Pergin' hero absenti male loqui, impurissime? *to speak ill of your master.* et *Stat.* 12. *Theb.* v. 26. pars currus deflent, viduisque loquuntur, Hoc solum quia restat, equis. *hold converse with their horses.* Eodem modo locutus est *Sil.* lib. 16. v. 323. [*Propert.* l. 1. el. 15. v. 11. Multos illa dies incomptis mœsta capillis Sederat, injusto multa locuta salo.] ¶ Translate est aperte indicare, ostendere. *to indicate, manifest, speak, show.* *Cic.* 1. *de Legib.* c. 9. Oculi nimis arguti, quemadmodum affecti simus, loquuntur. *Virg. Ecl.* 5. v. 28. Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones Interitum, montesque feri, silvæque loquuntur. *Cic. pro Dom.* c. 32. Ut annales populi R. et monumenta vetustatis loquuntur. *Id. pro Mil.* c. 20. *Fam.* 15. ep. 11. et *Attic.* 3. ep. 1. Res ipsa loquitur. *the deed speaks for itself.* *Ulpian. Dig.* lib. 24. tit. 3. leg. 64. *ad fin.* De viro, heredeque ejus lex tantum loquitur. *Id.* lib. 2. tit. 14. leg. 10. Rescriptum divi Marci sic loquitur, quasi, &c. *Callistrat.* lib. 4. tit. 6. leg. 14. Edictum loquitur de his, qui in servitute fuerint. ¶ Passive impersonaliter, *Cœl. ad Cicer.* lib. et ep. 8. *Fam.* De damnatione ferventer loqui est cœptum. *Varr. initio* l. 5. *de L. L.* Ut sedetur, ambulatur, loquitur. ¶ Poetice *loquentes arbores*, sibilum edentes, aere in ramos incurrente. *Catull.* carm. 4. v. 11. Cytorio in jugo Loquente sæpe sibilum edidit coma. *Virg. Ecl.* 8. v. 22. Mænalus argutumque nemus, pinosque loquentes Semper habet. *Servius* vult hoc dici, quia *Virgil.* statim subdit: semper pastorum ille audit amores. Et recte sane. ¶ Differunt *loqui*, et *dicere*, quod *dicere* ad Rhetoricam plerumque pertinet, et ornatam arte orationem: *loqui* ad Grammaticam, et Dialecticam, ad disputationes, et familiarem sermonem. *Cic. in Bruto*, cap. 58. Scipio mihi sane bene et loqui videtur, et dicere. *Id. in Orat.* cap. 32. *de Rhetor. et Dialect.* Hæc ratio dicendi latior est: illa loquendi contractior. ¶ Interdum tamen promiscue adhibentur. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 12. Quantum acie valeo, tantum valet iste loquendo. ¶ *Loquier* paragoge pro *loqui*, est *in epigr.* *Nævii* apud *Gell.* l. 1. c. 24. ¶ Activa voce *Petron. in frag. Tragur.* c. 46. *Burman.* Tu, qui potes loquere, non loquis. *Cave imiteris.* ¶ Si secunda syllaba sit *u*, duplicem habet scribendi rationem, vel per *c*, vel per *qu*: utraque autem proba est. quamquam *locuturus* est fortasse frequentius, quam *loquuturus*. *Loquuntur* vero, quam *locuntur*.

LŌRA, æ, f. *a small, or thin wine made of the husks of grapes*, δευτερίας οἶνος, τρυγηφάνιος, potio ex maceratis aqua vinaceis, postquam totum mustum expressum est. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 54. Expressi acinorum folliculi in dolia conjiciuntur, eoque aqua additur: ea vocatur lora, quod lota acina: ac pro vino operariis datur hieme. *Plin.* l. 14. c. 10. Non possunt jure dici vina, quæ Græci deuteria appellant. Cato, et nos loram, maceratis aqua vinaceis: sed tamen inter vina operaria numerantur. Tria eorum genera, &c. *Cato R. R.* c. 57. Vinum familiæ. Ubi vindemia facta erit, loram bibant menses tres. *Colum.* quoque l. 12. c. 40. loræ faciendæ rationem tradit. *Varr.* apud *Non.* c. 17. n. 13. Mulieres majores natu bibebant loram, aut sapam, aut defrutum, aut passum. ¶ Monet *Charis.* l. 1. pag. 77. *Putsch.* primam syllabam esse corripiendam, quemadmodum in *lora* neutr. plur. a *lorum* producenda est. ¶ De *lora* pro utre, V. *Lura.* [† ¶ V. *Lorea* et *Loriola*.]

LŌRAMENTUM, ti, n. idem ac lorum. *Justin.* lib. 11. cap. 7. Cum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset.

LŌRARII, orum, m. *persons who beat or bound with thongs*, qui alios loris cædunt, quorum hominum præcipue usus erat in scenis. (V. *Plaut. Men.* 5. 7.) *Gell.* l. 10. c. 3. *in fin. de lictoribus Bruttianis.* Hi sequebantur Magistratus, tanquam in scenicis fabulis qui dicebantur lorarii, et quos erant jussi, vinciebant, aut verberabant.

LŌRĀTUS, a, um, loris vinctus. *Auctor Moreti in fin.* Sub juga parentes cogit lorata juvencos.

LŌREA, æ, f. idem quod lora [† vel loriola]. *Cato R. R.* c. 25. Paulatim erit lorea familiæ, quod bibat. *Gell.* l. 10. c. 23. Mulieres bibere solitas ferunt loream, passam, murinam.

LŌRĒTUM. V. *Lauretum.*

LŌREUS, a, um, *made of leathern thongs*, qui est ex loro. *Cato R. R.* c. 3. 12. et 63. Lorei funes. *Plaut. Mil.* 2. 2. 2. Ego vestra faciam latera lorea. *h. e.* loreis verberibus lacera: vel laterum vestrorum corium ita scindam verberibus, ut lora inde fieri possint, inquit *Turneb. Adversar.* l. 7. c. 5.

LŌRĪCA, æ, f. *a coat of mail, breastplate, brigandine, habergeon, cuirass, corslet*, θώραξ, munimentum pectoris, ventris, dorsi, et laterum: a θώρηκα pro θώρακα, accusativo Ionico Græcæ vocis allatæ (unde et *cuirass*) vel a loris, quod olim de corio crudo pectoralia faciebant: postea succedunt Galli e ferro, sub id vocabulum, ex annulis ferream tunicam, inquit *Varro* l. 4. *de L. L.* c. 24. Midias Messenius dicitur a *Plin.* l. 7. c. 56. inventor ejus fuisse. *Cic. pro Mur.* c. 26. Descendi in campum cum illa lata insignique lorica, non quæ me tegeret (etenim sciebam, Catilinam non latus, aut ventrem, sed caput et collum solere petere) verum, &c. *Id. pro Flacc.* c. 17. Ambulat cum lorica. metuit enim, &c. *Liv.* l. 5. c. 38. *sub fin.* Multos imperitos nandi, graves loricis aliisque tegminibus, hausere gurgites. *Virg.* 3. *Æn.* v. 467. Loricam consertam hamis, auroque trilicem. et lib. 7. v. 707. duplici squama lorica fidelis, et auro. et lib. 12. v. 87. auro squalentem alboque orichalcho Circumdat loricam humeris. et lib. 8. v. 621. loricam ex ære rigentem. *Val. Flacc.* l. 6. v. 233. riget his molli lorica catena. *Sil.* l. 5. v. 140. Loricam induitur: tortos huic textilis hamos Ferro squama rudi, permixtoque asperat auro. ¶ Fiebant loricæ etiam e lino multiplici. *Sueton. in Galb.* c. 19. et V. *Linteus.* ¶ Item e cornibus rasis, et levigatis, plumarum in speciem linteis indumentis innexæ. *Ammian.* l. 17. c. 12. (*al.* 23.) ¶ Metonymice *Horat.* l. 1. od. 29. v. 15. Libros mutare loricis Iberis. *h. e.* studia cum militia Hispaniensi. ¶ Metaphorice sic vocatur quævis rei protectio, et munimentum. Hinc in ædificiis est crusta, seu corium ex calce, et arena, aliave materia parieti, vel pavimentis inductum. *the coping, or head, of a wall; the covering, or upper crust, of a pavement.* *Vitruv.* l. 2. c. 8. *ad fin.* Non patietur lorica testacea lædi parietem. et lib. 7. c. 1. Supra fricaturam incernatur marmor, et supra loricæ ex calce et arena inducantur. et cap. 9. Ita obstans ceræ Punicæ lorica non patitur, solis radios eripere ex his politionibus colorem. *Plin.* l. 30. c. 10. *a med.* Stellionis cubile est in loricis ostiorum, fenestrarumque. *h. e.* testaceis crustis, et coronis. ¶ Habet locum etiam in munimentis bellicis. *an intrenchment, breastwork.* *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 39. Turres contabulantur, pinnæ loricæque ex cratibus attexuntur. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 49. Obsidium cœpit: dein fossam, loricamque contexens, quatuor millia passuum ambitu amplexus est. *Id.* 4. *Hist.* c. 37. Loricam, vallumque per fines suos Treveri struxere. *Flor.* l. 2. c. 18. et lib. 3. c. 10. *ad fin.* Obsessam urbem fossa, atque lorica circumdare. *Curt.* l. 9. c. 4. *ad fin.* Angusta muri corona erat: non pinnæ, sicut alibi, fastigium ejus distinxerant, sed perpetua lorica obducta transitum sepserat. *a parapet.* Sunt, qui hic *loricam* structuram fastigiatam intelligunt, et pluviam propellentem extra perpendiculum muri: confirmantque *Vitruvii* loco modo allato l. 2. c. 8. Sed attente inspicienti res aliter videbitur. Locis ex *Cæsare, Tacito*, et *Floro* allatis lucem addit *Veget.* lib. 4. ubi ait cap. 28. Obsidentes ultra jactum teli fossam faciunt, eamque non solum vallo, et sudibus, sed etiam turriculis instruunt, ut erumpentibus ex civitate possint obsistere: quod opus loriculam vocant, et sæpe cum obsidio describitur, invenitur in historiis, lorica urbem esse circumdatam. ¶ Item, extra rem militarem, in sepimentis, quibus aliquid circumdatur. *a fence, hedge, wall.* *Ammian.* l. 24. c. 5. (*al.* 18.) Erat in hac eadem regione extentum spatium, et rotundum, loricæ ambitu circumclausum, destinatas regis voluptatibus continens feras. *Apul. sub fin.* l. 6. *Metam.* Jam domus eorum extremam loricam perveneramus.

LŌRĪCĀTIO, nis, f. *a plastering, pargetting, incrustation*, actus inducendi loricam seu tectorium in pavimentis, aut parietibus. *Vitruv.* l. 7. c. 1. Coassatio clavis fixa duplicem præbeat contignationi loricationem. Adde *Paul. Dig. lib. ult. tit. pœnult.* leg. 79.

LŌRĪCĀTUS, a, um, *armed with a breastplate or coat of mail, clad or harnessed in armour*, τεθωρακισμένος, lorica indutus. *Liv.* l. 23. c. 19. *sub fin.* Statua ejus indicio fuit Præneste in foro statuta, loricata, amicta toga, velato capite. *Hirt. de B. Afric.* c. 72. Elephantos ornatus, et loricatus. *h. e.* cataphractus. Sic *Liv.* l. 37. c. 40. His tria millia equitum loricatorum (cataphractos ipsi appellant) adjunxit. *cavalry armed cap à pè, horsemen in complete armour, cataphracts.*

LŌRĪCO, as, avi, atum, a. 1. *to plaster, parget, incrust*, loricam, seu tectorium induco. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 57. Granarii parietes, et solum opere tectorio marmorato loricandi. *Plin.* l. 8. c. 24. Ichneumon mergit se limo sæpius, siccatque sole: mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricavit, in dimicationem pergit. *has covered itself as it were with a breastplate.*

LŌRĪCŬLA, æ, f. προβόλιον, parva lorica. Pro munimento, quod obsessores urbium construunt, cum ultra jactum teli fossam faciunt, eamque vallo, sudibus, et turriculis instruunt, ut erumpentibus ex urbe possint obsistere. *an intrenchment, small breastwork.* V. *Lorica.* *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 9. Quorum frontes viminea loricula munirentur, ut hostis a duplici propugnatorum ordine depelleretur.

LŌRIŎLA, æ, f. idem fere, quod lora. *Varr.* apud *Non.* cap. et sect. 17. Loriolam nominabant, cum ex uvis expressum erat, et ad folliculos reliquos et vinacea adjiciebant aquam. Apud *Non.* legitur *moriola*, sed male.

LŌRĬPES, edis, m. et f. *limber-legged, lithe-legged, bandy-legged*, ἱμαντόπους, qui pedes flaccidos, lentos, languidos, et in ambulando tamquam lorum se torquentes habet, non firmos, et calcatu constantes. Alii intelligunt de eo, qui pedes habet, et crura distorta in modum lori. *Plin.* l. 7. c. 2. *a med.* Gentem inter Nomadas Indos, anguium modo loripedem. et lib. 5. c. 8. Himantopodes loripedes, quibus serpendo ingredi natura est. *Juvenal.* sat. 3. v. 24. Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.

Plaut. Pœn. 3. 1. 7. Nequicquam hos procos mihi elegi loripedes, tardissimos.

LORUM, i, n. *a leathern thong, string of leather, strap,* ἱμὰς, corrigia ex corio in usum colligandi aliquid, et continendi. *Cic. de Harusp. resp.* c. 11. Si ludius constitit, aut puer ille tensam, aut lorum omisit. *Martial.* l. 2. epigr. 57. Recensque sella linteisque lorisque. *Curt.* l. 4. c. 6. *sub fin.* Per talos spirantis lora trajecta sunt, religatumque ad currum traxere circa urbem equi. *Propert.* l. 3. el. 12. v. 9. Nunc ligat ad cæstum gaudentia brachia loris. *Plaut. Epid.* 5. 2. 18. Vincire vis? en, ostendo manus: tu habes lora. *Liv.* l. 9. c. 10. *ad fin.* Cum apparitor Postumium laxe vinciret, quin tu, inquit, adducis lorum? *Ovid.* 10. *Metam.* v. 114. Bulla super frontem parvis argentea loris Vincta movebatur. *Grat. in Cyneg.* v. 213. *de cane.* celsa lorum cervice ferentem, *the leash.* Adde *Plin.* l. 8. c. 40. ¶ De cesto, seu zona Veneris. *Martial.* l. 6. epigr. 21. Dixit, et arcano percussit pectora loro. ¶ De bulla scortea, quæ loro suspensa gestabatur in collo a pueris libertinis, ut *Ascon.* docet. *Juvenal.* sat. 5. v. 165. Vel nodus tantum, et signum de paupere loro. V. *Bulla.* ¶ Sæpe dicitur de habenis. *the reins of a bridle; reins. Liv.* l. 35. c. 34. *ad fin.* Desilire omnes ex equis jussit, et loris ducere equos. *Phædr.* l. 3. fab. 6. v. 7. Et lora frænis continet spumantibus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 106. illi instant verbere torto, Et proni dant lora: volat vi fervidus axis. *slacken.* Sic lib. 1. *Æn.* v. 160. Flectit equos, curruque volans dat lora secundo. et lib. v. 156. immissis aurigæ undantia lora Concussere jugis. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 13. v. 10. *ad Auroram.* Roscida purpurea supprime lora manu. et lib. 3. el. 2. v. 72. *ad aurigam Circens.* Tende precor valida lora sinistra manu. *Id.* 2. *Metam.* v. 127. *ad Phaethont.* Parce, puer, stimulis, et fortius utere loris. et vers. 200. mentis formidine lora remisit. ¶ Item de scutica e corio, qua servi cædebantur, et in scholis pueri. *a whip, lash, or scourge, made of thongs. Terent. Adelph.* 2. 1. 28. Usque ad necem operiere loris. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 12. Ita ego vestra latera loris faciam ut valide varia sint. *Horat.* lib. 1. ep. 16. v. 46. Loris uri. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 15. *a med.* Servum loris rumpere. *Cic. Phil.* 8. c. 8. Cum eum in convivio servi publici loris ceciderunt. *Martial.* l. 10. v. 62. Scuticaque loris horridis Scythæ pellis, Ferulæque tristes, sceptra pædagogorum. ¶ Lorum vomitorium apud *Scribon. Larg. compos.* 180. est corrigia medicamento illita ad movendum vomitum. *a string put into the throat to cause a vomit.* ¶ Per catachresim dicitur de flagellis vitium. *Plin.* l. 14. c. 1. Villas, et domos ambiri singularum palmitibus, ac sequacibus loris, &c. *tendrils.* ¶ *Lorus* masc. gen. *Apul.* l. 3. *Metam.* Lorum quempiam sinu suo depromit. *et paulo post.* Nequissimus, audacissimusque lorus iste. et *Petron. in fragm. Tragur.* c. 57. *Burm.* Lorus in aqua, lentior, non melior.

LOTARĬA, æ, f. *a laundress,* quæ pannos lavat. *Muratorius* Inscription. illam pag. 908. n. 6. ita legit: Junia Favorina Aug. N. serva Lotar.

LOTĬO, onis, f. *a washing,* κλυσμὸς, actus lavandi, lotura, lavatio: a *lotus. Vitruv.* l. 7. c. 9. Glebæ minii cum sunt aridæ, pilis ferreis contunduntur: et lotionibus, et cocturis efficitur, ut adveniant colores. ¶ Speciatim ita dicitur clyster, quo alvus abluitur, et ducitur. *a clyster:* id ipsum enim et Græca vox significat, a κλύζω, lavo. *Cels.* l. 2. c. 12. sect. 2. Plerumque vero alvus lotionibus ducenda est. Al. aliter, sed sine causa, legunt. [Imo multis ex causis *Leon. Targa* sic legit: Plerumque vero alvus potius ducenda est. Ostendit autem *Lindenium* primum recepisse in textum, contra fidem Codicum, et veterum editionum, vocem *lotionibus,* adductum fortasse, ut suspicatur *Morgagnus,* a Gallorum consuetudine, qui ad id ipsum significandum voce *lavement* utuntur.]

LOTIOLENTE, adverb. ut *lutulente,* impure, fœde: a *lotium. Titinn.* apud *Non.* c. 2. n. 485.

LOTIS, idis, *et* Lotos, i, f. Λωτὶς, Λωτὸς, Nympha quædam fuit filia Neptuni, quam cum amatam Priapus persequeretur, illa deorum miseratione in arborem conversa est, quæ vulgo faba Syriaca dicitur. *Serv. in* 2. *Georg.* v. 84. et *Ovid.* 9. *Metam.* v. 347. et lib. 1. *Fast.* v. 415. et sequent.

LOTĬUM, tii, n. *urine, old-wash, stale,* οὖρον, urina: a *lotu,* etsi quantitas dispar est, quia intus humore eo corporis partes abluuntur, per quas meat. *Sueton. in Vespas.* c. 23. Reprehendenti filio Tito, quod et urinæ vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admovit ad nares, sciscitans, num odore offenderetur: at illo negante, Atqui, inquit, e lotio est. *Cato R. R.* c. 156. Brassica alvum bonam facit, lotiumque. et cap. 127. Ubi voles cibum concoquere, et lotium facere. et cap. 156. *ad fin.* Quibus ægre lotium it, quibusque substillum est. et cap. 122. Si lotium difficilius transibit. ¶ *Non valet lotium suum,* proverb. de homine nihili apud *Petron. in frag. Tragur.* c. 57. *Burm.* ¶ Consuevisse Hispanos lotio fricare dentes, quo candidiores essent, indicat *Catull.* carm. 39. *ad Egnat.* et *Apul. in Apolog.*

LOTOMĒTRA, æ, f. *a kind of lote-tree,* λωτόμητρα, genus loti, ex cujus semine, milio simili, fiunt panes in Ægypto a pastoribus, maxime aqua et lacte subacto. *Plin.* l. 22. c. 21.

LOTOPHĂGI, orum, m. Λωτοφάγοι, populi in Africa, ad Syrtim parvam, in insula Lotophagite, in conspectu Neapolis. Dicti sunt a *lotos,* et φάγω, edo, quod arboris ejus fructu credantur victitare. *Plin.* l. 5. c. 4. et 7. et *Fest.* ¶ Hi habiti sunt benigni maxime, atque hospitales, ita ut qui ad eos appellerent, comitate eorum, et cibi suavitate capti, ad patriam terram redire, nisi inviti, coactique, non solerent. Hinc *Ovid. de remed. amor.* v. 789. Illo Lotophagos, illo Sirenas in antro Esse puta: remis adjice vela tuis. *Sil.* l. 3. v. 310. Spectati castris, quos succo nobilis arbor, Et dulci pascit lotos nimis hospita bacca. *Virg. in Cul.* v. 124. lotos Impia, quæ socios Ithaci mœrentis abegit, Hospita dum nimia tenuit dulcedine captos. *Hygin.* fab. 125. narrat duos Ulyssis socios gustato loti fructu, oblitosque reditus in patriam, ab eo vinctos ad navem reductos fuisse. Ideo *impiam* dicit *Virg.* quod impios in patriam fecerat. *Plin. loc. cit. genit. plur.* habet *Lotophagon,* Græcam positionem retinens, Λωτοφάγων.

LOTOR, oris, m. qui lavat. Videtur legi in vet. Inscript. apud *Fabrett.* c. 6. n. 19. Dianæ Aug. Colleg. Lotor. sacr. Primigenius R. P. &c. Hanc, et aliam item ejusdem sententiæ Inscriptionem affert etiam *Spon. in Miscell. erud. antiq.* sect. 2. art. 11. pag. 64. et Collegium lotorum, h. e. balneatorum fuisse opinatur. Sed fortasse iidem sunt cum lutoribus. V. *Lutor.*

LOTOS, i, f. *the lotos, lote-tree or nettle-tree,* λωτὸς, arbor Africæ in ea parte, quæ vergit ad Italos, præcipue vero circa Syrtes, atque Nasamonas, magnitudine piri, incisuris tamen foliorum crebrioribus, ita ut ilicis esse videantur: fructu magnitudine fabæ, colore croci, cum maturuerit: qui nascitur densus in ramis, myrti modo, tam dulcis in cibo, ut nomen etiam genti terræque dederit, nimis hospitali advenarum oblivione patriæ. (V. *Lotophagi.*) Ligno color niger, ad tibias faciendas aptissimo. Radix cultellis capulos, brevesque alios usus præbet. Nascitur, et in Italia, sed mutata in multis. *Plin.* l. 13. c. 17. et *Fest.* ¶ In Italia quæ provenit, appellatur alio nomine faba Græca, cerasorum pæne natura. *Id.* l. 16. c. 30. et lib. 24. c. 2. ¶ In fabulis Nympha fuit in arborem sui nominis conversa. V. *Lotis.* ¶ Per synecdochen est tibia ex loto. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 190. et horrendo lotos adunca sono. *Sil.* l. 11. v. 432. Ut strepit assidue Phrygiam ad Nilotica loton Memphis. Adde l. 8. v. 506. Et mascul. gen. *Martial.* l. 8. epigr. 51. v. 14. Palladius tenero lotos ab ore sonat. *Plin.* l. 16. c. 36. *sub fin.* tradit sacrificas tibias e buxo fieri consuevisse, ludicras vero e loto, ossibusque asininis, et argento. ¶ Est eodem nomine et herba, et in Ægypto caulis e palustrium genere, similis fabæ, foliis densa congerie stipatis, brevioribus tantum, et gracilioribus, fructu in capite papaveri simili incisuris, omnique alio modo: intus granis ceu milii. Incolæ capita in acervis putrefaciunt, mox separant lavando, et siccata tundunt, eoque pane utuntur. Nascitur in riguis post recessum Nili. *Plin.* l. 13. c. 17.

LOTŪRA, æ, f. *a washing, rinsing,* κλύσις, lotio, lavatio. *Plin.* l. 34. c. 13. Pompholyx lotura paratur, spodos illota est.

LOTUS, us, *a washing,* lotio. *Cels.* l. 1. c. 3. *de his, quæ calef. et refrig.* Refrigerant omnia acida, aqua, oleum, et lotus. [*LOTUS, us, et quæ sequuntur, tollenda omnino* censet *Leonard. Targa,* quia vox *lotus* pro *lotione* a *Lindenio,* invitis Codicibus et editionibus, inducta est in textum, nec apud ullum Latinum scriptorem reperitur.]

LOTUS, a, um, *washed, rinsed, bathed, made clean,* lautus. *Petron. in Satyr.* c. 30. *extr.* Vestimenta Tyria sine dubio, sed jam semel lota. *Plin.* l. 24. c. 11. *a med.* Pure lotis pedibus herbam legere. *Id.* l. 28. c. 9. *a med.* Axungia vino lota. *Martial.* l. 10. epigr. 11. Lota toga. *Juvenal.* sat. 6. v. 463. Lota cutis. *Stat.* l. 4. silv. 5. v. 62. Neronea qui modo lotus in unda. ¶ *Prudent. in Apoth.* v. 555. lotus procul absit, et unctus. *h. e.* Christianus baptismo et chrismate tinctus.

LOXĪAS, æ, m. Λοξίας, cognomen Apollinis: a λοξὸς, obliquus, vel propter obliqua et tortuosa responsa, quæ hujus vates reddebant, quo facilius consultoribus imponerent: vel quod Apollo, idest Sol Zodiacum oblique pererrat: vel quod transversos in nos a meridie immittit radios. *Macrob.* lib. 1. *Saturn.* cap. 17. Sed hæc ad Græcos pertinent.

L U

LUA, f. dea, quæ purgationibus præerat: a luendo, idest purgando. Unde et ei ad lustrandam post prœlium hominum cædem, hostium arma spoliaque incendebantur. *Liv.* l. 8. c. 1. et lib. 45. c. 33. Inscript. apud *Reines.* class. 1. n. 238. Luæ sacrum L. Albanius L. F. Claudia Sabinus Rheat. Præfectus fabrum, &c. *Gell.* l. 13. cap. 22. docet, in libris sacerdotum populi R. quibus continebantur solemnes preces, quæ ritu Romano fiebant, scriptum esse *Luam Saturni, Salaciam Neptuni, Horam Quirini,* &c. ex quo intelligitur, Saturni filiam fuisse habitam.

LUBET cum derivatis. V. *Libet.*

LUBRICĀTUS, a, um, *polished, smoothed, lubricated,* lubricus, seu lævis factus. *Arnob.* l. 1. c. 22. Lubricatum lapidem, et ex ulivi unguine sordidatum, tanquam inesset vis præsens, adulabar.

LUBRĬCO, as, a. 1. *to make smooth or slippery, smooth, lubricate,* lubricum facio. *Juvenal.* sat. 11. v. 173. Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem. *Prudent. Peristeph.* 6. *de pass. Petri, et Pauli,* v. 35. Nunc pretiosa ruit (*oleum*) per marmora, lubricatque clivum. ¶ Translate *Id. in Psychom.* vers. 571. letum versatile, et anceps Lubricat incertos dubia sub imagine visus. [¶ Particip. *lubricans* apud *Apul.* 7. *Met.* pag. 481. *Oudend.* Limo cœnoso ripæ supercilio (*lege* supercilium) lubricante.]

LUBRĬCUS, a, um, *slippery, glib, smooth, lubric, lubricous,* ὀλισθηρὸς, ἐπισφαλὴς, dicitur de re, in qua quis nequit pede consistere, ut est terra argillosa humecta, marmor levigatum, glacies, et hujusmodi. Videtur esse a *labor, eris,* mutata vocali. *Cic. pro Flacc. c. ult.* Viam præcipitem et lubricam planæ et stabili præponere. *Plaut. Mil.* 3. 2. 38. In cella est paulum loculi lubrici. *Martial.* l. 4. epigr. 18. assiduo lubricus imbre lapis. *Cels.* l. 8. c. 3. Instillare paululum lactis, quo magis lubrico scalprum circumagatur. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 65. (Equi) sanguine suo, et lubrico paludum lapsantes. *a slippery place, slipperiness. Plin.* l. 36. c. 14. In lubrico atque instabili fundamenta locare. ¶ Pro attrito, et lævi, *Martial.* l. 9. epigr. 58. Nec crus compede lubricum decenni. *Plin.* l. 36. c. 12. Sphinx saxo naturali elaborata et lubrica. *smoothed, polished.* ¶ Translate est periculosus, anceps, in quo facile labi, atque errare contingit. *inconstant, slippery, lubricous, variable, doubtful, deceitful, uncertain, dangerous, difficult. Cic. pro Cæl.* c. 17. Viæ adolescentiæ lubricæ, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix potest. *Id.* 7. *Verr.* c. 52. Ætas puerilis maxime lubrica atque incerta. (*lubricum ætatis* appellat *Plin.* l. 3. ep. 3.) *Id.* 5. *Phil.* c. 18. Cupiditas dominandi præceps et lubrica. *Id. pro Planc.* c. 2. Perdifficilis, et lubrica defensionis ratio. *Id in Orat.* c. 28. In lubrico versari. *Plin.* l. 1. ep. 8. Anceps et lubricus locus. *scil.* de munificentia sua verba facere. *Gell.* l. 14. c. 1. *ad fin.* Lubrica atque ambagiosa conjectatio. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Ne quem tam lubrica observatio fallat. *Horat.* l. 1. od. 19. v. 8. Et vultus nimium lubricus aspici. *h. e.* in quo aspiciendo periculum est, ne amoris igne flagres. *dangerous to look upon.* (Sic *Martial.* l. 9. epigr. 57. Dum puer es, redeas, dum vultu lubricus.) *Modestin. Dig.* lib. 48. tit. 4. leg. 7. Lubricum linguæ non est ad pœnam facile trahendum. ¶ Est etiam *lubricus,* qui facile movetur, et elabitur. *easily turned or moved, voluble, lubricous. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Natura lubricos oculos fecit, et mobiles. *Virg.* 5. *Æn.* v. 84. lubricus anguis. *Tibull.* lib. 2. el. 5. v. 14. Lubrica exta *Plin.* l. 9. c. 20. Lubrici pisces. *Id.* l. 2. c. 3. Lubricum corpus lævitate continua. *Id.* l. 22. c. 25. *ante med.* Hippocrates ptisanam sorbitionis gratia laudavit, quoniam lubrica ex facili hauriretur. *Horat.* epod. 13. v. 14. et *Ovid.* 3. *Amor.* el. 6. v. 81. Lubricus amnis. *Id.* 5. *Fast.* v. 476. Lubrica prensantes effugit umbra manus. ¶ Translate *Quintil.* l. 9. c. 4. *a med.* Historia non tam finitos numeros, quam orbem quendam contextumque desiderat. namque omnia ejus membra connexa sunt: quoniam lubrica est, ac fluit. ¶ Cum infinito. *Sil.* l. 5. v. 18. Flore capi juvenum primævo lubrica mentem Nympha, nec Idalia lenta incaluisse sagitta. *h. e.* facilis capi, et amores sæpe mutans. ¶ Substantivi more *Macrob.* l. 7. c. 3. Objiciens tanto viro lubricum fidei. *h. e.* fluxam fidem. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 4. leg. 11. *a med.* Lubricum ætatis. *h. e.* levitas juvenilis, et inexperientia rerum. *Papinian.* lib. 22. tit. 1. leg. 3. Lubricum tutelæ. *Callistrat. ibid.* tit. 5. leg. 3. *ad fin.* consilii. *instability.* Adde *Plin.* lib. et epist. 3. [*Apul.* 1. *Met. init.* Post ardua montium, et lubrica vallium.] ¶ Est etiam fugax, velox, fallax. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 364. quot menses lubricus annus habet. *quickly gliding away. Virg.* 11. *Æn.* v. 716. Nequicquam patrias tentasti lubricus artes. [† V. *Ligur.*] *Val. Flacc.* lib. 2. v. 555. acri lubricus astu. *Cornel. Sever. in fragm. de morte Cicer.* apud *Senec. suasor.* 7. v. 19. Lubrica fata.

LUCA, æ, f. urbs Hetruriæ, de qua V. in *Lucensis.*

LUCANĬA, æ, f. hod. *Basilicata,* regio Italiæ in magna Græcia, Brutiis, Apuliæ, et Campaniæ contermina: cujus populi Lucani, a Samnitibus orti, duce Lucio, ut *Plin.* docet l. 3. c. 5 *ad fin.* Iisdem olim legibus liberos suos, quibus Spartani, instituere solitos, *Justin.* tradit l. 23. c. 1. in lucis inter pastores initio pubertatis, sine veste, sine tecto agere cogentes, et præda venatica vivere, ut bellicis laboribus consuescerent. ¶ Varias hujus appellationis causas affert *Festus:* quod eorum regio sita est ad partem stellæ luciferæ, vel quod loca ærosa [† *l.* cretosa] sunt, id est multæ lucis: vel a Lucilio (*lege* Lucio) duce: vel quod primitus in luco consederunt. Atque hæc postrema causa verior est: nisi malis cum aliis dicere, quod eorum terra ex argillæ copia præcipue albescat: unde Græce Λευκανοί.

LUCANĪCA, æ, f, *a sausage, roll or ball made of pork chopped small,* ἀλλᾶς, genus farciminis ex porcinis carnibus concisis: a Lucanis populis, a quibus Romani milites pri-

mum didicerunt, ut *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 24. docet. *Martial.* l. 13. epigr. 35. Filia Picenæ venio lucanica porcæ. *Id.* l. 4. epigr. 46. Et lucanica ventre cum Falisco. *Stat.* l. 4. silv. 9. v. 35. Non lucanica, non graves Falisci. *Cic.* sub fin. ep. 16. l. 9. *Fam.* Solebam antea delectari oleis et lucanicis tuis. ¶ Confectio lucanicæ sic habetur apud *Apic.* l. 2. c. 4. nempe intestinum fartum ex pulpa porcina bene tunsa, admixtis pipere trito, cumino, satureia, ruta, petroselino, baccis lauri, liquamine, &c. Ipsum intestinum tenuiter producitur, et ad fumum suspenditur.

LUCANICUS, a, um, *Lucanian*, Lucanus. *Spartian.* in *Caracall.* c. 5. Cum Germanos subegisset, Germanicum se appellavit, vel joco, vel serio, ut erat stultus, et demens asserens, si Lucanos vicisset, Lucanicum se appellandum. *Charis.* l. 1. pag. 73. *Putsch.* Lucanicum, intelligitur pulmentum, et intestinum: hic Lucanicus, subauditur botulus, vel apparatus: et hæc Lucanica, intelligitur hira, h. e. intestinum, aut aliud, quod unusquisque intelligere voluerit. Sumptum est enim nomen ab inventoribus Lucanis.

LUCĀNUS, *Lucan*, M. Annæus Lucanus, Cordubensis, filius Annæi Melæ, qui Senecæ philosophi frater fuit, puer Romam translatus, vixit sub Nerone, gessitque Quæsturam, et sacerdotium Auguratus obtinuit. Inter amicos Principis adscitus, conjurationi Pisonianæ (de qua *Sueton. in Ner.* c. 36. et *Tacit. Ann.* 15. c. 49. et 70.) nomen dedit, indignatus, quod studia sua poetica Nero insectaretur: sed detectus, jussusque venas incidere, periit ætatis anno vigesimo septimo. Scripsit heroico carmine bellum civile Pompeii, et C. Cæsaris, quod Pharsalia nominatur: item Saturnalia, Silvarum libros decem, Tragœdiam Medeæ, de incendiis Trojæ, ac Romæ, Orpheum, fabulas complures, et epistolas: quæ omnia, præter Pharsaliam, periere. Dictio ejus Latina est, et pura, et carmina magni spiritus. Sed quod ad Poeticam vim attinet, multi eum oratoribus magis, vel declamatoribus adnumerari dignum censent, quod historiam, non poema composuisse videatur: quorum est princeps *Quintil.* l. 10. c. 1. *a med.* cum alioquin ardentem, et concitatum, et sententiis clarissimum esse dicat. Adde *Serv. ad Æn.* 1. vers. 386. Hinc *Martial.* l. 14. epigr. 194. cujus lemma est, *Lucanus.* Sunt quidam, qui me dicunt non esse poetam: Sed qui me vendit bibliopola, putat. Laudat eum *Id.* l. 1. epigr. 62. et lib. 7. epigr. 20. et *Stat.* silv. 7. l. 2. quæ *Genethliacon Lucani* inscribitur.

LUCĀNUS, a, um, *Lucanian*, ad Lucaniam pertinens. *Liv.* l. 8. c. 24. Lucanæ legiones. *Id.* l. 9. c. 17. Lucani montes. *Horat.* epod. 1. vers. 28. Lucana pascua. (*scil.* lautissima alendis armentorum numerosis gregibus. Hinc *Calpurn. Eclog. ult.* v. 17. Omnia Lucanæ donet pecuaria silvæ.) *Id.* l. 2. sat. 3. v. 234. Tu nive Lucana dormis ocreatus, ut aprum Cœnem ego. *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 533. setigeram Lucana cuspide frontem Strictus aper. *Varr. R. R.* l. 1. c. 25. et *Plin.* l. 14. c. 6. Lucanum vinum. *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 85. Lucanum mare. *h. e.* Tyrrheni ea pars, quæ Lucaniam alluit. *Martial. de Spectac.* epigr. 8. Lucanus ursus. *scil.* quia Lucani montes eo ferarum genere abundabant. Horum meminit et *Ovid. in Halieut.* vers. 57. ¶ *Lucani, orum*, Lucaniæ populi. *Cic. Horat. Liv. Plin.* &c. ¶ Genus quoddam scarabeorum grande, prælongis cornibus, quæ bisulcis sunt dentata forcipibus in cacumine, et cum libuit, ad morsum coeunt, infantium etiam remediis e cervice suspendi solitum, *Lucanos* vocat *Nigid.* apud *Plin.* l. 11. c. 28.

LUCAR, āris, n. inquit *Festus*, appellatur æs, quod ex lucis captatur. Idem in voce *Pecunia*: Pecunia, quæ erogatur in ludos et spectacula, appellatur lucar (*al. leg.* lucaris) quod e lucis captetur. Idem in *Lucaris*: Lucaris pecunia, quæ in luco erat data. Hujusmodi pecunia erogabatur ab iis, qui lucos possiderent. Unde in vet. Inscriptione apud *Gruter.* pag. 436. n. 5. laudatur liberalitas P. Marii Luperciani, qui lucar redemptum a republ. sua universis civibus suis in perpetuum remiserat. Videtur autem assignata fuisse mercedibus histrionum, et ludionum. Unde *Tacit.* 1. *Ann.* c. 77.. De modo lucaris, et adversus lasciviam fautorum multa decernuntur. [† Glossæ: *lucar.* μισθὸς ἀπὸ φίσκου. *lucar.* τὸ θεατρικόν. Exponit *Plutarchus* (*Quæst. Rom.* p. 285. c.) τὸ τελούμενον εἰς τὰς θέας. V. *Lips. Excurs.* ad locum *Taciti* citatum.] *Tertull. advers. Gnost.* c. 8. *de Jo. Bapt.* Contumeliosa cæde truncatur in puellæ salticæ lucar. ¶ Apud *Liv.* quoque nonnulli hanc vocem leg. ubi refert responsum oraculi Delphici, cap. 11. Pythio Apollini, republ. vestra bene gesta servataque, lucaris meriti donum mittitote. *h. e.* præmii. Sed al. *lucris meritis*: al. *lubentes merito*, &c. ¶ Pænultimam genitivi brevem esse, docet *Charis.* l. 1. pag. 65. *Putsch.*

LUCARĬA FESTA in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam Salariam, et Tiberim fuit: pro eo quod victi a Gallis, fugientes e prœlio, ibi se occultaverunt. Ita *Festus.* At *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 8. ex lectione *Scalig.* Lucaria a luce, quod propter lucem amissam is cultus institutus. ¶ Celebrabantur mense Julio, in quod XIV. cal. Aug. legitur *in vet. Calendar.* (apud *Gruter.* pag. 133.) Lucar. N. P. *h. e.* Lucaria, nefastus primo. et XII. cal. Lucar. Lud. *h. e.* Lucaria, ludi. *Masurius* apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 4. Eam noctem, deincepsque insequentem diem, qui est Lucarium. *pro* Lucariorum.

LUCĀRIS PECUNIA. V. *Lucar.*

LUCAS BOS, *et* Luca bos, veteribus Romanis, et rudibus primo dictus est elephantus. *an elephant.* Cum enim hanc feram primum vidissent in Lucania, Pyrrhi bello, ut est apud *Plin.* l. 8. c. 6. maximam autem quadrupedem, bovem nossent, et præcipuæ magnitudinis essent Lucani boves, ut colligitur ex illo *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 349. *Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri Ducere protelo validis cervicibu' possent*; factum est, ut nullum aptius nomen significando elephanti esse ipsis videretur, quam si bovem Lucam nominarent. Hæc nominis ratio (quam scriptam reliquit, teste *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. *ante med.* Verginius.) multo est verisimilior, quam ea, quam tradit ipse *Varr. ibid.* quod dictus sit a luce, quia Pyrrhi elephanti procul lucebant propter inauratos regios clypeos, quibus eorum turres ornatæ erant: item quam ea, qua *C. Ælius ibid.* a *Libycis* dictos *lucas* arbitratur. *Lucret.* l. 5. v. 1301. Inde boves Lucas turrito corpore tetros. *Sil.* l. 9. v. 573. moderantem cuspide Lucas Maurum in bella boves. Adde *Senec. in Hippol.* v. 352. *Auson.* epist. 15. v. 12. et *Enn.* apud *Varron. loc. cit.* cujus verba V. in *Locusta.* ¶ In recto singulari duplex est positio, ut diximus. Et quidem *Luca* habetur apud *Varron. ibid.* Porro *Lucas* dictum putat *Voss. in Etymol.* pro *Lucans*: et hoc e *Lucanus* factum esse, ut *Picens* pro *Picenus.*

LUCELLUM, i, n. *a little gain or profit*, κερδύφιον, parvum lucrum, quæsticulus. *Cic.* 5. *Verr.* c. 30. Si Apronio, deliciis Prætoris, lucelli aliquid jussi sunt dare. *Id. ibid.* c. 44. Facere aliquid lucelli. *Senec.* ep. 5. Hujus diei lucellum tecum communico. *Catull.* carm. 28. *ad Verran. et Fabull.* v. 6. Ecquidnam in tabulis patet lucelli? *h. e.* pecuniæ seu lucri vobis a Prætore expensi et dati. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 102. tecum partita lucellum.

LUCENS, entis, *shining, glittering, bright, splendid, lucid, lucent*, φαίνων, splendens, lucidus. *Lucret.* l. 5. v. 659. rosea sol alte lampade lucens. *Virg.* 6. *Æn.* v. 725. Lucens lunæ globus. *the lucent orb.* *Ovid.* 3. *Fast.* v. 270. Lucentes faces. *on fire, blazing.* et lib. 2. *Metam.* v. 24. sedebat In solio Phœbus claris lucente smaragdis. *Manil.* l. 1. v. 866. Sidera per tenues cælo lucentia flammas. *Ovid.* 4. *Met.* v. 297. videt stagnum lucentis ad imum Usque solum lymphæ. *limpid, clear, transparent, pellucid.* *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 36. An picturata lucentia marmora vena Mirer? *Id.* 9. *Theb.* v. 691. Lucentes auro tunicæ. *Martial.* l. 11. epigr. 99. Non ulcus acre, pustulæque lucentes. *h. e.* igneæ et rubentes.

LUCENSIS, se, *Lucensian*, ad Lucam pertinens, quæ urbs est in Hetruriæ, et Liguriæ confinio, olim R. colonia, ad amnem Auserem. *Cic. Fam.* l. et ep. 13. Lucense municipium. ¶ *Lucensis conventus* apud *Plin.* l. 3. c. 3. *ad fin.* dictus est a Luco Asturum, Hispaniæ oppido. ¶ *Lucenses* sunt etiam incolæ oppidi in Italia, cui pariter nomen est *Lucus*, ad Fucinum lacum. *Id. ibid.* c. 12. ¶ Denique *Lucensia ostrea* dicuntur ab *eodem* l. 32. c. 6. quæ capiuntur in mari circa Lucentum oppidum Hispaniæ citer. nunc *Alicante*: de quo *Id.* l. 3. c. 3.

LUCĔO, es, xi, n. 2. *to shine, glitter, glisten*, λάμπω, lucem emitto, splendeo, fulgeo. *Cic. in Somn. Scip.* c. 3. *extr.* Stella illa, quæ ultima a cælo, citima terris, luce lucebat aliena. *Virg.* 11. *Æn.* v. 143. lucet via longo ordine flammarum. *Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 104. Ut meus ex isto luceat igne rogus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 603. lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. et lib. 8. v. 660. virgatis lucent sagulis. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 3. v. 6. niveo lucet in ore rubor. *glows.* *Id.* 1. *Metam.* v. 239. lucent oculi. *Val. Flacc.* l. 6. v. 492. Lilia per vernos lucent velut alba colores. ¶ Pro translucere, apparere. *to appear or show through.* *Propert.* l. et el. 2. v. 25. si qua Arabio lucet bombyce puella. *Martial.* l. 8. epigr. 68. Femineum lucet sic per bombycina corpus. *Stat.* 8. *Theb.* v. 525. summæ qua margine parmæ Ima sedet galea, ut juguli vitalia lucent. *h. e.* nuda patent. ¶ *Lucere facem alicui*, modus loquendi rarior, *h. e.* facem præferre, et præbere lumen. *Plaut. Cas.* a. 1. v. 30. Huic lucebis novæ nuptæ facem. *Enn.* apud *Fest.* in *Prodinunt.* Prodinunt famuli, tum candida lumina lucent. ¶ *Lucet*, dies est. *it is light: it is morning.* *Plaut. Mil.* 3. 1. 115. Prius quam lucet, adsunt: rogitant, noctu ut somnum ceperim. *before day-break.* *Catull.* carm. 14. *ad Calv. Licin.* v. 17. Nam si luxerit, ad librariorum Curram scrinia, &c. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 34. Nondum lucebat, cum Ameriæ scitum est. ¶ *Lucet hoc*, et *luciscit hoc* dicebant δεικτικῶς, h. e. digito cælum indicando; et diei lucem adesse significabant. V. *Hic* pronom. sub fin. ¶ Translate est apparere, clare videri, conspicuum, pulcrum esse. *Cic. pro leg. Manil.* c. 14. Nunc imperii nostri splendor illis gentibus lucet. *is apparent or conspicuous.* *Id. Attic.* l. 3. ep. 15. *ante med.* Mea officia et studia, quæ parum ante luxerunt (fatendum est enim) sic exsequar, ut, &c. *Id. pro Mil.* c. 23. Cum res ipsa tot, tam claris argumentis signisque luceat. *appears clearly, is evident.* *Id. pro Sext.* c. 28. Virtus lucet in tenebris, splendetque per se semper. *shines bright.* *Stat.* l. 2. *Achill.* v. 149. qualis Siculæ sub rupibus Ætnæ Naides Ennæas inter Diana, feroxque Pallas, et Elysii lucebat sponsa tyranni. *stood conspicuous or confest.*

LUCĔRENSES, *et* Lucĕres (quæ tertia centuria equitum constituta a Tatio, et Romulo) appellati sunt a Lucero Ardeæ rege, qui auxilio fuit Romulo adversus Tatium bellanti. Ita *Festus*: tametsi *Liv.* ejus nominis originem incertam esse dicit l. 1. c. 13. *in fin.* *Ascon. in Verr.* 3. c. 5. ait, centurias fuisse tres numero ab initio constitutas, neque tamen centurias, sed Tribus appellat his verbis cap. 5. Tribus principio tres fuerunt: Tatiensis una, a Tatio rege: Ramnensis altera, a Romulo: Luceres altera, a Lucumone, sive Lucretino, sive a luco, quem lucum Asylum vocaverat Romulus. Post de nominibus Sabinorum plures factæ, &c. *Varro* etiam tribus vocat l. 4. *de L. L.* c. 9. Ager, inquit, Romanus primum divisus in partes tres: a quo tribus appellatæ Tatiensium, Ramnium, Lucerum: nominatæ, ut ait Ennius, Tatienses (al. *Taties*) a Tatio, Ramnenses (al. *Ramnes*) a Romulo, Luceres, ut ait Junius, a Lucumone. Sed omnia hæc vocabula Tusca, ut Volumnius, qui tragœdias Tuscas scripsit, dicebat. Hæc *Varro.* Idem colligitur ex *Ovid.* et *Propert.* mox afferendis. Ideo autem *Tribus* dicuntur, quia ex ipsis Tribubus selectæ sunt. V. *Tribus.* Quod vero de Lucumone aiunt *Ascon.* et *Varro*, confirmatur a *Serv.* ad lib. 5. *Æn.* v. 560. quin et ipse *Fest.* qui in allatis verbis a Lucero derivat, paulo post in *Lucomedi* cum illis consentit. ¶ Prima syllaba et brevis est, et longa. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 131. Qui etiam partes totidem Tatiensibus idem, Quosque vocant Ramnes, Luceribusque dedit. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 31. Hinc Taties, Ramnesque viri, Luceresque coloni.

[* LUCERĪNUS, a, um, ad Luceriam, urbem Italiæ in Apulia, pertinens. *Liv.* lib. 10. c. 35. Ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit. ¶ *Lucerini* sunt ipsius urbis incolæ. *Id.* lib. 9. c. 2. Haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus sociis.]

LUCERNA, æ, f. *a lamp, candle, light*, λύχνος, instrumentum, quod uno, vel pluribus ellychniis accensis instructum, et oleo nutritis, lucem præbet domesticis usibus. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 25. Candelabrum a candela. ex his enim funiculi ardentes figebantur. Lucerna post inventa, quæ dicta a luce, aut quod id vocant Græci λύχνον. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 58. Quodam obtutu oculorum duo pro uno lucernæ lumina videntur. *Id. Attic.* l. et ep. 7. Ἐμπολιτεύομαί σοι jamdudum: et facerem diutius, nisi me lucerna desereret. *Id.* 4. *de Fin.* c. 12. In sole lucernam adhibere nihil interest. *Horat.* l. 1. od. 27. v. 5. Vino, et lucernis Medus acinaces Immane quantum discrepat. *h. e.* conviviis in noctem productis. *Id.* l. 2. sat. 1. v. 25. saltat Milonius ut semel icto Accessit fervor capiti, numerusque lucernis. *h. e.* ut ebrius est factus. (*Juvenal.* sat. 6. v. 304. similem locum habet.) *Martial.* l. 14. epigr. 41. cujus lemma *Lucerna polymyxos.* Illustrem cum tota meis convivia flammis, Totque geram myxos una lucerna vocor. *Id. ibid. epigr. præced.* candelam vocat *lucernæ ancillam*, quia hæc ditiorum erat, *candela* pauperum. *Juvenal.* sat. 10. v. 339. pereundum est ante lucernas. *h. e.* ante noctem. Sic *Vopisc. in Tacit.* c. 10. Thermas ante lucernam claudi jussit. *Phædr.* lib. 3. fab. 19. v. 4. Lucernam accendere. *Plin.* l. 31. c. 3. *a med.* Lucerna ardens. *et ibid.* defectu olei restincta. *Id.* l. 28. c. 11. Fungi lucernarum, ac fuligo, quæ est in rostris earum. *Pers.* sat. 5. v. 181. pinguem nebulam vomuere lucernæ. *Plin.* l. 36. c. 4. Lapidem appellavere lychnitem, quoniam ad lucernas in cuniculis cædebatur. ¶ Translate *Juvenal.* sat. 1. v. 51. Hæc ego non credam Venusina digna lucerna? *h. e.* lucubrationibus, quibus *Horatius* satyras conscribebat in pravos hominum mores. ¶ Est hoc nomine et piscis marinus, qui lingua ignea per os exserta, tranquillis noctibus lucet. *a fish called by some the lantern of the sea.* *Plin.* l. 9. c. 27.

LUCERNĀTUS, a, um, *lighted with lamps*, lucernis illustratus. *Tertull.* l. 2. *ad uxor.* c. 6. Janua laureata et lucernata.

LUCERNŬLA, æ, f. *a small lamp or candle*, λυχνίς. *Hieronym. in fin.* epist. 47. (*al.* 17.) Dictatio ad lumen lucernulæ profusa. et epist. 7. *ad Lætam, a med.* Accensa lucernula.

LUCESCO, *et* Lucisco, is, n. 3. *to grow light, become day*, lucere incipio, fit dies, dilucescit: cui contrarium est *advesperascit*: et fere impersonaliter adhibetur. *Cic. Fam.* 15. ep. 4. *ante med.* Ut a. d. III. Octobr. cum lucisceret, in Amanum ascenderem. *at daylight.* *Liv.* l. 4. c. 28. Et jam lucescebat, omniaque sub oculis erant. *it was now broad day.* *Plaut. Amph.* 1. 3. 45. Eamus Amphitruo: luciscit hoc jam. *'tis now morning.* (V. *Luceo.*) *Virg. Ecl.* 6. v. 37. Jamque novum terræ stupeant lucescere solem. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 417. cum cras lucescere nonas Dicimus. ¶ Splendere. *Jul. Firmic.* l. 4. c. 13. Quorum caput flavo capillorum crine lucescat. *may shine.*

LUCETĬUS, cognomen est Jovis, quod eum lucis causam esse credebant. *Fest.* et *Cn. Nævius* apud *Gell.* l. 5. c. 12. Atque hanc vocem a lingua Osca repetendam esse, monet *Serv. ad* l. 9. *Æn.* v. 570. idemque esse, quod Latina *diespiter.* [Sed melius fortasse a Græca voce λύκη *lux* nomen hoc repetendum est. Græca enim littera υ eodem fere modo antiquitus pronuntiabatur, quo apud Latinos u,

ut *Sulla, Purrhus* pro *Sylla, Pyrrhus*. V. *Cic. in orat.* c. 48. Alii cognomen hoc ex verbo *luciscit* derivandum censent, quod est apud *Terent. Heaut.* 3. 1. 1. Luciscit hoc jam; et apud *Plautum*, ex quo exemplum est in V. *Lucesco* superius allatum.] ¶ Eadem ratione et Juno *Lucetia* dici potest. *Martian. Capell.* l. 2. pag. 37. Juno pulcra, sive te Lucinam, quod lucem nascentibus tribuas, ac Lucetiam convenit nuncupari.

LUCI, adverb. *in the day-time, by day*, interdiu, cui opponitur *noctu*. *Cic.* 12. *Phil.* c. 10. *sub fin.* Quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illustrem aggredi? *Plaut. Casin.* 4. 2. 7. Venire luci. *Id. Amph.* 1. 1. 10. Me qui hoc noctis excitavit, nonne idem hoc luci me mittere potuit? *Id. Cistell.* 2. 1. 48. Cum primo luci cras ambo occidero. *Id. Merc.* 2. 1. 31. et *Stich.* 2. 2. 40. Postquam me misisti ad portum cum luci simul. *Lucret.* l. 4. v. 235. si quadratum tentamus, et id nos Commovet in tenebris; in luci quæ poterit res Accidere ad speciem, &c?

LUCĬDE, adverb. *clearly, plainly, distinctly*, φωτεινῶς, clare. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 25. Ut verbum illud, quod causam facit, lucide et breviter uterque definiat. *Senec.* epist. 71. *circa med.* Animus lucidius, et tranquillius inter divina mansurus. *Quintil.* l. 4. c. 5. *ante med.* Causam lucidissime ostendere. *Paul. Dig.* lib. 44. tit. 4. leg. 1. Quo lucidius intelligi possit hæc exceptio.

LUCĬDUS, a, um, *bright, clear, resplendent, glittering, shining, sparkling, brilliant, lucid*, φωτεινὸς, lucem habens, splendidus, fulgens, perspicuus, clarus. *Lucret.* l. 4. v. 340. Lucidus aer. *Horat.* l. 1. od. 3. v. 2. Lucida sidera. et lib. 3. od. 26. v. 6. funalia. *Propert.* l. 3. el. 11. v. 30. lilia. *Tibull.* l. 2. el. 4. v. 30. a Rubro lucida concha mari. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 74. gemma. *Id.* 1. *Fast.* v. 94. lucidior domus. *Vitruv.* l. 9. c. 6. Lucidissima stella. *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 62. Molle gerit tergo lucida vellus ovis. *h. e.* candida. *Stat.* l. et sil. 3. v. 22. lucida saxa. *h. e.* nitida marmora. *bright, polished. Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 133. lucida puella. *h. e.* candida et formosa. *fair, beauteous. Id.* 2. *Metam.* v. 365. et *Quintil.* l. 12. c. 10. Lucidus amnis. *limpid. Plin.* lib. 35. cap. 9. Lucida vestis. *pellucid, transparent.* ¶ *Lucidum* pro lucide. *Horat.* l. 2. od. 12. v. 14. lucidum fulgentes oculi. ¶ Translate *Quintil.* l. 7. c. 3. *a med.* Ut a notissimo exemplo, quo sit res lucidior, non recedamus. *more clear, more evident. Id.* l. 4. c. 5. Manifesta et lucida ratio. *Id.* l. 10. c. 1. *a med.* Philistus imitator Thucydidis: et ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. *Id.* l. 12. c. 10. *ante med.* Oratores tenues: lucidi, et significantes. *Horat. in ar. Poet.* v. 41. lucidus ordo. *clear, perspicuous, methodical.* ¶ *In vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 337. *Lucidus* est nomen equi Circensis.

LUCĬFER, i, m. *the morning-star, day-star*, Φωσφόρος, stella Veneris: a *luce ferenda*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 20. Infima est quinque errantium, terræque proxima stella Veneris, quæ Φωσφόρος Græce, *Lucifer* Latine dicitur, cum antegreditur Solem, cum subsequitur autem, Hesperos. Ea cursum anno conficit, et latitudinem lustrans signiferi orbis, et longitudinem. Multa de eo *Plin.* l. 2. c. 8. *a med. Tibull.* lib. 1. eleg. 10. v. 62. Dum rota Luciferi provocet orta diem. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 3. v. 71. cælo nitidissimus alto Lucifer ortus erat. ¶ Metonymice est dies. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 877. Tres ubi Luciferos veniens præmiserit Eos. Sic *Propert.* l. 2. el. 15. v. 28. memento Venturum paucis me tibi Luciferis. Adde *Ovid.* 1. *Fast.* v. 46. ¶ In fabulis est filius Cephali et Auroræ Solis filiæ: diciturque certasse cum Venere de præstantia formæ. Ita *Hygin. Poet. Astron.* l. 2. c. *pænult.* Alii Jovis filium faciunt. Imo pro stella Jovis interdum sumitur, teste *Serv. ad Æn.* 4. v. 130. Poetæ equo vehi fingunt, ut bigis Lunam, Solem quadrigis. *Stat.* 6. *Theb.* v. 239. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Pros.* v. 121.

LUCIFER, ra, rum, *bringing or bearing light, luciferous*, φωσφόρος, lucem ferens. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. Itaque ut apud Græcos Dianam, eamque Luciferam, sic apud nostros Junonem Lucinam in pariendo invocant. *Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 46. Denaque luciferos Luna premebat equos. et ep. 20. v. 192. *de Lucina.* Ut tibi luciferas afferat illa manus. *Lucret.* l. 5. v. 725. Lucifera pars Lunæ.

LUCIFĬCUS, a, um, *emitting or giving light, lucific*, lucem emittens, illustrans, lucidus. *Cœl. Aurel. Acut.* l. 2. c. 9. Vapor lucifici solis.

LUCIFLŬUS, a, um, luce fluens, lucidus. *Prudent. Psychom.* v. 625. ubi al. aliter leg. et *Juvencus* l. 4. v. 20. *in Matth.* c. 24.

LUCIFŬGA, æ, m. et f. lucifugus. *flying or shunning the light; a nightwalker. Senec.* ep. 122. *ad fin. lucifugas homines* appellat, qui contra naturam noctu utuntur pro die, qui et λυχνόβιοι dicuntur, quasi lucernarii. *Id. ibid.* Vos, inquit, illum et lychnobium dicetis. *Apul. in Apolog.* Ipse humilitate abditus, et lucifuga. et lib. 5. *Metam.* Lucifuga maritus.

LUCIFŬGAX, acis, lucifugus. *Minuc. Fel. in Octav.* c. 8. Latebrosa et lucifugax natio. *Al. leg.* lucifuga.

LUCIFŬGUS, a, um, *flying or shunning the light, delighting in darkness*, qui fugit lucem, et gaudet tenebris. *Cic.* 1. *Fin.* c. 18. *ad fin.* Lucifugi, maledici, monstrosi, etiam aliis amatoriis levitatibus dediti. *Virg. Georg.* 4. vers. 243. lucifugis congesta cubilia blattis. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 67. Lucifugus nebulo. *a nightwalker.*

LUCILIĀNUS, a, um, ad Lucilium pertinens. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. *ad fin.* Libelli charactere Luciliano. *Plin.* l. 36. c. 25. Lucilianus versus. *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 12. C. Titius, vir ætatis Lucilianæ. *Arnob.* l. 2. pag. 45. Fornix Lucilianus. *h. e.* ut opinor, *Lucilii* satyra hoc nomine inscripta.

C. LUCILĬUS, eques R. ex Suessa, olim Aurunca, oppido Campaniæ, magnus avunculus Pompeio Magno fuit: sub P. Africano, bello Numantino, eques militavit, ut narrat *Vellei.* l. 2. c. 9. decessitque Neapoli, anno ætatis quadragesimo sexto, ut est apud *Hieronym. in Euseb. Chron.* Olympiade sexagesima nona, U. C. circiter DCL. tribus, aut quatuor annis post natum Ciceronem. Quare quod *senem* nominat *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 34. ad ejus stili antiquitatem respexit. Primus condidit stili nasum, ut loquitur *Plin. in Præfat. Hist. nat.* h. e. satyræ scribendæ primus auctor et inventor fuit, multoque sale defricuit Urbem, ut ait *Horat.* lib. 1. sat. 10. v. 3. quem postea imitati sunt, qui Satyram attigere. *Juvenal.* sat. 1. vers. 19. Cur tamen hoc libeat potius decurrere campo, Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus, &c. A *Cicer.* l. 1. *de Orat.* c. 16. et lib. 2. c. 6. homo doctus, et perurbanus dicitur: a *Gell.* l. 18. c. 5. vir apprime linguæ Latinæ sciens. In condendo autem versu ut durum, incompositum, et lutulentum præstringit *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 8. et 11. item sat. 10. fere tota, ubi de eo plura. De hoc *Horatii* judicio, deque aliorum sui temporis ita *Quintil.* l. 10. c. 1. *a med.* Satyra quidem tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius, qui quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, ut eum non ejusdem modo operis auctoribus, sed omnibus poetis præferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum, et esse aliquid quod tollere possis, putat. Nam et eruditio in eo mira, et libertas, atque inde acerbitas, et abunde salis. *Pers.* sat. 1. v. 114. secuit Lucilius urbem, Te, Lupe, te, Muti: et genuinum fregit in illis. *Juvenal. sub fin.* sat. 1. Ense velut stricto quoties Lucilius ardens Infremuit, rubet auditor, &c. ¶ Scriptorum ejus nihil integrum ad nos pervenit, sed fragmenta quidem bene multa, ab Eruditis magno studio collecta, atque explicata. ¶ *Vis Lucilii* in re obscena significationem habet. *Arnob.* l. 5. pag. 169. Tum sancta, et ferventia numina vim vomuisse Lucilii, et regem Servium natum esse. *h. e.* τὸ σπέρμα. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 10. Poetæ de cælo semen igneum cecidisse dicunt in mare, ac natam e spumis Venerem conjunctione ignis, et humoris: quam haberet vim significantes: a qua vi natis dicta vita, ut illud a Lucilio: Vis est vita, vides, quæ nos facere omnia cogit.

LUCĪNA, æ, f. *the goddess of child-birth*, Εἰλείθυια, dea partuum præses, eadem ac Luna, seu Diana, quæ et *Juno Lucina*, et *Diana Lucina* vocatur. A *luce* enim est *Lucina*, et per syncopen *Luna*. Porro *Luna* ideo cum partubus rationem habet, quia certis ii lunæ cursibus maturescunt: vel quia ut scribit *Macrob. l. et cap. ult. Saturnal.* vim habet laxandi corporis, ejusque meatus aperiendi: vel *Lucina* ab eo, quod in lucem producat, ut *Donat. ad Terent. Andr.* 3. 2. 15. ubi addit, Junonem Lucinam Junonis filiam esse. *Ovid.* tamen non Junonis filiam, sed ipsam Junonem reginam deorum, 6. *Fast.* vers. 39. intelligit. Sane Juno dea conjugii habita est: unde Ζυγία Græce dicitur, a ζυγὸς, jugum. *Plin.* l. 16. *c. ult. Lucinam* a *luco* dictam tradit, propterea quod Romæ lucus fuit Junoni Lucinæ sacer, eo loci, ubi postea eidem templum exstruxere. *Ovid. Fast.* 2. v. 449. Gratia Lucinæ: dedit hæc tibi nomina lucus: Aut quia principium tu, dea, lucis habes. *Virg. Ecl.* 4. v. 8. nascenti puero casta fave Lucina. *Horat.* epod. 5. v. 5. Per liberos te, si vocata partubus Lucina veris affuit, precor. *Terent. Adelph.* 3. 5. 41. Miseram me! differor doloribus: Juno Lucina fer opem. *Plaut. Aulul.* 4. 7. 11. Uterum dolet: Juno Lucina tuam fidem! *Senec. initio Medeæ.* Dii conjugales, tuque genialis tori, Lucina, custos. ¶ Metonymice est ipse partus. *child-birth. Virg.* 4. *Georg.* v. 339. altera virgo, Altera tum primos Lucinæ experta labores. et lib. 3. v. 60. *de vitula.* Ætas Lucinam, justosque pati hymenæos, &c. Adde *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 785. ¶ Juno Lucina non semper, ut parturientium præses, sed simpliciter ut auctor lucis accipitur. Juno enim est aer, in quo lux omnis diffunditur. *Tibull.* l. 3. el. 4. vers. 13. Efficiat vanos noctis Lucina timores. *Fest.* in *Supercilia.* Supercilia in Junonis tutela esse putabant, quod iis proteguntur oculi, per quos luce fruimur, quam tribuere putabant Junonem: unde et Lucina dicta est.

LUCĪNUS, a, um, adject. a luce, et Lucina, ut *lucinæ horæ*, quibus scil. in lucem edimur, apud *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 222. *one's natal hour.* Et qui lucinas tribuo nascentibus horas.

LUCIPĀRENS, entis, *producing light*, lucis parens, ut *luciparens nox* apud *Avien. in phænom. Arat.* v. 853. quia noctem dies et lux proxime sequitur. Unde in fabulis Æther, et Dies ex Nocte nasci dicuntur: ut est apud *Hesiod.* Θεογον. v. 124.

LUCĬPOR. V. *Marcipor.*

LUCISĀTOR, oris, m. *the creator of light*, sator lucis, et auctor. *Prudent. Cathemer.* hym. 3. vers. 1. O Crucifer bone, lucisator, Omnipotens pie, Verbigena.

LUCISCO. V. *Lucesco.*

LUCĬUS, ii, m. prænomen Romanum, ut *Lucius Sergius Catilina, Lucius Cornelius Sulla*: et solo L. designari solet. Qui primo fuit hoc prænomine appellatus, luce prima, et initio diei natus fuit, ut *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 2. et *Festus* docent. ¶ Est etiam hoc nomine piscis, de quo *Auson. in Mosell.* v. 120. Hic etiam Latio risus prænomine, cultor Stagnorum, querulis vis infestissima ranis, Lucius obscuras ulva cœnoque lacunas Obsidet. hic nullos mensarum lectus ad usus, Fervet fumosis olido nidore popinis.

LUCOMĒDI a duce suo Lucomo dicti: qui postea Lucerenses appellati sunt. *Festus.*

LUCOMŌNES. } V. *Lucumo.*
LUCŎMUS. }

LUCRATĬO, onis, f. *gain*, actus lucrandi, lucrum. *Tertull.* l. 2. *ad Uxor.* c. 7. Spem lucrationis accipere.

LUCRATĪVUS, a, um, *relating to gain, lucrative*, ad lucrum pertinens. Apud JCtos *res lucrativæ* sunt, quæ ex hereditate, aut legato, aut fideicommissi jure, aut donatione mortis causa, vel cujuslibet postremæ voluntatis arbitrio: item ex donatione inter vivos simplici libertate facta cuipiam acquiruntur, ut est apud *Impp. Theodos. et Valent.* lib. 10. *Cod.* tit. 35. quia in his de mero lucro est quidquid acquiritur, neque impensa ulla, aut jactura fit ab eo, cui deferuntur. Hinc *ex causa lucrativa acquirere aliquid* dicitur is, qui aliquo titulo ex enumeratis quippiam acquirit, quia nullum rerum suarum damnum patitur sic acquirendo, neque ullum propterea onus subire cogitur. *Paul. Dig.* l. 31. leg. 89. Cum Seius, viva testatrice, tesseram frumenti ex causa lucrativa habere cœperit. *h. e.* ex legato. *Ulpian.* lib. 40. tit. 1. leg. 4. *extr.* Si partem quis redemit, pars altera ex causa lucrativa accesserit. Adde *Triphonin.* lib. 49. tit. 15. leg. 12. *sub fin.* Sic *lucrativa possessio*, quam quis ex lucrativa causa habet. *Ulpian.* l. 29. tit. 4. leg. 2. et *lucrativa acquisitio* apud *eund.* l. 44. tit. 4. leg. 4. *ad fi.* et *lucrativo titulo possidere, tit. ult. leg. pænult.* lib. 8. *Cod.* ¶ Tribuunt et *Quintil. ad fin. cap. ult.* lib. 10. Neque enim fere tam est ullus dies occupatus, ut nihil lucrativæ operæ ad scribendum capi possit. *Sed al. leg.* ut nihil lucri: *al. aliter.* [*Cornel. Fronto ad M. Cæsar.* lib. 1. ep. 6. Lucrativa tua in tantis negotiis tempora meis quoque orationibus legendis occupare non inutile tibi arbitraris, nec infructuosum.]

LUCRETĪNUS, a, um. *Cic.* 7. *Attic.* ep. 11. Unam tecum apricationem in illo Lucretino tuo sole malim, quam, &c. Al. leg. *Lucretilino.* Utrumque autem rus aliquod designat Attici. Et quidem hoc posterius est a *Lucretili*, cujus meminit *Horat.* l. 1. od. 17. et est mons in Sabinis, ut *Fest.* docet.

T. LUCRETĬUS CARUS, civis R. ut videtur, poeta et philosophus Epicureus, Latinorum primus de rerum natura Latine, et quidem versibus scripsit: quod poema *multæ artis esse*, scribit *Cic. ad Q. Fr.* l. 2. ep. 11. *Quintil.* l. 10. c. 1. difficilem auctorem vocat. *Stat.* l. 2. *silv. ult.* v. 76. Et docti furor arduus Lucretî. Obiit ætatis anno tertio, et quadragesimo, creditus sibi ipsi intulisse manus, amatorio poculo in furorem versus. Quidam scripsere, mortem ejus incidisse in annum et diem natalem Virgilii: alii quo die Virgilius togam virilem sumpsit. Quod esse non potest, quia quo tempore poematis ejus *Cic.* meminit jam ætate provectus, nimis adolescens Lucretius fuisset. Verius itaque alii sexaginta amplius annis antiquiorem faciunt: et in annum circiter undecimum ætatis Ciceronis natalem ejus conferunt; mortem vero nono plus minus ante illius necem anno accidisse. Sunt etiam qui putant, ipsum ejus poema, eo vivo nondum editum, ab ipso Cicerone fuisse emendatum. Magnæ laudationis loco sint illa *Ovid.* 1. *Amor. el. ult.* v. 23. Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucretî, Exitio terras cum dabit una dies.

LUCRIFACĬO, is, eci, actum, a. 3. *to gain, get, win, acquire, make profit, make gain of*, κερδαίνω, lucrum facio, lucror. Dicitur fere de iis, quæ nulla impensa, aut damno, aut labore acquirimus. *Petron. in Satyr.* cap. 15. Advocati, qui volebant pallium lucrifacere, flagitabant, &c. *Martial.* l. 8. epigr. 10. Emit lacernas millibus decem Bassus, Tyrias coloris optimi: lucrifecit. Adeo bene emit? inquis. imo non solvit. Addunt et *Cic. pro Flacc.* c. 37. et *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 20. sed iis locis *lucri*, et *facio* divisim legendum est. ¶ Translate *Varro* l. 3. *R. R.* c. 4. De ornithone primum, quod lucrifecerunt hoc nomen turdi. *h. e.* tanquam proprium sibi vindicarunt, tametsi commune omnium avium est. *have as it were appropriated to themselves. Auct. de B. Hispan.* c. 36. Illo beneficio suum maleficium existimabant se lucrifacere. *h. e.* pœnam effugere, quam pro suo maleficio meruerant. Sic *Plin.* l. 7. c. 39. Quam quidem injuriam lucrifecit ille. *h. e.* impune tulit. *Valer. Max.* lib. 4. c. 1. n. 10. Traduc equum, inquit, ac lucrifac censoriam notam. *h. e.* lucro appone, de lucro esse puta, quod a Censore notatus non fueris. ¶ Interposito verbo. *Caius Dig.* lib. 11. tit. 7. leg. 29.

Licet lucri dotem faciat. Ita *Forrent.* ¶ Inverso ordine. *Plaut. Pan.* 3. 5. 20. Me esse hos trecentos Philippos facturum lucri. *Id. Mostell.* 2. 1. 7. Qui facere argenti cupiat aliquantum lucri. Adde *Pers.* 4. 4. 117. et *Trucul.* 5. 2. 22.

LUCRIFACTUS, a, um, *gained, won*, particip. a lucrifacio. *Cic. Verr.* 5. c. 75. Jam vero ab isto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit civitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis.

LUCRIFICABILIS, le, *lucrative, gainful, profitable, lucriferous*, κερδαλέος, lucrum afferens. *Plaut. Pers.* 4. 7. 2. Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis.

LUCRIFICO, as, idem quod lucror, acquiro. *Tertull. de præscriptionib.* cap. 24. Paulum factum omnibus esse omnia, ut omnes lucrificaret.

LUCRIFICUS, a, um, adject. *lucrative, profitable, lucrific. Plaut. Pers.* 4. 3. 46. Lucrificam faculam tibi Fortuna allucere vult.

LUCRIFIO, is, actus sum, passiv. anom. *to be gained. Cic. Verr.* 5. c. 16. Quid, si ostendo, in hac una optione lucrifieri tritici modios centum? *Ulpian. Dig.* lib. 43. tit. 19. leg. 3. Aqua, quæ in rivo nascitur, lucrifit ab eo, qui ducit.

LUCRIFŬGA, æ, com. *one who shuns gain or lucre*, μισοκερδής, qui lucrum fugit. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 33. Cum hos huc adigit lucrifugas.

LUCRII DII, qui lucrorum consecutionibus præsidebant. *Arnob.* l. 4. pag. 132.

LUCRINENSIS, e, ad Lucrinum lacum pertinens. *Cic.* 4. *Attic.* ep. 10. Res Puteolanæ, et Lucrinenses.

LUCRĪNUS LACUS, hod. *Mar morto*, al. *Lago di Licola*, parvus lacus, seu sinus Campaniæ, inter Puteolos, et Baias, ac inter Avernum lacum, et mare Tyrrhenum prope intimum recessum sinus Puteolani. Dictus est a *lucro* propter multitudinem delicatissimorum piscium, qui ibi capiebantur, sed cum maris impetus irrumpens paulatim pisces fugasset, et redemptores gravia damna paterentur, C. Julius Cæsar oppositis molibus partem maris exclusit, ut est apud *Serv.* ad illud *Virg. Georg.* 2. v. 161. An memorem portus, Lucrinoque addita claustra, &c. *Sueton.* tamen non C. Cæsari, sed Augusto tribuit molium et portus fabricam *in Aug.* c. 16. Nunc injuria temporum, et terræmotus nihil ex eo lacu superest præter paludem cœnosam, et arundinetum. *Propert.* l. 1. el. 11. v. 10. Parvula Lucrina cymba moretur aqua. ¶ Olim ob loci amœnitatem, et frequentiam hominum celebris fuit. Unde *Martial.* l. 4. epigr. 57. nos blanda tenent lascivi stagna Lucrini. et lib. 6. epigr. 43. Hic mihi Baiani soles, mollisque Lucrinus. ¶ *Plin.* l. 9. c. 54. Lucrina ostrea optimi saporis fuisse scribit, quæ *Lucrina* absolute *Martial.* lib. 6. epigr. 11. et lib. 12. epigr. 48. appellat. *Horat.* epod. 2. v. 49. Non me Lucrina juverint conchylia. ¶ Lacus Lucrinus in vectigalibus publicis primus locabatur eruendus (*al. leg.* fruendus) ominis boni gratia, inquit *Fest.* in *Lacus*: scil. propter omen lucri.

LUCRĪO, onis, m. *one addicted to the lust of lucre*, φιλοκερδής, qui undique lucrum aucupatur. *Festus* in voce *Cercops.*

LUCRIPĔTA, æ, m. *one who seeks gain*, qui lucri est avidus, ut Lucripeta fenerator, *in argumento Mostell. Plauti*, v. 6. cujus auctorem quidam *Sidonium* faciunt. [¶ *Lucripetes* habet *Cassiodor.* l. 12. ep. 11. Quibus (Romanis) sola contentio est, paupertatem fugere, divitias non amare, nesciunt enim esse lucripetes.]

LUCROR, aris, atus sum, dep. 1. *to gain, get, win, acquire, earn, get advantage or profit*, κερδαίνω, lucrum facio, acquiro, consequor: et plerumque de iis dicitur, quæ nulla nostra impensa, aut labore acquirimus. *Cic. Parad.* 3. c. 1. An virum bonum dices, qui depositum nullo teste, cum lucrari impune posset auri pondo decem, reddiderit? *Id.* 2. *Offic.* c. 24. Ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum. *Id.* 7. *Verr.* c. 24. Pretio certo missos facere nautas, missorum omne stipendium lucrari. *Sueton. in Calig.* c. 41. Ne ex lusu quidem aleæ compendium spernens, plus mendacio, atque etiam perjurio lucrabatur. *Plin.* l. 18. c. 7. *a med. de pane faciendo.* Marina aqua subigi, occasione lucrandi salis, inutilissimum. *to get, save. Ulpian. Dig.* l. 27. tit. 6. leg. 11. *extr.* In casibus, in quibus dotem maritus vel in totum, vel in partem fuerat lucraturus. *Caius* l. 41. tit. 1. leg. 9. Si quis eas res, quæ in tempestate, navis levandæ causa, ejiciuntur, fluctibus expulsas, lucrandi animo abstulerit. *to keep for himself, retain for his own use. Tacit. de Germ.* c. 24. Aleam sobrii inter seria exercent, tanta lucrandi, perdendive temeritate, ut, &c. ¶ Translate *Cic.* 3. *Verr.* c. 12. Omne illud tempus, quod fuit, antequam iste ad magistratus accessit, habeat per me solutum ac liberum: sileatur de nocturnis ejus bacchationibus: damna, dedecora prætereantur: lucretur indicia veteris infamiæ. *h. e.* obtineat, ut taceantur. *Stat.* 9. *Theb.* v. 779. quonam usque moram lucrabere fati, O multum meritos puer orbature parentes? *will you gain delay from fate.*

LUCRŌSE, cum lucro. *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch.* c. 5. *ad fin.* Lucrosius perire.

LUCRŌSUS, a, um, *gainful, profitable, yielding gain or profit, lucrative*, κερδαλέος, lucrum afferens. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 10. v. 35. Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa voluptas? *Tacit. in Agric.* c. 19. *extr.* Donec quod omnibus in promptu erat, paucis lucrosum fieret. *Plin.* l. 37. c. 12. Tinguntur ex crystallo smaragdi: nec est ulla fraus vitæ lucrosior. *Id. in fin.* c. 31. l. 18. Id peræque etiam lucrosissimum.

LUCRUM, i, n. *gain, profit, advantage, acquisition, emolument, lucre*, κέρδος, quæstus, compendium, utilitas, fructus. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 36. ducit a *luo*, solvo. Alii a *luco*, et proprie sic dici putant lucorum proventum. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 3. Alii emendi, aut vendendi quæstu et lucro ducerentur. *Quæstus*, et *lucrum* differunt in eo, quod ille comparatur impensa, industria, labore: est enim a *quærendo*: hoc sine his, ut si quis hereditate, legato, donatione, aut etiam furto, vel fraude acquirat aliquid: quod et in *Lucrativus*, et *Lucror* adnotavimus. Hoc tamen discrimen non est perpetuum. *Cic.* 3. *Phil.* c. 12. Reliquas res ad lucrum prædamque revocavit. *Id. Verr.* 5. c. 38. Qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit. *reaps such profit.* et *c. præced.* Ipsi accipere decumas, et numerare coguntur lucri H-S. XXX. millia. *et ibid.* Frumentaria lucra exigere. *Phædr. in fin.* fab. 23. l. 1. Ista subita me jubet benignitas Vigilare, facias ne mea culpa lucrum. *h. e.* ne quid fureris. *Plaut. Pers.* 4. 3. 34. Ego recte valeo, et rem gero, et facio lucrum. *and am the gainer by it, am in pocket by it.* mercatoris verba sunt. *Cic. pro Flacc.* c. 37. Emit igitur aliquid, quod certe multo pluris esset: dat de lucro, nihil detrahit de vivo. minus igitur lucri facit. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 20. Istam cantilenam ex eo pendere, ut quamplurimum lucri faciant. *Plin.* l. 16. c. 4. *in fin.* Servari quidem hominem fas esse lucri causa. *Id.* c. 46. l. 2. Navigare lucri, non scientiæ gratia. *Terent. Phorm.* 1. 2. 11. Quid mihi lucri est te fallere? *what can it avail me? what better should I be?* ¶ *Lucri*, et sæpius *lucro est*, utile est, lucrosum est. *In Supposit. Amph. Plauti scena, quæ incipit* Tun' me mactes, v. 26. Lucri est, quod miseriam deputat. *Anton. in epist. ad Coss.* apud *Cicer. Phil.* 13. c. 19. Quibus, utri nostrum ceciderint, lucro futurum est. *Plaut. Asin.* 1. 3. 40. Nobis lucro fuisti potius, quam decori tibi. *Id. Cistell.* 1. 1. 52. Multis damno, et mihi lucro sine meo sæpe eris sumptu. *Id. Men.* 2. 3. 5. Amanti amœnitas malo est, nobis lucro est. ¶ *Ponere*, vel *deputare in lucro*, et *de lucro*, æstimare tanquam lucrum. *to set down as clear gain*: et dicitur de bonis, quæ insperato eveniunt. *Terent. Phorm.* 2. 1. 16. et 21. Quidquid præter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro. *Id. Adelph.* 5. 3. 30. Quod hinc accesserit, id de lucro putato esse omne. *put that down as clear profit. Cic. Fam.* 7. ep. 25. Id ego in lucris pono, non ferre hominem pestilentiorem patria sua. Adde *pro Flacc.* c. 17. Sic *Horat.* l. 1. od. 9. v. 14. Quem sors dierum cumque dabit, lucro appone. et *Ovid.* 1. *Trist.* el. 3. v. 67. Dum licet amplectar: nunquam fortasse licebit Amplius: in lucro, quæ datur hora, mihi est. ¶ *De lucro vivere* dicitur, qui cum vivendi spem vix haberet, evasit tamen. *Cic. Fam.* 9. ep. 17. De lucro prope jam quadriennium vivimus. *almost by a miracle.* et *Liv.* l. 40. c. 8. De lucro tibi vivere me scito. Sic *Plaut. Merc.* 3. 2. 9. Cum senex sis, id jam lucro est, quod vivis. ¶ *Facere lucri* est adipisci, consequi. *to acquire, obtain*: diciturque eo modo, quo *facere compendii. Nep. in Thrasyb.* c. 1. Multa hic sine Alcibiade gessit: ille nullam rem sine hoc: quæ ille universa naturali quodam bono fecit lucri. *h. e.* obtinuit, ut sibi adscriberentur, ut a se solo gesta agnoscerentur. V. alia huc pertinentia in *Lucrifacio*. Ad hanc rationem *lucri habere* dixit *Tertullian. de cor. Mil.* c. 11. *a med. lucri ducere*, l. 5. *advers. Marcion.* c. 20. ¶ *Necesse est facere sumptum, qui quærit lucrum.* proverb. est apud *Plaut. Asin.* 1. 3. 65. ¶ *Lucrum* pro avaritia. *avarice, lust of lucre. Lucan.* l. 4. v. 96. Pro lucri pallida tabes! Non deest prolato jejunus venditor auro. *Senec. in Hippol.* vers. 540. impius lucri furor. ¶ Videtur metonymice pro divitiis poni in illo *Phædri* l. 5. fab. 4. v. 8. Periculosum semper putavi lucrum. *wealth.* et *Ovid.* 3. *Amor.* el. 8. v. 35. cum regna senex cæli Saturnus haberet, Omne lucrum tenebris alta premebat humus. ¶ Masculino genere. *Plaut. Pers.* 4. 3. 23. Unde pergrandem lucrum facias. Ita et *Non.* legit c. 3. n. 119. Al. *pergrande.*

LUCTA, æ, f. *wrestling*, πάλη, unum ex quinque Græcorum certaminibus, quo alter alterum prosternere nititur, palæstra. *Capitolin. in Maximin.* c. 6. Exercebat cum militibus ipse luctam, quinos, senos, et septenos jam grandævus ad terram prosternens. *Al. leg.* luctamina. *Auson.* epigr. 93. ne quis certamine luctæ Phegea, nec cursu te, Lyce, prætereat. *Augustin.* referens verba Pelagianorum, epist. 106. *ante med.* Perseverans quodammodo lucta convincitur. *Sidon.* lib. et epist. 2. *ante med.* Palæstritarum luctas virga dissolvit. ¶ *Lucan.* l. 4. v. 612. Herculis cum Antæo luctam describit: et *Stat.* 6. *Theb.* v. 847. Agyllei cum Tydeo.

LUCTĀMEN, inis, n. *a wrestling, struggling striving*, πάλαισμα, luctatio, nisus. *Virg.* 8. *Æn.* v. 87. Tibris tacita refluens ita substitit unda, &c. remo ut luctamen abesset. *h. e.* ut non esset opus luctari remis adverso flumine navigantibus. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 234. seque toris misero luctamine trunci Devolvunt. *Claud. de B. Get.* v. 138. Primus fulmineum lento luctamine Pœnum Compressit Fabius. *h. e.* lente resistendo. *Mamertin. in gratiar. act. ad Julian.* c. 4. Sed emendatio morum, judiciorumque correctio et difficile luctamen, et periculi plenum negotium fuit. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 30. Post lectionem operam palæstræ, aut sphæristerio, aut cursui, aut luctaminibus mollioribus dabat. *less fatiguing exercises. Pallad. in Febr.* tit. 9. *ad fin.* Melius puros sapores sine luctamine alterius generis unaquæque vina servant. *h. e.* sine admixtione alterius generis vini, quocum quia sapore, et maturitate non conveniunt, veluti luctantur.

LUCTANS. V. in *Lucto.*

LUCTATIĀNUS, *vel* Lutatianus, a, um, ad Luctatium *vel* Lutatium aliquem pertinens, quod est nomen propr. R. ut Luctatiana prædia, *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 1. leg. 12.

LUCTATIO, onis, f. actus luctandi, *a wrestling, struggling, striving, luctation. Cic. de Fato*, c. 13. Est enim copulatum, luctabitur; quia sine adversario nulla luctatio est. ¶ Item universim conatus, nisus, *an attempt, effort, exertion. Liv.* l. 21. c. 36. Tetra ibi luctatio erat, ut a lubrica glacie non recipiente vestigium, &c. ¶ Per translationem accipitur pro pugna, sive contentione, seu concertatione. *a struggle, contest, fight. Cic.* 2. *de Fin.* c. 14. Nam cum Academicis incerta luctatio est, qui nihil affirmant. *Senec.* l. 5. *quæst. nat.* c. 13. Spiritus inclusi, et in exitum nitentis luctatio. *Vellei.* l. 2. c. 124. Una tamen veluti luctatio civitatis fuit, pugnantis cum Cæsare, ut stationi paternæ succederet.

LUCTĀTOR, oris, m. *a wrestler*, παλαιστής, qui cum altero luctatur, eumque prosternere nititur. *Ovid. in Ibin*, v. 395. Ut jacet Aonio luctator ab hospite fusus: *h. e.* Antæus ab Hercule luctando victus, et occisus. *Id.* 4. *Trist.* el. 6. v. 31. Fortior in fulva novus est luctator arena, Quam cui sunt tarda brachia fessa mora. *Senec.* l. 5. *de benef.* c. 3. Luctator ter abjectus perdidit palmam. et lib. 7. c. 1. Magnus luctator est, non qui omnes numeros nexusque perdidicit, quorum usus sub adversario rarus est, sed qui in uno se aut altero bene et diligenter exercuit. *Id.* epist. 88. *ante med.* Æque luctatores, et totam oleo ac luto constantem scientiam expello ex his studiis liberalibus. *Gell.* l. 3. c. 15. Tres filios habuit, unum pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem. ¶ Urbane *Plaut. Pseud.* 5. 1. 5. Magnum hoc vitium vino est: pedes captat primum: luctator dolosus est.

LUCTĀTUS, us, m. idem quod luctatio. *Plin.* l. 8. c. 12. Scit ille imparem sibi luctatum contra nexus. *Id.* l. 29. c. 1. *ad fin.* Luctatus ceromata, valetudinis causa instituta.

LUCTĬFER, a, um, *causing mourning, mournful*, γοοφόρος, ferens, vel nuntians luctum. *Val. Flacc.* l. 3. vers. 454. Luctifer annus. *Senec. in Herc. Fur.* v. 687. Hic vultur, illic luctifer bubo gemit. *boding.*

LUCTIFICABĬLIS, le, *sorrowful*, luctu affectus. *Pers.* sat. 1. v. 78. *ex Pacuvio.* Antiopa ærumnis cor luctificabile fulta.

LUCTIFĬCUS, a, um, *mournful, sorrowful, doleful, woful, baleful*, γοώδης, luctum inducens. *Cic.* vertens carmina *Æschyli*, l. 2. *Tuscul.* c. 10. Luctifica clades nostro infixa corpori. *Val. Flacc.* l. 3. v. 292. At mihi luctificum venit jubar. *Stat.* l. 10. *Theb.* vers. 552. At luctificis pulsat clangoribus urbem. *Sil.* l. 6. v. 557. Luctificus pavor. *Virg. Æn.* 7. v. 324. Luctifica Alecto. *Senec. in Phœniss.* v. 132. Luctifica verba. *et in Hippol.* v. 995. Luctifica vox. ¶ Adverbii ritu, *Val. Flacc.* lib. 3. vers. 348. Luctificum clangente tuba, ter inhorruit æther.

LUCTISŎNUS, a, um, *sounding mournfully*, γοόφωνος, luctum sonitu præseferens. *Ovid.* 1. *Metam.* vers. 733. Et gemitu, et lacrymis, et luctisono mugitu.

LUCTĬTO, as, n. 1. frequentat. a lucto, apud vet. *Priscian.* lib. 8. pag. 797. *Putsch.*

LUCTO, as, avi, atum, n. 1. idem ac luctor. *Terent. Hecyr.* 5. 3. 31. Dicitque se illi anulum, dum luctat, detraxisse. *Enn.* apud *Non.* c. 7. n. 31. viri validis viribus luctant. *Plaut. in fragm.* apud *eund. ibid.* n. 6. Quid multa verba? plurimum luctavimus. ¶ Hinc particip. *luctans. Propert.* l. 3. el. 12. v. 4. Luctantes viri. *h. e.* luctatores. *Virg.* 4. *Æn.* v. 694. Irim demisit Olympo, Quæ luctantem animam, nexosque resolveret artus. *h. e.* nitentem egredi. et lib. 1. v. 57. vasto rex Æolus antro Luctantes ventos imperio premit. *h. e.* magno conatu evolare tentantes. *Ovid.* 4. *Metam.* vers. 358. et *Martial.* l. 4. epigr. 22. et lib. 5. epigr. 47. Luctantia oscula carpere. *h. e.* ab invito, et reluctante. *Sil.* l. 3. v. 520. Luctans glacies ferro. *h. e.* resistens. *Id.* l. 7. v. 204. composuit luctantia lumina Somnus. *h. e.* quæ claudi recusabant. ¶ In contignatione, inquit *Isidor.* l. et cap. 19. *Orig. luctantes* dicuntur, quod erecti invicem se teneant more luctantium. Loquitur autem de canteriis, vel capreolis.

LUCTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to wrestle, strive, struggle*, παλαίω, lucta contendo, quod fit, cum duo invicem complexi, alter alterum in terram dejicere conantur. *Virg.* 6. *Æn.* v. 643. Pars in gramineis exercent membra palæstris, Contendunt ludo, et fulva luctantur arena. *Nep.*

in Epamin. cap. 2. Exercebatur plurimum currendo, et luctando. *Cic. de Fato*, c. 13. Luctabitur Olympiis Milo. *Plin.* l. 9. c. 30. Polypus luctatur (*cum homine*) complexu, et sorbet acetabulis. *Virg.* 2. *Georg.* v. 525. Inter se adversis luctantur cornibus hædi. ¶ Translate est certare, contendere, resistere, *to strive, contend.* *Cic. pro Sull.* cap. 16. Nondum statuo, te virium satis habere, ut ego tecum luctari et congredi debeam. *Plin.* l. 18. c. 5. Malus est ager, cum quo dominus luctatur. *h. e.* imbecillior debet esse ager (ut ait *Colum.* l. 1. c. 3.) quam agricola, quoniam cum sit colluctandum cum eo, si fundus prævaleat, alliditur dominus. Malus igitur ager, qui majorem culturæ impensam postulat, quam dominus præstare possit. ¶ Cum ablat. sine præposit. *Lucan.* l. 3. v. 503. Nec quamvis viridi luctetur robore, lentas Ignis agit vires, sed, &c. ¶ Cum dativo poetice. *Stat.* l. 11. *Theb.* v. 522. Luctatæque diu tenebris, hiemique, sibique, &c. *Sil.* l. 14. v. 453. bonus ille per artem Crudo luctari pelago, atque exire procellas. *Id.* l. 10. v. 296. Luctari morti. ¶ Est etiam universim niti, obniti, contra resistentem intentis viribus conari, laborare, *to struggle with, make an effort against, be oppressed or overpowered with fatigue.* *Liv.* l. 7. c. 38. *a med.* An æquum esse, deditities suos illa fertilitate perfrui, se militando fessos, in pestilenti atque arido solo luctari? *Plin.* l. 18. c. 19. Securicula intercidantur radices. hoc melius, quam convelli aratro, bovesque luctari. *Sil.* l. 4. v. 584. Dum sibi quisque viam per inextricabile litus Præripit, et putri luctatur cæspite. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 28. Luctandum in turba, et facienda injuria tardis. *Quintil.* l. 5. c. 13. *a med.* Est et illud vitium nimium solliciti, et circa omnia momenta luctantis. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 69. non luctor de nomine temporis hujus. *Id.* 4. *Trist.* el. 5. v. 19. remis ad opem luctare ferendam. *to ply with all his might.* ¶ Cum infinito, poetice, *Virg.* 12. *Æn.* v. 387. et infracta luctatur arundine telum Eripere. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 5. v. 13. Luctor deducere versum. *Id. Heroid.* ep. 17. v. 161. luctor compescere risum. *Sen. in Hippol.* v. 1083. Equi se luctantur jugo eripere. *Sil.* l. 6. vers. 358. obsessis naribus igni Luctantur frustra rabidi mugire juvenci. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Virg.* 7. *Æn.* v. 28. et in lento luctantur marmore tonsæ. *Horat.* l. et epist. 2. v. 74. Tristia robustis luctantur funera plaustris. Adde *Lucan. loc. supra cit.*

LUCTŪŌSE, adverb. *mournfully, sorrowfully, lamentably*, cum luctu. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 11. Luscinia, quod luctuose canere existimatur. *Liv.* l. 28. c. 39. Imperatores vestri luctuosius nobis prope, quam vobis, perierunt.

LUCTŪŌSUS, a, um, *mournful, sorrowful, lamentable, sad, doleful, baleful, calamitous*, θρηνώδης, luctum afferens, funestus, tristis, calamitosus. *Cic. pro Sext.* c. 12. O diem illum funestum Senatui, reipubl. luctuosum. *Id.* 3. *de Orat.* c. 2. Fuit hoc luctuosum suis, acerbum patriæ, grave bonis omnibus. *Id. Fam.* 5. ep. 14. Misera tempora et luctuosa. *Id. pro Quint. c. ult.* Luctuosum est, tradi alteri cum bonis; luctuosius, inimico. *Id. Attic.* l. 3. ep. 19. Miseræ et luctuosæ preces. *tearful.* *Sallust. in Catil.* c. 61. *extr.* Cruentam et luctuosam victoriam hostibus relinquere. *which will leave them no cause to exult.* *Cic. pro Sull.* c. 11. Crudelissimum et luctuosissimum exitium patriæ comparare. ¶ Passive est luctu plenus, luctu et squalore obrutus. *Horat.* lib. 3. od. 6. vers. 7. Dii multa neglecti dederunt Hesperiæ mala luctuosæ. *covered with sorrow.*

LUCTUS, us, m. *lamentation, mourning, wailing, sorrow, heaviness, affliction, grief*, θρῆνος, πένθος, ægritudo ex ejus, qui carus fuerit, interitu acerbo, ut *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 8. definit: quo sensu, inter alios, sæpissime a *Virgil.* et *Cicer.* ipso usurpatur. Latius tamen accipitur pro dolore externo ex quacumque graviori calamitate, qui apparet ex aspectu, lacrymis, gestibus, clamore, et hujusmodi. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 7. Re cognita, tantus luctus excepit, ut urbs ab hostibus capta eodem vestigio videretur. *Sallust. in Jug.* c. 16. Cum mœrore, et luctu morte graviorem vitam exigunt. et cap. 97. Luctu atque cæde omnia complentur. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 3. v. 21. Quocumque aspiceres, luctus gemitusque sonabant. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 8. Hunc miserum, luctu perditum, nudum ejicit domo. *Id. pro Flacc. in fin.* Orat, ne suum luctum patris lacrymis, patris mœrorem suo fletu augeatis. *Id. in Pison.* c. 36. Desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, luctuque jacuisti. et cap. 8. Ut eos, quos luctu affecerat, lugere non sineret. *Id.* 5. *Verr.* c. 89. Sustinere jam populus R. omnium nationum luctum, lacrymas, querimonias non potest. *Id. Attic.* ep. 8. l. 3. Afflictus et confectus luctu. et lib. 3. ep. 22. Luctu premi. *Metell. ad Cicer.* l. 5. *Fam.* ep. 1. In luctu et squalore esse. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 31. In luctu vivere. *Id.* 14. *Fam.* ep. 1. Luctum ex aliqua re percipere. *Id. pro Sext.* c. 29. *extr.* haurire. *Id. Phil. ult.* c. 13. et mœrorem deponere. *Id. sub fin.* ep. 16. l. 5. *Fam.* tollit vetustate diuturnitas. *Id. Tuscul.* 3. cap. 18. *extr.* omnem abstergere. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 515. levare. et lib. 15. v. 639. minuere. *Val. Flacc.* l. 3. v. 319. solamine fallere. et lib. 4. v. 169. lacrymis et luctu absumi. *et in fi.* l. 3. manare. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 46. Telamon iratus furere luctu filii videbatur. *Virg.* 12. *Æn.* v. 277. Accensus luctu. *h. e.* dolore, et desiderio. *Cic.* 1. *Offic.* c. 10. In maximos luctus incidere. *Phædr.* l. 1. fab. 28. v. 6. Luctum alicui importare. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 384. Datque animum in luctus, et luctibus adjicit iram. et lib. 8. v. 485. Per coacervatos pereat domus impia luctus. *by repeated losses; by death upon death.* ¶ Etiam ipse habitus cultusque luctum indicans, *luctus* dicitur, *mourning apparel, sable weeds, mourning.* V. *Lugeo.* *Liv.* l. 22. c. 56. *ad fin.* Senatus consulto diebus triginta luctus est finitus. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 75. Magis insolescente Plancina, quæ luctum amissæ sororis tum primum læto cultu mutavit. Huc pertinent illa *Festi* in *Minuitur.* Minuitur populo luctus ædis dedicatione; cum Censores lustrum condiderunt; cum votum publice susceptum solvitur. Privatis autem, cum liberi nati sunt; cum honos in familia venit; cum parens, aut vir, aut liberi, aut frater ab hoste captus domum redit; cum desponsa est; cum propiore quis cognatione, quam is, qui lugetur, natus est; cum in casto Cereris; omnique gratulatione. In his *minuere luctum* est ei finem imponere. ¶ Olim fuit etiam *luctus, cti.* *Accius* apud *Non.* cap. 8. n. 17. Rapere lucti vestem. *Id. ibid.* Lucti pœnitet.

LUCU. V. in *Lux* in fi.

LUCUBRATĪO, onis, f. *a studying or working by candle-light, sitting up at night to study; nocturnal study, lucubration*, ἀγρυπνία, vigilia, quæ noctu fit ad lucernam, hiemis tempore, ut opus aliquod fieri possit: cujusmodi sunt litteratorum in studiis, rusticorum in rebus agrestibus conficiendis, &c. quarum aliæ sunt vespertinæ, aliæ antelucanæ. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 68. Nunc propter intermissionem forensis operæ, et lucubrationes detraxi, et meridiationes addidi. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 34. Ista sunt tota commentitia, vix digna lucubratione anicularum. *Cato R. R.* c. 37. Per hiemem lucubratione hæc facito: ridicas, et palos dolato, faculas facito, stercus egerito. *Colum.* l. 11. c. 2. *post med.* Longis noctibus ad diurnum tempus aliquid adjiciendum est. nam multa sunt, quæ in lucubratione recte aguntur. *et mox.* Nulla regio non aliquid affert, quod ad lucubrationem confici possit. *Id. ibid. ante med.* Ad lucubrationem vespertinam palos decem conficere totidemque per antelucanam lucubrationem. *Plin.* l. 19. c. 9. Cannabis vellitur post vindemiam, ac lucubrationibus decorticata purgatur. *Auson. in epist. præfixa centoni nupt.* Opus uno die, et addita lucubratione properatum. ¶ Metonymice est ipsum opus, quod per lucubrationem fit. *any thing composed by night; a lucubration.* *Cic.* 9. *Fam.* ep. 2. Perire lucubrationem meam nolui, et eam ipsam Caninio dedi. Sic *Bibaculus* apud *Plin. in præfat. hist. nat. a med.* librum suum *lucubrationem* inscripsit. [† V. *Gellius.*]

LUCUBRATIUNCŬLA, æ, f. *a short lucubration*, brevis lucubratio. *Gell. in præfat. a med.* Si cui forte voluptas erit lucubratiunculas istas cognoscere. *Hieronym.* ep. 47. *ad matr. et fil. in fin.* Hæc ad brevem lucubratiunculam celeri sermone dictavi.

LUCUBRATORĬUS, a, um, *lucubratory*, ad lucubrandum aptus, ut Lucubratoria lecticula, in qua lucubrare solebat Augustus, scribente *Sueton. in ejus vita*, c. 78. *a couch for studying in by candle-light.*

LUCUBRĀTUS, a, um, *made or composed by candle-light*, lucubrando elaboratus. *Cic. in Parad. proœm.* Accipies igitur hoc parvum opusculum lucubratum his jam contractioribus noctibus. *Martial.* l. 4. epigr. 90. Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camenis. *h. e.* lucubrando transacta: vel hæc carmina lucubrata.

LUCŬBRO, as, avi, atum, n. 1. *to work or study in the night by the light of a lamp, study or compose by candle-light, study by night, lucubrate*, προσαγρυπνέω, vigilo, et nocte ad lucernam aliquid compono: a *luce.* *Liv.* l. 1. c. 57. Inter lucubrantes ancillas sedentem invenit. *Cels.* l. 1. c. 2. Sin lucubrandum est, non post cibum id facere, sed post concoctionem. *Plin.* l. 3. ep. 5. Lucubrare a Vulcanalibus incipiebat statim a nocte multa: hieme vero ab hora septima. *Apul.* l. 6. *Metam.* Lucubrare viam. *h. e.* noctu iter facere. et l. 9. Multivii circuitus jumentorum lucubrabant pervigilem farinam instabili machinarum vertigine.

LUCULENTE, *clearly, distinctly, openly, evidently*, λαμπρῶς, clare, splendide, aperte (quasi cum multa luce) aptis, et copiosis verbis rem in bono lumine collocando. *Cic. de clar. Orat.* c. 19. Et luculente scripserunt, etiam si minus, quam tu, polite. *Id.* 3. *Offic.* c. 28. Quamquam ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur. *Id.* 14. *Attic.* ep. 21. Rescripsit ad eas litteras satis luculente. *Gell. c. ult.* l. 13. Librum veterem spectatæ fidei, luculente scriptum. *in characters very clear and intelligible.* ¶ Refertur ad alia. *Plaut. Epid.* 1. 2. 54. Eamus huc ad te, ut hunc diem luculente habeamus. *h. e.* copiose, et splendide, et sumptu non parcendo, ut bene nobis sit. *splendidly, gaily, merrily, bravely.* Hoc, opinor, illustrat luculentus caminus *Ciceronis* 7. *Fam.* ep. 10. et cum ligna super foco large reponuntur, ut ait *Horat.* l. 1. od. 9. v. 5. aut illud ejusd. *Plauti Men.* 1. 2. 43. comburere diem. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 2. Eodem die Gabinium ad populum luculente calefecerat Memmius, sic ut Calidio copioso verbum facere pro eo non licuerit. *h. e.* vehementer agitaverat, magnoque cum ardore dicendi. *Plaut. Merc.* 2. 3. 88. Me tibi illam posse opinor luculente vendere. *make a fine bargain of her*, cum lucro, et quod aperte sumptum emptionis vincat.

LUCULENTER, idem quod luculente. *Cic.* 3. *Offic.* c. 14. *in fin.* Cum ex eo quæreretur, quid esset dolus malus, respondebat, cum esset aliud simulatum, aliud actum. hoc quidem sane luculenter. *h. e.* clare, aperte, lucide. *Id.* 2. *de Fin.* c. 5. Cum Græce, ut videor, luculenter sciam. *h. e.* bene: ita ut clare a me Græca intelligantur. *am a good Grecian, know Greek very well.* *Id.* 3. *Q. Fr.* ep. 5. Sane texebatur opus luculenter: hominumque dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat. *h. e.* copiose ac splendide, illustribus verbis et sententiis. Loquitur de suis de republ. libris.

LUCULENTĬA, æ, f. splendor, nitor. *Arnob.* l. 3. p. 103. Verborum luculentias a Cicerone sumere. *Oros.* l. 5. c. 15. Propter opimam Scriptorum luculentiam.

LUCULENTĬTAS, atis, f. *splendour*, splendor, magnificentia. *Laberius Tucca* apud *Non.* c. 2. n. 510. Dominus noster luculentitate captus. *Cæcil. ibid.* Vide luculentitatem ejus, et magnificentiam.

LUCULENTUS, a, um, *bright, clear, evident, plain, distinct, luculent*, λαμπρὸς, διαυγὴς, luce abundans, illustris, clarus: a *luce*, ut *Fest.* docet. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 132. Viden' vestibulum ante ædes hoc? et ambulacrum cujusmodi? *Tra.* Luculentum edepol profecto. *Cic.* 7. *Fam.* ep. 10. Valde metuo, ne frigeas in hibernis: quamobrem camino luculento utendum censeo. *h. e.* multo igne abundanti. ¶ Transfertur ad pulcritudinem. *beautiful, fair, handsome, comely, graceful.* *Martial.* l. 2. epigr. 86. Nec dictat mihi luculentus Atys Mollem debilitate Galliambum. *Terent. Heaut.* 3. 2. 12. Mulier luculenta forma. *Plaut. Mil.* 4. 1. 12. Luculenta et festiva femina. ¶ Item ad divitias, quoniam hæ splendorem, et dignitatem afferunt. *rich, abundant, wealthy.* *Plaut. Rud.* 5. 2. 33. Luculentæ divitiæ. *Id. Cistell.* 2. 3. 17. Ego te voco ad divitias, ubi tu locere in luculentam familiam. *Cic. Phil.* 12. c. 8. Luculentum patrimonium. *a large fortune.* *Plaut. Trucul.* 2. 3. 24. Magna et luculenta hereditas. *Id. ibid.* 5. 3. 51. et *Mil.* 4. 1. 6. Luculentam conditionem ferre alicui. *advantageous, gainful, profitable.* et *Cap.* 2. 7. 76. Multos lucrum luculentos homines reddidit. ¶ Item ad dicendi facultatem. *Luculentus scriptor* est copiosus, eloquens, quique ea, quæ dicit, in bono lumine collocat, atque adeo clarus, illustris, facilis: *accomplished, excellent: luculenta oratio*, luminibus verborum et sententiarum ornata, clara, aperta, perspicua, dilucida. *perspicuous, elegant, well-written.* *Sallust. in Catil.* c. 32. Tullius orationem habuit luculentam, atque utilem reipublicæ. *Cic.* 12. *Attic.* ep. 21. Cato verbis luculentioribus, et pluribus rem eandem comprehenderat. et l. 7. ep. 17. In quo accusavi mecum ipse Pompeium, qui cum scriptor luculentus esset, tantas res, atque eas, quæ in omnium manus venturæ essent, Sextio nostro scribendas dederit. (*Id. in Bruto*, c. 68. *oratione satis amplum* vocat.) *Id. in Bruto*, c. 34. Fimbria habitus est sane, ut ita dicam, luculentus patronus. *Id.* 4. *Phil.* c. 2. Præclara et luculenta reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobastis. *h. e.* aperta, manifesta, et nihil dissimulante. Al. aliter leg. ¶ Ponitur et pro insigni, illustri. *famous, notable.* *Plaut. Men.* 1. 2. 32. Vin' tu facinus luculentum inspicere? *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 1. n. 317. Pulcrum et luculentum hodie evenit prœlium. *Planc. ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 24. *ante med.* In castris meis legiones sunt veteranæ tres, tironum vel luculentissima ex omnibus una. *well equipped, and composed of brave and good looking men.* ¶ Et pro fausto, prospero, fortunato. *fortunate, prosperous, auspicious.* *Id. Epid.* 3. 2. 5. Pro dii immortales, mihi hunc diem dedistis luculentum! *Licin. Macer* apud *Non.* c. 1. n. 317. Auspicia pulcra et luculenta commemorat. ¶ Item pro magno, et qui facile videtur. *Cic. Phil.* 7. c. 6. Luculentam tamen ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix. ¶ *Luculentum navigium* est grande simul, et bene instructum, ac decens. *Id. Attic.* 16. ep. 4. *ad fin.* Domitius bona plane habet dicrota, suntque navigia præterea luculenta Sextii, Buciliani, ceterorum. ¶ Est etiam locuples, et fide dignus, cujus testimonia illustria sunt, *worthy of credit, creditable, respectable.* *Cic. Attic.* l. 10. ep. 14. De duabus legionibus luculentos auctores esse dicebat. Adde epist. 12. Huc pertinet illud l. 2. ep. 12. *ad fin.* Dicæarchum recte amas. luculentus homo est. Nam lib. 6. ep. 2. hunc Dicæarchum ἱστορικώτατον appellat. *h. e.* historiæ peritissimum.

LUCULLĀNUS, et

LUCULLĒUS, et

LUCULLIĀNUS, a, um, ad Lucullum pertinens, quod est nomen Romani civis. (De L. Lucullo, ditissimo homine, eodemque sapientissimo, cujus vitam habes apud *Plutarch.* multa *Cic. initio* l. 4. *Acad.*) *Frontin. de aquæd.* artic. 5. Lucullanus ager. *Sidon.* carm. 2. v. 511. Nec Lucullanis sic hæc freta cincta carinis. *h. e.* classe, qua Cyzicum obsidione premebat Mithridates, quam Lucullus imperator solvit, ut *Plutarch.* et *Flor.* l. 3. c. 5. narrant. *Plin.* l. 36. c. 2. et 6. Lucullеum marmor. *h. e.* quo Lucullus admodum delectatus fuit, in insula Nili reperto. *Sueton. in Domit.* c. 10. Sallustium Lucullum interemit, quod lanceas novæ formæ appellari luculleas passus esset. *Tacit. Ann.* 11. c. 32. et 37. Lucullіani horti. *h. e.* a Lu-

cullo cœpti, ut est *ibid.* c. 1. Al. tamen leg. *Luciliani. Sueton. in Tiber.* c. 73. Obiit in villa Lucculliana. *h. e.* cujus L. Lucullus quondam dominus, apud promontorium Miseni, ut est apud *Tacit.* 6. *Ann.* c. 50. De hac villa verba facit *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. et 13. et *Phædr.* l. 2. fab. 5. v. 8.

LUCULUS, i, m. *a small grove or wood*, parvus lucus. *Auct. vitæ Horatii* (quem quidam *Sueton.* putant) *ad fin.* Domus ejus ostenditur circa Tiburtini luculum.

LUCUMO, *et* Lucŏmo, *et per syncop.* Lucmo, onis, m. Rex, Præfectus. Vox est Thusca, ex Λυκάων, Lycaon, quod fuit nomen regis Arcadiæ, a quo Arcadia aliquando Lycaoniæ nomen habuit, qui in lupum a Jove commutatus dicitur, ut præter poetas tradit *Pausan.* Thusci enim ex Arcadia venere. Sed alii putant Lucumonem dici a Syriacis vocibus; altera significante senem, altera significante rationem, sapientiam. *Serv. in* 8. *Æn.* v. 475. Thuscia duodecim Lucumones habuit, idest reges, quibus unus præerat. et in illud 5. *Æn.* v. 560. Tres equitum numero turmæ, *Lucumones* exponit Thuscos. Hinc ille, qui cum exercitu Hetruscorum Romulo cum T. Tatio, et Sabinis bellum gerenti auxilium tulit, Lucumo ab *Dionys. Halic.* l. 2. quasi nomine proprio, appellatur. Sic *Propert.* l. 4. el. 1. v. 29. Prima galeritus posuit prætoria Lucmo. et el. 2. v. 51. Tempore, quo sociis venit Lucumonius armis, Atque Sabina feri contudit arma Tati. Al. leg. *Lucomedius*, quod idem est fere. V. *Luceres.* L. Tarquinius Priscus, qui quintus Romæ regnavit, *Lucumo* apud Thuscos, unde Romam migraverat, appellabatur. *Liv.* l. 1. c. 34. ¶ Sumitur etiam pro melancholico, vel insano. Nam λυκάων apud Græcos utramque habet notionem. *Fest.* Lucumones (al. *Lucomones*) quidam homines ob insaniam dicti, quod loca, ad quæ venissent, infesta facerent. *Auson.* ep. 4. v. 68. Scillite decies si cor purgeris aceto, Anticipesque tuo Samii Lucumonis acumen. Hic *Auson.* intelligit magnum aliquem virum arcanæ scientiæ peritum, quales in sacris erant Hetrusci: vel Pythagoram, qui Samius fuit.

LUCUNCŬLUS, li, m. dimin. a lucuns. *Afran.* apud *Non.* c. 2. n. 483. Pistori nubat: cur non scribilitario, ut mittat fratris filio lucunculos? *Apul.* l. 10. *Metam.* Panes, crustula, lucunculos, et complura scitamenta. Adde *Tertull. de Spectac.* c. 27. *extr.* et *Petron. in fragm. Tragur.* c. 66. *Burm.* quib. loc. al. aliter leg.

LUCUNS, untis, f. edulii genus, quasi λευκοῦν, vel λευκουντὴς, quia farina, quæ alba est, aspergebatur. Alii ducunt a farina milii, quod λευκὸν Græce dicitur. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 483. Ac nulla ambrosia, ac nectar, non allia, sardæ, Panis, pemma, lucuns, cibu' qui purissimu' multo est. De hoc loquitur *Festus*, ubi ait: Lucuntere, genus operis pistorii. Ubi al. leg. *lucunter*: ducuntque a γλυκαντὴς, quod a γλυκὺς, dulcis, vel a γλάξ, h. e. γάλα, lac.

LUCUNTER. V. in voce præced.

LUCUS, i, m. *a wood, or thicket of trees, consecrated to some deity; a sacred grove*, ἄλσος, locus arboribus consitus, et religione sacer: fereque dicitur de manu consitis, et non cæduis: in quo a silva, et nemore differt. *Serv.* ad illud *Virg.* 1. *Æn.* v. 445. Lucus in urbe fuit media, &c. Ubicumque, inquit, Virgilius lucum ponit, sequitur etiam consecratio, ut (*Æn.* 9. v. 3.) luco tum forte parentis Pilumni Turnus, sacrata valle sedebat. Unde in sexto (vers. 673.) Nulli certa domus: lucis habitamus opacis. Dicuntur enim Heroum animæ lucos tenere. Hæc *Serv. Cic.* pro *Mil.* c. 31. Vos enim jam Albani tumuli atque luci, imploro. &c. Fere igitur luci aut circa deorum templa, aut circa sepulcra ponebantur. *Serv. ibid.* v. 314. Lucus est arborum multitudo cum religione: nemus, composita multitudo arborum: silva, diffusa et inculta. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 31. virtutem verba putes, et Lucum ligna? *h. e.* lucum esse meram silvam lignorum, nulla religione sacram. ¶ *Charis.* l. 4. pag. 247. *Putsch. Diomed.* l. 2. pag. 458. et *Serv. loc. cit.* dictum putant per ἀντίφρασιν, quia minime luceat: quod non probat *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* c. 10.) *ad fin.* et cum eo saniores Critici, quibus placet id ipsum, quod *Serv.* rejicit, nempe dici a luce luminum, quæ religionis causa ex arboribus suspendebantur. Sunt qui ad Græcam originem recurrunt, et varia comminiscuntur. Est, qui usque ad Syram, et inde repetit. ¶ Ad discrimen inter *lucum, nemus,* et *silvam* pertinet illud *Propert.* l. 4. eleg. 9. v. 24. Lucus ab umbroso fecerat orbe nemus. et *Tibull.* lib. et eleg. 3. v. 15. Et nemora in domibus sacros imitantia lucos. et *Senec. in Herc. Œt.* v. 956. Claudite Elysium mihi, Quæcumque fidæ conjuges nemoris sacri Lucos tenetis. Ubi *lucos nemoris* recessus nemoris horrore et religione sacros dixisse videtur. *Liv.* l. 24. c. 3. Lucus ibi frequenti silva, et proceris abietis arboribus septus, læta in medio pascua habuit. Ubi *lucus* est sacrum nemus Junonis Laciniæ, *silva* ipsi arbores. Vel potius *lucus* est illud spatium in media silva, abietibus circumdatum, in quo templum et religionis sedes erat. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 689. Silva nemus non alta facit. et 1. *Metam.* v. 568. Est nemus Hæmoniæ, prærupta quod undique claudit Silva: vocant Tempe. *Tacit. de Germ.* c. 9. Lucos ac nemora deorum nominibus appellant. ¶ Ceterum discrimen hoc non est perpetuum. En *nemus* pro *luco* apud *Tacit.* 4. *Hist.* c. 14. Primores gentis, specie epularum, in sacrum nemus vocatos, &c. *Virg.* non semel *lucum* adhibuit sine ulla religionis ratione pro *silva*, ut 2. *Georg.* v. 122. Aut quos Oceano propior gerit India lucos. et 11. *Æn.* v. 456. alto in luco cum forte catervæ Consedere avium. Adde lib. 7. v. 29. et 697. et *Ecl.* 8. v. 86. ¶ Contra *silva* pro *nemore* usurpatur a *Cicer. Verr.* 3. c. 19. *a med.* a *Nep. in Attic.* c. 13. et ab *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 22. quibus locis *silva* non de incomposita et inculta arborum congerie, sed de composita, et deliciarum causa comparata dicitur. ¶ *Nemus* pro *silva Ovid.* 2. *Metam.* v. 418. Cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas. ¶ Per synecdochen poni videtur pro ligno, seu materia, in illo *Plauti in fragm.* apud *Charis.* l. 2. pag. 179. *Putsch.* Nihil quicquam factum nisi fabre, nec quicquam positum sine luco, auro, ebore, argento, &c.

LUDĬA, æ, f. *an actress that danced upon the stage*, mulier artes ludicras exercens: vel ludii uxor. *Juvenal.* sat. 6. v. 265. quæ ludia sumpserit unquam Hos habitus? et vers. 103. qua capta juventa est Hippia? quid vidit, propter quod ludia dici Sustinuit? *Martial.* l. 5. epigr. 25. Hermes, cura, laborque ludiarum.

LUDIARĬUS, a, um, ad ludios, et ludos pertinens. Ludiaria pecunia in antiqu. Inscript. apud *Donium* class. 2. n. 76. et 77. est quæ ludis faciendis, et ludiis sustinendis publice destinata est.

LUDIBRĬŌSE, adverb. cum ludibrio. *Ammian.* l. 26. c. 6. *a med.* (*al.* c. 17.) Ludibriose sublatus.

LUDIBRĬŌSUS, a, um, *reproachful, shameful, scornful*, ludibrio plenus. *Gell.* l. 7. c. 11. Cum in Antonium probra quædam ludibriosa et turpia ingessisset. *Ammian.* l. 15. c. 5. (*al.* c. 13.) Ludibriosa auspicia. Adde lib. 29. c. 2. (*al.* c. 11.)

LUDIBRĬUM, ii, n. *a mock, mockery, laughingstock, sport, scorn*, καταγέλαστον, id quo ludimus, deridemusque, res vana, et deridenda: a *ludus*, ut *manubrium* a *manus. Metell. ad Cicer.* l. 5. *Fam.* ep. 1. Ludibrio aliquem lædere. *Cic. in Parad.* 1. c. 2. Ille hæc ludibria fortunæ ne sua quidem putavit. *Id. pro Dom.* c. 51. Libertatis signum posuisti magis ad ludibrium impudentiæ, quam ad simulationem religionis. *h. e.* ut impudenter ludibrio haberes alios. *Al. leg.* pudicitiæ *pro* impudentiæ. *Justin.* l. 36. c. 1. Pacis simulatione deceptus capitur: traductusque per ora civitatium, populis, qui desciverant, in ludibrium favoris ostenditur. *h. e.* in contemptum, et irrisionem favoris, quem ei præbuerant. *Gell.* l. 15. c. 2. Vini libidine ad usque ludibria ebriosus. *h. e.* ut ludibrio esset apud omnes. *Justin.* l. 9. c. 6. Reddere aliquem ludibrium omnium inter æquales. ¶ *Habere ludibrio* est deridere, illudere. *Plaut. Cas.* 3. 5. 19. Ludibrio pessima adhuc me habuisti. *Terent. Hecyr.* 4. 1. 11. Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. *Id. ibid.* 1. 2. 74. Sed quam decrerim me non posse diutius habere, eam ludibrio haberi, quin integram reddam, ut accepi, suis, neque honestum est mihi, &c. *h. e.* eam vitiari. ¶ *Esse alicui ludibrio* idem est ac ludibrio haberi. *Cic. ad Brut.* ep. 2. Nec pati, sceleratissimo hosti ludibrio esse Imperium populi Romani. ¶ *Debere ludibrium.* V. *Debeo.* ¶ *Ludibrium* interdum dicitur de ipso homine, qui ludibrio habetur. *Liv.* l. 1. c. 56. *ad fin.* Is ab Tarquiniis ductus Delphos, ludibrium verius, quam comes. ¶ Translate *Virg.* 6. *Æn.* v. 74. foliis ne carmina manda, Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. ¶ Pro dedecore, *Sallust. in Catil.* c. 13. Quibus mihi ludibrio videntur fuisse divitiæ, quippe quas honeste habere licebat, per turpitudinem abuti properabant.

LUDIBUNDUS, a, um, *full of play, playful, playsome, gamesome, wanton, sportive, gay, merry*, valde ludens et jocans, ludi jocique plenus, per ludum et risum aliquid faciens, alacer, lætus. *Plaut. Pseud.* 5. 1. 49. Palliolatim amictus sic hac incessi ludibundus. *in sport. Liv.* l. 24. c. 16. *a med.* Milites prædam portantes, agentesque, per lasciviam ac jocum ita ludibundi Beneventum rediere, ut ab epulis reverti viderentur. *Cic. Fam.* 16. ep. 9. Austro lenissimo, cælo sereno, in Italiam ludibundi pervenimus. *we reached Italy in good spirits.* et *Verr.* 5. c. 67. Si Vulteium habebis, omnia ludibundus conficies. *h. e.* sine labore, et veluti ludens. *Gell.* l. 3. c. 5. Cum vocem ejus infractam, capillumque arte compositum, et oculos ludibundos, atque illecebræ plenos videret.

LUDĬCER, *vel* Ludicrus, a, um, *pertaining to play, sportive, jocular, calculated to make sport, ludicrous*, παιγνιώδης, ludi causa susceptus, jocularis, lusorius. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 37. Pueri etiam cum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 20. Ars ipsa ludicra armorum et gladiatori, et militi prodest aliquid. *fencing. Id.* 4. *Acad.* c. 2. Quasi vero clarorum virorum esse oporteat aut ludicros sermones, aut rerum colloquia leviorum. *ludicrous language; raillery, buffoonery. Plaut. Aulul.* 4. 3. 3. Continuo cor meum cœpit artem facere ludicram, atque in pectus emicare. *h. e.* ludionum more moveri, et quasi gesticulari. *to leap, flutter, go pit-a-pat.* Est enim *ludicra ars* scenica, et histrionica. *the histrionic art, art or profession of a player; play-acting, stage-playing. Senec.* ep. 88. *circa med.* Ludicræ artes sunt, quæ ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt. *Virg.* 12. *Æn.* v. 764. neque enim levia aut ludicra petuntur Præmia, sed Turni de vita et sanguine certant. *trifling, light, frivolous. Horat.* l. 1. ep. 1. v. 10. Nunc itaque et versus, et cetera ludicra pono. *Plin.* l. 16. c. 36. *in fin.* Ludicræ tibiæ. *h. e.* quibus in ludis, et scena utebantur ad modos faciendos. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 14. Cithara ludicrum in modum canere. et lib. 1. c. 50. Festa nox, ac solemnibus epulis ludicra. *h. e.* per ludum, et hilaritatem acta. *Gell.* l. 9. c. 7. Ludicra historia. *pleasing, amusing, entertaining.* ¶ *Ludicrum* absolute, ludi, res ludicra. *a pastime, show, diversion. Liv.* l. 28. c. 7. *a med.* Olympiorum solemne ludicrum parantes Eleos aggredi statuit. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 54. Indulserat ei ludicro Augustus. *h. e.* ludis Augustalibus. *Justin.* l. 7. c. 2. *extr.* Ut etiam Olympiorum certamine, vario ludicrorum genere contenderit. *Plin.* l. 21. c. 3. Coronæ ludicro quæsitæ. *h. e.* publico ludorum certamine partæ, quas *ibid.* paulo post *coronas ludicras* vocat. *Catull.* carm. 60. v. 21. *epithal. Jul. et Manl.* Floridis velut enitens Myrtus Asia ramulis, Quos Hamadryades deæ Ludicrum sibi roscido Nutriunt humore. *diversion, delight. Plin.* l. 3. c. 11. *a med.* Urbes duæ, quæ in proverbii ludicrum vertere, Apina et Trica. ¶ Rectus singularis masculinus incertus est. In Glossis habetur *ludicrus.* Placet *Vossio* esse *ludicer.* Docet *Priscian.* l. 7. pag. 769. *Putsch.* ab ablativo *ludicri* non fieri plurale neutrum *ludicria*, sed *ludicra.* Sed illud *ludicri* nullo probat exemplo: nos *ludicro* certum habemus.

LUDĬCRE, adverb. *playfully, wantonly, ludicrously*, per ludum. *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 505. pars Ludicre jactant saxa: inter se licitantur. *Apul.* l. 9. *Metam.* Astu meretricio tractabat ludicre.

[* LUDĬCROR, aris, ari, dep. 1. jocor, ludo. *Antonin. imper. apud Fronton.* epist. 12. Nec cessavit per totos pæne dies aut lingua lambere uvam, aut labris saviari, aut gingivis lacessere, aut ludicrari.]

LUDĬCRUS. V. *Ludicer.*

LUDIFACĬO, ăcis, eci, actum, a. 3. idem quod ludifico. *Plaut. Epid.* 5. 2. 41. Quomodo me ludifecisti de illa conductitia fidicina!

LUDIFICABĬLIS, le, *full of play, pleasant, laughable*, plenus ludo, jucunditate. *Plaut. Cas.* 4. 1. 2. Neque usquam ludos tam festivos fieri, quam hic intus fiunt ludi ludificabiles seni nostro.

LUDIFICATĬO, onis, f. *a mocking, deceiving, ludification*, deceptio, illusio. *Cic. pro Sext.* c. 35. Cum omni mora, ludificatione, calumnia Senatus auctoritas impediretur. *Liv.* l. 22. c. 18. *sub fin.* Ne nihil actum censeret, exacta prope æstate per ludificationem hostis. *Id.* l. 6. c. 27. et lib. 38. c. 14. *a med.* Enimvero ferri jam ludificatio ista non potest. *Id.* l. 26. c. 6. *sub fin.* Ea ludificatio veri et ipsa in verum vertit. *turning into ridicule.*

LUDIFICĀTOR, oris, m. *a mocker, scorner*, illusor, deceptor. *Plaut. Mostell.* 5. 1. 18. Ego illum ante ædes præstolabor ludificatorem meum.

LUDIFICĀTUS, a, um, *mocked, made a fool of, cozened, deceived*, illusus, deceptus. *Sallust. in Jug.* c. 54. Numidæ alii postremos cædere, pars a sinistra ac dextra tentare, omnibus locis Romanorum ordines conturbare: quorum etiam qui firmioribus animis obvii hostibus fuerant, ludificati incerto prœlio, &c. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 3. Herum meum ut ego hodie lusi lepide! ut ludificatus est! *Id. Mil.* 2. 6. 10. Meamne in via hospitam ludificatam, &c? ¶ Activa significat. *Id. Mostell.* 5. 2. 25. Jam minoris omnia facio, præ quam quibus modis me ludificatus est.

LUDIFICĀTUS, us, m. ludificatio. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 1. Si ego minam non ultus fuero probe, tum profecto me sibi habento scurræ ludificatui. Al. leg. *ludificis caveis*, quod commode explicari non potest.

LUDIFĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to mock, deceive, make a fool of, make game of, chouse, cozen*, ψεύδομαι, per ludum fallo, illudo, decipio. *Plaut. Amph.* 2. 1. 38. Qui herum ludificas dictis delirantibus. *Sallust. in Jug.* c. 40. *extr.* Pacis mora consulem ludificare. *Cic. pro Quint.* c. 17. Si latitare, ac diutius ludificare videatur. *Plaut. Mostell.* 5. 1. 18. Ante ædes præstolabor ludificatorem meum: cujus ego hic ludificabo corium, si vivo, probe. *h. e.* virgis scindam. *will play a fine game on his back; will cudgel him soundly, trounce him to some purpose.* ¶ Passive *Id. Capt.* 3. 1. 27. Abeo ab illis postquam video me sic ludificarier. *paragoge.* et *Trucul.* 1. 1. 5. Quot amans exemplis ludificetur, quot pereat modis. et 2. 8. 6. Quam exclusus sum! pulcre ludificor.

LUDIFĬCOR, aris, atus sum, dep. 1. *to mock, make game of, turn to ridicule, laugh at, deceive*, ψεύδομαι, idem quod ludifico, sed aliquanto frequentius. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 20. Aperte ludificari et calumniari. *Plaut. Mil.* 3. 3. 53. lepide ludificari aliquem. *Terent. Eun.* 4. 4. 49. Tu me hic etiam nebulo ludificabere? et 4. 3. 3. Postquam ludificatus est virginem. *h. e.* virgini injuriam fecit. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 46. Patres et plebem cunctatione ficta ludificari. *Plin.* l. 6. ep. 20. *sub fin.* Plerique lymphati terrificis vaticinationibus et sua, et aliena mala ludifica-

bantur. *h. e.* pejora vaticinando veluti illudebant, fallebantque. ¶ Pro eludere, evadere, *Liv.* l. 39. c. 44. *a med.* Edicto summotis ab hasta, qui ludificati priorem locationem erant. *Id.* l. 24. c. 34. Archimedes inventor ac machinator bellicorum tormentorum, quibus ea, quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perlevi momento ludificaretur. *Flor.* l. 2. c. 2. Longe illis nauticæ artes, detorquere remos, et ludificari fuga rostra. *Tacit. Ann.* 3. c. 21. Hostis irritum fessumque Romanum impune ludificabatur. *Val. Max.* l. 7. c. 3. n. 8. *extern.* Fabius Annibalis vim saluberrimis cunctationibus pugnæ ludificans.

LUDIFĬCUS, a, um, ludificabilis, ludificans. V. *Ludificatus, us.*

LUDIMAGISTER, tri, m. *a schoolmaster, pedagogue,* γυμνασιάρχης, [pro γυμνασιάρχης repone γραμματοδιδάσκαλος, nam sic vocatur a *Strabone* loco mox citando Neocles, quem *Cicero* ludimagistrum appellat.] γραμματιστής, qui ludo litterario præest. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 26. Sed cum agellus eum non satis aleret, ut opinor, ludimagister fuit. *Martial.* l. 10. epigr. 62. Ludimagister parce simplici turbæ. *Justin.* l. 21. c. 5. Dionysius ludimagistrum professus, pueros in trivio docebat. ¶ Duæ revera sunt voces, quæ et dividi, et transponi possunt. *Cic. in Divin. Verr.* c. 14. Magister ludi nescio qui. Ubi *Ascon.* magistri ludi dicuntur, qui primas litteras docent. *Cic.* tamen *cit.* l. 1. *de nat. Deor.* philosophiæ magistrum intelligit. [Fallitur hic *Forcellinus*, nam cuicumque locum *Ciceronis* attentius perlegenti patebit, opinor, verba illa, *ludimagister fuit,* non ad Pamphilum, Platonis auditorem, mox philosophiæ magistrum, pertinere, sed ad Neoclem Epicuri patrem, cui cum agellus ad vitam sustentandam minime suppeteret, ludum litterarium aperuit, ut narrat etiam *Strabo* l. 14. pag. 638. Νεοκλῆς ὁ Ἐπικούρου τοῦ φιλοσόφου πατὴρ, γραμματοδιδάσκαλος, ὥς φασι, et pueros erudivit. Stet igitur, ludimagistrum esse, qui primas litteras docet, ut ait *Asconius loc. cit.*]

LUDĬO, onis, m. idem ac ludius. *Liv.* l. 7. c. 2. Ludiones ex Hetruria acciti, ad tibicinis modos saltantes. *Id.* l. 39. c. 6. Convivalia ludionum oblectamenta addita epulis.

LUDĬUS, ii, m. *a play-actor, dancer, singer,* ὀρχηστής, λυδίων, qua posteriore voce utitur *Dionys. Halicarn.* l. 2. sect. 97. ubi docet, primo *ludios*, et *ludiones* dictos pueros puberes, decoris tunicis indutos, galea, ense, et parma armatos, qui ordine incedebant, et tanquam pompæ ductores erant, referentes quandam Saliorum imaginem: a Lydis nomine accepto, a quibus Thusci sumpserant, et ab his Romani, *Liv.* l. 7. c. 2. teste. Postea sic dicti quicumque aliqua ratione faciebant ludos vel in Circo, vel in theatris, vel per compita, oblectandi populi causa. *Cic. pro Sext.* c. 54. Ipse ille maxime ludius, non solum spectator, sed actor, et acroama. *Id. de Harusp. resp.* c. 11. Servorum, et ludiorum multitudo. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 112. Dumque, rudem præbente modum tibicine Thusco, Ludius æquatam ter pede pulsat humum. *Sueton. in Aug.* cap. 74. Acroamata, et histriones, aut etiam triviales ex Circo ludios interponebat. ¶ Solebant ludii, ut teneri, delicatique apparerent, glabros se, quam maxime possent, reddere. Hinc *Plaut. Aulul.* 2. 9. 6. Tu istum gallum, si sapis, glabriorem reddes mihi, quam volsus ludius est.

LUDO, is, si, sum, a. 3. *to play,* παίζω, ludo se delectationis causa exercere: a *Lydus*, ut in voce præced. est dictum. *Cic. Phil.* 2. c. 23. Qui non dubitaret vel in foro alea ludere. *to play at dice. Id.* 1. *de Orat.* c. 50. Pila bene, et duodecim scriptis ludere. *Sueton. in Claud.* c. 33. et *in Ner.* c. 30. Quadringenis in punctum H-S aleam lusit. *Id. in Ner.* c. 35. Ludere ducatus et imperia. *Id. in Aug.* c. 71. *extr.* et *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 248. talis, vel par impar. *to play at odd and even. Martial.* l. 14. epigr. 1. nucibus. et epigr. 47. folle. *Ovid.* 3. *de art. am.* v. 357. prœlia latronum. *to play at chess. Horat.* l. 3. od. 24. v. 56. trocho. *Terent. Adelph.* 4. 7. 21. tesseris. *Vopisc. in Proc.* c. 13. et *Spartian. in Severo*, c. 1. ad latrunculos, ad judices. V. *Judex* in fin. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 471. Sunt aliis scriptæ, quibus alea luditur, artes. *Prætor* apud *Ulpian. Dig.* lib. 11. tit. 5. leg. 1. Ludere in alea. *Paul. ibid.* leg. 2. Senatusconsultum vetuit in pecuniam ludere. ¶ Item exercitatione ludicra quacumque se oblectare. *to play, sport, make pastime. Cic. Offic.* 1. c. 20. *extr.* Suppeditant et campus noster et studia venandi honesta exempla ludendi. *Horat. de art. poet.* v. 379. Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 1. v. 71. Aspera militiæ juvenis certamina fugi, Nec nisi lusura movimus arma manu. *Virg. Ecl.* 6. v. 27. in numerum Faunosque ferasque videres Ludere. *to dance, frisk, frolic. Lucret.* l. 2. v. 630. Ludere catenas. V. *Catena* sub fin. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 149. Ludere nitida palæstra. *Virg. Æn.* 8. v. 631. geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros. *Terent. Adelph.* 3. 4. 13. Congrum istum in aqua sinito ludere. *to play, wanton, or sport in the water. Virg.* 1. *Georg.* v. 363. cumque marinæ In sicco ludunt fulicæ. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 329. Non ideo debet pelago se credere, si qua Audet in exiguo ludere cymba lacu. *to disport, run sportfully along. Claudian.* l. 2. *de rapt. Pros.* v. 3. errantes ludunt per cærula flammæ. ¶ Sæpe refertur ad studia, præsertim poetica: sed de levioribus dicitur, et quæ animi causa, jocique ineuntur. *Cic. in procem. Paradoxor.* Illa ipsa ludens conjeci in communes locos. *Catull.* carm. 50. v. 4. Scribens versiculos uterque nostrum, Ludebat numero modo hoc, modo illo, Reddens mutua per jocum atque vinum. *Virg.* 1. *Ecl.* v. 10. Ludere quæ vellem, calamo permisit agresti. *to play what strains I pleased. Id. in fi.* 4. *Georg.* Carmina qui lusi pastorum. *have recited or sung.* et lib. 2. v. 386. coloni Versibus incomptis ludunt. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 491. Talia fumosi luduntur mense decembris. *h. e.* canuntur per ludum. *Martial.* l. et epigr. 7. Festa coronatus ludet convicia miles. *h. e.* per ludum jactabit in ducem suum die triumphi. ¶ Interdum ad turpia. *Petron. in Satyr.* c. 11. *Propert.* l. 2. el. 5. v. 4. *Catull.* carm. 60. *epithal. Jul. et Manl.* v. 211. *Ovid.* l. 2. *de art. am.* v. 389. et *Martial.* l. 11. epigr. 105. &c. Quo pertinere videtur illud *Livii Andron.* apud *Fest.* in *Adfatim.* Adfatim edi, bibi, lusi. Quod imitatus videtur *Horat. in fi.* l. 2. *epist.* Lusisti satis, edisti satis, atque bibisti. Adde *Tertullian. de Jejun.* c. 6. ¶ *Ludere ludum*, et *ludo*, translate. *Terent. Eun.* 3. 5. 39. et quia consimilem luserat Jam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi. *had played the like game.* De Jove loquitur aureo imbre Danaen fallente. *Plaut. Mostell.* 5. 2. 36. Scis, solere illanc ætatem tali ludo ludere. *Horat.* l. 3. od. 29. v. 50. *de Fortuna.* Ludum insolentem ludere pertinax, Transmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alii benigna. ¶ *Ludere otium*, per otium ludere, quasi ludum otium facere. *Martial.* l. 3. epigr. 67. At vos tam placidas vagi per undas Tuta luditis otium carina. ¶ *Ludere periculum*, in periculo ludere, periculose per ludum experiri. *Id.* l. 9. epigr. 39. Summa licet velox, Agathine, pericula ludas. ¶ *Ludere operam*, quasi per ludum, atque adeo frustra insumere. *to lose his pains, toil to no purpose, throw his labour away. Plaut. Pseud.* 1. 3. 135. In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus. *Terent. Phorm.* 3. 2. 18. In illis opera luditur. ¶ Pro jocari. V. *Jocor* in fin. et *Jocus.* ¶ Sæpissime est irridere, illudere, deludere. *to banter, jeer, mock, make game of. Cic.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 15. *ante med.* Domitius in Senatu lusit Appium collegam, propterea isse ad Cæsarem, ut aliquem tribunatum auferret. et epist. 12. Eum lusi jocose satis. *Id.* 1. *de Orat.* c. 12. Hæc oratio aut nulla sit, necesse est, aut omnium irrisione ludatur. *Id.* 5. *de Fin.* c. 11. *circa med.* Si quando pueris ludentes minamur, præcipitaturos alicunde. *in jest. Terent. Adelph.* 4. 5. 5. Cur non ludo hunc aliquantisper? *why do I not banter him a little?* et vers. 63. Num ludis tu nunc me? *are you jeering me? are you bantering me?* ¶ Item fallere, decipere. *to chouse, trick, deceive. Virg.* 7. *Æn.* v. 442. senectus falsa vatem formidine ludit. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 5. Auditis? an me ludit amabilis Insania? *Ovid.* 1. *Amor.* el. 3. v. 22. Et quam fluminea lusit adulter ave. et eleg. 10. v. 4. quam plumis abditus albis Callidus in falsa lusit adulter ave. et lib. 3. *de ar. am.* v. 332. Cuive pater vafri luditur arte Getæ. *Terent. Eun.* 2. 3. 94. Ludere aliquem dolis.

LUDUS, i, m. *play, sport, diversion, exercise, pastime,* ἀγὼν, παίγνιον, exercitatio quævis animi vel corporis recreandi causa suscepta: quales sunt, quæ a pueris fiunt, et quæ lucri causa ineuntur: item quæ a ludiis publice ad populi oblectamentum. Atque de his postremis proprie dici videtur. Est enim a Λυδὸς, quod a Lydis Thusci oriundi tradidere Romanis morem ludorum publicorum, ut in *Ludius* dictum est. *Cic.* 3. *de Orat.* cap. 15. Ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt, aut etiam novum sibi aliquem excogitant in otio ludum. *Id. pro Cæl.* c. 12. Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus ætati. *some diversion. Horat.* l. 1. ep. 14. v. 36. Nec lusisse piget, sed non incidere ludum. *to break off, lay aside. Cic. pro Cæl.* c. 5. Ut exercitatione ludoque campestri tunicati uteremur. *Virg. Ecl.* 7. v. 17. Posthabui tamen illorum mea seria ludo. *h. e.* canendi certamini. ¶ De ludo ad judices. V. *Judex* in fine. ¶ *Ludi publici* sunt spectacula, quæ publice edebantur in Circo, in theatro, per compita, &c. in honorem deorum, et ad populum oblectandum. *games, spectacles, sights, shows, exhibitions.* Alii appellabantur a loco, ubi fiebant, ut *Circenses, scenici, theatrales, compitalitii*, &c. alii a deo, in cujus honorem fiebant, ut *Capitolini, Cereales, Apollinares, Florales:* alii a causa, propter quam fiebant, ut *Juvenales, funebres, votivi:* alii a tempore, ut *sæculares:* alii a celebritate, et apparatu, et causa, ut *magni, maximi:* de quibus omnibus V. suis locis. *Nepos in Regib.* c. 2. Cum spectatum ludos iret, juxta theatrum occisus est. *Cic. de clar. Orat.* c. 20. Hoc prætore ludos Apollini faciente, cum Thyesten fabulam docuisset, mortem obiit. *Id. de Harusp. resp.* c. 12. Hos ludos servi fecerunt, servi spectaverunt. *Id. pro Arch.* c. 6. Ad festos dies ludorum celebrandos. *Virg.* 5. *Æn.* v. 113. Et tuba commissos medio canit aggere ludos. *Cic.* 3. *Q. Fr.* ep. 4. *ad fin.* Hæc scripsi a. d. IX. cal. Novembr. quo die ludi committebantur. et epist. 8. *sub fin.* Ludos magnificentissimos apparare. *Id. pro Sext.* c. 54. apparatissimos, magnificentissimosque facere. *Ascon. in Verr.* 2. c. 10. Ludos dare. *h. e.* edere, facere. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 238. aspicere. et l. 5. v. 330. persolvere alicui deo. *scil.* voto promissos. ¶ *Ludis* est ludorum tempore. *Plaut. Cas. prol.* v. 27. Ludis poscunt neminem: secundum ludos reddunt autem nemini. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 1. n. 318. Omnes logos, qui ludis dicti sunt, animadvertit. ¶ Interdum *ludus* pro joco accipitur. *a jest, prank, trick.* V. *Jocus* ad fin. ¶ Interdum dicitur de re, quæ facile, et nullo labore sit. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 17. Omnium ceterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium litterarum et politioris humanitatis experti: in causarum contentionibus magnum est quoddam opus, atque haud sciam, an de humanis operibus longe maximum. *mere play, mere child's play. Id.* l. 1. *de Fin.* c. 8. Cum præsertim illa perdiscere, ludus esset. *Sil.* l. 16. v. 573. Cui ludus, nullam cursu non tollere damam. ¶ *Ludos*, et *ludum facere* est ludificari, illudere. *to banter, jeer, mock, turn to ridicule, make game of:* addito interdum accusativo, aut dativo personæ. *Terent. Phorm.* 5. 7. 52. Ut ludos facit! *Plaut. Capt.* 3. 4. 47. Ut scelestus, Hegio, nunc is te ludos facit? *Id. Aulul.* 2. 2. 74. Video ego te me arbitrari, Euclio, hominem idoneum, quem senecta ætate ludos facias, haud merito meo. *Id. Most.* 2. 1. 80. Ludos ego hodie vivo præsenti hic seni faciam. *Id. Merc.* 2. 1. 1. et *Rud.* 3. 1. 1. Miris modis dii ludos faciunt hominibus. *Id. Pseud.* 4. 7. 72. Donicum ipsus se se ludos fieri senserit. *Id. Bacch.* 5. 1. 4. Hoccine me ætatis ludum bis factum esse indigne? (Adde in argum. 2. *Mostell.* v. 7.) *Id. Trucul.* 4. 2. 46. Jam hercle ego tibi, illecebra, ludos faciam clamore in via. *h. e.* pipulo te differam. ¶ *Ludos aliquem dimittere* est illudendo et conviciando dimittere. *Id. Rud.* 3. 5. 11. Nunquam quisquam me lenonem dixerit, si non te ludos pessimos dimisero. ¶ Dicitur etiam *facere ludo aliquem. Plaut. Pseud.* 4. 7. 71. Exploratorem hunc faciamus ludo supposititium. *Sed fortasse* ludos *legendum est.* ¶ *Facere ludos* refertur etiam ad turpia, ut *ludificari, ludibrio habere, illudere*, &c. *Plaut. Pers.* 5. 2. 23. ¶ Significat etiam operam perdere, frustra laborare. *Id. Rud.* 4. 1. 9. Nunc et operam ludos facit, et retia, ut tempestas est nunc, atque ut noctu fuit. ¶ *Sibi ludos facere* est se per ludum recreare. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 76. et *Petron. in fragm. Tragur.* cap. 73. *Burm.* ¶ *Ludos dare, præbere*, est ejus, qui causam præbet, quamobrem illudatur. *Terent. Eun.* 5. 7. 9. Non potest satis narrari, quos ludos præbueris intus. ¶ *Ludos alicui reddere* est ludos alicui facere. *Id. Andr.* 3. 1. *in fin.* Si me imparatum in veris nuptiis adortus esset, quos mihi ludos redderet! *what a fool he'd make of me!* ¶ *Dare ludum alicui* est dare ludendi potestatem. *Plaut. Bacch.* 4. 10. 7. Ego dare me ludum meo gnato institui, ut animo obsequium sumere possit. *to allow to amuse himself.* et *Cic. pro Cæl.* c. 12. Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus ætati. *is allowable in the opinion of every one. Plaut. Cas. prol.* v. 25. Ludi sunt: ludus datus est argentariis: tranquillum est: alcedonia sunt circa forum. *holiday.* et *Bacch.* 4. 10. 9. Dare ludum desidiæ. *to humour, indulge.* Sic *Horat.* l. 3. od. 12. v. 1. amori. ¶ *Per ludum* est ludendo, ludi causa, nullo labore, facile. *Cic. Verr.* 7. c. 70. Vidimus Fimbriam, Marium, Cœlium non mediocribus laboribus contendere, ut ad istos honores pervenirent, ad quos vos per ludum et per negligentiam pervenistis. *et Verr.* 3. c. 60. Aliquem per ludum et jocum fortunis omnibus evertere. *Juvenal.* sat. 6. v. 323. Nil ibi per ludum simulabitur: omnia fient Ad verum. *in sport, feignedly.* ¶ Metonymice *ludus* est locus, in quo corporis, aut ingenii vires exercentur, ut palæstra, et schola: *a place of exercise, school:* quæ ut ait *Festus* in *Schola*, ideo *litterarius ludus* dicitur, ne tristi aliquo nomine fugiant pueri suo fungi munere: vel ut alii volunt, quia studium litterarum liberalis ingenii ludus fit. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 4. *ad fin.* Ducens mecum Ciceronem meum in ludum discendi. *a grammar-school, school for literature. Plaut. Pers.* 2. 1. 6. Cuculus si in ludum iret, potuisset jam fieri, ut probe litteras sciret. *Id. Rud. prol.* v. 43. Eam vidit ire e ludo fidicino domum. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 14. Gladiatores, quos ibi Cæsar in ludo habebat, libertati confirmat. *Suet. in Cæs.* c. 31. Ludum gladiatorium ædificare. *a place for training gladiators, fencing-school. Cic.* 9. *Fam.* ep. 18. Dionysius Corinthi dicitur ludum aperuisse. *to have opened or set up a school. Id.* 2. *de Orat.* c. 22. *extr.* Isocrates magister istorum omnium, cujus e ludo, tanquam ex equo Trojano, meri principes exierunt. *Nep. in Attic.* c. 10. Cum eo, quem puerum in ludo cognorat, adeo conjuncte vixit, ut, &c. *at school; as a schoolfellow.* De loco, ubi conveniunt infames feminæ meretricias artes discendi causa, usurpat *Cic. in fragm.* apud *Quintil.* l. 6. c. 3. *circa med.* ¶ *Ludus* etiam dicitur liber, in quo de re ludicra agitur. Itaque sic inscribitur a nonnullis apocolocyntosis *Senecæ* de morte Claudii Cæsaris. *Cicero* quoque *de Senect.* c. 6. *in fin.* et *Fest.* in *Redhostire* ex lect. *Scalig.* afferunt fragmentum *Nævii in ludo,* quo significari videtur erotopægnion: quod tamen opus plerique alii non *Nævio*, sed *Lævio*, tribuunt. ¶ Olim dixerunt *hæc ludus*, teste *Festo* in *Corius:* ubi tamen alii leg. *lupus.*

LUĒLA, æ, f. luitio, pœna. *Lucret.* l. 3. v. 1028. scelerisque luela carcer.

LUES, is, f. *a plague, pestilence, contagious or epidemic disease*, λοιμός, dicitur, cum in urbe, aut agro febris, aliudve morbi genus homines, vel pecora, arboresve, aut sata corripit: a *lue*, quod ea corpora solvantur, ut *Priscian*. l. 4. pag. 630. *Putsch*. *Festus*, et *Non*. c. 1. n. 259. docent. Differt a peste, quod hæc aut cito perimit, quæ corripuit, aut cito abit ab eo, quem invasit: *lues* vero generalius accipitur etiam pro iis malis, quæ lente ea, quæ corripiunt, conficiunt. *Virg*. 3. *Æn*. v. 138. subito cum tabida membris Corrupto cœli tractu, miserandaque venit Arboribusque satisque lues, et letifer annus. *a blight*. ¶ Promiscue tamen sæpe usurpantur. *Ovid*. 15. *Metam*. v. 626. Dira lues quondam Latias vitiaverat auras, Pallidaque exsangui squalebant corpora tabo. *Martial*. l. 1. epigr. 79. Indignas premeret pestis cum tabida fauces, Inque ipsos vultus serperet atra lues. *Lucan*. l. 2. v. 199. Sæpe fames, pelagique furor, subitæque ruinæ, Aut terræ cælique lues, aut bellica clades. *Senec. in Thyest*. v. 88. gravem populis luem sparsura pestis. *Id. in Troadib*. v. 583. Propone flammas, famem, et sævam sitim, carceris sævi luem, &c. *h. e.* tabem, quæ carcere diu detentis contrahitur: *a rotting in prison*. *Plin*. l. 26. c. 1. luem vocat morbum lichenarum. ¶ Translate dicitur de quavis graviori calamitate, ut de bello apud *Tacit*. 3. *Hist*. c. 15. et *Petron. in Satyr*. c. 124. de terræ motu, *Tacit*. 2. *Ann*. c. 47. de tempestate maris, *Senec. in Hippol*. v. 1117. de incendio, *Sil*. l. 17. v. 97. de excidio et ruina, *Senec. in Troadib*. v. 853. ¶ Item de iis, qui luem, et pestem afferunt. *Cic. de Harusp. resp*. c. 12. Ut eos ludos hæc lues impura pollueret. *this foul person*. *Val. Flacc*. l. 4. v. 431. pellere sævam Quondam fata luem dederunt Aquilone creatis. *h. e.* harpyias. *Senec. in Phœniss*. v. 131. Sæva Thebarum lues. *h. e.* Sphinx. *Id. in Herc. Fur*. v. 358. Quidnam iste, nostri generis exitium et lues, novi portat? *Plin*. l. 29. c. 1. *ad fin*. Lues morum. *corruption*. ¶ Est etiam *lues* nix aut glacies soluta et liquata, tabes, labes. *Petron. in Satyr*. c. 123. fluctus stupuere pruina, Et paulo ante lues, nunc concidenda jacebat. ¶ Item aqua, humor. *Licin. Macer* apud *Non. loc. cit*. Nequaquam sui lavandi reluant arma lue. ¶ Ceteri casus præter primum, quartum, et sextum, et pluralis numerus non sunt in usu, quod viderim. ¶ *Luis* in recto dixit *Prudent. in Hamartig*. v. 250. si terras luis incentiva fatigat. *et in Psychom*. v. 508. stupuit luis improba. Al. tamen *lues* utroque loco retinent, ut secundam *Prudent*. corripuerit, licentia quadam sibi familiari et frequenti.

LUGDUNENSIS, se, ad Lugdunum pertinens. Est autem Lugdunum (et veteri more scribendi *Lugudunum*, ut docet *Dio Cass*. lib. 46. p. m. 323. Λουγούδουνον: et sic habetur in Lap. veter. apud *Gruter*. pag. 388. n. 6. et pag. 390. n. 4. et pag. 466. n. 7.) urbs Galliæ Celticæ, ad Rhodanum fluvium, ubi Ararim amnem recipit. Hod. *Lyons*. In ea fuit ara Augusto dicata, ad quam dicitur Caligula certamen Græcæ Latinæque facundiæ instituisse: ea lege, ut victi præmia ferrent victoribus, eorumque laudes componere cogerentur. Eos autem qui maxime displicuissent, scripta sua spongia vel lingua delere jubebant, nisi ferulis objurgari, aut flumine mergi maluissent, uti *Sueton. in Calig*. c. 20. narrat. Hinc *Juvenal*. sat. 1. v. 43. sic Palleat, ut nudis pressit qui calcibus anguem, Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram. *Senec*. epist. 91. Lugdunensis colonia incendio exusta. *et mox*. Lugdunum, quod ostendebatur in Gallia, quæritur. ¶ *Lugdunensis* cognominatur ea Galliæ pars, quæ amplo tractu circa Lugdunum est: alias Celtica dicta. *Plin*. l. 4. c. 17. et 18. V. Geographos. [†¶ *Lugdunum Batavorum*, urbs Belgii in Hollandia. Λουγόδουνον Βαταουῶν *Ptol*. vulgo *Leyden*. *V. Voss. Hist. Gr*. 346. et *Cluver*. (de Rheni alveis) c. 20.]

LUGĔO, es, xi, ctum, a. 2. *to mourn, lament, bewail, plain, weep for*, πενθέω, fleo, ploro. Ducunt ab ἀλγέω, doleo. Fere dicitur de fletu et dolore in morte carorum. *Serv*. ad lib. 11. *Æn*. v. 211. Mœrere est cum silentio dolere: *flere*, ubertim lacrimas demittere: *plorare*, cum voce flere: *plangere*, cum aliquibus dictis miserabilibus pectus aut faciem tundere: *lugere*, etiam cum habitus mutatione. *Senec*. epist. 63. *post med*. Annum feminis ad lugendum constituere majores, non ut tam diu lugerent, sed ne diutius. *Cic*. 3. *Tuscul*. c. 26. Ex hac opinione sunt illa varia et detestabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones. *Id. pro Planc. c. ult*. Hos pro me lugere, hos gemere videbam. *Id. pro Mil*. c. 8. Luget Senatus, mœret Equester ordo, tota civitas confecta senio est. *Id. Verr*. 5. c. 18. *a med*. Ut æger ipse cultorem desiderare, et lugere dominum videretur. *Id. Phil*. 12. c. 25. Lugere mortem alicujus. *Id*. 1. *Tuscul*. c. 34. vitam hominum. *Id. in Pison*. c. 8. *extr*. occasum atque interitum reipublicæ. *Catull*. carm. 65. *de coma Beren*. v. 21. At tu non orbum luxti deserta cubile. *syncope pro* luxisti. ¶ Passive *Ovid*. 10. *Metam*. v. 141. *de Cyparisso*. lugebere nobis, Lugebisque alios, inquit. ¶ Impersonaliter *Catull*. carm. 39. *in Egnat*. seu pii ad rogum filii Lugetur, orba cum flet unicum mater. ¶ Cum infinito *Claudian. in proœm*. l. 2. *in Eutrop*. v. 4. In dominos vanas luget abisse minas. ¶ Est etiam luctus et doloris insignia præseferre, *to wear mourning for*. *Liv*. l. 2. c. 7. Matronæ annum, ut parentem, cum luxerunt. *Id*. l. 22. c. 56. *a med*. et lib. 34. c. 6. Sacrum anniversarium Cereris intermissum est, quia nec lugentibus id facere fas est, &c. *Id*. l. 34. c. 7. Quid aliud in luctu, quam purpuram atque aurum deponunt? *Martial*. l. 14. epigr. 157. pullo lugentes vellere lanæ. *h. e.* nigræ, et lugendis funeribus aptæ. Has *Martial*. circa Pollentiam urbem provenire dicit: unde *Sil*. l. 8. v. 598. fuscique ferax Pollentia villi. Ex his intelligimus, nigrum in vestibus colorem lugentibus in usu fuisse. *Paul*. l. 1. *receptar. sententiar. tit. ult. extr*. Qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis, et alba veste. Verum sub Imperatoribus album etiam fuisse usurpatum, non uno testimonio probatur: qua de re *Lips. in excursu*, *M ad* l. 2. *annal. Taciti*. Quæ in publico luctu servari mos esset, habes in *Cenotaphio Pisano* C. Cæsaris, et in dissertatione 3. *Norisii*, c. 3.

LUGŬBRIS, bre, *mournful, lamentable, dismal, doleful, sorrowful, grievous, lugubrious*, πενθικός, ad luctum pertinens, luctum inducens, funebris. *Cic. post redit. ad Quirit*. c. 3. Fratris mei quotidianæ lacrimæ, sordesque lugubres. *Id. Tuscul*. 1. c. 13. Lugubris lamentatio, fletusque mœrens. *Horat*. l. 1. od. 24. v. 2. Lugubres cantus. et l. 2. od. 1. v. 33. Lugubre bellum. et lib. et od. 3. v. 61. Troja renascens alite lugubri. *Val. Flacc*. l. 8. v. 58. lugubre sidus. *Ovid. in Ibin*, v. 99. lugubria dicite verba. *Senec. in Hippol*. v. 1262. lugubre officium. *Id. in Œdip*. v. 553. Lugubris palla. *Lucret*. l. 4. v. 547. *de cycnis*. Cum liquidam tollunt lugubri voce querelam. *Tacit. Ann*. 13. c. 32. Per quadraginta annos non cultu, nisi lugubri, egit. *clothed himself in mourning, wore mourning apparel*. *Sallust. in fragm*. apud *Charis*. l. 2. pag. 176. *Putsch*. Nunciis confestim lugubribus. ¶ *Lugubria* sunt vestes, et insignia luctus, *mourning, sable weeds*. *Ovid*. 11. *Metam*. v. 669. da lacrymas, lugubriaque indue. *Id. in fi*. l. 2. el. 4. *Trist*. Illa dies veniet, mea qua lugubria ponam. *Senec. de consol. ad Helv*. c. 16. Quæ amissis filiis, imposita lugubria numquam exuerunt. *Senec. in Herc. Fur*. v. 626. lugubribus amicta conjux. *Propert*. l. 4. el. 11. v. 67. nunquam mater lugubria sumpsi. *h. e.* nullum filium amisi. metonymia. ¶ *Lugubre* more adverbii. *Virg*. 10. *Æn*. v. 273. si quando nocte cometæ Sanguinei lugubre rubent. *Sil*. l. 12. v. 140. sonitu lugubre minaci Mulciber immugit. ¶ Est etiam luctu plenus, flens, plorabundus, *full of woe, sorrowful, distressed*. *Ovid*. 2. *Metam*. v. 334. Clymene lugubris et amens, Et laniata sinus. *Id. Heroid*. ep. 10. v. 145. Lugubria pectora. *Id*. 1. *Trist*. el. 8. v. 23. et *Senec. in Hippol*. v. 990. Lugubres vultus.

LUGUBRĬTER, adverb. *mournfully*, cum luctu, luctuose. *Apul*. l. 3. *Metam*. Lugubriter ejulare. et lib. 8. Fratrem lugubriter ciere.

LUIS. V. *Lues* in fine.

LUITĬO, onis, f. solutio. *Ulpian. lib. Dig*. 49. tit. et leg. 15. Si patre redempto, et ante luitionem defuncto, filius post mortem ejus redemptionis quantitatem offerat, dicendum est, suum ei posse heredem exsistere. *before the ransom is actually paid*. *Paul. sententiar*. lib. 3. tit. 7. *a princip*. Luitio ad heredis sollicitudinem spectat. *the payment*. ¶ Titulus 31. libri 8. *Cod. Justin*. inscribitur *de luitione pignoris*, h. e. liberatione, cum soluta pecunia, quæ debebatur, pignus liberatur, et recipitur. [†¶ V. *Luela*.]

LUMA, *a kind of thorn*, genus herbæ, vel potius spinæ. *Festus*. ¶ Apud *Trebell. Poll. in* 30. *Tyrann*. c. 30. (ut quidem legit *Salmas*. nam alii aliter) luma est sagum, ex Græco λῶμα.

LUMARĬUS, a, um, ad lumam pertinens, ut Lumariæ falces, apud *Varron*. l. 4. *de L. L*. c. 31. quibus lumæ secantur. *hedge-bills*.

LUMBĀGO, inis, f. *a lumbago, disease of the loins*, vitium, et debilitas lumborum. *Fest*.

LUMBELLUS, i, m. lumbulus. *Apic*. l. 7. c. 1.

LUMBIFRAGĬUM, ii, n. *a breaking of the loins*, lumborum fractura. *Plaut. Amph*. 1. 1. 298. Nam si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.

LUMBRĪCUS, ci, m. *a maw-worm, stomach-worm*, ἕλμινς, vermis intestinorum. Aliqui volunt, lumbricum primo dici de iis vermibus, qui sub terra nascuntur, deinde de iis, qui in ventre animalium. *Colum*. l. 6. c. 25. Solent autem vitulis nocere lumbrici, qui fere nascuntur e cruditatibus. et cap. 30. *sub fin*. Solent etiam vermes quasi lumbrici nocere intestinis. Adde *Caton. R. R*. c. 127. ¶ De vermibus terrenis. *Colum*. l. 7. c. 9. Ut paludem rimentur, effodiantque lumbricos. *Seren. Sammon*. c. 12. Lumbricos terræ, sevumque ex ansere rauco. Adde *Plaut. Aul*. 4. 4. 1. ¶ Lumbricos carere oculis, tradit *Plin*. l. 11. c. 37. sect. 52. *Hard*.

LUMBŬLUS, li, m. *a little loin*, dimin. a lumbus. *Plin*. lib. 28. c. 11. Sicca lippitudo lumbulis suum tostis, atque contritis, et impositis tollitur.

LUMBUS, , m. *the loin, haunch, or flank*, ὀσφύς, pars corporis quinque inferiores spinæ vertebras complectens, a cinctura ad nates. *Martial*. l. 13. epigr. 5. Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo. *Plin*. l. 8. c. 51. Lumbus aprugnus. *Cic. in Arat*. v. 82. Cepheus conditur ante lumborum tenus. *Horat*. l. 1. sat. 5. v. 22. nautæque caput, umbosque saligno Fuste dolat. *Plin*. l. 20. c. 3. Lumborum dolor. *pains about the reins or loins*. ¶ Dicuntur *lumbi* turpis libidinis sedes. *Pers*. sat. 1. v. 20. et sat. 4. v. 35. et *Juvenal*. sat. 9. v. 59. ¶ *Lumbis patris habere se putat digitos grossiores*, proverb. apud *Hieronym*. ep. 62. *advers. Joann. Hierosolymitan*. c. 1. de iis dictum, qui se præstare putant majoribus suis, et facta sua eorum factis præferunt. Fortasse autem hic *lumbi* pro feminibus ponuntur, ut apud *Juvenal*. sat. 8. v. 16. Si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum, Squalentes traducit avos. ¶ Translate ad vites refertur, et videtur significare superiorem trunci partem, ubi rami exire incipiunt. V. *Humerosus*, et *Colum*. l. 3. c. 10. *circa med*. ubi vitis partes humanis membris comparat, et quæ ibi *membra genitalia*, eadem *de arborib*. c. 3. lumbos vocat. *Plin*. quoque idem facit l. 17. c. 23. *a med*.

LUMECTUM, i, n. *a thicket of thorns or briars*, locus lumis plenus. V. *Luma*. *Varr*. l. 4. *de L. L*. c. 31. Lumariæ falces, quibus secant lumecta, cum in agris serpunt spinæ.

LUMEN, inis, n. *light, sheen*, φῶς, lux, splendor: a *luceo*, quasi *lucimen*. *Cic*. 2. *de Divin*. c. 43. Luna distat a sole, cujus lumine collustrari putatur. *Enn*. apud *eund*. 1. *Offic*. c. 16. Lumen de suo lumine accendere. *Cic. in Bruto*, c. 75. Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. *Ovid. in fi*. el. 9. l. 5. *Trist*. lumen solare. *Lucret*. l. 2. v. 161. lumina solis. *h. e.* radii, lux, φάος ἠελίοιο. *Ovid*. 2. *ex Pont*. ep. 1. v. 27. Lumine cælesti solem fulsisse serenum. *Id*. 4. *Fast*. v. 450. diurnum lumen. *day-light*. *Virg*. 4. *Æn*. v. 584. Aurora novo spargebat lumine terras. *Sallust. in fragm*. apud *Non*. c. 8. n. 76. Lumine etiam tum incerto. *the day being not yet cleared up*. ¶ Metonymice est visus. *the sight*, et ipsi oculi. *the eyes*. *Nep. in Timol*. c. 4. Sine ullo morbo lumen oculorum amisit. *Ovid*. 2. *ex Pont*. ep. 8. v. 66. Et patiar fossis lumen abire genis. *Id. de remed. amor*. v. 801. Utilius sumas acuentes lumina rutas. *Auct. Priapeor*. carm. 36. Minerva flavo lumine est, Venus pæto. *Ovid*. 3. *Trist*. el. 2. v. 19. Nil nisi flere libet: nec nostro parcior imber Lumine, de verna quam nive manat aqua. *Virg*. 3. *Æn*. v. 677. adstantes lumine torvo Ætneos fratres. *Cic*. 5. *Tuscul*. c. 39. Democritus, luminibus amissis, alba scilicet et atra discernere non poterat. *Val. Flacc*. l. 1. v. 300. victa gravi ceciderunt lumina somno. et lib. 5. v. 341. lumina rumpere fletu. et lib. 4. v. 759. volvere. et lib. 7. v. 292. torquere vultu gravi. *Ovid*. 5. *Metam*. v. 232. flectere. *Id. Heroid. ep. ult*. v. 113. defixa tenere in aliqua re. *Tibull*. l. 1. eleg. 2. v. 33. et *Ovid*. 5. *Metam*. v. 248. parcere luminibus. *h. e.* abstinere ab aspectu, claudere, aut avertere oculos. *Propert*. eod. sensu dixit lib. 4. el. 9. v. 53. parcere oculis. *Val. Flacc*. l. 3. v. 279. sera dextra componere. *h. e.* manu claudere alicui in morte: quod *Id*. l. 1. v. 334. premere, dixit. Apud *Veget*. l. 2. *rei veterin*. c. 16. ponitur pro pupilla oculi. ¶ Item lucerna, et fax. *a light, lamp, torch*, &c. *Cic. de Divin*. l. 1. c. 36. Noctu, lumine apposito, nutrix animadvertit puerum, &c. *Id. de Senect*. c. 11. Lumini oleum instillare. *Propert*. l. 2. eleg. 23. v. 39. Cum videt accensis devotam currere tædis In nemus, et Triviæ lumina ferre deæ. *Plin*. l. 11. c. 19. Papilio luminibus accensis advolitans. *Sueton. in Cæs*. c. 37. Ascendit Capitolium ad lumina, elephantis lychnuchos gestantibus. *Liv*. l. 29. c. 25. Lumina in navibus singula rostratæ, bina onerariæ haberent: in prætoria nave insigne nocturnum trium luminum fore. *lights, lanterns*. ¶ Item dies. *a day*. *Cic. pro Rabir. Post*. c. 11. ex *Ennio*. Regum sunt illæ minæ: Si te secundo lumine hic offendero, moriere. *to-morrow*. *Virg*. 6. *Æn*. v. 356. vix lumine quarto Prospexi Italiam. ¶ Item foraminis cujuspiam latitudo et capacitas. *Vitruv*. l. 4. c. 6. Lumen hypothyri constituatur sic, ut altitudo dividatur in partes tres, et ex iis duæ partes lumini, &c. *Frontin. de aquæduct*. artic. 36. Longitudo calicis habere debet digitos non minus duodecim: lumen, idest capacitatem, quanta imperata fuerit. Adde art. 105. ¶ Item spiramentum, foramen. *Plin*. l. 31. c. 6. Si aqua cuniculo veniet, in binos actus lumina esse debebunt. *spiracles, vents*. ¶ Item rima. *a chink, cleft*. *Valer. Flacc*. l. 1. v. 128. tenues subiere latentia ceræ Lumina. *h. e.* rimas navis. Male aliquis *limina* reponit. ¶ Item splendor, qui ex re nitida tersaque emicat. *brightness, splendour; a glare, flash*. *Valer. Flacc*. l. 3. v. 100. et *Stat*. 9. *Theb*. v. 802. Lumen ferri. *Claudian. de consul. Prob. et Olybr*. v. 94. Et formidato clypeus Titana lacessit Lumine. ¶ Item color nitidus. *Colum*. l. 10. v. 97. Candida leucoia, et flaventia lumina calthæ. *Id*. l. 9. c. 4. Luteolæ, et Sarranæ violæ, nec minus cælestis luminis hyacinthus. ¶ In pictura *lumen* est clarus color, quo res conspicuæ fiunt: *light*: cui opponitur *umbra*, h. e. color obscurus. *shade*. *Plin*. l. 35. c. 5. Tandem se ars ipsa distinxit, et invenit lumen atque umbras: differentia colorum alterna vice se se excitante. et cap. 11. *ante med*. Nicias lumen, et umbras custodivit, atque ut eminerent e tabulis picturæ, maxime curavit. *Plin. alter* l. 3. ep. 13. In pictura lumen non alia res magis, quam umbra commendat. ¶ In ædificiis *lumen* est (inquit *Paul. Dig*. lib. 8. tit. 2. leg. 15.) ut cælum videatur. *an opening for the admission of light*. Differt autem a prospectu: quia hic etiam ex

inferioribus locis est: lumen ex inferiore loco esse non potest, ut *Id. ibid.* ait. Inter servitutes est, *ne luminibus officiatur*, et *ne prospectus offendatur*, ut est apud *Ulpian. ibid.* leg. 14. In prospectu autem plus quis habet, ne quid scilicet objiciatur ad gratiorem prospectum, et liberum: in lumine hoc tantum, ne quid altius exstruendo, aut arborem ponendo, lumina cujusquam obscuriora fiant. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 39. Cum M. Bucculeius ædes L. Fufio venderet, in mancipio lumina, uti tum essent, ita recepit. Fufius autem, simul atque ædificari cœptum est in quadam parte urbis, quæ modo ex illis ædibus conspici posset, egit statim cum Bucculeio, quod cuicumque particulæ cæli officeretur, quamvis esset procul, mutari lumina putabat. Hæc *Cic.* Quo loco Bucculeius de lumine caverat: Fufius prospectum non mutari postulabat. ¶ Ipsæ quoque ædium fenestræ, *lumina* dicuntur. *windows. Caius* lib. 19. tit. 2. leg. 25. Si vicino ædificante, obscurentur lumina cœnaculi. *Pallad.* l. 1. tit. 21. Stabula non egeant septentrionis luminibus, quæ per hiemem clausa nihil noceant, per æstatem patefacta refrigerent. *Apul.* l. 2. Conclave quoddam obseratis luminibus umbrosum demonstrat. ¶ *Immittere lumina* est aperto pariete fenestram facere. *Ulpian.* lib. 7. tit. 1. leg. 13. *a med.* et *Paul.* lib. 8. tit. 2. *leg. pænult.* ¶ *Luminibus obstruere*, et *officere* est objecta re aliqua ædibus lumen adimere, ut dictum est. *Cic. pro Dom.* c. 44. Se luminibus ejus esse obstructurum, minabatur. *Id. de clar. Orat.* c. 17. translate. Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. *h. e.* gloriam eloquentiæ obscuravit. *et pro Rabir. Post.* c. 16. Nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ, et gloriæ. ¶ Metaphorice *lumen* est ornamentum, claritas, insignis nota. *Cic. Catil.* 3. c. 10. Clarissimis viris interfectis, lumina civitatis exstincta sunt. *the luminaries or ornaments; the chief men of the state. Id.* 2. *de Orat.* c. 27. Certis dicendi luminibus ornare orationem. *figures, ornaments. Quintil.* l. 9. c. 2. *ad fin.* Sententiarum lumina. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 86. Ordo est maxime, qui memoriæ lumen affert. et lib. 3. c. 13. Oratio adhibere lumen rebus debet. *Id. in fin.* ep. 5. l. 12. *Fam.* Opto, ut ab istis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat. *Id. de clar. Orat.* c. 17. Origines Catonis quem florem, aut quod lumen eloquentiæ non habent? *Id. pro Sull.* c. 14. Vos in tantis tenebris erroris, et inscientiæ clarissimum lumen prætulistis menti meæ. *Id. de Somn. Scip.* c. 2. Hic tu, Africane, ostendas oportebit patriæ lumen animi, ingenii, consiliique tui. *Id. de Amic.* c. 8. In eo quasi lumen aliquod probitatis et virtutis perspicere videmur. ¶ De vita, *Plaut. Cist.* a. 2. v. 12. Ecquid agis? remorare? lumen linque. *Si.* amabo, accurrite, ne se interimat. *Lucret.* l. 3. v. 1047. Lumine adempto animam moribundo corpore fudit. *Ovid.* 4. *Trist.* eleg. 4. v. 45. nec lumen ademptum, Nec mihi detractas possidet alter opes.

LUMINĀRE, aris, n. *a light, luminary*, φωστὴρ, ipsum lumen, aut id, quod claritatem, splendoremve de se diffundit. Apud *Cic.* 15. *Attic.* ep. 26. ponitur pro lumine ædium: quamquam is locus valde incertæ lectionis est. [† *Ernesti* ad l. "Est *fenestra*, ut *lumen*." ¶ In *Cat. R. R.* 14. 2. *luminaria* sunt *fenestrarum foriculæ*.] ¶ De lucernis, aut cereis. *Hieronym. advers. Vigilant.* c. 3. Quando legendum est Evangelium, accenduntur luminaria, jam sole rutilante. ¶ Metaphorice ponitur pro ornamento. Hinc Luminaria appellamus viros eximios, in quibus singularis quidam virtutis splendor elucet, quique sui ordinis hominibus decori sint et ornamento. *Cic.* 2. *Phil.* c. 21. In te autem, M. Antoni, id decrevit Senatus, et quidem incolumis, nondum tot luminaribus exstinctis. *luminaries, bright characters, leading men.* Al. leg. *luminibus.*

LUMINĀTUS, a, um, *illuminated*, illustratus. *Cæl. Aurel.* l. 1. *Acut.* c. 9. Locus fenestris altioribus luminatus. ¶ *Male luminati* dicuntur *Apuleio*, qui debili visu sunt, lib. 9. *Metam.*

LUMĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to illuminate, illumine*, φωτίζω, illustro. *Martian. Capell.* l. 1. pag. 17. Quos stellantibus oculis interstinctos crebri vibratus ignium luminabant. *Apul.* l. 11. *Metam. ad Isidem.* Tu rotas orbem, luminas solem, regis mundum. *Avien. in prognost. Arat.* v. 1450. (*al.* 127.) aerias quarta face luminat oras. Adde *Prudent.* περὶ στεφ. 2. *de S. Vincent.* v. 127. et 9. *de S. Eulal.* v. 192.

LUMINŌSUS, a, um, *luminous, full of light*, φωτεινὸς, clarus, illustris. *Vitruv.* l. 6. c. 9. *ad fin.* Omnia ædificia luminosa ut sint, curare oportet. *well windowed. August.* ep. 137. *in fi.* Oleum luminosius. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 36. Cum omnis pars orationis debet esse laudabilis, sunt maxime luminosæ, et quasi actuosæ partes duæ. *bright, remarkable. Augustin.* ep. 144. *ad fin.* Luminosissima charitas.

LUNA, æ, f. *the moon*, σελήνη, μήνη, una ex septem planetis, quæ, ut ait *Cic. in Somn. Scip.* c. 3. *extr.* ultima a cœlo, citima terris, luce lucet aliena: dicta a *luceo*, per syncop. a *Lucina.* sola enim noctu lucet. *Cicer.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. et *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 10. *a med.* De ea *Plin.* l. 2. c. 9. Novissimum sidus, terrisque familiarissimum, et in tenebrarum remedium a natura repertum. *et mox.* Crescens semper, aut senescens: et modo curvata in cornua facie, modo æqua portione divisa, modo sinuata in orbem: maculosa, eademque subito prænitens: immensa orbe pleno, ac repente nulla: alias pernox, alias sera, et parte diei, solis lucem adjuvans: deficiens, et in defectu tamen conspicua, &c. *et paulo post.* Proxima ergo cardini, ideoque minimo ambitu, vicenis septenisque, et tertia diei parte peragit spatia eadem, quæ Saturni sidus altissimum triginta annis. Deinde morata in coitu solis biduo, &c. (Etiam *Ammian.* l. 20. c. 3. Lunaris cursus rationes diligenter persequitur, item *Vitruvius* l. 9. c. 4. et rursus *Plin.* l. 18. c. 32.) et cap. 10. Solem interventu lunæ occultari, lunamque terræ objectu. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 19. Solis annuos cursus spatiis menstruis luna consequitur. et cap. 40. Luna est major, quam dimidia pars terræ. *Id.* 4. *Acad.* c. 39. Habitari ait Xenophanes in luna, eamque esse terram multarum urbium, et montium. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 408. Lunæ alias hebetiora, alias acutiora videntur cornua. *Horat. in carm. sæcul.* v. 35. Luna bicornis, regina siderum. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 71. fulgens radiis argentea puris. *Id.* 10. *Met.* v. 448. aurea. et lib. 14. v. 367. nivea. *Plin.* l. 18. c. 35. et *Colum.* l. 2. c. 10. Luna tertia, quarta, quinta, vigesima tertia, &c. *h. e.* tertio, quarto, &c. die, postquam e sole emersit. *Plin.* l. 2. c. 17. novissima et prima, *in the last and first quarter. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 37. extrema et prima. *Cato R. R.* c. 37. dimidiata. *a half-moon. Plin.* l. 18. c. 32. dimidia. *Id.* l. 11. c. 30. plena. *the full moon. Apul. de Deo Socrat. sub init.* corniculata, dividua, protumida, plena. *Plin.* l. 8. c. 54. nova. *et ibid.* cava. V. *Cavus. Cato R. R.* c. 29. et *Colum.* l. 2. c. 10. silens. V. *Silens. Plin.* l. 18. c. 32. intermenstrua. *the new moon.* et lib. 17. c. 9. *extr.* sicca. V. *Siccus.* et *ibid.* sitiens. V. *Sitiens. Colum.* l. 2. c. 15. *extr.* crescens. et cap. 5. decrescens. *Varr. R. R.* c. 37. senescens. *Plin.* l. 37. c. 10. *circa med.* deficiens. *eclipsed.* et eod. sensu *Juvenal.* sat. 6. v. 442. laborans. *Liv.* l. 26. c. 5. Lunæ defectus. *an eclipse of the moon. Plin.* l. 7. c. 48. senium. *the moon in her last quarter.* et lib. 16. c. 39. coitus. *the new moon. Horat.* l. 2. od. 18. v. 16. Novæque pergunt interire lunæ. et lib. 4. od. 7. v. 13. Damna tamen celeres reparant cælestia lunæ. *Virg.* 1. *Georg.* v. 427. Luna revertentes cum primum colligit ignes. ¶ Per synecdochen sumitur pro mense. *Plin.* l. 18. c. 25. *ante med.* Centesima revolvente se luna. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 531. quater junctis implevit cornibus orbem Luna, quater plenum tenuata retexuit orbem. *four months have elapsed.* ¶ Item pro nocte, ut soles pro diebus. *Stat.* l. 5. *silv.* 4. v. 7. Septima jam rediens Phœbe mihi respicit ægras Stare genas. *Servius* similiter intelligit illud *Virgilii* 3. *Georg.* v. 336. cum frigidus aera vesper Temperat, et saltus reficit jam roscida luna. Adde *Propert.* l. 4. el. 4. v. 21. et *Stat.* 6. *Theb.* v. 289. ¶ In fabulis est filia Hyperionis et Latonæ seu Æthræ (ut est apud *Hygin. in præfat.*) Titani neptis, eadem cum Diana et Proserpina. Tribuitur ei currus duarum rotarum, et qui trahant, equi duo, quorum alter niger sit, albus alter (quamquam *Ovid.* ambos *niveos* dixit 4. *Fast.* v. 374. et *de remed. amor.* v. 258.) quia partim diu, partim noctu decurrit. Alii a duabus juvencis currum ejus trahi dicunt, ut *Auson.* epist. 5. v. 3. et epist. 19. v. 3. boves dicit *Prudent.* l. 1. *advers. Symmach.* v. 361. juvencos *Claudian.* l. 3. *de rapt. Pros.* v. 403. tauros *Fulgent.* l. 1. *mythol. ante* cap. 1. ideo scilicet, quod hoc animal cornibus lunam refert: vel quia ipsa prope terram decurrit, cujus sunt tauri cultores. Sunt etiam qui a mulo currum ejus trahi finxerunt. V. *Mulus.* Auriga ejus apud *Stat.* lib. 12. v. 307. est Sopor. ¶ De amoribus ejus V. *Endymion.* ¶ Lunæ ædem Romæ in Aventino memorat *Liv.* l. 40. c. 2. ¶ Luna adsuta calceis erat apud Romanos Patriciorum insigne. *the figure of a half-moon, or lune, marked on the shoes of senators.* Ut enim ostenderent, se ex iis centum progenitos, qui primi in Senatum a Romulo allecti sunt (de quibus *Liv.* l. 1. c. 8.) parvam lunam in modum C litteræ in calceis gestabant. *Juvenal.* sat. 7. v. 191. nobilis et generosus Appositam nigræ lunam subtexit alutæ. ¶ Ab eadem similitudine litteræ C *lunæ* dici possunt semicirculi cartilaginei, quibus constat guttur, sive aspera arteria. *Sidon.* carm. 7. v. 191. Jam si forte suem latratibus improbus Umber Terruit, albentes nigro sub gutture lunas Frangere ludus erat. ¶ *Lunai* pro *lunæ* in secundo casu, more suo dixit *Lucret.* l. 5. v. 70. et 419. ¶ De *Luna* urbe V. in *Lunensis.*

LUNĀRIS, re, *of or pertaining to the moon, lunar, lunary*, σεληνιακὸς, ad lunam pertinens. *Cic. in Somn. Scip.* c. 5. Lunaris cursus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 37. Lunares dies. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 16. Lunares equi. *Id.* 10. *Metam.* v. 296. Lunaria cornua. *Plin.* l. 16. c. 39. Infinitum refert lunaris ratio: nec nisi a vicesima in tricesimam, robur cædi volunt.

LUNATĬCUS, a, um, σεληνιακὸς, *lunatic, mad*, qui furore laborat, non illo quidem perpetuo, sed intervallis quibusdam recurrente: a *Luna*, quia melancholia, qua laborat, accrescit, et decrescit pro ratione Lunæ. *Paul. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 43. Mancipium lunaticum. *Veget.* l. 2. *rei veterin.* c. 18. Lunaticus oculus. *h. e.* qui certis temporibus caligat, et cæcutit.

LUNĀTUS, a, um, *bent or fashioned like a half-moon, formed like a crescent, lunated, mooned*, factus ad instar lunæ diductæ in cornua. *Virg.* 1. *Æn.* v. 494. et lib. 11. v. 663. Lunatæ peltæ Amazonidum. et *Stat.* 5. *Theb.* v. 145. lunatum agmen. *h. e.* exercitus Amazonum peltis armatum. *Colum.* l. 12. c. 54. Ferramento lunato incidere. *Plin.* l. 9. c. 33. Lunatæ conchæ. *Senec. in Œdip.* v. 465. *de delphinis.* Lunata scindit cauda mare. *h. e.* falcata (ut ait *Ovid.* 3. *Metam.* v. 681. de eadem re loquens, Qualia dividuæ sinuantur cornua lunæ.) *Plin.* l. 6. c. 13. et *Pallad. in Mart.* tit. 11. Lunata cornua. *Stat.* 6. *Theb.* v. 265. nondum lunata fronte juvenci. *Claudian.* l. 1. *de rap. Pros.* v. 129. lunata frons. *h. e.* cornibus instructa. *Martial.* l. 1. epigr. 50. Lunata pellis. *h. e.* calceus lunula ornatus. Sic l. 2. epigr. 29. Non extrema sedet lunata ligula planta. V. *Luna* sub fin.

LUNCHUS. V. *Lonchus.*

LUNELLA. V. *Lunula.*

LUNENSIS, se. *Lunensis caseus* est genus casei sola magnitudine laudatum, quod librarum mille pondus nonnunquam æquabat, ut *Plin.* l. 11. c. 42. tradit. Unde inter servorum obsonia refertur. Dictus est a Luna urbe, in cujus agro fiebat, et a Luna sidere, quod ab Hetruscis figura lunari efformabatur, vel signabatur. *Martial.* l. 13. epigr. 30. cujus lemma *Lunensis caseus.* Caseus Hetruscæ signatus imagine Lunæ Præstabit pueris prandia mille tuis. ¶ *Lunense marmor*, genus marmoris, quod in agro Lunæ urbis effoditur, miro candore, et Parium vincente conspicuum. [*marble of Carrara.*] *Plin.* l. 36. c. 6. et 18. Hinc *Lunensis ara* apud *Sueton. in Ner.* c. 50. est e Lunensi marmore facta. ¶ *Lunenses, ium*, ejus urbis cives, ut Lunensium lapicidinæ, *Plin.* l. 36. c. 5. Porro *Luna* urbs est maritima Hetruriæ, ad Macram fluvium, in confinio Liguriæ, portu nobilis: de quo *Sil.* l. 8. v. 482. Tunc quos a niveis exegit Luna metallis, Insignis portu, quo non spatiosior alter Innumeras cepisse rates, et claudere pontum. Adde *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ *Lunai* pro *Lunæ* dixit *Ennius* apud *Pers.* sat. 6. v. 9.

LUNO, as, avi, atum, a. 1. *to crook or bend like a half-moon, form like a crescent*, est in modum Lunæ, quando in cornua curvatur, flectere. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 1. v. 23. Lunavitque genu sinuosum fortiter arcum. *Propert.* l. 4. eleg. 6. v. 25. Jamque acies geminos Nereus lunarat in arcus. *h. e.* instruxerat in modum cornuum lunæ.

LUNŬLA, æ, f. *a little moon*, σεληνὶς, μηνίσκος, parva luna. Lunulæ, inquit *Isidor.* l. *Orig.* 19. c. 31. sunt ornamenta mulierum, in similitudinem lunæ bullæ dependentes. *clasps or trinkets in the form of a crescent. Tertull. de cultu fem.* c. 10. Nullam de conchylio vestem increpet, nullas lunulas reprobet. *Plaut. Epid.* 5. 1. 33. Non meministi, me inaurem ad te afferre natali die? lunulam, atque anellum aureolum in digitum? Al. leg. *lunellam.* Intelligunt autem lapillum lunulæ figura.

LUNUS, i, m. deus idem, qui Luna. Quamvis enim feminina voce eam appellaret, masculum tamen putabat stulta Gentilitas. Unde masculum Lunam appellat *Tertull. in apolog.* c. 15. et *Spartian. in Caracall.* c. 7. tradit, a Carrenis præcipue, Asiæ populis, ita existimari, ut qui Lunam femineo nomine ac sexu putaverit nuncupandam, is addictus mulieribus semper inserviat: at vero qui marem deum esse crediderit, is dominetur uxori, neque ullas muliebres patiatur insidias. *Id. ibid.* c. 6. Cum hibernaret Edessæ, atque inde Carras Luni dei gratia venisset. ¶ Apud *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 33. *lunus* est cinctus, quem publice habent servi, ita dictus, quia transversas habet purpuras, idest lunas.

LUO, is, lui, a. 3. *to pay, forfeit*, λύω, solvo, persolvo: a Græca voce allata. Fere autem dicitur de solutione, quæ multæ et pœnæ causa fit. *Plin.* l. 17. c. 1. *a med.* Cautum est duodecim Tabulis, ut qui injuria cecidisset alienas arbores, lueret in singulas æris XXV. *should pay, should be fined in. Curt.* l. 10. c. 2. Pluribus vestrum defuturum viaticum fuit, ni æs alienum luissem. *Impp. Valentinian. Theodos. et Arcad.* lib. 2. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 3. Cum quis ad luendum debitum chirographo convenitur. ¶ Pro solvere, *h. e.* liberare, pecuniam debitam solvendo, *Scævola Dig.* lib. 36. tit. 1. leg. 78. *ante med.* Luere fundum a testatore obligatum. *h. e.* liberare. *Julian.* lib. 30. leg. 83. Luere pignus. ¶ Translate *Val. Flacc.* l. 3. v. 407. Insontes errore luit, culpamque remittens, &c. *h. e.* solvit, purgat. ¶ *Luere pœnas*, est pœnas dare, ferre supplicium pro noxa, *to suffer punishment, (punishment being considered as a fine.)* *Cic. Attic.* 3. ep. 9. Itaque mei peccati luo pœnas. *Id. pro Sull.* c. 27. *extr.* Eos ad luendas reipublicæ pœnas Furiæ quædam incitaverunt. *Justin.* l. 2. v. 5. Quicumque capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. *Id.* l. 8. c. 1. Quasi parva supplicia cædibus et rapinis luissent. *Id.* l. 16. c. 2. et *Vellei.* l. 2. c. 54. Universa Cassandri domus Alexandro Magno, seu necis ipsius, seu stirpis exstinctæ pœnas, partim cæde, partim supplicio, partim parricidio luit. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 624. qui Tusca pulsus ab urbe, Exsilium, dira pœnam pro cæde luebat. *Senec. in Agam. sub fin.* Luere paria fata Troicis malis. *Plin.* lib. 7. c. 8. Luere augurium malis. *h. e.* pati ea mala, quæ augurio portendebantur. *Claudian. de VI. consul. Honor.* v. 139.

p[ ]at ea puppis, Vastato tandem pœnas luitura profundo. ¶ *Luere peccata*, est delictorum supplicium ferre. *Liv.* l. 36. c. 18. Pro dignitate imperii vestri coactis luere peccata sua. *Cic. ad Brut.* ep. 12. Acerbum est, parentum scelera filiorum pœnis lui. *should be expiated by. Liv.* l. 38. c. 37. Luere noxam pecunia. *Ovid. Heroid.* ep. 10. vers. 100. nec facta luisses Impia funeribus, Cecropi terra, tuis. *Quintil.* l. 12. c. 9. *ante med.* Certe patroni petulantiam litigator luit. *Virg.* 4. *Georg.* v. 454. Luere commissa. *Liv.* l. 9. c. 5. Obsides sexcenti imperati, qui capite luerent, si pacto non staretur. *should forfeit their heads.* ¶ *Luere sacramentum* apud *Solin.* c. 25. (*al.* 38.) est *to put on his oath.* ¶ Pro lavare, abstergere (nam et hoc Græcum λύω significat) *to wash, lave. Sil.* l. 11. v. 22. Argivos major qua Græcia muros Servat, et Ionio luitur curvata profundo. *Prudent.* περὶ στεφ. 9. *de S. Eulal.* v. 190. amnis pulcro gurgite mœnia luit. ¶ Translate *Cic.* 3. *Verr.* c. 30. *a med.* Ut ejus libidinem hominum innocentium sanguine lui velles. *Virg.* 1. *Georg.* v. 505. sanguine luere perjuria. *to expiate, atone for.* (Adde *Ovid. in Ibin*, v. 567. et *Vellei.* l. 2. c. 1.) *Cic.* 5. *de Fin.* c. 22. *sub fin.* Quæ per vim oblatum stuprum voluntaria morte lueret. ¶ Pro expiare, et avertere. *Liv.* l. 10. c. 28. *a med.* Datum hoc nostro generi est, ut luendis periculis publicis piacula simus. *Val. Flacc.* l. 2. v. 569, clausum ut thalamis, somnoque gravatum Immolet, ereptaque luat responsa pharetra. *h. e.* diluat, solvat, evacuet, vana reddat. Al. leg. *levet.* ¶ In præteritis *u* dicimus longum, *luit, pluit*: in præsenti breve, *luit, pluit.* Ita *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 60. quod confirmatur illo *Ennii* apud *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 42. Nos sumu' Romani, qui fuimus ante Rudini. Ubi prima in *fuimus* producitur. et *Plauti Men. prol.* v. 63. Nam rus ut ibat forte, ut multum pluerat. Ubi prima in *pluerat* longa est. *Lucil.* apud *Non.* c. 8. n. 47. Tantalu', qui pœnas ob facta nefantia luit. Sed tunc et duplici *uv* scribere solebant, *fuvit, pluvit, luvit.* ¶ Particip. *luiturus*, a sup. *luitum* inusitato. *Imp. Constantin.* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 4. pro negligentia idem supplicium luituris. [¶ Particip. *luens* apud *Justin.* l. 17. c. 1. Parricidium principum secutæ cædes sunt luentium supplicia.]

LUPA, æ, f. *a she-wolf*, λύκαινα, femina in genere luporum. *Ovid.* 3. *de art. am.* v. 8. rapidæ tradis ovile lupæ. [† *Horat. Carm.* 3. 27. 3. Rava lupa. *Propert.* 4. 4. 54. Inhumana lupa. Adde *Victor. de Vir. Illustr.* c. 1. (de Romulo et Remo,) *Plin.* 8. 17. *Vet. Inscript. apud Gruter.* p. 105. n. 2.] ¶ Etiam meretrices *lupæ* dicuntur, quia luparum instar sunt rapaces. Ea vocis *lupæ* homonymia, ut *Livius* quoque testatur, l. 1. c. 4. occasionem præbuit fabulæ de Romulo et Romo, quibus cum in litore essent expositi, lupa admovisse ubera dicitur. Nam lupa ea, non quadrupes, sed meretrix fuit, quæ infantes expositos sustulit, atque aluit. V. *Luperca. Cic. pro Mil.* c. 21. Ille, qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat. Adde *Plaut. Epid.* 3. 3. 22. et *Lactant.* l. 1. c. 20. ¶ Apud *Colum. sub fin.* c. 12. l. 7. nomen est canis.

LUPANAR, aris, n. *a brothel, brothel-house, bordel, bawdy-house, stew, house of ill-fame*, πορνεῖον, πορνοβοσκεῖον, locus, in quo lupæ, hoc est meretrices prostant. *Quint.* l. 7. c. 3. An deprehensus in lupanari cum aliena uxore adulter sit, quæritur. *Juvenal.* sat. 6. v. 121. Intravit calidum veteri centone lupanar. Adde *Plaut. Bacch.* 3. 3. 50. ¶ Adhibetur et in conviciis. *Catull.* carm. 42. *in quandam*, v. 13. o lutum, lupanar, Aut si perditius potest quid esse.

LUPANĀRIS, re, χαμαιτυπικὸς, ad lupanar spectans. *Apul.* lib. 9. *Metam.* Larem mariti lupanari maculare infamia.

LUPANARĬUM, ii, n. *a bordel, bordello, stew*, idem quod lupanar. *Ulpian. Dig.* l. 5. tit. 3. leg. 27. Pensiones a lupanario perceptæ. *Id.* l. 4. tit. 8. leg. 21. *ad fin.* Si in popinam, vel lupanarium adesse jusserit. Adde lib. 23. tit. 2. leg. 43.

LUPANARĬUS. V. *Lupinarius.*

LUPARĬÆ, arum, f. apud *Sex. Ruf.* et *P. Vict. de regionib. Urb. R.* ponuntur in regione secunda, in Subura. *Luparii, orum*, m. luporum venatores. *Serv. ad* 1. *Georg.* v. 139.

LUPĀTUM, i, n. *et* Lupatus, i, m. *a sharp bit, curb, or snaffle for a horse, with unequal jags, like a wolf's teeth*, χαλινὸς, genus freni asperioris. *Virg.* 3. *Georg.* v. 208. Verbera lenta pati, et duris parere lupatis. Ubi *Servius*: frenis asperrimis: dicta autem lupata a lupinis dentibus, qui inæquales sunt: unde etiam eorum morsus vehementer obest. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 2. v. 15. Asper equus duris contunditur ora lupatis. *Martial.* l. 1. epigr. 105. Mordent aurea quod lupata cervi. *champ. Solin.* c. 45. (*al.* 57.) *a med.* Equus adeo sprevit lupatos, ut de industria cernuatus, &c. ¶ Adjective *Horat.* l. 1. od. 8. v. 6. Gallica nec lupatis temperat ora frenis. *curbs.*

LUPERCA, æ, f. dea apud Romanos. *Arnob.* lib. 4. pag. 128. Quod abjectis infantibus pepercit lupa non mitis, Luperca dea est auctore appellata Varrone. De hac *Lactant.* l. 1. c. 20. Romuli nutrix Lupa honoribus est affecta divinis. ¶ Item mulier sacerdos Panis. Vet. lap. apud *Gruter.* pag. 41. n. 1. Dianæ cælesti sacrum Q. Cornelius Theophilus cum Quintia M. F. Luperca. Adde alium apud *Corradin.* in Vet. Latio To. 1. l. 1. c. 26. pag. 366.

LUPERCAL, alis, n. λυκαῖον, antrum sub Palatino monte sacratum ab Evandro Pani deo Arcadiæ: a *Lupercus*, quod fuit ejusdem Panis cognomen (teste *Justin.* l. 43. c. 1.) ideo impositum, quod non sineret lupos in oves sævire. Nam ob eandem causam multis ante sæculis etiam in Arcadia mons Lycæus Pani fuerat consecratus, et ipse quoque Lycæus appellabatur: nempe a λύκος, lupus. Ergo ideo et Evander in Latio, deo gentis suæ sacravit locum, et nominavit Lupercal, quod præsidio ipsius numinis lupi a pecudibus arcerentur. *Serv. in* 8. *Æn.* v. 343. Aliqui Lupercal litterarum trajectione factum putant a *luo*, et *caper*, quod sub monte Palatino fuerit quædam spelunca in qua caprum luebant, hoc est sacrificabant, cujus deinde pelle urbem purgabant. *Quintil.* l. 1. c. 5. *ad fin.* (*al.* c. 9.) Inveniuntur, qui lupercalia æque tres partes orationis esse contendant, quasi luere per caprum. *Ovid.* l. 2. *Fast.* v. 381. *et sequ.* dictum esse scripsit vel a Lycæo monte Arcadiæ, vel ab illa lupa, quæ illic Romulum et Remum aluit. *Virg.* 8. *Æn.* v. 342. Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum Rettulit, et gelida monstrat sub rupe Lupercal, Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.

LUPERCALĬA, um, n. λύκαια, solemnia quædam sacra, quæ Romæ a Lupercis fiebant in honorem Panis pastorum dei. Hæc sacra ab Evandro ex Arcadia in Latium advecta fuere: et celebrabantur XV. Cal. Martii, idest die 15. Februar. Fiebant lustrationis causa, in spelunca sub monte Palatino, quæ Lupercal dicta est. Ritus hic fuit. Capram pastores, quorum Pan tunc præcipuum numen erat, immolabant, deinde variis ludis, rejectis vestibus, se se exercebant. Romulus item instituisse creditur, ut canis immolaretur. Hac re lupæ nutrici suæ gratias referre videbatur. Nam canis natura adversatur lupis. Temporis denique progressu pro capra hircus immolari cœptus est. Regnante Romulo, et deinceps, sacerdotes, qui Luperci appellabantur, peracto sacrificio, faciem sibi larva tegebant, vel potius sanguine fœdabant, et nudi discurrebant circum urbem veterem, idest Palatium. Adolescentes accurrebant cum lana, lacte madida, qui tabum abstergerent. Institutum etiam aliquando fuit, ut hirci pellem in lora secarent, et lora in cursu illo in manibus gestarent, et obvias quasque feminas iis loris circa uterum et manus cæderent: crediti hac re illis fecunditatem afferre. V. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 267. et *Serv. ad Æn.* 8. v. 343. et 663. quibus locis et causam habes, cur nudi, et solo campestri succincti discurrerent. *Cic.* 2. *Phil.* c. 34. Adscribi jussit in Fastis, ad Lupercalia. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 13. *in fin.* Hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. ¶ In genitivo et *lium*, et *liorum* habere potest, ut *Saturnalia.*

LUPERCĀLIS, le, adject. ad Lupercalia pertinens, ut Lupercale sacrum, *Sueton. in August.* c. 31.

LUPERCUS, ci, m. deus idem, qui Pan: ab arcendis lupis: V. *Lupercal.* Item sacerdos Panis, qui Lupercalibus sine veste discurrebat, ut in *Lupercalia* dictum est. *Virg. Æn.* 8. v. 663. Exsultantes Salios, nudosque Lupercos. *Juvenal.* sat. 2. v. 142. agili palmas præbere Luperco. ¶ Duo fuerunt Lupercorum ordines, Fabianorum, et Quintilianorum. V. *Fabianus.* Additus est tertius Julianorum, institutus in honorem C. Julii Cæsaris, ut est apud *Sueton. in ejus vita*, c. 76. ¶ Pastores primo Luperci fuere: paulatim nobilissimi civitatis, adolescentes præsertim iis sacris initiari soliti sunt. Hinc M. Antonium, Lupercum fuisse scimus ex *Cic.* 2. *Phil.* c. 34. Sed imberbes discurrere vetuit Augustus, apud *Sueton. in Aug.* c. 31.

LUPILLUS, li, m. *a small lupine*, diminut. a lupinus. *Plaut. Stich.* 5. 4. 9. Lupilli comminuto crustulo.

LUPINARĬUS, a, um, ad lupinum legumen pertinens, ut Lupinarium labrum, apud *Caton.* cap. 11. h. e. lupinis lavandis, aut coquendis. *a tub to soak lupines in.* ¶ *Lupinarii, orum*, lupinorum, seu leguminum negotiatores, apud *Lamprid. in Alex. Severo*, c. 33. ubi *Casaubonus* mallet legi *popinarii*, alii *lupanarii*, h. e. lupanariorum exercitores.

LUPĪNUS, a, um, *of or belonging to a wolf*, λύκινος, ad lupum pertinens. *Cic. in Catil.* c. 8. Quem inauratum in Capitolio parvum, atque lactentem uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. *Plin.* l. 28. c. 19. Lupina pellis. *Propert.* l. 4. eleg. 10. v. 20. Et galea hirsuta compta lupina juba. *h. e.* ex pelle lupi facta. (*Virg.* 1. *Æn.* v. 279. lupæ fulvo nutricis tegmine lætus Romulus.) *Enn.* apud *Donat. ad Terent. Phorm.* 2. 2. 25. Lupinus impetus.

LUPĪNUS, ni, m. *et* Lupinum, ni, n. *a lupine, kind of pulse*, θέρμος, leguminis genus est, omnium amarissimum, quod sui circumactu agricolis horas etiam nubilo die ostendit, teste *Plin.* l. 18. c. 14. Est a λύπη, dolor, ægritudo, quia vultum gustantis amaritudine contristat. *Virg.* 1. *Georg.* v. 75. tristisque lupini Sustuleris fragiles calamos. *Colum.* l. 2. c. 10. Lupini prima ratio est, quod minimum operarum absumit. *Plin. loc. cit.* Lupino est usus proximus, cum sit et homini, et quadrupedum generi communis. *Martial.* l. 5. epigr. 79. v. 21. tepens lupinus. *Ovid. de medic. fac.* v. 69. pallentes torrere lupinos. *Cato R. R.* c. 34. Ibi lupinum bonum fiet. ¶ Lupinorum usus erat in comœdiis, in quibus si pecunia opus esset, lupinos pro nummis numerabant. *counters. Plaut. Pœn.* 3. 2. 20. Hinc *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 23. Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis. *h. e.* quid intersit inter veros nummos, et ex lupinis factos. V. *Comicus.*

LUPOR, aris, dep. 1. scortari, vel prostitui, ut *Non.* c. 2. n. 497. interpretatur. *Turpil. ibid.* Cum meretrice per vias lupantur. *Lucil. ibid.* ex lectione *Scalig.* et divos ture precemur, Consilium faxint placeat, tu impune luperis.

LUPŬLA, æ, f. parva lupa, λυκίς. *Apul.* l. 5. *Metam.* Perfidæ lupulæ magnis conatibus nefarias insidias tibi comparant. In vet. lap. apud *Murator.* pag. 1382. n. 4. est cognomen mulieris: Numphidia C. F. Lupula.

LUPUS, i, m. *a wolf*, λύκος, animal rapax et velocissimum, ovibus maxime, atque capellis infestum: a voce Græca allata. *Virg.* 3. *Georg.* v. 264. genus acre luporum. *Id.* 7. *Æn.* v. 18. et formæ magnorum ululare luporum. *Id. Ecl.* 2. v. 63. Torva leæna lupum sequitur: lupus ipse capellam. *Id.* 3. *Georg.* v. 537. Non lupus insidias explorat ovilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat. (Luculentam lupi ovile populati descriptionem habes apud *Stat. Theb.* 4. v. 363.) *Plin.* l. 10. c. 63. Cæcos catulos gignunt canes, lupi, pantheræ. *Id.* l. 8. c. 22. et lib. 10. c. 73. Lupi in fame terra vescuntur. *Id.* l. 8. *c. ult.* In Olympo Macedoniæ monte non sunt lupi, nec in Creta insula. *Id.* l. 28. c. 10. Lupi vestigia calcata equis afferunt torporem. ¶ *Horat.* lupum *Martialem* cognominat, l. 1. od. 17. v. 9. vel quia cruentus est, vel quia in tutela Martis. *Virg.* quoque *Martium* appellat *Æn.* 9. v. 566. ¶ Ad designandum femininum genus, pro *lupa, lupum feminam* dixere Veteres. *Ennius* apud *Serv. ad* 2. *Æn.* v. 355. lupu' femina feta repente. *Id.* apud *Non.* c. 4. n. 385. Endo tuetur, ubi lupu' femina conspicit amnes. *Quintil.* l. 1. cap. 6. (*al.* 10.) Varro in eo libro, quo initia urbis Romæ enarrat, lupum feminam dicit, Ennium, Pictoremque Fabium secutus. *Festus* in *Masculino*, et in *Corius.* Hunc stirpem Antiqui dixerunt, et rursus hanc lupum, et hanc metum. *Id.* in *Recto.* Cum ait Ennius, a stirpe supremo, et Ilia dia nepos, et lupus feta. ¶ In Italia creditur luporum visus esse noxius, vocemque homini, quem priores contemplentur, adimere ad præsens, ut *Plin.* tradit l. 8. c. 22. Hinc illud *Virg. Ecl.* 9. v. 53. vox quoque Mœrim Jam fugit ipsa: lupi Mœrim videre priores. Ex quo *Servius* ortum ait aliud proverbium, *lupus in fabula*: quo utimur, cum supervenit subito is, de quo loquimur, et nobis sua præsentia facultatem loquendi amputat. *the wolf in the fable. Cic. Attic.* l. 13. ep. 33. De Varrone loquebamur: lupus in fabula. venit enim ad me. Adde *Terent. Adelph.* 4. 1. 21. Sic *Plaut. Stich.* 4. 1. 71. Atque eccum tibi lupum in sermone. ¶ *Lupum auribus tenere*, aliud proverbium, *to have a wolf by the ears*, in re ancipiti, periculosaque dici solet. nam qui lupum auribus tenet, nec dimittere audet, nec retinere potest sine periculo. *Terent. Phorm.* 3. 2. 21. Imo, quod aiunt, auribus teneo lupum. nam neque quo amittam a me, invenio, neque uti retineam, scio. Adde *Sueton. in Tiber.* c. 25. ¶ *Hac urget lupus, hac canis*, aliud proverb. apud *Horat.* l. et sat. 2. v. 64. ubi utrinque periculum est, et discrimen anceps. *to be between the door and the wall; to be placed between two fires.* ¶ *Ovem lupo committere*, rem aliquam ei committere, qui ipse maxime custodis egeat, ne perdat. *to set the fox to keep the geese. Terent. Eun.* 5. 1. 16. Scelesta, ovem lupo commisisti. *Cicer. Phil.* 3. c. 11. O præclarum custodem ovium, ut aiunt, lupum! Adde *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 363. ¶ *Lupo agnum eripere*, de re difficili, ac desperata. Stultum enim videtur sperare, futurum, ut lupus arreptum agnum salvum dimittat. Simile est apud nos, *to snatch the meat from the dog's mouth. Plaut. Pœn.* 3. 5. 31. Lupo agnum eripere postulant: nugas agunt. ¶ *Oves fugit lupus*, de re impossibili, et contra naturam. *Virg. Ecl.* 8. v. 52. ¶ *Lupus ovium non curat numerum*, h. e. quamvis numerati gregis oves mactat. Dicitur de iis, qui nihil curant. *Id. Ecl.* 7. v. 51. Hic tantum Boreæ curamus frigora; quantum Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas. ¶ *Lupus* est etiam piscis, ita dictus a voracitate. *a pike.* Laudatissimus, qui *lanatus* dicitur, a candore, mollitiaque carnis, præcipue in fluviis captus, et Romæ in Tiberi inter duos pontes (fortasse Sublicium, et Fabricium, vel Gestium) ut est apud *Macrob.* lib. 2. *Saturn.* cap. 12. *Horat.* l. et sat. 2. v. 32. et *Plin.* l. 9. cap. 54. Adde *eund. ibid.* c. 17. *Colum.* l. 8. c. 16. et *Martial.* l. 13. epigr. 89. ¶ Item genus aranei, quod Græcis phalangion est. *a kind of venomous spider.* Est autem duplex, aliud majus, aliud minus: minus non texit. *Plin.* l. 29. c. 4. *a med.* et l. 11. c. 24. ¶ Item frenum asperius, quod et *lupatum* dicitur: *a sharp bit or snaffle*: ita dictum a luporum dentibus, quos forma imitatur. Sumitur autem et pro freno universim. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 6. v. 3. Tempore paret equus lentis animosus habenis, Et placido duros accipit ore lupos. Adde *Stat.* 1. *Achill.* v. 281. ¶ Denique instrumentum ferreum aduncum, quo aliquid extrahitur, vel attollitur, *a hook or drag. Liv.* l. 28. c. 3. Qui erexerant ad murum scalas, alii furcis detrudebantur, in alios lupi superne ferrei injecti, ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur. ¶ *Lupos* exponit *Pallad.* l. 1. *tit.*

ult. serrulas manubriatas majores minoresque ad mensuram cubiti, quibus facile est, quod per serram fieri non potest, resecando trunco vitis interseri. ¶ *Lupus salictarius* herba est sponte nascens, et cibis apta. *Plin.* l. 21. c. 15.

LURA, æ, f. *Festo* est os cullei, vel utris. Aliis ipse uter, culleus: ut *Auson. in perioch.* 10. *Odyss.* Opes aliquas in lura inesse existimantes. ¶ Item translate intestinum, venter. *Lucil.* apud *Cicer.* 4. *Tuscul.* c. 21. in os prius accipiam ipse, Quam gladium in stomacho, lura, ac pulmonibu' sisto. Sunt qui ubique pro *lura* reponunt *lora* eodem sensu. Alii ubique aliter legunt, præterquam apud *Fest.*

LURCABUNDUS, a, um, *voracious, gluttonous,* valde lurcans, heluo, lurco. Vox est *Catonis,* quam, ut nimis antiquam, damnat *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* c. 11.) *ad fin.*

LURCO, as, n. 1. *et* Lurcor, aris, dep. 1. *to eat gluttonously, gormandize, guzzle,* λαφύσσω, cibum cum aviditate nimia sumo. Ducunt aliqui a λαῦρος, avidus, vorax: *Festus* a *lura.* *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 34. Ut lurcaretur lardum, et carnaria furtim. *Pompon. ibid.* Lardum lurcabat lubens.

LURCO, onis, m. *a glutton, gormandizer, voracious eater, lurcher,* λίχνος, capacis gulæ homo, gulosus, bonorum suorum consumptor, ut *Fest.* in *Lura* exponit. *Sueton. de clar. Grammat.* c. 15. Lastaurum, et lurconem, et nebulonem, popinonemque appellans. *Plaut. Pers.* 3. 3. 16. Lurco, edax, furax, fugax. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 34. Vivite lurcones, comedones vivite ventres. ¶ Fuit cognomen M. Aufidii, qui primus pavonem saginare instituit, et ex eo magnum quæstum fecit. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 6. *Plin.* l. 10. c. 20. Sic M. Perpenna Lurco, apud *Gruter.* pag. 327. n. 8. [¶ Est etiam homo impudicus, cinædus apud *Apul.* 8. *Met.* pag. 574. *Oudend.* Sed præco lurconem tractabat dicacule.] ¶ Olim *lurcho* scripserunt cum adspiratione. *Serv. ad* 6. *Æn.* vers. 4. et *Prob. in Cathol.* pag. 1455. *Putsch.*

LURCONIĀNUS, a, um, ad lurconem pertinens. *Tertull. de anim.* c. 33. Apiciana, et lurconiana condimenta.

LURIDĀTUS, a, um, luridus. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 8. Luridati delinquentiæ maculis.

LURĬDUS, a, um, *pale, ghastly, wan, grisly, dismal, black and blue, livid, lurid,* πελιδνὸς, ὠχρὸς, supra modum pallidus, ut ait *Festus,* lividus, ad nigrorem accedens. *Colum.* l. 10. v. 325. valido turgescit lurida caule Brassica. *Horat.* l. 4. od. 13. v. 10. refugit te, quia luridi Dentes, te quia rugæ Turpant, et capitis nives. *foul, black.* *Id.* epod. 17. v. 21. verecundus color Reliquit ora pelle amicta lurida. *Id.* l. 3. od. 4. v. 74. luridus Orcus. *Sil.* l. 13. v. 560. nigrum pandens mors lurida rictum. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 267. luridus pallor. et lib. 14. v. 198. me luridus occupat horror. et vers. 747. lurida membra. *scil.* ejus, qui sibi laqueo fauces elisit. et lib. 1. v. 147. lurida aconita. *hoc est* quæ luridos faciunt: unde *nigros* dixit *Juvenal.* sat. 1. v. 72. veneno sublatos. et lib. 14. v. 791. Lurida sulphura. *scil.* quia usta luridum ignem reddunt. *burning blue.* Sic *Calpurn.* ecl. 5. v. 89. Lurida galbana. *Petron. in Satyr.* cap. 124. Lurida mortis imago. *Senec. in Med.* v. 790. Luna lurida. *Senec. alter* epist. 95. Luridæ bilis suffusio. *the jaundice.* *Plin.* l. 6. ep. 20. *sub fin.* Sol etiam effulsit, luridus tamen, qualis esse, cum deficit, solet.

LUROR, oris, m. *paleness, wanness, lividity,* ὠχρότης, pallor fuscus, et ad nigrorem accedens. Volunt esse a *lura,* qua utrem significat: ut proprie corii colorem notet. *Lucret.* l. 4. v. 332. Lurida præterea fiunt, quæcumque tuentur Arquati, quia luroris de corpore eorum Semina multa fluunt. *Claudian.* l. 3. *de rap. Pros.* v. 238. luror permanat in herbas, Deficiunt rivi, squalent rubigine prata. *Apul.* l. 9. *Metam.* Lurore buxeo, macieque fœdatus.

LURULENTUS, a, um, valde luridus. *Apul.* l. 7. *Metam.* Conceptaculum aquæ lurulentæ. *Al. leg.* lutulentæ.

LUSCINĬA, æ, f. *et* Luscinius, ii, m. *a nightingale,* ἀηδὼν, avis cantus suavitate præcellens, quæ et philomela, Græca appellatione, dicitur. Alii dictam volunt, quod quasi *lugens canat,* respicientes ad fabulam, de qua V. in *Philomela.* alii quod *sub lucem canat,* h. e. exortu diei: alii quod *in lucis canat.* Insignis est *Plinii* locus l. 10. c. 29. Tanta vox tam parvo in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in una perfecta musicæ scientia modulatus editur sonus: et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto: promittitur revocato, infuscatur ex inopinato: interdum et secum ipse murmurat: plenus, gravis, acutus, creber, extentus: ubi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breviterque omnia tam parvulis in faucibus, quæ exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitavit, &c. [† Quo de loco consulas, si lubet, elegantissimum *Tytlerum (Essay on the principles of Translation,)* c. 13. collato *Strada, Prolus. Acad. Orat.* &c. l. 2. 6. p. 353.] *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 245. Luscinias soliti impenso prandere coemptas. *Phædr.* fab. 18. l. 3. Pavo ad Junonem venit, indigne ferens, Cantus luscinii quod sibi non tribuerit. *Senec.* ep. 76. *ante med.* Habet vocem? sed quanto dulciorem, mobilioremque luscinii! *Al. leg.* lusciniæ. *Plin. loc. cit.* Sestertiis sex candidam lusciniam venisse, quæ Agrippinæ dono daretur. ¶ *Lusciniæ deest cantio,* proverb. de eo ironice dictum, qui re aliqua abundat, neque ea defici unquam potest, v. gr. mulieri verba. Legitur apud *Plaut. Bacch.* 1. 1. 3. ¶ Luscinios Commodus Imperator apud *Lamprid.* c. 10. appellabat eos, quibus alterum oculum eruisset: a *luscus.*

LUSCINIŎLA, æ, f. diminut. a luscinia. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 4. Lusciniolæ ne defuerit cantio.

LUSCINĬUS. V. *Luscinia.*

LUSCĪNUS, a, um, idem ac lusciosus, vel luscitiosus. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 55. Qui altero lumine orbi nascerentur, Coclites vocabantur: qui parvis utrisque, Ocellæ: Luscini, injuriæ cognomen habuere.

LUSCIŎLA, æ, f. eadem quæ luscinia. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 11. Lusciola, quod luctuose canere existimatur, atque esse ex Attica Progne in luctu facta avis. *Al. leg.* luscinia.

LUSCIŌSUS, *et* Luscitiosus, a, um, *dim-eyed, dim-sighted, moon-eyed, purblind,* qui ad lucernam non videt, et μύωψ vocatur a Græcis. Ita *Non.* c. 2. n. 512. afferens illud *Varron.* Vesperi non videre, quos appellant lusciosos. Confirmat *Ulpian.* qui *Dig.* l. 21. tit. 1. leg. 10. *ad fin.* ex edit. *Torrentini,* luscitionem, inquit, eam esse quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil videt. Al. aliter leg. Sic *Isid.* l. 20. *Orig. litt.* L. Lusciosus, qui vespere nihil videt. Sic item *Plin.* l. 28. c. 11. *ante med.* Quoniam, inquit, dorcades noctu æque quoque cernunt, sanguine hircino sanari lusciosos putant, nyctalopas a Græcis dictos. Hactenus *Plin.* Si enim dorcades etiam noctu vident, earum sanguis aptus erit sanandis iis, qui ad lucernam et noctu non vident. Nihilominus *Festus* luscitionem esse ait vitium, quod clarius vesperi, quam meridie cernit. Confirmat *Seneca,* cujus verba sunt l. 3. *de Benef.* c. 1. *ad fin.* Luscitiosi oculi sunt, qui lucem reformidant: cæci, qui non vident. Al. tamen leg. *vitiosi.* Sic *Fulgent. de prisco serm.* Luscitiosos dici voluerunt, interdiu parum videntes, quos Græci μύωπας vocant. Quare, quid revera his vocibus Veteres intellexerint, plane non constat. Magis ex sententia *Festi,* quam *Varronis,* et *Nonii* locutus videtur *Plaut. Mil.* 2. 3. 50. *Sce.* Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico. *Pa.* quid jam? *Sce.* quia luscitiosus. *Pa.* væ verbero! ædepol tu quidem cæcus, non luscitiosus. Agitur enim his *Plauti* verbis de eo, qui diu, et in media luce non videat. V. *Nusciciosum.*

LUSCITĬO, onis, f. vitium oculorum, de quo V. in voce præced.

LUSCITIŌSUS. V. *Lusciosus.*

LUSCUS, a, um, *blind of an eye, having but one eye, mope-eyed,* ἑτερόφθαλμος, altero oculo captus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 60. Cœnabo, inquit, *apud te,* huic lusco, familiari meo C. Sextio: *uni enim locum esse video.* *Martial.* l. 4. epigr. 65. Oculo Philænis semper altero plorat. Quo fiat istud quæritis modo? lusca est. *Juvenal.* sat. 10. vers. 228. ambos Perdidit ille oculos, et luscis invidet. *Id. de Annibale,* qui in Apennino alterum frigore amiserat, *ibid.* v. 157. O qualis facies, et quali digna tabella, Cum Getula ducem portaret bellua luscum! Quæ *Petrarca* vertit cap. 13. *Si ch' egli era, a vederlo, strano arnese, Sopra un grande elefante un duce losco.* [† *Drydenus*: *A sign-post dauber would disdain to paint The one-eyed hero on his elephant.*] ¶ Non dicitur *luscior, luscissimus,* quia natura nemo lusco magis est luscus. *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 43.

LUSĬO, onis, f. *a playing, diversion, recreation, game,* παιγνία, actus ludendi, ludus, lusus. *Cic. Q. Fr.* lib. 3. ep. 4. *sub fin.* Ducens mecum Ciceronem meum in ludum discendi, non lusionis. *Id.* 5. *de Fin.* c. 20. Pueri lusionibus vel laboriosis delectantur, ut ne verberibus quidem deterreri possint. *Id. de Senect.* c. 16. *sub fin.* Sibi habeant arma, equos, hastas, pilam, &c. nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant et tessens. *Id.* 1. *de Orat.* c. 16. Pilæ lusio.

LUSITĀNUS, a, um, ad Lusitaniam pertinens, quæ est una ex tribus Hispaniæ partibus in Occidentem, et Austrum vergens, ubi nunc maxime *the kingdom of Portugal.* Sed accuratius de ea Geographi, quos consule. *Plin.* l. 3. c. 1. dictam tradit a Luso Bacchi filio, vel a Lysa Bacchi comite. *Senec. in epigr. ad Cordub.* Non Lusitanus quateret cum mœnia latro, &c. *h. e.* Viriathus (de quo in *Epit. Livii* l. 52. Viriathus in Hispania primum ex pastore venator, ex venatore latro, mox justi quoque exercitus dux factus totam Lusitaniam occupavit.) *Sil.* l. 3. v. 354. Hos Viriathus agit, Lusitanumque remotis Extractum lustris. *Plin.* l. 15. c. 25. Lusitana cerasa. *Val. Max.* l. 9. c. 1. n. 5. Lusitana tela. ¶ *Lusitani, orum,* ipsi populi. *the Portuguese.* *Plin.* l. 4. c. 22. *Cic. in Bruto,* c. 23.

LUSĬTO, as, n. 1. *to play often,* ἀθύρω, frequent. a ludo. *Plaut. Capt.* 5. 4. 6. Aut coturnices dantur, quibuscum lusitent. *Gell.* l. 18. c. 13. Alea festiva et honesta lusitabamus.

LUSOR, oris, m. *a player,* παίκτης, qui ludit. *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 17. Necesse est, lusor bonus aliter pilam collusori longo, aliter brevi mittat. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 451. Sic, ne perdiderit, non cessat perdere lusor: Et revocat cupidas alea blanda manus. *Juvenal.* sat. 9. v. 61. cum lusore catello. [† Est qui legit, *conlusore.* Delphinum *puerorum collusorem* dixit *Plin. Epist.* 9. 33.] ¶ Item scriptor ludicrus. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 10. v. 1. Ille ego, qui fuerim, tenerorum lusor amorum, Quem legis, ut noris, accipe, Posteritas. *a writer of love-verses.* ¶ Item qui illudit, ac deridet, *a deceiver.* *Plaut. Amph.* 2. 2. 62. Te ut deludam contra lusorem meum.

LUSORĬE, per ludum. *Ulpian. Dig.* lib. 30. leg. 50. Si judex contra heredem pronuntiaverit, non agentem causam, sed lusorie agentem. *h. e.* colludentem cum adversario.

LUSORĬUS, a, um, *pertaining to play, lusory, lusorious,* παικτικὸς, ad lusum pertinens. *Plin.* l. 37. c. 2. Lusorius alveus cum tesseris. *a gaming-board, gaming-table.* *Id.* l. 7. cap. 56. Lusoria pila. *balls for playing with.* ¶ Item ludicer, jocularis. *sportive, in jest, harmless.* *Id. ibid.* c. 53. Lusoria quæstio. *Senec.* epist. 117. *a med.* Remove ista lusoria arma: decretoriis opus est. *weapons fit for exercising with and blunted at the end; foils.* *Id.* ep. 80. Lusorium spectaculum. *Id.* l. 7. *de benef.* cap. 30. Lusoriæ triremes. *fly-boats, spy-boats, cutters, yachts.* Sunt etiam *lusoriæ naves,* quas ad coercendas Barbarorum incursiones in fluviis limitaneis armatas habebant Romani: ita dictæ, quod ultro citroque luderent, seu discurrerent, speculandi causa. *Ammian.* l. 17. c. 2. (*al.* c. 4.) Lusoriis navibus discurrere flumen ultro citroque milites ordinavit. *Vopisc. in Bonoso,* c. 15. Cum in Rheno Romanas lusorias Germani incendissent. Adde *Codicis Theodos.* lib. 7. tit. 17. qui *de lusoriis Danubii* inscribitur. ¶ Item inanis, irritus, sine effectu. *Paul. Dig.* lib. 35. tit. 3. leg. 4. Lusorias minas alicui facere. *Id.* lib. 43. tit. 8. *in fin.* Alioquin inane et lusorium prætoris imperium fuerit. ¶ Lusorium nomen, fictum et inane. *Senec. de benef.* l. 5. cap. 8. Domi versura fit, et velut lusorium nomen, statim transit. ¶ *Lusorium* absolute est locus, ubi luditur. *a place to play in, a gaming-house; a place where public exhibitions are displayed.* *Lamprid. in Heliogab.* c. 25. Stravit sibi triclinium in summo lusorio. *h. e.* in amphitheatro, ubi ludicra eduntur. Sic *Lactant. de mortib. persecut.* cap. 21. Quid lusorium, vel delicias ejus referam.

[*LUSTRĀGO, inis, f. herba eadem ac hiera botane, verbenaca, columbina. *Apul. de herb.* c. 3.]

LUSTRĀLIS, le, *pertaining to purification, lustral,* ad lustrationem, et expiationem pertinens. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 73. Spargit aqua captos lustrali Graia sacerdos. *holy or lustral water.* *Liv.* l. 1. c. 28. Lustrale sacrificium. *a purifying sacrifice.* *Pers.* sat. 2. v. 33. salivis lustralibus expiare. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 414. lustralia vota. *Apul. in Apolog.* Lustrales hostiæ. *Senec. in Agam.* v. 163. Lustrale classi Doricæ peperi caput. *h. e.* quod expiaret classem Doricam. ¶ Item ad lustrum, seu quinquennale spatium pertinens. *relating to the period of five years.* *Ulpian. regular.* tit. 2. *de libertis.* Censu manumittebantur olim, qui lustrali censu, Romæ, jussu dominorum, inter cives R. censum profitebantur. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 4. Propinquo jam lustrali certamine. *celebrated at the end of every five years.* *Virg. Æn.* 8. vers. 182. Vescitur Æneas, simul et Trojana juventus Perpetui tergo bovis, et lustralibus extis. Ubi *Servius*: aut pinguibus: moris enim fuerat, completo lustro, pingues victimas offerre Censores: aut certe de quinquennali bove, id est perfectæ ætatis: aut quia per quinquennium ipsis victimis Urbs lustrari solebat. Alii proprie *lustralia* dicunt, quæ duabus manibus accepta in aram Pontifex, vel Censor imponit, quæ non prosecantur. Hæc *Serv.* Ceterum simplicius, et verius *lustralia exta* intelliges, quæ sunt e victima lustrationis gratia mactata. ¶ *Lustrale aurum* est pecunia, quæ quinto quoque anno pendebatur a mercatoribus rerum minutarum, lenonibus, meretricibus, feneratoribus, et hujusmodi. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 347. n. 4. P. Ælio T. F. auri lustralis coactori. Huc pertinet *lustralis collatio,* quæ est inscriptio *tituli primi* lib. 13. *Cod. Theodos.*

LUSTRĀMEN, inis, n. idem quod lustramentum. *Val. Flacc.* l. 3. vers. 442. Arma simul, vestesque virum, lustramina ponto Pone jacit. [† Cf. *Id.* l. 3. 409. et l. 6. 509.]

LUSTRAMENTUM, ti, n. purgatio, præsertim facta per sacrificium, aut veneficium, seu incantationem. *Martian. Dig.* l. 48. tit. 8. leg. 3. Si quis lustramenti causa dederit cantharides. Sed alii interpretantur ἀσέλγειαν, ἀφροδισιασμὸν, idest lasciviam, libidinem, incitamentum ad Venerem, a *lustrum,* quæ metaphorice dicitur de popinis, et lupanaribus.

LUSTRATĬO, onis, f. *an expiatory sacrifice, purification by sacrifice, lustration,* κάθαρσις, expiatio, purgatio per sacrificium. *Colum.* l. 2. c. 22. Quosdam desideraturos lustrationum, ceterorumque sacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem priscis usurpatum, &c. *Liv.* l. 40. c. 6. Lustrationis sacro peracto. ¶ Metaleptice sumitur pro circuitione, seu peragratione, περιπόλησις, *a going round, travelling over.* *Cic.* 2. *Phil.* c. 23. Quæ fuit ejus peragratio itinerum? lustratio municipiorum? *going round from city to city.* et 5. *Tuscul.* c. 27. Cursus et lustrationes ferarum.

LUSTRĀTOR, oris, m. qui obambulat, qui circuit, περιοδευτής. *Apul. in Apol.* Hercules lustrator orbis, purgator ferarum.

LUSTRĀTUS, a, um, *purified, expiated*, καθαρθείς, purgatus, expiatus. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 35. Exercitus lustratus. *Ovid. Metam.* 14. v. 605. Lustratum corpus ungere. *Liv. in fin.* c. 18. l. 3. Capitolium purgatum atque lustratum. *Flor.* l. 1. c. 13. *a med.* Civitas incendio expiata et lustrata. ¶ Item peragratus. *gone or passed over, surveyed. Horat.* l. 3. od. 25. v. 11. pede barbaro lustrata Rhodope. *Plin.* l. 6. c. 27. Tigris, lustratis montibus Gordyæorum, divisus in alveos duos, altero meridiem petit, altero, &c. *traversed, passed over.*

LUSTRICUS, a, um, καθαρτήριος, idem fere est, quod lustralis. Unde diem illum, quo infanti nomen imponebatur (*Nominalia* appellat *Tertull.*) lustricum diem vocarunt, quia eo infans lustraretur, hoc est religione purificaretur. *the day of purification, when the child was named.* Erat is dies octavus puellarum, nonus puerorum, ut scribunt *Festus, Arnob.* l. 3. p. 102. et *Macrob. Sueton. in Ner.* c. 6. Ejusdem futuræ infelicitatis signum evidens die lustrico exstitit. Adde *Macrob. Sat.* l. 1. c. 16. *a med.*

LUSTRIFICUS, a, um, idem quod lustralis. *Val. Flacc.* l. 3. v. 448. Cantus lustrificus. *a sacred song, or form of words, uttered in performing an expiatory sacrifice.*

LUSTRO, onis, m. qui in lustris bona absumit. *Catull. carm. penult.* tamen ipse est maximu' lustro. Al. aliter leg. [† *Doering.* habet *maximus ultor.*] *Nævius* apud *Fest.* in voce *Aleo:* Pessimorum pessime, audax, ganeo, lustro. Al. leg. *lurco.*

LUSTRO, as, avi, atum, a. 1. *to expiate, purify*, καθαίρω, ἁγνίζω, a scelere, cæde, funere, aliove quo piaculo, sacris faciendis, precibus, aliisque religiosis ritibus purgo, expio. Ritum lustrandi agros habes apud *Caton. R. R.* c. 141. *Virg.* 1. *Georg.* v. 338. *et sequentib.* et *Tibull.* l. 2. el. 1. quo pertinent, quæ in *Ambarvalis* dicta sunt. *to purify by offering an expiatory sacrifice, and leading the victim round the fields previously to its being killed.* Quo pacto lustrarentur oves Palilibus, docet *Ovid.* 4. *Fast.* v. 735. *et sequentib.* Quo more Macedones exercitum lustrarent *Liv.* l. 40. c. 6. et *Curt.* l. 10. c. 9. narrant. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 45. *ad fin.* In lustranda colonia ab eo, qui eam deduceret; et cum imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur. *Liv.* lib. 1. c. 44. Ibi instructum exercitum omnem suovetaurilibus lustravit. *Virg.* 6. *Æn.* v. 229. ter socios pura circumtulit unda, Spargens rore levi, et ramo felicis olivæ, Lustravitque viros. *purified by sprinkling with water. Tibull.* l. et el. 1. v. 25. Tunc vitula innumeros lustrabat cæsa juvencos. et eleg. 2. v. 61. lustrare aliquem tædis. et eleg. 5. v. 11. sulfure puro. *Ovid. Metam.* 7. v. 261. Terque senem flamma, ter aqua, ter sulfure lustrat. *Petron. in Sat.* c. 137. Cum digitos pariter extensos porris apioque lustrasset. *Virg.* 3. *Æn.* v. 279. Lustramurque Jovi, votisque incendimus aras. *we are purified by sprinkling, that we may sacrifice to Jupiter. Ovid.* 10. *Metam.* v. 398. Sive aliquis nocuit magico lustrabere ritu. ¶ *Lustrare exercitum* (quod fere fiebat initio expeditionis, antequam iretur in hostes) interdum exponitur recensere, recognoscere. *to review:* quia ante lustrationem inibat imperator numerum militum, ut sciret, quantis viribus rem esset gesturus. *Cic.* 5. *Attic.* ep. 20. In castra veni a. d. VII. cal. Septemb. a. d. III. exercitum lustravi apud Iconium. Adde *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 52. Hoc sensu *Vir.* 6. *Æn.* v. 679. Anchises convalle virenti Inclusas animas, superumque ad lumen ituras Lustrabat, studio recolens. ¶ Hinc translate ponitur pro observare, circumquaque adspicere. *to look round, survey. Virg.* 8. *Æn.* v. 152. ille os oculosque loquentis Jamdudum, et totum lustrabat lumine corpus. *Petron. in Satyr.* c. 11. Postquam lustravi oculis totam urbem. *Virg.* 2. *Æn.* v. 564. Respicio, et quæ sit me circum copia, lustro. *Id.* 11. *Æn.* v. 763. Lustrare alicujus vestigia. *h. e.* observare, et sequi. *to watch attentively, track, pursue. Cic.* 1. *Offic.* c. 17. *a med.* Cum omnia ratione animoque lustraris. *h. e.* consideraveris, perpenderis. *have weighed or considered.* Huc illa pertinent *Virg.* 4. *Æn.* v. 6. et lib. 7. v. 148. Postera Phœbæa lustrabat lampade terras Aurora. *enlightened. Id.* 4. *Æn.* v. 607. Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras. *surveyest, viewest, seest.* ¶ Significat etiam obire, circuire, peragrare, perrerare, videndi causa. *to go round, go through, traverse, wander over, visit*, quia in lustrandis hominibus et locis, circuire mos erat, et hostias circumferre. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 29. Pythagoras et Ægyptum lustravit, et Persarum magos adiit. *Propert.* l. 2. el. 18. v. 3. Nulla meis frustra lustrantur compita plantis. *Virg.* 3. *Æn.* v. 385. Et salis Ausonii lustrandum navibus æquor. *Id.* 9. *Æn.* v. 57. huc turbidus, atque huc Lustrat equo muros, aditumque per avia quærit. et lib. 10. v. 224. Agnoscunt longe regem, lustrantque choreis. *dance round him.* Rursus lib. 9. v. 96. lustrare pericula. *to view, go through, encounter.* De sideribus orbem suum conficientibus. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 20. *ad fin.* Mercurii stella anno fere vertente signiferum lustrat orbem. Adde *de Univers.* c. 9.

LUSTROR, aris, dep. 1. *to wench, frequent brothelhouses*, in lustris versor, scortor, πορνεύω. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 6. Luxuriantur, lustrantur, comedunt quod habent. *Id. Cas.* 2. 3. 29. Ubi fuisti? ubi lustratus? ubi bibisti? *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 277. Quem sumptum facis in lustris circum oppida lustrans.

LUSTRUM, i, n. *a den or haunt of wild beasts*, σπήλαιον, cubile ferarum in silvis, et præsertim aprorum, et suum, qui in lutosis locis degere solent, ut *Festus* docet. Videtur esse a λύω, lavo: vel a *lutum*, quod ab eadem radice est. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. *ante med. de suibus.* Admissuras cum faciunt, prodigunt in lutosos limites ac lustra, ut volutentur in luto, quæ est illorum requies, ut lavatio hominis. *Virg.* 2. *Georg.* v. 471. saltus ac lustra ferarum. et 3. *Æn.* v. 646. vitam in silvis, inter deserta ferarum Lustra domosque traho. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 370. lustra horrida monstris. et lib. 1. v. 105. Per lustra viasque visi Fauni. ¶ Translate dicitur de sordidis locis, in quibus ventri, aut libidini datur opera. *a petty tavern or pot-house; a bordel, brothel, stew.* Ab horum similitudine, inquit *Festus*, ii, qui in locis abditis et sordidis, ventri et desidiæ operam dant, dicuntur in lustris vitam agere. *Cic.* 13. *Phil.* c. 11. In lustris, popinis, alea, vino tempus ætatis omne consumere. *et pro Sext.* c. 9. Homo emersus subito ex diuturnis tenebris lustrorum ac stuprorum: vino, ganeis, lenociniis, adulteriisque confectus. *Id. post redit. in Sen.* c. 6. In lustris et helluationibus. *Plaut. Asin.* 5. 2. 17. Studere lustris. *Id. Cas.* 2. 3. 26. Jacere in lustra. (*pro* in lustris) *Id. Curcul.* 4. 2. 22. Lenones male suadendo, et lustris lacerant homines. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 68. Avaritiam et sordes, aut mala lustra alicui objicere. *Lucret.* l. 4. v. 1129. Desidiose ætatem agere, lustrisque perire. ¶ Pro ipsis turpibus exercitationibus, quæ in lustris habentur. *Cic. pro. Cœl.* c. 23. Domus, in qua lustra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia, atque flagitia versantur. *Id. Phil.* 2. c. 3. *sub fin.* Vino lustrisque confectus. *debauchery.* ¶ Interdum *lustra* sunt nemora, saltus, aliave loca sola. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 370. Ergo ubi Narcissum per devia lustra vagantem Vidit, &c. Adde vers. 146. Utrobique autem est qui legit *rura.* ¶ Præterea *lustrum* est expiatio, et lustratio publica populi, quæ, censu peracto, suovetaurilibus fiebat ab altero Censorum, ipso victimas feriente, prætexta induto, et coronato, καθαρμός. *a purifying sacrifice offered by one of the censors, after finishing the census or review of the Roman people, at the end of every five years.* Hoc sensu primam hujus vocabuli produci, ait *Festus*, h. e. quasi per *ou*, *loustrum* scribatur, proferri. Ducunt a *luo*, solvo, ut ex *Varrone* mox dicam. Hinc est *lustrum condere*, h. e. fine census sacrificium lustrationis peragere, populumque lustratum dimittere. *Liv.* l. 1. c. 44. Censu perfecto, edixit, ut omnes cives R. in campo Martio prima luce adessent. Ibi exercitum omnem suovetaurilibus lustravit: idque conditum lustrum appellatum, quia is censendo finis factus est. Millia LXXX. eo lustro civium censa dicuntur. *Id. sub fin.* cap. 24. lib. 3. Census, res priore anno inchoata, perficitur: idque lustrum ab origine urbis decimum conditum. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 66. Qui te ex ærariis exemit, lustrum condidit, et taurum immolavit. *Liv.* lib. 35. c. 9. Censores erant priore anno creati Sex. Ælius Pætus, et C. Cornelius Cethegus. Cornelius lustrum condidit. censa sunt civium capita CXLIII. millia DCCIV. *Id.* l. 38. c. 36. *in fin.* M. Claudius Marcellus, forte superato T. Quintio, lustrum condidit. *Id.* l. 42. cap. 10. Eo anno lustrum conditum est. Censores erant Q. Fulvius Flaccus, L. Postumius Albinus. Postumius condidit. ¶ Aliud est *censum agere*, aliud *lustrum condere*: illud enim censuram populi facere significat: hoc, ea perfecta, populum lustrare. Itaque aliquando factum est, ut census quidem fieret, lustrum vero, religione aliqua objecta, omitteretur. *Liv.* l. 3. c. 22. Census actus eo anno: lustrum propter Capitolium captum, consulem occisum, condi, religiosum erat. *Id.* l. 24. c. 43. Ne censores lustrum perficerent, mors prohibuit P. Furii. ¶ *Sub lustrum censeri* est in fine censuræ, quando prope adest, ut lustrum fiat. *Cic.* 1. *Attic.* ep. 18. *in fin.* Ne absens censeare, curabo edicendum. Sub lustrum autem censeri, germani negotiatoris est. Quare cura, ut te quamprimum videamus. Hoc dicit *Cicero*, quia negotiatores, cum plerumque Roma abessent, tardissimi omnium ad censendum adesse solebant. ¶ *Lustrum* aliquando est sacrificium, quod expiandi causa fit, etiam extra censuram. *Liv.* l. 45. c. 41. Quinto die Delphis Apollini pro me exercitibusque, et classibus lustra sacrificavi. *Al. leg.* vestris sacrificavi. ¶ Quia censura, et lustrum quinto quoque anno fieri solebat, sæpe *lustrum* quinquennii spatium significat, ut *Festus* docet, *the space of five years; a lustrum. Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 2. *ad fin.* Lustrum nominatum tempus quinquennale, a luendo, h. e. solvendo, quod quinto quoque anno vectigalia, et ultro tributa per censores persolvebantur. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 6. v. 27. Troja fuit lustris obsessa duobus. [† V. *Bilustris.*] *Id.* 3. *de ar. am.* v. 15. Est pia Penelope, lustris errante duobus, Et totidem lustris bella gerente viro. *Eumen. in gratiar. act. ad Constantin.* c. 13. Quinque annorum nobis reliqua remisisti, o lustrum omnibus lustris felicius! *Cic.* 6. *Attic.* ep. 2. *ante med.* Populi, nullo gemitu, publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil solverant, etiam superioris lustri reddiderunt. *h. e.* pecuniam pro locatione vectigalium, quæ in quinquennium locari solebant: qua de re *Ovid.* l. 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 45. Nunc longi reditus hastæ supponere lustri Cernet, et exacta cuncta locare fide. *Ascon. in Verr.* 3. c. 41. Neque census ejus in quinquennium illud esset factus, quorum annorum spatio instaurari census solet apud Censores, quorum administratio per lustrum, hoc est quinquennium extenditur. Ex *Plin.* l. 9. ep. 37. colligimus, etiam privatas locationes in singula lustra, seu quinquennia fieri consuevisse. ¶ Hactenus quinque annorum tempus *lustri* appellatione comprehenditur: et quidem completorum: alioquin male ætatis annos explicarent, qui eos per lustra designant, ut *Martial.* l. 10. epigr. 38. Vixisti tribus, o Calene, lustris. *supra dixerat* quindecim annis. et lib. 1. epigr. 102. Quarta tribus lustris addita messis erat. *Ovid. in Ibin*, v. 1. lustris jam bis mihi quinque peractis. Adde *ejusd.* loca de Troja, et Ulysse, modo allata, &c. [† *Horat. Od.* 2. 4. 24. Cujus octavum trepidavit ætas Claudere lustrum. *to complete the fortieth year of his age. Id. ibid.* 4. 1. 6. *Ovid. Trist.* 4. 10. 78. *Id. ex Pont.* 4. 6. 6. *Claudian. VI. Cons. Honor.* 391. *Auson. Epit. Hero.* 31.] ¶ Nihilominus etiam de quadriennio completo, et quinquennio incepto *lustrum* dicitur. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 163. Is (*C. Cæsar*) decies senos tercentum et quinque diebus Junxit, et e pleno tempora quarta die. Hic anni modus est. in lustrum accedere debet Quæ consummatur partibus, una dies. *Plin.* l. 2. cap. 47. Per singulas intercalationes uno die anticipantibus, rursumque lustro sequenti ordinem servantibus. *et in fi. ejus cap.* Et est principium lustri ejus, semper intercalari anno, Caniculæ ortu. ¶ A Domitiani tempore, cum jampridem lustra censoria fieri desierant, *lustrum* dici cœptum est certamen solemne, quod in honorem Jovis Capitolini, quinto quoque anno faciendum, ipse Domitianus duodecimo suo consulatu instituit, ut *Sueton. in ejus vita*, c. 4. et *Censorin. de die nat.* c. 18. *sub fin.* narrant. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 332. n. 3. L. Valerio L. F. Pudenti. Hic cum esset annorum tredecim, Romæ, certamine Jovis Capitolini, lustro sexto, claritate ingenii coronatus est, &c. *Stat.* l. 4. silv. 2. v. 60. *ad Domitian.* sæpe annua pandas Limina, sæpe novo Janum lictore salutes, Sæpe coronatis iteres quinquennia lustris. [Sed hoc licentia quadam poetica dictum videtur: nam lustra Capitolina annorum quatuor fuere, ut Græcorum Olympiades, quod probat *Morcellus de stilo Inscript. Latinar.* pag. 79. et 87.] ¶ *Ingens lustrum* apud *Martial.* est centum annorum spatium, quo peracto ludi fiebant sæculares, sicut peracto quinquennio fiebat certamen Capitolinum: lib. 4. epigr. 1. *de Domitiano.* Hic colat ingenti redeuntia sæcula lustro. *Sueton.* enim *in ejus vita*, c. 14. narrat, fecisse eum et ludos sæculares, computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat.

LUSUS, a, um, *deceived*, illusus, deceptus. *Cic.* 2. *de Fin.* cap. 1. Illum, et ceteros sophistas lusos videmus a Socrate. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 357. Veste deus lusus, fallentes lumina vestes Non amat. *Id. Heroid.* epist. 17. v. 45. Mater falsa sub imagine lusa. *Id. in Ibin*, v. 379. Ut quos obscuri lusos ambagibus oris Legimus infandæ Sphinga dedisse neci. ¶ Item ludendo, et animi causa factus. *Id.* 1. *Trist.* el. 9. v. 61. Scis, vetus hoc juveni lusum mihi carmen. et lib. 3. *de ar. am.* v. 318. Niliacis carmina lusa modis. *Nemesian. in Cyneg.* v. 91. Sit chlamys aurato multum subtemine lusa. *h. e.* in qua artifex ludens auro multa depinxerit, ut ait *Servius* ad illud *Virg.* 2. *Georg.* vers. 464. Illusasque auro vestes. Est qui mallet *fusa.*

LUSUS, us, m. *play, sport, disport, pastime, diversion, recreation; a game*, παίγνιον, παῖγμα, idem omnino quod *ludus:* solumque usu differt, quia de ludis publicis fere non usurpatur, neque *lusus facere*, sed *ludos* dicimus. *Colum.* l. 7. c. 12. *ad fin.* Catulos sex mensibus primis emitti non oportet, nisi ad matrem, lusus ac lasciviæ causa. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 556. Illas virgineis exercent lusibus undas Naides æquoreæ. *Id.* 2. *Amor.* el. 3. vers. 13. sunt apti lusibus anni. *h. e.* reb. Vener. V. *Ludo. Martial.* l. 4. epigr. 49. Nescis, crede mihi, quid sint epigrammata, Flacce, Qui tantum lusus illa, jocosque putas. V. *Ludus. Ovid.* 2. *Trist.* v. 483. Quique alii lusus (neque enim nunc persequar omnes) Perdere rem caram, tempora nostra, solent. *Augustus* apud *Sueton. in ejus vita*, c. 71. Ego perdidi viginti millia nummum, cum effuse in lusu liberalis fuissem. *Sueton. in Calig.* c. 41. Ne ex lusu quidem aleæ compendium spernens. *Plin.* l. 7. ep. 24. Laxare animum lusu calculorum. et epist. 9. Fas est et carmine remitti, non dico continuo et longo, sed hoc arguto, et brevi. Lusus vocantur: sed hi lusus non minorem interdum gloriam, quam seria, consequuntur. *Sueton. in Claud.* c. 21. Super quadrigarum certamina, Trojæ lusum exhibuit. *Senec. in Troad.* v. 778. Solemne referens Troici lusus sacrum. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 15. Regnum lusit sortiri. *h. e.* talis. *Quintil.* l. 5. c. 13. *a med.* Incidunt plerique in hoc vitium, dantque de se respondentibus venustissimos lusus. *h. e.* præbent occasionem, ut illudantur. *Gell.* l. 18. c. 13. Qui eum lusum luseramus. ¶ Pro ludo litterario. *Varr.* apud *Non.* cap. 2. num. 490. Pueri, qui spectant nundinum, ut magister dimittat lusum.

LUTAMENTUM, ti, n. *a mudwall, wall of mud or*

tiay, opus ex luto confectum, lutove oblitum. *Cato de R. R.* c. 128. Neque lutamenta scindent se.

LUTARIUS, a, um, *living in mud, lutarious*, qui in luto degit, ut Testudines lutariæ, apud *Plin.* l. 32. c. 4. ¶ Lutarius mullus, qui ex luto sibi pabulum petit, vilissimum ex omni mullorum genere. *fed on mud. Plin.* l. 9. c. 17.

LUTĀTUS, a, um, luto aspersus. *Lamprid. in Heliogab.* c. 14. Lutati tituli statuarum. *Pers.* sat. 3. v. 104. alto Compositus lecto crassisque lutatus amomis. *h. e.* delibutus.

LUTĔA. V. *Lūtum.*

LŬTENSIS, se, *of or pertaining to mud*, ad lutum pertinens, lutarius. *Plin.* l. 9. c. 27. Purpuræ, nomine alio pelagiæ vocantur. Earum genera plura, pabulo et solo discreta. Lutense putri limo, et algense enutritum alga: vilissimum utrumque.

LUTEŎLUS, a, um, *yellowish*, dimin. a *luteus. Virg. Ecl.* 2. v. 50. Mollia luteola pingit vaccinia caltha. *Colum.* l. 9. c. 4. Luteolæ violæ. *Id.* l. 12. c. 47. Oliva cum primum ex albo decoloratur, sitque luteola. *yellowish, of a pale yellow.*

LŬTESCO, is, n. 3. *to turn to clay, grow dirty*, πηλόομαι, luteus fio, et in luti morem mollesco. *Furius Antias* apud *Gell.* l. 18. c. 11. et *Non.* c. 2. n. 498. Sanguine diluitur tellus: cava terra lutescit. *Cæsell. Vindex ibid.* hanc vocem reprehendit, ut minus Latinam: sed defendit, probatque ipse *Gell.* multoque magis locus *Colum.* l. 8. c. *ult.* Litora, quæ limo cœnoque lutescunt, conchyliis magis, et jacentibus apta sunt animalibus.

LŪTĔUM, i, n. V. in *Lūtum.*

LŪTĔUS, a, um, *yellow, of the colour of gold, saffron, flame-coloured; of a light or pale yellow, yellowish, pale*, ὠχρὸς, μήλινος, colorem habens rufo dilutiorem, qualis in ovi vitello, in malo Cydonio, in auro, in aurora, in igne: flavus, croceus: a luto herba: vel a *luo*, lavo. *Gell.* l. 2. c. 26. Rubidus est rufus, atrore et nigrore multo mixtus: luteus contra rufus color est dilucidior. (*Al.* dilutior.) Unde ejus quoque nomen factum esse videtur. *Pers.* sat. 3. v. 95. lutea pellis. *h. e.* pallida. *Var.* apud *Non.* c. 16. n. 10. Arquatis lutea quæ non sunt, æque et lutea videntur. *Horat.* epod. 10. v. 16. Pallor luteus. *Tibull.* l. 1. el. 8. v. 46. Lutea palla. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 351. Lutea sulfura. *Plin.* l. 21. c. 4. Rosa in calycis medio complexa luteos apices. [† *Id.* 21. 6. Lutea viola. *the winter-gilliflower.*] *Id.* l. 10. c. 56. Gallinæ luteo rostro pedibusque. *Virg.* 7. *Æn.* v. 26. Aurora in roseis fulgebat lutea bigis. *Plin.* l. 24. c. 15. Color in luteum inclinatus. *Id.* l. 27. c. 13. Color in luteum languescens. ¶ *Luteum* absolute est ovi vitellus. *the yolk of an egg. Plin.* l. 30. c. 15. *circa med.* Lutea ex ovis quinque columbarum ex melle sorbere. ¶ Lutei coloris, inquit *Id.* l. 21. cap. 8. video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum feminis concessum. *Lucan.* l. 2. v. 361. Lutea demissos velarunt flammea vultus. *Catull.* carm. 60. *epithal.* v. 10. Hymenæo luteum soccum tribuit. ¶ *Lutea* est etiam chrysocolla nativa, luto herba tincta, et in lomentum servata. *Plin.* l. 33. cap. 5.

LŬTĔUS, a, um, *made of clay, or mud*, πήλινος, ex luto factus. *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 37. Defingit Rheni luteum caput. *Ovid. Fast.* 1. vers. 157. prodit hirundo, et luteum celsa sub trabe fingit opus. *Plin.* l. 7. c. 57. Luteum ædificium. ¶ Item luto aspersus, *splashed or bedaubed with mud. Id.* l. 30. c. 11. Gallina si sit luteis pedibus. ¶ Et universim illitus, obsitus. *smeared, set thick. Martial.* l. 11. epigr. 48. luteum ceromate corpus. (Sic lutatus amomis, apud *Pers.*) *Juvenal.* sat. 10. v. 132. Vulcanus luteus. *h. e.* illuvie et fuligine, ceu luto, oblitus. ¶ Translate vilis, nullius pretii. *Plaut. Trucul.* 4. 4. 1. Blitea et lutea est meretrix, nisi quæ in vino sapit ad rem suam. *a dirty drab; a nasty slut. Cic. Verr.* 6. cap. 14. Luteum negotium. *a sorry commodity; poor ware.* ¶ Est etiam e creta, seu argilla factus. *Martial.* l. 4. epigr. 46. Et crasso figuli polita cælo Septenaria synthesis Sagunti, Hispanæ luteum rotæ toreuma. *Prudent. Cathemer.* 3. vers. 41. homo luteus. *h. e.* Adam.

LŬTO, as, avi, atum, a. 1. *to cover or bedaub with clay*, πηλόω, luto aspergo, oblino. *Cato R. R.* c. 92. Granarium oblinito crasso luto: postea conspergito amurca omne, quod lutaveris. *Calpurn.* ecl. 5. v. 17. nidosque reversa lutabit hirundo. ¶ Item universim oblino, aspergo, commaculo. *Martial.* l. 14. epigr. 50. Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos. ¶ *Lūto, as*, frequentat. a *luo*, solvo, est *Varron.* apud *Non.* c. 2. n. 482.

LUTOR, oris, in Glossis exponitur ἡλιαστὴς, hoc est, qui insolat, *a fuller*: item πλύτης, h. e. qui lavat: utrumque autem ad fulloniam pertinet. In Vet. Lapide apud *Vulpium de vet. Latio*, habetur To. 7. pag. 97. M. Coilius M. F. Fab. Firmus patronus corp. Lutorum, &c. Adde alium pag. 111. et apud *Gudium* pag. 17. num. 2.

LUTŌSUS, a, um, *full of mud or clay, muddy, dirty*, πηλώδης, luto abundans, luto aspersus, cœnosus, lutulentus. *Plin.* l. 18. c. 19. Terram lutosam ne tangito. *Colum.* l. 2. c. 4. Nimius humor agros limosos lutososque reddit. *Id.* l. 12. c. 54. Rapa si sunt lutosa, detergito.

LUTRA, et Lytra, æ, f. *an otter*, ἔνυδρις, animal quadrupes, amphibium, e fibrorum genere, solaque cauda differens, quæ in fibris piscium est, in lutra similis animalium terrestrium. A quibusdam canis fluviatilis dicitur. *Plin.* l. 8. c. 30. *in fin.* et lib. 31. *cap. ult.* Ducit *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 13. a λύω, solvo. Lytra, inquit, quod succidere dicitur arborum radices in ripa, atque eas dissolvere: unde Lytra. Apud *Plin.* habetur *lutra.*

LŪTULENTUS, a, um, *full of clay, muddy, dirty, lutulent, turbid*, lutosus, luto aspersus. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 75. Lutulenta sus. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 434. diluvio tellus lutulenta recenti. *Id.* 3. *Amor.* el. 6. v. 95. lutulentus amnis. *Martial.* l. 9. epigr. 23. lutulenta mula. *Id.* l. 7. epigr. 66. lutulentum dicit, qui in palæstra ceromate se oblinit. ¶ Translate est spurcus, immundus, impurus. *filthy, dirty, nasty, vile. Plaut. Pœn.* 1. 1. 29. Lenone istoc non lutum est lutulentius. *Cic. in Pison.* c. 12. Ne tum quidem emersisti, lutulente Cæsonine, ex miserrimis naturæ tuæ sordibus. *Id. pro Rosc. Com.* c. 7. Persona illa (*lenonis*) lutulenta, impura, invisa in hujus moribus, natura, vitaque est expressa. *Id. in Pison.* c. 1. Pauci ista tua lutulenta vitia noveramus. ¶ Refertur ad genus dicendi. Unde *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 11. et sat. 10. v. 50. Lucilium ait fluere lutulentum, h. e. sordidis, et nimis vulgaribus verbis ac sententiis refertum: in quo tamen ab eo dissentit *Quintil.* l. 10. c. 1. *a med.* V. *Lucilius.*

LUTŬLO, as, avi, atum, a. 1. in luto verso, luto conspurco. Translate *Plaut. Trin.* 2. 2. 15. Eosdem lutulant, quos collaudant. *asperse, bespatter.*

LŪTUM, ti, n. *sive* Luteum, i, ἰσάτις, al. λυσιμάχιον, *woad*, herba in palustribus, et aquosis locis nascens, flore rufo vel aureo, cauliculos spargens cubitales, et cubito majores, quorum e geniculis folia exeunt gracilia, salicis foliis non dissimilia. Pannorum infectoribus in maximo usu est, qui cærulei coloris pannos ei incoquentes colorem viridem efficiunt. Nam ex flavi, cæruleique commixtione viridis color emergit. Olim etiam hac herba cæruleo subtrita chrysocollam adulterinam conficiebant. *Virg.* 4. *Ecl.* v. 44. Jam croceo mutabit vellera luto. *Tibull.* l. 1. eleg. 9. v. 52. non illi sontica causa est, Sed nimius luto corpora tangit amor. *h. e.* pallore, qui ad luteum colorem accedit. *Al. leg. luteo*, ut sit synæresis. *Vitruv.* lib. 7. c. 14. Herba, quæ lutum appellatur, cæruleum inficiunt. *Al. leg.* luteum. *Plin.* l. 33. c. 5. *de chrysocolla.* Luteam putant a luto herba dictam, quam ipsam cæruleo subtritam pro chrysocolla inducunt, vilissimo genere atque fallacissimo. ¶ Nuptarum flammea lutei coloris esse solebant, ut in *Luteus* dictum est. Quo pertinet illud *Virg. in Ciri*, v. 316. mori me velle negavi, Ut tibi Corycio glomerarem flammea luto. *h. e.* lutei coloris flammea pararem.

LŬTUM, ti, n. *clay, mire, mud, dirt*, πηλὸς, terra humore soluta, quæ et *cœnum* dicitur. V. *Cœnum.* Videtur esse a *lutum* supino verbi *luo*, lavo: sed primam corripit. *Cic.* apud *Plin.* l. 31. c. 4. In Narniensi agro siccitate lutum fieri, imbre pulverem. *Horat.* lib. 1. ep. 11. v. 11. Sed neque qui Capua Romam petit, imbre lutoque Aspersus, &c. *Juvenal.* sat. 14. v. 66. luto perfusa porticus. *Terent. Andr.* 4. 4. 38. Pervolvere quempiam in luto. *Cic.* 6. *Verr.* c. 24. In luto volutari. *Sueton. in Vespas.* c. 5. Luto opplere aliquem. *Cæs.* lib. 2. *B. Civ.* c. 9. Eam contabulationem lateribus lutoque constraverunt. et cap. 15. Crates luto integere. *Colum.* l. 12. c. 21. Urceus diligenter oblinitur luto paleato. ¶ *Pro luto esse* dicuntur, quæ vili pretio sunt. *as cheap as dirt. Petron. in fragm. Tragur.* c. 44. *Burm.* Illo tempore annona pro luto erat. et cap. 67. Mulieres si non essent, omnia pro luto haberemus. ¶ Dicitur et de creta, seu argilla figulari. *potter's clay. Tibull.* l. 1. el. 1. v. 31. Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis Pocula, de facili composuitque luto. *Martial.* l. 8. epigr. 6. Ficta Saguntino cymbia malo luto. ¶ Hinc translate *Juvenal.* sat. 14. v. 34. quibus arte benigna, Et meliore luto fixit præcordia Titan. *of better clay.* et *Pers.* sat. 3. v. 23. Udum et molle lutum es: nunc nunc properandus et acri Fingendus sine fine rota. *soft and yielding clay.* Hæc autem referuntur ad Prometheum, a quo primum hominem e luto fictum fuisse fabulantur: vel universim ad quemcumque figulum. ¶ Item de haphe athletarum. *Senec.* ep. 88. *ante med.* Luctatores, et totam oleo ac luto constantem scientiam expello. ¶ Est *lutum* vilis impurive hominis convicium. *Cic. in Pison.* c. 26. O tenebræ, o lutum, o sordes! *stinkard! Plaut. Mostell.* 5. 2. 45. Verberibus cædere, lutum, pendens. Adde *Pers.* 3. 3. 2. et *Catull.* carm. 42. *in quandam*, v. 13. ¶ *Hærere*, aut *esse in luto* dicitur, qui aliqua est difficultate implicitus, unde se expedire non potest. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 27. Nunc homo in medio luto est: nomen nescit. *Id. Pers.* 4. 3. 66. Neque mihi haud imperito eveniet, tali ut in luto hæream. *Terent. Phorm.* 5. 2. 15. In eodem luto hæsitas. *you stick in the same bog; you are in the same scrape yourself.* ¶ In plur. numero *Cic. in fragm. epist.* apud *Non.* c. 3. n. 132. Luta et limum aggerebant. ¶ *Lutus* masculin. *Claud. Quadrigar.* apud *Non. ibid.* Imbri lutus erat multus. *Vet. Lap. in Veron. illustr.* par. 1. pag. 359. n. 33. et apud *Gruter.* pag. 903. n. 1. P. Atinius L. F. Fab. hic situs est. Si lutus, aut pulvis tardat te forte, viator, &c.

LUTUS, ti, m. V. in fi. vocis præced.

LUX, cis, f. *light, sheen*, φῶς, lumen, splendor, claritas. Scribit *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. *a med.* Veteres Græcos λύκην vocasse primam lucem diei, quæ solis exortum præcedit: tum ipsum solem λύκον appellasse: Itaque inde *lucem* dictam putari. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 3. *in fin.* Cum id solis luce videatur clarius. *Virg.* 2. *Æn.* v. 694. Stella facem ducens multa cum luce cucurrit. ¶ *Lucem facere* dicuntur Saturno sacrificantes, id est capita detegere. *Festus*, qui alibi docet ei deo morem fuisse apertis capitibus supplicare. ¶ Item splendor, qui e nitidis rebus effluit. *splendour, brightness, brilliancy. Lucret.* l. 4. v. 1119. grandes viridi cum luce smaragdi. *Plin.* lib. 37. c. 7. Lucem non emittentes gemmæ. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 486. parmæ luce coruscus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 470. luce coruscus aliena. *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 124. Lux ferri. *Id. Achill.* 1. v. 305. Lux genarum. *Manil.* l. 5. v. 258. Tyrias imitata papavera luces. *h. e.* colores. ¶ *Luces* pro stellis. *Cic. in Arat.* v. 96. Illæ, quæ fulgent luces ex ore corusco. ¶ Sæpe refertur ad diem. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 64. Si ad te bene ante lucem venisset. *before daylight.* et lib. 3. *Offic.* c. 31. et 4. *Attic.* ep. 3. *a med.* Metellus cum prima luce in campum currebat. *at daybreak.* et *Sueton. in Cæs.* c. 31. Tandem ad lucem duce reperto. *about the dawn.* et *Liv.* l. 1. c. 44. et *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 22. Prima luce adesse. *at break of day. Virg.* 9. *Æn.* v. 153. et *Cic.* 3. *Offic.* c. 24. Luce, palam in foro saltare. *in open day.* et *in Pison.* c. 10. Arma in templum Castoris luce, et palam comportare. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 22. *in fin.* Multa luce revecti hostes. *the day being considerably advanced. Curt.* l. 7. c. 11. *a med.* Stratis passim corporibus in lucem quieverunt. *until morning. Virg.* 4. *Georg.* v. 490. luce sub ipsa. *h. e.* cum prope esset, ut ex Inferis, ubi perpetua est nox, cælum, diemque videret. ¶ Pro ipso die. *the day, daytime. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 36. Luce noctem, nocte lucem exspectatis. *in the daytime. Ovid. Heroid.* ep. 13. v. 104. Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis. *Id.* 2. *Metam.* v. 802. anxia nocte, Anxia luce gemit. *Cic. pro Mil.* c. 35. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii. *Virg.* 10. *Æn.* v. 244. Crastina lux. *the morrow, to-morrow. Ovid. in Ibin*, v. 219. Lux natalis. *a birthday. Id.* 3. *Fast.* v. 397. His etiam conjux apicati cincta Dialis Lucibus impexas debet habere comas. ¶ *Lux æstiva* apud *Virg.* 4. *Georg.* v. 52. tempus æstatis designat: *brumalis* apud *Ovid.* l. 1. *Trist. el. ult.* v. 39. hiemis. ¶ Sæpe etiam refertur ad vitam. *Cic. pro Mil.* c. 3. Negant intueri lucem esse fas ei, qui a se hominem occisum esse fateatur. *that he ought not to live, who*, &c. *Id. pro Quint.* c. 23. Aliquem communi luce privare. *Id. Verr.* 7. c. 29. *a med.* Lucis usuram dare alicui. *Id. pro Rosc. Amer.* cap. 22. Ut propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissime luce privarit. *Id. de Harusp. resp.* c. 27. Suscipi in lucem. *to be born.* ¶ Et sæpe pro vita ponitur. *life. Virg.* 4. *Georg.* v. 255. Corpora luce carentum. *Id.* 4. *Æn.* v. 31. O luce magis dilecta sorori. *Sil.* l. 17. v. 473. Regia cum lucem posuerunt membra. *h. e.* cum rex moritur. *Id.* l. 16. v. 538. patriumque petebant Orbati solium lucis discrimine fratres. *at the hazard of their lives.* ¶ Hinc *lucem afferre* est opem, auxilium, et quasi vitam afferre. *Cic. pro leg. Manil.* cap. 12. Pro dii immortales! tanta ne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre reipubl. potuit? *succour, help, save. Id.* 1. *Phil.* c. 2. Lux quædam videbatur oblata, non modo regno, sed etiam regni timore sublato. *Id.* 1. *de Orat.* c. 4. *extr.* Civibus lucem ingenii et consilii porrigere. ¶ Dicitur et de oculis, aut visu. *the eyes, sight. Stat.* 11. *Theb.* v. 585. effossæ squalent vestigia lucis. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 197. damnum lucis ademptæ. *Rutil. in itin.* l. 1. v. 166. Non possum sicca dicere luce, vale. *without shedding tears.* ¶ Item de publico civium convictu. *Cic. de Senect.* c. 4. Nec vero ille in luce modo, atque in oculis civium magnus, sed intus domique præstantior. *Id. in Bruto*, c. 8. Isocrates forensi luce caruit, intraque parietes aluit gloriam. *Id. Q. Fr.* l. et ep. 1. c. 2. Istam virtutem non latere in tenebris, neque esse abditam, sed in luce Asiæ, in oculis clarissimæ provinciæ, atque in auribus omnium gentium esse positam. *Id. de Harusp. resp.* c. 23. Lucem non aspicere, carere publico. *to withdraw himself from the public eye, live in a retired manner. Id.* 4. *Acad.* c. 19. Res occultas aperire, in lucemque proferre. *et pro Deiot.* c. 11. Deiotarus vestram familiam abjectam et obscuram, e tenebris in lucem vocavit. *has made known, brought into notice, rescued from obscurity.* ¶ Item universim de omni eo, quod exornat, illustrat, et decorat. *Cic. Catil.* 4. c. 6. Videor mihi hanc urbem videre, lucem orbis terrarum, subito incendio concidentem. *the mistress of the world. Id.* 2. *de Orat.* c. 9. Historia testis temporum, lux veritatis. *Id.* 1. *de Orat.* c. 34. Illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. *Id.* 4. *Acad.* c. 8. *a med.* Ratio, quasi quædam lux lumenque vitæ. *Plin.* l. 17. c. 5. Cicero, lux doctrinarum altera. *scil.* post *Homerum* quem paulo ante laudavit. *Sil.* l. 8. v. 248. Atque illi sine luce genus, surdumque parentum Nomen. *nobility, noble extraction.* ¶ *Luce clarius* esse dicitur, quod manifestissimum est. *evident, manifest, as clear as the sun at noonday. Cic.* 1. *Catil.* c. 3.

Luce sunt clariora nobis tua consilia omnia. *et pro Cal.* c. 2. *extr.* Signis omni luce clarioribus crimina refellere. et 1 *de Divin.* c. 3. *extr.* Id solis luce videtur clarius. ¶ Habet locum in blandis appellationibus. *Cic.* 14. *Fam.* ep. 2. Mea lux, meum desiderium. *my light! my life! Ovid. Trist.* l. 3. el. 5. v. 52. Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero. *Plaut. Mil.* 4. 8. 34. Lux, salve. *my dear!* ¶ Cum ad diem refertur, nonnunquam in ablat. *luci* habet pro *luce*: idque et mascul. genere reperitur. *Cic. Phil.* 12. c. 10. Quis audeat luci? quis in militari via? *Plaut. Cas.* 4. 2. 7. Properate, ut veniamus luci. *Id. Merc.* 2. 1. 31. Ad portum hinc abii mane cum luci simul. *Id. Aulul.* 4. 10. 18. Luci claro deripiamus aurum matronis palam. *Non.* c. 3. n. 118. cum plerisque al. legit *luce claro*, quod non solum alio *Varronis* loco confirmat, sed etiam *Ciceronis* l. 3. *Offic.* (quæ verba eo toto libro non invenio) Et cum prior ire luce claro non queo. Sed et *in luci* pro *in luce*, h. e. cum lucet, dixit *Lucret.* l. 4. v. 235. V. *Luci.* ¶ Etiam *lucu* pro *luci* dixere. *Terent. Adelph.* 5. 3. 55. Cum primo lucu ibo hinc. Ubi *Donat.* Veteres dicebant *lucu* pro *luce*, pro sole ponentes. ¶ In genitivo plurali *lucum* ne, an *lucium* dicendum sit, dubitari etiam nunc ait *Plinius* apud *Charis.* l. 1. pag. 13. *Putsch.*

LUXĀTŪRA, æ, f. *a disjointing, luxation*, στρέμμα, ossis e loco motio. *Martial. Empir.* c. 36. *in fine.*

LUXĀTUS, a, um, *put out of joint, dislocated, disjointed, luxated, luxed*, ἐξαρθρος, loco suo emotus: et dicitur fere de ossibus. *Cato R. R.* c. 157. *ante med.* Luxatum si quod est, sanum faciet. *Senec.* epist. 104. *circa med.* Fregit aliquis crus, aut extorsit articulum? advocat medicum, ut fracta pars jungatur, ut luxata in locum reponatur. *Plin.* l. 30. c. 9. Articulis luxatis præsentaneum est sevum. *Id.* l. 31. c. 6. *sub fin.* Luxata corpora natando facillime in artus redeunt. *Id.* l. 8. c. 45. Luxata cornua. ¶ *Luxata machina*, soluta, disjecta. *loosened, loose. Plin.* l. 36. c. 15. *a med.* Populus R. periturus momento aliquo luxatis machinis. *h. e.* in versatili theatro sedens.

LUXO, as, avi, atum, a. 1. *to disjoint, dislocate, put out of joint, luxate, loosen, put out of its place*, ἐξαρθρέω, loco moveo: et dicitur de ossibus, quorum capita sua sede moventur: item de rebus aliis, quæ a naturali statu seu rigore solvuntur, aut flectuntur. *Plin.* l. 17. c. 24. *circa med.* Cum subarator imprudens luxavit vitium radices, corpusve desquamavit. et cap. 14. *circa med. de insitione.* Calamus ad corticem usque suum deprimatur: ne luxetur, dum deprimitur. *Prudent. Cathemer.* 2. v. 78. Luxante claudus poplite, Femurque victus debile. *Al. leg.* lapsante.

LUXOR, aris, atus sum, luxurior, in luxu ago. *Festus:* Luxantur a luxu dictum, id est luxuriantur. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 6. Luxantur, lustrantur, comedunt quod habent. Plerique alii leg. *luxuriantur.*

LUXŪRĬA, æ, *et* Luxuries, ei, f. *luxury, excess, riot, profusion, extravagance, waste*, ἀσωτία, nimia rerum, quæ ad victum cultumque pertinent, abundantia, profusio sumptuum in deliciis, et superfluis rebus comparandis, mollis et delicata vita, unde mores corrumpuntur. A *Plin. in Paneg.* c. 44. *in fin.* frugalitati opponitur. *Terent. Heaut.* 5. 1. 72. Animus, qui nunc luxuria et lascivia diffluit. Ubi *Donat.* Luxuria a luxu, idest superfluitate derivatur: lascivia autem designat quandam petulantiam, et importunitatem, exsultando, et delectando in sua turpitudine. Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Asiatico, domitis Antiocho et Gallis, in urbem invecta est, *Livio* teste l. 39. c. 6. quem consule, satis eo loco, quid *luxuriæ* nomine veniat, edocentem. Narrant *Gell.* l. 4. c. 8. et *Valer. Max.* l. 2. c. 9. n. 4. P. Cornelium Rufinum a C. Fabricio Censore Senatu motum ob luxuriæ notam, quod decem pondo libras argenti facti haberet. *Plaut. in prol. Trinum.* Inopiam Luxuriæ filiam facit. *Vellei.* l. 2. c. 33. Lucullus profusæ hujus in ædificiis, convictibusque et apparatibus luxuriæ primus auctor fuit. *Lucan.* l. 4. v. 373. o prodiga rerum Luxuries, nunquam parvo contenta paratu. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 27. *sub fin.* In urbe luxuries creatur: ex luxuria exsistat avaritia, necesse est; ex avaritia erumpat audacia. *Id. Agrar.* 1. c. 7. Luxuries Annibalem ipsum Capuæ corrupit. *Id. pro Mur.* c. 36. Odit populus R. privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profusas epulas, &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 14. De luxuria, purgavit Erucius, cum dixit, hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuisse. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 15. Nullum aditum esse ad eos mercatoribus: nihil pati vini, reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri. *Cic.* 1. *Offic.* c. 30. Diffluere luxuria, et delicate ac molliter vivere. et cap. 34. Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est: sin autem libidinum etiam intemperantia accesserit duplex malum est. *Id. pro Cœl.* c. 23. Domus, in qua lustra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia versantur. *Nep. in Cat.* c. 2. Luxuriam, quæ incipit pullulare, reprimendam. *Id. in Phoc.* c. 1. *extr.* Nolo meis impensis illorum ali augerique luxuriam. *Id. in Dione*, c. 6. Aliquem a perdita luxuria ad virtutem revocare. ¶ Dicitur translate de nimia germinum ubertate et redundantia, *rankness, superfluity, luxuriance. Virg.* 1. *Georg.* v. 112. Luxuriem segetum tenera depascit in herba. et vers. 191. si luxuria foliorum exuberat umbra. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 23. In oratione interdum, ut in herbis rustici solent dicere, in summa ubertate inest luxuries quædam, quæ stilo depascenda est. *Plin.* l. 17. c. 22. Novellus palmes proximo anno materiam daturus, si vitis luxuria se consumpserit. ¶ Apud *eund.* c. 1. l. 9. luxuria humoris est abundantia et fecunditas aquarum, ex qua fit, ut major sit aquatilium animalium, quam terrestrium copia. ¶ In pecudibus est nimius ardor, et exsultantia ex otio, et copia cibi. *wantonness. Val. Flacc.* l. 7. v. 65. *de tauris.* his rabiem nunc nostra senectus, Luxuriemque dedit. ¶ *Luxurii* in genit. pro *luxuriei* dixit C. *Gracchus* apud *Gell.* l. 9. c. 14.

LUXURĬO, as, avi, atum, n. 1. *et* Luxurior, aris, atus sum, dep. 1. *to give one's self up to luxury, indulge in luxurious habits, be wanton or licentious, riot, grow insolent*, ἀσωτεύομαι, luxuria diffluo, luxuriose ago, nimios in victum, et cultum sumptus facio, unde exsistit audacia, et insolentia. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 191. Hanc faciem largis sine fine paratibus uti, Deliciisque decet luxuriare novis. *Liv.* l. 1. c. 19. Ne luxuriarentur otio animi, quos metus hostium, disciplinaque militaris continuerat, deorum metum injiciendum ratus est. *Flor.* l. 2. c. 15. Ne, metu ablato æmulæ urbis, luxuriari felicitas Urbis inciperet. *Curt.* l. 10. c. 7. *a med.* Si multitudo nova libertate luxuriat. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 437. Luxuriant animi rebus plerumque secundis: Nec facile est æqua commoda mente pati. *Id. Metam.* 7. de Æsone sene in juvenem recocto, vers. 290. abeunt pallorque, situsque, Adjectoque cavæ supplentur sanguine venæ: Membraque luxuriant. *are invigorated*, succo et viribus redundant. *Gell.* de homine præpingui et corpulento, *in fin.* l. 7. Non omnino inculpatum neque indesidem fuisse, cujus corpus in tam immodicum modum luxuriasset, exuberassetque. *Virg.* 3. *Georg.* v. 81. *de equo.* Luxuriatque toris animosum pectus. *h. e.* abundat. *swells. Id.* 11. *Æn.* v. 496. *item de equo.* Emicat, arrectisque fremit cervicibus alte Luxurians. *h. e.* lasciviens, et exsultans. *exulting.* Sic *Valer. Flacc.* l. 6. v. 613. stabulis qualis leo sævit opimis Luxurians, spargitque famem. et *Ovid.* 1. *Fast.* v. 156. Ludit et in pratis, luxuriatque pecus. *frisks. Stat.* 2. *Theb.* v. 676. sanguine multo Luxuriata fames. *h. e.* per luxum satiata. ¶ Transfertur ad terram pinguem, nimis fecundam, et ad arbores, plantasque frondibus foliisque exuberantes, *to be luxuriant or exuberant, be superfluously plenteous. Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 53. Jam seges est, ubi Troja fuit, resecandaque falce Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus. et 4. *Fast.* v. 644. ager assidua luxuriabat aqua. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 359. Mens erit apta capi tunc, cum lætissima rerum, Ut seges in pingui luxuriabit humo. *Colum. de arborib.* c. 11. Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato. *that they be not too luxuriant; that they grow not too rank. Plin.* l. 19. c. 6. *a med.* Caules depressi in terram obruuntur: ita cavetur, ne in frondem luxurient. *Id.* l. 16. c. 25. Arbores vere variis colorum picturis in certamen usque luxuriant. ¶ Hinc translate *Liv.* l. 23. c. 12. *a med.* Vereor, ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis, et vana evadat. *h. e.* in vanum gaudium, tanquam in folia sine ullo fructu utilitatis publicæ, desinat. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 1. v. 43. Nec tamen, ut lusit, rursus mea littera ludet: Sit semel illa meo luxuriata malo. *h. e.* nimis fecunda fuerit in conscribendis amatoriis versibus. ¶ Refertur etiam ad ingenium, et dicendi facultatem. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 122. Luxuriantia compescet, nimis aspera sano Levabit cultu. *luxuriant, florid. Plin.* l. 17. c. 2. Luxuriantis ingenii fertilitas. ¶ Cum accusativo. *In fragm. Petron.* pag. 676. *Burm.* famuli In testa mersas luxuriantur opes. *h. e.* in compotationibus absumunt. Al. aliter leg.

LUXURĬŌSE, *luxuriously, sumptuously*, ἀσώτως, cum luxu, profuse, molliter. *Cic. pro Cœl.* c. 6. Cum tristibus severe, cum remissis jucunde, cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriose vivere. *Cato* apud *Gell.* l. 7. c. 3. Ne hæc lætitia nimis luxuriose eveniat. *h. e.* luxum, atque insolentiam pariat. *Sallust. in Catil.* c. 11. Sulla exercitum, quem in Asia ductaverat, quo sibi fidum faceret, contra morem majorum, luxuriose nimisque liberaliter habuerat. *Nep. in Pausan.* c. 3. Epulabatur more Persarum luxuriosius, quam qui aderant, perpeti possent. *Colum. in proœm.* Luxuriosius fercula struere. *Augustin. de morib. Eccl. Cathol.* c. 34. Luxuriosissime bibere.

LUXURĬŌSUS, a, um, *luxurious, riotous, excessive, wasteful, prodigal, extravagant, expensive*, ἄσωτος, luxui deditus, immodicus in sumptibus, deliciis nimis indulgens, excedens modum in epularum apparatu, in vestibus, in ædibus, &c. atque adeo mollis, delicatus, intemperans. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 7. *ad fin.* Reprehendere luxuriosos ob eam ipsam causam, quod ita vivant, ut persequantur cujusquemodi voluptates. *Id.* 2. *Phil.* c. 27. Multa et lauta supellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. *Nep. in Alcib.* c. 1. Idem, simul ac se remiserat, luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur. *Cic. in Pison.* c. 27. Nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius. *Colum.* l. 8. c. 16. Circumfertur Philippi, velut urbanissimum, quod erat luxuriosissimum dictum, atque factum. *Sallust. in Jug.* c. 100. Luxurioso otio esse. *Justin.* l. 11. c. 10. Luxuriosa convivia, et magnificentiam epularum sectari. *Ovid. de remed. amor.* v. 746. Divitiis alitur luxuriosus amor. *h. e.* magnis sumptibus gaudens. (Adde 6. *Fast.* v. 172.) *Varr.* apud *Non.* c. 14. n. 33. Vestitus delicatior ac luxuriosus. *h. e.* magno sumptu paratus. *C. Memmius* apud *Serv. ad Æn.* 1. v. 165. Inque luxuriosissimis Asiæ oppidis consedisse. *h. e.* omni copia, atque adeo luxu affluentibus. ¶ Transfertur ad herbas et plantas, cum nimia foliorum et frondium ubertate exsuperant, *exuberant, rank, luxuriant. Cic. in Orat.* c. 24. Lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. *Colum.* l. 5. c. 6. *ad fin.* Vitis valida, et luxuriosa. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 689. *de segete.* Et neque deficiat macie, neque pinguior æquo, Divitiis pereat luxuriosa suis. ¶ *Luxuriosa lætitia* apud *Liv.* l. 2. c. 21. est insolens, superba, plena audaciæ, *wanton, insolent.* nam ex luxu et delicata vita insolentia nascitur, et superbia.

LUXUS, us, m. *luxury, excess, riot*, ἀσωτία, idem quod luxuria, vitium animi soluti, et immodici in comparandis quacumque impensa rebus ad victum et cultum pertinentibus, mollitiei ac deliciarum causa: item ipsa copia rerum immodico pretio coemptarum. *Terent. Adelph.* 4. 7. 42. Domus sumptuosa, adolescens luxu perditus. *Cic.* 5. *Verr.* c. 25. *a med.* Nisi forte existimatis, eum in vino ac luxu non risisse, qui nunc in periculo atque exitio suo risum tenere non possit. *Sallust. in Catil.* c. 57. Luxu atque desidia corrupta civitas. *Id. in Jug.* c. 6. Non se luxu, neque inertiæ corrumpendum dedit. (pro *luxui.* Sic *Tacit.* 3. *Ann.* c. 34. *a med.* Sexum natura invalidum deseri, et exponi suo luxu cupidinibus alienis. *et lib. Hist.* 2. c. 71. Luxu, et saginæ mancipatus.) *Sallust. in Jug.* c. 2. Per luxum et ignaviam ætatem agere. *Virg.* 4. *Æn.* v. 193. hiemem luxu fovere. *with dancing and making merry Quintil.* l. 3. c. 8. *ante med.* Neminem adeo solutum luxu puto, ut nihil in causa suadendi sequatur præter voluptatem. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 35. luxus populator opum ¶ Apud *Sueton. in Ner.* c. 29. de turpi voluptate dicitur, *debauchery.* Adde *Tacit.* 4. *Hist.* c. 14. [et *Virgil. Æn.* 4 v. 193. *de Ænea et Didone.* Nunc hiemem inter se luxu, quam longa, fovere.] ¶ In plur. numero *Lucan.* l. 10. v. 109. Explicuitque suos magno Cleopatra tumultu, Nondum translatos Romana in sæcula luxus. *h. e.* suas copias, et apparatus. *Sil.* l. 11. v. 402. Combibat illapsos ductor per viscera luxus. *h. e.* delicias Campaniæ. ¶ Aliquando in bonam partem accipitur, pro generosis sumptibus, magnificentia, et copia, quæ ingenuum hominem, et prædivitem decet. *sumptuousness, costliness, splendour, magnificence. Virg.* 1. *Æn.* v. 641. At domus interior regali splendida luxu Instruitur. et lib. 6. v. 604. epulæque ante ora paratæ Regifico luxu. *Tacit. Ann.* 16. c. 18. Habebaturque non ganeo et profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu. ¶ Est etiam luxatura, *a luxation. Apul. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) Articulus loco concessit, exque eo luxu adhuc fluxus est.

LUXUS, a, um, *disjointed, dislocated, luxated, luxed*, loco motus, luxatus. *Festus:* Luxa membra, e suis locis mota et soluta. *Sallust. in fragm.* apud *Probum in Catholic.* pag. 1476. *Putsch.* Luxo pede. *Marcell. Empir.* c. 36. *ad fin.* Emplastrum utile ad luxa, vel fracta. [*Cato R. R.* c. 160. Luxum si quod est, hac cautione sanum fiet. *Id. ibid.* Ad luxum, aut ad fracturam alliga, sanum fiet.]

LY

LYÆUS, i, m. *Bacchus; wine*, Λύαιος, unum ex Bacchi cognominibus: et sumitur etiam pro vino: a λύω, solvo, vel quia solvit et dissipat curas; vel quia solvit et enervat corpus; vel quia concordiam dissolvit, rixas excitando. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 11. Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyæumque. *Virg.* 4. *Æn.* v. 58. Legiferæ Cereri, Phœboque, patrique Lyæo. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 15. v. 17. Corniger increpuit thyrso graviore Lyæus. ¶ Pro vino. *Sil.* l. 3. v. 370. Tarraco vitifera, et Latio tantum cessura Lyæo. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 22. Uda Lyæo tempora. *Id. in fin.* epod. 9. Dulci Lyæo solvere curam *Ovid.* 2. *Amor.* el. 11. v. 49. apposito narrabis multa Lyæo. *Propert.* l. et eleg. 3. v. 43. multo mentem vincire Lyæo. ¶ Adjective *Virg. Æn.* 1. v. 690. Regales inter mensas, laticemque Lyæum.

LYCÆUS, i, m. Λύκαιος, mons editus Arcadiæ, celebris delubro Jovis, qui inde *Lycæus* cognominatus est teste *Plin.* l. 4. c. 6. Fuit etiam Pani sacer, et ipsius quoque cognomen, ut *Serv. ad* 8. *Æn.* v. 343. et 344. docet. Nomen habet ἀπὸ τῶν λύκων, a lupis, quibus abundabat olim, quos Panis præsidio accolæ credidere compesci, ne gregibus molesti essent: vel quod ibi homines in lupos præstigiis dæmonum verterentur, ut *Augustin.* l. 18. *de civ. Dei*, c. 17. scribit. *Virg. Ecl.* 10. v. 14. et gelidi fleverunt saxa Lycæi. ¶ Adjective *Virg.* 8. *Æn.* v. 344. Panos de more Lycæi. *Ovid. Metam.* 1. v. 698. redeuntem colle Lycæo Pan videt. et lib. 8. v. 317. Lycæum nemus. *Id.* 2. *Fast.* v. 424. Faunus in Arcadia templa Lycæus habet. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 533. Lycæus deus. *h. e.* Pan, vel Faunus. ¶ Quia Græce a λύκος sit λύκειος, multi Lyceus scribunt. *Dausqu.* retinet *æ* cum *Pausan.* in

Arcad. et *Strab.* l. 8. *sub fin.* ¶ De Lyceo gymnasio V. infra suo loco.

LYCAMBĒUS, a, um, Λυκάμβειος, ad Lycambem pertinens. Fuit autem Lycambes vir Lacedæmonius, qui cum filiam despondisset Archilocho poetæ, deinde alii tradidisset, virulentis ejus Iambis ad vitam laqueo finiendam adactus est. V. *Archilochus. Ovid. in Ibin*, v. 54. in te mihi liber Iambus Tincta Lycambeo sanguine tela dabit. (Adde *Martial.* l. 7. epigr. 11.) *Horat.* epod. 6. v. 13. Qualis Lycambæ spretus infido gener. Adde lib. 1. ep. 19. v. 30.

LYCĀON, onis, m. Λυκάων, Arcadiæ rex fuit, Titani, et Terræ filius, pater Callistus, quem Jupiter, quod aram suam in Lyceo monte, mactato puero, sanguine respersisset in lupum mutavit. *Pausan. in Arcadicis. Ovidius* tamen l. 1. *Metam.* v. 198. fabulam aliter tradit, nempe hospitio acceptum Jovem occidere voluisse, humanasque dapes ei præbuisse, et ab eo, fulmine prius ictis ejus ædibus, in lupum fuisse conversum. ¶ Apud *Pompon. Mel.* l. 3. c. 9. et *Solin.* c. 30. (*al.* 43.) *a med.* nomen est feræ apud Æthiopas e luporum genere (λύκος enim est lupus) cervice jubata, et tot modis variæ, ut nullum illum illi colorem dicant abesse.

LYCAŎNIS, idis, f. patronym. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 173. Cui dea, virgineos, perjura Lycaoni, cœtus Desere. *h. e.* Callisto Lycaonis filia. *Catull.* carm. 65. *de Coma Beren.* v. 66. Callisto juxta Lycaonida.

LYCAONĬUS, a, um, Λυκαόνιος, ad Lycaonem pertinens. *Ovid. in Ibin*, v. 433. Fœda Lycaoniæ repetes convivia mensæ: Tentabisque cibi fallere fraude Jovem. V. *Lycaon. Id.* 2. *Metam.* v. 496. Lycaonia parens. *h. e.* Callisto filia Lycaonis, mater Arcadis. *Id.* 3. *Fast.* v. 793. Lycaonia Arctos. *h. e.* eadem Callisto in sidus versa. V. *Arctos. Id.* 3. *Trist.* el. 2. v. 2. Lycaonius axis. *h. e.* septentrionalis, ubi Arctos est. *Claudian. de Consul. Mall. Theod.* v. 299. Lycaonia astra. *h. e.* idem sidus Arcti. ¶ Item ad Lycaoniam pertinens, quæ est regio Asiæ minoris, inter Cappadociam, Isauriam, et Ciliciam asperam. *Virg. Æn.* 10. v. 749. Lycaoniumque Erichaten.

LYCĒUM, i, n. Λύκειον, gymnasium celebre Athenarum, extra urbem situm, templo Apollinis, aquæductu, platanis, ambulacris, aliisque ornamentis instructum: dictumque a quodam Lyco Pandionis filio: exstructum autem a Pisistrato, vel a Pericle. Ibi Aristoteles philosophiam publice docuit. Ad ejus similitudinem locum gymnasii in Tusculano suo Cicero Lyceum appellavit, ut est l. 1. *de Divin.* c. 5. et Adrianus Imp. in villa sua Tiburtina, ut *Spartian.* tradit *in ejus vita*, c. 26. De Lyceo plura *Meurs. de Athen. Attic.* l. 2. c. 3. ¶ Scribitur et *Lycium*, ut apud *Gell.* l. 20. c. 5. ¶ De Lyceo monte V. supra *Lycæus*.

LYCHNĪCUS, a, um, a *lychnus*. Apud *Hygin.* fab. 223. Lychnicus lapis idem est, ac Lychnites: atque ex eo scribit fuisse monimentum regis Mausoli.

LYCHNIS, idis, f. λυχνίς, genus rosæ nec odore, nec specie probabilis, Latine *rosa Græca* dictæ, nunquam excedentis quinque folia, violæ magnitudine, odore nullo. *Plin.* l. 21. c. 4. ¶ *Lychnis agria* herba est lino similis, radice nulla, flore hyacinthi, semine vituli narium: alio nomine antirrhinon. *the herb calve's snout. Id.* l. 25. c. 10. ¶ *Lychnis* item gemma colore ardenti, lucernam specie præferens, vel ad lucernam maxime fulgens. *Id.* l. 37. c. 7. ¶ *Lychnides puellæ* apud *Fulgent.* l. 1. *Mythol. in proœm. a med.* sunt lychnis, seu lucernis instructæ.

LYCHNĪTES LAPIS, *a kind of ruby*, λυχνίτης λίθος, marmor candidum e Paro insula: ita dictum, quoniam ad lucernas in cuniculis cædebatur, ut ex *Varrone* tradit *Plin.* l. 36. c. 4.

LYCHNĪTIS, itidis, f. λυχνῖτις, herba foliis ternis, aut cum plurimum quaternis, crassis, pinguibusque, ad lucernarum lumina aptis. *Plin.* l. 25. c. 10.

LYCHNOBĬUS, ii, λυχνόβιος, a λύχνος, lucerna, et βίος, vita, dicitur de eo, qui lucifuga est, et præpostere vivit, noctu vigilans, cœnans, ludens, lavans, munia sua obiens ad lucernam, diu vero stertens: *one who turns night into day, who works by night; a nightwalker, lurcher*: cujusmodi fuisse quendam Sp. Papinium, narrat *Senec.* epist. 122. ubi etiam hæc vox legitur, quam alii per i scribi mallent, a λίχνος, gulosus, liguritor.

LYCHNŪCHUS, i, m. *any thing that supports a lamp; a lantern, candlestick*, λυχνοῦχος, instrumentum ad lucernam sustinendam: a λύχνος, lucerna, et ἔχω, habeo. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 7. Hæc scripsi ante lucem ad lychnuchum ligneolum, qui mihi erat perjucundus. *Sueton. in Domit.* c. 4. Edidit venationes, gladiatoresque et noctibus ad lychnuchos. *et in Cæs.* c. 37. Elephantis lychnuchos gestantibus. *Plin.* l. 34. c. 3. Placuere et lychnuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium, lucentes. *lamps, lanterns.* Vetus lapis apud *Donium* class. 7. n. 9. Virgilius P. Virg. ser. ad lychn. H. S. E. [† V. in v. seq.] Vide *Sidon.* l. 2. epist. 10. post carmen.

LYCHNUS, i, m. *a lamp, candle, light, link*, λύχνος, lucerna: a λύειν νύχος, quod noctem et tenebras solvat. *Virg.* 1. *Æn.* v. 730. dependent lychni laquearibus aureis incensi. *Stat.* 1. *Theb.* v. 520. Ast alii tenebras et opacam vincere noctem Aggressi, tendunt auratis vincula lychnis. *Cic. pro Cœl.* c. 28. *ad fin.* Alia fori vis est, alia triclinii: alia subselliorum ratio, alia lectorum: non idem judicum, comissatorumque conspectus: lux denique alia est solis, et lychnorum. *Inscript.* apud *Donium* class. 7. n. 9. et *Murator.* pag. 934. n. 17. Virgilius P. Virg. ser. ad lychn. [† V. *Lychnuchus.*] Adde *Enn.* et *Lucil.* apud *Macrob.* 16. *Saturn.* c. 4. ex quo apparet, multo ante *Cicer.* apud Latinos Poetas, licet vox Græca sit, in usu fuisse.

LYCĬA, æ, f. Λυκία, regio Asiæ minoris, in parte meridionali, inter Pamphyliam, et Cariam: in qua Chimæra mons ignem eructans. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 339. Jamque Chimæriferæ cum sol gravis ureret arva Finibus in Lyciæ, &c. *Plin.* l. 5. c. 17. ¶ Dicta est a Lyco rege, Pandionis filio, ut *Pompon. Mela*, l. 1. c. 15. tradit: vel a Lyce Nympha, ex qua Apollo filium Lycadium suscepisse dicitur, ut *Serv. ad Æn.* 12. v. 516. A fertilitate eam laudant *Virg. Æn.* 7. v. 721. et *Ovid.* 6. *Metam.* v. 317. ¶ *Strabo* l. 12. ex *Homero* Lyciam alteram Trojæ vicinam in parte Troadis Septemtrionali ponit.

LYCIMNĬA, stagna sunt in Argolica regione Peloponnesi, ita dicta a vicino oppido. *Stat.* 4. *Theb.* v. 734.

LYCISCA, æ, *et* Lycisce, es, f. nomen canis apud *Virg.* 3. *Ecl.* v. 18. et *Ovid. Metam.* 3. v. 220. nempe a λύκος, lupus: vel quia lupi similis, vel quia ex lupo et cane genita, ut est apud *Eugen. Toletan.* carm. 22. [¶ Est etiam *lyciscus*, i, m. *Isidor.* l. 12. c. 2. Lycisci sunt, ut etiam Plinius ait, canes nati ex lupis et canibus, cum inter se miscentur. *wolf-dogs.* ¶ *Lycisca* est etiam nomen meretricis, in cujus locum sæpe succedebat Messallina Claudii imperatoris uxor. *Juvenal.* sat. 6. v. 123. Fortasse id nominis illi impositum fuit ad denotandam infamiam artis, quam profitebatur.]

LYCĬUM, ii, n. V. in fi. vocis sequent.

LYCĬUS, a, um, *Lycian*, Λύκιος, ad Lyciam pertinens. *Ovid.* 6. *Metam* v. 382. aliquis Lycia de gente. *Virg.* 8. *Æn.* v. 166. Lyciæ sagittæ. et lib. 11. v. 773. Spicula torquebat Lycio Gortynia cornu. et lib. 7. *in fin.* Lycia pharetra. (Lycii arcum et pharetram leviori pondere gestabant: erantque in ea re peritissimi.) *Id.* l. 4. v. 346. Lyciæ sortes. *h. e.* Apollinis oraculum, quod Pataris, Lycia urbe, celeberrimum fuit, opibusque, et responsorum fide Delphico simile, ut *Pompon. Mela*, l. 1. c. 15. loquitur. Unde *Lycius* cognomen est Apollinis. *Propert.* l. 3. el. 1. v. 38. Lycio vota probante deo. Sic *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 200. nec Lyciam supplex consultor adibit. (*Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. alias hujus cognominis origines affert: a λύκη, h. e. prima lux, quæ præcedit solis ortum: et a λύκος sol, item lupus: quia λυκοκτόνος Apollo habitus est.) *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 19. Lycia hasta. *h. e.* Sarpedonis Lyciæ regis, qui in auxilium Priami contra Græcos Trojam venerat cum fortibus copiis, quas *Horat. in fin.* od. 8. l. 1. Lycias catervas appellat. *Plin.* l. 5. c. 27. Lycium mare. *h. e.* quod Lyciam alluit. *the gulf of Satalia. Id.* l. 21. c. 6. Lycio croco secundam nobilitatem tribuit. ¶ Quia λύκος adjectivum parit λύκειος, etiam *Lycius* pænultimam producere potest. *Stat.* 10. *Theb.* v. 343. At patrias si quando domos, optataque, Pæan, Templa, Lycie, dabis, &c. ¶ Est genus spinæ, folio buxi, virgis tricubitalibus, quæ una cum radicibus tusæ, succoque expresso, varios habent in medicina usus. *boxthorn.* Hoc autem medicamentum *Lycium* dicitur tum a *Plin.* l. 24. c. 14. ubi plura de eo; tum a *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 30. *extr.* et l. 6. c. 7. sect. 2. l. 8. c. 6. et 9. quia ex Lycia optimum advehebatur.

LYCNOBĬUS. V. *Lucifuga.*

LYCŎPHOS, λυκόφως Græci dicunt, quod nos primum tempus lucis; dictum quasi λευκὸν φῶς, idest lumen candidum. *Fest.* et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. Alii dicunt a λύκη, de qua in *Lux* dictum est. [¶ *Lycophon* est herba eadem ac scelerata. *Apul. de herb.* c. 8.]

LYCOPHTHALMOS, i, m. λυκόφθαλμος, gemma est quatuor colorum, ex rutilo, et sanguineo; in medio nigrum candido cingente, ut luporum oculi, illis per omnia similis: a λύκος, lupus, et ὀφθαλμός, oculus. *Plin.* l. 37. c. 11.

LYCOPSIS, is, f. *garden bugloss or hounds-tongue*, λύκοψις, herba longioribus, quam lactuca, foliis, crassioribusque, caule longo, hirsuto, adnatis multis cubitalibus, flore parvo, purpureo. *Plin.* l. 27. c. 11. ubi *Harduin.* legit *lycapsos.*

LYCŌRIS, idis, f. Λυκωρὶς, Volumnii Senatoris liberta fuit, vero nomine Citheris dicta, misere a Cornelio Gallo adamata, quo tamen spreto, Antonium euntem in Gallias sequuta est. *Virg. Ecl.* 10. et ibi *Servius. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 537. Eoæ novere Lycorida terræ. Adde lib. 2. *Trist.* v. 445.

LYCOS, i, m. *a kind of spider*, λύκος, lupus, apud Græcos. Speciatim *lychos* dicitur minimum aranei genus a rapacitate. *Plin.* l. 30. c. 6. Araneus, et maxime qui lycos vocatur, dolenti medetur lieni.

LYCTĬUS, a, um, Λύκτιος, qui ad Lyctum urb. spectat, quæ est in Cretæ parte orientali. *Virg.* 3. *Æn.* v. 400. Et Salentinos obsedit milite campos Lyctius Idomeneus. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 490. Lyctia classis. *h. e.* Cretensis'

LYCURGĒUS, a, um, Λυκούργειος, denom. a Lycurgo. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 13. *a med.* Nosmetipsi, qui Lycurgei a principio fuissemus, quotidie demitigamur. Ubi Interpres: Lycurgei, id est optimates, legum asseclæ et propugnatores, qualis Lycurgus apud Lacedæmonas legum conditor. Al. exponunt severissimi.

LYCURGĬDES, æ, m. Λυκουργίδης, Lycurgi filius, vel nepos. *Ovid. in Ibin*, v. 505. Quique Lycurgiden letavit, et arbore natum. *h. e.* Ancæum Lycurgi filium.

LYCURGUS, i, m. Λυκοῦργος, nobilis Spartiata, fil. Penthei, al. Eunomi, et frater Polybitæ Lacedæmoniorum regis, cujus etiam in Regnum successit, ignarus fratrem uxorem gravidam reliquisse, quod ubi primum cognovit, posito regis nomine, Prodici, hoc est tutoris nomen assumpsit, regique adulto (Charillo ei nomen erat) Regnum fideliter restituit. Verum cum civitatem pessime institutam animadverteret, ad constituendam salubrioribus legibus rempubl. animum adjecit, sanctissimisque institutis cives gubernavit. ¶ Hinc per antonomasiam pro severissimo judice ponitur. *Ammian.* l. 30. c. 29. Lycurgos invenisse se prædicabat, et Cassios, columina justitiæ priscæ. Lycurgi vitam atque instituta habes apud *Plutarch.* et *Justin.* l. 3. c. 2. et 3. ¶ Fuit et Lycurgus quidam Nemeæ rex, et pater Archemori alumni Hypsiphiles. *Stat.* l. 5. et 6. *Theb.* ¶ Fuit et alius Thraciæ rex, filius Dryantis, qui quod Thracas immoderate vino deditos conspiceret, vites omnes toto regno excidi jussit. Hinc datus est Poetis locus fabulæ, de qua V. in *Dryantides.*

LYCUS, i, m. Λύκος, Bœotiæ rex, qui Antiopam Nyctei regis filiam uxorem duxit, quam postea, cum a Jove in Satyrum converso compressam cognovisset, repudiavit, Dircenque uxorem superinduxit, quæ verita, ne Antiope cum Lyco in gratiam rediret, arctissimis eam in vinculis asservavit, quibus Jovis miseratione dissolutis, in Cithæronem montem profugit, ubi Amphionem et Zethum peperit, qui postea a pastore, qui ipsos nutrierat, de Lyci injuriis edocti, eum una cum uxore interfecerunt. Alii dicunt, eum Mercurii intercessione liberatum, dum ei mortem pararent, et sic postea Amphioni et Zetho regnum reliquisse. ¶ Alius fuit Lycus, quidam exsul Thebanus, qui id temporis, quo Hercules, ad Inferos descenderat rei bene gerendæ occasionem sibi oblatam ratus, Creonte occiso, regnum Thebanorum occupavit, cumque Megaræ Herculis uxori vim inferre pararet, opportuno illius reditu oppressus est, et cum suis omnibus interfectus. *Senec. in Herc. Fur.* et *Hygin.* fab. 31. et 32. ¶ Sunt etiam hoc nomine varii amnes in Paphlagonia, Phrygia, Cappadocia, Armenia majori, &c. de quibus V. Geographos.

LYDĬA, æ, f. Λυδία, regio Asiæ minoris, perfusa flexuosi amnis Mæandri recursibus, super Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu solis vicina, ad septemtrionem Mysiæ, meridiana parte Cariam amplectens, Mæonia ante appellata. Celebratur maxime Sardibus in latere Tmoli montis, ex quo Pactolus profluit. *Plin.* l. 5. c. 29. ¶ In illo *Rutilii in Itiner.* l. 1. v. 596. Inter terrigenas Lydia tota suos: *Lydia* est Hetruria. V. vocem sequent.

LYDĬUS, a, um, *Lydian*, Λύδιος, ad Lydiam pertinens. *Plin.* l. 33. c. 13. Lydium sil. *Id.* l. 31. c. 10. Lydium aphronitrum. *Id.* l. 7. c. 56. Lydios modulos invenit Amphion, Dorios Thamyras Thrax, Phrygios Marsyas Phryx. *Lydii moduli* genus est musices querulæ, Dorii bellicosæ, Phrygii religiosæ, ut *Apul. in Florid.* n. 4. (*al.* l. 1.) docet. (Unde *Horat. ode ult.* l. 4. Lydas tibias adhibet canendis laudibus ducum virtute functorum.) *Plin.* l. 33. c. 8. Lydius lapis. *a touchstone, stone by which metals are examined*, Latine *coticula*, quo bonitas auri, argenti, vel æris attritu deprehenditur. Dictus Lydius, quia olim non nisi in Tmolo Lydiæ monte inveniebatur, ut *Plin. ibid.* dicit. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 199. Lydia regna. *h. e.* Gygis, fortunatissimi Lydorum regis. *Id.* l. 3. el. 3. v. 29. Lydius aurifer amnis. *h. e.* Pactolus. *Martial.* l. 9. epigr. 67. Lydia pensa. *h. e.* quæ dabat Herculi Omphale regina Lydiæ: quæ apud *Senec. in Herc. Œt.* v. 371. est Lydia nurus. *Propert.* l. 3. el. 15. v. 30. Cinget Bassaricas Lydia mitra comas. *h. e.* qua Lydi præcipue, et Phryges usi sunt: unde *Virg.* 4. *Æn.* v. 216. Mæonia mentum mitra, crinemque madentem Subnixus. Huc pertinet et illud ejusdem *Propert.* l. 4. el. 7. v. 62. Mitratisque sonant Lydia plectra choris. ¶ Est etiam *Lydius* Tuscus, Hetruscus: *Tuscan*: quia Tusci a Lydis oriundi fuere. quod et *Tacit.* 4. *Ann.* c. 55. et *Fest.* in *Sardi*, et *Plin.* l. 3. c. 5. *ante med.* docent. *Virg.* 8. *Æn.* v. 479. Urbis Agyllinæ sedes, ubi Lydia quondam Gens bello præclara jugis insedit Hetruscis. Adde *Æn.* 9. v. 11. Hinc *Id.* 2. *Æn.* v. 781. Tiberim *fluvium Lydium* appellat: et *Lydia ripa* apud *Stat.* l. et silv. 4. v. 6. est ripa Tiberis dextera, qua Tiberis Tuscos alluit agros. et *Lydia stagna* apud *Sil.* l. 9. v. 11. sunt Trasimenus lacus. Hinc *Id.* l. 4. v. 740. Tmolo missa manus, stagnis Trasimenus opacis. *Tmolus* est mons Lydiæ. Adde lib. 5. v. 9. ¶ Quod *Lydium cothurnum* dicit *Ovid.* 3. *Amor.* el. 1. v. 14. vel a Lydis est, a quibus res multæ ludicræ inventæ sunt, vel a Tuscis, a quibus *ludii*, qui et *lydii* dicuntur. V. *Ludius.* ¶ *Lydiæ undæ* dicuntur a *Catull.* carm. 31. *ad Sirmion.* v. 13. de lacu Benaci, fortasse quia sub Tu-

scorum ditione olim fuit ille lacus. *Vossius* mallet *Larvæ*: *Scaliger* vero *ludiæ*, quasi ludiorum instar subsilientes. sed neutrum placet.

LYDUS, a, um, idem quod Lydius. *Cic. pro Flacc.* c. 27. Lydus servus. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 350. Lyda puella. *h. e.* Omphale regina Lydiæ. *Id. Metam.* 6. v. 11. Lydæ urbes. et lib. 11. v. 98. Lydi agri. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 60. Lydæ pondera gazæ *h. e.* Pactoli aurum. *Val. Flacc.* l. 4. v. 369. Lyda nurus sparso telas maculaverit ostro. (*Lyda*, quia lanas inficere primi Lydi Sardibus invenerunt, teste *Plin.* l. 7. c. 56.) vel alludit ad Arachnen, quæ celebris fuit arte texendi Hypæpis Lydiæ urbe. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 63. Lydi barbari. *h. e.* ludii e Lydia, h. e. Tuscia, in ludis Romanorum adhibiti. *Virg.* 9. *Æn.* v. 11. Lydorum manus. *h. e.* Tuscorum copiæ. V. *Lydius.*

LYGDINUS LAPIS, candoris eximii in Paro repertus, amplitudine, qua lances craterasque non excedat, antea ex Arabia advehebatur. *Plin.* l. 36. c. 8. et *Isidor.* l. 16. *Orig.* c. 5. ¶ Memorat *Martial.* lib. 6. epigr. 13. et 42. *Lygdon* nomen candidi marmoris, quod cum hoc idem esse videtur. ¶ Apud *Plin.* pro *in Paro* plerique leg. *in Tauro.*

LYMPHA, æ, f. *water*, ὕδωρ, aqua: a νύμφη, fons, dea præses aquæ, ν in *l* converso. Vox est Poetica. *Virg. Æn.* 4. v. 635. Dic, corpus properet fluviali spargere lympha. *Catull.* carm. 27. At vos quo libet, hinc abite lymphæ, Vini pernicies. *Horat. in fi.* od. 13. l. 3. loquaces lymphæ desiliunt. *Lucret.* l. 6. v. 1172. Lymphæ puteales. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 459. Nuda superfusis tingamus corpora lymphis. et lib. 15. v. 531. vulnera lymphis abluere. *Val. Flacc.* l. 3. v. 422. vivaque nitentia lympha Membra novat. *Senec. in Œdip.* v. 229. Sancta fontis lympha Castalii stetit. *Seren. Sammon.* cap. 27. v. 501. Lympha intercus. *the dropsy, hydropsy.* ¶ *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 857. in genitivo plur. *lymphum* dixit Græca positione pro *lympharum.* ¶ *Id.* l. et cap. 1. *R. R.* invocans deos agricolarum reique rusticæ præsides, Lympham in his precatur, et Bonum Eventum, quoniam, inquit, sine aqua omnis arida ac misera agricultura est. *Lympham* igitur pro *Nympha* posuit, quia Nymphæ aquarum præsides habitæ sunt. Et videntur olim Latini veteres ita scripsisse: unde *lymphatus, lympho,* et *lymphaticus* remansere. ¶ Fallitur *Id.* qui l. 4. *de L. L.* c. 10. *a med.* *lympham* a lapsu lubrico dictam putat.

LYMPHÆUM, i, n. λυμφαῖον, locus, in quem per tubos deducebatur aqua ad ludos, et delicias. Inscript. apud *Murator.* pag. 60. n. 3. M. Aurelius Priscillianus U. C. curator lymphæi. ¶ Videtur idem esse cum Nymphæo.

LYMPHASĔUS, a, um, *of a crystal or water colour*, crystallinum colorem habens, qui aquam refert. *Martian. Capell.* l. 6. *sub init.*

LYMPHATĬCUS, a, um, *mad, frantic, furious, distracted, raving, besides himself, frightened out of his wits, panic-struck,* lymphatus, larvatus, cerritus, attonitus, mente excussus, externatus, furens. *Senec.* epist. 13. Nulli tam perniciosi, tam irrevocabiles, quam lymphatici metus sunt: ceteri enim sine ratione, hi sine mente sunt. *a panic.* *Liv.* l. 10. c. 28. Ita victorem equitatum velut lymphaticus pavor dissipat. πανικὸς φόβος. *Apul.* l. 8. *Metam.* Cogitabam subito, velut lymphaticus, exsilire. et lib. 4. Repente lymphatico ritu somno recussa, longe vehementius afflictare se, et pectus palmis tundere incepit. *Plin.* l. 26. c. 8. *ante med.* Lymphatica somnia. *Id.* l. 25. c. 5. *ad fin.* Helleborum medetur melancholicis, insanientibus, lymphaticis. *Seren. Sammonic.* c. 27. v. 507. Helleboro quoque purgatur lymphaticus error. Al. leg. *humor*, et hydropem intelligunt, ut *lymphaticus* pro aquoso hic ponatur. ¶ Jlocaliter *Plaut. Pœn.* 1. 2. 132. *lymphaticos nummos* dicit, qui in crumena consistere nequeunt, et exsilire gestiunt. Ubi etiam *versu sequ.* usurpat *lymphaticum* pro lymphatico morbo.

LYMPHATĬO, onis, f. *fright, terrour, consternation,* νυμφοληψία, terror tremorque, turbatio animi et consternatio. *Plin.* l. 34. c. 15. Præfigere in limine e sepulcro evulsos clavos, adversus nocturnas lymphationes. *Id.* l. 37. c. 4. *ad fin.* Adamas lymphationes abigit, metusque vanos expellit a mente. *groundless fears.*

LYMPHĀTUS, a, um, *mad, frantic, furious, distracted, affrighted, besides himself, out of his wits, panic-struck, lymphated,* lymphaticus. *Festus*: Lymphæ dictæ sunt a nymphis. Vulgo autem memoriæ proditum est, quicumque speciem quandam e fonte, idest effigiem nymphæ viderint, furendi non fecisse finem: quos Græci νυμφολήπτους vocant, Latini lymphatos appellant. Hæc *Festus.* Sic *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 5. In Græcia, commota mente, quos λυμφολήπτους appellant, ab eo lymphatos dixerunt nostri. Hæc *Varr.* Aliis lymphatus proprie est, qui aquam timet: et translate qui animo est attonito, atque externato, larvatus, cerritus, atque huc illuc discurrens commota mente. *Virg.* 7. *Æn.* v. 376. Tum vero infelix, ingentibus excita monstris, Immensam sine more furit lymphata per urbem. *wild, raving.* *Ovid.* 11. *Metam.* v. 3. Lymphata pectora. *Stat.* 10. *Theb.* v. 557. lymphatam incertis horroribus urbem Scindunt dissensu vario luctusque, furorque, Et pavor. *Horat.* l. 1 od. 37. v. 14. Mentemque lymphatam Mareotico Redegit in veros timores Cæsar. *Liv.* l. 7. c. 17. Lymphati et attoniti. *Sil.* l. 1. v. 459. ruit ocius amens Lymphato cursu. *Id.* l. 7. v. 356. per altos Saxosi scopulos montis lymphata feruntur Corpora anhela boum. *Lucan.* l. 7. v. 186. Lymphato trepidare metu. *Plin.* l. 31. c. 2. *ante med.* Lymphatum aliquem agere. *h. e.* lymphatum reddere.

LYMPHĀTUS, us, m., lymphatio. *Plin.* l. 37. c. 10. Gemma radians, contra lymphatum habenda.

LYMPHĒUM, i, n. ædificium, in quo salientes aquæ vario lusu fluunt, ornatus et deliciarum causa. (V. *Nympheum.*) Legitur in vet. Lapide apud *Murator.* pag. 924. n. 5. ex quo discimus *servum a lympheo* fuisse inter Officia domus Augustæ. Adde pag. 489. n. 4.

LYMPHO, as, avi, atum, a. 1. *to frighten, terrify greatly, distract with fear, make besides himself, drive out of his senses, intoxicate, make mad,* ἐκμαίνω, perturbo, exterreo, consterno, lymphatum reddo, in furorem ago. *Val. Flacc.* l. 3. v. 47. deus ancipitem lymphaverat urbem. *Stat.* 7. *Theb.* v. 113. horrificis lymphare incursibus urbes. et vers. 662. It lymphante deo media inter millia, longum Vociferans. (Adde lib. 10. v. 160.) *Plin.* l. 24. c. 17. *a med.* Hac herba pota, lymphari homines. ¶ *Lymphantes animi* passive dicuntur a *Plin.* l. 27. c. 12. qui lymphatione laborant.

LYMPHOR, oris, m. lympha, humor, aqua. *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 129. Impermixtum lymphorem.

LYNCESTIS, idis, f. Λυγκηστὶς, adject. femin. a Lynco, quod est Macedoniæ oppidum mediterraneum: cujus populi *Lyncestæ, arum,* vocantur a *Plin.* l. 4. c. 10. Sic l. 2. c. 103. Lyncestis aqua.

LYNCESTĬUS, a, um, ad Lyncestidem regionem pertinens, ut Lyncestius amnis, *Ovid.* 14. *Metam.* v. 329.

LYNCESTUS, i, m. fluvius Lyncestius, ut in voce præced. *Vitruv.* l. 8. c. 3.

LYNCEUS, i, m. (dissyllab.) Λυγκεὺς, unus ex Argonautis, frater Idæ, filius Apharei et Arenæ Bibali, seu Œbali, filiæ, Messenius, nomen a *lynce* sortitus, quod est animal perspicacissimi visus. Fabulantur enim adeo forti fuisse oculorum acie, ut vel parietem visu penetraret, ac terram ipsam, et videret ea, quæ apud Inferos fierent. Tradunt etiam centum triginta millia passuum intervallo prospexisse, nulla caligine impeditum; solitumque Carthagine solventem classem Punicam ex Lilybæo Siciliæ promontorio ita cernere, ut et numerum navium certo notaret. Addunt, novissimam lunam, primamque eodem die consuevisse deprehendere. Quamquam hæc omnia non uni Lynceo, sed alii, qui posterior multo fuerit, et Strabo appellatus sit, ab aliis tribuuntur. V. *Plin.* l. 7. c. 21. Ceterum origo fabulæ inde est, quod Lynceus primus æris, argenti, aurique sub terris abditi fodinas invenit. De eo *Hygin.* fab. 14. *Val. Max. c. ult.* l. 1. n. 14. *extern. Plin.* l. 2. c. 17. *ad fin. Valer. Flacc.* l. 1. v. 462. *et sequentib.* &c. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 28. Non possis oculo quantum contendere Lynceus, Non tamen idcirco contemnas lippus inungi. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 711. Ultor adest Pollux, et Lyncea perforat hasta. *Propert.* l. 2. el. 25. v. 9. Lynceu, tune meam potuisti tangere curam? ¶ Occisus est a Polluce. Cum enim Tyndaridæ sponsas Lyncei, et Idæ fratris vi rapuissent, repetentibus his pactas suas, commissaque pugna, Castorem Lynceus gladio, Lynceum Pollux hasta interemit; Idem vero Juppiter, ruentem in Pollucem fulmine sustulit. Rem narrat *Ovid.* 5. *Fast.* v. 699. *et sequentib.* et paulo aliter *Hygin.* fab. 80.

LYNCĒUS, a, um, *Lyncean,* Λύγκειος, ad Lynceum pertinens. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 709. Pectora trajectus Lynceo Castor ab ense. ¶ Translate est maxime perspicax, et acutissime videns, et quem haud facile quis fefellerit. *quicksighted.* *Cic.* 9. *Fam.* ep. 2. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 90. tu corporis optima Lynceis Contemplare oculis. *Bentlei.* vult legi *Lyncei*, ut sit genitivus substantivi, dissyllabon per synæresim. nam adjectivi pænultimam esse diphthongum ει, nec posse per Crasim in dissyllabon coalescere. Quod tamen non videtur necessarium, cum ab adjectivo *Lynceus* abjici possit *i* subjunctiva diphthongi, deinde synæresis fieri.

LYNCĪDES, æ, m. apud *Ovid.* 5. *Metam.* v. 99. videtur esse patronym. a *Lynceus.*

LYNCURĬUM, ii, n. *a precious stone by some supposed to be the same with the hyacinth or jacinth,* λυγκούριον. *Plin.* l. 8. c. 38. Lyncum humor glaciatur, arescitve in gemmas carbunculis similes, et igneo colore fulgentes, lyncurium vocatas. (a λὺγξ, lynx, et οὖρον, urina.) Adde lib. 37. c. 2. *a med.* ubi inter succina recenset, et ab aliis langurium dici ait, et esse in Italia bestias *langurias.* Plura etiam de eo *sub fin.* c. 3. *libri ejusd.* Confirmat *Ovid.* 15. *Metam.* v. 413. et *Solin.* c. 2. (*al.* 8.) *a med.* [† V. *Langa* et *Langurium.*]

LYNCUS, i, m. Λύγκος, rex Scythiæ fuit, qui missum a Cerere Triptolemum, ut hominibus frugum usum commonstraret, susceptum hospitio, ut in se gloriam transferret, interimere cogitavit. Ob quam rem irata Ceres eum convertit in lyncem feram varii coloris, ut ipse variæ mentis exstiterat. *Ovid. Metam.* 5. *sub fin.*

LYNTER. V. *Linter.*

LYNX, lyncis, f. et m. *a lynx or ounce,* λὺγξ, animal quadrupes, ferum, ex genere pantherarum, vario colore, et maculoso tergore, acutissimoque visu præditum: frequentissimum in Æthiopia et India. Fabulantur, ab his Bacchi currum trahi, postquam Indos domuit: cujus ratio videtur esse, quia Bacchus vino addit animos etiam timidis, et fugacibus. *Plin.* l. 28. c. 8. *ad fin.* Peregrinæ sunt et lynces, quæ clarissime omnium cernunt. *Virg.* 3. *Georg.* v. 264. Lynces Bacchi variæ. et lib. 1. *Æn.* v. 327. maculosæ tegmine lyncis. *spotted, streaked, brinded.* et *Ecl.* 8. v. 3. stupefactæ carmine lynces. *Horat.* l. 4. od. 6. v. 33. Deliæ tutela deæ, fugaces Lyncas et cervos cohibentis arcu. *Id. in fi.* od. 13. l. 2. Aut timidos agitare lyncas. *Stat.* 2. *Achill.* v. 406. imbelles lynces sectari. *Propert.* l. 3. od. 15. v. 8. *ad Bacch.* Lyncibus in cælum vecta Ariadna tuis. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 25. tu bijugum insignia frenis Colla premis lyncum. et lib. 3. v. 668. Quem circa tigres, simulacraque inania lyncum, &c. *Stat.* 4. *Theb.* v. 272. Velatum geminæ dejectu lyncis. *h. e.* pellis e lynce.

LYRA, æ, f. *a lyre, harp,* λύρη, instrumentum musicum, in quo fides extentæ, et digitis percussæ sonos edunt. Constat duobus veluti cornibus, seu brachiis, hinc inde in modum S contortis, et supra infraque connexis transverso jugo, cui chordæ ita adnectuntur, ut ex utraque parte convelli digitis, et pulsari possint. De ejus a cithara differentia, V. dicta in *Chelys,* et *Cithara.* Volunt esse a λύτρα, pretium solutionis: quia a Mercurio ejus inventore data sit Apollini in compensationem pro bobus furto ablatis. *Horat.* l. 1. od. 10. v. 5. *ad Mercur.* Te canam magni Jovis et deorum Nuntium, curvæque lyræ parentem. *Ovid. Fast.* 5. v. 105. *ad eund.* septena putaris, Pleiadum numerum, fila dedisse lyræ. *Id.* 3. *Amor.* el. 12. v. 40. Duraque percussam saxa secuta lyram. *Id. Heroid.* ep. 3. v. 118. Threiciam digitis increpuisse lyram. *Id. de remed. amor.* v. 705. Phœbus adest: sonuere lyræ. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 50. Lyra canere laudes alicujus. *Val. Flacc.* l. 5. v. 100. mixtoque sonantem Percutit ore lyram. ¶ Est etiam sidus, decem stellis constans, quod et *Fidis* appellatur, teste *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *a med.* *the constellation called the Lyre.* Fabulantur enim, acceptam a Mercurio lyram donasse Apollinem Orpheo, qua ille Inferos adiit, Plutonem flexit, reduxit conjugem, silvas et feras traxit. Eo tandem a Bacchis discerpto, lyram ab Apolline in cælum fuisse translatam, in regione septemtrionali inter genu et sinistram manum Engonasin, ut *Hygin.* l. 3. *poet. Astronom.* c. 6. docet. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 315. Institerint nonæ: missi tibi nubibus atris Signa dabunt imbres, exoriente lyra. ¶ Sæpe refertur ad genus levioris carminis, quod inde *lyricum* dicitur, et qui eo utuntur poetæ, *Lyrici*: quorum princeps Græcis *Pindarus,* Latinis *Horatius* habetur. Solebant enim amores, deorum, et heroum laudes, et hujusmodi poemata brevioribus versibus facta, ad lyræ sonum canere. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 16. v. 28. Pindaricæ fidicen tu quoque, Rufe, lyræ. *Id.* 2. *Amor.* el. 18. v. 26. Æoliæ Lesbis amica lyræ. *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 4. v. 45. assiduam domini meditata querelam, Ad lætum carmen vix mea versa lyra est. *Horat.* l. 1. od. 6. v. 10. Imbellisque lyræ Musa potens. et lib. 3. od. 3. v. 69. Non hoc jocosæ conveniet lyræ. ¶ Interdum et ad quamcunque facultatem pangendi carminis. *Stat.* 10. *Theb.* v. 445. Vos quoque sacrati, quamvis mea carmina surgant Inferiore lyra, memores superabitis annos.

LYRCEĬUS, a, um, Λυρκήϊος, et

LYRCĒUS, a, um, Λύρκειος, ad Lyrceum pertinens, qui mons est Peloponnesi in Argiva regione, unde Inachus fluvius profluit. *Val. Flacc.* l. 4. v. 355. Lyrceia tellus. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 598. Lyrcea reliquerat arva. ¶ De ipso flumine. *Stat.* 4. *Theb.* v. 711. Aret Lerna nocens, aret Lyrceus (*al.* Lyrcius) et ingens Inachus.

LYRĬCEN, cinis, m. *a player on the lyre, lyrist, harper,* λυριστὴς, qui lyra canit. *Stat.* l. 4. silv. 7. v. 19. Desides Baiæ, lyricenve notus Hectoris armis. *h. e.* Misenus, qui Hectoris magni fuerat comes, Hectora circum Et lituo pugnas insignis obibat, et hasta, ut est apud *Virg.* 6. *Æn.* v. 166. Dicitur autem lyricen per catachresim, cum revera liticen, vel tubicen fuerit. [† *Ed. Bernart.* habet *liticenve,* sic citante *Forcellino* ipso in v. *Liticen.* Utramque vocem præbet *Aurel. Augustin. de Grammat.* p. 1977. *Putsch.* Citat *Gesnerus Onomast. Vet.* et præterea nihil.]

LYRĬCUS, a, um, *of or pertaining to a lyre, lyric, lyrical,* ad lyram pertinens, λυρικός. V. dicta in *Lyra.* *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 26. Lyrici modi. *Id.* 2. *Fast.* v. 94. soni. *Horat. in fi.* od. 1. l. 1. vates. *a lyric poet.* *Ovid.* 2. *Trist.* v. 364. Lyrici Teia musa senis. *h. e.* Anacreontis. *Stat.* l. 5. silv. 7. v. 5. regnator Lyricæ cohortis. *h. e.* Pindarus. ¶ *Lyrica, orum,* Lyrici versus, poemata ad lyram canenda. *lyric verses, lyric poetry, poetry to be sung in concert with the harp.* *Plin.* l. 7. ep. 17. Lyrica non lectorem, sed chorum et lyram poscunt. *Id.* l. 3. ep. 1. Scribit utraque lingua lyrica doctissime. ¶ *Lyrici, orum,* poetæ ipsi Lyrica scribentes. *lyric poets, writers of lyric poetry.* *Quintil.* l. 9. c. 4. *ante med.* Lyricorum carmina in varias mensuras cogere. *Cic. in Orat.* c. 55. A modis quibusdam, cantu remoto, soluta esse videtur oratio: maximeque id

in optimo quoque poetarum, qui λυρικοὶ a Græcis nominantur, quos cum cantu spoliaveris, nuda pæne remanet oratio.

LYRISTES, æ, m. *a lyrist*, λυριστὴς, lyræ peritus, lyricen. *Plin.* l. 1. ep. 15. Audisses comœdum, vel lectorem, vel lyristen. Adde lib. 9. epist. 17. et 36.

LYRNESSIĂDES, um, ab oppido Phrygiæ Lyrnesso dicti. *Fest.* ubi al. leg. *dictæ*, quia *Lyrnessiades* femininum est.

LYRNESSIS, idis, Λυρνησσὶς, adject. femin. ad Lyrnessum pertinens. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 1. v. 15. abducta Lyrnesside tristis Achilles. *h. e.* Briseide, cujus patria Lyrnessus. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 403. Audierat, Lyrnessi, tuos, abducta, dolores. ¶ Legitur et *Lyrnesis* unico *s.*

LYRNESSĬUS, a, um, Λυρνήσσιος, ad Lyrnessum pertinens, quod fuit oppidum Troadis (de quo *Plin.* l. 5. c. 30.) Ab Achille eversum. V. *Briseis. Ovid. Heroid.* ep. 3. v. 45. Diruta Marte tuo Lyrnessia mœnia vidi. ¶ Scribitur et *Lyrnesius* uno *s.* nam et Λυρνήσιος Græce legitur.

[* LYRON, i, n. herba eadem ac alisma. *Plin.* l. 25. c. 10. *a med.* Item alisma, quam alii dasamonion, alii lyron appellant.

* LYSAS, antis, f. herba eadem ac artemisia. *Apul. de herb.* c. 10.]

LYSIĂCUS, a, um, Λυσιακὸς, ad Lysiam pertinens, qui fuit Syracusanus genere, Cephali filius, sed natus Athenis, quo pater se transtulerat. Fuit autem clarissimus orator, et a *Cicerone* summis laudibus ornatur, ut in *Bruto*, c. 9. Tum fuit Lysias, ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregie subtilis atque elegans: quem jam prope audeas oratorem perfectum dicere. Adde cap. 85. et lib. 1. *de Orat.* c. 54. et in *Orat.* c. 9. ubi venustissimum ac politissimum scriptorem appellat. *Quintil.* l. 12. c. 10. Lysiaca gracilitas.

LYSĬAS, æ, m. Λυσίας. V. in voce præced.

LYSIDĬCUS, i, nomen viri proprium est, quod Græce a λύω, solvo, et δίκη, jus, vel controversia, conflatum est: et significat eum, qui jura omnia, vel qui controversias omnes dissolvit. V. *Cicer.* 11. *Phil.* c. 6.

LYSIMACHĬA, æ, f. *willowweed, loosestrife, water-willow*, λυσιμαχία, herba folio salicis, flore purpureo, fruticosa, ramulis erectis, odore acri: gignitur in aquosis. Nomen habet ad inventore Lysimacho Thraciæ rege. Vis ejus tanta est, ut jumentis discordantibus, jugo imposita, asperitatem cohibeat, ut est apud *Plin.* a quo hæc sumpta sunt, l. 25. c. 7. Unde alii dictam putant ἀπὸ τοῦ λύειν μάχην, a dirimendis pugnis. Habet etiam vim sistendi sanguinis, *Id. in fin.* c. 12. l. 26. sanandi ulcera calceamento facta, *ibid.* c. 14. *ad fin.* tingendi capillum flavo colore, *ibid. sub fin. lib.* ¶ De Lysimachia urbe, Λυσιμαχία, V. in voce sequent.

LYSIMACHIENSIS, se, ad Lysimachiam pertinens, quæ fuit urbs Chersonesi Thraciæ ad Isthmum, a Lysimacho rege condita. *Liv.* l. 33. c. 38. Redimere servientes Lysimachienses.

LYSIMĂCHUS, i, m. gemma Rhodio marmori similis, aureis venis. *Plin.* l. 37. c. 10.

LYSIPPUS, i, m. Sicyonius, clarissimus statuarius, qui ad sexcenta decem opera fecisse traditur, quorum singula arti claritatem dare potuissent. Hic teste *Quintil.* ad veritatem optime accessit. Quamobrem etiam Alexander ille Magnus ab uno Lysippo se fingi voluit, ut pingi ab Apelle. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 239. *Plin.* l. 7. c. 37. et lib. 34. c. 7. ubi potiora ejus opera enumerat.

LYSIS, f. λύσις, Græca vox solutionem significans, a λύω, solvo. *Vitruv.* l. 6. c. 11. Limina, et trabes structuris cum sint oneratæ, medio spatio pandantes, frangunt sua lysi structuras. *h. e.* solutione et hiatu. ¶ In architectura est membrum, quod et sima, et gula inversa appellatur. *the blunt part on the top of a pillar.* Ita *Bald. in Lex.* ad *Vitruv.* l. 3. c. 3. et lib. 5. c. 7. Fortasse autem ita dicta est, quia solvit, hoc est separat unum ornamentorum genus ab altero, cum in summa fere corona locum habeat.

LYTÆ, arum, m. apud *Justinian. in præfat. Dig. ad antecessor. a med.* dicuntur, qui post quartum studiorum annum in Juris scientia adeo profecerunt, ut de eo interrogati respondere apte possint, et quæstiones solvere: a λύω, solvo. *Prolytæ* autem *ibid. paulo post* sunt qui Lytis paulo doctiores evaserunt, et a magistrorum scholis post quintum studiorum annum honestam missionem impetrarunt. *bachelors in civil law, licentiates.* Utraque autem vox ibi Græce scribitur.

LYTRA. V. *Lutra.*

LYTRUM, i, n. *the price of one's ransom*, λύτρον, pretium redemptionis, hoc est pecunia, quæ pro redemptione, et liberatione solvitur: a λύω, solvo. Apud *Fest.* et *Non.* sæpe citatur *Ennius* in *Hectoris lytris*, ubi agitur de redemptione cadaveris Hectoris a Priamo facta: quod argumentum *Lucan.* quoque tractavit, teste *Stat.* l. 2. silv. 7. v. 55.

LYTTA, æ, f. λύττα, *a small worm (called the greedy worm) said to be under the tongue of a dog, which being taken out while he was a whelp, was absurdly supposed to prevent him from going mad. Plin.* l. 29. c. 5. Est vermiculus in lingua canum, qui vocatur a Græcis lytta, quo exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Hæc *Plin.* Porro λύττα, seu λύσσα rabiem etiam canum significat. [† Nos Angli dicimus, *to worm a dog.* Rem non insulse ridet *Johnsonus* in v. *to Worm.*]

DE LITTERA M.

M Littera una est ex illis, quas Græci Grammatici ἡμίφωνα ἁπλᾶ, καὶ ἀμετάβολα, hoc est semivocales simplices, et immutabiles, Latini liquidas appellant. Hanc, quod molestum in fine dictionis sonum habeat, et quendam quasi mugitum, non nisi ægre compressis labris erumpentem, Latini Poetæ (nam Græcis nulla dictio in μ desinit, ut monet *Quintil.* l. 12. c. 10.) vocali subsequentem, per Ecthlipsin elidunt. Veteres tamen retinebant, et corripiebant. Idem *Quintil.* l. 9. c. 4. *ante med.* docet, quoties claudit verbum, et vocalis sequitur, ita efferri debere, ut parum exprimatur, adeo ut pæne cujusdam novæ litteræ sonum reddat. Ferri vero non potest illorum vitium, qui ita proferunt, tanquam *n* sit, et cum vocali sequente conjungunt, ita ut *cum enim*, quasi *cunenim* sit, dicant. *Priscian.* l. 1. pag. 555. *Putsch.* M obscurum in extremitate dictionum sonat, ut *templum:* apertum in principio, ut *magnus:* mediocre in mediis, ut *umbra.* ¶ In notis M significat prænomen *Marcus:* addita vero virgula M'. vel Ms. *Manius. Diomed.* l. 2. pag. 419. ¶ In numeris mille valet: non quod sit prima ejus vocis littera, sed quia cum olim CIↃ scriberetur, paulatim in M transit.

M A

MA DIA, per Jovem, μὰ δία, Græca jurandi formula, tum affirmando, tum negando. *Petron. in fragm. Tragur.* cap 52. *Burm.* Syrum histrionem exhibebat, concinente tota familia ma dia perite, ma dia. Hinc est Italicum *madesì, madiè sì, madiè no (marry yes, marry even so, no by my troth!)*

MACARĒIS, idis, f. Μακαρηὶς, filia Macarei. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 124. *de Phœbo.* ut pastor Macareida luserit Issen.

MACĂREUS, Μακαρεὺς, trisyllab. filius Æoli, qui Canacem sororem suam vitiavit, suscepitque ex ea filium. *Ovid.* ep. 11. *Heroid.* Sic *in Ibin*, v. 564. Utque sua Macareus, sic potiare tua.

MACCUS, a, um, *foolish, doltish, stupid*, fatuus, stupidus, stolidus. Ducunt a μακκοᾶν, desipere, παρὰ τὸ μὴ ἀκούειν: alii a quadam muliere stupida, quæ *Macco* appellabatur. *Apul. in Apolog.* Si cum hac una Rufini fallacia contendantur, macci prorsus, et buccones videbuntur. *Diomed.* l. 3. pag. 488. *Putsch.* In Atellana Oscæ personæ inducuntur, ut Maccus. V. *Bucco.*

MACĔDO, *et* Macedon, ŏnis, *a Macedonian*, Μακεδὼν, qui est e Macedonia. *Cic.* 5. *Phil.* c. 17. Quid Macedo Alexander? cum res maximas gerere cœpisset, &c. *Horat.* l. 3. od. 16. v. 13. diffidit urbium Portas vir Macedo. *Nepos in Eumen.* c. 3. Macedones milites. *et ibid.* Cum magno exercitu Macedonum. *Lucan.* l. 8. v. 694. Cum tibi sacrato Macedon servetur in antro. *h. e.* Alexander M. sepultus. ¶ Secundam produxit *Arator* l. 2. *in Acta Apost.* v. 313. vir quippe Macedo In somnis hæc visus ait. Græci quoque interdum Μακηδὼν scribunt. ¶ *Macedum* pro *Macedonum* quidam leg. apud *Sil.* l. 14. v. 5. et lib. 17. v. 633. et alibi, item apud *Senec. Trag. Lucan. Manil.* et alios: sed plerique al. ubique reponunt *Macetum.* V. *Macetæ.*

MACEDONĬA, æ, f. *Macedonia, Macedon*, Μακεδονία, regio ampla Europæ. Habet ab Occ. mare Ionium, ab Or. mare Ægæum, a Mer. Epirum, Achaiam, et Thessaliam, a Septen. Mysiam superiorem, Scardo Orbeloque montibus intersitis, cum Thraciæ particula. Dicta est a Macedone quodam Osiridis, sive ut *Stephanus*, et *Solinus* c. 9. (*al.* 14.) scribunt, Jovis filio ex Thya filia Deucalionis. *Plin.* l. 4. c. 10. [† Macedoniæ pars occidua hodie appellatur *Albania;* pars ad ort. *Jamboli;* Australis vero *Comenolitari.*]

MACEDONIĀNUS, a, um. *Senatusconsultum Macedonianum*, de quo est titulus 6. lib. 14. *Digestor.* originem habuit a quodam Macedone (sic enim vocabatur) qui fuit improbus fenerator filiorumfamilias, et ut ab iis usuras exigeret, ad quidlibet audendum impellebat: adeo ut quidam etiam mortem patris molirentur, ut se a molesto creditore liberarent. Cautum est itaque eo Senatusconsulto, ne cui, qui filiofamilias mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis ejus, actio petitioque daretur. Cujus sanctionis auctorem fuisse Senatui Vespasianum narrat *Sueton. in ejus vita*, c. 11.

MACEDONĬCUS, a, um, *Macedonian*, ad Macedoniam pertinens. *Plin.* l. 4. c. 11. *sub fin.* Macedonicum mare. *Id.* l. 15. c. 25. Macedonica cerasa. *Id.* l. 5. c. 10. Macedonica chlamys. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 49. Macedonicus miles. *Liv.* l. 45. c. 23. Macedonica præda. ¶ *Macedonicus* cognominatus est Q. Cæcilius Metellus, devicto Pseudophilippo, et Macedonia recuperata, et in provinciam redacta. *Vellei.* l. 1. c. 11. *Plin.* l. 7. c. 44. *Val. Max.* l. 4. c. 1. n. 12. et lib. 7. c. 1. n. 1.

MACEDONIENSIS, e, ad Macedoniam pertinens. Differt quidem a *Macedonius* ea ratione, qua *Hispaniensis* ab *Hispanus.* Adhibetur tamen promiscue a *Plaut. Pseud.* 4. 4. 4. Te ad illum duco dentatum virum Macedoniensem. *supra* 1. 3. 112. Illum eundem *Macedonium* dixerat.

MACEDONĬUS, a, um, adject. *Macedonian*, Μακεδόνιος, qui ex Macedonia est. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 466. Qui clypeo, gladioque, Macedoniaque sarissa Conspicuus. Ubi secundam produxit exemplo Græcorum, qui interdum Μακηδόνιος scribunt.

MACELLARĬUS, ii, m. *a victualler, seller of any kind of victuals*, ὀψοπώλης, qui obsonia omne genus vendit, agninam, bubulam, suillam, aves, pisces, et hujusmodi: in quo differt a lanio, qui carnes pecudum tantummodo vendit. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. *a med.* Num pluris nunc tu e villa illic natos verres lanio vendis, quam hic apros macellario Seius? et cap. 4. Ornithonem fructus causa habent macellarii. *Sueton. in Cæs.* c. 26. Ea quæ ad epulum pertinebant quamvis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparabat. *Id. in Vespas.* c. 19. Convivabatur assidue, ac sæpius recta et dapsili, ut macellarios adjuvaret. ¶ Adjective *Valer. Max.* l. 3. c. 4. n. 4. Miro gradu Varro ad consulatum ex macellaria patris taberna conscendit. *begot by butchers. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 647. n. 5. Negotiator artis macellariæ.

MACELLĪNUS dictus a servis suis Opilius Macrinus Imp. quod macelli specie domus ejus cruentaretur sanguine vernularum. *Capitolin. in Macrin.* c. 13.

MACELLUM, i, n. *a market-place for all kinds of provisions; the shambles*, ὀψοπώλιον, locus, in quo obsonia venduntur. Varia Romæ fuere loca, in quibus separatim varii generis obsonia vendebantur; forum boarium, piscarium, cupedinis, olitorium, &c. Hæc omnia, inquit *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. postquam contracta in unum locum, quæ ad victum pertinebant, et ædificatus locus, appellatum, macellum, ut quidam scribunt, quod ibi fuerit hortus (Nam μάκελλον *sepimentum*, vel *locum septum* significat: et Iones ostia hortorum et castelli vocant μακέλλους) alii, quod ibi domus fuerit, cui cognomen fuit Macellus, quæ ibi publice diruta. Hæc *Varro.* Sic *Festus:* Macellum dictum a Macello quodam, qui exercebat in Urbe latrocinia: quo damnato Censores Æmilius et Fulvius statuerunt, ut in domo ejus obsonia venderentur. Hoc idem confirmat *Varr.* apud *Donat. in Eun.* 2. 2. 25. et Romanium Macellum dictum fuisse eum latronem, tradit. Alii ducunt a mactandis pecoribus. *Plaut. Aulul.* 2. 8. 3. Venio ad macellum, rogito pisces, indicant Caros, agninam caram, caram bubulam, Vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 17. Macellum cetariorum. *Horat.* l. 1. ep. 15. v. 31. Pernicies, et tempestas, barathrumque macelli, Quidquid quæsierat, ventri donabat avaro. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. Collegiorum cœnæ excandefaciebant annonam macelli. *Martial.* l. 10. epigr. 59. Dives, et ex omni posita est instructa macello Cœna tibi. ¶ Antiquis Romanis, et frugi hortus pro macello fuit. Oleribus enim fere victitabant. *Plin.* l. 19. c. 4. Ex horto plebi macellum, quanto innocentiore victu! *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. Forum olitorium: hoc erat antiquum macellum, ubi olerum copia. *Cic.* Catonem loquentem inducens, *de Senect.* c. 16. *a med.* Jam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. ¶ Quod in macello etiam olera venderentur, colligitur tum ex *cit. Varron. loc.* ubi contracta fuisse ait in unum macelli locum fora piscaria, olitoria, &c. tum ex *Plin.* qui l. 19. c. 4. *a med.* scribit, in qua domo indiligens hortus sit, e carnario, aut macello vivendum esse. *h. e.* emendam carnem, et olera, quæ in horto domestico per indiligentiam non colantur. ¶ Per synecdochen est ipsa macelli annona, seu cibi, qui in macello venduntur. *victuals, provisions. Manil.* l. 5. v. 370. Numidarum pascimur oris, Phasidos et damnis: arcessitur inde macellum, Unde aurata novo convecta est æquore pellis. ¶ Masculino gen. *Martial.* epigr. 96. l. 10. Hic pretiosa fames, conturbatorque macellus. ¶ In macello prostabant etiam coqui, conducentibus parati. *Plin.* l. 18. c. 11.

MACELLUS, a, um, *lean, meagre*, ὑπισχνὸς, dimin. a *macer*, ut *Festus* docet in *Altellus. Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 524. Si nosti, non magnus homo est, nasutu', macellus.

MACĔO, es, n. 2. *to be lean, meagre, or thin*, idem quod macreo, a macer. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 28. Qui ossa atque pellis totus est: ita cura macet.

MACER, cri. V. *Æmilius Macer.*

MACER, cra, crum, *lean, meagre, thin, poor, barren, macilent*, ἰσχνὸς, λεπτὸς, ἀπίμελος, exilis, gracilis, tenuis: cui opponitur *pinguis, plenus.* Dicitur de animalibus, quæ tenui carne operiuntur: et de terra humore carente, aut saxis abundante. *Virg. Ecl.* 3. v. 100. Eheu, quam pingui macer est mihi taurus in arvo! *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 33. Macra cavum repetes arctum, quem macra subisti. *Senec.* epist. 78. *ante med.* Maximi dolores consistunt in

...rimis corporis partibus. *Gell.* l. 20. c. 8. Ostreæ inanes, et maciæ. *Colum.* l. 11. c. 2. Macerrimi agri. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 24. Ager macrior. *Colum.* l. 2. c. 18. Maciora loca fimo juvanda sunt. *Cic.* 2. *Agrar.* cap. 25. *ad* ... Quod solum tam exile et macrum est, quod aratro perstringi non possit? *Colum.* l. 3. c. 10. Macerrimæ stirpes. *h. e.* quæ humore, et alimento destituuntur. *Id.* l. 8. c. 1. Macerrimis vineis avium stercore mederi. ¶ Fuit cognomen, ductum ab habitu corporis, in gente Licinia Romana, ut C. Licinius Macer, *in num. Famil. Rom. Patini*, pag. 152. et apud *Valer. Max.* l. 9. c. 12. n. 7. et Licinius Macer, seu Macer Licinius apud *Liv.* l. 4. c. 7. 20. 23. et alibi. ¶ Translate *Martial.* l. 2. epigr. 6. Quid prodest mihi tam macer libellus, Nullo crassior ut sit umbilico? *h. e.* exiguus, brevis. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 180. valeat res ludicra, si me Palma negata macrum, donata reducit opimum. *h. e.* mœstum, tristem, et veluti enectum. ¶ *Spiritus jejunio macer*, apud *Petron. in Satyr.* c. 128. est graveolens. Sed al. leg. *marcet:* alii aliter.

MACERATIO, onis, f. *a steeping in liquor, soaking, maceration*, τέγξις, φύρασις, actus macerandi, et subigendi. *Vitruv.* l. 7. c. 2. Calx in maceratione diuturna liquore defervere coacta. ¶ Item corruptio, labefactio. *Arnob.* lib. 4. pag. 152. In ultimam tabem diffluentium viscerum maceratione consumi.

MACERĀTUS, a, um, *soaked, steeped, softened by steeping, emaciated, macerated*, ταχερὸς, subactus, mollitus. *Vitruv.* l. 7. c. 2. Calx cum non penitus macerata, sed recens sumitur, cum fuerit inducta, pustulas emittit. *Plin.* l. 29. c. 3. Ova macerata in aceto. *Id.* l. 18. c. 10. *a med.* Sesama macerata in calida. *Id.* l. 14. c. 10. Maceratis aqua vinaceis. *Id.* l. 31. c. 7. *extr.* Intestina piscium sale macerata. *Id.* l. 10. c. 22. Adeps anseris cum cinnamo multa nive obrutus, ac rigore gelido maceratus. ¶ Translate est exercitus, vexatus, afflictus. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 76. Ei prædicabo, quo modo hujusce filias apud vos habeatis servas, *&c.* satis sunt maceratæ. *worked, fagged.* ¶ Item enervatus, fractus. *weakened, shattered, broken. Vellei.* l. 2. c. 112. Pars exercitus macerata, perductaque ad exitiabilem famem.

MACERESCO, is, n. 3. *to lie to be soaked or steeped*, τήκομαι, maceror, mollis fio. *Cato R. R.* c. 92. Lutum de amurca facito, palearum paulum addito, sinito macerescant bene.

MACERĪA, æ, f. *any wall enclosing grounds; a garden-wall, park-wall, &c.* φράγμα, θριγκός, paries sub dio positus, ad sepiendos hortos, villas, silvas, vineta, et hujusmodi: sive ex calce fiat, sive sicco lapide construatur. Ejus species enumerat *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 14. quatuor: e lapide, ut in agro Tusculano; e lateribus coctilibus, ut in Gallico; e crudis, ut in Sabino; ex terra et lapidibus compositis, ut in Hispania. *Cato R. R.* c. 15. Maceriam ex calce, cæmentis, silice, uti dominus omnia ad opus præbeat: altam pedes quinque facito. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 12. Septa e maceriis ita esse oportere in leporario, ut tectorio tacta sint. *Apul. in Florid. sub fin.* Velut in maceria lapides temerario interjectu poni necesse est. *Plin.* l. 5. ep. 6. *ante med.* Maceria locum munire. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 560. Post villarum macerias et parietinas quinque cohortes in insidiis reliquit. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. *a med.* Silva tota septa maceriis altis. *Papinian. Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 73. Maceria sepulcrorum. *Terent. Adelph.* 5. 7. 10. Hanc in horto maceriam jube dirui. *Plin.* l. 25. c. 5. Herba in maceriis nascens. ¶ In veteri Inscript. optimæ notæ apud *Gruter.* pag. 611. n. 13. bis habetur *maceries, ei.* Sic *Prudent. in Hamartig.* v. 227. Quamvis maceries florentes ambiat hortos.

MACERIĀTUS, a, um, maceria septus. Inscript. apud *Murator.* pag. 1644. n. 14.

MACERĪES, ei, f. *affliction, distress*, macies, maceratio, labefactio. *Afran.* apud *Non.* c. 2. n. 536. Quanta illius mors sit maceries tibi. ¶ Pro *maceria*, V. *Maceria* in fine.

MACERIŎLA, æ, f. diminut. parva maceria. In quadam *Inscript.* apud *Spon. in Miscellan.* p. 293. legitur *macereola.* In alia apud *Murator.* pag. 492. n. 2. maceriola.

MACĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to soak in liquor, soften by steeping, steep almost to solution, emacerate, macerate*, τέγγω, ἀποβρέχω, φύρω, affuso humore tenerum et molle reddo, subigo, emollio. *Terent. Adelph.* 3. 4. 17. Salsamenta hæc fac macerentur probe. *Cato R. R.* c. 156. Brassicam in aquam macerare oportet: ubi macerata erit, conjicito, &c. *Colum.* l. 1. c. 6. *a med.* In piscina macerare lupinum, vimina, et virgas. *et mox.* Fimum assiduo macerari liquore. *Vitruv.* l. 7. c. 2. Macerare glebas calcis. *Plin.* l. 18. c. 11. panem. *Id.* l. 24. c. 9. ramos genistæ aqua marina. et lib. 25. c. 11. grana cacaliæ in oleo. *Id.* l. 31. c. 7. *extr.* intestina piscium sale. *Id.* l. 33. c. 5. pulverem herbæ ex aceto, ut omnis duritia solvatur. *Id.* l. 28. cap. 15. aliquid fumo. *Al. leg.* fimo. et lib. 26. cap. 10. *ad fin.* pedes in aqua, in qua verbenaca decocta sit. *to steep, soften.* et lib. 11. c 41. totum corpus lacte. *to bathe, wash*, ad molliendam cutem. *Vitruv.* l. 8. c. 3. *ante med.* Flumen, in quo podagrici crura macerantes levantur dolore. *Colum. de arborib.* c. 19. Ante annum scrobes fodito: ita sole pluviaque macerabuntur. ¶ Pro tabefacere, corrumpere. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 69. *Hard.* Cor solum viscerum vitiis non maceratur. *is not affected. Plaut. Capt.* 3. 4. 22. Multos iste morbus homines macerat. *afflicts, consumes. Colum.* l. 4. c. 24. *ante med.* Muscus, qui crura vitium situ et veterno macerat, eradendus est. ¶ Translate est vires adimere, fatigare, frangere, enervare, infirmare. *to soften or break down, weaken, enervate, harass:* quia quæ macerantur, rigorem duritiamque amittunt. *Flor.* l. 2. c. 6. *circa med.* Fabius per Falernos, Gauranosque saltus sic maceravit Annibalem, ut qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur. *Liv.* l. 26. c. 13. Alterum annum circumvallatos inclusosque nos fame macerant. ¶ Eleganter refertur ad animum, et significat dolore consumere, tabefacere, cruciare. *to afflict, torment, consume, waste, make to pine away, fret, vex, mortify, macerate. Terent. Andr.* 5. 3. 13. Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero? *Plaut. Trin.* 2. 1. 2. Egomet me concoquo, et macero, et defatigo. *Id. Mil.* 3. 1. 21. At hoc me facinus miserum macerat, meumque cor corpusque cruciat. *Id. Capt.* 5. 1. 8. Sat jam dolui ex animo, et cura me sat, et lacrymis maceravi. *Lucret.* l. 3. v. 838. Advenit id, quod eam (*mentem*) de rebus sæpe futuris Macerat, inque metu male habet, curisque fatigat. et vers. 75. Macerat invidia, ante oculos illum esse potentem, Illum adspectari, &c. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 125. Maceror interdum, quod sim tibi causa dolendi. *C. Cæsar.* apud *auctor. vitæ Terent. sub fin.* Maceror, hoc unum, et doleo, tibi deesse Terenti. *Horat.* l. 1. od. 13. v. 6. humor et in genas Furtim labitur, arguens, Quam lentis penitus macerer ignibus. *h. e.* consumar lento amore. Adde epod. 14. *in fin.* et *Calpurn. Ecl.* 6. v. 9. ¶ *Macerare exspectationem*, in longum ducendo cruciare. *Senec. in præfat.* l. 4. *excerptar. controvers.* Non tamen exspectationem vestram macerabo, singulos producendo: liberaliter hodie, et plena manu faciam. ¶ Qui putant primam hujus vocis syllabam etiam corripi, invertunt illud *Ovidii* allatum. *Interdum maceror, quod*, &c. tum afferunt illud *Prisciani Perieg.* v. 1067. *de adamante.* Frangitur hircino maceratus sanguine tantum.

MACES. V. in *Macetes.*

MACESCO, is, n. 3. *to grow lean or thin, become meagre or barren, pine or waste away*, λεπτύνομαι, macer fio: a maceo. *Colum.* l. 2. c. 9. *a med.* Constat, arva segetibus ejus (*hordei*) macescere. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *a med. de apib.* Propter laborem asperantur, et macescunt. *Id.* l. 2. c. 1. Macescentes boves. *Plaut. Capt.* 1. 2. 30. Ego tuo mœrore maceror, macesco, consenesco, et tabesco miser.

MACĔTÆ, arum, *et per syncop.* tum, m. *the Macedonians*, iidem qui Macedones, apud Poetas, οἱ Μακέται. *Stat.* l. 4. silv. 6. v. 106. regnator Macetum. *Auson. de clar. urbib.* n. 3. *de Alexandria.* Macetumque attollite nomen. *Gell.* l. 9. c. 3. Macetæ locupletissimo imperio aucti. Al. leg. *Macedones.* Adde *Lucan.* l. 2. v. 647. *Sil.* l. 14. v. 5. *Val. Flacc.* l. 1. v. 96. et *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 279. quibus locis qui *Macedum* (quod neque Græcum est, nec Latinum) pro *Macetum* legunt, passim reprehenduntur a Criticis.

MACĔTES, tum, populi Africæ circa Syrtes, fortasse iidem cum illis, quos *Plin.* l. 5. c. 5. Macas vocat, et Ptolemæus Μακαίους Συρτίτας. *Sil.* l. 7. v. 633. Et Macetum primi, atque incocti corpora Mauri. ¶ In singulari est *Maces, etis. Id.* l. 9. v. 222. Marmarides, tum Maurus atrox, Garamasque, Macesque.

MACETĪA, æ, f. Μακετία, Macedonia, ut est apud *Hesych.* Legit hanc vocem *Scalig.* l. 1. *lection. Auson.* c. 29. apud *Gell.* l. 9. c. 3. ubi alii aliter.

MACHÆRA, æ, f. *a knife, sword, dagger*, μάχαιρα, gladius, culter, ensis. Græca vox a μάχομαι, pugno. *Serv. ad Æn.* 9. v. 505. tradit esse inventum Peleī. *Isid.* l. 18. *Orig.* c. 6. definit, gladium longum, ab una parte acutum. *Enn.* apud *Serv.* ad l. 9. *Æn.* v. 38. Eja, machæras. *draw your swords. Plaut. Curcul.* a. 3. v. 54. Clypeatus elephantum machæra dissicit. *Id. Mil.* 1. 1. 53. Ubi tu quingentos simul, ni hebes machæra foret, uno ictu occideres. et 2. 5. 51. Machæra obtruncare aliquem. *Senec.* l. 5. *de Benef.* c. 24. *sub fin.* Nec galeam illam, si videres, agnosceres. machæra enim Hispana divisa est. *Sueton. in Claud.* c. 15. Proclamante quodam, præcidendas esse falsario manus, carnificem statim acciri cum machæra, mensaque lanionia, flagitavit. ¶ Obscenum sensum habet apud *Plaut. Pseud.* 4. 7. 85.

MACHÆRĪUM, rii, n. *a little knife*, μαχαίριον, μαχαιρίδιον, parva machæra. *Plaut. Aulul.* 2. 9. 1. Tu machærio congrum, murænam exdorsua, quantum potes. *Id. Rud.* 2. 2. 9. Qui tres duceret chlamydatos cum machæriis. Sed in primo exemplo videtur esse nomen servi.

MACHÆROPHŎRUS, i, m. *one who bears a sword or dagger*, μαχαιροφόρος, gladium ferens, sicarius. *Cic. ad Q. Fr.* l. 2. ep. 10. Machærophoris centum sequentibus. *h. e.* militibus Græco more armatis.

MACHAON, onis, m. Μαχάων, ονος, Æsculapii filius, ex Arsinoe, al. ex Coronide, al. ex Hesione filia Meropis, al. ex Xanthione, Podalirii frater, medicus insignis, (chirurgus, ut est apud *Cels. sub init. præfation.*) qui cum reliquis Græciæ principibus ad bellum Trojanum profectus, ab Eurypylo occisus est. *Propert.* l. 2. el. 1. v. 61. Tarda Philoctetæ sanavit crura Machaon. *Martial.* l. 2. epigr. 16. Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas omnes.

MACHAONĬCUS, et

MACHAONĬUS, a, um, adject. a Machaone. *Ovid. de remed. amor.* v. 546. Ille Machaonia vix ope sanus erit. *Stat.* l. 1. silv. 4. v. 114. Sæva Machaonio coierunt vulnera succo. *Sidon.* l. 2. ep. 12. *in fin.* Machaonica ars.

MACHĪNA, æ, f. *a frame, fabric, work*, μηχανή, opus, instrumentum, inventum, in quo, ut ait *Ascon. in Verr.* 3. c. 56. non tam materiæ ratio ducitur, quam manus, atque artis. *Plin.* de versatili Curionis amphitheatro, l. 36. c. 15. *a med.* Hic est ille terrarum victor, in machina pendens, ad periculum suum plaudens. *et mox.* Periturus momento aliquo luxatis machinis. *Lucret.* l. 5. v. 96. multosque per annos Sustentata, ruet moles et machina mundi. ¶ Speciatim dicitur instrumentum ad magna pondera movenda, et transferenda, ad extollendam aquam, ad molendum, &c. de quibus *Vitruv.* c. 1. *et sequentibus* l. 10. fuse agit: et initio statim definit: Machina est continens ex materia conjunctio, maximas ad onerum motus habens virtutes. Dividit etiam in tria genera, scansorium, spiritale, et tractorium. *a machine, engine. Cic. Verr.* 3. c. 55. Omnes illæ columnæ, machina apposita dejectæ, et repositæ sunt. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 73. Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. *Id.* l. 1. od. 4. v. 2. Trahuntque siccas machinæ carinas. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. *ante med.* Machina frumentaria. ¶ Inter machinas, et organa distinguit *Vitruv. cit.* c. 1. V. *Organum.* ¶ Item catasta, in qua venales servi prostabant. *Q. Cic. de petit. consul.* c. 2. Amicam, quam palam domi haberet, de machinis emit. ¶ Item pegma, in quo artifices opus faciunt, *a scaffold, frame of timber; a trestle. Plin.* l. 35. c. 10. *sub fin.* Pingebat semper togatus, quamquam in machinis. *Ulpian. Dig.* lib. 13. tit. 6. leg. 5. *circa med.* Si servum tibi tectorem commodavero, et de machina ceciderit. *et mox.* Si, ut de plano opus faceret; tu eum imposuisti machinæ: aut si machinæ culpa factum est, minus diligenter ligatæ, vel funium, perticarumque vetustate. ¶ In re militari machinæ sunt omnia instrumenta, quorum est usus in obsidionibus, in pugnis, &c. turres, ballistæ, vineæ, arietes, scorpiones, catapultæ, &c. de quibus *Vitruv. loc. citat.* c. 15. et sequentib. *military machines, warlike engines. Virg.* 2. *Æn.* v. 46. Aut hæc in nostros fabricata est machina muros. *Sallust. in Jug.* c. 24. Vineis, turribus, et machinis omnium generum expugnare oppidum. *Plin.* l. 7. c. 56. *a med.* Murales machinæ. *Vitruv.* l. 10. c. 19. Arietaria machina. *Flor.* l. 2. c. 9. Machinis urbem quatere. ¶ Hinc translate *Cic. Agrar.* 2. c. 18. *sub fin.* Hanc legem ad evertendas illius opes, tanquam machinam comparari. *Id. pro Dom.* c. 11. Iisdem machinis sperant me posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. ¶ Sæpe sunt conatus, consilia, doli, quibus quippiam perficere, aut decipere aliquem aggredimur, *a trick, artifice, device, stratagem, plan, contrivance. Plaut. Bacch.* 2. 2. 54. Aliquam machinabor machinam, unde aurum efficiam herili filio. *Accius* apud *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 29. Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar, scio. *Cic. ad Brut. ep. ult.* Ut omnem adhibeam machinam ad tenendum adolescentem. *Plaut. Mil.* 3. 2. 1. Quantas res turbo! quantas moveo machinas! Eripiam ego hodie, &c.

MACHINĀLIS, le, *mechanical, machinal*, μηχανικός, ad machinas spectans. *Plin.* l. 7. c. 37. Grande et Archimedi geometricæ et machinalis scientiæ testimonium M. Marcelli contigit. *Auson.* ep. 21. v. 34. Qui machinali saxa volvunt pondere.

MACHINAMENTUM, tī, n. idem ac machina. *Liv.* l. 24. c. 34. Machinamentaque alia quatiendis muris portabant. *Tacit.* 4. *Hist.* cap. 30. Præcipuum pavorem intulit suspensum, et nutans machinamentum, quo repente demisso, singuli, pluresve sublime rapti, verso pondere intra castra effundebantur. *Senec.* ep. 24. *circa med.* Singulis articulis singula machinamenta, quibus extorquentur, aptata. [† *Cels.* 8. 20. Tot genera machinamentorum ad extendendum femur. *surgeons' instruments for setting bones.*] ¶ Translate *Impp. Gratian. Valentinian. et Theodos.* lib. 6. *Cod. Theodos.* tit. 28. leg. 6. Callida machinamenta commeantium. *Apul. de dogmat. Platon.* l. 1. *ad fin.* Machinamenta, quibus ad sentiendas dijudicandasque quantitates, et qualitates sensus instructi sunt. *the organs of sense.*

MACHINARĪUS, a, um, ad machinam pertinens. *Machinaria mola*, quæ per machinam ab jumento versatur. *Apul.* lib. 7. *Metam.* ¶ *Machinarius mensor*, qui per machinam agros metitur. *Ulpian. Dig.* lib. 11. tit. 6. leg. 7. ¶ *Machinarius asinus*, qui molam machinariam versat. *Id.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. *ante med.* et *African.* lib. 32. leg. 58. *extr.* quamquam alii non jumentum, sed ipsam molam intelligunt, quæ ὄνος Græce appellatur. Docet enim *Suid.* in Ὤνειον, ὄνον dici molæ lapidem superiorem, qui movetur. ¶ *Machinarius commentator*, apud *Solin.* c. 5. (*al.* cap. 11.) *circa med. an inventor of machines or engines; an engineer.* ¶ *Machinarius* absolute, qui in ma-

china opus facit, vel qui est machinarum artifex. *Paul. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 31.

MACHINĀTĬO, onis, f. *a contrivance, device, artifice, machination,* μηχάνημα, actus et vis machinandi, artificium, solertia. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 38. Cum machinatione quadam moveri aliquid videmus, ut sphæram, ut horas, non dubitamus, quin illa opera sint rationis. et cap. 48. Data est quibusdam bestiis etiam machinatio quædam atque solertia: ut in araneolis aliæ quasi rete texunt, ut si quid inhæserit, conficiant, &c. ¶ Item machinamentum, machina, *a machine, engine. Vitruv.* l. 10. c. 1. *a med.* Portationes fructuum non essent, nisi plaustrorum, aut sarracorum per terram, navicularum per aquam inventæ essent machinationes. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 31. Qui tantæ altitudinis machinationes tanta celeritate promovere possent. et lib. 4. cap. 17. Tigna machinationibus demissa in flumen defigere. *Hirt. de B. Alex.* cap. 6. Aquæ magnam vim ex mari rotis, ac machinationibus exprimere. ¶ Translate *Cicer.* 2. *de Orat.* cap. 17. Judex, tanquam machinatione aliqua, tum ad severitatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 3. leg. 1. Dolus malus est omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. *Paul. ibid.* leg. 14. Quæ non magnam machinationem exigunt. *artifice, craft. Ulpian.* lib. 45. tit. 1. leg. 36. Per machinationem obligatus. *h. e.* per dolum.

MACHINĀTOR, oris, m. *an engineer, machinist, architect,* μηχανητής, μηχανοποιός, machinarum inventor et opifex, mechanicus. *Liv.* lib. 24. c. 34. *de Archimede.* Mirabilior inventor, ac machinator bellicorum tormentorum, operumque. *Senec.* ep. 88. *circa med.* Ludicris artibus annumeres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, et tabulata tacite in sublime crescentia, &c. *Lactant.* l. 2. c. 11. Deus rerum omnium machinator fecit hominem. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 642. n. 4. C. Bæbio Musæo machinatori. [¶ Non solum machinarum artificem significat, sed architectum etiam ac designatorem, qui nempe ædificiorum, villarum, viarumque et aliorum operum rationem designat ac disponit. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 42. Ceterum Nero usus est patriæ ruinis, extruxitque domum, in qua haud perinde gemmæ et aurum miraculo essent, solita pridem et luxu vulgata, quam arva, et stagna, et in modum solitudinis hinc silvæ, inde aperta spatia, et prospectus, magistris et machinatoribus Severo et Celere, quibus ingenium et audacia erat, etiam quæ natura denegavisset, per artem tentare, et viribus principis illudere.] ¶ Translate dicitur de inventore, et auctore cujuscumque rei: et fere in malam partem, *a cunning deviser, subtile contriver, projector, inventer. Cic.* 1. *Agrar.* cap. 5. *ad fin.* Tibi nos, Rulle, et istis tuis harum omnium rerum machinatoribus totam Italiam inermem tradituros existimasti. *Id.* 3. *Catil.* cap. 3. Omnium scelerum improbissimus machinator. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 10. Machinator doli. *Apul. in Apol.* Auctor et machinator accusationis. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 45. *in fin.* Architectus et machinator. *Senec. in Troadib.* vers. 750. Machinator fraudis, et scelerum artifex.

MACHINĀTRIX, icis, f. *an inventress,* inventrix. *Senec. in Med.* v. 266. Tu malorum machinatrix facinorum.

MACHINĀTUS, us, m. idem ac machinatio. *Apul. in Apol.* Gloriatur me suo machinatu reum postulatum. Adde *Sidon.* lib. 5. epist. 6.

MACHINĀTUS, a, um, particip. significationis passivæ, per machinas effectus. *Vitruv.* l. 10. c. 1. *circa med.* Aspiciamus solis, lunæ, quinque stellarum naturam, quæ ni machinata versarentur, non habuissemus in terra lucem. *by mechanism, mechanically. Sallust.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* cap. 9. et *Non.* c. 2. n. 859. Demissum victoriæ simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat. *Id.* apud *Priscian.* l. 7. pag. 792. *Putsch.* At Lucullum regis cura machinata fames brevi fatigabat. *Id. in Catil.* c. 49. Indicium a P. Autronio machinatum. *framed, devised, contrived.*

MACHĬNOR, aris, atus sum, dep. 1. *to contrive, devise, plan, design, project, plot, frame, make, build, machinate,* μηχανάομαι, ingeniose excogito, et fabricor, molior, struo. *Cic.* 2. *de natur. Deor.* c. 59. *a med.* Ad usum autem orationis, incredibile est, quanta opera machinata natura sit. *Id. de univers.* c. 3. Qui hæc machinatus est, ut molitionem novam quæreret. *Id.* 3. *de Orat.* c. 44. Hæc duo musici machinati ad voluptatem sunt, versum, atque cantum. *Vitruv.* l. 1. c. 6. *ante med.* Tritonem æreum collocavit, et ita est machinatus, ut vento circumageretur. ¶ Sæpe in malam partem sumitur, *to plot or contrive with an ill design, scheme maliciously. Plaut. Cas.* 2. 4. 22. Mihi illa nubet: machinare quod lubet. *Id. Capt.* 3. 3. 16. Nisi si meo aliquam corde machinor astutiam. *et Bacch.* 2. 2. 54. Aliquam machinabor machinam, unde aurum efficiam. *Cic. pro Dom.* c. 21. Cum arma in ædem Castoris comportabas, nihil aliud, nisi uti ne quid per vim agi posset, machinabare. εἰρωνικῶς. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 26. Sibi ipsi nefariam pestem machinari. *to plot his own destruction. Liv.* l. 1. c. 51. necem alicui. *Sallust. in Catil.* c. 18. perniciem cuipiam. *Cicer.* 1. *Catil.* c. 1. pestem in aliquem. *Justin.* l. 39. c. 4. *sub fin.* exitium occultis insidiis. *et mox.* exitium per insidias. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 3. leg. 1. adversus hostem, vel latronem.

MACHINŌSUS, a, um, *cunningly contrived,* πολυμήχανος, machinis confectus. *Sueton. in Ner.* c. 34. Repetentique Baulos in locum corrupti navigii machinosum illud obtulit.

MACHINŬLA, æ, f. *a small machine,* parva machina. Legitur apud *Fest.* in voce *Mustricola, Iucitega, Groma,* et apud *Paulin. Nolan. in Nat.* XI. *S. Fel. edit. Muratorii,* v. 458.

MACHLIS. V. *Achlis.*

MACĬES, ei, f. *leanness, thinness, meagerness, lankness, want of flesh, macilency,* λεπτότης, corporis extenuatio, a maceo. *Col.* l. 6. c. 14. Inde tussis, et macies. *Ovid.* l. 13. *Metam.* v. 397. Adducitque cutem macies. *Cic. Phil.* 7. c. 4. Profectus est ad bellum Hirtius consul: at qua imbecillitate! qua macie! *how much weakened!* et *Agrar.* 2. c. 34. Homo vegrandi macie torridus. *parched with excessive leanness. Vetus poeta* apud eund. 3. *Tuscul.* c. 12. Refugere oculi: corpus macie extabuit. *Virg.* 4. *Georg.* v. 255. horrida vultum Deformat macies. *Id.* 3. *Æn.* v. 590. macie confecta suprema Ignoti nova forma viri. *Cæs.* lib. 3. *B. Civ.* cap. 58. *in fin.* Equi macie corrupti. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 53. turpis macies decentes Deformat malas. *Tibull.* l. 4. el. 4. v. 5. macies tabentes occupat artus. *Prop.* l. 4. el. 3. v. 27. Diceris et macie vultum tenuasse. *Lucan.* lib. 6. vers. 515. tenet ora profanæ Fœda situ macies. *Plin.* lib. 30. cap. 7. Hoc maciem facit. *occasions leanness.* et lib. 24. cap. 8. Reducere ad maciem. ¶ Dicitur et de agris sterilibus, et de tristi segetum proventu. *Colum.* lib. 1. cap. 4. In exili terra cultoris diligentia maciem soli vincere potest. *poorness, barrenness.* (Adde *Justin.* lib. 43. cap. 3.) *Ovid.* 1. *Fast.* vers. 689. seges macie deficit. *Pallad. in Mart.* tit. 10. *a med.* Corticis macies jejuna nihil nutriet, *dryness:* quo sensu et *Plin.* utitur lib. 17. c. 27. ¶ Apud *Solin.* c. 23. (*al.* 36.) *extr.* macies aquarum est, *scarcity of water.* ¶ Transfertur ad orationis tenuitatem, et inopiam. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 21. Quique alii in eodem valetudinario hæc ossa, et hanc maciem probant.

MACILENTUS, a, um, *lean, lank, meagre, macilent,* ἀπίμελος, macie extenuatus, plenus macie. *Plaut. Capt.* 3. 4. 114. Macilento ore, naso acuto, corpore albo, et oculis nigris. *Id. Ann.* 2. 3. 20. Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus. *Pallad. in Mart.* tit. 10. Macilentum solum.

MACĬO, as, a. 1. *to make lean,* ἀποτρύω, macrum facio. *Solin.* c. 15. (*al.* 25. *a med.*) Caspii maris fauces mirum in modum maciantur imbribus, crescunt æstibus.

MACIR ex India advehitur, cortex rubens radicis magnæ, nomine arboris suæ: qualis sit ea, incompertum habeo. Corticis melle decocti usus in medicina ad dysentericos præcipuus habetur. Hæc *Plin.* l. 12. c. 8.

MACIS, idis, ficti aromatis nomen apud *Plaut. Pseud.* 3. 2. 43. Quidam aiunt esse corticem aromaticum cujusdam nucis Indicæ, qui Angl. *mace* dicitur.

MACOR, oris, m. *leanness, meagerness,* macies, a *maceo. Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 525. Corpus meum tabe, mœrore, macore senet. Al. leg. *macrore.*

MACRESCO, is, n. 3. *to grow lean, pine away,* λεπτύνομαι, macer fio. *Colum.* l. 6. c. 3. Ne penuria cibi macrescat pecus. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *a med.* Fames macrescere cogit. *Festus* in *Curionem:* Curionem agnum Plautus pro macro dixit, quasi cura macruisset. [*Horat.* 1. ep. 2. v. 57. Invidus alterius macrescit rebus opimis.]

MACRĬTAS, atis, f. *meagerness, leanness, poorness,* macies, tenuitas, λεπτότης. *Vitruv.* l. 2. c. 4. Macritas arenæ. *Pall[illegible]* l. 11. c. 1. Propter macritatem ager semen aliud ferre non valet.

MACRITŪDO, inis, f. idem ac macies. *Plaut. Capt.* 1. 2. 32. Ossa atque pellis sum, misera, macritudine.

MACROBĬI, orum, m. pop. Æthiopiæ, in Meroe ins. ad Or. sic dicti a μακρὸς, longus, et βίος, vita, quia vita dimidio, quam nos protensiore fruuntur. Forma sunt pulcherrimi, plurimum valent robore, justitiam colunt, amant æquitatem. Apud eos lacus est adeo liquidus, ut ne folia quidem sustineat, quo perfusa corpora quasi uncta nitescunt. Ultra illos desertæ inhumanæque solitudines sunt. *Pompon.* l. 3. c. 9. *Plin.* l. 7. c. 2. et *Val. Max.* l. 8. c. 13. n. 5. *extern.*

MACROBĬUS, ii. Aurelius Macrobius Ambrosius Theodosius (vel Macrobius Ambrosius Aurelius Theodosius) vir consularis, et illustris, sacrique cubiculi præfectus, qua fuerit patria, non constat, Romanus certe non fuit. Vixit autem Honorii et Theodosii junioris temporibus, hoc est exeunte sæc. Christi IV. scripsitque commentaria in Ciceronem de Somnio Scipionis, et Saturnaliorum libros VII, in quibus ab A. Gellio multa descripsit, adeo ut ejus fur et simia dictus sit. Quamquam ultro ipse fatetur, se res ipsis verbis, quibus ab ipsis auctoribus enarratæ sunt, explicasse, *in præfat.* lib. 1. *Saturn.*

MACROCHERA, μακρόχειρα: a μακρὸς, longus, et χεὶρ, manus. *Tunicas macrocheras* apud *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 33. accipimus manicatas. *long-sleeved.* V. *Chiridota.*

MACHRŎCHIR. V. *Longimanus.*

MACROCŎLUM, i, n. *paper or parchment of the largest size, or, as we say, royal paper,* μακρόκωλον, [† membrana longior et major, *Ernest.*] charta regia, quæ magnitudine Augustam, Livianam, Famianam, ceterasque chartæ species exsuperabat: a μακρὸς, longus, et κῶλον, membrum, membrana. *Cic.* lib. 16. *Attic.* ep. 3. Ἀρχέτυπον translatum in macrocolum lege convivis tuis. *Id. ibid.* lib. 13. epist. 25. Impensam fecimus in macrocola. *Plin.* l. 13. c. 12. Pedalis, et cubitalis mensura erat macrocolis. *Harduin.* ex MSS. legit *macrocollis* duplici *ll*, a κόλλα, glutinum, ut *macrocolla* fuerint chartæ inter se junctæ, et glutino compactæ. Utcumque se res habeat, hujusmodi chartis utebantur describendis syntagmatis ex chirographo auctoris (qui ea in minoribus chartis conscripserat) ut in vulgus ederentur: quod ex allatis *Ciceronis* locis satis apparet.

MACROLOGĬA, f. *macrology,* μακρολογία, est vitium orationis, quo sermo longior quam oporteat, usurpatur. Græca vox est, et Græcis litteris scribitur a *Quintil.* l. 8. c. 3. *Charis.* lib. 4. pag. 242. et *Diomed.* lib. 2. pag. 444. *Putsch.* qui omnes in exemplum afferunt illud *Livii:* Legati non impetrata pace, retro domum, unde venerant, abierunt.

MACROR. V. *Macor.*

MACTABĬLIS, le, qui mactari, vel mactare potest. *Lucret.* l. 6. v. 805. Tum fit odor vini plagæ mactabilis instar. Ita legit *Lambinus,* alii aliter.

MACTĀTOR, oris, m. *a killer, slayer, murderer,* occisor. *Senec. in Troadib.* v. 1002. Perge mactator senum.

MACTĀTUS, us, m. *a killing, sacrificing, mactation,* occisio. *Lucret.* lib. 1. v. 98. Hostia conciderat mactatu mœsta parentis.

MACTĀTUS, a, um, *sacrificed, killed in sacrifice, immolated,* σφακτὸς, occisus in sacrificio. *Horat. in fin.* od. 19. lib. 1. Mactata veniet lenior hostia. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 448. Placet Achilleos mactata Polyxena manes. *Id.* 4. *Trist.* el. 2. v. 35. corpora mactata deo. *Sueton. in Aug.* c. 15. Trecenti ex dedititiis ad aram divo Julio exstructam hostiarum more mactati. ¶ Item cumulatus, auctus, tum in bonam partem, tum in malam. *Ennius* apud *Serv. ad Æn.* 9. v. 641. Livius inde redit magno mactatu' triumpho. *Terent. Phorm.* 5. 8. 39. Mactatus infortunio. V. *Macto.*

MACTE, et Macti. V. *Mactus.*

MACTĔA. V. *Mattya.*

MACTO, as, avi, atum, a. 1. *to augment, enrich,* proprie est magis augere, quasi *magis aucto.* Mactare autem dicebantur, cum ture, vino, aliove super hostiam posito diceretur, *Macte hostia.* Ita *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 23. ex lectione *Scalig.* et *Serv. in* 4. *Æn.* v. 57. Indeque apud *Caton. de R. R.* cap. 134. *Macte hocce vino inferio esto: Macte hocce ferto esto: Macte hacce dape pollucenda esto.* Ubi Deo, cui sacrificatur, dicitur *Macte esto* pro *mactus,* h. e. cumulatus, auctusque. Deum autem mactum esse jubebant, quia putabant, sacrificiis augeri deorum felicitatem. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 291. Pultem diis mactare. *Cic. in Vatin.* c. 6. Cum puerorum extis deos Manes mactare soleas. *Liv.* l. 9. c. 40. Eos se Orco mactare Junius dictitans. V. *Mactus.* ¶ Metaleptice sumitur pro cædere in sacrificiis, seu immolare, κατ᾽ εὐφημισμὸν, quod *cædis* voce in sacrificiis, ut mali ominis, abstinendum sit. *to sacrifice, immolate. Virg.* 4. *Æn.* v. 57. mactant lectas de more bidentes. Ubi *Servius* Mactant, verbum sacrorum, κατ᾽ εὐφημισμὸν dictum. ¶ Per translationem usurpatur pro augere quocumque modo. *Cic. de Repub.* apud *Non.* c. 4. n. 291. Ferunt laudibus, mactant honoribus. *advance, heap honours upon. Arnob.* l. 1. pag. 24. Liberum patrem fanorum consecratione mactatis. *do honour to.* ¶ Transfertur etiam ad res malas, pro occidere, interficere. *to slay, kill, murder, assassinate, destroy. Cicer. de Harusp. resp.* c. 20. Clodius divisores Tribuum domi suæ crudelissima morte mactavit. *Id.* 1. *Catil.* c. 11. Non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? *Martial.* l. 1. epigr. 50. v. 23. Ibi illigatas mollibus damas plagis Mactabis, et vernas apros. ¶ Item pro violare, vel delere, e medio tollere. *Cic.* 6. *Verr.* c. 11. *extr.* Cum videant, jus civitatis illo supplicio esse mactatum. *trampled upon, quashed, abused.* ¶ Item pro afficere. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 14. Divitem audacter solemus mactare infortunio. [† V. *Mactatus* in fine.] *Id. Aulul.* 3. 5. 62. Dotatæ mactant et malo, et damno viros. *Enn.* apud *Non. ibid.* Qui illum dii deæque magno mactassint malo. ἀρχαϊκῶς pro *mactaverint,* vel *mactent.* ¶ Item pro fatigare, aut molestiam creare. *to trouble, vex. Plaut. Rud.* 1. 2. 8. Hoc, quod me mactat, concinnem lutum. ¶ Item pro præcipitare. *Accius* apud *Non. loc. cit.* Aut illorum opes fundam in campo, aut naves uram, aut castra mactabo in mare. Ita *Nonius.* [¶ Particip. *mactans, mactandus* apud *Lucret.* l. 5. v. 1239. Incuria mactans. *Ovid.* 15. *Met.* v. 114. Vite caper morsa Bacchi mactandus ad aras.]

MACTRA, æ, f. *a kneading-trough,* μάκτρα, vas, in quo farina subigitur. Vox Græca. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 74. *Burm.* De mactra illam sustuli. Al. leg. de *mactrilla.* h. e. parva mactra. Alii vero aliter. Est enim is locus variis conjecturis agitatus.

MACTRILLA. V. vocem præced.

MACTUS, a, um, *augmented, increased; appeased or honoured with a sacrifice*, cumulatus, auctus: ex *magis auctus*, ut *Festus* docet. Habet locum in sacrificiis, in quibus, ut ait *Serv. ad* 9. *Æn.* v. 641. quoties aut tus, aut vinum super victimam fundebatur, dicebant, *mactus est taurus* vel *vino*, vel *ture*, hoc est cumulata est hostia, et magis aucta. Sic quippiam deo offerentes dicebant deo: *macte hoc vino inferio esto: macte hac dape pollucenda esto: macte hoc porco esto*, ut est apud *Serv. ibid.* et *Caton. R. R.* c. 132. 134 et 139. quasi deus ipse ea oblatione major fieret, et honoratior, ejusque beatitas augeretur. In his autem *macte este* positum est pro *mactus esto*, vocativus pro nominativo (quanquam et *mactus* antiqui dixerunt, teste *Priscian.* l. 5. pag. 668. *Putsch.*) et sæpe τὸ *esto* omittitur. ¶ In eleganti usu est *macte*, et *macti*, quoties gratulamur alicui, plaudimus, felicem, ac beatum esse, jubemus, et cohortamur, ut in virtute excolenda, quam recte factis adhuc ostendit, crescat quotidie magis. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 6. *a med.* et 1. *Tuscul.* c. 17. Macte virtute. *increase in virtue; go on and prosper.* ego enim ipse cum eodem ipso non invitus erraverim. *Virg.* 9. *Æn.* v. 640. atque his victorem affatur Iulum: Macte nova virtute puer: sic itur ad astra. *Senec.* ep. 66. *ad fin.* Macte virtute esto, sanguinolentis, et ex acie redeuntibus dicitur. *brave! gallant! valorous! Liv.* l. 7. c. 36. Macti virtute milites Romani este: vestrum iter ac reditum omnia sæcula laudibus ferent. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 547. Macte, ait, o nostrum genus. *Lucil.* apud *Serv. loc. cit.* Macte, inquam, virtute, simulque his versibus esto. *h. e.* honoratus, laudatus, auctus tum virtute tua, tum versibus meis. *Plin.* l. 2. c. 12. Macti ingenio este, cæli interpretes. *Liv.* l. 10. c. 40. Macte virtute diligentiaque esto. *Stat.* 7. *Theb.* v. 280. Macte animo juvenis. et lib. 1. silv. 2. v. 201. Macte toris, Latios inter placidissime vates. *h. e.* felix connubii. et *Silv.* 3. v. 106. Macte bonis animi. *Martial.* l. 4. epigr. 13. Claudia, Rufe, meo nubit Peregrina Pudenti: Macte esto tædis, o Hymenæe, tuis. *Plin. in Paneg.* c. 46. Macte hac gravitatis gloria, Cæsar. et cap. 89. Macte uterque ingenti in rempubl. merito. ¶ Animadvertenda est illa loquendi ratio apud *Liv.* l. 1. c. 12. *ad fin.* Juberem, macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret. Ubi al. leg. *Juberem, te macte*, &c. Sic *Flor.* l. 2. c. 18. Macte fortissimam, et meo judicio beatissimam in ipsis malis civitatem! asseruit cum fide socios, &c. Al. leg. *macte esse fortissimam*, &c. *asseruit: cum fide*, &c. Quibus locis *macte* tanquam indeclinabile, vel adverbium ponitur. ¶ Cum genitivo. *Martial.* l. 12. epigr. 6. Macte animi, quem rarus habet, morumque tuorum, Quos Numa, quos hilaris possit habere Cato. Adde *Stat.* 2. *Theb.* v. 495. ¶ Absolute et sine casu. *Cic. in fin.* l. 15. *ad Attic.* Servuli dicunt, eum, et agripetas ejectos a Buthrotiis. macte! *good! excellent! bravo!*

MACŬLA, æ, f. *a spot, stain, blot, blur, blemish, mark, macule*, σπῖλος, sordes, labes, quidquid alicujus rei proprium colorem inficit et corrumpit. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 28. Est corporis macula, nævus: illi tamen hoc lumen videbatur. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 821. Maculas auferre de vestibus. *Plin.* l. 20. c. 13. extrahere. *Id.* l. 12. c. 25. *a med.* in veste facere. *Id.* l. 28. c. 7. *ad fin.* e veste abluere. *Id.* l. 20. c. 2. Lentigines ac maculas e facie tollit elaterium. *spots, freckles, pimples, maculæ.* et cap. 13. *ad fin.* Ruta illita cicatrices et maculas toto corpore emendat. *Id.* l. 36. c. 19. Melitites medetur maculis corporis. *Petron. in Satyr.* c. 102. Aquæ aspergo corpori maculam imponit. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 455. Combibit os maculas. *Plaut. Capt.* 3. 4. 63. Maculatur corpus maculis luridis. *Cic. in Somn. Scip.* c. 6. Vides habitari in terra raris et angustis in locis: et in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interjectas. *maculas* vocat, quia loca terræ habitabilia rara sunt, et intervallis dissita sicut in veste maculæ. ¶ Translate est res turpis honestatem deformans, nota, infamia, dedecus. *a fault, slur, disgrace, stain of infamy, infamous blot; dishonour, infamy. Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 311. Quem scis scire tuas omnes maculasque notasque. *Cic. pro Leg. Manil.* c. 3. Delenda vobis est illa macula, Mithridatico bello suscepta, quæ penitus jam insedit atque inveteravit in populi R. nomine. *Id. pro Dom.* c. 9. *a med.* Homo omnium scelerum libidinumque maculis notatissimus. *Id.* 7. *Verr.* c. 46. Errabas, Verres, cum te maculas furtorum et flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare. *Id. pro Planc.* cap. 12. Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis istis? *do you defame? do you asperse? Id. pro Rosc. Amer.* c. 39. Legationis cæremoniam perfidia polluere, maculaque afficere. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1454. Imprimere maculam laudibus. *Cic. Verr.* 2. c. 4. Ut ejus adolescentiæ maculas ignominiasque prætercam. *Id. pro Cluent.* cap. 5. Illam non pudor, non pietas, non macula familiæ a cupiditate revocavit. *Id. pro Balb.* c. 6. Est hujus sæculi labes quædam et macula, virtuti invidere. *Terent. Adelph.* 5. 8. 31. Effugere maculam avaritiæ. *Plaut. Pœn.* 1. 1. 70. Inest amoris macula huic homini in pectore, quæ elui neutiquam potest. *Id. Capt.* 4. 2. 61. Jam ego ex corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi. *Horat. in ar. Poet.* v. 351. ubi plura nitent in carmine, non ego paucis Offendar maculis, quas aut incuria fudit, Aut humana parum cavit natura. ¶ Est etiam nota, signum differens colore a reliquo corpore, *a natural spot or mark. Plin.* l. 37. c. 10. Gemma purpurea nigris interpellantibus maculis. *Virg.* 3. *Georg.* v. 56. bos maculis insignis et albo. *h. e.* albis maculis. V. *Endiadys.* et lib. 4. v. 91. *de rege apum.* maculis auro squalentibus ardens. *specked or dropped with gold.* et 9. *Æn.* v. 49. Equus albis maculis. *with white spots.* ¶ Item foramen retis, plaga, *a mesh in a net. Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 19. Retia sæpe comes maculis distincta tetendi. *Colum.* l. 8. c. 15. Locus clatris, vel grandi macula retibus contegitur. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 11. Septum totum rete grandibus maculis integitur. *Cic. Verr.* 7. c. 11. Reticulum ad nares sibi admovebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. ¶ In loco *Varronis* allato quidam omittunt τὸ *rete*, et maculas pro ipso rete poni putant. Est qui affert et locum *Claudiani* l. 3. *de rapt. Pros.* v. 266. sed ibi non de reti, sed de tigris maculis sermo est. Licebit tamen, si usu veniat, *maculas* pro reti usurpare per synecdochen.

MACULATĬO, onis, f. *a spotting or staining; a stain, spot, maculation*, actus maculandi. *Apul. in Apolog.* Ea tabes primorem cutem vitiligine insignit, et omnimodis maculationibus convariat. ¶ Translate *Jul. Firmic.* l. 3. c. 15. n. 3. Aliqua infamiæ maculatione pollutus.

MACULĀTUS, a, um, *stained, polluted*, macula fœdatus, inquinatus. *Ovid. de nuce*, v. 157. dextra maculata cruore. ¶ Translate *Sil.* lib. 11. v. 200. maculatæ crimine mentes. *tainted.* ¶ Item notis, et signis varii coloris distinctus. *Val. Flacc.* l. 6. v. 704. et multo maculatam murice tigrim. *spotted, speckled, brinded.*

MACŬLO, as, avi, atum, a. 1. *to mark, stain, pollute, maculate*, ῥυπαίνω, macula afficio, inquino, polluo, fœdo. *Virg.* 3. *Æn.* v. 28. atro liquuntur sanguine guttæ, Et terram tabo maculant. *Plaut. Capt.* 3. 4. 63. Maculatur corpus maculis luridis. ¶ Translate est contaminare, polluere. *Cic. de Harusp. resp.* cap. 13. Castissimos ludos omni flagitio, dedecore maculare. *to taint, contaminate. Id. pro Mil.* c. 31. Maculare omni nefario stupro et scelere sacra loca. *to defile, pollute. Id. pro Sext.* c. 28. Eo negotio M. Catonis splendorem maculare voluerunt. *blemish. Liv.* l. 1. c. 13. Maculare partus suos parricidio. *Nep. in Pausan. sub fin.* Belli gloriam turpi morte maculavit. *Virg. Æn.* 10. v. 851. Idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 15. Hunc nulla vitiorum labes maculavit. *Lucret.* l. 5. v. 1150. metus maculat pœnarum præmia vitæ. *h. e.* corrumpit. ¶ *Maculantia verba*, quæ orationem maculant. *Gell.* l. 16. c. 7. Obsoleta quoque, et maculantia ex sordidiore vulgi usu ponit. ¶ Est etiam per intervalla tingere, et quasi maculas ornatus gratia aspergere. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 368. *de Argo.* Lumina non aliter toto cui vertice, quam si Lyda nurus sparso telas maculaverit ostro. *variegates.*

MACULŌSUS, a, um, *spotted, stained, blotted*, σπιλωτὸς, maculis aspersus, maculis abundans, immundus. *Cic.* 2. *Phil.* c. 29. Auctionis vero miserabilis aspectus: vestis Pompeii non multa, eaque maculosa, argentea vasa collisa, &c. *Plin.* l. 2. c. 9. Maculosa luna. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 395. maculosæ sanguine arenæ. *Id.* l. 3. *Trist.* el. 1. v. 15. Littera suffusas quod habet maculosa lituras, &c. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 29. Si unam peccavisses syllabam, fieret corium tam maculosum, quam est nutricis pallium. *covered with weals and bruises.* ¶ Item notis, quasi maculis, distinctus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 327. maculosæ tegmine lyncis. *spotted, speckled, brinded. Plin.* l. 36. c. 6. Maculosum marmor. *Colum.* l. 6. c. 37. Equus coloris nigri, vel maculosi. ¶ Translate est contaminatus, impurus, scelestus. *tainted, contaminated, polluted, foul, impure. Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *ante med.* Maculosi Senatores, nudi equites. *Horat.* l. 4. od. 5. v. 22. Maculosum nefas. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 38. Vir omni dedecore maculosus. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 11. Maculosa adolescentia. [¶ Comparat. *maculosior* apud *Fronton. de Orat.* l. 2. fragm. 6. Polluta et contaminata, et varia et maculosa, maculosioraque (hæc sunt verba), quam nutricis pallium.]

MADAURENSIS, se, ad Madaurum pertinens, quæ est urbs Africæ in finibus Numidiæ, et Getuliæ, patria Apuleii. Unde *Apuleius Madaurensis* apud *Augustin.* epist. 49. *quæst. ult.*

MADEFACĬO, is, eci, actum, a. 3. *to wet, make wet, moisten*, βρέχω, δεύω, διαίνω, madidum facio, humore aspergo, tingo. *Cic.* 1. *de Divin.* cap. 32. Vaticinatus est, madefactum iri minus triginta diebus Græciam sanguine. *Virg.* 5. *Æn.* v. 330. Sanguis fusus virides madefecerat herbas. *Plin.* l. 32. c. 7. *circa med.* Lanam aceto et nitro madefacere. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 252. imbutum cælesti nectare corpus Delicuit, terramque suo madefecit odore. *h. e.* imbuit, perfudit. Jlocaliter *Plaut. Pseud.* 1. 2. 50. Vino modo cupidæ estis: eo vos, vestros panticesque adeo madefacitis, cum ego sim hic siccus. ¶ Pro macerare. *to steep, soak. Plin.* l. 25. c. 6. *a med.* Caules concisos madefaciunt diebus quindecim, atque ita succum exprimunt. [¶ Particip. *madefaciendus* apud *Cels.* l. 3. c. 18. Si vero imbecillitas est, rosa caput, adjecto serpyllo alioque simili, madefaciendum est.]

MADEFACTO, as, a. 1. *to moisten frequently*, frequentativum a madefacio. *Venant. Fortun.* l. 1. carm. 21. v. 26. Si tamen est fluvius, qui madefactat humum.

MADEFACTUS, a, um, *made wet or moist, moistened, soaked, steeped*, madidus factus, aspersus, maceratus. Minus est, quam *imbutus*: ut in illo *Cicer. Phil.* 14. c. 3. Imbuti sanguine gladii, vel madefacti potius. *Plin.* l. 21. c. 8. Amarantus madefactus aqua revirescit. *Id.* l. 26. c. 6. Radix in vino madefacta. *Tibull.* l. 2. el. 7. v. 14. Et madefacta meis serta feram lacrymis. et lib. 3. el. 6. *in fin.* Syrio madefactus tempora nardo. ¶ Item tinctus, coloratus, *stained, coloured, tinged, dyed. Id.* l. 4. el. 2. v. 15. cui mollia caris Vellera det fucis bis madefacta Tyros. ¶ Item perfusus, abundans, plenus, madens. *Sil.* l. 12. v. 18. molli luxu madefacta, meroque Illecebris somni torpentia membra fluebant. *Heins.* mallet *labefacta*. *Colum.* lib. 10. vers. 309. multo madefactus Iaccho. *steeped or drenched in wine. Ammian.* l. 15. c. 3. *a med.* (*al.* c. 5.) Poculis amplioribus madefacti.

MADEFĪO, is, anom. passiv. *to become wet or moist, be moistened*, διαίνομαι, madens fio, humore aspergor. *Plin.* l. 28. c. 7. Ferventes oculorum anguli subinde madefiant. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* vers. 364. Alta Polyxenia madefient cæde sepulcra. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 32. Madefactum iri Græciam sanguine. *was on the point of being drenched.*

MADENS, entis, *wet, moist*, διάβροχος, ἔνυγρος, humore plenus, madidus, perfusus. *Plin.* l. 9. c. 45. Madentes spongiæ. *Id.* l. 31. c. 9. Linteolum vino madens. *Quintil.* l. 6. c. 1. *a med.* Vestis madens sanguine. *Petron. in Satyr.* c. 6. Madens sudore. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 58. Madens oculis. *h. e.* flens. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 5. v. 12. Os fletu madens. *moistened or bedewed with tears. Id. Heroid.* ep. 13. v. 52. More nivis lacrymæ sole madentis eunt. *melting in the sun. Stat.* 3. *Theb.* vers. 230. Ense madens. *h. e.* ensem habens madentem sanguine. *having his sword drenched in or reeking with gore.* ¶ *Cæde madens* est madens sanguine ob cædem factam: et metonymice cædis auctor, aut reus. *Juvenal.* sat. 4. *in fin.* hoc nocuit Lamiarum cæde madenti. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1870. populisque madens ferrum. *h. e.* sanguine cæsorum populorum. *Id. in Herc. Fur.* v. 1195. puerili madens arundo leto. *reeking with infant blood.* ¶ Absolute *Cic. post redit. in Sen.* c. 6. et *Virg.* 4. *Æn.* v. 216. Madens coma. *h. e.* delibuta unguentis. *perfumed. Lucret.* lib. 6. v. 1180. sudor madens per collum. *h. e.* manans. fluens. Sic per catachresim *Sever. in Ætna*, v. 520. madentes flammæ. *h. e.* fluentes. *Senec. in Herc. Œt.* vers. 71. madens Auster. *h. e.* pluvius. Sic *Martial.* l. 10. epigr. 5. Madens bruma. *a rainy winter. Tacit.* 5. *Hist.* c. 17. Madentes campi. *marshy.* Et *Stat.* l. 4. silv. 8. v. 8. madens deus. *h. e.* Neptunus. ¶ *Vino madens*, est vini plenus, bene potus, ebrius, *full of wine, drenched in wine, inebriated. Senec.* ep. 83. *circa med.* Vir moderatus et gravis, sed mersus vino et madens. ¶ Absolute *Sueton. in Claud.* c. 33. Nec temere unquam triclinio abscessit, nisi distentus ac madens. ¶ Hinc translate *Martial.* l. 7. epigr. 50. Jure madens, varioque togæ limatus in usu. *h. e.* plenus juris scientia. *Gell. in fin.* cap. 8. lib. 13. Vitia facundissime accusant, intercutibus ipsi vitiis madentes. *Auson. in Professorib.* num. 15. Cui felle nullo, melle multo mens madens.

MADĔO, es, dui, n. 2. *to be or become wet or moist, be sprinkled with moisture, be soaked, drenched, or steeped*, μαδάω, νοτέω, humidus, madidus sum, humore madefio: a priore Græca voce allata. *Cic.* 2. *Phil.* c. 41. Natabant pavimenta vino, madebant parietes. *Virg.* 12. *Æn.* v. 690. plurima fuso Sanguine terra madet. *Id.* 3. *Georg.* v. 429. Vere madent udo terræ, ac pluvialibus austris. *Martial.* l. 9. epigr. 36. Scis, quoties Phario madeat Jove fusca Syene. *h. e.* pluvia perfundatur. *Id.* l. 1. epigr. 57. Continuis vexata madet vindemia nimbis. *h. e.* tempus vindemiæ pluvium est. *Id. de Spect.* epigr. 3. Et Cilices nimbis hic maduere suis. *h. e.* perfusi sunt croco. *Id.* l. 10. epigr. 19. madent capilli. *scil.* unguento. *Plin.* l. 13. c. 1. Persæ unguento madent. *Id.* l. 22. c. 12. Radix succo madet. *Id.* l. 24. c. 11. Capræ si aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 378. Lacrymis madent genæ. *are moistened or bedewed. Val. Flacc.* l. 3. v. 391. quibus invito maduerunt sanguine dextræ. *h. e.* qui inviti cædem patrarunt. *Lucan.* l. 2. v. 149. nati maduere paterno sanguine. *have been imbued in*, &c. *h. e.* occiderunt patres suos. metonymia. ¶ *Madere vino*, et *madere* absolute est bene potum esse, atque ebrium, *to be drenched in wine, be full of wine, be inebriated or drunk. Tibull.* l. 2. el. 2. v. 8. Atque satur libo sit, madeatque mero. *Plaut. Trucul.* 4. 4. 2. Si alia membra vino madeant, cor sit saltem sobrium. *Id. Mostell.* 1. 4. 7. Ecquid tibi videor madere? *do you take me to be tipsy? Id. Pseud.* 5. 2. 7. Non vides me, ut madide madeam? *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 29. non festa luce madere Est rubor. ¶ Pro abundare, plenum esse: ductum ab iis, qui vino madent. *Tibull.* l. 3. el. 6. v. 5. madeant generoso pocula Baccho. *be filled up to the brim. Plin.* l. 17.

c. 4. *sub fin.* Cæcubæ vites in Pomptinis paludibus madent. *Propert.* l. et el. 4. v. 74. Cum pagana madent fercula deliciis. *Plaut. Mostell.* 2. 1. 48. Istæc blanda dicta quo eveniant, madeo metu. *Lucret.* l. 4. v. 793. arte madent simulacra. *h. e.* arte imbuta et prædita sunt. Est tamen qui *valent* legat. *Horat.* l. 3. od. 21. v. 9. Socraticis madet sermonibus. *h. e.* imbutus est, et abundat præceptis gravioris philosophiæ. *is seasoned with or instructed in the philosophy of Socrates. Martial.* l. 7. epigr. 68. Cujus Cecropia pectora voce madent. *h. e.* peritissima sunt Græcæ linguæ. *are imbued or tinctured with.* ¶ In illo *Virg.* 1. *Georg.* v. 196. Et quamvis igni exiguo properata maderent: *Serv.* et alii exponunt *festinata coquerentur:* quo sensu *Plaut. Men.* 2. 2. 51. Jam ergo hæc madebunt, faxo: nihil morabitur. *h. e.* coquentur. Sic *Pers.* 1. 3. 12. Collyræ facite ut madeant, et colliphia: ne mihi incocta detis. Non tamen hæc ita intelligas, quasi *madere* coctum esse significet, sed quia quæ cocta sunt, teneriora fiunt, et jure facilius perfunduntur ac imbuuntur.

MADESCO, is, n. 3. *to grow moist or wet, be soaked or drenched,* διερμαι, madidus fio. *Virg.* 5. *Æn.* v. 697. semusta madescunt robora. *Ovid.* 1. *Metam.* vers. 66. tellus Nubibus assiduis, pluvioque madescit ab austro. *Id.* 6. *Fast.* v. 198. multa terra madescit aqua. *Claudian.* l. 3. *de rapt. Pros.* v. 311. largis tunc imbribus ora madescunt. *Cels.* l. 3. c. 6. *circa med.* Spectare oportet, num tempora, partesve corporis aliæ paulum madescant. *h. e.* sudore perfundantur. ¶ Per metonymiam est mollescere, tenerum fieri, macerari, *to become soft or tender, be macerated. Colum.* l. 6. c. 30. *de equis.* Ut stabulentur sicco loco, ne humore madescant ungulæ. *Id.* l. 11. c. 3. *ante med.* Brassica in coctura celerius madescit. *Id.* lib. 10. vers. 398. *de cucumere.* riguoque madescit luteus arvo. *Plin.* lib. 18. cap. 7. *ad fin.* Triticum madescit dulci aqua ligneis vasis.

MADĬDANS. V. in *Madido.*

MADIDĀTUS, a, um, *moistened, softened,* madidus factus, madens. *Apul.* l. 8. *Metam.* Madidatæ spongiæ. ¶ Item vino madens. *Arnob.* l. 5. *sub init.* Injecisse madidatis vincula.

MADĬDE, adverb. *moistly. Madide madere* apud *Plaut. Pseud.* 5. 2. 7. est probe ebrium esse. *to be dead-drunk.*

MADĬDO, as, avi, atum, a. 1. *to moisten,* madidum reddo, madefacio. *Arnob.* l. 2. pag. 70. Proluvie linerent et madidarent se sua. *Id.* l. 5. pag. 163. Mero multo madidari. ¶ Particip. *madidans* pro madidus, madens. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Pros.* vers. 88. ille (*Zephyrus*) novo madidantes nectare pennas Concutit, et glebas fecundo rore maritat. *moistened, bedewed.*

MADĬDUS, a, um, *wet, moist, humid, soaked, steeped, drenched,* ὑγρὸς, διάβροχος, madens, madefactus, humidus. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 12. *a med.* Fasciculum illum epistolarum totum sibi aqua madidum redditum esse. *Plin.* lib. 25. c. 6. Radix succo madida. *Id.* l. 31. c. 7. Madidus spiritus. *a moist or damp atmosphere. Ovid.* 1. *Metam.* v. 264. madidis Notus evolat alis. et l. 5. v. 53. Capilli madidi myrrha. *Id.* 1. *de ar. am.* vers. 660. Madidæ genæ. *h. e.* madentes lacrymis. *Id. Heroid.* ep. 14. v. 30. et l. 1. *Amor.* el. 6. vers. 38. madidæ comæ. *h. e.* madentes unguento. [¶ Cum genitivo. *Apul.* 4. *Met.* pag. 239. *Oudend.* Rosas madidas divini roris et nectaris video.] ¶ Item humore abundans, aquosus. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 554. Ut levis in madida canna palude tremit. *Id.* l. 5. *Trist.* el. 6. vers. 37. multa madidæ celebrantur arundine fossæ. *Martial.* l. 4. epigr. 44. Presserat hic madidos nobilis uva lacus. *Id.* l. 7. epigr. 35. Madidus Jupiter. *h. e.* pluvius. ¶ Translate *Cæcil.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 699. *Putsch.* Itan'est immemoris? itan'est madida memoria? *h. e.* quæ nihil retinet, velut si in aqua scribas. ¶ Item mollis, tener. *soft, tender. Plin.* l. 27. c. 5. *ad fin.* Semina in siliquis nigriora, et madidiora lenticula. ¶ Hinc dicitur de cibis coctis, conditis, maceratis. *Plaut. Men.* 1. 3. 29. Madida quæ mihi apposita in mensam, &c. *Id. Pers.* 1. 3. 14. Nisi quas madidas glutias. *Martial.* l. 1. epigr. 42. Madidum cicer. *Id.* l. 10. epigr. 48. Et madidum thynni de sale sumen erit. *Lucan.* l. 1. vers. 621. tabe jecur madidum. *h. e.* corruptum, et stillans. ¶ *Madidus vino,* et *madidus* absolute, est vini plenus, ebrius. *Plaut. Aulul.* 3. 6. 36. Ego te hodie reddam madidum, sed vino, probe. *Id. Amph.* 3. 4. 18. Faciam, ut sit madidus sobrius. Adde *Martial.* l. 6. epigr. 89. et lib. 9. epigr. 23. Sic *dies madidi* apud *eund.* l. 14. epigr. 1. sunt Saturnalitii, in quibus vino largius indulgebatur. ¶ Est etiam imbutus, tinctus. *dyed. Martial.* l. 5. epigr. 24. Vestis cocco madida, vel murice tincta. ¶ Translate *Id.* l. 1. epigr. 40. Cecropiæ madidus, Latiæque Minervæ artibus. *well read, deeply instructed. Id.* l. 4. epigr. 14. Nec torva lege fronte, sed remissa Lascivis madidos jocis libellos. Eundem habent usum *madens,* et *madeo.*

MADIFĬCO, as, a. 1. madefacio. Quidam tribuunt *Plinio* l. 28. c. 7. *circa med.* Ferventes anguli oculorum madificentur. Sed legendum omnino *madefiant.*

[† MADON, i, n. vitis alba. *Plin.* 23. 1.]

MADOR, oris, m. *moisture, humidity,* ὑγρότης, humor: a *madeo. Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 534. Ingens terror erat, ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur. *Arnob.* l. 5. p. 185. Mador terræ. *Ammian.* l. 20. c. 6. (*al.* 14.) Lapides recens structi, et madore infirmi. [*Apul.* 1. *Met.* pag. 49. *Oudend.* Quoad me urinæ madore perluerent.]

MADULSA, æ, m. *a drunkard, sot,* ebrius: a *madeo,* quia vino madet. *Festus. Plaut. Pseud.* 5. 1. 7. Ego nunc probe abeo madulsa. Apud *Fest.* legitur et *madusa:* sed *madulsa* est rectius.

MÆANDER. V. *Mæandrus.*

MÆANDRĀTUS, a, um, *meandrous, flexuous,* flexus, tortuosus instar Mæandri. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 550. Mihi facies Mæandrata, et vermiculata, atque etiam adeo cingens orbem terræ.

MÆANDRĬCUS, et

MÆANDRĬUS, a, um, *Meandrian,* Μαιάνδριος, ad Mæandrum pertinens. *Tertull. de Pall.* c. 4. *a med.* Si quis Mæandrico fluxu delicatam vestem humi protrahat. V. vocem sequent. sub fin. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 573. Attonitus subita juvenis Mæandrius ira. *h. e.* Caunus Mæandri nepos. *Claudian. de VI. consul. Honor.* vers. 635. Mæandria flumina. *Propert.* l. 2. el. 25. v. 35. Phrygio fallax Mæandria campo Errat, et ipsa suas decipit unda vias. *Avien. in perieg.* vers. 1010. Mæandria gleba. *h. e.* arva, quæ Mæandro alluuntur.

MÆANDROS, *et* Mæandrus, *et* Mæander, dri, m. Μαίανδρος, fluvius ingens Asiæ in Phrygia magna, qui e lacu in Aulocrene monte oritur, plurimisque affusus oppidis, et repletus fluminibus crebris, ita sinuosus flexibus, ut sæpe credatur reverti, Apamenam regionem, et Eumeneticam, et Bargyleticos campos, demum Cariam placidus pervagatur, omnesque eos agros fertilissimo rigans limo prope Miletum mari illabitur: quæ est descriptio *Plinii* lib. 5. cap. 29. In fabulis fingitur Oceani et Terræ filius, pater Cyanes Nymphæ ex qua Miletus Solis filius Caunum et Byblidem suscepit. Causa cur tam oblique feratur, est quia multum limi defert, et modo huic, modo illi ripæ adjicit. *Ovid. Heroid.* ep. 9. vers. 55. Mæandros, toties qui terris errat in îsdem: Qui lassas in se sæpe retorquet aquas. *Id.* lib. 8. *Metam.* vers. 162. Non secus ac liquidus Phrygiis Mæandrus in arvis Ludit, et ambiguo lapsu refluitque, fluitque: Occurrensque sibi venturas aspicit undas: Et nunc ad fontes, nunc in mare versus apertum, Incertas exercet aquas. (Hæc præclare vertit *Torquat. Tass. Hierus. liber.* 16. 8.) *Senec. in Herc. Fur.* vers. 683. qualis incerta vagus Mæander unda ludit, et cedit sibi, Instatque dubius, litus, an fontem petat. *Lucan.* lib. 3. v. 208. Errantem Mæandron adit. ¶ Hinc *more Mæandri,* flexuose, tortuose. *Colum.* l. 8. *c. ult. a med.* Oportebit nonnullis locis moles intercidi, more Mæandri. ¶ Hinc omnes obliquitates, quibus post varios flexus reditur, unde discessum erat: item omnes ambages, et obliqua, obscura, et vafra consilia *Mæandri* dicuntur. *meanders, mazes, flexuous turnings or windings, tortuous passages, labyrinths; turns, shifts, tricks. Cic. in Pison.* c. 22. *ad fin.* Quos tum Mæandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diverticula, flexionesque quæsisti? *Gell. in fi.* cap. 8. l. 16. Ne tu quoque in illis dialecticæ gyris, atque mæandris, tanquam apud Sirenios scopulos, consenescas. *Ammian.* l. 30. c. 1. (*al.* 3.) Hi locorum gnaritate confisi, quod ille, ut peregrinus et insuetus, meandros faciebat, et gyros, &c. Adde *Prudent. Cathemer.* 6. vers. 142. ¶ Item opus penicillo, aut acu factum, ad similitudinem cursus Mæandri, flexuoso et in se remeabili gyro descriptum: qualia in oris vestium muliebrium sæpe videmus. *meandrated work wrought with the pencil or needle; a lace, or welt, set round in crooks and turns about the border of a garment. Festus, Non.* c. 2. n. 550. et *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 5. v. 250. Victori chlamydem auratam, quam plurima circum Purpura mæandro duplici Melibœa cucurrit. Simile est Græcorum litteræ ξ. *Auson. Edyll.* 12. *de litter. monsyllab.* v. 12. Mæandrum flexusque vagos imitata vagor ξ. Gallice *zic zac:* [† Anglice *zig zag:*] et habet locum etiam in aggeribus obsidionum. ¶ *Mæander* in recto singulari legitur etiam apud *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 266. et *Avien. in Perieg.* v. 999. et *Senec.* ep. 104.

MÆCĒNAS, atis, m. Μαικήνας. C. Cilnius Mæcenas, eques R. origine Tuscus, et quidem regii sanguinis, clarissimus fuit tum amicitia Augusti, tum amore in studia præsertim et doctos viros, quo Horatium, Varium, et Virgilium præcipue fovit, et complexus est. Hinc studiorum patroni hodieque per antonomasiam *Mæcenates* appellantur. *Martial.* l. 8. epigr. 56. Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones. *patrons.* ¶ Narrant, delicatum fuisse non solum cultu ac moribus (unde *Juvenal.* sat. 12. v. 39. vestem Purpuream teneris quoque Mæcenatibus aptam.) sed etiam stilo: adeo elumbis, fracta, et mollis fuit ejus oratio: cujus specimina aliquot habes apud *Quintil.* l. 10. c. 4. *ante med.* et *Senec.* epist. 19. 101. et 114. Joculares autem appellationes, quibus in eum in quadam epistola usus est *Augustus,* referuntur a *Macrob.* l. 2. *Saturn.* cap. 4. V. etiam *Sueton. in Aug.* c. 86. et *Vellei.* lib. 2. cap. 88. ¶ Lis est non una de scriptione, aliis *Mecænas,* aliis *Mæcenas,* aut *Mecœnas,* aliis *Mæcenas* scribentibus. Ab his nos cum *Manutio, Dausq.* et *Cellar.* stamus, lapidibus tribus apud *Manut.* septem apud *Fabrett.* et Græca consuetudine confirmante. V. *Broukhus. ad Propert.* l. 3. el. 7. v. 1.

MÆCENATIĀNUS, a, um, ad Mæcenatem pertinens. *Sueton. in Ner.* c. 38. Mæcenatiana turris. *Id. in Tiber.* c. 15. Mæcenatiani horti. *Plin.* l. 14. c. 6. Mæcenatiana vina.

MÆCĬA, tribus Romana rustica, in Latio constituta una cum Scaptia circa A. U. CCCCXXV. sic dicta a quodam oppido, quod prope Lanuvium fuit. *Festus,* et *Liv.* l. 8. c. 17. et l. 29. c. 37.

MÆLES. V. *Meles.*

MÆLIĀNUS, a, um, ad Mælium pertinens, quod est nomen propr. civis R. *Liv.* l. 4. c. 16. Seditio mota ex Mæliana cæde.

MÆLĬUM, ii, n. *a dog's collar,* collare canum ex corio cum clavulis capitatis, ne vulnerentur a feris. *Varr.* lib. 2. *R. R.* cap. 9. *ad fin.* V. *Millus.*

MÆNA, æ, f. μαινὶς, genus piscis marini (ut est apud *Plin.* l. 32. *c. ult.*) exigui pretii, ex quo salsamenta fieri solebant. Fortasse est quod Angli *a cackerel,* vel *a pilcher,* vel demum *a minnow* vocant. *Ovid. in Halieut.* v. 120. Fecundumque genus, mænæ. *Martial.* l. 11. epigr. 32. Mænæ breves. et ep. 32. inutiles. *Pers.* sat. 3. v. 76. Mænaque quod prima nondum defecerit orca. *Cic.* 2. *de Fin.* cap. 28. Qui voluptatem ipsam contemnunt, iis licet dicere, se acipenserem mænæ non anteponere.

MÆNĂDES, um, f. *the priestesses of Bacchus; bacchants, bacchanals,* Μαινάδες, Bacchæ, mulieres, quæ insanientium ritu Bacchi orgia celebrabant: a μαίνομαι, insanio. V. *Baccha. Catull.* carm. 62. *de Aty,* v. 23. Ubi capita Mænades vi jaciunt hederigeræ. ¶ *Mænades Priapi* sunt ejus sacrificulæ: et translate impudicitiis indulgentes. *Juvenal.* sat. 6. v. 315. vinoque feruntur Attonitæ, crinemque rotant, ululantque Priapi Mænades. ¶ In singulari num. est *Mænas, adis. Senec. in Troadib.* v. 674. qualis deo Percussa Mænas, entheo silvas gradu Armata thyrso terret, atque expers sui Vulnus dedit, nec sensit. *Id. in Agam.* de Cassandra, vers. 718. verba nunc cluso, male Custodit ore Mænas impatiens dei. *Pers.* sat. 1. v. 105. Hoc natat in labris, et in uno est Mænas, et Attys. *Senec. in Phœnis.* v. 365. Mænas cruenta. *Id. in Œdip.* v. 436. impia. Adde *Sil.* l. 3. vers. 102. ¶ *Deglupta Mænas* apud *Plaut. Pœn.* 5. 5. 33. est convicium in hominem effeminatum. Al. leg. *mæna,* ut ad piscem respiciatur: et dicatur in sordidum, et fœtidum hominem. *a shotten herring.*

MÆNĂLA, orum. V. *Mænalus.*

MÆNALĬDES, æ, m. Μαιναλίς. *Auson. in Technopægn. de deis.* Nec cultor nemorum reticebere Mænalide Pan. *h. e.* cui sacer Mænalus mons.

MÆNĂLIS, idis, adject. fem. Μαιναλὶς, quæ est ex Mænalo Arcadiæ monte. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 11. v. 8. Cumque suo Borea Mænalis ursa videt. V. *Arctos. Id.* 3. *Fast.* v. 84. colit Pinigerum Fauni Mænalis ora caput. *h. e.* ipsa Arcadia.

MÆNALĬUS, a, um, ex Mænalo, Arcadicus, Μαινάλιος. *Virg.* 8. *Ecl.* Incipe Mænalios mecum mea tibia versus. *h. e.* bucolicos, pastorales, quales in eo monte ab Arcadicis pastoribus canebantur. *Stat.* 9. *Theb.* v. 719. Mænalium nemus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 650. Mænalius deus. *h. e.* Pan. *Id.* 1. *Amor.* el. 7. v. 14. Mænaliæ feræ. *h. e.* in Mænalo monte versantes. et l. 1. *de ar. am.* vers. 272. Mænalius canis. *h. e.* qui in eo monte venatur. *Id.* 2. *Fastor.* v. 192. Mænalia Argos. V. *Arctos. Colum.* l. 10. v. 264. Mænaliæ Dryades. et vers. 429. Mænalius pater. *h. e.* Bacchus, cujus orgia in Mænalo monte fiebant. *Propert.* l. 4. el. 9. v. 15. Mænalius ramus. *h. e.* clava Herculis, nimirum stipes ab eo excisus in Mænalo, cum cervam æripedem captam vellet perimere. *Stat.* 7. *Theb.* v. 65. Mænalius ales. *h. e.* Mercurius, qui *aliger Arcas* dicitur ab *eod.* l. 3. silv. 3. v. 80. natus in Cyllene Arcadiæ monte.

MÆNĂLOS, *et* Mænalus, i, m. *et* Mænala, orum, n. hod. *Menalo,* Μαίναλος, mons Arcadiæ, apud Tegæam urbem, ubi etiam oppid. Mænalus, vel Mænala, n. plur. a Mænalo Lycaonis filio. *Servius* scribit sine diphthongo, et deducit a μῆλον, pecus, ovis, quod ovibus plenus esset. *Virg. Ecl.* 8. v. 22. Mænalus argutumque nemus, pinosque loquentes Semper habet. *Id.* 1. *Georg.* vers. 17. tua si tibi Mænala curæ. *Ovid. Metam.* 2. v. 442. Dictynna per altum Mænalon ingrediens, et cæde superba ferarum.

MÆNAS, adis, f. V. *Mænades.*

MÆNĬA COLUMNA Romæ fuit in foro, ad quam triumviri rerum capitalium habebant judicia furum, et nequam servorum, eosque supplicio afficiebant, ut colligitur ex *Cicer. in Divin. Verr.* cap. 16. et adnotavit *Ascon.* Dicta est a quodam Mænio, qui cum eo loco domum suam venderet Censoribus Catoni et Flacco, ut ibi basilica ædificaretur, excepit sibi jus unius columnæ, super quam tabulatum projiceret, unde ipse, et posteri ejus gladiatoria munera spectarent, quæ etiam tum in foro dabantur. *Ascon. ibid.* ¶ Nihil huc, opinor, pertinet columna illa, quam scribit *Plin.* lib. 34. c. 5. statutam fuisse publice C. Mænio, qui consul fuit cum Furio Camillo circa A. U. CCCCXVI. ob devictos priscos Latinos:

quamquam *Liv.* l. 8. c. 13. non columnam, sed equestrem statuam illi positam refert. ¶ Sunt qui scribunt *Menia*; sed *Mænius* in antiquis lapidib. et libris semper diphthongum *æ* servat, teste *Manut. in Orthogr.*

MÆNIĀNUM, i, n. *a building of pleasure jutting out for prospect, a gallery, balcony*, ἐξώστης, tabulatum, vel lapis extra parietem projectus, et ad prospiciendum aptus: dictus a quodam Mænio, qui primus ultra columnas, ut ait *Festus*, extendit tigna, quo ampliarentur superiora. Adde *Non.* cap. 1. n. 333. et V. vocem præced. *Javolen. Dig. lib. ult. tit. penult.* leg. 242. Inter projectum, et immissum hoc interesse ait Labeo, quod projectum esset, id, quod ita proveheretur, ut nusquam requiesceret, qualia mæniana, et subgrundæ essent: immissum autem, quod ita fieret, ut aliquo loco requiesceret, veluti tigna et trabes, quæ immitterentur. *Cic. 4. Acad.* c. 22. Mænianorum umbram sequi. *Vitruv.* l. 5. c. 1. Circum spectacula spatiosiora intercolumnia distribuantur, circaque in porticibus argentariæ tabernæ mænianaque superioribus coaxationibus collocentur. *Valer. Max.* l. 9. c. 12. n. 7. In mænianum conscendere. ¶ In amphitheatro mænianum est locus cum projectura ad spectandum, ad similitudinem mænianorum in ædibus, quæ nos dicimus *floors, stories, balconies*. Erant autem plura, ut videre est in *Tabulis Fratrum Arvalium*, apud *Philipp. a Turre de monum. Ant.* pag. 102. in quibus legitur *mænianum primum*, quod videtur idem fuisse cum podio: nos diceremus *the first tier*, et *mænianum summum*, apud nos *the gallery*. De his verba facit etiam *Scipio Maffeius in Verona illustr.* par. 4. l. 2. c. 13. ¶ Ceterum totam mæniani rationem paulo aliter exponit *Salmas. ad Spartian.* c. 12. Primo enim nugas esse sibi videri ait, quæ de Mænio inventore traduntur a Grammaticis: deinde videtur mæniana scribere per *æ*: tertio esse ait tecta ædium plana (ut in orientalibus provinciis in usu fuerunt, et *solaria* etiam dicuntur) projecta aliquantulum extra parietes, et περιβόλῳ, seu podio in circuitu munita, ne facilis in præceps lapsus esset: adducitque in eam rem testimonium *Hieronymi*, quod nos in *Doma* attulimus. Hæc nos partim non probamus. pluris enim *Asconii*, et *Festi* auctoritatem facimus. Partim facile conciliari posse dicimus: cum nihil obsit, quin et tabulata projecta, et ipsa plana tecta domorum podio instructa, eodem vocabulo significentur, quæ eundem spectandi usum præbere possunt. ¶ *Mæniana*, et *Mænianas scholas* appellat *Eumen. in orat. pro restaur. schol.* c. 2. ædes publicas Æduenses, in quibus ludi litterarii habebantur: fortasse quia projecturis instructæ erant. ¶ Ad scriptionem quod attinet *æ* diphthongum omnino retinemus cum *Manut.* et *Dausq.* ex *Pandect. Florentin.* apud *Torrentin.* quamquam et sine diphthongo in aliis antiquis lib. non contemnendis legatur. Diphthongum vero *œ* omnino rejicimus.

MÆNOMĔNON MEL, n. *a kind of honey making those go mad that eat it*, μαινόμενον μέλι, genus mellis venenati: a μαίνομαι, insanio, quia insaniam gignit. *Plin.* l. 21. c. 13.

MÆON, onis, m. Μαίων, όνος, pater Homeri. V. *Mæonides*. Item vir Thebanus, sacerdos Apollinis, de que *Stat. 4. Theb.* v. 598. et nostra præsignem Mæona lauro. V. lib. 2. v. 690. ¶ Item qui est ex Mæonia, seu Lydia, a Mæone rege. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 246. dicti post Mæona regem Mæones. ¶ Secundam recti casus corripit *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 129.

MÆONĬA, æ, f. Μαιονία, regio Asiæ minoris, quæ et Lydia: a Mæone rege, vel amne appellata. *Plin.* lib. 5. c. 29. ¶ Item Etruria, quia Etrusci a Lydis oriundi, ut in *Lydius* dictum est. *Virg. 8. Æn.* v. 499. o Mæoniæ delecta juventus.

MÆONĬDES, æ, m. Mæonius, seu Lydus: a Mæone rege. Item Etruscus, ut in voce præced. dictum est. *Virg. 11. Æn.* v. 757. prædam Tiburtum ex agmine Tarchon Portat ovans: ducis exemplum, eventumque secuti Mæonidæ. *Sil.* l. 6. v. 607. Mæonidum tellus. pro *Mæonidarum*. h. e. Etruria. ¶ Item Mæonis filius, h. e. Homerus. Alii dicunt, Mæonem Lydorum regem fuisse ejus educatorem: alii ipsum natum esse in Mæonia. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 9. *extr.* Adjice Mæoniden, a quo, ceu fonte perenni, Vatum Pieriis ora rigantur aquis. Adde *Martial.* l. 5. epigr. 10.

MÆŎNIS, idis, f. quæ est ex Mæonia, Μαιονίς. *Ovid. Metam.* 6. v. 103. Mæonis elusam designat imagine tauri Europen. *h. e.* Arachne Mæonia. *Id.* 2. *Fast.* v. 310. et 352. Mæonis aurato conspicienda sinu. *h. e.* Omphale Lydiæ, seu Mæoniæ regina. ¶ *Mæonidas* vocat *Idem* Musas l. 5. *Metam.* vers. 268. fortasse ab Homero (qui *Mæonides* dictus est) per prolepsim. Al. leg. *Mnemonidas*. V. *Mnemosyne*.

MÆONĬUS, a, um, Μαιόνιος, ad Mæoniam pertinens, Lydius. *Virg. 9. Æn.* v. 546. Mæonius rex. et lib. 10. v. 141. Mæonia domus. et lib. 4. v. 216. Mæonia mitra. V. *Lydius*. et lib. 4. *Georg.* vers. 280. Mæonii carchesia Bacchi. *h. e.* vini Lydii. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 252. Mæoniæ ripæ. *h. e.* Mæandri Lydiæ fluvii. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 165. Mæonius rex. *h. e.* Midas. ¶ Hinc *Mæonii*, *orum*, Lydi. *Plin.* l. 5. c. 29. ¶ Item ad Etruriam pertinens, Tuscus: quia e Lydia Tusci profecti. *Ovid. Metam.* 4. v. 423. Mæonii nautæ. *h. e.* Tyrrheni, quos Bacchus in delphinas vertit, ut *Id.* 3. *Metam. fab. ult.* narrat. *Sil.* l. 8. v. 48. Mæoniæque decus quondam Vetulonia gentis. et l. 15. v. 35. Mæonius lacus. *h. e.* Trasymenus, cujus aquas *Id.* vocat l. 12. v. 17. Mæonios fluctus. *Id.* l. 10. v. 40. Mæonia terra. *h. e.* Etruria. *Id.* l. 5. v. 329. Mæonium æquor. *h. e.* arva circa Trasymenum. ¶ Item ad Homerum pertinens. V. *Mæonides*. *Ovid.* 2. *de ar. am.* vers. 4. Præferar Ascræo, Mæonioque seni. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 12. v. 27. Mæoniæ chartæ. et lib. 3. ep. 3. v. 31. Mæonium carmen. *Id. de remed. amor.* v. 373. Fortia Mæonio gaudent pede bella referri. *Sil.* l. 4. v. 527. Non, mihi Mæoniæ redeat si gloria linguæ. &c. *Colum. in proœm.* l. 1. *ad fin.* Parens eloquentiæ, deus ille Mæonius.

MÆŌTÆ, arum, populi Scythiæ Europeæ, qui Mæoticæ paludi, circa quam incolunt, nomen dedere. *Plin.* l. 4. c. 12. *a med.*

MÆOTĬCUS, *et* Mæotius, a, um, ad Mæotas, vel Mæotin paludem pertinens. *Virg. 6. Æn.* v. 800. Mæotia tellus. *Id. 3. Georg.* v. 349. Scythiæ gentes, Mæotiaque unda. *Plin.* l. 4. c. 12. *a med.* Mæotius lacus. *Id.* l. 2. c. 67. Mæotica palus. V. *Mæotis*. *Id.* l. 32. *c. ult.* Mæotici pisces. *Juvenal.* sat. 4. v. 42. Mæotica glacies. ¶ *Mæotici, orum*, populi, qui eam paludem accolunt. *Pompon. Mela in fi.* cap. 2. l. 1. et *cap. ult. ad fin.* et *Plin.* l. 6. c. 7.

MÆOTĬDÆ, arum, m. Mæotici populi. *Vopisc. in Tacit. c. ult.* Ipsi autem Mæotidæ ita congregabantur, quasi, &c. Adde *in Aureliano*, c. 16. *in fin.*

MÆŌTIS, idis, *et* otis, adject. f. Μαιῶτις, ad Mæotas populos pertinens. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 59. Regna Thoas habuit, Mæotide clarus in ora. *Id.* 3. *Trist.* el. 12. v. 2. Longior antiquis visa Mæotis hiems. *h. e.* Scythica. Diphthongum corripuit Græcorum more ob sequentem vocalem. Plerique tamen mendum hic latere contendunt. *Juvenal.* sat. 15. v. 115. Mæotide sævior ara Ægyptus. *h. e.* ara Taurica, in qua homines immolabantur. ¶ *Mæotis palus* sinus maris supra pontum Euxinum, ad ostia Tanais fluvii, nomen habens a populis, qui circa sunt, qui *Mæotæ* appellantur, *the sea of Tana*, vel *of Zabacche*. Dicitur *palus*, et *lacus*, et *stagnum*, quia præ Euxino Ponto angustum spatium occupat, et quia pluribus in locis vadosa est, et non nisi minoribus navigiis navigabilis. *Plin.* l. 4. c. 12. *a med.* Quartus Europæ sinus, ab Hellesponto incipiens, Mæotidis ostio finitur. *Id.* l. 5. c. 9. Ab ore Ponti ad os Mæotis. *Id.* l. 10. c. 8. Ad Mæotin paludem. *Manil.* l. 4. v. 614. faucesque Propontidos arctæ Euxino junxit Ponto, Mæotis et undis. *Colum.* l. 8. c. 8. *a med.* Scythica stagna Mæotidis. *Vopisc. in Tacit. c. ult.* A Mæotide multi barbari eruperant. ¶ *Mæotides peltiferæ* sunt Amazones, quæ prope Tanaim habitarunt. *the Amazons*. *Sabin.* ep. 2. v. 9. *de Theseo*. Qui modo peltiferas fudit Mæotidas armis. *Propert.* l. 3. el. 9. v. 14. Mæotis Penthesilea.

MÆOTĬUS. V. *Mæoticus*.

MÆRĔO, MÆSTUS, &c. V. *Mœreo*.

MÆSĬCUS. V. *Mœsicus*.

MÆSĬUS, lingua Osca, mensis Maius. *Festus*.

MÆVIĀNUS, a, um, ad Mævium pertinens: quod est nomen propr. R. hominis. *Papinian. Dig.* lib. 34. tit. 5. leg. 1. Mævianus fundus. *Id.* lib. 31. leg. 78. Mæviana hereditas.

MÆVĬUS, ii, m. nomen Romani civis. Apud *Virg. Ecl.* 3. v. 90. et *Horat.* epod. 10. v. 2. est malus quidam poeta, qui inimicus utrique fuisse dicitur. *Servius*. V. *Bavius*.

MAGA, æ. V. *Magus, a, um*.

MAGALĬA, lium, n. *Carthaginian huts or cottages*, καλύβαι, καλύβια, casæ, sive ædificia rustica Pœnorum, et Numidarum, quæ etiam plaustris circumferebant: a *magar*, seu *mager*, quod apud Punicos villam notat, ut docet *Servius* ad illud *Virg.* 1. *Æn.* v. 425. Miratur molem Æneas, magalia quondam. et ad illud 4. *Æn.* v. 259. Ut primum alatis tetigit magalia plantis. *Cato in Originib.* apud *Serv. ibid.* Magalia, ædificia, quasi cohortes rotundas dicunt. [† V. *Mapalia*.] ¶ Quod *Magaria* legitur apud *Plaut. in Prol. Pœn.* v. 86. est nomen proprium loci in urbe Carthagine, cujus interior pars *Byrsa*, exterior *Magalia*, vel *Magaria* dicebatur, ut ex *Corn. Nep.* docet *Serv. ad* 1. *Æn.* v. 372.

MAGDALĪDES, um, f. *et* Magdalia, orum, n. apud medicos sunt massæ rotundæ, et oblongæ in modum cylindri. *Scribon. Larg. compos.* 201. Emplastrum manibus subigetur, et redactum in rotundas ampliores, quas magdalidas dicunt, reponetur. Apud *Plin. Valerian.* l. 1. c. 6. *sub fin.* et lib. 2. c. 37. legitur *mandalia*. Sed utcumque res se habeat, vox est vel Græca, vel semibarbara.

MAGE, *more, rather*, idem quod *magis* apud Poetas. *Enn.* apud *Gell.* l. 20. c. 10. Non ex jure manum consertum, sed mage ferro Rem repetunt. *Lucret.* l. 4. v. 79. Et quanto circum mage sunt inclusa theatri Mœnia, tam magis hæc intus perfusa lepore, &c. *Plaut. Men.* 2. 3. 14. Jam scibo, utrum hæc me mage amet, an marsupium. *Virg.* 10. *Æn.* v. 481. Aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum. Ubi *Servius* adeo in usum venisse ait, ut etiam in prosa inveniatur. Cicero in Frumentaria: (h. e. *Verr.* 5. seu lib. 3. *in Verr.*) *Mage condemnatum hominem in judicium adducere non posse*. Hæc Servius, quem penes sit adhuc fides. Habet quidem et *Solin.* si ulla est ejus hac in re auctoritas, *in fin.* cap. 22. (*al.* 35.) Nec quicquam mage patientiæ loco nationes feræ ducunt.

MAGĬA, æ, f. *magic*, μαγεία, vox Persica, quam illi fere accipiunt pro sapientia, et perfecta rerum naturalium cognitione. Duplex tamen traditur magiæ species, quarum altera est ea, quam jam diximus, naturalis Philosophiæ perfecta cognitio, quam Pythagoras, Plato, et Empedocles, ceterique inter philosophos præstantissimi velut sanctiorem quandam disciplinam indefatigabili studio, longinquisque peregrinationibus conquisiverunt: altera, quam γοητείαν, vel θεουργίαν vocant, Dæmonum invocatione, infandisque incantationibus constat, quam et leges omnes exsecrantur, et *Plin.* l. 30. c. 2. artem intestabilem vocat, irritam, et inanem. *sorcery*. *Apul.* l. 3. *Metam.* Meis his auribus audivi, ni celerius sol cælo ruisset, noctique, ad exercendas illecebras magiæ, maturius cessisset, ipsi soli nubilam caliginem, et perpetuas tenebras comminantem. *Prudent.* lib. 1. *advers. Symmach.* v. 89. Nec non Thessalicæ doctissimus ille magiæ. V. *Plin. loc. cit.* c. 1. et 2.

MAGĪCE, es, f. *the magic art, magic*, μαγική, ars magica, magia. *Plin.* c. 1. l. 30. *a med.* Pariter utrasque artes effloruisse, medicinam dico, magicenque, eadem ætate illam Hippocrate, hanc Democrito illustrantibus.

MAGĬCUS, a, um, *of or pertaining to magic, magic, magical*, μαγικός, ad magos, et magiam pertinens: et præcipue ad veneficia et incantationes. *Virg. Ecl.* 8. v. 66. Conjugis ut magicis sanos avertere sacris Experiar sensus. *Id. Æn.* 4. v. 493. Magicæ artes. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 59. superstitiones. *Plin. initio* l. 30. vanitates. *Id.* l. 34. c. 17. herbæ. *h. e.* quibus utuntur magi, et miras virtutes tribuunt. Sic *Propert.* l. 4. el. 1. v. 102. aquæ. *Colum.* l. 10. v. 367. magicis sopitus cantibus anguis. *charmed by incantations*. *Tibull.* l. 1. el. 9. v. 23. Quid queror, heu misero carmen nocuisse? quid herbas? Forma nihil magicis utitur auxiliis. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 330. magicæque potentia linguæ. *h. e.* peritæ magicorum carminum. et lib. 5. v. 197. magica arma movere. *h. e.* magicas artes tentare. ¶ *Magici dii* apud *Tibull.* l. 1. el. 2. v. 62. et *Lucan.* l. 6. v. 577. sunt, qui magicis sacris invocantur, et evocantur, Pluto, Hecate, Proserpina, &c. de quibus *Virg.* 4. *Æn.* v. 510. Tercentum tonat ore deos, Erebumque, Chaosque, Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ. Plures enumerat *Ovid.* 7. *Metam.* v. 192. ¶ *Magicæ linguæ* sunt *Lucano* Phœnicum et Ægyptiorum litteræ per signa res varias significantes, lib. 3. v. 224. V. *Hieroglyphicus*.

MAGĬDA, æ, f. *a platter*, genus vasis escarii, a magnitudine sic dicti. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 25. *sub fin.* Magidam, aut Lanculam, alterum a magnitudine, alterum ab latitudine finxerunt.

MAGINĬUM, ii, n. *a disease of oxen when they are hide-bound*, morbus boum, cum eorum pellis ita dorso adhæret, ut apprehensa manibus deduci non possit a costis. *Veget.* l. 3. *de re Veterin.* c. 4. *a med.* Sed monstrum verbi recte appellat *Morgagnius* epist. 3. *in Veget.* sect. 18. et ex *Colum.* l. 6. c. 13. *coriaginem* reponit.

[* MAGĪRA, æ, f. a μάγειρος, coquus, ars culinaria. *Cato* apud *Fronton. de fer. Alsiens.* ep. 2. Cato ait, statuas positas Ochæ, atque Dionysidoro effeminatis, qui magiras facerent.]

MAGIRISCĬUM, ii, n. parvus coquus: diminut. a μάγειρος. *Plin.* l. 33. c. 12. *a med. de Pythea cælatore.* Fecit idem et cocos, magiriscia appellatos, parvulis potoriis: sed e quibus ne exempla quidem liceret exprimere: tam opportuna injuriæ subtilitas erat.

MAGIS, idis, f. μαγίς, genus lancis, *a large dish or platter*. *Plin.* l. 33. c. 11. Cornelius Nepos tradit tympana, se juvene, appellata stateras, et lances, quas antiqui magidas appellaverunt. *Paul. Dig.* lib. 12. tit. 6. leg. 36. Servus insciente domino magidem commodavit. ¶ Videtur esse eadem cum *magida* Varronis, de qua paulo supra dictum est. Alii tamen interpretantur vas, in quo pinsitur, subigiturque farina ad panem faciendum, *a kneadingtrough*, quæ et mactra dicitur. *Marcell. Empir.* cap. 1. *a med.* Rasamen pastæ, quod in magide adhæret.

MAGIS, *more*, μᾶλλον, plus: adverbium comparativum, quod quidam ab obsoleto *magior* pro *magnior* ducunt. *Festus* a μᾶλλον trahit: quod nimis longe petitum videtur. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 14. Annos natus magis quadraginta. *h. e.* magis quam quadraginta. *Id. pro Cluent.* c. 32. *sub fin.* Magis ut consuetudinem servem, quam quod, &c. *Cels.* l. 2. c. 30. Panis ex siligine adstringit, magis si sine fermento est, magis etiam si tostus. *Cic. pro Mil.* c. 7. Nisi forte magis erit parricida, si quis consularem patrem, quam si quis humilem necaverit. [† *Mart.* l. 10. epigr. 8. Si magis esset anus.] ¶ Cum verbis. *Cic. de Amic.* c. 7. *ad fin.* Tum magis id diceres, Fauni, si nuper in hortis Scipionis affuisses. *Terent. Heaut.* 5. 1. 16. Magis, si magis noris, putes ita rem esse. *Cic.* 1. *Fam.* ep. 9. Cum Pompeius ita contendisset, ut nihil unquam magis. ¶ Cum ablativo. *Plaut. Cas.* 2. 3. 9. Postquam amo Casinam, magis initio munditiis munditiam antideo. *h. e.*

magis quam antea. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 16. Albanum, Mæcenas, sive Falernum Te magis appositis delectat. *Id. in fin.* sat. 3. l. 1. Privatusque magis vivam te rege beatus. *Liv.* l. 5. c. 44. *ad fin.* Magis solito. *more than usual.* ¶ Junctum adjectivis positivis, vicem comparativorum implet, non solum in iis, quæ gradu comparationis carent, sed etiam in iis, quæ habent, ut *magis aptus* pro *aptior. Horat.* l. 1. ep. 7. v. 43. magis apta tibi tua dona relinquam. *Cic.* 5. *Verr.* c. 1. Ut quadam magis necessaria ratione recte sit vivendum. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 182. Non ego pro mundi regno magis anxius illa Tempestate fui. *Terent. Eun.* 5. 4. 12. Nihil videtur mundius, nec magis compositum quidquam, nec magis elegans. *Id.* ibid. 2. 1. 21. Nemo fuit magis severus, nec magis continens. *Ovid. Metam.* 2. v. 856. parva cornua, puraque magis perlucida gemma. *Plaut. Amph.* 2. 1. 54. Neque lac lacti magis est simile, quam ille ego similis est mei. *Virg.* 4. *Æn.* v. 31. o luce magis dilecta sorori. *Terent. Andr.* 4. 2. 15. Magis verum. *Quintil.* l. 9. c. 4. *post init.* Oratio magis deformis. *Id.* l. 10. c. 1. *circa med.* Orator plenior, et magis fusus. ¶ Et eadem ratione cum adverbiis. *Lucret.* l. 3. v. 275. Nec magis hæc infra quidquam est in corpore nostro. *h. e.* inferius. *Terent. Adelph.* 5. 9. 36. Magis impense. et 4. 5. 30. Magis aperte. *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 44. Magis mane significat primum mane: magis vespere novissimum vesper. ¶ Reperitur et cum ipsis comparativis. *Virg. in Culice*, v. 78. Quis magis optato queat esse beatior ævo, Quam qui, &c.? (μᾶλλον φοβερώτερον, Demosth. μᾶλλον ὀλβιώτερος, Aristoph.) Sic *Plaut. Men. prol.* v. 55. et *Pœn. prol.* v. 82. Magis majores nugas egerit. *Id. Capt.* 3. 4. v. 112. Nihil invenies magis hoc certo certius. *Id. Stich.* 5. 4. 22. Hic magis est dulcius. *Valer. Max. in fi.* n. 1. c. 7. l. 3. Magis invidia, quam pecunia locupletior. *Justin.* l. 12. c. 11. Nec a debitoribus magis, quam a creditoribus gratius excepta. *Arnob.* l. 4. pag. 147. Magis ignominiosius. ¶ Sæpe repetitur. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 13. *sub fin.* De Græcia quotidie magis et magis cogito. *more and more.* et 1. *Phil.* c. 2. Quotidie magis magisque perditi homines tectis urbis minabantur. *Cic. fil. ad Tiron.* 16. *Fam.* ep. 21. Ut in dies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 274. Post vento crescente, magis magis increbrescunt. *Id.* carm. 72. *in ingrat.* statque magisque magis. ¶ Aliquando deest, et subintelligitur. *Plaut. Rud.* 4. 4. 70. Tacita bona est mulier semper, quam loquens. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 61. Asinius Agrippa claris majoribus, quam vetustis. *Plaut. Men.* 5. 1. 26. Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam. Familiarem *Livio* hanc locutionem esse aiunt. *Lips. Duker. Gronov. Drakemborch.* et alii. ¶ Jungitur particulis *eo, quo, tanto, quanto,* [†&c.] quæ amant comparativa. *Cic.* 5. *Verr.* c. 1. Legem sibi ipsi dicunt innocentiæ: atque eo magis, si id, &c. *and that the more,* &c. *and so much the more,* &c. et *de Amic.* c. 2. Eoque magis, quod non affuisti. *Nep. in Eumen.* c. 4. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur: neque eo magis ex prœlio excessit, sed acrius hostibus institit. *h. e.* tamen non: qua ratione et *in Pelopid.* c. 1. et *in Pausan.* c. 3. *a med.* locutus est. *Id. in Thrasyb.* c. 2. Quo magis præceptum illud omnium in animis esse debet. *and for that the more.* et *Cic.* 2. *Agrar.* c. 35. *ad fin.* Immo vero etiam hoc magis, quam illi veteres, quod, &c. *Id. pro Mil.* c. 9. *a med.* Quanto ille plura miscebat, tanto hic magis in dies convalescebat. *Id.* 2. *de Divin.* c. 50. Ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficiatur quod velitis. *Id.* 16. *Fam.* ep. 19. Exspecto tuas litteras, te ipsum multo magis. ¶ *Quo magis* interdum opponitur τῷ *quo minus*, et est affirmativum, non comparativum. In vet. Tab. Heracleensi apud *Mazoch.* pag. 423. n. 43. Neque dolo malo fecerit, quo magis reipubl. causa abesset. *Ulpian. Dig.* lib. 37. tit. 4. leg. 3. *ante med.* Cum rescissio quo magis, non quo minus, adhibeatur. ¶ Cum *tam* et *quam. Virg.* 7. *Æn.* v. 787. Tam magis illa fremens, et tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ. *Plaut. Asin.* 1. 3. 6. Quam magis te in altum capessis, tam æstus te in portum refert. Adde *Men.* 1. 1. 19. et *Bacch.* 5. 1. 5. et *Lucret.* l. 6. v. 454. ¶ *Magis quam*, quo magis, est *Plauti Bacch.* 5. 1. 5. Magis quam id reputo, tam magis uror. Adde 4. 9. 1. Sed non est facile imitandus. ¶ *Magis est, quod*, vel *ut*, vel sequente infinito, major ratio est, justior causa est, verius est. *there is greater reason; it is more proper. Cic. Attic.* l. 16. ep. 5. Magis est, quod gratuler tibi, quam quod te rogem. *Id. pro Cæl.* c. 6. *extr.* Magis est, ut ipse moleste ferat, errasse se, quam ut, &c. *Ulpian. Dig.* lib. 26. tit. 4. leg. 5. *a med.* Magis est posse dici, admittendam procurationem. *Id.* l. 38. tit. 7. leg. 2. *a med.* Magis est, ne peti possit bonorum possessio. *Marcell.* lib. 46. tit. 3. leg. 72. *a med.* Magis est, deficere stipulationem. *Martian.* lib. 7. tit. 1. leg. 41. Statuæ et imaginis usumfructum posse relinqui, magis est; quia et ipsæ habent utilitatem. ¶ *Magis*, potius. *rather. Cic.* 1. *de Orat.* c. 42. Perfectam artem juris habebitis, magis magnam atque uberem, quam difficilem et obscuram. *Virg. Ecl.* 1. v. 11. Non equidem invideo: miror magis. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 140. sed longum cuncta enumerare, vetorque. Trade magis. ¶ *Plus*, et *magis* usu differunt, tum quia *plus* nomen est, et declinatur, non *magis*: tum quia *magis* refertur sæpe ad comparationem, *plus* fere ad magnitudinem: tum quia alterum pro altero non semper ponitur. Neque enim dicimus *magis virium, jucunditatis*: vix etiam *magis posse, efficere*: neque unquam *magis æquo*, sed *plus*: raro etiam cum adjectivis numeralibus *magis* conjungimus.

MAGISTER, tri, m. *a master, ruler, president, chief, head*, προστάτης, ἐπιστάτης, præfectus, præses: a *magis*, vel a μέγιστος, maximus. *Festus:* Magisterare, moderari. Unde magistri non solum doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur: quia omnes hi magis ceteris possunt: unde et magistratus, qui per imperia potentiores sunt, quam privati. *Paul. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 57. Quibus præcipua cura rerum incumbit, et qui magis, quam ceteri, diligentiam et sollicitudinem rebus, quibus præsunt, debent, hi magistri appellantur. Quin etiam et ipsi magistratus per derivationem a magistris cognominantur. ¶ Hinc *magister populi* est dictator, *a dictator*, teste *Cicer.* 3. *de Fin. c. ult. et* l. 3. *de Legib.* c. 3. *Senec.* ep. 108. *post med.* et *Fest.* in *Optima lex.* cujus erat in populum summa potestas, ut *Varro* docet l. 4. *de L. L.* c. 14. Idem dictus etiam *magister consulum* apud *Liv.* ubi ait lib. 2. c. 18. T. Lartium moderatorem et magistrum consulibus appositum. ¶ Post hunc fuit *magister equitum*, qui ab ipso dictatore creabatur, eique soli parebat, summamque potestatem habebat in equites et accensos, ut *Varr. loc. cit.* dicit. *a general of horse, or the dictator's lieutenant. Liv.* l. 3. c. 27. Dictator magistrum equitum dicit L. Tarquitium. ¶ Ab hujus similitudine *magister peditum* dicitur ab *Ammiano* l. 21. cap. 12. (*al.* 23.) *a general of infantry.* V. *infra.* ¶ Sic et pro duce, *a leader, commander*, usurpatur a *Virg.* 9. *Æn.* v. 370. Tercentum, scutati omnes, Volscente magistro. ¶ *Magistri militum*, posterioribus R. Imperatorum temporibus, successere in locum præfectorum prætorio, et legatorum tempore Reipublicæ liberæ. erant enim secundo ab ipsis Imperatoribus gradu dignitatis, et auctoritatis, præerantque pluribus legionibus, et causas militum omnes disceptabant. Aliquando duo creati sunt, quorum alter *peditum*, alter *equitum magister* dicebatur, nunc *a general:* aliquando unus tantum toti exercitui præfuit, et *magister utriusque militiæ* dictus est, *a generalissimo.* V. *Gruter. Inscript.* pag. 1164. n. 5. et pag. 1079. n. 14. ¶ *Magister morum* est censor, *a censor. Cic. in fin.* l. 3. *Famil.* Cum hæc scribebam, censorem jam te esse sperabam: eo brevior est hæc epistola, et, ut adversus magistrum morum, modestior. ¶ *Magister curiæ* apud *Plaut. Aulul.* 2. 1. 29. et 2. 2. 3. est *the master of a* curia *or court:* similis ei, qui *magister vici* dicitur ab *Sueton. in Aug.* c. 30. *et in Tiber. c. ult.* et *vicimagister* in vet. Inscript. apud *Gruter.* pag. 481. n. 9. et *vicomagister* a *P. Vict. de regionib. Urb. R.* Porro vicorum magistri, quaterni singulis vicis præpositi, *burgomasters*, instituti sunt ab Augusto, qui jussit eos e plebe cujusque viciniæ eligi, et vicorum curam agere, subjectos annuis magistratibus, quos idem regionibus tuendis præfecerat, ut *loc. cit. Sueton.* tradit. Addit *Ascon. in Pisonian.* c. 4. ab his ludos Compitalitios, prætexta indutis celebratos fuisse. Sunt qui putant, fuisse Augusti tempore multo antiquiores, cum eorum meminerit *Liv.* l. 34. c. 7. inducens L. Valerium trib. pleb. loquentem de lege Oppia abroganda. Sed eo loco quæ verba ad vicorum magistros pertinent, in veteri editione non una omittuntur. ¶ *Magister Saliorum*, inter Salios princeps. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 489. n. 10. ¶ *officiorum*, et *operarum* a *Colum.* l. 1. c. 8. distinguitur a villico, et huic subjicitur, ut singulis rusticæ rei officiis, et operis in agro laborantibus præsit. ¶ *chori canentium*, apud *eund.* l. 12. c. 2. *the leader of a band or quire.* ¶ *scripturæ*, et *in scriptura* apud *Cicer. Attic.* l. 5. ep. 15. *extr. Verr.* 4. c. 70. et *Verr.* 5. c. 71. est qui præest iis, qui scriptum faciunt, præsertim vero qui rationibus vectigalium, et portorii conscribendis a publicanis præficitur. *a collector-general of taxes, customs*, &c. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 10. P. Terentius operas in portu, et scriptura Asiæ pro magistro dedit. *h. e.* vicem magistri gerens. ¶ *societatis* idem est, qui scripturæ, rationes curans societatis publicanorum. *Cic. Verr.* 4. c. 74. et 75. Sic lib. 12. *Fam.* ep. 9. P. Rupilius, qui est magister in ea societate. *et pro Planc.* c. 13. Cn. Plancius eques R. maximarum societatum auctor, plurimarum magister. ¶ *pecoris*, qui pastoribus præest gregem custodientibus, *a chief-herdsman:* item quivis pastor, vel etiam agaso, *a shepherd; a groom. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 10. Qui pascunt, oportet in pastione diem totum esse: esse omnes sub uno magistro pecoris: eum esse majorem natu, et peritiorem, quam reliquos. *Virg.* 3. *Georg.* v. 445. Dulcibus idcirco fluviis pecus omne magistri Perfundunt. et vers. 185. *de equo.* blandis gaudere magistri Laudibus, et plausæ sonitum cervicis amare. *Apul. sub fin.* l. 10. *Metam.* magister asini. *h. e.* dominus, et agaso. *Sil.* l. 4. v. 616. *de elephanto.* lapso dat terga magistro. *h. e.* rectore. *driver, rider.* ¶ *auctionis*, qui præest bonis sub hasta vendendis. *an officer who made a public sale of debtors' goods.* Nam si quando debitor citatus non paruisset, solebant creditores a Prætore bonorum ejus possessionem impetrare, atque unum e suo numero deligebant, qui bona sub hasta venderet, et ex ea pecunia ipsis satisfaceret: unde is *magister* dictus est. A JCtis dicitur *curator*, in tit. 8. lib. 42. *Dig.* qui *de curatore bonis dando* inscribitur. *Cic. pro Quint.* c. 15. Cui magistri fiunt, et domini constituuntur, qui, qua lege, et qua conditione pereat, pronuntient. Adde lib. 1. *Attic.* ep. 1. et lib. 6. ep. 1. *a med.* Hinc dictum ejusdem *Cicer.* de Pletorii matre apud *Quintil.* l. 6. cap. 3. *circa med.* eam, dum vixit, ludum; postquam mortua est, magistros habuisse. Dicebantur enim, dum vixit, infames feminæ ad eam convenire solitæ: post mortem ejus bona venibant. Ludit itaque *Cic.* in ambiguo, ad magistrum auctionis respiciens, et ad magistrum ludi: de quo V. in *Ludi magister.* ¶ *convivii*, modimperator, rex, arbiter bibendi: *the master of a feast:* quod munus *magisterium* a *Cicer.* dicitur. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 26. et *Apul. in Apol.* ¶ *navis*, nautarum præfectus: et plus est, quam gubernator. Est enim magister navis, inquit *Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. et leg. 1. cui totius navis cura mandata est, *the master or captain of a ship. Liv.* l. 29. c. 25. Ut gubernatores, et magistri navium convenirent ad imperia accipienda. *Id.* lib. 45. c. 42. Dedit sociis navalibus denarios septuagenos, gubernatoribus duplex, magistris navium quadruplex. ¶ Nonnunquam tamen pro gubernatore ponitur. *a pilot, steersman. Virg.* 5. *Æn.* v. 176. Ipse gubernaclo rector subit, ipse magister. et lib. 1. v. 119. excutitur, pronusque magister Volvitur in caput. *Val. Flacc.* l. 1. v. 18. Graiis Helice servanda magistris. ¶ *ludi*, qui ludo, seu scholæ præest, *a schoolmaster*, qui et *ludimagister* dicitur. V. in ea voce. ¶ *gladiatorum*, h. e. lanista. *a trainer of gladiators, fencing-masters. Cic.* 3. *de Orat.* c. 23. ¶ In antiquis inscriptionib. et alibi leguntur *magister pagi, sacrorum, fani, horreorum, collegii, memoriæ, munerum, Augustalis, admissionum, epistolarum, libellorum*, &c. quæ omnia, et his similia pari ratione, ac superiora, sunt exponenda. V. *Gruter.* indices, et *hist. August. Script.* ¶ Præterea apud eund. *Gruter.* non uno in loco habetur *magister a bibliotheca, ab marmoribus*, h. e. earum rerum curator, et custos. ¶ Sæpe ponitur pro eo, qui docet quippiam, præcipue artes liberales. *a master, teacher, instructor. Cic.* 2. *Phil.* c. 4. Invideo magistro tuo, qui te, tanta mercede, nihil sapere docuit. *Id.* 1. *de Orat.* c. 57. Pueri apud magistros exercentur. *Id.* 1. *de Invent.* c. 25. Artium liberalium magistri, vivendi præceptores. *Id. pro Mur.* c. 31. Vestri præceptores, et virtutis magistri. *Id. pro Dom.* c. 39. Auctor et magister publicæ religionis. *Id. pro Cæcin.* c. 11. *ad fin.* Te uti in hac re magistro volo. ¶ Translate *Id.* 1. *de Orat.* cap. 33. Stilus, optimus dicendi effector ac magister. *Pers. in prol.* v. 10. Magister artis, ingeniique largitor venter. *Cic.* 2. *Phil.* c. 36. Timor, non diuturnus magister officii. ¶ Pro pædagogo, *a pedagogue, tutor or educator of children. Terent. Phorm.* 1. 2. 21. Senes me filiis relinquunt quasi magistrum. Ubi *Donatus:* Sic Latini: quem Græci παιδαγωγὸν appellant. ¶ Pro suasore, impulsore, auctore, *an author, adviser, instigator. Terent. Andr.* 1. 2. 21. Si quis magistrum cepit ad eam rem improbum, &c. *Cic. Verr.* 5. c. 21. Qui dux isti quondam et magister ad despoliandum Dianæ templum fuit. *Senec. in Thyest.* v. 311. Sæpe in magistrum scelera redierunt sua. ¶ Adjective, V. in *Magistra.*

MAGISTERĬUM, rii, n. *the office or power of a master, president or governour; mastership, magistery*, προεδρία, προστασία, magistri dignitas, seu officium. *Cic. de Senect.* c. 14. Me vero et magisteria delectant a majoribus instituta, et is sermo, qui more majorum a summo magistro adhibetur in poculis. *h. e.* munus ejus, qui convivii est caput; quod regnum vini *Horat.* l. 1. od. 4. v. 18. appellat. *Sueton. in Tiber.* c. 3. Dictatura, ac magisterio equitum honorata familia. *Colum. in præfat. a med.* Rem rusticam sordidum esse negotium, quod nullius egeat magisterio præceptoris. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 32. Virtute id factum, et magisterio tuo. *h. e.* consilio, monitu. *Cic. de Provinc. consul.* c. 19. *a med.* Magisterium morum. *h. e.* Censura. *the office of Censor. Sueton. in Aug.* c. 2. Municipalibus magisteriis contentus. *h. e.* magistratibus municipiorum. *Id. in Domit.* c. 4. Magisterium collegii. *Id. in Calig.* c. 22. sacerdotii. *Aurel. Vict. de Cæsarib. c. ult.* pedestre. *h. e.* præfectura peditum in militia. *Tibull. in fi.* el. 4. l. 1. Cum mea ridebunt vana magisteria. *h. e.* amatorias institutiones et præcepta. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 40. Jam excessit mihi ætas ex magisterio tuo. *h. e.* non amplius tibi subest tanquam magistro et custodi. *Plin.* l. 8. c. 40. *circa med. de canib.* Namque inter se exercent etiam magisteria. *h. e.* ut unus aliis præsit, et ductorem se præbeat in venatu, &c. *Cels.* l. 5. c. 27. sect. 2. Post quæ nullo novo magisterio, sed jam supra posito vulnus erit implendum, et ad sanitatem perducendum. *h. e.* nulla nova curandi ratione, quæ a medendi magistris tradita sit.

MAGISTERĬUS, a, um, *magisterial*, ad magisterium pertinens. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 3. *Cod.* tit. 13. leg. 6. Magisteriæ potestati inter militares viros audiendi concedimus facultatem. *Imp. Zeno ibid.* tit. 24. leg. 3. Qui magisteriæ potestatis sudoribus clarus factus est. Adde lib. 6. tit. 8. leg. 1.

MAGISTĔRO, *et per syncop.* Magistro, as, avi, atum, a. 1. *to rule, govern, command*, impero, præsum, magistrum, seu præfectum ago. *Festus:* Magisterare, regere, temperare, moderari. *Spartian. in Adrian.* c. 10. Inter manipulares vitam militarem magistrans.

MAGISTRA, æ, f. *a mistress, tutoress, instructress*, præceptrix. *Terent. Hecyr.* 2. 1. 7. In ludo, si ullus est, magistram hanc esse, satis certo scio. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 27. *extr.* Vita rustica parsimoniæ, diligentiæ, justitiæ magistra est. *Id. Tuscul.* 5. c. 2. Philosophia magistra vitæ. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 15. *a med.* Lex quasi dux vitæ, et magistra officiorum. ¶ Adjective *Virg.* 8. *Æn.* v. 442. nunc viribus usus, Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra. *exquisite, masterly.* cujusmodi est magistrorum alios docentium. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 82. abeunt studia in mores, artesque magistræ. *Sil.* l. 3. v. 387. Asper frena pati, aut jussis parere magistris. *Claudian. in præfat. de III. consul. Honor.* v. 7. *de aquila.* Consulit ardentes radios, et luce magistra Natorum vires, ingeniumque probat. *Sedul.* l. 1. v. 5. rituque magistro Plurima Niliacis tradant mendacia biblis. Apud *Ovid.* et *Sil.* alii aliter leg.

MAGISTRĀLIS, le, *pertaining to a master*, ad magistrum pertinens. *Vopisc. in Saturn. sub fin.* Frequentaverat pergulas magistrales. V. *Pergula. Id. in Tacit.* c. 6. Manuum magistralium ictibus, terrorique subjaceat.

MAGISTRATĬO, onis, f. magisterium, præceptio, institutio. *Apul.* l. 2. *de dog. Plat.* Quæ solis disciplinis traduntur, et magistratione discuntur. Al. leg. *magistra ratione.* ¶ In *Cod. Theodos.* lib. 14. tit. 9. leg. 3. publicæ magistrationes sunt scholæ publicæ.

MAGISTRĀTUS, us, m. *the office or place of a magistrate; a magistracy, civil office*, dignitas, et potestas alicujus, vel aliquorum, qui publica auctoritate curant ea, quæ ad rempubl. pertinent: a *magister. Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 14. Magister equitum, quod summa potestas hujus in equites et accensos, ut est summa populi R. dictator: a quo is quoque magister populi appellatus. Reliqui, quod minores, quam hi, magistri, dicti magistratus, ut ab albo albatus. *Cic. de Amic.* c. 17. Honores, magistratus, imperia, potestates amicitiæ anteponere. *Id. pro Mur.* c. 35. Magistratus mandare. *Id.* 2. *Agrar.* c. 10. dare. *Id. pro Planc.* c. 25. committere. *Id.* 6. *Verr.* c. 61. *ad fin.* Magistratum habere. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 33. obtinere. *Liv.* l. 5. c. 9. occipere. *Sallust. in Jug.* c. 47. ingredi. *Cic. Phil.* 5. c. 19. petere, capere, gerere. *Id. Verr.* 2. c. 10. inire. et 3. *de Legib. c. ult.* Magistratu abire. *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *ante med.* se abdicare. V. *Abdico.* et *ibid.* Magistratum sibi prorogare. *Cic.* 4. *Verr.* c. 57. abrogare alicui. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 33. deponere. *Liv.* l. 5. c. 11. In magistratu manere. et cap. 28. esse. *Cic.* 3. *de Legib. c. ult.* gerere aliquid. *Ascon. in Verr.* 3. c. 33. Magistratum imminuere. V. *Imminuo.* ¶ Magistratuum genera duo Romæ fuere, extraordinarii, et ordinarii: in illis dictatura, et magisterium equitum præcipue numerantur: præterea duumviri perduellionis, quæstores rerum capitalium, triumviri mensarii, decemviri legibus constituendis, &c. In his duæ classes, majorum scilicet, ut consulum, prætorum, censorum: minorum, ut ædilium, quæstorum, tribunorum plebis, triumvirum, quatuorvirum, &c. curatorum alvei Tiberis, &c. præfectorum ærarii, &c. V. *Messal.* apud *Gell.* c. 15. l. 13. Præterea *patricii* magistratus dicti sunt, qui primum a patriciis familiis sumebantur: *plebeii*, qui a plebe: *curules*, qui curuli sella utebantur. h. e. consules, censores, prætores, ædilesque curules. Reliqui curulis sellæ jus non habebant. In provinciis quoque magistratus fuere proconsulum, proprætorum, proquæstorum, qui ordinarii erant, item triumvirum, quinquevirum, &c. coloniis deducendis, curatorum viarum extra Urbem, &c. ¶ *Magistratus* nomen proprie iis tribuitur, qui urbanam ac civilem administrationem habent. nam qui militarem, horum *imperia* sunt appellata: tametsi hoc non semper. *a civil office as opposed to a military command.* V. *Imperium. Sallust. in Jug.* c. 3. Magistratus, et imperia minime mihi cupiunda videntur. *Sueton. in Cæs.* c. 54. Abstinentiam neque in imperiis, neque in magistratibus præstitit. Adde *in Aug.* c. 61. ¶ Interdum urbani magistratus ita distinguuntur appellatione a provincialibus, ut illi quidem *magistratus*, hi *potestates* dicantur. *Sueton. in Claudian.* c. 23. Jurisdictionem in urbe delegari magistratibus solitam, atque etiam per provincias potestatibus, &c. *In edicto Prætoris*, apud *Ulpian. Dig.* l. et tit. 2. leg. 1. Qui magistratum, potestatemve habebit. Adde ipsum *Ulpian. ibid.* tit. 1. leg. 13. ¶ Sæpissime *magistratus* ipsum hominem significat, qui in magistratu est. *a magistrate. Cic.* 1. *Offic.* c. 34. *a med.* Est proprium munus magistratus intelligere, se gerere personam civitatis. *Sallust. in Jug.* c. 22. Oppida per magistratus administrare. *Liv.* l. 5. c. 17. Creare magistratus. *Nep. in Epamin.* c. 4. Magistratui quempiam tradere. *scil.* puniendum. *Id. in Annibal.* c. 7. His enim magistratibus legati Romam venerunt. *h. e.* his consulibus. *Gell.* l. 2. c. 1. Tum inter filium magistratum et patrem privatum publicos honores cessare, genuinos ac naturales exoriri.

MAGISTRO. V. *Magistero.*

MAGMA, atis, n. *the dregs of an ointment*, μάγμα, fæx unguenti, ut *Plin.* lib. 13. cap. 2. interpretatur. *Scribon. Larg. compos.* 157. Ceræ libram et trientem, magmatis P. bessem. Hinc *crocomagma:* quod V. [†¶ Item generaliter fæx. *Cels.* 5. 18. Croci magmatis, quod quasi recrementum ejus est.]

MAGMENTARĬA VASA, quibus magmenta, et exta sacra imposita inferebantur aræ. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 22. *extr.* ut legit *Turneb.* l. 22. *Advers.* c. 6. Nam alii aliter omnino.

MAGMENTUM, ti, n. quasi *majus augmentum*, ut est apud *Fest.* vox est sacrorum, et dapem significat, quæ a rusticis, inquit *Scalig. in conject. ad Varron.* Jano, Silvano, Marti, Jovi dapali offerebatur. Alii, aptius ad rem fortasse, exponunt exta aucta, et pinguia. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 22. p. 28. et *Inscript.* apud *Gruter.* p. 23. n. 12. de qua V. *Pignor. symbolicar. epist.* n. 30. Inscriptionis verba sunt: Si quis hic hostia sacrum faxit, quod magmentum nec protollat, itcirco tamen probe factum esto. *h. e.* si ita sacrum fecerit, ut exta pinguia et aucta non proferat, nihil tamen triste portendat. Ita *Sigon.* l. 2. *de antiq. jur. provin.* c. 6. *a med.* Eadem verba leguntur etiam in alia tabula marmorea apud eundem *Gruter.* p. 229. col. 2.

MAGNA GRÆCIA. V. *Græcia.*

MAGNALĬA, um, n. *mighty deeds, great exploits*, τὰ μεγαλεῖα, res præclaræ, et mirandæ. Utitur hac voce *Tertull.* l. 2. *ad Uxor.* c. 7. et *in carm.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 2. ¶ *Magnalia arma* habes in vet. Inscript. apud *Murator.* To. 1. p. 471. n. 5. h. e. magnifica. Loquitur enim de Ancilibus.

MAGNANIMĬTAS, atis, f. *greatness of soul, bravery, magnanimity*, μεγαλοψυχία, magnitudo animi, præstantia, magnificentia: virtus animi magna spectantis, præsertim circa honores. *Cic.* l. 1. *Offic.* c. 43. Omnis honestas manat a partibus quatuor, quarum una est cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis.

MAGNANĬMUS, a, um, *great of mind, of great spirit, magnanimous, brave*, μεγαλόψυχος, qui magni est animi, et magna conantis. *Cic.* 1. *Offic.* c. 19. Itaque viros fortes, magnanimos, eosdem bonos et simplices esse volumus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 649. magnanimi heroes. *Id.* 3. *Æn.* v. 704. magnanimum generator equorum. *high-spirited, mettlesome. Gell.* l. 7. c. 19. Liberale atque magnanimum factum. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 379. Hæc, ait, illa dies, Libycis qua Cæsar in oris Perfida magnanimi contudit arma Jubæ.

MAGNARĬUS, m. *a wholesale-merchant*, μεγαλέμπορος, magnus negotiator: a negotiorum magnitudine. *Apul.* l. 1. *Metam. post init.* Lupus negotiator magnarius omnia coemerat. Adde *Inscription.* apud *Gruter.* p. 283. n. 1. ex qua videntur *magnarii* mercatores certæ cujuspiam mercis fuisse: sed nihil certi statui potest. [*Alia Inscriptio* Romæ detecta ann. 1773. quæque legitur in *Ephemer. Florentin. ejusd. anni* col. 636. Diis Manibus M. Juni Pudentis pistori magnario Persiano (*in lapide* Pepsiano) Claudia Earine conjugi carissimo &c. Ad hanc inscriptionem vide *Curas posteriores Caietani Migliore;* at nihil ibi de vocis hujus significatione.]

MAGNĀTES, tum, *et* tium, optimates. Legitur in quadam Inscript. apud *Dempsterum in paralipom. ad Rosin. antiquit. R.* l. 2. c. 12. *extr.* non tamen optimæ notæ.

MAGNE, *greatly*, valde, μάλα. *Tacit. Ann.* 11. c. 36. Sponte, an coactus tam magne peccavisset. Al. leg. *magna*, quod est multo rectius. Agnoscere videtur etiam *Cledon. in arte* p. 1920. *Putsch.*

MAGNES, etis, m. *a loadstone, magnet*, μαγνῆτις, lapis, qui ferrum trahit, al. lapis Heraclius, et sideritis: a Magnesia urbe Lydiæ, quia circa eam provenit. *Lucret.* l. 6. v. 909. 1044. et 1062. Sed *Plinius* l. 36. c. 16. scribit ex Nicandri sententia, repertum fuisse in Ida, et appellatum esse ab inventore, qui cum pecus pascens pedum forte haberet ferratum, et crepidas ferreis clavis compactas, animadvertit lapidem hunc ferro adhærescere. Ceterum ab Antiquis bifariam magnes accipitur, interdum pro eo, qui ferrum trahit, interdum pro lapide argentei nitoris. Hinc quidam Veterum dicunt, alium esse magnetem a lapide Heraclio. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 39. Ut si magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat, et trahat, at rationem cur ita sit, afferre nequeam. ¶ Vox est adjectiva, et cum absolute ponitur, *lapis* subintelligitur. *Sil.* l. 3. v. 265. Venere Æthiopes, gens haud incognita Nilo, Qui Magneta secant. *Lucret.* l. 6. v. 908. Quem Magneta vocant. V. *Magnetes.* In feminino *Magnetis, idis*, ut Magnetis Argo, apud *Ovid.* V. *Magnesis*, et *Magnetes* [†-*tis*.]

MAGNESĬA, æ, *f.* Μαγνησία, provincia Macedoniæ, Thessaliæ adnexa, in ora maris Ægæi. *Plin.* l. 4. c. 9. ¶ Item urbs Asiæ minoris in Ionia, vel Caria, Mæandri cognomine, ut et apud *Plin.* l. 5. c. 29. *circa med.* colonia ex Magnesia Græciæ deducta, una ex tribus, quas Themistocli exsuli apud se Artaxerses dono dederat, quæ panem præberet: sicut Myuntem, quæ obsonium, Lampsacum, quæ vinum suppeditaret, uti narrat *Nepos in Themist. c. ult.*

MAGNĒSIS, idis, f. quæ est ex Magnesia. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 9. Cur unquam Colchi Magnesida vidimus Argo? *Magnesida* vocat, quia ex nemore facta est Pelii montis, qui ad Thessaliam pertinet, cujus pars Magnesia est. Al. leg. *Magnetida:* quod est fortasse rectius: a *Magnetes, etis*, adject. [† l. *Magnetis, idis*, adj.]

MAGNESĬUS, a, um, Μαγνήσιος, ad Magnesiam pertinens. *Lucret.* l. 6. v. 1062. Magnesi flumina saxi. *h. e.* magnetis.

MAGNESSA, æ, adject. femin. quæ est ex Magnesia. *Horat.* l. 3. od. 7. v. 18. Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens.

MAGNETARCHES, æ, m. Μαγνητάρχης, princeps Magnetum, summus magistratus apud Magnetas. *Liv.* l. 35. c. 31.

MAGNĒTES, um, m. Magnesii, Μάγνητες, pop. Magnesiæ. *Lucret.* l. 6. v. 909. Magnetum quia sit patriis in finibus ortus. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 408. Magnetas adit vagus exsul. *Lucan.* l. 6. v. 385. Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis. Adde *Liv.* l. 33. c. 32. et 34. et lib. 35. c. 31. ¶ In singulari num. *Cic. de clar. Orat.* c. 91. Assiduissime mecum fuit Dionysius Magnes. *Val. Flacc.* l. 2. v. 9. Magnes campus.

MAGNETĬCUS, a, um, *magnetic*, magnetem spectans. *Claudian. carm. de magnete*, v. 26. Venerem magnetica gemma figurat.

MAGNĒTIS. V. *Magnesis.*

MAGNICĬES, ei, f. nomen est avis in Arabia, de qua nihil adhuc compertum est. *Auct. carm. de Phœnice, quod cum Lactantio edi solet*, v. 145.

MAGNIDĬCUS, a, um, adject. qui magna dicit, *a boaster, braggart, braggadocio*, μεγαλοῤῥήμων. *Plaut. Rud.* 2. 6. 31. Dum tuis ausculto magnidicis mendaciis. *Id. Mil.* 3. 3. 48. Quin noverim magnidicum, cincinnatum, mœchum unguentatum. [*Ammian. Marcellin.* lib. 23. c. 6. *a med.* Persæ magnidici, et graves, et tetri.]

MAGNIFACĬO, is, a. 3. *to value greatly, esteem highly*, περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι, θαυμάζω, magni æstimo. *Terent. Hecyr.* 2. 2. 18. Quem intellexi illam haud minus, quam se ipsum magnifacere. *Al. leg.* magnificare. *Plaut. Asin.* 2. 4. 1. Quid hoc est negotii? neminem meum dictum magnifacere. *Id. Pseud.* 2. 1. 4. Omnes res perinde sunt, ut agas, ut eas magnifacias. Sic cum superlat. maximifacere fidem, *Plaut. Cas. prol.* v. 2. ¶ Ceterum sæpius divisum legitur *magni facio.*

MAGNĬFICATĬO, onis, f. *a magnifying*, actus magnificandi. *Macrob.* l. 5. *Sat.* c. 13. *sub fin.* Personarum varia magnificatio.

MAGNĬFĬCE, *magnificently, splendidly, nobly, generously, grandly, pompously, sumptuously*, μεγαλοπρεπῶς, magnificenter, laute, splendide. *Cic. in Bruto*, c. 73. Amice et magnifice laudare. *Id. pro Quint.* c. 30. Ornare magnifice splendideque convivium. *Id.* 3. *Verr.* c. 26. Magnifice et ornate convivium comparare. *et Verr.* 6. c. 27. Exornare ample magnificeque triclinium. *Id. pro Dom.* c. 44. Habitare laxe et magnifice. *Id.* 1. *Offic.* c. 26. *extr.* Magnifice, graviter, animoseque vivere. *Nep. in Datam.* c. 3. Magnifice donare aliquem. *Plaut. in fragm.* apud *Charis.* l. 2. pag. 187. *Putsch.* Spectavi ludos magnifice atque opulenter. *Cic.* 2. *Catil.* c. 1. Perdidimus hominem, magnificeque vicimus. *gloriously, nobly. Liv.* l. 2. c. 6. Magnifice incedere. *pompously, stately.* Sic *Plaut. Pseud.* 4. 1. 7. Magnifice inferre se. *haughtily. Id. Cas.* 3. 6. 4. Magnifice patriceque amiciri. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 21. Magnifice se jactare, atque ostentare. *braggingly, pompously.* Sic *Terent. Heaut.* 4. 3. 31. Magnifice efferre se. *Plaut. Pers.* 2. 5. 7. Magnifice conscreabor. *h. e.* clare, et ut solent affectato graves. ¶ Refertur interdum ad magniloquentiam. *Tibull.* l. 2. eleg. 6. v. 11. Magna loquor, sed magnifice mihi magna locuto Excutiunt clausæ fortia dicta fores. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 11. Magnifice compellare. *h. e.* splendidis et magnificis verbis. ¶ Pro magnopere, valde. *Plin.* lib. 34. cap. 11. *a med.* Radicula ex melle prodest magnifice ad tussim. *h. e.* magnopere, valde. *is of astonishingly great use.* Sic l. 30. c. 14. Magnifice juvat ovis cerebrum gingivis illitum. ¶ Comparativum *magnificius* est *Catonis*, teste *Festo.* Superlat. *magnificissime* est *Accii* apud *Priscian.* l. 3. p. 603. *Putsch.*

MAGNĬFĬCENTER, adverb. magnifice. *Vitruv.* l. 1. c. 6. Oppidum magnificenter ædificatum, et eleganter. *Cic. in Orat.* c. 34. Omnia excelsius, magnificentiusque et dicet, et sentiet. *Id.* 4. *Fam.* ep. 7. Cum consulatum magnificentissime, atque optime gesseris. *Id.* 4. *Attic.* ep. 4. Gloriosissime et magnificentissime quippiam conficere.

MAGNĬFĬCENTĬA, æ, f. *magnificence, grandeur*, μεγαλοπρέπεια, est (ut inquit *Cic.* l. 2. *de Inv.* c. 54.) rerum magnarum et excelsarum, cum animi ampla quadam et splendida propositione, agitatio, atque administratio. Adde 1. *Offic.* cap. 21. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus. *Id. in Orat.* c. 25. Magnificentia epularum. *splendour.* et lib. 1. *Offic.* c. 39. villarum. *Id.* 2. *de Legib. c. pænult.* funerum et sepulcrorum. *costliness. Id. pro Rosc. Com.* c. 8. liberalitatis. *Id.* 1. *Offic.* c. 39. Cavendum est si ædifices, ne extra modum sumptu et magnificentia prodeas. ¶ In malam partem. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 5. n. 35. Phœnices primi mercaturis et mercibus suis avaritiam, et magnificentiam, et inexplebiles cupiditates omnium rerum

supportaverunt in Græciam. ¶ Translate *Id. de Amic.* c. 6. Jam virtutem ex consuetudine vitæ, sermonisque nostri interpretemur: nec eam, ut quidam docti, verborum magnificentia metiamur. *with grand and pompous diction.* ¶ Pro magnanimitate. *Id. Agrar.* 2. c. 8. *extr.* Nam hoc quidem vix est liberi populi, vix vestrorum animorum ac magnificentiæ. ¶ Pro arte mira et magna faciendi, *Plin.* l. 36. c. 5. *ante med. de Phidia.* Hæc sunt obiter dicta de artifice nunquam satis laudato: simul ut noscatur, illam magnificentiam æqualem fuisse et in parvis.

MAGNĬFĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to value or esteem greatly,* magni facio, magni æstimo, θαυμάζω. *Terent. Hecyr.* 2. 2. 18. Quem ego intellexi illam haud minus, quam se ipsum, magnificare. *Al. leg.* magnifacere. *Plaut. Stich.* 1. 2. 44. Pudicitia est, pater, eos magnificare, qui nos socias sumpserunt sibi. *Id. Men.* 2. 3. 19. Te unum ex omnibus Venus voluit me magnificare. ¶ Metonymice est laudare, extollere, præferre: quod sane faciunt, qui magni æstimant: *to extol, magnify,* μεγαλύνω. *Plin.* l. 35. c. 12. et lib. 36. c. 5. *ad fin.* Arcesilaum quoque magnificat Varro, cujus se marmoream habuisse leænam tradit. et cap. 12. *ad fin.* Magnificatur et alia turris, a rege facta in insula Pharo. *Id.* l. 17. c. 9. Varro principatum dat turdorum fimo ex aviariis: quod etiam pabulo boum suumque magnificat.

MAGNĬFĬCUS, a, um, *magnificent, splendid, noble,* μεγαλοπρεπής, magna faciens, qui in magnis cum dignitate sumptum facit, qui circa publicam administrationem impensas facit honorificas, veluti in ludis, in templis, in ædificiis, in epulo publico, et hujusmodi. *Nep. in Attic.* c. 13. Elegans, non magnificus; splendidus, non sumptuosus; omni diligentia munditiam non affluentem affectabat. *Sallust. in Catil.* c. 50. Rhodiorum civitas magna, atque magnifica. *Id. ibid.* c. 9. Cives in suppliciis deorum magnifici, domi parci. *Liv.* l. 1. c. 10. Vir factis magnificus. ¶ Item qui verbis se jactat, et ostentat, gloriosus, *boastful, bragging, ostentatious, thrasonical. Plaut. Bacch.* 4. 9. 42. Cum magnifico milite, urbes verbis qui inermus capit. *Id. Asin.* 2. 2. 84. Extemplo facio facetum me atque magnificum virum: dico, me atriensem esse. ¶ *Res magnificæ* sunt lautæ, splendidæ, copiosæ, magno sumptu factæ, et cum dignitate, *sumptuous, rich, costly, magnificent. Cic.* 1. *Offic.* c. 8. Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia et copia. *Id.* 9. *Fam.* ep. 16. *ad fin.* Nec tamen eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiant: quod erit, magnificum sit, et lautum. *Id.* 3. *Verr.* c. 22. Forum adornatum magnifico ornatu. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 18. Funera magnifica et sumptuosa. *Sallust. in Catil.* c. 21. Belli spolia magnifica. *Id. in Jug.* c. 4. Clari et magnifici honores. *Justin.* l. 2. c. 1. Res gestæ satis amplæ, magnificæque. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 21. Stragulum magnificis operibus pictum. *Id. Fam.* 7. ep. 1. Venationes binæ per dies quinque magnificæ. *Id.* 2. *de Legib.* cap. 1. Magnificæ villæ. *Plin.* l. 6. c. 19. Magnificum oppidum. ¶ Nonnunquam refertur ad sermonem splendidum, grandem, sublimem. *lofty, grand, sublime. Cic.* 2. *de Orat.* c. 21. Genus dicendi magnificum atque præclarum. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 4. Neque eos quidquam excelsum magnificumque delectat. *Plin.* l. 35. c. 4. *a med.* Magnifica oratio. *Terent. Eun.* 4. 6. 3. Usque adeo ego illius ferre possum ineptias et magnifica verba. *boasting language.* ¶ Est etiam magni æstimabilis, dignus qui plurimi fiat, admirabilis. *Plin.* l. 19. c. 3. Laser magnificum in usu, medicamentisque. *Id.* l. 24. c. 16. *a med.* Myriophyllon magnifici usus ad vulnera. ¶ *Magnificior,* et *magnificissimus* olim dicta sunt antiquis, ut est apud *Festum.* Sed hæc obsoleta: in usu autem sunt *magnificentior, magnificentissimus,* a *magnificens* orta, itidem obsoleto. *Cic. in Bruto,* c. 32. Magnificentius dicendi genus, et ornatius. *Id. in Pison.* c. 2. Magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum, quam quemadmodum ceperimus. *Id.* 2. *Offic.* c. 16. Crassus magnificentissima ædilitate functus. *Id. pro Dom.* c. 56. Italiæ magnificentissimus ille motus. *h. e.* perhonorificus. *Nep. in Thrasyb.* c. 1. Magnificentissimum factum.

MAGNĬLŎQUENTĬA, æ, f. *a lofty and high strain or manner of speaking,* μεγαληγορία, granditas verborum, stili sublimitas. *Cic. in Orat.* c. 57. Dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ est accommodatior. *Id.* 13. *Fam.* ep. 15. Homeri magniloquentia. ¶ Accipitur et in malam partem pro jactatione et ostentatione loquentiæ, *vaunting, bragging, bousting.* atque ita usurpat *Gell.* l. 1. c. 2.

MAGNĬLŎQUUS, a, um, *speaking in a lofty style, sublime,* μεγαλοῤῥήμων, qui grandibus verbis utitur, magnidicus. *Stat.* l. 5. *silv.* 3. v. 62. Fors et magniloquo non posthabuisset Homero. ¶ Item qui se jactat, *a braggart, braggadocio. Tacit. in Agric.* c. 27. Atque illi modo cauti ac sapientes, prompti post eventum ac magniloqui erant. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 396. Talia magniloquo tumidus memoraverat ore.

MAGNĬPENDO, is, a. 3. *to value greatly, esteem highly, account much of,* περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι, magnifacio, magnifico, magni æstimo. *Plaut. Stich.* 1. 2. 78. Vos ne mendicos homines magnipenditis? *Terent. Adelph.* 5. 4. 25. Ego quoque a meis me amari et magnipendi postulo. *Plaut. Asin.* 2. 4. 54. Non magnipendo, ne duit. *I do not count much of it.* Scribitur et divisim *magni pendo.*

MAGNĬSŎNANS, antis, magna sonans, ut Saxa magnisonantia, *Accius* apud *Non.* c. 6. n. 86. Al. aliter leg.

MAGNĬTAS, atis, f. magnitudo, apud vet. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 523. Namque sat fingi, neque dici potest pro magnitate.

MAGNĬTŪDO, inis, f. *greatness, bulk, magnitude,* μέγεθος, amplitudo, moles rerum corporearum. *Cic.* 1. *Offic.* cap. 43. *ad fin.* Mundi magnitudinem metiri. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *ante med.* Silvestres apes minores sunt magnitudine. *scil.* quam cicures. *Plin.* l. 37. c. 10. Lapillus in parva magnitudine multicolor. *Id.* l. 5. c. 9. Insula magnitudinis infinitæ. et lib. 1. *B. Civ.* c. 49. Magnitudo fluminis. *Cels.* l. 5. c. 25. n. 4. Catapotia fiunt ad fabæ magnitudinem. *to the size of.* Sic *Plin.* l. 22. c. 23. *a med.* Utinam ciet laser, ciceris magnitudine dilutum. ¶ Refertur interdum ad copiam et numerum. *multitude, quantity. Nep. in Datam.* c. 1. Magnitudo copiarum. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 35. Bonitas agrorum et magnitudo fructuum. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 7. pecuniæ. *Id.* 7. *Verr.* c. 9. quæstus. ¶ Item ad qualitatem, et intensionem. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 7. Magnitudo et vis amoris. *Id. pro Deiot.* c. 11. acerbitatis, et odii. *Id.* 1. *de Orat.* c. 4. et varietas, multitudoque causarum. *weight, importance. Nep. in Iphicr.* cap. 1. rerum gestarum. *Cic. Fam.* 1. ep. 7. beneficii. *Id. pro Quint.* c. 2. periculi. *Id. Verr.* 7. c. 10. frigoris. *Nep. in Epamin.* cap. 2. virium. *strength. Plin.* l. 25. c. 3. *a med.* doloris. et cap. 2. ingenii. ¶ *Magnitudo animi* est magnanimitas, excelsus animus magna spectans, vilia despiciens, et qui nullo periculo aut difficultate deterretur. *greatness of soul, loftiness of spirit, magnanimity.* De ea *Cic.* in *Partit.* c. 22. *ad fin.* Cujus est liberalitas in usu pecuniæ, simulque altitudo animi in capiendis incommodis, et maxime injuriis. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 27. *extr.* Quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat. *Hirt. de B. Alex.* c. 32. Dignum fructum virtutis et animi magnitudinis tulit. *Cic. in Partit.* c. 23. Magnitudinem animi superbia in animis extollendis, et despicientia in contemnendis honoribus imitatur. *Id.* 1. *Fam.* ep. 7. *a med.* Magnitudinem animi tui ne unquam inflectas cujusquam injuria. ¶ Absolute *Plin.* l. 18. c. 6. Non fraudando magnitudine hac quoque sua Cn. Pompeio, qui nunquam agrum mercatus est conterminum. ¶ Ad tempus etiam referri potest. *Plin.* l. 36. c. 10. Ad deprehendendas solis umbras, dierumque ac noctium magnitudines. ¶ Pro dignitate, excellentia, *Tacit.* 16. *Ann.* c. 23. Imperatoria magnitudo. *Id.* 14. *Ann.* c. 54. Invidia infra tuam magnitudinem jacet. [¶ Fuit etiam titulus honoris inferiori ætate *Cassiodor. variar.* l. 9. ep. 13. Magnitudinis tuæ suggestione comperimus &c. *Cod. Justinian.* l. 1. tit. 27. leg. 2. Jubemus, eum habere milites pro custodia locorum, quantos et ibi tua magnitudo providerit.]

MAGNŎPĔRE, *very much, much, greatly, exceedingly,* λίαν, πάνυ, valde, vehementer: adverb. ex *magno opere* conflatum: et fere cum verbis jungitur. *Cic.* 15. *Fam.* ep. 14. *circa med.* Ego tibi Romam properandum, magnopere censeo. *am strongly inclined to think.* et lib. 2. ep. 6. Magnopere volo. *Id. de Senect.* c. 13. desidero. *Plaut. Pers.* 2. 2. 59. Edictum est magnopere mihi, ne cuiquam crederem. *I have been strictly ordered. Cic.* 1. *de Legib.* cap. 30. L. Gellius philosophis magnopere auctor fuit, ut, &c. *Id.* 7. *Verr.* c. 41. Quid, inquam, magnopere Cleomenes facere potuit? *what great feat could he perform? Id.* 2. *de Orat.* c. 86. Juvenes stare ad januam duos, qui eum magnopere evocarent. *earnestly. Cœl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 1. Ut nunc est, nulla magnopere exspectatio est. *h. e.* nulla magna exspectatio. Sic *Liv.* l. 3. c. 26. Nulla magnopere clade accepta. *h. e.* nulla magna clade. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 15. Quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. *it does not trouble me much: I care little. Plin.* l. 10. c. 2. Phœnix non visus magnopere. *seldom, very rarely.* et lib. 35. c. 10. *extr.* Ideo non exstant exempla alia magnopere. *h. e.* multa exempla. ¶ Etiam divisim usurpatur. *Cic. Fam.* 13. ep. 34. Magnoque opere abs te peto, cures, ut, &c. *Id.* 2. *de Invent.* c. 1. Cum puerorum formas magno hic opere miraretur. *Id. Attic.* l. 13. ep. 28. *extr.* Dolabella magno opere arcessitus. ¶ Et inverso ordine. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 330. Ite actutum, atque opere magno edicite, ut, &c. ¶ Superlativum est *maximopere,* quod et ipsum interdum dividitur. *Cic. Fam.* 3. ep. 2. A te maximopere, etiam atque etiam quæso, et peto, ut, &c. *Terent. Eun.* 3. 3. 26. Thais maximo te orabat opere, ut, &c. *with all possible earnestness. Id. Phorm.* 5. 1. 33. Nos ambo opere maximo dabamus operam, ut, &c. *Liv.* l. 42. c. 57. Maximopere indigne ferens. *Plaut. Stich.* 1. 3. 94. Rogare jussit te opere maximo, ut, &c. *Terent. Heaut.* 4. 1. 13. Meministin' mihi te maximopere dicere, &c.? ¶ Comparative *Cato* apud *Gell.* l. 7. c. 3. Quo majore opere dico, suadeoque, uti, &c.

MAGNUS, a, um, *great, large,* μέγας, grandis, amplus: cui *parvus* opponitur: videturque esse a voce Græca allata, *n* inserto. Comparativum habet *major, jus,* superlativum *maximus,* et antiquo more *maxumus.* Primo dicitur de iis, quæ corpoream magnitudinem habent. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 6. Magna et pulcra domus. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 280. Magni montes. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 4. Magnæ partis harum regionum imperium obtinent. et lib. 4. c. 29. Maximi æstus maritimi. et lib. 1. c. 23. Oppidum Æduorum longe maximum. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 10. v. 57. quos inter maximus omnes Cedere Danubius se tibi, Nile, neget. *Liv.* l. 24. c. 9. Aquæ magnæ bis eo anno fuerunt. ¶ Item de iis, quæ pondere, et numero constant, pro *multus. much, considerable. Cic.* 4. *Verr.* c. 72. Maximum pondus auri, magnum numerum frumenti, vim mellis maximam exportasse. *Id. Attic.* l. 11. ep. 3. *ad fin.* Cui magnam dedimus pecuniam mutuam. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 16. Pabuli magna copia. et lib. 4. c. 34. Magna multitudo peditatus. *Nepos in Dion.* c. 1. Magnæ divitiæ. *Virg.* 1. *Æn.* v. 152. Magnus populus. *Nep. in Datam.* c. 3. Magnus concursus. ¶ Item de iis, quæ virtute, non mole, ampla sunt. *Cic. pro Cæcin.* cap. 32. Magna voce confiteri. *with a loud voice. Nep. in Timoth.* c. 3. Magna spes. *Cic.* 1. *Fam.* ep. 1. Magna infamia. *et ibid.* Eloquentia, gravitas, studium, contentio. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 46. Multo major alacritas, studiumque pugnandi majus. et lib. 2. c. 15. Homines feri, et magnæ virtutis. *Nep. in Iphicr.* cap. 3. Magno animo esse. ¶ Item de iis, quæ solemnia sunt, et multo apparatu fiunt. Hinc *magni ludi,* de quibus *Ascon. in* 2. *Verr.* c. 10. Romani ludi, inquit, sub regibus instituti sunt, magnique appellati, quod magnis impensis dati sunt. tunc enim primum ludis impensa sunt ducenta millia nummum. Alii ideo magnos dictos putant, quod Conso, consiliorum secretorum deo, idest Neptuno laticum regi, et rerum conditarum, et diis magnis, idest Laribus urbis Romæ dati sunt: quibus aiunt raptas Sabinas esse: ut videatur propter hoc dicere Virgilius (8. *Æn.* v. 636.) magnis Circensibus actis. nam magni et Circenses iidem sunt. Hactenus *Ascon.* Horum mentio fit apud *Cic. loc. cit.* (item *Verr.* 7. c. 14. ubi Jovi, Junoni, Minervæque dicatos dicit.) *Liv.* l. 2. c. 36. &c. Iidem dicti sunt etiam *maximi,* ut est apud *Cic. de Harusp. resp.* c. 6. Horum alii erant stati, alii votivi, ut colligitur ex *Liv. ibid.* et lib. 7. c. 22. et alibi. *Maximos* etiam esse voluit Nero ludos, quos pro æternitate Imperii susceperat, ut in ejus vita c. 11. narrat *Sueton.* ¶ *Magnus vir,* qui magno animo est, et magna facit, præstans ingenio, virtute, doctrina, artibus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 43. Democritus vir magnus in primis. *a great or distinguished man. Virg.* 1. *Æn.* v. 549. quo justior alter Nec pietate fuit, nec bello major et armis. *Nep. in Themist.* c. 6. Magnus hoc bello Themistocles fuit, nec minor in pace. ¶ *Magnus homo* interdum est etiam stolidus. *a fool, dolt. Lucil.* apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 3. Nequam et magnus homo, laniorum immani' canes ut. *Martial.* in ambiguo ludit lib. 9. epigr. 51. tu, bis denis grandia libris Qui scribis Priami prœlia, magnus homo es. V. *Longus.* ¶ *Magna res* est gravis et magni momenti. *Nep. in. Pelop.* c. 2. Magnæ sæpe res non ita magnis copiis sunt gestæ. Sic *Cic. pro Dom.* cap. 1. Magna causa. *momentous, important.* et *in Orat.* c. 10. Magnum opus et arduum. Et absolute. *Cæcin. ad Cicer.* ep. 7. l. 6. *Fam.* Quamquam id magnum, et arduum est. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 66. *ad fin.* Magna dii curant, parva negligunt. *Tibull.* l. 2. el. 6. v. 11. Magna loqui. *h. e.* magnifice. *to rodomontade.* Hinc *magna lingua* apud *Horat.* l. 4. od. 6. v. 1. est superba, et elatius impieque locuta. Sic *Virg.* 10. *Æn.* v. 547. Dixerat ille aliquid magnum. ¶ Pertinet enim aliquando *magnus* ad superbiam, et jactantiam. *Virg.* 11. *Æn.* v. 381. non replenda est curia verbis, Quæ frustra tibi magna volant. *big. Val. Flacc.* l. 5. v. 600. magna superbo dicta volant. ¶ Nonnunquam ad venerationem, auctoritatem, potentiam refertur. *Virg.* 3. *Æn.* v. 697. numina magna loci. ¶ Item ad divitias, potentiam, nobilitatem. *Juvenal.* sat. 6. v. 312. magnos visurus amicos. ¶ Item ad tempus. *Petron. in Satyr.* c. 125. Dum hæc magno tempore Crotone aguntur. Adde *Justin.* l. 42. c. 5. ¶ Hinc *magnus natu,* aut annis, qui diu vixit. *advanced in years, aged. Cic. Tuscul.* 1. cap. 1. *extr.* Qui fuit major natu, quam Plautus. *Id.* 1. *Offic.* c. 30. Audivi ex majoribus natu, hoc idem fuisse in P. Scipione. *Nep. in Regib.* c. 2. Majorque annis sexaginta natus decessit. *Id. in Pausan.* c. *ult.* et *Liv.* l. 2. c. 8. Mater Pausaniæ jam magno natu. *Id. in Datam.* c. 7. Ab hoc Scismas maximo natu filius desciit. *Sueton. in Cæs.* c. 42. Civis major annis viginti. *twenty years older.* et *in Aug.* c. 38. Majores annorum quinque et triginta. ¶ Absolute *Liv.* l. 23. c. 30. Gelo, maximus stirpis. *Terent. Phorm.* 1. 2. 15. Senis nostri frater major. *elder.* ¶ Quoties *major* minori opponitur, et de pupillis sermo est, *major* eum significat, qui viginti quinque annos implevit. *Paul. Dig.* l. 4. tit. 4. leg. 24. Si minor negotiis majoris intervenerit. ¶ Præterea sunt *majores,* qui ætate superiore, et ante nos fuerunt. *forefathers, ancestors:* sive nostri generis fuerint, ut avus, abavus, tritavus, &c. sive alieni. Docet quidem *Paul.*

Dig. l. 38. tit. 10. leg. 10. parentes usque ad tritavum proprio vocabulo nominari: ulteriores, quia non habent speciale nomen, *majores* appellari. Nihilominus etiam qui supra patrem, aut avum sunt, cum de iis universim sermo est, *majores* dicuntur. *Cic. Phil.* 3. c. 10. L. Philippus, vir patre, avo, majoribus suis dignissimus. *Id. in Divin. Verr.* c. 22. Cujus instituti patres majoresque nostros non pœnitebat. *Id.* l. et ep. 1. *ad Attic.* Prensat Galba sine [illegible], ac fallaciis, more majorum et 12. *Famil.* ep. 22. Spes est, populum Romanum majorum similem fore. ¶ Huc sensu additur raro τὸ *natu*. *Nep. in Iphicr.* c. 1. Fuit enim talis dux, ut non solum ætatis suæ cum primis compararetur, sed ne de majoribus quidem natu quisquam anteponeretur. ¶ Huc pertinent appellationes illæ cognationum, et affinitatum, in quarto gradu *patruus, avunculus magnus, amita, matertera magna*, &c. in quinto *patruus, avunculus major*, &c. in sexto *patruus, avunculus maximus*, &c. (de quibus V. suis loc.) ut est apud *Paul. Dig.* l. 38. tit. et leg. 10. ¶ Legitur et *magnus* pro longus. *long. Spartian. in Ælio Vero*, c. 2. Cum magnis crinibus est utero parentis effusus. *Magnus annus* quis sit, V. in *Annus*. ¶ *Major morbus*. V. *Morbus*. ¶ *Magnum est*, magna res est, et difficilis. *Cic.* 1. *Acad.* c. 2. Magnum est efficere, ut quis intelligat, quid sit illud, &c. Sic *Horat.* l. 1. *sat. ult.* v. 20. magnum fecit, quod verbis Græca Latinis Miscuit. *did a great thing, effected much.* et *Cic. de Amic.* c. 9. Probitatem vel in eis, quos nunquam vidimus, vel quod majus est, in hoste etiam diligimus. *what is more.* *Magnum* adverbii more pro valde. *Plaut. Mil.* 3. 2. 10. Magnum clamat. *h. e.* magna voce. *Id. Mostell.* 2. 2. 57. Exclamat derepente maximum. *as loud as he can.* Adde *Gell.* lib. 5. cap. 9. *extr.* et *Valer. Flacc.* lib. 1. v. 262. ¶ *Magni*, et *magno*, subaudi *pretii*, et *pretio*, ellipsis est usitata cum verbis æstimandi. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* cap. 4. Magni existimans interesse ad decus, &c. *that it greatly concerned. Anton. ad Cicer. post* epist. 8. lib. 10. *ad Attic.* Mihi famam quoque, quamvis sit falsa, magni esse. *Phædr.* lib. 2. fab. 5. *extr.* Multo majoris alapæ mecum veneunt. *Terent. Andr.* 1. 5. 58. Te hæc solum semper fecit maxumi. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 13. Emere agros poterunt, quam volent magno. *Id.* 5. *Verr.* c. 30. Magno vendere. *at a high price. Id. Attic.* l. 1. ep. 17. *a med.* Conducere aliquid nimium magno. *Liv.* l. 2. c. 36. Magno illi ea cunctatio stetit. *cost him dear.* ¶ *In majus*, h. e. augendo, amplificando. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 30. Extollere aliquid in majus. *Id.* 3. *Hist.* c. 38. nuntiare. *Id.* 13. *Ann.* c. 8. celebrare. *Id.* 1. *Hist.* c. 18. credere. *h. e.* plus quam res est. Sic l. 2. c. 7. accipere. et l. 4. c. 50. innotescere. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 66. Vim temperatam dii quoque provehunt In majus. *Claudian. de B. Get.* v. 14. licet omnia vates In majus celebrata ferant. *Senec.* 3. *de benef.* c. 35. *a med.* Nec medico in majus gratia referri potest. [¶ Magnum dicitur de eo, quod vim habet ad aliquid faciendum. *Cic.* 4. *ad Fam.* ep. 3. Hæc tibi ad levandas molestias magna esse debent.] ¶ Denique *magnus* non raro refertur ad ordinem et dignitatem. Nam *major herus* apud *Plaut. Trucul.* 2. 2. 53. est ipse paterfamilias: ut *minor*, herilis filius. *Majores flamines* apud *Fest.* sunt patritii generis: *minores* plebeii. *Major consul*, qui fasces habet, vel qui prior fuit renuntiatus: sic *major prætor* urbanus; *minores* ceteri. *Id.* Sic *majores magistratus* consul, censor, prætor; *minores* reliqui: et *majora auspicia* priorum sunt, posteriorum *minora*. *Id.* ¶ *Maxima virgo* est prima inter Vestales. *Sueton. in Domit.* c. 8. *ad fin.* et *Plin.* l. 4. ep. 11. ubi al. aliter leg. ¶ *Magna vina* optima. *Pallad. in Octobr.* tit. 14. *ante med.* ¶ *Magnai reipublicai gratia* pro *magnæ reipubl.* est apud *Plaut. Mil.* 2. 1. 25. ¶ *Quantus maximus*. V. *Quantus*.

MAGUDĂRIS, *et* Magydaris, is, f. *magydare*, μαγύδαρις, aliis est laserpitii radix, aliis caules, aliis succus. *Plaut. Rud.* 3. 2. 16. Si speras, tibi hoc anno multum futurum sirpe, et laserpitium, &c. seu tibi confidis fore multam magudarim. *Plin.* l. 19. c. 3. *a med.* Inciso tubere, profluere solitum succum, ceu lactis, superenato caule, quem magydarim vocarunt. Adde *Priscian.* l. 7. pag. 757. *Putsch.* ubi cum *Plinio* facit, et caulem interpretatur.

MAGUS, gi, m. *a priest or philosopher among the Persians*, μάγος, dictio Persica, quæ apud eos significat sapientem. Sapientes enim Persæ Magos vocant, ut Græci Philosophos. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 23. Ei Magos dixisse, quod genus sapientum et doctorum habebatur in Persis. *et infra* cap. 41. Et in Persis augurantur et divinant Magi, qui congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi. Nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non ante Magorum disciplinam scientiamque perceperit. ¶ Consuetudine, et sermone communi pro malefico, seu incantatore accipitur. *a magician, mage, diviner, enchanter.* Nam cum Magi apud Persas potissimum Deorum cultui vacare solerent, in tantum postea aucta est eorum vanitas, ut non solum observatione siderum futura prædicere, sed artibus quibusdam, et maleficiis scire se omnia, et facere posse profiterentur. V. *Apul. in Apolog.* et *Quintil.* declam. 10. *sub fin.*

MAGUS, a, um, adject. *magic, magical*, magicus. *Ovid.* [illegible] Illa mag[illegible] Ææaque ca[illegible] novit. *Id. de medic. fac.* v. 36. Quas maga terribili subsecat arte manus. *Senec. in Herc. Œt.* v. 467. carmine in terras mago Descendat astris Luna desertis, licet. ¶ *Magus*, i, absolute. *a magician, enchanter.* V. vocem præced. ¶ *Maga*, æ, f. *an enchantress, sorceress, witch. Ovid.* 7. *Metam.* v. 195. cantusque artesque magarum. *Senec. in Herc. Œt.* v. 523. Hoc magæ dixere amorem posse defigi malo. *Augustin. de civit. Dei*, l. 18. c. 17. Circe maga famosissima.

MAIA, æ, f. Μαῖα, Atlantis filia, ex Pleione Nympha, ex qua Jupiter Mercurium suscepit. Huic Romani mense Maio sacrificabant. *in the month of May.* Sed quidam affirmant, teste *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. quibus *Cornelius Labeo* consentit, hanc Maiam, cui mense Maio res divina celebrabatur, terram esse, hoc adeptam nomen a magnitudine, sicut et Mater Magna in sacris vocatur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 301. Maia genitum demittit ab alto. ¶ Fuit altera hoc nomine, Fauni filia, cui in mellario vase non mel, sed vinum sacrificabant. *Macrob. ibid.* ¶ Præterea Maia est una ex Pleiadibus stellis. *Virg.* 1. *Georg.* v. 225. Multi ante occasum Maiæ cœpere, &c. ¶ Denique sic appellatur cancrorum genus maximum. *a kind of large crab-fish. Plin.* l. 9. c. 31.

MAJĀLIS, is, m. *a barrow-pig, fat hog*, χοῖρος, τομίας, sus castratus. *Isid. in Gloss.* dictum censet, quia Maiæ deæ sacrificabatur, matri Mercurii. *Varr.* l. 2. *de R. R.* c. 4. *ad fin.* Castrantur verres commodissime anniculi, quo facto nomen mutant, atque e verribus dicuntur majales. *Titinn.* apud *Non.* c. 2. n. 330. Nunc tecum obsecro, ut mihi subvenias, ego ne majalis fuam. *h. e.* ne castratus fiam. Adde *Cicer. in Pison.* c. 9. ut quidem legit *Isidor.* l. 2. *Orig.* c. *pænult.* nam alii aliter.

MAJESTA, æ, f. uxor Vulcani, ab antiquo positivo *majus* pro *magnus*. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. *ex Pisone.*

MAJESTAS, atis, f. *greatness, majesty, grandeur, dignity*, σεμνότης, magnitudo, amplitudo, decus, dignitas populi dominatoris, vel Senatus, vel Principis, Imperatorisve, aut etiam privati magni viri: ob quam honos illi, et reverentia debetur. Fingunt Poetæ, deam esse, natam ex Honore et Reverentia, et quæ nullo unquam tempore parva fuerit, sed statim atque in lucem edita est, magna visa sit: quod scite *Ovid.* 5. *Fast.* v. 23. *et sequentib.* persequitur. Dicta est a *magnitudine*, inquit *Festus*, h. e. ab antiquo *majus* pro *magnus*. *Phædr.* l. 2. fab. 5. v. 23. Tum sic jocata est tanti majestas ducis. *Nep. in Pelop.* c. 2. Spartanorum imperiosa majestas, ab hoc initio perculsa cecidit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 17. Nulla tamen vox est ab iis audita, populi R. majestate indigna. *Liv.* l. 8. c. 34. Stabat cum eo Senatus majestas, favor populi, &c. *Cic. pro Rosc. Amer.* cap. 19. Majestas judicum. *Id. in Pison.* cap. 11. consulis. *Cæs.* lib. 3. *B. Civ.* cap. 106. In hoc omnis multitudo majestatem regiam minui prædicabat. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 38. Dii non censent esse suæ majestatis, præsignificare hominibus, quæ sunt futura. ¶ De majestate privatorum V. cap. 10. lib. 2. *Valer. Max.* ¶ Apud Romanos erat proprie Populi: Senatus enim *auctoritas* dicebatur. Nam populus sciscere solebat, et jubere: Senatus censere, et auctor esse. *Cic.* 3. *Phil.* cap. 5. Ut omnes ad auctoritatem hujus Ordinis, majestatemque populi R. defendendam conspirasse videantur. *Id.* apud *Quintil. in fi.* cap. 3. l. 7. Majestas est in imperio, atque in omni populi R. dignitate. *Sallust. in Jug.* cap. 35. Majores vestri parandi juris, et majestatis constituendæ gratia, bis per secessionem armati Aventinum occupavere. et c. 17. *ad fin.* Patres conscripti, per vos, per liberos, atque parentes vestros, per majestatem populi R. subvenite misero mihi. ¶ *Crimen majestatis* est, cum ea violantur, in quibus vel Regis, vel Magistratus, vel populi amplitudo et summa potestas versatur: *treason against the state:* et *majestatem lædere*, vel *minuere* est aliquid committere contra eorum dignitatem et amplitudinem: *to commit treason:* et *majestatis rei* dicuntur, qui de majestate læsa, seu imminuta accusantur. *persons accused of treason.* V. *Sueton. in Tiber.* c. 2. *a med.* ubi de hac re exemplum. V. etiam titulum 4. lib. 48. *Digestor. Cic. in Partit.* c. 30. Majestas est magnitudo quædam populi R. in ejus potestate ac jure retinendo, &c. quam minuit is, qui per vim multitudinis rem ad seditionem vocavit. *Id.* 2. *de Invent.* c. 18. Majestatem minuere est aliquid de republ. cum potestatem non habeas, administrare. et cap. 17. Majestatem minuere est de dignitate, aut amplitudine, aut potestate populi, aut eorum, quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare. *Id.* 6. *Verr.* c. 41. Est crimen majestatis, quod imperii nostri gloriæ, rerumque gestarum monumenta evertere, atque asportare ausus est. *Id. pro Cluent.* c. 35. Legionem sollicitare res est, quæ lege majestatis tenetur. *et ibid.* Condemnatus majestatis. *Senec.* l. 4. controv. 25. Populi R. majestatem lædere. *et ibid.* Læsæ majestatis accusari. *Quintil.* l. 5. c. 10. *ante med.* Injuriam fecisti: sed quia magistratui, majestatis actio est. *Ulpian. Dig.* lib. 48. *tit. ult.* leg. 1. Majestatis causa damnatus. *Callistrat. ibid.* tit. 2. leg. 20. Majestatis judicium. ¶ Formula fuit in fœderibus concipiendis, *imperium majestatemque populi R. conservato sine dolo malo*, quæ habetur apud *Cic. pro Balb.* c. 16. et *Liv.* c. 11. l. [illegible] Romanis jungebatur, esset inferior opibus et potentia. ¶ Olim in judicium majestatis veniebant facta tantummodo, ut si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique male gesta republica, eam minuisset: dicta impune erant. Primus Augustus ea quoque in judicium adduxit, quem secuti alii. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 72 ¶ *Majestas patria* est jus patriæ potestatis, et paternæ dignitatis excellentia. *Liv.* l. 8. c. 7. Neque imperium consulare, neque majestatem patriam veritus. *Justin.* l. 10. c. 2. *sub fin.* Dum patri insidias parat, deprehensus cum sociis, pœnas parricidii diis paternæ majestatis ultoribus dedit. ¶ *Majestas tua, vestra*, titulus R. Imperatorum, legitur apud *Symmach.* l. 10. ep. 16. (*al.* 23.) *ad Theodos.* et *Eumen. in Paneg. ad Constantin.* c. 21. &c. *your Majesty.* Non est tamen eadem ratione dictum illud *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 257. *ad Augustum.* sed neque parvum Carmen majestas recipit tua. ¶ Est etiam *majestas*, quæ ab amplitudine, gravitate, specie honesta et insigni cujusque rei provenit, admirationem creans. *Cic. de Amic.* c. 25. Quanta illi fuit gravitas! quanta in oratione majestas! *weight, dignity. Liv.* l. 1. c. 53. Majestas loci. *Martial. in epist. præfixa* l. 8. nominis. *Gell.* l. 18. c. 3. ætatis et dignitatis. *Liv.* l. 34. c. 2. et pudor matronarum. Sic *Afran.* apud *Non.* c. 2. n. 805. Tuam majestatem et nominis matronæ sanctitudinem. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Novi majestatem boum, et ab his dici pleraque magna, βούσυκον, βούπαιδα, βούλιμον, &c. *Plin.* l. 11. c. 17. Rex apum nullum habeat aculeum, majestate sola armatus. *Id.* l. 9. c. 36. prætextam *majestatem pueritiæ* appellat. *Id. initio l. ult.* Gemmæ supersunt, et in arctum coacta rerum naturæ majestas. *Claudian.* l. 1. *de laudib. Stilich.* v. 79. Tyria majestas. *h. e.* splendor et pulcritudo purpuræ. ¶ Aptissime dicitur de divina vi, et præsentia Numinum, qua se ostendunt, et declarant adesse rebus humanis. *Cic. pro Mil.* c. 30. *ad fin.* Nec vero quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullam majestatem esse ducit, numenve divinum. Al. aliter leg. *Senec.* ep. 95. *a med.* Primus est deorum cultus deos credere: deinde reddere illis majestatem suam, reddere bonitatem, sine qua nulla majestas est. *h. e.* credere, esse præsentes. *Sueton. in Tiber.* cap. 63. Vicina urbi oracula disjicere conatus est: sed majestate Prænestinarum sortium territus, destitit. *Justin.* l. 24. c. 6. *de templo Apollinis Delphici.* Incertum est, utrum munimentum loci, an majestas dei plus hic admirationis habeat.

MAJOR. V. *Magnus*.

MAJORĪNUS, a, um, adject. a *major*. *Majorinæ olivæ* dicuntur, quæ sunt omnium maximæ, alio nomine *regiæ*. Eædem tamen minimum olei habent: unde et phauliæ dicuntur, φαυλίαι: a φαῦλος, vilis, vitiosus. *Plin.* l. 15. c. 3. *a med.* ¶ *Majorinæ pecuniæ*, quæ et *centenionales communes* dictæ sunt, parvi quidem pretii, sed *majores* tamen usitatis assibus fuerunt. *Impp. Constantin.* et *Julian.* lib. 9. *Cod. Theodos.* tit. 23. leg. 1.

MAJUGĔNA, æ, m. Maia genitus, h. e. Mercurius. *Martian. Capell.* l. 1. *sub fin. in carm.* Nostri Majugenam pignoris inclyti.

MAJŪMA, æ, ludi genus. *a may-game.* Scribit *Suidas*, dictum esse a Maio mense, quod cives R. certo ejus mensis die ad Ostiam secundo Tiberi descenderent, ibique in marinis aquis natantes luderent. *Impp. Arcad.* et *Honor. Cod. Theodos.* lib. 15. tit. 6. leg. 1. Placuit, ut majumæ lætitia provincialibus redderetur, ita tamen, ut servetur honestas, &c. et leg. 2. Majumam, fœdum atque indecorum spectaculum, vindicamus. Hunc ludum *Suidas* ita describit: Πανήγυρις ἐγένετο ἐν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὸν Μάϊον μῆνα. Τὴν παράλιον καταλαμβάνοντες πόλιν, τὴν λεγομένην Ὀστίαν, οἱ τὰ πρῶτα τῆς πόλεως τελοῦντες, ἡδυπαθεῖν ἠνείχοντο, ἐν τοῖς θαλαττίοις ὕδασιν ἀλλήλους ἐμβάλλοντες. Hujusmodi ludus facile paulatim in obscenam exercitationem degenerare potuit.

MAIUS, ii, m. *the month of May*, Μάϊος, mensis tertius a Martio, ita dictus a *majoribus*, quorum consilio gerebatur respubl. sicut sequens *Junius* a *junioribus*, qui rempubl. armis gerebant: vel a *majestate*, ut fabulatur *Ovid. initio* 5. *Fast.* vel a Maia matre Mercurii, cui hoc mense sacrificabant: vel a Majo deo h. e. Jove. V. vocem sequent. *Ovid. loc. cit.* v. 185. Incipis Aprili, transis in tempora Maii. ¶ Sæpissime adjectiva forma effertur, *mensis Maius, Idus Maiæ, Calendis Maiis*, &c. *Propert.* l. 4. el. 5. v. 36. Natalem Maiis Idibus esse tuum. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 947. Exit et in Maias sacrum Florale calendas. ¶ Proverbium est apud *eund. Fast.* 5. v. 490. *Mense malas Maio nubere*, quia Lemuribus eo tempore justa ferebantur, et opinio erat vulgo, non diu vivere, quæ his diebus nupsissent: quare passim abstinebant nuptiis celebrandis. Alias hujus rei causas congerit, et perpendit *Alexander Tassonus Cogitationum* l. 8. quæst. 2. inter quas illam quoque affert, quod is mensis Asinorum connubiis frequens esse videatur.

MAJUS, a, um, *great*, apud Veteres idem fuit, quod *magnus*: unde *Majus deus*, Jupiter, apud Tusculanos, a magnitudine scilicet, et majestate: et *dea Maja*, cui mense Maio res divina celebrabatur: quam esse terram (unde et *magna mater* dicta est) adeptam nomen itidem a magnitudine, multi affirmant, ut est apud *Macrob.* l. 1.

Saturn. c. 12. ¶ Ab hoc Etymologi ducunt *major*, et *majestas.*

MAJUSCŬLUS, a, um, *somewhat greater*, aliquanto major, grandiusculus: diminutivum comparativi. *Plin.* l. 26. c. 6. Folia sunt majuscula, quam hederæ. *Terent. Eun.* 3. 3. 20. Ea si vivit, annos nata est sedecim, non major: Thais, quam ego sum, majuscula est. *something older. Cic. Fam.* 9. ep. 10. Cum mihi sit incertum, tranquillo ne sis animo, an, ut in bello, in aliqua majuscula cura negotiove versere.

MĀLA, æ, f. *the cheek-bone, jaw*, σιαγὼν, γένυς, vox per syncopen facta ex *maxilla*, fuga litteræ vastioris, quemadmodum a *taxillo talus, vexillo velum, paxillo palus* contracta sunt, ut *Cic.* docet *in Orat.* c. 45. Significat autem os faciei superius immobile, inter oculum, nasum, et buccam, in quo dentes infixi sunt. *Cels.* l. 8. c. 1. *ante med.* Maxilla est mobile os, eaque una est: cujus eadem et media, et etiam ima pars mentum est: a quo utrinque procedit ad tempora: solaque ea movetur. Nam malæ cum toto osse, quod superiores dentes excipit, immobiles sunt. *et paulo post.* Dentium pars maxillæ, pars superiori ossi malarum hæret. Ex *Celso* itaque discrimen patet *malæ* a *maxilla*, quia illa superior est, hæc inferior. Adde *ibid.* cap. 7. *ad fin.* Nihilominus in plurali numero utramque significat. *Pacuv.* vel *Enn.* apud *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 58. Ut meos malis miser manderem natos. Al. leg. *mandem.* Sic *Lucret.* l. 2. v. 637. Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus. Al. leg. *manderet*, ut pro dactylo tribrachyn posuerit: al. *manderet* pænult. prod. tanquam a *mandeo*: sed prior lectio retinenda. *Virg.* 3. *Æn.* v. 257. Ambesas subigat malis absumere mensas. ¶ Tribuitur et brutis animalibus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 755. *de cane.* Increpuit malis, morsuque elusus inani est. *Id.* 3. *Georg.* v. 268. *de equis.* Glauci Potniades malis membra absumpsere quadrigæ. *Id.* 11. *Æn.* v. 680. caput ingens oris hiatus, Et malæ texere lupi, cum dentibus albis. *Horat.* l. 2. od. 19. v. 23. leonis Unguibus, horribilique mala. ¶ Est etiam pars eadem faciei exterior, tum quæ pudoris sedes, tum ubi barba emittitur, *the ball of the cheek, cheek*, παρειά: et hominum solummodo est: fereque in plurali numero adhibetur. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 58. Infra oculos malæ homini tantum, quas prisci genas vocabant, XII. tabularum interdicto radi a feminis eas vetante. Pudoris hæc sedes: ibi maxime ostenditur rubor. *Virg.* 9. *Æn.* v. 751. Impubes malæ. et lib. 10. v. 324. flavens prima lanugine malas. *Lucret.* l. 5. v. 886. pueris ævo florente juventas Occipit, et molli vestit lanugine malas. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 753. octonis iterum natalibus actis, Signarat dubia teneras lanugine malas. et lib. 12. v. 391. prima tectus lanugine malas. *Plaut. Mil.* 2. 5. 35. Mihi crepabunt manus, malæ tibi.

MALABĂTHRON. V. *Malobathron.*

MALĂCHE, es, f. *a kind of mallow*, μαλάχη, species malvæ, ventrem emolliens: a voce Græca allata, quæ a μαλάσσω, mollio. *Plin.* l. 20. c. 21. et *Colum.* l. 10. v. 247. ubi est qui legit *moloche*, a μολόχη, eod. sensu.

[† MALACHRA, alio nomine Maldacon. *Plin.* 12. 9. V. *Maldacon.*]

MALACĬA, æ, f. *a calm at sea, dead calm*, μαλακία, tranquillitas, cum maris fluctus omnino quiescunt et languent, neque ulla aura commoventur: ita ut naves, quæ velis tantummodo aguntur, nullam in partem progredi possint: a μαλακὸς, mollis, languidus. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 15. Tanta subito malacia ac tranquillitas exstitit, ut se loco movere non possent. ¶ Translate sumitur pro mollitie animi, et languore. *Senec.* ep. 67. In otio inconcusso jacere, non est tranquillitas, malacia est. *effeminacy.* ¶ Dicitur etiam de languore stomachi cibum fastidientis, præcipue in mulieribus gravidis. *Plin.* l. 23. c. 6. Malicorium expetitur gravidarum malaciæ. *Id. ibid.* Semen citreorum edendum præcipiunt in malacia prægnantibus. *Id.* lib. 27. c. 7. Absinthium pellit malaciam stomachi.

MALACISSO, as, a. 1. *to soften, make soft*, μαλακίζω, mollio, subigo: a verbo Græco allato, quod a μαλακὸς, mollis. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 31. Ah nimium ferus es, malacissandus es. *Senec.* ep. 66. *extr.* Malacissandos articulos alicui porrigere.

MALACTĬCUS, a, um, *mollient, mollifying*, molliendi vim habens, μαλακτικός. *Theod. Priscian. de Diæta*, c. 15. Malacticam habet virtutem.

MALĂCUS, a, um, *soft, delicate*, μαλακὸς, mollis, tener, delicatus, lævis. *Malacum pallium*, ex lana molli et pretiosa. *Plaut. Mil.* 3. 1. 93. Eme, mi vir, lanam, unde tibi pallium malacum et calidum conficiatur, tunicæque hibernæ bonæ, ne algeas hac hieme. *Id. Bacch.* 1. 1. 37. Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis, pro hasta talus; pro lorica malacum capiam pallium. ¶ *Unctiones malacas* dicit *Id. Stich.* 1. 3. 74. quæ deliciarum causa fiunt. *Id. Mil.* 3. 1. 74. Ad saltandum non cinædus malacus æque est, atque ego. *h. e.* flexibilis, enervis. *supple, pliant.* V. *Exossus. Id. Bacch.* 2. 3. 121. Hic nostra ætas augetur in malacum modum. *h. e.* jucunde, et multis deliciis. *easy, voluptuous.*

MALAGMA, atis, n. *an emollient poultice, emplaster, cataplasm*, μάλαγμα, cataplasma, quod integræ cuti imponitur, molliendi vim habens. Quomodo ab emplastro, et pastillo differat, docet *Cels.* l. 5. c. 17. sect. 2. V. Emplastrum, *et* Pastillus. *Id. ibid.* Malagmata contusa abunde mollescunt. nam super integram cutem injiciuntur. *Colum.* l. 6. c. 17. Cuminum conteritur, eique adjicitur exiguum picis liquidæ, et axungiæ, ut lentorem malagmatis habeat. *Plin.* l. 22. c. 24. *ad fin.* Non fecit cerotum, malagmata, emplastra, collyria, antidota, parens illa ac divina rerum artifex: officinarum hæc, imo verius avaritiæ commenta sunt. *Id.* l. 25. c. *ult. ante med.* Fit ex succo cicutæ ad refrigerandum stomachum malagma. *Id.* l. 31. c. 6. *circa med.* Aquam maris emplastris et malagmatis miscent. V. in fin. vocis *Emblema.* ¶ *Malagma, æ*, f. sæpe legitur apud *Veget. de re Veterin.* ut lib. 2. c. 48. *ad fin.* l. 3. c. 20. et 21. l. 4. c. 20. 21. et 23. &c.

MALANDRĬA, orum, n. *the malanders, a disease in horses*, pustulæ elephantiasi similes, et equorum præcipue cervicem infestantes. *Veget.* l. 2. *de re Veterin.* c. 42. ¶ *Malandria, æ*, f. dicitur a *Marcell. Empir.* c. 34. *a med.*

MALANDRIŌSUS, a, um, malandriis laborans. *Marcell. Empir.* c. 19. *ante med.*

MALAXATĬO, onis, f. actus emolliendi. *Theodos. Priscian.* l. 1. c. 28. Malaxationes adhibendæ.

MALAXO, as, a. 1. *to soften, mollify*, μαλάσσω, malacisso, mollem reddo: a μαλακὸς, mollis. *Laberius*: Malas malaxavi. *Gell.* l. 16. c. 7. refert hoc inter ea, quæ a *Laberio* prælicenter ficta sunt.

MALDĂCON, i, n. gummi ex bdellio arbore. *Plin.* l. 12. c. 9. [† V. *Malachra.*]

MALE, *badly, ill, wrongly, amiss, wickedly*, κακῶς, perperam, prave, vitiose, improbe. *Atticus ad Cicer.* ep. 10. l. 9. *ad Attic.* Si iste Italiam relinquet, facies omnino male. et ut ego existimo, ἀλογίστως. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 66. Dubitas, quin lubenter tuo hero meus, quod possiet facere, faciat male? *would do him all the ill he could? Cic. Fam.* l. 11. ep. 21. Dii isti Segulio male faciant, homini nequissimo. *ill betide that scoundrel Segulius! Id.* 15. *Attic.* ep. 1. O factum male de Alexione! *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 15. Ubi tantos tuos labores male cecidisse viderunt. *to have turned out ill. Plaut. Asin.* 5. 1. 13. Male velle alicui. *to wish ill to, detest. Cic. de Senect.* c. 6. et *Cœl. ad Cicer.* l. 8. *Fam.* ep. 12. Male cogitare de aliquo. *to intend or plot harm against. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 48. Male loqui. *to speak ill*: maledicere. *Terent. Phorm.* 2. 3. 25. Male loqui alicui. *to speak ill of any one.* quod et maledicere, et obtrectare dicimus: sed plerumque unitis vocibus. *to slander, revile.* nam divisis significat perperam dicere, contra rationem, et absurde loqui. *to talk irrationally or absurdly. Id. Andr.* 4. 4. 14. Verbum si mihi unum, præterquam quod te rogo, faxis, cave. *My.* male dicis. *you talk foolishly. Cic. pro Mur.* c. 30. Errasti in aliqua re: male dici putat Cato. *Id.* 3. *Verr.* c. 54. Male accipere verbis aliquem. *to use ill language to, abuse.* et *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 63. Equitatu agmen adversariorum male habere. *h. e.* vexare, infestare. *to molest, annoy, harass.* Sic *Nep. in Eumen.* c. 8. Cum Antigono conflixit, eumque male acceptum in Mediam coegit redire. *roughly handled. Sallust. in Jug.* c. 58. *a med.* Prœlium male pugnatum. *unsuccessfully.* et *Terent. Andr.* 2. 6. 5. Præter spem evenit: scio: hoc male habet virum. *this is what annoys him.* Sic *Eun.* 4. 2. 6. Male se habere. *to be in trouble or uneasiness*, molestiæ plenum esse. *Id. Adelph.* 4. 5. 21. Animo male est. *I feel myself unwell.* et refertur ad corpus, cum scil. virium deliquio laborat. Sic *Plaut. Curcul.* 2. 3. 33. Animo male est. *Phæ.* Vin' aquam? et *Rud.* 2. 6. 26. Animo male fit: contine quæso caput. *de eo, qui vomitu laborat.* Ad hæc *Donatus*: animo male fieri dicitur, cum ictu alicujus mœroris perculsus non sustinet corpus, sequiturque ruina membrorum. Rursus *Plaut. Mil.* 4. 8. 21. Postquam abs te abit, animo male factum est huic repente miseræ. *she was taken ill.* ¶ *Male sit*, aut *vertat*, imprecandi formulæ. *Cic. Attic.* 15. ep. 15. L. Antonio male sit, siquidem Buthrotiis molestus est. *come to some harm. Terent. Adelph.* 2. 1. 37. Minis viginti illam emisti: quæ res tibi vertat male. *much good may it do you! may it turn out to your loss!* ¶ *Male esse alicui* est aliquem laborare inopia, infamia, tristitia, rebus adversis quibuslibet, duram atque asperam vitam agere. *Senec. initio* ep. 82. Male tibi esse malo, quam molliter. Hoc sic excipe, quemadmodum a populo dici solet, dure, aspere, laboriose. Sic *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 109. Male vivere. *wretchedly.* ¶ *Male audire, mereri*, V. *Audio, Mereor.* ¶ *Male rem gerere* est improspere, infeliciter. *Nep. in Miltiad.* c. 3. ¶ *Male credere* apud *Plaut. Pœn.* 4. 2. est nulla ratione credere, seu peccare tum credendo, cum credendum non est: vel periculo suo credere: v. 56. et 67. Male credam, et credam tamen. ¶ *Male emere* est nimis multo pretio. *to make a bad bargain. Cic. Attic.* l. 2. ep. 4. et *Plaut. Amph.* 1. 1. 132. ¶ Interdum *male* vim habet τοῦ valde. *much, exceedingly*: auget quidem certe. *Cæs.* apud *Cicer. ad Attic.* l. 14. ep. 1. Non dubito, quin me male oderit. *Terent. Hecyr.* 3. 2. 2. Male metuo, ne morbus aggravescat. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 66. Male rauci. et sat. 3. v. 31. Calceus male laxus. *Prudent. in præfat. cathemer.* v. 14. male pertinax Vincendi studium subjacuit casibus asperis. *h. e.* nimium, vel in suam perniciem pertinax. ¶ Contra vim habet minuendi apud *Liv.* l. 35. c. 49. *a med.* Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum instar in castris regis. *small legions hardly completed.* Huc pertinere videntur illa *Horat. in fin.* od. 9. l. 1. Digitus male pertinax. et *Petron. in Satyr.* c. 86. Male dormiens. et cap. 87. Male repugnans. Sed *male pertinax* apud *Horat.* est ejus, qui simulat, se esse pertinacem, et vinci cupit. Idem dic de *male repugnanti* apud *Petron.* c. 87. Similiter *male dormiens*, qui somnum fingit, et expergisci vult. ¶ Sæpe etiam privativam significationem habet, ut *in Virg.* 2. *Æn.* v. 23. statio male fida carinis. *h. e.* infida. *Servius* tamen, minus fidam, exponit, ut non negationem, sed minutionem habeat. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 45. male validus filius. *h. e.* invalidus, infirmus. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 15. *ad fin.* Ego illum male sanum semper putavi. *h. e.* insanum. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 27. Male gratus. *h. e.* ingratus. *Sueton. in Aug.* c. 21. Nationes male quietas ad obsequium redegit. *h. e.* inquietas. Est tamen in his, et aliis hujusmodi, aliquid minus, quam si *infidus, invalidus, insanus*, &c. dictum fuisset. [Hinc *Ovid. de arte am.* l. 1. v. 524. Et si quis male vir quærit habere virum. *h. e.* impudicus, cinædus. *Catull.* carm. 16. v. 13. Male me marem putastis. *h. e.* male-marem, minus valentem.] ¶ Reperitur ita substantivo conjunctum, ut in unam quodammodo vocem coalescat. *Arnob.* l. 4. pag. 142. Et tolerari forsitan male-tractatio hæc posset. et pag. 149. Immunes a deorum male-tractatione nec sic estis. V. *Tractatio. Senec. in Thyest.* v. 3. Quis male-deorum Tantalo vivas domos Ostendit iterum? *h. e.* quis malus deus, κακοδαίμων. Sed τὸ *male* etiam ad *ostendit* referri potest.

MALĔA, *et* Malēa, æ, f. hod. *Cape Malio, or Cape S. Angelo*, Μαλέα, et Μάλεια, promontorium Peloponnesi, in ora australi Laconiæ, cum monte excelso, decem millia passuum in mare procurrens, ventosumque maxime, ac procellosum. unde ejus undas *sequaces* dixit *Virg.* 5. *Æn.* v. 193. quia navigiis infestæ assiliunt, atque ea persequi videntur. Dictum tradunt a quodam Maleo Argivorum rege, qui in eo templum exstruxerit. Describitur animose a *Stat.* 2. *Theb.* v. 32. et sequentib. simul cum Tænaro. *Virg. loc. cit.* Ionioque mari, Maleæque sequacibus undis. *Stat. ibid.* Qua formidatum Maleæ spumantis in auras It caput. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 16. v. 24. Nec timeam vestros, curva Malea, sinus. *Propert.* l. 3. el. 17. v. 7. Et placidum Syrtes portum, et bona litora naûtis Præbeat hospitio sæva Malea suo. *de re impossibili.*

MALEDĬCAX, ācis, *slanderous, foul-mouthed*, maledicus. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 26. Maledicax es. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 3. *circa med.* Importuna urbanitas maledicacem luce privavit. ¶ Rectius divisim scribes *male dicax.*

MALEDĪCE, adverb. *slanderously, abusively*, κακολόγως, contumeliose. *Cic.* 1. *Offic.* c. 37. *a med.* Cum de absentibus, detrahendi causa, maledice, contumelioseque dicitur. *Liv.* l. 45. c. 39. *ad fin.* Maledice ac maligne loqui.

MALEDĪCENS, tis, adject. *slanderous, abusive, scurrilous*, maledicus. *Plaut. Merc.* 2. 3. 75. Ut nunc sunt maledicentes homines. et 1. 2. 31. Maledicentiorem, quam te, novi neminem. *Cic. pro Flacc.* c. 3. In maledicentissima civitate, in suspiciosissimo negotio, maledictum omne, non modo crimen effugit. *Gell.* l. 3. c. 17. Maledicentissimum librum conscribere. *Sueton. in Cæs.* c. 23. Carminibus maledicentissimis existimationem alicujus lacerare.

MALEDICENTĬA, æ, f. *slander, obloquy, detraction, backbiting*, κακηγορία, obtrectatio, convicium. *Gell.* l. 3. c. 3. *sub fin.* Ob assiduam maledicentiam, et probra in principes civitatis. *Id.* l. 17. c. 14. Cæsarem Laberii maledicentia et arrogantia offendebat.

MALEDĪCO, is, ixi, ictum, a. 3. *to speak ill of, rail or carp at, revile, slander, asperse, abuse, reproach*, κακολογέω, in aliquem maledicta, idest convicia, contumelias, probra conjicio, maledictis incesso, obtrecto, allatro. *Cic. pro Cœl.* c. 3. Aliud est maledicere, aliud accusare, accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, &c. maledictio autem nihil habet propositi præter contumeliam. *Id. pro Deiot.* c. 10. Non debebas optimo viro fugitivi ore maledicere. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 33. Epicurus Phædoni turpissime maledixit. *Id. pro Cœl.* c. 3. *ad fin.* Petulanter maledicere alicui. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 140. maledicit utrique, vocando Hanc Furiam, hunc aliud, jussit quod splendida bilis. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 27. Indignis si maledicitur, maledictum id esse dico. *Terent. Hecyr.* 4. 2. 14. Qui nobis, mater, maledictum velit. ¶ Scribi potest etiam divisim *male dico.* ¶ Cum accusativo. *Petron. in Satyr.* c. 96. Si me amas, maledic illam versibus, ut habeat pudorem. *Id. in fragm. Tragur.* c. 58. *Burm. extr.* Cave majorem maledicas. et cap. 74. Maledicere Trimalchionem cœpit. Adde *Tertull. advers. Prax.* c. 29. Etiam *Priscian.* l. 18. pag. 1189. *Putsch.* hanc constructionem agnoscit: et *benedico* eadem ratione effertur.

MALEDICTĬO, onis, f. *railing, slander, detraction, obloquy, backbiting, malediction*, κακηγορία, actus maledicendi, obtrectatio. *Cic. pro Cœl.* c. 3. Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam. Adde *Arnob.* l. 4. *in fin.* pag. 147.

MALEDICTĬTO, as, *to rail at or slander frequently*,

sæpe maledico. *Plaut. Trin.* 1. 2. 62. Maledictitatur tibi vulgo in sermonibus. ¶ Possis etiam divisim scribere *male dictito.*

MALEDICTŌRES dicebantur ab antiquis, qui nunc maledici. *Fest.* ex *Cat.*

MALEDICTUM, cti, n. *a reproach, railing accusation; opprobrious words, foul or abusive language,* λοιδορία, convicium, probrum, contumelia. *Cic. ad Q. Fr.* l. 2. ep. 3. Cum omnia maledicta, versus denique etiam obscenissimi in Clodium et Clodiam dicerentur. *Id. pro Planc.* c. 12. *extr.* Hæc sunt conjecta maledicta in ejus vitam. et cap. 13. In homines nobilissimos maledicta aspere, et ferociter dicta commemorem. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 24. Zeno non eos solum figebat maledictis, &c. *Id.* 13. *Phil.* c. 19. Quem ego inustum verissimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ sempiternæ. *Id. pro Flacc.* c. 20. *ad fin.* Quempiam probris omnibus, maledictisque vexare. *Id.* 11. *Attic.* ep. 8. Multa in aliquem maledicta conferre. *Id. pro Cluent.* c. 23. Quippiam in criminis, aut in maledicti loco objicere alicui. ¶ Est etiam imprecatio, exsecratio, qua quippiam avertimus. *an imprecation, curse. Plin.* l. 11. c. 10. *extr.* Esse in maledictis jam antiquis strigem, convenit: sed quæ sit avium, constare non arbitror. ¶ Latini rustici cum maledictis ac probris serendum ocimum putabant, ut lætius proveniret, teste *Plin.* l. 19. c. 7. quod idem de ruta leges apud *Pallad.* in *Mart.* tit. 9. *a med.* ¶ De malis dictis, pravis rationibus, et suasionibus. *Sallust.* orat. 1. *ad Cæs.* c. 2. Maledictis iniquorum occupandæ reipublicæ in spem adducti homines.

MALEDICTUS, a, um, *accursed, maledicted,* ἐπικατάρατος. *Spartian. in Geta,* c. 3. Maledicte parricida, fratrem tuum occidisti.

MALEDĪCUS, a, um, *slanderous, foul-mouthed, backbiting, reproachful, scurrilous, abusive,* βλάσφημος, qui proclivis est ad maledicendum, obtrectator, mordax. *Cic. pro Flacc.* c. 28. In tam suspiciosa ac maledica civitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. *Id. pro Mur.* c. 6. Conviciator maledicus. *Auct. ad Herenn.* c. 8. l. 2. Homines natura malevoli et maledici. *Quintil.* l. 4. c. 1. Maledicum esse in aliquem. *Valer. Max.* l. 8. c. 9. n. 2. *extern.* Maledica lingua. et lib. 7. c. 2. n. 6. *extern.* Maledicus sermo.

MALEFĂBER, bra, brum, male fabricatus, dolosus. *Prudent. Hamartig.* v. 716. *de Eva.* Respondit Domino, suadelis se malefabris Illectam suasisse viro.

MALEFACĬO, acis, eci, actum, n. 3. *to do harm or mischief, injure, hurt, harm,* κακουργέω, male ago, noceo. *Terent. Adelph.* 2. 1. 10. Neque tu verbis solves unquam, quod mihi re malefeceris. *Plaut. Mil.* 2. 2. 11. Nescio quid malefactum a nostra huic familia est. ¶ Sæpe usurpatur disjunctum. V. *Male.*

MALEFACTOR, oris, m. *an evil-doer, malefactor. Plaut. Bacch.* 3. 2. 11. Malefactorem amitti satius, quam relinqui beneficum. *h. e.* melius est malefactorem non ulcisci, quam benefico gratiam non referre.

MALEFACTUM, cti, n. *an ill turn or deed; an injury,* κακούργημα, mala actio, peccatum. *Cic. Offic.* 2. c. 18. ex *Ennio.* Benefacta male locata, malefacta arbitror. *Id.* 2. *de Invent.* c. 36. Adversarius autem malefacta augebit: nihil imprudenter, sed omnia ex crudelitate et malitia facta dicet. ¶ Scribitur et divisim *male factum.*

MALEFĪCE, *mischievously,* malefaciendo, nocenter, κακούργως. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 113. Ego nec sycophantiose quidquam ago, nec malefice.

MALEFICENTĬA, æ, f. *mischievousness,* actus malefaciendi, noxa, injuria, damnum. *Plin.* l. et cap. 9. Delphinorum similitudinem habent tursiones: distant tristitia aspectus. abest enim illa lascivia: maxime tamen rostris canicularum maleficentiæ assimulati. *Lactant. initio lib. de ira Dei.* Neque ex beneficentia (*Dei*) quidquam boni perveniat ad nos, neque ex maleficentia quidquam mali.

MALEFICĬUM, ii, n. *a bad action, misdeed; mischief, wickedness,* κακούργημα, quidquid male admissum est, malefactum, malum facinus. *Cic. Phil.* 5. c. 6. Scelerum magnitudo, conscientia maleficiorum. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 22. Maleficium committere. *et ibid.* admittere. *Id. pro Cæcin.* c. 34. *a med.* exsilio multare. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 3. *extr.* Supplicia pro maleficiis metuere. *Plin.* l. 12. c. 25. Adulteratur seminis succo: vixque maleficium deprehenditur. *the cheat.* ¶ Speciatim est noxa, damnum, *hurt, harm, wrong, injury, mischief. Cic. pro Cæl.* c. 31. Cui misero præclari in rempubl. beneficii memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficii cogitati. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 20. Legio se se Hispalim recepit, atque in foro et porticibus sine maleficio consedit. *Id.* l. 2. *B. Gall.* cap. 28. *extr.* Ut ab injuria et maleficio se suosque prohiberent. *Plin.* l. 18. c. 30. *sub fin.* Urceis acetum habentibus leguminum acervos superingerunt, ita non nasci maleficia credentes. *h. e.* noxias bestiolas. Simili ratione locutus est *cap. ult.* l. 8. et lib. 20. c. 13. *circa med.* ¶ Item veneficium, *witchcraft, enchantment. Tacit.* 2. *Ann.* c. 69. Carmina et devotiones, aliaque maleficia, queis creditur animas numinibus infernis sacrari. *Apul.* l. 9. *Metam.* Devotionibus et maleficiis quidvis efficere posse credebatur. Adde *in Apolog.* sæpe.

MALEFĪCUS, a, um, *hurtful, ill-disposed, mischievous, villainous, malicious, malefic,* κακοῦργος, qui male facit, improbus, sceleratus. *Plaut. Cas.* 4. 2. 4. Novi hominum mores maleficos. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 20. Homo natura maleficus, et injustus. *Id.* 7. *Verr.* c. 55. In hominum maleficorum sceleratorumque, in prædonum hostiumque custodias tu tantum numerum civium R. includere ausus es? *Tacit.* 4. *Ann.* c. 21. Homo sordidæ originis, maleficæ vitæ. *Sueton. in Galb.* c. 15. Maleficentissimos incolumes præstitit. *Scil. a* maleficens *obsoleto.* ¶ Item noxius, perniciosus, *hurtful, injurious, pernicious. Sueton. in Ner.* c. 16. Superstitio nova, ac malefica. *Plin.* l. 7. c. 49. Malefica sidera. *Id.* l. 33. c. 4. *ad fin.* Malefica vis. *Id.* l. 12. c. 17. Capræ, maleficum frondibus animal. *Id.* l. 9. c. 15. Bestia piscibus malefica. ¶ Item malignus. *malign, malignant. Nep. in Agesil. c. ult.* Ut naturam fautricem habuerat in tribuendis virtutibus, sic maleficam nactus est in corpore: exiguus et claudus altero pede, &c. ¶ Item veneficus, incantator, magus, *an enchanter, charmer.* Hinc titulus 18. lib. 9. *Cod.* inscribitur *de maleficis, et mathematicis.* et *Imp. Constantin. ibid.* leg. 5. Chaldæi, ac magi, et ceteri, quos maleficos vulgus appellat. ¶ Legitur et *malificus* ut apud *Plaut. Mil.* 2. 2. 39. in quibusdam MSS. *et Pseud.* 1. 2. 61. Sic *malivolus, benivolus.*

MALEFERIĀTUS,
MALEFĪDUS,
MALEFORTIS,
MALELŎQUAX,
MALENĀTUS,
MALEŎLENS,
MALESĀNUS, et
MALESUĀDUS, a, um, *ill-advising, persuading to do wrong,* rectius duæ voces habentur, ac divisim scribuntur: quamquam postrema sæpius conjuncta legatur in illo *Virg. Æn.* 6. v. 276. Et metus, et malesuada fames, et turpis egestas. et *Plauti Mostell.* 1. 3. 56. Malesuada vitilena. et *Paulini Nol.* carm. 6. v. 69. *de vino.* evitans malesuadi pocula succi. et *Sidon.* l. 7. ep. 5. *sub fin.* Si precibus malesuadus obstiterit interpres. quia *suadus* adjectiv. parum est in usu.

MALETRACTATĬO. V. in fine τοῦ *Male.*

MALEVENTUM. V. *Beneventum.*

MALEVŎLENS, *et* Malivolens, entis, *envious, ill-natured, spiteful, malevolent,* malevolus, inimicus. *Plaut. Capt.* 3. 4. 51. Est miserorum, ut malevolentes sint, et invideant bonis. *Id. Bacch.* 4. 3. 4. Malevolente ingenio natus. *Cic.* l. 1. *Fam.* ep. 7. *a med.* Malevolentissimæ obtrectationes.

MALEVOLENTĬA, *et* Malivolentia, æ, f. *ill-will, envy, spite, malice, malevolence,* κακοθυμία, est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo, ut *Cic.* definit 4. *Tuscul.* c. 9. item universim odium, invidia. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *post med.* Animus nulla in ceteros malevolentia suffusus. *Id.* 2. *Fam.* ep. 17. *sub fin.* Pusillus animus, et ipsa malevolentia jejunus atque inanis. *Id. pro Planc.* c. 9. Vicinitas non infuscata malevolentia. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 15. Judicium obtrectatione et malevolentia liberatum. *Sallust. in Catil.* c. 3. Plerique, quæ delicta reprehenderis, malevolentia et invidia dicta putant.

MALEVŎLUS, *et* Malivolus, a, um, *malevolent, invidious, envious, spiteful, ill-disposed, ill-natured,* κακόθυμος, malevolens, invidus: vox conflata ex integro, et corrupto, ut *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* c. 9.) *sub fin.* docet. *Cic. pro Balb.* c. 25. Ut omnium malevolorum, iniquorum, invidorum animos frangeremus. *Id. ad Brut.* ep. 15. *a med.* Cognovi paulo plures in Senatu malevolos esse, quam gratos. *Id.* 2. *Fam.* ep. 17. *a med.* Ille si omnibus est malevolus, minus offendor in me. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 181. Hujus amica, mea inimica et malevola. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 2. *a med.* Cato in me turpiter fuit malevolus. *Id.* 3. *Fam.* ep. 10. *a med.* Malevoli sermones. *Trogus* apud *Plin.* l. 11. c. 52. Quibus supercilia in totum demissa malevolos et invidos significant. *Gell.* l. 4. c. 15. Malevoli reprehensores. ¶ *Malevolus Mercurius* dicebatur ejus dei signum Romæ positum proxime Janum in Turdellis, quod ita situm erat, ut nullius tabernam spectaret. Mercurius enim mercimoniis præerat, et lucris. Putabant autem deos iis favere, quos aspicerent. *Festus.*

MALĒUS, a, um, Μάλειος, ad Maleam promontorium pertinens. *Flor.* l. 2. c. 9. Inter Ceraunios montes, jugumque Maleum.

MALIĂCUS SINUS, hod. *the gulf of Volo,* [† aliis *of Ziton,*] sinus maris Ægæi inter Thessaliam, et Achaiam. *Plin.* l. 4. c. 7. et *Liv.* l. 27. c. 30. Sic *Lucan.* l. 6. v. 366. ferit amne citato Maliacas Sperchios aquas.

MALICORĬUM, ii, n. *the rind or outward coat of a pomegranate,* σίδιον, cortex mali Punici: a *malum,* et *corium,* quia corio similis est ob duritiem et crassitiem. *Plin.* l. 23. c. 6. Hic cortex ex acerbis (*malis Punicis*) in magno usu: Vulgus coria maxime perficere illo novit: ob id malicorium appellant medici. *Cels. cap. ult.* l. 2. inter ea, quæ reprimunt, malicorium recenset. Apud *Petron.* vero *in fragm. Tragur.* c. 47. *Burm.* narrat Trimalchio, sibi malicorium profuisse, cum multis jam diebus venter non respondisset.

[* MALIENSIS, e, adject. idem ac Maleus. *Liv.* l. 42. c. 40. Per Thessaliam et Maliensem agrum cum exercitu contra fœdus Delphos isti.]

MALĪFER, a, um, *producing or abounding in appletrees,* malorum ferax, μηλοφόρος. *Virg.* 7. *Æn.* v. 740. Et quos maliferæ despectant mœnia Abellæ.

MALIFĪCUS. V. *Maleficus.*

MALIGNE, *malignantly, maliciously, malignly, spitefully, enviously,* κακοήθως, malitiose, cum invidia. *Plin.* l. 1. ep. 5. *a med.* Respondi, nunc me intelligere, maligne dictum, quia ipse confiteretur: ceterum potuisse honorificum existimari. *Liv.* l. 45. c. 39. *ad fin.* Maledice ac maligne loqui. *Curt.* l. 8. c. 1. Cum suspicaretur, malignius habitum esse sermonem. *Gell.* l. 4. c. 15. In quibus plura inscite, aut maligne vellicant. *Plin.* l. 9. ep. 38. Maligne legere librum aliquem. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 270. neque enim bene facta maligne Detrectare, meum est. ¶ Sæpius est parce, illiberaliter, avare, minus scilicet dando, quam oportet: quod invidentis est, atque inimici: *too sparingly, niggardly, grudgingly, hardly:* cui opponitur benigne, large. *Liv.* l. 8. c. 12. *a med.* Materiam præbebat criminibus ager maligne plebi divisus. *Justin.* l. 5. c. 2. *extr.* Commeatus maligne præbere. *Catull.* carm. 10. *de Vari scorto,* v. 18. Non mihi fuit tam maligne, ut, &c. *she was not so chary of her charms, as,* &c. *Senec.* ep. 18. *a med.* Maligne famem exstinguere. *Id.* l. 2. *de Ira,* c. 19. *in fin.* Quibus exsangue corpus est, maligneque alitur, et deficit. *Id.* l. 6. *de benef.* c. 16. *sub fin.* Nec quæ sciebat, maligne dispensavit, quo diutius esset necessarius; sed cupiit, si posset universa transfundere. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 290. quippiam laudare maligne. *Senec.* ep. 44. Tu mihi te pusillum facis, et dicis, malignius tecum egisse naturam. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 42. *Burm.* Maligne illum ploravit uxor. ¶ Sumitur et universim pro parum. *Senec.* l. 6. *de benef.* c. 34. Qui per fores maligne apertas non intrat, sed illabitur. *half-closed, half-shut. Plin.* l. 34. c. 11. *a med.* Ærugo maligne virens. *of a dead or pale green. Pompon. Mela,* l. 2. c. 2. Terra eorum, quæ seruntur, maligne admodum patiens.

MALIGNĪTAS, atis, f. *malignity, ill-will, envy, spite, malice, malevolence,* κακοήθεια, prava voluntas, malus animus, malevolentia, invidia. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 1. Sed ambitionem scriptoris facile adverseris: obtrectatio et livor pronis auribus accipiuntur, quippe adulationi fœdum crimen servitutis, malignitati falsa species libertatis inest. *Plin.* l. 5. ep. 7. *extr.* Sermonem vultus, gestus, vox ipsa moderatur: epistola omnibus commendationibus destituta, malignitati interpretantium exponitur. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 18. Vitio malignitatis humanæ vetera semper in laude, præsentia in fastidio sunt. *Tacit. in Agric.* c. 41. Malignitas et livor. *Sueton. in Calig.* c. 34. Livor ac malignitas. *Id. in Ner.* c. 23. *extr.* Taciturnitatem pudoremque quorundam pro tristitia ac malignitate arguens. *Senec. de vita beata,* c. 18. Nec malignitas me ista, multo veneno tincta, deterrebit ab optimis. *Valer. Max.* l. 4. c. 7. *sub fin.* Nulla tam modesta felicitas est, quæ malignitatis dentes vitare possit. ¶ In plur. num. *Prudent.* περὶ στεφ. 3. *de S. Laurent.* v. 259. purulenta et livida malignitatum vulnera. ¶ Item *too much sparingness, niggardliness,* illiberalitas, parcitas, tenacitas. *Liv.* l. 34. c. 7. In purpura, quæ teritur, aliquam causam tenacitatis video: in auro vero, in quo, præter manus pretium, nihil intertrimenti fit, quæ malignitas est? *Plaut. Capt.* 3. 1. 4. Huic diei, si liceat, oculos effodiam libens: ita malignitate oneravit omnes mortales mihi. *Liv.* l. 34. c. 34. *ad fin.* Malignitas conferendi ex privato. ¶ Item mala natura. *Colum.* l. 3. c. 10. *a med.* Naturali quadam malignitate desciscunt interdum, quamvis diligenter probata semina.

MALIGNO, as. *Ammian.* l. 22. c. 15. *a med.* (*al.* c. 38.) Ibes occurrunt pinnatis agminibus anguium, qui ex Arabicis emergunt paludibus, venena malignantes. *h. e.* maligne fundentes, et noxie.

MALIGNUS, a, um, *bearing ill-will, ill-disposed, spiteful, envious, malignant, malicious, malevolent,* κακόθυμος, malus, improbus, invidus, malevolens. *Senec. de vita beata,* c. 18. Malignissima capita, et optimo cuique inimicissima. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 4. Maligni caupones. *Id. in fin.* od. 16. l. 2. malignum spernere vulgus. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 37. mente maligna aliquid facere. *Phædr.* l. 3. fab. 10. v. 36. Maligna suspicio. *Suet. in Aug.* c. 27. Factum alicujus maligno sermone carpere. *Manil.* l. 4. v. 573. Verba maligna. *Martial.* l. 4. epigr. 87. Nec rhonchos metues maligniorum. *Catull.* carm. 66. *ad Januam,* v. 5. votum malignum. *h. e.* pravum, improbum. *Virg.* 5. *Æn.* v. 654. malignis oculis spectare aliquid. *h. e.* invidis. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 1. v. 101. Maligna studia. *h. e.* noxia. *Id. Metam.* 10. v. 329. Malignæ leges. *h. e.* invidæ, et inimicæ libertatis. *Martial.* l. 8. epigr. 36. Maligna paupertas. *h. e.* invidens magnis animis, eosque res magnas aggredientes impediens. *Lucan.* l. 8. v. 565. Malignum litus. *h. e.* importuosum. Sic lib. 5. v. 651. oræque malignos Ambraciæ portus. *Stat.* l. 4. silv. 3. v. 29. Sorbebatque rotas maligna tellus. *h. e.* via lutosa, et voraginosa. ¶ Item nimis parcus, illiberalis, tenax. *too sparing, niggardly:* cui et benignus opponitur. *Plaut. Bacch.* 3. 2. 17. Justus, injustus; malignus, largus; commodus, incommodus.

¶ Translate est parcus, frigidus in laudando, ut invidi solent. *Quintil.* l. 2. c. 2. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus. *too sparing.* Sic *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 143. minor est tua gloria vero: Famaque de forma pæne maligna tua est. ¶ Et universim parvus, minutus, exilis. *little, small, scanty. Virg.* 6. *Æn.* v. 270. Quale sub incertam lunam sub luce maligna Est iter in silvis. *Martial.* l. 10. epigr. 96. tepet igne maligno Hic focus: ingenti lumine lucet ibi. *Plin.* l. 7. c. 50. Malignum et breve naturæ munus. *Lucan.* l. 9. v. 500. conspecta est parva maligna Unda procul vena. ¶ Item sterilis, infecundus. *barren, unfruitful. Virg.* 2. *Georg.* v. 179. Difficiles terræ, collesque maligni. *Plin.* l. 2. ep. 17. *circa med.* Quarum arborum illa vel maxime ferax est terra, malignior ceteris. ¶ Item difficilis, superbus. Ita enim exponit *Donat.* illud *Terent. Hecyr.* 1. 2. 84. Maligna multo, et magis procax facta illico est. ¶ Item angustus. *narrow, confined. Virg.* 11. *Æn.* v. 524. tenuis qua semita ducit, Angustæque ferunt fauces, aditusque maligni. *Servius* interpretatur obscuros, ut *sub luce maligna.* Simile est illud *Stat.* 2. *Theb.* v. 498. gemini procul urbe malignis Faucibus urgentur colles. *narrow passes, defiles.* et *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 27. *a med.* Major aquarum pars maligno ostio retenta, restagnat. *h. e.* angusto.

MALILŎQUAX, acis, adject. *slanderous,* qui male loquitur. *P. Syrus in Mim.* Lingua est maliloquax mentis indicium malæ. Exstat hic versus in Editione *Andr. Cloucquii, Lugd. Bat.* MDCXXVI. in qua Catonis Disticha primum locum tenent. In aliis quibusdam desideratur.

MALILOQUĬUM, ii, n. *evil speaking, slander,* malus sermo, et de re mala. *Tertull. de spectac.* c. 2. *a med.* Non sumpsimus linguam ad maliloquium, et aures ad exceptaculum maliloquii. Adde *in Apolog.* c. 45. et *Sulpic. Sever.* epist. 2. c. 29.

MALĪNUS, a, um, *of an apple-tree,* μήλινος, ex mali arbore factus. *Colum.* l. 7. c. 8. *extr.* Caseus muria perduratus, atque ita malini ligni, vel culmi fumo coloratus. Al. leg. *maligno ligni fumo:* h. e. exiguo. *Plin.* l. 15. c. 13. *de prunis.* Nuper in Bætica malina appellari cœperunt malis insita, et alia amygdalina amygdalis.

MALĬTAS, atis, f. *harm, evil,* malum, ut *bonitas* a *bonum. Gloss. Gr. Lat.* Κακία, malitas. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 2. leg. 5. Metum accipiendum Labeo dicit non quemlibet timorem, sed majoris malitatis. Ita *Torrentin.* sed *Haloand.* et alii *majoris mali.*

MALITĬA, æ, f. *malice, perversity, villainy, artfulness, cunning, craft,* κακία, κακουργία, calliditas, fraus. *Cic.* 4. *Tuscul.* cap. 15. Virtutis contraria est vitiositas. sic enim malo, quam malitiam, appellare eam, quam Græci κακίαν appellant. nam malitia certi cujusdam vitii nomen est: vitiositas omnium. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 30. Est enim malitia, versuta et fallax nocendi ratio. *Id. pro Rosc. Com.* c. 16. Perfidia, et malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui. et cap. 7. Supercilia penitus rasa olere malitiam, et clamitare calliditatem videntur. *Id. Verr.* 4. c. 27. A quo HS. C. millia per calumniam malitiamque petita sunt. *Id. pro Quint.* c. 18. Ista causa abs te tota per summam fraudem et malitiam ficta est. *Id. pro Cluent.* c. 26. Ad omnem malitiam et fraudem versare mentem suam cœpit. *Id. Verr.* 4. c. 54. Hæc hujus erat ars, et malitia miranda. *Id.* 4. *de Fin.* cap. 19. Quia nulla sit in dolore nec fraus, nec improbitas, nec malitia, nec culpa, non esse illud malum. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 6. Utile est, ab omnibus unicam malitiam atque nequitiam cognosci. (Discrimen inter hæc duo V. in *Nequitia.*) *Cic. in Partition.* c. 23. et 3. *Offic.* c. 17. *a med.* Malitia vult illa quidem videri, se esse prudentiam, sed abest ab ea plurimum. *Plin.* l. 17. cap. 27. Culices fucis apium similes ignavia malitiaque. ¶ Interdum accipitur universim pro vitiositate, quæ scilicet est virtuti contraria. *vice, wickedness. Senec.* epist. 31. *ante med.* Si intellexeris bona esse, quibus admixta est virtus: turpia, quibus malitia conjuncta est. *Id. sub fin.* ep. 106. Quidquid facimus, aut malitiæ, aut virtutis gerimus imperio. *Sallust. in Jug.* cap. 25. Virtute, non malitia, P. Scipioni placuisse. *Gell.* l. 2. c. 6. *circa med.* Inculpatus instar est absolutæ virtutis, illaudatus finis est extremæ malitiæ. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 30. *extr.* Inoffensa tot Imperatorum malitia. *h. e.* tot mali Imperatores nihil offensi. ¶ Videtur etiam aliquando in bonam partem sumi pro solertia et calliditate, qua aliorum dolos deprehendimus, et, ne decipiamur, cavemus. *shrewdness, adroitness, wariness, circumspection. Cic.* l. 15. *Attic.* ep. 26. *a med.* Si mihi imposuisset aliquid (quod pæne fecit, nisi tua malitia affuisset) animo iniquo tulissem. *Plaut.* quoque *malam malitiam* dixit, quasi medium sit vocabulum, ut *dolus,* et bona etiam esse aliquando possit: *Aulul.* 2. 2. 38. Equidem te civem sine mala omni malitia semper sum arbitratus. Hæc observat etiam *Non.* c. 6. n. 38. ¶ In plurali num. *Plaut. Mil.* 3. 3. 66. Ubi facta erat collatio nostrarum malitiarum. *h. e.* fallaciarum. *Cicer.* 3. *de nat. Deor.* c. 30. Everriculum malitiarum omnium, judicium de dolo malo. *of every species of villainy. Cels. Dig.* lib. 6. tit. 1. leg. 38. Neque malitiis indulgendum est. ¶ De rebus inanimis. *Pallad.* lib. 1. tit. 6. *ad fin.* Salsæ terræ malitia hibernis imbribus eluitur. *the malignity.* et *ibid. ante med.* Viæ malitia æque et voluptati, et utilitati adversa est. *Id. in Octobr.* tit. 8. Malitia arboris. *h. e.* infecunditas.

MALITIŌSE, *maliciously, deceitfully, craftily, artfully, knavishly,* κακοτέχνως, callide, dolose, fraudulenter. *Cic.* 3. *Offic.* c. 15. Agere quippiam dolose, aut malitiose. *Nep. in Alcib.* c. 7. Aut negligenter, aut malitiose facere. *Cic.* 4. *Verr.* c. 53. Nihil sane vafre, nec malitiose facere conatus est. *Id. pro Cæcin.* c. 7. Cum hoc novæ litis genus tam malitiose intenderet. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 38. Rem mandatam malitiosius gerere, sui quæstus, aut commodi causa. *Plaut. Mil.* 3. 3. 14. Male, atque malitiose aliquid facere. *h. e.* perperam, et fraudulenter.

MALITIOSĬTAS, atis, f. *artfulness, knavishness,* malitia, calliditas. *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 15. *sub fin.* Aut diffidentiæ, aut malitiositatis consilium est. Adde cap. 23. *extr.*

MALITIŌSUS, a, um, *malicious, crafty, knavish, cunning,* πανοῦργος, versutus, dolosus, fallax. *Cic.* 3. *Offic.* c. 13. *extr.* Hoc celandi genus non est hominis aperti, non simplicis, non ingenui, non justi, non viri boni: versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. et lib. 1. cap. 10. Malitiosa juris interpretatio. *wrested, crafty.* ¶ *Silva malitiosa,* cujus meminit *Liv.* l. 1. c. 30. *in fin.* fuit in agro Sabino. Ὕλη κακοῦργος dicitur a *Dionys. Halicarn.* l. 3.

MALIVŎLUS. V. *Malevolus.*

MALLEĀTOR, oris, m. *one who beats with a mallet or hammer; a hammerer, beater,* ὁ σφύρᾳ ἐλαύνων, qui malleo operatur. *Martial.* l. 12. epigr. 57. Illinc balucis malleator Hispanæ. V. *Balluca. Inscript.* apud *Gruter.* p. 1066. n. 5. et p. 1070. n. 1. Felix Aug. L. optio, et exactor auri, arg. æris. item signat. suppostores, malleatores monetæ Cæsaris. Sequitur infra series artificum Monetæ: in qua signatorum, et suppostorum maxima pars liberti sunt: malleatorum vero servi. Ex quo intelligimus horum operam viliorem fuisse. *In eo Lapide* malliator *sculptum est.* Porro *signatores* videntur fuisse, qui formam pecuniæ cudendæ signabant: *suppostores,* qui ipsam pecuniam cudendam præbebant, et a *malleatoribus* percutiendam. [Sed alii eos fuisse *suppostores* dicunt, qui metalli frusta in ipsam primam formam infundebant, *with the die or mould.* V. *Institutiones antiquitatis numariæ* pag. 45.]

MALLEĀTUS, a, um, *beaten with a mallet, or hammer, hammered, malleated,* malleo contusus. Unde Malleati libri dicuntur, qui malleo percussi, et complanati sunt, quod fere fieri solet, antequam libri compaginentur. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 50. *a med.* Sed et perscripti libri, nondum malleati, vel ornati continebuntur. *Colum.* lib. 12. c. 19. Cola ex crudo, id est non malleato sparto præparata habeat.

MALLEOLĀRIS, re, μοσχευματικός, ad malleolum vitis spectans. *Colum. de arborib.* c. 3. Virgam malleolarem non amplius, quam sex gemmarum, esse convenit. *a mallet-shoot rod, fit for planting.*

MALLEŎLUS, li, m. *a small mallet or hammer,* σφύριον, parvus malleus. *Festus,* et *Colum.* mox afferendus. *Cels.* lib. 8. c. 3. *a med.* Tutius scalprum malleolo subinde medicus ferit. ¶ Item novus palmes vitis, aut alterius arboris, qui prioris anni flagello innatus est, et recisus, pro viviradice, terræ mandatur, ut in novam vitem succrescat. *the new shoot of a vine, springing from a rod or branch of the former year, cut off for the sake of planting, with a bit of the old wood on each side of it, in the form of a mallet:* nostri *a mallet-shoot* appellant. *Colum.* l. 3. c. 6. Malleolus novellus est palmes, innatus prioris anni flagello, cognominatusque a similitudine rei, quod in ea parte, quæ deciditur, ex vetere sarmento prominens utrinque, malleoli speciem præbet. *Plin.* l. 17. c. 21. Solebat capitulatus utrinque e duro surculus seri, eoque argumento malleolus vocatur etiam nunc. *Colum.* l. 3. c. 3. *ad fin.* Malleolos pangere. *et ibid.* deponere. et cap. 14. *extr.* conserere. et cap. 18. demergere. *Plin.* l. 17. cap. 22. serere sulco, vel scrobe. *Id.* l. 12. c. 25. Balsami arbuscula malleolis seri dicitur, nuper vincta, ut vitis. ¶ *Malleolus* cognomen fuit R. in gente Poblicia, fortasse a malleolis serendis: ut M. Poblicius Malleolus, in *Fast. Capitol.* apud *Gruter.* p. 292. ¶ Item teli genus missile, quo ignem in muros urbium, et tecta jaciebant. *a kind of fiery weapon or firebrand. Festus:* Malleoli vocantur non solum parvi mallei, sed etiam ii, qui ad incendium faciendum aptantur: videlicet ad similitudinem priorum dicti. *Ammian.* l. 23. c. 3. *sub fin.* (*al.* c. 10.) Malleoli, teli genus, figurantur hac specie: Sagitta est cannea, inter spiculum, et arundinem multifido ferro coagmentata, quæ in muliebris coli formam, quo nentur lintea stamina, concavatur ventre subtiliter, et plurifariam patens, atque in alveo ipso ignem cum aliquanto suscipit alimento, et si emissa lentius arcu invalido (ictu enim rapidiore exstinguitur) hæserit usquam, tenaciter cremat: aquisque conspersa acriores excitat æstus incendiorum: nec remedio ullo, quam superjacto pulvere, consopitur. Hæc *Ammian.* Verba de his faciunt etiam *Non.* cap. 18. n. 27. (sed hoc tantum dicit, esse manipulos sparteos, pice contectos) et *Veget.* lib. 4. *de re milit.* cap. 18. qui Malleoli, inquit, sunt velut sagittæ, et ubi adhæserint, universa conflagrant. Quod autem *Fest.* dictos docet ad similitudinem malleolorum, id ita intelligendum, ut qua parte concavi, et crassiores sunt, et ignis alimenta continent, caput mallei referre quodammodo videantur. Illustrat hæc omnia *Lips.* l. 5. *Poliorcet.* dial. 5. quem consule. *Cic.* 1. *Catil.* c. 13. Malleolus et faces ad inflammandam urbem comparare. *Liv.* l. 42. c. 64. Faces, tædamque, et malleolos stuppæ illitos pice parari jubet. *Hirt. de B. Alex.* c. 14. Magnum scapharum numerum producunt cum malleolis, ignibusque. *Sisenn.* apud *Non. loc. cit.* Partim malleolos, partim fasces sarmentorum incensos supra vallum, &c. *Vitruv.* l. 10. c. *ult. a med.* Naves malleolis confixæ incendio sunt conflagratæ. ¶ Anatomici malleolos vocant duos processus in imis ossibus cruris utrinque exstantes, imitatione Græcorum, qui σφυρὰ dicunt. Latinum Scriptorem, qui hac ratione usurpaverit, vidi adhuc neminem. [¶ Fuit etiam cognomen Romanum in familia Publicia. *Epit. Liv.* l. 68. Publicius Malleolus. *Fast. Capitol.* apud *Gruter.* pag. 292. P. Publicius Malleolus.] [† Sed V. Supra.]

MALLĔUS, i, m. *a mallet, hammer, mall or maul,* σφύρα, fabrile instrumentum ad tundendum. *Plaut. Men.* 2. 3. 52. Navis lignea, sæpe trita, sæpe fixa, sæpe excussa malleo. *Plin.* l. 34. c. 14. Ad densandas incudes, et malleorum rostra. *Id.* l. 16. c. 43. Ex oleastro, buxo, ilice, ulmo, fraxino malleos fieri, majoresque e pinu, et ilice. *Id.* l. 34. c. 8. *ad fin.* Æs caldarium malleis fragile, quibus regulare obsequitur, ab aliis ductile appellatum. *Id.* l. 19. c. 1. *a med.* Virgæ lini arefactæ, in saxo tunduntur stupario malleo. *a mallet to beat hemp.* et l. 13. c. 12. *sub fin.* Chartam malleo tenuare, et extendere. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 624. Lactentis vituli dextra libratus ab aure Tempora discussit claro cava malleus ictu. *Sueton. in Calig.* c. 32. Elato alte malleo, cultrarium mactavit. ¶ *Malleus manubrio sapientior,* proverb. apud *Plaut. Epid.* 3. 4. *extrem.* [Hoc proverbium mancum et imperfectum est in omnibus edition., integrum vero habetur in novis Plauti *fragm.* pag. 20. Malleum sapientiorem vidi excusso manubrio.] ¶ Apud *Veget. de re Veterin.* l. 1. c. 2. malleus est generale vocabulum septem morborum, quibus jumenta vexantur: qui sunt humidus, aridus, subtercutaneus, articularis, elephantiasis, subrenalis, farciminosus: quæ deinceps persequitur sequentib. capitib. Adde lib. 3. c. 2. et 23. Porro *Id. cit.* l. 1. ab antiquis hanc appellationem fluxisse dicit, ipsam vim cladis periculumque testantibus. Græce dicitur μάλις.

MALLO, onis, m. *Mallonem cæparum Veget.* l. 2. *rei Veterin.* c. 60. interpretatur, calamos siccos, unde cæparum fasces dependent. Græce μαλλὸς cirrum, seu cincinnum significat. ¶ Est etiam tuber, seu tumor inflatus in genibus, vel articulis jumentorum, sine dolore. *Id.* l. 2. c. 48.

MALLŌTES, *et* Malotes, æ, m. Μαλλώτης, et Μαλώτης, qui est ex Mallo, Ciliciæ urbe. *Plin.* l. 4. c. 12. Philistides Mallotes. *Sueton. de Gramat.* c. 2. Crates Mallotes.

MALLUVĬA, æ, f. *et* Malluvium, ii, n. *a basin to wash the hands in,* χειρόνιπτρον, vas, in quo manus lavantur: quasi *manuluvia:* et *pelluvium,* quo pedes: a *manus,* et *luo,* lavo. *Festus.*

MALO, mavis, mavult, n. anom. *to be more willing, prefer,* αἱρέομαι, antepono, præfero, magis volo, ut *Cic.* docet *in Orat.* c. 45. unde contracte *mavolo,* inde *malo.* Habet autem comparationis vim, quæ vel exprimitur, vel facile subintelligitur. *Cic.* 13. *Attic.* ep. 22. Scripta nostra nusquam malo esse, quam apud te. *I had rather, that,* &c. *Id. ad Anton. ibid.* l. 14. *post* epist. 13. Quod mecum per litteras agis, unam ob causam mallem coram egisse. Non enim solum, &c. *I could have wished rather. Tacit.* 2. *Hist.* c. 86. Pro certis et olim partis nova, ambigua, ancipitia malebat. *Nep. in Timol.* c. 3. Maluit se diligi, quam metui. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 24. Sed, ut spero, bonos et senatum malet. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 15. Cato jam servire, quam pugnare mavult. *Id.* 2. *de Divin.* c. 57. *extr.* Evanuisse mavultis id, quod, &c. quam, &c. *Id. pro Quint.* c. 2. Judicium prise pro probro, quam de re maluit fieri. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 72. Civibus salvis et incolumibus rem obtinere malebat. ¶ Pleonasmus est, non inelegans tamen, cum *potius,* aut *magis* adjungitur. *Cic. in Divin. Verr.* c. 6. Ab omnibus se desertos potius, quam abs te defensos esse malunt. *Id. pro Ligar.* c. 2. An ille Uticæ potius, quam Romæ, cum alienis esse, quam cum suis maluisset? *Anton. ad Cicer. post* ep. 13. l. 14. *ad Attic. sub fin.* Arbitror, malle te quietam senectutem, et honorificam potius, quam sollicitam. *Cato ad Cicer.* 15. *Fam.* ep. 5. Casum potius, quam te, laudari mavis. *Liv.* l. 22. c. 34. *extr.* Qui magis vere vincere, quam diu imperare malit. Adde *Terent. Adelph.* 2. 2. 14. et *Plaut. Stich.* 1. 2. 13. ¶ Cum conjunctivo, *Tibull.* l. 2. el. 3. v. 31. Fabula sit, mavult, quam sine amore deus. *Catull.* carm. 24. *ad Juvent.* v. 4. Mallem divitias mihi dedisses, quam, &c. *Calpurn.* ecl. 6. v. 74. malim cautetis amores. ¶ Cum adverbiis comparativis, *Cic. Attic.* 12. ep. 22. *sub fin.* Meo judicio multo stare malo, quam aliorum. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 42. Næ ego haud paulo hunc animum malim, quam eorum fortunas. ¶ *Malle alicui,* est magis velle omnia prospera alicui, magis omnia cupere alicujus causa. *Cic. pro*

Planc. c. 24. Quamquam illi (*filio meo*) omnia malo, quam mihi. *Id. Attic.* l. 2. ep. 16. *ad fin.* In hac re malo universæ Asiæ, et negotiatoribus. ¶ *Quod mallem* eleganter sermoni interseritur, et valet, quod utinam potius. *Ovid. Heroid.* ep. 21. v. 31. Si tibi deformis, quod mallem, visa fuissem *Id.* 2. *Trist.* v. 239. Aut si, quod mallem, vacuus fortasse fuisses. ¶ Reperitur etiam *mavolo*, *mavolam*, *mavelim*, *mavellem*, pro *malo*, *malam*, *malim*, *mallem*, præsertim apud *Plaut.* ut *Pers.* 1. 2. 20. Bonam ego, quam beatam me esse, nimio dici mavolo. *et Asin.* 1. 1. 108. Moriri se misere mavolet, quam, &c. *Nævius* apud *Fest.* in *Stuprum.* Ibidem perire mavolunt. *Plaut. Trucul.* 4. 2. 29. Mortuum hercle me, quam ut id patiar, mavelim. *et Mil.* 2. 2. 16. Haud multos homines convenire, quam te, mavellem. Sic *mavolui* pro *malui*: *Petron. in fragm. Tragur.* c. 77. *Burm.* Cum huc venit, nusquam mavoluit hospitari. *Al. leg.* mavolt.

MALOBATHRARĬUS. V. *Murrhobathrarius.*

MALOBATHRĀTUS, a, um, malobathro unctus. *Sidon. sub fin.* ep. 3. l. 8. Satrapæ pumicati, malobathrati.

MALOBĂTHRON, i, n. *an aromatic shrub supposed to be the same with the betle or betre; an ointment produced from the nut of that plant*, μαλόβαθρον, arbor Syriaca, de qua *Plin.* l. 12. c. 26. Dat et malobathron Syria, arborem folio convoluto, arido colore: ex quo exprimitur oleum ad unguenta: fertiliore ejusdem Ægypto. Laudatius tamen ex India venit. In paludibus ibi gigni tradunt lentis modo, odoratius croco, nigricans scabrumque, quodam salis gustu. Minus probatur candidum. Celerrime situm in vetustate sentit. Sapor ejus nardo similis debet esse sub lingua. Odor vero in vino suffervefacti antecedit alios. *Id.* l. 31. c. 1. *a med.* Singuli quoque succi nobilia unguenta faciunt: in primis malobathrum. *Horat.* l. 2. od. 7. v. 7. coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. ¶ Habet usum et in medicina. V. *Plin.* l. 23. c. 4. *a med.* et *Cels.* l. 5 c. 23. ¶ Scribitur et *malabathrum.*

MALOGRANĀTUM, ti, n. malum granatum. Legitur apud *Hieronym. in commentar. ad Aggæum*, c. 2. n. 20. Addunt et *Plin.* l. 26. c. 8. sed nihil certi inde colligi potest, ut neque lib. 16. c. 22. ubi similis locus habetur. Utroque enim loco *malo granato* in dativo, et ablativo legitur. [Sed fortasse aliquid certi colligi potest ex hoc loco *Isidor.* 17. *Orig.* c. 7. Arbor autem malogranata est generis feminini, pomum vero generis neutri.]

MALTHA, æ, f. μάλθα, et μάλθη, dicitur a Græcis pix cum cera mixta, ut *Fest.* docet: a μαλάσσω, et μαλθάσσω, mollio, subigo. ¶ Sic etiam vocatur genus tectorii, quod parietibus, aut pavimentis inducitur, ne coria eorum findantur, et ut, si quæ sint rimæ, obducantur, *a strong kind of cement; stucco, mortar.* Fit autem variis modis, ex pice liquida, et axungia, vel sevo: ex pice, et cera, item testa, flore calcis: ex sanguine bubulo, flore calcis, scoria ferri: ex ficu, pice dura, et ostrei testa, ex sevo liquefacto, quod cineri cribellato admixtum sit, &c. quæ omnia habes apud *Pallad.* l. 1. tit. 41. et 17. *Plin.* quoque aliam malthæ compositionem tradit. Maltha, inquit l. 36. c. 24. e calce fit recenti: gleba vino restinguitur: mox tunditur cum adipe suillo, et ficu, duplici linimento: quæ res omnium tenacissima, et duritiam lapidis antecedens. ¶ Est etiam nativa maltha, nempe limus flagrans in stagno Samosatensi Commagenes: cum quid attigit solidi, adhæret: prætcrea tactu sequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnante Lucullo, flagrabatque miles armis suis. Aquis etiam accenditur: terra tantum restingui, docuere experimenta. Hæc *Id.* l. 2. c. 104. ¶ Translate dicitur de molli et effeminato, μαλθακός, *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 167. Insanum vocant, quem maltham, ac feminam dici vident.

MALTHĪNUS, a, um, effeminatus, mollis: a maltha. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 25. Malthinus tunicis demissis ambulat. Ubi volunt nonnulli notari hic Mæcenatem. Alii nomen proprium esse aiunt. quod sane veri est similius. Leg. etiam al. *Malchinus.*

MALTHO, as, avi, atum, a. 1. *to glue or plaster with* maltha, maltha solido et conglutino, maltham rei alicui induco: quod præcipue fiebat in iis monumentis, quæ æterna esse volebant. *Plin.* l. 36. c. 24. Quod malthatur, oleo perfricatur. *Vet. Scholiast. Juvenal.* ad sat. 5. v. 48. Sulphure solent vitrum solidare, id est malthare.

MALVA, æ, f. *mallows*, μαλάχη, herbæ species. *Plin.* l. 20. c. 21. In magnis laudibus malva est utraque, et sativa, et silvestris. Duo genera earum amplitudine folii discernuntur: majorem Græci malopen vocant in sativis. Alteram ab emolliendo ventre dictam putant malachen. E silvestribus, cui grande folium, et radices albæ, althæa vocatur, ab excellentia effectus (ab ἀλθαίνω, medeor, sano) a quibusdam plystolycia. Hæc *Plin. Martial.* l. 10. epigr. 48. Exoneraturas ventrem mihi villica malvas Attulit. Adde *Cicer.* 7. *Fam.* ep. 26. ¶ Tradunt Auctores in Arabia malvas septimo mense arborescere, baculorumque usum præbere extemplo. Sed et arbor est malva in Mauritania, altitudinis pedum viginti, crassitudinis, quam circumplecti nemo possit. Hæc *Plin. sub fin.* cap. 4. lib. 19.

MALVACĔUS, a, um, *made of mallows, like or belonging to mallows, malvaceous*, qui est ex malva, vel malvæ similis. *Plin.* l. 21. c. 4. Rosæ genus funditur e caule malvaceo, folia oleæ habente. ¶ *Malvaceus*, i, m. substantivum est diminutivum a *malva*. V. *Betaceus.*

MĂLUM, i, n. *an evil, mischief, misfortune, calamity, mishap*, κακὸν, infortunium, calamitas, labor, incommodum, pestis, uno verbo quidquid nocet cuipiam. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 58. Ipsum quidem illud, etiam sine cognitione juris, quam sit bellum, cavere malum, scire possumus. *Id. de Amic.* c. 3. Nihil enim mali accidisse Scipioni puto. *no harm. Plaut. Bacch.* 3. 6. 25. Orarem, ut ei, quod posses mali facere, faceres. *that you would do him all the harm in your power.* et *Cas.* 3. 5. 22. Malum pessimum exordiri. *some exceeding great mischief. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 12. Hostes turris ruina commoti, inopinato malo turbati, &c. *Nep. in Amilc.* c. 2. Diuturnitate externi mali. *h. e.* belli. *Cic. Verr.* 5. c. 23. Vi, malo, plagis adductus est, ut frumenti daret, quantum cogeretur. *h. e.* supplicio servili, ut infra dicetur. *ill usage. Virg.* 2. *Georg.* v. 168. Assuetumque malo Ligurem. *h. e.* laboribus et vitæ miseræ. [† V. *Ligus.*] *Id.* 6. *Æn.* v. 95. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. *Cic.* 2. *Phil.* c. 18. Quo ego tempore tanta mala florentissimæ familiæ sedavi, vel potius sustuli. et cap. 44. Servitus est malorum omnium postremum. *Id. pro Planc.* c. 13. Libertas malis oppressa civilibus. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 32. Mors non est in malis. *h. e.* inter mala non connumeratur. *Cels. in fin.* cap. 15. l. 3. Quartana neminem jugulat, sed si ex ea facta quotidiana est, in malis æger est. *the case is bad.* et *ibid.* Danda opera est, ne in quotidianam id malum vertat. *h. e.* febris. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 3. v. 18. Interdum docta plus valet arte malum. *h. e.* morbus. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 30. per mala præceps fertur. *h. e.* per incommoda, pericula. *Plin.* l. 18. c. 17. Cæleste frugum vinearumque malum est rubigo. ¶ Item vitium, malefactum, scelus, *vice, wickedness. Ovid.* 1. *Metam.* v. 140. Effodiuntur opes irritamenta malorum. ¶ Item pœna, *punishment. Liv.* l. 2. c. 54. *extr.* Malo domandam tribunitiam potestatem. *Sallust. in Jug.* c. 105. Pudore magis, quam malo exercitum coercebat. ¶ De plagis, cane, cruce, aliisque suppliciis, quæ infliguntur servis. *Liv.* l. 4. c. 49. *a med.* Malum quidem militibus meis, nisi quieverint. *et mox.* Auditis, Quirites, sicut servis, malum, minitantem militibus? *Plaut. Rud.* 4. 4. 81. Non ego te comprimere possum sine malo. *Terent. Eun.* 4. 4. 45. Non potest sine malo fateri, video. ¶ *Malo suo aliquid facere*, damno suo, in suam perniciem. *to his own loss; at his own risk. Enn.* apud *Non.* cap. 7. n. 55. Malo hercle suo magno convivat sine modo. *Plaut. Amph.* 1. 1. 165. Olet homo quidam malo suo. Sic *Asin.* 1. 3. 3. Male merenti bona es: at malo cum tuo. ¶ *Malo esse alicui*, damno esse. *to be prejudicial to, stand in the way of. Plaut. Men.* 2. 3. 5. Amanti amœnitas malo est: nobis lucro est. *Nep. in Alcib.* c. 7. Huic maxime putamus malo fuisse nimiam opinionem ingenii atque virtutis. *Cic. Attic.* l. 14. *ep. ult.* Clementiam illi malo fuisse. ¶ *Malum* sæpe interjectionis modo interseritur, ut *nefas*, *indignum*, et indignationem significat. *Cic. Verr.* 3. c. 20. Quæ, malum, est ista tanta audacia, atque amentia? *what, the plague: what, with a mischief.* et *Phil.* 10. cap. 9. Quæ, malum, est ista ratio, semper optimis causis veteranorum nomen opponere? *Plaut. Cas.* a. 1. v. 3. Quid tu, malum, me sequere? *Id. Trucul.* a. 5. v. 38. Qui, malum, bella aut faceta es, quæ ames hominem istimodi. *Terent. Phorm.* 5. 7. 55. Quid vos, malum, ergo me sic ludificamini? ¶ Adverbii loco pro *male. Horat.* l. 2. sat. 4. v. 18. Ne gallina malum responset dura palato.

MĀLUM, li, n. *an apple*, μῆλον, Æolice, et Dorice μᾶλον, pomi genus, cujus varia genera, citreum, cydonium, Persicum, Medicum, Appianum, et alia plurima, *Plin.* l. 15. c. 14. *Colum.* l. 5. c. 10. *ad fin.* et l. 12. c. 45. et *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 15. enumerant, et suis locis in hoc opere memorantur. *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 15. Malis orbiculatis pasci. *Virg. Ecl.* 3. v. 64. Malo me Galatea petit, lasciva puella. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 7. ab ovo usque ad mala. *h. e.* a principio usque ad finem cœnæ, quia prima ova, mala postrema mensæ inferri mos est. *from the beginning to the end of the supper.* ¶ *Malum Discordiæ.* V. *Discordia.* ¶ Differunt *mala* a *pomis*, quia *poma* sunt generale nomen omnium pæne fructuum, qui ex arboribus sunt, et nuces quoque comprehendunt. Porro *nuces* sunt quæcumque poma foris duro teguntur, et intus habent, quod esui est: contra *mala* foris habent, quod esui, et durum intus includunt. *Macrob. loc. cit.* ¶ Interdum tamen a piris distinguuntur. *Plin.* l. 16. c. 26. Messibus reddunt semen nuces, et mala, et pira.

MĀLUS, i, f. *an apple-tree*, μηλέα, arbor, quæ mala fert. *Virg.* 2. *Georg.* v. 70. Et steriles platani malos gessere valentes. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 7. Malus bifera in agro Consentino. ¶ *Malus*, m. *the mast of a ship*, ἱστὸς, arbor navis antennas sustinens, et vela. *Cic. de Senect.* c. 6. Ut si qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, cum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant. *Id.* 7. *Verr.* c. 34. Malum erigi, vela fieri, præcidi anchoras imperavit. *Virg.* 5. *Æn.* v. 828. jubet ocyus omnes Attolli malos, intendi brachia velis. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 53. Aura levis rigido pendentia lintea malo Suscitat. *Lucan.* l. 5. v. 418. summi carchesia mali. *Horat.* l. 1. od. 14. v. 5. Malus celeri saucius Africo. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 126. velifero quærentem brachia malo. et vers. 312. celso cornua malo Expediunt. et vers. 620. Vela super tremulum subitus volitantia malum Turbo rapit. *Plin.* c. 56. l. 7. *sub fin.* Malum et antennam Dædalus invenit. ¶ A similitudine *malus* dicitur lignum in medio torcularis erectum. *Plin.* l. 18. c. 31. *ad fin.* Parvis prelis, et minori torculari, et malo in medio decreto. ¶ A similitudine est etiam illud *Lucret.* l. 6. v. 108. Carbasus ut quondam magnis intenta theatris Dat crepitum, malos inter jactata, trabesque.

MĂLUS, a, um, *bad, evil, wicked*, κακὸς, contrarius bono, et probo: qui ignorantia, vel malitia laborat, qui caret bonitate quacumque vel naturali, vel morali: pravus, perversus, improbus, nocens, infestus. *Juvenal.* sat. 4. v. 8. Nemo malus felix. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 1. Malus, et nequam homo. et 4. 6. 21. Malus, et scelestus, et perjurus. *Nep. in Attic.* c. 9. Odisse malos cives. *Cic.* 3. *Offic.* c. 9. Philosophi minime mali illi quidem, sed non satis acuti. *Id. in Pison.* c. 30. Notam apponere ad malum versum. *Id. pro Arch.* c. 10. *ad fin.* Malus poeta. *Nep. in Datam.* c. 6. Mala fide compositoque aliquid facere. *Quintil.* l. 12. c. 1. Mala conscientia. *et ibid. in fin.* Mala causa. *Cic. Verr.* 5. c. 24. Malam opinionem habere de aliquo. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 36. Mala consuetudo. *Quintil.* l. 12. c. 1. Nihil tam occupatum, tot ac tam variis affectibus concisum atque laceratum, quam mala mens. *h. e.* mens male cogitans, pravus animus. *Sallust. in Catil.* c. 18. Mali mores. *Tibull.* l. 3. el. 5. v. 20. Et modo nata mala vellere poma manu. *mischievous. Virg. Ecl.* 3. v. 11. mala vites incidere falce novellas. *Tibull.* l. 2. el. 4. v. 29. hinc Coa puellis Vestis, et a rubro lucida concha mari: Hæc fecere malas. *h. e.* avaras, infidas, perjuras. *Id.* l. 1. el. 2. v. 51. Malæ herbæ. *poisonous, noxious, hurtful, baneful.* et *Virg.* 2. *Æn.* v. 471. mala gramina. *h. e.* noxia, venefica. *Stat. Theb.* 6. v. 666. lux mala clypei. *h. e.* terribilis, et perstringens oculos. *In Leg. XII. Tab.* apud *Plin.* l. 28. c. 2. malum carmen. *h. e.* magicum. *Virg. Ecl.* 7. v. 28. Mala lingua. *h. e.* maledica, fascinatoria, ut *Servius* loquitur. *bewitching. Plaut. Trin.* 1. 2. 30. Malis verbis objurgare aliquem. *Virg.* 2. *Georg.* v. 243. Malus ager. *h. e.* frugibus infelix. *barren, unfruitful. Terent. Phorm.* 5. 8. 19. Facinus indignum et malum. *Id. Andr.* 2. 1. 17. Abi in malam rem. *go and be hanged! Sallust. in Catil.* c. 21. Mala res, spes multo asperior. *h. e.* res angusta domi. *Quintil.* l. 11. c. 3. Mala vox. ¶ Γνώμη, est illud *ejusdem* l. 3. c. 8. Nec enim est quisquam tam malus, ut malus videri velit. ¶ Pro infelici, improspero, adverso. *unsuccessful, unfavourable, adverse. Cic.* 2. *de Divin.* c. 25. Lacedæmoniorum mala pugna in Leuctris. *Sallust. in Jug.* c. 60. Oppidum post malam pugnam ab rege defecerat. *Horat.* l. 1. od. 15. v. 5. mala ducis avi domum. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 4. Malam ætatem exigere. *to lead an unhappy life.* Sed *mala ætas* dicitur etiam senectus. *Plaut. Men.* 5. 2. 6. Ut mala ætas mala merx est tergo! Adde *Acc. Turpil. Pacuv.* et *Afran.* apud *Non.* c. 1. n. 1. ¶ Est etiam non simplex, malitiosus, astutus, vafer. *cunning, crafty, artful, mischievous. Plaut. Bacch.* 5. 2. 20. Oves stultæ, atque haud malæ videntur. *Id. Trucul.* 2. 5. 4. Nimio minus perhibemur malæ, quæ sumus ingenio. *Id. Rud.* 2. 5. 9. Amat hercle me: delituit mala. ¶ Item deformis, invenustus. *unseemly, ugly, deformed. Plaut. Merc.* 2. 3. 78. Ancilla forma mala. *Id. Bacch.* 5. 2. 42. Haud mala est mulier. *Quintil.* l. 6. c. 3. *ante med.* Mala facies. ¶ *Malum pondus* est leve pondus. *Plaut. Amph.* 1. 1. 156. Haud malum huic est pondus pugno. ¶ Gradus *pejor, pessimus*, V. suis locis.

MAMERCUS prænomen est Oscum, eo quod hi Martem Mamertem appellant. *Festus.* [¶ Fuit etiam cognomen Romanum in familia Æmilia apud *Cic. pro Sex. Rosc. Amerin.* c. 32. et *in Brut.* c. 47. et *Offic.* l. 2. c. 17. ¶ Hinc quoque L. Æmilius Mamercinus apud *Liv.* l. 7. c. 1.]

MAMERS, Mamertis facit: id est lingua Osca Mars, Martis: unde et Mamertini in Sicilia dicti, qui Messanæ habitant. Hæc *Festus. Varro* autem l. 4. *de L. L.* c. 10. *ad fin.* Sabinam vocem esse tradit. Porro causam, cur Messanenses dicti sint Mamertini, tradit idem *Festus* ex *Alfio* l. 1. *Belli Carthag.* scilicet Samnites olim auxilium tulisse Messanensibus, eosque ab hoste liberatos: ob id meritum in civitatem fuisse allectos, jactaque sorte duodecim deorum nominibus, Mamertem exisse: inde omnes Mamertinos appellatos. *Plin.* l. 3. c. 8. Oppidum Messana civium R. qui Mamertini vocantur.

MAMERTES, *vel* Mamers, tis, m. vir Corinthius, qui filios fratris sui Sisaponis libidine regnandi interfecit, maximo suo malo. Nam ubi Sisapo factum rescivit, eum membratim discerpsit. *Ovid. in Ibin*, v. 549. ubi alii aliter leg.

MAMERTĪNUS, a, um, ad Mamertinos pertinens. V. *Mamers. Cic. Verr.* 4. c. 5. Mamertina civitas. *Plin.* l. 14. c. 6. Mamertina vina. *Martial.* l. 13. epigr. 117. Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta Si detur, quodvis nomen habere potest. ¶ *Mamertinus* sub Juliano

Imperatore præfectus ærarii, et prætorio per Illyricum, demum consul ab eo factus circa A. U. MCXIII. post Christum natum CCCLXII. gratiarum actionem hac ipsa de re apud eum habuit, quæ hodieque exstat: in qua labentem jam Latinæ linguæ majestatem agnoscere facile possis.

MAMILĬA TURRIS intra Saburæ regionem a Mamilio nomen accepit. Porro Mamiliorum familia progenita fuit a Mamilia Telegoni filia, quam Tusculi procreaverat, cum illud oppidum condidit. *Festus.* Narrat *Liv.* l. 3. c. 29. L. Mamilio Tusculano civitatem datam A. U. circiter CCLXXXXV. De Octavio Mamilio, cui Tarquinius Superbus filiam nuptui dederat, ad conciliandos sibi animos et opes Latinorum, quia is Latini nominis longe princeps habebatur, habes apud *eund.* l. 1. c. 49. *extr.* ¶ *Mamilia lex,* cujus meminit *Cic.* 1. *de Legib.* c. 21. videtur fuisse de arbitris eligendis in controversiis de finibus agrorum. Ejus fragmenta tria habemus apud *Goes.* pag. 339. Lata est a C. Mamilio Turrino Trib. pleb. qui ob id *Limetanus* cognominatus est.

MAMILIĀNUS, a, um, ad Mamilium aliquem pertinens, ut *Mamiliana rogatio* apud *Sallust. in Jug.* c. 44.

MAMILLA, *et* Mammilla, æ, f. *a small pap or dug,* τιτθίον, diminut. a mamma, atque idem sæpe significans, papilla. *Vellei.* l. 2. c. 70. *de Bruto.* Cum mucronem gladii sinistræ admovisset mammillæ, uno ictu transfixus exspiravit. *Juvenal.* sat. 6. v. 400. Ipsa loqui recta facie, strictisque mamillis. *Id.* sat. 12. v. 74. Scrofa triginta clara mamillis. ¶ A similitudine ita dicitur tubus mammæ figura, per quem aqua emittitur. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 14. Si eduxeris fistulam, et in eam mamillas imposueris tenues, quæ eructent aquas. *Al. leg.* papillas. *Plin.* simili ratione *mammatos laterculos* dixit in balineis, per quos calor ex hypocausto in balineas transfunditur, l. 35. c. 12. *a med.* ¶ In capris *mammillas pensiles* vocat *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 3. carunculas duas parvæ mammæ forma, sub earum rostra pendentes. Al. tamen leg. *mammulas.* [¶ Est etiam vox blandientis. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 47. Ubi isti (viri) sunt, quibus deliciæ estis? quibus suavia? mamilla? mellitæ?]

MAMILLĀNUS, a, um, adject. ut Mamillanæ ficus, sic appellatæ a similitudine mammarum. *Plin.* l. 15. c. 18. Eadem de causa *mammosa pira memorantur* ab *eod. ibid.* c. 15.

MAMILLĀRE, is, n. *a breastcloth, stomacher,* ἐπιμαστίδιον, velum, sive fascia, aut quodvis aliud amiculi genus, quo mulieres mammillas tegere consueverunt. Legitur in titulo epigrammatis 66. apud *Martial.* l. 14. Ipsum autem epigramma sic habet: Taurino poteras pectus constringere tergo: Nam pellis mammas non capit ista tuas.

MAMMA, æ, f. *mamma, the name by which a child calls its mother or nurse,* μάμμα, mater; item avia, h. e. mater patris, vel matris. *grannam or grandam.* Est ab infantibus, qui sic parentes et nutrices affari incipiunt, unde *tatam* patrem, *papam* cibum nominant. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 97. Cum cibum ac potionem buas ac papas docent, matrem mammam, patrem tatam. *Martial.* l. 1. epigr. 101. Mammas atque tatas habet Afra: sed ipsa tatarum Dici et mammarum maxima mamma potest. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 663. n. 8. Tata ejus, et Nice mamma filio. V. A. 1. D. XVI. Adde pag. 1119. n. 7. V. *Tata.* [¶ Pro nutrice, quæ lac præbet, *a nurse, wet-nurse. Pers.* sat. 3. v. 18. At cur non potius teneroque palumbo, Et similis regum pueris, pappare minutum Poscis, et iratus mammæ lallare recusas? *h. e.* iratus fastidis et respuis cantilena nnutricis ad soporem invitantis? Sic apud *Heliodor. Æthiop.* l. 7. Arsaces Cybelem nutricem vocat μαμμίδιον. Vide veterem *Inscript. in Ephemer. Florent.* ann. 1780. col. 556. et aliam *ibid.* ann. 1774. col. 491. et quæ in his locis de hac significatione disserit *Christ. Amadutius.*] ¶ Adhibetur et in blanditiis. *Plaut. Mostell.* 1. 4. 7. Ecquid tibi videor, mamma, madere? *my dear!* ¶ Est etiam receptaculum lactis in femina. *a breast, pap, teat, dug,* τιτθός, μαστός. *Gell.* l. 12. c. 1. vocat fontem sanctissimum corporis, generis humani educatorem. Sed dicitur etiam de bestiis. V. *Uber. Plaut. Trucul.* 2. 5. 1. Puero isti date mammam. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 41. Puer in gremio matris sedens, mammam appetens. *Plin.* l. 35. c. 10. *a med.* Ad mammam adrepens infans. *Lucret.* l. 5. v. 883. et *Gell.* l. 12. c. 1. puer Ubera mammarum insomnis lactantia quærit. *Virg.* 1. *Æn.* v. 496. *de Amazone.* Aurea subnectens exsertæ cingula mammæ. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 51. *ad fin.* Quæ multiplices fetus procreant, ut sues, ut canes, his mammarum data est multitudo: quas easdem paucas habent eæ bestiæ, quæ pauca gignunt. *Plin.* l. 11. c. 40. *extr.* Balænæ vitulique mammis nutriunt fetus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 309. Quam magis exhausto spumaverit ubere mulctra; Læta magis pressis manabunt flumina mammis. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *a med.* Mammam sugere. *Plin.* l. 11. c. 40. Mammas premere. *h. e.* exprimere sugendo. *Id. ibid.* Mamma sterilescit. *h. e.* arescit. *Id. ibid.* descendit. *h. e.* lacte manat. *Id. ibid.* Equæ anno prope toto mammas præbent. *Id.* l. 26. *c. ult. a med.* Mammas uberiores reddere. *Id.* l. 20. c. 23. replere. *Id.* lib. 23. c. 2. *ad fin.* exstinguere. *h. e.* siccare. ¶ Dicitur etiam de viris. *Plin.* l. 11. c. 39. *sub fin.* Mammas homo solus e maribus habet: cetera animalia mammarum notas tantum. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 5. *a med.* Viris ad ornatum donatæ sunt a natura mammæ atque barba. *Justin.* l. 12. c. 9. *sub fin.* Sagitta sub mamma trajectus. ¶ In arboribus *mamma* dicitur parva illa extuberatio in cortice, unde germen, et rami erumpunt. *the bump or protuberance of a tree, from which the branches sprout. Plin.* l. 17. c. 16. Exempta scutula cortici, imprimitur ex alia cortex par, cum sui germinis mamma.

MAMMÆĀNUS, a, um, adject. ad Mammæam pertinens (ea fuit mater Alexandri Severi) ut *Mammæani pueri, Mammæanæ puellæ,* apud *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 57. *extr.*

MAMMĀLIS, le, ad mammas pertinens. *Apul. de herb.* c. 26. herbam chamæpityn *mammalem* vocat, quia prodest in morbis mammarum.

MAMMĀTUS. V. in *Mamilla.*

MAMMEĀTUS, a, um, mammosus. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 181. Hujus amica mammeata. Confirmat *Non.* c. 2. n. 529.

MAMMONĔUS, a, um, *pertaining to mammon or riches,* ad mammonam pertinens. Est autem *mammona* Syriaca vox, qua significantur divitiæ. *Augustin.* docet l. 2. *de serm. Domini in monte,* c. 14. Punice *mammon* idem esse, quod lucrum. Hinc *mammonea fides* apud *Prudent. in Hamartig.* v. 429. est fides perfida, et quæ spe lucri et divitiarum solummodo constat. [Ubi secunda syllaba contra prosodiæ regulas brevis est.]

MAMMŌSUS, a, um, *full-breasted, having large breasts, dugs, or paps,* μεγαλόμασθος, magnas habens mammas. *Laber.* apud *Gell.* l. 3. c. 12. Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. Canes feminas volunt esse mammosas, æqualibus papillis. Adde *Martial.* l. 14. epigr. 149. ¶ *Mammosa pira,* quæ instar mammæ turgescunt. *Plin.* l. et cap. 15. ¶ *Mammosum panici genus,* panum habens racemosum, et parvis paniculis constantem, cacumine gemino. *Id.* l. 18. c. 7. ¶ *Mammosum tus,* cum hærente lacryma priore, consecuta alia miscuit se. *female frankincense. Id.* l. 12. c. 14. *a med.*

MAMMŬLA, æ, f. parva mamma. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 3. Capræ sub rostra duas ut mammulas pensiles habent. *Al. leg.* mammillas. *Cels.* l. 7. c. 26. *post init.* Urinæ iter mammulæ simile. Ita in omnib. suis editionib. et Cod. MS. vidit *Morgagnus.* Al. tamen leg. *carunculæ.* ¶ Parva mater. Lap. inscript. apud *Gruter.* pag. 663. n. 2. Valerius Julianus Italico filio infelicissimo, et Honoratæ mammulæ hujus fecit. [quin potius nutrix, nam hæc inscriptio posita fuit filio trienni, et mammulæ octogenariæ, quæ certe pueri triennis mater esse minime potuit. Videnda est tota *Inscript.* et quæ ibi adnotat *Burmannus in Anthol. Latin.* Tom. 2. pag. 163.] ¶ Est cognomen cujusdam M. Cornelii legati ad Ptolemæum Ægypti regem, apud *Liv.* l. 42. c. 6.

MAMPHŪLA, æ, f. panis Syriaci genus, quod, ut ait Verrius, in clibano antequam percoquatur, decidit in carbones, cineremque: cujus meminit Lucilius: Pistricem validam si nummi suppeditabunt, Addas empleuron, mamphulas quæ sciat omnes. Hæc *Festus.*

MAMPHUR, μαννοφόρον, lignum rotundum mediocris longitudinis loro circumvolutum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis. *Fest.* Est a voce Græca allata, quæ a μάννος, monile, et φέρω, porto, quia circumvolutum habet lorum, ut collum monile. *Scalig.*

MAMURĬUS, ii, m. Μαμούριος, faber ærarius, qui tempore Numæ floruit. De hoc sic scribit *Fest.* Mamurii Veturii nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant hac de causa. Numa Pompilio regnante, e cælo cecidisse fertur ancile, id est scutum breve, quod ideo sic appellatum est, quia ex utroque latere erat recisum, ut summum infimumque ejus latus medio pateret: unaque edita vox est, omnium potentissimam fore civitatem, quamdiu id in ea mansisset. Itaque facta sunt ejusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci cæleste posset. Probatum opus est Mamurii Veturii, qui præmii loco petiit, ut suum nomen Salii inter carmina canerent. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 391. Inde sacerdotes operi promissa vetusto Præmia persolvunt, Mamuriumque vocant.

MAMURRA, æ, m. eques Romanus, Formiis natus, Præfectus fabrorum C. Cæsaris in Gallia, qui primus Romæ in Cœlio monte parietes domus suæ marmore incrustavit, nullamque in ædibus columnam habuit, nisi e marmore, omnesque solidas e Carystio, aut Lunensi. Hic est ille Mamurra, *Catulli* carminibus proscissus, qui domum ejus dixit habere, quidquid habuisset Comata Gallia. Hæc omnia *Plin.* l. 36. c. 6. [¶ Hinc *Mamurrarum urbs* apud *Horat.* 1. sat. 5. v. 37. sunt Formiæ, ubi natus Mamurra.]

MANA, *et* Manuana, æ, f. nomina sunt deorum præstitum apud *Martian. Capell.* l. 2. pag. 40. V. *Præstes.*

MANABĬLIS, le, *flowing, penetrating,* facile manans, ut Manabile frigus, apud *Lucret.* l. 1. v. 534. h. e. penetrans.

MANĂCUS, *the ecliptic,* lingua Tarentina significat lineam Eclipticam, in qua sunt duodecim signa, per quæ duodecim mensibus sol excurrit: videturque esse a μὴν, μηνὸς, mensis, quia ea menstruales solis umbræ deprehenduntur. *Vitruv.* l. 9. c. 8. Circinatio circuli menstrui agatur, qui manacus dicitur. Sunt qui malunt scribi *manachus,* quasi μήναχος, ἀπὸ τοῦ ἔχειν τοὺς μῆνας.

MANÆ SPONGIÆ. V. *Manon.*

MANĀLIS, le, ex quo aliquid manat. *Manalis fons,* ex quo perpetuo aqua fluit. Ab Auguribus fons manalis puteus perennis vocabatur. *Fest.* ¶ *Manalis lapis,* ostium Orci, per quod Manes, idest animæ Inferorum ad superos manarent. *Paulus* ex *Festo,* qui deducere videtur a *manando.* Sed si manalis lapis erat Orci ostium, quis dubitet, quin id nomen sit a diis *Manibus?* ¶ *Manalem lapidem* etiam vocabant petram quandam, quæ erat extra portam Capenam juxta ædem Martis, quam cum propter nimiam siccitatem loco moverent, et in Urbem protraherent, inde pluvia statim sequebatur: a *mano* quod aquis manaret. *Paulus* ex *Festo.* Meminit ejus lapidis et *Varro de vita P. R.* l. 1. apud *Non.* c. 15. n. 32. et *Fulgentius Planciades de prisco sermone,* ubi ex *Labeone* idem confirmat. ¶ Apud *Varron. loc. cit.* urceolum *aquæ manale* vocabant, quod eo aqua in trulleum effunderetur. Unde quidam *aquæmanale* conjunctim scribunt. V. *Aquiminarium.* ¶ *Labeo* modo laudatus, in libris de Etrusca disciplina hæc habet: Fibræ jocinoris sandaracei coloris dum fuerint, manales tum vertere opus est petras: h. e. ut subdit *Fulgent.* quas antiqui solebant in modum cylindrorum per limites trahere pro pluviæ immutanda inopia. Non ergo solum extra portam Capenam, sed alibi quoque hujusmodi manales lapides habebantur.

MANĀMEN, inis, n. manatio, fluxus. *Auson. in Mosell.* v. 32. bivio refluus manamine pontus. *h. e.* mare fluxu et refluxu remeans. Al. leg. *undamine.*

MANATĬO, onis, f. *a dropping or running of water,* aqua stillans, effusio aquæ per rimas. *Frontin. de aquæduct.* artic. 65. Intercidit tamen aliquantum e ductus vitio, qui cum sit depressior, non facile manationes ostendit. et artic. 110. Aquæ caducæ, quæ ex castellis effluunt, aut ex manationibus fistularum. et artic. 122. Tectoria corrumpuntur, unde fiunt manationes, quibus necesse est latera rivorum et substructiones vitiari.

MANCEPS, cipis, qui proprio jure aliquid possidet: a *manus,* et *capio,* quasi aliquid initio ab aliis derelictum manu ceperit. *Tertull. in Apolog.* c. 11. Necesse est, concedatis aliquem sublimiorem Deum, et mancipem quendam divinitatis, qui ex hominibus deos fecerit. ¶ Speciatim sumitur pro eo, qui aliquid in auctione, aut extra emit, conducit, aut redimit, *a purchaser of the goods of the proscribed; a farmer of the public taxes; an undertaker of any public work,* ἐργολάβος: quia et hic manu capit. nam manu sublata significabat, se pluris esse licitatum. Iis quippe publica locabantur, qui in licitatione majorem pecuniæ summam, sublato digito, datis prædibus spopondissent. Hæc *Festus. Cic. Verr.* 3. c. 54. Locare incipit: accurrunt ad tempus tutores: digitum tollit Junius patruus. Isti color immutatus est: quid ageret, cœpit cogitare: si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse. *h. e.* redemptore sartorum tectorum. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 8. Hominis studiosissimi nobilitatis manceps fit Chrysogonus. *Nep. in Attic.* c. 6. Nullius rei neque præs, neque manceps factus est. *Ascon. in Divin. Verr.* c. 10. Mancipes sunt publicanorum principes, Romani homines: qui quæstus sui causa, si decumas redimunt, decumani appellantur: si portum, aut pascua publica, portitores aut pecuarii: quorum ratio scriptura dicitur. Hi omnes exigenda a sociis suo periculo exigunt, et Reipubl. repræsentant, providentes etiam in illa redemptione commodis suis. *Plin.* l. 3. ep. 19. Sunt ergo instruendi complures frugi mancipes. *h. e.* qui agros mercede conducunt, *renters, farmers. Sueton. in Vespas.* c. 1. *ad fin.* Petronii patrem fuisse mancipem operarum, quæ ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare solent. *h. e.* conductorem mercenariorum et operariorum servorum, ut opera eorum ad quæstum uteretur. *Plin.* l. 10. c. 43. Manceps sutrinæ. *h. e.* qui officinam conduxit, ut ibi sutrinam exerceat, *a shopkeeper.* et lib. 33. *in fine.* Pretia rerum omnibus pæne annis mutari, prout quisque mercatus sit, aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet. *a huckster, forestaller:* qui minoris coemit, ut carius vendat. ¶ Translate *Plin.* l. 2. ep. 14. Sequuntur auditores actoribus similes, conducti et redempti mancipes. *h. e.* qui a causidicis pretio conducti, alios ad hoc conducunt, ut plausu ipsos causidicos prosequantur et laudibus. ¶ Accipitur interdum pro fidejussore, *a surety. Plaut. Curcul.* 4. 2. 29. Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alium quemquam.

MANCINIĀNUS, a, um, ad Mancinum pertinens, ut Manciniana deditio, apud *Flor.* l. 3. c. 14. h. e. qua C. Hostilius Mancinus Numantinis hostibus deditus est. V. *eund.* l. 2. c. 18. et *Cicer.* 1. *de Orat.* c. 40.

MANCĪNUS, a, um, adject. a *mancus,* affertur a *Prisciano* l. 2. pag. 592. *Putsch.* sed sine exemplis. Fuit cognomen R. in gente Hostilia, ut A. Hostilius Mancinus, in

Fast. Capitolin. apud *Gruter.* pag. 293. ¶ Mancini fana appellabantur, quod Mancinus habuit insignem domum, quæ publicata est eo interfecto. *Festus.*

MANCĬŎLA, f. χειρίδιον, parva manus, dimin. a manus. *Lævius* apud *Gell.* l. 19. c. 7. Al. leg. *manucola.*

MANCĬPATIO, *et* Mancupatio, onis, f. *the act of transferring certain things called* RES mancipi, *as farms, slaves, &c. which could take place only between Roman citizens, and was performed with particular solemnities; a manner of sale before witnesses by seisin and delivery,* χείρωσις, ἀνδραποδισμός, actus abalienandi, et veluti simulacrum venditionis in iis rebus, quæ *mancipi* dicebantur: a *mancipio.* V. *Mancipium.* ¶ Sumitur et pro vera venditione. *Plin.* l. 9. c. 35. *a med.* Lolliam Paulinam vidi smaragdis margaritisque opertam toto capite, manibus, digitisque; quæ summa quadringenties H. S. colligebat; ipsam confestim paratam mancipationem tabulis probare. *h. e.* ostendere tabulas, in quibus earum gemmarum venditio et pretium descriptum erat. Alii leg. *nuncupationem*, quos reprehendit *Harduin. in hunc locum.*

MANCĬPĀTUS, us, m. idem ac mancipatio. *Plin.* l. 9. c. 35. *extr.* In mancipatum venit, ut prædium aliquod. *id est* solemnitates eæ adhibentur, quæ solent in iis rebus, quæ sunt mancipi. ¶ Est etiam functio, munus, et procuratio ipsa mancipis, h. e. ejus, qui aliquid conduxit a publico, puta vectigalia, cursum publicum, vias muniendas, &c. *Impp. Gratian. Valentinian. et Theodos.* lib. 8. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 36. Mancipibus supra lustrale tempus cura non immineat mancipatus. *Impp. Valentinian. et Valens ibid.* tit. 7. leg. 9. Ad ejus, quod declinare tentarunt, muneris functionem, et ad necessitates constringantur mancipatus.

MANCĬPĀTUS, *et* Mancupatus, a, um, *disposed of, sold,* mancipio traditus, venditus, alienatus, addictus. *Cic. Phil.* 2. c. 21. Tum iste venditum atque mancipatum tribunatum consiliis vestris opposuit. *Al. leg.* emancipatum. *Id. de Senect.* c. 11. Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si jus suum retinet, si nemini mancipata est. *enslaved, mancipated, given up or subjected to the power of no one. Hic quoque al.* emancipata. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 71. Luxu et saginæ mancipatus emptusque.

MANCĬPI. V. *Mancipium.*

MANCĬPĬUM, *et* Mancupium, ii, n. *property, right of perpetual possession, dominion,* κυριότης, cujusvis rei dominium, seu jus proprietatis. Antiqui enim res, quarum dominium comparare volebant, manu capiebant, seu prehendebant. *Festus. Lucret.* l. 3. v. 985. Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu. *idest,* nulli ita datur, ut propriam ac perpetuam habeat. *Senec.* ep. 72. *a med.* Fortuna nihil dat mancipio. *Curius ad Cicer.* 7. *Fam.* ep. 29. Sum χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri. Ergo fructus est tuus, mancipium illius. ¶ Hinc *res mancipi,* vel (ut antiqui loquebantur) *res mancupi,* dicuntur, quæ in nostro sunt mancipio, hoc est quæ nostro dominio, juri, aut potestati sunt subjectæ, quasque, quoties lubet, possumus alienare: *things that might be sold or alienated, or the property of them transferred from one person to another, by a certain right used among Roman citizens only, the seller being obliged to guaranty the possession to the purchaser:* quæ autem in nullius sunt potestate, quæque alienari non possunt, *res nec mancipi* dicuntur, quæ scil. in nullius sunt mancipi. *things which could not be thus transferred, whence the risk lay entirely on the purchaser.* Est autem *mancupi,* seu *mancipi* genitivus per Apocopen pro *mancupii,* seu *mancipii. Cic. pro Mur.* c. 2. Quod si in iis rebus repetendis, quæ mancipi sunt, is periculum judicii præstare debet, qui se nexu obligavit. *Id. in Top.* c. 5. *extr.* Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio. ¶ *Emptio mancipi* dicebatur solemne quoddam genus imaginariæ emptionis, quod, ut docet *Boeth. in Top. Cicer.* ex *Caio,* lib. 1. *Institution.* fiebat præsentibus non minus quinque testibus puberibus civibus Romanis, et eo, qui libram tenebat, qui *libripens* vocabatur: quibus præsentibus is, qui mancipium accipiebat, æs tenens ita dicebat: *Hunc ego hominem ex jure Quiritum meum esse aio, isque mihi emptus est hoc ære æneaque libra:* deinde ære percutiebat libram, idque æs dabat ei, a quo mancipium accipiebat, quasi pretii loco, et hoc erat *per æs et libram* emere. Sunt itaque *emptio mancipi,* et *mancipatio* quasi correlativa. Nam respectu venditoris contractus hic dicitur *mancipatio,* contra respectu emptoris dicitur *emptio mancipi. Plin.* l. 33. c. 3. Qua consuetudine in iis emptionibus, quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. ¶ *Sui mancipii esse,* est sui juris esse, nullius dominio subjectum esse. *to be at his own disposal, or under the dominion of no one. Brut. ad Cicer.* ep. 16. *ante med.* An ut esset sui juris et mancipii Respublica. ¶ *Mancipio dare,* fere est rem ita dare, ut evictionem nos præstituros spondeamus. *to convey the property of a thing according to the form used in transferring the property of certain things called* RES mancipi; *to transfer property before witnesses by seisin and delivery; to transfer and guaranty the possession of a thing.* Et *mancipio accipere,* est ea lege emere, ut venditor præstet evictionem. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 9. Memini, et mancipio tibi dabo. C. Ego ne a lenone quidquam mancupio accipiam, quibus sui nihil est, nisi una lingua? *Cic. Attic.* l. 3. ep. 50. Vestorius ad me scripsit, ut juberem mancipio dari servo suo fundum Brinnianum, ut ipse ei Puteolis recte mancipio dare posset. Adde *in Top.* c. 10. ¶ *Jure mancipii* esse dicuntur ea, quæ mancipi sunt, et emptione mancipi emuntur. *Cic. de Harusp. resp.* c. 7. Multæ sunt domus in hac urbe, jure privato, jure hereditario, jure auctoritatis, jure mancipii, jure nexi. ¶ *Esse in mancipio alicujus,* jure mancipi ab aliquo possideri. *Gell. in fin.* c. 6. l. 18. Matremfamiliam appellatam esse eam solam, quæ in mariti manu mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu mancipioque esset. ¶ Translate *Cic. in Top. in fin.* Sic nos tibi ad id, quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam voluimus non debita accedere. ¶ Accipitur etiam pro ipsa venditione, seu mancipatione. *a selling or transferring of certain things called* RES mancipi; *a sale. Cic. Offic.* 3. c. 16. Hæ ædes Sergio serviebant: sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Adde 1. *de Orat.* c. 39. ¶ Ipsa quoque res, quæ mancipi jure possidetur, *mancipium* dicitur, cum de servo sermo est. *a slave:* sive jure belli, sive ex ancilla natus, sive quod ære emptus sit. *Cic. Parad.* 5. c. 1. Non enim ita dicunt, eos esse servos, ut mancipia, quæ dominorum sunt facta nexu, aut aliquo jure civili. *Id.* 8. *Attic.* ep. 11. *a med.* Conculcari miseram Italiam, et quati mancipiis ex omni genere collectis. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 39. Mancipiis locuples eget æris Cappadocum rex. *Senec. sub fin.* ep. 70. Extrema mancipia. *the most worthless slaves.* ¶ Urbane *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 5. v. 40. Pro quibus ut meritis referatur gratia, jurat, Se fore mancipium tempus in omne tuum. *Petron. in frag. Tragur.* c. 68. *Burm.* Idem sutor est, idem cocus, idem pistor, omnis Musæ mancipium. *Prudent. in Apotheosi,* v. 476. Mancipium Christi, fur corruptissime, vexas.

MANCĬPO, *et* Mancupo, as, avi, atum, a. 1. *to dispose of, transfer, alienate, sell,* ἀνδραποδίζω, mancipio trado, in alterius dominium et proprietatem transfero, vendo, alieno, addico. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 10. *de lenonibus.* Alienos mancupatis, alienos manumittitis, alienisque imperatis. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 159. Quædam, si credis consultis, mancipat usus. *use, or possession, gives a title to, or secures the property of some things. Plin.* l. 7. ep. 18. Pro quingentis millibus nummum, quæ in alimenta ingenuorum promiseram, agrum ex meis, longe pluris actori publico mancipavi: eundem vectigali imposito, recepi, tricena millia annua daturus. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 30. Novi juris repertor Tiberius mancipari servos singulos actori publico jubet. ¶ Translate est addicere, subjicere, obligare. *to subject, submit. Apul.* l. 9. *Metam.* Mero, et stupro corpus mancipare. et l. 10. Mancipabatur potestas capitis in manum carnificis. *Impp. Valentinian. Valens, et Gratian.* lib. 12. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 83. De ignaviæ latebris retractus curiarum functionibus mancipetur. ¶ Pro prehendere, manu capere. *Solin.* c. 20. (*al.* 33.) *de alce.* Ita capitur: alioqui difficile est eam mancipari.

MANCUS, a, um, *maimed, lame, defective in any limb or member,* πηρός, membro aliquo captus: et refertur ad manus, sicut *claudus* ad pedes. *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 12. Sciendum, scævam non esse morbosum, prætorquam si, imbecillitate dextræ, validius sinistra utatur: sed hunc non scævam, sed mancum esse dicimus. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 7. Q. Scævola confectus senectute, perditus morbo, mancus, et membris omnibus captus ac debilis. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 825. Et licet antiquo manibus collatus Epeo Sit prior, irata Pallade, mancus erit. *Juvenal.* sat. 3. v. 48. nulli comes exeo, tanquam Mancus, et extinctæ corpus non utile dextræ. *Liv.* l. 7. c. 13. De nobis ita desperasti, ut te mancorum ac debilium ducem judicares esse. *Plaut. Merc.* 3. 4. 45. Ad mandata claudus, cæcus, mutus, mancus, debilis. ¶ Translate est imperfectus, infirmus, inutilis. *imperfect, weak, feeble. Cic.* 3. *de Fin.* c. 9. Mancam fore putaverunt sine aliqua accessione virtutem. *Id. pro Mil.* c. 9. Occurrebat, mancam ac debilem præturam suam futuram consule Milone. *Id.* 1. *Offic.* c. 43. Contemplatio naturæ manca quodammodo atque inchoata est, si nulla actio rerum consequatur. ¶ *Mancum* adverbii more. *Prudent.* 3. περὶ στεφ. *de S. Laurent,* v. 23. Errorque mancum claudicat, Et cæca fraus nihil videt.

MANDĀTĀRĬUS, ii, m. cui quippiam mandatum est. Legitur a quibusd. apud *Ulpian. Dig.* lib. 17. tit. 1. leg. 10. *a med.*

MANDĀTĬO, onis, f. *a command,* actus mandandi, mandatum. *Julian. Dig.* lib. 41. tit. 1. leg. 37. Quia nec stipulatione, nec mandatione, nec ullo alio modo per servum quidquam ei acquiritur. Ita *Torrentin.* alii *traditione* habent.

MANDĀTĪVUS, a, um, ad mandandum pertinens. *Mandativus modus* apud quosdam Grammaticos, teste *Diomed.* l. 1. pag. 330. *Putsch.* est in iis verborum inflexionibus, quibus aliquid in futurum fieri mandamus, ut *leges, docebis,* &c. et sic ab imperativo distinguunt, quo aliquid statim fieri imperamus, ut *lege, doce.*

MANDĀTOR, oris, m. *a mandator,* qui alteri mandatum aliquod injungit. *Paul. Dig.* lib. 17. tit. 1. leg. 22. *sub fin.* Mandatum renuntiare, ut integrum jus mandatori reservetur. *Caius Instit.* tit. 17. *extr.* Et quod extra mandatum egit, non præjudicet mandatori. *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 2. Nec missus credetur, quem nunquam mandator designavit. ¶ *Mandatores* etiam dicuntur, qui auctores sunt delationum, et delatores instruunt, et subornant ad accusandum. *a suborner, one who employs suborners or accusers. Sueton. in Tito,* c. 8. Et delatores mandatoresque erant ex licentia veteri: hos flagellis cæsos venire imperavit. *Callistrat. Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 2. *a med.* Delator compellitur edere mandatorem, ut mandator quoque, perinde atque ipse detulisset, puniretur. ¶ Item ii, quorum mandato, alii pecunia credita est: differuntque a fidejussoribus, quod auctores sunt negotii contrahendi, fidejussores accedunt negotio jam contracto. *Scævola Dig.* lib. 17. tit. 1. leg. 59. et 60. et alibi.

MANDĀTŌRĬUS, a, um, *mandatory,* ad mandatorem pertinens, ut Mandatorio nomine aliquid facere, *Imp. Diocletian.* lib. 8. *Cod.* tit. 41. leg. 19. et 22. et lib. 4. tit. 29. leg. 15.

MANDĀTRIX, icis, f. *a commandress,* quæ aliquid mandat. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 235. sinceram mentem mandatricem operum. Adde *Ovid. Heroid.* epist. 13. v. 13. ubi al. leg. *mandantis.*

MANDĀTUM, ti, n. *a commission, order, command, charge, injunction, mandate,* πρόσταγμα, ἐντολή, id quod mandatum est, jussio. *Cic.* 3. *Fam.* ep. 1. *ad fin.* Omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari a me voles, mandata des, velim. *Id. Phil.* 5. c. 9. *ad fin.* Quamvis severa legatis mandata dederimus. *Id. Fam.* 3. ep. 11. *ad fin.* Dare mandata alicui ad aliquem. *Id. Phil.* 6. c. 3. Dare cuipiam mandata, ut, &c. *Id. Verr.* 4. c. 64. Siculi veniunt cum mandatis, veniunt cum testimoniis publicis. *Id.* 2. *Q. Fr.* ep. 14. Tua mandata persequar diligenter. *et mox.* Facies, ut mea mandata digeras, persequare, conficias. *Id.* l. 6. *Attic.* ep. 1. Satisfacere mandatis alicujus. *Al. aliter leg.* et lib. 5. ep. 1. *sub fin.* Mandata alicujus exhaurire. *Id. Phil.* 9. c. 4. exsequi. *Liv.* l. 1. c. 56. *a med.* perficere. *Sallust. in Jug.* c. 62. efficere. *Curt.* l. 7. c. 9. *ad fin.* facere. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 2. Alicujus mandata deposcere. *h. e.* orare, ut mandet, si quid velit. *to ask what are his commands; to wait on one to know his pleasure.* et lib. 15. ep. 19. *extr.* et *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 8. habere ab aliquo ad aliquem. *Id. Phil.* 8. c. 8. An ego ab eo mandata acciperem, qui senatus mandata contemneret? *Pompei. ad Domit.* 2. *in fin. post* epist. 12. l. 8. *ad Attic.* afferre alicui. *Cicer.* 7. *Attic.* ep. 14. deferre. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 5. perferre. *Nep. in Con.* c. 3. edere. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 37. referre. *Plin.* l. 18. c. 3. *ad fin.* proferre. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 502. peragere. *h. e.* enuntiando referre. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 125. ferre ad aliquem. *Id. Heroid.* ep. 16. v. 303. negligere. et lib. 9. *Metam.* v. 696. fallere. *Horat. in fin.* ep. 13. l. 1. frangere. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 15. spernere. *Cic. Fam.* 3. ep. 3. Ea me ex tuis mandatis monuit, quæ, &c. *by your command.* ¶ Græca constructio est in illo *Ovid. Heroid.* ep. 13. v. 143. Producetque virum, dabit et mandata reverti. *h. e.* ut revertatur. ¶ In singulari num. *Cic.* 5. *Attic.* ep. 7. Ut mandatum scias me curasse. *Id.* 2. *Fam.* ep. 7. De pantheris, per eos, qui venari solent, agitur mandato meo diligenter. Al. leg. *mandatu.* ¶ Apud JCtos *mandatum* est contractus gratuitus, quo quis ex officio, aut amicitia rem alterius sibi demandatam sine ulla mercede curandam, conficiendamque suscipit, non secus ac si de re sua ageretur. *procuracy:* quod si fallat, datur in eum actio, quæ *Dig.* lib. 17. tit. 1. (*qui* mandati *inscribitur*) *actio mandati* appellatur. Quod si merces interveniat, in locationem, et conductionem transit. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 38. In privatis rebus si qui rem mandatam non modo malitiosius gessisset, sui quæstus aut commodi causa, verum etiam negligentius; eum majores summum admisisse dedecus existimabant. itaque mandati constitutum est judicium non minus turpe, quam furti. *et mox.* Quid recipis mandatum, si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conversurus es? *Paul. loc. cit.* leg. 20. Mandatum suscipere. *Id. ibid.* leg. 3. susceptum implere. *Caius* leg. 27. explere. *et ibid.* exsequi. *Paul.* leg. 22. *sub fin.* consummare. *Julian.* leg. 30. Mandati agere. *Ulpian.* leg. 12. *sub fin.* teneri. *Id.* lib. 3. tit. 2. leg. 6. condemnari. *Id.* lib. 38. tit. 5. leg. 1. *a med.* conveniri. ¶ *Mandata Principum* sunt monita et præcepta, quæ rectoribus provinciarum, aliisque magistratibus palam, vel arcano litteris dabantur. *Frontin. de aquæductib.* artic. 3. Quæ id sanciant pœnæ, ex lege, senatusconsultis, et mandatis principum irrogatæ. et artic. 109. Impetratam aquam alio duci, mandatis prohibetur.

MANDĀTUS, us, m. *a commission, command,* idem quod mandatum. In sexto casu singulari, *Cic. pro Cæcin.* c. 7. Mandatu Cæsenniæ. *Sueton. in Cæs.* c. 7. Mandatu prætoris. *Julian. Dig.* lib. 17. tit. 1. leg. 32. creditorum. *Paul. ibid.* leg. 45. meo.

MANDĀTUS, a, um, *enjoined, commanded; committed, entrusted,* imperatus, traditus, commissus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 38. Rem mandatam malitiosius gerere. *Id. pro leg. Manil.* c. 16. Magnis imperatoribus sæpius imperia mandata, atque exercitus commissi. *Nep. in Attic.* c. 15. In nitendo quod semel admisisset, tanta erat cura, ut non

mandatam, sed suam rem videretur agere. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 505. mandatam juvit facundia causam. *Id. Heroid.* ep. 14. v. 50. mandatum dextra refugit opus. *Plaut. Pers.* 4. 6. 12. Mandatas epistolas deferre. *consigned to his care.* ¶ Translate *Lucret.* l. 6. v. 600. Quamvis cælum terramque reantur Incorrupta fore, æternæ mandata saluti.

MANDIBŬLA, æ, f. *vel potius* Mandibulum, i, n. *the jaws, mandibles*, γνάθος, os faciei utrumque, qua parte infixos habet dentes: a *mando, is. Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. *post med.* Post septem menses dentes incipiunt mandibulis emergere. *Id.* l. 7. *Saturn.* c. 4. *ante med.* Cibaria confecta mandibulis. ¶ De genere non constat: neutrum tamen esse crediderim, quia hac positione neutra sunt multa, *infundibulum, nucifrangibulum, patibulum, vertibulum*, &c. quamquam *Isidor.* femininum fecit l. 11. *Orig.* c. 1. *ante med.*

MANDO, onis, m. *a glutton, gormandizer*, φάγος, manduco, edax. *Lucil.* et *Varro* apud *Non.* c. 1. n. 58. Atque omnes mandonum gulæ.

MANDO, is, di, sum, a. 3. *to chew, grind with the teeth, masticate*, μασάομαι, cibum conficio dentibus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. *ad fin.* Animalia alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. et cap. 54. Dentibus in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur et molitur cibus. *Colum.* l. 6. c. 2. *sub fin.* Mandere ex commodo, aut festinanter. *Plin.* l. 17. c. 9. Asini lentissime mandunt. *Virg. Æn.* 7. v. 279. *de equis.* fulvum mandunt sub dentibus aurum. *h. e.* aureum frenum mordent. *champ.* Sic *Ovid. Metam.* 15. v. 92. nil te nisi tristia mandere sævo Vulnera dente juvat. *h. e.* cæsa animalia comedere. ¶ Item comedo, *to eat, devour. Enn.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 683. *Putsch.* Vulturis in silvis miserum mandebat homonem. *Liv. in Odyss.* apud *eund.* l. 8. pag. 817. Cum socios nostros mandisset impiu' Cyclops. *Virg. Æn.* 9. v. 340. Impastus ceu plena leo per ovilia turbans (Suadet enim vesana fames) manditque, trahitque Molle pecus. *Plin.* l. 8. c. 51. *extr.* Non tota quidem cœna, sed in principio, bini ternique pariter manduntur apri. *Id.* l. 22. c. 22. *ad fin.* Inter ea, quæ temere manduntur, et boletos merito posuerim. ¶ Ut *mordere humum*, sic et *mandere* dicuntur, qui vulnere prostrati, proni moriuntur. *to bite the ground. Virg.* 11. *Æn.* v. 668. Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam Mandit humum. *Val. Flacc.* l. 3. v. 106. compressaque mandens Æquora purpuream singultibus exspuit auram. ¶ Per catachresim *Matius* apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 5. Corpora Graiorum mœrebar mandier igni. *h. e.* consumi. Sic ignis edax, apud *Virg.* 2. *Æn.* v. 758. ¶ Olim et *mandor* dictum fuit, passiva positione, significatione activa, teste *Priscian.* l. 6. pag. 799. *Putsch.* Quod idem de *manduco, as*, ibidem tradit. ¶ Quidam præteritum *mandui*, alii *mandidi* esse voluerunt: sed neutrum obtinuit. *Id.* l. 8. pag. 817. [¶ Particip. *mandendus* apud *Cels.* l. 4. c. 3. Etiam panis mandendus.]

MANDO, as, avi, atum, a. 1. *to commit to one's charge, bid, enjoin, order, command*, παραδίδωμι, ἐγχειρίζω, gerendum quippiam, exsequendumque committo, præscribo, impero, mandatum do, negotium impono: quasi *manu do. Terent. Phorm.* 4. 4. 7. Si quid velis, huic mandes, quod quidem recte curatum velis. *commission him to do it. Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 13. Cæsar per litteras Trebonio magnopere mandaverat, ne per vim oppidum expugnari pateretur. *Id.* l. 3. *B. Gall.* c. 11. Huic mandat, Rhemos adeat, atque in officio contineat. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 23. Nec, medeare mihi, sanesque hæc vulnera, mando. *Id.* 1. *Amor.* el. 11. v. 17. Aspicias oculos, mando, frontemque legentis. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 21. Voluseno mandat, ut exploratis omnibus rebus, ad se quamprimum revertatur. *Cic. Fam.* 3. ep. 4. Te L. Clodio mandasse, quæ illum mecum loqui velles. et ep. 5. *sub fin.* Tibi de nostris rebus nihil sum mandaturus per litteras. ¶ Cum accusativo rei est fieri jubere, demandare, curare faciendum. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 10. Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere. *h. e.* comparandos, coemendos. *Stat.* 9. *Theb.* v. 168. Mandare opus alicui. *h. e.* faciendum. *Senec. in Troadib.* v. 316. preces. *h. e.* apud alterum adhibendas. *Sueton. in Oth.* c. 6. excusationem. *scil.* ab aliis afferendam. *Lucan.* l. 1. v. 489. decreta consulibus. *h. e.* exsequenda. et lib. 6. v. 569. Arcanumque nefas Stygias mandavit ad umbras. *h. e.* perferendum. et lib. 10. v. 482. nec flammis mandatur opus. *h. e.* ut igni absumatur. *Papinian. Dig.* lib. 1. tit. 20. leg. 1. Mandare jurisdictionem, cognitionem, exercitionem judicii. *to delegate*, ad alium transferre. ¶ Pro assignare, destinare, *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 8. Forum, putealque Libonis Mandabo siccis: adimam cantare severis. *Id. de art. poet.* v. 176. ne forte seniles Mandentur juveni partes, pueroque viriles. ¶ Sæpe est verbum testamentorum, *to leave, bequeath. Ovid.* l. 1. *Trist.* el. 2. v. 55. Et mandare suis aliqua, et sperare sepulcrum. Adde *Ulpian. Dig.* lib. 11. tit. 7. leg. 14. *a med.* et *Papinian.* lib. 26. tit. 2. leg. 26. &c. Sic *Flor.* l. 3. c. 3. Consulentes, si quid ad uxores suas mandarent. ¶ Pro amandare, expellere, *to send or drive away*, *Cic. pro Sull.* c. 20. Aliquem dimittere ab se, et mandare in ultimas terras. *Id. pro Quint.* c. 15. Infra etiam mortuos mandatur. Al. leg. *amandatur.* ¶ Cum infinito, *Martial.* l. 1. epigr. 89. Cum mihi supremos Lachesis perneverit annos, Non aliter cineres mando jacere meos. ¶ *Mandare ad aliquem*, mandare dicendum alicui. *Sueton. in Calig.* c. 25. Tradunt, adhibitum cœnæ nuptiali mandasse ad Pisonem contra accubantem: noli uxorem meam premere. *ordered to be told.* ¶ Sæpe significat tradere, *to commit, consign, commend, confide, entrust*: in iis præcipue in quibus spectatur fides. *Terent. Andr.* 1. 5. 61. Bona nostra hæc tibi permitto, et tuæ mando fidei. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 6. v. 13. Jam timeo cuiquam nostram mandare salutem: Ipsum morte tua concidit auxilium. *Virg.* 3. *Æn.* v. 49. Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno Infelix Priamus furtim mandarat alendum Threicio regi. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 59. et *Cic.* 7. *Verr.* c. 14. Mandare alicui magistratum. *Cic.* 6. *Verr.* c. 37. et *Liv.* l. 24. c. 8. honores. *Id. in fin.* l. 29. sacerdotia. *Plaut. Men.* 5. 2. 33. Mandare filiam viro. *to give in marriage. Cic. Catil.* 4. c. 5. *ad fin.* Aliquem æternis tenebris, vinculisque mandare. *to confine in a dungeon for life.* ¶ Translate *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 24. et lib. 5. c. 18. *extr.* Mandare se fugæ. *to betake himself to flight. Cic.* 1. *Catil.* c. 8. Mandare fugæ, et solitudini vitam suam. *Colum. sub fin.* c. 7. l. 1. Mandare semen terræ. *Virg. Ecl.* 5. v. 36. hordea sulcis. *Id. Æn.* 9. v. 214. corpus humo. *to bury.* Eodem sensu dixit *Petron. in Satyr.* c. 112. Mandare cadaver supremo officio. *Cic. in fragm. Poem.* apud *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 1. Tunc se fluctigero tradit, mandatque paroni. *Id. Catil.* 1. c. 11. Percipite, quæso, diligenter, quæ dicam, et ea penitus animis vestris mentibusque mandate. *ponder well in your minds.* et lib. 6. *Fam.* ep. 13. et *pro Quint.* c. 6. Mandare memoriæ. *to commit to memory.* et lib. 2. *de Orat.* c. 12. litteris. *to write. Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 143. verba libello. *Cic.* l. 2. *Offic.* c. 1. *a med.* scriptis. et lib. 2. *de Divin.* c. 32. historiæ. *Id. pro Arch.* c. 9. versibus. *to turn into verse.* et *pro Dom.* c. 29. immortalitati. et 4. *Acad.* c. 1. *a med.* monumentis. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. fruges conditas vetustati. *h. e.* condere, ut veterascant. *Senec. in Herc. Fur.* v. 1085. Clavæque gravi lassum solitus Mandare caput. *h. e.* in clavam reclinare. *Id. in Med.* v. 150. Sile obsecro, questusque secreto abditos Manda dolori. *h. e.* ut dolor occultus intra se questus contineat, nec prodat. *Flor.* l. 3. c. 1. Primum scelus mandat insidiis. *h. e.* per insidias peragit. ¶ Absolute *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 267. Sic ubi per fluctus uno ratis obruta somno Conticuit, tantique maris secura juventus Mandavere animas; solus stat puppe magister Pervigil. *h. e.* commisere vel mari tranquillo, vel quieti et sopori. ¶ Inter *mandare* et *præcipere* hoc interest, quod illud est minus imperiosum, et erga æquales, aut etiam superiores exercetur: hoc totum est imperii, et potestatis. Illo quippiam edicimus ab alio sæpe exsequendum, quam ei, cui mandamus: hoc ab ipso illo, cui præcipimus. *Sueton. in Ner.* c. 40. *extr.* Per octo dies non rescribere cuiquam, non mandare quid, aut præcipere conatus. ¶ *Mandare suspendium alicui* apud *Apul.* l. 9. *Metam. to bid him go to the gallows, bid him go and be hanged.* Sic *Juvenal.* sat. 10. v. 52. cum Fortunæ ipse minaci Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem. [¶ Particip. *mandans, mandandus* apud *Ovid. Heroid.* 16. v. 314. Utere mandantis simplicitate viri. *Liv.* lib. 22. c. 25. In tali tempore nulli novus magistratus videbatur mandandus.]

MANDRA, æ, f. *a place for holding any sort of cattle; a stall, pen, fold, pound*, μάνδρα, claustrum, septum pecudum, stabulum. Vox Græca. *Martial.* l. 5. epigr. 23. Vixque datur longas mulorum vincere mandras. ¶ Item ipse pecudum grex, seu multitudo. *Juvenal.* sat. 3. v. 237. rhedarum transitus arcto Vicorum inflexu, et stantis convicia mandræ Eripiunt somnum Druso vitulisque marinis. *h. e.* equorum, aut mulorum non progredientium, quos ideo aurigæ et muliones convicio et clamoribus hortantur. *a number of horses, mules, or carriages stopping in the street.* ¶ Translate est septum tabulæ lusoriæ in latrunculorum ludo, *a chess-board, or other gaming table*: vel potius variæ cellulæ in ipsa lusoria tabula, *the little squares of a chess-board; the places or points on a gaming-table where the tali or tesseræ stood. Martial.* l. 7. epigr. 71. Sic vincas Noviumque, Publiumque, Mandris et vitreo latrone clausos. *Auctor. Paneg. ad Pison.* v. 191. hic ad majora movetur, Ut citus, et fracta perrumpat in agmina mandra.

MANDRAGŎRAS, æ, m. *the mandrake, mandragora*, μανδραγόρας, herba est alio nomine Circæum, duorum generum, candida, quam marem credunt; et nigra, quam feminam, angustioribus foliis, quam lactucæ, hirsutis et caulibus, radicibus binis ternisve rufulis, intus albis, carnosis tenerisque, pæne cubitalibus. Ferunt mala avellanarum nucum magnitudine, et in his semen ceu pirorum. *Plin.* l. 25. *in fi.* Stigmata in facie mandragoras illitus delet. et cap. 13. Aliqui et mandragora utebantur: postea abdicatus in hac curatione est. *Colum.* l. 10. v. 19. Quamvis semihominis vesano gramine feta Mandragoræ pariat flores, mœstamque cicutam. *the maddening grass of half a man. semihominem* vocat, quia ejus radix inferiorem hominis partem repræsentat: *vesanum gramen*, quia vim habet amatoriam insaniam inducendi, et soporem lethargo similem, ejusque succus recens pestis est: unde et *Circæum* dicta est, quasi venefica, a Circe. V. *Plin. loc. cit.*

MANDUCATĬO, onis, f. *manducation*, actus manducandi. *Augustin.* tract. 27. *in Joann. ante med.*

MANDUCĀTOR, oris, m. qui manducat. *Augustin.* tract. 27. *in Joann. ad fin.*

MANDUCĀTUS, a, um, *chewed, masticated, manducated*, dentibus comminutus, mansus. *Varr.* 3. *R. R.* c. 7. *a med.* Qui solent saginare pullos columbinos, manducato candido farciunt pane. *Senec.* ep. 95. *ante med.* Exspecto jam, ut manducata ponantur.

MANDŪCO, as, avi, atum, a. 1. *to chew, masticate, manducate*, μασάομαι, mando, comedo. *Diomed.* l. 1. pag. 361. *Putsch.* Manduco proprie est, quod Græci dicunt μασῶμαι, hoc est identidem mando. Ideoque Probus negat recte dici, piscem, vel aliud tenerum quid manduco, sed potius, edo, quod significat ἐσθίω. manducatur autem quod denti reluctatur. nam cum dicam, edo, quid faciam ostendo: cum vero, manduco, non tantum, quid faciam ostendo, sed et qualiter faciam. Hæc *Diomed.* Unde *Plaut. Mil.* 2. 6. 104. Occisam sæpe sapere plus multo suem, cum manducatur. ¶ Veteres tamen et in edendi significatione *manduco* dixerunt, inquit *Diomed. ibid. Augustus in epist. ad Tiber.* apud *Suet. in ejus vita*, c. 76. In balineo post horam primam noctis duas bucceas manducavi. [† *Labeo apud Vet. Schol. Pers. Sat.* 1. v. 4. Crudum manduces Priamum Priamique pisinnos.] ¶ Veteres dixere et *manducor* teste *Priscian.* l. 6. pag. 799. *Putsch.* deponentium forma. *Pompon.* apud *Non.* c. 7. n. 79. Quasi asinus, opertis oculis, simul manducatur, et molit. Adde *Lucil.* et *Afran. ibid.*.

MANDŪCO, onis, m. *a glutton, gormandizer, great eater*, ἀδδηφάγος, edax, comedo. *Apul.* l. 6. *Metam. sub fin.* De isto asino semper pigro quidem, sed manducone summo.

MANDŪCUS, ci, m. idem quod Manduco, onis, a manducando. *Pompon.* apud *Non.* c. 1. n. 58. Magnus camelus, manducus, cantherius. ¶ Larva quoque, seu Græce μορμολύκειον, quod in ludis, ac præsertim Atellanis circumferebatur, a *mandendo* manducus dicebatur, propterea quod terriculamentis hujusmodi magnos dentes, ac voracitatem tribuerunt. Erat enim manducus larvato capite humano, maxillas vasta magnitudine, vastisque armatas dentibus habens, qui oris hiatu dentiumque crepitu se se in utramque partem viæ dum flecteret, ridentem turbam vertebat in fugam. *a terrific figure exhibited on the stage with wide jaws and large teeth craunching.* Hæc ex *Festo.* Huc facit illud *Juvenal.* sat. 3. v. 175. cum personæ pallentis hiatum In gremio matris formidat rusticus infans. *Festus* addit illud *Plauti Rud.* 2. 6. 51. *Ch.* Quid, si aliquo ad ludos me pro manduco locem? *La.* quapropter? *Ch.* quia pol clare crepito dentibus. ¶ Apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 5. *a med.* in Atellanis obsonium vocant manducum. Sed pro *obsonium* fortasse legendum *personam.* V. *Scalig.*

MANE, neutr. indeclin. *the morning, morn*, πρωΐ, ἐν τῷ ὄρθρῳ, principium diei, cum plene diluxit, et sol ortus est: item aliquando totum illud spatium, quod post solis ortum ad meridiei vicinum tempus excurrit. *Censorin. de die nat. c. ult.* et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 3. *a med.* Diluculum, cum, sole nondum orto, jam lucet: secundum diluculum vocatur mane, cum lux videtur solis. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 18. noctes vigilabat ad ipsum Mane: diem totum stertebat. *Colum.* l. 11. c. 1. *circa med.* A primo mane opus aggredi. *early in the morning. Id.* cap. 12. l. 7. Sub obscuro mane, vel etiam crepusculo. *Id.* l. 9. c. 15. Postero mane. *to-morrow morning. Cic. Attic.* lib. 5. ep. 4. Litteras multo mane mihi dedit. *early in the morning. Virg.* 3. *Georg.* v. 325. Mane novum. *Pers.* sat. 3. v. 1. jam clarum mane fenestras Intrat, et angustas extendit lumine rimas. *Martial.* l. 1. epigr. 50. *sub fin.* Non rumpet altum pallidus somnum reus, Sed mane totum dormies. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 547. Mane erat: excussus somno Tirynthius heros, &c. *'twas morn. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. *ante med.* Eas includere oportet, ut diem et noctem incubent, præterquam a mane, et vespere, dum cibus his detur. *Hirt. de B. Afric.* c. 42. *sub fin.* Cum milites a mane diei jejuni sub armis stetissent. ¶ Sæpe absolute ponitur, more adverbii. *in the morning. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 13. et lib. 5. c. 10. Postridie ejus diei, mane. *Cic. Fam.* 7. ep. 30. Quæ erant futuræ mane postridie. *Id. Attic.* l. 13. ep. 9. Hodie mane. *this morning.* et epist. 30. et *Terent. Phorm.* 3. 2. 46. Cras mane. et ep. 31. V. cal. mane accepi a Demea litteras pridie datas. *Id. Catil.* 3. c. 9. Hodierno die, mane. ¶ Junguntur etiam ei adverbia. *Cic.* l. 4. *ad Attic.* ep. 9. *extr.* et lib. 14. ep. 18. Bene mane hæc scripsi. *Plaut. Pers.* 1. 3. 33. Nimis pæne mane est. *Terent. Heaut.* 1. 1. 15. Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi, qui, &c. *so soon in the morning. Plin.* l. 1. ep. 5. *circa med.* Rogo, mane videas Plinium domi, sed plane mane. neque enim diutius ferre sollicitudinem possum. ¶ Veteres dixere *mani*, ut *luci, vesperi*, teste *Donato* ad *Terent. Phorm.* 1. 1. 2. Sic *Plaut. Pœn.* 3. 3. 37. Dudum a mani ut ad portum processimus. *Virg. in Ciri*, v. 350. Et gelido veniens mani quatiebat ab Œta. ¶ Alii ducunt a *manando*, quod tum manat dies ab oriente: unde *manare solem* dicebant antiqui, cum solis orientis radii splendorem jacere cœpissent. Alii a *manus* bonus, ab omine boni nominis: ad quam re-

ligionem Græci quoque, cum lumen affertur, solent dicere φῶς ἀγαθόν. maximum enim bonum lux est: et optima diei pars est matutinum tempus, et rebus agendis aptissima. Sic et Lanuvini *mane* pro bono dicunt, cui contrarium est *immane*. Alii a *Manibus*, quod ab inferis exordium lucis emergat. Alii denique a *μανὸς*, rarus, quia mane aer rarus est, et perspicuus. Hæc habentur apud *Varron.* l. 5. *de L. L.* c. 2. *Festum*, *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 3. *a med. Isidor.* l. 5. *Orig.* c. 30. et *Nonium* c. 2. n. 337. ubi *manum* non solum bonum, sed etiam clarum interpretatur.

MANĔO, es, nsi, nsum, a. 2. *to stop, stay, tarry, abide, remain, wait, μένω*, loco insisto, in loco me contineo, commoror, sto, resto, hæreo: a voce Græca allata. *Terent. Heaut.* 1. 2. 26. Ut ut erat, mansum tamen oportuit. Vetus lapis apud *Gud.* pag. 358. n. 7. et *in Mus. Veron.* pag. 108. n. 2. Hoc (*pro* huc) mansum veni. *I am come to remain here. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 30. Facilem esse rem, seu maneant, seu proficiscantur. *Nep. in Eumen.* c. 5. Ne uno loco manens equos militares perderet. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 74. Manendum eo loco, et rem prœlio committendam existimabant. *Id.* l. 4. *B. Gall.* c. 1. Quotannis singula millia suis ex finibus educunt: reliqui domi manent. et lib. 2. *B. Civ.* c. 41. Manere in loco, ordinesque servare. *to defend their post, keep or maintain their ground. Cic.* 3. *Offic.* c. 26. *sub fin.* Manere in patria, esse domi suæ. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 51. Totam hiemem ad exercitum manere decrevit. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1938. Vadis inermis, gnate, per umbras, Ad quas semper mansurus eris. ¶ Passive impersonaliter. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 31. Omnia excogitantur, quare nec sine periculo maneatur, &c. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 3. *sub fin.* Id si est, in Italia fortasse manebitur. ¶ Frequenter est divertere, et morari, pernoctare. *to abide, take up one's abode, sojourn, lodge. Cic. in fi.* l. 4. *ad Attic.* Quo die ad me venies, si me amas, apud me cum tuis maneas. et lib. 7. ep. 13. *ad fin.* Pompeius ab Teano Larinum versus profectus est: eo die mansit Venafri. et lib. 5. ep. 1. *a med.* Scito, nos multis locis ne tectum quidem accipere, et in tabernaculo manere plerumque. *Horat.* l. et od. 1. v. 25. manet sub Jove frigido venator. Hinc *mansiones.* Sic *Capitolin. in M. Antonin. Philos.* c. 7. Nec, præter duas noctes, ab eo (*patre*) mansit diversis vicibus. *h. e.* extra domum paternam pernoctavit. ¶ Translate est durare. *to subsist, last, endure, continue, remain:* et refertur ad res. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 31. Omnes superioris anni munitiones integræ manebant. *Nep. in Themist. c. ult.* Hujus ad nostram memoriam monumenta manserunt. *Colum. sub fin.* l. 4. *de ridica.* Quod genus fissilis adminiculi manet diutius, quam teres palus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 22. Priami dum regna manebant. *flourished. Id. Ecl.* 4. v. 53. O mihi tam longæ maneat pars ultima vitæ, Spiritus et, quantum sat erit tua dicere facta! *Terent. Hec.* 4. 4. 101. Manere affinitatem hanc inter nos volo. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 12. Nihil semper suo statu manet. *Id.* 8. *Attic.* ep. 14. *a med.* Elicere cupio sententiam tuam: si manet, ut firmior sim; si mutata est, ut tibi assentiar. *Id.* 2. *Offic.* c. 12. *extr.* Dum memoria rerum Romanarum manebit. ¶ Hinc illa JCtorum, *African. Dig.* lib. 46. tit. 3. leg. 38. *in fin.* Quamvis ex fidejussoria causa non tenearis, pignus tamen obligatum manebit. *will hold good. Ulpian.* lib. 27. tit. 3. leg. 2. *sub fin.* Si tutori curator sit adjunctus, tutor manet. *Paul.* l. 41. tit. 2. leg. 3. *post med.* Si rem apud te depositam furti faciendi causa contrectaveris, desino possidere: sed si eam loco non moveris, plerique responderunt, recte possessorem me manere. *Ulpian.* lib. 44. tit. 2. leg. 23. Quamdiu manet contractus, current usuræ. ¶ Hinc *mansurus*, duraturus, stabilis, perpetuus. *Virg.* 3. *Æn.* v. 85. da mœnia fessis, Et genus, et mansuram urbem. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 120. Mansura fides. *Id. de Consul. Mall. Theod.* v. 27. mansuræ voces. *Id. in I. Consul. Stilich.* v. 39. amicitias mansuro adamante ligat. ¶ Absolute *Cic.* 3. *Offic.* c. 12. Manet ergo, quod turpe sit, id nunquam esse utile. *h. e.* inconcussum sit, et irrefutabile. *the inference therefore is, that,* &c. Sic *pro Rabir. Post.* c. 9. Quamobrem illud maneat, et fixum sit, quod neque moveri, &c. ¶ Pro hærere, fixum esse. *Lepid. ad Cicer. Fam.* 10. *ep. pænult. sub fin.* Quæ perpetuo animo meo fixa manebunt. *will remain fixed. Virg.* 1. *Æn.* v. 30. manet alta mente repostum Judicium Paridis, spretæque injuria formæ. *remains deeply impressed on her mind.* ¶ Sæpe est perstare, constantem esse, *ἐμμένειν. to remain firm, continue firm or steadfast, stand to, abide by.* et ad personas refertur. *Virg.* 10. *Æn.* v. 770. manet imperterritus ille, Hostem magnanimum opperiens. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 36. Si in eo manerent, quod convenisset. *Cic.* 4. *Fam.* ep. 13. Hoc ipsum quod maneam in vita, peccare me existimo. *cling to life, am anxious to live.* et *pro Cluent.* c. 63. Servi vi tormentorum adducti, in veritate manserunt. *Id.* 7. *Verr.* c. 32. Civitates, quæ in amicitia, fideque populi R. perpetuo manserant. *Id.* 7. *Attic.* ep. 15. Plerique negant, Cæsarem in conditione mansurum. et lib. 9. ep. 2. Manere in sententia. *et Fam.* 5. ep. 2. *in fin.* in voluntate. *Id. pro Sext.* c. 27. in pristina mente. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 47. in officio. *Nep. in Con.* c. 2. in societate. *Id. in Agesil.* c. 2. summa fide in pactione. *Virg.* 2. *Æn.* v. 160. promissis. *to keep.* Sic lib. 8. v. 643. at tu dictis, Albane, maneres. ¶ Frequenter accusativum post se habet, et significat morari, restare, exspectare, dum quippiam veniat. *to await, stay or look for, expect. Terent. Phorm.* 3. 1. 16 Mansurus patruum pater est, dum huc adveniat. *Liv.* l. 42. c. 66. Ipse hostium adventum, elatus successu, mansit. *Terent. Phorm.* 4. 1. 4. Non manebat ætas virginis meam negligentiam. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 69. Haud mansisti, dum ego darem illam: tute sumpsisti tibi. *you had not patience, until,* &c. *et Stich.* 1. 2. 36. Ego sedero in subsellio. *Pi.* Mane pulvinum. *et ibid.* v. 1. Qui manet, ut moneatur servus officium suum, nec voluntate id facere meminit, haud probus est. *waits to be put in mind of. Catull.* carm. 10. *de Vari scorto*, v. 27. Mane me, inquii puellæ. *softly! not quite so fast!* Al. aliter leg. ¶ Imperativum *mane* non solum significat morare, exspecta, sed interdum quiesce, cessa, aut quid simile. *Plaut. Mil.* a. 5. v. 10. Mentitur: feri. *Py.* mane, dum narro. *Id. Cas.* 2. 6. 32. Sed mane dum? num ista aut populna sors, aut abiegna est tua? *Id. Men.* 5. 5. 21. Quid cessas dare potionis aliquid, priusquam percipit insania? *Me.* mane modo: etiam percontabor. ¶ *Manere* eleganter dicuntur, quæ certo futura sunt, et quæ imminent, præsertim in adversis. *Cic. Phil.* 2. c. 5. P. Clodius, cujus quidem te fatum, sicuti Curionem, manet. *awaits you; overhangs you. Virg.* 7. *Æn.* v. 596. te, Turne, nefas, te triste manebit Supplicium. *Propert.* l. 2. eleg. 21. v. 58. Longius, aut propius, mors sua quemque manet. *Liv.* l. 26. c. 13. *sub fin.* Ea potio a videndis omnibus acerbis indignisque, quæ manent victos, vindicabit. Est qui legit *victis*. nam et cum dativo effertur. *Catull.* carm. 8. v. 15. Quæ tibi manet vita? *Liv.* l. 1. c. 53. *a med.* Manere his bellum, quod positum simuletur. *Est qui legit* imminere. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 479. unaque cuncto Pœna manet generi. ¶ Etiam in bonis rebus. *Vet. Poeta* apud *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 14. Te manet imperium cæli, terræque, marisque. *Claudian.* l. 1. *de raptu Pros.* v. 195. Præmia digna manent (*te.*) *Virg.* 3. *Æn.* v. 505. maneat nostros ea cura nepotes. ¶ *Manem* pro *maneam* est qui legit apud *Plaut. Rud.* 2. 4. 5. nunc nihil est, qui te manem. Sed lectio valde variat. ¶ *Mansti* pro *mansisti* syncope apud *Lucil.* Quando in eo numero mansti, quo in maxima nunc est Pars hominum. *Gell.* refert l. 18. c. 8.

MĀNES, ium, m. *the ghosts or shades of the dead, οἱ νέκυες, αἱ ψυχαὶ τῶν νεκρῶν*, animæ defunctorum. *Apul. de deo Socrat.* scribit, fuisse species Lemurum: animum enim humanum exutum corpore, vetere Latina lingua Lemurem dictitatum esse: ex Lemuribus, qui posterorum suorum curam sortitus pacato et quieto nomine domum possideret, Larem dictum esse familiarem: qui propter adversa vitæ merita, nullis bonis sedibus, in terra vagatione seu quodam exsilio puniretur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterum noxium malis, Larvam vocatum: cum incertum esset, quæ cuique eorum sortitio evenisset, utrum Lar esset, an Larva, nomine Manem deum nuncupatum, et honoris gratia dei vocabulum additum fuisse. *Augustin.* l. 9. *de Civ. Dei*, c. 11. Dicit (*Plato*) animas hominum dæmones esse, et ex hominibus fieri Lares, si meriti boni sunt; Lemures, sive Larvas, si mali: Manes autem, cum incertum est, bonorum eos, seu malorum esse meritorum. *Serv. in* 3. *Æn.* v. 63. ait, Manes esse animas hominum illo tempore, quo de aliis recedentes corporibus nec dum in alia, secundum fabulam Pythagoricam, transierunt. Alii putant, Manes eosdem ac Genios esse, duosque Manes corporibus ab ipsa statim conceptione assignatos fuisse, qui ne mortua quidem corpora deserant, consumptisque etiam corporibus sepulcra inhabitent. Quare qui sepulcra demoliebantur, deos Manes violare putabantur. Plurimi, in quibus *Isid.* l. 8. *c. ult.* tradiderunt, deos cælestes vivorum esse, Manes esse deos mortuorum. Alii alios, Manes, alios deos infernos dicunt. Alii, in quibus *Festus*, censent, deos esse, qui inter cælum et terram degunt, quibus plena sunt omnia inter Lunarem et terrenum circulum. ¶ Appellati sunt ab antiquo *manus*, bonus. Dixere igitur deos Manes, quasi bonos Genios. Alii alias adducunt Etymologias. *Virg.* 3. *Æn.* v. 303. Manesque vocabat Hectoreum ad tumulum. *Id.* 4. *Æn.* v. 34. Id cinerem, aut Manes credis curare sepultos? *Cic.* lib. 2. *de Legib.* c. 9. *extr.* Deorum Manium jura sancta sunto. [¶ *D. M.* solemnes notæ erant, quibus Dii Manes in sepulcrorum titulis significantur. In *Mus. Veron.* pag. 292. n. 7. legitur Diis Manibus communibus, quod ultima fata omnibus immineant, vel quod mortuis omnibus Dii Manes præsint. In Cippo paucis abhinc annis invento, et de quo in voce *Pupillatus* in *Appendice* dicemus, pro *Diis Manibus* habetur *Diis Propitiis*, quo probatur eorum sententia, qui Deos Manes dictos esse putant quasi bonos Genios.] ¶ Metonymice accipitur pro Inferis, hoc est loco, quo animæ continentur. *the shades below, abode of the dead, lower or infernal regions. Virg.* 1. *Georg.* v. 243. Manesque profundi. *Id.* 4. *Æn.* v. 387. Hæc manes veniat mihi fama sub imos. [†¶ Item pro cadavere. *Plin.* 11. 37. Pleræque alitum e Manibus hominum oculos potissimum appetunt. *Id.* 16. 44. Specus, in quo Manes Scipionis draco custodire traditur. *Liv.* Sepulcra diruta, nudati Manes.] ¶ Item pro pœnis, suppliciis, furiis. *Virg.* 6. *Æn.* v. 743. Quisque suos patimur manes. Ubi *Servius*, Manes, idest supplicia, quæ sunt apud Manes: vel Genios dicit, quos cum vita sortimur. Adde *Stat.* 8. *Theb.* v. 84. ¶ In singulari num. *Apul. de deo Socrat.* Nomine Manem deum nuncupant. ¶ Rectus casus erit *Manis*.

MANGO, onis, m. *a slave-merchant, ἀνδραποδοκάπηλος, σωματέμπορος*, venalitius, seu qui homines, præsertim pueros, puellasque, vendit: a *μάγγανον*, quod inter alia pharmacum, et fucum notat. Solebant enim mangones fuco colorem falsum inducere mancipiis, ut ea carius venderent. *Martial.* l. 1. epigr. 59. Millia pro puero centum me mango poposcit. *Id.* l. 9. epigr. 7. Non puer avari sectus arte mangonis, Virilitatis damna mœret ereptæ. *Plin.* l. 24. c. 6. *sub fin.* Resina illinitur totis corporibus, mangonum maxime cura, ad gracilitatem emendandam. *Id.* l. 30. c. 5. *ad fin.* Item mangonibus, ut lanugo tardior sit pubescentium. *Quintil.* l. 2. c. 15. *a med.* Mangones, qui colorem fuco, et verum robur inani sagina mentiuntur. ¶ Dicitur etiam de eo, qui merces polit, ut pluris vendat. *a regrater, furbisher; one who trims up or sets off any kind of ware to make it the more saleable. Plin.* l. 37. c. 13. Efficacissimum experimento excusant mangones gemmarum. *Id.* l. 12. c. 20. mangones dicit eos, qui circa unguenta laborant, ut gratiora fiant. et lib. 23. c. 1. *a med.* qui circa vina. Narrat *Sueton. in Vespas.* c. 4. *mulionem* probri loco dictum fuisse Vespasianum, quod mangonicum quæstum exercuisset. Ex quo intelligimus, *mangones* dictos etiam, qui jumenta mercarentur, et venderent. *a horsecourser, horsedealer.* Similiter vocari possunt, qui gallinarum saginam exercent, quia eorum artificium *Plin.* appellat *mangonium*, l. 10. c. 50. *poulterers.*

MANGONĬCUS, a, um, *of or belonging to a slave-merchant, σωματεμπορικός*, ad mangonem pertinens. *Plin.* l. 21. c. 26. Radix hyacinthi bulbacea mangonicis venalitiis pulcre nota. *Sueton. in Vespas.* c. 4. Ad Mangonicos quæstus descendere.

MANGONĬUM, ii, n. *the art of dressing out things for sale, μαγγανεία*, artificium, quod ad res facilius vendendas adhibetur. *Plin.* l. 10. c. 50. Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet.

MANGONIZĀTUS, a, um, *set off or trimmed up that it may sell the better*, mangonis artificio ornatus, fucatus, lenocinio politus. *Plin.* l. 9. c. 54. Primus pensiles invenit balineas, ita mangonizatas villas subinde vendendo.

MANGONĪZO, as, avi, atum, a. 1. *to polish, trim up, or set off a thing to make it sell the better*, mangonico artificio polio, fuco, adorno, ut gratiam rei pretiumque conciliem. *Plin.* l. 32. c. 10. *a med.* Psilothrum est thynni sanguis: jecur etiam tritum, mixtaque cedria, plumbea pyxide asservatum. Ita pueros mangonizavit Salpe obstetrix. *Id.* l. 23. c. 1. *ante med.* Succus illitus lætiore quodam colore, et cutis teneritate mangonizat corpora.

MANI. V. *Mane.*

MANĬA, æ, f. mater Larium, quam capitibus allii aut papaveris placabant, aut effigie suspensa, olim etiam pueri sanguine. *Varr.* l. 8. *L. L.* c. 38. et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 7. *ad fin.* ¶ *Maniæ* etiam dicuntur infantum terriculamenta, turpes deformesque personæ, quibus nutrices pueris parvulis minitantur, ut ait *Fest.* Hoc sensu usurpat *Arnob. sub fin.* l. 6. *bugbears with which nurses used to frighten children.* ¶ Denique *Mania* prænomen est muliebre. *Varr. loc. cit.* ¶ Et apud *Veget. de re Veterin.* l. 3. c. 2. *a med.* est morbus boum, qui iis eripit sensum, ut nec audiant more solito, nec videant. Porro *μανία*, Græce furorem, insaniam significat. V. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 5.

MANĬCÆ, arum, f. *coverings for the hands and arms, sleeves, χειρίδες*, pars vestis, qua brachia et manus teguntur: a *manus. Virg. Æn.* 9. v. 616. Et tunicæ manicas, et habent redimicula mitræ. *Tacit. de Germ.* c. 17. Feminæ lineis amictibus velantur, partemque vestitus superioris in manicas non extendunt, nudæ brachia ac lacertos. V. *Chiridota.* De operimentis manuum, *Plin.* l. 3. ep. 5. *a med.* Ad latus notarius cum libro, et pugillaribus: cujus manus hieme manicis muniebantur, ut ne cæli quidem asperitas ullum studii tempus eriperet. *gloves, mittens.* Sic manicas de pellibus *Pallad.* memorat *in fin.* l. 1. inter ea, quæ vel in silvis, vel in vepribus rustico operi, et venatorio apta sunt. Huc pertinere videtur illud *Cic. Phil.* 11. c. 11. Quamquam miror, tamdiu morari Antonium. solet enim accipere ipse manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere. *videl.* itineris et fugæ causa, cujusquemodi manicæ fuerint. [† Ubi *manica*, ait *Ernesti*, chirotheca est, qua iter facientes et feminæ utebantur.] De manicis militaribus, quibus brachia et manus contra tela et enses muniuntur, *armlets, Juvenal.* sat. 6. v. 225. Balteus, et manicæ, et cristæ, crurisque sinistri Dimidium tegmen. ¶ Sunt etiam, quibus manus ligantur, *chains for the hands, manacles:* sicut *pedicæ*, quibus pedes. *Plaut. Asin.* 2. 2. 38. Ubi manus manicæ complexæ sunt, atque adductæ ad trabem. *Virg.* 2. *Æn.* v. 146. manicas atque arcta levari Vincla jubet Priamus. *Horat.* l. 1. ep. 16. *in fin.* in manicis et Compedibus sævo te sub custode tenebo. *Virg.* 4. *Georg.* v. 439. manicisque jacentem occupat. *Val. Flacc.* l. 2. v. 462. truces manicæ. *Plaut. Capt.* 3. 5. 1. Injicere alicui manicas. *Id. Mostell.* 5. 1. 17.

Manicas connectere. *Sil.* l. 17. v. 141. Addere alicui vincla et manicas. ¶ De ferreis manibus, quibus in navali prœlio naves hostium captantur (V. Harpago *a grappling iron for taking hold of ships.*) *Lucan.* l. 3. v. 565. Ast alias manicæque ligant, teretesque catenæ, Seque tenent remis. ¶ Translate *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 313. Si laqueis, manicis, pedicis mens irretita est.

MANICĀTUS, a, um, adject. *having sleeves, sleeved,* manicas habens, manuleatus. *Cic. Catil.* 2. c. 10. Quos pexo capillo nitidos, manicatis et talaribus tunicis videtis. V. *Chiridota.* ¶ *Pelles manicatæ* apud *Colum.* l. 1. c. 8. *ante med.* et lib. 11. c. 1. *a med.* sunt manicæ de pellibus (ut eas vocat *Pallad. in fin.* l. 1.) et una cum sagatis cucullis recensentur, ad arcendos ventos, frigora, et imbres.

MANĬCON, *a kind of nightshade,* μανικὸν, cognominatus est genus trychni, fruticis, cujus succus insaniam facit. μανία enim insania est. *Plin.* l. 21. c. 31.

MANICŬLA, æ, f. *a little hand,* χειρίον, parva manus. *Plaut. Rud.* 4. 4. 126. Duæ connexæ maniculæ, et sucula. Adde in *Pseud.* 5. 1. 16. ubi *Boxhornius* voluit legi *mammicula*, vel *mammillula.* Sed *Salmas.* nihil mutat: et quidem recte. ¶ Manicula item dicitur transversa regula in stiva aratri, ita dicta, quod manu bubulci teneatur: qui quasi est temo inter boves. *the ploughtail-handle.* Ita *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 31. ubi Al. leg. *manibula.*

MANIFESTARĬUS, a, um, *manifest, clear, evident,* idem quod manifestus, et qui negari non potest. *Plaut. Aulul.* 2. 4. 10. Capio fustem, obtrunco gallum, furem manifestarium. *Id. Mil.* 2. 5. 34. Manifestaria res est. *Id. Trin.* 4. 2. 50. Teneo hunc manifestarium. *convicted. Gell.* l. 1. c. 7. Ne, ut in Plauti comœdia (*Bacch.* 4. 8. 77.) mœchus, ita in Ciceronis oratione solœcismus esset manifestarius.

MANIFESTATĬO, onis, f. *a manifestation,* δήλωσις, actus manifestandi. *Augustin.* l. 20. *de Civ. Dei, c. ult. a med.* Per suæ præsentiæ manifestationem. *Sulpic. Sever.* 3. *dial.* c. 4. Tantæ manifestatione virtutis.

MANIFESTĀTOR, oris, m. *one who makes manifest,* qui manifestat. *Non.* cap. 1. n. 46. Hujus rei manifestator est Lucretius libro VI.

MANIFESTĀTUS, a, um, *manifested,* patefactus. *Augustin.* l. 4. *de doctr. Christian.* c. 12. *sub fin.* Per se ipsa, quoniam vera sunt, manifestata delectant.

MANIFESTE. V. in voce sequenti.

MANIFESTO, adverb. *manifestly, evidently, clearly, palpably, openly,* σαφῶς, aperte, clare, palam, non obscure. *Cic. Catil.* 3. c. 2. Ut tota res a vobis manifesto deprehenderetur. *Id. pro Cluent.* c. 14. *extr.* Facinus manifesto compertum. *Id. de clar. Orat.* cap. 80. Cum indicia mortis se comperisse manifesto, et manu tenere diceret. *Plin.* l. 36. c. 22. Manifesto apparet. *Id.* l. 9. c. 45. Manifesto ostendunt. *Plaut. Cas.* 2. 3. 19. Perii! manifesto miser teneor. *Id. Pœn.* 3. 5. 40. Manifesto fur es mihi. *h. e.* fur manifestus. *Id. Asin.* 5. 2. 26. Jam faxo, ipsum hominem manifesto opprimas. *shall discover him in the act. Tacit.* 1. *Hist.* c. 88. Quanto magis occultare pavorem nitebantur, manifestius pavidi. et lib. 4. c. 23. Quo discreta virtus manifestius spectaretur. *Apul. in Apolog.* Ut omnibus manifestissime pateat. *Scævola Dig.* lib. 33. tit. 2. leg. 32. *ad fin.* Manifestissime probare aliquid. [*Virgil.* 8. *Æn.* v. 16. Manifestius ipsi, quam Turno regi, aut regi apparere Latino.] ¶ In aliquo ex allatis ex *Cicer.* locis al. leg. *manifeste:* quod legitur etiam apud *Apul.* l. 6. *Metam.* bis.

MANIFESTO, as, avi, atum, a. 1. *to manifest, make evident or apparent, show clearly,* φανερόω, manifestum reddo, palam facio, prodo, ostendo, declaro. *Ovid. Metam.* 13. v. 105. Ipse nitor galeæ, claro radiantis ab auro, Insidias prodet, manifestabitque latentem. *Justin. in fi.* cap. 6. l. 24. Multa ibi visuntur munera, quæ reddentium vota gratam voluntatem manifestant. *Id.* l. 11. c. 3. Odium eos omnium populorum esse: quod vel ex eo manifestari, quod, &c.

MANIFESTUS, a, um, *manifest, clear, evident, plain, apparent, notorious,* φανερὸς, clarus, patens, apertus, palam et in promptu positus, testatus, perspicuus: quasi *manu* teneatur, ita ut negari, aut dissimulari non possit: et sæpius in malam partem sumitur. *Virg.* 3. *Æn.* v. 150. Penates visi ante oculos adstare jacentis Insomnis, multo manifesti lumine, qua se Plena per insertas fundebat Luna fenestras. *Cic.* 2. *Verr.* c. 16. Ejusmodi res, ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam, ut, &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 34. Res apertæ et manifestæ. *Id. Catil.* 3. c. 5. Scelus manifestum atque deprehensum. *Gell.* l. 11. *c. ult.* Manifestum furtum est, ut ait Massurius, quod deprehenditur dum fit. αὐτόφωρον. (V. *Ulpian. Digest.* lib. 47. tit. 1. leg. 3. et 5.) *Plaut. Men.* 4. 2. 29. Nec magis manifestum ego hominem unquam ullum teneri vidi. *more clearly convicted.* Sic *Cic. Verr.* 4. c. 73. Manifestis in rebus hominem jam teneri videbitis. et c. 78. Teneri in manifesto peccato. *Quintil.* l. 10. c. 3. Manifestus est etiam ex opere ipso labor. et lib. 12. c. 2. *a med.* Hæc si ratione manifesta non essent, exemplis tamen crederemus. *Ovid. de nuce,* v. 3. Obruere ista solet manifestos pœna nocentes. *Sallust. in Catil.* c. 42. Legatis præcipit, ut dent operam, ut conjuratos quam maxume manifestos habeant. *Trajan. ad Plin.* l. 10. ep. 98. Qui negaverit, se Christianum esse, idque re ipsa manifestum fecerit. *Plin.* l. 9. c. 49. Ægrotare singulos, manifestum facit macies. *Id.* l. 2. c. 16. Manifestum est, ab exordio matutino latitudines scandi. *Id.* l. 12. c. 25. *a med.* Manifestior fraus. *Id.* l. 37. c. 10. *a med.* Manifestissimum exemplum. *Quintil.* declam. 14. c. 1. Manifestissimum scelus. *Liv.* l. 40. c. 9. *extr.* Habere aliquid pro manifesto. ¶ Qua in re quis manifesto tenetur, ea res eleganter in genitivo ponitur. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 30. Manifestam mendacii, mala, te teneo. *clearly convicted, evidently guilty.* et *Sallust. in Jug.* c. 39. Manifestus sceleris. *et in Catil.* c. 56. *extr.* Manifesti rerum capitalium. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 29. ambitionis. et lib. 4. c. 53. Ne offensionis, aut metus manifestus foret. *to manifest no symptoms of displeasure or fear.* Sic *Ovid.* 5. *Fast.* v. 313. per quod fierem manifesta doloris. *Tacit. Ann.* l. 12. c. 51. Spirans, ac manifesta vitæ. *showing evident signs of life.* et l. 15. c. 54. Ipse mœstus et magnæ cogitationis manifestus erat. *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 2. *ante med.* Manifestus novarum virium Nilus. ¶ Cum infinito. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 57. Atrox, ac dissentire manifestus. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 16. Ipse satis manifestus est, jamdudum in contrarium accingi. *Paul. Dig.* l. 30. leg. 33. Nisi ipse testator ex scriptura manifestissimus esset, utrumque eorum solidum accipere voluisse.

[* MANIFOLĬUM, ii, n. herbæ nomen apud *Apul. de herb.* c. 36.]

MANILIĀNUS, a, um, et

MANILĬUS, a, um, adject. a Manilio nomine Romano, ut Maniliana lex, *Cic.* 1. *de Orat.* c. 58. ubi al. leg. *Manliana.* Et lex Manilia, apud *eund. in Orat.* c. 29. scil. lata a C. Manilio trib. pleb. de Cn. Pompeio ad bellum Mithridaticum deligendo: de qua ipsius *Cicer.* exstat oratio.

MANILĬUS, ii, nomen propr. R. civis. M. Manilius, astronomus, et poeta Romanus, vixit postrema Augusti ætate, scripsitque poema eruditum et jucundum *Astronomicon,* stiloque illorum temporum non indigno: quod tamen mutilum ad nos pervenit. Sunt, qui peregrinum fuisse dicunt, non Romanum: sunt etiam, qui ad Theodosii, et Arcadii Honoriique ætatem, ejus vitam transferunt: sunt denique, quibus non *Marcus,* sed *Caius,* non *Manilius,* sed *Manlius* dicitur. De quibus omnibus V. *Jos. Scalig. prolegom. in Manil.* et *Alb. Fabric. Biblioth. Lat.* l. 1. c. 18.

MANIŎLÆ, arum, f. parvæ maniæ, h. e. terriculamenta puerorum. *Festus* in *Maniæ.* V. *Mania.*

MANIOPŒOS, i, *henbane,* μανιοποιὸς, furiosum reddens: a μανία, furor, et ποιέω, facio. Hoc etiam nomen inter alia multa habet herba hyoscyamus, teste *Apul. de herb.* c. 4.

MANIŌSUS, insanus, furiosus. Quidam legunt apud *Ammian.* l. 28. c. 4. (*al.* c. 21.) sed lectio est valde incerta.

MANIPRETĬUM. V. *Manupretium.*

MANIPULĀRIS, (*et per syncop.* Maniplaris, *apud Poetas*) e, ad manipulum pertinens. *of or belonging to a maniple or company, manipular. Manipulares milites* sunt gregarii, qui ad eundem manipulum militarem pertinent. *soldiers belonging to the same maniple. Ovid.* 3. *Fast.* v. 117. suspensos portabat longa maniplos: Unde maniplaris nomina miles habet. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 47. *in fi.* L. Fabius centurio, tres suos nactus manipulares, atque ab iis sublevatus, murum ascendit. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 91. Crastinus evocatus, qui superiore anno primum pilum duxerat, sequimini me, inquit, manipulares mei qui fuistis. et *Tacit.* 1. *Ann.* c. 21. Ciere modo nomina singulorum, modo centuriam quisque, cujus manipularis erat. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 10. Me una hæc res torquet, quod non Pompeium, tanquam unus manipularis, secutus sim. *like one solitary soldier.* et *Tacit.* 1. *Ann.* c. 20. Rufus diu manipularis, dein centurio, mox præfectus. *Id.* 1. *Hist.* c. 46. Plotius Firmus, e manipularibus quondam, tunc vigilibus præpositus. ¶ *Manipulares judices,* qui e manipulis, seu e gregariis militibus electi sunt. *Cic.* 1. *Phil.* c. 8. Addo etiam judices manipularesex legione Alaudarum. Sic *manipularis imperator* dicitur a *Plin. in fin.* c. 11. l. 33. C. Marius, quia e manipulari milite ad summum imperatorium gradum evectus fuerat.

MANIPULARĬUS, a, um, adject. idem quod manipularis. *Sueton. in Calig.* cap. 9. Manipulario habitu inter milites educabatur.

MANIPULĀTIM, *in handfuls,* per manipulos. *Plin.* l. 12. c. 13. Amomi frutex carpitur cum radice, manipulatim leniter componitur. ¶ In re militari. *by maniples or companies. Liv.* l. et cap. 8. Manipulatim structa acies. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 82. Manipulatim allocuti sunt Licinius Proculus, et Plotius Firmus. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 561. Condensiores manipulatim resistere hostibus instituissent. ¶ Urbane *Plaut. Pseud.* 1. 2. 48. Manipulatim mihi munigeruli facite ante ædes hic adsint.

MANIPŬLUS, *et Poet. per syncop.* Maniplus, li, m. *a handful, armful, bottle, gripe, bundle,* δράγμα, manualis herbarum fasciculus, quem manu quis apprehendit metendo: a *manus,* quod manum impleat. *Isid.* l. 18. c. 3. *Plin.* l. 18. c. 28. Alligarique manipulos mille ducentos. *Virg.* 3. *Georg.* v. 297. filicumque maniplis Sternere humum. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 49. Manipulos de herba facere. *Colum.* l. 2. cap. 19. vincire. et lib. 11. c. 2. *ante med.* obligare. *Plin.* lib. 18. cap. 30. Culmum siccatum in manipulos convolvere. *Colum.* lib. 10. v. 315. nexos deferre maniplos. ¶ *Manipulus* in re militari, λοχὸς, σπεῖρα, erat exiguum peditum agmen, quod unum signum sequebatur. *a band of soldiers, company, maniple; the third part of a cohort.* Inde nomen habuit, quia Romulus coacta pastorum manu, eaque in centenos homines distributa, perticas manipulis fœni varie vinctas dedit, ut scribit *Aurel. Victor. de orig. pop. Rom.* c. 22. Hinc *Ovid.* 3. *Fast.* v. 117. Pertica suspensos portabat longa maniplos: Inde maniplaris nomina miles habet. ¶ Constabant itaque tunc primum manipuli centenis militibus: deinde auctus est hic numerus ad ducentos. Scribit enim *Cincius* apud *Gell.* l. 16. c. 4. in legione fuisse, centurias sexaginta, manipulos autem triginta. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 28. Adeo ut, paucis mutatis centurionibus, iidem ordines, manipulique constarent. *Id.* l. 2. *B. Gall.* c. 25. Cohortatus milites, signa inferre, et manipulos laxare jussit. et l. 6. c. 33. Continere ad signa manipulos. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 38. Præfectus, et octo centuriones, ac promptissimus quisque manipulus cecidere. *Lips.* leg. *e manipulis.* Adde *Sisenn.* apud *Non.* c. 18. n. 25. Urbane *Terent. Eun.* 4. 7. 6. Ubi centurio est Sanga, et manipulus furum? *the band of ragamuffins.* ¶ In illo *Virg. Æn.* 11. v. 870. Disjectique duces, desolatique manipli; *Servius maniplos* signiferos ipsos intelligit, a militibus fugæ deditis desertos. *the standard-bearers.* ¶ Videtur *manipulus* proprie dici de pedite: quare contra equitem ponitur in illo *Valer. Flacc.* l. 5. v. 591. Dives Aron: croceos sic illius omnis odores Jactat eques, unctis sic est coma culta maniplis. De equite tamen *Sil.* l. 4. v. 316. undique nudi Assiliunt frenis, infrenatique manipli. ¶ *Manipulum* neutr. g. habent quidam Codices *Spartiani in Adrian.* c. 10. Inter manipula vitam, &c. teste *Salmasio.*

MĀNĬUS, ii, m. Μάνιος, prænomen, quo Romanorum quidam appellati sunt, quod mane nati essent, ut Lucii dicebantur, qui prima luce nascebantur. Ita *Paul.* ex *Festo.* item *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 38. ¶ Hoc prænomine appellatus est Martius quidam, qui (ut scribit *Plin.* l. 18. c. 3.) in summa annonæ caritate populo singulos frumenti modios singulis assibus vendidit. ¶ De alio Manio hæc habet *Festus:* Manius agrum Nemorensem (*prope Ariciam*) Dianæ consecravit: a quo multi, et clari viri orti sunt, et per multos annos fuerunt. Unde proverbium: Multi Manii Ariciæ. Asinius Capito longe aliter sentit. ait enim turpes et deformes significari, quia maniæ dicuntur deformes personæ (*quibus pueri terrentur.* V. *Mania.*) et Ariciæ genus panis fieri, qui manici panes appellantur. Hæc *Festus.* Huc pertinet illud *Pers.* sat. 6. v. 55. accedo Bovillas, Clivumque ad Virbî: præsto est mihi Manius heres. Ubi *Manius* pro Aricino aliquo homine ponitur. ¶ *Manius* inscribitur una ex Satyris Menippeis *Varronis.*

MANLIĀNUS, a, um, ad Manlium pertinens, quod est nomen Romani hominis. Hinc *Manliana Imperia,* de quibus V. in *Imperiosus. Cic.* 2. *de Fin.* c. 32. Vide, ne ista sint Manliana vestra, aut majora etiam, si imperes quod facere non possim. ¶ *Manliana mala* genus malorum, a quodam insitore Manlio, ut colligitur ex *Plin.* l. 15. c. 14. ¶ *Manlianum* villa fuit Ciceronis, ut Cumanum, Tusculanum. lib. 2. *ad Q. Fr.* ep. 1. cap. 1.

MANLĬUS, a, um, ad Manlios pertinens, ut *Manlia gens,* apud *Fest.*

MANNA, æ, f. *a grain or crumb of frankincense,* μάννα, mica turis. *Plin.* l. 12. c. 14. *de ture.* Micas concussu elisas mannam vocamus. *Id.* l. 29. *c. ult. ante med.* Viperam in fictili comburere, addito fœniculi succo, et turis manna una. ¶ *Mannam croci* non uno in loco memorat *Veget. de re Veterin.* ut lib. 2. c. 39. lib. 3. c. 24. *a med.* &c. et crocum siccatum, et in usus medicinæ reconditum significat. ¶ De manna Hebræorum (neutr. indeclin.) quidam ἀερόμελι, h. e. mel aeris vocant. *manna. Tertull. de carne Chr.* cap. 6. *sub fin.* Legimus, manna esui populo fuisse.

MANNŬLUS, li, m. *a little horse, nag, pony,* diminut. a *mannus,* sed idem fere significans. *Plin.* l. 4. ep. 2. Habebat puer mannulos multos et vinctos, et solutos. *Martial.* l. 12. epigr. 21. Nusquam est mulio: mannuli tacebunt.

MANNUS, i, m. *a nag, jennet, palfrey,* equus itineri aptus, et præsertim rhedæ trahendæ. Sic enim a Latinis usurpatur. Videtur esse peregrina vox, et quidem Gallica, ut est apud *Voss. in Etymol.* nam a *manu* ejus originem ducere, quod scil. consuetudine manum familiarius sequatur, ineptum est. *Isid.* lib. 12. *Orig.* c. 1. *post med.* definit, equum breviorem, quem vulgo *brunitum,* vel *brunitium* vocant: quæ monstra sunt, et corriguntur a Criticis *burrichum,* vel *burrichium.* Nam in *Gloss.* legitur: Mannis, βουῤῥίχοις. Porro βούῤῥιχον *Salmas.* interpretatur burrum, quasi de equis rufis proprie olim dictum sit. *Lucret.*

l. 3. v. 1076. Currit agens mannos ad villam præcipitanter. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 15. Huc mea detonsis avecta est Cynthia mannis. *Horat.* l. 3. od. 27. v. 6. Rumpit et serpens iter institutum, Si per obliquum similis sagittæ Terruit mannos. *Id.* epod. 4. v. 14. Et Appiam mannis terit. *Id.* l. 1. ep. 7. v. 76. Impositus mannis. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 17. *sub fin.* rapientibus esseda mannis, Ipsa per admissas concute lora jubas. *Senec.* ep. 87. *ante med.* Ita non omnibus obesis mannis, et asturconibus, et tolutariis præferres unicum illum equum a Catone defrictum? ¶ *Mannus* apud priscos Germanos nomen dei ejus gentis fuit. V. *Tacit. de German.* c. 2.

MANO, as, avi, atum, n. 1. *to flow, trickle down, drop, distil,* ῥέω, νάω, stillo, fluo. Quidam ducunt a νᾶμα, scaturigo (per metath.) quod a νάω, fluo. Alii a μανὸς, rarus. Proprie enim, inquit *Fest.* dicitur manare, cum humor ex integro, sed non solido nimis, per minimas suas partes erumpit: quod ex Græco trahitur, quia illi non satis solidum μανὸν dicunt. Ita *Festus.* Sed universim usurpatur de humoribus utcumque fluentibus. Porro res, quæ manat, tum in recto casu ponitur, tum in ablativo, tum Græca ratione in accusativo. *Horat.* l. 3. od. 11. v. 19. saniesque manat Ore trilingui. *Id.* l. 1. ep. 17. v. 59. licet illi plurima manet Lacryma. *Virg.* 3. *Georg.* v. 310. Læta magis pressis manabunt flumina mammis. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 664. fons nigra sub ilice manat. et lib. 13. v. 887. Puniceus de mole cruor manabat. et lib. 10. v. 500. tepidæ manant ex arbore guttæ. et lib. 1. *ex Pont.* ep. 1. v. 68. mens tabida facta De nive manantis more liquescit aquæ. *Lucret.* l. 5. v. 1254. Manabat venis ferventibus in loca terræ Concava conveniens argenti rivus, et auri. et lib. 6. v. 944. Manat item nobis e toto corpore sudor. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 34. Herculis simulacrum multo sudore manavit. *Liv.* l. 1. *c. pænult.* Cultrum manantem cruore præ se tenens. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 43. fidis enim, manare poetica mella Te solum. *Plin.* l. 14. c. 20. Arbores succo manantes picem resinamque. *Id.* l. 37. c. 10. *a med.* Indica gemma in attritu sudorem purpureum manat. ¶ Dicitur et de aliis rebus utcumque fluentibus, serpentibus, et se diffundentibus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 15. Aer, qui per maria manat. *diffuses, extends, or spreads itself. Lucret.* l. 6. v. 927. Nec varii cessant sonitus manare per aures. *Plin.* l. 35. c. 6. Rubrica ægilopas manare prohibet. *Catull.* carm. 64. *ad Hortalum, in fine.* Huic manat tristi conscius ore rubor. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 19. *extr.* Multa a luna manant, et fluunt, quibus animantes alantur, augescantque. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 2. Manat dies ab oriente. *Festus:* Manare solem antiqui dicebant, cum solis orientis radii splendorem jacere cœpissent. ¶ Translate est diffundi, disseminari, dispergi, *to be diffused, spread or get abroad, be published or disseminated. Cic. Phil.* 1. c. 2. Cum serperet in urbe infinitum malum, idque manaret in dies latius. *Id. pro Planc.* c. 23. *ad fin.* Neque ego, si fontem maledicti reperietis, ut dissimulctis, unquam postulo: sed si quid sine capite manabit, &c. *h. e.* sine auctore spargetur. *Liv.* l. 2. c. 49. Manat tota urbe rumor. *Cic. Catil.* 4. cap. 6. Latius opinione disseminatum est hoc malum: manavit non solum per Italiam, verum etiam transcendit Alpes, et obscure serpens, multas jam provincias occupavit. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 25. Disserendi ratio per omnes partes sapientiæ manat et funditur. et cap. 3. Eorum nomen usque ad Pythagoræ manavit ætatem. *Liv.* l. 24. c. 18. *in fin.* Manavit ea benignitas ex urbe etiam in castra. *Cic.* 3. *Offic.* cap. 17. Fidei bonæ nomen manat latissime. ¶ Pro oriri, venire, descendere, proficisci. *Id. Phil.* 14. c. 6. Cum tristis a Mutina fama manaret. *Id.* 1. *Offic.* c. 43. Omnis honestas manat a partibus quatuor. *proceeds, springs, emanates. Id. Parad.* 3. c. 1. *extr.* Recte facta a virtutibus proficiscuntur, peccata ex vitiis manant. *arise. Id.* 3. *de Orat.* c. 62. Ab Aristippo Cyrenaica philosophia manavit. *is derived.* et lib. 2. c. 27. A capite, quod velimus, arcessere; et unde omnia manant, videre. *Nemesian. in Cyneg.* v. 127. *de canibus.* quorum proles de sanguine manat Ibero. *comes of, springs from.* et vers. 210. Est etiam canibus rabies, letale periclum, Quod seu cælesti corrupto sidere manat, &c.

MANON, i, n. μανὸν, spongiæ genus minus spissum, et mollius: a μανὸς, rarus. *Plin.* l. 9. c. 45.

MANSĬO, onis, f. *a staying, remaining, stay, continuance,* διαμονὴ, actus manendi in aliquo loco, mora. *Cic. Fam.* 4. ep. 4. *ad fin.* Is sæpe mecum de tua mansione, aut decessione communicat. *Id. Attic.* l. 8. ep. 23. *a med.* Cautior certe est mansio, honestior existimatur trajectio. et lib. 9. ep. 5. Sunt ista difficillima, discessus Arpinum, mansio Formiis. *Terent. Phorm.* 5. 8. 23. Itiones crebræ, et mansiones diutinæ Lemni. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 18. Excessus e vita, et in vita mansio. *Turpil.* apud *Non.* c. 2. n. 488. An oblita, obsecro, es ejus crebras mansiones ad amicam, et sumpti largitatem? ¶ Item locus ubi manetur, *a stand, place to stop at. Pallad.* l. 1. tit. 9. *de forma villæ.* Ut ad habitationem breviter collectas et æstati, et hiemi præbeat mansiones. *et sub fin.* Si æstivæ mansiones sunt, Orientem aspiciant. *Plin.* l. 18. c. 23. *sub fin.* Sub dio retibus inclusa pecorum mansione. ¶ Hinc sæpe *mansiones* sunt diversoria, seu loca, ubi iter facientes noctu quiescunt, *inns, lodgings,* σταθμοὶ, ἀλλαγαί. Unde itinera aliquando mansionibus distinguuntur, et *mansio* ponitur pro itinere unius diei, quod varia spatii mensura definiebatur, pro viarum aut facilitate, aut asperitate. *Sueton. in Tito, c. pæn.* Sabinos petit aliquanto tristior: deinde ad primam statim mansionem febrim nactus, &c. *Plin.* l. 12. c. 14. Pagus Sabæorum in monte excelso, a quo octo mansionibus distat regio eorum turifera. *eight days' journey.* ¶ In re militari. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 45. Itinerum dies publice proponebantur, ita ut edictum penderet ante menses duos, in quo scriptum esset: *illa die, illa hora ab urbe sum exiturus, et in prima mansione mansurus:* deinde per ordinem mansiones, deinde stativæ, &c. ¶ Sic *mansiones camelorum* sunt loca, in quibus cameli vehentes onera morantur in itinere. Hæ distinguuntur aquationibus. nam in aridis et incultis locis putei erant, ad quos cum perventum erat, cameli aquabantur, *baiting places. Plin.* l. 6. c. 23. *a med.* A Copto camelis itur, aquationum ratione mansionibus dispositis. *Id.* l. 12. c. 14. *ad fin.* Abest a Gaza 4436. millia passuum, quod dividitur in mansiones camelorum sexaginta quinque. ¶ *Mala mansio,* genus privatæ coercitionis, qua servus, aut alius quispiam, in quem habenda esset quæstio, in tabula vinctus extendebatur, tum custodiæ causa, tum pœnæ. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 15. *post med.* Quæstionis verbo etiam ea, quam malam mansionem dicunt, continebitur. *Id.* lib. 16. tit. 3. leg. 7. Si hominem apud se depositum, ut quæstio de eo haberetur, ac propterea vinctum, vel ad malam mansionem extensum, sequester solverit. [¶ *Mansiones pomparum* erant temporaria tabernacula, sive ædiculæ propter urbis vias excitatæ fortasse etiam cum stibadio, ubi sacris alicujus numinis operantes subsistebant, et pausabant, vel ut hymnos commodius canerent, et adoranda simulacra spectanti populo exhiberent, vel ut fessis ab onere sacerdotibus recentes succederent. V. *Pausa.* Id apparet ex quadam *Inscript.* apud *Fabrett.* pag. 488. n. 172. quam vide in V. *Pausarius* in *Appendice.*

* MANSIONARĬUS, a, um, ad mansionem pertinens. *Fulgent. Mythol.* l. 3. c. 6. Ignoto atque mansionario utebatur conjugio (Psyche.) *h. e.* hospitali, non continuo, noctu enim tantum Cupido cum Psyche manebat ignotus.]

MANSĬTO, as, n. 1. *to stay often or usually,* frequentativum a *maneo,* manto, conversor, habito, dego. *Plin.* l. 10. c. 3. Pygargus in oppidis mansitat, et in campis, albicante cauda. *Tacit.* 14. *Ann.* cap. 42. Cum vetere ex more familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitaverat, ad supplicium agi oporteret. et lib. 13. c. 44. Haud ambiguus percussor, quippe mansitasse una convincebatur. *of having been seen more than once together.* Adde locum in *Suppositis Amphitr. Plautini,* si qua illis in Latinitate auctoritas est, *scena, quæ incipit,* Dii vostram fidem, vers. 3. mutatos Atticos in Arcadia homines, Et sævas belluas mansitasse, nec unquam denuo parentibus cognitos. *h. e.* belluas remansisse. Simile quid narrat *Plin.* l. 8. c. 22. de homine in lupum verso. Perperam autem quidam putarunt, hoc loco esse frequentativum a *mando, is.*

MANSOR, oris, m. incola, habitator, hospes, qui alicubi manet. *Sedul.* l. 4. v. 249. Et faciat tenues tanto mansore capaces. Adde *Auctor.* serm. 171. *de Temp. olim creditum Augustin.*

MANSTŪTOR, oris, m. qui manu tenet, et tuetur, ut *manceps* qui manu capit. Tribuitur *Plauto,* et quidem de muliere dictum, *Trucul.* 4. 4. 6. ubi al. aliter leg.

MANSUCĬUM, edacem, a mandendo scilicet. *Festus.*

MANSUEFACĬO, is, eci, actum, a. 3. *to make tame or gentle, soften, mitigate,* πραΰνω, τιθασσεύω, mansuetum facio, mitigo, placo. *Quintil.* l. 9. c. 4. *sub init.* Mansuefacimus animalia? indomita nascuntur. ¶ Transfertur ad homines. *Liv. in fi.* cap. 14. l. 3. Paulatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem. *had pacified. Apul. de Mundo.* Leges ad mansuefaciendos homines sunt inventæ.

MANSUEFACTUS, a, um, *softened, made tame or gentle, tamed,* ἡμερωθεὶς, cicuratus, domitus, mitigatus. *Colum.* l. 7. c. 2. *a med.* Arietes feros mansuefactos tectis ovibus admisit. *Plin.* l. 8. c. 17. *extr.* Augustus tigrim primus omnium Romæ ostendit in cavea mansuefactum. *Id.* l. 10. c. 23. Grues mansuefactæ lasciviunt. *tame, domesticated.* ¶ Transfertur ad homines. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 25. *a med.* A quibus mansuefacti et exculti, a necessariis artificiis ad elegantiora defluximus. *Justin.* l. 43. c. 5. Deposita et mansuefacta barbaria, usum vitæ cultioris didicerunt. ¶ Metaphoricum est et illud *Plin.* l. 34. c. 9. Æs attritu domitum, et consuetudine nitoris veluti mansuefactum.

MANSUEFĪO, is, n. *to grow tame, tractable, or gentle, become soft,* πραΰνομαι, ἡμερόομαι, mansuetus fio, cicuror, domor. *Cæsar* l. 6. *B. Gall.* c. 27. Uri assuescere ad homines, et mansuefieri, ne parvuli quidem excepti, possunt. ¶ Transfertur ad homines. *Sueton. in Calig.* c. 11. Si per has mansuefieri posset ferum ejus ingenium.

MANSŬES, uis, *tame,* mansuetus apud vet. *Acc.* apud *Non.* c. 8. num. 5. Si me matrem mansues misericordia capsit. *Varr. ibid.* Quadrupedem adeo ferunt mansuem, ut tractarent manibus. Adde *Caton.* apud *Festum.* Sic *Apul.* l. 11. *Metam.* Vidi et ursam mansuem, quæ cultu matronali, sella vehebatur. *Id.* lib. 7. Multos ego scio ferocissimos equos, adhibita tali detestatione, mansuetos, ac mansues exinde factos. Est qui legit *ac mites,* illepidæ geminationis vitandæ causa. ¶ In obliquis est etiam *etis, ete, etem,* &c. *Plaut. Asin.* 1. 2. 19. Reddam ego te ex fera fame mansuetum. Al. leg. *mansuetam.*

MANSUESCO, is, evi, n. 3. *to grow tame or gentle, become tractable,* τιθασσεύομαι, mansuetus fieri incipio, mitesco. *Colum.* l. 6. c. 2. *circa med.* Buculi per hæc blandimenta triduo fere mansuescunt. *Lucan.* l. 4. v. 237. Sic ubi desuetæ silvis, in carcere clauso Mansuevere feræ, et vultus posuere minaces, &c. ¶ Transfertur ad homines. *Virg.* 4. *Georg.* v. 469. manesque adiit, regemque tremendum, Nesciaque humanis precibus mansuescere corda. *unknowing to be moved. Lucan.* lib. 1. vers. 331. nullus semel ore receptus Pollutas patitur sanguis mansuescere fauces. *Stat. Theb.* 6. v. 315. multum mediis mansueverat annis. ¶ Item ad alia. *Lucret.* l. 2. v. 473. Humor dulcet, ubi per terras crebrius idem Percolatur, ut in foveam fluat, ac mansuescat. *is sweetened.* et lib. 5. v. 1367. fructusque feros mansuescere terra Cernebant; indulgendo, blandeque colendo. *to grow mild or mellow. Virg.* 2. *Georg.* v. 239. Salsa autem tellus, ea nec mansuescit arando, &c. *Petron. in Satyr.* c. 122. non solis adusti Mansuescunt radii, non verni temporis aura. *do not grow mild.* ¶ Junctum aliis verbis activis, activam et ipsum vim habet in illo *Varron.* l. 2. *R. R.* c. 1. Sic ex animalibus, cum propter eandem utilitatem, quæ possent, silvestria deprehenderent, ac concluderent, et mansuescerent. ¶ In illo *Statii* 6. *Theb.* v. 723. victori tigrin inanem Ire jubet, fulvo quæ circumfusa nitebat Margine, et extremos auro mansueverat ungues: [† Optime *Grayius* nostras: *And calm'd the terrours of his claws in gold.*] *extremos ungues* accusativus est Græcus, partem significans: et est sensus: pellis illa tigridis ungues habens extremos auro præfixos, quodammodo illa parte mansueverat.

MANSUETARĬUS, ii, m. *a tamer or breaker in of wild beasts,* τιθασσευτὴς, qui feras cicurat, et mansuetas reddit. *Lamprid. in Heliogab.* c. 21. Habuit et leones, et leopardos exarmatos in deliciis: quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam et tertiam mensam jubebat accumbere, ignorantibus cunctis, &c. Adde *Firmic.* l. 8. c. 17.

MANSUĒTE, *gently, mildly,* πράως, placide, leniter. *Cic. pro Marcell.* c. 3. Cum aliquid clementer, mansuete, juste, moderate factum legitur. *Liv.* l. 3. c. 29. Animus mansuete obediens imperio. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 52. Ferre mansuete fortunam. *Senec.* 3. *de Ira,* c. 27. *ad fin.* Mansuete immansueta tractanda sunt. *Apul.* l. 9. *Metam.* Civilius, atque mansuetius versari.

MANSUETŪDO, inis, f. *gentleness, mildness, tameness, tractableness, lenity, clemency, mansuetude,* πραότης, lenitas animi, qua iræ moderatur. *Cic. Verr.* 7. c. 44. Illam clementiam, mansuetudinemque nostri imperii in crudelitatem inhumanitatemque esse conversam. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 8. *extr.* Tuo toto imperio nihil acerbum esse, nihil crudele: atque omnia plena clementiæ, mansuetudinis, humanitatis. *Id. pro Marcell.* c. 1. Tantam enim mansuetudinem, tam inusitatam inauditamque clementiam, tantum in summa potestate rerum omnium modum tacitus præterire non possum. *Id.* 2. *de Orat.* c. 43. Facilitatis, liberalitatis, mansuetudinis, pietatis signa proferre. et cap. 49. Tunc admiscere huic generi orationis vehementi atque atroci genus illud alterum lenitatis et mansuetudinis cœpit. *Id.* 2. *Offic.* c. 9. Mansuetudo morum, et facilitas. *softness.* et cap. 4. *sub fin.* Mansuetudo animorum. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 14. Uti clementia ac mansuetudine in aliquem. *Sallust. in Catil.* c. 35. Ea misericordia atque mansuetudine populum R. semper fuisse, ut nemo unquam ab eo frustra auxilium petiverit. et cap. 57. Cæsar mansuetudine et misericordia clarus factus. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 72. Tanta illi comitas in socios, mansuetudo in hostes. ¶ Cadente Latinitate, adulatione crescente, *mansuetudo tua* compellatio Principis esse cœpit. *Eutrop. in præfat. ad Valentem Impp.* Res Romanas ex voluntate mansuetudinis tuæ brevi narratione collegi. ¶ Proprie dicitur de feris, quæ domitæ parere homini didicere. *Justin. c. ult.* l. 15. Elephantus ferus infinitæ magnitudinis ultro se obtulit, et veluti domita mansuetudine, cum tergo excepit.

MANSUĒTUS, a, um, *tame, gentle, mild, domestic, tractable,* ἥμερος, πρᾶος, lenis, facilis, mitis: et proprie dicitur de feris, quæ cicures, et placidæ sunt, et inter homines versantur, eorumque parent imperio. *Festus:* Mansuetum, ad manum venire suetum. alii aiunt, mansuetum dictum neque ex misericordia mœstum, neque ex crudelitate sævum, sed modestia temperatum. *Non.* c. 1. n. 294. Mansuetum dictum quasi manu assuetum: quod omnia, quæ sunt natura fera, manuum permulsione mitescant. Unde *Virg. Georg.* l. 3. (v. 186.) plausæ sonitum cervicis amare. et *Æn.* l. 7. (v. 490. *de cervo*) Ille manum patiens: quoniam supra dixerat (v. 489.) pectebatque ferum. Hæc *Nonius. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 20. Juvenci diebus paucis erunt mansueti, et ad domandum proni. *Liv.*

l. 35. c. 49. Condimentis ait varietatem illam et speciem ferinæ carnis ex mansueto sue factam. *Plin.* l. 11. c. 5. Cum sint apes neque mansueti generis, neque feri, tamen, &c. *Grat. in Cyneg.* v. 164. Mansueta stabula. *h. e.* mansuetarum pecudum. ¶ Translate refertur ad homines, qui iram cohibent, ac se lenes præbent, placidos, et mites. *Cic.* 3. *Phil.* c. 9. Illud quæro, cur tam subito mansuetus in Senatu fuerit, cum in edictis tam fuisset ferus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 49. *in fin.* Ut et acerrimus in Cæpionis invidia renovanda, et in meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissimus viderer. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *post med.* Refero me ad mansuetiores musas. *Valer. Max.* l. 2. c. 7. v. 11. Mansuetissimum ingenium. *Asellio* apud *Priscian.* l. 5. pag. 668. *Putsch.* Ut in victoria mitior mansuetiorque fiat. *Propert.* l. 1. el. 9. v. 12. Carmina mansuetus lenia quærit Amor. *Id.* l. 3. el. 14. v. 10. In me mansuetas non habet illa manus. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 6. v. 23. Numinis ut læsi fiat mansuetior ira. ¶ Item ad alia. *Liv.* l. 3. c. 16. Tantum superantibus aliis, ac emergentibus malis, nemo tribunos, aut plebem timebat. Mansuetum id malum, tum esse peregrino terrore sopitum videbatur. *Propert.* l. 1. el. 17. *fin.* Mansuetis socio parcite litoribus. *h. e.* tutis a tempestate, et naufragio.

MANSŪRUS. V. in *Maneo.*

MANSUS, a, um, *chewed, masticated,* μασσηθεὶς, dentibus contusus, et confectus, manducatus. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 39. Qui omnes tenuissimas particulas, omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris, in os inserant. *chewed meat. Quintil.* l. 10. c. 1. *ante med.* Cibos mansos, ac prope liquefactos demittimus, quo facilius digerantur. Adde *Varron.* et *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 551. ¶ *Mansum* a *Maneo* V. in eo Verbo.

MANTEIUM, *et* Mantēum, i, n. *an oracle, place where oracular responses are delivered,* μαντεῖον, vox Græca, qua significatur locus, in quo oracula, et responsa numinis alicujus reddebantur: a μάντις, vates. Legitur apud *Plin.* l. 5. c. 29. *a med.* bis.

MANTĒLE, is, *et* Mantelium, ii, n. *a towel, napkin, cloth to wipe the hands with; a table cloth,* linteolum, quo manus in mensa terguntur, χειρόμακτρον: hunc enim ejus usum esse affirmant *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 8. *extr. Festus* in *Manticularia, Servius,* et *Philargyrius ad Virg.* 4. *Georg.* v. 377. et ad l. 1. *Æn.* v. 706. Hinc *Plin.* l. 7. c. 2. Anthropophagos ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantelibus ante pectora uti. ¶ Dictum est a *manu,* vel simpliciter, vel quasi *manuterium,* ut *Varroni* placet *loc. cit.* vel a *manus,* et *tela.* Alii alia comminiscuntur. *Virg. loc. cit.* Cereremque canistris Expediunt, tonsisque ferunt mantelia villis. ¶ Differt a mappa, ut patet ex illo *Lucilii* apud *Serv.* et *Philargyr. loc. cit.* mappas, mantela, merumque (ubi *mantela* dixit pro *mantelia,* a recto *mantelum*) et *Martial.* l. 12. epigr. 29. Attulerat mappam nemo, dum furta timentur: Mantele e mensa surripit Hermogenes. ¶ Unde patet discrimen. nam *mantelia* præbebat, qui et cœnam: *mappas* secum quisque afferebat. *Mappa* manus tergebant: *mantele* mensam etiam tegebant: unde apud Italos *mantile.* Hinc *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 26. Mantelia nunc pro operiendis mensis sunt: quæ, ut nomen ipsum indicat, olim tergendis manibus præbebantur. Præterea *mantele* fere erat villosum, *mappa* non item. *Id.* l. 14. epigr. 138. cujus lemma, *Gausapa villosa, vel mantele.* Nobilius villosa tegant tibi lintea citrum, &c. ¶ Usi sunt *mantelibus* etiam in sacris. Rem enim divinam facturus, mantele gestabat tergendis manibus post sacrificium. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 933. a dextra villis mantele solutis, Cumque meri patera turis acerra fuit. ¶ De luxu mantelium apud ditissimos. *Lamprid. in Heliogab.* c. 27. Nonnunquam tot picta mantelia in mensam mittebat, his edulibus picta, quæ apponerentur. *et in Alexandr. Sever.* c. 37. Convivium nitoris summi fuit: ita tamen, ut pura mantelia mitterentur, sæpius cocco clavata, aurata vero nunquam: cum hæc Heliogabalus jam recepisset, et ante Hadrianus habaisset. *Trebell. Poll. in Gallienis,* c. 16. Poma ex arboribus recentia semper alienis mensibus præbuit: mantelibus aureis semper stravit. *Valerian. Aug. in quadam epist.* apud *Vopisc. in Aureliano,* c. 12. Mantelia Cypria, paria duo. ¶ *Mantelium* in recto casu habetur apud *Varron. loc. cit.* et *manteliorum* in patrio plur. apud *Fest.* in *Manticula.* ¶ Scribitur et *mantile, mantilium.*

MANTĒLUM, li, n. idem quod mantele. V. in voce præced. Apud Græcos χειρόμακτρον (quod Latine est mantelum) exponitur etiam genus vestimenti: et μανδύλιον (ex Latina voce Græca facta) a quibusdam dicitur. Unde translate est quodlibet tegmen ad occultandum dolum. *a cover, pretext, subterfuge, excuse. Plaut. Capt.* 3. 3. 5. Nec mendaciis subdolis mihi usquam mantelum est meis: nec sycophantiis, nec fucis ullum mantelum obviam est. ¶ Scribitur et *mantellum:* unde et apud Italos *mantello.*

MANTĒUM. V. *Manteium.*

MANTĪCA, æ, f. *a wallet, cloak-bag, portmanteau,* πήρα, pera, sacculus: a *manus,* quia est ad manum, ut promi facile possint, quæ in ea reconduntur. Unde est *manticula,* in qua pauperes pecuniam recondebant, ut *Fest.* docet. *Manticam* vel gestabant ipsi, vel equo imponebant iter facientes. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 104. nunc mihi curto ire licet mulo, vel, si libet, usque Tarentum, Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos. *Apul.* l. 1. *Metam.* Manticam meam humero exuo: caseum cum pane propere ei porrigo. *Pers.* sat. 4. v. 23. Ut nemo in se se tentat descendere! nemo: Sed præcedenti spectatur mantica tergo. V. *Phædr.* l. 4. fab. 9. unde huic loco lux: cui simile est illud *Catulli* carm. 22. *ad Var. in fin.* Sed non videmus, manticæ quid in tergo est.

MANTICHŌRA, æ, f. μαντιχώρα, bellua Indica, triplici dentium ordine pectinatim coeuntium, facie et auriculis hominis, oculis glaucis, colore sanguineo, corpore leonis, cauda scorpionis modo spicula infigens; vocis, ut si misceatur fistulæ et tubæ concentus; velocitatis magnæ; humani corporis vel præcipue appetens. Hæc ex *Ctesia Plinius* l. 8. c. 21. [¶ Scribitur etiam *manticora* pænultima brevi apud *Calpurn.* ecl. 7. v. 59. Hic niveos lepores, et non sine cornibus apros, Manticoram, silvis etiam quibus editur, alcem Vidimus.]

MANTICŬLA, æ, f. *a small bag or pouch; a purse,* πηρίδιον, parva mantica, perula. *Festus:* Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro sæculo fuit.

MANTICULARĬA, orum, n. dicuntur ea, quæ frequenter in usus habentur, et quasi manu tractantur. *Festus.*

MANTICULARĬUS, ii, m. *a cutpurse, pickpurse, pickpocket,* βαλαντιοτόμος, crumeniseca, qui manticulas clam scrutatur, ut pecuniam auferat. *Tertull. in Apolog.* c. 44. Quis illic sicarius? quis manticularius? quis sacrilegus, aut lavantium prædo?

MANTICULĀTOR, oris, m. manticularius. Legitur a quibusdam in fragmento *Pacuvii* apud *Fest.* in *Manticula.*

MANTICULĀTUS, a, um, fraude compositus, dolose factus. *Pacuv.* apud *Fest.* in *Manticula.* Machinam ordinis novam, manticulatam astu, &c. Al. aliter leg.

MANTICŬLOR, aris, dep. 1. *to pick a purse,* furandi causa manticulas attrectare. *Festus.* Hinc *Apul. in Apolog.* Ut olim Ulyssis socii thesaurum reperisse arbitrati sunt, cum utrem ventosissimum manticularentur. ¶ Translate est clam, et dolose agere. *to do a thing slyly, cheat, bilk, chouse,* ut *Id. Fest.* docet. *Pacuv. ibid.* Ad manticulandum astu aggreditur.

MANTĪLE. V. *Mantele.*

MANTILIARĬUS. V. *Manulearius.*

MANTINĒA, æ, f. nunc *Mandi, Mundi,* [† aliis *Mantegna.*] Μαντίνεια, urbs Peloponnesi, in Arcadia, Megalopoli proxima. Apud hanc urbem inter Lacedæmonios et Thebanos pugnatum acerrime fuit, in quo prœlio Epaminondas Thebanorum dux victoria jam propemodum potitus cecidit. *Plin.* l. 4. c. 6. et *Nep. in Epamin.*

MANTĪSA, *vel* Mantissa, æ, f. *addition,* additamentum dicitur lingua Tusca, quod ponderi adjicitur, sed deterius, et quod sine ullo usu est. Ita *Festus.* Vult tamen *Jos. Scalig.* vocem esse origine Latinam, pro *mantesa,* et dici, quasi *manu tensam,* pro eo, quod manu porrigitur præter id, quod ad pondus exigitur: ut sit *mantisa caro, mantisa merx.* porrigi enim manu, non dari pondere. Ego a *Festo* starem. *Mantisa obsonia vincit* proverbium est *Lucilii* apud *eund. Fest.* quo significatur majus esse, quod inutile est, quam quod bonum et utile. *the makeweight is more than the commodity:* μεῖζον τοῦ ἔργου τὸ πάρεργον. ¶ *Mantissa* legitur in quibusdam veterib. editionib. teste *Scalig.* magisque illi placet.

MANTISCĬNOR, aris, atus sum, *to prophesy, divine,* vaticinor, divino: a μάντις, vates. *Plaut. Capt.* 4. 2. 115. Nisi mantiscinatus probe ero, fusti pectito. Al. leg. *manticulatus.*

MANTO, as, n. 1. *to stay often or usually,* frequentativum a *maneo,* mansito. *Cæcil.* apud *Non.* c. 10. n. 9. In voltu eodem, in eadem mantat malitia. Adde apud *Fest.* ¶ Pro exspectare, morari. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 52. Herus nos apud ædem Veneris mantat. *expects us.* et *Pseud.* 1. 3. 49. At dabit, parabit aliquid hos dies: manta modo. *Id. Mostell.* 1. 2. 34. Si quid nummo sarciri potest, usque mantant, neque id faciunt, donicum parietes ruunt. *h. e.* cessant, differunt.

MANTO, us, f. contract. Μαντὼ, mulier fatidica, Tiresiæ Thebanorum vatis filia, quæ cum post patris obitum Creontis et Thesei tyrannidem fugeret, primum in Asiam venit, ubi Apollinis Clarii templum condidit, deinde etiam in Italiam, ubi ex Tiberi fluvio, ut Poetæ fabulantur, vel ex Tiberino rege Ocnum peperit, qui postea urbem condidit, quam a nomine matris Mantuam appellavit. *Virg.* 10. *Æn.* v. 198. patriis agmen ciet Ocnus ab oris, Fatidicæ Mantus et Tusci filius amnis. V. ibi *Serv. Ovid.* 6. *Metam.* v. 157. sata Tiresia, venturi præscia Manto.

MANTŬA, æ, f. nunc *Mantova, Mantoa,* urbs Galliæ Transpadanæ, ad Mincium fluvium, olim Tuscorum caput. Nam Tusci etiam cis Apenninum ditionem suam protulere. *Virg.* 10. *Æn.* v. 201. Mantua dives avis: sed non genus omnibus unum. Gens illi triplex, populi sub gente quaterni. Ipsa caput populis: Tusco de sanguine vires. V. ad hæc *Servium.* Porro *Virgilius* merito eam laudat: patria enim ejus fuit: ob id jure passim celebris. *Ovid.* 3. *Amor. el. ult.* v. 7. Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo. *Sil.* l. 8. v. 595. Mantua Musarum domus, atque ad sidera cantu Evecta Aonio, et Smyrnæis æmula plectris.

MANTUĀNUS, a, um, *of Mantua, Mantuan,* ad Mantuam pertinens, et sæpe ad *Virgilium* refertur. *Stat.* l. 4. silv. 7. v. 26. nostra Thebais multa cruciata lima, Tentat audaci fide Mantuanæ Gaudia famæ. *Solin.* c. 46. (*al.* 59.) Mantuana carmina. *Min. Felix in Octav.* c. 19. Mantuanus Maro. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* cap. 16. *sub fin.* Homerus Mantuanus. *h. e.* Virgilius. et lib. 5. c. 1. Facundia Mantuani multiplex et multiformis est.

[* MANTUĒLIS, e, *h. e.* similis manti, vel mantelli. *Trebell. Poll. in Claud.* c. 17. Chlamydem Dardanicam mantuelem unam.

* MANTUM Hispani vocant, quod manus tegat tantum. Est enim breve amictum. Hæc *Isidor.* 19. *Orig.* c. 24.]

MANTURNA, æ, dea conjugii, quæ invocatur, ut conjuges inter se maneant. *Augustin.* l. 6. *de Civit. Dei,* c. 9.

MANUĀLIS, le, *of or belonging to the hand, manual, filling the hand,* γυαλὸς, ad manum pertinens. *Plin.* l. 18. c. 30. Panicum, et milium pectine manuali legunt Galliæ. *h. e.* quod una manu adhibetur. *Id.* l. 19. c. 1. Linum in fasciculos manuales colligatum. *h. e.* qui manu capi possunt. *Id.* l. 24. c. 15. Chamædrys incipientibus hydropicis efficax, manualibus scopis ejus in tribus heminis aquæ decoctæ, &c. *handfuls.* ¶ *Manualia saxa,* quæ manu teneri, aut jaci possunt. *Sisenn.* apud *Non.* c. 6. num. 5. Manuales lapides. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 51. Manualia saxa jacere. *Calpurn. Ecl.* 3. v. 85. Qui sibi tum felix, tum fortunatus habetur Vilia cum subigit manualibus hordea saxis. *h. e.* molis trusatilibus. ¶ *Aqua manualis* apud *Tertull. in Apolog.* c. 39. *a med.* est, qua lavantur ante cœnam manus. Est tamen, qui aliter legat. ¶ *Manuale* absolute in lemmate epigr. 84. apud *Martial.* l. 14. est veluti vagina lignea, in quam liber circumferendus includebatur, ne chartæ attritu tererentur. *a wooden case to hold a book.* Epigramma est: Ne toga barbatos faciat, vel pænula libros, Hæc abies chartis tempora longa dabit. [† V. *Enchiridion.*]

MANUARĬUS, a, um, manualis. *Gell.* l. 18. c. 13. Hoc ære collecto, quasi manuario, cœnula curabatur omnibus, qui eum lusum luseramus. *h. e.* quasi ex pluribus manibus collecto. Respicit autem ad vices ludendi, seu jactus, qui ab *Augusto* apud *Sueton.* cap. 71. *manus* dicuntur. Si, inquit, quas manus remisi cuique, exegissem, vicissem vel quinquaginta millia. ¶ *Manuarium vas* apud *Charis.* l. 1. pag. 95. *Putsch.* est vas manuale. *a vessel with a handle.* ¶ *Manuaria mola,* quæ manu versatur: *a hand-mill:* sicut *asinaria,* quæ jumento. *Jabolen. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 27. ¶ *Manuarius, ii,* apud *Laberium* est fur. Manuari, inquit, pudorem perdidisti. Improbat hoc *Gell.* lib. 16. cap. 7.

MANUĀTUS, a, um. Quidam leg. apud *Plin.* l. 19. c. 2. Vulsum spartum fascibus in acervo manuatum. *h. e.* manuales in fasciculos colligatum. *Al. leg.* animatum. De eo, qui manus habet, usurpatur a *Martian. Capell.* lib. 4. pag. 113. ut *dentatus,* qui dentes. ¶ *Manuatus est* pro *furatus est,* dixit *Laber.* in *Mimis,* sed prælicenter, ut ait *Gell.* l. 16. c. 7. Adde *Non.* c. 2. n. 555.

MANUBALLISTA, æ, f. *a hand-balista,* ballista minor, quæ manu tractatur. *Veget. de re milit.* lib. 2. cap. 15. Adde lib. 4. c. 22. ubi hujusmodi machinas, quas suo tempore *manuballistas* appellari ait, antea docet scorpiones dictos fuisse.

MANUBALLISTARĬUS, ii, m. qui manuballistas tractat. *Veget. de re milit.* l. 3. c. 14. et lib. 4. c. 21.

MANUBĬÆ, arum, f. *money arising from the sale of spoils taken in war,* pecunia redacta ex venditione prædæ devictis hostibus captæ: a *manus,* et *vis,* quasi *manuviæ. Gell.* l. 13. c. 24. *in fin.* Qui proprie atque signate locuti sunt, manubias pecuniam dixerunt. *scil.* quæ ex præda vendita, redacta est, ut ibidem pluribus docet, et *Non.* c. 5. n. 39. confirmat. *Cic.* 5. *Verr.* c. 80. Qua ex præda, aut manubiis hæc abs te donatio constituta est? *In lege Rulli* apud *eund. Agrar.* 1. c. 4. et *Agrar.* 2. c. 22. Quod ad quemque pervenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. *Cic. in fragm.* apud *Gell. loc. cit.* Prædam, manubias, sectionem decemviri vendent. *Id. Agrar.* 2. c. 23. Si est æquum, prædas ac manubias suas imperatores, non in urbis ornamenta conferre, sed ad decemviros deportare. *Id. Verr.* 3. c. 59. Dubitamus, quid iste in hostium præda molitus sit, qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit? *h. e.* tantam pecuniam ex æde Castoris, quam, subactis Dalmatis, L. Metellus de manubiis exstruxerat, ut *Ascon.* explicat. *Plin.* l. 7. c. 26. Delubrum Minervæ ex manubiis dicavit. *Liv.* l. 10. c. 46. De reliquo ære ædem Fortis Fortunæ de manubiis faciendam locavit. ¶ Si vim vocis spectemus *manubiæ* ipsam prædam significant, et spolia hostium, *spoils taken in war, plunder, booty, pillage,* τὰ λάφυρα, ἀκροθίνια. *Ascon. loc. cit.* Manubiæ sunt præda Imperatoris, pro portione de hostibus capta. et in cap. 6. *extr.* Spolia quæsita de vivo hoste nobili per deditionem, manubias Veteres dicebant: et erat imperatorum hæc præda, ex qua, quod vellent, face-

rent. ¶ Universim de quacumque præda, et spoliis. *Petron. in Satyr.* c. 79. *extr.* Postquam optima fide partiti manubias sumus. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 537. Manubias sappetat pro me. *Flor.* l. 2. c. 18. Cum hoc quoque fœdius maluere, contenti armorum manubiis, cum ad internecionem sævire potuissent. ¶ Translate de signis, tabulis, pecuniis, quæ a magistratibus ex provinciis expilatis, aut aliunde colliguntur. *Sueton. in Vespas.* c. 16. Sunt, qui opinentur, ad manubias et rapinas necessitate compulsum, summa ærarii fiscique inopia. *Id. in Calig.* c. 41. Ne quod non manubiarum genus experiretur, lupanar in palatio constituit. ¶ Adjective *manubiam machæram* dixisse videtur *Plaut.* quæ hosti in pugna detracta sit, *Trucul.* a. 5. v. 35. Nisi si te mea manubia machæra, et hunc vis emori. Alii ad sequentem significationem trahunt, ut sit quasi fulminatrix. Alii aliter leg. ¶ Dicuntur *manubiæ* (in Etruscorum libris, teste *Serv.* ad 1. *Æn.* v. 46.) etiam de fulminibus, quia manu, et vi Jovis jaciuntur [illegible]. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 41. Fulmina dicunt a Jove mitti, et tres illi manubias dant. Prima, ut aiunt, monet, et placata est, et ipsius consilio Jovis mittitur. Secundam mittit quidem Juppiter, sed ex consilii sententia. duodecim enim deos advocat. Hoc fulmen boni aliquid aliquando facit: sed tunc quoque non aliter, quam ut noceat. ne prodest quidem impune. Tertiam manubiam idem Juppiter mittit: sed adhibitis in consilium diis, quos superiores, et involutos vocant. Quæ vastat, et includit, et mutat statum privatum utique, et publicum, quem invenit. ignis enim nihil esse, quod sit, patitur. Hæc *Senec.* quibus similia habet *Festus*, qui horum meminit etiam in *Peremptalia*. [*Ammian. Marcellin.* l. 17. c. 7. Numine summo fatales contorquente manubias.]

MANUBIĀLIS, le, *of or belonging to the spoils of war, manubial*, ad manubias pertinens. *Sueton. in Aug.* cap. 30. Vias ex manubiali pecunia sternere.

MANUBIARĬUS, a, um, manubialis. *Plaut. Trucul.* 4. 4. 27. Saltem amicus mihi esto manubiarius. *h. e.* per quem manubias ego, seu prædam et lucrum ex aliis faciam.

MANUBĬUS, a, um. *Machæra manubia* apud *Plaut.* V. in *Manubiæ.*

MANUBRIĀTUS, a, um, adject. *having a handle*, manubrium habens, ut Manubriatæ serrulæ, *Pallad.* l. 1. *tit. ult.* Manubriati cultri, *Ammian.* l. 25. c. 1. (*al.* c. 4.)

MANUBRĬŎLUM, li, n. *a small handle or haft*, parvum manubrium. *Cels.* l. 7. c. 6. *ad fin.* Manubriolo scalpelli diducere.

MANUBRĬUM, ii, n. *a handle, haft, hilt*, λαβὴ, gladii, vasis, securis, aut alterius cujusque rei pars ea, quæ manu tenetur. *Cic.* 6. *Verr.* c. 27. *a med.* Vas vinarium ex una gemma prægrandi, trulla excavata, manubrio aureo. *Juvenal.* sat. 11. v. 133. quin ipsa manubria cultellorum Ossea. *Colum.* l. 11. c. 2. *ad fin.* Per lucubrationem ferramenta acuere, et ad ea facere, vel facta manubria aptare: quorum optima sunt ilignea, deinde carpinea, post hæc fraxinea. *Id.* l. 5. c. 10. Manubrium bidentis. *Vitruv.* l. 10. c. 13. Manubria epistomiorum. ¶ Eximere alicui e manu manubrium, apud *Plaut. Aulul.* 3. 4. 12. est alicui occasionem quippiam agendi præripere: *to take away from him the opportunity, deprive him of the power.*

MANUCĬŎLUM, *vel* Maniciolum, li, n. *a small bundle*, manipulus, fasciculus. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 63. *Burm.* Manuciolum de stramentis factum.

MANŬCLA, et

MANŬCŬLA. V. *Manulea.*

MANUCULĀTUS. V. *Manuleatus.*

MANUFACTUS, *et rectius divisim* Manu factus, a, um, *made or worked by the hand, laboured, wrought, artificial, manufactured*, arte et manu factus, χειροποίητος. *Cic.* 3. *de Fin. c. ult.* Quid enim aut in natura, aut in operibus manu factis tam compositum inveniri potest? *Id.* 2. *Offic.* c. 4. Portus manu facti. *Vitruv.* l. 9. c. 3. Is, ad tempus, opus manufactum subtiliter, regi approbavit. *Cels.* l. 3. *cap. ult.* Naturales, vel etiam manufactæ natationes. *Ovid. in Ibin*, v. 147. Sive ego, quod nolim, longis consumptus ab annis, Sive manu facta morte solutus ero. *h. e.* externa vi illata. *Quintil.* l. 5. c. 14. *ad fin.* Ut ea nasci, et ipsa provenire natura, non manu facta, et arte suscepta magistrum fateri ubique videantur. V. *manu facio* in *Manus.*

MANULĔA, *vel* Manucula, *vel* Manucla, æ, manubrium alicujus rei. *Vitruv.* l. 10. c. 15. hoc nomine vocat partem in Catapulta, quæ nervum attractum continet.

MANULEARĬUS, ii, m. *a maker of garments with sleeves*, qui vestimenta manicata conficiebant. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 37. Aut manulearii, aut murrobathrarii. Al. leg. *mantiliarii*. h. e. qui mantilia efficiunt. Adde *veterem Inscription.* apud *Reines.* class. 11. n. 83. et *Donium*, class. 8. n. 78.

MANULEĀTUS, a, um, *with long sleeves*, manicatus. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 48. Manuleatam tunicam hominem habere decet. V. *Chiridota.* ¶ Manuleatum hominem dicimus, indutum tunicis manicatis. *wearing long sleeves. Sueton. in Calig.* c. 52. Manuleatus, et armillatus in publicum processit. *Senec.* ep. 33. Apud me Epicurus est et fortis, licet manuleatus sit. V. *Manicatus.* ¶ Quidam in allato *Plauti* loco legunt *manuculatus, maniculatus*, et *manuclatus.*

MANULĔUS, i, m. *a little sleeve, or flap, covering the hands*, parva manica, manus ornamentum, ut videtur. *Accius* apud *Non.* c. 3. n. 25. Actoribus manuleos, baltea, machæras. *Plaut. in fragm.* apud *Fulgent. in contin. Virgil.* Quid tu amicam times, ne te manuleo cajet?

MANUMISSĬO, onis, f. *the freeing of a slave, setting a slave at liberty, manumission*, ἀπελευθέρωσις, datio libertatis, a *manus*, et *mitto*, quia servi, cum liberarentur potestate, e manu solemni ritu emittebantur, quemadmodum cum servi facti sunt, manu capti fuere. *Festus. Cic. pro Cœl.* c. 29. Quid habeat argumenti ista manumissio. ¶ In manumissione mos erat, ut dominus manum, aut caput, aut aliud membrum servi tenens ter diceret, *Hunc hominem liberum esse volo.* Et mittebat e manu. *Festus.* ¶ Manumissio tribus modis celebrata fuit, censu, vindicta, testamento: de quibus V. in *Vindicta. Cic. in Top.* c. 2. *sub fin.* Si neque censu, neque testamento, neque vindicta liber factus est. ¶ Fuit et quartum manumissionis genus, non tamen justum ut illa, et legitimum, adeoque non plenam libertatem conferens, cum vel inter amicos, vel in convivio, vel per litteras quis manumittebatur. Hoc modo data libertas facilius amitti poterat, quam quæ tribus modis dictis modis data esset. *Senec. de vita beata*, c. 24. Servi, liberine sint; ingenui, an libertini; justæ libertatis, an inter amicos datæ, quid refert? Adde *Ulpian. regular.* tit. 2. *a med.* et V. si lubet *Lips. ad Tacit. Ann.* 13. c. 27. et *Brisson. de V. S.* lib. 9. Justa libertas. et *Plin.* l. 7. ep. 16.

MANUMISSOR, oris, m. qui manumittit, ἀπελευθερωτής. *Marcell. Dig.* lib. 37. tit. 15. leg. 3. et *Tertull.* l. 5. *advers. Marcion.* c. 4. *circa med.*

MANUMISSUS, a, um, *set at liberty, made free, enfranchised, manumised*, ἀπελευθερωθεὶς, liberatus a potestate domini. Nam quamdiu quis in servitute est, manui, hoc est potestati subditus est. *Cic. pro Cœl.* c. 29. At sunt servi de cognatorum sententia manumissi. *Tacit. Ann.* 13. c. 32. Qui testamento manumissi sub eodem tecto mansissent.

MANUMITTO, is, isi, issum, a. 3. *to set at liberty, free, make free, release from bondage, enfranchise, manumise*, ἀπελευθερόω, de servo liberum facio. V. dicta in *Manumissio. Cic. pro Mil.* c. 22. Nisi servos manumisisset. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 11. Alienos mancupatis, alienos manumittitis. ¶ Aliquando dividitur. *Cic. ibid.* Manu vero cur miserit, &c. *Plaut. Aulul.* a. 5. v. 9. Orabo, ut manu me mittat. [¶ Ii quoque *manumitti*, vel *emitti e manu* dicebantur, qui cum essent in alienam familiam, tamquam filii, assumpti, postea emancipabantur. Nam cum ipsa adoptio trina mancipatione fieret, uti docet *Gell.* l. 5. c. 19. manumissione etiam finem habebat. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 19. Percrebuerat ea tempestate pravissimus mos, cum propinquis comitiis, aut sorte provinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios, præturasque et provincias inter patres sortiti, statim emitterent manu, quos adoptaverant. *emancipated their adopted sons.* ¶ Particip. *manumittendus* apud *Liv.* l. 41. c. 9. Qui idem non juraret, eum manumittendum non censuerunt.]

MANUPRETIUM, ii, n. *wages for work, hire, pay*, ἐπίχειρον, pretium, seu merces, quæ datur pro eo, quod ab artifice manu factum est. *Plaut. Men.* 3. 3. 17. Amabo, mi Menæchme, inaures da mihi faciundas. *Me.* fiat: cedo aurum, ego manupretium dabo. ¶ Dicitur et *manus pretium*, et *manipretium*. *Liv.* l. 34. c. 7. In auro, præter manus pretium, nihil intertrimenti fit. *Plin.* l. 34. c. 7. Lysippum solitum ex manipretio cujusque signi denarios seponere aureos singulos. ¶ Translate *Cic. in Pison.* c. 24. Cum provincia tibi ista manupretium fuerit non eversæ per te, sed perditæ civitatis. *a reward. h. e.* tanquam merces hominis mercenarii, et præmium male administratæ reipublicæ. *Senec.* ep. 101. Castrensium laborum tarda manupretia. ¶ Est etiam ipsa res manu facta, seu artificium in re facienda adhibitum. *manufacture, workmanship; any thing made by art. Ascon. in Verr.* 3. c. 56. Manupretium dicitur, ubi non tam materiæ ratio, quam manus atque artis ducitur. *Caius Dig. lib. ult.* tit. 16. leg. 13. Res abesse videntur, quarum corpus manet, et forma mutata est: quia plerumque plus est in manus pretio, quam in re. *h. e.* materiam superat opus, ut *Ovid.* 2. *Metam.* v. 5. loquitur: et *Tassus*: *vinta la materia è dal lavoro.* [† *Addisonus* vertit: *The matter vied not with the sculptor's thought.*]

MANUS, us, f. *a hand*, χεὶρ, extrema brachii pars in volam, et digitos desinens. Volunt esse a *μανὸς*, laxus, quia proprie sic dicitur, cum aperta est, sicut *pugnus*, cum clausa. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. Quam vero aptas, quamque multarum artium ministras manus natura homini dedit! *Id. Verr.* 6. c. 27. *ad fin.* Vas in manus sumere. *Id. pro Cœl.* c. 26. *ad fin.* Pyxidem in manu tenere. *et ibid.* Manum porrigere ad tradendum aliquid. *Id. de Harusp. resp.* c. 11. Manibus aliquid accipere. *Justin.* l. 1. c. 4. In manum. *Cic.* 1. *Acad.* c. 1. *a med.* De manibus deponere. et l. 1. *ad Q. Fr.* ep. 1. c. 8. ponere. *Id. Catil.* 1. c. 6. *sub fin.* extorquere. *Id. in Orat.* c. 30. E manibus dimittere. *Id. pro Cœl.* c. 27. *extr.* fugere. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 15. *a med.* Quicumque calamus in manus meas venerit, eo sic utor, tanquam bono. *Petron. in Satyr.* c. 27. Aquam poscere ad manus. *Cœl. ad Cicer.* ep. 1. l. 8. *Fam. ad fin.* Manum ad os apponere. *quod est arcanum narrantis, et silentium indicentis.* Rursus *Cic. ad Brut.* ep. 10. Excidere e manibus. *to fall from the hand. Id. Catil.* 1. c. 8. *sub fin.* Continere alicujus manus ab aliquo. *to keep him from injuring. Terent. Adelph.* 5. 2. 6. Non manum abstines, mastigia? *keep your hands to yourself. Cic. pro Mil.* c. 3. Cum sua manu sororem interfectam esse fateretur. *by her own hand.* ¶ Saltantis sunt illa *Propert.* l. 4. el. 8. v. 42. Jactabat truncas ad cava buxa manus. et *Ovid.* 3. *Fast.* v. 535. Et jactant faciles ad sua verba manus. Sic Græci χειρονομεῖς, et βάλλειν χεῖρας. V. *Salto.* ¶ *Manu* est vi, et armis. *Flor.* lib. 1. c. 10. Porsena Tarquinios manu reducebat. *forcibly, by force of arms.* et lib. 1. c. 1. *a med.* Matrimonia quia non impetrabantur, manu capta sunt. et lib. 4. c. 1. Conjurationem manu opprimere. *by force of arms.* et *Sallust. in Jug.* c. 35. Vindicandum in eos, qui, &c. non manu, neque vi, sed quæstionibus, &c. *Tacit. in Agric.* c. 9. Castrensis jurisdictio secura, et obtusior, ac plura manu agens, calliditatem fori non exercet. Adde *Virg.* 12. *Æn.* v. 317. et 627. ¶ *Utraque manu*, libenter, studiose, cupide, prompte. *Martial.* l. 1. epigr. 16. Hæc utraque manu, complexuque assere toto. ¶ *Manu tenere*, compertum habere. *Cic. in Bruto*, c. 80. Cum indicia mortis se comperisse manifesto, et manu tenere diceret. *felt sure of.* ¶ *Manu occidere* est gladio in illo *Virg.* 9. *Æn.* v. 702. Tum Meropem, atque Erymantha manu, tum sternit Aphidnum. Ubi *Servius*, idest gladio cominus. nam illi, de quibus superius dixit, non manu occisi sunt, sed misso jaculo. ¶ *In manu*, et *in manibus* esse dicuntur, quæ in nostra sunt potestate. *Liv.* l. 39. c. 18. *a med.* Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant. *Cœl. ad Cic. Fam.* 8. ep. 6. Quam velis eum obligare, in manu tua est. *it rests with you; it is in your power. Cic.* 14. *Fam.* ep. 2. Hæc non sunt in nostra manu. *Tacit. Hist.* l. 2. c. 76. Juxta deos, in tua manu positum est. *Terent. Hecyr.* 4. 4. 44. Uxor quid faciat, in manu non est mea. *Sallust. in Catil.* c. 20. Victoria in manu nobis est. *Id. in Jug.* c. 33. *extr.* In vestra manu situm est, &c. *Liv.* l. 34. c. 7. *sub fin.* Vos in manu et tutela mulieres, non in servitio debetis habere. *Brut. ad Cic.* 11. *Fam.* ep. 13. Attendere te volo, quæ in manibus sunt. *what we have in hand; the business in question.* et *Virg.* 2. *Georg.* v. 44. primi lege litoris oram: In manibus terræ. *h. e.* in promptu. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 19. *sub fin.* Hostes sunt in manibus. *are upon us. Sallust. in Jug.* c. 94. Venire in manus. *close, near.* ¶ *In manibus esse* dicuntur etiam, quæ edita sunt, et passim vulgata. *Cic. de Amic.* c. 25. *ad fin.* Sed affuistis: et est in manibus oratio. *is noised abroad.* et *de Senect.* c. 4. Est in manibus laudatio, quam cum legimus, &c. ¶ Item ea, circa quæ in præsentia laboramus. *Cic. Ibid.* c. 11. Septimus mihi Originum liber est in manibus. *I have in hand; I am employed upon.* et 13. *Attic.* ep. 47. Omnia, quæ in manibus habebam, abjeci: quod jusseras, edolavi. ¶ *Habere in manibus* est etiam fovere, carum habere. *Id.* ep. 9. l. 1. *Fam. ante med.* Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me præsente osculabantur, ut, &c. *fondled, caressed, made much of.* ¶ *Ad manum habere*, in manu, in promptu. *at hand. Liv.* l. 9. c. 19. Adde, quod Romanis ad manum domi supplementum esset. *Quintil.* l. 12. c. 5. Hæc sunt instrumenta oratoris: hæc arma habere ad manum, horum scientia debet esse succinctus. ¶ *Ad manum venire*, occurrere, venire sub manum. *Quintil.* l. 2. c. 11. *sub fin.* Sed abrupta quædam, ut forte ad manum venere, jaculantur. *come to hand, present themselves.* et *Liv.* l. 38. c. 21. Quod cuique trepidanti ad manum venisset. *Id.* l. 2. c. 46. Pugna ad manus venerat. *to close quarters, hand to hand.* ¶ De feris, quæ mansuefiunt. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. Cum equuli ad manum accedere consuerint. *Quintil.* (seu quicumque alius auctor est) declam. 260. *ante med.* Animalia, quæ venire ad manum, et mansuescere queunt, alere. ¶ De pugnantibus. *Nep. in Eum.* c. 5. Sæpe in itineribus vexabatur, neque unquam ad manum accedere licebat. *come to close quarters, fight hand to hand.* Sic *Cic. Verr.* 7. c. 11. *ad fin.* Nonnunquam etiam res ad manus, atque ad pugnam veniebat. ¶ Hoc sensu dicitur etiam *venire in manus. Plin. in Paneg.* c. 17. Nec tibi opima defuerint, si quis regum venire in manus audeat. ¶ *Ad manum cantare histrionibus*, V. *Canto.* ¶ *Ad manum intueri aliquid*, cominus, et quasi sumendo in manus id, quod inspicitur. *Plin.* l. 35. c. 19. Apelles absoluta opera atramento illinebat ita tenui, ut, &c. ad manum intuenti demum appareret. *that unless you looked close, you could hardly discern it.* Sic *Vitruv.* l. 6. c. 2. Alia ad manum species esse videtur, alia in excelso. ¶ *Servus ad manum*, amanuensis. *a scribe, clerk, amanuensis. Cic.* 3. *de Orat.* c. *pænult.* Quem servum ille habuit ad manum. Dicitur hic etiam

servus a manu, ut est apud *Sueton. in Cæs.* c. 74. et *in Vespas.* c. 3. et in multis antiquis Inscriptionib. ¶ *De manu dare*, manu ipsa præbere. *Sueton. in Tiber.* c. 34. Consueverat et quadruplam strenam, et de manu reddere. *with his own hand.* et *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 37. Nam semper de manu sua ministris convivii et panem, et partes olerum, aut carnis dabat. Sic *Cic. Verr.* 6. c. 10. *sub fin.* In quem scyphum de manu jacere conatus est. *h. e.* quem habebat in manu. ¶ Refertur etiam ad sumptum, et impensas. *Colum.* l. 7. c. 9. *circa med.* Suibus sæpe de manu dandum est, cum foris deficit pabulum. quod *scil.* ipsi per se inveniant. Sic *Id.* l. 9. c. 1. Qui venationem voluptati suæ claudunt, contenti sunt munire vivarium, semperque de manu cibos, et aquam præbere. ¶ *De manu in manum quippiam tradere*, quasi de nostra in alterius manum: quod in iis fit, quæ cara sunt, et studiose servamus. *Cic. Fam.* 7. ep. 5. *sub fin.* Totum denique hominem tibi ita trado de manu, ut aiunt, in manum tuam istam et victoria et fide præstantem. *Plaut. Trin.* 4. 2. 57. Ab ipson' istas accepisti? *Sy.* e manibus dedit mihi ipse in manus. ¶ *E manu* est eminus in illo *Enn.* apud *Fest.* in *Redhostire.* Quem mea cominus machæra, atque hasta hostivit e manu. Ita enim *Scalig.* legit. ¶ *Plena manu*, copiose, large, ample. *copiously, abundantly, liberally. Cic. Attic.* l. 2. *ep. ult.* Quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit! *Tibull.* l. 1. el. 6. v. 32. Janua sed plena est percutienda manu. *h. e.* summa vi pultanda, et validis ictibus. *loudly.* ¶ *Manibus pedibusque*, [† λὰξ καὶ ὀδάξ,] omni conatu, omnibus viribus. *with all his might, might and main*, velis, remisque. *Terent. Andr.* 1. 1. 134. Quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia facturum, ut, &c. ¶ *Per manus*, opera manuum. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 12. *ad fin.* P. Clodium per manus servulæ servatum et eductum. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 37. Ægre per manus tractus servatur. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 15. Fasces stramentorum, per manus inter se transditos, ante aciem collocaverunt. *transmitted from hand to hand.* Hinc translate *per manus* aliquid traditum esse dicitur, quod non monumentis litterarum, sed verbo tantum a majoribus ad posteros transmittitur: qua ratione sacrorum mysteria olim tradi solebant. *by oral tradition. Liv.* l. 5. c. 51. Si nobis cum urbe simul positæ, traditæque per manus religiones nullæ essent. ¶ *Per manus* interdum est per vim. *by force, by main force, forcibly. Sallust. in Jug.* c. 36. Cum intelligetis, aut serviendum esse, aut per manus libertatem retinendam. ¶ *Præ manu*, aut *manibus.* V. *Præ.* ¶ *Inter manus*, in manibus. *Virg. Æn.* 11. v. 311. Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras. πρόχειρά ἐστι. *Cic. Fam.* 8. ep. 3. *extr.* Et διδασκαλίαν quandam, ut versetur inter manus, habeat. *Val. Max.* l. 5. c. 1. *n. ult.* Locum, qui inter manus est, finiam. *the matter or subject in hand.* Alio sensu *Cic.* 7. *Verr.* c. 11. *ad fin.* Ut alius inter manus e convivio auferretur. *in the arms.* Sic *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 10. Inter manus sublatus, et multum gemens, domum refertur. *Plaut. Mostell.* 2. 1. 38. Abripite hunc intro actutum inter manus. *Cæs.* l. 2. c. 2. *B. Civ.* Pedalibus lignis porticus integebatur: atque hac agger inter manus proferebatur. *h. e.* per manus militum comportantium. ¶ *Sub manu*, et *sub manum esse*, prope esse, et ad manum, ὑπὸ χεῖρα. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 23. Adjunxi hæc in loco eligendo, flumen oppositum ut haberem, Vocontii sub manu ut essent. *close to, hard by, nigh to, in the neighbourhood of.* et *Sueton. in Aur.* c. 49. Et quo celerius, ac sub manum annuntiari cognoscique posset, quid in provincia quaque gereretur, juvenes modicis intervallis, dehinc vehicula disposuit. *Senec.* ep. 71. Consilium sub die nasci debet: et hoc quoque tardum est nimis: sub manu, quod aiunt, sub manu nascatur. *quickly, immediately, on the instant.* ¶ *Sub manus succedere*, feliciter evenire, ex sententia contingere. *Plaut. Mil.* 3. 2. *in fin.* Lepide hoc succedit sub manus negotium. *Id. Pers.* 4. 1. 1. Si quam rem accures sobrie ac frugaliter, solet illa recte sub manus succedere. ¶ *Hoc numerosas manus poscit*, h. e. multorum operam. *Plin.* l. 9. ep. 37. ¶ *Manu facere aliquid* refertur ad ea, quæ artis sunt, industriæ, et virium. *to do or make by the hand:* et opponitur iis, quæ natura et sponte sua eveniunt. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 44. Multa erant inter eum locum manu sata. *h. e.* frumenta, ut constat ex cap. 58. et opponuntur herbis sponte nascentibus. *Senec.* ep. 89. *ad fin.* Nec contenti solo, nisi quod manu feceritis, maria agetis introrsus. *Plin.* l. 18. c. 1. Ne iis quidem venenis, quæ nascuntur, contenti, quando plura eorum genera humana manu fiunt. Sic *Cic.* 4. *Verr.* c. 2. Urbs cum manu munitissima, tum loci natura. *both by nature and by art.* et *Senec.* ep. 52. *ante med.* Quædam ingenia facilia et expedita: quædam manu, quod aiunt, facienda sunt. *to be formed by art or industry.* et *de consol. ad Marc.* c. 19. Quidam liberos ejurant, et orbitatem manu faciunt. *h. e.* ipsi sibi parant. *Virg.* 6. *Æn.* v. 434. qui sibi letum Insontes peperere manu. *Sil.* l. 2. v. 705. optabis cecidisse manu. *h. e.* morte ab alio illata. *Senec. de brevit. vitæ*, c. 3. Morbi, quos manu fecimus. *h. e.* ipsi intemperanter vivendo arcessivimus. Sic *pestilentia manu facta*, h. e. venenis, et fraude illata, *Id.* 2. *de Ira*, c. 8. *ad fin.* Hujus generis sunt et illa *Statii* 1. *Theb.* v. 176. Partiti versant populorum fata, manuque Fortunam fecere levem. *h. e.* ultro ipsi reddidere sibi levem fortunam. *Senecæ* l. 3. *de Ira*, c. 11. *extr.* Magna pars querelas manu fecit, aut falsa suspicando, aut levia aggravando. *h. e.* causas querendi, et irascendi. *et de benef.* l. 6. c. 41. Occasiones reddendorum observare, non manu facere. V. alia in *Manufactus.* ¶ Refertur et ad orationem. *Quintil.* l. 5. c. 14. Ut ea nasci, et ipsa provenire natura, non manu facta, et arte sucepta magistrum fateri ubique videantur. *Senec.* ep. 115. Oratio vultus animi est: si circumtonsa est, et fucata, et manu facta, ostendit, illum quoque non esse sincerum. ¶ *Manu mederi* est Chirurgiæ. *Cels. in præfat.* l. 1. In tres partes medicina diducta est: ut una esset, quæ victu; altera quæ medicamentis; tertia quæ manu mederetur: χειρουργικὴν Græci nominaverunt. *chirurgery, surgery.* ¶ *Manu capere urbes*, h. e. bello et armis. *Sallust. in Jug.* c. 5. Populus R. quascumque urbes et agros manu ceperat, regi dono dedit. *by force of arms, in war.* Sic cap. 61. Romani murum modo suffodere, modo scalis aggredi, cupere prœlium manibus facere. *h. e.* cominus manus conserere. ¶ *Manibus æquis*, æquali sorte, æquo Marte. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 63. Cæsar productas legiones instruxit: manibus æquis abscessum est. *with equal advantage or loss.* ¶ *Manus afferre*, et *inferre* est vim inferre, et ad necem vulnerare. V. *Affero*, et *Infero.* Translate *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 5. *a med.* Qui aut diutius torqueri patitur, quem protinus potest liberare, aut gaudere tardius, beneficio suo manus affert. *h. e.* perdit, destruit. ¶ *Manus conserere.* V. *Consero.* ¶ *Adire.* V. *Adeo.* ¶ *Injicere.* V. *Injicio*, et *Injectio.* ¶ *Convenire in manum.* V. *Convenio.* ¶ *Manum dare*, præbere auxilii causa, *to lend a hand, lend a helping hand, help, aid, assist, succour. Quintil.* l. 2. c. 3. *a med.* Ut si velocissimus quisque, si forte iter cum parvulo faciat, det manum, et gradum suum minuat. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 1. v. 2. Da placidam fesso, lector amice, manum. ¶ *Manus dare*, et *dedere* est concedentis, aut se victum fatentis, *to yield, give himself up for conquered. Nep. in Amilc.* c. 1. *a med.* Romanos armis persequi, donicum aut certe vicissent, aut victi manum dedissent. *Plaut. Pers.* 5. 2. 72. Fateor, manus vobis do. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 688. Evictas precibus vix dedit illa manus. *Id. Heroid.* ep. 4. v. 14. dabit victas ferreus ille manus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 568. neque ipse manus feritate dedisset. *Lucret.* l. 2. v. 1041. et si tibi vera videtur, Dede manus: aut si falsa est, accingere contra. Adde *Cæsar.* l. 5. *B. Gall.* c. 31. et *Cic.* l. 2. *ad Attic.* epist. 22. *ante med.* ¶ *Manum tollere* interdum idem valet. *Cic. in fragm.* apud *Lactant.* l. 3. c. 28. Cedo, et tollo manum. ¶ Interdum est admirantis, et in re, quæ opportune admodum acciderit, veluti gratias diis agentis, *to lift up the hands in admiration or astonishment. Cic. Fam.* 7. ep. 5. Sustulimus manus ego, et Balbus. *Id. Acad.* 4. c. 19. Hortensius vehementer admirans, quod quidem perpetuo, Lucullo loquente, fecerat, ut etiam manus sæpe tolleret. *Catull.* carm. 53. *in quend.* v. 4. Admirans ait hæc, manusque tollens. ¶ *Manus tendere* est opem poscentis, et supplicis. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 13. Manus ad Cæsarem tendere. *Virg.* 3. *Æn.* v. 177. tendoque supinas Ad cælum cum voce manus. *Cic. pro Font.* c. 17. Tendit ad vos Vestalis manus supplices, easdem, quas pro vobis diis immortalibus tendere consuevit. *Id.* 4. *Catil.* cap. 9. Vobis supplex manus tendit patria communis. *Quintil.* l. 6. cap. 1. *post med.* Tendit ad genua vestra supplices manus. ¶ Interdum *manus* refertur ad artem, et ad laborem artificis, *art, labour, skill, workmanship. Quintil.* l. 5. c. 11. Marmora deformata prima manu. *rough-hewn. Cic. in Bruto*, cap. 33. Manus extrema non accessit ejus operibus: præclare inchoata multa, perfecta non plane. *the finishing stroke, last finish. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 225. Tu quoque dum coleris, nos te dormire putemus. Aptius a summa conspiciare manu. *h. e.* postquam ornatui tuo extremam manum imposueris. *Petron. in Satyr.* cap. 118. *extr.* Carmen nondum recepit ultimam manum. *Senec.* ep. 12. Potatio extrema, quæ ebrietati summam manum imponit. *Virg.* 7. *Æn.* vers. 572. extremam Saturnia bello Imponit regina manum. Ubi *Servius*: est translatio a pictura, quam manus complet, atque ornat extrema. ¶ Et ad jactum talorum in ludo. *August. in epist.* apud *Sueton. in ejus vita*, c. 71. Nam si, quas manus remisi cuique, exegissem, vicissem vel quinquaginta millia. *h. e.* quos jactus collusoribus condonavi. ¶ Et ad locum. *Terent. Adelph.* 4. 2. 31. Est ad hanc manum sacellum. *this way, in this direction.* Hac ratione dicimus *ad dexteram, ad sinistram.* ¶ In re gladiatoria est ictus, petitio, *a blow, cut, stroke. Quintil.* l. 9. c. 1. *ante med.* In armorum certamine adversos ictus, et rectas ac simplices manus cum videre, tum etiam cavere ac propulsare facile est: aversæ tectæque minus sunt observabiles: et aliud ostendisse, quam petas, artis est. *Id.* l. 5. c. 13. *ad fin.* Ut gladiatorum manus, quæ secundæ vocantur, fiunt et tertiæ, si prima ad evocandum adversarii ictum prolata erat: et quartæ, si geminata captatio est, ut bis cavere, bis repetere oportuerit. ¶ In illo *Virg.* 6. *Æn.* vers. 683. recensebat Fataque, fortunasque virum, moresque, manusque: *manus* sunt res gestæ, manu et virtute factæ, *deeds, exploits.* ¶ Est etiam *manus* scribendi ratio, quæ cuique propria est, *a hand-writing, character. Cic. Attic.* l. 8. ep. 13. Lippitudinis meæ signum tibi sit librarii manus. et lib. 16. ep. 15. Noli putare, pigritia facere me, quod non mea manu scribam. *with my own hand.* et lib. 3. *ad Q. Fr.* ep. 1. c. 26. Hæc inter cœnam Tironi dictavi, ne mirere, alia manu esse. *Modestin. Dig.* lib. 22. tit. 3. leg. 15. Propter emissam ab eis manum. *on account of their having let slip the bond that was drawn up in their own hand-writing.* ¶ Item pingendi, et sculpendi. *Petron. in Satyr.* c. 83. Zeuxidos manus vidi, nondum vetustatis injuria victas. *Martial.* l. 4. epigr. 39. Praxitelis manus, Scopæque. *the workmanship, style.* ¶ Et universim quodcumque opus artificis. *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 47. Vidi artes, veterumque manus, variisque metalla Viva modis. *Id.* 8. *Theb.* v. 305. Prometheasque manus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 459. Artificumque manus miratur. ¶ Transfertur etiam ad significandam multitudinem hominum, præsertim militum, *a body or multitude of men; an armed force, army. Cic.* 16. *Attic.* ep. 11. *a med.* Romam veniet cum magna manu. *with a powerful force. Id. Fam.* 15. ep. 4. Evocatorum firmam manum comparavi. *Id.* l. 2. *ad Q. Fr.* ep. 3. *a med.* Operas suas Clodius confirmat: manus ad Quirinalia paratur. *Id. pro Cæcin.* c. 12. Manum facere, copias parare, multitudinem hominum cogere, armare, instruere. *Cæs.* lib. 1. *B. Gall.* c. 37. Si nova manus cum veteribus copiis se conjunxisset. *new supplies.* et lib. 5. c. 27. Magnam manum conducere. *Liv.* l. 30. c. 7. *ad fin.* Asdrubalem propediem affore cum manu haudquaquam contemnenda. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. *sub fin.* Nostra antiqua manus bonorum ardet studio nostri atque amore. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 262. Manus comitum. ¶ Item manicam ferream, harpagonem, quo utebantur præcipue in prœliis navalibus ad capiendas, tenendasque hostiles naves. *a grappling-hook, or iron hand, to lay hold of ships.* Ejus inventionem *Plin.* l. 7. c. 56. *sub fin.* tribuit Pericli Atheniensi: primum vero Romanorum usum fuisse C. Duilium primo bello Punico, *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 38. tradit. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 57. Manus ferreas, atque harpagones paraverant. *Lucan.* l. 3. v. 635. Ferrea dum puppi rapidos manus inserit uncos. *Liv.* l. 36. c. 44. *ad fin.* Ferreas manus in advenientes hostium naves injicere. ¶ Transfertur ad bruta animalia. *Plin.* l. 8. c. 36. Invalidissimum urso caput: ideo urgente vi, præcipitaturi se ex aliqua rupe, manibus eo operto jaciuntur. *h. e.* pedibus anterioribus, quos habent instar manus. *with their fore-feet. Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 47. *extr.* Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habent ad pastum. *Curt.* l. 8. *c. ult. de iisdem.* Cum manu arma virosque corriperent, et super se regentibus traderent. Adde *Sil.* l. 9. v. 628. *the trunk or proboscis.* ¶ *Manus fraxineæ* apud *Pallad. de insit.* v. 60. sunt rami. Sic *Stat.* l. 2. silv. 3. v. 39. *platanus*, cui larga propago, Innumeræque manus, et iturus in æthera vertex. *Brachia* eadem metaphora arboribus tribuunt *Virgil. Colum. Plin.* V. *Brachium.* ¶ *Manus manum lavat* proverb. alter alteri opitulatur: [† ἡ χεὶρ τὴν χεῖρα νίζει: χεὶρ χεῖρα νίπτει:] *one hand washes the other, and both the face. Senec. in Apocoloc. a med.* Si quid volueris, invicem faciam: manus manum lavat. ¶ *Naturale est, manum sæpius ad id referre, quod dolet*, libenter, et sæpe de iis loquimur, quæ magnæ nobis curæ sunt: *the tongue will touch the tooth that aches. Senec. de consol. ad Helv. sub fin.* ¶ *Manum non verterim* proverbialis hyperbole, cum significamus, ne minimum quidem laborem suscepturos, ut quippiam, quod nihili facimus, acquiramus: *I would not move a finger; I would not stir a straw. Cic.* 5. *de Fin.* c. 31. Qui se fatentur virtutis causa ne manum quidem versuros fuisse. *Apul. in Apolog.* Quid de me Mezentius sentiat, manum non verterim. *ciccum non interduim* dixit *Plaut. Rud.* 2. 7. 22. ¶ *Manum et mentum* proverb. ex Græco dictum, quod est πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος, καὶ χείλεος ἄκρου. h. e. inter os et offam multa cadunt (ut aiebat *Cato* apud *Gell.* l. 13. c. 17.) *Festus.* ¶ *Manum* de re turpi quidam accipiunt apud *Plaut. Pseud.* 3. 1. 18. et apud *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 367. ¶ *Manu* pro *manui*, ut *victu, concubitu, portu*, &c. *Propert.* l. 1. el. 11. v. 12. Alternæ facilis cedere lympha manu. et lib. 2. el. 1. v. 68. Tantaleæ poterit tradere poma manu.

MĀNUS, adject. bonus. V. in *Cerus*, et *Mane.*

MANUTIGIUM, ii, n. *a soft or gentle touch of the hand*, mollis manuum contrectatio, χειραψία. *Cœl. Aurelian. Chronic.* lib. 1. cap. 4. *a med.* Manutigio oculos relevare velle. ¶ Est ibi tamen incerta lectio: neque est vox amanda.

MANZER, ĕris, *spurious, bastard*, spurius, de scorto natus. Hebraica vox, qua usi sunt *Sedul.* et *Venant. Fortun. Sedul. Carm.* lib. 5. vers. 256. Manzeribus populis in deteriora volutis. *Venant. Fortun.* lib. 5. *Carm.* 5. vers. 75. Christicolæ ut cernunt tunc agmina manzera jungi.

MAPALIA, um, n. *the cottages of the rustic Numidians*, καλύβαι, idem ac magalia, idest, casæ agrestium, Punica lingua. *Virg.* 3. *Georg.* v. 340. et raris habitata mapalia tectis. *Liv.* l. 29. c. 31. Familiæ aliquot cum mapalibus pecoribusque suis prosecutæ sunt regem. *Cato* apud *Fest.* Mapalia vocantur, ubi habitant: eæ quasi cohortes rotundæ sunt. *Sallust. in Jug.* c. 21. Ædificia Numidarum agre-

stium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinæ sunt. *Hieronym. in prol. Amos.* Agrestes quidem casas, et furnorum similes, quas Afri appellant mapalia. [† *Martial.* 10. 20. Gætula mapalia. *Id.* 8. 55. *Sil. It.* 17. 90. Dispersa mapalia. *Lucan.* 2. 89.] ¶ Addit *Festus*, mapalia dici de iis, qui inordinate vivunt. Mapalia, inquit, casæ Punicæ appellantur; in quibus quia nihil est secreti, solet solute viventibus id vocabulum objici. Hinc *Senec. in Apocolocynt. circa med.* Ego, Patres conscripti, vobis interrogare permiseram: vos mera mapalia fecistis: volo servetis disciplinam curiæ. *h. e.* omnia incondite egistis. ¶ In sing. numero *Val. Flacc.* l. 2. vers. 460. coit e sparso concita mapali Agrestum manus. ¶ Inter *mapalia*, et *magalia* volunt quidam esse discrimen, ut illa sint casæ mobiles, quæ a Numidis pastoribus circumferebantur prout pascendi ratio postulabat: hæc vero stabiles, ex quibus etiam vici, atque oppida muris cincta constituta sint. ¶ Illud certius est *mapalia* primam corripere, *magalia* producere.

MAPPA, æ, f. *a table napkin*, ὀθόνη, linteum, quo manuum atque oris sordes in mensa abstergimus. *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 63. Varius mappa compescere risum Vix poterat. *Petron. in Satyr.* c. 32. Circa oneratas veste cervices laticlaviam immiserat mappam. *scilicet* mensæ accubituras. *Martial.* l. 12. epigr. 29. Attulerat mappam nemo, dum furta timentur. V. *Mantele.* ¶ Est vox Punica. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *a med.* Mappam, usitatum Circo nomen, Pœni sibi vindicant. Quo loco respicit ad veterum morem, apud quos jam inde a Neronis tempore in Circensibus editor mappæ projectione signum dabat. *a white cloth, which the magistrate, who presided at the public games, used to drop as a signal for beginning the chariot races. Sueton. in Ner.* c. 22. Aliquo liberto mittente mappam, unde Magistratus solent. *Juvenal.* sat. 11. vers. 191. Interea Megalesiacæ spectacula mappæ. *Martial.* l. 12. epigr. 29. Cretatam Prætor cum vellet mittere mappam. ¶ Mittendæ mappæ originem sic tradit *Cassiodor.* l. 3. *variar.* p. 51. Mappa, quæ signum dare videtur Circensibus, tali casu fluxit in morem. Cum Nero prandium protenderet, et celeritatem, ut assolet, avidus spectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur, jussit abjici per fenestram, ut libertatem daret certaminis postulati. Hinc tractum est, ut, ostensa mappa, certa videatur esse promissio Circensium futurorum. Hæc *Cassiod.* Ceterum mos fuit multo antiquior, ut Magistratus committendorum ludorum signum daret, sive mappa, sive alia re quappiam. *Enn.* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* cap. 48. Exspectant, veluti consul cum mittere signum Vult, omnes avidi spectant ad carceris oras, Quam mox emittat pictis e faucibu' currus. V. et *Liv.* l. 8. *c. ult.* et lib. 45. cap. 1. ¶ Aliam mappæ notionem V. in *Linteus.* [¶ Vetus *Lapis* primum editus in *Ephemer. Florent.* ann. 1772. col. 694. D····· Flaviæ Grapt···· Imp. Aug. Dom···· Mappis conju··· Item Flavia A···· se B. M. Neque inscripti lapides, neque scriptores *de officiis Domus Augustæ* servos ancillasve memorant *a mappis.* Videtur tamen hæc Flavia Grapte in domo Domitiani Augusti ita dici, quod mappas custodiret, sive illæ essent mappæ circenses, sive lintea, quibus manuum atque oris sordes in mensa abstergebantur, vel quibus lotæ manus siccari solebant, quæque a Græcis χειρόμακτρα dicuntur, a nobis *sciugamani*, (*towels, napkins,*) ut placet *Christophoro Amadutio.*]

MAPPŬLA, æ, f. parva mappa, linteolum. *Hieronym.* epist. 27. (quæ est Epitaph. Paulæ) c. 13.

MARATHĒNUS, a, um, ad Marathen pertinens, ut Menelaus Marathenus, apud *Cic. in Bruto*, c. 26. Est autem Marathe insula prope Corcyram, teste *Plin.* l. 4. cap. 12.

MARĂTHON, onis, f. hod. *Marason*, Μαραθών, opp. Atticæ, nunc parvus vicus, et ager inter Athenas, et oram litoream ad Or. Celebre fuit morte Icari regis interfecti, victoria Thesei tauro Marathonio superato, et Miltiadis gloria, qui ibi centum millia ex Darii Persarum regis exercitu profligavit ut *Justin.* l. 2. c. 4. narrat. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 433. te, maxime Theseu, Mirata est Marathon Cretæi sanguine tauri. Adde *Plin.* l. 35. c. 8. *sub fin. Pompon. Mel.* l. 2. c. 3. et *Nep. in Milt.* c. 4. et 5. ¶ Masculino gen. *Mela, loc. cit.* Marathon Persica clade pernotus.

MARATHŌNIS, idis, f. Μαραθωνίς, Marathonia. *Stat.* 12. *Theb.* v. 730. quercum Marathonida Theseus Extulit. *h. e.* hastam qua Marathonio in agro contra taurum pugnaverat: vel simpliciter e silva Marathonia. *Id.* l. 11. vers. 644. qualis Marathonide silva Flebilis Erigone, &c. Adde *Sidon.* carm. 5. v. 193.

MARATHONĬUS, a, um, *Marathonian*, Μαραθώνιος, ad Marathonem spectans, ut *Taurus Marathonius*, qui apud Marathonem a Theseo interfectus est, quem aliqui dicunt taurum esse amatum a Pasiphae, ab Hercule ex Creta abactum in agrum Marathonium. Sed taurum Pasiphaes Theseus in labyrintho interfecit. *Cic. in Tuscul.* 4. c. 22. Au etiam Theseus Marathonii tauri cornua comprehendit iratus? *Id.* 9. *Attic.* ep. 10. Marathonia pugna. *Nep. in Themist.* c. 5. Marathonium tropæum. V. *Justin.* lib. 2. cap. 9. ¶ Sumitur et pro Atheniensi. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 75. nec enim Marathonia virgo Parcius exstinctura sævorum crimine agrestum Fleverit Icarium. *h. e.* Erigone. (Adde *Theb.* 12. v. 196.) *Sil.* l. 14. de Syracusis loquens, v. 650. Armaque fixa deis, aut quæ Marathonius hostis Perdidit, aut Libya quæ sunt advecta subacta. V. *Justin.* l. 4. c. 4. et 5. ubi de clade Atheniensium in Sicilia.

MARATHRĪTES, m. *wine in which fennel is infused*, μαραθρίτης, marathrum infusum habens. *Colum.* l. 12. c. 35. Vinum absinthiten, et hyssopiten, et marathriten sic condire oportet. V. *Abrotonites.*

MARĂTHRUM, i, n. *fennel*, μάραθρον, appellatio Græca ejus herbæ, quæ Latine *fœniculum* dicitur. *Plin.* l. 8. c. 27. Anguis visu obscurato marathro herbæ se se affricans, oculos inungit, ac refovet. Adde lib. 30. c. 4.

[† MARATHŪSA, æ, f. insula parva in Ægæo sita, dicta a μάραθρον, fœniculum, ob copiam fœniculi ibi crescentem. *Plin.* 4. 12.]

MARCELLĒA, orum, n. festum Syracusanorum, in memoriam M. Claudii Marcelli, qui eos ab rebellibus liberaverat. *Cic.* 4. *Verr.* c. 21. et 63.

MARCELLIĀNUS, a, um, ad Marcellum aliquem pertinens. Marcellianum theatrum, apud *Sueton. in Vespas.* c. 19. est quod exstruxit Augustus, et a nomine Marcelli filii Octaviæ sororis suæ, quem sibi adoptaverat, nominavit: de quo *Id. in Aug.* c. 29. et *Serv. ad Æn.* 6. v. 862.

MARCELLUS, i, cognomen familiæ Romanæ illustris, ex qua multi clarissimi viri exstitere. *Plutarch. in Marcell.* Marcellum interpretatur bellicosum, idest quasi Martialem; κληθῆναι πρῶτον Μάρκελλον, ὅπερ ἐστὶν, ἀρήϊον, ὡς φησιν Ποσειδώνιος. Sed verius videtur, esse diminutivum a *Marculus.*

MARCENS, entis, *withering, shrinking; putrified*, flaccidus, vietus, putrescenti similis. *Claudian. in epithal. Pallad. et Celer.* v. 96. marcentes cupio quassare coronas. *Lucan.* lib. 6. v. 646. Marcentes tenebræ. *h. e.* situ et putrido aere obsitæ. *Martial.* lib. 3. epigr. 79. v. 12. Mensæ munera si voles secundæ, Marcentes tibi porrigentur uvæ. *h. e.* passæ. ¶ Item *languid, weak, feeble, fainting, drooping, decayed*, marcore plenus, marcidus, languidus, confectus. *Stat.* 2. *Theb.* v. 630. fratris moribunda levabat Membra solo Periphas, læva marcentia colla Sustentans, dextraque latus. *Ovid. Metum.* 7. v. 314. *de sene.* marcentia guttura cultro fodere. Sic *Sil.* l. 15. v. 746. senex marcentibus annis. *Senec. in Agam.* v. 788. Jam recipit diem marcente visu. *Sueton. in Calig.* c. 58. Marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere. ¶ Dicitur sæpe de crapula onusto, atque ebrio. *surfeited, drunk. Horat.* l. 2. sat. 4. v. 58. Tostis marcentem squillis recreabis, et Afra Potorem cochlea. *Petron. in Satyr.* c. 22. Ancillæ super torum marcentis caput fregit. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 36. Vitellius deses et marcens. *Senec. in Med.* v. 112. Candida thyrsigeri proles generosa Lyæi, Excute solemnem digitis marcentibus ignem. *Stat.* l. 4. silv. 6. v. 56. Marcentia pocula. *h. e.* quæ marcentes faciunt. metonymia. ¶ Transfertur ad animum. *Justin.* l. 34. c. 2. Quotidiana luxuria ita marcens, ut etiam sensu hominis, nimia sagina, careret. *Valer. Max.* l. 2. c. 6. n. 3. Apud Athenienses inertia e latebris suis, languore marcens, in forum, perinde ac delictum aliquod, protrahitur. *Tacit. de Germ.* c. 36. Nimiam ac marcentem diu pacem illacessiti nutrierunt. *Senec.* ep. 89. *a med.* Mores compesce, marcentia in te excita, soluta constringe, contumacia doma.

MARCĔO, es, cui, n. 2. *to wither, shrink, shrivel, pine away, grow languid or feeble, become faint, droop, grow dull, flag*, εὐρωτιάω, σαπρίζω, flaccidus, aut vietus sum, torpeo, langueo: et videtur proprie dici de iis, quæ vetera sunt, et proxime ad putredinem accedunt. nam antequam plane putrescant, vigorem ac vim amittunt. *Claudian.* l. 3. *de rapt. Pros.* v. 244. cervix redimita jacebat, Et caligantes marcebant fronte coronæ. *Stat.* l. et silv. 5. v. 29. en taxea marcet Silva comis. *Lucret.* l. 3. v. 960. annis corpus jam marcet, et artus Confecti languent. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 14. v. 41. Cur ergo plectar amans, si vir tibi marcet ab annis? ¶ Sæpe de iis dicitur, qui somno, aut crapula graves fiunt: et sæpe etiam transfertur ad animum. *Liv.* l. 23. c. 45. Marcent luxuria, vino, et epulis per totam hiemem confecti. *are surfeited. Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 44. dum gravibus marcent epulis. *are besotted. Stat.* 8. *Theb.* v. 220. ipsæque ad mœnia marcent excubiæ. *h. e.* ebrietate et sopore languent. Sic *Petron. in Satyr.* c. 22. Alii parietibus appliciti, quidam in ipso limine conjunctis marcebant capitibus. *fell into a deep sleep. Justin.* l. 30. c. 1. Otio ac desidia corrupti marcebant. *Curt.* l. 4. c. 13. Non somno quiescere, sed pavore marcere credebant. *Vellei.* l. 2. c. 84. Vigebant in hac parte miles, et imperator: illa marcebant omnia. *Cels.* l. 2. cap. 2. *a med.* Si marcet animus: si loqui, et moveri piget: si corpus torpet. *Claudian. de laudib. Seren.* v. 226. nec deside cura Segnis marcet amor. *et in nupt. Honor. et Mar.* v. 205. quocumque vocaverit usus, Divisa properate manu, neu marceat ulla Segnities. *Nemesian. Eclog.* 1. v. 60. Nec segnem passus nobis marcere juventam. *Mamert. in gratiar. act. ad Julian.* c. 17. Marcentem jam cupiditatis meæ flammam spei bonæ flatibus excitasti. *h. e.* pæne exstinctam. ¶ Præteritum *marcui* firmatur ex composito *emarcui.*

MARCESCO, is, n. 3. *to become withered, shrink, putrify, pine away, droop, decay*, μαραίνομαι, flaccesco, vigorem amitto, ad putrefactionem accedo, putresco. *Plin.* l. 21. c. 1. Quæ spectatissime florent, celerrime marcescunt. *Id.* l. 10. c. 48. Corpus occisæ avis statim marcescit. *Id.* l. 16. c. 40. *sub fin.* et *Vitruv.* l. 2. c. 9. *ante med.* Fagus, et cerrus pervia raritate humores penitus recipiendo, celeriter marcescunt. *Plin.* l. 25. c. 8. Chelidonia floret adventu hirundinum, discessu marcescit. *Id.* l. 27. c. 26. Ficus arbor riguis alitur: pomum ejus marcescit. *Theophrast.* hac ipsa de re verba faciens, non putrescere ficus, sed deteriores nasci ait: συκῆ δὲ εὐβλαστοτέρα μὲν ὑδρευομένη, τὸν δὲ καρπὸν ἴσχει χείρονα. De colore. *Plin.* l. 37. c. 9. *ante med.* Ille emicans in amethysto fulgor violaceus, dilutus est in hyacintho: adeoque non implet oculos, ut pæne non attingat, marcescens celerius nominis sui flore. *h. e.* evanescens, intermoriens. *fading.* ¶ Translate est languescere, infirmum fieri. *to languish; to grow dull, feeble or weak. Colum.* l. 7. c. 7. Alia genera pecorum, cum pestilentia vexantur, prius morbo et languoribus marcescunt: solæ capellæ subito concidunt. *Plin.* l. 22. c. 22. *circa med.* Marcescentes senio vires excitare. ¶ De iis, qui crapula languescunt. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 5. v. 45. Nec juvat in lucem nimio marcescere vino. *to be surfeited.* ¶ Transfertur ad animum. *Liv.* l. 28. c. 35. Equitem marcescere desidia. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 9. v. 61. Ne tua marcescant per inertes otia somnos, Lucida Pieria tendis in astra via.

MARCĬA AQUA. V. *Marcius.*

MARCĬĀNUS, a, um, ad Marcium pertinens, quod est nomen proprium Latini hominis. *Marciana carmina*, quæ laudat *Liv.* l. 25. c. 12. dicta sunt a quodam Cn. Marcio, illustri vate, magnæque apud Romanos fidei: de quo *Liv. ibid. Fest.* in *Negumate, Cic.* 1. *de Divin.* cap. 50. *Plin.* l. 7. c. 33. et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 17. Immo duos fratres hoc nomine fuisse, nobili loco natos, et divinandi vi præditos, legimus apud *Cicer.* 1. *de Divin.* c. 40. et lib. 2. c. 55. et *Serv.* ad 6. *Æn.* v. 70. et 72. Horum carminibus moti Romani Apollinares ludos instituerunt. V. *Liv. loc. cit.* ¶ Al. scribunt *Martianus.* ¶ *Sodales Marciani*, sacerdotes, qui divi Marci Imperatoris sacra curabant: qui postea propter Helvium Pertinacem Helviani sunt dicti. *Capitolin. in Pertin. c. ult.*

MARCIDŬLUS, a, um, *somewhat faint or languid*, dimin. a marcidus. *Martian. Capell. sub init.* l. 7. pag. 236. Tunc marcidulis decenter pæta luminibus Majugenam conspicatur.

MARCĬDUS, a, um, *withered, shrunk, rotten, languid, flat, marcid*, σαπρὸς, ἕωλος, marcens, flaccidus, vigore carens, putrefactus. *Vitruv.* l. 2. c. 8. *sub fin.* Asseres vetustate marcidi fiunt. *Ovid. Metum.* 10. v. 190. Ut si quis violas, riguove papaver in horto, Liliaque infringat, fulvis hærentia virgis; Marcida demittant subito caput illa gravatum, Nec se sustineant. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 50. *Hard.* Aures in equis indicia animi præferunt: fessis marcidæ, micantes pavidis, subrectæ furentibus, resolutæ ægris. *Id.* l. 23. *in procem. a med.* Omphacium confert cicatricibus marcidis, ossibus purulente limosis. *Val. Max.* l. 6. *c. ult.* n. 5. *exter.* putres artus, et tabido cruore manantia membra, et læva situ marcida. *de cruci affixo loquitur. Claudian.* l. 1. *de rapt. Pros.* v. 280. Stagnaque tranquillæ potantes marcida Lethes. *Id. de B. Gild.* v. 444. Umbratus dux ipse rosis, et marcidus ibit Unguentis. ¶ Item languens, infirmus, fractus viribus, præsertim vino, et somno, *languid, weak, feeble, enervated, dull, heavy, inactive, drowsy, besotted, bemused. Senec. in Med.* v. 69. Huc incede gradu marcidus ebrio. *Stat.* 4. *Theb.* v. 652. Marcidus Liber. *Plin. in Paneg.* c. 63. Alii marcidi somno, hesternaque cœna redundantes. *Valer. Max.* l. 7. c. 7. n. 4. *extern.* Marcida senectus. *Stat.* l. 1. *silv. ult.* v. 33. Marcida vina. *h. e.* quæ marcidos faciunt. metonymia. Al. leg. *Massica*, aut *Marsica.* [*Apul.* 3. *Met.* pag. 199. *Oudend.* Oculi libidine marcidi.] ¶ Transfertur ad animum. *Claudian. de III. Cons. Honor.* v. 40. Non tibi desidias molles, nec marcida luxu Otia, nec somnos genitor permisit inertes. ¶ *Marcidum solem* dixit vetus Poeta apud *Diomed.* l. 2. pag. 445. *Putsch.* h. e. fuscum, languidum, pallidum.

MARCIONENSIS, se, ad Marcionem pertinens, quod est nomen proprium hæresiarchæ. *Tertull. de præscript. advers. hæret.* c. 30.

MARCĬPOR, oris, m. Marci puer, hoc est, famulus, sicut *Publipor, Lucipor*, et alia hujusmodi: a *Marcus*, et antiquo *por* pro *puer*, quo per metonymiam servus notatur. *Plin.* l. 33. c. 1. *a med.* Singuli Marcipores, Luciporesve dominorum gentiles victum in promiscuo habeant. Adde *Fest.* in *Quintipor.* ¶ *Marcipor* præterea est titulus cujusdam *Varronis* satyræ, in qua, ut putat *Turnebus* l. 24. *c. ult.* de servitute disserebat, et servili imperio.

MARCĬUS, ii, celebris vates apud Romanos. V. in *Marcianus.* ¶ Item cognomen Anci quarti Romanorum regis. Item nomen Q. Marcii Regis, qui Prætor Romam adduxit aquam saluberrimam, et clarissimam, quæ ab eo *Marcia* dicta est: de qua *Frontin. de aquæduct.* artic. 7. et *Plin.* l. 31. c. 3. Hinc *Stat.* l. 1. silv. 5. v. 25. præceps

Anien, atque exceptura natatus Virgo juvat, Marsasque nives, et frigora ducens Marcia. *Propert.* l. 3. eleg. 1. v. 52. Marcius liquor. *Tibull.* l. 3. *eleg. ult.* v. 58. lympha. ¶ Sunt qui scribunt *Martia*: sed *Marcia* est etiam in Lapidibus apud *Gruter.* pag. 177. n. 1. bis, pag. 183. n. 4. et pag. 601. n. 8.

MARCOMĀNI, orum, populi Germaniæ, quorum regio aliis est, quæ nunc *Bohemia*, aliis *Moravia*. V. Geographos. *Stat.* l. et silv. 3. v. 170. Quæ modo Marcomanos post horrida bella, vagosque Sauromatas, &c. Adde *Vellei.* l. 2. c. 108. et 109. ubi et *Marcomanni* legitur. [ut et apud *Cæs. de B. Gall.* l. 1. c. 51.]

MARCOMANĬA, *et* Marcomannia, æ, f. Marcomanorum provincia. *Capitolin. in Antonin. Philos.* c. 24.

MARCOMANĬCUS, *et* Marcomannicus, a, um, ad Marcomanos pertinens. *Capitolin. in Antonin. Philos.* c. 17. Marcomanicum bellum. Adde *Eutrop.* l. 8. c. 12. et 13.

MARCOR, oris, m. *smuttiness, fading, tarnishing, marcour*, μαρασμὸς, putredo, tabes. *Plin.* l. 22. c. 22. *sub fin. de boleto.* Si caligaris clavus, ferrive aliqua rubigo, aut panni marcor affuerit nascenti. ῥάκος σεσηπὸς inquit *Dioscor.* l. 4. c. 83. ¶ Item languor, torpor: ut esse solet in iis, qui somno, aut cibo gravantur, aut rebus ad putredinem accedentibus, νῶκαρ, *languor, drowsiness, heaviness, sloth, torpor. Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 27. Inde vitium satis, et segetum sine fruge surgentium marcor. *Cels.* l. 3. c. 20. *de lethargo.* In hoc marcor, et inexpugnabilis dormiendi necessitas. *Stat.* 10. *Theb.* v. 269. Cernitis expositas turpi marcore cohortes. *h. e.* somno. ¶ Transfertur ad animum. *Senec. de tranquil. anim.* c. 2. *a med.* Inde mœror marcorque, et mille fluctus mentis incertæ. *Vellei.* l. 2. c. 119. Exercitus marcore ducis, perfidia hostis, iniquitate fortunæ circumventus. *listlessness, sluggishness, inactivity, stupor. Stat.* l. 8. *Theb.* v. 265. tum nimio voces marcore superbæ. *h. e.* superba dicta ex nimio otio, et crapula. supra enim dixerat vers. 220. ipsæque ad mœnia marcent Excubiæ.

MARCULENTUS, a, um, marcidus. *Fulgent.* l. 2. *Mythol.* c. 8. Marculenta foliorum calvities.

MARCŬLUS, li, m. *a little mallet*, parvus malleus. *Isid.* l. 19. *Orig.* c. 7. Malleus vocatur, quia dum quid calet, et molle est, cædit et producit: *marcus*, malleus major: et dictus *marcus*, quod major sit ad cædendum, et fortior: *marcellus* mediocris: *marculus* malleus pusillus. *Lucilius*: Et velut in fabrica fervens cum marculu' ferrum Magnis multorum ictibu' tundit. *Plin.* l. 7. c. 56. *ante med.* Tegulas invenit Cinyra, et metalla æris, item forcipem, marculum, vectem, incudem. *Martial.* l. 12. epigr. 57. negant vitam Ludimagistri mane, nocte pistores, Ærariorum marculi die toto. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 51. *Burm.* Faber marculum de sinu protulit, et phialam belle correxit. Al. leg. *martiolum*, vel *marteolum*: quod habetur et apud *Sarisber. de nugis Curial.* l. 4. c. 5. ubi de re eadem, de qua *Petron.* verba facit. ¶ Quod de *marco* et *marcello* tradit *Isidor.* indiget auctoritate probati Latini Scriptoris. *Harduin. ad Plin. loc. cit.* testatur, in omnibus MSS. *martulum* legi: quod probat etiam *Voss. in Etymol.* videtur enim esse magis antiquum, et Latinum. *Caper* tamen *de Orthogr. sub fin.* martulus, inquit, est sacerdos a Marte, non marculus. Apud *Fest.* hæc habentur: Marculus diminutivum a marcus.

MARCUS, i, (cujus diminut. *Marcellus*) prænomen Romanum, quod M. littera significari solet, ut *M. Tullius Cicero, M. Terentius Varro.* ¶ *Voss. in Etymolog. marcum* mollem significare ait: a μαλκὸς pro μαλακὸς. *Isid.* malleum. (V. in voce præced.) sed hæc indigent exemplis, quibus fulciantur.

MARE, ris, n. *the sea*, θάλασσα, congregatio aquarum salsi saporis. *Cic. pro Cluent.* c. 49. *extr.* Mare, quod sua natura tranquillum est, ventorum vi agitatur atque turbatur. *Id. Attic.* l. 8. ep. 3. *a med.* Infero mari navigandum est. *Id. in Pison.* c. 24. Mare vastissimum hieme transire. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 12. Summa erat vasto atque aperto mari, magnis æstibus, difficultas navigandi. *Virg.* 2. *Æn.* v. 780. vastum maris æquor arandum. et lib. 3. v. 144. ire mari. et lib. 1. v. 36. errare maria omnia circum. et lib. 10. v. 197. sulcare maria. *Horat.* l. 1. ep. 11. v. 27. trans mare currere. *to go over sea, go beyond sea*, in regiones Orientis. *Id.* l. 1. sat. 1. v. 29. nautæque, per omne Audaces mare qui currunt. *Id. Epod.* 9. v. 32. ferri incerto mari. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 590. mari tuto decurrere. *Plaut. Trin.* 4. 1. 13. Mare infidum. *Id. Rud.* 4. 2. 5. fluctuosum. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 45. ventosum. et od. 1. v. 26. tumultuosum. *Id.* epod. 2. v. 6. iratum. *Virg.* 8. *Æn.* v. 671. tumidum. *Id. Ecl.* 2. v. 26. cum placidum ventis staret mare. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 4. tranquillum. *Virg.* 3. *Æn.* v. 196. venti volvunt mare, magnaque surgunt æquora. et lib. 7. v. 528. Fluctus uti primo cœpit cum albescere vento, Paulatim se se tollit mare, et altius undas Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo. *Id.* 2. *Georg.* v. 479. maria alta tumescunt. *Cic. pro Planc.* cap. 6. Mare profundum, et immensum. *Virg.* 6. *Æn.* v. 351. maria aspera. *Senec. in Med.* v. 411. procellosum mare. et vers. 765. insanum. *Id. in Troadib.* v. 444. inquietum. *Tacit.* 4. *Hist.* cap. 52. Celerrimas navium frumento onustas sævo adhuc mari committit. *Nep. in Alcib.* c. 1. Imperator fuit summus mari et terra. *Id. in Con.* c. 1. Res magnas mari gessit. *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 15. Chium maris expers. *h. e.* vinum arte imitans Chium, sed in Italia factum, atque adeo mari non transvectum. ¶ *Nostrum mare* est mediterraneum. *the Mediterranean. Sallust. in Jug.* c. 20. et *Lucan.* l. 8. v. 293. ¶ Item mare superum, et inferum circa Italiam. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 1. ¶ *Mare* interdum est regio maritima, et insulæ maris. *Nep. in Con.* c. 4. Ad mare missus est, ut Cypriis, et Phœnicibus naves longas imperaret. *the sea side. Tacit.* 1. *Hist.* c. 2. Plenum exsiliis mare. ¶ Aliquando ponitur pro aqua maris. *Virg.* 10. *Æn.* v. 377. Ecce maris magna claudit nos objice pontus. *Plin.* l. 14. c. 7. Vinum mari condire. *with salt water.* ¶ Item facies et color maris. *Plin.* l. 37. c. 6. *de opalis gemma.* Est in iis carbunculi tenuior ignis; est amethysti fulgens purpura; est smaragdi virens mare. ¶ *E mari natos* dicunt Poetæ, quos immisericordes significare volunt, et crudeles. V. *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 85. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 155. et *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 38. ¶ *Mare cælo miscere* proverbiali locutione est omnia perturbare, nihilque non facere, ut quippiam consequare, *to turn upside down or topsy-turvy.* Proprie *Virg.* 5. *Æn.* v. 790. maria omnia cælo Miscuit. Translate *Juvenal.* sat. 6. v. 282. clames licet, et mare cælo Confundas, homo sum. ¶ *Terra marique aliquid quærere* omni diligentia quippiam exquirere, *to search by sea and land, search every where. Vatin. ad Cicer.* 5. *Fam.* ep. 9. *sub fin.* Ego tamen, terra marique ut conquireretur, præmandavi. *Plaut. Pœn. prol.* v. 105. Filias pater mari terraque usquequaque quæritat. *Sallust. in Catil.* c. 13. Vescendi causa terra marique omnia exquirere. ¶ *Maria et montes polliceri*, magna promittere illiciendi causa, *to promise whole seas and mountains, pledge himself to do more than he can perform. Sallust. in Catil.* c. 23. ¶ *In mare fundere aquas*, habenti et abundanti dare, *to carry water to the sea-side; to carry coals to Newcastle. Ovid.* 5. *Trist.* el. 6. v. 43. His qui contentus non est, in litus arenas, In segetem spicas, in mare fundat aquas. ¶ *Viam qui nescit, qua deveniat ad mare, eum oportet amnem quærere comitem sibi*: qui per se non sapit, aut valet, obtemperet alteri, et opem quærat. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 14. ¶ *Mare aeris* est vastum aeris corpus, *the expanse of heaven. Lucret.* l. 5. v. 276. quodcumque fluit de rebus, id omne Aeris in magnum fertur mare. ¶ In ablat. sing. *mari* habet, et *mare*. *Lucret.* l. 1. v. 161. E mare primum homines, e terra posset oriri, &c. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 2. v. 20. Exiguum pleno de mare demat aquæ. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 6. v. 46. Ister In caput Euxino de mare vertet iter. Adde *Varr. utrumque* apud *Charis.* l. 1. pag. 45. et 111. *Putsch.* et *Priscian.* l. 7. pag. 759. item *Plaut. Rud.* 4. 3. 42. ut quidem *Priscian.* legit. nam *mari* alii: item *Caium Dig.* lib. 1. tit. 8. leg. 5. *Mætian.* lib. 32. leg. 17. *Jabolen.* lib. 41. tit. 1. leg. 58. et *Callistrat.* lib. 47. tit. 9. leg. 6. quibus locis *Torrentin.* ex Pandectis *Florentin.* edidit *mare*, alii *mari.* ¶ In plur. num. nec *marium*, nec *maribus* dici vult *Charis. ibid.* pag. 21. *marium* tamen agnoscit *Priscian.* l. 7. pag. 770. pro quo *marum* dixit *Nævius ibid.* Neptunum regnatorem marum. *Cæsar* vero l. 5. *B. Gall.* c. 1. Naves paulo latiores, quam quibus in nostris utimur maribus.

MAREOTĬCUS, a, um, *Mareotic*, ad Mareotidem pertinens. et ponitur aliquando pro Ægyptio. *Horat.* l. 1. *od. pænult.* v. 14. Mareoticum vinum. *Colum.* l. 3. c. 2. *a med.* Mareoticæ vites. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 733. Mareotica arva. *Lucan.* l. 10. v. 117. Mareotica ebenus. *Martial.* l. 14. epigr. 209. Mareotica cortex. *h. e.* papyrus, in qua scribitur. *Id.* l. 8. epigr. 36. Pars quota Parrhasiæ labor est Mareoticus aulæ. *h. e.* Ægypti pyramides. *Stat.* l. 4. silv. 6. v. 103. sævæ Mareoticus arbiter aræ. *h. e.* Busiris Ægypti tyrannus.

MAREŌTIS, idis, f. adject. Μαρεῶτις. *Mareotis Libya* pars est Libyæ, Ægypto contermina, cujus pupuli Mareotæ, Μαρεῶται. *Plin.* l. 5. c. 6. *Martial.* l. 4. epigr. 42. Sit nive candidior. namque in Mareotide fusca Pulcrior iste color. ¶ *Mareotis palus* ibi est ingens, prope Alexandriam: de qua *Plin.* l. 5. c. 10. ubi quod *Mareotis lacus* dicitur, respicitur ad Græcum λίμνη, quæ feminina vox est. V. *Abrotonites. Lucan.* l. 9. v. 354. Corpus Alexandri pigra Mareotide mergam. *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 103. puppim Mareotida. *h. e.* navim Alexandrinam. ¶ Hujus regionis vites inter peregrinas laudant *Virg.* 2. *Georg.* v. 91. *Colum.* l. 3. c. 2. et *Plin.* l. 14. c. 3. Hinc *Lucan.* l. 10. v. 160. gemmæque capaces Excepere merum, sed non Mareotidos uvæ.

MARGA, æ, f, *marl*, genus terræ in modum cretæ albæ, qua rustici utuntur ad agros stercorandos. Multa de ea *Plin.* l. 17. c. 7.

MARGARĬDES, dum, f. μαργαρίδες, palmæ: *dates resembling pearls*: a margaritis, quoniam breves, candidæ, et rotundæ sunt, acinis, quam balanis similiores. *Plin.* l. 13. c. 4.

MARGARITA, æ, f. *et* Margaritum, ti, n. *a pearl, margarite*, μαργαρίτης λίθος, μαργαρίτη, unio, calculus candidus in conchis marinis nascens, in feminarum deliciis, et mundo muliebri præcipuus. V. *Plin.* l. 9. c. 35. *Solin.* c. 53. (*al.* 66.) et *Ammian. in fi.* l. 23. ubi multa de his. *Varro* apud *Non.* c. 3. n. 138. Altera exorat patrem libram ocellatorum, altera virum semodium margaritarum. *Id. ibid.* gemmea ephippia, et arma margarito candicantia. *Scævol. Dig.* lib. 35. tit. 2. leg. 26. Linea margaritarum. *a string of pearls. Tacit. in Agric.* c. 12. Gignit et oceanus margarita, sed subfusca ac liventia. *Augustus* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 4. Tiberinum margaritum. *Cic.* 6. *Verr.* c. 1. Nego ullam gemmam fuisse, aut margaritam, quin abstulerit. *Id. in Orat.* c. 23. *sub fin.* Removebitur omnis insignis ornatus, quasi margaritarum. Neutro genere habet etiam *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 5. leg. 17. ¶ Apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 64. *Burman.* margarita est nomen catellæ, vel dicitur de catella, tanquam de re valde cara. ¶ De quantitate. *Prudent. Peristeph. ult. de S. Romano*, v. 648. Jam jam silebo: margarita spargere Christi vetamur inter immundos sues. *Id. in Psychom.* v. 873. Margaritum ingens opibusque, et viribus hastæ Mercata. Priore loco secundam corripit, quod et *Petron.* facit *in Satyr.* c. 55. Posteriore producit: quod facit etiam *Venant. Fortun.* V. *Margaritatus.* Sed corripere rectius est. *Gregor. Nazian.* carm. 40. etiam pænultimam corripuit: Θησαυροῖο χάριν, καὶ μαργαρίτην πολύτιμον.

MARGARITARĬUS, ii, m. *a buyer and seller of pearls*, μαργαριτέμπορος, negotiator, vel piscator margaritarum. *Inscript.* apud *Reines.* class. 11. n. 110. Margaritario de sacra via. Adde *Jul. Firmic.* l. 4. c. 6. et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1116. n. 9. ¶ Adjective etiam usurpatur, ut Porticus margaritaria, apud *Publ. Victor. de regionib. Urbis R. reg.* 8. ¶ *Margaritaria, æ*, quæ in margaritis negotiatur. *Inscript.* apud *Donium* class. 8. n. 13. et *Murator.* pag. 964. n. 1. Marcia T. F. Severa auraria, et margaritaria. ¶ In alio Lapide apud *Gruter.* pag. 340. n. 2. ponitur *margaritarius* inter ministeria equorum Circensium: sed quodnam ejus officium fuerit, non constat. V. *Joann. Argol. in not. ad Panvin. de lud. Circensib.* l. 1. c. 15.

MARGARITĀTUS, a, um, adject. *adorned or set with pearls, pearled*, margaritis ornatus. *Fortunat.* carm. 4. l. 8. v. 266. Margaritato flexilis arte sinu.

MARGARITĬFER, a, um, *producing pearls*, margarita ferens. *Plin.* l. 32. c. *ult.* Concharum genera, inter quæ et margaritiferæ.

[* MARGARITĬON, onis, diminut. a *margaritum, i*, et de re carissima per similitudinem usurpatur, *my jewel, my little jewel.* Adjectum legitur bimo puello in veteri *Epitaphio* apud *Fabrett.* pag. 44. n. 253. quod eum nutritores quasi parvum margaritum amarent, carumque haberent. Sex. Brittid. juveni margaritioni carissimo.]

MARGARĪTUM. V. *Margarita.*

MARGINĀTUS, a, um, *having a border or margin, margent, marginated*, marginem habens. *Plin.* l. 35. c. 12. Ex hac æde, cum reficeretur, crustas parietum excisas tabulis marginatis inclusas esse. *h. e.* quæ marginem prominentiorem haberent, quo crustæ includerentur et continerentur. *wooden tables or frames with raised borders. Sidon.* l. 4. ep. 20. Viridantia saga limbis marginata puniceis. *bordered.*

MARGĬNO, as, avi, atum, a. 1. *to make a border or margin*, marginem circumdo et communio. *Liv.* l. 41. c. 27. Censores vias sternendas silice in urbe, glarea extra urbem substernendas, marginandasque, primi omnium locaverunt. *h. e.* extrema ora hinc et inde assurgente muniendas. *to have raised footpaths on each side.*

MARGO, ginis, m. et f. *a brink, brim, bank, margin, edge, border, verge, extremity*, κράσπεδον, extrema alicujus rei ora, ut libri, agri, viæ, imperii, fluminis, crepido. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. *circa med.* Flumen, quod per villam fluit, liquidum et altum, marginibus lapideis. *Plin.* l. 9. c. 26. *ad fin.* Margo conchæ. *Id.* l. 30. c. 13. ulceris. *Id.* l. 37. c. 2. calicis. et cap. 8. *sub fin.* gemmæ. *Lucan.* l. 9. v. 333. stagni. et vers. 609. et *Ovid.* 3. *Metam.* v. 162. fontis. *Id. Metam.* 1. v. 729. et lib. 5. v. 598. ripæ. *Valer. Max.* l. 5. c. 6. n. 4. *extern.* agri. *Sil.* l. 6. v. 360. puppis. *Lucan.* l. 10. v. 486. Nec non et ratibus tentatur regia, qua se Protulit in medios audaci margine fluctus Ambitiosa domus. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 13. nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite. *h. e.* ora, litore. *Stat.* l. 3. *Theb.* v. 407. Solverat Hesperii devexo margine ponti Flagrantes sol pronus equos. *h. e.* ora occidua. *Vitruv. c. ult.* l. 5. Margo, quæ sustinet arenam. *Æmil. Macer* apud *Charis.* l. 1. pag. 49. *Putsch.* fluviorum margine summa. *Rabir. ibid.* Idæos summa cum margine colles. *Juvenal.* sat. 1. v. 5. summi plena jam margine libri. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 563. Talia nequicquam perarantem plena reliquit Cera manum, summusque in margine versus adhæsit. et lib. 1. *Amor.* el. 11. v. 22. Margine in extremo littera rasa. *Id.* 2. *Trist.* v. 199. Hæc est Ausonio sub jure novissima, vixque Hæret in imperii margine terra tui. *the extreme confines; the frontiers.* (Adde *Plin.* l. 12. c. 20.) *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 44. Ingenuique super crines, mollisque decoræ Margo comæ. et lib. 3. silv. 2. v. 53. Claudere suspensos oculorum margine fletus. *Plin.* l. 9. c. 10. Dentes non sunt testudini, sed rostri margines acuti. *In tab. marm.* apud *Gruter.* pag. 207. Tegulas pri-

poetes omnes in antepagmento ferro figito, maginemque imposito eisdem. *Stat.* l. et silv. 4. v. 51. Maronemque sedens in margine templi. *h. e.* in limine, in atrio.

MARIA, æ, f. *the Virgin Mary*, filia Joachim, et Annæ, quæ virgo Spiritus Sancti opera concepit, et peperit Salvatorem mundi IESUM CHRISTUM Deum verum, verumque hominem. ¶ Penultima apud Christianos Poetas anceps est. *Prudent. Psychomach.* v. 88. Nec mea post Mariam potis est perfringere jura. *Sedul. in* c. 1. *Luca*, l. 2. v. 30. Angelus intactæ cecinit properata Mariæ. Sic *Arat.* l. 1. *in Act. Apost.* v. 57. Porta Maria Dei, genitrix intacta creantis. *Id.* tamen *Sedul. ibid.* v. 49. corripuit: quod et *Juvenc. Presb.* facit l. 1. v. 53. 91. &c. et *Paulin. Nol.* carm. 6. v. 110. et carm. 22. v. 153. et ex profanis *Claudian.* tum carm. 95. et 99. ubi de Matre Dei loquitur, tum multis aliis in locis, in quibus de Honorii uxore. Quare satius erit corripere.

MARIANDȲNUS, a, um, ad Mariandynos pertinens, qui sunt populi Bithyniæ in ora maris Euxini, inter Heracleam et Cytorum, Μαριανδυνοί. His locis Hercules Cerberum interfecisse dicitur. *Plin.* c. 1. l. 6. Mariandyni sinus. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 733. Jam Mariandynis advertit puppis arenis. *Id. ibid.* vers. 171. Et Mariandynum patrias penetravit ad urbes. ¶ Legitur et *Maryandinus.*

MARIĀNUS, a, um, ad Marium pertinens, quod est nomen nobilissimi civis R. cujus vitam *Plutarch.* scripsit. *Cic. in Bruto*, c. 47. *ad fin.* Mariani consulatus. *Id.* 2. *de Orat.* c. 66. Marianum scutum Cimbricum. *Id.* 3. *Agrar.* c. 2. Marianus tribunus plebis. *Id.* 1. *de Legib.* c. 1. Mariana quercus. *Propert.* l. 3. el. 2. v. 43. Aut quibus in campis Mariano prœlia signo Stent, &c. *Flor.* l. 3. c. 12. Mariana, et Syllana tempestas. et lib. 2. c. 19. Mariana, et Syllana bella. et lib. 4. c. 2. Mariana, et Cinnana rabies. V. *eund.* l. 3. c. 21. et *Vellei.* l. 2. c. 18. *et sequent.* ¶ De mulis Marianis V. *Mulus.*

MARĪCA, æ, f. Nympha litoris Minturnensium, apud Lirim fluvium Fauni uxor, Latini mater. *Virg.* 7. *Æn.* v. 47. ¶ *Lactant.* scribit l. 1. c. 21. ita appellatam fuisse Circem mortuam et consecratam. ¶ Ab ea nomen habet Minturnensium palus, in qua Marius Syllam fugiens latitavit. *Vellei.* l. 2. c. 19.

MARĪNUS, a, um, *of the sea, living in the sea, marine*, θαλάσσιος, ad mare pertinens. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 16. Marini terrenique humores. *Id.* 2. *de Divin.* c. 14. Marini æstus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 362. Marinæ fulicæ. et lib. 2. v. 160. Marinus fremitus. et vers. 68. et casus abies visura marinos. *Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. 1. leg. 1. et *Scævol.* lib. 50. tit. 5. leg. 3. Marinæ naves. *h. e.* quæ mari decurrunt: et distinguuntur a fluvialibus. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 16. Nymphæ marinæ. *h. e.* quæ mare incolunt. *sea nymphs. Horat.* l. 3. od. 26. v. 5. Marina Venus. et od. 23. v. 15. Marinus ros. *h. e.* rosmarinum. *rosemary. Plin.* l. 9. c. 4. Visum ab his in Gaditano oceano marinum hominem, toto corpore absoluta similitudine: ascendere navigia nocturnis temporibus, statimque degravari, quas insederit. ¶ *Marinus morsus* apud *eund.* l. 26. c. 36. est acrimonia et mordacitas salsi saporis aquæ marinæ. ¶ De marinis Laribus V. in *Permarinus.*

MARISCA, æ, f. *a kind of large insipid fig*, βούσυκον, ficus grandior, sed insipida: a *mas, maris*, quasi mascula, ob magnitudinem. *Martial.* l. 7. epigr. 24. Infanti melimela dato, fatuasque mariscas. *Cato R. R.* c. 8. et *Plin.* l. 15. c. 18. Ficos mariscas in loco cretoso, et aperto serito. (*ficos mariscas* habet etiam *Varr.* apud *Non.* 17. 7.) *Colum.* l. 10. v. 415. Purpureæque Chelidoniæ, pinguesque mariscæ. *Senec. Suasor.* 2. *a med.* Eo pervenit insaniæ, ut ficos non esset, nisi mariscas. *Horat.* videtur has significare, cum ait l. 2. sat. 2. v. 122. Et nux ornabat mensas cum duplice ficu. ¶ A fructus hujus similitudine etiam mariscæ dicuntur tubercula ulcerosa, quæ ex præpostera libidine circa podicem nascuntur. *a kind of piles or hemorrhoids. Juvenal.* sat. 2. v. 13. Cæduntur tumidæ, medico ridente, mariscæ.

MARISCUS, i, *vel* Mariscum, i, n. *a kind of bulrush*, juncus marinus, unde tegetes texuntur: a *mas, maris. Plin.* l. 21. c. 18.

MARITĀLIS, le, *of or belonging to a husband, or marriage, matrimonial, nuptial, marital*, γαμικός, conjugalis. *Colum. in proœm.* l. 12. Maritale conjugium sic comparatum esse natura. *Ovid.* l. 2. *de ar. am.* v. 258. Maritalis vestis. *Valer. Max.* l. 9. c. 1. n. 9. Maritalis fax. et lib. 6. c. 3. n. 10. Maritale supercilium. *Juvenal.* sat. 6. v. 43. maritali jam porrigit ora capistro. *h. e.* jugum subit matrimonii. *Senec. in Œdip.* v. 956. Maritales oculi. *h. e.* quibus quis aliquam affectu mariti aspicit.

MARITĀTUS, a, um, *maritated. Pecunia maritata* apud *Plaut. Epid.* 2. 1. 11. quæ cum uxore conjuncta est, *h. e.* cujus possessio est penes uxorem: seu quæ habetur a marito ex dote, uxore vivente.

MARITĬMUS, a, um, *of the sea, lying near the sea, maritime*, ἐπιθαλάσσιος, qui mare accolit, qui ad mare est, vel fit. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 34. Maritimæ civitates. *Cic.* 7. *Verr.* c. 27. Homines maritimi. *seafaring. Id. in Partit.* c. 10. Loci maritimi, an remoti a mari, plani an montuosi. *Plin.* l. 6. c. 27. *a med.* Maritimus portus. *a harbour, port. Hirt. de B. Afric.* c. 85. Porta oppidi maritima. *leading to the sea.* et *de B. Alex.* c. 26. Ægyptus maritimo accessu Pharo, pedestri Pelusio munita. *where it is accessible by sea,—where by land*, &c. *Nep. in Attic.* c. 14. Villam habere suburbanam, aut maritimam. *on the sea-coast. Cic. pro Planc.* c. 40. *extrem.* Maritimus cursus. *a voyage. Plin.* l. 14. c. 2. *a med.* Maritimo afflatu gaudent vites. *air blowing from the sea; a sea-breeze. Cic.* 5. *Tuscul.* c. 14. Ora maritima. *the sea-coast. Id. in fine* ep. 16. l. 2. *ad Attic.* Te hospitio agresti accipiemus, quoniam maritimum hoc contempsisti. *Cic.* 7. *Verr.* c. 27. Homines a navigando, rebusque maritimis remotissimos. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 5. Præerat Ægyptiis navibus Pompeius filius, Asiaticis Lælius, Achaicæ classi Libo: toti tamen officio maritimo Bibulus præpositus cuncta administrabat. *Nep. in Aristid.* c. 2. Summa imperii maritimi. *the chief command at sea. Hirt. de B. Alex.* c. 25. Dimicationem maritimam feliciter conficere. *Liv.* l. 21. c. 63. Maritimæ naves. *h. e.* quæ a fluvialibus distinguuntur. Sic *Jabolen.* lib. 33. tit. 7. leg. 11. Maritimæ insulæ. *Nep. in Themist.* c. 2. Prædones maritimi. *pirates, corsairs. Flor.* l. 2. c. 2. Maritimus triumphus. *a naval triumph.* Absolute *Cic. Fam.* 2. ep. 16. *ante med.* In maritimis sum. *Plin.* l. 6. c. 34. Maritima Africæ. *Flor.* l. 4. *c. ult.* Hibernas in Tarraconis maritimis. *on the sea-shore.* ¶ Ponitur et pro marino. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 29. et *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 53. Maritimi æstus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 7. *a med.* Sal maritimus. *Nep. in Attic.* c. 6. Maritimis fluctibus jactari. ¶ *Maritimæ usuræ* apud *Paul. Dig.* lib. 22. tit. 2. leg. 6. sunt, quæ ex nauticis negotiis percipiuntur. ¶ *Maritimi mores* apud *Plaut. Cistell.* 2. 1. 11. sunt incerti, inconstantes, instar maris. ¶ *Maritimæ nuptiæ* apud *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. sunt quibus Thetidem Peleus duxit: et *terrenis opponuntur.* ¶ Scribitur et *maritumus* prisco more.

MARĪTO, as, avi, atum, a. 1. *to marry or give in marriage*, συνοικίζω, nuptui trado. *Sueton. in Vespas.* cap. 14. Vitellii filiam splendidissime maritavit. ¶ Dicitur etiam de viris: et quidem magis proprie. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 6. Quando, maritandum Principem, multi suaderent. Huc pertinet lex *de maritandis ordinibus*, quam vel sanxit, vel retractavit Augustus, ut est apud *Sueton. in ejus vita*, c. 34. multa continens capita ad matrimonia civium R. pertinentia, quæ magnam partem collegit *Hotoman.* in indice legum Romanarum. ¶ Item de bestiis. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *a med. de canib.* Tunc dicuntur catulire, id est ostendere, se velle maritari. *Colum.* l. 8. c. 2. *a med.* Gallinæ ternæ singulis maribus maritantur. ¶ Item de arboribus. *Horat.* epod. 2. v. 9. adulta vitium propagine Altas maritat populos. *Colum.* l. 11. c. 2. *a med.* Ulmi vitibus maritantur. *are joined or wedded.* Ubi τὸ *vitibus* est ablativus, ut *propagine* in loco *Horatii.* neque enim dicebant *maritare vitem*, sed *arborem*, puta *palmam, ulmum*, et hujusmodi, cum ei vitem sustinendam adjungebant. *Id.* l. 4. c. 2. Duos palos unius seminis flagellis maritari. et cap. 22. *a med.* Ut vitis novellos caules transmittat, qui possint sua maritare statumina. *Id.* l. 5. c. 6. *circa med.* Si teneram ulmum maritaveris, novam vitem sufferet; si vetustam vitem applicueris, conjugem necabit. ¶ Est etiam gravidare, fecundare. *to impregnate. Claudian.* l. 2. *de rap. Pros.* v. 89. Zephyrus glebas fecundo rore maritat. *Plin.* l. 16. c. 25. Primus est conceptus, flare incipiente Favonio. hoc maritantur virescentia e terra: quippe cum etiam equæ in Hispania. *Id.* l. 13. c. 4. *ante med.* ait, *Marem palmæ* afflatu visuque ipso, et pulvere etiam, reliquas *palmas feminas* maritare. *Solin.* cap. 23. (*al.* 36.) Equæ adspirante Favonio concipiunt, et sitientes viros aurarum spiritu maritantur.

MARĪTUS, a, um, *of or belonging to marriage, matrimonial, nuptial, conjugal, marital*, ad conjugium pertinens, conjugio sociatus, maritalis. *Liv.* l. 27. c. 31. Vagabatur cum uno, aut altero comite per maritas domos dies, noctesque. *Al. leg.* maritimas. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 41. Junonemque, toris quæ præsidet alma maritis. et ep. 12. v. 87. et *Propert.* l. 3. el. 19. v. 16. Juno, sacris quæ præsidet alma maritis. *Horat. in carm. sæcul.* v. 20. Lex marita, ferax prolis novæ. *h. e.* de maritandis ordinibus: de qua V. in voce præced. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 283. metuis Venerem temerare maritam. et ep. 11. v. 101. Tolle procul decepte faces Hymenæe maritas. *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 1. v. 73. socialis amor, fœdusque maritum. *Avien. in descript. Orb.* v. 339. *de Nilo.* inque jacentem Ægyptum fusus fluctu premit arva marito. *h. e.* fecundante. Sic *in Pervigil. Ven.* v. 4. 11. et 61. Mariti imbres. ¶ *Maritus* absolute interdum refertur ad utrumque conjugem. *Papinian. Dig.* lib. 24. tit. 1. leg. 52. *extr.* Quo casu inter exteros condictio nascitur, inter maritos nihil agitur. *between the parties married.* Sæpissime est ipse vir, *a husband*, ut *marita* uxor, *a wife. Horat.* l. 3. od. 14. v. 5. Unico gaudens mulier marito. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 31. *ad fin.* Ut tu maritus sis quam optimæ, et hæc quam optimo viro nupta sit. *Horat.* l. 3. od. 5. v. 6. Milesne Crassi conjuge barbara Turpis maritus vixit? *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 134. Et fas omne facit fratre marita soror. *h. e.* Juno, quæ Jovis fratris sui uxor est. *Horat.* epod. 8. v. 14. Nec sit marita, quæ rotundioribus Onusta baccis ambulet. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 139. hic castas, duce se, jubet esse maritas. ¶ De sponso, *a spouse, bridegroom. Val. Flacc.* l. 8. v. 16. Hæmonio nunquam spernenda marito, Condita letiferis promit medicamina cistis. *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 31. Ut juveni primum virgo deducta marito. ¶ Dicitur interdum de bestiis, *the male of beasts. Horat.* l. 1. od. 17. v. 7. Olens maritus. *h. e.* hircus. *a he-goat.* Sic *Virg. Ecl.* 7. v. 7. Vir gregis ipse caper. *Colum.* l. 7. c. 6. Maritos gregum mutilos esse oportebit. *Id. in fin.* c. 5. l. 8. *de gallinaceis.* Rarior est in his avibus mariti bonitas. ¶ Item de arboribus, quæ adjunctas vites habere possunt. *Cato R. R.* c. 32. Arbores facito uti bene maritæ sint. *Colum.* l. 3. c. 11. Olivetum maritum. *Catull.* carm. 61. *nupt.* v. 54. At si forte eadem (*vitis*) est ulmo conjuncta marito, &c.

MARĬUS, ii, m. Civis Romanus Arpinas, qui septies Consul fuit. Ejus vitam habes apud *Plutarch.* De bello ejus civili cum Sylla et Cinna, V. *Flor.* l. 3. c. 21. ¶ Adjective *Maria lex* memoratur a *Cicer.* 3. *de Legib.* c. 17. Eam tulit circa A. U. DCXXXIV. C. Marius trib. pleb. ut pontes, per quos transibant suffragium ferentes, angustiores fierent, ne quis in iis, præter eum, qui suffragium ferret, consistere posset, rogandi et appellandi causa.

MARMARĬCUS, a, um, Μαρμαρικός, ad Marmaricam pertinens, quæ est regio Africæ inter Ægyptum et Cyrenem: et ponitur etiam pro Libyco, quia contermina est Libyæ desertæ: immo et *Mareotis Libya* appellatur: item universim pro Africano. *Plin.* l. 13. c. 23. Marmaricum genus capparis. *Lucan.* l. 3. v. 292. non corniger Hammon Mittere Marmaricas cessavit in arma catervas. *Id.* l. 6. v. 309. Nec Juba Marmaricas nudus pressisset arenas. *Sil.* l. 7. v. 83. si pellere nostris Marmaricam terris nubem dabis. *h. e.* Pœnorum arma. *Sidon.* carm. 11. v. 103. Marmarica fera. *h. e.* elephas.

MARMARĬDES, dæ, m. Μαρμαρίδης, qui est e Marmarica regione. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 124. tentanti dextera fixa est Cuspide Marmaridæ Corythi. *Sil.* l. 5. v. 437. Othrys Marmarides. ¶ *Marmaridæ, arum*, ejus tractus incolæ. *Plin.* l. 5. c. 5. et 6. et *Lucan.* l. 4. v. 679. mixti Garamante perusto Marmaridæ volucres. *Sil.* l. 5. v. 184. Marmaridum mediam penetrare phalangem. *pro* Marmaridarum. ¶ Hos incantandorum serpentium, et medendi venenis peritissimos facit *Sil.* l. 3. v. 300. Hinc *Lucan.* l. 9. v. 893. gens unica terras Incolit, a sævo serpentum innoxia morsu, Marmaridæ Psylli.

MARMARĪTIS, f. *the herb bear's breech or fumatory*, μαρμαρῖτις, herbæ genus, al. aglaophotis, ob admirabilem colorem: a *marmor*, quia nascitur in marmoribus Arabiæ. *Plin.* l. 24. c. 17.

MARMOR, oris, n. *marble*, μάρμαρος, lapis durus ac solidus, præsertim qui in lapicidinis foditur, et scalpro elaboratur ad statuas, columnas, et varia opera ædificiorum: a voce Græca allata, quæ a μαρμαίρω, candico, resplendeo: ut proprie de iis dicatur, qui candidi sunt et nitentes. Quomodo a lapide differat, V. *Lapis.* De variis marmorum generibus, et coloribus fuse *Plin.* l. 36. c. 7. Celeberrima sunt Parium, Lacedæmonium viride, Augustum, et Tiberium, utrumque ex Ægypto, Numidicum, Phrygium, quod et Synnadicum, Proconnesium, Carystium, Chium, porphyrites, ophites, Memphites, Syenites, &c. *Cic. pro Arch.* c. 9. Ennius in sepulcro Scipionum putatur esse constitutus e marmore. *Virg.* 3. *Georg.* v. 13. templum de marmore ponam. *Id.* 6. *Æn.* v. 848. vivos ducent de marmore vultus. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 70. externo marmore dives opus. *Plin.* l. 36. c. 6. Secare marmor in crustas. *Quintil.* l. 2. c. 20. Marmor expolire. *Horat.* l. 4. od. 8. v. 13. incisa notis marmora publicis. *Ovid. Heroid.* ep. 7. *in fin.* Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit. *Id.* 15. *Metam.* v. 314. Flumen quod tactis inducit marmora rebus. *h. e.* in lapidem vertit. *Martial.* l. 7. epigr. 30. Rus marmore tertio notatum. *h. e.* ad tertium ab urbe lapidem. Adde lib. 9. epigr. 65. [† ¶ De statua ex marmore facta. *Plin.* 7. 38. Nobilitatus marmore Praxiteles. *a statue of marble.*] ¶ *Servus a marmoribus* est, qui præest marmoribus coemendis, secandis, elaborandis. *Inscript.* apud *Grut.* pag. 593. n. 7. ubi num. 5. habetur: T. Flavius Successus Aug. L. Tabularius marmorum Lunensium. *h. e.* rationibus marmorum Lunensium, ut est num. 4. ¶ Quod *Cato R. R.* c. 23. et *Colum. in fi.* c. 20. l. 12. marmor jubent in vinum indi, marmoris farinam intelligunt, et conditurae gratia faciunt: cujus meminit et *Plin.* l. 14. c. 19. et lib. 23. c. 1. *a med.* ¶ Poetæ hoc nomen mari tribuunt, vel quia cum ventis commovetur, candescit, ut est apud *Lucret.* l. 2. v. 763. *et sequentib.* vel quia æquum, et planum est. *the sea. Virg.* 7. *Æn.* v. 28. lento luctantur marmore tonsæ. et vers. 718. Quam multi Libyco volvuntur marmore fluctus. et lib. 10. v. 208. spumant vada marmore verso. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 88. marmora pelagi. *Sil.* l. 14. v. 464. infidum marmor. ¶ In illo *Valer. Flacci* l. 6. v. 568. jam non per curva volantem Stagna, nec in medio truncantem marmore cervos: *marmor* est mare glacie duratum. [† ¶ Videtur usurpari pro metallo albi coloris, marmor enim inter equorum Solis ornamenta commemorat, ærique inaurato et orichalco interserit *Prudent.* l. 1. *contr. Symmach.* v. 347. Et frenos

phalerasque, et equorum pectora anhela Æris inaurati, vel marmoris, aut orichalci Jusserunt nitido fulgere polita metallo. ¶ Accusat. *marmorem* est apud *Plin. Valer.* l. 3. c. 14. *a med.* Super marmorem aqua lotum fundes medicamen.]

MARMORARĬUS, ii, m. *a worker in marble*, μαρμαροποιός, artifex elaborandi, et poliendi marmoris. *Senec.* ep. 88. *ante med.* Non adducor, ut in numerum liberalium artium pictores recipiam, non magis quam statuarios, aut marmorarios, aut ceteros luxuriæ ministros. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 640. n. 6. et 7. C. Sempronio Felici marmorario. *Vitruv.* l. 7. c. 6. Cæmenta marmorea, sive assulæ, quæ marmorarii ex operibus dejiciunt. ¶ Vox est adjectiva. *marmorean. Senec.* ep. 90. *ante med.* Posse nos habitare sine marmorario fabro: posse nos vestitos esse sine commercio Serum. [*Inscript.* apud *Marinium Fratr. Arval.* pag. 693. D. M. titulos scribendos, vel si quid operis marmorarii opus fuerit, hic habes. Hoc programma officinæ alicujus marmorarii inscriptum fuisse videtur.]

MARMORATĬO, onis, f. *a flooring with marble; marmoration*, μαρμάρωσις, constructio ex marmore. *Apul. in Florid.* n. 18. (*al.* l. 4.) Pavimenti marmoratio, proscenii contabulatio, scenæ columnatio.

MARMORĀTUM, i, n. *an incrusting with mortar made of beaten marble and lime; a plastering or pargetting with stucco; a stucco ceiling*, tectorium ex marmore tuso et calce, quod pavimentis et parietibus inducitur: cujus faciendi rationem *Vitruv.* l. 7. c. 6. docet. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 59. Camaras in oporothecis marmorato, et parietes, pavimentaque facere. et lib. 3. c. 7. Quam levissimo marmorato parietes, ac camaras oblinere. *Plin.* l. 36. c. 23. Tectorium nisi ter arenato, et bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet. *et mox.* Experimentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohæreat.

MARMORĀTUS, a, um, *cased or covered with marble*, marmore stratus, aut incrustatus. *Stat.* l. 4. silv. 3. v. 96. Ingenti plaga marmorata dorso. *h. e.* via silicibus strata. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 77. *Burm.* Domus habet quatuor cœnationes, cubicula viginti, porticus marmoratas duas. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 59. Parietes, et solum opere tectorio marmorato loricare. *plastered with stucco.* V. vocem præced.

MARMORĔUS, a, um, *made of marble, marble, marmorean*, μαρμάρεος, qui est e marmore. *Cic.* 6. *Verr.* c. 1. Signum æneum, marmoreum, eburneum. *Id. pro Dom.* c. 24. Marmoreæ columnæ. *Id. Parad.* 1. c. 4. Tecta marmorea, ebore et auro fulgentia. *Virg.* 4. *Æn.* v. 392. Marmoreus thalamus. *h. e.* cubiculum pretiosis marmoribus ornatum. *Cic.* 6. *Parad.* c. 3. et *Ovid.* 15. *Metam.* v. 672. Marmoreum solum. *h. e.* marmore stratum. *a marble pavement. Virg. Ecl.* 7. v. 35. Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu Si fetura gregem suppleverit, aureus esto. Adde *Horat.* l. 4. od. 1. v. 20. ¶ Poetice dicitur de membris, quæ instar marmoris candent, et nitent, ut niveus, *white as marble, of marble whiteness, white as alabaster. Virg.* 4. *Georg.* v. 523. marmorea caput a cervice revulsum. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 746. Marmoreus pollex. et lib. 3. v. 481. Marmoreæ palmæ. *Id.* 2. *Amor.* el. 11. v. 15. Marmorei pedes. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 421. Hic corpus solidum invenies, hic stare papillas Pectore marmoreo. *Martial.* l. 8. epigr. 56. Marmorea fundens nigra Falerna manu. *Lucret.* l. 2. v. 763. quæ nigro fuerint paulo ante colore, Marmoreo fieri possint candore repente. *Id. ibid.* v. 774. in marmoreum migrare colorem. *h. e.* albentem. Hinc *Marmoream Paron* dixit *Ovid.* 7. *Metam.* v. 465. quia cum marmore candidissimo abundet, procul aspicientibus candoris speciem præbet: unde *niveam* vocat *Virgil. Æn.* 3. v. 126. ¶ Dicitur etiam de gelu, quod duritiem marmoris, et candorem refert, *hard as marble. Ovid. Fast.* 4. v. 918. marmoreo pallet adusta gelu. *Id.* 3. *Trist.* el. 10. v. 10. Terraque marmoreo candida facta gelu. ¶ Refertur et ad mare, ut marmor. *Virg.* 6. *Æn.* v. 729. Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus. ¶ *Marmorea ars*, statuaria. *Vitruv.* l. 4. c. 1. *post med.* Callimachus, qui propter elegantiam et subtilitatem marmoreæ artis, &c. *statuary.*

MARMŎRO, as, avi, atum, a. 1. marmore incrusto. *Lamprid. in Alexandr. Sever.* c. 25. Palatio exornato hoc genere marmorandi. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 129. n. 1. Ex conlatione sua, et manipularium suorum ædiculam marmoravit. [† V. *Marmoratus.*]

MARMORŌSUS, a, um, *like marble*, marmoris naturam habens, lapidosus, ut Sil marmorosum, apud *Plin.* l. 33. c. 12. *ad fin.* et lib. 35. c. 6. *circa med.*

MARO, onis, m. Μάρων, ωνος, opifex quidam figulus, vel ut alii putant, Magii cujusdam viatoris initio mercenarius, mox ob industriam gener: quem cum agricolationi, reique rusticæ, et gregibus præfecisset socer, silvis coemendis et apibus curandis reculam auxit. Filium habuit toto litterario orbe, et apud omnem posteritatem celeberrimum, *P. Virgilium Maronem*, in cujus vitæ initio hæc *Donatus* tradit: Porro cum Maronem legimus, non patrem, sed filium intelligimus. *Martial.* l. 8. epigr. 56. Ingenium sacri miraris abesse Maronis, Nec quemquam tanta bella sonare tuba: Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones. et l. 14. epigr. 186. Quam brevis immensum cepit membrana Maronem! *Id.* l. 12. epigr. 4. Maro summus. *Juvenal.* sat. 11. v. 178. Conditor Iliadis cantabitur, atque Maronis Altisoni dubiam facientia carmina palmam. *Rutil. in Itiner.* l. 1. v. 170. Et reges Rutulos, teste Marone, refert. ¶ Fuit etiam *Maro*, vel *Maron* Euanthei filius, Bacchi nepos, et Apollinis Ismarii sacerdos, a quo est Maronea, vel Maronia, Μαρώνεια, Thraciæ maritimæ oppidum, apud *Plin.* l. 4. c. 11. et *Pompon. Mel.* l. 2. c. 2. *a med.* Hinc Maroneum vinum. ¶ Item fluvius Peloponnesi non longe ab Alpheo. ¶ Præterea *Maro* nomen est collis in Sicilia. *Plin.* l. 3. c. 8. ¶ In illo versu *Propert.* l. 2. el. 23. v. 48. Flumina sopito quæque Marone cadunt: videtur *Maro* signum esse sive Poetæ, sive fluminis, in aquæductu positum Silani loco, et dormientis habitu efformatum.

MARONĔUS, a, um, ad Maronem pertinens Thraciæ regem, seu ad Maroneam urbem (V. vocem præced.) circa quam nobile vinum nascebatur: quo cum ille rex Ulyssem donasset, hic Cyclopi dedit, sopitumque excæcavit. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 56. Cessit et Ætnææ Neptunius incola rupis, Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho. *Plin.* l. 14. c. 4. *circa med.* Vino antiquissima claritas Maroneo, in Thraciæ maritima parte genito, ut auctor est Homerus. (*Odyss.* l. 9. v. 195.) ¶ Item ad P. Virgilium Maronem pertinens. *Virgilian. Stat.* l. et silv. 4. v. 54. tenues ignavo pollice chordas Pulso, Maroneique sedens in margine templi Sumo animum, et magni tumulis adcanto magistri.

MARONIĀNUS, a, um, Maroneus, ad Virgilium Maronem pertinens. *Stat.* l. 2. silv. 7. v. 74. Ante annos Culicis Maroniani. V. *Culex. Sidon. in carm.* epist. 1. lib. 8. stilus aut Maronianus, Aut quo tu Latium beas, Horati. et carm. 9. v. 222. Maronianum bustum.

MARONĪTES, æ, m. Μαρωνείτης, qui est ex Maronea Thraciæ urbe, de qua in *Maro* dictum est. *Plin.* l. 35. c. 11. *ante med.* Athenion Maronites.

MARPESĬUS, a, um, Μαρπήσσιος, ad Marpesum, Μάρπησσον pertinens, qui mons est Pari insulæ, ut *Serv.* docet ad illud *Virg.* 6. *Æn.* v. 470. Nec magis incepto vultum sermone movetur, Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes. V. *Mermessius.* In proverbium abiit hoc *Virgilii* dictum de obstinato, aut stupido. Sic *Arnob.* l. 2. pag. 60. Stipes aut aliquis, aut Marpesia, ut dictum est, rupes, stabit elinguis, et mutus. ¶ Scribitur et *Marpessius.*

MARRA, æ, f. *a mattock, pick-axe, weeding hook, hoe*, instrumentum rusticum lato ferro radendæ terræ, herbisque exscindendis aptum. *Colum.* l. 10. v. 70. curvi vomere dentis Jam virides lacerate comas, jam scindite amictus. Tu gravibus rastris cunctantia perfode terga: Tu penitus latis eradere viscera marris Ne dubita. et vers. 88. Mox bene cum glebis vivacem cæspitis herbam Contundat marræ, vel fracti dente ligonis. *Juvenal.* sat. 15. v. 166. cum rastra, et sarcula, tantum Assueti coquere, et marris, ac vomere lassi Nescierint primi gladios excudere fabri. *Plin.* l. 17. c. 21. *circa med.* Solum apricum bidente pastinari debet, ternos pedes bipalio alto: marra rejici quaternum pedum fermento. *h. e.* versari, et evolvi. ¶ Aliud marræ officium est in illo *ejusd.* l. 9. c. 14. *de siluro, pisce ingenti.* In Mœno Germaniæ amne protelis boum, et in Danubio marris extrahitur. *h. e.* ferreis uncis marræ figura. Ita enim legit *Harduin.* alii aliter.

MARRUBĬUM, *et* Marruvium opp. olim, nunc pagus exiguus Latii, in finibus Marsorum ad Fucinum lacum. *Silius* l. 8. v. 507. Marrubium veteris celebratum nomine Marri.

MARRUBĬUM, ii, n. *hoarhound*, πράσιον, herba, de qua *Plin.* l. 20. c. 22. Marrubium plerique inter primas herbas commendavere, quod Græci prasion vocant, alii linostrophon, nonnulli philopæda, aut philochares: notius quam ut indicandum sit. [† *Id.* 20. 23. Marrubium nigrum. *ballote, black hoarhound.*] *Colum.* l. 10. v. 355. Profuit et plantis latices infundere amaros Marrubii. *Plin. loc. cit.* persequitur varios ejus usus in medicina: et lib. 14. cap. 16. ex eo etiam vinum fieri ait, quod Græce πρασίτης οἶνος dicitur.

MARRUBĬUS, a, um, ad Marrubium oppidum spectans. *Virg.* 7. *Æn.* v. 750. Quin et Marrubia venit de gente sacerdos.

MARRUCĪNI, orum, m. pop. Italiæ, in parte occidentali Aprutii citerioris, oram maris Hadriatici attingentes, sub Samnitibus, prope Aternum fluvium. *Plin.* l. 3. c. 12.

MARRUCĪNUS, a, um, adject. ad Marrucinos spectans, ut Marrucina pubes, *Silius* l. 8. v. 521. Marrucini montes, *Stat.* l. 4 silv. 4. v. 86. Marrucinus ager, *Plin.* l. 2. c. 83.

MARS, Martis, m. *the god of war*, Ἄρης, deus belli præses: qui a Poetis etiam *Mavors* dicitur. Filius est Jovis et Junonis, ut ait *Hygin. in præfat.* vel, ut alii fabulantur, solius Junonis, sine patre. Cum enim vidisset, Jovem maritum percusso capite, sine muliere, procreasse Minervam, Floræ monitu, cui doloris et invidiæ suæ causas ediderat, florem in Oleniis arvis nascentem tetigit, tacto ipsa quoque sine viro concepit, et Martem peperit. Rem narrat *Ovid.* 5. *Fast.* v. 229. *et sequ.* Sacra illi est, ex locis, Thrace præcipue, et quæ supra eam regiones sunt, quod in ea est in lucem editus: eamque sedem describit poetice *Stat.* 7. *Theb.* a vers. 40. Ex populis Romani, quod Romulum et Remum, auctores Urbis et imperii, ex Ilia genuerit: ex bestiis lupus, quod lupa eos pueros expositos lactaverit, vel ob vim, et voracitatem; item equus, cujus maximus est in bellis usus: ex avibus accipiter, qui alias aves persequitur, et conficit; vultur, qui cadaveribus pascitur; item picus, quia iisdem infantibus, Faustulo inspectante pleno ore cibum ingerere visus est, ut est apud *Ovid.* 3. *Fast.* v. 54. et *Aurel. Vict. de orig. gent. R.* c. 20. Delectari dicitur bello, et cædibus, comitesque illi tribuuntur Impetus amens, cæcumque Nefas, Iræque rubentes, exsanguesque Metus, Insidiæ, geminumque tenens Discordia ferrum; tristissima Virtus, lætusque Furor, vultuque cruento Mors armata, ut verbis utar *Statii loc. cit.* Ferunt, habentem cum Venere consuetudinem, Solis indicio deprehensum a Vulcano, rete æreo tenuissimo super lectulum strato, omniumque deorum risui objectum, tandem Neptuno intercedente solutum fuisse: quæ habes apud *Ovid.* 4. *Metam.* v. 171. *et sequentib.* Filios habuit ex Venere Harmoniam, et Formidinem, Œnomaum ex Asterope, Hippolyten, vel Penthesileam Amazona ex Otrira, seu Otrera regina: præterea ex aliis Lycum, Diomedem, Cycnum, Ascalaphum, &c. *Hygin. in præfat.* et fab. 30. 112. et 159. et alibi. *Virg. Ecl.* 10. v. 44. Mars durus. *Id.* 2. *Æn.* v. 440. indomitus. *Horat.* l. 1. od. 28. v. 17. torvus. et l. 2. od. 14. v. 13. cruentus. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 28. sævus. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 160. ferus. et l. 13. *Metam.* v. 11. ferox. *Id. de remed. amor.* v. 153. sanguineus. *Id. initio* 3. *Fast.* bellicus. *Martial. de spectac.* epigr. 6. belliger. *Lucan.* l. 7. v. 335. funestus. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 105. rapax. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 98. audax. *Senec. in Troadib.* v. 185. violentus. *Cic.* l. 15. *ad Attic.* ep. 11. Fortibus sane oculis Cassius (Martem spirare diceres) se in Siciliam non iturum. ¶ *Per martem* jurabant milites. *Plaut. Mil.* a. 5. v. 21. *Bacch.* 4. 8. 6. ¶ Metonymice, ut *Bacchus* pro vino, pro frumento *Ceres*, sic pro bello et prœliis *Mars* ponitur. *war, battle. Senec. in Agam.* v. 921. Cecidit decenni Marte concussum Ilium. *Vellei.* l. 2. c. 90. Hispaniæ multo varioque Marte pacatæ. *Plin.* l. 32. c. 1. Echeneis fertur Actiaco Marte tenuisse navem Antonii. *Virg.* 6. *Æn.* v. 165. Ære ciere viros, Martemque accendere cantu. et lib. 12. v. 108. Æneas acuit Martem, et se suscitat ira. *Cic. pro Marcell.* c. 6. Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoris. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 27. urbis se mœnibus hostes Continuere diu, nec aperti copia Martis Ulla fuit. *of fighting in the open field. Senec. in Œdip.* v. 275. Aperto Marte, an insidiis jacet? *attacked openly.* ¶ Item belli aut prælii fortuna, et exitus. *Cic.* 6. *Fam.* ep. 4. Cum omnis belli Mars communis, et cum semper incerti exitus prœliorum sint. *Liv.* l. 8. c. 11. Communem vere Martem belli utramque aciem pari cæde prostravisse. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 19. Ut qui propinquitatem loci viderent, paratos prope æquo Marte ad dimicandum existimarent. *h. e.* paribus viribus, et æquo loco. *Liv.* l. 2. c. 8. *sub fin.* et cap. 51. Ibi varia victoria, et velut æquo Marte pugnatum est. *with equal success on both sides; neither side claiming the victory. Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 19. et *Curt.* l. 6. c. 1. Cum prælium diutius pari Marte iniretur. *Liv.* l. 1. c. 25. *a med.* Jamque æquato Marte singuli supererant, sed nec spe, nec viribus pares: alter intactus ferro, alter fessus vulnere. *Quintil.* l. 8. c. 6. *ante med.* Vario Marte pugnatum est. *Tacit.* 4. *Hist.* cap. 35. Incerto Marte. *Liv.* lib. 21. c. 1. Adeo varia belli fortuna, ancepsque Mars fuit, ut propius periculo fuerint, qui vicerunt. *Vellei.* l. 2. c. 55. Nullum unquam periculosius ab eo initum est prœlium, adeo ut plus quam dubio Marte, descenderet equo, &c. *while the issue of the battle was even more than uncertain; the battle being quite desperate.* ¶ *Marte nostro* quippiam facere dicimur, cum solis nostris viribus, nostra sponte, sine alieno auxilio facimus. *by one's own exertions. Cic.* 3. *Offic.* c. 7. *sub fin.* Hanc igitur partem relictam explebimus nullis adminiculis, sed ut dicitur, Marte nostro. *Id. Verr.* 5. cap. 4. *ad fin.* Cum vos vestro Marte his rebus omnibus abundetis. *Id.* 2. *Phil.* c. 37. *a med.* Rex ipse sua sponte nullis commentariis Cæsaris, suo Marte res suas recuperavit. Proprie *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 8. v. 49. Sic tibi Marte suo fraterni sanguinis ultor, Purpureus niveis filius instet equis. *h. e.* ipse bella gerens. Apud *Liv.* l. 3. c. 62. *in fi.* equites *suo Marte* pugnare dicuntur, cum ex equis pugnant; *in the capacity of horsemen: alieno* cum ex equis desilientes vicem peditum funguntur. ¶ Pro spiritu, et furore bellico. *Plin.* l. 26. c. 4. Cum Cimbri Theutonique terribili Marte ulularent. ¶ Transfertur aliquando ad pugnas forenses. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 6. v. 29. Ut qui, quid valeas, ignoret, Marte forensi, &c. *eloquence. Id.* 4. *Fast.* v. 188. Et fora Marte suo litigiosa vacent. ¶ Est etiam planetæ nomen, *the planet Mars*, de quo *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 20. Jovis stellæ proximum inferiorem orbem tenet πυρόεις, quæ stella Martis appellatur: eaque quatuor et viginti mensibus, sex, ut opinor, diebus minus, eundem lustrat orbem, quem duæ superiores. *Id. de Somn. Scip.* c. 4. Fulgor rutilus, horribilisque terris, quem Martem dicitis. *Al. leg.* Martium. *Id.* 2. *de nat.*

Deor. c. 16. Summa Saturni stella refrigerat, media Martis incendit: his interjecta Jovis illustrat et temperat. Adde *Plin.* l. 2. c. 8. *Hygin. Poet. Astron.* l. 2. c. *penult.* et *Apul. de Mundo*: ubi addunt, ab aliis Herculis sidus appellari. Porro in fabulis est, quod cum Vulcanus Venerem duxisset; et propter diligentem custodiam mariti minime liceret Marti ad eam unquam accedere; id tantum assecutus est, ut sua stella Veneris sidus persequeretur. Quod vero ignita et ardens apparet, id amoris vehementiam significare. *Hygin. ibid.* ¶ Veteres Romani agricolæ Silvanum præsidem arvorum, nemorum, pecorum, et tutorem finium, *Martis* nomine invocabant, fortasse quia primus hic deus erat, quem gentis auctorem agnoscebant, ut dictum est. Hinc *Cato R. R.* c. 141. lustrandi agri rationem, et suovetaurilia rusticos docens, Martem patrem in precibus invocandum proponit. et cap. 83. Votum, inquit, pro bobus, ut valeant, sic facito: Marti Silvano in silva, interdius, in capita singula boum votum facito, &c.

MARSI, orum, m. Μαρσοί, pop. Latii, sub Samnitibus, ubi nunc pars Aprutii Ulterioris, juxta lacum Fucinum. Dicti sunt a Marso Circes filio, a quo educti sunt veneficia et incantationes serpentum, teste *Solino* cap. 2. (*al.* 8.) *a med.* et *Plin.* l. 7. c. 2. ¶ Saliva sua serpentum morsibus medebantur, et cantionibus eas disrumpebant. *Plin. ibid. Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 69. et *Pompon. ibid.* c. 7. *n. ult.* ¶ Hinc *Marsi* dicti sunt, quicumque serpentes manu tractant, exarmant, et contra eorum venenum remedia venditant. *Jul. Firmic.* l. 8. c. 17. Quicumque sub hoc sidere nati fuerint, Marsi erunt, vel qui venenis ex herbarum pigmentis confectis, salutaria soleant hominibus remedia comparare. ¶ Fuerunt pauperrimi quidem, sed tamen fortissimi, ut qui acerbissimum Romanis bellum intulerint, ac fere funestius, quam civilia, ut scribit *Plin.* l. 2. c. 83. Adde *Flor.* l. 3. c. 18. Uterque autem *sociale bellum* appellat. vere enim fuit Sociorum: sed *Marsicum* etiam dictum est, quia Marsi Popedio duce plura per loca Italiæ circumtulerunt arma. ¶ Etiam augurio dediti fuere. *Ennius* apud *Cicer.* 1. *de Divin.* c. 58. et ipse *Cic. ibid.* l. 2. c. 33.

MARSĬCUS, a, um, adject. a Marsis populis, ut Marsicum bellum, *Cic. Agrar.* 2. c. 33. V. vocem præced. *Sil.* l. 8. v. 497. Marsica pubes Et bellare manu, et chelydris cantare soporem, Vipereumque herbis hebetare, et carmine dentem. *Martial.* l. 13. epigr. 121. Marsica vina.

MARSPĬTER, tris, m. Ἄρης, Mars pater, ut Jupiter, Jovis pater. *Gell.* l. 5. c. 12. et *Priscian.* l. 6. pag. 695. et sup. 12. *vers. Æn. lib. ult.* pag. 1284. *Putsch.* Quidam leg. *Marspater* apud *Caton. R. R.* c. 141. Monet *Priscian.* in genitivo esse *Marspitris*, et *Marspiteris*.

MARSUPĬUM, ii, n. *a purse or bag for holding money*, μάρσυπος, μαρσύπιον, μάρσιπος, μαρσίπιον, μάρσιππος, sacculus nummorum: a secunda voce Græca allata. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 563. Majorem curam habere nos marsupii quam vitæ nostræ. *Plaut. Rud.* 5. 2. 26. Nummi octingenti aurei in marsupio infuerunt. *Id. Epid.* 2. 2. 3. Acutum cultrum habeo, qui senis exenterem marsupium. *Alcim. Avit.* l. 6. v. 311. Defossis scrobibus marsupia mersa locavit. [et *Prudent. Psychom.* v. 600.]

MARSUS, a, um, *Marsian*, ad Marsos pertinens, Marsicus. *Enn.* apud *Donat. de schemat.* pag. 1774. *Putsch.* et *Charis.* l. 4. v. 251. Marsa manus, Peligna cohors. *Colum.* l. 6. c. 5. Marsi montes. *Horat.* l. et od. 1. v. 28. Marsus aper. *Id.* l. 3. od. 14. v. 18. Marsum duellum. *h. e.* bellum Marsicum. *Lucan.* l. 9. v. 790. Marsus ager. *Stat.* l. 1. silv. 5. v. 26. Marsæ nives. *Horat.* epod. 17. v. 29. et *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 102. Marsa nænia. *h. e.* incantamentum. Sic epod. 5. v. 76. Marsæ voces. et *Ovid. de medic. fac.* v. 39. mediæ Marsis finduntur cantibus angues. *Martial.* l. 14. epigr. 116. vina Marsis condita cellis.

MARSUS, i. Domitius Marsus, civis R. poeta nobilis in primis, floruit temporibus Augusti. Eum laudant *Ovid.* 4. *ex Pont. ep. ult.* v. 5. *Martial.* l. 2. epigr. 71. et 77. lib. 5. epigr. 5. lib. 7. epigr. 28. et 98. lib. 8. epigr. 56. et *Sidon.* carm. 9. v. 261. Scripsit fere epigrammata, e quibus unum exstat in fine *Tibulli* carminum. Cetera perierunt omnia. Alius ab hoc videtur esse, quem *Martial.* memorat l. 4. epigr. 29. auctor *Amazonidis* poematis. Prioris meminit etiam *Sueton. de Grammat.* c. 9. et 16.

MARSȲAS, *et* Marsya, æ, m. Μαρσύας, Satyrus, filius Hiagnis, seu Hyagnis, tibicen e Phrygia, ea temeritate, ut Phœbum ad cantus certamen auderet provocare, a quo et victus, et excoriatus est. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 705. et 6. *Metam.* v. 383. et *Apul.* in *Florid.* n. 3. ¶ Ejus statua fuit Romæ in foro, ubi causæ agebantur. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 120. non sollicitus, mihi quod cras Surgendum sit mane, obeundus Marsya, &c. Docet *Serv. ad Æn.* 4. v. 58. Marsyæ statuam in urbium foro collocatam, altera manu erecta, libertatis indicium fuisse. Hoc autem ideo, quia fuisse dicitur minister Bacchi, qui libertatis deus est. Ad hanc statuam noctu conveniebant meretriculæ, quæstum corpore facientes, et capiti ejus corollas imponebant. Testem habes *Senec.* l. 6. *de Benef.* c. 32. et *Plin.* l. 21. c. 3. quæ notavit *Lips.* l. 3. *antiquar. lect. a med.* ¶ Apud *Petron. in Satyr.* c. 36. in descriptione convivii repositorium est quatuor Marsyas circa angulos habens, ex quorum utriculis garum piperatum currebat super pisces, qui in Euripo natabant. *h. e.* quatuor sigilla Marsyam referentia, cujusmodi erant in aquæductibus Silani, et Tullii. ¶ deum appellat *Plin.* l. 21. c. 3. *ante med.* ¶ *Marsyas* item fluvius Phrygiæ Magnæ, haud procul a Meandro oriens, in quem apud Celænas, et Apameam urb. quam circumfluit, excurrit. Poetæ fabulantur, ortum esse ex lacrymis Nympharum et Satyrorum Marsyam tibicinem ab Apolline ibi excoriatum flentium, et a Marsya appellatum fuisse. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 400. et *Liv.* l. 38. c. 13.

MARTENSIS, se, adject. a *Marte*, ut videtur. *Martenses sodales* in veteri *Inscript.* apud *Murator.* pag. 525. videntur esse milites certi sodalitii, seu collegii militaris, peculiari religione se Martis cultores profitentes: unde *Martense collegium* habetur in duob. Lapidib. *Antiquit. Benevent.* class. 6. n. 3. et 9. et *Martensium studium*, h. e. Schola, *ibid.* n. 1. Verum hæc vox videtur esse Latinitatis labentis. V. *ibid. Dissertat.* 5. pag. 169.

MARTES, tis, f. *a marten, or martern, large kind of weasel*, fera exigua ex genere mustelarum. Videtur esse a *Marte*, quod vi Martia mures, gallinas, aliasque aves necet. Ejus pellis in pretio est. *Martial.* l. 10. epigr. 37. Venator capta marte superbus adest. *Al. leg.* mele.

MARTĬĀLIS, le, *belonging to Mars, martial, warlike*, ad Martem pertinens, Ἄρειος. *Cic. pro Cluent.* c. 15. Martiales, quidam Larini appellabantur, ministri publici Martis, atque ei deo veteribus institutis religionibusque Larinatium consecrati. *Id. de Harusp. resp.* c. 6. Flamen Martialis. *Horat.* l. 1. od. 17. v. 9. Nec martiales hædilia lupos metuunt. V. *Lupus* [† et *Martius*]. ¶ *Martiales ludi* videntur fuisse, qui in Circo calendis Augusti quotannis celebrabantur, quod eo die Martis ædes dedicata fuerat. *August. in epist. ad Liviam*, apud *Sueton. in Claud.* c. 4. Quid nepoti tuo Tiberio faciendum esset ludis Martialibus. *et paulo post.* Curare eum ludis Martialibus triclinium sacerdotum, non displicet nobis. ¶ *Martiales milites*, h. e. legionis ejus, quæ *Martia* cognominata est. *Cic.* 4. *Phil.* c. 2. ¶ *Martialis campus* dictus fuit locus in monte Cœlio, in quo Equiria celebrabant, si quando aquæ Tiberis Martium campum occupassent. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 519. et *Paul. in epit. Festi.*

MARTĬĀLIS, is, m. *Martial.* M. Valerius Martialis, Hispanus ex Bilbili Celtiberiæ oppido, sed Romanus civis, scripsit libros epigrammatum, qui adhuc exstant, multis salibus aspersos, sæpe etiam obscenitatibus, quas nimis aperte aliquando depingit. Vixit sub Imperatoribus Domitiano, Nerva, et Trajano. Eum impense laudat *Plinius Secundus* (laudatus ab ipso prius l. 10. epigr. 19.) ut ingeniosum, acutum, acrem, et qui plurimum in scribendo et salis haberet, et fellis, nec candoris minus, lib. 3. epist. 21. Sane ejus Latinitas longe purior est, et nitidior, quam ab homine Hispano exspectari potuisse, aut ætatem suam dedecere videatur.

MARTĬĀNUS, a, um, ad Martem spectans. *Cic. pro Corn. Balb.* c. 17. Qui et veterem illam speciem fœderis Martiani semper omni sanctiorem Marte duxerunt. Ita legit *Manut.* Alii aliter. *Martianus* etiam cognominatus est Icelus Galbæ libertus, honoris causa, ut est apud *Sueton. in Galb.* c. 14. Quamquam alii *Marcianus* scribunt: quod non a *Marte*, sed a *Marco* est. ¶ *Ælius Martianus* Jurisconsultus, cujus responsa sæpe in Digestis afferuntur, vixit sub Alexandro Severo, fuitque Papiniani discipulus. *Lamprid. in Alex. Sev. c. ult.*

MARTĬĀTĬCUS, a, um, ad Martem pertinens. Unde Martiatica dicimus stipendia militum, inquit *Priscian.* sup. 12. *vers. Æn. l. ult.* pag. 1284. *Putsch.*

MARTĬCŎLA, æ, m. qui Martem colit. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 3. v. 21. ad usque nivosum Strymona venisti, Marticolamque Geten. Adde 4. *ex Pont.* ep. 14. v. 14.

MARTICULTOR, oris, m. Marticola. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 55. n. 10. Deo Marti, et Victoriæ Contubernium Marticultorum posuerunt.

MARTIGĔNA, æ, m. et f. Marte genitus. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 4. v. 39. Martigenæ non sunt sine crimine nati, Romulus Iliades, Iliadesque Remus. *Id.* 1. *Fast.* v. 199. Dum casa Martigenam capiebat parva Quirinum. *Sil.* l. 16. v. 533. spectacula digna Martigena vulgo. *h. e.* populo bellicoso.

MARTIOBARBŬLUS, i, miles plumbeis glandibus armatus, quæ et ipsæ martiobarbuli appellantur, uti docet *Veget.* l. 1. *de re milit.* c. 17. Vox tamen ipsa parum Latina videtur. *Turneb.* l. 24. *adversar.* c. 13. putat lascivia militari, et per jocum martiobarbulos dictas esse plumbeas glandes, quod cum pisces in deliciis essent, inter quos barbi, et barbuli numerantur, eæ glandes, quasi cibus Martis, ita sint appellatæ. *Stevvech.* in quodam MS. *martiobarbuli* legi testatur.

MARTĬŎLUS. V. in *Marculus.*

MARTĬUS, a, um, *belonging to Mars or war, martial,* Ἄρειος, ad Martem, et ad bellum pertinens. [*Apul.* 10. *Met.* pag. 692. *Oudend.* Exemplo legis Atticæ, Martiique judicii. *h. e.* judicii Areopagitici, quod Athenis solemne erat.] *Virg. Æn.* 9. v. 566. Martius lupus. [† V. *Martialis.*] et lib. 11. v. 661. cum se Martia curru Penthesilea refert. *warlike. Horat.* l. 4. od. 14. v. 17. Martium certamen. *Id. in ar. Poet.* v. 402. Martia bella. *Martial.* l. 5. epigr. 25. Hermes Martia sæculi voluptas. *h. e.* armorum. erat enim gladiator celebris. *Virg. Ecl.* 9. v. 12. Martia tela. *Id.* 4. *Georg.* v. 71. Martius æris rauci canor. *h. e.* bellicæ tubæ sonus. *Id.* 7. *Æn.* v. 182. Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi. *in battle. Ovid.* l. 14. *Metam.* v. 798. Martius miles. *h. e.* Romanus. nam Romani *Martis genus* haberi volunt. Hinc *Ovid.* 3. *Fast.* v. 59. Martia proles. *h. e.* Romulus et Remus Martis filii. *Id.* 3. *Trist.* el. 7. v. 52. Martia Roma. *scil.* quod a Martis filiis condita, et quod maxime bellicosa. Sic Martia Thebe, *Id.* 3. *Amor.* el. 6. v. 33. ob multa bella ibi patrata. *Id.* 3. *Metam.* v. 32. et *Stat. Theb.* 10. v. 806. *Martium* vocant anguem occisum a Cadmo Thebarum conditore, quia ei loco custos a Marte fuerat appositus. ¶ *Martia legio*, quam laudat *Cic. Phil.* 3. c. 3. et *Phil.* 4. c. 2. quoniam Antonium deseruerat, a Marte itidem nomen habuit. V. *Legio* [† et *Martialis*]. ¶ De *Campo Martio* V. *Campus.* Sic *Martia arena* dicitur ab *Ovid.* 2. *Trist.* v. 282. et *Martiale* l. 2. epigr. 75. de Circo, et Theatris Romæ, in quibus varia certamina, præsertim gladiatorum, et hominum cum feris, edebantur. Sic Martium gramen apud *Horat.* l. 3. od. 7. v. 26. ¶ De *Martia aqua* V. *Marcius.* Rectius enim per c scribitur. ¶ *Martius mensis*, tertius a Januario, *the month of March*, primus olim fuit ipsius anni, Marti parenti dicatus a Romulo, ut est apud *Ovid.* 3. *Fast.* v. 75. et *Tibull.* l. 3. carm. 1. v. 1. et patet ex multis aliorum mensium nominibus, qui a numero appellantur, ut *Sextilis*, quia Sextus a Martio, *September*, quia septimus, &c. Nec desunt hodieque qui ab eo annum inchoant. *Horat.* l. 3. od. 8. v. 1. Martiis cælebs quid agam calendis, &c. V. *Calendæ.* ¶ Celebres fuere et Idus Martiæ, quibus occisus est C. Jul. Cæsar. *Cic.* 14. *Attic.* ep. 4. et 20. *sub fin.* et lib. 10. *Fam.* ep. 28. et lib. 12. ep. 4. et *Phil.* 2. c. 36.

MARTŬLUS. V. *Marculus.*

MARTYR, yris, com. *a martyr; one who by his death bears witness to the truth*, μάρτυρ, proprie testem notat. Sed a Christianis sic peculiariter dicitur, qui non ore tantum, sed et sanguine veritatem cælestem testatam facit. *Prudent. in hymn. Epiphan.* v. 125. Salvete flores Martyrum, &c. Adde *Hieronym.* ep. 27. et 65. *sub fin.* ¶ In femin. gen. *Prudent. Peristeph.* 8. v. 2. Fortis puellæ, martyris inclytæ. *Tertull. de Anim.* c. 55. Perpetua, fortissima martyr.

MARTYRĬUM, ii, n. *martyrdom, testimony borne to truth by voluntary submission to death*, μαρτύριον, testimonium. Christianis est testimonium de veritate cælesti, in quo quis sanguinem effudit, vel cruciatus lethales perpessus est. *Tertull. de spectac.* c. 29. Ad martyrii palmas gloriare. *Hieronym.* l. 1. *cont. Jovinian.* In Pathmos insula, in qua fuerat a Domitiano ob Domini martyrium relegatus. *V. Apoc.* 1. 9. ¶ Item locus, ubi corpora Martyrum sepulta sunt. *a place where the relicks of martyrs are deposited. Tertull. advers. hæret.* c. 46. *a med.* Martyria negat esse facienda. *In Cod. Justin.* l. 1. tit. 2. leg. 16. In integrum restituantur universa, quæ de sanctissimarum Ecclesiarum, et Martyriorum statu firmiter obtinebant. Adde leg. 13. ubi al. leg. *martyreium*, a Græco μαρτύρειον. ¶ Item Ecclesia cuilibet Sancto dicata, licet Martyr non sit. *a church dedicated to some Saint. Hieronym. in vita Hilarion. a med.* sect. 21. Causam occultandi fuisse referentes, ne Pergamius, sublato ad villam suam Sancti corpore, Martyrium fabricaretur.

MARUM, *et* Maron, i, n. *an herb, like marjoram, called by some mastich*, μάρον, herba surculosa, flore origani, sed odoratiore, foliisque multo candidioribus, quæ circa Magnesiam, et Tralles copiosa gignitur. *Plin.* l. 12. c. 24.

MAS, maris, m. *the male of any creature*, ἄῤῥην, ἄρσην, sexus vocabulum feminæ oppositum: a fortitudine. Nam ut Græci ἄῤῥην, ab Ἄρης, duplicata canina littera, sic Latini e *Mars* fecere *mas*, ejecta littera canina. *Cic. de nat. Deor.* l. 2. c. 51. Bestiæ aliæ mares, aliæ feminæ sunt. *some are males.* et lib. 1. c. 34. Et mares deos, et feminas esse dicitis. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 32. Mares homines. *Senec. in Herc. Fur.* v. 878. Permixtæ maribus nurus Solemnes agitent choros. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 101. Cum mare trux aries cornu decertat. et vers. 741. Ure mares oleas, tædamque, herbasque Sabinas. *Plin.* l. 16. c. 14. In tilia mas et femina differunt omni modo. namque et materies mari dura, ac nodosa, &c. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 14. Longa quibus facies ovis erit, illa memento Ponere. namque marem cohibent, callosa vitellum. *h. e.* unde mas pullus nascatur. ¶ Translate est fortis, durus, virilis, impavidus, *masculine, manly, brave*, sicut *femina* imbellis, mollis, timida. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 64. Et maribus Curiis, et decantata Camillis. *Id. de ar. Poet.* v. 402. Tyrtæusque mares animos in Martia bella Versibus exacuit. *Pers.* sat. 6. v. 3. Mire opifex numeris veterum primordia vocum, Atque marem strepitum fidis intendisse Latinæ. *h. e.* forte, et generosum carmen. ¶ Contra *male mas* apud *Catull.* carm. 16. *ad Fur. et Aurel.* v. 13. est fractus, languidus, mollis, effeminatus. Sic *male vir* apud *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 524. Et *parum vir* apud *Quintil.* l. 5. c. 10. *ad fin.* [¶ *Mare* neutro genere dixit *Apul. de Mundo* pag. 66. *Elmenh.* Sic mare et femineum

secus junguntur, at diversus utriusque sexus ex dissimilibus simile animal facit.]

MASCARPĬO, onis, m. qui virilia carpit, Masturbator. *Petron. in Satyr.* c. 134. ubi alii aliter legunt.

MASCULESCO, is, n. 3. *to become of the male kind, turn male*, masculus fio. *Plin.* l. 18. c. 13. Raporum genera Græci duo prima fecere, masculum, femininumque, et ea serendi modo ex eodem semine. densiore enim satu masculescere, item in terra difficili.

MASCULĒTUM, ti, n. *a place where male vines grow*, locus, in quo plantæ vinearum masculæ consitæ sunt: a *masculus*. Plantæ autem masculæ sunt, quæ non subiguntur, ut palmites alios emittant, sed in altum surgere permittuntur. *Plin.* l. 17. c. 22. *circa med.* Ut faciant, quæ masculeta appellant.

MASCULĪNE, adverb. *in the masculine gender*, masculino genere, ἀῤῥενικῶς. *Arnob.* l. 1. pag. 36. Res femininas masculine depromere. *Id. ibid.* et *Charis.* l. 1. pag. 55. *Putsch.* Cælum masculine Veteres dixerunt.

MASCULĪNUS, a, um, *of the male kind, masculine*, ἀῤῥενικὸς ad masculum pertinens. *Phædr.* l. 4. fab. 14. v. 13. Masculina membra. *Apul.* l. 7. *Metam.* Masculina facies. *Plin.* l. 19. c. 5. *ante med.* Rapa rotunda masculini sexus. *Cæsell. Vindex* apud *Gell.* l. 7. c. 2. Masculino genere *cor* enuntiavit Ennius. *Gell. ibid. sub fin. Cor* masculinum Cæsellii defendi posse. ¶ Translate *Quintil.* l. 5. c. 12. *a med.* Eloquentiam nullam esse existimabo, quæ ne minimum quidem in se indicium masculini et incorrupti, ne dicam gravis et sancti viri, ostendet. *h. e.* masculi, virilis, acris.

MASCŬLUS, a, um, *male, of the male kind, masculine*, ἀῤῥενικὸς, ἀνδρικὸς, diminutivum est a *mas*, sed pro eodem adhibetur. *Phædr.* l. 4. fab. 14. v. 21. Masculum genus. *Liv.* l. 31. c. 12. Incertus infans natus, masculus, an femina esset. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 39. Bona femina, et malus masculus volunt te. *Ovid. de medic. fac.* v. 94. et *Virg. Ecl.* 8. v. 65. mascula tura. *Plin.* l. 12. c. 14. *a med. de arbore turis.* Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, masculum vocamus, cum alias non fere mas vocetur, ubi non sit femina. Masculum aliqui (ut *Serv. ad Virg. loc. cit.*) putant a specie testium dictum: qua ratione fabulonem masculum *Vitruv.* l. 2. c. 3. dixisse videtur. *Martial.* l. 11. epigr. 44. dare mascula nomina rebus femineis. ¶ Translate est acer, fortis, virilis, impavidus. *masculine, manly, brave, stout, hardy. Horat.* l. 3. od. 6. v. 37. rusticorum mascula militum proles. *Pers.* sat. 5. v. 44. calido sub pectore mascula bilis Intumuit. *Apul.* l. 7. *Metam.* Uxor ærumnas assiduas ingenio masculo sustinebat. *Id.* l. 6. Quin Psyche masculum animum sumis? Adde *Varron.* apud *Non.* c. 2. n. 557. ¶ Apud *Vitruv.* l. 9. *cardo masculus* dicitur, qui in alterum cardinem ingreditur: et *cardo femina*, qui masculum recipit, et sustinet. Inquit enim *cap. ult. a med.* Tympanum includatur cardinibus ex torno, masculo et femina inter se coartatis, &c. ¶ *Mascula libido* apud *Horat.* epod. 5. v. 41. est mulieris τριβάδος, et virorum more ὀχευούσης. Quo refertur a nonnullis et *mascula Sappho* apud *eund.* l. 1. ep. 19. v. 28. nam alii audacem et impavidam intelligunt, quod se in mare præcipitare ausa sit. Unde *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 155. saltusque ingressa viriles Non formidata temeraria Leucade Sappho.

MASPĔTUM, ti, n. folium laserpitii, apio simile. *Plin.* l. 19. c. 3.

MASSA, æ, f. *a lump or mass*, est a Græco μᾶζα, ut *Priscian.* docet l. 1. pag. 561. *Putsch.* Porro μᾶζα significat farinam subactam, unde fit panis, sed *massa* Latine dicitur de quacumque materia subacta, et spissata ad modum farinæ subactæ. *Virg.* 1. *Georg.* v. 275. atræ massam picis urbe reportat. *Colum.* l. 12. c. 15. Cum totam massam comminutæ fici permiscuerint. *Plin.* l. 31. c. 7. Muros massis salis faciunt, aqua ferruminantes. *Id.* l. 12. c. 19. Cinnamomum in massas condere. ¶ Speciatim dicitur de caseo. *cheese-curd, cheese. Ovid.* 8. *Metam.* v. 666. lactis massa coacti. *Martial.* l. 8. epigr. 64. Et massam modo lactis alligati. *Id.* l. 11. epigr. 53. Et Velabrensi massa recocta foco. Adde lib. 13. epigr. 31. ¶ Sæpe de metallis rudibus, et infectis, quæ ignita elaborantur. *Virg.* 4. *Georg.* v. 170. lentis Cyclopes fulmina massis Cum properant. et lib. 8. *Æn.* v. 453. versantque tenaci forcipe massam. *Juvenal.* sat. 10. v. 130. ardentis massæ fuligine lippus. *Plin.* l. 34. c. 9. Massam æris proflare. *Id.* l. 36. c. 26. Massa vitri candidi. *Id.* l. 2. c. 103. *ad fin.* Æs, et plumbum in massa mergi, dilatatum fluitare. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 405. Massa chalybis. *Petron. in Satyr.* c. 88. *extr.* auri. Adde *Valer. Flacc.* l. 2. v. 339. et lib. 4. v. 613. *Martial.* l. 8. epigr. 51. *Pers.* sat. 5. v. 10. et *Ovid.* 3. *Amor.* el. 8. v. 38. Absolute de massa auri, *Ovid. Metam.* 11. de Mida tactu omnia in aurum vertente, vers. 112. Contigit et glebam: contactu gleba potenti Massa fit. In illo *Juvenal.* sat. 6. v. 420. Cum lassata gravi ceciderunt brachia massa: *massa* est pondus ferri, aut plumbi, aut saxi, quod versabant, aut jaciebant in balneis sudaturi. ¶ *Massa marmoris* est grande marmoris frustum. *a block of marble. Plin.* l. 36. c. 6. Hoc primum invecti Numidici marmoris vestigium invenio, non in columnis tamen, crustisve, sed in massa, ac vilissimo liminum usu. ¶ De congerie confusa elementorum, quæ chaos dicitur. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 108. Inque novas abiit massa soluta domos. Adde lib. 1. *Metam.* v. 70. et *Valer. Flacc.* l. 1. v. 830. ¶ De pluribus tabellis simul compactis. *Martial.* l. 14. epigr. 192. cujus lemma est *Ovidii Metamorphosis in membranis.* Hæc, tibi multiplici, quæ structa est massa tabella, Carmina Nasonis quinque, decemque gerit. ¶ In illo *Stat.* l. 1. silv. 6. v. 18. Et massis Amerina non perustis: *Barth.* l. 24. *Adversar.* c. 7. intelligit pira Amerina suo legitimo tempore soli exempta, dissecta, et in massam redacta, conditaque: eo modo, quo *massam ficorum* dixit *Colum. loc. cit.* ¶ Quæ *massa* legitur in tribus Inscriptionibus sepulcralibus, apud *Gruter.* pag. 663. n. 3. et 1108. n. 6. et apud *Fabrett.* c. 2. n. 220. videtur eidem *Fabretto* esse murus urnas complectens, et continens, quia ipsæ urnæ stare per se non possunt, cum acuminatæ in fundo sint. ¶ *Colum.* l. 12. c. 34. ubi rationem tradit aceti scyllitici faciendi, præcipit, ut mustum, quod in acetum converti debet, *de sub massa, et limpidum sit.* Suspicabar, olim intelligi vinum, in quod massa ferri candens immissa sit. quia *ejusd.* lib. c. 5. ubi agit de vino vapido in acetum vertendo, *quidam*, inquit, *ferri massas exurunt, ita ut ignis speciem habeant, easque in eandem* (vini) *mensuram demittunt.* Alii rectius *mustum de sub massa* intelligunt, quod ex massa vinaceorum recens calcatorum primum profluit. Sic *Id. ibid.* c. 15. *massam ficorum* dixit, qui pedibus proculcati sunt. Ita *mustum de sub massa* est *mustum de sub pedibus raptum* ut *Pallad.* loquitur *in Octobr.* tit. 21. Multo tamen rectius si legas, quod ex probato MS. *Morgagnius* epist. 4. *in Colum.* sect. 3. prodidit, *mustum de summo, et limpidum sit.* Illud enim loquendi genus *de sub massa* puritatem *Columellæ* minime decet. ¶ Apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 69. *Burn.* est nomen servi. Fuit et Bæbius Massa civis Romanus, causidicus, cujus meminit *Plin.* l. 3. ep. 4. et lib. 7. ep. 33.

MASSÆSȲLI, orum, Μασσαισύλιοι, populi Africæ, Numidis, Maurisque finitimi, sed nunc extincti: quorum nunc loca Getuli tenent. *Priscian. in perieg.* v. 177. immensæ Nomadum de semine gentes, Et Massæsyli, nec non Massylia proles. Al. leg. *Massæsylii.* Adde *Plin.* l. 5. c. 2. ¶ Eorum regio est Massæsylia. *Plin.* l. 10. c. 8.

MASSAGĔTÆ, arum, m. Μασσαγέται, populi Scythiæ, intra Imaum montem: aliis juxta Euxinum pontum, et paludem Mæotidem. *Isidoro* hac in re si credis, l. 9. *Orig.* c. 2. dicti sunt, quasi graves Getæ, a *massa* metalli pondere. Dicuntur, in fuga, si aquæ desint, equorum suorum, sinistri pedis incisa vena, sanguinem bibere cum lacte (ut est apud *Lucan.* lib. 3. v. 283. et *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 311. quod de Gelonis affirmat *Virg.* 3. *Georg.* v. 463. de Sarmatis *Martial. de Spectac.* epigr. 3. de Concanis *Horat.* l. 3. od. 4. v. 34. sed nimirum conterminas gentes similibus esse moribus, verisimillimum est) senio confectos in frusta cædere, et ovilla admixta comedere, morbo absumptos feris objicere: uxores habere communes: solem unum deum habere, eique facere equina victima, cetera numina spernere: hospitibus infestissimi esse, neque cum finitimis amicitiam inire. *Stat.* 1. *Achill.* v. 307. Lactea Massagetæ veluti cum pocula fuscant Sanguine puniceo. *Horat. in fi.* od. 35. l. 1. o utinam nova Incude defingas retusum in Massagetas Arabasque ferrum. ¶ In sing. num. *Sil.* l. 3. v. 360. Nec qui Massageten monstrans feritate parentem, Cornipedis fusa satiaris, Concane, vena. *Lucan.* l. 3. v. 283. solvens jejunia belli Massagetes, quo fugit equo.

MASSĀLIS, le, ad massam pertinens. *Massalis moles* apud *Tertull. advers. Hermog.* c. 30. est massa informis chaos, ut in *Massa* dictum est. Et *massalis summa* apud *eund.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 18. *ante med.* est Christus Dominus, in quo est plenitudo divinitatis, et omnis fons Spiritus Sancti.

MASSALĬTER, *in mass*, secundum massam, universim. *Tertull. advers. Valentin.* c. 16. et *de fuga in persecut. c. pænult.*

MASSĀRIS, is, f. *a kind of wild grape*, uva est, quæ ex vite sylvestri cum flore in Africa decerpitur, medicinæ tantum, et odoramentis idonea. *Plin.* l. 12. *c. ult.* et *in fin. procem.* l. 23.

MASSĪCUS MONS, hod. *Monte Masso*, vel *Massico*, vel *Marsico*, est in Campania, Falerno et Gauro junctus, inter Suessam, Calenum, et Sinuessam, vel inter Minturnas, et Calenum, versus oram maris Tyrrheni. Ferax est optimi vini, quod et *Massicum* absolute dicitur, et a *Plin.* l. 14. c. 6. tertia palma, seu tertio nobilitatis gradu inter vina donatur: cum primam vel Setino, vel Cæcubo, secundam Falerno dederit. *Virg.* 7. *Æn.* v. 725. vertunt felicia Baccho Massica qui rastris, &c. *Id.* 2. *Georg.* v. 143. Bacchi Massicus humor. et lib. 3. v. 526. Massica Bacchi munera. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 51. Massica vina. *Id.* l. 1. et od. 1. v. 19. veteris pocula Massici. et lib. 2. od. 5. v. 21. Oblivioso levia Massico Ciboria exple. *Martial.* l. 1. epigr. 27. Egerit et nigros Massica cella cados. *Id.* l. 13. epigr. 111. De Sinuessanis venerunt Massica prelis.

MASSĬLĬA, æ, f. nunc *Marseilles*, Μασσαλία, urbs Galliæ Narbonensis, in ora Provinciæ, præclara, et emporio, portuque nobilis. Paucis describitur a *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 1. Condita est non a Phocensibus Græciæ, sed a Phocæensibus ex Phocæa urbe Asiæ in Ionia (ut est apud *Liv.* l. 5. c. 34. et lib. 34. c. 9.) Græcis et ipsis tamen, lingua, institutis, legibus. Ita *Strabo* l. 4. Κτίσμα δ' ἐστὶ Φωκαιέων ἡ Μασσαλία. *Justin.* l. 43. c. 3. Temporibus Tarquinii regis ex Asia Phocæensium juventus, ostio Tiberis invecta, amicitiam cum Romanis junxit: inde in ultimos Galliæ sinus navibus profecta, Massiliam inter Ligures, et feras gentes Gallorum condidit. *Plin.* l. 3. c. 4. In ora Massilia Græcorum Phocæensium, fœderata. *Lucanus* non semel Phocæenses cum Phocensibus confundit, atque his originem Massiliæ tribuit, ut lib. 3. v. 301. Phocais in dubiis ausa est servare juventus Non Græca levitate fidem. et vers. 340. Et post translatas exustæ Phocidos arces, &c. et lib. 5. v. 53. Massiliæque suæ donatur libera Phocis. ¶ Ejus cives Græci instituti, legumque, et studiorum tenacissimi fuere, quibus claruere apud omnes, nunquam se passi accolarum barbarorum contagione corrumpi. Itaque olim Massiliæ studia ingenuarum artium adeo floruerunt, ut Romani (in quorum amicitia colenda constantissime perstitere) pro Attica peregrinatione Massiliense Gymnasium peterent erudiendi gratia. Viguit etiam opibus, et armorum studio, obstinatamque C. Cæsaris civili bello obsidionem diu pertulit. V. *eund.* l. 1. et 2. *B. Civ.* et *Lucan. loc. cit.* Laudatur ob hæc a *Cicer.* 2. *Offic.* c. 8. et *pro Flacc.* c. 26. a *Sil.* l. 15. v. 168. a *Tacit. in Agric.* c. 4. et a *Valer. Max.* l. 2. c. 6. n. 7. V. etiam *Justin.* l. 43. c. 3. 4. 5. et *Lucan. loc. cit.* Fuit tamen, cum luxus et deliciarum notaretur, ut colligitur ex *Plaut. Cas.* 5. 4. 1. Unde Græcum proverb. πλεύσαις εἰς Μασσαλίαν. ¶ De vino Massiliensi V. vocem sequent.

MASSILIĀNUS, a, um, ad Massiliam pertinens. *Massilianum vinum* legitur apud *Martial. in lemmate* epigr. 123. l. 13. sed tum ibi, tum lib. 10. epigr. 36. damnatur, ut fumo imbutum. Sic l. 3. epigr. 82. *a med.* Vel cocta fumis musta Massilianis. Apud *Vitruv. sub fin. lib. ult.* habetur *Massilitanus*, si sana est lectio.

MASSILIENSIS, se, Μασσαλιώτης, ad Massiliam pertinens. *Plaut. Cas.* 5. 4. 1. Massilienses mores. *h. e.* effeminati et deliciarum pleni. V. *Massilia.* ¶ *Massilienses, ium*, ejus oppidi cives. *Cic. Cæs. Liv. Tacit. Justin. Plin. Valer. Max.* &c.

MASSILIOTĬCUS, a, um, Massiliensis: a Græco Μασσαλιώτης. Amplissimum Rhodani ostium *Massilioticum* (seu Græco more *Massalioticum*, Μασσαλιωτικὸν) vocari docet *Plin.* l. 3. c. 4. quia versus Massiliam est, in orientem.

MASSILITĀNUS, a, um, Massiliensis. *Vitruv. sub fin. l. ult.* Massilia cum oppugnaretur, Massilitani suspicati, &c. ¶ Insolentem tmesim hujus vocis V. in *Cerebrum.*

MASSO, as, a. 1. in massam redigo, conglobo, condenso. *Lucret.* l. 1. v. 666. Ignes in cœtus stringi, massareque corpus. Al. leg. *mutare*, multo rectius. ¶ Pro masticare usurpat *Theod. Priscian.* l. 1. c. 8. et massatus l. 2. c. 29. unde immassare, apud *Isidor.* l. 11. *Orig.* c. 1. dicuntur dentes molares, qui cibum a prioribus dentibus concisum et confractum subigunt, et veluti in massam redigunt. Sed hæc ad lapsam Latinitatem pertinent.

MASSŬLA, æ, f. *a small mass or lump*, μάζιον, dimin. a massa. *Colum.* l. 12. c. 38. Post hæc complures ex ea massulæ fiunt. et cap. 48. *a med.* Massulæ salis. *grains.*

MASSURĬUS SABINUS, JCtus, tempore Tiberii in equestrem ordinem jam grandis natu receptus, publice primus respondit, postquam hoc beneficium (ut scilicet publice respondere posset) ab illo accepit, ut est apud *Pompon.* lib. 1. *Dig.* tit. 2. leg. 2. *ad fin.* Eum sæpe laudat *Gellius* in suis Noctibus. Scripsit tres libros *Juris civilis*, duos *responsorum*, quinque *ad edictum Prætoris Urbani*, commentarios *de Indigenis*, et alia, quorum non semel fit mentio in Digestis, et Codice. ¶ Scribitur et *Masurius*: unde *Pers.* sat. 5. v. 90. Excepto si quid Masuri rubrica vetavit.

MASSYLÆUS, *vel* Massylēus, a, um, ad Massylos pertinens, Μασσυλαῖος, vel Μασσυλεῖος. *Martial.* l. 9. epigr. 23. Et Massylæum virga gubernet equum.

MASSȲLI, *et* Massylii, orum, m. Μασσύλιοι, gens Africæ, quæ in Numidia ab aliis, ab aliis in Libya prope Getulos ponitur. V. *Liv. in fin.* cap. 48. l. 24. et *Plin.* l. 5. c. 4. *in fin.* Aliquando a Poetis pro Mauritanis ponuntur. Hi dicuntur neque ephippiis uti, neque frenis, sed sola virga equos regere. *Val. Flacc.* l. 3. v. 728. simul et Massylus, et una Lyctius, et Calabris redit armentarius arvis. ¶ Pro Massæsylis ponuntur in illo *Silii* l. 16. v. 171. Massylis regnator erat ditissimus oris, Nec nudus virtute Syphax. Sic vers. 184. ad Tyrios Massylia signa trahebat.

MASSYLĬUS, et

MASSȲLUS, a, um, *Massylian*, ad Massylos pertinens: qui cum Mauritanis confunduntur aliquando, et pro Afris etiam universim ponuntur. *Virg.* 4. *Æn.* v. 132. Massylique ruunt equites. *Id.* 6. *Æn.* v. 60. penitusque repostas Massylum gentes. *pro* Massylorum. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 94. Massyla robora. *h. e.* ligna citrea, et hujusmodi, quæ ex Africa advehuntur. et l. 2. silv. 5. v. 8. Massylus grex. *h. e.* venatorum ex Massylia, qui leones insectantur.

Martial. l. 9. epigr. 73. Massyli leo fama jugi. *Lucan.* l. 4. v. 682. Et gens, quæ nudo residens Massylia dorso, Ora levi flectit, frenorum nescia, virga. *Martial.* l. 10. epigr. 94. et lib. 13. epigr. 37. Massylus serpens. *h. e.* draco custos horti Hesperidum. *Sil.* l. 16. v. 184. Massylia Signa. V. *Massyli* in fine.

MASTICATIO, onis, f. *the act of chewing, mastication,* actus masticandi. *Cal. Aurel.* l. 4. *Tard.* c. 3. *a med.* Cibum masticatione exercere.

MASTICĀTUS, a, um, *chewed, masticated,* dentibus comminutus. *Apul. de herb.* c. 79. Cum fuerit masticatum, fervorem commovens. *Theodor. Priscian. de Diæta,* c. 10. Portulaca masticata stuporem dentium sanat.

MASTICHĀTUS, a, um, *seasoned with mastich,* mastiche conditus. *Lamprid. in Heliogab.* c. 19. Et mastichatum, et puleiatum, et omnia hæc, quæ nunc luxuria retinet, primus invenit. *h. e.* vinum mastichatum. Sic de Gordiano *Capitolin.* c. 19. Fuit vini cupidior, semper tamen undecumque conditi, nunc rosa, nunc mastiche, nunc absinthio, ceterisque rebus, quibus gula maxime delectatur. ¶ Legitur et *masticatum* sine aspiratione.

MASTICHE, *et* Mastice, es, f. *mastich,* μαστίχη, lacrima, quæ ex quibusdam peregrinis plantis gummi modo manat, ut ex duplici Indica spina, et ex herba folia in radice emittente, et carduum similem malo, seminis plenum, in Asia Græciaque: quæ et helxine dicitur. Nascitur et in Ponto, bituminis similior. Laudatissima est Chia e lentisco. *Plin.* l. 12. c. 17. et lib. 21. c. 16. et lib. 14. c. 20. ubi intelligimus mastichen veram esse, quæ sudat e lentisco. Hac condiebant vina, odoris gratia. V. vocem præced. [¶ Videtur etiam haberi *mastix, ichis,* nam *Seren. Sammon.* v. 447. Mastichis addentur fractæ jam mollia farra. et v. 156. Rugarum sulcos lentisci mastiche tendes. et *Isidor.* 17. *Orig.* c. 8. Mastix arboris lentisci gutta est, melior autem in Chio insula gignitur.]

MASTICHĪNUS, *et* Masticinus, a, um, *of mastich,* ad masticen pertinens. *Pallad. in Mart.* tit. 9. *sub init.* Semina madefacere laurino oleo, vel nardino, vel masticino.

MASTĪCHUM, *et* Masticum, i, n. mastiche. *Pallad. in Octobr.* tit. 14. *a med.* Aloes uncias quatuor, mastici optimi unciam unam, &c.

MASTIGĬA, æ, m. *a slave often beaten or that deserves to be beaten; a rogue,* μαστιγίας, a μάστιξ, verber, idem est quod Latine *verbero, onis,* convicium nempe hominis digni flagris. *Plaut. Curcul.* 4. 4. 11. Reddin', an non, virginem, mastigia? *Terent. Adelph.* 5. 2. 6. Non manum abstines, mastigia? *Plaut. Capt.* 3. 4. 69. Crucior, lapidem non habere me, ut illi mastigiæ cerebrum excutiam. ¶ Item fem. gen. ipsum verber. *Sulpic. Sever.* dial. 2. c. 3. Consurgunt omnes pariter in verbera: consumit Gallicas mularum pœna mastigias.

MASTIGOPHŎRUS, i, m. μαστιγοφόρος, servus agonothetæ, qui eum in sacris certaminibus comitatur, ut ait *Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 4. *leg. ult. circa med.* virgam præferens ad summovendam turbam, et cohibendum strepitum, ac insolentiam spectatorum: a μάστιξ, flagellum, et φέρω, porto. *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 516. Nunc mastigophoris, oleoque, et gymnadis arte Unctis pugilibus, miles pugnabat Etruscus.

MASTOS, i, m. μαστὸς, herba, quæ illita pilos mammarum e partu nascentium aufert, ut est apud *Plin.* l. 26. *sub fin.* A re autem nomen habet, quia μαστὸς mammam significat. [† ¶ Est et tubulus mammatus, seu mamma, quales in balneis ac fontibus reperiuntur. *the cock to a water-pipe; the pipe itself. Vitruv.* 8. 3. Athenis ex hujusmodi locis et fontibus masti usque ad portum Piræeum ducti sunt salientes. *Varro R. R.* 3. 14. eas *papillas* dicit.]

MASTRŪCA, *et* Mastruga, æ, f. *a kind of fur garment worn in Sardinia,* genus vestis vilioris: de qua *Isidor.* l. 19. *Orig.* c. 23. Mastruca vestis Germanica ex pellibus ferarum: de qua Cicero pro Scauro: Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca tentavit. (*Al. leg.* mastruga, *et* mutavit.) Mastruca autem dicta, quasi monstruosa, eo quod qui ea induuntur, quasi in ferarum habitum transformentur. Hæc *Isidorus:* qui quod de notatione verbi docet, minime probare potest: quod ait vestem esse Germanicam, verius dixisset Sardam, quia *Cicero* Sardis tribuit, tum *loc. cit.* tum *de provinc. consul.* c. 7. Sic *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Mastrucam, quod Sardum est, illudens Cicero ex industria dixit. *Prudent.* 2. *in Symmach.* v. 698. mastrucis proceres vestire togatos. *Prudent.* hic Getis tribuit. ¶ Adhibetur et in conviciis. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 33. Deglupta mæna, Sarrapis sementium, mastruga, ἅλς ἀγορᾶς ἅμα.

MASTRUCĀTUS, a, um, *clothed in a fur garment,* mastruca indutus. *Cic. de Provin. consul.* c. 7. Mastrucati latrunculi in Sardinia.

MASTURBATĪO, onis, f. actus masturbandi. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 927. n. 15. et apud *Gud.* pag. 79. n. 2.

MASTURBĀTOR, oris, m, qui masturbat. *Martial.* l. 14. epigr. 203. al. scribunt *mastuprator.*

MASTURBĀTUS, a, um, contaminatus, pollutus. *Martial.* l. 9. epigr. 42.

MASTURBO, as, a, 1. est χειρουργεῖν, verbum dictu fœdum, ctuque turpissimum, apud *Martial.* l. 11. epigr. 105. quam rem vel ipse impense damnat, et scelus ingens esse dicit, l. 9. epigr. 42. quanto magis Christianus homo aversari debet?

[* MASURIĀNUS, a, um, adject. ad Masurium Sabinum pertinens, qui fuit celeberrimus jurisconsultus Tiberio imperante. *M. Aurel. Imper.* apud *Fronton.* lib. 2. ep. 1. *ad eumd.* Sed quid ego deliramenta Masuriana congero.]

MATÆUS, a, um, *vain, foolish,* μάταιος, vanus, ineptus. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 41. *Burman.* Plane matæus sum. Al. aliter leg.

MATĀRIS. V. *Materis.*

MATAXA. V. *Metaxa.*

MATELLA, æ, f. *a chamber-pot, urinal,* ἀμὶς, apud *Non.* c. 15. n. 2. est vas aquarium: aliis est vas, in quod urinam reddimus: diminutivum a *matula.* Re vera utrumque esse potest. *Plaut. in fragm.* apud *Non. ibid.* Ne tu postules matellam unam tibi aquæ infundi in caput. *Varro ibid.* Divitum apothecas Chias ad communem revocat matellam. *Id. ibid.* Lecto strato matellam, ceteras res hujus, ubique præ se portant. *Martial.* l. 12. epigr. 32. v. 13. Matella curto rupta latere meiebat. *Id.* l. 6. epigr. 89. Cum peteret seram media jam nocte matellam Arguto madidus pollice Panaretus. *arguto pollice,* h. e. digitis crepantibus qui mos erat domini servum matellam poscentis, ut *Id.* ostendit etiam l. 3. epigr. 82. et lib. 14. epigr. 119. ¶ Inter vasa olearia et aquaria *matellam* enumerat etiam *Cato R. R.* c. 10. et 11. ¶ *Matellam cuipiam præbere* vilissimum omnium ministerium est. Hinc *Martial.* l. 10. epigr. 11. Nil aliud loqueris, quam Thesea, Pirithoumque, Teque putas Pyladi, Calliodore, parem. Dispeream, si tu Pyladi præstare matellam Dignus es, aut porcos pascere Pirithoi. ¶ *Mus in matella* proverbium in satagentem, sollicitum, anxium, et frustra conantem: quia mus in matellam si incidit, discurrit quidem anxie, sed exitum non invenit. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 58. *Burm.* Curris, stupes, satagis, tanquam mus in matella.

MATELLĬO, onis, m. *a water-pot, ewer,* vasis aquarii genus: quo nomine vas appellabatur, ubi a matulæ figura longius recessisset, ut *Varro* scribit l. 4. *de L. L.* c. 25. *Varro* apud *Non.* c. 15. n. 32. Postularet trulleum, matellionem, pelvim. *Cicero in Parad.* 5. c. 2. Si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissime tractantem. Adde *Caton. R. R.* c. 10. et 11.

MATEŎLA, æ, f. *a small wooden mallet or beetle. Cato R. R.* c. 46. ubi de seminario olearum faciendo agit, et ex eo *Plinius* c. 18. l. 7. Taleam demittito, deprimitoque pede: si parum deprimere poteris, malleo, aut mateola adigito. *Mateolam* dictam putat *Turneb.* l. 11. *advers.* c. 13. pro *materiolam,* et ligneum fustem interpretatur: *Harduin.* ligneum bipalii manubrium. ¶ *Mateola* alio sensu, V. *Matteola.*

MATER, tris, f. *a mother, female that brings forth,* μήτηρ, parens, genitrix, quæ quodvis animal partu edit. *Cic. pro Cluent.* c. 5. Sassia mater hujus Aviti: mater enim a me nominis causa, tametsi in hunc hostili odio et crudelitate est, mater, inquam, appellabitur. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. Hecate, quæ matre Asteria est, sorore Latonæ. *h. e.* matrem habet Asteriam. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 799. matre satus terra. *Id. Heroid.* ep. 9. v. 48. matrem esse de aliquo. *h. e.* ex conjugio alicujus parere. Sic *Metam.* 3. v. 270. mater de Jove vult fieri. *Id.* l. 11. v. 222. Matrem esse alicui. *pro* alicujus. et l. 9. v. 491. facere aliquam matrem. *Cic.* 2. *Divin.* c. 41. Jupiter lactens castissime colitur a matribus. *Virg.* 7. *Æn.* v. 813. Illam omnis tectis, agrisque effusa juventus, Turbaque miratur matrum. et lib. 11. v. 477. ad templum summasque ad Palladis arces Subvehitur magna matrum regina caterva. *with a numerous train of matrons.* ¶ Est etiam honoris vocabulum (ut *pater*) quo seniores feminas compellamus. *Plaut.* de mulierib. feminam sacerdotem salutantibus, *Rud.* 1. 5. 5. Jubemus te salvere, mater. *Sa.* salvete puellæ. Sic *Vesta mater* apud *Senec. in excerpt. controvers.* l. 4. controv. 2. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 828. et *Virg.* 1. *Georg.* v. 498. et *mater Matuta* apud *Fest.* et *Flora mater* apud *Lucret.* l. 5. v. 738. ¶ *Mater magna,* et *mater* absolute, est Cybele, mater omnium deorum. *Cic. pro Sext.* c. 26. Matris magnæ Pessinuntius ille sacerdos. *Virg.* 4. *Georg.* v. 64. Tinnitusque cie, et Matris quate cymbala circum. et lib. 9. *Æn.* v. 108. cum Turni injuria Matrem Admonuit, ratibus sacris depellere tædas. ¶ Terra etiam *mater* dicitur, quia cuncta gignit. *Liv.* l. 8. c. 6. *a med.* Exercitum diis manibus, matrique Terræ deberi. *Lucret.* l. 2. v. 991. Humorum guttas mater cum terra recepit. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 715. Brutus matri dedit oscula terræ. V. *Terra* in fin. ¶ *Mater florum* apud *Ovid.* 5. *Fast.* est Flora: *amorum* est Venus, *Id. Heroid.* ep. 16. v. 201. et *Valer. Flacc.* l. 7. v. 171. Sic *mater cupidinum,* apud *Horat.* l. 1. od. 19. ¶ Universim *Matres* dicuntur omnes deæ, quæ pepererunt, Cybele, Ceres, Hecate, Isis, Vesta, Matuta: item Minerva, et Diana honoris causa. Hinc in multis veterib. Inscriptionib. vota soluta leguntur *Matribus,* apud *Gruter.* pag. 9. n. 7. 8. et 9. et apud *Reines.* class. 1. n. 172. ¶ Sæpe dicitur de bestiis. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Binis mensibus porcos sinunt cum matribus. *with their dams. Virg.* 9. *Æn.* v. 628. juvencum Candentem, pariterque caput cum matre ferentem. *Id.* 3. *Georg.* v. 398. excretos prohibent a matribus hædos. *Juvenal. sat.* 11. v. 70. Grandia præterea, tortoque calentia fœno Ova adsunt ipsis cum matribus. *h. e.* cum gallinis. Sic *Martial.* l. 3. epigr. 58. v. 39. Et dona matrum vimineo ferunt texto. ¶ In arboribus est truncus, ex quo enascuntur ramorum propagines. *Virg.* 2. *Georg.* v. 23. plantas tenero abscindens de corpore matrum. *Colum.* l. 3. c. 17. Totum flagellum, sicut est matri detractum, &c. *from the parent stock. Plin.* l. 12. c. 5. Superiores rami in excelsum emicant silvosa multitudine, vasto matris corpore. ¶ In rebus aliis est causa, origo, effector alicujus rei. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 22. Mater omnium bonarum artium sapientia est. *Id.* 1. *Acad.* c. 10. *extr.* Immoderata intemperantia, omnium perturbationum mater. *Horat.* l. 1. *sat.* 3. v. 98. utilitas justi prope mater et æqui. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 40. *a med.* Avaritiam tollere si vultis, mater ejus est tollenda luxuries. *Id.* 1. *de Invent.* c. 41. Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Apes mellis matres. Jočulariter *Plaut. Amph.* 1. 1. 274. Hirneam ego, ut matre fuerat natum, vini eduxi meri. *h. e.* sine admixtione aquæ, ut ex vite, uvaque prodiit. ¶ De affectu materno in liberos. *Senec. in Med.* v. 928. Ira discessit loco: materque, tota conjuge expulsa, redit. Sic *Claudian. de III. Cons. Honor.* v. 157. Indue mente patrem. ¶ De partu, vel pariendi officio. *Senec. in Herc. Œt.* v. 389. Materque multum rapuit ex illo mihi. *h. e.* partus multum detraxit de illa mea pulcritudine. ¶ Interdum dicitur de nutrice. *a nurse. Plaut. Men. prol.* v. 19. Ita forma simili pueri, ut mater sua non internosse posset, quæ mammam dabat; neque adeo mater ipsa, quæ illos pepererat. *Virg.* 8. *Æn.* v. 631. Procubuisse lupam: geminos huic ubera circum Ludere pendentes pueros, et lambere matrem. Hinc *Non.* c. 5. n. 9. discrimen assignat inter *genitricem,* et *matrem,* quod illa, quæ genuerit; hæc etiam quæ lac dederit, nuncupetur. ¶ Eleganter dicitur de patria. *Claudian. in II. Consul. Stilich.* v. 175. *de Roma.* Protegis hanc clypeo matrem regumque ducumque. [¶ *Mater castrorum* fuit quoque appellatio Augustarum, quæ viros ad fortia hortabantur, aut sequebantur in bello, aut aliquid supra sexum ausæ fuerant. V. *Castra* in *Appendice.*]

MATERCŬLA, æ, f. diminut. a *mater:* et dicitur vel blandiendi causa, vel de matre timida, et pusilli animi. *Plaut. in fragm.* apud *Priscian.* l. 3. pag. 601. *Putsch.* Tu ne igitur mea matercula? *my good mother? Cic. pro Flacc.* c. 36. *extr.* Nunc denique materculæ suæ festivus filius, aniculæ minime suspiciosæ, purgat se per epistolam. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 7. Dum pueris omnis puer, et matercula pallet.

MATERFAMILĬAS, *et* Mater familias, *item* Materfamiliæ, *et* Mater familiæ, f. *the mistress of a family; the lady of the house,* οἰκοδέσποινα. Et separatim, et conjunctim scripta legitur: vox autem *familias* antiquus genitivus est Græca positione, ut *Monetas* pro *Monetæ* ad normam secundæ simplicium declinationis. *Gell.* l. 18. c. 6. ex idoneis vocum antiquarum enarratoribus docet, matremfamilias appellatam esse eam solam, quæ in mariti manu mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu mancipioque esset: quoniam non in matrimonium tantum (ut *matrona*) sed in familiam quoque mariti, et in sui heredis locum venisset. *Cic. in Top.* c. 3. Uxoris duæ formæ: una matrumfamilias, eæ sunt, quæ in manum convenerunt: altera earum, quæ tantummodo uxores habentur. V. *Coemptio.* ¶ *Materfamilias* intelligitur non tantum nupta, sed etiam vidua, ut diserte docet *Papinian. Digest.* lib. 48. tit. 5. leg. 10. quamvis *Festus* id neget, cujus hæc sunt verba: Materfamiliæ non ante dicebatur, quam vir ejus paterfamiliæ dictus esset: nec possunt hoc nomine plures in una familia, præter unam appellari: sed nec vidua hoc nomine, nec quæ sine filiis est, appellari potest. Hæc *Festus,* qui intelligendus est ad antiquorum loquendi morem respexisse, ut dicamus etiam a *Papiniano* vere scribi, quod paulatim etiam viduæ *matresfamilias* appellari cœperint. Sane *Cic. pro Cœl.* c. 13. Clodiam, quæ vidua erat, *matremfamilias* vocat. Idem dicendum est de ea, quæ sine liberis sit. Nam JCti aliter sentiunt. *Ulpian.* lib. 1. tit. 6. leg. 4. Patres familiarum sunt, qui suæ potestatis sunt, sive puberes, sive impuberes: simili modo et matres familiarum. *Id. lib. ult. tit. pænult.* leg. 46. Matremfamilias accipere debemus eam, quæ non inhoneste vixit. Matrem enim familias a ceteris feminis mores discernunt. proinde nihil intererit, nupta sit, an vidua; ingenua sit, an libertina: nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matres familiarum, sed boni mores. Hæc *Ulpian.* Sic *Tertullian. de virgin. veland.* c. 11. Materfamiliæ vocatur, licet virgo; et paterfamiliæ, licet investis. ¶ De quacumque uxore. *a married woman, wife, matron,* etiam optimi scriptores, ante JCtos, usurparunt. *Cic.* 3. *Verr.* c. 24. Quam multis matribus familias vim attulisse existimaris? *Liv.* l. 34. c. 7. Cum tibi viro liceat purpura in veste stragula uti, matremfamilias tuam purpureum amiculum habere non sines? *Al. leg.* matrem familiæ. *Id.* l. 39. c. 53. Hunc justa matrefamilias, illum pellice ortum esse. *Al. leg.* matre familiæ. *Arnob.* transposuit lib. 4. pag. 152. et *familias matrum* dixit. ¶ Tota

hac de re accurate *Manut. in comment.* ad l. 5. *Fam.* ep. 10.

MATERĬA, æ, *et* Materies, ei, f. *matter, stuff, materials, that of which any thing is composed,* ὕλη, id, ex quo fit aliud, ut materia libri charta est, et atramentum: domus lapides, ligna, calx, &c. Volunt esse a *mater*, ut a *luxu* luxuria, luxuries. *Ovid. Metam.* 2. v. 4. Argenti bifores radiabant lumine valvæ: Materiam superabat opus. *Vitruv.* l. 2. c. 8. *extr.* De parietibus, et apparatione generatim materiæ eorum exposui. *Lucret.* l. 1. v. 191. Quæque sua de materia grandescere, alique. et vers. 249. Haud igitur redit ad nihilum res ulla, sed omnes Discidio redeunt in corpora materiai. ἀρχαϊκῶς pro *materiæ*: et apud *Lucret.* frequens est. *into material being. Lucan.* l. 2. v. 8. Materia rudis. *h. e.* chaos et massa prima, ut *Val. Flacc.* l. 1. v. 830. loquitur. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c. pænult.* Materia rerum, ex qua, et in qua sunt omnia. Adde lib. 1. *Acad.* c. 6. et 7. ubi de Peripateticorum materia agit. [*Cels.* l. 2. c. 18. In media vero materia numerari ex oleribus debere ea, quorum radices, vel bulbos assumimus; ex quadrupedibus, leporem: aves omnes a minimis ad phœnicopterum; item pisces omnes, qui salem non patiuntur, solidive saliuntur. Imbecillissimam vero materiam esse omnem caulem oleris, et quidquid in caule nascitur, qualis est cucurbita, et cucumis, et capparis; omnia poma, oleas, cochleas, itemque conchylia.] ¶ Ut Græcis ὕλη, silvam, sic materies Latinis lignum significat. *wood, timber. Colum.* l. 5. c. 11. Resecta arbor inter librum et materiam semina admittit. *et mox.* Cuneum inter corticem et materiem demittito. *Plin.* l. 16. c. 28. Tarde senescunt, quorum crispa materies, ut acer, palma, populus. *Colum. de arborib.* c. 1. Duo sunt genera surculorum: quorum alterum sua sponte gignitur, alterum cura mortalium procedit. illud materiæ est magis aptum: hoc idoneum fructibus. *h. e. for timber or for fuel*, vel ad comburendum, vel ad ædificandum. loquitur enim de arboribus universim. ¶ Speciatim lignei rami, qui ex arboribus enascuntur. *Colum.* l. 4. c. 24. *a med.* Ipsius autem materiæ, quam submittemus, longitudini modum difficile est imponere. *et ibid. post init.* Modus materiarum is erit, quem dictabit humi atque ipsius stirpis lætitia. *Id.* l. 3. c. *ult. a med.* Multum interest, plures ne, an pauciores materias, pro natura cujusque stirpis vinitor submittat. *Id.* l. 4. c. 21. Vitis in materiam, frondemque effunditur. ¶ Speciatim iterum genus palmitis, quod de novello nascitur, et in tenero alligatum dependet, materiam vocamus, inquit *Id.* l. 5. c. 6. *ad fin.* ¶ Item ipse truncus, unde sarmenta prodeunt. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 21. Facilius, sicut in vitibus, revocantur ea, quæ se nimium profuderunt, quam, si nihil valet materies, nova sarmenta cultura excitantur. ¶ Præcipue vero ligna, quæ ad fabricandum utilia sunt, hoc nomine significantur, ut tigna, asseres, tabulæ, &c. *timber, as beams, boards, planks,* &c. *Cic. Verr.* 7. c. 18. *extrem.* Dixit Hegius navem tibi operis publicis Mamertinorum esse ædificatam. Reliqua est materies. hanc Rheginis publice, quod Mamertini materiem non habent, imperavisti. (Adde *Virg.* 11. *Æn.* v. 328.) *Id. pro Mil.* c. 27. Repente lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta, atque arma convexit. *Cato R. R.* c. 17. Materies pro ridica, ubi solstitium fuerit ad brumam, semper tempestiva est. *Colum.* l. 11. c. 2. Omnis materia sic cæsa judicatur carie non infestari. Adde *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 17. et 18. ubi de pontis: et cap. 31. ubi de navium: et lib. 5. c. 39. ubi de munitionum et valli constructione agit, et alibi sæpe. Hinc illud discrimen inter *lignum*, et *materiam* apud *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 53. ubi docet, *materiam* esse, quæ ad ædificandum, fulciendumque necessaria est: *lignum* quidquid comburendi causa paratum est. *Plin.* l. 16. c. 40. *ante med.* Cornus non potest videri materies propter exilitatem, sed lignum. ¶ Accipitur etiam pro genere, seu stirpe, *a race, breed. Colum.* l. 6. c. 27. Summam sedulitatem desiderat equinum genus. est enim generosa materies, quæ circo sacrisque certaminibus equos præbet: est mularis, quæ pretio fetus sui comparatur generoso: est vulgaris, quæ mediocres feminas maresque progenerat. *Id.* l. 7. c. 3. *a med. de ovib.* Quod ex vetere materia nascitur, plerumque congeneratum parentis senium refert. ¶ Translate est argumentum sermonis, orationis, libri, seu res, de qua agitur, *the subject or argument of a book; the theme of a discourse; matter to speak upon, subject matter. Cic.* 2. *de Orat.* c. 59. Est etiam deformitatis, et corporis vitiorum satis bella materies ad jocandum. *subject, ground. Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 1. *extr.* Sic habeto, materiam omnem sermonum eorum, qui de te detrahere velint, Statium dedisse. *Id.* 2. *ad Attic.* ep. 12. Quod me, ut scribam aliquid, hortaris, crescit mihi quidem materies, ut dicis, sed, &c. *Id.* 2. *Q. Fr.* ep. 1. Lupus egit causam agri Campani: materiam rei non ignoras. *Horat. de ar. Poet.* v. 38. Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam Viribus. *Ovid.* l. 1. *Amor.* el. 3. v. 19. Te mihi materiem felicem in carmina præbe. *Phædr. in prol.* l. 1. Æsopus auctor quam materiam repperit, Hanc ego polivi versibus senariis. *Gell.* l. 17. c. 12. Infames materiæ, sive quis mavult dicere inopinabiles, quas Græci ἀδόξους ὑποθέσεις appellant. [†Materia artis. *the object, scope, design. Cic. Inv.* 1. 5.] ¶ Item occasio, causa, facultas. *an occasion, cause, source. Ovid.* 2. *Trist.* v. 32. Materiam veniæ sors tibi nostra dedit. *Sallust. in Catil.* c. 10. Primo pecuniæ, dein imperii cupido crevit: ea quasi materies omnium malorum fuere. *Cic. pro Dom.* c. 5. Materiem subtrahere furori. *et paulo post.* Ne in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax adhæresceret (ubi ad ligni materiam aperte respicit.) *Id. Phil.* 11. c. 9. invidiæ dare. *Id.* 2. *de Orat.* c. 74. Ut opes et copiæ non superbiæ videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem et materiam dedisse. *Justin.* l. 30. c. 1. Materiam quietis avide arripere. *Id.* l. 3. c. 2. *extr.* Materia scelerum. *Id.* l. 11. c. 5. seditionis. *Lucan.* l. 8. v. 76. laudis. *Plin. in Paneg.* c. 38. benefaciendi. *Vellei.* l. 2. c. 62. belli præbere. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 49. quærere amori. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 22. sceleri detrahere. ¶ Transfertur etiam ad animum, ejusque vim, indolem, ingeniumque significat, *natural genius or abilities. Cic.* 5. *Verr.* c. 68. *a med.* Fac, fuisse in isto C. Lælii, M. Catonis materiem atque indolem. *Liv.* l. 1. c. 39. Materiem ingentis publice privatimque decoris omni indulgentia nostra nutriamus. et cap. 46. Angebatur ferox Tullia, nihil materiæ in viro neque ad cupiditatem, neque ad audaciam esse. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 85. Tu modo duritiem silvis depone jugosis. Non sum materia digna perire tua. *h. e.* ingenio tuo averso ab amore, et ad venandum omnino converso.

MATERIĀLIS, le, *material,* ὑλικὸς, ἔνυλος, qui est e materia. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 12. *circa med.* Priusquam materialis influxio in corpus venientes animas ebriaret.

MATERIALĬTER, adverb. *materially,* ὑλικῶς, secundum materiam. *Sidon.* l. 8. ep. 11. *post carmen.* In pectore viri iracundia materialiter regnans.

MATERIARĬUS, a, um, *of or pertaining to timber,* ad materiam pertinens, qua lignum significat ad fabricandum utile. *Plin.* l. 7. c. 56. *ante med.* Fabricam materiariam invenit Dædalus, et in ea serram, asciam, perpendiculum, terebram. *carpentry,* ὑλουργίαν, δρυοτομικήν. ¶ *Materiarius faber*, et absolute *materiarius*, qui materiariam fabricam exercet, *a carpenter,* ξυλουργὸς, δρυοτόμος. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 642. n. 6. Fulvius L. F. Quintianus, faber materiarius, pius in suos, vixit ann. XLVI. &c. ¶ Item qui materiem in silva cædit ad ædificia. *a woodman. Plaut. Mil.* 3. 3. 45. Si non nos materiarius moratur, quod opus est qui det, cito erit parata navis. [¶ *Negotians materiarius* est *a dealer in timber, timber-merchant, woodmonger. Inscript. agri Ariminensis* in *Ephemer. Florent.* ann. 1745. col. 828. Silvano Aug. Sac. L. Titius Eutychas negotians materiar. D. D. Legitur etiam apud *Murator.* pag. 980. n. 8.] ¶ Est etiam, qui materes facit. Sic enim legit *Voss. in Etymol.* in voce *Materis*, illud *Ammiani* l. 21. c. 13. *ad fin.* (*al.* c. 28.) Imperator Arbetionem iter suum præire cum lanceariis, et materiariis, et catervis expeditorum præcepit. Similem locum habet lib. 31. c. 13. (*al.* 37.) sed utrobique al. leg. *mattiariis*, qui dicti videntur a quodam teli genere, quod *mattium* appellabatur, quo armati erant. Sane apud *Ammian.* non de fabris, sed de militibus sermo est. Porro *mattium*, et *mattiarius* peregrinæ voces sunt. *Zosimus* l. 3. Græce ματτιαρίους habet, ut adnotavit *Vales. ad citat. priorem loc. Ammiani.* ¶ *Hæretici Materiarii* a *Tertull.* dicuntur *advers. Hermog.* c. 25. qui materiam ab æterno fuisse credebant.

MATERIATĬO, onis, f. *timber work, carpentry,* materies lignaria in ædificiis, ut trabes, tabulæ, contignationes, &c. *Vitruv.* l. 4. c. 2. In ædificiis collocatur materiatio, variis vocabulis nominata. Prosequitur deinde *Vitruv.* nominando trabes, tigna, axes, transtra, capreolos, canterios, &c. quæ omnia *materiationis* vocabulo continentur.

MATERIATŪRA, æ, f. materiaria ars, quæ circa materiationem versatur. *Vitruv.* l. 4. c. 2. E quibus rebus, et a materiatura fabrili, in lapideis ædificationibus artifices dispositiones eorum scalpturis sunt imitati.

MATERIĀTUS, a, um, *made of timber, built of wood,* materia præsertim lignaria, seu materiatione constructus. *Cic.* 3. *Offic.* c. 13. Ædes pestilentes, male materiatæ, ruinosæ. Sunt qui leg. *malæ materiæ*.

MATERĪNUS, a, um, adject. *Materina terra* apud *Caton. R. R.* c. 34. exponitur a *Turneb.* l. 21. c. 25. dura, solida, et prope lignea. *hard, solid earth.* Monet *Idem* ab aliquibus legi, *macerina*, h. e. *macra*. Alii *materinam* intelligunt, ubi materia sit, et rudus ædificiorum. *ground abounding with the wood and rubbish of old houses, which had stood on it. Plin.* l. 18. c. 17. *ad fin.* sententiam Catonis aliis verbis exprimens, In solo, inquit, rubricoso, vel pullo, vel arenoso, si non sit aquosum, lupinum seri. *Catonis* verba sunt: Ager rubricosus, et terra pulla, materina, rudecta, arenosa, item quæ aquosa non erit, ibi lupinum bonum fiet. *Plin.* itaque *materinam terram*, vel eandem esse cum *rudecta*, et *arenosa*, aut saltem similem putavit: vel ne ipse quidem intellexit, ideoque dissimulavit, ac præteriit.

MATERĬO, as, a. 1. *to build with timber. Vitruv. sub fin.* l. 5. Eaque ædificia minime sunt materianda propter incendia. *h. e.* ex materia, seu ligno exstruenda. [† V. *Materior.*]

MATERIŎLA, æ, f. diminut. a materia. *Tertull. de Baptism.* c. 17. Superest ad concludendam materiolam, de observatione quoque dandi et accipiendi baptismum commonefacere.

MATERĬOR, aris, dep. 1. *to provide timber for trenches or other uses in war,* ὑλοτομέω, materiam cædo ad conficiendum vallum. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 73. Erat eo tempore et materiari, et frumentari, et tantas munitiones fieri necesse. ¶ Item materiatione construo. *Vitruv.* l. 5. *sub fin.* Ea ædificia minime sunt materianda, propter incendium. [† V. *Materio.*]

MATĔRIS, *vel* Mataris, is, *vel* Matara, æ, f. *a Gallic javelin, sort of pike,* ματερίς, Celticum lanceæ genus. Vox est Gallica. [Hodieque *matras* vocant, et *mataris occidere* olim dicebant *matrasser*.] *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 26. Nonnulli inter carros rotasque mataras, ac tragulas subjiciebant, nostrosque vulnerabant. *Turneb.* legit *materes*. Alii *mazaras*. *Liv.* l. 7. c. 24. Humero materi trajecto. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 32. Materis transalpina. *Sisenn.* apud *Non.* c. 18. n. 26. Galli materibus, Suevi lanceis configunt.

MATERNUS, a, um, *of a mother, motherly, maternal,* μητρικὸς, qui matris est. *Cic. pro Cluent.* c. 5. Quo enim est ipsum nomen amantius, indulgentiusque maternum, &c. *Terent. Heaut.* 4. 1. 24. Maternus animus. *Nemesian. in Cyneg.* v. 19. Materni menses. *h. e.* quibus portatur fetus in utero. [† *Ovid. Met.* 3. 312. Maternaque tempora complet. *completes the time he should have remained in his mother's womb.*] *Virg.* 1. *Georg.* v. 28. Cæsar cingens materna tempora myrto. *h. e.* Veneris, quæ Æneæ mater fuit, ex quo Cæsarum genus. *Id.* 12. *Æn.* v. 107. Æneas maternis sævus in armis. *h. e.* quæ illi Venus mater ab Vulcano impetraverat. et lib. 6. v. 193. maternas agnoscit aves. *h. e.* columbas, quæ Veneris currum trahunt. et lib. 4. v. 258. Materno veniens ab avo Cyllenia proles. *a grandfather by the mother's side. h. e.* ab Atlante, qui pater fuit Maiæ, quæ Mercurii mater. et vers. 144. Delum maternam invisit Apollo. *h. e.* ubi eum mater Latona peperit. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 131. *de Venere.* Vere monet curvas materna per æquora puppes Ire. *h. e.* ex quibus ipsa nata est. *Horat.* l. 1. ep. 15. v. 26. rebus maternis atque paternis fortiter absumptis. *the fortune left him by his father and mother. Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 105. Quos (*mores*) Volesus patrii cognoscat nominis auctor: Et Numa maternus non neget esse suos. *h. e.* unde genus ducis ex parte matris. Adde lib. 4. *ep. ult.* v. 43. Sic *Virg.* 11. *Æn.* v. 340. genus huic materna superbum Nobilitas dabat. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 564. materna velatus arundine Peucron. *h. e.* Mæotidis paludis, cujus filius erat. ¶ *Maternæ Idus* dicuntur a *Martial.* l. 7. epigr. 73. ubi Mercurium alloquitur, Idus Maiæ, quia ejus dies natalis erant: unde lib. 12. epigr. 68. Maiæ Mercurium creastis Idus. ¶ De bestiis et avibus, *Plin.* l. 10. c. 33. *extr.* Perdix pavore libera, ac materna vacans cura. *Colum.* l. 7. c. 3. *a med.* Ut agnus condiscat maternum trahere alimentum. Adde cap. 2. *ad fin.* [¶ Fuit etiam cognomen Romanum apud *Auct. dialog. de orat.* c. 2. Postero die, quam Curiatius Maternus Catonem recitaverat. Hinc etiam *Jul. Firmicus Maternus*, qui sub Constantino M. vixit, et opus scripsit de mathesi, et aliud de errore profanarum religionum.]

MATERTĔRA, æ, f. *a mother's sister; an aunt by the mother's side,* τιτθίς, θεία, μητροκασιγνήτη, matris meæ soror, sic dicta, inquit *Festus*, quasi mater altera: vel potius a *mater* simpliciter, ut *tera* mera sit vocis productio. *Paul. Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 10. ¶ *Tertio gradu.* Amita: ea est patris soror. Matertera: ea est matris soror. *Cic.* lib. 1. *de Divin.* c. 46. Puellam defatigatam petiisse a matertera, ut &c. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 312. Furtim illum primis Ino matertera cunis Educat. ¶ *Matertera magna* est aviæ meæ soror, *a grandmother's sister, grand-aunt. Paul. ibid.* ¶ *Quarto gradu*, et *Caius ibid.* leg. 1. Hinc *Festus*: Matertera patris et matris, mihi magna matertera est. ¶ *Matertera major* est soror proaviæ meæ, *a great-grandmother's sister:* et dicitur etiam *promatertera*, ut docet *Paul. ibid.* ¶ *Quinto gradu*, et *Caius loc. cit.* ¶ *Matertera maxima* est abaviæ meæ soror. *Paul. ibid.* ¶ *Sexto gradu.*

MATHEMATĬCUS, a, um, *relating to the science of mathematics, mathematical,* μαθηματικὸς, ad mathesim pertinens. *Vitruv.* l. 1. c. 1. *circa med.* Musicen sciat, oportet, uti canonicam rationem et mathematicam notam habeat. *Plin.* l. 29. c. 1. *ante med.* Ad siderum motus ex ephemeride mathematica cibos dare. et lib. 30. c. 1. Mathematicæ artes. *the mathematics, science of mathematics. Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 2. Corpora mathematicæ cogitationi tantum subjicienda, non sensui. ¶ *Mathematicæ disciplinæ* sunt Geometria, Arithmetica, et quæ inde proficiscuntur, Astronomia, Musica, Geographia, Optica, &c. a μαθεῖν *discere*, quia vere et proprie scientiæ sunt, et per certam demonstrationem percipiuntur: unde vere discere dicuntur, qui illis dant operam. Veteres enim Græci hæc μαθήματα appellabant, ut *Gell.* l. 1. c. 9. docet. *Mathematicus* absolute, qui eas disciplinas profitetur. *a mathematician. Cic.* 1. *de Orat.* c. 3. Quis ignorat, ii qui mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, et quam re-

condita in arte, et multiplici subtilique versentur? *Id.* 4. *Acad.* c. 36. *a med.* Illa initia Mathematicorum, quibus non concessis, digitum progredi non possunt. *Senec.* ep. 88. *a med.* Magnum esse solem, philosophus probabit: quantus sit, mathematicus, qui usu quodam et exercitatione procedit: sed ut procedat, impetranda illi quædam principia sunt. ¶ Vulgo, ut ait *Gell. loc. cit.* mathematici dicuntur, quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, scilicet qui ex ratiocinationibus astrorum, ut *Vitruv.* loquitur l. 9. c. 7. *a med.* antefacta et futura explicare, et prævidere se arbitrantur et præcipue quæ eventura sint homini, ex positione stellarum in natali hora, prædicere profitentur. *fortune-tellers, judiciary astrologers.* V. *Chaldæus. Tacit.* 1. *Hist.* c. 22. Mathematici, genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in civitate nostra et vetabitur semper, et retinebitur. *Juvenal.* sat. 14. v. 248. Nota mathematicis genesis tua: sed grave, tardas Exspectare colos. [† *Id.* sat. 6. 562. Nemo mathematicus genium indemnatus habebit.] *Tertull. in Apolog.* c. 43. Arioli, haruspices, mathematici. ¶ *Mathematica, æ,* absolute. *the mathematics, mathesis, μαθηματικὴ,* subaudi *ars,* mathesis. *Senec.* ep. 88. *a med.* Philosophia nihil ab alio petit, totum opus a solo excitat: mathematica, ut ita dicam, superficiaria est, in alieno ædificat, aliena accipit principia, quorum beneficio ad ulteriora perveniat. ¶ Item ars prædicendi futura ex astris. *judiciary astrology. Sueton. in Tiber.* cap. 69. Circa deos ac religiones negligentior, quippe addictus mathematicæ, persuasionisque plenus, cuncta fato agi.

MATHĒSIS, is, f. *μάθησις,* h. e. discendi actus, perceptio, cognitio: a *μανθάνω,* disco. Præcipue hoc nomine venit mathematica scientia, *the mathematics, mathesis,* ut dictum est in voce præced. Speciatim vero ea, quæ ex astris futura prædicit, *judiciary astrology:* quam frustra ab errore et vanitate *Jul. Firmic.* l. 1. vindicare conatur. *Spartian. in Adrian.* c. 16. Mathesim sic scire sibi visus est, ut sero cal. Januariis scripserit, quid ei toto anno posset evenire. *Id. in Æl. Vero,* cap. 3. *extr.* Fuisse Adrianum peritum matheseos, &c. ¶ Secundam corripuit, non imitandus, *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 893. Involvit mathesi, magicas impellit in artes.

MATIĀNUS, a, um. *Matiana mala* apud *Sueton. in Domit.* c. 21. et *Colum.* l. 5. c. 10. *ad fin.* et lib. 12. c. 47. dicta sunt a quodam Matio, ut *Plin.* l. 15. c. 14. docet: et laudantur etiam a *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 15. ubi al. leg. *Mattiana,* et *Ματτιανὰ* dicuntur ab *Athen.* l. 3. Porro iste videtur esse C. Matius, vir equestris ordinis, Augusti amicus, quem primum tonsilia nemora invenisse, *Plin.* l. 12. c. 2. narrat. Imo is idem, qui a *Colum.* inter Scriptores rei culinariæ laudatur l. 12. c. 4. quique scripsisse dicitur, *ibid.* cap. 44. tres libros, quos inscripsit nominibus coci, et cetarii, et salgamarii, cum illi propositum fuisset urbanas mensas, et lauta convivia instruere. ¶ *Matianum minutal,* in quo *Matiana mala* cum aliis condimentis sunt, memorat *Apic.* l. 4. c. 3.

[* MATILĪCA, et MATELICA, æ, f. urbs in Umbria apud *Frontin. de colon.* ¶ Hinc *Matelicates* illius urbis incolæ apud *Plin.* l. 3. c. 14.]

MATĪNUS, i, m. mons Apuliæ, in Lucaniæ confinio, qui buxetis abundat. *Lucan.* l. 9. v. 185. et calidi lucent buxeta Matini.

MATĪNUS, a, um, adject. ad Matinum montem pertinens. *Horat.* lib. 4. od. 2. vers. 27. Ego apis Matinæ more, &c. *Id.* lib. 1. od. 28. vers. 3. Matinum litus. *Id.* epod. 16. vers. 28. Matina cacumina.

MATRALĬA, um, n. *a festival kept by matrons, μητρῷα,* matris Matutæ festa, tertio Idus Junii a matronis celebrari solita. *Fest. Ovid.* 6. *Fast.* v. 475. Ite bonæ matres, vestrum Matralia festum, &c. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 22. Testuatium, quod in testu caldo coquebatur: ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronæ. (V. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 533.) Adde *vetus Calendar.* apud *Gruter.* pag. 133. ubi ponitur hoc festum tert. Id. Jun. ut dictum est.

MATRESCO, is, n. 3. *to be like a mother, μητρίζω,* est matri similem fieri. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 526. Utinam nunc matrescam ingenio, ut meum patrem ulcisci queam.

MATRICĀLIS, le, adject. *belonging to the matrice,* ad matricem pertinens, ut Matricalis herba, *Apul. de herb.* c. 65. Matricalis vena, *Veget.* l. 1. c. 10. *rei Veterin.*

MATRĬCI. V. *Mattici.*

MATRICĪDA, com. *a matricide, μητροκτόνος,* qui matrem occidit. *Cic. ad Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. Quem scribis certissimum matricidam. ¶ Per tmesim *Auson. in Cæsarib. epigr. ult.* Matrique cida Nero proprii vim pertulit ensis. Al. tamen legunt *Matricida Nero,* ut secundam necessitate produxerit, ut in *parricida* fecit *in tetrast. de Cæsarib.* n. 21. Sic *Sidon.* carm. 3. v. 290. Matricida pius: sed ne sprevisse dolorem.

MATRICIDĬUM, ii, n. *matricide,* matris occisio. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 13. Orestes si accusetur matricidii.

MATRICŬLA, æ, f. *a roll, or list, of names, wherein persons are registered and matriculated,* album, seu charta, in qua certorum hominum nomina descripta sunt, ut militum, notariorum, advocatorum, agentium in rebus, &c. Est autem diminutivum a *matrix,* quæ idem quandoque significat, quod ea, velut matrice, continentur milites. *Veget.* l. 1. *de re mil.* cap. 26. Producendi tirones sunt semper ad campum, et secundum matriculæ ordinem in aciem dirigendi. Adde lib. 2. c. 2. et 5. et *Imp. Leon.* lib. 12. *Cod.* tit. 20. leg. 3. et alibi.

MATRIMONIĀLIS, le, *matrimonial, γαμήλιος,* ad matrimonium pertinens. *Jul. Firmic.* l. 7. c. 17. Matrimoniales tabulæ. In lemmate declam. 342. *Quintilian.* (*seu quicumque alius auctor est*) Misit ille matrimoniali habitu ancillam. *Al. leg.* matronali.

MATRIMONIUM, ii, n. *marriage, wedlock, matrimony, συζυγία,* conjugium, viri et mulieris legitima conjugatio: a *mater.* nam *monium* mera vocis productio est, ut a *pater patrimonium,* a *sanctus sanctimonia,* &c. A matre autem nominatur, in omen et spem, quia cum prolis causa suscipiatur, summum votum est, ut ea quæ ducitur, mater fiat. *Cic. pro Cluent.* c. 62. *a med.* Jus illud matrimonii castum atque legitimum, damnatione viri sublatum arbitrabatur. et c. 12. *extr.* Quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt. erant enim non matrimonii dignitate, sed sceleris societate conjunctæ. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* cap. 3. Dare cuipiam filiam suam in matrimonium. et cap. 9. et *Cic. pro Cluent.* cap. 44. Alicujus filiam in matrimonium ducere. *Sueton. in Cæs.* c. 27. et *in Aug.* c. 63. Petere sibi aliquam in matrimonium. *Id. in Domit.* c. 22. Offerre alicui filiam in matrimonium. *Plaut. Trin.* 3. 3. 4. Ire in matrimonium. *to be married. Cic.* 1. *de Divin.* c. 46. Collocare aliquam in matrimonium. *Id.* 2. *Phil.* cap. 18. Locare in matrimonio stabili et certo. *Id.* 4. *Verr.* c. 36. Habere in matrimonio aliquam. *Curt.* l. 6. c. 9. *a med.* et lib. 5. c. 1. Quampiam matrimonio secum conjungere. et lib. 10. c. 3. In matrimonio. *Id.* l. 8. cap. 4. *ad fin.* Jungi alicui jure matrimonii. *et mox.* Matrimonio sibi aliquam adjungere. *Justin.* l. 1. c. 10. et lib. 9. c. 5. *extr.* Recipere aliquam in matrimonium. et lib. 2. c. 4. *a med.* assumere. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 71. Aliquam matrimonio tenere. *Justin. sub fin.* l. 7. In matrimonium habere. *Sueton. in Tiber.* c. 49. Dimittere aliquam e matrimonio. *to divorce, repudiate, put away. Plaut. Merc.* 4. 6. 6. Matrimonio uxorem exigere. *to put away, divorce. Tacit. Ann.* 11. c. 12. exturbare. et lib. 13. c. 19. depellere. *Cic. pro Cæl.* cap. 14. Tenere matrimonium alicujus. *h. e.* esse alicujus conjugem. Sic *Tacit.* 6. *Ann.* c. 47. Est mihi cum aliquo matrimonium. *h. e.* sum ejus conjux. *Id. Ann.* 12. c. 5. Matrimonium pacisci inter aliquos. *Sueton. in Calig.* c. 25. contrahere, dimittere, tenere. *h. e.* inire, solvere, servare. et cap. 12. Polliceri alicui matrimonium suum. *h. e.* se conjugem fore. *Gell.* l. 1. c. 6. capessere. *Massur. Sabin.* apud *eund.* l. 10. cap. 15. dirimere. *Tacit. Ann.* 15. c. 53. *extr.* Alii matrimonio se obstringere. *Justin.* l. 10. c. 1. Filios justo matrimonio suscipere. *Caius Dig.* lib. 23. tit. 2. leg. 17. Matrimonio jungi. *Papinian. ibid.* leg. 15. Convenire alicui in matrimonium. ¶ Per synecdochen dicitur de ipsa conjuge. *a wife. Justin.* l. 3. cap. 3. *a med.* Severius matrimonia sua viri coercent. *Liv.* l. 10. c. 23. Convocatis plebeiis matrimoniis conquesta injuriam patriciarum. *Al. leg.* matronis. Sic *conjugium* pro uxore apud *Tacit.* ¶ De ipso genere, et conditione matrimonii, prout splendorem addit, divitias, opes, aliaque commoda. *Justin.* l. 3. c. 5. Polliceri servis matrimonia interfectorum. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 13. Matrimonia, ac pecunias hostium prædæ destinare. ¶ De bonis a matre relictis, ut *patrimonium* dicitur de relictis a patre, afferuntur loca ex *L. Senec.* l. 1. *de benef.* c. 3. *ad fin. M. Senec.* lib. 2. controv. 9. *Sueton. in Aug.* cap. 40. et *Valer. Max.* lib. 7. *cap. ult.* n. 2. quæ docti viri partim admittunt, partim respuunt, tum ob dubiam lectionem cum alii cod. *patrimonium* habeant, tum ob insolentiam hujusmodi notionis. V. *Casaubon. ad Sueton. loc. cit.*

MATRIMUS, a, um, *whose mother is alive,* qui matrem habet superstitem: sicut *patrimus,* qui patrem. *Fest.* in *Pater:* Pater patrimus dicebatur apud antiquos, qui cum jam ipse pater esset, habebat etiam tum patrem. ¶ Habet præcipue locum in sacris, in quibus id servabatur, ut qui pueri, puellæve adhibebantur, patrimi matrimique essent. *Cic. de Harusp. resp.* c. 11. *Liv.* l. 37. c. 3. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 53. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 6. *Lamprid. in Heliog.* c. 8. *Vopisc. in Aurel.* c. 19. et *Gell.* l. 1. c. 12. ¶ In nuptiis quoque patrimi et matrimi pueri tres adhibebantur: unus qui facem præferret ex spina alba, qui noctu nubebant: duo, qui nubentem tenebant. *Paul.* ex *Festo.* ¶ Apud *eund.* est tertiæ declin. Matrimes, inquit, et patrimes dicuntur, quibus matres, et patres adhuc vivunt: *Fest. Id.* in *Flaminia.* Flaminia dicebatur sacerdotula, quæ Flaminicæ Diali præministrabat, eaque patrimes, et matrimes erat, &c. Ubi *patrimes,* et *matrimes* recti casus singulares sunt: dubitabitque fortasse quispiam, an *patrimis,* et *matrimis* sit legendum. ¶ Lis est inter Grammaticos de quantitate pænultimæ, quæ adhuc est sub judice, quia nihil certi afferri adhuc potuit.

MATRIX, īcis, f. *a female of any kind kept for breeding young,* femina brutorum, quæ fetus gratia alitur: quæ et *mater* dicitur. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. *a med.* Habeo tauros ad matrices septuaginta, duo, unum anniculum, alternum bimum. *Colum.* l. 7. c. 3. *circa med. de ovib.* Ut eadem ratione matrices ineantur. *Id.* l. 8. c. 5. *circa med. de gallinis.* Ne incubantes matrices ab aliis avibus inquietentur. ¶ Dicitur et de arbore, quæ stolones ex se gignit. *Sueton. in Aug.* c. 94. *a med.* Ex palma enata soboles adeo in paucis diebus adolevit, ut non æquiparet modo matricem, verum etiam obtegeret. *the parent-stock, mother tree.* ¶ Translate est mater, origo, fons primus. *Tertull. de virgin. veland.* c. 5. Eva matrix generis feminini. *Id. advers. Jud.* c. 2. Primordialis lex data Adæ, quasi matrix omnium præceptorum Dei. *Id. advers. Hæret.* c. 21. Ecclesiæ Apostolicæ, matrices et originales fidei. *Id. advers. Valentin.* c. 7. Matrix et origo cunctorum. ¶ Est etiam receptaculum fetus in feminis, vulva. *the matrice, matrix, womb, μήτρα. Plin.* l. 27. c. 10. Radix glycysides sanat matricem et stomachum, decocta in vino. *Harduin.* ex MSS. legit *arteriam, et stomachum. Veget.* l. 1. *rei Veterin.* c. 5. *in fin.* Ad matricis dolorem medicamen. ¶ Denique est album, seu catalogus certorum hominum. *a roll, list, register, or catalogue, wherein were entered the names of persons matriculated:* unde *matricula. Tertull. de fuga in persecut. c. pænult.* In matricibus Beneficiariorum, et Curiosorum Christiani quoque vectigales continentur.

MATRŌNA, æ, f. *a married woman, wife, matron, οἰκοδέσποινα,* mulier, quæ in matrimonium cum viro convenit, quoad in matrimonio manet. Olim distinguebatur a *matrefamilias* ea ratione, qua in ea voce est dictum. Et appellata est *matrona* a *mater,* quia cum in spem prolis duceretur, omen ejus rei in ipso statim nomine esse voluerunt, ut *Gell.* l. 18. c. 6. docet. Ceterum *matronæ* universim dictæ uxores ingenuæ, pudicæ, honestæ, sive filios haberent, sive non: eæque stolis utebantur, sicut famosæ feminæ togis. Hinc *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 63. quid inter-Est, in matrona, ancilla, peccemve togata? *Id.* l. 3. od. 2. v. 7. illum Matrona bellantis tyranni Prospiciens, et adulta virgo, &c. et od. 4. v. 59. Matrona Juno. *Id.* l. 4. *od. ult.* vers. 27. Cum prole matronisque nostris Rite deos prius apprecati. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 85. Dignaque sum, et cupio fieri matrona potentis. *Cic. pro Cæl.* c. 13. Petulanter facimus, si matremfamilias secus, quam matronarum sanctitas postulat, nominamus. *Plaut. Cist.* 1. 1. 26. Ubi istas videas summo genere natas, summates matronas. *Cic. Fam.* 7. ep. 6. Matronæ opulentæ, optimates. ¶ *Matrŏna* pænultima brevi, nunc *la Marne,* fluvius Galliæ, qui in Lingonum finibus oritur, et in Sequanam, paulo supra Lutetiam, influit. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 1. *Auson. in Mosell.* v. 462. et *Sidon.* carm. 5. v. 208.

MATRONĀLIS, le, *of a matron, suitable to a matron, matronal,* ad matronam pertinens, uxorius. *Liv.* l. 26. c. 49. *sub fin.* Quæ ne in malis quidem oblitæ decoris matronalis estis. *Plin.* l. 5. ep. 16. Nondum annos quatuordecim impleverat, et jam illi anilis prudentia, matronalis gravitas erat. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 10. leg. 15. *ante med.* Si non matronali habitu femina fuerit, et quis eam appellaverit, injuriarum non tenetur. (*matronalem habitum* puto stolam. *Festus:* Matronas appellabant fere eas, quibus stolas habendi jus erat. *Tertull.* quoque *de Pall.* c. 4. *a med.* nefas fuisse ait, matronam in publico sine stola.) *Colum. in proœm.* l. 12. *a med.* Apud Romanos fere domesticus labor matronalis fuit. *et mox.* Matronalis sedulitas. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 828. flevit, Et matronales erubuere genæ. ¶ *Matronalia, um, a festival kept by matrons,* festa Romæ a matronis celebrata calend. Mart. in honorem Martis, vel quod is fecundam de se Iliam fecerat, vel quod tempus illud rebus fecundandis aptum est, vel quod eo die Junoni templum dedicatum fuit in Esquiliis; vel denique, quod Sabinæ matronæ a Romanis raptæ pugnam inter eos et parentes interventu diremissent. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 229. *et sequentib.* V. *Calendæ. Tertull. de Idol.* c. 14. *Matronales ferias* appellat.

MATRONALĬTER, adverb. ut matronam decet. *Vet. Lap. in Museo Veronens.* pag. 464. n. 6. Pescennia .... bonis natalibus nata matronaliter, &c.

MATRONĀTUS, us, m. *the state of a matron,* matronalis habitus, et conditio. *Apul.* l. 4. *Metam.* Unicam virginem filo liberali, et, ut matronatus ejus indicabat, summatem ejus regionis advehebant.

MATRUĒLIS, is, m. *a mother's sister's son, cousin by the mother's side,* filius materteræ meæ, sicut *patruelis* est filius patrui mei. *Aurel. Vict. de orig. gentis Rom.* c. 13. *extr.* Piso quidem, Turnum matruelem Amatæ fuisse tradit. *Martian. Dig.* lib. 48. tit. 9. leg. 1. Si quis patrem, matrem, fratrem, sororem, patruelem, matruelem, *&c.* occiderit.

MATTA, æ, f. *a mat or mattress, ψίαθος,* storea, teges, quæ fit ex cannabe crassiore, junco, scirpo, sparto, aut palma intextis. Alii exponunt culcitam stuppa, vel fœno, vel rudiore lana fartam: repetuntque ejus originem a lingua Hebræa. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 679. plaustroque morantes Sustulit: in plaustro scirpea matta fuit. ¶ Hinc *mattarius,* qui in matta dormit. *Augustin.* l. 5. *contra Faust.* c. 5. Quia in mattis dormiunt, mattarii appellantur: a quorum stratis longe dissimiles fuerunt plumæ Fausti, et caprinæ lodices.

MATTARĬUS. V. in voce præced.

MATTĔA, V. *Mattya.*

MATTEŎLA, læ, f. parva mattya. *Arnob.* l. 7. pag. 231. Frustilla hæc parvula pro suavibus matteolis sumunt. *cates, junkets.* Al. scribunt *mateola*, et *macteola*.

MATTIĂCUS, a, um, ad Mattiacum, vel Mattium pertinens, quod est oppidum Germaniæ in Veteravia, in ditione Moguntina: unde *Mattiacos fontes* calidos laudat *Plin.* l. 31. c. 2. *a med.* et *Mattiacas aquas* memorat *Ammian.* l. 29. c. 4. (*al.* c. 20.) *Mattiacas pilas* commendat *Martial.* l. 14. epigr. 27. tingendis capillis, et canitiei celandæ aptas, l. 14. epigr. 27. Si mutare paras longævos cana capillos, Accipe Mattiacas, (quo tibi calva?) pilas. *Turneb.* l. 9. *Adversar.* c. 23. interpretatur saponis quoddam genus. *soap-balls, washing-balls.* Porro sapo Galliarum inventum est rutilandis capillis, apud Germanos majore in usu viris, quam feminis, ut *Plin.* docet l. 28. c. 12. ¶ *Mattiaci oppidi* meminit *Tacit.* 1. *Ann.* c. 56. ubi al. leg. *Mattium*: et *Mattiaci agri*, l. 11. c. 20. et *Mattiacorum* ejus loci hominum, l. 4. *Hist.* c. 37. et *de Germ.* c. 29. de quib. V. Geographos.

MATTIĀNUS. V. *Matianus.*

MATTIARĬUS. V. *Materiarius.*

MATTĬCI, cognominantur homines malarum magnarum, atque oris late patentis. *Festus.* Est autem vox Græcæ originis. nam μάττω, vel μάσσω est subigo: malis autem cibus subigitur: item ματτύα, ας, malam significat. *Hesychius*: Ματτύαι, γνάθοι. Quare apud *Fest.* male al. leg. *matrici.*

MATTĬUM. V. *Materiarius*, et *Mattiacus.*

MATTUS, et Matus, a, um, in Glossis *Isidori* exponitur, humectus, emollitus, subactus, maceratus, *steeped, soaked*, a μάσσω, seu μάττω, subigo. *Salmas. ad Vopisc. in Proculo*, c. 13. et alii legunt apud *Cicer.* l. 16. *ad Attic.* ep. 13. Longulum sane iter, et via matta. *h. e.* lutosa. Sed mire hic lectio variat. Similiter apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 41. *Burm. extr.* Plane matus sum: vinum mihi in cerebrum abiit. *h. e.* madidus, vino subactus, et domitus. Al. leg. *mattus*: alii aliter.

MATTȲA, *et* Mattĕa, f. *a dainty dish, junket, kind of cheesecake*, ματτύα, omnis generis cupediæ, et jucunda edulia, coquorum exquisito artificio facta. *Martial.* epigr. 59. l. 10. Dives, et ex omni posita est instructa macello Cœna tibi: sed te mattya sola juvat. Al. leg. *juvant*, ut sit plurale neutrum. *Id.* l. 13. epigr. 92. Inter quadrupedes mattya prima lepus. Al. leg. *gloria. Senec.* l. 4. controvers. 27. *post med.* Ego Cæsarem non sum iturus cum mattea. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 65. *Burm.* Hanc humanitatem insecutæ sunt matteæ, quarum etiam recordatio me offendit. Singulæ enim gallinæ altiles pro turdis circumlatæ sunt, et ova anserina pileata. (Apud *Athen.* l. 14. *c. ult.* parandæ mattyæ ex gallina, aut perdice, aut columba, traditur ratio: quæ aves variis condimentis imbutæ, integræ, et cum suis plumis inferri possint.) *Sueton. in Calig.* c. 38. Multis venenatas matteas misit. Al. leg. *macteas.* Hinc *matteola* apud *Arnob.* improbant Critici si per *ct* scribatur, ex origine Græca, et MSS.

MATŬLA, æ, f. *a chamber-pot, urinal*, ἀμὶς, vas, quo excipitur saccatus corporis humor: cujus *matella* diminutivum est. *Plaut. Mostell.* 2. 1. 39. Jam hercle ego vos pro matula habebo, nisi mihi matulam datis. ¶ Est convicium hominis nihili, meticulosi, inepti, *good for nothing, worthless. Plaut. Pers.* 4. 3. 64. Nunquam ego te tam esse matulam credidi. quid metuis? ¶ *Est modus matulæ* proverbialis dictio, qua inscripsit *Varro* unam e suis Satyris, in qua de ebrietate agebat. Ea nos monitos voluit, non ultra esse bibendum, quam vires ferre possint. Pauca ex ea fragmenta servavit *Non.* c. 1. n. 14. et 115. c. 2. n. 113. 597. et 794. et cap. 15. n. 12.

MATŪRA, æ, dea præses frugibus maturandis. *Augustin.* l. 14. *de Civit. Dei*, c. 8. ubi al. leg. *Matuta.*

MATURĀTE, adverb. *hastily, speedily, quickly*, mature, festinanter. *Plaut. Mil.* 4. 2. *in fin.* Jube maturatê illam exire huc. *Liv.* l. 32. c. 16. Jussis ceteris, quantum maxime possent, maturate sequi. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 58. Maturate properare.

MATURATĬO, onis, f. *a hastening*, actus maturandi, et cum debita maturitate perficiendi. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 2. Dolus maturatione consumitur.

MATURĀTUS, a, um, *ripened, ripe, matured*, maturus factus, πέπειρος. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 2. Temporum varietates, quibus omnia, quæ terra gignit, maturata pubescunt. *Id. de Senect.* c. 15. Uva primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. *Plin.* l. 16. *cap. ult. a med. de semine visci.* Hæc est natura, ut nisi maturatum in ventre avium, non proveniat. *h. e.* concoctum, confectumque. *Id.* l. 18. c. 11. Mustum album triduo maturatum. *h. e.* purgatum. nam mustum recens pressum quodammodo crudum est. ¶ Translate est confectus, perfectus. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 80. *Harduin.* Aves quædam geminos sinus habent: unum, quo merguntur recentia, ut guttur: alterum, in quem ex eo demittunt concoctione maturata. ¶ Item acceleratus, mature susceptus. *Justin.* l. 2. c. 13. Occupare transitum maturata fuga, jubet. *speedy.* ¶ *Maturato opus est*, opus est celeritate, *there is need of haste or expedition. Liv.* l. 1. c. 58. Ita facto, maturatoque opus esse: rem atrocem incidisse. *Id.* lib. 8. cap. 13. *ad fi.* Sed maturato opus est, quidquid statuere placet. Adde lib. 24. c. 23. *ad fin.*

MATŪRE, *in time, seasonably, opportunely*, ὡραίως, εὐκαίρως, tempestive, in tempore, hoc est neque cito, neque sero, sed medio quodam tempore, ut *Nigid.* bene ac proprie exponit, apud *Gell.* l. 10. c. 11. Ut enim in frugibus, et in pomis *matura* dicuntur, quæ neque cruda et immitia sunt, neque caduca et decocta, sed tempore suo adulta maturataque; ita *mature* fieri dicuntur, quæ nec cito nimis, et propere, neque serius tardiusque fiunt, quam par est. Hanc vim, ac temperamentum exprimit illud proverbium, quod frequenter *Augustus* in ore habebat, σπεῦδε βραδέως, *festina lente*, ut est apud *Sueton. in ejus vita*, c. 25. per quod monebat, ut ad rem agendam simul adhiberetur et industriæ celeritas, et diligentiæ tarditas: ex quibus duobus contrariis fit *maturitas.* Hæc ex *Gell. loc. cit. Cic. Verr.* 6. c. 44. Custodes mature sentiunt: signum buccina datur. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 7. Bibulus satis mature occurrit. *Sallust. in Catil.* c. 1. *extr.* Prius quam incipias, consulto; et ubi consulueris, mature facto opus est. ¶ Quia vero quod non segniter fit, *mature* fieri dicitur, ut *ibid.* subdit *Gellius*; progressa significatio est: et non jam, quod non segnius, sed quod festinatius fit, id fieri *mature* dicitur, *quickly, early, soon, speedily, hastily, maturely*: cui opponitur sero, tarde, lente. *Cic. de Senect.* c. 10. Nec unquam sum assensus veteri illi, laudatoque proverbio, quod monet, mature fieri senem, si diu velis esse senex. Ego vero me minus diu senem esse mallem, quam esse senem ante, quam essem. *Id.* 3. *Fam.* ep. 3. Tantus consensus senatus fuit, ut mature proficisceremur, parendum ut fuerit. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* cap. 6. Maturius, quam consueverat, ad exercitum proficiscitur. *earlier than usual. Sueton. in Oth.* c. 1. Quo facto sicut gloriam auxit, ita gratiam minuit, quam tamen mature recuperavit. *Cic.* 3. *ad Q. Fr.* ep. 1. c. 4. Balbum ais mature Romam bene comitatum esse venturum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 33. *sub fin.* Quibus rebus quam maturrime occurrendum putabat. *Cic. pro Cæcin.* c. 2. *in fin.* Ut quæque res est turpissima, sic maxime, et maturissime judicanda est. at ea, in qua existimationis periculum est, tardissime judicatur. *Id.* 3. *de Orat.* c. 20. Qui omnium maturrime ad publicas causas accesserim. *Nep. in Attic.* c. 2. Pater mature decessit. *h. e.* cito, et ante tempus. *in early life, prematurely. Sallust. in Jug.* c. 21. Hique mature oppida habuere. *h. e.* ante alios circa populos, qui diutius sine illis agitavere. *Cato* apud *Charis.* l. 2. pag. 184. *Putsch.* Maximos tumultus maturissime disjeci, atque consedavi. *h. e.* perbrevi tempore. *Sueton. in Aug.* c. 32. Judices a tricesimo ætatis anno allegit, id est quinquennio maturius, quam solebant. *five years sooner.* ¶ Significat etiam tarde, lente, ut poma lente diuque maturescunt, et post diutinum tempus ad maturitatem perveniunt. *by degrees, by little and little, slowly, gradually.* Hanc, et superiores significationes conjunxit *Plaut. Curcul.* a. 3. v. 10. Qui homo mature quæsivit pecuniam, nisi eam mature parsit, mature esurit. *h. e.* qui vix, et ægre quæsivit pecuniam, (ut et *Charis. ibid.* exponit pag. 183.) nisi in tempore parsit, cito, seu brevi esurit.

MATUREFACĬO, is, eci, actum, a. 1. ad maturitatem perduco. *Theod. Priscian. de Diæt.* c. 14. Aqua marina maturefacit duritiam.

MATURESCO, is, urui, n. 3. *to ripen, grow ripe, come to maturity*, πεπαίνομαι, maturus fio. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 28. Cum maturescere frumenta inciperent. ¶ Translate *Ovid.* 14. *Metam.* v. 335. nubilibus maturuit annis puella. *was ripe for marriage. Quintil. in epist. ad Tryphon.* Libros opinabar nondum satis maturuisse. *were not ripe enough; were not correct enough for publication. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. *ad fin.* Partus maturescunt plerumque novem lunæ cursibus. *Plin.* l. 5. ep. 9. *a med.* In flore primo tantæ indolis juvenis exstinctus est, summa consequuturus, si virtutes ejus maturuissent. [¶ Particip. *maturescens* apud *Plin.* l. 16. c. 26. Pinus habet fructum maturescentem.]

MATURĬTAS, atis, f. *ripeness, maturity*, πέπανσις, perfecta coctio succi in fructibus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 28. Commutationesque temporum quadripartitas ad maturitatem frugum, et ad temperationem corporum aptas. [† *Quintil.* 6. pr. 10. Festinata maturitas occidit celerius. *soon ripe, soon rotten.*] ¶ Item tempus maturum, tempestivitas. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 46. Graviditates, et partus afferat, maturitatesque gignendi. *Colum.* l. 3. c. 23. Auspicari amputationem, cum sarmenta justam maturitatem ceperint. *Plin.* l. 19. c. 3. *circa med.* Ad maturitatem perducere. *Id.* l. 13. c. 4. *ante med.* pervenire. *Id.* l. 19. c. 5. Maturitatem adipisci. *Id.* l. 16. c. 26. *a med.* sentire. *Id.* l. 32. c. 1. Maturitas partus. *h. e.* cum fetus apte est dispositus, et perfectus nascendo. *the full time of delivery. Colum.* l. 12. c. 6. muriæ. *h. e.* cum perfecte salsa est. *Plin.* l. 12. c. 7. Siliquæ maturitate dehiscentes. ¶ Translate ponitur pro opportunitate, commoda et opportuna occasione. *an occasion, opportunity. Cic. ad Q. Fr.* l. 3. ep. 8. Sed ejus rei maturitas neque dum venit, et tamen nunc appropinquat. ¶ Item pro perfectione. *Cic. in Brut.* c. 92. Jam videbatur illud in me, quidquid esset, esse perfectum, et habere maturitatem quandam suam. ¶ Item pro processu, accessione, gravitate. *Cic.* l. 4. *Fam.* ep. 4. *a med.* Tamen hoc studium quotidie ingravescit, credo, et ætatis maturitate ad prudentiam, et his temporum vitiis. ¶ Item pro exacta peritia, et prudentia, quæ rebus mature, et diligenter expendendis comparatur. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 87. Auctoritatem Paulini, vigorem Celsi, maturitatem Galli criminando. *Vellei.* l. 2. c. 125. Sed hæc omnia veteris Imperatoris maturitas brevi sopiit, ac sustulit. ¶ Item celeritas. *promptness, expedition. Frontin. de aquæduct.* artic. 105. Maturitatem beneficio Cæsaris præstare. *h. e.* efficere, ut beneficium Cæsaris mature et cito perficiatur. *Sueton. in Tiber.* c. 61. Precanti cuidam pœnæ maturitatem respondit, nondum tecum in gratiam redii. ¶ *Maturitates temporum* apud *Cicer.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 36. sunt certæ ordinatæque vices, quibus suo quæque loco anni tempora invicem succedunt, et post hiemem ver tepidum, post ardores æstatis temperatum autumni frigus opportune et ordine consequitur. Apud *Liv.* vero l. 22. cap. 40. *extr. maturitas temporum* (al. leg. *temporis*) est ipsa frugum maturitas, quæ suo tempore fit. ¶ *Maturitas orationis*, gravitas, et sedata vis, plenaque auctoritatis et prudentiæ. *Auct. dial. de oratorib.* c. 26. Malim hercule C. Gracchi impetum, aut L. Crassi maturitatem, quam calamistros Mæcenatis, aut tinnitus Gallionis. ¶ *Maturitas* pro fructu maturo. *Pallad. in Febr.* tit. 9. *a med.* Nec parvo constabit, si legatur maturitas cum acerbitate, dispendium. V. *Ariditas.*

MATŪRO, as, avi, atum, a. 1. *to ripen, make ripe, mature*, πεπαίνω, maturum facio, ad maturitatem perduco. *Tibull.* l. 1. el. 4. v. 15. Annus in apricis maturat collibus uvas. *Plin.* l. 16. c. 25. *ad fin.* Amygdala Martio mense pomum maturat. *Id.* l. 18. c. 7. *ante med.* Frumenta maturantur cum plurimum diebus quadraginta. *Pallad. in Mart.* tit. 10. *a med.* Locis frigidis præcoquas ficus seramus, calidis eas, quæ sero maturant. ¶ Ponitur et pro emollire, leniorem facere. *to soften. Plin.* l. 23. c. 1. *ante med.* Vitis alba suppurationes incipientes discutit, veteres maturat et purgat. *Id.* l. 22. *c. ult. a med.* Lupini strumas minuunt, aut maturant. ¶ Apud *Pallad. in Novembr.* tit. 22. electas olivas muria maturare. *h. e.* macerare, condire, et esculentas reddere. ¶ Et pro perficere. *Plin.* l. 30. c. 14. Partus conceptos maturat caninum lac potum. *Id.* l. 9. c. 57. Ova in sicco maturari. *Id.* l. 35. c. 15. *circa med.* Alumen æstivis solibus maturatur. ¶ Translate est perficere, ad exitum perducere. *Liv.* l. 24. cap. 13. Domum ad cœpta maturanda redire jubet. ¶ Sæpe est festinare, properare, mature, h. e. cito ac celeriter quippiam facere. *to accelerate, hasten, quicken, despatch, expedite, make haste.* cum modo tamen, ut in *Mature* dictum est. *Cic. Fam.* 2. ep. 18. Successor tuus non potest ita maturare, ut tu me in Asia convenire possis. *Liv.* l. 24. c. 12. Maturandum Annibal ratus, ne prævenirent Romani. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 63. Eo magis illi maturandum iter existimabant. *Virg.* 1. *Æn.* v. 141. Maturare fugam. *Cic. pro Cluent.* c. 61. *Horat.* l. 3. od. 7. v. 16. et *Cels.* l. cap. et sect. 7. necem alicui. *Sueton. in Cæs.* c. 80. destinata negotia. *Id. in Domit.* c. 15. sibi exitium. *Justin.* l. 2. c. 15. opus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 7. Cum id nunciatum esset, maturat ab urbe proficisci. et lib. 2. c. 5. Flumen exercitum transducere maturavit. *Cic. ad Attic.* ep. 1. *sub fin.* Te exspecto et oro, ut matures venire. *Sallust. in Jug.* c. 81. Maturavere iter pergere. *Horat.* l. 2. od. 11. v. 23. eburna dic, age, cum lyra maturet. *scil.* venire. ¶ Item ante tempus aliquid facere, præcipere, præverti. *to prevent, anticipate. Virg.* 1. *Georg.* v. 260. Frigidus agricolam si quando continet imber, Multa forent quæ mox cælo properanda sereno, Maturare datur. Ubi *Gell.* l. 10. c. 11. et ex eo *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 8. Duo ista verba, maturare et properare, tanquam plane contraria, scitissime separavit. namque in præparatu rei rusticæ, per tempestates pluvias, quoniam ex necessitate otium est, maturari potest: per serenas vero, quoniam tempus instat, properari necesse est. *Plin.* l. 2. c. 8. Lucifer, ut sol alter, diem maturans.

MATŪRUS, a, um, *ripe, mature*, πέπειρος, qui neque crudus, aut immitis est, neque decoctus, aut caducus, sed tempore suo adultus, et maturatus, ut *Gell.* l. 10. c. 11. loquitur: et fere de arborum, terræque fructibus dicitur, qui legendo edendoque apti sunt. In notatione variant Etymologi, et incerta omnia afferunt. *Cic. de Senect.* c. 19. *sub fin.* Poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avelluntur; si matura et cocta, decidunt. *Virg. Ecl.* 10. v. 36. maturæ vinitor uvæ. *et Ecl.* 3. v. 80. Maturæ fruges. *Colum.* l. 4. c. 29. *ante med.* Malleolos generosos, et fecundos, et quam maturissimos viti detrahere. *Id.* l. 12. c. 6. Matura muria. *come to its maturity, fit for use.* et cap. 17. Maturissimæ ficus. ¶ Metonymice est maturans. *Virg.* 1. *Georg.* v. 65. glebasque jacentes Pulverulenta coquat maturis solibus æstas. ¶ Transfertur ad alia. *Virg. Æn.* 7. v. 53. Filia matura viro. *h. e.* apta nubendo. *marriageable. Stat.* l. 3. silv. 1. v. 176. hic sponsæ maturus, et illa marito. Et absolute *Horat.* l. 3. od. 6. v. 21. Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo. *Colum.* l. 7. c. 3. *ante med.* Matura ovis. *h. e.* pariendo apta. *Martial. de Spectac.* epigr. 14. et *Ovid.* 11. *Met.* v. 311. Maturus venter. *ripe for delivery, ready to bring forth.* Sic *Justin.* l. 13. c. 2. (et *Ovid. Met.* 9. v. 282.) Roxanes exspectari partum, quæ exacto mense octavo, matura jam ex Alexandro erat. *Nemesian. Ecl.* 3. v.

...s. *de fronte Bacchi pueri.* Flavaque maturo tumuerunt tempora cornu. *budding, sprouting.* et *Ovid.* 7. *Metam.* v. 127. maturus infans. *ripe for birth, ready to be brought forth.* *Virg.* 12. *Æn.* v. 438. cum matura adoleverit ætas. *h. e.* apta rebus gerendis. *Val. Flacc.* l. 1. v. 54. needum mea proles Imperio, et belli rebus matura, marique. *Liv.* l. 42. c. 52. Progenies matura militiæ. *Sil.* l. 14. v. 495. nec sat maturus laudum. et l. 16. v. 657. Maturus ad arma. *fit to bear arms.* *Vellei.* l. 2. c. 99. L. Cæsar maturus viris. *h. e.* togæ virili sumendæ proximus. *Virg.* 10. *Æn.* v. 257. revoluta ruebat Matura jam luce dies. *h. e.* plena, clara. *Sallust. in Jug.* c. 90. Omnia matura sunt. *h. e.* prona, facilia, captu proxima. ¶ Eleganter refertur ad animum, ad orationem, ad ingenium. *Cic. de clar. Orat.* c. 83. *extr.* Ipse Thucydides si posterius fuisset, multo maturior fuisset, et mitior. *more mellow or polished.* *Virg.* 9. *Æn.* v. 246. annis gravis, atque animi maturus Aletes. *h. e.* peritus rerum, et prudens. ¶ Item ad ætatem provectam. *advanced in years, aged.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 73. ævi maturus Acestes. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 617. Remulus maturior annis. et lib. 8. v. 617. Lelex animo maturus, et ævo. *Horat.* l. 4. od. 4. v. 55. Maturi patres. *Sueton. in Calig.* c. 44. Maturi centuriones. *h. e.* qui stipendia jam compleverunt. *Justin.* l. 41. c. 5. Matura senectus. *Id.* l. 11. c. 5. Persis longa jam satis, et matura imperia contigisse. *h. e.* quæ jam tempus sit deponi. ¶ Est etiam *maturus*, qui debito tempore sit, nec citius, nec tardius. *seasonable, done in season, timely, opportune.* V. *Mature.* *Tibull.* l. 1. el. 1. v. 7. Ipse seram teneras maturo tempore vites. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 4. Scribendi exspectandum tempus maturius. *et Fam.* 9. ep. 6. Mihi vero ad nonas bene maturum videtur fore. *Id.* 1. *de Divin.* c. 18. *extr.* Maturam mortem oppetere. *Claudian. de B. Get.* v. 116. Maturum consilium. *h. e.* quod præcipiti opponitur. *mature, considerate.* ¶ Item qui cito fit, aut qui cito est futurus, imminens. *early, speedy, quick.* *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 1. Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 17. *a med.* Adolescentes maxime castigant, ut, quibus virtutibus omnem vitam tueri possunt, eas in ætate maturissima velint comparare. *in early life.* *Curt.* l. et cap. 7. *a med.* Milites, quibus matura erat missio. *Cæs.* 4. *B. Gall.* c. 2. In his locis, quod omnis Gallia ad septemtrionem vergit, maturæ sunt hiemes. *winter comes on soon.* *Ovid.* 13. *Met.* v. 300. Si mora pro culpa est, ego sum maturior illo. *am here sooner, came earlier.* *Horat.* l. 2. od. 17. v. 6. te meæ si partem animæ rapit Maturior vis. *Id.* l. 2. ep. 1. v. 15. et *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 59. Maturi honores. *hastened, anticipated.* *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 205. Seu matura dies celerem properat mihi mortem. *Cic. pro Cæcin.* c. 3. Maturo judicio condemnari. *h. e.* statim ac sine mora constituto. *to be condemned prematurely, be prejudged.* *Tacit. Ann.* 12. c. 65. Amplecti Britannicum, robur ætatis quam maturrimum precari. *Colum.* l. 2. c. 10. *ante med.* Matura faba. *h. e.* quæ opponitur serotinæ. *et ibid. a med.* Matura satio. *h. e.* quæ opponitur seriori. *Id.* l. 7. c. 3. *a med.* Maturum fœnum. *h. e.* quod chordo opponitur. *Cato* apud *Gell.* l. 3. c. 7. Maturum censeo faciundum, ut milites ad verrucam illam ire jubeas. *h. e.* mature, cito, sine mora.

MATŪTA, æ, f. appellatio est Latina Inus filiæ Cadmi, quæ postquam dea facta est, mutato nomine *Leucothee* a Græcis, *Matuta* a Latinis est appellata, ut *Cic.* docet *in fin.* cap. 12. l. 1. *Tuscul.* et sæpe etiam *Mater Matuta.* *Ovid.* 6. *Fast.* v. 545. Leucothee Graiis, Matuta vocabere nostris. et vers. 479. Matuta parens. *Paul. in epit. Festi:* Matrem Matutam antiqui ob bonitatem appellabant. Adde *Lactant.* l. 1. c. 21. et V. *Ino*, et *Leucothee.* ¶ Matris Matutæ templum Romæ, et Satrici memorat *Liv.* l. 5. c. 19. et 23. et lib. 6. c. 33. et lib. 7. c. 27. et lib. 25. c. 7. ¶ In hujus honorem *Matralia* celebrabantur. V. ¶ Eadem habetur ac Aurora (quamquam alii aliam Auroræ genealogiam tradunt) unde *matutinus:* ob id etiam Leucothee dicta, λευκὴ θεὰ, alba dea. *the dawn.* *Lucret.* l. 5. v. 655. Tempore item certo roseam Matuta per oras Ætheris auroram defert, et lumina pandit. *Priscian.* l. 2. pag. 591. *Putsch.* Matutinus a Matuta, quæ significat auroram, vel, ut quidam, Λευκοθέαν. ¶ De alia Matuta V. in *Runcina.*

MATUTĬNĀLIS, le, matutinus, ut Matutinali tempore, *in carm. de Philomela*, quod perperam *Ovid.* tribuitur v. 16.

MATUTĪNE, *et* Matutino, adverb. *in the morning,* matutino tempore. Ut Latina agnoscuntur, illud a *Priscian.* l. 4. pag. 635. *Putsch.* hoc a *Diomed.* l. 1. pag. 402. Exemplo esse potest illud *Plin.* l. 7. c. 53. Obiere, dum calciantur matutino.

MATUTĪNUS, a, um, *of or belonging to the morning, in the morning, early,* ἑωθινὸς, ad auroram, et mane pertinens. *Cic.* ep. 1. l. 7. *Fam.* Neque dubito, quin per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris. *Id. ad Brut.* ep. 4. *ex recent.* Hoc paululum exaravi in ipsa turba matutinæ salutationis. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 45. Matutina parum cautos jam frigora mordent. *Colum.* l. 6. c. 2. et lib. 9. c. 15. Matutinus dies. *h. e.* mane, *the morning.* *Ovid.* 5. *Fast.* v. 160. Matutini equi. *h. e.* Auroræ. *Martial.* l. 14. epigr. 125. somni. *Virg.* 8. *Æn.* v. 456. cantus volucrum. *Ovid.* 1. *Met.* v. 62. radiis juga subdita matutinis. *h. e.* quæ primos solis radios vident. et lib. 11. v. 26. matutina cervus periturus arena. *h. e.* in venatione, quæ mane fit in Circo. nam mane ferarum vel inter se, vel cum hominibus certamina ibi exhibebantur (unde *matutinas feras* dixit *Martial.* l. 13. epigr. 95.) meridie gladiatorum, ut ex *Senec.* ep. 7. et *Sueton. in Claud.* c. 34. colligitur. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 367. matutinos pectens ancilla capillos. *h. e.* heræ mane surgentis. *Martial.* l. 12. epigr. 26. Matutinum lutum. *h. e.* quod colligitur mane per urbem discurrendo a salutatoribus: unde apud *eund.* l. 1. epigr. 56. Matutinum ave. et lib. 12. epigr. 69. Matutinus cliens. *Id.* l. 9. epigr. 30. magister. *h. e.* qui mane docet. et epigr. 8. l. 4. Jupiter. *h. e.* qui mane salutatur. *Virg.* 8. *Æn.* v. 465. Æneas se matutinus agebat. *rose betimes in the morning.* ¶ *Matutinus pater* est Janus apud *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 10. quia cum sit temporis deus, eum invocabant diei initio, ut auspicem operum. ¶ Matutina frons *Martiali* epigr. 2. lib. 13. est seria et severa, quia mane homines serii esse solent. ¶ *Matutinum* absolute, matutinum tempus, *the morning, morn.* *Plin.* l. 20. c. 9. Sumpta acetabulis duobus matutino. *Id.* l. 27. c. 4. *a med.* Pota matutino, vel a cœna. *Id.* l. 4. c. 12. *sub fin.* Serere matutinis, meridie metere. *Id.* l. 18. c. 31. Spica exoritur matutino, etesiæque desinunt. ¶ *Matutinus occasus* est, cum stella mane occidit. *Rutil. in Itiner.* l. 1. v. 633. et matutinis Hyades occasibus udæ.

MAVŎLO. V. *Malo.*

MAVORS, ortis, m. *Mars,* Ἄρης, deus belli: unde per syncopen *Mars* factum est. Vox Poetica. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 26. *extr.* et lib. 3. c. 24. Mavors dictus, quia magna vertit. *Virg.* 6. *Æn.* v. 873. magnam Mavortis ad Urbem. et lib. 8. v. 630. Mavortis in antro. *Lucan.* l. 7. v. 569. Bistonas aut Mavors agitans. *Val. Flacc.* l. 6. v. 178. Mavors pater. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 828. Genitor Mavors. ¶ Metonymice est bellum ipsum. *Auson. Edyll.* 4. v. 64. Jam lego civili mixtum mavorte duellum.

MAVORTĬUS, a, um, *of Mars,* Martius. Vox Poetica. *Virg.* 4. *Georg.* v. 464. Mavortia tellus. *h. e.* Thracia. *Id.* l. 1. *Æn.* v. 280. Mavortia mœnia. *h. e.* Roma. *Val. Flacc.* l. 2. v. 208. Mavortia conjux. *h. e.* Venus. *Claudian. de III. Consul. Honor.* v. 135. nudique seges Mavortia ferri. *et de nupt. Honor. et Mariæ,* v. 187. Mavortia signa. ¶ Item bellicosus. *martial, warlike.* *Ovid. de Thebanis,* 3. *Metam.* v. 531. Mavortia proles. *scil.* nati olim cum armis ex dentibus anguis, ut *Id. ibid.* v. 102. *et sequentib.* narrat. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 90. Mavortia Amazon. *Sil.* l. 1. v. 55. juvenem facta ad Mavortia flammat. *Stat.* 2. *Achill.* v. 201. studiis multum Mavortia Thrace. ¶ Mavortia vulnera, *Grat. in Cyneg.* v. 344. quæ in prœliis accipiuntur. ¶ Apud *Ovid. Metam.* 8. v. 437. Mavortius est Meleager, qui Martis filius est habitus. V. *Hygin.* fab. 171. ¶ Duæ sunt Inscriptiones optimæ notæ, apud *Gruter.* pag. 57. n. 1. et 2. quarum initium est *Mavortio sacrum,* cum aliæ plures circa illas incipiant *Mavorti,* aut *Marti sacrum:* ex quo apparet, *Mavortius* ibi substantivi more usurpari.

MAURI, orum, m. *the Moors,* Μαῦροι, populi Africæ, quorum regio Mauritania. Μαυρὸς, fuscum, nigrum significat, cujusmodi est gentis color. Aliquando tamen latiore usu pro Numidis, Libybus, Afris ponuntur, *Sallust. in Jug.* c. 22. Cetera loca usque ad Mauritaniam Numidæ tenent: proxime Hispaniam Mauri sunt. et cap. 21. docet, Medos, et Armenios ex Asia navibus in extremam Africam transvectos, accedentibus Libyæ populis, et nomen eorum corrumpentibus, barbara lingua Mauros pro Medis fuisse appellatos. *Plin.* l. 13. c. 15. Confines Atlanti Mauri, quibus plurima arbor citri, &c. *Strabo* l. 17. ex aliorum sententia tradit, Mauros esse Indos, qui cum Hercule in hæc loca transmigraverint. *Juvenal.* sat. 14. v. 196. Dirue Maurorum attegias, castella Brigantum. *Val. Flacc.* l. 3. v. 587. velut refugi quem contigit improba Mauri Lancea, sanguineus vasto leo murmure fertur. *Lucan.* l. 4. v. 678. Maurus concolor Indo. *Juvenal.* sat. 5. v. 53. nigri manus ossea Mauri. et sat. 11. v. 125. Et Mauri celeres, et Mauro obscurior Indus. *Nemesian.* ecl. 4. v. 40. Mauri truces.

MAURICĀTIM, Maurice. *Laber.* apud *Charis.* lib. 2. pag. 184. *Putsch.* Non intellexi, te Mauricatim scire.

MAURĪCE, adverb. Maurorum more. *Gell.* l. 2. c. 25. ex *Varr. de L. L.* Cum dicamus ab Osco, Tusco, Græco, Osce, Tusce, Græce; a Gallo tamen, et a Mauro Gallice, et Maurice dicimus.

MAURITANĬA, æ, f. Μαυριτανία, regio Africæ, ab Ortu in Occasum extensa, ubi nunc pars occidentalis Barbariæ: a μαῦρος, obscurus, niger, propter nigredinem populorum. *Manil.* l. 4. v. 727. et Mauritania nomen Oris habet, titulumque suo fert ipsa colore. ¶ Duplex fuit, Cæsariensis, et Tingitana. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 11. et lib. 2. c. 58. et 59. et *Plin.* l. 5. c. 1. et alibi. ¶ Scribitur et *Mauretania* etiam in numis Adriani, teste *Pierio ad Virg.* 4. *Æn.* v. 206. et *Mus. Theupol.* pag. 460. et 472. ¶ Multa de hac regione *Solin.* c. 25. (*al.* 38.)

MAURUS, a, um, *Moorish,* Μαῦρος, ad Mauros pertinens: et interdum universim Africus. *Horat.* l. 3. od. 10. v. 18. Mauri angues. (*Strabo* l. 17. venenatis serpentibus abundare Mauros tradit.) *Ovid.* 6. *Fast.* v. 243. Mauræ manus. *h. e.* Pœnorum arma. *Juvenal.* sat. 12. v. 4. Maura Gorgon. *Id.* sat. 10. v. 148. Maurus Oceanus. *Horat.* l. 2. od. 6. v. 3. Maura unda. *h. e.* Africum mare. *Martial.* l. 14. epigr. 90. *de mensa acerna.* Non sum crispa quidem, nec silvæ filia Mauræ. *h. e.* e citro, qua arbore Mauri abundant. *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 35. postes Mauri. *h. e.* citrini.

MAURUSIĂCUS, a, um, Maurusius, Maurus. *Martial.* l. 12. epigr. 67. Et Maurusiaci pondera rara citri.

MAURUSĬUS, a, um, Μαυρούσιος, idem quod Maurus: et aliquando pro Libye, Numida, Afro ponitur. *Strabo* l. 17. docet, *Maurusios* dici a Latinis, qui a Græcis *Mauri.* Sed et hoc usu Latinum factum est. *Cæl.* apud *Serv. ad Virg.* 5. *Æn.* v. 206. Maurusii, qui juxta Oceanum colunt. *Virg. ibid.* Maurusia gens. *Nemesian. in Cyneg.* v. 259. tellus. *Sil.* l. 11. v. 414. pubes. *Id.* l. 10. v. 402. arundo. *h. e.* jaculum. *Lucan.* l. 9. v. 426. tantum Maurusia genti Robora divitiæ, quarum non noverat usum. ¶ Legitur et *Maurisius,* sed minus recte. nam in antiquis codicibus, teste *Pier. ad Virg. loc. cit.* per *u* scribitur.

MAUSOLĒUM, i, n. *the Mausoleum erected by queen Artemisia,* Μαυσωλεῖον, sepulcrum Mausoli regis Cariæ. Hunc Artemisia uxor adeo dilexisse traditur, ut mortui crematique cineres vino dilutas ebiberet: et præterea sepulcrum marmoreum exstruxit summa magnificentia, et claritate. Attollebatur in altitudinem vigintiquinque cubitis, in circuitu habebat pedes quadringentos undecim, cingebatur columnis triginta sex. Cælavere in eo pariter Scopas, et æmuli ejus Bryaxis, Timotheus, Leochares: qui maxime fecere, ut id opus esset inter septem miracula. Accessit quintus, Pythis, qui in summo quadrigam marmoream sculpsit. V. *Plin.* l. 36. c. 5. et *Gell.* l. 10. c. 18. ubi alia multa hac de re. ¶ Etiam ipsius Mausoli regia domus Halicarnassi structuræ celebris fuit: laudaturque a *Plin.* l. 35. c. 14. lib. 36. c. 6. ¶ Hinc quodlibet sumptuosius sepulcrum, ac regium, *Mausoleum* dicitur. *a splendid tomb, sumptuous monument or sepulchre, mausoleum.* *Martial.* l. 5. epigr. 65. Jam vicina jubent nos vivere Mausolea, Cum doceant, ipsos posse perire deos. *Flor. sub fin.* c. 11. l. 4. *de Cleopatra.* Incautiorem nacta custodiam, in Mausoleum se (sepulcra regum sic vocant) recipit. Adde *Sueton. in Aug.* c. 100. et alibi. ¶ Adjective *Propert.* l. 3. el. 1. v. 59. Nec Mausolei dives fortuna sepulcri.

[* MAXENTIĀNUS, a, um, pertinens ad Maxentium imperatorem. Hinc Maxentiani milites apud *Lactant. de mort. persecut.* c. 44.]

MAXILLA, æ, f. *the jaw-bone, in which the teeth are fixed, the jaw, mazard,* σιαγὼν, os, in quo infixi sunt dentes. Quid proprie sit, dictum est in *Mala* ex *Celso.* Sed eadem fere ratione, qua *mala* accipitur. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 60. *Hard.* Maxillas crocodilus tantum superiores movet. *the upper jaw.* et sect. 62. Camelus in superiore maxilla primores dentes non habet. *Id.* l. 32. c. 7. *ad fin.* Maxilla dolens. ¶ Translate *Augustus* apud *Sueton. in Tiber.* c. 21. Miserum populum R. qui sub tam lentis maxillis erit. *h. e.* sub tam lenta sævitia. ¶ In illo *Persii* sat. 4. v. 37. Tu cum maxillis balanatum gausape pectas: *maxillas* quidam interpretantur pectinem, qui radios habet instar dentium infixos, ὀδοντωτὸν κτένα: et *balanatum gausape* comam intelligunt unguento delibutam. Sed hoc durum est admodum. Aptius, et mollius erit, si *gausape* barbam intelligas: reliqua enim belle congruunt. Est autem sermo de delicato et molli, qui barbulam alit, qua minus castæ feminæ delectantur, ut est apud *Cicer. pro Cæl.* c. 14. [† Locum sic exponit *Joannes Bond, Persii* haudquaquam vulgaris interpres: *Cum tu barbam tuam tanquam gausape in mento et maxillis oleo balanino imbutum pectas.* Τὸ *maxillis* dativus forsan est pro genitivo per σχῆμα, quod dicunt, Κολοφώνιον accipiendus.]

MAXILLĀRIS, re, *maxillary,* ad maxillam pertinens. *Maxillares dentes,* κραντῆρες, *the grinders, cheek-teeth,* inter genuinos sunt, et caninos. *Cels.* l. 6. c. 9. *a med.* et *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 63. *Hard.* et lib. 32. c. 7. *a med.* et cap. 10. *ad fin.*

MAXĬME, *et antiquo more* Maxume, *very greatly, most of all, for the most part, very much, above all, mightily,* μάλιστα, adverb. superlat. a *magis;* summe, vehementissime, plurimum, maximopere, valde. Jungitur verbis, et adjectivis positivis. *Cic. Offic.* 1. c. 15. *extr.* Ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. et cap. 19. Ut quisque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime vult princeps omnium esse. *Sall. in Catil.* c. 56. Sed vos non timetis eam: immo vero maxime. *Cic. post redit. in Sen.* c. 2. Vir maxime fidelis, et minime timidus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 3. Maxime plebi acceptus. et cap. 9. Loca maxime frumentaria. et lib. 2. c. 4. Nervii, qui maxime feri inter ipsos habentur. *Nep. in Milt.* c. 1. et *in Cim.* c. 3. Cum unus omnium maxime floreret. *Id. in Alcib.* c. 3. Hoc maxime convenire in Alcibiadem videbatur. ¶ *Ut cum maxime* ad tempus refertur: *ut qui,* et *quam qui maxime* ad personam. *Cic.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 6. *a med.* Domus celebratur ita, ut cum maxime. *as much as ever.* V. Cum maxime. *Id.* 5. *Fam.* ep. 2. *circa med.* Tam sum amicus reipublicæ, quam qui maxime. *as any one can be.* et *Liv.* l. 5.

c. 25. *a med.* Grata ea res, ut quæ maxime Senatui unquam fuit. ¶ Cum superlativis *Liv.* l. 41. c. 23. Ego maxime gravissimam omnium rem agi arbitror. *Al. leg.* maximam, et gravissimam. *Cic. Attic.* 12. ep. 38. Aberratio a dolore, quæ maxime liberalissima est. *Al. leg.* liberalis. *Gell.* l. 13. c. 16. Hi sunt vel maxime humanissimi. *Colum.* l. 9. c. 3. Quanto grandior apis, tanto pejor: si vero sævior, maxime pessima est. *Est qui suspecta hæc verba habet.* ¶ Præponitur interdum *quam,* aut *vel* augendi gratia. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 34. Versibus propositis quam maxime gravibus. *et mox.* Verbis, quam maxime possem, lectis. et cap. 33. Dicere quam maxime ad veritatem accommodate. *as much as possible.* et *in Partit.* c. 33. Quæ quidem vel maxime suspicionem movent. *more than any thing.* ¶ Habet post se, cum gradatim descenditur, particulas *mox, deinde, post, tum,* et hujusmodi. *Colum.* l. 3. c. 12. *a med.* Saserna maxime probat solis ortum, mox deinde meridiem, tum occasum. *Id. de arborib.* c. 16. Vitem maxime opulus alit, deinde ulmus, deinde fraxinus. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 12. Me scilicet maxime, sed proxime illum quoque fefellissem. *Id. pro Cæcin.* c. 9. Maxime fuit optandum Cæcinæ, ut controversiæ nihil haberet: secundo loco, ut ne cum tam improbo homine: tertio, ut cum tam stulto. *above all things.* ¶ Cum adverbiis comparativorum. *Sallust. in Catil.* c. 37. Imperium multo maxime miserabile. ¶ Sæpe est præcipue, cum primis, præsertim. *particularly, chiefly, especially, principally. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 66. Quæ ratio poetas, maximeque Homerum impulit, ut, &c. *Id. pro Dom.* c. 18. Intuemini paulisper animis juventutem, et eos maxime, qui, &c. *Id.* 7. *Attic.* ep. 12. *a med.* Scribe aliquid, et maxime, si Pompeius Italia cedit. *Id. initio* l. 5. *de Fin.* Constituimus, ut ambulationem conficeremus in Academia, maxime quod is locus a turba vacuus esset. *Nep. in Iphicr.* c. 3. Quod cum in aliis rebus declaravit, tum maxime in Amyntæ liberis tuendis. *Plin.* l. 25. c. 5. *circa med.* Melampodion caput aggravans, maxime nisi præsumatur allium. *Colum.* l. 12. c. 53. *a med.* Hæc salsura luna decrescente, maxime per brumam, sed etiam mense Februario commode fiet. ¶ In responsionibus est assentientis, concedentis, affirmantis. *Terent. Eun.* 1. 2. 109. Tu Parmeno fac illi adducantur. *Pa.* maxime. *very well; yes; I will.* et 2. 3. 42. Nonne hoc monstri simile est? quid ais? *Pa.* maxime. *most certainly; most assuredly.* et *Hec.* 4. 4. 86. Puerum, Phidippe, mihi cedo: ego alam. *Phi.* maxime. *Plaut. Stich.* 4. 1. 32. Præsente te, huic apologum agere unum volo. *Epi.* maxime. Adde *Curcul.* 2. 3. 36. ¶ Pro Ut plurimum. *Gell.* l. 17. c. 8. Puer ad annos maxime natus octo. *at the most; at the utmost.*

MAXIMĬTAS, *et* Maxumitas, atis, f. *magnitude,* magnitudo apud vet. *Lucret.* l. 2. v. 497. Ne quædam cogas immani maximitate. *Arnob.* l. 6. pag. 204. Porrigere se longius, atque in maximitatem producere.

MAXIMOPĔRE. V. *Magnopere.*

MAXĬMUS. V. in *Magnus.*

MAZA, æ, f. *frumenty; bread sopped in milk, whey, or water,* μάζα, farina hordeacea, vel panis lacte, sero, aut aqua subactus, quem *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *a med.* et *Colum.* l. 7. c. 12. *a med.* canibus in cibum dari jubent. *Grat. in Cyneg.* v. 307. Lacte novam pubem, facilique tuebere maza. Sic *Nemesian. in Cyneg.* v. 161. Interdumque cibo Cererem cum lacte ministra.

MAZĂCES, cum, m. incolæ Cæsareæ Cappadocum, quæ *Plin.* teste l. 6. c. 3. prius Mazaca dicta est. Hi equitandi arte olim noti fuere, quia his locis generosi equi alebantur: unde in comitatu Principum R. sæpe leguntur. *Sueton. in Ner.* c. 30. *extr.*

MAZĂRA. V. *Materis.*

MAZONŎMUS, i, m. *a platter, charger, large dish,* μαζόνομος, μαζοφόρος, lanx: a μάζα, maza. Primo enim sic dicebatur vas, in quo maza apponebatur, nempe quia solerent mazas νέμειν, h. e. distribuere. Sed postea usurpari cœpit generatim pro omni lance rotunda. *Horat.* l. 2. *sat. ult.* v. 86. Mazonomo pueri magno discerpta ferentes Membra gruis. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 4. Ut in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, ubi delicate cœnitaret: et alios videret in mazonomo positos coctos, alios volitare circum fenestras captos.

M E

ME pro *mihi* V. in *Ego.*

MEABĬLIS, le, *passing or making its way easily,* πόριμος, qui facile meat, et quoquo penetrat. *Plin.* l. 2. c. 5. Aer vitalis, et per cuncta rerum meabilis, totoque consertus. ¶ Item qui transiri facile potest. *to be passed, passable, easily passed. Id.* l. 6. c. 1. Transitus vel bubus meabilis.

MEĀTIM, adverb. ponitur a Grammaticis ut Latinum, a *meus* personam tantum significans: et exponunt meo more; sicut *tuatim* tuo more. *Priscian.* l. 12. pag. 949. *Putsch. Donat.* edit. II. pag. 1759. *Serg. in Donat.* pag. 1850. *Cledon.* pag. 1919. et *Augustin. de Grammat.* pag. 2010. sed nullo præterea confirmant exemplo.

[* MEĀTOR, oris, m. qui meat, *he who passes,* apud *Marinium Inscript. Alban.* pag. 146. in sinistro latere Hermæ cujusdam eximie elaborati legitur: Interpres Divum, cæli terræque meator, Sermonem docui mortales atque palæstram.]

MEĀTUS, us, m. *a going, passing, course, motion, movement,* πόρος, πορεία, actus meandi, itio, progressus, motus. *Lucret.* l. 1. v. 128. solis lunæque meatus Qua fiant ratione. *Virg.* 6. *Æn.* v. 850. Cæli meatus radio describere. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 62. Aquila leni meatu, velut dux viæ, prævolavit. *Petron. in Satyr.* c. 122. de cælo Delphicus ales Omina læta dedit, pepulitque meatibus auras. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 28. Ubi par oneri, par meatui sit. *Sil.* l. 12. v. 102. Nubivagus meatus. *flight. Eumen. in Paneg. ad Constant. Cæs.* c. 8. Regionem obliquis meatibus Scaldis interfluit. *Quintil.* l. 7. c. 10. Pulsus venarum, caloris motus, spiritus meatum sentire. *the respiration.* Sic *Plin.* l. 6. ep. 16. *a med.* Meatus animæ gravior, et sonantior. *Plin. alter* l. 2. c. 16. Flexuosus draconum meatus. *Id.* l. 3. c. 1. Oceanus avido meatu terras demergens. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 5. Præscriptosque mari fines, annisque meatus. ¶ Ubi ait *Solin.* c. 30. (*al.* 43.) *a med.* Lupi in saliendo ita nisus habent alitis, ut non magis proficiant cursu, quam meatu: *Salmasius,* quid, inquit, hic *meatum* vocet, sane nescio: illud scio, eum nugari. Fortasse *Solin.* illud *meatum* pro nisu saliendi posuit: quod si est, improprie certe est locutus. ¶ Item ipse locus, per quem itur, transitus, via. *a way, road, passage. Valer. Flacc.* l. 3. v. 403. specus, Umbrarumque meatus subter. *Plin.* l. 19. c. 5. *a med.* Meatum vomitionibus præparare. et lib. 28. c. 13. laxare spirandi. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 51. impedire. *Plin.* l. 20. c. 21. Malvæ decoctæ succus pori meatus suaves facit. Ubi *Harduin.* Urinæ credo meatum intelligit. [† *Tacit. Germ.* 1. 4. Danubius in Ponticum mare sex meatibus erumpit. *mouths. Claud. de Bell. Get.* 336. Bifido meatu divisus Rhenus.]

MECASTOR, *by Castor, by my faith! faith!* νὴ τὸν Κάστορα, juramentum muliebre. *Festus:* Mecastor, et mehercules jusjurandum erat, quasi diceretur, ita me Castor, ita me Hercules, ut subaudiatur, juvet. *Gell.* l. 11. c. 6. esse ait feminarum proprium, sicut *mehercules* virorum: quod et in *Ecastor* adnotavimus, et fideliter *Terent.* et *Plaut.* servare dicuntur. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 8. Salve mecastor Parmeno. *Sy.* et tu edepol, Syra. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 28. Nec nunc mecastor quid hero dicam, queo comminisci. *Id. Stich.* 1. 3. 87. Certo mecastor id fuit nomen tibi. ¶ Nihilominus utuntur hoc juramento Parasitus apud eund. *Asin.* 5. 2. 46. et Argyrippus *ibid.* 80. V. *Ecastor.*

MECHANĒMA, atis, n. *mechanism,* μηχάνημα, ingeniosum manus artificium, artificiosum opus: a μηχανή, machina, inventum. *Sidon.* l. 1. ep. 9. Deus bone! quæ ille digitis mechanemata facit!

MECHANICῶS, adverb. *mechanically,* Græca positione, mechanico artificio: sic Organicῶs, organico. Utrumque legitur apud *Vitruv.* l. 10. c. 1. V. *Organum.*

MECHANĬCUS, a, um, *mechanical, artificial,* μηχανικός, ad eas res pertinens, quæ manu simul et ingenio fiunt, et fabrili artificio constant: a μηχανή, artificium, machina. *Gell.* l. 10. c. 12. Simulacrum columbæ e ligno ab Archyta ratione quadam disciplinaque mechanica factum. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 22. Mechanica opera Romæ plurima instituit. *Jul. Firmic.* l. 6. c. 31. *ante med.* Artis mechanicæ divinus repertor. *Rhemn. Fann. de ponderib.* v. 102. Quod tibi mechanica promptum est depromere musa. *h. e.* mechanicæ artis instrumento, et ingenio. *Apul. in Apol.* Me, cum apud eum multas geometricas formas e buxo vidissem affabre factas, invitatum ejus artificio, quædam mechanica ut mihi elaboraret, petisse. ¶ *Mechanicus* absolute. *a mechanic, engineer. Colum.* l. 3. c. 10. Sipho, quem diabeten vocant mechanici. *Sueton. in Vespas.* c. 18. Mechanico grandes columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti, &c. *Lucil.* apud *Fest.* in *Petauristæ.* Sicuti mechanici cum alto exsiluere petauro. *h. e.* qui in machinis mira edunt populi oblectandi gratia.

MECŒNAS, vel Mecænas. V. *Mæcenas.*

MECŌNIS, idis, f. *a kind of lettuce,* μηκωνίς, genus lactucæ atræ, et amaræ, quæ lacte soporifero, instar papaveris, abundat. μήκων enim papaver significat. *Plin.* l. 19. c. 8. et lib. 20. c. 7. *ad fin.*

MECONĪTES, æ, m. *a gem like a poppy,* μηκωνίτης, gemma papaver exprimens, quod Græce μήκων est. *Plin.* l. 37. c. 10.

MECONĬUM, ii, n. *juice of poppy,* μηκώνιον, apud *Plin.* l. 20. c. 18. et lib. 25. c. 12. est succus expressus ex capitibus et foliis papaveris decoctis. ¶ Item herba, quæ et *peplis* dicitur. *Plin.* l. 27. c. 12. ¶ Item prima excrementa, quæ infantes emittunt. *Id.* l. 28. c. 4. *ad fin.*

MECUM. V. in *Ego.*

MEDDIX, vel Medix, icis, m. summus Magistratus Oscorum. *Enn.* apud *Fest.* Summus ibi capitur meddix, occiditur alter.

MEDĒA, æ, f. Μήδεια, insignis maga fuit, Æetæ Colchorum regis filia, quæ cum Iasonis amore capta esset, facilem illi ad aureum vellus aditum præbuit, domitis tauris, et sopito pervigili dracone, qui noctes diesque illud asservabat: quo facto, patris iram metuens, Iasonem in Græciam sequuta est, patremque insequentem, discerptis Absyrti fratris membris, et per viam dispersis, retardavit. Repudiata deinde ab Iasone, filios suos, quos ex eo susceperat, occidit, Glaucamque Creontis filiam, cum qua Iason secundas contraxerat nuptias, incensa regia, vivam crematvit, ipsumque etiam Iasonem impatientia doloris manus sibi inferre coegit. *Senec. in Med. Val. Flacc.* l. 6. *et deinceps. Ovid.* 7. *Metam.* v. 9. *et sequentib. Hygin.* fab. 21. 22. 25. &c. *Horat. in ar. Poet.* v. 185. Ne pueros coram populo Medea trucidet. ¶ Est etiam hoc nomine gemma nigra, venis aurei coloris, sudorem reddens croci, saporem vini, quam a Medea inventam fabulantur. *Plin.* l. 37. c. 10.

MEDĒIS, idis, f. patronym. pro possessivo, a Medea. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 101. Medeides herbæ. *h. e.* magicæ, qualibus Medea utebatur.

MEDĒLA, æ, f. *a medicine, remedy, cure,* ἄκεσμα, ἄκος, medicina, remedium, curatio. *Justin.* c. 1. l. 11. Queis rebus veluti medela quædam interventus Alexandri fuit. *Gell.* l. 12. c. 5. Cum medicos arcessisset, collocutusque de facienda medela esset. *Apul.* l. 8. *Metam.* Vulneribus medelas varias adhibere. *Gell.* l. 17. c. 11. Herbarum succis faciunt medelarum miracula. et lib. 15. c. 1. Qua medela, quaque solertia ignem defenderes. *Id.* l. 5. c. 14. *ad fin.* Mea opera et medela levatus. *Id.* c. 1. l. 20. Legum opportunitates et medelæ. [† *Quintil.* (*si modo is sit*) *Declam.* 13. Nobis habere medelam non liceat, vobis liceat habere venena? *Auson. Prof. Burdigal.* 15. Medela nostri, Nepotianæ, Pectoris. *Jul. Firmic.* 4. 2. Tales decernit ægritudines, quibus curandi gratia, medela cauteriorum adustionibus conferatur.]

MEDENS, entis, *a physician,* ἰατρός, qui medetur, medicus. *Lucret.* l. 1. v. 934. Sed veluti pueris absinthia tetra medentes Cum dare conantur, &c. *Ovid. Heroid.* ep. 21. v. 14. Adjuvor et nulla fessa medentis ope. *Id. Metam.* 15. v. 629. nihil artes posse medentum. *Plin. in Paneg.* c. 22. Ægri quoque, neglecto medentum imperio, ad conspectum tui prorepere. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 6. Balsami humor in usu medentium est. *Plin.* l. 25. c. 8. *ante med.* Democrates e primis medentium.

MEDĔOR, eris, dep. 2. *to cure, heal, remedy,* ἰάομαι, medelam et remedium affero, medicor, curo: a μέδω, seu μεδέω, impero. medicorum enim est imperare. V. *Impero. Cic.* 2. *de Orat.* c. 44. Medico non solum morbus ejus, cui mederi volet, sed etiam natura corporis cognoscenda est. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 44. Cum capiti mederi debeam, reduviam curo. (proverbialis locutio de eo, qui de minori malo est solicitus, majore neglecto.) *Plin.* l. 8. c. 27. Mederi oculis herba chelidonia. *Laurea Tull. in epigr.* apud *Plin.* c. 2. l. 31. Aquæ medentur oculis. *Plin.* l. 9. c. 31. Cancri contra serpentium ictus medentur. *are good against. Id.* l. 20. c. 1. Radix succo medetur dolori dentium. *Id. c. ult.* l. 27. *a med.* Mammis tragion unice medetur. *Id.* l. 24. c. 6. *extr.* Pinea resina capitis vulneribus optime medetur. *Id.* l. 27. c. 10. *ad fin.* præclare. *Id.* l. 34. *sub fin.* jucunde. et lib. 29. *c. ult. a med.* eximie. *Vellei.* l. 2. c. 25. Aquæ salubritate, medendisque corporibus nobilis. *Sueton. in Vespas.* c. 8. Medendæ valetudini, leniendisque morbis nullam opem non adhibuit. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 735. et lib. 7. *Metam.* v. 526. Medendi ars. *medicine.* Adde *Senec.* ep. 87. ¶ Translate elegantes habet usus. *Cic. Agrar.* 1. c. 9. Huic malo pro se quisque nostrum mederi, atque hoc omnes sanare velle debemus. *Id.* 7. *Fam.* ep. 28. Dies stultis quoque mederi solet. *Id. Q. Fr.* l. et ep. 1. c. 10. *extr.* Mederi incommodis omnium. *Id. pro Sext.* c. 13. afflictæ et perditæ reipubl. *to apply remedies to. Id.* 6. *Verr.* c. 51. *a med.* religioni. *Sallust. in Jug.* c. 43. invidiæ. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 837. labori. et lib. 9. v. 774. timori. *Tacit. Ann.* 6. c. 18. periculis fratris. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 24. inopiæ rei frumentariæ. *to relieve. Nep. in Pelop.* c. 1. tum satietati, tum ignorantiæ lectorum. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 16. rei alicui lege, aut decreto Senatus. *Senec. in Herc. Fur.* v. 1261. nemo polluto queat Animo mederi: morte sanandum est scelus. ¶ Cum accusativo, ut *medicor. Terent. Phorm.* 5. 4. 2. Quam scitum est, ejusmodi parare in animo cupiditates, Quas, cum res adversæ sient, paulo mederi possis! Ita legit etiam *Priscian.* l. 8. pag. 795. *Putsch.* et lib. 18. pag. 1162. Sunt tamen duo MSS. apud *Westerhov.* et quatuor apud *Bentlei.* et editio anni 1469. ubi legitur *quibus.* Addit *Voss.* l. 7. *de gramm.* c. 21. illud *Vitruv.* l. 8. c. 3. *ante med.* Bituminosi fontes interioris corporis vitia potionibus purgando solent mederi. Sed hoc nihil conficit, si *vitia* ad *purgando* referas. Legitur etiam apud *Justinian. sub fin.* tit. 7. lib. 2. *Institution.* sed hoc non est satis, ut imitari passim liceat. ¶ *Medendo* passive, *Virg.* 12. *Æn.* v. 46. haudquaquam dictis violentia Turni Flectitur: exsuperat magis, ægrescitque medendo. *h. e.* dum ei medicina adhibetur. *grows worse by the attempt to cure him.* ¶ Passive impersonaliter, *Vitruv.* l. 6. c. 11. Ut huic vitio medeatur, sic erit faciendum. *to obviate this fault.* ¶ Personaliter *Hieron.* ep. 22. *ad Eustoch.* c. 4. Vini potio concedatur, ut ex hoc stomachi dolor, et frequens medeatur infirmitas. ¶ Præterito caret, vel a *medicor* sumit: quod et *Diomed.* l. 1. pag. 376. admonuit.

MED ERGA. V. *Erga.*

MEDIA, æ, f. nunc *Sirvan*, Μηδία, regio Asiæ inter Armeniam, Parthiam, Hyrcaniam, et Assyriam: dicta a Medo, seu Medo, Ægei Atheniensium regis, et Medeæ filio. Ejus populi *Medi*, caput Ecbatana sunt. *Plin.* l. 6. c. 26. *Solin.* c. 55. (*al.* 69.) *Virg.* 2 *Georg.* v. 126. Media fert tristes succos tardumque saporem Felicis mali. V. *Assyrius.*

MEDIĀLIS, le, *middle*, μέσος, medianus, medius. Absolute *mediale* est media pars. *Solin.* c. 20. *a med.* (*al.* c. 33.) Arbor pinei generis, cujus mediale succino lacrymat. *the pith.* et cap. 52. (*al.* 65.) *a med.* Lignum omne, atque mediale eadem ferme facie, et nitore. ¶ Alio sensu *Festus*: Medialem appellabant hostiam atram, quam meridie immolabant. *h. e.* quia *medio die.* Al. leg. *medidialem* a *medidie* pro *meridie.*

MEDIANS, antis. *Pallad. in Mart.* tit. 10. *ad fin.* Inoculari ficus locis siccis Aprili, humidis Junio mediante poterit. *in the middle of June.*

MEDIĀNUS, a, um, *middle, in the middle*, μέσος, qui in medio est, medius. *Vitruv.* l. 3. c. 1. *sub fin.* Medianæ columnæ. *et cap. ult. ad fin.* Acroteria mediana altiora, quam angularia. *et sub fin.* Capita leonina mediana. *Veget.* l. 2. *rei Veterin.* c. 40. Medianus digitus. ¶ *Medianum* absolute media pars. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 3. leg. 5. Oportebit prætorem dare actionem in eum, ex cujus cubiculo, vel exedra dejectum est: licet plures in eodem cœnaculo habitent. quod si ex mediano cœnaculi quid dejectum sit, verius est, omnes teneri. *Al. leg.* menianum. V. *Mænianum.*

MEDIASTĪNUS, ni, m. *a mean slave, drudge*, δοῦλος, servus est infimi ordinis, nullo certo ministerio addictus, sed viliora quæque munia obire solitus, quæ non solum domini jusserint, sed etiam alii servi, qui peculiari officio sunt destinati, sive ruri, sive in urbe: a *medius*, quod inter servos veluti medius sit ad omnium imperia paratus. *Colum.* l. 2. c. 13. *a med.* Posse agrum ducentorum jugerum subigi duobus jugis boum, totidemque bubulcis, et sex mediastinis. *Id.* l. 1. *c. ult.* Longissimum quemque aratorem faciemus: mediastinus qualiscumque status potest esse, dummodo perpetiendo labori sit idoneus. (His locis *Colum.* intelligit servum rusticum, qui neque villicus sit, neque arator, neque vinitor, neque bubulcus: horum enim sunt certa munia: sed qui sarriendo, occando, runcando, fodiendo, et similibus operam navat, et latiore vocabulo *opera*, et *operarius* dicitur, *a labourer.*) *Id. ibid. a med.* Separandi sunt aratores a vinitoribus, iique a mediastinis. *Cic.* 2. *Catil.* c. 3. Exercitus collectus ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mediastinis, decoctoribus, &c. *Horat.* l. 1. ep. et v. 14. Tu mediastinus tacita prece rura petebas: Nunc urbem, et ludos, et balnea villicus optas. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 9. leg. 1. *a med.* Si quis opera mediastini fungitur, non continetur (*editio prætoris de cauponib. et stabular.*) ut puta atriarii, et focarii, et his similes. *Cato* apud *Non.* c. 2. n. 573. Ille imperator, tu illi ac ceteris mediastinus. *Lucil. ibid.* Villicum Aristocratem, mediastinum, atque bubulcum. *Nonius* ibi, non solum balnearum, inquit, sed ædium quoque ministros, et curatores, mediastinos legimus. Quod puto, ideo adnotavit, ut falsum esse ostenderet, quod *Priscian. sup.* XII. *vers. Æn.* lib. 5. pag. 1244. *Putsch.* scripserat, *mediastinum* dici, quod medias partes balnei tenet, hoc est in medio lavantium stat: quasi in solis balneis mediastino locus esset. Apud *Gruter.* tres sunt inscripti lapides pag. 577. n. 3. 4. et 5. in quorum priore mediastinus balnearis commemoratur: Secundus insculptum in pavimento habuit servum dextera canistrum, scopam sinistra tenentem, scriptumque *Cornelius servus mediastin.* Apud *Plin.* l. 29. c. 1. Prodicus instituens quam vocant Iatralepticen, reunctoribus quoque medicorum, ac mediastinis vectigal invenit. *h. e.* infimis medicorum servis, qui in balneis, et alibi inserviunt.

MEDIASTUTĬCUS, m. summus apud Campanos Magistratus. *Liv.* l. 26. c. 6. *ad fin.* Mediastuticus, qui summus Magistratus apud Campanos est, eo anno Seppius Lesius erat. Al. leg. *Medixtuticus*, aut *Meddixtuticus*, ut sit a *Meddix*. Adde lib. 24. c. 19.

MEDIĀTOR, oris, m. *a mediator, intercessour*, μεσίτης, qui se medium inter aliquos dissidentes interponit, ad lites componendas, conciliator, sequester. *Apul.* l. 9. *Metam.* Adseverat parvi se pendere tot mediatorum præsentiam. ¶ A Christianis Scriptoribus sæpe dicitur de Christo Iesu. *Tertull. de Carne Christi*, c. 15. ex *Paul.* 1. *ad Timoth.* 2. 5. Mediator Dei, et hominum homo Christus Iesus. *Lactant.* l. 4. c. 25. *a med.* Idcirco mediator advenit, idest Deus in carne, ut caro eum sequi posset. *Prudent. Cathemer.* 11. v. 13. Emerge dulcis pusio, Parens, et expers conjugis, Mediator, et duplex genus.

MEDIĀTRIX, icis, f. *a mediatrix*, μεσῖτρια, quæ mediam se interponit. *Alcim. Avit.* de columna ignis, et nubis, qua duce Hebræi iter faciebant. lib. 5. v. 565. nempe videtis, Ut mediatricis curet tutela columnæ.

MEDIBĬLIS, apud *Fest.* est medicabilis. Est autem a *medeor*, ut illud a *medicor*.

MĔDĬCA, æ, f. *medic, a kind of clover*, μηδική, herba est principatum tenens inter pabula, a Medis advecta in Græciam per bella Persarum, quæ Darius intulit: tanta dote, ut ex uno satu amplius tricenis (denis, apud *Colum.* l. 2. c. 10. et *Pallad. in April.* tit. 1.) annis duret. Similis est trifolio, caule, foliisque geniculata: quidquid in caule assurgit, folia contrahuntur. Secatur incipiens florere, et quoties refloruit: id sexies evenit per annos, cum minimum, quater. Hæc *Plin.* l. 18. c. 16. *Colum.* et *Pallad. loc. cit.* et *Varro* l. 1. *R. R.* c. 42. ubi etiam ejus serendæ, excolendæque rationem tradunt. *Virg.* 1. *Georg.* v. 215. Vere fabis satio: tum te quoque, Medica, putres Accipiunt sulci. [† ¶ *Medica*, arbor Assyria, *the citron-tree.* V. *Medicus.*]

MĔDĬCA, æ, f. *a midwife*, ἰάτρια, mulier medendi artifex, et præcipue obstetrix, quæ parientibus adest, et partum curat. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 635. n. 9. Flaviæ Hedones medicæ ex T. Adde pag. 636. n. 1. 2. et 3. et apud *Fabrett.* c. 7. n. 7. [*Ambros.* ep. 5. (*al.* 64.) *de obstetrice puellam inspiciente.* Nam ut quisque voluerit, aut imperitam medicam, aut redemptam asseret.]

MEDICABĪLIS, le, *curable, that may be healed, or cured*, ἰάσιμος, qui medendo sanari potest. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 523. et *Heroid.* ep. 5. v. 149. Hei mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis. *Id. de remed. amor.* v. 135. Ergo ubi visus eris nostræ medicabilis arti. *Al. leg.* nostra arte. *Sil.* l. 10. v. 416. et non medicabile vulnus. *incurable.* ¶ Item qui medicari, et sanare potest, *medicinal, having the power to heal. Colum. in fi.* cap. 10. l. 7. Ligni succus medicabilis epotus intestinum tumorem compescit. *Pallad. in Januar.* tit. 15. *sub fin.* Ipsum mel ita medicabile fieri, ut ex eo facta potio arterias curet. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 87. Securum numeris agit, et medicabile carmen. *h. e.* luctum et laborem levans.

MEDICABILĪTER, *medicinally, medically*, medicando, et sanando. *Pallad. in Februar.* tit. 31. Hoc vinum solet limum dysentericæ passionis medicabiliter asperare.

MEDICABŬLUM, li, n. locus medicinæ: ut *natabulum* locus ad natandum. *Apul. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) Contuli me ad Persianas aquas, gratissima prorsus et sanis natabula, et ægris medicabula.

MEDICĀMEN, inis, n. *a medicine, drug, medicament*, φάρμακον, medicamentum, medicina, remedium. *Cic. in Pison.* c. 6. Meministi ne, excusatione te uti valetudinis, quod diceres, violentis te quibusdam medicaminibus solere curari? *Pallad. in Februar.* tit. 28. Theriacæ medicamen addere. *Tacit.* 12. *Annal.* c. 51. Obligant vulnus, agrestia medicamina adhibent. et lib. 4. c. 57. Ulcerosa facies, ac plerumque medicaminibus interstincta. *Ovid.* 2. *de ar. aman.* v. 491. Illa Machaonios superant medicamina succos. *Id.* 15. *Metam.* v. 533. valido medicamine reddita vita. *Juvenal. in fi.* sat. 6. Pontica ter victi medicamina regis. *antidotes, preservatives.* ¶ Item venenum, *poison.* V. *Medicamentum. Tacit.* 12. *Ann.* c. 67. Infusum delectabili cibo boletorum venenum, nec vim medicaminis statim intellectam. et lib. 14. c. 51. Illitum palatum noxio medicamine. *Flor. in fi.* l. 2. Medicaminibus impuris Romana arma violare. *h. e.* fontes venenis inficiendo. *Juvenal.* sat. 6. v. 594. tantum medicamina possunt. *h. e.* abigendo partui data. ¶ Item veneficium, *incantations, charms. Val. Flacc.* l. 8. v. 17. *de Medea.* Condita letiferis prodit medicamina cistis. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 211. Dux gregis inter oves agnus medicamine fiet. ¶ Item succus colorem inducens, *a tincture, colour, dye. Plin.* l. 9. c. 38. *de purpura.* Ad quingentenas medicaminis libras æquari. *Petron. in Satyr.* c. 102. *a med.* Infecta medicamine facies. *Lucan.* l. 3. v. 238. tingentes croceo medicamine crinem. ¶ Item fucus, *paint.* Hinc *Ovidii* carmen *de medicamine faciei*, de quo *Id. de ar. am.* l. 3. v. 205. Est mihi, quo dixi vestræ medicamina formæ, Parvus, sed cura grande libellus opus. *Petron. in Sat.* c. 126. Facies medicamine attrita. Adde *Juvenal.* sat. 6. v. 471. ¶ Universim sic dicitur quidquid adhibitum naturam ejus, cui adhibitum est, mutat, ut *Caius Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 236. docet. Hinc de coagulo *Colum.* l. 7. c. 8. Optimus caseus est, qui exiguum medicaminis habet. *Id.* lib. 12. c. 20. Vitioso medicamine fructus, qui perceptus est, vitiatur. *h. e.* conditura: *bad seasoning.* Sic *Plin.* l. 14. c. 20. Vina medicamine instaurare. *Id.* l. 7. c. 14. fimum vocat medicamen seminum.

MEDICAMENTARĬUS, a, um, *medicamental*, ad medicamenta pertinens. *Medicamentaria* ars, quæ ex variis rebus medicamenta componit, præter ea, quæ simplicia natura instituit. *the art of composing medicines. Plin.* l. 7. c. 56. *ante med.* Medicinam Ægyptii apud ipsos volunt repertam: herbariam, et medicamentariam a Chirone. ¶ *Medicamentaria*, mulier, quæ medicamenta conficit: et speciatim venena coquens, malefica. *Imp. Constantin.* l. 3. *Cod. Theodos.* tit. 16. leg. 1. Si mœcham, vel medicamentariam, vel conciliatricem repudiare voluerit. ¶ *Medicamentarius*, artifex. *a maker up of medicines, apothecary, druggist*, φαρμακοποιός. *Plin.* l. 19. c. 6. *a med.* Porrum herbaceum, quo utuntur medicamentarii. ¶ Item venena coquens, maleficus. *Constantin. Imp. loc. cit.* Si homicidam, vel medicamentarium, vel sepulcrorum dissolutorem virum suum esse probaverit.

MEDICAMENTŌSUS, a, um, *medicinal*, ἰατρικός, vim medendi habens. *Cato R. R.* c. 157. De omnibus brassicis nulla est illiusmodi medicamentosior. *Al. leg.* medicamento. *Vitruv.* l. 8. c. 3. *ant. med.* Omnis aqua calida ideo est medicamentosa, quod, &c.

MEDICAMENTUM, ti, n. *a medicine, drug, medicament*, φάρμακον, medicina, medicamen, remedium contra morbum. *Cic.* 3. *Offic.* c. 24. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, si eo medicamento sanus factus fuerit, &c. *Id. de clar. Orat.* c. 60. Devinctus erat fasciis, et multis medicamentis, propter dolorem artuum, delibutus. *Sueton. in Calig.* c. 23. *extr.* Medicamento uti. *to take medicine.* et cap. 29. præmuniri metu venenorum. *Curt.* l. 4. c. 6. *a med.* supprimere sanguinem. *Plin.* l. 24. *c. ult.* Medicamentum haurire. *Curt.* l. 6. c. 10. *ad fin.* bibere. et lib. 3. c. 6. sumere. *et ibid.* diluere. *Colum.* l. 6. c. 5. potandum præbere. *Plin.* l. 32. c. 9. *a med.* componere. *Id.* l. 28. c. 4. *a med.* suppuratorium. *Id.* l. 23. c. 7. *circa med.* exulceratorium. et lib. 24. c. 13. stypticum. et lib. 37. c. 10. *ante med.* somnificum. *Id.* l. 11. c. 42. Medicamenti vim habens. *Id.* l. 28. c. 13. Datur et equi lingua inveterata ex vino, præsentaneo medicamento. *Id. in fin.* cap. 3. l. 26. Medicamentorum potus stomacho inimici. *Liv.* l. 8. c. 18. Medicamenta salubria. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 53. salutaria. ¶ Ut Græcis φάρμακον, sic Latinis *medicamentum* media vox est, et quæ in utramque partem sumi potest. Est enim (ut *Caius* docet *Dig. l. ult. tit. pænult.* leg. 236.) universim quidquid adhibitum, naturam ejus, seu statum mutat, cui adhibetur. Itaque et pro noxio medicamine, seu veneno sumitur. quod vel inferendo morbo, aut morti, vel alienandæ menti datur. *hurtful drugs, poison. Liv.* l. 8. c. 18. Coquentes quasdam medicamenta invenerunt. *Cic. pro Cluent.* c. 11. Medicamentis partum abigere. *Sueton. in Calig.* c. 50. Creditur potionatus a Cæsonia uxore, amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem verterit. *a love-potion. Petron. in Satyr.* c. 20. Medicamentum ebibere. *h. e.* σατύριον. *Plin.* l. 27. c. 11. Medicamento sagittas tingere. *Id.* lib. 28. c. 8. *circa med.* Medicamento malo læsus. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 4. n. 297. ¶ Item pro succo, quo lanis color inducitur. *a dye, colour, tint. Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 12. n. 13. Qui conbibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam quibusdam medicamentis. *Plin.* l. 35. c. 6. *a med.* Fervente aheno rudibus medicamentis inebriatum. *Senec.* l. 1. *quæst. nat.* c. 3. *ad fin.* Interest quamdiu purpura macerata sit, crassius medicamentum, an aquatius traxerit. ¶ Item pro condimento vini, defruti, et hujusmodi. *seasoning. Cato R. R.* c. 38. Medicamentum in dolium hoc modo facito, &c. *Colum.* l. 12. c. 20. *circa med.* Plumbeum (*vas*) peragitabis, ut defrutum et medicamenta coeant. ¶ Item pro fuco. *paint.* V. *Medicamen. Senec.* l. 7. *de benef.* c. 9. Ipsa illa, quæ placet, varietas, subditis (*al.* sublitis) medicamentis, in similitudinem veri coloratur. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 23. *in fi.* Fucati vero medicamenta candoris, et ruboris, omnia repellentur: elegantia modo, et munditia remanebit. ¶ Remedium quodlibet. *Cic. pro Cluent. c. ult.* Non huic ærumnosissimo venenum illud fuisset, sed multorum medicamentum laborum. ¶ Denique usurpatur pro veneficio. *incantations, sorcery, witchcraft. Plaut. Pseud.* 3. 2. 80. Item ut Medea Peliam concoxit senem, quem medicamento, et suis venenis dicitur fecisse rursus ex sene adolescentulum. ¶ Pro glutine. *Vopisc. in Firm.* c. 3. Vitreis quadraturis, bitumine, aliisque medicamentis insertis, domum induxisse perhibetur. *h. e.* parietes domus contegisse et ornasse.

MEDICĀTĬO, onis, f. *a medicating or tincturing with medicinal ingredients*, actus medicandi, medicamentum, ἰάτρευσις. *Colum.* l. 2. c. 10. *a med. de lente.* Potest tamen, etiam citra istam medicationem, cineri mixta commode servari. *medication, medicinal preparation.*

MEDICĀTOR, oris, m. *a physician*, qui medicat, ἀκεστής. *Tertull.* l. 3. *advers. Marcian.* c. 17. *extr.* Prædicatorem annuntiari Christum per Esaiam, item medicatorem. *Avien. in Arat.* v. 216. *de Æsculapio.* animæ rursus tepefacta calore Viscera mundanas revocat medicator in oras.

MEDICĀTUS, us, m. *a medicinal preparation or application*, medicatio, medicina, ἰατρεία. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 165. Quæque feros pepuli doctis medicatibus ignes, Non valeo flammas effugere ipsa meas.

MEDICĀTUS, a, um, *medicated, tinctured or impregnated with medicinal ingredients, prepared medicinally*, φαρμακευθείς, medicamento illitus, adhibito medicamine confectus. *Colum.* l. 1. c. 3. *sub fin.* Si ante sationem semina succo herbæ sedi macerata sunt. nihil enim sic medicatis nocent erucæ. *Virg.* 6. *Æn.* v. 420. Melle soporatam, et medicatis frugibus offam. *Id.* 4. *Georg.* v. 65. *de apibus.* Ipsæ confident medicatis sedibus. *h. e.* gratis liquoribus illitis. *Plin.* l. 8. ep. 20. *de lacu quodam.* Sulphuris odor, saporque medicatus. *medicated water. Colum.* l. 1. c. 6. *a med.* Vina nimia suffitione medicata. *h. e.* condita. *Ovid.* ep. 12. v. 107. medicatus somnus. *h. e.* medicamentis inductus. ¶ Item tinctus, coloratus. *coloured, tinged, dyed. Horat.* l. 3. od. 3. v. 27. neque amissos colores Lana refert medicata fuco. *Ovid. de remed. amor.* v. 707. Amyclæis medicatum vellus ahenis. ¶ Item veneno infectus. *poi-*

soned. *Sueton. in Claud.* c. 44. Quæ boletum medicatum avidissimo ciborum talium obtulerat. *Sil.* l. 7. v. 453. Medicata veneno tela. *Id.* lib. 13. v. 197. medicatæ cuspidis ictus. ¶ Item ad medendum aptus. *medicinal. Plin.* l. 28. c. 9. Lac caprinum stomacho accommodatissimum, bubulum medicatius. *Id. ibid.* c. 7. *circa med.* Rutam, et hederas, res medicatissimas, illico mori. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 25. Aquæ medicatæ.

MEDICĪNA, æ, f. *the art of physic; medicine*, ἰατρικὴ, ars medendi: a *medicus*. Sua natura adjectivum est. Nam a *medicus* fit *medicinus, a, um*. Hinc *Varr.* lib. 4. *de L. L.* c. 18. Ab arte medicina ut sit medicus, &c. *Hygin.* fab. 274. Ne quis servus artem medicinam disceret. *Augustin.* l. 4. *Confession.* c. 3. Vir sagax medicinæ artis peritissimus. ¶ Sed ut *Grammatica*, et similia, ita et hoc sumitur substantive. *Cic. de Fin.* l. 5. c. 6. Quoniam ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi ars est prudentia. *Cels. in proœm.* l. 7. Tertiam esse partem medicinæ, quæ manu curet, vulgo notum est. *Id. ibid.* et *in præfat.* l. 1. Medicinam excolere. *Cic. pro Cluent.* c. 63. *extr.* exercere. *Plin.* l. 25. c. 2. *a med.* Herophilus clarus medicina. *Phædr.* l. 1. fab. 14. v. 2. Sutor medicinam ignoto facere cœpit loco. *Quintil.* l. 7. c. 2. *circa med.* factitare. *Ovid. de remed. amor.* v. 795. Ecce cibos etiam (medicinæ fungar ut omni Munere) quos fugias, quosve sequare dabo. ¶ Item ipsum remedium, quod medicina præbet, medicamentum. *a medicine, drug, medicinal remedy. Cic. Fam.* 14. ep. 7. χολὴν ἄκρατον noctu ejeci: statim ita sum levatus, ut deus mihi aliquis medicinam fecisse videatur. *Plaut. Cist.* 1. 1. 76. Si medicus veniat, qui huic morbo facere medicinam potest. *Cic. Attic.* ep. 15. l. 16. *a med.* et lib. 2. *de Orat.* c. 44. Adhibere medicinam desperatis. ¶ Translate est remedium quodlibet. *a remedy. Cic. Catil.* 2. c. 8. Singulis medicinam consilii, atque orationis meæ, si quam potero, afferam. *Id.* 2. *de Orat.* c. 83. His quatuor causis totidem medicinæ opponuntur, tum objurgatio, si est auctoritas; tum admonitio, tum promissio, &c. *Id.* 1. *Attic.* ep. 15. *ante med.* Quamquam animus est præsens, tamen voluntas etiam atque etiam medicinam effugit. *Id. de Amic.* c. 3. Sed non egeo medicina: me ipse consolor. *Id.* 2. *Attic.* ep. 1. *a med.* Non minus esset probanda medicina, quæ sanaret vitiosas partes reipubl. quam quæ exsecaret. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 16. *in fi.* Est tarda illa quidem medicina, sed tamen magna, quam affert longinquitas et dies. *Id. Fam.* 5. ep. 16. *sub fin.* Exspectare medicinam temporis. *Id.* 5. *de Fin.* cap. 19. Somnus medicinam quandam laboris affert. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 22. *sub fin.* Medicina calamitatis. *Id.* 1. *Acad.* c. 3. *a med.* doloris a philosophia petere. *Id. pro Sext.* c. 23. periculorum. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 43. curæ. *Id.* 5. *Trist.* el. 1. v. 33. malorum. ¶ *Plin.* l. 17. c. 22. *post med.* vocat *medicinam* putationem vitium. ¶ Ut *medicamentum*, sic et *medicina* quandoque pro veneno ponitur. Sic intelligit *Non.* c. 1. n. 75. illud *Accii*: Sterilem esse illius opera medicinam autumans. ¶ Est etiam taberna medici, *an apothecary's shop*: qualem emisse sibi, publica impensa, in compito Acilio, qui primus Romæ medicinam facere instituit, circa annum Urbis DXXXV. Archagathum Peloponnesium, *Plin.* l. 29. c. 1. tradit. *Plaut. Amph.* 4. 1. 5. et *Epid.* 2. 2. 13. per omnem urbem quem sum defessus quærere, Per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio, atque in foro, Per myropolia, et lanienas, circumque argentarias. *Donat. ad Terent. Adelph.* 4. 2. 45. Veteres absolute dicebant *pistrinam*, ut *sutrinam*, et *medicinam*, ad tabernam referentes.

MEDICINĀLIS, le, *relating to medicine, medicinal, healing*, ἰατρικὸς, ad artem medicinam, ad medicum pertinens. *Cels. in præfat. post med.* Vix ulla perpetua præcepta medicinalis ars recipit. *Plin.* l. 32. c. 10. *ante med.* Cucurbitulæ medicinales. *cupping-glasses.* et lib. 36. c. 22. Lapides mortariorum medicinalium. *h. e.* in quibus medicinæ teruntur. *Scribon. Larg. compos.* 53. Medicinale scalprum. *a lancet. Id. in epist. ad C. Jul. Callist. a med.* Medicinalia scripta. ¶ *Digitus medicinalis* est minimo proximus, in quo gestamus annulos: *the ring finger*: de quo in libris anatomicorum habetur, nervum quendam de corde natum priorsum pergere usque ad eum digitum, illic desinere implicatum ceteris ejusdem digiti nervis: et ideo visum Veteribus, ut ille digitus annulo, tanquam corona, circumdaretur. Hæc *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 13.

MEDICINIUS, a, um, medicinalis. *Auson. in epist. præfixa Gripho* (quod est *Edyll.* 11.) *ad fin.* Totam grammaticam, et musicam, librosque medicinios. *Al. leg.* medicinæ.

MEDICĪNUS, a, um. V. *Medicina.*

MEDĬCO, as, avi, atum, *to heal, cure*, ἰατρεύω, medicinam affero, medeor, curo. *Virg.* 12. *Æn.* v. 418. hoc fusum labris splendentibus amnem Inficit occulte medicans. *Tibull.* l. 3. el. 6. v. 3. Aufer et ipse meum, pariter medicande, dolorem. *Colum.* l. 9. c. 13. *a med. de apib. ægrotantib.* Galbanum etiam, ut ejus odore medicentur, incendi convenit. *Sil.* l. 6. v. 98. Marus instat vulneris æstus Expertis medicare modis. *Nemesian.* ecl. 2. v. 28. rabidos medicare furores. ¶ Item imbuere, illinere, tingere succis. *to medicate, prepare medically, tincture with something medicinal. Virg.* 1. *Georg.* v. 193. Semina vidi equidem multos medicare serentes, Et nitro prius, et nigra perfundere amurca. *Colum.* l. 11. c. 3. *a med.* Thymo pinsito medicare aquam. *Pallad. in Maio*, tit. 8. Tonsas oves hoc unguine medicemur. *Plin.* l. 16. c. 27. Ficus maturitatis causa medicatur. *Id.* lib. 14. c. 21. Sic opercula doliorum medicanda, addita mastiche, ac pice. ¶ Item inficio, coloro. *to tinge, colour, dye. Ovid.* 1. *Amor.* el. 14. v. 1. Dicebam, medicare tuos desiste capillos. Tingere quam possis, jam tibi nulla coma est. *Id. de medic. fac.* v. 9. Vellera sæpe eadem Tyrio medicantur aheno. ¶ Cum dativo. *Seren. Sammon.* c. 48. *extr.* v. 902. Febribus at longis galli nova jura vetusti Subveniunt, etiam tremulis medicantia membris.

MEDĬCOR, aris, atus sum, dep. 1. *to heal, cure, remedy*, ἰατρεύω, medico, medeor, curo. *Virg.* 2. *Georg.* v. 134. animas, et olentia Medi Ora fovent illo, et senibus medicantur anhelis. *Id.* 7. *Æn.* v. 756. Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum Evaluit. *Plin.* l. 11. c. 35. Venenum hoc alæ medicantur. ¶ Translate *Terent. Andr.* 5. 1. 12. Ejus labore atque dolore gnato ut medicarer tuo. et 5. 4. 41. Cum ego possim in hac re medicari mihi. *Plaut. Mostell.* 2. 1. 40. Habe bonum animum: ego istum lepide medicabor metum.

[* MEDICŌSUS, a, um, idem ac medicatus. *Cæl. Aurel. Tard.* l. 2. c. 1. Medicosis quoque fomentationibus utendum probat.]

MEDĬCUS, i, m. *a physician, apothecary*, ἰατρὸς, qui medendi artem habet, et profitetur. *Cic. pro Cluent.* c. 21. In morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quæritur. *Id.* 2. *de Divin.* c. 3. *a med.* Ad ægros non vates, aut hariolos, sed medicos solemus adducere. *Plaut. Men.* 5. 2. *in fi.* arcessere. et 5. 3. 7. ducere. *Catull.* carm. 41. v. 6. Convocare medicos. *Sueton. in Ner.* c. 37. admovere ægro. *Ovid.* 1. *ex Ponto*, ep. 3. v. 17. Non est in medico semper relevetur ut æger. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 5. *ad fin.* Medicorum præcepta. *Id. Fam.* 16. ep. 4. curationes. *Plin. in Paneg.* c. 22. imperium. V. *Impero. Sueton. in Tiber.* c. 68. *extr.* Valetudinem regere sine adjumento consiliove medicorum. ¶ Romani diu medicis caruere. Nam qui primus Romæ medicinam professus est, fuit Archagathus Lysaniæ filius circa A. U. DXXXV. eique jus Quiritium datum, et taberna publice empta, ut ex *Cassio Hemina Plin.* tradit l. 29. c. 1. ubi de medicis multa. Antea contenti fuerant simplicibus remediis, quæ natura protulit e terra, et experientia probavit. Primi, qui Romæ medicinam factitarunt, vel servi (V. *Sueton. in Calig.* c. 8. et *in Ner.* c. 2. et *Senec.* l. 3. *de Benef.* c. 24.) vel liberti fuere: aut si liberi, parvo in pretio habiti, nisi si excellens artis peritia commendavisset. Ipsi enim Romani *Plinii*, h. e. Vespasiani temporibus nondum eam artem exercere dignati erant, a Romana gravitate alienam putantes. Cato Censorius, ad filium scribens, eos acerrime insectatur, ut apud *Plin. loc. cit.* videre est. ¶ *Medici* autem dicti sunt etiam chirurgi, nondum in aliam classem, ut nunc rejecti, *surgeons, chirurgeons. Plaut. Men.* 5. 3. 9. Medicus ait se obligasse crus fractum Æsculapio, Apollini autem brachium. *Juvenal.* sat. 6. v. 46. o medici, mediam pertundite venam. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 634. n. 2. Cn. Helvius Cn. L. Iolla, medicus ocularius. *an oculist.* et pag. 635. n. 3. Sicilius medicus ab oculis. et pag. 581. n. 3. P. Attius Atimetus Aug. Medicus ab ocul. H. S. E. Adde *Cels.* l. 7. c. 7. sect. 4. et lib. 8. c. 10. sect. 2. ¶ Qui alicui illustri familiæ medici officio inserviebant, sæpe in amicorum numerum adsciscebantur. Hinc *Crassus* apud *Cicer.* 1. *de Orat.* c. 14. *a med.* Asclepiades is, quo nos medico, amicoque usi sumus. *Tacit. Ann.* 4. c. 3. Sumitur in conscientiam Eudemus amicus, ac medicus Liviæ. Sic *Plin.* l. 10. ep. 4. medico suo peregrinæ conditionis, a peregrina manumisso, civitatem Romanam a Trajano petit. Adde *Senec.* l. 6. *de benef.* c. 16.

MĔDĬCUS, a, um, *pertaining to medicine, healing, medicinal, medical*, ἰατρικὸς, ad medendum aptus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 455. Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor Abnegat. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 6. v. 12. numquid Podalirius ægro Promissam medicæ non tulit artis opem. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 3. v. 6. Lenito medicam vulnere sensit opem. *Nemesian. in Cyneg.* v. 222. Disce igitur potus medicos, curamque salubrem. *Plin.* l. 36. c. 27. Est et ipsis ignibus medica vis. *Id.* l. 5. c. 16. Fons calidus medicæ salubritatis. *Id. sub fin.* l. 22. Frugum quidem hæc sunt in usu medico. *Id.* l. 11. c. 39. Medica diligentia. *Id.* l. 30. c. 12. Muscæ impari numero infricatæ digito medico. *h. e.* qui minimo est proximus. Adde *Auctor. ad Herenn.* l. 3. c. 20. et V. *Medicinalis.* ¶ Minerva Medica in vet. lap. apud *Gruter.* pag. 1067. n. 3. et *Reines.* class. 11. n. 81. est Ἀθηνᾶ Ὑγιείας. V. *Minerva.* ¶ De incantantibus. *Sil.* l. 3. v. 300. Marmaridæ, medicum vulgus...... Ad quorum cantus serpens oblita veneni, Ad quorum tactum mites jacuere cerastæ.

MĒDĬCUS, a, um, *Medish*, Μηδικὸς, ad Mediam Asiæ regionem pertinens. *Nep. in Pausan.* c. 3. Utebatur veste Medica. *h. e.* Persica. ponuntur enim aliquando Medi pro Persis. *Lucan.* l. 2. v. 49. Achæmeniis decurrant Medica Susis Agmina. et lib. 8. v. 368. Medica rura. *Plin.* l. 15. c. 14. Medica mala. *h. e.* Assyria. *Id.* l. 12. c. 3. Malus Assyria, quam alii vocant Medicam. *the citron-tree.* V. *Assyrius. Id.* l. 37. c. 5. Medici smaragdi plurimum viriditatis habent. ¶ De Medica herba, V. *Medica.* ¶ Dea Medica apud *Auson.* ep. 24. v. 54. Grandia verba premens ultrix dea Medica belli. *h. e.* deæ Nemesis simulacrum e Pario marmore, in pago Atticæ Rhamnunte (unde *Rhamnusia* dicta est) constitutum. ¶ Medi, seu Persæ (nam sæpe confunduntur) sub Xerse bellum Græciæ inferentes, marmor advexerant, ut ex eo statuerent trophæum devictorum Græcorum: sed res contra cecidit. Et Phidias, vel ut alii volunt, Agoracritus, ex eo Nemesim fecit, monumentum Græcæ victoriæ: quod hæc dea superbis maxime inimica esse creditur. *Auson.* epigr. 2. et *Pausan. in Atticis.* ¶ De Medicis gallinis, V. *Melicus.* ¶ Devicta Media, *Medici* nomen Vero Imp. datum est. *Capitolin. in ejus vita*, c. 7. et Vet. Lap. apud *Gruter.* pag. 253. n. 2. et apud *Spon. in Miscell.* sect. 2. artic. 8. Item M. Aurelius Antoninus. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 457. n. 2.

MEDIDĬES pro meridies. *Cic. in Orat.* c. 47. Ipsum meridiem cur non medidiem? credo, quod erat insuavius. [† *Quintil.* 1. 6. Meridiem, an medidiem oporteat, quæritur. *Priscian.* p. 551. *Putsch.* Medidies, hodie meridies.]

MEDĬE, adverb. *moderately*, mediocriter. *Apul.* l. 2. *de dogm. Platon.* Nec plane optimi, nec oppido deterrimi sunt, sed quasi medie morati. *Eutrop.* l. 7. c. 13. *de Claudio.* Hic medie imperavit, multa gerens tranquille atque moderate, quædam crudeliter atque insulse. Adde *Jul. Firmic.* l. 2. c. 28.

MEDIĔTAS, atis, f. *a half, moiety, mediety*, μεσότης, ἥμισυ, media pars, dimidium. *Cic. de Univ.* c. 7. Partes ex toto desecans, intervallis ita locabat, ut in singulis essent bina media. vix enim audeo dicere, medietates, quas Græci μεσότητας appellant: sed quasi ita dixerim, intelligatur. erit enim planius. *Pallad. in Maio*, tit. 3. Sulci usque ad medietatem lapidibus minutis repleantur. *Id.* l. 1. tit. 12. Mensura hæc servanda est in tricliniis, ut quanta latitudo, et longitudo fuerit, in unum computetur, et ejus medietas in altitudinem conferatur. *Id. in Mart.* tit. 10. *ante med.* Coquere aliquid usque ad medietatem. *et post med.* In principio germinis cacumina summa decutimus, vel illud tantum cacumen, quod ex arboris medietate procedit. *Id. in Jun.* tit. 10. Chamæmeli herbæ florentis auream medietatem: projectis albis foliis, quibus flos ambitur, in fundis. *Impp. Gratian. Valent. et Theodos.* lib. 4. *Cod. Theodos.* tit. 19. leg. 1. Medietatem debiti inferre. ¶ Translate *Paul. Dig.* lib. 5. tit. 4. leg. 3. *ad fin.* Peritissimi Juris auctores medietatem quandam secuti sunt. *a certain middle course.* et *Apul.* l. 2. *de doctr. Plat.* Hinc etiam medietates, easdemque virtutes, et summitates vocat. *mediocrity*: quia Virtus est medium vitiorum, et utrinque reductum, ut *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 9. loquitur. *Arnob.* l. 2. pag. 65. Medietas quædam, et animarum anceps ambiguaque natura locum philosophiæ peperit.

MEDILUNIA, dimidia luna. *Martian. Capell.* l. 7. pag. 241.

MEDĬMNUS, i, m. et Medimnum, i, n. *a measure of corn among the Greeks, containing six modii or pecks*, μέδιμνος, mensura aridorum apud Græcos, et præsertim Atticos: de qua *Nep. in Attic.* c. 2. *in fin.* Universos frumento donavit, ita ut singulis sex modii tritici darentur: qui modus mensuræ medimnus Athenis appellatur. *Rhemn. Fann. de ponderib. &c.* v. 64. Hujus (*amphoræ*) dimidium fert urna, ut et ipsa medimni Amphora, terque capit modium. *Cic. Verr.* 5. c. 47. In jugero agri Leontini medimnum fere tritici seritur, perpetua atque æquabili satione. *et paulo post.* Ut quot jugera sunt sata, totidem medimna decumæ debeantur. *et mox.* Pluribus millibus medimnum venisse decumas agri Leontini. pro *medimnorum.* Sic cap. 37. 39. et *Varr.* apud *Non.* c. 9. n. 1. ¶ Ex citato *Fannii* loco colligitur *medimnum* etiam liquidorum mensuram esse. ¶ P. Bemb. litter. vol. 2. l. 3. ad Rhamnus. *Medimno è quanto sono due terzi d' un Viniziano stajo: e la ragion tratta dal computo d' Erodoto, che non può esser non vera, così porta.* (*a* medimnus *is equal to two-thirds of a Venetian bushel: and the account given by Herodotus, which cannot be otherwise than true, confirms this statement.*)

MEDIO, as, a. 1. *to bisect, divide into two equal parts*, medium divido. *Apic.* l. 3. c. 9. Coliculos elixatos mediabis. ¶ *Medians, antis*, V. supra suo loco.

MEDIOCRICŬLUS, diminut. a *mediocris. Festus*: Mediocriculo usus est in ea, quam dixit Cato in consulatu: Ridibundum magistratum gerere pauculos homines, mediocriculum exercitum obviam duci.

MEDIŎCRIS, cre, *middling, moderate, tolerable, ordinary, indifferent*, μέτριος, medium tenens, neque excedens, neque deficiens, modicus. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 2. Permultos excellentes in quoque genere videbis, non mediocrium artium, sed etiam maximarum. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 10. Omne malum, etiam mediocre, magnum est. *Id.* 5. *Fam.* ep. 8. *sub fin.* Velim ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribus rebus. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 20. Non mediocrem sibi diligentiam adhibendam intelligebat. et lib. 5. c. 43. Mediocri spatio relicto. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 46. Fossa mediocri latitudine. et cap. 38. Cum mediocribus

copiis. *Sallust. in Jug.* c. 97. Mediocre castellum. *Plin.* l. 9. c. 25. *a med.* Mediocrium sponsalium cœna. *an ordinary wedding.* et lib. 15. c. 24. Mediocre solum. *h. e.* neque valde fertile, neque sterile omnino. *Justin.* l. 1. c. 2. Statura mediocris. *Nep. in Attic.* c. 13. Usus est familia, si utilitate judicandum est, optima; si forma, vix mediocri. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 29. *sub fin.* Mediocris eloquentia. et cap. 21. Satis acute et dilucide apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere. *h. e.* mediocri doctrina instructos. *moderately learned.* et lib. 2. cap. 27. Mediocre ingenium. *Terent. Adelph.* 5. 9. 8. Non mediocris hominis hæc sunt officia. *of a man of no ordinary talent. Cic. de clar. Orat.* c. 37. Mediocris orator. *Horat. de ar. Poet.* v. 372. mediocribus esse poetis Non dii, non homines, non concessere columnæ. *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 5. *sub fin.* Sed neque pervenio scriptis mediocribus istuc. ¶ De mediocri stilo V. in voce sequenti. ¶ *Mediocris animus*, modicus, moderatus, modestus, *moderate, calm, temperate. Sallust. in Jug.* c. 8. Fuere complures, qui Jugurthæ non mediocrem animum pollicitando accendebant. et cap. 6. *sub fin.* Opportunitas etiam mediocres viros spe prædæ transvorsos agit. Adde *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 20. ubi *mediocris animus* est, qui neque nimis demissus ac timidus, neque nimis imprudens et audax est. ¶ *Mediocris vir* est etiam mediocris conditionis, neque illustri, neque ignobili genere. *Justin.* l. 1. c. 4. Filiam Cambysi mediocri viro in matrimonium tradidit. *a man of middling rank.* ¶ *Mediocris syllaba*, quæ media est inter brevem et longam, h. e. anceps. *a doubtful syllable. Gell.* l. 16. c. 18. Species geometriæ, quæ appellatur μετρικὴ, per quam syllabarum longarum, et brevium, et mediocrium junctura et modus, congruens cum principiis geometriæ, aurium mensura examinatur.

MEDIOCRĬTAS, atis, f. *moderation, mediocrity; a mean, or middle, way,* μετριότης, μέσον, medium, modus neque defectum habens, neque excessum. *Cic.* 1. *Offic.* c. 25. *ad fin.* Nunquam enim, iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium et parum. *Id. ad Brut.* ep. 15. Est scilicet utriusque rei modus, et quædam in utroque genere mediocritas. *Id.* 1. *Offic.* c. 39. *a med.* Multi villarum magnificentiam imitati sunt: quarum quidem certe adhibendus est modus, ad mediocritatemque revocandus. Eadem mediocritas ad omnem usum cultumque vitæ transferenda est. *Colum.* l. 3. c. 5. Mediocritas in electione loci maxime probatur, quoniam in confinio boni malique posita est. *Cic.* 2. *Phil.* cap. 1. Mediocritas ingenii. *Id.* 2. *de Orat.* c. 25. in dicendo. *et de clar. Orat.* c. 66. dicendi. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 15. Mediocritatem vultus ad sermonis sententias accommodare. *Gell.* l. 6. c. 15. Homo omnium rerum verecunda mediocritate. [*Horat.* 2. od. 10. v. 5. Auream quisquis mediocritatem Diligit.] ¶ Refertur ad stilum. Cum enim tria Rhetores dicendi genera faciant, ἁδρὸν, uber, ἰσχνὸν, gracile, μέσον, mediocre: et primo dignitas atque amplitudo tribuatur, altero venustas et subtilitas, tertius in confinio est, utriusque modi particeps. Uber *Varro* apud *Gell.* l. 7. c. 14. tribuit Pacuvio, gracile Lucilio, mediocritatem Terentio: quod postremum ipse *Gell.* paulo post *mixtum, moderatumque* appellat. Quæ autem a *Cicer. locis citat.* dicitur *mediocritas dicendi* est media facultas, et vis in uno ex his tribus generibus: et universim ad eloquentiam, non ad stilum, pertinet. ¶ Item ad conditionem et genus. *Vellei.* l. 2. c. 111. Habuit in hoc quoque bello mediocritas nostra speciosi ministri locum. et cap. 130. Si aut natura patitur, aut mediocritas recipit hominum, apud aures deorum de his queri. Simile est illud *Gell.* l. 14. c. 2. *ad fin.* Sed majus ego, altiusque id esse existimavi, quam quod meæ ætati et mediocritati conveniret, ut cognovisse et condemnasse de moribus viderer. ¶ Et ad rem familiarem. Inscript. sub Trajano, apud *Murator.* pag. 229. n. 8. Imp. Cæsari D. Nervæ F..... Julianus VIvir. Aug. de sua mediocritate testamento fieri, poniq. jussit. Adde aliam pag. 1405. n. 5. ¶ In plur. numero *Cic.* 4. *Acad.* c. 44. Mediocritates illi probabant, et in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum. Adde *Tuscul.* c. 10.

MEDIOCRĬTER, *moderately, indifferently, ordinarily,* μετρίως, μέσως, modice, medio modo, neque nimis neque parum. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 10. Corpus etiam si mediocriter ægrum est, sanum non est. *Id.* 5. *Fam.* ep. 12. *a med.* Ordo annalium mediocriter nos retinet: at ancipites variique casus habent admirationem, exspectationem, &c. *Plaut. Merc.* 2. 1. 13. Flagitium et damnum fecisse haud mediocriter. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 20. Ne mediocriter quidem disertus. *Terent. Heaut.* 2. 3. 45. Mulier mediocriter vestita veste lugubri. *Id. Andr.* 1. 1. 31. Horum ille nihil egregie præter cetera studebat: et tamen hæc omnia mediocriter. *pursued them all in some degree. Cic.* 5. *Verr.* c. 41. Quod mehercule, judices, mihi non mediocriter ferendum videtur. *ought not to be passed lightly over.* et *in fragm. contra competitor.* apud *Ascon.* Me ne aliorum quidem injurias mediocriter posse ferre. [¶ Comparat. *mediocrius* apud *Cic.* 1. *ad Att.* ep. 20. *a med.* Hoc vellem mediocrius.]

MEDIOLANENSIS, se, *of Milan, Milanese,* ad Mediolanum pertinens, ut Mediolanensis ager, apud *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 8. Mediolanensis præco, apud *Cicer. in Pison.* c. 26. Est autem *Mediolanum*, nunc *Milano*, urbs ampla et præclara Insubriæ, non procul a Ticino amne: condita a Gallis, ut est apud *Liv.* l. 5. c. 35. *extr.* ubi in quibusdam libris *Mediolanium* legitur, et apud *Strab.* l. 4. et 5. Μεδιολάνιον. *Auson. de clar.* urbib. 5. Et Mediolani mira omnia, copia rerum, Innumeræ cultæque domus, facunda virorum Ingenia, et mores læti, &c. Origo nominis varie ducitur: ab aliis ab oppido cognomine in Gallia in Santonibus relicto, ut est apud *Strabon.* lib. 4. ab aliis a *Medo*, et *Lano* conditoris populi ducibus: ab aliis ab invento eo loci sue lanato, simul, et setoso: cujus meminere *Claudian. de nupt. Honor. et Mar.* v. 183. et *Sidon. in carm.* epist. 17. l. 7. ¶ Patria Mediolanensis fuisse dicitur *Statius Cæcilius* Poeta comicus. [¶ *Mediolanenses* sunt urbis Mediolani, et illius regionis incolæ. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 8. Ut Mediolanenses faciunt in arboribus.]

[† MEDĬON, μηδίον, herba Mediæ peculiaris, dicta et trifolium. *Plin.* 27. 12.]

MEDIOXĬME, *et* Medioxume, *moderately,* mediocriter. Vox prisca. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 556. Quid est aliud, quod Delphice canat columna litteris suis, μηδὲν ἄγαν, quam nos facere ad mortalem modum medioxume, ut quondam patres nostri loquebantur?

MEDIOXĬMUS, et Medioxumus, a, um, *middlemost,* medius. *Plaut. Cist.* 2. 3. 67. Medioxumam quam duxit uxorem, ex ea nata est hæc virgo. *h. e.* mediam inter duas alias uxores, vel inter fictas, et veras nuptias unius uxoris. et 2. 1. 35. Ita me dii deæque, superi atque inferi, et medioxumi, itaque me Juno regina, &c. *h. e.* medium tenentes locum inter superos et inferos, vel naturæ mediæ inter mortalem et divinam: quales sunt, qui ex hominibus dii sunt facti. [† V. *Priscian.* p. 581. *Putsch.*] Paulo aliter *Apul.* l. 1. *de doctr. Plat.* Deorum trinas nuncupat species: quarum prima est unus et solus ille summus, quem patrem Orbis superius ostendimus. Aliud genus est, quale astra habent, ceteraque numina, quos cælicolas vocamus. Tertium habent, quos Medioximos Romani veteres appellant, quod et sui ratione, et loco, et potestate diis summis sunt minores, hominum natura profecto majores. Quidam apud *Servium ad* l. 3. *Æn.* v. 134. marinos deos interpretantur. Apud *Fest.* medioxumum est mediocre. *Scalig.* vult apud *Plaut.* legi *mediotumus*, ut a *quotus quotumus.*

MEDIPONTUS, i, m. *Cato de R. R.* c. 3. et 12. medipontos enumerat inter instrumenta torcularis: c. 3. Fibulas duodenas, medipontos privos loreos, trochleas Græcanicas binas, &c. cap. 12. Funes loreos quinque, subductarios quinque, medipontos quinque, trochleas quinque, &c. Utroque loco funes intelligere videtur, et quidem crassiores, aut etiam plures simul junctas, ad prelum vehementer deprimendum. *Turneb.* l. 8. *Adversar.* c. 6. ita dictos putat, quia *Medi*, h. e. Xersis *pontem* imitabantur, quo Hellespontum conjunxerat crassissimis funibus extentis. Al. leg. *melipontos* eodem sensu: quia Veteres *l*, et *d* sæpe commutabant, ut *Fest.* monet in *Medius.*

MEDITABUNDUS, a, um, *full of thought, meditating, pensive,* valde meditans, cogitabundus. *Justin.* lib. 38. cap. 3. *a med. de Mithridate.* Nam omnes has gentes, Romanum meditabundus bellum, variis beneficiorum muneribus jam ante illexerat.

MEDITĀMEN, inis, n. idem ac meditamentum, seu meditatio: *Sil.* l. 8. v. 326. lenti meditamina belli. *Prudent. Psychom.* v. 234. Desidiam pigro rerum meditamine palpent.

MEDITAMENTUM, ti, n. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 26. Ibi struenda acie, muniendo vallandoque, et ceteris belli meditamentis militem firmabant, *other military exercises.* apparatibus et exercitationibus militaribus. nam *meditari* est non solum cogitatione complecti, sed etiam re, et factis se ad aliquid præparare. Sic *Ann.* 15. cap. 35. Quin eum nobiles habere, quos ab epistolis, et libellis, et rationibus appellet, nomina summæ curæ, et meditamenta. In *lemmate* c. 10. l. 8. *Gellii* (quod intercidit) Grammaticus quidam præstigiosus, tempora verborum, et meditamenta puerilia ignorans. *h. e.* rudimenta, quæ pueri in scholis meditantur, et discunt. *rudiments, exercises.*

MEDITĀTE, adverb. *by premeditation, perfectly,* ἐσκεμμένως, cogitato, cum meditatione. *Plaut. Bacch.* 3. 6. 16. Næ tu illorum mores per quam meditate tenes. *idest* probe nosti ex longa meditatione, usu, et experientia. *Senec. de constant. Sapient.* c. 11. *in fi.* Probra meditate effundere. *designedly.*

MEDITATĬO, onis, f. *meditation, study, consideration, contemplation, thought,* σκέμμα, μελέτη, actus meditandi, cogitatio, commentatio. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 15. Stultam esse meditationem futuri mali, aut fortasse ne futuri quidem. ¶ Item exercitatio, qua ad aliquid præparamur, apud nos exercentes, et factitantes, quæ in ipsa re postea facienda erunt. *exercise, practice. Id.* 2. *de Orat.* cap. 27. Quos quidem locos multa commentatione atque meditatione paratos atque expeditos habere debetis. *Id. pro Cluent.* c. 30. Anni octo sunt, cum ista causa in ista meditatione versatur: cum omnia et ex hujus, et ex aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquiritis. *Id. Phil.* 9. c. 1. Servius in ipsa cura et meditatione obeundi sui muneris excessit e vita. *Id.* 2. *de Divin.* c. 46. Multi naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt, ut Demosthenes. *Id. de clar. Orat.* c. 37. Nulla meditationis suspicio: imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur. *Senec.* epist. 54. Suspirium medici meditationem mortis vocant. *Plin. in Paneg.* c. 13. Cum in illa meditatione campestri militaribus turmis imperatorium pulverem sudoremque misceres. *Plin. alter* l. 17. c. 19. Eum ramum omni interim tempore edomari meditatione curvandi. *h. e.* assuetudine. nam assuetudo frequenti usu atque exercitatione fit. ¶ *Rhetoricæ meditationes* apud *Gell.* c. 5. l. 20. sunt commentationes de præceptis dicendi.

MEDITATĪVUS, a, um, *meditative,* ad meditandum pertinens. *Meditativa verba* dicuntur a Grammaticis, quæ non actum, sed apparatum ostendunt, ut *parturio, lecturio, amaturio, esurio.* Ita *Diomed.* l. 1. pag. 336. *Putsch.* Adde *Priscian.* l. 8. pag. 825. *Servium in art. secund. Donati,* pag. 1789. *Cledon.* et alios.

MEDITĀTOR, oris, m. qui meditatur. *Prudent. Peristeph.* 2. *de S. Vincent.* v. 265. Hæc ille versutus vafra meditator arte struxerat. Alii leg. *meditatus.*

[* MEDITATORĬUM, ii, n. locus, ubi aliquid præparatur *Hieronym.* l. 2. *advers. Jovinian.* Pridianis epulis distendimur, et guttur nostrum meditatorium fit latrinarum. *h. e.* in nostro gutture præparatur, quod postea latrina suscipiat ac devoret. *Id. epist. ad Fabiolam de* XLII. *mansionibus Israelit. mansion. ult.* Succedit Deuteronomium, secunda lex, meditatorium Evangelii. *h. e.* quæ Evangelii doctrinam quodammodo præparavit.]

MEDITĀTUS, us, m. *meditation, thought,* meditatio, cogitatum. *Apul.* l. 3. *Metam.* Porro meditatus innoxios casus incertus, vel etiam adversus culpæ non potest addicere.

MEDITĀTUS, a, um, particip. a meditor. *having thought or meditated. Cic. Verr.* 4. c. 6. In Siciliam paratus ad prædam, meditatusque venire cupiebat. *well prepared.* et *Verr.* 3. c. 40. Qui meditati ad dicendum, paratique venimus. *et Phil.* 3. c. 14. *sub fin.* Consules multos menses de populi R. libertate commentati, atque meditati. ¶ Passiva significatione. *Id. de Harusp. resp.* c. 2. Nihil feci non diu consideratum, ac multo ante meditatum. *meditated, weighed, thought, studied, considered.* et cap. 26. Nocturnis vigiliis justitium illud conceptum et meditatum est. *Id.* 1. *Offic.* c. 8. *in fi.* Leviora sunt quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quæ meditata et præparata inferuntur. *Id.* 2. *Phil.* c. 34. Attuleras domo meditatum et cogitatum scelus. *et Phil.* 10. cap. 2. *extr.* Quod verbum tibi non excidit, ut sæpe fit, fortuito: scriptum, meditatum, cogitatumque attulisti. *Id.* 1. *de Orat.* c. 60. *sub fin.* Accuratæ et meditatæ commentationes. *Plin.* l. 26. c. 3. Torrenti et meditata oratione blandiri. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 31. Teneo omnia: in pectore condita sunt: meditati sunt doli docte. *Terent. Phorm.* 2. 1. 18. Meditata mihi sunt omnia mea incommoda, herus si redierit. *I have turned over in my mind all the inconveniences I shall be liable to, in the event of,* &c. *Ovid.* 7. *Met.* v. 727. Ut vidi, obstupui, meditataque pæne reliqui Tentamenta fide. *Gell.* l. 1. c. 7. Homo lectione multa exercitus, cui pleraque omnia veterum litterarum quæsita, meditata, evigilataque erant.

MEDITERRANĔUS, a, um, *inland, remote from the sea, mediterraneous,* μεσόγειος, qui in medio terrarum positus est, et a mari procul: cui opponitur maritimus. *Cic.* 7. *Verr.* c. 27. *ad fin.* Ad homines a navigando, rebusque maritimis remotissimos, ad Centuripinos, homines maxime mediterraneos. (Adde *Liv.* l. 35. c. 26.) et *Verr.* 5. c. 83. Enna mediterranea est maxime. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 21. *sub fin.* Mediterranei mare esse non credant. *Quintil.* l. 5. c. 10. *ante med.* Locus montanus, an planus; maritimus, an mediterraneus; consitus, an incultus. *Plin.* l. 5. c. 10. Mediterraneum commercium. et c. 28. Mediterraneæ jurisdictiones. *Plin. alter* l. 2. ep. 17. *sub fin.* Villa nostra etiam mediterraneas copias præstat, lac in primis. ¶ Geographi nunc vocant *mediterraneum mare, the Mediterranean sea,* quod ex Oceano per Gaditanum fretum se inferens, Africæ septentrionalem oram, Europæ meridionalem, occidentalem Asiæ magno tractu, ingentibusque sinibus alluit. Ex Latinis Scriptoribus qui sic appellaverit, inveni adhuc neminem. [Qui tamen sic appellaverit est *Isidor.* 13. *Orig.* c. 16. *init.* Mare magnum est, quod ab occasu ex Oceano fluit, et in meridiem vergit, deinde ad septentrionem tendit. Istud est et mediterraneum; quia per mediam terram usque ad Orientem perfunditur, Europam, et Africam, Asiamque disterminans.] ¶ *Mediterraneum* absolute, locus mediterraneus. *Plin.* l. 3. c. 1. *circa med.* Inter Bætim, et Oceani oram in mediterraneo est Segeda. *Id.* l. 33. *c. pænult. ad fin.* In mediterraneis Hispaniæ.

MEDITERRĔUS, a, um, *mediterrane,* mediterraneus. *Sisenna* apud *Fest.* melius *mediterreum,* quam *mediterraneum* dici putat: sed contra est usus.

MEDĬTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to muse or think upon, meditate, consider, weigh,* μελετάω, animo verso, mente cogito, commentor, considero, perpendo: a voce Græca allata, quæ a μέλει, curæ est. Dicitur autem fere de iis rebus, quæ a nobis faciendæ sunt, et antequam

fiant, versantur animo, atque expenduntur, ut recte fiant. *Cic. Fam.* 2. ep. 5. *in fin.* Ea para, meditare, cogita, quæ esse in eo viro debent, qui sit rempublicam in veterem dignitatem vindicaturus. et lib. 1. ep. 7. *a med.* Volo, ut hæc multo ante meditere, huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas. *Id.* 5. *Attic.* ep. 11. Ego hanc ἀνεξίαν in unum meditatus sum. *Id.* 2. *Agrar.* c. 5. *a med.* Jam designatus, alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur. *Id.* 1. *de Orat.* cap. 8. Age vero, ne semper forum, subsellia, rostra, curiamque meditere, &c. *Id. Fam.* 2. ep. 3. Quid sentiam, aut scribam ad te postea pluribus, aut, ne ad eam rem meditere, imparatum te offendam. *Id. Fam.* 1. ep. 6. *a med.* Hæc ob eam causam scribo, ut jam de tua quoque ratione meditere. *Nep. in Agesil.* c. 4. Cum animo meditaretur proficisci in Persas. *Cic.* 2. *Phil.* c. 45. *ad fin.* Multos annos regnare meditatus, magno labore, multis periculis. ¶ Præcipue vero *meditari* dicuntur, dum se præparant oratores verba facturi, et comici in scena acturi. *Plaut. Pers.* 4. 2. 4. Satin' estis meditati? *Sa.* Tragici, atque Comici nunquam æque sunt meditati. *are you quite prepared? Cic. pro Mur.* cap. 21. Simulatque candidatus accusationem meditari visus est, honorem desperasse videtur. *to meditate, prepare for.* et *sub fin. ep. ult.* l. 5. *ad Attic.* Meditare adversus Brutum causam meam. et lib. 1. *Offic.* c. 40. Si quis cum causam sit acturus, in itinere, aut in ambulatione secum ipse meditetur, &c. *Id. de clar. Orat.* c. 88. Nullum patiebatur esse diem, quin aut in foro diceret, aut meditaretur extra forum. *exercised or practised himself. Id. pro Flacc.* c. 5. Græcus testis cum ea voluntate processit, ut lædat, non jurisjurandi, sed lædendi verba meditatur. *Id. Attic.* l. 9. ep. 17. Ex ejus nuntio meditabor, quomodo cum illo loquar. *I shall make up my mind, in what way, &c. Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 1. Ego, te disputante, quid contra dicerem, mecum ipse meditabar. *Id. in Pison.* c. 25. Si ipse coram congredi poteris, meditare, quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas, atque restinguas. ¶ Sic Poetæ *meditari* dicuntur, dum carmina pangunt, postea recitaturi. *Virg. Ecl.* 6. v. 82. Omnia, quæ, Phœbo quondam meditante, beatus Audiit Eurotas, jussitque ediscere lauros. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 76. versus tecum meditare canoros. ¶ Hinc meditari pro memorare, *to speak, relate. Plaut. Pœn.* 4. 2. 18. Is quidem illi ut meditatur, verba facit emortuo. *Id. Pseud.* 4. 7. 107. Sycophanta hic nequam est, nugis meditatur male. ¶ Universim *meditari aliquid* est non solum cogitando persequi, sed etiam agendo, et præparando: atque adeo ponitur pro exercere, *to meditate, design, study, prepare, practise, exercise. Virg.* 3. *Georg.* v. 153. Inachiæ Juno pestem meditata juvencæ. *Id. Ecl.* 5. v. 60. Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis Ulla dolum meditantur. *Id.* 4. *Æn.* v. 171. Nec jam furtivum Dido meditatur amorem. et 10. *Æn.* v. 455. Stare procul campis meditantem in prœlia taurum. *Sil.* l. 17. v. 443. Silarum meditantem in prælia telo Prævenit. *Id.* l. 12. v. 711. Intenditque arcum, et pugnas meditatur Apollo. *Id.* l. 14. v. 677. *de Archimede.* meditantem in pulvere formas. *Plaut. Stich.* 2. 1. 34. Simulque ad cursuram meditabor me ad ludos Olympios. *Virg. Ecl.* 6. v. 8. Silvestrem tenui meditabor arundine Musam. *Plin.* l. 8. c. 32. Cervi editos partus exercent cursu, et fugam meditari docent. *Id.* l. 10. c. 29. *a med. de lusciniis.* Meditantur aliæ juniores, versusque, quos imitentur, accipiunt, et cap. 42. *de picis.* Meditantesque intra semet, cura atque cogitatione intentionem non occultant. *Id.* l. 11. c. 25. *de scorpione.* Semper cauda in ictu est: nulloque momento meditari cessat, ne quando desit occasioni. *Prudent. Cathemer.* 10. v. 132. semina meditantur aristas. *Sueton. in Ner.* c. 40. Meditari artem citharœdicam. *to study, practise.* et *in Tiber.* c. 65. fugam ad legiones. *et in Claud.* c. 32. edictum. *to purpose.* et *in Ner.* c. 20. Paulatim et ipse meditari, exercerique cœpit. ¶ Pro simplici considero, cogito, *Plaut. Bacch.* 3. 2. 1. Multis modis meditatus egomet mecum sum, et ita esse arbitror: homini amico nihil præstare. *Id. Trucul. prol.* v. 5. Meditor equidem, vobis me ablaturum sine mora. *I think; I imagine; my belief is.* ¶ Passiva significatione frequenter adhibetur in particip. præteriti. V. *Meditatus.* Sed et in præsenti *Minuc. Fel. in Octav.* c. 25. *sub fin.* Tractantur lenocinia, adulteria meditantur.

MEDITRĪNA, dea medendi. V. vocem sequent.

MEDITRINALĬA, um, festus dies ab Latinis celebratus quinto Id. Octobr. ut est in veteri Calendario apud *Gruter.* pag. 133. dictus a medendo, quod ut Flaccus flamen Martialis dicebat, hoc die solitum, vinum novum et vetus libari et degustari medicamenti causa. Quod facere solent etiam nunc multi cum dicunt: novum vetus vinum bibo: novo veteri morbo medeor. Hæc *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. *a med.* De his etiam *Festus:* Meditrinalia dicta hac de causa. Mos erat Latinis populis, quo die quis primum gustaret mustum, dicere ominis gratia: vetus novum vinum bibo: veteri novo morbo medeor. A quibus verbis Meditrinæ deæ nomen captum, ejusque sacra Meditrinalia dicta sunt. Hæc *Fest.* Huc pertinet aliquo modo illud *Plin.* l. 28. c. 2, *a med.* Cur ad primitias pomorum hæc vetera esse dicimus, alia nova optamus?

MEDITULLĬUM, ii, n. *the middle,* τὸ μέσον, medium, medietas, medium spatium: a *medius.* nam *tullium* est extensio vocabuli, nihil significans, ut *Cic. in Top.* c. 8. *ad fin.* docet, non secus ac *timus* in *finitimus,* et *legitimus,* et *æditimus. Festus* tamen dici putat a *medius,* et *tellus:* sed potior est *Ciceronis* auctoritas. *Apul.* l. 10. l. 10. *Metam.* In ipso meditullio scenæ. *et initio* l. 5. Videt fontem medio luci meditullio. *Id.* l. 2. *de doctr. Plat.* Virtutes in meditullio quodam vitiorum sunt sitæ.

MEDĬUM, ii, n. *the middle, midst,* μέσον, locus medius, spatium inter aliqua interjectum. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 17. Terrâ in medio mundi sita. *Al. leg.* mundo. *Virg.* 5. *Æn.* v. 401. In medium geminos immani pondere cæstus Projecit. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 136. Altius egressus cælestia tecta cremabis: Inferius terras: medio tutissimus ibis. *Liv.* l. 27. c. 48. *in fin.* et *Tacit.* 11. *Ann.* c. 21. Et jam diei medium erat. *Sallust. in Jug.* c. 49. In agmine in primis modo, modo in postremis, sæpe in medio adesse. *Virg.* 3. *Georg.* v. 488. medio stans hostia ad aras. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 64. Medio montium porrigitur planities. et lib. 13. c. 38. Auxilia pro cornibus, medio legionem constituit. et cap. 28. Medio temporis. *meanwhile,* inter hæc, interea. ¶ Translate est locus apertus, et omnium oculis expositus, publicusque, lux publica, cœtus hominum. *Terent. Phorm. prol.* v. 16. In medio omnibus palma est posita, qui artem tractant musicam. *lies open to all. Cic.* 4. *Verr.* c. 42. *a med.* Tabulæ sunt in medio. *are ready to be produced.* et *Fam.* 15. ep. 2. *a med.* Se tamen eam rem nunquam in medium propter periculi metum protulisse. *published; made public.* et *Verr.* 3. c. 11. Cum rem totam in medio proposuissem. et lib. 1. *de nat. Deor.* c. 6. Ponam in medio sententias philosophorum. *I will state.* et lib. 1. *de Orat.* c. 3. *sub fin.* Ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur: dicendi autem omnis ratio in medio posita, communi quodam in usu, atque in hominum more et sermone versatur. *is obvious or plain. Id. pro Dom.* c. 54. Hæc non sunt quæsita ex occulto aliquo genere litterarum, sed sumpta de medio, ex rebus palam actis, &c. ¶ *Verba e medio* sunt usitata omnibus. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 479. Munda sed e medio, consuetaque verba puellæ Scribite: sermonis publica forma placet. ¶ *Vocare in medium,* in dubium, in disceptationem, in judicium: quia quæ palam fiunt, aliter ab aliis judicantur. *Cic. pro Cluent.* c. 28. Incensi suspicione rem in medium vocare cœperunt, et causam illam totam deposcere. ¶ *In medio relinquere,* non decisum relinquere. *to leave undetermined or undivided. Cic. pro Cœl.* c. 20. Mulierem nullam nominabo: tantum in medio relinquam. *Sallust. in Catil.* c. 19. Sunt, qui dicant, &c. alii autem, &c. nos eam rem in medio relinquimus. Adde *Vellei.* l. 2. c. 48. ¶ *Pellere de,* vel *e medio,* extra consortium nostrum abigere. *Enn.* apud *Cicer. pro Mur.* c. 14. Pellitur e medio sapientia: vi geritur res. *is put out of the question.* et *Cic.* 3. *Offic.* c. 8. *a med.* Hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio. est enim totum sceleratum. ¶ *Tollere de,* vel *e medio* est ex communi usu sumere. *Pompon. Dig.* lib. 17. tit. 2. leg. 59. Quod in alea perdiderit socius ex medio non est laturus. *h. e.* e re societatis. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 45. Cum jacentia verba sustulimus e medio, ad nostrum arbitrium formamus, et fingimus. ¶ Item auferre, *to take away. Id. Verr.* 4. c. 71. Decumani tollendas de medio litteras censuerunt. ¶ Item e mundo tollere, occidere, *to cut off, kill, destroy. Id. pro Rosc. Amer.* c. 7. *extr.* Perfacile hunc hominem incautum, et rusticum, et Romæ ignotum de medio tolli posse. ¶ *E medio excedere,* aut *abire,* mori, *to die. Terent. Phorm.* 5. 7. 74. Cum e medio excessit, unde hæc suscepta est tibi. et 5. 8. 30. Ea mortem obiit, e medio abiit. ¶ Contra *in medio esse* aliquando est vivere, esse. *Id. Adelph.* 3. 5. 32. (*al.* 3. 4. 32.) Mater virginis in medio est, ipsa virgo, res ipsa. *is here; can be seen.* ¶ *Recedere,* aut *excedere de medio,* abire, se subducere, facessere. *to withdraw himself, retire. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 38. *sub fin.* Cur te mihi offers? recede de medio: per alium transigam. *Terent. Hecyr.* 4. 3. 13. Odiosa hæc est ætas adolescentulis: e medio æquum excedere est. ¶ *Venire,* et *procedere in medium,* comparere, coram venire. *Cic. Verr.* 4. c. 71. *ad fin.* Venient in medium: dicent, quid statuerint. *they will appear, will come forward.* et urbane lib. 1. *de Fin.* c. 5. Prima veniat in medium Epicuri ratio. *be brought forward.* et l. 2. *de Invent.* c. 14. Cum animus hac intentione omnes negotii partes considerabit, tum illi ipsi in medium conservati loci procedent. ¶ Per medium, *through a middle course,* nec nimis, nec parum. *Quintil.* l. 4. c. 2. *ante med.* Tanquam necesse sit, longam aut brevem esse expositionem, nec liceat ire per medium. ¶ *In medium* sæpe est in commune, in usum, et utilitatem omnium, *in common, for the public good. Cic.* 1. *Offic.* c. 7. Communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiundo. *Virg.* 11. *Æn.* v. 335. Consulite in medium, et rebus succurrite fessis. *Id.* 1. *Georg.* v. 126. Nec signare quidem, aut partiri limite campum Fas erat: in medium quærebant. *all things were in common. Tacit.* 4. *Hist.* c. 64. Bona interfectorum in medium cedant. *Liv.* l. 6. c. 6. *in fin.* Laudem conferentes potius in medium, quam ex communi ad se trahentes. *for the benefit of the public. Ovid.* 15. *Metam.* v. 66. Dare aliquid in medium. ¶ *In medio,* sub dio, *in the open air. Pallad.* l. 1. tit. 35. *a med.* Scorpios fugari posse, si aliqui ex eis urantur in medio. ¶ *Medium* pro dimidium, *the half or moiety of any thing. Varr.* l. 2. *R. R.* c. 7. *circa med.* Scillæ medium conterunt cum aqua. *Colum. de arborib.* c. 4. *ad fin.* Scrobem ad medium completo. *half-full.*

MEDĬUS, a, um, *mid, middle, in the middle, or midst,* μέσος, qui mensuratus æqualiter distat ab extremis: item quicumque inter duo, vel plura est positus, quamvis non æqualiter distet ab omnibus: a voce Græca allata: vel a *modus:* vel per syncopen a μεσσίδιος, quod apud *Hesych.* idem significat. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 50. Versus æque prima, et media, et extrema pars attenditur. *Id. de provinc. Consul.* c. 18. Ultimum, proximum, medium tempus. *Id.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 3. *a med.* Dixi pro Bestia apud prætorem, in foro medio, maximo conventu. *Virg.* 1. *Æn.* v. 701. aulæis jam se regina superbis Aurea composuit sponda, mediamque locavit. *h. e.* in medio loco. V. *Accumbo.* Sic *Ovid.* 3. *Fast.* v. 359. in solio medius consedit acerno. *Virg. Ecl.* 10. v. 65. Frigoribus mediis. *in the midst of winter.* et lib. 12. *Æn.* v. 201. medios ignes, et numina testor. *h. e.* qui in medio positi sunt. et lib. 2. v. 508. et medium in penetralibus hostem. *h. e.* qui est in mediis penetralibus. *Id.* 10. *Æn.* v. solio tum Jupiter aureo Surgit, cælicolæ medium quem ad limina ducunt. *lead in the midst. Ovid.* 6. *Fast.* v. 247. Aspicit instantes, mediis sex lucibus, Idus Illa dies. *six days being interposed. Sueton. in Cæs.* c. 76. et *Justin.* l. 2. c. 4. et lib. 3. c. 2. Medio tempore. *in the meantime, meanwhile,* inter hæc, interea. *Varr.* apud *Gell. c. ult.* l. 13. Vinum novum, vetus, medium. *h. e.* neque novum, neque vetus. ¶ Cum ablat. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 16. v. 13. Non ego, si medius Polluce et Castore ponar, In cæli sine te parte fuisse velim. *Vellei.* l. 1. c. 2. Peloponnesii, Megaram, mediam Corintho Athenisque urbem condidere. ¶ Cum præposit. *Inter. Sallust. in fragm.* apud *Servium ad Æn.* 1. v. 701. Discubuit medius inter Tarquinium et Perpernam. *Cic. Phil.* 8. c. 1. Cum inter bellum et pacem medium nihil sit. ¶ Cum genitivo Græcorum more. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 19. Locum esse delectum, medium regionum earum, quas, &c. *Ovid. Metam.* 6. v. 409. Qui locus est medius juguli, summique lacerti. *Id.* 5. *Fast.* v. 67. Et medius juvenum, non indignantibus ipsis, Ibat, et interior, si comes unus erat. *Stat.* 4. *Theb.* v. 683. mediusque silentum incipit. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 564. medius fratrisque sui, mœstæque sororis Jupiter. *Sil.* l. 1. v. 307. Concidit exacti medius per viscera teli. *h. e.* telum habens exactum per media viscera. *hypallage.* ¶ *Media* res aliqua dicitur, in cujus medio fit aliquid. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 24. In colle medio aciem instruxit. *half way up the hill. Terent. Andr.* 4. 4. 37. Provolvere aliquem in mediam viam. *into the middle of the street. Cic. pro Cluent.* c. 10. In media potione exclamavit. *while he was drinking.* et *Virg.* 4. *Æn.* v. 76. Incipit affari, mediamque in voce resistit. *in the midst of her speech,* et l. 12. v. 452. It mare per medium. Rursus *Terent. Eun.* 4. 7. 4. In medium huc agmen cum vecti, Donax. *Id. Adelph.* 3. 2. 18. Medium arripere aliquem. *by the middle.* et *Virg.* 10. *Æn.* v. 815. exigit ensem Per medium Æneas juvenem. et lib. 2. v. 218. angues Laocoonta medium amplexi. et lib. 10. v. 484. clypeum medium cuspis transverberat. et lib. 12. v. 477. medios Juturna per hostes Fertur equis. et lib. 11. v. 148. et lib. 10. v. 576. At non Evandrum potis est vis ulla tenere, Sed venit in medios. Sic lib. 10. v. 20. Turnusque feratur Per medios insignis equis. *Ovid. Metam.* 12. v. 484. medio ense jugulare aliquem. *h. e.* media ensis acie, non mucrone. *with the edge of the sword.* ¶ Aliquando *medius* est dimidius. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 7. *a med.* Hieme demunt cibum medium. *half their food. Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* Prid. non. Maias Nepa medius occidit. *sets half.* et *Pallad. in Januar.* tit. 18. In eo vino medium croci scrupulum, et folii unum scrupulum mittis. *half a scruple. Capitolin. in Anton. Pio,* c. 4. *extr.* Aurum coronarium Italicis totum, medium provincialibus reddidit. ¶ *Medius dies* est meridies. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 30. Cui pulcrum fuit in medios dormire dies. *until mid-day. Virg.* 3. *Georg.* v. 303. Stabula ad medium conversa diem. ¶ Translate *medius* est anceps, ambiguus, et qui in utramque partem facile trahi potest. *inclining either way, having a middle signification, doubtful, ambiguous. Liv.* l. et cap. 39. Medio responso spem ad voluntatem interpretantibus fecerat, cessurum Patrum auctoritati esse. *Gell.* l. 12. c. 9. Vocabula media et communia. *h. e.* quæ duas res contrarias significare possunt, ut *valetudo, facinus, venenum, medicamentum.* Similiter *medias artes* vocat *Quintil.* l. 2. c. 20. quæ neque laudari per se, neque vituperari possunt, sed utiles, aut secus secundum mores utentium sunt. ¶ Item mediocris. *moderate, middling, ordinary, indifferent. Liv.* l. 5. c. 37. Delectum nihilo accuratiorem, quam ad media bella haberi solitus erat, habebant. *Vellei.* l. 2. c. 29. *de Pompeio.* Innocentia eximius, sanctitate præcipuus, eloquentia medius. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 49. Galbæ medium ingenium, magis extra vitia, quam cum virtutibus. *Vellei.* l. 2. c. 67. Fuisse in proscriptos uxorum fidem summam, li-

bertorum mediam, servorum aliquam, filiorum nullam. *Spartian. in Vero*, c. 3. Etsi non summi, medii tamen obtinuit ducis famam. *Phædr.* l. et fab. 2. v. 3. Ætatis mediæ vir. *middle-aged.* nec senex, nec juvenis. ¶ Item modicus, temperatus, moderatus. *temperate, moderate. Liv.* l. 2. c. 49. Nihil medium nec spem, nec curam, sed immensa omnia volventes animo. *Id.* l. 27. c. 25. Aliis senatus consulto notantibus, &c. aliis præmia decernentibus, &c. mediis ad censores notionem de eo pertinere dicentibus. *those that steer a middle course. Plin.* l. 4. ep. 9. Medium quiddam tenere. ¶ Item qui ad duas res contrarias æque aptus est. *Horat.* l. 2. od. 19. v. 28. Pacis eras, mediusque belli. *Liv.* l. 1. c. 32. Medium erat in Anco ingenium, et Numæ, et Romuli memor. *Vellei.* l. 2. c. 114. Agebat medium plurima dissimulantis, aliqua inhibentis. ¶ Item qui duarum factionum neutri inclinat. *inclined to neither side, favouring neither party, neutral. Liv.* l. 40. c. 20. Hos tanquam medios, nec in alterius favorem inclinatos, miserat rex. *Cic.* 10. *ad Attic.* ep. 8. *ante med.* In Italia nos sedentes quid erimus? nam medios esse jam non licebit. *Vellei.* l. 1. c. 9. Eumenes in eo bello medius fuit animo. et lib. 2. c. 21. Se dubium mediumque partibus præstitit. ¶ Item qui se interponit ad componendam litem. *a mediator, intercessour. Virg.* 7. *Æn.* v. 536. Dum paci medium se se offert. *Sil.* l. 16. v. 222. Haud deformis erit vobis ad fœdera versis Pacator mediusque Syphax. *Ovid. de remed. amor.* v. 678. Nunc mediis subeant irrita verba deis. *h. e.* vana juramenta, in quibus dii, tanquam medii, invocantur. ¶ Et qui quocumque modo intervenit. *Virg.* 1. *Æn.* v. 686. Ne qua scire dolos, mediusve occurrere possit.

MEDĪUS FIDIUS. V. *Fidius.*

MEDIX. V. *Meddix.*

MEDIXTUTĬCUS. V. *Mediastuticus.*

MEDOĀCUS, et Meduacus, i, m. hod. *Brenta*, Μεδόακος, fluvius Venetiæ, seu Marchiæ Tarvisianæ, qui oritur ex Alpibus Tridentinis, et in mare Hadriaticum a Venetiis 5. M. P. excipitur. *Liv.* l. 10. c. 2. ¶ Duos Medoacos memorat *Plin.* l. 3. c. 16. qui Edronem portum constituunt, ubi nunc *Chioza*: quibus quid intelligat, V. apud Geographos.

MEDON, ontis, m. Μέδων, unus e Centauris, apud *Ovid.* 12. *Metam.* v. 303. ¶ Item filius Codri Atheniensium regis, qui primus in patria Archon fuit: a quo posteri apud Atticos *Medontidæ* dicti. *Vellei.* l. 1. c. 2. ¶ Item unus e Procis Penelopes, apud *Sabin. in epist. Ulyss. ad Penelop.* v. 47. Certe ego, cum Antinoum, Polybumque, Medontaque legi, &c.

MEDONTĬDÆ. V. in voce præced.

MEDULLA, æ, f. *the marrow of bones*, μυελὸς, substantia illa, quæ est in ossibus animalium: a *medius*: vel a voce Græca allata, *d* inserta. *Horat.* epod. 5. v. 37. Exesa uti medulla et aridum jecur Amoris esset poculum. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 208. Visceraque et carnes, cumque albis ossa medullis. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 67. *Hard.* Spina adnectitur lumbis, tereti structura, per media foramina a cerebro medulla descendente. ¶ De interiore plantarum parte, quæ tenera est, et fungosa, et albescens. *the pith, or heart, of trees and herbs. Colum.* l. 3. c. 18. *ad fin.* Per apertam vitis medullam nimius humor trahitur. *Plin.* l. 16. c. 25. *sub fin.* Sambuco medulla plurima, nulla corno. *Id.* l. 26. c. 11. *a med.* Medullam a caule eximere. ¶ Item de aliis rebus. *Plin.* l. 18. c. 9. Frumenta, quæ salsa aqua sparsa moluntur, candidiorem medullam reddunt. *h. e.* farinam. *flour, meal. Id.* l. 37. c. 5. *in fin.* Quidam putant, beryllos perforatos gratiores fieri, medulla candoris exempta. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 111. Medullis montis cæsis. *Apul.* l. 1. *de dogm. Plat. sub fin.* Venas per medullas renum commeare. *h. e.* per medios renes. ¶ Eleganter *medullas* ponimus, cum quid penitus in nobis fieri significamus. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 10. Cum hic fervor animi inveteraverit, et tanquam in venis medullisque insiderit. *Virg.* 4. *Æn.* v. 66. est mollis flamma medullas Interea, et tacitum vivit sub pectore vulnus. *Senec.* epist. 114. *sub fin.* Cum magis ac magis vires morbus exedit, et in medullas nervosque descendere deliciæ. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 28. Certius accipiet damnum, propiusque medullis. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 5. v. 9. Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis. *Id.* 2. *Amor. el. ult.* v. 43. Mordeat ista tuas aliquando cura medullas. *Propert.* l. 1. el. 9. v. 21. Pueri totis arcum sentire medullis. *Catull.* carm. 35. *ad Cæcil.* v. 15. misellæ Ignes interiorem edunt medullam. *Cic. Fam.* 15. ep. 16. Qui mihi hæres in medullis. *art ever fixed in my mind and heart; art ever near my heart.* et *Attic.* 15. epist. 4. Quæ mihi sunt inclusa medullis. ¶ Dicitur et de cujuspiam rei penitiore parte, et cariore. *Plaut. Stich.* 2. 2. 17. Cum misero medullam ventris percepit fames. *Cic. Phil.* 1. c. *ult.* Aderant, et in medullis populi R. ac visceribus hærebant. *Quintil.* l. 2. c. 1. *ad fin.* Communes loci, qui in mediis litium medullis versantur. *Tibull.* lib. 3. eleg. 1. v. 25. Teque suis jurat caram magis esse medullis. ¶ Item de eo, quod in quaque re est præcipuum, et omnem ejus rei vim continet. *the prime or quintessence of any thing. Enn.* apud *Gell.* l. 12. c. 2. Flos delibatus populi, et suada medulla. Apud *Cicer. de clar. Orat.* habetur cap. 15. suadæque medulla. *the marrow of persuasion; an excellent speaker. Gell.* l. 18 c. 4. Neque primam tantum cutem ac speciem sententiarum, sed sanguinem quoque ipsum, ac medullam verborum eruere, atque introspicere.

MEDULLĀRIS, re, *medullary*, ad medullas pertinens. *Apul.* l. 7. *Metam.* Fustium ictibus persæpe dedolabar, ut usque plagarum mihi medullaris insideret dolor.

MEDULLĀTUS, a, um, medulla, seu adipe plenus. *Apul.* l. 2. *de dogm. Plat.* Medullati nimia cura artus. Al. leg. *medicati. Venant. Fortun.* l. 3. carm. 6. *extr.* Adde medullata in templis holocausta sacerdos. Adde *Paulin. Nolan.* carm. 23. (*al.* 15.) v. 317.

MEDŬLI, orum, populi Galliæ Aquitanicæ infra Burdigalam, inter Garumnam et Oceanum. *Auson.* epist. 4. v. 2. Paganum Medulis jubeo salvere Theonem.

MEDULĬCUS. V. in *Medulus.*

MEDULLI, orum, populi Alpini in Sabaudia. *Inscript. trophæi C. Jul. Cæs.* apud *Plin.* l. 3. c. 20. et *Vitruv.* l. 8. c. 3. *ad fin.*

MEDULLĪNUS, a, um. *Auson.* ep. 5. v. 27. lintea veli Pande: Medullini te feret aura noti. *h. e.* venti e regione Medullorum flantis. [¶ Fuit etiam cognomen Romanum. Hinc Furius Medullinus apud *Liv.* lib. 4. c. 25. et Livia Medullina Claudii imperatoris sponsa apud *Sueton. in Claud.* c. 26.]

MEDULLĪTUS, adverb. *in the very marrow, intimately, cordially, affectionately*, ἐν μυελοῖς, ἐκ μυελῶν, in ipsis medullis, usque ad medullas. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 544. Medullitus aquiloniam intus servat frigedinem. ¶ Translate est penitus, imitus. *Enn.* apud *Non. ibid.* et c. 1. n. 140. Enni poeta salve, qui mortalibus Versus propinas flammeos medullitus. *Plaut. Trucul.* 2. 4. 85. Ostendit se se jam mihi medullitus, se mihi infidelem nunquam, se viva, fore. *Id. Mostell.* 1. 3. 86. Amare medullitus aliquem. *Apul. in Florid.* n. 18. *sub fin.* (*al.* l. 4.) Summis medullitus viribus contendere. et lib. 10. *Metam.* Medullitus dolore commotus. *et post init.* l. 4. Medullitus ingemere. *in his inmost soul. Prudent. Hamartig.* v. 392. ferit ille medullitus omnes Nequitias, spargitque suos per membra ministros.

[* MEDULLĬUM, i, n. quod intus est. *Symmach.* orat. 2. *ad Valentinian.* c. 23. Dum orbis secreta rimaris, dum in medulliis barbarorum non tentoria, sed tecta constituis, triumphum egisti. *h. e.* in medio barbarorum. Fortasse legendum esset *medullis*, licet Cod. diserte habeat *medulliis.*]

MEDULLOR, aris, passiv. 1. medulla impleor. *Augustin. de anim.* et ejus *orig.* l. 4. c. 5. Quando ossa durari, quando incipiunt medullari.

MEDULLŌSUS, a, um, *full of marrow*, μυελόεις, medullam habens. *Cels.* l. 8. c. 4. *a med.* Hinc humerus incipit, extremis utrinque capitibus tumidus, mollis, sine medulla: medius teres, durus, medullosus.

MEDULLŬLA, æ, f. diminut. parva medulla. *Catull.* carm. 25. *in Thallum*, v. 2. Mollior cuniculi capillo, vel anseris medullula.

MEDŬLUS, a, um, ad Medulos Galliæ Aquitanicæ populos pertinens. *Plin.* l. 32. c. 6. Cyzicena ostrea suaviora Medulis. Hæc ostrea laudat *Auson.* epist. 7. v. 1. Ostrea Baianis certantia, quæ Medulorum Dulcibus in stagnis reflui maris æstus opimat. Adde epist. 9. v. 18. Legitur et *Medullus.* ¶ Apud *Sidon.* l. 8. ep. 12. *ad fin. Medulica supellex* hæc ipsa ostrea significat.

MEDUS, a, um, Μῆδος, ad Mediam Asiæ regionem pertinens: et sæpe latiore usu ponitur pro Persico, Assyrio, Parthico. *Virg.* 4. *Georg.* v. 211. Medus Hydaspes. *Horat.* l. 1. od. 27. v. 5. Vino et lucernis Medus acinaces Immane quantum discrepat. *Id.* l. 2. od. 9. v. 21. Medum flumen. *h. e.* Euphrates. Alii volunt, *Medum* esse nomen proprium fluvii in Media. *Propert.* l. 3. eleg. 10. v. 11. Medæ sagittæ. ¶ *Medi, orum*, Mediæ populi: *the Medes*: et pro Parthis sæpe ponuntur. *the Parthians. Horat.* l. 1. od. 2. *extr.* Neu sinas Medos equitare inultos. *Lucan.* l. 8. v. 386. Medos prœlia prima Exarmant, vacuæque jubent remeare pharetræ. *Pers.* sat. 3. v. 53. Medi braccati. *Horat.* l. 2. od. 16. v. 6. pharetra decori. ¶ In sing. num. *Horat.* l. 4. od. 14. v. 42. Medusque, et Indus, te profugus Scythes Miratur. *Val. Flacc.* l. 5. v. 604. Medus pervigil.

MEDŪSA, æ, f. Μέδουσα, filia Phorci ex Ceto marina bellua, quæ una cum duabus sororibus Euryale, et Sthenyone Gorgadas insulas in Oceano Æthiopico tenuisse fertur. Unde et Gorgonis appellatur. Hæc cum esset insigni forma, etiam habuit inter alia decoris spectabilia crines proxime ad auri colorem accedentes, quorum splendore captus Neptunus, in Minervæ templum cum ea concubuit, unde postea natus est Pegasus equus. Quam injuriam Minerva gravi, et iniquo animo ferens, Medusæ crines, quibus maxime amatori suo placuerat, in angues mutavit, deditque, ut omnes eam aspicientes in lapides verterentur. Quamobrem cum nemo tam immane monstrum intueri posset, Perseus Jovis, et Danaes filius, Mercurii talaribus, et falcato ense accepto, Palladis item scuto, ut ære repercussam effigiem ejus videre impune posset, ex improviso, cum ipsa anguesque sopiti essent, adortus, uno validissimo ictu peremit. In patriam redeunte Perseo, cum Medusæ caput secum deferret, contigit, ut guttæ sanguinis decidentes per solitudines Africæ mutarentur in serpentes. V. *Lucan.* l. 9. v. 624. *et sequentib.* et *Ovid.* 4. *Metam. in fin.* et vers. 614. et *Serv. ad* l. 2. *Æn.* v. 616. et ad lib. 6. v. 289. ¶ Ipsum autem Medusæ caput Minervæ gestamen est. V. in voce sequenti.

MEDUSÆUS, a, um, Μεδουσαῖος, ad Medusam pertinens. *Ovid. Metam.* 10. v. 22. ut villosa colubris Terna Medusæi vincirem guttura monstri. et lib. 5. v. 249. Medusæum os. *Medusa's head. Id.* 5. *Fast.* v. 8. Medusæus equus. *h. e.* Pegasus. et lib. 5. *Metam.* v. 312. fons. *h. e.* Pegasi ungula elicitus. *Martial.* l. 7. epigr. 1. Medusæa coma. Al. leg. *dea*, et est Minerva, quæ in clypeo, vel lorica Medusæ caput gestare dicitur, ut est apud *Virgil. Æn.* 8. v. 435. *Senec. in Herc. Fur.* v. 901. et *Sil.* l. 9. v. 441. et lib. 10. v. 435.

MEFANCILUM, teli missilis genus, apud *Festum*: ubi Critici corrigunt *mesancylum*, μεσάγκυλον, h. e. amentatum jaculum (a μέσος, medius, et ἀγκύλη, ansa, amentum) cujus meminit *Gell.* l. 10. c. 25.

MEGABYZUS, i, m. Μεγάβυζος, nomen viri apud Persas. nam apud *Plin.* l. 35. c. 10. et 11. est nomen sacerdotis Dianæ Ephesinæ: apud *Justin.* l. 7. c. 3. ducis exercitus Darii regis. Videtur etiam esse nomen insignis cujuspiam eunuchi, distorti, et deformis, inter effeminatos Persicorum regum ministros. *Quintil.* l. 5. c. 12. An vero statuarum artifices, pictoresque clarissimi, cum corpora quam speciosissima fingendo pingendove efficere cuperent, nunquam in hunc inciderunt errorem, ut Bagoam, aut Megabyzum aliquem in exemplum operis sumerent sibi, sed Doryphorum illum aptum vel militiæ, vel palæstræ, &c.

MEGÆRA, æ, f. *one of the furies*, Μέγαιρα, Furia Infernalis, filia Acherontis, et Noctis: a μεγαίρω, odi, sive invideo. *Virg.* 12. *Æn.* v. 845. Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ, Quas, et Tartaream Nox intempesta Megæram Uno eodemque tulit partu. V. *Furiæ.*

MEGALENSIS, se, ad Megalesia pertinens: a μεγαλήσιος, inserta *n*: ut Megalenses ludi, apud *Gell.* l. 2. c. 24. et *Tacit.* 3. *Ann.* c. 6. *extr.* et Megalensia sacra, apud *Plin.* l. 7. c. 37. Absolute *Cic.* 2. *Fam.* ep. 11. Scripsi hæc ipsis Megalensibus. *h. e.* ipsis diebus, quibus Megalesia fiunt. Sic *de Harusp. resp.* c. 12. Ludi, quos in Palatio nostri majores ante templum, in ipso Matris conspectu, Megalensibus fieri voluerunt. ¶ Megalensis purpura *Martial.* l. 10. epigr. 41. est qua Prætor amictus ludos Megalenses edebat.

MEGALESĬA, orum, n. Μεγαλήσια, dies dicatus Magnæ Matri deorum, et ludi, qui celebrabantur ante ejus templum. Alio nomine *Ludi Megalenses* dicebantur Latina terminatione: a μεγάλη, magna. Differunt a ludis magnis, seu Romanis, qui per excellentiam *Circenses* vocantur, et a *Marone* 8. *Æn.* v. 636. conjunctim *magni Circenses.* Nam ludi magni fiebant Jovi, Junoni, et Minervæ, ut constat ex *Cicer. Verr.* 7. c. 14. at Megalenses fiebant deum Matri, ut patet ex *Cicer. de Harusp. resp.* c. 11. et diserte scribit *Fest.* in voce *Romani.* Deinde ludi magni instituti sunt a Tarquinio Prisco, cujus opus esse Circum maximum, qui et antiquissimus et nobilissimus inter Circos fuit, scribit *Dionys.* l. 4. at Megalenses instituti sunt multo post, sub finem belli Punici secundi, M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano Coss. A. U. DXLVIII. ut est apud *Liv.* l. 29. c. 14. *extr.* ubi agit de advectione ejus deæ. Præterea ludi magni fiebant pridie Non. Sept. ut colligimus ex *Verr.* 2. c. 10. Megalesia vero celebrabantur pridie Nonas Aprilis, ut testatur *Ovid.* 4. *Fast.* v. 179. vel prid. Id. April. ut est apud *Liv.* l. 29. c. 14. *extr.* quamquam corrigendum ex *Ovidio Livium* quidam putant. Denique ludi magni, quanquam et scenici fuerint, quod ex *Livii* l. 31. c. 4. et lib. 7. c. 2. apparet, proprie tamen Circenses erant: at Megalenses proprie erant scenici, ut *Ovid. ibid.* v. 187. et *Liv.* l. 36. c. 16. et lib. 34. c. 54. indicant. Hinc ex *Terentii* sex Comœdiis quatuor Ludis Megalensibus actæ dicuntur. *Cic. de Harusp. respon.* c. 12. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri majores ante templum in ipso Matris conspectu Megalensibus fieri, celebrarique voluerunt? *et paulo post.* Qui ludi ne verbo quidem appellantur Latino, ut vocabulo ipso et appetita religio externa, et Matris Magnæ nomine suscepta declaretur. *Id. ibid.* c. 11. Ni tu Megalesia illo die spectare voluisses, &c. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 357. Institeram, quare primi Megalesia ludi Urbe forent nostra; cum dea (h. e. *Erato.*) (sensit enim) Illa (*Cybele*) deos, inquit, peperit. cessere parenti: Principiumque dati Mater honoris habet. *h. e.* primi tum dignitate, quia Matri omnium deorum sacri: tum ordine temporis, quia ab initio novi anni, quod a Martio mense ducebatur, statorum Ludorum primi erant: ceterum *Romani* multo antiquiores Romæ fuerunt. ¶ De conviviis, quæ per Megalesia agitabantur, V. in *Mutito.* ¶ Olim Latine dicebant *Ludi Megalesia* pro *Ludi Megalenses*: quod faciem solœcismi habet: sic *Ludi Floralia*, teste *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* c. 9.) *a med.*

MEGALESIĂCUS, a, um, adject. a Megalesiis ludis. *Juvenal.* sat. 11. v. 191. Megalesiacæ spectacula mappæ.

MEGALĪUM, n. *a kind of ointment*, unguenti genus ex oleo balanino, balsamo, calamo, junco, xylobalsamo, casia, resina. Hujus proprietas, ut ventiletur in coquendo, donec desinat olere: rursus refrigeratum, odorem suum capit. Hæc *Plin.* l. 13. c. 1. *a med.* ubi addit propter gloriam ita esse appellatum, nempe μεγαλεῖον, a magnis viribus: alii aliunde appellationem arcessunt. Scribunt et *megallium.*

MEGALOGRAPHĬA, æ, f. *a drawing of pictures on a large scale*, μεγαλογραφία, a μέγας, magnus, et γράφω, pingo, picturæ genus est, qua efformantur grandia et magnifica, ut simulacra deorum, fabularum explicationes, et hujusmodi: sicut ῥυπαρογραφία, qua res sordidæ et humiles. *Vitruv.* c. 4. et 5. l. 7.

MEGALOPOLITĀNUS, a, um, ad Megalopolim pertinens, quæ est urbs Arcadiæ in Peloponneso, Polybii patria, Μεγαλόπολις. [*Liv.* l. 36. c. 13. et 14. Philippus Megalopolitanus.] Hinc *Megalopolitani, orum*, ejus urbis cives. *Liv.* l. 32. c. 22. et *Plin.* l. 4. c. 6. et lib. 2. c. 106. [¶ Iidem etiam dicuntur *Megalopolitæ* a *Liv.* l. 28. c. 8. et l. 35. c. 27.]

MEGĂRA, æ, f. *et* Megara, orum, n. plur. τὰ Μέγαρα, urbs Achaiæ in confinio Atticæ, et Peloponnesi, prope intimum recessum sinus Saronici, patria Euclidis Geometræ. *Plin.* l. 4. c. 7. *Gell.* l. 6. c. 10. Qui Megaris civis esset. *Senec. de constant. Sapient.* c. 5. Megara Demetrius cœperat. *Ovid. de remed. amor.* v. 797. Daunius, an Libycis bulbus tibi missus ab oris, An veniat Megaris, noxius omnis erit. *Plaut. Merc.* 3. 4. 61. Megara, Eretriam, Corinthum, Chalcidem. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 27. Cum duo Arcades iter facerent, et Megaram venissent. *Sulpic. ad Cicer.* 4. *Fam.* ep. 5. Megaram versus navigare. ¶ *Megaribus* in ablat. plur. pro *Megaris* dixit *Plaut. Pers.* 1. 3. 87. ¶ Est etiam oppidum Siciliæ in ora ejus orientali. *Serv. ad Ecl.* 1. v. 55. et *ad Æn.* 3. v. 689. ¶ Fuit hoc nomine et uxor Herculis, Thebana, Creontis filia, quam maritus furens una cum filiis occidit. *Hygin.* fab. 31. et 241. et *Senec. in Herc. Fur.* v. 1024. [¶ *Megara, æ*, m. est nomen viri fortissimi e Numantia apud *Flor.* l. 2. c. 18.]

MEGAREĬUS, a, um, ad Megareum pertinens. *Ovid. Metam.* 10. v. 659. Megareius heros. *h. e.* Hippomenes Megarei Neptuni filii filius, ut est apud *Hygin.* fab. 157. et 185. ¶ Item ad Megara urbem pertinens. *Stat.* 12. *Theb.* v. 219. magno Megareia præceps Arva rapit passu.

MEGARENSIS, e, ad Megara urbem pertinens. *Gell.* l. 6. c. 10. Tanto Athenienses odio flagrabant finitimorum hominum Megarensium. *Plin.* l. 7. c. 57. Nicias Megarensis.

MEGĂREUS, i, m. trisyllab. Μεγαρεὺς, filius Neptuni, vel Onchesti Neptuni filii, et Œnopes Epopei filiæ, pater Hippomenis ex Merope. *Hygin.* fab. 157. et 185. *Ovid. Met.* 10. v. 605. Namque mihi genitor Megareus Onchestius: illi Est Neptunus avus: pronepos ego regis aquarum. Al. aliter leg.

MEGARĒUS, a, um, *Megarean, Megarensian*, Μεγαρεῖος, Megarensis. *Cic.* 4. *Acad.* c. 42. Euclides Socratis discipulus, Megareus. ¶ *Megarea* in accus. plur. dicuntur ab *Ovid.* de Megara Siciliæ, lib. 4. *Fast.* v. 471. Liquerat Ortygien, Megareaque, Pantagienque. Quod *Virg.* dixit 3. *Æn.* v. 688. vivo prætervehor ostia saxo Pantagiæ, Megarosque sinus.

MEGARĬCUS, a, um, Megarensis. *Plin.* l. 17. c. 7. Megaricus ager. *Id.* l. 25. c. 13. Megarica cicuta. *Id.* l. 31. c. 7. Megaricus sal. ¶ *Megaricos bulbos* laudant *Cato R. R.* c. 8. *Ovid. de remed. amor.* v. 798. *Colum.* l. 10. v. 106. et *Plin.* l. 19. c. 5. *ad fin.* et lib. 20. c. 9. *sub fin.* ¶ *Megarici philosophi* dicti sunt ab Euclide Socratis discipulo, qui Megarensis fuit. Hi id bonum solum esse dicebant, quod esset unum, et simile, et idem semper. *Cic.* 4. *Acad.* c. 42. et 3. *de Orat.* c. 17. ¶ *Megaricus sinus* est pars sinus Saronici prope Megara. *Plin.* l. 4. c. 12.

MEGĂRIS, idis, f. Μεγαρὶς, regio Achaiæ circa Megara ad sinum Saronicum, inter Phocidem, et Atticam. *Plin.* l. 4. c. 7. ¶ Item insula maris Tyrrheni inter Pausilypum, et Neapolim. *Id.* l. 3. c. 6. ¶ Item oppidum Siciliæ, quæ et *Megara. Id. ibid.* c. 8.

MEGĂRUS, a, um, Megarensis. De Megara Siciliæ *Virg.* 3. *Æn.* v. 688. vivo prætervehor ostia saxo Pantagiæ, Megarosque sinus.

MEGISTĀNES, um, m. plur. *grandees, nobles, peers*, μεγιστᾶνες, proceres, primates regni, qui cum rege versari, et epulari solent: a μέγιστος, maximus. *Senec.* ep. 21. Omnes illos megistanas, et satrapas, et regem ipsum oblivio alta suppressit. *Sueton. in Calig.* c. 5. Regum etiam regem convictu megistanum abstinuisse: quod apud Parthos justitii instar est. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 27. Megistanas Armenios pellit sedibus, castella eorum exscindit.

MEHE pro *me* ἀρχαϊκῶς. V. in *Ego.*

MEHERCŬLE, *et* Mehercules, *et per syncop.* Mehercle, νὴ τὸν Ἡρακλέα, adverb. jurandi per Herculem. *by Hercules, in very truth.* V. *Mecustor. Cic. Fam.* 2. ep. 11. Mihi mehercule magnæ curæ est ædilitas tua. *Id.* 5. *Attic.* ep. 16. Mehercule etiam adventu nostro reviviscunt justitia, abstinentia, &c. *Terent. Eun.* 3. 1. 26. Pulcre mehercule dictum, et sapienter. ¶ *Mehercules* quamvis minus *Ciceroni* placeat, quam *mehercule*, ut est *in Orat.* c. 47. legitur tamen pro *Planc.* c. 26. Vere mehercules hoc dicam. ¶ Est juramentum virorum proprium. Nusquam enim, inquit *Gell.* l. 11. c. 6. scriptum invenire est apud idoneos scriptores, aut *mehercule* feminam dicere, aut *mecastor* virum. Idque ideo, quia Herculaneo sacrificio abstinebant. Apud *Phædr.* tamen sic Minerva loquitur (quæ et virago est, et Herculis sacris, ut dea, adesse non prohibetur) lib. 3. fab. 17. v. 8. At mehercule narrabit, quod quis voluerit, Oliva nobis propter fructum est gratior. ¶ Scribitur et *me hercule* divisim.

MEIO, is, a. 3. *to make water, or urine*, οὐρέω, urinam reddo. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 52. Ditior, aut formæ melioris meiat eodem. αἰσχρόν τι hic latet. *Colum.* l. 7. c. 5. *a med.* Patiamurque super obrutam meiere totum gregem. *Al. leg.* meare. *Pers.* sat. 1. v. 113. Pinge duos angues: pueri, sacer est locus, extra Meiite. *Martial.* l. 12. epigr. 32. Matella curto rupta latere meiebat. *h. e.* urinam effundebat. ¶ Caldum meiere, et frigidum potare. *to drink cold, and p— hot*, proverb. apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 67. [*Burm.* cum plura sunt, quæ erogantur, quam quæ accipiuntur. ¶ Præterito caret: quo si sit opus, ad *mingo* confugiendum. *Martial.* l. 3. epigr. 78. Minxisti currente semel, Pauline, carina: Meiere vis iterum? jam Palinurus eris. *Valer. Prob. in Cathol.* pag. 1483. *Putsch.* tribuit ei præteritum *mexi*: et *Diomed.* l. 1. pag. 366. ponit tanquam Latina *meio, as, avi*, et *mio, is, it.* Neuter exemplo probat.

[† MEIŪRUS, a, um, adj. ecaudis. *Serv. Centim.* p. 1824. *Putsch.* Meiurum (metrum) constat ita ut heroicum, sed pyrrhichio clauditur, ut est hoc, *Mortem contemnunt laudato vulnere Getæ. Diomed.* l. 3. p. 499. *Putsch.* Græce μείουροι vel σκάζοντες vocantur, ut est, Τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν. V. *Schol. ad Hephæst.* p. 183. *edit. Gaisford.* V. et *Miurus Versus.*]

MEL, mellis, n. *honey*, μέλι, liquor ille dulcis, qui conficitur ab apibus: a Græca voce allata, per Apocopen ultimæ litteræ. *Senec.* ep. 85. Quibusdam placet, non faciendi mellis scientiam apibus esse, sed colligendi. *Cic. de Senect.* c. 16. Villaque tota locuples est, abundat lacte, caseo, melle. *Virg. Ecl.* 4. v. 30. Roscida mella. *Cels. in fi.* cap. 5. l. 6. Quæ omnia contrita, melle quam amarissimo coguntur. ¶ De variis mellis generibus V. *Plin.* l. 11. c. 14. Optimum est autem, quod sponte defluit sine ulla expressione, et Græce ἄκητον dicitur. V. *Acetum mel.* Laudatissimum olim fuit, quod in Hymetto Atticæ monte nascebatur, cujus sapor dulcis quidem erat, sed ita tamen, ut acritudinem quandam haberet permixtam, gustu apprime jucundam, qualem in optimo quoque melle requiri, ait *Plin.* l. 11. c. 15. nimirum *ut ex dulci acre sit*, γλυκὺ καὶ δριμύ. *sweet yet sharp.* Hinc *Cic. in Hortens.* apud *Non.* c. 4. n. 17. Alterius ingenium sic dulce, ut acetum Ægyptium, alterius sic acre, ut mel Hymettium dicimus. V. *Acetum.* Primus, qui mellis colligendi usum invenerit, fuit quidam Gargoris, rex Cunetum in Hispania, ad ostia Anæ fluvii, teste *Justin.* l. 44. c. 4. In fabulis autem dicitur ejus inventor Bacchus. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 736. et 762. ¶ Translate *mel* vox est blandientium. *a word of endearment; darling, sweet, honey. Cœl. ad Cicer.* l. 8. *Fam.* ep. 8. Sempronium, mel ac delicias tuas. Adde *Plaut. Pœn.* 1. 2. 154. 170. et 175. et alibi. ¶ Usurpatur de qualibet re suavissima. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 44. Fidis enim, manare poetica mella Te solum. *Id.* l. 2. sat. 6. v. 32. Hoc juvat, et melli est. *h. e.* [† cordi est,] placet, dulce est. ¶ De suaviloquentia. *Auct. paneg. ad Pison.* v. 64. Inclyta Nestorei credit tibi gratia mellis. Sic *Plin.* l. 4. ep. 3 Homerici senis mella tibi profluunt. Adde *Sil.* l. 15. v. 459. ¶ *Mel mihi videor lingere*, proverbiali locutione, de eo, qui summam in aliqua re voluptatem capit. *Plaut. Cas.* 2. 8. 21. ¶ *Mella petere in medio flumine*, proverb. apud *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 748. de eo, qui frustra quærit, nunquam inventurus. *to seek for a needle in a bottle of hay.* ¶ Mos fuisse apud quasdam nationes, melle condire defunctorum corpora servandi causa, colliges vel ex *Colum.* l. 12. c. 45. et *Nep. in Agesil. in fin.* ¶ In ablativo *melli* pro *melle*, ut *igni, classi*, legitur apud *Plaut. Trucul.* 2. 4. 20. ¶ In plurali num. genitivus, et dativus nullo sunt in usu, nisi apud vetustissimos, inquit *Priscian.* l. 7. pag. 744. *Putsch.*

MELA. V. *Mella.*

MELAMPHYLLON, i, n. *the herb brankursin*, μελάμφυλλον, herba urbana, et topiaria, crepidines marginum vestiens: a μέλας, niger, et φύλλον, folium, propter foliorum nigredinem. *Plin.* l. 22. c. 22.

MELAMPODĬON, n. *black hellebore*, μελαμπόδιον, veratrum, genus nigri hellebori, ita dictum a Melampode Amythaonis nato, ut eum *Ovid.* vocat lib. 15. *Metam.* v. 725. qui eo melancholicum humorem purgabat, Prœtique Argivorum regis filias furore liberavit. Vel dicitur ita a nigra radice, a qua et veratrum nigrum vocatur. *Plin.* l. 25. c. 5.

MELAMPSYTHĬUM, ii, n. μελαμψύθιον, genus passi colore nigro: a μέλας, niger, et ψύθιον, passum. *Plin.* l. 14. c. 9.

MELAMPUS, odis, m. Μελάμπους, Amythaonis Argivi et Dorippes filius, a μέλας, niger, et πούς, pes, quia mater infantem exposuerat toto corpore tectum, præterquam pedibus, qui a Sole atrum colorem attraxerunt. Augurio claruit, et arte medendi. Biantem juvit in auferendis bobus Iphiclo, quas ille Neleo restituit, accepta ejusdem filia Pero nomine in uxorem. Filias quoque Prœti furiis agitatas sanitati mentis restituit, quarum unam, Iphianassam videlicet, in conjugem accepit. Filium reliquit Theodamantem. *Virg.* 3. *Georg.* v. 550. *Stat.* 3. *Theb.* v. 452. ¶ Melampus item canis nomen est. *a dog's name; Blackfoot. Ovid.* l. 3. *Metam.* v. 206.

MELANAĔTOS, i, *a saker*, minima ex genere aquilarum, viribus præcipua, colore nigricans: (unde nomen, a μέλας, ανος, niger, et ἀετὸς, aquila.) Sola aquilarum fetus suos alit: ceteræ fugant: sola sine clangore, sine murmuratione. *Plin.* l. 10. c. 3.

MELANCHÆTES, æ, m. *Blackcoat, the name of a dog*, μελαγχαίτης, nomen canis apud *Ovid. Metam.* 3. v. 212. μέλας, ανος, niger, et χαίτη, coma, juba, nempe a nigro pilo.

MELANCHLÆNI, orum, m. Μελαγχλαίνοι, populi feri incultique in Scythia, qui nigra veste utuntur: unde nomen. μέλας enim niger, χλαῖνα læna est. *Pompon. Mela*, l. 2. c. 1. et lib. 1. *c. ult.* et *Plin.* l. 6. c. 5.

MELANCHOLĬA, æ, f. *black bile, or choler; melancholy, a kind of madness*, μελαγχολία, atra bilis, nigra cholera, unus ex humoribus corporis animalium, qui sæpe homines in furorem agit. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 5. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo: quem nos furorem, μελαγχολίαν ipsi vocant: quasi vero atra bile solum mens, ac non sæpe vel iracundia graviore, vel timore, vel dolore moveatur. *Gell.* l. 18. c. 7. Scitote, intemperiem istam, quæ μελαγχολία dicitur, non parvis, nec abjectis ingeniis accidere. ¶ Uterque Græce scripsit, quia Græca vox est et usu, et origine, a μέλας, niger, et χολή, bilis.

MELANCHOLĬCUS, a, um, *abounding with black bile, melancholic, disordered with melancholy*, μελαγχολικὸς, qui nigra bile plurimum abundat. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 33. Aristoteles quidem ait, omnes ingeniosos melancholicos esse, ut ego me tardiorem esse non moleste feram. *Id.* 1. *de Divin.* c. 37. Aristoteles eos etiam, qui valetudinis vitio furerent, et melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animo præsagiens, atque divinum. *Plin.* l. 22. *c. ult.* Melancholica insania. *Id.* l. 27. c. 12. Melancholicæ vertigines.

MELANCORŸPHOS. V. *Atricapilla.*

MELANCRĂNIS, is, f. μελαγκρανὶς, genus junci semen nigrum ferentis. *Plin.* l. 21. c. 18.

[† MELANDRYS, yos, m. piscis ex thynnorum genere. *Plin.* 9. 15. V. *Athen.* 3. 34.]

MELANDRŸUM, ii, n. μελάνδρυον. *Plin.* l. 9. c. 15. *de thynnis.* Hi membratim cæsi, cervice et abdomine commendantur, atque clidio, recenti dumtaxat, et tum quoque gravi ructu: cetera parte plenis pulpamentis sale asservantur: melandrya vocantur, cæsis quercus assulis simillima. *h. e.* ideo *melandrya* vocantur, quia quernis assulis similia sunt. nam δρῦς, quercum, μέλας, ανος, nigrum significat: et μελάνδρυον Græci medullam, seu intimam partem quercus vocant. Inter viliores cibos enumerantur a *Martial.* l. 3. epigr. 77. Teque juvant gerres, et pelle melandrya cana. [† ¶ Item herbæ genus, de quo *Plin.* 26. 7. Melandryum vero apud Theophrastum est exalburnatum robur, de nigritie conciliato nomine.]

MELĀNEUS, i, m. Μελανεὺς, nomen trisyllab. Centauri apud *Ovid.* 12. *Metam.* v. 306. Item canis apud *eund.* l. 3. v. 223. a colore scilicet, quia μέλας, ανος, niger est.

MELANĬA, æ, f. *blackness; a black speck or spot*, μελανία, nigritudo cutis, livor: species vitiliginis colore nigro, et umbræ simili, ut *Cels. sub fin.* l. 5. describit, et μέλας Græce vocat: a μέλας, ανος, niger. *Plin.* l. 24. c. 8. Pilulæ platani et lentiginem, et carcinomata, melaniasque veteres emendant. Adde lib. 26. c. 14. *sub fin.*

[† MELANION, i, n. *the black violet*, μέλαν ἴον. *Plin.* 21. 11.]

MELANSPERMON, i, n. *gith*, μελάνσπερμον a Græcis dicitur gith, a nigritia seminis: a μέλας, ανος, niger, et σπέρμα, semen. *Plin.* l. 20. c. 17.

MELANTERĬA, æ, f. est cera sutoria, a colore sic dicta, a μέλας, niger. *Scribon. Larg. composit.* 208. Cerussæ, æruginis, melanterias, quæ cera (*al.* creta) sutoria dicitur, quia gulæ calceorum denigrantur. *Melanterias* genitivus est Græcæ terminationis pro *melanteriæ*, μελαντηρίας.

[* MELANTHĔMON, i, n. herba eadem ac anthemis. *Plin.* l. 22. c. 21. sect. 26.]

MELANTHĒUS, a, um, ad Melanthum aliquem pertinens. *Ovid. in Ibin*, v. 625. Utque Melanthea tenebris a cæde latentem, &c.

MELANTHĬUM, ii, n. *gith*, μελάνθιον, herba eadem, quæ gith: ab ἄνθος, flos, et μέλας, ανος, niger. *Plin.* l. 20. c. 17. Gith e Græcis alii melanthion, alii melanspermon

vocant. *Colum.* l. 10. v. 245. gracilique melanthia grata cumino. *scil.* quia gith nonnulli cumini speciem faciunt.

MELANTHIUS, ii, m. Μελανθεύς, pastor caprarum Ulyssis, qui cum rem domini absumpsisset, a Telemacho trucidatus est. *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 95. ¶ Item pictor quidam præcipuus. *Plin.* l. 35. c. 7. et 10. et *Quintil.* l. 12. c. 10.

MELANTHO, us, f. Μελανθὼ, contract. filia Protei, cui consuetudo fuit positis vestibus dorso delphini insidere, atque sic per maria patris vagari. Cum autem formosa esset, Neptunus ejus pulcritudine captus in delphinum se transformavit, atque illi applaudens, deceptam violavit, ex quo postea peperit Amycum. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 120. Sed aliter sensit *Servius*, qui hunc Neptuni et Melies filium facit, ad lib. 5. *Æn.* v. 373.

MELANTHUM, i, n. idem quod melanthium, seu gith. *Seren. Sammon.* c. 30. Sumitur abrotonum, nec non et vile melanthum.

MELANTHUS, i, m. Sarmatiæ fluvius, qui in Borysthenem influit. *Ovid.* l. 4. *ex Ponto,* ep. 10. v. 54. Et tacite peragens lene Melanthus iter.

MELANŪRUS, i, m. *a kind of perch called a ruff; a sea-bream,* μελάνουρος, piscis saxatilis, caudam nigram habens, a μέλανα, nigra, et οὐρὰ, cauda, quod cauda, priusquam in rubescentes pinnas desinat, nigra notetur macula. *Ennius* apud *Apul. in Apolog.* contra rationem pænultimam corripuit, primamque, quæ per ε scribitur, licenter produxit. Melanurum, *inquit,* turdum, merulamque, umbramque marinam. Rectius *Ovid. in Halieut.* v. 113. Quin laude insignis caudæ melanurus, et ardens Auratis murenæ notis. Meminere etiam *Colum.* l. 8. c. 16. *a med.* et *Plin.* l. 32. c. 2. *et ult.* qui addit, ad nullos eum cibos, quibus insit humus, accedere.

MELAPĬUM, ii, n. *a pearmain,* μηλάπιον, genus mali cognationem cum piro habentis: a μῆλον, pomum, et ἄπιον, pirum. *Plin.* l. 15. c. 14.

MELAS, anis, *et* læ, m. Μέλας, fluvius Bœotiæ, a μέλας, niger dictus, quia ejus aqua pota oves nigras facit. *Plin.* l. 2. c. 103. et *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 25. ¶ Item Thraciæ cum sinu maris cognomine, quia ob profunditatem nigrum colorem habet. *Plin.* l. 4. c. 11. Circa quem locum fluvius Melas, a quo sinus appellatur. *et mox.* A Propontide ad Melanem sinum. ¶ Item Siciliæ. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 476. Sacrorumque Melan pascua læta boum. ¶ Item Cappadociæ. *Plin.* l. 6. c. 4. ¶ Item Ciliciæ in confinio Pamphyliæ. *Id.* l. 5. c. 27. ¶ Quem ex his *Ovid.* intelligat l. 2. *Metam.* v. 247. Mygdoniusque Melas, &c. non satis constat: nec multum sane refert. Mygdonia et in Thracia est, et in Phrygia, et in Mesopotamia. V. Geographos. Ceterum Græce μέλας videtur esse commune fluviorum nomen. *Hesychius:* Μέλας, μελανός, βαθὺς, ἡ ποταμός. ¶ Præterea *Melas* dicitur aliquando, qui plerumque *Meles,* Smyrnam Ioniæ præterfluens. *Arnob.* l. 4. pag. 143. *extr.* Melæ fluminis filius. *h. e.* Homerus. V. *Meles, etis.* ¶ Denique *melas, anos,* species est vitiliginis nigri coloris apud *Cels. sub fin.* l. 5. ubi modo Græce, modo Latine scribit. V. *Melania.*

MELCŬLUM. V. *Melliculum.*

MELE. V. *Melos.*

MELEAGER, *et* Meleagros, gri, m. Μελέαγρος, Œnei Calydoniæ regis filius ex Althæa conjuge, quo recenter nato, visa sibi est mater tres Parcas igni assidentes videre, manuque stipitem tenentes, æqualem puero cum stipite vitam assignare. Recedentibus itaque Parcis, Althæa exstinctum stipitem diligentissime asservavit. Adulto deinde Meleagro, cum spreta ab Oeneo Diana immensæ magnitudinis aprum immisisset, qui omnem regionem late vastabat, Meleager collecta robustissimorum juvenum manu, aprum interfecit, caputque ejus Atalantæ Iasii Argivorum regis filiæ, quæ prima aprum vulneraverat, velut partem spolii dedit. Quod cum avunculi sui Pleusippus, et Toxeus vi puellæ auferre conarentur, utrumque occidit. Nuntiata itaque fratrum morte, Althæa doloris impatientia in furorem versa, fatalem illum stipitem in ignem conjecit, quo exusto, Meleager etiam, exustis infus intestinis omnibus, consumptus est. Ex Atalanta genuit Parthenopœum. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 299. *et sequentib. Hygin.* fab. 171. 172. 173. 174. et 244. et *Serv. ad Æn.* 7. v. 306. ¶ Prima recti casus positio est apud *Hygin. Apul. in fin.* l. 7. *Metam.* et *Priscian.* l. 6. pag. 692. *Putsch.* dubiamque habet quantitatem pænultimæ: secunda apud *Ovid.* &c.

MELEAGRĒUS, a, um, Μελεάγρειος, ad Meleagrum pertinens. *Lucan.* l. 6. v. 365. Et Meleagream maculatus sanguine Nessi Evenos Calydona secat. *Rutil.* l. 1. *itiner.* v. 626. Terribilisque cadit fulmine dentis aper, Quem Meleagrei vereantur adire lacerti.

MELEAGRĬDES, um, f. Μελεαγρίδες, in fabulis sunt sorores Meleagri, quæ cum ejus mortem misere deflerent, in aves sui nominis conversæ sunt, ut est apud *Hygin.* fab. 174. et *Ovid.* 8. *Metam.* v. 532. *et sequentib.* Porro hæ aves sunt ex gallinaceo genere. *Guinea-hens.* De his *Varro* l. 3. *R. R.* c. 9. *a med.* Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας Græci. Hæ novissimæ in triclinium ganearium introierunt e culina, propter fastidium hominum. Veneunt propter penuriam magno. *Plin.* l. 10. c. 26. Simili modo pugnant Meleagrides in Bœotia. Africæ hoc est gallinarum genus, gibberum, variis sparsum plumis: quæ novissimæ sunt peregrinarum avium in mensas receptæ, propter ingratum virus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit. Ex his *Varron.* et *Plin.* verbis colligimus, Meleagrides, et Africanas gallinas idem esse: et *Melea̅grides* dictas, quod ad Meleagri tumulum pugnare visæ sint. Idem facere aves quasdam Ilium ex Æthiopia quotannis advolantes, et ad Mennonis sepulcrum confligentes, ob id Mennonidas dictas narrat *Plin. ibid.* Verum *Colum.* eas ab Africanis distinguit lib. 8. c. 2. Africana est, quam plerique Numidicam dicunt, Meleagridi similis, nisi quod rutilam galeam, et cristam capite gerit: quæ utraque sunt in Meleagride cærulea. Propterea *Scalig.* ita distinguit verba *Varron.* Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ gibberæ: quas μελεαγρίδας Græci, hæ novissimæ in triclinium, &c. Sed quænam tandem sint *meleagrides* magna est inter Eruditos opinionum varietas. Certe negandum videtur, easdem esse cum gallinis Indicis, quæ ad nos ex occidentali India, seu America primum allatæ, veteribus prorsus incognitæ fuerunt.

MELEAGRĬUS, a, um, Μελεάγριος, ad Meleagrum pertinens, Meleagreus, extrita priore vocali diphthongi. *Stat.* 4. *Theb.* v. 103. Fletaque cognatis avibus Meleagria Pleuron. *Pleuron, onis,* Ætoliæ oppidum est, in qua et Calydon. *Plin.* l. 4. c. 2. *Stat.* 8. *Theb.* v. 484.

MĔLES, ētis, m. Μέλης, ητος, fluvius Ioniæ Smyrnam alluens: ad cujus ripas Homerus natus esse fertur. Unde et filium ejus fuisse, quidam fabulati sunt. V. *Melas. Plin.* l. 5. c. 29. *ad fin.* Smyrna amne Melete gaudens, non procul orto. *Stat.* de Lucano l. 2. *silv. ult.* v. 33. Attollat refluos in astra fontes Graio nobilior Melete Bætis. et lib. 3. silv. 3. v. 60. Smyrna tibi gentile solum, potusque verendo Fonte Meles.

MĒLES, *et* Melis, lis, f. animal quadrupes ex agrestium felium genere. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 12. Septa e maceriis ita esse oportere in leporario, ut tectorio tacta sint, ne feles, aut meles, aliave quæ bestia introire possit. *Plin.* l. 8. c. 38. Alia solertia in metu melibus: sufflatæ cutis distentu ictus hominum, et morsus canum arcent. *Grat. in Cyneg.* v. 340. canaque e mele galeri. et vers. 402. lucifugæ cristas inducere melis. *Seren. Sammon.* c. 48. v. 896. Nec spernendus adeps, dederit quem bestia melis. Al. leg. *meles.* Credunt multi, esse feram illam, quam nos *a badger, gray, or brock* vocamus, somniculosam, sub terra degentem, ut vulpes, vineisque inimicam, dentibus pugnacissimam, horrido pilo, et invicto pluviis. Scribitur et *mæles,* aut *mælis.*

MELESIGĔNES, æ, m. Μελησιγενής, apud Græcos est cognomen Homeri a Melete fluvio. V. *Meles, etis.*

MELETÆUS, a, um, Homericus: a Melete fluvio. V. *Meles, etis. Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 200. Posse Meletæas nec mallem vincere chartas.

MELĔTE, es, f. Μελέτη, nomen unius ex quatuor Musis, Jovis secundi filiis, quas enumerat *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 21. Græce curam, medicationemve significat: a μέλει, curæ est. [† ¶ Item herbæ nomen, eadem quæ chamæleon. *Apul. de Herb.* c. 25.]

MELIBŒA, æ, f. Μελίβοια, oppidum Thessaliæ maritimum, seu potius Magnesiæ, quæ est Thessaliæ contermina, ad Ossæ montis radices, patria Philoctetæ, ubi optimæ purpuræ fiebant. *Plin.* l. 4. c. 9. *Liv.* l. 44. c. 13. *Pompon. Mela,* l. 2. c. 3. ¶ Adjective *Virg.* 5. *Æn.* v. 250. chlamys, quam plurima circum Purpura mæandro duplici Melibœa cucurrit. *Lucret.* l. 2. v. 499. barbaricæ vestes, Melibœaque fulgens Purpura, Thessalico concharum tincta colore. *Festus* docet Melibœam purpuram dictam esse a nomine insulæ, in qua tingitur. Verum Melibœa non est insula, neque unquam Thessalicæ, aut Melibœensis purpuræ quisquam alius meminit. Quare *Virgil.* et *Lucret.* videntur significasse Tyriam purpuram: et *Thessalicam* ideo appellasse, et *Melibœam,* quia in Phœniciam, ubi Tyrus est, aliquando Thessali et Macedones migrarunt, et multa ibi loca nominibus Thessalicis aut Macedonicis appellarunt: in his insulam quandam in ostiis Orontis fluvii (qui in Syria est, cujus pars est Phœnicia) Melibœam. Ita *Creech in Lucret.*

MELIBŒENSIS, se, ad Melibœam pertinens. *Serv. ad Æn.* 5. v. 251.

MELĬCÆ GALLINÆ, *Turkey-hens,* grandiores ceteris, ex Media primum allatæ sunt: et sic dictæ etiam, quæ ex iis generatæ sunt, *l* littera pro *d* substituta. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 9. *ad fin. Colum.* l. 8. c. 2. et *Festus.* Sic *Plin.* l. 10. c. 21. Melici galli. Porro exempla non desunt *l* pro *d* positæ. Sic enim *Ulysses* ex Ὀδυσσεύς, *lacryma* a δάκρυ, *delicare* pro *dedicare, cassilam* pro *cassidam, impelimenta* pro *impedimenta,* apud eund. *Fest.* [† V. *Levir* et *Licet.*] Tamen *Colum. loc. cit.* imperiti vulgi esse ait, *Melicæ* pro *Medicæ* dicere. Itaque *ibid. paulo post.* Medici generis gallinas dixit. [† V. *Melicus.*]

[† MELICEMBALES (sunt qui legunt *meliceribali,*) cochlearum genus apud *Plin.* 32. 11.]

MELICĔRIS, idis, f. μελικηρὶς, favus, ut *Celsus* interpretatur: a μέλι, mel, et κηρὸς, cera. Sunt *melicerides* abscessus, et tubercula in cute, in quibus est pus crassum, et flavum instar mellis. *a kind of imposthume or sore resembling a honeycomb, and from which matter like honey runs; a meliceris. Plin.* l. 21. c. 20. *in fin.* Melilotos contra melicerides efficax. Habet et *Celsus* l. 5. c. 18. sect. 18. et lib. 7. c. 6. sed Græce. ¶ In sing. num. *Veget.* l. 2. *de re Veterin.* c. 30. Meliceris est tuber, in quo caro inspissata, quomodo in verrucis, invenitur.

MELICERTA, *et* Melicertes, æ, m. Μελικέρτης, Inus, et Athamantis Thebanorum regis filius, cum quo mater, cum virum videret furere, in mare se præcipitavit, amboque deorum miseratione in numina marina sunt commutati, Ino quidem in Leucotheam, quam et Matutam matrem vocant, Melicerta vero in Palæmonem, quem Latini Portunum dicunt. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 521. Teque ferens parvum nudis, Melicerta, lacertis. *Pers.* sat. 5. v. 103. exclamet Melicerta, perisse Frontem de rebus. Adde *Virg.* 1. *Georg.* v. 437. et *Ovid.* 6. *Fast.* v. 485. *et sequentib.* Ex locis *Pers.* et *Virg.* citatis apparet, fuisse deum præsidem portuum, et navigantium. V. *Portunus.*

MELICHLŌROS, i, m. μελίχλωρος, gemma duplicem in se colorem habens, parte melleum, et parte flavum seu luteum: a μέλι, mel, et χλωρὸς, flavus. *Plin.* l. 37. c. 11. *a med.*

MELĬCHROS, ōtos, m. μελιχρὼς, ῶτος, gemma est mellei coloris: a μέλι, mel, et χρόα, color. *Plin.* l. 37. c. 11. *a med.* Colos appellavit chrysolithum aureus, chrysoprasum herbaceus, melleus melichrota.

MELĬCHRUS, μελίχροος, ους, mellis colorem habens: a μέλι, mel, et χρόα, color. *Lucret.* l. 4. v. 1153. Nigra melichrus est: immunda et fœtida acosmos. *a brunette.* Rectius autem Græce scribitur.

MELICHRȲSOS, i, m. *a kind of topaz,* μελίχρυσος, gemma, quæ ex India mittitur, quasi per aurum sincero melle translucente. *Plin.* l. 37. c. 9.

MELICRĀTUM, i, n. *a kind of mead,* μελίκρατον, aqua mulsa recens, et vel cruda, vel decocta: a μέλι, mel, et κεράννυμι, misceo. *Veget. de re Veterin.* l. 3. c. 15. *sub fin.*

MELĬCUS, a, um, *melodious, harmonious, tuneful, musical,* μελικὸς, ad cantum, et carmen pertinens: a μέλος, cantus, et carmen. *Lucret.* l. 5. v. 335. modo organici melicos peperere sonores. *h. e.* citharœdi, tibicines, fidicines, qui ad carmina tibiæ, vel fidium sonos adhibent. Sic lib. 2. v. 412. Ac musæa mele, per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant. ¶ Speciatim est lyricus, *lyric, lyrical:* quia lyrici poetæ ad lyræ sonum carmina sua canebant. *Cic. de opt. gen. Orat.* c. 1. Poematis Tragici, Comici, Epici, Melici etiam, ac Dithyrambici suum est genus diversum a reliquis. *Plin.* l. 7. c. 24. et 56. Simonides melicus. *h. e.* qui scripsit egregium melos, ut ait *Phædr.* l. 4. fab. 21. Erat autem natus in Ceo insula. Videtur *melicos* a lyricis distinguere *Ausonius* ubi ait *Edyll.* 4. v. 53. soccos, aulæaque regum, Et melicos, lyricosque modos præfando novabis. *elegiac.* [† ¶ Primam corripuit *Martian. Capell.* 9. non imitandus. Et melicos cantus melica grata tulit.] ¶ Melicum gallinarum genus laudant *Colum.* l. 8. c. 2. et *Plin.* l. 10. c. 21. ita appellatum ab imperito vulgo, ut ait *ibid. Colum.* quia revera *Medicum* dicendum est, ut est apud *Varron.* l. 3. *R. R.* c. 9. ubi *sub fin.* hæc habet: His (*gallinis*) quas Melicas appellant falso: quod antiqui ut *Thetin, Thelim* dicebant, sic *Medicam, Melicam.* Hæ primo dicebantur, quia ex Media propter magnitudinem erant allatæ: quæque ex his generatæ postea, propter similitudinem. Hæc *Varro. Melicus* autem hac ratione primam producet. [† Sed V. *Melicæ Gallinæ.*] ¶ *Varr. in Satyr. Menip. quæ inscribitur* Est modus matulæ, περὶ μέθης, apud *Non.* cap. 15. n. 14. 16. et 20. Dolia atque apothecas tricliniares, melicas, Calenas, obbas, et Cumanos calices. Al. leg. *melicas Calenas* sine commate interposito. *Melicæ,* vel *melicæ Calenæ* sunt genus vasis vinarii vel poculi, fortasse in quo dulces potiones bibuntur, v. gr. mulsum: a μέλι, mel. Al. intelligunt *apothecas Calenas.* in quibus Calenum vinum servabatur.

MELILŌTOS, i, f. *the herb melilot or Italian clover,* μελίλωτος, herba croco similis, quasi dulcis, et mellea lotos. Dicitur etiam sertula Campana, quod coronamentis adhiberi soleat, et in Campania frequentissima sit. *Plin.* l. 21. c. 11. Melilotos ubique nascitur: laudatissima tamen in Attica: ubicumque vero recens, nec candicans, et croco quam simillima: quamquam in Italia odoratior candida. *Id.* l. 21. c. 7. Aliqua arida diutius odorem continent, ut melilotos. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 440. Pars thyma, pars casiam, pars meliloton amant.

MELIMĒLA, orum, n. *a kind of sweet apple; honey-apples,* μελίμηλα, poma mustea, sive dulcia, quasi mellea mala: a μέλι, mel, et μῆλον, malum. *Varr. R. R.* l. 1. c. 59. Quæ antea mustea vocabant, nunc melimela appellant. *Plin.* l. 15. c. 14. Mustea a celeritate mitescendi, quæ nunc melimela dicuntur a sapore melleo. *Martial.* l. 7. epigr. 24. Infanti melimela dato, fatuasque mariscas. Meminit horum et *Colum.* l. 5. c. 10. *ad fin.* et lib. 12. c. 45. varia malorum genera enumerans. Ludit apte in nomine *Martial.* l. 13. epigr. 24. Si tibi Cecropio saturata cydonia melle Ponentur; dicas hæc melimela, licet. [† ¶ Est et *Melimelum,* i, n. singularis numeri, apud *Isidor. Orig.* 17. 7. Melimelum a dulcedine appellatum, quod

fructus ejus mellis saporem habeat, vel quod in melle servetur, unde et quidam, *Si tibi Cecropio saturata* &c. Ex quo patet *melimela* interdum esse cydonia melle condita, quorum succus vocatur *Melomeli*. V.]

MĒLĪNA, æ, f. *a leathern purse*, μηλίνη, crumena, sacculus, mantica scortea: a μῆλον, ovis, quia ex ovina pelle præcipue fiebat. [† Ita profecto interpretatur *Scaliger*. Alii ducunt ab animali quod *Melis* vel *Meles* audit; ut sit *melina* (sc. crumena) *a purse made of a badger's skin*.] *Plaut. Epid.* 1. 1. 20. Nisi si in vidulo, aut si in melina attulisti. ¶ Item *mēlīna*, potio ex melle: a μέλι. *Plaut. Pseud.* 2. 4. 51. Murrhinam, passum, defrutum, melinam promere. Est qui scribit *mellinam*. Porro utraque vox adjectiva est.

MĒLĪNUM, i, n. *oil made from the blossoms of quinces*, μήλινον, oleum ex floribus mali cotonei; a μῆλον, malum. *Plin.* l. 23. c. 6. ¶ Item unguentum ex ipsis malis cotoneis, admixto omphacio, cyprino, sesamino, balsamo, junco, casia, abrotano. *Id.* l. 13. c. 1. ¶ Item species coloris nativi candidi, a Melo insula (Μῆλος) una ex Sporadibus, ubi præstantissimum effoditur. *a kind of white paint.* In Samo quoque nascitur, sed eo non utuntur pictores propter nimiam pinguedinem. *Id.* l. 35. c. 6. et 7. Adde *Vitruv.* lib. et cap. 7. *Paul. Dig.* lib. 32. leg. 76. *a med.* et *Cels.* l. 2. c. 33. nisi malis hunc de unguento, aut oleo loqui. Inter pigmenta mulierum recenset *Plaut. Mostell.* 1. 3. 106. Non istanc ætatem oportet pigmentum ullum attingere, neque cerussam, neque melinum, neque ullam aliam offuciam. ¶ Est etiam color flavus, vel luteus, qualis est in malis cotoneis maturis. *Plaut. Epid.* 2. 2. 49. Cumatile, aut plumatile, cerinum, aut melinum. *h. e.* vestis eo colore tincta. Porro allata hactenus adjectiva sunt omnia. Hinc *melinum vinum* apud *Varron.* ut refert *Gell.* c. *ult.* l. 13. et *melinum alumen* memorat *Scribon. Larg. compos.* 226. *h. e.* ab insula Melo. V. *Alumen.* [† ¶ Est et herbæ genus. *Varr. R. R.* 3. 16. Apiastrum, quod alii meliphyllon, alii melissophyllon, quidam melinum appellant. *balmgentle, mint.* Sed Græce potius scribitur μέλινον. Legitur et *melinem*.]

MĒLĪNUS, a, um. V. in duabus vocib. præcedentib.

MELĬOR, lius, oris, *better, superiour, more excellent, preferable*, κρείττων, ἀμείνων, præstantior, aptior, potior, commodior: comparativum anom. a *bonus*. *Cic. Parad.* 1. *sub fin.* Quidquam bonum est, quod non eum, qui possidet, meliorem facit? *Id.* 14. *Attic.* epist. 17. *extr.* Puto, rem meliore loco esse debere. *et epist. ult. sub fin.* Si tu melius quippiam speras. et epist. 15. Assentior tuis litteris, speroque meliora. *hope better things.* et epist. 20. Nemo fuit poeta, aut orator, qui quemquam meliorem, quam se, arbitraretur. *Plin. in Paneg.* c. 44. Summa votorum erat, melior pessimo princeps. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 88. melius nil cælibe vita. *Sil.* l. 2. v. 276. Et sperare juvat belli meliora. *h. e.* commoda, quæ prosperum bellum sequuntur. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 49. Melius tempus. *Id.* l. 6. *B. Gall.* c. 11. *a med.* Meliore conditione uti. *Sallust. in Jug.* c. 22. Silere, melius puto, quam parum dicere. *Id. in orat. Macri Licin. ad pleb.* Melius habent mercede delinquere, quam gratis recte facere. *they account it better.* *Plin.* l. 9. ep. 39. Ædes Cereris reficere in melius, et in majus. *Phædr. in epil.* l. 2. *sub fin.* Nec quicquam possunt, nisi meliores carpere. *Plaut. Capt.* 5. 1. 19. Ut mihi illum reddas servum, qui mihi melior, quam sibi semper fuit. *Horat.* epod. 16. v. 15. communiter, aut melior pars Malis carere quæritis laboribus. *the greater part.* Sic *Virg.* 9. *Æn.* v. 156. melior pars acta diei. *Tacit. Ann.* 12. c. 39. Legionum robore æquata pugna, dein nobis pro meliore fuit. *terminated in our favour.* ¶ Res, qua quis melior est, et præstat alteri, fere in ablativo ponitur. *Sallust. in Jug.* c. 13. et 53. Plures Atherbalem sequuntur: sed illum alterum bello meliores. *Horat.* l. 3. od. 1. v. 11. hic generosior Descendat in campum petitor, Moribus hic meliorque fama. *Id.* l. 1. ep. 10. v. 34. Melior pugna. *Id.* l. 3. od. 6. v. 16. missilibus sagittis. *Plin.* l. 34. c. 8. *a med.* Boethus argento melior. *a better workman in silver.* *Virg. Æn.* 9. v. 556. At pedibus longe melior Lycus. *swifter.* ¶ Et addita præposit. *Plin.* l. 34. c. 8. *circa med.* Praxiteles Calamidis quadrigæ aurigam suum imposuit, ne melior in equorum effigie, defecisse in homine crederetur. ¶ Aliquando in genitivo more Græcorum. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 74. Ille robore exercitus impar, furandi melior. *Sil.* l. 5. v. 333. Nec fati melior Mamercus. et lib. 7. v. 619. melior dextræ Torquatus. ¶ Cum infinito. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 424. Oraque Thessalico melior contundere freno. *Pers.* sat. 4. v. 16. Anticyras melior sorbere meracas. ¶ *Melior* absolute pro *fortior*. *Sallust. in orat. Philippi contra Lepid. sub fin.* Fortuna meliores sequitur. *Fortune favours the brave.* *Justin.* l. 9. c. 2. Neque vindicta Macedonum egere Scythas, quibus meliores forent. *Horat.* l. 1. od. 15. v. 28. Tydides melior patre. ¶ *Tanto melior.* V. *Tanto.* ¶ *Melius est*, opportunius, utilius, commodius est, præstat. *Plaut. Mostell.* 5. 1. 20. Nunc te videre melius est, quid agas, Tranio. *Cic. ad Brut. ep. ult.* An id tibi conducere putaremus, an commorari te melius esset. *Id. Attic.* l. 14. *ep. ult.* Millies mori melius, huic præsertim ætati. *'twere better to die.* *Ulpian. Dig.* l. 5. tit. 1. leg. 61. Melius est dicere, id venire in judicium, de quo, &c. *Id.* lib. 11. tit. 7. leg. 14. Melius est legatarium non lucrari, quam emptorem damno affici. *Id.* lib. 42. tit. 1. leg. 15. *a med.* Melius erit, si se non interponant. ¶ *Erit melius*, formula, qua magistratus utitur, cum non parenti iratus minitatur malum. *Liv.* l. 3. c. 41. Non erit melius, nisi de quo consulimus, vocem misisse. (*non* referri debet ad *misisse*, inquit *Gronovius*, quia sermo est irati, et turbate loquentis.) et cap. 48. Proinde quiesse erit melius. ¶ Usurpari potest et ab aliis, qui superiores aliqua re sint. *Terent. Adelph.* 2. 1. 26. Ante ædes non fecisse erit melius hic convicium. Nam si molestus pergis esse, jam intro arripiere, atque ibi usque ad necem operiere loris. *Plaut. Men.* 5. 2. 51. Melius sanam est, mulier, mentem sumere. Urbane *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 41. Qui me commorit (melius non tangere, clamo) Flebit. ¶ *Melior*, et *melius fit, est*, ad eos pertinent, qui convalescunt. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 35. Pompeio, cum graviter ægrotaret Neapoli, melius est factum. *grew better.* *Cels.* l. 3. c. 20. *de lethargico.* Neque enim vigilando melior fit, sed per se, si melior est, vigilat. *Id.* l. 3. c. 6. Scire, quando æger febricitet, quando melior sit, quando deficiat. V. *Meliusculus.* Sic contra *pejor*, et *pessimus fit* apud *eund.* l. 3. c. 5. ¶ Item universim ad eos, qui meliore statu, aut fortuna utuntur. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 1. Melius anno hoc mihi non fuit domi. *Id. Curcul.* 4. 2. 40. Istas minas decem, qui me procurem, dum melius fit mihi, des. *Terent. Andr.* 2. 5. 15. Vulgo dici solet, omnes sibi malle melius esse, quam alteri. Sic *melius habere*. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 7. Ipsi se hoc melius habent, quam nos, quod, &c. ¶ *Melius* adverb. *better.* *Cic.* 14. *Attic.* ep. 15. Incipit res melius ire, quam putaram. *Terent. Phorm.* 4. 3. 35. Non potuit melius pervenirier eo, quo nos volumus. *Horat.* l. 4. od. 5. v. 8. Et soles melius nitent. *shine brighter.* *Petron. in Sat.* c. 118. Quod longe melius Historici faciunt. *Plin.* l. 17. c. 18. Talea melius vivet. *Id.* l. 19. c. 8. *circa med.* Asparagus melius provenit. *Cic.* apud *Sueton. in Cæs.* c. 50. Quo melius emptum sciatis, tertia deducta est. *that ye may the better judge of the cheapness of the bargain.*

MELIORATĬO, onis, f. *melioration, improvement*, βελτίωσις, ἐμπονημα, refectio in melius. *Imp. Justin.* lib. 4. *Cod.* tit. 66. leg. 2. et 3. et lib. 2. tit. 19. *leg. ult.* [† V. *Emphyteuma.*]

MELIORĀTUS, a, um, *meliorated, made better, improved*, melior factus, utÆlioratum prædium, *Impp. Diocl. et Maxim.* lib. 5. *Cod.* tit. 71. *leg. antepænult.*

MELIORESCO, is, n. 3. *to grow better*, βελτιόομαι, melior fio. *Colum.* l. 2. c. 10. *ad fin.* Atque glareosis, sabulosisque arvis meliorescit. Al. rectius leg. *melior exit.*

MELIŌRO, as, a. 1. *to meliorate, better, improve*, βελτιόω, meliorem reddo. *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 1. leg. 13. Siquidem permittitur ei meliorare proprietatem.

MĔLIS. V. *Meles.*

MĔLIS, hasta, a ligno mali dicta. Ita *Paul.* apud *Fest.* sed corrigunt Eruditi ex *Hesychio*: melia, hasta: a μελία, fraxinus: illam autem notationem *a ligno mali* ridiculam esse, et cum *Paulo* missam faciendam.

MELISPHYLLUM, li, n. *balmgentle, balm*, μελίσφυλλον, herba, quam *Virgil.* 4. *Georg.* v. 63. et *Pallad.* l. 1. tit. 37. enumerant inter eas, quarum sapor atque odor apibus est gratissimus. Hanc *apiastrum* vocat *Varro* (l. 3. *R. R.* c. 16. *ante med.*) teste *Serv.* ad illud *Virg. loc. cit.* Trita melisphylla, et cerinthæ ignobile gramen. A *Plin.* l. 20. c. 11. *a med.* dicitur *melissophyllon*, a μέλισσα, apis, et φύλλον, folium, quasi herba apum: unde *melisphyllum* videtur per syncopen ab eo ductum. Addit autem l. 21. c. 9. venire etiam in coronamenta. Vocatur et *citreago*. Porro quod *Id.* l. 21. c. 12. et *Colum.* l. 9. c. 8. *ad fin.* seri aiunt propter apes *apiastrum*, *rosam*, &c. *melissophyllum*, *cerinthen*, &c. per *apiastrum* his locis intelligunt agreste apium, quæ ab hac, de qua agimus, herba longe diversa est, et ipsa tamen apibus grata. [† V. *Melinum.*]

MELISSA, æ, f. Μέλισσα, Nympha, quæ mellificium prima invenit. Hinc data est occasio fabulandi, Melissam in apem fuisse conversam. Nam μέλισσα Græce apis est. *Col.* l. 9. c. 2. ex *Hygino.* ¶ Item filia Melissi regis Cretæ, quæ una cum sorore Amalthea Jovem caprino lacte aluit. V. *Melissus.* et *Lactant.* l. 1. c. 22. qui addit, eam a patre primam sacerdotem Matri magnæ fuisse constitutam: unde adhuc ejusdem Matris antistites, Melissas nuncupari.

MELISSEUS. V. *Melissus.*

MELISSOPHYLLUM. V. *Melisphyllum.*

MELISSUS, i, *et* Melisseus, i, m. Μελισσός, et Μελισσεύς, Cretensium rex antiquissimus, qui primus diis sacrificavit, ac ritus novos, sacrorumque pompas introduxit. Pater fuit Melissæ, et Amaltheæ, quæ Jovem puerum caprino lacte ac melle nutrierunt. *Lactant.* l. 1. c. 22. ¶ Item Grammaticus quidam Spoletinus, qui Mecænati muneri datus, per eum ad Augusti amicitiam pervenit, et ordinandis ejus bibliothecis præpositus fuit. Scripsit fabulas Togatas, quas *Trabeatas* inscripsit, et Ineptiarum, seu jocorum libros. *Sueton. de Grammaticis* c. 21. *Ovid. l. et ep. ult. ex Pont.* v. 30. Et tua cum socco Musa, Melisse, levi.

MELĬTA, æ, *vel* Melite, es, f. hodie *Malta*, Μελίτη, ins. maris Africi, inter Siciliam, et Africam. *Cic. Verr.* 6. c. 46. et *Plin.* l. 3. c. 8. *sub fin.* ¶ *Melita* item, hod. *Meleda*, ins. maris Hadriatici, Dalmatiæ adjacens, inter oram illius, et Corcyram Melænam: a qua Melitæi catuli dicti sunt. *Plin. in fin.* l. 3. ¶ Pænultima brevis est. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 567. Fertilis est Melite sterili vicina Cosyræ Insula, quam Libyci verberat unda freti. *Sil.* l. 14. v. 250. telaque superba Lanigera Melite et litus piscosa Melacte. (*Cic.* quoque *loc. cit.* texendi artificio celebrem fuisse, innuit. V. *Melitensis.*) Produxit tamen *Arator prope fin.* l. 2. *in Act. Apost.* Mensibus hibernis tribus in regione Melite Multiplicem dat Paulus opem. *et supra.* Sicanio lateri remis vicina Melite.

MELITÆUS, a, um, Μελιταῖος, ad Melitam pertinens, ut Melitæi catuli, *Plin.* lib. 30. cap. 5. *extr.* et *in fin.* lib. 3. V. vocem præced.

MELITENSIS, se, adject. *Maltese*, Melitæus, ex Melita insula maris Africi, ut Melitensis vestis, *Cic.* 4. *Verr.* c. 72. Nam textrinæ operibus ea insula celebris fuit, eodem teste *Verr.* 6. c. 46. et *Sil.* l. 14. v. 250. Sic *Melitensis rosa*, qua fartus erat pulvinus Verris, *Verr.* 7. c. 11. in pretio fuit vel ob pulcritudinem, ut Pæstana: vel fortasse, quia temporius ceteris proveniebat, ut in calida regione. ¶ *Melitensem mitram* habet *Varro* apud *Non.* c. 14. n. 16. et *Melitensia* absolute de Melitensi veste, *Lucret.* l. 4. v. 1123. et *Cic.* 4. *Verr.* c. 74.

MELITESĬUS, a, um, idem quod Melitensis, ut Melitesia coralia, *Grat. in Cyneg.* v. 404. Et vivum lapidem, et circa Melitesia nectunt Coralia. Al. leg. *Melitensia.*

MĒLĪTIS, idis, f. μηλῖτις, gemma colore mali cydonii: a μῆλον, malum. *Plin.* l. 37. c. 11. *ad fin.*

MELITĪTES, æ, m. *a drink made of new wine and honey; a kind of metheglin*, μελιτίτης οἶνος (V. *Abrotonites*) genus potionis dulcis, ex melle, et musto, idest, ex congio mellis, et quinque congiis austeri musti, et cyatho salis una fervefactis. *Plin.* lib. 14. c. 9. ¶ Item lapis cinericii coloris, qui attritus, vel cum liquore contusus, liquorem dulcem emittit, mellitumque, et ceræ mixtus eruptionibus, pituitæ, maculis corporis medetur: μελιτίτης λίθος. *Plin.* l. 36. c. 19.

MELITTURGUS, i, m. *a maker of honey, dealer in honey, bee-master*, μελιττουργός, mellarius, qui mellificium exercet: a μέλιττα, apis, et ἔργον, opus. *Varr.* l. 3. *de R. R.* c. 16.

MELĬUM, ii, millus, h. e. collare canum. Ita legunt plerique apud *Varron.* l. 2. *de R. R.* c. 9. V. *Millus.*

MELĬUS. V. *Melior.*

MELIUSCŬLE, *somewhat better*, aliquanto melius. *Cic. Fam.* 16. ep. 5. Volebam ad te Marionem remittere, quem, cum meliuscule tibi esset, ad me mitteres. *h. e.* cum convalescere aliquantum cœpisses. *Plaut. Mostell.* 4. 2. 51. Vide sis, ne meliuscule, quam sat fuerit, biberis. *a cup too much.*

MELIUSCŬLUS, a, um, *somewhat better*, aliquanto melior: diminutivum a *melius*. *Varr.* apud *Non.* cap. 4. n. 425. Nunc de te meliusculam spem habeo, qui, &c. *Plaut. Capt.* 5. 2. 6. Si eris verax, tua ex re facies: ex mala meliusculam. *Id. Curcul.* 4. 2. 3. Meliusculum est monere. *Colum.* l. 9. c. 3. Apes coloris meliusculi. *Est qui conjicit* melleusculi. *Senec.* l. 1. *de Benef.* c. 3. *a med.* Gratias esse ætate minores, quam Horas, sed meliuscula facie. ¶ *Meliusculus* etiam dicitur, qui ex morbo aliquantulum convalescit. *a little recovered, rather better.* *Terent. Hec.* 3. 2. 19. Salvan' Philumena est? *Pam.* meliuscula est. *Cels.* l. 3. c. 22. *in fin.* Qui meliusculus esse cœpit, adjicere debet exercitationes, fricationes, cibos.

MELIZŌMUM, i, n. *a decoction made of honey*, μελίζωμον, condimentum quoddam ex mellis despumati mixtura confectum, et reficiendis viatoribus aptum. *Apic.* l. 1. c. 2.

MELLA, æ, f. *bees-wax water, honey-water.* Extracto e ceris melle, ipsa cera minute resolvitur, et aqua fontana, vel cælesti maceratur: expressa deinde aqua colatur, et decoquitur, donec ad defruti crassitudinem perveniat; et bene picatis lagenis conditur. Hæc mella appellatur, et adhibetur pro defruto in condituris olivarum. *Colum.* lib. 12. cap. 11. Adde cap. 47.

MELLA, *vel* Mela, æ, m. fluvius Galliæ Cisalpinæ ex Brenno monte oriens, et prope Brixiam decurrens. *Virg.* 4. *Georg.* v. 278.

MELLACĔUM, i, n. *Nonius* c. 17. n. 14. ita vocari nunc ait, quam Veteres sapam dixere. [† Al. *-cium* vel *-tium.*]

MELLARĬUM, ii, n. *a place for keeping bees, apiary*, locus, in quo apes nutriuntur, alvearium, μελιτροφεῖον. *Varr.* l. 3. c. 16. Μελιττῶνας ita facere oportet, quos alii μελιτροφεῖα appellant, eandem rem quidam mellaria. ¶ Item vas melli continendo. V. in *Bona Dea.*

MELLARĬUS, rii, m. subst. *a bee-master, maker of honey*, μελιτουργός, qui mellis opus exercet. *Varr.* lib. 3. *de R. R.* cap. 16. Qua mellarii favum exprimere possint.

MELLARĬUS, a, um, *of or pertaining to honey*, ad mel pertinens. *Plin.* l. 21. c. 14. Vasa mellaria, aut favos lavari aqua præcipiunt. *for holding honey.*

MELLATĬO, onis, f. *the time of taking honey from the*

bees, μελιτρυγία, mellis vindemia, cum mel eximitur. *Colum.* l. 11. c. 2. *circa med.* Differenda est in mensem Octobrem mellatio. *Plin.* l. 11. c. 15. Æstiva mellatio.

MELLEUS, a, um, *of or like honey*, μελιτώδης, qui ex melle est, vel mellis dulcedinem refert, ut Melleus sapor, apud *Plin.* l. 15. c. 14. Melleus color, apud *eund.* l. 11. c. 16. Mellea crassitudo, *Id.* l. 25. c. 9. *sub fin.* Melleæ sardonyches, *Id.* l. 37. c. 6. *a med.* h. e. mellei coloris. Melleum crustum, *Auson. in Ephem. parech.* v. 12. ¶ Translate est dulcis, suavis. *sweet. Apul.* l. 6. *Metam.* Aves melleis modulis suave resonantes. *Id. in Florid.* n. 4. (*al.* lib. 1.) Tibicen omnis voculæ melleus modulator. *In fragm. Petron.* pag. 668. *Burm.* Mellea purpureum depromunt ora ruborem. *Auson.* epist. 19. *sub fin.* Accessit tibi in artem poeticam mellea adulatio. *et initio* ep. 17. Modo intelligo, quam mellea res sit oratio. *et in gratiar. act. ad Gratian.* c. 8. Melleum eloquium.

MELLICŬLUM, i, n. *a term of endearment; a little honey, sweetheart*, diminut. a *mel*, vox blandientis. *Plaut. Cas.* 4. 4. 14. Meum corculum, melliculum, verculum. *Priscian.* l. 3. pag. 610. *Putsch.* legit *melculum.* Rursus *Plaut. Curcul.* 1. 1. 10. Egon' apicularum opera congestum non feram, ex dulci oriundum, melliculo dulci meo? ¶ Adjective *Id. Casin.* 4. 4. 19. Corpusculum melliculum! Al. leg. *molliculum*, al. *mellitulum.*

MELLĬFER, ra, rum, *producing honey, melliferous*, μελιτοφόρος, ferens mel. *Ovid. Metam.* 15. vers. 383. Melliferarum apium sine membris corpora nasci. *Claudian.* lib. 2. *de rap. Pros.* vers. 127. Mellifer electis exercitus obstrepit herbis.

MELLIFICĬUM, ii, n. *the making of honey, mellification*, μελιτουργία, mellis opus. *Varr.* l. 3. *R. R.* cap. 16. *ante med.* Ad mellificium aptissimum est thymum. *Colum.* l. 9. c. 13. *ad fin.* Apes magis mellificiis, quam fetibus student.

MELLIFĬCO, as, a. 1. *to make honey*, μελιτουργέω, τιθαιβώσσω, mel facio. *In quodam epigr. Virg.* apud *Donat. in ejus vita.* Sic vos non vobis mellificatis apes. *Plin.* l. 11. c. 18. Apum genera duo: aliarum, quæ in arboribus mellificant: aliarum, quæ sub terra.

MELLIFĬCUS, a, um, *that makes honey*, ad mel conficiendum pertinens. *Colum.* l. 9. cap. 13. *in fin.* Ut apes ab opere mellifico evocatæ, &c. et cap. 8. Mellifici saltus.

MELLIFLŬENS, entis, qui mel fluit, suavis, *mellifluent. Auson.* epist. 16. v. 14. Mellifluentem Nestora.

MELLIFLŬUS, a, um, *mellifluous*, mellifluens. *Avien. in Perieg.* vers. 468. Antra melliflua. *Boeth.* lib. 5. metr. 2. Homerus mellifui oris.

MELLIGĔNUS, a, um, *of the same kind with honey, like honey*, μελιειδής, qui est ejusdem generis cum melle. *Plin.* l. 16. c. 7. *de robore.* Fert et aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni succi.

MELLĪGO, inis, f. *the gummy substance with which bees daub their hives*, μελίτωμα, κήρωσις, quod nondum mel est, sed ad mellis naturam accedit, succus e lacrymis arborum, sive florum, quem apes devorant, postea ad alvos regressæ evomunt, operaque componunt. *Plin.* l. 11. c. 6. Ceram ex floribus, melliginem e lacrymis arborum, quæ glutinum pariunt, salicis, ulmi, arundinis succo, gummi, resina. ¶ Translate ponitur pro quocumque succo florescentis fructus adhuc, atque immaturi. *Plin.* l. 12. cap. 27. In prima lanugine demittitur uva, ejusque melligo. *the juice of an unripe grape. Harduin.* hæc paulo aliter explicat.

MELLILLA, læ, f. diminut. a *mellinia.* Adhibetur in blanditiis. *Plaut. Casin.* a. 1. vers. 47. Mea vita, mea mellilla, mea festivitas. *my little sweetheart.*

MELLINĬA, æ, f. potio ex melle: et translate res jucunda, et dulcis. *Plaut. Trucul.* 4. 1. 6. Hoc nimio magnæ melliniæ est mihi. Al. leg. *mellinæ.* V. *Melina.*

[† MELLITĪNUS, a, um, adj. idem ac mellitus. *Plin. Valer.* 3. 26. Caræ mellitinæ libra una.]

MELLITŬLUS, a, um, diminut. a mellitus, dulciculus. *Apul.* l. 3. *Metam.* Mea mellitula.

MELLĪTUS, a, um, *sweetened with honey, of a honey taste*, μελιτώδης, melleus, aut melle conditus. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *a med.* Melliti favi. *Id.* apud *Gell.* l. 13. c. 11. Mellita bellaria. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 11. Pane egeo, jam mellitis potiore placentis. *Apul.* l. 10. *Metam.* Mellita edulia. *Plin.* l. 36. c. 19. Succus dulcis, et mellitus. ¶ Translate est suavis, jucundus, dulcis, *sweet, delicious, charming. Cic. Attic.* l. 1. ep. 18. Ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore, et filiola, et mellito Cicerone consumitur. *Catull.* carm. 47. *ad Juvent.* Melliti oculi. et carm. 3. Mellitus passer. *Petron. in Satyr.* c. 1. *in fin.* Melliti verborum globuli. *Apul.* l. 5. *Metam.* Mellita cantus dulcedo. et lib. 2. Mellitissimum suavium. *Id.* l. 5. Mi mellite, mi marite.

MELLO, as, mel facio, vel colligo. Legitur a quibusdam apud *Pallad. in Jun.* tit. 7. sed incerta admodum ea lectio est.

MELLŌNA, *et* Mellonĭa, æ, f. dea apum præses, et mellis. Primum est apud *August.* c. *ult.* l. 4. *de civ. Dei:* alterum apud *Arnob.* l. 4. pag. 131.

MELLOPROXĬMI ab *Impp. Honor. et Theod.* lib. 12. *Cod.* tit. 19. leg. 5. dicuntur, qui insequenti anno futuri sunt proximi scriniorum. Est autem vox hybrida ex Græco μέλλω, futurus sum, et Latino *proximus.*

MELLŌSUS, a, um, melleus. *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 29. Mellosa dulcedo.

MĔLO, onis, nomen est Nili fluvii, testibus *Festo*, et *Serv.* ad 4. *Georg.* v. 291. ad 1. *Æn.* v. 745. et ad lib. 4. v. 246. Ait *Serv.* esse vocem Latinam, ut *Nilus* Græcam, eaque usum *Ennium.* Putat *Festus* in *Alumento* sic dictum esse a veteribus Romanis, nec dum assuetis Græcæ linguæ, ut *Alumento* (al. *Laumento*) pro *Laomedonte*, *Catamitus* pro *Ganymede.* V. *Catamitus.* Ducunt Eruditi a μέλας, ανος, niger, quia ob profunditatem nigro colore est, et quia viridem Ægyptum nigra fecundat arena, ut ait *Virg.* cit. 4. *Georg.* V. *Melas. Auson.* epist. 4. v. 75. Melonis albam filiam. *h. e.* papyrum, quæ circa Nilum plurima.

MĒLO, onis, m. genus cucumeris, rotunda, et mali cotonei figura: a μῆλον, malum. *Pallad.* in *Mart.* tit. 9. *ante med.* Nunc melones serendi rarius: distent inter se semina pedibus duobus, &c. Semina mulso et lacte per triduum maceranda sunt: hinc suaves efficientur: odorati autem, si eorum semina multis diebus inter rosæ folia sicca mergantur. *Capitolin. in Albino*, c. 11. Nam et quingentas ficus passarias jejunum comedisse, et centum persica Campana, et melones Hostienses decem, &c. *Vopisc. in Carino*, c. 17. Vini plurimum effudit: inter poma et melones natavit. *Trebell. Poll. in. Gallien.* c. 16. Uvas triennio servavit: hieme summa melones exhibuit. Adde *Arnob.* l. 2. pag. 85. Ex his apparet, *melones* in deliciis fuisse. An vero sint, quos Florentini vocant *poponi* (*pumpions, pumkins*), nos Patavini *meloni* (*melons*), negat *Casaubon. ad cit. loc. Capitolini:* ignotos enim hos toti antiquitati fuisse. Alii contra sentiunt, inter quos *Salmas. ad Solin.* pag. 958. Videntur autem iidem esse cum *melopeponibus*, de quibus mox.

MELŌDES, is, m. μελῳδός, qui dulcia carmina cantat. *Sidon.* l. 9. ep. 15. *in carm. ad fin.* Proculus melodes insonare pulsibus. Al. leg. *melodis*, ut sit adject.

MELODĬA, æ, f. *melody, harmony*, μελῳδία, concentus, melos. *Martian. Capell.* l. 9. pag. 306.

MELODĪNA, neutr. plur. melodiæ, concentus. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 247. Si quis melodinis sit ὄνος λύρας, Præsepibus se retineat forensibus. Al. aliter leg.

MELŌDUS, a, um, *melodious*, suaviter sonans, vel canens, μελῳδός. *Ausonii* est *de Professor.* carm. 15. vers. 8. et *Prudentii* 9. *cathemer.* v. 2.

MELOFOLĬA, orum, mala, quibus folium unum, aliquando et geminum erumpit e latere medio. *Plin.* l. 15. c. 14.

MELOMĔLI, n. *the syrup of quinces preserved in honey*, μηλόμελι, liquor mulsei saporis ex cydoneis malis melle conditis, et in lagena servatis: cujus conficiendi rationem docet *Colum.* l. 12. c. 45. Al. leg. *melimeli* minus recte. [† V. *Melimela.*]

MELOPEPŌNES, um, m. *a melon or garden-cucumber; a sort of pompion like a quince; a musk-melon*, μηλοπέπονες, genus cucumeris: de quo ita *Plin.* l. 19. c. 5. Cucumeres, in fistula flore demisso, mira longitudine crescunt. Ecce cum maxime nova forma eorum in Campania provenit, mali cotonei effigie. Forte primo natum ita audio unum: mox semine ex illo genus factum: melopeponas vocant. Non pendent hi, sed humi rotundantur. Mirum in his, præter figuram, et odorem, quod maturitatem adepti, quamquam non pendentes, statim a pediculo recedunt. Hæc *Plin.* Porro dicti sunt a μῆλον, malum, propter figuram, et πέπων, ονος, maturus, a sole excoctus, a πέπτω, coquo, propter maturitatem.

[* MELOPHYLLON, i, n. herba eadem ac millefolium. *Apul. de herb.* c. 88.]

MELOPŒĬA, æ, f. μελοποιΐα, est habitus modulationis effectæ, ut definit *Martian. Capell.* l. 9. pag. 326. ubi tres ejus species recenset. V. Est a μέλος, cantus, et ποιέω, facio.

MELOS, i, n. *song, melody, harmony, verse, music; a song, tune, lay*, μέλος, suavis sonus, cantus, carmen. *Actius* apud *Cicer.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 25. Silvani melo Consimilem ad aures cantum et auditum refert. *Cato* apud *Non.* c. 2. n. 70. Melos alterum in cantibus est bipartitum: unum, quod est in assa voce: alterum, quod vocant organicon. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 1. dic, age, tibia Regina longum Calliope melos. *Pers. in prol. extr.* Corvos poetas, et poetrias picas Cantare credas Pegaseium melos. ¶ In plur. num. *mela* positione Latina. *Auson. in parental.* num. 27. Cui brevia mela modifica recino. *mele* positione Græca, τὰ μέλη. *Lucret.* l. 2. v. 412. Ac Musea mele, per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant. et vers. 504. et cygnea mele. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 654. docta sonare mele. ¶ In allato versu *Persii* prima syllaba produci videtur imitatione Græcorum, qui vocalem brevem liquidæ præpositam producunt. *Homer.* in hymno Mercurii, v. 498. corripuit, Πλήκτρῳ ἐπειρήτιζε κατὰ μέλος· ἡ δ' ὑπὸ καλόν. At versu statim sequenti produxit, Ἱμερόεν κονάβησε· θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε. Cave imiteris, et V. *Martial.* l. 9. epigr. 12. [† In Hymno Mercurii, quem olim indicaverat *Casaubonus*, pro ὑπὸ καλὸν, et μέλος ἄεισε, rectius legitur ὑπὸ χειρὸς, et καλὸν ἄεισε, ut nulla fere sit hujus loci auctoritas. Nec multum in re metrica auctoritatis præbent *Antipater* epigrammate in Anacreontem, et *Martianus Capella* citatus in v. *Melicus;* quorum hic τὸ *mēlĭcă* pro dactylo, ille autem τὸ μελίζεται pro Ionico majori, venditandum curavit. Ceterum pro *melos* omnino jam tandem legendum videtur *nectar*, quod in codice antiquissimo legisse se testatur *Politianus* in *Miscellaneis.* V. *Bond.* ad l. *Schol. Vet.* etiam notat: "In aliis est, *nectar:*" et *nectar* in textum acceperunt *F. Passow* et *F. Howes.* Dixit *Horatius*, epist. 1. 19. 44. Manare *poetica mella. Lucret.* 1. 946. et 4. 22. *Musæo dulci* contingere *melle. Apul.* l. 5. *Metam. Mellita cantus dulcedo.* et exponit *Cornutus* "Pegaseium melos" per "dulce vel *nectareum* carmen." Nec vero durius, ut acute observavit *F. Howes*, sonat "cantare nectar," quam Aristophanicum illud 'Ῥόδα μ' εἴρηκας, Plautinum *Lapides loqueris.*] ¶ Masculino gen. *Cato* apud *Non.* c. 3. n. 136. Omnes qui loquuntur, habere debent quosdam melos. *Pacuv. ibid.* Fremitu concidi melum. Adde *Acc. et Varron. ibid.*

MELŌTHRON, i, n. μήλωθρον, herba, quæ et vitis alba dicitur, cujus foliis utebantur in coronamentis. *Plin.* l. 21. c. 9. et l. 23. c. 1. *ante med.*

MELPOMĔNE, es, f. Μελπομένη, una ex Musis, tragœdiarum inventrix, a μέλπομαι, cano. *Horat.* l. 1. od. 24. Præcipe lugubres Cantus Melpomene, cui liquidam pater Vocem cum cithara dedit. *Auson. edyll. ult.* vers. 2. Melpomene tragico proclamat mœsta boatu.

MELTOM, meliorem dicebant. *Festus.* ubi al. leg. *meliom.*

MEMBRĀNA, æ, f. *a membrane, thin skin that covers the members, any thin skin*, ὑμὴν, δέρρις, pellis exterior, quæ membra tegit, pellicula, tunica. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Natura oculos membranis tenuissimis vestivit. *Lucan.* l. 9. v. 773. Dissiluit stringens uterum membrana, fluuntque Viscera. *Cels.* l. 8. c. 4. Membrana cerebri. *the meninges*, μῆνιγξ. *Plin.* l. 11. c. 28. Membranis cicadæ volant. et cap. 39. Membranis volant fragilibus insecta. ¶ De exuviis anguium. *the slough. Ovid.* 7. *Metam.* v. 272. Squamea Cyniphii tenuis membrana chelydri. *Lucan.* l. 6. v. 679. Libyci membrana cerastæ. ¶ De pelle detracta animalibus, et arte polita in usum scribendi, aut pingendi, et compactos in volumen libros vestiendi. *parchment or vellum.* V. *Pergamenus. Quintil.* l. 10. c. 3. *ad fin.* Scribi optime ceris, in quibus facillima est ratio delendi: nisi forte visus infirmior membranarum potius usum exiget: quæ ut juvant aciem, ita crebra relatione, quoad intinguntur calami, morantur manum, et cogitationis impetum frangunt. *Martial.* l. 14. dist. 7. cujus lemma *Pugillares membranei.* Esse puta ceras, licet hæc membrana vocetur: Delebis, quoties scripta novare voles. *Plin.* l. 7. c. 21. In nuce inclusam Iliada, Homeri carmen in membrana scriptum, tradidit Cicero. *Horat.* l. 2. sat. 3. Sic raro scribis, ut toto non quater anno Membranam poscas. *Petron. in Satyr.* c. 115. Membranæ ingenti versus ingerere. *Catull.* carm. 22. *ad Varr.* v. 6. chartæ regiæ, novi libri, Novi umbilici, lora rubra membrana Directa plumbo, et pumice omnia æquata. *Tibull.* l. 3. el. 1. v. 9. Lutea sed niveum involvat membrana libellum. *Plin.* l. 35. c. 10. *de Parrhasio.* Alia multa graphidis vestigia exstant in tabulis, ac membranis ejus, ex quibus proficere dicuntur artifices. ¶ De tenuioribus ligni lamellis, frugum, et pomorum tunicis, &c. *Plin.* l. 15. c. 23. *de nuce juglande.* Bifidæ putaminum carinæ, nucleorumque alia quadripartita distinctio, lignea intercursante membrana. *peel, rind. Id.* l. 16. c. 14. *de tilia.* Inter corticem ac lignum tenues tunicæ multiplici membrana. *Id.* l. 15. c. 23. *de castaneis.* Proxima corpori membrana in his, et in nucibus saporem, ni detrahatur, infestat. et cap. 28. Crusta teguntur glandes, cute uvæ, corio et membrana Punica. *Id.* lib. 29. c. 3. Membrana putaminis ovi. *the film. Id.* l. 18. c. 7. Milium, et panicum indefensa membranis continentur. *Id.* l. 19. c. 6. *a med.* Tenuissimis membranis velatur allium. ¶ De qualibet superficie, membrana modo contegente. *the surface of any thing. Lucret.* l. 4. v. 93. tenuis summi membrana coloris Cum jacitur, &c.

MEMBRANACĔUS, *et* cius, a, um, *membranous, membranaceous, filmy*, ὑμενώδης, membrana constans. *Plin.* l. 10. c. 61. Vespertilio, cui membranaceæ pinnæ uni. Vetus lap. apud *Gruter.* pag. 174. n. 7. legavit pugillares membranaceos operculis eboreis. ¶ Item membranæ similis. *Plin.* lib. 16. cap. 31. Quibusdam cortex membranaceus, ut viti, arundinis.

MEMBRANĔUS, a, um, *membraneous*, membranaceus. *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 50. Codices membranei, vel chartacei, vel eborei. *made of parchment. In lemmate* epigram. 7. l. 14. *Martial.* Pugillares membranei.

MEMBRANŬLA, æ, f. *a little membrane*, parva membrana. *Cels.* lib. 8. c. 4. *ante med.* Ne quid ex ipsa membranula, quæ sub cute calvariam cingit, super os relinquatur. *the periosteum.* et lib. 7. c. 7. sect. 13. *extr.* Membranula oculi. *Id. ibid.* c. 1. et 14. membranulas dixit, quas nunc Anatomici *nervos* appellant, scil. ductus spirituum. ¶ De scriptoriis, et librariis. *a small bit of parchment. Scævola Dig.* lib. 32. *leg. pænult.* Quæ membranulis mea manu scriptis continebuntur. *Cic.* 4. *ad Attic.* ep. 4. Librariolis imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant.

h. e. pergamenam, in qua librorum tituli inscribantur, et exterius pittacii modo affigantur. ¶ *Membranulum, i,* n. *Apul.* lib. 6. *Metam.* Hirudinis tenue membranulum circumdedit.

MEMBRĀTIM, *limb by limb, in pieces, piecemeal,* μελῃδὸν, per membra singula, singillatim, per partes. *Lucret.* l. 3. v. 529. sæpe hominem paulatim cernimus ire, Et membratim vitalem deperdere sensum. *Plin. initio* l. 12. et lib. 25. c. 11. Animalium naturæ generatim membratimque ita se habent. *generally and particularly.* et l. 26. c. 11. Nunc peractis malis, quæ membratim sentiuntur, dicemus de his, quæ totis corporibus grassantur. *in every limb.* et l. 9. c. 15. Thynni membratim cæsi, cervice et abdomine commendantur. *in pieces.* et lib. 28. c. 7. Divisi membratim abortus. *Cic. in Partit.* c. 35. *a med.* Narratio accusatoris erit quasi membratim gesti negotii suspiciosa narratio. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 22. Membratim enumerare. *h. e.* singillatim. *severally. Cic. in Orat.* c. 63. et 67. Incise membratimque dicere. *h. e.* per membra periodi. *Quintil.* l. 9. c. 4. *post med.* Ubicumque acriter erit, et instanter pugnaciterque dicendum, membratim cæsimque dicemus.

MEMBRATŪRA, æ, f. *the formation or structure of the limbs,* membrorum conformatio. *Vitruv.* l. 8. c. 5. Animo advertantur, qua membratura sint, qui circa eos fontes habitant, homines.

MEMBROR, aris, dep. 1. *to be limbed,* διαρθρόομαι, per membra formor. *Censorin. de die natali,* cap. 11. Quinque et triginta diebus infans membratur.

MEMBRŌSUS, a, um, *having large members,* magnis membris instructus. *Auct. Priap. in proœm.*

MEMBRUM, i, n. *a member, limb,* μέλος, κῶλον, pars corporis animalis, ut pes, manus, caput, aures, nasus, &c. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 5. *a med.* Jam membrorum, idest partium corporis, alia videntur propter eorum usum a natura esse donata, ut manus, crura, pedes, &c. alia quasi ad quendam ornatum, ut cauda pavoni, plumæ versicolores columbis, viris mammæ, atque barba. *Terent. Adelph.* 4. 4. 3. Membra metu debilia sunt: animus timore obstupuit. *Plaut. Amph.* 5. 1. 66. Mihi horror misero membra percipit dictis tuis. *Virg.* 4. *Georg.* v. 438. defessa membra componere. *to compose or rest.* et lib. 6. *Æn.* v. 642. in gramineis exercent membra palæstris. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 81. dare membra sopori. *Sueton. in Vespas.* c. 20. Statura fuit quadrata, compactis, firmisque membris. *Horat.* l. 2. *sat. ult.* v. 86. Mazonomo pueri magno discerpta ferentes Membra gruis. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 383. Melliferarum apium sine membris corpora nasci. *without the appearance of limbs.* ¶ Differunt membra ab artubus, qui proprie commissuram nexumque membrorum significant: vel sunt ossa cum nervis: membra vero carnes, quibus artus conteguntur. *Plaut. Men.* 5. 2. 102. Ut ego hujus membra, atque ossa, atque artus comminuam illo scipione. *Virg.* 5. *Æn.* v. 422. Et magnos membrorum artus. Promiscue tamen aliquando usurpantur. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 7. v. 53. Exanimes artus et membra trementia vidi. V. *Artus.* ¶ Differunt præterea ipso usu, quia *membra* transferuntur ad significandas partes domus, navis, &c. *artus* non item. *Cic.* 3. *ad Q. Fr.* ep. 1. c. 1. Nec habere poterat adjuncta cubicula, et ejusmodi membra. *Plin.* lib. 2. ep. 17. Adhæret dormitorium membrum, transitu interjacente, &c. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 2. v. 12. quassatæ solvere membra ratis. et lib. 4. el. 10. v. 47. Ponticus Heroo, Bassus quoque clarus Iambo, Dulcia convictus membra fuere mei. *Pallad.* l. 1. tit. 35. *sub fin.* Totius vineæ membra. *h. e.* vites. *Ammian.* l. 15. c. 7. (*al.* 17. *a med.*) Vulgus omne, paulo ante confertum, per varia urbis membra diffusum evanuit. *through various places; through different parts of the city. Sueton. in Aug.* c. 48. Reges socios non aliter universos, quam membra partesque imperii, curæ habuit. *Colum. sub fin. proœm.* l. 10. Multa sunt ejus quasi membra, de quibus aliquid possumus effari. *parts, divisions of this subject.* Sic *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 4. *extr.* Omnes philosophiæ partes, atque omnia membra tum facillime noscuntur, cum &c. ¶ De parte orationis, seu periodi longiore. nam brevior *incisum* dicitur. *a discourse or period; a clause or colon. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 19. Membrum orationis appellatur res breviter absoluta, sine totius sententiæ demonstratione: quæ denuo alio membro orationis excipitur. *Cic. in Orat.* c. 62. et 66. Quæ Græci κόμματα, et κῶλα nominant, nos recte incisa, et membra dicimus. *Id.* 3. *de Orat.* c. 49. *a med.* Sæpe carpenda membris minutioribus oratio est: quæ tamen ipsa membra sunt numeris vincienda. ¶ Δι' ἀντονομασίαν *membrum* ponitur in re turpi. *Auct. Priap.* carm. 69. [¶ *Membrum genitale* est etiam unus ex testiculis. *Colum.* l. 7. c. 11. Mediam cutem, quæ intervenit duobus membris genitalibus, rescindito. *h. e.* duobus testiculis.]

MEMĬNENS, entis, *remembering,* particip. a *memini,* exigui usus. *Liv.* apud *Priscian.* l. 11. p. 922. *Putsch.* Meminens *Varro* corde volutat. *Auson. in Professorib.* 2. v. 4. Vivis adhuc ævi, quod periit, meminens. *Sidon.* l. 2. ep. 10. *ad fin.* Sisque oppido meminens, quod, &c. *Id.* l. 4. ep. 12. Naturæ meminens, et professionis oblitus. Adde epist. 3. *ad fin.* et lib. 6. epist. 3. et lib. 7. ep. 6.

MEMĬNI, isti, defect. 3. *to remember, keep in mind, call to recollection, recollect,* μέμνημαι, recordor, memoria teneo, in memoriam redeo, et ut ait *Senec.* ep. 33. *a med.* rem commissam memoria custodio. Volunt esse ab obsoleto *meno,* quod a μνάω, geminatione primæ syllabæ. Pro præsenti, et imperfecto in omnibus modis habet præterita, quæ, ut in *novi, odi, cœpi,* pro præsentibus ponuntur, et explicantur. *Cic. pro Mur.* cap. 20. Cui placet, obliviscitur: cui dolet, meminit. *Id. pro leg. Manil.* c. 16. Meminisse, et commemorare. *Phædr. in fin.* l. 4. Pulcre meminero. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 68. Memini bene. ¶ Cum genitivo. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 1. *extr.* Vivorum memini, nec tamen Epicuri licet oblivisci. *Id. Fam.* 13. ep. 75. Minus videbor meminisse constantiæ tuæ. ¶ Cum accusativo. *Id.* 4. *Acad.* c. 33. Omnia meminit Scyron Epicuri dogmata. *Id. in Somn. Scip.* c. 1. Cum omnia ejus non facta solum, sed etiam dicta meminisset. *Id. pro Planc.* c. 33. Qui patriæ beneficia meminerunt. *Plaut. Merc.* 5. 4. 51. Suam quisque homo rem meminit. γνώμη. *every one is for himself. Virgil. Ecl.* 9. v. 45. Numeros memini si verba tenerem. *Cic. Phil.* 5. c. 6. Cinnam memini, vidi Sullam. *Id. de Amic.* c. 2. *ad fin.* Memineram Paulum, videram Gallum. *Id.* 3. *de Orat.* c. 50. Antipater ille Sidonius, quem tu probe meministi. Adde *Accium, Turpil. Varron.* et al. apud *Non.* num. 8. c. 9. ¶ Cum ablat. et præposit. *de. Plaut. Asin.* 5. 2. 84. De palla memento, amabo. *Cic. Attic.* lib. 15. ep. 27. *extr.* De Herode et Mettio meminero, et de omnibus, quæ te velle suspicabor modo. *I shall keep in mind.* ¶ Cum aliis orationis partibus. *Id. de Amic.* c. 1. Meministi, quanta hominum esset admiratio. *Id.* 7. *Fam.* ep. 38. Memini, cum mihi desipere videbare. *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 6. Ludis, non satis memini, quibus. et lib. 3. fab. 2. *in fin.* Memini, qui panem dederint. *Terent. Phorm.* 1. 4. 47. Meministin', olim ut fuerit vestra oratio? *Horat.* epod. 10. v. 3. Ut horridis utrumque verberet latus Auster, memento, fluctibus. ¶ In imperativo. *Plaut. Epid.* 5. 1. 51. Memento mihi suppetias ferre. *Id. Curcul.* 1. 3. 54. Facito, ut memineris. *take care you do not forget. Id. Stich.* 1. 1. 46. et *Terent. Heaut.* 3. 2. 39. Fac, memineris. *Plin.* l. 38. c. 25. *ante med.* Meminerint legentes. ¶ Cum infinito præsentis, etiamsi de re præterita sermo sit. *Cic. Fam.* 9. ep. 16. *ad fin.* et *Verr.* 6. c. 12. Memini, te mihi Phameæ cœnam narrare. *I remember that you related to me.* et *pro Deiot.* c. 14. Memini, iisdem fere verbis ad me te scribere. *Id. Fam.* 3. ep. 8. Non meminisse, ullum tempus laudandi, aut locum dari. *h. e.* datum esse. *Terent. Andr.* 2. 5. 17. Ego illam vidi virginem: forma bona memini videre. *Virg. Ecl.* 9. v. 52. sæpe ego longos Cantando puerum memini me condere soles. Adde *Plaut. Epid.* 4. 1. 13. ¶ Cum infinito præteriti. *Cic. Fam.* 13. epist. 72. Peto, ut memineris, te omnia mihi cumulate recepisse. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 42. Meministis, me ita distribuisse initio causam, &c. *Virg.* 4. *Georg.* v. 125. memini . . . . Corycium vidisse senem. ¶ Significat etiam mentionem facere, commemorare, *to make mention of, mention, relate.* metonymia. *Cic. Phil.* 2. c. 36. Meministi ipse de exsulibus: scis, de immunitate quid dixeris. *Quintil.* l. 11. c. 2. Neque omnino hujus rei meminit usquam poeta ipse. Adde *Plin.* l. 1. ep. 5. *a med.* ¶ *Meminisse* substantivi modo de ipsa memoria. *Lucret.* l. 4. v. 766. Præterea meminisse jacet, languetque sopore. ¶ Transfertur ad res inanimas. *Lucret.* l. 4. v. 152. Nam neque, uti vestem, possunt transire, neque ante Scindi, quam meminit levor præstare salutem.

MEMMIĂDES, æ, m. patronymicum a Memmio. *Lucret.* l. 1. v. 26. h. e. ipse Memmius, ut *Scipiades* Scipio.

MEMMIĀNUS, a, um, ad Memmium aliquem pertinens (quod est nomen Romani civis.) *Cic. Attic.* lib. 5. epist. 1. Memmiana prædia.

MEMMĬUS. Memmia lex. V. *Remmius.*

MEMNON, onis, m. Μέμνων, Tithoni et Auroræ filius, qui Trojanis ex oriente ferens auxilia, et fortiter pugnans, ab Achille, vel a Thessalis per insidias, ut alii aiunt, occisus est. *Virg.* 1. *Æn.* v. 493. et nigri Memnonis arma. ¶ Cum in rogo cremaretur, precibus Auroræ in avem mutatus esse dicitur, et ex ejus cineribus multæ aliæ aves evolasse, quas *Memnonias* vocarunt, sive *Memnonides.* Has ferunt singulis annis ex Æthiopia Ilium advolare, et confligere ad Memnonis sepulcrum, hoc idem quinto quoque anno in Æthiopia circa Memnonis regiam facere. Nimirum creditum vulgo, aves eas primum visas, postquam Memnon interiit, quemadmodum et fingunt, Diomedis aves demum conspectas post ejus mortem, quia tum socii Diomedis in eas sint conversi: item Meleagrides volunt originem habuisse post Meleagri excessum, mulieribus in has aves conversis, quæ Meleagrum lugerent. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 600. *Plin.* l. 10. c. 26. ¶ Memnonis statua apud Ægyptios magica arte ita facta fuit, ut lyra, quam tenebat, certis horis sonum ederet. Hinc *Juvenal.* sat. 15. v. 5. Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ. ¶ Legitur et *Mennon.*

MEMNONĬDES, *et* Mennonides, idum, f. aves Memnonis, de quibus V. in voce præced. *Plin.* l. 10. cap. 26. et *Ovid.* 13. *Metam.* v. 619.

MEMNONĬUS, *et* Mennonius, a, um, ad Memnonem pertinens. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 96. Memnonio cygnos esse colore putem. *h. e.* nigro. Memnon enim niger fuit. scil. ex Æthiopia, unde Aurora Græcis Latinisque Poetis incipere creditur. *Lucan.* l. 3. v. 284. Memnoniis deducens agmina regnis Cyrus. *h. e.* Orientalibus, unde Memnon fuit. *Propert.* l. 1. el. 6. v. 4. Ulteriusque domos vadere Memnonias. *h. e.* Auroræ, vel Orientis. *Solin.* c. 40. (*al.* 53.) *a med.* Memnoniæ aves. V. *Memnon.*

MEMOR, ŏris, adject. *mindful, remembering,* μνήμων, qui meminit, animo retinens, non oblitus. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 13. *extr.* Se eorum facti memorem fore, pollicetur. *Nep. in Annib. c. pænult.* Memor pristinarum virtutum. *Id. in Attic.* c. 16. officii. *Cic. in Bruto,* cap. 88. Memor et quæ essent dicta contra, quæque ipse dixisset. *Id. Fam.* 13. ep. 25. et *Terent. Adelph.* 2. 2. 43. Memorem et gratum esse. *Id.* 2. *Agrar.* c. 8. Gratum ac memorem esse beneficii. *Planc. ad Cic. Fam.* 10. epist. 24. Malo præsens observantia, indulgentia, assiduitate memorem me tibi probare. *Virg.* 6. *Æn.* v. 664. Quique sui memores alios fecere merendo. *Plin.* l. 25. cap. 3. *extr.* Memor Lucullum periisse. *Quintil.* l. 11. c. 2. Memor, quo ordine quisque discubuerat. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 396. Nec, qua valle, memor, nec, quo se vertice sistat. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 97. Vive memor, quam sis ævi brevis. ¶ Translate *Liv.* l. 1. c. 32. Medium erat in Anco ingenium, et Numæ, et Romuli memor. *h. e.* particeps. metonymia. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 14. v. 48. Sit modo, non feci, dicere lingua memor. *Tibull.* l. 3. el. 2. v. 25. Et nostri memores lacrymæ fundantur eodem. *Lucret.* l. 2. v. 582. memori mandatum mente tenere. *Ovid. Heroid.* ep. 13. v. 66. Signatum memori pectore nomen habe. et ep. 20. vers. 98. Et vocem memori condidit aure tuam. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 7. Carmina non data sunt memorem testantia curam. et lib. 1. ep. 4. *in fin.* Turaque diis memori debita ferre manu. *Virg.* 1. *Æn.* v. 8. et *Ovid. Heroid.* ep. 21. v. 9. Memor ira. *Liv.* l. 1. c. 28. *extr.* Supplicium exempli parum memoris rerum humanarum. *Ovid.* l. 3. *Trist.* el. 12. v. 43. memori rumorem voce referre. ¶ De eo, qui memoriæ facultate pollet, *possessed of a good memory. Cic.* 3. *de Orat.* c. 50. Tantumque hominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio, ut, &c. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Horat.* l. 3. od. 14. v. 18. Et cadum Marsi memorem duelli. *h. e.* qui bello Marsico repostus fuit, atque adeo ejus meminisse potest. ¶ De iis, quæ in memoriam nos reducunt alicujus rei, seu quæ cujuspiam rei memoriam servant, *memorable, lasting, durable, Horat.* l. 1. od. 13. v. 12. puer furens Impressit memorem dente labris notam. *Id. in fi.* od. 11. l. 3. nostri memorem sepulcro Scalpe querelam. *Valer. Flacc.* l. 4. v. 314. sic et memori noscere sepulcro. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 190. Exigit indicii memorem Cythereia pœnam. et lib. 8. v. 744. Tabellæ memores. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 33. perscribere aliquid memori versu. ¶ In multis votivis lapidib. qui in fine vocis *Minerva* indicantur, *memor* epitheton Minervæ est. ¶ *Hic,* et *hæc memoris,* et *hoc memore* ab antiquis proferebatur: in quo testis est *Caper,* antiquitatis doctissimus inquisitor, inquit *Priscian.* l. 7. pag. 772. *Putsch. Id. Priscian.* l. 6. pag. 699. testatur habuisse comparativum *memorior.* ¶ In genit. plur. *Virg.* 12. *Æn.* vers. 533. hunc crebro super ungula pulsu Incita, nec domini memorum proculcat equorum.

MEMORABĬLIS, le, *worthy of memory, worthy of being remembered or recounted, memorable, remarkable,* ἀξιομνημόνευτος, λόγιμος, memorari dignus, memorandus, commemorabilis. *Cic. Phil.* 13. cap. 19. Cujus memorabilis ac divina virtus lucem affert reipublicæ. *Id. ad Brut.* ep. 7. *ex recentiorib.* Res a te gesta memorabilis, et pæne cælestis. *Id. de Amic.* cap. 1. Maxime memorabilis Lælii et Scipionis familiaritas. *Sallust. in Jug.* c. 81. Egregium atque memorabile facinus. *Terent. Heaut.* 2. 3. 73. Facinus magnum et memorabile. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 416. Tum vero totis Bacchi memorabile Thebis Numen erat. *Liv.* l. 38. c. 53. Vir memorabilis, bellicis tamen magis, quam pacis artibus: memorabilior prima pars vitæ, quam postrema fuit. *Colum.* l. 1. c. 1. Multos memorabiles auctores comperi persuasum habere, &c. *Plin.* l. 9. c. 60. Multo memorabilius dixerim id, cujus, &c. ¶ Est etiam simpliciter dici dignus, vel qui dici potest, *fit to utter. Plaut. Curcul.* 1. 1. 8. Istuc quidem nec bellum est, nec memorabile. *Terent. Andr.* 4. 1. 1. Hoccine credibile est, aut memorabile, tanta vecordia innata cuiquam, ut siet, &c.

MEMORACŬLUM, i, n. memoria, monumentum. *Apul. in Apol.* Dixi, me sanctissime tot sacrorum signa, et memoracula custodire.

MEMORĀLIS, le, memoriæ inserviens. *memorial. Arnob.* l. 6. pag. 196. Memoralia ut indicant scripta. Et *memoralia* absolute, *memoirs: Paul. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 144. Massurius scribit libro memoralium, pellicem, &c. Utroque loco al. leg. *memorialis,* rectius. Sic *Gell. cap. ult.* l. 4. Refert Sabinus Massurius in memoriali septimo. et lib. 5. cap. 5. Massurius in undecimo librorum memoriali. Adde lib. 6. c. 7.

MEMORANDUS, a, um, *worthy of being mentioned,* memorari dignus. *Virg.* 4. *Georg.* v. 283. Prætereo, atque aliis post me memoranda relinquo. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 13. Nec memoranda tamen vobis mea facta, Pelasgi, Esse

rec.. vidistis enim. ¶ Item memorabilis, memoria et laude dignus, celebrandus, *worthy of record, memorable, famous.* *Plaut. Epid.* 3. 52. Pugnæ memorandæ meæ. *Flor.* l. 2. c. 8. Thermopylæ, locus Laconum cæde memorandus. *Id.* lib. 1. cap. 2. *ante med.* Memorandum posteris exitum dedit. *Virg.* 4. *Georg.* vers. 283. Arcadii memoranda inventa magistri. et lib. 10. *Æn.* v. 793. nec te, juvenis memorande, silebo.

MEMORATĬO, onis, f. *a relating, putting in mind.* *Corn. Gal.* (seu quicumque alius auctor est) eleg. 1. *in fin.* Dura satis miseris memoratio prisca bonorum.

MEMORATOR, oris, m. *one who tells or recounts; a relater,* qui memorat. *Propert.* lib. 3. el. 1. v. 33. Nec non ille tui casus memorator Homerus.

MEMORĀTRIX, icis, f. quæ memorat. *Valer. Flacc.* lib. 6. v. 112. Ecce memoratrix tibia pugnæ.

MEMORĀTUS, us, m. memoratio. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 23. Istæc lepida sunt memoratui. *Id. Cistell.* 2. 1. 15. Est ne hoc miserum memoratu! *Plin.* lib. 3. cap. 10. Flumen memoratu dignum. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 32. Parva, et levia memoratu. *Id.* 2. *Hist.* c. 73. Vix credibile memoratu est.

MEMORĀTUS, a, um, *recounted, related, spoken of,* narratus, in memoriam narrando revocatus. *Plaut. Mil.* 3. 3. 39. Quid istis nunc memoratis opus est, quæ commeminere? *Tacit. in Agric.* c. 10. Britanniæ populi multis scriptoribus memorati. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 117. vocabula rerum, Quæ priscis memorata Catonibus, atque Cethegis. *used, adopted.* ¶ Item *memorable, famous, renowned, celebrated,* memoria celebratus, memorabilis. *Gell.* l. 10. c. 18. Artemisiæ sepulcrum illud memoratissimum. *Id. c. ult.* l. 15. Memoratissima illa imago Ialysi. *Id.* l. 19. c. 8. Memoratissimus liber.

MEMŎRE, adverb. *from memory,* memoriter. *Pompon.* apud *Non.* c. 11. n. 42. et apud *Priscian.* l. 15. p. 1014. *Putsch.* Cum ista memore meministi.

MEMORĬA, æ, f. *memory, remembrance, recollection,* μνήμη, facultas mentis, qua res apprehendimus, et retinemus: item ipsa recordatio, quæ vi ejus facultatis fit. *Cic. in Bruto,* c. 2. *extr.* Quorum memoria et recordatio jucunda sane fuit. *Quintil.* l. 11. c. 2. Tardior, aut firmior memoria. *Id.* l. 1. c. 1. tenacissima. *Senec.* epist. 74. segnis ac lenta. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 4. bona. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 4. *Burm. a med.* mala. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 7. Memoria est firma animi rerum ac verborum ad inventionem perceptio. *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) Memoriæ duplex virtus, facile percipere, et fideliter continere. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 53. Memoria est, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt. *Id.* 1. *de Orat.* c. 5. Quid dicam de thesauro rerum omnium, memoria, quæ nisi custos inventis cogitatisque rebus et verbis adhibeatur, &c. *Senec. sub init. præfat.* l. 1. *controvers.* Memoria, res ex omnibus partibus animi delicata et fragilis. *Cic. in Bruto,* c. 88. Hortensius memoria tanta fuit, ut quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet, quibus cogitavisset. *Id.* 2. *de Orat.* c. 28. Hoc in memoria mea penitus insedit. *Id.* 5. *de Fin.* c. 1. Hæc res affert mihi memoriam Platonis. *reminds me, puts me in mind.* et *Quintil.* l. 11. c. 2. *ante med.* Reponere excidentes in memoriam. *Cic. de Senect.* cap. 7. Nec sepulcra legens vereor, quod aiunt, ne memoriam perdam. his enim ipsis legendis redeo in memoriam mortuorum. *I call to my recollection; I bethink me of.* et cap. 11. *ad fin.* Exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die egerim, commemoro vesperi. et lib. 1. *Fam.* ep. 9. *ante med.* Quid sibi is de me recepisset, in memoriam redegit. *he remembered, recollected, bethought him of.* et lib. 1. *de Invent.* c. 52. in memoriam reducere. *Justin.* l. 1. c. 5. revocare. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 71. Memoria complecti aliquid. *to commit to memory.* et lib. 1. *de Orat.* c. 34. comprehendere. *Quintil.* l. 9. c. 4. *a med.* continere. *Cic. de Senect.* c. 4. *sub fin.* tenere. et lib. 2. *de Orat.* c. 2. Tenere vivam alicujus memoriam. *Quintil.* lib. 1. c. 8. (*al.* 14.) *a med.* Memoriam agitare. *h. e.* exercere. *Cic. in Bruto,* c. 93. *a med.* Retinere memoriam rerum Romanarum. et *pro Deiot.* c. 7. repetere temporis. *to recur to.* et l. 5. *Fam.* epist. 16. Memoria repetere eventus aliorum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 28. Percipere animo, et memoria custodire. *Id. pro Quint.* c. 6. Memoriæ mandare. *Id.* 4. *Fam.* ep. 13. *extr.* Conservare memoriam beneficiorum. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 16. *sub fin.* habere. *Terent. Andr.* 1. 1. 13. Habere in memoria. *Cic. pro Sull.* c. 13. Hoc est mihi in memoria. et c. 6. Deponere aliquid ex memoria. *Id. Phil.* 8. c. *ult.* Abjicere memoriam rei cujuspiam. *Id. pro Cæl.* c. 20. deponere. *Id. Phil.* 1. c. 1. delere. *Quintil.* l. 11. c. 3. *a med.* Si memoria fefellerit. *if his memory should fail.* et *Plin.* l. 10. c. 42. Nisi subinde eadem audiant, memoria falluntur. *Colum.* l. 7. c. 9. *ad fin.* Defici memoria. *to fail in one's recollection.* et *Cic.* 13. *Phil.* c. 5. Sunt alii fortasse, sed mea memoria dilabuntur. *Colum.* l. 12. c. 50. *ante med.* Et siqua sunt alia, quæ nunc memoriam meam refugiunt. *Liv.* l. 9. cap. 44. Memoria fugit in Annalibus digerendis. *Quintil.* l. 4. c. 5. Hoc fugit memoriam meam. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 2. Ubi me fugiet memoria, ibi tu facito ut subvenias. *Cic. Attic.* 12. epist. 1. Vacillare memoria. et lib. 13. epist. 31. *ad fin.* Ut mea memoria est. *as far as I can remember.* et *Catil.* 3. cap. 6. Et quoniam nondum est perscriptum senatusconsultum, ex memoria vobis, quid senatus censuerit, exponam. *from memory.* ¶ Passive *Cic.* 5. *de Fin.* c. 1. Loca, in quibus memoria dignos viros acceperimus multum esse versatos. ¶ In plurali num. *Plaut. Trucul.* 2. 1. 10. Nos divitem eum meminimus, atque iste pauperes nos: verterunt se se memoriæ. ¶ Singularis memoriæ exempla habes apud *Senec. sub init. præfat.* l. 1. *controversiar. Augustin.* l. 4. *de anim.* c. 7. et *Muret.* l. 3. *variar. lection.* c. 1. ¶ Sæpe refertur ad tempus, et ad res præteritas, quarum memoria manet. *Cic. pro Arch.* c. 1. Pueritiæ memoriam recordari ultimam. *Id. pro Balb.* cap. 19. Multi superiori memoria se in alias civitates, contulerunt. *in the memory of our ancestors; in time past.* et 3. *Offic.* c. 2. Cratippus princeps hujus memoriæ philosophorum. *of this age.* et *pro Rabir. perduell.* c. 9. Causam suscepisti antiquiorem memoria tua. *older than what you can remember.* et *pro Font.* c. 7. Quod persæpe et nostra, et patrum memoria accidit. *Id. pro leg. Manil.* c. 18. Usque ad nostram memoriam. *even to our time.* et *in Vatin.* c. 14. Quod in omni memoria est omnino inauditum. *at any time.* et *de Harusp. resp.* c. 17. Quod sacrificium nemo ante P. Clodium omni memoria violavit. *Id.* 1. *de Orat.* c. 4. *in fin.* Ex omni memoria ætatum, temporum, civitatum. *Id. post redit. in Sen.* c. 3. Pompeius omnium gentium, omnium sæculorum, omnis memoriæ facile princeps. *Id.* 1. *Catil.* cap. 7. Hoc post hominum memoriam contigit nemini. *in the memory of man.* ¶ Pro vetustate, vel diuturnitate temporis. *Pacuv.* apud *Non.* cap. 2. n. 571. Per nostram egregiam unanimitatem, quam memoria dejugat. ¶ Item ad tempus futurum, cum posteritatis memoriæ consulitur litteris, historia, monumentis, et hujusmodi. *Cic.* 8. *Fam.* ep. 3. Aliquid exstare, quod nostræ amicitiæ memoriam posteris prodat. *Id.* 3. *de Orat.* cap. 4. Memoriæ prodere sermonem alicujus. *Liv.* l. 5. cap. 21. *sub fin.* Convertentem se inter hanc venerationem, traditur memoriæ, prolapsum cecidisse. *it is handed down to posterity; it is asserted; it is said.* *Vellei.* lib. 2. cap. 66. Vivit, vivetque per omnium sæculorum memoriam. *Cic. in Bruto,* c. 3. *extr.* Liber, quo iste omnium rerum memoriam breviter complexus est. et c. 5. Veterum annalium memoriam comprehendere. *Nep. in Annib.* c. 8. De Magonis interitu duplex memoria est. namque alii naufragio, alii a servis interfectum, scriptum reliquerunt. *Scævola Dig.* l. 34. tit. 1. leg. 17. Dare, præstare alicui quidpiam in memoriam alterius. ¶ De ipsis litteris, historiis, monumentis. *Gell.* l. 4. c. 6. In veteribus memoriis scriptum legimus. et lib. 10. c. 12. *ad fin.* Favorinus memoriarum veterum exsequentissimus. *Suetom. in Claud.* cap. 1. *sub fin.* Ejus vitæ memoriam prosa oratione composuit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 827. n. 8. Servilius Troilus se vivo comparavit memoriam sibi, et suis, &c. *h. e.* sepulcrum. (Adde aliam apud *Donium* class. 10. n. 40.) *Augustin. de Civit. Dei,* l. *ult.* c. 8. n. 11. Episcopus Memoriam Martyris, populo præcedente atque sequente, portabat. et n. 12. Per Memoriam supradicti Matyris, quam Possidius illo advexit Episcopus. His locis *Augustin.* intelligit conditorium, seu loculum reliquiarum S. Martyris: *a shrine, place where the relics of martyrs were deposited*: alibi Ecclesiam, sacellum, Oratorium Martyri dicatum, ut lib. 20. *cont. Faust. Manich.* c. 21. In Memoriis Martyrum constituimus altaria. ¶ *Magister memoriæ,* προεστὼς μνήμης, fuit inter officia domus Augustæ. Hic præerat illis, quibus perscribebantur quæcumque memoria digna erant in imperii administratione: et commentarii de his rebus conficiebantur, quos proinde *memoriam* vocabant, et *sacram memoriam.* Dictabat itaque adnotationes omnes, et emittebat, et referebat responsa Principis ad libellos supplices, ut est in *Notitia Imperii.* Ejus mentio fit in *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 28. n. 2. Qui vero ei inserviebant, dicebantur *a memoria. Inscript.* apud *Reines.* class. 6. n. 13. Aurelio Symphoro Aug. Lib. Officiali veteri a memoria, et a diplomatibus. *Spartian. in Pescenn. Nigro,* c. 7. Cum unus ad memoriam, alter ad libellos paruisset, statim præfecti facti sunt. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 31. Post meridianas horas subscriptioni, et lectioni epistolarum semper dedit operam, ita ut ab epistolis, et libellis, et a memoria semper assisterent. *Salmas.* putat hoc loco de ipsis memoriæ magistris sermonem esse. Huc pertinet alius Lapis apud *Murator.* pag. 892. n. 11. ubi habetur *a memoria et cubiculo Aug.* Et alius *in append. Tom.* 4. *ejusd.* pag. 3. n. 3. ubi: Officialis vetus a memoria, et diplomatibus.

MEMORĬĀLIS, le, *memorial,* ad memoriam firmandam inserviens. *Sueton. in Cæs.* c. 56. *a med.* Epistolæ quoque ejus ad Senatum exstant, quas primum videtur ad paginas, et formam memorialis libelli convertisse. ¶ *Memoriales libros,* et *libros memorialium* inscripsit *Massur. Sabinus* quos de jure civili confecit, in quibus paucis verbis plura memoriæ causa complexus est. *memorandum-books, memoirs.* V. *Memoralis.* ¶ *Memoriales* etiam dicti sunt, quos in dictione præced. *a memoria* vocatos fuisse diximus: itemque in aliis scriniis inservientes epistolarum, libellorum, sacrarumque dispositionum, ut *Imp. Constantius* dicit lib. 12. *Cod.* tit. 29. leg. 2.

MEMORĬŎLA, æ, f. *a small or weak memory,* diminutivum. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 1. γεροντικώτερον est, memoriola vacillare. ¶ Item parvum sepulcrum. *Inscript.* apud *Fabrett.* c. 2. n. 155. Aurel. Filocurius fecit sibi, et Ulpiæ Eutropiæ conjugi memoriolam cum hortulo, &c. Adde aliam apud *Murator.* pag. 994. n. 7.

MEMORĬŌSUS, a, um, *mindful,* μνήμων, qui memoria valet. Agnoscitur a *Festo,* tanquam Latinum. Sic enim habet: memoriosus, memoriosior, et memoriosius, et memoriosissime facit. Etiam *Corn. Fronto de differ. voc.* pag. 2194. *Putsch.* memoriosus, et memoriose, habet.

MEMORĬTER, *by heart, from memory, readily,* μνημονικῶς, ἀπὸ μνήμης, ἀπὸ στόματος, ex memoria. *Cic. in Vatin.* c. 4. Tum memoriter respondeto ad ea, quæ de te ipso rogaro. *Id.* 1. *de Orat.* c. 19. Memoriter pronunciare multa ex orationibus Demosthenis. *Id.* 4. *Acad.* c. 19. Orationem memoriter habere. *Plin.* l. 6. ep. 33. *in fi.* Memoriter tenere. ¶ *Memoriter meminisse,* dixit *Plaut. Capt.* 2. 1. 53. et *Amph.* 1. 1. 261. ¶ *Memoriter cognoscere* apud *Terent. Eun.* 5. 3. 6. est in memoriam redeundo quippiam agnoscere. ¶ *Memoriter vocare* apud *Plaut. Asin.* 3. 2. 38. est nullo monente nomen alicujus meminisse, et per illud ipsum vocare. Sic *Sueton. in Ner.* c. 10. Memoriter salutare.

MEMŎRO, as, avi, atum, a. 1. *to mention, recount, tell, relate, say,* ἐπιμνάομαι, commemoro, narro, dico. *Sallust. in Catil.* c. 5. Quæ utraque his artibus auxerat, quas supra memoravi. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 103. Memora dum mihi, si sunt cognati mihi. *Id. Trin.* 4. 2. 41. Nomen tuum memora mihi. *what is your name? Id. Trucul.* 1. 1. 65. Quem infestum ac odiosum sibi esse, memorabat. *Id. Aulul.* 3. 5. 50. Memorare mores mulierum. *Id. Amph.* 5. 1. 63. Mira memoras! *you talk wonders! Cic. Verr.* 3. c. 47. In plebem vero Romanam utrum superbiam prius memorem, an crudelitatem? *Lex XII. Tab.* apud *Cic.* 2. *de Legib.* c. 24. *sub fin.* Honoratorum virorum laudes in concione memorentur. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 5. Heraclius, cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit. *h. e.* disseruit. *Sallust. in Catil.* c. 7. Sed civitas, incredibile memoratu est quantum brevi creverit. ¶ Significat etiam memoriæ mandare, inquit *Fest.*

MEMPHIDĪUS, a, um, ad Memphim, seu Ægyptum pertinens. *In catalect. vet. Poetar.* l. 2. pag. m. 245. *de Novembri.* Devotusque satis incola Memphidiis.

MEMPHIS, is, *et* idos, f. urbs olim clara Ægypti, ad Nilum fluvium, quam *Plin.* arcem eorum regum vocat, l. 5. c. 9. nunc excisa: cujus loco in altera Nili ripa ex adverso Cairus excitata est. Celebris fuit pyramidibus, et sepulcris regum, quorum adhuc exstant vestigia. *Id.* l. 2. c. 85. Herodoto si credimus, mare fuit supra Memphim usque ad Æthiopum montes. *In catalect. loc. cit. in voce præced.* Memphidos antiquæ sacra, deamque colit. *h. e.* Isidem. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 13. v. 7. Isi, Parætonium, genialiaque arva Canopi Quæ colis, et Memphin, palmiferamque Pharon. *Martial. de Spectac.* epigr. 1. Barbara Pyramidum sileat spectacula Memphis. *Propert.* l. 2. el. 9. v. 34. Et nostro toties, Memphi, cruenta malo. ¶ Veneri sacram dicit *Horat.* l. 3. od. 26. v. 10. tum propter loci amœnitatem, tum propter incolarum luxum ex affluentia omnium rerum.

MEMPHĪTES, æ, m. Ægyptiacus, ex Memphi urbe. *Tibull.* l. 1. el. 8. v. 28. pubes Barbara Memphitem plangere docta bovem. *Plin.* l. 36. c. 7. Memphites lapis gemmantis naturæ. et cap. 12. Memphites nomos.

MEMPHITĬCUS, a, um, ad Memphim spectans, Ægyptius. *Ovid.* 1. *de art. am.* v. 77. Neu fuge linigeræ Memphitica sacra juvencæ. *Lucan.* l. 10. v. 5. Memphiticus ensis.

MEMPHĪTIS, idis, f. Ægyptia, quæ pertinet ad Memphim. *Juvenal.* sat. 15. v. 122. anne aliam terra Memphitide sicca Invidiam facerent nolenti surgere Nilo? *Ovid.* 3. *de art. am.* v. 393. Visite turicremas vaccæ Memphitidos aras. *h. e.* Ius. *Petron. in fragm.* apud *Terentian. Maur.* pag. 2438. *Putsch.* Memphitides puellæ. *Lucan.* l. 4. v. 136. Conseritur bibula Memphitis cymba papyro. *Prudent. in Hamartig.* v. 463. Nonne fuit melius sævum Memphitidis aulæ Imperium tolerasse patres? *the thraldom of Egypt.*

MĒNA, æ, f. Μήνη, filia Jovis, dea, quæ menstruis fluoribus præesse putabatur, scilicet luna, quæ Græce μήνη dicitur. *Augustin.* l. 7. *de Civit. Dei,* c. 2. et lib. 4. c. 11. [†¶ *Mena, æ,* f. genus piscis. V. *Mæna.*]

MENÆCHMI, orum, m. Μέναιχμοι, comœdia *Plauti,* in qua fratres gemini introducuntur ejusdem nominis, qui indiscreta similitudine miros aspicientium errores excitant. Videtur vox ipsa duci a μένος, animus, vel animi vis, et αἰχμὴ, hasta, quasi *Menæchmus* sit animosus, belliger. quamquam hæc notatio ad ipsam Fabulam nihil facit.

MENALIPPE, es, f. Μεναλίππη, Antiopes Amazonum reginæ soror. Hæc ab Hercule capta fuit in bello, quod contra Amazones gessit, quam cum Antiopæ restitueret, accepit pretium arma reginæ, et baltheum. Nam hæc ex eo bello ab Eurystheo reportare jussus fuerat. *Justin.* l. 2. c. 4. et *Juvenal.* sat. 8. v. 229.

MENANDER, et Menandros, dri, m. *Menander*, Μένανδρος, Poeta Comicus Atheniensis, Theophrasti discipulus, strabo, mente acutus, amore in mulieres insanus. Scripsit fabulas plurimas, et epistolam unam ad Ptolemæum regem, aliaque nonnulla soluta oratione. Tanto fuit in pretio, ut etiam invitatus sit a regibus Ægypti, oblatis magnis honoribus, et divitiis. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 15. v. 17. Dum fallax servus, durus pater, improba lena Vivent, dum meretrix blanda; Menandros erit. *Id.* 2. *Trist.* v. 369. Fabula jucundi nulla est sine amore Menandri. *Propert.* l. 3. el. 20. v. 28. Librorumque tuos, docte Menandre, sales. *Phædr.* l. 5. fab. 1. v. 9. Menander nobilis comœdiis. *Gell.* l. 2. c. 33. Postquam in manus Menander venit. Adde *Manil.* l. 5. v. 465. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 114. et lib. 3. silv. 5. v. 93. et *Quintil.* l. 10. c. 1. *circa med.* ubi eum laudat plurimum. ¶ *Menandrus* etiam, Latina positione, legitur apud *Vellei.* l. 1. c. 16. ¶ *Terentius*, quod summo studio *Menandrum* imitatus est, *dimidiatus Menander* dicitur a *C. Jul. Cæsare in quodam carm.* apud *Sueton. in vita Terent. in fi. dimidiatus*, inquam, quia cum duo præcipua essent in Menandro, verborum lenitas, et vis, alterum assecutus fuisse dicitur, alterum non item. ¶ Quod legitur in frontibus trium *Terentii* comœdiarum, Eun. Heaut. et Adelph. *Græca est Menandru*, est illud *Menandru* genitivus Græcæ positionis, τοῦ Μενάνδρου.

MENANDRĒUS, a, um, ad Menandrum pertinens, Μενάνδρειος. *Propert.* l. 2. el. 5. v. 3. Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua populus lusit Erichthonius. *h. e.* quæ a Menandro in suis Comœdiis multum celebrata fuit.

MENAPĬI, orum, m. populi extremæ Galliæ Belgicæ, ad Mosam et Rhenum fluv. Eburonibus, Morinis, et Batavis vicini: de quibus accuratius Geographi. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 4. et alibi. *Plin.* l. 4. c. 17. ¶ *Menăpos* metri causa dicit *Martial.* l. 13. epigr. 54. eorumque pernas commemorat.

MENCEPS, *mad*, mente captus. Agnoscitur a *Prisciano* l. 5. pag. 668. *Putsch.*

MENDA, æ, f. *a fault, defect, blemish, blur*, idem quod mendum: sed dicitur sæpe de vitio et defectu corporis, et præsertim de eo, quod sine morbo est, ut macula in cute, verruca, brachium aut crus altero brevius, oculi aut oris distortio, turpis color, enormis statura, et hujusmodi alia, quæ *Ovid.* l. 2. *de ar. am.* v. 657. *et sequentib.* et lib. 3. v. 263. enumerat. *Id.* 1. *Amor.* el. 5. v. 18. In toto nusquam corpore menda fuit. et lib. 1. *de ar. am.* v. 249. Nocte latent mendæ. et lib. 2. v. 653. Eximit ipsa dies omnes e corpore mendas. et lib. 3. v. 261. Rara tamen mendo facies caret: occule mendas, Quamque potes, vitium corporis abde tui. ¶ De mendo in libris, *a mistake, errour, Sueton. in Aug.* c. 87. Ne quis mendam magis, quam consuetudinem putet. *Gell.* l. 1. c. 7. Videbatur compluribus, in extremo verbo menda esse. et lib. 20. c. 6. *extr.* In plures libros mendæ istius indoles manavit.

MENDACILŎQUUS, a, um, *telling lies, false*, ψευδολόγος, qui loquitur mendacium. *Plaut. Trin.* 1. 2. 163. Nihil est profecto stultius, neque stolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis. *Tertull. de jejun. advers. Psych.* c. 2. Mendaciloquorum doctrinæ.

MENDACĬŎLUM. V. *Mendaciunculum.*

MENDACĬTAS, atis, f. *mendacity, lying*, mendacium, vel mentiendi consuetudo. *Tertullian. de præscript.* c. 31.

MENDACĬTER, *falsely*, cum mendacio, falso, ψευδῶς. *Solin.* c. 1. *post med.* (*al.* c. 5.) Nihil de se antiquitas mendaciter prædicavit. *Arnob.* l. 5. pag. 166. Historia mendaciter composita. *Augustin.* l. 1. *de morib. Eccl. Cathol.* c. 17. Mendacissime dicere.

MENDACĬUM, ii, n. *a lie, untruth, falsehood*, ψεῦδος, falsitas dicti, orationis vanitas. *Cic. pro Mur.* c. 30. Improbi hominis est, mendacio fallere. *Id. pro Cluent.* c. 26. *sub fin.* Qui esset totus ex fraude et mendacio factus. *Nep. in Attic.* c. 15. Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. *Petron. in Satyr.* c. 82. Trepidatione mendacium prodere. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 11. Mendacii religione obstrictus. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 261. Culpæ addere mendacia. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 33. Dicere alicui mendacium de re aliqua. *Id. Merc.* 1. 2. 96. proloqui. *Id. Pseud.* 4. 1. 33. Mera mendacia fundere. *Id. Mil.* 4. 1. 20. Cave mendacium. *beware of a lie. Plin.* l. 8. c. 22. Imprudens mendacium. *Quintil.* l. 5. c. 4. Aliis patientia (*tormentorum*) facile mendacium facit, aliis infirmitas necessarium. *causes to speak. Ovid.* 6. *Fast.* v. 253. valeant mendacia vatum. *fictions, falsehoods.* ¶ Particula testamenti apud *Paul. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 36. Titiæ meæ, cum qua sine mendacio vixi, &c. *h. e.* sincere, sine simulatione, et querela. ¶ De rebus inanimis, *Plin.* l. 37. c. 8. *de callaide gemma.* Neque est imitabilior alia mendacio vitri. *Id.* l. 35. c. 6. *sub fin.* Viride Appianum vocatur, et chrysocollam mentitur: ceu parum multa sint mendacia ejus. *h. e.* parum multi sint colores, qui chrysocollam falso imitantur. ¶ *Mentiri*, et *mendacium dicere* interdum ita differunt, ut *mentiri* dicatur, qui non ipse fallitur, sed alterum fallere conatur: *mendacium dicere*, qui se credit verum dicere, atque adeo ipse fallitur. Hæc *Nigid.* apud *Gell.* l. et cap. 11. et *Non.* c. 5. n. 80. ubi addit: Vir bonus præstare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat.

MENDACIUNCŬLUM, li, n. *a petty lie*, parvum mendacium. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 59. Quod tamen est mendaciunculis aspergendum. Al. leg. *menduciolis.*

MENDAX, acis, *lying, deceitful, false, untrue*, ψεύστης, qui mendacium dicit. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 71. Cum mendaci homini, ne verum quidem dicenti, credere soleamus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 80. Vanus et mendax. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 35. Carthaginienses fraudulenti et mendaces. *liars. Horat.* l. 3. od. 11. v. 34. Mendacem esse in aliquem. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 188. adversum aliquem. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 11. alicui. *Pers.* sat. 5. v. 77. esse in re aliqua. *Horat. Epod.* 17. v. 38. Paratus expiare, seu poposceris Centum juvencis, sive mendaci lyra Voles sonari. *Id.* l. 2. ep. 1. v. 112. Invenior Parthis mendacior. *Plaut. Rud.* 3. 4. 48. Ni offerumentas habebis plures in tergo tuo, quam ulla navis longa clavos, tum ego ero mendacissimus. ¶ Cum genitivo, *Id. Asin.* 5. 2. 4. Neque divini, neque mi humani posthac quicquam accreduas, si hujus rei me esse mendacem inveneris. ¶ De rebus inanimis, *Horat.* l. 3. od. 1. v. 30. Non verberatæ grandine vineæ, Fundusque mendax. *h. e.* qui quos polliceri videbatur, fructus non dedit. (Adde *Petron. in Satyr.* c. 117.) *Ovid.* 3. *Trist.* el. 7. v. 38. Et speculum mendax esse querere tuum. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 62. Quid inscitius est, quam mentes mortalium falsis et mendacibus visis concitare? *Propert.* l. 2. el. 19. v. 67. Mendaces ludunt flatus in amore secundo. *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 12. Mendaci somno credere. *Senec. in Agam.* v. 558. Est humilis unda, scrupeis mendax vadis. ¶ Est etiam falsus, vanus, *vain, false. Horat.* l. 1. ep. 16. v. 39. Falsus honor juvat, et mendax infamia terret. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 431. mendaci damno mœstissima plorat. ¶ Item simulatus, fictus, *counterfeit, feigned, Tibull.* l. 3. el. 6. v. 35. Nec bene mendaci risus componitur ore. *Ovid. Metam.* 10. v. 159. percusso mendacibus aere pennis. *h. e.* non suis, sed assumptis. loquitur enim de Jove in aquilam verso. ¶ *Mendacem memorem esse oportet*, proverb. apud *Quintil.* l. 4. c. 2. *post med.* quia solent excidere, quæ falsa sunt. *liars should have good memories.*

MENDESĬUS, a, um, ad Mendesium pertinens: quod est oppidum Ægypti, situm in uno ex ostiis Nili, quod et ipsum *Mendesium*, vel *Mendesicum* dicitur. *Plin.* l. 5. c. 9. et 10. Mendesius nomos. *Ovid. Metam.* 5. v. 144. Occidit et Celadon Mendesius, occidit Astreus. *Plin.* l. 13. c. 1. Mendesium unguentum.

MENDICABŬLUM, li, *a beggar, vagrant, mendicant*, qui mendicat, et ostiatim victum quæritat. *Plaut. Aulul.* 4. 8. 2. Istos reges ceteros memorare nolo, hominum mendicabula. *beggarly fellows.* (Peccat hic *Non.* c. 2. n. 541. mendicationem interpretando.) *Apul.* l. 9. *Metam.* Cum crotalis et cymbalis circumforaneum mendicabulum producor ad viam. *Id. in Apolog.* et *in Florid.* n. 9. (*al.* l. 1. *sub fin.*) vocat *mendicabula palliata* veteres Philosophos Diogenem, Antisthenem, et hujusmodi, qui ut divitiarum se contemptores ostenderent, pera et baculo omnem suam supellectilem definiebant.

MENDICABUNDUS, a, um, mendicans. *Augustin.* epist. 140. Mendicabunda prece stipem rogare.

MENDICATĬO, onis, f. *a begging; mendicity*, ἐπαίτησις, actus mendicandi. *Senec.* epist. 101. *ad fin.* Fœda vitæ mendicatio.

MENDICĀTUS, a, um, *begged, obtained by begging*, mendicando quæsitus. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 8. v. 13. Vilia qui quondam miseris alimenta negarat, Nunc mendicato pascitur ore cibo. *Juvenal.* sat. 10. v. 277. Mendicatus panis.

MENDĪCE, adverb. *poorly, meanly. Senec.* epist. 33. *circa med.* Non tam mendice tecum agam, sed plena manu. *Tertull. de Pall.* c. 5. *sub fin.* Ne mendicius patre cœnaret.

MENDICIMONĬUM, ii, n. *mendicity*, πτωχεία, inopia. *Laber.* apud *Non.* c. 2. n. 555. et apud *Gell.* l. 16. c. 7.

MENDICĬTAS, atis, f. *beggary, mendicity*, πτωχεία, inopia. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 31. Hunc in summa mendicitate esse. *Id.* 5. *Fin.* c. 11. Cum et mendicitatem multi perpetiantur, ut vivant. *Petron. in Satyr.* c. 125. Paupertatem nova mendicitate revocare.

MENDĪCĬUM. V. *Mendicum.*

MENDĪCO, as, avi, atum, a. 1. et Mendicor, aris, atus sum, dep. 1. *to beg, ask alms*, ἐπαιτέω, πτωχεύω, victum ostiatim quærito. *Plaut. Capt.* 2. 2. 73. Mendicantem vivere. *Id. Capt. prol.* v. 13. Quando histrionem cogis mendicarier. (Adde *in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 541.) *Juvenal.* sat. 4. v. 117. Dignus, Aricinos qui mendicaret ad axes. *Id.* sat. 6. v. 542. Arcanam Judæa tremens mendicat in aurem. *to beg in one's ear.* ¶ Urbane *Plaut. Amph.* 4. 2. 12. Prodigum te fuisse oportet olim in adolescentia, quia senecta ætate a me mendicas malum. *provoke me to beat you. Apul. in Apolog.* Animus avaritia egenus, semper aliquid, ante parta ut augeat, mendicabit. *h. e.* misere anquiret.

MENDICŬLA, æ, f. vestimenti genus, quale illud, quo Meddices, Magistratus apud Oscos, utebantur. *Plaut. Epid.* 2. 2. 39. Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam? Dicta videtur a *Meddix*, quasi *meddicula.* Sed facetus Comicus jocum captavit in his vocibus. Nam ad Regum, et mendicorum contrariam sortem alludens, cum *regillam* nominasset, subjecit *mendiculam.*

MENDICŬLUS, i, m. diminut. a mendicus. *a paltry beggar, tatterdemalion. Cic. Catil.* 2. c. 3. Collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis. *Al. aliter leg.*

MENDĪCUM, i, n. al. mendicium, velum, quod in prora ponitur. *Fest.*

MENDĪCUS, a, um, *poor, beggar-like, beggarly, mean, pitiful; a beggar*, πτωχὸς, pauper, egenus, et victum ostiatim quæritans. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 16. Mendicum malim mendicando vincere, quam, &c. *Cic. pro Mur.* c. 29. Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos; si mendicissimi, divites. *Apul.* l. 1. *Metam.* Habitu mendico semper incedit. *Martial.* l. 14. epigr. 81. Mendica prandia. ¶ Aliquando in malam partem sumitur pro eo, qui fraudulenter stipem quæritat. *a vagrant, vagabond, mumper. Terent. Andr.* 4. 5. 20. Clamitent me sycophantam, hereditates persequi, mendicum. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Orat.* c. 24. Instrumentum autem hoc forense, litigiosum, acre, tractum ex vulgi opinionibus, exiguum sane, atque mendicum est.

MENDŌSE, *incorrectly, corruptly, erroneously*, ἐξημαρτημένως, cum mendis. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 5. *extr.* Libri mendose et scribuntur, et veneunt. *Id.* 1. *de Invent.* c. 7. *ad fin.* Ejus ars, quam edidit, mihi mendosissime scripta videtur. ¶ Item male, perperam. *wrongly, amiss. Pers.* sat. 5. v. 85. mendose colligis, inquit. *Lucret.* l. 4. v. 505. reddere mendose causas.

[* MENDOSĬTAS, atis, f. idem fere ac mendum. *Augustin.* ep. 71. (*al.* 10.) n. 5. Coactus est homo velut mendositatem corrigere. Adde *Retract.* l. 1. c. 1.]

MENDŌSUS, a, um, *full of blemishes, faults, or blunders, incorrect, erroneous*, πλημμελὴς, mendis plenus. *Plin.* l. 10. ep. 75. *sub fin.* Exemplar testamenti, quamquam mendosum, misi tibi. *Gell.* l. 18. c. 9. Nihil mendosum, sed recte atque integre scriptum. ¶ Item qui menda scribendo facit. *a blunderer. Cic.* 4. *Verr.* c. 77. Cur servus societatis, qui tabulas confecit, semper in Verrutii nomine mendosus esset. ¶ Item vitiosus, corruptus, depravatus. *faulty, corrupt, vicious, depraved. Cic.* 2. *de Orat.* c. 19. *extr.* In quo et deesse aliquam partem, et superare mendosum est. *Id. in Bruto*, c. 16. His laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior. *is somewhat marred or impaired. Vitruv.* l. 4. c. 3. Mendosæ, et inconvenientes symmetriæ. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 4. Non ego mendosos ausim defendere mores. *Id.* 12. *Metam.* v. 399. Mendosa et deterior facies. ¶ *Mendosum* pro *mendose*, adverbii more. *Pers.* sat. 5. v. 106. Ne qua subærato mendosum tinniat auro. *rings badly.* [¶ Pro mendaci *Apul.* 9. *Met.* pag. 611. *Oudend.* Sed mendoso risu cavillantes.]

MENDUM, i, n. *a fault, errour, blunder*, πταῖσμα, error qui scribendo fit. *Cic.* 4. *Verr.* c. 42. *a med.* Quod mendum ista litura correxit? *Id. Attic.* l. 13. ep. 23. Librariorum menda tollere. ¶ Item vitium. *a defect, blemish. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 261. Rara tamen mendo facies caret. ¶ Translate *Cic. Attic.* l. 14. *ep. ult. sub fin.* Itaque me Idus Martiæ non tam consolantur, quam antea. magnum enim mendum continent.

MENECLĬUS, a, um, ad Meneclem pertinens, quod est nomen proprium Rhetoris Alabandei. *Cic. de clar. Orat.* c. 95. Meneclium illud studium crebrarum sententiarum.

MENELAĒUS, a, um, ad Menelaum pertinens. *Propert.* l. 2. el. 12. v. 14. Cum Menelaeo surgeret e thalamo.

MENELĀUS, i, m. Μενέλαος, filius Atrei, et Æropes (ut Homerus tradit) Plisthenis vero (ut Hesiodus) et frater Agamemnonis, rex Spartæ, qui Helenam Jovis et Ledæ filiam uxorem habuit. Hanc Paris Trojanus cum abduxisset, bellum ei cum tota Græcia intulit, quo Troja eversa est. Eo confecto Helenam recepit, conscensaque navi post octavum erroris annum domum rediit. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 203. Vix tenuere manus (scis hoc Menelae) nefandas.

MENENĬĀNUS, et

MENENĬUS, a, um, ad Menenium pertinens, quod est nomen Civis R. De lege Menenia V. in *Ateria. Liv. in fin.* cap. 52. l. 2. Menenianum judicium. ¶ *Menenia Tribus* ab aliquo ex Menenia gente, quæ primis reipublicæ temporibus valde floruit, denominata videtur, et una esse ex antiquioribus Rusticis, quæ initio constitutæ fuerunt. In veteribus monumentis fere per *Men.* designatur, ut apud *Cicer. Fam.* 13. ep. 9. P. Rupilius P. filius Men. Adde Inscriptiones plurimas apud *Gruter.* in quarum tamen una *Menen.* legitur, pag. 409. n. 8. C. Firmio C. F. Menen. Rufino. ¶ Quod apud *Joseph. antiquit. Judaicar.* l. 13. c. 17. legitur παρόντες λουκίου μαλλίου λουκίου υἱοῦ μεντίνα, quidam *Mentinam Tribum* pro *Menenia* invexerunt: sed corruptum locum tum *Panvin.* putat *de civit. Rom.* c. 50. tum allata Inscriptio satis ostendit. ¶ *Meneniæ stultitiæ*, vel *ineptiæ*, proverb. a quodam Menenio stulto, aut plebeio vilique homine, qui se jactabat de ge-

nore illius Menenii Agrippæ, qui olim plebem R. cum patribus in gratiam reduxit, ut *Liv.* l. 2. c. 32. narrat. *Porphyr. ad Horat.* l. 2. sat. 3. v. 287.

MENERVA olim pro *Minerva* dictum est, teste *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 6.) *a med.* et ita in fragmento *Ennii* apud *Fest.* in *Dicassit* multi legunt.

MENERVARE, monere. prisca vox. V. *Promenervat.*

MENIA COLUMNA. V. *Mænia.*

MENIANUM. V. *Mænianum.*

MENIPPEUS, a, um. V. vocem sequent.

MENIPPUS, i, m. conditione servus, natione Phœnix, Philosophus Cynicus, scripsit quasdam epistolas, nænias, testamenta, et id genus nugas, crebris salibus et Cynica mordacitate respersas, ad quarum imitationem M. Varro satyras conscripsit, quas *Menippeas* appellavit. *Macrob. Saturn.* l. 1. c. 11. *a med.* Hinc ipsum Varronem *Menippeum* vocat *Arnob.* l. 6. *ad fin.* Varro ut dicit Menippeus. Al. tamen leg. in *Menippeis.*

MENIS, idis, f. lunula, diminut. a μήνη, luna. Videntur antiqui initio operis lunulam apposuisse, ut coronam fini, inquit *Turneb.* l. 22. *Advers.* c. 10. Hinc *Auson. in professorib.* n. 25. Quos legis a prima deductos menide libri, Doctores patriæ scito fuisse meæ. *h. e.* a principio libri.

MENNON, *et* Mennonius. V. *Memnon.*

MENŒCEUS, a, um, ad Menœceum pertinens, qui filius Creontis regis Thebani se pro patria occidit, et de muro præcipitem dedit, ut *Stat.* l. 10. *Theb.* a vers. 756. narrat. *Id. ibid.* v. 846. Ire, Menœceo qua lubrica sanguine turris.

MENŒTIADES, æ, m. patronym. Μενοιτιάδης, Patroclus, filius Menœtii (Actoris filii) et Philomelæ, ut *Hygin.* fab. 97. et *Serv.* ad lib. 1. *Æn.* v. 104. docent. Fuit Achillis amicissimus. *Propert.* l. 2. el. 1. v. 37. Theseus infernis, superis testatur Achilles, Hic Ixioniden, ille Menœtiaden. Adde *Ovid.* l. 5. *Trist.* el. 4. v. 25. et *Stat.* l. 5. silv. 2. v. 157.

[* MENOGENION, i, n. herba quæ et pæonia et menion. *Apul. de herb.* c. 65.]

MENOIDES, μηνοειδὴς, dicitur Luna primis diebus, cum quibusdam velut cornibus circulata apparet, ut *Martian. Capell.* l. 8. pag. 292. loquitur. *Jul. Firmic. in præfat.* l. 4. *sub fin.* ¶ Est a μήνη luna, et εἶδος species, forma, quia forma est lunæ inchoata.

MENOTYRANNUS, i, m. Μηνοτύραννος, h. e. arbiter, et gubernator mensium: a μὴν, μηνὸς, mensis, et τύραννος, rex. Ita appellatus est Attis, seu Atys, qui colebatur a Phrygibus una cum Cybele, quia sicuti per hanc Terram, ita per illum significabant Solem, ut in *Atys* dictum est. Est autem sol mensium, dierum, et totius temporis arbiter, ac moderator. *Inscript.* apud *Reines.* class. 1. n. 39. Matri deum Magnæ Ideæ, et Attidi Menotyranno invicto, &c. et n. 40. M. D. M. I. et Attidi Sancto Menotyranno, &c. In Inscript. alia apud *Gruter.* pag. 28. n. 6. legitur *Minoturanus* uno in loco: in alio vero *Minotaurus:* sed hoc est corruptum.

MENS, mentis, f. *the mind, understanding, reasoning faculty,* νοῦς, princeps animi facultas, pars animi potior, et sublimior, ratio, intelligentia, qua res etiam ab omni materia abstractas contemplamus, et percipimus: a μένος, quod apud *Hesych.* est etiam νοῦς, ψυχή. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 5. Mens, qui regnum totius animi a natura tributum est. *Id.* 5. *de Fin.* c. 12. Animus ita est constitutus, ut et sensibus instructus sit, et habeat præstantiam mentis, in qua est mirabilis quædam vis rationis, et cognitionis, et scientiæ, virtutumque omnium. ¶ Hæc aliquando *mens animi* dicitur, ψυχῆς ὁ νοῦς. *Catull.* carm. 64. *ad Hortalum,* v. 3. Nec potis est dulces Musarum expromere fetus Mens animi. *Lucret.* l. 4. v. 758. cum somnus membra profudit, Mens animi vigilat. (Adde lib. 3. v. 616. et lib. 5. v. 150.) *Plaut. Cistell.* 2. 1. 6. Differor, distrahor, deripior: ita nubilam mentem animi habeo. *Id. Epid.* 4. 1. 4. Paupertas, pavor territat mentem animi. ¶ Aliquando *mens,* et *animus,* et *ratio* conjunguntur. *Plaut. Trin.* 2. 4. 53. Satin' tu sanus mentis, aut animi tui, qui conditionem hanc repudies? *Horat.* l. 1. ep. 14. v. 8. tamen istuc mens animusque fert. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 103. et te jam fecerat illi Mens animusque patrem. *Virg.* 6. *Æn.* v. 11. magnam cui mentem animumque Delius inspirat vates. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 2. Deorum mente atque ratione omnem mundum administrari, et regi. *Id. de Senect.* c. 11. *ante med.* Nec corpori solum subveniendum est, sed menti atque animo multo magis. ¶ In his interdum ad discrimen respiciunt Auctores: interdum utrumque pro eodem accipiunt, atque ἓν διὰ δυοῖν exprimunt. V. *Endiadys.* ¶ Non raro *mens* de ipso animo dicitur. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 24. *sub fin.* Est igitur aliquid, quod perturbata mens melius possit facere, quam constans? *Id. pro Mil.* c. 31. Quasi nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua providemus, qua hæc ipsa agimus, et dicimus, videre, aut plane, qualis, aut ubi sit, sentire possimus. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 19. *in fi.* Ut ad bella suscipienda Gallorum alacer et promptus est animus, sic mollis, ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est. ¶ Item de ipsa mentis cogitatione. *thought. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 16. Mente complecti aliquid. *Id. pro Mil.* c. 31. Cui primum mentem injecit, ut vi irritare fortissimum virum auderet. *entertained the thought of,* &c. ¶ Est etiam consilium, sententia, propositum. *a design, thought, plan; intention, will, purpose. Virg.* 1. *Æn.* v. 680. Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem. *Nep. in. Pelop.* c. 1. *ad fin.* Hac mente amicis suis summas potestates dederant. *Id. in Annib.* c. 2. *sub fin.* Id jusjurandum usque ad hanc diem servavi, ut nemini dubium esse debeat, quin reliquo tempore eadem mente sim futurus. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 39. *sub fin.* Hac eum tum mente fuisse, qui testamentum fecisset, ut si filius non esset, Curius esset heres. *Quintil.* l. 5. c. 10. *ante med.* Bona vel mala mente facere aliquid. *Cic. Fam.* 12. ep. 14. Dolabella classem ea mente comparavit, ut, &c. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 2. *a med.* Quæ mens eum, aut quorum consilia a tanta gloria avocarint. *Ovid.* 3. *de art. am.* v. 713. Quid tibi mentis erat, cum sic male sana låteres? *Id. Metam.* 15. v. 136. mentes deorum scrutari in fibris. *Sil.* l. 11. v. 326. At tu securis concede penatibus, et me Linque meæ menti. *leave me to my thoughts. Petron. in Satyr.* c. 21. *extr.* In mente est mihi dormire. *I am inclined, am disposed.* Sic *Tertull. de habitu mulier.* c. 1. Et adornari tibi in mente est? *Stat.* 4. *Theb.* v. 753. nos ferro meritas exscindere Thebas Mens tulit. ¶ Item memoria, *memory, recollection. Cic. in Bruto,* c. 61. Huic minime mirum est ex tempore dicenti solitam effluere mentem. *Id. Attic.* l. 12. ep. 36. Si quid in mentem veniet, quo modo eam effugere possimus, utemur. et epist. 37. Nunquam ea res tibi tam belle in mentem venire potuisset *Id. pro Quint.* c. 2. Non minus sæpe ei venit in mentem potestatis, quam æquitatis tuæ. *Id.* 7. *Fam.* ep. 3. Solet mihi in mentem venire illius temporis. *Quint. Cic. de petit. Consul. c. ult.* Hæc mihi veniebant in mentem de duabus illis, &c. *Cic.* 4. *Fam.* ep. 10. Venit mihi in mentem subvereri, ne, &c. ¶ Item prudentia, consilium, solertia. *Cic. de Harusp. resp.* c. 9. *a med.* Quis est tam vecors, qui ea, quæ tanta mente fiunt, casu putet posse fieri? *which show such masterly design.* ¶ Item ea pars animi, in qua ira sedet: quæ et ipsa quandoque animus dicitur. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 59. qui non moderabitur iræ, Infectum volet esse, dolor quod suaserit, et mens. ¶ Item ea, in qua est vis, fortitudo, et præsentia, *courage, bravery, fortitude, spirit, ardour. Liv.* l. 6. c. 18. Vobis dent mentem oportet, ut prohibeatis, sicut mihi dederunt, ut vos a barbaris hostibus defenderem. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 36. hortari cœpit eundem Verbis, quæ timido quoque possent addere mentem. *Virg.* 12. *Æn.* v. 609. Demittunt mentes. Ubi *Serv.* desperant: sicut e contra, sperantes aliquid erigunt mentes. ¶ Refertur et ad rectum rationis usum: unde *amentes,* et *dementes,* qui minus eo valent. *Cic. in Pison.* c. 21. Hic si mentis esset suæ, ausus esset educere exercitum? *if he had been a man of sound judgment; if he had been in his right senses.* quod *Id. ibid.* dixit cap. 20. *extr.* Si tuæ mentis compos fuisses. *Plaut. Trin.* 2. 4. 53. Sanum mentis esse. *of sound mind.* et *Cic.* 4. *Acad.* c. 17. Captus mente. *besides himself, mad. Ovid.* 2. *Amor.* el. 8. v. 10. mente carere bona. *Id. Heroid.* ep. 15. v. 139. et lib. 1. *de ar. am.* v. 465. Mentis inops. *out of his senses, bereft of reason.* et 2. *Trist.* v. 395. et egentem mentis Orestem. *Sueton. in Aug.* c. 99. Alienatæ mentis signum ostendere. *et ibid.* Mentis diminutio. *Plin.* l. 14. c. 22. Vinum homines mente mutat, ac furorem gignit. *Id.* l. 28. c. 8. Mente alienari. *Sueton. in Aug.* c. 48. Mente lapsus. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 409. Attonitusque malis, exsul mentisque domusque. ¶ *Bona mens* est sana, recta, et justa, perfectus rationis usus, *good sense, sound judgment. Senec.* ep. 10. Votorum tuorum veterum licet diis gratiam facias: alia de integro suscipe: roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis. *Pers.* sat. 2. v. 8. Mens bona, fama, fides, hæc clare (*petuntur*) et ut audiat hospes. ¶ Contra *mens mala* insania, dementia. *madness, folly. Tibull.* l. 2. el. 5. v. 103. Nam ferus ille suæ plorabit sobrius idem: Et se jurabit mente fuisse mala. *Senec.* 3. *de benef.* c. 27. Cum, malam mentem habuisse se pridie, jurasset. Hinc collige, *malam mentem habuisse,* fuisse formulam, qua utebantur veniam petentes illatæ injuriæ. ¶ Est etiam *mens* ingenium, natura. *nature, disposition. Terent. Andr.* 1. 1. 137. Mala mens, malus animus. *h. e.* qui pravæ naturæ est, non potest non esse simul male animatus, et paratus ad nocendum. ¶ Item propensa voluntas. *Virg.* 1. *Æn.* v. 307. regina quietum Accipit in Teucros animum, mentemque benignam. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 368. Qui tibi materno quamvis a sanguine junctus, Mente tamen, Phaethon, proprior fuit. *in affection.* ¶ Mens Romanis dea fuit, et templo culta. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 241. Mens quoque numen habet: Menti delubra videmus Vota metu belli, perfide Pœne, tui. *et mox.* Spem metus abstulerat: cum Menti vota Senatus Suscipit: et melior protinus illa venit. *Liv.* l. 22. c. 10. *extr.* Menti ædem T. Otacilius prætor vovit. Adde *Lactant.* l. 1. c. 20. et *Liv.* l. 23. c. 31. ¶ Olim *mentis* dixere in recto casu singulari. *Enn.* apud *Priscian.* l. 7. pag. 764. Terra corpus est, at mentis ignis est. Adde *eund.* apud *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 10. ¶ *Menti* in ablat. *Cic. pro Planc.* c. 33. Meritam diis immortalibus gratiam memori menti persolvunt. Ita leg. *Priscian.* l. 7. pag. 764. *Putsch.* Alii *mente.*

MENSA, æ, f. *a table or board to eat on,* τράπεζα, ad quam discumbimus cibum capturi. De vocis origine alii alia, et fere nimis subtilia omnes. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 21. Ad mensam eximia forma pueros jussit consistere. *et ibid.* Manum ad mensam porrigere. *et ibid.* Mensæ conquisitissimis cibis exstruebantur. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 304. Largæ multiplici constructæ sunt dape mensæ. *Virg.* 1. *Æn.* v. 710. Mensas onerare dapibus. et lib. 3. v. 230. instruere. *Plaut. Pers.* 3. 1. 26. apponere alicui. *Virg. Æn.* 4. v. 603. dapes apponere mensis. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 119. Mensam ponere alicui exstructam dapibus. *Id.* 4. *Fast.* v. 367. moretum ponere in mensis alicujus. et l. 2. v. 473. Pisces imponere mensis. *Plaut. Men.* 1. 3. 29. cibos in mensam alicui apponere. *Virg.* 7. *Æn.* v. 134. vina reponere mensis. *Stat.* l. 4. silv. 2. v. 33. discumbere mensæ. *Virg.* 7. *Æn.* v. 176. considere mensis. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 62. Surgunt a mensa saturi, poti. *Id. Trucul.* 2. 4. 14. auferre mensam. *to clear or take away.* et *Cic. in Pison.* c. 27. *extr.* tollere. et *Virg.* 1. *Æn.* v. 220. removere. *Plin.* l. 33. c. 11. Hoc argenti tota Carthago habuit, quot mensarum postea apparatu victa! *furniture, apparatus, service.* ¶ De ratione discumbendi V. *Accumbo.* ¶ De luxu, et pretiis citrearum mensarum multa *Plin.* l. 13. c. 15. ¶ *Apud* et *super mensam* est in ipsa mensa, vel ad mensam, *on the table; at table. Flor.* l. 4. c. 2. *a med. Gell.* l. 2. c. 22. l. 12. c. 8. et lib. 19. c. 7. et *Curt.* l. 7. c. 4. Hinc proverb. apud *Plaut. Trin.* 2. 4. 77. Verecundari neminem apud mensam decet. *no one should be ashamed of helping himself at table.* ¶ Quod ait *Petron. in Satyr.* c. 34. Itaque jussit senex suam cuique mensam assignari: videtur *mensa* significare parvam aliquam tabulam, vel lancem, vel quid simile, singulis convivis appositum in mensa communi, ad reponendas dapes, quæ divisæ iis distribuebantur. *a trencher or plate.* Hinc *ibid.* c. 68. Cum secundas mensas Trimalchio jussisset afferri, sustulerunt servi omnes mensas, et alias attulerunt. Hinc apud *Virgil.* l. 3. *Æn.* v. 257. et 394. et lib. 7. v. 116. et 125. *mensæ* sunt quadræ patulæ e pane in crustum decocto, quas super mensa positas cibis onerabant: ipsas autem finita cœna, in similem alium usum servabant. Majores enim, inquit *Servius,* has mensas habebant in honorem deorum. ¶ Per synecdochen mensa sunt ipsi cibi. *Plaut. Mil.* 1. 1. 51. Communicabo te semper mensa mea. *my table is always at your service. Colum.* l. 11. c. 1. *a med.* Mensæ suæ adhibere aliquem. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 16. Parciore mensa uti. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 35. Vita illa beata, plena Italicarum Syracusiarumque mensarum. ¶ *De mensa mittere alicui,* h. e. de ipsa cœna, ἀπὸ τραπέζης. *Cic.* 5. *Attic.* ep. 1. Cui tamen Quintus de mensa misit: illa rejecit. ¶ *Prior, proxima mensa,* prior, proximus honor, et æstimatio in cibis, et conviviis. *Plin.* l. 14. c. 1. *a med.* Rhæticis uvis prior mensa erat. *Id.* l. 9. c. 17. Proxima est mensa jecinori dumtaxat mustelarum. ¶ *Secunda mensa,* ferculæ, quæ ultimo loco inferuntur, *the second course: the dessert; fruit, sweetmeats,* &c. *set on the table after the meat:* pomis præcipue constans, et nucibus, et hujusmodi bellariis. *Cels.* l. 1. c. 2. *ad fin.* Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 6. et 21. Hæc ad te scripsi, apposita secunda mensa. *Virg.* 8. *Æn.* v. 283. mensæ grata secundæ Dona ferunt. *Nep. in Agesil. c. ult.* Qui cum regis verbis, quæ attulerant, dedissent, ille præter vitulina, et hujusmodi genera obsonii, nihil accepit: unguenta, coronas, secundamque mensam servis dispertiit. Vide *Martial.* l. 5. epigr. 79. ¶ *Mensa vinaria,* in qua vinum reponebatur in usum cœnæ. Hæc erat rotunda, et cylibathum dicebatur. Alia fuit, quæ vocabatur cartibulum, lapidea, quadrata, oblonga, una columella. Hæc, inquit *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 26. in ædibus ad compluvium apud multos me puero ponebatur, et in ea, et cum ea ænea vasa. Fuit et tertia, urnarium dicta, quod urnas cum aqua positas ibi habebant in culina. *Id. ibid.* c. 27. ¶ Habet *mensa* locum in sacris, sive pro ara sumatur, sive pro repositorio vasorum sacrorum. *Festus:* Mensæ in ædibus sacris ararum vicem obtinebant. *Virg.* 2. *Æn.* v. 764. mensæque deorum, Crateresque auro solidi, &c. *Petron. in Satyr.* c. 135. Mensam veterem posuit in medio altari, quam vivis implevit carbonibus. *Plin.* l. 25. c. 9. Verbenaca Jovis mensa verritur. *Fest.* in *Curiales:* Curiales mensæ, in quibus immolabatur Junoni, quæ Curis est appellata. *Anclabres* proprio nomine hæ sacræ mensæ appellabantur, teste *eod.* in *Anclabris,* et in *Escariæ.* Fuerunt aureæ, argenteæ, marmoreæ. *Val. Max.* l. 1. c. 1. n. 3. et lib. 4. c. 1. n. 7. *extern.* et *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 34. et *Verr.* 6. c. 59. ¶ *Mensa lanionia,* in qua lanii carnes concidunt. *Sueton. in Claud.* c. 15. Proclamante quodam præcidendas falsario manus, carnificem statim acciri cum machæra, mensaque lanionia flagitavit. ¶ Item argentariorum, et rationum, in qua numerantur pecuniæ, rationes conficiunt, *a counter, table for counting money upon. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 148. mensam poni jubet, atque Effundi saccos nummorum, accedere plures Ad numerandum. *Cic. pro Flacc.* c. 19. Si prætor dedit, a quæstore numeravit: quæstor a mensa publica: mensa aut ex vectigali, aut ex tributo. *Id. in Pison.* c. 36. Stipendium militibus per omnes annos a

civitatibus, mensis palam propositis, numeratum. ¶ In catapultis et balistis est pars plana, et oblonga: de qua *Vitruv.* l. 10. c. 16. et *Bald. in Lex.* ¶ Denique sumitur pro catasta, vel lapide, in quo prostabant servi venales. *Apul.* l. 8. *Metam.* Servus collatitia stipe de mensa paratus. *Id. in Apolog.* Jussisse duos pueros in foro de mensa emi. *Pollux* l. 7. c. 2. sect. 11. Ἐφ' ὃ δὲ ἀναβαίνοντες οἱ δοῦλοι πιπράσκονται, τοῦτο τράπεζαν Ἀριστοφάνης καλεῖ. Huc pertinet quod *Cic.* dicit *in Pison.* c. 15. de lapide emptus. V. *Lapis.*

MENSĀLIS, le, *of or belonging to a table, mensal,* ad mensam pertinens. *Vopisc. in Tacit.* c. 10. Argentum mensale. *Valerian. Aug. in quadam epist.* apud *Vopisc. in Aurelian.* c. 9. Vinum mensale.

MENSARĬUS, a, um, ad mensam pertinens, qua ad pecuniam refertur. *Viri mensarii* magistratus fuit custodiæ deputatus pecuniæ publicæ sub Quæstoribus. *Cic. pro Flacc.* c. 19. Civitas, in qua nummus commoveri nullus potest sine quinque prætoribus, tribus quæstoribus, quatuor mensariis, qui apud illos a populo creantur. *Liv.* l. 7. c. 21. Quinque viris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt. *money-changers, bankers. Id.* l. 23. c. 21. Romæ propter penuriam argenti triumviri mensarii rogatione Minucii Tribuni plebis facti. et lib. 26. c. 36. Omne aurum, argentum, æs signatum ad triumviros mensarios deferamus. *public cashiers or bankers.* Differunt ab argentariis, qui magistratus non erant, et pecuniam solum privatam tractabant. V. *Triumviri.* ¶ *Mensarium* absolute *Priscian.* l. 2. pag. 590. *Putsch.* Collarium, quod in collo est: plantarium, quod in planta: mensarium, quod in mensa est. [¶ Est etiam idem ac numularius. *Sueton. in Aug.* c. 4. proavum Augusti mensarium appellat, quem paulo ante numularium nominaverat.]

MENSĀTIM, adverb. per mensas. *Juvenc.* l. 3. v. 214. Et cunctæ curat mensatim tradere plebi.

MENSĬO, onis, f. *a measuring, measure,* μέτρησις, mensura, actus metiendi. *Cic. in Orat.* c. 53. Naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem animus aurium nuntio.

MENSIS, is, m. *a month,* μὴν, spatium temporis ex multis diebus constans, ex. gr. ex triginta: a nomine Græco allato, quod a μήνη, Luna, quia est plus minus spatium illud, quo Luna Zodiacum percurrit. Ita *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 2. At *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. deducit a *metior,* his verbis: Qui quia mensa spatia conficiunt, menses nominantur. *Id. de Univ.* c. 9. Mensis autem, quando Luna lustrato suo cursu Solem consecuta est. ¶ Romulus annum in decem menses divisit. Numa Pompilius, cum Romuli annum nec Solis, nec Lunæ cursui congruere cerneret, duos menses addidit, Januarium, et Februarium. *Ovid.* 1. et 3. *Fast.* et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. et 13. C. Julius Cæsar, qui ad Solis cursum annum direxit, atque idcirco ex CCCLXV. diebus, et sex horis constituit, dierum numerum quibusdam mensibus auxit, ut v. gr. September, et November, qui antea habebant 29. constarent ex triginta, et sic de reliquis. V. *Sueton. in ejus vita,* c. 40. et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 14. ¶ In illo *Virg.* 1. *Georg.* v. 335. Hoc metuens, cæli menses, et sidera serva: *Servius* adscribit, menses esse duodecim Signa Zodiaci, quæ omnia uno mense luna pertingit, et quodam modo designat. ¶ *Ovid.* l. 8. *Metam.* v. 500. *mensum* dixit pro *mensium* illo carmine: Et quos sustinui bis mensum quinque labores. Adde 5. *Fast.* v. 187. et 424. *Senec. in Phœniss.* v. 535. et *Auson. in Eclogar. Quo mense quotæ,* &c. *Censorin.* c. 22. et *Priscian.* l. 7. pag. 771. *Putsch.* Al. volunt, ubique *mensium* scribi, et synæresim fieri. ¶ *Menses* in plur. num. accipiuntur etiam pro mulierum menstruis, μῆνες. *Plin.* l. 21. c. 21. Prodest mulierum mensibus retardatis. ¶ Interdum et in num. singulari, sed rarius. *Id.* l. 17. *c. ult. sub fin.* Privatim autem contra erucas ambiri arbores singulas a muliere incitati mensis, nudis pedibus, recincta. Adde lib. 28. c. 7.

MENSOR, oris, m. *a measurer,* μετρητής, qui aliquid metitur: speciatim vero mensores appellantur agrorum finitores. *Colum.* l. 6. c. 1. Ego non agricolæ, sed mensoris officium esse dicebam. *a land-surveyor.* Adde *Ovid.* 1. *Metam.* v. 136. ¶ Item qui in castris dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant. *quartermasters. Veget.* l. 2. *de Re Mil.* c. 7. *ad fin.* ¶ *Cæli mensor* est Astrologus, *terræ mensor* geometra. *Horat.* l. 1. od. 28. Te maris, et terræ, numeroque carentis arenæ Mensorem cohibent, Archyta, &c. Adde *Martial.* l. 10. epigr. 17. ¶ Architectus. *an architect. Plin.* l. 10. ep. 28. Dispice, domine, an necessarium putes mittere huc mensorem. et *Trajan. ad Plin.* ep. 29. Mensores vix etiam iis operibus, quæ aut Romæ, aut in proximo fiunt, sufficientes habeo. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 623. n. 7. et 8. A. Sempronius Lætus, mensor ædificiorum. ¶ Denique *mensores* fuerunt, qui annonam navibus adverso Tiberi in Urbem advectam metiebantur, et in horrea publica inferebant. *officers appointed to measure the corn that was imported up the Tiber:* quos *Paul. Digestor.* lib. 27. tit. 1. leg. 26. mensores frumentarios appellat. V. *Portuensis.*

MENSTRŬA, orum. V. *Menstruus.*

MENSTRUĀLIS, le, *monthly, menstrual,* μηνιαῖος, qui singulis mensibus fit, menstruus. *Plaut. Capt.* 3. 1. 22. Dico unum ridiculum dictum de dictis melioribus, quibus solebam menstruales epulas ante adipiscier: nemo ridet. ¶ Item ad feminarum menstrua pertinens. *Plin.* l. 7. c. 15. Solum autem animal menstruale mulier est. *Id.* l. 19. c. 10. Hortensia omnia accessu mulieris menstrualis flavescunt. *Marcell. Empir.* c. 35. *ad fin.* Pannus menstrualis.

MENSTRŬANS, antis, mulier, quæ in menstruis est. *Pallad.* l. 1. tit. 35. Mulierem menstruantem contra erucas faciunt circumire.

MENSTRŬUM, i. V. vocem sequent.

MENSTRŬUS, a, um, *of a month, monthly, menstruous,* ἔμμηνος, qui singulis mensibus fit. *Plin.* l. 2. c. 47. *a med.* Menstrua ventorum ratio. et cap. 10. Menstrui non sunt lunæ defectus. *Tibull.* l. 1. el. 3. v. 34. Reddereque antiquo menstrua tura Lari. *Cic.* 6. *Attic.* ep. 1. Usura menstrua. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. Ferias menstruas edicere. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 8. n. 76. Duæ mulieres ad menstrua solvenda montem ascendunt. *h. e.* menstrua sacra. *Martial.* l. 3. epigr. 10. Constituit, Philomuse, pater tibi millia bina Menstrua. *each month. Plin.* l. 10. ep. 24. Nam menstruum meum Calend. Septembr. finitur. *h. e.* officium menstrui spatii, quod cum collega partitus sum. Mos enim erat, ut ubi plures essent in uno magistratu per mensem singuli rempubl. invicem curarent. *Plin. alter* l. 32. c. 10. *a med.* Cancri menstruas purgationes expediunt. *h. e.* profluvium sanguinis, quo laborant singulis fere mensibus feminæ, quæ ad concipiendum sunt habiles. *the catamenia.* Sic *Id.* l. 11. c. 39. Cum menstrui cursus stetere. Sæpe *menstrua, orum,* dicuntur absolute. *Cels.* l. et cap. 6. sect. 38. Quod in feminam, bene respondentibus menstruis, non cadit. *Id.* l. 2. c. 7. Quibus feminis menstrua non proveniunt. *Colum.* l. 11. c. 3. *sub fin.* Mulier quæ in menstruis est. *Plin.* l. 22. c. 21. *sub fin.* Menstrua ciere. *et ibid. ante med.* pellere. et lib. 20. c. 14. sedare. et cap. 22. et *Lucret.* l. 6. v. 796. solvere. *Plin. ibid. in fi.* sistere. et lib. 30. c. 14. adjuvare. ¶ In sing. num. *Id.* l. 28. c. 7. *circa med.* Quocumque alio menstruo si segetem ambiant, &c. *et ibid. ad fin.* Tactis menstruo postibus. Adde *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 21. ¶ *Menstrua femina,* quæ in menstruis est. *Plin.* l. 29. c. 5. Menstrua canis. ¶ Est etiam *menstruus,* qui mensem durat. *of a month's duration. Cic.* 4. *de Fin.* c. 12. Ut ei, qui jucunde vixerit annos decem, si æque vita jucunda menstrua addatur, &c. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 31. Solis lustrationem menstruo spatio luna complet. *Lucan.* l. 5. v. 399. Menstruus consul. *Liv.* l. 44. c. 2. Consul, menstruum jusso milite secum ferre, profectus, &c. *provisions for a month. Cic. Verr.* 5. c. 30. Menstrua cibaria dare alicui. *Id.* 2. *de Legib.* c. 18. Textile ne operosius, quam mulieris opus menstruum. *not more than what a woman could do in a month.* et *pro Rosc. Com.* c. 3. Menstruas rationes transferre in tabulas. *the monthly account.*

MENSŬLA, æ, f. *a little table,* τραπέζιον, parva mensa. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 150. Appone hic mensulam: vide tali ubi sint. *Petron. in Satyr.* c. 136. Mensulæ pedem extorsi.

MENSULARĬUS, ii, m. *a money-changer, banker,* τραπεζίτης, nummularius, mensarius, trapezita. *Senec.* l. 4. controv. 24. *a med. Scæv. Dig.* lib. 2. tit. 14. leg. 47. ubi al. aliter leg. et *Ulpian.* lib. 42. tit. 6. leg. 8.

MENSŪRA, æ, f. *a measure,* μέτρον, instrumentum, quo quippiam metimur, seu quantitatem rei cujuspiam deprehendimus: item ipsa quantitas, modus, magnitudo cujusque rei. *Plin.* l. 7. c. 56. *ante med.* Mensuras, et pondera invenit Phidon Argivus, aut Palamedes, ut maluit Gellius. *Nep. in Attic.* c. 2. *extr.* Ut singulis sex modii tritici darentur: qui modus mensuræ medimnus Athenis appellatur. *Cic.* 1. *Offic.* c. 15. Ea, quæ utenda acceperis, majore mensura, si modo possis, jubet reddere Hesiodus. *Petron. in Satyr.* c. 97. Lectulum vestimentis implevi, uniusque hominis vestigium ad corporis mei mensuram figuravi. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 13. Certis ex aqua mensuris, breviores esse noctes, quam in continente, videbamus. et lib. 6. c. 24. Nosse mensuras itinerum. *Sueton. in Cæs.* c. 26. Frumentum sine modo mensuraque præbere. *Juvenal.* sat. 10. v. 100. de mensura jus dicere. *h. e.* de heminis et hujusmodi (V. *Pers.* sat. 1. v. 130.) *Plin.* l. 11. c. 41. Cameli lac suavissimum existimatur, ad unam mensuram tribus aquæ additis. *Id.* l. 35. c. 17. Saxum pondere emitur, creta mensura. *by measure.* et cap. 10. *circa med.* Tabulæ pretium accepit aureos mensura, non numero. *Id.* l. 12. c. 19. *ad fin.* Frutex mensura pedali. *Id.* l. 2. c. 1. *extr.* et *Plin. alter* l. 10. ep. 28. Mensuram agere alicujus rei. *to take measure, measure.* et lib. 36. c. 12. *a med.* deprehendere. *Colum.* l. 5. c. 3. inire. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 265. facere alicujus. *Juvenal.* sat. 14. v. 316. Mensura census, quæ sufficiat, si quis me consulat, edam. *how much property is enough for a sufficiency. Ovid.* 8. *Metam.* v. 748. trunci Circuiere modum, mensuraque roboris ulnas Quinque ter implebat. *the thickness.* et lib. 15. v. 378. *de ranarum cruribus.* Posterior partes superat mensura priores. *the length.* et lib. 1. *de art. am.* v. 589. dare alicui mensuram bibendi. *to prescribe how much he should drink. Tacit. in Agric.* c. 12. Dierum spatia ultra nostri orbis mensuram. *longer. Juvenal.* sat. 4. v. 74. Sed deerat pisci patinæ mensura. *a platter of capacity sufficient.* ¶ In pictura est convenientia, et proportio partium. *symmetry, just proportion, prospective. Plin.* l. 35. c. 10. *ante med.* Apelles cedebat Amphioni de dispositione, Asclepiodoro de mensuris, hoc est quanto quid a quo distare deberet. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 20. Quidquid sub aurium mensuram aliquam cadit, numerus vocatur. *Plin.* l. 10. ep. 12. Beneficii mensuram intelligere. *Claudian. in II. Consul. Stilich.* v. 43. Est aliquod meriti spatium, quod nulla furentis Invidiæ mensura capit. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 54. Uterque mensuram implevimus, et tu, quantum princeps tribuere amico posset, et ego, quantum amicus a principe accipere. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 2. Maxime, qui tanti mensuram nominis imples. *h. e.* vim et significationem. *Id.* 12. *Metam.* v. 57. *de Fama.* Hi narrata ferunt alio: mensuraque ficti Crescit. *Juvenal.* sat. 11. v. 34. buccæ Noscenda est mensura tuæ. *Senec. in Herc. Œt.* v. 400. nuribus Argolicis fui Mensura voti. *h. e.* tantum illæ optabant, quantum ego habebam. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 52. Nec consularis legati mensura, sed in majus omnia accipiebantur. *h. e.* pro modo conditionis et auctoritatis legati consularis. *Lucan.* l. 1. v. 175. mensuraque juris Vis erat.

MENSURABĪLIS, le, *measurable, mensurable,* qui mensura deprehendi potest. *Prudent. in Apotheos.* v. 881. Spatium non mensurabile.

MENSURĀLIS, le, *mensural,* ad mensuram pertinens, ut Mensuralis linea, apud *Sicul. Flacc. edition. Goesii* pag. 19. et 23.

MENSURALĬTER, adverb. per mensuram. *Hygin. de Limit.* pag. 167. *Goes.*

MENSURATĬO, onis, f. *a measuring; mensuration,* actus mensurandi, apud *Var. Auct. de Limitib. edition. Goes.* pag. 264.

MENSURNUS, a, um, *of a month,* menstruus. *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 26. Annuum, mensurnum, diurnum, nocturnumve spatium. Ita legit *Priscian. sub fin.* l. 2. Alii *menstruum.* Legitur etiam apud *Novatian. de Trinit.* c. 1.

MENSŪRO, as, a. 1. metior, *to measure, mensurate. Veget.* l. 1. c. 25. *de re milit.*

MENSUS, a, um, particip. a *metior,* passivæ signific. *measured. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 27. Mensa spatia conficere. *Curt.* l. 5. c. 1. *extr.* Ducenis stipendium pedestrium mensum est.

MENSUS, us, m. *a measure,* mensura. *In quodam fragm. quod tribuitur Varroni de Geometr.* Longitudines, et altitudines mensu certo distinguere. *Apul. de Mundo.* Cujus mensu appensuque distincta est naturæ regio. ¶ Extra ablativum casum non usurpaverim, antequam exempla reperiam.

MENTA, æ, f. *mint,* ἡδύοσμος, μίνθη, herba hortensis odorifera, ita dicta a *Menthe,* seu *Minthe* nympha, Cocythi filia, Plutonis pellice, quam Proserpina in hanc herbam mutasse dicitur: unde et *mentha* cum adspiratione a nonnullis scribitur. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 728. an tibi quondam Femineos artus in olentes vertere mentas, Persephone, licuit? ¶ Postea ab odoris suavitate ἡδύοσμος appellata: ab ἡδὺς, suavis, et ὀσμὴ, odor: ut *Plin.* l. 19. c. 8. *a med.* docet. *Id. ibid.* Grato menta mensas odore percurrit in rusticis dapibus. *Colum.* l. 10. v. 119. serpentis gramina mentæ. *Martial.* l. 10. epigr. 48. Menta ructatrix.

MENTĀGRA, æ, f. *a foul tetter, or scab, which begins on the chin and spreads over the face; a kind of ringworm,* ἄγριος λειχὴν, morbus, al. lichen, qui mentum, deinde faciem, collum, pectus, manusque fœdo quodam furfure occupat: a *mentum,* et ἄγρα, captura, quasi menti captura, quia a mento incipit. *Plin.* l. 26. c. 1. Lichenas appellavere Græco nomine: Latine, quoniam a mento fere oriebatur, joculari primum lascivia (ut est procax natura multorum in alienis miseriis) mox et usurpato vocabulo, mentagram.

MENTASTRUM, i, n. *wild mint,* ἡδύοσμος ἄγριος, menta silvestris. *Plin.* l. 9. c. 8. *a med.* Silvestre mentastrum dicit *Colum.* l. 11. c. 3. *circa med.*

MENTHA. V. *Menta.*

MENTĪGO, iginis, f. *a scab with which lambs are seized about the mouth and lips,* morbus agnorum, de quo ita *Colum.* l. 7. c. 5. *ad fin.* Est etiam mentigo, quam pastores ostiginem vocant, mortifera lactentibus. Ea plerumque fit, si per imprudentiam pastoris emissi agni, vel etiam hædi, roscidas herbas depaverint: quod minime committi oportet. Sed cum id factum est, velut ignis sacer os atque labra fœdis ulceribus obsidet. Hæc *Colum.* ex quibus intelligimus, esse hunc morbum mentagræ speciem, a *mento* itidem dictum.

MENTĬENS, entis, qui mentitur. *Mentientem* vertit *Cic.* l. 2. *de Divin.* cap. 4. genus argumentationis captiosæ, quam Græci ψευδόμενον appellant: inde ducto nomine, quod ea sæpe in exemplum formula afferri solet ex *Gell.* l. 18. c. 2. Cum mentior, et mentiri me dico, mentior, an verum dico.

MENTĪNA TRIBUS. V. *Menenius.*

MENTIO, onis, f. *mention; a making mention or speaking of*, μνεία, commemoratio. *Cic. 7. Verr.* c. 64. *extr.* Nemoram quidem mortis mentione atque usurpatione civitatis assequi potuit. *Id. in Divin. Verr.* c. 15. *extr.* Non consulto, sed casu in eorum mentionem incidi. *Id. pro Cluent.* c. 27. Manarat sermo, pecuniæ quandam mentionem inter judices esse versatam. *Id.* l. 5. *Attic.* ep. 9. *extr.* Te amat, nec tui mentionem intermitti sinit. *Plaut. Cist.* 1. 2. 15. Sæpe mecum mentionem fecit, puerum, aut puellam alicunde ut reperirem sibi. *talked with me on the subject of*, &c. *Id. Mostell.* 3. 2. 126. Noli facere mentionem, te has emisse. *do not let it escape you*, &c. *say nothing about*, &c. *Cic.* 4. *Verr.* c. 39. In Senatu consules faciunt mentionem, placere statui, ne absentes homines rei fierent. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 2. et *in Pison.* c. 10. Mentionem facere alicujus rei. *Caius Dig.* lib. 34. tit. 5. leg. 6. habere testamento. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 6. *ad fin.* de aliquo. *Id.* 3. *Agrar.* c. 2. de aliqua re. *Liv.* l. 28. c. 11. movere alicujus rei. *Id.* l. 38. c. 56. Ne Gracchi quidem oratio aut accusatorum, aut diei dictæ ullam mentionem habet. *Id.* l. 39. c. 11. Mentionem intulit, quid eo die faciendum esset. *Id.* l. 4. c. 1. Mentio sensim illata a tribunis, ut alterum ex plebe consulem liceret fieri, eo processit, ut, &c. *Vellei.* l. 2. c. 65. Conditionum jacta mentio. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 94. mentio si qua De Capitolini furtis injecta Petilli Te coram fuerit. *Plin.* l. 13. c. 14. Insularum arbores in mentione earum dictæ sunt. *where I have treated of islands.* Sic l. 35. c. 4. *ad fin.* Tabulæ, quas dicemus sub mentione artificum. *Id. in fin.* l. 22. Ad vini transire mentionem. *to pass on to the subject of wine.* et lib. 33. c. 1. Sine mentione anulorum. *without mentioning the rings.* et lib. 28. c. 2. *a med.* Cur ad mentionem defunctorum testamur, memoriam eorum a nobis non sollicitari? *in speaking of the dead.* ¶ In plur. num. *Liv.* l. 3. c. 43. L. Siccium secessionis mentiones ad vulgus militum sermonibus occultis serentem, ad locum castris capiendum mittunt. ¶ *Mentionem facere* est etiam formula sponsaliorum, qua utitur, qui puellam in matrimonium sibi poscit: qui vero despondet, *promittere*, vel *repromittere* dicitur. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 27. Credo edepol, ubi mentionem ego fecero de filia, mihi ut despondeat, se se a me derideri rebitur. Adde *ibid.* 4. 7. 3. Hinc *Florentin. Dig.* lib. 23. tit. et leg. 1. Sponsalia sunt mentio, et repromissio futurarum nuptiarum.

MENTĬOR, iris, itus sum, dep. 4. *to lie, speak falsely, say the thing that is not*, ψεύδομαι, contra id, quod in mente est, loquor, mendacium dico. *Nep. in Epamin.* c. 3. Adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur. *Cic.* 4. *Acad.* c. 6. *a med.* Aperte mentiri. *Ovid. in Ibin*, v. 65. Hæc tibi natali facito, Janique calendis Non mentituro quilibet ore legat. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 89. Mentiri palam. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 21. *a med.* in re aliqua. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 6. de re aliqua. *Plaut. Aulul.* 4. 7. 9. adversus aliquem. *Id. Amph.* 1. 2. 6. alicui. *Id. Pœn.* 1. 1. 24. apud aliquem. *Gell.* l. 15. c. 22. Sertorius mentiebatur ad milites, si mendacium prodesset. *Propert.* l. 2. el. 20. v. 3. Et quæcumque in me fueras mentita, fateri. ¶ Cum infinito. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 3. v. 53. certam me sum mentitus habere Horam, propositæ quæ foret apta fugæ. *Plin.* l. 12. c. 15. Fuere, qui e turis arbore utrumque nasci mentirentur. *have falsely asserted.* *Lucan.* l. 7. v. 446. cum cæco rapiantur sæcula casu, Mentimur regnare Jovem. ¶ Et cum accusativo. *Lucan.* l. 3. v. 198. populum Pholoe mentita biformem. *h. e.* fabulata Centauros. ¶ *Mentior nisi*, et *si mentior* formulæ sunt quippiam serio constanterque affirmantis. *Senec.* epist. 106. Mentior, nisi et quæ alunt illud, corpora sunt. *I am much mistaken, if*, &c. (Adde epist. 118.) *Ovid.* 4. *Fast.* v. 227. si mentiar, inquit, Ultima, quam fallam, sit Venus illa mihi. ¶ *Mentiri* et *mendacium dicere* interdum differunt. V. *Mendacium.* ¶ Urbane *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 6. Frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio vero sæpissime. *deceive or impose upon us.* ¶ Frequenter cum accusativo ponitur pro fingere, simulare mendacii causa. *to feign, counterfeit, belie.* *Sallust. in Catil.* c. 49. Nisi de eo indicaret, cujus consilio tantam rem esset mentitus. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 19. v. 11. sani capitis mentita dolores. *Id.* 11. *Metam.* v. 281. Mentitus causam fugæ. *Colum. in præfat.* l. 1. *ante med.* Sexum viris denegatum muliebri motu mentiri. *Justin.* l. 35. *in fi.* Mentiri originem alicujus. *Martial.* l. 6. epigr. 57. Mentiris fictos unguento, Phœbe, capillos. *Id.* l. 11. epigr. 53. Mentiar, ut venias, pisces, conchylia, sumen, Et cortis saturas, atque paludis aves. *I will pretend or say that I have.* *Propert.* l. 4. el. 7. v. 58. Cressæ mentitæ lignea monstra bovis. *h. e.* Pasiphaes, quæ in lignea vacca latuit, et vacca esse visa est. ¶ De eo, qui alterum plane refert. *to be like to, resemble.* *Sil.* l. 2. v. 636. Vos etiam primo, gemini, cecidistis in ævo, Eurymedon fratrem, et fratrem, mentite, Lycorma: Cuncta pares. *Martial.* l. 3. epigr. 43. Mentiris juvenem tinctis, Lentine, capillis. *Arnob.* l. 7. pag. 250. *de Æsculapio.* In anguem convertisse se deum, quo mentiri se posset, quisnam esset. ¶ De eo, qui non stat promissis. *to break his word.* *Cic.* 3. *Offic.* cap. 24. *extr.* Sed quoniam promisit, si saltare in foro turpe ducet, honestius mentietur, si, &c. *Catull.* carm. 108. *in Aufilen.* Tu, quod promisti mihi quod mentita, inimica es. *Propert.* lib. 2. el. 13. v. 57. Mentiri noctem, promissis ducere amantem. *Claudian. de Consul. Prob. et Olybr.* v. 108. geminisque fidem mentita tyrannis. ¶ Tribuitur et rebus inanimis, et significat similitudinem alicujus rei habere, imitari, simulare, cum re vera sit aliud. *Virg. Ecl.* 4. v. 41. Nec varios discet mentiri lana colores. *Plin.* l. 35. c. 6. *sub fin.* Color, qui chrysocollam mentitur. *Lucan.* l. 9. v. 820. virgas mentita Sabæas toxica. *Claudian.* l. 2. *de laudib. Stilich.* v. 248. Oceanique æstum mentitur amictus. *Id. de III. Consul. Honor.* v. 140. *de dracone picto.* vivitque receptis Flatibus, et vario mentitur sibila tractu. *Martial.* l. 5. epigr. 40. semel fac illud, Mentitur tua quod subinde tussis. *h. e.* morere, quod tussis tua, cito fore, pollicetur, sed nos fallit. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 527. felix arcus, certique petitor Vulneris, et jussum mentiri nescius ictum. *h. e.* fallere. *unknowing to miss; unerring.* Sic *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 87. Spem mentita seges. *having disappointed his hopes.* ¶ *Mentibor* pro *mentiar* (quod in verbis quartæ non est infrequens) *Plaut. Mil.* 1. 1. 35. Et assentandum est, quidquid hic mentibitur. et 2. 2. 99. Vera ut esse credat, quæ mentibitur. ¶ Olim *mentio, is*, activa positione dictum fuit, teste *Priscian.* l. 8. pag. 799. *Putsch.* Hinc passive *Modestin. Dig.* lib. 48. tit. 10. leg. 28. Si a debitore, prælato die, pignoris obligatio mentiatur, &c.

MENTITĬO, onis, f. mendacium. *Auct. ad Heren.* l. 3. c. 2. *a med.* Dolus consumitur in pecunia, pollicitatione, dissimulatione, maturatione, mentitione. Al. leg. *mentione.*

MENTĪTUS, a, um, particip. V. in *Mentior.* Passiva significatione est fictus, simulatus, falsus. *feigned, pretended, false, counterfeited.* *Virg.* 2. *Æn.* v. 422. primi clypeos mentitaque tela Agnoscunt. *In carm.* apud *Sueton. in Oth.* c. 3. Cur Otho mentito sit, quæritis, exsul honore. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 326. Et se mentitis Superos celasse figuris. *Plin.* l. 6. ep. 20. *a med.* Fictis mentitisque terroribus vera pericula augere. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 155. Non jam mentitæ vultum vocemque resumit Chalciopes.

MENTO, onis, *one who has a large chin*, [† μακρόγενυς,] mentum habens solito majus. *Arnob.* l. 3. pag. 108. Esse dicendum est quosdam capitones, silunculos, frontones: in his alios mentones, nævios atque nasicas.

MENTOR, ŏris, m. nomen celeberrimi artificis in vasis argenteis cælandis. *Plin.* l. 33. c. 12. et lib. 7. c. 38. scribit, quatuor omnino paria ab eo facta fuisse, atque in templo Dianæ Ephesiæ in Asia, et in Capitolio Romæ consecrata, tutius ut asservarentur, utriusque templi incendio periisse. *Id.* l. 33. c. 11. L. Crassus Orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertiis C. emptos habuit. *h. e.* centum mil. [† *Propert.* 3. 9. 13. Argumenta magis sunt Mentoris addita formæ.] ¶ Metonymice *Juvenal.* sat. 8. v. 104. raræ sine Mentore mensæ. *Martial.* l. 11. epigr. 12. Te potare decet gemma, qui Mentora frangis.

MENTORĔUS, a, um, ad Mentorem pertinens. *Propert.* l. 1. el. 14. v. 2. Lesbia Mentoreo vina bibas opere. *Martial.* l. 4. epigr. 39. Solus Mentoreos habes labores. *Id.* l. 9. epigr. 60. Pocula Mentorea nobilitata manu.

MENTŬLA, æ, f. φαλλὴ, πέος, virile membrum. *Catull. Martial.* et *Auct. Priap.* ¶ Apud *Catull.* est etiam non semel convicium in hominem impurum.

MENTULĀTUS, a, um, mutoniatus, κορυνηφόρος. *Auct. Priapeor.* c. 36. *extr.* Deus Priapo mentulatior non est.

MENTUM, i, n. *the chin*, γένυς, γένειον, pars capitis ori subjecta, et prominens, seu malæ inferioris media et ima pars, ut *Cels.* loquitur l. 8. c. 1. *ante med.* unde barba nascitur. *Cic.* 6. *Verr.* c. 43. Rictum Herculis ac mentum paulo attritius, quod in precibus id osculari solent. *Id.* 2. *de Orat.* c. 66. Mentum in dicendo intorquere. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 6. v. 14. Mento manum supponere. *Plin.* l. 31. c. 3. *a med.* Ex edito speculantur proni, terram mento attingente. *Id.* l. 11. c. 45. Antiquis Græciæ in supplicando mentum attingere mos erat. *Virg.* 6. *Æn.* v. 809. nosco crines incanaque menta Regis Romani. *h. e.* barbam canam. Adde *Martial.* l. 11. ep. 85. ¶ Urbane *Petron. in fragm. Tragur.* c. 43. *Burm.* Et, quod ei mentum sustulit, hereditatem accepit. *which has made him hold up his head.* Sed phrasis est plebeia. ¶ Proprie uni homini est, ut ait *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 60. *Hard.* Nihilominus et de brutis dicitur per similitudinem. *Id.* l. 8. c. 50. *ad fin.* Dependet caprarum mento villus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 53. *de bove.* Et crurum tenus a mento palearia pendent. et vers. 311. barbas, incanaque menta Cinyphii tondent hirci. ¶ Transfertur in architectura ad eam partem coronæ propendentem, per quam aqua defluit. *the projecture of a gutter; the coping of a wall.* *Vitruv.* l. 4. c. 3. *a med.* Ad ipsum mentum coronæ incidatur linea, quæ scotia dicitur. ¶ Prisci *mentum* dixere pro *commentum*, inquit *Paul.* ex *Festo*: nempe a *meniscor*, unde *comminiscor* factum est.

MEO, as, avi, atum, n. 1. *to go to and fro, pass*, διαβαίνω, πορεύομαι, vado, transeo: et dicitur sæpe de iis, quæ eunt redeuntque. *Plin.* l. 6. c. 14. Interruptis angusto transitu jugis, ita ut vix singula meent plaustra. *Lucret.* l. 2. v. 150. Vapor per inane meat vacuum. *passes, makes its way.* *Ovid.* 15. *Metam.* v. 71. qua sidera lege mearent. *Id.* l. *ex Pont.* ep. 2. v. 81. ubi frigore constitit Ister, Dura meat celeri terga per amnis equo. *Senec. in Med.* v. 836. meet in pectus venasque calor. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 5. *extr.* Triremes huc illuc meant. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 185. Nereus par semper, similisque meat. *h. e.* mare, quamvis plura influant flumina, non crescit. *Curt.* l. 3. c. 5. et lib. 8. cap. 4. Liberius meare spiritus cœperat. *Lucan.* l. 3. v. 640. Discursusque animæ diversa in membra meantis. ¶ Universim pro ire, proficisci. *to go, proceed.* *Horat.* l. 1. od. 4 v. 17. Manes, et domus Plutonia, quo simul mearis, &c. *Senec. in Herc. Fur.* v. 211. aliud jussus ad bellum meat. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 34. Quoties divum Augustum in Occidentem, atque Orientem meavisse comite Livia? *Claudian. in I. Consul. Stilich.* v. 10. Ordine vota meant. *h. e.* procedunt, et succedunt.

MEOPTE. V. *Suopte.*

MEPHITĬCUS, a, um, *mephitical, mephitic, stinking, fetid*, fœtidus. *Sidon.* l. 3. epist. 13. Mephiticus odor.

MEPHĪTIS, itis, f. *a strong sulphureous smell; a stench, stink*, θειώδης ἀποφορὰ, terræ putor ex aquis maxime sulphuratis atque corruptis proveniens, et in nemoribus gravior ex densitate silvarum. *Serv. in* 7. *Æn.* v. 84. Aliqui, *Servio* teste loco citato, Mephitim deum esse volunt, Leucotheæ connexum, sicut est Veneri Adonis, Dianæ Virbius. Alii Junonem intelligunt, quam aerem esse constat. Omnis autem putor ex corruptione aeris nascitur, sicut bonus odor ex aere incorrupto. Igitur Mephitis erit dea avertens molestiam odoris gravissimi, id est graveolentiæ. *Virg. ibid.* sævamque exhalat opaca mephitim. *Pers.* sat. 3. v. 99. Gutture sulphureas lente exhalante mephites. *Plin.* l. 2. c. 93. docet, Mephitis ædem fuisse Amsancti in Hirpinis, ubi specus erat mortiferum spiritum exhalans. Etiam prope mœnia Cremonæ templum Mephitis fuit, teste *Tacito* 3. *Hist.* c. 34. Adde Inscription. apud *Gruter.* pag. 96. n. 10.

MERACĬUS, adverb. comparat. ab adject. meracus. *more purely.* [*Cels.* l. 1. c. 3. Hieme plus esse convenit; minus, sed meracius bibere.] *Scribon. Larg. compos.* 170. Vini mixti meracius cyathi quatuor. *Sid.* lib. 4. ep. 1. Purius, fortius, meracius amat. *Solin.* cap. 33. (*al.* 46.) *a med.* Superficies sardonychis probatur, si meracius rubeat.

MERACŬLUS, a, um, diminut. a *meracus. pretty pure, with very little mixture.* *Plin.* l. 20. c. 19. *in fi.* et *Cels.* l. 3. c. 19. Opium ex vino meraculo si protinus detur. Et per syncopen. *Plaut. Cas.* 3. 5. 15. Meraclo se percussit flore Libyco. Al. leg. *meraco.*

MERĀCUS, a, um, *pure, without mixture, meracious, strong, racy*, ἄκρατος, merus, purus, solus: et fere de vino dicitur, cui nihil aquæ admixtum sit. Sunt qui putant dici de vino, cui parum admodum aquæ insit, *merum* autem de eo, cui nihil. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 31. *ad fin.* Si medicus sciat, eum ægrotum, qui jussus sit vinum sumere, meracius sumpturum. *Cels.* l. 1. c. 3. *ante med.* Cibum modicum, potiones meracas assumere. *et post med.* Vinum austerum meracum. *et infra.* Vinum dilutius pueris, senibus meracius. *Propert.* l. 2. el. 24. v. 27. Ah pereat, quicumque meracas repperit uvas. ¶ Dicitur et de aliis rebus, quæ puræ sunt. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 137. Expulit helleboro morbum bilemque meraco. *Pers.* sat. 4. v. 16. Anticyras melior sorbere meracas. *Sidon.* l. 3. ep. 10. Meracissimus scientiæ fons.

MERCABĬLIS, le, *that may be bought or hired, mercable*, qui emi potest. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 10. v. 21. Stat meretrix certo cuivis mercabilis ære.

MERCĀLIS, le, mercabilis. *Impp. Diocletian.* et *Maximian.* lib. 4. *Cod.* tit. 7. leg. 6. Mercalem te habuisse uxorem proponis.

MERCATĬO, onis, f. *a buying and selling*, emptio et venditio, ἐμπόρευσις. *Gell.* l. 3. c. 3. *sub fin.* Pecunia omni in mercationibus perdita. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 8. *ad fin.* Sua vendere assidua mercatione.

MERCĀTOR, oris, m. *a merchant, trader, one who buys and sells his own commodities; one who trades to remote countries*, ἔμπορος, qui mercatur. *Cic. in Orat.* c. 70. Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos et Lælios multi venalitii mercatoresque superarunt. *Id.* 1. *Offic.* c. 42. Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 3. Multi ad eos mercatores ventitant. *Cic. post redit. in Sen.* c. 4. *a med.* Non consules, sed mercatores provinciarum, ac venditores vestræ dignitatis.

MERCATORĬUS, a, um, adject. *mercantile.* *Plaut. Bacch.* 2. 3. 2. Ecquæ in portum ex Epheso navis mercatoria advenerit. *a merchant-vessel.*

MERCATŪRA, æ, f. *the trade of a merchant; the practice of buying and selling, mercature*, ἐμπορικὴ, negotiatio, ars, seu actus mercandi. *Cic.* 1. *Offic.* c. 42. *ad fin.* Mercatura autem, si tenuis est, sordida putanda est, sin magna, et copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda. *Cic.* 7. *Verr.* c. 28. Qui a prædonibus erant capti, cum merca-

turas facerent. ¶ Item ipsæ merces, quibus mercatura fit. *merchandise. Plaut. Trin.* 2. 2. 51. Mercaturam ne, an venales habuit, ubi rem perdidit? ¶ Translate *Cic.* l. 3. *Offic.* c. 2. Suscepisti onus grave et Athenarum et Cratippi, ad quos cum tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, &c. Ita legit etiam *Non.* c. 3. n. 134. et c. 5. n. 35. Alii tamen *ad mercatum.*

MERCĀTUS, us, m. *a buying and selling,* ἐμπόρευμα, mercandi actus. *Cic. Phil.* 2. c. 3. Cum domi tuæ turpissimo mercatu omnia essent venalia. ¶ Pro emporio, seu loco, ad quem mercatores emendi vendendique gratia conveniunt. *a market-place. Liv.* l. 1. c. 30. Frequens mercatus. ¶ Item pro nundinis, quibus mercatores congregantur ad emendum et vendendum. *a fair. Cic. in Verr.* 4. c. 53. Tanto mercatu Prætoris indicto, concurritur undique ad istum Syracusas. Sic *Id. Tuscul.* 5. c. 3. Habere mercatum, *to hold a fair.* ¶ Item pro quocumque conventu. *Justin.* l. 13. c. 5. Litteræ recitatæ præsente universa Græcia, in mercatu Olympiaco.

MERCĀTUS, a, um, *having bought,* ὠνησάμενος, particip. a mercor. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 46. Quam tanto pretio nuper mercatus est. ¶ Reperitur etiam passive. *Plin.* l. 37. c. 2. *a med.* Sestertiis centum quinquaginta millibus trullam unam non ante multos annos mercatam a matrefamilias, nec divite. *Propert.* l. 1. el. 2. v. 5. Naturæque decus mercato perdere cultu. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 535. Pars sua negotia sequebantur commeatibus mercatis.

MERCEDICĬUS, mercenarius, quod mercede se tueatur. *Paul.* ex *Festo. Dacerius* mallet *merceditutus* propter illa *mercede tueatur.*

MERCEDONĬAS (*dies*) dixerunt a mercede solvenda. *Paul.* ex *Festo.*

MERCEDŬLA, æ, f. *a little hire,* diminut. a *merces. Cic.* 1. *de Orat.* c. 45. Itaque ut apud Græcos infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in judiciis Oratoribus. *Id. Attic.* l. 13. ep. 11. Constituere mercedulas prædiorum. *h. e. to fix or regulate the rents,* constituere, quantum solvere debeant, qui prædia locata conduxerunt. *Senec.* l. 6. *de benef.* c. 15. Medico mercedulam debere.

MERCENARĬUS, a, um, *hired, mercenary, stipendiary,* μισθοφόρος, mercede conductus, pretio comparatus: cui *gratuitus* opponitur. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 18. Liberalitas gratuita ne est, an mercenaria? si sine præmio benigna est, gratuita: si cum mercede, conducta. *Id. in Pison.* c. 21. Tribuit se mercenarium comitem regi Alexandrino. *Liv. in fi.* l. 24. Mercenarium militem in castris neminem ante, quam tum Celtiberos, Romani habuerunt. *Cic.* 3. *Fam.* ep. 11. *a med.* Mercenarii testes. *bribed. Id.* 7. *Verr.* c. 21. Audite decretum mercenarii prætoris. *Nep. in Eumen.* c. 1. Apud nos re vera, sicut sunt, mercenarii, scribæ existimantur. *Plin.* l. 10. c. 63. Ancilla mercenariæ stipis. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 67. ille Philippo Excusare laborem, et mercenaria vincla. *h. e.* officium et munus præconis, quod mercedis et lucri gratia exercebat, eoque detinebatur. *mercenary engagements, as of one working for hire.* ¶ Absolute est opera mercede conducta, h. e. homo liber conductitius, ut *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 17. loquitur. *a day-labourer, one who works for hire. Plaut. Pœn.* a. 2. *extr.* In hunc diem jam tuus sum mercenarius. *Cic.* 1. *Offic.* c. 13. *ad fin.* Non male præcipiunt, qui ita jubent uti servis, ut mercenariis: operam exigendam, et justa præbenda. *Id. pro Cluent.* c. 59. Ennius egens quidam, mercenarius Oppianici. *Petron. in Satyr.* c. 103. Mercenarius meus, ut ex novacula comperistis, tonsor est. *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 22. Servus, ut placet Chrysippo, perpetuus mercenarius est.

MERCES, ēdis, f. *hire, wages, pay; a reward for labour,* μισθὸς, pretium, quod pro opera et labore alicui persolvitur. *Sallust. in Catil.* c. 38. Juventus, quæ manuum mercede inopiam tolerabat. *Cic.* 4. *Acad.* c. 30. *ad fin.* Minam Diogenes reddet. ab eo enim Stoico dialecticam didicerat: hæc autem merces erat dialecticorum. *Id.* 1. *de Divin.* c. 41. *ad fin.* Ne ars tanta abduceretur ad mercedem atque quæstum. *Id. Verr.* 7. c. 20. Pretio atque mercede minuere majestatem reipubl. *Id.* 2. *de Fin.* c. 31. Probitas præmiorum mercedibus evocata. *Id.* 2. *Phil.* c. 4. Magister, qui te, tanta mercede, nihil sapere docuit. *Liv.* l. 25. c. 33. Magna mercede pacisci cum aliquo, ut, &c. *Juvenal.* sat. 7. v. 157. Mercedem solvere. *Nep. in præfat.* Mercede conductus ad aliquid. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 31. Milites mercede arcessere. *Cic.* 7. *Verr.* c. 51. Mercedem alicujus rei constituere. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 29. accipere ab aliquo. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 3. *in fi.* alicui proponere. *Id. de Amic.* c. 21. exigere ab aliquo. *Id. Verr.* 5. c. 32. Dare alicui mercedem operæ, pretiumque impudentiæ. *Gell.* l. 5. c. 3. Protagoras victus quærendi gratia in mercedem missus. *h. e.* ut mercenariam operam locaret. ¶ Translate *Horat.* l. 1. od. 27. v. 13. Cessat voluntas? non alia bibam Mercede. *on no other condition. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 29. Una mercede duas res assequi velle. V. *Fidelia. Horat.* l. 3. od. 2. v. 25. Est et fideli tuta silentio Merces. *Sil.* l. 13. v. 663. Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces. ¶ De pœna, supplicio. *Liv.* l. 39. c. 55. Debuisse gravem temeritatis mercedem statui. ¶ Sæpe dicitur de pretio, quod acquirimus ex locatione agrorum, et domuum, *the rent of a farm or house. Cic. Attic.* l. 12. ep. 32. Ut sumptus hujus peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti et Aventini. et lib. 15. ep. 20. *a med.* Mercedes dotalium prædiorum. *the revenue or income arising from. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 21. Mercedes habitationum annuas conductoribus donavit. *Sueton. in Cæs.* c. 20. Publicanos remissionem petentes tertia mercedum parte relevavit. *h. e.* pensionum, quas pro vectigalibus redemptis solvebant reipublicæ. ¶ Item de usuris pecuniæ fenori datæ. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 14. Quinas hic capiti mercedes exsecat. Adde sat. 3. v. 88. ¶ Universim est fructus, lucrum, *fruit, profit, gain, interest. Grat. in Cyneg.* v. 176. O quanta est merces, et quantum impendia supra! ¶ Interdum merces data atque adeo impensa, detrimentum, damnum, *cost, loss. Cic.* 1. *Fam.* ep. 9. Tamen in molestia gaudeo, te eam fidem cognoscere hominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 6. Nam istuc nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore. *Sil.* l. 7. v. 545. magna mercede piabunt Erroris rabiem, et nostrum violasse parentem. *h. e.* magno suo malo. *greatly to their cost. Senec. de Tranquill.* c. 11. Magna quidem res tuas mercede colui. *h. e.* magna mea impensa et cura. Adde *Plin. in præfat.* l. 7. ¶ *Merces* rectus casus pro *merx* usurpatum est a *Sallust. in fragm.* apud *Charis.* l. 1. pag. 27. *Putsch.*

MERCĪMONĬUM, nii, n. *any commodity bought or sold,* idem fere quod merx. *Plaut. Amph. prol.* v. 1. Ut vos in vostris voltis mercimoniis emundis vendundisque me lætum lucris afficere. *Tacit. Ann.* 15. c. 38. Ubi per tabernas, quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur, simul cœptus ignis, &c.

MERCOR, aris, atus sum, dep. 1. *to trade, traffic,* ἐμπορεύομαι, lucri causa merces commuto, mercaturam facio. *Plaut. Merc. prol.* v. 82. Dico iturum esse me mercatum, si velit. ¶ Speciatim sæpissime est emere, seu vendendi causa, seu habendi, *to buy, purchase,* ὠνέομαι. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 24. Hortos egregiasque domos mercarier unus Cum lucro noram. *Cic.* 1. *Offic.* c. 42. Qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant. *Id. pro Flacc.* c. 20. Fundum mercatus est de pupillo Meculonio. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 46. Authepsa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est. *Terent. Eun.* 3. 5. 21. Quidam Eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi. *Plin.* l. 9. c. 18. Quanti mercatura mullum luxuria, suburbanis litoribus inventum? *Cic.* 4. *Verr.* c. 49. *sub fin.* Ab isto ordinem Senatorium pretio mercatus est. *Plaut. Capt.* 2. 2. 8. Servi quos tam grandi sum mercatus præsenti pecunia. ¶ *Mercassitur,* antique, mercatus fuerit. *Vet. tab.* apud *Gruter.* pag. 512. lin. 20. Qui eo nomine ab populo mercassitur. [¶ Particip. *mercans, mercandus* apud *Sueton. in Aug.* c. 75. Solebat incerto casu spem mercantium vel frustrari, vel explere. *Cic.* 9. *ad Att.* ep. 5. Ego vero hæc officia mercanda vita puto.]

MERCURIĀLIS, le, Ἑρμαῖος, ad Mercurium pertinens. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 5. M. Furium Flaccum, equitem R. hominem nequam, Capitolini et Mercuriales de collegio ejecerunt. *h. e.* sacerdotes Mercurii. *Apul.* l. 11. *Metam.* Mercurialis caduceus. ¶ Dicitur de mercatoribus, et iis, qui quæstui faciendo incumbunt: quia Mercurius lucri, et mercaturæ deus habetur. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 14. Hortos, egregiasque domos mercarier unus Cum lucro noram: unde frequentia Mercuriali Imposuere mihi cognomen compita. V. *Plaut. initio Amph. Liv.* l. 2. c. 27. et *Ovid.* 5. *Fast.* vers. 671. [† Adde *Cic. ad Quint. Fratr.* 2. 5.] Differunt tamen Mercuriales, et mercatores. Vetus lapis *in antiquit. Benevent.* class. 6. n. 6. et apud *Gruter.* p. 645. n. 7. Cn. Rustius Cn. L. Festivos Mercurialis, et mercator sibi, &c. Fortasse *Mercuriales* peculiari collegio adscripti erant: *mercatorum* reliqua turba nulli. ¶ Item de viris eruditis, et Lyricis poetis, qui in ejus dei tutela esse dicuntur. *Horat.* l. 2. od. 17. v. 27. Me truncus illapsus cerebro Sustulerat, nisi Faunus ictum Dextra levasset, Mercurialium Custos virorum. V. lib. 1. od. 10. ubi curvæ lyræ parens Mercurius dicitur: et *Ovid.* 5. *Fast.* v. 667. ¶ *Mercurialis,* quam nos *mercury,* herba est a Mercurio inventa, quæ et linozostis, et parthenion dicitur, et Græce a multis Hermupoa, Ἑρμοῦ πόα. Duo ejus genera, masculus, et femina, quæ efficacior, caule cubitali, interdum ramoso in cacumine, ocimo angustioribus foliis, geniculis densis, alarum cavis multis, semine in geniculis dependente: feminæ copioso, mari juxta genicula stante, rariori, ac brevi, contortoque: feminæ soluto, et candido: folia maribus nigriora, feminis candidiora: radix supervacua, prætenuis. Varios habet in medicina usus, præcipue solvendæ alvi, et conceptionibus juvandis. *Seren. Sammon.* c. 33. Mercurialis item capitur communiter herba. V. *Plin.* l. 25. c. 5.

MERCURIŎLUS, li, m. parvus Mercurius. *Apul. in Apolog.* bis.

MERCURĬUS, ii, m. Hermes, *Mercury,* Ἑρμῆς, filius Jovis tertii et Maiæ Atlantis filiæ: dictus a mercibus, quia præest lucro, rebus emendis, ac vendendis. ¶ Mercurii plures a priscis Theologis numerantur. Primus fuit filius Jovis primi, et Cyllenes Nymphæ Arcadicæ. Secundus natus est ex Libero, et ex Proserpina. Tertius ex Cælo et Die. Quartus ex Nilo. Hic Trismegistus appellatus est, hoc est ter maximus, quod summus sacerdos esset, sapientissimus philosophus, rex potentissimus. Quintus ex Mercurio filio Nili. Sextus ex Jove tertio et ex Maia filia Atlantis. Paulo aliter *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 22. ¶ Quæ a variis Mercuriis gesta fuere, uni filio Maiæ fere tribuuntur. Præesse credebatur eloquentiæ. Unde linguam ei sacravit antiquitas, teste *Athenæo* l. 1. Δειπνοσοφ. Apud *Arnob.* l. 3. pag. 118. quasi *medicurrius* dictus est, et quod inter loquentes duos media currat, et reciprocetur oratio, nominis hujus concinnata est qualitas. Deorum nuntius dictus est. Nam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Alas in capite, et pedibus Mercurii ponebant, ut significarent, sermonem velocem ferri per aerem. Habitus est etiam deus mercatorum, possessionis, lucri. Hinc pingi interdum solet sinistra virgulam, dextera sacculum nummarium tenens. Deus etiam furum creditus est. Nam in loquendo furtive seducit. Palæstram, et lyram invenit, Argum interemit, Prometheum in Caucaso ligavit, Martem e duris carceribus liberavit. Hermaphroditum ex sorore Venere genuit. Functorum animas ad Inferos compellit, et si opus sit, Orco evocat. *Horat.* l. 1. od. 10. *Virg.* 4. *Æn.* v. 238. *et sequent. Ovid.* 5. *Fast.* v. 663. *et sequent. Hygin. Poet. astron.* l. 2. c. 7. &c. ¶ Idem esse dicitur, qui sol, ut est apud *Macrob.* V. dicta in *Argiphontes.* ¶ Est etiam *Mercurius* unus ex septem planetis, cujus corpus cunctorum siderum minimum fere semper subest radiis solaribus. *the planet Mercury. Cic. de nat. Deor.* l. 2. c. 20. *ad fin.* Infra hanc autem stella Mercurii est, ea στίλβων appellatur a Græcis, quæ anno fere vertente signiferum lustrat orbem, neque a Sole longius unquam unius signi intervallo discedit, tum antevertens, tum subsequens. ¶ Mercurii etiam dicuntur statuæ quædam, de quibus V. supra in voce *Herma.*

MERDA, æ, f. *ordure, excrement, dung,* σκὼρ, stercus. *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 37. Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis Corvorum. *Martial.* l. 3. epigr. 17. Sed nemo potuit tangere: merda fuit. *Phædr.* l. 4. fab. 17. v. 25. odorem mixtum cum merdis cacant.

MERE, adverb. *purely, without mixture, merely,* pure. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 22. Si semel amoris poculum accepit mere, eaque intra pectus se penetravit potio, extemplo et ipsus periit, et res, et fides. *Plin.* l. 33. c. 1. Mere ferreum id erat, ut bellicæ virtutis insigne. *of pure steel.*

MERENDA, æ, f. *food taken between dinner and supper; a beaver or afternoon's nunchion or luncheon,* τὸ δειλινόν. *Paul.* ex *Festo* docet antiquis dictam pro prandio, quod medio die caperetur. *Non.* c. 1. n. 118. exponit cibum, qui post meridiem datur. A *meridie* ducit etiam *Isidor.* l. 2. *Orig.* c. 2. sed cap. 3. derivari posse ait etiam a *merus,* quod pueris operariis merus panis daretur. [† *Id.* l. 20. *Orig.* c. 2. Merenda est cibus, qui declinante die sumitur, quasi post meridiem edenda, et proxima cœnæ: unde et antecœnia a quibusdam vocantur.] *Scalig. ad Varron. de R. R.* dici putat a *merendo,* quod sit proprie cibus, qui datur ære merentibus, h. e. mercenariis. Merendæ tempus vel circa meridiem fuit, loco prandii, vel post meridiem, et post ipsum prandium. Unde *Calpurn. ad Nemesian. Ecl.* 5. v. 60. ubi declivi jam nona tepescere sole Incipiet, seræque videbitur hora merendæ. [† V. *Mercurial. Var. Lect.* 4. 17. *Muret. Var. Lect.* 4. 12. *Turneb Advers.* 17. 7. *Voss. Instit. Orat.* 4. p. 222.] ¶ Dicitur et de cibo, quod datur brutis animalibus. Unde *Cyprio bovi merendam* dixit *Cato* apud *Festum.* V. *Cyprius.* ¶ Fuit cognomen Romanum in gente Cornelia, ut P. Cornelius Merenda. *Liv.* l. 22. c. 35.

MERENDARĬUS, ii, m. qui merendas colligit. *Senec* l. 5. *controv.* 33. *in fin.* Ostende nobis merendarios tuos. *h. e.* mendicos a te debilitatos, qui ostiatim quæritando stipem, velut merendam tibi conficiunt. Al. leg. *mercenarios.*

MERENS, entis, *deserving,* qui meretur, dignus, in utramque partem. *Sallust. in Jug.* c. 105. Consul apud omnes adesse, laudare, increpare merentes. *Virg.* 2. *Æn.* v. 229. scelus expendisse merentem Laocoonta ferunt. et vers. 585. Extinxisse nefas tamen, et sumpsisse merentis Laudabor pœnas. *h. e.* de merente. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 116. cives odere merentem. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 91. laurea decreta merenti. ¶ De eo, qui beneficia contulit, *deserving well. Cic. in fragment.* apud *Non.* c. 4. n. 296. Quem periisse, ita de republica merentem, doleo. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 760. n. 3. Licinia Faustina marito sibi merentissimo sub asc. posuit. et pag. 932. n. 7. Regius Hermes uxori merentissimæ F. ¶ Cum adverb. *bene* frequentissimum est in vet. lapidib. *Hirt. de B. Afric.* c. 86. Præmia fortissimo cuique, ac bene merenti, pro suggestu tribuit. *Plaut. Capt.* 2. 2. 65. Bene merenti bene profuerit, male merenti par erit. *Grut.* pag. 933. n. 4. L. Attio Successo fecit L. Attius Anicetus patrono bene de se merenti. et n. 5. L. Attio Successo fecit Obulnia bene merenti de se. et p. 955. n. 9. Trebellia Tyche patrono optimo de se bene merenti. et p. 932. n. 7. et p. 1129. n. 3.

Regius Aristius Aristiæ patronæ bene merentissimæ. Alia apud *Reines.* class. 16. n. 8. Homini benemerentissimo. ¶ Cum dativo *Plaut. Men.* 4. 3. 19. Quando tu me bene merentem tibi habes despicatui. ¶ Legitur et *benemerens* conjuncte.

MERĔO, es, ui, itum, a. 2. *et* Mereor, eris, ritus sum, dep. 2. *to deserve, merit,* ἄξιός εἰμι, μισθοφορέω, quippiam facio, propter quod præmio, vel pœna dignus sum, promereor, commereo, lucror. In præteritis promiscua est activa positio, et passiva: in aliis temporibus passiva videtur esse frequentior. *Plaut. Trin.* 3. 2. 33. Tibi, proinde ac merere, summas habeo gratias. *Id. Epid.* 5. 2. 46. Cum tu es liber, gaudeo. *Epid.* merui, ut fierem. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 54. Respondit, sese meruisse, ut amplissimis honoribus decoraretur. *Plin.* l. 35. c. 2. Mereri, ne quis, &c. *Liv.* l. 2. c. 38. Violaturi sumus ludos, piaculumque merituri. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 34. Mereri præmia. et lib. 1. c. 4. laudem. *Quintil. in proœm.* l. 6. *circa med.* amorem. *Id.* lib. 9. c. 2. *ad fin.* fidem. *Id.* l. 4. c. 1. *a med.* favorem aut odium. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 666. supplicium. *Plin. in Paneg.* c. 26. immortalitatem. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 224. Soligena falli meritus, meritusque relinquì. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 11. v. 16. Quæ merui vitio perdere cuncta meo. *Id.* 3. *ex Ponto*, ep. 2. v. 20. Sic appellari non meruere mali. *Val. Flacc.* l. 1. v. 519. Quid Minyæ meruere queri? *h. e.* potuere. ¶ Pro lucrari, comparare, *to earn, gain, acquire, Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 296. Iste, qui meret sestertios vicenos. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 10. Illa membra merere per se non amplius poterant duodecim æris: disciplina locabat se non minus H-S. CCCIↃↃↃ. *Sueton. in Calig.* c. 40. Ex gerulorum diurnis quæstibus quantum quisque uno die mereret. *Horat. in ar. Poet.* v. 345. Hic meret æra liber Sosiis: hic et mare transit, Et longum noto scriptori prorogat ævum. ¶ Translate *Plaut. Mostell.* 1. 3. 124. Quibus anus domi uxores sunt, quæ vos dote meruerunt. *have induced you to marry them for their money.* Huc pertinent illa *Cic.* 6. *Verr.* c. 60. Quid arbitramini Rheginos merere velle, ut ab eis marmorea Venus illa auferatur? *what do you think that they would take?* [† *h. e.* qua mercede induci posse putatis?] et *Plauti Menæch.* 1. 3. 34. Ego hercle vero te et servabo, et sequar: neque hodie ut te perdam, meream deum divitias mihi. *I would not lose you for all the gods could give me.* et *Bacch.* 5. 2. 65. Quem quidem ego ut non excruciem, alterum tantum auri non meream. *Id. Stich.* 1. 1. 24. Neque ille sibi mereat Persarum montes, qui esse aurei perhibentur, ut istuc faciat, quod tu metuis. Adde *Cic.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 24. et lib. 2. *de Fin.* c. 22. *a med.* ¶ *Si mereor* formula est aliquid petentis et se commendantis. *Cic. Fam.* 10. ep. 17. *in fin.* Fac valeas, dignitatemque meam, si mereor, tuearis. *Sueton. in Aug.* c. 56. Nunquam filios suos populo commendavit, ut non adjiceret, si merebuntur. ¶ *Merere* etiam dicuntur, qui turpem corpore quæstum faciunt: unde *meretrix. Gell.* l. 2. c. 18. A lenone domino ad merendum coactus. ¶ *Merere*, et *mereri stipendia*, et *merere* absolute ad militantes pertinet. *to enlist for a soldier, serve as a soldier:* et in hac significatione activa positione fere utimur. *Cic. pro Cœl.* c. 5. Eademque erat, si statim mereri stipendia cœperamus, castrensis ratio, ac militaris. *Id. pro Mur.* c. 5. Meruit stipendia in eo bello, quod, &c. *et ibid.* Adolescens patre suo imperatore meruit. *Liv. in fi.* cap. 4. l. 21. Cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio sub Asdrubale imperatore meruit. *Id.* l. 24. c. 18. Ut ii omnes, quos censores notassent, pedibus mererent. *Id.* l. 5. c. 7. et *Cic. Phil.* 1. c. 8. Quicumque equo meruisset. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 296. Qui ære publico mererent. *Lucan.* l. 10. v. 409. Ære merent parvo. *they serve for a trifling hire. Stat.* l. 4. *Theb.* v. 236. non hi tibi solum, Amphiarae, merent, auget resupina maniplos Elis. ¶ *Mereri æs militare*, de iis, qui militant, dixit *Varr.* apud *Non. loc. cit.* ¶ *Mereri de aliquo* est conferre in quempiam aliquid boni, aut mali. *Terent. Hecyr.* 5. 1. 34. Nam meritus de me est, quod queam, illi ut commodem. *Id. Heaut.* 1. 1. 30. Quid istuc mali quæso? quid de te tantum meruisti? *Plaut. Asin.* 1. 2. 22. Te ego, ut digna es, perdam, atque ut de me meres. *Id. Amph.* 5. 1. 49. Jam istuc gaudeo, ut ut erga me est merita. ¶ Cum adverb. *bene, male, optime*, et similibus. *Cic. Fam.* 10. ep. 5. Nec quidquam ex omnibus rebus humanis est præstantius, quam de republ. bene mereri. *Id. in Bruto*, c. 73. Dixit te bene meritum de populi R. nomine. *Id. de Amic.* c. 24. *ad fin.* Melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur: illos verum sæpe dicere, hos nunquam. *Id.* 10. *Attic.* ep. 4. Cum cogito me de republica meruisse optime. *Id.* 3. *de Legib.* c. 14. Perniciosius de republica merentur vitiosi principes. *Id. pro Mil.* c. 34. Stet hæc urbs præclara, quoque modo merita de me erit. ¶ Interdum per Metonymiam est consequi. *to get, obtain. Plin.* l. 8. epist. 13. *a med.* Sequi gloria, non appeti, debet: nec si casu aliquo non sequatur, idcirco quod gloriam non meruit, minus pulcrum est. *Paul. Dig.* lib. 35. tit. 2. leg. 21. Si pupillus legatum a creditore meruerit sub hac conditione, &c. ¶ Item committere, admittere. *Petron. in Satyr.* c. 139. Cœpit dicere, et noxam meruisse, daturumque serviles pœnas. Sic *Terent. Phorm.* 5. 8. 25. Ego, esse in hac re culpam meritam, non nego. Al. leg. *meritum*, quod est clarius. et *Plaut. Trin.* 1. 1. 1. Amicum castigare ob meritam noxiam. Sic. *Merc.* 4. 6. 12. Quæ in se culpam commerent. V. *Commereo.*

MERETRICĬE, adverb. *meretriciously, whorishly*, in modum meretricis. *Plaut. Mil.* 3. 2. *in fi.* Quam digne ornata incedit, haud meretricie.

MERETRICIUS, a, um, *of a harlot, whorish, meretricious*, ἑταιρικός, ad meretricem pertinens. *Cic. pro Cœl.* c. 20. Meretricii amores. *Id.* 2. *Phil.* c. 18. Meretricius quæstus. *Id.* 5. *Verr.* c. 3. Meretricia disciplina. *Terent. Eun.* 5. 5. 18. domus. *Id. Heaut.* 2. 1. 14. ars. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 63. ornamenta. ¶ *Meretricium, ii*, absolute est ars meretricia, *the trade of a harlot; whoredom. Sueton. in Calig.* c. 40. *extr.* Et quæ meretricium, et qui lenocinium fecissent.

MERETRĪCOR, aris, dep. 1. *to whore*, ἑταιρίζομαι, meretriciis amoribus deditus sum, scortor. *Colum.* l. 11. c. 1. *circa med.* Si operario meretricandi potestas fiat. Al. leg. *tricandi.*

MERETRICŬLA, æ, f. *a worthless prostitute*, πορνίδιον, ἑταιρίδιον, vilis meretrix, scortillum. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 33. Meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa est. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 46. Te conjux aliena rapit, meretricula Davum.

MERĔTRIX, icis, f. *a harlot, prostitute, whore, strumpet, courtezan, quean, punk*, ἑταίρα, πόρνη, femina, quæ corpore quæstum facit, scortum: a *merendo*, quia prostando æra meret. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 10. v. 21. Stat meretrix certo cuivis mercabilis ære. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 3. Ut matrona meretrici dispar erit, atque Discolor, infido scurræ distabit amicus. *Fur. Bibac.* apud *Scholiast. Juvenal.* sat. 8. v. 16. Osce senex, Catinæque puer, Cumana meretrix. ¶ In genitivo plur. est *meretricum. Plaut. Epid.* 2. 2. 29. *Bacch.* 3. 6. 34. et alibi. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 435. sacrilegas meretricum ut prosequar artes. ¶ Aliquando *meretricium. Plaut. Cas.* 3. 3. 22. Non matronarum officium est, sed meretricium. ¶ *Nonius* cap. 14. n. 27. tradit, meretrices apud Veteres succinctiore veste usas esse: additque in eam rem testimonium *Afranii*. Postea togas adhibuerunt. V. *Togatus.*

MERGÆ, arum, f. *forks, pitchforks*, furculæ, quibus acervi frugum fiunt: dictæ a volucribus mergis, quia ut illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur; sic messores eas in fruges demergunt, ut elevare possint manipulos. Ita *Paul.* ex *Festo.* Alii ab Hebræo usque vocis originem ducendam putant. Illud certe melius, quod exponunt ferramenti genus, quo messores in legendis spicis utuntur, *a hitchel, ripple, kind of sickle*, θεριστήριον. *Plin. mergites* vocat. *Colum.* l. 2. c. 21. Sunt metendi genera complura: multi falcibus vericulatis, atque iis vel rostratis, vel denticulatis, medium culmum secant: multi mergis, alii pectinibus spicam ipsam legunt. (V. *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 50.) *Plaut. Pœn.* 5. 2. 58. Palas vendundas sibi ait, et mergas datas, Ut hortum fodiat, atque ut frumentum metat. *Id. Rud.* 3. 4. 57. Si attigeris ostium, jam hercle tibi messis in ore fiet mergis pugneis. V. vocem sequent.

MERGES, itis, f. *a sheaf or handful of corn; as much corn as one can raise with a fork at once*, οὐλοδέτης, manipulus, seu fasciculus spicarum. *Virg.* 2. *Georg.* v. 516. pomis exuberet annus, Aut fetu pecorum, aut Cerealis mergite culmi. ¶ Item ferramentum messorium, de quo dictum est in voce præced. *Plin.* l. 18. c. 30. Stipulæ alibi mediæ falce præciduntur, atque inter duas mergites spica distringitur. Ex his, et ex *Colum.* verbis allatis in voce præced. satis apparet, non secandæ, sed carpendæ ac legendæ messi *mergites*, et *mergas* factas fuisse: item ex *Plinio*, duas fuisse adhibitas: ideoque in plurali usurpantur.

MERGO, is, ersi, ersum, a. 3. *to put under water, dip, plunge, sink, immerse, overwhelm*, βάπτω, in liquorem immitto, immergo, obruo. Volunt esse a *mari*, ut *jurgo* a *jure*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 3. Pullos mergi in aquam jussit. et cap. 49. Aves, quæ se in mari mergunt. *dive. Tibull.* l. 2. el. 5. v. 80. sed tu, jam mitis Apollo, Prodigia indomitis merge sub æquoribus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 348. nec me deus æquore mersit. *Senec. in Thyest.* v. 1007. non ad infernam Styga Te, nosque mergis? *Vellei.* l. 2. c. 42. Partem classis fugavit, partem mersit. *Plin.* l. 2. c. 103. Nihil in Asphaltite lacu mergi potest. *sink to the bottom.* et lib. 6. c. 27. Fluvius in Euphratem mergitur. *h. e.* influit. *Id.* l. 17. c. 22. *ante med.* Palmitem per jugum mergere, et alligare. *h. e.* ita per jugum flectere, ut ne exstet. *Pallad.* l. 1. *tit. ult.* Acus, per quas in pastinis sarmenta merguntur. *Ovid. Metam.* 3. v. 249. Canes mergunt rostra in corpore Actæonis. *Lucret.* l. 6. v. 1072. Purpureusque colos conchilî mergitur una Corpore cum lanæ, dirimi qui non queat unquam. *sinks into, penetrates. Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 68. Bootes, Qui vix sero alto mergitur Oceano. *sinks, sets. Martial.* l. 3. epigr. 19. Mergere manum in ora ursæ. *Senec. in Agam.* v. 972. et *in Herc. Œt.* v. 992. Mergere ferrum jugulo. *to plunge, drive, infix.* Sic *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 447. visceribus ferrum mergere. ¶ Ipsa etiam aqua, quæ obruit, *mergere* dicitur. *Ovid. in Ibin*, v. 343. Utque ferox periit et fulmine, et æquore raptor, Sic te mersuras adjuvet ignis aquas. *Lucan.* l. 5. v. 75. fluctu terras mergente. ¶ *Mergere*, absolute pro mergere in aquam. *Senec. in Troadib.* v. 648. prorutus tumulo cinis Mergetur? ossa fluctibus spargi sinam? ¶ *Mergere diem*, et *lucem* dicitur sol, cum occidit, et diem condit. *Senec. in Thyest.* v. 777. et *in Hippol.* v. 679. item nox adveniens. *Id. in Med.* v. 877. Mergat diem timendum dux noctis Hesperugo. Sic Terra cælum mergens, apud *Lucan.* l. 4. v. 54. est occidentalis, quia ab ea parte videtur cælum in mare mergi. ¶ *Mergere terram, montes* dicuntur, qui mari navigant. Dum enim feruntur in altum, terrarum conspectum, veluti se undis mergentium, amittunt. *Val. Flacc.* l. 2. v. 6. Jamque fretis summas æquatum Pelion ornos, Templaque Tisææ mergunt obliqua Dianæ: Jam Sciathos subsedit aquis. ¶ Pro condere, *to hide, cover. Ovid.* 10. *Metam.* v. 498. mersitque suos in cortice vultus. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1348. ora quid flectis retro, Vultumque mergis? Al. aliter leg. *Quintil.* declam. 19. c. 4. Mersis, dejectisque luminibus, omnes ictus excepit in faciem. *covered. Stat.* l. 5. *Theb.* v. 502. Ille graves oculos, languentiaque ora comanti Mergit humo. *h. e.* deprimit, et abscondit in herbis. *Lucan.* l. 7. v. 163. majori pondere pressum Signiferi mersere caput. *h. e.* inclinavere: quia quo gravius est pondus, eo magis se inclinat, qui vult tollere. V. *Mersus.* ¶ Translate est obruere, deprimere. *Virg.* 6. *Æn.* v. 511. me fata mea his mersere malis. et lib. 11. v. 27. Abstulit atra dies, et funere mersit acerbo. *Plin.* l. 7. c. 40. Quam multos bona perdidere, ut ultimis mersere suppliciis! *Juvenal.* sat. 10. v. 56. Quosdam præcipitat subjecta potentia magnæ Invidiæ, mergit longa, atque insignis honorum Pagina. *Curt.* l. 10. c. 3. Mergi in voluptates. ¶ Eleganter dicitur de iis, qui ære alieno censum obruunt, et patrimonium evertunt, *to be over head and ears in debt. Plin.* l. 9. c. 17. *de cocorum pretiis.* Nullus prope jam mortalis æstimatur pluris, quam qui peritissime censum domini mergit. *Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 4. leg. 3. Neque enim in hoc administrantur tutelæ, ut mergantur pupilli. *Juvenal.* sat. 13. v. 7. sed nec Tam tenuis census tibi contigit, ut mediocris Jacturæ te mergat onus. *should ruin you. Plaut. Epid.* 1. 2. 16. Mersus foro. *bankrupted.* Huc pertinet et illud *Livii* l. 6. c. 14. Multiplici jam sorte exsoluta, mergentibus semper sortem usuris, obrutum fenore esse. *the interest always precluding the possibility of discharging the principal.* ¶ Mergere lumina somno, *Valer. Flacc.* l. 8. v. 65. *to close in sleep.* Mergere aliquem in carcerem. *Quintil.* declam. 6. c. 2. *to bury in a dungeon.* Mergere alvo, *Phædr.* l. 4. fab. 5. v. 9. *to ingulf, gorge, swallow.* Sic *Juvenal.* sat. 11. v. 39. ære paterno, Ac rebus mersis in ventrem. *having squandered away his estate in eating and drinking.* ¶ De potatione immodica. *Senec.* ep. 12. *ante med.* Deditos vino potatio extrema delectat, illa quæ mergit, quæ ebrietati summam manum imponit.

MERGUS, i, m. *a sea fowl, a cormorant; a sea-gull; a heron; a dive-dapper*, αἴθυια, avis quædam, ita dicta, quod ut cibum captet, in aquam se mergit, ut *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 13. docet. In fabulis est Æsacus filius Priami, et Alexirhoes Granici filiæ, qui cum Hesperien Nympham persequeretur, illaque in fuga morsu calcati anguis periisset, ex desiderio se in mare projecit, et Tethyos miseratione in hanc avem versus est. *Ovid. in fin.* l. 11. *Metam.* Fecit amor maciem: longa internodia crurum, Longa manet cervix, caput est a corpore longe: Æquor amat, nomenque tenet, quia mergitur, illi. *et paulo sup.* spatiosus guttura mergus. *Id. Metam.* 8. v. 625. Haud procul hinc stagnum: tellus habitabilis olim, Nunc celebres mergis fulicisque palustribus undæ. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 6. *sub fin.* Nam prius incipiant turres vitare columbæ, Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas, Quam, &c. *Virg.* 5. *Æn.* v. 127. immota attollitur unda Campus, et apricis statio tutissima mergis. *Plin. sub fin.* l. 18. Præsagiunt pluviam mergi maria, aut stagna fugientes. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 79. *Hard.* Insatiabilia animalium, quibus a ventre protinus recto intestino transeunt cibi, ut lupis cervariis, et inter aves mergis. *Horat. in fi.* epod. 10. Opima quod si præda, curvo litore Projecta, mergos juveris, &c. ¶ *Mergus* in vitibus est sarmentum e duro excitatum, quod deorsum curvatur, et in terram mergitur, ut cacumine exeat, pars vero, quæ inter vitis truncum est, ac terram, in arcus morem inclinatur. *a layer, or vine-branch, bent into the earth, and carried under ground a little way, then raised up again. Colum.* l. 4. c. 15. Mergi genus est, ubi supra terram juxta adminiculum vitis curvatur, atque ex alto scrobe submersa perducitur ad vacantem palum: tum ex arcu vehementer citat materiam, &c. Adde *Pallad.* l. 3. tit. 16. Differt a dracone, quia mergus ab inferiore trunco ducitur, draco a summo, ubi brachia vitis sunt. Itaque differt, ut species a genere.

MERIBIBŬLUS, a, um, qui meri bibax est. *a winebibber. Augustin. Confess.* l. 9. c. 8. *ad fin.* Puella meribibula.

MERIDIĀLIS, le, meridianus. *Gell.* l. 2. c. 22. Meridialis ventus. Ita legit *Salmas.* alii *meridionalis. Tertull. de anim.* c. 25. *a med.* Apud orientalem et meridialem (*aeris*) temperaturam. *Ammian.* l. 22. c. 15. (*al.* c. 34.) A meridiali latere.

MERIDIĀNUS, a, um, *of mid-day, pertaining to noon, meridian*, μεσημβρινός, ad meridiem pertinens. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 5. Meridianum tempus. *Martial.* l. 3. epigr. 67. Exarsitque dies, et hora lassos Interjungit equos meridiana. *Plin.* l. 12. c. 19. Meridianus sol. ¶ *Meridianus* etiam dicitur, qui meridie fit. *done or taking place at noon-day. Plin.* l. 9. epist. 40. Meridianus somnus. *Sueton. in Calig.* c. 34. Bestiariis, meridianisque adeo delectabatur, ut, &c. *h. e.* gladiatoribus, qui meridie dabantur, inter se depugnantes, cum mane bestiarii dari solerent. V. *Matutinus. Tertull. in Apolog.* c. 15. Inter ludicras meridianorum crudelitates. Observat *Lips.* l. 2. *Saturn.* c. 15. ex *Senec.* epist. 7. et 95. *circa med.* non fuisse hos gladiatores legitimos, et pugnandi peritos, armisve munitos ad ictus arcendos; sed nudos, inermesque, solisque gladiis instructos, quo facilius invicem jugularentur. ¶ *Meridiano* absolute, est meridiano tempore. *Plin.* l. 2. c. 26. et lib. 9. cap. 8. Fax, Germanico Cæsare gladiatorum spectaculum edente, præter ora populi meridiano transcucurrit. ¶ Item ad partem cæli pertinens, in qua sol est meridie, *south, southern, southerly, meridional. Senec.* l. 5. *quæst. nat.* c. 17. Meridianus circulus. *the equator.* Sic *Colum.* c. 6. l. 1. Meridianus æquinoctialis. et *Vellei.* l. 2. c. 126. Quidquid meridiano, aut septemtrione finitur. *Plin.* l. 2. c. 11. Meridiana plaga. et lib. 5. c. 12. Babylonia magis meridiana. *Id.* l. 13. c. 4. *a med.* Meridianus orbis. *Id.* l. 7. c. 2. *a med.* In meridianis Indiæ. *in the southern parts.*

MERIDIATĬO, onis, f. *the taking a nap at noon*, quies et somnus meridianus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 68. *ad fin.* Nunc quidem, propter intermissionem forensis operæ, et lucubrationes detraxi, et meridiationes addidi, quibus antea uti non solebam.

MERIDĬES, ei, m. *mid-day, noon, noontide*, μεσημβρία, media diei pars, cum sol altissimus est, et matutinum a vespertino tempore dividit: a *medius*, et *dies*, quasi *medidies:* quod quia erat insuavius, primum *d* in *r* mutarunt, ut *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 2. et *Cic. in Orat.* c. 47. docent. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 3. *in fin.* Cum ante meridiem dictioni operam dedissemus, post meridiem in Academiam descendimus. *Id. Attic.* l. 4. ep. 3. Milo media nocte in campum venit: permansit ad meridiem. *Plaut. Mostell.* 3. 1. 52. Redito huc circiter meridiem. et vers. 118. Jam appetit meridies. *Horat.* l. 3. od. 28. v. 5. Inclinare meridiem Sentis, ac veluti stet volucris dies, &c. *Terent. Adelph.* 5. 3. 62. Meridie ipso faciam ut stipulam colligat. *under the noonday sun.* [*Censorin. de die natal.* c. 24. Secundum diluculum vocatur mane, cum lux videtur solis; post hoc ad meridiem; tunc meridies, quod est medii diei nomen; inde de meridie. *h. e.* post meridiem.] ¶ Item pars cæli, qua meridies notatur. *the south. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 19. Inflectens sol cursum tum ad septemtriones, tum ad meridiem. *Id. in fragm.* apud *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 4. Sol paulum a meridie devexus. *Colum.* l. 1. c. 6. Æstiva cubicula spectent meridiem æquinoctialem. *Tacit.* 5. *Histor.* c. 6. A Meridie Ægyptus objacet, ab Occasu Phœnices. *Id. in Agric.* c. 10. Britannia in Occidentem Hispaniæ obtenditur, Gallis in Meridiem inspicitur. ¶ *Meridie* neutro genere. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. Æstivo die si non diffinderem meo insititio somno meridie, vivere non possem. Al. leg. *meridie diem.* Possis etiam ita interpretari, ut *diem* subintelligatur (nam *diffindere diem* vulgo dicebatur in re forensi) et *meridie* sit ablativus temporis. ¶ Per catachresim de medio noctis tempore, *the noon of night, midnight, Varr.* apud *Non.* c. 6. n. 16. Repente noctis circiter meridiem, Cum pictus aer fervidis late ignibus Cæli choreas astricas ostenderet. ¶ *Nonius ibid.* ætatis meridiem dixit.

MERIDĬO, as, n. *et* Meridior, aris, atus sum, dep. 1. *to take a nap, sleep at noon*, ἐλινύειν τὸ καῦμα, μεσημβρίζειν, quietem, aut somnum meridie capio. *Catull.* carm. 32. *ad Hypsitill.* v. 3. Jube, ad te veniam meridiatum. *Cels.* l. 1. c. 2. *ante med.* Longis diebus meridiari potius ante cibum: sin minus post eum. *Sueton. in Calig.* c. 38. Gloriatusque est expergefactæ Cæsoniæ, quantum egisset, dum ea meridiaret. *Id. in Ner.* c. 6. Missos, qui eum meridiantem strangularent.

MERIDIONĀLIS, le, *meridional*, μεσημβρινός, ad meridiem situs. *Lactant.* l. 2. c. 9. Meridionalis plaga. *Firmic.* l. 2. c. 12. *circa med.* Meridionale signum. V. *Meridialis.*

MERIŎNES, æ, m. *Merion*, Μηριόνης, auriga Idomenei, et dux navium, quæ e Creta Trojam venerunt. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 359. et *Horat.* l. 1. od. 6. et 15.

MERITISSĬMO. V. *Meritum*, et *Merito.*

MERĬTO, adverb. *deservedly, with reason*, ἀξίως, digne, jure. *Cic.* 5. *Verr.* c. 68. Quanquam merito sum iratus Metello, tamen hæc quæ vera sunt, dicam. *Id.* 1. *de Orat.* c. 55. Quem omnes amare meritissimo pro ejus eximia suavitate debemus. (Adde *Turpil.* et *Cæcil.* apud *Non.* c. 2. n. 545.) *Id.* 7. *Verr.* c. 67. Recte ac merito commovebamur. *Id. Catil.* 3. c. 6. Prætores merito ac jure laudantur. *Id. pro Dom.* c. 1. Consilium majorum jure ac merito laudare possumus. *Flor.* l. 2. c. 19. *Senec.* l. 1. *de Clement.* c. 12. et *Curt.* l. 10. c. 9. Jure, meritoque fateatur. *Gell.* l. 1. c. 15. *circa med.* Neque non merito Homerus unum ex omnibus Thersiten ἀκριτόμυθον appellat. ¶ Pleonasmus est in illo *Plauti Mostell.* 3. 2. 23. Nihil erit, quod deorum ullum accusites: Te ipse jure optimo, merito incuses, licet. ¶ *Merito* in formula solvendi vota, V. in *Libens.* ¶ *Merito*, exclamatio approbantis, si quid mali cuipiam digno evenit. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 14. *sub fin.* Et clamant, merito, qui modo cumque vident. *'tis deserved!* et lib. 6. *Metam.* v. 687. Et merito, dixit: quid enim mea tela reliqui? &c. ¶ *Meritissime* pro *meritissimo*, *Solin.* c. 7. (*al.* 12.) Hymetto meritissime, ac jure attribuitur principatus. *In veteri S. C.* apud *Plin.* l. 8. ep. 6. Ut Pallas singularis industriæ fructum meritissime ferat. Al. leg. *meritissimo.* [† ¶ *Meritissumo* (*Meritissumo* merus *Parei* error est in *Lex. Plautin.*) more suo *Plautus*, Epidic. 3. 3. 49.]

MERĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to earn, gain*, μισθαρνέω, quæstum, seu lucrum labore atque industria capio. *Plin.* l. 7. c. 39. Roscius histrio H-S. D. annua meritasse proditur. [† *Cic. Verr.* 3. 50. Fundus qui H-S. dena meritasset. *h. e.* ex quo tantum redisset. *Grævius* aliter legit.] ¶ Pro merere stipendia. *to serve as a soldier. Cato* apud *Fest.* Meritavere stipendia. Absolute *Sil. sub fin.* l. 10. tum terga dedisse Damnatis Siculas longe meritare per oras Impositum. ¶ *Merto, as*, per syncopen, V. suo loco.

MERITORĬUS, a, um, *that earns or gains; that brings in rent or hire*, μίσθιος, ad merendum, seu lucrandum pertinens. *Senec.* ep. 88. Meritoria artificia. *Plin.* l. 2. ep. 17. *ad fin.* Meritoria balinea. *Sueton. in Vitell.* c. 7. Tanta egestate rei familiaris, ut uxore et liberis meritorio cœnaculo abditis, domum ablocaret. *in a hired room.* et *in Calig.* c. 39. Comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis. *Cic.* 2. *Phil.* c. 41. Ingenui pueri cum meritoriis, scorta inter matresfamilias versabantur. *Senec. de brevit. vitæ*, c. 14. Cum per diversas domos meritoriam salutationem circumtulerint. *h. e.* non gratuitam, sed quæ exspectat et speret aliquid. ¶ *Meritoria* absolute, ædes, vel cœnacula, vel cellæ, vel tabernæ, quæ pretio locatur. *Juvenal.* sat. 3. v. 234. nam quæ meritoria somnum Admittunt? magnis opibus dormitur in urbe. Adde *Paul. Dig.* lib. 32. leg. 89. *a med.* Hinc meritoria facere. *to keep a lodging-house, let out lodgings:* et differt a *locando*, quia locantur ædes in longum tempus, certisque personis: qui meritoria faciunt, fere in dies, et incertis personis locum concedunt. *Ulpian.* lib. 7. tit. 1. leg. 13. *ad fin.* Si domus usus fructus legatus sit, meritoria illic facere fructuarius non debet, nec per cœnacula dividere domum. Atquin locare potest, &c. *et mox.* Quod autem dicitur, meritoria non facturum, accipe quæ diversoria, vel fullonica vulgo appellantur. ¶ Speciatim *meritorium* est cella meretricis. *Vopisc. in Tacit.* c. 10. Meritoria intra urbem stare vetuit. (*Salmas.* non de loco, sed de persona accipiendum putat, quia *stare* dicit, quod meretricum est.) *Sever. Imp. in quadam. epist.* apud *Spartian. in Pescenn. Nigr.* c. 3. Milites pro tricliniis popinas habent, pro cubiculis meritoria. *Prudent. in Hamartig.* v. 763. Balnea, propolas, meritoria, templa, theatra. *Firmic.* l. 6. c. 31. *post init.* Illustribus viris de meritorio detracta mulier conjugali gratia copulatur.

MERĬTUM, ti, n. *merit, desert*, εὐεργέτημα, quodvis nostrum factum vel rectum, vel pravum, quo alicujus animum, et voluntatem demeremur, vel offendimus. Est enim vocabulum medium, quod tam in bonam, quam in malam partem accipitur. In bonam *Cic.* 3. *Phil.* c. 6. Militibus exquirendi sunt honores novi, propter eorum divinum atque immortale meritum. *Id. Catil.* 3. c. 6. Supplicatio diis immortalibus pro singulari eorum merito decreta est. *Sueton. in Aug.* c. 45. Pro merito certantium quemque honoravit. *according to his desert. Cic. Fam.* 14. ep. 2. Pisonem nostrum merito ejus amo plurimum. *Id.* l. 5. *ad Attic.* ep. 11. Apud Patronem te in maxima gratia posui: et hercule merito tuo feci. (*meritissimo* substantivi more dixit *Plaut. Asin.* 3. 3. 147. Meritissimo ejus, quæ volet faciemus. Sic *pessimo publico* dixere *Varr.* et *Liv.* V. *Pessimus.*) *Cic.* lib. 1. ep. 1. Magnitudo tuorum erga me meritorum. *Plin.* l. 3. ep. 11. Meritum meum, ut vera, ita supra meritum prædicatione circumfert. ¶ Per metonymiam est ipsum beneficium. *a kindness, favour, good turn. Cic. de Amic.* c. 8. Ut in dandis recipiendisque meritis, quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio, vicissimque redderet. *Liv.* l. 39. c. 28. Itaque ille vestrum meritum habet, non vos illius. *Cic.* l. 11. *Fam.* ep. 17. Magna ejus sunt in me non dico officia, sed merita. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 3. v. 10. Sunt tibi cum domina signa ferenda tua. Hanc imple meritis: hujus tibi gratia prosit. ¶ Item ipsa merces, aut præmium, quod pro merito datur. *Terent. Phorm.* 2. 1. 75. Nihil suave meritum est. ¶ In malam partem. *demerit, blame, fault. Cic. pro Sext.* c. 17. *a med.* Cæsar, qui a me nullo meo merito alienus esse debebat. *Vatin. ad Cicer.* 5. *Fam.* ep. 9. Mea fortuna, nescio quomodo, obtrectatores invenit, non meo quidem mehercules merito. *Liv.* l. 40. c. 15. *a med.* Hodie me primum aperte frater accusat, nullo meo in se merito. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 7. Leniter, ex merito quidquid patiare, ferendum est. et l. 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 76. Non gravior merito vindicis ira fuit. Adde epist. 6. v. 10. et l. 3. *Amor.* el. 3. v. 16. ¶ Pro pœna *Apul.* l. 8. *Metam.* Specta denique, quale cælesti providentia meritum reportaverit. *Tertull. in Apolog.* c. 21. Ne intelligerent, meritum fuit delictorum. ¶ Sumitur etiam pro dote, dignitate, virtute innata, qua quælibet res censetur, et in pretio est. *worth, value. Pallad.* l. 1. tit. 37. Primi saporis mella thymi succus effundit, secundi meriti thymbra, tertii meriti rosmarinus. *Id. in Mart.* tit. 13. In admissario quatuor spectanda sunt, forma, color, meritum, pulcritudo. *spirit, mettle, fire.* et *in Februar.* tit. 9. *ante med.* Industrius vir vitium genera probata deligat, et terris talibus mandet, quæ imitari eas possint, unde sumuntur: sic merita sua quæque servabit. *Grat. in Cyneg.* v. 371. nec viribus ullis, Aut merito venia est, aut spes, exire precanti. *Martial.* l. 8. epigr. 65. Grande loci meritum testantur et altera dona. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 7. Invenies illic et festa domestica vobis, Et quo sit merito quæque notata dies. *Paul.* l. 5. *sentent.* tit. 35. Meritum appellationis causæ capitalis non nisi per nosmetipsos prosequi possumus. *h. e.* ipsam causam, vim, et rationem. *Id. Dig.* lib. 49. tit. 1. leg. 27. Post redditas rationes neque tutor, neque curator appellationis merita probare cogetur. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 8. *Cod.* tit. 5. leg. 2. Merita negotiorum. *the importance. Impp. Valentinian. Theodos. et Arcad.* lib. 15. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 30. Ædificia majoris meriti. *more costly.*

MERĬTUS, a, um, *having merited, or deserved*, particip. a *mereor. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 40. Non minorem laudem exercitus, quam imperator meritus videbatur. *Plin.* l. 7. c. 30. *sub fin.* Salve, primus in toga triumphum, linguæque lauream merite. *Virg.* 4. *Æn.* v. 547. Quin morere, ut merita es. ¶ Cum infinito. *Val. Flacc.* l. 5. v. 224. falli meritus, meritusque relinqui. *Stat.* l. 2. *silv.* 6. v. 97. meritus doleri. *h. e.* dignus, quem omnes doleant. ¶ De eo, qui beneficium contulit, qui profuit, qui operam, fidemque præstitit. *deserving well. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 11. Ita se omni tempore de populo R. meritos esse, ut, &c. et lib. 3. *B. Gall.* c. 99. Optime eum de se meritum judicabat. et lib. 1. *B. Civ.* c. 13. Cæsarem imperatorem bene de republ. meritum. *Cic. Fam.* 12. ep. 12. Milites mirifice de republ. meriti. *et post redit. in Sen.* c. 12. Homines de me divinitus meriti. *Virg.* 2. *Georg.* v. 515. armenta boum, meritosque juvencos. ¶ Item de eo, qui nocuit. V. *Mereo.* ¶ Passive. *merited, deserved, earned. Plin.* l. 7. c. 28. *sub fin.* Quæ Cannis corona merita? *Id.* l. 10. c. 51. Quæstus opimi, et voce meriti. *Virg.* 5. *Æn.* v. 70. meritæque exspectent præmia palmæ. *Liv.* l. 8. c. 7. Ignarus, laus, an pœna merita esset. ¶ Sæpe in nomen transit, et est dignus, conveniens, congruus, justus, debitus. *just, deserved, due, fit, convenient, proper, suitable*, ἄξιος. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 50. Illam iracundiam non injustam, sed meritam ac debitam fuisse. *Virg.* 5. *Æn.* v. 696. merita morte perire. et lib. 3. v. 118. meritos aris mactavit honores. *Plin.* l. 5. ep. 15. Fama optima, et meritissima frui. *Inscript.* apud *Reines.* class. 5. n. 35. Fulvius Inquilinus victimarius sibi, et Fulviæ filiæ meritissimæ, &c. *h. e.* optime meritæ. ¶ *Merito jure*, q. d. congruo, justo jure. *Triphonin. Dig.* lib. 37. tit. 4. leg. 20. *sub fin.* Sed nec adversus eum constituendæ actionis legatorum ratio est, quia merito jure intestato heres exstitit. *Al. leg.* mero. ¶ *Meritis de causis*, justis de causis. *Paul.* lib. 48. tit. 20. *leg. ult.* Liberi, ne judicio quidem parentis, nisi meritis de causis, submoveri ab successione possunt.

MERMESSĬUS, a, um, ad Mermessum pertinens: quod est oppidum seu vicus Phrygiæ in Ida monte, Μερμησσός. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 67. Quidquid Amalthea, quidquid Mermessia dixit. *h. e.* Sibylla Hellespontica, in agro Trojano nata, vico Mermesso, circa oppidum Gergitium, quam scribit Heraclides Ponticus, Solonis, et Cyri fuisse temporibus, ut est apud *Lactant.* l. 1. c. 6. ubi al. leg. *Marmesso*, alii *Marpesso:* unde et apud *Tibull.* alii *Marpessia.*

MERO. V. *Æro.* ¶ *Mero*, per jocum dictus est Tiberius Cæsar pro *Nero*, quod impendio vinosior esset. *Sueton. in ejus vita*, c. 42. In castris tiro etiam tum, propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero vocabatur.

MEROBĬBA, æ, f. *that drinks wine unmixed with water*, quæ mero delectatur, meribibula. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 77. Anus multibiba, atque merobiba. [† ¶ Rectius, opinor, est *Merobibus, a, um*, adject. quemadmodum *Multibibus, a, um*, quod V. V. et *Meribibulus*, quod nomen diminutivum est a *Merobibus.*]

MEROCTES, æ, m. lapillus porracei coloris, qui lacte sudat. *Plin.* l. 37. c. 10. ubi *Harduin.* ex MSS. legit *Morochitis.*

MERŎE, es, f. per tres syllabas, nunc *Gueguere*, al. *Neube*, [al. *Debaroa*,] Μερόη, insula magna Æthiopiæ cum urbe cognomine, a Nilo, Astapo, et Astabora fluminibus effecta, clypei figura, metallis omnibus abundans. *Plin.* l. 2. c. 73. et lib. 5. c. 9. *Lucan.* l. 10. v. 303. Ambitur nigris Meroe fecunda colonis, Læta comis ebeni: quæ quamvis arbore multa Frondeat, æstatem nulla sibi mitigat umbra: Linea tam rectum Mundi ferit illa Leonem. Ludit *Auson.* in hoc nomine epigr. 20. de anu ebriosa. V.

MERŎIS, idis, f. μεροΐς, herba in Meroe nascens, folio lactucæ, hydropicis utilissima, e mulso pota. *Plin.* l. 24. c. 17.

MERŎPE, es, f. Μερόπη, Atlantis et Pleiones filia, una Pleiadum. Inter Pleiades stellas obscurissima fingitur. Causa est, quod Sisypho regi Corinthiorum homini mortali nupserit, ex quo Creontem, Glaucum, et Laertem peperit. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 175. Septima mortali Merope tibi, Sisyphe, nupsit. Pœnitet, et facti sola pudore latet.

MEROPS, opis, f. *the bee-eater*, μέροψ, avis pallido intus colore pennarum, superne cyaneo, primore subrutilo. Nidificat in specu, sex pedum defossa altitudine. Infesta in primis est alveariis, apesque absumit. Unde *apiastra* a quibusdam appellatur, teste *Serv.* ad 4. *Georg.* v. 13. [† V. *Apiastra.*] Pietate in parentes volucribus cæteris præstat. Nam ubi primum per ætatem volare potest, parentes in altissimis specubus reconditos alit. *Plin.* l. 10. c. 33. *Virg. loc. cit.* Absint et picti squalentia terga lacerti Pinguibus a stabulis, meropesque, aliæque volucres.

[† MEROSUS, a, um, adj. Laudat ex *Statio A. Littleton.* Locum non memini. *Agroet. de Orthogr.* p. 2273. *Putsch.* Merosum vinum.

* MERSĀTUS, a, um, idem ac mersus. *Senec. quæst. natur.* l. 4. *extr.* Boletos raptim condimento suo mersatos demittunt pæne fumantes.]

MERSĬTO, as, a. 1. *to dip frequently*, frequentativum a *merso*. *Solin.* c. 45. (*al.* 57.) *in fin.* Equus quo acrior fuerit, speique majoris, eo profundius nares mersitat in bibendo.

MERSO, as, avi, atum, a. 1. *to plunge or dip frequently*, βάπτω, sæpe mergo, frequentativum ab ejus supino *mersum*. sed et pro ipso *mergo* usurpatur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 272. Balantumque gregem fluvio mersare salubri. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 19. vivam gallinam musto mersare Falerno. *Tacit. Ann.* 15. c. 69. Vivens adhuc balneo infertur, calida aqua mersatur. ¶ Translate *Lucret.* l. 5. v. 1005. Tum penuria deinde cibi languentia leto Membra dabat: contra nunc rerum copia mersat. *Horat.* l. et ep. 1. v. 16. Nunc agilis fio, et mersor civilibus undis. *Catull.* carm. 67. *ad Manl.* v. 13. mersor fortunæ fluctibus. *I am overwhelmed.*

MERSUS, a, um, *plunged, dipped, sunk, immersed*, βαπτισθεὶς, liquore aliquo perfusus, aquis opertus, obrutus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 48. in Tuscæ gurgite mersus aquæ. et lib. 2. v. 78. medii quoque terga Leonis In liquidas subito mersa notabit aquas. *Prudent.* 5. *Cathemer.* v. 3. Mersus sol. *set. Phædr.* l. 1. fab. 2. v. 16. Tigillum mersum limo. *Juvenal.* sat. 14. v. 301. mersa rate naufragus assem Dum rogat. *Prudent.* peristeph. 2. *de S. Vincent.* v. 243. mersus fornix. *h. e.* depressus. ¶ Translate *Virg.* 6. *Æn.* v. 267. Pandere res alta terra et caligine mersas. *Stat.* l. 5. silv. 1. v. 201. mersumque in corde dolorem. *Senec. in Œdip.* v. 798. Effare, mersus quis premat mentem timor. *Liv.* l. 41. c. 3. *extr.* Vino somnoque mersi jacent. *buried. Stat.* 6. *Theb.* v. 803. Sponte ruens, mersusque humeris. *h. e.* ita contracto collo, et adducto capite, ut mersum inter humeros, et absconditum videatur. (Sic vers. 850. collaque demersere humeris.) *Sil.* l. 10. v. 77. Ut canis occultos agitat cum Belgicus apros, Erroresque feræ solers per devia, mersa Nare legit. *h. e.* humi pressa. Sic *Lucan.* l. 4. v. 443. canis presso vestigia rostro colligit. *Id. ibid.* v. 745. mersos aciem dejecit in agros. *h. e.* humiles, depressos. *Al. leg.* medios. *Plaut. Epid.* 1. 2. 16. Mersus foro. *bankrupted.* V. Mergo. *Liv.* l. 9. c. 18. Alexander mersus secundis rebus. *swimming in prosperity.*

[† MERTHRYS, ydis, f. herba apud *Plin.* 26. 11.]

MERTO, as, a. 1. pro *merso, as,* dixere Veteres, *t* in locum *s* succedente, ut in *pultare* pro *pulsare*, uti docent *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 6.) et *Festus:* atque ita usurpavit *Acc.* apud *Non.* c. 2. n. 542. Quod vero *Id. ibid.* n. 533. exponit *mertare* merentem facere, h. e. merere, seu mereri: adducitque illa ejusdem *Accii:* Quod si, ut decuit, stares mecum, haud me meus mertaret dolor: jamdiu inflammari, et ardere naves vidisset suas: nugari *Nonius* videtur. nam et hic pro mersare, obruere, opprimere positum est. [† V. *Merito, as.*]

MERŬLA, æ, f. *a blackbird, ousel, merle*, κόττυφος, avis genus, tum mas, tum femina (neque enim *merulus* Latine dicitur, ut *Varr.* monet l. 8. *de L. L.* c. 38. et *Charis.* l. 1. pag. 42. *Putsch.*) a *merus* solus, uti *Fest.* in *Merum*, et *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 11. docent, quia solivaga est, et solitaria pascitur. *Plin.* l. 10. c. 29. Merula ex nigra rufescit, canit æstate, hieme balbutit, circa solstitium muta. et cap. 53. Merulæ bis anno pariunt. et cap. 30. Merulæ circa Cyllenem Arcadiæ, nec usquam aliubi, candidæ nascuntur. (raras esse albas merulas etiam *Varro* significat l. 3. *R. R.* c. 9. *a med.*) *Cic.* 5. *de Fin.* c. 15. Serpere anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas, cornibus uti boves videmus. ¶ Est etiam genus piscis, inter saxatile laudati, ut ait *Plin. c. ult.* l. 32. *a merling, whiting.* Adde lib. 9. c. 15. *a med.* item *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 22. et *Colum.* l. 8. c. 16. et 17. De hac etiam *Ovid. in Halieut.* v. 114. Auratis muræna notis, merulæque virentes. ¶ Item genus machinulæ hydraulicæ, quæ aquæ pressione vocem merulæ reddit: cujusmodi in Italicis sacrarum Ædium Organis dicunt *uscignuolo* (*a stop so called*). *Vitruv.* l. 10. c. 12. *a med.* [¶ Fuit etiam cognomen Romanum. Hinc Cornelius Merula apud *Liv.* lib. 37. c. 55. et *Tacit. Ann.* l. 3. c. 58. Apidius Merula apud *eumd.* 4. *Ann.* c. 42.]

MERULENTUS, vinolentus, meri bibax. V. in fine vocis *Abstemius* locum *Rubrii* poetæ, ubi est qui legit *temulentus.* [† *Fulgent. Myth.* 1. *Præf.* p. 13. Pierides, perpetis ungulæ rivo merulentæ. V. *Barth. Advers.* 25. 1. p. 1210.]

MERŬLUS, li, m. *a blackbird.* Negat *Varr.* Latine dici, ut in *Merula* adnotavimus. Nec multum auctoritatis habet *Auct. carm. de philom.* ubi ait v. 13. Et merulus modulans tam pulcris concinit odis.

MERUM, i, n. *wine unmixed with water, pure unmixed wine*, ἄκρατον, vinum purum, et nulla aqua mixtum. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 35. Hoc vide, ut ingurgitat impura se in merum avariter. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 11. non cessavere poetæ Nocturno certare mero, putere diurno. *Id.* l. 1. od. 36. v. 13. multi Damalis meri. *h. e.* merobiba, ebriosa. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 539. Inque mero mollita Ceres. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 595. profundo mero incumbens. *h. e.* alto somno, quod meri multum biberat. *Senec. in Herc. Œt.* v. 572. Victus mero. *overcome with wine. Plin.* l. 14. *c. ult.* Ad merum pronior. *Id.* l. 23. c. 1. *a med.* Merum remedium est contra cicutas, aconitum, argentum vivum, vespas, &c. *Colum.* l. 10. v. 302. croceosque corymbos Sparge mero Bacchi. nam Bacchus condit odores.

MĔRUS, a, um, *lonely, solitary, alone*, ἄκρατος, solus, ab aliis divisus ac segregatus. Sunt qui putant esse a μείρω, divido. *Festus:* Merum antiqui dicebant solum: unde et avis merula, quod solivaga est, et solitaria pascitur. at nunc merum, purum appellamus. *Terent. Phorm.* 1. 2. 95. Non multum habet, quod det, fortasse. *Ge.* immo nihil, nisi spem meram. *bare hope. Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 295. Diogenem postea pallium solum habuisse, et habere Ulyssem meram tunicam, pileum ideo non habere. *Apul. in Apolog.* Aliquantam pecuniam nullis tabulis, sed ut æquum erat, mera fide acceptam, filiis debebat. ¶ Sæpissime est purus, liquidus, sincerus, cui nihil est admixtum. *mere, pure, unmixed.* Sed hæc notio cum priore facile confunditur. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 323. Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis. *Id.* 4. *Fast.* v. 369. Lacte mero veteres usi memorantur, et herbis. *Plaut. Asin.* 1. 3. 3. Aurum, atque argentum merum. *Id. Trucul.* 2. 2. 14. Rus merum hoc quidem est. *Colum. sub fin.* l. 3. Gustus cujusque generis (*uvarum*) non mixtus, sed vere merus. *Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 1. leg. 3. Imperium aut merum, aut mixtum est. merum imperium est habere gladii potestatem ad animadvertendum in facinorosos homines: quod etiam potestas appellatur. mixtum est imperium, cui etiam jurisdictio inest. *Plaut. Mostell.* 3. 1. 111. Emit ædes speculo claras, clarorem merum. *brightness itself. Petron. in fragm. Tragur.* c. 37. *Burm.* Mero meridie si dixeris illi, tenebras esse, credet. *at noon-day. Varr.* l. 2. c. 2. *R. R.* Oves neque vetulæ, neque meræ agnæ. *h. e.* quæ nondum agni ætatem excessere. *Plin.* l. 8. ep. 24. Cogita, te missum in provinciam Achaiam, illam veram et meram Græciam, in qua primum humanitas, litteræ inventæ, &c. *Cic.* 4. *Attic.* ep. 7. Chærippus mera monstra nuntiarat. et lib. 9. ep. 11. Meræ proscriptiones, meri Sullæ. et ep. 12. *extr.* Mera scelera loquuntur. et ep. 13. *extr.* Dolabella suis litteris merum bellum loquitur. *talks of nothing but war.* et lib. 6. ep. 3. *circa med.* Meræ nugæ. *rank nonsense. Horat.* l. 1. ep. 18. v. 8. mera libertas. *Mera libertas* apud *Liv.* l. 39. c. 26. in malam partem accipitur pro immoderata et effreni, et quæ nihil civilis modestiæ admixtum habeat. ¶ *Mero pede* est pede nudo, in illo *Juvenal.* sat. 6. v. 158. Observant ubi festa mero pede sabbata reges. *bare-foot.* Sic *Prudent.* περὶ στεφ. 10. v. 91. de *SS. Fruct. &c.* Stabat calce mera. ¶ Frequenter refertur ad vinum nulla aqua dilutum. *Varr.* apud *Non. loc. cit.* Vino corpus corrumpis mero. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 331. Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset. Adde *Plaut. Amph.* 1. 1. 276. Hinc *merum* absolute. V. vocem præced.

MĒRUS, mons Indiæ prope Nysam. V. *Nysa.*

MERX, mercis, f. *any kind of ware or merchandise; goods, commodities*, τὰ ἀγοράσματα, res ipsa, quæ emitur, venditurve: a *mercor*. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 5. n. 35. Phœnices primi mercaturis, et mercibus suis avaritiam, et magnificentiam, et inexplebiles cupiditates omnium rerum supportaverunt in Græciam. *Id. pro Rabir. Post.* c. 14. Merces fallaces et fucosæ, chartis, et linteis, et vitro delatæ. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 128. Invendibili merce oportet ultro emptorem adducere: Proba merx facile emptorem reperit, tametsi in abstruso sita est. *good wine needs no bush. Plin.* l. 4. ep. 14. Ex aliqua peregrina et delicata merce. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 165. Femineæ merces. *Colum.* l. 11. c. 3. *a med.* Cucurbitam esculentæ merci præparare. *to be sold for eatable stuff. Virg. Ecl.* 4. v. 38. nec nautica pinus Mutabit merces. *Plin.* l. 9. c. 55. Permutare aliquid pretio, vel merce alia. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 105. Ostendere mercem. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 421. Expedit institor merces suas. *Plin.* l. 12. c. 25. Sarmenta quoque in merce sunt. *h. e.* venalia sunt. *Id.* l. 29. c. 1. *ad fin.* Invehere merces peregrinas. *et initio cap.* Arabiæ, et Indiæ merces importare. *Id.* l. 14. c. 4. Merces petitæ in Rubrum litus. *Id.* l. 5. c. 9. *ad fin.* Indicarum mercium emporium. ¶ *Merx mala* translate de malo dicitur, *a misfortune, inconvenience. Plaut. Men.* 5. 2. 6. Ut ætas mala mala merx est tergo! ¶ Item de malo homine, astuto, callido. *a good for nothing fellow, fellow not worth hanging. Id. Cistell.* 4. 2. 61. Mala merx hæc, et callida est. Adde *Pseud.* 4. 1. 44. et *Pers.* 2. 2. 56.

[† MERYX. Piscis genus apud *Plin.* 32. 11.

† MESA, μέσα, apud *Vitruvium* dicuntur esse *partes mediæ ædium*, quas *Idem* Latine *Medianas* appellat. V. et *Meson.*]

MESA CANNABIS, μέση, h. e. media. *Plin.* l. 19. c. 9. *de cannabi.* Tria ejus genera: improbatur cortici proximum, aut medullæ: laudatissima est e medio, quæ mesa vocatur.

MESANCŬLON, i, n. *a kind of dart*, μεσάγκυλον, genus teli, in medio amentum habens. *Gell.* l. 10. c. 25. ubi notant Interpretes, corrupte legi *mesanculæ*, pro *mesancula.* Dictum est a μέσος, medius, et ἀγκύλη, amentum. Apud *Fest.* corrupte legitur *mefancilum.*

MESAPĬA, *et* Messapia, æ, hod. *terra d' Otranto*, regio Italiæ, alias Apulia, a Mesapo rege sic dicta. *Festus.* [† ¶ Item oppidi nomen, hod. *Mesagna*, inter Uriam et Brundisium. *Plin.* 3. 11.]

MESAPĬUS, *et* Messapius, a, um, adject. ad Mesapiam pertinens. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 513. Mesapiaque arva relinquit.

MESĀPUS, *seu* Messapus, i, m. filius Neptuni, qui in equis domandis excelluisse, et igni et ferro insuperabilis fuisse fingitur. *Servius* idcirco Neptuni filium appellatum putat, quod per mare in Italiam fuerit vectus in auxilium Turni adversus Æneam. *Virg.* l. 7. *Æn.* v. 691.

MESAULÆ, arum, f. *a passage between two halls*, μέσαυλοι, a μέσος, medius, et αὐλὴ, atrium, aula. *Vitruv.* l. 6. c. 10. *a med. de Græcorum ædificiis.* Inter hæc peristylia, et hospitalia, itinera sunt, quæ mesaulæ dicuntur, quod inter duas aulas media sunt interposita. Nostri eas andronas appellant. V. *Andron.*

MESE, *the middle string of a musical instrument*, μέση, idest media, chordæ nomen, quæ nunc a Musicis vocatur *A la mi re. Vitruv.* l. 5. c. 4. et 5.

MESEMBRĬA, æ, f. hod. *Mesember*, urbs Thraciæ, in ora Ponti Euxini, Megarensium colonia. *Plin.* l. 4. c. 11.

MESEMBRIĂCUS, a, um, ut Mesembriacus portus, apud *Ovid.* 1. *Trist.* el. 10. v. 37.

MESES, æ, m. *the North-West wind by North*, Μέσης, ventus flans inter Boream, et Cæcian. *Plin.* l. 2. c. 47.

MESOBRĂCHYS, μεσοβραχὺς, pes quinque syllabarum, brevi inter duas utrinque longas interjecta, ut *pulcherrimarum:* a μέσος, medius, et βραχὺς, brevis. *Diomed.* l. 3. pag. 479. *Putsch.*

MESOCHŎRUS, i, m. *one who stands in the middle of a choir; the leader or director of a band of music*, μεσόχορος, qui in medio turbæ stans reliquis canendi, vel aliud agendi signum proponit: a μέσος, medius, et χορὸς, chorus. *Sidon.* l. 1. ep. 2. *sub fin.* Nullus tibi lyristes, choraules, mesochorus. *Plin.* l. 2. ep. 14. græce scripsit: Hoc infiniti clamores commoventur, cum μεσόχορος dedit signum.

MESOLĂBUM, i, n. *a mathematical instrument for finding out middle proportional lines*, μεσόλαβον, instrumentum ad alicujus rei medium inveniendum aptum: a μέσος, medius, et λαμβάνω, capio. *Vitruv.* l. 9. c. 3. Mesolabi ratione idem explicaverunt.

MESOLEUCOS, i, m. μεσόλευκος, gemma nigra, quam mediam linea alba distinguit: a μέσος, medius, et λευκὸς, albus. *Plin.* l. 37. c. 29. ¶ Est præterea hoc nomine herba quædam habens candidam lineam per folium discurrentem. *Plin.* l. 27. c. 11. *ad fi.*

MESOMACROS, μεσόμακρος, pes quinque syllabarum, longam habens syllabam duabus utrinque brevibus interpositam, ut *avidissimus:* a μέσος, medius, et μακρὸς, longus. *Diomed.* l. 3. pag. 478. *Putsch.*

MESOMĔLAS, anos, f. *the mesomelas*, μεσομέλας, gemma alba, quam linea nigra distinguit. *Plin.* l. 37. c. 10. Mesomelas, nigra vena quemlibet colorem secante per mediam. Nam μέλας niger dicitur, λευκὸς, albus.

MESON, onis, m. μέσον πρόσωπον, persona comica aut coqui, aut nautæ, aut ejus generis. *Fest.* Videtur esse a μέσος, medius, quia coquorum, nautarum, cerdonum, atque hujusmodi opificum personæ mediæ sunt, ut quæ neque serviles videantur, cum liberæ sint operæ, neque omnino liberæ, cum mercenariæ. Sed *Aristophanes* Grammaticus ait, dictam esse ab inventore Mæsone comœdo. Monent autem Critici, hunc *Mæson*, Μαίσων, esse scribendum. ¶ *Meson* genit. plur. Græcus τῶν μέσων, mediorum, aut mediarum. *Vitruv.* l. 5. c. 4. et 5.

MESONAUTA, æ, m. μεσοναύτης, vox Græca, a μέσος, medius, et ναύτης, nauta, legitur apud *Pompon.* teste *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 9. leg. 1. Videtur autem esse medius inter summos nautas, ut gubernatores et proretas, et imos, ut remiges, et omnium jussa exsequens; ea ratione, qua mediastinus in domo. *Turneb.* l. 28. *Adversarior.* c. 31.

MESONYCTĬUM, ii, n. *midnight*, μεσονύκτιον, mediæ noctis tempus. Græca vox, quæ legitur in Taurobolio Lugdun. seu *Inscript.* apud *Murator.* pag. 333. Cujus mesonyctium factum est V. Eid. Dec. *h. e.* visum, apparitio medio noctis tempore facta, ut censet *Philipp. a*

Turre apud *Sallengr.* to. 3. *novi Thes. Antiquit. R.* pag. 863.

MESOPOTAMĬA, æ, f. Μεσοποταμία, regio Asiæ inter Euphratem et Tigrim amnes sita: unde et nomen habet: a μέσος, medius, et ποταμὸς, amnis. *Plin.* l. 5. c. 12. et lib. 6. c. 26. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 52. et *Solin.* c. 37. (*al.* 50.) Latine diceres *Interamnam*.

MESOPOTAMĬUS, a, um, adject. a Mesopotamia, ut Mesopotamii milites, *Valerian. Imp. in epist.* apud *Vopisc. in Aurel.* c. 11.

MESOSPHÆRUM. V. *Hadrosphærum.*

MESPĬLUM, i, n. *a medlar*, μέσπιλον, fructus mespili arboris. *Plin.* l. 15. c. 20. Malorum, pirorumque generi adnumerentur jure mespila atque sorba. *Pallad. in Mart.* tit. 10. *a med.* Mespila ad servandum leguntur necdum mitia. ¶ Videtur et ipsa arbor mespilum dici. *Pallad. de insit.* v. 69. Mespilaque exarmat pugnacibus horrida membris.

MESPĬLUS, li, f. *the medlar-tree*, μεσπίλη, arbor mespila ferens, cujus folia, antequam decidant, rubescunt: radices multæ, atque altæ, ideo inexstirpabiles. Non fuit hæc arbor in Italia Catonis ævo, teste *Plin.* l. 15. c. 20. ubi et tria ejus genera enumerat. *Pallad. in Februar.* tit. 25. *sub fin.* Et mespilus inseretur, et ossa ponentur prunorum. *Id. de Insit.* v. 106. Mespilus admisso germine tuta subit. ¶ Item ipse fructus. *a medlar*, ut videtur. *Id. ibid.* v. 91. Mespilus huic (*malo*) paret, lapidosaque viscera mutans, Tenditur, et niveo plena liquore rubet.

[† MESSALĪNA, æ, f. prodigiosæ libidinis mulier, filia Barbati Messalæ, consobrini Claudii Imperatoris, eademque adolescentula adhuc Claudio seni nupta. *Sueton. Claud.* 26. *Juvenal.* satt. 6. et 10. *Tacit. Ann.* 11. passim. ¶ Scribitur et *Messallina*. Formatur ex masculino *Messala*, ut *Agrippina* ex *Agrippa*.]

MESSALLA, *seu* Messala, æ, m. nomen civis R. *Senec. de brevit. vitæ*, c. 13. Corvinus primus Messanam vicit, et primus ex familia Valeriorum, urbis captæ in se translato nomine, Messana appellatus est: paulatimque vulgo permutante litteras, Messalla dictus. Eadem habet *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 6. *ad fin.* nisi quod *Maximum*, non *Corvinum* cognominatum fuisse dicit. Idem confirmant Fasti Capitolini, in quib. legitur (apud *Gruter.* pag. 292. lin. 5.) M. Valerius M. F. M. N. Maximus, qui in hoc honore Messall. appell. e. Sed hæc ita conciliantur, ut *Maximus* cognomen fuerit familiæ antiquum: cui post singulare M. Valerii certamen cum Gallo hoste (de quo V. in *Corvinus*) alterum *Corvini* agnomen adhæserit. ¶ Ex hac familia celebris fuit orator, cujus meminit *Horat. de ar. Poet.* v. 371. et *Plin.* l. 10. c. 22. &c.

MESSĀNA, æ, f. hod. *Messina*, Μεσσήνη, urbs clara Siciliæ ad fretum Mamertinum, contra Calabriam. *Sil.* l. 14. v. 194. Incumbens Messana freto, minimumque revulsa Discreta Italia, atque Osco memorabilis ortu. [†V. *Zancle.*] ¶ *Messana* etiam pro *Messene* Peloponnesi legitur. *Stat.* 1. *Achill.* v. 422. Murorum tormenta Pylos, Messanaque tendunt. V. *Messenius.*

MESSĒIS, idis, f. Μεσσηΐς, fons Thessaliæ, teste *Plin.* l. 4. c. 8. *Valer. Flacc.* lib. 4. v. 374. Flevit Amymone, flerunt Messeides undæ.

MESSAPĬA, &c. V. *Mesapia.*

MESSĒNE, es, *et* Messena, æ, f. Μεσσήνη, urbs Peloponnesi, meridionalis, olim clara, et regionis ab ea dictæ caput, ad sinum Messeniacum. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 417. *Plin.* l. 4. c. 5. et *Nep. in Epamin.* c. 8. et *in Pelop.* c. 4. ¶ Legitur et *Messana*. V. *Messana*, et vocem sequent.

MESSENĬUS, a, um, Μεσσήνιος, ad Messenem pertinens. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 679. Messenia arva. et lib. 12. v. 549. Messenia mœnia. Utrobique al. leg. *Messania*. nam et *Messane* pro *Messene* legitur in multis opt. codicib. *Stat.* 4. *Theb.* v. 179. Planaque Messane, montanaque nutrit Ithome. Al. leg. *Messene*. Nec mirum, si nomina confunduntur, cum Messana Siciliæ ab incolis Messenes Peloponnesi condita dicatur. quibus tamen accessere etiam Mamertini ex Campania, quam Osci quondam incoluerunt. V. *Mamers.* ¶ *Messenii, orum*, Messenes incolæ. *Liv.* lib. 36. cap. 31. ¶ *Messenia, æ*, regio circa Messenem. *Plin.* l. 4. c. 5.

[* MESSĬA, æ, f. nomen columnæ in Circo maximo, in cujus summitate simulacrum erat Messiæ, seu Segestæ Deæ Romanorum, ita dictæ a messe, quod messioni præesset; unde et ipsi columnæ datum nomen. *Tertullian. de spectac.* c. 8. Columnas Sessias a sementationibus, Messias a messibus, Tutelinas a tutelis fructuum sustinent: ante has tres aræ trinis diis parent, magnis, potentibus, valentibus.]

MESSĬO, onis, f. *a mowing or reaping*, actus metendi. *Varr.* lib. 1. *R. R.* c. 50. Frumenti tria genera sunt messionis: unum, ubi falce succidunt, &c.

MESSIS, is, f. *a harvest; a crop of ripe corn*, θερισμὸς, collectio frumenti, et aliarum segetum: a *meto*. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 88. *a med.* Quid sit sementis, ac messis, quid arborum putatio, ac vitium. *Plin.* l. 18. c. 18. Messem peragere. et cap. 30. facere. ¶ De ipsis frumentis jam collectis. *Justin.* l. 24. c. 7. Prohibiti agrestes oraculis feruntur, messes vinaque villis efferre. *Virg.* 1. *Georg.* v. 49. Illius immensæ ruperunt horrea messes. Adde *Propert.* l. 3. el. 11. v. 26. ¶ Item de tempore metendi. *harvest, harvest-time, reaping-time.* *Virg.* 5. *Ecl.* v. 70. Ante focum, si frigus erit; si messis, in umbra. *Plin.* l. 24. c. 14. Flos mori per messes colligitur. ¶ Item de collectione mellis, quæ et *vindemia* dicitur. *Virg.* 4. *Georg.* v. 231. Bis gravidos cogunt fetus; duo tempora messis. ¶ Messis Cilicum, et Arabum est crocus, et tus. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 34. ¶ Translate *Cic. Parad.* 6. c. 2. Qui illam Sullani temporis messem recordetur. *Plaut. Epid.* 5. 2. 53. Pro benefactis mali messem metere. ¶ *Messis* cum proprio mox bellatura colono *Claudiano* l. 1. *de laudib. Stilich.* v. 321. est seges hominum ex dentibus serpentis a Cadmo satis. ¶ *Messes* metonymice anni. *Martial.* l. 4. ep. 79. sexagesima messis. et l. 1. ep. 102. Quarta tribus lustris addita messis erat. Adde l. 6. ep. 7. et l. 12. ep. 34. et *Petron. in sat.* c. 89. ¶ *Messes suas urere*, proverb. idem quod vineta sua cædere. *to fire his own corn-rick.* Est *Tibulli* l. 1. eleg. 5. *extr.* ¶ In quarto casu etiam *messim* dicimus. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 5. Nihilo magis attinet, quam lavatio tua ad messim. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 2. Nec videt vindemiam in cella, neque in granario messim. ¶ *magnum messem* masc. gen. dixit *Lucil.* l. 27. teste *Non.* c. 3. n. 139.

MESSOR, oris, m. *a reaper, mower, harvest-man*, ἀμητὴς, θεριστὴς, qui metit. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 12. Non mihi oratores antiquos, sed messores videris imitari. *Ovid. Metam.* 14. v. 643. O quoties habitu duri messoris aristas Corbe tulit! *Virg.* 1. *Georg.* v. 316. messorem inducere flavis arvis. *Colum.* l. 2. c. 18. Messor fœniseca. ¶ Translate *Plaut. Capt.* 3. 5. 3. Sator scelerum, et messor maxume. ¶ De messore deo V. in *Imporcitor.*

MESSORĬUS, a, um, *of a reaper*, θεριστικὸς, ad messorem pertinens. *Cic. pro Sext.* c. 38. Messoria se corbe contexit. *Pallad.* lib. 1. *tit. ult.* Falces messoriæ, vel fœnariæ. *Colum.* l. 2. c. 13. Hordei modii quinque bubulci operas tres exigunt, occatoriam unam, messoriam unam.

MESSŪRA, æ, f. messio. *Diomed. Grammatic.* l. 1. pag. 374. *Putsch.* Messuram dicimus, non metitionem.

MESSUS, a, um, *reaped, mowed, cut*, metendo recisus. *Virg.* 4. *Æn.* v. 513. Herbæ messæ ad lunam falcibus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 50. *extr.* Messas spicas corbibus in aream deferre.

MET, syllabica adjectio, quæ conjungitur cum pronom. *ego, tu, ipse, ille*, [† *meus*,] et similibus, ut *egomet*, *ipsemet*, &c. Sed in pronomine *tu* nominativo singulari addi non solet, nisi si dictio syllabica *te* interponatur, ut *tutemet*. Significat discretionem, ut *ipsemet*, idest per se, et non per alios. *Terent. Adelph.* 3. 2. 31. Hisce oculis egomet vidi. *Lucret.* l. 4. v. 913. Tutemet in culpa cum sis. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 20. Non de memet ipso, sed de oratore dico. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. *extr.* Quæ cognitione nobismetipsis fingere possumus. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 38. Cum rem, fidemque, nosque nosmet perdimus. [† *Plaut. Pœn.* 1. 3. 37. Meamet culpa. Ubi *Meurs.* ex vett. cod. *Meapse.*] ¶ Cum tanquam. *Plaut. Curcul.* 5. 2. 29. Tanquammet genium meum. ¶ Præposita prænomini. *Triphonin. Dig.* lib. 7. tit. 1. leg. 62. Si quas feras incluserit operis suis, vel si metipsæ inciderint.

META, æ, f. *a cone or any thing in the form of a cone; a conical pillar round which the chariots turned in a race; a goal, bound, limit*, νύσσα, καμπτὴρ, τέρμα, lapis erectus, et in acumen fastigiatus, figura pyramidis, aut coni, cujusmodi in Circo signabant locum flectendi quadrigas: eratque in eo aurigæ ars et virtus, ut neque propius accedens currum frangeret, gravissimo cum vitæ periculo: neque longius obeundo discederet, et insequentibus præcedendi locum daret. cujus rei exemplum habes in navali certamine apud *Virg.* 5. *Æn.* v. 159. *et sequent.* Est a *metiendo*, vel *metando*, ut nonnullis placet. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 2. v. 11. Et modo lora dabo, modo verbere terga notabo: Nunc stringam metas interiore rota. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 396. Metaque ferventi circumeunda rota. *Id.* 4. *Trist.* el. 8. vers. 35. Nec procul a metis, quas pœne tenere videbar, Curriculo gravis est facta ruina meo. *Horat.* l. et od. 1. v. 5. Metaque fervidis evitata rotis. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 2. vers. 69. Me miserum! metam spatioso circuit orbe. Quid facis? admoto proximus axe subi. *Propert.* l. 2. el. 19. v. 65. An prius infecto deposcit præmia cursu, Septima quam metam triverit ante rota? *Virg. loc. cit.* Jamque propinquabant scopulo, metamque tenebant. ¶ Translate *Cic. pro Cœl.* cap. 31. In hoc flexu quasi ætatis fama adolescentis paulum hæsit ad metas notitia nova mulieris, et infelici vicinitate, et insolentia voluptatum. ¶ Ponitur et pro quocumque termino. *Virg.* 1. *Æn.* v. 282. His ego nec metas rerum, nec tempora pono. et lib. 3. v. 714. Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum. et lib. 12. v. 546. Hic tibi mortis erant metæ. et lib. 10. v. 472. metasque dati pervenit ad ævi. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 9. v. 1. vitæ metam tangere. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 255. Pylias ævi transcendere metas. *h. e.* Nestoris annos. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 727. Properare ad metam. *Id.* 3. *Amor.* el. 15. v. 2. Raditur hic elegis ultima meta meis. *Horat. in ar. Poet.* v. 412. optatam cursu contingere metam. ¶ De termino agrorum. *Frontin. de colon.* pag. 141. *Goes.* ¶ Et pro quacumque extremitate, et fine, *the end or extremity of any thing.* *Virg. Æn.* 3. v. 429. Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 144. Et sol ex æquo meta distabat utraque. *h. e.* meridies erat. *Lucret.* l. 5. v. 616. *de sole.* Canceris ut vertat metas ad solstitiales. *Pers.* sat. 1. v. 131. *metas* vocat lineas, quibus Mathematici suas figuras describunt. ¶ Figura metæ aliis rebus tribuitur, quarum congeries conum refert, ut meta lignorum, fœni, lactis, sacchari, &c. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 106. metas imitata cupressus. *h. e.* meta in fastigium convoluta, ut ait *Plin.* l. 16. cap. 33. de eadem re loquens. *Plin. ibid.* c. 16. Buxus in metas emittitur. *Id.* l. 36. c. 5. *a med.* Pyramis in metæ cacumen se contrahens. *Liv.* l. 37. c. 27. *a med.* Ipse collis est in modum metæ, in acutum cacumen a fundo satis lato fastigatus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 6. *ad fin.* Umbra terræ est meta noctis. *h. e.* ut *Plin.* ait l. 2. c. 10. Nil aliud est nox quam terræ umbra: figura autem umbræ similis metæ, aut turbini inverso. *Cato R. R.* c. 55. Ligna domino in tabulato condito, codicillos, radices in acervo sub dio metas facito. *Colum.* l. 2. c. 19. *de fœno.* Quidquid siccatum erit, in metas exstrui conveniet, easque ipsas in angustissimos vertices exacui. *Martial.* l. 1. epigr. 44. Rustica lactantes nec misit fiscina metas. *cheese in the form of a cone.* Sic l. 3. epigr. 58. v. 35. Metamque lactis Sassinate de silva. *Colum.* l. 9. c. 15. *ad fin.* Saligneus qualus, vel vimine contextus saccus, inversæ metæ similis. ¶ De *meta molendaria*. V. in *Mola.*

METABĂSIS, is, f. *a metabasis, transition*, μετάβασις, transitio, interfatio: a μεταβαίνω, transgredior, transeo: figura Rhetorum, qua ab iis, quæ hactenus diximus, ad ea, quæ dicturi sumus, brevi interfatione transitum facimus, ut illud *Cic. pro leg. Manil.* c. 8. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. ¶ Est etiam metabasis, cum a loquentis persona ad aliam personam transitum facimus, ratione aliqua, vel affectu, ut illud *Virg.* 11. *Æn.* v. 51. Nos juvenem exanimum, *&c.* vano mœsti comitamur honore: Infelix! nati funus crudele videbis. *Quintil.* l. 9. cap. 3. *ante med.* hyperbati figuræ sententiarum speciem esse ait, et Græce scribit.

METABŎLE, es, f. μεταβολὴ, Trajectio, figura est, quæ fit contrariis ita dispositis, ut a priori posterius proficiscatur, ut *Terent. Andr.* 2. 1. 5. Quoniam id fieri, quod vis, non potest, id velis, quod possit. Est a μεταβάλλω, muto. Itaque dicitur etiam cum a periodo ad periodum, et a genere rhythmi ad genus aliud mutatio, et transitus fit, ut ait *Quintil.* l. 9. cap. 4. *ante med.* Illam autem priorem *Id. ibid.* c. 3. *ante med.* inter varios Repetitionis modos recenset. Semper autem Græce scribit.

METACISMUS, i, m. *a metacism*, μετακισμὸς, est cum verborum conjunctio M litteræ assiduitate colliditur, ut *Mammam ipsam amo, quasi meam animam.* Ita *Martian. Capell.* l. 5. pag. 167. ¶ Alia ratione definit *Diomed.* l. 2. pag. 448. *Putsch.* nempe ut sit, cum in fine partis orationis invenitur *m* littera, et sequens a vocali incipit, ut *Quousque tandem abutere.* *Voss.* l. 4. *Instit. oratoriar.* c. 2. vult legi *mytacismus*, μυτακισμὸς, a Græca appellatione litteræ *m*, quæ est μῦ.

[* METACŬLUM, i, n. diminut. a meta. *Martian. Capell.* l. 8. pag. 274. *Grot.* Apud vos, superi cælestesque, qui vestra recensebitis metacula, non tacebo. Alii legunt *meacula*, alii *meatula*, quod postremum putant diminut. a *mea*, quasi significet mea propria.]

METĂGON, ontis, μετάγων, nomen canis, ex fera et cane geniti, et paulatim indiversum quoddam genus transeuntis: a μετάγω, qua transferre significat: vel qua sequi, persequi, et investigare. nam *Hesych.* μετάγει interpretatur μεταδιώκει. *Grat. in Cyneg.* v. 209. 221. et 264.

METALEPSIS, is, f. *metalepsis*, Μετάληψις, Transumptio, Tropus est, cum aliqua dictio aliud a propria sua significatione ex iis, quæ præcesserunt, denotat: sive cum aliquid ponitur, ex quo gradatim in alterius rei consequentis cognitionem veniatur: a μετὰ, trans, et λῆψις, acceptio. *Virg.* 1. *Ecl.* v. 70. Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. *idest* post aliquot annos. Nam gradatim ab aristis ad spicas, a spicis ad messes, ab his ad æstates, ab æstatibus ad annos acceditur. *Quintil.* l. 8. c. 6. *circa med.* Est hæc in metalepsi natura, ut inter id, quod transfertur, sit medius quidam gradus, nihil ipse significans sed præbens transitum. *Paulo sup.* tropum esse dicit rarissimum, et maxime improprium, Græcis tamen frequentiorem, qui centaurum *Chirona*, et νήσους θοὰς ὀξείας dicunt. Nos quis ferat, inquit, si Verrem suem, aut Lælium doctum nominemus?

METĀLIS, le, *conical*, κωνικὸς, in modum metæ, seu coni factus. *Fest.* in *Tutulum*. Pileus lanatus forma metali figuratus.

METALĬTER, *in the form of a cone, conically*, κωνικῶς, in metæ, seu coni modum. *Martian. Capell.* lib. 8. pag. 294. Luna in eadem linea solis umbra terræ metaliter infuscatur.

METALLARĬA, æ, f. V. vocem sequent.

METALLARĬUS, ii, m. *a miner, metallist, metallurgist; a digger, worker, or refiner of metals*, μεταλλεὺς, μεταλλουργὸς, qui in effodiendis metallis laborat. Est in ti-

tulo 6. lib. 11. *Cod.* qui est *de metallariis, et metallis*, &c. ubi *Imp. Theodos. leg. ult.* Metallarii, sive metallariæ, qui, quæve, ea regione deserta, ex qua videntur oriundi, vel oriundæ, ad externam migraverint, &c.

METALLICUS, a, um, *relating to metal, metallic, mineral*, μεταλλικὸς, ad metallum pertinens. *Plin.* l. 34. c. 18. Molybdænam metallicam vocant. *Id.* l. 27. c. 4. Aloes natura metallica. ¶ *Metallicus* absolute, metallarius, *a miner, metallist. Id.* l. 34. c. 16. Lavant eas arenas metallici, et quod subsidit, coquunt in fornacibus. ¶ *Marcell. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 10. *metallicos* vocat in metalla damnatos.

METALLĬFER, a, um, *yielding or producing metal, metalliferous*, metallum gignens, metalli ferax. *Sil.* l. 15. v. 500. Augebant animos argenti pondera et auri, Parta metalliferis longo discrimine terris.

METALLUM, i, n. *metal*, μέταλλον, materia illa dura, quæ ex terræ visceribus effoditur, ut aurum, argentum, ferrum, æs, plumbum, &c. Rationem nominis hanc habes ex *Plin.* l. 33. c. 6. Ubicumque una (*argenti*) inventa vena est, non procul invenitur alia. Hoc quidem et in omni fere materia: unde metalla Græci videntur dixisse. scil. a μετὰ, simul vel post, et ἄλλος, alius, quia simul cum uno, vel post unum invenitur aliud. *Virg.* 2. *Georg.* vers. 165. Hæc eadem argenti rivos, ærisque metalla Ostendit venis, atque auro plurima fluxit. *Id.* 8. *Æn.* v. 445. fluit æs rivis, aurique metallum. et lib. 10. vers. 174. Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 220. Amathus fecunda metalli. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 39. potiore metallis libertate caret. *h. e.* auro, argento, divitiis. ¶ Dicitur et de marmore. *Stat.* l. 4. silv. 3. v. 98. Arcus belligeri ducis trophæis, Et totis Ligurum nitens metallis. Adde lib. 1. silv. 5. v. 36. et lib. 3. silv. 1. v. 5. et *Sil.* l. 8. v. 482. ¶ Et de gemmis. *Pacat. in Paneg.* c. 4. Adde auriferorum opes fluminum, adde radiantium metalla gemmarum. ¶ Et de sulphure. *Apul.* l. 7. *Metam.* Acerrimo odore sulphuris juvenis inescatus, atque obnubilatus, intercluso spiritu diffluebat: utque est ingenium vivacis metalli, crebras ei sternutationes commovebat. ¶ *metallum fragile* dixit *Prudent.* massam salis, *in Hamartig.* vers. 744. ¶ Translate *Claudian. de III. Consul. Honor.* v. 184. Sæcula qui rursus forment meliore metallo. *h. e.* auream ætatem reducant. *et de Consul. Mall. Theod.* vers. 137. Et ductos video mores meliore metallo. *Martial.* l. 4. epigr. 55. sævum metallum. *h. e.* ferrum. ¶ Est etiam ipsa fodina, unde metallum aliquod effoditur, *a mine, vein of metal, place or cavity in the earth which contains metal. Senec.* l. 5. *quæstion. nat.* c. 15. Demissos quamplurimos a Philippo in metallum antiquum, olim destitutum, ut exploraret, quæ ubertas ejus esset, an aliquid futuris reliquisset vetus avaritia. *Plin.* l. 33. c. 7. *circa med.* Miniarium metallum. *Id.* l. 18. c. 11. *a med.* Metallum cretæ. *a chalk-pit. Vitruv.* l. 7. cap. 7. *sub fin.* sandaracæ. *Lucan.* l. 3. v. 209. Metalla aurifera. *a goldmine. Id.* l. 4. v. 304. Metalla silicum. *h. e.* lapicidinæ. *stone-quarries.* (Adde l. 6. v. 34.) *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 2. *a med.* Metalla facere in agro. *Liv.* l. 39. c. 24. Metalla vetera intermissa recoluit, et nova multis locis instituit. *Plin.* l. 21. c. 7. *ad fin.* Herba tantæ suavitatis, ut metallum esse cœperit. *h. e.* ut ex ea vectigal publice exigatur, velut si fodina auri argentive sit. ¶ *Damnare in metallum* est ad metalla effodienda. *Plin.* l. 2. ep. 11. et lib. 10. ep. 66. Crimine falsi damnatus in metallum. *Sueton. in Calig.* c. 27. Condemnare aliquem ad metalla. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 19. leg. 8. et *Modestin.* leg. 23. et *Callistrat.* leg. 28. Dare aliquem in metallum. *Ulpian.* lib. 47. tit. 11. leg. 7. Metallo plecti. *Id.* lib. 48. tit. 13. leg. 6. puniri.

METAMĔLOS, i, m. *a repenting of what one has done*, μετάμελος, mutatio consilii, pœnitentia. Vox Græca. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 83. Metamelos inconstantiæ filius me reprehendit. Al. aliter leg.

METAMORPHŌSIS, is, f. *a transformation, change of shape, metamorphosis*, μεταμόρφωσις, transfiguratio, transformatio: a μετὰ, trans, et μορφόω, formo. Hoc nomine *Ovid.* opus suum inscripsit, de mutatis deorum, hominum, aliarumque rerum formis, et *Apulei.* (ut multi putant) suos libros, in quibus se in asinum conversum fingit. *Quintil.* l. 4. c. 1. *sub fi.* Ut Ovidius lascivire in Metamorphosi solet.

METANŒA, æ, f. *penitence*, μετάνοια, pœnitentia. Græca vox a μετὰ, post, et νοῦς, mens, sententia, quia quem pœnitet, mentem post peccatum mutat. Semel usurpat *Auson.* epigr. 12. Sum dea, quæ facti, non factique exigo pœnas, Nempe ut pœniteat. sic Metanœa vocor.

METAPHŎRA, æ, f. *the transferring of a word from its proper signification for the sake of beauty or force; a metaphor*, μεταφορὰ, tropus, per quem vocabula a suis rebus, quarum propria sunt, ad alias res diversi generis cum similitudine transferuntur: a μετὰ, trans, et φέρω, fero. *Translationem* vocant *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 34. et *Cic.* 3. *de Orat.* c. 38. et alibi. *Quintil.* l. 8. c. 6. etiam *metaphoram*, modo Græce, modo Latine. Adde et *Fest.* et *Charis.* l. 4. pag. 243. *Putsch.* et *Diomed.* l. 2. pag. 451.

[† METAPHRĂSIS, is, f. μετάφρασις, *metaphrase*, interpretatio. V. *Senec. Suasor.* 1.]

METAPLASMUS, i, m. *a metaplasm*, μεταπλασμὸς, transformatio: a μετὰ, et πλάσσω, fingo, formo. Est apud Grammaticos dictio, aliter quam debuit, figurata, metri, aut decoris causa, inquit *Charis.* l. 4. pag. 248. *Putsch.* ubi quatuordecim ejus species enumerat. Eadem fere habent *Valer. Prob.* l. 1. pag. 1437. et *Diomed.* l. 2. p. 435. Locum habet in Poetarum scriptis, in quibus quemadmodum qui solœcismi sunt, *schemata*, et *schematismi*, ita qui barbarismi *metaplasmi* appellantur, ut *Id. ibid.* p. 446. et 449. docet. *Serv.* tamen ad lib. 5. *Æn.* v. 120. scribit metaplasmum non esse proprie barbarismum, sed medium quid inter eum, et Latinam perfectamque locutionem. Porro species illæ sunt, quæ figuræ Grammaticæ appellantur, prosthesis, parenthesis, paragoge, aphæresis, syncope, apocope, ectasis, systole, diæresis, synalœphe, episynalœphe, ecthlipsis, antithesis, metathesis: de quibus V. *suis loc. Quintil.* lib. 1. cap. 8. (*al.* c. 14.) *a med.* In prælegendo Grammaticus deprehendat quæ barbara, quæ impropria, quæ contra legem loquendi sunt posita: non ut ex his utique improbentur poetæ (quibus, quia plerumque metro servire coguntur, adeo ignoscitur, ut vitia ipsa aliis in carmine appellationibus nominentur: metaplasmos enim, et schematismos, et schemata vocamus, et laudem virtutis necessitati damus) sed ut commoneat artificialium, et memoriam agitet.

METAPLASTĬCOS, adverb. μεταπλαστικῶς dicitur apud Poetas usurpari id, quod propter necessitatem metri mutare consueverunt: quod idem barbarismus dicitur in soluta oratione. *Festus.*

METAPONTĪNUS, a, um, ad Metapontum pertinens (Græce Μεταπόντιον) quæ est urbs Italiæ in sinu Tarentino. *Liv.* l. 24. c. 20. *a med.* Metapontinus ager. ¶ *Metapontini, orum*, ejus urbis incolæ. *Id. in fin.* l. 22. et lib. 25. c. 15.

METARĬUS, a, um, ad metam pertinens. *Arnob.* l. 2. pag. 70. Animæ corporei tactus, et metariæ circumscriptionis expertes. *h. e.* nulla corporis meta circumscriptæ.

METASTĂSIS, is, f. *metastasis*, μετάστασις, figura Rhetorum, qua crimen, quod defendere non possumus, in alium transferimus. *Quintil.* l. 7. c. 4. *ante med.* sed Græce. ¶ Item qua imaginamur, quæ futura fuere, nisi aliquid evenisset, quod impediret: ut cum *Cic. pro Mil.* c. 12. enarrat quæ facturus fuit Clodius, si præturam invasisset. *Id.* l. 9. c. 2. *ante med.* itidem Græce. ¶ Item transitio: sed et hoc apud Græcos. Est autem a μεθίστημι, aliud pro alio statuo, muto.

METATHĔSIS, is, f. *transposition, metathesis*, μετάθεσις, transpositio litterarum: a μετὰ, trans, et τίθημι, pono: ut *Thymbre* apud *Virg.* 10. *Æn.* v. 394. pro *Thymber. Charis.* l. 2. pag. 249. *Putsch. Diomed.* l. 2. p. 437. *Val. Prob. in fin.* l. 2. sed Græce.

METATĬO, onis, f. *a measuring or meting out, disposing, laying out, ordering, arranging*, καταμέτρησις, actus metandi, dispositio, descriptio. *Colum.* lib. 3. cap. 15. Hæc in quincuncem vinearum metatio expeditissima ratione conficitur.

METĀTOR, oris, m. *a surveyor, measurer, disposer*, μετρητὴς, qui metatur, et in certas partes locum aliquem distribuit, ac per mensuras describit: ut *metator castrorum*, qui agmen prægressus locum castris ponendis metitur: *a quarter-master who meted out the ground for pitching a camp*: *agri*, qui agri mensuras agit, mensor, decempedator: *a land-surveyor*: *vineæ, oliveti*, &c. qui loca disponit serendis vitibus, oleis, &c. *Cic. Phil.* 11. c. 5. Saxa nescio quis, castrorum antea metator, nunc, ut sperat urbis. *et Phil.* 14. c. 4. Urbs, quam jam peritus metator, et callidus decempeda sua Saxa diviserat. *Lucan.* l. 1. v. 381. Castra super Tusci si (*jubeas*) ponere Tibridis undas, Audax Hesperios veniam metator in agros. *Plin.* l. 18. c. 33. Hunc (*ventum*) oliveti metator caveat. *Lactant.* l. 4. cap. 11. Volens Deus metatorem templi sui mittere in terram. *Tertull.* lib. 1. *advers. Marcion.* cap. 8. *extr.* Tempus arbiter et metator initii et finis.

METATORĬUS, a, um. *Metatoriam paginam* dicit *Sidon.* l. 8. ep. 11. epistolam, quam parandi hospitii causa, quasi metandis castris, ad amicum, cum ad eum properaret, præmiserat.

METATŪRA, æ, f. metatio. *Lactant.* l. 4. c. 11. *a med.* (ex *Hierem.* 8. 8.) Incassum facta est metatura.

METĀTUS, a, um, *meted or measured out*, dimensus, descriptus, dispositus. *Horat.* l. et sat. 2. v. 114. videas metato in agello Cum pecore et gnatis fortem mercede colonum. *Id.* l. 2. od. 15. v. 14. nulla decempedis Metata privatis porticus.

METAURUS, i, m. hod. *Merro*, Μέταυρος, fluvius Italiæ in Bruttiis, qui in mare Tyrrhenum influit. *Plin.* l. 3. c. 5. *ad fin.* ¶ Item in Umbria, nunc *Metaro*, et *Metro*, in Adriaticum mare incurrens. *Id.* l. 3. c. 14. et *Pomp. Mela*, l. 2. c. 4. [† *Horat. Carm.* 4. 4. 38. Metaurum flumen. Fallitur *Gesnerus* in v. Non enim *Metaurum*, prout ille, aliud nomen fluminis hujus est, sed neutrum tantum genus τοῦ *Metaurus* ad formam adjectivorum poetice declinati. Sic *flumen Rhenum* dixit *Horatius, Arte Poet.* 18. *Romula gens Od.* 4. 5. 1. *Carm. Sæc.* 47.]

METAXA, æ, f. videtur esse sericum rude, ac nondum tinctum, neque in fila diductum, *raw silk*, apud *Martian. Dig.* lib. 39. tit. 4. *leg. ult. a med.* et *Impp. Arcad. Honor. et Theodos.* l. 11. *Cod.* tit. 7. leg. 10. ¶ Item funiculus, vel filum: *a rope, thread, string*: quo sensu accipiunt illud *Lucilii* apud *Fest.* in *Rodus*, et *Isidor. in fin.* cap. 4. leg. 19. *Orig.* Plumbi pauxillum rodus, linique metaxam. et *Vitruv.* l. 7. cap. 3. Sin arundinis Græcæ copia non erit, de paludibus tenues colligantur: et metaxæ, et tomicæ ad justam longitudinem una crassitudine alligationibus temperentur. Al. legunt, *metaxatæ tomicæ*, h. e. in metaxæ morem convolutæ. Al. aliter. ¶ Alii his locis intelligunt filum glomeratum, et convolutum, quod nos *a clue, bottom, or skein, of silk or thread* dicimus: quo sensu *Isid. loc. cit.* c. 29. metaxam ducit a circuitu filorum: nam meta, inquit circuitus dicitur: vel quod transferatur: scil. ἀπὸ τοῦ μετάγειν. Alii a Syra lingua ejus originem trahunt. ¶ Legitur et *mataxa*. Unde in *Gloss.* legitur: Mataxa, ἡνία. *h. e.* lorum. Et alibi: Mataxa, σειρά. *h. e.* funis, restis.

METAXARĬI, orum, m. serici distractores. *Imp. Justinian.* lib. 8. *Cod.* tit. 14. *leg. ult.*

METAXĀTUS. V. in *Metaxa*.

METELLA, æ, f. *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 6. Inventum quoque remedium est, ut de ligno crates facerent, quas metellas vocaverunt, lapidibusque complerent: ea arte inter bina propugnacula constitutas, ut si per scalas ascendisset hostis, et partem aliquam ipsius contigisset, supra caput suum vergerent saxa. Ubi *Stevvech.* mirum esset, inquit, ni variarent libri in vocabulo incognito: itaque alibi *metilas*, alibi *medullas* legitur. *Martinius in Lex.* conjicit *metulas*. ¶ De lege Metella V. in *Metilius.*

METELLI, orum, m. familia Romana in gente Cæcilia, plebeia quidem, sed illustribus viris quamplurimis clarissima. Dicti sunt, quasi mercenarii. hoc enim significat ipsa vox. Unde *Attius* apud *Fest.* Calones, famulique, metellique, caculæque. *Vet. Gloss.* Metellus, μίσθιος. ¶ Celeberrimus fuit in his L. Metellus L. F. cujus elogium habes apud *Plin.* l. 7. c. 43. item Q. Metellus, de quo *Id. ibid.* c. 44. et *Cic.* 5. *de Fin.* c. 27. *Vellei.* l. 1. c. 11. *Valer. Max.* l. 7. c. 1. n. 1.

METELLĪNUS, a, um, ad Metellum aliquem pertinens. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 13. *ad fin.* In illam orationem Metellinam addidi quædam. *h. e.* quam ipse habuit contra Q. Metelli concionem, cujus meminit *Gell.* l. 18. c. 7. ¶ *Ædes Metellina* apud *Fest.* in *Tarpeiæ* exstructa fuit a Q. Metello Macedonico, qui, ut ait *Vellei.* l. 1. c. 11. *a med.* primus omnium Romæ ædem ex marmore molitus, vel magnificentiæ, vel luxuriæ princeps fuit. *Plin.* lib. 36. cap. 5. *ad fin.* Pasiteles Jovem fecit eboreum in Metelli æde, qua Campus petitur.

METEMPSYCHŌSIS, is, f. *the transmigration of souls from body to body; metempsychosis*, μετεμψύχωσις, transmigratio animarum ex uno corpore in aliud: quod fuisse aiunt Pythagoræ somnium: a μετὰ, trans, et ἐμψυχόω, animo. *Tertull. de anim.* c. 31. sed Græce. *Quintil.* declam. 10. cap. 17. hac de re verba facit, sed voce ipsa abstinet.

METENSOMATŌSIS, is, f. μετενσωμάτωσις, transmutatio unius corporis in aliud: a μετὰ, trans, et ἐνσωματόω, corpus esse facio. *Tertull. de Anim.* c. 31. et 32.

METHODĬCE, es, f. *that part of grammar which teaches the art of speaking*, μεθοδικὴ: a μέθοδος, via, ratio docendi, ac discendi. *Quintil.* l. 1. c. 9. (*al.* c. 15.) Grammaticæ partes duæ, id est ratio loquendi, et enarratio auctorum: quarum illam methodicen, hanc historicen vocant.

METHODĬCUS, a, um, *methodic*, μεθοδικὸς, ad methodum pertinens. *Methodici* sunt medici, quorum sententia est, medicinam esse viam quandam, quam μέθοδον Græci nominant, eorumque, quæ in morbis communia sunt, contemplatricem. *methodists, physicians who practised only by theory.* Hi neque rationalibus se, neque experimenta tantum spectantibus annumerari volunt: cum ab illis eo nomine dissentiant, quod in conjectura rerum latentium nolunt esse medicinam: ab his eo, quod parum artis esse in observatione experimentorum credunt. *Cels. in præfat. a med.* V. *Methodus.*

METHODĬUM, ii, n. μεθόδιον, ludificatio. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 36. *Burm.* Damus omnes plausum a familia cœptum, et res electissimas ridentes aggredimur. Non minus et Trimalchio ejusmodi methodio lætus, Carpe, inquit, &c. *Al. leg.* metodium, μετωδεῖον, h. e. canticum interjectum.

METHŎDUS, *et* Methodos, i, f. *a method*, μέθοδος, via et ratio docendi, et discendi. *Auson. Edyll.* 11. v. 67. triplex quoque forma medendi, Cui logos, et methodos, cuique experientia nomen. *Marcell. in carm. de medic.* v. 6. Quod logos, aut methodos, simplexque empirica pangit, Hoc liber iste tenet.

METHYMNÆUS, a, um, Μηθυμναῖος, ad Methymnam pertinens, quæ est urbs Lesbi insulæ, vino celebris, et patria Arionis citharœdi. *Ovid.* 11. *Metam.* vers. 55. Et Methymnææ potiuntur litore Lesbi. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 57. Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos. *Virg.* 2. *Georg.* v. 90. Methymnæus palmes. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 38. Et Methymnæi Graia saliva meri.

Stat. l. 2. silv. 2. vers. 60. Jam Methymnæi vatis manus, et chelis una Thebais. *Cic.* 2. *Tuscul. c. ult.* et *Martial.* l. 8. epigr. 51. vers. 15. Sic Methymnæo gavisus Arione delphin. [¶ *Methymnæi* sunt Methymnæ urbis incolæ apud *Curt.* l. 4. c. 5. Forte Aristonicus Methymnæorum tyrannus cum piraticis navibus ad portus claustra successit.]

METHYMNĬAS, adis, f. quæ ad Methymnam pertinet: de qua in voce præced. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 15. Pyrrhiades, Methymniadesve puellæ.

METĬA PORTA erat Romæ eadem ac Esquilina, extra quam comburebantur cadavera, noxii in crucem agebantur, et carnificum domus erant. *Plaut. Cas.* 2. 6. 2. et *Pseud.* 1. 3. 96.

METICULŌSUS, a, um, *fearful, timorous, timid*, φοβερός, timidus. *Plaut. Amph.* 1. 1. 137. Nullus est hoc meticulosus æque. ¶ Item metum incutiens, *terrible, fearful, hazardous. Id. Mostell.* 5. 1. 52. Nescis tu, quam meticulosa res sit, ire ad judicem.

METILĬUS, a, um, adject. *Metilia lex* lata fuit a M. Metilio Trib. pleb. circa A. U. DXXXV. Spectabat autem ad fullones. *Plin.* lib. 35. cap. 17. ubi al. leg. *Metella*, h. e. a quodam Metello lata.

METĬOR, iris, ensus (*raro* metitus) sum, dep. 4. *to mete, measure, take measure of, survey*, μετρέω, explorare rei alicujus magnitudinem, definire modum, dimetiri. *Cic.* 4. *Acad.* c. 41. *ad fin.* Nec magis affirmabunt, signum illud, si erunt mensi, sex pedum esse, quam solem, quem metiri non possunt, plus quam duodeviginti partibus majorem esse, quam terram. *Id. Fam.* 9. ep. 17. Metiri agrum. *Id.* 5. *Verr.* c. 83. 84. et 85. frumentum. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 95. Ummidius tam dives, ut metiretur nummos. *h. e.* non numeraret pecuniam, sed modio metiretur, ut est apud *Petron. in Satyr.* c. 37. ¶ Est etiam metiendo distribuere. *to mete or measure out, parcel out, distribute. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 16. Diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret. Adde c. 33. et lib. 7. c. 71. Sic *Horat.* epod. 9. v. 34. Aut Chia vina, aut Lesbia Vel, quod fluentem nauseam coerceat, Metire nobis Cæcubum. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 68. Sonantia omnia, quæ metiri auribus possumus. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 103. Metiri oculo latus alicujus. *to measure, survey. Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 28. Æquora prospectu metior alta meo. *Id.* 2. *Metam.* v. 188. metiri animo aliquid. *to ponder, consider. Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 50. Quæ quis ingenio suo metitus est. *Horat. in fin.* ep. 7. l. 1. Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est. *Juvenal.* sat. 6. v. 357. nulla pudorem Paupertatis habet: nec se metitur ad illum, Quem dedit hæc posuitque modum. *Sil.* l. 4. v. 294. Atque altum tota metitur cuspide pectus. *pierces, transfixes.* ¶ Eleganter *metiri* dicuntur, qui locum aliquem eundo percurrunt. *Horat.* epod. 4. v. 7. sacram metiente te viam Cum bis ter ulnarum toga. *Virg.* 4. *Georg.* v. 388. Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor, Et juncto bipedum curru metitur equorum. *passes or skims along. Ovid. Metam.* 9. v. 447. celerique carina Ægæas metiris aquas. *Lucan.* l. 5. v. 556. Instabili gressu metitur litora cornix. *Val. Flacc.* l. 5. v. 476. tot casus, horrenda tot avia mensi. *Plaut. Pseud.* 4. 4. 11. Quin hinc metimur gradibus militariis. *h. e.* viam ingredimur, imus, abimus. *Catull.* carm. 34. in *Dian.* v. 17. Tu cursu, dea, menstruo Metiens iter annuum. *h. e.* conficiens, complens. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 564. duas partes lucis Hyperione menso. *the sun having performed two parts of his diurnal course.* ¶ Translate est æstimare, definire, ponderare, *to estimate, judge of, value. Cic.* 2. *Phil.* cap. 43. Nisi forte vis fateri, te omnia quæstu tuo, non illius dignitate metiri. *Id. de opt. gen. Orat.* c. 4. Vim eloquentiæ sua facultate, non rei natura metiuntur. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 27. *extr.* Tanta caritas patriæ est, ut eam non sensu nostro, sed salute ipsius metiamur. *Id.* 1. *de Orat.* c. 2. Clarorum hominum scientiam, rerum gestarum vel utilitate, vel magnitudine metiri. *Id. Fam.* 7. epist. 12. et *in Pison.* c. 28. Omnia voluptate sua metiri. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 8. Pari dolore commoda aliena, ac suas injurias metiebantur. *Liv.* l. 3. c. 54. Odium in se aliorum suo in eos metiens odio. *Sallust. in Catil.* cap. 32. Suo quisque metu pericula metiri. *Planc. ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 4. Fidelitas, quam ego ex mea conscientia metior. *Martial.* l. 12. epigr. 100. Qui sua metitur pondera, ferre potest. γνώμη. *Quintil.* l. 6. c. 1. *a med.* Metiri ac diligenter æstimare vires suas. ¶ Passive *Lactant. de mortib. persecut.* c. 23. Agri glebatim metiebantur, vites et arbores numerabantur. *Arnob.* l. 2. pag. 86. An sol pedis unius latitudine metiatur. [† ¶ Particip. *metitus. Claud. Ep.* 18. 9. Percurrit proprium metitus signifer annum. *Paullin. ad Auson.* Modum magno metitus amore.] ¶ Particip. *metiendus. Cic. in Orat.* c. 57. *a med.* Syllabis metiendos pedes, non intervallis, existimat. *Id. Parad.* 3. Peccata non rerum eventu, sed vitiis hominum metienda sunt.

METĪTOR, oris, m. mensor. *Frontin. de aquæduct.* artic. 79. A metitoribus reliquæ quinariæ intra Urbem dividebantur.

METĪTUS. V. in *Metior.*

MĒTO, as, a. 1. idem quod metor, metior. *Virg. in Cul.* v. 172. *de angui.* Metabat se se circum loca. *h. e.* modo contracto, modo porrecto corpore, spatia illa quodammodo metiebatur. ¶ Passive *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 13. Cum prope Dyrrhachium Pompeius constitisset, castraque metari jussisset. (Sed *metari* etiam active hic accipi potest, si *eos, ad quos pertinebat*, subintelligas.) *Senec. in Thyest.* v. 462. nullus mihi Ultra Getas metatur, et Parthos ager. *Hirt. de B. Gall.* c. 15. Castris eo loco metatis, muniri jubet castra.

MĔTO, is, messui, messum, a. 3. *to mow, reap, crop, gather*, ἀμάω, messem facio, h. e. maturas segetes seco. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 50. *in fin.* Cum est matura seges, metendum. *Colum.* l. 2. c. 21. Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus medium culmum secant, multi mergis, &c. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 519. Metere farra. *Id. Heroid.* ep. 6. v. 84. pabula falce. *Propert.* l. 4. el. 10. v. 30. arva. et Translate *Virg.* 4. *Georg.* v. 54. *de apib.* Purpureosque metunt flores, et flumina libant Summa leves. cull. *Senec. in Phœniss.* v. 340. facibus petite penetrales deos, Frugemque flamma metite natalis soli. ¶ Poetice per metonymiam *metere* dicuntur *regionem*, qui eam incolunt. Colunt enim, ac serunt, et fruges colligunt. *Sil.* l. 8. vers. 566. Qui Batulum, Nucrasque metunt. Sic *Virg.* 3. *Æn.* v. 14. Thraces arant. et *Stat.* 4. *Theb.* v. 50. oliviferæ Sicyonis culta serunt. et *Virg.* 7. *Æn.* vers. 715. Qui Tiberim, Fabarimque bibunt. *h. e.* ea flumina accolunt. ¶ pro vindemiare. *Virg.* 2. *Georg.* vers. 408. Primus humum fodito, primus devecta cremato Sarmenta, et vallos primus sub tecta referto, Postremus metito. *Plin.* l. 14. c. 3. Uva conseminia post quindecim dies, quam ulla alia, metitur. *Id.* l. 17. c. 22. *a med.* metere vindemiam. *Colum.* l. 10. v. 426. Ac metimus læti tua munera, dulcis Iacche. ¶ *Ut sementem feceris, ita et metes*, proverb. apud *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 65. h. e. talem habebis fructum, qualis fuerit opera, et labor. ¶ *Mihi istic nec seritur, nec metitur*, aliud apud *Plaut. Epid.* 2. 2. 80. h. e. ad me ista res nihil pertinet, nullo meo neque periculo, neque emolumento fit. Quo pertinet illud *ejusd. Merc. prol.* v. 71. Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis. *'tis your own concern.* [† *Id. Most.* 3. 2. 112. Ruri sibi quisque metit. *every one for himself.*] ¶ Universim ponitur pro secare, cædere, deruere, *to cut down, cut, crop, cull. Ovid.* 2. *Fast.* v. 706. virga lilia summa metit. *Martial.* l. 7. epigr. 94. et *Juvenal.* sat. 3. v. 186. Metere barbam forcipe. *Martial.* lib. 10. epigr. 83. capillos. et epigr. 93. rosam pollice. *Calpurn. ad Nemesian. Ecl.* 2. v. 74. olus. *Grat. in Cyneg.* vers. 314. Gangem nardiferum. *h. e.* nardum Indicum. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 10. v. 40. Et ferus in silva farra metebat aper. *Pallad. in Jun.* tit. 7. Cum murmuris sonus magnus et raucus est, agnoscimus, non esse idoneas ad metendum crates favorum. *Demetere, succidere, castrare, desecare*, ferramentis adhibitis, dixit *Colum.* l. 9. c. 15. hac ipsa de re verba faciens. ¶ Præcipue vero locum habet in cæde militari, pro obtruncare. *to cut down, slay. Virg.* 10. *Æn.* v. 513. Proxima quæque metit gladio. *Stat.* 9. *Theb.* v. 223. necopinaque ferro Colla metens. *Sil.* l. 4. v. 464. metis agmina tectus Cælesti clypeo. *Horat.* l. 4. od. 14. v. 31. Primosque et extremos metendo Stravit humum. Sic l. 2. ep. 2. vers. 178. metit Orcus Grandia cum parvis, non exorabilis auro. V. *Demeto.* ¶ Præteritum *messui* usurpant *Cato* apud *Priscian.* l. 10. pag. 903. *Putsch.* et *Fest.* in *Sacrima*: et confirmatur ex composito *demessui*: et agnoscitur a *Diomed.* l. 1. pag. 374. et *Priscian.* lib. 8. pag. 817. et 1254. Videtur tamen esse rarioris usus, quia *Charis.* l. 3. pag. 222. integram hujus verbi conjugationem exsequens, *messem feci* præteritum ponit. *Priscian.* l. 8. pag. 817. tradit, quosdam *messivi* usurpasse: sed improbat. [¶ Particip. *metens, metendus* apud *Liv.* l. 28. c. 11. Ab Antio nuntiatum est, cruentas spicas metentibus visas esse. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 25. Vita omnibus metenda, ut fruges.]

METŎCHE, es, f. μετοχή, a μετέχω particeps sum, apud Grammaticos participium significat. *Auson.* ep. 6. Vale, beatis nomen a divis, Theon: Metoche sed ista sæpe currentem indicat. Ludit in voce. nam θεός, deus est, et θέων particip. currens. *Scalig.* vult legi *methodus.* ¶ Alio sensu, sed satis obscuro, legitur apud *Vitruv.* l. 3. c. 3. *a med.* et Græce: de qua V. *Bald. in Lex.*

METODĪUM. V. *Methodium.*

METŒCUS, i, colonus, advena, qui de una in aliam civitatem migravit habitandi gratia, *a stranger, foreigner, new comer*, μέτοικος. Vox Græca, qua utitur *Eumen. in Paneg. Flavensium nomine dicto* c. 4. *in fin.*

METONYMĬA, æ, f. *a metonymy or change of name*, μετωνυμία, h. e. positio nominis pro nomine, ut ait *Quintil.* l. 8. c. 6. *ante med.* (a μετὰ trans, et ὄνυμα, nomen) tropus est, de quo in *Denominatio* satis diximus, sic enim Latine appellatur. Græce usurpant *Quintil. loc. cit.* et alibi, *Charis.* l. 1. pag. 244. *Putsch. Diomed.* l. 2. pag. 452. et *Donat. de Tropis*, pag. 1776. Latine *Festus.*

METŎPA, æ, f. *the space between the mortise-holes of the rafters and the planks*, μετόπη, vox Græca a μετὰ, inter, et ὀπή, foramen: spatium est inter duo foramina, vel cavaturas. *Vitruv.* l. 4. c. 2. *a med.* Inter denticulos, et inter triglyphos quæ sunt intervalla, metopæ nominantur. ὀπὰς enim Græci tignorum cubilia, uti nostri ea cava, columbaria.

METOPĬON, n. μετώπιον, arbor in Africa Æthiopiæ subjecta, ex qua lacryma in arenas decidit, quam nonnulli metopium, alii ammoniacum vocant. *Plin.* l. 12. c. 23. ¶ Est et olei genus ex amaris amygdalis confectum. *Plin.* l. 15. cap. 7. ¶ Item genus unguenti, cui galbanum est admixtum. *Id.* l. 13. c. 1.

METOPOSCŎPOS, i, m. *a physiognomist; one who told one's fortune by inspecting the countenance; one skilled in metoposcopy*, μετωποσκόπος, frontis inspector, qui scilicet ex frontis, et faciei lineamentis, quid cuique eventurum sit, divinat: a μέτωπον, frons, et σκοπέω, contemplor. *Sueton. in Tito*, c. 2. Quo quidem tempore aiunt metoposcopon a Narcisso Claudii liberto adhibitum, ut Britannicum inspiceret, &c. Adde *Plin.* l. 35. c. 10. *ante med.*

METOR, aris, atus sum, dep. 1. *to measure, mete*, μετρέω, ὁρίζω, idem quod metior. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 309. Nos quoque sub ducibus cælum metabimur illis. *Plin.* l. 6. c. 17. *circa med.* Indiam Posidonius ab æstivo solis ortu ad hibernum exortum metatus est. *Gell.* l. 1. c. 1. Stadium Hercules pedibus suis metatus est, idque fecit longum pedes sexcentos. ¶ De eo, qui locum aliquem percurrit, ut metior: poetice. *Senec. in Hippol.* v. 505. Nunc ille ripam celeris Alphei legit: Nunc nemoris alti densa metatur loca. *Sil.* l. 6. v. 58. solos Per noctem metantur agros. ¶ Sæpe significat metiri locum aliquem eo fine, ut quippiam ordine in eo ponatur, statuendo fines certos, et in partes distribuendo, ut omnia suis locis apte disposita appareant: ut metari urbem, agrum, castra, *to plan, arrange, dispose. Virg.* 2. *Georg.* v. 274. si pinguis agros metabere campi, Densa sere. *Plin.* l. 5. c. 10. et lib. 7. c. 37. *de Alexandria.* Metatus est eam Dinochares architectus pluribus modis, memorabili ingenio. *Liv.* l. 1. c. 10. Jupiter Feretri, hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico. *Plin.* l. 6. c. 28. Scenitæ (*populi Arabiæ*) vagi, a tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metantur, ubi libuit. *h. e.* ciliciis extentis tabernacula statuunt, ac disponunt. ¶ *Metari castra, to measure out the ground for pitching a camp*: frequens dictio in re militari, est locum ponendis castris designare, antequam exercitus eo perveniat: unde *metatores*: quod V. *Cœl.* apud *Non.* c. 2. n. 528. Castra metati signa statuunt. ¶ Item universim castra ponere. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 8. Metanti castra Cæsari Angrivariorum defectio nuntiatur. *Sallust. in Jug.* c. 114. Sulla pariter cum ortu solis castra metabatur. *Curt.* l. 3. c. 8. *a med.* Itaque eo ipso loco metari suos castra jusserat. V. *Castrametor.*

METRĒTA, æ, f. *a cask, firkin, rundlet*, μετρητής, genus vasis olearii, et vinarii, ut cadus, amphora: a μετρέω, metior. *Cato R. R.* c. 100. Oleum si in metretam novam inditurus eris, amurca colluito, agitatoque diu, ut bene combibat. Id si feceris, metreta oleum non bibet, et firmior erit. *Colum.* l. 12. c. 47. *extr.* Huic conditurae vasa nova fictilia præparantur: quæ ne possint oleum sorbere, tanquam olivariæ metretæ, imbuuntur liquamine. et cap. 51. illud *vas olearium quam maximum*, quod *sub init. cap.* posuit, mox *metretam* vocat. *Martial.* l. 5. epigr. 16. Plurimus Hispanas mittet mihi nauta metretas. *Caius Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 35. *sub fin.* Si ex doliario pars vini venierit, veluti metretæ centum. *Juvenal.* sat. 3. v. 245. ferit hic cubito, ferit assere duro Alter: at hic tignum capiti incutit, ille metretam. ¶ Est etiam genus mensuræ, quam decem congiorum esse quidam tradunt ex *Dioscor.* l. 5. c. 82. atque adeo pendere libras centum. Verum et *Dioscoridis* locus incertæ lectionis est: cum alii octo legant, alii duodecim: et varia mensurarum ratio varias apud nationes. Quare nihil certi statui potest. *a measure of liquids, much the same with the* amphora *or* quadrantal. *Plaut. Merc. prol.* v. 74. Ea pecunia navim, metretas quæ trecentas tolleret, parasse. *Colum.* l. 12. c. 22. Picis liquidæ metretam adde in labrum, aut in alveum, et in eodem infundito cineris lixiviæ congios duos.

METRĬCE, es, f. μετρική, species geometriæ, per quam syllabarum longarum, et brevium, et mediocrium junctura, et modus congruens cum principiis geometriæ aurium mensura examinatur. *Gell.* l. 16. c. 18. sed Græce.

METRĬCUS, a, um, *relating to metre, metrical*, μετρικός, ad metrum pertinens, metro constans. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ante med.* Metrici pedes. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 88. *Hard.* ¶ *Metrici*, Arteriarum pulsus in modulos certos, legesque metricas descriptus. ¶ *Metrici, orum*, qui de metris, et versibus tractant. *Gell. c. ult.* l. 18. In longis versibus, qui hexametri vocantur, item in senariis, animadverterunt metrici, duos primos pedes, item extremos duos, habere posse singulos integras partes orationis, medios haud unquam posse.

METROCOMĬA, æ, f. μητροκωμία, matrix villa, vicus, vel pagus, unde in alios vicos ductæ sunt coloniæ: a μήτηρ, mater, et κώμη, pagus. *Justinian. in Cod.* lib. 11. tit. 55. et *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 24. *leg. ult.*

METROPŎLIS, is, f. *the metropolis, or mother city, of any country*, μητρόπολις, civitas matrix, urbs, ex qua co-

loniæ deductæ sunt: a μήτηρ, mater, et πόλις, urbs, quasi mater urbium aliarum, quia sic se habet metropolis ad coloniam, ut mater ad filiam. *Imperat. Zeno* lib. 1. *Cod.* tit. 49. et *Impp. Valens, Gratian. et Valentinian.* lib. 13. *Cod. Theodos.* tit. 3. leg. 11. Habet etiam *Ulpian.* sed Græce lib. 1. *Digest.* tit. 16. leg. 4. ¶ Translate *Hieron.* l. 2. *advers. Jovinian.* sect. 6. Non potest ante metropolis et arx mentis capi, nisi, &c. ¶ Est qui tribuit etiam *Floro* l. 2. c. 7. V. *Opimatus, a, um.* ¶ Metropolis est etiam nomen oppidi in Thessalia, in Phrygia, in Ionia, &c. apud *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 80. *extr.* et *Plin.* l. 5. c. 29. quorum cives *Metropolitæ* dicuntur. *Idem ibid.*

METROPOLITÆ, arum, μητροπολῖται. V. in fi. vocis præced. ¶ De eo, qui metropoli præest. *Venant. Fortun.* l. 3. carm. 6. v. 20. Euphronius fulget metropolita sacer.

METROPOLITĀNUS, a, um, *metropolitan, metropolitical,* ad metropolim pertinens. *Impp. Theodos. et Valentinian.* lib. 11. *Cod.* tit. 21. Propter multas justasque causas, metropolitano nomine, ac dignitate civitatum Berytum decernimus exornandam.

METRUM, i, n. *metre or measure; a certain disposition of long and short syllables,* μέτρον, mensura, et speciatim mensura versuum. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ante med.* Omnis structura, ac dimensio, et copulatio vocum constat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi volo) aut μέτρῳ, id est dimensione quadam. Quod etiam si constat utrumque pedibus, habet tamen non simplicem differentiam. nam rhythmi, idest numeri, spatio temporum constant: metra etiam ordine: ideoque alterum esse quantitatis videtur, alterum qualitatis. V. ibi reliqua. (V. etiam *Diomed. sub init.* l. 3.) *Id.* l. 1. c. 6. (*al.* c. 10.) Poetas metris necessitas excusat. *Gell.* l. 4. c. 17. *a med. In* præpositionem metri causa protendere. *Martial.* l. 4. epigr. 6. Cum sis improbior, Malisiane, Quam qui compositos metro Tibulli In Stellæ recitat domo libellos. *h. e.* elegiaco carmine. ¶ Usurpatur et de ipso versu. *verse, numbers. Colum.* l. 3. c. 10. *ad fin.* Quamvis nullo alio sit scripto proditum, exceptis, quæ retulimus, metris Virgilii.

METUENDUS, a, um, particip. a metuor, *to be feared. Cic. de Harusp. resp. sub fin.* Cum quibusdam multis, metuendisque rebus.

METŬENS, entis, particip. a metuo, *fearing, afraid.* Sæpe nomen fit, et cum gen. construitur. *Cic. post redit. in Sen.* c. 2. et *pro Dom.* c. 26. Nam Consules, modesti, legumque metuentes, impediebantur lege. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 259. Regis opus placidi, quo non metuentius ullum Numinis ingenium terra Sabina dedit. *Tacit. Ann.* 13. v. 25. Nero metuentior in posterum, milites sibi circumdedit. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 60. Labra movet metuens audiri. *Id.* l. 2. sat. 2. v. 110. contentus parvo, metuensque futuri. *Juvenal.* sat. 7. v. 210. metuens virgæ jam grandis Achilles.

METŬLA, æ, f. *a small conical figure or obelisk,* parva meta, diminutivum. *Plin.* l. 5. ep. 6. *a med.* Alternis metulæ surgunt.

METŬO, is, ui, a. 3. *to fear, be afraid,* φοβέομαι, metum habeo, in metu sum, timeo, formido, horreo. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 3. Supplicia quæ a vobis pro maleficiis suis metuere atque horrere debent. *Terent. Hecyr.* 5. 2. 6. Nec pol istæ metuunt deos. *Nep. in Dion.* c. 9. Miseranda vita, qui se metui, quam amari, malunt. *Plaut. Merc.* 3. 1. 22. De lanificio neminem metuo, una ætate quæ sit. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 4. *ante med.* Jacet in mœrore meus frater, neque tam de sua vita, quam de me metuit. *is not so much afraid for or concerning,* &c. *Id. Fam.* l. 5. ep. 6. Partim non credunt, et a me insidias metuunt. *Liv.* l. 1. c. 9. Tantam in medio crescentem molem sibi, ac posteris suis metuebant. *Sallust. in Catil.* c. 55. *extr.* Periculum metuere ex aliquo. *to fear, apprehend. Petron. in Satyr.* c. 123. Metuere pro aliquo. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 6. Sciebam senes ætate tardiores: metui amori meo moram. ¶ *Metuo, ut,* in iis, quæ fieri vellemus: contra *metuo, ne,* in iis, quæ nollemus. *Plaut. Curcul.* 4. 1. 3. Ornamenta, quæ locavi, metuo, ut possim recipere. *Id. Pseud.* 4. 1. 8. Nimis metuebam male, ne abiisset. *Terent. Eun.* 3. 1. 59. Metuit semper, ne quando iratus tu alio conferas. et 3. 5. 62. Metuo fratrem, ne intus sit. ¶ *Metuo, ne non* pro *metuo, ut. Plaut. Pers.* 4. 6. 4. Ne non sat esses leno, id metuebat miser. ¶ Cum infinito. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 146. Nil metuunt jurare, nihil promittere parcunt. *Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 185. Quod cupis, hoc nautæ metuunt, Leandre, natare. et ep. 16. v. 283. metuis Venerem temerare maritam. ¶ Cum aliis particulis. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 35. Matres duas habet, et avias duas: jam metuo, patres quot fuerint. *I begin to fear now, that he has got more than one father.* et *Terent. Heaut.* 3. 3. 8. Metui, quid futurum denique esset. ¶ *Non metuo, quin* est *non dubito, quin. Plaut. Amph.* 4. 1. 54. Non metuo, quin meæ uxori latæ suppetiæ sint. ¶ Pro *dubito* est etiam in illo *Terentii Heaut.* 4. 3. 42. Metuo, quid agam. ¶ *Metuere alicui* est sollicitum esse, ne quid incommodi cuipiam accidat. *Plaut. Asin.* 1. 1. 98. Nemo est, quem jam dehinc metuam mihi, ne quid nocere possit. *Id. Amph.* 5. 1. 60. Ego cunas recessim sursum vorsum trahere, metuens pueris, mihi formidans. *Virg.* 1. *Georg.* v. 185. populatque ingentem farris acervum Curculio, atque inopi metuens formica senectæ. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Horat.* l. 2. od. 2. v. 7. Illum aget penna metuente solvi Fama superstes. *h. e.* quasi cavente, et solvi unquam nolente. Nam qui metuit aliquid, id certe non vult. *Id.* l. 4. od. 5. v. 20. Culpari metuit fides. *Senec. in Œdip.* v. 790. Puræ, nec ulla scelera metuentes manus. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 22. *extr.* Quæ res quotidie videntur, minus metuunt furem. ¶ Inter *metuere,* et *vereri* interest, quod illud servorum est, hoc liberorum: illud percellit, ac premit animum, hoc movet solummodo. *Cic. de Senect.* c. 11. Metuebant eum servi, verebantur liberi. *Id. pro Quint.* c. 1. Summa gratia, et eloquentia: quarum alteram (*eloquentiam*) vereor, alteram metuo. ¶ *Metuere* pro *vereri, Terent. Phorm.* 1. 2. 69. Metuebat absentem patrem. Ubi *Donat.* discrimen assignat inter *metuo,* et *timeo.* Metuimus, inquit, eos, qui nos amant: timemus etiam inimicos. Sed hæc promiscue sæpissime. *Senec. in Agam.* v. 73. *de tyrannis.* Metui cupiunt, metuique timent. *et in Œdip.* v. 705. Qui sceptra duro sævus imperio regit, timet timentes. *Plaut. Mil.* 4. 8. 38. Metuo, et timeo, ne hoc tandem propalam fiat nimis. ¶ *Metuiri* pro *metutum iri* quidam leg. apud *Modestin. Dig.* lib. 20. tit. 1. leg. 26. ¶ *Metutus* particip. V. infra suo loco.

METUS, us, m. *fear, dread,* φόβος, timor, formido, pavor. Volunt esse a μόθος, quod apud *Hesych.* est etiam φόβος. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 37. definit, diffidentiam exspectati et impendentis mali: item mali exspectationem: et lib. 5. c. 18. futuræ ægritudinis sollicitam exspectationem. Accipitur tum active, tum passive. *h. e.* quo timemus alios, et quo timemur. *Gell.* l. 9. c. 12. *a med. Metus hostium* recte dicitur, et cum timent hostes, et cum timentur. Itaque Sallust. in historia prima *metum Pompeii* dixit, non quod Pompeius metueret (quod est usitatius) sed quod metueretur. Verba hæc Sallustii sunt. (l. 1. *histor.*) *Id bellum excitabat metus Pompeii victoris, Hiempsalem in regnum restituentis.* Item alio in loco. (*ibid.*) *Postquam, remoto metu Punico, simultates exercere vacuum fuit.* Hæc *Gell.* Sic *Quintil.* l. 2. *circa med.* Metum duplicem intelligi volo, quem patimur, et quem facimus. Hinc *esse in metu* dicitur et qui timet, et res, quæ metum affert. *Cic. Catil.* 1. c. 7. *ad fin.* Me totam esse in metu propter te unum. *Id. Attic.* l. 3. ep. 9. Mihi etiam unum de malis in metu est, fratris miseri negotium. et lib. 14. *ep. pænult.* Quid autem absurdius, hoc metuere, alterum in metu non ponere? *h. e.* inter res metuendas. Huc pertinet illud *Stat.* 12. *Theb.* v. 606. Ipsa metus Libycos, servatricemque Medusam Pectoris, incussa movit Tritonia parma. *h. e.* Medusæ vultum, et angues quos gerit in pectore, quibus metum aliis incutit. *Senec. in Hippol.* v. 28. Hic versatur metus agricolis, vulnere multo jam notus aper. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 22. Hæmoniam primis Pelias frenabat ab annis, Jam gravis et longus populis metus. ¶ De formidine venatoria usurpant *Grat. in Cyneg.* v. 85. et 88. *Nemesian. ibid.* v. 311. et *Manil.* l. 4. v. 182. V. *Linea,* et *Formido.* ¶ Frequentius de ægritudine usurpatur, qua timemus aliquid. *care, concern, apprehension.* Nam ut ait *Serv.* ad 11. *Æn.* v. 357. terror est proprie, qui aliis infertur, metus, quem habent timentes. *Cic. Fam.* 11. ep. 21. Omni te, vir optime, de me metu libero. et lib. 9. ep. 16. *sub fin.* Volo abstergere animi tui metum. *Liv.* l. et c. 2. *a med.* Exonera civitatem vano forsitan metu. *Terent. Heaut.* 2. 3. 100. Ademptum tibi jam faxo omnem metum. *Id. Andr.* 1. 2. 10. Amoto metu. *Liv. loc. cit.* Removere metum. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 24. *sub fin.* levare alicui. *Id. pro Cluent. c. pænult.* A metu respirare. *Liv.* l. 2. c. 22. Volscis levatis metu suum rediit ingenium. *Cic. Verr.* 7. c. 49. *sub fin.* Metum alicui dejicere. *Id. post redit. in Sen.* c. 8. depellere. *Sallust. in orat. Philipp. contra Lepid.* detrahere. *Ovid. Heroid.* ep. 14. v. 43. et 3. *Metam.* v. 690. excutere corde. *Virg.* 1. *Æn.* v. 467. solvere. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 28. tollere. *Hirt. de B. Alex.* c. 65. deponere. *Sil.* l. 3. v. 131. lenire. *Cic.* 8. *Fam.* ep. 10. Habere metum. *Lucret.* l. 3. v. 313. metu tentari. *Cic. pro Mil.* c. 24. exanimari. *Virg.* 6. *Æn.* v. 491. ingenti trepidare. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 517. turbari. et lib. 13. v. 74. pallere. *Sallust. in Catil.* c. 6. Metu perculsus. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 485. Metum concipere. *Liv.* l. 33. c. 27. *sub fin.* capere. *Terent. Heaut.* 2. 3. 96. accipere. *h. e.* subire. *Plin.* l. 8. ep. 11. Redire in metum. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 26. *sub fin.* Metu frangi ac debilitari. *Sallust. in Jug.* c. 39. et 43. Metus me invadit. *Plin.* l. 6. ep. 20. Metus perferre. *Quintil.* l. 6. c. 2. *circa med.* Metum pati. *Id. ibid.* et *Ovid.* 5. *Trist.* el. 10. v. 28. et *Tacit.* 6. *Ann.* c. 36. facere alicui. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 19. injicere. *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 4. incutere. *Liv.* l. 26. c. 20. inferre. *Cic.* 4. *Verr.* c. 54. afferre. *Id. Fam.* 15. ep. 1. *ad fin.* offerre. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 4. objicere. *Senec. in Hippol.* v. 727. mortis intentare. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 6. Metu territare. *Sallust.* orat. 1. *ad Cæs. ante med.* Semper in periculo, aut metu agitare. et orat. 2. *ante med.* Itaque metu ne solus rerum potiretur, consilia disturbaverunt. *Terent. Phorm.* 3. 1. 18. Quantus metus est mihi, venire huc salvum nunc patruum. *h. e.* quam metuo adventum patrui. *Plin.* l. 7. c. 40. Ut alia non sint, certe, ne lassescat fortuna, metus est. *Id.* l. 31. c. 6. *sub fin.* Est et in metu peregrinantium, ut tentent valetudinem aquæ ignotæ. *h. e.* inter ea, quæ peregrinantes metuunt, est etiam illud, &c. ¶ *Infidelis recti magister est metus,* γνώμη apud *Plin. in Paneg.* c. 45. *sub fin.* Simile est illud *Cicer.* 2. *Offic.* c. 7. Malus custos diuturnitatis metus. ¶ De timore deorum, quæ est religio: quod et *Non.* c. 4. n. 307. adnotavit. *religious awe. Virg.* 7. *Æn.* v. 59. Laurus erat tecti medio in penetralibus altis, Sacra comam, multosque metu servata per annos. V. *Formido.* ¶ Item de furore poetico. *Horat.* l. 2. od. 9. v. 5. Evœ recenti mens trepidat metu. ¶ Olim feminino genere usurparunt. *Enn.* apud *Fest.* Vivam, an moriar, nulla in me est metus. *h. e.* cura. *Id.* apud *Non.* c. 3. n. 141. Ni metus ulla tenet. Adde *Fest.* in *Masculino,* et in *Recto.*

METŬTUS, a, um, *feared,* particip. antiquum ab obsoleto sup. *metutum* verbi *metuo. Lucret.* l. 5. v. 1139. Nam cupide conculcatur nimis ante metutum.

MEVĀNAS, atis, omn. gen. qui est e Mevania. *Sil.* l. 4. v. 546. Mevanas Varenus. *Plin.* l. 14. c. 3. Irtiola Mevanati et Piceno agro peculiaris. ¶ *Mevanates,* Mevaniæ incolæ. *Plin.* l. 3. c. 14.

MEVANĬA, æ, f. oppidum Umbriæ ad Clitumnum amnem, nunc *Bevagna.* Creditur a multis patria fuisse *Propertii.* In ejus agro nobiles aluntur boves, albi, et opimi: unde victimæ a Romanis petebantur. *Colum.* l. 3. c. 8. Armentis sublimibus insignis Mevania est. *Lucan.* l. 1. v. 473. tauriferis ubi se Mevania campis explicat. *Sil.* l. 6. v. 647. ingentem pascens Mevania taurum, Dona Jovi. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 123. Qua nebulosa cavo rorat Mevania campo. *Sil.* l. 8. v. 458. et latis Mevania pratis. V. *Clitumnus.*

MĒUM, i, n. *an herb with a stalk and leaves like anise; spignel, maldmony, bear-wort, wild dill, mew,* μῆον, herba duorum generum, quorum nobilius Athamanticum, vel ab Athamante inventum, vel quod laudatissimum in Athamante Phthiotidis monte invenitur: foliis aniso (al. anetho) simile, et caule aliquando bicubitali, radicibus multis, et obnigris, quibusdam altissimis. Minus rufum, quam illud, est alterum. Varios habet usus in medicina. V. *Plin.* l. 20. c. 23.

MEUS, a, um, *belonging to me, my, mine, my own,* ἐμὸς, qui ad me pertinet, a me possidetur, a me agitur: item qui me possidet, vel in me agit. *Terent. Eun.* 1. 2. 116. Meus fac sis animus, quando ego sum tuus. *Cic. de Senect.* c. 17. Ego omnia ista sum dimensus: mei sunt ordines, mea descriptio: multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. *Virg.* 9. *Æn.* v. 446. si quid mea carmina possunt. *Plaut. Amph.* 1. 1. 304. Hæc hero dicam meo. *Terent. Andr.* 4. 1. 27. meus carnifex. ¶ Refertur ad familiaritatem, amicitiam, benevolentiam. *Cic.* 13. *Fam.* ep. 64. Nero meus mirificas apud me tibi gratias agit. *my good friend.* et epist. 65. Ita et Hisponem meum per me ornaris. ¶ *Meum,* res mea. *Terent. Adelph.* 1. 2. 37. Obsonat, potat, olet unguenta de meo. *of mine; at my cost. Cic. de Harusp. resp.* c. 19. Haruspicum verba sunt hæc omnia, nihil addo de meo. *of my own.* ¶ *Meus sum,* sum apud me. cui opponitur, attonitus sum, extra me sum. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 688. Restabam solus: pavidum gelidumque trementi Corpore, vixque meum firmat deus, excute, dicens, Corde metum. ¶ Item mei juris sum, liber sum. *Pers. sat.* 5. v. 88. Vindicta postquam meus a prætore recessi. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Legib.* c. 7. Sententias interpretari perfacile est: quod quidem ego facerem, nisi plane esse vellem meus. *h. e.* plane liber in scribendo, et non solum verba, sed etiam res, et sententias de meo ponere. ¶ *Meus* etiam dicitur, qui mihi favet. *Terent. Phorm.* 4. 1. 21. Nam ego meorum solus sum meus. ¶ *Mei, orum,* cives, familiares, propinqui mei. *Virg.* 2. *Æn.* v. 431. Iliaci cineres, et flamma extrema meorum. *of my countrymen.* ¶ *Meum est,* mea natura est, aut consuetudo, aut officium. *Terent. Heaut.* 3. 2. 38. Non est mentiri meum. *I am not in the habit of, am not addicted to,* &c. et 4. 5. 34. Non mea est simulatio. *Cic. Fam.* 6. ep. 5. Puto esse meum, quid sentiam, exponere. *Id. Attic.* l. 5. ep. 13. Si intelligis, quam meum sit, scire et curare, quid in republica fiat, perscribe ad me omnia. *Id. in Pison.* c. 30. *a med.* Omitto, non fuisse meum, quem multis sæpe orationibus decorassem, hunc uno violare versu. *that it was not in character, that I,* &c. ¶ *Meus est,* captus est, habeo hominem. *Plaut. Curcul.* a. 3. v. 61. Meus hic est: hamum vorat. *I have caught him; I have him. Ovid.* 4. *Metam.* v. 356. Vicimus: en meus est, exclamat Nais. ¶ *Meus homo,* is, de quo ego loquor: habet autem commixtam irrisionem, et fictam stultitiæ commiserationem, in illo *Phædri* l. 5. fab. 7. v. 32. Homo meus se in pulpito totum prosternit. *this simpleton of mine. Petron. in fragm. Tragur.* c. 62. *Burm.* Homo meus cœpit ad stellas facere. *Quintil.* declam. 12. c. 18. *extr.* At legatus meus ad emendum modo proficiscitur. *Catull.* carm. 17. *ad Colon.* v. 21. Talis iste meus stupor nil videt, nihil audit. *h. e.* iste meus homo stupidissimus. ¶ *Mea,* et *mea tu* in colloquiis feminarum sunt, invicem blandientium, aut trepidantium. *Terent. Eun.* 4. 3. 14.

Au obsecro, mea Pythias, quid istuc nam monstri fuit? *my good Pythias.* *Id. Adelph.* 3. 1. 2. Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 761. quorum memor, o mea, lentos Pone, precor, fastus. *my dear love.* ¶ In vocativo masculino est *mi*, quod sæpe blandiendi vim habet. *Terent. Adelph.* 2. 4. 4. O mi Æschine, o mi germane! et 5. 7. 3. Hem mi pater, tu hic eras? ¶ Reperitur etiam cum femininis. *Plaut. Trucul.* a. 5. v. 25. Heus amica mi, quid agis? *Al. omittunt* mi. *Apul.* l. 4. *Metam.* Parce, inquit, mi parens. *h. e.* mea mater. et lib. 5. mi soror. et lib. 9. De isto, mi herilis, tecum ipsa videris. *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch.* c. 1. Domina mi. et cap. 13. Mi catella. et cap. 17. Mi virgo. Tribuunt et *Tibullo* l. 1. el. 7. v. 69. Vive diu, mi dulcis anus: sed *Broukhusio* plane invito, qui *mihi* reponit ex multis MSS. ¶ Et cum neutris. *Apul. in Apolog.* vertens *epigr. Platon.* Astra vides: utinam fiam, mi sidus, olympus. ¶ Item in plur. numero *Petron. in Satyr.* c. 116. O mi hospites, si negotiatores estis, mutate propositum. *Plaut. Cist.* 4. 2. 8. mi homines, mi spectatores. *Diomed.* l. 1. pag. 319. *Putsch.* docet, dixisse Veteres *mius* pro *meus*: unde vocativus *mi*, et *mii* in utroque numero. ¶ *Meus* pro *mi. Virg.* 6. *Æn.* v. 836. Projice tela manu, sanguis meus. *Sidon.* l. 1. ep. 9. *a med.* Eja, Solli meus. et lib. 4. ep. 10. Erumpo in salutationem, licet seram, domine meus. ¶ *Meum* pro meorum. *Plaut. Cas.* 2. 6. 66. Pietate factum est mea, et majorum meum. Adde *Pers.* 3. 1. 62. ¶ *Meapte, meopte* sunt *Terent. Heaut.* 4. 3. 8. et *Plauti Mostell.* 1. 2. *in fi.* et *meamet, Pœn.* 1. 3. 37. [† ¶ *Miis* pro *meis Terent.* citat. a *Vel. Long.* p. 2236. *Putsch.* Miis per I, non meis per E, ut *Terentius: At enim istoc nihil est magis Syre miis nuptiis advorsum.* Locus est, *Heauton.* 4. 3. 21.]

MI. V. *Ego*, et *Meus.*

MIA CHARITON. V. *Charites.*

MICA, æ, f. *a crumb, broken bit, morsel, small fragment, little piece, grain,* ψίξ, ψιχὸς, frustulum alicujus rei, v. gr. panis, item minutum granum salis, turis: item minutissimum auri ramentum, ut quæ in arena refulgent. *Plin.* l. 12. c. 14. *extr.* Tus in micas friatur. *Id.* l. 33. c. 4. Aurum marmoris glareæ inhærens, non illo modo, quo in gemmis scintillat, sed micas amplexum marmoris. *Id.* l. 22. c. 14. et 17. Herba lamium medetur cum mica salis contusis, incussisque. (*micas* vulgo vocant etiam glebas salis magni ponderis, qui in Cappadocia e terra effoditur, teste *eod.* l. 31. c. 7.) *Id.* l. 12. c. 18. *sub fin.* Mica amomi. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 14. Parvaque cælestes placavit mica: nec illis Semper inaurato taurus cadit hostia cornu. *h. e.* mica turis. *Horat. in fi.* od. 22. lib. 3. Mollivit aversos Penates Farre pio, et saliente mica. *h. e.* mica salis. Sic *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 10. Farre pio placant, et saliente sale. *Petron. in frag. Tragur.* c. 42. *Burm.* Quinque dies aquam in os suum non conjecit, non micam panis. *Lucret.* l. 1. v. 838. Ex aurique putat micis consistere posse Aurum, et de terris terram concrescere parvis. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 19. *de Epicuro.* Sed te atomi, et istæ micæ tuæ forte ac temere conglobaverunt. ¶ Translate *Catull.* carm. 85. *de Quintia.* nulla venustas, Nulla in tam magno est corpore mica salis. *h. e.* particula leporis, argutiæ, gratiæ. (*Quintil. post init.* c. 3. l. 6. ubi docet, salsum in consuetudine pro ridiculo tantum accipi, negat tamen a *Catullo* hoc sensu hic usurpari.) *Martial.* l. 7. epigr. 24. Dulcia cum tantum scribas epigrammata semper, Et cerussata candidiora cute: Nullaque mica salis, nec amari fellis in illis Gutta sit; o demens, vis tamen illa legi. ¶ *Mica* nomen fuit cujusdam cœnationis Romæ in Cœlimontio, et, ut quidam putant, in palatio Domitiani: ita dicta, quia parva erat, et paucis ad cœnandum locum dabat: de qua *Martial.* l. 2. epigr. 59. Mica vocor. quid sim, cernis? cœnatio parva. *P. Vict.* et *Sext. Rufus* vocant *micam auream.*

MICANS, antis, *moving quickly, quivering, beating, panting, palpitating,* qui micat, et salit. *Ovid. Metam.* 9. v. 37. Et modo cervicem, modo crura micantia captat. *Id.* 6. *Fast.* v. 338. Et fert suspensos, corde micante, pedes. *Calpurn.* ecl. 2. v. 26. ter quisque manus jactate micantes. V. *Mico.* ¶ Item splendens, fulgens, radians, ardens, *glittering, shining, flashing, glancing,* στίλβων. *Ovid. Metam.* 11. v. 522. præbentque micantia fulmina lumen. et l. 2. v. 40. micantes radii. et lib. 7. v. 100. micantes stellæ. et lib. 2. v. 1. Regia solis clara micante auro. *Virg.* 2. *Æn.* v. 734. Ardentes clypeos, atque æra micantia cerno. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 674. oculos circumtulit igne micantes. *Prudent. Cathemer.* 5. v. 44. radius sole micantior. *Liv.* l. 6. c. 13. vultum hostis ardore animi micantem ferre non potuit.

MICARĬUS, ii, m. qui micas panis colligit, et victum sibi parce comparat. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 73. *Burm.* Homo præfiscini, frugi, et micarius. Al. aliter leg.

[† MICĀTUS, particip. pass. in micas redactus. *Valer.* 1. 63.]

MICĀTUS, us, m. actus micandi. *Martian. Capell.* l. 4. pag. 95. Anguis allambere feminam crebris linguarum micatibus attentat.

MICO, as, cui, n. 1. *to move quickly, have a tremulous motion, quiver, beat, palpitate, pant,* tremulum esse, coruscare, crebro, celerique motu agitari, subsilire, vibrari, concuti. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 9. Venæ et arteriæ micare non desinunt, quasi quodam igneo motu. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 36. Terreor admonitu: corda timore micant. et *Heroid.* ep. 1. v. 45. Usque metu micuere sinus. *Liv.* l. 6. c. 12. *ad fin.* Cum hostes effusi stantibus vobis se intulerint, tum micent gladii. *Virg.* 3. *Georg.* v. 439. *de angui.* et linguis micat ore trisulcis. et vers. 84. *de equo.* Stare loco nescit: micat auribus, et tremit artus. [† *Cic. Epist. Fam.* 1. 47. Anguis semianimis et varia graviter cervice micans.] *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 50. *Hard.* Equis fessis aures marcidæ, micantes pavidis, subrectæ furentibus. *Id.* l. 29. c. 6. *ante med.* Noctuarum genus, quibus pluma aurium modo micat. *Senec. in Œdip.* v. 376. Tremulo rigore debiles artus micant. *Virg.* 10. *Æn.* v. 396. *de manu recisa.* Semianimesque micant digiti, ferrumque retractant. *Enn.* apud *Serv. ibid. de capite abscisso.* Semianimesque micant oculi, lucemque requirunt. *Lucan.* l. 4. v. 300. Aut micuere novi, percusso pumice, fontes. *sprung, issued.* et *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 303. Omnia tum endo mari videas fervente micare. *h. e.* moveri, agitari. ¶ Speciatim *micare* est digitis sortiri, *to play at the game called in Italy* MORA, *in which two persons suddenly raise or compress the fingers, and at the same instant guess each at the number of the other,* λαγχάνειν: cum porrectis invicem crebro digitis, certantium uterque numerum eorum divinat: item cum extensis subito digitis, ex eorum numero decernitur, uter ex duobus, aut quis ex pluribus in re quapiam habenda, aut facienda sit prior. Græce ἐπάλλαξις dicitur. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 303. Micandum erit cum Græco, utrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 41. Quid enim sors est? idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod tesseras. *Sueton. in Aug.* c. 13. Patrem et filium pro vita rogantes, sortiri, vel micare jussit, ut alterutri concederetur. *Calpurn.* ecl. 2. v. 25. Et nunc, alternos magis ut distinguere cantus Possitis, ter quisque manus jactate micantes. Nec mora, decernunt digitis. ¶ Cum alicujus fidem bonitatemque laudant rustici homines, proverbio dicunt, *dignum esse, quicum in tenebris mices.* Nam ut ait *Augustin.* l. 8. *de Trinit.* c. 5. *sub fin.* cum quo micas in tenebris, ei liberum est si velit fallere. Habent hoc proverb. *Cic.* 3. *Offic.* c. 19. *a med.* et *Petron. in fragm. Tragur.* c. 44. *Burm.* ¶ Secundo ex his ludendi modis utebantur in contractibus faciendis, ut si de pretio non conveniret, micando controversiam tollerent: quod in carnibus de lanio emendis factitatum ostendit edictum Turci Aproniani V. C. Præfecti Urbis (qui floruit sæculo Christi IV. sub Juliano Imp.) apud *Gruter.* pag. 647. n. 6. qui vetuit pecora in posterum micando distrahi, et sub exagio vendi jussit. Verba sunt: Ratio docuit, utilitate suadente, consuetudine micandi summota, sub exagio potius pecora vendere, quam digitis concludentibus tradere, &c. Ad eund. itidem micandi modum manifesto pertinet locus *Calpurn.* allatus, et probabilius etiam reliqui, V. *Casaubon. ad loc. Sueton. cit.* ¶ *Micare tribus digitis* apud *Augustin. loc. cit.* est more micantium tres digitos, reliquis complicatis, protendere. ¶ Quia vero ignis præ ceteris crebro agitatur, et coruscat, et ideo lucem, splendoremque emittit; hinc sæpe *micare* ponitur pro fulgere, splendere. *to glitter, glisten, sparkle, shine, glance, flash,* στίλβειν. *Horat.* l. 1. od. 12. v. 46. micat inter omnes Julium sidus, velut inter ignes Luna minores. *Virg.* 1. *Æn.* v. 94. crebris micat ignibus æther. et lib. 12. v. 102. oculis micat acribus ignis. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 2. v. 45. celeri micuerunt nubila flamma. *Virg.* 7. *Æn.* v. 743. Æratæque micant peltæ, micat æreus ensis. *Liv.* l. 6. c. 13. Vultum hostis ardore animi micantem ferre non potuit. *Lucret.* l. 3. v. 290. *de irato.* ex oculis micat acrius ardor. ¶ Docet *Priscian.* l. 9. p. 862. *Putsch.* supinum *mictum* ideo non esse in usu, quia cum *mingo* commune est.

MICROSPHÆRUM. V. *Hadrosphærum.*

MICROPSȲCHUS, a, um, *little-minded, narrow-minded, pusillanimous, faint-hearted, mean-spirited,* μικρόψυχος, pusillanimis, timidus: a μικρὸς parvus, et ψυχή, animus. *Plin.* l. 22. c. 24. Item animi humilis, ac præparci, quos illi dixere micropsychos.

MICTĪLIS, le, adject. dignus qui mingatur, vilis, ut *merx mictilis* apud *Lucil.* teste *Non.* cap. 2. n. 532. ut quidem emendat *Scalig. in Catull.*

MICTĬO. V. *Minctio.*

MICTORĬUS, a, um, *diuretic,* adject. ad mingendum pertinens, ut Mictoria medicamenta, apud *Cœl. Aurelian. Acut.* l. 3. cap. 8.

MICTUĀLIS, le, mictorius. *Apul. de herbis,* cap. 117. Herba virtutis mictualis.

MICTURĬO, is, n. 4. *to desire to make water,* οὐρητιάω, verb. desider. meiere cupio, vel interdum meio, simpliciter. *Juvenal.* sat. 6. v. 308. Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic.

MICTUS, us, m. actus mingendi. *Cœl. Aurel. Tard.* l. 5. cap. 3. Sanguinis mictus. et lib. 2. c. 1. Difficultas mictus.

MICŬLA, læ, f. *a small crumb,* diminut. parva mica. *Cels.* l. 2. c. 5. *extr.* Si urina quasdam quasi miculas repræsentat. *Arnob.* l. 7. p. 230. Arvina in exiguas miculas insecta. et l. 2. p. 77. Exiguæ miculæ, quibus colliquefactis nascitur aurum.

MIDAS, et Mida, æ, m. Μίδας, Gordii filius, rex Phrygum, qui cunctos pæne reges pecuniæ abundantia antecessit. Huic (ut est in fabulis) propter Bacchum hospitio susceptum, concessum est, ut quicquid vellet, optaret, futurus voti compos. Optavit, ut quicquid corpore contigisset, in aurum verteretur. Quod annuente Baccho factum est. Sed cum cibus, et potus contacti etiam in aurum verterentur, sensit tandem stolidus, se stulte petiisse, et facti pœnitens oravit Bacchum, ut hoc munus auferret. Tum Bacchus præcepit, ut in Pactolo flumine se lavaret, et sic liberaretur. Quod cum fecisset, cœpit deinceps Pactolus aureas arenas trahere. Postea cum Phœbus, et Pan, seu Marsya carmine certarent, Midas judex electus est cum Tmolo monte. Tmolus Phœbum victorem pronuntiavit, sed Midas secundum Pana judicium tulit. Iratus Apollo asininas ei auriculas indidit, quas tam scite occultavit, ut nemo sciret, præter solum tonsorem: qui cum rem inauditam tacere non posset, fossam ingressus proclamavit, *Aures asininas habet rex Midas:* deinde fossam terra adoperuit. Successu temporis creverunt illic arundines, quæ commotæ vocem, quam tonsor infoderat, reddiderunt. Alii narrant; cum præteriret aliquando Liberi Patris asinos, atque eos affecisset injuria, iratum Bacchum Midæ auriculas asininas addidisse. Sunt qui dicant, huic aures natura prælongas fuisse, et asininarum instar prominentes, atque hinc fabulæ jocum ortum esse. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 85. *et seq. Hygin.* fab. 191. et *Serv.* ad l. 10. *Æn.* v. 142. *Auson.* epist. 23. a vers. 18. item vetus epigrammation *inter fragm. Petron.* p. 679. *Burm. Martial.* l. 6. epigr. 86. Qui mavult heres divitis esse Midæ. *Claudian. in II. Consul. Stilich.* v. 230. Ditabat rutilo, quidquid Mida tangeret, auro. *Valer. Max.* l. 1. c. 6. n. 2. *extern.* Midas cunctorum pæne regum opes abundantia pecuniæ antecessit.

MIGDĬLYBS, ybis, mixtus genere ex Libyco, et Tyrio, quales erant Carthaginienses: a μίγδην, mixtim, et Λίψ, Lybs, Afer. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 73. Huc advenisti nos captatum, migdilybs, bisulcilingua.

MIGRATĬO, onis, f. *a removal, changing one's habitation, migration,* μετοίκησις, actus migrandi. *Liv.* l. 5. c. 53. Hæc migratio nobis misera ac Turpis, Gallis gloriosa est. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 41. Migrationem esse mortem in eas oras, quas, qui vita excesserunt, incolunt. ¶ Translate *Id. Fam.* 16. ep. 17. Cui verbo (*fideliter*) domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multæ. *h. e.* translationes, metaphoræ.

MIGRO, as, avi, atum, n. 1. *to remove from one place to another, change one's habitation, depart from, flit, emigrate,* μετοικέω, alio me transfero habitandi causa, domicilium muto. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 9. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt: itaque non solum inquilini, sed etiam mures migraverunt. *Id. Verr.* 4. c. 36. Ad generum Agathini migrare maluit. *Terent. Hecyr.* 4. 2. 13. Ex urbe rus habitatum migrare. *Liv.* l. 5. c. 53. Vastam incendiis ruinisque relinquere urbem, et ad integra omnia Veios migrare. *Horat. de art. Poetic.* v. 229. Migrare in tabernas obscuras. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 171. animam sic semper eandem Esse, sed in varias doceo migrare figuras. *Plaut. Curcul.* 2. 1. 1. Migrare e fano foras. *Plin.* l. 6. c. 17. *a med.* Indi, prope gentium soli, nunquam migravere finibus suis. Adde *Dig.* lib. 43. tit. 31. qui inscribitur *de migrando.* ¶ Passive impersonaliter. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 41. Necesse est, ut aut sensus omnes mors auferat, aut in alium quendam locum ex his locis morte migretur. *Liv.* l. 1. c. 11. Romam inde migratum est a propinquis raptarum. *Id.* l. 5. c. 49. *sub fin.* Cum prohibuit migrari Veios. ¶ Translate *Cic. in Somn. Scip.* c. 1. Migrare ex hac vita. *Id.* 1. *de Fin.* c. 19. de vita. *Plaut. Pœn.* 1. 5. 54. Fac, sis, vacivas, Pseudole, ædes aurium, mea ut migrare dicta possint, quo volo. *Id. Trin.* 3. 2. 13. Scio ego, et sentio ipse, quid agam, neque a me officium migrat. h. e. discedit. Al. leg. *neque meum se officium migrat.* h. e. mutat, active: de quo mox. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 187. Verum equiti quoque jam migravit ab aure voluptas Omnis ad ingratos, et gaudia vana. *Plin.* l. 25. c. 2. *a med.* Hæc erat antiqua medicina, quæ tota migrabat in Græciæ linguas. *Lucret.* l. 5. v. 828. Nec manet ulla sui similis res: omnia migrant: Omnia commutat natura, et vertere cogit. *h. e.* mutantur, et in alium statum transeunt. *Al. leg.* migrat, Omnia commutat natura, &c. ut sit activum, ut mox dicam. *Id.* lib. 2. v. 774. cærula quæ sint, Nunquam in marmoreum possunt migrare colorem. *h. e.* transire et mutari. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 45. *Hard.* Cornua omnia in mucronem migrant. *h. e.* desinentia. *Julian. Dig.* l. 24. tit. 2. leg. 6. Migrare ad aliud matrimonium. *et ibid.* ad alias nuptias. ¶ Sumitur et active pro transferre. *to remove, transport. Gell.* l. 2. c. 29. *ad fin.* Atque ita cassita nidum migravit. ¶ Et passive *Liv.* l. 10. c. 34. *sub fin.* Paucos graves ætate, aut invalidos inveniunt, relictaque, quæ migratu difficilia essent. *Sil.* l. 7. v. 431. num migrantur Rhœteia regna In Libyam Superis? *h. e.* num Romanum imperium a Superis ad Carthaginienses transfertur? ¶ Translate est transilire, transgredi. *to*

go beyond, transgress, violate, break, παραβαίνειν. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 20. Qui jus civile conservaret, eum justum: qui migraret, injustum fore. *Id.* 1. *de Divin.* c. 5. Ne communia jura migrare videatur. *Est qui legit* communi jure. *Id.* 1. *Offic.* c. 10. Ut reddere depositum, promissum facere, quæque pertinent ad veritatem, et ad fidem, ea migrare interdum, et non servare, sit justum. *Id.* 3. *de Legib.* c. 4. *in fin.* Quod quis earum rerum migrassit, noxiæ pœna par esto. [¶ Particip. *migraturus* apud *Sueton. in Cæs.* c. 79. Fama percrebuit, migraturum Alexandriam, vel Ilium.]

MIHI. V. in *Ego.*

MIHIPTE, pro mihi ipsi Cato posuit. *Festus.*

[† MILAGO vel *Millago.* V. in *Milvago.*]

MILANION, onis, m. Μειλανίων, ωνος, vir Atalantæ Arcadicæ Iasii filiæ. *Propert.* lib. 1. el. 1. v. 9. et *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 188. [† Legitur et *Mimalion.*] V. *Atalanta.*

[† MILAX. V. *Smilax.*

MILEON, i, n. nomen herbæ apud *Apul. de herb.* c. 8.]

MILES, itis, m. et f. *a soldier,* στρατιώτης, ὁπλίτης, quicumque militiam exercet. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 16. Milites, quod trium millium primo legio fiebat, ac singulæ Tribus, Tatiensium, Ramnium, Lucerum, millia singula militum mittebant. *Festus*: Militem Ælius a mollitia κατ' ἀντίφρασιν dictum putat, eo quod nihil molle, sed potius asperum quid gerat. *Ulpian. Dig.* l. 29. tit. 1. leg. 1. Miles appellatur vel a malitia, idest duritia, quam pro nobis sustinet: aut a multitudine: aut a malo, quod arcere milites solent: aut a Græco verbo χίλιοι. *Cic. pro leg. Manil.* c. 10. Qui extrema pueritia miles fuit summi imperatoris. *Id. pro Cluent.* c. 46. Miles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum vimque pertimuit, potest idem postea miles esse melior. *Id. Phil.* 7. c. *ult.* Cohortatus est vicinos suos, ut milites fierent. *Pompei. ad Coss. post* ep. 12. l. 8. *ad Attic.* Legere milites. *to levy or enlist.* et *Sallust. in Jug.* c. 47. scribere. *Liv.* l. 29. c. 1. deligere. et *ibid.* ordinare. *h. e.* in ordines describere. et c. 5. mercede conducere. *Cic.* 3. *Fam.* ep. 3. dimittere. ¶ Translate *Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 48. Et rudis ad partus, et nova miles eram. Adde l. 2. *Metam.* v. 415. ¶ Speciatim *miles* junctus cum *eques,* est qui pedibus militat, pedes, *a foot-soldier,* πεζός. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 10. Tripartito milites, equitesque in expeditionem misit. *Id.* l. 2. *B. Civ.* c. 41. Nec militibus quidem, neque equitibus studium ad pugnandum deerat. *Liv.* l. 22. c. 37. Milite atque equite, nisi Romano Latinique nominis, non uti populum R. Adde l. 30. c. 9. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 61. et *Vellei.* l. 2. c. 15. ¶ Per synecdochen in singulari num. pro collectione militum adhibetur. *the soldiery; a band of soldiers; an armed force. Liv.* l. 22. c. 57. *extr.* Hic miles magis placuit: cum pretio minore redimendi captivos copia fieret. *Virg.* 2. *Æn.* v. 495. late loca milite complent. ¶ Milites etiam dicti sunt, qui in sacro Palatio in aliquo officio domus Augustæ inserviebant: quia cum in Principe ipsum nomen supremæ dignitatis militare esset, nempe *Imperator*; etiam officiorum ipsi subjectorum nomina a militia sumebantur. *Impp. Theodos. et Valentinian.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 34. Tunc militi debiti postulati delegandam esse rationem. *h. e.* exactori annonæ. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 6. leg. 10. Qui a militibus, statoribusque, vel a municipalibus ministeriis asservantur. *h. e.* ab apparitoribus magistratuum. ¶ De Nympha comite Dianæ, *Ovid.* 2. *Metam.* v. 415. Miles erat Phœbes, nec Mænalon attigit ulla Gratior hac Triviæ.

MILESĬUS, a, um, *of Miletus, Milesian,* Μιλήσιος, ad Miletum urbem pertinens. *Cic. pro Cluent.* c. 11. Milesia mulier. ¶ Milesia vellera laudat *Virg.* 3. *Georg.* v. 306. et lib. 4. v. 334. et Milesiam lanam, *Plin.* l. 29. c. 2. Milesias oves, *Tertull. de Pall.* c. 3. *Colum.* l. 7. c. 2. et *Plin.* l. 8. c. 48. qui lanæ Apulæ primum locum, Tarentinæ alterum, tertium Milesiæ tribuit. *Id.* l. 21. c. 4. etiam Milesiam rosam laudat, sero quidem provenientem nec duodena folia excedentem, sed ardentissimi coloris. ¶ *Milesii, orum,* populi ejus urbis, et regionis, luxu et deliciis nobiles, *Milesiis carminibus* dedere nomen, nempe ludicris, amatoriis, ac lascivis. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 413. Junxit Aristides Milesia carmina secum: Pulsus Aristides nec tamen urbe sua. Al. leg. *crimina.* Hinc *sermo Milesius* apud *Apul. initio Metam.* et *Milesia* absolute, poemata, et narratiunculæ hujusmodi. *Sever. in epist. ad Senat.* apud *Capitolin. in Albin.* c. 12. Cum ille næniis quibusdam anilibus occupatus inter Milesias Punicas Apuleii sui, et ludicra litteraria consenesceret. *Id. Capitolin. de Albin. ibid.* c. 21. *extr.* Milesias nonnulli ejusdem esse dicunt: quarum fama non ignobilis habetur, quamvis mediocriter scriptæ sint. ¶ *Milesius deus* apud *Apul. ad fin.* l. 4. *Metam.* est Apollo, qui Mileti templum et oraculum habuit: de quo et *Lactant. in Epit.* c. 10. ¶ *Milesiæ Cereris* meminit *Id.* l. 2. c. 7. et *Val. Max.* l. 1. c. 1. n. 5. *extern.* cujus templum cum milites Alexandri expilaturi intrassent, subito oculis capti fuisse dicuntur, flamma objecta.

MILĒTIS, idis, f. Byblis, filia Mileti. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 634. mœstam tota Miletida mente. ¶ Est etiam adject. femin. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 9. v. 41. A quibus adveniat Miletida sospes ad urbem. *h. e.* Tomos, quæ Milesiorum colonia fuit.

MILĒTUS, i, m. Μίλητος, filius Apollinis ex Argea Cleochi filia, vel secundum *Ovidium,* ex Deione. Nonnulli non Apollinis, sed Euxantii Myconis filii, alii Sarpedonis, qui fuit filius Jovis, filium faciunt. Hic cum Minoa Cretensium regem jam senem regno privare vellet, a Jove territus in Samum, deinde in Cariam Asiæ regionem fugit, ibique oppidum condidit, quod de suo nomine Miletum appellavit. Ex Cyanee Mæandri filia genuit Caunum, et Byblida. *Ovid. Metam.* 9. v. 442. *et sequentib.* ¶ Porro *Miletus, i,* f. nunc *Melasso,* totius est Ioniæ caput, antea Lelegeis, et Pityusa, et Anactoria nominata, super octoginta (al. septuaginta) urbium per cuncta maria genetrix, ut est apud *Plin.* l. 5. c. 29. (*Senec. de consol. ad Helv.* c. 6. habet septuaginta quinque) nec fraudanda cive Cadmo, qui primus prosam orationem condere instituit (*Id.* l. 7. c. 57. Prosæ orationis Pherecyden Syrium, historiæ Cadmum hunc primum auctorem facit.) nobilis fuit etiam lanis pretiosis. V. *Milesius. Martial.* l. 8. epigr. 28. Nec Miletus erat vellere digna tuo. ¶ Patria fuit etiam Thaletis, qui inter septem Sapientes unus est: Anaximandri, et Anaximenis philosophorum, et Æschinis oratoris, &c.

MILIACĔUS, a, um, *of millet,* κέγχρινος, ut Miliacea puls. *Fest.* in *Forma.*

MILIARĬUS, a, um, *of millet, miliary,* ad milium pertinens. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 11. Ficedulæ, et miliariæ dictæ a cibo, quod alteræ fico, alteræ milio fiant pingues. *ortolans, a kind of linnet.* et lib. 3. *R. R.* c. 5. Adjiciunt aves alias quoque, quæ pingues veneunt care, ut miliariæ, ac coturnices. *Plin. sub fin.* l. 22. Miliaria appellatur herba, quæ milium necat. ¶ De miliario vase, V. *Milliarius.*

MILITARĬE, militariter. *Trebell. Poll. in XXX. Tyrann.* c. 22. *de Æmil.* Servus militarie cæsus, quod, &c. Al. aliter leg.

MILITĀRIS, re, *of or belonging to a soldier, pertaining to war, military, warlike, martial,* στρατιωτικός, ad militiam, vel milites pertinens. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 75. Ut militare institutum servaretur. et cap. 103. Æris magno pondere ad militarem usum in naves imposito. et cap. 53. *extr.* Militaribus donis donare aliquem. *Id.* lib. 1. *B. Gall.* cap. 21. Rei militaris peritissimus. *well skilled in the art of war. Liv.* l. 8. c. 34. Militaris disciplina. *Cic. pro Mur.* c. 5. labor. *Id.* 6. *Verr.* c. 52. licentia. *Id. pro Cluent.* c. 36. Tribuni militares. *et Catil.* 2. c. 6. militaria signa. *Plin.* l. 18. c. 7. Militaris panis. *ammunition-bread.* Cato apud *Gell.* l. 7. c. 10. Æs militare. *pay. Cic.* 1. *Offic.* c. 18. *extr.* Statuæ ornatu fere militari. *Id. pro Flacc.* c. 32. Leges militares. *Tacit. Ann.* 1. c. 32. Militaria odia. *et Ibid.* Militares animi. *Id.* 2. *Hist.* c. 75. Militaris vir. *h. e.* militiæ assuetus. *Plaut. Trucul.* a. 5. v. 16. Militares pueri. *h. e.* filii militum. *Horat.* l. 1. od. 8. v. 5. Cur neque militaris Inter æquales equitat? *h. e.* habitu et animo militari. et od. 22. v. 13. Quale portentum neque militaris Daunia in latis alit æsculetis. *h. e.* bellicosa. Sic *Tertull. in Apolog.* c. 11. *sub fin.* Quis justior et militarior Scipione? ¶ *Militaris ætas,* est post annum decimumseptimum usque ad quadragesimum sextum: extra quod tempus, non nisi necessitate cogente, milites scribebantur: quod colligitur ex *Liv.* l. 25. c. 5. *Nep. in Caton.* c. 1. et *Gell.* l. 10. c. 28. V. etiam *Lips. de mil. Rom.* l. 1. dial. 2. et *Sigon. de ant. jure Civium R.* l. 1. c. 15. ubi plura. *Tacit. Ann.* 2. c. 60. Referebat, habitasse quondam septingenta millia ætate militari. *capable of bearing arms.* ¶ *Via militaris,* est amplior et directior ceteris, et quæ ab oppido ad oppidum recta fert, atque adeo frequentior, *a military road:* ita dicta, quia per eam exercitus commeant: cujusmodi fuere Salaria, Flaminia, Appia, Æmilia, &c. *Liv.* l. 36. c. 15. *sub fin.* In valle iter est non latius, quam sexaginta passus: hæc una militaris via est, qua traduci exercitus possint. *Cic. de provinc. consul.* c. 2. Via illa nostra, quæ est usque ad Hellespontum militaris. *Colum.* l. 1. c. 5. Nec esse oportet ædificiis junctam militarem viam, quod prætereuntium viatorum populationibus, et assiduis divertentium hospitiis infestat rem familiarem. ¶ *Militaris herba,* est millefolium. V. ¶ *Militaris* denique unus est ex multis Jovis epithetis apud Haruspices, et Romanos veteres, teste *Apul. de Mundo, sub fin.*

MILITARĬTER, adverb. *like a soldier, in a military way,* στρατιωτικῶς, more militum, more militiæ. *Liv.* l. 4. c. 41. Adversus hæc Tempanii oratio incomposita fuisse dicitur, ceterum militariter gravis, non suis vana laudibus, &c. *Id.* l. 27. c. 3. Milites in portis, murisque sibimet ipsos tecta militariter coegerat ædificare. *Arrius Menand. Dig.* lib. 49. tit. 16. leg. 4. Militariter punire.

MILITARĬUS, a, um, idem ac militaris. *Plaut. Pseud.* 4. 4. 11. Quin hinc metimur gradibus militariis? *h. e.* incitatis, quales fere incedentium militum sunt.

MILITĬA, æ, f. *the service of a soldier; warfare,* στρατεία, militare munus, militaris vita, seu disciplina, militaris ars. *Cic. pro leg. Manil.* c. 10. Ad patris exercitum, atque in militiæ disciplinam profectus est. *Id.* 1. *Offic.* c. 11. *a med.* Militiæ sacramento obligare aliquem. et lib. 3. c. 26. Simulatione insaniæ militiam subterfugere. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 37. detrectavitque furore Militiam ficto. *Id.* 2. *Fast.* v. 508. Et patrias artes, militiamque colant. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 55. sævam Militiam puer, et Cantabrica bella tulisti. *Virg.* 8. *Æn.* v. 516. assuescat sub te tolerare magistro Militiam, et grave Martis opus. *Tacit. Ann.* 1. c. 20. Antiquam duramque militiam revocare. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 17. Munus militiæ sustinere. *Plin.* l. 6. c. 19. Militiam capessere. *Colum. in præfat.* l. 1. *circa med.* Vera illa Romuli proles militiam belli facile sustinuit, durata pacis laboribus. *Vellei.* l. 2. c. 117. Otio magis castrorum, quam bellicæ assuetus militiæ. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 13. Militiæ vacationem habere. *Hirt. de B. Alex.* c. 56. Transmarina militia perterriti. *h. e.* quod trans mare militandum esset. *Sallust. in Jug.* c. 67. Ætas militiæ patiens. *capable of carrying arms.* et *ibid.* Mario ad consulatum capiundum omnia abunde erant, industria, probitas, militiæ magna scientia, &c. et cap. 86. Fortissimum quemque, plerosque militia cognitos accire. *Id. in Catil.* c. 7. Per laborem usu militiam discere. *Justin.* l. 11. c. 6. Veterani emeritæ militiæ. *Id.* l. 7. c. 3. Ne ubique deformis militiæ damnis haberetur. *by the misfortunes of war.* ¶ Pro bello sumitur et in illo *Vellei.* l. 2. c. 120. Germani hostes Cimbricam, Teutonicamque militiam Italiæ minabantur. ¶ Et pro virtute militari, *ibid.* c. 5. Præclara in Hispania A. Bruti militia fuit, qui ingenti vi hominum, urbiumque potitus numero, Gallæci cognomen meruit. *Flor.* l. 4. c. 5. Fulvia gladio cincta, virilis militiæ uxor. ¶ In plur. num. *Tibull.* l. 1. el. 3. v. 82. Optavit lentas et mihi militias. *h. e.* longas et tardas expeditiones, *many and long campaigns.* (Hoc sensu *Justin.* l. 20. c. 1. Prima militia adversus Græcos fuit. *the first expedition.*) *Sueton. in Claud.* c. 25. Equestres militias ita ordinavit, ut, &c. *h. e.* militiæ ordines, et gradus. ¶ De gradibus et emolumentis militiæ *Scævola Dig.* lib. 33. *leg. pœnult. in fi.* et *Cels.* lib. 31. leg. 22. Sejo liberto meo militiam do, lego: illam militiam, quam et testator habuit. ¶ Tria sunt genera militiæ, inquit *Serv. ad Æn.* 7. v. 614. et *ad Æn.* 2. v. 157. Primum est *sacramentum,* in quo jurat unusquisque miles, se non recessurum injussu consulis, nisi expleto militiæ tempore: quod fere erat vigintiquinque annorum. Alterum est *conjuratio,* quæ fit in tumultu, idest Italico bello et Gallico, quando vicinum Urbi periculum singulos jurare non patitur, ut inter Fabios fuit. Hi milites ad unum tantum bellum militare tenentur. Tertium est *evocatio,* cum ad subitum bellum evocabantur: unde etiam consul solebat dicere: *qui rempubl. salvam esse vult, me sequatur.* Hi non sunt proprie milites, sed *pro milite*: unde Sallust. *Neu quis miles, neve pro milite.* Hinc milites *sacramento rogati, tumultuarii, evocati*: quos tangit *Virg.* l. 2. *Æn.* v. 157. et lib. 8. v. 5. et 9. ¶ Genitivus *militiæ,* ut *belli,* cum verbis et nominibus status in loco, significat in militia: et cum *domi,* cui ex adverso respondet, fere jungitur. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 19. Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita. *both in peace and in war; at home and abroad. Liv. in fi.* cap. 32. l. 7. Semper ego plebem Romanam militiæ domique colui. *Terent. Adelph.* 3. 5. 49. Una semper militiæ et domi fuimus. Adde *Cicer.* 3. *de Orat.* c. 35. et *Sallust. in Catil.* c. 5. 6. et 9. ¶ Interdum *militia* sunt ipsi milites, ut *servitium* ipsi servi. *Justin.* l. 32. c. 2. Concursu insularium, cum omni militia interficitur. ¶ *Succinum militiæ* apud *Plin.* l. 4. c. 13. est glessum. V. *Glessum.* ¶ Translate est quodcumque laboriosum munus, provincia. *Cic. pro Mur.* c. 9. Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi, plenam sollicitudinis ac stomachi, secutus est. *the profession of a lawyer. Propert.* l. 1. el. 6. v. 3. Non ego sum laudi, non natus idoneus armis: Hanc me militiam fata subire volunt. *Ovid. Fast.* 2. v. 9. Hæc mea militia est: ferimus, quæ possumus arma. *Plin.* de hirundinum labore in nidis faciendis, lib. 10. c. 33. Eaque militia illis cum anno redit semper. ¶ *Militiai* ἀρχαϊκῶς pro *militiæ* dixit more suo *Lucret.* l. 1. v. 29. Effice, ut interea fera mœnera militiai, &c. ¶ *Militia* est munus, seu officium aliquod in aula Imperatorum. *Prudent. in procem. Cathemer.* v. 19. Tandem militiæ gradu Evectum pietas Principis extulit, Assumptum propius stare jubens ordine proximo. *h. e.* præfectura prætorii, vel dignitate patriciatus, vel alia hujusmodi. Adde lib. 3. *Cod.* tit. 25. leg. 1. et V. *Miles.* [¶ *A militiis* occurrit in antiquis lapidibus apud *Reines.* class. 14. n. 146. apud *Gruter.* pag. 310. n. 5. pag. 345. n. 3. 10. et pag. 588. n. 7. ac tandem apud *Murator.* pag. 820. n. 7. qui notam *A Mil.* per hanc formulam explicat, quam tamen vocat *prorsus insuetam.* Fortasse inter officia Domus Augustæ hoc quoque erat, ut quis ad imperatorem ea referret, quæ potissima de militaribus expeditionibus afferebantur: is dicebatur *a militiis.* Sed res est valde dubia.]

MILITĬŎLA, æ, f. diminut. *Auctor vitæ Juvenalis, qui a nonnullis Suetonius* creditur. In pantomimum semestribus militiolis tumentem. *h. e.* gradibus, et honoribus militaribus.

MILĬTO, as, avi, atum, n. 1. *to serve as a soldier,* στρατεύω, militiam exerceo, stipendia facio, mereo. *Cic.* 1. *Offic.* c. 11. In cujus exercitu Catonis filius tiro militabat. *Liv.* l. 23. c. 42. *ad fin.* Nostra juventus omnis sub signis militat tuis. *Sallust. in Jug.* c. 68. Is eo tempore contu-

bernio patris ibidem militabat. *Justin.* l. 8. c. 3. Civitates, quæ sub auspiciis ejus militaverant. *Vellei.* l. 2. c. 120. L. Asprenas sub Varo militans. *Sueton. in Cæs.* c. 68. Militare adversus aliquem. *Curt.* l. 6. c. 5. Græci mercede apud Persas militantes. *Terent. Heaut.* 1. 1. 65. In Asiam ad regem militatum abiit. *Senec. in Phœniss.* v. 621. Frater arma comitatus tua, tibi militabit. *Curt.* l. 6. c. 5. *sub fin.* et lib. 8. cap. 8. Militare cum aliquo. ¶ Passive *Horat.* epod. 1. v. 23. Libenter hoc, et omne militabitur Bellum in tuæ spem gratiæ. *shall be served.* ¶ Translate *Plaut. Pers.* 2. 2. 50. At confidentia illa militia militatur multo magis, quam pondere. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 31. durumque amplectere fratrem Frater Amor: castris militet ille tuis. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 66. venaticus ex quo Tempore cervinam pellem latravit in aula, Militat in silvis catulus. *hunts. Apul.* l. 2. *de doctr. Plat. ad fin.* Militare pro utilitate cunctorum. ¶ *Militare* dicuntur, qui in sacro Palatio funguntur munere aliquo, et Imperatori in republica operam navant, ut in *Miles* dictum est. *Augustin.* l. 8. *Confession.* c. 6. usurpat de Agentibus in rebus. Adde lib. 10. *Cod.* tit. 69. leg. 1. et lib. 3. tit. 25. leg. 1. et lib. 12. tit. 19. leg. 2. 3. 7. &c. ¶ *Militare* pro conari, cum infinito, *Tertull. de Pall.* c. 1. *ad fin.* Aries machina est, quæ muros frangere militat. [¶ Militare etiam dicitur, qui Amori et Veneri indulget. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 9. v. 1. Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido. *Horat.* 3. od. 26. v. 1. Vixi puellis nuper idoneus, Et militavi non sine gloria. ¶ Cum accusat. rei, et dativ. personæ. *Apul.* 9. *Met.* pag. 630. *Oudend. de muliere et adolescente.* Prima stipendia Veneri militabant nudi milites. ¶ Particip. *militaturus* apud *Liv.* l. 10. c. 10. Militaturos tamen se (dixerunt), si utique Etrusci velint.]

MILĬTO, onis, m. miles. Quidam legunt in *Apul.* l. 9. *Metam. sub fin.* Militones illi, nec uspiam illum delitescere adjurantes. *Sed plerique al.* commilitones.

MILĬUM, lii, n. *millet*, κέγχρος, genus frugis, plerisque avium jucundissimæ, rotundi minutique grani, et frumentorum omnium maxime durans: quippe quam ad centum usque annos servari, tradit *Plin.* l. 18. c. 30. *sub fin.* ex *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 57. si ab humore custodiatur. Dictum est a maxima nummorum summa, quæ est *mille* (quod *mile*, et *milia* etiam scribitur) ut ait *Festus*. Ex eo candida puls, et panis conficitur in Campania præcipue, ut *Plin. ibid.* c. 10. *sub fin.* et *Colum.* l. 2. c. 9. *extr.* docent. *Virg.* 1. *Georg.* v. 216. et milio venit annua cura. *Colum. loc. cit.* inter legumina numerare mallet, simul cum panico. nam multis regionibus cibariis eorum colonos sustineri. ¶ De milio Indico V. *Indicus.*

MILLE, *a thousand*, χίλιοι, nomen numerale centum decies continens: a voce Græca allata: vel a μύριοι, quod tamen diversam habet significationem. Et substantivi, et adjectivi more usurpatur. Substantive in num. singulari est indeclinabile (nec pro eo ponitur, quod Græce χίλιοι dicitur, sed quod χιλιάς: et sicuti una χιλιὰς, et duæ χιλιάδες; ita *unum mille*, et *duo millia*, certa, atque directa ratione dicitur: quæ sunt verba *Gellii* l. 1. c. 16. et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 5.) in plurali declinatur *millia*, *millium*, *millibus*: semper autem genitivum regit. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell. ibid.* Ibi occiditur mille hominum. *Cic. pro Mil.* c. 20. Quo in fundo, propter insanas illas substructiones, facile mille hominum versabatur valentium. *Varr.* apud *Gell. ibid.* et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 5. Plus mille et centum annorum est. *Cic.* 6. *Phil.* c. 5. *extr.* Quis L. Antonio mille nummum ferret expensum? *Id. pro Rabir. Post.* c. 11. *a med.* Mille talentum accessionem esse factam. *Cato* apud *Gell. loc. cit.* Inde est ferme mille passuum. *Plaut. Mil.* 4. 2. 87. Mille annorum perpetuo vivunt. ¶ In sexto casu olim dixere *milli*, quasi *mille*, *is*, declinaretur: vel metri causa. *Lucil.* l. 15. apud *Gell. ibid.* et *Macrob. loc. cit.* Hunc milli passum qui vicerit, atque duobus, &c. et l. 9. Tu milli nummum potes uno quærere centum. *h. e.* potes mille nummis acquirere centum millia. Ubi nota Unum mille. *one thousand.* ¶ In plurali *Cic. Phil.* 14. c. 5. Si quis Hispanorum, aut Thracum mille, aut duo millia occidisset. *one or two thousand. Id. pro Rabir.* c. 8. Decem millia talentum Gabinio esse promissa. *Liv.* l. 10. c. 20. Cæsa ad sex millia hominum: duo millia et quingenti capti. *Justin.* l. 11. c. 9. Cæsa sunt peditum unum et sexaginta millia, equitum decem millia. *Cic. pro Cluent.* c. 32. Quadraginta istorum accessio millium quid valet? *Id.* l. *de nat. Deor.* c. 34. *ad fin.* Sexcenta millia mundorum. *Id. pro Dom.* c. 22. Illa tot virorum fortissimorum millia. *Liv.* l. 34. c. 52. *a med.* Philippei nummi aurei quatuordecim millia, quingenti quatuordecim. (Eodem modo locutus est l. 39. c. 5. Adde *Colum.* l. 5. c. 1.) *Id.* l. 44. c. 14. Binum millium æris singulis missum munus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 75. Ille e concilio multis cum millibus ibat Ad tumulum. *Cic. Verr.* 4. c. 22. Huic hereditas H-S quingentorum millium venerat a muliere quadam. ¶ *Mille passuum* spatium milliarii significat. *a mile. Cic. Attic.* l. 4. ep. 16. *ad fin.* Septa cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur. *Id. pro Sext.* c. 12. *in fin.* Edixit ut ab urbe abesset millia passuum ducenta. ¶ Interdum vox *passuum* omittitur. *Cic. Attic.* lib. 3. ep. 4. Ut mihi ultra quadringenta millia liceret esse. *Sallust. in Jug.* cap. 114. Circiter duum millium intervallo. *Liv.* l. 9. cap. 44. Hostes secutos, duo millia inde, locis munitis et ipsos consedisse. ¶ Cum adjective adhibetur, semper est indeclinabile, et pluralis tantum numeri. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 9. Equites mille via breviore præmissi. *Auct. ad Herenn.* l. 3. *c. pænult.* Mille verborum imagines comparare. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 22. Mille et quingentis passibus abesse. *Horat.* epod. 9. v. 17. bis mille equos. *Id.* l. 2. sat. 3. v. 61. Catienis mille ducentis clamantibus. ¶ Sæpe pro numero indefinito, sed magno ponitur. *Virg.* 4. *Æn.* v. 701. *de Iride.* Mille trahens varios adverso sole colores. *Horat.* l. 3. od. 7. v. 12. Tentat mille vafer modis. *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 104. Cum mea virginitas mille petita procis. Si te vidissem, primus de mille fuisses. ¶ Negat *Gronov.* l. 1. *de pecun. vet.* c. 10. *mille* unquam substantivum esse, aut genitivum per se regere: multisque ea de re disputat. Semper itaque esse adjectivum, et plurale, et indeclinabile: sed neutrum duplex habere, *hæc mille*, et *hæc millia*: priori nos uti, cum hic numerus non exceditur: posteriori, cum plura sunt millia. *Catull.* carm. 5. v. 7. Da mi basia mille, deinde centum: Dein mille altera, dein secunda centum: Dein cum millia multa fecerimus, &c. Cum vero dicimus *mille hominum*, *mille nummum*, ellipsin esse, et intelligi nominativum *multitudo*, *numerus*, *manus*, aut quid simile: et cum ait *Liv.* l. 23. c. 44. *sub fin.* Mille fere passuum inter urbem erant, castraque: subaudiri posse, *mille fere passuum campi erant.* Et in illo *Plauti Mil.* 4. 2. 87. Mille annorum perpetuo vivunt: subaudiendum *tempus*. Et in illo *Lucil.* apud *Gell.* l. 1. c. 16. Ad portam mille est: supplendum *passuum spatium*, vel *intervallum*. Porro integre locutum esse *Virgil.* cum ait *Æn.* 10. v. 167. Sub quo mille manus juvenum. et *Plaut. Mil.* 4. 2. 72. Plus mihi auri mille est modiorum Philippei. et *Valer. Max.* l. 8. c. *ult.* n. 1. *extern.* Senatus, qui mille hominum numero constabat. Similiter cum legimus, *sex millia hominum*, intelligi sine dubio *corpora*: cum *decem millia talentum*, intelligi *pondo*: cum *mille nummum*, intelligi *auri pondere* vel *auro*: cum *tria millia jugerum*, intelligi *spatia*, &c. Hæc sane absurda non sunt, sed alicubi duriuscula. ¶ *Mile*, et *milia* simplici *l* sæpissime scriptum reperitur in veter. codicib. et monum. teste *Pier. ad Virg.* 4. *Georg.* v. 473. et *Broukhus. ad Propert.* lib. 1. el. 5. v. 10. et confirmante *Cellar. in Orthograph.* ex Inscript. apud *Gruter.* p. 835. n. 8. X. milia numum. et pag. 868. n. 11. XC. milia nummorum. Sed et *millia* habet sua præsidia in lapide Ancyrano, et in usu frequenti.

MILLEFOLĬA, æ, f. *milfoil or yarrow*, herba est cubitali scapo, ramosa, minutioribus, quam fœniculi, foliis ab imo vestita. Utilissima habetur sanandis vulneribus: unde et *herba militaris* appellatur. *Plin.* l. 25. c. 5. et lib. 24. c. 18. ¶ *Millefolium*, *ii*, n. apud *eund.* l. 24. c. 15. est caulis tener, similis fœniculo, plurimis foliis: unde et nomen accepit. Nascitur in palustribus, magnifici usus ad vulnera: Græce μυριόφυλλον, myriophyllon. Etruria hoc nomine appellat herbam in pratis tenuem, a lateribus capillamenti modo foliosam, eximii usus ad vulnera. Hæc *Plin.*

MILLEFORMIS. V. *Milliformis.*

MILLENARĬUS, a, um, *of or consisting of a thousand*, *millenary*, mille continens. *Augustin.* l. 30. *de civ. Dei*, c. 7. Millenarius numerus denarii numeri quadratum solidum reddit.

MILLĒNI, æ, a, *a thousand*, χίλιοι, nomen numerale distributivum, quo et extra distributionem Poetæ utuntur. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 4. Atridæ Priami patriam millenum numero navium decumo anno post subegerunt.

MILLEPĔDA, æ, f. *a millepede, sort of woodlouse*, animal e vermibus terræ, ab aliis *centipeda*, et *multipeda* dictum, pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens se: oniscon (ὀνίσκον) Græci vocant, alii tylon (τύλον.) Illam autem, quæ non arcuatur, sepa (σῆπα, a σὴψ, σηπὸς, quod a σήπω, putrefacio.) Græci vocant, alii scolopendram, minorem, perniciosamque. Hæc ex *Plin. c. ult.* l. 29. *Id.* l. 20. c. 2. Folia peponum sanant morsus millepedæ: sepa Græci vocant, oblongam, pilosis pedibus, pecori præcipue nocivam: morsum tumor insequitur, et putrescit locus.

MILLESĬMUS, a, um, *the thousandth*; *millesimal*, χιλιοστὸς, nomen numerale ordinis: a *mille*. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 4. Ex libro Serapionis millesimam partem vix intelligo. *Id. de Fato*, c. 7. Quanquam id millesimo ante anno Apollinis oraculo editum esset. *Pers.* sat. 3. v. 27. an deceat pulmonem rumpere ventis, Stemmate quod Tusco ramum millesime ducis? *h. e.* tu millesimus, nempe DCCCCXCVIIII. ante te majores habens. *Ovid. Heroid.* ep. 13. v. 97. Inter mille rates tua sit millesima puppis. *h. e.* ultima. (Eodem modo locutus est *Senec. in Agam.* v. 455.) *Gell.* l. 14. c. 1. *ad fin.* Præ ceteris, quæ mentiuntur, pars ea non est millesima. *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 33. Usura millesima. *h. e.* qua pro mille nummis unus quot mensibus penditur: quæ pensio mille mensibus sortem æquat, et minimus fenoris modus est. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 67. *Burm.* Habeo decem pondo armillam, ex millesimis Mercurii factam. *h. e.* ex usuris millesimis, vel ex millesima cujuscumque lucri parte, Mercurio vota.

MILLĬARE, is, n. idem ac milliarium: a *mille*. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. Accepi tuas litteras ad quintum milliare Laodiceæ, quas legi libentissime. Ita in aliquibus MSS. legit *Victorius*: Critici reliqui *a. d. quintum Terminalia.*

MILLIARENSIS, e, adject. milliarius, ut Milliarensis porticus, *Vopisc. in Aurelian.* c. 49. Sic dicta vel a mille columnis, quas haberet, vel quod mille passus, vel pedes longa esset. Sic enim varie exponunt Interpretes, qui eodem modo accipiunt et *milliarius porticus*, quæ leguntur *in Sueton. Neron.* c. 31.

MILLIARĬUS, et Miliarius, a, um, *of a thousand, consisting of a thousand, millenary*, χιλιοστὸς, mille continens, millenarius. *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 49. *sub fin.* Decuriæ milliariæ. *Id.* l. 2. *R. R.* c. 10. *sub fin.* Greges ovium milliarios facere. et l. 3. c. 1. *a med.* Milliarius clivus. *h. e.* mille passuum. *Senec.* ep. 110. *a med.* Apri milliarii. *h. e.* mille librarum pondere. *weighing a thousand pounds. Plin.* l. 17. c. 12. *ad fin.* In Africa (fides penes auctores erit) milliarias vocari multas oleas, narrant, a pondere olei, quod ferant annuo proventu. *yielding a thousand pounds of oil every year. Plin. alter* l. 7. ep. 31. Præerat alæ milliariæ. *h. e.* mille militum. Adde *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 482. n. 4. Sic Milliaria cohors, *Veget. de re milit.* l. 2. c. 6. quam *Id. ibid.* habuisse dicit pedites mille centum quinque, equites loricatos centum triginta duos. *Sueton. in Ner.* c. 31. Milliariæ porticus. *h. e.* mille pedum. V. *Milliarensis.* ¶ *Milliarium annorum* apud *Augustin.* l. 20. *de civ. Dei*, c. 7. est mille annorum spatium. Sic *milliarium ævum* apud *Tertullian. de Anim.* c. 31. ¶ *Milliarii, orum, Millenarians*, dicti sunt a *Hieronymo*, et *Augustino* Hæretici, qui inter alia docebant, mille annos post resurrectionem in terreno regno Christi, secundum carnales ventris et libidinis voluptates, futuros, ut ait *Augustin. de Hæresib.* n. 8. Adde lib. 20. *de civ. Dei*, c. 7. et *Hieronym. in præfatione* in lib. 18. *in Esai. a med.* ¶ Græco vocabulo *Chiliasts*, Χιλιασταὶ, sunt appellati. *Augustin. loc. cit.* ¶ *Milliarium* absolute est columella, seu lapis erectus in viis præsertim militaribus, inscriptas habens notas, quibus millia quæque passuum significantur, ut et in *Lapis* dictum est. *a milestone. Cic. in Bruto*, c. 14 Cum plebes prope ripam Anienis ad tertium milliarium consedisset. *Id. Attic.* l. 8. ep. 5. Postea audivi, a tertio milliario multa mala eum dixisse capiti suo. *Sueton. in Ner.* cap. 48. Offerente Phaonte suburbanum suum circa quartum milliarium. *Frontin. de aquæduct.* art. 6. Concipitur Anio vetus supra Tibur, vigesimo milliario extra Portam. et artic. 5. Concipitur Appia via Prænestina inter milliarium septimum et octavum. et artic. 72. Ad septimum ab Urbe milliarium. et artic. 21. Citra quartum milliarium. *et ibid.* intra secundum milliarium. *Vet. Lap. in Mus. Veron.* pag. 241. Imp. Cæs. L. Sept. Severus... et Imp. Cæs. Mar. Aur. Antoninus Pius... miliaria vetustate conlapsa restitui jusserunt. ¶ *Milliarium* dicta fuit columna ab Augusto in capite Romani Fori statuta, in quam desinebant omnes viæ Romam ferentes. *Plin.* l. 3. c. 5. Adde *Sueton. in Oth.* c. 6. et *Tacit.* 1. *Hist.* cap. 27. qui *milliarium aureum* appellant, quia columna illa auro lita erat. [Verum *Marcian. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 154. Mille passus non a milliario urbis, sed a continentibus ædificiis numerandi sunt. Idem probavit multis argumentis, adversus *Mazocchii* sententiam, *Marinius Fratr. Arval.* pag. 8. quem V.] ¶ Videtur et ipsum spatium *milliarium* dici posse, *a mile. Sueton. in Ner.* cap. 31. Fossam incohoabat longitudinis per centum sexaginta milliaria. ¶ Denique milliarium (sæpius *miliarium*, θερμαντὴρ, vas fuit altum et angustum (ut colligitur ex *Pallad. in fi.* l. 5.) sed ingentis capacitatis (unde et nomen) calefaciendæ aquæ in balneo positum, *a caldron*: de quo ita *Pallad.* l. 1. tit. 40. Miliarium vero plumbeum, cui ærea patina subest, inter soliorum spatia forinsecus statuamus, fornace subjecta: ad quod fistula frigidaria dirigatur, et ab hoc ad solium similis magnitudinis fistula procedat, quæ tantum calidæ ducat interius, quantum fistula illi frigidi liquoris intulerit. *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 24. Facere solemus dracones, et miliaria, et complures formas, in quibus ære tenui fistulas struimus, per declive circumdatas, ut sæpe eundem ignem ambiens aqua, per tantum fluat spatii, quantum efficiendo calori sat est. Frigida itaque intrat, effluit calida. *Id. ibid.* l. 4. c. 9. minora miliaria memorat: unde patet, variæ magnitudinis fuisse: *Ulpian.* vero *Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 20. *a med.* etiam argentea, et inter coquinaria vasa recenset. ¶ In trapeto *miliarium* est vas, in quod expressus liquor excipitur: in cujus medio stat ferrea columella, quæ molam sustinet. *Cato R. R.* c. 20. et 22. ¶ De ratione scribendi V. *Mille* in fine.

MILLĬES, *a thousand times; over and over again, times enumerable, very often*, χιλιάκις, mille vicibus: et ponitur etiam pro sæpissime. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 5. Moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quam, &c. *Terent. Eun.* 3. 1. 32. Plus millies audivi. *Plin.* l. 2. c. 23. Quinquies millies. *Valer. Max.* l. 3. c. 7. n. 1. Bis millies. *Vitruv.* l. 1. c. 6. Semel et tricies millies mille. *thirty-one millions.* et *mox*: Ter millies mille. *three millions.*

MILLIFORMIS, e, mille formarum, multiformis. *Prudent. Cathemer.* 9. v. 55. Pulsa pestis lubricorum milliformis dæmonum. *Al. leg. milleformis.*

[* MILLIMŎDUS, a, um, varius, multiplex. *Venant.*

Fortunat. de vita S. Martin. lib. 3. v. 303. Hic ubi millimodas animalis adegerat iras.]

MILLUS, i, m. *a dog's-collar*, collare canum venaticorum, factum ex corio, confixumque clavis ferreis eminentibus, adversus impetum luporum. Scipio Æmilianus ad populum: Vobis, inquit, reique publicæ præsidio eritis, quasi millus cani. Hæc *Festus*. ¶ *Millum, i*, n. quidam leg. in illo *Varron*. l. 2. *R. R.* c. 9. *ad fin*. Ne vulnerentur a bestiis, imponuntur his collaria, quæ vocantur millum idest cingulum, circa collum ex corio firmo, cum clavulis capitatis, quæ intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. Sed plerique al. leg. *melium*, seu *mælium*.

MILO, *et* Milon, onis, m. Μίλων, athleta Crotoniensis. Tantæ fortitudinis fuit, ut taurum in Olympico certamine ictu nudæ dextræ occiderit, et sine fatigatione per stadii spatium supra humeros portaverit, totumque eo die comederit. Huic malum tenenti digitis nemo poterat extorquere. Dum constitisset, nemo eum valebat vestigio educere. In senectute, cum nimia nervorum fiducia arborem in parte media hiantem diducere vellet, brachiis hinc inde constrictis, et deficiente conatu retentus, lupis fuit præda. *Gell.* l. 15. c. 16. *Valer. Max.* l. 9. c. 12. *sub fin. Plin.* l. 7. c. 20. *Ovid. in Ibin*, v. 611. Utque Milon, robur diducere fissile tentes, Nec possis captas inde referre manus.

MILONIĀNUS, a, um, ad Milonem pertinens. *Balb. ad Cicer. post* epist. 7. l. 9. *ad Attic.* Miloniana tempora. *h. e.* quibus T. Annius Milo accusatus est. Unde et oratio a Cicerone pro eo habita, Miloniana dicitur.

MILTĪTES LAPIS, *a kind of blood-stone*, μιλτίτης λίθος, genus lapidis hæmatitæ, colore rubricæ, vel minii, nam μίλτος minium est. *Plin.* l. 36. c. 20. *sub fin.*

MILTOS, i, f. *red earth, red ochre, ruddle*, μίλτος, Græca appellatio coloris ejus, qui Latine *rubrica* dicitur. *Plin.* l. 33. c. 7. Trojanis temporibus rubrica in honore erat. Milton vocant Græci: minium quidam, cinnabari. Ita enim *Harduin.* distinguit. ¶ Alii minium interpretantur apud *Vitruv.* l. 9. c. 3. Signans cera ex milto, quæ esset expertus. *h. e.* miniata cerula, ut ait *Cic. Attic.* l. 15. ep. 14. *extr. red wax.*

MILVA, æ, f. a *milvus*, convicium est in feminam nimis avidam et rapacem. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 75. *Burm.* Suadeo, bonum tuum concoquas, milva.

MILVĀGO, ginis, f. genus piscis, qui et milvus: *the flying fish*, ut quidam putant. *Plin.* l. 32. c. 2. Milvago quoties cernatur extra aquam volitans, tempestates mutari. [† *Isid.* 12. 6. V. *Milvus.*]

MILVĪNUS, a, um, *of or like a kite*, ad milvum pertinens. *Plin.* l. 37. c. 10. *a med.* Milvinæ plumæ. ¶ Refertur ad rapacitatem. *Cic. ad Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. Licinium plagiarium cum suo pullo milvino tributa exigere. *that young extortioner. Plaut. Pseud.* 3. 2. 62. An invenire postulas quenquam coquum, nisi milvinis, aut aquilinis ungulis? *Petron. in fragm. Tragur.* c. 42. *Burm. sub fin.* Mulier, quæ mulier, milvinum genus. *greedy, voracious.* ¶ *Milvina fames* est vehemens orexis et rabida. *a ravenous appetite. Plaut. Men.* 1. 3. 29. Madida quæ mihi apposita in mensam, milvinam suggerant. ¶ *Milvinus pes* apud *Colum.* l. 12. c. 7. nomen est herbæ milvi pedem referentis. *the herb kite's foot.* Fortasse est catanance, quam *Plin.* l. 27. c. 8. tradit, arescentem contrahere se ad speciem unguium milvi exanimati. ¶ *Milvinæ tibiæ* dicuntur, quæ sunt acutissimi soni. *Festus*, et *Solin.* c. 5. (*al.* c. 11.) *a med.* ¶ Scribi potest et *miluinus* quadrisyllabum.

MILVĬUS PONS. V. *Mulvius.*

MILVĬUS, *et* Milvus, *et* Milŭus, i, m. *a kite or glead*, ἰκτῖνος, avis ex genere accipitrum, sed major, rapacissima, et semper famelica. Traditur a solstitiis affici podagra. Hibernis mensibus latet. Videtur artem gubernandi docuisse caudæ flexibus. *Plin.* l. et cap. 10. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 49. Milvo est quoddam bellum quasi naturale cum corvo. ergo alter alterius, ubicumque nactus est, ova frangit. *Horat.* epod. 16. v. 31. juvet ut tigres subsidere cervis, Adulteretur et columba milvio. (de re impossibili.) *Phædr. fab. ult.* l. 1. Columbæ sæpe cum fugissent milvium, Et celeritate pennæ vitassent necem, &c. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 6. v. 34. Vivit edax vultur, ducensque per aera gyros Milvius. *Id.* 2. *Metam.* v. 716. Ut volucris visis rapidissima milvius extis, Flectitur in gyrum, &c. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 13. male ego metuo miluos: mala illa bestia est: ne forte me auferat pullum tuum. *Milŭus* legunt Critici etiam in locis *Phædri*, et *Ovidii* allatis. hanc enim esse veterem, probam, frequentioremque scripturam. ¶ Translate dicitur de homine rapaci atque avido. *Plaut. loc. cit.* ¶ De eo, qui ingentes possessiones habet, proverbiali locutione dicimus, tantum habere, quantum milvi volant. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 37. *Burm.* Trimalchio fundos habet, quam (*h. e.* quantum) milvi volant. *Pers.* sat. 4. v. 26. Dives arat Curibus, quantum non milvus oberret. *Juvenal.* sat. 9. v. 55. tot prædia servas Appula, tot milvos intra tua pascua lassos. ¶ Est etiam piscis hoc nomine, saltu se supra mare attollens, summisque undis discurrens, volanti similis, prædæ causa: quem nonnulli putant esse. *the flying fish.* [† V. *Milvago.*] *Ovid. in Halieut.* v. 95. Hippuri celeres, et nigro tergore milvi. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 50. Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterque Suspectos laqueos, et opertum miluus hamum. ¶ Item signum cæleste, quod vergit ad Ursam majorem, in parte inferiore. Cum terra monstrum mirabile edidisset, quod superiore parte taurus erat, inferiore serpens, Parcarum monitu inclusum statim fuit apud Stygiam paludem, in nigra silva, triplici murorum serie. Inde oraculum fuit, qui flammis viscera ejus monstri adolenda dedisset, eum posse æternos deos vincere. Igitur quando Saturnus a Jove filio ex regno expulsus fuit, Titanas, fratrem scilicet, ac nepotes, in arma adversus Jovem concitavit. In his Briareus facta ex adamante securi taurum interfecit. Flammis exta jam jam daturus erat, cum Jupiter avibus imperavit, ut illa exta raperent. Rapta a milvio fuere. Ita Jupiter Titanas vicit, et milvium immortalitate inter sidera donavit. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 793. *et sequentib.* Nonnulli dicunt, milvium ideo inter stellas fuisse collocatum, quod Jovi elapsum anulum retulerit.

MIMA, æ, f. *a female mimic; an actress*, mulier gesticulatrix. *Cic.* 2. *Phil.* c. 24. Inter quos aperta lectica mima portabatur. Adde *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 56. [¶ Teste *Cledon.* pag. 1863. *Putsch.* in dat. et ablat. plur. habet *mimabus.*]

MIMALLŎNES, um, f. Μιμάλλονες, mulieres sacerdotes Bacchi, al. Bacchæ, Thyades: a Mimante Ioniæ monte, vel a μιμέομαι, imitor, quod Liberum Patrem imitarentur, et ad ejus imitationem cornua ferrent. *Stat.* 4. *Theb.* v. 660. Post exsultantes spolia armentalia portant, Seminecesque lupos, scissasque Mimallones ursas.

MIMALLONĔUS, a, um, ad Mimallones pertinens. *Pers.* sat. 1. v. 99. Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis.

MIMALLŎNIS, idis, f. Baccha, sacerdos Bacchi, patron. fem. a *Mimallones. Ovid.* l. 1. *de art. am.* v. 541. Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis.

MIMARĬUS, a, um, ad mimum pertinens, mimicus, ut *Mimarii scurræ* apud *Capitolin. in Vero*, c. 8.

MIMAS, antis, m. nunc *Cape Stillari*, Μίμας, mons, et prom. Ioniæ prope Colophonem urb. quod contra Chium ins. porrigitur, intus Laodiceam urb. attingit. *Plin.* l. 5. c. 29. *a med.* et *Ovid. Metam.* 2. v. 222. ¶ Item Gigantis nomen, quem Jupiter fulmine percussit. *Horat.* l. 3. od. 4. v. 53. Sed quid Typhoeus, et validus Mimas, &c.

MIMĒSIS, is, f. μίμησις, imitatio morum alienorum, Figura cognata Ironiæ, quando non verba modo, verum etiam vocem, gestumque alicujus imitamur, quod fere deridentes improbantesque facimus. *Quintil.* l. 9. c. 2. *circa med.* sed Græce. Exemplum hujus Figuræ habes apud *Terent. Eun.* 1. 2. 75. et *Virgil. Æn.* 4. v. 376.

MIMĬCE, adverb. *mimically, like a mimic or buffoon*, μιμικῶς. *Catull.* carm. 43. v. 8. Turpe incedere mimice, ac moleste. *Tertull. in Apolog.* c. 46. Mimice philosophi affectant veritatem.

MIMĬCUS, a, um, *of or pertaining to a mimic, mimic, mimical, imitative; apish, wanton*, μιμικός, ad mimum pertinens. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 59. Ne aut scurrilis jocus sit, aut mimicus. *Petron. in Satyr.* c. 94. *extr.* Nec Eumolpus interpellaverat mortem mimicam. *h. e.* fictam, simulatam, ut fit in mimis et comœdiis. *Plin.* l. 7. ep. 29. Res mimicæ et ineptæ.

MIMIIAMBI, *et* Mimiambi, orum, m. *a kind of farces written chiefly in iambic verse*, sunt mimicæ fabulæ, versibus plerumque iambicis conscriptæ. Cn. Mattii, seu Matii Mimiambos laudant *Gell.* l. 10. c. 24. l. 15. c. 25. et lib. 20. c. 9. &c. et *Terentian. Maur. de metr.* pag. 2437. *Putsch.* ¶ Item versus senarii iambici ad similitudinem eorum, quibus mimi utuntur. *Plin.* l. 6. ep. 21. Scripsit mimiambos tenuiter, argute, venuste, atque in hoc genere eloquentissime.

MIMITĬA VETUS, *et* Mimitia frumentaria, duo loca, seu ædificia sunt, quæ a *Sex. Rufo*, et *P. Vict.* ponuntur in Regione nona Urbis Romæ, ad Circum Flaminium. Al. leg. *Minutia*, seu *Minucia*, et portam intelligunt a quodam Minucio sive deo, sive cive R. dictam. V. *Minucia. Lamprid. in Commodo*, c. 16. Herculis signum æneum sudavit in Minutia per plures dies. Ubi *Casaubon.* Veteri, inquit, ut puto. nam alteram *Frumentariæ* cognomine distinguebant. *Apul. de Mundo, ad fin.* Decuriones ad consessum publicum commeabunt: et alius ad Minuciam frumentatum venit, &c. Hæc est *Frumentaria*, quia ibi tesseræ frumentariæ populo distribui solebant a procuratoribus annonæ, ut suspicatur *Lips.* l. 1. *Elect.* c. 8. Quo pertinere videtur *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 402. n. 4. L. Didio Marino Proc. Minuciæ, Proc. alimentorum, &c. Aliter hæc *Guther. de offic. dom. Aug.* l. 3. *c. ult.* ¶ Pro *Mimitia*, aut *Minucia* legitur et *Minicia* in trib. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 54. n. 6. et pag. 381. n. 1. et 3. in quibus habetur *Curator aquarum, et Miniciæ.* Non tamen affirmaverim, eandem rem esse.

[* MIMMŬLUS, i, m. *the herb rattle or lousewort*, herbæ nomen apud *Plin.* lib. 18. c. 28. Herba optima in prato trifolii, proxima graminis, pessima mimmuli, siliquas etiam diras ferentis.]

MIMNERMUS, i. Poeta Græcus septem Sapientibus antiquior, aut æqualis, elegiaco carmine valde concinnus ac suavis, et pentametri versus inventor habitus. *Propert.* l. 1. el. 9. v. 11. Plus in amore valet Mimnermi versus Homero.

MIMOGRĂPHUS, i, m. *a mimographer, composer of mimi, or farces*, μιμογράφος, lascivi, seu ridiculi poematis scriptor, ut fuere Cn. Mattius, Publius, Laberius. *Sueton. de Grammatic. illustr.* c. 18. Circa scenam versatus est, dum mimographos adjuvat.

MIMOLŎGUS, i, m. μιμολόγος, mimographus, mimus. *Jul. Firmic.* l. 8. c. 8. Pantomimos facit, aut mimologos.

MIMŬLA, æ, f. *a little actress*, dimin. a mima. *Cic.* 2. *Phil.* c. 25. Venisti Brundusium in sinum quidem et complexum tuæ mimulæ.

MIMŬLUS, i, m. diminut. parvus mimus. *Arnob.* l. 2. pag. 69. *extr.* Quid pantomimos, quid mimulos, &c.

MIMUS, i, m. *a mimic, buffoon; one who imitated by his gestures what another spoke or sung*, μῖμος, gesticulator, imitator lascivus ac petulans factorum, dictorumque, ac morum alienorum, colligendi risus causa, in scena, vel extra. *Diomed.* l. 3. pag. 488. *Putsch.* Mimus dictus παρὰ τὸ μιμεῖσθαι, quasi solus imitetur, cum et alia poemata idem faciant: sed solus quasi privilegio quodam, quod fuit commune possedit. ¶ Differt ab histrione, qui certæ alicujus personæ, et in scena tantum, et personatus et soccatus (si palliata sit Fabula) imitationem peragit: *mimus* autem etiam extra scenam, et sine larva et soccis (unde et *planipes* dicitur) et quarumlibet personarum acta, et dicta risus causa persequitur. Præterea mimi est propria obscenitas, ut est apud *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 59. *sub fin.* non item histrionum. *Diomed.* l. 3. pag. 487. *Putsch.* Quarta species Fabularum est Planipedis, qui Græce dicitur Mimus quia actores planis pedibus, idest nudis proscenium introirent, non, ut Tragici actores, cum cothurnis, neque, ut Comici, cum soccis: sive quod olim non in suggestu scenæ, sed in plano orchestræ positis instrumentis mimicis actitabant. *Ovid.* l. 1. *de art. aman.* v. 501. Et plaudas, aliquam mimo saltante puellam. ¶ Item ipsum poema, et fabula, qua Mimus aliorum mores imitatur. *a mimical performance, farce.* Differt a comœdia, quia in hac sunt certæ partes seu actus, quibus connexio, et solutio alicujus negotii continetur: in mimo nulla est constitutio fabulæ, nec certus exitus. *Cic. pro Cæl.* c. 27. Mimi ergo est jam exitus, non fabulæ, in quo cum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus, deinde scabilla concrepant, aulæum tollitur. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 497. Quid, si scripsissem mimos obscena jocantes? et vers. 515. Scribere si fas est imitantes turpia mimos. et vers. 518. Quodque libet, mimis scena licere dedit. *Cic. Phil.* 11. c. 6. Commentari mimos. *Sueton. in Calig.* c. 57. Et cum in Laureolo mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinem vomuit, cruore scena abundavit. *Id. in Cæs.* c. 39. Ludis D. Laberius eques R. mimum suum egit. ¶ Sunt quidem in Veterum Mimis, qui hodieque exstant, pulcherrimæ multæ, gravissimæque sententiæ, quia eorum finis erat docere, castigare, mores corrigere. Sed quia illud item studebant, ut delectarent, ejusque rei causa nec verbis, nec gestibus obscenis abstinebant, immo hæc data opera captabant, habiti sunt apud bene moratas urbes nullo in pretio, et alicubi etiam nunquam admissi: quod de Massiliensibus narrat *Valer. Max.* l. 2. c. 6. n. 7. ¶ Celebres Romæ fuere Mimi P. Laberius, P. Syrus, Philistion Nicænus, Cn. Mattius, Lentulus, M. Marullus, &c. de quibus *Voss.* l. 2. *institut. Poeticar.* c. 33. ¶ Translate *mimus* est quodvis ridiculum factum, et quasi fabula risu digna, præsertim quæ ficta tota est, et simulata. *a farce, ridiculous story.* Sic *Sueton. in Calig.* c. 45. *de ficto Caligulæ triumpho.* In hoc quoque mimo præter modum intemperans. *Id. in Oth.* c. 3. *de fictis et ridiculis nuptiis.* Ne pœna acrior mimum omnem divulgaret. *Plin.* l. 7. c. 12. Antiocho regi Artemon in tantum similis fuit, ut Laodice conjux regia, necato jam Antiocho, mimum per eum commendationis, regnique successionis peregerit. *Senec.* ep. 80. *a med.* Nec enim ullo exemplo efficacius exprimitur hic humanæ vitæ mimus, qui nobis partes has, quas male agamus, assignat. et epist. 26. Non timide componor ad illum diem (*mortis*) quo de me judicaturus sum, numquid simulatio fuerit, et mimus, quidquid contra fortunam jactavi verborum contumacium.

MIN, legitur apud *Auson. in monosyllab.* pro minio usurpatum. V. *Al.*

MIN'? hoc est, mihi ne? *Pers.* sat. 1. v. 2. Min' tu istud ais?

MĬNA, æ, f. μνᾶ, libra, nummus, apud Græcos. *an Attic weight, and coin.* Mina Attica continebat stateres viginti quinque, sive, quod idem est, centum Atticas drachmas: eratque major Romana libra drachmis quatuor. Nam hæc nonaginta sex tantum pendebat drachmas. Sed hoc de mina nova intelligi debet, quæ et Solonis mina a quibusdam appellatur. Constat enim, minam Atticam antiquitus fuisse drachmarum tantum septuaginta quinque, quæ, auctis postea a Solone ponderibus, mina vetus appellata est. *Plin.* l. 21. *c. ult. Rhemnius Fannius de ponderibus, et mensur.* sentire videtur, minam Atticam eam esse, quæ constat septuaginta quinque drachmis, quam nos minam veterem vocavimus, alteram vero, quæ centum constat drachmis, minam Græcam vocari. Scripsit enim v. 32. Accipe præterea, parvo quam nomine Graii Minam voci-

tant, nostrique minam dixere priores. Centum hæ sunt drachmæ. quod si modo dempseris illis Quatuor, efficies hanc nostram denique libram: Attica quæ fiet, quartam si dempseris hinc, mna. *idest* si dempseris vigintiquinque drachmas, quæ est quarta pars numeri centenarii. Demptis igitur 25. ex 100. remanent 75. ¶ Quoties autem apud Scriptores minæ mentio occurrit, de mina nova intelligendum est, quæ epitriti proportionem habet ad minorem, seu veterem minam: quemadmodum et talentum majus ad talentum minus, idest quarta parte major est. ¶ *Mina* etiam mensuræ genus est, qua agros metimur, qui et modius dicitur, et actus quadratus. Habet ex omni parte pedes centum viginti. *Varr. de R. R.* l. 1. c. 10. ut quidam leg. nam plerique al. aliter. ¶ *Mina ovis* dicitur, quæ ventre est glabro, ita dicta fortasse, quia minus habet lanæ. *Varr.* l. 2. *de R. R.* c. 2. Pecus ovillum recte sonum est extra luscam, surdam, minam, idest ventre glabro. ¶ Item mamma, quæ lacte deficit. *Festus:* Minam Ælius vocitatam ait mammam alteram lacte deficientem, quasi minorem factam. ¶ Denique *mina* singulari num. *a threat, menace,* pro eo quod pluraliter dicimus *minæ, arum,* usurpata fuit a *Catone,* teste *Festo.*

MINACĬÆ, arum, f. *threats,* minæ, apud Vet. *Plaut. Rud.* 3. 5. 16. Minacias ego istas flocci non facio tuas. Adde *Milit.* 2. 4. 21. et *Trucul.* a. 5. v. 56.

MINACĬTER, adverb. *with threats or menaces, threateningly, in a threatening manner,* ἀπειλητικῶς, cum minis. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 20. Et adversarios minaciter terrere possemus. *Id. Phil.* 5. c. 8. Num putatis, dixisse eum minacius, quam facturum fuisse? *Plin.* l. 8. c. 50. Torrens rapidus pontem minaciter subterfluens.

MINÆ, arum, f. *threats, menaces,* ἀπειλὴ, metus incussio per verba et signa territantia. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 58. Virtutem hominibus instituendo et persuadendo, non minis, et vi, ac metu tradi. *Id. pro Font.* c. 11. *a med.* Eorum minis et terrore commoti esse videremini. *Id. pro Mur.* c. 21. Accusandi terrores et minæ, quibus tu quotidie uti solebas. *Id. pro Cluent.* c. 8. Aliquem clamore ac minis insequi. *Id. pro Quint.* c. 14. *a med.* Minas jactare, pericula intendere, formidines opponere. *Sallust. in Jug.* c. 27. *in fin.* Minas graves nuntiare alicui Senatus verbis. *Tacit. Ann.* 3. c. 36. Probra et minas alicui intendere. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 361. minas et convicia adjicere. *Phædr. in fin.* fab. 6. l. 3. Vanas minas exercere. *Paul. Dig.* lib. 35. tit. 3. leg. 4. Lusorias minas alicui facere. *Hirt. de B. Afric.* c. 91. Nec minis, nec precibus moveri. *Stat.* 1. *Theb.* v. 188. Quas gerit ore minas! quanto premit omnia fastu! *Ovid.* 1. *Amor.* el. 7. v. 46. rigidas minas intonare. ¶ Translate *Flor.* l. 2. c. 8. Ad hæc cælestes minæ territabant, cum humore continuo Cumanus Apollo sudaret. *Propert.* l. 1. el. 17. v. 6. Aspice, quam sævas increpat aura minas. et lib. 3. el. 8. v. 6. stent aere venti, Ponat et in sicco molliter unda minas. *Tibull.* l. 2. el. 6. v. 28. Hibernas minas negligere. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 208. Adversumque minas frigoris arma parat. *h. e.* vestes frigori depellendo. *Id.* 2. *Metam.* v. 857. *de tauro.* Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen. *Virg.* 3. *Georg.* v. 421. *de angue.* Tollentemque minas, et sibila colla tumentem. ¶ De verbis, quibus utuntur bubulci bubus agendis, *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 8. v. 55. Et discam Getici quæ norunt verba juvenci: Adsuetas illis adjiciamque minas. [† V. in *Mino.*] ¶ In singulari num. V. *Mina* in fine. ¶ Sunt etiam *minæ* eminentiæ murorum, pinnæ. *pinnacles, battlements:* a *minando,* h. e. eminendo. *Virg.* 4. *Æn.* v. 88. pendent opera interrupta, minæque Murorum ingentes.

MINANTER, *threateningly,* adverb. idem ac minaciter. *Ovid.* 3. *de art. am.* v. 582. Multaque submisse, multa minanter agant.

MINARRĬO. V. *Minurio.*

MINATĬO, onis, f. *a threatening, menacing, minacity,* ἀπείλησις, minæ vel actus minandi. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 71. Colliguntur a Græcis alia nonnulla, exsecrationes, admirationes, minationes. *Tiro Tullius* apud *Gell.* l. 7. c. 3. Injuriis atque imperiosis minationibus confutare.

MINĀTOR, oris, qui minat, seu agit, ut pecora, armenta, &c. *Tertull.* l. 2. *ad Nation.* c. 3. *ad fin.* Animalia per se moventur, nullo apparente minatore. ¶ Pro eo qui minatur, caret exemplis.

MINATORĬUS, a, um, *threatening, menacing, terrible, minatory. Ammian.* l. 17. c. 7. *extr.* (*al.* c. 16.) Terræ motus sonitu audiuntur minatorio. Al. leg. *minaci.*

MINAX, acis, *threatening, menacing, minacious,* ἀπειλητικὸς, qui frequenter, aut valde minatur. *Cic. pro Font.* c. 12. Indutiomarus iste minax, atque arrogans. *Id. Fam.* 16. ep. 11. Minaces et acerbæ litteræ. *Horat.* l. 1. od. 10. v. 10. Minaci voce terrere. *Sueton. in Calig.* c. 51. Adversus Barbaros minacissimus. *Liv.* l. 4. c. 52. Pestilentia coorta minacior, quam perniciosior. *Val. Flacc.* l. 5. v. 520. vultu gravis ille minaci Jamdudum fremit. *Id.* l. 1. v. 722. furiis iraque minaci terribilis. et lib. 5. v. 260. auguriis monstrisque minacibus urbem territat. *Senec. in Med.* v. 751. Luna fronte minax. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 28. Noctem minacem, et in scelus erupturam fors lenivit. *h. e.* homines noctu seditionem minitantes. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 91. minacia verba. *Id. in Halieut.* v. 44. *de murena.* animos ponit captiva minaces. *Id. Heroid.* ep. 19. v. 85. æquor sævum et minax. *Id.* 1. *Trist.* el. 2. v. 24. aer nubibus minax. *Id. Metam.* 11. v. 37. boves cornu minaci. *Id.* 3. *Amor.* el. 13. v. 15. Et vituli nondum metuenda fronte minaces. *Virg.* 3. *Georg.* v. 77. fluvios tentare minaces. *swollen and dangerous.* Sic *Æn.* 8. v. 668. minax scopulus. *craggy, precipitous.*

MINCIĂDES, æ, m. Virgilius, a Mincio agri Mantuani fluvio. *Juvenc. Presb.* l. 1. v. 10. Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.

MINCĬUS, ii, m. hod. *Mincio,* fluvius Cenomanorum ex lacu Benaco oriens, Mantuam alluens, et in Padum influens. *Virg.* 3. *Georg.* v. 15. *Plin.* l. 2. c. 103.

MINCTĬO, onis, f. *a making water,* actus mingendi. *Veget. de re Veterin.* l. 1. c. 50. et lib. 3. c. 15.

MINCTŪRA, æ, f. minctio. *Veget.* l. 1. *de re Veterin.* c. 33. ubi al. leg. *mictura.*

MINĔO, es, ui, n. 2. *to hang over,* promineo, immineo. *Lucret.* l. 6. v. 561. Ad cælumque magis quanto sunt edita quæque, Inclinata minent in eandem prodita partem.

MINERRĬMUS pro minimus, apud Veteres. *Fest.*

MINERVA, æ, f. Ἀθηναία, Ἀθηνᾶ, dea ingeniorum et disciplinarum præses, alio nomine Pallas. *Arnob.* l. 3. pag. 118. scripsit, alios dixisse, Minervam esse summum ætherem, nonnullos Memoriam, inde nomen Minerva formatum esse, quasi quædam Meminerva. Etymon hoc firmat, quod alii matrem ejus Memoriam faciunt. *Paulus* duo etyma adducit ex *Festo,* his verbis: Minerva dicta, quod bene moneat. Hanc enim Pagani pro Sapientia ponebant. *Cornificius* vero, quod fingatur pingaturque minitans armis, eandem dictam putat. Apud *Cicer.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 24. aliud quoque etymon legas. Sic enim inquit: Minerva, quia minuit, aut quia minatur. ¶ Poetæ fabulantur, natam esse ex cerebro Jovis primi. Jovi febricitanti Vulcanum securi cerebrum percussisse, inde Minervam exiisse. Quo commento significare volunt, litterarum disciplinas humani ingenii non esse inventum, sed ex Jovis cerebro, h. e. ex inexhausto divinæ sapientiæ fonte ad hominum usum esse depromptas. ¶ Hæc prima olei, et lanificii inventrix creditur exstitisse: ob quæ erga humanum genus beneficio divinos honores meruit. Hinc et pro ipso lanificio ponitur. Sapientiæ, ut diximus, et bonarum omnium artium dea habita est. Principem etiam et inventricem belli fuisse ferunt. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 21. ubi cap. 23. Minervæ quinque numerantur: prima, quam Apollinis matrem dicunt: secunda orta Nilo, quam Ægyptii Saitæ colunt: tertia illa, quam Jove generatam supra diximus: quarta Jove (secundo) nata, et Coryphe Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant, et quadrigarum inventricem ferunt: quinta Pallantis (al. Pallenis) quæ patrem dicitur interemisse virginitatem suam violare conantem, cui pinnarum talaria affigunt. Hactenus *Cicero.* Secundum quosdam filia fuit Neptuni, et Tritonidos Africæ paludis. *Sil.* l. 9. v. 297. V. *Alumnus.* ¶ Tibiarum etiam inventrix fuit: sed cum buccas deformiter inflari in fonte conspiceret, abjecit, et Satyris reliquit, ut est apud *Ovid.* 6. *Fast.* v. 697. *et sequent.* ¶ *Pingui,* seu *crassa Minerva aliquid facere* est simplicius, rudius, vel indoctius, *plainly, rudely. Horat.* l. 2. sat. 2. v. 3. Rusticus crassa Minerva. *Colum. in Præfat.* l. 1. *ad fin.* Potest enim nec subtilissima, nec rursum (quod aiunt) pingui Minerva res agrestis administrari. ¶ *Invita Minerva aliquid facere,* idem est, quod repugnante ingenio, vel repugnante natura, *against nature, despite of nature, contrary to the natural bent of one's genius, against the grain. Horat. de art. Poet.* v. 385. Tu nihil invita dices, faciesve Minerva. *Cic.* 1. *Offic.* c. 31. Ex quo magis emergit, quale sit decorum illud, ideo, quia nihil decet invita, ut aiunt, Minerva, idest adversante, et repugnante natura. ¶ *Sus Minervam,* subaudi *docet,* vel *monet,* tritissimum proverbium. V. *Sus.* ¶ *Omnis Minervæ homo,* h. e. valde ingeniosus. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 43. *Burm.* ¶ Metonymice est lanificium, quod ab ea inventum esse dicitur. *spinstry. Virg.* 8. *Æn.* v. 409. tolerare colo vitam, tenuique Minerva. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 32. solæ Minyeides intus, Intempestiva turbantes festa Minerva, Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant. ¶ Minervæ Medicæ, *h. e.* medicinæ, et bonæ valetudinis præsidis, Ἀθηνᾶς Ὑγιείας, ædes fuit Romæ in regione quinta. *Vetus lap.* apud *Reines.* class. 11. n. 81. Cn. Vergilius Epaphroditus magister odorarius a Minerva Medica. et n. 98. P. Lucretius Primigenius flaturarius a M. M. fecit sibi, &c. Adde apud *Gruter.* pag. 1067. n. 3. ¶ Illa duo M. M. possunt etiam legi *Minerva memori,* ut expresse habentur apud *eund.* pag. 81. n. 9. et pag. 1067. n. 4. et apud *Murator.* pag. 53. n. 14. et 15. et pag. 54. n. 1. et 2. et pag. 1981. n. 2. Sunt autem hi Lapides omnes votivi, et fere circa Placentiam inventi.

MINERVAL, alis, n. *a present, or fee, given to a teacher,* δίδακτρον, merces, quæ a discipulis magistris persolvebatur, vel ut *Vossio* placet, gratuitum munusculum, quo aliquis se in discipulum tradens novo commendabat magistro: *entrance-money:* a *Minerva* præside ingeniorum et disciplinarum, cujus imago in scholis poni solebat. *Varr.* l. 3. *de R. R.* c. 2. Quin simul ac promiseris Minerval, incipiam, inquit. Adde *Tertull. de Idol.* c. 10. ubi quidam leg. *Minervale* in recto casu.

MINERVĀLIS, e, ad Minervam pertinens. *Tertull. de Spectac.* c. 11. *in fin.* Minervales artes. [*Hieronym. ad Ephes.* c. 6. Et quod virgo, vel vidua, vel pauper obtulerat, hoc calendariam strenam et Saturnalitiam sportulam, et Minervale munus grammaticus et orator aut in sumptus domesticos, aut in templi stipes, aut in sordida scorta convertit.] ¶ *Minervalia, um,* festa Minervæ. *Sergius in Donati* edit. 2. pag. 1846. *Putsch.*

MINERVĬUS, a, um, adject. ad Minervam pertinens. Hinc Athenienses *Minervii* dicuntur, quod Athenis Minervæ templum fuit, ejusque artes mire colebantur, *Arnob.* l. 5. pag. 175. Et *Minervium* dictum fuit ipsum templum, *Id.* l. 6. pag. 193. *Fest.* quoque in *Axamenta* docet, versus in honorem Minervæ compositos *Minervios* appellari. Denique *Minervium nomen* apud *eund. Arnob.* l. 4. pag. 137. est ipsum Minervæ nomen.

MINGO, is, inxi, ictum, a. 3. *to make water,* urinam facio, meio, οὐρέω. *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 38. in me veniant mictum atque cacatum. *Id. de art. Poet.* v. 471. Minxerit in patrios cineres. *Martial.* l. 3. epigr. 78. Minxisti currente semel, Pauline, carina, Meiere vis iterum. jam Palinurus eris. *C. Titius* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 12. Judex testes poscit: ipsus it mictum. Al. leg. *minctum.* ¶ Hactenus in præteritis tantum: in aliis enim modis barbarum quidam esse voluerunt, et *meio* pro eo usurpari. quod præcipue probat locus *Martial.* allatus: item composita, *circummingo, commingo, permingo,* quæ in præterito solum ab *Horat. Catull.* et *Petron.* adhibentur. Habent tamen posterioris ævi Scriptores. *Vopisc. in Bonoso,* c. 14. *extr.* Ut quantum bibisset, tantum mingeret. *Ammian.* l. 23. c. 6. *post med.* (*al.* c. 30.) Nec stando mingens. Adde *Veget. de re Veterin.* l. 3. c. 12. et 15. Quin et *Celsum* ipsum, cujus verba sunt l. 4. c. 20. *ad fin.* At cum urina super potionum modum mingitur, et jam sine dolore profluens maciem et periculum facit. Verum in Edit. Florent. 1478. quæ princeps habetur, et in Pantiniana apud Oporinum 1552. et R. Constantini apud Rovill. 1566. quas consului, ita legitur: At cum urina super potionum modum, etiam sine dolore profluens, &c.

MINIACĔUS, a, um, adject. *of vermilion, minious,* μιλτώδης, qui est ex minio. *Vitruv.* l. 7. c. 9. Expolitionem miniaceam suum colorem retinere. *Id. ibid.* c. 4. *a med.* Miniacei cunei. Legitur et *miniacius.*

MINIĀNUS JUPITER dictus est, cujus statua minio illita erat. *Cic. Fam.* 9. ep. 16. *ad fin.* V. *Minio,* et *Minium.*

MINIARĬUS, a, um, ad minium pertinens, ut Miniarium metallum, apud *Plin.* l. 33. c. 7. Absolute *Id. ibid. ad fin.* Sisaponensibus autem miniariis suæ venæ arena sine argento excoquitur auri modo. [† *h. e.* fodinis.] *places where vermilion is dug.*

MINIATŬLUS, a, um, dimin. a miniatus. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 11. Cerulas enim tuas miniatulas illas pertimescebam. V. *Miniatus.*

MINIĀTUS, a, um, *red, of the colour of vermilion,* minio tinctus, ruber. *Plin.* l. 10. c. 42. *de psittaco.* India hanc avem mittit, viridem toto corpore, torque tantum miniato in vertice distinctam. ¶ Hinc cera miniata, vel miniatula, erat cera rubra, qua notabant, quæ minus probarent, et corrigi vellent. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 14. *extr.* Quæ quidem, vereor, ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ sint. *to me marked as faulty.*

MINICĬA. V. *Mimitia.*

MINICULARĬUS. V. *Minuscularius.*

MINICULĀTOR, oris, m. qui minium inducit. legitur ab *Accurs.* apud *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 1. leg. 7. ubi alii fere omnes *nomenculator.*

MINĬME, *least of all, least,* ἐλάχιστα, minimum, minus quam ceteri: et non tam ad negandum, quam ad maxime minuendum pertinet. continet enim comparationem. *Virg.* 6. *Æn.* v. 96. via prima salutis, Quod minime reris, Graia pandetur ab urbe. *Cic. de clar. Orat.* c. 57. Mihi placebat Pomponius maxime, vel dicam, minime displicebat. *Id.* 14. *Fam.* ep. 13. Quod in miserrimis rebus minime miserum putabis, id facies. *Id.* 3. *de Orat.* c. 79. Est id quidem in totam orationem confundendum, nec minime in extremam. *Sallust. in Catil.* c. 50. *a med.* In maxuma fortuna minuma licentia est: neque studere, neque odisse, sed minume irasci decet. *but least of all,* &c. *Terent. Eun.* 2. 3. 39. Illum, liquet mihi dejerare, his mensibus sex septem prorsum non vidisse proximis, nisi nunc, cum minime vellem, minimeque opus. *least. Senec.* l. 1. *de benef.* c. 2. Nullius rei, minime beneficiorum, honesta largitio est. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 3. Cum minime videbamur, tum maxime philosophabamur. *Id. in Orat.* c. 66. Nihil tam debet esse numerosum, quam hoc, quod minime apparet, et valet plurimum. ¶ Cum genitivo *omnium. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 34. Ad te minime omnium pertinebat. ¶ Pro minimum, saltem, *at least, at all events.* [*Cels.* l. 2. c. 8. Is morbus erit longissimus, minimeque annuus. Ita habetit editio 2ª. *Leon. Targæ,* et sic legitur in Codd. MSS. et editionibus antiquis, excepta Lindeniana et Constantiniana in margine.] *Colum.* l. 1. c. 6. Lata bubilia esse oportebit pedes decem, vel minime novem. *at least nine.*

et lib. 5. c. 9. *a med.* Sed id minime bis anno arari debet. *Id. de arborib.* c. 16. *a med.* Patiere minime duobus mensibus eum tempestatibus verberari. ¶ Sæpe ad negandum pertinet, et majorem habet vim, quam non, nequaquam. *not in the least, not at all, in no wise, by no means.* *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 10. Aer, qui natura est maxime frigidus, minime est expers caloris. *Id.* 15. *Fam.* ep. 1. *ad fin.* Homo minime ambitiosus, minime in rogando molestus. *Terent. Heaut.* 5. 2. 14. Minime miror, Clinia hanc si deperit. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 115. Etiam ne unguentis ungendam censes? *Sca.* minime feceris. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 1. Minime ad eos mercatores sæpe commeant. *Cic.* 7. *Verr.* c. 34. In hac quadriremi, propter honorem et gratiam Cleomenis, minime multi remiges et milites deerant. ¶ Additur interdum genitivus *gentium*, quod vim addit negationi. *Paul.* apud *Fest.* dici putat pro eo, quod est, omnium gentium judicio minime esse faciendum. *Terent. Eun.* 4. 1. 10. Heus, inquit, puer, Pamphilam arcesse : illa exclamat, minime gentium. Adde *Adelph.* 3. 2. 44. ¶ In responsionibus, *certainly not, not at all, no.* *Sallust. in Catil.* c. 52. Placet igitur eos dimitti, et augeri exercitum Catilinæ? minime. *Terent. Phorm.* 5. 8. 44. Merito hoc meo videtur factum? *Do.* minime gentium. *Id. Hec.* 5. 3. 16. Sed cessas? *Par.* minime equidem. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 6. An tu hæc non credis? *A.* minime vero. *surely not.* *Id. Attic.* l. 8. ep. 9. Num igitur peccamus? minime vos quidem. *Plaut. Trinum.* 3. 3. 21. Ut ego adolescenti thesaurum indicem indomito, pleno amoris ac lasciviæ? minime minime hercle vero. *upon no account whatsoever; no, not for the world.*

MINIMOPĔRE, adverb. ut maximopere. *Licin.* apud *Priscian.* Non minimopere milites quietes volebant esse. Ita Lexicographi : sed legendum *non minimo opere*, ut *Priscian.* refert l. 6. pag. 704. *Putsch.* h. e. magnopere volebant.

MINĬMUS, a, um, *least of all, the least or smallest*, ἐλάχιστος, is, quo minor nemo est alius : superlat. anom. positivi *parvus* : a *minor*. *Cic.* 1. *Acad.* c. 7. Cum sit nihil omnino in rerum natura minimum, quod dividi nequeat. *Id.* 1. *de Orat.* c. 37. Minimæ tenuissimæque res. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 8. Vadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat. *where the river was the shallowest.* *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 70. Minima pars temporis. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 68. vitiis nemo sine nascitur : optimus ille est, Qui minimis urgetur. *Plaut. Rud.* 3. 4. 15. et *Plin.* l. 11. c. 45. Minimus digitus. *the little finger.* *Cic.* 2. *de Orat.* c. 14. Minimus natu horum omnium Timæus. *h. e.* post hos omnes natus, recentior. *Id. pro Cluent.* c. 38. Ex his omnibus natu minimus P. Saturius. *the youngest.* *Senec. in Hippol.* v. 201. *de Cupidine.* Regnumque tantum minimus e Superis habet. *Est qui leg.* in superis. *Justin.* l. 42. *c. ult.* Obsidem Cæsari minimum filium Phrahatis ferens. *Plaut. Aulul.* 2. 8. 14. Quam minimo sumptu filiam ut nuptum darem. *with as little cost as possible.* et *Epid.* 2. 2. 110. Quanti emi potest minimo? (*h. e.* pretio) *Epid.* ad quadraginta fortasse eam posse emi minimo minas. *Id. Pseud.* 1. 3. 35. Aliquem minimi facere. *Id. Men.* 3. 2. 23. Homo pessime, et nequissime, flagitium hominis, subdole, ac minimi pretii. *Plin.* l. 11. c. 2. Rerum natura nusquam magis, quam in minimis, tota est. ¶ Cum ablativo. *Colum.* l. 8. c. 3. Tres exstruuntur cellæ, &c. detur unus omnino aditus cellæ mediæ, quæ ipsa tribus minima esse debet. ¶ *Minima de malis*, proverb. e duobus malis minus eligendum : e multis malis minimum. *Cic.* 3. *Offic.* c. 29. ¶ Absolute *Id. de Amic.* c. 13. Ut quisque minimum firmitatis habeat, minimumque virium, ita amicitias appetere maxime. *by how much the less*, &c. *Colum.* l. 11. c. 3. *ante med.* Stercus asini minimum herbarum creat. *very little herbage.* *Cic.* l. 1. *Fam.* ep. 9. *ante med.* Præmia apud me minimum valent. *very little indeed.* *Plin.* l. 3. ep. 5. Post solem frigida lavabatur : deinde gustabat, dormiebatque minimum. *a little.* *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 72. Minimum distare. *et in fin.* od. 8. l. 1. Quam minimum credulus. *as little as possible.* *Nep. in Dion.* c. 1. Habuit magnam corporis dignitatem, quæ non minimum commendat. *not a little.* *Plin.* l. 18. c. 16. *a med.* Medica secatur sexies per annos : cum minimum, quater. *at the very least.* ¶ *Minimum* pro saltem. *at least, at all events.* *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *circa med.* Ita fiunt omnes partes minimum octoginta et una. et lib. 3. c. 3. Harum singula genera minimum in binas species dividi possunt. *Cels.* l. 2. c. 8. *ad fin.* Morbus erit longissimus, minimumque annuus. ¶ Superlativum *minimissimus* habet *Arnob.* l. 5. pag. 160. et 166. digitorum minimissimus. Sic Græci a superlat. ἐλάχιστος formant comparat. ἐλαχιστότερος. ¶ *Minumus* antiquiores dixere.

MINĬO, onis, m. hod. *Mugnone*, fluvius Etruriæ parvus. *Virg.* 10. *Æn.* v. 183. Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in arvis.

MINĬO, as, a. 1. *to tinge with vermilion, paint red*, μιλτόω, minio tingo. *Plin.* l. 33. c. 7. A Censoribus in primis Jovem miniandum locari. *Id.* l. 35. c. 12. Fictilem Jovem fuisse, ideoque miniari solitum.

MINISCĬTUR pro reminiscitur, antiquitus dicebatur. *Festus.*

MINISTER, tri, m. *a servant, attendant*, ὑπηρέτης, homo liber, aut servus, qui alteri inservit, famulus, administer. Quidam volunt esse a *manus*, *a* in *i* verso, ut in *cominus, eminus.* *Cels.* l. 7. c. 16. Minister oras vulneris leniter diducere debet : medicus intestina condere. *Petron. in Satyr.* c. 123. non arma ministris, Non regimen prodest. *h. e.* nautis. *Virg.* 1. *Æn.* v. 707. Quinquaginta intus famulæ, totidemque pares ætate ministri. *Valer. Flacc. in fin.* l. 5. et *Martial.* l. 12. epigr. 15. Minister Phrygius. *h. e.* Ganymedes pincerna Jovis. *Catull.* carm. 27. *ad puer.* Minister veteris puer Falerni, Inger mi calices amariores. *h. e.* servus a cyatho. *a cupbearer.* V. *Ministrator.* ¶ Sæpe dicitur de eo, qui in sacris inservit. *Virg.* 3. *Georg.* v. 486. medio stans hostia ad aras, Inter cunctantes cecidit moribunda ministros. *attendants.* *Cic. pro Cluent.* c. 15. Martiales quidam Larini appellabantur, ministri publici Martis. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 319. Nominis esse potes succinctus causa minister, Hostia cælitibus quo feriente cadit. *Stat.* l. 3. silv. 1. v. 86. *ministrum* dixit in genit. multitud. ¶ De iis, qui summo magistratui inserviunt in administranda republica, *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 3. Est circumspiciendum diligenter, ut in hac custodia provinciæ non te unum, sed omnes ministros imperii tui, sociis et civibus et reipubl. præstare videare. *h. e.* legatos, quæstores, accensos, lictores, &c. *Justin.* l. 6. c. 1. Minister regni. *Sallust. in Jug.* c. 29. Iidem illi ministri regis interpellando, interdum jurgiis trahendo tempus atrocitatem facti leniebant. *h. e.* cives R. pecunia regis corrupti. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Orat.* c. 45. Apud Græcos infimi homines, mercedula adducti, ministros se præbent in judiciis oratoribus, ii, qui apud illos πραγματικοὶ vocantur. *Id. pro Cluent.* c. 53. Legum ministri, magistratus : legum interpretes, judices. *Id.* 1. *Fam.* ep. 9. *ante med.* Neque respublica consules haberet, sed mercatores provinciarum, et seditionum servos ac ministros. *fomenters.* et *Verr.* 5. c. 8. *in fin.* Ministri ac satellites cupiditatum. *panders.* *Lucret.* l. 3. v. 61. socios scelerum, atque ministros. *aiders, abettors, accomplices.* *Cic. de Amic.* c. 10. Ministri libidinis, aut adjutores ad injuriam. *tools.* *Id. pro Cluent.* c. 22. Ministrum esse in maleficio. *Plin.* l. 6. ep. 9. Ego precum tuarum minister, adjutor, particeps ero. *the bearer, reporter.* *Virg. Æn.* 2. v. 100. Nec requievit enim, donec Calchante ministro, &c. *h. e.* opera Calchantis. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 99. Minister sermonum. *a mediator, manager, intercessour.* *Vellei.* l. 2. c. 129. Consiliorum suorum ministro et adjutore usus Druso filio suo. *a helper, assistant, associate.* *Horat.* l. 4. od. 4. v. 1. Ales minister fulminis. *h. e.* aquila. ¶ De rebus inanimis : et usurpatur etiam adjective. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 4. Sit annulus tuus non minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ. *Ovid. in Ibin*, v. 261. trepidusque ministro Prætentes baculo, luminis orbus, iter. *Lucret.* l. 5. v. 298. tædæ, ardore ministro, suppeditant novum lumen. *Ovid. Heroid. ep. ult.* v. 114. Lumina propositi facta ministra tui.

MINISTERĬUM, ii, n. *service, attendance, office, ministry*, ὑπηρεσία, opera et munus ministri, et famuli. *Senec.* 3. *de benef.* c. 18. Sunt qui ita distinguant : quædam beneficia esse, quædam officia, quædam ministeria : beneficium esse, quod alienus det. officium esse filii, uxoris, &c. ministerium esse servi, quem conditio sua eo loco posuit, ut nihil eorum, quæ præstat, imputet superiori. *Id.* epist. 47. *a med.* Servos non ministeriis æstimabo, sed moribus. *Justin.* l. 2. c. 13. Carere omni servorum ministerio. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 6. Verna ministeriis ad nutus aptus heriles. *Justin.* l. 32. c. 3. *extr.* Ministerium facere alicui. *to serve.* Sic *Paul. Dig.* lib. 13. tit. 5. leg. 15. præstare cuipiam. et *Ulpian.* lib. 47. tit. 2. leg. 51. *a med.* atque adjutorium ad surripiendas res præbere. et *Papinian.* lib. 50. tit. 1. leg. 17. exhibere. *Plin.* l. 8. c. 18. Cameli jumentorum ministeriis dorso funguntur. *Id.* l. 10. c. 71. Ministerium pedum. ¶ Universim est opera, munus, officium quodcumque. *Justin.* l. 31. c. 5. Ministerium consilii sui offerre. *Sueton. in Calig.* c. 2. Obiit fraude Tiberii, ministerio et opera Pisonis. *agency, instrumentality.* *Plin.* l. 16. c. 43. Sunt vero et parvi usus fabrilium ministeriorum insignes. *works.* *Ovid.* 11. *Metam.* v. 624. Somne, quies rerum, qui corda diurnis Fessa ministeriis mulces. *labours.* *Petron. in Satyr.* c. 108. Gubernatore, relicturum se navis ministerium, denuntiante. *the management, steerage.* *Sallust. in fragm.* apud *Priscian.* l. 9. pag. 863. *Putsch.* Implicatæ rates ministeria prohibent. *Cels.* l. 8. c. 4. In eo ministerio, quod utilitatis causa posteris traditur. *h. e.* arte medendi. *Petron. in Satyr.* c. 118. Ministeriis forensibus exercitati. *Virg.* 6. *Æn.* v. 222. pars ingenti subiere feretro Triste ministerium. *a sad office.* ¶ De publicis muneribus, et officiis, *Virg. Æn.* 7. v. 618. Abstinuit tactu pater (*Latinus rex*) aversusque refugit Fœda ministeria. *h. e.* aperiendi Jani, bellique indicendi. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 48. Quirinius impiger militiæ, et acribus ministeriis consulatum adeptus. et lib. 2. c. 78. Haud ignavus ad ministeria belli juvenis. *Id.* 1. *Hist.* c. 58. Ministeria principatus per libertos agi solita, in equites R. disponit. *Vellei.* l. 2. c. 38. Cyprus ministerio Catonis facta provincia est. *Vellei.* l. 2. c. 116. In Germania, Illyrico, Africa splendidissimis defunctus ministeriis. *most honourable services.* ¶ Interdum sumitur pro ministris, sicut *servitium* pro servis. *Plin.* l. 12. c. 1. *a med.* Quindecim convivarum, ac ministerii capax triclinium. *Plin. alter* l. 10. ep. 36. Ex his (*ministerii litibus*) sicut inveneram, in ministerio ejus relinquendos existimavi. *amongst his attendants; in his suit.* *Marcell. Dig.* lib. 32. leg. 67. P. Mævio omnes juvenes, quos in ministerio habeo, dari volo. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 27. Ministeria magistratibus et sacerdotibus conscribere. *h. e.* lictores, viatores, præcones, calatores, &c. et lib. 2. *Hist.* c. 59. Circumdare Principi ministeria. *to form his suit.* *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 41. Aulicum ministerium in id contraxit, ut essent tot homines in singulis officiis, quot necessitas postularet. ¶ Interdum pro vasis escariis, et potoriis, quibus in mensa ministratur. *a service, order of dishes.* *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 34. Ducentarum librarum argenti pondus ministerium ejus nunquam transiit. *Paul. sentent.* l. 3. tit. 7. *ad fin.* Vasis argenteis legatis continentur tam potoria, quam escaria : item ministeria debebuntur, veluti urceoli, patinæ, lances, calices, scyphi, trullæ, &c.

MINISTRA, æ, f. *a female servant or attendant; a maid-servant, handmaid*, θεράπαινα, ὑπηρέτις, famula, administra. *Ovid.* 3. *de art. am.* v. 370. Accipiat missas apta ministra notas. ¶ De inservientibus in sacris. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 47. Ara deæ certe tremuit, pariente ministra. *h. e.* Silvia Vestali. Adde lib. 6. v. 283. et 441. Et de antiquis Christianorum Diaconissis, *Plin.* l. 10. ep. 98. *a med.* Quo magis necessarium credidi, ex duabus ancillis, quæ ministra dicebantur, quid esset veri, et per tormenta quærere. V. si lubet *Cod. Justin.* lib. 1. tit. 3. leg. 20. ¶ De administris in publicis muneribus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 655. At circum lectæ comites Larinaque virgo, Tullaque, et æratam quatiens Tarpeia securem, Italides : quas ipsa decus sibi dia Camilla Delegit, pacisque bonas, bellique ministras. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Fin.* c. 12. Virtutes voluptatum satellites, et ministras esse voluisti. *the handmaids.* *Id.* 1. *de Orat.* c. 17. Artes comites et ministræ oratoris. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 31. Res familiaris ministra et famula corporis. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. Quam aptas, quamque multarum artium ministras manus natura homini dedit! *Id. pro Cæl.* c. 21. Huic facinori tanto tua mens liberalis, conscia ; tua domus popularis, ministra ; tua denique hospitalis illa Venus adjutrix esse non debuit. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 7. v. 2. Littera, sermonis fida ministra mei. *Id.* 1. *Amor.* el. 7. v. 27. manus cædis scelerumque ministræ. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 13. Cohors exterior, crebro operta stramentis, ac palea, occulcata pedibus pecudum, fit ministra fundo, ex ea quod evehatur. *h. e.* fimum stercorando suppeditat. *Justin.* c. 1. l. 17. Filium suum perosus, ministra Arsinoe noverca, veneno interfecit. *by means of, through the medium of.*

MINISTRATĬO, onis, f. actus ministrandi. *Vitruv.* l. 6. c. 9. Torcular proximum sit culinæ. Ita enim ad olearios fructus commoda erit ministratio.

MINISTRĀTOR, oris, m. *a servant, attendant*, idem quod minister. *Senec.* ep. 95. *ante med.* Transeo pistorum turbam, transeo ministratorum, per quos, signo dato, ad inferendam cœnam discurritur. *Sueton. in Vitell. c. ult.* Alterum femur subdebile, impulsu olim quadrigæ, cum auriganti Caio ministratorem exhiberet. *Petron. in Satyr.* c. 31. Vinum dominicum ministratoris gratia est. *of a butler*, vel *cupbearer.* Hoc sensu *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 601. n. 5. Paris Imp. Domitiani ser. ministrator. *Minister* dicitur ab *Horat.* l. 1. *od. ult.* *Catull.* *Val. Flacc.* et *Martial.* V. Minister. *Inscript.* apud *Fabrett.* c. 16. n. 114. Cælo æterno, Terræ matri, Mercurio ministratori sacrum, &c. ¶ Speciatim dicitur de eo, qui oratori adest in causis, et subservit, ut patronus, advocatus, jurisperitus : de quibus *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 45. et 59. *ad fin.* verba facit. *Id. ibid.* l. 2. c. 75. *a med.* Cum te ipsum, Sulpici, objurgabam, quod ministratorem peteres, non adversarium. *Id. pro Flacc.* c. 22. Cum quidem hic mihi Mæandrius quasi ministrator aderat, subjiciens, quid in suos cives civitatemque, si vellem, dicerem.

MINISTRATORĬUS, a, um, *ministratory*, ὑπηρετικός, ad ministrationem pertinens, ut Ministratorii urceoli, *in lemmate* epigram. 105. l. 14. apud *Martial.* V. locum *Pauli JCti* in fine vocis *Ministerium.*

MINISTRĀTRIX, icis, f. idem quod ministra. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 17. Sed ut omnes comites ac ministratrices oratoris esse diceres. Ita legit *Non.* c. 2. n. 567. Alii *ministras.*

MINISTRĀTUS, a, um, *ministered, administered, served up, furnished*, ministrando præbitus. *Senec. de tranquill.* c. 1. Placet cibus non ante multos imperatus dies, nec multorum manibus ministratus.

MINISTRO, as, avi, atum, a. 1. *to serve, attend, wait upon, minister, serve up*, ὑπηρετέω, ministerium exhibeo, inservio, serviendo præbeo, porrigo : et sæpe de iis dicitur, qui convivis inserviunt. *Cic.* ep. 14. l. 16. *Fam.* Acastum retine, quo commodius tibi ministretur. *Plaut. Stich.* 5. 4. 7. Nosmet inter nos ministremus. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 33. Vasa auro solida ministrandis cibis facere. *Cic. in Pison.* c. 27. *ad fin.* Exstructa mensa multa carne subrancida : servi sordidati ministrant, &c. Græci stipati, quini in lectulis : ipse solus, bibiturus quæ eodem de solio ministrentur. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 40. Ganymedes pocula ministrans. *Id.* 5. *Verr.* c. 44. Cum in eis conviviis symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 48. Ministrare alicui fictilibus. *to set before him at table vessels of earthen ware.* *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 116. Cœna ministratur

pueris tribus. *Ovid. Heroid.* epist. 20. v. 133. ministrare jussa medicorum. *h. e.* capessere, exsequi, *to execute.* ¶ Passive, serviri, *to be waited upon. Colum. in fin.* c. 1. l. 12. Si quis ex familia cœperit adversa valetudine affici, videndum erit, ut is quam commodissime ministretur. *Plaut. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 541. Boni ministrantur, illum nunc irrident mali. Al. hic aliter leg. *Senec.* dixit *de tranquill.* c. 9. Paucioribus servis serviri. ¶ Sæpissime ponitur pro præbere, dare, suppeditare, *to supply, give, furnish, afford. Varr.* l. 3. *R. R.* c. 17. Ministrare victum alicui. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 76. nova semina bello. et lib. 4. c. 12. viros et arma alicui. *Virg.* 9. *Æn.* v. 764. Juno vires animumque ministrat. *Cic. in Pison.* c. 11. *extr.* Ardentes faces furiis Clodianis pæne ipse consul ministrabas. *Virg.* 1. *Æn.* v. 154. furor arma ministrat. et vers. 207. Litore ahena locant alii, flammasque ministrant. *h. e.* subjiciunt. *Val. Flacc.* l. 6. v. 216. Equus captiva terga ministrat. *h. e.* præbet insidenda hosti, a quo suus dominus occisus est. *Tibull.* l. 2. el. 2. v. 21. Ministrare prolem. *h. e.* donare, concedere. ¶ *Ministrare velis* de gubernatore navis. *Virg.* 6. *Æn.* v. 372. Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat. Ubi *Servius:* aut per vela; et est septimus: aut velis obsequitur; et est davitus. Sic lib. 10. v. 218. Ipse sedens clavumque regit, velisque ministrat. *Ministrare navem velis* est agere, regere, *to steer a vessel. Tacit. de mor. German.* c. 44. Naves nec velis ministrantur, nec remos in ordinem lateribus adjungunt. (*Lips.* mallet *ministrant*, ut esset Virgiliano simile.) *Val. Flacc.* l. 3. v. 38. ipse ratem vento, stellisque ministrat. Ex hoc loco prior *Servii* interpretatio firmatur. Eodem modo de auriga *Stat.* l. 7. *Theb.* v. 752. Ipse sedens telis, pariterque ministrat habenis. ¶ De rebus inanimis. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 31. Sarmentum colibus succum ministrat. et lib. 3. c. 17. Lympha aquam piscinis ministrat. *Virg.* 2. *Georg.* v. 431. tædas silva alta ministrat. et lib. 4. v. 146. ministrantem platanum potantibus umbras. *Horat.* l. 1. ep. 15. v. 20. vinum verba ministrat. *Propert.* l. 2. el. 18. v. 35. Aspice, uti cælo modo sol, modo luna ministret. *h. e.* lumen afferat. et lib. 3. el. 14. v. 15. Luna ministrat equis: demonstrant astra salebras. *h. e.* inservit equis euntibus, prælucendo. Al. pro *equis* leg. *iter.* ¶ Pro administrare, gerere, *Horat. de ar. Poet.* v. 171. *de sene.* res omnes timide, gelideque ministrat.

MINITABILĬTER, adverb. idem ac minaciter, apud Vet. *Pacuv.* apud *Non.* cap. 2. n. 546. Minitabiliterque increpare dictis sævis incipit. Adde *Accium ibid.*

MINITABUNDUS, a, um, *threatening greatly*, valde minans, plenus minarum. *Liv.* lib. 39. c. 41. Tum quoque minitabundus petebat. Adde lib. 2. c. 13. *a med.*

MINITĬA. V. *Minutia.*

MINĬTO, as, a. 1. idem ac minitor. *Plaut. Capt.* 3. 5. 85. Quæ minitas mihi. *Id. in fragm.* apud *Non.* cap. 7. num. 51. Quid minitabas te facturum, si istas pepulissem fores? *Næv. ibid.* Etiam minitas?

MINĬTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to threaten often or much, menace*, ἀπειλέω, sæpe, aut valde minor. *Cic.* 6. *Phil.* c. 4. Dicitur mortem fratri esse minitatus. *Id. Phil.* 11. *c. pænult.* et *Phil.* 13. *cap. ult.* Huic urbi ferro ignique minitantur. *Al. utroque loco* (ut et *Catil.* 2. cap. 1.) *leg.* ignem ferrumque. *Sallust. in Catil.* c. 49. *a med.* Ut egredienti ex Senatu Cæsari gladio minitarentur. *Plaut. Curcul.* 4. 4. 15. Mihin' malum minitare? *Cap.* atque edepol non minitabor, sed dabo. *Id. Bacch.* 4. 6. 16. Etiam ne, carnifex, minitare? *Ovid.* 2. *Metam.* v. 199. *de scorpio.* Vulnera curvata minitantem cuspide vidit. *Plaut. Amph.* 3. 4. 3. Minitari alicui, ni, &c. ¶ Cum infinito præsentis *Terent. Hecyr.* 3. 4. 13. Quod nunc minitare facere. *h. e.* affirmas te facturum: et de promissione rei malæ dicitur. ¶ Et cum futuro *Plaut. Asin.* 3. 3. 21. Cur ergo minitaris tibi te vitam esse amissurum? ¶ *Minitarier* paragoge pro *minitari* est apud *Plaut. Amph.* 3. 4. 3. *Bacch.* 1. 2. 44. &c.

MINĬUM, ii, n. *vermilion, red lead, minium; sinople, ruddle*, μίλτος, genus coloris nativi laudatissimi, qui in argenti fodinis invenitur. Arena est, quæ cocci colorem habet: ea teritur, dein lavatur farina: et quod subsidit, iterum lavatur. Differentia artis est, quod alii minium faciunt prima lotura: apud alios id est dilutius, sequentis autem loturæ optimum. Celeberrimum est, quod in Hispania invenitur, præsertim Sisaponensi regione in Bætica. *Propert.* l. 2. el. 2. v. 21. Ut Mæotica nix minio si certet Ibero. *Justin.* lib. 44. cap. 3. scribit, Minium amnem (qui nunc *Minho*, et Callaicos a Braccarensibus dividit) ab hujus coloris copia dictum esse. Ex quo apparet, vocem esse Hispanicam. Unde *Vitruv. in fin.* cap. 9. l. 7. Minium, inquit, et Indicum nominibus ipsis indicant, quibus in locis procreantur. ¶ Est alterum genus minii in omnibus fere argentariis, item plumbariis metallis, quod fit exusto lapide venis permixto. Hoc est secundarium minium, multum infra naturales illas arenas: quo prius illud minium adulteratur. Est et tertium, quod dicunt Syricum. Sincero cocci nitor esse debet: secundarii splendor in parietibus sentit uliginem. Qui minium in officinis poliunt, faciem laxis vesicis illigant, ne in respirando pernicialem pulverem (est enim venenum) trahant, et tamen ut per illas spectent. Hæc, et alia plura *Plin.* l. 33. c. 7. V. si lubet etiam *Vitruv.* l. 7. cap. 8. et 9. ubi rationem docet temperaturæ ejus, et quomodo tectoriis parietum inducatur. ¶ Plurimus minii usus est in picturis: præterea in voluminibus clariores litteras illitum reddit, itemque in auro, et in marmore. Ad hæc deorum statuas eo inficiebant, quia ætheris colorem refert: item triumphantes corpora, vel manus pingebant, quia Jovis insignia ipso habitu cultuque præferebant: et rustici minio suffusi Bacchi laudes canebant: quarum rerum omnium testes habes *Plin. loco cit. Serv. ad Virg. Ecl.* 6. v. 22. ipsum *Virg. Ecl.* 10. v. 27. *Ovid. Trist.* l. et el. 1. v. 7. *Arnob.* l. 6. pag. 196. et *Tibull.* l. 2. el. 1. vers. 55. ¶ Si quando usum minii legas in medicina, ut apud *Cels.* l. 4. c. 15. *sub fin.* l. 5. c. 19. n. 25. et lib. 6. c. 6. num. 22. terram Lemniam, vel synopicam rubricam interpretantur.

MINĬUS COLOR apud *Apul.* l. 4. *Metam.* est color minii, qualis est in rosa. Al. aliter leg.

MINO, as, a. 1. *to threaten*, idem quod *minor* apud Veteres, teste *Priscian.* lib. 8. pag. 799. *Putsch.* sed nullum hujus significationis exemplum afferente. ¶ Posteriori ævo usurpatum est pro agere: unde *Italicum menare.* (*to drive.*) nam *minas* dicunt etiam voces, quibus bubulci increpant boves, et ad progrediendum hortantur. [† V. in *Minæ*, et *Comminans.*] *Apul.* l. 3. *Metam.* Asinos, et equum sarcinis onerant, et domo jam vacua, minantes baculis, exigunt. *et sub fin.* lib. 8. Me refertum sarcinis, planis gladiis minantes, &c. *Auson.* epigr. 67. Ageret juvencas cum domum pastor suas, Suam relinquens, me minabat, ut suam. *Paul.* ex *Fest.* in *Agasones:* Agasones equos agentes, idest minantes. *et mox.* Agere modo significat ante se pellere, id est minare.

MINŌIS, idis, f. Μινωΐς, Ariadna, filia Minois. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 174. Protinus Ægides rapta Minoide Diam Vela dedit. Adde *Heroid.* ep. 16. v. 347. et in vocativo *Minoi* apud *Tibull.* l. 3. el. 6. v. 41. ¶ Item quæcumque femina e familia Minois. *Senec. in Hippol.* vers. 127. Nulla Minois levi defuncta amore est. (V. *Phædra, Ariadna, Pasiphae.*) *Auson. in Technopægn.* seu Edyll. 12. *per interrogat. et respons.* v. 7. Grex magis, an regnum Minoida sollicitat? *h. e.* Pasiphaen Minois uxorem.

MINŌĬUS, a, um, *Cretan*, Μινώϊος, Cretensis: a Minos. *Virg.* 6. *Æn.* v. 14. Dædalus, ut fama est, fugiens Minoia regna. *Lucan.* l. 3. vers. 163. Minoia Creta. *Val. Flacc.* l. 7. v. 279. et *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 193. Minoia virgo. *h. e.* Ariadna, filia Minois. *Ovid. in Ibin*, v. 291. Minoia fata. *h. e.* Minois mors. V. *Cocalides. Sil.* l. 2. v. 107. Minoia tela. *h. e.* sagittæ Cretenses. *Id.* l. 14. v. 43. Minoia turba. *h. e.* Cretensis exercitus. Sic *Val. Flacc.* l. 1. vers. 706. Minoia manus. *Propert.* l. 4. el. 11. v. 21. Minoia sella. *h. e.* qua utitur Minos judex apud Inferos. *Claudian.* l. 2. *de rapt. Proserp.* v. 332. Minoia urna. *h. e.* qua Minos suam cuique sedem apud Inferos sortitur. *Virg.* 6. *Æn.* v. 431. Nec vero hæ sine sorte datæ, sine judice sedes: Quæsitor Minos urnam movet. *Lucan.* lib. 5. v. 406. curvique tenens Minoia tecta Brundisii. *h. e.* Cretensibus condita.

MINOR, us, oris, *less, smaller, inferiour*, ἐλάττων, μείων, comparativum anom. positivi *parvus. Cic. in Top.* cap. 4. *a med.* Quod in re majore valet, valeat in minore. *Id.* 2. *de Legib.* c. 20. Si ea pecunia non minor esset facta. *Hirt. de B. Alex.* cap. 30. Id minori numero militum consequi. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 13. Hibernia dimidio minor, quam Britannia. *Horat.* l. 1. ep. 10. vers. 43. calceus olim Si pede major erit, subvertet; si minor, uret. et ep. 1. *sub fin.* sapiens uno minor est Jove. et lib. 2. epist. 1. v. 183. numero plures, virtute et honore minores. *Liv.* l. 4. c. 51. Minus prædæ, quam speraverant, fuit. *Id.* l. 41. c. 13. *extr.* Sociis dimidio minus, quam civibus datum. *Horat.* l. 1. ep. 12. *in fin.* jus imperiumque Phraates Cæsaris accepit, genibus minor. *h. e.* ad genua Cæsaris procumbens, et infra ea se submittens. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 214. Et sunt notitia multa minora tua. *h. e.* leviora, atque adeo indigna, quæ a te sciantur. *Horat. de ar. Poet.* v. 189. Neve minor, neu sit quinto productior actu Fabula. *h. e.* neque plures habeat actus, quam quinque, neque pauciores. *less, shorter. Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 10. v. 37. Sæpe dies sermone minor fuit. *h. e.* brevior, quia in noctem etiam sermo productus fuit. ¶ Refertur ad pretium. *Cic.* 3. *Offic.* c. 12. Vendo meum non pluris, quam ceteri, fortasse etiam minoris. *for less, at a less price. Petron. in Satyr.* c. 14. Minoris pallium addicere placuit. *Sulpic. ad Cicer.* 4. *Fam.* ep. 5. Omnia minoris æstimare. *Sallust. in Jug.* c. 37. Fidem suam non minoris, quam publicam ducebat. *Senec.* ep. 18. Quam durus sit fenerator Cæcilius, a quo minoris centesimis propinqui nummum movere non possunt. Alludit ad illud *Cicer. ad Attic.* l. 1. ep. 12. Nam a Cæcilio propinqui minore centesimis nummum movere non possunt. *h. e.* minore usura, quam centesima. ¶ ad ætatem. *younger. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. *ult.* Filia minor Ptolemæi regis. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 40. minor uno mense, vel anno. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 499. ætate minor. *Cic. de Amic.* c. 9. *extr.* Pro hoc qui minor est natu, meo jure respondeo. *Id.* 4. *Acad.* c. 19. Te aliquot annis minorem natu non dubitabo monere. *Ulpian. Dig.* lib. 30. leg. 99. Minor viginti annis. *h. e.* qui nondum vigesimum ætatis annum attigit. *Papinian.* lib. 50. tit. 2. leg. 6. Minores vigintiquinque annorum decuriones facti. *Julian.* lib. 38. tit. 5. leg. 8. et *Prætor* apud *Ulpian.* lib. et tit. 4. leg. 1. Si minori, quam vigintiquinque annorum, natu filiofamilias crediderit, *Labeo* lib. 36. tit. 2. leg. 30. Si pupilla minor, quam viripotens, nupserit. ¶ Absolute *Horat. in ar. Poet.* v. 174. senex castigator, censorque minorum. *of those that are their inferiours in years.* et lib. 2. ep. 1. v. 106. Majores audire, minori dicere. *Ovid.* 4. *Trist. el. ult.* v. 55. Utque ego majores, sic me coluere minores. ¶ *Minores* aliquando sunt pueri. *Sil.* l. 2. v. 490. Te matres, vincente fame, te mœsta virorum Ora vocant, primaque sonant te voce minores. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1787. Si quis minor Busiris, aut si quis minor Antæus, &c. *h. e.* filius Busiridis, aut Antæi. ¶ Apud JCtos sunt minores vigintiquinque annis. *Ulpian.* l. 42. tit. 1. leg. 57. Si minor prætor, vel consul jus dixerit, valebit. Adde titulum 4. lib. 4. qui est *de Minoribus.* ¶ Interdum sunt posteri. *descendants, posterity. Virg. Æn.* 1. v. 537. nunc fama, minores Italiam dixisse. et vers. 736. Hunc lætum Tyriisque diem, Trojaque profectis Esse velis, nostrosque hujus meminisse minores. ¶ *Minor* etiam dicitur, qui virtute, et viribus inferior est. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 35. minor in certamine longo Imploravit opes hominis. ¶ Cum infinito. *Id.* l. 2. sat. 3. v. 312. An, quodcumque facit Mæcenas, te quoque verum est Tantum dissimilem, et tanto certare minorem? *h. e.* imparem ad certandum. *Sil.* lib. 5. v. 76. heu Fatis Superi certare minores! ¶ Cum accusativo, more Græcorum. *Val. Flacc.* l. 1. v. 582. Nec scopulos, aut antra minor juxta altera tellus Cernitur. *Sil.* l. 3. v. 42. frontemque minor truncam amnis Acarnan. *h. e.* Achelous frontem habens truncam, mutilam, spoliatam cornu. Quo sensu *Juvenal.* sat. 8. v. 4. Et Curios jam dimidios, humeroque minorem Corvinum. Al. leg. *humerosque:* alii *nasumque minorem Corvini. Lucan.* l. 2. v. 717. Argo rapta puppe minor. ¶ *Minor capitis* est capite deminutus. V. in *Caput.* ¶ Minores magistratus qui sint, V. *Magnus* in fin. ¶ *Minorum gentium* cives V. in *Gens.*

MINOR, aris, atus sum, dep. 1. *to threaten, menace*, ἀπειλέω, minas jacto, minis terreo, minitor. *Cic. Verr.* 4. c. 29. *extr.* Iste iratus et gravius minari cœpit. et *Verr.* 6. c. 66. *ad fin.* Vehementius minari alicui. *Id.* 2. *de Divin.* c. 17. Quæ inconstantia deorum est, ut primis minentur extis, bene promittant secundis? *Id.* 1. *Tuscul.* c. 43. Crucem minari alicui. *Claudian. de consul. Mall. Theod.* v. 237. Torrentes immane fremant, lassisque minentur Pontibus. *Plaut. Asin.* 3. 3. 14. Ab hac minatur se se abire. *Terent. Heaut.* 3. 1. 80. Abiturum se abs te esse illico minabitur. *Cic. pro Planc.* c. 40. Cum domus mea ardore suo deflagrationem urbi atque Italiæ toti minabatur. *Virg.* 10. *Æn. de statua Centauri in prora navis*, v. 196. Instat aquæ, saxumque undis immane minatur Arduus. *stands in the act of throwing.* Adde similem *Propert. loc.* l. 4. el. 6. v. 49. ut legit *Broukhus.* ¶ Urbane est polliceri, parare, præ se ferre, profiteri. *to threaten, promise, profess. Horat.* l. 1. ep. 8. v. 3. et lib. 2. sat. 3. v. 9. Atqui vultus erat multa et præclara minantis. *Phædr.* fab. 22. l. 4. Qui magna cum minaris, extricas nihil. *Plaut. Asin.* 3. 3. 14. Ab hac minatur se abire. ¶ Translate *minari* dicuntur, quæ eminent, alta sunt, et cælo quodammodo vicina. *Virg.* 1. *Æn.* v. 166. Hinc atque hinc vastæ rupes, geminique minantur In cælum scopuli. *tower towards heaven. Sil.* lib. 4. v. 2. Nubiferos montes, et saxa minantia cælo. ¶ Item quæ supra caput sunt, instant, imminent. *Sil.* l. 15. v. 592. quo nam se fine minanti Servitio eripiat. *at hand, impending.* ¶ Item quæ excelso cacumine in hanc et illam partem inclinantur, et veluti minantur ruinam. *Virg.* 2. *Æn.* v. 626. Ac veluti summis antiquam in montibus ornum Cum ferro accisam, crebrisque bipennibus instant Eruere agricolæ certatim: illa usque minatur, Et tremefacta comam concusso vertice nutat. et vers. 237. Scandit fatalis machina muros Feta armis, &c. Illa subit, mediæque minans illabitur urbi.

MINORĀTUS, a, um, *made less, lessened, diminished, lowered. Scævol. Dig.* lib. 18. tit. 7. *leg. ult.* Quos minorato pretio vendidit. Adde *Tertull. advers. Jud.* c. 14.

MINŌRO, as, a. 1. ἐλαττόω, minorem facio. *Tertull. de Anim.* c. 43. Perit anima, si minoratur.

MINOS, ōis, m. Μίνως, ωος, filius Jovis et Europæ, rex Cretæ, qui primus Cretensibus leges dedit. Propter insignem justitiam, et clementiam fabulati sunt, post mortem apud Inferos judicem constitutum fuisse una cum Rhadamantho fratre, et Æaco, ubi Plutonis iram et crudelitatem molliant, et ex justitiæ lege irrogent pœnas, ut est apud *Stat.* 8. *Theb.* v. 27. Porro Minos dicitur urna sortiri, quam quisque sedem, aut pœnam habeat ex merito vitæ prioris. *Stat.* 8. *Theb.* v. 101. Crimine non ullo subeo nova fata, nec alma Sic merui de luce rapi: scit judicis urna Dictæi, verumque potest deprendere Minos. *Propert.* l. 2. el. 23. v. 113. Uxorem quondam magni Minois, ut aiunt, &c. *Cic. Tuscul.* 1. c. 41. Ad eos venire, qui vere judices appellentur Minoem, Rhadamanthum, &c. *Ovid. Metam.* 9. v. 439. nec sustinet ullus (Cum videant fessos Rhadamanthon, et Æacon annis, Et Minoa) queri. ¶ Alter fuit Minos itidem rex Cretæ, nepos hujus,

nempe filius Lycastæ Minois filii et Idæ Corybantis filiæ. Hic est, qui Megaram expugnavit, et Nisum vicit, ejusque filiam Scyllam proditionis paternæ ream punivit. Sed a Poetis cum priore interdum confunditur, ut apud *Propert.* l. 3. el. 17. *sub fin.* [†¶ V. *Histoire d' Acad.* tom. 3. p. 49.] ¶ *Minonis* in genitivo. *Sallust. in fragm.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 710. *Putsch.* Dædalum ex Sicilia profectum, quo Minonis iram atque opes fugeret.

MINOTAURUS, i, m. *the Minotaur*, Μινόταυρος, monstrum parte superiore hominem, inferiore taurum referens, ex portentoso Pasiphaes cum tauro concubitu prognatum, quod jussu Minois labyrintho inclusum humanis carnibus alebatur. Huic quotannis Athenienses ex præscripto fœderis septem ex suis liberis mittebant devorandos. Sed tertio anno Theseus filius Ægei, sorte missus, Minotaurum occidit, et ab Ariadne accepto fili glomere fuga evasit. *Servius* ad 6. *Æn.* v. 14. interpretatur, Taurum, scribam fuisse Minois, qui, absente rege, cum Pasiphae concubuit in domo Dædali, et quia regina uno partu gemellos peperit, quorum alter Minoi, alter Tauro esset similis, factum esse locum fabulæ, ut Minotaurum biforme monstrum peperisse diceretur. *Virg. ibid.* v. 24. Hic crudelis amor tauri, suppostaque furto Pasiphae, mixtumque genus, prolesque biformis Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandæ. ¶ Veteres Minotauri signum in legionibus babuerunt, ut quemadmodum ille in intimo et secretissimo labyrintho abditus perhibetur, ita ducis consilium semper occultum esset: quæ sunt verba *Veget. de re milit.* c. 6. l. 3. Adde *Plin.* l. 10. c. 4. et *Festum.* ¶ De Attide Minotauro, quod corrupte legitur in quadam Inscript. apud *Gruter.* V. *Menotyrannus.*

MINOTURĀNUS. V. *Menotyrannus.*

MĪNŌŪS, a, um, ad Minoem pertinens: item Cretensis, quia Minos rex Cretæ fuit. *Propert.* l. 3. el. 17. v. 21. Minoa venundata Scylla figura. *Auson.* epigr. 66. Pasiphae Minoa. *h. e.* Minois uxor. *Claudian. de B. Get.* v. 443. Minous puer. *h. e.* Glaucus Minois filius. *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 228. hic enthea lauro Tempora, Minoa crinem premit ille corona. *h. e.* Ariadnes Minois filiæ. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 114. En ego Minoo nata Thoante feror. *h. e.* filio Ariadnes. *Id. in Ibin,* v. 511. Si tua contigerit Minoas puppis arenas. *h. e.* litus Cretæ.

MINTHA, æ, *et* Minthe, es, f. *mint*, μίνθη, Græcum nomen nymphæ, et herbæ. V. *Menta. Plin.* l. 19. c. 8. *a med.* Mentæ nomen suavitas odoris apud Græcos mutavit, cum alioqui mintha vocaretur, unde Veteres nostri nomen declinaverunt.

MINTRĬO, is, *vel* Mintro, as, n. 4. vel 1. *to squeak like a mouse*, verbum exprimens vocem murium. *Auct. carm. de Philom.* quod a nonnullis *Ovidio* tribuitur v. 61. Mus avidus mintrit. Al. leg. *mintrat.*

MINTURNÆ, arum, f. urbs, et Col. Latii Novi, in Campaniæ confinio, ad ostia Liris fl. et ad ejus dexteram in planitie inter Formias, et Sinuessam. In paludibus propinquis C. Marius delituit, fugiens persecutionem Sullæ, et in ejus oppidi carcerem conjectus, ac inde dimissus, in Africam profugit. *Plin.* l. 3. c. 5. *Vellei.* l. 1. c. 14. *Val. Max.* l. 2. c. 10. n. 6. et lib. 8. c. 2. n. 2.

MINTURNENSIS, se, ad Minturnas pertinens. *Liv.* l. 27. c. 31. Minturnensis populus. *Ulpian. Dig.* lib. 19. tit. 2. leg. 13. Minturnense flumen. *h. e.* Liris. *Vellei.* l. 2. c. 19. In carcerem Minturnensium perductus. *Vib. Sequest. de fluminib.* In ripa Liris Nymphæ Maricæ Minturnensis templum est.

MINUCIA PORTA appellata est Romæ, eo quod proxima esset sacello Minucii. *Festus.* ubi addunt Critici ignotum esse, ubi fuerit, et quis iste Minucius. V. *Mimitia.* ¶ *Minucia lex* memoratur a *Festo* in voce *Osi sunt*: sed illa quid caveretur, non addit. ¶ *Minucia* gens Romæ fuit non ignobilis, in qua Fundanorum, Philorum, Ruforum, Thermorum, &c. familiæ fuerunt. *Sil.* l. 7. v. 386. Si factis nondum, Minuci, te cauta probare Erudiit fortuna meis. ¶ *Minucia via*, cujus meminit *Cic.* 9. *Attic.* ep. 6. videtur a Minucia porta initium duxisse. Vel denominata est a L. vel P. Minucio Augurino, qui præfectus annonæ fuit tempore Sp. Mælii (V. *Liv.* l. 4. c. 16.) et statuam meruit a populo extra portam Trigeminam, teste *Plin.* l. 18. c. 3. et l. 34. c. 5. Ea Brundisium per Sabinos ducebat. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 20. Brundisium Minuci melius via ducat, an Appi. Alii dictam putant a Tib. Minucio, qui consul fuit multis post annis cum L. Postumio, ut est apud *Liv.* l. 9. c. 44. Sunt etiam qui *Numiciu* legunt, et *Numici* apud *Horat.* ¶ *Minucia porticus* apud *Cic. Phil.* 2. c. 34. (ubi tamen incerta est lectio) putatur esse eadem cum *Minucia frumentaria*, de qua in *Mimitia* dictum est. Sed hæc fuit in regione nona, Minucia autem porticus in octava, ut est apud *Panvin. in descript. Urbis R.* Exstructa fuit a M. Minucio Rufo, qui de Thracibus Scordiscis triumphavit. *Flor.* l. 3. c. 4. *Vellei.* l. 2. c. 8. ¶ Scribitur et *Minutia*, sed *c*, quam *t*, in antiquis monum. multo est frequentior.

MINUISCO, is, n. 3. minor fio. *Auson. in Ephemer. sub fin.* profugi minuiscunt crimina somni. Al. aliter leg.

MĬNŬO, is, ui, utum, a. 3. *to lessen, make less, diminish, minish, abate, lower, impair*, ἐλαττόω, μειόω, minorem reddo, extenuo, detraho, diminuo. *Festo* videtur esse a μειόω. *Cic. Fam.* 3. epist. 8. Minuere sumptus civitatum. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 177. rem familiarem. *Id.* l. 2. od. 16. v. 3. Longa Tithonum minuit senectus. *consumes, wastes away. Colum.* l. 7. c. 5. Urinam subjectis ignibus quinta parte minuunt. *h. e.* decoquunt. *boil down. Ovid.* 7. *Metam.* v. 317. minuuntur corporis artus. *grow or become less. Plin.* l. 11. c. 54. Minuuntur corpora siccis, et aridis, frigidisque cibis. *are reduced, grow meagre and lean. Quintil.* l. 2. c. 3. *a med.* Minuere gradum. *to slacken pace. Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 12. Minuente æstu. *h. e.* minuente se. *at the ebbing or reflux of the tide.* Sic *Pallad.* l. 3. tit. 24. Minuente luna. *Cic. pro Flacc.* c. 12. gloriam alicujus. *Id.* 1. *de Fin.* c. 16. molestias vitæ. *et ibid.* cupiditates. *Id.* 1. *Agrar.* c. 5. invidiam. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 33. spem. et lib. 3. *B. Civ.* c. 43. auctoritatem. *Terent. in prol. Heaut.* v. 42. laborem. *Id. Phorm.* 2. 3. 88. iram. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 101. curas. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 639. luctus. (V. *Luctus.*) *h. e.* tollere. *Hirt. de B. Alex.* c. 8. timorem militum consolatione et ratione. et cap. 48. *extr.* militarem disciplinam, et severitatem. *to relax. Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 22. desidiam militum. et lib. 7. c. 53. ostentationem hostium. *Liv.* l. 4. c. 24. magistratum, censuram. *h. e.* modum ponere potestati. *to restrict the power of*, &c. ¶ Pro dirimere, tollere. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 26. *extr.* et lib. 6. c. 22. Habere se se, quæ de re communi dicere vellent, quibus controversias minui posse sperarent. Adde *Cicer.* 4. *Acad.* c. 26. ¶ Pro evellere, convellere. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 16. Ut minuerem suspicionem profectionis, profectus sum in Pompeianum. *Id.* 1. *Offic.* c. 22. Cum plerique arbitrentur, res bellicas majores esse, quam urbanas, minuenda est hæc opinio. ¶ Pro remittere, omittere. *Terent. Phorm.* 2. 3. 88. Minue vero iram. *stay, check, restrain.* ¶ Pro violare. *Cic. Phil.* 1. c. 9. Majestatem populi R. per vim minuere. (V. *Majestas.*) *Plaut. Asin.* 3. 1. 6. Matris imperium minuere. *Nep. in Agesil.* c. 4. *extr.* Minuere religionem. ¶ Pro terere, conterere. *Stat.* lib. 10. *Theb.* de lupis ovile circumeuntibus, vers. 47. Quod superest, siccos minuunt in limine dentes. *Ovid. in Ibin,* v. 573. Aut, ut Anaxarchus, pila minuaris in alta. *be bruised and pounded.* Possis etiam interpretari, frangere, perfringere, comminuere, *to break in pieces*, ut apud *Ovid. Metam.* 8. v. 645. ramaliaque arida tecto Detulit, et minuit, parvoque admovit aeno. et *Stat.* 10. *Theb.* v. 526. Portarum objectus minuunt, et ferrea sudant Claustra remoliri. Adde *Ovid.* 2. *Fast.* v. 647. ¶ Pro relinquere, desinere, mutare. *Terent. Andr.* 2. 3. 19. Nec tu ea causa minueris hæc quæ facis, ne is mutet suam sententiam. *Id. Hecyr.* 4. 3. 10. Sed non minuam meum consilium: ex usu quod est id persequar. ¶ Cum infinito pro desinere, cessare, *to give by little and little, leave off gradually. Lucret.* lib. 2. v. 1026. Nil adeo magnum, nec tam mirabile quicquam Principio, quod non minuant mirarier omnes Paulatim. Est qui leg. *quod non minus fiat mirabile cunctis.* Sed hoc pacto elidenda est *s* in *minus*, et *fiat* per synæresin contrahenda, ut versus constet. ¶ Apud *Veget. de re Veterin.* l. 1. c. 23. *minuere* est sanguinem mittere: Et plenius cap. 16. minuere sanguinem.

MINURĬO, *vel* Minurrio, is, n. 4. *to chirp, twitter*, μινυρίζειν, dicitur de cantu querulo avicularum. Nam *minuritiones* interpretatur *Festus* avium minorum cantus. *Sidon.* l. 2. ep. 2. *a med.* Philomelam inter frutices sibilantem, prognem inter asseres minurientem. [†*Alii* minurizantem.] ¶ De cantu submisso palumbium *Spartian. in Geta*, cap. 5. Agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minurriunt. *coo. Salmas.* hic vult legi *minurriunt* eod. sensu.

MINURITĬO. V. in voce præced.

MĬNUS, *less*, adverb. comparat. ἐλαττόνως. *Terent. Phorm.* 3. 3. 21. Ne quid plus minusve faxit, quod nos post pigeat. *Cic. pro Sext.* c. 50. Ne mea oratio, si minus de aliquo dixero, ingrata; si satis de omnibus, infinita esse videatur. *Id.* l. 2. *de Divin. cap. ult.* Metus ipsi per se minus valerent, et magis contemnerentur, nisi, &c. *Plin.* l. 14. c. 22. Minus diu vivunt. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 7. Ex arvo æque magno, sed male consito, minus multum, et minus bonum faciebant vinum. *less both in quantity and goodness.* ¶ Cum ablativo *Nep. in Attic.* c. 13. Nemo illo minus fuit emax. *Varr. R. R.* c. 22. Sarcula octo facere, dimidio minus palas. ¶ Sequente *quam, ac, atque. Cic. pro Planc.* c. 33. Respondebo tibi minus fortasse vehementer, quam abs te sum provocatus: sed profecto nec considerate minus, nec minus amice. *Virg.* 3. *Æn.* v. 561. Haud minus ac jussi faciunt. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 96. Qui peccas minus atque ego? ¶ Interdum *quam* omittitur. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 32. et *Nepos in Themist.* cap. 5. Madefactum iri minus triginta diebus Græciam sanguine. *Plin.* l. 15. c. 22. Minus quinquennium est, quod prodiere. ¶ Præcedente negatione. *Liv.* l. 42. c. 6. Cecidere duo millia haud minus peditum. et cap. 28. Cum centum et quinquaginta non minus adessent. *Varr. in fin.* cap. 2. l. 2. *R. R.* Ne minus habeamus in centenas oves hirtas singulos homines; in pellitas binos. *Colum.* l. 12. c. 38. *a med.* Ut antequam baccæ legantur, ne minus triduum serenum fuerit. *Cic. pro Sext.* cap. 12. Non minus perturbato animo, quam si in creditorum conventum incidisset. *Nep. in Alcib.* c. 5. Multas urbes Græcas expugnaverant: neque minus multas ad amicitiam adjunxerant. *fewer. Id. in Epamin.* c. 5. Fuit et disertus, ut nemo Thebanus ei par esset eloquentia: neque minus concinnus in brevitate respondendi. *Id. in Attic.* c. 13. Neque vero minus bonus paterfamilias habitus est, quam civis. ¶ *Nihil minus* in responsionibus vehementius negat. significat enim, nullam rem minus nos facere, quam id, de quo loquimur. *Terent. Eun.* 3. 1. 44. Purgon' ego me de istac Thaidi? *Gna.* nihil minus: imo auge magis suspicionem. et 3. 3. 28. At tu apud nos hic mane. *Chre.* nihil minus. ¶ *Plus minus* interdum est circiter, *more or less, about. Hirt.* l. 8. *B. Gall.* cap. 20. Castra non longius abesse plus minus octo millibus passuum dicebantur. ¶ Cum repetitur, significat rem usque decrescentem. *Terent. Heaut.* 3. 3. 33. Nam mihi jam minus minusque obtemperat. *less and less. Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 8. v. 73. Nam minus et minus est facies in imagine tristis. *Plin.* l. 11. c. 10. *sub fin.* Apes cum advesperascit, in alveo strepunt minus ac minus, donec, &c. ¶ Cum adverbiis comparativorum *Claudius Quadrigar.* apud *Gell.* l. 9. c. 1. Quare milites Metelli sauciabantur multo minus. *Sueton. in Tiber.* c. 26. Civilem admodum inter initia, ac paulo minus, quam privatum egit. *h. e.* pæne privatum egit. (Et omisso *quam*, eodem sensu, *Id. ibid.* c. 39. Quod paulo minus utrumque evenit. *h. e.* ex parte quidem evenit, non omne.) ὀλίγου δεῖν Græci dicunt. *Quintil.* declam. 12. c. 18. *ad fin.* Quantulo minus quam congesti frumenti pulverem vidimus! *h. e.* quam parum abfuit, quin videremus. ¶ Cum comparativo. *Cels.* l. 6. c. 6. sect. 29. Quanto minor generi huic impetus, tanto finis minus expeditior est. Al. plerique leg. *expeditus.* [et quidem recte, nam, ut animadvertit *Morgagnus, minus* comparativo adjungi non solet, hinc *Targa* in suis *Celsi* editionibus restituit *expeditus*, ideoque hujusmodi constructionis auctoritas nihili est facienda.] ¶ Interdum vim habet excipiendi, atque excludendi. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 554. Bis sex Herculeis ceciderunt, me minus uno, Viribus. *all but myself. Manil.* l. 1. v. 776. Tarquinioque minus reges. *h. e.* reges omnes Romani, Tarquinio superbo excepto. *all except Tarquin. Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 643. Ludite, si sapitis, solas impune puellas: Hac minus est una fraude tuenda fides. *h. e.* excepta hac una fraude. Al. aliter leg. *Stat.* 1. *Theb.* v. 553. cum protinus utraque virgo Arcano egressæ thalamo (mirabile visu!) Pallados armisonæ, pharetratæque ora Dianæ Æqua ferunt, terrore minus. *h. e.* similem Palladis, et Dianæ faciem habent, et ostentant, excepto quod terrorem nullum præferunt. V. etiam *Cicer.* 3. *Verr.* c. 57. et ibi *Ascon.* et *Gronov.* ¶ Frequenter accipitur pro non, *not*, οὐ, οὐκ. *Cic.* l. 1. *de Divin.* cap. 14. Nonnunquam ea, quæ prædicta sunt, minus eveniunt. *Terent. Eun.* 4. 5. 10. At nesciebam, id dicere illam: nisi quod correxit miles, quod intellexi minus. *Cic.* 7. *Verr.* c. 27. Syracusis, si minus supplicio affici, at custodiri oportebat. *Id. Fam.* 7. ep. 1. *in fi.* Quod si assecutus sum, gaudeo: sin minus, hoc me tamen consolor, quod, &c. *but if not.* et lib. 1. *de Orat.* cap. 22. *sub fin.* Non intelligo, quamobrem non, si minus illa subtili definitione, at hac vulgari opinione ars esse videatur. ¶ *Quo minus* (rectius, quam *quominus*: tametsi et hoc non raro legitur) est *ut non*, seu *ne*; *that one should not*, &c. *from*, &c.: et sæpe cum verbis jungitur impedimentum aliquod significantibus. *Cic. Fam.* 7. ep. 1. Si te infirmitas valetudinis tenuit, quo minus ad ludos venires. *from coming.* et *sub fin.* Me subinvitaras, ut aliquid ad te hujusmodi scriberem, quo minus te prætermisisse ludos pœniteret. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 13. *extr.* Stetisse per Trebonium, quo minus oppido potirentur, videbatur. *Nep. in Cim. cap. ult.* Ne quis impediretur, quo minus ejus rebus frueretur. *Id. in Epamin.* cap. 8. Neque recusavit, quo minus legis pœnam subiret. *Cic. Fam.* 12. ep. 5. Hiemem credo prohibuisse, quo minus de te certum haberemus, quid ageres. *Id. Attic.* l. 2. ep. 4. *ad fin.* Præter quercum Dodonæam nihil desideramus, quo minus Epirum ipsam possidere videamur. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 38. Deterrere aliquem, quo minus, &c. *Terent. Andr.* 1. 2. 25. Si sensero, quidquam in his te nuptiis fallaciæ conari, quo fiant minus. ¶ Inverso ordine *Id. Hecyr.* 4. 4. 8. Ne vereatur, minus jam quo redeat domum.

[†MINUS, a, um, adj. V. *Mina, ad fin.*]

MINUSCULARĬUS, a, um, *minute, little, minor*, minusculus, minor. *Impp. Valentinian. et Valens* lib. 1. *Cod.* tit. 55. leg. 1. De tenuioribus et minuscularis rebus interpellare. *Imp. Zeno* lib. 11. tit. 42. leg. 10. Ne quid contra minuscularios aquæductus pertentetur. *h. e.* tenuiores et diminutos. ¶ *Minuscularii* apud *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 28. leg. 3. putantur esse minorum vectigalium conductores, nempe ii, qui pro rei familiaris angustia, cum non possint integra reipubl. vectigalia conducere, minusculam eorum partem conducunt, atque exigunt. *Augustin.* plene dixit l. 7. *de Civ. Dei*, c. 4. Minuscularios vectigalium conductores. Ubi al. leg. *minutularios.* Fortasse his similes sunt, qui apud nos dicuntur *arrear-collectors.* Male quidam leg. in Cod. *minicularii*, quasi sint, qui minium inducunt.

MINUSCŬLUS, a, um, *somewhat less, less, little, very small*, μικρότερος, aliquanto minor: diminutiv. a *minus, oris. Varr. R. R.* l. 3. c. 5. Minusculum aviarium. *Cato R. R.*

c. 12. Minusculæ cupæ. *Gell.* l. 4. c. 11. Porculis minusculis, et hædis teneriori bus victitare. *Vitruv.* l. 7. c. 5. *a med.* Minusculum theatrum. *Plaut. Trin.* 4. 2. 46. Minusculum nomen. *h. e.* brevius. *Id. Pœn.* a. 2. v. 50. Minuscula meretrix. *Cic. Attic.* l. 14. epist. 13. *a med.* Minuscula villa. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 4. Rescripsi epistolæ maximæ: audi nunc de minuscula. ¶ De minusculis Quinquatribus V. *Quinquatrus.*

MINŪTAL, alis, n. *minced meat; a gallimaufry, hash,* μιμττωτὸν, περίκομμα, genus edulii ex oleribus, aliisve cibis minutatim concisis, varieque conditis. Ejus specimina multa habes apud *Apic.* l. 4. c. 3. *Juvenal.* sat. 14. v. 129. Hesternum solitus medio servare minutal Septembri. *Martial.* l. 11. epigr. 32. Hinc exit varium coco minutal. ¶ Dicitur et de aliis quibuscumque minutis rebus, *little things, trifles, minutiæ. Tertull. de habitu mulier.* Lapillos istos, qui cum auro superbiam jungunt, quid aliud interpreter, quam lapillos, et calculos, ejusdem terræ minutalia? *Id. de anim.* c. 32. Culices, formicæ, tineæ, et hoc genus minutalia.

MINUTĀLIS, le, adject. minutus, exiguus, ut Minutalia regna, *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 4. Sic *Hieronym. in procem. epist. ad Ephes.* Taceo de ceteris minutalibus, qui mecum in libris suis garriunt. *h. e.* minutis Scriptoribus.

MINUTĀTIM, *in very small pieces, in bits or crumbs, bit by bit, piecemeal,* κατ᾽ ὀλίγον, εἰς λεπτότατα, in minutas partes, minute, minutim. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 10. *a med.* Nasturtium viride consectum minutatim. *Colum.* l. 12. c. 57. Caseum minutatim concidere. *Plin.* l. 17. c. 11. Terram minutatim cribrare. *Cic.* 4. *Acad.* c. 29. Minutatim interrogare. *h. e.* minutis interrogatiunculis, ut ipse ait *in procem. Parad. closely, minutely.* ¶ Item paulatim, sensim, *by little and little, gradually, by degrees. Cic.* 4. *Acad.* c. 16. Cum aliquid minutatim, aut gradatim additur, aut demitur. *Virg.* 3. *Georg.* vers. 485. Ossa minutatim morbo collapsa trahebat. *Lucret.* l. 2. v. 1129. Inde minutatim vires et robur adultum Frangit. et lib. 5. v. 1383. Minutatim didicere. *Varr.* l. 1. *R. R.* cap. 20. Minutatim assuefaciant. *Quint. Cic. de petit. consul.* c. 9. Minutatim ex communibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores evadunt. *Hirt. de B. Afric.* c. 31. Minutatim se recipere intra munitiones. et cap. 78. Minutatim cedere. ¶ Item singillatim, *one by one, severally, separately. Ulpian. Dig.* lib. 2. tit. 15. leg. 8. *ante med.* Minutatim singulos convenire, difficile ei est.

MINŪTE, *in small pieces,* λεπτῶς, in minutas partes, minutim. *Colum.* l. 6. c. 17. *a med.* Sal minute tritus. et cap. 31. Lens minute molita. et lib. 12. c. 22. Minute concidere aliquid. et cap. 28. Minutissime commolere. *Cato* cap. 107. Quam minutissime contundere. ¶ Translate est tenuiter, exiliter, jejune. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 3. *extr.* Res enim fortasse veræ, certe graves, non ita tractantur, ut debent, sed aliquanto minutius. *Id. in Orat.* c. 36. Nec satura jejune dicere, nec grandia minute. *meanly. Quintil.* c. *ult.* l. 5. *a med.* Minutius et scrupulosius scrutari omnia. *more nicely or minutely. Gell.* l. 2. c. 9. Nimis minute, et probe subfrigide Plutarchus in Epicuro accusando λέξεις τηρεῖ. *too subtilely.*

MINŪTĬA, æ, f. *any thing very small; a mite, mote,* minutissima pars. *Senec.* ep. 90. *circa med.* Utriusque lapidis attritu grana franguntur, et sæpius regeruntur, donec ad minutiam frequenter trita redigantur. *into flower or meal. Lactant. de Ira Dei,* cap. 10. Pulveris minutias videmus in sole, cum per fenestram radios immiserit. *small particles.*

MINUTĬA porta, via, et gens. V. *Minucia.*

MINUTĬES, ei, f. *smallness, minuteness,* minutia. *Apul.* l. 9. *Metam.* Extremos digitos obliquata atque infesta ungula compressos, usque ad summam minutiem contero. et lib. 11. Dentes saxei redeunt ad humanam minutiem.

MINUTILOQUĬUM, ii, n. *Tertull. de Anim.* c. 6. *a med.* Micas de minutiloquio Aristotelis infersit. *h. e.* presso ac subtili dicendi genere. opponitur enim *eloquio,* ac flumini *Platonis.*

MINŪTIM, *in small pieces, bit by bit,* minute, minutatim. *Cato R. R.* c. 123. Materiam concidito minutim. *Colum.* l. 4. c. 14. Fossor crebris bidentibus æqualiter et minutim soli terga convertat. *Gell.* l. 17. c. 8. Cucurbitæ minutim cæsæ. *Plin.* l. 34. cap. 18. Scoria plumbi lavatur in mortariis minutim fracta. *Lucil.* apud *Non.* c. 11. num. 46. dic, quæ te cogat vis ire minutim Per commissuras rimarum nocti' nigrore.

MINUTĬO, onis, f. *a diminishing, lessening; diminution, decrease,* μείωσις, detractio. *Quintil.* l. 8. c. 4. *sub fin.* Hoc si ad intellectum referas, minutio est; si ad obscuritatem, incrementum. *Gell.* l. 16. c. 5. Ve particula tum intensionem significat, tum minutionem. *Id.* l. 1. c. 12. Minutio capitis. *h. e.* diminutio. V. *Caput.* ¶ Apud *Veget. de re Veterin.* l. 1. c. 17. *a med.* et cap. 28. minutio sanguinis est *venesection,* proc. V. *Minuo.*

MINUTULARĬUS. V. *Minuscularius.*

MINUTŬLUS, a, um, *diminutive, very small or little,* diminut. a minutus. *Plaut. Pœn. prol.* v. 28. Nutrices pueros infantes minutulos domi ut procurent. *Vopisc. in Tacit.* c. 11. *ad fin.* Legit sane senex minutulas litteras ad stuporem. *Paul. Dig. lib. ult. tit. pœnult.* leg. 192. Minutula pecuniæ summa. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 3. *circa med.* Minutulæ quæstiones. *h. e.* de rebus minutis, ac levioribus.

MINŪTUS, a, um, *diminished, minished, lessened,* ἐλαττωθεὶς, particip. a *minuor,* cui aliquid est detractum, minor factus, diminutus. *Tacit. in Agric.* c. 17. Ubi Vespasianus Britanniam reciperavit, minuta hostium spes. *quashed, broken.* et *Ann.* 15. c. 39. Pretium frumenti minutum usque ad ternos nummos. *Liv.* l. 21. c. 52. Consul alter equestri prœlio uno, et vulnere suo minutus. *h. e.* debilitatus, infirmior factus. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 5. leg. 2. Ait prætor: qui capite minuti, minutæve esse dicentur. V. *Caput.* ¶ Sæpissime est nomen, et ponitur pro parvo, exiguo, tenui, subtili. *minute, small, little, nice, subtile. Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 559. Pueros minutos vides libenter. *Lucret.* l. 1. v. 834. Pauxilla atque minuta ossa. et lib. 4. v. 893. in minutas partes dispergi. *Plin.* l. 23. cap. 7. *a med.* Ramenta minutissima ad scobis modum. *Cic.* 4. *Acad.* c. 38. Myrmecides minutorum opusculorum fabricator. *Plaut. Cistell.* 2. 1. 45. et *Cas.* 2. 5. 24. Dii omnes magni minutique. *both great and small. Id. Bacch.* 4. 9. 68. Minutæ litteræ. *Plin.* l. 12. c. 24. Folia brevia ac minuta. et lib. 16. c. 31. capillamenta. *Propert.* l. 2. el. 22. v. 3. Obvia nescio quot pueri mihi turba minuta Venerat. *Sueton. in Aug.* c. 82. Itinera lenta et minuta facere. *Hirt. de B. Afric.* c. 29. et 51. *extr.* Quotidie minutis prœliis pugnare. *to skirmish. Catull.* carm. 25. *in Thall. in fin.* velut minuta magno Deprensa navis in mari, vesaniente vento. *a little and frail bark.* et *Propert.* l. 1. eleg. 11. v. 9. minuti remi. *small oars,* remuli, κώπια. *Lucret.* l. 4. v. 343. aer mobilior atque minutior. *Sueton. in Vitell.* c. 17. *extr.* Minutissimis ictibus excarnificatus. ¶ *Minutæ fruges,* quæ sint, in *Frux* dictum est. ¶ *Res minutæ* sunt scruta, *trash, trumpery, lumber. Cic. pro Cluent.* c. 64. In auctione quadam vidisse in rebus minutis aduncam et tortuosam venire serrulam. ¶ Translate est levis, parvi momenti, frivolus, supervacuus. *light, frivolous, trifling. Sueton. de Grammatic. in fin.* Nimis pauca et exigua de quibusdam minutis quæstiunculis scripsit. *Quintil.* l. 8. c. 6. *ante med.* Quæ singula persequi, minutioris est curæ. *Cic. in Partit.* c. 17. Nec quidquam in amplificatione nimis enucleandum est. minuta est enim omnis diligentia. hic autem locus grandia requirit. *Quintil.* l. 10. cap. 1. *sub fin. de Seneca.* Si rerum pondera minutissimis sententiis non fregisset. ¶ Item brevis, et subtilis. *Cic. in procem. Parad.* Minutis interrogatiunculis, et quasi punctis, quod proposuit, efficit. *minute, close.* ¶ *Vetus Poeta* apud *Plin.* l. 4. ep. 27. Canto carmina versibus minutis. *h. e.* brevioribus, et simplici subtilique stilo factis, ut sunt hendecasyllabi. ¶ Item infimus, vilis. *low, base, mean. Phædr.* l. 4. fab. 5. Periclitatur magnitudo principum: Minuta plebes facili præsidio latet. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 44. *Burm.* Itaque populus minutus laborat. nam isti majores maxillæ semper Saturnalia agunt. ¶ Item vulgaris. *vulgar, common, ordinary. Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 30. Socrates, et Plato, ut rationem non redderent, auctoritate tamen minutos philosophos vincerent. *Idem in Brut.* cap. 73. Multo magis orator præstat minutis imperatoribus. ¶ Transfertur etiam ad animum. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 43. et *in Orat.* c. 27. Abutimur sæpe verbo, ut cum grandem orationem pro magna, minutum animum pro parvo dicimus. *Id.* 1. *de Fin.* c. 18. *a med.* Ecce autem alii minuti et angusti, aut omnia desperantes, &c. ¶ Et ad orationem. *Id.* 2. *de Orat.* c. 38. Genus sermonis affert non liquidum, non fusum, ac profluens, sed exile, aridum, concisum ac minutum. *Id. in Bruto,* c. 83. At quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa concinnitate puerile?

MINY̆Æ, arum, m. *the Argonauts,* Μινύαι, comites Iasonis in expeditione Argonautica: ita dicti vel quia eorum magna pars ex filiabus Minyæ Iolchorum in Thessalia regis orti erant: vel quia ipsius Iasonis mater Clymeni et Minyæ filia erat. Ita *Hygin.* fab. 14. *a med.* et *Serv. ad Virg. Ecl.* 4. v. 34. ubi addit et agrum Iolchorum, Minyæ nomine dictum, appellationem eam tribuere potuisse. Porro rex Minyas fuit Orchomeni filius, Neptuni nepos. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 1. Jamque fretum Minyæ Pagasæa puppe secabant. *Lucan.* l. 6. v. 385. Minyæ gens cognita remis. Adde *Propert. Stat. Senec. Trag.* et *Valer. Flacc.* sæpissime.

MINYANTHES, eos, n. *a kind of trefoil,* μινυανθὲς, genus trifolii majore folio. *Plin.* l. 21. c. 9. *sub fin.* et cap. 21.

[* MINYAS, adis, f. herba quædam, quam *Harduinus* eamdem putat ac minyantem. *Plin.* l. 24. c. 17. sect. 100. Idem (Pythagoras) minyada appellat, nomine alio corysidiam, cujus decocto in aqua succo protinus sanari ictus serpentium dicit.]

MINYEĬAS, adis, f. Μινυηϊὰς, patronym. Minyæ filia. *Ovid.* 4. *Metam.* vers. 1. At non Alcithoe Minyeias Orgia censet Accipienda dei.

MINYEĬDES *rectius quam* Mineides, dum, f. Μινυηΐδες, Minyæ filiæ in vespertiliones transformatæ, quod Bacchi sacra sprevissent. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 32. solæ Minyeides intus Intempestiva turbantes festa Minerva. Adde *ibid.* v. 425.

MINYEĬUS *rectius quam* Mineius, a, um, adject. Μινυήϊος, ad Minyam pertinens. *Ovid.* l. 4. *Metam.* v. 389. et adhuc Minyeia proles Urget opus.

MIRA pro mœra. V. *Mœra.*

MIRABILIARĬUS, ii, m. *a wonder-worker,* qui mirabilia facit. *Augustin.* tract. 13. *in Joann. ad fi.* Contra istos, ut sic loquar, mirabiliarios cautum me fecit Deus.

MIRABĬLIS, le, *to be wondered at, wonderful, worthy of admiration, marvellous, admirable, strange, astonishing, amazing, stupendous,* θαυμαστὸς, admiratione dignus, admirandus. *Cic. Parad.* 5. c. 1. *ad fin.* Nec hoc est tam re, quam dictu inopinatum atque mirabile. *Id.* 2. *de Orat.* c. 46. Ne forte hoc magnum ac mirabile esse videatur. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 23. Hic tibi sit potius, quam tu mirabilis illi. *Nep. in Milt.* c. 5. Mirabili pugnandi cupiditate flagrare. *Terent. Heaut.* 2. 4. 7. Vos esse istiusmodi, haud mirabile est. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 51. Mirabile est, cum plurimum in faciendo intersit inter doctum et rudem, quam non multum differat in judicando. *Id.* 2. *de Divin.* cap. 19. Nam esset mirabile, quomodo id Jupiter toties jaceret. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 63. Hac ego compulsus, non est mirabile, forma, Si pignus volui vocis habere tuæ. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 5. v. 77. Finge legi, quodque est mirabile, finge placere. *Cic. Attic.* 5. ep. 13. Incredibilis multitudo mirabilem in modum mihi Ephesi præsto fuit. *Id.* 2. *de Orat.* c. 18. Quo ista majora ac mirabiliora fecisti, eo me major exspectatio tenet. *Colum.* l. 6. c. 36. Mirabilissima soboles. ¶ *Mirabile dictu! aut visu!* eleganter a Poetis in re mira narranda interseritur. *a wonderful thing! astonishing to tell! wonderful to behold! Virg.* 2. *Georg.* v. 30. Quin et caudicibus sectis (mirabile dictu!) Truditur e sicco radix oleagina ligno. *Liv.* l. 7. c. 26. Dictu mirabile! tenuit non solum ales captam semel sedem, sed &c. Adde *Virg.* 3. *Georg.* v. 275. et lib. 1. *Æn.* v. 443. et lib. 12. v. 252. et alibi, et *Ovid.* 3. *Fast.* vers. 31. ¶ *Mirabile quantum,* mirum quantum. *Sil.* lib. 6. vers. 620. Fabius mirabile quantum gaudebat.

MIRABILĬTAS, atis, f. *wonderfulness, admirableness, admirability,* θαυμασιότης, admirabilitas. *Lactant.* l. 7. c. 4. Ut apparet ex mirabilitate operum suorum. *Nonius* quoque c. 8. n. 53. agnoscit, sed comprobat verbis *Cicer. de Offic.* l. 2. c. 11. ubi *admirabilitas* habetur. [† In loco *Ciceronis* legisse videtur *mirabilitas* etiam *Nizolius.*]

MIRABILĬTER, *wonderfully, admirably, amazingly,* θαυμασίως, mirandum in modum, vehementer, magnopere. *Nep. in Dion. cap. ult.* Mirabiliter vulgi mutata est voluntas. *Cic. de Divin.* c. 54. Quæ mirabiliter a Socrate divinata sunt. *Id.* 4. *Fam.* ep. 13. *a med.* Omnes mirabiliter de te et loquuntur, et sentiunt. *speak of you in terms of admiration.* et lib. 13. ep. 16. Mirabiliter cupere. *exceedingly.* et lib. 11. ep. 14. lætari. et 10. *Attic.* ep. 4. excruciare. *Plin.* l. 29. c. 6. *a med.* mederi. *Gell.* l. 2. c. 23. *ad fin.* Motus animi mirabiliter acres, et illustres. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 21. Mirabilius et magnificentius augere atque ornare.

MIRABUNDUS, a, um, *full of admiration, wondering greatly,* vehementer admirans. *Liv.* l. 3. c. 38. Nova res mirabundam plebem convertit, quidnam incidisset, cur, &c. *Id.* l. 25. c. 37. Pœni mirabundi, unde tot hostes tam subito exorti forent.

MIRACŬLA, æ, f. meretrix deformi facie, et tanquam portentum aliquod, aut monstrum, pavorem videntibus incutiens. *Plaut. in fragm.* apud *Varr.* l. 6. *L. L.* c. 3. *ad fin.* Diobolares, scæniculæ, miraculæ. *Varr. ibid.* Miraculæ a miris, idest monstris. Porro verba *Plauti* sunt de meretricibus, quæ ideo *miraculæ* dicuntur, quia turpes et obscenæ. nam miracula, inquit *Festus,* quæ apud nos sunt res admiratione dignæ, apud antiquos de rebus turpibus dicebantur. [† V. *Mirio.*]

MIRACŬLUM, i, n. *a wonder, miracle, marvel, prodigy,* θαῦμα, quidquid admirationem afferre potest, sive supra naturam sit, sive non, portentum, prodigium. *Cic.* lib. 1. *de nat. Deor.* c. 8. Portenta et miracula Philosophorum somniantium. *Liv.* l. 2. c. 7. Adjiciunt miracula huic pugnæ: silentio proximæ noctis ex silva Arsia ingentem editam vocem, &c. *Phædr.* l. 1. fab. 11. hic auritulus Clamorem subito totis tollit viribus, Novoque turbat bestias miraculo. *Liv.* l. 25. c. 9. *a med.* Miraculum magnitudinis. *astonishing greatness:* de grandi apro loquitur. *Id.* l. 25. c. 8. Minusque, iterum ac sæpius id eos audere, miraculo fuit. *created wonder.* Sic *Plin.* l. 7. c. 1. Quid non miraculo est, cum primum in notitiam venit? *Id.* l. 9. c. 8. *circa med.* Esse in miraculo. *h. e.* haberi pro re mira. *Id.* l. 32. c. 4. *extr.* Hoc est majoris miraculi. *h. e.* hoc magis homines admirantur. *Id.* l. 12. c. 1. *a med.* Arbor digna miraculo. *h. e.* quam admiremur. *Id.* l. 27. c. 11. Nec quidquam inter herbas majore miraculo aspexi. *h. e.* mirabilius. *Id.* lib. 9. c. 30. Reliquiæ asservatæ miraculo. *by a miracle.* ¶ De miraculis inscriptum est cap. 8. l. 1. *Valerii Max.* ¶ Septem recensentur miracula, *h. e.* opera excellentis artificii, et insignis magnificentiæ toto orbe celebratissima. *the Seven Wonders of the world.* Primo loco sunt muri Babylonis, de quibus *Plin.* lib. 6. cap. 26. et *Curt.* l. 5. c. 1. secundo templum Dianæ Ephesiæ, de quo *Plin.* l. 36. c. 14. tertio Jovis Olympii simulacrum, opus Phidiæ ex ebore et auro, quo nullum (inquit *Val. Max.* l. 3. c. 7. n. 4. *extern.*) præstantius, aut admirabilius hu-

manæ fabricatæ sunt manus. quarto Pyramides Ægyptiæ, de quibus *Plin.* l. 36. c. 12. quinto sepulcrum Mausoli, de quo *Id. ibid.* c. 5. sexto æneus Colossus solis in Rhodo insula, de quo *Id.* l. 34. c. 7. septimo regia Cyri domus, in qua lapides non ferro, sed auro illigatos fuisse tradunt: de qua *Cassiod.* l. 7. *Variar.* n. 15. Alii alia his accensent, labyrinthum Cretæ, hortos pensiles Babylonis, muros, turrim Phari, &c. (V. *Cassiod. loc. cit.*) Inter hæc templum quoque Salomonis Hierosolymis enumerat *Sidon. in carm.* ep. 18. l. 4. sed omnia longe superarunt Urbis Romæ miracula, quæ *Plin.* describit cit. l. 36. c. 15. *et sequentib. Senec. de consol. ad Polyb. in principio.* Septem illa miracula, et si qua his multo mirabiliora sequentium annorum exstruxit ambitio, aliquando solo æquata visentur. ¶ Miracula, inquit *Festus*, quæ sunt digna admiratione, dicimus: antiqui in rebus turpibus utebantur. *Ovid. Metam.* 3. v. 673. in quæ miracula, dixit, Verteris? *Horat.* lib. et epist. 2. v. 108. Somnia, terrores magicos, miracula, sagas, Nocturnos lemures, portentaque Thessala rides? *Arnob.* l. 5. pag. 174. Vertit Baubo artes, et quam serio non quibat allicere, ludibriorum statuit exhilarare miraculis. ¶ *Mira*, et *miracula*, inquit *Non.* c. 12. n. 15. Veteres pro monstris, vel horrendis ponebant. *Lucil. ibid.* Miracula ciere. *Virg.* 4. *Georg.* vers. 441. *de Proteo.* Omnia transformat sese in miracula rerum, Ignemque, horribilemque feram, &c.

MIRANDUS, a, um, *to be wondered at or admired, admirable, amazing, marvellous*, θαυμάσιος, admiratione dignus, mirabilis. *Cic. Verr.* 7. c. 27. Opus totum ex saxo in mirandam altitudinem depresso. *Id. Attic.* l. 9. ep. 7. Mirandum in modum concupiscere. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 758. mirandi novitate movebere facti. *Gell.* l. 2. c. 3. Liber mirandæ vetustatis. *Plin.* l. 30. c. 13. Vermium ipsorum genera mirandos usus habent. *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 20. miranda fides! *astonishing!*

MIRATĬO, onis, f. *admiration, wonder*, θαυμασμὸς, actus mirandi. *Cic.* 2. *de Div.* c. 22. Causarum ignoratio in re nova mirationem facit.

MIRĀTOR, oris, m. *an admirer, approver*, θαυμαστὴς, qui miratur. *Senec. de vita beata*, c. 8. Mirator tantum sui. *Plin.* l. 14. c. 4. Minime mirator inanium. *Propert.* l. 2. el. 10. v. 9. formæ mirator honestæ. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 640. Mirator rerum. *Lucan.* l. 9. v. 961. famæ. *Martial.* l. 10. epigr. 87. veterum senex, avorum. *Lucan.* l. 9. v. 807. Magnanimo juveni miratorique Catonis. *h. e.* imitatori. *follower, imitator.* V. *Miror* sub fin.

MIRĀTRIX, icis, f. quæ miratur. *Senec. in Hippol.* v. 742. Fama miratrix senioris ævi. *Juvenal.* sat. 4. v. 62. Miratrix turba.

[* MIRĀTUS, a, um, *admired*, passive. *Juvenc.* l. 3. v. 58. Ipse sed in primis, mirata virginis arte, Attonitus stupuit.]

MIRE, adverb. *wonderfully, strangely, marvellously, astonishingly, amazingly*, θαυμαστῶς, θαυμαστικῶς, mirabiliter, mirifice, mirum in modum. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 11. Puero municipia mire favent. *Terent. Heaut.* 5. 1. 25. Tuus Syrus mire finxit filium. *Plin.* l. 35. c. 10. *a med.* Est in ea pictura canis mire factus. *Id.* l. 25. c. 12. Chelidonia mire medetur. *Id.* l. 36. c. 13. Id opus invisum mire infestavere. *Sallust. in orat. Lep. ad pop. R. ad fin.* Secundæ res mire sunt vitiis obtentui. *Plin.* l. 14. c. 4. Vanitas nota mire in illo fuit. *remarkably.* et lib. 29. c. 1. *circa med.* Mire gratus. et cap. 3. *a med.* Mire laudatur. *Id.* l. 19. c. 5. Mire tenuis. et lib. 31. c. 7. Mire similis. *Pers.* sat. 6. v. 3. Mire opifex. *h. e.* mire et valde peritus. ¶ *Mire quam*, mirum quantum. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 11. *ad fin.* Mire quam illius loci cogitatio delectat. *Al. leg.* quantum.

MIRIFĬCE, adverb. idem ac mire. *Cic.* 4. *Acad.* c. 2. Delectabantur autem mirifice lectione librorum. *in a wonderful degree. Id. Attic.* l. 6. ep. 3. *ad fin.* Mirifice conturbatum vidi puerum. *Hirt. de B. Afric.* c. 71. Mirifice hostium levis armaturæ anxium exercitum nostrum atque sollicitum habebat. *Cic. Attic.* lib. 2. ep. 19. Mirifice dolere. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 21. Mirifice diligere. *et Attic.* lib. 5. ep. 17. συμφιλοδοξεῖν gloriæ alicujus. *Id.* 3. *Fam.* ep. 11. laudare. et lib. 12. ep. 12. Mirifice de republ. meriti milites. *Plin.* l. 31. c. 8. Mirifice prodesse. et lib. 24. c. 18. Sanguinem mirifice sistere.

MIRIFĬCO, as, a. 1. *to account as wonderful*, θαυματοποιῶ, mirabilem facio, miris laudibus extollo. *Plaut. Amph.* 2. 2. 46. Quanquam adeo Thebani cives modo miro mirificant. Ita quidam Lexicographi: verum plerique MSS. et impressi habent *rumificant. Nonius* cap. 2. n. 748. *rumiferant.*

MIRIFĬCUS, a, um, *marvellous, strange, extraordinary, wonderful, astonishing, amazing*, θαυμάσιος, admirationem faciens, mirus, mirabilis, mirandus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 112. Turris magna altitudine, mirificis operibus exstructa. *Petron. in Satyr.* c. 21. Gustatione mirifica initiati. *Hirt. de B. Afric.* c. 40. Gallorum corpora mirifica specie, amplitudineque. *Terent. Phorm.* 5. 6. 32. Mirificissimum facinus. *Augustin.* l. 18. *de Civ. Dei*, c. 42. Alexandri mirificentissima potentia. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. Mirificæ pugnæ. et ep. 14. *a med.* Convicium mirificum alicui facere. *Id.* 3. *Fam.* ep. 11. *a med.* Mirificam voluptatem capere. *Id. de Senect.* c. 4. *sub fin.* Mirificos fructus afferre. *Id. Attic.* lib. 14. ep. 13. *a med.* Mirificas gratias agere alicui. *Id.* 14. *Fam.* ep. 3. Mirifico studio et officio esse in aliquem. et lib. 1. ep. 9. *ante med.* Mirificus consensus Senatus. et lib. 15. ep. 10. Animus mirificus erga quempiam. et l. 4. *ad Attic.* ep. 11. Dionysius, homo mirificus. *h. e.* vir optimus et doctissimus, ut eum *Atticus* l. et ep. 7. appellat. *Id. ad Brut.* ep. 3. Pueri mirifica indoles virtutis. *Ovid.* 4. *ex Pont.* epist. 13. v. 5. Non quia mirifica est (*structura carminis*) sed quod nec publica certe. *Gell.* l. 6. c. 15. Homo in doctrinis mirificus.

MIRĬO, onis, m. *Accius* apud *Varron.* lib. 6. *de L. L.* c. 3. *ad fin.* personas distortas, oribus deformes, miriones dici ait: a *miris*, idest monstris. [† V. *Miracula.*] ¶ A *mirando* ducit etiam *Tertull.* ubi ait, *de præscript. advers. Hæret.* c. 3. Solent quidem isti miriones etiam de quibusdam personis ab hæresi captis, ædificari in ruinam. *h. e.* isti, qui mirantur, esse hæreses, et stupent, adeo valere adversus Catholicam veritatem.

MIRMILLO, onis, m. genus gladiatorum, qui cum Threce, et Retiario committebantur. Prodibat autem Gallica armatura instructus, totusque armis contectus: atque in summa galea habens effigiem piscis, qui *mormyrus*, vel *mormyr*, μόρμυρος, dicitur: unde *mirmillo* factum videtur. Alii a Myrmidonibus ducunt, Achillis militibus (quos ridet *Lips.* l. 2. *Saturn.* c. 10.) et *myrmillo* scribunt. [*Cic. Philipp.* 3. c. 12. Ille autem ex Mirmillone dux, ex gladiatore imperator quas fecit strages, ubicumque posuit vestigia?] *Juvenal.* sat. 8. v. 200. nec mirmillonis in armis, Nec clypeo Gracchum pugnantem, aut falce supina, &c. *Ammian.* l. 23. c. 6. *ad fin.* (*al.* c. 31.) *de Persis.* Pedites in speciem mirmillonum contecti, juxta faciunt, ut calones. *Id.* lib. 16. *c. ult. ad fin.* (*al.* c. 31.) Vulneribus declinandis intentus, seque in modum mirmillonis operiens. *h. e.* subsidens, et clypeo tegens, ut facere mos fuit mirmilloni pugnanti. ¶ Dicebatur etiam *Gallus* ab armorum genere. Unde retiarius adversus illum cantare solebat: *non te peto, piscem peto: quid me fugis Galle?* ut refert *Festus* in *Retiario.*

MIRMILLONĬCA SCUTA dicebant, cum quibus de muro pugnabant: erant siquidem ad hoc ipsum apta. *Festus.*

MIRO, as, a. 1. idem quod miror. *Varr.* apud *Non.* c. 7. n. 105. Hospes, quid miras nummo curare Serapim? *Id. ibid.* Aut ambos mira, aut noli mirare de eodem. *Pompon. ibid.* n. 56. Si studium mirabis diu.

MIROR, aris, atus sum, dep. 1. *to wonder, marvel, think strange, look up to with admiration, admire, be amazed or astonished*, θαυμάζω, rem aliquam intuens, audiensve suspicio, admiror, demiror, admiratione afficior, obstupesco. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 32. Ejus rei quæ causa esset, miratus, ex ipsis quæsivit. *Virg.* 4. *Georg.* v. 362. domum mirans genitricis, et humida regna. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 5. Mirari satis hominis negligentiam non queo. *Id.* 2. *de Orat.* c. 14. Illud jam mirari desino, quod ante mirabar, hunc, cum hæc nesciret, in dicendo posse tantum. *Id. initio divinat. Verr.* Si quis forte miratur, me ad accusandum descendere, &c. *Horat.* l. 2. od. 13. v. 30. Utrumque sacro digna silentio Mirantur umbræ dicere. *h. e.* mirantur dicentem. *Cic. de Harusp. resp.* c. 22. Hunc ego non miror. quid enim faciat aliud? illos homines sapientissimos miror, primum quod clarum hominem violari patiuntur, deinde quod existimant, &c. *Id.* 2. *de Divin.* c. 24. Mirari se aiebat, quod non rideret haruspex, haruspicem cum vidisset. et lib. 1. c. 7. Mirari licet, quæ sint animadversa a medicis herbarum genera, quæ radicum ad morbos bestiarum ad vulnera. *Id. de Amic.* c. 15. Miror, in illa superbia, et importunitate, si quemquam amicum habere potuit. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 27. Id ne tu miraris, si patrissat filius? ¶ Habet sæpe vim similem verbi *ignoro*, quia ipsum mirari ex quadam ignorantia nascitur. *Cic.* l. 1. *ad Attic.* ep. 14. Ne miraretur, cur idem iterum facerem. *Plaut. Amph. prol.* v. 86. Mirari nolim vos, quapropter Jupiter nunc histriones curet. *Id. in prol. Aulul.* v. 1. Ne quis miretur, qui sim, paucis eloquar. *Terent. Eun.* 2. 2. 59. Video herilem filium huc advenire: miror, quid ex Piræeo abierit. nam ibi custos publice est nunc. *Cic. initio orat. pro Rosc. Amer.* Credo, vos mirari, quid causæ sit, quod, &c. *Id. in Orat.* c. 3. Mirabuntur, quid hæc pertineant ad ea, quæ quærimus. *Id.* 2. *Offic.* c. 16. Miror, quid in mentem venerit Theophrasto. *Id. Verr.* 4. c. 34. Ne miremini, qua ratione hic tantum potuerit. et lib. 1. *de nat. Deor.* c. 34. Satis mirari non possum, unde ad istas opiniones ille venerit. ¶ Est etiam cupide intueri, magni æstimare, amare, delectari. *Sallust. in Catil.* c. 11. Signa, tabulas pictas, vasa cælata mirari: ea privatim et publice rapere. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 18. cum gemmis Tyrios mirare colores. et ep. 1. v. 47. Stulte mirari, et optare aliquid. *to be mightily taken with. Virg.* 3. *Georg.* v. 49. Olympiacæ miratus præmia palmæ, Pascit equos. *Cic.* 6. *Verr.* c. 56. Nimium forsitan hæc illi mirantur atque efferunt. ¶ Item probare, et imitari studere. *Virg.* 8. *Æn.* v. 516. tua cernere facta Assuescat, primis et te miretur ab annis. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 268. te parvus lituos et bella loquentem Miretur. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 77. Quod solum excusat, solum miraris in illo. *Stat.* l. 5. silv. 2. v. 75. æquævo cedere fratri, Mirarique patrem. ¶ *Res digna miratu*, h. e. contemplatione. *Senec.* ep. 94. *post med.* Defectus solis et lunæ: alia deinceps digna miratu. ¶ *Mirari se*, est sibi placere. *Catull.* carm. 22. *de Suffeno*, v. 17. Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur. *Martial.* l. 13. epigr. 2. qui se mirantur, in illos Virus habe: nos hæc novimus esse nihil. ¶ Cum genitivo per ellipsin. *Virg.* 11. *Æn.* v. 126. Justitiæ ne prius mirer, belline laborum? *h. e.* causa justitiæ, &c. V. in *Levo, as.* ¶ Pro cupiditate bus duci, *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 9. Qui timet his adversa, fere miratur eodem Quo cupiens pacto. ¶ Pro intueri simpliciter. *Trebell. Poll. in Gallien.* c. 9. Uniuscujusque vultum mira inhiatione mirantes. *gazing attentively at.* ¶ Poetice tribuitur et brutis, et rebus inanimis. *Virg.* 2. *Georg.* v. 81. Exiit in cælum ramis felicibus arbos, Miraturque novas frondes, et non sua poma.

MIRUS, a, um, *wonderful, strange, marvellous, unaccountable, extraordinary, worthy of admiration, admirable*, θαυμαστὸς, θαυμάσιος, admiratione dignus. Docet *Fest.* et *Nonius* cap. 12. n. 15. mira, et miracula Veteres dixisse prodigia, monstra, portenta, res deformes et horribiles aspectu. V. *Miraculum. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 34. Sibi mirum videri, quid in sua Gallia populo R. negotii esset. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 97. Mirum et magnum facinus. *Id. Amph.* 5. 1. 53. Nimia mira memoras! *you talk wonders!* et vers. 5. Tanta mira in ædibus sunt facta. *such prodigious things. Id. Men.* 2. 3. 11. Animule mi, mihi mira videntur, hic te stare foris, fores cui pateant. *I marvel, that*, &c. *I am astonished, that*, &c. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 503. Nec, quod nos uris, mirum facis: ortus in igne Diceris. *account it much. Cic.* 2. *Fam.* ep. 11. Mirum me desiderium tenet urbis. *et ibid.* De pantheris agitur mandato meo diligenter. sed mira paucitas est. *Vellei.* l. 2. c. 115. Mira pugnandi scientia. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 41. Hac oratione habita, mirum in modum conversæ sunt hominum mentes. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 104. Miris modis odisse aliquem. ¶ *Mira fides!* V. in *Fides.* ¶ *Mirum quam*, aut *quantum*, θαυμαστὸν ὅσον, mirabile est quantum, mirum in modum, *it is astonishing, how much*, vel *how*, &c. *it is impossible to express how*: ut immane quantum, nimium quantum. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 40. Mirum quam inimicus ibat, ut ego objurgarem. *Tacit. Ann.* 15. c. 54. Sed mirum, quam inter diversi generis, ordinis, ætatis, sexus, &c. *Liv.* l. 2. c. 1. *extr.* Id, mirum quantum profuit ad concordiam civitatis. ¶ *Mirum ut*, mirum quam. *Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 79. Mirum dictu, ut sit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipsos. *Plin.* l. 1. epist. 6. Mirum est, ut animus agitatione motuque corporis excitetur. ¶ *Mirum ni*, est affirmantis, et significat sine dubio: q. d. mira res est, nisi hoc, quod dico, fit. *Terent. Andr.* 3. 4. 19. Ubi nunc est ipsus? *Da.* mirum, ni domi est. *if he's not at home, I am much mistaken.* Sic *Plaut. Capt.* 4. 2. 43. Eugepe! edictiones ædilitias hic habet quidem: mirumque adeo est, ni hunc fecere sibi Ætoli agoranomum. Sic *Amph.* 1. 1. 127. Mira sunt, nisi invitavit se se in cœna plusculum. et vers. 163. Mirum, nisi hic me quasi murænam exossare cogitat. *et Pœn.* 4. 2. 17. Omnia edepol mira sunt, nisi herus hunc heredem facit. ¶ *Id. Men.* 5. 7. 56. Socer, et medicus me insanire aiebant. quid sit, mira sunt. *h. e.* miror, quid hoc sit. ¶ *Mirum ni*, aut *quin* aliquando ironiam continet, et est stomachantis, seu indignantis. *Næv.* apud *Cic.* 2. *de Orat.* c. 69. Quid ploras pater? mirum, ni cantem: condemnatus sum. *I am much mistaken, if I do not sing: it will be strange indeed, if I do not sing.* et *Plaut. Trin.* 4. 2. 125. Mirum, quin ab avo ejus, aut proavo acciperem, qui sunt mortui. Adde 2. 4. 94. et *Mostell.* 2. 2. 62. ¶ *Quid mirum?* quid est quod miremur? *what wonder? where is the wonder? Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 110. Si fuit Andromache tunicas induta valentes, Quid mirum? duri militis uxor erat. [† *Horat. Carm.* 2. 13. 33. Quid mirum? ubi illis, &c.] ¶ Comparativum *mirior* est vetustiorum. *Titinn.* apud *Fest.* Mirior inquam tibi videor. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 515. Numquid enim hoc mirius?

MIS, antiquus genitivus Poeticus pro *mei.* Refertur a *Quintil.* l. 8. c. 3. *ante med.* inter illa, quæ parce usurpata aspergunt vetustatis inimitabilem arti auctoritatem. V. *Ollus. Enn.* apud *Priscian.* lib. 13. pag. 955. *Putsch.* Ingens cura mis cum concordibus æquiparare. *Cura mis*, dactylus est extritos. *Al.* leg. *mis est concordibus.* Addi solent duo loca *Plaut. Capt.* 3. 5. 107. et *Trin.* 4. 1. 3. sed dubia utrobique lectione. *Quintil. loc. cit.* ita loquitur, quasi etiam *Virgil.* hac voce usus sit.

MISCELLANĔUS, a, um, *mixed, confused, miscellaneous*, παμμιγὴς, ex variis dissimilibusque rebus conflatus. *Apul. sub init.* l. 3. *Metam.* Magistratibus, eorumque ministris, et turbæ miscellaneæ cuncta completa. *h. e.* omnis ordinis, ætatis, sexus. ¶ *Miscellanea, orum*, ludi, in quibus nullum certum genus spectaculi exhibetur, sed varia promiscue, et sine ordine: quos *miscellos Sueton. in Calig.* c. 20. appellat. *Juvenal.* sat. 11. v. 20. Et quadrigentis nummis condire gulosum Fictile: sic veniunt ad miscellanea ludi. *h. e.* ludii facti veniunt in arenam in ludis miscellis. *Vet. Scholiast.* interpretatur *miscellanea* cibum gladiato-

rum, quia hi omnia, inquit, quæ apponuntur eis, miscent, et sic manducant. *a hash of different sorts of broken meat; a gallimaufry or hotch-potch; the mixed course diet of a gladiator.* Hac ratione tota *Juvenalis* sententia congruentior videtur. Dicit enim, parari cibos infinito sumptu, quo patrimonia una pæne mensa comeduntur: deinde supervenientem inopiam cogere, vilioribus cibis nutriri, cujusmodi in ludo gladiatoribus præbebantur. [† *Ruperti* habet *ludi*, h. e. *ludii*, et exponit: "*veniunt ad cibum* (e variis ferculis mixtum) *ludii*, gladiatoris, h. e. gladiatores fiunt," *come at last to the fencer's mess.*] ¶ *Miscellanea Ptolemæi*, quam memorat *Tertull. advers. Valentinian.* c. 12. videtur fuisse opus alicujus Scriptoris ex variis aliorum scriptis compositum.

MISCELLĪONES appellantur, qui non certæ sunt sententiæ, sed variorum mixtorumque judiciorum. *Fest. people of no fixed principles, turncoats.*

MISCELLUS, a, um, *mixed, mingled, of different kinds, various, miscellaneous, promiscuous*, mixtus, varius, promiscuus. *Cato R. R.* c. 23. Uvas miscellas ad vinum præliganeum, quod operarii bibant, ubi tempus erit, legito. *Id. ibid.* c. 6. *extr.* et *Plin.* l. 14. c. 4. Ceteræ vites, miscellas maxime, in quemvis agrum conveniunt. *that grow in any soil, common. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 54. Uva præcox, et miscella, quam vocant nigram, multo ante coquitur: quo prior legenda. *Uva Miscella* his locis videtur esse, quæ legendi tempore non tota nigra est, sed albedinis retinet aliquid, et cruditatis. *Id.* l. 3. c. 7. *de columbis.* Ex his duabus stirpibus fit miscellum tertium genus fructus causa. *h. e.* ex agresti genere, et domestico. *Sueton. in Calig.* c. 20. Edidit in Sicilia hasticos ludos, et in Gallia miscellos. V. vocem præced. *Gell. in præfat.* Variam, et miscellam, et quasi confusaneam doctrinam conquisiverant. ¶ Lex Julia miscella, quam memorat *Justinian. in Authent. de nupt.* cap. 43. dicta est, non a *Julio Miscello*, qui eam tulerit (neque enim *Miscellus* cognomen Romanum est.) sed a varietate plurium rerum ac personarum, quæ complectebatur. ¶ Æs miscellum apud *Siculum Flacc. de condition. agror.* pag. 23. *Goesii*, est tabula ænea, in qua descripta erant nomina militum emeritorum, quibus agri ab Imperatore assignabantur, et mixtim etiam eorum, qui postea in locum defunctorum successerant.

MISCĔO, es, miscui, mistum, *et* mixtum, a. 2. *to mix, mingle, intermix, blend*, μίγνυμι, confundo, tempero, permisceo, admisceo. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 61. Dulce amarumque una nunc misces mihi. *Phædr.* l. 1. fab. 14. Miscere toxicum antidoto. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 24. forti mella Falerno. et sat. 2. v. 73. elixa assis. et sat. 4. v. 55. Vina Surrentina fæce Falerna. *Colum.* lib. 6. cap. 4. Largo sale pabula. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 198. aquas nectare. *Id.* 4. *Metam.* v. 140. fletum cruori. *Colum.* l. 7. c. 5. *ante med.* ad fæcem et amurcam portione æqua detritum album elleborum. *Lucret.* l. 2. v. 804. Inter cæruleum virides miscere smaragdos. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 9. v. 20. Cumque meis lacrymis miscuit usque suas. *Id.* 13. *Metam.* v. 549. postquam cum luctu miscuit iram. *Virg.* 12. *Æn.* v. 714. sors et virtus miscentur in unum. *Liv.* lib. 30. cap. 34. Pavidos fuga et vulneribus milites in integram aciem miscere. *Ovid. Metam.* 4. v. 307. Et tua cum duris venatibus otia misce. *Id.* 1. *Trist.* el. 3. v. 80. Miscuit hæc lacrymis tristia dicta suis. *Id.* 6. *Fast.* v. 463. interdum miscentur tristia lætis. ¶ Pertinet aliquando ad amplexus, et συνουσίαν. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 30. Cum matre corpus miscere. *Ovid. Metam.* 13. v. 867. Sic se tibi misceat. ¶ Et ad connubia. *Liv.* l. 1. c. 9. Miscere sanguinem, et genus. ¶ Interdum *misceri*, est convenire, congregari, *to flock or crowd together, collect. Virg. de apib.* 4. *Georg.* v. 75. Et circa regem, atque ipsa ad prætoria densæ Miscentur. Adde vers. 311. ¶ Post invectum morem miscendi aquam vino, quia merum capiti inimicum senserant, qui primi ejus usum invenerunt; *miscere* pro bibendum præbere usurpari cœptum, *to mix for another to drink*, licet minime dilutum vinum detur. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 5. *extr.* Qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 4. v. 29. Quod tibi miscuerit, sapias, bibat ipse, jubeto. *Martial.* l. 3. epigr. 49. Veientana mihi misces, tu Massica potas. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 147. Lurida terribiles miscent aconita novercæ. et lib. 10. v. 160. Miscere pocula alicui. *Martial.* l. 6. epigr. 78. Misceri sibi protinus deunces, Sed crebros, jubet. ¶ *Miscere manus, prælia*, est conserere, *to join battle, engage. Propert.* l. 2. el. 20. v. 66. Cum Mavors dubias miscet utrinque manus. *Id.* l. 4. el. 1. v. 28. Miscebant usta prælia dura sude. Adde *Virg.* 2. *Georg.* v. 282. et lib. 3. v. 220. &c. Sic *vulnera miscere* apud eund. 12. *Æn.* v. 720. de his, qui pugnando se mutuis vulneribus conficiunt. ¶ Sæpe significat perturbare, confundere, permiscere, *to confuse, disturb, throw into disorder or confusion, confound, embroil. Virg.* 1. *Æn.* v. 137. Jam cælum terramque meo sine numine, venti, Miscere, et tantas audetis tollere moles. et vers. 128. magno misceri murmure pontus. *Id.* 9. *Æn.* v. 714. Miscent se maria, et nigræ attolluntur arenæ. et lib. 1. v. 194. tum vulgus, et omnem Miscet agens telis nemora inter frondea turbam. *h. e.* agmen cervorum disjicit. ¶ Translate *Cic.* 3. *de Legib.* c. 9. Omnia infima summis paria fecit, turbavit, miscuit. *Id.* l. 1. *de Orat.* c. 51. *ante med.* Animorum motus judicibus aut populo dicendo miscere atque agitare. *Id. Agrar.* 2. c. 33. Malis concionibus, turbulentis senatusconsultis, iniquis imperiis miscere rempublicam. *Vellei.* l. 2. c. 47. Omnia armis, tumultuque miscebat. *Phædr.* l. 1. fab. 2. v. 2. Procax libertas civitatem miscuit. *Virg.* 2. *Æn.* v. 486. At domus interior gemitu, miseroque tumultu Miscetur. et lib. 12. v. 805. luctu miscere hymenæos. et vers. 217. vario misceri pectora motu. ¶ Pro moliri, ciere, agitare, commovere. *Virg.* 4. *Æn.* v. 209. cæcique in nubibus ignes Terrificant animos, et inania murmura miscent. *Id.* 2. *Æn.* v. 329. Victorque Sinon incendia miscet. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 16. Miscere cœtus. ¶ Translate *Cic. de Harusp. resp.* c. 22. Eas habet conciones, ea miscet ac turbat, ut, &c. *Nep. in Pausan.* c. 1. Qua victoria elatus plurima miscere cœpit, majora concupiscere. *Terent. Heaut.* 4. 5. 35. Ita tu istæc tua misceto, ne me admisceas. *Cic. Catil.* 4. c. 3. Ego magnum in republica versari furorem, et nova quædam misceri et concitari mala, jampridem videbam. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 68. *extr.* Miscere seditiones. ¶ *Mare cælo miscere*, proverbiali locutione dicitur de iis, qui nihil non conantur, ac turbant, fremunt, indignantur, exclamant, ut quippiam obtineant: τῇ γῇ τὸν οὐρανὸν ἀναμεμίχθαι. *Liv.* l. 4. c. 3. Quid tandem est, cur cælum ac terras misceant? *Juvenal.* sat. 2. v. 25. Quis cælum terris non misceat, et mare cælo, Si fur displiceat Verri, homicida Miloni? *h. e.* non vehementer stomachetur, et exclamet? *Id.* sat. 6. v. 282. clames licet, et mare cælo Confundas, homo sum. ¶ *Miscere se*, se immittere. *Virg.* 1. *Æn.* v. 443. Infert se septus nebula (mirabile dictu!) Per medios, miscetque viris, neque cernitur ulli. *is himself in the midst of the people.* Translate *Vellei.* lib. 2. c. 86. Miscere se partibus alicujus. *Liv.* l. 39. c. 37. Cum Concilii nostri eam civitatem fecerimus, nobisque miscuerimus. *have incorporated. Callistrat. Dig.* lib. 27. tit. 1. leg. 17. *ad fin.* Miscere se administrationi. *Papinian.* lib. 26. tit. 7. leg. 38. *a med.* negotiis. *Ulpian.* lib. 29. tit. 2. leg. 42. *ad fin.* paternæ hereditati. *to intermeddle with.* ¶ *Miscere curas cum aliquo*, partiri, communicare. *Senec.* ep. 3. Cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce. [¶ Particip. *miscens, miscendus, mixturus* apud *Phædr.* l. 1. fab. 28. v. 10. Hosti dolorem damno miscens sanguinis. *Ovid.* 12. *Met.* v. 321. Miscenda cum Styge vina bibas. *Lucan.* l. 7. v. 814. Rogus ossibus astra Mixturus.]

MISELLUS, a, um, *poor, wretched, pitiful*, diminut. a *miser. Cic. Attic.* l. 3. ep. 23. *sub fin.* Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo præter invidiam et ignominiam nominis mei, tuere quoad poteris. *Id.* 14. *Fam.* ep. 4. Illius misellæ et matrimonio et famæ serviendum est. *Catull.* carm. 3. v. 16. O factum male! o miselle passer! *Plaut. Rud.* 2. 6. 65. Redactus sum usque ad hanc unam tuniculam, et ad hoc misellum pallium. *Lucret.* l. 4. v. 1089. Misella spes. ¶ *Misellos* appellabant defunctos. *Tertull. de testimon. anim.* c. 4. Cum alicujus defuncti recordaris, misellum vocas eum. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 65. *Burm.* Sacrum novendiale servo suo misello faciebat. Sic *Inscript.* apud *Gruter.* p. 715. n. 4. D. M. et memoriæ miserrimorum, &c.

MISENĀTES, ium, m. Miseni incolæ. *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 31. et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 521. n. 5. Misenatium classis.

MISENENSIS, e, adject. ad Misenum pertinens, ut Misenensis villa, *Phædr.* fab. 5. l. 2. v. 8. Misenensis classis, *Tacit.* 3. *Hist.* c. 57.

MISĒNUS, i, m. hod. *Miseno*, Μισηνὸς, mons et promont. Campaniæ, ubi Misenum urbs a Miseno filio Æoli, Æneæ tubicine, ibi sepulto. *Virg.* 6. *Æn.* v. 232. *et sequent.* et *Sil.* l. 12. v. 155. ¶ Neutr. gen. *Festus*: Misenum promontorium a Miseno tubicine Æneæ ibi sepulto est appellatum.

MISER, a, um, *miserable, wretched, distressed, unfortunate, woful, piteous*, ἄθλιος, δύστηνος, τάλας, ærumnosus, infelix, afflictus, calamitosus. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 17. ducit a *minus*, cui cum opus est, minus nullo est. Alii a Græco derivant. *Cic. in Partit.* c. 17. Nihil est tam miserabile, quam ex beato miser. *Id.* 14. *Fam.* ep. 7. et *Plaut. Cistell.* 2. 2. 2. Miserrimum habere aliquem. *h. e.* affligere, vexare, miserrimum reddere. *Id. pro Planc.* c. 34. Miseris et laborantibus nihil negare possumus. *Id. pro Quint.* c. 30. Miser, atque infelix. *Id. Parad.* 2. c. 1. Ærumnosus, infelix, miser. *Id.* 4. *Tuscul.* c. *ult.* Miser, afflictus, ærumnosus, calamitosus. *Terent. Eun.* 3. 2. 33. Servus domini pauperis miserique. *Plaut. Bacch.* 5. 1. 20. Homo miser, et infortunatus. *Cic. pro Cluent.* c. 3. Fortunæ miseræ atque jactatæ alicujus portum ac perfugium esse. *Id.* 11. *Phil.* c. 4. O multo miserior Dolabella, quam ille, quem tu miserrimum esse voluisti. *Plaut. Mil.* 4. 2. 76. Quid illam miseram animi excrucias? *Id. Trucul.* 2. 7. 36. Animo hercle homo suo est miser. *Id Epid.* 4. 1. 1. et *Lucret.* l. 3. v. 110. Miserum esse ex animo. ¶ Eleganter sermoni interseritur. *Terent. Andr.* 5. 2. 13. Anne est intus Pamphilus? crucior, miser. *Lucret.* l. 4. v. 1172. foribus, miser, oscula figit. *Plaut. Capt.* 1. 2. 32. Ossa atque pellis sum, misera, macritudine. ¶ Dolentis, et querentis exclamationes sunt apud *Terent. Adelph.* 3. 1. 4. Miseram me! neminem habeo: solæ sumus. *ah! me, wo is me!* et 3. 2. 3. Væ misero mihi! et 3. 2. 12. Me miserum! vix sum compos animi. et *Phorm.* 1. 4. 10. Eheu me miserum! *alas! wretch that I am! Virg.* 6. *Æn.* v. 20. tum pendere pœnas Cecropidæ jussi (miserum!) septena quotannis Corpora. ¶ Speciatim pro ægroto sumitur, *sick, ill, indisposed. Petron. in Satyr.* c. 129. Homini misero non invideo medicinam. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 43. Miseram esse prædicat buccam sibi: fortasse medicos nos esse arbitrarier. *Id. Trucul.* 2. 6. 39. Quo nunc etiam morbo misera sum. *am afflicted. Veget. de re Veterin.* l. 3. c. 18. Interdum jumentis misera sit coxa. *diseased. Terent. Eun.* 5. 2. 7. Miserrimus fui fugitando, ne quis me cognosceret. *h. e.* fatigatus, languidus, lassus, ut et *Donat.* exponit. ¶ *Misera res*, quæ miseros facit. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 28. *circa med.* Bonum liberi, misera orbitas: bonum patria, miserum exsilium. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 28. O dii immortales! rem miseram et calamitosam! *unfortunate, calamitous. Id. Catil.* 4. c. 6. Mihi videntur hæc misera atque miseranda. *Id. in fragm. pro Corn. majest. reo* apud *Ascon.* Spectaculum miserum ac funestum. *Id. ad Pompei.* 2. *post* ep. 11. l. 8. *ad Attic.* Supplicia miserrima, et crudelissima perferre. *most dreadful. Horat.* lib. 1. sat. 4. v. 26. Misera ambitione laborare. *Val. Flacc.* l. 6. v. 418. misera pestis. *cruel. Lucret.* l. 3. v. 1065. Miseræ curæ. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 11. *a med.* Nihil potest fieri miserius, nihil perditius, nihil fœdius. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 7. *a med.* Ne miseriore ac duriore conditione cum toto exercitu decertare cogerentur. *Cic. Attic.* l. 3. ep. 7. *sub fin.* Id est maximum, et miserrimum mearum omnium miseriarum. ¶ Interdum miser de innocente dicitur, et qui sine sua culpa infelix est, ut adnotavit *Ascon.* ad illud *Cicer. Verr.* 3. c. 15. *in fin.* Ille miser cum esset, tum proditione istius nefaria, tum improbo ejusdem testimonio, tum istius flagitiorum invidia conflagravit. *Id. Catil.* 2. c. 7. Et erunt, qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed miserum, me non diligentissimum consulem, sed crudelissimum tyrannum existimari velint. *Id. Phil.* 11. c. 4. Dolores Trebonius pertulit magnos: multi ex morbi gravitate majores: quos tamen non miseros, sed laboriosos dicere solemus. ¶ Cum genitivo *Plin. in Paneg.* c. 58. *a med.* Miseros ambitionis, qui ita consules semper, ut semper principes erant! *wretched in their ambition: the unhappy slaves of ambition. Stat.* 4. *Theb.* v. 403. Ah miseri morum! ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Pallad. in Aug.* tit. 2. Si terra exilis in vinea est, et vinea ipsa miserior. *Id. in Januar.* tit. 13. Locus, qui misera virgulta produxerit. *h. e.* male provenientia, retorrida, infelicia. Sic *Virg. Ecl.* 3. v. 27. Stridenti miserum stipula disperdere carmen. *h. e.* incomptum, male natum. *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 34. *extr.* Miserum, sed unicum remedium est, membrum, quod paulatim emoritur, abscindere.

MISERABĬLIS, le, *to be pitied, deserving of compassion, pitiable, deplorable, miserable, lamentable, wretched*, ἐλεεινὸς, miserationem movens, miseratione dignus, miserandus. *Ovid. in Ibin*, v. 117. Sisque miser semper, nec sis miserabilis ulli. *Liv.* l. 1. c. 29. *ad fin.* Voces etiam miserabiles exaudiebantur, mulierum præcipue. *Martial.* l. 6. epigr. 77. Cum sis tam pauper, quam nec miserabilis Irus. *Cic. in Partit.* c. 17. Nihil est tam miserabile, quam ex beato miser. *Id. Verr.* 7. c. 63. Acerba imploratio, et vox miserabilis. *Id. pro Dom.* c. 23. Cum ejus mœror, squalor incredibilis et inauditus, omnibus mortalibus miserabilis videretur. *Id.* 2. *Phil.* c. 29. Auctionis miserabilis aspectus. *Horat.* l. 1. od. 33. v. 2. Miserabiles elegos decantare. *h. e.* flebiles, miserationis plenos. *Liv.* l. 1. c. *pænult.* Miserabilis cædes. *et mox.* Causa mortis indignior, et miserabilior. *Sallust. in Jug.* c. 57. Pæne imprudentia admissum facinus miserabile. *Ovid. Heroid. ep. ult.* v. 214. Miserabile corpus. *h. e.* macie et morbo confectum. *Id. Metam.* 13. v. 422. et *Virg.* 1. *Æn.* v. 114. tres Eurus ab alto In brevia et Syrtes urget (miserabile visu!) Illiditque vadis. *wretched to behold!* ¶ *Miserabile* adverbii ritu, *Virg. Æn.* 12. v. 338. miserabile cæsis Hostibus insultans. Adde *Stat.* 12. *Theb.* v. 55.

MISERABILĬTER, *pitifully, deplorably, lamentably, sadly, wretchedly*, ἐλεεινῶς, miserabilem in modum, miserationem movendo. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 40. Quam me delectat Theramenes! quam elato animo est! etsi enim flemus, cum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur. *Id.* l. 10. *ad Attic.* ep. 9. et *Liv.* l. 26. c. 3. *extr.* Epistola scripta miserabiliter. *Cic.* lib. 14. *Attic.* ep. 10. Cæsar in foro combustus, laudatusque miserabiliter. *Liv.* l. 45. c. 42. Orbitatem suam miserabiliter deflere. *Plin.* l. 34. c. 8. *post med.* Infans matri interfectæ miserabiliter blandiens. *Senec. in præfat.* l. 4. *excerpt. controv. a med.* Miserabilius dicere. *Valer. Max.* l. 2. c. 6. n. 11. Turpiter et miserabiliter perire. et lib. 4. c. 1. n. 4. *extern.* Dispersam, et vagam vitam miserabiliter exigere. *Curt. in fin.* l. 4. Miserabiliter cadere.

MISERĀMEN, inis, n. miseratio. Legitur a quibusdam apud *Juvenc.* l. 4. in cap. 25. *Matth.* v. 285. parvi miseramina panis. *Sed alii* mihi fragmina panis.

MISERANDUS, a, um, *to be pitied or lamented, pitiable, deplorable*, ἐλεεινὸς, miseratione dignus, miserabilis. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 37. Hunc in minimis rebus ita labi, ut aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur. *Id. Catil.* 4. c. 6. Hæc mihi videntur misera atque miseranda. *Sal-*

lust. in Jug. c. 15. Miseranda fortuna. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 276. et *Virg.* 11. *Æn.* v. 259. Vel Priamo miseranda manus. et lib. 3. *Æn.* v. 591. Ignoti nova forma viri, miserandaque cultu. *Cic. de Provinc. consul.* c. 3. Miserandum in modum milites capti, necati, deserti. ¶ Sermoni interseritur, ut miser. *Virg.* 5. *Æn.* v. 509. Ast ipsam miserandus avem contingere ferro Non valuit.

MISERANTER, adverb. *pitifully*, ἐλεεινῶς, cum miseratione. *Gell.* l. 10. c. 3. Quod aut ampliter, insigniterque, aut lacrymose, aut miseranter, &c.

MISĔRATĬO, onis, *f. commiseration, compassion, pity*, οἰκτιρμός, significatio, seu ostensio misericordiæ, qua ex alicujus infelicitate movemur. *Cic.* l. 5. *Fam.* ep. 12. Quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat? *Quintil.* l. 10. c. 1. *ante med.* Miseratione commovere. *Cic. in Orat.* c. 21. Miseratione mens judicum permovenda. *Plin.* l. 9. c. 8. *in fin.* Miserationem petere. *h. e.* misericordiam et veniam. *Justin.* l. 7. c. 2. Miseratio eos infantis tenebat. ¶ Oratio miserationem movens. *Cic. de clar. Orat.* c. 21. Miserationibus, et communibus locis uti. *Id. Phil.* 2. c. 36. Tua illa pulcra laudatio, tua miseratio, tua cohortatio.

MISERĀTOR, oris, m. is, quem alicujus miseret. *Juvenc.* l. 2. v. 294. *in Joann.* c. 4. peccantum largus miseratur Iesus. Adde *Tertull.* l. 5. *cont. Marcion.* c. 11.

MISĔRE, *wretchedly, miserably, pitifully, unhappily, sadly*, ἀθλίως, infeliciter, miserum in modum. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 15. *a med.* Beate, misereve vivere. *Justin.* l. 11. c. 10. misere vitam exhibens. *Plaut. Asin.* 1. 1. 108. Mori se se misere mavolet, quam non perfectum reddat, quod promiserit. *Id. Aulul.* 4. 10. 1. Ego sum miser, *et* misere perditus. *Id. Cistell.* 4. 2. 21. Homines misere miseri. *Senec.* l. 5. controv. 34. *ante med.* Nemo ex Olynthiis miserius servit, quam, &c. *Cass. ad Cicer. Fam.* 12. ep. 12. *a med.* Bassus misere noluit mihi legionem tradere. *h. e.* nullo consilio, et suo malo. ¶ Pro miserabiliter. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 72. Est misere scriptum, Pseudole! *Pseud.* o miserrime. ¶ Pro cupide, et vehementer, et simul cum animi quodam cruciatu. *Terent. Adelph.* 4. 5. 64. Quia tam misere hoc esse cupio verum, eo vereor magis. *for the very reason that I am so anxious that this should be true, am I the more afraid. Id. ibid.* 4. 5. 33. et *Plaut. Mil.* 4. 6. 32. Misere amare. *Plaut. Cist.* 1. 2. 12. deperire. *to be deeply or desperately in love. Terent. Eun.* 3. 1. 22. invidere. *et Heaut.* 2. 3. 124. orare aliquid. *et Adelph.* 4. 1. 6. nimis cupere. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 8. discedere quærens.

MISERĔO, es, ui, itum, n. 2. *to have compassion, pity*, idem quod misereor. *Enn.* apud *Non.* c. 7. n. 58. Miserete anuis, date ferrum, qui me anima privem. *Id.* apud *Priscian.* l. 8. pag. 824. *Putsch.* Cogebant hostes lacrymantes, ut misererent. *Lucret.* l. 3. v. 895. Ipse sui miseret. ¶ Usitatissimum est impersonaliter: et eadem forma dicitur qua *piget, pœnitet, tædet. Cic. pro Mil.* c. 34. Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant. *Plaut. Pseud.* 5. 2. 25. Neque te mei tergi misereret, si, &c. *Id. Trin.* 2. 2. 62. Ita te aliorum miserescat, ne tui alios misereat. *Terent. Heaut.* 4. 5. 2. Menedemi vicem miseret me. et 3. 1. 54. Me tuarum miseritum est fortunarum. *Apul.* l. 8. *Metam. a med.* Sic deprecantis totos quidem miseruit.

MISERĔOR, eris, ertus, *et* eritus sum, dep. 2. *to pity, commiserate, have compassion or pity on, compassionate, deplore*, ἐλεέω, ob alicujus miseriam dolorem animo concipio, misericordia commoveor. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 81. O virgo miserere mei, miserere meorum. *Cic.* 4. *Attic.* ep. 5. Cum misereri mei debent, non desinunt invidere. *Id. Verr.* 3. c. 28. *extr.* Audite, quæso, judices, et aliquando misereamini sociorum. *Justin.* l. 15. c. 3. Misertus tanti viri, venenum ei in remedium dedit. *Virg. Ecl.* 2. v. 7. Nil nostri miserere? *Id.* 2. *Æn.* v. 143. miserere laborum tantorum. *Afran.* apud *Gell.* l. 20. c. 6. Nescio qui nostri miseritus tandem deus. Apud *Livium* quoque l. 27. c. 33. *in fi.* et 34. habetur *misertus alicujus*: ubi al. leg. *miseritus.* Sic *Phædr.* l. 3. fab. 2. v. 4. Alii contra miseriti misere panem. ¶ Impersonaliter *L. Crassus* apud *Priscian.* l. 8. pag. 824. Neque me minus vestri, quam mei miserebitur. *Turpil.* apud *Non.* c. 7. n. 80. Nunc patris me miseretur magis. *Pacuv. ibid.* Miseretur tui. *Quadrigar.* apud *Gell.* c. 6. l. 20. Quando te nostrum et reipubl. miserebitur? *Cic. pro Ligar.* c. 5. Cave, ignoscas: cave te fratrum pro fratris salute deprecantium misereatur. Ita legit etiam *Priscian.* l. 8. pag. 797. Alii *misereat. P. Scipio Africanus* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 10. Quod me reipublicæ maxime misertum est. *Plaut. Trin.* 2. 4. 9. Eum vidi miserum, et me ejus misertum est. ¶ Passive *Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 30. *circa med.* Ut majoribus natu assurgatur, ut supplicum misereatur. Ζεῦγμα. V. similem locum in *Assurgo.* ¶ Cum dativo *Senec.* l. 1. controv. 2. Et ego misereor tibi, puella. *Plerique omnes leg.* tui. *Quintil.* declam. 272. Cui misereri satis non possumus. *Hygin.* fab. 58. Cui Venus postea miserta est. *Coripp.* l. 2. v. 402. dominus servis miseratus egenis. *Diomed.* quoque l. 1. pag. 294. *Putsch. misereor tibi* ut Latinum agnoscit. ¶ Cum accusat. *Grat. in Cyneg.* v. 440. Tot miserere animas. Al. leg. *miserare.* ¶ *Miserier* paragoge est apud *Lucret.* l. 5. v. 1022. pro *misereri.*

MĬSERESCO, is, n. 3. *to pity, compassionate*, οἰκτίζω, misericordia moveor, misereor. *Virg.* 2. *Æn.* v. 145. His lacrimis vitam damus, et miserescimus ultro. et l. 8. v. 573. Arcadii quæso miserescite regis. *Stat. Theb.* l. 1. v. 280. et generis miseresce tui. ¶ Impersonaliter *Terent. Heaut.* 5. 4. 3. Inopis nunc te miserescat mei. *Liv.* l. 2. c. 5. Miserescebat non pœnæ magis homines, quam sceleris. *Plerique al. leg.* miserebat. ¶ *Plaut. Epid.* 4. 1. 1. Si quid est homini miseriarum, quod miserescat, miser ex animo est. *h. e.* propter quod angatur, et fiat miser.

MISĔRET. V. *Misereo.*

MISERĬA, æ, f. *trouble, misfortune, calamity, misery, wretchedness*, ταλαιπωρία, ærumna, malum, calamitas, qua homo angitur, et fit miser. *Cic.* 5. *de Fin. c. ult.* Ubi virtus est, ibi esse miseria, et ærumna non potest, tamen labor potest, et molestia. *Id. Fam.* 7. ep. 3. Miseriæ, in quibus tot annos versamur. *Id. Phil.* 2. c. 1. In miserias incidere. *Id.* 3. *de Fin.* c. 14. *extr.* In miseria esse. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 5. Nasci in miseriam. *Id.* 3. *Fam.* ep. 8. Levare aliquem miseriis. et lib. 9. ep. 13. A miseria se eripere. *Id. in Bruto*, c. 96. A miseriis se vindicare. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 93. Miserias voluptate sedare. *Sallust. in Catil.* c. 10. Iis otium, divitiæ optandæ aliis, oneri miseriæque fuere. ¶ Speciatim dici videtur de malo paupertatis. *Liv.* l. 6. c. 34. In urbe vis Patrum in dies, miseriæque plebis crescebant, cum eo ipso, quod necesse erat solvi, facultas solvendi impediretur. *Plin.* lib. 7. c. 32. Comitem æris alieni atque litis esse miseriam. ¶ Est etiam dolor, angor, molestia, quæ ex malo et ærumna oritur. *affliction, distress, travail. Terent. Adelph.* 5. 4. 22. Miseriam omnem ego capio: hic potitur gaudia. *Id. Eun.* 3. 1. 16. Exspuere omnem ex animo miseriam. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 41. *a med.* Stoici omnia superstitiosa solicitudine et miseria credunt. ¶ Pro labore. *Quintil.* l. 1. c. 8. (*al.* 14.) *ad fin.* Persequi quod quisque unquam vel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimiæ miseriæ, aut inanis jactantiæ est. *too irksome or fatiguing.* ¶ In fabulis Miseria est Erebi et Noctis filia. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 17. *in fi.* et *Hygin. in præfat.*

MISERICORDĬA, æ, f. *mercy, compassion, pity*, ἔλεος, miseratio. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 8. Misericordia est ægritudo ex miseria alterius, injuria laborantis. Nemo enim parricidæ, aut proditoris supplicio misericordia commovetur. *Id.* 2. *de Orat.* c. 47. Non prius sum conatus misericordiam aliis commovere, quam misericordia sum ipse captus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 12. Mentes hominum ad lenitatem misericordiamque revocare. *Id. post redit. in Senat.* c. 7. Vir clementia ac misericordia singulari. *Id. pro Planc.* c. 1. *sub fin.* Petam a vobis, judices, ut cujus misericordia salus mea custodita sit, ei vos vestram misericordiam, me deprecante, tribuatis. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 2. Oro atque obsecro, adhibeatis in hominis fortunis misericordiam. *Id. ad Brut.* ep. 12. Misericordiam impartiri alicui. *to impart, extend. Id. pro Mil.* c. 34. implorare et exposcere. *Id.* 2. *Phil.* c. 34. captare. *Id.* 1. *de Orat.* c. 53. populi concitare. *Ulpian. Dig.* lib. 16. tit. 3. leg. 7. exercere. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 50. Prædia mea tu possideas, ego aliena misericordia vivo. *Id. Attic.* l. 7. ep. 12. *circa med.* Frangor sæpe misericordia puerorum. et lib. 10. ep. 11. Filii mei misericordia languidiora adhuc consilia cepi. *Id. Catil.* l. c. 7. Misericordia permotus. *Ulpian. Dig.* lib. 16. tit. 3. leg. 7. ductus. *Sueton. in Calig.* c. 12. *in fi.* correptus. *Cic. de clar. Orat.* c. 50. Ad misericordiam inducere. *Id. pro Quint.* c. 2. *a med.* In fidem et misericordiam alicujus confugere. *Id. pro Mur.* c. 40. Misericordiam spoliatio consulatus magnam habere debet. ¶ In plur. numero. *Plaut. Mostell.* 2. 3. 115. Misericordias jam habere haud hominem oportet. ¶ Dea habita est, et celebrem Athenis aram habuit (V. *Clementia* in fi.) de qua *Claudian. de B. Gild.* v. 404. si flentibus aram, Et proprium miseris numen statuistis, Athenæ. Fundata dicitur a nepotibus Herculis, iram veritis Atheniensium, quos avus afflixerat, ut docet *Serv. ad Æn.* 8. v. 342. vel, ut alii, quia ab Eurystheo pulsi, ab Atheniensibus benigne excepti sunt. *Apul.* l. 11. *Metam.* Magnis exantlatis laboribus, et maximis actus procellis, ad portum quietis, et aram Misericordiæ tandem venisti.

MISERICORDĬTER, *compassionately*, ἐλεημόνως, clementer. *Claud. Quadrigar.* apud *Non.* c. et n. 11. Crudeliter illi, nos misericorditer: avariter illi, nos largiter. *Lactant.* l. 6. c. 18. Justus nunquam prætermittet, quo minus aliquid misericorditer faciat. *Augustin. de Doctr. Christ.* c. 16. l. 1. Quid liberalius et misericordius facere potuit. [† Cur non hic comparat. grad. potius adj. *Misericors?*]

MISERĬCORS, ordis, *merciful, compassionate, pitiful*, ἐλεήμων, ad miserendum facilis, clemens. *Cic. pro Cæcin.* c. 10. Testis in re misericordem se præbuit, et in testimonio religiosum. *Id.* 1. *de Invent.* c. 55. Animum auditoris mitem et misericordem conficere. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 17. Mansuetus et misericors. *Cic. pro Ligar.* c. 5. *a med.* Misericordem esse in aliquem. *Sallust. in Catil.* c. 54. Sint misericordes in furibus ærarii. *Plaut. Rud.* 1. 5. 23. Misericordior nulla me est feminarum. *Augustin. sub init.* ep. 48. et lib. 1. *Confess.* cap. 4. Quando utilissimus et misericordissimus exstitisset.

MISERĬMONĬUM, ii, n. miseria. *Laber.* apud *Non.* c. 3. n. 144. Tibi relictum est miserimonium.

MISERĬTER, adverb. idem ac miserabiliter, seu misericorditer. *Laber.* apud *Non.* c. 11. n. 62. Mens incorrupta miseriter corrumpitur. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 49. Patriam allocuta est ita voce mœsta miseriter. Adde *Enn.* apud *Priscian.* l. 15. pag. 1010. *Putsch.*

MISERĬTŪDO, inis, f. idem ac miseria, misericordia. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 521. bis pro miseratione usurpat.

MISERĬTUS, et Misertus. V. *Misereor*, et *Misereo.*

MISĔRO, as, a. 1. idem ac misereor. *Accius* apud *Non.* c. 7. n. 18. Ut jure hæc nunquam miserarent mala. Hinc particip. Miserans, antis, *Virg.* 5. *Æn.* v. 452. miserans attollit amicum. *Id.* 2. *Georg.* v. 499. miserans inopem.

MISĔROR, aris, atus sum, dep. 1. *to have or feel compassion, pity, commiserate, compassionate, deplore*, οἰκτείρω, alienam miseriam doleo, commiseror, conqueror, verbis, aut lacrymis, aut re ostendo, mihi alterius mala acerba esse. Inter *miseror*, et *misereor* ita distinguit *Festus*, ut *miseretur*, is, qui conqueritur aliena incommoda: *misereatur* is, qui miserum sublevat. Idem fere tradit *Non.* c. 5. n. 96. et *Incertus Auctor de different. vocum* apud *Putsch.* pag. 2206. Sed hoc discrimen non servatur. *Plaut. Epid.* 4. 1. 6. Quis illæc est mulier, quæ ipsa se miseratur? *Cic. pro Mur.* c. 27. Non queo satis communem omnium nostrum conditionem, et hujus eventum fortunamque miserari. *Virg. Æn.* 1. v. 601. O sola infandos Trojæ miserata labores. et lib. 6. v. 332. sortemque animo miseratus iniquam. ¶ Cum infinito *Hirt. de B. Afric.* c. 8. Ipse miserari, tanta homines esse dementia, ut, &c. ¶ Cum genitivo. *Acc.* apud *Non. loc. cit.* Te commiserabar magis, quam miserabar mei. *Sil.* l. 11. 2. 381. pœnæ juvenem indignæ miseratus ab alto Jupiter. *Prudent. in Psychom.* v. 580. miserando inopum, quos larga benigne Foverat. *Minuc. Felix in Octav.* c. 28. Nonnunquam etiam miserantes eorum. *Justin.* l. 43. c. 4. *a med.* Mulier miserata formæ ejus, insidias aperuit. Al. leg. *formam.* ¶ *Miserari animi* pro *animo. Virg. Æn.* 10. v. 686. juvenemque animi miserata repressit. Ita *Servius*, *Arusian. Messus*, et *Codex Mediceus*, teste *Pierio*: estque longe elegantius, quam quod quidam leg. *animo.* ¶ Verbis, ac dicendo miseriam cujuspiam persequi. *Sallust. in Jug.* c. 25. *extr.* Eos multa pollicendo, ac miserando casum suum confirmat. *Tacit.* 3. *Annal.* c. 17. Etiam ipsius, quoquo modo meriti, casum miseratus. *Gell.* l. 10. c. 3. *a med.* Hæc M. Tullius atrociter, graviter, copiose, apteque miseratus est.

MISERŬLUS, a, um, misellus. *Catull.* apud *Non.* c. 11. *n. ult.* Animula miserula properiter abit. *Liv.* apud *Priscian.* l. 9. pag. 869. *Putsch.* Cupidius miserulo obito.

MISSIBILĬA pro *missilia* dixit *Sidon.* l. 4. ep. 20.

MISSICĬUS. V. *Missitius.*

MISSICŬLO, as, a. 1. *to send frequently, be in the habit of sending*, πεμπάζω, idem quod missito, sæpe mitto. *Plaut. Epid.* 1. 2. 29. Quod tute ad me litteras missiculabas. [† ¶ Formatur a *missum*, ut *pensiculo* a *pensum.*]

MISSĪLIS, le, *that may be thrown, cast, or hurled; missile, missive*, βλήσιμος, ad mittendum, seu jaciendum aptus. *Propert.* l. 3. el. 12. v. 10. Missile nunc disci pondus in orbe rotat. *Liv.* l. 1. c. 43. Fundas, lapidesque missiles hi secum gerebant. *Virg.* 10. *Æn.* v. 421. et 773. Da nunc, Thybri pater, ferro, quod missile libro, Fortunam atque viam duri per pectus Halesi. *Stat.* 8. *Theb.* v. 524. librans uni sibi missile ferrum. *h. e.* hastam adeo gravem, ut a se uno jaci posset. *which none could throw but himself. Plin.* l. 8. c. 35. Histrici longiores aculei, et cum intendit cutem, missiles. ¶ *Res missiles*, et *missilia* dicebantur, dona variarum rerum, quæ a principe spargebantur in populum ad diripiendum. *gifts which the Emperours used to throw among the people. Sueton. in Ner.* c. 11. Sparsa et populo missilia omnium rerum per omnes dies, singula quotidie millia. Avium cujusque generis multiplex penus, tesseræ frumentariæ, vestis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, atque etiam mansuetæ feræ: novissime naves, insulæ, agri. *Id. in Aug.* c. 98. Permissa licentia diripiendi pomorum, et obsoniorum, rerumque missilium. ¶ Translate *Senec.* ep. 74. Qui aliquid virtute melius putat, ad hæc, quæ a fortuna sparguntur, sinum expandit, et sollicitus missilia ejus exspectat. ¶ Item missilia sunt arma, quæ jaciuntur, ut hastæ, sagittæ, saxa, εἵματα, ἰοί. *missile weapons, missiles. Liv.* 34. c. 39. Missilibus Lacedæmonii pugnabant, a quibus se magnitudine scuti perfacile Romanus tuebatur miles. *Virg.* 10. *Æn.* v. 715. Non ulli est animus stricto concurrere ferro: Missilibus longe, et vasto clamore lacessunt. *Lucan.* lib. 7. v. 485. Spargitur innumerum diversis missile votis: Vulnera pars optat, pars terræ figere tela.

MISSĬO, onis, f. *a sending, mission*, πομπή, ἀποστολή, actus mittendi. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 5. Missio litterarum. *Id. Phil.* 7. c. 1. legatorum. [*Cels.* l. 2. c. 10. Missio sanguinis, *phlebotomy.*] ¶ Item jactus. *a throwing, hurling. Vitruv.* l. 2. c. 9. *ad fin.* Jussit extra telorum missionem eos circumvallari. *reach.* ¶ Item dimissio. *a sending away, discharging, dismissal, leave to go away; a discharge, mission. Cic. Fam.* 5. ep. 12. *sub fin.* Cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur. *the conclusion or breaking up of the games. Sueton. in Cæs.* c. 7. Cum mandatu prætoris jure dicundo conventus circumiret, missionem continuo effla-

gitavit. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 52. *Burm.* Tandem exoratus a nobis missionem puero dedit. Ille dimissus circa mensam percucurrit, &c. [† *De captivo. Cic. Tusc.* 1. 48. Silenus a Mida captus, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur.] ¶ In re gladiatoria *missio* dicta, cum alteri gladiatori saucio, submittenti arma, ac supplici concedebatur a populo, aut a Principe vita, et abeundi pro illa vice licentia: et gladiator *sine missione* est, qui ad certam mortem pugnat, sine spe, si gravius ictus fuerit, evadendi. *Martial.* l. 12. epigr. 29. Nuper cum Myrino peteretur missio læso. *Liv.* l. 41. c. 20. *sub fin.* Gladiatorium munus sæpius dando, et modo vulneribus tenus, modo sine missione etiam. *Senec. de benef.* l. 2. c. 20. *extr.* Non enim servavit is, qui non interfecit: nec beneficium dedit, sed missionem. ¶ Translate *Flor.* l. 3. c. 20. *extr.* Tandem eruptione facta, dignam viris obiere mortem: et, quod sub gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est. *Senec.* ep. 37. Quid prodest, paucos dies, aut annos lucrifacere? sine missione nascimur. ¶ In re militari *missio* est liberatio a militia: est autem triplex, ut *Macer* docet *Dig.* lib. 49. tit. 16. leg. 13. et *Ulpian.* lib. 3. tit. 2. leg. 2. alia honesta, quæ emeritis stipendiis datur: alia causaria, quæ causa valetudinis: alia ignominiosa (cujus exemplum habes apud *Hirt. de B. Afric.* c. 54. *Sueton. in Cæs.* c. 69. et *in Aug.* c. 24.) cum quis propter delictum a militia ejicitur. *Liv.* l. 26. c. 1. Ne quem militem legeret ex eo numero, quibus Senatus missionem reditumque in patriam negasset ante belli finem. *Id.* l. 7. c. 39. Exercitum purgare missionibus turbulentorum hominum.

MISSITĀTUS, a, um, *often or frequently sent*, sæpe missus. *Plin.* l. 33. c. 1. Codicillos missitatos, epistolarum gratia indicat.

MISSITĪUS, *vel* Missicius, a, um, qui mittitur, vel mitti potest. Hinc missicius miles dicitur veteranus, qui missionem honestam impetravit, vel confectis stipendiis missione donandus est. *Sueton. in Ner.* c. 48. Agnitus a quodam missitio prætoriano. *Inscript. vetus* apud *Gruter.* pag. 1109. n. 5. Missicius leg. VI. Aug. Alia apud *Murator.* pag. 786. n. 4. C. Atinius C. F. Quirina Adjutor annon. leg. XXX. Ulp. et missicius leg. ejusdem. Adde pag. 809. n. 6. et pag. 822. n. 2. quatuor item apud *Spon. in Miscell.* v. 243. ¶ In loco *Suetonii* quidam putant nomen viri proprium.

MISSĪTO, as, avi, atum, a. 1. *to send frequently*, προσαναπέμπω, sæpe mitto. *Liv.* l. 9. c. 45. Samniti auxilia missitaverant.

MISSOR, oris, m. *a thrower*, qui mittit. *Cicer. in Arat.* v. 84. Hic missore vacans fulgens jacet una sagitta. Al. leg. *Hic misso revocans*, &c.

MISSUS, a, um, *sent, sent forth, despatched*, πεμπτός. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. Particulam litterarum tuarum, quas misisti Octavio, legi missam ab Attico mihi. *Martial.* l. 10. epigr. 14. Selibra argenti missa. *sent as a present.* et *Plin.* l. 37. c. 5. *a med.* Missus munere smaragdus. *Virg.* 3. *Æn.* v. 595. patriis ad Trojam missus in armis. et lib. 12. v. 516. fratres Lycia missos, et Apollinis arvis. et lib. 9. v. 483. sub tanta pericula missus. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 236. *de Fabiis.* Ad bellum missos perdidit una dies. et lib. 5. v. 251. flos Oleniis mihi missus ab arvis. *Id.* 2. *Trist.* v. 189. Solus ad egressus missus septemplicis Istri. et lib. 4. el. 9. v. 9. extremum missus in orbem. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 18. Mula missa pastum. *Virg.* 2. *Georg.* v. 385. Ausonii, Troja gens missa, coloni. *deduced, descended. Plin.* l. 15. c. 30. Laurus missa e cælo. *Ovid.* l. 9. *Metam.* v. 19. gener externis hospes tibi missus ab oris. *Val. Flacc.* l. 1. v. 360. Hinc quoque missus adest, quamvis arcentibus Idmon Alitibus. ¶ Item immissus, injectus. *Virg.* 2. *Georg.* v. 451. torrentem undam levis innatat alnus Missa Pado. *launched.* et lib. 3. v. 447. aries missus secundo defluit amni. *Pallad. in Novembr.* tit. 7. *a med.* Aliqui in vasculis servant, arena pariter missa. *put in.* ¶ Item positus, appositus, oblatus. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 310. Fert missos Vestæ pura patella cibos. ¶ Item sparsus. *Id.* 5. *Fast.* v. 360. Accidere in mensas ut rosa missa solet. ¶ Item emissus, *sent forth, uttered, let out. Horat. de ar. Poet.* v. 390. nescit vox missa reverti. *Lucret.* l. 2. v. 194. e nostro cum missus corpore sanguis Emicat. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 12. v. 26. Carceribus missi equi. et lib. 3. *Amor.* el. 2. v. 9. equi de carcere missi. ¶ Item jactus, *thrown, hurled, cast, discharged. Plin.* l. 10. c. 8. Missus in sublime. *Virg.* 10. *Æn.* v. 799. missa manu sonitum dedit hasta per auras. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 195. Pectora nec missis jubeo præbere sagittis. *Id. Heroid.* ep. 3. v. 64. missi fulminis igne cremer. ¶ Item dimissus, omissus. *Cic.* 9. *Attic.* ep. 1. Remotis, sive omnino missis lectoribus. *discharged, dismissed, suffered to go. Virg.* 5. *Æn.* v. 286. et 545. misso certamine. *Inscript.* apud *Donium* class. 6. n. 69. L. Cornelio Firmiano veterano, misso honesta missione, &c. ¶ Hinc *missum facere* est omittere, deserere, curam alicujus rei deponere, *to dismiss, pass over, give up, leave, abandon, let alone, not meddle or interfere with. Cic. pro Sext.* c. 66. Si qui voluptatibus ducuntur, missos faciant honores, ne attingant rempubl. *Terent. Hecyr.* 5. 2. 14. Missam iram facere. *to stay his anger.* et 3. 3. 48. Consilio missum facere amorem. ¶ Item repudiare, abire jubere. *to send away, discharge, dismiss. Sueton. in Calig.* c. 25. Lolliam Paullinam perductam a marito conjunxit sibi, brevique missam fecit. *repudiated, divorced. Hirt. de B. Afric.* c. 54. *sub fin.* Indignos vos esse arbitror, qui in meo exercitu ordines ducatis, missosque facio, et quantum potest, abesse ex Africa jubeo. ¶ Item prætermittere, *to omit, pass over in silence. Cic.* 5. *Verr.* c. 44. Horum agrorum ego missos faciam quæstus triennii: unum annum eligam, quo, &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 45. *sub fin.* Verum, ut hæc missa faciam, quæ jam facta sunt, &c. ¶ Denique est dimittere, abire sinere, *to let go, not detain. Cæsar ad Oppium, post* ep. 8. l. 9. *ad Attic.* Cn. Magium Pompeii præfectum deprehendi. scilicet meo instituto usus sum, et eum statim missum feci. *Terent. Andr.* 5. 1. 14. Illam hinc civem esse aiunt: puer est natus: nos missos face. *Nep. in Eumen.* c. 11. Ut sic deuteretur victo, quin aut interfici, aut missum fieri juberet. ¶ Singularis est constructio in illo *Pompeii ad Domit.* 1. *post* ep. 2. l. 8. *ad Attic. in fi.* Æquum est, me a te impetrare, ut cohortes, quæ ex Piceno venerunt, quæ fortunas suas reliquerunt, ad me missum facias. ¶ *Cælo missus.* V. *Cælum.*

MISSUS, us, m. *a sending, despatching, deputing*, missio. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 27. Qui jam ante missu Cæsaris ad Ambiorigem ventitare consueverat. *Virg. Æn.* 7. v. 750. Marrubia venit de gente sacerdos, Archippi regis missu. *Liv.* l. 9. c. 19. Pilum, haud paulo, quam hasta, vehementius ictu missuque telum. *discharging, hurling. Lucret.* l. 4. v. 409. Vix absunt nobis missus bis mille sagittæ. *two thousand shots of an arrow.* ¶ In Circensibus, et aliis ludis *missus* dicebantur singulæ procursiones equorum, postquam septem spatia confecerant, singulæ ferarum immissiones, aut gladiatorum, &c. quos fere 25. fuisse (si de equorum, aut quadrigarum cursibus sermo sit) notat ex *Varr. Serv.* 3. *Georg.* v. 18. ubi addit, ultimum missum dictum fuisse *ærarium. a match or heat at a race; a course or turn at a fight of wild beasts*, &c. V. *Ærarius.* Ceterum et plures fuere, pro luxu et opibus eorum, qui ludos dabant. Hinc *Sueton. in Domit.* c. 4. scribit, Domitianum singulos missus ad quina spatia redegisse, quo facilius centum missus peragerentur, cum antea septeni absolvi solerent: non enim dabatur corona victori, antequam septem spatia currendo peregisset. V. *Ovum* sub fin. *Id. in Ner.* c. 22. Spectaculum multiplicatis missibus in serum protraxit. ¶ Denique *missus* in cœnis sunt singulæ ferculorum illationes in mensam, *a course at an entertainment; a number of dishes set on the table at once. Capitolin. in Pertin.* c. 12. Novem libras carnis per tres missus ponebat. Adde *Lamprid. in Heliogab.* c. 30.

MISTARĪUS, *seu* Mixtarius, m. κύαθος, vas, quo vinum aqua miscetur. *Lucil.* apud *Non.* c. 15. n. 30. Urceus, aut gemina longus mistarius ansa.

MISTIM, *seu* Mixtim, adverb. *promiscuously, mixtly*, μίγδην. *Lucret.* l. 3. v. 567. per venas, et viscera mixtim.

MISTĪO, *seu* Mixtio, onis, f. actus miscendi, *a mixing, mixture, mixtion. Vitruv.* l. 1. c. 4. Aliam mixtionem habet genus avium, aliam piscium. Adde *Pallad.* l. 1. tit. 34.

MISTŪRA, *seu* Mixtura, æ, f. *a mixture, mixing, mixing or blending together, mistion*, μίξις, confusio rerum mixtarum, temperatura. *Lucret.* l. 2. v. 976. Multaque de rerum mistura dicere callent. *Varr.* apud *Non.* c. 8. n. 58. Propter talem misturam immoderatam ex aquis cunctis. *Plin.* l. 13. c. 1. Mixtura et compositio unguentorum. *Petron. in Satyr.* c. 94. Raram facit misturam cum sapientia forma. et cap. 132. Misturam animarum facere. *Sueton. in Domit.* c. 3. Mistura æquabilis vitiorum atque virtutum. ¶ Item ipsæ res mistæ. *things mingled together; a mixture, compound. Colum.* l. 7. c. 5. *sub fin.* Ea mistura palatum atque lingua, totumque os perfricatur. *Id.* l. 12. c. 10. Simili mistura vas suppleatur. et cap. 57. Hanc misturam cum in catillo composueris, oleum superfundito. ¶ De connubio *Plin.* l. 8. c. 53. In nullo genere æque facilis mixtura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant. *Lucan.* l. 9. v. 899. *de Psyllis.* in terram parvus cum decidit infans, Ne qua sit externæ Veneris mistura, timentes, Letifica dubios explorant aspide partus.

MISTUS, *seu* Mixtus, a, um, *mixed, mingled, blended, tempered, joined, united*, μικτός, confusus, temperatus. *Cic.* 2. *Offic.* c. 14. Si inest in oratione mista modestiæ gravitas, nihil admirabilius fieri potest. *Hirt. de B. Alex.* c. 56. Mistam dolori voluptatem capiebat. *Senec.* ep. 30. *ante med.* Alia genera mortis spei mista sunt. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 27. Ille fusus, et candore mistus rubor. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 15. *a med.* Ea bona mista ex dissimilibus si erunt. *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 38. Verbera cum verbis mista fuere meis. *Val. Flacc.* l. 6. v. 188. Hinc gemitus, mistæque virum cum pulvere vitæ. *h. e.* corpora saucia, sed adhuc viventia, strata humi, et pulvere fœdata. *Plin.* l. 31. c. 9. Mistus in vino sal. *Sallust. in Jug.* c. 61. Tæda mista pice et sulphure. *made of a mixture of*, &c. *Horat.* l. 1. od. 28. v. 19. Mista senum ac juvenum densentur funera. *Virg.* 7. *Æn.* v. 661. et *Val. Flacc.* l. 4. v. 119. Nympha mista Tonanti. *h. e.* quæ concubuit. *Val. Flacc.* l. 6. v. 200. Mista perit virtus. *h. e.* in media pugna virtus cujusque non distinguitur, atque adeo latet sine laude. et lib. 5. v. 100. mistoque sonantem Percutit ore lyram. *h. e.* adhibito cantu ad lyræ sonum. *Vellei.* l. 2. c. 98. Esse mores ejus vigore ac lenitate mistissimos. *h. e.* maxime temperatos. ¶ De misto imperio V. in *Merus.* ¶ De scriptione sic habeto, a Grammaticis fere probari *st*: in antiquis autem codicib. *Virgil.* teste *Pier. ad Æn.* 1. v. 492. magno consensu *xt* legi, ut et in Inscript. apud *Manut. in Orthogr.* quicum *Dausquius* facit. *Cellar.* et *Voss.* l. 5. *de Gramm.* c. 22. neutram damnant, aut præferunt.

MISTUS, *seu* Mixtus, us, m. mistura, mistio. In ablat. sing. *Colum.* l. 6. c. 37. *circa med.* Ut avitus color primordii seminis mistu reddatur nepotibus.

MISY, yos, n. *a kind of mushroom*, τὸ μίσυ, tuberis genus suavitate odoris et saporis præcipuum, quod in Cyrenaica provincia nascitur nostrate carnosius. *Plin.* l. 19. c. 3. ¶ Item genus metalli, quod fit exusto lapide chalcitide, concretum natura discretumque: cujus notæ sunt friati aureæ scintillæ, et cum teratur, arenosa natura, ut *Plin.* l. 34. c. 12. docet. *yellow copperas or Roman vitriol; misy. Cels.* l. 5. c. 19. sect. 8. Misyos crudi, æruginis rasæ, &c. et sect. 27. Misyos cocti, æris combusti, &c. Apud *Scribon. Larg. compos.* 34. et 240. legitur et *misys* in genitivo positione Latina: et fortasse etiam apud *Cels.* alicubi. Quin et *misy* in genitivo legitur, apud *eund.* lib. 6. c. 7. sect. 2. ut sit indeclinabile.

MITE, *mildly, meekly, gently*, πράως, placide, mansuete. *Apul.* l. 10. *Metam.* Nunc mite conniventibus, nunc acre comminantibus gestire pupillis. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 7. v. 29. Mitius ille perit, subita qui mergitur unda. *Id. Met.* 15. v. 494. similes aliorum respice casus: Mitius ista feres. *h. e.* æquiore animo. *more easily. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* cap. 43. Quam mitissime potest, legatos appellat.

MITELLA, æ, f. *a little mitre*, μιτρίον, parva mitra, dim. a *mitra. Virg. in Copa.* Copa Syrisca caput Graia redimita mitella. *Cic. pro Rabir. Post.* c. 10. Adolescentes cum mitella videmus. V. *Mitra.* ¶ Item fascia. *a bandage. Cels.* l. 8. c. 10. n. 3. *sub fin.* Brachium involutum mitella commodissime excipitur, quæ latitudine ipsa brachio, perangustis capitibus collo injicitur: atque ita commode brachium ex cervice suspensum est.

MITELLITA, *vel* Mitellica, æ, f. erogatio et distributio coronarum, in modum mitellæ compactarum, quæ ex nardi foliis, aut rosis, et serico factæ, pretiosisque unguentis imbutæ gestabantur a convivis in lautioribus cœnis. *Sueton. in Ner.* c. 27. Indicabat et familiaribus cœnas, quorum uni mitellita quadragies H-S constitit, alteri aliquanto pluris absorptio rosaria. ¶ *Mitellita* videtur esse adjectiv. ut a *galerus galeritus*, a *ratis ratitus*; sic a *mitella mitellitus.* Ceterum aliis totus hic locus corruptus videtur.

MITESCO, is, n. 3. *to grow ripe or mellow*, πέπτομαι, τελειοῦμαι, mitis, seu tener, ac maturus fio, ac esui aptus. *Cic. in Œconom.* apud *Gell.* l. 15. c. 5. *extr.* et *Colum.* l. 3. c. 1. Uvæ a sole mitescunt. *Plin.* l. 15. c. 14. Mala mustea a celeritate mitescendi. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 358. et cap. 4. n. 293. Nec grandiri posse frugum fetum, nec mitescere. *Colum.* l. 7. c. 9. *circa med.* Cornus, arbutus, prunus, pyri diversis temporibus mitescunt. V. *Mitigo*, et *Mitis.* ¶ Item universim tenerescere, *to grow soft or tender. Plin.* l. 22. c. *ult. a med.* Ervum madefactum pluribus diebus, mitescit. *et mox.* Lupini mitescunt cinere, aut aqua calidis. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 78. Sunt herbæ dulces, sunt quæ mitescere flamma, Mollirique queant. ¶ Translate est mansuescere. *to grow tame, gentle, or tractable*, τιθασσεύομαι. *Liv.* l. 33. c. 45. Ut feræ quædam nunquam mitescunt, sic immitis, implacabilis ejus viri animus est. *Plin.* l. 10. c. 45. In mari vituli, totque piscium genera mitescunt. *Pallad. in Mart.* tit. 14. *de asino admissario.* Si morsu furens lædit objectans, aliquatenus labore mitescat. ¶ Transfertur et ad animum. *to grow mild or gentle, become appeased or pacified, be softened or moved, be allayed or assuaged, grow calm, settle, subside. Horat.* l. 1. ep. 1. v. 39. Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit, Si modo culturæ patientem accommodet aurem. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 696. tota referam notissima Cypro Facta, quibus flecti facile, et mitescere possis. *Id.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 79. Spes quoque, posse mora mitescere Principis iram. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 322. Mitescere precibus. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 67. Pace et otio mitescere. et cap. 18. Seditio mitescit. *Liv.* l. 5. c. 17. *extr.* Mitescere discordiæ intestinæ metu communi cœptæ. ¶ Item ad inanima: præcipue ad vim frigoris. *Vetus Poeta* apud *Cicer.* 1. *Tuscul.* c. 28. Cælum mitescere, arbores frondescere. *the air grew mild. Liv.* l. 23. c. 19. Mitescente jam hieme. *abating, growing milder, becoming more moderate. Sil.* l. 15. v. 505. hieme affecta, mitescere cœperat annus. *Horat.* l. 4. od. 7. v. 9. Frigora mitescunt Zephyris. *Ovid. Heroid.* ep. 7. v. 179. Freta mitescunt. *are stilled, become calm. Lucan.* l. 10. v. 257. Æquoreosque sales longo mitescere tractu. *h. e.* salsum saporem amittere. *loses its saltness. Plin.* l. 3. c. 25. Mitescentia Alpium juga molli in dextra ac læva devexitate considunt. *growing more and more accessible. Claudian. de B. Get.* v. 273. nec vanis mitescunt flamina votis. *are appeased or quieted; lay aside their fury.* et lib. 2. *de rap. Pros.* v. 145. Insolitisque docet galeam mitescere sertis. *h. e.* horrorem deponere.

MITHRAS, *vel* Mithra, æ, m. Μίθρας, nomen Solis apud Persas, qui ejus simulacrum in spelunca effingebant,

humana quidem figura, sed rictu leonino, et manu bovis reluctantis cornua tenens, ut est apud *Vet. Scholiast.* ad illud *Stat. in fin.* l. 1. *Theb.* seu te roseum Titana vocari Gentis Achæmeniæ ritu, seu præstat Osirim Frugiferum, seu Persei sub rupibus antri Indignata sequi torquentem cornua Mithram. *Claudian.* l. 1. *in I. Consul. Stilich.* v. 63. Et vaga testatur volventem sidera Mithram. Apud *Gruter.* pag. 33. et 34. non unæ sunt Inscriptiones, in quibus habetur D. S. I. M. vel expresse *Deo Soli Invicto Mithræ*: quibus adde alias, quas affert *Reines.* class. 1. n. 45. *et sequ.* et *Philipp. a Turre de Monum. Antii*, par. 2. ubi Mithræ figuras quatuor exhibet, sacra ejus dei enarrat, mystica signa explicat, ac totam eam rationem accurate persequitur. In his tamen figuris nullus leonis rictus est. ¶ Apud *Curt.* l. 4. c. 13. legitur *Mithres, æ, em*, tanquam a Μίθρης. [*Mithres* autem quamvis appellatio Solis propria, in hominum tamen cognomen transiit, quod jamdudum observatum est ab eruditis. Occurrunt exempla apud *Fabrett. Murator. Maffeium*, et apud *Marinium Inscript. Alban.* pag. 80. 81.] ¶ *Apul.* l. 11. *Metam. Mithram* appellat primarium sacerdotem Isidis. ¶ Docet *Isid.* l. 19. *Orig.* c. 14. *mithram* esse etiam funem nauticum, quo navis media vincitur. *Auct. carm. de Jona, et Ninive* (quod *Tertulliani* esse creditur) v. 42. Nauticus interea geminus clamor omnia tentat Pro rate, proque anima, spiras mandare morantes, Oblaqueare mithram, clavorum stringere nisus. Al. sine aspiratione scribunt.

MITHRAX, *vel* Mitrax, acis, m. μίθραξ, gemma a Persis accepta, et rubri maris montibus, multicolor, contra solem varie refulgens. *Plin.* l. 37. c. 10. ¶ Apud *Solin.* c. 36. *(al.* c. 50.) et *Isid.* l. 16. *Orig.* c. 12. legitur *mithridax*, fortasse corrupte.

MITHRIĂCUS, a, um, ad Mithram pertinens. *Lamprid. in Commodo*, c. 9. Sacra Mithriaca homicidio vero polluit.

MITHRIDATĒUS, a, um, Mithridaticus. *Manil.* l. 5. v. 510. Et Mithridateos vultus induta trophæa.

MITHRIDATĬCUS, a, um, ad Mithridatem pertinens, qui fuit rex Ponti, acerrimus Romanorum hostis, quos contra bellum gessit per quadraginta annos, tandemque a Pompeio M. devictus est. V. *Vellei.* l. 2. c. 18. *et sequent. Flor.* l. 3. c. 5. *Justin.* l. 37. et 38. et *Cic. pro leg. Manil.* Dicitur a *Plin.* l. 7. c. 24. et *Gell.* l. 17. c. 17. duarum et viginti gentium rex, totidem linguis jura dixisse, pro concione singulas sine interprete affatus. Ab *eod. Plin.* c. 2. l. 25. maximus sua ætate regum appellatur, et qui primus excogitaverit quotidie venenum bibere, præsumptis remediis, ut consuetudine ipsa innoxium fieret. Unde unum antidoti genus ab eo nomen accepit. Itaque consecutus est, ut in ultimo discrimine, ne volens quidem veneno mori potuerit, et ferrum adhibere coactus sit: quam rem præter *Justin.* l. 37. c. 2. et *Flor. loc. cit.* testatur etiam *Martial.* l. 5. epigr. 77. Profecit poto Mithridates sæpe veneno, Toxica ne possent sæva nocere sibi. *Cic. pro leg. Manil.* c. 3. Mithridaticum bellum. *Flor.* l. 4. c. 2. *a med.* regnum. *Plin.* l. 29. c. 1. *ad fin.* antidotum. (quod a *Celso* describitur l. 5. c. 23. sect. 3. et *Scribon. Larg. compos.* 170. V. etiam, si lubet, *Seren. Sammon.* c. 61. *Æmil. Macr. cap. de Ruta*, et *Plin.* l. 23. c. 8.) *Id.* l. 15. c. 25. Victoria Mithridatica. *h. e.* de Mithridate. Sic l. 12. c. 4. Mithridaticus triumphus. ¶ Mithridaticum crimen apud *Cicer. pro Flacc.* c. 17. est cujusdam Mithridatis, cui Flaccus insidias struere dicebatur.

MITHRIDATĬOS antidotus (de qua in voce præced.) *Gell.* l. 17. c. 16. *extr.*

MITIFICĀTUS, a, um, mitis factus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 26. In omne corpus diviso et mitificato cibo. *h. e.* concocto. *concocted, digested.* Al. leg. *modificato.*

MITIFĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to tame, soften*, mitem facio, emollio, lenio. *Plin.* l. 9. c. 31. *de marinis locustis.* Autumno et vere pinguescunt, et plenilunio magis, quia nocte sidus tepido fulgore mitificat. *Id.* l. 8. c. 7. *extr. de elephantis.* Capti celerrime mitificantur hordei succo. *h. e.* mansuescunt, mitescunt. *Gell.* l. 2. c. 12. *a med.* Majoris auctoritatis viri suos, apud quos sunt, regunt atque mitificant, et adversarios sanatos magis cupiunt, quam perditos. *h. e.* placant, flectunt.

MITIFĬCUS, a, um, mitis, lenis, levis, mollis. *Sil.* l. 12. v. 474. Mitifica mens. Al. aliter leg. *Prudent. in fin. Hamartig.* Mitificos incendia lenta vapores Exhalent, æstuque calor languente tepescat. *Apul. in fi. lib. de Mundo.* Eundem ultrix Necessitas semper et ubique comitatur: quam ille faciet mitificam, qui, &c.

MITIGABILĬTER, et

MITIGANTER, adverb. mitigando, cum mitigatione. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 4. Partes mitigabiliter relaxandæ. *Id. Tard.* l. 5. c. 1. Partes mitiganter emollire.

MITIGATĬO, onis, f. *a mitigating, mitigation, softening, soothing, easing, appeasing, assuaging*, ἡμέρωσις, πράϋνσις, actus mitigandi, delinitio. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 30. Omnisque ad omnem animi motum et impulsio, et, si ita res feret, mitigatio. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 37. Ejusmodi licentia, si nimium videbitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur.

MITIGATĪVUS, a, um, et

MITIGATORĬUS, a, um, *mitigant, lenitive*, πραϋντικὸς, qui habet vim mitigandi. *Plin.* l. 28. c. 6. Contra renum, et lumborum, vesicæque cruciatus in balnearum soliis pronos urinam reddere, mitigatorium habetur. *Cæl. Aurel. Acut.* l. 1. c. 5. Laxativa et mitigativa curatio.

MITIGĀTUS, a, um, *tamed, civilized, softened, mitigated, become mild, soothed, assuaged, allayed, eased, pacified, appeased*, mitior factus, mollitus, lenitus, placatus. *Plin.* l. 16. c. 12. *extr.* Arbor feritatis paulum mitigatæ satu. *Id.* l. 15. c. 13. *ad fin. de persicis.* Falsum est, venenata in Persis gigni, et translata in Ægyptum, terra mitigata. *Id.* l. 8. c. 16. Leonum impetus alloquio mitigatus. *Curt.* l. 8. *c. ult.* Aures *(elephantorum)* olim ad notum sonum *(tympanorum)* mitigatæ. *Id.* l. 9. c. 10. Mitigata hiems. *Cic. Fam.* 6. ep. 1. Magna signa dedit animi erga te mitigati. *Justin.* l. 18. c. 4. Dissimulato odio mitigatoque interim vultu. *softened, cleared up. Tacit.* 1. *Hist.* c. 63. Mitigatus precibus.

MITĬGO, as, avi, atum, a. 1. *to make soft or tender, soften*, μαλακύνω, mitem, h. e. mollem ac tenerum reddo, mollio: et proprie dicitur de frugibus, et de fetibus arborum, qui in maturitate tenerescunt, et edules fiunt. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 293. Cum fruges æstate ac maturitate alias mitigaverit, alias torruerit. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. Arborum consectione, igni adhibito, ad mitigandum cibum utimur. *to cook, dress. Martial.* l. 9. epigr. 44. Hic, qui dura sedens porrecto saxa leone Mitigat, &c. *h. e.* sessui molliora reddit, leonis pelle sternendo. ¶ Significat etiam plus aliquid, quam *maturare*, nempe qualitatem illam inducere, quam habent poma et fruges inter maturitatem et putredinem. *to mellow. Auson. Edyll.* 8. v. 17. Discolor arboreos variet Pomona sapores: Mitiget autumnus, quod maturaverit æstas. Huc pertinet illud *Varron.* l. 1. *R. R.* c. 68. Sorbum prius domi maturitatem assequi vult, quam nequit in arbore, quam mitescat. ¶ Facete *Turpil.* apud *Non. loc. cit.* Misero mihi mitigabat sandalio caput. *h. e.* frangebat, atque adeo tenerum reddebat. Hoc modo et *Terent.* locutus est *Eun.* 5. 8. 4. Hinc *mitis* dicitur ab *eod. Adelph.* 2. 4. 12. et a *Plauto Mil.* a. 5. v. 31. qui verberibus et colaphis contusus est, quasi inde duritiam exsuerit, et tener ac mansuetus factus siet. *tawed.* Sic *mollis fustibus* apud *eund. Aulul.* 3. 2. 8. ¶ Universim est vim, acrimoniam, asperitatem, feritatem rebus demere, lenire, sedare, levare, temperare. *to mitigate, make meek or mild, soften, temper, smooth the asperity of any thing, mollify, assuage, sooth, allay, pacify, ease, appease, relieve, quiet, still. Cic.* 3. *Attic.* ep. 15. Ceteri dolores mitigantur vetustate. *Id.* 3. *de Orat.* c. 4. Summi labores nostri, magna compensati gloria, mitigantur. *Tacit. Ann.* 14. c. 24. Penuria aquæ, fervida æstas, longinqua itinera, sola dies patientia mitigabantur. *Quintil.* l. 2. c. 17. Febrem quiete, et abstinentia mitigare. *Plin.* l. 1. ep. 12. *a med.* morbum temperantia. *Plin. alter* l. 20. c. 23. Mitigare tormina. et cap. 15. sugillata et oculorum epiphoras. et cap. 22. *ad fin.* cervicum duritias. *et in proœm.* l. 23. *a med.* omphacii vim melle. *et sub fin.* l. 14. vina diluendo. *Id.* l. 18. c. 16. amaritudinem frugum. *Id.* l. 10. c. 63. *sub fin.* rabiem suum. *Id.* l. 35. c. 6. *ante med.* pilos. *h. e.* extenuare. *to thin.* et lib. 17. c. 10. *circa med.* silvestres arbores. *to cultivate. Horat.* l. 2. ep. 2. v. 186. silvestrem agrum ferro et flammis. *to subdue, cultivate.* Sic *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 52. *ad fin.* Indus *(fluvius)* non aqua solum agros lætificat et mitigat, sed eos etiam conserit. *h. e.* fertiles reddit. ¶ Transfertur sæpe ad affectus, mores, animum, pro minuere, lenire, placare, flectere. *Senec.* l. 1. *de benef.* c. 3. Nullum tam immansuetum animal est, quod non cura mitiget. *will not tame. Plin.* l. 24. c. 17. *sub fin.* Mitigare feritatem animalium. *Id.* l. 8. c. 40. impetus et sævitiam canum. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 22. spiritus alicujus. *Quintil.* l. 12. c. 2. metus. et cap. 1. aures. *h. e.* aversas ab audiendo lenire. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 7. acerbam severitatem condimentis humanitatis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 75. invidiam extenuando. *Cic. pro Balb.* c. 26. animum alicujus. *Colum. in præfat.* querimonias. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 6. v. 15. tempus paulatim mitigat iras. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 58. *a med.* Risus tristitiam, ac severitatem mitigat et relaxat. *Id. pro Mur.* c. 31. Te ipsum animi quodam impetu concitatum, et vi naturæ atque ingenii elatum et recentibus præceptorum studiis flagrantem, usus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. *Id. in fi.* ep. 9. l. 1. *Fam.* Ut quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. *Id.* 2. *de Legib.* c. 24. Ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus. *are civilized. Liv.* l. 38. c. 48. *a med.* Gallorum animos, si possent mitigari a feritate insita, tentavi. *Tacit. Ann.* 6. c. 38. Non enim Tiberium, quæ ceteros mollire solent, tempus, preces, satias mitigabant, quin puniret, &c. *Id.* 1. *Hist.* c. 66. Mitigare aliquem pecunia. *to corrupt, bribe. Plin.* l. 3. ep. 9. *a med.* Senatui licet et mitigare leges, et intendere. *to moderate, qualify, soften the rigour of.* et lib. 8. ep. 4. Nihil est, quod non arte curaque, si non potest vinci, mitigetur. Γνώμη.

MITĪLO, as, n. 1. verbum exprimens vocem acredulæ. *Auct. carm. de Philomela*, v. 16. ubi in quodam codice est *trutilo.*

MITIS, te, *soft, tender, ripe, mellow, mature*, μαλακὸς, πέπτος, tener, mollis, maturus: et dicitur de frugibus, et pomis, et hujusmodi. *Virg. Ecl.* 1. v. 81. sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, &c. *Id.* 1. *Georg.* v. 448. male tum mites defendit pampinus uvas. et l. 2. v. 522. Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. *Petron. in satyr.* c. 135. Mitia sorba. ¶ Item lenis. *mild. Virg.* 1. *Georg.* v. 344. Cui tu lacte favos, et miti dilue Baccho. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 690. hortus alit cum succis mitibus herbas. ¶ Item fertilis, *Horat.* l. 1. od. 18. v. 2. Circa mite solum Tiburis vitem serere. *h. e.* ubi boni fructus maturique, et lenes proveniunt. Adde *Stat.* l. 1. silv. 1. v. 102. et lib. 3. *silv. ult.* v. 79. ¶ Item tranquillus, placidus. *calm, still, tranquil, placid. Senec. in Thyest.* 2. 589. Mitius stagno pelagus recumbit. *Virg.* 8. *Æn.* v. 88. Mitis fluvius in morem stagni. *h. e.* leni cursu fluens. Adde *Lucan.* l. 1. v. 403. et *Sil.* l. 4. v. 85. et l. 17. v. 642. ¶ Item innocuus, innoxius. *harmless, innoxious. Sil.* l. 16. v. 120. coruscum Vertice fulsit apex, crispamque involvere visa est Mitis flamma comam. (*Virg.* 2. *Æn.* v. 683. tactuque innoxia molles Lambere flamma comas.) ¶ Translate refertur ad animum, *mild, gentle, meek, lenient, soft, tractable, kind, humane*, πρᾶος. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 1. Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quam tum meus frater erat in sororem tuam. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 48. Cum videam mites hostibus esse deos. *Vellei.* l. 2. c. 117. Vir ingenio mitis, moribus quietus. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 2. Mitis tranquillusque homo. *Cic. Catil.* 4. c. 5. *ad fin.* Homo mitissimus atque lenissimus. *Id. de Invent.* l. 1. c. 2. Mites animi et mansueti. et cap. 55. Animus mitis et misericors. *Tacit. in Agric.* c. 16. Turpilianus delictis hostium novus, eoque pœnitentiæ mitior. *h. e.* erga pœnitentiam, seu facilior ergo pœnitentes. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 647. cultu mitia corda. *Quintil.* l. 9. c. 2. et lib. 10. c. 1. Affectus vel concitati, vel mitiores. *Hirt. de B. Alex.* c. 70. Mitibus verbis monere aliquem. *Tibull.* l. 1. el. 9. v. 2. miti lenia verba sono. *Propert.* l. 2. el. 16. v. 20. mite servitium. *easy. Ovid.* 1. *Trist.* el. 5. v. 5. Qui mihi consilium vivendi mite dedisti. *Cic. pro Mur.* c. 29. Doctrina non moderata, nec mitis, sed paulo asperior et durior. ¶ Cum accus. Græco more, *Horat.* l. 3. od. 10. v. 17. nec rigida mollior æsculo, Nec Mauris animum mitior anguibus. *Al. leg.* animo. ¶ *Mitis* urbane dicitur, qui verberibus contusus est. V. in *Mitigo.* ¶ Est etiam levis, lenis, *easy, light, mild, tolerable. Cic.* 2. *Tuscul.* cap. 22. *extr.* Hæc cogitatio dolorem mitiorem facit. *Lucil.* apud *Non.* cap. 4. n. 293. mite malum, blandum atque dolosum. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 185. Mitius exsilium. *Propert.* l. 2. el. 16. v. 20. Mite servitium. *Quintil.* l. 6. c. 4. Mitiorem pœnam irrogare. ¶ Mites opes *Silio* l. 14. sunt pace longa partæ, vers. 653. Hic mites Hieronis opes. Al. leg. *mitis.* ¶ Refertur et ad orationem, quæ veluti matura est, lenis, suavis. *Cic. de clar. Orat.* c. 83. *extr.* Thucydides si posterius fuisset, multo maturior fuisset et mitior. *Id. de Senect.* c. 9. Facit persæpe ipsa sibi audientiam diserti senis compta et mitis oratio. *h. e.* quieta, remissa, lenis, et sine vi et clamore. ¶ In genit. plur. habet *ium. Plin.* l. 1. ep. 4. Mitium dominorum apud servos ipsa consuetudine metus exolescit. Γνώμη.

MITISSĬME, et

MITĬUS, adverbia V. in *Mite.*

MITIUSCŬLUS, a, um, diminut. *somewhat mild or lenient. Cæl. Aurel. in præfat. Acut.* Febres parvæ et mitiusculæ.

MITRA, æ, f. *a mitre, turban, covering for the head worn by the inhabitants of the East*, ἀναδέσμη, μίτρα, tegumentum capitis Lydorum, Phrygiorum, Syrorum, Arabum, Persarumque, et Ægyptiorum, Græcorum etiam, fascia longa constans obvoluta (nam μίτρα Græce fasciam significat.) Aliis est pileolus in angustum desinens, et in anteriorem partem incurvus, fascia circumdatus, et redimiculis instructus, quibus a mento religaretur. Commune fuit apud hos populos viris, feminisque. *Claudian.* l. 1. *in I. Consul. Stilich.* v. 156. Hic mitra velatus Arabs. ¶ Apud Romanos barbararum mulierum gestamen erat, præsertim meretricum: item virorum effeminatorum, atque externum cultum affectantium. *Cic. de Harusp. resp.* c. 21. P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, a strophio est factus repente popularis. *Claudian.* de Bellona Targibili uxorem mentita, l. 2. *in Eutrop.* v. 185. Inque orbem tereti mitra crinem redimente capillum Struxerat. *Senec. in Herc. Œt.* v. 374. *de Hercule.* Nempe illa cervix spolia deposuit feræ, Crinemque mitra pressit, et famulus stetit Hirtam Sabæa marcidus myrrha comam. *Virg.* 4. *Æn.* v. 215. Et nunc ille Paris cum semiviro comitatu Mæonia mentum mitra, crinemque madentem Subnixus, &c. Ubi *Servius*: hoc est pileo incurvo, de quo pendebat etiam buccarum tegimen. *Id. Æn.* 9. v. 616. juvat indulgere choreis: Et tunicæ manicas, et habent redimicula mitræ. O vere Phrygiæ, neque enim Phryges. *Stat.* 9. *Theb.* v. 795. haud unquam deformes vertice mitras Induimus. *Martial.* l. 2. epig. 36. Nec tibi mitrarum, nec sit tibi barba reorum: Nolo virum nimium, Pannice, nolo parum. *Lucret.* l. 4. v. 1122. Et bene parta patrum fiunt anademata mitræ. *h. e.* avita patrimonia profunduntur in sumptus deliciarum. ¶ De feminis, et præsertim meretricibus, *Plin.* l. 35. c. 9. Polygnotus primus mulieres lucida

veste pinxit, capita earum mitris versicoloribus operuit. *Juvenal.* sat. 3. v. 66. Ite, quibus grata est picta lupa barbara mitra. *Serv. ad cit.* 4. *Æneid.* Quibus effeminatio crimini dabatur, etiam mitra eis adscribebatur. multa enim lectio mitras proprie meretricum esse docet. ¶ *Scalig. in Copam Virg.* observat, fuisse propriam vetularum: unde colligit anum fuisse copam illam, quæ dicitur *caput Graia redimita mitella.* Sic *Ovid. Fast.* 4. v. 517. simularat anum, mitraque capillos Presserat. et lib. 3. v. 669. Illa levi mitra canos redimita capillos, Fingebat tremula rustica liba manu. *Id. Metam.* 14. v. 654. Ille etiam picta redimitus tempora mitra, Innitens baculo, positis ad tempora canis, Adsimulavit anum. *Propert.* quoque in supellectili anus lenæ l. 4. el. 5. v. 70. et immundo pallida mitra situ. ¶ Est etiam gestamen proprium Bacchi, deorum delicatissimi. *Propert.* l. 4. el. 2. v. 31. Cinge caput mitra; speciem furabor Iacchi: Furabor Phœbi, si modo plectra dabis. Adde *Senec. in Hippol.* v. 756. et *in Œdip.* v. 413. *Val. Flacc.* l. 2. v. 271. et *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 617. et lib. 2. v. 41.

MITRĀTUS, a, um, *wearing a mitre, mitred,* mitra tectus, ornatus. *Plin.* l. 6. c. 28. *sub fin.* Arabes mitrati degunt, aut intonso crine. [*Propert.* l. 4. el. 7. v. 62. Mitratisque sonant Lydia plectra choris.]

MITRŬLA, æ, f. parva mitra, diminut. *Solin.* c. 27. (*al.* 40.) *a med.* Alba mitrula lineatus serpens.

MITTO, is, misi, missum, a. 3. *to send, despatch, depute,* πέμπω, στέλλω, allegare quempiam ad aliquem, item rem ad alium perferendam curare, ire jubere. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 40. His pontibus pabulatum mittebat. *Terent. Heaut.* 4. 4. 14. Quo mittis istanc, quæso? jube maneat. *Id. Phorm.* 5. 6. 42. Missus sum, te ut requirerem, atque adducerem. *Id. Andr.* 3. 2. 24. Missa est ancilla obstetricem arcessitum. *Ovid. Metam.* 6. v. 41. vel me visendæ mitte sorori, Vel soror huc veniat. *Terent. Hecyr.* 3. 2. 7. Non visas, ne mittas quidem visendi causa quemquam. *Id. Heaut.* 1. 2. 17. Nunc servulum ad eam in urbem misit. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 27. Legatos de deditione ad eum miserunt. *Cic. Verr.* 3. c. 26. Filium suum foras ad propinquum suum quendam mittit ad cœnam. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 115. Ipse deum genitor tibi me miseratus ab alto Mittit. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 18. *extr.* Equitatum auxilio Cæsari Ædui miserant. et lib. 2. c. 6. *extr.* Subsidium alicui mittere. et l. 4. c. 16. Ad quos cum Cæsar nuntios misisset, qui postularent, &c. *Cic. Phil.* 1. c. 5. Cum de via languerem, misi, pro amicitia, qui hoc diceret. *Id. Attic.* l. 1. ep. 3. Misimus, qui pro vectura solveret. *Id. Fam.* 15. ep. 4. Deiotarus legatos ad me misit, se cum omnibus copiis esse venturum. (*subaudi* qui dicerent.) *Nep. in Attic.* c. 20. Nunquam ad suorum quemquam litteras misit, quin Attico mitteret, quid ageret. *he never wrote to inquire after his private affairs, without,* &c. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 5. Velim obvias mihi litteras de omnibus rebus crebro mittas. et lib. 7. ep. 22. *in fin.* Cæsaris litterarum exemplum tibi misi. et lib. 8. ep. 12. *extr.* Librum, quem ad te misit de concordia, velim mihi mittas. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 10. Milites in expeditionem mittere. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 40. Luna eam lucem, quam a sole accepit, mittit in terras. *dispenses, reflects.* *Val. Flacc.* l. 5. v. 262. reddi jubet exitiale sacerdos Vellus, et Hæmoniis infaustum mittere terris. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 545. Mittere aliquem per aera. et lib. 11. v. 670. sub Tartara. *to put to death.* Sic lib. 5. *Fast.* v. 385. aliquem leto. et *Plaut. Capt.* 3. 5. 34. morti. et *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 41. ad mortem. *Stat.* 6. *Theb.* v. 821. corpus sepulcro. *Cic. pro Quint.* c. 26. *extr.* in possessionem. *to depute to take possession of; to put in possession by a judicial process.* et lib. 3. *Offic.* c. 3. sub jugum. V. *Jugum. Virg.* 4. *Æn.* v. 231. totum sub leges mitteret orbem. ¶ Eleganter *mittere* dicuntur *aliquid* populi, regiones, &c. unde commercio petuntur ea, quibus nos indigemus, ipsi abundant. *to produce, yield, afford.* *Virg.* 1. *Georg.* v. 57. India mittit ebur, molles sua tura Sabæi. At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum. *Ovid. de medic. fac.* v. 53. Hordea, quæ Libyci ratibus misere coloni. *Id.* 1. *Amor.* el. 12. v. 10. cera, quam Corsica misit apis. *Id.* 2. *Metam.* v. 366. Padus electra mittit nuribus gestanda Latinis. Adde *Plin.* l. 37. c. 10. *circa med.* et lib. 10. c. 47. et *alibi.* ¶ *Mittere in consilium* est dimittere judices ad sententiam dicendam, ubi, allegatis omnibus argumentis, orator dixerit, Dixi, ut *Ascon.* docet ad *Cicer. Verr.* 3. c. 9. *extr.* Pertinet autem ad eum, qui quæstioni præest. *to send the judges* (*or, as we say, jurymen*) *to make out their verdict.* *Cic. ibid.* Accusabo: respondebis. testibus editis, ita mittam in consilium, ut, &c. *h. e.* ita perorabo. metonymia. Adde *pro Cluent.* c. 30. Urbane *Plin. in Paneg.* c. 67. *a med.* Omnibus annis in consilium de te deos mittis, exigisque, ut sententiam suam mutent, si talis esse desieris, qualis electus es. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 11. *extr.* Ubi mors interclusit omnia, et ad ferendam sententiam incorruptum judicem misit, &c. ¶ *Mittere in suffragium* pertinet ad Comitia. V. *Suffragium.* ¶ Cum infinito *Terent. Eun.* 3. 3. 22. Misit porro orare, ut venirem serio. *he has sent to beg of me.* *Plaut. Cas.* 3. 5. 48. Ego huc missa sum ludere. *Id. Curcul.* 1. 3. 50. Parasitum misi Cariam petere argentum. *Propert.* l. 2. el. 13. v. 17. Semper in Oceanum mittit me quærere gemmas. Adde *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 37. *Stat.* 1. *Achill.* v. 210. (ubi alii aliter leg.) et *Cœl. Antipatr.* apud *Charis.* l. 2. pag. 183. *Putsch.* ¶ Est etiam mandare, jubere, sive per litteras, sive per nuntium, *to send word, enjoin.* *Cic. Fam.* 16. ep. 9. *a med.* Curio misi, ut medico honos haberetur. et lib. 13. *ad Attic.* ep. 10. Hodie Spintherem exspecto. misit enim Brutus ad me. ¶ Item renuntiare, significare. *Cic. Fam.* l. 1. ep. 8. Tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiatorum compositiones, ut vadimonia dilata, ut Chresti compilationem mitteres? *should send me word,* &c. *should write me an account of,* &c. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 13. v. 1. Mittere salutem alicui. *to greet, salute, wish one's health.* *Propert.* l. 4. el. 3. v. 1. mandata alicui. ¶ Item donare, *to present, send or give as a present.* *Nep. in Pausan.* c. 2. (et *Catull.* carm. 12. v. 15.) Quos Byzantii ceperat, tibi muneri misit. *Plin.* l. 37. c. 5. *a med.* Mittere munere smaragdum. Absolute *Terent. Eun.* 3. 2. 27. Atque hæc qui misit, non sibi soli postulat te vivere. *Virg. Ecl.* 9. v. 6. Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hædos. *Martial.* l. 10. epigr. 14. Quando brevis gelidæ missa est toga tempore brumæ? ¶ Interdum est deponere, abjicere. *to throw away, lay aside, dismiss, drop.* *Virg.* 1. *Æn.* v. 206. revocate animos, mœstumque timorem Mittite. et lib. 6. v. 85. mitte hanc de pectore curam. *Liv.* l. 40. c. 46. *ad fin.* Mittere vere, ac finire odium. *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 9. Mitte leves spes, et certamina divitiarum. ¶ Item omittere, prætermittere, desinere. *to omit, wave, pass over, let alone, forbear, cease, give over.* *Liv.* l. 34. c. 59. Quin mittimus ambages? *Cic. pro Mur.* c. 15. *sub fin.* Mitto prœlia, prætereo oppugnationes oppidorum, &c. *I say nothing of.* *Terent. Adelph.* 5. 3. 9. Mitto maledicta omnia. et vers. 52. Mitte jam istæc: da te hodie mihi. *Id. Andr.* 5. 3. 2. Mitte male loqui. *do not.* *Horat. od. ult.* l. 1. Mitte sectari, rosa quo locorum Sera moretur. *Ovid. Met.* 3. v. 614. pro nobis mitte precari. *Cic. Fam.* 15. ep. 4. *a med.* Mitto, quod invidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestates subire paratissimus fueris. *Id. Verr.* 4. c. 74. *ad fin.* Mitto de melle: sed tantum ne Melitensium? *subaudi* quærere. *Id. in Pison.* c. 20. *a med.* Mitto de amissa maxima parte exercitus. *subaudi* dicere. [† *Plaut. Mil.* 5. 20. Mitte hunc ire. *allow, suffer.* Adde *Ter. Adelph.* 5. 2. 5. *Id. Eunuch.* 5. 2. 14. Hanc noxiam mitte. *pardon or forgive.*] ¶ Item dimittere, missum facere. *to let go, let loose, release.* *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. *a med.* Unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres. Carceres dicti, quod coercentur equi, ne inde exeant ante, quam magistratus misit. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 2. v. 66. Quadrijuges æquo carcere misit equos. *Terent. Adelph.* 5. 2. 5. Mitte me. *Plaut. Pœn. prol.* v. 100. Neque duxit unquam, neque ille voluit mittere. *Id. Trucul.* 4. 2. 43. Mittin' me intro? *will you let me go in?* *Horat. in fin. art. Poet.* Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo. ¶ Hinc *mittere sanguinem,* viam aperire, ut exeat. *to let blood, bleed,* φλεβοτομεῖν. *Cels.* l. 2. c. 10. Sanguinem incisa vena mitti, novum non est. *et ibid.* Mittere sanguinem alicui. *Petron. in Satyr.* c. 91. cuipiam a capite. ¶ Translate *Cic.* 6. *ad Attic.* ep. 1. Appius cum ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curarit, sanguinem miserit, quidquid potuit detraxerit, mihi tradiderit enectam, &c. et lib. 1. ep. 16. *a med.* Missus est sanguis invidiæ sine dolore. ¶ Item emittere, fundere. *to send or put forth, produce, emit.* *Colum.* l. 3. c. 18. *sub fin.* Sarmentum radices e capite, qua recisum est, æque mittit. *Plin.* l. 18. c. 7. *ante med.* Folium quædam ab radice mittunt, quædam a cacumine. *Id.* l. 24. c. 9. Vitex album florem mittit cum purpureo. *Id.* l. 25. c. 6. *in fin.* Centauris succum sanguineum mittit. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 65. *Hard.* Ranæ vocem mittunt. *utter.* *Ovid.* 3. *Metam.* v. 38. serpens horrenda sibila misit. *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 625. prudens animam de corpore mitto. [† *Virg. Æn.* 9. 645. Clypeo micantia fulgura mittit. *emits, darts, flashes.*] ¶ Hinc vocem mittere, loqui. *to speak.* *Lucret.* l. 3. v. 944. si vocem rerum natura repente Mittat. *Cic. pro Sext.* c. 19. Vocem pro me ac pro republica nemo mittit. *no one utters a single word.* et *pro Flacc.* c. 3. Vox de quæstura nulla missa est. *not a word was said.* *Liv.* l. 35. c. 32. Qui vocem liberam mittere adversus regis legatum auderent. *speak without reserve.* et lib. 30. c. 12. Si vocem supplicem mittere licet. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 2. Hæc Scipionis oratio ex ipsius ore Pompeii mitti videbatur. ¶ Item jaculari, jacere. *to throw, cast, hurl, discharge, shoot:* unde *missilia.* *Ovid.* 11. *Metam.* v. 8. hastam Vatis Apollinei vocalia misit in ora. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 93. Renovato cursu, pila miserunt, celeriterque gladios strinxerunt. *Petron. in Satyr.* c. 90. Mittere lapides in aliquem. *Horat. in fin.* od. 12. l. 1. Mittere fulmina parum castis lucis. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 8. v. 2. Misit in ignotam qui rude semen humum. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 313. Mittere aliquid igni. *to throw into the fire, commit to the flames.* *Petron. in Satyr.* c. 115. *extr.* Mittere oculos longius. *h. e.* longius aspicere. *Auct. B. Hispan.* c. 15. Hospites de muro præcipites mittere cœperunt. *to precipitate.* *Catull.* carm. 17. *ad Colon.* v. 23. eum volo de tuo ponte mittere pronum. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 583. nec longius abfuit inde, Quam quantum novies mittere funda potest. *Id.* 5. *Fast.* v. 621. Mittere roboreo ponte simulacra scirpea. et lib. 8. *Metam.* v. 250. præcipitem aliquem ex arce mittere. et lib. 11. v. 340. Cum se Dædalion saxo misisset ab alto. *Id.* 4. *Metam.* v. 528. Seque super pontum, nullo tardata timore, Mittit. *Id.* 3. *Amor.* el. 6. v. 80. Atque ita se in rapidas perdita misit aquas. *Quintil.* l. 11. c. 1. *a med.* Mittere se in medium, *to throw himself, rush.* ¶ *Mittere se in aliquem,* immittere [†se], aggredi. *to proceed against, fall upon, assail, invade, attack.* *Cic. pro Mil.* c. 28. Vota enim faceretis, ut in eos se potius mitteret, quam in vestras possessiones. ¶ Hac jaciendi notione pertinet ad talorum jactum. *to throw dice.* *Augustus* apud *Sueton. in ejus vita,* c. 71. Talis enim jactatis, ut quisque canem, aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat. *Senec. in Apocolocynt. sub fin.* Nam quoties missurus erat resonante fritillo, &c. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 17. Mittere talos in pyrgum. ¶ Aliquando est injicere. *Val. Flacc.* l. 7. v. 587. Incitat Æsonides dextram, inque ardentia mittit Cornua. *throws upon the horns.* ¶ Item immittere, agere. *Horat.* l. 4. od. 14. v. 24. frementem mittere equum medios per ignes. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. Ibi cum jaceret pater occisus, supra eum ut mitteret carpentum mulio, jussit. *to drive.* ¶ Translate est conjicere, immiscere, immittere. *Propert.* l. 3. el. 7. v. 3. Quid me scribendi tam vastum mittis in æquor? *Cic. pro Rabir. Post.* c. 2. Nec interea locupletare amicos suos destitit, mittere in negotium, dare partes. *Quintil.* declam. 14. c. 8. et declam. 18. c. 5. Nos in fabulas, sermonesque misisti. *have brought us amidst,* &c. *have caused us to speak of,* &c. *Ovid. de nuce,* v. 110. mittere aliquem in arma. *Vopisc. in Tacit.* c. 11. *ad fin.* et *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 48. *ad fin.* Mittere aliquid in litteras. *h. e.* mandare litteris. *Virg.* 12. *Æn.* v. 190. paribus se legibus ambæ Invictæ gentes æterna in fœdera mittant. ¶ *Ædes mittere sub titulum* apud *Ovid. de remed. amor.* v. 302. est proscribere. *to publish to be let or hired.* ¶ Valet id, quod nos dicimus. *to put, place, lay,* ponere, in his: *Senec.* 2. *de Ira,* c. 2. *extr.* Alexandrum aiunt, Xenophanto canente, manum ad arma misisse. *Pallad. in Februar.* tit. 25. *ante med.* Pira silvestria mittuntur in vasculo. et tit. 31. Myrti baccas tusas mittis in linteo. *et in Mart.* tit. 10. *ante med.* Grana matura purgata in palmea fiscella mittis. *et in Octobr.* tit. 14. *a med.* Cinis mittatur in dolio. Adde *in Jul.* tit. 14. quæ omnia ad notionem injiciendi, et immittendi jam positam, reducuntur. ¶ *Misti* pro *misisti,* syncope, est apud *Catull.* carm. 14. *ad Calv. Licin.* v. 14. [¶ Particip. *mittendus* apud *Justin.* l. 6. c. 11. Decernunt auxilia Cyro mittenda.]

MITŬLUS, *et* Mytulus, i, m. *a limpet,* μύτυλος, piscis e genere concharum, molli testa instructus, sponte naturæ in arenosis nascens, cujus usti cinis causticam vim habet. *Plin.* l. 9. c. 51. et lib. 32. c. 9. ¶ *Mutulus* (versa Græca υ in Latinam *u*) legitur apud *Caton. R. R.* c. 158. ¶ Vim habet molliendæ alvi, teste *Catone ibid.* Hinc *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 27. Si dura morabitur alvus, Mitulus, et viles pellent obstantia conchæ. ¶ In cibis est vilioris pretii. *Martial.* l. 3. epigr. 60. Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino: Sugitur inciso mytulus ore mihi. ¶ Scribitur et *mytilus.*

MITYLENE, *et* Mytilene, es, f. *et* Mitylenæ, arum, hod. *Metelin,* Μιτυλήνη, urbs primaria Lesbi ins. a qua etiam insula Mitylene, et vulgo *Metelin* nominatur, juxta Methymnam: dicta a Mitylene filia Macharei Jovis filii, ut *Diodorus* l. 6. c. 16. scribit. Clara est Pittaco ex septem Sapientibus uno, Alcæo Poeta, Antimenide fratre ejus, Diophane Oratore, et Theophane Pompeianarum rerum scriptore. *Horat.* l. 1. od. 7. Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen. *Cic. Fam.* 4. ep. 31. An Mitylenis, aut Rhodi malles vivere. ¶ In nummis antiquis, teste *Hard. ad Plin.* l. 5. c. 31. sect. 39. est *Mytilene,* et Μυτιληναίων.

MITYLENÆUS, *et* Mytilenæus, a, um, Μιτυληναῖος, et Μυτιληναῖος, ad Mitylenem pertinens. *Martial.* l. 7. epigr. 79. Mitylenæus mango. *Claudian. de nupt. Honor.* v. 235. Mitylenæo modulatur pectine Sappho. *Lucan.* l. 8. v. 109. Mitylenæum vulgus. ¶ *Mitylenæi, orum,* incolæ. *Vellei.* l. 2. c. 18. Mitylenæorum perfidia. Adde *Nepot. in Thrasyb.* c. 4.

MITYLENENSIS, se, Mitylenæus. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 53. Mitylenense secretum Agrippæ permisit. *to retire to Mitylene.*

MIŪRUS VERSUS apud Grammaticos est heroicus, in quo extremo iambus est pro spondeo: ἀπὸ τοῦ μειοῦσθαι τὴν οὐρὰν, quod veluti cauda minor, et mutilus sit, μείουρος dictus, ut: *Ite domum saturæ, venit hesperus, ite saturæ.* *Terentian. Maur.* pag. 2425. *Putsch.* [† V. *Meiurus.*]

MIXTARIUS, MIXTIO, &c. } V. *Mistarius,* &c.

M N

MNA, f. μνᾶ, ᾶς, eadem apud Græcos, quæ *mina* Latinis. *Plin. in fin.* l. 21. Mna, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum. et l. 35. c. 10. *a med.* Pro duodecim diis dedit in singulos mnas tricenas. Adduntet *Plauti* loca aliquot, in quibus tamen omnibus alii leg. *mina.*

MNEMONĬCA, orum, n. *precepts or rules for assisting*

the memory; mnemonics, μνημονικὰ, præcepta, qua memoriam adjuvant. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 17. Ita qui mnemonica didicerunt, possunt, quæ audierunt, in locis collocare, et ex his memoriter pronuntiare. Adde *cap. ult.* Sed utrobique optimi libri Græce scribunt. Græca enim vox est, a μνήμη, memoria.

MNEMONIDES, dum, *et* darum, f. Musæ filiæ Mnemosynes. V. in fin. vocis sequent.

MNEMOSYNE, es, f. Μνημοσύνη, filia Jovis, et Clymenes, ex qua ipse Jupiter, pastoris sumpta figura (ut est apud *Ovid. Metam.* 6. v. 114.) novem Musas suscepisse dicitur. *Sidon.* carm. 15. v. 175. serpentis specie illusisse ei, canit. Dicitur autem mater Musarum, quia μνημοσύνη memoria est, cujus beneficio scientiæ et litteræ acquiruntur, et conservantur. *Phædr. in prol.* l. 3. Pierium jugum, In quo tonanti sancta Mnemosyne Jovi Fecunda novies, artium peperit chorum. *Auson.* ep. 4. v. 63. An te carminibus juvat incestare canoras Mnemosynes natas, aut tres, aut octo sorores? ¶ *Mnemosynæ, arum*, ipsæ Musæ. *the Muses. Auson. Edyll.* 11. qui est Griphus, v. 30. Et Lyrici vates numero sunt Mnemosynarum. *h. e.* novem sunt Poetæ Lyrici, ut Musæ, nempe Pindarus, Simonides, Stesichorus, Ibycus, Alcman, Bacchilides, Anacreon, Alcæus, Sappho. Al. leg. *Mnemonidarum.* (eo modo, quo *Tyndaridarum* ab *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 100. dictum est.) Sic *Ovid.* 5. *Metam.* v. 267. Felicesque vocat pariter studiique locique Mnemonidas. Al. aliter leg.

MNEMOSYNON, i, n. *a token, pledge, memorial*, μνημόσυνον, monumentum, memoria, pignus memoriæ causa. *Catull.* carm. 12. *ad Asin.* v. 13. Verum est mnemosynon mei sodalis. In multis *codicib.* Græcis litteris scriptum legitur. nam Græca vox est.

MNESTER, ĕris, m. μνηστὴρ, procus. Vox Græca. *Hygin.* fab. 126. Quem cum Eumæus ad mnesteras perduxisset, &c. *h. e.* Procos Penelopes. *et mox.* Melanthius unus ex mnesteribus. [¶ Est etiam cognomen Romanum. M. Lepidus Mnester est pantomimus quidam apud *Sueton.* in *Calig.* c. 36. et 57. et apud *Tacit.* 14. *Ann.* c. 9. Mnester est libertus Agrippinæ.]

M O

MOBĬLIS, le, *easy to be moved, moveable, light, rolling*, εὐκίνητος, qui facile movetur, qui huc illuc facile vertitur, levis. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 82. Duceris, ut nervis alienis mobile signum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Oculi lubrici, et mobiles. *rolling. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 51. Supercilia homini et pariter, et alterne mobilia. *Id.* l. 21. c. 31. Remedium ad dentium mobiles firmandos. *loose. Plaut. Mil.* 3. 1. 36. Pernix sum manibus, pedibus mobilis. *agile, nimble, active, swift. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 11. *sub fin.* Acerrimus et mobilissimus ardor. *h. e.* incitatissimus. *Lucret.* l. 4. v. 343. Mobilior aer. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 128. Æquor mobile. et ep. 5. v. 110. Mobiles venti. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 62. Mobilis penna. *Id.* 3. *Amor.* el. 5. v. 35. Folia mobilia. ¶ Apud JCtos *res mobiles*, et *bona mobilia* sunt, quæ solo non continentur, et moveri, transferrique possunt, *chattels, moveable property, moveables.* Sunt autem duplicis generis, animalia, quæ et *se moventia* appellantur, ut servi, jumenta, altilia: et quæ anima carent, ut pecunia, vestis, vasa, &c. *Ulpian. Dig.* lib. 6. tit. et leg. 1. *Labeo* apud *eund.* lib. 21. tit. et leg. 1. et *Paul.* lib. 41. tit. 2. leg. 3. *a med.* ¶ Est etiam *mobilis* celer, *fleet, swift, rapid. Senec. in Hippol.* v. 446. Ætate fruere: mobili cursu fugit. et vers. 1141. Volat ambiguis mobilis alis hora. ¶ Translate est varius, volubilis, inconstans, *inconstant, fickle. Cic. Fam.* 5. ep. 2. *ad fin.* Nec in te, ut scribis, animo fui mobili, sed ita stabili, ut, &c. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 5. Galli sunt in consiliis capiendis mobiles, et novis plerumque rebus student. *Sallust. in Jug.* c. 50. et 70. Mobili ingenio esse. et cap. 120. Regiæ voluntates mobiles. et cap. 96. *in fin.* et *Liv.* l. 29. c. 3. *ad fin.* Gens ad omnem auram spei mobilis atque infida. *Senec. de vita beata*, c. 1. *extr.* Mobilis favor. *Liv.* l. 6. c. 6. Populus mobilior ad cupiditatem agri. *h. e.* inclinatior. ¶ Item flexibilis, mutabilis, in utramque partem. *flexible, pliant, changeable, variable. Virg. Georg.* 3. v. 165. Dum faciles animi juvenum, dum mobilis ætas. *Cic. pro Dom. c. ultim.* Bona fortunæ caduca semper, et mobilia esse duxi. *Sallust. in Jug.* c. 96. Res humanæ fluxæ et mobiles. *Senec. in Œdip.* v. 992. It cuique ratus, prece non ulla mobilis ordo. *Gell.* l. 2. c. 22. Exortus, et occasus mobilia et varia sunt; meridies, septentrionesque statu perpetuo stant, et manent. ¶ *Ingenium mobile* apud *Vitruv.* est celeriter arripiens, docile, minime tardum, aut stupidum l. 5. c. 7. *ad fin.* Si architectus erit usu peritus, prætereaque ingenio mobili, solertiaque non fuerit viduatus. *acute, apt, versatile.*

MOBILĬTAS, atis, f. *mobility, moveableness*, εὐκινησία, facilitas se movendi, agilitas. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 15. *sub fin.* Animal sensu acerrimo, et mobilitate celerrima. *activity, agility, quickness. Plin.* l. 20. c. 21. Sanare mobilitates dentium. *looseness. Id.* l. 9. c. 31. Sævitiam maris correptis lapillis opperiuntur, mobilitatem pondere stabilientes. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 28. Mobilitas linguæ, celeritas verborum. *volubility, fluency.* [*Lucret.* lib. 2. v. 931. Sed mobilitate Ante aliqua tamquam partum, quam proditur extra.] ¶ Translate est inconstantia, levitas, *inconstancy, fickleness, levity, mutability, variableness, changeableness. Nep. in Dion.* c. 6. Fortuna sua mobilitate, quem paulo ante extulerat, demergere est adorta. *Cic. Phil.* 7. c. 3. Quid est inconstantia, mobilitate, levitate, cum singulis hominibus, tum vero universo senatui, turpius? *Sallust. in Jug.* c. 61. Tanta mobilitate se se Numidæ gerunt. et cap. 93. *extr.* Mobilitas ingenii. *et in Catil.* c. 49. *a med.* animi. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 8. vulgi.

MOBILĬTER, *moveably, quickly*, cum facili motu, agiliter. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 9. Cor animantis alicujus evulsum ita mobiliter palpitare, ut imitetur igneam celeritatem.

MOBILĪTO, as, a. 1. *to make moveable, move*, εὐκίνητον ποιῶ, mobile facio, apud Vet. *Lucret.* l. 3. v. 249. Inde omnia mobilitantur. *Cæcil.* apud *Non.* c. 4. n. 300. Lætitia me mobilitat. *I am ready to leap with joy.*

MOCŌSUS, a, um, *mimic, burlesque, ludicrous*, mimicus; et dicitur de iis, qui ore distorto, valgis labiis et sanna derident: a μῶκος, sanna: item subsannator, derisor. Restitutam volunt magni nominis Critici *Ciceroni* l. 1. *ad Attic.* ep. 13. Consul ipse parvo animo, et pravo: tantum cavillator genere illo mocoso, quod etiam sine dicacitate ridetur. *Ubi al. leg.* moroso. *Quintil.* l. 11. c. 3. *sub fin.* Quare non immerito reprehenditur pronuntiatio vultuosa, et gesticulationibus molesta, &c. Nec inutiliter ex Græcis veteres transtulerunt, hanc esse mocosam actionem. *Al. leg.* inotiosam, *al.* jocosam, *al.* injocosam, &c. Hæc pluribus disputat *Salmas. ad Trebell. Pollion. in Gallien.* c. 8.

MODERABĬLIS, le, *governable, moderate*, moderatus, vel quem moderari possumus. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 6. v. 59. Nox, et amor, vinumque nihil moderabile suadent.

MODERĀMEN, inis, n. *government, management, guidance, conduct, direction*, id quo quippiam moderamur, ut gubernaculum navis, habenæ currus, et hujusmodi. *Ovid.* 15. *Met.* v. 726. innixus moderamine navis, in alta Puppe caput posuit. *leaning upon the helm.* et lib. 3. v. 644. Obstupui, capiatque alius moderamina, dixi: Meque ministerio scelerisque artisque removi. et lib. 2. v. 47. currus rogat ille paternos, Inque diem alipedum jus et moderamen equorum. ¶ Translate *Id.* 6. *Metam.* v. 677. Sceptra loci, rerumque capit moderamen Erechtheus. *Id. Metam.* 13. v. 362. ingenium est, quod eget moderamine nostro. ¶ Item moderatio, temperamentum. *Impp. Honor. et Theodos.* lib. 11. *Cod. Theodos.* tit. 30. leg. 64. Verum serenitas nostra certum moderamen invenit.

MODERAMENTUM, ti, n. moderamen. *Gell.* l. 13. c. 6. Accentus moderamenta vocum.

MODERANTER, adverb. idem ac moderate. *Lucret.* l. 2. v. 1093. quis habere profundi Endo manu validas potis est moderanter habenas? *like a skilful charioteer. Ovid.* 1. *Metam.* v. 510. moderantius, oro, Curre, fugamque inhibe, moderantius insequar ipse. Plerique tamen leg. *moderatius.*

MODERĀTE, adverb. *moderately, with moderation, discreetly*, μετρίως, σωφρόνως, cum moderatione. *Cic. pro Font.* c. 10. Ab his quicquam sancte, aut moderate dictum putabitis? *Id.* 1. *Fin.* c. 1. Qui si maxime hoc placeat, moderatius tamen id volunt fieri. *Id.* 3. *de Legib.* c. 5. Quæ res cum sapientissime moderatissimeque constituta esset, &c. *Id.* 2. *Offic.* c. 5. *a med.* Uti iis, quibuscum congregamur, moderate, et scienter. *Id. Fam.* 6. ep. 1. *circa med.* Omnia humana placate et moderate feramus. *Id. in Orat.* c. 52. *a med.* Gorgias his festivitatibus insolentius abutitur, quas Isocrates moderatius temperavit. *Liv.* l. 30. c. 42. *a med.* Rebus secundis uti modeste ac moderate. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 20. Clementer et moderate jus dicere. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 12. *extr.* Moderatius cedentem insequi hostem. *Stat.* 10. *Theb.* v. 423. moderatius, oro, ducite. *show a little more compassion in dragging him.* [† *Cic. Verr.* 3. 68. Sensim et moderate adrepere. *with caution, slowly, gradually. Ovid.* 1. *Metam.* v. 510. Moderatius, oro, Curre, fugamque inhibe; moderatius insequar ipse.]

MODERĀTIM, adverb. idem ac moderate. *Lucret.* l. 1. v. 323. Moderatim crescere cogens.

MODERATĬO, onis, f. *moderation, discretion*, ἡνιοχεία, μετριότης, κοσμιότης, actus moderandi, temperatio, modus, modestia, mediocritas. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 9. Languentis populi incitatio, et effrenati moderatio. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 35. *extr.* Conflagrare terras necesse est a tantis ardoribus, moderatione et temperatione sublata. *temperateness, moderateness. Id. pro Cœl.* c. 18. Vincat aliquando cupiditas, voluptasque rationem, dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatioque teneatur. *Id. Attic.* l. 2. ep. 6. Lætari te nostra moderatione et continentia video. *Id. pro Sext.* c. 33. *ad fin.* Quæ gravitas Lentuli consulis fuerit, quæ collegæ ejus moderatio de me. *Id.* 2. *Agrar.* c. 1. Adhibere certam rationem moderationemque dicendi. *Cels.* l. 3. c. 18. *a med.* Moderationem in cibo adhibere. *Cic. de Senect.* c. 1. Novi moderationem animi tui, et æquitatem. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 8. Græci eam virtutem σωφροσύνην appellant: quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam. *et Offic.* l. 3. c. 25. *extr.* Confirmatio et moderatio continentiæ et temperantiæ. *Sueton. in Cæs.* c. 75. Moderationem clementiamque exhibere. *Cic.* 2. *Phil.* c. 5. Si meam cum in omni vita, tum in dicendo moderationem modestiamque cognostis. *Id. pro Dom. c. ult.* Etenim ad nostrum usum propemodum jam est definita moderatio rei familiaris. *h. e.* modus et quantitas facultatum. *Petron. in Satyr.* c. 93. *extr.* Multa moderationis verecundiæque verba. ¶ De moderatione animi exempla Veterum habemus a *Valer. Max.* l. 4. c. 1. ¶ Gubernatio, regimen, *power, direction, government. Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 35. *ad fin.* Mundi divina in hominess moderatio profecto nulla est, si in ea discrimen nullum est bonorum et malorum.

MODERĀTOR, oris, m. *a governour, ruler, director, moderator*, ἐπιστάτης, σωφρονιστής, qui moderatur, gubernator, rector. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 35. *in fin.* Inesse aliquem non solum habitatorem in hac cælesti ac divina domo, sed etiam rectorem et moderatorem, et tanquam architectum tanti operis, tantique muneris. *Id.* 1. *Tuscul.* cap. 28. Sol moderator dierum, noctium, temporum. *Sallust. in orat. Lepidi contra Sull. ante med.* Populus R. paulo ante gentium moderator, exutus imperio, &c. *Martial.* l. 2. epigr. 90. Quintiliane vagæ moderator summe juventæ. *Flor.* l. 4. c. 2. Pacis, belllique moderator. *the arbiter or umpire. Ovid.* 3. *Fast.* v. 593. Vincitur ars vento, nec jam moderator habenis Utitur, at votis. *the pilot, steersman.* et *Metam.* 4. v. 245. moderator equorum. *a charioteer.* Sic *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 114. velox celerem super edere corpus Gaudet equum, validusque sedet moderator habenis. *Ovid. Metam.* 8. v. 856. moderator arundinis. *the director of the angle-rod; an angler, fisherman. Lucret.* l. 6. v. 1251. robustus curvi moderator aratri. *a ploughman, hind. Stat.* l. 1. silv. 2. v. 151. Tyrii moderator aheni. *a dyer of purple. Claudian.* lib. 2. *in Europ.* v. 381. doctissimus artis Quondam lanificæ, moderator pectinis uncti. *a wool-comber, carder or comber of wool. Plin. in Paneg.* c. 13. Cum spectator moderatorque ineuntium certamina virorum arma componeres, tela tentares. *the president, director. Eumen. in gratiar. act.* c. 13. *extr.* Terra mater frugum, Jupiter moderator aurarum. *Nazar. in Paneg. ad Constantin.* c. 15. Ille veteres laudita vitæ moderatores.

MODERĀTRIX, icis, f. *a governess, directress, mistress*, ἐπιστάτις, quæ moderatur, rectrix, gubernatrix. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c. pænult.* Materiæ universæ fictricem et moderatricem divinam esse providentiam. *Id. Phil.* 5. c. 18. Cæsar rempubl. sibi judicem constituit, et moderatricem omnium factorum. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 14. *ad fin.* Temperantia est moderatrix omnium commotionum. *Id. pro Flacc.* c. 24. Speculatur, atque obsidet rostra vindex temeritatis, et moderatrix officii curia. *Stat.* lib. 10. *Theb.* v. 365. arcanæ moderatrix Cynthia noctis. *Plaut. Cistell.* 2. 2. 3. Ut illæc anus hodie quot modis sibi moderatrix fuit! *what a pattern for moderation she has set!*

MODERĀTUS, a, um, particip. V. in *Moderor.* ¶ Sæpissime in nomen transit, et est qui sibi moderatur, qui modum servat, temperatus, modestus, *moderate, discreet, keeping within due bounds, temperate, gentle, not presumptuous or arrogant, unassuming, modest*, μέτριος, εὔτακτος, σώφρων. *Cic. de Senect.* c. 4. Moderati, et nec difficiles, nec inhumani senes tolerabilem agunt senectutem. *Id. pro Mur.* c. 30. Nostri illi a Platone et Aristotele moderati homines, et temperati. *Id. Fam.* 12. ep. 27. Est ita temperatis moderatisque moribus, ut summa severitas summa cum humanitate jungatur. *Id. pro Font.* c. 14. Frugi homo, et in omnibus vitæ partibus moderatus ac temperans. *Id. pro Balbo*, c. 4. Quem exteræ gentes castiorem, moderatiorem, sanctiorem viderunt? *Id. Phil.* 3. c. 11. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens. *et Phil.* 2. cap. 16. Moderatum esse in re aliqua. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 24. *a med.* Cæsar moderatissimi atque humanissimi fuit sensus. *Sallust. de Catil.* c. 12. Sua parvipendere, aliena cupere: pudorem, pudicitiam, divina atque humana promiscua, nihil pensi, neque moderati habere. *h. e.* nihil ducere, neque quicquam in iis se moderari. ¶ Item res, in qua ratio, modus, mediocritas servatur. *Cic. pro Mur.* c. 29. Doctrina non moderata, non mitis, sed paulo asperior et durior. *Id.* 1. *de Divin.* c. 29. *a med.* Qui salubri et moderato cultu atque victu quieti se tradiderit. *Id. de clar. Orat.* c. 2. Otium moderatum atque honestum. *Id. pro Mur.* c. 6. Convivium moderatum atque honestum. *Id.* 3. *de Orat.* c. 25. Unguentis minus diu delectamur, summa et acerrima suavitate conditis, quam his moderatis. et lib. 2. c. 8. *a med.* Qui cantus moderatæ orationis pronuntiatione dulcior inveniri potest? *Ovid.* 2. *Trist.* el. 4. vers. 57. jactantur moderatis æquora ventis. *Vellei.* l. 2. c. 126. Quando annona moderatior? quando pax lætior? *was the price of provisions better regulated.*

MODĔRO, as, a. 1. idem quod moderor. *Pacuv.* apud *Non.* c. 7. n. 23. et 36. et cap. 4. n. 279. Neque tuum te ingenium moderat. *Accius ibid.* Viden', ut te impietas stimulat, nec moderat metus? *Plaut. Mil.* 2. 2. *in fin.* Ego voci moderabo meæ. ¶ Passive *Paul. Dig.* lib. 3. tit. 5. leg. 14. *extr.* Pro qualitate personarum et actio formatur, et condemnatio moderatur. *Ulpian.* lib. 23. tit. 3. leg. 39. Ita res moderatur, ut, &c.

MODĔROR, aris, atus sum, dep. 1. *to moderate, re-*

strain, govern, regulate, rule, guide, manage, ἡνιοχέω, εὐθύνω, ἐπιστατέω, modum adhibeo, rego, guberno, tempero. *Cic. Fam.* 2. ep. 7. Te hortor, ut omnia gubernes et moderere prudentia tua. *Id.* 4. *Acad.* c. 27. *sub fin.* Mens, quæ omnia moderatur, movet, regit. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 36. Tibicines, iique, qui fidibus utuntur, suo, non multitudinis arbitrio, cantus numerosque moderatur. *Id.* 2. *de Invent.* c. 51. Moderari navim. *to pilot, steer. Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 33. Equos moderari ac flectere. *Lucret.* l. 5. v. 1297. equum frenis moderarier. *Ovid. Metam.* 6. v. 223. habenas. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c. pœnult.* Mens divina cælum versans, terram tuens, maria moderans. *Id.* 1. *de Orat.* c. 52. *extr.* Dare alicui potestatem moderandi et regendi sui. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 79. Ob moderandas exundationes Tiberis. et l. 2. c. 70. Nec moratus ultra, naves solvit, moderabaturque cursui, quo propius regrederetur. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 9. n. 7. Sit censor, qui viros doceat moderari uxoribus. et 5. *Tuscul.* c. 25. Causis ab æterno tempore fluentibus ratio mensque moderatur. *Id. ad Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 13. *a med.* Moderari animo et orationi, cum sis iratus. *Liv.* l. 4. c. 7. et *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 59. Ut postmodum gaudeant, se iræ moderatos. *Id.* l. 37. c. 35. Moderari fortunæ suæ. *Plaut. Curcul.* 4. 1. *in fin.* Linguæ moderandum est mihi. *h. e.* tacendum est. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 20. *a med.* Moderari alicui. *to keep him to his duty. Plaut. Trucul.* 4. 3. 57. Non vinum hominibus moderari, sed vino homines solent, qui quidem probi sunt. *Id. Curcul.* 1. 3. 44. Hoccine fieri, ut immodestis te hic moderere moribus? *h. e.* immodeste te geras? *Cic.* 5. *Verr. c. ult.* Res rusticæ ejusmodi sunt, ut eas non ratio, neque labor, sed res incertissimæ, venti, tempestatesque moderentur. *Id.* 3. *de Orat.* c. 48. Oratio sic est vere soluta, non ut fugiat tamen, aut erret, sed ut sine vinculis sibi ipsa moderetur. *Id.* 2. *de Fin.* c. 25. *ad fin.* Non voluptate, sed officio consilia moderari. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 75. Neque ipse gaudium moderans. *Sueton. in Claud.* c. 14. Moderari duritiam legum. *Id. in Domit.* cap. 7. pretia. ¶ In illo *Statii* l. 10. *Theb.* v. 13. viduæ moderantibus alni: *moderantes* sunt gubernatores.

MODESTE, *moderately, with moderation, temperately, discreetly*, μετρίως, σωφρόνως, moderate, temperate, modice. *Cic. Agrar.* 1. c. 6. Et, credo, qua in urbe homines copiam rerum moderate ferre non potuerunt, in ea isti vestri satellites modeste insolentiam suam continebunt. *Liv.* l. 30. c. 42. *a med.* Rebus secundis modeste ac moderate uti. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 50. Modeste munificum esse. *Ovid.* 2. *Fast.* vers. 607. Lingua non modeste uti. *Gell.* l. 9. c. 11. Hosti intrepide modesteque obviam ire. *h. e.* moderato gradu, non effuso cursu. *Sallust. in Jug.* c. 45. Ante Carthaginem deletam populus, et Senatus R. placide modesteque inter se rempubl. tractabant. *Plaut. Pers.* 3. 1. 18. Modice et modeste vitam vivere. *Id. Men.* 5. 6. 5. Tergum, quam gulam, crura, quam ventrem oportet potiora esse, cui cor modeste situm est. *h. e.* qui animum habet moderate affectum: qui modum novit, quem in re qualibet servare oportet. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 274. Non eos optime vixisse, qui diutissime vixerint, sed qui modestissime. *Terent. Phorm.* 1. 3. 18. Palam beatus, ni unum hoc desit, animus, qui modeste istæc ferat. *happy indeed in his good fortune, did he but know how to make use of it discreetly.* ¶ Pudenter, verecunde. *modestly, not arrogantly or presumptuously, humbly. C. Gracch.* apud *Gell.* l. 15. c. 12. In convivio liberi vestri modestius erant, quam apud principia. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 2. Qui modeste paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse. *Terent. Eun.* 3. 5. 32. Terram intuens modeste. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 53. Aut esses formosa minus: peterere modeste: Audaces facie cogimur esse tua. et ep. 15. v. 99. Si tam certus eras hinc ire, modestius isses: Et modo dixisses, Lesbi puella, vale. *h. e.* pudentius, *with some little show of courtesy.* et lib. 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 67. tentare modeste pro aliquo. *Quintil.* l. 4. c. 1. *ante med.* Parcius et modestius prætentare misericordiam judicis.

MODESTĬA, æ, f. *moderateness, temperateness*, μετριότης, modus, temperatio. *Tacit.* 12. *Ann.* cap. 43. Magna deum benignitate, et modestia hiemis rebus extremis subventum. *Clementiam hiemis* simili ratione dixit *Colum.* l. 2. c. 9. ¶ Item mediocritas conditionis, fortunarum, animi ad magna minime apti, aut minime tendentis. *Id. Ann.* 1. c. 11. Versæ inde ad Tiberium preces: et ille varie disserebat, de magnitudine imperii, sua modestia. et l. 3. c. 56. Simul modestiæ Neronis, et suæ magnitudini fidebat. ¶ Sæpissime refertur ad animum, vitam, mores: et interdum ponitur pro temperantia. *moderation, discretion, discreetness, sobriety. Cic.* 3. *Tuscul.* c. 8. Eam virtutem Græci σωφροσύνην vocant: quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 2. Rectum dividitur in prudentiam, justitiam, fortitudinem, modestiam. *et paulo post.* Modestia est in animo continens moderatio cupiditatum. ¶ Sæpius pro virtute subjecta temperantiæ. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 54. Temperantiæ partes sunt continentia, clementia, modestia. *et mox.* Modestia est, per quam pudor honestus claram et stabilem comparat auctoritatem. ¶ Itaque *modestia* est in eo, qui modum et pudorem servat in dictis factisque, cavetque, ut intra fines eorum, quæ licent, se contineat, neve in jactantiam incidat, et superbiam. *moderation, modesty*, κοσμιότης. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 52. *extr.* Non minus se in milite modestiam et continentiam, quam virtutem et animi magnitudinem desiderare. *Cic. Phil.* 2. c. 5. Si meam cum in omni vita, tum in dicendo moderationem modestiamque cognostis. *Id. in Pison.* c. 4. *sub fin.* Severitas censoria, magistra pudoris et modestiæ. *Id. Attic.* l. 7. ep. 5. Tironem propter humanitatem et modestiam malo salvum, quam propter usum meum. *Liv.* l. 8. c. 7. *ad fin.* Exanimati tam atroci imperio, metu magis, quam modestia quievere. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 39. Modestia, pudor, probitas. *Sallust. in Catil.* cap. 11. Neque modum, neque modestiam victores habent. et c. 39. Neque illis modestia, neque modus contentionis erat. *Id. in Jug.* cap. 89. Cum me vosque maledictis lacerent, non placuit reticere, ne quis modestiam in conscientiam duceret. *Nep. in Agesil.* c. 4. Tanta modestia dicto audiens fuit jussis absentium magistratuum, ut si privatus in comitio esset Spartæ. *Quintil.* l. 4. c. 1. *a med.* Frequentissime prooemium decebit et sententiarum, et compositionis, et vocis, et vultus modestia. *Matius ad Cicer. Fam.* 11. ep. 29. *ad fin.* Vitæ modestia valet contra falsos rumores. *Pacuv.* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 31. Virginalis modestia. ¶ Item in eo, qui demisse de se sentit, et laudem, honores, præmia, licet dignus sit, verecunde recusat. *backwardness in asserting one's worth, lowliness, humility. Plin. in Paneg.* c. 5. Obstinatum tibi non suscipere imperium, nisi servandum fuisset. Quare illum motum castrensem reor exstitisse, quia magna vi modestia tua vincenda erat. ¶ De Modestia, ut dea, loquitur *Tacit.* ubi ait l. 4. *Ann.* c. 7. Precandam post hæc Modestiam, ut contentus esset. ¶ Est etiam honestas, dignitas, fama, pudor, existimatio. *honour, dignity, character. Sallust. in Catil.* c. 14. Neque sumptui, neque modestiæ suæ parcere, dum illos obnoxios, fidosque faceret. ¶ *vacui modestia lecti* apud *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 162. est vita cælebs, vel viduitas sancte custodita. ¶ Pro pudore. *shame. Stat.* 2. *Theb.* v. 232. primæque modestia culpæ Confundit vultus. ¶ Præterea *modestia* dicitur, quæ Græce εὐταξία, hoc est scientia earum rerum, quæ agenter, aut dicentur, loco suo collocandarum, a Stoicis apud *Cicer.* lib. 1. *Offic.* cap. 40. describitur. *Id. ibid. paulo post.* Modestia est scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. *orderly behaviour, observation of decorum as to the time and place of action.*

MODESTĪNUS. Herennius Modestinus Jurisconsultus, cujus in Pandectis multis in locis responsa referuntur, fuit unus ex iis, quorum consilio Alexander Severus uti solebat, ut est apud *Lamprid. in ejus vita, c. ult.* Multa sunt responsa ejus in Digestis: sed libros Exusationum Græce scripsit, ut ipse docet l. 27. tit. 1. leg. 1.

MODESTUS, a, um, *moderate, modest, temperate, sober, discreet, keeping within due bounds, gentle, not arrogant, unassuming*, κόσμιος, σώφρων, qui animi elationi, ceterisque cupiditatibus moderatur, et in rebus omnibus modum servat: qui minimum sibi in quaque re licere putat: qui se intra fines recti honestique continet, moderatus, modicus, temperatus. *Cic. de Amic.* c. 13. *a med.* Itaque videas, rebus injustis justos maxime dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis modestos. *Id. Attic.* l. 13. ep. 29. Vir modestus et frugi. *Id. Fam.* 13. epist. 70. Homo frugi et modestus. et ep. 10. *a med.* Modestum hominem cognosces, et prudentem. *et Attic.* l. 10. ep. 7. Modestior rex, et probior, et integrior. *Id. pro Planc.* c. 11. Adolescentuli modestissimi pudor. *Terent. Adelph.* 5. 8. 7. Mulier proba et modesta. *modest, virtuous. Cic. pro Arch.* c. 5. Homo sanctissimus modestissimusque omnium. *Cic. Agrar.* 2. c. 31. Plebs optima et modestissima. *Id. Attic.* l. 2. ep. 1. *circa med.* Quid quæris? hominem petulantem modestum reddo gravitate orationis. *Id. pro Planc.* cap. 1. *a med.* Integerrima vita, modestissimi mores. *Id. Fam.* 3. ep. 13. *extr.* Eo brevior est hæc epistola, et ut adversus magistrum, modestior. *Sallust. in fragm.* apud *Donat. ad Terent. Phorm.* 1. 3. 18. Modestus ad omnia alia, nisi ad dominationem. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 4. v. 11. oculos in se dejecta modestos. et lib. 1. el. 4. v. 15. vultu modesto ire. *et Heroid.* ep. 19. v. 63. Multaque præterea linguæ reticenda modestæ. *Id.* l. 3. *Amor.* el. 14. v. 16. verba modesta loqui. *Id.* 3. *Trist.* el. 8. v. 18. et *Lucan.* l. 5. v. 532. vota modesta. *Plin. in Paneg.* c. 20. Iter inde placidum ac modestum, ut plane a pace redeuntis. *h. e.* in quo abstinentia servatur, et coercetur licentia. (eadem ratione *modestia* a *Liv.* lib. 3. c. 54. adhibetur.) *Stat.* lib. 2. silv. 2. v. 27. Hic præceps minus audet hiems, nulloque tumultu Stagna modesta jacent, dominique imitantia mores. *h. e.* tranquilla. *Pers.* sat. 5. vers. 149. nummis, quos hic quincunce modesto Nutrieras. *h. e.* moderatis ac licitis usuris. ¶ *Modestum esse erga alicui* apud *Plaut. Trin.* 4. 1. 12. est modeste se erga aliquem gerere parcendo, non nocendo, abstinendo ab injuria. [† Hoc diis dignum est, ut semper mendicis modesti sint. *kind.*] ¶ Paucus, modicus. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 7. Rari per Italiam Cæsaris agri, modesta servitia, intra paucos libertos domus. *few slaves,*

MODIĀLIS, le, *containing a* modius, modium continens. *Plaut. Capt.* 4. 4. 8. Aulas, calicesque omnes confregit, nisi quæ modiales erant.

MODIATĬO, onis, f. mensura per modios exacta. *Impp. Theodos. Arcad. et Honor.* lib. 11. *Cod.* tit. 24. leg. 2. et *Impp. Honor. et Theodos. ibid.* tit. 5. *leg. ult.*

MODĬCE, *moderately, modestly*, μετρίως, moderate, modeste, temperate, mediocriter. *Cic. Fam.* 4. ep. 4. *a med.* Quoniam effugi ejus offensionem, qui fortasse arbitraretur, me hanc, rempubl. non putare, si perpetuo tacerem, modice hoc faciam, aut etiam intra modum. *Sallust. in Jug.* c. 119. Ad ea Sulla pro se breviter, et modice; de pace rebus multis disseruit. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 29. Modice et scienter uti re aliqua, et ut ne dedeceat. *Id. pro Sull.* cap. 29. Quamquam a me timide modiceque dicetur. *Plaut. Pers.* 3. 1. 18. Modice et modeste vitam vivere. *Enn.* apud *Non.* c. 4. num. 292. Verecunde et modice. *Turpil. ibid.* Modice atque parce. *Cic. Phil.* 11. c. 3. *a med.* Est sapientis, quidquid homini accidere possit, id præmeditari, ferendum modice esse, si evenerit. *Plaut. Mil.* 4. 5. *in fin.* Modice decet moderari animo: ne sis cupidus. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 7. Minæ Clodii modice me tangunt. *but a little, very little. Sueton. in Aug.* c. 73. Ne toro quidem cubuisse aiunt, nisi humili, et modice instrato. *moderately furnished. Liv.* l. 28. c. 15. Ab tergo esse colles, tutumque receptum, si modice se reciperent. *h. e.* modico gradu, ut *Plaut. Pœn.* 3. 1. 19. loquitur, non cursu præcipiti.

MODICELLUS, a, um, diminut. a *modicus. Sueton. in Ner.* c. 48. *sub fin.* Decubuit super lectum, modicella culcita, vetere pallio strato instructum. *very little, mean.*

MODĬCUS, a, um, *moderate, modest, temperate, sober*, μέτριος, κόσμιος, qui modum servat, moderatus, temperatus, modestus: a *modus. Cic. Fam.* 5. ep. 12. A principio conjurationis usque ad reditum nostrum, videtur mihi modicum quoddam corpus (*historiæ*) confici posse. *Sallust. in Jug.* cap. 87. Primo industrios, supplices, modicos esse: dein per ignaviam, et superbiam ætatem agere. et cap. 67. *de Mario.* Animus belli ingens, domi modicus, lubidinis et divitiarum victor. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 5. Sed tamen modici fuimus ὑποθέσει: erimus uberiores, si ille libenter accipiet. *Id.* 1. *de Divin.* cap. 51. Escæ temperatæ, modicæque potiones. *Id. de Senect.* c. 13. Modicis conviviis delectari. et cap. 18. *sub fin.* Severitatem probo, sed modicam: acerbitatem nullo modo. *Tacit. Ann.* 6. c. 30. Vir effusæ clementiæ, modicus severitate. *Plin. in Paneg.* cap. 83. *ad fin.* Uxor modica cultu, parca comitatu. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 73. Falanius, et Rubrius modici equites Romani. *of moderate fortune. Plaut. Pœn.* 3. 1. 19. Per urbem modico gradu ire. *Cui opponit ibid.* festinantem currere. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 40. Pauca, et modica disseruit. *he spoke little and with modesty. Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 645. Omnibus Andromache visa est spatiosior æquo: Unus, qui modicam diceret, Hector erat. *of moderate stature.* ¶ Medius, mediocris. *mean, middling, ordinary. Cic. in Orat.* c. 21. Genus dicendi subtile in probando, modicum in delectando, vehemens in flectendo. et cap. 28. Medius ille, quem modicum et temperatum voco, non extimescit ancipites dicendi incertosque casus. *Colum.* l. 6. c. 2. *in fin.* Habilis et modica corporatura pecoris operarii debet esse. *middling stature. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 53. Oculi in homine numerosissimæ varietatis: grandiores, modici, parvi, prominentes, conditi. *Id.* l. 14. c. 1. Modici hominis altitudo. ¶ Paucus, exiguus, *few, scanty. Cic.* 2. *de Orat.* c. 32. Ea, si ex reis numeres, et innumerabilia sunt, et obscura: si ex rebus, valde et modica, et illustria. *Id. Parad.* 6. c. 2. Mea pecunia est ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica. *Petron. in fragm. Sat.* pag. 668. *Burm.* Planta decens modicos nescit calcare lapillos. ¶ *Modicum* absolute, *a little; a modicum. Juvenal.* sat. et vers. 9. certe modico contentus agebas. ¶ Item exiguus, parvus, *little, small. Horat.* l. 2. ep. 2. vers. 190. ex modico, quantum res poscet, acervo Tollam. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 620. quercus modico circumdata muro. *Justin.* l. 7. c. 1. Macedoniæ sicut incrementa modica, ita termini perangusti fuere. ¶ Item brevis, *short, brief. Quintil.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) *circa med.* Ergo modicum tempus est, quo in totum diem velut opus ordinetur. ¶ Cum genitivo *Tacit.* 6. *Ann.* c. 39. Sabinus modicus originis, principum amicitia consulatum adeptus. *of moderate origin.* et lib. 4. c. 52. Domitius recens prætura, modicus dignationis, et quoquo facinore properus clarescere. *not much in favour with the Emperour. Pers.* sat. 5. v. 109. et *Sil.* l. 5. v. 14. Modicus voti. *h. e.* moderata vota diis faciens, modico contentus. *Vellei.* l. 1. c. 12. Modicus virium. *of middling strength.* et *Tacit.* 3. *Ann.* c. 72. pecuniæ. *not very rich.* et lib. 2. c. 73. voluptatum. *moderate in his pleasures.* [¶ *Modicum* est adverbium eadem significatione ac parum. *Apul.* 6. *Met.* pag. 417. *Oudend.* Modicum te progressam textrices orabunt anus. ¶ *Modico*, adverbialiter, *h. e.* modico tempore. *Id.* 1. *Met.* pag. 69. Modico deinde regressa. *h. e.* post modicum tempus. *Id. ibid.* pag. 33. Modico prius quam Larissam accederem. *Id. Flor.* l. 3. pag. 354. *Elmenh.* Dolor intestinorum modico ante sedatus est, quam me violentus exanimaret. *Id.*

1. *Met.* pag. 68. *Oudend.* et modico secus progressus ostium accedo. *Id. ibid.* pag. 18. Polentæ caseatæ modico secutus offulam grandiorem contruncare gestio. *Martian. Capell.* lib. 8. pag. 299. *Grot.* Saturni sidus modico minus annis triginta circulum suum per longitudinem circumcurrit.]

MODIFICATIO, onis, f. *a modification*, modus, mensura, ratio faciendi aliquid. *Senec. sub init.* ep. 88. Versuum lex ac modificatio. *Gell.* l. 10. c. 3. *post med.* Quem lux ista, et amœnitas orationis, verborumque modificatio parum delectat. *h. e.* structura, compositio, numerus.

MODIFICĀTOR, oris, m. *a modifier*, qui modificat, moderator. *Apul. in Florid.* n. 4. (*al.* l. 1.) Tibicen omnis voculæ melleus modulator, et omnis modi peritus modificator.

MODIFICĀTUS, a, um, *modified, reformed*, a propria natura ad alium certum modum redactus, et immutatus. *Cic. 2. de Divin.* c. 26. In omne corpus diviso, et modificato cibo. *Al. leg.* mitificato. *Id. in Partit.* c. 5. *ad fin.* Verba ab oratore modificata, et inflexa quodammodo. *h. e.* per tropos immutata. *wrested or transferred from their proper sense, taken metaphorically. Id. 3. de Orat.* c. 48. *sub fin.* Membra (*periodi*) modificata esse debent. *h. e.* certis, et variis intervallis distincta, ut numerum efficiant. *modified, qualified, softened, rounded, harmonious, having an agreeable cadence. Apul. de deo Socrat.* Corpora neque tam bruta, quam terrea, neque tam levia, quam ætheria, sed modificata utriusque rei participatione. *Sidon.* l. 8. ep. 12. Tuas laudes modificato celeumate inter transtra remiges canent. *Id.* l. 9. ep. 2. Modificatæ lusciniarum querelæ.

MODIFĬCO, as. V. in voce sequenti.

MODIFĬCOR, aris, atus sum, dep. 1. *to measure*, modum et mensuram ineo alicujus rei. *Gell.* c. 1. l. 1. Comprehensa mensura Herculanei pedis, quanta longinquitas corporis ei mensuræ conveniret, secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam, modificatus est. ¶ Item *to modify, reform, qualify, soften*, moderari, modum imponere. Cum dativo *Apul. in Florid.* n. 15. (*al.* l. 2.) *sub fin.* Gravioribus viris brevi spatio satis videbatur taciturnitas modificata. *Id.* l. 11. *Metam.* Solent parentes immaturis liberorum desideriis modificari. *Id. in Florid.* n. 23. (*al.* l. 4.) Orationi modificabor. ¶ Passive, ut videtur, *Id.* l. 2. *de dogm. Plat.* Qui tenuis est, si modificetur in sumptibus, nullam noxiam ex eo sentiet. Nam et *modifico, as*, invenitur usurpatum ab *Augustin.* l. 6. *de Musica, c. ult.* et *de Doctrin. Christ.* l. 2. c. 9.

MODIFĬCUS, a, um, certo modo, certaque mensura factus. *Auson. in Parental.* n. 27. Cui brevia mela modifica recino.

MODIMPERĀTOR, oris, m. *the steward of the feast, master of the ceremonies*, συμποσιάρχης, magister convivii, qui potandi modum præscribit. *Varr.* apud *Non.* cap. 2. num. 565. In conviviis qui sunt instituti, potandi modimperatores, magistri.

MODIŎLUS, li, m. parvus modius. Quidam putant, esse quartam modii partem. *Plaut. Cistell.* 2. 2. 7. Quia ei promisi modiolum vini dare. *a rundlet. Al. leg.* dolium. ¶ Item genus vasis potorii. *Scævola Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 37. Quæro, cum in hereditate non sint nisi trullæ, scyphi, modioli, phialæ; an Seja de his speciebus eligere possit. Respondi, cum omnia potui parata, pocula dicantur, posse eam ex his eligere. ¶ Item modioli vasa sunt figura modii, quo frumenta metimur, quæ rotæ aquariæ infixa, cum ea in flumen deprimitur, aqua implentur, et versatione tollunt, ac defundunt in ligneum labrum, ex quo ad varios usus diducitur. *buckets*: de quibus *Vitruv.* l. 10. c. 9. ¶ Sunt alii hujus generis modioli ærei in similibus machinis, quas describit *Id. ibid.* c. 12. 13. 18. &c. item *Cato R. R.* c. 21. in descriptione trapeti. ¶ In rota *modiolus* est lignum illud, cui radii infiguntur, τόρμη, πλήμη: quod habet foramen in medio, qua axis immittitur. *the nave or stock of a wheel, in which the spokes are fixed; Plin.* cap. 4. l. 9. ¶ Denique est instrumentum chirurgicum, χοινίκιον: idest, describente *Celso* l. 8. c. 3. ferramentum concavum, teres, imis oris serratum, per quod medium clavus, ipse quoque interiore orbe cinctus, demittitur. Eo utuntur excidendis ossibus. Dictus videtur a similitudine modioli rotarum, quia sicut in eo est foramen, per quod transit axis; ita per medium illud ferramentum clavus. *a surgical instrument for cutting out small bones; a sort of trephine or trepan.*

MODĬUM, ii, n. *et sæpius* Modius, ii, m. *a modius; the chief Roman measure used principally for things dry, somewhat more than a peck English.* genus mensuræ aridorum, et liquidorum, continens sextarios sexdecim, seu sextam partem medimni Attici, et Romanæ amphoræ tertiam, uti docent *Rhemn. Fann. de ponderib.* &c. v. 65. et *Nep. in Attic.* c. 2. *extr.* habetque ponderis libras sexdecim, ut est in veteri plebiscito apud *Fest. in Publica pond.* Unde patet multo minorem esse, quam quæ ab Hetruscis nunc *moggio* [† *a Florentine measure, equal to twenty-four bushels, Gallice* un muid,] dicitur. *Jambullarius in histor. Europæ*, lib. 7. pag. 160. *Il modio Latino è di tenuta di sedeci sestarj, ciascuno de' quali contiene a peso libre una e mezzo: di maniera che tutto il Modio loro è nel circa d' una mina delle nostre, cioè libre vintiquattro, e non più. Laonde manifestamente apparisce, che il Modio Romano è la quarantottesima parte del moggio Fiorentino, o più tosto due libre manco, per dividersi il moggio nostro in istaja vintiquattro, e lo stajo in due mine di libre vinticinque l' una. (The Latin* modius, *contains sixteen sextiers, each of which weighs one pound and a half: so that their* modius *is altogether about one of our mine (half-bushels), that is to say twenty-four pounds exactly. It is evident therefore, that the Roman* modius *is a forty-eighth part of a Florentine* moggio *or rather two pounds less, as our moggio is divided into twenty-four bushels, and the bushel into two* mine *(half-bushels) of twenty-five pounds each.)* Concordat, aut minimum abest ab hac sententia *Camillus Silvestrius ad Juvenal.* sat. 10. vers. 165. pag. 549. ubi hac de re accurate multa. Non solum aridorum, sed etiam humidorum mensuram esse indicat *Fannius loc. cit.* Fere tamen de frugum mensura dicitur. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 55. Nam de mille fabæ modiis cum subripis unum, &c. *Civ. divinat. Verr.* c. 10. Cum esset tritici modius H-S. II, pro frumento, in modios singulos, duodenos sestertios exegisse. *Id. 2. Offic.* c. 17. M. Sejus in caritate asse modium populo dedit. *Id. de Amic.* c. 19. Verum illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit. *Senec.* ep. 80. *a med.* Servus est: quinque modios accipit, et quinque denarios. *scilicet* dimensum, et cibarium in mensem. *Plin.* l. 18. c. 9. *in fin.* Siligineæ farinæ modius Gallicæ XXII. libras panis reddit, Italicæ duabus tribusve amplius. *Liv.* l. 23. c. 12. Effundi in vestibulo curiæ jussit annulos aureos: qui tantus acervus fuit, ut metientibus dimidium super tres modios explesse, sint quidam auctores. Fama tenuit, quæ propior vero est, haud plus fuisse modio. ¶ In gen. plur. sæpe habet *modium*, rarius *modiorum*. *Plaut. Mil.* 4. 2. 72. Plus mihi auri mille est modiorum Philippei. *Cic. Verr.* 3. c. 46. Agri Leontini decumæ venierunt tritici medimnum XXXVI. hoc est tritici modium CCXVI. *et mox.* In hac una emptione lucri fieri tritici modium centum. *et paulo post.* Qui CCCC millia modium lucri faciunt. Adde cap. 36. ¶ In neutro gen. *Cato R. R.* cap. 58. Salis unicuique in anno modium satis est. *Plin.* l. 18. c. 16. *de Medica.* Opus est densitate seminis omnia occupari: id præstant in jugera modia vicena. ¶ *Pleno modio* est large, abundanter, *in good store, largely, abundantly, by the bushel. Cic.* l. 6. *ad Attic.* ep. 1. *a med.* Illa jam habent pleno modio, verborum honorem, invitationem crebram. [¶ *Modius cumulatus* est, quod apud nos *a good bushel* dicitur. *Fronto de bello Parthico.* Post Cannensem cladem Pœnus imperator anulorum aureorum tres modios cumulatos misit Carthaginem. ¶ Fuit etiam nomen familiæ Romanæ apud *Cic. 2. Verr.* c. 48. M. Modius. et apud *Varr. R. R.* l. 2. c. 7. *init.* Q. Modius Equiculus.] ¶ *Modio nummos metiri* dicitur de valde pecunioso. *Petron. in Satyr.* c. 37. [† Cf. *Horat. Sat.* 1. 1. 96.] ¶ Apud *Varr. Auct. de Limitib.* pag. 264. *Goes.* et pag. 312. modius est tertia pars jugeri. ¶ Apud *Isid.* l. 19. *Orig.* c. 2. dicitur modius cavum illud in navi, cui arbor insistit, a similitudine ipsius mensuræ. ¶ Quæ *Varronis* Satyra *modius* inscribebatur, cujus fragmenta aliquot servavit *Nonius*, videtur sic dicta, quia mensuram et moderationem, et mediocritatem in omni vita servandam docebat, et nimium cultum ac delicias, sordidamque avaritiam reprehendebat.

MODO, *just now, even now, a little while since, but just before, but this moment, lately*, ἄρτι, significat paulo ante: et differt a *nuper*, quo antiquius tempus significatur. *Cic. Verr.* 6. c. 3. Nuper homines nobiles ejusmodi: et quid dico nuper? immo vero modo, ac plane paulo ante vidimus, qui forum ac basilicas ornarent. *Plaut. Asin.* 5. 2. 76. Nunc uxorem me esse meministi tuam: modo, cum dicta in me ingerebas, odium, non uxor eram. *Terent. Andr.* 1. 2. 2. Davum modo timere sensi, ubi nuptias futuras esse audivit. *Cic. Fam.* 4. ep. 13. *a med.* In qua urbe modo gratia, auctoritate floruimus, in ea nunc iis omnibus caremus. *Id. Phil.* 2. c. 27. Exsultabat gaudio, persona de mimo, modo egens, repente dives. ¶ Interdum pro *nunc* ponitur, *now, at this moment, at this present time, at present. Ascon. in Verr.* 3. c. 3. De signis, et furtis tacet modo, quasi minus idoneis ad furorem avaritiæ. *Terent. Adelph.* 3. 1. 2. Modo dolores occipiunt primulum. Ubi *Donat.* Evidenter hic *modo* temporis præsentis adverbium est. *Id. Hecyr.* 3. 5. 8. Advenis modo? *Pam.* admodum. *are you but this moment arrived? Pam. but this very moment.* Ubi *Donat.* Difficile invenitur præsentis temporis *modo*. Affinia sunt, quæ subjicio, in quibus et τοῦ *interim* vis est. *Phædr.* l. 2. fab. 8. v. 8. Vos modo, inquit, parcite: Occasione rursus erumpam data. *for the present, in the meantime.* et *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 269. Prima tuæ menti veniat fiducia, cunctas Posse capi: capies: tu modo tende plagas. *meanwhile do you lay your snares.* et *Plaut. Men.* 5. 5. 23. Mane modo: etiam percontabor. *Id. Asin.* 5. 2. 26. Sequere hac me modo: jam faxo, ipsum hominem manifesto opprimas. ¶ *Vide modo* est admonentis cum comminatione, *take care what you do or say; take care what you are about; be on your guard; see to that. Cic. in divinat. Verr.* c. 14. Vide modo: etiam atque etiam considera: mihi enim videtur periculum fore, ne, &c. Adde *Cæl. ad Cicer.* l. 8. *Fam.* ep. 2. et *Petron. in fragm. Tragur.* c. 51. *Burm.* Sic *cave modo* apud *Plaut. Asin. prol.* v. 5. ¶ Refertur etiam ad tempus statim futurum. *Terent. Andr.* 3. 4. 15. Domum modo ibo: ut apparentur, dicam. *shall go presently.* ¶ *Modo* repetitum ponitur pro alias, interdum, nunc. *now, sometimes. Terent. Eun.* 4. 4. 46. Modo ait, modo negat. *he sometimes says yes, sometimes no.* et *Cic. Attic.* l. 13. ep. 25. *sub fin.* O Academiam volaticam, et sui similem, modo huc, modo illuc! *Id. pro Font.* c. 1. Populi modo ab nostris imperatoribus subacti, modo bello domiti, modo triumphis ac monumentis notati, modo ab Senatu agris multati. *Id. 2. de Divin.* c. 44. Cælum modo hoc, modo illo modo temperatur. ¶ Et sequente alia particula. *Ovid.* 13. *Met.* v. 922. Nam modo ducebam ducentia retia pisces: Nunc in mole sedens moderabar arundine linum. *Sallust. in Jug.* c. 77. Modo adversum hostes interdum in solitudines pergere. *Cic. 1. de nat. Deor.* c. 12. *extr.* et 13. *sub fin.* Modo menti divinum tribuit principatum, modo cælo, tum autem signis cælestibus. *Id.* l. 2. c. 40. Sol modo accedens, tum autem recedens, binas reversiones facit. *Tacit. 2. Hist.* c. 74. Vespasianus modo in spem erectus, aliquando adversa reputabat. *Sueton. in Tiber.* c. 66. Libellis diversissime afficiebatur, modo ut præ pudore celata cuncta cuperet, nonnunquam eadem contemneret. *Tacit. Ann.* c. 16. l. 11. Modo temperantiam, sæpius vinolentiam usurpans. *Id. 4. Hist.* c. 46. Modo Mucianum, modo absentem principem, postremum cælum, ac deos obtestari. *first Mucianus, next* &c. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 8. sæpe notatus Cum tribus annellis, modo læva Priscus inani. ¶ Absolute *Sallust. in Jug.* c. 108. Multi vulneribus acceptis, neque fugere posse, neque quietem pati: niti modo, ac statim concidere. *in turns.* ¶ Frequenter ponitur pro dumtaxat, tantum, solum. *only, alone. Sallust. in Jug.* c. 93. Quæ postquam gloriosa modo, neque belli patrandi cognovit, statuit, &c. *Cic.* l. 6. *Fam.* ep. 12. *sub fin.* Unum est perfugium doctrina et litteræ, quæ secundis rebus delectationem modo habere videbantur: nunc vero etiam salutem. et ep. 13. *in fin.* Ut non modo secunda sperare debeas, sed etiam adversa fortissimo animo ferre. *Id. 3. Offic.* c. 19. *a med.* Vir bonus, quem Fimbria etiam, non modo Socrates noverat. *et mox.* Non modo facere, sed ne cogitare quidem audebit, quod non audeat prædicare (pro *non modo non*, vel *nedum*. Sic locutus est l. 10. *ad Attic.* ep. 8. et lib. 11. ep. 24. et l. 1. *Fam.* ep. 9. *ante med.* aliisque in locis, quæ jam congessere *Manut. ad* l. 1. *Fam.* ep. 9. et *Muret.* l. 10. *Var. lection.* cap. 7.) *Id. Fam.* 10. ep. 10. Cujus rei non modo non præteriit tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc fuit. *Tacit. 4. Ann.* cap. 55. Græci, quorum non modo libertas, etiam libido impunita est. ¶ Item pro dummodo. *provided that. Brut. ad Attic.* ep. 17. *a med.* Servitutem, honorificam modo, non aspernatur. *Cic. 1. de Divin.* c. 39. *ad fin.* Nemo aliter philosophus sensit, in quo modo esset auctoritas. *Id. Fam.* 10. ep. 10. Sit modo aliqua respublica, omnibus honoribus abundabis. *Id. pro Flacc.* c. 27. Quis ignorat, qui modo unquam mediocriter res istas scire curaverit, quin tria sint, &c. et l. 16. ep. 12. *a med.* Videtur, si insaniet, posse opprimi, modo ut Urbe salva. *et de Amic.* c. 17. Declinandum est de via, modo ne summa turpitudo sequatur. ¶ *Si modo*, si tamen. *Id. 2. de Orat.* c. 38. In hac arte, si modo est hæc ars, nullum est præceptum, quo, &c. *in case.* et lib. 12. *ad Attic.* ep. 44. Contudi animum, et fortasse vici, si modo permansero. ¶ *Modo si* pro *dummodo* usurpatum legimus ab *Ulpian. Dig.* l. 19. tit. 2. leg. 19. *extr. Papinian.* lib. 26. tit. 2. leg. 28. lib. 31. leg. 78. *extr.* et l. 39. tit. 1. leg. 18. ¶ *Modo non*, tantum non, ferme, propemodum, μονονουχί, *all but. Terent. Phorm.* 1. 2. 17. Is senem per epistolas pellexit, modo non montes auri pollicens. ¶ *Modo non*, non modo, non solum. *Tibull.* l. et eleg. 1. v. 47. Jam modo non possum contentus vivere parvo, Nec semper longæ deditus esse viæ, Sed, &c. ¶ Quod ultimam produxit *Cic. in Arat.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 42. Hinc non una modo caput ornans stella relucet: Cæsuræ beneficio fecisse videtur.

MODULABĬLIS, le, adject. *tunable*, qui cani potest. *Calpur. Ecl.* 4. vers. 63. Hyblæa modulabile carmen avena.

MODULĀMEN, inis, n. modulatio. *Gell.* l. 13. c. 20. Ciceroni mollius, teretiusque visum, in quinta in Verrem (*Verr.* 7. c. 66.) *fretu* scribere, quam *freto*. Itidem in secunda (*Verr.* 4. c. *ult.*) simili usus modulamine, *manifesto peccatu* inquit, non *peccato*. *modulation, harmoniousness. Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 12. Cæli ac siderum naturam, motum, ac modulamen agnoscere. *harmony. Sidon. carm.* 1. v. 9. Castalidumque chorus vario modulamine plausit, Carminibus, cannis, pollice, voce, pede. *song, strains, numbers.*

MODULAMENTUM, ti, n. modulamen. *Gell.* l. 1. c. 7. *ad fin.* Sonus et positura ipsa verborum satis declarant, id potius ἐπιμέλεια τῶν λέξεων modulamentis orationis M. Tullii convenisse. *to the modulation.*

MODULANDUS, a, um, *to be modulated, tuned or harmonized*, participium passivæ significationis. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 143. Verba modulanda fidibus Latinis. *h. e.*

Latino metro canenda. *to be set to music to the lyre.* *Gell.* l. 1. c. 1. In reperienda modulandaque status longitudinisque ejus præstantia. *h. e.* dimetienda.

MODULĀTE, adverb. *harmoniously, musically*, concinne, et cum mensura. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 8. Si ex oliva modulate canentes tibiæ nascerentur. *Ammian.* l. 16. c. 5. (*al.* c. 7.) Ars modulatius incedendi concinentibus fistulis. *more orderly, to time*, in numerum. *Gell.* l. 1. c. 11. *in fin.* hoc idem *modulationem incedendi* vocat: qua utebantur Lacedæmonii, quibus mos fuit ingrediendi prœlium ad tibicinum modulos. *Id.* l. 11. c. 13. In ejus orationis (*C. Gracchi*) principio collocata verba sunt accuratius modulatiusque, quam veterum oratorum consuetudo fert. *with greater regard to harmony.*

MODULATĬO, onis, f. *modulation, measure, proportion*, μέτρησις, ἁρμονία, actus modulandi, conformatio per modos, seu mensuras, mensuratio, harmonia. *Vitruv.* l. 5. c. 9. Ceteri operis modulationes ita perficiantur, uti de ædibus sacris scriptum est. ¶ Sæpe dicitur de mensura vocum, et sonorum. *modulation, inflexion, harmoniousness, melody.* *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* c. 10.) Poetas metri necessitas excusat, nisi si quando, nihil impediente in utroque modulatione pedum, alterum malunt: qualia sunt (*Virg.* 12. *Æn.* v. 208.) *imo de stirpe recisum:* et (*Ecl.* 1. v. 15.) *silice in nuda.* *Id.* l. 11. c. 3. *ante med.* Quodcumque ex his vitium magis tulerim, quam cantandi. Quid enim minus oratori convenit, quam modulatio scenica? *et mox.* Vocis modulationem fidibus ac tibiis adjuvare. *Auson. ep. ult.* v. 13. Est et arundineis modulatio musica ripis: Cumque suis loquitur tremulum coma pinea ventis. *harmony.* ¶ *De modulatione incedendi* apud *Gell.* V. in voce præced.

MODULĀTOR, oris, m. *a modulator, tuner, composer, songster*, qui per modos metitur, præsertim voces et sonos, moderator, phonascus. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 129. quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen, atque Optimus est modulator. *Colum. in proœm.* l. 1. Vocis et cantus modulatorem scrupulosissime requirunt musicæ rationis studiosi.

MODULĀTRIX, icis, f. *Tertull. de Baptis.* c. 3. Quid quod exinde dispositio mundi modulatricibus quodammodo aquis, Deo constitit? *h. e.* modulum, et rationem quodammodo præbentibus.

MODULĀTUS, us, m. modulatio. *Sen. in Herc. Fur.* v. 263. *de Amphione.* Canoro saxa modulatu trahens.

MODULĀTUS, a, um, *measured, adjusted, well regulated or proportioned, harmonious, symmetrical*, modulo, seu mensura, certaque ratione conformatus. *Gell.* l. 1. c. 15. Linguæ in promendo esse gratiam plurimam, si modesta et parca, et modulata sit. *governed, regulated, restrained.* ¶ Sæpe dicitur de sono et cantu ad musicam rationem dimenso. *tuned, set to music, modulated, harmonious, tuneful, musical.* *Quintil.* l. 9. c. 2. *ante med.* Incipit esse quodammodo παρῳδὴ: quod nomen ductum a canticis ad aliorum similitudinem modulatis. *Flor. in fin.* c. 7. l. 2. Nec aliter illa consulari sententia, quam modulatissimo aliquo tibiarum aut fidium cantu, fruebantur. *Ovid. Metam.* 11. v. 428. Illic cum lacrymis, ipso modulata dolore Verba, sono tenui mœrens fundebat. *Sueton. in Aug.* c. 57. et *in Ner.* c. 42. Modulata carmina. *verses or poems set to music; melodious songs.* Sic *Plin. de cantu lusciniæ* l. 10. c. 29. Modulatum sonum edere. *Gell.* l. 11. c. 13. *sub fi.* Uti caveretis, ne vos facile perstringeret modulatus aliquis currentis facundiæ sonitus, *h. e.* numerus verborum apte compositorum. Sic lib. 13. c. 24. *ante med.* Orationem modulatiorem aptioremque reddit. *Id.* l. 1. c. 11. Lacedæmonios tibiarum modulis in prœliis usos esse, non ut excitarentur animi, quod cornua et litui moliuntur; sed contra ut moderatiores modulatioresque fierent, quod tibicinis numeris temperatur. ¶ *Barbitos modulatus*, pulsatus, *struck, sounded, tuned.* *Horat.* l. 1. od. 32. v. 3. age, dic Latinum, Barbite, carmen, Lesbio primum modulate civi.

MODŬLOR, aris, atus sum, dep. 1. *to measure, regulate, adjust, dispose, modulate, harmonize*, μετρέω, modulis dimetior, cum mensura, et numerorum ratione compono, moderor. *Gell.* l. 1. c. 1. In reperienda modulandaque status longitudinisque ejus (*Herculis*) præstantia. ¶ Fere dicitur de sono, voce, cantu certis modis, et musica ratione inflexo ac temperato. *Cic. in Orat.* c. 18. Ipsa natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem. *Id.* 3. *de Orat.* c. 48. Hominum aures vocem natura modulantur ipsa. *modulate, vary, inflect.* *Plin.* l. 2. c. 54. Ictum, et sonitum congruere, ita modulante natura: sed sonitum profecti esse fulminis, non illati. et c. 95. Insulæ saltuares dictæ, quoniam in symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum moventur. *to the beating of time with the feet.* Sic *Liv.* l. 27. c. 37. *sub fin.* Virgines sonum vocis pulsu pedum modulantes incesserunt. *beating time with their feet to the music of their voice.* [† V. *Modulate.*] *Virg. Ecl.* 5. v. 14. Carmina descripsi, et modulans alterna notavi. *setting them to music:* vel *singing and writing alternately:* quod fere eodem recidit. Sic *Ecl.* 10. v. 50. Chalcidico quæ sunt mihi condita versu Carmina, pastoris Siculi modulabor avena. *I shall attune to the pipe of*, &c. *I shall sing after the manner of*, &c. *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 39. Modulari lyram plectro eburno. *to strike, tune, sound.* et *Senec. in Agam.* v. 672. tristis aedon Ityn in varios modulata sonos. *singing.* ¶ Etiam dativum regere potest, ut *medicor, moderor*, si *Servio* credimus *ad Æn.* 7. v. 756.

MODŬLUS, li, m. *the quantity, magnitude, size, or measure of any thing*, ποσότης, μέτρον, quantitas, magnitudo, mensura cujusque rei. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 309. ab imo ad summum moduli bipedalis. *Sueton. in Ner.* c. 49. Scrobem coram fieri imperavit, dimensus ad corporis sui modulum. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 12. *in fin.* Relinquitur de numero, quem faciunt alii majorem, alii minorem. nulli enim hujus moduli naturales. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 78. Ponderibus modulisque suis ratio utitur. *Id. in fin.* ep. 7. l. 1. Metiri se quemque suo modulo ac pede, verum est. ¶ In aquæductibus est mensura et capacitas fistulæ, unde erogatur aqua: qui et calix dicitur. *Frontin. de aquæduct.* artic. 36. Est autem calix modulus æneus, qui rivo, vel castello induitur: huic fistulæ applicantur. Longitudo ejus habere debet digitos non minus duodecim: lumen, id est capacitatem, quanta imperata fuerit. Adde *Ulpian. Dig.* l. 39. tit. 2. leg. 30. ¶ Horum modulorum alii erant erogatorii, alii acceptorii: hi ad accipiendam impetratam aquam, illi ad dandam. *Frontin.* artic. 34. ¶ Apud Architectos est parva mensura, ad cujus rationem totius operis conformatio perficitur. *a module, model, mould.* *Vitruv.* l. 5. c. 9. Si Dorici generis erunt columnæ, dimetiantur earum altitudines cum capitulis in partes quindecim, et ex eis partibus una constituatur, et fiat modulus: ad cujus moduli rationem omnis operis erit explicatio, et in imo columnæ crassitudo fiat duorum modulorum, &c. ¶ In vocibus, et sonis est certa mensura et distributio varietatum et discriminum, unde musica ratio, et orationis numerus exsistit. *musical notes, airs.* *Plin.* l. 7. c. 56. *a med.* Lydios modulos invenit Amphion, Dorios Thamyras Thrax, Phrygios Marsyas Phryx. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 88. Arteriarum pulsus in modulos certos legesque metricas descriptus ab Herophilo, &c. *Gell.* l. 1. c. 4. Crispum sane agmen orationis, rotundumque, ac modulo ipso numerorum venustum. *Id.* l. 5. c. 1. Vocum festivitates, et moduli verborum. ¶ Translate *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 387. Ganeones, quibus modulus est vitæ culina.

MODUS, i, m. *a measure, manner, way, method, fashion, rule, expedient, mode*, τρόπος, ratio, via, forma, qua fit aliquid. *Cic.* 1. *de Invent.* cap. 27. Modus est, in quo, quemadmodum, et quo animo factum sit, quæritur. Ejus partes sunt prudentia, et imprudentia. *Id. pro Quint.* cap. 7. Modo et ratione aliquid facere. *in a proper manner.* et *in Orat.* c. 35. Has partes quemadmodum tractet, difficile dictu est. nec enim semper tractantur uno modo. *Id. Attic.* l. 2. ep. 6. *a med.* Omni modo egi cum rege, et ago quotidie. *Id. Verr.* 4. cap. 3. *ad fin.* Si humano modo, si usitato more peccasset. *Horat.* l. 3. od. 7. v. 12. Tentat mille vafer modis. *Terent. Hecyr.* 4. 4. 79. Omnibus modis miser sum. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 27. apis Matinæ More modoque. *Nep. in Attic.* c. 21. Tali modo cum septem et septuaginta annos complesset, &c. *Id. in Datam.* cap. 10. Pari modo complura castella ei tradit. *in like manner.* *Cic.* 4. *Verr.* c. 76. Nullo modo. *by no means.* *Terent. Andr.* 1. 1. 126. Sine, meo me vivere modo. *in my own way.* *Sallust. in orat. Macri Licin. ad pleb. a med.* Gerant, habeantque suo modo imperia. *as they please.* *Liv.* l. 39. c. 26. Servorum modo, præter spem manumissorum, licentiam linguæ experiri. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 25. Pecorum modo trahi, occidi, capi. *like cattle.* *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 24. Ad hunc modum distributis legionibus. et lib. 2. c. 31. Ad hunc modum locuti sunt. *to this effect.* et lib. 3. c. 13. Naves ad hunc modum factæ. *Liv.* l. 37. c. 46. *ad fin.* Intra vallum compulsi, et ad modum fugientium in agrum pacatum reducti. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 41. Mirum in modum. *Colum. de arborib.* c. 22. In modum ramorum alias radices emittit. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 25. Signa armaque in nostrum modum, desidiam, licentiamque Græcorum retinebant. *Cic.* 2. *Verr.* c. 5. Servilem in modum cruciari et necari. *Id.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 14. *sub fin.* Commendo tibi majorem in modum hominem domi splendidum, &c. *the more strongly.* *Terent. Hecyr.* 2. 3. 7. Filium multis modis jam exspecto, ut redeat domum. *h. e.* vehementer, ut exponit *Donat.* Al. leg. *multimodis.* [† ¶ Refertur ad statum, conditionem. *Claudian. Ruf.* 11. 316. Privati fugisse modum. *Curt.* 6. 4. 21. Modus præfecti.] ¶ Poetice cum infinito pro gerundio genitivi. *Virg. Georg.* 2. v. 73. Nec modus inserere, atque oculos imponere simplex. ¶ Est etiam mensura, quantitas, μέτρον, *measure, quantity.* *Cels.* l. 3. c. 27. Sevum miscere cum hyoscyami et urticæ contritis seminibus, sic ut omnium par modus sit. *ana of each.* [† V. *Ana.*] *Cic. pro Marcell.* c. 8. Modum vitæ suæ æquitate animi definire. *space, duration, time, period.* et lib. 13. *ad Attic.* ep. 33. Nihil scripsit, nisi de modo agri. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 10. Modos, quibus metirentur rura, alius alios constituit. nam in Hispania metiuntur jugis, in Campania versibus, apud nos jugeris. *Colum.* l. 11. c. 3. Modum altitudinis et latitudinis (*sulcorum*) abunde est esse bipedaneum. *Id. de arborib.* cap. 1. Collis modum jugeri continens. *Id.* l. 12. c. 23. *sub fin.* Salis contriti semunciam in eundem modum musti adjicere. *Vellei.* l. 2. c. 73. Servitia fugitivosque recipiens, magnum modum legionum effecerat. *Frontin. de aquæduct.* artic. 10. Ingentem aquæ modum invenerunt. *great plenty of water.* Est titulus sextus libri undecimi Pandectarum, *Si mensor falsum modum dixerit.* ¶ Sæpe dicitur de mensura sonorum et vocum, unde musica ratio, et carminum metra constant, *time or measure in music, mood, musical notes, strains, verse; a tune, air, song*, νόμος. *Cic.* 2. *de Divin.* cap. 3. Non potest surdus varietates vocum, aut modos noscere. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 145. tentavit pollice chordas, Et sensit varios, quamvis diversa sonarent, Concordare modos. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* c. 17.) Musicis modis exercitus accendere. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 6. Lyrici modi. *Stat.* l. et silv. 5. v. 26. discordes. *Horat.* l. 1. ep. 3. v. 12. fidibus Latinis Thebanos aptare modos. *Id. de ar. Poet.* v. 404. gratia regum Pieriis tentata modis. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 44. Pressis, et flebilibus modis concinere aliquid. et lib. 3. cap. 19. Præclarum carmen. est enim et rebus, et verbis, et modis lugubre. *both in matter, and expression, and the kind of verse.* *Id.* 1. *de Orat.* cap. 42. Quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa quondam fuerunt, ut in musicis numeri, et voces, et modi. *the harmony, the words, and the tune.* *Liv.* l. 7. c. 2. Saltare ad tibicinis modos. *to dance to the sound of the flute.* ¶ Initio Comœdiarum *Terentii:* Modos fecit Flaccus Claudii F. tibiis paribus dextris, et sinistris. *composed the music.* *Donat. in fragm. de Com. et Trag.* docet, diverbia ab histrionibus fuisse pronuntiata; cantica vero temperata fuisse modis, non a Poeta, sed a perito artis Musicæ factis. Ubi vero nulla fuere cantica, probabile est, in fine cujusque actus modos a tibicine fuisse factos: quod significare videtur *Plaut.* cum ait *in fin.* a. 1. *Pseudoli.* Concedere aliquantisper me intro libet, Dum concenturio in corde sycophantias: Tibicen vos interea hic delectaverit. ¶ Est item finis, terminus, intra quem si consistas, mediocritas servatur, *limits, bounds, order, rule, direction, management, moderation.* *Cic. in Orat.* c. 22. In omnibus rebus videndum est, quatenus. etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum. *Id.* 1. *Offic.* cap. 5. Omnium, quæ fiunt, quæque dicuntur, ordo et modus: in quo inest modestia et temperantia. *Id.* 3. *de Orat.* c. 11. Vox quasi extra modum absona. et lib. 1. *de Divin.* c. 44. Cum lacus præter modum crevisset. *Id. pro Mur.* cap. 34. *ad fin.* More et modo facere aliquid. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 19. *a med.* Terminare magnitudinis et diuturnitatis modum. *Id.* 2. *de Legib.* c. *pænult.* finire. *Id.* 4. *Verr.* c. 48. Modum aliquem et finem orationi, et criminibus facere. et 1. *Offic.* c. 29. Finem et modum transire. *et ibid. sub fin.* Modum retinere. *Lucan.* l. 2. v. 38. servare. *Liv.* l. 4. c. 24. imponere alicui. *Virg.* 7. *Æn.* v. 129. ponere exitiis. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 1. alicui rei statuere. *et ibid.* et *Verr.* 4. c. 59. constituere. *et pro Marcell.* c. 8. definire. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 28. adhibere. *Id. Verr.* 4. c. 59. alicujus rei habere. et lib. 1. *de Legib.* c. 20. aliquem controversiarum facere. *Id. Fam.* 5. ep. 16. *ad fin.* lugendi aliquando facere. *Terent. Heaut.* 4. 5. 7. facere sumptibus. *Liv.* l. 25. c. 40. *sub fin.* Facere modum alicui. *to prescribe bounds or limits to*, &c. Adde lib. 9. cap. 14. ¶ Jungitur cum *modestia.* *Sallust. in Jug.* c. 45. Ita cum potentia avaritia sine modo modestiaque invadere, polluere, vastare omnia. *h. e.* sine fine et pudore. V. *Modestia.* ¶ Cum infinito *Stat.* l. 12. *Theb.* v. 573. Nam quis erit sævire modus? *end.* ¶ *Bono modo* aliquid facere est mediocritate et moderatione servata, temperate, modice, modeste. *rationally, with propriety.* *Cato R. R.* c. 5. Villicus, si quis quid deliquerit, pro noxa bono modo vindicet. *Cic.* 4. *Acad.* c. 44. *extr.* Hæc tibi tam sunt defendenda, quam mœnia: mihi autem bono modo, tantum quantum videbitur. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 6. Bono modo desiderare aliquid. *Plaut. Amph.* 3. 4. 12. Animo obsequitur suo: quod omnem hominem facere oportet, dum id modo fiat bono. Adde *Merc.* 4. 5. 61. ¶ Apud Grammaticos *modi verborum* sunt diversæ eorum inclinationes, per quas varios animi affectus significamus, ut indicativus, imperativus, optativus, &c. *moods.* *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* c. 9.) *a med.* In verbo fiunt solœcismi per genera, tempora, personas, modos, sive cui status eos dici, seu qualitates placet, vel sex, vel ut alii volunt, octo. Adde *Gell.* l. 15. c. 13. *Priscian.* l. 8. pag. 819. *Putsch. Charis.* l. 2. pag. 142. et *Diomed.* l. 1. pag. 328.

MŒCHA, æ, f. *a concubine, adulteress*, μοιχὴ, concubina, et speciatim adultera. [† *Catull.* 68. 103. Paris abductâ gavisus mœcha.] *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 113. Ne sequerer mœchas, concessa cum Venere uti possem. *Martial.* l. 10. epigr. 13. Ad nocturna jaces fastosæ limina mœchæ.

[† MŒCHATĬO, onis, f. *Augustin.*]

MŒCHĪA, æ, f. *fornication, adultery*, μοιχεία. *Tertull. de Pudic.* c. 5. et alibi.

MŒCHĪLE, lis, n. adulterium, vel locus, in quo adulteria committi solent. *Petron. in Satyr.* c. 113. *Burm.* Redierat in animum mœchile. Al. aliter leg.

MŒCHIMONĬUM, ii, n. adulterium. *Laber.* apud *Gell.* l. 16. c. 7. Cave usurpes.

MŒCHISSO, as, n. 1. idem ac mœchor. *Plaut. Cas.* 5. 4. 7. In adulterio dum mœchissat, Casinam, credo, perdidit. Aliqui opinantur activum esse, et explicant per adul-

terium polluere. Dubium sane est, utrum accus. *Casinam* pertineat ad verbum *mœchissat*, an ad *perdidit*.

MŒCHOCINÆDUS, i, μοιχοκίναιδος, qui adulter simul, et mollis est. *Lucil.* apud *Non.* c. 8. n. 84. Imberbi androgyni, barbati mœchocinædi.

MŒCHOR, aris, atus sum, dep. 1. *to fornicate, commit adultery*, μοιχεύω, cum scorto, vel cum conjuge alterius concumbo. *Catull.* carm. 92. (*al.* 95.) *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 49. et *Martial.* l. 6. epigr. 91. &c.

MŒCHUS, i, m. *a fornicator, adulterer, gallant, debauchee*, μοιχὸς, qui cum scorto cubat, et qui alienam uxorem contrectat: a voce Græca allata. *Plaut. Mil.* 3. 1. 177. *Terent. Andr.* 2. 1. 16. et *Eun.* 5. 5. 15. *Horat. Juvenal. Martial.*

MŒDLÆ. V. *Hemiolius.*

MŒNE. V. *Mœnia.*

MŒNĔRA, n. plur. pro *munera*, antiqua scribendi ratione. *Lucret.* l. 1. v. 29. fera mœnera militiai. *Afran.* apud *Non.* c. 9. n. 5. Tandem ut possimus nostra fungi mœnera.

MŒNĬA, ium, ibus, n. *the walls of a city*, τείχη, muri, qui urbem cingunt: ab antiquo *mœnio* pro *munio* ut docent *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. et *Serv.* ad illud *Æn.* 11. v. 567. Non illum tectis ullæ, non mœnibus urbes Accepere. *Cic. pro Sext.* c. 42. Domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, mœnibus sepserunt. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 80. Oppidum altissimis mœnibus oppugnare. *Nep. in Themist.* c. 6. Piræeus mœnibus circumdatus. et cap. 4. Mœnibus se defendere. *Plin.* l. 7. c. 29. Obsidere mœnia. *Auct. de B. Hispan.* cap. 36. delere. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 43. occupare. *Senec. in Phœniss.* v. 343. dejicere. *Sallust. in Catil.* cap. 56. Intra mœnia deprehensi hostes. ¶ Item quæcumque munitiones, propugnacula, aggeres, muniendi causa exstructi, *the fortifications of a city; the towers, ramparts, parapets, intrenchments, bastions*, &c. Unde *Festus*: Mœnia et muri, et alia muniendæ urbis gratia facta. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 16. Ut ipsis consistendi in suis munitionibus locus non esset: cum pæne inædificata in muris ab exercitu nostro mœnia viderentur, ac tela manu conjicerentur. ¶ In illo *Virg.* 2. *Æn.* v. 234. Dividimus muros, et mœnia pandimus urbis: *Servius* putat, *mœnia* esse urbis tecta, ædes, &c. *the buildings of a city; the city itself*. Sic vers. 252. fusi per mœnia Teucri Conticuere: *mœnia* interpretatur domos. *mœnia* enim et publica et privata dici. Sed non videtur hæc interpretatio esse necessaria. Tametsi in *Cod. Theodos.* lib. 14. tit. 17. leg. 11. *Impp. Theodos. Arcad. et Honor.* ita *mœnium* voce utuntur, ut omne corpus ædificiorum urbis tum publicorum, tum privatorum complectantur. Qua ratione et *Flor.* l. 1. c. 4. *de Anco.* Hic mœnia muro amplexus est. [† *sunt qui locum Flori intelligunt de ædificiis generatim sumptis.*] et *Vitruv.* l. 8. c. 4. Zama est civitas Afrorum, cujus mœnia rex Juba duplici muro sepsit. et *Virg.* 6. *Æn.* v. 549. Mœnia lata videt triplici circumdata muro. Est etiam locus *Plinii* l. 6. c. 26. *a med.* ubi de Babylone loquitur, qui aptius de toto urbis corpore intelligitur, quam de murorum septo. Situm vero, *inquit*, mœnium aquilæ pandentis alas. ¶ Translate *mœnia mundi* apud *Lucret.* l. 1. v. 73. et alibi, et *mœnia cœli* apud *Ovid.* 2. *Metam.* v. 401. est ipse ambitus, et quasi septum extremum. Eadem ratione *mœnia navis* dixit *Id.* 11. *Metam.* v. 532. quibus navis excludit undas, et ab insultibus fluctuum vectores defendit: et *mœnia theatri* dixit *Lucret.* l. 4. v. 80. ipsos parietes, quibus inclusi spectatores sedent. ¶ *arce mœniorum* dixere Veteres, teste *Cledonio in Arte* pag. 1898. *Putsch.* ut *anciliorum* pro *ancilium* dixit *Horat.* l. 3. od. 5. v. 10. ¶ *Mœniis* pro *mœnibus* habetur *in Inscript.* sub Antonino Pio apud *Gruter.* pag. 408. n. 1. *a med.* Universam R. P. N. (h. e. rempubl. nostram) mœniis ampliavit. ¶ In singulari num. est *mœne, is*, perrarum tamen. *Ennius* apud *Fest.* Apud emporium in campo hostium per mœne. ¶ *Mœnia*, munia, officia. *public offices, places of trust*: quemadmodum *mœrus* pro *murus*, et *mœnio* pro *munio* olim scriptum fuit. *Plaut. in fragm.* apud *Fest.* Prohibent, quin mœnia aliunde ego fungar mea. *Lambinus* alio trahit, sed huc pertinere potest, illud *ejusd. Stich.* 5. 4. 13. Nos tamen efficimus pro opibus nostra mœnia. Sic *Trin.* 3. 2. 61. Sua mœnia tolerare. *h. e.* onera, et sumptum quotidianum familiæ.

MŒNIĀNUM. V. *Mænianum.*

MŒNIO, is, ivi, itum, *to enclose or fortify with walls*, idem quod munio, mœnibus cingo: unde *circummœnitus* apud *Plaut. Capt.* 2. 2. 4. et *mœnitus* apud *eund. Bacch.* 4. 9. 2. Pergamum divina mœnitum manu. *Enn.* apud *Fest.* in *Quæso.* Ostia mœnita est. *h. e.* fossa circumdata. Al. leg. *munita.* [† *Priscian. in Perieges.* 369. Tarentum, quod mœnivere Lacones. V. *Salmas.* ad *Tertull. de Pallio*, p. 171.]

MŒNĪTUS. V. vocem præced.

[† MŒNUS, eris, n. antique pro munus. V. *Mœnera.*]

MŒRA, æ, f. pars, μοῖρα, Græca vox a μείρω, divido. *Censorin. de die nat.* c. 8. docet, sic appellari a Græcis partem, seu gradum Signi in Zodiaco, in quo est Sol, quo tempore partus concipitur: et esse veluti fatum nascituri pueri. Unde μοῖρα etiam fatum significat. *Sidon.* carm. 15. v. 66. Ter denas tropico prope currere climate mœras. Adde *in epist. præfixa* carm. 14. Utroque autem loco etiam *mira* legitur. ¶ Est etiam nomen Parcæ. *Gell.* l. 1. c. 16. ¶ Alio sensu V. *Mora* in fin.

MŒRENS, *et* Mærens, entis, *grieving, lamenting, sorrowful, sad, melancholy*, mœstus. *Cic. pro Sull.* c. 26. *a med.* Quis Sullam, nisi mœrentem, demissum, afflictumque vidit? *Horat.* l. 3. od. 5. v. 47. Interque mœrentes amicos Egregius properaret exsul. *Virg.* 1. *Æn.* v. 205. dictis mœrentia pectora mulcet. *Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 93. Mœrens vultus. *Cic. Tuscul.* 1. c. 13. *sub fin.* Lugubris lamentatio, fletusque mœrens. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1063. Mœrentem feriens chelyn. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 1229. n. 7. mater mærentissima.

MŒRĔO, *et* Mæreo, es, n. 2. *to grieve, be afflicted or sad, sorrow, repine, lament, mourn*, λυπέομαι, tristis sum, ægresco, in mœstitia sum; ejusque ægritudinis signa do querendo, lamentando, lugendo: nec audiendus *Servius*, qui *ad Æn.* 11. v. 211. *mœrere* ait esse, cum silentio dolere; si *cum silentio* intelligit occulte, et in corde intus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 13. *sub fin.* Nemo mœret suo incommodo: dolent fortasse, et anguntur: sed illa lugubris lamentatio, fletusque mœrens ex eo est, quod eum, quem dileximus, vitæ commodis privatum arbitramur, idque sentire. *Sulpic. ad Cic. Fam.* 4. ep. 5. *ad fin.* Da hoc illi mortuæ: da ceteris amicis, qui tuo dolore mœrent. *Cic. pro Balb.* c. 25. Homines alienis bonis mœrentes. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. *sub fin.* Quin illud mœreo, quod tibi non minorem dolorem illorum orbitas affert, quam mihi. *Id. pro Sext.* c. 11. Qui, patriam nimium tarde concidere, mœrerent. *Ovid. Fast.* 1. v. 487. Nec tamen ut primus mœre mala talia passus. ¶ Cum accus. *Cic.* 14. *Fam.* ep. 2. Mœreo casum ejusmodi. *Id. pro Sext.* c. 17. Perditorum civium mortem mœrere. et cap. 14. calamitatem reipubl. *Ovid. Metam.* 1. v. 664. Talia mœrens. *h. e.* has edens querelas. Adde *Valer. Flacc.* l. 8. v. 209. ¶ *Mœreor, eris*, dep. 2. *Matius* apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 5. Corpora Graiorum mœrebar mandier igni. *Cic. pro Sext.* c. 39. Nos pulsi eramus: vos taciti mœrebamini. Al. leg. *mœrebatis*, alii *mirabamini*. ¶ Passive impersonaliter. *Apul.* l. 4. *Metam.* Mœretur, fletur, lamentatur diebus plusculis. ¶ De præterito ita *Priscian.* l. 8. pag. 817. *Putsch.* A *mœreo* unde *mœror*, *mœrui* debuit facere: sed in usu non est. ¶ Diphthongum *œ* in *mœreo*, *mœror*, et *mœstus* retinent *Dausq. Scalig.* et alii, itemque octo lapides apud *Gruter.* quos affert *Noris. in Cenotaph. Pis. dissert.* 4. *c. ult.* quibus adde alium apud *Gruter.* pag. 658. n. 5. quem indicat *Cellar. in Orthograph.* Ipse tamen *Norisius* antiquiorem putat *æ*, quæ constanter habetur *in Cod. Virg. Mediceo*, et in aliis lapidib. quinque apud *Manut. in Orthogr.* Ex Etymologis alii, quibus *æ* placet, cum *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 6. *sub fin.* a *marcere* deducunt, quia corpus mærendo marcescere videatur: Alii, ut *œ* defendant a Græco μοῖρα (unde *mœra*) ut *Dausqu.* quas ego notationes nihil moror. Porro neutram scriptionem vel improbarim, vel prætulerim.

MŒRO, as, a. 1. *to sadden, make sad*, λυπέω, mœrentem facio, apud Vet. *Pacuv.* apud *Non.* Nam me multis mœravit modis. Ita *Sipontin.* et Lexicographi: quos penes sit fides.

MŒROR, *et* Mæror, oris, m. *the expression of grief, lamentation, sorrow, sadness, heaviness of heart, dole*, λύπη, ἀνία, actus mœrendi, luctus: cui *lætitia* apud *Sallust. in fi. Catil.* opponitur. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 8. Mœror est ægritudo flebilis. *h. e.* quæ in fletum, gemitum, aliaque signa doloris facile erumpit. *Id.* 1. *de Fin.* c. 18. Ægritudines, molestiæ, mœrores, qui animos exedunt, conficiuntque curis. *Sallust. in Jug.* c. 16. Clausi in tenebris cum mœrore et luctu, morte graviorem vitam exigunt. *Cic.* 12. *Attic.* ep. 28. Quod me ipse per litteras consolatus sum, non pœnitet me, quantum profecerim: mœrorem minui: dolorem nec potui, nec, si possem, vellem. *Id. Tuscul.* 3. c. 12. *a med.* Est impudens luctus mœrore se conficientis. *Id.* 3. *Attic.* ep. 8. Meus me mœror lacerat et conficit. *Terent. Andr.* 4. 2. 10. Esse in mœrore. *Id.* 3. *Attic.* ep. 8. *ad fin.* Animum mœrori dare. et lib. 11. ep. 2. Mœrore urgeri. *Plaut. Capt.* 1. 2. 30. macerari. *Id. Stich.* 1. 3. 63. atque ægritudine consenescere. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 4. Jacere in mœrore. *Id. Catil.* 2. c. 1. Mœrore afflictus et profligatus. *Id.* l. 12. *Attic.* ep. 14. A mœrore recreari. *Id. Phil.* 14. c. 13. Deponere mœrorem atque luctum. *Justin.* l. 38. c. 8. *sub fin.* Mœrorem inferre alicui. *Gell.* l. 3. c. 15. Luctu atque mœrore affectus. *Plaut. Stich.* 2. 1. 31. Ex mœrore eximere. *Id. Cas.* 3. 5. 50. Mœrorem offerre alicui. *Id. Cistell.* 4. 2. 60. afferre. *Plin.* l. 8. c. 12. Mœroris tabe confecti.

MŒRUS, i, m. *a wall*, idem quod murus, veteri scribendi more. *Enn.* apud *Fest.* in *Oscum.* de mœris res gerit Opscus. *Id.* apud *Gell.* l. 16. c. 10. mœros, urbemque, forumque Excubiis curant. *Virg. Æn.* 10. v. 24. atque ipsis prœlia miscent Aggeribus mœrorum. Ubi *Servius*: antique pro *murorum*. nam Veteres pleraque eorum, quæ nos per *u* dicimus, per *œ* diphthongum pronuntiabant. *Lucret.* l. 4. v. 219. æstus ab undis Æquoris, exesor mœrorum litora circum. ¶ In omnibus allatis locis etiam *murus* legitur in optim. quoque libris.

[* MŒSI, orum, m. sunt, qui Mœsiam incolunt. *Plin.* l. 3. c. 26. sect. 29. et l. 4. c. 11. sect. 18.

* MŒSIĂCUS, a, um, idem ac Mœsicus. *Sueton. in Vespas.* c. 6. Mœsiacus exercitus. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 32. Mœsiacæ copiæ.]

MŒSĬCUS, a, um, ad Mœsiam pertinens, quæ provincia est, inquit *Plin.* l. 3. *c. ult.* Pannoniæ juncta, et usque ad Pontum Euxinum cum Danubio decurrens: ubi nunc *Bulgaria*, et *Servia*. *Id.* l. 4. c. 1. Mœsicæ gentes. *Inscript. duæ* apud *Gruter.* pag. 575. n. 1. et *Murator.* pag. 184. n. 2. Classis Mœsica. *h. e.* quam Romani Imperatores in Danubio habuere ad coercendos Barbaros.

MŒSTE, *et* Mæste, *sorrowfully, sadly, heavily*, cum mœrore, λυπηρῶς. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 14. Acriter, clementer; mœste, hilariter.

MŒSTIFICĀTUS, *et* Mæstificatus, a, um, mœstus, tristis. *Sidon.* l. 3. ep. 13. *circa med.* Facies umbris mœstificata larvalibus. *Martian. Capell. initio* l. 9. Insuetis lædor mœstificata modis.

MŒSTIFĬCO, *et* Mæstifico, as, a. 1. *to sadden, make sorrowful*, mœstum facio. *Augustin.* ep. 121. Si paupertas angit, si luctus mœstificat.

[† MŒSTIFĬCUS, a, um, adj. *Non.* 2. 531.]

MŒSTĬTER, *et* Mæstiter, mœste. *Plaut. Rud.* 1. 5. 6. Unde vos ire cum uvida veste dicam, tam mœstiter vestitas?

MŒSTITĬA, *et* Mæstitia, æ, f. *sadness, grief, sorrow, trouble, heaviness*, idem quod mœror: cui opponitur hilaritas, et lætitia. *Cic.* l. 1. *de Fin.* c. 13. Sapientia est una, quæ mœstitiam pellat ex animis. *Id. Phil.* 2. c. 15. Esse in mœstitia. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 16. Os in mœstitiam flectere. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 16. *sub. fin.* Aliqui duritatem et severitatem quandam verbis, et orationis quasi mœstitiam sequuntur. *Colum.* l. 7. c. 3. *ante med.* Ut totius autumni pabulo satiatus agnus, ante mœstitiam frigorum, atque hiemis jejunium confirmetur. ¶ De orthographia V. in fine τοῦ *Mœreo.*

MŒSTITŪDO, *et* Mæstitudo, inis, f. mœstitia. *Acc.* apud *Non.* c. 2. n. 522. Ni vestitus teter, mœstitudo, vastitudo prædicarent hominem esse. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 1. Ego sum miser, cui tanta mœstitudo obtigit. *Pallad.* lib. 1. tit. 26. *de turdis.* Claudantur cum aliis ante nutritis, quorum societate captivitatis mœstitudinem consolentur.

MŒSTO, *et* Mæsto, as, a. 1. mœstum facio. *Laber.* apud *Non.* c. 2. n. 531. Concitatam mobilitate mœstas.

MŒSTUS, *et* Mæstus, a, um, *sad, sorrowful, woful, pensive, afflicted, melancholy, doleful, mournful, dismal*, λυπηρὸς, ἀχθόμενος, mœrens, dolens, tristis, lugens. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 47. Cum excitavi mœstum ac sordidatum senem. *Id. post redit. in Sen.* c. 6. Incultus, horridus, mœstus. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 3. mœstus ac sollicitus morte alicujus. *Cic. in Orat.* c. 22. *a. med.* Cum tristis Calchas esset, mœstior Ulysses. *Virg.* 2. *Æn.* v. 270. mœstissimus Hector. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 15. *a med.* Mœstus et conturbatus vultus. *Justin. c. ult.* l. 18. Mœsta ac lugentia castra. *Virg.* 4. *Georg.* v. 515. mœstis late loca questibus implet. *Id.* 5. *Æn.* v. 47. ossa parentis Condidimus terra, mœstasque sacravimus aras. *h. e.* funebres, et diis Manibus sacras. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 660. mœsta funera. *Id.* 4. *Fast.* v. 454. Et feriunt mœstæ pectora nuda manus. *in token of grief.* et vers. 854. mœstas Acca soluta comas. *Id.* 2. *Amor.* el. 6. v. 5. mœstos laniare capillos. *Id.* 3. *Trist.* el. 5. v. 15. Brachiaque accepi mœsto pendentia collo. *Id.* 3. *Fast.* v. 641. ne dubita, mœstum fuge, dicere, tectum. *h. e.* funestum, dirum, in quo insidiæ parantur. *Id. in Ibin*, v. 128. a læva mœsta volavit avis. *h. e.* mali ominis. *Virg.* 1. *Georg.* v. 480. Et mœstum illacrymat templis ebur. *weeping*. *Id.* 1. *Æn.* v. 206. mœstus timor. *Propert.* l. 3. el. 4. v. 13. mœsta vestis. *h. e.* atrata, signum luctus. Sic lib. 4. el. 11. v. 9. mœstæ tubæ. *Senec. in Œdip.* v. 2. Et nube mœstum squalida exoritur jubar. ¶ Cum infinito. *Stat.* 10. *Theb.* v. 774. insignemque animam mucrone corusco Dedignantem artus pridem, mœstamque teneri, Arripit, &c. ¶ Aliquando est valde turbatus, et vultu ad tristitiam ac severitatem compositus. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 568. tacita mœstissimus ira. Sic in illo *Virg.* 12. *Æn.* v. 514. Ille neci mœstum mittit Onytem: *Servius*, severum, inquit, naturaliter tristem, quem Græci σκυθρωπὸν dicunt, ἀγέλαστον: Aut imaginatus est exspirantem. ¶ Ventrem mœstum fovere ex molito hordeo, apud *Lucil. satyr.* l. 29. exponit *Non.* c. 4. n. 314. enectum fame. ¶ De ratione scribendi V. in fine verbi *Mœreo.*

MOLA, æ, f. *a mill, millstone*, μύλη, instrumentum, quo frumenta, legumina, aliæque res conteruntur, et in farinam rediguntur: a voce Græca allata. Constat autem fere duobus saxis, quorum superius versatur in gyrum, inferius immobile stat: inter quæ cum grana incidere, facile comminuuntur. Superius dicitur *meta*, quia κωνοειδὴς est, nempe basi plana, et superiori parte in acutum aliquo modo desinens, metæ figuram refert. Inferius saxum appellatur *catillus*, quia contrita grana ad modum catini ora cavata, et exstante, continet. *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg 18. contra definit: scil. ut meta inferior sit, catillus superior: sed ejus verba inversa esse statuunt *Scalig. ad Manil.* et *Salmas. in exercit. Plin.* ¶ Molarum aliæ sunt *asinariæ*, seu *jumentariæ*, quæ ab asinis, aut equis ope rotarum versantur: *turned by horses, asses*, &c. Aliæ *manuariæ*, et *trusatiles*, χειρόμυλα, quæ manu hominum truduntur: *mills turned by the hand; hand-mills:* Aliæ *aquariæ*, memoratæ a *Pallad.*

l. 1. tit. 42. et descriptæ a *Vitruv.* l. et cap. 10. quæ sine animalium vel hominum labore, impetu incurrentis aquæ circumaguntur. *water-mills. Juvenal.* sat. 8. v. 66. *de equis ignobilibus.* tritoque trahunt epirhedia collo Segnipedes, dignique molam versare Nepotis. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 318. Et quæ pumiceas versat asella molas. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 55. Molæ oleariæ duro et aspero lapide. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 74. *Burm.* Mola buxea piper terere. *Colum.* l. 12. c. 50. *ante med.* Molæ quam facillimam patiuntur administrationem, quoniam pro magnitudine baccarum vel submitti, vel etiam elevari possunt, ne nucleus, qui saporem olei vitiat, confringatur. et c. 52. Suspensa mola olivam frangito. *Id.* l. 2. cap. 11. *sub fin.* Cicera suspensa mola divisa. *Plin.* l. 18. c. 7. *a med.* Hordeum molis frangere. *Ovid. de medic. faciei,* v. 72. comminuere. *Gell.* l. 3. c. 3. *sub fin. de Plauto.* Cum ob quærendum victum, ad circumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasset. ¶ Quas memorat *Plin.* l. 36. c. 18. molas versatiles Volsiniis inventas, *Harduin.* intelligit cotes acuendis ferramentis aptas. ¶ Est etiam mola far tostum, molitum, et sale sparsum (unde et *mola salsa* dicitur) κριθὴ πεφρυγμένη, qua in sacris utebantur, et vel solam offerebant, vel victimas ea spargebant, ut *Fest.* et *Valer. Max.* l. 2. c. 5. n. 5. docent: unde *immolare. a salted cake, cake made of meal and salt, and used in sacrifices. Virg. Ecl.* 8. v. 82. Sparge molam, et fragiles incende bitumine lauros. *Serv. ad hunc loc.* tradit rationem ejus conficiendæ, quæ Romæ in more fuit. Virgines, inquit, Vestales ex Non. Maiis ad prid. Id. Maias alternis diebus spicas adoreas in corbibus mensuariis ponunt: easque ipsæ torrent, pinsunt, molunt, atque ita molitas condunt. Inde ter in anno molam faciunt, Lupercalibus, Vestalibus, Idib. Septembr. adjecto sale cocto, et sale duro. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 16. Caput est in jecore, cor in extis: jam abscedet, simul ac molam et vinum insperseris. *Martial.* l. 7. epigr. 53. Consumpsi salsasque molas, et turis acervos. *Tibull.* l. 1. el. 5. v. 14. Ipse procuravi, ne possent sæva nocere Somnia, ter sancta deveneranda mola. *Sen. in Thyest.* v. 688. Tangensque salsa victimam culter mola, &c. *Plin.* l. 18. c. 2. Mola salsa supplicare. *Id. in præfat. ante med.* Rustici mola tantum salsa litant. *Plaut. Amph.* 2. 2. 108. Prodigiali, aut mola salsa hodie, aut ture comprecatam oportuit. *Virg.* salsas fruges, *Ovid.* salsa farra vocat. V. *Salsus.* ¶ Denique *mola* dicitur in uteris mulierum massa carnea sine ossibus ac visceribus, ex imperfecta conceptione loco fetus concrescens, μύλη. *a mole, false conception, moon-calf. Plin.* l. 7. c. 15. Unius mulieris utero, quas appellaruut molas. Ea est caro informis, inanima, ferri ictum et aciem respuens: et, ut partus, alias letalis, alias una senescens, aliquando alvo citatiore excidens. Simile quiddam et in viris in ventre gignitur, quod vocant scirron. Adde lib. 10. c. 64. [¶ Translate et ob similitudinem ita vocantur maxillæ. *Apul. de doctr. Platon.* l. 3. p. 35. *Elmenh.* Homo inferiorem molam movet, equus inferiorem movet; item equus et canis. Ergo et omne animal inferiorem molam movet, quod cum sit in crocodilo falsum, potes &c. Notandum est veteres, duce *Aristotele,* et *Plin.* l. 8. c. 25. sect. 36. credidisse crocodilum unum ex animalibus maxillam superiorem, non inferiorem mobilem habere, quod recentiores falsum omnino esse deprehenderunt.]

MOLÆ, arum, f. In libro sacerdotum populi R. (apud *Gell.* l. 13. c. 22.) in quo perscriptæ sunt Comprecationes deum immortalium, inter varia deorum nomina habetur *Heriem Junonis, Molas Martis, Nerienem Martis.* Putant quidam, *Molas* esse filias Martis, sic dictas a molimine et conatu in bellorum apparatu: alii a molis, quod ut molis fruges, sic bellis Mars homines frangat.

MOLĀRIS, re, *of a mill,* μυλικός, ad molam pertinens, ut *molaris lapis,* ex quo molæ fiunt, *a millstone,* μυλίτης λίθος. *Plin.* l. 36. c. 19. et 23. ¶ *Molares* sæpe dicuntur lapides prægrandes et asperrimi, quos vel manu, vel ballistis jaciebant in hostes: vel a magnitudine, quasi apti sint molis faciendis: vel a duritie, aut scabritie, *large stones or flints. Virg.* 8. *Æn.* v. 249. insueta rudentem (*Cacum*) Desuper Alcides telis premit, omniaque arma Advocat, et ramis, vastisque molaribus instat. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 59. dextraque molarem Sustulit, et magnum magno conamine misit. Illius impulsu cum turribus ardua celsis Mœnia mota forent. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 560. quo turbine bellica quondam Librati saliunt portarum in claustra molares. et lib. 2. *Achill.* v. 426. Excipere immissos curvato umbone molares. ¶ *Molares* dentes sunt in interiori maxilla utrinque post caninos siti, latiores ceteris, crassioresque: ita dicti, quod incisum ab aliis cibum ipsi comminuunt et veluti molunt, *the cheek-teeth, jaw-teeth, grinders,* μύλαι, μυλῖται ὀδόντες. *Juvenal.* sat. 13. v. 212. interque molares Difficili crescente cibo. et sat. 5. v. 60. ut per lacrymas effundere bilem Cogaris, pressoque diu stridere molari.

MOLARĬUS, a, um, *belonging to a mill,* ad molam pertinens, molaris, μυλικός. *Cato R. R.* c. 11. et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 19. Asinus molarius. *h. e.* qui molam circumagit.

MOLENDARĬUS, a, um, *of a mill,* μυλωθρικὸς, ad molam, seu molendinum pertinens, ut *molendaria asina,* h. e. molaria: et *molendaria meta,* h. e. pars molæ superior apud *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 18. quæ tutior lectio est, quam *molendinarius:* quod habetur quidem in quadam *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 1114. n. 6. et *Fabrett.* cap. 7. n. 382. sed quæ deteriorem ætatem sapit. Scripta enim videtur sæculo Christi IV. magna ex parte transacto. Sic *molendinarias metas* leges apud *Ammian.* l. 17. c. 4. (*al.* 8.) *ad fin.* sed et ipsum sequioris ævi scriptorem: ubi tamen al. leg. *molendarias.* ¶ Ipsa vox *molendinum* idoneo adhuc Latino Scriptore caret.

MOLENDINARĬUS, et

MOLENDĪNUM V. in voce præced.

MOLES, lis, f. *a mass, heap, huge bulk,* ὄγκος, κύτος, μέγεθος, corpus ingens, res magna, et multi ponderis. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 7. Chaos, rudis indigestaque moles. *Virg.* 3. *Æn.* v. 656. vasta se mole moventem pastorem Polyphemum. *Colum.* l. 3. c. 8. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. *Propert.* l. 4. el. 6. v. 19. stetit æquore moles pinea. *h. e.* classis magnarum navium. *Lucan.* l. 4. v. 462. Opiterginis moles onerata colonis. *h. e.* navis. *Propert.* l. 4. el. 11. v. 23. Sisyphe, mole vaces. *h. e.* ingenti saxo. V. *Sisyphus. Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 350. Hinc Stilicho turmas, illinc Gradivus agebat, Et clypeis, et mole pares. *size, stature, hugeness.* ¶ Sæpe dicitur de magnis ædificiis, substructionibus, aggeribus. præsertim qui ex saxo, terra, aut materia in mare jaciuntur vel muniendis portubus, vel piscinis faciendis, vel ædificiis in ipso mari excitandis. *a huge pile or fabric, large mass of building. Horat.* l. 3. od. 1. v. 33. Contracta pisces æquora sentiunt, Jactis in altum molibus. *Tibull.* l. 2. el. 6. v. 27. Claudit et indomitum moles mare. *a mole, dam, pier. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 25. Molem, atque aggerem ab utraque parte litoris jaciebat. *a mound, dike. Cic. Verr.* 6. c. 53. Fons fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum a mari disjunctus esset. *Id.* 2. *Offic.* c. 4. Moles oppositæ fluctibus. *Id. Attic.* l. 4. ep. 16. *a med.* Aditus insulæ muniti mirificis molibus. *bulwarks. Liv.* l. 23. c. 5. *a med.* Pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis. *Cic. pro Mil.* c. 31. Insanæ substructionum moles. *Horat.* l. 3. od. 29. v. 10. Molem propinquam nubibus arduis. *Cic.* 14. *Phil.* c. 12. *ad fin.* Exstructa moles opere magnifico, incisæque litteræ, virtutis testes sempiternæ. *a monument, memorial.* ¶ *Moles aquarum,* immanis vis et copia. *Sil.* l. 3. v. 46. surgentis mole profundi Injectum terris subitum mare. Adde lib. 14. v. 123. et *Solin.* c. 23. (*al.* 36.) *a med.* ¶ Translate est magnitudo, aut multitudo cujuslibet rei. *Cic.* 1. *Catil.* c. 9. Vix molem istius invidiæ, si in exsilium ieris, sustinebo. et *Catil.* 3. c. 7. Non facile hanc tantam molem mali a cervicibus vestris depulissem. *this huge mass or weight. Horat.* l. 3. od. 4. v. 65. Vis consilî expers mole ruit sua. *Tacit.* 12. *Annal.* c. 66. In tanta curarum mole. *Id.* 1. *Hist.* c. 61. Vitellius suas copias supplevit, tota mole belli secuturus. *with all his forces.* et lib. 2. c. 46. Non alias majore mole concursum. *with larger armies; with greater fury.* et *Liv.* l. 26. c. 6. *a med.* Apud alios nequaquam tantam molem pugnæ invenio. *a battle on so large a scale. Sil.* l. 12. v. 143. Herculea prostrati mole gigantes. *h. e.* magnis viribus Herculis. [† vel βίῃ Ἡρακληείῃ; ut *Herculeus labor* apud *Horat.*] *Virg.* 12. *Æn.* v. 574. animis certantibus omnes Dant cuneum, densaque ad muros mole feruntur. *h. e.* denso agmine, et impetu urgente. Sic *Val. Flacc.* l. 1. v. 757. leo cunctatus in arcta mole virum. *h. e.* densa venantum turba. *crowd.* ¶ Item molimen, conatus, nisus, labor. *earnest endeavour, strong exertion, pains, difficulty. Tacit. Ann.* 13. c. 35. Corbuloni plus molis adversus ignaviam militum, quam contra perfidiam hostium erat. *experienced more difficulty.* et *Liv.* l. 25. c. 11. *a med.* Plaustris transveham naves haud magna mole. *h. e.* haud magno molimine: *with no considerable difficulty.* et *Virg.* 1. *Æn.* v. 37. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. *a work of such labour and difficulty.* ¶ Item majestas, vis, pompa, potentia. *Val. Flacc.* l. 6. v. 673. non illa levi turbata metallo, Sed facibus, sed mole dei. *Tacit. Ann.* 15. c. 52. Cæsar balnea et epulas inibat omissis excubiis, et fortunæ suæ mole. *his retinue or suit.* ¶ Ultima in *mole* a vetustissimis producebatur, ut in *fame,* si *Prisciano* credimus l. 7. pag. 768. *Putsch.*

MOLESTE, *offensively, troublesomely, so as to cause pain,* δυσχερῶς, cum molestia, molestiam exhibendo. *Catull.* carm. 42. *ad hendecasyll.* vers. 7. illa, quam videtis Turpe incedere, mimice, ac moleste. *with such odious affectation. Cic. in fin.* ep. 17. l. 1. *ad Attic.* Jam illud moleste rogo, quod maxime cupio, ut quamprimum venias. *Plerique al. leg.* modeste. *Augustus in quadam ep.* apud *Sueton. in ejus vita,* c. 86. *in fin.* Opus est, dare te operam, ne moleste scribas, aut loquaris. *h. e.* affectando obscuritatem, aut obsoleta verba sectando. hoc enim molestiam exhibet legentibus, aut audientibus. *Gell.* l. 3. *c. ult.* Superstitiose, et nimis moleste atque odiose confabricatus est originem vocabuli. *Quintil. sub fin.* l. 11. Nec in loquendo distinctionibus, temporibus, affectionibus moleste utemur. *Curt.* l. 3. c. 6. Animum solicitudine intempestiva amici sane fideles, sed moleste seduli turbant. ¶ *Moleste ferre,* ægre, graviter, iniquo animo ferre, *to take a thing ill, take it unkindly or to heart. Cic.* 13. *ad Attic.* ep. 22. Te de prædio aviæ exerceri, moleste fero. *it pains me; I am displeased.* et *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* cap. 1. Populi R. exercitum hiemare in Gallia, moleste ferebant. *Petron. in Satyr.* c. 100. Inquietatus ille moleste tulit. *Cic.* l. et epist. et cap. 1. *ad Q. Fr.* Quoniam ea molestissime ferre homines debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt; est quiddam in hac re mihi molestius ferendum. *Id.* 3. *Fam.* 6. *a med.* Molestissime fero, quod, te ubi visurus sim, nescio. *I am very much put about or annoyed; I am very uneasy. Auct. de B. Hispan.* c. 30. Moleste, et acerbe accipiebant, se impediri, quominus, &c. ¶ *Moleste fero,* formula est dolentis alterius calamitatem. *Senec. sub fin.* ep. 67.

MOLESTĬA, æ, f. *trouble, troublesomeness, uneasiness, discontent, dissatisfaction, chagrin, noiance, molestation,* δυσχέρεια, ὄχλος, ægritudo, solicitudo, cura, angor, negotium. *Cicer. Fam.* 12. ep. 30. Noli mihi molestiam exhibere, et a me litteras crebriores, cum tu mihi raras mittas, flagitare. et lib. 13. ep. 23. Pergratum mihi feceris, si eum, quod sine molestia tua fiat, si qua in re opus ei fuerit, juveris. *without subjecting yourself to inconvenience.* et lib. 16. ep. 12. *a med.* Habeo etiam illam molestiam, quod Dolabella noster apud Cæsarem est. *Id.* l. 8. *Attic.* ep. 3. *a med.* Sed in hoc ipso habent tamen iidem fasces molestiam. *carry along with them.* et *pro Sull.* c. 1. Ex hujus incommodis magnam animo molestiam capio. *Id. Fam.* 4. ep. 3. Ex pernicie reip. molestiam trahere. et ep. 13. Esse in molestiis. et lib. 14. ep. 7. Omnes molestias et sollicitudines deponere et ejicere. et lib. 2. ep. 16. depellere. *Id.* 3. *ad Q. Fr.* ep. 8. delere. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. 16. minuere, aut augere. *Id.* 4. *Fam.* ep. 3. levare. *Id.* l. 3. *Tuscul.* c. 16. extenuare et diluere. *Terent. Hecyr.* 3. 2. 9. afferre alicui. *et Adelph.* 5. 3. 33. demere. *Cic. Fam.* 5. ep. 14. *ad fin.* molestiis se laxare. et lib. 4. ep. 13. Abducere a molestiis. *Id.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 10. Molestiam alicui aspergere. *Id.* l. 3. *de Orat.* c. 1. Acerba recordatio veterem animi curam molestiamque renovavit. *Id. pro Rosc. Com.* c. 12. Liberare quempiam molestia et cura. *Gell.* l. 1. c. 6. Molestia et incommodum rei uxoriæ. *Plin.* l. 30. c. 3. *ad fin.* Ut dentes sine molestia cadant. *Plaut. Amph.* 1. 2. 2. Amovi a foribus maximam molestiam. *a very great disturbance.* et *Pœn. prol.* v. 35. Esse molestiæ. *to bring disturbance or annoyance; be troublesome. Cic. Fam.* 16. ep. 11. Suscipere molestiam nauseæ. *Sueton. in Calig.* c. 23. *ad fin.* Vitare molestiam navigandi. ¶ Est et in scribendo *molestia,* cum exquisitius obscura, aut obsoleta, aut nimis elaborata sectamur. *affected writing.* quod molestiam affert audientibus. *Cic. de clar. Orat.* c. 38. *sub fin.* Latine loquendi accurata, et sine molestia diligens elegantia. ¶ Est etiam vitium corporis in cute, quod molestiam magis, quam malum, affert. *Plin.* l. 28. c. 8. *a med.* Crocodilea illita ex oleo cyprino molestias in facie enascentes tollit.

MOLESTO, as, a. 1. *to molest, annoy, trouble,* λυπέω, τείρω, molestia afficio, vexo, infesto. *Petron. in fragm.* apud *Fulgent. de prisco serm.* in *Alucinari,* n. 54. Nam centum vernales me alucitæ molestabant. *Id. in fragm. Tragur.* c. 58. *Burm.* Aut tace, aut meliorem noli molestare. *Scribon. Larg. compos.* 71. Uva raro valde molestat. *Apul. de herb.* c. 71. Neque bestiæ, neque occursus mali molestabunt hunc. ¶ Deponentis forma, et cum dativo. *Modestin. Dig.* lib. 34. tit. 3. leg. 20. Aurelio Sempronio fratri meo neminem molestari volo nomine debiti, nec exigere aliquid ab eo. [Cum vero optimæ editiones habeant *Aurelio Sempronio fratri meo. Neminem molestari volo* &c. patet *molestari* non deponentis forma usurpatum, sed passivum esse, ideoque nulla est *Modestini* auctoritas.]

MOLESTUS, a, um, *troublesome, painful, offensive, irksome, grievous, noisome, unseasonable, importunate, teasing, uneasy,* δυσαχθὴς, δύσφορος, ἀνιώδης, gravis, laboriosus, odiosus, injucundus, negotiosus. Volunt esse a *moles,* licet quantitas primæ syllabæ sit dissimilis. *Cic. pro Mur.* c. 8. *sub fin.* Provincia negotiosa et molesta. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 23. Operosus ac molestus labor. *Id.* 3. *de Legib.* c. 8. Nihil erit his urbe, nihil domo sua dulcius: nec laboriosius, molestiusque provincia. *Id.* 1. *Offic.* c. 21. Minus aliis gravis, aut molesta vita est otiosorum. *Id. de Senect.* c. 14. Cupidis rerum talium odiosum et molestum est fortasse carere. *Id. de Amic.* c. 6. *ad fin.* Amicitia nunquam intempestiva, nunquam molesta est. *Id. in Divin. Verr.* c. 11. *ad fin.* Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiæ multo molestissima. *Phædr.* l. 4. fab. 6. v. 23. Noli molestus esse omnino litteris, Majorem exhibeant ne tibi molestiam. *Id.* l. 1. fab. 22. v. 3. Molestis muribus mustela purgat domum. *Terent. Adelph.* 5. 3. 20. Ausculta paucis, nisi molestum est, Demea. *if it be not troublesome; if be not inconvenient.* Sic *Cic. pro Cluent.* c. 60. *sub fin.* Tu autem, nisi molestum est, paulisper exsurge. (*officiose dictum.*) *Id.* 2. *de Orat.* c. 3. *extr.* Nos quidem, nisi forte molesti intervenimus, venisse delectat. ¶ *Molesta tunica,* fuit indumenti genus e cannabe, aut stuppa, aut sparto, aut hujusmodi materia contextum, et pice, bitumine, resina, aut cera illitum, quo induebantur ad ignem damnati, ut diutius ardentes lento calore uterentur. *a pitched coat. Juvenal.* sat. 8. v. 235. Ausi, quod liceat tunica punire molesta. *Martial.* l. 10. epigr. 25. Nam cum dicatur tunica præsente molesta, Ure manum; plus est dicere, non facio. *Senec.* ep. 14. *ante med.* Cogita illam tunicam, alimentis ignium et illitam, et intextam. ¶ Erant

qui sponte se offerrent, in ludis, ut certo temporis spatio ea induti perstarent. *Tertull. ad Martyr.* c. 5. Jam et ad ignes quidam se auctoraverunt, ut certum spatium in tunica ardente conficerent. ¶ Eleganter *molestum* dicitur, quod exquisitiore, quam par est, studio, et cura fit: molestiam enim exhibet, ut arrogantiæ plenum, atque adeo ingratum. *affected, quaint. Cic. de clar. Orat.* c. 30. *extr.* Volo, ut in scena, sic etiam in foro, non eos modo laudari, qui celeri motu et difficili utantur, sed eos etiam, quos statarios appellant, quorum sit illa simplex in agendo veritas, non molesta. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 459. Disce bonas artes, moneo, Romana juventus, &c. Sed lateant vires, nec sis in fronte disertus: Effugiant ceræ verba molesta tuæ. *h. e.* nimis erudita, et a communi usu remota. *Quintil.* l. 11. c. 3. *sub fin.* Pronuntiatio vultuosa et gesticulationibus molesta. *Sueton. in Tiber.* c. 56. Zenonem quendam exquisitius sermocinantem cum interrogasset, quænam illa tam molesta dialectos esset, &c. ¶ Laboriosus, difficilis. *laborious, difficult. Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 27. *circa med.* Alia species damni est, ipsum quid corrumpere, et mutare: alia, nulla ipsius mutatione, applicare aliud, cujus molesta separatio sit. ¶ Damnum afferens, perniciosus. *hurtful, harmful, injurious. Catull.* carm. 51. *de Lesb.* v. 13. Otium, Catulle, tibi molestum est. ¶ *Molestiora loca* apud *Pallad.* l. 1. tit. 6. *circa med.* opponuntur *placidioribus*, et sunt, quæ venti liberius ac vehementius perflant.

MOLETRĪNA, æ, f. *a mill*, μυλὼν, locus ubi molitur, pistrinum: a *molitus*, ut *sutrina* a *sutus*, et *furatrina* a *furatus*. *Cato* apud *Non.* c. 1. n. 320. Nervo, carcere, moletrina.

MOLĪLE, is, n. *an instrument put on the neck of oxen, or the shoulders of slaves, for turning a mill.* apud *Caton. R. R.* c. 10. et 11. videtur esse vel manubrium, quo mola versatur, vel helcium, quod servo, aut jumento molam versanti aptatur.

MOLĪMEN, inis, n. *an attempt, effort, essay, endeavour, exertion, struggle*, ἐπιχείρημα, molimentum, molitio, conatus. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 356. solidoque revellere dumo Annosam pinum magno molimine tentat. et lib. 6. v. 693. Idem ego cum fratres cælo sum nactus operto (Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor, Ut medius nostris concursibus intonet æther. *Lucret.* lib. 4. v. 899. Quippe etenim ventus subtili corpore tenuis, Trudit agens magnam magno molimine navim. *force.* ¶ Item apparatus, machinatio, ubi multæ vires, et magnum studium, contentio, impensæ sunt opus. *Ovid. Metam.* 15. v. 808. intres licet ipsa Sororum Tecta trium: cernes illic molimine vasto Ex ære, et solido rerum tabularia ferro. *Val. Flacc.* l. 6. v. 34. Musa mone, quanto Scythiam molimine Perses Concierit. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 473. ipso sceleris molimine Tereus Creditur esse pius. *achievement. Liv.* l. 2. c. 56. Res tamen, suo ipsa molimine gravis, certaminibus in annum extrahitur. *project, enterprize.* ¶ Item administratio, gubernatio, cura multarum magnarumque rerum. *government, administration. Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 75. Magna tenent illud rerum molimina numen: (h. e. *Cæsarem Aug.*) Hæc est cælesti pectore cura minor. *Id. Metam.* 15. v. 578. Magna quidem rerum molimina vidit in illis. (*extis.*)

MOLIMENTUM, ti, n. idem quod molimen. *Liv.* l. 5. c. 22. *de signo lapideo Junonis.* Motam certe sede sua parvi molimenti adminiculis, sequentis modo, accepimus levem ac facilem translatu fuisse. *with very little force or exertion.* et lib. 37. c. 14. *ad fin.* Eo minoris molimenti ea claustra esse, quod in fluminis modum, longum, et angustum, et vadosum ostium portus sit. *of less labour and fatigue.* et cap. 15. Minore molimento aperturi sunt hostes portum, quam obstruatur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 34. Neque se exercitum sine magno commeatu atque molimento in unum locum contrahere posse. *a powerful effort.* Adde *Senec. de consol. ad Marciam*, c. 11. *a med.* et *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 564.

MOLĪNA, æ, f. *a mill*, moletrina, pistrinum. *Ammian.* l. 18. c. 8. *ad fin.* (*al.* c. 20. *extr.*)

MOLĪNUM SAXUM, *a millstone*, mola, qua frumenta teruntur. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 35. ex *Lucæ* 17. 2. Si molino saxo ad collum deligato præcipitatus esset in profundum. *Vulgata* habet *molaris lapis.*

MOLĬO, is, a. 4. idem quod molior. *In vet. S. C.* apud *Frontin. de aquæduct.* artic. 129. Neque quis in eo loco quid opponit, molit, obsepit, figit, statuit. *h. e.* struit, ædificat.

MOLĬOR, iris, itus sum, dep. 4. *to attempt something difficult, make a powerful effort, take pains and labour about, struggle, strive, labour, toil, moil, move or stir with great exertion*, ἐπιχειρέω, est conatu et viribus quippiam agere: molem, seu rem aliquam ingentem loco movere: a *moles. Cic. Verr.* 6. c. 43. *a med.* Hora amplius jam in demoliendo signo permulti homines moliebantur. *Virg.* 4. *Georg.* v. 331. Ure sata, et validam in vites molire bipennem. *h. e.* impinge, illide magna vi in vites. *strike. Id.* 1. *Georg.* v. 329. Fulmina molitur dextra. *brandishes, wields. Valer. Flac.* l. 6. v. 648. saxumque prehensum Concussa molitur humo. *heaves. Virg.* 10. *Æn.* v. 131. Moliri ignem. *h. e.* vel jaculari, vel accendere conari. *Liv.* l. 9. c. 3. Num montes moliri sua sede paramus. *Id.* l. 28. c. 17. *sub fin.* ancoras. *to weigh anchor.* et lib. 25. c. 36. *a med.* onera objecta. *to remove, displace. Culpurn.* ecl. 4. v. 83. pondus. *h. e.* subire, portare. *Liv.* l. 36. c. 24. moliri ex somno corpora affecta labore ac vigiliis. *with difficulty roused their bodies from sleep*, &c. *Cic. Verr.* 7. c. 34. Evolarat e conspectu quadriremis, cum etiam tunc ceteræ naves suo in loco moliebantur. *could hardly make their way.* Sic *Liv.* l. 37. c. 11. *ad fin.* Naves quædam a Nicandro, dum moliuntur a terra, captæ. *Colum.* l. 6. c. 17. Cæciliæ morsus tumorem, suppurationemque molitur. *h. e.* promovet. *promotes. Cels.* l. 1. c. 3. *de his, quæ extenuant.* Offensus eorum consuetudine, qui quotidie ejiciendo, vorandi facultatem moliuntur. *h. e.* per vim provocant. Sic l. 3. c. 18. *circa med.* Quidam somnum moliuntur potui dando aquam, in qua papaver, &c. *bring about, bring on. Colum.* l. 2. c. 17. *Liv.* l. 40. c. 29. et *Virg.* 1. *Georg.* v. 494. Moliri terram. *to break up, work, plough, till, dig.* Sic *Lucret.* l. 5. v. 932. ferro molirier arva. *paragoge.* ¶ Pro labefactare, demoliri. *to loosen, pull down, overthrow, demolish. Liv.* l. 25. c. 36. *a med.* Turris igni circumdata, atque ita exustis foribus, quas nulla moliri potuerunt vi, capta. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 39. Concursu ad januam facto moliuntur fores: extractum cubili Cæsarem tradere vexillum subigunt. *they break down, break open.* Adde lib. 2. c. 82. et translate *Liv.* l. 6. c. 11. *a med.* Non contentus agrariis legibus, fidem moliri cœpit. *Est qui aliter legit.* ¶ Pro exstruere. *to build, fabricate, raise, rear*: præsertim ubi multis operis, impensisque opus est. *Virg.* 7. *Æn.* v. 127. et 290. Moliri aggere tecta. et lib. 3. v. 132. muros urbis. *et ibid.* v. 6. et lib. 4. v. 309. classem. *Flor.* l. 1. c. 7. ædem. *Val. Flacc.* l. 1. v. 94. navem. *Solin.* c. 15. (*al.* 25.) *circa med.* pocula de capitibus hominum. ¶ Translate est machinari, struere, parare, cogitare. *to contrive, design, plot, project, meditate, get ready, prepare. Cic. pro Cluent.* c. 64. Struere et moliri aliquid calamitatis alicui. et cap. 63. et *Virg.* 1. *Georg.* v. 271. alicui insidias. *Id. pro Sext.* c. 1. periculum optimis civibus. *Flor.* l. 4. c. 4. palam arma ad opprimendum aliquem. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 249. dolos opertos. et vers. 626. exitia in aliquem. et lib. 6. v. 431. opem extremam alicui. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 719. triumphos. *h. e.* parare, vel agere. *Tacit. Ann.* 12. c. 22. crimina et accusatorem. *Vellei.* l. 2. c. 46. bellum in animo. *Virg.* 2. *Æn.* v. 109. fugam. et *Æn.* 1. v. 418. moram. *to interpose.* ¶ Sæpe est aggredi, tentare. *to endeavour, attempt, undertake. Cic. de Univ.* c. 4. *ad fin.* Mundum efficere moliens Deus. *Val. Flacc.* l. 3. v. 491. Pallada fallere prima Molitur, caroque dolis avertere fratri. et lib. 6. v. 625. si duræ natum subducere sorti Moliar. et lib. 3. v. 153. Glaucumque ruentem Occupat, et jugulo vulnus molitur aperto: Ille manu contra telum tenet. *endeavours to thrust, aims. Cic. Fam.* 6. ep. 10. Agam per me ipse, et moliar. *Liv.* l. 23. c. 39. Movere ac moliri aliquid. ¶ Pro facere, sed magna cum vi, manu et conatu. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 23. Dii nec cessantes, nec ea, quæ agunt, molientes cum labore operoso et molesto. *Virg. Æn.* 4. v. 567. Res dura et regni novitas me talia cogunt Moliri. ¶ De studio, apparatu, opera, impensis mulierum in ornando. *Terent. Heaut.* 2. 2. 11. Nosti mores mulierum: dum moliuntur, dum comuntur, annus est. *in getting ready.* ¶ *Moliri iter, viam*, vi sibi viam facere. *to cut or force his way. Virg.* 10. *Æn.* v. 477. *de hasta.* viam clypei molita per oras, Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni. ¶ *iter*, peragere, studiose, intentoque gradu pergere. *Virg.* 6. *Æn.* v. 477. Inde datum molitur iter. ¶ *gradus*, ire, pergere, sed cum labore et conatu. *Senec. in Hippol.* v. 431. Quid huc seniles fessa moliris gradus? *Claudian.* l. 3. *de rapt. Pros.* v. 438. prima gressus molitur ab Ætna. ¶ *habenas*, fortiter tenere, ac regere. *Virg.* 12. *Æn.* v. 327. Emicat in currum, et manibus molitur habenas. *manages, directs.* ¶ *locum*, parare, præparare. *Id.* 7. *Æn.* v. 157. humili designat mœnia fossa, Moliturque locum. ¶ *sibi imperium*, parare variis artibus, magnoque studio, et conatu. *to aim at, compass. Tacit.* 1. *Hist.* cap. 5. et *Liv.* lib. 1. c. 47. ¶ *nuptias*, conari, et aggredi ut fiant. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 3. ¶ *gratiam*, captare, quærere. *to hunt after. Petron. in Sat.* c. 107. ¶ *laborem*, suscipere, exercere. *Virg. Æn.* 4. v. 233. et 273. Nec super ipse sua molitur laude laborem. ¶ *animum*, in certum statum studiose componere. *Ovid.* 2. *de arte am.* v. 119. Jam molire animum qui duret, et adstrue formæ: Solus ad extremos permanet ille rogos. ¶ *compita lucis aeriis* apud *Grat. in Cyneg.* v. 483. est solemni apparatu vel Compitalia, vel alia similia festa celebrare. ¶ Passiva significatione *Apul.* l. 11. *Metam.* Sospitatricis deæ peculiaris pompa moliebatur. *Lucil.* quoque videri potest passive usurpasse in illo apud *Non.* c. 4. n. 300. et cap. 2. n. 543. Muginamur, molimur, subducimur. Ubi *Non.* interpretatur, retinere, morari, ac repigrare, addito illo *Cæcilii*: Ita quod lætitia me mobilitat, mœror molitur metu. ¶ *Moliret* pro *moliretur*, quidam leg. apud *Valer. Max.* l. 5. c. 10. n. 2. *in fin.* [¶ Particip. *moliendus* apud *Cic. de Orat.* l. 2. c. 51. Hæc fere maxime sunt in judicum animis oratione molienda.]

MOLITĬO, onis, f. *the labour of moving, pulling down, or raising up; an attempt, effort, endeavour, struggle*, actus moliendi, conatus, machinatio, instructio alicujus rei. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 8. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? *what labour of ordering things for building? what machinery? Colum. in proœm. in fin.* Molitio agrorum. *h. e.* cultura, subactio. Sic lib. 11. c. 2. *sub fin.* Molitionem terrenam facere. differre usque in proximas idus. *h. e.* agri cultionem. *Petron. in Satyr.* cap. 95. Quid sibi vult tam furtiva molitio? *Liv.* l. 33. c. 5. Facilis molitio eorum valli erat. *h. e.* evulsio, demolitio.

MOLĪTOR, oris, m. *an attempter, maker, framer, contriver, builder, architect, machinist*, σκευαστὴς, μηχανητὴς, fabricator, architectus, machinator: a moliendo. *Cic. de Univ.* c. 5. *extr.* Effector mundi, molitorque Deus. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 302. primæque ratis molitor Iason. *Tacit. Ann.* 11. c. 29. Appianæ cædis molitor Narcissus. *Sueton. in Domit.* c. 10. Molitores rerum novarum. *Senec. de tranquill.* c. 7. *ad fin.* scelerum. *Mŏlĭtor*, a molendo: *a miller*, μυλωθρὸς, ἀλέτης. [*Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 12. §. 5. Mulieres, quæ panem coquant, quæque villam servent, item molitores, si ad usum rusticum parati sunt.] In re turpi adhibet *Auson.* epigr. 90. Est qui tribuit etiam *Plauto Mil.* 2. 2. 38. sed plerique omnes ibi *olitor* legunt.

MOLĪTRIX, icis, f. *a female contriver*, machinatrix: a moliendo. *Sueton. in Ner.* c. 35. Antoniam, quasi molitricem rerum novarum, interemit.

MOLĪTŪRA, æ, f. *a grinding*, ἄλετος, actus molendi: et illud ipsum, quod molitum est. Tribui solet *Plinio* l. 15. c. 23. Molitura etiam præstant, &c. sed mire lectio variat.

MOLĪTUS, a, um, *ground*, ἀλεσθεὶς, mola comminutus: a *molo, is. Cæs.* lib. 1. *B. Gall.* cap. 5. Trium mensium molita cibaria sibi quemque domo afferre jubent. *Vitruv.* lib. 7. cap. 6. Micæ marmoris contusæ et molitæ. *Colum.* l. 11. c. 3. Ervi moliti farina. *Plin.* l. 18. c. 7. *ad fin.* Molitum hordeum. ¶ *Molītus, a, um*, particip. a *molior, iris. Ovid.* 3. *Amor.* el. 6. v. 69. Ter molita fugam, ter restitit. *having attempted. Virg.* 1. *Georg.* v. 494. Agricola incurvo terram molitus aratro. *Id.* 10. *Æn.* vers. 477. hasta viam clypei molita per oras. *making or forcing its way.*

MOLLESCO, is, n. 3. *to grow or become soft, soften*, μαλακύνομαι, mollis fio. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 38. Rura colit nemo: mollescunt colla juvencis. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 283. Tentatum mollescit ebur. *Plin.* l. 12. c. 17. Ipsum visum aridum, tactu statim mollescere. ¶ Translate est mollem, est effeminatum fieri. *to grow effeminate. Ovid. Metam.* 4. v. 385. Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde Semivir, et tactis subito mollescat in undis. *Vib. sequest. de fontib.* Salmacis Cariæ, ex quo qui bibit, mollescit. ¶ Item mansuetum fieri, mitem, humanum. *to grow mild or gentle, become civilized. Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 6. v. 7. Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est, Pectora mollescunt, asperitasque fugit. *Lucret.* 5. v. 1013. Tum genus humanum primum mollescere cœpit.

MOLLESTRAS dicebant pelles oviles, quibus galeas extergebant. *sheep's felts. Festus.* Videtur autem facta vox ex μηλωτὴ, melota, inde *melotra, moletra*, et inserto *s*, *molestra*: nisi malis ducere a *mollis.*

MOLLICELLUS, a, um, dimin. a molliculus. *softish, somewhat soft, slender, or delicate. Catull.* carm. 25. Cinæde Thalle mollior cuniculi capillo, Vel anseris medullula, vel inula mollicella. Al. leg. *vel imula oricilla*, multo rectius. [† *Id. infra* v. 10. Natesque mollicellas. *unde natus est error.*]

MOLLICĪNA, æ, f. *a soft garment of fine cloth*, μαλακὸν ἱμάτιον, vestis a mollitie dicta. *Non.* c. 14. n. 33. apud quem *Nævius.* Mollicinam, crocotam, chirodotam, ricam.

MOLLICŎMUS, a, um, qui molles comas habet. *Avien. in Perieges.* v. 1091. Mollicomis tellus insternitur herbis.

MOLLICŬLUS, a, um, *softish, somewhat slender, nice, or delicate*, ἁβρὸς, tenellus, delicatus: dimin. a *mollis. Plaut. Cas.* 2. 8. 58. Sed lepide volo molliculas escas, ut ipsa mollicula est. *Catull. ad Aurel.* carm. 16. Qui me ex versiculis meis putastis, Quod sint molliculi, parum pudicum. *wanton.* ¶ Cognomen fuit R. in gente Minucia, ut Ti. Minucius Molliculus. *Liv.* l. 40. c. 35.

MOLLIMENTUM, ti, n. *a softening, mitigation*, lenimentum. *Senec. de Tranquill.* c. 10. Calamitatum mollimentum consuetudinem invenit.

MOLLĬO, is, ivi, *et* ii, itum, a. 4. *to soften, mollify, make soft, tender, or supple, mitigate*, μαλακίζω, mollem reddo, tenerum facio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. Frigoribus durescit humor, et idem vicissim mollitur tepefactus. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 20. dum ferrum molliat ignis. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 198. flavam modo pollice ceram Mollibat. (pro *molliebat*: non infrequens in quarta conjugat. Sic *mollibit* pro *molliet* apud *Horat.* l. 3. od. 22. v. 18.) *Id. ibid.* l. 8. v. 123. Semina mollit humus. et lib. 6. v. 220. turba rotarum Duraque mollierant subjectas ungula glebas. et lib. 4. v. 741. Mollit humum foliis. *h. e.* sternit, ne dura humus jacentem lædat. *Id. Heroid.* ep. 3. v. 70. et lib. 2. *Metam.* v. 411. Mollire lanam. *h. e.* tractando, pectendo, nendo tenuiorem et molliorem reddere. *to card, comb.* Sic *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 592. Quæ tantum digitis potuit mollire rigorem Ambitiosa colus? *Plin.* l. 20. c. 5. *sub fin.* et lib. 22. c. 21. Mollire alvum. *h. e.* adstrictam ac duram leniter solvere. *Id.* l. 22. c. 25. *circa med.* Panis ex oleo

mollit collectiones. et lib. 28. c. 17. duritias. ¶ Translate *Id.* l. 2. c. 47. Mollit ventos solis vapor. *h. e.* tepidiores facit. Sic *ibid.* Favonii hibernum molliunt cælum. *Id.* l. 30. c. 8. Gallinaceorum jus acria mollit. *softens, mitigates, palliates, obviates.* et lib. 23. c. 4. Oleum amygdalinum mollit corpora. *softens, mollifies.* et lib. 34. c. 12. Mollire vim alicujus rei. *to temper, check, restrain, moderate.* et lib. 7. c. 16. Dentes serie structuræ, atque magnitudine mutilant, molliunt, aut hebetant verba. *h. e.* molli lenique sono fundunt. Alio sensu *mollire verba* dixit *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 34. Ista, sive beatitas, sive beatitudo dicenda est. utrumque durum: sed usu mollienda nobis verba sunt. *Id.* 3. *de Orat.* c. 41. Translationem paulo duriorem mollire. ¶ *Mollire clivum* apud *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* est ejus arduitatem minuere, oblique ascendendo: cap. 46. Quidquid huic circuitus ad molliendum clivum accesserat, id spatium itineris augebat. Sic *Virg. Ecl.* 9. v. 8. qua se subducere colles Incipiunt, mollique jugum demittere clivo. ¶ Aliquando est sedare, mitigare, placare. *to assuage, appease, pacify, hush, still, calm, abate, mitigate. Acc.* apud *Non.* c. 4. n. 301. Subter saxa ad lævam, qua mons mollibat mare. *h. e.* maris impetum frangebat. *Gell.* l. 19. c. 1. Cum molliti essent venti maris. *Vellei.* l. 2. c. 121. Accensas plebis dissensiones coercitione magis, quam pœna mollivit. *Justin.* l. 2. c. 1. Locorum vitia quæsitis arte remediis mollire. *Virg.* 1. *Æn.* v. 61. mollitque animos, et temperat iras. *Liv.* l. 1. c. 9. Mollire iram. *Cic. de Senect.* c. 4. Annibalem juveniliter exsultantem patientia sua molliebat. *Liv.* l. 3. c. 35. Propalam obviam ire cupiditati parum ausi, obsecundando mollire impetum aggrediuntur. *Claudian. de magnete,* v. 44. Sic Venus horrificum belli compescere regem, Et vultu mollire solet. ¶ Item a feritate abducere, mansuefacere, cicurare, *to tame, domesticate, civilize. Flor.* l. 2. c. 11. Illa genuina feritas eorum Asiatica amœnitate mollita est. *Plin.* l. 3. c. 5. Italia numine deum electa, quæ sparsa congregaret imperia, ritusque molliret. *Virg.* 2. *Georg.* v. 36. fructusque feros mollite colendo. ¶ Item lenire, levare. *to soften, ease, relieve. Ovid.* 4. *Trist.* el. 1. v. 5. Hoc est, cur cantet vinctus quoque compede fossor, Indocili numero cum grave mollit opus. et lib. 3. el. 5. v. 53. ut molliat ipse Mutati pœnam conditione loci. ¶ Item effeminare. *to make effeminate. Cic. Phil.* 12. c. 3. Ipsa legio Martia hoc nuntio languescet et mollietur. *Id. Tuscul.* 2. c. 11. Vides ne, poetæ quid mali afferant? lamentantes inducunt fortissimos viros, molliunt animos nostros, &c. *Claudian. de Consul. Prob. et Olybr.* v. 86. Colla nec ornatu patitur mollire retorto. *h. e.* lasciviore torquis ornatu circumdari. *Quintil.* l. 11. c. 3. Mollire vocem deliciis. [¶ Particip. *molliens* apud *Plin.* l. 7. c. 15. Dentes mollientes verba.]

MOLLĬPES, edis, adject. *soft-footed, having soft feet,* molles pedes habens, μαλακαίπους. *Cic. in Prognost.* l. 1. *de Divin.* c. 9. Mollipedesque boves spectantes lumina cæli.

MOLLIS, le, adject. *soft, supple, yielding, tender, delicate,* μαλακὸς, tactui cedens, tractabilis, tener: cui opponitur *durus, rigidus. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 9. Molle litus. *h. e.* ex molli arena, ut est apud *Ovid.* 2. *Metam.* v. 577. *Idem* l. 1. *de ar. am.* v. 476. Quid magis est saxo durum? quid mollius unda? Dura tamen molli saxa cavantur aqua. *Id. Metam.* 13. v. 816. Mollia fraga. *Virg. Ecl.* 1. v. 82. Castaneæ molles. *Cels.* l. 3. c. 12. *extr.* Mollis alvus. *h. e.* modice soluta. *Id.* l. 4. c. 4. sect. 4. *extr.* Mollis cibus. *h. e.* non acer. et *sub fin. cap.* Ovum molle potui dare. *an egg to suck. Plin.* l. 13. c. 12. *ad fin.* Mollia panis. *crumbs. Cicer.* 3. *de Orat.* c. 45. Mollissima cera. *Virg.* 11. *Æn.* vers. 69. Mollis viola. *Id.* 2. *Georg.* v. 384. Mollia prata. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 328. molli gramine membra levat. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 688. viridi cæspite mollis humus. *Id.* 2. *Fast.* v. 742. Mollis lana. *Id.* 2. *Amor.* el. 4. v. 14. Mollis torus. *Id. Heroid.* ep. 4. v. 92. Mollis arcus. *Id.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 17. Molles capilli. *Id.* 4. *Fast.* v. 185. Mollis cervix. et lib. 1. *Amor.* el. 4. v. 24. manus. *Id.* 14. *Metam.* v. 709. posuitque in limine duro Molle latus. *Id. Heroid.* ep. 10. v. 44. Molles genæ. ¶ Item lenis, placidus, temperatus. *gentle, mild, placid, temperate, calm. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 728. Molles Zephyri. *Stat.* l. 3. *silv. ult.* v. 83. Mollis hyems. *Virg.* 1. *Georg.* v. 312. Mollior æstas. *Flor.* l. 16. c. 4. Molle cælum. *Virg. Æn.* 8. v. 727. Euphrates ibat jam mollior undis. *Lucret.* l. 4. v. 988. Mollis quies. ¶ Item flexibilis. *pliant, flexible, supple. Virg. Ecl.* 2. *in fin.* Mollis juncus. *Id.* 4. *Georg.* v. 137. Mollis acanthus. et *Æn.* 10. v. 818. tunicam molli neverat auro. *h. e.* in tenuia fila tracto. *Ovid. Metam.* 10. v. 92. Tiliæ molles. *Virg.* 3. *Georg.* v. 76. *de pullo equino.* Altius ingreditur, et mollia crura reponit. *h. e.* flexibilia, agilia, et molliter terram pulsantia. ὑγρὰ σκέλη: quod et de gruibus dixisse *Ennium,* testatur *Servius ibidem.* Sic *Id. Æn.* 11. v. 622. Clamorem tollunt, et mollia colla reflectunt. *scil.* equorum facile frenis parentium. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 595. Si vox est, canta: si mollia brachia, salta. ¶ Item pensilis, in illo *Virg.* 8. *Æn.* v. 666. castæ ducebant sacra per urbem Pilentis matres in mollibus. Sic *oscilla mollia* (2. *Georg.* v. 389.) et *molle feretrum* (11. *Æn.* v. 64.) inquit *Servius.* Sed pilentum ac feretrum molle intelligi etiam potest molli materia stratum. ¶ Item ascensu facilis, clementer acclivis, non erectus, non arduus. *of easy ascent, not steep, gently sloping. Virg.* 9. *Ecl.* v. 8. mollique jugum demittere clivo. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. Has trabes inter se capreolis molli fastigio conjungunt. Adde *Stat.* 6. *Theb.* v. 260. et *Ovid.* 3. *Fast.* v. 13. Hinc *molle* adverbii ritu pro molliter. *Stat. Theb.* 1. v. 330. qua molle sedens in plana Cithæron Porrigitur. ¶ Item levis. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 13. Membra reformidant mollem quoque saucia tactum. *Plin.* l. 12. c. 19. *ad fin.* Casia odoris mollissimi. *Cic. Attic.* l. 2. ep. 1. Molli brachio objurgare aliquem. ¶ Item lævis, et tactu jucundus. *Colum. in fin.* cap. 1. l. 6. Boves novelli corpore denso, colore rubeo, tactu corporis mollissimo. ¶ *Mollis via* est minime salebrosa aut aspera, sed plana facilisque. *Quintil.* l. 4. c. 2. *ante med.* Amœnum ac molle iter. *Id.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) Recta est hæc via: quis negat? sed adjacet et mollior, et magis trita. *Liv.* l. 34. c. 17. Volo id quam mollissima via consequi. ¶ *Mollia vina,* minime austera aut aspera, sed lenia, suavia. *smooth, mild, mellow. Virg.* 1. *Georg.* v. 341. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 17. et *Juvenal.* sat. 1. v. 69. ¶ In re statuaria *mollia* dicuntur, quæ exquisita arte facta sunt, ita ut mollia esse, et flexibilia videantur. *Quintil.* l. 12. c. 10. Duriora Calon, atque Egesias: jam minus rigida Calamis, molliora adhuc supradictis Myron fecit. *Horat. in ar. Poet.* v. 33. molles imitabitur ære capillos. ¶ Sæpe transfertur ad animum, et significat facilem, flexibilem, obsequentem. *mild, gentle, easy, flexible, exorable. Ovid.* 2. *Amor.* el. 3. v. 5. Mollis in obsequium, facilisque rogantibus esses. *Propert.* l. 3. el. 13. v. 29. Et durum Zethum, et lacrimis Amphiona mollem. ¶ Item lenem, remissum. *Cic.* 2. *Q. Fr.* ep. 15. *circa med.* Tu quemadmodum me censes oportere esse in republica, et in nostris inimicitiis, ita et esse, et fore auricula infima scito molliorem. [† V. *Auricilla.*] *Ovid.* l. 1. *Trist.* el. 5. *in fin.* et lib. 2. v. 28. Mollior ira. *Cic.* 1. *Catil.* c. 12. Qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt. *Tacit. Ann.* 14. c. 39. Cuncta tamen ad Imperatorem in mollius relata. *h. e.* minuendo aut dissimulando. ¶ Item imbecillum, imbellem, non resistentem, minime fortem, inconstantem. *weak, timorous. Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 19. Ut ad bella suscipienda Gallorum alacer et promptus est animus; sic mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est. *Virg.* 9. *Æn.* v. 340. lupus manditque, trahitque Molle pecus. *Propert.* l. 2. el. 15. v. 23. lepores molles excipere. ¶ Item delicate viventem, voluptuosum, effeminatum. *effeminate, voluptuous. Cic.* 1. *de Orat.* c. 52. *sub fin.* Philosophus tam mollis, tam languidus, tam enervatus, tam omnia ad voluptatem corporis referens, &c. *Id.* 1. *de fin.* c. 11. Voluptaria, delicata, mollis disciplina. *cui opponitur ibid.* gravis, continens, severa. et lib. 5. c. 5. Hæc mihi videtur delicatior, ut ita dicam, molliorque ratio, quam virtutis vis gravitasque postulat. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 3. v. 9. Mollis vita, et vacua laboribus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 57. Molles Sabæi. *Cic.* 1. *Offic.* c. 35. *a med.* Ne quid effeminatum, aut molle, et ne quid durum, aut rusticum sit. *Quintil.* l. 11. c. 3. Mollis teneraque vox. *Id.* l. 1. c. 2. (*al.* 3.) Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes et mentis, et corporis frangit. *Id.* l. 11. c. 3. *a med.* Longissime fugienda mollis actio, qualem in Titio Cicero dicit fuisse: unde etiam saltationis quoddam genus Titius sit appellatus. V. *Cicer. de clar. Orat.* c. 62. *sub fin.* ¶ Speciatim *molles* dicuntur pathici. *Phædr.* l. 4. fab. 14. *Catull.* carm. 25. *in Thall. Petron.* c. 23. et *Martial.* l. 3. epigr. 73. ¶ *Mollis vita* est etiam prospera, felix, tranquilla. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 416. valeas, anus optima, dixi: Quod superest ævi, molle sit omne tui. *easy, quiet, happy.* ¶ *Molles anni* sunt pueritiæ, *tender years, boyhood. Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 111. Est tibi, sitque, precor, natus, qui mollibus annis In patrias artes erudiendus erat. ¶ Refertur et ad orationem, quæ flexibilis est, et facta, et suavis, nihil duri asperique habens. *Cic. de clar. Orat.* c. 9. *ad fin.* Hic primus inflexit orationem, et eam mollem teneramque reddidit. *Id. in Orat.* c. 16. Oratio mollis et tenera, et ita flexibilis, ut sequatur, quocumque torqueas. ¶ *Preces,* aut *verba mollia,* submissa, blanda. *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 76. Vincuntur molli pectora dura prece. *Horat.* epod. 5. v. 83. Verbis mollibus lenire aliquem. *smooth, gentle, pleasing, soothing, kind.* Hinc frequenter *mollis* est amatorius, quoniam blanditiis amor alitur. *Horat.* l. 2. od. 9. v. 17. Desine mollium tandem querelarum. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 307. Non tamen est facinus molles evolvere versus. ¶ *Mollis vultus, molle os,* facile ad ruborem: cui opponitur durum, impudens. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 3. v. 70. Purpureus molli fiat in ore pudor. (Eadem ratione *mollissimas aures* dixit *Plin. in Paneg.* cap. 68. *sub fin.* quæ verecundæ sunt, et suas laudes aversantur.) *Id. Met.* 10. v. 609. Molli vultu aspicere aliquem. *h. e.* ad favendum, et adsentiendum composito. ¶ *Molle cor, molle pectus,* tenerum, ac facile ad affectus quoslibet. *tender, susceptible. Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 79. et lib. 4. *Trist.* el. 10. v. 66. et lib. 1. *ex Pont.* ep. 3. v. 32. et *Heroid.* ep. 17. v. 111. Sic *Cic. Attic.* l. 1. ep. 17. Mollis animus et ad accipiendam, et ad deponendam offensionem. ¶ *Mollia jussa,* levia, et quibus parere facile est. *easy. Virg.* 3. *Georg.* v. 41. et 9. *Æn.* v. 804. et *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 196. ¶ *Molles aditus, mollia tempora,* quibus quis facile vacat, et aditur tuto, et cum spe impetrandi. *Virg.* 4. *Æn.* v. 423. Sola viri molles aditus, et tempora noras. et vers. 293. et quæ mollissima fandi tempora. Sic *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 84. Et veniet votis mollior hora tuis. ¶ *Mollis aditus,* extra metaphoram, est qua facile aditur. *Sil.* l. 4. v. 491. Dumque vada, et molles aditus per devia flexo Circuitu petit, &c. ¶ *Mollis,* gratus, jucundus. *Virg.* 3. *Georg.* v. 464. molli succedere sæpius umbræ. et vers. 295. Mollia stabula. *h. e.* clementia, et aeris temperati, atque adeo grata pecori. *Id. ibid.* l. 2. v. 470. molles sub arbore somni. *sweet, soft, pleasing.* ¶ *Ridere mollia* est blande ridere. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 513. Spectantem specta: ridenti mollia ride. ¶ *In molli carne vermes nascuntur,* proverb. apud *Petron. in fragm. Tragur.* c. 57. *Burm.* in otiosa et delicata vita oboriuntur vitia: vel in vita voluptuosa morbi. ¶ *Molle* adverbii ritu, molliter. *Prudent.* περὶ στεφ. 14. *de S. Romano,* v. 281. quod Dianam molle succinctam vident.

MOLLĬTER adverb. *softly, gently, calmly, easily, moderately,* μαλακῶς, leniter, non dure. *Plin.* l. 15. c. 10. Mira naturæ cura molliter semina collocandi. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 17. Recubans molliter et delicate. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 52. Aves nidos mollissime substernunt. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 3. v. 76. Molliter ossa cubent. (Quæ fuit mortuis bene precandi formula.) *Plaut. Pseud.* 5. 2. 7. Molliter siste nunc me; cave, ne cadam: non vides me, ut madide madeam? *Colum.* l. 1. cap. 2. Colles ad orientem molliter devexi. *h. e.* paululum declives. *Virg.* 6. *Æn.* v. 847. Excudent alii spirantia mollius æra. *h. e.* artificiosius, et delicatius. ¶ Translate est delicate, effeminate. *Cic.* 1. *Offic.* c. 30. Delicate ac molliter vivere. *Terent. Adelph.* 5. 1. 1. Ædepol te curasti molliter. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 96. Amici adulantes mollius interpretabantur. *endeavoured to palliate every circumstance.* ¶ Imbecilliter, timide. *Liv.* l. 30. c. 7. Asdrubal Carthaginem contendit, ne quid per metum ex recenti clade mollius consuleretur. ¶ *Molliter ferre aliquid* est ægre, imbecilliter, infirme. *Sallust. in Jug.* c. 84. Vir egregius in aliis artibus, nimis molliter ægritudinem pati. ¶ Item leviter, facile, æquo animo. *Cic. de Senect.* c. 2. Quod ferendum est molliter sapienti. ¶ Leviter est et in illo *Fam.* l. 9. ep. 9. *ad fin.* Lædere aliquem parce et molliter. ¶ *Molliter abnuere,* mollibus verbis recusare. *Liv.* l. 30. c. 3. *a med.*

MOLLITĬA, æ, *et* Mollities, ei, f. *softness, tenderness,* μαλακότης, teneritas, mollitudo. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 21. In primo ortu inest teneritas et mollities quædam. *Id. in Orat.* c. 18. Mollitia cervicum. *Plin.* l. 36. c. 22. lapidis. *Id.* l. 19. c. 3. *sub fin.* lanæ. *Id.* l. 9. c. 17. carnis. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 88. Auriculæ ac nares flexili mollitia, naturæ providentia, ne frangerentur. ¶ *Mollities maris* est tranquillitas omni vento cessante, *a calm,* μαλακία: apud *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 22. ubi tamen al. leg. *malacia,* al. *sævitia.* ¶ Sæpe transfertur ad animum, et significat languorem, imbecillitatem, laborum et dolorum fugam, *aptness to be touched or moved, weakness, want of firmness or resolution, unsteadiness, imbecility. Cic. Attic.* l. 12. ep. 26. Nosti Niciæ nostri imbecillitatem, mollitiam, consuetudinem victus. *Id. pro Sull.* c. 6. Qua mollitia sum animi ac lenitate nunquam mehercule illius lacrimis ac precibus restitissem. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 77. Animi est ista mollities, non virtus, inopiam paulisper ferre non posse. *Sallust. in Catil.* c. 56. Inertia et mollitia animi. *Id. in Jug.* c. 73. Mollities et socordia. *Plin.* l. 6. ep. 29. Isocrates mollitie frontis, ne in publico diceret, impediebatur. *h. e.* pudore et timiditate, ut ait *Cic.* 2. *de Orat.* c. 3. *backwardness, timidity.* ¶ Item effeminationem, delicias, *effeminacy, voluptuousness, wantonness, delicacy. Cic.* 2. *de Legib.* c. 15. Civitatum mores lapsi ad mollitiam. *Vellei.* l. 1. c. 88. Mæcenas otio ac mollitiis pæne ultra feminam fluens. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 40. Vos, quæ in munditiis, mollitiis, deliciisque ætatulam agitis. *Justin.* l. 1. c. 7. Gens quondam potens, et manu strenua, effeminata mollitie luxuriaque virtutem pristinam perdidit. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 441. Mollities vocis. *effeminate, womanish.* ¶ Item turpem libidinem, ut in *Mollis* dictum est. *Plin.* l. 28. c. 8. *a med. Senec. de constant. Sapient.* c. 13. et *Tacit.* 11. *Ann.* c. 2. ¶ Item sensum horroris, quo quis cædes et sanguinem ne cernere quidem, nedum facere audet. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 8. v. 17. Qua periit aliquis, potes hanc contingere dextram? Heu ubi mollities pectoris illa tui? ¶ Item remissionem, lenitatem. *gentleness, mildness. Sallust. in orat. Philippi cont. Lepid.* Neque intelligitis, mollitie decretorum vobis dignitatem, illis metum detrahi. ¶ *Mollities* plur. num. usu caret. ¶ Scribitur et *mollicia.*

MOLLITŪDO, inis, f. idem ac mollities. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 55. In pulmonibus autem inest raritas quædam, et assimilis spongiis mollitudo. *Id.* 3. *de Orat.* c. 25. In ipso tactu inest modus et mollitudinis, et lævitatis. *Pacuv.* apud *Gell.* l. 2. c. 26. Mollitudo manuum. *delicate softness.* et *Vitruv.* l. 10. c. 6. Campestris viarum mollitudo. *a road that is soft and apt to sink or give way.* et *Lactant.* l. 5. c. 4. Infans liquore lactis et mollitudine alitur. ¶ Accipitur etiam pro facilitate, flexibilitate. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 11. Mollitudo vocis est, cum eam torquere pro commodo nostro possumus. *flexibility.* V. etiam cap. 13. ubi de hac

re plura disserit. ¶ *Mollitudo humanitatis* metaphora est ducta a sensu tactus. neque improbatur a *Cicer.* l. 3. *de Orat.* c. 4. ¶ *Mollitudo vitiorum* est corruptela, et mollities, qua animus vitiis mollitur et enervatur. *Arnob.* l. 2. pag. 64. Ne animus deliciis marceat, et corrumpatur mollitudine vitiorum.

MOLLITUS, a, um, *softened, mollified*, μαλαχθεὶς, mollis, seu tener factus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 52. Nilus recedit, mollitosque et oblimatos agros ad serendum relinquit. *Plin.* l. 30. c. 13. *a med.* Mollita rosaceo cera. *Claudian. de B. Get.* v. 542. Chalybs mollitus flammis. ¶ Translate *Sil.* l. 13. v. 118. Mollitus amore. *Lucan.* l. 10. v. 133. infelix ferro mollita juventus, Atque exsecta virum. *emasculated, unmanned. Flor.* l. 2. c. 11. Feritas amœnitate mollita. *Claudian. in nupt. Honor. et Mar.* v. 150. *de Tritone.* vivo squalentia murice terga Purpureis mollita rosis. *h. e.* strata et temperata. *Gell.* l. 19. c. 1. Molliti venti maris. *soothed, allayed. Quintil.* l. 10. c. 1. *ante med.* Lectio non cruda, sed multa iteratione mollita, et velut confecta, memoriæ tradatur.

MOLLIUSCŬLUS, a, um, molliculus. V. locum *Plinii junioris* in *Leviusculus.*

MOLLŪGO, inis, f. species est lappaginis, similis anagallidi, nisi quod ramosior est, ac pluribus foliis. *Plin.* l. 26. c. 10.

MOLLUSCA NUX, *et* Mollusca absolute, genus est nucis juglandis, cortice adeo tenui, ut nullo negotio frangatur. *a kind of nut. Plin.* l. 15. c. 22. *ad fin.* Præterea molluscæ putamen rumpentes. *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 14. Nucem molluscam, licet hiemis nobis tempus invideat; tamen quia de nucibus loquimur, indictam non relinquamus. Plautus in Calceolo sic ejus meminit: *Molluscam nucem super ejus dixit impendere tegulas.* Est autem persicum quod vulgo vocatur: et mollusca nux dicitur, quod omnibus nucibus mollior sit. Hæc *Macrob.* qui subdit carmina Latina *Suevii*, viri longe doctissimi, quibus significatur, hanc nucem a Græcis quibusdam, qui cum Alexandro in Persis militaverunt, post expeditionem fuisse in Græciam delatam.

MOLLUSCUM. V. *Bruscum.*

MOLO, is, lui, litum, a. 3. *to grind*, ἀλέω, ἀλήθω, mola tero: a mola. *Plin.* l. 7. c. 56. Ceres frumenta invenit, cum antea glande vescerentur: eadem molere, &c. *Terent. Phorm.* 2. 1. 19. Molendum usque in pistrino, vapulandum, habendæ compedes. *Plin.* l. 18. c. 7. *a med.* Hordeum in subtilem farinam molere. ¶ Præteritum *molui* habet *Pompon.* apud *Diomed.* l. 1. pag. 370. *Putsch.* et *Priscian.* l. 10. pag. 902. item *Petron. in Satyr.* c. 23. et quidem obsceno sensu: cui adde *Auson.* epigr. 71. et 123. Sic *permolere* apud *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 35.

MOLŎCHE. V. *Malache.*

MOLOCHINARĬUS, ii, m. molochini coloris infector. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 40. Astant molochinarii, petunt fullones. Adde *Inscription.* apud *Murator.* pag. 939. n. 6.

MOLOCHĬNUS, a, um, *of the colour of the flower of mallows*, ad colorem malvæ inclinans: a μολόχη, malva, quod malvæ florum similitudinem habeat. *Cæcil.* apud *Non.* c. 16. n. 2. Carbasina, molochina, ampelina.

MOLOCHĪTES, æ, m. *a gem of a thick greenish colour like mallows*, μολοχίτης, gemma non translucens, spissius virens et crassius, quam smaragdus, a colore malvæ nomine accepto (nam *μολόχη malva* est) reddendis laudata signis, et infantium custodia quadam, innato contra pericula ipsorum medicamine. Nascitur in Arabia. *Plin.* l. 37. c. 8. *a med.*

MOLORCHÆUS, a, um, ad Molorchum pertinens. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 13. Alcides deus ascensurus Olympum Læta Molorchæis posuit vestigia tectis.

MOLORCHUS, i, m. pauper quidam vinitor Arcadiæ, in agro Cleonæo, prope Nemeen, cujus filium Leo Nemeæus interfecerat. Hic advenientem Herculem ejus occidendi causa hospitio excepit, docuitque, quemadmodum adversus feram venatio esset instituenda. Cæso leone Hercules omnem circa agrum Molorcho donavit, unde ille postea magnam vini copiam sua industria comparavit. *Stat.* l. 4. silv. 6. v. 51. qualem parci domus admirata Molorchi. *Id.* l. 3. silv. 1. v. 29. pauperis arva Molorchi. *Id.* 4. *Theb.* v. 16. Cleonæi vineta Molorchi. *Virg.* 3. *Georg.* v. 19. lucosque Molorchi. *h. e.* Nemeæam silvam. Al. leg. *ludosque*, h. e. Nemeæos. *Martial.* l. 4. epigr. 64. v. 29. Credas Alcinoi pios Penates, Aut facti modo divitis Molorchi.

MOLORTHUS, i, m. *a plummet*, perpendiculum, idest plumbum rectum filo et gnomone dependens: a μόλυβδος, plumbum, et ὀρθὸς, rectus. Afferunt nonnulli illud *Statii* l. 3. silv. 2. v. 30. Sint quibus exploret rupes gravis ante Molorthus. Ubi alii leg. *Molybdus.* Alii aliter.

MOLOSSI, orum, Μολοσσοὶ, populi Epiri, quorum urbs Dodona, ubi templum fuit Jovis Dodonæi oraculo celebre. *Plin. in proœm.* l. 4. et cap. 1. ¶ Dicti sunt a Molosso Pyrrhi regis Epiri, et Andromaches filio. *Serv. ad Æn.* 3. v. 297. *Stat.* l. 2. silv. 6. v. 29.

MOLOSSĬA, æ, f. Μολοσσία, regio Epiri, in qua Molossus regnavit. *Serv. ad Æn.* 3. v. 297. V. vocem præced.

MOLOSSIAMBOS, i, m. pes metricus molosso et iambo constans, h. e. tribus longis, brevi, et longa, ut *admirabiles. Diomed.* l. 3. p. 478. *Putsch.*

MOLOSSĬCUS, a, um, [† Molossus,] ad Molossos pertinens. *Plaut. Capt.* 1. 1. 18. Parasiti Molossici. *h. e.* edaces tanquam canes Molossi. *ravenous as mastiffs.* ¶ Molossicum carmen apud Grammaticos est, quod Molossis pedibus constat. Durissimum genus carminis: cujus exemplum dat *Cæsius Bassus* tale: Romani victores Germanis devictis. *Diomed.* l. 3. pag. 513. *Putsch.*

MOLOSSOPYRRICHĬUS, ii, m. pes metricus molosso, et pyrrichio constans, h. e. tribus longis et duabus brevibus, ut *admirabilis. Diomed.* l. 3. pag. 478. *Putsch.*

MOLOSSOSPONDĒUS, i, m. pes metricus, molosso ac spondeo constans, seu quinque syllabis longis, ut *conturbatores. Diomed.* l. 3. pag. 479. *Putsch.*

MOLOSSUS, a, um, *Molossian*, Μολοσσὸς, ad Molossos populos, vel Molossum regem, vel Molossiam regionem pertinens. V. *Molossi. Ovid.* 1. *Metam.* 216. missi de gente Molossa. et lib. 13. v. 717. nati rege Molosso. ¶ Celebres sunt Molossi canes, et venationibus aptissimi. *mastiffs. Horat.* l. 2. sat. 6. v. 114. domus alta Molossis Personuit canibus. *Martial.* l. 12. epigr. 1. Retia dum cessant, latratoresque Molossi. *Stat.* l. 2. *Achil.* v. 72. velut ille cubilia prædæ Indubitata tenens multo legit arva Molosso Venator. *Virg. Georg.* 3. v. 405. et *Senec. in Hippol.* v. 32. Molossus acer. *Virg. in Cul.* v. 330. Scylla rapax canibus succincta Molossis. *Lucan.* l. 4. v. 440. Venator tenet ora levis clamosa Molossi. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 24. Atque armillatos colla Molossa canes. *Grat. in Cyneg.* v. 107. rure Molosso nata canis. *Lucret.* l. 5. v. 1062. canum ricta Molossum. *pro* Molossorum. ¶ Molossus pes metricus trisyllabus constat tribus longis, ut *Arpinas, evertunt. Quintil.* l. 9. c. 4. Ideo Molossus dictus est, inquit *Diomed.* l. 3. v. 475. *Putsch.* quia Molossi, h. e. Thessali ad bellum procedentes hujus modulata compositione utebantur. Confirmant *Isid.* l. 1. *Orig.* c. 16. et *Mar. Victorin.* l. 1. *de Gramm.* pag. 2487. Alii inde dictum putant, quia inventus sit a Molosso Cretensi viro. *Mar. Plotius de Metr.* pag. 2625.

MOLŬCRUM, non solum, quo molæ vertuntur, dicitur, id quod Græci μύλικρον (al. μύλακρον) appellant; sed etiam tumor ventris, qui etiam virginibus solet evenire: cujus meminit Afranius in Virgine: Ferme virgini, tanquam gravidæ mulieri, crescit uterus: molucrum vocatur: transit sine doloribus. Cloatius etiam in libris sacrorum: Molucrum aiunt esse lignum quoddam quadratum, ubi immolatur. Idem Ælius in explanatione carminum Saliarium eodem nomine appellari ait, quod sub mola supponatur. *the treadle of a mill.* Aurelius Opilius appellat, ubi molatur. Hæc *Festus.* Porro μύλικρον, seu μύλακρον, est a μύλη, mola, tum quæ grana terit, tum quæ in uteris feminarum nascitur. Sunt qui in prioribus *Festi* verbis legunt, *quo molæ verruntur*, et μύλακρον, dictum aiunt a μύλη, et κορέω, verro, quasi μυλήκορον. At μύλακρον, tumor, ducunt a κρέας, caro, quasi μυλόκρεος, h. e. massa carnis.

MOLY, yos, n. *the herb moly*, μῶλυ, herba radice rotunda, et nigra, magnitudine cæpæ, folio scillæ, flore luteo, vel candido, ut Homerus scripsit *Odyss.* 10. v. 304. vim summam habens adversus omnia veneficia. *Plin.* l. 25. c. 4. et *Auct. Priap.* carm. 69.

MOLYBDÆNA, æ, f. *a vein of lead and silver*, μολύβδαινα, vena communis plumbi, et argenti. *Plin.* l. 34. c. 18. ¶ Item plumbago, genus herbæ folio lapathi, radice crassa, hispidæ: sic dictæ, quod plumbum, idest oculorum vitium, commanducata tollat. *Plin.* l. 25. c. 13. *the herb leadwort.*

MOLYBDĪTIS, is, *the spume or foam of lead*, μολυβδῖτις, plumbi spuma, sicut argyritis, spuma argenti. *Plin.* l. 33. c. 6.

MOLYBDUS, i, m. μόλυβδος, plumbum, vox Græca. Pro plumbo illo, quo aquæ altitudinem nautæ explorant, usurpari putant nonnulli a *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 30. *a plummet.* Locum V. in *Molorthus.* [† *Gesnerus* post *Gronovium* legit *Molybdis.*]

MOMAR, stultus, apud Siculos. *Fest.*

MOMEN, inis, n. *a motion or impulse*, idem ac momentum, a supin. *motum* verbi *moveo*, ut *nomen* a *notum. Lucret.* l. 3. v. 189. Momine uti parvo possint impulsa moveri. *Id.* l. 6. v. 473. Posse quoque e salso consurgere momine ponti. *Arnob.* l. 2. p. 77. Non parvi sed esse nullius existimandum est mominis, quod per omnia diffusum perit. *of no weight or moment. Manil. sub fin.* l. 3. Momina in adversum flectat rursumque resolvat. *h. e.* tempora.

[† MOMENTALĬTER, adv. brevissimo momento. *Fulgent. Mythol.* 2. 3. Iris ornatus varios pingens arcuato curvamine, momentaliter refugit.]

MOMENTANĔUS, a, um, *momentary, momentaneous*, ὀλιγοχρόνιος, qui momento temporis, vel brevi facile mutatur ac deficit. *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 17. Momentaneus ardor. Sunt qui et *Livio* tribuunt lib. 1. c. 7. *ad fin.* sed plerique alii aliter legunt.

MOMENTARĬUS, a, um, *enduring but for a moment, momentary, brief*, ὀλιγοχρόνιος, qui momentum temporis, vel brevi admodum durat. *Apul.* l. 2. *Metam.* Momentaria vita. et lib. 5. Momentarius maritus. *et initio* l. 9. Momentaria salus. et l. 10. Momentarium venenum. *h. e.* quod momento temporis conficit. *acting instantly. Papinian. Dig.* lib. 34. tit. 1. leg. 8. Ea res præsentem ac momentariam curam injungit.

MOMENTŌSUS, a, um, momentarius, momentaneus. *Quintil.* declam. 13. c. 12. *de apib.* Nunc vero disserendum mihi est, quam momentosa sit hujus animalis rapina. Nescimus, qua pernicitate plerumque vix contactis floribus, revolet, discurratque per singulos velox experimento: quam etiam ubi immorantur, libratis pendeant alis, &c. *h. e.* quam brevi tempore fiat. Alii interpretantur, quam parvi momenti, et damni sit. Alii lectionem sollicitant, et mallent *quam non damnosa*, vel *quam non onerosa.*

MOMENTUM, ti, n. *a motion or impulse; motion, movement; any thing that causes motion, as a touch, push, weight*, &c. *force, power*, ῥοπή, dictum per syncop. pro *movimentum* a *moveo*, significat motum, quo aliqua res impellitur. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 46. Astra se et nixu suo conglobata continent, et forma ipsa figuraque sua momenta sustentant. *Senec.* epist. 90. *circa med.* Pisces cauda reguntur, et levi ejus in utrumque momento velocitatem suam flectunt. ¶ Hinc translate est mutatio, perturbatio. *Vellei.* l. 2. c. 78. Provincias magnis momentis Labienus concusserat. *Lucan.* l. 7. v. 118. Si sine momento rerum, partisque ruina Casurum est, &c. ¶ Item metonymice causam ipsius motus, scil. pondus, quo premente res movetur. Quare præcipue locum habet in statera, quæ dum æqualiter pendet, ponderis alicujus vel levissimi accessione facile inclinatur. *Plin.* l. 30. c. 10. Œsypum cum myrrhæ momento, et vini cyathis duobus dilutum. *h. e.* perexigua quantitate. Sic c. 11. Sordes aurium denarii pondere cum myrrhæ momento. *Id.* l. 31. c. 3. Nullo pæne momento ponderis aquæ inter se distant. ¶ Translate *Cic.* 5. *Phil.* c. 10. Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt, cum in omni casu reipubl. tum in bello, et maxime civili. *from the most trifling causes. Id.* 3. *Offic.* c. 3. Omnia ex altera parte collocata, vix minimi momenti instar habent. *Id. pro Font.* c. 6. Unamquamque rem æstimare, momentoque suo ponderare. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 39. *extr.* Levi momento æstimare aliquid. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 31. Inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam atque judicio dispensare atque componere. *Terent. Andr.* 1. 5. 31. Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur. Ubi *Donat.* Translatio est hæc a mole alicujus ponderis, quæ ante quam in loco sederit, cum incerta pendet, facillime commovetur. *Liv.* l. 39. c. 5. Non pendere ex alterius vultu, ac nutu, nec alieni momentis animi circumagi. *to be biassed by the motives or inclinations of another.* ¶ Pro additamento, accessione. *Justin.* l. 7. c. 3. Mittit ad subigendam Thraciam, ceteraque ejus tractus regna: quibus pro ignobili momento erat accessura Macedonia. ¶ Dicitur etiam de quacumque parva re. *Plin.* l. 7. cap. 1. Naturæ rerum vis atque majestas in omnibus momentis fide caret. *Id.* l. 36. c. 4. *de Phidia.* In scuto Minervæ Amazonum prœlium cœlavit intumescente ambitu parmæ: ejusdem concava parte deorum et gigantum dimicationem: in soleis vero Lapitharum et Centaurorum: adeo momenta omnia capacia artis illi fuere. *Id.* l. 18. cap. 34. Sol quotidie ex alio cæli momento, quam pridie, oritur. *Quintil.* l. 3. *c. ult. ad fin.* Corpus orationis in parva momenta diducere. ¶ Translate *Cic. pro Mur.* cap. 2. Cato diligentissime perpendens momenta officiorum omnium. ¶ Sæpissime de exigua parte temporis. *a moment or minute. Cic. Fam.* l. 6. ep. 10. *ad fin.* (*al.* ep. 11.) Quæ quoniam in temporum inclinationibus sæpe parvis posita sunt, omnia momenta observabimus, neque ullum prætermittemus tui juvandi et levandi locum. *Id.* l. 1. *de Divin.* c. 52. Parvis momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. *Plin.* l. 4. ep. 30. Fons certis dimensisque momentis vel subtrahitur, vel assurgit. *h. e.* certis temporibus, statis horis. *Id. in Paneg.* c. 56. Quod momentum, quod immo temporis punctum aut beneficio sterile, aut vacuum laude? *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 6. Sed tantum, re provisa, Brutus celeritate navis enisus est, ut parvo momento antecederet. *Petron. in Satyr.* c. 28. *Liv.* l. 21. c. 33. et *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 86. Momento temporis. *in a moment of time. Horat.* l. et sat. 1. v. 7. horæ Momento aut cita mors venit, aut victoria læta. *Plin.* l. 7. c. 51. Mæcenati triennio supremo nullo horæ momento contigit somnus. *Sueton. in Aug.* c. 50. Ad epistolas omnes horarum quoque momenta, quibus datæ significarentur, addebat. *Justin.* l. 2. c. 14. Tam brevi horarum momento. *in so short a time. Ovid.* l. 3. *ex Pont.* ep. 5. v. 47. te momentis video omnibus absens. *every moment. Plin.* l. 22. c. 22. *a med.* Sion illitum lentigini momento cutem emendat. *in a very short time.* Sic *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 27. Momento fit cinis, diu silva. *Senec. alter in Hippol.* v. 770. Fulgor, teneris qui radiat genis, momento rapitur. *Petron. in Satyr.* c. 92. Ut solum hospitem vidi, momento recepi. *in a moment, immediately. Plin.* l. 23. c. 7. *a med.* Pruna stomacho non utilissima, sed brevi momento. *h. e.* stomacho nocent, sed ad breve tempus. ¶ Apud *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 16. *momenta Leonis* sunt ipsum tem-

pus, quo sol in signo Leonis est, simulque pondus et vis caloris, quo terras urget. ¶ Frequenter admodum significat vim impellentem ad aliquid faciendum, pondus, robur, quo accedente quippiam facilius fit: ducta translatione a statera, ut dictum est. *Cic. pro Mur.* c. 30. Petunt aliquid publicani? cave quidquam habeat momenti gratia. *Justin.* l. 11. c. 4. *extr.* Qui ad Darium profecti, non mediocre momentum Persarum viribus accessere. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 13. In iis esse ad bene vivendum momenta maxima. *Id. pro Mur. in fi.* Si quid habet aut momenti commendatio, aut auctoritatis confirmatio mea. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 70. Ita parvæ res magnum in utramque partem momentum habuerunt. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 26. Qui locus bene tractatus magno ad persuadendum momento futurus est. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. 17. Maximam animi aut voluptatem, aut molestiam plus aut ad beatam, aut ad miseram vitam afferre momenti, quam, &c. *Liv.* l. 29. c. 35. Quorum adventus hoc tamen momenti fecit, ut Scipio abscederet inde irrito incepto. *Id.* l. 1. c. 47. Nullum momentum in dando adimendoque regno facere. et lib. 4. c. 12. *ad fin.* Nullum momentum annonæ facere. *h. e.* nihil conferre ad annonam levandam. *to effect no change in the price of*, &c. *make no alteration in*, &c. *Sil.* l. 8. v. 252. Tantum in quassata bellis caput extulit urbe, Momentum ut rerum, et fati foret arbiter unus. *h. e.* ut ab eo rerum inclinatio mutatioque penderet. Sic *Liv.* l. 3. c. 12. Juvenis egregius, maximum momentum rerum ejus civitatis, in quamcumque venisset. (Adde *Lucan.* l. 4. v. 818.) *Justin.* l. 5. c. 4. Tantum in uno viro fuisse momenti, ut maximi imperii subversi, et rursum recepti auctor esset. *power.* ¶ *Momenta rationum*, quibus ad credendum impellimur, *bias, weight, influence, consequence. Cic.* 1. *Acad. c. ult.* Cum in eadem re paria contrariis in partibus momenta rationum invenirentur. Absolute *Ovid.* 11. *Metam.* v. 285. Adjicis huic animo momenta potentia, clarum Nomen, avumque Jovem. *powerful motives.* ¶ Apud *Ovid. in fi.* ep. 13. l. 4. *ex Pont.* præbere momenta saluti. *h. e.* adjumenta, quibus a Cæsare detur Ovidio salus. ¶ *Magni, parvi, nullius momenti esse*, h. e. auctoritatis, ponderis, pretii, *moment, value, weight, importance. Cic. in Vatin.* c. 1. Cujus testimonium propter turpitudinem vitæ nullius momenti putaretur. et cap. 4. Id est maximi momenti et ponderis. *Id. Verr.* 7. c. 69. In republica permagni momenti est ratio, atque inclinatio temporum. *Nep. in Alcib.* c. 8. Sentiebat, se, Alcibiade recepto, nullius momenti apud exercitum futurum. *would have no weight or influence with*, &c.

MOMUS, i, m. Μῶμος, deus quidam esse dicitur, Nocte ac Somno genitus, ut est apud *Hesiod. in* Θεογον. v. 214. cui mos est ipsum quidem nihil agere, sed aliorum deorum opera curiosis oculis contemplari, et per summam libertatem notare et carpere. Ipsa vox probrum, dedecus, reprehensionem significat. Dicitur et de quovis invido, irrisore et reprehensore. Græce *Cic. Attic.* l. 5. ep. 20. Ut etiam Ligurino μώμῳ satisfaciam.

[† MONA, æ, f. Μόνα, hod. *Anglesea*, insula inter Britanniam et Hiberniam sita, celeberrima olim Druidum sedes. *Plin.* 4. 16. *Tacit. Ann.* 14. 29. Alii pro *Man* sumunt.]

MONĂCHA, æ, f. *a nun*, solitariæ vitæ femina. *Hieronym.* ep. 25. *ad Paulam de obitu Blæsillæ post med.*

MONACHĬCUS, a, um, *monachal, monastic*, ad monachum pertinens. *Justinian. novell.* constitut. 133. c. 5. Monachicum certamen.

MONACHĪUM, ii, n. μοναχεῖον, locus, vel sodalitas monachorum. *Impp. Valentinian. et Marcian.* lib. 1. *Cod.* tit. 2. leg. 13.

MONĂCHUS, i, m. *a monk*, μοναχὸς, solitarius, qui vitam vivit solitariam: a μόνος, solus. *Rutil. Numatian.* l. 1. v. 441. Ipsi se monachos Graio cognomine dicunt, Quod soli nullo vivere teste volunt. [*Sidon.* l. 5. ep. 17. Cultu peracto vigiliarum, quas monachi, clerique psalmicines concelebraverant.]

MONALĬTER. V. *Monauliter.*

MONARCHĬA, æ, f. *monarchy*, μοναρχία, unius principatus: a μόνος, solus, et ἀρχὴ, imperium. *Tertull. advers. Prax.* c. 3. et *Capitolin. in Maxim. et Balb.* c. 14.

MONAS, adis, f. *unity; a monad*, μονὰς, unitas, singularitas. *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. *Tertull. advers. Valentin.* c. 37. et *de præscriptionib. advers. Hæret.* c. 49. *extr.* et *Augustin.* l. 4. *Confession.* c. 15.

[† MONASTERIĀLIS, e, adj. Disciplina monasterialis. *Sidon. Epist.* 6. 2.]

MONASTERĬUM, ii, n. *a monastery*, μοναστήριον, locus, in quo Monachi degunt. *Augustin.* ep. 86. *ad Casulan.*

MONASTRĬÆ, arum, f. *nuns*, μονάστριαι, mulieres Deo dicatæ, et solitariam vitam agentes: quarum fit mentio in *Novell. Constitut. Justin.* 123. c. 27.

[* MONAULES, is, m. μοναύλης, qui monaulo sonat. *Notæ Tiron.* pag. 173. *Gruter.*]

MONAULĪTER, cum simplici tibia, quæ monaulos dicitur. *Martian. Capell.* lib. 9. pag. 307. Puer monauliter sonabat. Ita *Grotius* legi oportere affirmat ex MS. cum *monaliter* in editis legatur. *h. e.* solitarie: solus puer sonabat.

MONAULOS, *et* Monaulus, i, m. *a simple pipe*, μόναυλος, tibia simplex, seu singularis: a μόνος, solus, et αὐλὸς, tibia. *Plin.* l. 7. c. 56. *a med.* Fistulam, et monaulum invenit Pan Mercurii, obliquam tibiam Midas, geminas tibias Marsyas. *Martial.* l. 14. epigr. 64. cujus lemma *Tibiæ.* Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis: Sæpe duas pariter, sæpe monaulon habet.

MONAZONTES, *monks*, μονάζοντες, apud *Impp. Valentinian. et Valent.* lib. 10. *Cod. Justinian.* tit. 31. leg. 26. et lib. 12. *Cod. Theodos.* tit. 1. leg. 63. sunt monachi solitariam vitam agentes. Græca vox.

MONEDŬLA, æ, f. *a jack-daw, daw, chough*, κολοιὸς, avis ex genere graculorum. *Plin.* l. 17. c. 14. Monedula condens semina in thesauros cavernarum. *Id.* l. 10. c. 29. Immensa finitimo Insubrium tractu examina graculorum, monedularumque, cui soli avi furacitas auri argentique præcipue mira est. *Cic. pro Flacc.* c. 31. Re vera non plus aurum tibi, quam monedulæ committebant. *they trusted you with the money no further than they could see.* proverbium. ¶ Fabulantur, in hanc avem versam esse Arnem nympham, quod patriam auro capta et corrupta vendidisset. *Ovid. Metam.* 7. v. 465. quaque impio prodidit arcem Sithonis accepto, quod avara poposcerat auro, Mutata est in avem, quæ nunc quoque diligit aurum: Nigra pedem, nigris velata monedula pennis. ¶ Est vox blandientium, quia deliciarum est avis, sermonem hominum facile perdiscens. *Plaut. Capt.* 5. 4. 5. Patriciis pueris aut monedulæ, aut anates, aut coturnices dantur, quicum lusitent. *Id. Asin.* 3. 3. 103. Dic me anaticulam, columbam, vel catellum, hirundinem, monedulam, &c.

MONĒLA, læ, f. *advice, admonition*, monitio. *Tertull. de patient.* c. 8. et l. 4. *advers. Marcion.* c. 34.

MONĔO, es, ui, nitum, a. 2. *to put in mind, bring to one's recollection, advise, admonish, warn*, παραγγέλλω, παραινέω, admoneo, commoneo, prædico, suadeo. Volunt esse vel ab obsoleto *meneo*, a quo *memini* (unde a memoria deducit *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 6.) vel a μηνύω, significo, indico. *Cic.* 10. *Fam.* ep. 1. Illud erat amoris mei, monere te atque hortari, ut in rempubl. incumberes. *Id. Verr.* 2. c. 12. Moneo, prædico, ante denuntio, abstineant manus. *Id.* 4. *Fam.* ep. 3. Monere et denuntiare. *Sallust. in Jug.* c. 10. Per hanc dexteram moneo obtestorque, ut &c. *Id. in epist. Pompeii ad Senat.* Quod ego vos moneo quæsoque, ut &c. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 16. *sub fin.* Oro, ut Terentiam moneatis de testamento. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 3. *sub fin.* Quod me de retinenda Sestii gratia litteris monuisti. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 34. Monet rationem frumenti esse habendam. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 20. Monet, ut suspiciones vitet. *Terent. Eun. prol.* v. 16. Is ne erret, moneo. *Justin.* l. 11. c. 13. Macedonas monebat, ne multitudine hostium moverentur. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 1. Si te unum illud monuerimus, artem sine assiduitate dicendi non multum juvare. *Virg.* 10. *Æn.* v. 439. Interea soror alma monet succurrere Lauso Turnum. *Cic. Catil.* 2. c. 9. *extr.* Sed eos hoc moneo, desinant furere. *Terent. Adelph.* 3. 4. 65. Moneo, quid facto opus sit. *Cic. Fam.* 3. ep. 3. Fabius ea me ex tuis mandatis monuit, quæ universo Senatui venerant in mentem. *Id.* 14. *Attic.* ep. 19. Id ipsum quod me mones, quatriduo ante ad eum scripseram. *Nep. in Phoc.* c. 2. Cum Phocion moneretur, Nicanorem Piræeo insidiari. *Cic. de Amic.* c. 24. Obsurdescimus, nec ea, quæ a natura monemur, audimus. *Propert. in fin.* el. 15. l. 1. Queis ego nunc pereo, similes moniturus amantes. ¶ *Monere aliquid alicui*, dictum esse a *Plauto* quidam putant, *Trucul.* 4. 1. 12. Unum animus monuit mihi. *h. e.* subjecit, suasit. *Al. leg.* Unum animos movit mihi. *Alii aliter.* ¶ Cum genitivo, *Tacit.* 1. *Ann.* c. 67. Tunc contractos in principia, jussosque dicta cum silentio accipere, temporis ac necessitatis monuit. ¶ Eleganter tribuitur rebus inanimis. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 73. At quanto meliora monet, pugnantiaque istis Dives opis natura suæ! *Id.* lib. 4. od. 7. v. 7. Immortalia ne speres, monet annus. *Plin.* l. 18. c. 25. *ad fin.* Natura monet festinare. *Virg.* 1. *Georg.* v. 464. sol cæcos instare tumultus, Sæpe monet. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 8. Et res ipsa monebat, et tu ostenderas, et ego videbam, finem inter nos scribendi fieri tempus esse. *Plaut. Mil.* 1. 1. 49. Edepol memoria est optima. *Artr.* offæ me monent. *h. e.* memorem faciunt. *Phædr.* l. 1. *prol.* v. 3. Duplex libelli dos est, quod risum movet, Et quod prudenti vitam consilio monet. *h. e.* dirigit. ¶ Pro docere, *to teach, instruct. Valer. Flacc.* l. 1. vers. 5. Phœbe mone. (Adde lib. 6. v. 33.) *Virg.* 7. *Æn.* v. 42. Tu vatem tu, diva, mone. *Plin. in Paneg.* c. 26. Labor erat parentibus parvulos adulantia verba edocere: reddebant illi, quæ monebantur. ¶ Pro narrare. *Horat.* l. 3. od. 7. v. 19. Et peccare docentes Fallax historias monet. Al. leg. *movet.* ¶ Pro castigare, punire. *to chide, punish. Tacit. Annal.* 5. c. 9. Puerili verbere monere aliquem. V. *Admoneo.* ¶ Pro prædicere; et refertur ad auguria, prodigia, et oracula. *Virg. Ecl.* 9. v. 14. nisi me quacumque novas incidere lites, Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix, &c. *had warned or forewarned. Stat.* l. 8. *Theb.* v. 33. et vera monentibus aris. *Sil.* l. 4. v. 120. et l. 5. v. 117. Quippe monent Superi. *Sueton. in Calig.* c. 57. Monuerunt et sortes Antiatinæ, ut a Cassio caveret. *Cic. de Harusp. resp.* c. 25. Cum dii immortales monent de optimatium discordiis. *Virg.* 3. *Æn.* v. 712. vates Helenus cum multa horrenda moneret. ¶ Pro hortari, excitare. *Propert.* l. 2. el. 15. v. 19. Incipiam captare feras, et reddere pinu Cornua, et audaces ipse monere canes. *Senec. in Agam.* v. 428. Et clara lentum remigem monuit tuba. ¶ *Monerim* pro *monuerim* antiquum est. *Pacuv.* apud *Non.* c. 10. n. 22. Dic, quid faciam: quod me moneris, effectum dabo. *Id. ibid.* Dii monerint meliora. ¶ *Plaut. Curcul.* a. 3. *in fin.* Qui monet, quasi adjuvat. γνώμη. ¶ Apud *eund. Pseud.* 4. 1. 11. Monendus ne me moneat. proverb. quo significamus contemptum ejus, cujus monita aspernamur. Huic simile est *sus Minervam.* Proverbii speciem habet et illud *Capt.* 2. 3. 36. Quæ memini, mora mera est monerier.

MONĒRIS, is, f. *a ship of one bank of oars; a galiot, felucca, brigantine*, μονήρης, genus navigii, quod simplici remorum ordine agitur: Græca vox a μόνος, solus. *Liv.* l. et cap. 38. Neve plures quam decem naves actuarias habeto, neve monerem ex belli causa.

MONĒTA, æ, f. *money, coin*, νόμισμα, pecunia signata forma publica, numus: a Junone Moneta, in cujus æde Romæ cudebatur, ut infra dicam. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 221. Æra dabant olim: melius nunc omen in auro est: Victaque concedit prisca moneta novæ. *Martial.* l. 1. epigr. 100. convivia sumptuosiora Nigræ sordibus expleas monetæ. *h. e.* æreæ. *Id.* l. 14. epigr. 12. cui titulus *Loculi eburnei.* Hos nisi de fulva loculos implere moneta Non decet: argentum vilia ligna ferant. *h. e.* aurea. *Lucan.* l. 6. v. 404. aurumque moneta fregit. *h. e.* in monetas concidit. *Trebell. Poll. in Gallien.* c. 12. et *in* XXX. *Tyrann.* c. 26. Monetam cudere. *to stamp, mint, coin. Paul. sententiar.* lib. 5. tit. 25. signare vultu principis. *Lamprid. in Anton. Diadum.* c. 2. percutere. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 13. leg. 6. adulterinam exercere. *to forge, counterfeit. Plin.* l. 33. c. 9. Falsæ monetæ æra miscere. *to alloy.* ¶ Videtur etiam ipsam notam pecuniæ significare. *Martial.* l. 12. epigr. 55. Aut libram petit illa Cosmiani, Aut binos quater a nova moneta. *newly coined.* ¶ Translate *Juvenal.* sat. 7. v. 55. Communi feriat carmen triviale moneta. *Apul. in Apolog.* Ea tamen nomina labore meo et studio ita de Græcis provenire, ut tamen Latina moneta percussa sint. *h. e.* forma et positione. ¶ Est etiam locus, in quo moneta cuditur. *a mint. Ammian.* l. 22. c. 11. (*al.* 28.) Dracontius Monetæ præpositus, aram in Moneta, quam regebat, recens locatam evertit. *the mintmaster. Sidon.* carm. 23. v. 41. Delubris, capitoliis, monetis. *Sueton. in Cæs.* c. 76. Monetæ, publicisque vectigalibus peculiares servos præposuit. *h. e.* tum loco, tum universæ procurationi pecuniæ cudendæ: cui præesse antea consueverant Triumviri auro, argento, ære flando, feriundo: qui et *Monetales* dicti sunt. Pertinent huc illa *Cicer. initio Philipp.* 7. Parvis de rebus, sed fortasse necessariis, consulimur, P. C. de Appia via, et de Moneta, *&c.* et lib. 8. *ad Attic.* ep. 7. *extr.* Ad Philotimum scripsi de viatico, sive a Moneta, sive ab Oppiis. *h. e.* seu argentum infectum permutando cum pecunia signata, a Moneta sumpta, seu ab Oppiis feneratoribus accipiendo pecuniam in viaticum. ¶ Translate *Macrob.* l. 1. *in Somn. Scip.* c. 6. *a med.* Semine semel intra formandi hominis monetam locato. *h. e.* uterum. *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 35. Jam tempus est quædam ex nostra, ut ita dicam, moneta proferri. *h. e.* de nostra Stoica doctrina. ¶ Præterea *Moneta* apud *Hygin. in præfat.* est mater Musarum: a *monendo*: quæ et *Mnemosyne* dicitur a memoria. *Gloss.* Μνημοσύνη, Moneta. *Liv. in Odyss.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 679. *Putsch.* Nam diva Monetas filiam docuit. *Monetas* genitivus est antiquus, ut *Latonas, fortunas, familias*, &c. ¶ Fuit etiam cognomen Junonis, quia Romanos monuisse credita est, ut propter terræmotum sue plena rem divinam facerent, ut est apud *Cicer.* 1. *de Divin.* c. 45. et lib. 2. c. 32. Huic ædem vovit L. Furius Camillus Aurunco bello: cui Senatus locum destinavit in arce Capitolii, ubi fuerat area ædium M. Manlii Capitolini, ut *Liv.* l. 7. c. 28. et *Ovid.* 6. *Fast.* v. 183. narrant. De ea *Ovid.* 1. *Fast.* v. 638. Qua fert sublimes alta Moneta gradus. et *Lucan.* l. 1. v. 380. Numina miscebit castrensis flamma Monetæ. Porro *Suidas* aliam hujus appellationis causam affert in Μονῆτα, scilicet, quod cum Romani pecunia indigerent bello contra Pyrrhum et Tarentinos, Junonem oraverunt: quæ respondit, si justitia in bellis uterentur, pecuniam eis non defuturam: quod cum illis successisset, Junonem Monetam, hoc est consultricem, colere cœperunt: simulque decrevere, monetam in ejus templo feriri. *Liv.* quoque l. 6. c. 20. Ædem et officinam Monetæ juncta fuisse indicat. Ex quibus patet, nomen pecuniæ a Junonis cognomine ductum esse, ut initio diximus. ¶ In tribus numis Commodi apud *Mediobarb.* et *Vaillant. Apollini Monetæ* in aversa parte legitur, sic dicto, quod tempore pestilentiæ salutaria monuerit. Hinc apparet, hanc vocem etiam mascul. gen. esse, a Græco μονήτης.

MONETĀLIS, le, *relating to money or coin*, νομισματικὸς, ad monetam seu pecuniam pertinens. *Apul.* lib. 7. *Metam.* Auro monetali zonæ refertæ. ¶ *Triumviri monetales*, auri, argenti, æris flatores, cudendæ monetæ provinciam curabant. *Pompon. Dig.* lib. 1. tit. 2. leg. 2. *circa med.* et *Cic. Attic.* l. 10. ep. 11. *extr.*

MONETARIUS, ii, m. *a minter, mintman, coiner*, ἀργυροκόπος, qui monetam cudit: qui in Moneta publica operatur. Hujusmodi artificum corpus quoddam Romæ fuit, tantaque aliquando copia, ut seditionem movere, et rebellare potuerint. *Aurel. Vict. in Epitom.* c. 35. *Eutrop.* l. 9. c. 14. et *Vopisc. in Aurel.* c. 38. Fuit sub Aureliano etiam monetariorum bellum, Felicissimo rationali auctore. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 968. n. 5. L. Paccio Hermetis lib. monetario. Adde *Firmic.* l. 8. c. 17. *a med.* et *Impp. Gratian. Valent. et Theodos.* lib. 11. *Cod.* tit. 7. leg. 7. &c.

MONĪLE, lis, n. *an ornament for the neck; a necklace, collar*, ὑποδερὶς, ὅρμος, ornamentum colli ex auro, aut margaritis, aut gemmis: proprium feminarum: cum *torquis* sit hominum: tametsi et pueris, præsertim delicatius ornatis, aliquando tribuitur. *Cic. Verr.* 6. c. 18. *in fin.* Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut cum vidisset monile, ut opinor, ex auro et gemmis, pulcritudine ejus incensa salutem viri proderet. (V. *Stat.* 2. *Theb.* v. 265.) *Quintil.* l. 11. c. 1. Monilibus, et margaritis, ac veste longa, quæ sunt ornamenta feminarum, deformantur viri. *Virg. Æn.* 1. v. 658. colloque monile Baccatum. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 52. *de Athide puero.* ornabant aurata monilia collum. *Id. Heroid.* ep. 9. v. 57. Vidit in Herculeo suspensa monilia collo. *Valer. Flacc.* lib. 6. v. 668. derepta monilia divæ contrectat. *Plin.* l. 37. c. 3. Feminæ monilium vice succina gestantes. ¶ In collis equorum, aliorumve animalium. *a poitrel. Virg.* 7. *Æn.* v. 277. Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis: Aurea pectoribus demissa monilia pendent. *Ovidius de cervo*, l. 10. *Metam.* v. 112. Cornua fulgebant auro, demissaque in armos Pendebant tereti gemmata monilia collo. ¶ Producitur prima in illo *Petronii in fragment.* apud *Burmann.* pag. 668. Guttura nunc aliæ magnis monilibus ornent. Sed hoc carmen videtur esse alius *Petronii*, qui posterior *Arbitro* sit.

MONIMENTUM. V. *Monumentum.*

MONITĬO, onis, f. *the act of admonishing; advice, counsel, admonition*, παραίνεσις, actus monendi, monitus. *Festus:* Objurgatio, post turpe factum castigatio: monitio vero est ante commissum. *Cic. de Amic.* c. 24. Monitio acerbitate, objurgatio contumelia careat. *Sueton. in Tiber.* c. 18. Addita monitione, ut se interprete uteretur. *Id. in Ner.* c. 56. Icunculam puellarem pro summo numine coluit: volebatque credi, monitione ejus futura prænoscere. *Colum.* l. 11. c. 1. Adolescentulos corporis robusti peritissimis agricolis commendemus, quorum monitionibus vel unus e multis rusticationis consequatur scientiam. *lessons, instructions.*

MONĪTO, as, a. 1. frequentativ. a *moneo. Venant. Fortun.* l. 2. *de vita Martini*, v. 387. Martinus monitat, cunctis talem esse sequendum. Adde lib. 5. carm. 5. v. 23.

MONĪTOR, oris, m. *an adviser, counsellor, admonisher, monisher, monitor*, παραινέτης, qui monet. *Terent. Heaut.* 1. 1. 119. Nil opus fuit monitore. et 3. 1. 2. Adjutor meus, et monitor, et præmonstrator Chremes. *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 67. monitoris egere. *Id. in ar. Poet.* v. 163. juvenis monitoribus asper. *Sallust. in Jug.* c. 87. *extr.* Sumat aliquem ex populo monitorem officii sui. *Senec.* ep. 94. *ante med.* Monitorem non desiderabit ad singula, qui dicat, sic incede, sic cœna. ¶ Speciatim est qui in foro oratori adest, et dicenda agendaque monet. *a prompter to orators*, πραγματικός. *Cic. in Divin. Verr.* c. 16. Video mihi, non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus hic tenet. Adde lib. 2. *de Orat.* c. 24. et *Quintil.* l. 6. c. *ult.* ¶ Item nomenclator. *a nomenclator. Cic. pro Mur.* c. 36. Per monitorem appellandi sunt. *Plin. in Paneg.* c. 23. Gratum erat, quod equestris ordinis decora honore nominis sine monitore signares. ¶ Item qui pueritiam alicujus regit, pædagogus. *an instructor, teacher, tutor. Stat.* l. 5. silv. 3. v. 147. Hinc tibi vota patrum credi, generosaque pubes Te monitore regi. *Id.* 12. *Theb.* v. 205. Olim hic virginei custos monitorque pudoris. ¶ Item qui in scena monet histrionem, ὑποβολεύς. *Festus. a theatrical prompter.* ¶ Item libri commentarii *monitores* dicuntur, quia in memoriam redire nos faciunt. *Idem.* ¶ Denique servi in agro operis præfecti, qui officii sui quemque admonent, et segniores castigant. *bailiffs, under-stewards. Colum. sub fin.* l. 1. Is numerus in opere commodissime custoditur, nec præeuntis monitoris diligentiam multitudo confundit. *Ulpian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 8. Homines qui agrum colunt, præpositive sunt his: quorum in numero sunt villici, monitores.

MONITORĬUS, a, um, *monitory*, aptus ad monendum, ut Monitorium fulmen, quod scil. de futuris moneat, et quid cavendum sit, apud *Senec.* l. 2. *quæst. natur.* c. 39. et 49. *foreboding what was to happen.*

MONITUM, ti, n. *admonition, advice, counsel*, παραίνεσις, quod quis nos monet. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 8. Meis consiliis, monitis, studiis, actionibusque nituntur. et epist. 13. Tuis monitis præceptisque omnis est abjiciendus dolor. *Id. Phil.* 14. c. 7. Meæ aures omnium præceptis monitisque patuerunt. ¶ Refertur ad vaticinationes, oracula, ostenta. *a warning, forewarning. Id. de Harusp. resp.* c. 25. Ad quem metum si deorum monitis non duceremur, tamen, &c. *Virg.* 8. *Æn.* v. 336. matrisque egere tremenda Carmentis Nymphæ monita.

MONĪTUS, us, m. *advice, admonition, warning*, monitio, monitum. In dativis, et ablat. plur. non est in usu propter asperitatem, ut et *Serv. ad* 10. *Æn.* v. 689. docet. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 115. monitu nutricis amaro Frigida deserta litora turre peto. *Id.* 2. *Metam.* v. 103. Finierat monitus: dictis tamen ille repugnat. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 475. monitus acres tradere. ¶ Sæpissime refertur ad vaticinia, oracula, auguria. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 41. Sortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur. *Plin. in Paneg.* c. 76. Consultare aves, revererique numinum monitus. *Plin.* l. 2. c. 7. Fulgurum monitus, oraculorum præscita, haruspicum prædicta. *Val. Flacc.* l. 1. v. 29. pecudumque per aras Terrifici monitus.

MONĪTUS, a, um, *advised, counselled, admonished, warned*, admonitus. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 28. Moniti a Brundisinis, ut vallum cæcum caveant. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 2. Nihili est, suum qui officium facere immemor est, nisi adeo monitus. *Id. Capt. prol.* v. 53. Paucis vos monitos volo. et 2. 2. 59. Hoc te monitum volueram. *Tacit. Ann.* 1. c. 63. Arminius suos propinquare silvis monitos vertit repente. ¶ Refertur ad auguria, somnia, et oracula. *Sueton. in Aug.* c. 91. Egreditur tamen, amici somnio monitus. *warned. Virg.* 3. *Æn.* v. 188. Cedamus Phœbo, et moniti meliora petamus.

MONOBĔLI, μονόβελοι (a μόνος, solus, et βέλος, telum) dicebantur ab Heliogabalo homines maximis conditionibus instructi: quasi toti telum essent, vel ea parte potissimum censerentur. *Lamprid. in ejus vita*, cap. 8. *extr.* ubi *Lips.* malebat *onobeli*, ab ὄνος, asinus.

MONOCĔROS, ōtis, m. *a unicorn, monoceros*, μονόκερως, unicornis: a μόνος, solus, et κέρας, cornu. *Plin.* l. 8. c. 21. Asperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo similem, capite cervo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminente. Hanc feram vivam negant capi.

MONOCHROMĂTA, n. *a kind of picture all of one colour; painting in clare-obscure*, μονοχρώματα, picturæ unius tantum coloris: a μόνος, solus, et χρῶμα, color. *Plin.* lib. 33. cap. 7. Cinnabari veteres, quæ etiam nunc vocant monochromata, pingebant. *Id. de Zeuxi*, l. 35. cap. 9. *extr.* Pinxit et monochromata ex albo.

MONOCHROMATĒUS, a, um, uno colore constans, μονοχρωματεῖος. *Plin.* l. 35. c. 5. Qui monochromatea genera picturæ vocaverint, dicemus in mentione artificum.

MONOCHROMĂTOS PICTURA, h. e. unius coloris, μονοχρώματος γραφή. *Plin.* l. 35. c. 3. Picturam secundam singulis coloribus, et monochromaton dictam, &c.

MONOCHRŌNOS, μονόχρονος, unius temporis: a μόνος, solus, et χρόνος, tempus. *Martian. Capell.* lib. 9. pag. 331. Monochronon dicitur tempus, etiam cum longa syllaba ponitur, &c.

MONOCLŌNOS, μονόκλωνος, unicum ramum aut caulem habens: a μόνος, solus, et κλὼν, ωνὸς, ramulus. *Apul. de herb.* cap. 10. Herba Artemisia monoclonos. *h. e.* simplici caule, ut est apud *Plin.* l. 25. c. 7.

MONOCŌLUS, *consisting of one member*, μονόκωλος, uno membro constans: a μόνος, solus, et κῶλον, membrum. *Plin.* l. 7. c. 2. *a med.* Hominum genus, qui monocoli vocarentur, singulis cruribus, miræ pernicitatis ad saltum: eosdemque sciapodas vocari (a σκιὰ, umbra, et ποῦς, pes,) quod in majore æstu humi jacentes resupini, umbra se pedum protegant: non longe eos a Troglodytis abesse. Adde *Gell.* l. 9. c. 4. *a med.* et *Solin.* c. 52. (*al.* 65.) *ante med.*

MONOCRĒPIS, μονοκρηπὶς, unam tantum crepidam habens, a μόνος, solus, et κρηπὶς, crepida. *Hygin.* fab. 12. Si quis monocrepis, idest uno pede calceatus supervenisset, mortem appropinquare, responsum est. ¶ Græce est epitheton Mercurii, qui alterum calceum Perseo commodavit ad Gorgonas devolanti.

MONOCŬLUS, li, m. *one-eyed, monoculous*, μονόφθαλμος, unoculus: vox hybrida, ex Græco μόνος, solus, et Latino *oculus. Jul. Firmic.* l. 8. c. 19. Erunt surdi, monoculi, &c. Adde cap. 19. 22. et 27. *ad fin.*

MONODIARĬA, æ, f. *a woman hired to weep and wail over the dead*, præfica. Μονῳδία Græce est θρῆνος, lamentum, nænia: μονῳδεῖν, θρηνεῖν, lamentari: ex eo ductum, quod in Tragœdiis lamenta ab uno tantum canebantur: a μόνος, solus, et ᾄδω, cano. Hinc *monodiaria* Latina positione mulier lessum faciens. Habetur in veteri lapide apud *Gruter.* pag. 1055. n. 11. [Aliud exemplum affert *Morcell. de stilo Inscript. Latin.* pag. 109. ex *Gutheberletho*, qui ipsum epitaphium ex villæ Pincianæ marmore diligenter expressit. Heriæ Thisbe Monodiariæ T. Claud. Glaphyri Choraulæ &c.]

MONŎDOS, (a μόνος, solus, et ὀδοὺς, dens) appellatus est Prusiæ (*Bithyniæ regis*) filius, qui unum os (*in superna parte oris*) habuit dentium loco. Similiter habuit et Pyrrhus rex Epirotarum. Hæc *Festus:* quæ confirmantur a *Plin.* l. 7. c. 16. et *Valer. Max.* l. 1. c. 8. n. 12. *extern.*

MONŒCUS, i, m. hod. *Monaco*, Μόνοικος, portus oræ Ligusticæ cum oppido, inter Nicæam, et Albintemelium. Conditus dicitur ab Hercule: de quo *Ammian.* l. 15. c. 10. (*al.* 26.) Monœci arcem et portum ad perennem sui memoriam consecravit Adde *Virg. Æn.* 6. v. 831. et *Lucan.* l. 1. v. 408. ¶ *Monœcus* revera est ipse Hercules ita cognominatus, vel quod pulsis omnibus illic solus habitavit, vel quod in ejus templo nunquam aliquis deorum simul colitur, sicut in Jovis Minerva, et Juno, in Veneris Cupido: ut ait *Servius ad Virg. loc. cit.* Est autem a μόνος, solus, et οἶκος, domus. *Plin.* l. 3. cap. 5. et *Tacit.* 3. *Histor.* cap. 42. Portus Herculis Monœci.

MONOGAMĬA, æ, f. *monogamy*, μονογαμία, matrimonium cum una tantum uxore. *Tertull. de Monogamia.*

MONOGĂMUS, i, m. *a monogamist*, μονογάμος, qui unam tantum uxorem habuit. *Hieronym.* l. 1. *contr. Jovin.* cap. 8. *in fin.* et epist. 69. (*al.* 83.) *ad Ocean.* sect. 3.

MONOGRAMMA, atis, n. *a monogram, character compounded of two or more letters*, μονόγραμμα, simplex littera plures continens, ex quibus aliquod nomen significatur: v. gr.  Christus. *Paulin. Nolan. in Nat.* XI. *S. Fel. edit. Murator.* v. 618. Nunc eadem Crux dissimili compacta paratu Eloquitur dominum, tanquam monogrammate, Christum. [† *Eschenbach.* ΣΗΜΕΙΩΣΕΙΣ. *Vett. Critic.* §. 10. " Veteres Christiani a tempore Constantini M. et Constantii filii initialibus duabus in Græco Christi nomine exstantibus literis X et P quibus Salvatorem in Cruce significabant, vel Solo X aut Crucis signo in perpetuam et piam ejus memoriam usi fuere in Nummis non solum, et Vexillorum militarium genere, quæ Labara vocantur, sed etiam cultu externo, Vestitu et Apparatu quovis alio, in portis templorum puta, Viisque publicis, in Clypeis item Baculis et Hastilibus, Thoracalibus, Galeis, Pectorali Episcoporum, horumve Mitris ac Infulis vel Cæsarum Coronis, pomoque Imperiali &c. de quibus vide *Joh. Danielem Major in Epistola de Nummis Græce inscriptis.* p. m. 21. seqq." Exempla passim reperies apud *Gruterum* (in *Christian. Monum.*)]

MONOGRAMMUS, μονόγραμμος, [† adumbratus, delineatus,] solis lineis constans: a μόνος, solus, et γραμμὴ, linea. *sketched.* Dicitur proprie de pictura solis lineis informata, et sine colore, qualem initio ejus artis fuisse, tradit *Plin.* lib. 35. cap. 3. Translate *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 23. Epicurus monogrammos deos, et nihil agentes commentus est. *h. e.* tenues sine corpore vitas, ut ait *Virg.* 6. *Æn.* v. 292. gracillimis membris, et nihil concreti habentibus. Nam ut est apud *Cic.* 2. *de Divin.* c. 17. deos induxit Epicurus perlucidos et perflabiles: et lib. 1. *de nat. Deor.* c. 25. *extr.* negavit esse corpus deorum, sed tanquam corpus; nec sanguinem, sed tanquam sanguinem. ¶ Item monogrammi dicti sunt homines macie pertenues ac decolores. *Lucil.* apud *Non.* c. 1. num. 168. Vix vivo homini, ac monogrammo. *almost a skeleton. Id. ibid.* Monogrammi quinque adducti pietatem invocant.

MONOLĬNUM, i, n. *a string of pearls*, μονόλινον, linea ex margaritis, uno filo constans. *Capitolin. in Maximin. jun.* c. 1. ubi al. leg. *monolium:* sed *Salmas.* retinet *monolinum*, defenditque pluribus.

MONOLĬTHUS, a, um, μονόλιθος, uno saxo constans: a μόνος, solus, et λίθος, lapis. *Laber.* apud *Non.* c. 15. n. 13. Columnæ monolithæ. *all in one piece.* [*Silvanum monolithum* habemus in quodam Lapide apud *Marinium Inscript. Alban.* pag. 10. *una statua del Dio Silvano tutta d' un sasso.* (*a statue of the god Silvanus cut out of one entire stone*).]

MONOLĬUM. V. *Monolinum.*

MONOLŌRIS. V. *Diloris.*

MONOPODĬUM, ii, n. *a table with only one foot*, μονοπόδιον, mensa uno tantum pede subnixa: a μόνος, solus, et πούς, pes. *Liv.* l. 39. c. 6. *ad fin.* Ii primum lectos æratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas, et alia textilia, et quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, monopodia et abacos Romam advexerunt.

MONOPODĬUS, a, um, *having only one foot*, qui unum tantum pedem habet: a πούς, ποδὸς, et μόνος, solus. *Lamprid. in Commodo*, cap. 10. Monopodios eos, quibus singulos pedes fregisset, appellabat. ¶ Legitur et *Monopedius:* qua ratione vox hybrida est.

MONOPOLĬUM, ii, n. *a monopoly; the buying up or engrossing of any commodity in order to sell it dear; the exclusive privilege of selling any thing*, μονοπώλιον, dicitur, cum penes unum aliquem speciei alicujus vendendæ potestas est, quod fit, cum unus solus aliquod genus mercis universum emit, ut solus vendat, pretium suo modo statuens: a μόνος, solus, et πωλέω, vendo. *Sueton. in Tiber.* c. 71. Monopolium nominaturus prius veniam postulavit, quod sibi verbo peregrino utendum esset. Adde cap. 30. et *Plin.* l. 8. c. 37. *extr.*

MONOPTĔROS, i, *having but one wing*, unam tantum alam habens: a μόνος, solus, et πτερὰ, ala. A *Vitruv.* l. 4. c. 7. Ædes monopteræ dicuntur, quæ unum tantum porticum habent, vel ordinem columnarum. Adde *in præfat.* l. 7. *a med.* [† V. *Dipteros.*]

MONOPTŌTA. *monoptotes.* V. *Diptota.*

MONOSTICHĬUM, ii, n. idem ac monostichum. *Auson. in eclog.* n. 7. Non placitum divis tolle monostichium.

MONOSTĬCHUM, i, n. *a monostich*, μονόστιχον, carmen unius tantum versus: a μόνος, solus, et στίχος, versus. *Auson. de Cæsarib.* n. 1. Accipe bis senos: sua quemque monosticha signant.

MONOSTRŎPHE. V. *Monotrophus.*

MONOSYLLĂBUS, a, um, *monosyllabical*, μονοσύλλαβος, unius syllabæ: a μόνος, solus, et συλλαβή, syllaba. *Quintil.* l. 9. c. 4. Etiam monosyllaba, si plura sunt, male continuabuntur. *Auson. in Technopægn.* edyll. 12. *de litteris monosyll.* v. 13. Dividuum Betæ monosyllabon Italicus B.

MONOTRIGLȲPHUS, a, um, *having only one graving or triglyph*, μονοτρίγλυφος, unius tantum triglyphi. *Monotriglyphum opus* apud *Vitruv.* l. 4. c. 3. *a med.* est, cum propter columnarum crebritatem intercolumnia ita sunt angusta, ut unum tantum triglyphum capiant. V. *Bald. in Lex.*

MONOTRŎPHUS, i, μονότροφος, qui solus vescitur, ministrum non habens, a quo sibi cœna paretur. *Plaut. Stich.* 5. 4. 7. Nosmet inter nos ministremus, monotrophe. hoc convivium est. Alii *monotrophe* ita accipiunt, ut sit adverb. *h. e.* more eorum, qui soli cœnant. Est autem a μόνος, solus, et τρέφω, nutrio. *Al. leg.* monostrophe hoc convivium est: ut sit *monostrophe, es,* quo significetur unus poculorum ordo, non multiplex, ut fit cum plures convivantur, et pocula sibi invicem ministrant. Hoc ducitur a στροφὴ, conversio.

MONOXȲLUS, i, *consisting of one entire piece of wood, monoxylous*, μονόξυλος, ex uno ligno constans. *Plin.* l. 6. c. 23. *ad fin.* Regio, ex qua piper monoxylis lintribus convehunt. *a boat made out of one piece of wood; a canoa or canoe.* Adde *Solin.* eadem repetentem cap. 54. (*al.* 67.)

MONS, montis, m. *a mountain, high hill*, ὄρος, terræ tumor altissimus. Fortasse est a βουνὸς, collis, tumulus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* cap. 39. Impendentium montium altitudines. et cap. 53. Montes vestiti atque silvestres. *clothed with verdure. Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 1. Vicus positus in valle, altissimis montibus undique continetur. *Sallust. in Jug.* c. 97. Mons saxeus, immensum editus. *Nep. in Milt.* c. 5. Sub montis radicibus acie instructa. *Claudian.* l. 3. *de rap. Proserp.* v. 383. ascendit fastigia montis anheli. *the heights. Stat.* 11. *Theb.* v. 319. ad insani scandebat culmina montis. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 172. per juga montis iniqui. *Plin.* l. 3. c. 16. Padus gremio Vesuli montis profluens. *Id.* l. 33. c. 4. *ante med.* In superciliis montium. *on the brows. Ovid.* 1. *Metam.* v. 666. montis sublime cacumen. et vers. 316. Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus. *Phædr.* l. 2. fab. 5. v. 9. Villa monte summo posita. *on the summit of a mountain. Virg. Ecl.* 8. v. 59. Præceps aerii specula de montis in undas Deferar. *Horat.* l. 1. od. 23. v. 2. Avii montes. [† ἄβατοι.] *Senec. in Troadib.* v. 1084. mons præruptus. *Id. in Herc. Œt.* v. 1167. abruptus. *Colum.* l. 2. c. 2. non sublimis et asper, sed nemorosus et herbidus. *Plin.* l. 6. c. 28. inaccessus. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 44. lapidosos surgere montes. *Sil.* l. 4. v. 2. nubiferi. *cloud-capped.* et lib. 13. v. 219. umbriferi. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 88. gelidi. *Plin.* l. 6. c. 17. Montes assurgunt. ¶ Celebriora montium nomina sunt Athos, Taurus, Ossa, Olympus, Pelios, Othrys, Eryx, Rhodope, Mimas, Hæmus, Caucasus, Alpes, Apenninus, Pindus, Pyrene, &c. quæ congerit *Ovid. Metam.* l. 2. a vers. 217. et V. suis locis. ¶ Translate dicitur de magna mole, aut quantitate cujusque rei. *a large mass. Virg.* 1. *Æn.* v. 109. insequitur cumulo præruptus aquæ mons. *a huge wave.* et lib. 2. v. 15. instar montis equum ædificant. *Sil.* l. 10. v. 549. mons armorum ingenti constructus acervo. *Plaut. Merc.* 3. 4. 32. Montes mali in me ardentes jamdudum jacis. *Id. Pseud.* 1. 2. 55. Quibus montes maximi acervi frumenti sunt domi. *Id. Mil.* 4. 2. 73. Argenti montes, non massas habet. *Terent. Phorm.* 1. 2. 18. Senem per epistolas pellexit, modo non montes auri pollicens. *promising mountains of gold:* vel *whole seas of wealth; vast treasures:* proverbium. Sic *Pers.* sat. 3. v. 65. Et quid opus Cratero magnos promittere montes? ¶ Synecdoche est in illo *Virg.* 12. *Æn.* v. 687. Fertur in abruptum magno mons improbus actu. *h. e.* saxum ingens, pars montis. (Adde *Juvenal.* sat. 3. v. 258.) *Stat.* 1. *Theb.* v. 145. Montibus aut alte Graiis effulta nitebant Atria. *h. e.* Graiis marmoribus. *Claudian. in Consul. Mall. Theod.* v. 310. consumant totos spectacula montes. *h. e.* omnes montanas feras. ¶ Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus. proverb. apud *Horat. de ar. Poet.* v. 139. de iis, qui magna promittunt, jactant, præ se ferunt, minantur, ut ait *Phædr.* l. 4. fab. 22. extricant nihil. ¶ In ablat. habet *monte:* sed et *monti* dici potest, auctore *Varron.* l. 8. *L. L.* c. *pænult.*

MONSTRABĪLIS, le, *worthy to be shown or noticed, noticed, conspicuous, remarkable,* qui monstrari potest, conspicuus, illustris. *Plin.* l. 6. ep. 21. Est enim probitate morum, ingenii elegantia, operum varietate monstrabilis.

MONSTRATĬO, onis, f. *a showing, pointing out, demonstration*, δεῖξις, actus monstrandi, ostensio. *Vitruv. sub fin.* c. 1. l. 6. Cum habeamus ab ipsa rerum natura solertem et expeditam monstrationem. *Terent.* de eo qui iter monstravit, *Adelph.* 4. 6. 1. Defessus sum ambulando: ut, Syre, te cum tua monstratione magnus perdat Jupiter. *a telling or showing the way; a directing.*

MONSTRĀTOR, oris, m. *a shower, pointer out, discoverer, inventor, teacher*, δείκτης, qui monstrat, ostensor. *Virg.* 1. *Georg.* v. 19. oleæque Minerva Inventrix, uncique puer monstrator aratri. *h. e.* Triptolemus, vel Osiris, qui serendarum frugum rationem docuit. Sic *Ovid. in Ibin,* v. 399. sacri monstrator iniqui. *h. e.* humanæ victimæ immolandæ. *Lucan.* l. 9. v. 979. Herceas, monstrator ait, non respicis aras? *Tacit. de Germ.* c. 21. Qui modo hospes fuerat, monstrator hospitii, et comes.

MONSTRĀTUS, us, m. monstratio. In sexto singul. *Apul.* l. 1. *Metam.* Assidebat pedes uxor: cujus monstratu, en, inquit, hospitium. *Auson. in perioch.* 3. *Iliad.* Priamus spectat e muris, et monstratu Helenæ de viris insignibus edocetur.

MONSTRĀTUS, a, um, *shown, pointed out, indicated*, πεφασμένος, ostensus, indicatus. *Virg.* 4. *Æn.* v. 636. Et pecudes secum, et monstrata piacula ducat. *Id.* 4. *Georg.* v. 549. monstratas excitat aras. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 11. v. 53. *de Perillo.* monstratis crudeliter ignibus ustus. *Plin.* l. 22. c. 17. Herba monstrata Pericli somnio a Minerva. *Lucan.* de sepulcro Pompeii, l. 8. v. 822. Quod nisi monstratum Romanus transeat hospes. *Tacit. de Germ.* c. 31. Hostibus simul suisque monstrati. *remarkable, conspicuous,* conspicui, notabiles.

MONSTRĬFER, ra, rum, *producing monsters, fruitful in monsters*, τερατουργὸς, monstra ferens. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 222. Impia monstriferis surgunt jam prœlia campis. et vers. 43. ubi monstriferæ par ille novercæ. *h. e.* Hercules Junoni monstra alia super alia ei domanda objicienti. et lib. 2. v. 498. Monstriferi mugire sinus. *h. e.* mare belluam ferens. *Lucan.* l. 2. v. 2. legesque et fœdera rerum Præscia monstrifero vertit natura tumultu. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 4. monstriferi præsagia discitis anni. et l. 2. *in I. Consul. Stilich.* v. 110. monstriferis quæ Tartarus edidit antris. ¶ Item monstruosus. *monstrous. Plin.* l. 6. c. 30. et lib. 36. c. 13. Animalium hominumque effigies monstriferas gigni.

MONSTRIFICABĬLIS, le, monstrificus, monstruosus. *Lucil.* apud *Non.* cap. 2. n. 540. Nunc ignobilitas his mirum, ac monstrificabile.

MONSTRĬFĬCE, *monstrously, prodigiously*, monstruose. *Plin.* l. 28. c. 11. *sub fin.* Equarum virus in lychnis accensum, Anaxilaus prodidit, equinorum capitum visus repræsentare monstrifice.

MONSTRĬFĬCUS, a, um, *monstrous*, τερατουργὸς, monstra faciens, monstruosus. *Val. Flacc.* l. 6. v. 152. omnibus artes monstrificæ. *h. e.* magicæ. *Plin.* l. 28. c. 8. Monstrifica natura hyænæ. *Id.* l. 37. c. 11. *extr.* Monstrificæ gemmæ. *h. e.* monstruosos effectus reddentes. *Id.* l. 21. c. 5. Monstrifica hominum ingenia. *h. e.* res miras, et monstruosas excogitantia. *Id.* l. 2. c. 3. Monstrificæ gignuntur effigies.

MONSTRIGĔNA, æ, m. monstro genitus, monstrosus. *Avien. in Perieges.* v. 799. Monstrigenis hostem licet inferat æstus Fluctibus.

MONSTRO, as, avi, atum, a. 1. *to show, point out, tell, declare, inform, signify, direct*, δείκνυμι, ostendo, doceo, commonstro. De notatione V. in *Monstrum. Terent. Adelph.* 4. 2. 31. Scio, ubi sit, verum hodie nunquam monstrabo. *Plaut. Men.* 5. 1. 42. Quæso hercle, mulier, si scis, monstra quod bibam. *Virg.* 1. *Æn.* v. 325. heus, inquit, juvenes, monstrate, mearum Vidistis si quam hic errantem forte sororum. *Enn.* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. *ult.* Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam. *Horat.* lib. 2. sat. 8. v. 25. et *Nep. in Datam. in fin.* qui, si quid forte lateret, Indice monstraret digito. *Virg.* 1. *Æn.* v. 422. Corripuere viam interea, qua semita monstrat. *leads, directs. Cic.* 16. *Fam.* ep. 22. Tu istic, si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. *Horat. de ar. Poet.* v. 73. Res gestæ regumque, ducumque, et tristia bella Quo scribi possent numero, monstravit Homerus. *Id.* l. 2. sat. 8. v. 51. inulas ego primus amaras Monstravi incoquere. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 6. v. 7. Ille per excubias custodum leniter ire Monstrat. *Ulpian. Dig.* l. 11. tit. 1. leg. 1. *a med.* Etsi malum hortatus est, vel malo servo monstravit, quemadmodum faceret. *Plin.* l. 27. c. 3. Monstrare quale sit aconitum. ¶ Pro monere. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 24. Perdidisti te, atque me, atque operam meam, qui tibi nequicquam sæpe monstravi bene. *have advised or instructed.* Sic *Curcul.* 1. 3. 43. Bene monstrantem pugnis cædis. ¶ Pro stimulare, instigare. *Virg.* 9. *Æn.* v. 44. etsi conferre manum pudor, iraque monstrat, Objiciunt portas tamen. ¶ Pro deferre, accusare. *to indict, accuse, arraign. Tacit.* 4. *Histor.* c. 1. Pessimi servorum prodere ultro dites dominos: alii ab amicis monstrabantur. et cap. 41. Tanquam Neroni Scribonios fratres ad exitium monstravisset. et lib. 1. c. 88. Nullum ob crimen, sed vetusto nomine, et propinquitate Galbæ monstratus. ¶ Probare, demonstrare, indiciis, et rationibus ostendere. *to demonstrate. Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 1. leg. 1. *a med.* Qui adversus ea fecisse monstretur, postulatione repellitur. *Plin.* l. 22. c. 22. *a med.* Erasistratus calculos per urinam pelli eo monstrat. [¶ Particip. *monstraturus* apud *Curt.* l. 5. c. 13. Nuntiabant, ipsos brevius iter monstraturos.]

MONSTRŎSUS. V. *Monstruosus.*

MONSTRUM, i, n. *any thing out of the ordinary course of nature; any thing extraordinary or wonderful; a prodigy, monster*, τέρας, res naturæ modum egrediens, sive sit deformis, sive non: a monendo, quasi monestrum, ut *Ælius Stilo* ait apud *Fest.* monet enim, quæ sit circa futura deorum voluntas: idque ex Gentilium superstitione, quibus futuri aliquid portendere videbatur, quidquid inusitatum, et præter naturæ ordinem fieret. Ab eo est *monstro, as. Cicero* tamen a *monstro monstrum* deducit, l. 1. *de Divin.* c. 42. Quorum quidem vim verba ipsa, prudenter a majoribus posita, declarant. quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt (al. *prodicunt*) ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. Hæc *Cicero,* quibus similia habet l. 2. *de nat. Deor.* c. 3. Inter hæc autem discrimen statuit *Corn. Fronto* pag. 2192. *Putsch.* ut *ostentum* sit, quod præter consuetudinem offertur, ut si videatur terra ardere, vel cælum: *portentum,* quod porro et diutius manet, futurumque postmodum aliquid significat: *monstrum,* quod est contra naturam, ut Minotaurus: *prodigium,* quod mores faciunt, per quod detrimentum exspectatur. In *ostento* raritas admirationem facit: in *monstro* rectus naturæ ordo vincitur: in *portento* differtur eventus: in *prodigio* detrimentum significatur. Hæc *Fronto:* quibus diversa tradit *Non.* c. 5. n. 31. et 54. V. etiam *Portentum.* Hæc tamen passim Scriptores non servant. *Virg.* 2. *Æn.* v. 171. Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris. Vix positum castris simulacrum, arsere coruscæ Luminibus flammæ arrectis salsusque per artus Sudor iit, terque ipsa solo (mirabile dictu) Emicuit. *Id. Ecl.* 6. v. 75. *de Scylla.* Candida succinctam latrantibus inguina monstris. *Id.* 3. *Æn.* v. 658. *de Polyphemo.* Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum. *Id.* 1. *Georg.* v. 184. Inventusque cavis bufo, et quæ plurima terræ Monstra ferunt. ¶ *Monstrum hominis* convicium in hominem deformem, turpem, aut deterrimum. *Terent. Eun.* 4. 4. 29. Taces? monstrum hominis, non dicturus? et 5. 2. 21. Monstrum! etiam ultro derisum advenit. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 61. En monstrum mulieris. ¶ De homine pestifero, et perniciosissimo. *Cic.* 2. *Catil.* c. 1. Nulla jam pernicies a monstro illo atque prodigio comparabitur. *that monster. Val. Flacc.* l. 6. v. 45. *de Medea.* Nescius, heu, quanti thalamos ascendere monstri Arserit. *Horat.* l. 1. od. 37. v. 21. daret ut catenis Fatale monstrum. *h. e.* Cleopatram hostem infestissimam R. populi. *Cic. in Pison.* c. 14. Tu ne etiam, immanissimum ac fœdissimum monstrum, ausus es, &c. Adde *Ovid. de Scylla Nisi,* l. 8. *Metam.* v. 100. ¶ De re quacumque perniciosa. *Virg.* 3. *Georg.* v. 152. *de œstro.* Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras Inachiæ Juno pestem meditata juvencæ. *a pest, bane. Id.* 2. *Æn.* v. 245. *de equo durateo.* Et monstrum infelix sacrata sistimus arce. *Id. de mari, Æn.* 5. v. 849. me ne huic confidere monstro? *Val. Flacc.* l. 6. v. 470. dedit acre decus, fecundaque monstris Cingula. *Id.* l. 3. v. 29. nova monstra viro, nova funera volvit. *h. e.* calamitates inusitatas, mala ingentia. ¶ De quocumque viso inusitato, et mali aliquid monstrante. *Val. Flacc.* l. 3. v. 355. sed quis non prima refellat Monstra deum, longosque sibi non auguret annos? *Virg.* 3. *Æn.* v. 58. delectos populi ad proceres, primumque parentem Monstra deum refero. Ubi *Servius* adnotat, vocabulum medium esse, et interdum etiam bonum monstrum dici. Hinc *Flor.* l. 1. c. 7. *ad fin.* In fundamentis humanum repertum est caput. nec dubitavere cuncti, monstrum pulcherrimum imperii sedem, caputque terrarum promittere. et c. 10. Tot tantisque virtutum exterritus monstris. *prodigies of valour.* Sic apud *Virg.* de viso inusitato quidem, sed minime turpi aut terribili accipitur *Æn.* 9. v. 120. hinc virgineæ (mirabile monstrum!) Reddunt se totidem facies, pontoque feruntur. *Id.* 4. *Georg.* v. 554. Hic vero subitum, ac dictu mirabile monstrum Aspiciunt, liquefacta boum per viscera toto Stridere apes utero, &c. *a wonder.* Adde 2. *Æn.* v. 680. et l. 3. v. 307. et l. 8. v. 81. et *Sil.* l. 16. v. 132. ¶ Universim de quacumque re mira, inusitata, incredibili. *Cic. Verr.* 5. cap. 73. Non mihi jam furtum, sed monstrum ac prodigium videbatur. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 15. Æquoreæ monstrum Nereides admirantes. *h. e.* primam navem Argo. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 553. veteris monstrum mirabere culpæ. *Terent. Eun.* 2. 3. 42. Eho, nonne hoc monstri simile est? *Plaut. Asin.* 2. 2. 23. Pro monstro extemplo est, quando qui sudat, tremit. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 234. immeritæ gremium incestare parentis Appetiit, proprios monstro revolutus in ortus. *h. e.* monstruose, nomen pro adverbio. ¶ *Monstra dicere, loqui,* incredibilia narrare, jactare miracula. *Lucret.* l. 4. v. 591. Cetera de genere hoc monstra ac portenta loquuntur. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 24. Remove perturbationes, maximeque iracundiam: jam videbuntur monstra dicere. *Id.* 4. *Attic.* ep. 7. Venerat horis duabus ante Chærippus: mera monstra narrabat.

MONSTRUŌSE, *et* Monstrose, *monstrously*, τερατωδῶς, præter naturam, monstrifice. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 71. Nihil tam præpostere, tam incondite, tam monstruose cogitari potest, quod non possimus somniare.

MONSTRUŌSUS, *et* Monstrosus, a, um, *monstrous, preternatural, stupendous, strange, extraordinary*, τερατώδης, τερατικὸς, monstrum referens, portentosus. Prius magis placet, quia frequentius est in opt. MSS. ut testantur *Schefler. Heins. Goes.* et *Burmann.* ad *Petron. fragm. Tragur.* c. 69. item *Dausqu. in Orthograph.* Hinc *Prudent.* περὶ στεφ. 3. *de S. Lurent.* v. 7. Nunc monstruosis idolis Imponis imperi jugum. Posterius tamen alii defendunt, tum quod et ipsum in probatis Codicibus legitur, tum quod cauda illa *uosus* fere a nominibus quartæ declinationis oritur, ut a *vultu, actu, saltu saltuosus, actuosus, vultuosus.* Quare usurpari tuto potest: præsertim a Poetis in heroico carmine, nisi velint ad synæresim confugere. Idem dicendum est de *montuosus*, et *montosus. Cic. 2. de Divin.* c. 32. Illam monstruosissimam bestiam urnam evertisse. *Lucan.* l. 1. v. 562. Monstrosique hominum partus numeroque modoque. *monstrous births. Arnob. sub fin.* l. 6. Personarum monstruosissima torvitas. *Sueton. de Grammat.* c. 15. Vita, scriptisque monstruosus. *Id. in Calig.* c. 16. Monstruosæ libidines. *Petron. loc. cit.* Ferculum longe monstruosius.

MONTANIĀNUS, a, um, ad Montanum Votienum pertinens, quod est nomen propr. oratoris R. de quo multa *Senec. in Controv.* Sic *ibid.* controvers. 28. *sub fin.* Non multa referam, quæ Montaniana Scaurus vocabat.

MONTĀNUS, a, um, *of or belonging to a mountain*, ὄρειος, ὀρεινὸς, ad montem pertinens. *Virg. 2. Æn.* v. 305. rapidus montano flumine torrens. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 310. montana cacumina. et lib. 11. v. 147. antra. et l. 1. v. 104. fraga. *growing on the mountains.* et lib. 2. v. 841. Montanum gramen. *Colum.* l. 6. c. 17. Montanus sal. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 6. ager. *Virg. 5. Æn.* v. 440. et *Plin.* l. 5. c. 27. *a med.* Montana oppida. ¶ *Montana* absolute, *scil.* loca. *Liv.* l. 21. c. 34. Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum. *Plin.* l. 6. c. 19. *extr.* Prasiorum gens, quorum in montanis Pygmæi traduntur. ¶ Item qui in montibus habitat, monticola. *a mountaineer, highlander. Cic. Agrar.* 2. c. 35. Ligures montani, duri, atque agrestes. *Id. pro Dom.* c. 28. Nulli pagani, aut montani. *Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 90. Montani lupi. et ep. 4. v. 171. montanaque numina Panes. *Id.* l. 1. *de ar. am.* v. 305. Montana armenta. ¶ Item montibus abundans, montuosus, *mountainous. Id. ex Pont.* ep. 2. v. 78. Dalmatia montana.

MONTENSIS, se, montanus, ut Dii montenses, *in Inscript.* apud *Gruter.* pag. 21. n. 3.

MONTICŎLA, læ, m. et f. *an inhabitant of the mountains*, ὀρείτης, montes incolens, montanus. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 193. Faunique, Satyrique, et monticolæ Silvani.

MONTĬFER, a, um, montem ferens. *Montiferum Titana* dixit *Senec. in Herc. Œt.* v. 1212. quia fingitur montibus superinjectis a Jove oppressus, et sepultus. Quidam tamen antiqui Cod. hab. *monstriferum.*

MONTĪNUS, i, m. deus, qui montibus præest. *Arnob.* l. 4. pag. 132.

MONTIVĂGUS, a, um, *wandering on the mountains*, ὀρειπλανὴς, qui per montes vagatur. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 27. *sub fin.* Non frigus, non famem, non montivagos atque silvestres cursus, lustrationesque patiuntur? *Stat.* 1. *Achill.* v. 450. Diana montivaga. *Senec. in Herc. Œt.* v. 137. Montivagum pecus. *Id. in Hippol.* v. 784. Montivagi Panes.

MONTUŌSUS, *et* Montosus, a, um, *mountainous*, ὀρεινὸς, montibus abundans. V. dicta in *Monstruosus. Cic. pro Planc.* c. 9. Regio aspera et montuosa. *Id. in Partitionib.* c. 10. Loci plani, an montuosi. *Virg.* 7. *Æn.* v. 744. Et te montosæ misere in prœlia Nursæ. *Plin.* l. 11. c. 53. Montuosa Ciliciæ.

MONUBĬLIS, le, adject. *Sidon.* l. 2. ep. 2. *ante med.* Porticus magis rotundatis fulta coluriis, quam columnis invidiosa monubilibus. *h. e.* insignibus, quales in monumentis adhiberi solent. *Sirmond.* Al. leg. *munibilibus.* h. e. munientibus.

MONUMENTARĬUS, a, um, *monumental*, ad monumentum, seu sepulcrum pertinens. *Apul. in Florid.* n. 4. (*al.* l. 1.) Choraula monumentarius. *h. e.* qui ad defunctorum sepulcra canit, siticen.

MONUMENTUM, *et* Monimentum, ti, n. *a monument, memorial, record*, μνῆμα, μνημεῖον, quicquid nos monet, sive monere potest rei alicujus præteritæ, ut libri, historiæ, statuæ, sepulcra, tituli, fana, porticus, ceteraque ejusmodi: a *moneo.* Pro *monumentum* dixere etiam *monimentum*, *u* in *i* converso, quomodo ex *optumus*, et *maxumus* facta *optimus*, et *maximus.* Utraque autem scribendi ratio proba est, suosque habet et auctores, et Lapides, teste *Cellar. in Orthogr.* Priorem probat *Manut.* cui favet analogia in *documentum, nocumentum*, &c. Posteriorem præfert *Dausqu.* ut leniorem, et usitatiorem. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 1. n. 136. Sed ego, quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor, ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quam ad præsentis temporis gratiam. *Id.* 1. *de Orat.* c. 46. Monumenta rerum gestarum, et vetustatis exempla Oratori nota esse debent. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 21. Pecunias monumentaque, quæ ex fano Herculis collata erant in privatam domum, referri in templum jubet. *h. e.* ornamenta publica, scil. simulacra, donaria, &c. ἀναθήματα. *Cic. Fam.* 5. ep. 12. Commendare aliquid monumentis. *Id. pro Rabir. Post.* c. 16. Celebrare monumentis annalium. *Terent. Eun.* 4. 6. 16. Abi tu, cistellam, Pythias, domo effer cum monumentis. *h. e.* signis, quibuscum puella exposita erat, ut ex iis aliquando cognosci posset. *tokens put upon children that were exposed, in order that they might be known again. Id. Terent. ibid.* v. 29. hæc monumenta vocat *signa.* ¶ Translate *Cic. Catil.* 3. c. 11. insigne honoris et monumentum laudis. *Id. pro Deiot.* c. 14. Multa sunt tuæ clementiæ monumenta. *Id.* 4. *Verr.* c. 72. Indicia ac monumenta furtorum. *Virg.* 5. *Æn.* v. 538. cratera impressum signis .... Ferre sui dederat monumentum et pignus amoris. *Cic. in fi.* l. 3. *Offic.* Tibi persuade, te multo fore cariorem, si talibus monimentis præceptisque lætabere. *h. e.* monitis. ¶ Speciatim dicitur de sepulcris, et cenotaphiis, quibus memoria defunctorum conservatur, *a monument, tomb, sepulchre, cenotaph. Florentin. Dig.* lib. 11. tit. 7. leg. 42. Monumentum generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita: in qua si corpus, vel reliquiæ inferantur, fiet sepulcrum: si vero nihil eorum, erit monumentum memoriæ causa factum, quod Græci κενοτάφιον appellant. *Festus:* Monimentum quamvis mortui causa sit factum, non tamen significat ibi sepultum. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 6. Monimenta, quæ in sepulcris: et ideo secundum viam quo prætereuntes admoneant, et se fuisse, et illos esse mortales. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 12. *in fi.* Ibi eum combussimus: posteaque curavimus, ut Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 524. Condeturque tuum monumentis corpus avitis. *Plin.* l. 29. c. 1. Cum monumento suo, quod est Appia via, Iatronicen se inscripserit. *Nep. in Attic. in fi.* Sepultus est in monumento avunculi sui. *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 13. Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat, heredes monumentum ne sequeretur. *Nep. in Dion. in fin.* Sepulcri monumento donatus est. *Cic. Phil.* 14. c. 12. Placet mihi, militibus, qui pugnantes occiderunt, monumentum fieri quam amplissimum.

MONȲCHUS, i, m. Μόνυχος, nomen unius ex Centauris: per syncopen a μονόνυχος, h. e. unam et solidam habens ungulam, qualis est in equis: a μόνος, solus, et ὄνυξ, ungula. *Lucan.* l. 6. v. 388. Aspera te Pholoes frangentem, Monyche, saxa. *Val. Flacc.* l. 1. v. 146. Fert gravis invito victorem Nestora tergo Monychus. Adde *Juvenal.* sat. 1. v. 11.

MOPSOPĬUS, a, um, Μοψόπιος, ad Mopsopiam pertinens, Atheniensis, Atticus. *Mopsopia* enim Attica regio dicta est. *Strabo sub fin.* l. 9. Ἄλλος δ' ἐστὶ Μόψος, ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 661. Mopsopius juvenis. *h. e.* Triptolemus. et lib. 6. v. 423. Mopsopii muri. *h. e.* Athenarum. *et Heroid.* ep. 8. v. 72. Mopsopia urbs. *Senec. in Hippol.* v. 121. Si ille remeet arte Mopsopia potens. *h. e.* Dædalus. Absolute *Id. ibid. sub fin.* Mopsopia claris tota lamentis sonet. *h. e.* totæ Athenæ, vel etiam tota Attica regio.

MORA, æ, f. *a delay, stay, stop, let, hinderance*, διατριβὴ, ἀναβολὴ, cunctatio, tarditas, dilatio, tergiversatio. *Cic. Fam.* 10. ep. 22. Propter tarditatem sententiarum, moramque rerum. *Liv.* l. 31. c. 48. *ad fin.* Belli tempora moras et dilationes imperatorum non exspectant. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 49. Utrum statim fieri necesse sit, utrum habeat aliquam moram et sustentationem. *Id. Phil.* 5. c. 9. *sub fin.* Ista legatio moram et tarditatem afferet bello. *Id. pro Mil.* c. 20. *extr.* Mora et tergiversatio. *Id.* 1. *de Invent.* c. 9. Moram atque impedimentum rei cuipiam inferre. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 75. Neque vero Pompeius moram ullam ad insequendum intulit. *Val. Flacc.* l. 2. v. 356. Deus ipse moras spatiumque indulget amori. *Tibull.* l. 1. el. 4. v. 32. Formæ non ullam fata dedere moram. *Cic. Verr.* 7. c. 64. Moram supplicio quærere. *et ibid.* Crudelissimi supplicii aliquam parvam moram afferre. *respite. Senec. in Med.* v. 1015. donare suppliciis. *Liv.* l. 6. c. 31. facere delectui. *Id.* l. 21. c. 32. facere dimicandi. *Cic. pro Sull.* c. 20. facere creditoribus. *h. e.* solutionem differendo. *Id. Attic.* l. 16. ep. 2. Moram facere. *to delay. Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 39. et *Valer. Flacc.* l. 3. v. 375. Moras nectere. *Plaut. Pseud.* 1. 3. 16. offerre. *Id. Pœn.* 1. 3. 37. objicere. *Senec. in Med.* v. 281. serere. *Virg.* 10. *Æn.* v. 888. trahere. *et Æn.* 1. v. 418. moliri. *Terent. Andr.* 3. 5. 9. producere malo alicui. *Quintil.* l. 4. c. 2. *ante med.* ducere. et cap. 4. tollere. *Virg. Æn.* 4. v. 569. et *Valer. Flacc.* l. 1. v. 306. rumpere. *Virg.* 8. *Æn.* v. 443. et lib. 12. v. 699. præcipitare. *Ovid. Met.* 10. v. 659. pellere. et lib. 9. v. 282. corripere. *Plaut. Stich.* 2. 1. 37. removere. *Pompon. Dig.* lib. 18. tit. 6. leg. 17. adhibere. *h. e.* differre. *Cic. Phil.* 10. c. 1. Ne minimam quidem moram interposuisti, quin quam primum gaudio maximo frueremur. *Id. Catil.* 1. c. 4. Dixisti, paululum tibi esse etiam tum moræ, quod ego viverem. *Cassius ad Cicer. Fam.* 12. ep. 12. Habeo paululum moræ, dum promissa militibus persolvo. *Vellei.* l. 2. c. 51. Cæsar nihil in mora habuit, quominus perveniret. *h. e.* nulla re impeditus, retardatusque est. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 31. Non puto tam expeditum negotium futurum, ut non habeat aliquid moræ. *Terent. Andr.* 5. 6. 7. Nec mora ulla est, quin eam uxorem ducam. ¶ *Esse in mora* dicitur, qui moræ causa est. *Asin. Poll. ad Cic. Fam.* 10. ep. 31. Saltus Castulonensis nequaquam tanta in mora est, &c. *h. e.* tam retardat tabellarios. *Terent. Andr.* 3. 1. 9. Sequere me intro, ne in mora illi sis. ¶ *Per me nulla est mora*, nullam ego moram interpono, promptus sum. *Terent. Andr.* 3. 4. 14. et *Senec. in Thyest.* v. 1122. ¶ *Nulla in me est mora*, idem. *Virg. Ecl.* 3. v. 52. ¶ *Nihil in me est mora*, idem. *Terent. Andr.* 2. 5. 9. Neque istic, neque alibi tibi usquam erit in me mora. ¶ *Esse moræ*, esse in mora. *Plaut. Amph.* 3. 3. 17. Faxo, haud quicquam sit moræ. *Terent. Adelph.* 4. 5. *in fin.* Ne moræ meis nuptiis egomet siem. Al. leg. *mora.* ¶ *Est mora* longum est. *Plaut. Cap.* 4. 3. 6. Nam si alia memorem, mora est. ¶ *Inter moras*, interim, interea. *Plin.* l. 9. ep. 13. *a med.* Inter moras consul, peracta discessione, mittit Senatum. *Flor.* l. 3. c. 10. Cum inter moras Cæsar, ponte rescisso, abstulisset fugam. Adde lib. 4. c. 10. ¶ *Sine mora*, statim, *without delay, presently, immediately, instantly. Cic. ad Brut.* ep. 18. Quod ego, ut debui, sine mora feci. Sic *Propert.* lib. 1. el. 14. v. 2. Tibure me nulla jussit adesse mora. ¶ *Nec mora*, nulla mora fit. *Propert.* l. et el. 4. v. 82. Nec mora, vocales occupat ense canes. *Sil.* l. 9. v. 602. Nec jusso mora: collectis fumantia lucent Terga elephantorum flammis. *Propert.* l. 4. el. 10. v. 36. Nec mora fit: plano sistit uterque gradu. *Val. Flacc.* l. 5. v. 60. et *Virg.* 4. *Georg.* v. 548. Haud mora relliquias socii, defletaque miscent Nomina. *Virg. Æn.* 5. v. 140. ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes (Haud mora) prosiluere suis. ¶ Apud *Petron. in Satyr.* c. 134. Ætatisque longæ moram tremulis vocibus cœpit accusare. *h. e.* quod tamdiu vitam finire tardaret. Sic *Senec. in Troadib.* v. 939. Abrumpere ense lucis invisæ moras. et vers. 1169. Ubi hanc anilis exspuam leti moram? *Val. Flacc.* l. 6. v. 733. Sæva quidem lucis miseris mora. ¶ *Mora* in oratione, *a pause or stop in speaking. Cic. in Orat.* c. 16. Flumen aliis verborum, volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam: distincta alios, et interpuncta intervalla, moræ, respirationesque delectant. ¶ Pro intervallo, et spatio temporis, *Ovid. Metam.* 9. v. 734. Longa fuit medii mora temporis, actaque magni Herculis implerant terras. *Plin.* l. 36. c. 15. Opus maximum omnium, quæ unquam fuere, non temporaria mora, verum etiam æternitatis destinatione. ¶ Metonymice est res ipsa, quæ aliquid retinet, sustinet, aut retardat, obex, vinculum. *any thing which retards or hinders: an incumbrance, impediment, obstacle, obstruction, barrier. Cels.* l. 8. c. 10. sect. 5. Grus fractum in canalem conjiciendum est. Is canalis ab inferiori parte foramina habere debet, per quæ, *&c.* et a planta moram, quæ simul et sustineat eam, et delabi non patiatur: et a lateribus cava, per quæ loris datis, moræ quædam crus detineant. et cap. 20. *a med.* Fustium imas partes oppositæ moræ objicere. *Virg.* 10. *Æn.* v. 485. Loricæque moras, et pectus perforat ingens. *the strong folds. Sil.* l. 5. v. 318. per tegmina velox Tunc, ærisque moras lævo stetit hasta lacerto. *Val. Flacc.* l. 6. v. 97. quos crudi mora corticis armat. *Sil.* l. 9. v. 217. propulso munimine valli, Fossarum rapuere moras. *Stat. Theb.* 11. v. 244. Portarumque moras frenis adsultat, et hastis. *Grat. in Cyneg.* v. 108. Ille etiam valido primus venabula dente Induit, et proni moderatus vulneris iram, Omne moris excepit onus. *h. e.* duabus quasi alis exstantibus prope summitatem venabuli, quibus exceptæ feræ onus, atque impetus sisteretur. ¶ Hac ratione eleganter transfertur ad hominem. *Virg.* 10. *Æn.* v. 427. primus Abantem Oppositum interimit, pugnæ nodumque moramque. *Liv.* l. 23. c. 9. *sub fin.* Restituendæ Romanis Capuæ mora atque impedimentum es. *Abronus Silo* apud *Senec.* suasor. 2. belli mora concidit Hector. *Sil.* l. 8. v. 33. *de Fabio Max.* sola illa Latinos Sub juga mittendi mora. Adde *Lucan.* l. 1. v. 100. ¶ Quod scripsit *Nep. in Iphicr.* c. 2. Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum interfecit: *moram* significat certam partem ac numerum militum, a Lacedæmoniis ita dictum, ut *phalanx* apud Macedones, constantem militibus vel trecentis, vel quingentis, vel septingentis. Est autem a μείρω, divido, unde μοῖρα pars, a quo μόρα. Quidam apud *Nepot.* scribi volunt *mœram*, Græcam diphthongum οι ut servent.

MORACĬAS NUCES Titinnius duras esse ait, unde fit diminutivum moracillum. *Festus.* Porro *moracius* videtur esse a *mora*, quia quæ dura sunt, moram frangenti afferunt.

MORĀLIS, le, *of or pertaining to manners or morals, moral, ethic*, ἠθικὸς, ad mores pertinens. *Cic. de Fato*, c. 1. Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci vocant, nos eam partem Philosophiæ de moribus appellare solemus. Sed decet, augentem Linguam Latinam, nominare moralem. *Senec.* ep. 89. Philosophiæ tres partes esse dixerunt, moralem, naturalem, et rationalem. Prima componit animum, &c. Adde *Quintil.* l. 6. c. 2. Sic *Epistolæ morales* dicuntur, quibus mores Philosophiæ institutis formantur. *Gell.* l. 12. c. 2.

MORALĬTAS, atis, f. morum conditio. *Macrob.* l. 5. *Saturn.* c. 1. Sunt styli dicendi duo, dispari moralitate diversi.

MORALĬTER, adverb. Est *Donati ad Terent. Adelph.* 5. 8. *in fin.*

MORAMENTUM, ti, n. *a delay, hinderance,* moratio, mora. *Apul. in Florid.* n. 21. (*al.* l. 4.) Hisce igitur moramentis omnibus qui volunt, &c.

MORANS, antis, *delaying, loitering, tardy, slow,* qui moratur, tardus, cunctans, cessans. *Plin.* l. 26. c. 13. Secundas morantes radices panacis appositæ extrahunt. *Virg.* 4. *Georg.* vers. 70. namque morantes Martius ille æris rauci canor increpat. *et in fine* lib. 3. nec longo deinde moranti tempore. *h. e.* neque ita multo post. *Id.* 7. *Æn.* v. 620. regina deum cælo delapsa morantes Impulit ipsa manu portas. *Horat.* l. 2. od. 7. v. 6. Cum quo morantem sæpe diem mero fregi. *h. e.* longum. *long, tedious. Virg. Ecl.* 9. v. 52. sæpe ego longos Cantando puerum memini me condere soles.

MORĀTIM, adverb. *slowly, leisurely,* cum mora, tarde. *Solin.* c. 3. (*al.* 9.) Ut moratim insularum omnium oras legamus. V. *Oratim. Senec.* l. 6. *quæst. natur.* c. 14. *a med.* Neque enim in nobis febris alias partes moratius impellit, sed per omnes pari æqualitate discurrit.

MORATĬO, onis, f. idem ac mora. *Vitruv.* l. 9. c. 4. *circa med.* Cum faciunt eæ stellæ regressus, et morationes. *et ibid.* Morationibus impediri.

MORĀTOR, oris, m. *a hinderer, obstructer, delayer,* qui moram affert. *Liv.* l. 2. c. 4. Quatuor tribunorum adversus unum moratorem publici commodi, auxilio delectum consules habent. [† Cf. l. 21. 47. et 48. ubi ultimi sunt in exercitu: V. ibi *Gronov.* et *Interpr. ad Curt.* 4. 10. *loiterers.* Sed V. *Moratus.*] ¶ *Moratores* in ludis Circensibus fuisse videntur, qui frontes aurigarum jam jam dimittendorum in carcere æquabant, detinebantque, ne ante datum signum transilirent lineas. Leguntur in duabus Inscriptionib. apud *Gruter.* pag. 339. n. 3. et 5. ¶ In foro erant obturbatores quidam, sordidique causidici, qui adhibebantur ad moram faciendam, dum meliores advocati recrearentur, et se denuo compararent ad dicendum; *mean orators:* quæ sunt verba *Asconii* ad illud *Cicer. in Divin. Verr.* cap. 15. *ad fin.* Quartum quem sit habiturus, non video, nisi quem forte ex illo grege moratorum, qui subscriptionem sibi postularunt, cuicumque vos delationem dedissetis.

MORATORĬUS, a, um, ad morandum pertinens, moram faciens. *Ulpian. Dig.* lib. 26. tit. 7. leg. 6. Partibus suis fungi, non quidem præcipiti festinatione, sed moratoria cunctatione. *Paul.* l. 5. *sentent.* tit. 35. Moratorias appellationes recipi non placuit. *h. e.* quæ moræ inferendæ causa fiunt. *Justinian.* lib. 4. *Cod.* tit. 31. *leg. ult.* Moratoriis ambagibus spem condemnationis excludi.

MŎRĀTUS, a, um, particip. a *Moror. Cic.* 5. *Attic.* ep. 16. Moratus triduum Laodiceæ, totidem dies Synnade. *having stayed; having remained. Liv.* l. 21. c. 47. Ad sexcentos moratorum in citeriore ripa, segniter ratem solventes, cepit. et c. 48. Paucos moratorum occiderunt, citra flumen interceptos. *Virg.* 3. *Æn.* vers. 610. dextram Anchises, haud multa moratus, Dat juveni. *Val. Flacc.* l. 4. v. 243. nec plura moratus. *without farther delay. Ovid.* 1. *Fast.* v. 161. non multis ille moratus, Contulit in versus sic sua verba duos. *Id.* 13. *Metam.* v. 125. oculos paulum tellure moratos Sustulit ad proceres. *fixed for a little on the ground. Id.* 1. *Amor.* el. 8. v. 82. Sæpe simultates ira morata facit. *h. e.* quæ diu sedit in animo.

MŌRĀTUS, a, um, *endued with morals good or bad,* εἰθισμένος, moribus præditus, sive bonis, sive malis. *Terent. Hecyr.* 4. 4. 22. Quid mulieris uxorem habes? aut quibus moratam moribus? *Cic. in Partition.* c. 23. Quemadmodum quisque educatus, quemadmodum institutus, moratusque fuerit. *Id.* 1. *de Fin.* c. 19. Morati melius erimus, cum didicerimus, quæ natura desideret. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 132. Nequicquam mulier exornata est bene, si morata est male. *dress is but of little avail, if a woman's disposition is bad. Id. Asin.* 3. 1. 3. Ubi piem Pietatem, si isto more moratam tibi postulem placere? *Cic. de clar. Orat.* c. 2. Bene morata, et bene constituta civitas. *Id.* 2. *de Orat.* c. 43. *extr.* Ut probi, ut bene morati, ut boni viri esse videantur. *possessed of good morals. Id. Agrar.* 2. c. 31. Genus hominum optime moratum. *Colum. in fin.* c. 8. l. 1. Bene moratam disciplinam obtinere. ¶ *Morata oratio,* ἠθοποιὸς λόγος, est quæ mores aptos, convenientesque affectus personis tribuit. *Quintil.* l. 4. c. 2. *circa med.* Cicero narrationem vult esse evidentem, moratam, cum dignitate. Sed in oratione morata debent esse omnia, cum dignitate, quæ poterunt. Locus *Cicer.* quem hic designat *Quintil.* est *in Top. c. ult.* ubi pro *morata,* al. leg. *moderata. Horat. de ar. Poet.* v. 319. morataque recte Fabula. *in which the manners of each character are justly expressed. Cic.* 1. *de Divin.* c. 31. O poema tenerum, moratum, atque molle! *in which the manners or morals are well described.* ¶ Transfertur ad alia. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 94. placare voracis, Et male morati poteris jejunia ventris. *Plaut. Asin.* 2. 3. 10. Ita hæc morata est janua extemplo janitorem clamat, procul si quem videt ire ad se calcitronem.

MORBĬDUS, a, um, *infected, diseased, liable to disease, morbid,* νοσηρὸς, morbosis humoribus plenus, morbo infectus, vel morbo proximus. *Varr.* lib. 3. *R. R.* c. 16. *a med.* Cum sunt apes morbidæ propter primores vernos pastus. *Plin.* lib. 8. c. 26. Profluvio sanguinis morbidum alias corpus exonerat. ¶ Item morbum inferens. *causing disease, morbific. Lucret.* lib. 6. vers. 1222. Extorquebat enim vitam vis morbida membris. et vers. 1095. fit morbidus aer.

MORBĬFER, *vel* Morbiferus, a, um, *morbific,* νοσοποιὸς, morbum afferens. *Paulin. Nolan.* carm. 25. *Nat.* X. *S. Fel.* v. 242. morbifera de labe cadaveris.

MORBONĬA, æ, f. vox ficta a *morbus,* et vulgari sermone trita, qua utebantur, qui alicui male precari vellent, eum enim abire morboniam jubebant, h. e. in locum morbis plenum, in malam crucem. *Sueton. in Vespas.* cap. 14. Trepidum eum quidam abire morboniam jusserat. *to go hang.* Dionis compendium hunc locum vertit ἐς κόρακας, quod idem apud Græcos valet.

[* MORBOSĬTAS, atis, f. idem fere ac morbus. Licet hoc vocabulum apud nullum hactenus ex Latinis scriptoribus reperiatur, tamen ne quis mihi succenseat, si unius fretus Codicis auctoritate in Latinam linguam inveho omnium primus. *Pallad. de R. R.* l. 1. c. 16. Vitandum est autem, quod plerique fecerunt aquæ causa, villam in infimis vallibus mergere, et paucorum dierum voluptatem præferre habitatorum saluti: quod etiam magis metuemus, si provincia, quam colimus, de morbis æstate (Cod. Mss. Biblioth. Marcianæ habet *morbositate*) suspecta est. Et sane num vocis inflexio minus Latina est? an non *morositas, mulierositas* et alia permulta his similia sunt in Latina lingua? nonne rectius sese habet sententia, si *morbositate* pro *morbis æstate* legas? At enim quis affirmare possit a nullo umquam ex Latinis auctoribus, quorum plurima scripta jam periere, usurpatam fuisse hanc vocem?]

MORBŌSUS, a, um, *liable to disease, full of diseases, sickly, morbose,* νοσώδης, obnoxius morbo, valetudinarius. *Cato de R. R.* c. 2. Ferramenta vetera, servum senem, servum morbosum, et si quid aliud supersit, vendat. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 24. *extr.* Bene igitur nostri, cum omnia essent in morbis vitia, quod nullum erat iracundia fœdius, iracundos solos morbosos nominaverunt. *Gell.* l. 4. c. 2. ex *Labeone.* Equus mordax, aut calcitro vitiosus, non morbosus est. *Masur. Sabin. ibid.* Furiosus, mutusve morbosi sunt. ¶ *Morbosus* apud *Catull.* carm. 57. v. 6. est turpiter mollis, παθικός. *Auct. Priap.* carm. 46. Morbosior omnibus cinædis.

MORBUS, i, m. *a disease, distemper, disorder, malady, sickness,* νόσος, adversa valetudo, ægrotatio, vitium, malum. Definitur a *Labeone* apud *Gell.* l. 4. c. 2. habitus cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus facit deteriorem. Dicitur differre a vitio, quod hoc perpetuum sit, ille temporalis, ut est apud *Modestin. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 101. Præterea qui morbum habet, vitiosus, eo manente, appellatur: qui vitium, non continuo morbosus est. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 13. Morbum appellant totius corporis corruptionem: ægrotationem morbum cum imbecillitate: vitium cum partes corporis inter se dissident: ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas. itaque illa duo, morbus, et ægrotatio, ex totius corporis conquassatione et perturbatione gignuntur: vitium autem integra valetudine ipsum ex se cernitur. *Id. ibid.* c. 10. Cum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi ægrotationesque nascuntur. *Id. Catil.* 1. c. 13. Homines ægri morbo gravi. *Id. Tuscul.* 3. c. 4. *ad fin.* In morbo esse. *Id. pro Cluent.* c. 62. In morbum incidere. *Id. Attic.* l. 7. ep. 5. delabi. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 32. *extr.* cadere. *Id.* 1. *de Divin.* c. 30. Morbo gravi et mortifero affectum esse. et l. 1. *de Fin.* c. 18. laborare. *Sueton. in Cæs.* c. 45. corripi. *et in Calig.* c. 50. vexari. *Plin.* l. 17. c. 24. infestari. *Id.* l. 30. c. 8. Morbum contrahere. *Cic. de Fato,* c. 9. Morbo urgeri. *et in Pison.* c. 35. affligi. *Id.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 35. misero diuturnoque tabescere. *Id. Tuscul.* 4. c. 14. tentari. *Lucret.* l. 6. v. 1219. languere. *Paul. Dig.* lib. et tit. 3. leg. 54. teneri. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 121. jactari. *Flor.* l. 4. c. 12. *a med.* solvi. *Nep. in Dion.* c. 2. conflictari. *Id. in Regib.* c. 2. consumi. et cap. 3. perire. *Id. in Themist. c. ult.* mori. *Sallust. in Jug.* c. 5. absumi. et c. 9. confici. *Justin.* l. 10. c. 2. ex dolore contracto decedere. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 18. Graviore morbo ex frigore et labore implicitus. *Cic. Verr.* 5. c. 25. impeditus. *Id. pro Cluent.* c. 7. opprimi. *Id.* 1. *Catil.* c. 13. Morbus ingravescit. *Id. Fam.* 7. ep. 26. Senescentis morbi remissio. et l. 13. ep. 29. Ex morbo convalescere. *Id. post redit. ad Quir.* c. 1. *extr.* recreari. *Plaut. Epid.* 1. 2. 26. A morbo valere. *Cic.* 12. *Fam.* ep. 30. Morbo levari. *Plin.* l. 28. c. 13. *sub fin.* liberari. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 5. Evadere e morbo. *Id.* 1. *Offic.* c. 24. Curationem morbo adhibere. et l. 2. *de Orat.* c. 44. mederi. *Plaut. Cistell.* 1. 1. 76. Medicinam facere. *Cic. Fam.* 7. ep. 26. Morbum depellere. *Petron. in Satyr.* c. 17. Morbi impetum lenire. *Plaut. Capt.* 3. 3. 3. Morbum alicui afferre. *Id. Trinum.* 1. 2. 38. incutere. *Id. Mil.* 4. 6. 57. levare. *Cels.* l. 3. c. 22. *circa med.* Morbus inveteravit. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 50. amplior fit. et 3. 2. 2. aggravescit. *Sueton. in Cæs.* c. 1. Morbo quartanæ aggravante. *Plin.* l. 23. c. 1. *a med.* declinante. *et paulo post.* minuente se. et l. 34. c. 15. prævalente. ¶ *Morbus major,* est comitialis. *the falling sickness, epilepsy. Cels.* l. 3. c. 23. Inter notissimos morbos est etiam is, qui comitialis, vel major nominatur. Adde *Fest.* in *Prohibere.* Idem dicitur et *sacer,* sive quia (ut ait *Cœl. Aurel.* l. 1. *Chronic.* c. 4.) divinitus putatur immissus; sive quod sacram contaminet animam; sive quod in capite fiat, quod multorum philosophorum judicio sacrum templum est partis animæ in corpore natæ; sive ob magnitudinem passionis. majora enim vulgus sacra vocavit. Hæc *Cœlius.* Græci ἱερὰν νόσον dicunt, et *Apul. in Apolog.* divinum morbum. ¶ *Morbus regius,* arquatus, *the jaundice. Cels.* l. 3. c. 24. ¶ *Id mihi morbo est,* morbum affert. *that is my misfortune. Plaut. Trucul.* 2. 5. 12. Quod mulier facere incepit, nisi id efficere perpetrat, id illi morbo, id illi senio est. ¶ Translate morbi sunt vitia animi, *bad passions, vices; weaknesses, failings. Senec.* ep. 75. item 85. *ante med.* Morbi sunt inveterata vitia, et dura, ut avaritia, ut ambitio nimia, &c. *Cic.* 1. *de Fin.* cap. 18. Animi morbi sunt cupiditates immensæ, et inanes, divitiarum, gloriæ, dominationis, &c. *Senec.* l. 1. *de benef.* c. 14. Numquid me dignum judicavit? minime: morbo suo morem gessit. *Cic. initio Verr.* 6. Venio nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat, studium, ut amici ejus, morbum et insaniam; ut Siculi, latrocinium. *Id. Verr.* 3. c. 36. Nam ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo et cupiditate. *Catull.* carm. 75. *in fin.* Ipse valere opto, et tetrum hunc deponere morbum. *h. e.* amorem. *Petron. in Satyr.* c. 90. Quid tibi vis cum isto morbo? *h. e.* cacoethe faciendi carmina. ¶ Videtur *Cic.* hanc translationem (tametsi tum locis cit. tum alibi sæpissime est usus) non omnino probare, ut minus Latine usitatam. Hæc enim habet *Tuscul.* 3. c. 4. Perturbationes animi, quæ Græci πάθη appellant: ego poteram morbos, et id verbum esset e verbo: sed in consuetudinem nostram non caderet. nam misereri, invidere, gestire, lætari, hæc omnia morbos Græci appellant: nos recte, ut opinor, perturbationes dixerimus: morbos autem non satis usitate. Hæc *Cic.* qui videtur ita sentire, philosophum agens: contra oratorie loquens. ¶ In fabulis *Morbus* deus est, Erebi, et Noctis filius, ut et apud *Cicer.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 17. *extr.* et *Hygin. in præfat. Virgil.* autem *Æn.* 6. v. 275. sedem ejus ponit vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci, una cum Luctu, Curis, Senectute, Metu, Fame, &c. ¶ *In morbo consumat,* videtur esse imprecatio in eum, qui pecuniam alienam injuria possidet. *Senec.* l. 4. *de benef.* c. 39. Quingenti denarii sunt. illud quod dici solet, in morbo consumat. *ill luck to him with them! much good may they do him!* Potest etiam, inquit *Manut.* ab amico dici, qui nolit deesse amico quod impendat, si morbus inciderit.

MORDACĬTAS, atis, f. *a biting or stinging quality, mordacity,* vis mordendi, pungendive. *Plin.* l. 21. c. 15. *a med.* Urticarum foliis inest aculeata mordacitas. et cap. 18. *ad fin.* Juncus rotundus, vinosæ mordacitatis ad linguam. *h. e.* sapore vini acri, et linguam gustantis vellicante. *Pallad. in Januar.* tit. 15. *ante med.* Amygdala antequam ponamus pridie mulsa aqua, ita ut ne nimis, maceremus, ne germen exstinguat ex multo melle mordacitas.

MORDACĬTER, adverb. *sharply, bitterly, satirically, Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 5. v. 19. Scilicet incipiam lima mordacius uti. *Macrob. Saturn.* lib. 7. c. 3. Ait mimus ille mordaciter, &c. *Lactant.* l. 5. c. 2. *a med.* Alius eandem materiam mordacius scripsit.

MORDAX, acis, *biting, given to bite, snappish, mordacious,* δακνώδης, δηκτικὸς, promptus, facilis ad mordendum. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 27. Mordax canis. *Labeo* apud *Gell.* l. 4. c. 2. Equus mordax, aut calcitro. ¶ Item aculeatus, pungens, *stinging, pricking, biting, pungent. Ovid. de medic. fac.* v. 4. Mordaces rubi. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 417. Urtica mordax. *Plin.* l. 17. c. 8. Mordacissima marga. *Id.* l. 18. c. 7. *ante med.* Arista mordacior hordeo. ¶ Item cædens, acutus, *sharp, cutting. Horat.* l. 4. od. 6. v. 9. Mordaci ferro icta pinus. ¶ Item qui abradendi vim habet, *corrodent, corrosive, fretting. Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 506. Nec tu mordaci pumice crura teras. *Plin.* l. 15. c. 29. *a med.* Folia myrti siccantur in farinam, ad ulcerum remedia in corpore humano, leniter mordaci pulvere. ¶ Item qui acri et aspero gustu est, et linguam lædens, *sharp, tart, biting, sour, bitter. Plin.* l. 25. c. 8. *circa med.* Succus croci mordax. *Pers.* sat. 5. v. 86. Acetum mordax. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 3. v. 106. Mordax fel. ¶ De fibula. *Sidon.* carm. 5. v. 18. pepli textus, quem fibula torto Mordax dente vorat. V. *Mordeo.* ¶ Translate est maledicus, *satirical, virulent. Ovid.* 2. *Trist.* v. 563. Non ego mordaci destrinxi carmine quemquam. *Horat.* l. 1. ep. 17. v. 18. Mordacem Cynicum sic eludebat. *Id.* l. 1. sat. 4. v. 93. Lividus et mordax. *Phædr.* l. 5. *prol.* v. 9. Invidia mordax. *Id.* l. 4. fab. 7. Mordaciorem qui improbo dente appetit. *Pers.* sat. 1. vers. 107. Aures teneras mordaci radere vero. ¶ Item exedens, solicitum habens, *gnawing, fretful, sad, anxious. Horat.* l. 1. od. 18. v. 4. neque Mordaces aliter diffugiunt solicitudines.

MORDĔO, es, momordi (*olim* memordi) morsum, a. 2. *to bite, gnaw, champ; to pinch,* δάκνω, dente lædo, vulnero, arripio, mordicus apprehendo. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 20. Canes latrare, et mordere possunt. *Martial.* l. 14. epigr. 83. mordente molesto pulice. *Lucan.* l. 9. v. 737. Aulum Torta caput retro dipsas calcata momordit. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 68. *de angue vulnerato.* Ille dolore ferox caput in sua terga retorsit, Vulneraque aspexit, fixumque hastile

momordit. *Enn.* apud *Gell.* l. 7. c. 9. et *Non.* c. 2. n. 553. Si me canis memorderit. *Ovid.* 13. *Met.* v. 943. manuque Pabula decerpsi, decerptaque dente momordi. *bit small.* *Martial.* l. 9. epigr. 75. *de sutore.* Dentibus antiquas solitus producere pelles, Et mordere luto putre vetusque solum. *Id.* l. 1. epigr. 105. Mordent aurea lupata cervi. quod *Virg.* dixit 4. *Æn.* v. 135 frena mandere. ¶ *Mordere frenum*, proverbialis dictio. V. *Frenum.* ¶ *Mordere terram* dicuntur, qui graviter icti, in faciem procumbunt morituri. *Virg.* 11. *Æn.* v. 418. Procubuit moriens, et humum semel ore momordit. [† ὀδὰξ ἕλε.] Adde *Ovid. Metam.* 9. v. 61. et *Claudian. de B. Get.* v. 588. Sic *Sil.* l. 5. v. 526. Labitur infelix, atque appetit ore cruento Tellurem exspirans. et lib. 9. v. 383. Volvitur ille ruens, atque arva hostilia morsu Appetit, et mortis premit in tellure dolores. *Virg.* 11. *Æn.* v. 668. Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam Mandit humum. ¶ Pro arripere, et detinere, *Celsus* l. 7. c. 4. sect. 4. Id quod a lino mordetur, inciditur. et cap. 5. sect. 4. In osse usque eo movendum est, donec laxetur is locus, qui mucronem (*teli*) momordit. Sic apud *Stat. Theb.* 9. v. 499. arbor dicitur radice mordere humum. ¶ Pro mandere, comedere, *to chew, eat*, *Pers.* sat. 4. v. 30. tunicatum cum sale mordens Cæpe, et farratam, pueris plaudentibus, ollam. *Juvenal.* sat. 6. v. 301. Grandia quæ mediis jam noctibus ostrea mordet. et sat. 5. v. 11. et sordes farris mordere canini. ¶ Quod ait *Idem* sat. 7. v. 18. nectit quicumque canoris Eloquium vocale modis, laurumque momordit: alludit ad δαφνηφάγους, h. e. laurum comedentes, quæ credebatur vim vaticinandi, atque œstrum inspirare vescentibus, ut et in *Laurus* dictum est. ¶ Pro consumere, absumere, *Laber.* apud *Gell. et Non. locis sup. cit.* De integro patrimonio meo centum millia nummum memordi. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 44. *Burm.* Interim nemo curat, quid annonam mordet. Al. aliter leg. ¶ Præterea *mordere* Poetice dicuntur fibulæ, quarum altera ab altera recipitur, et quasi ore retinetur, vestemque adstringit. *Virg. Æn.* 12. v. 274. laterum juncturas fibula mordet. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 318. Rasilis huic summam mordebat fibula vestem. *Claudian. de consul. Prob. et Olybr.* v. 88. laxumque coercens Mordet gemma sinum. *Sidon.* carm. 2. v. 325. perque lacertos Pendula gemmiferæ mordebant suppara bullæ. Adde *Ovid.* 14. *Metam.* v. 394. *Stat.* 7. *Theb.* v. 659. et *Sil.* l. 7. v. 624. ¶ *Mordent* etiam, quæ acri sapore sunt, et linguam lædente. *Plin.* l. 27. c. 13. Radix smyrnii gustu acri mordet. *bites.* *Id.* l. 29. c. 2. Linguam adstringit leniter, nec mordet. *Id.* l. 28. c. 9. *a med.* Fellis vis excalfacere, mordere, scindere, &c. ¶ Item quæ tactu aspera sunt, et pungunt. *Id.* l. 22. c. 14. Urtica foliis non mordentibus. *stinging.* *Id.* l. 21. c. 6. Croci probatio, si, manu prolata ad ora, leniter faciem oculosque mordeat. *Id.* l. 29. c. 2. Lanæ succidæ plurima præstant remedia ex oleo, vinoque, aut aceto, prout quæque mulceri, mordeve opus sit, et adstringi, laxarive. *accordingly as there is need of lenitives or corrosives.* ¶ Translate est perstringere, vellicare, urere, lædere. *Horat.* l. 2. sat. 6. v. 45. Matutina parum cautos jam frigora mordent. *Id.* lib. 1. epist. 8. v. 5. quia grando Contuderit vites, oleamque momorderit æstus. *Martial.* l. 8. epigr. 14. Mordeat et tenerum fortior aura nemus. *blight.* ¶ Item abradere. *Horat.* l. 1. od. 31. v. 7. Non rura, quæ Liris quieta Mordet aqua taciturnus amnis. *Plin.* l. 18. c. 18. *ad fin.* Culter futuris sulcis vestigia præscribens incisuris, quas resupinus in arando mordeat vomer. *Martial.* l. 5. epigr. 81. libellus securus erit, quem censoria docti lima momorderit Secundi. ¶ Sæpe pertinet ad carpendum, detrectandum, maledicendum, *to carp at, speak ill of, detract from, asperse, slander, backbite, calumniate.* *Terent. Eun.* 3. 1. 20. Invidere omnes mihi, mordere clanculum. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 10. v. 123. Nec, qui detrectat præsentia, livor iniquo Ullum de nostris dente momordit opus. et lib. 1. el. 1. v. 25. cave, defendas, quamvis mordebere dictis. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 38. Mordear opprobriis falsis. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 14. v. 46. Non mordenda mihi turba fidelis erat. *Juvenal.* sat. 9. v. 10. conviva joco mordente facetus. *a sharp or satirical saying.* ¶ Sæpe etiam refertur ad animum, et ponitur pro pungere, ferire, irritare, affligere, angere, cruciare, lædere. *to vex, torment, affect, hurt, annoy.* *Terent. Eun.* 3. 1. 55. Par pari referto, quod eam mordeat. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 2. *a med.* Scribis, morderi te interdum, quod non simul sis. *are uneasy.* et lib. 13. ep. 12. Valde me momorderunt epistolæ tuæ de Attica nostra: eædem tamen sanaverunt. *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) Hunc mordebit objurgatio, hunc honor excitabit. *Ovid.* 2. *Amor. el. ult.* v. 43. mordet cura medullas. *gnaws, eats, consumes.* et *Heroid.* ep. 13. v. 30. Pectora legitimus casta momordit amor. *Senec. in Troad.* v. 1011. Lentius luctus, lacrymæque mordent. *Ovid. Metam.* 2. v. 805. occulto dolore morderi. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 20. Morderi conscientia. *to feel the stings of conscience.* et l. 3. *c. ult.* Si paupertas momordit, si ignominia pupugit. ¶ Pro ruminare, cogitare, *Senec. in fin.* ep. 78. Interim hoc tene, hoc morde, adversis non succumbere, lætis non credere. *ruminate upon this.* ¶ Præterito *memordi* præter *Enn.* et *Laber.* usi sunt etiam *Nigidius, Plaut.* et *Atta*, item *Cic.* et *Cæsar*, teste *Gell. cit.* l. 7. c. 9. qua ratione, et *peposci*, et *pepugi*, et *cecurri*, et *spepondi* dixere. Nunc omnes doctiores, inquit *Gell. ibid. poposci, momordi, pupugi*, &c. dicunt.

MORDĪCANS, antis, mordens, morsicans, pungens, vellicans, lædens. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 8. Est acerrimæ, atque mordicantis qualitatis.

MORDICATĬO, onis, f. *a gnawing*, levis arrosio. *Cæl. Aurelian. Acut.* l. 3. c. 20. Ventris mordicatio.

MORDICES. V. in seq. voce.

MORDICĬTUS, adverb. idem quod mordicus. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 57. Asini me mordicitus scindant, boves incursent cornibus. Ita leg. *Gruter.* plures alii *mordicibus*, h. e. morsibus, ut sit a nominativo *mordices, cum.* Eadem lectionis diversitas est in illo *Apul.* l. 3. *Metam.* Mordicitus appetens. Sunt etiam, qui *mordicus* appetens apud *Plaut.* reponunt.

MORDĬCUS, adverb. *with the teeth, by biting with the teeth*, ὀδὰξ, mordendo. *Cic. ad Q. Fr.* l. 3. ep. 4. Auriculam fortasse mordicus abstulisset. *Plaut. Curcul.* 5. 1. 7. Mordicus arripere. *Sueton. in Cæs.* c. 64. Paludamentum mordicus trahens. ¶ Translate est arcte, pertinaciter. *tooth and nail, keenly.* *Cic. Acad.* 4. c. 16. *a med.* Perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus. Adde 4. *de Fin. c. ult.* ¶ Proverb. est illud *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 539. Mordicus petere aurum e flamma expediat, e cœno cibum.

MORE, adverb. μωρῶς, stulte. *Plaut. Stich.* 5. 1. 1. More hoc fit, atque stulte, mea sententia. Al. ita interpretantur: fit hoc quidem ex consuetudine, at ut opinor, stulte tamen.

MORES. V. *Mos.*

MORETARĬUS, a, um, ad moretum pertinens, ut Moretaria condimenta, *Apic.* l. 6. c. 4. ¶ *Moretarium* absolute, ipsum moretum. *Donat. ad Terent. Phorm.* 2. 2. 4. et *Apic.* l. 1. *c. ult.*

MORĒTUM, i, n. *a kind of sallad*, τρίμμα, genus cibi, idem ac intritum, et alliatum, quod ex his octo conficiebatur, allio, apio, ruta, coriandro, bulbo, caseo, oleo, aceto. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 367. Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum In dominæ mensis? ¶ Exstat incerti Auctoris poemation, inter *Virgilii* Catalecta, ubi fuse describitur.

MORIBUNDUS, a, um, *like or ready to die, dying, expiring*, ἀποθνήσκων, moriens. *Cic. pro Sext.* c. 39. Jacentem moribundumque vidistis. *Liv.* l. 26. c. 15. *extr.* Ante pedes Imperatoris moribundus procubuit. *Virg.* 10. *Æn.* v. 590. Excussus curru moribundus volvitur arvis. et vers. 341. Dexteraque ex humero nervis moribunda pependit. et lib. 6. v. 732. quantum non noxia corpora tardant, Terrenique hebetant artus, moribundaque membra. Ubi *Serv.* morienti similia, semper morientia. numquam enim in eodem statu sunt, sed aut minuuntur, aut crescunt. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 5. v. 3. Cujus ab alloquiis anima hæc moribunda revixit. *Stat.* l. 8. *Theb.* v. 643. Moribunda vox. *Catull.* carm. 80. v. 3. *ad Juvent.* Moribunda a sede Pisauri. *h. e.* mortifera propter aerem pestilentem, ex quo incolæ ita pallidi sunt, ut moribundi esse videantur.

MORIGERATĬO, nis, f. *compliance*, actus morigerandi. *Afran.* apud *Non.* c. 1. n. 1. Ætas, et corpus tenerum, et morigeratio, Hæc sunt venena formosarum mulierum.

MORIGĔRO, as, n. 1. idem ac morigeror, apud Vet. *Plaut. Amph.* 3. 3. 26. Dum cum hac usuraria uxore nunc mihi morigero.

MORIGĔROR, aris, atus sum, dep. 1. *to humour, comply with, endeavour to please, gratify*, χαρίζομαι, morem gero, obsequor, servio, satisfacio. *Terent. Adelph.* 2. 2. 9. Si nunc de tuo jure concessisses paululum, atque adolescenti esses morigeratus. *Plaut. Capt.* 2. 1. 4. Nunc si servitus evenit, ei vos morigerari mos bonus est. *Cic. in Orat.* c. 48. Voluptati aurium morigerari debet oratio. ¶ Turpem sensum habet apud *Sueton. in Tiber.* c. 44. eademque ratione accipienda loca *Afranii*, et *Plauti* in *Morigeratio*, et *Morigero* allata.

MORIGĔRUS, a, um, *obedient, compliant, condescending, obsequious, morigerous*, εὐπειθής, morem gerens, obediens, obsequens. *Plaut. Amph.* 3. 4. 21. Meo me æquum est morigerum patri, ejus studio servire addecet. *Id. Cistell.* 1. 3. 27. Uxorem duxit: ea diem suum obiit: facta morigera est viro. *she has proved a good wife; she has done precisely what he wished.* et *Epid.* 5. 1. 1. Male morigerus mihi est danista, qui de me argentum non petit. ¶ De obsequente in rebus obscenis. *Id. Cas.* 5. 2. 19. et alibi, *Lucret.* l. 4. v. 1274. &c. V. *Morigero.*

MORIMARŪSA, mare mortuum, Cimbrorum lingua. *Plin.* l. 4. c. 13.

MORĪNI, orum, ultimi Galliæ populi ad Oceanum. *Virg.* 8. *Æn.* v. 727. Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis. Adde *Melam* l. 3. c. 2. *ad fin.* Horum navale fuit Gessoriacum, nunc *Bologna.* *Plin.* l. 4. c. 16. V. Geographos.

MŌRĬO, onis, m. *a fool, jester, buffoon*, μωρίων, homo qui naturali stoliditate et stultitia risum excitat: a μωρὸς, stultus, fatuus. *Augustin.* ep. 26. *a med.* Quidam tantæ sunt fatuitatis, ut non multum a pecoribus differant: quos moriones vulgo vocant. *Martial.* l. 8. epigr. 13. Morio dictus erat: viginti millibus emi: Redde mihi nummos, Gargiliane: sapit. *Id.* l. 14. epigr. 210. cui lemma *Morio*: Non mendax stupor est, nec fingitur arte dolosa. Quisquis plus justo non sapit, ille sapit. *Id.* l. 12. epigr. 95. Parvum basiat usque morionem. Adde *Plin.* l. 9. ep. 17.

MORIŎLA. V. *Loriola.*

MORĬOR, ĕris, mortuus sum, dep. 3. *to die, expire*, θνήσκω, extremum spiritum effundo, vita decedo. Videtur esse a μόρος, fatum, mors. *Cic. de Senect.* c. 20. Moriendum certe est: et id incertum, an eo ipso die. *Id. pro Quint.* c. 4. Moritur in Gallia Quintius, et moritur repentino. *Id. Attic.* l. 1. ep. 3. Aviam tuam scito desiderio tui mortuam esse. *Pollio ad Cicer. Fam.* 10. ep. 33. Mori ex vulnere. *Lucan.* l. 2. v. 264. quis nolit in illo Ense mori? *Al. leg.* ab isto. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 484. An me mox merita morituram patris ab ira Dissimulas? et lib. 4. v. 243. Tu ne Amyci moriere manu? *Ovid. in Ibin*, v. 307. jaculis moriaris adactis. *Id.* 2. *Amor.* el. 7. v. 10. alterius dicor amore mori. *Tibull.* l. 2. el. 7. v. 33. Mori curis. *to fret himself to death.* *Petron. in Satyr.* c. 10. fame. *Plin.* l. 14. c. 13. inedia. *Stat.* 9. *Theb.* v. 787. leto moriere virorum. *Sallust. in fragm.* apud *Serv.* ad 3. *Georg.* v. 482. Ne simplici quidem morte moriebantur. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 64. Hanc vivus defendi, moriens Cæsari restituo. *Cic. de Senect.* c. 20. Sensus moriendi aliquis esse potest. *Virg.* 2. *Æn.* v. 550. Nunc morere. *Horat.* l. 3. od. 19. v. 2. Codrus pro patria non timidus mori. *Cic. pro Cæl.* c. 24. Significabat interruptis atque morientibus vocibus. ¶ *Moriar* formula jurantis, ut Dispeream. *may I die! may I perish! kill me!* *Cic.* l. 8. *ad Attic.* ep. 6. *ad fin.* Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. ¶ De plantis. *Claudian. de consul. Prob. et Olybr.* v. 218. *de arundine.* Quam neque fas Zephyris frangi, nec sole perustam Æstivo candore mori. *Plin.* l. 28. c. 7. *a med.* Rutam et hederas illico mori. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 528. morituroque ad sibila campus. ¶ De igne, et lumine. *Claudian. de B. Get.* v. 248. *de cometa.* Donec in exiguum moriens vanesceret ignem. ¶ De rebus aliis vita, aut sensu carentibus. *Cels.* l. 7. c. 14. *a med.* Id quod supra vinculum est, moritur. *Plin.* l. 13. c. 3. Unguenta illico exspirant, ac suis moriuntur horis. ¶ Jlocaliter *Plaut. Capt.* 3. 4. 117. Væ illis virgis miseris, quæ hodie in tergo morientur meo. *h. e.* frangentur. *Manil.* l. 4. v. 623. Donec in Ægyptum redeant curvata per undas Litora, Niliacis iterum morientia ripis. *h. e.* desinentia. *ending, terminated*, vel *dying away as it were.* Sic *Petron. in Satyr.* c. 122. nec vaga passim Flumina per notas ibant morientia ripas. *h. e.* passim vaga non continebant se inter ripas. Al. aliter interpretantur, aut legunt. ¶ Urbaniora, ac decentius translata sunt illa *Cic. post redit. in Sen.* c. 2. Quod tempus erit unquam, quo vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama moriatur? *shall die; shall perish, or be effaced.* et *pro Cæl.* c. 31. Ut iste interpositus sermo deliciarum desidiæque moreretur. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 2. v. 27. Tunc igitur meriti morietur gratia vestri, Cum cinis absumpto corpore factus ero. ¶ *Mori* dicuntur, qui cujuspiam rei studio ita tenentur, ut pæne in eo vitam animumque ponere videantur. *Cic. de Senect.* c. 14. Mori videbamus in studio dimetiundi pæne cæli atque terræ C. Gallum. *died as it were amidst*, &c. ¶ Si non aliqua nocuisses, mortuus esses. *thou would'st have died with rage, would'st have gone mad with disappointment.* *Virg. Ecl.* 3. v. 15. ¶ *Dies mori* dicitur, cum in occasu sol est. *Plaut. Men.* 1. 2. 45. Dies quidem jam ad umbilicum est dimidiatus mortuus. *Stat.* l. 4. *silv.* 6. v. 3. Jam moriente die rapuit me cœna benigni Vindicis. ¶ Olim in quibusdam temporibus quartæ fuit conjugationis. *Enn.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 880. *Putsch.* Nunc est ille dies, cum gloria maxima se se Ostendat nobis, si vivimu', sive morimur. *Plaut. Asin.* 1. 1. 108. Moriri se se misere mavolet, quam, &c. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 215. mortemque timens, cupidusque moriri. Adde *Plaut. Rud.* 3. 3. 22.

MORITURĬO, is, n. 4. mori cupio. Usurpasse *Ciceronem* testis est *Augustin. de Grammat.* pag. 2006. *Putsch.* ubi de verbis desiderativis agit.

MORMYR, yris, f. μορμύρος, species piscis in Ponto. *Ovid. in Halieut.* v. 110. et pictæ mormyres, et auri Chrysophrys imitata decus. Adde *Plin.* l. 32. *c. ult.*

MŌRO, as, a. 1. idem quod moror. *Pacuv.* apud *Diomed.* l. 1. v. 395. Paucis absolvit, ne moraret diutius. *Nævius ibid.* Quid moras? Adde *Enn. ibid.*

MOROLŎGUS, i, *talking foolishly; a babbler*, μωρολόγος, stulte loquens: a μωρὸς, stultus, et λόγος, sermo. *Plaut. Pers.* 1. 1. 50. Amoris vitio tibi morologus fio. *Id. Pseud.* 5. 1. 20. Sermonibus morologis uti. *idle, silly, impertinent.*

MOROR, aris, atus sum, dep. 1. *to delay, tarry, stay, linger, loiter*, διατρίβω, ἐπέχω, cunctor, tardo, moram interpono, cesso: a *mora.* *Terent. Eun.* 3. 2. 6. Eamus ergo ad cœnam: quid stas? *Thr.* ubi vis: non moror. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 5. *a med.* Lucceius narravit, Brutum valde morari, non tergiversantem, sed exspectantem, si qui forte casus. *Id. Phil.* 5. c. 12. Hem cui bellum moremur inferre. *hesitate, scruple.* *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 186. Nec moror ante tuos procubuisse pedes. *Liv.* l. 3. c. 54. Nihil ne ego quidem moror, quo minus decemviratu abeam. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 6. haud ipse morabor quæ petitis. *h. e.* cunctabor dare. *Horat.* l. 2. od. 17. v. 5. Ah, te meæ si partem animæ rapit Maturior vis, quid moror altera? *h. e.* quid vitam traho? vel, quid mori cesso? *Ovid.* 6. *Fast.* v. 679. At dominus, discedite, ait, plaustroque morantes Sustulit. V. *Morans.* ¶ Est etiam manere, commorari. *to stay, abide*,

remain. *Cic. Fam.* 15. ep. 17. *ad fin.* Tu quod adhuc Brundisii moratus es, valde probo. *sojourn. Id. Attic.* l. 7. ep. 1. *a med.* Quam vellem etiam nunc in provincia morari! *Virg.* 4. *Æn.* v. 235. qua spe inimica in gente moratus. *h. e.* inter hostes. *Cic. in Pison.* c. 12. Non est passus, in republ. diutius vestrorum scelerum pestem morari. *Horat.* l. 1. od. 38. v. 3. Mitte sectari, rosa quo locorum Sera moretur. ¶ *Morari cum aliquo*, versari, vivere, esse. *to dwell, live, be. Senec.* ep. 2. Primum argumentum compositæ mentis existimo, posse consistere, et secum morari. et ep. 32. Ab omnibus sciscitor, quid agas, ubi, et cum quibus moreris. ¶ Sæpissime cum accusativo vim habet activam, pro detinere, retardare, moram et impedimentum afferre, sistere. *to retard, detain, hinder, impede, delay, stop, prevent, check. Cic. Fam.* 6. ep. 20. Si aliqua res eum vel impediet, vel morabitur. et lib. 15. ep. 11. *extr.* Si me navigatio non morabitur, propediem te videbo. *Id. Phil.* 5. c. 9. *extr.* Legatorum nomen belli celeritatem morabitur. *Planc. ad Coss.* l. 10. *Fam.* ep. 8. *ad fin.* Si modo meo casu aut confirmare patriæ salutem, aut periculum possim morari. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 26. Impetum hostium sustinere ac morari. et cap. 39. Morari victoriam. et lib. 7. c. 40. iter, atque impedire. *Plaut. Aulul.* 4. 2. 5. ne affinem morer, quin extemplo filiam ducat domum. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 16. *sub fin.* Curtius noster dibaphum cogitat, sed eum infector moratur. *delays him. Horat.* l. 3. od. 27. v. 50. Impudens Orcum moror. *I procrastinate my doom. Plin.* l. 9. c. 25. Echeneis naves moratur. *h. e.* tardius ire facit, ut ipsemet *ibid.* ait. *M. Anton. in epist.* apud *Cicer. Phil.* 13. c. 17. Nihil moror, eos salvos esse, et ire quo jubetis. *I do not hinder, do not stand in the way, am not displeased, have no objection.* ¶ *Nihil te moror* formula est reum dimittentis, et abire sinentis. *Liv.* l. 4. c. 42. *sub fin.* C. Sempronium nihil moror, quando hoc est in imperio consecutus, ut tam carus esset militibus. *I have nothing more to say to*, &c. *Id.* l. 8. c. 35. *a med.* Cum se nihil morari magistrum equitum pronuntiasset. *Id.* l. 43. c. 16. *extr.* Absoluto Claudio, tribunus plebis negavit, se Gracchum morari. Hinc *nihil vos moramur*, *P. C.* vox erat Consulis Senatum dimittentis, apud *Capitolin. in Anton. Philos.* c. 10. Sic *Cic.* l. 2. *ad Q. Fr.* ep. 1. Tum ille se negavit Senatum tenere. ¶ *Nihil moror*, non curo, nihil æstimo. *I do not care for, do not value or regard. Horat.* l. 1. ep. 15. v. 16. nam vina nihil moror illius oræ. et lib. 2. ep. 1. v. 264. Nihil moror officium, quod me gravat. *Plaut. Capt. prol.* v. 16. Alieno uti nihil moror. *Id. Aulul.* 2. 1. 44. Ego dives sum satis: istas magnas factiones, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram nihil moror. ¶ Item nolo, recuso, abnuo. *Accius* apud *Non.* c. 5. n. 40. Tu pertinaciam esse, Antiloche, hanc prædicas: Ego pervicaciam aio, et hac me uti volo. Nam pervicacem dici me esse, et vincere, Perfacile patior: pertinacem, nihil moror. *Terent. Eun.* 1. 2. 104. Profecto non plus biduum, aut. *Ph.* aut? nihil moror. *that and nothing else.* ¶ *Ne multis morer*, ne plura dicam, vel ne pluribus verbis audientem detineam. *not to be tedious; to be brief, cut the matter short. Cic. Verr.* 6. c. 46. *extr.* Hæc iste omnia, ne multis morer, uno impetu asportanda curavit. *Terent. Andr.* 1. 1. 87. Quid multis moror? egomet quoque ejus causa in funus prodeo. *Plin.* l. 7. c. 49. *a med.* Ne pluribus moremur in re confessa. Sic *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 3. in publica commoda peccem, Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar. ¶ *Morari* pro detinere delectando, *Horat.* l. 1. ep. 13. v. 17. Carmina, quæ possint oculos, auresque morari. *Id. de ar. Poet.* v. 321. Valdius oblectat populum, meliusque moratur. *fixes the attention of, takes with.* ¶ Passive impersonaliter. *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 5. Sic multum ac diu ludetur, atque ita diu, ut plus biennium in his tricis moretur. ¶ In illo *Virg.* 5. *Æn.* v. 207. Consurgunt nautæ, et magno clamore morantur: *Servius* explicat, retro agunt, scil. navem, quæ in scopulum impegerat, et saxis in procurrentibus hæserat. Sed aptius dices *morantur*, cursum sistunt et clamore ac viribus hærentem navem divellere conantes moram faciunt. ¶ Ludus est in ambiguo apud *Sueton. in Ner.* c. 33. Omnibus contumeliis mortuum (*Claudium*) insectatus est, modo stultitiæ, modo sævitiæ arguens. nam et morari eum inter homines desiisse, producta prima syllaba, jocabatur. *h. e.* stulte agere, desipere, fatuum esse: a μωρὸς, stultus. Eadem ratione usurpasse videri potest *Plaut. Trucul.* 3. 1. 23. Ibitur, ne me morari censeas. *et Mil.* 2. 4. 17. Ego stulta moror multum, quæ cum hoc insano fabulem. Al. leg. *stulta atque mora multum.* [¶ Particip. *moraturus*, *morandus* apud *Propert.* l. 3. el. 20. v. 12. Phœbe, moraturæ contrahe lucis iter. *Horat. art. poet.* v. 223. Illecebris erat, et grata novitate morandus Spectator.]

MORŌSE, *peevishly, fastidiously, morosely*, δυσκόλως, difficulter, fastidiose. *Cic. in Bruto*, c. 67. Hominum ineptias et stultitias non ferebat, iracundiusque respuebat, sive morose, ut putabatur, sive ingenuo liberoque fastidio. *Sueton. in Aug.* c. 66. *a med.* Amicorum suprema judicia morosissime pensitavit. *Tertull. de Pall.* c. 4. *sub fin.* Pallium morosius ordinatum. *h. e.* curiosius, affectatius. *Plin.* l. 18. c. 13. Terram non morose eligit, pæne ubi nihil aliud seri possit. *scrupulously, nicely.*

MOROSĪTAS, atis, f. *peevishness, fretfulness, captiousness, excessive nicety, fastidiousness, moroseness, morosity*, δυσκολία, illa morum difficultas, cum nulla pæne res, quantumvis exacta, animo alicujus satisfacit. *Cic.* 1. *Offic.* c. 25. *a med.* Ne in morositatem inutilem et odiosam incidamus. *Sueton. in Tiber.* c. 70. Affectatione et morositate nimia obscurabat stylum. [*Tertullian. de præscript. hæret.* c. 40. Nonne manifeste diabolus morositatem illam Judaicæ legis imitatus est? *h. e.* morum ac rituum Judaicorum scrupulositatem.]

MORŌSUS, a, um, *difficult to please, peevish, froward, testy, fretful, captious, morose, over-nice, particular, fastidious*, δυσάρεστος, δύσκολος, qui nimis exacte omnia fieri postulat: cui non placet id, quod placere debet: cui nulla re satisfacimus, difficilis, fastidiosus, curiosus. *Cic. in Orat.* c. 29. *in fin.* Usque eo difficiles ac morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes. *Id. de Senect.* c. 18. *a med.* Morosi, et anxii, et iracundi, et difficiles senes. *Horat.* l. 1. od. 9. v. 17. Morosa canities. *Martial.* l. 14. epigr. 105. Morosa sitis. *h. e.* quæ vulgares potiones respuit. *Plaut. Trin.* 3. 2. 43. Amor mores hominum moros et morosos facit. *Senec. de Ira*, l. 1. c. 4. Inter hos morosum ponas licet, delicatum iracundiæ genus. *Sueton. in Cæs.* c. 45. Circa corporis curam morosior, ut non solum tonderetur diligenter, ac raderetur, sed velleretur etiam. ¶ *Morosus* etiam dicitur, qui tædium ac fastidium affert. *Martial.* l. 14. epigr. 23. Si tibi morosa prurigine verminat auris. *Tertull. de cor. Mil.* c. 1. Speculatoriam morosissimam pedibus absolvit. ¶ Transfertur ad alia. *Plin.* l. 16. c. 33. Cupressus natu morosa. *h. e.* difficillime nascens. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 323. Morosus morbus. *h. e.* qui difficile curatur. *stubborn. Plin.* l. 14. c. 2. *a med.* Vitis in eligendo solo morosa. *Id. initio* l. 35. Morosa cælandi, fingendique, ac tingendi subtilitas. ¶ Est a *mos, moris*: quare primam producit apud *Martial. Horat. Ovid. Pers.* Corripuisse videtur *Martian. Capell. in carm. extr.* l. 2. Quæ tam morosis implicata ductibus: quasi a *mora* duceretur.

MORPHEUS, i, m. dissyllab. Μορφεὺς, Somni filius, vel minister: a μορφὴ, forma, quia varias formas in dormientium phantasia gignit, et, ut est in fabulis, jussu domini quoscumque vultus hominum fingit, verba ipsa, mores item, et gestus imitatur. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 634. At pater e populo natorum mille suorum Excitat artificem simulatoremque figuræ Morphea. ¶ Duos illi fratres adjungit *Ovid. ibid.* quorum primus est nomine apud Superos *Icelos*, apud homines *Phobetor* (ἴκελος, similis: φοβήτωρ a φόβος, metus, terror.) qui fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens: quæ sunt terriculamenta dormientium. Alter est *Phantasos*, qui in humum, saxumque, undamque, trabemque, Quæque vacant anima, feliciter omnia transit. a φαντασία, visum, imago menti obversans.

MORPHNOS, i, m. μορφνὸς, aquilæ genus, circa paludes et lacus vitam præcipue agens. *Plin.* l. 10. c. 3.

MORS, mortis, f. *death*, μόρος, θάνατος, animæ separatio a corpore, interitus, letum, obitus, casus: a μόρος, fatum, mors. In Fabulis est dea, Erebi et Noctis filia, ut *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 17. et *Hygin. in præfat.* docent. *Cic. Fam.* 6. ep. 21. Omnium rerum mors est extremum. *Id. Verr.* 5. c. 56. Mortem sibi consciscere. *et ibid.* appetere. *et Phil.* 5. c. 17. obire. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1773. adire. *et in Fur.* v. 486. pati. *et in Troadib.* perpeti. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 44. *extr.* occumbere. *Al. leg.* morte. *Virg.* 2. *Æn.* v. 62. certæ occumbere morti. *Justin. sub fin.* l. 14. succumbere morti. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 5. Mortem commutare cum vita. *Plaut. Amph.* 2. 2. 177. aliquem ad mortem dare. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 197. morti dare. *Cic. in Vatin.* c. 9. *sub fin.* objicere. *Virg.* 12. *Æn.* v. 464. morti sternere. et lib. 5. v. 692. demittere. et lib. 11. v. 796. subita morte sternere aliquem. *Cic. pro Mil.* c. 7. Mortem cuipiam inferre per scelus. *Sulpic. ad Cicer.* 4. *Fam.* ep. 12. afferre. *Colum.* lib. et cap. 2. Pestilens ager mortem facit. *Cic. pro Sext.* c. 21. *extr.* offerre. *Terent. Adelph.* 1. 2. 9. mulcare aliquem usque ad mortem. *Horat.* l. 4. od. 2. v. 15. morte cadere. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 12. acerbissima affici. *Tibull.* l. 1. el. 3. v. 55. consumi. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 583. fungi. *Cic. de Harusp. resp.* c. 20. mactare. *Id.* 1. *de Orat.* c. 43. *sub fin.* multare. *Senec. in Herc. Œt.* v. 888. damnari. *Cic. Tuscul.* 1. c. 42. Ad mortem duci. *Id.* 9. *Phil.* c. 1. *sub fin.* Cui legatio ipsa morti fuit. *occasioned his death. Propert.* l. 1. el. 19. v. 20. Mors amara. *Virg.* 3. *Georg.* v. 512. ægra. *Horat.* l. 2. od. 16. v. 29. cita. *Senec. in Herc. Fur.* v. 56. dira. *Virg.* 10. *Æn.* v. 791. dura. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 9. v. 41. gelida. *Val. Flacc.* l. 5. v. 26. frigida. *Cic.* 4. *Catil.* c. 2. turpis, immatura, misera. *Senec. in Troad.* v. 143. miseranda. *et in Herc. Fur.* v. 555. avidis pallida dentibus. *et in Œt.* v. 1948. horrida. *Sil.* l. 13. v. 561. nigrum pandens lurida rictum. *Tibull.* l. 1. el. 3. v. 65. rapax. *Lucret.* l. 6. v. 1194. rigida. *Nemesian.* ecl. 1. v. 47. invida. *Virg.* 11. *Æn.* v. 839. tristis. *Plin.* l. 2. *ep. ult.* bona. εὐθανασία, placidus et facilis exitus. *Stat.* 11. *Theb.* v. 582. imperfecta. *h. e.* cæcitas. ¶ Mortis causa stipulatio existimatur fieri, ut ait Antistius Labeo, quæ ita fit ut morte promissoris confirmetur, aut, ut quidam dixerunt, cujus stipulationis mors fuit causa. *Festus.* ¶ *Morte sua mori*, naturali ex morbo, aut senecta, non illata vi externa, *to die a natural death. Senec.* ep. 69. *extr.* Bella res est, mori sua morte. *Sueton. in Cæs. c. ult.* Percussorum nemo sua morte defunctus est. ¶ In plurali numero *Cic.* 2. *de Fin.* c. 30. Præclaræ mortes sunt imperatorum. *Virg.* 10. *Æn.* v. 854. Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem. *Senec. de clem.* l. 1. c. 18. O hominem mille mortibus dignum! *a thousand deaths. Colum.* l. 9. c. 11. pœnis ac mortibus affici. *Plin.* l. 8. ep. 16. Mortes meorum. *Stat.* 9. *Theb.* v. 58. perdere mortes. *h. e.* cædes. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 28. *extr.* Omni imagine mortium. Adde *Ovid.* 11. *Met.* v. 538. *Lucan.* l. 7. v. 848. *Val. Flacc.* l. 7. v. 332. *Quintil.* declam. 12. c. 9. *ad fin. Stat.* 11. *Theb.* v. 174. &c. ¶ Interdum *mortes* Poetice sunt tela ipsa, vel ictus, unde mors est. *Stat.* 6. *Theb.* v. 792. motu Spartanus acuto Mille cavet lapsas circum cava tempora mortes. *Sil.* l. 9. v. 368. dum vulnera tergo Bellator timet Ausonius, per pectora sævas Exceptat mortes. ¶ Transfertur ad inanima. *Plin.* l. 14. c. 22. Mors memoriæ. ¶ *Plaut. Bacch.* 5. 2. 33. *mortem* appellat senem squalidum, macerrimum, semimortuum. *an old man with one foot in the grave.* ¶ Pro cadavere. *Cic. pro Mil.* c. 32. Non fuisse credo fas, ullo in loco potius mortem ejus (*Clodii*) lacerari, quam in quo vita esset damnata. *Propert.* l. 2. el. 10. v. 22. Nec sit in Attalico mors mea nixa toro. *Plin.* l. 14. c. 19. Vitis, quam juxta hominis mors laqueo pependerit. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 328. Morte campos contegi.

MORSICĀTIM, adverb. ὀδὰξ, mordendo. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 547. Labellis morsicatim lusitant.

MORSĬCO, as, frequentat. a mordeo. *Apul.* l. 7. *Metam.* Ore improbo compulsat, et morsicat. et lib. 2. Limis, et morsicantibus oculis. *h. e.* intente, avideque intuentibus, et quasi morsu arripientibus.

MORSIUNCŬLA, æ, f. *a little bite*, δηγμάτιον, parvus morsus. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 65. Teneris labellis molles morsiunculæ. [*Apul.* 8. *Met.* pag. 567. *Oudend.* Formicæ continuis morsiunculis penitus inhærentes membra (hominis) nudarunt.]

MORSUM, i, n. *a bit, morsel*, res mordendo avulsa, particula cujuspiam rei morsu abstracta. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 316. *de nente.* Laneaque aridulis hærebant morsa labellis.

[† MORSŪRA, æ, f. morsus, *morsure. Constant. Afer* 7. 10. Morsuræ locus.]

MORSUS, a, um, *bitten, gnawn*, δηχθεὶς, particip. a mordeor. *Plin.* l. 29. c. 3. Datur morsis a cane rabioso, ne rabidi fiant. *Propert.* l. 3. *el. ult.* v. 24. Ungue meam morso sæpe querere fidem.

MORSUS, us, m. *a bite, biting*, δῆγμα, δῆξις, dentium, vel rostri ictus. *Cic. de Senect.* c. 15. Contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. *Id. de Fato*, c. 16. Ulceratus serpentis morsu. *Id. Tuscul.* 5. c. 27. Adolescentes incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique. *Val. Flacc.* l. 2. v. 459. Taurus frangentem morsu super alta leonem Terga ferens. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 65. Imponitque notam collo, morsuque cruentat. *Lucret.* l. 5. v. 132. leæ Morsibus affixæ validis, atque unguibus uncis. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 785. *de cane venante.* similisque tenenti Non tenet, et vacuos exercet in aera morsus. (*Stat.* 2. *Theb.* v. 680. vacuis ferit aera malis.) *Virg.* 12. *Æn.* v. 754. vividus Umber Hæret hians, jam jamque tenet, similisque tenenti Increpuit malis, morsuque elusus inani est. *Plin.* l. 11. c. 24. Morsu apprehendere. et lib. 10. c. 40. corripere. *Lucret.* l. 3. v. 664. premere. *Ovid. Metam.* 13. v. 568. morsibus insequi. et lib. 8. v. 877. artus divellere morsu. et lib. 11. v. 58. inferre morsus. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 42. Morsu appetere. *Virg.* 2. *Æn.* v. 215. serpens miseros morsu depascitur artus. *Id.* 7. *Æn.* v. 755. morsus arte levare. *to heal the bite. Nemesian. in Cyneg.* v. 221. infigere. ¶ Dicitur et de comedentibus. *Virg.* 3. *Æn.* v. 394. Nec tu mensarum morsus horresce futuros. et lib. 7. v. 112. vertere morsus Exiguam in Cererem penuria adegit edendi. *Juvenal.* sat. 4. v. 141. an Lucrinum ad saxum, Rutupinove edita fundo Ostrea, callebat primo deprendere morsu. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 926. herbæ, Quas neque cornigeræ morsu læsere juvencæ. ¶ Translate est quidquid tenaciter arripit, stringit, ac detinet. *Virg.* 1. *Æn.* v. 173. unco non alligat ancora morsu. *its flook.* et lib. 12. v. 782. Viribus haud ullis valuit discludere morsus Roboris Æneas. *Sil.* l. 7. v. 624. qua fibula morsus Loricæ crebro laxata resolverat ictu. *its hold.* V. *Mordeo.* ¶ Dicitur et de gustu acri, et vellicante. *biting, pungency of taste, acridness. Plin.* l. 36. c. 26. Aquæ marino creduntur adstringi morsu. *Martial.* l. 7. epigr. 24. Nec cibus ipse juvat morsu fraudatus aceti. ¶ De rubigine, qua ferrum exeditur, *Lucan.* l. 1. v. 243. Et scabros nigræ morsu rubiginis enses. ¶ Sæpe refertur ad animum, et tribuitur curis, et dolori. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 7. Ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficit. *anguish. Id.* 2. *Offic.* c. 7. Acriores morsus sunt intermissæ libertatis, quam retentæ. *Senec. de Consol. ad Marc.* c. 7. Ex discessu, non solum amissione carissimorum, necessarius morsus est. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 1. v. 73. Sic mea perpetuos curarum pectora morsus, Fine quibus nullo conficiantur, habent. ¶ Item invidiæ, ac maledicentiæ. *slander, calumny. Horat.* l. 1. ep. 14. v. 37. Non istic ob-

liquo oculo mea carmina quisquam Limat, non odio obscuro, morsuque venenat.

MORTA, æ, f. μοῖρα, Fatum, sive una ex Parcis, a μερὶς, quod apud *Hesych.* est idem ac μοῖρα, quatenus partem notat. *Liv.* apud *Gell.* l. 3. c. 16. Quando dies adveniet, quem profata Morta est? *Cæsellius ibid.* Tria sunt nomina Parcarum, Nona, Decima, Morta. *Gell. ibid.* Homo minime malus, Cæsellius, Mortam quasi mortem accepit, cum accipere quasi mœram deberet. V. *Mœra.*

MORTĀLIS, le, *mortal, subject to death, perishable,* θνητὸς, morti et fini subjectus. *Cic.* l. 1. *de Legib.* c. 23. Quid in iis mortale et caducum, quid divinum æternumque sit. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 13. Omne animal confitendum est esse mortale. *Id.* 14. *Phil.* c. 12. *extr.* Ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem estis consecuti. *Id. de Senect.* c. 22. Mortalia corpora. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 8. *extr.* Mundus mortalis. *Lucret.* l. 3. v. 882. Mortalis vita. *Vellei.* l. 2. c. 104. Mortalis conditio. et cap. 97. Mortalis natura. *Liv.* l. 1. c. 2. Secundum inde prœlium Latinis, Æneæ etiam ultimum operum mortalium fuit. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 2. v. 97. acta deos nunquam mortalia fallunt. *Virg.* 12. *Æn.* v. 740. Mortalis mucro. *h. e.* ensis mortali manu factus. Sic vers. 797. Mortale vulnus. *Quintil.* l. 5. c. 12. In clarissimum solem mortale lumen inferre. *h. e.* quod facile et brevi exstinguitur. *Val. Flacc.* l. 1. v. 838. Mortales curæ. *Tacit. in Agric. sub fin.* Ut vultus hominum, ita simulacra vultus imbecilla ac mortalia sunt. *Cic. pro Rab. Post.* c. 12. Mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere. *h. e.* breves. *Liv.* l. 34. c. 6. Si quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales, ut ita dicam, et temporibus ipsis mutabiles esse video. *Virg.* 6. *Æn.* v. 50. majorque videri, Nec mortale sonans. *Plin.* l. 35. c. 15. *ante med.* Ut aliquid ipso homine mortalius intelligant. ¶ *Mortales* absolute sunt homines. *mortals, mortal men, mankind,* οἱ θνητοί. *Cic. in Pison.* c. 40. Omnes mortales omnium generum, ætatum, ordinum. *Id. in Divin. Verr.* c. 2. Defendo multos mortales, multas civitates, Siciliam totam. *Horat.* l. 1. od. 3. v. 37. Nil mortalibus arduum est. *Lucret.* l. 4. v. 1177. tribuisse quod illi Plus videat, quam mortali concedere par est. *Ovid. Met.* 9. v. 16. turpe, deum mortali cedere. *Plaut. Trucul.* a. 5. v. 57. Lepidus ecastor mortalis. *Id. Pœn.* 5. 2. 147. hercle mortalem catum et subdolum. *Gell.* l. 13. c. 28. ex *M. Frontone* docet, *multos mortales* ἐμφατικώτερον esse, et majorem hominum magisque promiscuam multitudinem significare, quam *multos homines.* ¶ *Mortalia*, res, et facta hominum. *Virg. Æn.* 1. v. 466. mentem mortalia tangunt. *Tacit. Ann.* 14. c. 54. Invidia quidem, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem jacet. ¶ *Mortale crimen* apud *Cyprian. de bona Patient. a med.* est mortem afferens. *a mortal offence.*

MORTALĬTAS, atis, f. *mortality, subjection to death, the state of a being subject to death,* τὸ θνητὸν, rei mortalis et caducæ conditio, fragilitas: item ipsa mors. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 10. *extr.* Omne, quod ortum sit, mortalitas consequitur. *Justin.* l. 12. *c. ult. de matre Alexandri.* Profecto majus humana mortalitate opus utero tulit. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 50. Mortalitatem explere. *h. e.* mori. *Papinian. Dig.* lib. 5. tit. 2. leg. 15. Turbato mortalitatis ordine. *scil.* cum filius ante patrem moritur. ¶ Transfertur ad inanima. *Plin.* l. 36. c. 22. *a med.* Tofus ædificiis inutilis est mortalitate mollitiæ. *h. e.* quia propter mollitiam minime durat. *perishableness.* ¶ Pro morte ipsa. *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 4. *leg. ult.* Is, qui in reatu decedit, integri status decedit. extinguitur enim crimen mortalitate. et lib. 23. tit. 4. leg. 2. Cum mariti mortalitas intervenit. *Plin.* l. 10. ep. 50. *ad fin.* Rex mortalitate interceptus. ¶ Pro ipsis hominibus. *mortals, mankind, man. Plin. alter* l. 2. c. 7. *circa med.* Invenit tamen medium sibi ipsa mortalitas numen. *Curt.* l. 8. c. 4. *a med.* Contra fortunam non satis cauta mortalitas est. *Quintil.* declam. 8. c. 16. Publico mortalitatis contendo nomine, non debere, &c. Adde *Arnob. sub fin.* l. 4. pag. 152.

MORTALĬTER, *mortally,* conditione mortali. *Augustin. in Enchir.* c. 64. Quamdiu mortaliter vivunt, cum morte confligunt. Adde Tract. 110. *in Joann.*

MORTARĬUM, ii, n. *a mortar,* ὅλμος, vas, in quo res, quæ resolvendæ sunt, pistillo, vecte, aut manibus teruntur, subiguntur. Placet Etymologis esse per syncopen a *moretarium*, quod sit vel ipsum moretum, vel vas, in quo herbæ moreto conficiendo aptæ contunduntur. Porro mortarii forma modo lata est, et fundo plano, modo angusto, et cavo: materia marmor, lignum, testa, æs, &c. *Orbem cavum lapidis Auct. Moreti* inter *Catalect. Virg.* v. 96. appellat. *Colum.* l. 12. c. 55. Semen sinapis duabus horis in aqua sinito, postea tollito, et manibus expressum in mortarium novum conjicito, et pistillis conterito: cum contritum fuerit, totam intritam ad medium mortarium contrahito, et comprimito manu plana, &c. *Cato R. R.* c. 74. Panem depsiticium sic facito. Manus, mortariumque bene lavato: farinam in mortarium indito, aquæ paulatim addito, subigitoque pulcre. *the kneading-trough. Plin.* l. 34. c. 18. Plumbum se ipso teritur in mortariis plumbeis. *et mox.* Quidam in mortario lapideo, et maxime Thebaico, plumbeo pistillo terere malunt. et lib. 33. c. 8. Æreis mortariis pistillisque tritum minium ex aceto. *Scribon. Larg. compos.* 111. Teruntur hæc fictili mortario. ¶ A similitudine ejus, quod planum latumque habet fundum, sic dicitur cava area, seu lacus, in quo calx, arena, et hujusmodi maceratur, et subigitur. *Plin.* l. 36. c. 23. In Græcia tectoriis etiam arenatum, quod inducturi sunt, prius in mortario ligneis vectibus subigunt. *Vitruv.* l. 7. c. 3. *ad fin.* Mortario collocato, calce et arena ibi confusa. Adde lib. 5. *c. ult. et sub fin.* l. 8. ¶ A similitudine etiam est illud *Pallad. in Mart.* tit. 8. Arbori mortarium statim faciunt. *h. e.* terram circa arborem excavant ad formam mortarii, ad excipiendum humorem. ¶ Per synecdochen videtur esse ipsa materia macerata, et subacta in illis verbis *Vitruv. sub fin. l.* 8. Mortario cæmentum addatur. *mortar.* Sic lib. 7. c. 1. *a med.* Calcis duæ partes ad quinque mortarii, &c. *h. e.* ruderis, seu cæmenti in mortario triti. ¶ *Mortarium* a *pila* ita distingui videtur, ut in eo res terantur, et subigantur, ut dictum est: in hac contundantur. Tametsi promiscue hæc accipi solent. *Scribon. Larg. compos.* 74. Pila, et pilo mundo contundere, et cetera trita mortario curiose admiscere. *et compos.* 75. Glycyrrhizam contusam et cribratam, mortarioque nihilominus tritam, &c. ¶ Mortariorum lapides habuere et in medicina usum. V. *Plin.* l. 36. c. 22.

MORTICĪNUS, a, um, *dying of itself, carrion,* θνησιμαῖος, non mactatus aut occisus, sed ab se mortuus. *Varr. R. R.* l. 2. c. 9. *a med.* Morticinæ ovis carne vesci. et lib. 3. c. 2. *in fin.* Morticinas volucres, aut pisces edere. *Id.* l. 6. *de L. L.* c. 5. In sacris ne morticinum quid adsit. Adde *Senec.* epist. 122. ¶ *Servius ad Æn.* 4. v. 518. Flaminicæ non licebat neque calceos, neque soleas morticinas habere. morticinæ autem dicuntur, quæ de pecudibus sua sponte mortuis fiebant. *Fest.* in *Mortuæ.* Mortuæ pecudis corio calceos, aut soleas fieri Flaminicis nefas habetur, sed aut occisæ alioqui, aut immolatæ: quoniam sua morte exstincta omnia funesta sunt. ¶ *Morticini clavi* vulgo dicuntur, vel quia morticinam carnem referunt, vel ut putat *Harduin.* quia mortiferi sunt. *Plin.* l. 22. c. 23. *a med.* Laser imponitur clavis, qui vulgo morticini appellantur, nitro mixto. ¶ *Morticinus* convicium est in hominem pallidum, exsanguem, cadaverosum. *pale, cadaverous, deathlike. Plaut. Pers.* 2. 4. 12. Non hercle, si os perciderim tibi, metuam, morticine. ¶ *Morticina urna* apud *Prudent.* est sepulcrum, quo conduntur cadavera: *in Romano,* v. 384. Homines fuisse cum scias, quos consecras; Urnas reorum morticinas lambere? *Al. leg.* urnas, reorum morticinas. *h. e.* sepulcra et carnes mortuorum.

MORTĬFER, *et* Mortiferus, a, um, *causing death, deadly, mortal, mortiferous,* θανατηφόρος, qui mortem affert. *Cic. in Acad.* l. 4. c. 38. Cur deus mortifera tam multa terra marique disperserit. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 29. *in fin.* Cum pæne in manu jam mortiferum illud teneret poculum. *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 22. Musculus percussus mortiferus est, præcisus sanitatem recipit. *Claudian.* l. 3. *de rapt. Pros.* v. 237. seu mortifer æstus, Seu mors ipsa fuit. *Colum.* l. 6. c. 17. Est etiam mortifer iis serpentis ictus. et cap. 32. Scabies mortifera. *Pallad. in Aug.* tit. 9. Locus, quem spiritus mortifer occupabit. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 30. Morbo gravi et mortifero affectus. *Id. pro Sull.* c. 26. Vulnus vehemens et mortiferum. *Id.* 2. *de Legib.* c. 5. *a med.* Medicorum præcepta pro salutaribus mortifera. *Virg.* 6. *Æn.* v. 279. Bellum mortiferum.

MORTIFĔRE, adverb. *mortally. Plin.* l. 3. ep. 16. Mortifere ægrotare. *Marcell. Dig.* lib. 9. tit. 2. leg. 36. Mortifere vulnerare.

MORTIFĔRUS. V. *Mortifer.*

MORTIFICATĬO, onis, f. *death, mortification,* mors. *Tertull.* l. 5. *advers. Marcion.* c. 9. In eadem substantia mortificationis in Adam vivificatio concurrit in Christo. V. *Munitio* in fine.

MORTIFICĀTUS, a, um, *mortified, dead. Prudent. Cathemer.* 10. v. 101. Sic corpora mortificata Redeunt melioribus annis.

MORTIFĬCO, as, *to cause death, mortify,* ad mortem do, mortem affero. *Tertull. de resurr, carn.* c. 37. Caro nihil prodest. mortificatur enim.

MORTIFĬCUS, a, um, idem ac mortifer. *Tertull. proœm.* 4. *advers. Marcion.* c. 5. Mortificus cibus. *Valer. Max.* l. 5. c. 6. n. 1. Mortifico vulnere. Al. leg. *mortifero.*

MORTUALĬA, um, n. quæ ad mortuos pertinent. Speciatim sic dicuntur vestimenta, quæ in luctu sumuntur. *mourning weeds. Nævius* apud *Non.* c. 16. n. 4. Pallis petagiis, crocotis, malacis, mortualibus. ¶ Item nenia, seu carmina præficarum, quæ nugis, ineptisque sententiis plena erant. *dirges, funeral songs, doleful ditties. Plaut. Asin.* 4. 1. *in fi.* Hæc sunt non nugæ; non enim mortualia.

MORTUARĬUS, a, um, ad mortuos pertinens. *Cato* apud *Gell.* l. 18. c. 7. mortuaria glossaria vocat Philosophos, quod res tetricas, inanes, ac frivolas, et similia præficarum carminibus, quæ nudæ voces essent, dissererent. Al. leg. *mortualia.*

MORTUŌSUS, a, um, *death-like,* mortuo similis, squalidus, exsanguis, ut Vultus mortuosus, *Cœl. Aurel.* l. 1. *Acut.* c. 3.

MORTŬUS, a, um, *dead, defunct,* τεθνεὼς, νεκρὸς, vita functus. *Cic. de clar. Orat.* c. 11. Sanguine tauri poto mortuus concidit. *Id.* l. 1. *ad Q. Fr.* ep. 3. Non enim vidisses fratrem tuum: ne vestigium quidem ejus, sed quandam effigiem spirantis mortui. *Id. in Pison.* c. 36. Cum tu, quod tibi succederetur, exsanguis et mortuus concidisti. *Id. pro Mil.* c. 27. *sub fin.* Ausus est dicere, mortuum se in domum ejus illaturum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 57. Arripuisti defensionem testamentorum, ac voluntatis mortuorum. *et ibid.* Patrem ejus dicendo a mortuis excitasses. *Id. pro Quint.* c. 15. Amandare aliquem infra mortuos. *Id. de Senect.* c. 9. Lacerti mortui. *weak, nerveless. Plin.* l. 11. c. 8. Apes mortuis ne floribus quidem, non modo corporibus insidunt. ¶ *Mortuo verba facere*, surdo narrare fabulam, νεκρῷ μύθους λέγειν. *to talk to the dead, talk to a deaf man, talk to the wind, spend his breath to no purpose,* cum quis frustra vel suadet, vel orat. *Terent. Phorm.* 5. 8. 26. et *Plaut. Pœn.* 4. 2. 18. ¶ *Cum mortuis non nisi larvæ luctantur* aliud proverb. apud *Plin. sub fin. præfat. hist. nat. h. e.* nobis cum iis, qui obierunt, nullam rem esse. ¶ Translate *mortuus* dicitur ineptus ad Venerem, inhabilis Veneri. *Martial.* l. 8. epigr. 75. Cui merito dici, mortue Galle, potest. ¶ Illa etiam translata sunt *Cic.* 7. *Verr.* c. 18. Leges antiquæ et mortuæ. *antiquated, obsolete. Id. Attic.* l. 2. ep. 19. *circa med.* Cæsar cum venisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus: huic ita plausum est, ut salva republ. Pompeio plaudi solebat. *cold, faint, languid. Martial.* l. 11. epigr. 43. Vivida cum poscas epigrammata, mortua ponis Lemmata: quid fieri, Cæciliane, potest? [¶ *Mortuum esse alicui* idem est ac nihil velle rei habere cum aliquo. *Plaut. Cist.* act. 3. v. 15. *Mel.* Hau, voluisti istuc severum facere? *Alces.* Nihil mecum tibi, mortuus tibi sum. ¶ *Mortua re verba facere* est dictum proverbiale apud *eumd. Pseud.* 1. 3. 27. Mortua re verba nunc facis. Stultus es, rem actam agis.] ¶ *Mare mortuum*, vel concrelatum, vel pigrum, sine reciprocatione fluctuum. Quod Morimarusam Cimbri vocant Oceanum septentrionalem Europæ adjacentem, *mare mortuum* interpretatur *Plin.* l. 4. c. 13. ¶ Ita dicitur etiam lacus Asphaltites in Judæa, in quo nihil vivum gigni, pestilentibus aquis omnia enecantibus, tradunt. *Justin.* l. 36. c. 3. *the Dead sea.*

MŎRŬLA, æ, f. *a short delay or hinderance,* parva mora. *Augustin.* l. 11. *Confess.* c. 15. *ad fin.* Tempus nulla morula extenditur. et cap. 23. Morula solis super terram.

MORŬLUS, a, um, *somewhat black, blackish,* diminut. a *moris*, vel a *morus* pro maurus, h. e. niger, μαυρός. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 10. Jam pol ego illam pugnis totam faciam ut sit morula, Itaque replebo atritate, atrior multo ut siet, Quam Ægyptii.

MORUM, i, n. *a mulberry,* μόρον, et μῶρον, fructus mori arboris: a μαυρὸς, maurus, niger. *Plin.* l. 15. c. 24. Moris succus in carne vinosus: trini colores, candidus primo, mox rubens, maturis niger: in novissimis florent, inter prima maturescunt: tingunt manus succo matura, eluunt acerba. et cap. 28. *circa med.* Carne et succo mora constant, cute, et succo cerasa. *et sub fin.* Carne palmæ placent, succo uvæ, callo pira, mora cartilagine. *Cels.* l. 2. c. 24. Stomacho apta sunt ex pomis cerasum, morum, sorbum, &c. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 21. ille salubres Æstates peraget, nigris qui prandia moris Finiet, ante gravem quæ legerit arbore solem. *Virg. Ecl.* 6. v. 22. Sanguineis frontem moris, et tempora pingit. *Martial.* l. 1. epigr. 73. et lib. 8. epigr. 64. cadente moro nigrior. ¶ In fabulis est, hæc poma olim candida fuisse: sed postquam sub ea arbore se Pyramus, Thisben putans a fera laceratam, gladio transfixit, nigrum colorem induisse. *Ovid. Metam.* 4. v. 126. madefactaque sanguine radix Puniceo tingit pendentia mora colore. Adde *Serv. ad Virg. Ecl.* 6. v. 22. ¶ Etiam ruborum quoddam genus mora fert, *a blackberry; a raspberry, hindberry, brambleberry,* μόρα, βάτινα. *Plin.* l. 24. c. 13. Nec rubos ad maleficia tantum genuit natura: ideoque et mora his, hoc est vel hominibus cibos dedit. *et paulo post.* Mora, quæ in his nascuntur, vel efficaciorem stomaticen præbuerint, quam sativa morus. *Id.* l. 15. c. 24. Nascuntur mora et in rubis, multum differente callo. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 105. et in duris hærentia mora rubetis. Adde 4. *Fast.* v. 509.

MORUS, i, f. *a mulberry-tree; a blackberry-bush, bramble,* μορέα, συκάμινος, arbor mora ferens. De notatione V. vocem præced. *Plin.* l. 16. c. 25. *ad fin.* Serotino quædam germinatu florent, maturantque celeriter, sicuti morus, quæ novissima urbanarum germinat, nec nisi exacto frigore: ob id dicta sapientissima arborum. Sed cum cœpit, in tantum universa germinatio erumpit, ut una nocte peragat, etiam cum strepitu. *Id.* l. 18. c. 27. Cum germinare videris morum, injuriam postea frigoris timere nolito. *Id.* l. 16. c. 38. *in fin.* Tota ossea est ilex, cornus, robur, morus, ebenus. et cap. 28. Morus tardissime senescit, fructu minime laborans. et cap. 40. *sub fin.* Morus vetustate etiam nigrescit. *Ovid. Metam.* 4. vers. 89. arbor ibi, niveis uberrima pomis, Ardua morus erat, gelido contermina fonti. V. vocem præced.

MORUS, a, um, *foolish, silly, idle, trifling, impertinent,* μωρὸς, stultus, fatuus. Vox Græca. *Plaut. Mil.* 2. 4. 17. Ego stulta atque mora multum, quæ cum hoc insano fabulem. et 3. 1. 78. Morus es. *Id. Men.* 4. 2. 1. Hoc uti-

mur maxime more moro, molestoque multum. *Id. Trin.* 3. 2. 43. Amor mores hominum moros, et morosos facit.

MOS, moris, m. *a manner, custom, way, fashion*, ἔθος, institutum consuetudine usuque firmatum, sive bonum, sive malum sit. Est vel a *modus*, extritis mediis litteris, vel a νόμος, lex, &c. V. Etymolog. *Festus* tradit, esse institutum patrium, pertinens maxime ad religiones cærimoniasque deorum: et cum *ritu* confundit. Sed latius accipitur pro instituto quolibet. A consuetudine quid differat, V. in *Consuetudo. Ovid.* 2. *Metam.* v. 245. Illæ more suo (nam morem fecerat usus) Plangorem dederant. *Cic. de clar. Orat.* c. 21. *ad fin.* Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere. *Virg. Æn.* 1. v. 340. Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram. *Cic. Fam.* 13. ep. 17. Quia mos est ita rogandi. et 7. *Verr.* c. 11. Nam ut mos est Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur. *Horat. initio* sat. 9. l. 1. Ibam forte via sacra, sicut meus est mos. *Cic.* 1. *Offic.* c. 41. *a med.* Contra morem consuetudinemque civilem aliquid facere. *et ibid.* Quæ more aguntur institutisque civilibus. *Id. initio Agr.* 2. Est hoc in more positum institutoque majorum, ut, &c. *Id. de Univ.* c. 11. Legi morique parendum est. *Plaut. Trin.* 4. 3. 36. Leges mori parent. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 7. Pompeius Sullano more exemploque vincet. *Id.* 3. *Verr.* c. 26. Negavit, moris esse Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres. *Id. de Univ.* c. 1. Multa sunt a nobis Carneadeo more, et modo disputata. *Id. Verr.* 4. c. 3. Si humano modo, si usitato more peccasset. *Id. pro Flacc.* cap. 6. Quæ accusatorio jure, et more sunt facta. *style. Id. pro Flacc.* cap. 7. O præclarum morem disciplinamque, quam a majoribus accepimus. *Id.* l. 3. *de Orat.* c. 24. Prudentiam Græcorum ad nostrum usum moremque transferre. *Virg.* 12. *Æn.* v. 836. morem ritusque sacrorum adjiciam. *Terent. Andr.* 5. 3. 9. Præter civium morem, atque legem, et voluntatem patris. *contrary to the usage or practice. Cic.* 1. *de Orat.* cap. 23. Non gravabor breviter meo more quid sentiam, dicere. *Id.* 3. *Verr.* c. 26. Græco more bibere. *Id.* 2. *de Orat.* c. 28. Qui hoc primus in nostros mores induxit. *Id.* 2. *de Invent.* cap. 54. Perducere aliquid in morem. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 15. Ut moris est. *as is usual.* et *in Agric.* c. 39. Ut moris erat Domitiano. *Plin.* lib. 1. ep. 12. Habebat hoc moris. *Liv.* l. 42. c. 21. *sub fin.* Quod jam in morem venerat. *had passed into a custom.* ¶ *More, de more, ex more, in morem*, secundum morem, *according to custom, conformably to habit or use. Cic.* l. 11. *Fam.* ep. *ult. in fin.* Etsi more magis hoc scribo, quam quo te admonendum putem. *Virg.* 11. *Æn.* v. 142. de more vetusto Funereas rapuere faces. et lib. 10. v. 832. comptos de more capillos. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 280. Ex more imponens cognata vocabula rebus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 556. Omnibus in morem tonsa coma pressa corona. *Plaut. Trin.* 4. 3. 27. Petere honorem pro flagitio, more fit. *it is usual.* Sic *Terent. Andr.* 5. 6. 3. More hominum evenit, ut, &c. *it is a usual thing*, vel *it is nothing extraordinary.* ¶ *More, ad morem, in morem*, in modum, *after the manner of, like. Virg. Æn.* 10. vers. 604. torrentis aquæ, vel turbinis atri More furens. *Horat.* lib. 4. od. 2. v. 27. apis Matinæ more modoque. *Quintil.* l. 6. cap. 3. *ante med.* Neque illa obscura, quæ Atellanæ more captent. *Id.* lib. 4. c. 1. *circa med.* Materias ipsi sibi fingunt, et ad morem actionum prosequuntur. *Virg.* 1. *Georg.* 1. 245. in morem fluminis. et lib. 2. v. 256. picis in morem. *Id.* 8. *Æn.* v. 88. in morem stagni, placidæque paludis. *Horat.* l. 2. sat. 1. v. 62. cum est Lucilius ausus Primus in hunc operis componere carmina morem. *Virg.* 7. *Æn.* v. 616. Hoc tunc Æneadis indicere bella Latinus More jubebatur. *in this form or manner.* et 3. *Georg.* v. 461. Bisaltæ quo more solent. *as they are accustomed.* ¶ *Sine more*, sine exemplo, sine ullo bono more, præter, aut contra morem ac leges. *Virg.* 8. *Æn.* v. 635. raptas sine more Sabinas. *violently, by force.* et lib. 7. vers. 377. Immensam sine more furit lymphata per urbem. *without bounds, furiously, wildly. Stat.* 1. *Theb.* v. 238. facinus sine more. et lib. 11. v. 524. coeunt sine more, sine arte, Tantum animis iraque. ¶ *Nullo more* idem est. *Flor.* l. 4. c. 6. Nullo bono more Triumviratus invaditur. *Al. omitt.* bono. *Stat.* 7. *Theb.* v. 135. Arma, arma insani, sua quisque, ignotaque nullo More rapit. ¶ *Supra morem*, præter consuetudinem, *beyond what is usual, above the common. Virg.* 2. *Georg.* v. 227. Terra supra morem densa. ¶ *Suo, alieno more vivere*, conformare vitam ad suum, aut aliorum morem, *to live according to his own humour, or according to that of another. Terent. Heaut.* 1. 2. 24. Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex hujus vivere? *Id. Andr.* 1. 1. 125. Prope adest, cum alieno more vivendum est mihi: sine nunc meo me vivere interea modo. ¶ *Morem alicui gerere*, suum morem ad alienum accommodare, [† morigerari,] obsequi, assentiri. V. *Gero.* ¶ *Mos ingenii* est consuetudo, et natura cujusque. *Justin.* l. 8. c. 3. *in fi.* Philippus more ingenii sui regno utrumque, non judicis more, sed fraude latronis, spoliavit. *et initio* l. 6. Lacedæmonii, more ingenii humani, quo plura habent, eo ampliora cupientes. ¶ *Mos vestis*, modus, et forma, *manner of clothing, dress, garb, habit, costume. Justin.* l. 1. c. 2. Eodem ornatu populum vestiri jubet: quem morem vestis exinde gens universa tenet. *Id.* l. 41. c. 2. Parthis vestis olim sui moris: posteaquam accessere opes, ut Medis, perlucida ac fluida. ¶ Pro natura seu affectione cujusque rei, *Virg.* 1. *Georg.* v. 51. varium cæli prædiscere morem. *Manil.* l. 4. v. 122. Nunc tibi Signorum mores ex ordine reddam. *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 87. Quos tibi currenti præceps fert Adria mores. *Plin.* lib. 18. cap. 24. *sub fin.* Mores siderum. ¶ Pro lege *Virg.* 1. *Æn.* v. 268. moresque viris, et præmia ponet. et lib. 6. v. 853. regere populos, pacisque imponere morem. *Nep. in Amilc.* c. 3. Quod moribus eorum interdici non poterat. ¶ Et pro jure inveterato, populi consensu introducto, quod *jus non scriptum* appellant. *Cic. in Top.* c. 5. *a med.* Jus civile est, quod in legibus, Senatus consultis, rebus judicatis, jurisperitorum auctoritate, edictis magistratuum, more, æquitate consistit. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 28. Exin continua per viginti annos discordia: non mos, non jus. ¶ *Accipere*, aut *pati morem*, legi subjici. Translate *Plin.* l. 36. c. 16. Quid ferri duritia pugnacius? sed cedit, et patitur mores. *Stat.* 2. *Achill.* v. 183. Ut leo, materno cum raptus ab ubere, mores Accepit, pectique jubas, hominemque vereri Edidicit. ¶ Sæpe *mores* sunt ratio vitæ cujusque, sive bona, sive mala, *morals, character, manners*, τὰ ἤθη. *Cic. Fam.* 12. ep. 27. Est ita temperatis moderatisque moribus, ut summa severitas summa cum humanitate jungatur. *Id. ad Planc.* 1. *ad fin. post* epist. 16. lib. 16. *ad Attic.* Tua singularis humanitas, suavissimique mores. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 57. Boni mores, et modestiores, et ad capienda præcepta molliores. *Id.* 2. *de Orat.* c. 43. Reorum exprimere oratione mores justos, integros, religiosos, timidos, perferentes injuriarum. *Plin.* l. 28. c. 8. *circa med.* Severi et pudici mores. *Plin. alter* lib. 10. ep. 20. *extr.* sanctissimi. et lib. 6. epist. 20. Morum probitas. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 13. *sub fin.* Mores feri, immanisque natura. *Id. ibid.* c. 38. Totam vitam, naturam, moresque alicujus cognoscere. *Id. Fam.* 2. ep. 5. *extr.* Rempubl. afflictam, miseris temporibus, ac perditis moribus, in veterem dignitatem vindicare. *Id. pro Deiot.* c. 10. Imitari mores disciplinamque alicujus. ¶ Absolute pro bonis moribus, *Manil.* l. 4. v. 18. artesque datæ, moresque creati, et vitia. *Propert. in fin.* lib. 4. Moribus et cælum patuit. *Senec. in Agam.* v. 112. Periere mores, jus, decus, pietas, fides. ¶ Et pro pravis. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 72. Propitiis, si per mores nostros liceret, diis. ¶ In singulari numero, ut videtur, *Cic.* 1. *Offic.* c. 32. *sub fin.* Plerumque parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem, moremque deducimur. *Id.* 1. *Acad.* c. 10. Virtutes natura, aut more perfectæ. ¶ In illo *Plaut. Mostell.* 1. 3. 128. Amator meretricis mores sibi emit auro et purpura: *mores* sunt morigeratio, facilitas obsequendi, et qui a *Lucretio* dicuntur *morigeri modi, sub fin.* l. 4.

[† MOSA, æ, f. hod. *la Meuse*, fluvius insignis Galliæ Belgicæ ex Vogeso monte non procul a Lingonum finibus profluens, et, parte quadam Rheni recepta, quæ appellatur Vahalis, insulam efficiens Batavorum. *Cæsar B. G.* 4. 9. *Tacit. Ann.* 2. 6. et *Hist.* 4. 28. *Plin.* 4. 14. et 15.

MOSCEUTON, i, n. rosæ genus apud *Plin.* 21. 4. ubi alii aliter.]

MOSCHĬCUS, a, um, ad Moschos pertinens. *Plin.* l. 5. cap. 27. *a med.* Moschicus mons. ¶ Sunt autem *Moschi* populi Asiæ, ubi Colchidis, Iberiæ, et Armeniæ pars, nunc *Georgia.* Horum meminit *Id.* l. 6. c. 4.

MOSCŬLIS Cato pro parvis moribus dixit. *Festus.* Al. leg. *moscillis*, vel *mosillis.*

MOSEĪUS, a, um, *relating to Moses, Mosaic*, ad Mosen pertinens, Moseus. *Paulin. Nolan.* carm. 23. *Nat.* VIII. *S. Fel.* v. 354. Devorat ut magicos Moseia virga dracones.

MOSELLA, læ, m. et f. hod. *la Moselle*, fluvius Galliæ Belgicæ, qui ex Vogeso monte ortus, per Mediomatrices, et Augustam Trevirorum in Rheunm influit: de cujus laudibus est bene longum Edyllium decimum *Ausonii.* De eo *Symmach.* lib. 1. ep. 8. (*al.* 14.) *ad Auson.* Volitat tuus Mosella per manus sinusque multorum, divinis a te versibus consecratus. *Auson. de clar. urbib.* n. 4. Largus tranquillo prælabitur amne Mosella. *Id. in Mosell.* v. 374. quod si tibi, dia Mosella, Smyrna suum vatem, vel Mantua clara dedisset. et vers. 73. placidæ subter vada læta Mosellæ.

MOSELLĒUS, a, um, ad Mosellam pertinens. *Symmach. ad Auson.* l. 1. ep. 8. (*al.* 14.) Nequaquam tibi crederem, de Moselleo ortu, et meatu magna narranti.

MOSES, *et* Moyses, si, m. *Moses*, Μωσῆς, et Μωυσῆς, σῆ, et Μωσεὺς, et Μωυσεὺς, σέως, heteroclit. nomen inclyti Hebræorum ducis, qui Israelitas ex Ægypto et Pharaonis tyrannide eduxit. *Juvenal.* sat. 14. v. 102. Tradidit arcano quodcumque volumine Moses. *Tacit.* 5. *Hist.* c. 3. Mosen unum monuisse, ut, &c. *Tertull. advers. Hermog.* c. 19. Ad originale instrumentum Moysi provocabo. (Adde *advers. Marcion.* l. 1. c. 10.) *Lactant.* l. 4. c. 14. Qui successor fuit Mosi. *Sedul.* l. 5. v. 274. lex velamine Mosi Tecta diu. *Juvenc.* lib. 2. in cap. 5. *Joann.* v. 698. Mosi quem scripta frequentant. *Augustin.* ep. 203. *circa med.* Filium Moysi Angelus præfocasset. *Hieron.* ep. 53. *ad Ripar.* Ergo Moysi corpusculum immundum erit? *Prudent. Cathemer.* 12. v. 153. Christi figuram præferens Moyses receptor civium. *Moyses* hic est dissyllab. ¶ Pro *Moysi* in genitivo *Pammel.* legit *Moysei* apud *Tertull.* l. 5. *advers. Marcion.* c. 11. in MS. Vatic. ut *Achillei.* Porro *Mosi*, et *Moysi* sunt a Μωσῆ et Μωυσῆ, quæ habentur apud LXX. Interp. in *Exodo*, pro *Mose*, et *Moyse*, nam *η* sæpe quidem in *e*, aliquando tamen et in *i* Latine mutatur. Possunt etiam esse contracta a *Mosei*, ut *Achilli* ab *Achillei.* Ideo autem plura congessi hujus genitivi exempla, quia alterum *Moysis*, et *Mosis*, qui a multis agnoscitur, inveni adhuc, qui usurparet, neminem. ¶ Primam syllabam corripiunt (nimia, ut videtur, licentia) secundam extendunt *Prudent. in Hamartig.* vers. 340. Vidit enim Deus, esse bonum, velut ipse Moyses (adde peristeph. 10. vers. 86.) Et *Sedul.* l. 3. v. 285. Quid quod et Heliam, et clarum videre Moysen?

MOSĒUS, a, um, adject. ad Mosen pertinens. *Juvenc.* l. 2. v. 219. in cap. 3. *Joann.* Moseis manibus summo sublatus honore. [¶ *Moseius, a, um*, apud *Paul. Nol.* carm. 23. v. 354. Devorat ut magicos Moseia virga dracones.] [† Non se invenit *Auctor Appendicis.* V. *Moseius.*]

MOSTELLARĬA, æ, f. *a play of Plautus, in which an old man is made to believe that the house is haunted with spirits.* Comœdia Plauti, alio nomine *Phasma*, dicta est a *mostellum*, h. e. parvum monstrum, quod in ea, ut ipse *Plaut.* ait, vel quisquis est is, qui argumentum scripsit, Senem, ut revenit, ludificatur Tranio: Terrifica monstra ait videri in ædibus. V. a. 2. sc. 2. Porro etiam *phasma*, φάσμα, visum, spectrum, monstrum significat. *Gloss.* Φάσμα, mostellum. et Φάσματα, spectra.

MOSTELLUM. V. vocem præced.

MOTACILLA, æ, f. *a wagtail*, σεισοῦρα, avis, quæ semper caudam agitat. *Varr.* lib. 4. *de L. L.* cap. 11. Motacilla, quod semper movet caudam. Adde *Plin.* l. 37. c. 10. *ante med.* et *Arnob.* l. 7. pag. 223.

MOTACISMUS est, quoties in *m* litteram vocalis sequitur, ut *bonum aurum, justum amicum.* Sed hoc vitium aut suspensione *m* litteræ, aut detractione vitamus. Hæc *Isidor.* l. 1. *Orig.* c. 31. [† V. *Metacismus.*]

[* MOTĀMEN, inis, n. idem ac motatio. *Paulin. Petrocor.* l. 5. v. 681. Rejectæ applaudens signis motamine caudæ.]

MOTATĬO, onis, f. frequens motio. *Tertull. de anim.* c. 45. et *advers. Hermog.* c. 41.

MOTĀTOR, oris, m. *one who is continually moving*, qui frequenter movet, motor. *Tertull. de anim.* c. 12. Universitatis motator animus. *Arnob.* l. 3. p. 118. Neptunus motator sali.

MOTĀTUS, a, um, sæpe motus, commotus. *Prudent. in Hamartig.* v. 596. semine adulto, Incipiunt calidis corpuscula parva latebris Serpere, motatumque uterum vibrata ferire.

MOTĬO, onis, f. *a moving, motion*, κίνησις, actus movendi, motus. *Cic. de Fato*, c. 19. Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 58. In corporum motione atque gestu cernunt oculi multa subtilius. ¶ De motu venarum ex febri. *Cels.* l. 3. c. 5. *a med.* Si post alteram febrem motio manet, post alteram integrum corpus est. ¶ Translate *motiones animi* apud *Cicer.* 1. *Acad.* cap. 8. sunt affectus. ¶ Pro remotione. *Ulpian. Dig.* lib. 47. tit. 20. leg. 3. *sub fin.* Ad tempus relegatio, vel ab ordine motio.

MOTĬTO, as, a. 1. idem quod *moto, as*, sæpe moveo. Agnoscitur ut Latinum a *Gell.* l. 9. c. 6. Quidam etiam leg. apud *Plaut. Trucul.* 1. 2. 89. *motitamur ira*: sed al. aliter.

MOTIUNCŬLA, læ, f. *a slight motion*, levis motio. De motu levi febris *Senec.* ep. 53. et *de Tranquill.* c. 2. Levis aliquem motiuncula decipit: sed cum creverit, et vera febris exarserit, &c. *Sueton. in Vespas.* cap. 23. Tentatus in Campania motiunculis levibus. Adde *Tertull. advers. Valentin.* c. 23.

MOTO, as, avi, atum, a. 1. *to move or stir often*, κινέω, frequentat. a *moveo. Virg.* 5. *Ecl.* v. 5. sub incertas, Zephyris motantibus, umbras. *et Ecl.* 6. v. 28. rigidas motare cacumina quercus.

MOTOR, oris, m. *a mover, stirrer, motor*, κινητής, qui movet. *Martial.* l. 8. epigr. 40. Cunarum fueras motor Charideme mearum.

MOTORĬUS, a, um, *motory*, κινητικὸς, motum habens. *Tertull. de anima*, c. 14. Non enim membra sunt substantiæ animalis, sed ingenia, ut motorium, ut actorium, ut cogitatorium. *h. e.* vis movendi, agendi, cogitandi. ¶ *Motoria comœdia* apud *Calphurn. Scholiast. Terent. ad Heaut. prol.* v. 36. est quæ motibus, *h. e.* affectibus abundat, et tumultuose agitur, clamore summo cum labore maximo, ut ait *Terent. ibid.* v. 40. cui opponitur *stataria.* Agnoscit hanc vocem etiam *Priscian.* l. 2. pag. 590. *Putsch.* item *Donat. ad Terent. Adelph. prol.* v. 24. et *in argum. Andr.*

MOTUS, us, m. *a motion, moving, movement*, κίνησις, κίνημα, motio, agitatio. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 11. Natura omnia ciens et agitans motibus et mutationibus suis. et lib. 2. c. 9. Cieri et agi motu suo. *Id. de Somn. Scip.* c. 4. Orbes, qui versantur contrario motu. *Id. de Univ.* c. 6. Deus motum dedit cælo eum, qui figuræ ejus sit aptissimus. *Curt.* l. 4. c. 4. *sub fin.* Crebris motibus terræ fatigati. *earthquakes. Propert.* l. 3. el. 13. vers. 31. magnos

cum ponunt æquora motus. ¶ De gestu corporis, et saltatione. *Cic.* 1. *Offic.* c. 36. Palæstrici motus sæpe sunt odiosiores, et histrionum nonnulli gestus inepti non vacant offensione. *action, gesture, carriage. Liv.* l. 7. c. 2. Ludiones ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant. *Virg.* 1. *Georg.* v. 350. Cereri, torta redimitus tempora quercu, Det motus incompositos, et carmina dicat. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 21. Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo. *dance.* ¶ De germinatione atque incremento plantarum. *Colum.* l. 4. c. 28. Tres esse motus in vite, seu potius in omni surculo, naturales : unum, quo germinet ; alterum, quo floreat ; tertium, quo maturescat. ¶ Translate est commotio, et perturbatio rerum, turba, tumultus. *a commotion, tumult, disturbance, sudden rising, sedition, mutiny, rebellion. Cic. pro Flacc.* c. 37. *extr.* Videtis, in quo motu temporum, quanta in conversione rerum ac perturbatione versemur. *in what troublesome times. Id.* 2. *Catil.* c. 12. Mihi, ut urbi sine vestro motu, ac sine ullo tumultu satis esset præsidii, provisum est. *et paulo post.* Omnes Catilinæ motus conatusque prohibere. et c. 2. *sub fin.* Motum afferre reipublicæ. *Id.* 2. *de Orat.* c. 48. Si quis motus populi factus est. *Liv.* l. 39. c. 29. Magnus motus servilis eo anno in Apulia fuit. ¶ In bonam partem. *Cic. pro Dom.* c. 56. Italiæ magnificentissimus ille motus, municipiorumque concursus. ¶ Pro mutatione. *a change, alteration, revolution. Cic. Attic.* l. 3. ep. 8. Motum in republ. non tantum ego impendere video, quantum tu ad me consolandum affers. ¶ Sæpissime pro affectu animi. *any violent passion or affection of the mind; anger, rage, fury. Cic.* 1. *Offic.* cap. 36. *sub fin.* Motus animorum duplices sunt, alteri cogitationis, alteri appetitus. et c. 38. Rectissime præcipitur, ut perturbationes fugiamus, id est motus animi nimios rationi non obtemperantes. *Id.* 1. *de Orat.* c. 51. Animorum motus dicendo miscere atque agitare. *Id.* 3. *ad Attic.* ep. 8. Ex epistolarum mearum inconstantia puto te meæ mentis motum videre. *the agitation.* et 2. *Offic.* c. 5. *ad fin.* Cohibere motus animi turbatos, quos Græci πάθη nominant. *Virg.* 12. *Æn.* v. 217. vario misceri pectora motu. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 3. *in fin.* Cum vescimur iis rebus, quæ dulcem motum afferunt sensibus. ¶ Pro instinctu numinis, œstro, ἐνθουσιασμῷ, qui vatibus immitti creditur. *inspiration, enthusiasm, madness. Tibull.* l. 1. el. 7. v. 51. Hæc ubi Bellonæ motu est agitata, nec acrem Flammam, non amens verbera torta timet. *Ovid.* 6. *Met.* v. 158. Manto, Per medias fuerat, divino concita motu, Vaticinata vias. et lib. 3. v. 711. insano concita motu. Al. leg. *cursu.* ¶ De tropis. *Quintil. initio* l. 9. Plerique figuras tropos esse existimarunt, quia sive ex hoc duxerint nomen, quod sint formati quodam modo; sive ex eo, quod vertant orationem. unde et motus dicuntur; fatendum est, esse utrumque eorum etiam in figuris. *Id. sub fin.* cap. 5. lib. 8. Tropi, quos motus clarissimi nostrorum auctores vocant. ¶ Pro causa. *an impulse, motive, cause, reason. Plin. sub fin.* epist. 4. lib. 3. Audisti consilii mei motus : superest alterutra ex parte judicium tuum.

MOTUS, a, um, *moved, stirred, put into commotion, agitated, driven,* κινηθεὶς, commotus, agitatus, impulsus. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 101. si quis motas cornicis senserit alas. *Ovid.* 11. *Met.* v. 600. moti flamine rami. *Virg.* 1. *Æn.* v. 139. motos præstat componere fluctus. *stormy, tempestuous. Cic. pro Cæcin.* c. 13. Ne tuorum quidem quisquam loco motus. *removed, driven. Liv.* l. 39. c. 42. Ut Censores motis Senatu adscriberent notas. *Al. leg.* e Senatu. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 43. Non posse motum Orientem nisi Germanici sapientia componi. *rising up, in a state of commotion and tumult. Liv.* l. 34. c. 54. Nihil motum ex antiquo probabile est. *changed, altered.* Γνώμη. *Senec.* ep. 94. *circa med.* et l. 6. *quæst. nat.* c. 1. et *Ovid.* 5. *Trist.* eleg. 6. v. 24. et 25. Mens mota. *troubled, confused, deranged, mad.* Sic *Hieronym. advers. Vigilant.* c. 2. Homo moti capitis, atque Hippocratis vinculis alligandus. *mad.* Alio sensu *Senec. de tranquill. sub fin.* Non potest grande aliquid et supra ceteros loqui, nisi mota mens. *h. e.* œstro percita, numine afflata, enthea. *inspired.* Sic *Ovid.* 4. *Trist.* el. 1. v. 43. Sic ubi mota calent viridi mea pectora thyrso, &c. *Propert.* l. 1. el. 15. v. 9. At non sic Ithaci digressu mota Calypso. *h. e.* turbata, dolore affecta. *troubled, agitated, grieved. Ovid. Heroid. ep. ult.* v. 77. Mota loci fama properabam visere Delon. *moved, touched, invited, induced.* et lib. 4. *Trist.* el. 10. v. 23. Motus dictis. *persuaded. Curt.* l. 6. c. 5. *a med.* precibus. *overcome. Petron. in Satyr.* c. 18. Ex lacrymis in risum motus.

MOVENS, entis, *moving, stirring,* κινῶν, particip. V. *Moveo.* Interdum absolute adhibetur pro *se movens,* vel *mobilis.* Hinc *res moventes* sunt bona mobilia. *moveables.* V. *Mobilis. Liv.* l. 5. c. 25. Ex ea præda, quæ rerum moventium sit. *Gell. c. ult.* l. 11. Non hominum tantum, neque rerum moventium, quæ efferri occulte et surripi possunt, sed fundi quoque et ædium fieri furtum. *Marcell. Dig.* l. 46. tit. 3. leg. 48. Reditus exegit, et moventia distraxit. Sic *voluptas movens* apud *Cicer.* 2. *de Fin.* c. 10. est, quæ in motu consistit, et *stanti* opponitur.

MOVĔO, es, ovi, otum, a. 2. *to move, stir,* κινέω, de loco abduco, locum mutare facio, cieo, impello, agito. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 35. Cum signifer signum non posset movere loco. *Cels.* l. 8. c. 2. Os aut frangitur, aut de loco movetur. *Ovid.* 5. *Met.* v. 634. Quaque pedem movi, manat lacus. *Lucan.* l. 7. v. 861. nec terram quisquam movisset arator. *Senec. in Thyest.* v. 420. Movere gradum. *h. e.* ire, *to stir a step.* ¶ *Movere se* est ire, ambulare, abire. *Terent. Andr.* 4. 3. 16. Move ocius te, ut, quid agam, porro intelligas. *bestir yourself. Liv.* l. 34. c. 20. Præcepit eis, ne se ex eo loco moverent. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 15. Tanta subito malacia exstitit, ut se loco movere non possent. *Cic. in fin.* l. 5. *Fam.* Fac, ut istinc te ne moveas tam infirma valetudine. *Catull.* carm. 3. v. 8. Nec se se a gremio illius movebat. *Nep. in Attic.* c. 7. Usus est ætatis vacatione, neque se quoquam movit ex urbe. ¶ *Movere se* dicitur etiam de plantis, cum germinant, aut crescunt. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* A cal. Martii eximia est vitium putatio, si tamen se gemmæ nondum moveant. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 12. v. 13. de palmite gemma movetur. ¶ Aliquando est saltare, *to dance. Tibull.* l. 1. el. 8. v. 38. Movit et ad certos nescia membra modos. *Horat. de ar. Poet.* v. 232. Ut festis matrona moveri jussa diebus. *Id.* l. 2. ep. 2. v. 125. Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa movetur. *Pers.* sat. 5. v. 123. Tres tantum ad numeros Satyri moveare Bathylli. ¶ *Movere* pro *moveri,* neutrorum ritu. *Liv.* l. 35. c. 40. *ad fin.* Terra dies duodequadraginta movit. *shook, quaked.* Eodem modo *Sueton. in Claud.* cap. 22. et *Gell.* l. 4. c. 6. locuti sunt. *Senec. in fin. Troad.* Classis movet. In veteri S. C. apud *Gell. ibid.* Quod C. Julius L. F. pontifex nuntiavit, in sacrario in regia hastas Martias movisse. V. aliud hujusmodi in *Movens.* ¶ Pertinet etiam ad sacra. De ancilibus movendis V. *Ancile. Senec. in Med.* v. 86. qui tripodas movet Frater virginis asperæ. *h. e.* responsa ex tripode reddit. *Val. Flacc.* l. 3. v. 540. Bacchum thyasos et sacra moventem. et lib. 5. v. 399. Sacraque terrificæ supplex movet irrita Nocti. *h. e.* facit. *Cato R. R.* c. 134. Fercto Jovi moveto, et mactato sic : Jupiter te hoc fercto obmovendo bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi, &c. *h. e.* admoveto, offerto. Simili ratione *commovere* usurpatur *ibid.* ¶ Frequenter est removere, pellere, *to remove, drive away, eject. Cic.* 3. *Offic.* c. 19. Ut veros heredes moveat, in eorum locum ipse succedat. *Id.* 2. *de Orat.* c. 67. Censor tribu movit centurionem. *Id. pro Cluent.* c. 43. Movere aliquem Senatu. *to degrade. Liv.* l. 39. c. 42. senatorio loco. *Id.* l. 24. c. 18. tribu. *Id.* l. 30. c. 18. Hostem turbare, ac statu movere. *Cic.* 3. *Verr.* c. 45. et *Agrar.* 2. c. 21. Possessione movere. *to set aside, displace. Id. Fam.* 13. ep. 5. ex agro. *Id.* 3. *de Fin. cap. ult.* Quid non sic aliud ex alio nectitur, ut non, si ullam litteram moveris, labent omnia ? *Plaut. Capt.* 4. 2. 10. Move abs te moram. *let there be no delay in you.* ¶ Item provocare, promovere, excitare. *Cels.* l. 2. c. 17. Sole et exercitatione sudor movetur. *is promoted. Id.* l. 3. c. 21. *ante med.* Potio, quæ urinam movet. *promotes, excites.* et lib. 8. c. 16. Cubitus luxatus interdum febrem, vomitumque bilis movet. *occasions, causes, brings on. Id.* l. 7. c. 4. *ad fin.* Movere dolorem. et lib. 8. c. 9. tussim, sternutamentum. *Cato R. R.* c. 115. alvum. *to loosen.* ¶ Item afficere, labefactare, *to affect, produce an alteration in. Liv.* l. 25. c. 26. Intoleranda vis æstus per utraque castra omnium ferme corpora movit. ¶ *Movere castra,* et *movere* absolute, *to move or remove his camp; to decamp,* alio transferre exercitum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 15. Postero die castra ex eo loco movent. *Liv.* l. 24. c. 44. Consules, legionibus scriptis, priusquam ab urbe moverent, prodigia procurarunt. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 1. Postquam ille Canusio moverat. ¶ Dicitur et de pulsante fides, *to sound, touch, or strike the lyre. Ovid.* 10. *Met.* v. 89. et fila sonantia movit. et lib. 5. v. 112. citharam cum voce movere. *Auct. Paneg. ad Pison.* v. 161. Ipse fidem movisse ferox narratur Achilles. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 48. Quæque sub Idæo tympana colle movent. ¶ Translate *movere quippiam* dicitur, qui aliquid aggreditur, suscipit, incipit. *Liv.* l. 23. c. 39. Movere ac moliri aliquid. *to design, attempt. Terent. Andr.* 5. 4. 18. Ego istæc moveo, aut curo ? *Ovid.* 6. *Fast.* v. 622. solemni voce movere preces. *Virg.* 10. *Æn.* v. 163. Pandite nunc Helicona, deæ, cantusque movete. *strike up, begin. Ovid.* 14. *Met.* v. 21. carmen Ore move sacro. *Cic.* 1. *Offic.* cap. 11. *ad fin.* et *Sallust. in Catil.* cap. 31. Movere bellum. *Virg.* 12. *Æn.* v. 6. Tum demum movet arma leo. *Liv.* l. 28. c. 11. Movere mentionem cujuspiam rei. *to make mention. Quintil.* l. 3. c. 6. *ante med.* conjecturam. *to propose, hazard. Julian. Dig.* lib. 37. tit. 10. leg. 4. controversiam. *Ulpian.* l. 4. tit. 3. leg. 33. litem. *Id.* lib. 19. tit. 1. leg. 10. actionem. ¶ Est etiam excitare. *to excite. Cic. in Orat. c. ult.* Eloquens non approbationes solum, sed admirationes, clamores, plausus movere debet. *Id.* 2. *de Orat.* c. 62. et lib. 6. *ad Attic.* ep. 3. *ad fin.* risum. et lib. 2. ep. 14. alicui exspectationem de re quapiam. *Liv.* l. 4. c. 5. indignationem. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 69. misericordiam. *Id. in Partit.* cap. 33. suspicionem. *Quintil.* l. 6. c. 1. *a med.* lacrymas. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 53. fletum populo. *Sallust. in Catil.* c. 26. jocum. ¶ Item turbare, *to trouble, throw into confusion. Senec.* ep. 36. Res est inquieta, felicitas : ipsa se exagitat, movet cerebrum, &c. *Sallust. in Catil.* cap. 22. Quieta movere, magna merces videbatur. *Liv.* l. 35. c. 13. Filio misso ad custodiam ultimarum partium regni, ne quid, absente se a tergo moveretur. *lest any insurrection should take place.* ¶ Item removere, abducere. *Liv.* l. 3. c. 21. Nec ante moverunt de sententia Consulem, quam, &c. *Id.* l. et cap. 39. *ad fin.* Ne tum quidem de sententia motus. ¶ Item irritare, lacessere. *Horat.* epod. 17. v. 3. Per et Dianæ non movenda numina. ¶ Item incitare, hortari, impellere. *to incite, exhort, stimulate, rouse, impel. Liv.* l. 35. c. 12. Legatos censuit circa reges mittendos, qui non solum tentarent animos eorum, sed suis quemque stimulis moverent ad Romanum bellum. *Cic.* 11. *Attic.* ep. 5. Quæ me causæ moverint, quam acerbæ, quam graves, non possum, &c. ¶ Item afficere, allicere, delectare. *Cic.* 1. *Offic.* c. 28. Ut pulcritudo corporis movet oculos, et delectat; sic decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibuscum vivitur. *makes an impression upon, delights, charms.* ¶ Item mutare, aut labefactare. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 3. Tantum abest, ut meam ille sententiam moveat, ut valde ego ipsi, quod de sua sententia decesserit, pœnitendum putem. *make any impression upon, affect, change, alter.* ¶ *Movere animum,* et *movere* absolute est aliquo affectu percellere, flectere, agere, *to produce an impression, have effect, reach, move, touch. Virg.* 3. *Georg.* v. 521. non mollia possunt Prata movere animum. *Quintil.* l. 6. c. 2. Movere animos judicum, atque in eum quem volumus habitum formare. *Liv.* l. 39. c. 39. Quoniam Flaccum auctoritas patrum nihil movisset. et lib. 1. c. 20. Moverat plebem oratio consulis. *Cæs. ad Cicer. post* ep. 19. l. 9. *ad Attic.* Neque illud me movet, quod ii, qui, &c. *Tibull.* l. 2. el. 7. v. 36. Moverit e votis pars quotacumque deos. *Quintil.* l. 6. c. 1. Athenis affectus movere, etiam per præconem prohibebatur orator. ¶ *Moveri,* affici, aliquo affectu commoveri, flecti. *Virg.* 6. *Æn.* v. 399. Nullæ hic insidiæ tales : absiste moveri. *h. e.* turbari, timere. *fear not; be not afraid. Cic. pro Deiot.* cap. 2. Moveor etiam ipsius loci insolentia. et cap. 11. Movebatur animo, et de salute populi R. extimescebat. *Propert.* l. 3. *el. ult.* v. 25. Nil moveor lacrymis. *Liv.* l. 39. c. 47. Cum senatus et tirocinio, et perturbatione juvenis moveretur. *was moved to compassion. Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 44. Fere fit, quibus quisque in locis miles inveteravit, uti multum earum regionum consuetudine moveatur. *they become habituated or partial to. Cicer.* 4. *Acad.* c. 42. In his rebus neutram in partem moveri : quæ ἀδιαφορία dicitur. ¶ Est etiam mente agitare, versare animo, cogitare. *Virg.* 3. *Æn.* v. 34. Multa movens animo Nymphas venerabar agrestes. *meditating, revolving. Stat.* 2. *Theb.* v. 145. at Inachio tenuis sub pectore regi Tracta quies, dum mente deos, inceptaque versat Hospitia, et quæ sint generis adscita repertis Fata, movet. ¶ Item numine afflare, œstro concitare, inspirare. *Lucan.* l. 5. v. 565. tum, quos sectis Bellona lacertis Sæva movet, cecinere deos. (V. *Motus, us.*) Al. leg. *monet.* ¶ *Mostis* pro *movistis* syncope apud *Martial.* l. 3. epigr. 67. Cessatis pueri, nihilque mostis. Al. leg. *nostis,* al. *postis* pro *potestis.* Et *morunt* pro *moverunt* apud *Sil.* l. 14. v. 141. ubi alii *norunt.* [¶ Particip. *moturus* apud *Liv.* l. 25. c. 27. Exspectaturus magis eventum, quam inde quidquam moturus.]

MOX, *by and by, presently, anon, quickly, immediately, soon,* εὐθὺς, αὐτίκα, statim, celeriter : et fere dicitur de tempore statim futuro. *Terent. Andr.* 3. 2. 4. Quod jussi ei dare bibere, date : mox ego huc revertor. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 4. Jussit mihi nuntiari, mox se venturum. *Id.* 1. *de Divin.* c. 23. *ad fin.* Discedo parumper a somniis, ad quæ mox revertar. *Id. in Orat.* c. 49. De numero mox : nunc de sono quærimus. *Plin.* l. 18. c. 35. Paucis mox horis. *a few hours after. Cic.* 2. *de Invent.* c. 28. Non necesse est, quin mox judicium fiat, exspectare. ¶ *Quam mox,* quanto post, quam cito. *Festus:* Quam mox significat quam cito : sed si per se ponas mox, significabit paulo post, vel postea. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 1. Exspecto, quam mox Chærea hac ratione utatur. *how long he will continue speaking thus. Terent. Eun.* 4. 7. 18. Quam mox irruimus ? *why do we not commence the attack ? Plaut. Rud.* 2. 3. 12. Quam mox coctum est prandium ? Adde *Enn.* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 48. ¶ *Mox ubi,* statim ac, *as soon as, after that. Liv.* l. 3. c. 52. *Colum.* l. 5. c. 5. *Horat.* l. 2. od. 1. v. 10. &c. ¶ *Mox ut,* idem. *Flor.* l. 2. c. 4. Mox ut caluere pugna, statim in sudorem eunt. Ubi τὸ *statim* redundat. ¶ *Mox paulo,* paulo post. *Plin.* l. 4. c. 16. De quibus mox paulo dicemus. *presently. Id.* l. 21. c. 2. Paulo mox subiere, quæ vocantur Ægyptiæ. ¶ *Mox quam,* simul atque, *as soon as, so soon as ever. Paul. Dig.* lib. 7. tit. 4. leg. 13. Mox quam a solo separati sunt fructus. ¶ Jungitur et cum *deinde. Colum.* l. 1. *in præfat. circa med.* Mox deinde, ut apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus. (Adde lib. 9. c. 14.) *Tibull.* l. 1. el. 7. v. 35. Et simulat transire domum, mox deinde recurrit. ¶ Refertur etiam ad ordinem temporis. *Vellei.* l. 2. c. 14. Domus, quæ quondam Ciceronis, mox Censorini fuit, nunc Statilii Sisennæ est. *afterward, in the next place, then. Tacit.* 1. *Hist.* cap. 72. Quia præmia virtutum velocius erat vitiis adeptus, crudelitatem mox, deinde avaritiam exercuit. *Liv.* l. 40. c. 48. *ad fin.* Nam extemplo fusi, fugati : mox intra vallum compulsi : postremo exuuntur castris. ¶ Item situs, et loci. *Plin.* l. 6. c. 19. Ab Albaniæ confinio gentes Silvorum feræ, et infra Lubienorum, mox Diduri. *next to these.* et cap.

30. *ante med.* Ultra eos Dochi, deinde Gymnetes, mox Anderæ. ¶ Item dignitatis, aut pretii. *Plin.* l. 18. c. 7. *ad fin.* Post amylum Chium maxime laudatur Creticum, mox Ægyptium. ¶ De longo post tempore, *Sueton. in Ner.* c. 6. C. Cæsar intuens Claudium patruum suum, a quo mox principe Nero adoptatus est. *h. e.* post undecim annos. *sometime afterward.* Huc pertinere potest illud *Virg.* 1. *Georg.* v. 24. Tuque adeo, quem mox quæ sint habitura deorum Concilia, incertum est, &c. *Gnifo* apud *Charis.* l. 2. pag. 184. *Putsch.* ait, pro *cito* positum esse: *Servius* autem: potest, inquit, ad vitæ humanæ brevitatem referri. ¶ De tempore proxime præterito, pro statim ante, modo, *just now, a little while ago.* *Colum.* l. 3. c. 20. De altero, quod mox proposueram, nihil dubito, quin, &c. *Stat. in fi. Thebaid.* Mox tibi, si quis adhuc prætendit nubila livor, Occidit. Al. rectius leg. *occidet.*

MOYSES. V. *Moses.*

[† MOZICA, æ, f. quasi modica, genus parvi repositorii. *Isidor.* 20. 9.]

M U

MU, μῦ, vox propria canum, unde et mutire dicuntur, inquit *Charis.* l. 2. pag. 213. *Putsch.* [† in p. 214. est *mut.* V. *Mutio.*] item *Scalig. in conjectan. ad Varron.* in ea verba l. 6. *de L. L.* c. 5. *a med.* Mussare dictum, quod muti non amplius quam mu (*al.* μῦ) dicunt: a quo *Ennius,* Quod minimum est, neque, ut aiunt, mu (*al.* μῦ) facere audent. *Lucil.* apud *Charis. loc. cit.* Non laudare hominem quemquam, neque mu facere audet. *to mutter.* Cum dixit *Plaut. Stich.* 1. 3. 102. Negato esse quod dem, nec mu, nec mutuum: *mu,* rem minimam intellexit, simulque primam τοῦ *mutuum* syllabam respexit. ¶ Videtur etiam esse vox dolentis, desperantis, exclamantis. *Id. in fragm.* apud *Charis. loc. cit.* Qui tu es, qui ducis me? mu! perii hercle: Afer est.

MUCCĒDO, *vel* Mucedo, inis, f. mucus. *Apul. in Apolog.* Si perniciosa illa muccedo intus cohibita et bili atra sociata, &c. Al. leg. *dulcedo,* al. *albedo.*

MUCCINĬUM, *vel* Mucinium, ii, n. *a muckender,* linteum, quo extergetur nasi mucus. *Arnob.* l. 2. p. 59. Mitra, strophium, fascia, muccinium.

MUCCUS. V. *Mucus.*

MUCĔO, es, mucui, n. 2. *to be mouldy; to be flat or dead,* εὐρωτιάω, mucidus sum. *Cato R. R.* c. 148. Vini singulæ urnæ dabuntur, quod neque aceat, neque muceat.

MUCESCO, is, n. 3. *to grow mouldy or flat, become musty or vinney, grow dreggy,* mucidus fio. *Plin.* l. 14. c. 20. *sub fin.* Proprium est vino mucescere, aut in acetum verti. *Id.* l. 18. c. 10. *ad fin.* Sesama macerata lurido colore mucescit.

MUCIĀNUS, a, um, ad Mucium aliquem pertinens, v. gr. Publium, aut Quintum, qui celebres JCti fuere, ut Muciana cautio, aut satisdatio, apud *Papinian. Dig.* l. 35. tit. 1. leg. 99. *a med.* et *Julian. ibid.* leg. 104. ¶ *Cic. Attic.* l. 9. ep. 12. Torqueor infelix, ut jam illum Mucianum exitum exoptem. *h. e.* crudelem, qualem habuit Q. Mucius Scævola Pont. M. qui jussu C. Marii Consulis C. filii a Damasippo Prætore in vestibulo ædis Vestæ, ut est *in Epitom. Liv.* l. 86. vel in Curia Hostilia, ut scribit *Vellei.* l. 2. c. 26. trucidatus est. Narrat hoc etiam *Cic.* 3. *de Orat.* c. 3. et *Flor.* l. 3. c. 21. ¶ Scribitur et *Mutianus.* V. *Mucius.*

MUCĬDUS, a, um, *mouldy, fusty, musty, foisty, vinnewed or vinney, dead, flat, dreggy, mucid,* εὐρώδης, σαπρὸς, qui mucorem ex vetustate contraxit: a *muceo.* *Juvenal.* sat. 14. v. 128. Mucida cærulei panis consumere frusta. *Martial.* l. 8. epigr. 6. Mucida vina. ¶ *Mucidus,* et *Muccidus* est etiam mucosus, *full of mucous or snotty matter, slimy, mucous,* mucus fluens, μυξώδης. *Plaut. Epid.* 3. 4. 58. homo es, qui me emunxisti mucidum. *Id. Mil.* 3. 1. 52. Senex mucidus. *a slabbering snotty old fellow.*

MUCĬUS, a, um, ad Mucium pertinens, quod est nomen proprium R. hominis. *Festus:* Mucia prata trans Tiberim dicta a Mucio, cui a populo data fuerant, quod Porsenam Etruscorum regem sua constantia ab Urbe dimovit. Adde *Liv.* l. 2. c. 12. et 13. ¶ De lege Mucia V. in *Licinius, a, um.* ¶ *Mucia festa* apud *Cicer. Verr.* 4. c. 21. fuerunt instituta ab Asianis in honorem Q. Mucii P. F. Scævolæ celebris Juris consulti, qui fuit consul A. U. DCLVIII. cum L. Licinio Crasso oratore: quod provinciam Asiam prætor post consulatum mira abstinentia administraverat. ¶ Scribitur et *Mutius:* rectius tamen per c, testibus *Manut.* et *Cellar. in Orthogr.*

MUCOR, oris, m. *mouldiness, mustiness,* εὐρὼς, σαπρότης, lanugo diutino situ contracta, ut in pane, carne, vino, &c. unde et sapor corrumpitur. *Colum.* l. 12. c. 4. *a med.* Locum esse debere quam siccissimum, ne situ penora mucorem contrahant. et c. 17. Situm, aut mucorem contrahere. *Ulpian. Dig.* lib. 18. tit. 6. leg. 4. Periculum acoris, et mucoris (*vini*) præstare. ¶ De humore et lacryma coacta in vite. *Plin.* l. 17. c. 15. Ut inde potius distillaret mucor, qui maxime vites infestat.

MUCŌSUS, *et* Muccosus, a, um, *full of mucous or snotty matter, slimy, mucous, viscous, muculent,* μυξώδης, muco abundans. *Colum.* l. 6. c. 7. Sequitur torminum vitium, quorum signum est cruenta, et mucosa ventris proluvies. *Cels.* l. 5. c. 28. sect. 15. Exulceratio mucosa. *accompanied with a discharge of mucous matter.*

MUCRO, onis, m. *the sharp point of any thing,* αἰχμὴ, ἀκὴ, κέντημα, summitas cujuscumque rei in acutum desinentis, cuspis, apex, acumen. *Colum.* l. 4. c. 25. Mucro falcis. *Plin.* l. 8. c. 3. dentis. et c. 15. *extr.* unguium. *Martial.* l. 4. epigr. 18. Mucro stillicidii glacie concreti. *Plin.* l. 16. c. 10. Folium mucrone aculeatum. *sharp-pointed.* *Id.* l. 2. c. 25. Cometæ in mucronem fastigiatæ. *Id.* l. 9. c. 33. Conchæ margo in mucronem emissus. *Id.* l. et cap. 18. *ad fin.* Cuspis vomeris acutior, in mucronem fastigiata. *Id.* l. 17. c. 10. Amygdalas mucrone defigi, aciem lateris aquilonem spectare: ternas simul serendas, &c. et lib. 37. c. 4. Adamas laterum sexangulo levore turbinatus in mucronem. et cap. 2. *circa med.* Mucrones crystalli. *Nemesian. in fragm. de Aucup.* Mucro rostri. ¶ Sæpissime dicitur de cuspide gladii, hastæ, teli: et per synecdochen sumitur pro ense. *the point of a weapon; a sword, dagger, or other weapon.* *Ovid. Met.* 12. v. 484. medio jugulaberis ense, Quandoquidem mucro est hebes, inquit. *Lucan.* l. 7. v. 139. Nec gladiis habuere fidem, nisi cautibus asper Exarsit mucro. *Virg.* 2. *Æn.* v. 333. stat ferri acies mucrone corusco. et lib. 10. v. 651. strictumque coruscat mucronem. *Cic. Phil.* 14. c. 2. Nisi mucrones etiam nostrorum militum tremere vultis, et dubitare, utrum in cive, an in hoste figantur. *et Catil.* 3. c. 1. Gladios in rempubl. destrictos retudimus, mucronesque eorum a jugulis vestris rejecimus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 740. Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu Dissiluit. et lib. 7. v. 665. tereti pugnant mucrone, veruque Sabello. et lib. 10. v. 681. mucrone se induere. ¶ Videtur et pro acie ferri usurpari, *the edge,* in illo *Juvenal.* sat. 14. v. 216. cum pectore barbam Cœperit, et longi mucronem admittere cultri. ¶ Metaphorice est auctoritas, vis, potentia. *power, authority, sway.* *Cic. pro Cluent.* c. 44. Ne censorium stilum, cujus mucronem multis remediis majores nostri retuderunt, æque posthac, atque illum dictatorium gladium pertimescamus. *Id.* l. 3. *de Legib.* c. 9. Mucronem tribunitium exacuere in aliquem. *Id. pro Cæcin.* c. 29. Peracutum hoc tibi videtur: hic est mucro defensionis tuæ: in eum ipsum causa tua incurrat, necesse est. *Senec. in proœm.* l. 2. *controvers.* Deerat illi oratorium robur, et ille pugnatorius mucro. *Quintil.* l. 10. c. 5. *a med.* Ipse ille mucro ingenii quotidiana pugna retunditur. ¶ Pro fine, extremitate, quia mucro extremum est hastæ, aut ensis. *Lucret.* l. 2. v. 518. Ergo finita distant ratione creata, Ancipiti quoniam mucrone utrinque notantur. ¶ Mucro faucium. *the narrowest part of the strait,* loquendo de arctis faucibus, quibus olim credebatur Oceanus Scythicus irrumpere in mare Caspium. *Plin.* l. 6. c. 19. *circa med.*

MUCRONĀTUS, a, um, *terminating in a point, pointed,* in mucronem desinens. *Plin.* l. 32. c. 2. Piscis mucronato rostro. *Id.* l. 25. *c. ult. a med.* Mucronata folia.

MUCULENTUS, *et* Mucculentus, a, um, *muculent, mucous, slimy, viscous,* mucosus. *Prudent.* peristeph. 3. *de S. Laurent.* v. 284. Muculentæ nares. *Arnob.* l. 3. pag. 107. Munctiones muculentæ.

MUCUS, *et* Muccus, i, (utroque enim modo legitur in libris) m. *snot or snivel, the filth of the nose, mucus,* μύξα, κόρυζα, narium humiditas, et crassior pituita. *Catull.* carm. 23. v. 17. Mucusque, et mala pituita nasi. *Cels.* l. 4. c. 18. Descendunt pituitæ, mucisque similia.

MUGER, dici solet a castrensium hominibus, quasi mucosus, is, qui talis male ludit. *Festus.* Dictum volunt a *mugo* pro *mungo.*

MUGIL, *et* Mugĭlis, is, m. *a mullet,* μύξων, κέφαλος, piscis marinus. *Plin.* l. 9. c. 17. Mugilum natura ridetur, in metu capite abscondito, totos se occultari credentium. Iisdem tamen tanta salacitas, ut, &c. et cap. 8. et 43. Mugil velocissimus omnium. *Id.* l. 10. c. 70. Produntur clarissime audire mugil, lupus, salpa, &c. et lib. 9. *c. ult.* Mugil, et lupus mutuo odio flagrant. *Id.* l. 32. c. 2. Scit et mugil esse in esca hamum, insidiasque non ignorat: aviditas tamen tanta est, ut cauda verberando excutiat cibum. ¶ Deprehensis olim mœchis pœna fuit immissus podici. *Juvenal.* sat. 10. v. 317. quosdam mœchos et mugilis intrat. Adde *Catull.* carm. 15. *extr.* V. *Raphanus.* Fortasse huc pertinet illud *Lucilii* apud *Non.* c. 1. n. 334. Natibu' natricem impressit crassam et capitatam. Sed V. *Natrix.*

MUGĬNOR, aris, dep. 1. *to dally, trifle away time, be tardy in doing a thing,* nugas agere, causari, moras nectere, tergiversari, otiose, ac tarde conari, quasique recusando agere, et contra voluntatem. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 12. De Ocella, dum tu muginaris, nec mihi quidquam rescribis, cepi consilium domesticum. *while you are trifling.* *Plin. in præfat. hist. nat. circa med.* Vel hoc solo præmio contenti, quod dum ista, ut ait M. Varro, muginamur, pluribus horis vivimus. *h. e.* otiose, et quasi nolentes commentamur. *employ ourselves leisurely on these subjects.* In quodam MS. leg. *musinamur,* teste *Harduino:* quod alii a *Musis* deducunt. *Non.* c. 2. n. 543. *muginari* interpretatur murmurare: affertque verba hæc *Lucilii:* Muginamur, molimur, subducimur. et *Attæ:* Atque ea muginantur hodie: atque ego occlusero fontem. Sed hæc commodius priore interpretatione explicantur.

MUGĬO, is, ivi, *et* ii, itum, n. 4. *to bellow, low,* μυκάω, mugitum edo: verbum exprimens vocem vitulorum (ut *Varr.* docet l. 6. *L. L.* c. 5. *a med.*) et boum, quæ est μῦ. *Liv.* l. 1. c. 7. Inde cum actæ boves ad desiderium, ut fit, relictarum mugissent, &c. *Propert.* l. 2. el. 21. v. 19. Io versa caput primos mugierat annos. *Horat.* epod. 2. v. 11. Aut in reducta valle mugientium Prospectat errantes greges. ¶ Transfertur ad tonitrua, ad terræ motum, tubam, et alia mugitus similem edentia sonum. *Virg.* 8. *Æn.* v. 526. Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clangor. *clanged.* *Lucret.* l. 4. v. 544. Cum tuba depresso graviter sub murmure mugit. *Virg. Æn.* 6. v. 256. et lib. 4. v. 490. sub pedibus mugire solum. *to yield a hollow dreadful sound, bellow.* *Lucan.* l. 3. v. 418. Sæpe cavas motu terræ mugire cavernas. *Horat.* l. 3. od. 29. v. 57. si mugiat Africis malus procellis. *Id.* l. 2. ep. 1. v. 202. Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuscum. *Virg. Æn.* 3. v. 92. et mugire adytis cortina reclusis. *Sil.* l. 11. v. 521. pulsus mugit Olympus. *Minuc. Felix in Octav.* c. 5. et *Lactant.* l. 7. c. 6. Nimbis collidentibus mugire tonitrua, rutilare fulgura. *pealed loudly, roared, bellowed.* *Sil.* l. 8. v. 631. fundoque imo mugivit anhelans Aufidus. *Quintil.* l. 12. c. 10. *ante med.* Pleraque nos illa quasi mugiente littera cludimus M, qua nullum Græce verbum cadit. *Martial.* l. 3. epigr. 46. At tibi tergeminum mugiet ille sophos. *h. e.* euge, clamabit, belle, σοφῶς.

MUGIONĬA, porta Romæ dicta est a Mugio quodam, qui eidem tuendæ præfuit. Ita *Festus.* Sed *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 34. docet, dictam esse a mugitu, quod per eam boves in pascua exigebantur.

MUGĪTOR, oris, m. *a bellower,* qui mugit. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 208. Ut magis Inarime, magis ut mugitor anhelat Vesvius, &c.

MUGĪTUS, us, m. *a bellowing, lowing; a roaring, hollow sound; any loud noise,* μύκημα, vox boum. *Virg.* 2. *Georg.* v. 470. Mugitusque boum. *Id.* 12. *Æn.* v. 103. Mugitus veluti cum prima in prœlia taurus Terrificos ciet. *Ovid.* 3. *Met.* v. 21. bos mugitibus impulit auras. et lib. 7. v. 597. mugitus victima diros Edidit. *Id.* 1. *Fast.* v. 560. Dare mugitus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 223. tollere. ¶ Translate *Plin.* l. 18. *c. ult. a med.* Montium sonitus, nemorumque mugitus. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 18. terræ. *Stat.* 10. *Theb.* v. 265. Ne gravis exclamet portæ mugitus ahenæ.

MULA, æ, f. *a she-mule,* ἡμίονος, quadrupes notum. Dicitur de utroque sexu, ubi discrimine opus non est: quod et in *Cerva* adnotavimus. *Plin.* l. 8. c. 44. Ex asino et equa mula gignitur mense tertio decimo, animal viribus in labores eximium. *et mox.* Equo et asina genitos mares hinnos (*al.* *hinnulos*) antiqui vocabant: contraque mulos, quos asini et equæ generarent. *et paulo post.* Gignitur etiam mula ex equo et asina, sed effrenis, et tarditatis indomitæ. *et paulo post.* Generantur ex equa et onagris mansuefactis mulæ veloces in cursu, duritia eximia pedum, verum strigoso corpore, indomito animo. (Eadem habet *Colum.* l. 6. *c. pænult.*) *Juvenal.* sat. 7. v. 181. hic mundæ nitet ungula mulæ. *scilic.* currum trahentis. Frequens est autem mentio mularum vehentium, vel currum trahentium. V. *Martial.* l. 9. epigr. 23. et lib. 8. epigr. 61. et l. 11. epigr. 80. et lib. 14. epigr. 197. et *Sueton. in Ner.* c. 30. ¶ Femina non parit, quia e duobus diversis generibus nata, tertii generis fit, et neutri parentum est similis, ut ait *Plin. loc. cit.* Hinc in portentis est mulæ partus. V. *Varron.* l. 2. *R. R.* c. 1. *sub fin.* *Sueton. in Galb.* cap. 4. et *Juvenal.* sat. 13. v. 66. ¶ *Cum mula pepererit* proverbiale dictum de re, quæ nunquam fiet. *Sueton. loc. cit.* ¶ In dativo plur. habet *mulis,* ubi a masculino distinguere non est necesse: item *mulabus.* V. quæ in *Asina* dicta sunt. *Capitolin. in Vero,* c. 5. Data et vehicula cum mulabus, ac mulionibus. Adde *Tertull.* l. 2. *ad Uxor.* c. *pænult.* *Priscian.* l. 7. pag. 733. et *Rhemn. Palæm. sub init. Artis,* &c.

MULĀRIS, re, *of a mule,* ἡμιόνειος, mulinus. *Colum.* l. 6. c. 27. Est generosa materies, quæ circo sacrisque certaminibus equos præbet: est mularis, quæ pretio sui fetus comparatur generoso. [¶ Mularis herba, quæ et nodia dicitur, apud *Plin.* l. 24. c. 19. sect. 115.]

MULCĀTUS, a, um, *struck, beaten,* τυφθεὶς, verberatus, percussus, verberibus læsus. *Liv.* l. 3. c. 11. Qui obvius fuerat, mulcatus nudatusque abibat. *Cic.* 6. *Verr.* c. 43. Male mulcati clavis et fustibus repelluntur. *Id. pro Mil.* c. 14. Qua in turba C. Vibienus ita est mulcatus, ut vitam amiserit. *Plaut. Trucul.* 4. 4. 3. Mihi dividia est, tonstricem meam sic mulcatam male. *Liv.* l. 29. c. 9. Lictores indignum in modum mulcati. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 70. Pernoctavere sine utensilibus, sine igni, magna pars nudo aut mulcato corpore. *hurt.* *Liv.* l. 8. c. 24. *a med.* Sperare, corpore regio utcumque mulcato se suos redempturam. *cut to pieces, mangled.* ¶ Urbane, et translate *Cic. de clar. Orat.* c. 22. *ad fin.* Addebat etiam, scriptores illos male mulcatos exisse cum Galba. *much fatigued and as it were mauled.* ¶ Sunt qui scribunt *multatus,* et *mulctatus,* sed adversantibus Criticis fere omnibus, qui *mulcatus,* volunt et

mulco, as, quoties de veberibus sermo est: *multo* vero, et *multatus*, cum de pœna exsilii, pecuniæ, et hujusmodi irroganda loquimur. Est enim, inquit *Voss. in Etymol.* diversa his origo. nam *multa*, et *multare* sunt a Sabinis, vel Oscis, ut *Varr.* et *Fest.* docent: *mulcare* vero est Latinum, a mulcendo, h. e. mitigando: unde *commitigare sandalio caput* dixit *Terent. Eun.* 5. 8. 4. V. *Mitigo.*

MULCĒDO, inis, f. *sweetness, smoothness; an attraction, charm, θέλγητρον*, blandimentum, illecebra. *Gell.* l. 19. c. 9. Ejus Linguæ exercitationes doceret, quæ nullam mulcedinem Veneris atque Musæ haberet. Adde *Sidon.* l. 5. ep. 17.

MULCĔO, es, lsi, lsum, a. 2. *to sooth, soften, mitigate, appease, pacify, allay, please, charm, delight, θέλγω*, lenio, mollio, permulceo, mitigo, placo, delecto. Verbum est plerumque poeticum. *Festus* in *Mulciber*. Mulcere est mollire, sive lenire. ¶ Sæpissime refertur ad animum. *Pacuv. ibid.* Quid me obtutu terres, mulces laudibus? *Horat.* l. 3. od. 11. v. 22. stetit unda paulum Sicca, cum grato Danai puellas Carmine mulces. *Id.* l. 2. ep. 1. v. 210. Ille per extentum funem mihi posse videtur Ire poeta, meum qui pectus inaniter angit, Irritat, mulcet, falsis terroribus implet. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 17.) Rudes atque agrestes animos admiratione mulcere. *Vellei.* l. 2. c. 117. Qui gladiis domari non poterant, posse jure mulceri. *Gell.* l. 20. c. 9. Delectari, mulcerique aures figmentis verborum novis. *Virg. de Orpheo, Georg.* 4. v. 510. Mulcentem tigres, et agentem carmine quercus. *taming, charming. Id.* 5. *Æn.* v. 464. Mulcere aliquem dictis. et lib. 1. v. 70. Mulcere fluctus. *to calm, still, quiet, hush, smooth.* et lib. 7. v. 755. iras. et vers. 34. et *Ovid.* 1. *Fast.* v. 155. Æthera mulcebant cantu volucres. *Sil.* l. 12. v. 220. plectro mulcere labores. *Id.* lib. 17. v. 46. cunctis spes pectora mulcet, Finem armis tandem, finemque venire periclis. *flatters, beguiles. Claudian. in II. Consul. Stilich.* v. 211. Mulcere alicujus suspiria. *Propert.* l. 4. el. 7. v. 60. Mulcet ubi Elysias aura beata rosas. *cherishes. Ovid.* 1. *Metam.* v. 108. placidique tepentibus auris Mulcebant Zephyri natos sine semine flores. ¶ Proprie dulcem facere, *Sil.* l. 7. v. 169. Pocula nec norant succis mulcere Lyæi. Al. leg. *miscere.* ¶ Et leni manu tractare, palpare, demulcere. *to touch or stroke gently. Ovid. Metam.* 7. v. 117. Pendulaque audaci mulcet palearia dextra. *Id.* 1. *Fast.* v. 259. et *Plin.* l. 28. c. 13. Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam. *Quintil.* l. 11. c. 3. *post med.* Sunt quædam non indecentes moræ, caput mulcere, manum intueri, infringere articulos. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 341. Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas. *Id. Metam.* 10. v. 118. *de cervo.* mulcendaque colla Quamlibet ignotis manibus præbere solebat. ¶ Universim pro leviter tangere, *Id. Metam.* 14. v. 295. conantem (*Circen*) virga mulcere capillos Reppulit. *h. e.* leviter tangere. supra dixerat vers. 278. Et tetigit summos virga dea dira capillos. Sic *Fast.* 5. v. 161. Frigidus Argestes summas mulcebit aristas. *h. e.* leviter agitabit, motabit. Al. leg. *miscebit.* Pertinet huc illud *Cicer. in Arat.* v. 88. Igniferum mulcens tremebundis æthera pennis. *h. e.* concutiens, agitans. *winnowing the air.* et *Lucret.* l. 4. v. 138. nubes concrescere in alto Cernimus, et mundi speciem violare serenam, Aera mulcentes motu. *h. e.* impellentes, agitantesque motu suo. et *Enn.* apud *Priscian.* l. 9. pag. 870. *Putsch.* Mulserat huc navem compulsam fluctibu' pontus. *h. e.* impulerat. Sunt qui hoc a *mulgeo* trahunt, ut sit absorbere, ad se trahere: et apud *Cicer.* et *Lucret.* leg. *mulgens.* ¶ Pertinet etiam ad medicinam, et ad leniendos dolores. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 401. lectas Pagasæis collibus herbas Temperat, et varia vulnera mulcet ope. *Plin.* l. 22. c. 24. Mulcere dolores nervorum. *et ibid.* os, stomachumque. *Id.* l. 28. c. 11. *a med.* oris graveolentiam. et lib. 21. c. 20. ebrietatem. *Id.* l. 37. c. 5. lassitudinem. ¶ Præteritum *mulsi* commune cum *mulgeo* agnoscitur etiam a *Priscian. sub fin.* l. 9. et *Diomed.* l. 1. pag. 363. *Putsch.*

MULCĬBER, ris, *et* ri, m. *Vulcan*, Vulcanus. *Festus*: Mulciber, Vulcanus, a molliendo scilicet ferro dictus. mulcere enim mollire, sive lenire est. *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 5. Mulciber est Vulcanus, quod ignis sit, et omnia mulceat ac domet. *Actius ibid.* heu Mulciber, arma ignavo invicta es fabricatus manu. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 2. v. 5. Mulciber in Trojam, pro Troja stabat Apollo. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 562. Mulciberis capti Marsque Venusque dolis. Al. leg. *Mulciberi*: unde per syncopen *Mulcibri* apud *Cicer.* vertentem carmina *Æschyli*, l. 2. *Tuscul.* c. 10. Jovisque numen Mulcibri ascivit manus. *Priscian.* l. 6. pag. 696. *Putsch.* videtur præferre *Mulciberi*, si est, inquit, a mulcendo, et imbri compositum, ut plerisque videtur: quam notationem, ut certam, jam proposuerat lib. 5. pag. 646. Est enim ignis temperator humoris. Videtur tamen inepta esse. ¶ Pro igne *Ovid.* 14. *Metam.* v. 533. Jamque picem, et ceras, alimentaque cetera flammæ Mulciber urebat. (Adde lib. 9. v. 263.) *Martian. Capell. sub init.* l. 6. devorante Mulcibero. ¶ Adjective *Inscript. vet.* apud *Reines.* class. 1. n. 265. Volcano Mulcibero sacr. L. Vettius L. F. Stellat. Prosper, &c. Adde aliam apud *Gruter.* pag. 1069. n. 5.

MULCO, as, avi, atum, a. 1. *to beat, strike, buffet, cudgel, τύπτω*, percutio, verbero, cædo, pulso. De notatione V. in *Mulcatus. Plaut. Mostell.* 4. 2. 23. Cauto est opus, ne huc exeat, qui me male mulcet. *Terent. Adelph.* 1. 2. 9. Ipsum dominum, atque omnem familiam mulcavit usque ad mortem. *Petron. in Satyr.* c. 134. Arundinem ab ostio rapuit, iterumque nihil respondentem mulcavit. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 32. Prostratos verberibus mulcant, sexageni singulos. ¶ Item universim male tractare, nocere, lædere. *Liv.* l. 28. c. 30. *extr.* Quinqueremis Romana prælata impetu, lateris alterius remos detersit: ceterasque, quas indepta esset, male mulcasset, nisi, &c. ¶ *Mulcassitis* antique, mulcaveritis. *Plaut. Mil.* 2. 2. 8. ¶ Aliud est *multo*, seu *mulcto*. quod tamen legitur in Inscript. Domitiani apud *Gruter.* pag. 155. n. 1. Ea gente male mulctata. V. dicta in *Mulcatus.*

MULCTA. V. *Multa.*

MULCTO, as. V. *Multo.*

MULCTRA, æ, f. *a milk-pail, ἀμολγεύς*, vas, in quo lac mulgetur. *Virg. Ecl.* 3. v. 30. *de vitula.* Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fetus. ¶ Metonymice est ipsum lac. *Colum.* l. 7. c. 8. Casei faciendi non erit omittenda cura, utique longinquis regionibus, ubi mulctram devehere non expedit. ¶ *Mulctrum, i,* n. idem. *Horat.* epod. 16. v. 49. Illic injussæ veniunt ad mulctra capellæ. *Nemesian. Ecl.* 2. v. 35. scis, mille juvencas Esse mihi: nosti, nunquam mea mulctra vacare. *Calpurn. Ecl.* 4. v. 25. Duc ad mulctra greges.

MULCTRĀLE, lis, n. idem quod mulctra, quodcumque vas lacti continendo aptum. *Virg.* 3. *Georg.* v. 177. nivea implebunt mulctralia vaccæ. Al. leg. *mulctraria*, seu *multraria*: alii *mulgaria* eodem sensu: qua voce usus est et *Valgius* apud *Serv.* et *Philargyr. ad hunc loc.* Sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis, Et sinum vini cessamus fundere Baccho.

MULCTRUM. V. *Mulctra.*

MULCTUS, us, m. *a milking*, actus mulgendi. In sexto casu singulari *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 11. Lactis sunt discrimina quædam et a pastionibus, et a pecudum natura, et a mulctu.

MULGARĬA. V. *Mulctrale.*

MULGĔO, es, mulsi, *et* mulxi, lsum, *et* lctum, a. 2. *to milk, ἀμέλγω*, lac e mammis manu exprimere: a voce Græca allata. *Virg. Ecl.* 3. v. 5. Hic alienus oves custos bis mulget in hora. *Id.* 3. *Georg.* v. 400. Quod surgente die mulsere, horisque diurnis, Nocte premunt. *Plin.* l. 10. c. 40. Caprisque cæcitas, quas ita mulsere, oboritur. ¶ *Mulgere hircos* proverbialiter de re absurda et impossibili. *to set the thunder to a tune, do impossibilities. Virg. Ecl.* 3. v. 91. Atque idem jungat vulpes, et mulgeat hircos. ¶ *Mulgere aera motu*, h. e. absorbere, ad se trahere, apud *Lucret.* &c. V. *Mulceo.* Eod. sensu videtur dixisse *Enn.* apud *Priscian.* l. 9. pag. 870. *Putsch.* Mulserat huc navem compulsam fluctibu' pontus. ¶ Quod præteritum *mulsi* commune huic verbo est cum *mulceo*, quidam discriminis gratia *mulxi, letum* dixere, ut *Priscian. ibid.* docet. Hinc *mulctus* apud *Varron.* V. paulo supra.

MULĬĔBRIS, e, *of or pertaining to a woman or women, feminine, female, womanly, womanish, γυναικεῖος*, ad mulieres pertinens, femineus. *Cic. pro Mil.* c. 10. Muliebris et delicatus ancillarum puerorumque comitatus. *Id.* 3. *de Orat.* c. 11. Muliebris vox. *Id.* 1. *Offic.* c. 36. venustas. *Nep. in Alcib.* c. 10. vestis. *Cic. pro Cœl.* c. 28. Muliebre bellum. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 3. Loci muliebres, ubi nascendi initia consistunt. *Liv.* l. 1. c. 3. Tantisper tutela muliebri (tanta indoles in Lavinia erat) res Latina stetit. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 71. Muliebris fraus. et lib. 1. c. 4. impotentia. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 35. Vide sis facinus muliebre. ¶ *Muliebria* absolute, loci muliebres. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 60. ¶ *Muliebria pati, γυναικοπαθεῖν, ἀφροδισιάζεσθαι. Id. Ann.* 11. c. 36. ¶ Translate est mollis, effeminatus. *soft, effeminate. Enn.* apud *Cicer.* 1. *Offic.* cap. 18. Vos etenim, juvenes, animum geritis muliebrem, Illaque virgo viri. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 31. Sive pium vis hoc, sive hoc muliebre vocari; Confiteor misero molle cor esse mihi. *Plin.* l. 37. c. 2. Caius Princeps, qui super omnia muliebria socculos induebat e margaritis. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 6. Enervata muliebrisque sententia. ¶ *Fortuna muliebris*, dea eadem quæ Juno, quam colebant matronæ (sicut Fortunam virginalem puellæ innuptæ) memoratur a *Festo* in *Pudicitiæ*: ejusque simulacrum via Latina positum ad quartum milliarum nefas, inquit, erat attingi, nisi ab ea, quæ semel nupsisset. *Val. Max.* l. 1. c. 8. n. 4. Fortunæ muliebris simulacrum, quod est via Latina ad quartum milliarium, eo tempore cum æde sua consecratum, quo Coriolanum ab excidio Urbis maternæ preces repulerunt, non semel, sed bis locutum constitit his pæne verbis: Rite me, matronæ, vidistis, riteque dedicastis.

MULIEBRĬTAS, atis, f. *womanhood, muliebrity*, status et conditio muliebris. *Tertull. de virg. veland.* c. 14. usurpat de virgine corrupta, quæ in mulierem transiit: et *virginitati* opponit. Porro *ibid.* c. 12. *mulieritas* bis habetur eodem sensu, nisi sit scripturæ mendum.

MULIEBRĬTER, *like a woman, womanly, womanishly, effeminately, γυναικιστί*, more muliebri: et translate molliter, effeminate. [*Ammian. Marcellin.* l. 31. c. 2. Hunni equis prope affixi, et muliebriter iisdem nonnumquam insidentes. *h. e.* non divaricatis cruribus, sed utroque pede ad alterutrum latus dependente, ut mulieres solent. ¶ Translate] *Plin.* l. 35. c. 11. *a med.* Jupiter Liberum parturiens, et muliebriter ingemiscens inter obstetricia dearum. *Horat.* l. 1. *od. pænult.* v. 21. *de Cleopatra.* quæ generosius Perire quærens, nec muliebriter Expavit ensem, &c. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 21. Si se lamentis muliebriter, lacrimisque dedet. et cap. 23. Hoc in dolore est maxime providendum, ne quid abjecte, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter muliebriterve faciamus.

MULIEBRŌSUS, a, um, *fond of women*, idem ac mulierosus. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 24. Sane genus hoc muliebrosum est tunicis demissitiis. Al. leg. *mulierosum.*

MULIER, ĕris, f. *a woman, dame, lady, γυνή*, femina. *Cic. pro Mur.* c. 12. Mulieres omnes propter infirmitatem consilii, majores in tutorum potestate esse voluerunt. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 36. Mulieres sunt insulsæ admodum, atque invenustæ sine munditia, et sumptu. ¶ Significat universim feminam omnis ætatis, et conditionis. *Cic. Fam.* 14. ep. 18. Video omnes bonos abesse Roma, et eos mulieres suas secum habere. *Modestin. Dig.* lib. 32. leg. 79. Mulieribus legatis, etiam virgines debentur. *Ulpian.* lib. 34. tit. 2. leg. 26. Mulieres, omnes dicuntur, quæcumque sexus feminini sunt. ¶ Interdum virgini opponitur. *a matron. Lactant.* l. 1. c. 17. *de Junone.* Si adolevit, si virgo fuit primo, postea mulier. *Cicero* reprehensus quod Publiliam virginem sexagenarius duxisset, respondit apud *Quintil.* l. 6. c. 3. *a med.* Cras mulier erit. Adde *Verr.* 3. c. 24. *in fin.* et *Ulpian. Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 11. ¶ De uxore videtur intelligendum illud *Scæv. Dig.* lib. 32. leg. 91. Semproniæ mulieri meæ reddi jubeo ab heredibus meis centum aureos, quos mutuo acceperam. *my wife Sempronia.* et *Modestin.* lib. 33. *tit. ult. leg. pænult.* Nunquam ex eo, quod supellectilem legavit maritus testamento, habitationem, in qua supellex fuit, legasse videtur. Quare contra defuncti voluntatem habitationem sibi mulierem vindicare, procul dubio est. et *Horat.* epod. 2. v. 39. Quod si pudica mulier in partem juvet Domum atque dulces liberos, Sabina qualis, aut perusta solibus Pernicis uxor Appuli, &c. *Sueton. in Vitell.* c. 2. Cujus filius sectionibus et cognituris uberius compendium nactus, ex muliere vulgari equitem Romanum genuerit. ¶ Translate dicitur de ignavo, et molli per convicium. *an effeminate person; a poltron, coward, nidget. Plaut. Bacch.* 4. 8. 4. Non me arbitratur militem, sed mulierem, Qui me meosque non queam defendere.

MULIERARĬUS, a, um, *of or belonging to a woman, feminine, womanly*, idem quod muliebris: item mulierosus. Utramque notionem amplectitur *Cic. pro Cœl.* c. 28. ubi *mulierariam manum* appellat hominum multitudinem Clodiæ amoribus deditam, et ab ea in insidiis collocatam. *Capitolin. in Albin.* c. 11. *ad fin.* Fuit mulierarius inter primos amatores. *Jul. Aterian.* apud *Trebell. Pollion.* in XXX. *Tyrann.* c. 6. Sed omnia hæc libido et cupiditas mulierariæ voluptatis perdidit.

MULIERCŬLA, æ, f. *a little or sorry woman, γυναικάριον*, diminut. a mulier. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 36. Qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculæ. *Lucret.* l. 4. v. 1274. Deteriore fit ut forma muliercula ametur. *Horat.* epod. 11. v. 23. Nunc gloriantis quamlibet mulierculam Vincere mollitie amor Lycisci me tenet.

MULIERCULARĬUS, ii, m. a Constantino Imperatore dictus est, qui uxores alienas, et mulieres impudicas amat, *Cod. Theodos.* lib. 3. tit. 16. leg. 1.

MULIERĬTAS. V. *Muliebritas.*

MULĬĔRO, as, a. 1. *to make effeminate, γυναικίζω*, effemino. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 552. Hic ephebum mulieravit.

MULIEROSĬTAS, atis, f. *a hankering after women, φιλογυνεία*, amor mulierum, propensio erga mulieres. *Cic. Tuscul.* 4. c. 11. Ut gloriæ cupiditas, ut mulierositas: ut ita appellem eam, quæ Græce φιλογυνεία.

MULIERŌSUS, a, um, *fond of women, too much given to the love of women, φιλογύναιος*, qui nimium appetit mulieres. *Cic. de Fato*, cap. 5. Hunc scribunt ipsius familiares et ebriosum, et mulierosum fuisse. Adde *Afran.* apud *Non.* c. 1. n. 116.

MULĪNUS, a, um, ad mulum pertinens, *of a mule, ἡμιόνιος*, ut Mulina ungula, apud *Vitruv.* l. 8. c. 3. *a med.* Mulinæ nares, *Plin.* l. 30. c. 4.

MULĬO, onis, m. *a mule-driver, muleteer, keeper or driver of mules, ὀρεωκόμος, ἀστραβηλάτης*, qui mulos curat, et agit: item auriga, quia mulas currui jungere frequentissimus fuit usus: immo id genus quadrupedum primum putatur cœptum currui jungi, ut *Fest.* in *Mulis* tradit. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. *extr.* Ibi cum jaceret pater occisus, supra eum ut mitteret carpentum mulio, jussit. *Juvenal. sub fin.* sat. 3. Nam mihi commota jamdudum mulio virga Innuit. *Sueton. in Ner.* c. 30. Nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canusinatis mulionibus. ¶ Apud *eund. in Vespas.* c. 4. dicitur Vespasianus per convicium aliquando vocatus *mulio*, quia ob egestatem coactus fuerat ad mangonicos quæstus descendere. Mulionum autem professio servilis, aut institoria fuit.

Unde muliones proprie institores appellari possunt, inquit *Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. 3. leg. 5. ¶ *Infantior, quam meus est mulio,* proverb. de homine infantissimo. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 275. ¶ Fuisse muliones inter Officia domus Augustæ, apparet ex Inscript. veteri apud *Murator.* pag. 924. n. 14. in qua Livius Gratus Augusti mulio. Adde pag. 925. n. 4. et 5. ¶ *Muliones* dicuntur etiam certi generis culices, *κνῖπες*: *a kind of gnat*: fortasse quia mulos æstate infestant. Hi sunt apibus inimici, ut est apud *Plin.* c. 18. l. 11. Creduntur autem non amplius, quam uno die vivere, teste *eod.* lib. 30. c. 16.

MULIONĪCUS, *et* Mulionius, a, um, *of or belonging to a muleteer*, ad mulionem pertinens. *Lamprid. in Heliogab.* c. 32. *sub fin.* Tectus cuculione mulionico, ne agnosceretur. *Cic. pro Sext.* c. 38. Mulioniam pænulam arripuit. Al. leg. *mulionicam.*

MULLEŎLUS, a, um, dimin. a mulleus. *Tertull. de Pall.* c. 4. *ad fin.* Impuro cruri purum, aut mulleolum inducit calceum.

MULLĔUS CALCEUS, *et* Mulleus, absolute, *a kind of shoe or buskin of a red or purple colour*, genus calcei, coloris purpurei, seu punici, quem *Festus* primum a regibus Albanis gestatum tradit, deinde a patriciis Romanis: additque putari esse ab obsoleto *mullare*, hoc est suere. Alii censent, mulleos, quia purpurei essent, nomen accepisse a rubro colore mulli piscis. Unde puniceos mullos dixit *Auson. in Mosell.* seu *Edyll.* 10. v. 117. et *Ovid. in Halieut.* v. 123. et tenui suffusum sanguine mullum. Sed contra *Fenestella* apud *Plin.* l. 9. c. 17. mullis nomen a colore mulleorum calceamentorum datum putat. Fuit gestamen patriciorum, non tamen omnium, sed eorum, qui curulem magistratum cepissent, ut diserte tradit *Cato* apud *Fest.* nam ceteris calcei erant ex nigra aluta. At sub Imperatoribus, qui sibi solis mulleos vindicavere, magistratibus aurati sunt attributi. *Titinn.* apud *Fest.* Jam cum mulleis te ostendisti, quos tibiatim calceas. Ita *Scalig.* cum apud *Fest.* legatur *quos tibiatis in calceos.* Est autem *tibiatim*, ad mediam usque tibiam, quia erant omnia ea genera calceamentorum, qualia Turcarum hodie, medio crure tenus. Unde *Tertull. de Pall.* c. 4. *ad fin.* Impuro cruri purum, aut mulleolum inducit calceum. Sic *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 27. nigris medium impediit crus Pellibus. Plura de his *Salmas.* ad illud *Vopisci in Aureliano*, c. 49. Calceos mulleos, et cereos, et albos, et hederacios viris omnibus tulit, mulieribus reliquit.

MULLO, as, a. 1. suo, consuo. V. in voce præced.

MULLŬLUS, i, m. *a little barbel or mullet*, diminut. a mullus. *Cic. Parad.* 5. c. 2. Et videat aliquem summis populi beneficiis usum barbatulos mullulos exceptantem de piscina. Al. leg. *mullos.*

MULLUS, li, m. *a barbel or mullet*, *τρίγλη*, piscis marinus, et fluviatilis: sed marinus præcipue in honore: dictus *barbatus* a *Cicer.* l. 2. *ad Attic.* ep. 1. *a med.* et *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 17. quoniam, ut ait *Plin.* l. 9. c. 17. barba gemina insignitur inferiore labro: coloris punicei, quia tenui sanguine suffusus est, ut est apud *Ovid. in Halieut.* v. 123. modicæ magnitudinis, ut scribit *Plin. loc. cit.* ut qui binas libras ponderis raro admodum excedit, nec in vivariis, piscinisque crescit. *Macrob.* tamen l. 2. *Saturn.* c. 12. majoris ponderis passim suo tempore visum esse tradit. *Horat.* quoque l. 2. sat. 2. v. 33. trilibrem memorat: quadrilibrem *Martial.* l. 10. epigr. 31. quatuor vero librarum et selibræ, tanquam rari ponderis, donatum Tiberio Cæsari, *Senec.* ep. 95. *a med.* ab eo in macellum missum, et quinque millibus HS emptum a P. Octavio. Ad sex libras pervenit ille, de quo *Juvenal.* sat. 4. v. 15. Mullum sex millibus emit, Æquantem sane paribus sestertia libris, Ut perhibent, qui de magnis majora loquuntur. Asinius Celer, Caio principe, hoc pretium excessit, unum mercatus octo millibus nummum, teste *Plin. ibid.* c. 18. qui paulo post ex Licinio Muciano narrat, captum unum in mari Rubro octoginta librarum. Sed tam magni ponderis ignoti mulli Romanis fuere. Decrevere etiam paulatim pretia, ut *Macrob.* ait *loc. cit.* Interim ex his fit palam, quanta olim gula fuerit, quantumque luxuria sibi licentiæ sumpserit, quæ majoris piscem modicum unius cœnæ causa, quam hominem emerit. *Martial.* reprehendens Calliodorum, qui servum vendiderat nummis mille ducentis, eaque pecunia quadrilibrem mullum emerat, *loc. cit.* Exclamare libet, non est hoc, improbe, non est Piscis: homo est: hominem, Calliodore, voras. ¶ Mullum exspirantem versicolori quadam, et numerosa varietate spectari, proceres gulæ narrant, inquit *Plin. cit.* c. 17. rubentium squamarum multiplici mutatione pallescentem, utique si vitro spectetur inclusus. (V. *Senec.* l. 3. *quæst. natur.* c. 18.) *Id. ibid.* mullorum plura genera facit, pro vario cibi genere, quo vescuntur, et vario sapore inde contracto, nam et alga vescuntur, et ostreis, et limo, et aliorum piscium carne. Lutarium ex iis vilissimi generis appellant: nec litoralibus gratia: laudatissimi conchylium sapiunt. ¶ Delicatiores divites in vivariis et piscinis eos alebant, se beatos prædicantes, si ita eorum aliquis mansuevisset, ut ad manum heri cibum capturus accederet. *Cic.* l. 2. *ad Attic.* ep. 1. *a med.* et *Parad.* 5. c. 2. *ad fin.*

MULOMEDICĪNA, æ, f. *the art of farriering*, *ἱππιατρία*, ars medendi mulis, ceterisque jumentis. *Veget. in præfat.* l. 1. et 2.

MULOMEDĬCUS, i, m. *a farrier*, *ἱππίατρος*, *κτηνίατρος*, medicus mulorum, ceterorumque jumentorum. *Veget. in præfat.* l. 1. et *Firmic.* l. 8. c. 13.

MULSĔUS, a, um, *mixed with mead or sweet wine, savouring of mulse, honied, sweet as honey*, *μελιηδής*, mulsi saporem referens, dulcis. *Colum.* l. 12. c. 45. Sed etiam liquorem mulsei saporis præbet. *Id.* l. 8. c. 7. *a med.* Mulsea aqua. *h. e.* melle mixta. Adde *Plin.* l. 21. c. 19.

MULSŪRA, æ, f. *a milking*, actus mulgendi: itemque ipsum lac, quod exprimitur. *Calpurn.* ecl. 5. v. 34. rursusque premetur Mane, quod occiduæ mulsura redegerit horæ.

MULSUS, a, um, *seasoned or mixed with honey*, mel habens admixtum, vel mellis saporem: a *mulceo*. *Colum.* l. et cap. 12. et *Plin.* l. 22. c. 24. Mulsa aqua. *ὑδρόμελι*. *Plin.* l. 10. c. 22. Lac mulsum. *Colum.* l. 5. c. 10. *ad fin.* Mulsa pira. *honey-pears.* ¶ *Mulsum* absolute est vinum melle admixtum, *οἰνόμελι*, *μελίκρατον*: quæ potio fuit antiquis locupletibus, et delicatioribus usitata, et in deliciis. *wine mixed with honey, mead, mulse.* Ejus conficiendi rationem *Colum.* l. 12. c. 41. utilitates in medicina *Plin.* l. 22. c. 23. et 24. *circa med.* tradit. *Plaut. Pers.* 1. 3. 7. Commisce mulsum, struthea, colutheaque appara. et 5. 2. 40. Age, circumfer mulsum, bibere da usque plenis cantharis. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 73. Cum vocem in dicendo obtudisset, suadebat Granius, ut mulsum frigidum biberet. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 19. Huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat. *Varr.* l. 3. *R. R.* cap. 16. Mulsum pæne quotidie in convivio omnibus dare. *Horat.* lib. 2. sat. 4. vers. 26. leni præcordia mulso Prolueris melius. *Martial.* lib. 13. epigr. 6. Nos alicam, mulsum poterit tibi mittere dives. ¶ Proverbium est gulonum, inquit *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 12. Mulsum, quod probe temperes, miscendum esse novo Hymettio, et vetulo Falerno. ¶ *Mulsum aceti* apud *Seren. Sammon.* c. 49. (v. 914.) est acetum mulsum. ¶ Translate *mulsus* est suavis, jucundus, dulcis. *Plaut. Rud.* 2. 3. 34. Mea Ampelisca, ut dulcis es! ut mulsa dicta dicis! *what sugared words! Id. Pœn.* 1. 2. 112. Ut mulsa loquitur! *how sugary sweet!* ¶ *Mea mulsa*, appellatio est amatoria blandientis. *my sweet! my sweeting! sweetheart! Plaut. Stich.* 5. 5. 14. Age, mulsa mea, suavitudo, salta. Adde *Cas.* 2. 6. 20. ¶ *Mulsa* absolute in plu. num. barbarismus est, docente *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.)

MULTA, *et* Mulcta, æ, f. *a fine, mulct, penalty, forfeiture, amercement*, *ζημίωμα*, pœna pecuniaria, vel in pecore, quæ pro delictis irrogatur. ¶ Inter multam, et pœnam, inquit *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 131. multum interest: cum pœna generale nomen sit, omnium delictorum coercitio: multa specialis peccati, cujus animadversio hodie pecuniaria est: pœna autem non tantum pecuniaria, verum capitis, et existimationis irrogari solet. Et multa quidem ex arbitrio ejus venit qui multam dicit: pœna non irrogatur, nisi quæ qua lege, vel quo jure specialiter huic delicto imposita est. Hactenus *Ulpian.* Hæc tamen discrimina non sunt perpetua, nisi forte apud JCtos. *Cic. pro Balb.* c. 18. Hujus accusatorem multa et pœna multavit. *Id.* lib. 3. *de Legib.* c. 3. Per populum multæ, pœnæ certatio esto. *et pro Cæcin.* c. 33. *extr.* In colonias Latinas sæpe cives nostri, aut sua voluntate, aut legis multa profecti sunt: quam multam si sufferre voluissent, tum manere in civitate potuissent. *a penalty imposed by the law.* ¶ Vox est Sabinorum teste *Varrone* apud *Gell.* l. 11. c. 1. vel Oscorum, ut est apud *Fest.* Sed turba Grammaticorum novitia, inquit *Gell.* Latinam putat, et *κατ' ἀντίφρασιν* dici, quasi minime multa sit, aut esse debeat. Quod est plane frigidum. ¶ *Multa suprema* appellabatur primis reipublicæ temporibus (quibus non nisi ovium, boumque impendio multatio constabat, ut ait *Plin.* l. 18. c. 3. quia hæ solæ tum divitiæ fuere) quæ erat duarum ovium, boum triginta: pro copia scilicet boum, proque ovium penuria: *minima* erat ovis unius, ut *Gell. loc. cit.* docet. Postea lege Ateria constituti sunt in oves singulas æris deni, in boves æris centeni. In ea dicenda cautum fuit, ne bos prius, quam ovis nominaretur, ut ait *Plin. loc. cit.* et ut ovis masculino genere efferretur: adeo ut in feminino negarent justam multam videri, ut *Gell. loc. cit.* tradit. De multæ quantitate, et taxatione eadem cum *Gellio* habet *Festus.* Procedente tempore, et crescentibus divitiis, multæ quoque taxatio crevit. *Varr.* apud *Gell. loc. cit.* M. Terentius quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ego ei unum ovem multam dico. *Cato ibid.* et ipse *Gell.* l. 7. c. 14. et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 5. Imperator noster, si quis extra ordinem depugnatum ivit, ei multam facit. *τίμημα ποιεῖ*. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 19. Cum multa pecore diceretur. *Liv.* l. 10. c. 37. Multa præsens quingentum millium æris in singulas civitates imposita. *Plin.* l. 18. c. 3. Multam indicere. *Ovid. Fast.* 5. v. 289. subire. *Cic. pro Cluent.* c. 37. committere. *to incur a fine or penalty.* et *Fam.* 5. ep. 20. depellere alicui. *Id. Phil.* 11. c. 8. remittere. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. *pænult.* exigere. ¶ *Dicere*, et *irrogare multam* est tribuni plebis, vel alterius indicentis multam alicui, et ad populum disceptandam ferentis: *certare multam* est de ea apud populum utrinque verba facere: cujus suffragiis vel confirmabatur, vel tollebatur. V. *Certatio. Liv.* lib. 25. cap. 3. *a med.* Duo Tribuni plebis ducentum millium æris multam M. Postumio dixerunt. Cui certandæ cum dies advenisset, &c. *Cic. pro Mil.* c. 14. *de Clodio.* Diem mihi, credo, dixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat. *Id. Phil.* 11. cap. 8. Crassus consul et pontifex max. Flacco collegæ Flamini Martiali multam dixit, si a sacris discessisset: quam multam populus remisit. ¶ *Multam petere* dicebatur, qui multam irrogabat, postulans a populo, ut ea rata haberetur. *Cic. pro Cluent.* c. 37. ¶ De quacumque postea pœna. *Plaut. Asin.* 4. 1. 55. Nec ulli verbo maledicat: si dixerit, hæc ei multa esto: vino viginti dies ut careat. ¶ Ad scriptionem quod attinet, *multa* magis placet *Manut.* et *Cellar.* quod in libris veteribus sic habeatur, et in *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 52. n. 12. Accedit auctoritas *Festi*, apud quem eo loci est in serie litterarum, ut sine *c* scribi debeat. Accedit et *Scalig. ad Varron.* et *Vossii*, qui *in Etymol.* deducit a *multo, as*, quod olim pro numerare usurpatum fuit. item *Pierii ad Æn.* 11. v. 839. qui in pluribus Codicib. *multare*, quam *mulctare* reperit. Et *mulcta* tamen suos habet antiquos libros, et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 155. n. 1. quam in fine verbi *Mulco* attulimus.

MULTANGŬLUS, a, um, *having many corners or angles, multangular*, *πολυγώνιος*, multos habens angulos. *Lucret.* l. 4. v. 655. Multa rotunda, modis aliis multangula quædam. [¶ Scribitur etiam *multiangulus. Martian. Capell.* l. 2. pag. 35. *Grot.* Formæ multiangulæ.]

MULTATĪCUS, *et* Mulctaticus, *et antiquo more* Moltaticus, multatitius. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 52. n. 12. Quæstores ære moltatico dederont. Al. aliter leg.

MULTATĬO, *et* Mulctatio, onis, f. *a fining or amercing*, actus multandi, multa, *ζημίωσις*. *Cic. pro Rabir. perduell.* c. 5. Misera est ignominia judiciorum publicorum, misera multatio bonorum, miserum exsilium. *confiscation of property. Plin.* l. 18. c. 3. Multatio non nisi ovium, boumque impendio dicebatur. V. *Multa.*

MULTATITĬUS, *et* Mulctatitius, *vel* Mulctaticius, a, um, *of a mulct or fine*, *τετιμημένος*, ad multam pertinens, ut *multatitia pecunia*, quæ multis irrogatis exigitur, *money exacted or collected from fines. Liv.* l. 10. c. 23. *extr.* Ex multatitia pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi facti. *Id.* l. 30. c. 39. *in fin.* Cum signa tria ex multatitio argento facta in Capitolio posuissent.

MULTĀTUS, *et* Mulctatus, a, um, *mulcted, fined, amerced, punished*, multa affectus, damnatus pecore, pecunia, exsilio, &c. *Cic. pro Cæcin.* c. 34. *a med.* Maleficium exsilio multatum. *Vellei.* l. 2. c. 37. Servatus regi honos imperii, sed multato ingenti pecunia. *Sueton. in Cæs.* c. 1. Sacerdotio, et uxoris dote, et gentilitiis hereditatibus multatus. *deprived of.* Sic *Vellei. in fin.* cap. 38. lib. 2. Creta Metelli ductu longissime libertatis fine multata. *Liv.* l. 10. c. 23. *a med.* Feneratoribus diem dixerunt: quorum bonis multatis, ex eo, quod in publicum redactum est, ænea in Capitolio limina posuerunt. *confiscated. Virg. Æn.* 11. v. 839. multatam morte Camillam. Al. leg. *mulcatam.* V. dicta in *Mulcatus*: De *mulctatus* vero V. *Multa* in fine. ¶ Translate *Cic. pro Rab. Post.* c. 1. Cum ab ipsa fortuna crudelissime videat hujus consilia esse multata.

MULTESĬMUS, a, um, *multesimal*, *πολλοστημόριος*, ex multis unus, parvus: ut *millesimus* unus e mille. *Lucret.* l. 6. v. 650. Et videas cælum summai totius unum Quam sit parvula pars, et quam multesima constet, Et quota pars homo sit terrai totius unus. *a part to which there are many equal in the universe.*

MULTIBARBUS, a, um, *with much hair on the face, with a large beard*, *δασυπώγων*, multam barbam habens. *Apul. in Florid.* n. 3. (*al.* lib. 1.) Marsyas hispidus, multibarbus, spinis et pilis obsitus. Al. leg. *illutibarbus.*

MULTIBĬBUS, a, um, *drinking much*, *πολυπότης*, qui multum bibit. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 77. Lena multibiba, atque merobiba. *Id. Cistell.* 1. 3. 1. Et multiloqua, et multibiba est anus. [† *Macrob. Saturn.* 5. 21. Herculem fuisse bibacem et multibibum.]

MULTICAVĀTUS, a, um, *having many cavities or hollows, multicavous, foraminous*, multis locis cavatus. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 16. *a med.* Favus est, quem fingunt multicavatum ex cera.

MULTICAULIS, le, *having many stalks*, multos caules emittens. *Plin.* l. 21. c. 16. Quædam in iis multicaulia ramosaque sunt, ut carduus.

MULTICĂVUS, a, um, multicavatus. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 561. Pumice multicavo, nec lævibus atria tophis Structa subit.

[† MULTICŎLA, æ, m. qui multos colit. *Fulgent. adv. Arianos.* Multicolæ Pagani.]

MULTICŎLOR, oris, *of many colours, party-coloured*, *πολύχρους*, habens multos colores. *Plin.* l. 37. c. 10. Hexecontalithos in parva magnitudine multicolor, hoc sibi nomen adoptavit. *Apul. de Mundo.* Iris multicolor est. [¶ Substantive. *Apul.* 11. *Met.* pag. 758. *Oudend.* Multicolor bysso tenui pertexta. *h. e.* vestis multicolor.]

MULTICOLŌRUS, a, um, multicolor. *Gell.* l. 11. c. 16. Sicuti multijuga dicimus, et multicolora, et multi-

formia. *Prudent. cathemer.* 3. v. 104. Prataque multicolora latex Quadrifluo celer amne rigat.

MULTICŎMUS, a, um, *having much hair*, bene comatus, vel multas comas habens, πολύκομος. *Paulin. Nol. in Nat.* XI. *S. Fel. edit. Murator.* v. 418. Densaque multicomis imitantur sidera flammis.

MULTICUPIDUS, a, um, [† multivolus,] qui multa cupit. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 418. et cap. 5. n. 42. Quam dereliquit multicupida juvenilitas.

MULTIFACIO, is, a. 3. *to value or regard highly*, magnifacio. *Paul.* ex *Festo.* Multifacere dicitur, sicut magnifacere, parvifacere. Cato: Neque fidem, neque jusjurandum, neque pudicitiam multifacit.

MULTIFARIAM, *in many places*, πολλαχῆ, multis in locis. *Paul.* apud *Fest.* Multifariam dixerunt antiqui, quod videlicet in multis locis fari poterat, idest dici. *Cato* apud *Gell.* l. 3. c. 7. Cum saucius multifariam ibi factus esset, tum vulnus capiti nullum evenit. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 41. Si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem, &c. *Id.* 1. *de Legib.* c. 14. Judicia quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt. *Liv.* l. 3. c. 50. Togæ multifariam in castris visæ, majoris aliquanto, quam erat, speciem urbanæ multitudinis fecerant. *Id.* l. 37. c. 5. Cum viri propugnarent, feminæ tela omnis generis, saxaque in muros gererent, multifariam scalis appositis. *Id.* l. 33. c. 18. Omnibus ex præsidiis, quæ multifariam disjecta erant, devocatis. *Plin.* l. 9. c. 57. Multifariam in Ponto unum genus esse, quod, &c. *Id.* l. 30. c. 6. Cochleæ multifariam nascentes. *Id.* l. 25. c. 8. *a med.* Utramque nasci multifariam, sed deteriores in agris pinguibus. *Sueton. in Galb.* c. 19. Legionarii, qui multifariam, diverseque tendebant. Adde *in Calig.* c. 18. *Gell.* l. 18. c. 2. *Liv.* l. 3. c. 5. et *Sisen.* apud *Non.* c. 2. n. 562. ¶ Ne facile credas aliis, *varie*, et *multis modis* interpretantibus.

MULTIFARĬE, *in many places, multifariously*, idem quod multifariam. *Plin.* l. 18. c. 7. *ante med.* Panis multifarie et e milio fit, e panico rarus. *Solin.* c. 11. *a med.* (*al.* c. 18.) *de Delo.* Eadem est Ortygia, quæ clarissima in Cycladum numero multifarie traditur: nunc Asteria a cultura Apollinis: nunc a venatibus Lagia, vel Cynetho: Pyrpile etiam, &c. *h. e.* multis in locis multa habet nomina.

MULTIFARĬUS, a, um, *having great multiplicity, various, multifarious*, πολύτροπος, multiplex, varius. *Gell.* l. 5. c. 6. Militares coronæ multifariæ sunt.

MULTĬFER, ra, rum, *bearing many things or sorts of things, fertile, fruitful, abundant*, πολυφόρος, fertilis. *Plin.* lib. 16. cap. 8. Tam multifera sunt, tot res, præter glandem, pariunt robora.

MULTIFĪDUS, a, um, *cleft or divided into many parts, multifidous*, qui in multas partes finditur. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 644. Multifidasque faces, ramaliaque arida, &c. *Senec. in Med.* v. 111. Multifidam jam tempus erat succendere pinum. Sic *Stat.* 10. *Theb.* v. 843. Multifidam quercum flagranti lumine vibrat. *h. e.* facem e quercu. V. *Inspico. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 45. Cornua ovium nulla, nec cervarum, nec quibus multifidi pedes, nec solidipedum ulli. *Martial.* l. 14. epigr. 25. Multifido buxus quæ tibi dente datur. *h. e.* pecten e buxo. *Val. Flacc.* l. 1. v. 6. Draco multifidas linguas vibrans. *h. e.* trisulcas. *Id.* l. 4. v. 93. multifidum jubar. *h. e.* solis radii. ¶ De crinibus in multos cirros divisis, *hair parted into many locks or curls*, *Claudian.* l. 2. *de rapt. Pros.* v. 15. *de Venere.* Illi multifidos crinis sinuatur in orbes, Idalia divisus acu. *Idem de nupt. Honor. et Mar.* v. 102. hæc morsu numerosi dentis eburno Multifidum discrimen arat. ¶ *Multifida* dicuntur flumina, quæ in multos divisa rivos in mare influunt. *divided into many branches.* Unde multifidus Timavus, *Martial.* l. 8. epigr. 28. Multifidus Ister, *Lucan.* l. 3. v. 201. Multifidæ undæ, *Id.* l. 10. v. 311. De Nilo crescente, et extra ripas passim vagante. Sic *Claudian. de Apono*, v. 59. Multifidas dispergit opes, artemque sequutus, Qua jussere manus, mobile torquet iter. ¶ Translate *Val. Flacc.* l. 4. v. 661. Sic ubi multifidus ruptis e nubibus horror Effugit, &c. *h. e.* fulmen, vel fulgur in multas partes se spargens, et horrorem incutiens. *Claudian. in consul. Prob. et Olybr.* v. 55. Non mihi centenis resonent si vocibus ora, Multifidusque ruat centum per pectora Phœbus, Acta Probi narrare queam. *h. e.* multiplex.

MULTIFLŬUS, a, um, *multifluous*, multum fluens. *Juvenc.* l. 1. *Hist. Evang. in Matth.* c. 6. v. 586. Multifluisque diem verbis ducendo fatigant. *Arator* l. 2. *in Acta Apost.* v. 1065. cunctosque rigari Multifluo sermone jubet.

MULTIFORABĬLIS, et

MULTIFORATĬLIS, le, *having many holes, foraminous*, multa habens foramina, multiforus. *Apul.* l. 10. *Metam.* Jam tibiæ multiforabiles cantus Lydios dulciter consonant. *Id. in Florid.* sect. 3. (*al.* l. 1.) et *Sidon.* l. 8. ep. 9. Nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatili tibia.

MULTIFŎRIS, re, *having many holes or entrances*, multas habens fores, seu aditus, exitusve. *Plin.* l. 8. c. 55. Specus, qui sunt multifores in terra.

MULTIFORMIS, me, *of many forms or shapes, various, multiform*, πολύμορφος, varius, quasi multiplicis formæ, ac variæ. *Colum.* l. 7. c. 9. *a med.* Ut per anni diversa tempora multiformes nuces, ac ficum præbeat. *Cic.* 1. *Acad.* c. 7. Qualitates principes sunt uniusmodi, et simplices: ex his autem ortæ variæ sunt, et quasi multiformes. *Gell.* l. 19. c. *ult.* Artes multiformes et variæ. *Senec. sub fin.* ep. 120. Præter sapientem nemo unum agit: ceteri multiformes sumus.

MULTIFORMĬTER, adverb. *in many ways*, πολυτρόπως, variis modis. *Gell.* l. 9. c. 5. Plato ante hos omnes ita varie et multiformiter disseruit de voluptate. *Plin.* l. 36. c. *ult.* Pestilentiæ ignis suffitu multiformiter auxiliari.

MULTIFŎRUS, a, um, *having many holes, foraminous, multiforous*, multa habens foramina, πολύτρητος. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 157. Non illos citharæ, non illos carmina vocum, Longave multifori delectat tibia buxi. *Senec. in Agam.* v. 348. Tibi multifora tibia buxo Solemne canit.

MULTIGENĔRIS, re, *of many sorts or kinds*, πολυγενής, multorum generum. *Plaut. Capt.* 2. 1. 56. Multis, et multigeneribus opus est tibi militibus. ¶ *Multigenerum* absolute pro multorum generum. *Plaut. Stich.* 2. 2. 59. Post hæc unguenta multigenerum multa.

MULTIGĔNUS, a, um, *of many kinds, multigenous*, πολυγενής, qui est multorum generum. *Lucret.* l. 2. v. 335. Percipe, multigenis quam sint variata figuris. *Plin.* l. 11. c. 1. Multa hæc et multigena terrestrium volucrumque vita. *Harduin.* ex MSS. legit *multigenera*, quod est a recto *multigenerus.*

MULTIGRŪMUS, a, um, *huge, swollen*, multos habens grumos, seu cumulos, aut acervos. Vox est prisca dicta a *Lævio in Alcesti*, de tumidis magnisque fluctibus: et recensetur a *Gell.* l. 19. c. 7. inter ea, quæ nimium poetica sunt, et a prosæ orationis usu alieniora.

MULTIJŬGI, orum, *et* Multijuges, um, a *multus*, et *jugum*, ut *bijugi, quadrijugi. many joined or yoked together.* Equi multijugi sunt plures equi multis jugis ad currum juncti. *Liv.* l. 28. c. 9. *a med.* Itaque iret alter consul sublimi curru, multijugis, si vellet, equis: uno equo per urbem verum triumphum vehi. *Gell.* l. 19. c. 8. *a med.* Quadrigæ semper, etsi multijugæ non sunt, multitudinis tamen numero tenentur. ¶ Translate est multiplex, varius. *various, manifold, complex. Cic.* 14. *ad Attic.* ep. 9. De republica multa cognovi ex tuis litteris, quas quidem multijuges accepi uno tempore a Vestorii liberto. *Gell.* l. 2. c. 11. Spolia habuit multijuga: in his provocatoria pleraque. *Id.* l. 10. c. 2. Multijuga hominum partio. *Id.* l. 14. c. 2. Multijuga et sinuosa quæstio. *Apul. in Apolog.* Aristotelis multijuga volumina.

[* MULTILĂTER, era, erum, *multilateral*, qui multis lateribus constat. *Auct. fragm.* operis quod *Censorino* tribuitur c. 7. Trigonum trilaterum: tetragonum, quod quatuor: multilaterum, quod pluribus lineis continetur.]

MULTILAUDUS, a, um, *deserving much praise*, qui est multæ laudis, πολυέπαινος. *Ammian.* l. 21. c. 10. (*al.* c. 18.) Vir sobrietatis gratia multilaudus. Al. leg. *æmulandus.*

MULTILICĬUS, a, um, πολύμιτος, multis liciis constans. *Valerian. August. in quadam ep.* apud *Vopisc. in Aureliano*, c. 12. Tunicas multilicias viriles decem, lineas Ægyptias viginti. *Salmas.* legit *multicias.* V. *Multitius.*

MULTILŎQUAX, acis, *talkative, tattling*, multiloquus. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 5. Multiloquaces mulieres. Al. leg. *multum loquaces.*

MULTILOQUĬUM, ii, n. *loquacity, talkativeness*, multus sermo. *Plaut. Merc. prol.* v. 31. Amori accedunt etiam hæc multiloquium, pauciloquium, &c.

MULTILŎQUUS, a, um, *talkative, loquacious, multiloquous*, πολύλαλος, πολυλόγος, qui multa loquitur. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 5. Coquum ducere multiloquum, gloriosum, insulsum. *Id. Cistell.* 1. 3. 1. Multiloqua et multibiba anus.

MULTIMAMMĬA, æ, πολύμαστος, multas habens mammas, mammosa. Epithetum est Dianæ Ephesiæ, quæ mammis multis (ut loquitur *Minuc. Fel. in Oct.* c. 21. *ad fin.*) et uberibus exstructa colebatur. *Hieronym. in proœm. epist. ad Ephes. circa med.* Ephesii Dianam colentes, non hanc venatricem, quæ arcum tenet, atque succincta est, sed illam multimammiam, quam Græci, &c. *Apul.* hanc eandem designat, cum ait lib. 11. *Metam. sub init.* Phœbi soror, quæ partu fetarum medelis lenientibus recreato, populos tantos educasti, præclarisque nunc veneraris delubris Ephesi.

MULTIMĔTER, tri, abundans metris. *Sidon.* l. 8. epist. 11. *circa med.* Si poemata illius metiaris, multimeter, argutus, artifex erat.

MULTIMŎDE. V. in voce sequenti.

MULTIMŎDIS, *in many ways, variously*, adverb. ut *omnimodis*, πολυτρόπως, multis modis, multipliciter. *Enn.* apud *Cicer.* 3. *de Orat.* cap. 58. Multimodis sum circumventus, morbo, exsilio, atque inopia. *Lucret.* l. 1. v. 893. Verum semina multimodis immixta latere Multarum rerum in rebus communia debent. (Adde alibi sæpe.) *Cic.* 2. *de Fin.* c. 26. Hoc etsi multimodis reprehendi potest, tamen accipio. *Terent. Heaut.* 2. 3. 79. Multimodis injurius, Clitipho, es. *Nep. in Themist. sub fin.* De cujus morte multimodis apud plerosque scriptum est. *Plaut. Mil.* 4. 4. 53. Multimodis sapis. ¶ In loco *Ennii* allato al. leg. multi' modis: quod et de locis *Lucret.* suspicari possumus (in quo sæpissime lectio variat) et *Nepotis, Plauti*, ac *Terentii.* Apud *Cicer.* al. leg. *multis modis:* et in quodam MS. etiam *multimode.*

MULTIMŎDUS, a, um, *of many or divers kinds, various*, πολύτροπος (ut *omnimodus*) multorum modorum, multiplex, varius. *Liv.* l. 21. c. 8. Oppidani multimoda arte distineri cœpti sunt.

MULTINŌDUS, a, um, *et* Multinodis, de, *having many knots or joints*, multos nodos habens. *Apul.* l. 5. *Metam.* Multinodis voluminibus serpens coluber. *Prudent. Cathemer.* 7. *in hymn. jejun.* v. 139. Tectus flagellis multinodi germinis. ¶ Translate *Apul.* l. 10. *Metam.* Discursus reciproci multinodes ambages. Al. leg. *multimodas* multo rectius.

MULTINOMĬNIS, ne, *multinominal*, qui multa habet nomina. *Apul. Metam.* 11. Multinominis deæ divina imperia.

[* MULTINŬBA, æ, adject. quæ multis viris nupsit. *Hieronym.* ep. 91. (*al.* 11.) Maritus uxoris multinubæ feretrum præcedebat.] [† Melius forsan *Multinŭbus, a, um*, ut *Multibibus.*]

MULTINUBENTĬA, æ, f. *polygamy*, πολυγαμία. *Tertulliani* vox est *contra Psych.* c. 1. et *de Pudic.* c. 1.

MULTINŪMUS, a, um, *costing much money*, qui multorum numorum pretio emitur. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. *ult. circa med.* Ego enim uno servulo, hordeo non multo, aqua domestica meos multinumos alo asinos. (De ingentib. asinorum pretiis V. *eund.* l. 2. c. 1. et lib. 3. c. 2.) *Id.* apud *Non.* c. 3. n. 152. Multinumus piscis, helops.

MULTIPARTĪTUS, a, um, *divided into many parts*, divisus in multas partes, sive res. *Plin.* l. 6. c. 19. Namque vita mitioribus populis Indorum multipartita degitur. Alii tellurem exercent, militiam alii capessunt, merces alii suas evehunt, &c.

MULTIPĂTENS. V. *Multipotens.*

MULTIPĔDA, æ, f. *a multipede, insect with many feet*, ὀνίσκος, genus insecti, de quo V. in *Millepeda.*

MULTĬPES, edis, *having many feet*, πολύπους, multos habens pedes. *Plin.* lib. 11. c. 45. Sunt autem crura his obliqua: sic et multipedibus. [¶ Est etiam idem ac *multipeda. Isidor.* 12. *Orig.* c. 5. Multipes vermis terrenus ex multitudine pedum vocatus, qui contra ictum contractus in globum complicatur; nascitur sub petris ex humore et terra.]

MULTĬPLEX, plicis, *manifold, various, numerous, copious, multiplicious*, πολλαπλάσιος, multus, copiosus, varius: cui *simplex* opponitur. *Plin.* l. 16. c. 31. Cortex multiplex tunicis vitibus, tiliæ, abieti: quibusdam simplex, ut fico, arundini. *Id.* l. 18. c. 12. Fabæ multiplex usus omnium quadrupedum generi, præcipue homini. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 51. *ad fin.* Quæ multiplices fetus procreant, ut sues, canes, his mammarum data est multitudo. et cap. 54. *ad fin.* Alvus est multiplex et tortuosa, arcetque et continet, quod recipit. *Id. de Senect.* cap. 15. Vitis serpens multiplici lapsu et erratico. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 158. Multiplici domo, et cæcis includere tectis. *h. e.* labyrintho. *Cic. in Orat.* c. 3. *a med.* Multiplices variique sermones. *Plin.* l. 18. c. 7. *a med.* Multiplicia folia fabæ, piso. *h. e.* multa. *Plaut. Epid.* 4. 1. 3. Multiplex ærumna me exercitam habet. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 54. Verborum ancipites, aut multiplices potestates. *Virg.* 5. *Æn.* v. 264. Lorica multiplex. *consisting of many plaits or folds.* vers. 259. consertam hamis auroque trilicem, dixerat. [† *Sil. Ital.* 16. 583. Auri multiplicis thoraca tulit.] ¶ *Multiplex locus* apud *Lucret.* est amplus, latus, spatiosus, magnus, *large, wide, ample, spacious*, lib. 2. v. 162. et lib. 4. v. 207. Multiplicisque loci spatium transcurrere eodem Tempore. Al. leg. *multiplexque loci spatium*, producta secunda syllaba. ¶ *Multiplex domus* apud *Senec. in Hippol.* v. 523. est ampla, et pluribus constans membris: quam *multiplicatam* dicit *Cic.* ¶ Translate *Cic. pro Flacc.* c. 3. Præturæ jurisdictio res varia, et multiplex ad suspiciones, et simultates. *Id.* 1. *de Orat.* c. 3. Ii, qui mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, et quam recondita in arte, et multiplici subtilique versantur! et cap. 51. *a med.* Quarum rerum fateor magnam multiplicemque esse disciplinam, et multas, copiosas, variasque rationes. *Id. in Bruto*, c. 31. Adhibere genus orationis vagum et fusum, et multiplex. *of many kinds. Id. de Amic.* c. 18. Neque enim fidum potest esse multiplex et tortuosum ingenium. *h. e.* varium, duplex, inconstans. Sic *ibid.* cap. 25. Animus non unus et idem, sed varius, commutabilis, multiplex. *various, versatile, changeable.* et *pro Cæl.* c. 6. *de Catilina.* Hac ille tam varia multiplicique natura, &c. *Vellei.* l. 2. c. 105. Vir multiplex in virtutibus, navus, agilis, providus, militiarumque officiorum patiens, ac peritus. *of a versatile genius. Sil.* l. 5. v. 544. Vir multiplex proavis. *h. e.* qui multos proavos honoratos habuit, genere clarus. *of a noble family, nobly descended.*

MULTIPLICABĬLIS, le, *having many windings or twistings*, qui multiplicari potest: item multiplex. *Cic.* vertens *Sophoclis* carmina, l. 2. *Tuscul.* c. 9. *sub fin.* Hæc interemit tortu multiplicabili Draconem, auriferam obtutu observantem arborem.

MULTIPLICATĬO, onis, f. *a multiplying or increas-*

ing, πολλαπλασιασμὸς, actus multiplicandi. *Colum.* l. 3. c. 2. Ut multiplicatione frugum reditus augeatur. *Frontin. de aquæduct.* artic. 34. Multiplicatio quinariarum. *Senec.* ep. 12. Temporum multiplicatione vita componitur. ¶ In rationibus ducendis. *multiplication. Colum.* l. 5. c. 2. Multiplicantur in se duo latera, et quæ summa ex multiplicatione efficitur, &c. Adde *Vitruv.* l. 9. c. 1. et l. 10. c. 16.

MULTIPLICĀTOR, oris, *a multiplier*, qui multiplicat. *Paulin. Nolan.* epist. 44. (*al.* 31.) *a med.* Herilium talentorum multiplicator.

MULTIPLICĀTUS, a, um, *multiplied, made greater or much more, increased, augmented*, multiplex factus, auctus. *Planc. ad Coss.* &c. l. 10. *Fam.* ep. 8. Aucto exercitu, auxiliisque multiplicatis. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. *sub fin.* Tota Italia concurret, ut multiplicata gloria discedamus. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 6. v. 38. Et mala sunt longo multiplicata die. *Cic.* 1. *Offic.* c. 39. Domus multiplicata. *enlarged, increased.* et *Liv.* l. 42. c. 61. Hæc per se ampla: pleraque multiplicata verbis regis. ¶ De rationibus *Colum.* l. 5. c. 1. Utræque summæ inter se multiplicatæ faciunt, &c. *et mox.* Stadium habet passus CXXV. quæ (*summa*) octies multiplicata efficit mille passus.

MULTIPLICĬTER, *in many ways*, πολλαπλασίως, multimodis. *Sallust.* orat. 2. *ad Cæs. a med.* Multipliciter animus curis atque laboribus fatigatur. *Flor.* lib. 3. cap. 2. Multo atrocius, et multipliciter magis a Septentrione sævitum. *Quintil.* lib. 7. cap. 4. *ante med.* Locum multipliciter intueri. *Gell.* l. 14. c. 1. *circa med.* Tam sæpe ac tam multipliciter. [¶ Comparat. legitur in lemmate *Plin.* l. 7. c. 14. Item de eodem multiplicius.]

MULTIPLĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to multiply, increase, augment*, πολλαπλασιάζω, multum seu multiplicem facio, augeo. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 32. Æs alienum provinciæ eo biennio multiplicatum est. *Nep. in Attic.* c. 2. Æs alienum multiplicandis usuris crescit. *Plin.* l. 36. c. 15. Turres septem acceptas voces numerosiore repercussu multiplicant. *Ovid. de remed. amor.* v. 98. Flumina collectis multiplicantur aquis. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 67. Multiplicat tamen hunc gravitas auctoris honorem. *Stat.* 6. *Theb.* v. 790. geminatque rotatas, Multiplicatque manus. *h. e.* adeo celeriter vibrat, ut plures quam duas habere videatur. *Liv.* l. 37. c. 54. *circa med.* Lycaonia, et Phrygia, et Pisidia in vestra sunt potestate: quarum una quælibet regi adjecta multiplicare regnum Eumenis potest. ¶ In supputandis rationibus, *Colum.* l. 5. c. 2. Multiplicantur in se duo latera. *et paulo post.* Latitudinis pedes cum longitudinis pedibus sic multiplicabis. [¶ Particip. *multiplicans* apud *Manil.* l. 3. v. 486. Atque hunc numerum revocabis in ipsum Multiplicans decies.]

MULTIPŎTENS, tis, *of great power, multipotent*, πολυκράτης, qui multum potest. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 9. Nisi habet pectus multipotens. Al. leg. *multipatens.* h. e. amplum, et omnis doli capax. *Id. Trinum.* 4. 1. 1. Salsipotenti, et multipotenti Jovis fratri laudes ago. *Id. Cas.* 4. 4. 17. Venus multipotens.

MULTIRĀDIX, icis, *having many roots*, πολύῤῥιζος, multas habens radices. *Apul. de herb.* c. 35. Centaurea minor multiradix.

MULTIRĀMIS, e, *having many branches*, πολύοζος, multos habens ramos. *Apul. de herb.* c. 4. Hyoscyamus thyrso fruticoso, multirami.

MULTISCĬUS, a, um, *knowing a great many things, multiscious*, πολυμαθὴς, qui multa scit. *Apul.* lib. 9. *Metam.* Etsi minus prudentem, multiscium certe reddidit. *Id. in Florid.* num. 9. (*al.* l. 2.) Homo tam numerosa arte multiscius. [† *Eutych.* p. 2152. *Putsch.*]

MULTISONŌRUS, a, um, idem ac multisonus. *Claudian.* epigr. 1. v. 18. Esseda concordes multisonora trahunt.

MULTISŎNUS, a, um, *having many sounds, sounding loud, multisonous*, qui est multi soni. *Martial.* l. 1. epigr. 54. Sic ubi multisona fervet sacer Atthide lucus. *Stat.* l. 3. silv. 2. v. 103. Multisonum sistrum.

MULTITĪUS, *et* Multicius, a, um. *Multitiæ vestes*, et *Multitia, orum, thin robes finely and curiously wrought*, sunt vestes molliores et delicatiores feminarum propriæ, ut videtur colligi ex *Juvenal.* sat. 11. v. 188. sed quæ a viris etiam luxui deditis gestabantur. Quare reprehendit Creticum *Id.* sat. 2. v. 66. sed quid Non facient alii, cum tu multitia sumas? et vers. 76. quæro, an deceant multitia testem. ¶ Dictæ sunt per syncop. a *multilicius*, ut quidam volunt: vel a *multum*, et *icere*, quod genus panni sit pectine probe ictum, seu pulsatum, et *levidensi* contrarium. Sed cum ex *Juvenal.* constet pellucidam vestem fuisse, et perflabilem, atque, ut ait *Varr.* apud *Non.* c. 6. n. 4. *vitream togam*, ut *ostendat tunicæ clavos*: inquit enim vers. 77. Acer, et indomitus, libertatisque magister, Cretice, pelluces; neque a *multis liciis*, neque a *multum icere* apte deducitur. Adjective *Tertull. de Pall.* c. 4. *circa med.* Ita et endromidis solocem aliqua multitia synthesi exstruxit. V. *Salmas. ad Vopisc. in Aurelian.* c. 12.

MULTITŪDO, dinis, f. *a multitude, great number or quantity*, πλῆθος, ingens numerus, magna vis, copia, frequentia. *Cic.* 1. *de Orat.* cap. 4. Magnitudo et varietas, multitudoque in omni genere causarum. *Id. de Provinc. consul.* c. 12. *ad fin.* Nationes, quæ numero hominum ac multitudine ipsa poterant in provincias nostras redundare. *Id. Verr.* 4. c. 66. Quanta illuc multitudo, quanta vis hominum convenisse dicebatur, &c. *Id. post. redit. ad Quirit.* cap. 2. Vestrorum magnitudinem multitudinemque beneficiorum. *Varr.* lib. 1. *R. R.* c. 2. *ante med.* In agro Faventino trecenariæ appellantur vites, quod jugerum trecenas amphoras reddit, *&c.* in fundo suo Faventiæ hanc multitudinem suas dicebat reddere vites. *Id.* apud *Non.* c. 6. n. 100. Multitudo argenti facti. *Nep. in Annib.* c. 10. Multitudo navium. *et ibid.* serpentum. et cap. 5. jumentorum. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 19. *sub fin.* sacrorum. *Sueton. in Cæs.* c. 68. hostilium sagittarum. *Id. in Tito*, c. 4. statuarum et imaginum. *Gell.* l. 19. c. 8. *a med.* Multitudo et copia minimarum partium. ¶ Sæpissime dicitur de magno hominum numero, populo, plebe, vulgo, *the multitude, many, rout, rabble, mob, populace, throng, crowd, mobile. Cic.* act. 1. *in Verr.* c. 7. Hortensius consul designatus, domum reducebatur cum maxima frequentia a multitudine. *Al. leg.* ac multitudine. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* cap. 6. Tanta multitudo lapides ac tela conjiciebat, ut in muro consistendi potestas esset nulli. *Nep. in Annib.* c. 12. Multitudine domum ejus circumdederunt. *Justin.* l. 2. cap. 8. *sub fin.* Invidiosa oratione multitudo credula accenditur. *Cic.* 1. *Offic.* c. 19. *sub fin.* Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. *Id. Tuscul.* 2. c. 26. Fama, et multitudinis judicio moveri. ¶ *Numerus multitudinis*, pluralis apud Grammaticos: qui aliquando et *multitudo* absolute dicitur. *Gell.* l. 19. c. 8. *ad fin.* Cur mel et vinum, atque id genus cetera numerum multitudinis capiunt, lac non capit? *Varr.* l. 7. *de L. L.* c. 18. Omnia fere nostra liberalia et muliebria multitudinis. et lib. 8. c. 39. *extr.* Injuria postulant, si qua sint singularia, oportere habere multitudines.

MULTIVĂGUS, a, um, *wandering or straying much, straggling up and down, multivagous*, πολυπλανὴς, qui multum vagatur. *Senec. in Herc. Fur.* v. 533. Intravit Scythiæ multivagas domos. *Stat.* l. 6. *Theb.* v. 1. Nuncia multivago Danaas perfertur ad urbes Fama gradu. *Plin.* l. 10. c. 37. Ferunt non mutare sedem columbas, multivaga alioqui ave. *Id.* l. 2. c. 10. Multivagus Lunæ flexus.

MULTIVĪDUS, a, um, multum vividus. *Martian. Capell.* lib. 2. pag. 27. Connubium sibi lætabunda alio mentis fluctu multivida concitavit.

MULTIVĪRA, æ, f. *the wife of many husbands*, quæ multis viris nupsit. *Minuc. Fel. in Octav.* cap. 24. *a med.* Alia sacra coronat univira, alia multivira; et magna religione conquiritur, quæ plura possit adulteria numerare.

MULTIVĪUS, a, um, *having many ways, multivious. Apul.* lib. 9. *Metam.* Multivii circuitus.

MULTIVŎLUS, a, um, *wishing or desiring many things, fickle, inconstant*, πολύβουλος, [† multicupidus,] multa cupiens, qui multarum rerum desiderio tenetur. *Catull. ad Manlium*, carm. 67. v. 128. Multivola est mulier.

MULTIVORANTĬA, æ, edacitas, ingluvies. *Tertull. cont. Psych.* cap. 1.

MULTO, *et* Mulcto, as, avi, atum, a. 1. *to impose a fine, fine, amerce, mulct, punish*, ζημιόω, multam impono, pœna afficio, punio: et sæpe dicitur de pœna, quæ judicio infligitur. *Cic. pro Balb.* c. 18. Populus Gaditanus accusatorem hujus multa et pœna multavit. *Id.* 1. *de Orat.* c. 43. *ad fi.* Vitia hominum atque fraudes damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exsiliis, morte multantur. *Id. de Provinc. consul.* c. 15. *sub fin.* Multari imperatorem deminutione provinciæ, contumeliosum est. *Id. pro Balb.* c. 18. Multare populos stipendio. *to sentence them to pay. Plin. in Paneg.* c. 40. *in fin.* Tarditatem solvendi, dupli vel etiam quadrupli irrogatione multare. ¶ *Multare aliqua re* est pœnæ causa privare, spoliare in pœnam cujuspiam delicti, *to deprive of. Cic.* 5. *Tuscul.* c. 37. Multare exsules bonis. *Nep. in Pelop.* c. 1. Multare aliquem pecunia. *to fine him in a sum of money. Hirt. de B. Afric. sub fin.* certo numero frumenti. *Cic. Agrar.* 2. c. 13. *ad fin.* agris. *Id. pro Sext.* c. 27. Antiochum majores nostri Asia multarunt. *Sueton. in Cæs.* c. 1. Sacerdotio, et uxoris dote, et gentilitiis hereditatibus multari. ¶ Deponentis forma *Sueton. in Aug.* cap. 21. Neque rebellantes graviore unquam multatus est pœna, quam ut, &c. Al. leg. *ultus est.* ¶ Adhibetur et extra judicium. *Plaut. Amph.* 2. 2. 222. Numquid causam dicis, quin te hoc multem matrimonio? *h. e.* divortium faciam, ac te expellam? *Id. Stich.* 5. 4. 43. Uter demutassit, poculo multabitur. *Id. Trucul.* 4. 3. 70. Hoc ego te multabo bolo: sex talenta a dote demam. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 192. facta virum multantes vindice pœna Eumenides. *Cæcin. ad Cicer.* l. 6. *Fam.* ep. 7. Stultitia fama multatur, *h. e.* punitur divulgando. *Colum.* l. 2. c. 4. *circa med.* Quo evenit, ut boves iniquitate operis maxime multentur. *are fatigued or hurt.* Al. leg. *mulcentur*: quod fortasse verius est propter ea, quæ in *Mulcatus* dicta sunt. Idem dic de illo *Caton.* apud *Colum.* l. 1. c. 2. Agrum pessime multari, cujus dominus, quid in eo faciendum sit, non docet, sed audit villicum. ¶ *Multare aliquem votis* dixit *Nævius* apud *Non.* c. 6. n. 83. h. e. votorum compotem facere: ea ratione, qua dicimus *damnare votis.* ¶ Scribitur et *Mulcto*: sed V. dicta in fine vocis *Multa, æ.* ¶ Olim *multare* significabat numerare. *Plaut. Stich.* 3. 1. 19. Scio, scire te, quam multas tecum miserias multaverim. ἐξηριθμησάμην. Ita *Voss. in Etymol.* et *Scalig. in Conjectan. ad Varron.* cujus hæc sunt verba l. 4. *de L. L.* c. *ult.* Itaque cum in dolium aut culeum unum addunt rustici, prima urna addita, dicunt etiam nunc, multa. *h. e.* numera, ut Iidem exponunt. Addunt etiam, proprie esse, polliceri in auctionibus, et plura liceri, quam ceteri. Sed hujus significationis nullum exemplum afferunt.

MULTO, adverb. *much, by much, far, by far, a great deal, considerably*, πολὺ, πολλῷ, multum, valde, longe, multis partibus: et jungitur nominibus, et adverbiis comparativis, et superlativis. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 3. *a med.* Multo pauciores oratores, quam poetæ boni reperientur. *Id. ad Pomp. post* ep. 11. l. 8. *ad Attic.* Ea cognovi commodiora esse multo, quam ut erat nobis nuntiatum. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 6. Iter multo facilius atque expeditius. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 76. et *Rud.* 2. 6. 37. Næ ille hercle mihi sit multo tanto carior, si, &c. *et Bacch.* 4. 4. 20. Fortassis tu auri dempsisti parum. *Mnesil.* qui, malum, parum? imo vero nimio minus multo parum. *too little: by far too little. Nep. in Themist.* cap. 9. Multo plura bona feci. *Id. in Alcib.* c. 1. Omnium ætatis suæ multo formosissimus. *Id. in Agesil.* c. 3. Regio multo locupletissima. *Quintil.* l. 9. c. 4. *ante med.* Verbo sensum cludere, multo optimum est. *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 413. multo optimus hostis. *Cic. pro leg. Manil.* c. 18. Magna, ac multo maxima pars. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 44. *sub fin.* et *Sallust. in Catil.* c. 37. Multo maxime. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 9. *a med.* Lepido nunquam placuit ex Italia exire, Tullo multo minus. *Id. de Amic.* c. 19. *in fin.* Quod est multo profecto magis in veris patribus faciendum. ¶ Item cum adverbiis diversitatis, et dissimilitudinis. *Plin.* l. 19. c. 3. Laser in Armenia nascitur large, sed multo infra Cyrenaicum. *Cic. Fam.* 4. ep. 9. *ante med.* Quod non multo secus fieret, si, &c. *Terent. Andr. prol.* v. 4. Verum aliter evenire multo intelligit. *far otherwise. Nep. in Amilc.* c. 2. Multo aliter ac sperabat. ¶ Item cum *ante*, et *post*. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 49. Non multo post, quam tu a me discessisti. *not much after*, &c. *not long after*, &c. *Id. Catil.* 1. c. 6. Neque enim sunt obscura, aut non multo postea commissa. *Nep. in Pausan.* cap. 3. At ille post non multo ad exercitum rediit. *shortly after. Id. in Cim.* c. 3. Post neque ita multo in Cyprum missus. *Id. in Eumen.* c. 3. Copiæ non multo ante contractæ. *Cic. Fam.* 4. epist. 1. Mala multo ante providens. ¶ Item cum verbis præstantiam significantibus. *Nep. in Regib.* cap. 2. Duo multo ceteros gloria antecesserunt. *Cicer.* 4. *de Fin.* c. 18. Virtutem omnibus rebus multo anteponentes. *Tacit.* 4. *Hist.* cap. 13. Multo ceteros anteibant. *Sallust. in Catil.* cap. 36. *in fin.* Multo præstat beneficii, quam maleficii immemorem esse. *it is much better.* ¶ Et cum verbo *malo. Cic. Attic.* lib. 12. ep. 21. *ad fin.* Meo judicio multo stare malo, quam, &c. *I had much rather. Plaut. Pœn.* 1. 2. 88. Bono ingenio me esse ornatam, quam auro, multo mavolo. [† Cur non adjective, ut sit *multo auro*?] ¶ Cum positivo nomine rarum est. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 83. Postquam hunc alienum ab se se videt, Maligna multo, et magis procax facta illico est. Nisi velis τὸ *magis* etiam priore loco subintelligere.

MULTOPĔRE, adverb. *much, very much, exceedingly*, multum, valde. *Plaut. Merc. prol.* v. 65. Multopere in mundo rustico se exercitum. Al. rectius leg. *Multo opere immundo rustico*, &c.

MULTOR, aris. V. *Multo, as.*

MULTOTĬES, *et* Multoties, *many times, often, oftentimes*, πολλάκις, sæpe, sæpenumero, multis vicibus. Habetur *in Epitome Livii* (quæ Hadriani ævo scripta creditur) lib. 57. Multotiens adversus eruptiones hostium feliciter pugnavit. Plerique al. leg. *Sæpe adversus*, &c. *Justinian. in præfat. Novellæ* 29. Quæ multoties cum ipsis etiam regiis certamen susceperit.

MULTUM, adverb. *much, very much, greatly, far*, πολὺ, valde. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 15. Res difficilis, ac multum et sæpe quæsita. *Id.* 7. *Verr.* c. 44. Longe omnes, multumque superabit. *Id. initio* lib. 2. *de Divin.* Multum, et diu cogitans. *Id.* 1. *de Orat.* c. 33. *a med.* Diu, multumque scriptitare. *Id. de clar. Orat.* c. 34. Non multum ille quidem, nec sæpe dicebat, sed, &c. *Plin.* l. 9. c. 8. Nisi multum infra rostrum os illi foret. *Plaut. Trin.* 5. 2. 56. et *Terent. Hecyr.* 1. 2. 7. Salve multum, gnate mi. *Plaut. Stich.* 3. 2. 40. Multum vale. *Cic. Fam.* 7. ep. 23. *a med.* Opinor, Cassium uti non ita multum sorore. *Id.* 8. *Attic.* ep. 13. Multum mecum municipales homines loquuntur. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 25. Auxiliares, quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat. et lib. 4. c. 1. Neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore vivunt: multumque sunt in venationibus. *Cic. Fam.* 4. epist. 13. Familiarissimi Cæsaris me admodum diligunt, multumque mecum sunt. *Nep. in Lysandro*, c. 3. Multum eum antistites Jovis fefellerunt. *Id. in Con.* cap. 2. Apud aliquem multum gratia valere. *Liv.* l. 42. c. 44. Haud multum abfuit, quin interficeretur. *he had a narrow escape from*, &c. *Horat. in ar. Poet.* v. 114. Intererit multum, Davusne loquatur, an heros. *Cic.* 6. *Verr.* c. 43. Tametsi non tam multum in istis rebus intelligo, quam multa vidi. *Id. in Bruto*, cap. 90. Commentabar declamitans: idque faciebam multum

etiam Latine, sed Græce sæpius. *often, frequently.* ¶ Cum adjectivis positivis. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 5. Multum loquaces merito omnes habemur. *Virg.* 1. *Æn.* v. 7. multum ille terris jactatus, et alto. *Plin.* l. 1. ep. 9. *extr.* Multum inepti labores. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 147. medicus multum celer, atque fidelis. *Id.* l. 3. od. 27. v. 47. et epod. 17. v. 20. Multum amatus. *Id.* l. 1. ep. 10. v. 3. Multum dissimilis. *Plaut. Stich.* 1. 3. 53. Multum miseri. *Horat.* lib. 2. sat. 3. v. 67. tabulas multum Nasica negatas Accipiet tandem. *h. e.* diu. ¶ Cum comparativis, apud Poetas. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 139. Multum improbiores sunt quam a primo credidi. *Stat. Theb.* 9. v. 559. multumque aliis jactantior umbris. *Juvenal.* sat. 19. vers. 197. multum hic robustior illo. *Sil.* lib. 13. v. 708. cujus spectavi Martia facta Multum uno majora viro. ¶ Ut multum. *at the most, at the utmost,* ad summum. *Martial.* l. 10. epigr. 11. Et lotam, ut multum, terque, quaterve togam. *Vopisc. in Aurelian.* c. 46. Concessit, ut blatteas matronæ tunicas haberent, cum antea coloreas habuissent, et, ut multum, oxypæderotinas.

MULTUS, (*olim* Moltus) a, um, *many, much, numerous,* πολὺς, multiplex, ingens numero, frequens, creber. In plurali refertur ad numerum, copiam, multitudinem. *Terent. Andr.* 5. 4. 28. Eadem hæc multi alii in Andro tum audivere. *Cic. Fam.* 5. ep. 17. Multis fortissimis viris tales casus incidisse. *Id.* 1. *in Orat.* c. 51. *ad fin.* Multæ, copiosæ, variæque rationes. *Plin.* l. 16. c. 25. *ante med.* Multi hominum. et cap. 31. Multæ silvestrium arborum. *Cic. Fam.* 3. epist. 8. Cum tu tam multis verbis ad me scripsisses. *Id. Verr.* 4. c. 63. Non minus multas statuas istum posuisse Syracusis, quam abstulisse. *Id. Fam.* 4. ep. 14. *a med.* Sed de nostris rebus satis, etiam nimium multa. *Id.* 2. *de Fin.* c. 18. *ad fin.* Nimis multa. *Plin.* l. 5. c. 7. Insulæ non ita multæ. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 1. Ne parum multa scisse viderentur. *Pollio ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 33. *a med.* Inermes bene multi. *Liv.* l. 31. c. 8. Jussus ex eo exercitu, quem consul habuisset, ut quisque minime multa stipendia haberet, legere. *h. e.* quam paucissima. Sic *Nepos in Timol.* c. 3. Ut quam minime multa vestigia servitutis manerent. *Cic. Verr.* 7. c. 34. In hac triremi minime multi remiges deerant. *very few.* ¶ *Multi* aliquando sunt mali, quia boni fere pauci. *Accius* apud *Non.* cap. 12. n. 4. Video ego te, mulier, more multarum utier. *the many, the wicked. Id. Ibid.* Probis probatus potius, quam multis forem. *Afran. ibid.* Noli ex stultitia multarum credere esse animum meum. ¶ *Unus e multis* dicitur, qui nihil excellit, nulla re singularis est. *common, ordinary. Cic.* 2. *de Fin.* c. 20. *sub fin.* Tenuis L. Virginius, unusque e multis. *Id.* 1. *Offic.* cap. 30. *ad fin.* Quamvis præpotens sit, efficit, ut unus de multis esse videatur. *Id. in Bruto,* c. 79. M. Calidius non fuit orator unus e multis: potius inter multos prope singularis fuit. Sic *ibid. in fin.* Si mihi accidisset, et numerarer in multis. *Ovid. de remed. amor.* vers. 682. Jam facito, e multis una sit illa tibi. ¶ Apud Poetas etiam in singulari ponitur. *Horat.* epod. 2. v. 31. Aut trudit acres hinc et hinc multa cane Apros in obstantes plagas. *Id.* lib. 4. od. 5. v. 33. Multa prece prosequi. *Virg. Ecl.* 1. v. 34. Quamvis multa meis exiret victima septis. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 772. in stabulo multa sit agna meo. *Id.* 3. *Amor.* el. 5. v. 4. in ramis multa latebat avis. *Tibull.* l. 1. el. 3. v. 28. Picta docet templis multa tabella tuis. *Lucan.* l. 3. v. 707. multus sua vulnera puppi Affixit moriens. *h. e.* multi affixerunt. *Sil.* l. 2. v. 547. multus serpens circum colla micat. ¶ *Multa* in plurali aliquando est multa verba. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 65. Multa Cicerrus ad hæc. Hinc *ne multa, ne multis,* ne multis verbis rem persequar. *to speak in a few words; to cut the matter short; to be brief. Cic. pro Cluent.* c. 64. Ne multa: perquiritur a coactoribus. et c. 16. *ad fin.* Ne multis; Diogenes emitur. *Terent. Andr.* 1. 1. 87. Quid multis moror? egomet quoque ejus causa in funus prodeo. ¶ Aliquando *multa* adverbii vicem præstat pro *multum. Virg.* 4. *Georg.* v. 301. multa reluctari. *Id. Æn.* 3. v. 610. haud multa moratus. et lib. 5. *sub fin.* Multa gemens. ¶ His similia sunt illa. *Cato* apud *Gell.* l. 13. c. 23. Vitio vertunt, quia multa egeo. *Cæcin. ad Cicer.* 6. *Fam.* ep. 7. Qui multa deos venerati sunt contra ejus salutem. *Nepos in Epamin.* c. 6. Cum in oratione sua multa invectus esset in Thebanos. ¶ Præterea *multus* est magnus, vehemens, ingens. *great, large, considerable. Cic. pro Sull.* cap. 26. Multo labore quærere aliquid. *Sallust. in Jug.* c. 7. Multa cura. *Plin.* l. 31. cap. 7. *circa med.* Multo sole. *Virg.* 3. *Æn.* v. 151. Penates multo manifesti lumine. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. ep. 20. Sermonem multum de te habitum esse. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 60. *sub fin.* Stilus tuus multi sudoris est. *of great labour or difficulty. Horat.* l. 1. sat. 4. v. 5. multa cum libertate notabant. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 194. multam salutem dicere alicui. *Sallust. in Jug.* c. 13. Cum auro argentoque multo legatos Romam mittit. *a large sum. Virg. Æn.* 1. v. 414. Et multo nebulæ circum dea fudit amictu. *h. e.* denso. *Cic. Fam.* 2. ep. 10. Nomen nostrum multum est in his locis. *we are often honourably spoken of.* ¶ Dicitur *multus esse in re quapiam,* qui prolixus est, intentus, assiduus, diligens, quasi multorum solus vicem præstet: tum in bonam, tum in malam partem. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 87. *ad fin.* Ne in re nota et pervulgata multus et insolens sim. *not to be tedious or prolix: not to dwell too much on this subject. Sallust. in Jug.* c. 101. In operibus, in agmine, atque ad vigilias multus adesse. *to be continually present. Flor.* l. 4. cap. 2. *circa med.* Multus in eo prœlio Cæsar fuit, mediusque inter imperatorem, et militem. *Sallust. in Jug.* c. 86. Marius antea jam infestus nobilitati, tum vero multus atque ferox instare. *h. e.* acer, et infestus. *often and furiously.* Sic *Plaut. Men.* 2. 2. 41. Heu hercle hominem multum, et odiosum mihi. ¶ Refertur etiam ad tempus. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 9. Multa nocte veni ad Pompeium. *late at night.* Sic lib. 5. *ad Attic.* ep. 4. Litteras multo mane mihi dedit. et *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 22. Multo denique die per exploratores cognovit, &c. *Sallust. in Jug.* c. 55. Jam multum diei processerat. *a considerable part of the day.* (Adde *Liv.* l. 27. c. 1. *a med.*) *Cic.* l. 13. *ad Attic.* ep. 9. Multus sermo ad multum diem. *till the day was far advanced. Tacit.* 2. *Hist.* c. 44. Multo adhuc die vallum ingressus. *h. e.* cum superesset adhuc pars multa diei. ¶ *Multa opinio,* multorum, pervulgata, recepta. *Gell.* l. 3. cap. 16. Et multa opinio est, eaque jam pro vero recepta. *the general or received opinion.* ¶ *Multa pace,* cum pax habetur passim. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 35. Missos Novesium frumentatores, datasque in præsidium cohortes, velut multa pace ingredi. ¶ *Multum est,* multum valet, multum interest. *it is of importance. Virg. Georg.* 2. v. 272. adeo in teneris consuescere, multum est. ¶ *In multum,* valde, multum. *much. Plin.* lib. 10. c. 36. Alioquin soluto volatu in multum velociores.

MULVIĀNUS, a, um, ad Mulvium pertinens, quod est nomen propr. Romanum, ut M. Mulvius apud *Valer. Max.* l. 8. c. 1. *ad fi.* Hinc Mulviana controversia, *Cic.* 2. *Attic.* ep. 15. Mulviana cotonea, *Plin.* lib. 15. cap. 11. *h. e.* a quodam Mulvio insitore sic dicta.

MULVĬUS PONS, nunc *ponte Molle,* cujus meminit *Cic. Attic.* lib. 3. epist. 33. ad initium fuit viæ Flaminiæ, Tiberi impositus extra portam Flumentanam, ad secundum lapidem. Factus est a M. Æmilio Scauro in censura, ut est apud *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 72. ¶ Scribitur et *Milvius. Stat.* l. 2. silv. 1. v. 176. Agmina, Flaminio quæ limite Milvius agger Transvehit. V. *Agger.*

MULUS, li, m. *a mule,* ἡμίονος, animal quod ex asino et equa gignitur, vel ex equo et asina. V. *Mula. Cic. in Top.* c. 8. Mulus clitellarius. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 104. nunc mihi curto Ire licet mulo, vel, si libet, usque Tarentum. ¶ Translate est convicium hominis stolidi, stupidi. *a blockhead, dolt, dunce, dullard. Catull.* carm. 82. Mule nihil sentis. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 12. Mulo inscitior. Al. aliter leg. ¶ *Muli Mariani* dicti sunt milites C. Marii, quos ille recidendorum impedimentorum gratia, sarcinas sibi suas furcis aptatas, et humeris impositas, mulorum vice portare coegerat. *Festus* hic, et in *Ærumnulæ.* et *Frontin.* l. 4. *Strategem.* c. 1. ¶ Mulis celebrabantur ludi in Circo maximo, Consualibus: quia id genus quadrupedum putatur cœptum currui vehiculoque adjungi. *Festus.* ¶ Mulus vehiculo Lunæ adhibetur, quod tam sterilis ea sit, quam mulus: vel quod, ut mulus non suo genere, sed equi creetur, sic ea solis, non suo fulgore luceat. *Idem.* ¶ *Mutuum muli scabunt,* proverb. de iis, qui se mutuo laudant, mirantur, et prædicant, sibi invicem favent. Fuit titulus unius ex Satyris Menippeis *Varronis,* et adhibetur ab *Auson. Edyll.* 12. *in præfat. ad monosyllab. in fine positos.* Huc pertinet epigrammation *Pomponii* apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 3. Ridiculum est, cum te Cascam tua dicit amica, Casca Philotonis ipsa senex puerum. Dic tu illam pusam: sic fiet, mutua muli. Nam vere pusus tu, tua amica senex. ¶ *Mulum de asino pingere,* proverbio utimur, cum exemplar et res effícta non multum inter se distant: vel quando ineptiæ ineptiis repræsentantur, aut mendacia mendaciis adstruuntur. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 19. *extr.*

MUMMIĀNUS, a, um, ad Mummium pertinens, ut Mummiana ædificia, apud *Fest.*

MUMMĬUS, (Lucius) Achaicus dictus, novus homo, ad Consulatum evectus omnem armis Achaiam subegit, Corintho excisa: qui cum militari scientia valeret plurimum, adeo tamen in aliis rebus rudis fuit, ut cum Corinthiaca signa, et tabulas eximiorum artificum Romam portandas locaret, juberet conductoribus prædici, nova ea reddituros, si apud eos periissent, ut est apud *Vellei.* l. 1. c. 13.

MUNCTĬO, onis, f. actus mungendi, ut Munctiones muculentæ, apud *Arnob.* l. 3. pag. 107.

MUNDĀNUS, a, um, *of or belonging to the world, mundane,* κοσμικὸς, ad mundum pertinens. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 37. Socrates quidem, cum interrogaretur, cujatem se esse diceret; Mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam, et civem arbitrabatur. ¶ *Avien. in Arat.* v. 47. Mundanum pro cælesti dixit, quia mundus pro cælo aliquando ponitur. *Idem* vers. 216. *mundanas oras* dixit terræ plagas ratione Inferorum. ¶ *Mundanus annus* apud *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scipion.* c. 11. est qui conversione plenæ universitatis efficitur, cum scilicet stellæ omnes, omniaque sidera a certo loco ad eundem locum remeaverint: quod quindecim millium annorum spatio fieri, Physici volunt. V. plura *ibid.* ¶ *Anima mundana* apud *eund. ibid.* c. 16. *sub fin.* est anima mundi, quam falso putabant Veteres causam esse motus siderum, sphærarum cælestium, omnium uno verbo, quæ in mundo moventur.

MUNDATĬO, onis, f. *a cleansing, mundation,* actus mundandi, purgatio, καθαρισμός. *Augustin.* l. 1. *Confess.* c. 11. Dilata est mundatio mea.

MUNDĀTOR, oris, *a cleanser,* qui mundat. *Jul. Firmic.* l. 8. c. 19. *sub fin.* Cloacarum mundator.

MUNDĀTUS, a, um, *cleansed, cleaned, made clean or neat,* purgatus. *Colum.* l. 12. c. 50. *ante med.* Baccam diligenter mundatam in torcular deferre. *Augustin.* l. 10. *Confession.* c. 37. Quam sim ab illa peste mundatior.

MUNDE, *cleanly, neatly,* καθαρίως, pure, nitide. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 5. Tanta ibi copia venustatum aderat, in suo quæque loco sita munde. *Titinn.* apud *Charis.* l. 2. pag. 183. *Putsch.* Verrite ædes, spargite munde. *Pompon.* apud *Non.* c. 4. n. 3. Heus, aptate, pueri, munde atque ampliter convivium. *Senec.* ep. 70. *a med.* Parum munde, et parum decenter. *Cato R. R.* c. 66. Quam mundissime purissimeque fiat. *Colum.* l. 12. c. 51. Aromata in pila quam mundissime contundito. *Gell.* l. 10. c. 17. Versus satis munde atque graphice facti.

MUNDENSĬS, se, ad Mundam pertinens, urbem Hispaniæ Bæticæ, quæ una cum Cn. Pompeio Magni F. a C. Cæsare capta est. V. *Flor.* l. 4. c. 2. *Auctor. de B. Hispan.* c. 27. *et sequentib. Vellei.* l. 2. c. 55. et *in epit. Livii.* l. 115. Hinc Mundensis campus, *Auct. de B. Hispan. ibid.* Mundenses duces, c. 36. Mundense prœlium, *Sueton. in Cæs.* c. 56.

MUNDĬĀLIS, le, *worldly, mundane,* κοσμικὸς, mundanus. *Tertull. de spectac.* c. 9. *extr.* Mundialia elementa. *Id. de anim.* c. 54. Mundiales sordes. *Prudent. cathemer.* 1. v. 90. Mundialis gloria. *Hieronym.* ep. 18. *ad Marcellam.* Mundialibus negotiis occupari.

MUNDĬALĬTER, adverb. *after the manner of the world,* more mundanorum. *Tertull. de resurr. car.* c. 46. *extr.* Vivere mundialiter.

MUNDICĪNA, æ, f. instrumentum, vel medicina ad mundandum. *Apul. in Apolog. de dentifricio.* Misi, ut petisti mundicinas dentium, Nitelas oris ex Arabicis frugibus, Tenuem, candificum nobilem pulvisculum, &c. *dentifrices, tooth-powder.*

MUNDĬCORS, ordis, omn. gen. *clean-hearted,* qui mundum habet cor. Quod est apud *Matth.* c. 5. v. 8. Beati mundo corde, *Augustin.* serm. 53. *de verb. Evang.* (*in edition. recent.*) habet: beati mundicordes.

[* MUNDĬGER, a, um, qui fert mundum. *Anthol. Latin. Burmanni,* l. 1. carm. 30. v. 11. Volitabo per axem Mundigerum.]

MUNDIPŎTENS, entis, qui in mundo potest. *Tertull. de anim.* c. 23. Virtus despectrix mundipotentium potestatum.

MUNDITĔNENS, entis, mundum tenens, mundi dominus. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 22. Diabolum munditenentem appellant.

MUNDĬTER, adverb. *cleanly, neatly,* καθαρίως, cum munditie. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 26. Nam cum sedulo munditer nos habeamus, &c. [¶ Translate *Apul. Apolog.* pag. 296. *Elmenh.* Feminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea scripta confugit. *h. e.* polite et decenter.]

MUNDITĬA, *et* Mundicia, æ, *et* Mundities, ei, f. *cleanness, neatness, cleanliness, neatness in dress or habit, niceness, finicalness, delicateness,* καθαριότης, εὐλουσία, lautitia, nitor, elegantia in remotione sordium, et ornatu, cultuque delicato corporis. *Plaut. Men.* 2. 3. 4. Sternite lectos, incendite odores: munditia illecebra animo est amantium. *Gell.* l. 1. c. 5. Hortensius multa munditia, et circumspecte compositeque indutus. *Catull.* carm. 23. *ad Fur.* v. 18. Hanc ad munditiem adde mundiorem Quod culus tibi purior salillo est, Nec toto decies cacas in anno. *Plaut. Cas.* 2. 3. 9. Postquam amo Casinam, magis initio munditiis munditiam antideo. Al. leg. *munditiem:* alii *munditiis munditianti deo:* h. e. Amori, qui munditiis delectatur. *Cic.* 1. *Offic.* c. 36. Adhibenda est præterea munditia non odiosa, neque exquisita nimis. *Sallust. in Jug.* c. 67. *de C. Mario.* Ubi primum ætas militiæ patiens fuit, stipendiis faciundis, non Græca facundia, neque urbanis munditiis se se exercuit. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 133. Munditiis capimur: non sint sine lege capilli, &c. et lib. 2. v. 677. Illæ munditiis annorum damna rependunt: Et faciunt cura, ne videantur anus. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 40. Vos quæ in munditiis, molliciis, deliciisque ætatulam agitis. ¶ *Munditias facere* dicebant, cum vasa mundabant, verrebant pavimenta, vestes, armaria, mensas detergebant, et omne genus sordium in ædibus tollebant. *Cato R. R.* c. 39. Per imbrem in villam quærito, quid fieri possit: ne cessetur, munditias facito. *Plaut. Stich.* 2. 2. 22. Munditias volo fieri: efferte huc scopas, simulque arundinem, ut opera aranearum perdam. ¶ Transfertur ad orationem puram, elegantem. *Cic. in Orat.* c. 23. *extr. de stilo subtili, et submisso.* Fucati vero medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur: elegantia modo, et munditia remanebit. *neatness, terseness. Quintil.* l. 8. c. 3. *sub fin.* Sunt quædam velut e tenui diligentia circa proprietatem significationemque munditiæ. *Gell.* l. 1. c. 23. Venustas, lux, munditia verborum. *Id.* l. 10. c. 3. Venustas et mundities orationis.

MUNDITIANS. V. in voce præced.

MUNDO, as, a. 1. *to clean, cleanse, make clean or neat*, καθαίρω, καθαρίζω, detergeo, purifico. *Plin.* l. 33. c. 6. Mundatur nitro. *Mamertin. in gratiar. act. ad Julian.* c. 9. *sub fin.* Perlui, et mundari.

MUNDŬLE, dimin. a *munde*, pure, nitide. *Apul.* l. 2. *Metam.* Linea tunica mundule amicta.

MUNDŬLUS, a, um, *neat, clean, trim, nice, gay, spruce, finical*, dimin. a *mundus, a, um*, nimia munditia utens, delicatulus, molliculus. *Plaut. Trucul.* 3. 1. 13. Nunc ego istos mundulos urbanos amasios hoc ictu exponam. Adde *Acc.* apud *Non.* c. 2. n. 583.

MUNDUM, i, n. idem quod mundus, qua muliebre instrumentum significat. *Lucil.* apud *Gell.* l. 4. c. 1. et *Non.* c. 3. n. 143. Legavit quidam uxori mundum omne, penumque.

MUNDUS, i, m. κόσμος. Duo significat, universitatem rerum, et instrumentum ornatus muliebris. Utrumque a *munditia*, ut *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 29. tradit: munditia autem ad ornatum elegantiamque refertur. Sic *Plin.* l. 2. c. 4. Quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellavere, eum nos a perfecta absolutaque elegantia mundum. Sunt qui a *moveo* ducunt, quasi *movendus*, quia non alius est, quam quod moveri potest, ut ait *Festus.* ¶ Priore significatione est ingens illud corpus cælo terraque constans, perfectum undique, itaque omnia in se complexus, ut ait *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 14. ut nihil sit, quod non insit in eo, *the universe. Festus:* Mundus appellatur cælum, terra, mare, et aer. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 11. Post chaos ut primum data sunt tria corpora mundo. *h. e.* cælum, terra, aqua. *Vitruv.* l. 9. c. 4. Mundus est omnium naturæ rerum conceptio summa, cælumque sideribus conformatum. *Cic.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 62. Ipse mundus deorum hominumque causa factus est, &c. Est enim mundus quasi communis deorum atque hominum domus, aut urbs utrorumque. *Id.* l. 2. *de Divin.* c. 43. *sub fin.* Cælum ipsum, quod extremum atque ultimum mundi est. *Id.* 4. *Acad.* c. 17. *ad fin.* Democritus dicit, innumerabiles esse mundos. *Id.* 3. *de Legib.* c. 1. *ad fin.* Imperium sine quo nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. ¶ Aliquando dicitur de solo cælo, *heaven; the heavens*, οὐρανός. *Senec.* l. 7. *quæst. nat.* c. 2. Cometæ manent mensibus senis, nec illos conversio mundi solvit, et velocitas. *et mox.* Utrum mundus, terra stante, circumeat, an mundo stante terra vertatur. *Lucret.* l. 5. v. 1435. mundi magnum et versatile templum. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 205. et tellus, atque horrida contremuerunt Æquora, concussitque micantia sidera mundus. *Virg.* 1. *Georg.* v. 240. Mundus ut ad Scythiam, Riphæasque arduus arces, &c. Adde *Cæsarem*, ut videtur, l. 6. *B. Gall.* c. 13. *in fi. Stat.* l. 3. *Theb.* v. 498. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1343. *Plin.* l. 2. c. 3. et alibi, *Manil.* l. 1. v. 3. et alibi sæpe. Etiam *Cic.* adhibuit, sed cum addito, *de Univ.* c. 10. Ut hunc hac varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus. Sic *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 17. Jam nox ætherium nigris emensa quadrigis Mundum, &c. ¶ *Mundus cæli* dictus est ab *Ennio* apud *Macrob.* l. 6. *Sat.* c. 2. *a med.* Mundus cæli vastus constitit silentio. ¶ Quia vero olim non defuere, qui mundum animatum, sapientem, immo deum, æternumque crederent; interdum de eo ita sunt locuti, ut de deo, providentia, fato, numine. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 45. Vis illum (*Jovem*) vocare mundum? non falleris. Ipse enim est totum, quod vides, totus suis partibus inditus, et se sustinens vi sua. [† Cf. *Lucan.* 9. 583. Jupiter est quodcunque vides, quocunque tueris.] et l. 3. c. 28. Quandocumque placuere res novæ mundo, &c. *Paulo ante dixerat*, Cum deo visum ordiri meliora. ¶ Non raro dicitur de terrarum orbe, et mortalibus. *the world. Lucan.* l. 1. v. 160. ut opes nimias, mundo fortuna subacto, Intulit, &c. *Id.* l. 5. v. 469. miserique fuit spes irrita mundi. *Stat.* l. et silv. 3. v. 87. partæque per omnes Divitiæ populos, magnique impendia mundi. *Senec. in Herc. Œt.* v. 541. quem mundus, et superi timent. ¶ De inferis, et regno Plutonis intelligitur apud *Fest.* et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 16. qui docent, putasse Veteres, mundum patere ter in anno, scilicet postridie Vulcanalia, tertio Non. Octobr. et sexto Id. Novembr. quibus diebus non cum hoste manus conserebatur, non exercitus scribebatur, non comitia habebantur, nec aliud quidquam in re publica, nisi quod ultima necessitas admoneret, administrabatur. Uxorem quoque ducere, religiosum erat. Dicebatur autem *mundus* ab eo mundo, qui supra nos est, ut *Cato* apud *Fest.* docet, similis nempe creditus in inferis, ac est in superis. Hunc itaque, veluti consecratum diis Manibus, clausum esse omni tempore putabant, exceptis modo dictis diebus, quos religiosos habebant, quia eo tempore ea, quæ occulta et abdita religionis deorum Manium erant, velut in lucem quandam adducebantur, et patefiebant: eratque illud sacrum Diti patri, et Proserpinæ. Hæc illi. Fortasse iis diebus celebrabatur Proserpinæ raptus, cum Plutoni terra patuit, et Manes cælum vidisse finguntur. Alii ad sacra Eleusinia referunt. *Varr.* apud *Macrob.* Mundus cum patet, deorum tristium atque inferum quasi janua patet. ¶ Altera significatio *mundi* instrumentum est, quo mulieres mundiores et cultiores fiunt, *a woman's ornaments or dress:* et fere usurpatur cum addito *muliebris*, γυναικεῖος κόσμος. Differunt autem *ornatus*, et *mundus*, quia ut ait *Ulpian. Dig.* lib. 34. tit. 2. leg. 26. Ornamenta muliebria sunt, quibus mulier ornatur, veluti inaures, armillæ, viriolæ, anuli (præter signatorios) et omnia, quæ ad aliam rem nullam parantur, nisi corporis ornandi causa: quo ex numero etiam hæc sunt, aurum, gemmæ, lapilli, qui aliam nullam in se utilitatem habent. His adde vittas, mitras, semimitras, calanticas, acus cum margarita, reticula, crocuphantia. Mundus vero muliebris est, quo mulier mundior fit. continentur eo specula, matulæ, unguenta, vasa unguentaria, et si qua similia dici possunt, veluti lavatio, riscus, argentum balneare, sella balnearis. Hæc *Ulpian.* itemque *Paul. ibid.* leg. 33. *ad fin.* et l. 3. *recept. senten.* tit. 7. *ad fin.* Hinc formulæ illæ testamentorum apud *Paul. citat.* leg. 33. et *Jabolen.* l. 32. leg. 98. Uxori meæ vestem, mundum muliebrem, ornamenta omnia, aurum, argentum, do, lego. *Phædr.* quoque l. 4. fab. 4. v. 21. vestem a mundo muliebri secernit. *Tertull.* alia ratione distinguit, *de habitu mul.* c. 4. Habitus, inquit, feminæ duplicem speciem circumfert, cultum, et ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro, et argento, et gemmis, et vestibus deputatur: iste in cura capilli, et cutis, et earum partium corporis, quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis. *Mundum muliebrem* dicit, quem JCti *ornamentum*: et *ornatum*, quem illi *mundum.* ¶ Hæc tamen discrimina perpetua non sunt: et *mundi* nomine sæpe quidquid ad muliebrem ornatum pertinet, significatur. *Liv.* l. 34. c. 7. Munditiæ, et ornatus, et cultus, hæc feminarum insignia sunt: hunc mundum muliebrem appellarunt majores nostri. *Apul.* l. 2. *Met.* Quamvis auro, veste, gemmis, omnique cetero mundo exornata mulier incedat. et lib. 4. Mundo nuptiali decenter ornare puellam. *Ibid. in carm.* puellam Ornatam mundo funerei thalami. et l. 11. Indutus serica veste, mundoque pretioso. *Ateius* apud *Fest.* Virginalis mundus. ¶ Dicitur etiam de instrumento, et ornatu aliarum rerum. *Apul. sub init.* l. 6. Erant et falces, et operæ messoriæ mundus omnis. *furniture, apparatus.* Afferunt et *Plauti* mundum rusticum, *Merc. prol.* v. 65. sed incerta ea lectio est. *Apul. in Apolog.* mundum Cereris vocat cistas arcanis Cereris plenas, in ejus sacris gestari solitas. ¶ *In mundo*, inquit *Festus*, dicebant antiqui, cum, aliquid in promptu esse, volebant intelligi. Videtur autem ductum a mundo muliebri, quia quæ ad corporis cultum pertinent, omnia mulieres in promptu habent, conduntque diligenter, ut præsto ad usum semper sint. *Charis.* l. 2. pag. 180. *Putsch.* exponit palam, in expedito, ac cito. *ready, at hand. Enn. ibid.* Seu ibi vita, seu mors in mundo est. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 84. Pistrinum in mundo scibam, si id faxem, mihi. *Id. Cas.* 3. 3. 3. Cui, quod amet, in mundo siet. *Id. Epid.* 5. 1. 12. Cui libertas in mundo sita est. *Id. Pers.* 1. 1. 46. Nempe habeo in mundo.

MUNDUS, a, um, *clean, cleanly, plain, neat*, καθάριος, purus, tersus, nitidus, lautus, elegans. *Colum.* l. 7. c. 3. *ante med.* Quala mundissima. *Gell.* l. 19. c. 12. Agrum mundum purumque facere. *Pallad.* l. 2. tit. 10. Mundæ novales. *h. e.* sine silva et stirpibus, et lapidibus. *Gell.* l. 19. c. 9. Mundissimum cubile. *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 7. munda supellex. *Ovid. Fast.* 3. v. 668. Pauper, sed mundæ sedulitatis anus. *Horat.* l. 3. od. 29. v. 14. Mundæque parvo sub lare pauperum Cœnæ. *Id.* lib. 1. ep. 20. v. 2. liber Sosiorum pumice mundus. *Senec.* ep. 70. *a med.* Præferendam esse spurcissimam mortem servituti mundissimæ. ¶ *Mundus homo* dicitur, qui elegantiæ studet in cultu corporis, qui munditias sectatur, comendo se, fucando, fricando, ungendo, exornando, et hujusmodi. *spruce, trim, gay, neat, fine, elegant, finical:* tum in bonam, tum in malam partem. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 8. Nemo nostrum istius generis asotos jucunde putat vivere, mundos, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione his omnibus exquisitis, vitantes cruditatem. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 123. Munda hactenus, ut neque longa, Nec magis alba velit, quam fert natura, videri. *Liv.* l. 8. cap. 15. Vestalis suspecta propter mundiorem justo cultum. *too much attention to her dress.* ¶ Transfertur ad orationem. *neat, terse. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 479. Munda, sed e medio, consuetaque verba, puellæ, Scribite. *Gell.* l. 17. c. 2. *circa med. In Gallos* mundius subtiliusque est, quam *cum Gallis*, aut *contra Gallos.* et lib. 19. c. 9. *a med.* Versus, quibus mundius, venustius, limatius, pressius nihil reperiri puto. *Propert.* l. 4. el. 5. v. 43. mundi Thais pretiosa Menandri. *h. e.* munditia utentis, et elegantia orationis: nisi malis ad vitæ cultum referre. nam a *Phædr.* l. 5. fab. 1. v. 22. Menander describitur Unguento delibutus, vestitu affluens, gressu delicato et languido, ut adnotavit *Brouckhus.* ¶ *Annonæ mundæ* apud *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 42. sunt panes siliginei, puri, non vulgares, non furfuracei, et mundis lautisque cœnis apti. *white loaves, manchets.* V. *Annona.* Sic *mundus panis. Id. ibid.* Panis mundi pondo XXX. panis sequentis, ad donandum populo, quinquaginta. ¶ Est etiam *mundus*, ornatus, instructus. *Enn.* apud *Fest.* in *Quæso.* Ostia munita est: idem (*Ancus Martius*) loca navibu' pulcris Munda facit, nautisque mari præsentibu' vitam.

MUNERABUNDUS, a, um, qui muneratur. *Apul.* l. 11. *Metam.* Quisque varie munerabundi ad meum festinant illico reducem ab inferis conspectum.

MUNERĀLIS, le, *relating to presents, munerary*, ad munera pertinens. *Festus:* Muneralis lex vocata est, qua Cincius cavit, ne cui liceret munus accipere. *Plaut. ibid.* Neque muneralem legem, neque lenoniam roga: fuerit, nec ne, flocci æstimo.

MUNERĀRIUS, ii, m. *an exhibiter of a show of gladiators.* Primus hac voce usus est *Augustus*, teste *Quintil.* l. 8. c. 3. *ante med.* Est autem qui munus, seu spectaculum, ludumque gladiatorium edit, ἀγωνοθέτης, munerator: et sic adhibetur a *Senec. initio præfat. in excerpt.* lib. 4. *Controvers.* et a *Quintil.* declam. 9. c. 6. 7. et 8. eodemque sensu accipitur a *Torrentio* in illo *Sueton. in Domit.* c. 10. Thracem mirmilloni parem, munerario imparem dixerat. ¶ Adjective *libellus munerarius* est, in quo describuntur nomina gladiatorum, qui ludis exhibentur. *Trebell. Poll. in Claud.* c. 5. Habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomen in indice ludorum.

MUNERĀTĬO, onis, f. *a giving of presents, making a present*, δόσις, actus munerandi, largitio. *Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 3. leg. 1. *ante med.* Si munus nuptiale matri pupilli miserit, non eum pupillo imputaturum. nec enim tam necessaria est muneratio ista.

MUNERĀTOR, oris, m. idem ac munerarius. *Flor.* l. 3. cap. 20. *a med.* Quasi plane expiaturus omne præteritum dedecus, si de gladiatore munerator fuisset.

MUNERĀTUS, a, um, *having made a present, having bestowed gifts or presents*, δωρήσας, qui munus, seu donum dedit: particip. a *muneror. Cic. Attic.* l. 7. ep. 2. *circa med.* Alexio me opipare muneratus est. ¶ Passive *rewarded, recompensed, requited*, a *munero. Spartian. in Adrian.* c. 3. Ob hoc a Trajano locupletissime muneratus. *Ammian.* l. 14. c. 7. (*al.* 20.) Mulier munerata, vehiculoque imposita. *Apul.* lib. 10. *Metam.* Liberto magnifice munerato.

MUNERIGERŬLUS, i, m. *a bearer of presents*, qui munera et dona gestat. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 48. Manipulatim mihi munerigeruli jam hic adsint.

MUNĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to give or bestow presents, present with, reward, recompense, remunerate*, δωρέομαι, munus do, dono. *Acc.* apud *Non.* c. 9. n. 7. Cujus exuvias et coronam huic muneravit virgini. *Cic. pro Deiot.* c. 6. Locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus rex te munerare constituerat. *Al. leg.* munerari. *Senec.* ep. 119. *ante med.* Inani me, inquis, lance muneras. *Plaut. Capt.* 5. 1. 15. Ut beneficium benemerenti nostro merito muneres. *h. e.* rependas, gratiam referas pro beneficio. *Callistrat. Dig.* lib. 48. tit. 20. leg. 6. *ad fin.* Barbaros munerare venientes ad se. Adde *Turpil.* apud *Non.* c. 7. n. 81.

MUNĔROR, aris, atus sum, dep. 1. idem quod munero. *Terent. Heaut.* 2. 3. 59. Disciplina est eisdem, munerarier ancillas primum, ad dominas qui affectant viam. *to bribe. Cic. Attic.* l. 7. ep. 2. Alexio me opipare muneratus est. *Horat.* epod. 2. v. 20. Certantem et uvam purpuræ, Qua muneretur te, Priape.

MUNGO, is, nxi, nctum, a. 3. *to blow or wipe the nose*, μύσσω, mucum e naribus efflando expello. *Vet. Gloss.* Mungo, μύσσω. Nullum præterea, qui usurpaverit, Latinum scriptorem invenio. Nam pro eo utimur composito *emungo.* Quidam Lexicographi afferunt *Catonis* fragmentum hoc *de liberis educandis:* Neque mungentur libertatem. (Alii *emungentur.*) adduntque esse deponentis forma. Apud nullum ego alium hæc invenire adhuc potui.

MUNĬA, orum, n. *public offices, places of trust; the duties or functions of a public or private station*, ἔργα, officia, tum quæ publice, tum quæ privatim fiunt: a *munis. Cic. pro Mur.* c. 35. Omnia hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia Candidatorum. *Liv.* l. 1. c. 42. Belli pacisque munia facere. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 527. Ac tum maxime, uti solet extremis in rebus, sibi quisque carissimum domi recordari, cunctique omnium ordinum extrema munia sequi. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 131. Vitæ munia servare. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 26. Munia consulatus obire, *Id.* 1. *Hist.* c. 62. Implere ducis munia. *Vetus lapis* apud *Spon. Miscel. erud. antiq.* pag. 36. Ob hæc insignia genera muniorum. ¶ Extra hos casus non facile reperies. V. *Mœnia.*

MUNIBĬLIS. V. *Monubilis.*

MUNĬCAS pro communicas dicebant. *Festus.* Est a *munia, orum.*

MUNĬCEPS, icipis, omn. gen. *the inhabitant of a municipium or free town; a burgess, citizen; one who is capable of enjoying any public office*, πολίτης, civis alicujus municipii. *Festus:* Municeps est, ut ait Ælius Gallus, qui in municipio liber natus est. *Gell.* l. 16. c. 13. Municipes sunt cives R. ex municipiis, legibus suis et suo jure utentes: muneris tantum cum populo R. honorarii participes: a quo munere capessendo appellati videntur, nullis aliis necessitatibus, neque ulla populi R. lege adstricti, nisi, inquam, populus eorum fundus factus est. Primos autem municipes sine suffragii jure Cærites esse factos, accepimus: concessumque illis, ut civitatis R. honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus vacarent. Hactenus *Gell.* ¶ Proprie *municeps* est quivis homo, qui

munus aliquod functus sit, ut ait *Festus*. Deinde idem est ac municipii civis. (*Justin.* l. 2. c. 12. Patriam municipes esse non mœnia: civitatemque non in ædificiis, sed in civibus positam.) Tertio, qui civis cum sit, in civitatem R. admissus est. *Festus*: Municipes erant, qui ex aliis civitatibus Romam venissent. Horum autem tria fuere genera, uti docet *Paul.* apud *Fest.* in *Municipium*: alii, qui cum Romam venissent, neque cives R. essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum civibus R. præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo: sicut fuerunt Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuvini, Tusculani (*Liv.* l. 8. c. 14. et 17.) qui post aliquot annos cives R. effecti sunt (*Id.* l. 38. c. 36.) Alii, quorum civitas universa in civitatem R. venit, ut Aricini, Cærites, Anagnini. Alii, qui ad civitatem R. ita venerunt, uti municipes essent suæ quisque civitatis, suisque uterentur legibus, simulque suffragium Romæ haberent, et ibi magistratus capere possent, ut Tiburtes, Prænestini, Pisani, Arpinates, et alii. Hæc *Paulus*. *Cic. Verr.* 7. c. 62. Clamabat ille miser, se civem esse R. municipem Cosanum. ¶ Præterea municipes, inquit *Paul. Dig.* l. 50. tit. 16. leg. 228. intelligendi sunt et hi, qui in eodem municipio sunt: item universim qui sunt ejusdem patriæ. *countrymen, compatriots*: etiam si eorum patria municipium non sit. *Cic. de clar. Orat.* c. 70. M. Pontidius municeps noster. *Id. post redit. ad Quir.* c. 8. Vidi fortissimum virum municipem meum, C. Marium. *Plin.* l. 35. c. 11. Amavit Glyceram municipem suam. *Martial.* l. 10. epigr. 65. Cum te municipem Corinthiorum Jactes. *Id.* l. 12. epigr. 21. Municipem rigidi quis te, Marcella, Salonis, Et genitam nostris quis putet esse locis? *Salo* fluvius est Celtiberiæ. ¶ Adjective et de rebus inanimis. *Juvenal.* sat. 4. v. 33. magna qui voce solebat Vendere municipes fracta de merce siluros. *Id.* sat. 14. v. 271. municipes Jovis advexisse lagenas. *h. e.* Cretenses. *Martial.* l. 14. epigr. 114. Testa municeps Sibyllæ. *h. e.* Cumana. ¶ Præterea municeps dicitur, qui in municipio a servitute se liberavit. *Festus*. Sic *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 1. leg. 1. Municipem aut nativitas facit, aut manumissio, aut adoptio. *Hermogenian. ibid.* leg. 23. Manumissi a municipe ejus municipii efficiuntur municipes, unde originem trahit. Adde *Ulpian.* leg. 27.

MUNICIPĀLIS, le, *of or belonging to a municipium or free town, municipal*, πολιτικός, ad municipem, vel municipium pertinens. *Cic. pro Sulla*, c. 8. Est enim ipse, a materno genere, municipalis honestissimi ac nobilissimi generis. *Id.* 8. *ad Attic.* ep. 13. Multum mecum municipales homines loquuntur, multum rusticani. *Id.* 3. *de Legib.* c. 16. *a med.* Utinam isto animo in summa republica nobiscum versari, quam in municipali maluisses. *Juvenal.* sat. 3. v. 34. Municipalis arena. *h. e.* theatrum in municipio. *Tacit. Ann.* 4. c. 3. Seque, ac majores, et posteros municipali adultero fœdabat. *Sueton. in Aug.* c. 2. Municipalia magisteria. *Cic.* 7. *ad Attic.* ep. 11. *a med.* Ex dolore municipali, sermonibusque eorum, quos convenio, videtur, &c. *h. e.* ex dolore municipum. ¶ *Sacra municipalia* vocabantur, quæ ab initio habuerunt municipes ante civitatem Romanam acceptam: quæ observare eos voluerunt Pontifices, et eo more facere, quo adsuessent antiquitus. *Festus*. ¶ *Municipalia prodigia* dixit *Flor.* l. 3. c. 18. homines sceleratos atque impios ex municipiis, qui arma contra Urbem ferebant. ¶ Aliquando *municipalis* in contemptu ponitur, quia municipia præ Urbe Roma ignobilia et obscura erant. *Juvenal.* sat. 8. v. 238. Hic novus Arpinas ignobilis, et modo Romæ Municipalis eques. *Auson. in gratiar. act. ad Gratian.* c. 13. Sed gloriosus ille municipalem scholam, variando, vilitate consenuit. *Sidon.* l. 4. ep. 3. *sub fin.* Municipales, et cathedrarii oratores. *Id.* carm. 9. v. 310. Municipales poetæ.

MUNICIPALĬTER, adverb. municipis more, vel conditione. *Sidon.* l. 1. ep. 11. Non eminentius, quam municipaliter natus.

MUNICIPĀTIM, adverb. per municipia, ut *oppidatim* per oppida. *Sueton. in Cæs.* c. 14. Municipatim dividendos censuit. *through the* municipia *or free towns.*

MUNICIPĀTUS, us, m. jus municipii. *Tertull. de cor. milit.* c. 13. et lib. 3. *advers. Marcion.* c. *ult.* ita vertit πολίτευμα. Adde *Hieron.* ep. 58. *in fin.*

MUNICIPIŎLUM, i, parvum municipium. *Sidon.* l. 3. ep. 1.

MUNICIPĬUM, ii, n. *a town whose citizens enjoyed the rights, in whole or in part, of Roman citizens; a free town, municipal town*, oppidum (in Italia præsertim) jure suo utens, et legibus, cujus incolæ jure civium Romanorum gaudebant. V. *Municeps*. Quomodo differat a colonia, V. *Colonia*. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 6. Genere et nobilitate sui municipii primus. ¶ Item genus ipsum hominum, qui municipes dicuntur, ut *mancipium, servitium* ipsi servi. *Paul.* ex *Festo*. V. *Municeps*. ¶ Aliquando dicitur de colonia. *Cic. Fam.* l. et ep. 13. L. Castronius princeps municipii Lucensis. (ex *Velleio* lib. 1. c. 15. constat, multo ante Lucam coloniam deductam fuisse.) Adde *Gell.* l. 16. c. 13. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 1. leg. 1. et *Vet. Inscription. in Antiquitatib. Benevent.* class. 1. n. 31.

MUNĬCO, as, pro communico, dicebant Veteres. *Fest.*

MUNĬFEX, icis, λειτουργός, qui munus facit. *Festus*: Beneficiarii dicebantur milites, qui vacabant muneris officio, e contrario munifices vocabantur, qui non vacabant, sed munus Reipubl. faciebant. *Veget.* l. 2. *de re milit.* c. 7. *in fin. Munifices*, milites, qui munera facere coguntur. Adde *Paul. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 18. ¶ Metaphorice *munifex mamma* pro lactanti dicitur. *Plin.* l. 11. c. 40. Uno vero ex omni turba relicto sola munifex mamma, quæ genito fuerat attributa, descendit.

MUNIFĬCE, adverb. *liberally, bountifully, freely, munificently*, δαπανηρῶς, liberaliter, large, abundanter. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 27. Sic haud scio, an melius fuerit humano generi motum istum celerem cogitationis non dari omnino, quam tam munifice, et tam large dari. *Liv.* l. 22. c. 37. *a med.* Munifice adjuvare rem alicujus.

MUNIFICENTĬA, æ, f. *munificence, bountifulness, liberality, generosity, splendour, pomp*, μεγαλοδωρία, φιλοτιμία, liberalitas ejus, qui in muniis faciendis, h. e. muneribus ludorum edendis large pecuniam insumit. *Sallust. in Catil.* c. 57. Cæsar beneficiis ac munificentia magnus habebatur. *Suet. in Cæs.* c. 10. Ita suam, Cæsarisque munificentiam, unius Cæsaris dici. (Adde *in Vespas.* c. 7.) *Plin.* l. 8. c. 7. Tanto populi dolore, ut oblitus Imperatoris ac munificentiæ honori suo exquisitæ, flens universus consurgeret, &c. ¶ Item liberalitas in aliis rebus quibuscumque. *Sallust. in Jug.* c. 111. Barbari et famam Romanorum avaritiæ falsam, et Sullam, ob munificentiam in se se, amicum rati. et cap. 7. *extr.* Huc accedebat munificentia animi, et ingenii solertia. *Justin.* l. 25. c. 1. Quos Antigonus pro regali munificentia ingenti apparatu epularum ad cœnam invitavit. *Vellei.* l. 2. c. 130. Pia munificentia templum patri molitur. *Sueton. in Tiber.* c. 48. Publice munificentiam bis omnino exhibuit, proposito millies HS. gratuito in triennii tempus: et rursus quibusdam dominis insularum, quæ deflagrarant, pretio restituto. *Plin.* l. 27. c. 1. Naturæ ipsius munificentia. *Julian.* lib. 39. tit. 5. leg. 1. Liberalitatem et munificentiam exercere.

MUNIFICĬUM, ii, n. res non immunis, non libera a vectigalibus et portoriis. *Paul. Dig.* lib. 39. tit. 4. leg. 4. Ut si quid amplius, quam mandatum est, transferat, id munificium sit.

MUNIFĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to present with, enrich*, munero, dono. *Lucret.* l. 2. v. 625. Munificat tacita mortales muta salute.

MUNIFĬCUS, a, um, *liberal, bountiful, bounteous, giving or bestowing largely, generous, munificent*, μεγαλόδωρος, δωρητικός, largus in sumptibus tum publicis, tum privatis, liberalis in dando. *Cic. Offic.* 2. c. 18. Conveniet autem cum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 8. Quid porro tam regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre supplicibus, &c? *Plaut. Amph.* 2. 2. 212. Ut munifica sim bonis, prosim probis. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 10. v. 5. *de Cerere*. Te, dea, munificam gentes ubicumque loquuntur. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 1. v. 24. Nec mihi munificas arca negavit opes. *Martial.* l. 8. epigr. 38. Vir de munifica profusus arca. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 499. Munificus largi, sed non et prodigus auri. [† *Plin.* 3. 4. Munifica sylvarum genera. *fruitful.*] ¶ Gradus sunt *munificentior, munificentissimus*, ab inusitato *munificens*. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 8. Semper liberalissimus, munificentissimusque fuit. ¶ *Munificior* est *Catonis* apud *Festum*. ¶ Est etiam *munificus*, qui munus facit, munifex. Munificos milites memorat *Paul. Dig. lib. ult. tit. pœnult.* leg. 18. ubi al. leg. *munifices*. et *Isidor.* lib. 10. *Orig.* Munificus dictus, vel quia alicui munera multa dat, vel quia munus suum, idest officium, quod debet, adimplet.

MUNĪMEN, inis, n. *a fortification, defence, rampart*, munimentum, munitio. *Virg.* 2. *Georg.* v. 351. jamque reperti, Qui saxo super, atque ingentis pondere testæ Urgerent: hoc effusos munimen ad imbres. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 772. locus solidæ tutus munimine molis. et lib. 13. v. 212. munimine cingere fossas. *Pallad.* in *Februar.* tit. 24. Munimen horti. *a hedge, fence.*

MUNIMENTUM, ti, n. *a fortification, shelter, protection, defence, rampart, bulwark, muniment*, ἀσφάλισμα, παρατείχισμα, quidquid ad muniendum et defendendum pertinet: et præcipue dicitur de castris, fossis, vallis, ceterisque, quibus se milites contra hostem muniunt. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 17. Ut, instar muri hæ sepes munimenta præberent, quo non modo non intrari, sed ne perspici quidem posset. *Liv.* l. 1. c. 33. *a med.* Quiritium fossa, haud parvum munimentum a planioribus aditu locis, Anci regis opus est. *Plin.* l. 19. c. 5. Munimenta specularium hibernis diebus. *Macer Dig.* lib. 11. tit. 7. leg. 37. Munimentum sepulcri id esse, divus Hadrianus rescripsit, quod causa muniendi ejus loci factum sit, in quo corpus impositum sit. *Sallust. in Jug.* c. 102. Rati, noctem sibi munimento fore. *Justin.* l. 2. c. 15. Munimenta exstruere. *Tacit.* 13. *Ann.* c. 36. Tenere se munimentis. *Id.* 5. *Hist.* c. 20. Munimentis se defendere. et lib. 2. c. 18. Coercere intra munimenta militem. *to coop up within their fortifications.* *Id.* 12. *Ann.* c. 17. Munimenta perrumpere. et lib. 15. c. 12. imponere alicui loco. et cap. 13. propugnare. et cap. 15. ingredi. et cap. 38. Neque enim domus munimentis septæ, vel templa muris cincta, aut quid aliud moræ interjacebat. *fences.* *Plin.* l. 17. c. 14. Casam cingere munimento sepis. ¶ De iis, quæ tegunt corpus. *Justin.* l. 41. c. 2. *extr.* Munimentum ipsis equisque loricæ plumatæ sunt, quæ utrumque toto corpore tegunt. *Juvenal.* sat. 9. v. 28. pingues aliquando lacernas, Munimenta togæ. *Justin.* l. 2. c. 2. Sine tecti munimento. ¶ Præsidium, subsidium. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 52. Non legiones, non classes perinde firma imperii munimenta, quam numerum liberorum. *Val. Max.* l. 6. c. 3. Munimenta legum. *Id.* l. 2. c. 1. n. 5. Matronale decus verecundiæ munimento tutius est.

MUNĬO, is, ivi, et ii, itum, a. 4. *to enclose with walls, fortify, secure, fence, protect, defend, strengthen, munite*, ἀσφαλίζω, τειχίζω, firmo, fulcio, defendo, tueor, obvallo, instruo. Volunt esse ab ἀμύνω, defendo, abjecto α, ut ab ἄρουρα, rura, ἀμέλγω, mulgeo. *Cic. de Provinc. Consul.* c. 14. Alpibus Italiam munierat ante natura. *Id. de Senect.* c. 15. Spica contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. *Id.* 4. *ad Attic.* ep. 16. *a med.* Aditus insulæ munire mirificis molibus. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 29. Quem locum duplici altissimo muro munierant. *Cic. Catil.* 1. c. 4. Domum meam majoribus præsidiis munivi, atque firmavi. *Colum.* l. 11. c. 3. Non magna opera hortum ab incursu hominum pecudumque munimus. *Sueton. in Aug.* c. 82. Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, et feminalibus, et tibialibus muniebatur. ¶ *Munire* dicuntur etiam, qui aliquid munitum exstruunt, *to build, construct.* *Plaut. Mil.* 2. 2. 73. Magna munis mœnia. *Nepos in Timol.* c. 3. Arcem Syracusis, quam munierat Dionysius ad urbem obsidendam, a fundamentis disjecit. *Id. in Themist.* c. 6. Undique quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. ¶ *Munire castra*, et *munire* absolute est aggerem exstruere, vallum jacere, fossas cavare, aliaque sepimenta facere contra vim hostium, *to throw up a mound, fortify a camp.* *Cæsar* l. 2. *B. Gall.* c. 5. *extr.* Castra in altitudinem pedum duodecim vallo fossaque duodeviginti pedum munire jubet. *Hirt. de B. Afric.* c. 31. Milites, qui muniendi gratia vallum petierant. ¶ Munire navalia pice, *Plin.* l. 16. c. 11. *to pitch, calk.* Sic Munire emplastrum luto et vinculo, *Id.* l. 17. c. 16. *to fasten on a graft with plaster.* Munire foramina spiritus, *Id.* l. 34. c. 18. *to close, stop up.* ¶ Translate *Cic.* 9. *Fam.* ep. 18. Munio me ad hæc tempora. *I fortify myself against, prepare myself for.* *Tacit. in Agric.* c. *pœnult.* Sævus ille vultus, et rubor, a quo se contra pudorem muniebat. *Cæsar ad Oppium post* ep. 8. l. 9. *ad Attic.* Hæc nova sit ratio vincendi, ut misericordia et liberalitate nos muniamus. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 26. *ad fin.* Multorum se benevolentia tueri et munire. *Id. Fam.* 4. ep. 14. *a med.* Novarum me necessitudinum fidelitate contra veterum perfidiam muniendum putavi. *Plin.* l. 37. c. *ult.* Muniri adversus fraudes. *Lucret.* l. 4. v. 1249. Natis munire senectam. *Nep. in Regib.* c. 2. *de Dionysio*. Dum imperium studuit munire, nullius pepercit vitæ. *h. e.* firmare, sibique perpetuum reddere. ¶ *Munire viam* est facere, reficere, sternere lapidibus, *to make, pave, repair.* *Nep. in Annib.* c. 3. Loca patefecit, itinera muniit, effecitque, ut ea elephantus ornatus ire posset, qua antea unus homo inermis vix poterat repere. *Liv.* l. 21. c. 37. Inde ad rupem muniendam, per quam via una esse poterat, milites ducti: cum cædendum esset saxum, &c. Al. leg. *minuendam*. Sed paulo post. Quies muniendo fessis hominibus data triduo. *Cic. pro Mil.* c. 7. et *Liv.* l. 9. c. 29. Perinde quasi Appius ille Cæcus viam munierit, non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latrocinarentur. ¶ Translate est viam parare, aditum patefacere. *Cic. pro Mur.* c. 23. *a med.* Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsepiebant. *opened the way for you.* et lib. 1. *Tuscul.* c. 14. *extr.* Hercules nunquam ad deos abiisset, nisi, cum inter homines esset, eam sibi viam munivisset. *Id. Verr.* 3. c. 25. Alia sibi ratione munire viam ad stuprum cœpit. ¶ In illo *Plauti Trucul.* 2. 2. 54. Suam non enim ille meretriculis muniendis rem coegit, verum parsimoniæ duritiæque. *h. e.* victu vestituque instruendis, ornandis, alendis, quasique muniendis suo sumptu contra egestatem. Al. interpret. munerandis: quasi *munire* a *munus* sit. Al. aliter leg. ¶ *Munibis* pro *munies* est apud *Veget. de re veterin.* l. 1. c. 10. ¶ *Munire*, mandere. V. *Munitio* in fin. ¶ Olim *mœnio* scripsere. V. suo loco. [¶ Particip. *muniens, muniturus* apud *Liv.* lib. 21. c. 7. Nec quidquam satis tutum munientibus pati. *Hirt. de bello Alex.* c. 73. Videretque eas valles eodem intervallo sua castra munituras.]

MUNIS, ne, adject. *dutiful, doing what is incumbent on one, grateful*, qui munus, sive officium facit: ut qui pro accepto beneficio gratiam, cum potest, refert. *Paul.* ex *Festo*. Munem significare certum est officiosum: unde e contrario immunis dicitur, qui nullo fungitur officio. *Non.* c. 1. n. 88. Munes apud Veteres dicebantur non a largitione, quæ ignota erat, sed consentientes ad ea, quæ amici velint. *Lucil. ibid.* Munifici, munesque viri videamur amicis. *Plaut. Merc. prol.* v. 104. Dico, ejus pro meritis gratum me, et munem fore.

MUNĪTE, *strongly, securely*, tuto. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. Opere munibant mœnia, quo munitius essent.

MUNITĬO, onis, f. *the act of fortifying; a strengthen-*

ing, defending, securing, repairing, περιτειχισμὸς, actus muniendi. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 49. Milites munitione prohibere. *h. e.* castris muniendis. *Sueton. in Galb.* c. 10. In munitione oppidi. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 56. Munitiones fluminum. *h. e.* riparum, ne inundatio fiat. *Cic. pro Font.* c. 4. Ex viarum munitione quæstum facere. *paving. Nep. in Themist.* c. 7. Cum audisset, non multum superesse munitionis. *h. e.* fabricationis mœnium. *Sueton. in Cæs.* c. 68. Dyrrachina munitio. *the siege*, vel *the blockade.* ¶ Item ipsum munimentum, vallum, agger, fossa, &c. *a fortification, defence, rampart, bulwark, mound*, &c. *Cic.* 6. *Verr.* c. 53. Fons aquæ dulcis, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum a mari disjunctus esset. *Id. Phil.* 13. cap. 9. Urbem operibus munitionibusque sepire. *with a line of circumvallation.* Sic *Justin.* l. 4. c. 4. Munitionibus circumdatis, hostes in urbe clausi. *Nep. in Eumen.* c. 5. *ad fin.* In hac conclusione apparatum et munitiones Antigoni alias incendit, alias disjecit. *Sallust. in Jug.* c. 42. Per munitionem, quam uti defenderet, acceperat, locum hostibus introeundi dedit. *Id. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 204. Pluteos rescindere, munitiones demoliri. *Tacit.* 3. *Ann.* c. 74. Castella et munitiones idoneis locis imponere. *Quintil.* l. 3. c. 7. Loci positio ac munitio. *Pallad.* l. 1. tit. 34. Munitionis multa sunt genera. *h. e.* sepimenti hortorum. ¶ Munitio est mortificatio ciborum, inquit *Fest.* ubi *Scalig.* mallet legere *morsificatio.* Alii *molitio.* Alii nihil mutant, quia censent *munire* dictum a Priscis pro mandere cibum.

MUNĪTO, as, a. 1. *to fence, secure*, frequent. a munio. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 48. *a med.* Quam viam munitet, quod iter affectet, videtis.

MUNĪTOR, oris, m. *a fortifier*, qui munit. *Liv.* l. 7. c. 23. *ad fin.* Qui pro munitoribus intenti, armatique steterant. *Al. leg.* munitionibus. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 64. Barbari perfringere stationes, seque inferre munitoribus nisi. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 139. Me fide conspicuus Trojæ munitor amavit. *h. e.* Apollo, qui mœnia Trojæ exstruxisse dicitur. *Liv.* l. 5. c. 19. *in fin.* In partes sex munitorum numerum divisit. *h. e.* eorum qui terram effodiendo cuniculum in arcem hostium agebant. *of the miners.*

MUNITŪRA, æ, f. munimentum, munitio. *Vetus Lap.* apud *Gruter.* pag. 589. n. 7. Structuram cum munitura sarcophagi suis impensis fecit. ¶ Alio sensu *Augustin.* l. 2. *cont. Julian. Pelag.* c. 6. Succinctoriis, vel præcinctoriis, quæ Græce περιζώματα nuncupantur, lumbos hominum contegi, vel præcingi, quas vulgus etiam munituras vocat. *h. e.* campestre, subligar. *an apron.* In *Gloss. Isid. munitoria* appellantur.

MUNĪTUS, a, um, *enclosed with walls, fortified, fenced, guarded, defended, secured, protected, armed*, τετειχισμένος, septus, vallatus, firmatus, armatus, communitus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Munitæ sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. *Id. Verr.* 7. c. 15. Nullius res tuta, nullius domus clausa, nullius vita septa, nullius pudicitia munita contra tuam cupiditatem et audaciam posset esse. *Id.* 2. *ad Q. Fr.* ep. 3. *ante med.* Dixitque se munitiorem ad tuendam vitam suam fore, quam Africanus fuisset. *Proper.* l. 4. el. 3. v. 8. munito Sericus hostis equo. *h. e.* thoracum munito tegminibus, et limbis ferreis cincto, ut *Ammian.* lib. 16. c. 10. (*al.* 16.) loquitur, cataphracto. *Plin.* l. 17. c. 10. *a med.* Solum elapidatum, munitumque ad incursum etiam gallinacei generis. *enclosed, defended.* et lib. 19. c. 8. *a med.* Ruta runcatur non sine difficultate, pruritivis ulceribus, ni munitis manibus id fiat, oleove defensis. *h. e.* velatis. *protected with gloves*, ut *Colum.* loquitur l. 11. c. 3. *circa med.* hac eadem de re verba faciens. *Sueton. in Aug.* c. 35. Lorica sub veste munitus. *Plin.* l. 15. c. 22. Nucum juglandium fetus tot modis munitus. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 23. Oppidum et natura loci, et manu munitum. *strong both by nature and by art.* et lib. 4. c. 55. Et loci natura et manu munitissima castra. *Sallust. in Jug.* c. 79. Oppidum et operibus, et loco munitum. *Ovid.* 15. *Met.* v. 690. incurvo munitos aggere portus. *Sallust. in Jug.* c. 50. Munito agmine incedere, late explorare omnia. et cap. 94. Muniti advorsum hostes non mœnibus modo, et armis, atque viris, sed multo magis locorum asperitate. *Liv.* l. 27. c. 39. Per munita pleraque transitu fratris, quæ antea invia fuerant, ducebat. *roads opened, cleared, or made. Sil.* l. 15. v. 516. qua munitum declivis ab alto Agger monstrat iter. ¶ *Collum munitum* apud *Ammian.* est vestitum, ligatum, et quasi collari clausum adstrictumque: lib. 16. c. 10. (*al.* 16.) Et velut collo munito rectam aciem luminum tendens, nec dextra vultum, nec læva flectebat, tanquam figmentum hominis. ¶ Translate *Cic. pro Mur.* c. 27. Cujus ingenio paterni omnes necessarii munitiores esse debebant. *Id.* l. 2. *ad Attic. sub fin.* Firmissima benevolentia hominum munitus. *Sallust. in Jug.* c. 38. Cujus impudentia contra jus et injurias omnes munitus foret. *Q. Cic. de petit. Consul.* c. 7. Partis et fundatis amicitiis fretum ac munitum esse. *Accius* apud *Cicer.* l. 1. *de Divin.* c. 22. Sapientia munitum pectus. *Cic. pro Flacc.* c. 41. Omnium bonorum præsidio non modo munitus, sed etiam ornatus. *Id. de Harusp. resp.* c. 7. *sub fin.* Domus humano et divino jure munita. *Id. pro Mur.* c. 10. *sub fin.* Munita ad consulatum via. *Propert.* l. 3. el. 10. v. 17. Quid facies nullo munita puella timore?

MUNUS, nĕris, n. *a gift, present, boon, reward, favour*, δῶρον, δώρημα, tria significat, uti docet *Paul. Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 18. primo donum: inde munera dari, mittive dicuntur: Secundo onus, quod cum remittatur, vacationem militiæ munerisque præstat: inde immunitas appellata: Tertio officium: unde munera militaria, et quidam milites munifices vocantur: et municipes dicuntur, quod munera civilia capiunt. Hæc *Paulus.* Quomodo a *dono* differat V. *Donum. Cic. de Univ. in fin.* Philosophiam adepti sumus, quo bono nullum optabilius datum est mortalium generi deorum concessu atque munere. *Id.* 2. *de Divin.* c. 2. Quod enim munus reipublicæ afferre majus meliusve possumus, quam si, &c? *Id. de Harusp. resp.* c. 4. Vir quasi divino munere donatus reipublicæ. *Id.* 6. *Verr.* c. 27. Mittit homini munera satis large. *Catull.* carm. 12. v. 14. Nam sudaria Sætabe ex Ibera Miserunt mihi muneri Fabullus, Et Verannius. *as a present.* (Adde *Nepot. in Pausan.* c. 2.) *Plin.* l. 37. c. 5. Mittere aliquid alicui munere. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 2. v. 15. Huic furtiva tuo libertas munere detur. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 31. Quasi totam regionem muneri accepissent. *Virg.* 5. *Æn.* v. 282. Sergestum Æneas promisso munere donat. *the promised boon. Nep. in Thrasyb. c. ult.* Cum ei Mitylenæi multa millia jugerum agri muneri darent. *Hirt. de B. Alex.* c. 36. Munera ferre alicui. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 57. Muneribus servos corrumpere. *bribes. Virg.* 4. *Æn.* v. 217. munera templis ferre. *gifts, offerings, oblations.* et lib. 5. v. 532. magnis muneribus cumulare aliquem. *Sallust. in orat. Licinii ad pleb.* Huc ire licet atque illuc munere ditium dominorum. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 6. v. 6. Si quid adhuc ego sum, muneris omne tui est. *Horat.* l. 4. od. 3. v. 21. Totum muneris est tui, Quod monstror digito prætereuntium. *it is to you that I am wholly indebted, in that*, &c. *Ovid. Met.* 14. v. 124. Numinis instar eris semper mihi, meque fatebor Muneris esse tui. ¶ Munera Liberi, *Horat.* l. 4. *od. ult.* v. 26. h. e. vinum. Munere terræ vesci, *Id.* l. 2. od. 14. h. e. frugibus. *the fruits of the earth.* Munus Cereris, *Ovid.* 10. *Metam.* v. 74. h. e. cibus, panis. ¶ Altera notione est onus, officium, partes. *an office, part, duty, charge, trust, post, employment, function*: et dicitur tum de privatis, tum de publicis, v. gr. magistratibus et administratione reipubl. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 25. Magnum quoddam est onus atque munus, suscipere atque profiteri, se esse, omnibus silentibus, unum maxime audiendum. et lib. 3. c. 30. Meque ad meum munus pensumque revocabo. *Id.* 2. *de Legib.* c. 3. Tanquam id habuerit operis ac muneris, ut, &c. *Id. pro Font.* c. 7. *sub fin.* Non surdus judex huic muneri atque officio præest. *Id.* 4. *de Fin.* c. 14. Omne officium munusque sapientiæ. *Id.* 1. *de Orat.* c. 45. Honoribus et reipubl. muneribus perfunctus senex. *Id. Q. Fr.* l. et ep. 1. *sub fin.* Extrema pars et conclusio muneris ac negotii. *Id. Fam.* 6. ep. 14. Nullum prætermittere officii studiique munus. *no part of his duty. Id. de Senect.* c. 11. Ita multi sunt imbecilli senes, ut nullum officii, aut omnino vitæ munus exsequi possint. *Id. in Partit.* c. 38. Eo exposito munus promissi omne confecero. *Id. in Somn. Scip.* c. 3. *a med.* Ne munus humanum assignatum a deo defugisse videamini. *Liv.* l. 24. c. 35. Inter se munera belli partiti sunt. *Cic. de clar. Orat.* c. 30. Magnum munus de jure respondendi sustinere. *Id.* l. 1. *de Legib.* c. 3. *sub fin.* Senectutis non inertis grato atque honesto munere fungi, consulentibus respondendo. *Id. de Provinc. consul.* c. 14. *sub fin.* Explere susceptum reipubl. munus. *Liv.* l. 3. c. 6. *in fi.* Munus vigiliarum obire. *Plaut. Trucul.* 2. 4. 76. curare. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 5. Cujus muneris colendi efficiendique causa nati sumus. *Terent. Adelph.* 5. 1. 2. Laute munus administrasti tuum. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 8. Deferre munus alicui. *Cic. de Senect.* c. 9. Adolescentulos ad omne officii munus instruere. *h. e.* ad functionem, et exsecutionem officii. ¶ *Meum, tuum munus est*, meæ, tuæ sunt partes, officium meum, tuum est. *it is my, or your, part; it concerns me, or you; it touches me, or you. Cic. Fam.* 11. ep. 5. *a med.* Tuum est hoc munus, tuæ partes: a te hoc civitas exspectat. *Id.* 3. *de Fin.* c. 2. *a med.* Hoc proprium tuum munus est, ut erudiatur, &c. *Id. pro Mil.* c. 8. *sub fin.* Principum munus est resistere levitati multitudinis. ¶ *Aliquid munus suum facere*, ad se, et in suum arbitrium trahere. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 52. Vestini quoque consulis acre ingenium vitavisse Pisonem crediderunt, ne, delecto imperatore alio, sui muneris rempublicam faceret. *should take upon himself the whole controul.* ¶ Per metonymiam *munus* est opus ipsum, quod in aliquo munere fit. *a work. Cic. in proœm. Parad. sub fin.* Accipies igitur hoc parvum opusculum, lucubratum his jam contractioribus noctibus: quoniam illud majorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit. *Id.* l. 3. *Offic.* c. 1. *ad fin.* Nulla ejus ingenii monumenta mandata litteris, nullum opus otii, nullum solitudinis munus exstat. ¶ Pro funere et exsequiis, quod supremum est officium et munus defunctis debitum. *funeral rites, obsequies; a funeral. Nep. in Eumen.* c. 4. *extr.* Pro hominis dignitate, proque pristina amicitia amplo munere extulit. *Valer. Max.* l. 8. *c. ult.* n. 2. Quotiescumque munus aliquod Corneliæ genti celebrandum est. Plerique alii utroque loco leg. *funus.* Sed non desunt loca alia, in quibus *munus* de exsequiis dicitur. *Virg.* 11. *Æn.* v. 25. egregias animas decorate supremis muneribus. *Catull.* carm. 99. *ad Fratr.* Ut te supremo donarem munere mortis. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 13. inter lacrimas, interque extrema virorum Munera. et lib. 3. v. 312. date debita cæsis munera. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 525. tibi munera matris Contingent fletus, peregrinæque haustus arenæ. *Stat.* l. 2. silv. 1. v. 165. desunt in munera flammæ. *Virg. Æn.* 6. v. 885. animamque nepotis His saltem accumulem donis, et fungar inani Munere. ¶ Tertia *muneris* significatio est ludorum, et spectaculorum, ut sunt venationes, naumachiæ, gladiatorum pugnæ, epulum publicum, et similia his, quæ a magistratibus, præcipue ab Ædilibus, populi oblectandi causa, edebantur, *shows, spectacles, entertainments, exhibitions, public sights.* Ratio appellationis, quia tanquam donum dabantur populo in remunerationem accepti ab eo honoris: vel quia (loquendo de munere funebri) ut ait *Tertull. de Spectac.* c. 12. munus dictum est ab officio, quoniam officium etiam muneris nomen est. Officium autem mortuis hoc spectaculo facere se, Veteres arbitrabantur. *Cic. in Vatin.* c. 12. *extr.* Ita illud epulum est funebre, ut munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis. *Id. pro Sext.* c. 58. Maximum populi judicium universo confessu gladiatorio declaratum est. erat enim munus Scipionis, dignum et eo ipso, et illo Q. Metello, cui dabatur. *Id. Q. Fr.* l. 3. ep. 8. *sub fin.* Munus magnificum dare. *Id. pro Sull.* c. 19. præbere. *Id.* 2. *Offic.* c. 16. *ad fin.* Functus est Ædilitio maximo munere. *et mox.* Magnificentissima nostri Pompeii munera secundo consulatu. *Id.* 2. *Phil.* c. 45. *sub fin.* Muneribus, monumentis, congiariis, epulis multitudinem lenire. *Sueton. in Tito*, c. 7. Munus edidit apparatissimum largissimumque. *Martial.* de naumachia, *de spectac.* epigr. 24. Cui lux prima sacri muneris ipsa fuit. *sacri* quia in honorem Neptuni: vel quia a Domitiano exhibita. *Lactant.* l. 6. c. 20. *sub fin.* Venationes, quæ vocantur munera. *Plin.* l. 33. c. 3. *a med.* Cæsar primus in Ædilitate, munere patris funebri, omni apparatu arenæ argenteo usus est. ¶ *Munera* etiam vocantur publica ædificia ab aliquo exstructa in commodum populi. *public buildings. Vellei.* l. 2. c. 130. Pompeii munera absumpta igni. *h. e.* theatrum. et cap. 48. Pompeius perfectis muneribus theatri et aliorum operum, quæ ei circumdedit, &c. *Albinov. ad Liv.* el. 1. v. 287. Nec sua conspiciet (miserum me!) munera Drusus. *h. e.* ædem Concordiæ, quam, eo mortuo, Tiberius dedicavit, ut *Sueton.* c. 20. narrat. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 69. Aut ubi muneribus nati sua munera mater Addidit, externo marmore dives opus. *h. e.* theatro Marcelli porticum Octaviam: de quibus V. *Sueton. in Aug.* c. 29. Fuit autem Octavia Marcelli mater, Augusti soror. ¶ Olim *mænus* scripsere, ut *mœnio* pro *munio.* V. *Mœnera.*

MUNUSCŬLUM, li, n. *a little gift, small present*, δωρημάτιον, parvum munus. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 12. Hospiti veteri et amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo. *Id.* 3. *Offic.* c. 18. Alieni facinoris munusculum non repudiarunt. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 17. Non invisa feres pueris munuscula parvis.

MUNYCHĬA, æ, f. *Munichia, Macina*, Μουνυχία, portus Atticæ Piræeo proximus, inter illum ad Occ. et Sunium prom. ad Or. apud Ilissi fl. ostium, a Munycho Principe filio Panteucli, qui ibi templum Dianæ, al. Palladi exstruxit, quæ propterea Munychia cognominata est. *Pausan. in Att. sub init.*

MUNYCHĬUS, a, um, Atheniensis. *Ovid.* 2. *Met.* v. 709. Munychiosque volans agros, gratamque Minervæ Despiciebat humum. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 107. Munychiæ arces. *Id.* 12. *Theb.* v. 616. qui rura lacessunt Munychia, et trepidis stabilem Piræea nautis. et lib. 2. v. 252. Munychia juga.

MURÆNA, æ, f. *a lamprey, sort of eel*, μύραινα, piscis longitudine non dissimilis anguillæ: a Græco nomine allato. Feminini tantum sexus est. Nam masculus teste *Plinio* l. 9. c. 23. myrus vocatur, robustior quam muræna, et unicolor. *Plaut. Aulul.* 2. 9. 2. Congrum, murænam exdorsua, quantum potes. ¶ Optimæ inter murænas habebantur, quæ capiebantur in freto Siculo, quas *Macrob. Saturn.* l. 2. c. 11. ex *Varrone* flutas vocari ait, quod in summa aqua præ pinguedine flutentur. *Martial.* l. 13. epigr. 80. Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo, Non valet exustam mergere Sole cutem. ¶ Fuit hoc piscis genus apud veteres in maximis deliciis, partim ob præstantiam saporis, partim ob insignem vivacitatem, partim etiam quia dominum agnoscere discebant, et ad manum accedere. *Martial.* l. 10. epigr. 30. Natat ad magistrum delicata muræna: Nomenculator mugilem citat notum. *Plin.* l. 9. c. 55. Hortensius orator murænam adeo dilexit, ut exanimatam flesse credatur. Antonia Drusi, murænæ, quam diligebat, inaures addidit. ¶ Inter varia mensarum citrearum vitia enumerat *Plin.* l. 13. c. 15. *a med. murænam nigro limite transcurrentem.* h. e. nigram longamque venam in murænæ modum. ¶ Fuit cognomen Romanum in gente Licinia, inde ductum, quia primus ejus familiæ murænis valde delectabatur. *Colum.* l. 8. c. 16. et *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 10. *extr.* In quatuor numis ejusd. gentis, apud *Patin. de famil. Rom.* pag. 149. et *in Fastis Capitolin.* apud *Gruter.* pag. 295. legitur *Murena* sine diphthongo.

MURÆNIĀNUS, a, um, ad Murænam pertinens, quod

est nomen R. *Muræniana oratio* apud *Martian. Capell.* l. 5. pag. 172. est, quam Cicero pro L. Licinio Muræna habuit.

MURÆNŬLA, æ, f. parva muræna. *Hieronym. in præfat. in Job.* Ut si velis anguillam, aut murænulam strictis manibus tenere, quanto fortius presseris, tanto citius elabitur. ¶ In Sacris Litteris *Cant.* 1. 10. et alibi est catenula, torquis, colli ornamentum, ad murænæ figuram. *Id. Hieronym.* epist. 24. (*al.* 15.) *ad Marcell. de laudib. Asellæ, ante med.* Aurum colli sui, quod quidem murænulam vulgus vocat, quod metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena contexitur, vendidit.

MURĀLIS, le, *of a wall, mural*, τειχικὸς, ad murum pertinens. *Cels.* l. 2. c. 33. et *Plin.* l. 21. c. 30. Muralis herba. *growing on a wall.* *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 39. et lib. 7. c. 72. Muralia pila. *h. e.* quibus pugnatur e muris. *Virg.* 12. *Æn.* v. 921. Murale tormentum. *h. e.* muris quatiendis. *a battering engine.* Sic *Plin.* l. 7. c. 56. *a med.* Muralis machina. Sic *Sil.* l. 6. v. 269. Donec murali ballista coercuit ictu. *Id.* l. 8. v. 555. muralis fossa. *h. e.* quæ sub muris est. *a moat.* ¶ *Murales falces* erant instrumenta diruendis muris idonea: quarum formam ita describit *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 14. De materia, ac tabulatis testudo contexitur, *&c.* Hæc intrinsecus accipit trabem, quæ aut adunco præfigitur ferro, et falx vocatur, ab eo quod incurva est, ut de muro extrahat lapides: aut certe ipsius caput vestitur ferro, et appellatur aries, &c. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 14. Falces præacutæ, insertæ affixæque longuriis, non absimili forma muralium falcium. ¶ Apud *Liv.* l. 23. c. 18. et *Plin.* l. 7. c. 28. Muralis corona. *h. e.* qua donabatur is, qui primus obsessæ urbis murum ascendisset, ut *Gell.* l. 5. c. 6. docet. *a mural crown.* Apud *Lucret.* vero dicitur muralis corona l. 2. v. 606. quæ est in capite Magnæ deum Matris, quæ turrita pingitur, quia Tellus, quam dea ipsa significat, eximiis munita locis sustinet urbes. ¶ Muralis honos *Claudiano de laudib. Serenæ*, v. 182. est muralis coronæ decus virtute partum.

MURĀTUS, a, um, *walled, surrounded or defended with walls*, muros habens, τετειχισμένος. *Veget.* l. 1. *de re milit.* c. 21. *de castrorum munitione.* Muratam civitatem videntur secum ubique portare. Adde lib. 3. c. 8. *sub fin.*

MURCĬA, æ, dea amoris, seu Venus, a myrto dicta: unde et *Murtia* legitur, et *Myrtea*, teste *Plin.* l. 15. c. 29. et *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 32. *a med.* Causa hujus appellationis est, quia ut *Serv.* tradit *ad Eclog. Virg.* 7. v. 62. cum recens nata Venus exisset e mari, in myrto latuit, ne nuda conspiceretur. Paulo aliter *Ovid. Fast.* 4. v. 141. Litore siccabat rotantes nuda capillos: Viderunt Satyri, turba proterva, deam. Sensit, et apposita texit sua corpora myrto: Tuta fuit facto, &c. *Idem Serv. ad* l. 2. *Georg.* v. 64. alias duas addit causas, quia myrtus amat litora, quæ sub Venere sunt de mari nata, et quia, ut Medicorum indicant libri, hæc arbor apta est mulierum necessitatibus plurimis. ¶ Eadem est dea segnium, quæque homines murcidos facit, ut ait *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei*, c. 16. Adde *Arnob.* l. 4, pag. 132. ubi al. leg. *Murcida.* ¶ Hujus deæ templum fuit sub Aventino, qui antea Murcus vocabatur. *Festus*, et *Liv.* l. 1. c. 33. V. alia huc pertinentia in *Murcius.*

MURCĬDUS, a, um, *slothful, sluggish, lazy*, desidiosus, inactuosus, ignavus, stultus. *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei*, c. 16. Dea Murcia, quæ præter modum non moveret, ac faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum, idest nimis desidiosum, et inactuosum. V. *Muricidus.*

MURCIŎLUS, *et* Murceolus. V. *Myrteolus.*

MURCĬUS, *et* Murtius, a, um. Murciæ, seu Murtiæ metæ, Veneri sacræ, creduntur fuisse Romæ in Circo. *Apul.* l. 6. *Metam.* Murtiam enim, ut ait *Tertull. de Spectac.* c. 8. deam amoris volunt: unde has metas idolum fecerunt. A *myrto* autem, quæ Veneri est sacra, ratio nominis ducta est, ut in *Murcia* diximus. Huc faciunt verba *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 32. *a med.* Intimus Circus ad Murtium vocatus, ut Procilius aiebat, ab urceis, quod is locus esset inter figulos. Alii esse dicunt a murteto declinatum, quod ibi id fuerit: cujus vestigium manet, quod ibi sacellum etiam nunc Murtiæ Veneris. Hæc *Varro.* Hunc eumdem locum designat *Claudian.* l. 2. *in I. consul. Stilich.* v. 404. Ad cælum quoties vallis tibi Murtia ducet Nomen, Aventino, Pallanteoque recessu.

MURCUS per contemptum appellabatur a Gallis, qui ne militiæ onus subiret, pollicem sibi præcidebat: quasi *murcidus. a poltron.* *Ammian.* l. 15. c. 12. (*al.* 29.) Nec quisquam munus Martium pertimescens, pollicem sibi præcidit: quos localiter (al. *jocaliter*) murcos appellant. *Localiter* est ab incolis loci dictum. Sunt autem leges *Valentin.* et *Valent. in Cod. Theodos.* lib. 7. tit. 13. leg. 4. et 5. item *Dig.* lib. 49. tit. 16. leg. 4. quibus graviter puniuntur, qui se, ne milites sint, hac ratione debilitaverint. ¶ Origo vocis Latina est. V. *Murcia*, et *Murcidus.* [¶ Fuit etiam cognomen Romanum. Statius Murcus legatus Cæsaris apud *Cæs. de bell. civ.* l. 3. c. 11. Hic idem L. Statius Murcus appellatur a *Cic. Philipp.* 11. c. 12. et *ad Fam.* l. 12. ep. 11.]

MUREX, ricis, m. *a shell-fish, from the juice of which the purple dye was procured; the burret, purple fish; a purple colour, purple; a purple robe*, κογχύλιον, piscis ex genere concharum, qui et *bucinum* dicitur: qua in voce de notatione nominis dictum est. Erat gratus in cibis: et præterea ex ejus contriti sanguine, seu sanie color purpureus olim fiebat: unde et pro purpura, et pro ipso colore accipitur. *Colum.* l. 8. c. 16. *a med.* Limosa regio maxime idonea est conchyliis, muricibus, et ostreis. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 32. Murice Baiano melior Lucrina peloris. *Martial.* l. 13. epigr. 87. cujus lemma *Murices.* Sanguine de nostro tinctas, ingrate, lacernas Induis: et non est hoc satis: esca sumus. *Virg.* 4. *Æn.* v. 262. Tyrioque ardebat murice læna. *Id. Ecl.* 4. v. 43. Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti Murice, jam croceo mutabit vellera luto. *Id.* 9. *Æn.* v. 614. picta croco, et fulgenti murice vestis. *Sil.* l. 4. v. 326. aurato præfulgens murice ductor Sidonius. *Martial.* l. 8. epigr. 72. murice cultus libellus. Distinguit *Colum.* l. 8. c. 16. *a med.* a conchyliis muricem. Sic *Serv. ad Virg. Ecl.* 4. v. 44. Murex est cochlea similis conchyliis. Est enim uterque ex genere testaceorum: sed specie differunt tamen, item gustu, et colore saniei. Ceterum Scriptores conchylium, muricem, purpuram passim confundunt. Muricem enim *Martial.* pro conchylio posuit l. 1. epigr. 50. v. 31. Lunata nusquam pellis, et nusquam toga, Olidæque vestes murice. *olidas* dicit, quia, ut *Plin.* docet l. 9. c. 39. in conchyliata veste tingenda jus temperatur aqua, et, pro indiviso, humani potus excremento. De hoc odore rursus *Martial.* l. 4. epigr. 4. et lib. 9. epigr. 63. ¶ Epitheta *muricis* a locis ducta sunt, Gætulus, *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 181. quia, ut ait *Plin.* l. 5. c. 1. *a med.* omnes Gætuliæ scopuli eo abundant: Afer, *Id.* l. 2. od. 16. v. 36. Sidonius, *Tibull.* l. 3. el. 3. v. 18. Tyrius, *Id.* l. 2. el. 4. v. 28. Phocaicus, *Ovid.* 6. *Metam.* v. 9. Serranus, *Sil.* l. 15. v. 205. ¶ Translate a testa hujus piscis *murex* dicitur concha, qua oleum, unguentum, aut hujusmodi quippiam servatur. *the shell in which ointment was put; a box of ointment.* *Martial.* l. 3. epigr. 82. v. 26. Et Cosmianis ipse fusus ampullis Non erubescit murice aureo nobis Dividere mœchæ pauperis capillare. ¶ Item tuba, qua utuntur Tritones: quæ et concha appellatur. Hujus quoque appellationis ratio in *Bucinum* dicta est. *Val. Flacc.* l. 3. v. 726. Dat procul interea toto pater æquore signum Phorcys, et immanes intorto murice phocas Contrahit antra petens. Quod *intorto* dicit, satis significat muricum testam intortam convolutamque fuisse, qualis est cochleis in cauda. Hinc *Plin.* l. 9. c. 33. inter varia concharum et muricum genera ponit ea, quæ sunt *vertice muricatim intorto.* ¶ Præterea ponitur pro testa aspera, et acuminibus obsita, qualis in muricibus, aliisque marinis conchis cernitur. *Ovid.* 8. *Met.* v. 563. Summa lacunabant alterno murice conchæ. et lib. 1. v. 331. humeros innato murice tectum, Cæruleum Tritona voca. *Claudian. in nupt. Honor. et Mar.* v. 150. *de Venere Tritonem insidente.* vivo squalentia murice terga Purpureis mollita rosis. ¶ Et pro asperitate, et acuminibus saxi. *the sharp point of a rock.* *Virg.* 5. *Æn.* v. 205. et acuto in murice remi Obnixi crepuere, illisaque prora pependit. *Sil.* l. 17. v. 277. tum murice acuto Dissiliens sonuit, illisaque prora pependit. *Plin.* l. 19. c. 1. *sub fin.* Cato sternendum forum muricibus censuerat. *h. e.* saxis minutis acutisque, ut litigantes rarius, ac minus libenter in eo versarentur. *Prudent.* περὶ στεφ. 2. *de S. Vincent.* v. 446. Scabri petrarum murices. ¶ Et pro freno asperiore, et acuminibus instructo, vel etiam ex testa muricis confecto. *a rough or jagged bit.* *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 221. *de Thetide.* Elicit inde fretis, et acuto murice frenat Delphinas bijuges. ¶ Denique *murices*, τρίβολοι, sunt instrumenta, seu machinulæ ferreis instructæ cuspidibus, tetragona forma, quæ in quamcumque partem inciderint, aculeos aliquos protendunt: unde in terram dolose conjici solent, ut iis hostilis equitatus ingruens induatur. *caltrops.* *Val. Max.* l. 3. c. 7. n. 2. Ut circa mœnia ferreos murices spargeret, &c. *Curt.* l. 4. c. 13. *sub fin.* Murices ferreos in terram defodisse Darium, qua hostem equites emissurum esse credebat. ¶ In illo *Gell.* l. 6. c. 4. Captivos in armario muricibus præfixo destitutos, et insomnia cruciatos, &c. vel militares illi murices, vel aculeati quicumque stimuli ad pungendum et lacerandum intelliguntur.

MURGENTĪNUS, a, um, ad Murgentum pertinens, quod est Siciliæ oppidum. Hinc *Murgentini, orum*, ejus cives, apud *Plin.* l. 3. c. 8. *a med.* Murgentinus ager, *Cic. Verr.* 5. c. 18. Murgentina vitis, aut uva, quæ et Pompeiana, *Plin.* l. 14. c. 2. *sub fin.* et *Colum.* l. 3. c. 2. *a med.* et Murgentinum vinum, *Cato R. R.* c. 6. et *Plin.* l. 14. c. 4.

MURGISO, callidus morator (*al.* murmurator) ut *Gloss. Isid.* explicant. Est a mora, et decisione, ut *Festus* docet, quasi *moriciso.*

MURĬA, æ, f. *salt liquor, strong brine or pickle*, ἅλμη, τάριχος, salsugo, aqua salsa, liquor ex sale resolutus, quo aliquid maceratur, et servatur. Videtur esse per aphæresim ab ἁλμυρὸς, salsus. Duplex est, dura, et soluta. Fit autem soluta, quæ ad vini condituram paratur, ex aqua marina, vel etiam dulci, decocta ad tertias, et sale ac melle condita, ut pluribus *Colum.* l. 12. c. 25. et *Cato R. R.* c. 105. docent. Duræ faciendæ rationem *Colum. ibid.* cap. 6. tradit, ex aqua cælesti, vel fontana insolata diu, et candido sale tamdiu condita, donec ipsum sal liquescere desinat, et integer permaneat. tunc enim matura est, alioquin cruda. Ea condiuntur ac servantur multa, quæ in usum ciborum reponuntur, ut cymæ, capparis, caulis, oleæ, &c. Hac utebantur etiam pro ægrotis. *Cels.* l. 4. c. 9. *de lienosis.* Edenda sunt salsamenta, vel oleæ ex muria dura. *Id. ibid. de torminibus*, cap. 15. Portulacam vel coctam, vel ex dura muria edisse. *Colum. cit.* cap. 25. Quoniam quidam, imo etiam fere omnes Græci, aqua salsa, vel muria mustum condiunt. *Cato R. R.* c. 7. Oleæ conduntur vel virides in muria. *Cels.* l. 4. c. 15. Muria dura quam asperrima uti. *Colum.* l. 6. c. 30. *sub fin. de jumentis bile laborantibus.* Alii marina aqua lavant alvum, alii recenti muria. ¶ Est item *muria* liquamen thynnorum, ut garum scombrorum: illud erat pauperum, hoc divitum. V. *Garum.* Fit etiam ex mænis, ut ex *Plin.* l. 26. c. 4. *sub fin.* colligitur: item ex aliis piscibus. *a kind of sauce or pickle made of the tunny or other fish.* *Pers.* sat. 6. v. 20. Tingit olus siccum muria vafer in calice empta. *Plin.* l. 31. c. 7. *circa med.* E muria salsamentorum sal recoquere. ¶ De muria thynnorum est illud *Manil.* l. 5. v. 668. Altera fit cædis cædes: scinduntur in artus Corpora, et ex uno varius describitur usus. Illa datis melior succis pars: illa retentis. Hinc sanies pretiosa fluit, floremque cruoris Evomit, et mixto gustum sale temperat oris. ¶ *Quintil.* l. 8. c. 2. reprehendit oratorem quendam, ex iis, qui omnia, quæ sunt in usu, reformidant. nam ut *salsamenta* vitaret, *duratos muria pisces* dixerat. ¶ Narrat *Aurel. Vict. de Vir. illustr.* c. 66. cum M. Livius Drusus Philippo consuli, legibus Agrariis resistenti, ita collum in Comitio obtorsisset, ut sanguis ei e naribus efflueret, dixisse, luxuriam exprobrando, illum sanguinem muriam de turdis esse, quia Philippus turdos sæpissime esitabat.

MURIATĬCUS, a, um, *that has been long in brine, briny, muriatic*, in muria conditus, ἁλμευθείς. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 32. Soror, cogita, amabo, item nos perhiberi, Quasi salsa muriatica esse autumantur, Sine omni lepore, et sine suavitate: Nisi multa aqua usque et diu macerantur, Olent, salsa sunt, tangere ut non velis. et vers. 38. Coqua est hæc, ut opinor: scit, muriatica ut maceret.

MURICĀTIM, adverb. *wreathed or shaped like a burret*, convolutim, muricum instar. *Plin.* l. 9. c. 33. Vertice muricatim intorto. V. in *Murex.*

MURICĀTUS, a, um, *shaped like the murex or burret*, muricis modo factus. *Plin.* l. 20. c. 23. *de carduis.* Utrique folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus. ¶ Translate *muricati gressus* pro formidolosis, seu timendis dicuntur, quasi per murices ferreos fiant. *Fulgent.* l. 1. *Myth. post init.* Muricatos, quod aiunt, sigillaverunt gressus.

MURICĔUS, a, um, *like the murex, rough or pointed like the burret*, ad murices pertinens, vel asper, aculeatus, scruposus. *Auson.* ep. 9. v. 4. Ostrea muriceis scopulorum mersa lacunis.

MURICĪDUS, a, um, *slothful, lazy*, ignavus, imbellis, stultus: quasi mures cædere valens, μυοκτόνος. *Plaut. Epid.* 3. 1. 12. Væ tibi, muricide homo. Est qui legit *murcide.* V. *Murcidus*, et *Murcus.* ¶ Apud *Fest.* scribitur *murricidus*: quod nollent Critici.

MURĬES, ei, f. idem ac muria. *Cat. R. R.* c. 88. Si natabit, ea muries erit, qua vel carnem, vel caseos, vel salsamenta condias. ¶ Muriem *Festus* ex Veranii sententia interpretatur salem in pila tusum, et in ollam fictilem conjectum, ibique opertum, gypsatumque, et in furno percoctum, quo Vestales serra ferrea secto, et in seriam conjecto, quæ erat intus in æde Vestæ, in penu exteriore, aquam jugem addentes, vel quamlibet, præterquam quæ per fistulas venit, in sacrificiis utebantur. V. *Exfit.*

MURILEGŬLUS, li, m. κογχυλιευτής, qui murices piscatur in usum purpuræ. Est titulus septimus lib. 11. *Cod. Justin.* et vigesimus lib. 10. *Cod. Theodos.* inscriptus *de murilegulis, et gynæciariis*, &c. ubi multa de his.

MURĪNUS, a, um, *of a mouse*, μυωτὸς, ad mures pertinens. *Plin.* l. 30. c. 9. *sub fin.* Murinus sanguis. *Id.* l. 29. c. 6. *ante med.* Murina pellis. *Id.* lib. 30. c. 13. Murinus fimus. *Seren. Sammon.* c. 49. v. 910. Aut facilem jecoris murini ducere fibram. ¶ *Murinus color* qualis fere est in asinis. *Colum.* l. 6. c. 37. *circa med.* Murinus color cum sit in asino vulgaris, tum etiam non optime respondet in mula. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 2. n. 87. ¶ *Murinum hordeum* herba est, quæ Græco nomine herba Phœnicea dicitur. Hæc trita, et in vino pota mensibus prodest. *Plin.* l. 22. c. 25. *ante med.* ¶ Quod *Justin.* l. 2. c. 2. *murinis pellibus, aut ferinis* uti Scythas tradit, intelligit pelles e majusculis animalibus, illius regionis propriis, ut sunt feles agrestes, vulpeculæ, et quos hermelinos, et martes vocant, et hujusmodi: et fortasse hi habent et mures ejusdem speciei cum nostris, sed majores tamen, quorum pelles vestibus conficiendis aptæ sint. *marten skins, or the skins of other small furred beasts.* *Ferinas* vero *pelles* intelligit majorum ferarum, ut luporum, tigrium, leonum, pantherarum, &c. V. *Mus.* ¶ *Auricula murina* apud *Scribon. Larg. compos.* 153. herba est, de qua V. in *Myosota.* ¶ De Murinis campis V. *Campe.*

MURMUR, uris, n. *a murmur, small shrill sound, still small noise; a humming or buzzing noise; the noise of running water, purling of a brook,* &c.; *the whistling or rustling of trees; a whisper,* ψόφος, decurrentis aquæ, vel maris et fluctuum strepitus, susurrus. Vox est a sono ficta, teste *Quintil.* l. 8. c. 6. *ante med.* ut *mugitus, sibilus:* a sono, inquam, non Latinæ litteræ *u*, sed Græcæ *ο*, et *υ*. Est enim a μορμύρω, quod indidem fictum est. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 40. Nam et odor urbanitatis, et mollitudo humanitatis, et murmur maris, et dulcedo orationis sunt ducta a ceteris sensibus. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 21. Aqua per pronum trepidat cum murmure rivum. *Virg. Georg.* 1. v. 109. unda cadens raucum per levia murmur Saxa ciet. *a hollow or hoarse sound. Ovid. de remed. amor.* v. 177. jucundo labentes murmure rivos. *Lucret.* l. 6. v. 141. Sunt etiam fluctus per nubila, qui quasi murmur Dant infringendo graviter, quod item fit in altis Fluminibus, magnoque mari, cum frangitur æstu. *Propert.* l. 4. el. 7. v. 4. Murmur ad extremæ nuper humata viæ. *h. e.* ad ripam Anienis fluvii, cum murmure labentis. Al. leg. *marmor* minus recte. ¶ Translate dicitur de quocumque strepitu. *Virg.* 4. *Æn.* v. 160. magno misceri murmure cælum. *din. Id. Ecl.* 9. v. 58. ventosi ceciderunt murmuris auræ. *Suet. in Calig.* c. 51. Ætnæi verticis fumo ac murmure pavefactus. *grumbling, rumbling. Plin.* l. 2. c. 80. *de terræ motu.* Præcedit murmur similius mugitibus, aut clamori humano, armorumve pulsantium fragori. *Val. Flacc.* l. 2. v. 338. clausæ murmura flammæ. *Plin.* l. 28. c. 7. *circa med.* Lacte mulieris murmura aurium ejicere. *the ringing, tingling. Martial.* l. 8. epigr. 55. Auditur quantum Massyla per avia murmur, Innumero quoties silva leone furit. *roaring, bellowing. Sil.* l. 3. v. 698. alta sonoro Collisis trabibus volvuntur murmura loco. *Stat.* 12. *Theb.* v. 170. Tigridis Hyrcanæ jejunum murmur. *growling, gnarling. Propert.* l. 4. el. 4. v. 59. tubicen fera murmura conde. *dread blasts. Lucan.* l. 9. v. 349. *de Tritone.* ventosa perflantem murmura concha. *Horat.* l. 2. od. 1. v. 17. minaci murmure cornuum Perstringis aures. *Ovid.* 14. *Met.* v. 537. Aera complere inflati murmure buxi. *Virg.* 6. *Æn.* v. 709. *de apib.* strepit omnis murmure campus. [† *Id.* 5. *Æn.* 369. magnoque virum se murmure tollit. *shouts, huzzas, applause.*] *Martial.* l. 9. epigr. 70. *de ludi magistro.* Murmure jam sævo, verberibusque tonas. *muttering.* ¶ De submissa voce, aut inarticulata. *Plaut. Rud.* 5. 3. 48. Palam age: nolo murmur ullum, neque susurrum fieri. *Liv.* l. 45. c. 1. Murmur repente populi tota spectacula pervasit, devictum regem esse. *it was noised or bruited. Stat.* 10. *Theb.* v. 440. *de moribundo.* supremaque murmura volvens. *hollow murmurs, groans. Propert. in fi.* el. 4. l. 2. contemnere murmura famæ. *Virg.* 12. *Æn.* v. 239. serpitque per agmina murmur. ¶ Et præcipue de precibus submissa voce conceptis. Mos enim erat, ut qui cupide ardenterque aliquid a diis peterent, præsertim si turpe esset votum, ut de forma, divitiis, ultione, et hujusmodi, submissius peterent, ne ab aliis exaudirentur. Unde *Senec.* ep. 10. *sub. fin.* Tunc scito te esse omnibus cupiditatibus solutum, cum eo perveneris, ut nihil Deum roges, nisi quod rogare possis palam. Nunc enim quanta dementia est hominum! turpissima vota diis insusurrant: si quis admoverit aurem, conticescent: et quod scire homines nolunt, Deo narrant. *Pers.* sat. 2. v. 6. Haud cuivis promptum est murmurque, humilesque susurros Tollere de templis, et aperto vivere voto. *Petron. in Satyr.* c. 85. Timidissimo murmure votum feci. *Ovid.* 7. *Met.* v. 251. Placare deos precibus et murmure longo. V. *Endiadys. Juvenal.* sat. 10. v. 289. Formam optat modico pueris, majore puellis Murmure, cum Veneris fanum videt anxia mater. ¶ Idem servabatur in sacris arcanis, et nocturnis. *Val. Flacc.* l. 7. v. 463. Carmina nunc totos volvit, figitque per artus Æsonidæ, et totum septeno murmure fertur Per clypeum. *Sidon.* carm. 2. v. 85. Chaldæus in extis Pontificum de more senex arcana peregit Murmura. *low mutterings.* ¶ Masculino genere extulit *Varro* apud *Non.* c. 3. n. 142. Acciti sumus, ut depontaremur: murmur fit verus.

MURMURABUNDUS, a, um, *murmuring or muttering greatly,* valde murmurans. *Apul.* l. 2. *Metam.* Qui cunctorum obstinatione confusus, indigna murmurabundus, cum vellet exsurgere, &c.

MURMURĀTĬO, nis, f. *the raising of a murmuring noise,* μορμυρισμός, actus murmurandi. *Plin.* l. 10. c. 3. Murmuratio querula aquilarum. *clamour.* ¶ Item fremitus renuentis, et contradicentis. *Senec.* ep. 107. *a med.* Optimum est, Deum sine murmuratione comitari. *without grumbling.* et lib. 5. *de benef.* c. 15. Nec est, quod hanc tantum nostram murmurationem putes, pro pessimo pravoque numerantium, quidquid citra recti formulam cecidit.

MURMURĀTOR, oris, m. *a murmurer, grumbler,* obtrectator. *Augustin.* l. 2. *Retract.* c. 20. Illi adversus Deum murmuratores, qui profecto alias escas non desiderarent, si hoc eis saperet manna, quod vellent. Adde *Fest.* in *Summussi*, ubi est submisse loquens.

MURMURĀTUS, a, um. *Apul. in Apolog.* Magia occulta non minus, quam tetra, plerumque noctibus vigilata, et carminibus murmurata.

MURMURILLO, as, n. 1. *to utter a low murmur,* ὑποτονθορύζω, submurmuro. *Plaut. in fragm.* apud *Non.* c. 2. n. 572. Quid murmurillas tecum, et te discrucias?

MURMURILLUM, li, n. *a small or low murmur,* ὑποτονθορυσμός, submurmuratio. *Plaut. Rud.* 5. 3. 48. Nolo, murmurillum, neque susurrum fieri. Ita *Non.* legit cap. 2. n. 572. Alii *murmur ullum.*

MURMŬRO, as, avi, atum, a. 1. *to raise a noise or murmur, yield a low or hollow sound, murmur, make a loud noise, grumble, rumble, roar,* μορμύρω, sonum confusum edo, strepo: et proprie dicitur de aquis. Factum est enim imitatione illius sonitus, ut in *Murmur* dictum est, et *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 31. *a med.* et *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. *a med.* docent. *Cic.* 5. *Tuscul. c. pænult.* Fremitus murmurantis maris. *Varr. loc. cit.* Murmurantia litora. *Virg.* 10. *Æn.* v. 212. Spumea semifero sub pectore murmurat unda. *Stat.* l. 2. *silv.* 7. v. 98. ripæ murmurantis Hebri. *Nemesian. Ecl.* 4. v. 47. Hic tibi lene fluens fons murmurat. *purls.* ¶ Transfertur ad alios strepitus. *Plin.* l. 18. *c. ult. a med.* Ignes pallidi murmurantesque tempestatum nuntii sentiuntur. *Plaut. Cas.* 4. 3. 6. Mihi inanitate jamdudum intestina murmurant. *Plin.* l. 10. c. 29. *de lusciniæ cantu.* Interdum et secum ipse murmurat. ¶ Est etiam submissa voce loqui, *to murmur, mutter. Varr. loc. cit.* Qui murmurat, ita leviter loquitur, quod magis id sono facere, quam ut intelligatur, videatur. *Ovid.* 11. *Met.* v. 52. flebile lingua Murmurat exanimis. ¶ Aliquando est quippiam recusantis, et submissis vocibus indignationem significantis. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 13. At ut scelesta sola secum murmurat! Oculos hercle ego istos, scelus, effodiam tibi. *grumbles. Id. Mil.* 3. 1. 149. Tametsi dominus non invitus patitur, servi murmurant.

MURMŬROR, aris, atus sum, dep. 1. idem quod murmuro. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. *a med.* Murmuratur, dictum a similitudine sonitus. *Id.* apud *Non.* c. 7. n. 85. Romæ in balneis plodere cœpimus, et murmurari. *Id. ibid.* Cum ventrem meum coerceam, nec murmurari patiar. Adde *Claud. Quadrigar. ibid.* ¶ Pro obtrectare, carpere. *Apul. in Florid.* n. 16. (*al.* l. 3.) Quidam tarditatem poetæ murmurari, plures defendere.

MURRHA, *et* Myrrha, æ, f. *the murrhine stone,* μύῤῥα, lapis quidam, ex quo pocula fiebant magni pretii: de quibus V. in *Murrhinus.* Hinc per synecdochen de ipsis poculis dicitur. *Martial.* l. 4. epigr. 86. et *Lucan.* l. 4. v. 380. Nos bibimus vitro, tu myrrha, Pontice. quare? Prodat perspicuus ne duo vina calix. *Id.* l. 10. epigr. 80. maculosæ pocula myrrhæ. Adde l. 14. epigr. 113. ¶ Aliud est Myrrha, lacryma: de qua V. suo loco. ¶ Sunt quibus placet *Murra* scribi sine adspiratione. Itaque in veteri marmore apud *Gruter.* pag. 341. *Murra* nomen est equi Circensis: fortasse quia maculosus.

MURRHĀTUS. V. *Myrrhatus.*

MURRHĔUS, *et* Myrrheus, a, um, *made of the stone called* murra *or* murrha, ad murrham pertinens. *Propert.* l. 4. el. 5. v. 26. Murrheaque in Parthis pocula cocta focis. *Senec.* ep. 119. *ante med.* Utrum sit aureum poculum, an crystallinum, an murrheum, an Tiburtinus calix, an manus concava, nihil refert. V. vocem sequent. ¶ De myrrheo crine V. *Myrrheus.*

MURRHĬNUS, *et* Myrrhinus, a, um, *of the murrha or murrhine stone, murrhine or myrrhine,* ad murrham pertinens. *Murrhina* absolute sunt pocula, abaci, trullæ ex murrha: de quibus hæc habe ex *Plin.* l. 37. c. 2. *ante med.* Oriens murrhina mittit. Inveniuntur enim ibi in pluribus locis, nec insignibus, maxime Parthici regni: præcipue tamen in Carmania. Humorem putant sub terra calore densari. Amplitudine nusquam parvos excedunt abacos: crassitudine vero, quanta dictum est vasi potorio. Splendor his sine viribus, nitorque verius, quam splendor. Sed in pretio varietas colorum, subinde circumcingentibus se maculis in purpuram, candoremque, et tertium ex utroque ignescentem, veluti per transitum coloris, in purpura, aut rubescente lacteo. Sunt qui maxime in his laudent extremitates, et quosdam colorum repercussus, quales in cælesti arcu spectantur. His maculæ pingues placent: translucere, aut pallere quidquam, vitium est. Item sales, verrucæque non eminentes, sed, ut in corpore, etiam plerumque sessiles. Aliqua et in odore commendatio est. *Id. sub fin. proœm.* l. 33. Murrhina et crystallina ex eadem terra effodimus, quibus pretium faceret ipsa fragilitas. *Harduin.* ad hæc verba adscribit, putasse aliquos, murrhina esse *porcelain:* alios testam e concharum genere quopiam: alios induratam myrrham, et coloribus pictam: alios ipsum onychen. Sed nihil horum esse, verum lapidem sui generis, terra effossum, ut crystallum, ut ex *Plinio* apparet. *Martial.* l. 3. epigr. 82. v. 24. Opimianum morionibus nectar Crystallinisque, murrhinisque propinat. *Lamprid. in Heliogab.* cap. 32. Onus ventris auro excepit: in myrrhinis et onychinis minxit. *Paul. Dig.* lib. 33. tit. 10. leg. 3. *a med.* De murrhinis, et crystallinis dubitari potest, an debeant adnumerari supellectili, propter eximium usum et pretium. *Plin.* lib. 37. c. 2. *ante med.* T. Petronius consularis moriturus, invidia Neronis principis, ut mensam ejus exheredaret, trullam murrhinam trecentis talentis emptam fregit. *et paulo sup.* Murrhinus calix septuaginta talentis emptus. ¶ Murrhinum vitrum est, quod picturæ genere murrhina pocula imitatur. *Plin.* l. 36. c. 26. *ad fin.* ¶ De murrhina potione V. *Myrrhinus.*

MURRHOBATHRARĬUS, ii, m. *a perfumer,* qui calceamenta muliebria variis odoramentis, et unguentis imbuit: a μύῤῥα, *myrrha*, seu *murrha*, et βάθρον, solum, solea. Legitur apud *Plaut. Aulul.* 3. 5. 37. ubi alii *myrobathrarius*, a μύρον, unguentum: alii *malobathrarius*, h. e. qui malobathrum vendit: alii *myrobrecharius*, a μύρον, et βρέχω, tingo, madefacio.

MURRICĪDUS. V. *Muricidus.*

MURSENSIS, *et* Mursiensis, se, ad Mursam, seu Mursiam pertinens, quod est oppidum Pannoniæ ad Dravum fluvium, circa ea loca, ubi nunc *Essek. Ammian.* l. 15. c. 5. (*al.* 14.) Mursense prœlium. *Hieronym. advers. Lucifer.* sect. 18. (*al.* c. 7.) Valens Mursensis Episcopus. Al. leg. *Mursiensis.* Apud *Eutrop.* l. 9. c. 8. et lib. 10. c. 12. et apud *Aurel. Vict. in Epitom.* c. 41. habetur *Mursia:* sed Græce est Μύρσα, Mursa.

MURSĬA, dea. V. *Nortia.*

MURTA.
MURTĀTUS. } V. *Myrtus*, &c.
MURTĔUS.

MURTĬUS. V. *Murcius.*

MURUS, ri, m. *a wall built round a city or other place for defence,* τεῖχος, lapideus ambitus circa urbem, munimenti causa: a *mœrus* (quod V.) qui ab ὅρος duci videtur, quod περιτείχισμα *Hesychio* est. Differt a *pariete*, qui est privatarum ædium. *Cic.* 3. *de nat. Deor. sub fin.* Muri urbis, quos vos, pontifices, sanctos esse dicitis. *Id. Catil.* 1. c. 5. Magno me metu liberabis, dummodo inter me atque te murus intersit. *Id.* 1. *Offic.* c. 11. Quamvis murum aries percusserit. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 12. Oppidum, propter latitudinem fossæ, murique altitudinem, expugnare non potuit. et lib. 7. c. 65. Helvii intra oppida murosque compelluntur. *Nep. in Themist.* c. 6. Muros instruere. *Virg.* 1. *Æn.* v. 427. ducere. *Ovid. Metam.* 11. v. 204. ædificare. *Nep. in Con.* c. 4. *extr.* dirutos reficere. *Id. in Amilc.* c. 2. Hostes a muris removere. *Id. in Themist.* c. 7. Urbem muris sepire. *Justin.* l. 14. c. 5. præsidio murorum urbem includere. *Virg. Ecl.* 4. v. 32. cingere muris oppida. ¶ Dicitur etiam de privatis sepimentis. *Cic. Artic.* l. 2. ep. 4. *sub fin.* De muro, imperavi Philotimo, ne impediret, quo minus id fieret, quod tibi videretur. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 43. Nec communione parietum, sed propriis quæque muris ambirentur. *Calpurn.* ecl. 7. v. 48. ubi finis arenæ, Proxima marmoreo peragit spectacula muro. *In vet. S. C.* apud *Frontin. de aquæd.* arctic. 127. et 129. muri dicuntur ipsæ aquæductuum substructiones. ¶ *Muros* etiam vocabant quidam aggeres sine fossa. *banks or mounds of earth. Varr.* l. 1. *R. R.* c. 14. Aggeres qui faciunt sine fossa, eos quidam vocant muros, ut in agro Reatino. ¶ Ita etiam dici potest quodvis septum. *Juvenal.* sat. 4. v. 132. testa alta paretur, Quæ tenui muro spatiosum colligat orbem. *h. e.* ambitu, margine. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 69. *Hard.* Cor munitum costarum et pectoris muro. ¶ *Muros* etiam dixit *Silius* turres ligneas in tergis elephantorum, lib. 9. v. 601. *the wooden towers or castles fastened on the backs of elephants.* ¶ Translate est præsidium, munimentum, tutela. *a defence, protection, security. Cic. in Pison.* c. 4. Lex Ælia, et Fusia eversa est, propugnacula murique tranquillitatis atque otii. *Id.* 4. *Catil. c. ult.* Consulatus mei memoria dum erit vestris mentibus infixa, firmissimo me muro septum esse arbitrabor. *Justin.* l. 14. c. 5. Murus urbi civium virtus. *Sallust. in Catil.* c. 61. *a med.* Audacia pro muro habetur. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 280. Graium murus Achilles. *Claudian. de IV. consul. Honor.* v. 109. Non dabitis murum sceleri. *h. e.* perfugium et defensionem. Adde *Sil.* l. 16. v. 68. ¶ *Crinalem murum* vocat *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 284. ornamentum capitis Cybeles matris deum, quia turrita fingitur.

MUS, muris, m. et f. *a mouse,* μῦς, exiguum animal, incola domuum, penori, et vestibus, et chartis infestissimum, sed idem felium, et mustelarum insidiis ad necem semper quæsitum. *Cic.* 14. *ad Attic.* ep. 9. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. itaque non solum inquilini, sed etiam mures migraverunt. *Id.* 2. *de Divin.* c. 27. *a med.* Mures diem noctem aliquid rodentes. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 63. Neque enim homines murium, aut formicarum causa frumentum condunt. *Charis.* l. 1. pag. 110. *Putsch.* hic legit *murum*, confirmatque auctoritate *Plinii* l. 6. *de dub. serm.* Sed idem tamen *Plin. in Hist. nat.* pluribus in locis habet *murium:* quod sane est usitatius. *Virg.* 1. *Georg.* v. 181. sæpe exiguus mus Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit. *the tiny mouse. Horat.* l. 2. sat. 6. v. 80. Rusticus urbanum murem mus paupere fertur Accepisse cavo. *Plin.* l. 10. c. 65. Ex una mure genitos CXX. tradiderunt. *Plaut. Pers.* 1. 2. 6. et *Capt.* 1. 1. 9. *de parasitis.* Quasi mures semper edimus alienum cibum. ¶ Creditur differre a sorice, quod sorex major sit, clariusque strepat, et plus afferat detrimenti. *Plin.* l. 11. c. 50. sorici tribuit caudam in ima parte setosam, ut bubus, et leoni: et lib. 8. c. 57. ex *Nigidio* tradit, sorices hieme condi: quæ in nostros mures non conveniunt. Præterea *ibid.* docet, mures esse haud spernendum in ostentis etiam publicis animal:

soricum ostentu dirimi auspicia. *Colum.* l. 12. c. 31. Si quod animal in mustum ceciderit, et interierit, uti serpens, aut mus, sorexve. Multa sunt murium genera: domestici, agrestes, aranei, Pontici, Libyci, marini, &c. V. *Plin.* l. 8. c. 57. l. 9. c. 19. l. 10. c. 65. et alibi. ¶ *Mures* interdum vocantur silvestres quædam, feræque bestiæ minores, exterarum regionum, ut feles feri, vulpes, martes, hermelini, de quibus et in *Murinus* dictum est, quorum pellibus ad vestes est usus. *Amman.* l. 31. c. 2. (*al.* 3.) *de Hunnis.* Indumentis operiuntur linteis, vel ex pellibus silvestrium murium consarcinatis. *Senec.* ep. 90. Hodieque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur, ac murium, quæ tactu mollia, et impenetrabilia ventis sunt. ¶ Mus marinus, piscis est ex iis, qui in mari quidem vivunt, sed in terram quoque aliquando exeunt. Is in terra effosso scrobe parit ova, et rursus terra obruit: tricesimo die refossa aperit, fetumque in aquam ducit. *Plin.* l. 9. c. 19. et 51. *extr.* ¶ *Mures Africani* Romanis olim dicebantur (ut opinatur *Lips.* lib. 2. *Elect.* cap. 4.) Pantheræ, cum primum iis visæ, sicut elephanti Lucæ boves. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 51. Mures Africanos prædicat in pompam ludis dare se velle Ædilibus. *Plin.* tamen l. 30. c. 6. mures Africanos intelligit simpliciter mures in Africa natos, quos decoctos, et in cibo sumptos pulmonum vitiis mederi, docet. ¶ Sunt et mures odorati, quorum pelliculas gestabant delicatiores, et bene olere cupientes. *Hieronym.* ep. 16. *epitaph. Marcellæ.* Rubri maris pretiosissima grana suspendere, fragrare mure. *Id.* l. 2. *contra Jovinian.* sect. 6. Odoris suavitas, et diversa thymiamata, et amomum, et muscus, et peregrini muris pellicula, dissolutis et amatoribus convenit. *the civet, civet-cat, muskcat, μόσχος.* ¶ Proverb. est illud *Senecæ in Apocolocynt. ante med.* Venisti huc, ubi mures ferrum rodunt. Eo utimur, cum significare volumus, magnam loci ac rerum mutationem factam esse, et novas subito exortas esse difficultates, ut aliis omnino artibus ac moribus vivendum sit. (Mures aliquando ferrum rosisse, leges apud *Plin.* l. 8. c. 57. Et *Antigonus Caristius,* ut refert *Pier. ad Æn.* 3. v. 76. tradit, in Gyaro insula mures esse, qui ferrum abrodant.) *Id. ibid. paulo post.* Romæ mures molam lingunt: hic nobis curva corrigit. Aliud proverb. quo videtur significari, Romæ omnia humano et translatitio more fieri, nihilque agi, quod non et alibi usuveniat. Nam ubique mures molas lingunt, cum possunt: vel omnia Romæ abundare, et deliciarum esse affluentiam: vel denique magnam ibi esse vivendi licentiam. ¶ Aliquando mus est convicium hominis vilioris ac sordidi. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 58. *Burm.* Videbo te in publicum, mus, imo terræ tuber. ¶ Cur *murium* (*al.* murum) *pernicies* ab *Arnob.* l. 3. dictus sit Apollo, V. in *Smintheus.* ¶ Fuit *Mus* cognomen Romanæ familiæ in gente Decia, ut P. Decius Mus. *Frontin. de aquæd.* artic. 5. *Liv.* l. 10. c. 31. et *Plin.* l. 22. c. 5. Item cujusdam Apollonii medici, teste *Celso in præfat.* l. 5.

MUSA, æ, f. *a Muse,* Μοῦσα, dea, quæ Poeticæ, et Musicæ, et ceteris liberalium artium disciplinis præest. Varius est in Fabulis Musarum numerus: sed plerumque novem feruntur. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 21. Jam Musæ primæ quatuor, natæ Jove altero, Thelxiope, Acede, Arche, Melete: secundæ Jove tertio et Mnemosyne procreatæ novem: tertiæ Jove tertio Pierio natæ, et Antiopa, quas Pieridas, et Pierias solent Poetæ appellare, iisdem nominibus eodem numero, quo proxime superiores. Apud *Auson.* et tres, et octo, et novem memorantur, ep. 4. v. 63. An te carminibus juvat incestare canoras Mnemosynes natas aut tres, aut octo sorores? (*Serv. ad Æn.* 1. v. 12. Musas multi novem, multi octo, multi septem dixerunt. Hæc eadem habet *Arnob.* l. 3. p. 121.) *Id. in Gripho,* seu *Edyll.* 11. v. 30. Et Lyrici vates numero sunt Mnemosynarum, Tres solas quondam tenuit quas dextera Phœbi: Sed Citheron toties ternas ex ære sacravit Relligione patrum, qui sex sprevisse timebant. Illustrat hunc *Ausonii* locum præclare *Augustin.* docens l. 2. *de Doctr. Christiana,* c. 17. ex *Varrone,* cum cujusdam oppidi cives locassent apud tres artifices terna simulacra Musarum, quod in templo Apollinis donum ponerent, ut quisquis artificum pulcriora formasset, ab illo potissimum electa emerent; factum esse, ut opera sua illi artifices æque pulcra explicarent: et placuisse civitati omnes novem, et omnes esse emptas, ut in Apollinis templo dedicarentur: iis postea Hesiodum imposuisse vocabula. Ceterum tres tantum esse Musas, ex triplici sonorum genere. Aut enim assa voce sonum edi, ut in cantu; aut flatu, ut in tuba, et tibiis; aut pulsu, ut in citharis, et tympanis. ¶ Nihilominus novem celebrantur vulgo a Poetis: quarum nomina, et officia complexus est *Auson. Edyll. ult.*

Clio gesta canens, transactis tempora reddit.
Melpomene tragico proclamat mœsta boatu.
Comica lascivo gaudet sermone *Thalia.*
Dulciloquos calamos *Euterpe* flatibus urget.
Terpsichore affectus citharis movet, imperat, auget.
Plectra gerens *Erato,* saltat pede, carmine, vultu.
Carmina *Calliope* libris heroica mandat.
Uranie cæli motus scrutatur, et astra.
Signat cuncta manu, loquitur *Polyhymnia* gestu.
Mentis Apollineæ vis has movet undique Musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

¶ Hæc tamen officia interdum a Poetis confunduntur. *Virg.* 7. *Æn.* v. 37. Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum, &c. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 568. Quem mea Calliope læserit, unus ego. ¶ A variis locis, in quibus habitare finguntur, dictæ sunt Parnassides, Heliconides, Olympiades, Pierides, Thespiades, Hippocrenides, Pegasides, Castalides, Aonides, Pimplææ, Libethrides, &c. de quibus V. suis locis. ¶ Suum cuique locum in Cælo signat *Martian. Capella* l. 1. p. 11. Uraniæ sphæram stellatam, Polyhymniæ sphæram Saturni, Euterpæ Jovis, Erato Martis, Melpomenæ Solis, Terpsichoræ Veneris, Calliopæ Mercurii, Clio Lunæ. Thaliam facit in Terra remanere, sed in campis virentibus, et multo flore conspicuis. ¶ A plerisque virgines dicuntur. Hinc *Juvenal.* sat. 4. v. 36. narrate puellæ Pierides: prosit mihi vos dixisse puellas. Sunt tamen qui matres faciunt, natosque iis tribuunt, Orpheum, Linum, Sirenas. *Serv. ad Æn.* 1. v. 12. ¶ Finguntur in Parnasso præcipue habitare, ibique simul choreis et cantu inter lauros exerceri, remotæ a strepitu armorum et negotiorum, æternam Phœbo præside pacem tuente, et poeticum spiritum afflante. Habuere Romæ templum una cum Hercule, quod primum Evandrum excitasse ferunt, edoctum ab Hercule litteras: deinde M. Fulvium Nobiliorem in Circo Flaminio. V. *Musagetes.* ¶ Metonymice *Musa* pro cantu et carmine ponitur. *song, verse, poetry. Virg. Ecl.* 8. v. 5. Damonis Musam dicemus, et Alphesibœi. *Horat.* l. 2. od. 1. v. 37. Musa procax. ¶ Item pro quavis disciplina liberali. *learning, belles lettres, study. Cic. Tuscul.* 5. cap. 23. Quis est omnium, qui modo cum Musis, id est cum humanitate et cum doctrina habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit, quam illum tyrannum! *Id. in Orat.* c. 3. Forenses causas agrestioribus Musis reliquerunt. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *ad fin.* Ab oratoribus disjungo me fere, referoque ad mansuetiores Musas. *h. e.* ad studia philosophica. ¶ *Crassiore Musa,* crassa Minerva, et sermone, qui ab omnibus intelligatur, nihil subtile habens, aut abstrusum. *in a low or mean style. Quintil.* lib. 1. cap. 10. (*al.* 17.) Libet, propter quosdam imperitiores, etiam crassiore, ut vocant, Musa dubitationem hujus utilitatis eximere. Sic *Musa pedestris* apud *Horat.* est genus carminis tenui stilo, ac veluti domestico et translatitio, quale est Satyrarum: l. 2. sat. 6. v. 17. Quem prius illustrem Satyris, Musaque pedestri? ¶ *Nulla Musa,* invita Musa, sine gratia, sine ingenio, sine doctrina. *Varr.* apud *Non.* c. 6. n. 1. Cum tot comœdias sine ulla fecerit Musa, ego unum libellum non edolem? [† *Martial.* 2. 39. Musis et Apolline nullo. *without the help of the Muses; with no poetical genius.* ¶ *Musarum volucres* κατ' ἐξοχὴν apes appellat *Varro, R. R.* 3. 16.]

MUSÆUM. V. *Museum.*

MUSÆUS, i, poeta antiquissimus Orphei tempore, quem alii Lini filium, alii Orphei faciunt, cujus certe fuit discipulus, teste *Servio* ad illud *Æn.* 6. v. 667. Musæum ante omnes, &c.

MUSAGĔTES, æ, m. Μουσαγέτης, et Μουσηγέτης, a Μοῦσα, Musa, et ἄγω, duco, dux et comes Musarum. Est epitheton Græcum non solum Apollinis, sed etiam Herculis, qui ideo sic dictus est, quod et Musarum quies defensione Herculis, et virtus Herculis voce Musarum indiget, qua prædicetur. Fuit Romæ ædes Martis in Circo Flaminio, in quam a M. Fulvio Nobiliore Musarum signa, quæ Ambracia capta asportaverat, illata fuere: indeque *ædes Herculis Musarum* dicta est: quam postea Marcius Philippus Augusti vitricus instauravit, refecitque. Vocem *Musagetes* habes apud *Eumen. pro restaur. schol.* c. 7. rem ipsam *ibid.* et apud *Sueton. in Aug.* c. 29. *Ovid. Fast.* l. 6. v. 799. *Plin.* l. 35. c. 10. &c.

MUSCA, æ, f. *a fly,* μυῖα, parvum animal volatile: a Græca voce allata, *s* inserto, more antiquo. *Varr.* l. 3. *de R. R.* c. 6. Non ut muscæ liguriunt. ¶ Puer abige muscas, apud *Cicer.* 2. *de Orat.* c. 60. dictum de homine importuno, et molesto. Simile est illud *Catulli carm. ult.* neu conarere Telis infesto mi icere, musca, caput. ¶ *Ne musca quidem,* respondit Vibius Crispus cuidam interroganti, solus ne esset in cubiculo Domitianus, quod ille Imperator soleret acu per otium muscas venari; quod in proverbium transiit. *Sueton. in ejus vita,* c. 3. ¶ Muscam *Plaut. Merc.* 2. 3. 26. vocat curiosum hominem, et hac illac discurrentem. *et Pœn.* 3. 3. 76. muscas pro parasitis posuit, qui ad aliorum cœnas non vocati advolant. ¶ Fuit cognomen Romanum in gente Sempronia, ut T. Sempronius Musca. *Liv.* l. 45. c. 13.

MUSCARĬUM, ii, n. *a fly-flap, flap to drive away flies with,* σόβη, flabellum, quo muscæ abiguntur. *Martial.* l. 14. epigr. 67. cui lemma *Muscaria pavonina.* Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muscas, Alitis eximiæ cauda superba fuit. ¶ Item peniculus ad detergendum pulverem. *a tuft of hair to wipe off the dust; a brush. Id. ibid.* epigr. 71. cui titulus *Muscarium bubulum.* Sordida si flavo fuerit tibi pulvere vestis, Colligat hunc tenui verbere cauda levis. *Muscarium bubulum* est cauda bovis, quæ in extremo villosa et hirta est, ideo muscis abigendis, et detergendo pulveri idonea. *Veget.* l. 4. *rei veterin.* c. 1. 2. 3. et 4. sic vocat caudam ipsam equinam. ¶ Ab horum similitudine sic etiam appellatur coma quarundam herbarum, ut feniculi, ferulæ, florum sambuci, &c. σκιάδιον. *the top or tuft of certain herbs, in which the seed lies. Plin.* l. 12. c. 26. Semine in muscariis dependente.

MUSCARĬUS, a, um, *of a fly,* ad muscas pertinens. *Plin.* 29. c. 6. *a med.* Aranei muscarii tela. *h. e.* muscarum venatoris. *that catches flies.* ¶ *Muscarii clavi* dicuntur a *Vitruv.* l. 7. c. 3. *sub fin.* qui sunt capite latiore, et in modum umbellæ, cujusmodi sunt comæ quarundam herbarum, quæ ideo *muscaria* appellantur. *bossed nails.*

MUSCERDA, æ, f. *mouse-dung,* μυοχόδον, murium stercus. *Plin.* l. 29. c. 6. Præterea ut *Varro* noster tradit, murinum fimum, quod item muscerdas appellat.

MUSCĬDUS, a, um, *mossy,* musco obsitus, muscosus. *Sidon.* l. 8. *ep. ult.* Muscidi pumices.

MUSCIPŬLA, æ, f. *et* Muscipulum, i, n. *a mouse-trap,* μυσφόνον, instrumentum ad capiendos mures. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 868. et c. 4. n. 404. Muscipula contenta. *set, baited.* et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 8. *a med.* Si parit humus mures, minor fit vindemia, nisi totas vineas oppleris muscipulis: quod in insula Pandataria faciunt. *Phædr.* l. 4. fab. 1. v. 17. Qui sæpe laqueos, et muscipula effugerat. *Senec.* ep. 48. Verendum est, ne quando in muscipula syllabas capiam, aut ne caseum liber comedat. *Gloss. Vet.* Muscipulum, μυάγρα. Et in plur. Muscipula. παγίδες.

MUSCO, as. V. *Emusco.*

MUSCŌSUS, a, um, *mossy, covered or overgrown with moss,* μνιώδης, βρυώδης, musco abundans, musco obsitus. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 1. c. 2. *ad fin.* Ἀποδυτηρίῳ nihil alsius, nihil muscosius. *Virg. Ecl.* 7. v. 45. Muscosi fontes, et somno mollior herba. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 9. *a med.* Prata retorrida, et muscosa. *Plin.* l. 12. c. 1. Saxeæ crepidinis corona muscosos complexa pumices. *Id.* l. 16. c. 8. E glandiferis sola ægilops fert panos arentes, muscoso villo canos.

MUSCŬLA, æ, f. *a small fly,* parva musca. *Augustin.* l. 7. *de Trin.* c. 3. Scyniphes musculæ sunt brevissimæ, qua tertia plaga superbus populus Ægyptiorum cædebatur. *Arnob.* l. 2. pag. 74. Ut ferarum paterentur aliæ laniatus, muscularum aliæ ut interirent veneno.

MUSCULŌSUS, a, um, *full of muscles or sinews, sinewy,* μυώδης, musculis instructus. *Cels.* l. 4. c. 1. Cor natura musculosum. et lib. 5. c. 20. Si nervosus, aut musculosus is locus est. ¶ Item torosus, *pulpous, fleshy. Colum.* l. 8. c. 2. *a med. de gallis gallinaceis.* Lata et musculosa pectora, lacertosæque similes brachiis alæ. *Id.* l. 6. c. 37. *ante med. de asino admissario.* Sit amplissimi corporis pectore musculoso et vasto, feminibus lacertosis. *musculous, brawny.*

MUSCŬLUS, li, m. *a little mouse,* μυῒον, parvus mus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 14. Musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri. *Plin.* l. 27. c. 7. *ad fin.* Absinthium litteras a musculis tuetur. ¶ Est et nomen piscis (a similitudine figuræ) balænæ amicitia nobilis, quando prægravi superciliorum pondere obrutis ejus oculis, infestantia magnitudinem vada prænatans demonstrat, oculorumque vice fungitur: quæ sunt verba *Plinii in fin.* l. 9. Hoc idem, tacito nomine, versibus persequitur *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 425. ¶ Etiam concharum cuidam generi nomen musculo est. *a muscle. Cels.* l. 3. c. 6. *ad fin.* Uti cibo exiguo, maximeque oleribus, vel jure etiam concharum, musculorumve, aut locustarum. *Id.* l. 2. c. 29. inter ea, quæ alvum movent, recenset ostrea, pelorides, echinos, musculos, et omnes fere conchulas. Adde *Plaut. Rud.* 2. 1. 9. ubi al. leg. *mytilus.* ¶ In corpore animalis vocatur *musculus* instrumentum motus, *a muscle,* scil. membrum constans fibris nervosis intertextis, vena, arteria, et membrana sepiente. In illud immittitur nervus, qui spiritum deferat, quo musculus intumescit, et alterutram e duabus partibus movet, quibus infixus est. Infigitur autem fere in ipsa ossa. Ex una parte caput habere dicitur, ex altera caudam, seu tendinem, ut vocant: itaque conformatus alicubi est, ut parvum murem quodammodo referat. Sunt autem musculi in corpore animalis ubicumque moveri membra debent, ac pæne totidem, quot sunt ejus motus. *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 3. *extr.* et 22. Inflammatio timeri potest, ubi læsum est vel os, vel nervus, vel cartilago, vel musculus. et lib. 8. c. 1. Maxillæ alter processus sub osse jugali subit, et super id temporum musculis illigatur. ¶ Aliquando latiore significatione accipitur pro toro, et carne. *Lucan.* l. 9. v. 771. *de tabescente ex veneno.* sine ullo Tegmine poples erat: femorum quoque musculus omnis Liquitur. ¶ Translate *Plin.* l. 5. ep. 8. *a med.* Hanc (*historiam*) sæpius ossa, musculi, nervi: illam (*orationem*) tori quidam, et quasi jubæ decent. ¶ Est etiam hoc nomine machina militaris, obsidendis urbibus adhibita, qua tecti milites, aut materia apportata fossas complebant, aut vectibus muri fundamenta convellebant, *a warlike machine; a covered way; a shed or mantelet used in besieging towns.* Tradit *Veget.* l. 4. *de re milit.* c. 16. ejus usum fuisse etiam, ut sub ea milites terram solidarent, munirentque viam turribus ambulatoriis, dum muros accederent: unde nomen ei factum a marinis musculis, qui balænis prænatant, et vada demonstrant. Majoris musculi formam ita describit *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 10. Duæ primum trabes in solo, æque longæ, distantes inter se pedes IV.

collocantur, inque eis columellæ pedum in altitudinem V. defiguntur. Has inter se capreolis molli fastigio conjungunt, ubi tigna, quæ musculi tegendi causa ponant, collocentur. Eo super tigna bipedalia injiciunt, eaque laminis clavisque religant. Ad extremum musculi tectum, trabesque extremas, quadratas regulas IV. patentes digitos defigunt, quæ lateres, qui super musculo struantur, contineant. Ita fastigiato, atque ordinatim structo, ut trabes erant in capreolis collocatæ, lateribus lutoque musculus, ut ab igne, qui ex muro jaceretur, tutus esset, contegitur. Supra lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. Coria autem, ne rursus igni, ac lapidibus corrumpantur, centonibus conteguntur. Examinat hæc omnia, atque illustrat *Lips.* lib. 1. *Poliorc. dial. ult.*

MUSCUS, i, m. *moss*, βρύον, villosa illa lanugo, quæ in arboribus ac saxis provenit, qualem videmus circa fontes et loca humida, qualis etiam est illa, quæ in mari petris innascitur, ac mari innatat, unde et in litus evolvitur, ac projicitur, quæ aliter *alga* dicitur, *sea-weed, reit.* *Ovid.* 8. *Met.* v. 563. molli tellus erat humida musco. *Sil.* l. 15. v. 778. antra virentia musco. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 7. musco circumlita saxa. *Virg. Ecl.* 6. v. 62. Phaethontiadas musco circumdat amaræ Corticis. *h. e.* cortice muscoso, et amaro. ¶ Muscum, qui a *D. Hieronymo* l. 2. *in Jovinian.* sect. 8. inter odoramenta recensetur, quidam putant esse illum, quem ex cujusdam animalis Indici vomica erui, *Aetius* tradit, *musk, civet*, μόσχος.

MUSEIARĬUS, ii, m. idem qui musivarius: μουσεῖον. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 586. T. Julius Aug. lib. Nicephor. museiar. fecit sibi, &c.

MUSĒUM, i, n. (rectius quam Musæum, est enim Græce μουσεῖον) *a museum, place consecrated to the Muses; a place for study or for learned conversation*, sacrarium Musarum, locus ubi Musæ colebantur, et responsa reddebant: cujusmodi fuisse in Macedonia ad Olympum montem scribit *Philostrat. in vita Apollon.* Accipitur pro loco, seu ædificio, quo litterarum et studiorum causa homines conveniunt, quale fuit celeberrimum Alexandriæ, in quo publico sumptu viri docti quamplures alebantur, ut litteris vacarent. *Sueton. in Claud.* c. 42. et *Spartian. in Adrian.* c. 20. [¶ Latinam consuetudinem sequuntur ii, qui ita appellant ea loca, in quibus reponuntur et asservantur veterum monumenta, litterata marmora, et quæcumque ad rem numariam, et naturæ historiam spectant, et alia hujusmodi κειμήλια artium, studiorum ac litterarum causa collecta. Museum enim est quasi Musarum sedes; Musæ vero nusquam habitare libentius splendidiusque possunt, cum doctrinarum velut antistitæ, et artium præsides habeantur, ut ait *Morcellus Inscript.* pag. 280.] ¶ Musea item in ædificiis appellantur opera ex pumicibus, et saxis erosis constructa, ad specus imaginem arte reddendam, *grottos.* *Plin.* l. 36. c. 21. *a med.* ¶ In quibusdam libris legitur *Musium* pro *Museum.* Et quia *Musion* invenitur etiam pro *Musivo*, hinc fit, ut *Museum* æquivaleat utrique, et in unam sæpe significationem coalescant. V. *Musivum.*

MUSĒUS, a, um, Μουσεῖος, ad Musas pertinens. *Lucret.* l. 2. v. 412. Ac Musea mele, per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant. *musical sounds.* et lib. 1. v. 932. museo contingere cuncta lepore. *to embellish or grace with poetical expression.* Etiam *Apul.* l. 2. *Metam.* Orpheum *Museum vatem* dixisse videtur.

MUSĬA, Mysia, vetere usitatoque Latinis more, Græcam *υ* in *u* vertendi, ut *Suria* pro *Syria*, *Sulla* pro *Sylla*, et sexcenta alia. *Donat. ad Terent. Hecyr.* 1. 2. 8.

MUSĬCA, æ, *et* Musice, es, f. *Music*, Μουσική, scientia, quæ modum canendi demonstrat: a *Musis.* Antiquis signabat universe humanitatis studia, idque ex vi nominis. V. *Musicus.* Sed posteriores modulationi numerorum speciatim id nomen tribuerunt. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 32. Num Geometriam Euclide, aut Archimede, num Musicam Damone, aut Aristoxeno tractante, &c.? *Auson.* epist. 10. vers. 43. Socci, et cothurni musica. *h. e.* poesis comica, et tragica. ¶ Apud Græcos antiquos tantæ venerationis fuit, ut iidem Musici et Vates, et Sapientes judicarentur. Cujus scientiæ cum se imperitum Themistocles confessus esset, ut ait *Cicero* 1. *Tuscul.* cap. 2. habitus est indoctior. *Quintil.* l. 1. c. 10 (*al.* c. 17.) Musice antiquis temporibus tantum venerationis habuit, ut, &c. ¶ *Occultæ Musicæ nullus est respectus*, Græcum proverb. usurpatum a Nerone, causas prodeundi in scenam quærente, ut est apud *Sueton.* c. 20. Τῆς λανθανούσης μουσικῆς οὐδεὶς λόγος: vel Οὐδὲν ὄφελος ἀποῤῥήτου καὶ ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς. Significat autem, animi dotes si non proferas, perinde esse, quasi non habeas. *Eccli.* 20. 32. Sapientia absconsa, et thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque? *Gell.* l. 13. *c. ult.* Nosti verbum illud in Græcia vetus, musicam, quæ sit abscondita, eam esse nulli rei. Adde *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 397. ¶ Musicæ inventor fuit Amphion. *Plin.* l. 7. c. 56. *a med.*

MUSICARĬUS, ii, m. *a maker of musical instruments*, musicorum instrumentorum artifex. *Vet. Inscript.* apud *Gruter.* pag. 654. n. 1. Colocasio vernæ dulciss. et musicario ingeniosissimo, &c.

MUSICĀTUS, a, um, ad musicæ artis regulas factus. *Apul. in Asclep.* Ut dii musicatis hominum cantilenis concelebrarentur laudibus.

MUSĬCE, es. V. *Musica.*

MUSĬCE, adverb. μουσικῶς. Musice ætatem agere, h. e. splendide, delicate, laute, et alienis sumptibus. *pleasantly, merrily, rarely.* *Plaut. Mostell.* 3. 2. 40. Musice hercle ætatem agitis, ita ut vos decet; vino, et victu, piscatu probo, electili vitam colitis. Huc pertinet Græcum proverb. ἄκαπνα ἀοιδοὶ θύομεν. Nos cantores sacrificamus sine fumo. Et aliud Αὐλητοῦ βίον ζῇς, tibicinis vitam vivis. Nam musici, cum alios oblectent arte sua, opipare haberi ab iis solent: et tibicines, cum in sacrificiis canant, de pontificum mensa laute vivunt, atque adeo sine fumo, seu impensa cœnam coquunt.

MUSĬCUS, a, um, *musical*, μουσικός, ad musicam pertinens. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 15. *a med.* Plato negat mutari posse leges musicas sine mutatione legum publicarum. *Phædr.* l. 4. fab. 19. v. 20. Qui tristis audis musicum citharæ sonum. *Quintil.* l. 1. *c. ult. a med.* Musicis modis cantica excipere. *Gell.* l. 19. c. 9. Ingenium facile ac libens ad rem musicam. *apt, and with a taste for music.* *Plin.* l. 29. c. 1. Herophilus in musicos pedes venarum pulsus descripsit. *to time.* ¶ *Musica, orum*, musica ars, *music.* *Cic.* 1. *de Orat.* c. 42. In musicis numeri, et voces, et modi: in geometria lineamenta, formæ, intervalla: in astrologia cæli conversio, &c. et cap. 30. Dedere se musicis. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 22. Musicorum perstudiosus. ¶ *Musicus, ci*, musicæ artis peritus, *a musician.* *Cic.* 1. *Offic.* c. 41. In fidibus musicorum aures minima sentiunt. *Id.* 2. *Tuscul.* cap. 4. *sub fin.* Si absurde canat is, qui se haberi velit musicum. ¶ Est etiam *musicus*, ad litteras, humanitatem, et præsertim ad poeticam pertinens, *literary, learned, skilled in poetry, poetical.* Musæ enim his omnibus præesse dicuntur. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 44. Namque hæc duo, musici, qui erant quondam iidem poetæ, machinati ad voluptatem sunt versum, atque cantum. (*Musicum* de poeta usurpat *Auson.* epist. 11. et *in fin.* epist. 21.) *Terent. Heaut. prol.* v. 23. Applicare se ad studium musicum. *h. e.* Comicam poesim. Sic *Phorm. prol.* v. 18. Artem musicam tractare. *Gell. in præfat. ad fin.* Ut hæc commentaria ne attingat, neve adeat profestum et profanum vulgus, a ludo musico diversum. *h. e.* studio litterarum, aversum a Musis. ¶ *Musicus pes* a *Diomed.* l. 3. pag. 478. *Putsch.* enumeratur inter pentasyllabos, constans longa, brevi, longa, et duabus brevibus, ut *temperantia.*

MUSIGĔNA, æ, Musa genitus, Musæ filius. *Rufin. de compos. et metr. orat. inter Rhetor. antiq. Pithœi*, pag. 313. Musigenæ numeros vates, et metra sequuntur.

MUSĬMO, *et* Musmo, onis, m. *a mongrel creature*, μούσμων, animal ex duobus animalibus diversæ speciei procreatum. *Non.* c. 2. n. 530. Musimones, asini, muli, aut equi breves. *Cato ibid.* Asinum, aut musimonem, aut arietem. *Lucil. ibid.* Pretium emit, qui vendit equum musimonem. *Plin.* 8. c. 49. Est et in Hispania non absimile pecori genus musmonum, caprino villo, quam pecoris velleri propius. *Eugen. Toletan.* carm. 22. dicit, musimonem esse ex capra et ariete: quod verbis *Plinii* valde congruit. ¶ Ad illud *Virg.* 3. *Georg.* v. 446. udisque aries in gurgite villis, &c. adscribit *Servius:* musimonem dicit ducem gregis, quem ita et Varro commemorat. Sed puto, *Servium* falli.

MUSĬNOR. V. *Muginor.*

MUSIVARĬUS, ii, m. artifex musivi operis. *Constantin. Imp.* lib. 10. *Cod. Justin.* tit. 64. leg. 1. et lib. 13. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 2. Intestinarii, statuarii, musivarii. Adde *Cassiodor.* l. 7. *Variar.* 5. *a med.*

MUSĬUM, ii. V. *Museum.*

MUSĪVUM, vi, n. opus concinne tessellatum, varieque picturatum, *mosaic or tessellated work*, cujusmodi videre est in Æde Divi Marci Venetiis. *Spartian. in Pescenn. Nigro*, c. 6. Hunc in Commodianis hortis, in porticu curva, pictum de Musivo videmus, sacra Isidis ferentem. *Augustin.* l. 16. *de Civ. Dei*, c. 8. Hominum genera, quæ in maritima platea Carthaginis musivo picta sunt. *Trebell. Poll. in XXX. Tyrann.* c. 24. Accipiens ab his coronam civicam picturatam de musivo. Ubi alii leg. *Museo.* Musivum enim idem est ac musium, sive museum, quæ omnia sunt varie inflexa ab una voce Græca μουσεῖον. V. *museum.* ¶ Adjective *Inscript.* apud *Spon. in miscell. erud. ant.* sect. 2. artic. 8. p. 39. Cameram superposuit, et opere museo exornavit. Exhibet *ibid. Spon.* figuram musivi antiqui Lugdunensis: simulque hujus appellationis causam ex eo ducit, quod essent musiva quasi Musarum manibus elaborata: vel quod sic sæpe exornarentur Musea, seu ædes Musis sacræ, in quas viri litterati conveniebant.

MUSMO. V. *Musimo.*

MUSSATĬO, onis, f. mussitatio, actus mussandi. *Ammian.* l. 20. c. 8. (*al.* c. 20.) Salutem mussatione quæritabam, et latebris. Al. leg. *simulatione.*

MUSSITATĬO, onis, actus mussitandi. *Apul.* l. 8. *Metam. post init. de canibus venaticis.* Tacitaque prius servata mussitatione, signo sib irepentino reddito, latratibus miscent omnia.

MUSSĬTO, as, n. 1. *to mutter, grumble, maunder*, μύζω, frequent. a musso, hoc est, multum et frequenter musso. *Plaut. Mil.* 3. 1. 119. Illi inter se certant donis, ego hæc mecum mussito: bona mea inhiant, &c. *Id. Pseud.* 1. 5. 85. Non a me scibas pistrinum in mundo tibi, cum ea mussitabas? *Apul. in Apolog.* Hunc illa timorem mussitabat, adversari propalam non audebat. *Liv.* l. 1. c. 50. Jam enim ita clam quidam mussitantes, vulgo tamen eum appellabant. ¶ Significat etiam tacere, cum silentio pati. *Plaut. Mil.* 2. 5. 65. Quid propius fuit, quam ut perirem, si locutus fuissem hero! *P.* Ergo, si sapis, mussitabis. *Terent. Adelph.* 2. 1. 53. Accipienda et mussitanda injuria adolescentium est. Ubi *Donatus* notat, proprie mussitare esse dissimulandi causa tacere. *Plaut. Cas.* 3. 5. 33. Insectatur omnes domi per ædes, nec quemquam Prope ad se sinit adire: ita omnes sub arcis, sub lectis Latentes metu mussitant. Adde *Trucul.* 2. 2. 57.

MUSSO, as, avi, atum, a. 1. *to speak low or to one's self, mutter, murmur, grumble*, μύζω, submissa voce loquor, clam murmuro: a *mutio.* *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 5. *ad fin.* ducit ex eo, quod muti non amplius quam μῦ dicunt. μῦ autem Latine *mu* vertitur. *Liv.* l. 33. c. 31. Soli Ætoli id decretum clam mussantes carpebant. *Id.* l. 7. c. 25. Mussantes inter se rogitabant, num, &c. *Plaut. Merc. prol.* v. 49. Summo hæc clamore, interdum mussans. *Virg.* 11. *Æn.* v. 454. Flent mœsti, mussantque patres. *Stat.* 3. *Theb.* v. 92. Excussæ procerum mentes, turbataque mussant Concilia. Dicitur interdum de hærentibus, et dubitantibus. Qui enim dubitat, secum ipse tacitus loquitur, nec rem clare aperit. Item de iis, qui timent, neque se explicare audent, sed dissimulant. Unde fit, ut et pro tacere accipiatur. *Virg.* 12. *Æn.* 567. mussat rex ipse Latinus, Quos generos vocet, aut quæ se ad fœdera flectat. *Lucret.* l. 6. v. 1177. mussabat tacito medicina timore. *h. e.* hærebat dubia, quodnam inusitato morbo remedium afferret. *Plin.* l. 7. ep. 1. Cum mussantes medicos repente vidissem. *Virg. Æn.* 11. v. 344. cuncti se scire fatentur, Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant. *are afraid to speak their mind.* *Sallust. in orat. Licin. ad pleb.* L. Sicinius, primus de potestate trib. loqui ausus, mussantibus vobis circumventus erat. *Cæcil.* apud *Fest.* in *Summussi.* Quod potes, sile, cela, occulta, tege, tace, mussa, mane. *Virgil.* commode translulit ad boves, 12. *Æn.* vers. 718. Stat pecus omne metu mutum, mussantque juvencæ, Qui nemori imperitet, quem tota armenta sequantur. ¶ Passive *Plaut. Aulul.* 2. 1. 12. Æquum non est occultum id haberi, neque per metum mussari, quin participem pariter ego te, et tu me ut facias. ¶ Pro tacere est etiam illud *Ennii* apud *Fest.* Non decet mussare bonos. Corrigunt *Critici:* Non decet hic mussare bonos. *vel*, Namque decet, &c. *Servius*, et *Philargyr.* alium *Ennii* locum referunt ad 4. *Georg.* v. 188. Non possunt mussare boni, qui facta (*al.* tanta) labore Nixi militiæ peperere. ¶ Quod addit *Servius* ad 12. *Æn.* v. 657. ex *Clodio Tusco:* Mussare est ex Græco, comprimere oculos: Græci μῦσαι dicunt: Corrigendum est *comprimere labia.* id enim valet Græcum verbum. ¶ Pro murmurare, bombum edere. *to hum, buzz.* *Virg.* 4. *Georg.* vers. 188. *de apib.* Fit sonitus, mussantque oras et limina circum. ¶ In illo *Varron.* apud *Non.* c. 4. n. 125. et 306. Discumbimus mussati, dominus matura ova ad cœnam committit. *mussati* videtur esse participium a *mussor, aris*, depon.

MUSTĀCE, es, f. lauri genus maximo folio, ita dictum, quod mustaceis subjiceretur. *Plin.* l. 15. c. 30.

MUSTACĒUM, *et* Mustaceus, i, m. et n. *marchpane; a kind of sweet cake used at weddings; a bride-cake*, οἰνοῦττα, libi genus est, quod in nuptiis adhiberi solebat, cujus conficiendi rationem docet his verbis *Cato de re rust.* c. 121. Mustaceos sic facito: farinæ siligineæ modium unum musto conspergito: anisum, cuminum, adipis pondo duo, casei libram, et de virga lauri deradito, eodem addito: et ubi definxeris, lauri folia subtus addito, dum concoques. *Juvenal.* sat. 6. v. 201. Si tibi legitimis pactam, junctamque tabellis Non es amaturus, ducendi nulla videtur Causa, nec est, quare cœnam, et mustacea perdas. *Cic. Attic.* l. 5. epist. 20. *ante med.* Laureolam in mustaceo quærere. *proverb.* quod significat, ex re frivola et exigua laudem quærere. [vel id quod fieri non poterat, ut laurus nempe mustaceo supposita inveniretur, eo quod igne absumi, dum coquebatur mustaceum, debuisset.]

MUSTARĬUS, a, um, *of new wine*, ad mustum pertinens. *Cato R. R.* c. 11. Urceos mustarios decem.

[* MUSTECŬLA, æ, f. diminut. a *mustela.* *Auct. carm. de Philomel.* v. 61. Mus avidus mintrit, velox mustecula dintrit. Alii leg. *velox mustelaque dintrit.*]

MUSTĒLA, læ, f. *a weasel*, γαλῆ, animal quadrupes parvum, sed oblongum, flavi coloris, muribus, columbis, gallinis infestum. Duo autem, inquit *Plin.* l. 29. c. 4. sunt genera: alterum domesticum, quod in domibus nostris oberrat, et catulos suos, ut auctor est Cicero, quotidie transfert, mutatque sedem, serpentes persequitur: alterum silvestre, distans magnitudine, Græci ἰκτίδα vocant. *Plaut. Stich.* 3. 2. 43. Certum est mustelæ posthac nunquam credere. nam incertiorem nullam novi bestiam. quæne et ipsa decies in die mutat locum. V. *Galanthis.* Lepidas de ea fabellas habet *Phædr.* l. 1. fab. 22. l. 1. fab. 4. et 5. ¶ Est etiam genus piscis marini, et fluviatilis, *a sea-weasel*, cujus meminit *Plin.* l. 9. c. 17. et lib. 32. c. 9. *extr.* item *Enn.* apud *Apul. in Apolog.* et *Colum.* l. 8. c. *ult.* Fluviatilem quidam esse putant nostram *lampetram.* [† A lambendis petris, nunc *lampetras* nominant. *Sipontin.* ap. *Gesner.*] ¶ Legitur et *mustella.*

MUSTELATUS, a, um, adject. a mustela, ut Mustelatum peplum, h. e. colore mustelino tinctum, apud *Apul.* l. 2. *Metam.* ut quidem nonnulli legunt. Sed alii omnino aliter.

MUSTELĪNUS, a, um, *of or like a weasel*, γαλεώδης, ad mustelas pertinens. *Plin.* l. 30. c. 14. Utriculus mustelinus. *Terent. Eun.* 4. 4. 21. Victus, vetus, veternosus senex, colore mustelino. *h. e.* sublivido. V. hic *Donat.* ¶ Legitur et *mustellinus.*

[* MUSTELLĀGO terrestris, herba eadem ac laurago, chamædaphne. *Apul. de herb.* c. 58.]

MUSTELLARIUS vicus Romæ, qui memoratur a *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 8. *ad fin.* ponitur ab *Onuphr. Panvin.* in regione Urbis sexta, et antiquus extra ordinem fuisse dicitur.

MUSTEUS, a, um, *sweet as must or new wine, new made, fresh*, γλεύκινος, succo abundans, et sapore musti: item recens, quia recentia teneriora, et succosiora esse solent. V. *Mustus. Cato R. R.* c. 7. et *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 59. Mala, quæ antea mustea vocabant, nunc melimela appellant. *Plin.* l. 15. c. 14. Mala mustea, a celeritate mitescendi: quæ nunc melimela dicuntur, a sapore melleo. *Colum.* l. 9. c. 15. *sub fin.* Ubi liquatum mel in subjectum alveum defluit, transfertur in vasa fictilia, quæ paucis diebus aperta sint, dum musteus fructus defervescat. *Martial.* l. 13. epigr. 55. Musteus petaso. *Plin.* l. 11. c. 42. Musteus caseus. *Id.* l. 12. c. 7. Musteum piper. *h. e.* recens decerptum. *Id.* l. 13. c. 4. *extr.* Musteæ palmæ. *Id.* l. 37. c. 3. Succinum liquidum primo destillare, argumento sunt quædam intus translucentia, ut formicæ, aut culices, lacertæque, quas adhæsisse musteo, non est dubium, et inclusas induresecenti. ¶ Quod *Varro* dicit apud *Non.* c. 4. n. 438. Pueri in ædibus sæpius pedibus offensant, dum recentes musteos in carnario fluitare suspiciunt: *musteos recentes* videtur intelligere petasones, vel farcimina, vel larida recentia, aut hujusmodi: et fortasse τὸ recentia glossema est. *Plin.* l. 8. ep. 21. *ad fin.* Non dubito cupere te pro cetera mei caritate, quam maturissime legere hunc adhuc musteum librum. *h. e.* novum, recentem. ¶ *Næv.* apud *Non.* c. 2. n. 518. Utrum est melius, virginemne, an viduam uxorem ducere? virginem, si mustea est. *h. e.* adolescens, et succi plena. *Al. leg.* musta.

MUSTĪCUS. V. *Mysticus.*

[* MUSTĪO, onis, m. parva musca, quæ in vino nascitur. *Isidor.* 12. *Orig.* c. 8. Bibiones sunt, qui in vino nascuntur, quos vulgo mustiones a musto appellant.]

MUSTRICŎLA, *a shoemaker's last*, est machinula ex regulis, in qua calceus novus suitur. Afranius, Mustricolam in dentes impingam tibi. Hæc *Fest.* ¶ Legitur et *mustricula*, quæ *in Gloss. Isid.* dicitur esse machina ad stringendos mures. *a mouse-trap.*

MUSTULENTUS, a, um, *abounding in must*, musto abundans, musteus. *Plaut. in fragm.* apud *Non.* c. 1. n. 322. et cap. 4. n. 476. Nam ita mustulentus æstus nares attigit. *Non.* altero loco *ventus* habet pro *æstus*, et *obtigit* pro *attigit. Apul.* lib. 2. *Metam.* Mustulentus autumnus. et l. 9. Mustulentæ autumni deliciæ.

MUSTUM. V. in voce sequenti.

MUSTUS, a, um, *new made, fresh, new, young*, νέος, novus, recens, novellus: fortasse a μόσχος, tener. *Næv.* apud *Non.* c. 2. n. 518. Utrum est melius, virginem ne, an viduam uxorem ducere? virginem, si musta est. *al. leg.* mustea. *Cato* apud *Priscian.* l. 6. p. 711. *Putsch.* De agna musta pascenda. *Id. de R. R.* c. 115. In vinum mustum veratri manipulum conjicito. *Martial.* l. 13. epigr. 120. et *Prudent.* l. 1. *advers. Symmach.* v. 127. Mustum Falernum. ¶ *Mustum* absolute est vinum novum, nondum purgatum. *must, new wine*, γλεῦκος. *Cato R. R.* c. 120. Mustum si voles totum annum habere, in amphoram mustum indito, et corticem oppicato, demittito in piscinam, post XXX. diem eximito: totum annum mustum erit. *Virg.* 1. *Georg.* v. 295. Dulcis musti humor. *Plin.* l. 9. ep. 16. Mustum novum. *Plin. alter* l. 23. c. 1. *ante med.* Musta differentias habent naturales has, &c. *Martial.* l. 1. epigr. 19. In Vaticanis condita musta cadis. *Tibull.* l. 1. el. 1. v. 6. pleno pinguia musta lacu. *Ovid.* 1. *Amor. el. ult.* v. 11. mustis uva tumebit. *Id.* 14. *Metam.* v. 146. Tercentum messes, tercentum musta videre. *h. e.* tercentum æstates, totidem autumnos, uno verbo tercentum annos. metalepsis ¶ *Musta olei*, est recens oleum. *Plin.* l. 15. c. 1. Consequens olearum vindemia est, arsque vel major olei musta temperandi. Ita *Harduin.* ex MSS. Al. leg. *olei, quam musta.*

[† MUT, indecl. V. *Mu.*]

MUTA, æ, dea, quæ et Lara, et Larunda, Larium mater, una ex Naiadibus, quam ob intemperantiam linguæ Jupiter usu loquendi privavit. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 583. *Lactant.* lib. 1. *Institut.* cap. 20. *a med.*

MUTABĪLIS, le, *changeable, subject to change, mutable, alterable, unsettled, inconstant, fickle, uncertain*, μεταβλητικός, εὐμετάβολος, qui facile mutatur. *Virg.* 4. *Æn.* v. 569. Varium et mutabile semper femina. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 189. Vultu mutabilis. *Cic. de nat. Deor.* l. 3. c. 12. Omne corpus mutabile est. *Liv.* l. 2. c. 7. Mutabilis vulgi animus. *Valer. Max.* l. 6. c. *ult.* n. 14. Quid hujus conditione inconstantius, aut mutabilius? *Porcius Latro declam. in Catil.* c. 16. Mutabilissimæ sunt deorum voluntates.

MUTABILITAS, atis, f. *changeableness, mutability, fickleness, inconstancy*, ἀστασία, εὐκινησία, mobilitas. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 35. Hæc inconstantia mutabilitasque mentis quem non ipsa pravitate deterreat?

MUTABILITER, adverb. *changeably. Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 548. Instabilis animus ardens mutabiliter avet habere, et non habere.

MUTATĬO, onis, f. *a changing, altering, change, exchange, alteration, shifting, mutation*, μεταβολή, actus mutandi, conversio, motus. *Cic.* 12. *Phil.* c. 2. *extr.* Consilii mutatio optimus est portus pœnitenti. *Id. in Acad.* l. 4. c. 38. Ut nulla vis tantos queat motus mutationesque moliri. *Id.* 1. *Offic.* c. 33. Mutationem facere. *Terent. Eun.* 4. 4. 4. Mutatio vestis. *Plin.* l. 13. c. 4. Mutatio sedis. *Id.* l. 28. c. 8. *a med. de chamæleone.* Nullum animal pavidius existimatur, et ideo versicoloris esse mutationis. *h. e.* in varios colores mutari. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 3. *circa med.* Multi mutationis rerum cupidi. *of innovation or revolution; of a change of government.* Sic *Tacit.* 3. *Ann.* c. 44. Cupido mutationis. (Adde *Justin.* lib. 40. c. *ult.* et *Sueton. in Galb.* c. 8.) *Cic.* 1. *Offic.* c. 7. Communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiendo. *h. e.* permutatione, vicissim officia tribuendo, ut in mercatura et mercibus fieri solet. *Lambin.* leg. *mutuatione.* ¶ In cursu publico *mutatio* est locus, ubi equi evectionis mutantur, *a place where they changed horses in travelling; a posthouse. Impp. Arcad. et Honor.* l. 8. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 53. et lib. 12. *Cod. Justin.* tit. 51. leg. 15. Videtur etiam esse ipse veredus, qui mutatur, *a posthorse. Ammian.* l. 21. c. 9. (*al.* c. 16.) Præfectus Prætorio vectus mutatione celeri cursus publici, transitis Alpibus, &c.

MUTĀTOR, oris, m. *a changer, exchanger*, qui mutat, μεταποιητής. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 161. comitumque celer mutator equorum Mœsus. *h. e.* desultor. *Lucan.* l. 10. v. 202. Mutator circulus anni. *h. e.* Zodiacus, quia per eum sol decurrens mutationes temporum facit. *Stat.* l. 5. silv. 2. v. 135. mutatoresque domorum Sauromatas. *Lucan.* l. 8. v. 854. Mercis mutator Eoæ. *h. e.* mercator. *Arnob.* l. 3. pag. 119. Mercium commerciorumque mutator.

MUTATORĬUS, a, um, ad mutandum pertinens. *Tertull. de resurr. carn.* c. 56. Mutatorium indumentum. ¶ *Mutatorium Cæsaris*, locus fuit Romæ in regione prima, apud *Sext. Ruf. Publ. Victor.* Quidam putant fuisse privatas ædes ad secessum, et delicias, quas pro anni tempore mutaret Cæsar. Alii locum, ubi Cæsar iturus ad bellum, togam sago mutaret. *Vet. lap.* apud *Gud.* pag. 199. n. 7. C. Julio Psebio C. L. procur. mutatorii Cæsaris.

MUTĀTUS, us, m. idem ac mutatio. *Tertull. de Pall.* c. 4. *circa med.* Incredibili mutatu.

MUTĀTUS, a, um, *changed, altered, exchanged*, ἀλλαχθείς, conversus, immutatus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 36. Videte nunc, quam versa et mutata in pejorem partem sint omnia. *Id.* 5. *Fam.* ep. 21. Cum alii interierint, alii absint, alii mutati voluntate sint. *Id. initio divin. Verr.* Mutata voluntate ad accusandum descendere. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 655. ille nihil vultum mutatus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 274. Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo Hectore, qui redit exsuvias indutus Achillis! *Ovid.* 15. *Metam.* v. 46. e nigro color est mutatus in album. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 58. Ac, nisi mutatum, parcit defundere vinum. *turned, soured, pricked.* ἐκτροπίαν οἶνον. *Plin.* l. 12. c. 25. *a med.* Balsamum melle mutatum. *mixed, adulterated.* ¶ Translatus, *removed, transplanted. Virg.* 2. *Georg.* v. 49. tamen hæc quoque si quis Inserat et scrobibus mandet mutata subactis, Exuerint silvestrem animum. ¶ Mutata verba, inquit *Cic. in Orat.* c. 27. ea dico, in quibus pro verbo proprio subjicitur aliud, quod idem significet, sumptum ex re aliqua consequenti. *h. e.* per metonymiam immutata, ut cum Africam pro Afris *Ennius* posuit, ut *ibid.* subjicitur. *words used metonymically.* Distinguuntur autem a *translatis*, quæ *Cic. ibid.* ita vocat, cum per metaphoram efferuntur. Apud *eund. in Partit.* c. 5. et 7. genus dicendi *versum*, seu *conversum atque mutatum* opponitur *sua sponte fuso*: explicaturque *ibid.* accurate. ¶ Transformatus. *turned, transformed. Virg.* 1. *Æn.* v. 662. ut faciem mutatus, et ora Cupido Pro dulci Ascanio veniat. *Id. Ecl.* 6. v. 78. Aut ut mutatos Terei narraverit artus. *Ovid. in princ. Metam.* In nova fert animus mutatas dicere formas Corpora. et lib. 6. v. 115. et lib. 9. v. 81. Te quoque mutatum torvo, Neptune, juvenco Virgine in Æolia posuit. ¶ Motus, *moved, shaken. Lucret.* l. 1. v. 909. Atque eadem paulo inter se mutata creare Ignes e lignis. *Petron. in Satyr.* c. 124. Sentit terra deos, mutataque sidera pondus Quæsivere suum. Hæc *Gronov. Observat.* l. 3. c. 1.

MUTESCO, is, n. 3. *to grow mute or dumb, be silent*, κωφάομαι, mutus fio, obmutesco. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 9. *Cod. Theodos.* tit. 40. leg. 17. Omnia mutescant tempora. *Paulin. Nolan.* carm. 24. *Nat.* 9. *S. Fel.* v. 407. vaniloquas docuit mutescere linguas. ¶ Addunt quidam Lexicographi *Lactant.* l. 7. Cum in exitu lingua mutescat. *Apulei.* Mutescere taciturnitate. *Martian. Capell.* l. 8. Cuncta velut mutescentia. Quæ tria loca mihi adhuc incomperta sunt. [Ex his tribus locis duo mihi comperta sunt. *Apul. ad Asclep. med.* pag. 91. *Elmenh.*, *Martian. Capell.* l. 9. *ante med.* pag. 308. *Grot.*]

MUTICUS, a, um, mutilus. Spica mutica, inquit *Varr.* l. 1. *R. R.* cap. 48. dicitur, quæ non habet aristam: eæ enim quasi cornua sunt spicarum. *an ear of corn without a beard.*

[* MUTILĀGO, inis, f. herba eadem ac tithymalus. *Apul. de herb.* c. 108.]

MUTILATĬO, onis, f. *a maiming, mangling, mutilation*, ἀκρωτηριασμός, κολόβωσις, actus mutilandi. *Cels.* l. 7. c. 9. Quod etsi in levi mutilatione fallere oculum potest, in magna non potest. [¶ Vox *mutilatio* per hunc unum *Celsi* locum (ita *Facciolatus*) inter Latinos obrepsit. At mihi dubia erit, donec certiore auctoritate firmetur. *Morgagnus* enim et *Targa* fatentur in *Mss.* Codic. et editionibus antiquis invenisse *in levi mutatione*, et primum in margine edit. Constantinianæ positum fuisse *mutilatione*, quod *Lindenius* perperam in contextum recepit. V. *Facciolatum* apud *Morgagnum* ipsum ep. 3. *in Celsum*, atque adeo doctiss. *Targam* in 1.ª et 2.ª *Celsi* editione ad hunc locum.]

MUTILĀTUS, a, um, *cut or lopped off, maimed, mangled, mutilated, disfigured, disabled*, κολοβωθείς, truncatus, abscissus. *Ovid. de Nuce*, v. 37. At mihi sæva nocent mutilatis vulnera ramis. *Id. Met.* 6. v. 559. mutilatæ cauda colubræ Palpitat. *Plin.* l. 8. c. 5. Elephas altero dente mutilato. *Liv.* l. 29. c. 9. Ipsum hostiliter lacerant, naso auribusque mutilatis. *Cicer. Phil.* 3. c. 12. *a med.* In Galliam mutilatum duxit exercitum. *h. e.* diminutum, *crippled, shattered, lessened, thinned.* Sic *Imp. Gordian.* lib. 11. *Cod.* tit. 33. leg. 1. Mutilatum patrimonium.

MUTĬLO, as, avi, atum, a. 1. *to cut or lop off, maim, mangle, lacerate, cripple, mutilate, disfigure, disable*, κολοβόω, ἀκρωτηριάζω, trunco, abscindo, partem detraho, abrumpo, deminuo. *Curt.* l. 9. c. 2. *circa med.* Corpora securibus falcibusque mutilare. et lib. 7. cap. 5. *ad fin.* Mutilare alicui aures et nares. ¶ Translate *Terent. Hecyr.* 1. 1. 7. Te moneo et hortor, ne cujusquam misereat, quin spolies, mutiles, laceres, quemque nacta sis. V. *Admutilo.* ¶ *Mutilare verba*, trunca efferre, *to produce them cut and short. Plin.* l. 7. c. 16. Dentes serie structuræ atque magnitudine mutilantes mollientesve, aut hebetantes verba. ¶ Pro deminuere, *Impp. Valentinian. Theodos. et Arcad.* lib. 11. *Cod.* tit. 42. leg. 2. Si quis florentissimæ urbis commoda voluerit mutilare, aquam ad suum fundum ex aquæductu publico derivando. *Impp. Constantin. et Licin.* lib. 7. tit. 22. leg. 2. Sola temporis longinquitate libertatis jura minime mutilari oportet.

MUTĬLUS, a, um, *having the horns broken off, wanting horns, maimed, disfigured, mutilated*, κολοβός, κόλος, truncatus, mancus, curtus, aliqua sui parte carens, sine qua recte esse non potest: a μίτυλος, quod idem significat: et proprie dicitur de quadrupedibus cornuti generis, sed cornu carentibus, ut capris, &c. *Colum.* l. 7. c. 3. Mutilus aries. et cap. 6. Capella mutila. *Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 26. Bos mutilus. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 26. Alces mutilæ sunt cornibus. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 6. O, tua cornu Ni foret exsecto frons, inquit, quid faceres, cum Sic mutilus miniteris? ¶ De aliis rebus. *Liv.* l. 37. c. 24. Claudæ mutilæque naves. *Al. leg.* mutilatæque. *shattered. Gell.* l. 17. c. 9. Truncæ atque mutilæ litteræ. *Apul.* l. 1. *Metam.* Grabatulus uno pede mutilus. *crippled.* ¶ Mutilum caput Sileni, apud *Nemesian. Ecl.* 3. v. 33. est calvum, depilatum, glabrum. Hinc *admutilare* tondere ad cutem, et translate emungere, spoliare, V. ¶ *Impp. Gratian. Valentinian. et Theodos.* lib. 7. *Cod. Theodos.* tit. 13. leg. 10. mutilos appellant, qui sibi digitos amputarunt ad declinandum onus militiæ. V. *Murcus.* ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 53. Animus aurium nuntio naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem. Itaque et longiora, et breviora judicat, et perfecta et moderata semper exspectat: mutila sentit quædam, et quasi decurtata, &c. *broken, cut short. Ibid.* cap. 9. *ad fin.* Mutila quædam et hiantia loqui. ¶ *Mutilus* substant. V. *Mytilus.*

MUTINENSIS, se, *of Mutina*, ad Mutinam pertinens, quæ est urbs Galliæ togatæ in Æmilia via, quondam Tuscorum colonia. [† hod. *Modena.*] In ea M. Antonius D. Brutum obsedit: quem Octavianus liberavit. *Juvenal.* sat. 16. v. 23. Declamatoris Mutinensis corde Vagelli. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 627. tamen hac Mutinensia Cæsar Grandine militia contudit arma sua.

MUTĪNUS, *seu* Mutunus, i, deus idem qui Priapus, cujus conditionibus insidere nova nupta jubebatur, suam illi pudicitiam veluti delibandam præbens. *Lactant.* l. 1. c. 20. *ad fin. Arnob.* l. 4. pag. 131. *Augustin.* l. 4. *de civit. Dei*, c. 11. et lib. 6. c. 9. et *Tertull. in Apolog.* c. 25. ¶ Ejus sacellum Romæ fuisse olim in Veliis, docet *Festus*: inde postea translatum ad vicesimum sextum lapidem: ubi mulieres ei faciebant, togis prætextis velatæ. Ipse autem *Festus* Mutinum Titinum vocat, quia etiam *Titinus*, seu *Tutinus*, aut *Tutunus* ejus dei nomen. ¶ Item ipsum fascinum. *Auct. Priap.* carm. 73. rubro, Priape, furibus minare mutino. ¶ Ad illud *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 34. Nam quid Mutino (*al.* Mœtino, *al.* Mutuno) subrectoque huic opu' signo, Ut lurcaretur lardum, et carnaria furtim? &c. *Scalig. in Priapei.* adscribit, Mutinum *Lucilio* esse

σφραγίδα, vel φυλακτήριον. nam pudenda pro amuletis suspendi e collo pueris, auctorem Varronem esse. Ex *Lucilio* vero nos cognoscere, etiam signis notam veretri apponi, velut προβασκάντιον quoddam. Hæc *Scalig.* ¶ Alia ad hanc vocem pertinentia habet *Voss. in Etymol.* in *Muto.*

MUTĬO, *et* Muttio, is, ivi, n. 4. verbum exprimens sonum syllabæ *mu*, vel *mut.* Unde videtur proprium infantium, mutorum, canum, &c. syllabas non explanantium, et pro iis eum sonum edentium. *Auct. carm. de philom.* v. 58. At mutire capris, hirce petulce, soles. [† V. *Mu.*] ¶ Fere ponitur pro submissa voce loqui, timide dicere, mussare, vel minimam vocem emittere, vel unum verbum proferre, *to speak softly or between the teeth, speak ever so little, mutter. Plaut. Amph.* 1. 1. 225. Etiam muttis? *So.* jam tacebo. *Id. Bacch.* 4. 7. 2. Impinge pugnum, si muttiverit. *Id. Men.* 5. 1. 11. Muttire unum verbum audes, aut mecum loqui? *Terent. Andr.* 3. 2. 25. Nihil jam mutire audeo. *Enn.* apud *Fest.* et apud *Phædr. in fin.* l. 4. Palam mutire, plebeio piaculum (al. *periculum*) est. *Pers.* sat. 1. v. 119. Men' mutire nefas nec clam, nec cum scrobe? *Petron. in fragm. Tragur.* c. 61. *Burm.* Solebas suavius esse in convictu: nunc taces, nec mutis. Adde *Lucil.* apud *Non.* c. 1. n. 176. et cap. 4. n. 46.

[* MUTITATĬO, onis, f. *a feasting one another by turns,* mutua conviviorum agitatio. Nuper apparuit optimæ notæ vocabulum in *Verrii Flacci Kalendario Prænestino,* paucis abhinc annis detecto, in quo ita legimus, ut apud *Fogginium,* et apud *Giovenazzium* in *scholiis ad T. Livii fragm.* pag. 66. Ludi M. D. M. J. Megalensia vocantur, quod ea Dea Megale appellatur; nobilium mutitationes cenarum solitæ sunt frequenter fieri, quod Mater Magna ex libris Sibyllinis arcessita locum mutavit ex Phrygia Romam. V. *Mutito.*]

MUTĬTĬO, *et* Muttitio, onis, *a muttering, chattering,* actus mutiendi. *Plaut. Amph.* 1. 3. 21. Quid tibi hanc curatio est rem, verbero, aut mutitio? *h. e.* quid curas, aut mutis. *what business have you to concern yourself about this affair?*

MUTĪTO, as, a. 1. *to feast one another by turns,* vetus verbum, quod significat, mutua agitare convivia: videturque factum per syncopen a *mutuito. Gell.* l. 2. c. 24. Principes civitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est, mutua inter se convivia (al. *dominia*) agitarent. *Id.* l. 18. c. 2. *ad fin.* Quam ob causam patricii Megalensibus mutitare soliti sunt, plebes Cerealibus? *Ovid.* quæstionem solvit aliquatenus 4. *Fast.* v. 353. Cur vicibus factis ineant convivia, quæro, Tum magis, indictas concelebrentque dapes. Quod bene mutarit sedem Berecynthia, dixit, Captant mutatis sedibus omen idem. Ex his *mutarit, mutatis* quidam colligunt *mutitare* non a *mutuito,* sed a *muto,* ut frequentativum ducendum esse: quasi sit epulas vicissim commutare. V. si lubet *Turneb.* l. 14. *adversar.* c. 18. et lib. 17. c. 1.

MUTĪTUS, a, um, particip. a *mutio, is. Terent. Hecyr.* 5. 4. 25. Neque opus est adeo mutito. *h. e.* vel tenui dicto, ut exponit *Donat. nor is there occasion for the least word or notice.* Alii leg. neque opus est: adeo mutito. *h. e.* taceto. *therefore be hush.*

MUTĬUS. V. *Mucius.*

MUTO, as, avi, atum, a. 1. *to change, alter, exchange, turn,* ἀλλάττω, μεταποιέω, commuto, immuto, verto, permuto. *Cic. in Orat.* c. 18. Ergo ille princeps mutabit, variabit, omnes sonorum persequetur gradus. *Id.* 3. *de Orat.* c. 45. Oratio ad omnem rationem mutatur et vertitur. *Id. post redit. in Sen.* c. 5. *ad fin.* Cum vestem mutandam censuissetis, cunctique mutassetis. (V. *Vestis.*) *Id. pro Balb.* c. 11. Neque mutare civitatem quisquam invitus potest. et cap. 13. Ne quis invitus civitate mutetur. *be transferred from one state to another; become the citizen of another state. Plin. in Paneg.* c. 24. Nihil in ipso te fortuna mutavit. *Tacit. Ann.* 14. c. 23. Facilis mutatu gens. *Phædr.* l. 4. fab. 16. v. 5. Faciem ad serenam subito mutatur dies. *clears up. Quintil.* l. 1. c. 1. Bona facile mutantur in pejus. *Plin.* l. 7. c. 4. Ex feminis mutari in mares. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) Negat, quidquam ex Latina ratione mutandum. *Terent. Andr.* 5. 4. 46. De uxore, ita ut possedi, nihil mutat Chremes. *Plaut. Capt. prol.* v. 27. Cœpit captivos commercari hic Alios, si quem reperire posset, cum quo mutet suum illum captivum. *Cic. pro Mur.* c. 29. et 30. Mutare sententiam. *Id.* 4. *Fam.* ep. 4. consilium. *Id. in Bruto,* cap. 91. consuetudinem dicendi. *Id. de Provinc. consul.* c. 10. *extr.* mentem et voluntatem. *Id. pro Cluent.* c. 11. testamentum. *Petron. in Satyr.* c. 116. et *Phædr. in prol.* l. 3. propositum. *Plin.* l. 5. ep. 16. gaudium mœrore. *Horat.* l. et ep. 1. v. 100. quadrata rotundis. *Id.* l. 1. od. 16. v. 26. tristia mitibus. et od. 34. v. 12. ima summis. *Terent. Eun.* 3. 5. 24. vestem cum aliquo. *Liv.* l. 1. c. 36. *sub fin.* quippiam de re aliqua. *Sallust. in Jug.* c. 85. incerta pro certis. *Terent. Phorm.* 3. 2. 27. et *Plaut. Mil.* 4. 1. 36. fidem cum aliquo. *to swerve from, or break off a bargain. Senec. de tranquill.* cap. 2. *a med.* latus. *to change sides. Quintil. sub fin.* c. 5. l. 12. Mutari colore. *to change colour, turn pale,* vel *to turn red.* quod fit in metu. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 11. jumenta ad celeritatem. *to travel with speed, go post haste.* V. *Mutatio. Virg. Ecl.* 4. v. 43. aries jam suave rubenti Murice, jam croceo mutabit vellera luto. *shall tinge. Senec.* ep. 58. *ante med.* Una syllaba est quam mutare non possum. quæ hæc sit quæris? τὸ ὄν. *translate. Terent. Adelph.* 4. 7. 17. Placet tibi factum, Micio? *Mi.* non, si queam mutare. *alter it.* ¶ Mutare aliquid aliquo, h. e. transferre in aliquem locum, dixit *Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 315. Sic, mutari, transferri in alium locum. *Ovid.* 1. *ex Pont.* epist. 1. *in fin.* Inque locum Scythico vacuum mutabor ab arcu. et lib. 5. *Trist.* el. 2. v. 73. Hinc ego dum muter, vel me Zanclæa Charybdis Devoret. *Liv.* l. 5. c. 46. *extr.* Mutare finibus. ¶ *Mutare se,* se movere de loco ad locum. *Plaut. Amphitr.* 1. 1. 117. Neque se septemtriones quoquam in cælo commovent, neque se Luna quoquam mutat. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 64. illa tamen se Non habitu mutatve loco. ¶ Mutare solum. *to change his country:* et sæpe de iis dicitur, qui alio migrant exsilii causa. *to go into exile. Cic. Parad.* 4. *a med.* Omnes impii, quos exsilio affici volunt, exsules sunt, etiam si solum non mutarunt. ¶ Mutare locum loco. *to go from place to place. Horat.* l. 1. od. 17. Velox amœnum sæpe Lucretilem Mutat Lycæo Faunus. Sic *Plin.* l. 2. c. 48. Typhon locum ex loco mutans rapida vertigine. et cap. 37. Volucres sedem ex sede mutantes. ¶ Mutare orationem apud *Cic. in Orat.* c. 31. est ita dicere, ut modo simplici dicendi genere, modo temperato, modo gravi, pro re, utamur. Alio sensu V. in *Mutatus.* ¶ Mutare urbem, lares, terras. *to remove to another city, house, or country:* sive ponatur in accusativo locus ipse, quo migramus, sive unde discedimus. *Horat.* l. 2. od. 16. v. 18. quid terras alio calentes Sole mutamus? *do we leave our native land for,* &c. *Id. in carm. sæc.* v. 39. Jussa pars mutare lares, et urbem Sospite cursu. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 665. Exsilio mutant urbem, Tiburque recedunt. *Curt.* l. 3. c. 7. *a med.* Sisines exsilium patria sede mutaverat. ¶ *Non mutare* dicuntur, qui aliquid ab alio dictum, factumve laudant, probant. *Varr. sub fin.* l. 2. *R. R.* Illi hoc: neque ab hoc, quod mutaret, Cossinius. *Cic. Attic.* l. 13. ep. 52. Tum audivit de Mamurra, non mutavit. *al. leg.* vultum non mutavit. *Id. Phil.* 3. c. 10. *ad fin.* O felicem utramque! (*sortem*) nihil enim mutaverunt. *Al. leg.* maluerunt, *al.* metuerunt. ¶ Mutare, derelinquere. *to leave, relinquish, abandon. Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 315. Mihi quidem non persuadetur, publice ut mutem meos. Al. pro *publice* legunt *pulices.* ¶ Interdum ad mercaturam pertinet, quæ ante invectam pecuniam, mercium commutatione constabat. *to exchange, barter, traffic. Virg. Ecl.* 4. v. 38. nec nautica pinus Mutabit merces: omnis feret omnia tellus. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 29. Hic mutat merces surgente a sole ad eum, quo Vespertina tepet regio. et lib. 2. sat. 7. v. 109. puer uvam Furtiva mutat strigili. *Sallust. in Jug.* c. 48. Pecoris et mancipiorum prædas agere, eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio. et cap. 21. Mutare res inter se instituerant. *Colum.* l. 7. c. 9. Lactens porcus ære mutandus est. *ought to be exchanged for money; must be sold.* et *Pallad. in Jul.* tit. 4. *sub fin.* Debiles quæque oves pretio mutentur. ¶ Translate *Lucil.* apud *Non.* c. 4. num. 315. Publicanus vero ut Asiæ fiam scripturarius pro Lucilio, id ego nolo: et uno hoc non muto omnia. *would not exchange.* et *Ovid. in fin.* el. 8. l. 3. *Amor.* O si neglecti quisquam deus ultor amantis Tam male quæsitas pulvere mutet opes. *change into, reduce to dust.* ¶ Nonnunquam absolute ponitur, ita tamen ut accusativus aliquis subintelligatur. *Liv.* l. 39. c. 51. Mores populi R. quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit. *Id.* l. 5. c. 13. Annona ex ante convecta copia nihil mutavit. *experienced no alteration in the price; kept up its price.* et lib. 9. c. 12. Adeo animi mutaverant, ut, &c. et lib. 3. c. 10. Sparsum ita jacuisse per aliquot dies, ut nihil odor mutaret. *Lucret.* l. 1. v. 786. Nec cessant hæc inter se mutare, meare De cælo ad terram, de terra ad sidera mundi. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 2. Pastiones hiberno ac verno tempore hoc mutant, quod, &c. *h. e.* hoc differunt. *Gell.* l. 2. c. 23. Quantum mutare a Menandro Cæcilius visus est! *h. e.* differre, degenerare, deficere. *what a wide difference,* &c. *Id.* l. 13. c. 3. Plerique Grammaticorum asseverant, *necessitudinem,* et *necessitatem* mutare longe, longeque differre. *h. e.* habere diversam significationem. *Id.* l. 18. c. 12. hujusmodi alia recitat ex *Caton. Varr.* et aliis. ¶ *Non mutat,* non obest, non movet, non refert, ad rem non facit. *Papinian. Dig.* lib. 46. tit. 1. leg. 52. Nec mutat, confestim, an interjecto tempore fidem suam adstrinxerint. *Id.* lib. 50. tit. 8. leg. 3. Nec mutat, quod in eum pater partem bonorum donationis causa contulit. *Ulpian.* lib. 15. tit. 1. leg. 3. *extr.* Nec quidquam mutare arbitror, an voluntate patris decurio factus sit. *non mutat* scil. speciem facti, vel responsum, seu decisionem. [¶ Particip. *mutaturus* apud *Stat.* 3. silv. carm. 5. v. 27. Et semel insertas non mutaturus habenas.]

MUTO, onis, m. πέος, penis. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 68. Huic si, mutonis verbis, mala tanta videnti, &c. Adde *Lucil.* apud *Fest.* in *Tagax.*

MUTONĬĀTUS, a, um, λάσταυρος, grandi peculio, magnis conditionibus instructus. *Martial.* l. 3. epigr. 73. et lib. 11. epigr. 64. [Observandum est, primam syllabam brevem esse, ut et apud *Auct. Priap.* carm. 52. licet longa sit in *Muto, onis.*]

MUTUARĬUS, a, um, idem quod mutuus. *Apul. in Apolog.* Mutuarias operas cambire cum vicinis.

MUTUATĬCUS. V. *Mutuatitius.*

MUTUATĬO, onis, f. *a borrowing,* acceptio mutui. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 42. Qui me ea pœna mulctaverit, quam sine mutuatione, et sine versura possem dissolvere. *Id.* 3. *de Orat.* c. 38. *ad fin.* Translationes quasi mutuationes sunt, cum quod non habeas, aliunde sumas. *Id. pro Flacc.* c. 20. Cum multos minutis mutuationibus defraudasset.

MUTUATITĬUS, *et* Mutuaticius, a, um, δανειστὸς, qui mutuo datur. *Gell.* l. 20. c. 1. *a med.* Maximeque in pecuniæ mutuatitiæ usu, atque commercio. Al. leg. *mutuaticæ.*

MUTUĀTUS, a, um, particip. a mutuor, *having borrowed. Valer. Max.* l. 6. c. 2. n. 1. *extern.* Mulier præsidium ab innocentia mutuata. ¶ Passiva significatione. *borrowed. Plin.* l. 2. c. 9. Luna in totum mutuata a sole luce fulget. *Apul.* l. 6. *Metam.* De solis flagrantia mutuato calore.

MUTŬE, adverb. idem ac mutuo. *Cic.* l. 5. *Fam.* ep. 7. Quibus siquando non mutue respondetur. *Al. leg.* mutuo. Adde ep. 2. ubi eadem est lectionis varietas. [† V. *Charis.* p. 184. *Putsch.*]

MUTUĬTER, adverb. mutuo, *mutually. Varr.* apud *Non.* c. 11. n. 30. Vive, meque ama mutuiter.

MUTUĪTO, as, *to desire to borrow,* mutuari cupio, mutuum rogito. *Plaut. Merc. prol.* v. 52. Mutuitanti credere.

MUTŬLUS, li, m. *a corbel, bracket,* lignum, vel lapis extra parietem prominens, ad fulciendas coronas, aut tignorum capita, vel ad quippiam aliquid sustinendum. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 5. *a med.* Mutuli crebri omnibus columnis impositi, sedilia avium. *Colum.* l. 8. c. 9. Receptacula turdorum non, tanquam columbis, loculamenta, vel cellulæ cavatæ efficiuntur, sed ad lineam mutuli per parietem defixi, tegeticulas cannabinas accipiunt, &c. *Vitruv.* l. 4. c. 2. Uti e tignorum dispositionibus triglyphi; ita e canteriorum projecturis mutulorum sub coronis ratio est inventa. ¶ De *mutulo* pisce V. *Mytilus.*

MUTŪNUS. V. *Mutinus.*

MUTŬO, as, avi, atum, a. 1. *to borrow,* δανείζομαι, mutuum sumo, mutuor. *Cæcil.* apud *Non.* c. 7. n. 48. Ad amicum currat mutuatum, mutuet mea causa. Adde *Senec.* ep. 81. *circa med.* sed dubia lectione. ¶ Translate ab alio sumere. *Valer. Max.* l. 3. c. 4. n. 2. Effecit, ne hæc civitas pœnitentiam ageret, quod regem a finitimis potius mutuasset, quam de suis elegisset.

MUTŬO, *mutually, by turns, reciprocally, one with another, together,* πρὸς ἀλλήλους, ἀμοιβαίως, invicem, vicissim. *Lepid. ad Cicer.* l. 10. *Fam.* ep. 34. Etsi omni tempore summa studia officii mutuo inter nos certatim constiterunt. *Sueton. in Aug.* c. 53. Officia cum multis mutuo exercuit. *Planc. ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 15. *extr.* Fac valeas, meque mutuo diligas. *Id. ibid.* ep. 9. *extr.* Te, ut diligas me, si mutuo me facturum scis, rogo. *Al. leg.* te facturum. *h. e.* te amaturum amantem te. ¶ In malam partem. *Hirt. de B. Alex.* c. 48. Quod vel ex conscientia sua, cum de se mutuo sentire provinciam crederet, vel multis signis eorum, qui difficulter odia dissimulant, animadvertere poterat. *Sueton. in Tiber.* c. 44. Mutuo flagitia exprobrant. Adde ipsius *Cicer.* duo loca, sed dubiæ lectionis, quæ in *Mutue* allata sunt. ¶ *Mutuo petere* V. in *Mutuus* in fine.

MUTŬOR, aris, atus sum, dep. 1. *to borrow,* δανείζομαι, mutuum accipio, utendum sumo, sive gratis, sive cum usuris: et dicitur fere de pecunia, frumento, et hujusmodi, quæ non redduntur eadem. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 15. Profectionem meam Erotis dispensatio impedit. nam cum ex reliquis vel abundare debeam, cogor mutuari. *Id. Attic.* l. 7. ep. 3. *ad fin.* Solvamus, inquis. age, a Cœlio mutuabimur. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 60. Quam maximas potuerunt pecunias mutuati. *Cic.* l. 8. *Attic.* ep. 6. *sub fin.* Mutuari ab aliquo in sumptum. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 17. Facta mutuandi copia sine usuris per triennium. *Sueton. in Aug.* c. 39. Notavit aliquos, quod pecunias levioribus usuris mutuati, graviore fenore collocassent. *Apul.* l. 1. *Metam.* Sub qua specie mutuari cupis? an tu solus ignoras, præter aurum argentumque nullum nos pignus admittere? ¶ Significat etiam commodatum sumere. *Auct. dial. de Orat.* c. 9. *de poeta recitaturo.* Rogare cogitur, ut sint, qui dignentur audire: et ne id quidem gratis. nam et domum mutuatur, et auditorium exstruit, et subsellia conducit, &c. et cap. 32. Aliter utimur propriis, aliter commodatis: longeque interesse manifestum est, possideat quis quæ profert, an mutuetur. ¶ Translate est universim quippiam ab alio sumere utendi gratia. *Cic. de Fato,* c. 3. Orator subtilitatem ab Academia mutuatur, et ei vicissim reddit ubertatem orationis. *Id. in Orat.* c. 62. *extr.* Necessitas cogit aut novum verbum facere, aut a simili mutuari. *Quintil.* l. 6. c. 3. *circa med.* Subtilior illa translatio, cum quod in alia re fieri solet, in aliam mutuamur. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 21. A Germanis ad id bellum auxilia mutuatus erat. *Liv.* l. 30. c. 12. *ad fin.* Ab amore temerarium atque impudens consilium mutuatur. *Tacit. Ann.* 1. c. 38. Mutuari præsidium ab audacia. *Justin.* l. 9. c. 1. Pecuniæ commercium de piratica mutuari. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 18. *extr.* A viris virtus nomen est mutuata. *has taken.*

MUTUS, a, um, *that cannot speak, speechless, dumb, mute, silent,* κωφὸς, ἄφωνος, qui linguæ usu in loquendo caret, elinguis, tacitus: a μῦ, seu *mu* sono, quem muti

edunt. *Non.* c. 1. n. 29. Mutus onomatopœia est incertæ vocis. Nam mutus sonus est proprie, qui intellectum non habet. *Cic. Phil.* 3. c. 9. Nonne satius est mutum esse, quam, quod nemo intelligat, dicere? *Id.* 3. *de Legib.* c. 1. *a med.* Vere dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. *Terent. Eun.* 4. 1. 27. Papæ! jugularas hominem. quid ille? *Thr.* mutus illico. *he had not a word to say for himself.* *Id. Heaut.* 3. 4. *in fin.* Tu nescis id, quod scis, Dromo, si sapies. *Dro.* mutum dices. *Plaut. Merc.* 2. 4. 26. Quin taces? *Eu.* muto imperas. *h. e.* taceo hercle. ¶ Translate *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 52. Omnis pro nobis gratia muta fuit. *h. e.* amicorum favor vocem non habuit, qua pro me deprecaretur. *Id. Heroid.* ep. 15. v. 198. Plectra dolore tacent, muta dolore lyra est. *Quintil.* l. 6. c. 1. *circa med.* Miserorum etiam mutus aspectus lacrymas movet. *Ovid.* de sede Somni, *Metam.* 11. v. 602. Muta quies habitat. *Id.* 5. *Trist. el. ult.* v. 17. nunquam vox est de te mea muta. *h. e.* nunquam taceo laudes tuas. ¶ Est epitheton brutorum animalium. *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 8. Præesse mutis pecudibus. *dumb animals, brutes.* *Id.* 1. *de Fin.* c. 21. Mutæ bestiæ. *Varr.* apud *Non. loc. cit.* Mutæ quadrupedes. *Stat.* l. 5. *Theb.* v. 334. Muta armenta. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 219. Muta agna. ¶ *Mutæ res* sunt irrationabilia, et inanima. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 14. Res inanimæ atque mutæ. *Id. Verr.* 7. c. 67. Omnia muta atque inanima. *Quintil.* l. 6. c. 1. *circa med.* Mutæ tamen res movent, aut cum ipsis loquimur, aut cum ipsas loqui fingimus. ¶ Commode etiam *muta* dicuntur, quæ nullum sonum edunt. *Plaut. Trin.* 4. 2. 163. Mutum tintinnabulum. *Prudent.* l. 2. *in Symmach.* v. 949. mola muta. *a mill that does not go.* *Quintil.* l. 6. c. 2. *a med.* Muta effigies. *de tabula picta.* et *Cic.* 3. *Catil.* c. 5. Imago avi tui te a tanto scelere etiam muta revocare debuit. et cap. 11. Nihil me mutum potest delectare, nihil tacitum. *h. e.* nulla statua, vel imago. *Sil.* l. 8. v. 127. Oscula bis terque mutæ infixit arenæ. *Horat.* l. 4. od. 3. vers. 19. Muti pisces. [† V. *Blomfield.* ad *Æschyl. Pers.* 583.] *Virg.* 9. *Æn.* v. 341. leo manditque, trahitque Molle pecus, mutumque metu. *Plaut. Mil.* 3. 1. 69. et *Senec. in Herc. Fur.* v. 536. Mutum mare. *h. e.* tranquillum. *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 5.) Consonantes in semivocalium numerum, mutarumque partiri. *h. e.* quæ sine auxilio vocalium enuntiari non possunt, ut ait *Diomed.* l. 2. pag. 417. *Putsch.* Sunt autem octo *b, c, d, g, K, p, q, t.* Hæ a semivocalibus quomodo differant, V. in *Semivocalis. mutes.* ¶ Mutum fundi instrumentum *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 17. vocat plaustra, semivocale boves, vocale servos. ¶ *Muta* item dicuntur loca, in quibus siletur. *Cic. post redit. in Sen.* c. 3. Mutum forum, elinguem curiam, tacitam et fractam civitatem videbatis. *Id. pro Mil.* c. 19. Muta solitudo. *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 239. speluncaque docti muta senis. *Id.* l. 4. silv. 5. v. 20. unique canenti Mutus ager domino reclamat. ¶ Et tempora. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 14. Nullum fuit tempus, quod magis debuerit mutum esse a litteris. *Stat. Theb.* 4. v. 183. mutos Thamyris damnatus in annos. *h. e.* spoliatus facultate poetica. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 184. mediæ per muta silentia noctis. ¶ Et ea, de quibus tacetur, quæ prædicari non solent, ingloria, ignobilia, obscura. *Stat. Theb.* 11. v. 284. mutus, et e grege sanguis. *Sil.* l. 3. v. 579. mutum volvens inglorius ævum. ¶ *Muta exta* apud *Fest.* sunt, ex quibus nihil divinationis, aut responsi elicitur. ¶ *Mutæ artes* apud *Virg.* sunt omnes præter musicam, poeticam, divinandi artem, et augurium, quæ sunt artes Apollineæ, et cantu ac versibus perficiuntur: poetæ autem jactant, sibi solis veram æternamque gloriam licere carminibus comparare: *Æn.* 12. v. 396. Scire potestates herbarum, usumque medendi Maluit, et mutas agitare inglorius artes. Alia ratione *mutas artes* dixit *Cicero*, quæ sine eloquentia exercentur, lib. 3. *de Orat.* c. 7. Si hoc in his quasi mutis artibus est mirandum, quanto admirabilius in oratione, atque in lingua? *Quintil.* l. 5. c. 10. *ad fin.* Mutam quandam scientiam consequi. *h. e.* cognitionem locorum, ex quibus ducuntur argumenta, sine vi, et facultate dicendi. Hoc sensu intelligi possunt etiam *mutæ artes* apud *Virgil.* quia morbi non eloquentia, sed remediis curantur, ut ait *Cels. in præfat. circa med.* ¶ *Muti magistri* sunt libri. *Gell.* l. 14. c. 2. ¶ *Muti lapides*, quibus nihil est inscriptum. *Hygin. de limitib.* pag. 156. *Goes.* ¶ *Mutæ personæ* in Comœdiis, et Tragœdiis sunt, quæ prodeunt quidem, sed nunquam loquuntur, licet cum iis loquantur alii. V. *Terent. Andr.* 3. 2. et *Adelph.* 1. 1. *Senec. in Thyest.* a. 3. &c.

MUTUSCÆUS, a, um, ad Mutuscas pertinens, oppidum oliviferum Sabinorum, ut *Virg.* 7. *Æn.* v. 711. appellat. Hinc Mutuscæi, orum, ejus cives. *Plin.* l. 3. c. 12.

MUTŬUS, a, um, *mutual, reciprocal, alternate,* πρὸς ἀλλήλους, ἀμοιβαῖος, vicissim habitus, reciprocus, pariter respondens. *Cic. ad Planc. post* ep. 16. l. 16. *ad Attic.* Ad paternas necessitudines magnam attulit accessionem tua voluntas erga me, meaque erga te par atque mutua. *Id. Fam.* 5. ep. 2. Mutuum in amicitia hoc arbitror, cum par voluntas accipitur et redditur. et lib. 13. ep. 65. Multa et magna inter nos officia paria et mutua intercedunt. *Id. de Amicit.* cap. 6. In amici mutua benevolentia conquiescere. *Nep. in Datam.* cap. 10. Mutua beneficia. *Catull.* carm. 45. *de Acme, et Septim.* v. 20. Mutuis animis amant, amantur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 301. Mutuaque inter se læti convivia curant. *they feast in turns.* *Senec. in Agam.* v. 268. Mutuam veniam pacisci. *to pardon each other.* *Justin.* l. 22. c. 4. *extr.* Ratus, exæquata utriusque ordinis conditione, mutuam inter eos virtutis æmulationem futuram. *Id.* l. 18. c. 5. Mutuarum rerum commercio gaudentes. *Liv.* l. 4. c. 41. Nox omnia erroris mutui implevit. *h. e.* tam ex parte Romanorum, quam hostium. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 655. retices, nec mutua nostris Dicta refers. *you return no answer to my words.* *Plin.* l. 10. c. 23. *a med.* Olores mutua carne vescuntur inter se. *eat one another.* *Virg.* 10. *Æn.* v. 755. Jam gravis æquabat luctus, et mutua Mavors Funera. *Senec. in Med.* v. 470. Terrigena miles mutua cæde occidit. *Justin.* l. 13. c. *ult.* Cum Eumene congressus, diu, mutuis vulneribus acceptis, colluctatus est. *Tacit. de Germ.* cap. 1. Germania a Sarmatis Dacisque mutuo metu, aut montibus separatur. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 3. Anicetus mutuis odiis Agrippinæ invisus. et lib. 6. cap. 4. Mutuam accusationem intendere. et 3. *Hist.* c. 33. Præda ipsos direptores in mutuam perniciem agebat. ¶ *Mutuum facere*, respondere ex æquo, par pari referre. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 47. Ea me deperit: ego autem cum illa facere nolo mutuum. *am not disposed to return her affection.* et *Trin.* 2. 4. 37. Bene tibi vult. *Lesb.* edepol mutuum mecum facit. *Id. Mil.* 4. 6. 38. Ut amore perdita est hæc misera! *Pyr.* mutuum fit. *Nonius* c. 2. n. 538. adverbii ritu *mutuum* accipit in illo *Lucil.* Et si maxime, quod spero, mutuum hoc mecum facis. Sed potest referri ad modo dicta. ¶ *Mutua* pro mutuo adverb. vicissim. *Vetus Poeta* apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 3. Dic tu illam pusam: sic fiet mutua muli. *supple* scabunt. V. *Mulus.* *Lucret.* l. 2. v. 75. inter se mortales mutua vivunt. et lib. 4. v. 301. hic idem Nunc sit lævus, et e lævo sit mutua dexter. et lib. 5. v. 1099. Mutua dum inter se rami stirpesque tenentur. ¶ *Per mutua*, mutuo, vicissim. *Virg.* 7. *Æn.* v. 66. pedibus per mutua nexis Examen subito ramo frondente pependit. ¶ *Dare, accipere mutuum* est ita utendum dare, aut accipere, ut tantundem, non tamen idem, reddatur: et dicitur de pecunia, frumento, et hujusmodi, quæ numero, pondere, mensura constant, quæ non redduntur eadem, sed idem genus. nam si eadem reddantur, *commodare*, et *commodatum accipere* dicimus, *to lend or borrow,* δανείζω, χράω, ἐν δάνει λαμβάνω. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 36. *a med.* ducit a Siculo μοῖτον, quod est χάρις, gratia. *Paul. Dig.* lib. 12. tit. 1. leg. 2. et *Caius Institution.* tit. 17. ex eo, quod de *me tuum* fit: Alii a *muto, as*, quia in his, quæ mutuo fiunt, mutatio, et alternatio est. Atque hæ duæ posteriores notationes omnem hujus vocis vim et usum complectuntur. *Plaut. Asin.* 1. 3. 95. Si viginti minas mutuas non potero, certum est, sumam fenore. (*Non.* c. 5. num. 70. legit *mutuo.*) *Id. Pers.* 1. 3. 37. Ut nummos sexcentos mihi dares utendos mutuos. et 1. 1. 5. Miser fio quærendo argento mutuo. *Id. Trin.* 4. 3. 48. Nam ego talentum mutuum quod dederam, talento inimicum mihi emi, amicum vendidi. *Id. Pseud.* 1. 3. 60. Nullus est tibi, quem roges mutuum argentum. *et Pers.* 1. 1. 44. Argentum mutuum alicunde exorare. *Cic. sub fin. Philip.* 10. Pecunias a quibus videatur, ad rem militarem mutuas sumat. *Id. Agrar.* 2. c. 30. *sub fin.* Siciliæ civitatibus M'. Aquillius etiam mutuum frumentum dedit. ¶ Translate *Plaut. Amph.* 2. 2. 187. Saltem tute, si pudoris egeas, sumas mutuum. ¶ *Mutuum* absolute, pecunia, aut alia res mutua, item ipse contractus, *a loan.* *Paul. Dig.* lib. 12. tit. 1. leg. 2. Mutuum damus, recepturi non eandem speciem, &c. *et paulo post.* Mutui datio. *et mox.* Creditum a mutuo differt, quo genus a specie. *et mox.* Mutuum non potest esse, nisi proficiscatur pecunia. ¶ Dicimus etiam *mutuo dare, accipere.* *Justin.* lib. 17. cap. 2. *a med.* Ab Antigono naves, ad exercitum in Italiam deportandum, mutuo petit; ab Antiocho pecuniam; a Ptolemæo militum auxilia.

M Y

MYA, f. μύα, genus conchæ, sive margaritæ in freto circa Bosphorum Thracium, uniones rufos, ac parvos gignens. *Plin.* lib. 9. cap. 35.

[* MYACANTHOS, i, f. vel myacanthon, i, n. herba, quæ alio nomine corruda dicitur. *Plin.* l. 19. c. 8. sect. 42. Hunc intelligo silvestrem asparagum, quem Græci hormenum, aut myacanthon vocant.]

MYĂCES, um, m. *a species of the* murex *or burret*, μύακες, pisces ex concharum genere, qui muricum modo coacervantur, viruntque in locis algosis, et ubi dulcis aqua copiosa mari miscetur. *Plin.* l. 32. c. 9.

MYĂGROS, i, m. *the herb cameline*, μύαγρος, μελάμπυρον, herba ferulacea, foliis similibus rubiæ, tripedanea, semine oleoso. Fit enim ex eo oleum, quod oris ulceribus eo perunctis medetur. *Plin.* l. 27. c. 12.

MYCALÆUS, a, um, Mycalensis. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 264. Icarium pelagus, Mycalæaque litora.

MYCALENSIS, se, adject. ad Mycalem pertinens. *Valer. Max.* l. 6. cap. 9. num. 5. *extern.* Excelsissimus Mycalensis montis vertex. Est autem *Mycale* mons et oppidum Cariæ, inter Mæandrum et Caystrum fluvios, non procul ab Epheso, e regione Sami insulæ.

MYCALESĬUS, a, um, Mycalensis. *Stat.* 9. *Theb.* v. 281. Induit a tergo Mycalesia cuspis Agyrten.

MYCALESSOS, i, m. Μυκαλησσὸς, mons et oppidum Bœotiæ. *Plin.* l. 4. c. 7. *Stat.* l. 7. *Theb.* v. 272. quos pinigeris Mycalessos in agris nutrit. ¶ Scribitur et *Mycalesos.*

MYCĒMATĬAS, æ, m. *an earthquake attended with a hollow rumbling noise,* μυκηματίας, genus terræmotus cum sonitu minaci, cum dissolutis elementa compagibus ultro adsiliunt, vel relabuntur, considentibus terris. Tunc enim necesse est velut taurinis reboare mugitibus fragores fremitusque terrenos. Ita describit *Ammian.* l. 17. c. 7. (*al.* c. 16.) *in fine.* Est autem ἀπὸ τοῦ μυκήματος, mugitus, a μυκάω, mugio. [† V. *Mycetias.*]

MYCĒNÆ, arum, *et* Mycene, es, *et* Mycena, æ, f. Μυκῆναι, oppidum Peloponnesi, in Argia regione, conditum a Lacedæmone Semeles filio, teste *Isidoro* lib. 15. *Orig.* c. 1. (al. a Perseo Danaes filio) manibus et arte Cyclopum, ut colligitur ex *Senec. in Herc. Fur.* vers. 997. et denominatum a Mycena Nympha: in quo Agamemnon regnavit. *Virg.* 6. *Æn.* v. 838. Agamemnoniæque Mycenæ. *Ovid.* 3. *Fast.* vers. 83. Junonem Sparte, Pelopeiadesque Mycenæ; quoniam *scil.* ibi Pelops habitavit: a cujus filio Thyeste Thyesteas etiam vocat *Lucan.* l. 1. v. 544. malas vocat *Martial.* l. 14. epigr. 1. propter scelera Atrei, et Thyestis. ¶ In singulari num. *Sil.* l. 1. v. 27. Ante Agamemnoniam gratissima tecta Mycenen. *Virg.* 5. *Æn.* v. 52. Argolicove mari deprensus, et urbe Mycenæ. *Al. leg.* Mycenis. *Auct. Priap.* carm. 76. Dodona est tibi Jupiter sacrata, Junoni Samos, et Mycena Diti. *Sil. loc. cit.* confirmat, hanc urbem Junoni sacram fuisse.

MYCENÆUS, a, um, adject. ad Mycenas pertinens. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 400. Teque, Mycenæo, Phœbas, amata duci. *h. e.* Cassandra amata ab Agamemnone Mycenarum rege. *Lucan.* l. 7. v. 74. Mycenæa Diana. *h. e.* quæ Mycenis colebatur. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 2. Mycenæa littera facta manu. *h. e.* Agamemnonis. *Propert.* l. 2. el. 18. v. 32. Mycenææ rates. *h. e.* classis Græcorum duce Agamemnone. Sic *Val. Flacc.* l. 1. v. 381. Mycenæa vela. *Stat.* lib. 3. silv. 3. v. 189. Mycenæa flamma. *h. e.* ignis Græcorum, quo Troja arsit. et l. 5. silv. 1. v. 59. Mycenæum aurum. *h. e.* quo Thyestes uxorem Atrei fratris Mycenarum regis corrupit.

MYCENĔNSIS, e, adject. Mycenæus. *Cic.* 2. *Fin.* c. 6. *ex poeta.* Omnes Danai, aut Mycenenses, Attica pubes.

MYCĒNIS, idis, f. Iphigenia Agamemnonis Mycenarum regis filia. *Ovid.* 12. *Metam.* vers. 34. Supposita fertur mutasse Mycenida cerva.

MYCETĬAS, æ, m. μυκητίας, species terræmotus, eadem, quæ Mycematias, et ab eadem origine. *Apulei. de mundo.*

MYCONĬUS, a, um, Μυκώνιος, et Μυκόνιος, ad Myconum, seu Myconen pertinens, quæ est insula maris Ægæi, una Cycladum, inter Tenon et Icariam. *Plin.* lib. 14. c. 7. Myconium vinum. ¶ *Myconii, orum*, ejus incolæ, quos omnes calvos nasci scribit *Plin.* lib. 11. cap. 37. *sub init.* Unde *Lucil.* apud *Donat. ad Terent. Hecyr.* 3. 4. 26. Myconi omnis calva juventus. Hinc proverb. Μυκώνιος φαλακρός.

MYDRIĂSIS, is, f. Μυδρίασις, oculorum morbus, quo pupilla effunditur, et dilatatur, aciesque ejus hebescit, ut describit *Celsus* l. 6. cap. 6. sect. 37. ubi semel Græcis litteris, et semel Latinis hanc vocem scribit.

[† MYGĂLE, es, f. μυγαλῆ, μυγαλέη, mus araneus, *a field-mouse, shrew-mouse.* *Veget.* 3. 4.]

MYGDŎNES, um, Μύγδονες, populi Mygdoniæ in Macedonia. *Plin.* l. 4. c. 10. item in Phrygia. *Id.* l. 5. c. 30. *ad fin.*

MYGDONĬA, æ, f. Μυγδονία, regio lit. Macedoniæ, in qua Niobe in saxum versa est, inter Axium et Strymonem fl. ac juxta sinum Toronaicum. *Plin.* l. 4. c. 10. ¶ Mygdonia item Asiæ regio, in ea Phrygiæ parte, quæ Troadi superjacet. *Solin.* c. 40. (*al.* 53.) *Plin.* l. 5. c. 32. V. *Mygdonis.* ¶ Mygdonia item regio Mesopotamiæ, apud Mygdonium fl. dicta a Mygdone rege, vel a Mygdonibus pop. Macedoniæ, teste *Plinio* l. 6. c. 13. *ad fin.* ¶ Etiam Bithynia olim Mygdonia dicta est, teste *Solin.* c. 42. (*al.* c. 54.)

MYGDONĬDES, æ, m. patronym. filius Mygdonis. *Virg.* 2. *Æn.* v. 341. juvenisque Chorœbus Mygdonides. Ubi *Servius:* hic filius Mygdonis, et Anaximenæ fuit.

MYGDŎNIS, idis, f. quæ est ex Mygdonia. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 45. Mygdonidesque nurus. *h. e.* Lydiæ. Porro Lydia est Phrygiæ magnæ contermina. Adde quod Mygdonum, Phrygum, Troumque fines inter se distinguere, haud facile esse, *Strabo* monet l. 12. et Poetis hæc miscere jamdiu licet. Adde *Valer. Flacc.* . 3. v. 320. et vetus epitaph. in collect. *Pithœi*, pag. 117. ubi *Mygdonis* in recto singulari.

MYGDONĬUS, a, um, ad Mygdoniam pertinens, Μυγδόνιος. Sæpe pro Phrygia ponitur. *Horat.* l. 2. od. 12. v. 22. Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes. et l. 3. od. 16. v. 41. si Mygdoniis regnum Alyattei Campis continuem,

Ovid. de Niobe Heroid. epist. 20. vers. 106. Nunc quoque Mygdonia flebilis exstat humo. *et Heroid.* ep. 15. v. 142. Mygdonium marmor. *h. e.* Phrygium, quod in pretio. *Claudian.* l. 2. *in Eutrop.* v. 1. Mygdonii cineres. *h. e.* Phrygiæ vastatæ, et Trojæ incensæ. et vers. 408. Mygdoniæ volucres. *Val. Flacc.* l. 8. v. 239. Mygdonii planctus. *h. e.* Phrygum sacerdotum Cybeles, quos *Stat.* dicit l. 5. silv. 3. v. 245. Mygdonios dolores. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 47. Mygdonia mater. *h. e.* ipsa Cybele mater deum. *Propert.* l. 4. el. 6. v. 7. carmenque recentibus aris Tibia Mygdoniis libet eburna Cadis. *h. e.* modis Phrygiis. *Cados* volunt esse urbem Phrygiæ. V. *Scaligerum. Stat.* l. 2. silv. 2. vers. 108. Mygdonius senex. *h. e.* Tithonus Auroræ maritus, filius Laomedontis regis Phrygiæ. *Id.* l. 2. *Theb.* v. 134. Et jam Mygdoniis elata cubilibus alto Impulerat cœlo gelidas Aurora tenebras. *h. e.* Orientalibus. Nam Asia et Phrygia Græciæ est ad Orientem. *Sidon.* carm. 22. v. 174. Quantum Mygdonio committunt Gargara sulco. *scil.* quia Gargara in Troade sunt, quæ ad Phrygiam pertinet.

MYIĂGRUS, i, *a fly-catcher*, μυίαγρος, et μυῖαγρος, muscarum venator: a μυῖα, musca, et ἄγρα, captura. Cognomen est ridiculi numinis, cui datum muscas interimere. *Plin.* l. 10. c. 28. Invocant et Ægyptii ibes suas contra serpentium adventum: et Elei Myiagron deum, muscarum multitudine pestilentiam afferente: quæ protinus intereunt, quam litatum est ei deo. *Solin.* c. 1. *post init.* (*al.* c. 2.) narrat, in sacello Herculis, in foro Boario, muscas non intrare, quia Hercules cum viscerationem sacricolis daret, Myiagrum deum dicitur imprecatus. ¶ Idem etiam *Myodes*, seu *Myiodes* dicitur, μυιώδης. *Plin.* l. 29. c. 6.

MYISCÆ, arum, f. μυΐσκαι, species myacum, rotunditate differentes, minores aliquanto, atque hirtæ, tenuioribus testis, et carne duriores. *Plin.* l. 32. c. 9.

MYISCUS, i, m. idem quod myisca. *Plin. c. ult.* lib. 3. V. vocem præced.

MYLÆUS, et

MYLASĒNUS, a, um, ad Mylas pertinens. Sunt autem Mylæ oppidum Siciliæ, nunc *Milazzo*, in ora Occidentali, non procul a Peloro: de quo *Plin.* l. 3. c. 8. et lib. 2. c. 98. et lib. 31. c. 4. et *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 26. Apud hoc oppidum Cæsar Augustus navali prœlio Sex. Pompeium Cn. filium, ductu M. Agrippæ superavit, ut *Sueton. in ejus vita*, c. 16. *Vellei.* l. 2. c. 79. et *Flor.* l. 4. c. 8. narrant. Hinc *Auson. in Mosell.* v. 215. Aut Pompeiani Mylasena pericula belli. Al. leg. *Mylæa.*

MYLŒCOS, i, m. *a kind of worm breeding in mills*, μυλοικὸς, genus vermiculi ex blattis: a μύλη, mola, quod circa molas fere soleat nasci. *Plin.* l. 29. *c. ult.*

MYOBARBUM Liberi Patris, titulus est epigrammatis 30. *Ausonii*, quod cantharum interpretatur *Scalig. lection. Auson.* l. 2. c. 27. ita vero dici putat a Græca voce μῦς, et Latina *barba.* Sed nihil certi affert, nec dum ab ullo erudito allatum est.

MYOCTŎNOS, m. *aconite*, μυοκτόνος, aconitum herba, seu radix aconiti, ita dicta, quod e longinquo mures interficiat: a μῦς, mus, et κτείνω, occido. *Plin.* l. 27. c. 3.

MYŌDES. V. in *Myiagrus.*

MYOPĀRO, ōnis, m. *a foist, frigate, galley, kind of vessel used by pirates*, genus navigii forma angusta et oblonga: cujusmodi piratæ uti solent. *Festus*: Myoparo genus navigii ex duobus dissimilibus formatum. nam midion (corrige *myon*) et parou per se sunt. *Scalig.* putat dictum esse a Paro insula, et μύων, adstrictus, quod a μύω, claudo. *Non.* c. 23. n. 6. Myoparo est navicula piratarum. *Cic. Verr.* 5. c. 80. Te prætore, paucorum adventu myoparonum classis pulcherrima piratarum manibus incensa est. *Id. in fragm.* apud *Non. ibid.* Cum quæreretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum uno myoparone; eodem, inquit, quo tu orbem terræ. *Sallust. ibid.* Mari placido a duobus prædonum myoparonibus circumventa. ¶ Non soli piratæ eo utuntur. *Cic. Verr.* 3. c. 34. Milesios navem poposcit, quæ eum præsidii causa Myndum prosequeretur. Illi statim myoparonem de sua classe, ornatum atque armatum dederunt. Ubi *Ascon.* Habent Milesii præsidiariam classem, ex fœdere præbendam populo R. maritimis necessitatibus.

MYOPHŎNON, i, n. μυοφόνον, herba muribus exitialis, forte eadem, quæ myoctonos, et aconiton: a μῦς, mus, et φόνος, cædes. *Plin.* l. 21. c. 9.

MYOPS, ōpis, *short-sighted, purblind, moon-eyed, afflicted with myopy*, μύωψ, ωπος, qui adeo infirma est oculorum acie, ut nisi proxime admotas oculis res cernat: cernat autem, etiamsi minima sint: longe autem posita non cernat, quamvis grandiora: quasi μύων ὦπας, claudens oculos, quia hujusmodi prope connivere solent, ut videant. *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 10. De hydropico quæsitum est, an sanus esset: et puto redhiberi posse. sed quid de myope? morbosum esse constat. ¶ Vox Græca est, cui Latina *luscitiosus* æque respondet, ut docet *Gell.* lib. 4. c. 2.

MYOSŌTA, *sive* Myosotis, *the herb mouse-ear or bloodstrange*, lævis herba, caulibus pluribus ab una radice, aliquatenus rubentibus, concavis, ab imo foliis angustis, oblongis, dorso acuto, nigris per intervalla, assidue geminatis, tenuibus cauliculis ex alis prodeuntibus, flore cæruleo, radice digitali crassitudine, multis capillamentis fimbriata. Ita *Plin.* l. 27. c. 12. Est autem μυὸς ὦτα, vel ὠτὶς, muris auris, vel auricula: et murina auricula dicitur a *Scribon. Larg. compos.* 153. ¶ *Myosōtos* etiam dicitur herba alsine, quia cum prorepit, musculorum aures imitatur foliis. *chickweed. Id. ibid.* c. 4. *circa med.*

MYRAPĬA, pira, *musk-pears*, ita dicta sunt ab odore. nam μύρον unguentum est. *Cels.* l. 4. c. 19. *ad fin.* et *Plin.* lib. 15. cap. 15. Al. scribunt *myrrhapia*, quasi myrrhæ odorem habeant. Apud *Colum.* l. 12. c. 10. legitur etiam *myrappia.*

MYRĪCE, es, *et* Myrica, æ, f. *a tamarisk*, μυρίκη, genus humilis virgulti: de quo *Plin.* l. 13. c. 21. Myricen fert et Italia, quam alii tamaricen vocant: Achaia autem bryam silvestrem. Insigne in ea, quod sativa tantum ferat gallæ similem fructum. *Id.* l. 24. c. 9. *a med.* Myricen Lenæus similem scopis Amerinis dicit. *et paulo post.* Vulgus infelicem arborem eam appellat, quoniam nihil ferat, nec seratur unquam. *Virg. Ecl.* 4. v. 2. Non omnes arbusta juvant, humilesque myricæ. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 691. fragiles. et 10. *Metam.* v. 97. tenues. ¶ De re impossibili. *Virg. Ecl.* 8. v. 54. Pinguia corticibus sudent electra myricæ. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 747. Si quis idem speret, jacturas poma myricas Speret, et in medio flumine mella petat.

MYRĪNUS. De campis Myrinis apud *Martial.* V. in *Campe.* [† *Myrīnus*, mas murænæ, legitur apud *Plin.* 9. 23. Sed melius *Vet. ex.* et *Harduin.* Myrus. V.]

MYRIONȲMA, μυριώνυμος, innumera habens nomina: a μυρίος, innumerus, et ὄνυμα, nomen. Est epitheton Isidis in vet. lapide apud *Gruter.* pag. 83. n. 11. et in altero apud *Fabrett.* c. 6. n. 108. pag. 469. et in alio apud *Murator.* pag. 73. n. 5. Dicta est enim Ceres, Venus, Juno, Eleusina, Lucina, Proserpina, Diana, Luna, &c. ut est apud *Apul. initio* l. 11. *Metam.*

MYRIOPHYLLON, i, *milfoil or yarrow*, idem ac millefolium: a μυρίος, innumerus, et φύλλον, folium. *Plin.* l. 24. c. 16.

MYRMECĬAS, æ, m. μυρμηκίας λίθος, genus lapidis: a myrmecio, verruca. *Plin.* l. 37. c. 10. Myrmecias nigras habet eminentias similes verrucis.

MYRMECĪTIS gemma dicta est a μύρμηξ, formica, quia innatam repentis formicæ effigiem habet, ut *Plin.* docet l. 37. c. 11.

MYRMECĬUM, ii, n. *a wart, corn*, μυρμήκιον, verruca lupini amplitudine, fere in palmis manuum, et plantis pedum nascens: a μύρμηξ, formica, quod formicæ in morem pungat. Contrarium est acrochordoni, quæ verruca pensilis dicitur, myrmecium verruca sessilis. *Cels.* l. 5. *c. ult.* sect. 14. Myrmecia radices altius exigunt, majoremque dolorem movent. *et paulo post.* Myrmecia, et clavi sine curatione vix unquam desinunt. *et infra.* Myrmecia latissimis radicibus inhærent: ideoque ne excidi quidem sine magna exulceratione possunt. ¶ Est etiam genus aranei capite formicæ simili, alvo nigra, guttis albis distinguentibus, describente *Plinio* l. 29. c. 4. *a med. a kind of spider.*

MYRMĪCE, adverb. *after the manner of ants*, more formicarum: a μύρμηξ, formica. Itaque *myrmice incedere* est, ut ait *Plaut. Men.* 5. 3. 12. formicino gradu, h. e. paulatim, sensim. *Catull.* carm. 42. v. 8. Turpe incedere, myrmice, ac moleste. Al. leg. *mimice*, rectius.

MYRMIDŎNES, um, m. *the Myrmidons*, Μυρμιδόνες, Thessaliæ populi, quorum majores ex Ægina insula ortum trahebant, sed Peleum patria profugum secuti, in Thessalia sedes fixerant: a μυρμηδὼν, formicarum domicilium, quod a μύρμος, formica. Nominis rationem ad hujusmodi fabulam Poetæ referunt. Cum pestilentia in Ægina crudelissime esset grassata, eamque insulam viris propemodum exhausisset, Æacus cum ad radicem quercus infinitum pæne formicarum numerum conspexisset, Jovem traditur orasse, ut sibi parem virorum numerum concederet, precibusque ejus vix absolutis, formicæ in viros commutatæ fuerunt. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 523. *et sequentib.* Sed alii deducunt a Myrmidone rege. ¶ Achillem ad bellum Trojanum secuti sunt. *Virg.* 2. *Æn.* v. 7. et ibi *Servius*: qui ad *Æn.* 4. v. 402. aliam huic fabulam adtexit, de Myrmice virgine Attica in formicam a Minerva conversa. ¶ In singulari num. et femin. gen. *Stat. Theb.* 5. v. 223. Gyan vidi lapsare cruentæ Vulnere Myrmidonis.

MYRMILLO. V. *Mirmillo.*

MYROBALĀNUM, i, *a fruit called myrobalan, ben, or behen*, μυροβάλανον, glans unguentaria, glans Ægyptia, hoc est fructus cujusdam arboris heliotropio similis, magnitudine nucis avellanæ. *Plin.* l. 12. c. 21. Ex ea fiebat unguentum quoddam odoratum, quo capilli ungebantur. Eodem id nomine vocatur, et legitur *in titulo* epigrammatis 57. l. 14. *Martialis.* Quoniam vero heroicum carmen ingredi non potest, sic explicat *Martial. ibid.* Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus Hoc ex unguento constat, et ex balano. *Cels.* l. 4. c. 9. Græcis litteris scribit.

MYROBRECHARĬUS. V. *Murrhobathrarius.*

MYRON, ōnis, m. Μύρων, statuarius insignis, Eleutheris Bœotiæ oppido natus, Ageladæ discipulus, bucula ærea maxime laudatus est, celebrata multis Græcorum Latinorumque versibus. Fecit et alia multa eximio artificio, quæ *Plin.* enumerat l. 34. c. 8. De bucula exstant epigrammata multa *in Anthologia*, et apud *Auson. Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 1. *in fin.* Ut similis veræ vacca, Myronis opus. ¶ *Myron*, vel *Myrum*, i, n. *an ointment, unguent*, μύρον, unguentum. Græca vox. *Hieronym. in præfat. in libr. Reg. sub fin.* Quæ Domini discumbentis pretiosissimo Fidei myro ungitis caput.

MYROPŌLA, æ, m. *a perfumer, seller of sweet oils, ointments or perfumes, myropolist*, μυροπώλης, unguentorum venditor, unguentarius: a μύρον, unguentum, oleum odoratum, et πωλέω, vendo. *Plaut. Cas.* 2. 3. 10. Myropolas sollicito omnes: ubicumque est lepidum unguentum, ungor. Adde *Trin.* 2. 4. 7. et *Nævium* apud *Fulgent. Planc. in exposit. serm. antiq.*

MYROPOLĬUM, ii, n. *a place where sweet ointments are sold; a perfumer's shop*, μυροπώλιον, μυροπωλεῖον, officina unguentaria. *Plaut. Epid.* 2. 2. 15. Per medicinas, per tonstrinas, per myropolia, et lanienas. Adde *Amph.* 4. 1. 3.

MYROTHECĬUM, ii, n. *a box of sweet ointment; a pouncetbox*, μυροθήκιον, vas, aut arcula, in qua unguenta adservantur: a μύρον, unguentum, et θήκη, theca, repositorium. Græce scribit *Cic. ad Attic.* l. 2. ep. 1. Meus liber totum Isocratis μυροθήκιον, atque omnes ejus discipulorum arculas, ac nonnihil etiam Aristotelia pigmenta consumpsit. *h. e.* oratoria ornamenta.

MYRRHA, *et* Murrha, æ, f. *myrrh*, μύῤῥα, σταχτὴ, arbor altitudinem habens ad quinque cubita, nec sine spina, caudice duro et intorto, crassiore, quam turis, et ab radice etiam, quam reliqua sui parte: cortice lævi, et unedonis simili: folio olivæ, verum crispiore, et aculeato. Gignitur in multis Arabiæ locis, et in Insulis adjacentibus, aut non longe dissitis. Inciditur a radice usque ad ramos, qui valent: manatque ex vulnere humor albicans et tabescens qui in minutas glebas, nec rotundas concrescit (quæ optima myrrha est) fractaque candidos veluti ungues habet, gustu leniter amara. Adhibetur in unguentis, odoris gratia, et pinguedinis. Antequam incidatur, sponte sudat humorem, qui et stacte dicitur, cui nulla myrrha præfertur. Hæc ex *Plin.* l. 12. c. 15. et 16. ubi etiam varia ejus genera, et varias adulterandi rationes persequitur. *Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 78. murrhæ millia multa bibi. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 28. Sublato murrhæ pondere. *Ovid.* 10. *Met.* v. 499. stillataque cortice myrrha. et lib. 5. v. 53. Crines myrrha madidi. *Martial.* l. 11. epigr. 55. Unguenta, et casias, et olentem funera myrrham. *h. e.* raptam e rogo, in quem injecta fuerat. *Plin.* l. 13. c. 1. *sub fin.* Myrrha et per se unguentum facit sine oleo, stacte dumtaxat: alioqui nimiam amaritudinem affert. *Id.* l. 14. c. 13. Lautissima apud Priscos vina erant, myrrhæ odore condita. et cap. 21. Dolia myrrha suffire. ¶ In plurali num. *Ovid. de medic. fac.* v. 88. Et modicum e myrrhis pinguibus adde cubum. Al. aliter leg. ¶ Scribitur etiam *murrha*, et *murra* ex consuetudine Latinorum vertendi in *u* Græcam *υ*. ¶ In fabulis Myrrha fuit Cinyræ Cypriorum regis filia, quæ spreti Solis (al. Veneris) ira, incesto patris amore capta, atque imprudentis amplexu potita, et gravida facta, agnita demum, et ad necem ab eo quæsita, profugit in Arabiam, ibique in arborem cognominem versa est. Sed completis pariendi mensibus, agente rimas arbore, et findente se cortice, Adonim peperit. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 298. *et sequentib. Serv. ad Virg. Ecl.* 10. v. 18. et *ad Æn.* l. 5. v. 72. et *Hygin.* fab. 58. et 164. Eadem dicitur etiam Smyrna, vel Smyrne, Σμύρνη. *Hygin. ibid.* et fab. 242. ¶ Aliud est *myrrha* lapis et poculum: de quo V. *Murrhinus.* ¶ Est etiam *myrrha*, seu *myrrhis*, μυῤῥὶς, herba simillima cicutæ caule, foliisque, et flore, minor tantum et exilior, cibo non insuavis. *Plin.* l. 24. c. 16. *sub fin.* Eadem et *smyrrhiza* dicitur. *Idem ibid. mock-chervil, kex, ass-parsley.*

MYRRHAPĬA. V. *Myrapia.*

MYRRHĀTUS, *et* Murrhatus, *seu* Murratus, a, um, *seasoned or mingled with myrrh*, myrrha conditus. *Festus*: Murrata potione usos antiquos, indicio est, quod etiam nunc Ædiles per supplicationes diis addunt ad pulvinaria, et quod duodecim tabulis cavetur, ne mortuo indatur, ut ait Varro in antiquitatum libro primo. Hæc *Festus*, qui videtur intelligere vinum myrrha conditum: de quo V. *Myrrhinus.* Alii intelligunt potionem unguento quolibet temperatam, μύρῳ κεκραμένην. *Sidon.* l. 8. ep. 3. *ad fin.* Satrapæ myrrhati. *h. e.* unguentis delibuti.

MYRRHĔUS, *et* Murrheus, *seu* Murreus, a, um, *of myrrh, perfumed with myrrh*, ad myrrham pertinens. *Horat.* l. 3. od. 14. v. 22. Murreum nodo cohibere crinem. *h. e.* myrrha delibutum. ¶ Murrheum onychen, apud *Propert.* l. 3. el. 8. v. 22. interpretantur coloris flavi, qui in eo lapide probatissimus est, ut *Plin.* docet lib. 36. c. 8. Porro myrrha maxime laudatur, si eum colorem habeat: unde *fulvam* dixit *Ovid.* l. 15. *Met.* v. 399. et *Plin.* l. 12. c. 16. albicantem commendat. *Broukhusius.*

MYRRHĪNUS, *et* Murrhinus, *seu* Murrinus, a, um, *of myrrh, scented or perfumed with myrrh*, ad myrrham pertinens, myrrheus. *Myrrhina*, seu *murrhina potio* est vinum myrrhæ odore conditum: de qua hæc habet *Plin.* l. 14. c. 13. Lautissima apud priscos vina erant, myrrhæ

odore condita, ut apparet in Plauti fabula, quæ Persa inscribitur quamquam in ea et calamum addi jubet. Ideo quidam aromatite delectatos maxime credunt. Sed Fabius Dossennus his versibus decernit: Mittebam vinum pulcrum, myrrhinam. Et in Acharistione: Panem, et polentam, vinum, murrhinam: Scævolam quoque, et Lælium, et Atteium Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit (2. 4. 50.) Quid, si opus siet, ut dulce promat indidem, ecquid habet? *Char.* rogas? murrhinam, passum, defrutum, &c. Quibus apparet, non inter vina modo murrhinam, sed inter dulcia quoque nominatam. Hæc *Plin.* qui quod ex *Persa*, Plautina fabula, affert, in ea quæ hodie exstat, non reperitur. *Gell.* l. 10. c. 23. Mulieres Romæ bibere solitas ferunt loream passam (*al.* passum) murrinam, et quæ id genus sapiant, potu dulcia. Ex his *Gellii* verbis dubitare quis possit, an ex vino murrhina constaret, quia ut *Gell. ibid.* tradit, vino semper feminæ olim Romæ, et in Latio abstinuerunt. Sed dicendum, ita temperatam fuisse, ut inebriare non posset. *Varro* apud *Non.* c. 18. n. 13. quorundam opinionem affert, qui putarunt, murrhinam apud *Plautum* idem fuisse, quod passum. Sed *Plaut. in Pseud. loc. cit.* aperte a passo distinguit. Sic *Varr.* apud *Non. ibid.* n. 10. Non modo vinum dare, sed etiam, ut Plautus ait, murrhinam, passum, defrutum. *Paul.* ex *Fest.* hæc habet: Murrina genus potionis, quæ Græce dicitur nectar. Hanc mulieres vocabant murriolam: quidam murratum vinum: quidam id dici putant ex uvæ genere murrinæ nomine. Hæc *Paul.* V. omnino *Voss. in Etymol.* in voce *Murrina.* ¶ Aliud sunt *murrhina*, seu *myrrhina*, pocula: de quib. V. *Murrhinus.*

MYRRHIS, herba, de qua V. *Myrrha* in fine.

MYRRHĪTES, æ, m. *a precious stone of the colour of myrrh*, μυῤῥίτης. *Plin.* l. 37. c. 10. Myrrhites myrrhæ colorem habet, facie minima gemma: odorem attrita etiam nardi.

MYRSINĪTES, æ, m. *a kind of spurge*, μυρσινίτης, species tithymali, foliis myrti acutis, et pungentibus, sed mollioribus. *Plin.* l. 26. c. 8. *circa med.* ¶ Item gemma mellis nigricantis colore, myrti odore. *Plin.* l. 37. c. 10. ¶ Μύρσινος idem est quod μύρτος.

MYRTA, *et* Murta, æ, f. V. in *Myrtus.*

MYRTACĔUS, a, um, adject. a myrto. *of myrtle.* *Cels.* l. 7. c. 17. Ad similitudinem myrtacei folii.

MYRTĀTUS, *et* Murtatus, a, um, *seasoned with myrtle*, myrto conditus. *Murtatum* absolute est genus quoddam farciminis myrto conditum: unde apud Italos *mortadella* (*a Bologna sausage*) nominata est, quamvis aliud esse videatur. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 22. *a med.* Murtatum a myrto, quod eo large fartum intestinum crassum. *Plin.* l. 15. c. 29. Alius usus baccæ myrti fuit apud antiquos, antequam piper reperiretur, illius obtinens vicem, quodam etiam generosi obsonii nomine inde tracto, quod etiam nunc myrtatum vocamus.

MYRTEŎLUS, *et* Murteolus, a, um, diminut. a *myrteus.* *Colum.* l. 10. v. 237. *de cinara.* Hæc modo purpureo surgit glomerata corymbo, Myrteolo modo crine viret. *h. e.* colore floris myrti. Al. leg. *myrtiolo*, eodem sensu: alii *murceolo*, vel *murciolo*, h. e. languidulo, et inflexo, a *murcius.* V. *Murcia.*

MYRTĒTA. V. vocem sequent.

MYRTĒTUM, *et* Murtetum, i, n. *a myrtle-grove, grove of myrtles*, μυρσινών, locus myrtis consitus. *Sallust. in Jug.* c. 52. Collis vestitus oleastro ac murtetis. *Virg.* 2. *Georg.* v. 112. Litora myrtetis lætissima. *Martial.* l. 3. epigr. 58. Villa non otiosis ordinata myrtetis, sed rure vero. *Plaut. Rud.* 3. 4. 27. Quasi murteta juncis, item ego vos virgis circumvinciam. ¶ Dicitur et *myrteta, æ*, f. *Plaut. in Vidular.* apud *Priscian.* l. 4. pag. 625. *Putsch.* Nescio qui servus e myrteta prosiluit. ¶ Apud Baias locus fuit, *in myrtetis* dictus, ubi sudatoria erant medicinæ causa, calido terræ vapore in ædificiis incluso. *Cels.* l. 2. c. 17. et lib. 3. c. 21. *Horat.* l. 1. ep. 15. v. 5.

MYRTĔUS, *et* Murteus, a, um, *of myrtle*, μύρσινος, ad myrtum pertinens. *Virg.* 6. *Æn.* v. 443. Myrtea silva. *a grove of myrtles.* *Ovid.* 3. *Amor.* el. 1. v. 34. et *Martial.* l. 3. epigr. 82. v. 12. Myrtea virga. *Tibull.* l. 1. el. 3. v. 66. Myrtea serta. *Festus* et *Valer. Max.* l. 3. c. 6. n. 5. Myrtea corona Papirius usus est, quod Sardos in campis myrteis superasset. *h. e.* myrto consitis. ¶ *Myrtea coma*, myrto coronata. *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 28. ¶ *Myrteum* absolute, apud *Cels.* l. 2. c. 33. *a med.* est oleum e myrto: cujus conficiendi rationem *Plin.* l. 15. c. 7. tradit. Myrteum oleum plene vocat *Id.* l. 23. c. 14. et *Scribon. Larg. compos.* 219. ¶ Myrteum vinum apud *Plin.* l. 26. c. 11. *sub fin.* est myrto conditum. Ejus confectionem docent *Cato R. R.* c. 125. *Colum.* l. 12. c. 38. et *Pallad. in Januar.* tit. 18. Negat *Plin.* l. 23. c. 9. eo vino quemquam inebriari. ¶ *Myrteus* refertur etiam ad colorem. *Petron. in Satyr.* c. 21. Myrtea subornatus gausapila. *of a dark-chestnut or chestnut-bay colour.* *Pallad.* l. 4. tit. 13. *de equis.* Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, russeus, murteus, cervinus, &c. *Isid.* l. 12. c. 1. murteum colorem dicit esse qui est pressus in purpura. *h. e.* subniger, aut fuscus sine splendore. *a dark bay.* ¶ De Venere myrtea V. *Murcia.* ¶ Inter varia olearum genera *murteam* recenset *Colum.* l. 5. c. 8. Quænam ea sit, ignoratur.

MYRTIDĀNUM, i, n. *wine made from the berries of the wild-myrtle*, vinum e silvestris myrti baccis factum, quod manus tingit. *Plin.* l. 14. c. 16. qui *sub fin.* l. 23. monstrat varios ejus usus in medicina.

MYRTĪNUS, *et* Murtinus, a, um, μύρσινος, idem quod myrteus. *Apul. de herb.* c. 121. et *Cæl. Aurelian. Tard.* l. 4. c. 3. Myrtinum oleum.

MYRTĬŎLUS. V. *Myrteolus.*

MYRTĪTES, æ, m. *wine seasoned with myrtle*, μυρτίτης οἶνος, vinum myrto conditum. *Colum.* l. 12. c. 38. Vinum myrtiten ad tormina, et ad alvi proluviem sic facito, &c. *Pallad. in Januar.* tit. 18. et *in Februar.* tit. 27. et 31. Vinum myrtite sic facies, &c. *Colum.* Græca ratione locutus est, de qua V. *Abrotonites:* Latina, et adjectivi more *Pallad.*

[†MYRTOPETĂLUM, i, n. *knot-grass*, μυρτοπέταλον, herba quæ *polygonuton, polygonon*, et *centimodia* audit, ob multitudinem scilicet geniculorum. *Plin.* 27. 12.]

MYRTŌUS, a, um. Myrtoum pelagus, *the sea of Mandria*, Μυρτῷον πέλαγος, pars maris Ægæi, quæ est inter Ægæum, et Ionium, inter Peloponnesum, et Atticam, ac Eubœam. Incipit a Megarico sinu, Cretamque alluit, et Atticam, Occiduamque Cariæ oram, habetque insulas plurimas, Cytheram, Calauriam, et quæ Æginam cingunt, et Salaminem, et ex Cycladibus plerasque. Dictum est a Myrtilo Mercurii filio, qui in id projectus fertur a Pelope, quia Hippodamen ejus uxorem turpius interpellaverat. V. *Serv. ad Virg.* 3. *Georg.* v. 7. ubi rem pluribus narrat. Adde *Senec. in Thyest.* v. 140. Hinc *Ovid. in Ibin*, v. 371. Proditor ut sævi periit auriga tyranni, Qui nova Myrtoæ nomina fecit aquæ. *Plin.* tamen verius l. 4. c. 11. *sub fin.* Ægæi pars Myrtoo datur: appellatur ab insula parva, quæ cernitur Macedoniam a Geræsto petentibus, haud procul Eubœæ Carysto. *Id. ibid.* c. 5. *in fin.* Myrtoum esse dicit, quod a Megarico incipiens sinu, totam Atticam alluit. *Horat.* l. et od. 1. v. 13. ut trabe Cypria Myrtoum pavidus nauta secet mare.

MYRTUŌSUS, a, um, myrti similis. *Plin.* l. 12. c. 13. Amomi uva frutice myrtuoso, palmi altitudine.

MYRTUM, ti, n. *the fruit of the myrtle; a myrtle-berry*, μύρτον, fructus, h. e. bacca myrti. *Virg.* 1. *Georg.* v. 306. Et lauri baccas, oleamque, cruentaque myrta. *h. e.* matura, quia tunc cruoris imitantur colorem. *Cels.* l. 2. c. 30. Oleæ, myrta, palmulæ, &c. *Plin.* l. 15. c. 29. Aprorum sapor commendatur, ad intinctus additis myrtis.

MYRTUS, i, *et* us, f. *a myrtle-tree, myrtle*, μύρτος, μυρσίνη, arbor baccas ferens saporis præcipui, et gratissimi odoris, ex quibus et vinum, et oleum fit: veteres etiam condiendis cibis usi sunt, ante inventum piper. Cato, inquit *Plin.* l. 15. c. 29. tria myrti genera prodidit, nigram, candidam, conjugulam. (V. *Conjugulus.*) Nunc alia distinctio, sativæ, aut silvestris, et in utraque latifoliæ. In silvestri propria oxymyrsine. Sativarum genera topiarii faciunt: Tarentinam folio minuto, nostratem patulo, hexastichani densissimo, senis foliorum versibus. hæc non est in usu: ramosa utraque alia. Odoratissima est in Ægypto. Cato docuit vinum fieri e nigra, siccata usque in ariditatem in umbra, atque ita musto indita: si non siccentur baccæ, oleum gigni. Postea compertum, et ex alba vinum fieri album, duobus sextariis myrti tusæ in vini tribus heminis maceratæ expressæque. Quinimo oleo quoque inest quidam vini sapor, simulque pinguis liquor, præcipua vi ad corrigenda vina, saccis ante perfusis, retinet quippe fæcem, nec præter purum liquorem transire patitur, datque se comitem præcipua commendatione liquato. Bellicis quoque rebus se inseruit, coronantibus se ea quibusdam in ovationibus. Masurius auctor est, curru quoque triumphantes myrtea corona usos. Veneri sacra habetur: (V. *Murcia*) unde ara vetus Romæ fuit Veneri myrteæ. Hæc ex *Plinio*, qui lib. 23. *c. ult.* persequitur myrti vires in medicina: idemque tradit l. 35. c. 12. *a med.* multos se defunctos condi voluisse fictilibus foliis, in myrti atque oleæ, et populi nigræ foliis, ut M. Varronem, Pythagorico modo. In sacris etiam locum habuisse *Id.* tradit l. 15. c. 29. adhibitam suffimentis, et lustrationibus. Myrto coronabantur in conviviis, in nuptiis: Poetæ etiam, præsertim amatorii, myrteas coronas amabant. Ovantes quoque coronam e myrto gestarunt, ut *Id.* l. 15. c. 29. *ad fin.* tradit. *Horat.* l. 1. od. 4. v. 9. viridi caput impedire myrto. *Virg. Ecl.* 7. v. 61. Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho, Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo. *Horat.* l. 1. *od. ult.* Simplici myrto nihil adlabores Sedulus, cura: neque te ministrum Dedecet myrtus, neque me sub arcta Vite bibentem. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 733. Finis adest operi, palmam date, grata juventus, Sertaque odoratæ myrtea ferte comæ. *Claudian. de Magnete*, v. 27. Connubium celebrat: festa frondentia myrto Limina cinguntur. ¶ *Virg.* 2. *Georg.* v. 447. myrtum bonam esse ait validis hastilibus. Unde per synecdochen pro hasta ponitur apud *eund. in fi.* l. 7. *Æn.* Et pastoralem præfixa cuspide myrtum. Apud *Val. Flacc.* l. 3. v. 524. stricta myrtus habena videtur esse scutica, seu virga myrtea loro pendente. ¶ Masculino genere extulit *Cato R. R.* c. 8. et 133. Myrtum conjugulum, et album, et nigrum. ¶ Declinatur etiam *myrtus, us.* *Virg.* 2. *Georg.* v. 63. Sed truncis oleæ melius, propagine vites Respondent, solido Paphiæ de robore myrtus. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 89. Quales Eurotæ progignunt flumina myrtus. ¶ Olim dixere etiam *myrta*, seu potius *murta, æ*, ex consuetudine vertendi in *u* Græcam *υ*. *Cato R. R.* c. 125. Murtam nigram arfacito in umbra.

MYRUS, i, m. dicitur mas murænæ. *Plin.* l. 9. c. 23. [†V. *Myrinus.*]

MYS, os, m. *a kind of muscle*, μῦς, piscis marinus, quem et murem marinum appellant. *Plin.* l. 32. c. 11. ¶ Fuit etiam nomen cælatoris, qui claruit argento cælando. *Martial.* l. 8. epigr. 51. Qui labor in phiala, docti Myos, anne Myronis? Adde epigr. 34. et *Propert.* l. 3. el. 7. v. 14.

MYSĬA, æ, f. Μυσία, regio Asiæ min. ad Occ. extensa. Duplex est major, et minor. Minor est versus Hellespontum, inter Propontidem ad Bor. et Troadem ad Austr. Major est orientalior, inter Mysiam min. ad Occ. Phrygiam magnam ad Or. Bithyniam ad Bor. mare Ægæum ad Mer. *Plin.* l. 5. c. 32. &c. *Cic. in Orat.* c. 8. *Lucan.* l. 3. v. 203. Mysiaque, et gelido tellus perfusa Cayco. *Val. Flacc.* l. 3. v. 484. quosque dabat densos trabe Mysia montes.

MYSIĂCUS, a, um, Mysius, ut Mysiacus exercitus, in vet. Lap. apud *Murator. in prolegom.* To. 1. *Inscript.* pag. 146. h. e. bellum gerens in Mysia.

MYSĬUS, a, um, *Mysian*, Μύσιος, ad Mysiam pertinens, Mysus. *Cic.* l. 1. *ad Q. Fr.* ep. 1. c. 6. *extr.* Hominis ne Græci quidem, at Mysii, aut Phrygis potius. *Plin.* l. 26. c. 8. *ante med.* Mysium scammonium.

MYSTA, *vel* Mystes, æ, m. *a priest*, μύστης, sacrorum, seu mysteriorum peritus, sacris initiatus, sacerdos: Græca vox a μυέω, sacra doceo, sacris imbuo, initio. *Senec. in Herc. Fur.* v. 845. Turba secretam Cererem frequentant, Et citi tectis properant relictis Attici noctem celebrare mystæ. *Id. in Œdip.* v. 431. Condita lascivi deducunt orgia mystæ. Adde *Auson. Edyll.* 1. v. 2.

MYSTAGŌGUS, gi, m. *a kind of priest; one who showed to strangers the remarkable things of a temple; a sacrist, mystagogue*, μυσταγωγός, rerum sacrarum custodiæ præfectus, quique hospitibus sacra solet ostendere. *Cic. Verr.* 6. c. 59. Qui hospites ad ea, quæ visenda sunt, ducere solent, et unumquidque ostendere, quos illi mystagogos vocant. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 4. n. 487.

MYSTERIARCHES, æ, m. *a mysteriarch*, μυστηριάρχης, sacrorum custos, vel princeps. *Prudent.* peristeph. 3. *de S. Laurent.* v. 349. Bene est, quod ipse ex omnibus Mysteriarches incidit.

MYSTERĬUM, ii, n. *a mystery*, μυστήριον, res arcana, præsertim sacra, a μύω, claudo, quia decet, res sacras non temere evulgari, ne a vulgo contemnantur: vel a *mysta.* Hoc nomine nationes appellarunt Orgia Samothracia, et Cabirorum (de quibus *Pausanias in Bœoticis*, et *Apollonii Interpres*) aut Liberi Patris, et in primis initia Eleusinia (de quibus *Clemens Alexandrinus*, et *Euseb. de Præp. Evang.*) quæ duplicia dicuntur fuisse, magna, quæ Cereri sacra erant, et parva, quæ Proserpinæ. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 24. Hunc dico Liberum Semele natum, non eum, quem nostri majores auguste sancteque Liberum cum Cerere, et Libera consecraverunt, quod quale sit, ex mysteriis intelligi potest. *Id.* 2. *de Leg.* c. 14. Quid ergo aget Iacchus, Eumolpidæque vestri, et augusta illa mysteria, si quidem sacra nocturna tollimus? *et mox.* Nam mihi cum multa eximia, divinaque videntur Athenæ tuæ peperisse, atque in vitam hominum attulisse, tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem, et mitigati sumus. ¶ Sumitur etiam pro ipsis festis, quæ e. g. in honorem Cereris celebrabantur et ab Atheniensibus, et a Romanis. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *in fi.* In quem diem Romana incidant mysteria. Adde lib. 5. *ep. ult. extr.* Sunt autem, qui putant, his a *Cicer.* intelligi sacrum Bonæ deæ. ¶ Transfertur et ad alia. *Cic.* 4. *Tuscul.* c. 25. Ne Rhetorum aperiamus mysteria. *secrets.* *Id. Attic.* l. 4. ep. 18. Epistolæ nostræ tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus. *Auson.* ep. 4. v. 67. Accipe congestas, mysteria frivola, nugas. ¶ *Mysteria facere*, sacra Cereris facere. *Nep. in. Alcib.* c. 3. *in fin.* Aspergebatur etiam infamia, quod in domo sua facere mysteria dicebatur, quod nefas erat more Atheniensium. *Justin.* hoc idem narrans, l. 5. c. 1. Alcibiades insimulatur mysteria Cereris initiorum sacra, nullo magis quam silentio solemnia, enuntiavisse.

MYSTĬCE, adverb. *mystically, secretly, enigmatically*, arcane, cum mysterio, μυστικῶς. *Solin. de Ægypto*, c. 32. (*al.* 45.) *ante med.* Delubra mystice thalamos nominant.

MYSTĬCUS, a, um, μυστικός, *mystic, mystical, sacredly obscure*, qui in arcanis deorum sacris fiebat, ut Mystica sacra, idest arcana sacra. *Martial.* l. 8. epigr. 81. Non per mystica sacra Dindymenes. *Virg.* 1. *Georg.* v. 166. et mystica vannus Iacchi. *h. e.* quæ in Bacchi sacris adhibetur, et arcanum aliquid significat. *Tibull.* l. 3. eleg. 6. v. 1. Candide Liber, ades: sic sit tibi mystica vitis, &c. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 26. Isium, et Serapium decenter ornavit, additis signis, et Deliacis, et omnibus mysticis. *h. e.* omni sacrorum instrumento. ¶ Speciatim di-

citur de mysteriis Cereris. *Fest.* in *Religiosus*: Adversus mystica legem ad populum ferre. ¶ *Pierius ad loc. Virg. cit.* in Romano codice invenit *musticus*: cujusmodi sunt *Corcura, Sulla, Purrus, Phruges*, et sexcenta alia, in quibus Græca υ in *u* Latinum vertitur.

MYSTRUM, i, n. μύστρον, cyathi quarta pars. *Rhemn. Fann. de ponderib. et mens.* v. 77.

[† MYSTUS, i, m. piscis ex lacertorum genere. *a kind of sea-lizard. Plin.* 32. 11.]

MYSUS, a, um, Μύσος, ad Mysiam pertinens, Mysius. *Propert.* l. 2. el. 1. v. 65. Mysus et Æmonia juvenis qua cuspide vulnus Senserat. *h. e.* Telephus, qui in Mysia regnavit, et Mysus dux dicitur ab *Ovid.* 2. *ex Pont.* epist. 2. v. 26. ¶ *Mysi, orum*, Mysiæ populi. *Horat.* epod. 17. v. 9. In quem superbus ordinarat agmina Mysorum. ¶ Apud Romanos abjectissimi omnium gentium habebantur. Hinc *Florus* l. 4. c. 12. Mysos vocat Barbaros Barbarorum. et *Cic.* Mysium, aut Phrygium hominem pro contemptissimo quoque posuit, l. 1. ep. 1. *ad Q. Fr.* c. 6. *in fi.* Nisi forte me Paconii nescio cujus, hominis ne Græci quidem, at Mysii, aut Phrygis potius, querelis moveri putas. *Id. pro Flacc.* cap. 27. Quid porro in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quam, si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur.

MYTACISMUS. V. *Metacismus.*

MYTHĬCUS, a, um, adject. *fabulous*, μυθικὸς, fabulosus, fabulas continens: a μῦθος, fabula: ut Pantomimus mythicus, apud *Plin.* l. 7. c. 53. *ad fin.* V. *Pantomimus.* ¶ *Mythicus, i*, qui fabulas scribit. *a fabulist. Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 8. Saturnum mythici fictionibus distrahunt, physici ad quandam similitudinem revocant.

MYTHISTORĬA, æ, *a narrative mixed up with fable*, narratio fabulosa, et frivola, μυθιστορία: a μῦθος, fabula, et ἱστορία, historia. *Capitolin. in Macrino*, c. 1. Libros mythistoriis replevit.

MYTHISTORĬCUS, a, um, *mythistoric, mixed with fable*, μυθιστορικὸς, fabulosus, mixtus ex historia, et fabulis, ut Mythistorica volumina apud *Vopisc. in Firmo*, c. 1.

MYTĬLUS. } V. *Mitulus.*
MYTŬLUS. }

MYXA, æ, μύξα, Græcis est mucus, seu pituita e naribus effluens. ¶ Apud *Plin.* genus est pruni, exiguos ferens fructus, et gustu suaves, ex quibus in Ægypto et vina fiunt, ita dictum ob mucosum lentorem, lib. 13. c. 5. [† *ed. Froben. Basil.* 1530. ne dicam alias, habet *myxa*, ut sit num. plur. τοῦ *Myxum.*] lib. 15. c. 13. et lib. 17. c. 10. *in fi. a damson-tree.* [† ¶ Pro *Myxa, æ*, (sensu *pruni*) *Gesnerus* in Lexico omnino habet *Myxon, i*, n. et *usitatius plur. Myxa*; obstantibus plane binis et a seipso, et a *Forcellino* citatis *Plinii* locis. ¶ *Myxa, æ*, f. prominens pars lucernæ ellychnium continens, V. in *Myxos.*]

MYXO, *vel* Myxon, onis, *a fish of the mullet kind*, μύξων (h. e. mucosus) piscis est ex genere mugilum, alio nomine bacchus, ita dictus, quia suo sibi muco pascitur. *Plin.* l. 32. c. 7. et lib. 35. c. 12. *ad fin.*

MYXOS, *vel* Myxus, i, m. *that part of a lamp which contained the wick; the socket of a lamp*, μύξος, prominens pars lucernæ, ex qua profertur ellychnium, quemadmodum ex naribus mucus: a μύξα, mucus. *Martial.* l. 14. epigr. 41. cujus lemma est *Lucerna polymyxos.* Illustrem cum tota meis convivia flammis, Totque geram myxos, una lucerna vocor. [† *Gesnerus*, ut inter alias *editio Bipontina*, legit *myxas*; ut sit a *Myxa, æ*, f. ablegata prorsus voce *Myxos*, vel *Myxus, i*, m. *Nempe* (ait ille) *non* Myxos *legendum, sed* Myxas, *i, nares, s. nasos, ob similitudinem, unde et nasiterna dicta est.* Græce profecto, et Græca certe vox est, non μύξος scribitur, (vides novum pro re nata effictum a *Forcellino* vocabulum) sed μύξα. Adi *Suidam*, in Μύξα, *Eustath.* ad *Iliad.* Δ. 20. *Polluc. Onomast.* lib. 2. pag. 99. *ed. Basil.* 1536. *Lex. Seguer.* p. 52. A μύξα fiunt composita πολύμυξος, δίμυξος, &c. V. *Polymyxos.* Cf. *Vinet.* ad *Auson. Edyll.* 6. 22. in *Pervig. Ven.* p. 185.]

MYXUM, i, n. [† μύξον,] fructus myxæ arboris. *Pallad. in Februar.* tit. 25. *ad fin.* Nunc seruntur myxa ex nucleis in aliquo vase positis, donec plantæ induant firmitatem. [† *Scribon.* 141. Myxorum decoctorum aqua.]

DE LITTERA N.

N Littera, una semivocalium, ab antiquis inter liquidas connumerata. Si primum in dictione locum teneat, aliquando sumit ante se *g*, ut *Narus, gnarus*, unde *ignarus, Navus, gnavus*, unde *ignavus.* In notis addita L significat *non liquet*, quo signo utebantur in tabellis judicialibus. V. *Liquet.* Est etiam *nepos*, ut M. Tull. M. F. M. N. Quandoque mutatur in *l*, ut *Messana Messala*, ut est apud *Senec. de brevit. vitæ*, c. 13. in *m* sequente *p*, ut ab *in*, et *pono impono*: in *l* et *r*, si eæ ipsæ sequantur, ut ab *in* et *lacio*, et *rogo, illicio, irrogo.* Quod tamen non est necessarium, cum et *inpono*, et *inlicio*, et *inrogo* recte scribatur. N' cum apostrophi nota est *ne* interrogativum, ut *min', tun', vin', nemon'*, pro *mine* seu *mihine, tune, visne, nemone*, &c. ¶ N in Fastis significat nefastum diem.

NABATHÆUS, a, um, Ναβαθαῖος, ad Nabathæam pertinens, quæ est regio Arabiæ desertæ, seu petreæ, in confinio Felicis: cujus oppidum est Petra, in convalle positum, et circumdatum montibus inaccessis, amne interfluente, ut *Plin.* l. 6. c. 28. tradit. *Juvenal.* sat. 11. v. 126. Et quos deposuit Nabathæo bellua saltu. ¶ Ponitur et pro Arabico, et pro Orientali. *Ovid. Met.* 1. v. 61. Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna recessit. *Senec. in Agam.* v. 482. Eurus Orientem movet, Nabathæa quatiens regna, et Eoos sinus. *Lucan.* l. 4. v. 63. Nabathæi flatus Euri. ¶ Secundam syllabam produxit *Sidon.* carm. 5. v. 284. Texta Nabathæum pro Rheno sulcat Hydaspem. ¶ *Nabathæi, orum*, populi. *Plin. loc. cit.* Horum pars aliquando in Africam migravit, et Nabathæi Troglodytæ vocantur. *Id.* l. 12. c. 20. ¶ Scribitur et *Nabatæus*, Ναβαταῖος.

NABĀTHES, æ, m. Ναβάθης, Nabathæus. *Senec. in Herc. Œt.* v. 160. Vicino Nabathæ vulnera dirigit Parthus.

NABIS, *vel* Nabun, lingua Æthiopum est camelopardalis, *a camelopard*, quod V. *Plin.* l. 8. c. 18. ubi *nabun* habetur. Sic apud *Solin.* cap. 30. (*al.* 43.) *a med.*

NABLĬA, orum, n. *a musical instrument, perhaps psaltery*, ναύλια, νάβλια, et νάβλα, instrumentum musicum, de quo *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 327. Disce etiam duplici genialia nablia palma Verrere: conveniunt dulcibus illa jocis. Al. leg. *naulia*, et *vertere.* Quid porro hoc instrumentum sit, utrum psalterii, aut cymbali genus, qua figura, qua ratione pulsetur, ignoratur adhuc. *Politian. in Miscellan.* c. 14. putat esse psalterium.

NACCA, *vel* Nacta, *vel* Natta, æ, m. homo sordidam artem exercens, ut fullo. *Festus*: Naccæ appellantur vulgo fullones, ut ait Curiatius, quod nauci non sint, idest nullius pretii. *fullers.* Idem sentit et Cincius. Quidam aiunt, quod omnia fere opera ex lana nacæ dicantur a Græcis. Hæc *Fest.* Νάκη Græce est pellis cum suo villo. *Apul.* l. 9. *Metam.* Maritus apud naccam proximum cœnitabat. ¶ Translate de quovis sordidissimo et vilissimo homine dicitur. Itaque huc pertinere quidam putant illud *Pers.* sat. 3. v. 31. Non pudet ad morem discincti vivere Nattæ? et illud *Horatii* l. 1. sat. 6. v. 124. ungor olivo, Non quo fraudatis immundus Natta lucernis. Melius tamen his locis tanquam nomen proprium accipitur. Fuit enim Pinariorum cognomen.

[* NACCĪNUS, a, um, ad naccam pertinens. *Apul.* 9. *Met.* pag. 646. *Oudend.* Nec ad exemplum naccinæ truculentiæ sulfuris te letali fumo necabo. *h. e.* ad exemplum naccæ seu fullonis hospitis mei, qui nuper deprehensum adulterum truculenter necare tentavit.]

NACTUS, a, um, particip. verbi *Nanciscor.* V. ibi. ¶ Passiva significatione *Hygin.* fab. 8. Ea occasione nacta, fugæ se mandavit. Adde fab. 1. et 120.

NÆ, *certainly, truly, surely, for certain, verily, really, in very deed, indeed*, ναὶ, νὴ, vero, certe, profecto, sane, hercle, adverbium graviter et serio affirmantis. A *Cicerone* fere jungitur pronomini, ut *Catil.* 2. cap. 3. *extr.* Næ illi vehementer errant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram. *Id. de clar. Orat.* c. 71. Næ ego, si ita est, velim tibi eum placere quam maxime. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 4. Næ ista gloriosa sapientia non magno æstimanda est, siquidem non multum differt ab insania. *Id.* 2. *Phil.* cap. 2. Næ tu, si id fecisses, melius famæ tuæ consuluisses. *Plaut. Trin.* 3. 2. 7. *Lesb.* Qui mihi male facis, male consulis. *Lys.* egone? *Lesb.* tu næ. Adde *eund.* alibi, et *Terent.* sæpe, et *Sallust.* ¶ Ab aliis id non servatur. *Liv.* l. 34. c. 4. *a med.* Næ, simul pudere, quod non oportet, cœperit; quod oportet, non pudebit. (Adde lib. 30. c. 14. *a med.* et lib. 26. c. 31. *sub fin.*) *Plaut. Asin.* 2. 2. 106. Næ hodie malo cum auspicio nomen commutaveris. *Id. Rud.* 4. 3. 38. Næ impudenter impudens! *Senec.* l. 1. *de benef.* c. 14. *in fin.* Næ perperam monitiones nostras exaudit. *Terent. Andr. prol.* v. 17. Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant. Ubi *Donat.* *Ne* quidam corripiunt, et cum interrogatione pronuntiant: quidam producunt. quorum alii *ne* pro *nec* accipiunt, idest non. Alii *ne* pro valde, nimis, multum, plurimum, ut (*Adelph.* 4. 2. 1.) Ne ego homo sum infelix. Et hoc melius. ¶ Jungitur et aliis particulis affirmantibus. *Terent. Hecyr.* 5. 3. 1. Edepol næ meam herus esse operam deputat parvi pretî. *Cic. Attic.* l. et ep. 4. Medius Fidius næ tu emisti locum præclarum. *Plaut. Amph.* 2. 2. 213. Næ ista edepol examussim est optima. *Asin.* 2. 4. 6. Næ tu hercle cum magno malo mihi obviam occessisti. *Men.* 4. 2. 40. Næ illi mecastor fenerato abstulisti. [† *Næ ecastor.* V. *Castor.*] ¶ Ex allatis verbis *Donati* disces, etiam *ne* sine diphthongo scribi posse, ex Græco νὴ particula item affirmante: quod ex libris optimis, et veterrimis *Cicer.* et *Terentii* confirmant Critici non uni, ut videre est apud *Burman. ad Quintil.* declam. 7. c. 9. V. etiam *Bentlei. ad Terent. Andr. prol.* v. 17.

NÆNĬA. V. *Nenia.*

NÆVĬA PORTA, Romæ dicta est a nemore Nævio. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 34. Sequitur porta Nævia, quod in nemoribus Næviis. Nævius enim loca, ubi ea sic dicta, coluit. *Fest.* quoque a nemore Nævio dictam tradit. *Liv.* l. 2. c. 11. Lucretius porta Nævia cum aliquot manipulis militum egressus. ¶ Quidam putant esse eam, quæ nunc Porta major dicitur: alii negant.

NÆVĬĀNUS, a, um, adject. ad Nævium poetam pertinens, ut Nævianus Hector, apud *Cicer. Fam.* 5. ep. 12. *a med.* h. e. qui a Nævio inducitur. Næviana scripta apud *eund. de clar. Orat.* c. 15. Næviani modi, *Id.* 2. *de Legib.* c. 15. ¶ Næviana pira laudat *Colum.* l. 5. c. 10. *a med.* et lib. 12. c. 10. item *Cels.* l. 2. c. 24. dicta opinor a quodam Nævio, qui ea primus intulerit.

NÆVĬUS, prænomine Cnæus, natione Campanus, Poeta Latinus, Ennio aliquanto antiquior, stipendia fecit bello Punico primo, ipsumque bellum carmine descripsit: aliquot præterea fabulas apud populum dedit (quorum omnium pauca tantum fragmenta exstant) circa A. U. DXIX. Cum ob assiduam maledicentiam, et probra in principes civitatis, in vincula Romæ a Triumviris conjectus esset, eo loci duas fabulas, Hariolum, et Leontem scripsit: quibus ipsis fabulis cum delicta sua, et petulantias dictorum diluisset, a tribunis pleb. exemptus est. Hujus dicacitatis exemplum habes apud *Gell.* l. 6. c. 8. Mortuus dicitur bello Punico altero, M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano Coss. h. e. circa A. U. DXLVIII. quamquam Varro vitam ejus producit longius. Dicitur ipse sibi vivens fecisse epigramma, incidendum sepulcro, plenum Campanæ superbiæ, his versibus: Mortales Immortales flere si foret fas, Flerent divæ Camenæ Nævium poetam. Itaque postquam est Orcino traditus thesauro, Obliti sunt Romæ loquier Latina lingua. Hæc ex *Cicer. in Bruto*, c. 15. *Gell.* l. 1. c. 24. lib. 3. c. 3. et lib. 17. c. *ult.* Tertiam ei palmam in comica facultate tribuit *Vulcatius Sedigitus* apud *Gell.* l. 15. c. 24. scilicet post Cæcil. Statium, et Plautum. Ejus tragœdiam Hesionæ memorat *Id.* l. 10. c. 25.

NÆVĬUS, a, um, ad Nævium vel Poetam, vel alium quemvis pertinens. *Nævia silva* denominata a quodam Nævio, cujus domus ibi fuerat, memoratur a *Festo*, a qua Nævia porta dicta est. V. *Nævia.* In ea silva morari solebant perditi homines, teste *Catone* apud *Fest.* Unde opprobrii loco objici solebat alicui, eum a domo Nævia esse. ¶ Næviam oleam commemorat *Colum.* l. 12. c. 48. et lib. 5. c. 8. ¶ *Nævius* præterea dicitur, qui nævos in cute habet. *Arnob.* l. 3. pag. 108. Ergo esse dicendum est quosdam (*deos*) capitones, silunculos, frontones, labeones: in his alios mentones, nævios, atque nasicas, &c.

NÆVŬLUS, li, m. *a little blemish*, diminut. a *nævus. Gell.* l. 12. c. 1. An tu quoque putas, naturam feminis mammarum ubera, quasi quosdam nævulos venustiores, non liberum alendorum, sed ornandi pectoris causa dedisse? *Apul. de Mundo.* Minores aliæ insulæ, ut nævuli quidam, per apertas Ponti sunt sparsæ regiones.

NÆVUS, i, m. *a mole or mark on the body; a spot, blemish*, ἡ κηλὶς συμπεφυκυῖα, corporis insigne, verruca, genitiva macula: olim gnævus, et gnæus. *Festus*: Gnæus corporis insigne, et prænomen, a generando dicta esse, et ea ipsa ex Græco γίγνεσθαι, apparet. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 28. Nævus in articulo pueri delectat Alcæum. At est corporis macula nævus. Illi tamen hoc lumen videbatur. *Plin.* l. 22. c. 25. *ante med.* Farina decocta in aceto tollit nævos. *Id.* l. 28. c. 4. Nævos in facie tondere, religiosum habent multi. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 57. Egregio inspersos reprendas corpore nævos. [† *Ovid. Trist.* 5. 13. 14. Nullus in egregio corpore nævus erit.]

NAĬAS. V. *Nais.*

NAĬCUS, a, um, ad Naiades pertinens. *Propert.* l. 2. el. 23. v. 95. Supposita excipiens Naica dona manu. *Al. rectius leg.* Supposita excipiens, Nai, caduca manu.

NAIS, idis, et Naias, iadis, *et in plur.* Naides, et Naiades, dum, f. *a Naiad*, Νηΐς, et Ναϊὰς, Nympha fontis, vel fluminis: a ναίω, habito, vel a νάω, fluo, mano. *Ovid.* 14. *Met.* v. 326. Ille suos Dryadas Latiis in montibus ortas Verterat in vultus: illum fontana petebant Numina, Naiades. *Virg. Ecl.* 6. v. 21. Ægle Naiadum pulcherrima. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 115. Naias Amalthea, Cretæa nobilis Ida. *Tibull.* l. 3. el. 6. v. 57. Naida Bacchus amat. *Stat.* 1. *Achill.* v. 294. humeris quantum Diana relinquit Naides. Al. leg. *Naiades* trisyllab. Sic apud *eund.* l. 2. silv. 6. v. 101. Forsan Avernales alludunt undique mixtæ Naides. *Senec. in Hippol.* v. 780. te nemore abdito Cinget turba licens, Naides improbæ, Formosos solitæ claudere fontibus. *Naiades* recte scribitur, cum est quadrisyllab. *Naides* rectius, ac tutius, cum trissyllab. ut adnotarunt *Pier. Gronov. Heins.* et alii. ¶ Adjective *Virg.* 10. *Ecl.* v. 10. Puellæ Naides. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 606. Naida Juturnam vir tuus, inquit, amat. ¶ *Nai* in vocativo V. in voce præced. ¶ Aliquando cum Hamadryadibus confunduntur, et Nereidibus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 231. Naida vulneribus succidit in arbore factis. Illa perit. fatum Naidos arbor erat. *Id.* 1. *Met.* v. 690. Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas Naias una fuit. et lib. 14. v. 556. Illas virgineis exercent lusibus undas Naides æquoreæ. [¶ Fuit etiam nomen cujusdam libertæ, Domitii amicæ, apud *Sueton. in Ner.* c. 3.]

NAM, *for*, γὰρ, enim, etenim, conjunctio causalis. In oratione primum tantum locum sortitur. *Cic. Catil.* 3. c. 10. Quamobrem, Quirites, celebratote illos dies cum conjugibus ac liberis vestris. Nam multi sæpe honores diis immortalibus justi habiti sunt, sed profecto justiores nun-

quam. ¶ Accipitur etiam pro *vero*, *autem*, vel simili discretiva particula, et habet vim transeundi ab una re ad aliam, simulque subjiciendi, quod quis requirere posset. *Cic. ad Attic.* l. 9. ep. 2. Nam quod negas te dubitare, quin in magna offensa sim apud Pompeium, non video, &c. *as for. Id. in Top.* c. 11. Nam alia quoque sunt contrariorum genera: velut ea, quæ cum aliquo conferuntur, &c. V. integrum loc. ¶ In compositione postponitur, ut *quisquam*, *undenam*, *quandonam*, &c. interdum etiam uno aut pluribus verbis interjectis, ut apud *Plaut. Pers.* 2. 5. 13. Quando istæc innata est nam tibi? *Id. Bacch.* 5. 1. 26. Quid tibi ex filio nam ægre est? ¶ Aliquando præponitur. *Terent. Phorm.* 5. 1. 5. Nam quæ hæc anus est exanimata, a fratre quæ egressa est meo? *h. e.* quænam. *Virg.* 4. *Georg.* v. 445. Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras Jussit adire domos? *and who.* ¶ Adhibetur in interrogationibus, et commotum loquentis animum fere significat. [† Fortius interrogat, quemadmodum apud Græcos *τίς γὰρ, τίς ποτε.*] *Plaut. Epid.* 1. 2. 29. Perdidisti omnem operam? *Ep.* Nam qui perdidi? *h. e.* quare? *Virg. Æn.* 12. v. 637. Nam quid ago? aut quæ jam spondet Fortuna salutem? *h. e.* quidnam? *Terent. Eun.* 5. 2. 57. Quam tu rem actura, obsecro, es? *Th.* nam quid ita? *h. e.* cur ita interrogas? ¶ Extra interrogationem interdum post aliam vocem collocatur, ut *enim*: non tamen in prosa oratione, quod sciam. *Horat.* l. 3. sat. 3. v. 20. olim nam quærere amabam, quo, &c. et vers. 41. Primum nam inquiram, &c. et vers. 302. ego nam videor mihi sanus. Adde lib. 2. ep. 1. v. 186.

NANCĬO, is, a. 4. idem ac nanciscor, apud Vet. *Gracchus* apud *Priscian.* l. 10. pag. 888. *Putsch.* Si nanciam populi desiderium, comprobabo reipubl. commoda. ¶ Dixerunt etiam *nancior, iris.* Hinc in Fœdere Latino apud *Fest.* Pecuniam quis nancitor, habeto: et si quid pignoris nancitor, sibi habeto. *nancitor* est pro *nancitur*. *Festus* interpretatur, nactus erit, prædatus erit.

NANCISCOR, eris, nactus, *et* nanctus sum, dep. 3. *to meet with, find, find by chance, fall on, light or stumble upon*, *τυγχάνω*, forte invenio, casu incido in aliquid: a *nancio*. Fere usurpatur in præterito. *Cic. in Orat.* c. 9. *sub fin.* Nactus sum etiam, qui Xenophontis similem esse se cuperet. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 18. n. 7. Unam epistolam forte cum servo nacti prædatores, scorpione in castra misere. *Terent. Hecyr.* 5. 3. 27. Unde annulum istum nactus? ¶ Sæpe dicitur de eo, qui fortuito quidem aliquid invenit, ac præter opinionem, sed optatum tamen, quique adipiscitur, quod volebat, in rem gratam incidit. *to meet with by good fortune, get, gain, obtain. Donat. ad Terent. Hecyr.* 4. 4. 59. Nancisci proprie dicitur, qui paratus ad tenendum, antequam possit reperire quod teneat, statim, quod occurrerit, prehendit. *Cic.* 3. *Fam.* ep. 7. Pluribus verbis ad te scribam, cum plus otii nactus ero. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 36. Si aliud quippiam nacti sumus fortuiti boni. et lib. 2. c. 64. Immanes beluas nanciscimur venando. *Id. Fam.* 13. ep. 7. Majorem spem impetrandi nactus sum, posteaquam, &c. *Nep. in Cat.* c. 2. Sorte provinciam nactus Hispaniam citeriorem. *Hirt. de B. Afric.* c. 34. Naves ventum secundum nactæ, quarto die in portum pervenerunt. *having met with. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 9. Repulsi ab equitatu, se in silvas abdiderunt, locum nacti egregie et natura, et opere munitum. et lib. 6. c. 34. *extr.* Germani, quam nacti erant prædam in occulto relinquunt. *the plunder they had made. Horat. in ar. Poet.* v. 299. Nanciscetur enim pretium nomenque poetæ. ¶ De rebus inanimis. *Plaut. Rud.* 4. 3. 46. Meum quod rete atque hami nacti sunt, meum potissimum est. *Cic. de Senect.* c. 15. Vitis, ut se erigat, claviculis suis, quasi manibus, quidquid est nacta, complectitur. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 475. Dixerat hæc nato motus instare, sibique, Multaque præterea tempore nacta fidem. *h. e.* quæ tempus, et eventus vera fuisse monstravit. ¶ Aliquando dicitur de eo, qui in malum incidit. *Terent. Phorm.* 3. 3. 10. Si ex nuptiis tuis nihil nanciscor mali. *I meet with no ill luck. Nep. in Agesil. c. ult.* Ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam nactus est in corpore. *Id. in Attic.* c. 21. Nactus est morbum. *fell into a disease.* et *Sueton. in Tito*, c. 10. Febrim nactus. ¶ *Ut nactus es, habe*, est formula malum cuiquam contigisse gaudentis. *now you've got it, keep it. Plaut. Rud.* 3. 6. 33. et *Trin.* 1. 2. 25. ¶ *Nanctus* pro *nactus* agnoscunt plures Eruditi ex opt. MSS. apud *Liv.* l. 23. c. 2. l. 24. c. 36. l. 25. c. 30. et l. 28. c. 31. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 8. *Valer. Max.* l. et cap. 4. n. 6. et *Ulpian. Dig.* lib. 48. tit. 22. leg. 7. *a med.* &c.

NANCĪTOR. V. *Nancio.*

NANCTUS. V. in fine verbi *Nanciscor.*

NANQUE, *et* Namque, *for*, *γὰρ*, idem quod nam, enim, siquidem. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 38. Id ne accideret, magnopere præcavendum sibi Cæsar existimabat. namque omnium rerum quæ ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido facultas. *Nep. in Milt.* c. 5. Namque arbores multis locis erant raræ, &c. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 22. Namque quod tu non poteris, quis nostrum tam impudens est, qui se scire, aut posse postulet? *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 49. Namque pila lippis inimicum et ludere crudis. et sat. 6. v. 41. Namque est ille, pater quod erat meus. ¶ Interdum uni verbo postponitur, ut *enim*. *Varr.* apud *Gell.* l. 3. c. 10. Is nanque numerus, &c. *Plin.* l. 36. c. 15. *a med.* Vera namque confitentibus, &c. et lib. 25. c. 2. Pinxere namque effigies herbarum, &c. *Flor.* l. 1. c. 5. Duodecim namque populos, &c.

NANA. V. in *Nanus.*

NANS, nantis. V. in *No.*

NANUS, i, m. *a dwarf*, *νάνος*, et *νάννος*, vox Græcæ originis, qua significatur homo brevi atque humili corpore paulum supra terram exstans, ut *Gell.* l. 19. c. 13. definit: qui et *pumilio* Latine dicitur. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 41. Nanus et ipse suos breviter concretus in artus Jactabat truncas ad cava buxa manus. *Juvenal.* sat. 8. v. 32. nanum cujusdam Atlanta vocamus, Æthiopem cygnum, parvam extortamque puellam Europen. Etiam *Laber. in Mimis* hanc vocem usurpavit: qua in re a *Gellio* l. 16. c. 7. reprehenditur, ut voce usus obsoleta et sordidiore. Sed enim idem postea *loc. sup. cit.* admittit, et probat: cujus judicium *Propertii*, et *Juvenalis*, et aliorum auctoritas confirmat. ¶ *Nana* de femella. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 34. Nanos, et nanas, et moriones populo donavit. ¶ Hujusmodi homulos in deliciis habere mos fuit, ut colligitur ex *Suet. in Tiber.* cap. 61. ¶ Transfertur etiam ad animalia brevioris corporaturæ. *Helv. Cinna* apud *Gell. cit.* l. 19. At nunc me geniana per salicta Binis rheda capit citata nanis. *h. e.* mulis, aut equis. ¶ Item teste *Festo*, ad genus vasis aquarii humilis et concavi, quod vulgo vocant situlum barbatum. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 25. Vas aquarium vocant futum, quo in triclinio allatam aquam infundebant: quo postea accessit nanus cum Græco nomine, et cum Latino nomine Græca figura barbatus. *Glossæ: Νάννος, τὸ σκεῦος*, barbatus. Ita hæc legit *Scalig. in Varrone*, et *Glossis*. Quod vero *Festus* videtur appellationem hujus vasis transferre ad homulum, non homuli ad vas: neque ipsi, neque aliis probatur: putantque verba *Festi* esse a *Paulo* aut confusa, aut mutilata.

NAPÆÆ, arum, f. *Nymphs of the forests and groves, Dryads*, *Ναπαῖαι*, Nymphæ saltuum, et nemorum, Dryades: a *ναπαῖος*, saltuosus, quod a *νάπος*, et *νάπη*, saltus, silva. *Virg.* 4. *Georg.* v. 535. faciles venerare Napæas. Adde *Stat.* 4. *Theb.* v. 255. ¶ Distinguit a Dryadibus *Colum.* nam hæ proprie in quercubus natæ: Napææ in silvis agentes, l. 10. v. 264. Mænalidumque choros Dryadum, nymphasque Napæas. Sic *Nemesian. Ecl.* 2. v. 20. Quæ colitis silvas, Dryades, quæque antra, Napææ, Et quæ marmoreo pede, Naides, uda secatis.

[† NAPE, es, f. nomen canis apud *Ovid. Met.* 3. 212. a *νάπη*, saltus. *Forester, Ranger, the name of a dog.*]

NAPHTHA, f. *naphtha, petrol*, *νάφθα*, genus bituminis, circa Babylonem copiosissime proveniens, cui tanta est cum igne cognatio, ut flamma transiliat in eam undecumque visam. Ita ferunt a Medea pellicem crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona igne rapta. *Plin.* l. 2. c. 105. et *Ammian.* l. 23. c. 6. (*al.* 19.)

NAPĪNA, æ, f. *a navew bed*, locus ubi seruntur napi. *Colum.* l. 11. c. 2. *a med.* Napinæ, itemque rapinæ siccaneis locis per hos dies fiunt.

NAPURAS NECTITO, cum dixit Pontifex, funiculi ex stramentis fiunt. *Festus.* qui in *Nectere* aliquanto plenius de hac re sic habet: Nectere ligare significat, et est apud plurimos auctores frequens. Quin etiam in commentario sacrorum usurpatur hoc modo: Pontifex minor ex stramentis napuras nectito, idest funiculos facito, quibus sues adnectantur.

NAPUS, i, m. *a naphew or navew, French turnip; long rapes*, *βουνιὰς*, genus raporum oblongius, et exilius. *Colum.* l. 2. c. 10. *ad fin.* Rapa campis, et locis humidis lætantur: napus devexam amat et siccam, tenuique propiorem terram. Itaque glareosis, sabulosisque arvis melior exit: locique proprietas utriusque semen commutat. namque in alio solo rapa biennio sata convertuntur in napum: in alio napus raporum accipit speciem. Adde *Pallad. in Jul.* tit. 2. Amiterninos commendant *Plin.* l. 18. c. 13. *ad fin.* et lib. 19. c. 5. et *Martial.* l. 13. epigr. 20. Eorum condiendorum rationem docet *Colum.* l. 12. c. 54.

[* NAPY, n. idem ac sinapi. *Plin.* l. 19. c. 8. sect. 54. (Sinapi) Athenienses napy appellaverunt. *Id.* l. 27. c. 13. sect. 113. Alterum thlaspi aliqui Persicum napy vocant.]

NAR, aris, m. hod. *la Nera*, *Νάρνος*, fluv. Italiæ, qui oritur ex Apennino monte in ipso conf. Piceni et Umbriæ, per quam deinde fluens recipit Corvum, uti et Velinum fluv. hinc Interamnam rigans, et Narniam, paulo infra juxta Hortam Tiberi miscetur. *Tacit. Ann.* 3. c. 9. Nare, mox Tiberi devectus. *Virg.* 7. *Æn.* v. 517. audiit amnis Sulphurea Nar albus aqua. *Cic.* 4. *ad Attic.* ep. 15. Lacus Velinus in Narem defluit. Al. leg. *in Nar*, ut sit neutr. gen. ¶ *Nar, Nartis*, ea loca accolens. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 407. n. 1. Curator R. P. Nicomedensium, Interamnatium, Nartium, item Graviscanorum. [*Plin.* l. 3. c. 14. sect. 19. Interamnates cognomine Nartes. Hinc patet in allata *Gruteri* inscript. legendum sine commate Interamnatium Nartium, nam Interamnates dicuntur etiam Nartes.]

NARBO, onis, m. nunc *Narbonne*, Col. et Urbs Galliæ Narbonensis, ampla, et munita, olim Emporium celeberrimum in ora maris Mediterranei, apud Atacis fluv. ostia. Cognominata est *Narbo Marcius* a Marcio Cos. sub quo colonia deducta est: vel *Martius*, quod eo Cæsar ex Martia legione colonos deduxerit. *Cic. pro Fontei.* c. 1. *Vellei.* l. 1. c. 15. et lib. 2. c. 8. *Plin.* l. 3. c. 4. *Pompon. Mela*, l. 2. c. 5. ¶ In quibusdam libris apud *Sueton. in Tiber.* c. 4. legitur *Narbona, æ.* ¶ *Narbonem pulcherrimam* dixit *Martial.* l. 8. epigr. 72. sed *urbem* subintellige.

NARBONENSIS, se, ad Narbonem pertinens. *Cic. pro Font.* c. 2. Narbonenses coloni. ¶ *Narbonensis Gallia*, una ex quatuor Galliæ partibus, a Narbone Martio dicta, a Pyrenæis montibus ad Alpes extenditur, et interno mari alluitur. *Plin.* l. 4. c. 17. *Pompon. Mela*, l. 2. c. 5.

NARBONĬCUS, a, um, ad Narbonem, vel Narbonensem Galliam pertinens, ut Narbonica vitis, *Plin.* l. 14. c. 3. *extr.*

NARCE, es, f. *νάρκη*, torpor. Vox Græca. *Plin.* l. 21. c. 19. A narce narcissus dictus, non a fabuloso puero.

NARCISSĪNUS, a, um, *of the daffodil or narcissus*, *ναρκίσσινος*, qui ex narcisso fit, ut Oleum narcissinum, Unguentum narcissinum. *Plin.* l. 21. c. 19. Ex hoc flore fit narcissinum oleum ad emolliendas duritias. *Id.* l. 13. c. 1. Narcissinum unguentum ex flore narcisso desiit componi.

NARCISSĪTES, æ, m. *ναρκισσίτης*, gemma narcissi venis, et odore distincta. *Plin.* l. 37. c. 11.

NARCISSUS, i, m. *the daffodil, narcissus*, *νάρκισσος*, lilii genus, radice carnosa, atque odora, flore purpureo, folia in radice habens ad similitudinem foliorum arundinis, sed aliquanto crassiora: a *νάρκη*, torpor, quia gravis ejus odor torporem affert. *Plin.* l. 21. c. 5. et 19. ¶ In fabulis est puer, Cephisi amnis et Lyriopes Nymphæ filius, tanta formæ præstantia, ut cum aliquando ad fontem bibiturus accessisset, conspectæ suæ imaginis amore captus sit, cumque nulla potiundi amoris spes esset, nimio desiderio contabescens, in florem sui nominis commutatus fuerit. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 407. *et sequentib.* [¶ Fuit etiam celeberrimus Claudii imperatoris libertus. *Sueton. in Claud.* c. 28. *Tacit.* 11. *Ann.* c. 29.]

NARDĬFER, a, um, *producing nard*, nardum ferens. *Grat. in Cyneg.* v. 314. Nardiferumque metunt Gangem.

NARDĪNUS, a, um, adject. *of or pertaining to nard*, qui est ex nardo, ut Nardinum unguentum, alio nomine foliatum, cujus conficiendi rationem docet *Plin.* l. 13. c. 1. *sub fin.* ¶ Nardina pira dicuntur, quæ nardi odorem habent. *Id.* l. 15. c. 15. ¶ Nardinum vinum apud *Plaut. Mil.* 3. 2. 11. est vel nardo, vel unguento nardino conditum.

NARDOSTACHȲON, ii, n. *spikenard*, *νάρδου στάχυς*, nardi spica, *Apic.* l. 7. c. 6.

NARDUS, i, f. *et* Nardum, i, n. *nard, spikenard*, *νάρδος*, frutex est gravi et crassa radice, sed brevi ac nigra, fragilique, quamvis pingui, situm redolente, ut cyperi, aspero sapore, folio parvo densoque, cacuminibus in aristas se se spargentibus: unde gemina dote nardi spicas, et folia concelebrant. *Plin.* l. 12. c. 12. ¶ Est præterea herba huic non dissimilis, quam ob id pseudonardum vocant, folio crassiore, carnoso, angusto, colore languido in candidum vergente, frequentibus spicis in aristas sparsis, flosculis purpureis, gaudens petrosis locis, et apricis, tanta suavitatis fragrantia, ut omnes flores odoris suavitate provocet, qua dote in vestibus inseritur. *Id. ibid.* ¶ Nardus Gallica, sive Celtica, herba est, a pseudonardi speciebus diversa, folia habens longiuscula, et flavescentia, floremque luteum. *Id. ibid.* Baccharis vocatur nardum rusticum, de quo, &c. *Id. ibid. Horat.* l. 2. od. 11. v. 16. Assyriaque nardo potamus uncti. Ubi *nardus* pro unguento nardino ponitur. Sic *Tibull.* l. 3. el. 6. v. 63. Syrio madefactus tempora nardo. ¶ Neutro genere præter *Plin.* allatum, usurpat etiam *Cels.* l. 3. c. 21. *ante med.* Iris, nardum, crocum, cassia, myrrha. Adde lib. 5. c. 3. et *Colum.* l. 12. c. 20.

NARĒS, ium, ibus, f. *the nostrils; the nose*, *ῥῖνες*, nasi foramina, per quæ et odor, et spiritus ducitur: a voce Græca allata, per metathesin. *Lactant. de Opif. Dei*, c. 11. vult ita dici, quia per eas spiritus nare non desinit: *Festus*, quia per eas nari sumus odorum. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 56. Itemque nares, eo quod omnis odor ad supera fertur, recte sursum sunt. et cap. 57. *ad fin.* Nares, quæ semper propter necessarias utilitates patent, contractiores habeut introitus, ne quid in eas, quod noceat, possit pervadere: humoremque semper habent, ad pulverem multaque alia depellenda non inutilem. *Quintil.* l. 11. c. 3. *circa med.* Corrugare nares, et inflare, et movere, et digito inquietare, et impulsu subito spiritum excutere, et diducere sæpius, et plana manu resupinare, indecorum est. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 18. *sub fin.* Fasciculum ad nares admovere. *Horat.* l. 1. ep. 5. v. 22 ne turpe toral, ne sordida mappa Corruget nares. *Id.* l. 4. od. 1. v. 21. Illic plurima naribus Duces tura. et lib. 2. od. 15. v. 6. omnis copia narium. *h. e.* florum odoratorum. metonymia. *Virg.* 1. *Georg.* v. 375. aut bucula cælum Suspiciens, patulis captavit naribus auras. *Colum.* l. 6. c. 1. Boves naribus resimis, patulisque. *Virg.* 12. *Æn.* v. 114. alto se gurgite tollunt Solis equi, lucemque elatis naribus efflant. *Ovid.* 7. *Metam.* v. 806. naribus acres Ire canes. ¶ In singulari num. *Macer* apud *Charis.* l. 1. pag. 82. *Putsch.* Saucia naris. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 253. disjectis ossibus oris, Acta retro naris, medioque infixa palato est. et lib. 3. v. 674. panda loquenti

naris erat. *Grat. in Cyneg.* v. 172. fides et solertia naris. *h. e.* sagacitas in cane venatorio. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 520. Inque cava nullus stet tibi nare pilus. *Pers.* sat. 1. v. 3. balba de nare loqui. *to talk through the nose. Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 13. Narem contrahere. *h. e.* corrugare irridendi causa. ¶ Translate refertur ad judicium, censuram, sagacitatem intelligendi, irridendi acrimoniam: qua ratione et *nasutum hominem* dicimus, et *naso suspendere*, &c. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 45. ad hæc ego naribus uti formido. *Id.* l. 1. sat. 4. v. 8. Emuncta naris. V. *Emunctus.* et epod. 12. v. 3. obesa. V. *Obesus. Pers.* sat. 1. v. 41. rides, et nimis uncis Naribus indulges. ¶ Huc pertinent illa *Lucilii* apud *Non.* c. 5. n. 24. Calpurnî sævam legem Pisoni' reprendi, Eduxique animam in primoribu' naribus. *h. e.* vehementer et irate insectatus sum. *et Afranii ibid.* Apage sis clientum animum: in naribus primoribus vix pertuli edepol. ¶ A similitudine dicuntur *nares* extremæ canalium partes, per quas humor egeritur. *Vitruv.* l. 7. c. 4. Inter duos parietes canalis ducatur, habens nares ad locum patentem. *Id.* l. 7. c. 10. Fit fornacula habens in laconicum nares. *spiracles*, foramina fumum emittentia. *Vopisc. in Probo*, c. 21. Ingentem parans fossam, qua, dejectis in salum naribus, loca siccaret. Ita legit *Salmas.* alii aliter. *Pallad. in Aug.* c. 9. Puteos fodiemus, et ab his foramina hinc inde patefacta, velut nares, intus agemus, qua nocens spiritus evaporet.

NARINŌSUS, a, um, adject. *having wide nostrils*, qui latis naribus est. *Lactant.* l. 5. c. 12. *in fi.* Cum diis suis narinosis relinquantur. Ita quidam Codices MSS. Alii leg. *varicosis*, alii *cariosis*, et *curiosis*.

NARIS. V. *Nares.*

NARĪTA est genus piscis minuti. *Plautus:* Muriaticam autem video in vasis stagneis, bonam naritam, &c. Hæc *Festus:* Νηρίτης autem genus est marinæ conchæ. [† Sed *Festus*, ut videtur, habet *naricam.* V. *Scalig.* ad *Varr. de L. L.* p. 126.]

NARNIENSIS, se, ad Narniam pertinens, quæ est urbs Umbriæ, colonia Romanorum, ad Narem fluvium (qui et ipse Narnia dicitur. *Liv.* l. 10. c. 10.) a quo nomen habet. *Plin.* l. 31. c. 4. Narniensis ager. ¶ *Narnienses, ium*, ejus cives. *Id.* l. 3. c. 14. ¶ De Narniensi Tribu V. *Arniensis.*

NARRABĪLIS, le, *that may be told or related, narrable*, qui narrari potest. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 61. Lingua sile: non est ultra narrabile quidquam.

NARRATĬO, onis, f. *a telling, relating, recounting; a tale, account, relation, story, narration, narrative*, ἀφήγησις, διήγησις, actus narrandi, rei gestæ expositio: item res ipsa narrata. *Cic. in Orat.* c. 36. Narrationes credibiles, nec historico, sed prope quotidiano sermone explicatæ dilucide. *Id.* 2. *de Orat.* c. 19. Rem narrare, ita ut verisimilis narratio sit, ut aperta, ut brevis. *Id. in Orat.* c. 62. Si exponenda est narratio, quæ plus dignitatis desiderat, quam doloris. *Phædr.* l. et fab. 4. Plus esse in uno sæpe, quam in turba, boni, Narratione posteris tradam brevi. *Sueton. in clar. Rhetor.* c. 1. *a med.* Narrationes tum breviter et presse, tum latius et uberius explicare. ¶ De narratione oratoria V. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 8. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 19. l. 2. *de Orat.* c. 19. et 80. et *in Partit.* c. 9. *Quintil.* l. 4. c. 2. *Martian. Capell.* l. 5. pag. 180. et *Prisciun. de præexercitam. rhet.* pag. 1331. *Putsch.*

NARRATĪVE, adverb. narrando. *narratively. Donat. in argum. Andr.* Ut a novissimis rebus incipiens, initium Fabulæ narrative reddat spectatoribus.

NARRATIUNCŬLA, æ, f. *a short narrative or story*, διηγημάτιον, brevis narratio. *Quintil.* l. 1. c. 10. (*al.* 15.) Narratiunculas a poetis celebratas tractare. Adde *Plin.* l. 6. ep. 33. *a med.*

NARRĀTOR, oris, m. *a teller, relater, recounter, reporter*, ἀφηγητής, qui narrat. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 54. Natura fingit homines, et creat imitatores, et narratores facetos. et cap. 12. *extr.* Non exornatores rerum, sed tantummodo narratores.

NARRĀTUS, us, m. *the telling of a story; a tale, relation, recital*, narratio. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 498. Mota loco cur sim, tantique per æquoris undas Advehar Ortygiam, veniet narratibus hora Tempestiva meis. [*Apul.* 9. *Met.* pag. 650. *Oudend.* Lector reprehendens narratum meum.]

NARRĀTUS, a, um, *told, related, recounted, declared, mentioned, said*, διηγηθείς, expositus, explicatus, dictus, *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 1. Hoc quoque, Tiresia, præter narrata, petenti Responde. *Plin.* l. 6. c. 23. *ante med.* Circumvectus in mediterranea Persidis, narrata proxime a Juba. *Id.* l. 8. c. 15. Belua nunquam visa in hoc orbe, multis tamen narrata. *h. e.* a multis. *spoken of.* et l. 11. c. 52. Frivola hæc, ut reor, et vulgo tamen narrata. *in every one's mouth.* et cap. 37. sect. 79. *Hard.* In ventre hirundinum pullis lapilli, qui chelidonii vocantur, magicis narrati artibus, reperiuntur. *Id.* l. 5. c. 1. Nec præter oleastros, aliud exstat ex narrato illo aurifero nemore.

NARRO, as, avi, atum, a. 1. *to tell, recount, relate, report, recite, speak of, set forth, declare, make mention of, affirm, express, narrate*, διηγέομαι, dico, expono, recito, rem gestam sermone explico. Videtur esse a *gnaruris*, gnarus. Ab eo enim factum fuit *gnaruro*, quod in Vet. Gloss. legitur: et inde *narro.* V. alia huc pertinentia apud *Voss. in Etymol. in voce* Gnari. *Cic. Fam.* 9. ep. 6. *extr.* Ego tibi ea narro, quæ tu melius scis, quam ipse, qui narro. et lib. 3. ep. 1. Si respubl. tibi narrare posset, quomodo se se haberet. *et ibid.* Jucunda mihi ejus oratio fuit, cum de animo tuo, de sermonibus, quos de me haberes quotidie, mihi narraret. et lib. 6. ep. 1. *ad fin.* Mihi Philargyrus tuus fidelissimo animo narravit, te interdum sollicitum esse vehementius. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 70. Narratque, ut virgo integra etiam tum siet. *Id. Adelph.* 2. 6. 3. Ut res gesta est, narrabo ordine. et 4. 1. 20. Narrare virtutes alicujus. *Plin.* l. 6. c. 22. Percontanti narravit Romanos et Cæsarem. *he gave an account of*, &c. *Id. init.* l. 20. Narrabimus homini cibos suos. *h. e.* ostendemus, explicabimus. *Plaut. Pers.* 4. 3. 29. Quid istæc tabellæ narrant? *Martial.* l. 3. epigr. 87. Rumor narrat. *Cic. Fam.* 2. ep. 10. *a med.* Quo loco Clitarchus tibi narravit, Darium ab Alexandro esse superatum. *h. e.* Clitarchus in historia sua a te lecta. ¶ *Narrari*, in sermone omnium esse, fabulam fieri. *Quintil.* declam. 14. *sub fin.* Rideor ubique, narror, ostendor. *Martial.* l. 12. epigr. 52. Dulcis in Elysio narraris fabula campo. ¶ *Male, bene narrare*, tristem, bonum nuntium afferre. *to bring good or bad tidings, tell good or bad news. Cic. Attic.* l. 16. ep. 14. Male narras de Nepotis filio. et lib. 13. ep. 33. Othonem quod speras posse vinci, sane bene narras. ¶ Pro dicere, loqui. *to speak, say. Horat.* l. 2. sat. 7. v. 4. libertate Decembri (Quando ita majores voluerunt) utere, narra. *Terent. Andr.* 2. 2. 30. Non opinor, Dave. *Da.* opinor, narras? non recte accipis: certa res est. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 67. Narra, quid est? quid ait? *Terent. Andr.* 3. 1. 19. Ego quid narres, nescio. *Id. Phorm.* 2. 3. 54. Filium narras mihi? cujus de stultitia, &c. Adde *Phædr.* l. 3. fab. 17. v. 8. ¶ *Narro tibi*, vere loquor, verum tibi dico. *I am speaking the truth; I am sincere in what I say. Cic. Attic.* l. 2. ep. 11. Narro tibi: plane relegatus mihi videor, postea quam in Formiano sum. (Adde lib. 15. ep. 16. et 21.) et ep. 7. Narra mihi: reges Armeniæ patricios salutare non solent? *now tell me the truth: now say me true. Petron. in Satyr.* c. 129. Narrabo tibi adolescens: paralysin cave. *I have something serious to say to you.* ¶ *Narratur*, fertur, dicitur. *it is said; report says; it is reported; they say. Horat.* l. 1. ep. 2. v. 6. propter Paridis narratur amorem Græcia Barbariæ lento collisa duello. *Martial.* l. 3. epigr. 9. Versiculos in me narratur scribere Cinna. *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 19. Barbara narratur venisse venefica tecum. ¶ *Narrant*, dicunt, ferunt. *Plin.* l. 2. c. 47. *a med.* Narrant, et in Ponto Cæcian in se trahere nubes. Adde cap. 16. et lib. 32. c. 7. *ante med.* ¶ Pro disputare, disserere. *to discourse, dispute. Propert.* l. 2. el. 1. v. 43. Navita de ventis, de tauris narrat arator. [¶ Particip. *narrans, narraturus, narrandus* apud *Catull.* carm. 9. v. 6. Audiamque Hiberum Narrantem loca facta, nationes. *Stat.* 3. silv. carm. 3. v. 207. Verbaque dilectæ fert narraturus Etruscæ. *Justin.* l. 17. c. 3. De origine regni ejus pauca narranda sunt.]

NARTHECĬA, æ, f. *a kind of fennel*, ναρθηκία, species ferulæ humilioris, quæ ad justam altitudinem narthecis non assurgit, folia habens maxima, ut quæque terræ proxima. Dicta videtur per diminutionem, a fruticis humilitate. Quare etiam a quibusdam ferula minor, et ab aliis ferulago appellatur. *Plin.* l. 13. c. 22. *de ferula.* Duo ejus sunt genera; narthecа Græci vocant assurgentem in altitudinem, nartheciam vero semper humilem.

NARTHECĬUM, ii, n. *a box for holding medicines; a medicine-chest*, ναρθήκιον, repositorium medicamentorum, vasculum, in quo reponebant medicamenta: a νάρθηξ, ferula. Primo enim narthecia appellata sunt vasa medicamentaria, quæ ex narthece conficiebantur, quia narthecis lignum ad medicamenta asservanda accommodatissimum est, quippe cum ejus caulis medulla exempta sit vacuus, postea vero quævis vasa in hunc usum comparata, quamvis ex ferula confecta non essent, hoc nomine dici cœperunt. *Cic.* 2. *Fin.* c. 7. *extr.* Jam doloris medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio promant. *Martial.* l. 14. epigr. 78. cujus lemma *Narthecium.* Artis ebur medicæ narthecia cernis habere Munera, quæ cuperet Pactius esse sua.

NARTHEX, ēcis, f. *a shrub resembling fennel-giant*, νάρθηξ, arbuscula, al. ferula, lignum foris corticis loco habens, intus ligni loco fungosam medullam. *Plin.* l. 13. c. 22.

NARYCĬUS, a, um, ad Naryciam, seu Narycium pertinens, quæ est urbs Græciæ, in Bœotia, ad Locros populos pertinens, qui cum in Italiam transmigrassent, et Locros in Magna Græcia condidissent, Narycii dicti sunt. Circa hos laudatissima pix fiebat. *Virg.* 3. *Æn.* v. 399. Hic et Narycii posuerunt mœnia Locri. *Id.* 2. *Georg.* v. 438. Naryciæque picis lucos. ¶ *Narycia, æ*, ipsa urbs Locri. *Ovid. Metam.* 15. v. 705. Romechiumque legit, Caulonaque, Naryciamque. *Al. leg.* Naryciumque. ¶ *Narycius heros* apud *eund.* l. 14. v. 468. est Ajax Oilei filius, quo duce Locri in Italiam venere. ¶ *Narycius* etiam *ab eod.* l. 8. v. 312. dicitur Lelex Locrensium rex. V. *Leleges.*

NASAMONES, um, n. Νασαμῶνες, pop. Libyæ in Africa ad Syrtim magnam. Item alii in Marmarica, Garamantibus finitimi, quorum regio Nasamonitis. *Plin.* lib. 5. c. 5. et lib. 7. c. 2. et lib. 13. c. 17. ¶ De Nasamonibus Libyæ populis *Lucan.* l. 9. v. 443. toto commercia mundo Naufragiis Nasamones habent: quia *scil.* miseros spoliant, quotcumque in Syrtibus naufragium patiuntur. ¶ In sing. numero *Id. ibid.* v. 439. Quas (*herbas*) Nasamon, gens dura, legit, qui proxima Ponto Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis Syrtis alit. *Sil.* l. 6. v. 44. Exanimum Nasamona Tyren super ipse jacebat.

NASAMONIĂCUS, a, um, adject. Nasamonius. *Sil.* l. 16. v. 630. tum tende remotos In Garamantas iter, Nasamoniacosque triumphos Molire. Adde *Ovid. Metam.* 5. v. 129. ¶ Item universim Africanus. *Stat.* l. 4. silv. 6. v. 75. Mox Nasamoniaco decus admirabile regi Possessum. *h. e.* Annibali.

NASAMONĬAS, adis, f. Nasamonia. *Sil.* l. 2. v. 117. Opposito procul insidiis Nasamonias Harpe Corpore, præripuit lethum. Al. aliter leg.

NASAMONĪTES, æ, m. νασαμωνίτης, gemma sanguinea, nigricantibus venis. *Plin.* l. 37. c. 10.

NASAMONĬUS, a, um, adject. ad Nasamones pertinens, Afer, Libycus. *Stat.* l. 2. *silv. ult.* v. 93. Sic natum Nasamonii Tonantis Angusto Babylon premit sepulcro. *h. e.* Alexandrum, qui se filium Jovis Ammonis credi volebat. *Nasamonium* dicit, quia Jovis Ammonis templum in Africa fuit. *Sidon.* carm. 9. v. 257. Et vinctum Nasamonium Jugurtham.

NASCENDUS, a, um, particip. a *nascor*, nasciturus. *Gell.* l. 3. c. 10. Ad homines quoque nascendos vim numeri hujus pertinere ait. *to men yet unborn.*

NASCENS, entis, *at its birth, coming into the world, growing, rising, nascent*, qui nascitur. *Virg. Ecl.* 4. v. 8. Nascenti puero fave, Lucina. *et Ecl.* 3. v. 92. humi nascentia fraga. *Id.* 3. *Georg.* v. 389. ne maculis infuscet vellera pullis Nascentum. *h. e.* fetus. *of his offspring.* et lib. 1. v. 441. Sol ubi nascentem maculis variaverit ortum. *h. e.* cum oriens faciem habuerit maculosam. *Horat.* l. 3. od. 23. v. 2. Nascens Luna. *the rising of the moon.* ¶ Translate dicitur de rebus quibuscumque recens ortis. *Cic.* 1. *Catil. c. pœnult.* Conjuratio nascens. *Id. in Bruto*, c. 7. Non nascentibus Athenis, sed jam adultis. *Colum.* l. 11. c. 3. *ante med.* Nascens annus. *h. e.* vernum tempus. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 30. nascentes implent conchylia lunæ. *h. e.* novæ, et crescentes. *Flor.* l. 2. c. 6. *ad fin.* In ipsas nascentis Italiæ fauces. *h. e.* Alpes, ubi Italia incipit.

NASCENTĬA, æ, f. γένεσις, nativitas, *birth, the time of ones birth. Vitruv.* l. 9. c. 7. *a med.* Non e nascentia, sed ex conceptione Genethliologiæ rationes explicatas reliquit.

NASCIBĬLIS, le, adject. qui nasci potest. *Tertull.* l. 3. *advers. Marcion.* c. 19. *ad fin.* Mortalem negat, quem nascibilem profitetur. Adde cap. 11.

NASCOR, sceris, natus sum, dep. 3. *to be born, come into the world, spring, arise, grow*, φύομαι, γίγνομαι, orior, in vitam venio, in lucem edor. Volunt esse a γεννάω, unde γεννάσκω. Est etiam cui placet a *nanciscor* ducere per syncopen, quasi vitam adipiscor. *Cic. in Orat.* c. 3. Ideas Plato gigni negat, et ait semper esse: cetera nasci, occidere, fluere. *Terent. Andr.* 3. 2. 6. Scitus puer est natus Pamphilo. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 5. Quoniam mortui miseri sunt, in miseriam nascimur sempiternam. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 16. Si tibi fortuna non dedit, ut patre certo nascerere. *Virg.* 3. *Æn.* v. 98. Et nati natorum, et qui nascentur ab illis. et l. 1. v. 290. Nascetur pulcra Trojanus origine Cæsar. *Terent. Heaut.* 5. 4. 7. Ita mihi atque huic sis superstes, ut ex me atque hoc natus es. *Ovid. Metam.* 11. v. 312. Alipedis de stirpe dei versuta propago Nascitur Autolycus. *Plin.* l. 10. c. 53. *a med.* Aves omnes in pedes nascuntur, contra quam reliqua animalia. *Virg.* 2. *Georg.* v. 110. Fluminibus salices, crassisque paludibus alni Nascuntur. *Horat.* l. 2. od. 20. v. 11. nascunturque leves Per digitos, humerosque plumæ. ¶ Translate dicitur de mineralibus, lapillis, fluminibus, de stellis orientibus, de ventis surgentibus, &c. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 12. Nascitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus. *grows, is found or produced. Plin.* l. 36. c. 8. Onyx nascitur circa Thebas Ægyptias. *Id.* l. 6. c. 18. Ganges in Scythicis montibus nascitur. *rises, takes its rise.* et l. 36. c. 26. Ex palude nascitur amnis. *Horat.* l. 3. od. 23. Cælo supinas si tuleris manus nascente luna. *Virg.* 8. *Ecl.* v. 17. Nascere, præque diem veniens age, Lucifer, almum. et 1. *Georg.* v. 434. Totus et ille dies, et qui nascentur ab illo. *those that follow.* et lib. 3. v. 278. unde nigerrimus Auster nascitur. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 18. Ab eo flumine collis nascebatur. *commenced its rise, rose. Petron. in fragm. Tragur.* c. 38. *Burm.* Parum illi bona lana nascebatur: arietes a Tarento emit. Mel Atticum ut domi nasceretur, apes ab Athenis jussit afferri. ¶ Translate est etiam initium ducere, proficisci, provenire. *Cic.* 16. *Fam.* ep. 22. Scribes ad me, ut mihi nascatur epistolæ argumentum. *Virg.* 3. *Æn.* v. 44. major rerum mihi nascitur ordo. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 48. Postulatio ab justo timore nascitur. *Cic.* 2. *Offic.* c. 5. Nulla tam detestabilis pestis est, quæ

non homini ab homine nascatur. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 158. Querelæ veræ nascuntur pectore ab imo. ¶ Pro exsurgere, exsistere, erumpere. *Sil.* l. 3. v. 530 *de scandentib. Alpes.* ardua supra Se se aperit tessis, et nascitur altera moles. ¶ Nascentia templa *Martial.* l. 6. epigr. 4. sunt recens exstructa, nova. ¶ Particip. *nasciturus.* *Pallad.* in *Jun.* c. 7. *ad fin.* Ubi signum nascituri regis (apum) inveneris. ¶ *Nascens*, et *Natus* V. suis locis. ¶ *Natu* supinum. *Plin.* l. 6. c. 33. Cupressus natu morosa *difficult to rear.* ¶ Natu major, &c. V. *Natu.* ¶ *Nascere* in infinito pro *nasci*, a *nasco, is*, quidam confirmant verbis *Catonis* *R. R.* c. 151. *extr.* Ubi germen nascere cœpit. Sed ea lectio certa non est.

NASICA, æ, m. et f. *having a sharp or pointed nose*, qui naso est acuto, subtili, et contracto. *Arnob.* l. 6. pag. 196. Potest fieri, ut barbatus in cælo sit, qui esse a vobis effingitur levis: displosas ut gestitet nares, quem vos esse facitis figuratisque nasicam. Adde lib. 3. pag. 108. [† V. in *Nasus, a, um.*] ¶ Ita cognominatus fuit P. ille Cornelius Scipio, qui adolescens nondum Quæstorius, in tota civitate vir bonorum optimus judicatus est, jussusque obviam ire signo Matris Idææ excipiendo, et Romam deducendo. V. *Liv.* l. 24. c. 14. Quanta fuerit fiducia sui, quantaque apud omnes cives auctoritate, satis argumento est quod narrat *Valer. Max.* l. 3. c. 7. n. 3. V.

NASIDIĀNUS, a, um, ad Nasidium pertinens, quod est nomen propr. R. hominis. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 7. Nasidianæ naves. *h. e.* quæ ducem L. Nasidium habebant.

NASITERNA, æ, f. *a pail, bucket, waterpot*, ὑδρία, est genus vasis aquarii ansati et patentis, quale est, quo equi perfundi solent. Plautus in Bacchid. Ecquis evocat cum nasiterna, et cum aqua istum impurissimum? Et in Nervolaria. Ecquis effert nasiternam cum aqua sine suffragio? Et Cato in Q. Sulpicium. Quotiens vidi trulleos, nasiternas, pertusos aquales, matellas sine ansis. Hæc *Festus*, qui *nassiterna* scribit duplici SS. Alii unico, quia a ternis nasis, seu ansis, vel potius tubulis exstantibus, per quos liquor effunditur, dictam putant. *Cato R. R.* c. 11. in instrumento vineæ enumerat amphoram, nassiternam, pelvim, matellionem, trulleum, &c. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 15. n. 25. Quod autem affert *Fest.* ex Nervolaria *Plauti*, habetur *Stich.* 2. 2. 28. hoc modo: Ecquis huc effert nasiternam cum aqua? *Ge.* sine suffragio populi tamen ædilitatem hic quidem gerit. ¶ In allato *Caton.* loco est qui legit *amphoram nassiternam*, sine nota distinctionis, ut *nassiternam* sit adjectivum: quod sane absurdum non videtur. [† ¶ V. *Nasus*, et *Myxa.*]

NASITERNĀTUS, a, um, nasiterna instructus. *Calpurn.* apud *Fulgent. in exposit. serm. antiq.* Ubi tu nasiternatus aquam petas.

NASO, onis, m. cognomen P. Ovidii, a nasi magnitudine, ut *Fronto* a *fronte*, *Capito* a *capite*, &c.

NASSA, æ, f. *a twiggen snare or trap for fish; a weel*, κύρτος, vel κύρτη, piscatorii vasis genus, quo cum intravit piscis, exire non potest. Ita *Festus. Sil.* l. 5. v. 47. vitreas solers piscator ad undas, Ore levem patulo texens de vimine nassam, Cautius interiora ligat, mediamque per alvum, Sensim fastigans, compressa cacumina nectit: Ac fraude arctati remeare foraminis arcet Introitu facilem, quem traxit ab æquore piscem. *Plin.* l. 9. c. 37. Capiuntur purpuræ parvulis, rarisque textu veluti nassis in alto jactis. et cap. 30. Polypus mire expetens odorem salsamentorum: qua de causa et nassis illinuntur. *Id.* l. 21. c. 18. Junci usus ad nassas marinas. *Id.* l. 32. c. 2. Scarus inclusus nassis non fronte erumpit, nec infestis viminibus caput inserit, sed aversus, &c. ¶ Translate *Plaut. Mil.* 2. 6. 98. Nunquam hercle ex ista nassa ego hodie escam petam. (Unde proverb. e nassa escam petere. *h. e.* utilitatem inde quærere, ubi majus periculum est.) *Cic. Attic.* l. 15. ep. 2. Ex hac nassa (al. *naxa*) exire constitui, non ad fugam, sed ad spem mortis melioris.

NASSITERNA. V. *Nasiterna.*

NASTURTIUM, ii, n. *the herb cresses or nose-smart*, κάρδαμον, herba hortensis, ita dicta, quod nasum torqueat, ut ait *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 41. est enim acerrimi odoris, et caustica vi præditum: Venerem inhibet, torporem excitat, animum exacuit. Habet etiam vim contra serpentes, maxime si ustum sit. *Plin.* l. 19. c. 8. *a med.* Nasturtium nomen accepit a narium tormento: et inde vigoris significatio proverbio id vocabulum usurpavit, veluti torporem excitantis. (Adde lib. 20. c. 13.) *Auct. Moreti*, v. 84. Quæque trahunt acri vultus nasturtia morsu. *Colum.* l. 10. v. 230. parvo discrimine sulci Spargantur cæcis nasturtia dira colubris. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 34. Persas negat Xenophon ad panem adhibere quidquam, præter nasturtium. ¶ Proverb. quod innuit *Plin. loc. cit.* Græce est κάρδαμον ἔσθιε, nasturtium comede, dictum in socordem, ignavum, hebetem. ¶ Scribitur et *nasturcium.*

NASUS, si, m. *et* Nasum, si, n. *the nose*, ῥὶν, μυκτὴρ, prominens membrum in facie hominis, inter utrumque oculum, gemino foramine, unde spiritus, ore clauso, ducitur et emittitur, et odorum vis sentitur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 57. Nasus ita locatus est, ut quasi murus oculis interjectus esse videatur. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 59. *Hard.* Altior homini tantum, quem novi mores subdolæ irrisioni dicavere, nasus. Non alii animalium nares eminent. Avibus, serpentibus, piscibus foramina tantum ad olfactus, sine naribus. Et hinc cognomina Simonum, Silonum. *Martial.* l. 7. epigr. 36. exprimere rorantem frigore nasum. *h. e.* stiria fluentem emungere. *et ibid.* Turpis ab inviso pendebat stiria naso. et lib. 11. epigr. 99. congelati gutta nasi. *Juvenal.* sat. 10. v. 199. madidique infantia nasi. *h. e.* mucus et pituita defluens e naso senum, non secus atque infantium. Contra *Id.* sat. 6. v. 147. sicco venit altera naso. *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 22. *a med.* Collisus nasus. *bruised, broken.* *Terent. Heaut. sub fin.* aduncus. *aquiline.* *Plaut. Capt.* 3. 4. 115. acutus. *Martial.* l. 2. epigr. 11. indecens. *Horat. in ar. Poet.* v. 36. pravus. *distorted, bad, hideous.* *Catull.* carm. 68. *ad Ruf.* nasorum pestem vocat tetrum odorem alarum, qui caper et hircus vocatur. *Pers.* sat. 3. v. 87. Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos. *Juvenal.* sat. 1. v. 57. ad calicem vigilanti stertere naso. *h. e.* stertere quidem, sed somnum simulando. *Plaut. Mil.* 3. 2. 9. Naso clamare magnum. *h. e.* vehementer stertere. *Id. Men.* 1. 3. 12. Abripere alicui nasum mordicus. *to bite off.* *Id. Capt.* 4. 2. 37. naso exhibere molestiam. *scil.* tetros odores admovendo. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 89. Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia nasus Illis nullus erat, &c. *rank, strong-scented, rancid.* ¶ Translate dicitur sedes iræ, et bilis, quia iratis cum contractione vultus rugat et nasus. *Plaut. in suppos. Amph. scena*, Dii vostram fid. vers. 42. Fames et mora bilem in nasum conciunt. *excite choler; make us choleric.* *Pers.* sat. 5. v. 91. Disce, sed ira cadat naso, rugosaque sanna. *Martial.* l. 6. epigr. 64. *sub fin.* rabido nec perditus ore Fumantem nasum vivi tentaveris ursi. ¶ Refertur etiam ad sagacitatem, acrimoniam in deprehendendis aliorum vitiis, et acri irrisione, salsaque dicacitate insectandis: ducta metaphora a sagacitate canum, abstrusa quæque olfactu inquirentium. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 5. naso suspendis adunco Ignotos, ut me libertino patre natum. *toss up your nose or sneer at, look upon with a satirical eye or with disdain*, μυκτηρίζεις. qua ratione et *Pers.* sat. 1. v. 118. locutus est. *Plin. in præfat. Hist. nat. ante med.* Lucilius, qui primus condidit stili nasum. *h. e.* satyram. *Martial.* l. 1. epigr. 42. *sub fin.* Non cuicumque datum est habere nasum. et epigr. 4. Et pueri nasum rhinocerotis habent. et lib. 5. epigr. 20. tacito rides, Germanice, naso. *Senec. suasor.* 1. *ante med.* Et bene illis cesserat, si nasus Atticus ibi substitisset. *h. e.* adulatoria irrisio, μυκτηρισμός. Idem adulandi sensus est etiam in illo *Horat.* l. 2. sat. 8. v. 64. Balatro suspendens omnia naso, &c. ut sequentia indicant. *Tertull. de Pudic.* c. 2. Deus naso non deridetur adulantium scilicet bonitati ejus. ¶ A similitudine dicitur de ansa vasis, vel de rostro, unde liquor e vase effunditur. V. *Nasiterna.* *Juvenal.* sat. 5. v. 46. Tu Beneventani sutoris nomen habentem Siccabis calicem nasorum quatuor, ac jam Quassatum, et rupto poscentem sulphura vitro. *Beneventanus sutor* est ille Vatinius, a quo Vatinii calices dicti sunt, qui hujusmodi nasis instructi erant: de quibus *Martial.* l. 14. epigr. 96. Vilia sutoris calicem monumenta Vatinî Accipe: sed nasus longior ille fuit. *h. e.* habet quidem calix hic nasos suos: sed longior fuit nasus Vatinio artifici, sive quod fuit nasutissimus, sive quod valde irrisor fuit, et maledicus. Dicitur enim a *Tacit.* 15. *Annal.* c. 34. facetiis scurrilibus abundasse. ¶ Neutro genere *Lucil.* apud *Non.* c. 3. n. 146. Queis oculi non sunt, neque nasum. *Id. ibid.* Nasum rectius nunc homini est. *Plaut.* 4. 6. 40. Nam odore nasum sentiat, si intus siet. *et Amph.* 1. 1. 288. Oculi, nasum, dens, labra. Adde *Curcul.* 1. 2. 18. et *Men.* 1. 2. 57.

NASŪTE, adverb. *Senec.* l. 5. *de benef.* c. 6. *ad fin.* Maluit illi nasute negare, quam contumaciter ac superbe. *h. e.* astute. Est qui leg. *vafre*, invito Lipsio. V. vocem sequent.

NASŪTUS, a, um, *having a large nose*, εὔριν, ἐπίῤῥινος, magnum habens nasum. *Horat.* l. 1. sat. 2. v. 93. Depygis, nasuta, brevi latere, ac pede longo est. ¶ Translate est sagax, acutus in deprehendendis aliorum vitiis, irrisor, dicax. *satirical, censorious, carping, jeering.* *Martial.* l. 12. epigr. 37. *in scurram ineptum.* Nasutus nimium cupis videri: Nasutum volo, nolo polyposum. et lib. 13. epigr. 2. *in detractorem.* Nasutus sis usque licet, sis denique nasus. *Id.* l. 2. epigr. 54. Nil nasutius hac, maligniusque est. *Senec. suasor. ult. a med.* Cestius homo nasutissimus, dissimulavit exaudivisse, &c. ¶ In illo *Phædri* l. 4. fab. 6. Tu qui nasute scripta destringis mea: *nasute* potest esse adverbium, *jeeringly, scornfully, censoriously.*

NATA, æ. V. *Natus.*

NATABĪLIS, le, idem quod natatilis. *Coripp.* l. 4. v. 43. Cedrus olens, solidum, nunquamque natabile robur.

NATABŬLUM. V. *Medicabulum.*

NATĀLIS, le, adject. *of a man's birth or nativity, natal, native*, γενέθλιος, ad nativitatem pertinens. *Cic.* 9. *Attic.* ep. 4. Natali die tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilii. *Id. pro Flacc.* c. 40. *extr.* Quem ego diem vere natalem hujus urbis appellare possum. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 187. Scit Genius, natale comes qui temperat astrum. *Ovid. in Ibin*, v. 219. Natalis lux. *Id.* 6. *Fast.* v. 797. Natale tempus. *Horat.* l. 2. od. 17. v. 18. hora. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 9. v. 78. humus. *one's country, native land.* Sic *Id. ibid.* l. 1. ep. 3. v. 35. Natale solum. et 4. *Fast.* v. 685. Pelignos, natalia rura, petebam. *Val. Flacc.* l. 3. v. 321. Natalis domus. *Horat.* l. 1. od. 21. v. 10. Delos natalis Apollinis. *the birth-place of Apollo.* *Manil.* lib. 3. v. 613. Natalis morbus. *h. e.* nascendo contractus. *Tibull.* l. 4. el. 6. v. 1. Natalis Juno. *h. e.* quæ præest feminis nascentibus, quæ et Lucina. Sic *Id. eleg. præced. extr.* Natalem vocat Genium, qui nativitatis virorum præses est. ¶ Natalem diem reditus sui *Cic.* l. 3. *ad Attic.* ep. 20. vocat eum diem, quo die ab exsilio in patriam fuit revocatus. est enim civilis mors exsilium: et exsilii finis nova quædam nativitas. ¶ Item nativus, congenitus, insitus, ipsa nativitate contractus, *native, natural, inborn, innate.* *Colum.* l. 3. c. 7. Vites natali et ingenita sterilitate laborantes. *Val. Flacc.* l. 6. v. 61. cui candidus olim Crinis inest Natale decus. ¶ *Natalis*, absolute, dies, quo die quis nascitur, *a birthday*, τὰ γενέσια. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 5. Ad urbem (*veni*) tertio Non. natali meo. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 210. Natales grate numeras. *Juvenal.* sat. 5. v. 36. Quale coronati Thrasea Helvidiusque bibebant, Brutorum et Cassî natalibus. *Virg. Ecl.* 3. v. 76. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola. *Ovid. Heroid.* ep. 15. v. 61. Sex mihi natales ierant. *Marcell. Dig.* lib. 23. tit. 1. leg. 22. et *Ulpian.* lib. 4. tit. 4. leg. 3. Die natalis sui. [† ¶ Translate dicitur de die, qua condita est urbs. *Plin.* 14. 4. Ea cœli temperies fulsit, quam cocturam vocant, solis opere natali urbis DCXXXIIII. *i. e.* ab urbe condita.] ¶ Hunc diem celebrabant sacrificiis, viri quidem Genio, feminæ Junoni: item conviviis, et munera ab amicis accipiebant. Testimonia passim occurunt. De muneribus lepidum est epigr. 64. *Martial.* lib. 8. V. etiam *Ovid.* lib. 3. *Trist.* eleg. 13. et l. 5. eleg. 5. ubi ritus celebrandi Natalis commemorat. ¶ Natalem alicui eripere, h. e. facultatem nascendi. *Lucan.* l. 7. v. 390. gentes Mars iste futuras Obruet, et populos ævi venientis in orbem, Erepto natale, feret. ¶ *Natales* sunt ipsa nativitas, item conditio generis, origo familiæ, nobilitas, vel ignobilitas, *birth, parentage, descent, family, extraction, lineage*, γένος. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 86. Cornelius Fuscus, vigens ætate, claris natalibus. *Juvenal.* sat. 8. v. 231. Quis, Catilina, tuis natalibus, atque Cethegi Inveniet quicquam sublimius? *Plin.* l. 10. ep. 3. et 7. Natalium splendor. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 49. claritas. et lib. 11. *Ann.* c. 21. dedecus. ¶ *Natalibus suis restitui* dicebantur libertini homines, sive servi nati essent, sive non, qui Principis beneficio ad ingenuitatis statum restituebantur, perinde ac si nunquam servi fuissent. Dicebatur autem *natalibus suis*, ut ait *Marcell. Dig.* lib. 40. tit. 11. *qui est* de natalibus restituendis, leg. 2. hoc est in illo originis statu, in quo omnes homines initio fuerunt: εἰς τῆς παλιγγενεσίας δίκαιον. *Plin.* l. 10. ep. 77. Postulantibus quibusdam, ut de agnoscendis liberis, restituendisque natalibus ipse cognoscerem. *Ulpian.* lib. 38. tit. 2. leg. 3. Libertus natalibus redditus. ¶ Translate *natalis* dicitur de rebus inanimis. *Plin.* l. 37. c. 4. Adamanti pallor argenti, et in auro non nisi excellentissimo natales. *h. e.* in auro, seu aurariis metallis gignitur. *Tertull. de Patient.* c. 5. Natales impatientiæ in ipso diabolo deprehendo. *h. e.* originem, initium. *Id.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 10. A Pentateucho natales agnitionis supputabuntur. ¶ *Natalem arborum* dicit *Plin.* l. 17. c. 10. *ad fin.* ipsum semen, ex quo arbor gignitur. ¶ *Natalium periti* apud *Senecam* l. 2. *quæst. nat.* c. 32. *a med.* sunt genethliaci, *judiciary astrologers.* [¶ Fuit etiam cognomen Romanum. *Tacit. Ann.* l. 15. c. 50. Antonius Natalis.]

NATALITĬUS, *et* Natalicius, a, um, *relating to one's birthday or nativity, natal*, γενεθλιακός, ad natalem diem pertinens, natalis. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 42. Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. et cap. 43. Natalitia sidera. *presiding over one's birth.* *Martial.* l. 7. epigr. 85. Natalitiæ dapes. *a birthday-feast.* *Juvenal.* sat. 11. v. 84. Et natalitium cognatis ponere lardum. *h. e.* natalitio convivio servatum, quando delicatioribus cibis mensa instruebatur: Vel antiquum et rancidum, quasi eo anno conditum sale, quo dominus natus est. Sic *Petron. in Satyr.* c. 136. Dum coæquale natalium suorum sinciput in carnarium furca reponit. *Pers.* sat. 1. v. 16. Et natalitia tandem cum sardonyche albus. *h. e.* dono data natali die: vel natali die gestata. *given, or worn, on one's birthday.* ¶ *Natalitia, orum*, celebritas, convivium, munera pro die natali. *Cic.* 2. *Phil.* c. 6. Hodie non descendit Antonius: cur? dat natalitia in hortis. cui? neminem nominabo: putatote eum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum Ballioni. *a birthday-feast.* ¶ In singul. num. *Censorin. de die nat. in præfat. seu* cap. 1. Quodcumque hoc libri est, meis opibus comparatum, Natalitii titulo tibi misi. *h. e.* natalitii muneris.

NATANS, antis. V. *Nato.*

NATATĬLIS, le, *that swims*, νηκτικός, qui natat, vel natare potest. *Tertull. advers. Hermog.* c. 33. Ex aquis natatiles et volatiles animæ. *Prudent. in Rom. seu cathemer. ult.* v. 332. Feras, volucres, reptiles, natatiles. ¶ *Natatilia*, locum ad natandum, apud *Varron.* l. 3. *R. R.* c. 5. *a med.* jam Critici mutaverunt in *navalia* ex MSS.

NATATĬO, onis, f. *a swimming; natation*, νῆξις, actus natandi, natatus: a *nato, as.* *Cic. de Senect.* c. 16. *sub fin.* Sibi habeant arma, sibi equos, pilam, natationes, et cursus.

Al. leg. *nationes*, quod esset a *no, nas. Cels.* l. 3. c. 24. *sub fin.* Utendum est, si hiems est, balneo; si æstas, frigidis natationibus. ¶ Item locus ipse natationi aptus. *a bath, pond. Id. ibid. c. ult.* sect. 1. Si quo loco vel naturales, vel etiam manufactæ natationes sunt, iis potissimum utendum.

NATĀTOR, oris, m. *a swimmer*, νηκτής, qui natat. *Ovid. de remed. amor.* v. 122. Pugnat in adversas ire natator aquas. *Id. Heroid.* ep. 19. v. 70. Cur toties a me, lente natator abes? Adde *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 18. et *Stat.* 10. *Theb.* v. 497.

NATATORĬUS, a, um, *pertaining to swimming*, ad natandum pertinens, ut Natatorius cortex, *Festus.* V. *Suberies.* ¶ *Natatoria* absolute. *a place to swim in; a bath, pond, bathing-place*, κολυμβήθρα, locus ad natandum, piscina, lavacrum. *Sidon.* l. 2. ep. 2. *ante med.* In hanc piscinam fluentum de supercilio montis elicitum, canalibusque circumactis per exteriora natatoriæ litora curvatum, sex fistulæ effundunt.

NATĀTUS, us, m. *a swimming*, νῆξις, natatio. *Stat.* l. 1. silv. 5. v. 25. Nymphæ, Quas præceps Anien, atque exceptura natatus Virgo juvat. *Pallad.* l. 1. tit. 17. Anguillas piscesque fluviales mitti in his (*cisternis*) conveniet, ut horum natatu aqua stans agilitatem currentis imitetur. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 347. fluvios natatu scindere. et lib. 3. *de rap. Pros.* v. 333. fontem natatu secare.

NATĀTUS, a, um, *swum over*, νηχθείς, natando decursus. *Stat.* 4. *Theb.* v. 703. deceptum margine ripæ Stat pecus, atque amnes quærunt armenta natatos. *Lucan.* l. 9. v. 954. Threiciasque legit fauces, et amore natatum Æquor. *h. e.* Leandro ob Heronem. Al. leg. *notatum*.

NATES, ium, f. *the buttocks, hips, haunches*, γλουτοί, clunes, carnosæ prominentiæ in imo dorso, quibus homo sedens insistit. *Martial.* l. 14. epigr. 18. Alea parva nuces, et non damnosa videntur: Sæpe tamen pueris abstulit illa nates. *Juvenal.* sat. 6. v. 611. solea pulsare nates. ¶ De brutis animalibus. *Martial.* l. 3. epigr. 82. v. 21. Nates turturum donare alicui. ¶ In singulari num. *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 46. Nam, displosa sonat quantum vesica, pepedi Diffissa nate ficus. *Fest.* in *Pullus*. Quod ejus natis fulmine icta erat. ¶ *Nates*, et *clunes* idem sunt. *Martialis* utramque vocem conjunxit non discriminis causa, sed contemptus et irrisionis, l. 3. epigr. 53. Et vultu poteram tuo carere, Et collo, manibusque cruribusque, Et mammis, natibusque, clunibusque.

NATĬNATĬO dicebatur negotiatio: et

NATĬNATŌRES, ex eo seditiosi. *Festus.*

NATĬNOR, aris, dep. 1. negotiari, et, ut ait *Scalig.* quasi in negotiis natare, fluctuare. *Cato* apud *Fest.* Lucanos inter se natinari, atque factiones esse.

NATĬO, onis, f. actus nandi, V. *Natatio.*

NATĬO, onis, f. *a being born*, γένεσις, actus nascendi, nativitas. Hinc Natio dea est habita: de qua *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. Quod si tales dii sunt, ut rebus humanis intersint, Natio quoque dea putanda est, cui cum fana circuimus in agro Ardeati, rem divinam facere solemus: quæ quia partus matronarum tueatur, a nascentibus natio nominata est. ¶ Item genus, origo, procreatio. *a stock, race, breed, kind. Hirt. de B. Alex.* c. 7. Cum et natio eorum, et natura cognoscatur, aptissimum esse hoc genus ad proditionem, nemo dubitare potest. *Varr. R. R.* l. 2. c. 6. *de Asinis.* Prægnantes opere levant. venter enim labore nationem reddit deteriorem. *Id.* l. 8. *de L. L.* c. 52. Sic equos eadem facie nonnullos negamus esse similes, in nationes ex procreante dissimiles. *Festus:* In pecoribus quoque bonus proventus feturæ, bona natio dicitur. ¶ De rebus inanimis. *Plin.* l. 22. c. 24. Mellis causas, atque differentias, nationesque in apium natura diximus. *Id. ibid. a med.* et lib. 21. c. 14. *a med.* Cera natione Pontica. *Id.* l. 12. c. 25. *ad fin.* Styracis color in quacumque natione præfertur rufus. ¶ Sæpissime sumitur pro hominum genere, ut ait *Cincius* apud *Fest.* qui non aliunde venerunt, sed ibi nati sunt, ubi incolunt. *a race of people, nation, people, country*, γένος, ἔθνος. *Cic. de Provinc. Consul.* c. 5. Publicanos tradidit in servitutem Judæis, et Syris, nationibus natis servituti. *Id. ad Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 9. Si te fors Afris, aut Hispanis, aut Gallis præfecisset, immanibus ac barbaris nationibus. *Nep. in Datam.* c. 1. Patre natione Care, matre Scythissa natus. ¶ A gente aliquando ita differt, ut genus a specie. *gens* enim latius patet, et plures nationes complectitur, ut gens Græca habet Atticos, Bœotos, Thebanos, qui ejusdem gentis nationes sunt. *Cic. pro Font.* c. 11. *extr.* Non modo vestris civibus, verum etiam exteris nationibus ac gentibus ostendere, &c. *Tacit. de Germ.* c. 38. Nunc de Suevis dicendum est, quorum non una, ut Cattorum, Tencterorumque gens. majorem enim Germaniæ partem obtinent, propriis adhuc nationibus, nominibusque discreti. V. in *Gens* alia huc pertinentia. ¶ *Ad nationes* appellata est Romæ porticus ab Augusto exstructa, ut *Servius* docet *ad Æn.* 8. v. 721. quia in ea omnium gentium simulacra collocaverat. *Plin.* l. 36. c. 5. *ad fin.* Hercules humi stans, ante aditus porticus Ad Nationes. ¶ Translate dicitur de certo ordine, societate, secta. *a race, tribe, sect, set. Cic. pro Sext.* c. 44. Natio optimatium. *Id. in Pison.* c. 23. officiosissima candidatorum. *Phædr.* l. 2. fab. 5. v. 1. ardelionum. ¶ In malam partem, h. e. in contemptum. *In Catalect. Virg.* pag. 1297. *Musvic.* Scholasticorum natio madens pingui. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 29. Ita salem istum, quo caret vestra natio (*Epicureorum*) in irridendis nobis nolitote consumere. *Id. de Harusp. resp.* c. 26. *ad fin.* Deteriores cave, quorum quidem magna est natio. ¶ Apud *Tertull.* passim *nationes* sumuntur pro Ethnicis, qui scil. Christianam religionem non profitentur, ut *de Idololatr.* c. 22. Benedici per deos Nationum, Christo initiatus non sustinebit.

NATIVĬTAS, atis, f. *birth, nativity*, γενετή, γένεσις, ortus, origo. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 1. leg. 1. Municipem aut nativitas, aut adoptio facit. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 712. n. 11. Variæ Jucundæ defunctæ anno nativitatis XVIII. *Tertull. de Anim.* c. 39. Ab ipsa etiam janua nativitatis. Adde *Arnob.* l. 1. pag. 22. ¶ In plur. numero *Tertull. de Spectac. c. ult.*

NATIVĬTUS, adverb. a nativitate. *Tertull. de anim.* c. 39. Quæ omnia nativitus animæ collata sunt. Adde cap. 12.

NATĪVUS, a, um, *that is born, having an origin or beginning*, qui nascitur, qui ortum habet. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 10. Anaximandri opinio est, nativos esse deos, longis intervallis orientes occidentesque. Sed nos deum, nisi sempiternum, intelligere qui possumus? *Lucret.* l. 5. v. 66. mortali consistere corpore mundum, Nativumque esse. *Id.* l. 3. v. 418. nativos animantibus, et mortales Esse animos. ¶ Item nullo artificio constans, sed talis, qualis est natus, germanus, sincerus, simplex. *native, natural, not artificial*, γνήσιος. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. *a med.* Beluæ partim fluitantes, partim ad saxa nativis testis inhærentes. *Plin.* l. 8. c. 48. Nativæ oves. *h. e.* quarum lanis utimur in veste, nullo colore infectis, sed eo, quo natæ sunt. *Id.* l. 32. c. 7. Nativi coloris pannus. *Id.* l. 33. c. 5. Nativa chrysocolla. et lib. 31. c. 7. Montes nativi salis. *Ovid. in fin.* el. 14. l. 1. *Amor.* nativa coma. *Id. Heroid.* ep. 5. v. 61. nativa moles. *Id.* 3. *Metam.* v. 158. *de antro.* simulaverat artem Ingenio Natura suo nam pumice vivo, Et levibus tophis nativum duxerat arcum. Sic *Tacit. Ann.* 4. c. 59. Nativus specus. ¶ *Nativa verba* sunt, quæ primæ positionis dicuntur a Grammaticis, ut a *Priscian.* l. 8. pag. 824. *Putsch. Varro* autem l. 5. *de L. L.* c. 5. primigenia appellat: quibus opponuntur *reperta*, id est derivata. *Cic. in Partition.* c. 5. Simplicia verba partim nativa sunt, partim reperta. nativa ea, quæ significata sunt sensu (*h. e.* primitiva, et ipso sensu olim primum monstrata loquentibus. *Quintil.* l. 8. c. 3. *ante med.* habet *quæ significata sunt primo sensu. words in their original or primary signification.*) reperta, quæ ex his facta sunt, et novata aut similitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adjunctione verborum. *Coscon.* apud *Varron. loc. cit.* scripsit ea esse ad mille in Latina lingua. *Quintil. ibid.* nobis jam ponere alia, quam quæ illi rudes homines primique fecerunt, fas non esse: at derivare, flectere, conjungere, quod natis postea concessum est, nunquam licere desiisse. ¶ Innatus, insitus, nobiscum natus. *inborn, innate, inbred. Cic. pro Dom.* c. 5. Major fuit adhibenda medicina, quæ et illud nativum, et hoc delatum malum sanare posset. *Id. de Harusp. resp.* c. 9. *extr.* Nec denique hoc ipso hujus gentis ac terræ domestico nativoque sensu, Italos ipsos ac Latinos superavimus. *Gell.* l. 4. c. 2. *a med.* Mulier si nativa sterilitate sit. *naturally barren. Nep. in Attic.* c. 4. Tanta erat suavitas sermonis Latini, ut appareret, in eo nativum quendam leporem esse, non adscitum. *native, peculiar to itself.*

NATO, as, avi, atum, a. 1. *to swim*, νήχομαι, in aqua volvi, et excurrere: frequentativum a *no, nas:* et pro ipso sæpe ponitur. *Cic. Fam.* 7. ep. 10. Qui neque in Oceano natare volueris, studiosissimus homo natandi. *Virg.* 3. *Georg.* v. 259. Natare freta turbata procellis. *Martial.* l. 14. epigr. 196. Natare aquas. et lib. 1. epigr. 50. v. 9. tepidum vadum. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 28. natant æquore pisces. *Virg.* 4. *Æn.* v. 398. natat uncta carina. *floats, sails. Lucret.* l. 2. v. 558. Disjectare solet magnum mare transtra, guberna, Antemnas, proram, malos, tonsasque natantes. *h. e.* remos fluctuantes. ¶ Dicitur de naufragantibus. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 115. Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes: Et natat exsuviis Græcia pressa tuis. et lib. 2. el. 19. v. 64. Cum sæpe in portu fracta carina natet. ¶ Et de iis, qui tempestate agitantur. *Propert.* l. 3. el. 10. v. 32. *de Ulysse.* Totque hiemis noctes, totque natasse dies. *to have been tossed about.* ¶ *Natantes* sunt pisces. *Virg.* 3. *Georg.* v. 541. Jam maris immensi prolem, et genus omne natantum. ¶ Passive *Ovid.* 5. *Trist.* el. 2. v. 25. et lib. 1. *de ar. am.* v. 48. Silva feras quot habet, quot piscibus unda natatur. *how many fishes swim in.* ¶ Pro fluere, difluere, vagari. *to move with a fluctuating motion, flow, run. Ovid.* 4. *Fast.* v. 291. qua se Tiberinus in altum Dividit, et campo liberiore natat. *Propert.* l. 2. el. 12. v. 51. Ac veluti folia arentes liquere corollas, Quæ passim calathis strata natare vides. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 142. ingens medio natat umbra profundo. ¶ Translate *Id. Achill.* 1. v. 161. niveo natat ignis in ore. ¶ Pro madere, manare, redundare, inundari. *Virg.* 1. *Georg.* v. 372. omnia plenis Rura natant fossis. *are inundated. Ovid.* 2. *Amor.* el. 16. v. 34. amnibus arva natant. *Cic.* 2. *Phil.* c. 41. Natabant pavimenta vino, madebant parietes. *Virg.* 3. *Æn.* v. 625. sanieque aspersa natarent limina. *Stat.* 2. *Theb.* v. 337. fletibus ora natant. *are bedewed or drenched.* ¶ Campi natantes apud *Lucret.* l. 6. v. 1140. et lib. 5. v. 489. sunt maria, et lacus, *Virgilio* autem 3. *Georg.* v. 198. translate sunt arva maturis messibus quæ instar aquarum, vento agitante, fluctuant. *fields of waving corn.* ¶ Eleganter *natare* dicuntur oculi ebriorum. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 673. Nox erat, et vinis oculique, animique natabant. ¶ Item dormitantium. *Virg.* 5. *Æn.* v. 856. cunctantique natantia lumina solvit. (Adde lib. 5. v. 856.) *Stat.* l. 5. *silv. ult. sub fin.* natantes genæ. ¶ Item morientium. *Stat.* 2. *Theb.* v. 638. Oculos etiam num in luce natantes. *swimming, dizzy. Sil.* l. 2. v. 122. labentia virgo Membra levat, parvaque oculos jam luce natantes. *Ovid. Met.* 5. v. 71. Jam moriens, oculis sub nocte natantibus atra. Adde *Virg.* 4. *Georg.* v. 496. ¶ *Natant* etiam quæ laxa sunt. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 516. Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet. *moves to and fro; is loose. Calpurn. ad Nemesian. Ecl.* 6. v. 43. rutiloque monilia collo Extrema cervice natant. *Nemesian. in Cyneg.* v. 170. Infirmosque pedes, et crura natantia ponunt. *h. e.* titubantia, vacillantia, quasi laxata, remissa, lenta. ¶ Item quæ serpunt. *Colum. de arborib.* c. 6. summa parte terræ natantibus radicibus. ¶ Est etiam nutare, vacillare, huc illuc ferri. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 41. Justa pari premitur veluti cum pondera libra, Prona nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa: Qualis, inæquatum si quando onus urget utrinque, Instabilis natat alterno depressior orbe. ¶ Et translate fluctuare animo, instabilem, inconstantem esse. *to waver, be uncertain, fluctuate, doubt. Horat.* l. 2. sat. 7. v. 6. Pars hominum vitiis gaudet constanter, et urget Propositum: pars multa natat, modo recta capessens, Interdum pravis obnoxia. *Manil.* l. 4. v. 256. Hinc est mobilitas rerum, mutataque sæpe Mens natat. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 43. Democritus natare videtur in natura deorum. Plerique alii leg. *nutare. Sil.* l. 7. v. 725. Torpebant dextræ, et se se meruisse negabant Servari, subitisque bonis mens ægra natabat. *h. e.* fluctuabat, ambigebat, turbabatur. *Senec.* ep. 35. *sub fin.* Mutatio voluntatis indicat animum natare, aliubi atque aliubi apparere, prout tulit ventus.

NATRIX, ĭcis, f. *a water-serpent*, ὕδρος, genus anguis venenati, in aqua viventis: a nando. *Cic.* 4. *Acad.* c. 38. Cur deus omnia nostra causa cum faceret, tantam vim natricum viperarumque fecerit. *Lucan.* l. 9. v. 720. Et natrix violator aquæ. ¶ Translate *natricem* vocabat Tiberius Caligulam, h. e. pestiferum hominem. *a pest. Sueton. in Calig.* c. 11. Ut aliquoties prædicaret exitio suo omniumque Caium vivere, et se natricem populo R. Phaethontem orbi terrarum educare. ¶ Apud *Lucil.* l. 2. virgam, seu scuticam significat, quæ serpentis instar curvatur, et mordet. Sic enim ille apud *Non.* c. 1. n. 334. Si natibus natricem impressit crassam et capitatam. *Isidor.* l. 5. *Orig.* c. 27. Anguilla est, qua coercentur in scholis pueri, quæ vulgo scutica dicitur. ¶ Quod *Lucan.* dixit l. 9. v. 720. Et natrix violator aquæ, *Priscian.* l. 5. pag. 656. *Putsch.* et *Phocas* pag. 1700. masculini generis esse putant. Verum si est a *nando*, masculinum esse non potest: hujusmodi enim verbalia in *ix* semper feminina sunt: et *natrix violator* erit dictum figurate, vel respiciendo ad *serpens*, vel potius ut Juno loquitur apud *Virgil.* 12. *Æn.* v. 159. Auctor ego audendi. V. *Auctor* sub fin. ubi similia congessimus. ¶ Est etiam hoc nomine herba, cujus radix evulsa virus hirci redolet. *Plin.* lib. 27. cap. 12.

NATTA. V. *Nacca.*

NATU, *by birth, in age*, ablat. sing. nominis defectivi *natus, us*, quod idem est ac nativitas. Hic solus casus in usu est: et conjungitur fere cum adjectivis *magnus, parvus*, &c. et cum eorum comparativis [† ac superlativis.] *Liv.* l. 3. c. 71. Consurgit P. Scaptius de plebe, magno natu. *h. e.* valde provectus ætate. *considerably advanced in years. Nep. in Datam.* c. 7. Ab hoc tamen viro Scismas, maximo natu filius, desciit. *his eldest son. Cic. de Senect.* c. 4. Quamquam eum colere cœpi non admodum grandem natu. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 1. *extr.* Qui fuit major natu, quam Plautus et Nævius. *older, anteriour. Id. pro Cluent.* c. 38. *sub fin.* Ex his omnibus natu minimus Q. Saturius est. *the youngest. Liv.* l. 21. c. 19. *a med.* Ita enim maximus natu ex iis in concilio respondit. *Cic.* 1. *Offic.* c. 30. *sub fin.* Audivi ex majoribus natu, hoc idem fuisse in P. Scipione Nasica. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 37. Sed est grandior natu. *Id. Bacch.* 1. 2. 16. Qui tantus natu deorum nescis nomina. *Terent. Heaut.* 4. 1. 32. Quanto tuus est animus natu gravior.

NATŪRA, æ, f. *nature*, φύσις, est principium et causa efficiens omnium rerum naturalium, quo sensu a Veteribus Philosophis cum Deo confundebatur. V. *Cic.* 1. 1. *de nat. Deor.* c. 8. *et sequentib.* et lib. 2. c. 22. et 32. ubi varia eorum placita refert. ¶ Sumitur etiam pro mundo, seu pro rerum universitate. *the universe. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 14. Cleanthes autem tum ipsum mundum deum dicit esse, tum totius naturæ menti atque animo hoc nomen tribuit. ¶ Speciatim accipitur pro eo, ex quo aliqua res intrinsecus, et essentialiter constat, idest pro essentia, ut Philosophi loquuntur. *Lucret.* l. 2. v. 232. Natura tenuis aeris. ¶ Item pro re, seu substantia, ut Philosophi loquuntur. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 10. Aristoteles cum quatuor genera illa principiorum esset complexus, e quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam censet esse, e qua sit mens. ¶ Item

pro proprietate, seu pro vi et ingenita rei alicui virtute et potentia. *Cic. in Somn. Scip. c. ult.* Quod autem animal est, id motu cietur interiore, et suo. Nam hæc est natura propria animæ, et vis. *the natural property. Virg. 4. Georg.* v. 149. Nunc age, naturas apibus quas Juppiter ipse Addidit, expediam. *the natural history of bees.* ¶ Item pro constitutione, situ. *Cic. 2. ad Q. Fr. ep. ult. a med.* Quos tu situs, quas naturas rerum et locorum, quos mores, &c. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 21. Qualis esset natura montis, qui cognoscerent, misit. ¶ Item pro indole, habitudine, ingenio, moribus, insita inclinatione. *inclination, disposition, genius. Cic. 2. de Divin.* c. 45. Uno et eodem temporis puncto nati dissimiles et naturas, et vitas, et casus habent. *Cic. 12. Fam. ep. penult.* Cognitum per te ipsum, quæ tua natura est, dignum tua amicitia judicabis. *Liv.* l. 22. c. 59. *ad fin.* Si ipse in nos mitis Annibal contra naturam suam esse velit. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 24. Naturam expellas furca, tamen usque recurret. *Cic. Fam.* 3. epist. 8. *ad fin.* De tua prolixa beneficaque natura limavit aliquid posterior annus. *Nepos in Attic.* c. 5. Homo dives, difficillima natura. *Propert.* l. 2. eleg. 16. v. 27. tu me una petisti. Possum ego naturæ non meminisse tuæ? ¶ Item pro naturali substantia, et complexu cujusque corporis. *Cic. 2. de nat. Deor.* c. 57. *a med.* Aures duros et quasi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur sonus. *Terent. Eun.* 2. 3. 24. Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas. ¶ Item pro genitalibus, quæ a Græcis item φύσις dicuntur. *Cic. 2. de Divin.* c. 70. Parere quædam matrona cupiens, dubitans, esset ne prægnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam. *Id. 3. de nat. Deor.* c. 22. Cujus obscenius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit. ¶ Item pro lege divina, et humana. *Cic.* 3. *Offic.* c. 5. Atque hoc multo magis exigit ipsa naturæ ratio, quæ est lex divina, et humana, cui parere qui velit, nunquam committet, ut alienum appetat, &c. ¶ *Naturæ satisfacere*, et *naturæ cedere*, vel *concedere*, est mori. *Cic. pro Cluent.* c. 10. De eo, qui et naturæ, et legibus satisfecit. *Sallust. in Jug.* c. 16. Pater, uti necesse erat, naturæ concessit. *paid the debt of nature.* ¶ Ut fert natura, *naturally, in the simplicity of nature. Terent. Andr.* 4. 4. *v. ult.* Paulum interesse censes, ex animo omnia, ut fert natura, facias, an de industria? ¶ Natura insitum est, *it is natural enough; it is consistent with nature; it follows naturally. Cic. pro Sull.* c. 30. Hoc natura insitum est, ut quem timueris, semper oderis. ¶ Ita natura comparatum est. V. *Comparo.* ¶ Præter naturam. *Terent. Adelph.* 5. 5. 4. Jam nunc hæc tria primum addidi præter naturam: O noster, quid fit? quid agitur? *beyond what is natural or usual with me; contrary to my natural practice.* ¶ Secundum naturam vivere, *according to the dictates of nature. Cic.* 5. *Fin.* c. 9. ¶ Verti in naturam. *Sallust. in Jug.* c. 87. Mihi benefacere jam ex consuetudine in naturam vertit. ¶ Rerum natura, *the nature of things. Cic.* 4. *Acad.* c. 17. *a med.* Quod rerum natura non patitur. *Celsus* l. 7. c. 2. *a med.* Est etiam in rerum natura, ut cutis laxius excidenda sit. *h. e.* evenit aliquando. Sic *Quintil.* l. 2. c. 17. *a med.* in rerum naturam cadere. *h. e.* evenire, accidere. *Cic. Fam.* 6. ep. 10. *ad fin.* Ipse, qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad æquitatem, et ad rerum naturam videtur. *h. e.* ad humanitatem, et ad id quod inter homines rerum natura fert. *human nature, discretion, rationality, reasonableness.* ¶ Facere sibi naturam alicujus rei, *Quintil.* l. 2. c. 4. *ante med. to make any thing as it were natural to himself.* ¶ *Natura*, ablat. absolute positus, *by nature, naturally. Plin.* l. 7. c. 19. Quibus natura concreta sunt ossa. [*Q. Cic. de petit. consul.* c. 11. Deinde id, quod natura non habes, induc in animum, ita simulandum esse, ut natura facere videare.] ¶ Natura sua, *in its nature. Tacit.* 4. *Hist.* c. 14. Delectum suapte natura gravem onerabant ministri avaritia ac luxu.

NATURABĬLIS, le, adject. naturalis. *Apul. in Florid.* n. 15. (*al. sub fin.* l. 2.) et *de dogmat. Plat.* l. 2.

NATURĀLIS, le, *of or belonging to nature, consistent with nature, implanted by nature, natural*, φυσικὸς, qui secundum naturam est, a natura profectus, naturæ conveniens, conjunctus, innatus, insitus. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 6. Ille motus naturalis omnium ponderum e regione inferiorem locum petentium. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Anates cum primum aquam, quasi naturalem domum, videre, &c. *Id.* 1. *Offic.* c. 16. naturalis societas. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 14. lex. *Id.* l. 1. *de Fin.* c. 9. *ad fin.* Aiunt, hanc quasi naturalem atque insitam in animis nostris inesse notionem. *Id. de clar. Orat.* c. 9. Naturalis, non fucatus nitor. *Id. pro Cœl.* c. 5. Qui se ipse cum domestica disciplina, tum etiam naturali quodam bono defenderat. *by a certain natural goodness.* Sic *Nep. in Attic.* c. 9. Si divinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas, quæ nullis casibus augetur, neque diminuitur. *Ovid. Met.* 10. v. 117. *de cervo.* Ipse metu vacuus, naturalique pavore Deposito. *Cic. in Partit.* c. 18. *in fin.* Naturales quæstiones. *h. e.* de natura tractantes. *Colum.* l. 6. c. 24. et 27. *de jumentis.* In id fere tempus naturalia congruunt desideria. *scil.* coeundi. et cap. 30. *a med.* Naturales exitus. *scil.* excrementorum. Sic lib. 8. c. 7. et *Cels.* l. 7. c. 26. Loca naturalia. Hinc *naturalia* absolute, pudenda, tum in hominibus, tum in bestiis. *Colum.* l. 6. c. 27. *a med. Justin.* l. 4. c. 2. et *Cels.* l. 2. c. 7. et lib. 1. c. 9. et in sing. numero *Id. Cels.* l. 7. c. 26. sect. 1. Inter imas oras super naturale. ¶ Naturalis dies. V. *Civilis.* ¶ *Naturalis pater*, aut *filius* opponitur adoptivo. *Cic.* 3. *Phil.* c. 6. *Liv.* lib. 42. c. 52. et lib. 44. c. 44. et *Sueton. in Tiber.* c. 52. Sic *naturalis avus* apud *Ulpian. Dig.* l. 37. tit. 8. leg. 1. *circa med.* ¶ Interdum *naturalis pater*, aut *filius* opponitur justo, seu legitimo, *h. e.* qui filium ex non justa uxore, vel serva procreat, et qui ita procreatus est. *Ulpian.* l. 40. tit 5. leg. 40. et alibi, et *Augustin.* l. 6. *Confession.* c. 15. item *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 945. n. 3. ¶ Interdum *naturalis* est verus, et fabuloso opponitur. *Lactant.* l. 1. c. 11. *circa med.* Philosophi duos Joves fecerunt, unum naturalem, alterum fabulosum. ¶ Item violento, ut naturalis mors, *a natural death*, *Plin.* l. 7. c. 53. ¶ Item artefacto. *Colum.* l. 7. c. 6. *a med.* Caprile vel naturali saxo, vel manu constratum eligi debet. *Justin.* l. 12. cap. 7. Mons naturalibus bonis, vite, hederaque non aliter vestitus, quam si manu cultus, colentiumque industria exornatus esset. ¶ Item extraordinario, et præter consuetum naturæ cursum facto. *Plin.* l. 12. cap. 14. Prior, atque naturalis vindemia turis ante Canis ortum. ¶ *Naturale est*, est ex natura. *Plin.* l. 17. c. 2. Arbores fetu exinanitas, naturale est avide esurire. *Id.* l. 11. c. 37. sect. 54. *Hard.* Plerisque naturale, ut nictare non cessent.

NATURALĬTAS, atis, f. *naturalness*, natura. *Tertull. de anim.* cap. 16. et 43.

NATURALĬTER, adverb. *naturally, by nature, consistently with nature*, κατὰ φύσιν, a natura, vel secundum naturam. *Cic. de Senect.* c. 9. Quod enim homini naturaliter insitum est, eo uti decet. *Plerique saniores Critici leg.* Quod est, eo decet uti. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 92. Est quædam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus. *Hirt. de B. Alex.* c. 8. Omnia litora naturaliter aquæ dulcis venas habent. *Vellei.* lib. 2. c. 60. *extr.* Inter naturaliter dissimillimos, ac diversa volentes crescebat odium. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 47. *Hard.* Quædam animalium naturaliter calvent.

NATURALĬTUS, adverb. idem quod naturaliter. *Sidon.* l. 9. ep. 11. Mortalium mentibus vis hæc naturalitus inest.

NATURIFICĀTUS, a, um, adject. q. d. in rerum naturam inductus, vel natura factus. *naturalized.* Vox est *Tertull. advers. Valent.* c. 29.

NATUS, a, um, *born, brought forth, sprung*, γεγονὼς, in lucem editus, ortus. *Cic. de clar. Orat.* c. 72. Longe post natos homines improbissimus Glaucia. *since the creation of the world. C. Gracch.* apud *Gell.* l. 15. c. 12. Si ulla meretrix domum meam introivit, omnium natorum postremissimum nequissimumque existimatote. *the most worthless creature in the world. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 37. Amplissima familia nati adolescentes. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 12. Ille Tantalo prognatus, Pelope natus. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 18. Orpheus, et Rhesus, matre Musa natus. et cap. 19. Circe, et Pasiphae e Perseide natæ, patre Sole. *Id. de Amic.* c. 8. Bestiæ ex se natos amant ad quoddam tempus, et ab eis amantur. *their offspring. Ovid. Metam.* 4. v. 422. de pellice natus. *Cic. post redit. ad Quirit.* c. 2. A parentibus parvus sum procreatus: a vobis natus sum consularis. *Id.* 3. *de Orat.* c. 32. *ad fin.* Tu in alia lingua ac moribus natus, occupatissima in civitate, &c. et *mox.* Græci nati in litteris. *Justin.* l. 6. c. 8. Homo inter litteras natus. *Cic. in Bruto*, c. 64. Undeviginti annos natus erat eo tempore. *he was nineteen years old. Id. Verr.* 5. c. 25. Prope annos nonaginta natus. *Id. pro Cluent.* c. 40. Cum annos ad quinquaginta natus esses. ¶ *Natus*, profectus, ortus, causam seu originem habens. *produced, arising, originating. Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 43. *in fin.* Ne profectio nata a timore defectionis, similis fugæ videretur. ¶ *Natus alicui rei*, vel *ad aliquam rem* dicitur, qui aptus et idoneus est, quasi in hoc sit in lucem editus. *born to, &c. framed by nature, naturally adapted, appointed, born, created, constituted, intended, fit, apt, suited. Cic. de Provinc. consul.* c. 5. Judæi et Syri nationes natæ servituti. *Id. in Pison.* c. 17. *ad fin.* Ille gurges natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. *Terent. Adelph.* 4. 2. 6. Me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 14. Non sibi se soli natum meminerit, sed patriæ, sed suis. *Id. pro Cœl.* c. 24. Ille vir, qui se natum huic imperio putavit. *Id. in Orat.* c. 28. Si ad hoc unum natus est, aut in hoc solo se exercuit, aut huic generi studet uni. *Id. de Harusp. resp.* c. 4. Ut P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Carthaginis, &c. sic T. Annius ad illam pestem comprimendam, exstinguendam, funditus delendam natus esse videtur. *Id. de clar. Orat.* c. 68. Vir ad omnia summa natus. *Id.* 12. *Phil.* c. 4. C. Cæsar deorum beneficio natus ad hæc tempora. *Id.* 1. *de Orat.* c. 22. Cum te unum ex omnibus ad dicendum maxime natum aptumque cognossem. *Id.* l. 5. *de Fin.* c. 22. Ad laudem, et ad decus nati, suscepti, instituti sumus. et lib. 2. c. 13. Ut ad cursum equus, ad arandum bos, ad indagandum canis, sic homo ad intelligendum, et agendum natus est. *Justin.* l. 27. c. 2. Quasi ad ludibrium tantum fortunæ natus esset. ¶ Cum infinito. *Ovid. de nuce*, v. 113. At rubus et sentes tantummodo lædere natæ. ¶ Iterum mihi natus videor. *I feel as if I were born over again*, est impense lætantis, et bonum aliquod insperato consecuti. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 117. et *Capt.* 4. 2. 111. ¶ *Nemo natus*, nemo mortalium, nullus. *Plaut. Mostell.* 2. 2. 21. Nemo natus in ædibus servat. *there is not a soul*, vel *a born soul.* Sic 2. 1. 55. Tanquam si intus natus nemo in ædibus habitet. ¶ De rebus inanimis, ortus, profectus. *Cic. pro Quint.* c. 28. Ex quo uno hæc omnia nata et profecta esse concedit. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 43. *extr.* Profectio nata a timore defectionis. [† V. supra.] *Hirt. de B. Alex.* c. 58. Ne dissensionis initium natum seditiosa militum, suaque videretur natura. *Plin.* l. 16. c. 4. Inde natum, ut etiam triumphaturis, &c. *Id.* l. 17. c. 14. Hinc nata inoculatio. *Petron. in Satyr.* c. 25. Hinc puto proverbium natum, &c. ¶ *Male natus*, de re malæ naturæ. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 6. Alius ager bene natus, alius male. *of a bad nature, barren.* et *Colum.* l. 4. c. 24. *ante med.* Sarmenta vetera, male nata, contorta, deorsum spectantia recidito. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 233. Inculti versus, et male nati. *ill-formed, ill-fashioned.* ¶ *Natus*, natura conformatus, factus, constitutus. *Liv.* l. 9. c. 2. Ita natus locus est: saltus duo alti, angusti silvosique sunt, &c. ¶ *E re natus*, est subito, vel ex ipsa re natus. *Quintil.* l. 4. c. 1. *a med.* Multum gratiæ exordio est, quod ab actione diversæ partis materiam trahit, hoc ipso, quod non compositum domi, sed ibi, atque e re natum, &c. *out of the subject.* ¶ *E re nata*, ex eo, quod casu, aut præter nostram voluntatem accidit. *Terent. Adelph.* 3. 1. 8. E re nata melius fieri haud potuit, quam factum est. *Apul.* l. 4. *Metam.* E re nata subtile consilium tale comminiscimur. *h. e.* ex occasione. ¶ *Pro re nata*, pro præsenti rerum statu. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 14. *ad fin.* Velim eas cohortere, ut exeant: præsertim cum ea prædia in ora maritima habeamus, cui ego præsum, ut in his pro re nata non incommode possint esse. *taking things as they are.* et lib. 14. ep. 6. Antonii colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. Adde l. 7. ep. 8. ¶ Natus, i, *a son*, et Nata, æ, *a daughter*, et sæpius in plur. num. Nati, orum, sunt filii, liberi. *children, offspring.* Fere tamen tunc adhibetur, cum parentum simul mentio fit: et perraro a prosæ Scriptoribus. *Cic. de Amic.* cap. 8. Caritas, quæ est inter natos et parentes. *Quintil. in proœm.* l. 1. *ante med.* Erudiendo nato tuo non inutiles fore libri videbantur. *Colum.* l. 6. c. 27. *sub fin.* Id genus pecudis (*equini*) amore natorum, nisi fiat potestas, noxam trahit. *Phædr. in fin.* fab. 28. l. 1. Aquila, ut periculo mortis eriperet suos, Incolumes natos supplex vulpi tradidit. *Virg.* 7. *Æn.* v. 518. Et trepidæ matres pressere ad pectora natos. *their infants. Horat.* l. 1. sat. 3. v. 199. Tu cum pro vitula statuis dulcem Aulide natam Ante aras, &c. *Virg.* 1. *Æn.* v. 658. Ilione, maxima natarum Priami. ¶ *Nata* in dat. plurali habet *natis*, non *natabus*, ubi distinctione opus non est. *Ovid.* 13. *Met.* 660. Eubœa duabus, Et totidem natis Andros fraterna petita est. Adde *Priscian.* l. 7. p. 733. *Putsch.* Ad vitandam autem sexus ambiguitatem *natabus* dici poterit, ut a viris peritis, inquit *Phocas in Arte*, p. 1707. *Putsch.* usurpatum est. V. dicta in *Asina.* ¶ Sæpius dicitur *Gnatus, gnata.*

NATUS, i. V. vocem præced.

NATUS, us. V. *Natu.*

NAVĀLE, lis, *et* Navalia, um, n. *a dock, dock-yard, arsenal*, ναυσταθμὸς, νεὼν, νεώριον, locus in quo naves fiunt, reficiuntur, servantur. Quidam apud *Servium ad Æn.* 11. v. 326. volebant, dici tantummodo de loco, ubi asservantur subductæ naves, quod Græce νεώριον, non ubi fiunt, quod ναυπήγιον dicitur. *Cic.* 2. *Offic.* c. 17. *a med.* Atque illæ impensæ meliores, muri, navalia, portus, aquarum ductus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 14. *a med.* Si M. Antonio pro Hermodoro fuisset de navalium opere dicendum. *Vitruv. sub fin.* lib. 5. Navaliorum ea erit ratio, ut, &c. *Virg.* 4. *Æn.* v. 593. Diripientque rates alii navalibus. *from the stocks. Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 207. Illic est aptum nostræ navale carinæ. *Id. Metam.* 3. v. 660. stetit æquore puppis Haud aliter, quam si siccum navale teneret. ¶ *Navalia*, locus Romæ fuit trans Tiberim, cujus mentio apud *Varron.* l. 4. *de L. L.* c. 35. *Liv.* l. 3. c. 26. et lib. 40. c. 51. Ibi et novæ naves fiebant, et veteres subducebantur, etiam ab hostibus captæ, ac servabantur. *the docks; the arsenal. Liv.* l. 8. c. 14. et lib. 42. c. 27. &c. Hinc navalis porta ab horum navalium vicinia dicta, *Festus.*

NAVĀLIS, le, *of or belonging to ships, naval*, ναυτικὸς, ad naves pertinens. *Cic. de Senect.* c. 5. Pedestres, navalesve pugnæ. *Id.* 10. *Attic.* ep. 8. Navalis apparatus. *naval stores. Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 22. Castra navalia. *h. e.* quibus naves subductæ defenduntur. *Plin.* l. 7. c. 45. Navalis fuga. *h. e.* quæ fit navibus. *Ovid. Fast.* 1. v. 229. Navalis forma. *h. e.* figura navis. *Plin.* l. 13. c. 9. Navalis arbor. *h. e.* apta navibus faciendis. *Ammian.* l. 21. c. 7. *extr.* Navalis pons. *a bridge of boats. Valer. Flacc.* l. 8. v. 298. Navalis uncus. *h. e.* quo hostilem navem in pugna arripiunt. *Liv.* l. 26. c. 47. *in fin.* Navalis materia ad classem ædificandam. *Tacit. Ann.* l. 4. c. 15. Navale stagnum. *h. e.* ad naumachiam edendam. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 640. n. 1. P. Longidienus faber navalis. *h. e.* qui naves facit. *a ship-builder, ship-wright. Cic. pro leg. Ma-*

nil. c. 10. Navale bellum. et cap. 18. Disciplina et gloria navalis. *Plin.* l. 5. c. 12. Navales artes. *maritime service; naval affairs. Virg. Æn.* 5. v. 493. navali certamine victor. et l. 8. v. 684. navalis corona. *h. e.* ob victoriam navalem, quæ et *classica*, et *rostrata* dicta est. Sic *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 392. navali cinctus honore caput. Est etiam, ut *Gell.* docet l. 5. c. 6. et *Fest.* navalis corona, quæ datur ei, qui primus navali prælio in hostium navem armatus vi transilivit. *Virg.* 3. *Georg.* v. 29. navali surgentes ære columnæ. *h. e.* conflato ex rostris captarum bello navium. ¶ *Navalis Phœbus* apud *Propert.* l. 4. el. 1. v. 3. est Actiacus Apollo, cui Augustus templum Romæ dicavit ob devictum M. Antonium navali pugna. V. *Actiacus*, et *Actius.* ¶ *Navales socii* sunt classiarii, et remiges, *the crew:* non tamen, ut nunc, catenati et coacti, sed volentes et liberi: iique non solum remos, sed et arma tractabant interdum. Eligebantur autem sæpe vel ex libertinis colonorum, aut sociorum, vel ex sociis ipsis civibus R. qui aliquando servitutem servissent, ut est apud *Liv.* l. 36. c. 2. *extr.* et l. 40. c. 18. Habebant etiam longius præfinitum tempus stipendiis finiendis, quam ceteri milites, ut est apud *Lips.* l. 5. *de mil. R.* dial. 19. His de causis fiebat, ut hæc navalis militia vilior esset multo, quam legionaria, ut adnotavit *Id. ibid.* l. 1. dial. 2. *a med.* et *de magnitud. R.* l. 1. c. 5. Idem dicuntur etiam *classici*, ut ex *Liv.* l. 26. c. 48. apparet: ubi etiam aperte colligitur, pugnas ab iis initas, et victum etiam aliquando hostem. His qui præerant, *magistri* dicebantur, ut ex *eod.* l. 43. c. 8. *ad fin.* constat. *Id.* l. 21. c. 50. Ut sociis navalibus instructam classem, ita inopem milite habebat. et lib. 26. c. 48. Postero die militibus, navalibusque sociis convocatis, &c. et cap. 17. Cum expositis ibi copiis, socios quoque navales, multitudinis augendæ causa, armasset. *Id.* l. 32. c. 23. Navales socii, relictis nuper classibus, ad spem honoratioris militiæ transgressi. ¶ Quamvis autem navales socii sint idem cum remigibus, et nautis, quod vel ex toto cap. 35. l. 26. et lib. 24. c. 11. *extr. Livii* clare cognoscitur; tamen interdum a remigibus distinguuntur. *Id.* l. 37. c. 10. *a med.* Non remigem, non socios navales ad classem frequentes habiturum. Loquitur de Polixenida præfecto classis Antiochi. ¶ *Navalis scriba*, qui in nave apparebat, inter aliud genus scribarum minimæ dignitatis habebatur, quod periculis quoque ejus ministerium esset objectum. Plautus: non ego te novi, navalis scriba? &c. *Festus.* ¶ *Navales pedes* per contemptum sunt ipsi remiges, quia in navi loco pedum sunt: qua ratione et portitores, qui Venetiis mercede vehunt quoslibet, dici solent per convicium, *cavalli da acqua* (*sea-horses.*) *Plaut. Men.* 2. 2. *in fin.* Asservatote hoc sultis, navales pedes. Sunt qui *pedes* intelligant pueros seu ministros, a Græco παῖδες. *Nonius* c. 4. n. 393. ipsos remos navales pedes appellat. ¶ *Duumviri navales*, classis ornandæ et reficiendæ causa, item ducendæ, aliquando Romæ creati leguntur apud *Liv.* l. 9. c. 30. et lib. 40. c. 18. et 26. ¶ De *navali porta*, V. in fine dictionis præced. ¶ *Navalia* absolute, navigia, et navigiorum instrumenta. *Plin.* l. 16. c. 11. Pix e tæda coquitur navalibus muniendis. Ita *Harduin.* ex MSS.

NAVARCHUS, i, m. *the captain or commander of a ship*, ναύαρχος, qui in una navi imperat: vox Græca a ναῦς, navis, et ἀρχὸς, princeps. *Cic.* usurpat, de rebus Siculorum agens, *Verr.* 7. c. 24. Sumptum omnem in classem frumento, stipendio, ceterisque rebus navarcho suo quæque civitas semper dare solebat. et c. 32. Harum civitatum militibus, navibus, navarchis Syracusanus Cleomones jussus est imperare.

NAVĀTUS, a, um, particip. a Navo, as. *Liv.* l. 24. c. 14. *extr.* Quibus merces navatæ in unum diem operæ libertas futura erat. *Id.* l. 2. c. 43. *ad fin.* Exsecrantes nunc imperatorem, nunc navatam ab equite operam, redeunt in castra. *Gell.* l. 7. c. 20. Est adeo invenire apud nobiles poetas hujuscemodi suavitatis multa, quæ apparet navata esse, non fortuita. *h. e.* studiose et de industria facta, arte conquisita. *introduced on set purpose.*

NAUBOLĬDES, æ, m. Ναυβολίδης, Nauboli filius. *Valer. Flacc.* lib. 1. v. 362. Hic et Naubolides tortas consurgit in undas Iphitus. *Stat.* l. 7. *Theb.* v. 354. Iphitus acer agit, genitor cui nuper ademptus Naubolus Hippasides.

NAUCI. V. *Naucum.*

NAUCLERĬCUS, a, um, adject. et

NAUCLERĬUS, a, um, *of a ship-owner*, ad nauclerum pertinens. *Plaut. Asin.* 1. 1. 54. Qui causa mea nauclerio ipse ornatu per fallaciam abduxit ab lenone mulierem. *Id. Mil.* 4. 4. 41. Facito, ut venias huc ornatus ornatu nauclerico.

NAUCLĒRUS, i, m. *a ship-owner, ship-master*, ναύκληρος, navicularius, navis dominus, a ναῦς, navis, et κλῆρος, sors, quod navis in sorte ejus sit. Alius est a gubernatore. Gubernator enim est, qui ad clavum sedet: at nauclerus est navis dominus. *Isid.* l. 19. c. 1. Differt etiam a navarcho. Navarchus enim est præfectus navis. *Plaut. Mil.* 4. 3. 16. Cubare in navi lippam, atque oculis turgidis nauclerus dixit. ¶ Est hoc nomine et Cæcilii comœdia. *Non.* in *Suppilare*, c. 1. n. 42. et alibi.

[* NAUCRATĬCUS, a, um, pertinens ad Naucratem urbem in Delta Ægyptio. *Plin.* l. 5. c. 10. Naucratis, unde ostium quidam Naucraticum nominant. ¶ Hinc etiam *Naucratites, æ*, idem ac *Naucraticus. Id.* l. 5. c. 9. Naucratites nomos.]

NAUCŬLA, læ, per syncop. pro *navicula. Paulin.* carm. 21. *ad Cyther.* v. 247. Saliens in illam decidisset nauculam.

NAUCŬLOR. V. *Naviculor.*

NAUCUM, *vel* Naucus. Naucum, Atteius Philologus ait, poni pro nugis: Cincius pro nucleo nucis, aut oleæ: Ælius Stilo pro omnium rerum putamine: Glossematorum autem Scriptores pro hilo, quod est in fabæ grano: Alii pro medio dissepimento nucis juglandis: quidam denique factum putant ex Græco ναὶ, et οὐχὶ; et levem hominem, et nihili significare. Hæc omnia refert *Festus.* Videtur autem proprie esse putamen, aut nucleus, aut hilum (unde quidam ducunt a *nucus*, quod idem significet, a quo fiat *nuculus, nuculeus*, et per syncop. *nucleus.*) translate autem dici de nugis, et de re nullius pretii aut momenti. *Nævius* apud *Fest.* Ejus noctem nauco ducere. *h. e.* nihili ducere. ¶ Usurpatur fere in secundo casu, et cum verbis æstimandi. *Charis.* l. 2. pag. 185. *Putsch.* recenset inter adverbia: et *Priscian.* l. 6. pag. 682. inter aptota. Utcumque sit, *hominem non nauci* dixerunt hominem nihili, non flocci, h. e. qui ne naucum quidem valeat. *Enn.* apud *Fest.* Ille nugator est nihili, non nauci homo. *Id.* apud *Cicer.* 1. *de Divin.* c. 58. Non nauci facio Marsum augurem. *I do not value at a straw, or at a nut-shell. Plaut. in fragm.* apud *Fest.* Ambo magna laude lauti: postremo ambo sumus non nauci. *Id. Mostell.* 5. 1. 1. Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit. *Id. Trucul.* 2. 7. 50. Tympanotribam amas, hominem non nauci? *Id. Bacch.* 5. 1. 16. Hoc servum meum non nauci facere esse ausum?

NAVE, idem quod naviter. *Plaut.* apud *Fest.* in *Navus.* Nave agere oportet quod agas, non ductarie. V. *Ductarie.* Agnoscitur etiam a *Charis.* l. 1. pag. 88. *Putsch.* et *Diomed.* l. 1. pag. 402.

NAUFRAGĀLIS, le, adject. naufragiosus, ut Capraria naufragalis, apud *Martian. Capell.* l. 6. pag. 206. quam insidiosam naufragiis dicit *Plin.* l. 3. c. 5. *sub fin.*

NAUFRAGIŌSUS, a, um, *where ships are often wrecked, stormy, tempestuous*, naufragiis frequens, procellosus. *Sidon.* l. 4. ep. 12. Naufragioso pelago conformis est motus animorum.

NAUFRAGĬUM, ii, n. *shipwreck*, ναυαγία, fractio, vel submersio navis. *Cic. Fam.* 16. ep. 9. Qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. *suffered shipwreck. Id. pro Deiot.* c. 9. Cum esset ei nuntiatum, Domitium naufragio periisse. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 27. Tempestas naves afflixit, ita ut ad unam omnes eliderentur, et naufragio interirent. *Senec. in Herc. Œt.* v. 118. naufragium militum pati. *Sallust. in epist. Mithrid. circa med.* Naufragiis militum optimos cum classibus amisi. *Sueton. in Ner.* c. 34. Solutilem navem, cujus vel naufragio, vel cameræ ruina periret, commentus est. *Petron. in Satyr.* c. 115. Cibis naufragio corruptis utcumque curati. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 3. Naufragio interceptus. *Flor.* l. 3. c. 10. *a med.* Improbam classem naufragio castigavit Oceanus. *Plin.* l. 3. c. 5. *sub fin.* Capraria insidiosa naufragiis. [† V. *Naufragalis.*] ¶ Item ipsa tempestas, unde naufragium fit. *a storm, tempest. Lucret.* l. 2. v. 552. naufragiis magnis multisque coortis, Disjectare solet magnum mare transtra, guberna, Antemnas, proram, &c. *metonymia.* ¶ Metaphorice est ruina, calamitas, clades, exitium, damnum, jactura, eversio fortunarum. *ruin, loss, destruction. Cic. pro Rabir. perduell.* c. 9. Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titii afflictam navem, et in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. *the wrecked fortunes. Plin. in Paneg.* c. 66. Erant sub oculis naufragia multorum, quos, insidiosa tranquillitate provectos, improvisus turbo perculerat. *Valer. Max.* l. 8. c. 1. n. 12. Inter maximos et gravissimos infamiæ fluctus emersit, tanquam fragmentum naufragii, leve admodum genus defensionis amplexus. *Cic. Phil.* 12. cap. 8. Qui ex naufragio luculenti patrimonii ad hæc Antoniana saxa projectus est. *Id.* lib. 1. *Fam.* ep. 9. *post init.* Naufragia rei familiaris. *Flor.* l. 1. c. 13. *ad fin.* Cum Gallica gens per Italiam naufragia sua latius traheret. *h. e.* clades et ruinas, a Camillo fusa et fugata. *Id.* l. 4. c. 11. Immensa classis, naufragio belli facto, toto mari ferebatur. *Firmic.* l. 6. c. 12. Pudoris existimationisque naufragium. ¶ De ipso homine naufrago, et de ipsis rebus naufragio disjectis. *Cic. Phil.* 13. c. 2. Addite illa naufragia Cæsaris amicorum, Barbas, Cassios, Barbatios, Polliones: addite Antonii collusores, et sodales, &c. *the wreck or shattered remains. Id. pro Sex.* c. 6. *in fin.* Colligere naufragium reipublicæ. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 62. Cum subit, Augusti quæ sit clementia, credo, Mollia naufragiis litora posse dari. et lib. 2. ep. 9. v. 9. Excipe naufragium non duro litore nostrum. *Sil.* l. 10. v. 323. Sic ratis, illisit scopulis ubi nubifer Eurus, Naufragium spargens operit freta. ¶ *Naufragii tabula*, metaphorice est perfugium, solatium in calamitate. *Cic.* 4. *Attic. ep. ult.* Perspice æquitatem animi mei, et cum Cæsare suavissimam conjunctionem. hæc enim me una ex hoc naufragio tabula delectat. *the small remains of a mighty loss.* ¶ *Aliorum naufragia ex terra intueri*, proverbii speciem habet apud *eund.* l. 2. *ad Attic.* ep. 7. *ad fin.* h. e. in tuto positum videre aliorum pericula. *Lucret. initio* l. 2. Suave, mari magno turbantibus æquora ventis, E terra magnum alterius spectare laborem. ¶ Illud quoque proverbium est, *Naufragium in portu facere*, apud *Quintil.* declam. 12. c. 23.

NAUFRĂGO, as, n. 1. *to be shipwrecked, suffer shipwreck*, ναυαγέω, naufragium facio. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 76. *Burm.* Omnes naves naufragarunt. *were wrecked. Sidon.* ep. 21. l. 4. Quo plus industrius quisque æquor frequentat, hoc minus naufragat.

NAUFRĂGUS, a, um, *having suffered shipwreck, shipwrecked, wrecked*, ναυαγὸς, qui navem fregit, ut *Terent.* loquitur *Andr.* 1. 3. 17. et naufragium passus est. Est per syncopen a *navifragus*, quo utuntur Poetæ. *Cic. in Pison.* c. 19. Marium Africa devicta expulsum et naufragum vidit. *Virg.* 3. *Georg.* v. 541. genus omne natantum Litore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus Proluit. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 16. Mersa foret cana naufraga puppis aqua. *Senec. in Troadib.* v. 1031. tabulaque litus Naufraga spargi. *Tacit. Ann.* 14. cap. 11. Mulier naufraga. ¶ Absolute *Cic.* 2. *de Invent.* c. 51. Naufragum quendam natantem, et manus ad se tendentem animadverterunt. *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 9. Dare naufrago tabulam. *Juvenal.* sat. 14. v. 301. mersa rate naufragus assem Dum rogat, et picta se tempestate tuetur. ¶ Translate est qui bonorum jacturam fecit, qui decoxit, calamitosus, perditus. *Cic. Catil.* 2. c. 11. Contra illam naufragorum ejectam ac debilitatam manum, florem totius Italiæ, ac robur educite. *that pack, or bevy, of tatterdemalions and bankrupts.* et *pro Sull.* c. 14. Ut aliquis patrimonio naufragus. ¶ Active est navem frangens, naufragium inferens, *causing shipwreck. Horat.* l. 1. od. 16. v. 10. Mare naufragum. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 500. Et vos Nisæi, naufraga monstra, canes. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 584. naufraga tempestas. *Tibull.* lib. 2. el. 4. vers. 10. unda. *Sil.* l. 17. v. 635. Syrtis.

NAVĬA, æ, f. *a kind of trough*, alveus ex uno ligno exsculpto in modum navis, quo utuntur in vindemia. *Festus.* ¶ Item scapha, lynter. V. in fine vocis *Caput.* ¶ Adjective *Navia ficus* Romæ fuit in Comitio eo loci, ubi Attius Navius augur, cum cotem novacula secuisset, defossis cote et novacula, ficum sevit, quæ complures alias germinando, diu duravit, promissumque est ab haruspicibus, tamdiu libertatem populi R. mansuram, quamdiu illa viruisset. *Festus.* V. et *Plin.* l. 15. c. 18. *ad fin.*

NAVICELLA, æ, f. *a bark, small vessel*, diminut. a navicula. *Martian. Dig.* lib. 33. tit. 7. leg. 17. Instrumento piscatorio contineri Aristo ait navicellas, quæ piscium capiendorum causa paratæ sunt. In editione *Torrentini* est *naucellas.*

NAVICŬLA, æ, f. *a little ship, skiff, boat*, πλοιάριον, parva navis, qua vel in mari, vel in flumine circumvehimur. *Cic.* 4. *Acad. in fin.* Nos ad naviculas nostras descendimus. *Id. ad Quir. post redit.* c. 8. Parva navicula trajectus in Africam.

NAVICULARĬA, æ, f. *the trade of a merchant, or shipmaster*, ναυτιλία, ars negotiandi, et quæstum faciendi ex navigatione, vel navem locando. *Cic.* 7. *Verr.* c. 18. Naviculariam te, cum Romam venisses, esse facturum.

NAVICULĀRIS, re, ad naviculariam pertinens. *Hermogenian. Dig.* lib. 50. tit. 4. leg. 1. Munerum civilium quædam sunt patrimonii, alia personarum. Patrimonii sunt munera rei vehicularis, item navicularis, &c.

NAVICULARĬUS, ii, m. *a ship-owner, ship-master*, ναύκληρος, idem qui nauclerus. *Cic. Fam.* 16. ep. 9. *ad fin.* Si poteris, cum Mescinio: si minus, cum honesto aliquo homine, cujus auctoritate navicularius moveatur. *Id.* 9. *Attic.* ep. 3. *sub fin.* Audita naviculariis hominis liberalitas est. *Id.* 4. *Verr.* c. 55. Aratores, mercatores, navicularii. *h. e.* qui navi mercaturam exercent, vel navim ad transferendas merces locant, item qui publicas species, et annonam mercede convehunt.

NAVICULARĬUS, a, um, ad navicularium pertinens. *Impp. Valentinian. et Valens* lib. 13. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 12. Navicularii oneris munus. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 11. *Cod. Justin.* tit. 2. leg. 3. Navicularia functio.

NAVICULĀTOR, oris, m. idem ac navicularius. *Cic. pro leg. Manil.* c. 5. Majores vestri sæpe mercatoribus, ac naviculatoribus injuriosius tractatis bella gesserunt.

NAVICŬLOR, aris, dep. 1. *to sail in a small ship or boat*, πλέω, navicula vehor. Per syncop. est *naviclor*, quo usus *Martial.* l. 3. epigr. 20. Piger Lucrino naviclatur in stagno. Al. leg. *nauculatur.*

NAVIFRĂGUS, a, um, *causing shipwreck*, ναυαγὸς, navem frangens, naufragium inferens. Vox poetica. *Virg. Æn.* 3. v. 553. navifragum Scylaceum. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 6. navifragum fretum. *Stat.* 5. *Theb.* v. 415. dextrasque obtorquet in undas Proram, navifragis avidam concurrere saxis.

NAVIGABĬLIS, le, *navigable*, πλώϊμος, πλωτὸς, qui navigari potest. *Liv.* l. 38. c. 3. *in fin.* Navigabilem amnem opportunum ad comportanda, quæ usui sint. *Id.* l. 35. c. 44. Simul primum anni tempus navigabile præbuisset mare. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 42. Fossa navigabilis. et lib. 13. c. 53. Sublatisque itinerum difficultatibus, navigabilia inter se occidentis, septentrionisque litora fierent.

NAVIGANS, antis, *a sailor*, navigator, πλώτηρ. *Cic. Offic.* 3. c. 23. Quoad perventum sit eo, quo sumpta navis est, non domini est navis, sed navigantium. *Petron. in Satyr.* c. 107. Nec omen, nec legem navigantium noverant. *Plin.* l. 6. cap. 29. Fons expetitus navigantibus. *Martial.* l. 3. epigr. 64. Sirenas, hilarem navigantium pœnam.

NAVIGATIO, onis, f. *a sailing, navigating; navigation; a voyage*, πλεύσις, πλόος, πλοῦς, actus navigandi, cursus maritimus, navis vectio. *Cic.* 13. *Fam.* ep. 68. Ex tuis litteris cognovi cursus navigationum tuarum. *Id. de Senect.* cap. 19. *extr.* Aliquando in portum ex longa navigatione venire. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 6. Primam navigationem, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. *Ibid. in fin.* Aiebant, te prima navigatione transmissurum. *Id. Fam.* 16. ep. 4. Te neque navigationi, neque viæ committas, quoad plane valeas. *Hirt. de B. Alex.* c. 69. Difficultas itinerum ac navigationum. et cap. 28. Celeriore fluminis navigatione usus est. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 81. Celeri navigatione properare. *Id.* 2. *Ann.* c. 8. Secunda navigatio. *down the stream.* et l. 4. *Hist.* c. 49. Prospera navigatione prævenire aliquem. *Id.* 2. *Ann.* c. 53. Adversam maris navigationem perpessus. *Justin.* lib. 36. cap. 3. Lacus navigationis patiens. *navigable. Plin.* l. 37. c. 8. Insulam a continente diei navigatione abesse. *Id.* l. 24. c. 6. *circa med.* Navigatio Ægyptia. *h. e.* qua Ægyptus petitur. *Id.* l. 2. c. 67. Circumvectus a Gadibus ad finem Arabiæ, navigationem eam prodidit scripto.

NAVIGĀTOR, oris, m. *a mariner, sailor*, vel *a pilot, steersman*, nauta, vel gubernator. *Quintil.* l. 5. c. 10. *ante med.* Rusticus, forensis, negotiator, miles, navigator, medicus aliud atque aliud efficiunt. *Id.* declam. 12. c. 23. Infelix navigator es, et cujus votis auræ non respondent.

NAVIGĀTUS, a, um, *sailed over, navigated*, πεπλευσμένος, navi decursus. *Tacit. de Germ.* c. 34. Lacus immensi Romanis classibus navigati. *Plin.* l. 2. c. 67. Oceanus majore ex parte navigatus. *Id.* l. 36. c. 15. *ante med.* Urbs pensilis, subterque navigata.

NAVĬGER, a, um, *bearing ships, navigable*, πλοιοφόρος, naves gerens, navigabilis. *Lucret.* l. 1. v. 3. Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras. *Martial.* lib. 12. epigr. 100. *de Bæti.* cui rector aquarum Albula navigerum per freta pandit iter. ¶ *Navigera similitudo*, species piscis navium modo vehentis aliquid. *Plin.* l. 9. c. 30. *a med.* Navigeram similitudinem et aliam (*præter eam, quam descripsit in fin. cap. præced. de nautilo verba faciens.*) in Propontide visam sibi prodidit Mucianus: concham esse acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata: in hac condi nauplium, animal sepiæ simile, &c.

NAVIGIŎLUM, li, n. *a little ship; a skiff, bark*, πλοιάριον, parvum navigium, navicula. *Lentulus ad Coss. Prætt.* &c. l. 12. *Fam.* ep. 15. *ante med.* Nos vix ipsi singulis cum navigiolis reciperemur. *Hirt. de B. Afric.* c. 63. Ipse navigiolum parvulum conscendit. *went on board.*

NAVIGĬUM, ii, n. *a ship, vessel, boat*, πλοῖον, omne genus navis, quo aqua iter facimus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. *a med.* Magnos usus affert arborum consectio ad navigia facienda. *Id.* 3. *de Orat.* c. 46. Quid tam in navigio necessarium, quam latera, carinæ, prora, puppis, antennæ, vela, mali? *Id.* 15. *Attic.* ep. 11. *ad fin.* Navigium dissolutum, vel potius dissipatum. *Id.* 4. *Acad.* c. 31. *a med.* Proficisci probo navigio, bono gubernatore, ac tranquillitate. *et Attic.* l. 16. ep. 4. *ad fin.* Navigium luculentum. et ep. 1. Navigia minuta. *Virg.* 2. *Georg.* v. 107. Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus. ¶ Proverb. est illud *Livii* l. 44. c. 22. *a med.* Qui in eodem velut navigio participes sunt periculi. [† Adde *Cic. Fam.* 12. ep. 5. V. *Navis.*] ¶ *Navigii* appellatione etiam rates continentur, teste *Ulpiano Dig.* l. 43. tit. 11. leg. 1. *a med.* ¶ Significat etiam ipsam navigationem. *a sailing.* est enim a *navigo*, h. e. *navim ago. Scævola Dig.* lib. 45. tit. 1. leg. 122. In omnes navigii dies. *et paulo post.* Quasi perfecto navigio. *Ulpian. loc. cit.* Ait prætor *iterque navigio.* hoc pro navigatione positum est. *Rutil. in Itiner.* l. 1. v. 541. Tempora navigii clarus reparaverat Eurus. *Al. leg.* navigiis. *Lucret.* l. 5. v. 1004. Improba navigii ratio tum cæca jacebat. *the art of sailing; navigation.*

NAVĬGO, as, avi, atum, a. 1. *to steer or navigate a ship*, proprie significat *navim agere. Ulpian. Dig.* l. 4. tit. 9. leg. 1. Nautæ appellantur omnes, qui navis navigandæ causa in navi sunt. ¶ Hanc vim universim habet, quandocumque refertur ad nautas, naucleros, navarchos, gubernatores. Hi enim dicuntur navem agere, vel agi jubere. Sæpissime tamen refertur ad eos omnes, qui navi vehuntur. *to sail, set sail, sail in or upon, navigate*, πλέω. *Cic. pro Dom.* c. 10. Cum ipse plenissimis velis navigares. *Id. Fam.* 16. ep 7. Cum per anni tempus navigare poteris, ad nos veni. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 23. Nactus idoneam ad navigandum tempestatem. *Virg.* l. *Æn.* v. 71. Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor. *Cic.* 2. *de Fin.* c. 34. Cum Xerses maria ambulavisset, terramque navigasset. *Sueton. in Claud.* c. 1. Oceanum septentrionalem primus Romanorum ducum navigavit. *Lucan.* l. 4. v. 134. Sic Venetus stagnante Pado, fusoque Britannus Navigat oceano. *Cic. pro Flacc.* c. 14. Hac classe Crassus ab Æno in Asiam, his navibus Flaccus ex Asia in Macedoniam navigavit. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 5. Cum ab Ægina Megaram versus navigarem. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 166. Naviget Anticyram. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 34. Dionysius navigabat Syracusas. *Plin.* l. 26. c. 8. Navigare ad Phasin. *Quintil.* l. 4. c. 2. *ante med.* e portu. *h. e.* solvere. *Cic.* l. 2. *de Invent.* c. 51. in alto. *Quintil.* l. 10. c. 2. ratibus. *Sallust. in orat. Cottæ ad pop.* classe minore, quam antea. ¶ Passive *Plin.* l. 2. c. 67. Totus hodie navigatur occidens: Septentrionalis vero oceanus magna ex parte navigatus est. ¶ Impersonaliter *Cic. Fam.* 16. ep. 7. Iis enim ventis istinc navigatur. (Adde epist. 13. *sub fin.*) *Plin.* l. 6. c. 26. *sub fin.* Si Tigri navigetur. ¶ In illo *Sallustii in Catil.* c. 2. Quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent. *τὸ navigant* est navigando, et merces mari convehendo comparant. ¶ *Navigare*, navim conscendere, et in mari degere. *Cic. Verr.* 7. cap. 31. Quo tempore ceteri prætores obire provinciam consueverunt, aut etiam in tanto prædonum metu et periculo ipsi navigare. *to go on board, put to sea.* ¶ *Navigare in portu*, abesse a periculo, in tuto esse. *Terent. Andr.* 3. 1. *in fin.* Nunc hujus periculo fit: ego in portu navigo. ¶ Non raro ipsa navis *navigare* dicitur. *Cic. pro Flacc.* c. 14. Utrum ista classis cursu et remis, an sumptu tantum et litteris navigarit. et c. 13. Pompeio auctore decrevimus, ut classis in Italia navigaret. *that a fleet should be formed, to scour the Italian seas.* et *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 9. mediis tua pinus in undis Navigat. *Id. in fi.* 2. *Fast.* Naviget hinc alia jam mihi lynter aqua. *Ulpian. Dig.* l. 47. tit. 5. leg. 1. Qui adhibentur, ut navis naviget, hoc est nautæ. ¶ Item ipsæ merces, quæ navi feruntur. *the freight. Ulpian.* lib. 22. tit. 2. leg. 1. Interest, utrum etiam ipsæ merces periculo creditoris navigent. ¶ Commode *navigare bellum* dicitur, cum classis navigat bellum illatura. *Cic. pro leg. Manil.* c. 12. Quam celeriter, Cn. Pompeio duce, belli impetus navigavit. *Flor.* l. 2. c. 2. *ante med.* Regulo duce, jam in Africam navigabat bellum. Sic c. 8. Ut cum terrarum orbis situ ipse victoriarum ordo navigaret. ¶ Pro natare. *to swim. Ovid. Heroid.* ep. 19. v. 47. jam certe navigat, inquam: Lentaque dimotis brachia jactat aquis. ¶ De ipso mari. *Manil.* l. 5. v. 583. *de belua marina.* circumsonat æquor Dentibus, inque ipso rapidum mare navigat ore. *h. e.* exundat, fluctuat: tanta aquarum vis latum illum rictum intrat, et exit. [¶ Particip. *navigaturus* apud *Sueton. in Tib.* c. 13. Ut polliceretur, confestim se, si juberet, Rhodum navigaturum.]

NAVĬS, is, f. *a ship, bark, vessel, galley, boat*, &c. ναῦς, machina e ligno, qua per mare, flumen, lacumve iter facimus: a voce Græca allata. Dicitur fere de navigio majori, interdum etiam de cymba, lyntre, scapha, et hujusmodi. *Cic.* 4. *ad Attic.* ep. 20. E Pompeiano navi advectus sum in Luculli nostri hospitium. ¶ Multas navium appellationes collegerunt *Gell.* l. 10. c. 25. et *Non.* c. 13. ¶ Earum aliæ sunt apertæ, aliæ tectæ, seu constratæ, sunt longæ, onerariæ, bellicæ, rostratæ, maritimæ, fluviatiles, tabellariæ, speculatoriæ, prædatoriæ, actuariæ, piscatoriæ, vectoriæ, &c. de quib. V. suis locis. ¶ Nave primus in Græciam ex Ægypto Danaus advenit: antea ratibus navigabatur, inventis in mari Rubro. Reperiuntur, qui, Mysos et Trojanos priores excogitasse in Hellesponto, putent. *Plin.* l. 7. c. 56. *ad fin.* ¶ Scylla, Centaurus, Pristis, Chimæra, Tigris, Triton, apud *Virgil.* Minerva, Cassis, apud *Ovid.* sunt nomina navium ab imaginibus insculptis aut pictis ornatus gratia. Quo pertinent illa apud *Murator.* in vet. Inscriptionib. pag. 803. n. 2. ex Trireme Triumpho: *the Triumph trireme*: pag. 876. n. 3. *extr.* Trireme Spe: *the galley Hope*: p. 873. num. 5. Trireme Victoria: *the Victory*: p. 843. num. 3. Trireme Sole: pag. 857. num. 5. et p. 860. num. 5. Trireme Salute: pag. 870. num. 7. Quadrireme Pado: pag. 841. num. 4. Trireme Athenis: apud *Gruter.* pag. 1030. num. 2. Trieris Capricornus. ¶ Locutiones huc pertinentes sunt hæ præcipue. *Cic. Verr.* 7. c. 17. Navem maximam, triremis instar, palam ædificatam sumptu publico, &c. *Tacit.* 14. *Ann.* c. 29. Naves fabricatur plano alveo, adversus breve litus et incertum. *Cic. de Senect.* c. 20. Navem construere. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 26. adornare. *Id.* l. 5. *B. Gall.* c. 1. armare. et lib. 4. c. 31. reficere. *Colum.* l. 4. c. 3. instruere armamentis. *Virg.* 4. *Æn.* v. 398. deducere litore. *to launch.* et absolute eod. sensu lib. 3. v. 71. et *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 23. deducere. *Liv.* l. 28. *c. pænult. extr.* deducere in aquam. *Id. ibid.* c. 7. moliri ab terra. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 57. ex portu educere. *Virg. Æn.* 1. v. 555. et 577. et *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 11. subducere. *to draw ashore. Petron. in Satyr.* cap. 101. deducere in portum. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 29. subducere in aridum. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 114. Navem agere ignarus navis timet. *Ovid. de remed. amor.* v. 285. et *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 6. Navem solvere. *to set sail.* Apud eund. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 28. ipsa etiam navis solvere dicitur, cum discedit a litore. *Nep. in Annib.* c. 7. Navem conscendere. *to go on board, embark. Phædr.* l. 4. fab. 21. v. 9. ascendere. *Terent. Heaut.* 1. 2. 9. et *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* cap. 26. et 27. e navi egredi. *to disembark. Cæs. ibid.* c. 25. desilire. et *ibid.* se projicere. *Cic.* 13. *Attic.* epist. 21. Navem appellere ad aliquem locum. *Curt.* l. 4. c. 2. appellere litori. *Liv.* l. 28. c. 17. applicare terræ. *Terent. Andr.* 1. 3. 17. frangere. *to suffer shipwreck. Quintil.* l. 4. cap. 1. *a med.* impingere. *to run aground. Tacit.* 4. *Hist.* c. 79. deprimere. *to sink.* et *Cic.* 1. *de Orat.* c. 38. in portu evertere. *Id. ibid.* et *in Pison.* c. 9. gubernare, et salvam in portu collocare. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 25. remis incitare. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 57. statuere. *h. e.* sistere. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 200. nave ferri. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 37. In navi vehi. *Sulpic. ad Cic. Fam.* 4. ep. 12. Navi Piræeum advectus sum. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 25. transportare aliquid. et c. 37. Ex navibus milites exponere. *Horat.* l. 1. od. 6. v. 3. Navibus rem gerere. *h. e.* maritimis expeditionibus. *Cic. pro Planc.* c. 39. Navis secundis ventis cursum suum tenens. *Phædr.* l. 4. fab. 21. navem tempestas horrida medio dissolvit mari. ¶ Interdum navis est in obscenis. *Plaut. Men.* 2. 3. 51. *Mil.* 3. 3. 46. et *Rud.* 2. 3. 24. et *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 5. *sub fin.* κῆπος Ἀφροδίτης. V. *Lips. epistolic. quæst.* 5. 3. ¶ In quarto et sexto casu duplicem habet positionem, in *e*, et in *i*: et quidem in *i* frequentius, præsertim in ablativo. Exempla passim occurrunt. ¶ Allegorice *Cic.* 12. *Fam.* ep. 24. Quamobrem, mi Quinte, conscende nobiscum, et quidem ad puppim. Una navis est jam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam, ut rectam teneamus: utinam prospero cursu. Sed quicumque venti erunt, ars nostra certe non aberit. ¶ *In eadem navi esse*, proverb. in eodem cum aliis periculo versari. *to sail on board the same vessel, be in the same bottom, run the same hazard. Cic. Fam.* 12. ep. 5. Tibi, etsi ubicumque es, in eadem es navi, tamen, &c. Adde *Liv.* l. 44. c. 22. *a med.* [† V. *Navigium.*] ¶ *Navem perforare, qua ipse naviget*, proverbio item dicitur is, qui ut aliis malum creet, se ipse lædit. V. loc. *Cic. in Perforo.* ¶ *Navem mortuo applicare*, aliud proverb. de sero auxilio, apud *Quintil.* declam. 12. c. 23. Angli dicunt *after death the doctor.* Simile est illud *ibid.* Medicina mortuorum sera est. ¶ *Navibus et quadrigis petere aliquid*, aliud proverb. omni conatu et studio, velis remisque, manibus pedibusque. *with might and main. Horat.* l. 1. ep. 11. *sub fin.* navibus atque Quadrigis petimus bene vivere. ¶ Apud *Apic.* lib. 6. cap. 9. *navis* est venter pullorum gallinaceorum, navis, aut carinæ figura similis.

NAVISALVĬA, æ, f. nomen deæ cujusdam, a salvandis navibus: cui exstant inscripti votivi lapides tres apud *Murator.* pag. 98. n. 3. et pag. 1985. n. 5. et 6.

NAVĬTA, æ, m. *a sailor, seaman, mariner, marine*, ναύτης, idem quod *nauta*: et est fere Poeticum. *Festus* docet, dici secundum incorruptam consuetudinem: et ex eo factum *nauta* per syncopen, quo nunc utimur. Alii dicunt, *nauta* esse primitivum, a Græco ναύτης: ex eo per Epenthesim factum esse *navita*, quo fere Poetæ utuntur. *Plaut. Men.* 2. 1. 1. Nulla est voluptas navitis major, quam quando ex alto procul terram conspiciunt. *Petron. in Satyr.* c. 121. vix navita Porthmeus Sufficiet simulacra virum traducere cymba. *Propert.* l. 2. el. 1. v. 43. Navita de ventis, de tauris narrat arator. Adde *Virg. Horat. Catull. Ovid. Tibull.* &c. Adde etiam *Gell.* qui prosa oratione non semel usurpat l. 16. *c. ult.* et *Apul.* l. 6. *Metam.* item *Caton.* apud *Fest.* Navitæ quod secum portaverant vinum atque oleum, usus tantum eo sum. Quidam afferunt etiam *Cicer.* locum *sub fin.* ep. 8. l. 10. *ad Attic.* Navitam ipse audire videor jam evocantem. Sed in meliorib. libris alia omnia legere est.

NAVĬTAS, atis, f. *help, aid, promptness in giving assistance*, σπουδή, ἐπιμέλεια, auxilium, diligentia in adjuvando. *Cic. Fam.* 10. ep. 25. Istam operam tuam, navitatem, animum in rempubl. celeritati præturæ anteponendam censeo. Est qui legit *operam tuam navatam.*

NAVĬTER, *actively, diligently, attentively, vigorously, zealously*, ἐπιμελῶς, σπουδαίως, diligenter, strenue, nave, gnaviter: a *navus. Cic.* 5. *Fam.* ep. 12. Qui semel verecundiæ fines transierit, eum bene et naviter oportet esse impudentem. *Gell.* l. 15. c. 4. In provincia naviter versari. *Sisenn.* apud *Charis.* lib. 2. pag. 185. *Putsch.* Quid nunc te suum scalpis? quid tergiversaris, nec bene naviter is? ¶ Pro omnino, perfecte. *altogether, quite, perfectly. Lucret.* l. 1. v. 524. Alternis igitur nimirum corpus inani Distinctum est, quoniam nec plenum naviter exstat, Nec porro vacuum.

NAULĬA. V. *Nablia.*

NAULUM, li, n. *the freight, fare, or naulage*, ναῦλον, merces, quæ a vectore solvitur ei, qui navem exercet. *Juvenal.* sat. 8. v. 97. Furor est, post omnia perdere naulum. *to throw the helve after the axe. Paul. Dig.* lib. 30. leg. 39. Idem in operis servorum, vel vecturis jumentorum, vel naulis navium dicendum. *Ulpian.* lib. 20. tit. 4. leg. 6. Ut merces salvæ fiant, vel ut naulum exsolvatur.

NAUMACHĬA, æ, f. *a naval engagement; the representation of a sea-fight; a mock sea-fight; a naumachy*, ναυμαχία, pugna navalis: a ναῦς, navis, et μάχη, pugna. Dicitur fere de ludicris pugnis, quæ aut arte collecta aqua, aut in stagno lacuve aliquo, spectaculi loco edebantur. *Sueton. in Claud.* c. 21. *a med.* Emissurus Fucinum lacum, naumachiam ante commisit. *Id. in Ner.* cap. 12. Exhibuit et naumachiam, marina aqua innantibus belluis. *Id. in Cæs.* c. 44. Naumachiæ spectaculum edere. *Martial. de Spectac.* epigr. 28. *extrem.* Hanc norint unam sæcula naumachiam. ¶ Metonymice est ipse locus, in quo navalis pugna editur. *Sueton. in Tito*, c. 7. Edidit et navale prælium in veteri Naumachia. Adde *in Tiber.* c. 72. et *in Do-*

mit. c. 5. et *Frontin. de aquæduct.* artic. 22. Hujusmodi naumachiæ quinque vel sex Romæ fuere in regione XIV. Transtiberina, ut est apud *Publ. Victor.* ¶*Serv. ad Æn.* 5. vers. 114. docet, Romanos Punico bello primo naumachiam ad exercitium instituisse, postquam cognoverant, exteras gentes etiam navali certamine plurimum posse.

NAUMACHIARĬUS, a, um, ad naumachiam pertinens. *Plin.* l. 16. c. 39. et 40. Naumachiarius pons. *Harduino* videtur ille, quo plures simul jungebantur naves, naumachiam edituræ. ¶*Naumachiarius, ii,* qui in naumachia pugnat. *a combatant in a mock sea-fight.* *Sueton. in Claud.* c. 21. *ad fin.* Proclamantibus naumachiariis, ave Imperator: morituri te salutant.

NAVO, as, avi, atum, a. 1. *to perform vigorously or diligently,* σπουδάζω, προσέχω, διαπράττομαι, strenue et diligenter ago: a *navus.* Alii ducunt a *navis,* et proprie dici aiunt de nautis, qui aliis auxilium præbent in navi vel e navali deducenda, vel in mari gubernanda. quo in ministerio multorum manibus, et magno labore opus est. *Cic. Fam.* 6. ep. 1. *in fin.* Nemo est tam afflictus, qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, non possit navare aliquid, et efficere. ¶*Navare operam alicui* (*personæ,* non *rei*) est præstare, exhibere, auxilium dare, adjuvare, operam conferre. *to exert one's self to serve or assist, do one's utmost for.* *Cic. Fam.* 15. ep. 12. Utinam potuissem, pro tuis amplissimis erga me studiis, tibi operam meam studiumque navare. et lib. 10. ep. 25. Navare operam reipubl. *Id. in Bruto,* c. 81. *ad fin.* Qui quia navarat miles operam imperatori, imperatorem se statim esse cupiebat. *Liv.* l. 7. c. 16. Fortiter in acie navare operam. *Id.* l. 28. c. 35. Cupere se, illi, populoque R. operam navare, ita ut nemo unus externus magis enixe adjuverit rem Romanam. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 7. Jam mihi videor navasse operam, quod huc venerim. *to have effected something.* *Tacit. Ann.* 3. c. 42. Navandæ operæ avidior. *Liv.* l. 9. c. 16. Ut ad reconciliandam pacem consuli opera navaretur. *Cic. pro Cœl.* c. 28. *sub fin.* Si me audiant, navent aliam operam, aliam ineant gratiam, in aliis se rebus ostentent. *let them exert themselves in some other way.* ¶ *Navare opus* idem est. *Val. Flacc.* l. 3. v. 144. ferro potius mihi dextera, ferro Navet opus. *Cic.* l. 9. ep. 11. *ad Attic.* Utinam aliquod in hac miseria reipubl. πολιτικὸν opus efficere, et navare mihi liceat. ¶*Navare studium,* exhibere, præstare, adhibere. *Q. Cic. de petit. consul.* c. 5. Instituendi sunt cujusque generis amici, qui etiam si suffragandi studia non navant, tamen, &c. *Cic. Attic.* l. 15. ep. 4. *ad fin.* Quam vellem, Bruto studium tuum navare potuisses! Sic *navare benevolentiam.* *Id.* 3. *Fam.* epist. 10. *ante med.* Ut cum hic tibi satisfecerimus, istic quoque nostram in te benevolentiam navare possimus. ¶ *Navare rem publicam,* opera sua adjuvare. *Cic.* 9. *Fam.* epist. 2. *sub fin.* Si minus in curia atque in foro, at in litteris et libris, ut doctissimi veteres fecerunt, navare rem publicam, et de moribus ac legibus quærere. Al. leg. *gnavare*: alii *juvare*: alii *reipublicæ.* ¶*Navare bellum,* strenue bellum gerere. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 25. Si Vespasiano bellum navaverint, Vespasianum rerum potiri. Sic *navare flagitium,* strenue perpetrare. *Id.* 4. *Hist.* c. 59. Ceteros, ut quisque flagitium navaverat, præmiis attollit. [¶ Particip. *navaturus* apud *Curt.* l. 7. c. 5. Ceteris gratiæ actæ, quod ad reliqua belli navaturos operam pollicebantur.]

NAUPACTŌUS, a, um, (ut *Myrtous, Lesbous, Arctous*) ad Naupactum pertinens, quæ est urbs Ætoliæ in ora sinus Corinthiaci, nunc *Lepanto.* *Ovid.* 2. *Fast.* v. 43. Amphiaraides Naupactoo Acheloo. Al. leg. *Naupacteo,* aut *Naupactæo.* Porro Achelous non ideo *Naupactous* denominatur, quia prope Naupactum sit, sed latiore quadam significatione, et a Poetis sæpe usurpata licentia. Est enim in Acarnaniæ fine, qua Ætoliam tangit, in qua Naupactum situm est.

NAUPEGIARĬUS, ii, idem ac naupegus. *Inscript.* apud *Spon. Miscell.* pag. 67. Colleg. Naupegiar. Adde *Reines. Inscript.* class. 10. n. 7. et class. 1. n. 261.

NAUPĒGUS, i, m. *a shipwright,* ναυπηγός, qui naves fabricatur. Vox Græca a ναῦς, navis, et πήγνυμι, compingo. *Firmic.* l. 4. c. 17. *a med.* et *Arcad. Aurel. Dig.* lib. 50. tit. 6. *leg. ult.*

NAUPLĬADES, æ, m. Palamedes Nauplii filius. *Ovid. Met.* 13. vers. 310. Sed neque Naupliades facinus defendere tantum, Tamque patens valuit. *Id. in Ibin,* v. 621. Naupliadæve modo, ficto pro crimine pœnas Morte luas.

NAUPLĬUS, ii, m. filius Neptuni, et Amymones filiæ Danai, Palamedis pater, rex Eubœæ insulæ. Ut mortem filii falsa Ulyssis accusatione oppressi ulcisceretur, decem illis annis, quibus Græci in Troade immorati sunt, Græciam universam peragrans, omnes fere uxores Græcorum principum adulterio polluit. Ita enim et familiis labem turpissimam inurebat, et futurum sperabat, ut principes illi in sua regna reversi cum adulteris decertarent, illorumque armis opprimerentur. Hinc adulterium Clytæmnestræ cum Ægistho, unde primo mors Agamemnonis, deinde ipsorum adulterorum: hinc quoque adulteria Ægiales uxoris Diomedis, &c. Multi igitur Græciæ principes, qui eo dedecore affecti fuerant, relicta patria, alii in alias regiones exsulatum abierunt. Cum vero Græci eversa Troja in patriam redirent, illis tempestate laborantibus, ex Caphareo monte ignem ostendit, magnamque classis partem ad ignem, tanquam ad vicinum portum, adnavigantem in asperrimos scopulos pellexit, miserandoque perdidit naufragio. Sed cum intellexisset, Ulyssem, et Diomedem, quibus eas insidias potissimum struxerat, incolumes evasisse, doloris impatientia se ipsum in mare præcipitem dedit. *Propert.* l. 4. el. 1. v. 115. Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes, Et natat exsuviis Græcia pressa suis. *Serv. ad Æn.* 11. vers. 620. *Hygin.* fab. 116. ¶Est etiam hoc nomine piscis sepiæ similis, qui in concham, ludendi societate, se condit, et in ea veluti navigat. *a kind of cuttle-fish.* *Plin.* l. 9. c. 30. *ad fin.*

NAUSCIT (quasi *naviscit*) de grano fabæ dicitur, cum non dissimile navis formæ se se aperit. *Festus.*

NAUSĔA, æ, f. *a qualm or inclination to vomit; sea-sickness, squeamishness,* ναυτία, Ionice ναυσία, ναυτίασις, stomachi ad vomitum ex gravi odore perturbatio et concitatio, quæ navigantibus præcipue evenire solet. V. *Nauseo.* *Cic.* l. 16. *Fam.* ep. 11. Festinare te nolo, ne nauseæ molestiam suscipias æger. *Id. Attic.* l. 5. ep. 13. Navigavimus sine timore et nausea. *Senec.* ep. 53. Nausea me, segnis hæc, et sine exitu, torquebat, quæ bilem movet, nec effundit. *Cels.* l. 1. c. 3. Qui navigavit, et nausea pressus est. *Petron. in Satyr.* c. 103. Acclinatus lateri navis exonerabat stomachum nausea gravem. *Ovid. de remed. amor.* v. 355. Illa tuas redolent, Phineu, medicamina mensas: Non semel hinc stomacho nausea facta meo. *Plin.* l. 26. cap. 11. Cruditates, quæ nauseam faciunt. *Id.* l. 20. c. 21. Liberare a nauseis. et cap. 23. Nauseam sedare. *Id.* l. 27. c. 7. *a med.* arcere. *Id.* l. 8. c. 27. restinguere. *Horat.* epod. 9. v. 35. fluentem coercere. *Colum.* l. 6. c. 34. discutere. *Plin.* l. 20. c. 14. *a med.* Nauseas inhibere. et cap. 15. sistere. *Id.* l. 23. c. 4. *ad fin.* Elæomeli, sapore melleo, non sine nausea, alvum solvit. *Cato R. R.* c. 154. Ubi libido veniet nauseæ, eumque apprehendet, decumbat, purgetque se sc. ¶Translate *Martial.* l. 4. epigr. 37. Numeres oportet aliquid, ut pati possim. Quotidianam refice nauseam nummis. Audire gratis, Afer, ista non possum.

NAUSEABĬLIS, le, adject. *nauseous, loathsome,* nauseam afferens. *Cœl. Aurel. Tard.* l. 3. c. 2. Oris humectatio nauseabilis.

NAUSEABUNDUS, a, um, adject. *very sea-sick,* nausea plenus. *Senec.* epist. 108. *sub fin.* Gubernator in tempestate nauseabundus. Adde epist. 57. *ante med.*

NAUSEĀTOR, oris, m. *one who is apt to be sea-sick,* qui nauseat. *Senec.* ep. 53. Ulysses nauseator erat.

NAUSĔO, as, n. 1. *to be sea-sick, vomit, be ready to vomit, be squeamish or qualmish, nauseate,* ναυτιάω, nauseam habeo, vomo. Proprie is *nauseare* dicitur, qui navigando stomachum sibi turbari sentit, et ad vomitum provocari, ex agitatione navigii, ex sentinæ graveolentia, &c. *Horat.* lib. et epist. 1. v. 93. conducto navigio æque Nauseat, ac locuples, quem ducit priva triremis. *Cels.* l. 1. c. 3. Si sine vomitu nauseavit, &c. *Cic.* 12. *Fam.* epist. 25. Antonium nutantem et nauseantem conjeci, &c. *Id. Phil.* 2. c. 34. Sudat, pallet: quidlibet, modo ne nauseet, faciat. ¶Translate adhibetur in illo *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 30. Quam bellum erat, Vellei, confiteri potius nescire, quod nescires, quam ista effutientem nauseare, atque ipsum sibi displicere! (*Manut.* mallet *tibi.*) *h. e.* effundere, eructare, evomere, ea nimirum dicendo, quæ et audientibus et dicenti ipsi displiceant. Simile est illud *Philip.* 5. cap. 7. In me absentem orationem ore impurissimo evomuit. ¶Pro fastidire. *Phædr.* l. 4. fab. 6. *extr.* Hoc illis dictum est, si qui stulti nauseant, Et, ut putentur sapere, cælum vituperant. *Al. leg.* qui stultitiam nauseant.

NAUSEŎLA, æ, f. *a little squeamishness,* μικρὰ ναυτία, dimin. a nausea. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 8. Nauseolam tibi tum causam otii dedisse, facile patiebar.

NAUSEŌSUS, a, um, *causing a desire to vomit, nauseous,* ναυτιώδης, qui nauseam inducit. *Plin.* l. 26. c. 8. *ante med.* Radice crassa, madida, nauseosa.

NAUSICĀA, æ, *et* Nausicae, es, f. Ναυσικάη, filia Alcinoi Phæacum regis et Aretes, quæ cum urbe exisset cum pedissequis suis, ivissetque ad flumen lotura vestes, vidit Ulyssem naufragum in litore sedentem nudum, arborum ramis circumtectum, cui oranti vestes dedit, et in regiam patris sui venire jussit, ut *Auson. in perioch.* 6. *Odyss.* narrat. *Gell.* l. 9. c. 9. *a med.* Virgo Nausicaa ludibunda inter familiares puellas in locis solis, &c. *Martial.* l. 12. epigr. 31. Si mihi Nausicae patrios concederet hortos.

NAUSTIBŬLUM vocabant antiqui vas alvei simile: videlicet a navis similitudine. *Festus.* Putat autem *Scalig.* potius eo ναύσταθμον, h. e. navale, quasi navium stabulum, significari.

NAUTA, æ, m. *a sailor, mariner, seaman,* ναύτης, quicumque in navi adhibetur, ut eam agat. V. *Navita.* *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 9. Naves ædificari in flumine Ligeri, remiges ex Provincia institui, nautas, gubernatoresque comparari jubet. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 8. Eodem igne nautas, dominosque navium interfecit. *Cic. Fam.* 16. ep. 9. *ad fin.* Solent nautæ festinare quæstus sui causa. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 30. nautæque per omne Audaces mare qui currunt. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 723. Candidus in nauta turpis color, æquoris unda Debet, et a radiis sideris esse niger.

NAUTĀLIS, le, adject. ad nautam pertinens. *Auson. in Mosell.* v. 223. Reddit nautales vitreo sub gurgite formas.

NAUTĔA, æ, f. *Opilius Aurelius* apud *Fest.* dicit esse herbam granis nigris, qua coriarii utuntur. *a herb with black berries used by curriers.* Ejus videri a nausea ductum nomen, quia nauseam facit. *Labeo in commentar. jur. Pontif.* apud *eund.* ait esse rubidum quiddam, quo pontificum vestimenta quædam colorant. *the red dye with which priests coloured their garments.* *Non.* c. 1. n. 25. nautea, inquit, est aqua de coriis, vel, quod est verius, aqua de sentina. [† *Gesnerus* ducit a *nauta,* ut sit *navis sentina, the bilge-water, filth issuing from the pump of a ship.*] *Plaut. Asin.* 5. 2. 44. Nauteam bibere malim, si necessum est, quam illanc oscularier. *Id. Curcul.* 1. 2. 5. Omnium unguentum odor præ tuo nautea est. *Id. in fin. Cas.* Hircus unctus nautea. *de re valde fœtida.* ¶Videtur etiam idem esse quod nausea, quæ Græce ναυτία. *Paulus* in *Artemone* apud *Fest.* Unguentum, quod naribus mulionum nauteam fecisset.

NAUTIŌRUM familia a Trojanis dicitur oriunda, inquit *Festus*: nempe a Naute Trojano, cujus meminit *Virg.* 5. *Æn.* v. 704. et 728. ubi *Servius* addit (et *Fest.* confirmat) hunc fuisse, qui Romam Palladium detulit: unde Nautiorum familia Minervæ sacra retinebat: quod et Varro docuit in lib. de Fam. Rom. Quare et ipsa Minerva *dea Nautia* vocabatur.

NAUTĬCUS, a, um, *of or belonging to mariners or ships, nautical, naval,* ναυτικός, ad nautas pertinens, et ad naves agendas, et ad rem navalem administrandam. *Cic.* 13. *ad Attic.* ep. 21. Inhibere est verbum totum nauticum. *Virg. Æn.* 3. v. 128. Nauticus exoritur vario certamine clamor. *et Ecl.* 4. v. 38. nec nautica pinus Mutabit merces. *Hirt. de B. Alex.* c. 12. Nautici homines. *sea-faring.* *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 8. et *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 60. Scientia et usus nauticarum rerum. *Id. pro leg. Manil.* c. 18. *extr.* Locus exuviis nauticis, et classium spoliis ornatus. *Modestin. Dig.* l. 22. tit. 2. leg. 3. et *Scævola* lib. 45. tit. 1. leg. 122. Nautica pecunia. *h. e.* quæ maritimo fenore occupatur. *Plin.* l. 22. c. 25. *circa med.* Panis nauticus. *sea-biscuit.* *Nep. in Alcib.* c. 8. Castra nautica juxta hostes habere. *h. e.* classem. ¶*Nautici, orum,* omnes qui in navi inserviunt, nautæ, remiges, gubernatores, navales socii, &c. *sailors, seamen, mariners, marines.* *Liv.* l. 37. c. 28. Macrin nautici vocant. *Id.* l. 28. c. 7. Philippus supervenit, tumultumque etiam ex terra nauticis præbuit. *Id.* l. 41. c. 3. Nautici tabernacula detendunt, commeatumque in litore expositum in naves rapiunt. *Plin.* l. 16. c. 37. *a med.* Velificant in Pado nautici.

NAUTĬLUS, li, m. *the nautilus,* ναυτίλος, piscis genus, qui navis ritu velis actæ, per summa æquora fertur: quod graphice describit *Plin.* l. 9. c. 29. *sub fin.*

NAVUS, a, um, *active, diligent, industrious, strenuous, prompt, vigorous,* σπουδαῖος, ἐνεργής, celer ac strenuus, industrius, diligens, attentus, actuosus. A navium velocitate dictum *Fest.* putat. Pro eo et *gnavus* dicitur: cui *ignavus* opponitur. *Cic. Verr.* 5. c. 21. Homo navus et industrius. et cap. 51. Magni et navi aratores. et cap. 69. Navus, et prudens, et probus filius. *Vellei.* l. 2. c. 105. Vir navus, agilis, providus. *Colum.* l. 11. c. 1. *circa med.* In agresti negotio dici vix potest, quid navus operarius ignavo et cessatore præstet. *Id.* l. 7. c. 9. Sit autem (*custos porcorum*) vigilans, impiger, industrius, navus: omnium, quas pascit, et matricum et juniorum meminisse debet, ut, &c. Al. legebant: *navus omnium, quas pascit: et matricum,* &c. et τὸ *navus* in *gnarus* mutari volebant. *Sil.* l. 1. v. 542. Nava rudimenta, et primos in Marte labores. *Vellei.* l. 2. c. 120. Nava virilisque opera. *Sil.* l. 7. v. 49. stimulatque ruentes Navus abire timor. *h. e.* qui navos et celeres facit, quia pedibus timor addidit alas, ut ait *Virg.* 8. *Æn.* v. 224.

NAXĬUM, ii, n. Apud *Plin.* l. 36. c. 7. naxia vocantur cotes in insula Cypro genitæ, ad marmora polienda, et scalpendas atque limandas gemmas accommodatæ. Adde l. 37. c. 8.

NAXĬUS, a, um, adject. ad Naxum insulam spectans. *Propert.* l. 3. el. 15. v. 28. Unde tuum potant Naxia turba merum. ¶ *Naxius ardor* a *Colum.* l. 10. v. 52. dicitur sidus coronæ Ariadnes. Est enim in fabulis, Ariadnem in Naxo insula Baccho nupsisse, coronamque ejus, quam a Venere dono acceperat, inter sidera ab eodem Baccho relatam. Al. leg. *noxius*: al. rectius *Gnosius.* ¶ *Naxius juncus,* qui in ea insula nascitur. *Plin.* l. 21. c. 18. ¶*Naxiæ cotes* apud *eund.* l. 36. c. 22. V. vocem præcedent.

NAXOS, *seu* Naxus, i, f. hod. *Nicsia,* [† et *Naxia,*] Νάξος, insula maris Ægæi, una Cycladum, cum urbe cognom. vino, et marmore serpentino, et fontibus celebris. *Plin.* l. 4. c. 12.

NAZARÆUS, *et* Nazarĕus, et

NAZARĒNUS, a, um, *of Nazareth,* Ναζαραῖος, ad Nazareth pertinens, quæ est urbs Galilææ, in qua conceptus est IESUS CHRISTUS, et post reditum ex Ægypto, diu habitavit. Unde *Nazarenus* dictus est, et Nazareni Christiani. *Prudent. Cathemer.* 7. v. 1. O Nazarene, lux Bethleem, verbum Patris. *Id. Peristeph.* 14, *de S. Rom.* v. 45. Ni disciplinam Nazarenam respuat. *Id.* l. 1. *advers. Symmach.* v. 551. Ad sincera virum penetralia Nazareorum.

N E

NĒ, *not, that not*, μὴ, adverbium est, ut *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *a med.* vocat, frequentissimi usus, inserviens ad vetandum, vel dehortandum: et subjunctivum fere postulat. *Terent. Eun.* 2. 3. 96. Si certum est facere, facias: verum ne post conferas culpam in me. *take care however not to lay the blame on me. Cic. Attic.* l. 1. epist. 1. *ante med.* Ut quot vellet, præfecturas sumeret, dum ne negotiarentur. *provided they did not*, &c. *Liv.* l. 23. c. 59. *sub fin.* Muneris ergo in singulos dari ne minus dena millia æris. *not less than.* et lib. 38. c. 24. Quo duo, ne plus, necessarii captivæ venirent. *two, and no more.* Al. leg. *nec. Terent. Phorm.* 1. 3. 5. Quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset. *would to heaven, that it had not*, &c. ¶ Ne vivam. *may I cease to live! may I die!* formula jurandi. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 16. *circa med.* Quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne vivam, si scio. Sic lib. 16. epist. 13. Ne sim salvus, si aliter scribo, ac sentio. ¶ Habet post se et imperativum, præsertim apud Poetas, item in formulis præceptorum, aut legum. *Cic.* 2. *de leg.* c. 9. *a med.* Impius ne audeto placare donis iram deum. et cap. 22. Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito. *Plin.* l. 18. c. 35. Frondem media die ne cædito. et cap. 34. Semen ne jacito. *Virg.* 6. *Æn.* v. 833. Ne, pueri, ne tanta animis assuescite bella. *Stat.* 4. *Theb.* v. 512. Ne tenues annos, nubemque hanc frontis opacæ Spernite, ne, moneo. *Plaut. Pers.* 4. 3. 20. Abi, ne jura: satis credo. *Terent. Eun.* 1. 2. 15. Ne crucia te, obsecro. *Id. Andr.* 5. 2. 27. Ah ne sævi tantopere. ¶ Inservit etiam deprecando, aut detestando. *Liv.* l. 4. c. 2. et lib. 28. c. 28. Ne id Jupiter opt. max. sineret, regiæ majestatis imperium eo recidere. *Curt.* l. 4. c. 10. *extr.* Precor, ne quis rex Asiæ sit, quam iste, &c. ¶ Sæpe est conjunctio finalis, et valet ut non, quominus. *so as not, in order not, that not, for fear that, lest,* ἵνα μὴ. *Cic. Fam.* 4. ep. 7. Neque tu multum interfuisti rebus gerendis, et ego id semper egi, ne interessem. *managed always so as not to be a party concerned. Id.* 3. *Offic.* c. 27. Sententiam ne diceret, recusavit. *he refused to give his opinion.* et 6. *Verr.* c. 66. Ne tamen istum omnino sine amicis, plane nudum esse ac desertum putetis, retinere cœpit tabulas Theomnastus quidam. *Id. pro Flacc.* c. 9. Ne corrumpi tabulæ facile possint, idcirco lex obsignatas in publico poni voluit. *Id. Fam.* 15. ep. 14. Considera, ne in alienissimum tempus cadat adventus tuus. *take care that it fall not*, &c. *Liv.* l. 1. c. 2. *a med.* Æneas, adversus tanti belli terrorem ut animos Aboriginum sibi conciliaret, ne sub eodem jure solum, sed etiam nomine omnes essent, Latinos utramque gentem appellavit. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 18. Cocceius, vide, ne frustretur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 20. Cæsarem complexus obsecrare cœpit, ne quid gravius in fratrem statueret. *not to.* ¶ *Sic ne* est ita ut non. *in such a way as not. Colum.* l. 4. c. 29. *a med.* Terebram longe habiliorem comperimus. nam sic excavat truncum, ne foramen inurat. ¶ *Ne nisi*, ut non nisi. *Cels.* l. 4. c. 4. sect. 2. Cum accessit id quoque, ne, nisi recta cervice, spiritus trahatur, ὀρθόπνοια appellatur. *that he cannot breathe, unless*, &c. ¶ Interdum *ne* ponitur pro *ut*, sequente particula negativa. *Cic. Fam.* 9. *ep. ult. sub fin.* Quotidie aliquid legitur, aut scribitur: dein ne amicis nihil tribuamus, epulamur una. *h. e.* ut aliquid amicis tribuamus. ¶ *Ne dicam*, ut non dicam, correctio nolentis gravius dicere, dicentis tamen. *not to say. Cic. pro Deiot.* c. 1. Crudelem Castorem, ne dicam sceleratum, et impium. *Al. leg.* Crudelis Castor, ne, &c. *Id.* 12. *Fam. ep. ult.* Non esse me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, ut, &c. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 285. Ah nimium simplex, Helene, ne, rustica, dicam. ¶ *Ne multis, ne pluribus, ne longum sit, ne te diutius teneam* formulæ sunt, quibus brevitatem sermonis pollicemur. V. suis locis. ¶ Post verba timendi, cum conjunctivo, locum habet in iis, quæ fieri nollemus. nam in iis, quæ vellemus, *ut* ponitur. *Terent. Andr.* 1. 1. 46. Vereor, ne quid Andria apportet mali. *Cic. pro Mil.* c. 21. *ad fin.* Cur igitur eos manumisit? metuebat scilicet, ne indicarent. *Id. pro Mur.* c. 41. Mater cruciatur, et sollicita est, ne filium spoliatum omni dignitate conspiciat. *Id. Attic.* l. 5. epist. 21. Hic, ne quid mihi prorogetur, horreo. *Balb. ad Cicer. post* ep. 13. l. 9. *ad Attic.* Quomodo me nunc putas torqueri, ne qua res eorum compositionem impediat? *Liv.* l. 24. c. 42. Pavor ceperat milites, ne mortiferum esset vulnus. *were afraid of the wound being mortal. Nep. in Alcib.* c. 8. *ad fin.* Periculum est, ne occasio detur Lysandro nostri opprimendi exercitus. ¶ In iis quæ vellemus, *ut* pro *ne* ponitur. *Terent. Andr.* 2. 2. 12. Id paves, ne ducas tu illam, tu autem ut ducas. *you on the other hand that you shall not marry her. Id. Phorm.* 5. 7. 72. Vereor, ut placari possit. *Cic. Fam.* 12. ep. 19. Non dubitabam, quin meas litteras libenter lecturus esses: verebar, ut redderentur. Est qui legit *ne*, sed invitis Criticis, et lib. meliorib. *Id. pro Marcell.* c. 4. Vereor, ut hoc, quod dicam, perinde intelligi auditu possit, &c. Al. leg. *non perinde:* al. *vereor ne:* sed prior lectio firmatur etiam auctoritate *Ascon. in divin. Verr.* c. 5. ¶ Reperiri tamen videtur positum *ne* etiam in iis, quæ vellemus. *Cic. Fam.* 6. ep. 1. *ante med.* Tamen vereor, ne consolatio ulla possit vera reperiri. Ita libri omnes, quos *Manut.* vidit, et *Græv.* Ille tamen, et *Camerar.* mallent *nulla:* vel *vereor ut ulla:* quod *Lambin.* in quibusdam lib. se reperisse ait. *Stevvechius* affert et illud *Attic.* l. 6. ep. 4. Vereor, ne satis diligenter actum in Senatu sit de litteris meis. Sed probatæ quæque editiones habent *ut satis.* ¶ *Ne non* est *ut non*, cum iisdem verbis timendi, in iis, quæ vellemus. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 6. *a med.* Timeo, ne non impetrem. *I am afraid of not obtaining.* et lib. 7. ep. 12. Vereor, ne exercitum firmum habere non possit. et lib. 5. ep. 18. Unum vereor, ne Senatus Pompeium nolit dimittere. *Id. Tuscul.* 1. c. 31. Tantum abest, ut malum mors sit, ut verear, ne homini nihil sit non malum aliud certe, sed nihil bonum aliud potius. ¶ Et cum verbis alius generis. *Id. Attic.* l. 12. ep. 18. Tibi ad me venire, vide, ne non sit facile: est enim longum iter. ¶ Si negans particula ipsi verbo præponatur, omnem timorem aut dubitationem excludit. *Cic. Fam.* 2. ep. 7. Non vereor, ne quid temere, ne quid stulte facias. *I am not afraid of your doing: I am sure that you will not do.* et *Verr.* 7. c. 67. Timere non debeo, ne non iste illa cruce dignus judicetur. ¶ Interdum pro *ne* dicimus *ut ne:* et τὸ *ut* redundat: vel *ne* valet *non. Cic.* 1. *Offic.* c. 7. Primum justitiæ munus est, ut ne cui quis noceat. *Id. de Amic.* c. 21. Omnium horum incommodorum una cautio est, ut ne nimis cito diligere incipiamus, neve indignos. *Id. post redit. in Sen.* c. 5. Legem tribunus pleb. tulit, ut lex Ælia et Fusia ne valerent. ¶ *Ne* pro *non* est etiam in illo *Ennii* apud *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 22. Utinam ne in nemore Pelio securibus Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes. et *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* vers. 82. potius quam talia Cretam Funera Cecropiæ ne funera portarentur. (Simili sententia *Manil.* lib. 5. vers. 548. Virginis et vivæ rapitur sine funere funus.) et *Plaut. Trin.* 2. 2. 85. Eo ne multa, quæ nevolt, eveniunt, nisi fictor malus est. *Id. Rud.* 3. 4. 25. Ita hinc ego te ornatum amittam, tu ipsus te ut non noveris: Vos adeo, ubi ego innuero vobis, si ne ei caput exoculassitis, vos virgis circumvinciam. Etiam *nec* hac ratione usurpatur. ¶ Sæpe vim habet τοῦ *neque*, sequente *quidem*, cum negando aliquid augemus: ita tamen, ut semper verbum aliquod interponatur, *not even, not indeed. Cic. Tuscul.* 5. c. 6. *a med.* Maris tranquillitas intelligitur, nulla ne minima quidem aura fluctus commovente. *Id. pro Mil.* c. 29. Non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum, &c. *Id. Verr.* 3. c. 60. Non enim prætereundum est ne id quidem. *Liv.* l. 29. c. 2. Neque enim ne ipsius quidem regis abhorrebat animus. *Cic. Verr.* 6. c. 1. Nihil in ædibus cujusquam, ne in oppidis quidem: nihil in locis communibus, ne in fanis quidem reliquisse. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 47. Matresfamilias obtestabantur Romanos, ut sibi parcerent, neu, sicut Avarici fecissent, ne mulieribus quidem, atque infantibus abstinerent. *Cic. pro Cæcin.* c. 25. *sub fin.* Qui ausus est dicere, fecisse videri eum, de quo ne cujus rei argueretur quidem, scire potuisset. *Colum.* l. 7. c. 12. *de cane villatico.* Ut ne visus quidem, horribili fremitu suo fuget insidiantem. *even before he makes his appearance.* ¶ Sequuntur *ne quidem* eleganter aliæ particulæ. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 55. Nunquam ne mediocri quidem cuiquam, non modo prudenti, probata sunt. *Id. Phil.* 1. c. 7. Chirographis ne prolatis quidem, sed tantummodo dictis. *Liv.* l. 3. c. 10. *a med.* Jam ne virtute quidem premi libertatem populi, sed arte eludi. *Cic. Fam.* 9. ep. 8. Munus flagitare ne populus quidem solet, nisi concitatus. *Id. pro Mil.* c. 1. Ne non timere quidem sine aliquo timore possimus. *h. e.* non esse quidem possimus sine timore aliquo. ¶ Qui docent, *ne quidem* etiam nullo interjecto verbo usurpari, afferunt loca *Cicer.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 24. *Phil.* 5. c. 9. *ad Attic.* l. 2. ep. 16. *sub fin. pro Cæcin.* c. 13. et *Tuscul.* 3. c. 33. item *Livii* l. 38. c. 25. *ad fin.* Verum omnium horum locorum ne unus quidem est, qui certo rem conficiat, si probatos libros consulas. ¶ Interdum *quidem* subticetur. *Cic. Catil.* 2. c. 4. *sub fin.* Non modo Romæ, sed ne ullo in angulo totius Italiæ. *Al. leg.* nec. *Pompei. ad Domit.* 3. *extr. post* ep. 12. l. 8. *ad Attic.* Quod inter se ne noti sunt. *Al. leg.* ne noti quidem: *alii* nec noti. *Petron. in Satyr.* c. 9. Cujus ne spiritus purus est. *Liv.* l. 44. c. 36. Neque enim ne his cunctationem aperuerat suam. *Suet. in Aug.* c. 35. Ne admissum tum quemquam Senatorem, nisi, &c. *Al. leg.* ne admissum quidem. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 47. *Burm.* Hoc solum vetare ne Jovis potest. *Al. leg.* nec. *Colum. initio* cap. 11. l. 8. Sed ne hæc tamen aliena est agricolæ. *Justin.* l. 38. c. 7. *sub fin.* Justitiæ atque liberalitatis suæ ne ipsos milites testes refugere. *Al. leg.* nec. ¶ In concessionibus. *Cic. in Orat.* c. 29. Nemo is, inquies, unquam fuit. Ne fuerit. ego enim, &c. *granted not; I allow that there never was.* (Adde lib. 4. *Acad.* c. 26. et 32.) *Liv.* l. 31. c. 7. Ne æquaveritis Annibali Philippum, ne Carthaginiensibus Macedonas: Pyrrho certe æquabitis. ¶ Pro *nedum. Liv.* lib. 3. c. 52. *ad fin.* Novam, inexpertamque eam potestatem eripuere patribus nostris: ne nunc, dulcedine semel capti, ferant desiderium. *Sallust. in Catil.* c. 11. *extr.* Secundæ res sapientium animos fatigant: ne illi corruptis moribus victoriæ temperarent. *much less.* [† Alii, *nedum.*] *Cic.* 9. *Fam. ep. ult.* Me vero nihil istorum ne juvenem quidem movit unquam: ne nunc senem. *much less.* [† Pro *ne nunc* libri quidam *ne dum. Cic. in Verr.* 4. 23. Ne quem putetis sine maximo dolore argentum cælatum domo, quod alter eriperet, protulisse. Ubi *Ernesti:* "*Ne* dictum pro *nedum.* V. *J. Fr. Gron.* et *Drakenb. ad Liv.* 3. 52."] ¶ Pro *etiam si non*, *Id.* 4. *Tuscul.* c. 17. Nec porro malum, quo aut oppressus jaceas, aut ne opprimare, mente vix constes. *although not.* ¶ Pro *dummodo non*, *Sallust. in Catil.* c. 55. Sint sane liberales ex sociorum fortunis, sint misericordes in furibus ærarii; ne illis sanguinem nostrum largiantur, et dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnes perditum eant. *provided that they do not. Liv.* l. 36. c. 1. Permissum, ut, si res postulasset, auxilia ab sociis, ne supra quinque millium numerum acciperet. *Cicero* 2. *de Legib.* c. 26. *extr.* Super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam, tribus cubitis ne altiorem, aut mensam, aut labellum. ¶ Pro *næ*, profecto, sane, *certainly, surely*, νή. V. *Næ* in fine.

NĔ, particula enclitica, interrogationi serviens, et vim habens τοῦ an, utrum, num. Semper autem alicui verbo postponitur. *Cic. in Pison. in princip.* Jamne vides, bellua, jamne sentis, quæ sit hominum querela frontis tuæ? *do you see now? do you perceive?* vel *do you not yet see?* &c. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 3. Tune id veritus es, ne ego, &c. *is it true, that you had any doubt, of*, &c.? *Id. Fam.* 2. ep. 11. Putares ne, unquam accidere posse, ut, &c.? *could you imagine? Terent. Andr.* 2. 1. 1. Datur ne illa hodie Pamphilo nuptum? *is she to be given in marriage? Plaut. Bacch.* 2. 3. 22. *Chry.* Scelestiorem nullum illuxere alterum. *Ni.* quamne Archidemidem? *Chry.* quam, inquam, Archidemidem. *Virg.* 4. *Æn.* v. 538. quiane auxilio juvat ante levatos, Et bene apud memores veteris stat gratia facti? *because forsooth! it profits me?* et est ironia. ¶ Item dubitationi. *Cato R. R.* c. 1. Ad villam cum venies, videto vasa, torcula, et dolia multane sient. Ubi non erunt, scito, pro ratione fructuum esse. *Cic. Attic.* 12. ep. 24. Publilius iturusne sit in Africam, et quando, ex Aledio scire poteris. *whether he will go.* et *Acad.* 1. c. 12. Ut videamus, satisne ista sit justa defectio. *Id. de nat. Deor.* c. 22. Quæritur, sintne dii, nec ne. *whether there be or no?* et *pro Rosc. Amer.* c. 15. Quid, si constat, hunc non modo colendis prædiis præfuisse, sed certis fundis, patre vivo, frui solitum esse? tamenne hæc attenta vita et rusticana, amandatio appellabitur? *yet for all that shall this be called banishment?* et lib. 1. *de nat. Deor.* c. 29. Quid si etiam falsum illud omnino est? tamenne ista jam absurda defendes? ¶ Cum plura sunt interrogationis, aut dubitationis membra, post *ne* sequitur *an. Cic. Attic.* l. 16. ep. 8. *extr.* Romam ne venio, an hic maneo, an Arpinum fugiam? *ought I to come to Rome, or*, &c.? *Id.* 1. *Offic.* c. 3. Honestum ne factu sit, an turpe, dubitant. *Id. pro Cluent.* c. 34. *a med.* Quid? conferam Sullamne cum Junio? an hunc tribunum plebis cum Quintio? an vero tempus cum tempore? ¶ Interdum *ne* ipsum repetitur, apud Poetas. *Tibull.* l. 4. el. 5. v. 20. quid refert, clamne, palamne roget? *Virg.* 11. *Æn.* v. 126. Justitiæne prius mirer, belline laborum? *Ovid. Met.* 13. v. 912. monstrumne, deusne Ille sit, ignorans. ¶ Aliquando vocalis *e* per apostrophum abjicitur. *Virg.* 3. *Æn.* v. 319. Hectoris, Andromache, Pyrrhin' connubia servas? *Terent. Eun.* 5. 6. 22. pro Eunuchon'? et 2. 3. 88. pergin'? *h. e.* pergisne? ¶ Reperitur etiam in principio positum. *Liv.* l. 40. cap. 49. Quæsivit ab eo, ne sibi liceret ac suis vivere? cum prætor victurum respondisset, quæsivit iterum, si cum Romanis militare liceret? *Sigon.* et *Gronov.* mutant ex conjectura. Huic affine videtur esse illud *Cicer.* 5. *Tuscul.* c. 15. *a med.* Videamus, ne, ut acervus ex sui generis granis, sic beata vita ex sui similibus partibus effici debeat. Quod si ita est, ex bonis, quæ sola honesta sunt, efficiendum est beatum. *h. e.* an effici debeat: quod postea *Cic.* concedit. Sunt qui huc pertinere putant etiam hæc: *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. *extr.* Cum circumspiceret Atticus, ne quid præterisset. *while he was considering, whether or not he had omitted any thing.* et *Colum.* l. 8. c. 5. *a med.* Singuli pulli tentandi, ne quid hesterni habeant in gutture. et *Pallad.* l. 1. c. 39. Speculemur, ne omne januas suas egrediatur examen. hoc enim signo fugam meditantur assumere. et *Calpurn.* ecl. 5. v. 72. Sed tibi cum vacuas posito velamine costas Denudabit ovis, circumspice, ne sit acuta Forfice læsa cutis, tacitum ne pustula virus Texerit occulto sub vulnere. His locis *ne* et in principio collocatum est, et pro *an* poni videtur. neque corrumperetur sententia, si hoc pro illo substitueretur. Nihilominus non est dubitativum, sed negativum, tum quia ellipsis est in his, et similibus loquendi formis, quia scilicet cum integrum sit *an, necne*, secundum exprimitur, prius reticetur: tum quia quod post *ne* subjicitur, semper est aliquid, quod respuitur. Recte itaque *Calpurn. loc. cit.* produxit, cum, si dubitativum esset, corripere debuisset. ¶ Aliquando omittitur. *Cic.* 1. *Offic.* c. 9. *in fin.* Vetant, quidquam agere, quod dubites, æquum sit, an iniquum. *Plin.* l. 7. ep. 27. Velim scire, esse aliquid phantasmata putes, an inania et vana ex metu nostro imaginem accipere. ¶ Interdum subjicitur pro *an. Liv.* l. 5. c. 28. Ut in incerto fuerit, vicissent, victi ne essent. *Nep. in Attic.* c. 9. Experiri voluit, verum, falsumne esset

relatum. *Id. in Iphicr. in fin.* Cum interrogaretur, utrum pluris patrem, matremne faceret. *Horat.* l. 1. ep. 11. v. 3. Smyrna quid, et Colophon? majora, minorane fama? ¶ Nonnunquam in interrogatione redundat. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 107. uterne Ad casus dubios fidet sibi certius? et sat. 3. v. 295. Quone malo mentem concussa? timore deorum. Adde vers. 317. quantane? *Anne* quoque hujus generis est: de quo V. in *An.* ¶ *Priscian.* l. 16, pag. 1032. *Putsch.* docet, aliquando *ne* nec interrogativam, nec dubitativam esse, sed confirmativam pro Utique. Affert autem illud *Horat.* l. 1. sat. 10. v. 21. o seri studiorum, quine putetis Difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti Contigit! (*Al. leg.* o seri studiorum! quine putetis Difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti Contigit? *h. e.* vosne estis, qui putetis, &c.? vel, ergone vos putatis, &c.? et simile est illi Catulliano, carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 180. An patris auxilium sperem? quemne ipsa reliqui, Respersum juvenem fraterna cæde secuta? Conjugis an fido consoler memet amore? Quine fugit lentos incurvans gurgite remos?) Item illud l. 2. sat. 3. v. 97. Clarus erit, fortis, justus, sapiensne etiam, et rex (*Al. leg.* sapiensne? etiam et rex: *al. omittunt* ne.) Item illud *Terent. Andr.* 5. 3. 14. Nuncne demum istud verbum in te incidit. (*Libri omnes nunc hab.* Eodem die istuc verbum vere in te accidit.) et *Virg.* 10. *Æn.* v. 847. Tantane me tenuit vivendi, nate, voluptas, Ut pro me hostili paterer succumbere dextræ Quem genui. Al. omnes interrogationis notam appingunt: et vero sententia postulat.

NEÆRA, æ, f. nomen Nymphæ, aut puellæ cujuslibet. Ita appellarunt amicam *Tibull.* l. 3. el. 1. v. 6. et alibi, *Horat.* l. 3. od. 14. v. 21. *Virg. Ecl.* 3. v. 3. et *Prudent. in Rom. peristeph.* 14. v. 240.

NEAPŎLIS, is, f. Νεάπολις, h. e. nova urbs: a νέος, novus, et πόλις, urbs. Nomen est aliquot oppidorum in Campania, Galatia, Thracia, Africa, Samaria, et alibi: de quib. V. Geograph. Celeberrima nunc est, quæ in Campania, alio nomine Parthenope, nunc *Napoli*, maritima, ampla, frequens, amœna, regni caput. *Naples. Plin.* l. 3. c. 5. &c. *Martial.* l. 5. epigr. 79. Et quas docta Neapolis creavit, Lento castaneæ vapore tostæ. *Doctam* dicit, quia olim studia litterarum in ea maxime floruerunt: unde *Silio* l. 12. v. 31. dicitur hospita Musis.

NEAPOLITĀNUS, a, um, *Neapolitan*, ad Neapolim pertinens, ut Neapolitanus ager, *Plin.* l. 17. c. 17. Neapolitana mala cotonea, *Id.* l. 15. c. 11. Neapolitanæ piscinæ, *Varr.* apud *Non.* c. 15. n. 5. ¶ *Neapolitani, orum*, Neapolis incolæ. *Cic. Fam.* 13. ep. 30.

NEAPOLĪTIS, is, f. Neapolitana. *Afran.* apud *Non.* c. 4. n. 226. Meretrix Neapolitis.

[* NEBRĪDÆ, arum, m. nebride tecti, videntur fuisse Cereris ministri in sacris Eleusiniis, ita appellati, quod Ceres filiam quærens, et terrarum orbem oberrans hinnuli pellicula contecta fuerit. *Arnob.* l. 5. pag. 185. Nonne Ceres nebridarum familiam pellicula cohonestavit hinnulæ?]

NEBRIS, idis, f. *the skin of a fawn or deer*, νεβρὶς, pellis hinnuli, h. e. pulli cervini, item damæ: quam gestare solebat Bacchus, et qui Bacchi Orgia celebrabant: a νεβρὸς, pullus cervi; item dama, ut in *Gloss.* habetur. Ratio cur in Orgiis hujusmodi pelles gestarentur, esse potest, quia per silvas montesque discurrere mos erat, atque in iis etiam aliquando pernoctare. Cervinas itaque pelles adhibebant, quia ut *Plin.* docet l. 28. c. 9. *ad fin.* substratæ securos præstant somnos a morsu serpentum. *Stat.* 2. *Theb.* v. 664. Nebridas, et fragiles thyrsos portare putastis Imbellem ad sonitum. *Id. Achill.* 1. v. 609. a tereti demisit nebrida collo, Errantesque sinus hedera collegit. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 605. Talis Erythræis intextus nebrida gemmis Liber agit currus. ¶ Etiam venantes nebride uti consuevisse, docet *Serv.* ad illud *Virg.* 4. *Georg.* v. 342. Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ. Et fortasse huc pertinet illud *ejusd.* 1. *Æn.* v. 327. Succinctam pharetra, et maculosæ tegmine lyncis. ut nebris non de sola cervina, sed de quacumque ferarum pelle, quæ amiculum præbeat, dicatur.

NEBRĪTES, æ, m. νεβρίτης, gemmæ species, Libero Patri sacra: a nebridum pellium similitudine, quibus in Liberi sacris utebantur. *Plin.* l. 37. c. 10.

NEBROPHŎNUS, i, *the name of a hound, as we should say Kill-fawn*, νεβροφόνος, cervos occidens; nomen est canis venatici apud *Ovid. Metam.* 3. v. 211. a νεβρὸς, pullus cervinus, et φένω, occido.

NEBRUNDĪNES Lanuvini appellant testiculos, Prænestini nefrones, inquit *Fest.* in *Nefrendes.* Et in *Rien* docet, renes quoque ab antiquis dictos esse nefrundines: scilicet quia magna est renes inter et testiculos similitudo. Hæc autem omnia sunt a νεφρὸς, qua voce tum testiculus, tum ren significatur.

NEBŬLA, æ, f. *a mist, fog, vapour*, νεφέλη, vapor e terra atque aquis surgens, qui vel statim evanescit, vel in altum sublatus convertitur in nubem: a Græca voce allata. Differt a nube, quia ex ea nubes formatur: deinde nubes fere semper alta petit, nebula terram obsidet: hæc rarior esse videtur, nubes densior: item nubes quocumque tempore fit, nebula nec æstate, inquit *Plin.* l. 2. c. 60. nec maximo frigore exsistit. *Lucret.* l. 6. v. 475. fluviis ex omnibus, et simul ipsa Surgere de terra nebulas, æstumque videmus, Quæ velut halitus, hinc ita sursum expressa feruntur, Suffunduntque sua cælum caligine, et altas Sufficiunt nubes paulatim conveniundo. *Virg.* 2. *Georg.* v. 217. Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosque volucres. *Id.* 8. *Æn.* v. 258. nebulaque ingens specus (*Caci*) æstuat atra. *Auct. de B. Hisp.* c. 6. Incidit ut matutino tempore nebula esset crassissima. ¶ Interdum pro nube ponitur. *a cloud.* Quam enim *Virg. Æn.* 1. v. 416. et 439. nebulam dixerat, qua Venus Æneam circumdederat, ne conspiceretur; eandem vers. 584. et 591. nubem vocat. *Horat.* l. 3. od. 3. v. 54. visere gestiens Qua parte debacchentur ignes, Qua nebulæ, pluviique rores. ¶ De fumo ex igne. *smoke. Ovid.* 5. *Trist.* el. 5. v. 31. Sensus inest igitur nebulis, quas exigit ignis. ¶ Translate *Lucret.* l. 5. v. 253. terra multa pulsata pedum vi Pulveris exhalat nebulam. *Pers.* sat. 5. v. 181. pinguem nebulam vomuere lucernæ. *Sil.* lib. 6. v. 281. *de angue moriente.* tandem exhalavit in auras Liventem nebulam fugientis ab ore veneni. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 269. Vina quoque in magnis operose condita cellis Florent, et nebulæ dolia summa tegunt. ¶ De tenui veste et pellucida, quæ male corpus tegit. *Laber.* apud *Petron. in Sat.* c. 55. *extr.* Æquum est, induere nuptam ventum textilem, Palam prostare nudam in nebula linea. Sic *Ovid. Met.* 6. v. 20. repetitaque longo Vellera mollibat nebulas æquantia tractu. ¶ *Martial.* lib. 8. epigr. 33. nebulam appellat tenuissimam bracteam. ¶ Refertur ad animum. *Juvenal.* sat. 10. v. 2. pauci dignoscere possunt Vera bona, atque illis multum diversa, remota Erroris nebula. ¶ *Per nebulam* audire, aut scire aliquid. *darkly, obscurely, confusedly, indistinctly. Plaut. Pseud.* 1. 5. 47. Sunt quæ te volumus per contariquæ quasi Per nebulam nosmet scimus, atque audivimus. Adde *Capt.* 5. 4. 26. Sic *Cic. Phil.* 12. c. 2. Quod videbam equidem, sed quasi per caliginem. ¶ *Nebula* de re specie magna, reapse levi. *Pers.* sat. 5. v. 7. Grande locuturi nebulas Helicone legunto. ¶ *Nebulæ cyathus* proverbiali locutione dicitur de re vilissima, ac nullius omnino pretii. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 62. Simili ratione *Angli* dicunt *to bottle smoke or moon-shine*, viz. *to lose one's pains*, dare operam rei nullius pretii, atque adeo ipsam oleumque perdere. ¶ De re mollissima, et lævissima. *Plaut. Cas.* 4. 4. 21. Nebula haud est mollis, atque cutis hujus est. ¶ Stellis nebulam spargere candidis, apud *Horat.* l. 3. od. 15. v. 6. allegoria est qua significatur, vetulam deformem versari inter puellas nitidas ac formosas, et cum illis ludere. ¶ Nebulæ quæstionum apud *Gell. in lemmate* cap. 10. l. 8. sunt ambages, præstigiæ, offuciæ, tricæ quæstionibus propositæ ad fallendum.

NEBŬLO, onis, m. *an idle rascal, mean sorry wretch, paltry worthless fellow, prodigal, scoundrel, knave, impostor, slubberdegullion, ragamuffin, nidget*, οὐδενὸς ἄξιος, οὐτιδανὸς, πλάνος, homo vanus, et nihili, ut nebula: item fallax, fraudulentus, et qui dolis et fallaciis quasi nebulam ac tenebras offundere conatur, ea tamen calliditate et versutia, ut facile deprehendas. *Festus:* Nebulo dictus est, ut ait Ælius Stilo, qui non pluris est, quam nebula, aut qui non facile perspici potest, qualis sit, nequam, nugator. *Donat.* ad illud *Terent. Eun.* 2. 2. 38. Nebulonem hunc certum est ludere: Vel furem, inquit, quia nebulas objiciat: vel mollem, ut nebulam: vel inanem et vanum, ut nebula est. *Non.* c. 1. n. 67. Nebulones et tenebriones dicti sunt, quia mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras objiciant. *Glossæ:* Nebulo, μάλθων, ὁ τὰ ἴδια λάθρα καταφαγὼν, εἰκαῖος, λάθρα ἄσωτος. *h. e.* mollis, qui bona sua clam comedit, futilis, occulte intemperans. *Charis.* l. 1. pag. 25. *Putsch.* Nebulo, σκαιός. *h. e.* tenebrosus, tectus. Hæ sunt fere antiquorum de hujus vocis significatione sententiæ. *Lucil.* apud *Non. loc. cit.* Lucifugus nebulo. *Id. ibid.* Nugator quidam, ac nebulo sit maximu' multo. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 27. Nos numerus sumus, et fruges consumere nati, Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoique In cute curanda plus æquo operata juventus. *idle drones, sluggards.* Sic *Terent. Eun.* 4. 7. 15. Sane quod tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo magnus est. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 44. Nos ab isto nebulone facetius eludimur, quam putamus. *impostor, knave, contemptible wretch. Horat.* l. 1. sat. 1. v. 104. non ego, avarum Cum veto te fieri, vappam jubeo, ac nebulonem. Adde sat. 2. v. 12. *a spendthrift, prodigal.* ¶ Adjective *Gell.* l. 1. c. 2. Vulgus nebulonum hominum, qui se Stoicos nuncupant, atraque verborum et argutiarum fuligine ob oculos audientium jacta, sanctissimæ disciplinæ nomen ementiuntur. *impostors, cheats, quacks.* et lib. 16. c. 6. Facetias nebulonis hominis risi, et reliqui. ¶ *Acron vet. Scholiast. Horatii* ad lib. 1. sat. 2. v. 12. docet, *nebulones* dici etiam obscuro loco natos: unde a Comicis servos nebulones vocari.

NEBŬLO, as, fuliginem offundo. *Tertull. in Apolog.* c. 35. *a med.* Clarissimis lucernis vestibula nebulabant. *Al. leg.* enubilabant.

NEBULOSĬTAS, atis, f. caligo, fuligo. *Arnob.* l. 7. pag. 234. Cælum vaporum nebulositate clauditur.

NEBULŌSUS, a, um, *misty, foggy, cloudy, nebulous*, ὁμιχλώδης, nebulis abundans, nebulis obductus. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 25. Nebulosum et caliginosum cælum. *Cato R. R.* c. 6. Ager si nebulosus est. *et sub fin.* Qui locus crassus erit, aut nebulosior. *Cels.* l. 2. c. 1. Meliores dies pluvii, quam tantum nebulosi nubilive. *Plin.* l. 31. c. 3. *a med.* Nebulosa exhalatio. *Id.* l. 21. c. 7. Nebulosus et roscidus aer. *Sen. in Med.* v. 583. Nebulosus auster. ¶ Translate obscurus, intellectu difficilis. *dark, obscure, difficult to comprehend. Gell.* l. 20. c. 3. L. Accius poeta in Pragmaticis appellari sicinnistas ait nebuloso nomine: credo propterea, nebuloso, quod sicinnium cur diceretur, ei obscurum esset.

NEC, *neither, nor, and not*, οὔτε, οὐδὲ, μηδὲ, adverbium negandi, vel potius conjunctio disjunctiva, quæ significat et non, neque: et ab hac voce per apocopen facta videtur, sicut *neu* a *neve. Cic.* 2. *de Legib.* c. 10. *ad fin.* Patrum delubra esse in urbibus censeo: nec sequor magos Persarum. *Nep. in Attic.* c. 13. *ad fin.* Nec hoc præteribo, quam nonnullis leve visum iri putem. *Cæs.* lib. 1. *B. Gall.* cap. 20. Scire se, illa esse vera, nec quemquam ex eo plus, quam se, doloris capere. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 38. Cum mors nec ad vivos pertineat, nec ad mortuos. *Id.* 3. *Offic.* c. 27. Neque eum caritas patriæ retinuit, nec suorum. *Horat.* epod. 12. v. 2. Munera quid mihi, quidve tabellas Mittis nec firmo juveni, neque naris obesæ? *Terent. Adelph.* 1. 2. 61. Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit. *Cic. pro Quint.* cap. 4. Quo mortuo, nec ita multo post in Galliam proficiscitur Quintius. *Colum.* l. 3. c. 3. *ante med.* Cum ea res, si omissa sit, plurimas operas, nec minus arcam patrisfamilias semper exhauriat. ¶ Habet post se particulas *vero, enim, tamen*, in transitionibus. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 12. Nec vero Protagoras quidquam videtur de natura deorum suspicari. *Id. de Amic.* c. 2. Nec enim melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior. *Id.* 3. *Offic.* c. 10. Nec tamen nostræ nobis utilitates omittendæ sunt. ¶ *Nec autem* rarum esse videtur. *Quintil.* l. 4. c. 1. *a med.* Nec argumentis autem, nec locis, nec narrationi similis esse in prooemio debet oratio. ¶ Rarum est et illud *Martial.* l. 11. epigr. 33. nulla est ancilla, nec infans, Nec sera, nec clavis, nec canis, atque calix. ¶ Quando post particulam negativam geminatur, primum *nec* minime negat. *Cic. Attic.* l. 9. ep. 12. Non medius fidius præ lacrymis possum reliqua nec cogitare, nec scribere. *Id. pro Cluent.* c. 1. Ut omnes intelligant, nihil me nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo. Adde *Liv.* l. 7. c. 26. ¶ Pro geminato *nec, nec Tibull.* posuit *nec, non*, l. 1. el. 7. v. 51. Hæc ubi Bellonæ motu est agitata, nec acrem Flammam, non amens verbera torta timet. ¶ Interdum sequitur *et* cum membro affirmante. *Cic. Fam.* 4. ep. 6. *sub fin.* Homo nec a me alienus, et tibi amicissimus. *Id.* l. 2. *Offic.* c. 12. *extr.* Ejus filii nec vivi probabantur bonis, et mortui numerum obtinent jure cæsorum. *Id.* 10. *Fam.* ep. 1. *sub fin.* Nec miror, et gaudeo. ¶ *Nec quidem*, nec sane, *and certainly not; and yet not. Cic. Fam.* 6. ep. 6. His litteris animum tuum confirmandum puto: nec iis quidem verbis, quibus te consoler, sed, &c. *and yet not with words of consolation*, &c. ¶ *Nec quidem* pro *ne quidem* interjecto verbo, *not even, no not, not so much as. Senec.* ep. 3. Admones me, ne omnia cum eo communicem, quia nec soleas ipse quidem hoc facere. *Al. leg.* non soleas ne ipse quidem. *Plin. in Paneg.* c. 27. Pauperiorem esse factum Principem tantum: quamquam nec hunc quidem. *Petron. in Satyr.* c. 110. Quem alloquio dignum nec Lycas quidem crederet. et cap. 132. Nam nec nominare quidem te inter res serias fas est. *Plin.* l. 8. c. 36. Nec somno quidem saginatis. ¶ Apud probatissimos aureæ ætatis Scriptores non facile invenies. Quotquot enim afferri solent *Cicer.* loca, et præsertim *Parad.* 4. c. 1. *Fam.* 3. ep. 8. *In fragm.* l. 6. *de republ.* (h. e. *in Somn. Scip.* c. 8.) &c. dubiæ cuncta lectionis sunt, reponentibus *ne* optimis libris. Videri possit certum esse illud *Cæsar.* l. 1. *B. Gall.* c. 32. Hoc esse miseriorem fortunam Sequanorum, quam reliquorum, quod soli nec in occulto quidem queri, nec auxilium implorare auderent. Sed quia alterum *nec* sequitur, cui primum respondet, rem plane non conficit. Incerta sunt etiam quæ afferuntur ex *Virg.* 1. *Georg.* v. 126. et 390. ut videre est apud *Pier.* item quæ ex *Sallust. in Jug.* c. 53. &c. ¶ *Nec* absolute pro *nec quidem* nonnunquam adhibetur, *not even, not so much as. Cic.* 1. *Acad.* c. 2. Quod bonum quale sit, negat Epicurus, sine voluptatibus sensum moventibus nec suspicari. *says, that he cannot so much as form an idea of it.* Al. leg. *vel* [† quod et conjicit *Ernesti.*] et *Tuscul.* 1. c. 26. Quid est enim memoria rerum et verborum? profecto id, quo nec in deo quidquam majus intelligi potest. *Quintil.* l. 1. c. 6. *ad fin.* (*al.* c. 11. *extr.*) Quæ nec ipsi jam dicerent. *Justin.* l. 12. *sub fin.* Tantam fiduciam sui militibus fecit, ut, illo præsente, nullius hostis arma, nec inermes timuerint. *Id.* l. 11. c. 8. Ut non spes modo remedii, sed nec dilatio periculi inveniretur. Adde *Flor.* l. 2. c. 8. *a med. Martial.* l. 5. epigr. 70. et *Pallad. sub init.* l. 1. ¶ Item pro simplici *non. Cic.* l. 3. *de Legib.* c. 3. Magistratus nec obedientem, et noxium civem multa coerceto. et cap. 4. Senatori, qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto. (Adde quæ ex XII. Tab. affert *Fest.* in *Nec.*) *Catull.* carm. 30. *in Alphen.* v. 4. Nec facta impia cælicolis placent. *Liv.* l. 1. c. 25. *a med.* Prius quam alter, qui nec procul aberat, consequi posset. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 11. Tu diis nec recte dicis: non

nequam facis. *h. e.* maledicis. Eodem modo locutus est *Bacch.* 2. 4. 65. et *Mostell.* 1. 3. 83. item *Turpil.* apud *Fest.* Huc pertinere videntur *nec opinato, nec opinans, nec dum,* quæ V. infra suo loco. Suo item loco V. *nec ne, nec non.* ¶ Cum imperativo *Virg.* 2. *Georg.* v. 95. et quo te carmine dicam, Rhætica? nec cellis ideo contende Falernis. *h. e.* ne tamen ideo contendas. ¶ *Nec* pro *et* est in illo *Terent. Eun.* 5. 9. 47. Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo nemo est. *Nisi velis ita verba ordinare* Ad omnia hæc nemo est magis opportunus, nec magis ex usu tuo.

NECĀTOR, oris, m. *a killer, slayer,* ἀναιρετὴς, φονεὺς, qui necat. *Lamprid. in Comm.* c. 18. Necator civium. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 12. *ante med.* Marti dicatus, deo plerunque hominum necatori.

NECĀTRIX, icis, f. *a murderess,* interfectrix, ὀλέτειρα. *Augustin. de consens. Evang.* c. 13. *ante med.* Necatrix Domini lingua Judæorum.

NECĀTUS, a, um, *killed, slain, put to death,* φονευθεὶς, occisus, neci datus. *Sallust. in Jug.* c. 50. Uti Jugurtham maxume vivum, sin id parum procedat, necatum sibi traderent. *Sueton. in Ner.* c. 36. *extr.* Quosdam cum pædagogis et capsariis uno prandio pariter necatos. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 365. apes cum stirpe necatæ. et vers. 38. fervent examina putri De bove: mille animas una necata dedit. V. *Occisus.*

NECDUM, *et* Nec dum, *et* Neque dum, *nor as yet, not yet,* οὔτε πω, οὐδέπω, nondum, neque dum. *Virg. Ecl.* 9. v. 26. Immo hæc quæ Varro, nec dum perfecta, canebat. *Id.* 2. *Georg. sub fin.* Necdum etiam audierant inflari classica, necdum Impositos duris crepitare incudibus enses. *Id.* 11. *Æn.* v. 70. Cui neque fulgor adhuc, nec dum sua forma recessit. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 10. *extr.* Ille quid agat, si scis, neque dum Roma es profectus, scribas ad me velim. et l. 6. ep. 3. *ante med.* Necdum ego tamen Quintum conveneram.

NECERIM, nec eum. *Festus.* Est autem pro *nec im,* h. e. nec eum, inquit *Scalig.* [† V. *Im.*]

NECES. V. *Nex.*

NECESSARĬE, et

NECESSARĬO, adverb. *necessarily, of necessity,* ἐξ ἀνάγκης, ἀναγκαίως, ex necessitate. Hoc illo est multo usitatius. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 29. Necessarie demonstrantur ea, quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt. *Id.* 6. *Fam.* ep. 10. *ad fin.* Ut jam simul cum republica necessario reviviscat. et l. 5. ep. 21. Plerique eorum, quibuscum vivo necessario. *Nep. in Alcib.* c. 8. Necessario classe conflicturos. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 17. Quod necessario rem Cæsari enuntiarit. *Sallust. in Jug.* c. 24. Necessario copias parat. *Valer. Max.* l. 7. c. 6. n. 3. Care quidem, verum necessarie comparato cibo. *Hirt. de B. Alex.* c. 5. Plebes ac multitudo ea (*aqua*) contenta est necessario, quod fons urbe tota nullus est.

NECESSARĬUS, a, um, *necessary, needful, unavoidable, indispensable,* ἀναγκαῖος, is, sine quo aliquid fieri non potest, necessitatem conjunctam habens. Necessarium, inquit *Opilius Aurel.* apud *Fest.* in quo non sit cessandum: aut sine quo vivi non possit: aut sine quo non bene vivatur: aut quod non possit prohiberi, quin fiat. V. *Necesse* in fine. *Cic. Phil.* 10. c. 9. *ad fin.* Cum illum necessarium et fatalem pæne casum non tulerimus, hunc feremus voluntarium? *Id. de Univ.* c. 12. Commonstravit leges fatales et necessarias. *Id. de Invent.* l. 2. c. 49. Id quod imperatur, necessarium; illud quod permittitur, voluntarium est. *Id. in Top.* c. 16. Cum erit talis causa, ut in ea non sit efficiendi necessitas, necessaria conclusio non sequitur. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 40. Necessaria re coactus locum capit superiorem. et lib. 3. c. 96. Cui semper omnia ad necessarium usum defuissent. et cap. 23. Necessarius nostris erat egressus. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 6. Res maxime necessaria. *Id.* 2. *de Invent.* c. 49. Res utiliores, honestiores, magis necessariæ. *Id.* 1. *Offic.* c. 4. Omnia, quæcumque sunt ad vitam necessaria, anquirere. *Id.* 3. *de Legib.* c. 18. Senatori necessarium est, nosse rempublicam. *Quintil. l. et cap. ult.* Philosophorum quoque opiniones velimus legere, necessarium est. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 16. Quod tam necessario tempore, tam propinquis hostibus, ab iis non sublevetur. *on so urgent an occasion,* quo tempore tam necessarium est habere frumentum. *Sallust. in Jug.* cap. 76. Plebs sic accensa, uti opifices agrestesque, relictis operibus, frequentarent Marium, et sua necessaria post illius honorem ducerent. ¶ Caret gradibus, et pro iis dicimus *magis, minus, maxime necessarius.* *Tertull.* tamen dixit *de testim. anim.* c. 4. necessariorem sententiam: *de patient.* c. 11. necessarior medela: *de habit. mulier.* c. 5. necessariores operas: *de carne Christi,* c. 7. *a med.* quasi necessarius aliquid afferrent: *de resurr. carn.* c. 31. necessarioris restitutionis. ¶ *Necessarius* absolute, et *Necessaria* est *a relation, near or particular acquaintance, intimate friend, confidant,* ἀναγκαῖος. Necessarii sunt, ut Gallus Ælius ait apud *Fest.* qui aut cognati, aut affines sunt, in quos necessaria officia conferuntur præter ceteros. Adde *Non.* c. 4. n. 322. Neque tamen solum de cognatis, et affinibus, sed de amicis quoque, et familiaribus dicitur. *Gell.* l. 13. c. 3. Qui ob hoc ipsum jus affinitatis, familiaritatisve conjuncti sunt, necessarii dicuntur. *Cic. pro Mur.* c. 35. Virgo Vestalis, hujus propinqua et necessaria. *Id. pro Sull.* c. 1. L. Torquatus meus familiaris ac necessarius. *Id. Fam.* 13. ep. 29. In iis necessariis, qui tibi a patre relicti sunt, me tibi esse vel conjunctissimum. et epist. 72. Cereliæ, necessariæ meæ rem, nomina, possessiones commendavi tibi. *Brut. ad Cicer.* ep. 6. *extr.* Noli pati, a necessariis tuis necessario meo injuriam fieri. *Balb. et Opp. ad Cicer. post* ep. 8. l. 9. *ad Attic.* Ut contra alterutrum, cum utrique sis maxime necessarius, arma feras. *closely connected.* ¶ Adjective *Nep. in Datam.* c. 6. Ab homine tam necessario se relictum. *h. e.* a socero. *Matius ad Cicer. Fam.* 11. ep. 28. Mortem hominis necessarii graviter fero. *h. e.* amici. *Ulpian. Dig.* lib. 24. tit. 3. leg. 21. Si ideo maritus ex dote expendit, ut a latronibus redimeret necessarias mulieri personas.

NECESSE, adject. n. indeclin. *necessary, of necessity, needful,* ἀναγκαῖον, quod vi aliqua cogente fieri opus est, necessarium. *Cic. de Fato,* c. 9. Nihil fit, quod necesse non fuerit. *Cato* apud *Senec.* ep. 94. *ante med.* Emas, non quod opus est, sed quo necesse est. *not that which may be profitable, but what is absolutely necessary.* *Id. in Partit.* c. 13. *extr.* Non habebimus necesse semper concludere. *Id. Attic.* l. 10. ep. 1. *extr.* Eo minus habeo necesse scribere, aut etiam cogitare, quid sim facturus. *Id. pro Sull.* c. 7. At hic etiam, quod tibi necesse minime fuit, facetus esse voluisti. *Id. de Fato,* c. 9. Homini necesse est mori. *man is doomed to die.* *Id. Fam.* 7. ep. 31. Acilio non fuisse necesse meas dari litteras, facile patior. *Id.* 1. *de Orat.* c. 12. Hæc oratio aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur. *it follows necessarily, that,* &c. *it follows of course, that,* &c. *Nep. in Epamin.* cap. 10. Leuctrica pugna non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit, necesse est. ¶ Cum particula *ut* perrarum est. *Gell.* l. 2. c. 29. Neque necesse est, hodie uti vos auferam. ¶ Olim, teste *Donato ad Terent. Eun.* 5. 6. 27. declinabatur *necessis, necesse,* et *necessus, a, um.* Unde *necessum* non raro reperitur. *Afran.* apud *Charis.* l. 2. pag. 186. *Putsch.* Quod sit necessum scire. *Plaut. Stich.* 1. 3. 46. Foras necessum est, quidquid habeo, vendere. *Id. Mil.* 4. 3. 25. Dicas, uxorem tibi necessum esse ducere. *that you must.* (Adde *Casin.* 2. 5. 36. et *Asin.* 5. 2. 45.) *Lucret.* l. 2. v. 467. nec tamen hæc retineri hamata, necessum. (Adde lib. 4. v. 119. et 1000. et lib. 5. v. 377.) *Liv.* l. 34. c. 5. Necessum est paucis respondere. *Al. leg.* necesse. *Martial.* l. 6. epigr. 57. Tonsorem capiti non est adhibere necessum. ¶ Derivant alii a *ne,* et *cesso,* quia ubi est necesse, minime est cessandum: alii a *nec esse:* alii per aphæresim ab ἀνάγκη.

NECESSĬTAS, atis, f. *necessity, needfulness, force, compulsion, constraint, fate,* ἀνάγκη, vis, qua cogimur aliquid facere, aut omittere, fatum, necessitudo. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 20. Hinc exsistit illa fatalis necessitas, quam εἱμαρμένην dicitis, ut quidquid accidat, id ex æterna veritate, causarumque continuatione fluxisse dicatis. [† *Horat. Carm.* 1. 35. 17. Te semper anteit sæva Necessitas. *ruthless Destiny.*] *Id. Fam.* 4. ep. 9. Ut etiamsi natura tales non sint, necessitate esse cogantur. *Id. ibid.* Tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum. *Id.* 2. *Offic.* c. 16. Veniam necessitati dare. *Id. in Orat.* c. 69. Necessitati servire. *Id. pro Quint.* c. 16. Vi ac necessitate coactus. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 7. *extr.* Nulla necessitate adstrictus. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 11. adductus. *Cic.* 10. *Phil.* c. 1. Necessitatem alicui afferre. *Id.* 4. *Attic.* ep. 5. et *Liv.* l. 21. c. 43. imponere. *Hirt. de B. Alex.* c. 44. injungere. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 34. *sub fin.* Quæ necessitas eum tanta premebat, ut, &c? *Id. pro Mil.* cap. 17. Miloni exeundi non causa solum, sed etiam necessitas fuit. *Id.* 2. *Offic.* c. 21. Necessitas mihi obvenit cujuspiam rei. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 10. Necessitas ingruit. *Hirt. de B. Afric.* c. 79. Ad necessitatem adductus dimicandi. *necessitated, compelled, constrained.* *Tacit.* 3. *Hist.* c. 62. Ex necessitate aliquid facere. *of necessity.* *Liv.* l. 21. c. 43. Ac nescio an majora vincula, majoresque necessitates vobis, quam captivis vestris, fortuna circumdederit. Dextra lævaque duo maria claudunt, &c. ¶ *Extrema,* et *ultima,* et *suprema necessitas* est mors. *Sallust. in orat. Lepidi contra Sull. circa med.* et *Tacit.* 15. *Ann.* c. 61. *extr.* et *Histor.* 1. c. 72. ¶ De summa vi, qua in tormentis quis fateri cogitur. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 57. Clariore exemplo libertina mulier, in tanta necessitate alienos ac prope ignotos protegendo, cum ingenui et viri, et equites R. senatoresque intacti tormentis, charissima suorum quisque pignorum proderent. ¶ Facere de necessitate virtutem, *to make a virtue of necessity,* est apud *Hieronym.* l. 3. *advers. Rufin.* c. 1. et epist. 10. *ad Furiam.* ¶ *Necessitates* sunt res necessariæ, necessaria negotia. *wants, interests.* *Cic. Offic.* l. 1. c. 5. *a med.* Reliquis autem tribus necessitates propositæ sunt ad eas res parandas, quibus actio vitæ continetur. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 89. Id se bellum suscepisse, non suarum necessitatum, sed communis libertatis causa, demonstrat. ¶ Item onera, et impensæ necessariæ et inevitabiles. *necessary charges:* quibus opponuntur largitiones, apud *Tacit.* 1. *Ann.* c. 11. ¶ Item inopia, et indigentia rerum ad vitam necessariarum. *neediness, want.* *Sueton. in Cæs.* c. 68. Famem et ceteras necessitates tantopere tolerabant, ut, &c. *Id. in Tiber.* c. 47. Paucorum Senatorum inopia sustentata, negavit se aliis subventurum, nisi Senatui justas necessitatum causas probassent. *Plin.* l. 5. ep. 19. *sub fin.* Est enim tam parcus et continens, ut non solum delicias, verum etiam necessitates valetudinis frugalitate restringat. ¶ Est etiam *necessitas* vinculum affinitatis, cognationis, amicitiæ, necessitudo. *relation, connexion, acquaintance, intimacy.* *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 24. Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis. *Id. pro Sull.* c. 1. Si nostram accusatione sua necessitatem familiaritatemque violasset. *C. Cæsar* apud *Gell.* l. 13. c. 3. et *Non.* c. 4. n. 323. Equidem mihi videor, pro nostra necessitate, non labore, non opera, non studio defuisse.

NECESSITŪDO, inis, f. *necessity, necessitude,* ἀνάγκη, idem quod necessitas. *Cic. de Invent.* l. 2. c. 57. Puto hanc esse necessitudinem, cui nulla vi resisti potest: quæ neque mutari, neque leniri potest. *Sallust. in Catil.* cap. 61. Necessitudo etiam timidos fortes facit. *Id. in Jug.* c. 52. Coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. *Id. in Catil.* c. 7. In unum omnes convocat, quibus maxuma necessitudo, et plurimum audaciæ. *h. e.* vis aliqua calamitatis, quæ conjurare cogebat. *Tacit. Ann.* 3. c. 64. Juliæ valetudo atrox necessitudinem Principi fecit festinati in Urbem reditus. *Vellei.* l. 2. c. 50. Miserrima necessitudo. Adde *Sisenn.* apud *Non.* c. 4. n. 322. et *Sempron. Asellionem* apud *Gell. in fin.* cap. 3. l. 13. ¶ Frequentius sumitur pro vinculo cognationis, affinitatis, amicitiæ, et familiaritatis. *the tie of relationship, bond of friendship; relation, connexion, acquaintance, intimacy.* *Sallust. in Jug.* c. 82. Etiam antea Jugurthæ filia Bocchi nupserat: verum ea necessitudo apud Numidas levis ducitur. *Cic.* 13. *Fam.* ep. 10. Mos majorum hanc quæsturæ liberorum necessitudini proximam voluit esse. *Id. pro Cluent.* c. 70. Atque etiam nomina necessitudinum, non solum naturæ nomen et jura, mutavit, uxor generi, noverca filii, filiæ pellex. *Brut. ad Cicer.* ep. 6. Ex nostra necessitudine, quæ ad summam benevolentiam pervenit. *Cic. de Amic.* c. 20. Qui sunt in amicitiæ conjunctionisque necessitudine superiores, exæquare se cum inferioribus debent. *et pro Quint.* c. 4. Necessitudo et affinitas. *Id. pro Mur.* c. 3. Familiaritatis, necessitudinisque oblitus. *Id. Fam.* 13. ep. 27. Summa necessitudine, et summa conjunctione adductus. *Quint. Cic. de petit. consul.* c. 7. Aliqua necessitudine adjunctus alicui. *Cic. in Orat.* c. 56. Habere cum quopiam aliquam necessitudinem, aut cognationem. *Id. Fam.* 13. ep. 11. Bonos viros ad necessitudinem suam adjungere. et ep. 19. Recipere aliquem in suam necessitudinem. *et ibid.* necessitudinem sancte colere. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 1. *sub fin.* Summa necessitudine aliquem attingere. *Id.* 6. *Verr.* c. 65. Necessitudinem cum aliquo conjungere. *Sueton. in Aug.* c. 62. Jungi necessitudine alicui. *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 53. Necessitudines parare. *Cic. pro Sext.* cap. 17. Sunt mihi cum illo omnes amicitiæ necessitudines. *Id. Fam.* 13. ep. 39. Cum Familia Titurnia necessitudo mihi intercedit vetus. *Plin.* l. 7. ep. 16. Calestrium Tironem familiarissime diligo, et privatis mihi et publicis necessitudinibus implicitum. ¶ *Necessitudines regni* dicit *Cæsar* vincula tutelæ, atque hospitii, quæ erant Pompeio cum Ægypti rege, l. 3. *B. Civ.* c. 106. ¶ *Necessitudines* sunt etiam ipsi affines, aut amici. *relations, connexions, friends.* *Sueton. in Tiber.* c. 11. *ad fin.* Petiit, ut sibi permitteretur revisere necessitudines, quarum desiderio teneretur. *Id. in Aug.* c. 17. Remisit tamen hosti judicato necessitudines, amicosque omnes. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 59. *extr.* Vitellius, respectu suarum necessitudinum, nihil in Domitianum atrox parabat. *Curt.* l. 4. c. 10. *a med.* Crederes Alexandrum inter suas necessitudines flere. *Festus* in *Rapi.* Rapi simulatur virgo ex gremio matris, aut si ea non est, ex proxima necessitudine, cum ad virum trahitur.

NECESSO, as, a. 1. *to necessitate, compel,* necessitatem affero, cogo. *Venant. Fortun.* l. 2. *de vita Martin.* v. 412. Nam cibus et somnus, nisi quod natura necessat, &c. Cave usurpes.

NECESSUM. V. in *Necesse.*

NECNE, *et* Nec ne, *or not, or no,* an ne, particula interrogativa, dubitativa, quæ secundo loco ponitur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 50. Utrum prœlium committi, ex usu esset, nec ne. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 17. Quæro, potuerit ne Roscius ex societate partem suam petere, nec ne? *Nep. in Eumen.* c. 11. Nondum enim statuerat, eum conservaret, necne. *Terent. Heaut.* 1. 1. 43. Nunc, habeam, nec ne, incertum est. *whether I have it, or not.* *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 14. Aristo dubitat omnino, deus animans, necne sit. *Id.* 2. *Tuscul.* c. 12. *sub fin.* Hoc doce, doleam, necne doleam, nihil interesse. ¶ Pro *an, Horat.* l. 1. sat. 4. v. 45. Idcirco quidam, Comœdia necne poema Esset, quæsivere. *h. e.* an Comœdia esset poema. Subintelligitur tamen: *an Comœdia esset poema, necne.*

NECNON, *et* Nec non, *et* Neque non, *and, also, and also, and besides, likewise,* et, etiam. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 1. Quibus propitiis, neque rubigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent. et lib. 3. c. 2. *a med.* Ibi vidi greges magnos anserum, gallinarum, gruum, pavonum, necnon glirium, piscium, aprorum. *Colum.* lib.

3. cap. 2. Vitis habilis arbori, nec non jugo. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 69. Tunc mihi præcipue (nec non tamen ante) placebas. ¶ Interposito verbo. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 4. Nec hæc non diminuitur scientia. *Cic. pro Mil.* c. 32. Nec vero non eadem ira deorum hanc ejus satellitibus injecit amentiam. *Id.* 4. *Catil.* cap. 2. Neque meam mentem non domum sæpe revocat exanimata uxor. *Id.* 2. *de Orat.* c. 85. Neque tamen illa non ornant, habiti honores, decreta virtutis præmia, &c. ¶ Habet post se, *et*, *etiam*. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 13. *ad fin.* Orcæ in Hispania fervore musti ruptæ, neque non et dolia in Italia. *Colum.* l. 8. c. 15. *a med.* Gratissima est et esca panicum, et milium, nec non hordeum. *Plin.* l. 13. c. 22. Intus granum spissum, letale animalibus: nec non et in folio eadem vis. *Virg.* 1. *Æn.* v. 707. Nec non et Tyrii per limina læta frequentes Convenere. *the Tyrians too as well.* *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *a med.* Laborant propter æstus, aut propter frigora, nec non etiam propter nimium laborem. *Sueton. de Grammat.* c. 23. Nec non etiam poemata faciebat ex tempore. ¶ Servit continuandæ, jungendæque orationi. *Virg.* 2. *Georg.* v. 449. Nec tiliæ leves, aut torno rasile buxum Non formam accipiunt, ferroque cavantur acuto: Nec non et torrentem undam levis innatat alnus Missa Pado. *likewise, in like manner.* *Varr.* l. 1. c. 1. *R. R.* Nec non etiam precor Lympham, et Bonum Eventum. *et sub fin.* l. 2. Neque non quædam Nationes caprarum pellibus sunt vestitæ. *Plin.* l. 29. cap. 1. Nec non et hodie multifariam ab oraculis medicina petitur. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. Neque non præterea.

NECO, as, avi, atum, *frequentius quam* cui, ctum, *to put to death, slay, kill, destroy,* φονεύω, κτείνω, necem affero, occido, interimo: a νέκυς, mortuus: unde et *nex*. Volunt proprie usurpari, cum de morte illata sine vulnere, et ictu sermo est, ut veneno, fame, igne, præfocando, &c. *Festus:* Neci datus proprie dicitur, qui sine vulnere interfectus est, ut veneno, aut fame. *Id.* in *Occisum.* Occisum a necato distingui quidam volunt, quod alterum a cædendo, atque ictu fieri dicunt, alterum sine ictu. *Priscian.* l. 9. pag. 861. hoc discrimen agnoscit in præteritis. Proprie, inquit, *necatus* ferro, *nectus* vero, alia vi peremptus dicitur. Eadem habet *Diomed.* l. 1. pag. 362. Hoc tamen discrimen non est perpetuum. *Justin.* enim *occisum* dicit eum (lib. 17. c. 1.) qui veneno sublatus fuerat. *Ennius* apud *Priscian.* Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis. *Cic. pro leg. Manil.* cap. 5. Legatum populi R. vinculis ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necavit. *Phædr.* l. 4. fab. 18. v. 4. Colubra ut refecta est, necuit hominem protinus. *Suet. in Cæs.* c. 81. Consanguineorum manu necari. *Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 3. Plebem fame necare. *to starve to death.* *Sallust. in Jug.* c. 46. *Petron. in Satyr.* c. 117. et *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 58. Ferro necare aliquem. *Lucret.* l. 6. v. 787. odore tetro. *Ovid. de remed. amor.* v. 421. morsu. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 52. *in fin.* et lib. 7. c. 4. *sub fin.* igni, atque omnibus tormentis. *Plin.* l. 8. c. 37. suspendio. *Sueton. in Ner.* cap. 43. veneno. *Gell.* l. 17. c. 21. securi. *Virg.* 8. *Æn.* v. 488. sanie taboque fluentes Complexu in misero longa sic morte necabat. *Paul. Dig.* l. 25. tit. 3. leg. 4. Necare videtur non tantum is, qui partum præfocat, sed et is, qui abjicit, et alimoniam denegat, et qui exponit. *Plin.* l. 20. c. 7. Venena, quæ strangulando necant. *Id.* l. 27. c. *ult.* Thlaspi menses ciet, sed partus necat. *Ovid.* 1. *Trist.* el. 2. v. 36. Ore necaturas accipiemus aquas. *Plaut. Curcul.* 2. 1. 21. Lien necat, renes dolent, pulmones distrahuntur, cruciatur jecur. ¶ Refertur ad plantas. *Colum.* l. 2. c. 4. Radices herbarum vomere perruptæ necantur. *Plin.* l. 31. c. 4. Salsi imbres necant frumenta. *Id.* l. 16. *c. ult.* et *Laber.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 7. Edera serpens vires arboreas necat. *Plin.* l. 17. c. 12. Necat gramina pinus. ¶ Et ad alia. *Plin.* l. 31. c. 1. Aquæ flammas necant. ¶ Translate *Senec. in Hippol.* v. 454. Quid te coerces, et necas rectam indolem? *stifle, thwart, check.* ¶ A *Plauto Bacch.* 5. 2. 44. adhibetur eo sensu, quo *Id.* dixit *Merc.* 1. 2. 45. Lassitudinem verba tua mihi addunt: enicas. et *Horat.* epod. 14. v. 5. occidis sæpe rogando. ¶ Participia *Necatus*, et *Nectus* V. suis locis. [¶ Particip. *necans, necandus* apud *Ovid.* 2. *Amor.* el. 14. v. 22. Vidissem nullos, matre necante, dies. *Juvenal.* sat. 6. v. 596. Quæ steriles facit, atque homines in ventre necandos Conducit.]

NECOPĪNANS, *rectius quam* Nec opinans, *et* Neque opinans, non opinans, nihil tale cogitans. *not expecting.* *nec* et *neque* pro *non*. *Phædr.* l. 5. fab. 7. v. 7. Dum pegma rapitur, concidit gravi casu Necopinans, et sinistram fregit tibiam. *Cic.* 15. *Fam.* ep. 4. *ante med.* Ariobarzanem præsentibus insidiis necopinantem liberavi. *when he least expected it; little thinking of it.* *Hirt. de B. Alex.* c. 63. Auxilia regis in id castellum, neque opinantibus omnibus, impetum fecerunt. *et de B. Afric.* c. 66. Atque equitibus præmissis, neque opinantes insidiatores levi armatura concidit. *surprised, taken on the sudden, come upon unawares.* *Lucret.* l. 3. v. 972. Imperfecta tibi elapsa est, ingrataque vita, Et necopinanti mors ad caput accidit. *Terent. Heaut.* 1. 2. 12. Ut hanc lætitiam necopinanti primus objicerem domi. *Hirt. de B. Alex.* c. 75. Cæsar neque opinans, imparatusque oppressus.

NECOPĪNĀTO, *rectius quam* Nec opinato, *unexpectedly, suddenly, unawares,* præter exspectationem, de improviso, ἀδοκήτως. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 22. Tum ægritudinem exsistere, si necopinato quid evenerit. *Id.* 2. *Phil.* c. 31. Ut te catamitum, necopinato cum ostendisses, præter spem mulier aspiceret. *Liv.* l. 3. c. 15. Propiusque novum malum necopinato exortum. Al. leg. *nec opinatum.*

NECOPĪNĀTUS, *et* Nec opinatus, a, um, *unexpected, unlooked for, sudden,* non prævisus, non exspectatus, ἀδόκητος. *Cic.* 3. *Offic.* c. 10. Admirantur si perspiciunt necopinata quædam bona. *Liv. sub fin.* l. 26. Necopinato adventu, ac prope furto unius diei urbem interceptam. *Id.* l. 27. c. 33. *sub fin.* In necopinatam fraudem labi. *Id.* lib. 39. c. 49. Vix sibimet ipsis præ necopinato gaudio credentes. et lib. 4. c. 27. *a med.* Locum secretum ab tumultu petit, unde ex necopinato aversum hostem invadat. *Flor.* l. 3. c. 5. *a med.* Italiam necopinatus invadere cogitavit.

NECOPĪNUS, *rectius quam* Nec opinus, a, um, *unexpected, unlooked for,* necopinatus, inopinus. *Ovid.* 1. *Met.* v. 224. Nocte gravem somno necopina perdere morte Me parat. *Phædr.* l. 1. fab. 10. v. 6. ipsum accipiter necopinum rapit. *Stat.* 6. *Theb.* v. 778. necopinum interserit ictum Callidus. *Sil.* l. 14. v. 789. Et struit arcana necopina pericula cura. *Auson. in gratiar. act. ad Gratian.* cap. 12. Tu, indulgentissime Gratiane, ut ad benefaciendum subito es necopinus ingenio, adhuc aliquid invenis. *h. e.* ea excogitans, quæ nemo opinatur.

NEC RECTE. V. *Nec* in fine.

NECROMANTĪA, æ, f. *necromancy,* νεκρομαντεία, divinatio per cadavera, et umbras mortuorum evocatas ad sua cadavera. *Cic. Tuscul.* 1. c. 16. Græcis litteris scripsit. Græca enim est a νεκρὸς, mortuus, et μαντεία, vaticinatio. At Latinis *Lactant.* l. 2. c. 16. et *Plin.* l. 35. c. 11. ubi ait, de Nicia pictore loquens: Opera ejus Nemea, Hyacinthus, Liber pater, Necromantia Homeri. Ubi intelligit eam Odysseæ partem, in qua inducitur Ulysses ad inferos descendens, et cum mortuorum umbris verba faciens. Sunt qui hic leg. *necyomantia*, quod idem est. nam νέκυς idem sonat ac νεκρός. *Necyomantia* inscriptus fuit unus ex Mimis *Laberii*, ut constat ex *Gell.* l. 16. c. 7. et l. 20. c. 6.

NECROTHȲTUS, a, um, *devoted or sacrificed to the shades of the dead,* νεκρόθυτος, umbris inferorum dicatus, oblatus per sacrificium: a νεκρὸς, mortuus, et θύω, sacrifico. *Tertull. de Spectac.* c. 13. Ab idolothytis, et necrothytis voluptatibus abstinere.

NECTAR, aris, n. *nectar,* νέκταρ, potus deorum, ut ambrosia cibus est. Græci promiscue et ambrosiam pro nectare, et nectar pro ambrosia ponunt, ut Anaxandridis, Sapphus, et Alcmanis locis *Athen.* l. 2. c. 2. comprobat. *Cic.* 1. *Tuscul.* cap. 26. Non enim ambrosia deos, aut nectare, aut Juventute pocula ministrante lætari arbitror. *Prudent.* l. 1. *in Symmach.* v. 276. Nectaris ambrosii sacrum potare lyæum. ¶ Per translationem usurpatur pro quovis vino dulciore, et pro ipso etiam melle, aut lacte. *Virg.* 4. *Georg.* v. 164. Et dulci distendunt nectare cellas. *honey.* *Stat.* l. 2. silv. 2. v. 99. Bacchæum nectar. *Ovid.* 15. *Met.* v. 116. Quid meruistis oves, &c. pleno quæ fertis in ubere nectar? *milk.* Sic *Martial.* l. 13. epigr. 47. Picentina Ceres niveo sic nectare crescit. *h. e.* panis ex alica agri Picentini, qui lacte mulso madefactus commendabatur in cibo, ut *Plin.* docet cap. 11. l. 18. ¶ *Lucret.* de grato odore l. 2. v. 847. nectar qui naribus halant. [† ¶ *Pers. in Prolog.* de poetico melle, *h. e.* carmine. V. *Melos.*]

NECTAREUS, a, um, *sweet as nectar, nectared, nectareous, nectarine,* νεκτάρεος, nectaris saporem, vel odorem habens. *Ovid. Met.* 7. v. 707. Nectareis quod alatur aquis. *Martial.* l. 13. epigr. 108. Falernum nectareum. *Claudian. de nupt. Honor. et Mar.* v. 209. pars nectareis aspergite tecta Fontibus. *Est qui legit* Floribus. ¶ Translate est suavissimus. *Apul.* l. 2. *Metam.* Occursantis linguæ illisu nectareo. et lib. 5. Nectareum vinum. ¶ Legitur et *nectarius.* ¶ *Necturea* est herba, aliis nominibus helenion, medica, symphyton, &c. ex qua conditur vinum, quod *nectarites* appellatur, radice ponderis XL. in sextarios sex musti addita in linteo. *elecampane.* *Plin.* l. 14. c. 16. *a med.*

NECTARĪTES. V. in voce præced.

NECTO, is, xui, et xi, xum, a. 3. *to tie or link together, tie in a knot, knit, bind, tie, join, or fasten together, connect,* πλέκω, simul ligo, jungo, plecto, innecto, circumdo, cingo. *Virg. Ecl.* 8. v. 77. Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores. *In commentar. sacror.* apud *Fest.* Pontifex minor ex stramentis napuras nectito. *h. e.* funiculos facito. *Horat.* l. 1. od. 29. v. 4. horribilique Medo Nectis catenas. et od. 26. v. 7. apricos necte flores, Necte meo Lamiæ coronam. *knit, weave.* *Ovid.* 6. *Fast.* v. 329. Hi ludunt, hos somnus habet, pars brachia nectit, Et viridem celeri ter pede pulsat humum. *h. e.* ut ait *Stat.* l. 1. *Achill.* v. 319. simulare choros, et brachia ludo nectere. *Horat.* l. 1. ep. 19. v. 31. nectere cuipiam laqueum. *Virg.* l. 4. *Æn.* v. 239. talaria pedibus. *Plin.* l. 9. ep. 28. *a med.* alicui compedes. *Martial.* l. 14. epigr. 206. vinculum collo, *Id.* l. 7. epigr. 88. comas sertis. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 2. v. 23. comam myrto. *Val. Flacc.* l. 5. v. 79. cornua vitta. et lib. 6. v. 297. tempora ramo. *Sallust. in fragm.* apud *Non.* c. 18 n. 14. ex viminibus vasa agrestia. *Propert.* l. 4. el. 3. v. 48. Africus in glaciem frigore nectit aquas. *freezes.* *Senec. in Herc. Œt.* v. 1098. nectere stamina colo. *Propert.* l. 3. el. 6. v. 37. nostro nexisti retia lecto. (Ita legit etiam *Diomed.* l. 1. pag. 366. *Putsch.* item *Priscian.* l. 10. pag. 903. *Lucil. ibid.* Et cum id mihi visus est facere, tum retia nexit.) *Al. leg.* tendisti. *Sallust. in fragm. ibid.* Nexuit catenæ modo. *Virg.* 5. *Æn.* v. 309. flavaque caput nectentur oliva. *they shall be crowned.* ¶ Pro simplici *ligo, as,* *Liv.* l. 8. c. 28. *extr.* Ita nexi soluti: cautumque in posterum, ne necterentur. ¶ Translate *Cic.* 1. *de Legib.* c. 19. *extr.* Videtis ne, quanta series rerum sententiarumque sit, atque ut ex alio alia nectantur? *hang or depend upon.* *Id. in Top.* c. 15. Ex hoc genere causarum ex æternitate pendentium fatum a Stoicis nectitur. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 30. Numeris verba nectere. *to write poetry.* Sic *Stat.* l. 2. silv. 2. v. 115. nectere carmina. *Senec. in Œdip.* v. 92. Sphynx nectens verba cæcis modis. *involving, enveloping, perplexing.* et *Ovid.* l. 2. *Amor.* el. 2. v. 35. jurgia cum aliquo. *to chide, reprove, rebuke.* et *Liv.* l. 27. c. 28. dolum. *to contrive, hatch.* Sic *Senec. in Troad.* v. 523. pectore astus callidos. et vers. 928. scelera. *Valer. Max.* l. 3. c. ult. n. 5. *extern.* insidias. *Sil.* l. 6. v. 326. fraudem. *Virg.* 9. *Æn.* v. 219. causas inanes. *to frame idle excuses.* et *Val. Flacc.* l. 3. v. 374. *Senec.* l. 3. *de Ira*, c. 39. *Tacit. Ann.* 12. c. 14. et *Senec. alter in Herc. Œt.* v. 10. moras. *to contrive or cause delay.* et vers. 367. choros. *to join hands in the dance,* brachia invicem nectendo saltare. *Val. Flacc.* l. 3. v. 593. fœdera. *to make a treaty.* Et absolute *Stat. Theb.* 8. v. 637. Talia nectebant. *h. e.* colloquebantur.

NECTUS, a, um, particip. a *neco, as,* pro *necatus* agnoscitur a *Diomed.* l. 1. pag. 362. *Putsch.* et *Priscian.* l. 9. pag. 861. cum eo discrimine, de quo in *Neco* dictum est. Quidam legunt etiam apud *Cicer.* l. 3. *de Legib.* c. 10. Quin per ipsum Ti. Gracchum non solum nectus, sed etiam sublatus intercessor fuerat. Sed alii aliter. Locus est enim varie vexatus. Idem dic de loco altero *Sereni Sammon.* apud quem nonnulli leg. cap. 33. v. 627. Pulegio admixto venit embryo nectus aceto. *Alii repon.* Pulegii quoque purgati tunc convenit imber. *Morgagnus* priorem versum retinere videtur.

NECŬBI, *lest any where, nowhere,* ne in aliquo loco. Est a *ne*, et *alicubi*, non a *nec*, et *ubi*. Quare producit primam. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 2. *ad fin.* Itaque faciunt lapide strata, ut urina necubi in stabulo consistat. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 35. Dispositis exploratoribus, necubi Romani copias transducerent. *Liv.* l. 22. c. 2. Hispanos et Afros necubi consistere coactis necessaria ad usus deessent, primos ire jussit. *Colum.* l. 2. c. 18. Grumos dissipabimus, ita ut necubi ferramentum fœnisecæ possit offendere. *Lucan.* l. 9. v. 1058. Scilicet hoc animo terras, atque æquora lustras, Necubi suppressus pereat gener?

NECUNDE, *lest from any place,* ne alicunde. *Liv.* l. 22. c. 23. *extr.* Circumspectans, necunde impetus in frumentatores fieret. *Id.* l. 28. c. 1. *extr.* Signa quam maxime ad lævam jubebat ferri, necunde ab stationibus Punicis conspiceretur.

NECUNQUEM, nec unquam quenquam. *Fest.*

NECYDĂLUS, i, m. νεκύδαλος, genus vermiculi, de quo *Plin.* l. 11. c. 22. E grandiore vermiculo, gemina protendente sui generis cornua, primum eruca fit, deinde quod vocatur bombylius, ex eo necydalus, ex hoc in sex mensibus bombyx. [† V. *Bombyx.*]

NECYOMANTĪA. V. *Necromantia.*

NEDUM, *much less; not to say; not only,* οὐχ' ὅσον, οὐχ' ὡς, non solum, non modo, multo minus. Fere autem subjicitur, et servit parti deteriori, præcedente negatione vel expressa, vel tacita. Expressa, ut *Cic. pro Cluent.* c. 35. Optimis temporibus nec P. Popillius, nec Q. Metellus vim tribuniciam sustinere potuerunt, nedum his temporibus, his moribus, sine vestra sapientia salvi esse possimus. *Terent. Heaut.* 3. 1. 43. Satrapes si siet amator, nunquam sufferre ejus sumptus queat; nedum tu ponis. *Liv.* l. 3. c. 14. *sub fin.* Nec voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret. [† *Cic. Att.* 10. 16. Tu quoniam quartana cares, et nedum morbum removisti, sed etiam gravedinem. *h. e.* non modo, non solum.] ¶ Tacita, ut *Cic. Fam.* 16. ep. 8. Vix in ipsis tectis frigus vitatur; nedum in mari, et in via sit facile abesse ab injuria temporis. *Liv.* l. 24. c. 4. Puer vix dum libertatem, nedum dominationem modice laturus. *Id.* l. 6. c. 7. Ægre inermem tantam multitudinem, nedum armatam, sustineri posse. ¶ Tacitam negationem continent illa quoque *Cicer. Fam.* 7. ep. 28. Erat enim multo domicilium hujus urbis aptius humanitati tuæ, quam tota Peloponnesus, nedum Patræ. *Liv.* l. 9. c. 18. Adulationes etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus. *Id.* l. 7. c. 40. Quintius, quem armorum etiam pro patria satietas teneret, nedum adversus patriam. *Sueton. in Claud.* c. 40. *in fi.* Multaque talia, etiam privatis deformia, nedum principi. *Propert.* l. 1. el. 9. v. 31. Illis et silices, et possunt cedere quercus; Nedum tu possis, spiritus iste levis. *Horat. in ar. Poet.* v. 68. mortalia facta peribunt, Nedum sermonum stet honos, et gratia vivax. ¶ Interdum tacita illa negatio, non quidem in verbis est, sed in rebus, cum scilicet prius membrum posteriori aliquo modo contrarium est. Hac ratione habet interdum eam vim, quam *multo magis, much more.* *Liv.* l. 45. c. 29. Insueta omnia oculis

auribusque, quæ vel socios, nedum hostes victos terrere possent. *Id.* l. 26. c. 26. *extr.* Consules bellicosi, qui vel in pace tranquilla bellum excitare possent, nedum in bello respirare civitatem forent passuri. *Val. Max.* l. 3. c. 2. n. 26. *extr.* Ornamenta etiam legioni, nedum militi, satis multa. *Senec.* ep. 99. Mehercules satis mihi jam videbaris animi habere etiam adversus solida mala, nedum ad istas umbras malorum, quibus ingemiscunt homines moris causa. *Quintil.* l. 12. c. 1. Concedant mihi omnes oportet, facturum aliquando bonum virum, ut mendacium dicat, et quidem nonnunquam levioribus causis, uti pueris ægrotantibus, utilitatis eorum gratia, multa non facturi promittimus; nedum si ab homine occidendo grassator avertendus sit, aut hostis pro salute patriæ fallendus. ¶ Raro ponitur priore loco, ut *non solum. Balb. et Opp. ad Cicer. post* epist. 8. l. 9. *ad Attic.* Nedum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate, a plerisque probari solent.

NEFANDE, nefarie, ἀῤῥήτως. *Sallust. in fragm.* apud *Priscian.* l. 14. pag. 993. *Putsch.* Ubi multa nefande ausi atque passi.

NEFANDUS, a, um, *not to be named or mentioned, impious, base, heinous, execrable, abominable, unjust, wicked,* ἄῤῥητος, qui non est fandus, nefarius, infandus. *Cic. de Harusp. resp.* c. 20. Per nefandum scelus. *Virgil. Æn.* 1. v. 547. At sperate deos memores fandi atque nefandi. *Justin.* l. 16. c. 4. Nefandissima quæque tyrannicæ crudelitatis exercuit. *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) *sub fin.* Nefandi homines. *Cic. ad Brut.* ep. 6. *a med.* Nefanda arma. *Plin.* l. 28. c. 1. *sub fin.* Etiam cum obscenus vixeris, aut nefandus. *Quintil.* declam. 18. c. 11. Nefandissime senex. *Justin.* l. 18. *c. ult.* Nefandissimum caput.

NEFANS, antis, idem ac nefandus, apud Vet. *Lucil.* apud *Non.* c. 8. n. 47. Tantalu', qui pœnas ob facta nefantia luvit. Adde *Varron. ibid.*

NEFARIE, *impiously, wickedly, heinously,* ἀνοσίως, nefande, scelerate, impie. *Cic. Verr.* 2. cap. 13. Quæ in rebus judicandis nefarie flagitioseque facta sunt. *et Verr.* 3. c. 2. *extrem.* Impie nefarieque committere aliquid. *et in divin. Verr.* c. 12. Quæ ille libidinose, quæ nefarie, quæ crudeliter fecerit. *Id.* 2. *Catil.* c. 1. Pestem patriæ nefarie moliri. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 11. Pater occisus nefarie. *Hirt. de B. Afric.* c. 44. Cives et optimum quemque nefarie consectari.

NEFARIUS, a, um, *wicked, impious, base, heinous, enormous, villainous, abominable, execrable, nefarious,* ἄῤῥητος, ἀνόσιος, ἀθέμιστος, nefandus, sceleratus, impius, pessimus: a *ne,* et *fari,* quod de eo ne fari quidem decet. *Varr.* apud *Non.* c. 1. n. 290. ducit a *far,* quo scelerati viri uti non debent: unde significatur, quod qui indigni sunt qui vivant, nefarii vocantur. *Ascon.* quoque *in Verr.* 3. c. 2. indidem trahit, et sacrilegum proprie esse docet, quasi sacra polluentem, in quibus far adhibetur. *Cic.* 2. *Offic.* c. 14. Homo nefarius et impius. *Id. pro Sull.* c. 9. *sub fin.* Voluntates consceleratæ ac nefariæ. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 13. Scelestum ac nefarium facinus. *Id.* 2. *Offic.* c. 8. Multa commemorare nefaria in socios. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 32. Nefario scelere se obstringere. *Id.* l. 7. *B. Gall.* c. 77. Singularis et nefaria crudelitas. *Horat. in ar. Poet.* v. 186. Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus. *Quintil.* l. 8. c. 3. *a med.* Nec parricidam, nequam dixeris hominem, nec deditum forte meretrici, nefarium: quod alterum parum, alterum nimium est. [¶ *Nefarium* substantive positum pro nefario scelere. *Liv.* l. 9. c. 34. Nisi universam rempublicam eo nefario obstrinxeris, quod ominari etiam reformidat animus.]

NEFAS, n. indeclinab. *what is not lawful; an unlawful thing or action,* ἀθέμιστον, quod non est fas. *Cic. in fi. ep. ult.* l. 15. *Fam.* Officia tua, quæ cum tibi liceat, mihi nefas est oblivisci. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 22. Mercurius, quem Ægyptii nefas habent nominare. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 40. *extr.* Quibus nefas more Gallorum est, etiam in extrema fortuna deserere patronos. *Nep. in Epamin.* c. 7. Patriæ irasci nefas esse ducebat. *Virg.* 6. *Æn.* v. 391. Corpora viva nefas Stygia vectare carina. *Cic. pro Mil.* c. 27. Eum, cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine. *Id. de Senect.* c. 5. Nefas est dictu, miseram fuisse talem senectutem. ¶ Scelus, nefandum facinus. *an impious crime, wicked deed, horrid wickedness; impiety, wickedness, villainy. Juvenal.* sat. 13. v. 54. Credebant hoc grande nefas, et morte piandum, Si, &c. *Virg.* 2. *Æn.* v. 184. nefas triste piare. et lib. 4. v. 563. Illa dolos, dirumque nefas in pectore versat, Certa mori. et lib. 6. v. 624. Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti. *Horat.* l. 4. od. 5. v. 22. Lex maculosum edomuit nefas. *h. e.* adulteria compescuit. *Justin.* l. 24. c. 3. Magnum nefas contrahere. *Ovid. Met.* 6. v. 613. in omne nefas ego me, germana, paravi. ¶ Aliquando interseritur sermoni, more interjectionis, ut *malum, indignum. O! horrid, shocking! shameful! Virg. Æn.* 10. v. 673. Quosne (nefas!) omnes infanda in morte reliqui? et lib. 8. v. 688. sequiturque (nefas!) Ægyptia conjux. *shameful to relate!* Sic *Horat.* l. 3. od. 24. v. 30. quatenus (heu nefas!) Virtutem incolumem odimus, &c. et lib. 4. od. 6. v. 17. heu nefas, heu! ¶ *Fas et nefas,* æquum et iniquum, jus et injuria. *Virg.* 1. *Georg.* v. 505. ubi fas versum, atque nefas. V. *Fas.* ¶ *Per fas, et nefas,* quacumque ratione sive æqua, sive iniqua. *right or wrong, in every possible way. Liv.* l. 6. c. 14. *a med.* Id vero ita accendit animos, ut per omne fas ac nefas secuturi vindicem libertatis viderentur. ¶ *Nefas est,* pro Fieri non potest. *it is impossible. Horat.* l. 1. od. 24. *in fin.* levius fit patientia Quidquid corrigere est nefas. ¶ *Nefas* pro homine nefario. *a wicked person. Virg.* 2. *Æn.* v. 585. Exstinxisse nefas tamen, et sumpsisse merentis Laudabor pœnas. *h. e.* Helenam, exitium Trojæ. ¶ Et pro monstro, prodigio, re insolita inauditaque. *Virg.* 7. *Æn.* v. 73. Lavinia virgo Visa (nefas!) longis comprendere crinibus ignem. *monstrous! strange! prodigious!* et *Stat. in fi.* l. 6. *Theb.* penitus latet exitus ingens, Monstratumque nefas. Adde vers. 498.

NEFASTUS, a, um, cum voce *dies* junctum dicitur de iis diebus, qui dies *fasti* non sunt, h. e. in quibus non licebat Prætori jus publice dicere, tria illa solemnia verba usurpando, *do, dico, addico. days on which it was not lawful to administer justice, or hold assemblies of the people.* V. *Fastus, a, um.* Ne magistratus quidem licebat his diebus cum populo agere. *Liv. in fin.* cap. 19. l. 1. *de Numa.* Ille nefastos dies, fastosque fecit, quia aliquando nihil cum populo agi, utile futurum erat. ¶ Est item nefarius, nefandus, iniquus, impius, sceleratus. *wicked, profane, nefarious, execrable. Horat.* l. 1. od. 35. v. 36. quid intactum nefasti Liquimus? unde manum juventus Metu deorum continuit? *Plin.* l. 4. c. 11. *a med.* Arx regum Thraciæ, a Terei nefasto crimine invisa hirundinibus. *Cic.* l. 2. *de Legib.* c. 8. *extr.* Quæ augur injusta, nefasta, vitiosa, dira defixerit, irrita, infectaque sunto. *Plin.* l. 14. c. 19. Prohibare diis nefastum habetur vina vitis fulmine tactæ. *h. e.* nefas habetur. *Id.* l. 20. cap. 11. Apium inter nefastos frutices damnare. *h. e.* infelices, noxios. *Liv.* l. 6. cap. 28. *sub fin.* Ne qua terra sit nefasta victoriæ suæ. *h. e.* inauspicata, tristis, mali ominis. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 273. Arcades hic tua (nec pudor est?) delubra nefastis Imposuere locis. *h. e.* consceleratis, inauspicatis. *profane, inauspicious.* Sic lib. 4. v. 456. Acheron nefastus. et vers. 630. Sacra nefasta. *Senec. in Œdip.* v. 1027. Morere, et nefastum spiritum ferro exige. *thy infamous life.* ¶ *Nefastus dies* interdum est religione contactus, ominosus, funestus, ater. *boding, ill-omened, ominous, unlucky, inauspicious.* ea ratione, qua *nefasta loca,* et *nefastam terram* dixere *Stat.* et *Liv.* Et quidem *Gell.* l. 4. c. 9. et lib. 5. c. 17. multitudinem ait imperitorum prave, et perperam religiosos dies appellare *nefastos:* fortasse quia crediderit ad Prætorem respicere jus dicentem. *Horat.* l. 2. od. 13. Ille et nefasto te posuit die, &c. *Sueton. in Tiber.* c. 53. Cum diem quoque natalem ejus inter nefastos referendum suasisset.

NEFRENDES, dicebantur, ut *Ateius Capito* scripsit, infantes nondum frendentes, idest frangentes, vel, ut Q. *Mutius Scævola,* arietes, vel (ut *Varro* l. 2. *R. R.* c. 4.) porci, primo illo tempore, postquam a lacte amoti sunt: *barrow-pigs, weaned pigs:* a *ne,* et *frendens,* idest sonum edens dentibus collisis, et metonymice frangens dentibus, quia nondum solidum cibum, ut fabam, frendere, seu frangere possunt. Alii dicunt, *nefrendes* renes esse, alii testiculos, quos Lanuvini appellant nebrundines, Græci νεφροὺς, Prænestini nefrones. Hæc *Festus.* ¶ In sing. numero *Liv.* apud *Fest.* Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem. [¶ *Fulgent. de prisc. serm.* n. 5. Cœperunt efferre porcum castratum, quem nefrendem vocabant, quasi sine νέφροῖς, id est renibus.]

NEFRŌNES. } V. *Nebrundines.*
NEFRUNDĪNES. }

NEGABUNDUS. V. *Negibundus.*

NEGANS, antis, particip. a *nego,* seu nomen ex participio. *Cic. in Top.* c. 11. Sunt etiam valde contraria alia, quæ appellantur negantia. ea ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus, ut Si hoc est, illud non est. *negative forms of speech. Caius Dig. lib. ult. tit. pænult.* leg. 237. Duobus negantibus verbis quasi permittit lex magis, quam prohibet. *Torrentin.* habet *negativis.*

NEGANTĬA, æ, f. idem ac negatio. *Cic. in Top.* c. 14. Deinde addunt conjunctionum negantiam, sic: Non et hoc, et illud: hoc autem: non igitur illud.

NEGATĬO, onis, f. *a denying, denial; a negation or negative form of speech,* ἄρνησις, ἀπόφασις, inficiatio, et est magis facti, vel dicti, quam petitionis, vel postulationis. *Cic. in Partition.* c. 29. Negatio, inficiatioque facti. *Id. pro Sull.* cap. 13. *sub fin.* Eandem vim esse negationis hujus. ¶ Metonymice accipitur pro particula negativa, *non, nec, nemo,* &c. *a negative. Apul. de doctr. Plat.* l. 3. Propositio si assumat in principio negativam particulam, &c. si ei negatio præponatur, &c.

NEGATĪVUS, a, um, *negative,* ἀρνητικὸς, negans. *Apul.* l. 3. *de doctr. Platon.* Negativa particula. V. *Negans,* et *Negatorius.* ¶ Duæ negativæ particulæ simul positæ affirmant. *Cic. pro Planc.* c. 9. Nemo Arpinas non Plancio studuit. ¶ Interdum magis negant. *Varr.* apud *Non.* c. 12. n. 54. Quorum a rege munera eorum voluerit nemo accipere. *Id. ibid.* n. 46. Me omnino omnes heroas negat nescisse. [† Sed V. *Nego* ad fi.]

NEGĀTOR, oris, m. qui negat. *a denier. Tertull. advers. hæret.* cap. 11. Fidem meam deserens, negator invenior. *Prudent. cathemer.* 1. v. 57. Flevit negator denique. *Sidon. in carm. l. ult. ep. ult. ad fin.* Negator Jovis ac Minervæ.

NEGATORIUS, a, um, *negative,* ad negandum inserviens, negativus, ut Negatoria actio, qua libertatem prædiorum defendimus, negantes, aliquam ab his servitutem deberi. *Ulpian. Dig.* lib. 7. tit. 6. leg. 5. Quamquam actio negatoria domino competit adversus fructuarium. *Torrentin.* habet *negativa.* et *ibid. sub fin.* Si negatoria actione utatur. Adde lib. 8. tit. 5. leg. 2. et 4. Hujus actionis formulas habes *ibid.* leg. 8. 13. et 14.

NEGĀTRIX, icis, f. quæ negat. *Prudent. in Apotheos.* v. 617. Christum confessa triumphat Gens infida prius, Christi sed victa negatrix Subditur imperio. *Tertull. de Idolol.* c. 23. *extr.* Litteræ negatrices.

NEGĀTUS, a, um, *denied,* ἀποφαθεὶς, particip. a *negor. Ovid.* 3. *Amor.* el. 4. v. 17. Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata. *Pers. in prol.* v. 10. Magister artis, ingeniique largitor Venter, negatas artifex sequi voces. *h. e.* quas natura negavit.

NEGIBUNDUM (pro *negabundum*) negantem dixit *Cato* apud *Fest.*

NEGĬTO, as, a. 1. frequent. a nego. *to deny often or strongly, persist in denying. Plaut. Merc. prol.* v. 50. Negitare adeo me natum suum. *Lucret.* l. 4. v. 911. Ne fieri negites, quæ dicam, posse. *Sallust. in Jug.* c. 119. Rex primum negitare.

NEGLECTE, *negligently, carelessly,* negligenter. *Hieronym.* ep. 25. *ad Paulam de obitu Blæsill. sub init.* Neglectius incedebat. *h. e.* cultu ornatuque contempto.

NEGLECTIM, neglecte. *In vet. epigr.* apud *Jos. Scalig.* l. 2. *Catalect.* pag. 208. quod *C. Petronio* tribuitur. Non amo, neglectim quæ se mihi comit amica.

NEGLECTĬO, onis, f. *a neglecting, neglect, neglection,* idem ac neglectus. *Cic. pro Mur.* c. 4. Neglectio amicorum improbitatem coarguit.

NEGLECTOR, oris, m. *a neglecter,* qui negligit. *Augustin.* serm. 45. *de divers. circa med.* cap. 9. Non neglector, sed effector præceptorum Dei.

NEGLECTUS, us, m. *neglect, negligence,* neglectio, negligentia. *Plin.* l. 7. c. 51. Signa letalia, fimbriarum curam, et stragulæ vestis plicaturas, a somno moventium neglectum, præfandi humoris e corpore effluvium. *Terent. Heaut.* 2. 3. 116. Hæc res neutiquam neglectui est mihi. Al. leg. *neglectu.*

NEGLECTUS, a, um, *neglected, disregarded, slighted, not heeded, scorned, despised,* καταφρονούμενος, ὀλιγωρηθεὶς, non curatus, desertus, contemptus. *Cic.* 3. *de Fin.* c. 20. Minime autem convenit, cum ipsi inter nos abjecti neglectique simus, postulare, ut diis immortalibus cari simus. *Liv.* l. 28. c. 1. *ad fin.* Castra soluta neglectaque, ut barbarorum, et tironum, et minus timentium, quod in sua terra essent. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 16. Neglecta religio. *Phædr.* l. 4. fab. 4. v. 20. Neglectum jus. *Horat.* l. 3. od. 6. v. 7. Dii multa neglecti dederunt Hesperiæ mala luctuosæ. *Id.* l. 1. sat. 3. v. 37. Neglectis urenda filix innascitur agris. *Senec. in Agam.* v. 424. Neglecta summas scuta per puppes jacent. *h. e.* a militibus deposita et abjecta. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 153. Et neglecta decet multas coma. *not trimmed or dressed, loose.* Sic lib. 1. v. 509. Forma viros neglecta decet. et lib. 3. v. 105. Cura dabit faciem: facies neglecta peribit. *Stat.* 7. *Theb.* v. 164. Scilicet e cunctis ego neglectissima natis Progenies. *Lucan.* l. 10. v. 176. O sacris devote senex, quodque arguit ætas, Non neglecte deis. ¶ Pro negligenti. *negligent, heedless. Cic. post redit. in Sen.* cap. 6. Cum hoc homine, an cum stipite Æthiope, si in foro constitisses, nihil crederes interesse. sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum, inhumanum, neglectum. Al. leg. *negotium.*

NEGLĪGENS, *et* Neglegens, entis, *negligent, careless, heedless, reckless, inattentive, neglectful, thoughtless,* ἀμελὴς, ὀλίγωρος, non curans, incuriosus, socors, indormiens, indiligens. *Festus:* Neglegens dictus est non legens, neque dilectum habens, quid facere debeat, omissa ratione officii sui. *Cic. de clar. Orat.* c. 68. Socors negligensque natura. *Id.* 7. *Attic.* ep. 20. Improvidi et negligentes duces. *Id.* 5. *Verr.* c. 69. *ad fin.* Negligens ac dissolutus. et cap. 62. Legum, officii, reipubl. sociorum, atque amicorum negligentior. *Id. de Amic.* c. 17. In amicis eligendis negligentes esse. *Id. Fam.* 13. ep. 2. *sub fin.* Non te in me liberalem, sed me in se negligentem putabit. *Justin.* l. 32. c. 3. Non negligentior tantum in patrem, verum etiam contumacior erat. *Sueton. in Aug.* c. 79. Forma fuit eximia, quamquam et omnis lenocinii negligens, et in capite comendo tam incuriosus, ut, &c. *Plaut. Mostell.* 1. 2. 60. Postilla med obtegere neglegens fui. *Suet. in Tiber.* cap. 69. Circa deos ac religiones negligentior. *Pacat. in Paneg. Theodos.* c. 31. Ille quondam domus tuæ negligentissimus vernula. ¶ De eo, qui in re sua servanda minime diligens est, *Catull.* carm. 12. v. 3. *de furt.* Tollis lintea negligentiorum. et carm. 19. v. 20. Vicinus prope dives est, negligensque Priapus: inde sumite. *Plin.* l. 14. ep. 13. *a med.* Nam qui fortasse de alieno negligentes, certe de suo

diligentes erunt. ¶ Profusus, prodigus. *prodigal, lavish, profuse.* *Cic. Fam.* 3. ep. 8. *circa med.* Non potui in illo sumptu non necessario negligens esse. *Sueton. in Galb.* c. 14. Modo acerbior parciorque, modo remissior ac negligentior. ¶ Oscitans, et incautus in loquendo. *Catull. in fin.* carm. 10. Sed tu insulsa male, et molesta vivis, Per quam non licet esse negligentem. ¶ Passive *Petron. in Satyr.* cap. 128. Quid est? numquid te osculum meum offendit? numquid spiritus jejunio macer? numquid alarum negligens sudor? *h. e.* ex neglecto corporis cultu proveniens. Simile est illud *Quintil.* lib. 11. c. 3. *post med.* Cum vero magna pars est exhausta orationis, pæne omnia decent, sudor ipse et fatigatio, et negligentior amictus, et soluta ac veluti labens undique toga.

NEGLIGENTER, *negligently, carelessly, heedlessly,* ἀμελῶς, non curando, indiligenter, incuriose. *Phædr.* l. 4. fab. 1. v. 12. Mustela involvit se farina, et obscuro loco Abjecit negligenter. *squatted down.* sic Temere *Horat.* l. 2. od. 11. v. 14. dixit. *Tacit. de Germ.* c. 17. Gerunt et ferarum pelles, proximi ripæ negligenter, ulteriores exquisitius. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 2. Negligenter scribere adversaria, et diligenter conficere tabulas. *Id. pro Cæcin.* c. 26. Negligentius adservare aliquid. *Hirt. de B. Afric.* c. 18. Languide negligenterque tela mittere. *Senec.* ep. 63. *circa med.* Negligentissime amicos habere. *Sueton. de Grammat.* c. 9. Librum etiam edidit continentem querelas de injuriis, quas professores negligenter ab ambitione parentum acciperent. *through their recklessness and good nature.* Al. leg. *negligentia, et ambitione,* h. e. ex contemptu. ¶ Legitur et *neglegenter.*

NEGLIGENTĬA, *et* Neglegentia, æ, f. *negligence, neglect, carelessness, heedlessness, recklessness, supineness, inactivity,* ἀμέλεια, incuria, socordia, indiligentia, pigritia. *Cic.* 1. *Offic.* c. 9. Aut negligentia, pigritia, inertia, aut suis studiis occupationibusve sic impediuntur, ut, &c. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 21. Operæ pretium erat negligentiam ejus in accusando considerare. *Id.* 1. *Offic.* c. 36. Adhibenda est præterea munditia non odiosa, neque exquisita nimis: tantum quæ fugiat agrestem et inhumanam negligentiam. *Id. Attic.* l. 1. ep. 6. Accusare quempiam de litterarum negligentia. *h. e.* quod raro scribat. *Id. Attic.* l. 8. ep. 11. *ad fin.* Epistolarum duarum, quas ad me misit, negligentiam, meamque in rescribendo diligentiam volui tibi notam esse. *h. e.* brevitatem, languorem, et quasi frigus. *Id. in Orat.* c. 23. *ad fin.* Quædam etiam negligentia est diligens. nam ut mulieres esse dicuntur nonnullæ inornatæ, quas id ipsum deceat; sic hæc subtilis oratio etiam incompta delectat. *Terent. Phorm.* 5. 8. 27. Nam neque negligentia tua, neque odio id fecit tuo. *h. e.* quod te negligeret, parvi faceret, posthaberet.

NEGLĬGO, *et* Neglego, is, exi, ectum, a. 3. *to neglect, disregard, not heed, slight, make light of, take no notice of, not care for or regard, pass over, disesteem, scorn, contemn,* ἀμελέω, ὀλιγωρέω, non curo, prætermitto, contemno: a *nec* non, et *lego* eligo. *Cic. Fam.* 14. ep. 4. Qui periculum fortunarum, et capitis sui pro mea salute neglexit. *Id. Verr.* 5. c. 62. Dissimulare et negligere aliquid. *Id. pro Cluent.* c. 47. Quippiam prætermittere et negligere. *Senec. de vita beata,* c. 27. *a med.* Negligere pecuniam. *Nep. in Themist.* c. 1. rem familiarem. *Propert.* l. 2. el. 13. v. 48. preces aure surda. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 7. imperium alicujus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 38. mandatum. *Id. in Vatin.* c. 2. legem. *Id. pro Quint.* c. 30. minas. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 36. injurias. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 45. vim. *h. e.* contemnere, non timere. *Terent. Adelph.* 4. 3. 16. Propter suam impotentiam se semper credunt negligi. *h. e.* contemni. ¶ Cum infinito *Cic.* 3. *Phil.* c. 8. Diem edicti obire neglexit. *Id. in Orat.* c. 23. Verba verbis quasi coagmentare negligat. *Tibull.* l. 2. el. 3. v. 50. Claudit et indomitum moles mare, lentus ut intra Negligat hibernas piscis adesse minas. *care not, heed not, be not afraid.* (Sic *Pallad.* l. 1. c. 34. Altius tribus pedibus fodies hortulum, qui sic cultus negligat siccitates.) *Horat.* l. 1. od. 28. v. 30. Negligis immeritis nocituram Postmodo te natis fraudem committere? *h. e.* parvi pendis, nihil vereris? *do you count it nothing? have you no scruple or fear?* Eodem modo loquitur *Catull.* carm. 30. *in Alphen.* v. 5. Rursus *Horat.* l. 3. od. 8. v. 25. Negligens, ne qua populus laboret, Parce privatus nimium cavere. *h. e.* cum minime sis sollicitus, cum sis securus, nihilque timeas, ne, &c. *Anton. in epist. ad Hirt.* apud *Cicer. Phil.* 13. c. 16. Theopompum confugere Alexandriam neglexistis. *h. e.* parvi fecistis, non laborastis, et quasi permisistis. ¶ *Neglegi* pro *neglexi.* *Æmil. Macer* apud *Diomed.* l. 1. pag. 366. *Putsch.* et *Priscian.* l. 10. pag. 895. Omnium nostrum negligerit auctoritatem. [¶ Particip. *neglecturus, negligendus* apud *Cæs. de B. Gall.* l. 1. c. 36. Quod sibi Cæsar denuntiaret, se Æduorum injurias non neglecturum. et l. 5. c. 28. Etsi ab hoste ea dicebantur, non tamen negligenda existimabant.]

NEGO, as, avi, atum, a. 1. *to say no or not, deny, refuse,* ἀρνέω, [† ἀρνέομαι,] ἀπόφημι, renuo, abnuo, inficior, recuso: a *ne,* et *ago.* *Cic. de clar. Orat.* c. 19. Qui a Nævio vel sumpsisti multa, si fateris; vel si negas, surripuisti. *Terent. Eun.* 2. 2. 20. Quidquid dicunt laudo: id rursum si negant, laudo id quoque: negat quis, nego: ait, aio. *Id. Phorm.* 3. 2. 39. Num ego istuc nego? *Id. Adelph.* 5. 3. 12. Factum est: non nego. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 4. *a med.* Nunquam reo cuiquam tam præcise negavi, quam hic mihi. *Id.* 5. *Attic. ep. ult. ante med.* Pro certo negare. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 6. Postquam id obstinate sibi negari vidit. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 741. Impune negare alicui. *Id. Heroid.* ep. 3. v. 96. negare opem patriæ. *Id.* 5. *Trist.* el. 8. v. 13. alimenta miseris. *Suet. in Aug.* c. 40. civitatem alicui. *Id. in Tito,* c. 8. quidquam petenti. ¶ *Non negare se alicui rei,* non se subtrahere, non recusare. *Tibull.* l. 2. el. 3. *in fi.* Non ego me vinclis verberibusque nego. ¶ *Negare alicui rei,* rem aliquam recusare. *Martial.* l. 13. epigr. 7. Si spumet conchis rubra tibi pallida testa, Lautorum cœnis sæpe negare potes. ¶ Tribuitur et rebus inanimis. *Stat.* l. 3. silv. 1. v. 124. exscindere dextra Oppositas cautes, et saxa negantia ferro, *resisting.* et *Id.* de agilitate currendi, l. 6. *Theb.* v. 552. nec inutile bellis Subsidium, si dextra neget. *Claudian.* l. 2. *de rupt. Pros.* v. 179. cum Thessaliam scopulis inclusa teneret, Peneo stagnante, palus, et mersa negarent Arva coli. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 10. v. 73. Poma negat regio. et lib. 2. v. 321. Nec mihi materiam bellatrix Roma negabat. ¶ Cum infinito, *Cic.* 3. *de Orat.* c. 14. Qui ita dicerent, eos negavit adhuc se vidisse Antonius. *affirmed that he had not yet seen them.* et *de Harusp. resp.* c. 8. Nego ullo de opere publico tot Senatus exstare consulta, quot de mea domo. *et Verr.* 6. c. 1. Nego, in Sicilia tota ullum argenteum vas, nego, ullam picturam fuisse, quin abstulerit. *I say, that there was not,* &c. *Id. Q. Fr.* l. 2. ep. 1. Causa sero perorata, sententias se rogaturum negavit, ne quod onus simultatis nobis imponeret. *he declared that he would not,* &c. vel *he refused to,* &c. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 31. Si ita fecissent, fines eorum se violaturum negavit. *Tibull.* l. 1. el. 2. v. 38. Perque deos omnes se meminisse neget. *h. e.* jurando per deos omnes. *Sil.* l. 9. v. 532. Non Teucros delere aderam, sed lumen alumnæ Annibalem Libyæ pelli florentibus annis Vita, atque exstingui primordia tanta negabam. *h. e.* nolebam. ¶ Ellipsis est in his *Terent. Hecyr.* 1. 2. 41. Pater, uxorem ut ducat, orare occipit, *&c.* Ille primo se negare: sed postquam acrius pater instat, &c. *scil.* uxorem ducere. *et Phorm.* 1. 2. 63. Obsecrat, ut sibi ejus faciat copiam. illa enim se negat: neque eum æquum ait facere. *scil.* facturam copiam. et 2. 3. 35. Expiscare, quasi non nosses. *De.* Ego me nego. *scil.* nosse. *Lucan.* l. 8. v. 3. Cornipedem exhaustum cursu, stimulisque negantem Magnus agit. *scil.* obedire, obsequi. Sic *Stat.* 2. *Theb.* v. 668. ast tamen illi Membra negant. ¶ Passive *Colum.* l. 8. c. 14. *circa med.* Negatur anser aliena excludere ova. *they say, that the goose will not hatch,* &c. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 321. Casta negor. *it is reported, that I am not chaste.* et *Martial.* l. 2. epigr. 5. Sæpe domi non es: cum sis quoque, sæpe negaris. et *Plin.* l. 29. c. 6. *a med.* Ciconiæ pullum qui ederit, negatur annis continuis lippiturus. *Id.* l. 20. c. 5. Habentes eam (*radicem*) negantur feriri a serpentibus. *Sueton. in Aug.* c. 94. Ex eo negantur ibi ranæ coaxare. ¶ Interdum duobus membris post *nego* positis, et ab eo pendentibus, in priori quidem negat, in altero non negat. *Cic.* 7. *Attic.* ep. 15. *a med.* Plerique negant, Cæsarem in conditione mansurum: postulataque hæc ab eo interposita esse, quo minus quod opus esset ad bellum, a nobis pararetur. *Sallust. in Jug.* c. 114. Negat, se toties fusum Numidam pertimescere: virtuti suorum satis credere. ¶ Interdum negationem infert, etiam si *nec* sequatur. *Terent. Phorm.* 2. 3. 6. Hanc Demipho negat esse cognatam? neque ejus patrem se scire qui fuerit? nec Stilponem ipsum scire qui fuerit? Idem enim erat sensus, si dixisset *atque ejus patrem,* &c. *et Stilponem,* &c. *Cic. Acad.* 1. c. 2. Quod bonum quale sit, negat Epicurus sine voluptatibus sensum moventibus nec suspicari. Eandem sententiam haberet *vel suspicari*: quod non desunt qui substituant. ¶ Affirmat in illo *Varron.* apud *Non.* c. 12. n. 46. Quæ non modo ignorasse me clamat, sed omnes omnino Heroas negat nescisse. [† V. *Negativus.*] ¶ *Negassim* pro *negaverim* est *Plauti Asin.* 2. 4. *in fi.* [¶ Particip. *negaturus, negandus* apud *Liv.* l. 38. c. 43. Negaturum aut me pro M. Fulvio, aut ipsum M. Fulvium censetis? *Ovid.* 15. *Met.* v. 648. Parsque negandum Non putat auxilium.]

NEGOTĬĀLIS, le, ad negotia, actiones, causas forenses, et civiles pertinens, πραγματικός. *pertaining to the civil law.* *Cic.* 1. *de Invent.* c. 11. Hæc constitutio, quam generalem nominamus, partes nobis videtur duas habere, juridicialem, et negotialem. Juridicialis est, in qua æqui et iniqui natura, aut præmii, aut pœnæ ratio quæritur. Negotialis est, in qua quid juris ex civili more et æquitate sit consideratur: cui diligentiæ præesse apud nos jurisconsulti existimantur. Adde lib. 2. c. 21. ubi et exemplum subjicit. *Quintil.* l. 3. c. 6. *a med.* tradit, negotialem partem esse, in qua de rebus ipsis quæritur, remoto personarum complexu. *a question concerning things without regard to persons.* V. *ibid.*

NEGOTĬANS, antis, *a merchant,* negotiator. *Cic.* 5. *Attic. ep. ult. a med.* Præfecturam petivit: negavi me cuiquam negotianti dare. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 645. n. 8. et 12. Q. Ovilio Venustiano negotianti, &c. Alia *ibid.* pag. 640. n. 4. Ti. Claudius Ti. filius, negotians ferrarius. *Apul.* l. 5. *Metam.* Magnis pecuniis negotians. *Inscript.* apud *Reines.* class. 3. n. 88. *circa A. Christi* CCL. Negotiantes vini supernates et Ariminenses.

NEGOTIĀTĬO, onis, f. *a trading, trafficking; negotiation,* ἐμπορία, actus negotiandi, mercatura. *Cic.* l. 6. *Fam.* ep. 8. Ut ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare. *Sueton. in Vespas.* c. 16. Negotiationes quoque vel privato pudendas palam exercuit. *Ulpian. Dig.* lib. 14. tit. 4. leg. 5. *a med.* Negotiatio sagaria, et lintearia. *Colum.* l. 8. c. 1. pecuaria. *Plin.* l. 6. c. 28. *a med.* Oppidum, in quo omnis negotiatio convenit.

NEGOTĬĀTOR, oris, m. *one who trades or traffics; a merchant, factor,* ἔμπορος, ἐμποραῖος, qui negotiatur, mercator. *Cic.* l. 1. *ad Q. Fr.* ep. 1. c. 2. Improbus negotiator, paulo cupidior publicanus. *Quintil.* l. 1. *c. ult. a med.* Mercis sordidæ negotiator. *Scævola Dig.* l. 38. tit. 1. leg. 45. Negotiator vestiarius. *Paul.* l. 50. tit. 5. leg. 9. frumentarius. *Apul.* l. 2. *Metam.* Cerdo negotiator. ¶ Cognomen fuit Mercurii, qui mercaturis præest. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 55. n. 1. Mercurio negotiatori sacrum Numisius Albinus ex voto. *Ovid.* 5. *Fast.* v. 671. Te, quicumque suas profitetur vendere merces, Ture dato, tribuas ut sibi lucra, rogat. ¶ Item qui aliorum negotia exercet, præfectus negotiationi. *Labeo* apud *Martian. Dig.* l. 32. leg. 63. Negotiatores servi videntur, qui præpositi sunt negotii exercendi causa, veluti qui ad emendum, aut locandum, et conducendum præpositi sunt. ¶ Distinguit *Cicero* negotiatorem a mercatore: *Verr.* 4. c. 77. Postulo mihi respondeat, qui sit iste Verrutius: mercator, an negotiator, an arator, an pecuarius. *Id. pro Planc.* c. 26. *a med.* Negotiatoribus comis, mercatoribus justus, municipibus liberalis, sociis abstinens. *In Vatin.* c. 5. Cum homines negotia gerentes judiciis iniquissimis irretires, mercatores e navi egredientes terreres, conscendentes morarere, &c. *Negotiatores* videntur esse, qui eodem loco hærentes comparant et coemunt merces, quas pluris distrahant. *mercatores,* qui nullo certo loco consistunt, et merces coemptas hinc inde exportant, atque huc illuc important. [† V. omnino *Ernest. Clav. Cicer.* in *Negotiator.*]

NEGOTĬATORĬUS, a, um, ad negotiatorem, vel ad negotium pertinens. *Vopisc. in Firmo,* c. 3. Naves quoque ad Indos negotiatorias misit. *merchant-vessels, trade-ships.* *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 32. *extr.* Aurum negotiatorium et coronarium Romæ remisit. *h. e.* quod a negotiatoribus pendebatur.

NEGOTĬĀTRIX, icis, quæ negotiatur. *Tertull.* l. 2. *advers. Marcion.* c. 3. Bonitas apparituri boni negotiatrix. *Paulus JCtus Dig.* l. 34. tit. 2. leg. 33. Cum testatrix negotiatrix fuerit.

NEGOTĬNUMMĬUS, a, um, nummos acquirens, lucrum afferens. *Apul.* l. 10. *Metam.* Adventorum negotinummia basiola. Sunt qui aliter leg.

NEGOTĬŎLUM, li, n. *a little business or matter,* exiguum negotium. *Cic. ad Q. Fr.* l. 3. ep. 4. *ad fin.* Erit nescio quid negotioli. Adde *Plaut. in fragm.* apud *Priscian.* l. 3. p. 616. *Putsch.*

NĔGOTĬOR, aris, atus sum, dep. 1. *to trade, traffic, manage or transact business, negotiate,* πραγματεύομαι, ἐμπορεύω, negotia exerceo, mercaturæ operam do. *Cic.* l. 3. *Offic.* c. 14. Cum se Syracusas otiandi causa, non negotiandi contulisset. *Id. Fam.* 13. ep. 17. Curius, qui Patris negotiatur. *Colum.* l. 12. *in præfat.* Negotiari aliquo genere mercaturæ. ¶ Negotiari animas. *Plin.* l. 1. c. 29. *de medicis.* Nec dubium est, omnes istos famam novitate aliqua aucupantes animas statim nostras negotiari. *h. e.* anima et vita nostra ad quæstum et negotiationem suam abuti. *Harduin.* ex MSS. legit *anima nostra.* [¶ Particip. *negotiaturus* apud *Senec.* ep. 119. *ante med.* In quod me mare negotiaturus immitterem.]

NEGOTĬOSĬTAS, atis, f. *a multitude of business,* negotiorum, seu rerum agendarum multitudo. Ita vertit *Gell.* l. 11. c. 16. Græcam vocem πολυπραγμοσύνη.

NEGOTĬŌSUS, a, um, *full of business, busy,* πραγματώδης, negotii plenus. *Cic. pro Mur.* c. 8. Provinciam Ostiensem non tam gratiosam et illustrem, quam negotiosam et molestam. *Sallust. in Catil.* c. 8. Prudentissimus quisque negotiosus maxime erat. *h. e.* in gerenda republica occupatus. *Plaut. Merc.* 1. 2. 79. Quia negotiosi eramus nos nostris negotiis, armamentis complicandis, et componendis studuimus. *Senec.* l. 2. *de Ira,* c. 13. *ad fin.* Quid clementia remissius, quid crudelitate negotiosius? *Augustin.* ep. 54. Vir negotiosissimus. ¶ *Negotiosi dies,* profesti, diebus sacris oppositi. *Tacit.* l. 13. *Ann.* c. 41. *extr.* Eoque oportere dividi sacros, et negotiosos dies. *days on which business might be transacted, workingdays, workydays.* ¶ Negotiosum tergum, a *Plauto dicitur Mil.* 2. 5. 37. quod plagis exercetur. [¶ *Negotiosa cogitatio* est quæ in negotiis suis considerandis occupatur. *Cels.* lib. 4. c. 32. Qui convalescit, ambulare debet, circumcisa omni negotiosa cogitatione.]

NEGOTĬUM, ii, n. *a business, office, employment, occupation; any thing to be done; an affair, transaction,* πρᾶγμα, res, cura, provincia, occupatio: a *nec,* et *otium,* ut *Fest.* docet. *Cic.* 1. *ad Q. Fratr.* ep. 1. *sub fin.* Te oro, et hortor, ut in extrema parte muneris, ac negotii tui diligentissimus sis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 6. Quando ages negotium

publicum? quando amicorum? quando tuum? quando denique nihil ages? *Id.* 2. *Phil.* c. 9. Quidnam homines putarent, si tum occisus esses, cum tu illum in foro gladio stricto insecutus es? negotiumque transegisses, nisi ille se in scalas tabernæ librariæ conjecisset. *Id.* 13. *Fam.* ep. 11. Negotium quam commodissime administrare, et quam primum conficere. et ep. 26. explicare, et expedire. *Sueton. de Rhetorib.* c. 6. *a med.* affligere. *to ruin or lose his cause. Horat.* l. 2. sat. 3. v. 19. alienum curare. *Id.* l. 1. ep. 7. v. 59. decidere. *Id.* l. 2. ep. 1. v. 1. sustinere. *Cic. Verr.* 5. c. 64. suum procurare. *Id. pro Rosc. Com.* c. 12. gerere. *Id.* 3. *Catil.* c. 2. suscipere. *Quintil.* l. 4. c. 1. subire. In vet. S. C. apud *Frontin. de aquæd.* artic. 104. imperare alicui, ut inspiciat, &c. *Cic. pro Dom.* c. 20. dare alicui de re aliqua. *Id. Fam.* 13. ep. 26. mandare. *Id. de Harusp. resp.* c. 8. dare magistratibus, ut, &c. *a commission, order, charge.* et l. 1. *Fam.* ep. 6. Interesse et præesse negotiis. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 20. molestis et operosis implicari. *Id.* 5. *Attic.* ep. 10. In negotio versari. *et ibid.* Ex negotio emergere. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 1. Obrui magnitudine negotii. *Auct. ad Herenn. in fi.* l. 3. Negotio detineri. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 45. desistere. *h. e.* sociis defendendis. *Sueton. in Cæs.* c. 23. In magno negotio habere aliquid. *h. e.* existimare rem magni momenti. ¶ Est mihi negotium cum aliquo. *I have to do. Nep. in Datam.* c. 7. Artaxerses commotus est, quod intelligebat, sibi cum viro forti ac strenuo negotium esse. *Terent. Adelph.* 4. 5. 8. Mirabar, quid hic negotii esset tibi. ¶ Aliquando refertur ad difficultatem, laborem, molestiam. *difficulty, trouble. Cic. Attic.* l. 5. ep. 17. *ad fin.* Satis habeo negotii in sanandis vulneribus, quæ sunt imposita provinciæ. *I have enough to do.* et epist. 12. Magnum negotium est navigare, atque id mense Quintili. *Id. Fam.* 3. ep. 10. Alicui negotium facessere. *h. e.* molestiam creare. [† παρέχειν πράγματα.] *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 30. *extr.* et l. 3. *Offic.* c. 31. Negotium cuipiam exhibere. *Quintil.* l. 5. c. 12. facere innocenti. *Nep. in Eum.* c. 12. Ut quoad ille viveret, ipsi securi esse non possent: interfecto nihil habituri negotii essent. *Cic. Fam.* 12. ep. 2. Nihil est sed negotii libertatem recuperare. *Nep. in Agesil.* c. 5. *extr.* Sine negotio, cum voluerint, nos oppriment. *without trouble or exertion; without difficulty.* et *Cic. Attic.* l. 10. ep. 16. Cato Siciliam tenere nullo negotio potuit. *Plin.* l. 21. c. 10. *sub fin.* Abrotonum seritur semine non sine negotio. *not without difficulty. Cels.* l. 7. c. 5. Tela, quæ illata corporibus intus hæserunt, magno negotio sæpe ejiciuntur. *with great difficulty.* et *Cic.* 2. *Fam.* ep. 10. *ad fin.* Oppugnabam oppidum munitissimum tantis operibus, tanto negotio, ut, &c. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 6. Quid negotii est, hæc poetarum et pictorum portenta convincere? *what difficulty is there? where is the difficulty?* ¶ In re forensi et rhetorica *negotium*, definiente *Apollodoro* apud *Quintil. in fi.* c. 5. l. 3. est congregatio personarum, locorum, temporum, causarum, modorum, casuum, factorum, sermonum, scriptorum, et non scriptorum. Subdit *Quintil.* Causam nunc intelligimus ὑπόθεσιν, negotium περίστασιν (h. e. *circumstantiam*). Sed ipsam causam quidam similiter finierunt, ut Apollodorus, negotium. ¶ *Negotium facessere, exhibere,* et *facere* apud *Cicer.* et *Quintil. locis cit.* de eo, qui accusat, dicuntur. ¶ Pro certamine, dissidio, inimicitia. *Cœl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 8. *ad fin.* His vocibus, ut existimarent homines, Pompeio cum Cæsare esse negotium, effecit. *a quarrel, difference.* ¶ Sæpe significat mercaturam, mercimonium, *affairs of merchandise*: unde negotiari, negotiator, &c. *Horat.* l. 1. ep. 6. v. 33. Ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas. *Cic. pro Cluent.* c. 69. *extr.* Qui in agro Larinati prædia, qui negotia, qui res pecuarias habent. ¶ Item rem, factum. *a matter, thing, fact. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 35. Pompeio cum graviter ægrotaret Neapoli, melius est factum. Coronati Neapolitani fuerunt: nimirum etiam Puteolani vulgo ex oppidis publice gratulabantur. Ineptum sane negotium, et Græculum: sed tamen fortunatum. *Id.* l. 2. *ad Q. Fr.* ep. 13. *ad fin.* Ad Callisthenem, et Philistum redeo, in quibus te video volutatum. Callisthenes quidem vulgare et notum negotium, quemadmodum Græci aliquot locuti sunt: Siculus ille capitalis, creber, acutus, &c. Loquitur de horum auctorum scriptis. *Id. post redit. in Sen.* c. 6. Cum hoc homine, an cum stipite Æthiope, si in foro constitisses, nihil crederes interesse. sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum, inhumanum negotium. [† *h. e.* stupidum, indoctum.] *a thing with nothing of humanity about it.* Est qui *neglectum* substituit. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 53. Quid est negotii? *Tra.* Herus peregre venit. *what means this?* ¶ Negotia humana, apud *Arnob.* l. 1. p. 3. et 7. sunt res humanæ. Sic l. 6. p. 198. negotia Thespiaca, res Thespiacæ. ¶ Pro causa. *Plaut. Capt.* 3. 3. 10. Neque de hac re negotium est, quin male occidam. et 3. 5. 11. Quid negotii est, quamobrem succenses mihi?

NEGRITU, in auguriis significat ægritudo. *Festus.*

NEGUMĀTE, in carmine Cn. Marcii vatis significat negate, cum dixit: Quamvis moventium duonum negumate. *Festus:* ubi alii mallent *neginate*, vel *negunate*. Verba *Marcii* ita legit *Scalig.* Quamvis induitium duonum, negunate. *h. e.* quamvis initium bonum sit, tamen negate semper futurum.

NELEIUS, et

NELĒUS, a, um, [† Νηλήϊος,] Νηλεῖος, ad Neleum pertinens. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 577. Hæc postquam dulci Neleius edidit ore. *h. e.* Nestor Nelei filius. *Id. Heroid.* ep. 1. v. 63. Nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris arva. *Sil.* l. 15. v. 459. Æquabat Pyliæ Neleia mella senectæ. *h. e.* Nestoris suaviloquentiam. *Ovid.* 6. *Met.* v. 418. Et Nelea Pylos. et l. 12. v. 558. Neptunus dederat, Nelei sanguinis auctor.

NĒLEUS, i, m. dissyllab. Νηλεύς, Neptuni filius ex Tyro Nympha Salmonei filia, qui a Pelia fratre pulsus ex Thessalia in Laconiam venit, ubi Pylon urbem condidit, cujus rex fuit. Huic uxor fuit Chloris, Amphionis Orchomeni regis filia, ex qua duodecim filios suscepit, quos postea omnes una cum patre, præter unicum Nestorem tum forte ablegatum, Hercules, eversa Pylo, interfecit. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 553. et l. 2. v. 689.

NELĪDES, æ, m. Νηλείδης, filius, vel nepos Nelei, qui fuit pater Nestoris. *Ovid.* 12. *Met.* v. 553. Bis sex Nelidæ fuimus, conspecta juventus. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 388. Nelidesque Periclymenus.

NĒMA, atis, n. *thread, yarn,* νῆμα, filum, stamen: a νέω, neo. *Martian. Dig.* l. 39. tit. 3. *leg. ult. a med.* Vela tincta, carbasea, nema sericum.

NEMÆUS, *et* Neměus, a, um, Νεμαῖος, et Νέμεος, ad Nemeam pertinens, Nemeæus. *Hieronym. cont. Vigilant. initio.* Aprum Erymanthium, et Leonem Nemæum. *Fest.* in *Perihodos*, et *Hygin.* fab. 273. Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicit. ¶ *Nemeæus* usurpare tutius est.

NEMAUSIENSIS, *et* Nemausensis, se, ad Nemausum pertinens, quod est oppidum Galliæ Narbonensis trans Rhodanum, nunc *Nismes*. *Plin.* l. 9. c. 8. Nemausiensis ager. *Id.* l. 3. c. 4. *sub fin.* Oppida Nemausiensibus attributa. *Id.* l. 11. c. 42. Nemausensis caseus. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 423. n. 6. et p. 496. n. 5. IIIII. Viri corporati Nemausenses Patrono.

NEMĔA, æ, *et* Nemee, es, f. hod. *Tristena,* Νεμέη, oppid. Peloponnesi, in Argia, Cleonis proximum, inter Cleonas et Phliuntem, medium inter Sicyonem in Cir. et sinum Argolicum in Eur. quo nomine etiam tota regio appellata est. Eodem nomine est juxta oppidum silva, et rupes, ubi Hercules leonem immanis magnitudinis interfecit. In cujus rei memoriam ludi postea in honorem Herculis instituti sunt, *Nemeæi* dicti. *Plin.* l. 19. c. 8. Hinc *Virg. Æn.* 8. v. 295. Et vastum Nemeæ sub rupe leonem. *Martial. de Spectac.* epigr. 27. Non Marathon taurum, Nemee frondosa leonem, &c. *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 5. Illum nec calido latravit Sirius astro, Nec gravis aspexit Nemees frondentis alumnus. *h. e.* signum Leonis. *Id.* 4. *Theb.* v. 664. pulverea Nemeen effervere nube. ¶ Eum leonem *Anonym. de laudib. Herc.* inter opera *Claudiani*, v. 76. dicit fuisse filium Chimæræ: *Servius ad Æn.* 8. v. 295. Lunæ filium, et invulnerabilem: *Hygin.* fab. 30. Lunæ alumnum, h. e. ab ea nutritum.

NEMEÆUS, a, um, Νεμεαῖος, ad Nemeam pertinens. *Ovid.* 9. *Metam.* v. 235. *de Hercule.* Congeriem silvæ Nemeæo vellere summam Sternis. *h. e.* pelle Leonis Nemeæ interfecti. et vers. 197. His elisa jacet moles Nemeæa lacertis. *et Heroid.* ep. 9. v. 61. Nempe sub his animam pestis Nemeæa lacertis Edidit. *Stat.* l. 5. silv. 2. v. 48. Nemeæa arma. *Id. Theb.* 3. v. 421. rura. ¶ De sidere Leonis, *Martial.* l. 4. epigr. 57. Horrida sed fervent Nemeæi pectora monstri. Adde *Lucan.* l. 1. v. 655. ¶ Nemeæa certamina instituta sunt in honorem Archemori (de quo V. in *Langia*) et ab Argivis ad Thebas oppugnandas proficiscentibus celebrata. Horum meminit *Fest.* in *Perihodos*, et *Hygin.* fab. 273. descripsit *Stat. initio* l. 6. *Theb.*

NEMESIĀCI, orum, qui in *Cod. Theodos.* lib. 14. tit. 7. leg. 2. cum signiferis, et cantabrariis conjunguntur, superstitiosi homines fuisse dicuntur, vanique futurorum divinatores, qui simulacra deorum circumferentes, falsam divinationem venditabant. Ita *Gothofred.*

NEMESIĀNUS, *Nemesian.* M. Aurelius Olympius Nemesianus, Carthaginiensis, poeta elegantissimus scripsit halieutica, cynegetica, nautica, et bucolica, versibus plane nitidis, stiloque puro ac Latino, quo se præ ceteris Afris Scriptoribus commendavit: floruitque temporibus Cari, Numeriani, et Carini, et omnibus coronis illustratus emicuit, ut ait *Vopisc.* initio vitæ Numeriani. Exstant ejus Cynegeticon carmen, quod Cari filiis inscripsit, et Eclogæ quatuor, quas quidem non desunt, qui illi abjudicent, et *Calpurnii* esse contendant, ut est in præfatione *Burmanni* in suos Poetas Latinos minores.

NEMĔSIS, is, *et* ios, f. Νέμεσις, dea Græcorum. Ipsa vox indignationem significat: unde νεμεσάω, indignor. Quare habetur dea ultrix male factorum, et præcipue superbiæ, et pervicaciæ eorum, qui ex prospera fortuna insolescunt, et humanæ imbecillitatis immemores despicere alios solent, et aspernari. *Catull.* carm. 50. *ad Licin. Calv. in fi.* Nunc audax cave sis, precesque nostras, Oramus, cave despuas, ocelle, Ne pœnas Nemesis reposcat a te. Est vehemens dea: lædere hanc caveto. *Plin.* l. 28. c. 2. *a med.* Cur et fascinationibus adoratione peculiari occurrimus, alii Græcam Nemesin invocantes? cujus ob id Romæ simulacrum in Capitolio est, quamvis Latinum nomen non sit. *Id.* l. 11. c. 45. Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes antestamur: est post aurem æque dextram Nemesios (quæ dea Latinum nomen ne in Capitolio quidem invenit) quo referimus tactum ore proximum a minimo digitum, veniam sermonis a diis ibi recondentes. *h. e.* veniam taciti exposcentes, digito post aurem condito, si quis imprudentibus nobis sermo exciderit. ¶ Dicitur etiam *Adrastea*, et *Rhamnusia*. V. suis locis, et dicta in *Medicus, a, um.* ¶ Habita est eadem cum Fortuna, quia bona et mala distribuit. Unde putant quidam esse a νέμω. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 80. n. 1. Deæ Nemesi, sive Fortunæ, &c. ¶ Aliis epithet. appellatur *ibid.* n. 3. Sanctissimæ Nemesi L. Avinius L. F. &c. n. 5. Virgini Victrici Sanctæ Deæ Nemesi M. Aurelius, &c. ¶ Scribit *Lactant.* l. 1. c. 21. hanc fuisse Ledam, et post mortem in deas relatam, mutato nomine Nemesin dictam. V. *Hygin. Poet. Astron.* l. 2. c. 8. ubi Nemesim diversam ab Leda facit. ¶ *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 22. Nemesis, quæ contra superbiam colitur, quid aliud est, quam solis potestas? cujus ista natura est, ut fulgentia obscuret, et conspectui auferat, quæque sunt in obscuro, illuminet, offeratque conspectui. ¶ Fuit hoc nomine amica *Tibulli*, de qua *Id.* l. 2. el. 4. v. 59. et alibi, et *Martial.* l. 8. epigr. 73. &c.

NEMESTRĪNUS, deus nemorum. *Arnob.* l. 4. p. 131.

[* NEMETENSIS, e, pertinens ad regionem in Gallia Belgica, quam incolebant Nemetes, quorum urbs nunc *Spire* appellatur. Eorum mentio est apud *Cæs. de B. Gall.* l. 1. c. 51. *Tacit. de German.* c. 28. et *Ann.* l. 12. c. 27. *Symmach.* orat. 2. *in Valentin.* c. 21. Qua regio Nemetensis extenditur, recessum fluminis murorum ambitus vindicavit.]

NEMETURĪCUS, a, um. Nemeturicam picem laudat *Colum.* l. 12. c. 20. 22. et 24. et in Liguria confici tradit: unde videtur dicta a Nementuricis, seu Nementuris, qui inter Alpinos populos recensentur in Inscriptione trophæi Alpium, apud *Plin.* l. 3. c. 20. Sed hæc valde incerta sunt.

NEMĔUS, a, um. V. *Nemæus*.

NEMO, neminis, m. et f. *no one, nobody, no man,* οὐδείς, nullus. *Festus:* Nemo compositum videtur ex *ne*, et *homo:* quod confirmatur magis, quia in persona semper ponitur (*h. e.* de homine dicitur) nec pluraliter formari solet, quia intelligitur pro nullo. Hinc differt a *nullus*, quod de re, et de homine dicitur. *Cic. pro Dom.* c. 42. Civis est nemo in tanto populo, qui non, &c. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 18. Illo licente, contra liceri audet nemo. *Plaut. Cas.* 2. 2. 12. Vicinam neminem amo magis, quam te. *Terent. Andr.* 3. 2. 26. Hoc scio unum, neminem peperisse hic. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 28. Cum ita dicat, se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem. *Id. ad Cæs. post* epist. 11. l. 9. *ad Attic.* Magis idoneum, quam ego sum, ad eam causam, profecto reperies neminem. *Id. Attic.* l. 8. ep. 2. *a med.* Pro Pompeio lubenter emori possum: facio pluris omnium hominum neminem. *Id. Fam.* 6. ep. 6. *in fi.* Me amicissime quotidie magis Cæsar amplectitur: familiares quidem ejus, sicuti neminem. et lib. 1. ep. 5. *sub fin.* Amicum ex consularibus neminem tibi esse video, præter, &c. *Id.* 3. *de Legib.* c. 10. Quod est tam desperatum collegium, in quo nemo e decem sana mente sit? *Id. pro Font.* c. 2. *extr.* Nemo ex tanto numero est, quin, &c. *Id.* 1. *de Orat.* c. 43. Ut ei nemo de iis, qui peritissimi sunt, anteponatur. *Id.* 4. *Verr.* c. 43. *sub fin.* Omnium mortalium Sthenio nemo inimicior, quam, &c. ¶ Aliquando additur *homo*. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 38. Ut per biduum nemo hominem homo agnosceret. *Id. Fam.* 13. ep. 55. Ut hominem neminem pluris faciam. *Terent. Adelph.* 2. 3. 6. Fratrem homini nemini, &c. Ubi *Donat.* Nove auribus nostris, sed Veterum consuetudine locutus est. nam cum *nemini* hominem significet, quid opus fuit dicere *homini nemini*? Sed, ut diximus, figura est ἀρχαϊσμός. *Plaut. Pers.* 2. 2. 29. Nemo homo unquam ita arbitratus est. ¶ Item *alius, alter, quisquam, unus.* *Cic. Attic.* l. 11. ep. 9. *ad fin.* Alium enim, cui illam commendem, habeo neminem. *no one else. Id. pro Mil.* c. 17. Ut neminem alium, nisi T. Patinam rogasset. *Plin.* l. 2. c. 25. Nemini compertum alteri, quod sciam. *Terent. Adelph.* 3. 2. 55. Nam hercle alius nemo respicit nos. *Id. Eun.* 5. 9. 1. Ecquis me vivit hodie fortunatior? nemo hercle quisquam. *Gell.* l. 2. c. 6. *circa med.* Nemo quisquam tam efflictis est moribus, quin faciat, &c. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 36. *a med.* Nemo de nobis unus excellat. *Liv.* l. 28. c. 35. *a med.* Ita ut nemo unus externus magis enixe adjuverit rem Romanam. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 5. *sub fin.* Quod unus omnes artis partes consequi nemo potuerit. ¶ *Nemo non,* omnes: *non nemo,* aliquis. *Cic. de Amic.* c. 26. *a med.* Aperte adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors. *there is no one who does not see clearly.* et *pro Planc.* c. 9. Nemo Arpinas non Plancio studuit, nemo Soranus, nemo Casinas, nemo Aquinas. *Id. in Pison.* c. 5. Quas leges ausus est non nemo improbus, potuit quidem nemo convellere. *Id.* 4. *Catil.* c. 5. Video, de istis abesse non neminem. ¶ Etiam si alia negatio sequatur, adhuc negat. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 43. *sub fin.* Neminem deo nec deum, nec hominem carum esse vultis. *Terent. Eun.* 1. 2. 67. Habeo hic neminem neque amicum, neque cognatum. *Liv.* l. 3. c. 11. Ut nemo, non lingua, non manu promptior in civitate haberetur. Similia sunt

illa, in quibus *nemo* pro *aliquis* ponitur. *Tibull.* l. 4. carm. 7. v. 8. Ne legat id nemo, quam meus, ante, velim. *Enn.* apud *Fest.* Quos non miseret neminis. *Plaut. Mil.* a. 5. v. 18. Jura te non nociturum esse homini nunc hac de re nemini. *Al. omitt.* non. ¶ *Nemon'?* nemo ne? *Terent. Phorm.* 1. 2. *in fi.* Nemon' huc prodit? ¶ *Nemo* loco τοῦ ullus. *Cic. de clar. Orat.* c. 33. Eloquentia quidem nescio an habuisset parem neminem. *Id.* 3. *Offic.* c. 2. Quod cum omnibus est faciendum, tum haud scio an nemini potius, quam tibi. ¶ De homine nullius momenti, aut pretii, *Cic. Attic.* l. 7. ep. 3. *a med.* Sed me moverat nemo magis, quam is, quem tu neminem putas. ¶ Genitivus *neminis* infrequentis est usus. *Plaut. Capt.* 3. 5. 107. Neminis misereri certum est, quia mei miseret neminem. Adde *Caton.* et *Enn.* apud *Fest.* et *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 575. ¶ Infrequentius est adjunctum rebus. *Prudent. in Romano*, seu περὶ στεφ. *postr.* v. 744. Mandavit annos, neminem excepit diem.

NEMORĀLIS, le, *of groves or woods, woody, bosky*, ὑλαῖος, ad nemus pertinens, nemorensis. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 1. v. 5. Hic ego dum spatior tectus nemoralibus umbris. *Id.* l. 1. *de ar. am.* v. 259. suburbanæ templum nemorale Dianæ. *h. e.* quæ in loco prope Ariciam colebatur. Sic *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 76. Ægeriæ nemoralem abjungere Phœben. (V. *Nemorensis.*) *Ovid.* 3. *Met.* v. 157. nemorale antrum. *Id.* 6. *Fast.* v. 59. et *Martial.* l. 13. epigr. 19. Aricia nemoralis. *h. e.* nemori apposita.

NEMORENSIS, se, *bosky, woody*, nemoralis, silvestris. *Colum. sub fin.* c. 4. l. 9. Sed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorense, quod ex sparto atque arbuto provenit. ¶ Sæpe refertur ad nemus juxta Ariciam, cum lacu sacro, ubi Diana colebatur, quæ ideo Nemoralis et Nemorensis est appellata: et ipse locus, veluti per antonomasiam, *nemus Dianæ* dictus est apud *Plin.* l. 35. c. 7. *extr. Ovid.* 3. *Fast.* v. 261. et *Vitruv.* l. 4. c. 7. *ad fin.* Sic *Strabo* l. 5. *a med.* Τὸ δ' Ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι Νέμος. *Servius ad Æn.* 7. v. 516. hunc lacum *speculum Dianæ* dictum ait. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 41. n. 7. Dianæ Nemorensi Vestæ sacr. &c. et n. 8. Dianæ Opifer. Nemorensi L. Apulei. &c. *Propert.* l. 3. el. 21. v. 25. Albanusque lacus socii Nemorensis ab unda. ¶ *Rex Nemorensis*, rex sacrorum Dianæ Nemorensis. *Sueton. in Calig.* c. 35. Nemorensi regi, quod multos jam annos potiretur sacerdotio, validiorem adversarium subornavit. ¶ *Nemorense*, villa Cæsaris ad illud Ariciæ nemus. *Cic. Attic.* l. 6. ep. 1. *ad fin.* Cæsarem in Nemorensi ædificando diligentiorem fore. (Al. aliter leg.) *Id.* l. 15. ep. 4. *sub fin.* L. Cæsar, ut veniam ad se, rogat, in Nemus. *Sueton. in Cæs.* c. 46. Villam in Nemorensi a fundamentis inchoatam, magnoque sumptu absolutam, quia non tota ad animum ei responderat, totam diruisse, quamquam tenuem adhuc et obæratum.

NEMORICULTRIX, icis, f. *an inhabitant of the woods*, quæ nemora incolit. *Phædr.* l. 2. fab. 4. v. 3. Sus nemoricultrix. *h. e.* aper.

NEMORIVĀGUS, a, um, *wandering through the woods*, vagans in nemoribus. *Catull.* carm. 62. *de Aty*, v. 72. Ubi cerva silvicultrix, ubi aper nemorivagus.

NEMORŌSUS, a, um, *full of woods or forests, woody, bosky*, ὑλώδης, nemoribus abundans. *Virg.* 3. *Æn.* v. 270. Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos. *Plin.* l. 35. c. 11. Nemorosum hospitium. *Id.* l. 4. c. 8. Nemorosa convallis. *Id.* l. 5. c. 1. et *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 427. Atlas opacus, nemorosus. *Plin. alter* l. 8. ep. 8. Collis antiqua cupressu opacus, nemorosus. *Colum.* l. 2. c. 2. *ante med.* Nemorosus arboribus locus. *Plin. senior* l. 12. c. 1. Cupressus nemorosa vertice, et se vastis protegens ramis. *thick with foliage or branches. Sil.* l. 13. v. 595. vasta comas, nemorosaque brachia fundit Taxus.

NEMPE, *to wit, namely, truly, surely, however*, δηλαδὴ, videlicet, scilicet, nimirum, quippe: vim habet concedentis, seu approbantis simul, et explicantis. *Plaut. Merc.* 4. 4. 36. *Co.* Scio jam, quid velis: nempe hinc me abire vis. *Ly.* volo, inquam. *Co.* abibitur. *Cic. pro Mil.* c. 6. Quid ergo tulit? nempe ut quæreretur. *Terent. Andr.* 1. 1. 2. Adesdum: paucis te volo. *So.* dictum puta: nempe ut curentur recte hæc. *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 5. Nempe negas, ad beate vivendum satis posse virtutem. *A.* prorsus nego. *you mean to deny. Plaut. Trin.* 2. 2. 47. *Ly.* Bene volo ego illi facere, si tu non nevis. *Phil.* nempe de tuo. *Ly.* de meo. *Id. Asin.* 2. 2. 72. Ita enimvero: sed tamen tu nempe eos asinos prædicas vetulos, claudos, &c. *Terent. Andr.* 5. 4. 47. *Chre.* Causa optima est: nisi quid pater ait aliud. *Pam.* nempe. *Si.* id scilicet. *exactly, just so.* et 1. 2. 24. Nempe ergo aperte vis, quæ restant, me loqui. ¶ Est quædam acerbitas sermonis in his. *Pers. initio* sat. 3. Nempe hæc assidue? *what? always the same?* Et *Valer. Flacc.* l. 3. v. 512. Phrygiis concurrere monstris Nempe virum, et pulcro reserantem Pergama ponto Vidimus.

NEMUS, oris, n. *a grove or wood; a forest*, νέμος, ὕλη, silva, lucus, locus pascuus. *Festus* ait significare silvam amœnam: item locum, qui campos et pascua habeat: a νέμω, pasco. Hoc sensu *Ovid. Met.* 1. v. 568. Est nemus Hemoniæ, prærupta quod undique claudit Silva: vocant Tempe. *Virg. Eclog.* 6. v. 56. nemorum jam claudite saltus. *Senec. in Herc. Œt.* v. 137. gratum pecori montivago nemus. ¶ Discrimina inter *nemus, lucum*, et *silvam* attulimus in *Lucus.* Latini sæpe promiscue utuntur. *Cic. de Harusp. resp.* c. 11. *extr.* Matrem magnam accepimus agros et nemora cum quodam strepitu fremituque peragrare. *Id.* 1. *de Divin.* c. 50. Multos nemora silvæque, multos amnes aut maria commovent. *Horat.* l. 1. od. 1. v. 30. Nemus gelidum. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 67. et piceis, et frondibus ilicis atrum. *Id.* 6. *Fast.* v. 9. densum arboribus. *Id. Met.* 2. v. 418. quod nulla ceciderat ætas. et l. 1. v. 479. nemorum avia lustrat. ¶ De nemore Aricino Dianæ sacro, V. *Nemorensis.* ¶ Regina nemorum est ipsa Diana. *Senec. in Hippol.* v. 406. ¶ Per synecdochen, ligna nemoris. *Id. in Herc. Fur.* v. 1216. structum acervans nemore congesto aggerem. *timber, fuel.* ¶ De una platano. *Martial.* l. 9. epigr. 62. Auctorem dominumque nemus sentire videtur. Al. leg. *dominumque suum.*

NEMUT, nisi etiam, vel nempe. *Cato* apud *Festum.*

NENĬA, et Nænia, æ, f. *a funeral song, song of lamentation, dirge, mournful ditty*, ὀλοφυρμὸς, ἐπικήδιον, νηνία, lessus, carmen funebre, præcipue ultimum illud, quod in funere laudandi gratia cantabatur ad tibiam ante cadaver sepultum, ut *Festus* docet. Cujus moris rationem affert *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 3. quia animæ post corpus ad originem dulcedinis musicæ, id est ad cælum redire credantur. *Scalig. in conjectan. Varron.* docet ex *Polluce*, esse vocem Phrygum, quorum etiam inventum esse canendi ad tibiam laudes mortuorum, et ab iis præficas cœpisse. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 24. Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, easque etiam cantu ad tibicinem prosequantur, cui nomen nenia: quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. *Horat.* l. 2. *od. ult. sub fin.* Absint inani funere neniæ. *Sueton. in Aug.* c. 100. Funus triumphali porta ducendum, canentibus neniam principum liberis. ¶ Dicitur de aliis carminibus mœstis, *any mournful song*, ut apud *Horat.* l. 2. od. 1. v. 37. Ceæ retractes munera neniæ. *et in fin.* od. 28. l. 3. Dicetur merita Nox quoque nænia. ¶ *Soricina nenia*, est stridor, et questus, et quasi nenia soricis deprehensi in muscipula, ubi constrictus, et veru, stimulo, stilove confossus moritur. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 46. Si tibi est machæra, et nobis veruina est domi: qua quidem te faciam, si tu me irritaveris, confossiorem soricina nenia. *fuller of holes than a rat's skin, when he is caught in a trap.* Eodem fere modo *Donat.* interpretatur ad *Terent. Eun.* 5. 7. *in fin.* ¶ Joculariter *Plaut. Pseud.* 5. 1. 32. Id fuit nenia ludo. *h. e.* ludum in luctum mutavit. *Id. Trucul.* 2. 1. 3. Huic homini amanti mea hera dixit neniam de bonis. nam fundi, et ædes obligatæ sunt ob amoris prandium. ¶ Dicitur item de incantamentis, quia in his mortuorum, maniumque mentio fit. *Horat.* epod. 17. v. 28. Sabella pectus increpare carmina, Caputque Marsa dissilire nenia. ¶ Et quia funebres illi versus a præficis conductis cantari cœpti sunt, quæ multa incondita, atque inepta, bonarum litterarum rudes admiscere consueverunt, ut *Non.* c. 2. n. 594. tradit; *nenia* interdum dicitur quodlibet carmen vulgare, translatitium, nugatorium, ineptum. *any trifling song, or common saying. Phædr. in prol.* l. 3. v. 10. Legesne potius viles nenias? *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 62. Roscia, dic, sodes, melior lex, an puerorum Nenia, quæ regnum recte facientibus offert? *Arnob.* l. 7. p. 237. Somni quiete dii solvuntur, occuparique ut hoc possint, lenes audiendæ sunt neniæ. *h. e.* nugatorii cantus, quibus nutrices sopiunt infantes. *Id.* l. 6. p. 197. Cum plectro et fidibus Delius citharista, gestus servans cantaturi, et nenias histrionis. ¶ Res quoque ipsæ nugatoriæ *neniæ* appellari videntur. *Arnob.* enim lib. 7. postquam irrisit carnem strebulam, rumam, hiras, et hujusmodi, quæ diis offeruntur in sacris, inquit p. 231. Neque prius iras dii, atque animos ponunt, nisi sibi adoleri paratas conspexerint nænias, offasque redemptas. Adde p. 229. *extr.* Sed rectius alii utroque loco leg. *tænias*, h. e. exta tæniarum more profecta. ¶ Denique *Nenia* nomen est deæ funerum præsidis. *Arnob.* l. 4. p. 131. In tutela sunt Orbonæ orbati liberis parentes: in Neniæ, quibus extrema sunt tempora. Adde *Augustin.* l. 6. *de civ. Dei*, c. 9. *ad fin.* ex *Varrone.* Ejus sacellum fuit Romæ ultra portam Viminalem, teste *Festo.* ¶ Scribitur et *Nænia*: et ita ex ordine litterarum habetur apud *Fest.* Diphthongum abjiciunt *Voss. Dausqu. Cellar.*

NENU, non, apud Veteres. *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 580. Nenu molestum est. *Varr. ibid.* Si hodie nenu venis. *Lucret.* lib. 4. v. 713. Nenu queunt rapidi contra constare leones. Adde lib. 3. vers. 200. ¶ Etiam *neno* dixisse videntur. *Terent. Eun.* 1. 1. 7. Atque ubi pati non poteris, cum neno expetet. *Plerique omnes leg.* nemo.

NEO, es, evi, etum, a. 2. *to spin*, νέω, νήθω, κλώθω, filum torqueo, vel duco. *Plin.* l. 33. c. 3. *ad fin.* Superque omnia netur ac texitur lanæ modo, et sine lana. *Ovid. de medicam. faciei*, v. 14. Assiduo durum pollice nebat opus. *Id.* 2. *Fast.* v. 771. Sic sedit, sic culta fuit, sic stamina nevit. *Id.* 1. *ex Pont.* ep. 8. v. 64. Nerunt fatales fortia fila deæ. *Justin.* l. 1. c. 3. Invenit eum purpuram colo nentem. [† *Tibull.* 1. 7. 1. Parcæ fatalia nentes stamina.] *Martial.* l. 6. epigr. 3. Et totam Phryxi Julia nebit ovem. *Plaut. Merc.* 3. 1. 20. Subtemen tenue nere. *Claudian.* l. 1. *in Eutrop.* v. 274. stamine nesse. *Plin.* l. 17. c. 20. Inter se radices serpunt, mutuoque discursu nentur. *are interwoven.* ¶ Nentis feminæ descriptionem habes apud *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* a v. 311. ¶ In illo *Tibulli* l. et eleg. 3. v. 36. Stamina qui ducunt, quæque futura neunt: *Scalig.* τὸ *neunt* ducit a *neco*: alii a *neo, is.* Sed multo rectius alii leg. *canunt.* V. si placet, *Broukhusium.* ¶ Particip. *netus*, V. suo loco.

NEOCLĪDES, æ, Νεοκλείδης, filius Neoclis, vel nepos. *Ovid.* 1. *ex Pont.* epist. 3. v. 69. Arma Neoclides qui Persica contudit armis. *h. e.* Themistocles.

NEOCŎRUS, i, m. *the keeper of a temple*, νεωκόρος, æditus, qui verrendi, purgandi, ornandique templi curam habet: a νεὼς pro ναὸς, templum, et κορέω, verro, purgo. *Jul. Firmic.* l. 3. c. 7. et lib. 4. c. 7. et *Inscript.* apud *Gruter.* p. 1102. n. 2. ¶ Aliquando ipsi populi, et civitates *neocoros* se dicebant, in quorum regione templum esset totius provinciæ commune, et publica omnium cura tuendum. Ita Ephesii se appellare dicuntur in numo M. Antonii, propter templum Dianæ. Sic *D. Lucas Actor.* 19. 35. Τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος, καὶ τοῦ Διοπετοῦς;

NEOMENĬA, æ, f. νεομηνία, novilunium, vel prima dies Lunæ, aut mensis. Græci enim suos menses ad Lunæ cursum dirigebant, et a primo novilunii die menses suos auspicabantur: a νέος, novus, et μήνη, luna. *Tertull. de Idololat.* c. 14. ex *Isai.* 1. 13. et l. 1. *advers. Marcion.* c. 20. ex *Osee*, 2. 11.

NEOPHȲTUS, i, m. *newly planted*, νεόφυτος, h. e. nuper plantatus: a νέος, novus, et φυτὸν, planta. Ita dicitur metaphorice, qui recens ad Christianam religionem accessit. *a convert, neophyte. Tertull. advers. Hæret.* c. 41.

NEOPTOLĔMUS, i, m. Νεοπτόλεμος, cognomen Pyrrhi filii Achillis: a νέος, novus, et πολεμέω, bello, quod admodum puer ad bellum Trojanum ductus fuerit. *Cic. de Orat.* l. 2. c. 63. et 2. *Tuscul.* c. 1. et *Serv. in* 2. *Æn.* v. 263. ¶ Item rex Molossorum, pater Olympiadis, quæ Alexandrum M. genuit. *Justin.* l. 7. c. 6.

NEOSSOTROPHĪUM. V. *Nessotrophium.*

NEOTERĬCE, adverb. nove, recens, *after a modern fashion. Ascon. Pedian. in divin. Verr.* c. 4. *ad fin.* Hoc leviter a Cicerone dictum, et neoterice putant.

NEOTERĬCUS, a, um, *modern, novel, neoteric*, νεωτερικὸς, juvenis, recens: a νεώτερος, junior, ut Scriptores neoterici, quibus antiqui opponuntur. *Aurel. Vict. de orig. Gentis R. in princip.* Ut quisque neotericorum asseveravit.

NEPA, æ, et Nepas, æ, m. *a scorpion*, σκορπίος, Afrorum lingua est animal venenatum, cauda feriens, alio nomine *scorpius*, cujus natura est, ut in parietum latibulis delitescat, et cum aliquid senserit, retrocedat. *Festus* dubitat, num cancer sit, an scorpius, nempe quia utroque modo veteres usi, pro cancro *Plautus*, ut videtur, *a crab-fish*, pro scorpio *Tullius in Arateis. Plaut. Cas.* 2. 8. 7. Recessim cedam ad parietem, imitabor nepam. *Cic. de Fin.* l. 5. c. 15. Cornibus uti videas boves, nepas aculeis. ¶ Verius est esse scorpionem, ut et *Non.* docet c. 2. n. 592. unde pro signo illo cælesti *Cic. in Arat.* l. 2. *de nat.* c. 42. *de Ophiucho. the constellation Scorpio.* Atque oculos urget pedibus, pectusque Nepai. ubi *Aratus* habet σκορπίος ὀφθαλμῷν τε, &c. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* Pridie Non. Maii Nepas medius occidit. *Id.* l. 10. v. 56. trepidus profugit chelas, et spicula Phœbus Dira Nepæ. Adde *Cic. in Arateis*, v. 418. et 438. et *Manil.* l. 2. v. 32. et l. 4. v. 356. Porro *Nepai* supra allato *Cicer.* loco genitivus est antiquus, ut *terrai frugiferai.* ¶ Pro cancro est etiam in illo *Sereni Sammon.* c. 13. de oculorum dolore mitigando: seu vers. 199. Viventisque nepæ lumen gestatur amicum. *Plin.* l. 32. c. 7. *ante med.* Cancri oculos adalligatos collo mederi lippitudini dicunt.

NEPARCUS, a, um, adject. *not thrifty*, non parcus. *Plaut. Pseud.* 1. 1. 77. Id quidem tibi neparcus dabo. Ita leg. *Acidalius.* Alii, *ne parsis*, h. e. ne peperceris.

NEPENTHES, n. indeclin. νηπενθὲς, h. e. tristitiam et dolorem fugans: a νὴ, particula privativa, et πένθος, luctus. Hoc nomine vocatur herba, quam quidam eandem ac buglosson esse putant, quod vino injecta hilaritatem inducat. *bugloss or ox-tongue. Plin.* l. 21. c. 21. et lib. 25. c. 2. et 8. ¶ Vox est ab *Homero* primum usurpata *Odyss.* 4. v. 221. ubi consule ejus Interpretes. *a nepenthe. Macrob.* 7. *Saturn.* c. 1. Si Homeri latentem prudentiam scruteris altius, delenimentum illud, quod Helena vino miscuit (*Odyss. loco cit.*) Νηπενθές τ', ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων, non herba fuit, non ex India succus, sed narrandi opportunitas, quæ hospitem mœroris oblitum flexit ad gaudium.

NEPESĪNUS, a, um, ad Nepet pertinens, quod est oppidum Etruriæ, nunc *Nepi*, non longe a Soracte monte: ut Nepesinus ager, *Liv.* l. 5. c. 19. ¶ *Nepesini, orum*, ejus oppidi cives. *Liv.* lib. 6. c. 9. et 10.

NEPET, n. indeclin. Νέπετα, oppidum Etruriæ, de quo V. in voce præced. *Plin.* l. 3. c. 5. ¶ Dicitur et *Nepete*, penult. br. *Nepte*, et *Nepe*, n. *Liv.* l. 6. c. 21. et l. 27. c. 9. et *Vellei.* l. 1. c. 14. [† ¶ V. *Charis.* l. 1. p. 78. *Putsch. Priscian.* l. 5. p. 657. et l. 6. p. 687.]

NEPĔTA, æ, f. *nep, catsmint, wild pennyroyal*, herba

hortensis, quam inter eas, quæ mali succi sunt, *Cels.* l. 2. c. 21. recenset. Ex ea vinum fieri *Plin.* tradit l. 14. c. 16.

NEPHELE, es, f. Νεφέλη, vox Græca, nubem significans. *Sen. in Herc. Œt.* v. 491. Nessus, quem gravida Nephele Thessalo genuit duci. *h. e.* Ixioni. V. *Ixion.* ¶ Est hoc nomine uxor Athamantis, mater Phryxi, et Helles. Hinc

NEPHELÆUS, a, um, adject. ad Nephelen pertinens, ut Nephelæum pecus, idest aries aurei velleris, qui Phryxum, et Hellen Nepheles filios per mare vexit. *Valer. Flacc.* l. 1. v. 56. I decus, et pecoris Nephelæi vellera Graio Redde tholo.

NEPHELEIAS, adis, f. patronym. filia Nepheles. *Lucan.* l. 9. v. 956. Qua pelago nomen Nepheleias abstulit Helle.

NEPHELĒIS, idos, f. Nepheleias. *Ovid.* 11. *Met.* v. 195. Angustum citra pontum Nepheleidos Helles.

NEPOS, otis, m. *perraro* f. *a grandson, son's or daughter's son,* ἔγγονος, υἱωνὸς, filius filii, vel filiæ meæ: et refertur ad avum, et aviam. *Festus* ab eo compositum dicit, quod natus post sit patri, quam filius. Alii ducunt a νέπους, quia non sit ποῦς, h. e. pes, seu fundamentum generis: alii aliunde. *Cic. pro Deiot.* c. 1. Qui nepos avum in discrimen capitis adduxerit. *Id.* 1. *Tuscul.* c. 35. Metellum multi filii, filiæ, nepotes, neptes in rogum imposuerunt. *Paul. Dig.* lib. 38. tit. 10. leg. 10. §. *secundo.* Nepos quoque dupliciter intelligitur, ex filio, vel filia natus. idem est et in nepte. *Caius ibid.* leg. 1. Secundo gradu sunt supra avus, avia: infra nepos, neptis. ¶ *Nepos ex filio,* vel *filia* idem est ac *nepos* absolute: sed tunc ita loquimur, cum significare volumus, ex qua parte sit nepos. *Cic. in Bruto,* c. 76. C. Sicinnius Q. Pompeii ex filia nepos. *Cels.* lib. 2. tit. 14. leg. 33. Avus neptis nomine, quam ex filio habebat, dotem promisit. *Scævola* lib. 44. tit. 4. *leg. ult.* Avus nepotibus ex filia legavit singulis centena. *Gell.* l. 13. c. 19. M. Cato M. Catonis Censorii ex filio nepos. Adde *Modestin.* lib. 37. tit. 9. leg. 4. et *Caium* lib. 26. tit. 4. leg. 7. ¶ *Nepos fratris,* aut *sororis,* vel *ex fratre,* aut *sorore* non est mei fratris, aut sororis filius, sed filius filii fratris mei, aut sororis. *Sueton. in Cæs.* c. 27. Octaviam sororis suæ neptem, conditione ei detulit. *h. e.* filiam Atiæ, cujus mater erat Julia Cæsaris soror. *Tacit. Ann.* 4. c. 44. Hunc admodum adolescentulum sororis nepotem seposuit Augustus in civitatem Massiliensem. *h. e.* filium Marcellæ, quæ matrem habuerat Octaviam sororem Augusti. *Quintil. in proœm.* l. 4. Cum mihi Domitianus Augustus sororis suæ nepotum delegaverit curam. *h. e.* filiorum Flaviæ Domitillæ, quæ erat filia Domitillæ, sororis Domitiani. ¶ Aliquando per *nepotem fratris,* aut *sororis,* vel *ex fratre* aut *sorore* intelligimus filium fratris, vel sororis, qui Anglice vulgo dicitur *a nephew,* Græce ἀδελφιδοῦς, et ἀδελφιδῆ: et refertur ad avunculum, patruum, et amitam. cum enim fratris, vel sororis meæ filius propria appellatione careat, facile ad proximam *nepotis* recurrimus, qua filius filii filiæve meæ nominatur. *In Suppositis Plautinis Amphitr. scena, quæ incipit,* Quis tam vasto, v. 49. Ego idem ille sum Amphitruo, Gorgophones nepos. *h. e.* quæ fuit soror patris mei, atque adeo amita mea. *Tacit. Ann.* 3. c. 30. Crispum equestri loco natum C. Sallustius, rerum R. florentissimus auctor, sororis nepotem in nomen adscivit. *h. e.* filium sororis. *Spartian. in Hadrian.* c. 2. *sub fin.* Nepte per sororem Trajani uxore accepta. *h. e.* Sabina filia Marcianæ sororis Trajani. (Alii faciunt filiam Matidiæ, quæ fuit ejusdem Marcianæ filia: et sic fuisset *the daughter of Trajan's niece,* idest neptis sororis Trajani: qua ratione *Eutrop. in breviar.* l. 7. c. 1. Octavianum, seu Octavium vocat nepotem C. Cæsaris, quia filius erat Atiæ, cujus mater Julia C. Cæsaris soror.) *Vet. Inscript. sub Gallieno circa A. C.* CCLXIII. apud *Reines.* class. 8. n. 37. Avunculus nepoti b. me *Venant. Fortun.* l. 6. carm. 4. v. 16. Non cecidit patruus, dum stat in urbe nepos. *Hieronym. in Epist.* 60. (*al.* 3.) *ad Heliodor. et in Chron. Euseb. prope fin.* et *Oros.* l. 7. c. 28. Licinius adolescens Licinii Augusti filius, Constantini autem ex sorore nepos. *h. e.* filius Constantiæ sororis Constantini. Adde his *Sueton.* cujus hæc sunt verba *in Cæs.* c. 83. Tres instituit heredes sororum nepotes, C. Octavium. L. Pinarium, Q. Pedium. Sed *Suetan.* per figuram ζεῦγμα locutus videtur, et Pedium Pinariumque, qui Juliæ sororis Cæsaris filii erant, conjunxisse cum Octavio, qui natus erat ex Atia filia Juliæ minoris, quæ itidem Cæsaris soror fuit. Itaque Octavius vere nepos erat sororis Cæsaris (et ita appellatur a *Veilei.* l. 2. c. 59. et *in Epit. Livii* lib. 116. tametsi hoc posteriore loco al. leg. *ex sorore nepos*) Pedius autem, et Pinarius sororis filii, sed tamen a *Suet.* eadem cognationis appellatione comprehensi. Antiquiores his Latinos Scriptores, qui fratris sororisvse filium *nepotem* dixerint, non facile invenies. ¶ Quandoque *nepotes* dicuntur posteri, proprie quidem qui recta linea per patrem et matrem descendunt; improprie qui etiam obliqua per fratres, et sorores, *posterity, descendants,* ἀπόγονοι. *Virg.* 6. *Æn.* v. 965. Filius anne aliquis magna de stirpe nepotum? et vers. 885. *de Marcello.* animamque nepotis His saltem accumulem donis. *Horat.* l. 2. od. 13. v. 3. in nepotum Perniciem, opprobriumque pagi. *Ovid.* Cupidinem alloquens 3. *ex Ponto,* ep. 3. v. 62. Cæsar, ab Ænea qui tibi fratre nepos. *Sidon.* carm. 11. v. 52. Omnatius majorum major avorum, Patritiæque nepos gentis. *Catull.* carm. 58. *ad Cæl.* Glubit magnanimos Remi nepotes. ¶ De bestiis, *Colum.* l. 6. c. 37. *de mulis.* Ejusmodi admissarius nepotibus, quam filiis, utilior est. Adde l. 7. c. 2. *ad fin.* ¶ De arboribus, *Virg.* 2. *Georg.* v. 58. arbos Tarda venit, seris factura nepotibus umbram. *h. e.* arbusculis, quæ ex ea oriuntur. Ita *Servius:* sed rectius intelliges de nepotibus et posteris hominum. ¶ In vitibus *nepos* est palmes novus e palmite egrediens in alis foliorum, quia flagellum gignit pampinum, hic alium pampinum, qui flagelli veluti nepos est. *the sucker on the branch of a vine. Colum.* l. 4. c. 10. Semina, ut materiam educaverint, abradenda, et nepotibus, quos pampinator in superiore parte omiserat, liberanda censemus. et cap. 6. *a med.* Omnes intra id spatium nepotes enatos sæpius decerpemus. ¶ Præterea *nepos* translate dicitur, qui prodigus est, et rem familiarem absumit, *a prodigal, spendthrift. Festus* inde ducit, quod prodigis non magis res sua familiaris curæ est, quam iis, quibus pater, avusque vivunt. Alii, quod pueri parentibus orbati, si in avorum potestate sint, qui solent esse indulgentiores, fere patrimonium dissipent, metu parentum sublato. Alii, quod frugalitas propria antiquorum virtus fuerit: eorum, qui post eos venere, h. e. nepotum, luxus et prodigentia vitium sit fere commune. *Cic.* 2. *Catil.* c. 4. Quis ganeo, quis nepos, quis adulter? *Id.* 1. *Agrar.* c. 1. Ut non sit minus in populi R. patrimonio nepos, quam in suo. *Id. pro Quint.* c. 12. Quis tam perditus ac profusus nepos, non adesa jam, sed abundanti etiam pecunia sic dissolutus fuisset, ut fuit Sex. Nævius? *Horat. in fin.* epod. 1. haud paravero, Quod aut avarus, ut Chremes, terra premam, Discinctus aut perdam ut nepos. ¶ Feminino genere pro *neptis. Enn.* apud *Non.* cap. 3. num. 147. et apud *Fest.* in *Recto,* et *Charis.* l. 1. pag. 70. *Putsch.* Ilia dia nepos, quas ærumnas tetulisti? *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 477. n. 5. Flavia Valeriana nepos. et pag. 678. n. 11. Etereia Fortunata nepoti suæ.

NEPOS, cognomen familiæ Romanæ in gente Cornelia, Licinia, Pompeia, Metellorum, &c. Aliquando ita effertur, ut nomen esse videatur, ut *Nepos Licinius, Nepos Cornelius.* Unde cognomini huic origo sit, incompertum est. ¶ *Cornelius Nepos,* scriptor Latinus aureæ ætatis vere aureus, patria fuit Veronensis, ex vico Hostilia ad Padi ripas: floruit temporibus Ciceronis, Cæsaris, Catulli, &c. Latinamque linguam plurimis scriptis illustravit: ex quibus unus tantum liber, et ne hic quidem integer ætatem tulit, de vitis excellentium Imperatorum, item de vita T. Pomponii Attici: qui sub nomine Æmilii Probi, per summam sui Auctoris injuriam, aliquandiu prodiit. Ejus nitorem, elegantiam, et puritatem qui laudare velit, actum egerit, cum vel unius pagellæ lectio Romani sermonis amatorem satis superque alliciat, et in sui admirationem trahat. V. *Cicer. in Bruto,* c. 72. *ad fin.*

NEPOTĀLIS, le, *luxurious, extravagant,* luxu abundans, profusus. *Ammian.* l. 31. c. 5. (*al.* 13.) In nepotali mensa diu discumbens, vino marcebat, et somno. *Apul. sub initio* l. 2. Nepotalis luxus. Al. aliter leg.

NEPOTĀTUS, us, m. *profusion, extravagance, luxury,* luxus, prodigentia. *Plin.* l. 9. c. 35. *circa med.* Subeunt luxuriæ ejus nomina, et tædia, exquisita perdito nepotatu. *Id.* l. 14. c. 4. *sub fin.* Nec nisi in nepotatu, singulis testis millia numum.

NEPOTĪNUS, a, um, *extravagant, profuse, prodigal, luxurious,* luxuriosus, immoderatus. *Sueton. in Calig.* c. 37. Nepotinis sumptibus omnium prodigorum ingenia superavit. Al. leg. *nepotatus.*

NEPŌTOR, aris, atus sum, dep. 1. *to be profuse, live extravagantly, waste or squander away,* ἀκολασταίνω, luxuriose et prodige vivo. *Senec. de benef.* l. 2. c. 15. Veto liberalitatem nepotari. *idest* in prodigalitatem verti. Alii explicant, Beneficium non dandum esse ei, qui nequiter profusurus sit. *Tertull. in Apolog.* c. 46. *ad fin.* Aristippus in purpura nepotatur.

NEPOTŬLUS, li, m. *a little grandson,* parvus nepos. *Plaut. Mil.* a. 5. v. 20. Sic te salvum hinc mittimus ire Venereum nepotulum. ¶ Nepotula, *a little grandaughter,* nepticula. Vet. lap. apud *Murator.* pag. 1445. n. 9.

NEPTICŬLA, læ, f. *a little grandaughter,* parva neptis. *Symmach.* l. 6. ep. 33. (*al.* 32.) Nepticulæ meæ infirmitas.

NEPTIS, is, f. *a grandaughter,* υἱωνὴ, θυγατριδῆ, quæ ex filio, filiave nata est. *Cic. de clar. Orat.* c. 58. Et filias ejus Mucias ambas, et neptes Licinias. *Sueton. in Aug.* c. 73. Vestis ab uxore, et filia, neptibusque confecta. et cap. 31. Si cujusquam neptium suarum competeret ætas. V. *Nepos.*

NEPTUNĀLIS, le, Ποσειδώνιος, ad Neptunum pertinens, ut Neptunales ludi apud *Tertull. de Spectac.* c. 6. qui absolute Neptunalia, τὰ Ποσειδώνια dicuntur a *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 3. *Charis. Diomed. Priscian.* et *Auson. in Eclogar. de Fer. Rom.* v. 19. Celebrabantur autem frondeis casis in ripa Tiberis excitatis, et tauro immolato, mense Sextili. *Fest.* in *Umbræ.* Umbræ vocabantur Neptunalibus casæ frondeæ pro tabernaculis. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 42. n. 2. die Neptunaliorum. V. *Saturnalia.*

NEPTUNICŎLA, læ, Neptunum colens. *Silius* l. 14. v. 443. Et Neptunicolæ transverberat ora Telonis.

NEPTUNĪNE, es, f. patronymic. Neptuni filia, vel neptis. Hanc patronymicorum positionem in femininis agnoscit *Priscian.* l. 2. pag. 585. *Putsch.* sic *Nerine, Adrastine* ab Adrastus, et Nereus. *Catull. de Nupt. Pel. et Thet.* carm. 63. v. 28. Te ne Thetis tenuit pulcherrima Neptunine? *h. e.* filia Nerei Neptuni filii.

NEPTUNĬUS, a, um, *relating to Neptune, Neptunian,* ad Neptunum pertinens, Ποσειδώνιος. *Virg. Æn.* 8. v. 695. Neptunia arva. *h. e.* mare. (prata dixit eod. sensu *Cic. in Arat.* v. 129. et Neptunias lacunas *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 10. *sub fin.* in prosa non imitandus.) *Id.* 2. *Æn.* v. 625. Neptunia Troja. *h. e.* a Neptuno una cum Apolline muris cincta. *Id.* l. 7. v. 691. Messapus, Neptunia proles. *h. e.* Neptuni filius. Sic *Val. Flacc.* l. 1. v. 363. Euphemus Neptunius. et lib. 2. v. 618. et *Lucan.* l. 7. v. 147. Neptunia cuspis. *h. e.* tridens, Neptuni gestamen. *Senec. in Troad.* v. 183. Neptunius juvenis. *h. e.* Cycnus Neptuni filius. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 109. et epist. 17. v. 21. et *initio* l. 9. *Metam.* et *Stat.* 12. *Theb.* v. 588. Neptunius heros. *h. e.* Theseus Neptuni filius. *Tibull.* l. 1. carm. 1. v. 56. Ætnææ Neptunius incola rupis. *h. e.* Cyclops Neptuni filius, ut *Serv. ad Virg. Ecl.* 2. v. 24. et *Hygin.* fab. 157. tradunt. *Cic. in Arat.* vers. 440. Neptunia Pistrix. *h. e.* marina. *Plaut. Mil.* 2. 5. 3. Neptunia loca. *h. e.* mare. *Horat.* epod. 9. v. 7. dux Neptunius. *h. e.* Sex. Pompei. Magni filius, qui se a Neptuno adoptatum jactabat. V. *Plin.* l. 9. c. 16.

NEPTŪNUS, i, m. *Neptune,* Ποσειδῶν, filius Saturni, et Opis, Jovis et Plutonis frater, deus maris et aquarum ceterarum, ut *Serv. ad Georg.* 1. v. 12. docet. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 26. Ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando, paulum primis litteris immutatis. et lib. 3. c. 25. Quoniam Neptunum a nando appellandum putas. Al. leg. utroque loco *nubendo,* propterea quia *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 10. et *Arnob.* l. 3. pag. 118. dictum docent, quod aquis terram obnubat. [† *Isidor.* 8. 11. Neptunus quasi nubitonans. *Scaligerus* ducit a νίπτω. Sic a *verto, augeo,* veniunt *Vertumnus, Auctumnus.* Vetus forma fuit *Neptumnus.* V. infra. Alii Tuscum volunt esse *Neptunum.*] In divisione universi aquarum regnum ei obtigit: diciturque in imo mari regiam habere: unde toto Oceano, et fluminibus, fontibus et lacubus præest, tridentem pro sceptro gerens. Habitus est etiam equorum sator, cum percussa tridenti tellure equus exstitit, ut est apud *Virg. Georg.* 1. v. 12. Unde a Thessalis, in quorum finibus hoc factum esse dicitur, Neptuno equestre certamen est institutum: et is Ἵππιος Ποσειδῶν, Neptunus equester appellatus, ut *Serv. ad hunc loc.* docet. V. *Consus,* et *Hippius.* Sacra ei tauro fiebant. V. *Neptunalis.* Trojæ mœnia una cum Phœbo exstruxisse dicitur, eademque, mercede fraudatus, diruisse, super alias pœnas, quas a Laomedonte perjuro expetiit. Uxorem habuit Amphitritem, et ex ea prolem plurimam marinarum Nympharum: alios præterea filios ex aliis matribus, quos *Hygin.* fab. 157. recenset, itemque *Ovid.* l. 6. *Met.* a vers. 115. ubi etiam varias ejus metamorphoses enumerat. *Plaut. Trin.* 4. 1. 1. Neptunus salsipotens et multipotens. *Virg.* 3. *Æn.* v. 74. Nereidum matri, et Neptuno Ægæo. *Lucan.* l. 4. v. 110. Sic, o summe pater mundi, sic sorte secunda Æquorei rector facias Neptune tridentis. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 30. Cæruleos oculos esse Neptuni. ¶ Frequenter a Poetis pro mari, et pro quavis aqua per metonymiam ponitur. *the sea; water.* [† Dixit *Miltonus: the ebbing Neptune.*] *Lucret.* l. 2. v. 470. mixta putes magis aspera levibus esse Principiis, unde est Neptuni corpus acerbum. *Virg.* 4. *Georg.* v. 28. si forte morantes (*apes*) Sparserit, aut præceps Neptuno immiserit Eurus. *Plaut. Rud.* 2. 6. 2. Credere se Neptuno. ¶ *Uterque Neptunus* apud *Catull.* carm. 29. *Sirmion.* v. 3. est qui salsis et dulcibus aquis præest. ¶ Pro piscibus *Næv.* apud *Fest.* in *Coquum.* Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem. ¶ *Neptunuspater* olim conjuncte dictum est, ut *Marspiter, Januspater,* &c. *Gell.* l. 5. c. 12. ¶ In vet. lap. apud *Gruter.* pag. 460. n. 3. et alibi *Neptumnus,* et *Neptumnalia* insculptum est. Sic *Portunus,* et *Portumnus.*

NEPUS, non purus. *Fest.* ubi *Scalig.* vult legi *nepurus.*

NE QUA, adject. f. V. in *Nequis.* ¶ Adverb. ne per aliquem locum μήπη: pro quo *Terent.* dicit *ne aliqua,* in *Adelph.* 2. 4. 18. ne, si magis irritatus siet, aliqua ad patrem hoc permanet. ¶ Item ne aliqua ratione. *lest in any way. Virg.* 1. *Æn.* v. 686. Ne qua scire dolos, mediusve occurrere possit. *Plaut. Cas.* 3. 2. 4. Ne qua ignavissumis liberi loci potestas sit vetulis vervecibus.

NEQUALĬA, detrimenta. *Paul.* ex *Festo.*

NEQUAM, adject. indeclin. com. gen. *worthless, good for naught, naughty, profligate, bad,* inutilis, nihili, nebulo: item luxu diffluens, dissolutus, voluptatibus bona sua dissipans, atque adeo aliis perniciosus: quia qui nulli rei est, in hæc vitia fere dilabitur: unde et *frugi* opponitur, et frugalitati nequitia. Est ex *ne* et *quidquam. Varr.* l. 9. *de L. L. sub fin.* Ut ex non et volo, nolo; sic ex ne et quidquam, media extrita syllaba, coactum est nequam. Itaque ut eum, quem putamus esse non bili, dicimus ni-

hili; sic in quo putamus esse nequidquam, dicimus nequam. Hæc *Varro. Fl. Caper de Orthograph.* pag. 2246. *Putsch.* Nequam non malum significat, sed inutilem. *Festus*: Nequam, qui ne tanti quidem est, quam quod habetur minimi. *Gell.* c. 11. l. 7. Qui proprie atque integre locuti sunt, dixerunt nequam hominem, nulli rei, neque frugis bonæ: quod genus Græci fere ἄσωτον, ἢ ἀκόλαστον. ἢ ἀχρεῖον, ἢ ἄχρηστον, ἢ κακότροπον, ἢ μιαρόν. *et mox.* Cum Cicero in eundem Antonium probra quædam ludibriosa, et turpia ingessisset, ad extremum hoc addidit (*Phil.* 2. c. 31.) O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere. (Adde *Phil.* 7. c. 1. *ad fin.*) *Quintil.* l. 8. c. 3. *a med.* Nec parricidam, nequam dixeris hominem; nec deditum forte meretrici, nefarium: quod alterum parum, alterum nimium est. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 12. quem *nequam* hominem dixerat, mox *nebulonem* appellat. Itaque huc facient non parum, quæ ad eam vocem illustrandam suo loco dicta sunt. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 45. Liberti nequam, et improbi. *Lucil.* apud *Fest.* in *Quartarios.* Porro homines nequam, malus ut quartariu', cippos Collisere omnes. *Senec. de constant. sapient.* c. 13. Nequam mancipia emere, et vendere. *Plaut. Asin.* 2. 2. 39. Malus et nequam es. *Id. Mostell.* 112. 23. Nequam homo, et indiligens, cum pigra familia, immundus, instrenuus. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 10. nequam, et cessator Davus. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 62. Imitatur nequam bestiam, et damnificam. *Cic. in Pison.* c. 27. Nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 17. Quid est nequius, aut turpius effeminato viro? *Id.* 4. *Verr.* c. 78. Hominem flagitiosissimum, libidinosissimum, nequissimumque defendere. *Plin.* l. 18. c. 6. *a med.* Nequam esse agricolam, quisquis emeret, quod præstare ei fundus posset. et l. 19. c. 4. *a med.* Nequam esse in domo matremfamilias, ubi indiligens esset hortus. ¶ Opponitur homini frugi. *Plaut. Pseud.* 1. 5. 53. Cupis, me esse nequam, tamen ero frugi bonæ. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *ante med.* Cum accusator, tanquam censor bonus, homines nequissimos rejiceret; reus tanquam clemens lanista, frugalissimum quemque secerneret. *Id. pro Font.* c. 13. L. Piso tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur. ¶ Speciatim dicitur de eo, qui in turpibus est lascivior. *Martial.* l. 3. epigr. 69. Hæc igitur juvenes nequam, facilesque puellæ, Hæc senior, sed quem torquet amica, legat. Adde lib. 11. ep. 16. et V. *Nequitia.* ¶ Dicitur et de rebus aliis. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. *a med.* Carminari dicitur lana, cum caret eo, quod in ea est nequam. *Colum. sub fin.* c. 10. l. 3. Nisi tamen crediderunt flagellum destitutum materno alimento, frugiferum, quod in ipsa matre nequam fuisset. *Cato R. R.* c. 6. Nequam hostus. V. *Hostus. Plaut. Asin.* 1. 3. 26. Piscis nequam est, nisi recens. *Id. Trin.* 2. 4. 38. Nequam illud verbum est, *bene vult*, nisi qui bene facit. et 4. 3. 28. *Sta.* Petere honorem pro flagitio, more fit. *Char.* morem improbum. *Sta.* Strenuos præterire, more fit. *Char.* nequam quidem. *h. e.* more inutili, et pernicioso. *Gell.* l. 7. c. 3. *circa med.* Enthymema nequam, est vitiosum. *Lucil.* apud *Fest.* Nequam aurum est, aures quodvis vehementius ambit. Hoc versu, inquit *Fest.* significare videtur, nequam esse aurum, quod aures lædat vel pondere inaurium, cum mollissima pars auris inciditur: vel etiam cupiditatem pecuniæ voluit significare. *Scalig.* suspicatur Lucilianum versum ita corrigendum: Nequam est aurum aures quojus vehementius ambit. *h. e.* nequam est is homo, cujus aures aurum ambit. Male enim audiebant apud Romanos Barbari, qui aures perforatas habebant, et inauribus instructas. ¶ Substantive *Plaut. Pœn.* 1. 1. 31. Vin' tu illi nequam dare? me dato. *h. e.* malum dare. *et mox.* Utrumque faxo habebit, et nequam, et malum. *both the mischief, and the vexation.* et *ibid.* v. 44. Item 3. 3. 44. Locum sibi velle liberum præberier, ubi nequam faciat, ne quis sit arbiter. *h. e.* nequiter faciat.

NEQUANDO, adverb. *lest at any time*, μήποτε, ne ullo tempore, sicut *siquando*, si aliquo tempore. *Cic. Attic.* l. 10. ep. 12. Tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito, nequando quid emanet. *Id. de Amic.* c. 16. *extr.* Ut nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus!

NEQUĀQUAM, *in no wise, by no means, far from being*, μηδαμῶς, neutiquam, non, minime: particula vehementer negans. *Cæs.* l. 4. *B. Gall.* c. 23. Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum. *Cic. pro Cluent.* c. 64. *a med.* Strato in vincula conjectus est: atque etiam in taberna ejus nummi nequaquam omnes reperiuntur. *Id. de Amic.* c. 19. Q. Maximum, egregium virum, omnino sibi nequaquam parem, tanquam superiorem colebat. *Id.* 2. *Verr.* c. 12. Illud mihi nequaquam dignum industria mea videbatur. *Vetus Poeta* apud *Cic.* 3. *de Fin.* c. 25. *extr.* Nequaquam istuc istac ibit. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 20. Cetera nequaquam simili ratione modoque Æstimat.

NEQUE, *neither, nor, and not*, μήτε, οὐδὲ, οὔτε, idem quod nec, h. e. et non, particula disjunctiva, a *ne* et *que*, et. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 12. Nam certe neque tum peccavi, cum, *&c.* neque cum post conditiones, &c. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 41. animæ, quales neque candidiores Terra tulit, neque queis me sit devinctior alter. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 3. Id neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto. *Id.* 1. *de Orat.* c. 53. Neque vero hoc solum dixit, sed ipse et sensit, et fecit. *Id. de Amic.* c. 13. Neque enim est consentaneum, ullam honestam rem, ne sollicitus sis, non suscipere. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 29. Neque solum facie, sed etiam ornatu. ¶ Interdum in altero membro *et* sequitur. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 20. Id neque amoris mediocris, et ingenii summi, et sapientiæ judico. *Liv.* l. 27. c. 10. Ad id sibi neque opes deesse, animum etiam superesse. *Terent. Eun.* 5. 5. 23. Vide, Parmeno, quid agas, ne neque illi prosis, et tu pereas. ¶ *Neque autem*, neque vero. *nor indeed. Cic. Fam.* 5. ep. 12. *a med.* Neque autem ego sum ita demens, ut, &c. *Cels.* l. 2. c. 17. Neque terrere autem ea res debet. *Id.* l. 7. c. 9. Neque senile autem corpus huic medicinæ idoneum est. ¶ Si alia negans particula præponatur, tunc *neque* non negat. *Cic.* 1. *Offic.* c. 2. Nulla vitæ pars neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest. ¶ Etiam quando sequitur *ne quidem*, videtur negandi vim amittere. *Liv.* l. 29. c. 2. Neque enim ne ipsius quidem regis abhorrebat animus. Idem erat sensus si dixisset: *Etenim ne ipsius quidem*, &c. Sic lib. 30. c. 30. Neque enim ne nobis quidem Sicilia, et Sardinia, &c. ¶ Ceterum junctum cum alia negativa affirmat. *Plaut. Curcul.* 4. 4. 23. Tua magnifica verba, neque istas tuas magnas minas non pluris facio, quam ancillam meam, quæ latrinam lavat. *Cic. Fam.* 11. ep. 20. Neque tamen non te cautum esse volo. ¶ *Neque non.* V. *Nec non.* ¶ Interdum, Græcorum more, negat adhuc. *Plaut. Epid.* 4. 1. 6. Neque ea nunc ubi sit, nescio. *Id. Bacch.* 4. 9. 114. Neque ego haud committam, ut si quid peccatum fiet, fecisse dicas de mea sententia. *Id. Epid.* 5. 1. *in fin.* Neque ille haud objiciet mihi, pedibus se se provocatum. *Terent. Andr.* 1. 2. *extr.* Neque tu haud dicas tibi non prædictum. Ita legit etiam *Donat.* Alii *neque tu hoc dicas.* ¶ *Neque dum.* V. *Nec dum.* ¶ Pro simplici *non. Cato R. R.* c. 141. Si quid tibi illisce suovetaurilibus neque satisfactum est. *Vellei.* l. 2. c. 57. Et libelli conjurationem nuntiantes dati, ab eo neque protinus lecti erant. ¶ Pro *ne quidem. Cic. Agrar.* 3. c. 2. Caput est legis, de quo ego consulto, Quirites, neque apud vos ante feci mentionem, ne viderer, &c. ¶ Interdum ita ponitur, ut abesse etiam possit. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 30. *in fin.* Non enim solum acuenda nobis, neque procudenda lingua est, sed onerandum pectus maximarum rerum copia. *atque* si dixisset, eadem erat sententia. ¶ Pro *et ne. Sallust. in Jug.* c. 14. Tamen erat majestatis Romani populi prohibere injuriam, neque cujusquam regnum per scelus crescere. Al. aliter leg. sed *Cortius* fuse et acriter eam lectionem tuetur *excursu* 2. *in Jugurth.*

NEQUĔDUM, *nor yet, nor as yet*, necdum, et nondum. *Cels.* l. 5. c. 26. sect. 33. Si nigrities est, quæ nequedum serpit, imponenda sunt quæ carnem exedunt. Si magis putre est, jamque procedit ac serpit, opus est, &c.

NEQUĔO, is, ivi, et ii, itum, n. anom. *not to be able*, ἀδυνατέω, ἀσθενέω, non queo, non possum. *Cic. in Orat.* c. 45. Libenter etiam copulando verba jungebant, ut sodes pro si audes, nequire pro non quire, malle pro magis velle. *Sallust. in Orat. Macri Licin. ad pleb.* Quod ego nequeo satis mirari, Quirites. *Horat. in Art. Poet.* v. 87. Cur ego, si nequeo, ignoroque, poeta salutor? *Terent. Hecyr.* 3. 3. 25. Nequeo quin lacrymem. *h. e.* non possum facere quin, &c. *I cannot refrain from weeping. Plaut. Merc.* 3. 4. 51. Ubi habitaret, invenires saltem, si nomen nequis. *Cic. in Somn. Scip.* c. 5. *sub fin.* Solem adversum intueri nequitis. *Id. in Orat.* c. 65. *ad fin.* ut ea, cum velimus, laxare nequeamus. *Lucret.* l. 3. v. 673. actam ætatem meminisse nequimus. *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 84. commissa tacere Qui nequit, hic niger est. *is unable. Cic.* 2. *de Orat.* c. 75. Ea, quæ sanare nequeunt, exulcerant. *Virg.* 6. *Æn.* v. 507. te, amice, nequivi Conspicere, et patria decedens ponere terra. *Titinn.* apud *Non.* c. 1. n. 3. Inter decem annos nequisti unam togam detexere. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 78. Quam nequiere proci recto depellere cursu. *Lucret.* l. 4. v. 1248. fecundæ sæpe nequissent Uxores parere. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 46. Cum Demosthenes *rho* dicere nequiret. *could not pronounce*, &c. *Lucret.* l. 1. v. 380. Quo poterunt undæ, cum pisces ire nequibunt? *Sallust. in Catil.* c. 62. Quod prœlio adesse nequibat. *Id. in Jug.* c. 18. Quod injuriam facere nequisset. *Colum. init. præfat.* Existimant, effetum solum nequire præbere mortalibus alimenta. ¶ Passive, seu deponentis forma. *Sallust. in Jug.* c. 34. Quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur, jure factum sit. *Plaut. Rud.* 4. 4. 20. Ut nequitur comprimi! *Id. in fragm.* apud *Fest.* Retrahi nequitur, quoquo progressa est semel. *Pacuv. ibid.* Cum contendi nequitum. *Cato ibid.* Fana in eo loco compluria fuere. ea exauguravit, præterquam quod Termino fanum fuit: id nequitum exaugurari. Omnib. his loc. activa positio eandem haberet sententiam, cum passivo infinito jungatur. nam et *ulcisci* apud *Sallust.* passive accipiendum est. [† ¶ Participii *nequitus* pænultimam brevem vult *Priscian.* p. 899. *Putsch.* V. *Queo, ad fi.*] ¶ Particip. *nequiens, euntis. Sallust. in fragm.* apud *Andr. Schot.* (habentur in fine fragmentor. *Sallust.*) Spartacus nequiens prohibere. *Apul.* l. 8. *Metam.* Nequiens idoneum exitium præsenti cladi reddere. *Auson. in Professorib.* 2. *sub fin.* digna nequiens promere. *Ammian.* l. 15. c. 10. (*al.* 26.) *a med.* Annibalem assequi nequiens. *Sallust. in fragm.* l. 3. *Histor.* apud *Arusian. Mess.* Sustinere corpora plerique nequeuntes. *Arnob.* l. 1. pag. 13. Nequeuntes videre. et lib. 7. pag. 239. Nequeuntes scire. ¶ *Nequinont* pro *nequeunt* antiquum est. Usurpavit *Liv. in Odyss.* apud *Fest.* ¶ Nequeunt *Id. Fest.* interpretatur non eunt: ubi *Scalig.* mallet legi *neceunt*, ubi *nec* sit pro *non* ut in *necopinus.*

NEQUĔUNT, non eunt. *Festus.*

NEQUEOPĪNANS. V. *Necopinans.*

NEQUICQUAM, *et* Nequidquam, *in vain, to no purpose, fruitlessly*, μάτην, frustra. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. *ante med.* Nequicquam perierit ille. *Cic. pro Quint.* c. 25. *ad fin.* Et sero, et nequicquam pudet. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 1. *extr.* Nequidquam alicujus auxilium implorare. *Virg.* 9. *Æn.* v. 219. causas nequidquam nectis inanes. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 19. Hostes itineribus diversis fugam quærunt. nequidquam: nam, &c. ¶ Aliquando alia negans particula præcedit. *Virg.* 1. *Georg.* v. 95. neque illum Flava Ceres alto nequidquam spectat Olympo. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 27. Ut non nequidquam tantæ virtutis homines judicari deberet ausos esse transire latissimum flumen, subire iniquissimum locum, &c. *h. e.* non temere. ¶ Pro nihil, vel non. *Virg.* 1. *Georg.* v. 403. Nequidquam seros exercet noctua cantus. *Id.* 2. *Æn.* v. 544. telumque imbelle sine ictu Conjecit, rauco quod protinus ære repulsum, Et summo clypei nequidquam umbone pependit. Ita *Servius*, qui trahit huc illud *Persii* sat. 2. v. 50. donec deceptus et exspes Nequicquam fundo suspiret nummus ab imo. Sed hæc rectius aliter ab aliis explicantur. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 31. Secernere a corpore animum, nequidquam aliud est, quam emori discere. Al. leg. *nec quidquam* eodem sensu, posito *nec* pro *non*: alii *nihil quidquam.* ¶ Apud *Fest.* habetur *nequiquam*, atque ita in multis MSS. *Virgilii, Propert. Valerii Flacci*, et aliis repertum est, teste *Voss. in Etymol.* in *Quis*, *Pier. ad* 2. *Æn.* v. 102. *Broukhus. ad Propert.* 2. 3. 5. et *Dausqu. in Orthogr.* Volunt enim esse a sexto casu *quiquam* masculino, ut *nequaquam* a feminino. ¶ Pleonasmus est in illo *Apul.* l. 8. *Metam.* Sed nequidquam frustra timorem illum satis inanem perfuncti, longe pejores inhæsimus laqueos.

NEQUĪNĀTES, um, Narnienses, quorum oppidum Narnia olim *Nequinum* dictum fuit. *Cato* apud *Fest. Plin.* l. 3. c. 14. *Liv.* l. 10. c. 9. et *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 296. col. 2.

NEQUĪNONT. V. in *Nequeo* sub fin.

NEQUĪQUAM. V. *Nequicquam.*

NEQUIS, *et* Ne quis, a, od, *et* id, *lest any one, that no one*, μήτις, ne aliquis. *Cic. de opt. gen. Orat.* c. 7. Cum esset lex Athenis, nequis populi scitum faceret. *Id. in Divin. Verr.* c. 10. *a med.* Nequa deductio fieret, tua potestas erat. *that no. Nep. in Attic.* c. 10. Nequod periculum incideret. *Terent. Phorm.* 4. 5. 1. Curabo, ne quid verborum duint. *Virg. Æn.* 1. v. 417. Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset. *Cic. pro Cluent.* c. 60. *extr.* Uti necui innocenti mœror tuus calamitatem afferret. *Id.* 2. *Offic.* c. 19. *ad fin.* Animadvertant, cum alios juvare velint, nequos offendant. *Plin.* l. 28. c. 2. Ne qui hostium simili modo agerent. [† In *Cic. Verr.* 1. 17. et *Ter. Heaut.* 2. 3. 28. legendum *ne quis* et *ne quid* divise, et *ne* referendum ad *ut.*] ¶ *Ne quid nimis*, μηδὲν ἄγαν, dictum septem Sapientum, quo modus in rebus omnibus commendatur. *Terent. Andr.* 1. 1. 34. ¶ In recto masculino est etiam *ne qui* pro *ne quis*, et *ne quæ* pro *ne qua. Cic. pro Sull.* c. 12. Nequi forte incipiat improbus subito te amare, Torquate. et cap. 15. Nequi posset tantum de reipublicæ periculo meminisse, quantum vellet. *et Attic.* 7. ep. 10. Nequi conspectus fieret, aut sermo. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. Ne qui porcellus a matre opprimatur. *Id.* l. 3. c. 9. *a med.* Circum caveas incendendum cornu cervinum, ne quæ serpens accedat. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 9. Metuo, ne quæ ἀριστεία me absente.

NEQUISSĬMUS. V. in *Nequam.*

NEQUĬTER, adverb. *wastefully, prodigally, profligately*, ἀκολάστως, inutiliter, dissolute, profuse: cui opponitur frugaliter. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 17. Aderit temperantia, quæ est eadem moderatio, a me quidem paulo ante appellata frugalitas, quæ te turpiter et nequiter facere nihil patiatur. *Id.* 2. *Fin.* c. 8. *extr.* Ille porro male, prave, nequiter, turpiter cœnabat. ¶ Ponitur et pro male, prave, *badly*, κακῶς. *Liv.* l. 41. c. 7. Utrum bellum susceptum sit nequius, an inconsultius gestum, dici non potest. ¶ Item remisse, languide. *Plaut. Asin.* 3. 3. 88. Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares. ¶ Item infeliciter, misere. *Plaut. Amph.* 1. 3. 23. Nequiter pæne expedivit prima parasitatio. ¶ Item male, perperam, injuste, *wickedly, wrongly, unjustly. Martial.* l. 10. epigr. 77. Nequius a Caro nihil unquam, Maxime, factum est, Quam quod febre perit. ¶ Item *cunningly, craftily.*

Plin. l. 12. c. 25. *a med. de balsamo.* Vitiatur oleo rosæ, resina, galbano, *&c.* nequissime autem gummi, quoniam ipsum quoque inhærescit manu inversa, et in aqua sidit: quæ probatio gemina est. ¶ Item *wantonly*, lascive, incontinenter. *Cato* apud *Gell.* c. 1. l. 16. Si qua per voluptatem] nequiter feceritis, voluptas cito abibit, nequiter factum illud apud vos semper manebit. *Martial.* l. 2. epigr. 27. Effete, graviter, cito, nequiter, euge, beate. *h. e.* ingeniose in nequitiis explicandis. Voces sunt, quibus applaudebant recitantibus, aut causas agentibus.

NEQUITIA, æ, *et* Nequities, ei, f. *inactivity, remissness, neglectful conduct*, ἀχρειότης, ignavia, inertia. *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 8. *ad fin.* Frugalitas, ut opinor a fruge: nequitia ab eo (etsi hoc erit fortasse durius) quod nec quicquam est in tali homine: ex quo idem nihili dicitur. *Id. Catil.* 1. c. 2. Cupio, me esse clementem: cupio in tantis reipubl. periculis non dissolutum videri: sed jam me ipsum inertiæ nequitiæque condemno. et cap. 11. *ad fin.* Si quis est invidiæ metus, num est vehementius severitatis ac fortitudinis invidia, quam inertiæ ac nequitiæ pertimescenda? *Id.* 5. *de Fin.* c. 20. Inertissimi homines, nescio qua singulari nequitia præditi. *Auson. Edyll.* 12. *in præfat. monosyllab. in fin. positor.* Similium nugarum subtexo nequitiam. *the folly of such trifles.* ¶ Item profusio, prodigentia: vitium ejus, qui frugalitate caret, et in luxu vivit, *prodigality, profusion.* V. *Frugalitas. Cic. pro Cluent.* c. 51. Brutum autem, hominem sapientem, quod filii nequitiam videret, quæ prædia ei relinqueret, testificari voluisse. *Paul.* lib. 3. *Sententiar.* tit. 4. Moribus per Prætorem bonis interdicitur hoc modo: Quando tibi bona paterna avitaque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, &c. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 131. Illum aut nequities, aut vafri inscitia juris, Postremum expellet certe vivacior heres. *Claud. Quadrigar.* apud *Gell.* l. 7. c. 11. Luxuria et nequitia pecuniam magnam consumpserat. ¶ Et quia profusio præcipue versatur in quæritandis turpibus corporis voluptatibus, quarum gratia sæpissime homines bona sua comedunt; *nequitia* accipitur pro turpi incontinentia, flagitiosa cupiditate, probrosa libidine, *profligacy, lewdness, wantonness. Donat. ad Terent. Adelph.* 3. 3. 4. Nequitia proprie libidinosa inertia dicta est. *Horat.* l. 3. od. 12. Uxor pauperis Ibyci, Tandem nequitiæ pone modum tuæ, Famosisque laboribus. et od. 4. *sub fin.* Incontinentis nec Tityi jecur Relinquit ales, nequitiæ additus Custos. *scil.* quia in Latonam petulans fuit. *Martial.* l. 4. epigr. 42. Nequitias tellus scit dare nulla magis. Adde lib. 9. epigr. 62. *Petron. in Satyr.* c. 87. et *Ovid.* 1. *Fast.* v. 414. et *Phædr.* l. 3. fab. 8. v. 15. ¶ Discrimen inter malitiam, et nequitiam cognoscimus ex illis *P. Africani* verbis apud *Gell. loc. cit.* Omnia mala, probra, flagitia, quæ homines faciunt, in duabus rebus sunt, malitia, atque nequitia. Si nequitiam defendere vis, licet. Sed tu in uno scorto majorem pecuniam absumpsisti, quam quanti omne instrumentum fundi Sabini in censum dedicavisti. Non vis nequitiam: age, malitiam saltem defende. Sed tu verbis conceptis conjuravisti sciens sciente animo tuo, &c. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 6. Utile putamus, ab omnibus unicam malitiam, atque nequitiam cognosci. ¶ Est etiam universim malitia, improbitas, vitiositas, *wickedness, improbity, vice. Cic. pro Rosc. Amer.* c. 46. Si domus hæc habenda est potius, quam officina nequitiæ, et diversorium flagitiorum omnium. *Id. Verr.* 7. c. 33. *extr.* Qui alterum se Verrem cum luxuria atque nequitia, tum etiam imperio putaret. *Senec.* l. 2. *de Ira*, c. 8. Certatur ingenti quodam nequitiæ certamine: major quotidie peccandi cupiditas, minor verecundia est. *Phædr.* l. 2. fab. 6. v. 3. Vis, et nequitia quidquid oppugnant, ruit. *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 23. Dolo malo, et per nequitiam. ¶ Item flagitium, scelus. *Propert.* l. 1. el. 15. v. 38. Nec tremis admissæ conscia nequitiæ? ¶ Nequitia aceti est vitium vini in acetum versi. Est enim acetum vinum corruptum. *Plin.* l. 14. c. 20. Aceti nequitiæ inest virtus magnos ad usus, et sine queis vita mitior degi non possit.

[* NEQUĬTO, as, are, n. 1. et *nequitor, aris*, nequam sum. Agnoscit *Priscian.* l. 8. pag. 799. *Putsch.*, sed nullum adduxit Latini scriptoris locum.]

NEQUO, *et* Ne quo, adverb. *no whither*, ne in aliquem locum, μήποι. *Cato R. R.* c. 143. Villica ad cœnam nequo eat, neque ambulatrix siet.

NERATĬUS Priscus Jurisconsultus, vir fuit tantæ non solum peritiæ in jure, sed morum probitatis, ut Trajanus Imperator aliquando habuerit in animo eum pro Adriano successorem sibi relinquere: ipse vero Adrianus, cum judicaret, eum cum paucis aliis JCtis, in consilio habuerit. *Spartian. in Adrian.* c. 4. et 18.

NERĒIS, *et* Nerĕis, idis, f. patronym. Νηρηΐς, et Νηρεΐς, filia Nerei. *a Nereid.* Nereides sunt Nymphæ maris, filiæ Nerei et Doridis, numero quinquaginta, quarum omnium nomina habes apud *Hygin. in præfat.* aliquarum apud *Virg.* 4. *Georg.* a vers. 336. et *Æn.* 5. v. 825. Sed *Propert.* l. 3. el. 5. v. 33. centum facit. Solent autem interdum a Poetis omnes Nymphæ maris hoc nomine appellari. *Tibull.* l. 1. el. 6. v. 9. Talis ad Hæmonium Nereis Pelea quondam Vecta est frenato cærula pisce Thetis. *Stat.* l. 1, *Achill.* v. 24. Fluctibus invisis jam Nereis imperat Helle. et vers. 526. Quo rapis ingentem magni Chironis alumnum Femineis, Nerei, dolis? *Ovid.* 13. *Metam.* v. 858. Nerei, te vereor: tua fulmine sævior ira. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 15. Æquoreæ monstrum Nereides admirantes. *Ovid. Heroid.* ep. 5. v. 57. Utque celer venias, virides Nereidas oro. *Id.* 11. *Metam.* v. 380. Sed memor admissi Nereida colligit orbam. *Senec. in Hippol.* v. 336. Cærulus undis grex Nereidum. ¶ De Nereidibus, marinis monstris, pube tenus humana effigie, hispido corpore squamarum more, cetera piscibus, verba facit *Plin.* l. 9. cap. 5. *mermaids.*

NEREĬUS, a, um, adject. ad Nereum pertinens. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 162. Præscia venturi genitrix Nereia lethi. *h. e.* Thetis Nympha marina. *Id.* l. 7. v. 685. Nereius juvenis. *h. e.* Phocus Nerei nepos. *Virg.* 9. *Æn.* v. 102. Nereia Doto. *h. e.* Nerei filia. *Sil.* l. 7. v. 416. Nereia turba. *h. e.* Nereides. *Seren. Sammon.* c. 36. v. 687. Nereia lympha. *h. e.* aqua marina. *Claudian. de IV. Consul. Honor.* v. 591. Nereia bacca. *h. e.* margarita.

NEREUS, i, *et* eos, m. dissyllab. Νηρεύς, Oceani et Tethyos filius, deus maris: quasi νηρός, humidus, a νέω vel νάω, fluo. Hunc Orpheus in Argon. deorum antiquissimum appellat. Unde et grandævus a *Virgilio* dicitur 4. *Georg.* v. 392. Ex Doride uxore, eademque sorore maximam Nympharum turbam suscepit, quæ a nomine patris Nereides appellantur. V. *Nereis. Propert.* l. 3. el. 5. v. 33. O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ. *Enn. in Andromeda*, apud *Priscian.* l. 7. p. 733. *Putsch.* Filiis propter te objecta sum innocens Nerei. *h. e.* marinis monstris. ¶ Pro Neptuno est in illo *Virg.* 2. *Æn.* v. 418. sævitque tridenti Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo. et *Ovid.* 2. *Amor.* el. 11. v. 39. Tum mare in hæc magnus proclinet litora Nereus. et *Petron. in Satyr.* c. 139. Me quoque per terras, per cani Nereos æquor, &c. ¶ Metonymice est ipsum mare. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 58. *de Ulysse.* Vexit et Æolios placidum per Nerea ventos. *Val. Flacc.* l. 1. v. 450. Insurgit transtris, et remo Nerea versat. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 187. qua totum Nereus circumsonat Orbem. *Lucan.* l. 2. v. 713. Hic primum rubuit civili sanguine Nereus.

NERĬA. } V. *Nerio.*
NERIĒNE. }

NERĪNE, es, f. Νηρίνη, patronym. eadem quæ Nereis. *Virg. Ecl.* 7. v. 37. Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ.

NERĪNUS, a, um, ad Nereum pertinens. *Nemesian.* ecl. 4. v. 52. Nerinas potabit aquas. *h. e.* marinas. *Auson.* ep. 4. v. 55. Nodosas vestes (*al.* pestes) animantum Nerinorum. *h. e.* piscium.

NERĬO, enis, (ut Anio, enis) *et* Nerienes, is, *et* Neriene, es, *et* Neria, æ, f. Sabinum verbum, quo significatur virtus et fortitudo. Unde ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia atque præstanti fortitudine, *Nero* appellatus est. Id autem Sabini accepisse videntur a Græcis, qui vincula et firmamenta membrorum νεῦρα dicunt: unde nos quoque Latine *nervos* appellamus. In libris sacerdotum populi R. Neriene Martis est vis, et potentia, et majestas Martis: vel ut fabulatur Plautus in Trucul. conjux Martis. Sic enim sub persona Militis (2. 6. 34.) Mars peregre adveniens salutat Nerienem uxorem suam. Similiter in Cn. Gellii Annali tertio legitur: Neria Martis, te obsecro pacem dare, uti liceat nuptiis propriis et prosperis uti, quod de tui conjugis consilio contigit, uti nos idem integras raperent, &c. Sic Licinius Imbrex: Nolo ego, Neæram te vocent, sed Nerienem: Cum quidem Marti es in connubium data. Hoc autem versu pænultima syllaba corripitur, quod et fecisse illo videtur Ennius: Nerienem Mavortis, et Herclem. Ceteri qui probe locuti sunt, produxerunt. Primam autem nonnulli intenderunt, ut in Νηρεΐδες: aliis rectius correptam protulerunt. *Nerienes* in recto dixit Varro: Nerio in aliis libris Veterum scriptum est. Hæc omnia ex *Gellio* l. 13. c. 21.

NERĬON, ii, n. *an evergreen called rose-laurel, rose-bay, or oleander*, νήριον, planta, quæ et rhododendron, et rhododaphne dicitur, caretque appellatione Latina, fronde sempiterna, rosæ similitudine, caulibus fruticosa. Jumentis, caprisque, et ovibus venenum est: eadem homini contra serpentium venena remedio. *Plin.* l. 16. c. 20. et l. 24. c. 11.

[† NERĪTA, æ, et NERĪTE, es, f. *a shell-fish called the mermaid-trumpet*, νηρίτης, concha marina nautilo, ut videtur, similis. *Plin.* 9. 33. Navigant ex his neritæ, præbentesque concavam sui partem, et auræ opponentes, per summa æquorum velificant. *Vet. exempl.* habet *Veneriæ*, quod recepit *Harduinus*, minus recte probante *Forcellino* in *Venereus*, ut patet ex Græco νηρίτης, cujus meminerunt *Aristot. de part. An.* l. 4. et *Ælian. Nat. An.* 14. 28.]

NERITĬUS, a, um, Νηρίτιος, ad Neriton pertinens. Et dicitur de rebus ad Ulyssem pertinentibus. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 69. Neritius dux. *h. e.* ipse Ulysses. et 14. *Metam.* v. 563. et *de remed. amor.* v. 264. Neritia ratis. *h. e.* qua vectus Ulysses. et l. 13. v. 712. Neritiasque domos, regnum fallacis Ulyssei. et l. 14. v. 159. Neritius Macareus, comes experientis Ulyssei. ¶ Neritiam prolem *Sil.* l. 2. v. 317. vocat Saguntinos, qui partim ex insulis, in quibus Ulysses regnavit (quarum una est Neritos) in Hispaniam transmigrasse dicuntur: partim a Zacyntho insula, quæ non procul sita est, ut est apud *Liv.* l. 21. c. 7. ¶ Scribitur et *Naritius* a Dorico Νάριτος pro Νήριτος: item *Nericius*, et *Naricius*, sed minus recte. Aliud vero est *Narycius*, quod V. suo loco.

NERĪTOS, *et* Neritus, i, Νήριτος, mons Ithacæ insulæ, in qua Ulysses regnavit, ut *Plin.* l. 4. c. 12. et *Serv. ad Virg.* 3. *Æn.* v. 271. docent. Item insula parva non longe ab Ithaca, quæ et ipsa ad Ulyssis regnum pertinuit. *Virg. loc. cit.* Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos, Dulichiumque, Sameque, et Neritos ardua saxis. Effugimus scopulos Ithacæ, Laertia regna, &c. *Senec. in Troadib.* v. 856. Neritos parva brevior Zacyntho, Et nocens saxis Ithace dolosis. *Mela*, l. 2. c. 7. In Ionio Cephalenia, Neritos, Same, et Ulyssis nomine Ithaca illustris.

NERO, onis, cognomen familiæ Romanæ prænobilis in gente Claudia, voce a Sabinis ducta, de qua in *Nerio* dictum est. Illustres ex ea cives exstitere in primis C. Claudius Nero, qui consul Asdrubalem, fratri Annibali suppetias ferentem, junctis mira celeritate cum M. Livio Salinatore collega copiis, superavit, ipsumque Annibalem post eam cladem in extrema Italiæ se recipere coegit. Lege *Liv.* l. 27. a c. 43. ¶ Nero Claudius, ex gente Domitia in Claudiam ab Imp. Claudio adoptatus, sextus Romanorum Imperator, monstrum fuit teterrimum crudelitatis, et omnis turpitudinis. In eo, ut et in aliis quibusdam, *Nero* ex cognomine in prænomen transiit. Vitam ejus enarrat *Sueton.* qui initio vitæ Claudii docet, patrem quoque Claudii prænomine Neronem fuisse, *Nero Claudius Drusus.*

NERONĒUS, a, um, et

NERONĬĀNUS, a, um, ad Neronem aliquem pertinens. *Sueton. in Ner.* c. 55. Mensem quoque Aprilem Neroneum appellavit. *Stat.* l. 1. silv. 5. *sub fin.* fas sit componere magnis Parva, Neronea nec qui modo lotus in unda, &c. *h. e.* Thermis Neronianis. *Sueton. in Vitell.* c. 4. Præsidens certamini Neroneo. *h. e.* quod more Græco triplex instituit Nero, musicum, gymnicum, equestre, et *Neronia* appellavit, ut *Id. in Ner.* c. 12. narrat. *Id. ibid.* c. 21. Neroneum agona ante præstitutam diem revocavit. *Martial.* l. 7. epigr. 33. Quid thermis melius Neronianis? *Cic.* 2. *de Orat.* cap. 61. Neronianum dictum. *Sueton. in Vitell.* c. 11. *in fin.* Neroniana cantica.

NERSĬA. V. *Nortia.*

NERVA, cognomen fuit Liciniorum, Cocceiorum, et Sylliorum, famil. Romanarum: dictum a *nervo*, hoc est robore. Cocceius Nerva Imperator Rom. XIII. Flav. Domitiani successor dissimillimus, de quo *Eutrop.* et *Aurel. Vict. in Cæsarib.*

NERVĀLIS, le, adject. *Scribon. Larg. compos.* 12. Herbam, quam Græci πολύνευρον, nos nervalem appellamus. *plantain.* ¶ In vet. lapide apud *Murator.* p. 1113. n. 4. Flamen Nervalis est sacerdos Nervæ Imp. R. in deos relati.

NERVĬÆ, arum, f. *et* Nervia, orum, n. *the strings or chords of a musical instrument*, τὰ νεύρια, fidiculæ ex nervis concinnatæ, chordæ citharæ, vel alius musici instrumenti. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 149. In psalterio tendamus nervias. *Id. ibid.* Quæ ejus nervia tractare solebat. ¶ Pro nervis. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 45. *Burm.* Gladiator, qui habuit nervia præcisa. *Gell.* l. 9. cap. 7. Nervias in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias sonare. In secundo *Varronis* loco aptius *nervias* de nervis, quam de fidibus intelliges.

NERVĬCUS, a, um, adject. *afflicted with a nervous disorder, nervous*, nervorum vitio laborans, νευρικός. *Vitruv.* l. 8. c. 3. *ante med.* Ita aut nervicos, aut podagricos efficiunt homines. Al. leg. *neuricos* a Græco, et fortasse rectius. ¶ Item ad Nervios pertinens, ut Nervicum prœlium, *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 5.

NERVĬI, orum, m. pop. Galliæ Belg. ubi nunc Com. Hannoniæ, quorum urbs primaria Bagacum. Terminabantur ab Or. Aduaticis, ab Occ. Atrebatibus, et Pleumosiis. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 15. *et sequent. Lucan.* l. 1. v. 428. nimiumque rebellis Nervius.

NERVĪNUS, a, um, *made of sinews*, e nervo factus, ut Nervini funes, *Veget. de re milit.* l. 4. c. 9.

NERVĬUS, a, um. Nervius miles apud *Claudian. de B. Gild.* v. 421. est miles legionis a Nerva Imp. institutæ.

NERVOLARĬA, æ, f. nomen Comœdiæ Plautinæ, ex qua pauca admodum fragmenta servarunt nobis *Varr. Gell.* l. 3. c. 3. *Non.* et *Fest.* Neque tamen certum est eam *Plauti* fuisse.

NERVŌSE, *strongly, stoutly, forcibly, vigorously*, ἰσχυρῶς, enixe, fortiter, valide. Metaphorice *Planc. ad Cicer.* l. 10. *Fam.* ep. 23. *a med.* Tu, mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem præsta, ut vigilanter nervoseque nos, qui stamus in acie, subornes. *Cic. in Orat.* c. 36. *ad fin.* Dicetur autem non Peripateticorum more (est enim illorum exercitatio elegans jam inde ab Aristotele constituta) sed aliquanto nervosius. *Id.* 3. *Offic.* c. 29. Itaque nervosius qui ista disserunt, solum audent malum dicere id, quod turpe sit; qui autem remissius, &c.

NERVOSĬTAS, atis, f. *strength, toughness*, robur, firmitas. *Plin.* l. 19. c. 1. Nervositas filo æqualior pæne, quam araneis.

NERVŌSUS, a, um, *full of sinews or fibres, sinewy, strong, vigorous, nervous, nervy*, νευρώδης, multos, vel validos habens nervos. *Cels.* l. 5. c. 28. sect. 12. et l. 7. c. 5. Nervosus locus. *Lucret.* l. 4. v. 1153. Nigra, Melichrus est; immunda, et fœtida, acosmos; Cæsia, Palladion; nervosa et lignea, dorcas. *Ovid. Metam.* 6. v. 255. qua crus esse incipit, et qua Mollia nervosus facit internodia poples. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 77. *de diaphragmate.* Nulla est et caro, sed nervosa exilitas. et sect. 86. Medulla nervosa, et in spina tantum dorsi, ossa non habentibus. *Id.* l. 23. c. 3. Decoctum olearum profluvium sanguinis e nervosis partibus cohibet. ¶ Τὸ ἀνδρεῖον αἰδοῖον, *Catull.* carm. 66. *ad Januam*, v. 27. ¶ Per similitudinem dicitur de partibus plantarum exilioribus ac firmioribus. *Plin.* l. 21. c. 9. *sub fin.* Nervosi cauliculi quibusdam, ut marathro. *Id.* l. 27. c. 12. *a med.* Posterion radices habet nervosas, candidas, firmas. ¶ Pro forti. *Prudent.* l. 2. *in Symmach.* v. 320. Sanguine præcalido fervet nervosa juventus. *Valer. Max.* l. 8. c. 13. n. 4. *extern.* nervosa vivacitas. ¶ Eleganter transfertur ad vim, et efficaciam dicendi. *Cic. de clar. Orat.* c. 31. *ad fin.* Quis uberior in dicendo Platone? quis Aristotele nervosior? *nervous, pithy, forcible, powerful, energetic.*

NERVŬLUS, li, m. *a little nerve*, νεύριον, parvus nervus. Translate *Cic. ad Capiton.* 1. *in fin. post* ep. 16. l. 16. *ad Attic.* Quod certe facies, si tu nervulos tuos, mihi sæpe cognitos, suavitatemque, qua nemo tibi par est, adhibueris. *h. e.* vim tuam in dicendo. *strength, force.*

NERVUS, i, m. *a sinew, tendon, nerve, muscle, ligament, fibre*, νεῦρον. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 88. *Hard.* Nervi orsi a corde, bubuloque etiam circumvoluti, in omnibus lubricis applicati ossibus, nodosque corporum, qui vocantur articuli, aliubi interventu, aliubi ambitu, aliubi transitu ligantes: hic teretes, illic lati, ut in unoquoque poscit figuratio. Neque ii solidantur incisi: mirumque, vulneratis summus dolor, præsectis nullus. Sine nervis sunt quædam animalia, ut pisces: arteriis enim constant. Ubi sunt nervi, interiores conducunt membra, superiores revocant. Inter hos latent arteriæ, idest spiritus semitæ. Hæc *Plin. Cels.* l. 2. c. 10. *a med.* Juncta est vena arteriis, his nervi. Ita si nervum scalpellus attigit, sequetur nervorum distentio. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 55. *extr.* His adde nervos, a quibus artus continentur; eorumque implicationem toto corpore pertinentem: qui, sicut venæ et arteriæ a corde tractæ et profectæ, in corpus omne ducuntur. *Cels.* l. 8. c. 1. *circa med.* Cervix ne sustinere quidem caput posset, nisi utrinque recti valentesque nervi collum continerent, quos καρότας Græci appellant. siquidem horum inter omnes flexus alter semper intentus, ultra prolabi superiora non patitur. *et mox.* Vertebræ multis nervis, et multa cartilagine continentur. *et post.* Ossa validis musculis nervisque constricta. *Plin.* l. 26. c. 8. *sub fin.* Nervus, qui platys appellatur. *Id.* l. 34. c. 8. *ante med. de Pythagora pictore.* Hic primus nervos, et venas expressit, capillumque diligentius. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 20. Hoc ali staturam, ali vires, nervosque confirmari putant. *Cels.* l. 2. c. 10. *a med.* Nervorum dissolutio, et rigor, et distentio. *Senec.* ep. 66. contractio. *Cels.* l. 2. c. 8. et lib. 3. c. 27. resolutio. *ibid.* sect. 3. tremor. *Plin.* l. 20. c. 22. *a med.* Lini semen musculorum, nervorum, articulorum, cervicum duritias mitigat. ¶ Ex his patet, *nervo* significari a Latinis ea omnia, quorum Anglicam appellationem posui, quæque ab Anatomicis diligentius distinguuntur. Præcipue vero significantur musculi, quibus membrorum motus, vires corporis, firmitas, robur constat. Unde illa translata *Cic.* 2. *Verr.* c. 12. Magnum fortasse onus, et mihi periculosum: verumtamen dignum, in quo omnes nervos ætatis industriæque meæ contenderem. *employ all my force; make every effort or exertion.* Sic *Terent. Eun.* 2. 3. 20. Digna res est, ubi tu nervos intendas tuos. *Cic. Ver.* 5. c. 56. Omnibus nervis mihi contendendum est, atque in hoc elaborandum, ut, &c. *I must do my utmost.* ¶ Sæpe enim *nervi* translate sunt id, quo maxime quæque res sustinetur, et valet, vires, robur, vigor, firmitas, *force, strength, vigour, power, support. Q. Cic. de petit. consul.* c. 10. Nervos atque artus esse sapientiæ, non temere credere. [†ἄρθρα φρένων. *Epicharm.*] *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 20. Opibus ac nervis ad perniciem suam uti. *Cic. Phil.* 5. c. 12. Experietur consentientis Senatus nervos atque vires. *Id. Fam.* 6. ep. 1. Vereor, ne consolatio nulla possit vera reperiri præter illam, quæ tanta est, quantum in cujusque animo roboris est, atque nervorum. *Id.* 5. *Phil.* c. 2. Nervi belli pecunia. *Id. pro leg. Manil.* c. 7. Vectigalia nervos esse reipubl. semper duximus. *Quintil. in proœm.* l. 8. *a med.* Qui omissa rerum (qui nervi sunt in causis) diligentia, quodam inani circa voces studio senescunt. *Liv.* l. 7. c. 39. Nervi conjurationis. *Cic. Phil.* 12. c. 3. Legionum nostrarum nervos nonne his consiliis incidimus? *do we not weaken, or enervate?* et *Tuscul.* 2. c. 11. Poetæ molliunt animos, nervos omnis virtutis elidunt. *Id. Fam.* 3. ep. 10. Plane video fore nervis opus, sapientiaque tua, ut, &c. ¶ De vi, vehementiaque orationis, *Cic. in Orat.* c. 19. Quamquam enim et philosophi quidam ornate locuti sunt, tamen horum oratio neque nervos, neque aculeos oratorios ac forenses habet. *force, vigour, energy, pithiness. Horat. de ar. Poet.* v. 26. sectantem lenia nervi Deficiunt, animique. ¶ Dicuntur etiam *nervi* de fidibus, *the chords or strings of a musical instrument. Cic.* 3. *de Orat.* c. 57. Omnes voces, ut nervi in fidibus, ita sonant, ut a motu animi quoque sunt pulsæ. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 46. Quotidiano cantu vocum, et nervorum, et tibiarum tota vicinitas personat. *Virg.* 9. *Æn.* v. 776. cui carmina semper, Et citharæ cordi, numerosque intendere nervis. *Horat.* l. 3. od. 11. v. 3. testudo resonare septem Callida nervis. ¶ *Nervus* τὸ αἰδοῖον, fascinum. *Id.* epod. 12. v. 19. *Petron. in Satyr.* c. 131. *Ovid.* et alii. ¶ Item chorda arcus, *a bow-string:* quia sæpe e nervo est. *Acc.* apud *Varron.* l. 6. *de L. L.* c. 5. Reciproca tendens nervo equino concita tela. *Virg.* 9. *Æn.* v. 622. nervoque obversus equino Intendit telum. et lib. 10. v. 131. nervo aptare sagittas. *to fix upon the bow-string.* et *Georg.* 4. v. 313. erumpit nervo pulsante sagitta. *Val. Flacc.* l. 6. v. 376. levi ducere cornua nervo. et lib. 1. v. 437. certus Æthalides subitas nervo redeunte sagittas Cogere. ¶ Per synecdochen est ipse arcus. *Id.* l. 3. v. 182. At diversa Sagen turbantem fallere nervo Tum primum puer ausus Hylas. ¶ Item genus vinculi, quo servorum, et obæratorum cervices, aut potius pedes constringuntur, *stocks, fetters; a sort of pillory.* In *Glossis* enim Græce dicitur ξυλοπέδη. et *Tertull. ad Martyr.* c. 2. *sub fin.* Nihil crus sentit in nervo, cum animus in cælo est. *et de cultu Femin. c. ult.* Nescio, an crus de periscelio in nervum se patiatur artari. Huc facit etiam, quod nexos ob æs alienum *Hesych.* docet ἐγκαλοσκελεῖς vocari. Quod etiam e ferro esset, eoque cervices colligarentur, docet *Festus* his verbis: Nervum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes impediuntur: quamquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait (*in fragm.*) Perfidiose captus, eo edepol nervo cervices probat. Hæc *Fest.* Ceterum ipsa vox vinculum e nervo significat: et veri simile est, olim tale fuisse, deinde mutatum in ligneum, aut ferreum, servato nomine. A compedibus, et pedicis distinguit *Plaut.* servorum pœnas enumerans *Asin.* 3. 2. 5. Advorsum stimulos, laminas, crucesque, compedesque, nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias. et in Leg. XII. *Tab.* apud *Gell.* l. 20. c. 1. *a med.* Secum ducito, vincito aut nervo, aut compedibus quindecim pondo ne minoribus. et *Cato* apud *Gell. sub fin.* l. 11. Fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque in purpura. ¶ Vinculum e nervo aperte esse videtur in illo *Plauti Curc.* 5. 3. 11. Ex te hodie faciam pilum catapultarium: atque ita te nervo torquebo, itidem uti catapultæ solent. *Veget. de re milit.* l. 4. c. 9. Nervorum quoque copiam summo studio expedit colligi, quia onagri, vel balistæ, ceteraque tormenta, nisi funibus nervinis intenta, nihil prosunt. *Vitruv.* quoque funes e nervo tortos memorat, l. 1. c. 1. l. 10. c. 15. et 16. ¶ Ceterum universim sumitur pro carcere et vinculis. *Plaut. Capt.* 5. 3. 45. Ego te in nervum, haud ad Prætorem, hinc rapiam. *Id. Curc.* 5. 3. 40. In nervo jacebis, nisi mihi argentum redditur. *Id. Capt.* 3. 5. 71. Noctu nervo vinctus custodibitur. [† *Aul.* 4. 10. 13. At ego Deos credo voluisse, ut apud te me in nervo enicem. *Ter. Phorm.* 4. 4. 15. In nervum potius ibit. *h. e.* vincula, carcerem. Alii aliter intelligunt.] *Liv.* l. 6. c. 15. Eximere de nervo aliquem. ¶ Urbane *Terent. Phorm.* 2. 2. 10. O vir fortis, atque amicus! verum hoc sæpe, Phormio, vereor, ne istæc fortitudo in nervum erumpat denique. *will end in a gaol, will come to a prison.* Alludit ad nervos pro viribus et robore. [† Alii proverbium putant a sagittariis natum: quod immoderatæ plerumque vires, adducendo arcu non telum incitant, sed nervum rumpunt.] Festive *Plaut. Pœn.* 5. 4. 99. Condamus alter alterum in nervum brachialem. *h. e.* invicem amplectamur. ¶ *Nervus* pro corio. *a hide. Tacit. Ann.* 2. c. 14. Ne scuta quidem ferro, nervove firmata, sed viminum textus, &c. *Sil.* l. 4. v. 293. subtextaque tegmina nervis.

NESÆA, æ, *et* Nesæe, es, f. Νησαίη, Nympha, una Nereidum: a νῆσος, insula, vel a νέω, nato. *Virg.* 4. *Georg.* v. 338. et 5. *Æn.* v. 826.

NESAPĬUS, *et* Nesapus, a, um, adject. *unwise*, non sapiens, insipiens. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 50. *Burm.* Ne me putetis nesapium esse. *Q. Terent. Scaurus de Orthogr.* pag. 2251. *Putsch.* Ne pro non positum apud antiquos: sic nefrendes porci, qui sine dentibus sunt, idest qui fabam frendere non possunt: Sic nesapius, qui non sapit.

NESCĬENS, entis, nom. ex particip. *not knowing, unknowing, ignorant*, nescius, ignarus. *Terent. Heaut.* 3. 1. 59. Ut nescientem sentiat te id sibi dare. *Apul. in Apolog.* Confinxere, puerum quempiam carmine cantatum corruisse, postea nescientem sui excitatum.

NESCIENTER, adverb. *ignorantly, unknowingly*, inscienter. *Augustin.* l. 2. *de Doctr. Christ.* c. 40. Ipsis Ægyptiis nescienter commodantibus ea, quibus non bene utebantur. *Prudent. in præfat.* 2. *Apotheos.* v. 4. Et nescienter labimur. *Al. leg.* nescientes.

[***NESCIENTĬA**, æ, f. *ignorance, nescience*, ignorantia. *Claud. Mamert. de statu anim.* l. 1. c. 21. *ad fin.* Agnosce, te nobis quærentibus veritatem pro una, qua polliceris, scientia multorum nescientias attulisse.]

NESCĪO, is, ivi, *et* ii, itum, a. 4. *to be ignorant, not to know*, ἀγνοέω, non scio, ignoro. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 25. Nec me pudet, ut istos, fateri nescire quod nesciam. *Id. in Bruto*, c. 37. Non tam præclarum est scire Latine, quam turpe nescire. *Id. Attic.* 12. ep. 23. De Oropo opinor, sed certum nescio. *Senec.* l. 2. *de Clem.* c. 1. et *Sueton. in Ner.* c. 10. Nescire litteras. *Terent. Adelph.* 4. 2. 32. nomen alicujus. *Lucan.* l. 1. v. 453. deos. *Virg.* 1. *Georg.* v. 390. Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ Nescivere hiemem. *Stat.* 7. *Theb.* v. 674. sua vulnera nescit. *does not feel. Plaut. Aulul. prol.* v. 30. Illa illum nescit. *does not know who he is. Terent. Heaut.* 2. 4. 16. Nescio alias: me quidem semper scio fecisse sedulo, ut, &c. *I know nothing of other women.* Sic *ibid.* 5. 4. 15. *So.* Dii isthæc prohibeant. *Chr.* deos nescio: ego quod potero, enitar sedulo. *Plaut. Merc.* 2. 3. 48. Hunc nescire sat scio de illa amica. *Juvenal.* sat. 7. v. 97. vinum toto nescire Decembri. *h. e.* vino abstinere. *Arnob.* l. 2. pag. 59. Ipsum se se est ante omnia nesciturus. ¶ Sæpissime habet post se particulas relativas, et dubitativas. *Terent. Eun.* 4. 7. 29. Nescis, cui maledicas nunc viro. *you little know; you are little aware. Cic.* 4. *Acad.* c. 25. Ille nescio quis, qui in scholis nominari solet, mille et octingenta stadia quod abesset, videbat. *I know not who.* et *Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 6. Nisi forte me Paconii nescio cujus querelis moveri putas. *h. e.* vilis hominis, per contemptum. Sic *pro Flacc.* c. 17. O pastores nescio quos, cupidos litterarum! *Sallust. in orat. Macri Licin. ad pleb. sub fin.* Occupavit vos nescio quæ torpedo. *I know not what kind of,* &c. *a strange,* &c. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 39. Nescio quod magnum malum profecto me celant. *Petron. in Satyr.* c. 137. Nescis, quam magnum flagitium admiseris. *Terent. Andr.* 2. 2. 3. Lætus est nescio quid. *I know not at what; at something or other. Varr.* apud *Gell.* l. 1. c. 22. Nescis, quid vesper serus vehat. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 15. Alii nescio quo pacto obduruerunt. *I know not how.* Eodem sensu *Plaut. Merc.* 2. 3. 54. Nescio qui animus mihi dolet. *Cic. Fam.* 5. ep. 15. Nescio quomodo ipsæ illæ litteræ excludere me a portu et perfugio videntur. *et ibid.* Casu nescio quo in ea tempora ætas nostra incidit. *Nep. in Milt.* c. 7. Lucus nescio quo casu nocturno tempore incensus est. *by some accident or other. Id. in Dione*, c. 8. Cum, quemadmodum sedaret, nesciret. *knew not in what way. Cic. Attic.* l. 7. ep. 12. Sin discedet, quo, aut qua, aut quid nobis agendum sit, nescio. *Id. in Orat.* cap. 24. Sententiæ nescio unde ex abdito erutæ. *Plaut. Cist.* 4. 2. 59. Aufugit quædam nescio quo mihi. *Id. Epid.* 4. 1. 11. Nescio ubi. *Nep. in Timol. in princ.* Huic uni contigit, quod nescio an ulli, ut, &c. *I do not know whether.* (V. *Haud* sub fin.) Et omissa particula *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 25. Anima sit animus, ignisve, nescio. (Adde *Plaut. Curc.* 4. 1. 2.) *Pallad. de Insit. in proœm.* Nescio, si tuum ad has minutias inclinetur ingenium. ¶ Passive *Id. in Octobr.* c. 4. Talibus locis pruinarum vis et natura nescitur. ¶ Impersonaliter *Cic. Attic.* l. 7. ep. 12. Utrum consistere uspiam velit, an mare transire, nescitur. *they know not, whether,* &c. ¶ Cum infinito *Cic.* l. 3. *de Orat.* c. 18. Stoici omnino irasci nesciunt. *Terent. Eun.* 4. 5. 10. Nesciebam, id dicere illam. *Virg.* 3. *Georg.* v. 84. *de equo.* Stare loco nescit. *he knows not how, cannot contain himself.* Sic *Stat.* 9. *Theb.* v. 743. Liber amat campos, et nescit in antra reverti. *h. e.* non vult. *Horat. de ar. Poet.* v. 390. nescit vox missa reverti. *cannot.* ¶ *Si nescis* formula, qua utimur, cum quippiam vehementius inculcamus. *Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 197. nobis omnia de te Quærere, si nescis, maxima cura fuit. et ep. 20. v. 150. Si nescis, dominum res habet ista suum. *Id.* 3. *ex Ponto*, ep. 3. v. 28. Quæ sunt, si nescis, invidiosa tibi. ¶ *Quod scis, nescis*, formula, qua silentium alicui, et fidem in arcano custodiendo commendamus: quasi id, quod scit, perinde continere debeat, ac si prorsus nesciret. *Terent. Eun.* 4. 4. 54. Tu pol, si sapis, quod scis, nescis neque de eunucho, neque de vitio virginis. *you will keep secret all that you know of,* &c. *Id. Heaut.* 4. 4. 26. Tu nescis id, quod scis, Dromo, si sapies. *Plaut. Milit.* 2. 6. 89. Næ tu hercle linguam comprimes posthac: etiam illud quod scies, nesciveris: ne videris, quod videris.

NESCĪTUS, a, um, *not known*, ignoratus. *Sidon.* l. 8. ep. 6. *ante med.* Litem intra Gallias ante nescitam primus edidit.

NESCĬUS, a, um, *not knowing, ignorant, unknowing*, ἀνεπιστήμων, nesciens, ignorans. *Plin.* l. 8. ep. 13. *sub fin.* Impendentis mali nescius. *Virg.* 10. *Æn.* v. 501. Nescia mens hominum fati sortisque futuræ. *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) *a med.* Ætas simulandi nescia. *Horat.* l. 4. od. 6. v. 18. Pueri fari nescii. *Val. Flacc.* l. 4. v. 708. Imperio fixos Jovis, æternumque revinctos, Nescius. *Tibull.* l. 1. el. 9. v. 76. Nescius, ultorem post caput esse deum. *not aware, that,* &c. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 140. Nullaque de facie nescia terra tua est. *h. e.* nulla regio pulcritudinem tuam ignorat. *Id.* 14. *Metam.* v. 2. Arvaque Cyclopum, quid rastra, quid usus aratri, Nescia. *Valer. Flacc.* l. 6. v. 45. Nescius, heu! quanti thalamos ascendere monstri Arserit. *little knowing. Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 47. Nescia, quæ faceret subitos mihi causa dolores. ¶ Interdum *nescius* dicitur qui non potest aliquid facere, aut non vult, aut non solet. *Virg.* 2. *Georg.* v. 465. At secura quies, et nescia

fallere vita. *unknowing to deceive.* et l. 4. v. 470. Nesciaque humanis precibus mansuescere corda. *Horat.* l. 1. od. 6. v. 6. Pelides cedere nescius. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 9. v. 45. vinci nescius armis. *Id. Heroid.* ep. 12. v. 49. Lumina custodis succumbere nescia somno. ¶ Eleganter usurpatur præcedente negatione. *Cic. Fam.* 5. ep. 12. Neque tamen, cum hæc scribebam, eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum. *Id.* 1. *de Orat.* c. 11. Non sum nescius, Scævola, ista inter Græcos dici. *I know very well; I am well aware. Id. initio* l. 1. *de Fin.* Non eram nescius, fore, &c. *Id.* 15. *Attic.* ep. 11. *a med.* Heus tu, ne forte sis nescius, Dolabella me sibi legavit. *Virg.* 9. *Æn.* v. 552. Contra tela furit, se seque haud nescia morti Injicit. *with her eyes open.* ¶ O nescii. *O! ignorant men. Arnob.* l. 1. p. 32. Desistite, o nescii, in maledicta convertere res tantas. et l. 2. p. 44. Quid dicitis, o nescii, etiam fletu et miseratione dignissimi? ¶ Inter *inscium*, et *nescium* ita distinguit *Corn. Fronto de differ. voc.* p. 2198. *Putsch.* ut *inscius* aliquid nesciat: *nescius* nil noverit: Ille in parte erret, hic in toto. ¶ Usurpatur etiam passive (ut *ignarus*) pro ignorato, incognito. *not known, unknown. Plaut. Rud.* 1. 5. 17. Quæ in locis nesciis nescia spe sumus. *Id. Capt.* 2. 2. 15. Si quid nescivi, id nescium tradam tibi. *Tacit. Ann.* 1. c. 59. Aliis gentibus inexperta esse supplicia, nescia tributa. et l. 16. c. 14. Neque nescium habebat, Anteium invisum Neroni.

NESI pro *sine* positum est in lege dedicationis aræ Dianæ Aventinensis. *Festus.*

NESIS, idis, f. nunc *Nisita*, Νησὶς, insula parva Campaniæ, proxima continenti, inter Neapolim, et Puteolos, ante Pausilippum prom. asparago herba celebris, ut *Plin.* l. 19. cap. 8. *circa med.* tradit. *Senec.* ep. 53. Protinus per altum ad Nesida direxi. *Stat.* l. 3. silv. 1. v. 150. Silvaque, quæ fixam Pelago Nesida coronat. *Lucan.* l. 6. v. 90. tali spiramine Nesis Emittit Stygium nebulosis aera saxis.

NESSĒUS, a, um, Νεσσεῖος, ad Nessum spectans. *Ovid. in epist. Deian.* 9. v. 163. Illita Nesseo misi tibi texta veneno. *Senec. in Herc. Œt.* v. 716. Palla tabe Nessea illita.

NESSOTROPHĪUM, *et* Nessotrophēum, i, n. *a duckery, place where ducks are fed*, νησσοτροφεῖον, locus, in quo inclusæ anates aluntur: a νῆσσα, anas, et τρέφω, nutrio. *Varr.* l. 3. *R. R.* c. 11. Qui volunt greges anatum habere, ac constituere nessotrophium. *Colum.* l. 8. c. 15. Nessotrophii cura similis, sed major impensa est. Al. leg. *neossotrophium*, quod est aviarium: a νεοσσὸς, pullus avium. Sed *Varr.* et *Colum.* non de avibus in universum, sed de anatibus disputant.

NESSUS, si, m. Νεσσὸς, Centaurus, filius Ixionis et Nubis, qui cum Deianiram rapere vellet, ab Hercule sagitta confixus est. *Ovid.* l. 9. *Metam.* a vers. 101. ¶ Est etiam hoc nomine Thraciæ fluvius, in Hemo monte nascens. *Plin.* l. 4. c. 11. ubi *Hard.* legit *Nestus.*

NESTOR, ŏris, m. Νέστωρ, filius Nelei, et Cloridis, rex Pyli in Elide, qui adhuc adolescens bellum gessit, vivo patre, adversum Epeos Peloponnesi populos in Achaia: deinde, cum Pirithoi nuptiis interesset, adversus Centauros, qui Hippodamiam rapere conabantur, strenue pugnavit. Postremo jam senior, quinquaginta navibus cum reliquis Græcis Principibus ad Trojam venit, cum natus ducentos annos jam tertiam hominis ætatem viveret. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 188. vixi Annos bis centum: nunc tertia vivitur ætas. *Propert.* l. 2. el. 10. v. 46. Nestoris est visus post tria sæcla cinis. Adde *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 50. Etiam *Cic. de Senect.* c. 10. tertiam ætatem vixisse affirmat, et *Horat.* l. 2. od. 9. v. 13. ter ævo functum fuisse: verum ætatem hanc, et sæculum alii non centum, sed triginta annorum spatio definiendum putant, ut Nestoris vitæ summa nonaginta annorum fuerit: quod et *Serv.* tangit ad illud *Æn.* 8. v. 508. Sed mihi tarda gelu, sæclisque effeta senectus. Plures doctos viros, qui de hac re verba fecerunt, congessit *Broukhus. ad Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 50. Consilii dexteritate tantum Græcorum rebus profuit, ut Agamemnon non dubitaret, brevi se Ilium fuisse expugnaturum, si decem sibi contigissent Nestores. Nam præter summam prudentiam ætatis diuturnitate collectam, tanta præterea eloquentia excelluit, ut ex ejus ore melle dulcior fluere diceretur oratio, ut *Cic. de senect.* c. 10. loquitur. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 63. licet eloquio fidum quoque Nestora vincat. *Cic.* 9. *Fam.* ep. 14. Non alienum a dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni regi regum fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem. ¶ *Nestoris anni* proverbio dicuntur de longissimo vitæ spatio. *Martial.* l. 2. epigr. 64. l. 5. epigr. 59. l. 6. epigr. 70. &c. Sic l. 7. epigr. 95. Sic ad Lethæas, nisi Nestore serior, undas Non eat, optabis quem superesse tibi. et *Juvenal. in fin.* sat. 12. Vivat Pacuvius quæso vel Nestora totum.

NESTORĔUS, a, um, ad Nestorem pertinens, ut Nestorea senecta, *Martial.* l. 9. epigr. 30. et *Stat. in fin.* silv. 3. l. 1.

NESTORIĀNUS, a, um. Nestorianum genus coloris memorari putant a *Plin.* l. 38. c. 13. sed *Vestorianum* contendit legendum *Harduinus.* ¶ *Nestoriani* hæretici a Nestorio duce, qui negabat, B. Mariam Virginem fuisse Dei matrem, damnatus in Concilio Ephesino Œcum. III. A. C. CCCCXXXI.

NESTORĪDES, æ, m. patronym. Νεστορίδης, Nestoris filius. Afferebant olim Lexicographi locum *Ovid.* l. 2. *ex pont.* ep. 4. v. 22. ubi aliter est omnino legendum.

NETE, f. νήτη, h. e. ultima: nomen est chordæ musicæ, de qua V. *Bald. in Lex. Vitruviano. Vitruv.* l. 5. c. 4.

[* NETINENSES, ium, et

* NETĪNI, orum, m. incolæ urbis, quæ Netum vocatur, in Sicilia inter Acrillas et Elorum. *Cic.* 5. *Verr.* c. 22. et 51. *Plin.* l. 3. c. 8. sect. 14. Netinos appellant. *Cic.* vero 2. *Verr.* c. 65. Netinenses.

* NETOĪDES, is, νητοειδὴς, a νήτη ultima, et εἶδος species. *Martian. Capell.* lib. 9. pag. 326. *Grot.* Melopeiæ species sunt tres, hypatoides, mesoides, netoides. Netoides, quæ et νομικὸς consuevit vocari, quæ plures sonos ex ultimis recipit.]

NETUS, a, um, *spun*, particip. a *neo, es. Ulpian. Dig.* l. 32. leg. 68. Quæsitum est, utrum lanæ appellatione ea sola contineatur, quæ neta non est; an et ea, quæ neta est, ut puta stamen, et subtemen. *Alcim. Avit.* l. 6. v. 36. vestis neto quæ fulgurat auro. *Paulin. Nolan.* carm. 22. (*al.* 14.) v. 106. netum vellus. Adde *Hieronym.* epist. 8. (*al.* 130.) *ad Demetriad. post med.* sect. 15.

NEVE, *et per Apocopen* Neu, *nor, neither, and not*, μήτε, et ne, neque, vel ne: a *ne*, et *vel.* Præceditur ab *ut*, vel *ne. Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 1. Hoc te rogo, ne contrahas, aut demittas animum, neve te obrui magnitudine negotii sinas. *Terent. Eun.* 2. 2. 47. Ne sursum deorsum cursites, neve usque ad lucem vigiles. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 21. Cohortatus est, uti suæ pristinæ virtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo. et l. 4. c. 17. *extr.* Ut earum rerum vis minueretur, neu ponti nocerent. *Terent. Phorm.* 1. 3. 6. Quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset, neu me cupidum eo impulisset. *Brut. ad Cicer.* ep. 16. *ad fin.* Te rogo atque hortor, ne defatigere, neu diffidas. *Cic.* 2. *de Legib. c. ult.* Ut eam ne quis nobis minuat, neve vivus, neve mortuus. *Cato R. R.* c. 37. Caveto, quam materiam doles, neu cædas, neu tangas, nisi siccam; neu gelidam, neu rorulentam. ¶ Pro simplici *ne, nec*, aut *neque*, nulla alia præcedente particula. *Virg.* 2. *Georg.* v. 298. Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem, Neve inter vites corylum sere, neve flagella Summa pete. et l. 4. v. 47. Neu propius tectis taxum sine, neve rubentes Ure foco cancros, altæ neu crede paludi. *Horat. in fin.* od. 2. l. 1. Hic ames dici pater atque princeps, Neu sinas Medos equitare inultos. [† *Ovid. Met.* 1. 72. Neu regio foret ulla suis animantibus orba, Astra tenent cœleste solum formæque deorum. *and lest.*]

NEVERĪTA, æ, f. reverentiæ dea, ut *in Gloss.* exponitur. *Martian. Capell.* l. 1. p. 16. ubi alii aliter leg.

NEVIĀNUS. V. *Nævianus.*

NEVĪUS, a, um. V. *Nævius,*

NEUNQUAM, antique pro nunquam. Vetus lapis apud *Dausquium* in *Nunquam.* Ita neunquam de nomine familiæ nostræ.

NEVŎLO, nevis, nevult, n. anom. *to be unwilling*, idem ac *nolo*, apud Vet. a *ne*, et *volo. Plaut. Trin.* 5. 2. 32. Filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu nevis. *Id. ibid.* 2. 2. 80. Multa eveniunt homini, quæ vult, quæ nevolt. Adde *Titin.* apud *Non.* c. 2. n. 581. ¶ Præter has duas personas non est, quod sciam, in usu.

[* NEURAS, adis, f. νευρὰς, herba eadem ac poterion. *Plin.* l. 27. c. 12. sect. 97. Poterion, aut, ut alii vocant, Phrynion, vel neurada, large fruticat. ¶ Est etiam strychni species. *Id. l.* 21. c. 31. sect. 105. Qui nequiter occultabant (strychnum), erythron, aut neurada appellavere.]

NEURĪCUS. V. *Nervicus.*

[† NEURIS, idis, f. νευρὶς, herba quem alii solanum, alii vesicariam appellant. *Plin.* 21. 31. Confundit cum *Neuras*, ut videtur, *Auctor Appendicis.* V.]

NEUROBĀTA, æ, m. *a rope-dancer, tumbler*, νευροβάτης, super nervum, seu funem ambulans. Differt a funambulo, qui super crassum funem incedit: hic vero super tenue filum e nervo, seu fiduculam, ita ut procul spectantibus in aere consistere videatur. *Firmic.* l. 8. c. 17. Erunt funambuli, oribatæ, neurobatæ. *Vopisc. in Carino*, c. 19. Nam et neurobaten, qui velut in ventis cothurnatus ferretur, exhibuit. [† V. *Catadromus.*]

NEUROĪDES, n. *a kind of wild beet*, νευροειδὲς, genus betæ silvestris, multum minoribus, tenuioribusque, ac densioribus foliis, undecim sæpe, caule lilii. *Plin.* l. 20. c. 8.

NEUROSPASTON, i, n. νευρόσπαστον, imaguncula quædam tali artificio intus compacta, ut si occultum nervum, seu fiduculam trahas, ad speciem hominis vivi movere membra, et totum corpus videatur: quæ ab Anglis *a puppet, doll, kind of automatous image* dicitur: a νεῦρον, nervus, et σπάω, traho. *Gell.* l. 14. c. 1. *a med.* Ut plane homines non, quod dicitur, λογικὰ ζῶα, sed ludicra et ridenda quædam neurospasta esse videantur, si nihil sua sponte, nihil arbitratu suo faciunt, sed ducentibus stellis, et aurigantibus. *Apul. de Mundo.* Qui in ligneolis hominum figuris gestus movent, quando filum membri, quod agitari solet, traxerint, torquebitur cervix, nutabit caput, oculi vibrabunt, manus ad omne ministerium præsto erunt, nec invenuste totus videbitur vivere. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 34. *Burm.* Larvam argenteam attulit servus sic aptatam, ut articuli ejus, vertebræque laxatæ in omnem partem verterentur. *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 82. Duceris, ut nervis alienis mobile lignum. Apud *Gell.* multi scribunt Græcis litteris.

NEUROSPASTOS, *the wild eglantine*, νευρόσπαστος, herba folium habens vestigio hominis simile, et uvam nigram ferens, in cujus acino nervus conspicitur; unde et nomen habet. *Plin.* l. 24. c. 14. V. vocem præced.

NEUTER, tra, trum, *neither the one nor the other, neither of the two, neither*, μηδέτερος, οὐδέτερος, neque hic, neque ille: a *ne*, et *uter.* In genitivo habet *neutrius*, in dativo *neutri*: sed et *neutri* et *neutræ* in genitivo legitur. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 1. Feci igitur, ut neutri illorum quisquam esset me carior. *Id.* 1. *Offic.* c. 21. Alteri se adipisci id posse arbitrantur, si opes magnas habeant, alteri si contenti sint et suo, et parvo: in quo neutrorum contemnenda est sententia. *Cels.* l. 1. c. 2. *a med.* Ex his vero neutrum semper fieri oportet; sed sæpius alterutrum, pro corporis natura. *Quintil.* l. 1. c. 1. *ante med.* Ita fiet, ut quam æquali cura linguam utramque tueri cœperimus, neutra alteri officiat. *Cic. Acad.* 4. c. 42. Huic summum bonum est; in his rebus in neutram partem moveri: quæ ἀδιαφορία (*a state of indifference, neutrality*) ab ipso dicitur. *to remain neuter. Id.* 2. *Offic.* c. 6. Hæc sine hominum opibus et studiis neutram in partem effici possunt. *Id.* 2. *de Divin.* cap. 4. Quid bonum sit, quid malum, quid neutrum. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 378. *de Hermaphrod.* nec femina dici, Nec puer ut possint, neutrumque, et utrumque videntur. *Suet. in Cæs.* c. 75. Medios et neutrius partis, suorum sibi numero futuros pronuntiavit. *neutral.* et *in Ner.* c. 2. Medii, et neutram partem sequentes. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 114. in neutrum conspiciendus eques. *h. e.* neque paupertate, neque divitiis insignis. ¶ Cum verbis pluralis numeri, *Plaut. Men.* 5. 2. 34. Quoties edixi tibi, ut caveres, neuter ad me iretis cum querimonia? ¶ In plurali num. *Tacit.* 1. *Hist.* cap. 1. Ita neutris cura posteritatis. *Senec.* 2. *de Ira*, cap. 23. In neutris partibus esse. *to stand neutral. Justin.* l. 6. c. 7. Neutris quicquam hostile facientibus. ¶ *Neutra nomina* dicuntur a Grammaticis, quæ neque masculina sunt, neque feminina: *neuter nouns*: *neutra verba*, quæ neque activa, neque passiva. *verbs neuter. Varr.* l. 8. *de L. L.* c. 38. *Cic. in Orat.* c. 46. *Gell.* l. 1. c. 7. *Charis. Diomed. Priscian.* ¶ *Neutri* pro *neutrius*, *Varr. loc. cit. sub fin.* In declinationibus maris, et feminæ, et neutri. Adde *Auson.* epigr. 50. Etiam *neutræ* in genit. et dat. feminino dictum fuit, teste *Priscian. sub initio* l. 6. pag. 678. *Putsch.*

NEUTĪQUAM, adverb. *by no means, in no wise, not in the least, not at all*, μηδαμῶς, nequaquam, nullo modo. *Cic. de Univ.* c. 11. Indissolubiles vos quidem esse non potestis, neutiquam tamen dissolvemini. *Atticus* apud *eund.* l. 9. *Attic.* ep. 10. Cui te socium neutiquam puto esse oportere. *Plaut. Capt.* 3. 4. 54. Id neutiquam mihi placet. *Terent. Hecyr.* 3. 3. 45. Id vero neutiquam honestum esse arbitror.

NEUTRĀLIS, le, *neuter, neutral*, neuter, οὐδέτερος, eo sensu, quo dicitur a Grammaticis. *Quintil.* l. 1. c. 4. *a med.* (*al.* c. 7.) Quæ feminina positione mares, neutrali feminas significant, ut Muræna, Glycerium. et cap. 5. (*al.* 9.) *a med.* Neutralia nomina. *of the neuter gender.*

NEUTRALĪTER, adverb. *neutrally*, οὐδετέρως, vox est Grammaticorum, cum *neutro genere* significare volunt. *Charis.* l. 1. pag. 55. *Putsch.* Gellius fora navium neutraliter dixit.

NEUTRO, adverb. *to neither one side nor the other, to neither side, neither way*, neutram in partem, οὐδετέρωσε. *Liv.* l. 5. c. 26. *ad fin.* Teri tempus, neutro inclinata spe. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 23. Neutro inclinaverat fortuna. *Quintil.* l. 7. c. 2. *a med.* Si neutro litis conditio præponderet.

NEUTRŬBI, *in neither place*, neutro in loco. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 56. Neutrubi habeam stabile stabulum, si quid divortii fuat. ¶ Item neutro. *Ammian.* l. 19. c. 2. (*al.* 5.) A diei principio ad usque lucem obscuram neutrubi prœlio inclinato. *neither way, to neither side.*

NEX, necis, f. *violent death*, φόνος, mors quæ aliqua externa vi alteri infertur. *Festus*: Necem a Græco dici, certum est. νέκυν enim mortuum dicunt. *Idem* docet, proprie de ea dici, quæ sine vulnere infertur. sed hoc usu non servatur. V. *Neco. Cic. pro Mil.* c. 4. Insidiatori et latroni quæ potest afferri injusta nex? *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 3. Necem sibi consciscere. *to destroy himself. Suet. in Cæs.* c. 14. comminari alicui. *Tacit. Ann.* 13. cap. 1. cuipiam moliri. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 73. parare. *Tacit.* 2. *Ann. c. ult.* Necem patrare. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 627. indignam pati. et lib. 15. v. 499. neci occumbere. *Id. Heroid.* ep. 14. v. 12. nece cadere. *Virg.* 4. *Georg.* v. 90. neci dedere. *Id.* 2. *Æn.* v. 85. demittere. et lib. 12. v. 513. mittere. et vers. 341. dare. *to put to death. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 16. et lib. 6. c. 18. Vitæ, necisque potestatem habere in aliquem. *Stat.* 3. *Theb.* v. 69. Eripere necem alicui. *h. e.* a nece liberare. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1833. gravi nece urgere aliquem. *Val. Flacc.* l. 3. v. 381. miscere neces. *h. e.* cædem facere. *Ovid.* l. 2. *de ar. am.* v. 714. Manus nece Phrygia imbutæ. *h. e.* sanguine cæsorum Phrygum. *Senec. in Thyest.* v. 693. devotus neci. *h. e.* morti destinatus. *doomed or devoted to destruction.* ¶ De morte naturali *Ju-*

stin. initio l. 42. Post necem Mithridatis. *h. e.* qui adversa valetudine decesserat, ut *Id.* ait *in fin.* l. 41. *natural death.* Sic *Suet. in Cæs.* c. 5. Post necem consulis. *h. e.* Lepidi, qui morbo et pœnitentia interierat, ut *Flor. in fin.* l. 3. narrat. *Senec. de consol. ad Marc.* c. 20. *sub fin.* Fata nobis sensum nostræ necis auferunt. ¶ *In necem alicujus* aliquando significat in perniciem, fraudem, damnum, *to the harm, detriment, or prejudice of any person*: ea opinor ratione, qua *causa capitis* dicitur, cum de gravi jactura bonorum agitur. *Ulpian. Dig.* lib. 38. tit. 5. leg. 1. *a med.* Si libertus rem suam pro alio pignori dedit in necem patroni. *Id.* lib. 36. tit. 4. leg. 5. *ante med.* Dolus, qui in necem legatariorum, et fideicommissariorum factus est. et lib. 15. tit. 1. leg. 21. Sed etsi eum intricare peculium in necem creditorum passus est, &c. ¶ Olim *necis*, aut *neces* in recto dictum fuisse creditur. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 35. *ad fin.* Ut ejus neces auctoribus exitio esset. Al. leg. *necis*: al. aliter. *Quintil.* declam. 8. c. 13. Quando quæsita neces est alteri ex geminis. Plerique alii aliter leg.

NEXIBĬLIS, le, adject. nexilis. *Ammian.* l. 29. c. 2. (*al.* c. 13.) Nexibili adseveratione. *h. e.* callide mendaciis connexis. *Lactant.* l. 7. c. 5. nexibilia membra.

NEXĪLIS, le, *knit, tied, wreathed, or bound together*, πλεκτὸς, qui nectitur. *Lucret.* l. 5. v. 1349. Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen. *Ovid.* 6. *Metam.* v. 128. Nexilibus flores hederis habet intertextos. et lib. 2. v. 499. Nexilibusque plagis silvas Erymanthidas ambit.

NEXĬO, onis, f. *a knitting together, tying, binding*, actus nectendi, connexio, πλοκή. *Arnob.* l. 5. pag. 156. Vinculorum nexiones. Adde *Martian. Capell.* l. 1. pag. 12. et 23.

NEXO, as, a. 1. *to bind, tie, connect*, προσαναπλέκω, frequent. a necto. *Lucr.* l. 2. v. 98. Pars etiam brevibus spatiis nexantur ab ictu. *Al. leg.* vexantur. *Virg.* 5. *Æn.* v. 279. Nexantem nodis, seque in sua membra plicantem. *Liv.* apud *Priscian.* l. 10. pag. 904. *Putsch.* Nexabant multa inter se flexu nodorum dubio. Adde *Diomed.* l. 1. pag. 366.

NEXO, is, a. 3. idem quod *nexo, as. Accius* apud *Priscian.* l. 10. pag. 904. Nos continuo ferrum eripimus, omnibus manicas neximus. ¶ Præteritum est *nexui*, vel *nexi* eodem teste *ibid.* et lib. 9. pag. 860. et *Diomed.* l. 1. pag. 366. sed hæc etiam ad *Necto* pertinent.

NEXUM, i, n. idem ac nexus. *Cic. pro Cæcin.* c. 35. Ut non sustulerit horum nexa, atque hereditates. Adde *de Harusp. resp.* c. 7. et 3. *de Orat.* c. 40. V. *Nexus, us.*

[† NEXŬŌSUS, a, um, adj. *intricate, perplexed, knotty*, multos nexus habens, intricatus. *Claud. Mamert. de Stat. Anim.* 2. 7. Nexuosissimæ questiones.]

NEXUS, a, um, *tied, bound, linked, fastened or joined together, connected, wreathed*, πεπλεγμένος, πλεκτὸς, ligatus, connexus, aptus, conjunctus: a *necto. Horat.* l. 1. od. 38. v. 2. Nexæ philyra coronæ. *Virg.* 1. *Æn.* v. 452. ære nexæ trabes. et lib. 7. v. 66. apes pedibus per mutua nexis. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 490. Nexaque vipereis distendens brachia nodis. *Id. Heroid.* ep. 5. v. 48. brachia nexa collo. *Id.* 1. *Fast.* v. 412. pinu tempora nexa. *h. e.* coronata. *Suet. in Ner.* c. 30. Funes nexæ purpura et cocco. *Plin.* l. 19. c. 8. *circa med.* Nexis inter se radicibus. ¶ *Nexi* dicuntur, quos ob æs alienum sibi servire creditor cogebat, sive vinctos, sive solutos, donec solvissent, *insolvent debtors, given up bound to serve their creditors till payment should be made. Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 5. *sub fin.* Liber, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debet, dat, nexus vocatur. Hoc, C. Popilio rogante, Sylla dictatore sublatum, ne fieret, et omnes, qui bonam copiam jurarent, ne essent nexi, dissoluti. *Liv.* l. 2. c. 27. Et qui ante nexi fuerant, creditoribus tradebantur, et nectebantur alii. et cap. 23. Nexi vincti, solutique se undique in publicum proripiunt. Al. leg. *nexu vincti.* V. *Liv.* his locis, et lib. 8. c. 28. ¶ Item universim qui in carcere, aut vinculis sunt, *prisoners, malefactors. Justin.* l. 21. c. 1. Nexorum tria millia e carcere dimittit. et cap. 2. Nec carcerem nexis, sed cædibus civitatem replet. ¶ Translate *Id.* l. 20. c. 4. Cum sodalitii jure, sacramento quodam nexi separatam a ceteris civibus vitam exercerent. *bound by an oath. Martian. Dig.* lib. 48. tit. 21. leg. 3. Crimine aliquo nexus. *h. e.* obstrictus. *Id.* lib. 49. tit. 14. leg. 22. Res pignori nexas distrahere. *pawned, pledged. Cic. in Orat.* c. 41. Sed hæc, nisi collocata, et quasi structa et nexa verbis, ad eam laudem, quam volumus, adspirare non possunt. *Id.* 5. *Tuscul.* c. 25. Rerum causæ aliæ ex aliis aptæ, et necessitate nexæ. et lib. 3. cap. 8. Omnes virtutes inter se nexæ et jugatæ sunt. ¶ *Nexum æs*, pecunia, quæ per nexum obligatur. *Festus.* V. vocem sequent.

NEXUS, us, m. *a tying, binding, linking, knitting, twining, fastening, or joining together, connecting; a tie, band, fold*, πλοκή, συμπλοκή, nexio, connexio, conjunctio, ligamen. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 62. Neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxit. *Plin.* l. 16. c. 37. Salix solido ligat nexu. *Ovid. Metam.* 15. v. 659. serpens, baculum qui nexibus ambit. *Plin.* l. 8. c. 11. Dracones nexu nodi præstringunt elephantos. *Ovid. Metam.* 6. v. 242. *de luctantib.* Et jam contulerant arcto luctantia nexu Pectora pectoribus. *Sueton. in Ner.* c. 53. Brachiorum nexibus aliquem elidere. *Martial. de Spectac.* epigr. 26. Fuscina dente minax, curvo fuit ancora nexu. *h. e.* unco, quo infixa arenæ nectit ac sistit naves. ¶ Translate *Tacit.* 3. *Ann.* c. 28. Exsoluti legis nexus. ¶ *Nexus*, et *nexum* in Jure est obligatio civilis, qua quippiam, sine traditione, aut sine cessione, alterius dominio subjicitur, ejusque temporariæ potestati quodammodo nectitur, *a formal bond of obligation, by which possession was given, and the former owner bound to make good the title; a mortgage; a conveyance according to the formalities of the Roman law. Festus:* Nexum est, ait Ælius Gallus, quodcumque per æs et libram geritur: idque necti dicitur. quo in genere sunt hæc, testamenti factio, nexi datio, nexi liberatio. Nexum æs apud antiquos dicebatur, quæ per nexum obligatur. Hæc *Festus.* Magis ad rem *Varro* l. 6. *de L. L.* c. 5. *ad fin.* Nexum, Manilius scribit, omne, quod per libram et æs geritur, in quo sint mancipi: Mucius Scævola, quæ per æs et libram fiant, ut obligentur, præterquam quæ mancipio dentur. Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit, de quo quæritur. nam idem, quod obligatur per libram, neque suum sit, inde nexum dicitur. Liber, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debeat, dat, dum solveret, nexus vocatur. Hæc *Varr. Cic. in Top.* c. 5. *in fin.* Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio. *Id. de Harusp. resp.* c. 7. *ad fin.* Multæ sunt domus in hac urbe jure privato, jure hereditario, jure auctoritatis, jure mancipi, jure nexi. *Id. pro Mur.* c. 2. In iis rebus repetendis, quæ mancipi sunt, is periculum judicii præstare debet, qui se nexu obligavit. *Lex XII. Tab.* apud *Fest.* in *Nuncupata.* Cum nexum faciet, mancipiumque, uti lingua nuncupassit, ita jus esto. *Cic. pro Cæcin.* c. 35. Sulla ita tulit de civitate, ut non sustulerit horum nexa atque hereditates. Adnotant hic Interpretes, solos cives R. jure nexi usos fuisse, cum quibus Romanam civitatem ademisse Sulla dicitur, his nexa tamen, atque hereditates reliquerit. ¶ Solemnitates in nexu celebrando eædem fuere, quæ in *Mancipium* ex *Caio Institut.* tit. 6. descriptæ sunt. ¶ Speciatim obligatio nexi locum habet in debitoribus, qui cum solvendo non essent, addicebant se creditoribus, ut in voce præced. dictum est. *Liv.* l. 7. c. 19. Etsi unciario fenore facto, levata usura erat, sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque inibant. *surrendered their persons to their creditors as insolvent debtors.* et lib. 8. c. 28. L. Papirius is fuit, cui cum se C. Publilius, ob æs alienum paternum, in nexum dedisset, &c. Al. omitt. *in* rectius. ¶ Translate *Cic. ad Curion. Fam.* 7. ep. 30. *a med.* Atticus noster, cujus cum proprium te esse scribis mancipio et nexu; meum autem usu et fructu; contentus isto sum. Scripserat *Curio epist. præced.* Sum enim χρήσει μὲν tuus; κτήσει δὲ Attici nostri. Hinc discimus, tam nexu, quam mancipio justam rei possessionem acquiri. Est tamen discrimen, quod mancipio perpetua, nexu temporaria acquirebatur: quod idem usuvenit in venditione, et in pignore. ¶ *Nexus* de cujusque obligationis vinculo. *Modestin. Dig.* l. 46. tit. 4. leg. 1. Acceptilatio est liberatio per mutuam interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu absolutio. *Papinian.* l. 10. tit. 2. leg. 33. Partem hereditatis a nexu pignoris liberam consequi.

N I

NI, *if not, unless*, εἰ μὴ, si non: a *nisi* per apocopen. *Terent. Andr.* 3. 4. 19. Mirum, ni domi est. *it is a great chance but he is at home. Horat. in fin.* sat. 7. l. 2. ocius hinc te Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino. *Cic. Fam.* 7. ep. 13. Moriar, ni puto, te malle a Cæsare consuli, quam inaurari. *Plaut. Rud.* 3. 4. 48. Ni offerumentas habebis plures in tergo tuo, quam ulla navis longa clavos, tum ero mendacissimus. *Cic.* 5. *Verr.* c. 96. Rempubl. sistere negat posse, ni ad equestrem ordinem judicia referantur. *Nævius* apud *Cicer.* l. 2. *de Orat.* c. 69. Quid ploras pater? Mirum, ni cantem: condemnatus sum. *Id.* 3. *de Fin.* c. 20. Quod ni ita se haberet, nec justitiæ ullus esset, nec bonitati locus. ¶ Habet locum præcipue in sponsionibus, et in judiciis. *Cic.* 3. *Offic.* c. 19. Cum is sponsionem fecisset, ni vir bonus esset. *had laid a wager, that he was an honest man. Liv.* l. 3. c. 57. Sic se judicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in servitutem dederit. *Plaut. Rud.* 5. 3. 24. Cedo qui cum habeam judicem, ni dolo malo instipulatus sis, nive etiam dum siem quinque et viginti natus annos. *nive* est *et ni*, et *sive, et si*, ut *neve* est *et ne*: habetque locum, quando in judicio aut sponsione de pluribus rebus agitur. *Cic. pro Cæcin.* c. 23. Tum illud, quod dicitur, sive, nive, irrident. *Plaut. Rud.* 3. 4. 8. Ergo dato quemvis arbitrum, si tuas esse oportet, nive eas esse oportet liberas, nive te in carcerem compingi est æquum. ¶ *Ni quis scivit* apud *Fest.* nomen est centuriæ, quæ dicitur a Ser. Tullo rege constituta, in qua liceret ei suffragium ferre, qui non tulisset in sua. Idque factum ab eo est, ne quis civis suffragio privaretur. Sed in ea centuria neque censetur quisquam, neque centurio præficitur, neque centurialis potest esse, quia nemo certus est ejus centuriæ. Hæc *Festus.* ¶ Est etiam *ni* pro *ne* prohibente, aut dehortante. *that not.* Docet hoc *Servius* ad illud *Æn.* 3. v. 686. Contra jussa monent Heleni, *&c.* ni teneant cursum. *not to.* Ubi ait: Antiqui *ni* pro *ne* ponebant, qua particula plenus est Plautus: *Ni mala, ni stulta sis.* Hæc *Servius*: quibus similia habet *Donat. ad Terent. Eun.* 2. 3. 36. et 3. 3. 2. (Sed in verbis *Plauti*, quæ sumpta sunt ex *Men.* 1. 2. 1. commode potest *ni* etiam pro *nisi* accipi.) Confirmat *Priscian. initio* l. 15. afferens eundem *Virgilii* versum. *Cass. Hemina* apud *Plin.* l. 32. c. 2. *a med.* Numa constituit, ut pisces, qui squamosi non essent, ni pollucerent. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 125. Dominum convivii, vinum, aliudve quid ni laudato. *do not. In vet. Inscript.* apud *Gruter.* p. 207. col. 3. Dum ni minus viginti adsient. *In vet. decreto* apud *eund.* p. 629. Dum ni quem in eis viatoribus, &c. legant. *In vet. epitaph. ibid.* p. 996. n. 12. Rogo per deos, ni velitis ossa mea violare. *In Cenotaph. Pis. C. Cæsaris.* Caverique, ne quod sacrificium, neve quæ supplicationes, nive sponsalia, nive convivia in eum diem fiant. Adde *Propert.* l. 2. el. 6. v. 3. ut quidem in omnibus libris scriptis, et editionibus vetustis legi testatur *Broukhus.* nam alii *ne* edidere: quæ mutatio et in *Silio* l. 1. v. 374. facta est, teste *Drakenborchio.* item in *Lucret.* l. 2. v. 734. et 887. ¶ Scribebant etiam *nei*, et *neive.* V. si placet, *Noris.* dissertat. 4. *in Cenotaph. Pis.* c. 5. ¶ *Ni* pro *nisi quod. Ammian.* l. 22. c. 11. (*al.* 28.) *sub fin.* Poterant miserandi homines Christianorum auxilio defendi, ni Georgii odio omnes indiscrete flagrabant.

NICÆENSIS, se, ad Nicæam pertinens, quæ est urbs Bithyniæ ad Ascanium lacum. *Plin.* l. 5. c. 32. et l. 7. c. 2. et *Cic. Fam.* 13. ep. 61.

[* NICÆNUS, a, um, idem ac Nicæensis. *Cod. Justinian.* lib. 1. tit. 1. leg. 21. Nicæna fides, *h. e.* quæ constituta est in Concilio Nicææ habito.]

[† NICASĬO, onis, m. nomen cujusdam fœneratoris. *Cic. Att.* 12. 5. Nicasionumque ἀρχέτυπα fugienda. Videtur (ait *Ernesti*) fictitium nomen esse et ad fœneratores universos pertinere. *Alii aliter legunt.* ¶ Ennensis senator. *Id. Verr.* 4. 51.]

[* NICENSIS, e, idem ac Nicæensis, ad Nicæam pertinens. Nicenses apud *Plin.* l. 10. ep. 33. sunt cives urbis Nicææ.]

NICĔROS, otis, m. nomen est myropolæ cujusdam, seu unguentarii. *Martial.* l. 12. epigr. 66. Utrumne Cosmi, Nicærotis an libram. Hinc

NICEROTIĀNUS, a, um, adject. a Nicerote præstanti unguentorum, et odoramentorum confectore. *Martial.* l. 6. epigr. 55. Flagras plumbea Nicerotiana. *Id.* l. 10. epigr. 38. Nimbis ebria Nicerotianis. Adde *Sidon.* carm. 9. v. 324.

NICETERĬA, orum, n. *a reward for victory, prize; the victor's meed*, νικητήρια, præmia victoriæ, ut torques, aut hujusmodi: a νίκη, victoria. *Juvenal.* sat. 3. v. 67. Rusticus ille tuus sumit trechedipna, Quirine, Et ceromatico fert niceteria collo. *h. e.* insignia victoriæ in gymnicis certaminibus, e collo pendentia.

NICETIĀNUS, a, um, ad Nicetium pertinens, quod est nomen viri proprium. *Sidon.* l. 3. ep. 1. *a med.* Nicetiana hereditas.

NICO, is, ci, a. 3. signum facio, moveo, ut Nicere manu, *to beckon with the hand. Plaut. Trucul.* 2. 7. 63. Emoriere ocius, si manu niceris. *G.* Quid, manu nicerim? Ita legit *Turneb.* l. 24. c. 17. qui hinc deduci putat verbum *nicto, as.* Alii aliter legunt.

NICOMEDENSIS, se, ad Nicomediam, Νικομηδείαν, pertinens, quæ est urbs Bithyniæ maxima, condita a Nicomede rege, in intimo sinu Astaceno, ut est apud *Plin.* l. 5. c. 32. *Plin. alter* l. 10. epist. 46. In aquæductum Nicomedenses impenderunt, &c. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 389. n. 2. Logistæ civitatis splendidissimæ Nicomedensium. Alia p. 407. Cur. R. P. Nicomedensium. Adde *Callistrat. Dig.* l. 50. tit. 9. leg. 5.

[† NICOPHŎRUS, i, f. herba qua victores coronabantur, dicta et smilax. *Plin.* 24. 10.]

NICOPOLITĀNUS, a, um, ad Nicopolim pertinens. Duæ sunt hoc nomine urbes, altera in Bithynia, de qua *Plin. sub fin.* l. 5. altera in Armenia minore, de qua *Id.* l. 6. c. 9. verba facit. *Id.* l. 4. c. 1. Nicopolitana civitas. *Inscript.* apud *Gruter.* p. 472. n. 4. Princ. civitatis Nicopolitanorum.

NICOSTRATEGUS. V. *Nyctostrategus.*

NICTATĬO, onis, f. *a winking or twinkling with the eyes*, ἐπίμυσις, actus nictandi. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 57. Nec genæ quidem omnibus: ideo neque nictationes iis, quæ animal generant. Columbæ, et similia utraque gena connivent. At quadrupedes, quæ ova pariunt, ut testudines, crocodili, inferiore tantum, sine ulla nictatione, propter præduros oculos.

NICTO, as, avi, atum, n. 1. *et* Nictor, aris, atus sum, dep. 1. *to wink or twinkle with the eyes, wink often, blink, nictate*, σκαρδαμύττω, oculos subinde claudo genas movendo: quod semper facimus vigilantes, etiam sine sensu. Volunt esse a *niveo* inusitato: unde *conniveo. Plin.* l. 11. c. 37. sect. 54. Plerisque naturale, ut nictari non cessent: quos pavidiores accepimus. *Al. leg.* nictare. et sect. 57. Graviores alitum inferiore gena connivent: eædem nictantur, ab angulis membrana obeunte. ¶ Item oculis signum dare, vel utrumque, vel alterutrum claudendo. *to make signs with the eyes, glance with the eye, wink. Plaut. Asin.*

1. 1. 39. Neque illa ulli homini nutet, nictet, adnuat. *Non.* c. 5. n. 71. hunc ipsum *Plauti* locum afferens *nutare*, inquit, capitis; *adnuere* narium vel labiorum; *nictare* oculorum significantiam esse Veteres decreverunt. *Plaut. Men.* 4. 2. 49. Non hercle ego quidem unquam quicquam nuto, neque nicto tibi. Adde *Merc.* 2. 3. 72. ¶ Est etiam sæpe aliquid conari, *to make frequent attempts, attempt frequently*, quasi sit a *nictum* pro *nixum* a verbo *nitor*. Atque hæc fortasse prima, et propria est ejus significatio. *Festus:* Nictare, et oculorum, et aliorum membrorum nisu sæpe aliquid conari, dictum est ab antiquis, ut Lucretius in libro quarto: Hic ubi nictari nequeunt, insistereque alis. Cæcilius in Hymnide: Garrulis medentes jactent, sine nictentur perticis. Novius in Macchoco: Pone actutum scibis, cum in nervo nictabere. Unde quidam nictationem, quidam nictum, ut Cæcilius in Pugile: Tum inter laudandum hunc timidum tremulis palpebris percutere nictu: hic gaudere, et mirarier. Hactenus *Festus*. Verba *Lucretii* habes l. 6. v. 836. ubi al. leg. *nixari*, a *nixum τοῦ nitor, eris*. Illa *Cæcilii* priora sic legit *Scalig.* Garruli sine dentes jactent, sine nictentur perticis: Alii: Grallis sedentes jactent, sine nictentur perticis. Locum *Novii* ita emendat *Idem:* Novius in Macchо copone: Actutum scibis, cum, &c. [¶ Particip. *nictans* apud *Lucret.* l. 6. v. 181. Semina, quæ faciunt nictantia fulgura flammæ.] ¶ Est etiam

NICTO, is, n. 3. *Festus* post verba allata in voce præced. statim subdit: Nictit canis in odorandis ferarum vestigiis leviter gänniens, ut Ennius in libro X. Veluti siquando vinculis venatica venenox apta solet, si forte ex nare sagaci sensit, voce sua nictit, ululatque ibi acuta est. Hæc *Fest.* Verba *Ennii* ita legunt Critici: Veluti si quando vinclis venatica velox Apta silet cani'; forte feram si ex nare sagaci Sensit, voce sua nictit, ululatque ibi acute. Al. hic quoque leg. *nictat*.

NICTUS, us, m. nictatio, nisus. *Cæcil.* apud *Fest.* V. *Nicto, as. Ovid.* 3. *Met.* v. 460. lacrimas quoque sæpe notavi, Me lacrimante, tuas: nictu quoque signa remittis. Al. leg. *nutu*. Adde l. 1. *de ar. am.* v. 138. et lib. 1. *Fast.* v. 418. et *Claudian. de consul. Mall. Theod.* v. 312. sed ubique al. *nutu* reponunt.

NIDAMENTUM, ti, n. *a nest*, nidus. *Arnob.* l. 6. p. 202. Non videtis sub istorum simulacrorum cavis sorices, mures, blattas nidamenta ponere? *Plaut. Rud.* 3. 6. 51. In nervum ille hodie nidamenta congeret. *h. e.* muscum, paleas, tomentum, et id genus alia, ex quibus aves nidos construunt suos. *materials for building a nest.* Est autem ibi allegoria, qua significatur, lenonem (de quo est sermo) nidum parare, ex quo nascatur nervus. h. e. ea facere, propter quæ brevi nervo plectendus sit, vel compedibus vinciendus. Ita *Turneb.* l. 26. *Adversar.* c. 2. V. integrum *Plauti* locum.

[† NIDĔO, ere, cujus compositum est *renideo*, est qui putat latere apud *Petron.* c. 109. p. 503. Nunc umbra nudata sua jam tempora mœrent, Areaque attritis nidet adusta comis. *h. e.* olet. *Alii:* ridet. Sed omnia incerta.]

NIDĬCUS, a, um, adject. ad nidum pertinens. *Varronis fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 278. Ad quos tum volucres venit pusillos Usque ad limina nidica esca vilis. Alii *nitida* legunt, al. aliter. Est enim locus varie vexatus, nec quidquam certi inde colligi potest.

[† NIDIFICATĬO, nis, f. *nidification, Aug.* apud *Littleton.*]

NIDIFICĬUM, ii, n. nidi constructio. *Apul.* lib. 8. *Metam.* In carioso stipite inhabitantium formicarum nidificia burriebant.

NIDIFĬCO, as, n. 1. *to build or make a nest*, νεοττεύω, nidum facio. *Colum.* l. 8. c. 15. Pedalia in quadratum cubilia, quibus nidificent aves. *Plin.* l. 9. c. 26. Nidificare ex alga. *Id.* l. 10. c. 53. Nidificare luto. [*Virgil.* apud *Donat. in ejus vita.* Sic vos non vobis nidificatis aves. ¶ Particip. *nidificans* apud *Plin. loc. cit.* Turdi luto nidificantes.]

NIDIFĬCUS, a, um, adject. nidum faciens. *Senec. in Medea*, v. 714. Quodcumque tellus vere nidifico creat. *when birds make their nests.*

NIDOR, oris, m. *the smell or steam arising from any thing roasted or burnt; any unctuous or strong smell*, κνίσσα, vapor et odor cocti cibi, aut alterius rei ambustæ, vel quocumque alio modo olentis. Differt ab odore: quia *odor* in malam partem sumi non solet, nisi cum addito, ut *malus odor, teter, gravis:* at *nidor* absolute positus fœtorem sæpe significat, aut odorem gravem, vel vapore mixtum. *Plin. in princ.* l. 13. Cedri tantum, et citri in sacris fumo convolutum nidorem verius, quam odorem noverant. *Harduin.* illa verba *verius quam odorem* omittit ex MSS. *Lucret.* l. 6. v. 791. Nocturnumque recens extinctum lumen, ubi acri Nidore offendit nares, &c. *Cic. in Pison.* c. 6. Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. *Juvenal.* sat. 5. v. 162. et *Martial.* l. 1. epigr. 93. Captum te nidore suæ putat ille culinæ. *Id.* l. 7. epigr. 26. *de apro cocto.* Pinguescant madidi læto nidore Penates. *Virg.* 3. *Georg.* v. 415. Galbaneoque agitare graves nidore chelydros. *Id. Æn.* 12. v. 300. Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit, Nidoremque ambusta dedit. *Liv.* l. 38. c. 7. *extr.* Fœdus quidam nidor ex adusta pluma. *Plin.* l. 28. c. 17. Lethargicos excitat caprini cornus nidor, aut pilorum. *Id.* l. 35. c. 15. Nidor sulphuris igni impositi. *Apul.* l. 4. *Metam.* Putore nidoris fœtidi abigere aliquem. *h. e.* egesti stercoris. et lib. 8. Formicæ dulcem ac mellitum corporis nidorem persentiscunt. ¶ Apud *Ovid. Met.* 12. v. 153. et *Tertull. in Apolog.* c. 22. et *de Idolol.* c. 6. nidor est odor carnium crematarum in sacrificiis. ¶ Pro vapore *Lucret.* l. 6. v. 986. Nam penetrare alio sonitus, alioque sapores Cernimus e succis, alio nidoris odores. *Plin.* l. 24. c. 15. Chamæleuces radix imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infumibulum imbibitur in vetere tussi. *Apul.* l. 1. *Metam.* In cujus hospitio nec fumi, nec nidoris nebulam vererer. *Minuc. Fel. in Octav.* c. 34. *a med.* Corpus omne sive arescit in pulverem, sive in humorem solvitur, vel in cinerem comprimitur, vel in nidorem tenuatur. ¶ *Nidor e culina* convicium in servum, qui in culina est assiduus, ejusque maxime nidore capitur: possetque et in parasitum aptari. *Plaut. Mostell.* 1. 1. 5. Exi, inquam, nidor e culina, quid lates? *kitchenstuff!*

NIDORŌSUS, a, um, *nidorous*, nidorem multum exhalans. *Tertull.* l. 5. *advers. Marcion.* c. 5. *ad fin.* Holocaustomata nidorosa.

NIDŬLOR, aris, dep. 1. *to make or build a nest*, νεοττοποιῶ, nidifico. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 589. et *Gell.* l. 3. c. 10. Halcyones hieme in aqua nidulantur. *Gell.* l. 2. c. 29. Cassita nidulatur in segetibus. ¶ *Plin.* l. 11. c. 28. Aliud (*insectorum*) genus, qui e fimo ingentes pilas aversis pedibus volutant, parvosque in iis contra rigorem hiemis vermiculos fetus sui nidulantur. *h. e.* in nido fovent, vel excubando excludunt. *place or lay up as in a nest.*

NIDŬLUS, li, m. *a little nest*, νεοττίδιον, parvus nidus. *Gell.* l. 2. c. 29. De aviculæ nidulo lepide atque jucunde præmonet. *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 44. Ithacam illam, in asperrimis saxulis, tanquam nidulum, affixam. *Plin.* l. 6. ep. 10. Hunc incolere secessum, atque etiam senectutis suæ nidulum vocare consueverat.

NIDUS, di, m. *a nest*, καλιὰ, avium domicilium. *Quintil.* l. 2. c. 16. *a med.* Texere nidum. *Cic.* l. 2. *de Orat.* c. 6. Quemadmodum volucres videmus procreationis, atque utilitatis suæ causa fingere et construere nidos. *Virg.* 4. *Georg.* v. 307. nidum tignis suspendit hirundo. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 257. Nec facit in ramis, altoque cacumine nidos. *Plin.* l. 10. c. 33. Nidum intexere. *et ibid.* confingere. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 28. struere. *Horat.* l. 4. od. 12. v. 5. ponere. *Ovid.* 11. *Met.* v. 746. Incubat halcyone pendentibus æquore nidis. ¶ Per Metonymiam accipitur pro fetu avium, quasi continens pro contento. *the young in a nest; a brood of birds, nide. Virg.* 4. *Georg.* v. 17. et 12. *Æn.* v. 475. Pabula parva legens, nidisque loquacibus escas. *Senec. in Herc. Fur.* v. 148. Nidi queruli. *Colum.* l. 7. c. 9. *ad fin.* Et in cubili suam quisque matrem nidus exspectat. Ubi de scrofæ fetu loquitur. ¶ Translate *nidi* dicuntur, in quibus merces in tabernis separatim servantur, οἰκίσκοι. *Martial.* l. 1. epigr. 118. De primo dabit alterove nido Rasum pumice, purpuraque cultum. *the partitions in the shelves of a bookseller's shop.* ¶ Item dicitur de pluteo, *a shelf. Id.* l. 7. epigr. 16. Hos nido licet inseras vel imo Septem, quos tibi misimus, libellos. ¶ Et de quovis cujusque domicilio. Hinc Rufus Verginius villam suam, nidulum senectutis suæ vocabat, referente *Plinio* l. 6. epist. 10. *Horatius* etiam l. 1. epist. 10. v. 6. Tu nidum servas, ego laudo ruris amœni Rivos. *Id.* l. 3. od. 4. v. 14. celsæ nidum Acherontiæ. *h. e.* Acherontiam oppidum in edito monte situm, tanquam nidum altis saxis affixum, ut de Ithaca dixit *Cic.* l. 1. *de Orat.* c. 44. ¶ Pro poculo nidi figura, *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 22. et 588. Cape hanc caducam Liberi mollem dapem De fronde Bromiæ autumnitatis uvidam, Quam, lympha melius e lacuna fontium Allata, nido potili permisceat. ¶ *Majores pennas nido extendisse*, proverb. apud *Horat. ep. ult.* l. 1. v. 21. de iis dictum, qui supra fortunam, et genus suum se extulerunt: quod si bonis artibus fiat, laudabile est. Simili sententia nos dicimus *to spend more than he is worth.*

NIGELLUS, a, um, *a little black, blackish*, dim. a *niger*. *Varr.* apud *Non.* c. 16. *n. ult.* Propinquæ adolescentulæ etiam anthracinis, proximæ amiculo nigello, capillo demisso sequerentur. *Id. ibid.* c. 6. n. 43. Oculi suppætuli nigellis pupulis. *Pallad. in Februar.* cap. 25. *circa med.* Nigella vina. *Auson.* ep. 4. v. 74. Cadmi nigellas filias. *h. e.* litteras.

NIGER, gra, grum, *black, sable, dusky, dark, darksome, gloomy, lurid*, μέλας, μέλαινα, μέλαν, qui coloris est albo contrarii, pullus, ater, fuscus, obscurus. *Jul. Scalig.* ducit a νεκρὸς, mortuus, quia mortui nigri sunt, et niger color proprius est mortuorum, et Manium. *Ovid.* 4. *Met.* v. 438. nigri fera regia Ditis. *Virg.* 4. *Georg.* v. 547. Et nigram mactabis ovem. *scil.* inferiis mittendis. *Horat.* l. 4. od. 12. v. 26. Nigrorumque memor, dum licet, ignium. *h. e.* rogi, et mortis. *Tibull.* l. 3. el. 5. v. 5. At mihi Persephone nigram denuntiat horam. *Propert.* l. 2. el. 19. v. 19. At me non ætas mutabit tota Sibyllæ, Non labor Alcidæ, non niger ille dies. *Id.* l. 4. el. 11. v. 2. Panditur ad nullas janua nigra preces. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1705. Jupiter niger. *h. e.* Pluto. *infernal Jove.* ¶ De colore in universum hæc habeto. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 3. Nescio, qui ille divinus, si oculis captus sit, possit, quæ alba sint, quæ nigra dicere. *Virg. Ecl.* 2. v. 16. Quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses. *dark-complexioned, brown, swarthy.* et *Eclog.* 10. v. 38. quid tum, si fuscus Amyntas? Et nigræ violæ sunt, et vaccinia nigra. et lib. 4. *Georg.* v. 468. Et caligantem nigra caligine lucum. *with pitchy darkness. Horat.* l. 1. od. 21. v. 7. nigræ silvæ. *Id.* l. 4. od. 12. v. 11. Nigræ colles Arcadiæ. *h. e.* silvis frequentis. *dark, shady, woody. Virg. Eclog.* 6. v. 54. Ilice sub nigra. et 2. *Georg.* v. 258. nigræ hederæ. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 690. nigra myrtus. *Id. Metam.* 15. v. 187. nigra nox. *Id. Heroid.* ep. 18. v. 7. cælum pice nigrius, et freta ventis Turbida. *Id.* 10. *Metam.* v. 449. nigræ nubes. *Lucret.* l. 4. v. 341. nigræ umbræ. *dark, dismal. Stat.* l. 4. silv. 4. v. 62. nigræ litora Thules. *h. e.* caligantis, obscuræ. *Virg.* 3. *Georg.* v. 278. nigerrimus Auster Nascitur, et pluvio contristat frigore cælum. et lib. 4. v. 126. niger fluvius. *h. e.* profundus, quia tales nigri apparent. *deep. Horat.* l. 3. od. 27. v. 23. Æquoris nigri fremitus. *Martial.* l. 8. epigr. 56. nigra Falerna. *Juvenal.* sat. 1. v. 71. Per famam et populum nigros efferre maritos. *h. e.* colore luridos, quia veneno sublati. Sic *Propert.* l. 2. el. 20. v. 63. Pocula nigra. *h. e.* venenata Tetra venena dixit *Id. ibid.* el. 13. v. 70. lurida aconita *Ovid. Metam.* 1. v. 147. ¶ Nigrum absolute, nigra nota. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 291. *de tauro.* Signatus tenui media inter cornua nigro. ¶ Translate est malus, improbus, dolosus, duplex, vafer. *Cic. pro Cæcin.* c. 10. Argentarius Sex. Clodius, cui nomen est Phormio, nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus. (V. *Terent. Phorm.* a. 2. sc. 2. et 3.) *Horat.* l. 1. sat. 4. v. 81. absentem qui rodit amicum; Qui non defendit, alio culpante; solutos Qui captat risus hominum, famamque dicacis; Fingere qui non visa potest; commissa tacere Qui nequit, hic niger est: hunc tu, Romane, caveto. *a knave, villain, blackguard.* ¶ *Nigra in candida vertere* proverbio dicitur, qui recta prava facit, ut *Terent.* loquitur *Phorm.* 5. 2. 6. et vitia ipsa obtegit simulatione virtutis. *Juvenal.* sat. 3. v. 29. Cedamus patria: vivant Arturius istic, Et Catulus: maneant, qui nigra in candida vertunt. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 312. Alipedis de stirpe dei versuta propago Nascitur Autolycus, furtum ingeniosus ad omne, Qui facere adsuerat, patriæ non degener artis, Candida de nigris, et de candentibus atra. ¶ *Senec. in Hippol.* v. 493. niger livor. *envy.* ¶ Niger pro infausto, ominoso. *ill-boding, unlucky, inauspicious, ominous. Horat.* l. 1. sat. 9. v. 72. hunccine solem Tam nigrum surrexe mihi? *Propert.* l. 2. el. 21. v. 38. Nigraque funestum concinit omen avis. Hinc niger lapis apud *Fest.* locus in Comitio, ubi Romulus occisus, et Faustulus nutritius ejus sepultus, vel Quintilius quidam, qui a Romulo steterat. ¶ Pro mœsto, tristi, in luctu jacenti, *sorrowful, sad, mournful, Stat.* l. 5. silv. 1. v. 18. Sed cum plaga recens, et adhuc in vulnere primo Nigra domus questu, &c. *Val. Flacc.* l. 3. v. 404. arvaque nigro Vasta metu. ¶ *Nigrai* pro *nigræ* more suo dixit *Lucret.* l. 4. v. 538. nigrai noctis ad umbram.

NIGIDIĀNUS, a, um, ad Nigidium pertinens, ut Nigidiani libri, *Gell.* l. 18. c. 4. *sub fin.* Nigidianæ commentationes, *Id.* l. 19. *c. ult.*

NIGIDĬUS, ii, Figulus, Philosophus Pythagoricus, floruit Romæ, Cæsaris, et Ciceronis tempore. Multa scripsit præsertim de re grammatica, ut testatur *Gellius*, qui proinde sæpe de eo mentionem facit. Verbi gratia lib. 19. c. 14. Ætas M. Ciceronis et C. Cæsaris præstanti facundia viros paucos habuit: doctrinarum autem multiformium, variarumque artium, quibus humanitas erudita est, columina habuit M. Varronem, et P. Nigidium. et lib. 4. c. 9. Nigidius Figulus, homo, ut ego arbitror, juxta M. Varronem doctissimus. et lib. 6. c. 6. Nigidius Figulus in libro primo augurii privati dicit, &c.

NIGĪNA, æ, herba tribus foliis longis intubaceis, quæ illita cicatrices ad colorem reducit. *Plin.* l. 27. c. 12.

[† NIGRĀMEN, inis, n. *blackness.* Laudatur *Manilius.* V. *Gesner.*]

NIGRANS, antis, *black, dark, dusky*, idem quod fuscus, niger. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. et *Colum.* l. 6. c. 1. Nigrantia boum cornua. *Colum.* l. 8. c. 2. *a med. de gallinaceis maribus.* Ravidi, vel nigrantes oculi. *Virg.* 5. *Æn.* v. 97. nigrantes terga juvenci. *Lucret.* l. 2. v. 792. Nigrans color. *Sil.* l. 9. v. 225. Corpora ab immodico servans nigrantia Phœbo. *Ovid. Metam.* 2. v. 535. Corvus nigrantes versus in alas. *Stat.* 12. *Theb.* v. 254. nigrantes laxabant astra tenebras. *Propert.* l. 3. el. 10. v. 33. Nigrantesque domos animarum intrasse silentum. *Sil.* l. 17. v. 258. nigrante profundo. *h. e.* mari. *Val. Flacc.* l. 1. v. 13. Solymo nigrantem pulvere fratrem. *h. e.* pulvere conspersum et sordidatum. (Sic *Horat.* l. 1. od. 6. v. 14. pulvere Troico nigrum Merionem.) *Val. Flacc.* l. 4. v. 697. nigrantia litora. *h. e.* quæ sunt ad promontorium, quod *nigrum* vocatur, silva et arboribus umbrosum. *Virg.* 8. *Æn.* v. 353. Credunt se vidisse Jovem, cum sæpe nigrantem Ægida concuteret dextra, nimbosque cieret. *h. e.* nubes, et tempestates commoventem.

NIGRĀTUS, a, um, *blackened*, niger factus. Translate *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 8. Nigrati ignorantiæ tenebris.

NIGRĒDO, inis, f. *blackness*, μελανία, color niger, nigrities. *Apul.* l. 2. *Metam.* Corvina nigredine cærulos columbarum colli flosculos æmulantur. *Martian. Capell.* l. 2. pag. 35. Libri nigredine colorati.

NIGRĔO, es, grui, n. 2. *to be dark or black*, niger sum, vel fio, μελαίνομαι. *Pacuv.* apud *Non.* c. 2. n. 582. Solis exortu capessit splendorem, occasu nigret. *Accius ibid.* Nimbis interdum nigret. *Colum.* l. 12. c. 48. Baccæ cum jam nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ fuerint.

NIGRESCO, is, n. 3. *to grow black, become dark*, μελαίνομαι, niger, vel obscurus fio. *Virg.* 4. *Æn.* v. 454. latices nigrescere sacros, Fusaque in obscenum se vertere vina cruorem. et lib. 11. v. 824. tenebris nigrescunt omnia circum. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 503. Ora tument ira: nigrescunt sanguine venæ. *Plin.* l. 15. c. 1. *sub fin.* Bacca incipiens nigrescere. *Id.* l. 26. c. 1. *a med.* Nigrescens cutis. *Id.* l. 31. *c. ult. ante med.* Nigrescentes dentes. *turning black.*

NIGRIĀNUS, a, um, adject. a Pescennio Nigro Imp. R. apud *Tertull. ad Scapul.* c. 2.

NIGRĬCANS, antis, *somewhat black, blackish, nigrescent*, μελανίζων, ad nigrum colorem accedens, nigrescens, nigrans. *Plin.* l. 9. c. 38. *extr.* Tyrius color nigricans aspectu, idemque suspectu refulgens. *Id.* l. 36. c. 26. Massæ colore pingui nigricantes.

[* NIGRĬCO, as, n. 1. idem ac nigresco. *Plin.* lib. 37. c. 10. sect. 58. Epimelas fit, cum candida gemma superne nigricat colos.]

NIGRICŎLOR, ris, nigrum colorem habens. *Solin.* c. 2. (*al.* c. 8.) *ad fin.* Nigricolor facies.

NIGRIFĬCO, as, a. 1. *to make black, blacken*, ut Nigrificare dentes apud *Marcell. Empir.* c. 35. *a med.*

[* NIGRĪTÆ, arum, m. populi, qui ad Nigrim Africæ flumen habitant. *Plin.* l. 5. c. 8. *Mela*, l. 1. c. 4.]

NIGRITĬA, æ, f. et

NIGRITĬES, ei, f. et

NIGRITŪDO, inis, f. *blackness, duskiness*, μελανία, nigror, nigredo. *Plin.* l. 9. c. 38. *de purpura.* Buccinum pelagio admodum alligatur, nimiæque ejus nigritiæ dat austeritatem illam nitoremque, qui quæritur, cocci. *Id.* l. 29. c. 6. Corvi ovum nigritiam capilli affert. *Cels.* l. 8. c. 2. *a med.* Sin autem nigrities est, aut si caries ad alteram partem ossis transit, &c. *Plin.* l. 10. c. 36. Nulla apparet nigritudo in rostro.

NIGRO, as, avi, atum, n. 1. *to be black*, nigresco, niger sum. *Lucret.* l. 2. v. 732. ne forte hæc albis ex alba rearis Principiis esse, ante oculos quæ candida cernis; Aut ea, quæ nigrant, nigro de semine nata. V. *Nigrans.* ¶ Active pro nigrum facere, seu lividum. *to make black or livid. Stat.* l. 2. *silv.* 6. v. 83. non sævius atros Nigrasset planctu genitrix sibi sæva lacertos.

NIGROR, oris, m. idem ac nigredo. *Cic.* l. 1. *de Divin.* c. 14. et 3. *de Orat.* c. 39. *ex Pacuv.* Noctisque, et nimbum occæcat nigror. *darkness, pitchiness. Cels.* l. 2. c. 1. *circa med.* Nigrorem in ulceribus excitat. *Lucret.* l. 3. v. 39. Omnia suffundens mortis nigrore. *Gell.* l. 2. c. 26. *a med.* Rubidus est rufus, atrore et nigrore multo mixtus. *Lucil.* apud *Non.* c. 11. n. 46. nigror noctis.

NIHIL, n. indeclin. *nothing, naught, not a whit, nothing at all*, οὐδὲν, idem quod nihilum, a quo per Apocopen factum est. *Cic. de Senect.* c. 6. Nihil ergo agebat Q. Maximus? nihil L. Paulus? ceteri senes nihil agebant? *Id.* 1. *Offic.* c. 41. Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine, nihil libero dignius. *amongst the various occupations of life, there is none better*, &c. *et Q. Fr.* l. 3. ep. 9. De Gabinio nihil fuit faciendum istorum, quæ cogitata sunt. *nothing of what was intended.* et epist. 8. Aliud hoc tempore de republ. nihil loquebantur. *et post redit. ad Quirit.* c. 5. Kal. Jan. consul nihil humanarum rerum sibi prius, quam de me agendum judicavit. *Nepos in Alcib.* c. 1. Nihil illo fuisse excellentius vel in vitiis, vel in virtutibus. *h. e.* neminem. Sic *in Miltiad.* c. 5. Qua pugna nihil adhuc est nobilius. *h. e.* nulla pugna. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 17. Si nihil tale metuamus. *h. e.* nullam rem talem. *Liv.* l. 41. c. 20. Rhodiis ut nihil unum insigne, ita omnis generis dona dedit. *h. e.* nullum donum. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 30. Sine studio nihil quicquam egregium nemo unquam assequetur. ¶ Absolute, et quasi adverbialiter. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 2. In hoc genere Græciæ nihil cedimus. *h. e.* nulla in re. *Terent. Andr.* 4. 1. 14. Illic ubi nihil opus est ibi verentur. *where there is no necessity. Cic.* 2. *Agrar.* c. 23. Beneficio isto legis nihil utitur. *h. e.* nulla in re. *makes no use of, does not avail himself of. Stat.* l. 9. *Theb.* v. 610. More nihil Graio. ¶ Quamvis post *nihil* sequatur *nec*, non affirmat tamen. *Cic. pro Cluent.* c. 1. Nihil me nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo. Pro *nec* posset subjici *aut*, eademque esset sententia: ut *Justin.* l. 8. c. 2. *ad fin.* Nihil sine majestate numinis ejus aut privatæ unquam, aut publicæ rei gesserant. ¶ *Nihil non*, omnia. *every thing. Cic. de clar. Orat.* c. 37. *ad fin.* Nihil non ad rationem dirigebat. et *Nep. in Attic.* c. 19. Tanta prosperitas Cæsarem est consecuta, ut nihil ei non tribueret fortuna. ¶ *Non nihil*, aliquid. *something. Cic. Fam.* 12. ep. 2. Non nihil, ut in tantis malis, est profectum. et l. 4. ep. 14. Quo in periculo non nihil me consolatur, cum recordor, &c. Scribunt et conjunctim *nonnihil.* ¶ Cum genitivo. *Nepos in Annib. c. ult.* Non nihil temporis tribuit litteris. *Cic. Attic.* l. 8. ep. 4. *ad fin.* Nihil cognovi ingratius: in quo vitio nihil mali non inest. ¶ *Nihil nisi, nihil aliud nisi*, aut *quam, præter, præterquam. nothing else, than*, &c. *nothing but*, &c. *Terent. Adelph.* 3. 4. 30. Tu, quantus quantus, nihil nisi sapientia es. *Cic. de Amic.* c. 27. Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames. *is nothing else, but.* et *pro Rosc. Amer.* cap. 37. *a med.* Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt. *if they have done nothing but relate.* et 2. *ad Q. Fr.* ep. 10. Nihil aliud dicam, nisi verebor, nequando, &c. *I shall say nothing more, except that I shall fear*, &c. *et pro Leg. Manil.* c. 22. Ut nihil aliud, quam de hoste cogitet. *Id. Fam.* 4. epist. 7. Nihil tibi deest præter voluntatem. *you want nothing but the will. Id. de Harusp. respon.* c. 19. Nihil ut a patris virtute, præterquam quod a Senatu desciverat, deflexisset. *Hirt. de B. Alex.* c. 8. Qui nihil, præterquam de vita, cogitarent. Sic *Sueton. in Galb.* c. 19. Nihil amplius, quam continere se, statuit. *Apul.* l. 6. *Metam.* Nihil ergo superest, quam edicere. *there remains nothing, but*, &c. ¶ In his aliquando ellipsis est commoda. *Liv.* l. 3. c. 26. *extr.* Illa quidem nocte nihil præterquam vigilatum est in urbe. *they did nothing but watch.* et *Sueton. in Aug.* c. 83. Mox nihil aliud quam vectabatur, et deambulabat. ¶ Post *nihil* sequitur etiam *quin, quominus. Cic.* 2. *Phil.* c. 10. Nihil prætermisi, quantum facere enitique potui, quin Pompeium a Cæsaris conjunctione avocarem. *I have omitted nothing, that might tend to separate*, &c. *Liv.* l. 3. c. 54. Nihil moror, quo minus decemviratu abeam. *Cels.* l. 3. *sub fin.* Nihil facere oportet, quo minus, quidquid est puris, exeat. ¶ *Nihil est quod, cur, quamobrem*, nulla est causa, cur, &c. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 8. Superiori epistolæ quod respondeam, nihil est. *I have nothing to say in reply, have no answer to make.* et *Fam.* 9. *ep. ult. extr.* Nihil est, quod adventum nostrum extimescas. *there is no reason, why.* et l. 6. ep. 20. Nihil est cur advenientibus te offerre gestias. *Id. pro Cluent.* c. 26. Nihil excogitem, quamobrem Oppianico damnari necesse sit? *is there nothing that I can contrive, so as that*, &c.? *Id. pro Dom.* c. 32. Nihil poterat dicere, quare rata non essent. ¶ *Nihil ad me*, subaudi *pertinet*, aut *facit. Cic. in Pison.* c. 28. Recte, an secus, nihil ad nos: aut si ad nos, nihil ad hoc tempus. *is no concern of mine, does not concern me. Terent. Andr.* 1. 2. 16. Quod antehac fecit, nihil ad me attinet. ¶ *Nihil minus*, negat vehementius. *nothing less so; nothing further from the truth. Cic.* 3. *Offic.* c. 20. *ad fin.* Cadit ergo in virum bonum, mentiri, fallere? nihil minus. ¶ *Nihil dum*, et *nihildum*, nihil adhuc, nondum quidquam. *nothing as yet. Cic.* 12. *Fam.* epist. 7. Quamquam nihil dum audieramus, nec ubi esses, nec, &c. Adde l. 9. *ad Attic.* ep. 2. et *Catil.* 3. c. 3. ¶ *Nihil* pro non omnino. *Liv.* l. 6. c. 38. Sic C. Licinius, et L. Sextius intercessioni collegarum cedunt, nihil patricium magistratum inseram concilio plebis. *Id.* l. 3. c. 65. Nihil magnopere ad Patrum, aut plebis causam inclinati. *Cic. Phil.* 1. c. 6. Ut decernerentur supplicationes mortuo? nihil dico, cui. *Stat.* 9. *Theb.* v. 609. Militiamque trucem, sexum indignata, frequento More nihil Graio. ¶ *Nihil* pro frustra. *to no purpose, in vain. Plaut. Mil.* 4. 2. 16. Hercle hanc quidem nihil tu amassis: mihi hæc desponsata est. ¶ Pro nulla de causa. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 1. *a med.* Quorsum tandem, aut cur ista quæris? M. nihil sane, nisi ne nimis diligenter anquiras, &c. ¶ Nihil mihi cum illo est. *I have nothing to do with him. Ovid.* 2. *Fast.* v. 308. Nil mihi vobiscum est. *Terent. Phorm.* 2. 3. 74. Tecum nihil rei nobis, Demipho, est. *I have no concern with you.* ¶ *Nihil es*, nihil potes, nihil vales. *you have no weight, are nothing worth. Cic. Fam.* 7. ep. 27. Hæc tibi scripsi, ut isto ipso in genere, in quo aliquid posse vis, te nihil esse cognosceres. *et epist. ult.* Nos plane aut nihil sumus, aut nobis quidem ipsis displicemus. *Id. in Divin. Verr.* c. 14. *extr.* Sin mecum in hac prolusione nihil fueris, quem te in ipsa pugna cum acerrimo adversario fore putemus? et c. 15. Esto: nihil est, nihil potest: at venit paratus, &c. ¶ *Nihil* pro *aliquid. Ulpian. Dig.* l. 39. tit. 2. leg. 24. Cum, nemine nihil faciente, locus ipse damnum inferat sui natura. ¶ Primam produxisse videtur *Lucret.* l. 1. v. 647. Nihil prodesset calidum denserier ignem. Nisi dicas, iambum pro spondeo posuisse: aut legas cum aliis, *Nil prodesset enim calidum*, &c. [† Lege *Nihilum*; ut sit vox dissyllaba. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 67. Nihilo deterius dominæ jus esse rogabat. ubi male Bentleius *nilo*. V. et *Lucret.* 3. 153. 2. 1023.]

NIHIL DUM. V. *Nihil.*

NIHĬLI. } V. *Nihilum.*
NIHILOMĬNUS. }

NIHĬLUM, li, n. *nothing, naught*, οὐδὲν, nulla res, nihil, nil: quasi *ne hilum.* V. *Hilum. Lucret.* l. 1. v. 265. docui, nil posse creari De nihilo, neque item genita ad nihilum revocari. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 16. Erit aliquid, quod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum subito occidat. *Id. de Fato*, c. 9. Ut de nihilo quippiam fiat. [† *Pers.* 3. 83. gigni De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.] *In quadam lege Sullæ* apud *Cic. pro Cæcin.* c. 33. Si quid jus non esset rogari, ejus ea lege nihilum rogatum. *Cic.* 1. *Acad.* c. 7. Interire in nihilum. *to go to nothing. Lucret.* l. 1. v. 790. redigi ad nihilum. *Cic. Fam.* 11. ep. 12. Ad nihilum venire. *Id. in fin. Phil.* 7. Ad nihilum recidere. *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 53. nihilum metuenda timere. *Cic. pro Marcell.* c. 9. Pro nihilo esse. *Id.* 14. *ad Attic.* ep. 9. Dii immortales, quam mihi ista pro nihilo! (*h. e.* videntur, ut *Id.* 2. *de Fin.* c. 13. *a med.* loquitur.) *et in divin. Verr.* c. 7. *extr.* Contemnere aliquid, ac pro nihilo putare. *to account as nothing. Id. Verr.* 4. c. 16. Pro nihilo ducere. *Liv.* l. 33. c. 46. habere. *Cic. Phil.* 2. c. 23. Quoniam condemnatum esse, pro nihilo est. *is as nothing.* ¶ *Nihili* absolute, *of no worth or value*, nullius pretii, cum verbis æstimandi. *Varr. sub fin.* l. 9. *de L. L.* Quem putamus esse non hili, dicimus nihili. et l. 8. c. 36. *ad fin.* Dicimus enim, hic homo nihili, et, hujus hominis nihili, et, hunc hominem nihili. *Plaut. Cas.* 2. 3. 29. Unde is nihili? ubi fuisti? *Id. Pseud.* 4. 7. 1. Nequam est homo, qui nihili imperium heri sui servus facit: nihili est autem, suum qui officium facere immemor est. *Terent. Andr.* 3. 5. 6. Pater nihili pendit. ¶ Homo nihili factus dicitur a *Plauto Mil.* a. 5. v. 16. qui castratus est. ¶ *Nihilo æstimare* pro *nihili. Cic.* 4. *de Fin.* c. 23. Non quia sit bonum valere, sed quia sit non nihilo æstimandum. *Lambin.* leg. *nihili.* ¶ *De nihilo*, sine causa. *for nothing, without cause or reason. Plaut. Curcul.* 4. 1. 17. Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam. *Liv.* l. 34. c. 61. *a med.* Mali rem exempli esse, de nihilo hospites corripi. ¶ *Non de nihilo*, non sine causa. *Liv.* l. 39. c. 29. Maxime hostis fiducia, quæ non de nihilo profecto concepta est, perculsus. *not without reason.* et *Terent. Hecyr.* 5. 1. 1. Non hoc de nihilo est, quod Laches me nunc conventam esse expetit. *it is not for nothing; it is on no trifling account. Propert.* l. 3. el. 16. v. 52. Nec sic de nihilo fulminis ira cadit. *does not fall thus without a reason.* ¶ *Nihilo* cum comparativis. *Cic.* 3. *Fam.* ep. 12. *sub fin.* Benevolentior tibi, quam fui, nihilo sum factus. *not a whit the less affectionate.* et l. 6. ep. 3. Nihilo te nunc majore in discrimine esse. *et ibid. nihilo magis. Terent. Eun.* 1. 1. 17. nihilo plus. *Id. Andr.* 3. 2. 27. secius. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 4. et 7. tamen secius. *Liv.* l. 6. c. 31. *a med.* segnius. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 21. pluris, quam si, &c. *Terent. Phorm.* 3. 3. 1. Unde ego argentum inveniam miser, cui minus nihilo est? *have got less than nothing. Plaut. Men.* 5. 5. 49. Quot homines sunt satis? *Med.* quatuor: nihilo minus. *no less.* ¶ *Nihilo minus*, et copulatis vocibus *nihilominus*, æque, non minus, tamen. *not a whit the less, no less, notwithstanding, nevertheless*, οὐδὲν ἧττον. *Cic.* 1. *Offic.* c. 21. *a med.* Capessentibus rempubl. nihilo minus quam philosophis, haud scio an magis etiam et magnificentia, et despicientia adhibenda sit rerum humanarum. *Plin.* l. 7. ep. 27. *circa med.* Percuntatus, omnia docetur: ac nihilo minus, immo tanto magis conducit. *Cic. ad Pompei.* 2. *circa med. post* epist. 11. l. 8. *ad Attic.* Neque enim eos solos arbitramur capi, qui, &c. sed eos nihilo minus, qui, &c. *Id. pro Mil.* c. 7. *ad fin.* Minus dolendum fuit, re non perfecta, sed puniendum certe nihilominus. *Terent. Phorm.* 4. 2. 7. Ubi Phædriæ se ostenderet nihilo minus amicum esse, quam Antiphoni. *Lucret.* l. 3. v. 96. Primum animum dico, mentem quam sæpe vocamus, Esse hominis partem nihilo minus, ac manus et pes. *Cic. Fam.* 13. ep. 15. Ait posse eundem ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω videre, et tamen nihilominus Αἰὲν ἀριστεύειν, &c. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 17. Nihilominus tamen agi posse de compositione, ut hæc non remitterentur. Sic *Cic. Fam.* 10. ep. 2. In iis rebus, quæ nihilo minus, ut ego absim, confici possunt. *Id.* 1. *de Invent.* c. 4. Nihilo minus eloquentiæ studendum est, etsi ea quidam perverse abutuntur. ¶ Omisso *minus. Plaut. Mostell.* 1. 3. 43. Nihilo ego, quam nunc tu, amata sum. ¶ *Nihilo aliter*, nihil dissimiliter. *Terent. Phorm.* 3. 2. 45. Ego isti nihilo sum aliter, ac fui. ¶ *Nihilum*, et *nihil* a *Lucret.* sæpe contrahuntur (ut *vehemens* ab *eod.* l. 3. v. 153. et a *Catull.* carm. 50. *ad Licin. Calv. in fin.*) ut lib. 1. v. 205. Nihil igitur fieri de nihilo posse, fatendum est. Adde vers. 160. 237. 265. 544. et alibi. Sic *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 67. Nihilo deterius dominæ jus esse rogabat. Quibus locis alii *nil* pro *nihil* (quod usitatum est) et *nilum* pro *nihilum* (quod minus placet) reposuerunt. V. *Voss.* l. 2. *de Gramm.* c. 18. *sub fin.* [† V. *Nihil* ad fin.]

NIL, *nothing, naught*, οὐδὲν, idem quod *nihil*, et ab eo factum per syncopen. *Nep. in Thrasyb.* c. 2. *sub fin.* Nil attigit nisi arma, quibus indigebat. *Al. leg.* nihil. *Hirt. de B. Afric.* c. 57. Nil attinere, eum cum adversariis colloqui. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 29. Si nil sit durius. *Al. leg.* nihil. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 31. Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. *Id.* l. 1. od. 14. v. 14. Nil pictis timidus navita puppibus Fidit. *Id.* lib. 4. od. 4. vers. 73. Nil Claudiæ non perficient manus. *Petron. in Satyr.* c. 34. Heu heu nos miseros! quam totus homuncio nil est! *Lucret.* l. 5. v. 264. Nil opus est verbis. Al. leg. *nihil.* V. dicta in fine τοῦ *Nihilum.* ¶ Tam nil, *so trifling. Pers.* sat. 1. vers. 122. Hoc ridere meum, tam nil, nulla tibi vendo Iliade.

NILIĂCUS, a, um, *pertaining to the Nile*, ad Nilum pertinens. *Lucan.* l. 10. v. 192. spes sit mihi certa videndi Niliacos fontes. et lib. 9. v. 1023. Niliacus gurges. *Martial.* l. 3. epigr. 93. Niliacus crocodilus, quem *Id.* l.

5. epigr. 66. Niliacam feram vocat. *Id.* lib. 13. epigr. 57. Niliacum olus. *h. e.* colocasia, quam e Nilo metunt, caule, cum cocta est, araneoso in mandendo, ut est apud *Plin.* l. 21. c. 15. ¶ Item Ægyptius. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 318. Niliacis carmina lusa modis. *Lucan.* l. 8. v. 281. Niliacus tyrannus. *Juvenal.* sat. 1. v. 26. Niliaca plebs. *Martial.* l. 14. epigr. 150. victa est Pectine Niliaco jam Babylonis acus. *Lucan.* l. 10. v. 80. Tempora Niliaco turpis dependit amori. *h. e.* Cleopatræ reginæ Ægypti. *Stat.* 3. *Theb.* v. 478. Niliacum pecus. *h. e.* bos Apis, Ægyptiorum deus. *Martial.* lib. 8. *epigr. penult.* Non per Niliacæ bovem juvencæ. *h. e.* Ius, seu Isidis Ægyptiorum deæ. ¶ Niliaca serpens *Lucano* lib. 9. v. 816. est aspis: *the asp or aspic:* de qua *Ammian.* l. 22. c. 15. (*al.* 38.) Magnitudine et decore aspis facile supereminens, nunquam sponte sua fluenta egreditur Nili. Verius tamen *Lucan. ibid.* v. 704. Ipsa caloris egens gelidum non transit in orbem Sponte sua, Niloque tenus metitur arenas. *h. e.* intra Ægypti, et Africæ fines se continet. ¶ Niliacam lentem laudat *Martial.* l. 13. epigr. 9. quam Pelusiacam dicit *Virg.* 1. *Georg.* v. 228. Meminit et *Gell.* l. 17. c. 8. Duo ejus genera in Ægypto nascentis memorat *Plin.* l. 18. c. 12. ¶ Similiter Niliacum acetum *Id. Martial.* commendat *ibid.* epigr. 122. Pharium cognominatum a *Juvenal.* sat. 13. v. 85. V. *Acetum.*

NILICŎLA, læ, ad Nilum incolens, Ægyptius. *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 493. Isis Nilicolas, Rhodios Cytherea reliquit.

NILIGĔNA, æ, com. gen. Nilo genitus, Ægyptius. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 16. *post med.* Argutus Niligena, et gentis accola numerorum potentis. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 77. Niligenæ Memphitica sacra juvencæ. *h. e.* Isidis. Al. rectius leg. *linigeræ.*

NILIOS, ii, f. *a gem like a topaz,* νείλιος, gemma colorem habens fumidæ topazii, aut aliquando melleæ. *Plin.* l. 37. c. 8. India et hanc generat, et nilion fulgore hebeti et brevi, et cum intueare, fallaci.

NILOTĬCUS, a, um, Νειλωτικός, Niliacus, ut Nilotica tellus, *Martial.* l. 6. epigr. 80. Nilotica rura, *Lucan.* l. 9. vers. 130. Nilotica aqua, *Senec. quæst. nat.* l. 3. c. 25. *a med.*

NILŌTIS, idis, adject. femin. Ægyptia. *Martial.* l. 10. epigr. 6. picti tunica Nilotide Mauri. *Lucan.* l. 10. v. 142. Quod Nilotis acus percussum pectine, &c. *Sidon.* l. 8. ep. 12. Nilotidis aquæ stagna.

NILUM, idem ac nihilum. *Lucret.* l. 1. v. 237. Haud igitur possunt ad nilum quæque reverti. V. *Nihilum* in fine.

NILUS, li, m. *the Nile,* Νεῖλος, fluvius maximus Africæ, in Æthiopia et Ægypto. *Servius* ad 4. *Georg.* v. 291. Nilum dici existimat, quasi νέαν ἰλὺν, hoc est, novum trahentem limum, quia sua inundatione in Ægypti agros novum infert lutum, et oblimando feraces reddit. A Poetis fingitur filius Oceani et Terræ, multosque filios genuisse, Minervam, Vulcanum, Dionysium, Mercurium quartum, Herculem. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 16. 22. et 23. ¶ Quotannis certis diebus, præcipue circa solstitium æstivum, auctu magno per totam spatiatus Ægyptum, terram pluviis omnibus destitutam aquis suis irrigat, limo tegit, et fecundissimam efficit. Unde unica spes Ægyptiis in Nilo posita est, quia fertilis, aut sterilis annus est, prout ille magnus, aut parcior influxit. V. *Cicer.* 1. *de nat. Deor.* c. 52. *Vitruv.* l. 8. c. 2. *Lucret.* l. 6. v. 712. *Lucan.* l. 10. a vers. 199. *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 2. et *Plin.* l. 5. c. 9. et lib. 18. c. 18. ubi de Nilo multa. ¶ Unde revera ortum habeat, quæque causæ incrementi ejus Veteribus ignotum fuit: qua de re V. *Senec.* lib. 6. *quæst. nat.* c. 8. et *Lucan. cit.* l. 10. ¶ In Ægyptium mare septem ostiis se exonerat. unde *Juvenal.* sat. 13. v. 26. Rari quippe boni, vix sunt numero totidem, quot Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 187. genitus septemplice Nilo. et lib. 1. v. 422. Nilus septemfluus. *Phædr.* l. 1. fab. 25. v. 3. Canes currentes bibere in Nilo flumine. ¶ *Nili* quoque apud Veteres accipiuntur pro fossis, seu canalibus, quibus aqua in locum aliquem deducitur; cujus generis erant ii, qui aquam in privatas domos derivabant, et qui spectaculis circumdari solebant, *aqueducts, canals.* *Cic. Q. Fr.* l. 3. *epist. ult.* Imagines istæ, et palæstra, et piscina, et nilus, multorum Philotimorum est, &c. *Id.* 2. *de Legib.* cap. 1. Ductus vero aquarum, quos isti nilos et Euripos vocant, quis non, cum hæc videat, irriserit?

NIMBĀTUS, a, um, *wearing a forehead-cloth,* nimbo, idest fasciola in fronte ligatus. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 135. Tam magis est nimbata, et nugæ meræ. Al. aliter interpretantur.

NIMBĬFER, ra, rum, *bringing clouds or rain,* ὀμβροφόρος, ferens nimbos. *Avien. in Phænom. Arat.* v. 858. Inter nimbiferas nubes spectabilis exstet. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 8. v. 60. Ad styga nimbifero vindicis igne datos. Ita legit *Scalig.* et *Heins.* ex MSS. Alii *nubifero.*

NIMBŌSUS, a, um, *cloudy, rainy, tempestuous, stormy,* ὀμβρώδης, pluviosus, gravis nimbis, afferens nimbos. *Virg.* 1. *Æn.* v. 539. Fluctu nimbosus Orion. *Plin.* l. 18. c. 11. Campus est montibus subjacens nimbosis. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 3. v. 27. nimboso tumuerunt æquora vento. *Stat.* lib. 1. silv. 3. vers. 89. nimbosa bruma. *Lucan.* lib. 5. v. 631. nimbosus aer.

NIMBUS, i, m. *a violent storm of rain, sudden shower,* ὄμβρος, pluvia repentina, præceps, et brevior: in quo differt a *pluvia,* quæ jugis est, et lentior. Ita *Servius ad Æn.* 1. v. 55. et *Apul. de Mundo, ante med.* docent. *Virg.* 4. *Æn.* v. 120. nigrans commixta grandine nimbus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 5. Terrere animos fulminibus, tempestatibus, nimbis, nivibus, grandinibus. *Liv.* l. 1. c. 16. Subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque, tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum ejus concioni abstulerit. *Lucret.* l. 3. v. 19. Quas neque concutiunt venti, nec nubila nimbis Aspergunt. *Plin.* l. 31. c. 4. Detracta collibus silva, continere nimbos, ac digerere consueta. *Ovid.* 1. *Met.* v. 269. densi funduntur ab æthere nimbi. ¶ Translate dicitur de subita, et densa sparsione cujusque rei, quæ in modum nimbi ingruit. *Flor.* l. 3. c. 8. Ingenti lapidum saxorumque nimbo classem operuerunt. *a shower of stones.* *Sil.* l. 5. v. 215. pilorum in Pœnos nimbus funditur. et lib. 9. v. 311. et 580. et *Lucan.* l. 4. v. 776. telorum. *Colum.* l. 10. v. 364. Non aliter quam decussa pluit arbore nimbus Vel teretis mali, vel tectæ cortice glandis. *Claudian. in nupt. Honor. et Mar.* v. 298. purpureoque ducem perfundere nimbo. *h. e.* florum copia. *Martial. de Spectac.* epigr. 3. Et Cilices nimbis hic maduere suis. *h. e.* sparsione croci, quam l. 5. epigr. 26. rubrum, et lib. 9. epigr. 39. Corycium nimbum vocat. *Stat.* 10. *Theb.* v. 535. exundant sævo fastigia nimbo. *h. e.* missilium multitudine. *Claudian.* l. 1. *in I. Cons. Stilic.* vers. 353. et *Prudent.* l. 2. *advers. Symmach.* v. 702. nimbos equitum. *h. e.* ingentem equitum numerum. *Virg. Æn.* 7. v. 793. Insequitur nimbus peditum. *Martial.* l. 10. epigr. 38. lucerna Nimbis ebria Nicerotianis. *h. e.* plena unguentis odoratis. ¶ Item de subita calamitate. *Cic. Attic.* 15. ep. 9. Quid autem iste in domo tua casus armorum? Sed hunc quidem nimbum cito transisse lætor. *I am glad that this storm has blown over so soon.* ¶ Præterea *nimbus* dicitur ipsa aqua nimbo cadens. Unde *nimbos ligatos* dixit *Petron. in Satyr.* c. 123. aquam pluviam humi concretam glacie. ¶ Item nubes præsertim glomeratæ, et obscuræ, unde fere nimbi exsistunt. *clouds.* *Virg. Æn.* 3. v. 198. Involvere diem nimbi. et vers. 587. Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat. *Stat.* 1. *Theb.* v. 97. piceo nox obvia nimbo Lucentes turbavit equos. *Pacuv.* apud *Cicer.* 1. *de Divin.* c. 14. et 3. *de Orat.* c. 39. noctisque et nimbum occæcat nigror. pro nimborum. ¶ De nube lucida, et splendore, qui circa caput, et corpus deorum esse fingitur, *a bright cloud or light accompanying the appearance of the gods.* *Virg.* 10. *Æn.* v. 634. cælo se protinus alto Misit, agens hiemem nimbo succincta per auras. et lib. 2. v. 615. Jam summas arces Tritonia (respice) Pallas Insedit, nimbo effulgens. *Serv. ad hunc loc.* Nube divina. est enim fulgidum lumen, quo deorum capita cinguntur: sic etiam pingi solet. *Id.* ad 3. *Æn.* v. 585. Proprie nimbus est, qui deorum, vel imperantium capita, quasi clara nebula, ambire fingitur. *Mamertin. in Paneg. Maxim.* c. 3. Trabeæ vestræ triumphales, et fasces consulares, et sellæ curules, et fulgor, et illa lux divinum verticem claro orbe complectens, vestrorum sunt ornamenta meritorum pulcherrima. ¶ De fumo ex incendio. *Virg.* 5. *Æn.* vers. 666. Respiciunt atram in nimbo volitare favillam. *smoke.* ¶ De globo pulveris, *Claudian.* l. 2. *in Rufin.* v. 176. Pulveris extolli nimbos, lateque videres, &c. *clouds of dust.* Sic *Virg.* l. 3. *Georg.* v. 110. fulvæ nimbus arenæ tollitur. ¶ Usurpatur item de vento, quia nimbos adducit, impellitque. *Id.* 1. *Æn.* v. 55. Nimborum in patriam, loca feta furentibus austris, Æoliam venit. ¶ Et de tempore nimboso et pluvio, *Val. Flacc.* l. 2. v. 371. nimbosque educere luxu. *h. e.* traducere. V. *Educo.* ¶ *Nimbus vitreus* apud *Martial.* in lemmate dist. 112. l. 14. est poculi vitrei genus. Distichon autem tale est: Ab Jove qui veniet, miscenda ad pocula largas Fundet nimbus aquas: hic tibi vina dabit. ¶ Denique ita dicitur fasciola transversa ex auro assuta in linteo, quod est in fronte feminarum. *a cloth embroidered with gold worn by women to make the forehead appear less; a forehead-cloth called a shadow.* Ita definit *Isidor.* l. 19. *Orig.* cap. 31. Alii intelligunt ipsum linteum fronti prætentum. Ideo autem illud gestabant mulieres, ut frontis spatium imminuerent, quia frons parva, ut est apud *Petron. in Satyr.* c. 126. inter formæ decora reputabatur. *Arnob.* l. 2. pag. 72. Laminas pertunderent aurium, conficiendis quærerent corporibus fucos, imminuerent frontem nimbis, fuligine oculos obumbrarent. Al. leg. *limbis.* V. *Nimbatus.*

NIMĬE, *too much, very much,* σφόδρα, nimis, aut valde. *Pallad. in Mart.* tit. 10. *post med.* In locis nimie frigidis præcoquas ficus seramus. *Macrob.* l. 6. *Saturn.* c. 6. *arat* non nimie, sed pulcre dictum. *Capitolin. in Gordian.* cap. 6. Cupide, aut immodeste, aut nimie aliquid facere.

NIMIĔTAS, atis, f. *superfluity, redundance, nimiety,* περισσεία, superfluitas, redundantia, nimia copia. *Colum.* l. 6. c. 24. Nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciviunt. *Pallad.* l. 6. c. 7. Sanguinis nimietatem prohibet. *Id.* l. 2. tit. 13. *a med.* Inter omnes nimietates temperamentum tenere. *Apul.* l. 9. *Metam.* Rei nimietate commotus. *h. e.* nimia frequentia. *Arnob.* l. 4. pag. 133. Quæ vel cursim perstrinximus, vel nimietatis non attigimus tædio.

NIMIO. V. in *Nimius.*

NIMIOPĔRE, adverb. idem ac nimis, vel admodum nimis. *Cic. in Parad.* 5. c. 2. Quos ædificia magnifica nimiopere delectant. Sed alii legunt disjunctim *nimio opere,* multo rectius. Idem dic de alio loco *Verr.* 6. cap. 59.

NIMĪRUM, adverb. *that is to say, to wit, namely, truly, doubtless, surely, certainly,* δήπου, δήπουθεν, scilicet, videlicet, nempe, certe, sine dubio. Est a *ne* pro non, et *mirum,* ut docet *Donat.* ad illud *Terent. Eun.* 3. 3. 1. Profecto quanto magis magisque cogito, nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 4. *extr.* Sed nimirum majus est hoc quiddam, quam homines opinantur. *Id.* l. 9. *ad Attic.* ep. 9. *a med.* Itaque nimirum hoc illud est, quod Cæsar scribit in ea epistola. et lib. 13. ep. 10. *extr.* Nimirum id fuit. solvendo enim non erat. *Liv.* l. 40. cap. 9. Aperienda nimirum nocte janua fuit, et armati comissatores accipiendi. *ironia.* ¶ In respondendo. *Quintil.* l. 12. c. 1. *ante med.* Uter melior dicetur orator? nimirum qui homo quoque melior.

NIMIS, adverb. *too much, over much, extremely, exceedingly, beyond measure, above what is right,* σφόδρα, ἄγαν, plus satis, ultra modum, plus æquo. *Terent. Andr.* 1. 1. 34. Id arbitror apprime in vita esse utile, ut ne quid nimis. Μηδὲν ἄγαν, dictum Pittaci, unius ex Septem Sapientibus, quo monemur excessum vitare in omnibus. *avoid extremes.* *Cic.* 3. *de Legib.* c. 1. Tu eum nec nimis valde unquam, nec nimis sæpe laudaveris. *Terent. Heaut.* 5. 5. 1. Chremes nimis graviter cruciat adolescentulum, nimisque inhumane. *Nep. in Iphicr. c. ult.* In labore remissus nimis, parumque patiens. *Cic. pro Arch.* cap. 11. De meo quodam amore gloriæ, nimis acri fortasse, veruntamen honesto, vobis confitebor. *Plin. in Paneg.* c. 45. Nimis dixi. *Terent. Eun.* 2. 1. 16. Nimis me indulgeo. *Cic. de clar. Orat.* c. 92. Nimis multa de me. *Nævius* apud *Non.* c. 5. n. 2. Ædepol, Cupido, cum tam pusillus sis, nimis multum vales. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 19. *ad fin.* Magnam nimis dominationem habere. *Cels.* l. 1. c. 3. *ante med.* Somnus plenus, et non multum nimis longus. *not too long.* ¶ Cum genitivo. *Cic. in Orat.* c. 51. Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 115. Hæc loca lucis habent nimis, et cum luce pudoris. ¶ Nonnunquam ponitur pro valde, magnopere, maxime. *much, very much, greatly,* λίαν: et ὑπερβολὴν quandam continet. *Terent. Eun.* 4. 7. 16. Fundam tibi nunc nimis vellem dari, ut tu illos procul cæderes. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 119. Nimis velim lapidem, qui ego illi speculo diminuam caput. *Id. Rud.* 4. 2. 15. Nimis id genus ego odi male. *Id. Amph.* 1. 1. 63. Legiones nimis pulcris armis præditæ. ¶ Præcedente negatione. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 36. Is locus præsidio ab iis non nimis firmo tenebatur. *not great; not too great.* et *Cic. Attic.* 7. ep. 24. Philotimi litteræ me quidem non nimis, sed eos admodum delectarunt. et *Liv.* l. 8. c. 4. Est quidem nobis hoc per se haud nimis amplum. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 29. *extr.* Quæ a natura expetenda sunt, ea dicis non nimis deesse nobis. ¶ *Nimis quam* augendi causa dicitur. *Plaut. Mostell.* 2. 2. 79. Nimis quam formido, ne manifesto hic me opprimat. *h. e.* mirum quam.

NIMĬUM, adverb. *too much,* idem omnino, quod nimis. *Cic.* 1. *Catil.* c. 5. Nimium diu te imperatorem illa tua Manliana castra desiderant. *Terent. Andr.* 2. 6. 19. Nimium parce facere sumptum. *too frugally.* *Ovid.* 3. *Trist.* el. 1. v. 8. nimium sero. *too late.* *Cic.* 2. *de Orat.* cap. 21. Verba effervescentia, et paulo nimium redundantia. *Id. Attic.* l. 12. ep. 13. Tempus nimium longum. *Id. pro Cluent.* c. 46. Ne nimium multi pœnam capitis subirent. *Tibull.* l. 3. el. 6. v. 21. iratus nimium nimiumque severis. *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 41. o nimium nimiumque oblite tuorum. *Virg. Ecl.* 2. v. 17. nimium ne crede colori. *Cic. pro Cluent.* cap. 58. *ad fin.* Pro Cluentii voluntate nimium, pro reipubl. dignitate parum dixisse videor. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 48. foro nimium distare Carinas. ¶ Pro valde, maxime. *much, very much, greatly, exceedingly,* per hyperbolen. *Terent. Eun.* 3. 5. 49. Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellem. *Virg.* 2. *Georg.* v. 458. O fortunatos nimium, sua si bona norint, Agricolas! *Plaut. Mil.* 4. 2. 8. Homo nimium lepidus. *Id. Aulul.* 3. 6. 1. nimium lubenter. *very willingly.* *Id. Trin.* 4. 2. 86. Loci nimium miris modis mirabiles. *Claudian. de III. Consul. Honor.* vers. 96. O nimium dilecte Deo. ¶ *Nimium quantum,* maximopere, plurimum, nimis quam, mirum quantum. *very much indeed, as much as can be.* *Cic.* 4. *de Fin.* c. 25. *a med.* Differt inter honestum et turpe, nimium quantum. *there is a very wide difference indeed.* *Id. in Orat.* c. 26. Sales in dicendo nimium quantum valent. *Gell.* lib. 16. cap. 6. Ille nihil cunctatus, sed nimium quantum audacter, oves, inquit, &c. Adde lib. 15. cap. 1. et lib. 18. c. 3. ubi al. leg. *nimium quanto præstabilis.* ¶ *Nimium quam* idem est. *Plaut. Bacch.* 1. 2. 13. Nimium quam, o Lyde, es barbarus. *Quintil.* lib. 4. cap. 2. *a med.* Pecunia nimium quam in animis hominum potest. ¶ *Nimium multum* idem valet. *Id. Merc.* 2. 4. 11. Nimium multum scis. ¶ *Non nimium,* non multum. *not much, not*

over much. *Cic. sub fin.* l. 12. *Fam.* Illud non nimium probo, quod scribis, &c.

NIMĬUS, a, um, *too much, too great, excessive, immoderate, above measure, superfluous*, ὁ ἄγαν, περισσὸς, qui modum excedit, nimis magnus, nimis multus. *Cic.* 1. *Offic.* c. 25. *ad fin.* Nunquam enim, iratus qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium et parum. et c. 36. *a med.* Ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 85. Nimia pertinacia, atque arrogantia. *Cic. de Senect.* c. 15. Vitem ferro amputans coercet ars agricolarum, ne silvescat sarmentis, et in omnes partes nimia fundatur. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 484. Et modo sol nimius, nimius modo corripit imber. *Martial. de Spect.* epigr. 7. in Scythica religatus rupe Prometheus Assiduam nimio pectore pavit avem. *h. e.* nimis feraci. Fingitur enim viscera rursus producere, postquam ea vultur absumpserit. ¶ *Nimius homo*, qui modum non servat. *Cic. ad Brut.* epist. 15. Quod in honoribus decernendis essem nimius, et tanquam prodigus. *Sallust. in fragm.* apud *Arusian. Mess.* Post, ubi fiducia nimius, &c. *Tacit.* 4. *Hist.* cap. 23. Præferoces initio, et rebus secundis nimii. *Vellei.* l. 2. c. 32. Esse quidem præclarum virum Cn. Pompeium, sed nimium jam liberæ reipubl. *h. e.* onerosum, gravem, impotentem. *Flor.* l. 3. c. 15. Jam nimius et potens altero tribunatu. *Tacit. in Agric.* c. 7. Legio legatis quoque consularibus nimia ac formidolosa erat. *Horat.* l. 2. od. 12. v. 5. Nec sævos Lapithas, et nimium mero Hylæum. *immoderate in drinking.* ¶ De re molesta, et gravi. *Valer. Flacc.* l. 7. v. 21. Tum jactata toro, nimiumque experta cubile. *Claudian.* l. 1. *de laudib. Stilich.* v. 250. Et quos interior nimio plaga Sole relegat. ¶ Cum genitivo. *Liv.* l. 6. c. 11. et *Sallust. in fragm. ut sup.* Impotens, et nimius animi est. *too ambitious, too aspiring.* *Liv.* l. 3. c. 26. *extr.* Nimius imperii. *possessed of too great power.* *Tacit.* 3. *Hist.* c. 75. sermonis. *too free of speech.* *Sil.* l. 6. v. 81. vitæ. et l. 5. v. 232. nimius pugnæ, nimiusque cruoris. ¶ *Nimium*, absolute, quod nimium est. *Cic. in Orat.* c. 22. Magis offendit nimium, quam parum. *Enn.* apud eund. 2. *de Fin.* c. 13. Nimium boni est, cui nihil est mali. *Ovid.* 2. *Amor.* el. 17. v. 11. nimium regni. *Al. leg.* regnum. *Plin. in Proœm.* l. 33. *sub fin.* Auri argentique nimium fuit. *Sil.* l. 14. v. 670. nimium juris. Al. aliter leg. ¶ Sæpe *nimius* per hyperbolem est multus, plurimus, maximus. *Plaut. Mil.* 4. 2. 8. Homo nimia pulcritudine. *Id. Amph.* 2. 1. 69. et 5. 1. 52. Nimia memoras mira. *Martial.* l. 5. epigr. 65. Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo. ¶ Ablativus *nimio* adverbii ritu, valde, magnopere, maxime. *Plaut. Trucul.* 4. 1. 6. Tum hoc nimio magnæ melliniæ mihi est. ¶ Cum comparativis. *Id. Pœn.* 1. 2. 90. Bonam ego, quam beatam me esse nimio dici mavolo. *Id. Pers.* 1. 3. 31. Nimio melius. *h. e.* longe, aut multo melius. *Plin.* l. 24. c. 12. Semen colligitur autumno: ante collectum nimio validius. *much too strong.* et *Anton. ad Cicer. post* epist. 8. l. 10. *ad Attic.* Quia te nimio plus diligo. *more than I can express.* et *Ovid.* 2. *Trist.* v. 209. Nam non sum tanti, ut renovem tua vulnera, Cæsar: Quem nimio plus est indoluisse semel. *it is too much.* et *Horat.* l. 1. od. 33. v. 1. Albi, ne doleas plus nimio. *more than is right, immoderately.*

NINGIT, et Ninguit, ebat, nxit, n. 3. *to snow*, νίφω, nive pluit. *Colum.* l. 11. c. 2. *ante med.* X. Cal. April. pluvius dies: interdum ningit. *Acc.* apud *Priscian.* l. 10. p. 882. *Putsch.* Cum ninxerit cælestium molem mihi. *Virg.* 3. *Georg.* v. 367. Interea toto non secius aere ningit. *Pier.* in antiquioribus libris omnibus *ninguit* reperisse testatur: unde *ninguor, ninguis, ninguidus.* quod probat *Priscian. loc. cit.* Contra *Caper de verb. dub.* p. 2249. mavult *ningit.* ¶ Passive impersonaliter. *Apul. in Florid.* n. 2. (*al.* l. 1.) Totum illud spatium, qua pluitur, et ningitur. ¶ Translate *Lucret.* l. 2. v. 627. ninguntque rosarum floribus. Est qui *pingunt* leg.

NINGOR, oris, m. *a heavy fall of snow*, nivis copia decidens. *Apul. de Mundo.* Eam tempestatem nos ningorem vocamus.

NINGUĬDUS, a, um, *snowy, covered with snow*, νιφόεις, nivosus, nivalis, nivibus abundans. *Auson.* ep. 24. *ad Paulin.* v. 68. bimaris juga ninguida Pyrenæi. *et paulo post* v. 124. jam ninguida linquit Oppida Iberorum. *Prudent. in Apotheosi*, v. 729. Ninguidus Boreas. ¶ Cibus ninguidus dicitur ab *eod. Cathemer.* 5. v. 97. manna Hebræorum, quia nivis instar cadebat.

NINGUIS, is, f. idem quod nix apud Veteres. *Lucret.* l. 6. v. 736. Albas decedere ningues. et vers. 964. sol exstructas ningues radiis tabescere cogit. *Apul.* apud *Priscian.* l. 6. p. 724. *Putsch.* Aspera hiems erat; omnia ningue canebant. Adde *Lucil.* apud *Charis.* l. 1. p. 71.

NINGUIT. V. *Ningit.*

NINGŬLUS, a, um, nullus, nemo. *Enn. apud Fest.* Qui ferro minitere, atque in te ningulus mederi queat. *Al. ita leg.* Qui ferro minitaris, ut in te ningulu' modo Irequeat. [† Cognatum nomen est *Singulus.*]

NINIVĪTÆ, arum, *the Ninivites*, cives Ninives, quæ fuit urbs maxima Assyriæ ad Tigrim fluvium: quæ a *Plin.* l. 6. c. 13. *sub fin.* Ninus dicitur: scilicet a conditore, vel instauratore. *Prudent. Cathemer.* 7. v. 131. In Ninivitas se coactus percito Gressu reflectit.

NINNĬUS, ii, m. parvus equus, qui et hinnus dicebatur, ex Græco γίννος, ut docet *Scalig.* ad lib. 5. *Manilii.* [† V. *Ginnus.*] *Mecœnas ad Horatium in hujus vita.* tu tuum sodalem Ninnio videas strigosiorem. Al. aliter leg. [¶ Est etiam nomen Romanum. L. Ninnius amicus Ciceronis. *Cic. ad Att.* l. 10. ep. 16.]

NIOBÆUS, a, um, ad Nioben spectans. *Horat.* l. 4. od. 6. Quem proles Niobæa magnæ Vindicem linguæ, Tityosque raptor Sensit.

NĬOBE, es, *et* Nioba, æ, f. Νιόβη, filia Tantali regis Argi, et Lydiæ, qui Jupiter dictus fuit, ex Taygete, al. ex Penelope, al. ex Dione, uxorque Amphionis regis Thebarum, cui septem filios, totidemque filias peperit. Cum Thebanæ mulieres (ut est apud *Ovid. Met.* 6. a v. 155.) jussu Mantus filiæ Tiresiæ rem divinam Latonæ facerent, eas reprehendit multis verbis, se se deæ anteferens, illisque persuasit, ut illis sacris abstinerent. Latona irata filios Apollinem et Dianam in vertice Cynthi montis admonuit, ut injuriam ulciscerentur, qui Ismenum et Sipylum sagittis confixere, cum se exercerent in equestri certamine in campo extra urbem: reliquos pueros in palæstra, feceruntque, ut septem virgines, cum fratres exstinctos una cum matre flerent, repentina morte conciderent. Niobe ex dolore in lapidem versa est, qui in Sipylum Lydiæ montem in Phrygiæ Magnæ confinio, ubi illa nata fuerat, turbine venti raptus est, et fixus in cacumine montis liquitur, et lacrymis etiam nunc manat. Hinc a Poetis Sipyleia mater Niobe dicitur. *Cic.* 3. *Tuscul.* cap. 26. Nioba fingitur lapidea propter æternum, credo, in luctu silentium. *Ovid. loc. cit.* et felicissima matrum Dicta foret Niobe, si non sibi visa fuisset. *Propert.* l. 3. el. 8. v. 8. Et Niobæ lacrymas supprimat ipse lapis. *Id.* l. 2. el. 16. v. 7. Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba, &c. Ex *Homeri* sententia *Iliad. ult.* v. 603. Duodecim filios Niobæ tribuit, cum alii quatuordecim, alii duodeviginti, alii viginti: quidam etiam solos tres, ut refert *Gell.* l. 20. c. 7. Est tamen qui legit apud *Propert. bis septem ad busta.* ¶ Alia fuit Nioba filia Phoronei regis Argivorum, et Cinnæ soror Apidis, ex qua Jupiter prima mortalium Argum suscepit. *Hygin.* fab. 145.

[* NIOBĪDES, æ, m. filius Niobes. *In titulo* fab. 11. apud *Hygin.* legitur *Niobidæ.* h. e. filii Niobes.]

NIPHĀTES, æ, m. Νιφάτης, pars Tauri M. inter Armeniam majorem, et Mesopotamiam: item fluvius, qui profluit ex Niphate M. et Armenios, Medos, ac Mesopotamios attingit, ac in Tigrim influit. *Virg.* 3. *Georg.* v. 30. *Serv. ibid.* *Plin.* l. 5. c. 27. *a med.* et *Lucan.* l. 3. v. 245.

NIPTRA, orum, n. *basins*, νίπτρα, lavacra: a νίπτω, lavo. Hoc nomine dicta est comœdia Pacuvii. *Cic.* 2. *Tuscul.* c. 21.

NI QUIS SCIVIT. V. in *Ni.*

NIREUS, i, m. Νιρεὺς, disyllab. filius Charopi et Aglaiæ, Græcorum omnium, qui ad Trojam navigaverunt, formosissimus. *Ovid.* l. 4. *ex Pont.* ep. 13. v. 15. Tam mala Thersitem prohibebat forma latere, Quam pulcra Nireus conspiciendus erat. *Propert.* l. 3. el. 16. v. 27. Nirea non facies, non vis exemit Achillem. *Horat.* epod. 15. v. 22. Formaque vincas Nirea.

NIS, dat. plur. pro *nobis* apud Vet. *Fest.* in *Calim.*

NISÆUS, a, um, ad Nisum pertinens. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 500. et te Zanclæa Charybdis, Et vos, Nisæi, naufraga monstra, canes. *h. e.* Scylla filia Nisi, in monstrum marinum navibus infestum versa, cujus inferior pars canum figuram referebat. Revera in Fabulis filia Nisi in avem conversa est: alia Phorci filia in marinum monstrum. V. *Scylla*, et *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 331. Sed Poetis hæc licet confundere. Sic *Sabin.* el. 1. v. 33. Illum non avidis canibus Niseia virgo Fregit, non tumidis torta Charybdis aquis. Et ipse *Ovid. de remed. amor.* v. 737. Præterita cautus Niseide navita gaudet. V. et *Virg. in Ciri*, v. 44. ¶ De Baccho Nisæo V. *Nysæus.*

NISĒIS, idis, f. patronymicum, filia Nisi, vel neptis. V. vocem præced. ¶ De Nymphis Nisæidibus V. *Nysæis.*

NISEĬUS, a, um, ad Nisum Scyllæ patrem pertinens. *Virg. in Ciri*, v. 390. Per mare cæruleum trahitur Niseia virgo. Adde *Ovid.* 8. *Met.* v. 35.

NISI, *if not, unless, but that*, εἰ μὴ, si non. *Cic.* 7. *Attic.* ep. 10. Nisi ego insanio, stulte omnia et incaute. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* cap. 30. *extr.* Ne quis enuntiaret, nisi quibus mandatum esset. et cap. 31. *ad fin.* Non posse ejus imperia diutius sustineri, nisi quid in Cæsare sit auxilii. *Horat.* l. 1. sat. 5. v. 79. Nunquam erepsemus, nisi nos vicina Trivici Villa recepisset. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 15. Quid tu, malum, curas, utrum crudum, an coctum edim, nisi tu mihi es tutor? *unless you are my tutor.* *Nep. in Agesil.* c. 6. Ut omnibus appareret, nisi ille fuisset, Spartam futuram non fuisse. *Cic. pro Cluent.* c. 66. *ad fin.* Quod nisi esset, certe postea non discessisset. ¶ *Nisi si*, idem fere quod nisi, *unless.* *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 9. Nisi si etiam illuc pervenerint, ut, &c. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 111. nisi si manifesta negemus. *Cic.* 14. *Fam.* ep. 2. Noli putare, me ad quemquam longiores epistolas scribere, nisi si qui ad me plura scripsit, cui puto rescribi oportere. *Id. Catil.* 2. c. 4. Nisi vero si quis est, qui, &c. *Colum.* l. 4. c. 16. *extr.* Binæ materiæ submittendæ erunt: nisi si tamen gracilitas vitis alicujus angustiorem plantationem desiderabit. *Id.* l. 3. c. 13. *a med.* Præstat non conserere, quam in summa terra suspendere: nisi tamen si scaturigo palustris prohibeat infodere. ¶ *Nisi ut*, idem. *Sueton. in Claud.* cap. 35. Neque convivia inire ausus est, nisi ut speculatores cum lanceis circumstarent. ¶ Nisi quod, *except that, but that.* *Cic. Fam.* 13. ep. 1. Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt communia: nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentio. ¶ *Nisi quia*, nisi quod. *Terent. Eun.* 4. 5. 10. At nesciebam, id dicere illam, nisi quia correxit miles, quod intellexi minus. ¶ *Nisi vero, nisi forte* serviunt transitionibus. *Cic. de Fato*, c. 16. Nisi forte volumus Epicureorum opinionem sequi, qui, &c. *Id. pro Mil.* c. 3. Nisi vero existimatis, dementem P. Africanum fuisse, qui, &c. ¶ *Nisi* in asseverationibus. *Cic. Attic.* l. 16. ep. 11. Moriar, nisi facete. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 514. mentiar, obscurum nisi nox cum fecerit orbem, Videritis, &c. *Augustus in quadam epist.* apud *Sueton. in Claud.* c. 4. *ad fin.* Peream, nisi admiror. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 36. Dii me interficiant, nisi illam anum interfecero. ¶ Pro præterquam, *save only, except.* *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 12. Homo longe audacissimus, C. Fimbria, et quod inter omnes constat, nisi inter eos, qui ipsi quoque insaniunt, insanissimus. *Senec. Suasor.* 2. *ante med.* Taygeti montis difficilia, nisi Laconibus, juga. *Colum.* l. 3. c. 1. Vitis omni pæne regione, nisi tamen glaciali vel præfervida, curæ mortalium respondet. *Ovid.* 4. *Trist.* el. 10. v. 85. Si tamen exstinctis aliquid, nisi nomina, restat. *Aurel. Vict. de Cæsarib.* c. 1. Pacata externarum gentium ferocia, nisi Germaniæ. ¶ Pro sed, *but, and yet, however*: ita tamen ut et adversativam, et exceptivam simul vim habeat. *Cato R. R.* c. 77. Spiram sic facito. Quantum voles pro ratione, ita uti placenta fit, eadem omnia facito, nisi alio modo fingito. *however.* *Cic.* 13. *Fam.* epist. 76. De re nihil possum judicare: nisi illud mihi certe persuadeo, te talem virum nihil temere fecisse. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 117. Quid egerint inter se, nondum etiam scio: nisi sane curæ est, quorsum eventurum hoc siet. *Id. Adelph.* 1. 2. *in fin.* Ecce autem de integro. Nisi, quidquid est, volo scire. Adde *Eun.* 3. 4. 10. et 5. 1. 10. His autem locis potest reddi etiam per *quamquam*, aut *nisi quia.* ¶ Insolens loquendi ratio est in illo *Plauti Men. prol.* v. 59. Ei liberorum, nisi divitiæ, nihil erat. *Nisi* enim similia, et ejusdem generis solet excipere: hic dissimilia. Vult autem dicere, liberis caruisse, divitiis abundasse. ¶ Pro *non nisi.* *Liv.* l. 34. c. 16. Circumducto exercitu, procul navibus suis castrisque, ubi spem nisi in virtute haberent, inter medios hostes prœlium commisit. *Colum.* l. 7. c. 3. *circa med.* Quo magis etiam propter hos casus, nisi validissima (*ovis submittenda est*) quæ non comprehendatur hieme, &c. *Cic.* 1. *de Legib.* c. 20. *sub fin.* Zeno nisi quod honestum esset, putavit bonum. *Al. leg.* nihil putavit bonum. *Al.* nihil nisi quod, &c. *Solin.* c. 37. (*al.* 50.) Carinis ita tenaciter adcorporatur, ut nisi abrasa parte ligni separetur. *Al. leg.* ægre separetur. ¶ Pro etiamsi non. *Cic. pro Mil.* c. 19. Quod nisi sciret Milo, illum Ariciæ fuisse, suspicari tamen debuit, &c. Al. aliter leg. ¶ Utraque in *nisi* syllaba passim a Poetis corripitur. Produxisse alteram putant *Sidonium* carm. 15. v. 104. cum denique saxa Sint tantum, penitusque nisi nihil esse probentur. Sed leg. alii: *nihil nisi esse probentur*, ita ut synalœphe non fiat.

NISIĂDES, um, plur. patronym. f. *Ovid. Heroid.* ep. 15. vers. 54. Nisiades matres, Nisiadesque nurus. *h. e.* Siculæ Megarenses. Est enim *Megaris* in Sicilia oppidum, teste *Plin.* l. 3. c. 8. et *Pompon. Mela*, l. 2. c. 7. conditum a Megarensibus Græciæ, quorum rex Nisus fuit.

NISIBĒNUS, a, um, ad Nisibem pertinens. Est autem Nisibis urbs Mesopotamiæ, ut *Strabo* l. 11. et 16. et *Stephan.* docent. *Ammian.* l. 28. c. 8. (*al.* 28.) Nisibenos acerbo dolore perculsit.

NISUS, i, m. Νῖσος, rex Megarensium, pater Scyllæ, contra quos dum pugnaret Minos, devictis Atheniensibus, propter filii Androgei interitum, quem Athenienses, et Megarenses dolo necaverant, amatus est a Scylla, quæ ut hosti placeret, comam purpuream parenti abscissam ei obtulit, quam Nisus ita habuerat consecratam, ut tandiu regno potiretur, quandiu illam habuisset intactam. Sed Scylla a Minoe contempta fuit. Nisus exstinctus deorum miseratione in halyæeti avis mutatus est formam: Scylla etiam, dum Minoem in Cretam renavigantem sequitur, in avem cirim conversa est: quæ aves hodie magna inter se flagrant discordia. *Ovid.* 8. *Met.* a v. 6. *Virg. in Ciri*, et *Serv. in Ecl.* 6. v. 74. ¶ Nisus itaque est avis genus, ex hac fabula nomen ducens, ut *Ovid.* narrat *loc. cit.* Sunt qui putant halyæetum esse, ut dictum est: alii accipitrem minorem vocant: *a hawk, falcon, merlin*: alii cirim. V. *Ciris.* *Virg.* 1. *Georg.* v. 404. Apparet liquido sublimis in aere nisus, Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.

NISUS, a, um. V. *Nixus.*

NISUS, us, m. *an attempt, endeavour, effort, exertion*, conamen, conatus: a *nitor, eris.* *Pacuv.* apud *Cicer.* 2.

Tuscul. c. 21. Pedetentim, et sedato nisu, ne succussu arripiat major dolor. *Virg.* 11. *Æn.* v. 852. Hic dea se primum rapido pulcherrima nisu Sistit. *h. e.* volatu: *flight*: quo sensu et *Horat.* l. 4. od. 4. v. 8. Insolitos docuere nisus. et *Lucret.* l. 6. v. 834. pinnarum nisus inanis. *Virg. Æn.* 5. v. 437. Stat gravis Entellus, nisuque immotus eodem Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit. a *tra positex.* *Ovid.* 5. *Fast.* vers. 171. Hunc stirps Oceani maturis nisibus Æthra Edidit. *h. e.* partu. *the labour or travail of child-birth.* V. Nixus, us.

NITEDULA, læ, f. a *field-mouse*, *shrew-mouse*, muris exigui genus. diminut. a *nitela*: quod Vide. *Cic. pro Sext.* cap. 33. Id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula rempubl. conaretur arrodere. Adde *Arnob.* l. 2. pag. 75. item *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 29. ut quidem *Bentleio* placet, quem legisse non pœnitebit.

NITEFACIO, is, a. 3. *to brighten*, nitentem facio, et splendidum. *Gell.* lib. 18. c. 11. Ventus mare cæruleum crispicans nitefacit.

NITEFACTUS, a, um, nitens factus, nitidus. *Juvenc.* lib. 1. *in Matth.* c. 6. v. 607. grato crinem nitefactus olivo.

NITELA, æ, f. verbale a *niteo*, ut *suadela* a *suadeo*, et *monela* a *moneo*. Primo significat nitorem, splendorem, *brightness*, *splendour*. *Solin.* cap. 22. (*al.* 35.) Præcipua viris gloria est in armorum nitela. ¶ Item id, quo quippiam nitefacimus. *Apul. in Apolog.* Misi, ut petisti, mundicinas dentium, Nitelas oris ex Arabicis frugibus. *h. e.* dentifricium. ¶ Deinde apud *Solin.* c. 23. (*al.* 36.) *nitelæ pulveris* sunt micæ pulveris nitentes. Depurgant, inquit, in minium nitelas pulveris. ¶ Denique nitela genus est muris agrestis, *a field-mouse*, frumenta corrodentis, colore rubeo, ut *Servius* loquitur, putans describi a *Virgil.* 1. *Georg.* v. 181. sæpe exiguus mus Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit. *Plin.* l. 8. c. 57. *extrem. de gliribus.* Conditi et hi cubant: rursus æstate juvenescunt: simili et nitelis quiete. *Martial.* l. 5. epigr. 38. Quæ crine vincit Bætici gregis vellus, Rhenique nodos, aureamque nitelam. Quidam hic intelligunt micas aurei pulveris. [† V. *Nitedula.*] ¶ Scribitur et *nitella*.

NITELĪNUS, a, um, ad nitelam, h. e. murem pertinens, ut Nitelinus color, rufus, aut flavus. *Plin.* l. 16. c. 37. Vimineam salicem vocant eandemque purpuream: alteram nitelinam a colore, quæ sit tenuior: tertiam Gallicam, quæ tenuissima.

NITENS, entis, *shining, glittering, glistening, looking bright, splendid, neat, clean, fine, elegant, fair, beautiful,* διειδὴς, στίλβων, φαεινὸς, splendens, lucens, nitidus, mundus, comptus, pulcher: a *niteo. Tibull. in fi.* eleg. 3. l. 1. Lucifer nitens. *Liv.* l. 9. c. 40. Arma nitentia ante rem, deformia inter sanguinem et vulnera. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 636. Arboreæ frondes auro radiante nitentes. *Virg.* 1. *Æn.* v. 226. lacrymis oculos suffusa nitentes. *Horat.* l. 2. od. 7. v. 7. coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 262. pallamque induta nitentem. *Id.* 5. *Fast.* v. 543. astra nitentia. *Lucan.* l. 9. vers. 669. clipeus ære nitens. *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 4. inter lances mensasque nitentes. *h. e.* aureo, argenteove instrumento oneratas. *Ovid.* 10. *Met.* v. 211. Tyrioque nitentior ostro Flos oritur. *Val. Flacc.* l. 5. v. 413. nitentes Solis equi. *Virg.* 3. *Æn.* v. 20. nitens taurus. *sleek. h. e.* opimus. nitent enim quæ pinguia sunt. V. *Niteo*, et *Nitidus. Ovid. in Halieut.* v. 101. nitentes spumæ. *whitening.* Sic *Plin.* l. 33. c. 6. *ante med.* Spuma candida et nitens. et *Horat. in fi.* od. 14. lib. 1. Cyclades nitentes. *Catull.* carm. 60. *in Epithal. Manl.* v. 193. Uxor ore floridulo nitens. *h. e.* forma splendens. *Id.* carm. 2. v. 5. desiderio meo nitenti. *h. e.* puellæ meæ formosæ. *Ovid.* 12. *Met.* v. 405. Hylonome, qua nulla nitentior inter Semiferos altis habitavit femina silvis. et lib. 15. v. 202. herba nitens. *Al. leg.* virens, *al.* recens. *Gell.* l. 12. c. 1. *circa med.* Arbor læta et nitens. *Virg.* 1. *Georg.* v. 153. nitentia culta. ¶ Transfertur et ad orationem. *Cic. in Bruto*, c. 67. Non valde nitens, non plane horrida oratio. ¶ Et ad animum. *Stat. in fin.* silv. 5. l. 1. macte, oro, nitenti Ingenio, curaque puer. [¶ *Nitentes res* sunt signa ex ære vel marmore. Hinc legere est apud *Ammian. Marcellin.* l. 16. c. 6. Centurio nitentium rerum. *h. e.* magistratus, qui signorum ex ære et marmore curam gerebat, noctuque cum militibus observabat, ne quis ea confringeret, aut mutilaret. V. *Centurio* in *Appendice.*]

NITENS, entis, particip. a *nitor, eris. Gell.* l. 5. c. 9. Diduxit adolescens os, clamare nitens. *striving. Ovid. in Halieut.* v. 60. Et ruit oppositi nitens in vulnera ferri. *pressing, pushing. Virg.* 3. *Georg.* v. 172. valido nitens sub pondere faginus axis Instrepat. *h. e.* obnitens, sustentans. *Sueton. in Vespas.* c. 20. Statura fuit quadrata, vultu veluti nitentis. *h. e.* cacare conantis: (*a guisa d'uom, che ponta*, (*as of a man straining*,) inquit *Petrarca* in capitulo, cujus initium *Nel cor pien d' amarissima*, &c. sic *Martial.* l. 3. epigr. 89. faciem durum, Phœbe, cacantis habes.) *Gell.* l. 20. c. 1. Quadrigis in diversa nitentibus. *h. e.* cum conatu tendentibus. *Id.* l. 14. c. 1. *ad fin.* Lubrica conjectatione nitentes. *resting upon. Tacit.* l. 1. *Hist.* c. 55. Nullo tribunorum pro Galba nitente. *interesting himself in behalf of*, &c. *Id.* 1. *Ann.* c. 11. Nitens, ut sensus suos penitus abderet. *striving to conceal.*

NITEO, es, tui, n. 2. *to shine, look bright, glisten, glitter, to be neat, fine, spruce, clean, or elegant,* στίλβω, ἀγλαΐζομαι, ἀνθέω, luceo, fulgeo, splendeo, politus sum. *Cic.* 2. *Catil.* c. 3. Qui nitent unguentis, fulgent purpura. *Auct. dial. de Orat.* c. 20. *extr.* Templa marmore nitent, et auro radiantur. *Lucret.* l. 1. v. 9. Placatumque nitet diffuso lumine cælum. et lib. 5. v. 703. Luna potest solis radiis percussa nitere. *Tibull.* l. 1. el. 4. v. 58. Ex humero Pelopis non nituisset ebur. *Ovid.* 6. *Met.* v. 65. in cælo nitent mille colores. *Martial.* l. 9. epigr. 58. Nec qui litoribus nitent lapilli. *Ovid.* 4. *Fast.* v. 126. Vere nitent terræ. *Horat.* l. 1. ep. 10. v. 19. Deterior Libycis olet, aut nitet herba lapillis? *shine less beautifully?* ¶ De lapidibus, et metallis, quæ usu atteruntur, et splendidiora fiunt. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 8. v. 51. Æra nitent usu. *Tibull.* l. 1. el. 11. v. 49. Pace bidens, vomerque nitent. *Martial.* l. 8. epigr. 6. Pollice de Pylio trita columba nitet. ¶ De formosis, et ornatis. *Horat.* l. 1. od. 5. v. 12. miseri, quibus Intentata nites! *shine in all your beauty, look beautiful. Martial.* l. 10. epigr. 89. Ore nitet tanto, quanto superasset in Ida Judice convictas non dubitante deas. *Stat.* 2. *Achill.* v. 148. nitet ante alias regina, comesque Pelides. *stands confest. Martial.* l. 5. epigr. 24. Non nisi vel cocco madida, vel murice tincta Veste nites. et lib. 6. *epigr. pænult.* Psilotro nitet. ¶ De agris bene cultis, et pinguibus. *Petron. in Satyr.* c. 99. Incultis asperisque regionibus diutius nives hærent: ast ubi ea aratro domefacta tellus nitet, dum loqueris, levis pruina dilabitur. *Virg.* 6. *Æn.* v. 677. camposque nitentes Desuper ostentat. Sic *Cic.* 5. *Verr.* c. 18. *a med.* Campi collesque nitidissimi viridissimique. ¶ Ipsæ etiam plantæ, et sata *nitere* dicuntur. V. *Nitidus. Ovid.* 15. *Met.* v. 202. tunc herba nitens, et roboris expers Turget. *Plin.* l. 17. c. 4. Non utique lætum solum est, in quo proceræ arbores nitent. ¶ De bene habitis, bene pastis, et pinguibus. *Plin.* l. 18. c. 5. Cato in conterminis hoc amplius æstimari jubet, quo pacto niteant: In bona enim, inquit (*de R. R.* c. 1.) regione bene nitent. *they are in good keep, look well, look fat and well grown. Phædr.* l. 3. fab. 7. v. 4. Unde sic, quæso, nites? Aut quo cibo fecisti tantum corporis? *Virg. Æn.* 3. v. 20. nitens taurus. *sleek.* [† *h. e.* opimus. nitent enim quæ pinguia sunt. V. *Nitens.*] Adde *Horat.* l. 2. sat. 2. v. 128. ¶ Refertur etiam ad copiam, et opes, quia divitiæ splendidæ sunt. *to flourish, abound. Horat.* l. 2. sat. 5. v. 12. devolet illuc, Res ubi magna nitet domino sene. *Tibull.* l. 4. carm. 1. v. 183. cum magnis opibus domus alta niteret. *Cic. Agrar.* 1. c. 7. Vectigal in pace niteat, in bello non obsolescat. *h. e.* vigeat, abundet. ¶ Translate est cultum, et politum esse, illustrem, splendidum, conspicuum. *Cic.* 4. *de Fin.* c. 3. Sed vos squalidius: illorum vides quam niteat oratio. *Plin.* l. 3. c. 5. *ante med.* Ab altero ejus latere ad Padum amnem Italiæ ditissimum, omnia nobilibus oppidis nitent. ¶ Item florere, celebrem esse. *Vellei.* l. 2. c. 9. Eodem tractu temporum nituerunt oratores Scipio, Læliusque. *were distinguished as orators.* et lib. 1. c. 17. Dulces Latini leporis facetiæ per Cæcilium, Terentium, Afranium sub pari ætate nituerunt.

NITESCO, is, n. 3. *to begin to shine, be bright,* ἀγλαΐζομαι, nitere incipio, splendidus, nitens fio: et adhibetur etiam pro *niteo. Cic. in Arat.* v. 174. Exiguo qui stellarum candore nitescit. *Virg.* 5. *Æn.* v. 134. juventus Nudatos humeros oleo perfusa nitescit. *Plin.* l. 37. c. 12. Omnes gemmæ mellis decoctu nitescunt. *Id.* c. 1. l. 8. Nitescente nova luna. *Id.* l. 17. c. 5. Terra post vomerem nitescens. *h. e.* post vomeris proscissionem splendescens ex pinguitudine. *Manil.* l. 5. v. 687. tum pontus per solem humore nitescit. *h. e.* candescit. ¶ De bene pastis, et pinguibus. *Plin.* l. 2. ep. 17. *sub init.* Equorum, boumque armenta, quæ herbis et tempore verno nitescunt. *are sleek; are fattened.* V. *Niteo.* ¶ De plantis, quæ læte proveniunt. *Plin. alter* l. 12. c. 24. *de balsami arbore.* Tondetur similiter fruticans, ac rastris nitescit, properatque nasci, &c. *grows rank.* V. *Nitidus* sub fin. ¶ Translate est splendescere, cultiorem fieri. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 16. Ingenio, doctrina, præceptione natura nitescit. ¶ Item illustrem, clarum fieri. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 58. Studiis honestis, et eloquentiæ gloria nitescere.

NITIBUNDUS, a, um: *relying on, supported by, depending upon*: a verbo *Nitor, eris. Gell.* lib. 1. c. 11. Achæos Homerus pugnam indipisci ait non tibiarum concentu, sed mentium conspiratu tacito nitibundos. *h. e.* nitentes, contendentes. *Solin.* c. 25. (*al.* 38.) *a med.* Elephanti arboribus se, vel saxis applicant, ut pondere nitibundo attritos necent angues. *by the pressure of their weight.*

NITĬDE, *clearly, brightly, splendidly,* στιλβηδὸν, λαμπρῶς, καθαρῶς, λιπαρῶς, lucide, splendide, luculenter. *Plaut. Trucul.* 2. 4. 3. Ut tota floret! ut olet! ut nitide nitet! ¶ Item splendide, copiose. *Id. Cas.* 3. 6. 19. Cœnare lepide, nitideque volo. *elegantly, neatly.* Adde *Cist.* 1. 1. 12.

NITIDĬTAS, atis, f. *splendour, beauty,* nitor, splendor, pulcritudo. *Acc.* apud *Non.* c. 2. n. 578. Formæ, figuræ nitiditate hospes regis.

NITIDIUSCŬLE, adverb. *somewhat neatly,* διειδῶς, aliquantum nitide, dimin. adverbii *nitide*, a comparat *nitidius. Plaut. Pseud.* 3. 1. 8. Neque ego amatorem mihi invenire ullum queo, Qui amet me, ut curer tandem nitidiuscule. *h. e.* laute aliquantum, et copiose, ut nitidus, et pinguis fiam.

NITIDIUSCŬLUS, a, um, *somewhat more neat than ordinarily*, diminut. a comparativo *nitidius. Plaut. Pseud.* 1. 2. 82. En excetra tu, quæ tibi tot amicos habes, tam probe oleo onustos: Num cuipiam est hodie tua tuorum opera conservorum nitidiusculum caput? *h. e.* aliquantum unctum, et nitens.

NITĬDO, as, avi, atum, a. 1. *to make bright,* ἀγλαΐζω, nitidum et lucidum reddo. *Colum.* l. 12. c. 3. *ad fin.* Ferramenta detersa nitidentur, atque rubigine liberentur. ¶ Item levigare, polire. *to smooth, plane, polish. Pallad. in Februar.* tit. 17. Arborem serra recidemus: post serraturam, plagam ferramentis acutis nitidamus. Al. aliter leg. ¶ Item lavare. *to clean, purify. Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 583. Secum advocant, eunt ad fontem, nitidant corpora. Adde *Accium ibid.*

NITIDŬLUS, a, um, diminut. a *nitidus*, nitidiusculus. *Sulpic. Sever.* dial. 2. c. 8. Quandam viduam vagam, nitidulam, sumptuosam objurgare.

NITĬDUS, a, um, *bright, shining, clear, glittering, nitid,* ἀγλαὸς, λαμπρὸς, nitens, splendens, lucens, clarus: a *niteo. Virg.* 1. *Georg.* v. 467. Sol caput obscura nitidum ferrugine texit. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 867. aries nitidissimus auro. *Id.* 2. *Metam.* v. 3. Ebur nitidum. *Plaut. Stich.* 1. 2. 8. Facite, sultis, nitidæ ut ædes meæ sint, cum redeam domum. *Virg.* 3. *Georg.* v. 437. *de angue.* Cum positis novus exsuviis, nitidusque juventa, &c. *Id.* 4. *Georg.* v. 337. Nitida cæsaries. *Val. Flacc.* l. 3. v. 467. Nitidus æther. *pure, serene.* et vers. 553. fons. *clear, limpid. Quintil.* l. 11. cap. 3. *ante med.* Nitida et curata vox. *Cic. in Orat.* c. 11. In picturis alios horrida, inculta, abdita, et opaca: contra alios nitida, læta, collustrata delectant. ¶ *Nitidi* dicuntur unguentis delibuti. unguenta enim nitent. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 443. Coma nitidissima nardo. Hinc nitidus annus apud *Ovid.* qui oleo abundat: l. 5. *Fast.* v. 263. Si bene floruerint segetes, erit area dives: Si bene floruerit vinea, Bacchus erit: Si bene floruerint oleæ, nitidissimus annus. *Martial.* l. 4. epigr. 8. Nitidæ palæstræ. ¶ Itidem universim qui formæ student, quique exquisito ornatu, cultuque corporis utuntur. *spruce, neat, trim, well-dressed, clean, elegant. Cic. Catil.* 2. c. 10. Quos pexo capillo nitidos videtis. *Plaut. Mil.* 4. 2. 12. Illa est nimium lepida, nimisque nitida femina. *Id. Aulul.* 3. 6. 4. Aliquanto facias rectius, si nitidior sis filiæ nuptiis. *a little more gay.* ¶ Item qui sano solidoque corpore sunt, bene habiti, bene pasti, pingues. *fat, plump, in good keep, well fed, sleek. Horat.* l. 1. ep. 4. *in fin.* Me pinguem et nitidum bene curata cute vises. *plump and sleek. Liv.* l. 28. c. 35. Ætas in medio virium robore, quod plenius nitidiusque ex morbo, velut renovatus flos juventæ faciebat. *Nep. in Eumen.* c. 5. Ut jumenta æque nitida ex castello educeret, ac si campestribus ea locis habuisset. V. *Niteo.* ¶ Dicitur et de locis bene cultis, uberibus, fertilibus. *Cic. Verr.* 5. c. 18. Quos ego campos antea, collesque nitidissimos, viridissimosque vidissem, hos ita vastatos ac desertos videbam, ut, &c. *Horat. in fin.* ep. 15. l. 1. nitidis fundata pecunia villis. *h. e.* sumptuosis, amplis, marmore ceteroque ornatu ditiore ædificatis. ¶ Transfertur ad cultum animi, et vitæ urbanitatem, atque elegantiam: item ad liberalitatem, et lautitiam. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 83. ex nitido fit rusticus, atque Sulcos et vineta crepat mera. *Plin.* l. 13. c. 15. *in fin.* Inter pauca nitidioris vitæ instrumenta. *Juvenal.* sat. 11. v. 175. hæc eadem illi Cum faciant, hilares nitidique vocantur. *Martial.* l. 4. epigr. 54. Lautior et nitido sis Meliore licet. ¶ Item ad ornatum cultumque orationis. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 18. Nitidum quoddam genus verborum, et lætum. *Id. in Partition.* c. 6. Verba consonantiora, graviora, leviora, et quodammodo nitidiora. *Quintil.* l. 10. c. 1. *a med.* Isocrates nitidus et comptus, et palæstræ, quam pugnæ, magis accommodatus. *neat, elegant.* ¶ Apud *Claudian. de consul. Mall. Theod.* v. 193. nitidis sensibus haurire aliquid, est, integris, puris, nulloque pravo affectu corruptis. ¶ Quam *Plinius*, de insitione verba faciens, l. 17. c. 14. et 16. vocat nitidissimam arboris partem, intelligit eam, qua viridior est arbor, formosior, ac lætior, et ut ita dicam habitior, sine asperitate nodorum, et corticis. Nam et plantæ *nitere* dicuntur, ut in *Niteo* adnotavimus. Sic *Colum.* l. 5. c. 6. *ante med.* Ulmus decacuminanda est juxta ramulum, qui videbitur esse nitidissimus. et *Plin.* l. 5. c. 1. *ad fin.* Arborum proceritas spectabilis enodi nitore. *Lucret.* l. 2. v. 594. nitidæ fruges, arbustaque læta. *h. e.* opimæ, uberes, *fruitful, flourishing.* ¶ *Nitidum opus* apud *eund.* l. 6. v. 795. est delicatum ac tenue, qualia sunt mulierum lanam trahentium, texentium, acu pingentium.

NĬTOR, oris, m. *brightness, splendour, sheen, neatness,* στίλβη, ἀγλαΐα, splendor, fulgor, claritas ex munditia, lævitate, aut pinguedine, cujuscumque coloris sit: a *niteo. Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 3. Flammeus ut rapidi solis nitor obscuretur. *Lucret.* l. 4. v. 539. Nitor exoriens auroræ. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 78. Nitor diurnus. *h. e.*

lux diei. *Id.* l. 3. *ex Pont.* ep. 4. v. 23. argenti et auri. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 50. gemmæ. *Vitruv.* l. 10. c. 1. olei. *Plin.* l. 7. c. 15. eboris. *Id.* l. 12. c. 1. marmorum. *Id.* l. 16. c. 40. *ad fin.* materiæ. *h. e.* ligni, v. gr. cupressi. et lib. 37. c. 9. *ante med.* roseus. et cap. 10. *sub fin.* nigerrimus gemmæ. *Lucret.* l. 5. v. 781. herbarum viridis. ¶ In arboribus est soliditas ligni, et robur, et lævitas sine asperitate corticis, aut nodorum. V. *Nitidus* sub fin. ¶ Aliquando sumitur pro candore, *whiteness. Plin.* l. 24. c. 8. Cuti nitorem inducere. *Id.* l. 31. c. 7. *circa med.* Nitorem cutis facit sal. ¶ Interdum pro colore. *Lucret.* l. 2. v. 817. omnia principiorum Formamenta queunt in quovis esse nitore. *Propert.* l. 2. el. 14. v. 26. Ludis et externo tincta nitore caput. *h. e.* colore adscititio, fuco. ¶ *Nitor corporis*, interdum est soliditas carnis, et sana pinguedo. *sleekness, plumpness.* V. *Niteo*, et *Nitidus. Terent. Eun.* 2. 2. 10. Viden' me ex eodem ortum loco? qui color, nitor, vestitus, quæ habitudo est corporis? *Plin.* l. 11. c. 18. *extr.* Apum sanitas hilaritate et nitore æstimatur. ¶ Interdum ipsa corporis pulcritudo. *beauty. Horat.* l. 1. od. 19. v. 5. Urit me Glyceræ nitor, Splendentis Pario marmore purius. et lib. 3. od. 12. v. 6. Liparæi nitor Hebri. ¶ Interdum cultus, et ornatus corporis elegans, *neatness of dress, elegance, spruceness. Cic. pro Cœl.* c. 31. *in fin.* Si quem offendit purpuræ genus, si amicorum catervæ, si splendor, si nitor. Adde *Plin.* l. 6. ep. 32. ¶ Translate *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 9. v. 17. Nitor generis. *nobility, splendid birth.* et epist. 5. v. 29. Obruit audentem rerum gravitasque, nitorque. *the splendour and nobleness of the undertaking.* ¶ Est etiam elegans, nitidusque vitæ cultus, et morum elegantia, atque urbanitas. *an elegant and genteel way of living. Plin.* l. 4. c. 12. *post med.* Megarice, oppidum præcipui nitoris in toto eo tractu, custoditis Græciæ moribus. *Justin.* l. 43. c. 4. Adeo magnus et hominibus, et rebus impositus est nitor, ut Gallia in Græciam translata videretur. ¶ Item liberalitas, splendor rei familiaris. *Stat.* l. 3. silv. 3. v. 149. Testis adhuc largi nitor inde assuetus Hetrusci. ¶ Sæpe refertur ad splendorem, et puritatem verborum, et orationis. *gracefulness, elegance. Cic. in Orat.* c. 32. *extr.* Sed quia sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 2. v. 51. Nunc tibi et eloquii nitor ille domesticus adsit, Quo poteras trepidis utilis esse reis. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 20. Nitor et cultus descriptionum. et cap. 23. Summus nitor et cultus verborum. *Quintil.* l. 10. c. 1. *ante med.* In digressionibus historico nonnunquam nitore usi. et lib. 12. c. 10. *circa med.* Orationem translationum nitore illuminare. ¶ Differunt proprie *nitor*, et *splendor. Plin.* l. 73. c. 2. *ante med. de murrhinis.* Splendor his sine viribus, nitorque verius, quam splendor. *h. e.* lævitas quidem, et munditia, sed non transmittens, aut remittens lucem.

NĪTOR, eris, sus, *et* xus sum, dep. 3. *to strive, strain, labour, endeavour strenuously, attempt, make an effort, exert one's self, do one's utmost*, πειράομαι, conor, contendo, laboro, operam do, sive corpore, sive animo. Est qui putat esse per metathesim a τείνομαι, intendor. *Vetus poeta* apud *Cicer.* 1. *Tuscul.* c. 5. Sisyphu' versat Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum. *Cic. de Senect.* c. 10. Moderatio modo virium adsit, et tantum, quantum potest, quisque nitatur. *Sallust. in Catil.* c. 13. *extr.* Singulos ex Senatu ambiundo nitebantur, ne gravius in eum consuleretur. *et in Catil.* c. 39. Contra eos summa ope nitebatur pleraque nobilitas. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 37. Nihil contra se regem nisurum existimabat. *Nep. in Milt.* c. 4. Unus Miltiades maxime nitebatur, ut primo quoque tempore castra fierent. *Id. in Attic.* c. 15. Idem in nitendo quod semel admisisset, tanta erat cura, ut non mandatam, sed suam rem videretur agere. ¶ Cum infinito *Nep. in Pelop.* c. 2. Ut patriam recuperare niterentur. *Sallust. in Jug.* c. 27. Summa vi Cirtam irrumpere nititur. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 5. v. 34. Ingenio nitor non periisse meo. ¶ Niti pro aliquo, *to exert or interest himself in behalf of one. Liv.* l. 35. c. 10. *a med.* Ne in plebeio quidem consule, cum pro C. Lælio niteretur, Africanus valuit. *Sallust. in Jug.* c. 35. Pro libertate nonne summa ope nitemini? ¶ *Niti*, est parturientium *to be in labour, bring forth*: unde *enitor*, *Plin.* l. 9. c. 35. Conchas impleri roscido conceptu tradunt: gravidas postea niti. ¶ Item cacaturientium. V. *Nitens.* ¶ Est etiam cum conatu ire, ferri, tendere, *to make one's way with an effort, tend vigorously towards, move, rise, or mount forwards, advance. Cic. de nat. Deor.* l. 2. c. 48. Quædam serpentes ortæ extra aquam, simul ac primum niti possunt, aquam persequuntur. *Plin.* l. 2. c. 43. Si in nube luctetur vapor, tonitrua edi; si erumpat ardens, fulmina; si longiore tractu nitatur, fulgetra. et cap. 65. *ad fin.* Aquæ in interiora nituntur. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 7. v. 27. aves motis nituntur in aera pennis. *Id.* 2. *Metam.* v. 72. Nitor in adversum. *Virg.* 2. *Georg.* v. 427. ad sidera raptim Vi propria nituntur. *Quintil. in proœm.* l. 1. *post med.* Niti ad summa. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 4. v. 17. Nitimur in vetitum semper. *Cic. de Senect. c. ult.* Optimi cujusque animus maxime ad immortalem gloriam nititur. *Virg.* 2. *Æn.* v. 443. postesque sub ipsos Nituntur gradibus. *h. e.* ascendunt. *Lucan.* l. 4. v. 37. miles rupes oneratus in altas Nititur. *climbs, mounts, ascends. Pacuv.* apud *Non.* c. 4. n. 320. Ardua per loca agresti ac trepidante gradu nititur. *Lucret.* l. 1. v. 1056. omnia pondera sursum nitier. *paragoge.* ¶ Sæpe est incumbere, inniti, fulciri, *to lean upon, rest upon, be supported by. Virg.* 6. *Æn.* v. 760. Ille, vides, pura juvenis qui nititur hasta. *Id.* 4. *Æn.* v. 252. paribus nitens Cyllenius alis. *poised. Cic.* 5. *Tuscul.* c. 13. Quod ita ortum est e terra, ut stirpibus suis nitatur. *Virg.* 2. *Æn.* v. 380. Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit, humi nitens. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Divin.* c. 26. Conjectura omnis, in qua nititur divinatio. *Id. pro Cœl.* c. 10. *extr.* Ea, in quibus causa nititur. *depends. Id. pro Mil.* c. 7. Cujus in vita nitebatur salus civitatis. *depended upon. Id.* 1. *Fam.* ep. 5. Cum maxime consilio, studio, labore, gratia, de causa regia niteremur. *Id.* 3. *Attic.* ep. 9. *a med.* Sustinebimus nos, et spe, qua jubes, nitemur. *will rest upon; will trust to or confide in. Id. de Offic.* l. 1. c. 34. Est adolescentis majores natu vereri, exque his deligere optimos, et probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur. *Nep. in Phoc.* c. 3. Niti patrociniis alicujus. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 43. auctoritate apud exteras nationes. *Cic. initio pro Cluent.* Niti, et magnopere confidere invidia judicii. et cap. 40. Si quis hoc uno nititur, quod sit ignobilis. *Id. Verr.* 4. c. 64. Quid te futurum est? quo confugies? ubi nitere? *Id. Acad.* 4. c. 21. *extr.* Nitamur igitur, nihil posse percipi. *let us insist on this, that*, &c. ¶ De Particip. *nisus*, *nixus*, et *nitens* V. suis locis.

NITRARĬA, æ, f. locus, ubi nitrum invenitur. *Plin.* l. 31. c. 10. Salinis mare infundunt, Nilum autem nitrariis. *Ibid.* Nitrariæ calceamenta protinus consumunt. *Ibid.* In nitrariis non lippiunt.

NITRĀTUS, a, um, *impregnated with nitre*, cui nitrum admistum est. *Colum.* l. 12. c. 55. Nitratam aquam suffundito. *Martial.* l. 13. epigr. 17. Nitrata viridis brassica fiat aqua.

[† NITRĬON, i, n. herba eadem quæ et daphnoides. *Apul. de herb.* c. 58.]

NITRŌSUS, a, um, *nitrous, nitry*, νιτρώδης, qui nitrum habet, vel nitri saporem. *Vitruv.* l. 8. c. 3. Aquæ frigidæ genus nitrosum. *Plin.* l. 31. c. 10. Lacus est nitrosus, exsiliente e medio dulci fonticulo. *et paulo ante.* Aquæ vero nitrosæ pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus densandi.

NITRUM, tri, n. *nitre, saltpetre*, νίτρον, succus quidam concretus, salis genus, de quo multa *Plin.* l. 31. c. 10. ubi docet, colligi apud Medos, canescentibus siccitate convallibus: in Thracia quoque, sed terra sordidum: fieri etiam ex quercu cremata: item in quodam lacu Macedoniæ gigni certis temporibus, h. e. circa Canis ortum: in Ægypto etiam fieri pæne eodem modo, quo sal, infuso Nilo in nitrarias, &c. Persequitur inde varios ejus usus in medicina. Habet enim vim calfaciendi, extenuandi, mordendi, spissandi, siccandi, exulcerandi. Nitrum est etiam, quod nos e parietibus, et pavimentis colligimus, *sal petræ* quibusdam dictum. Ipsa vox Græca est, quam a νίζω, lavo, ducunt: fortasse illud respicientes, quod aqua immissa fit. [*Ovid. de medic. fac.* v. 85. Tus ubi miscueris radenti tubera nitro.] ¶ Dicitur et *sal nitrum. Plin. loc. cit.* Sal nitrum sulphuri concoctum in lapidem vertitur.

NIVĀLIS, le, *snowy, nival*, νιφετώδης, νιφόεις, χιονώδης, ad nivem pertinens, nivosus. *Liv.* l. 21. c. 54. *a med.* Erat forte brumæ tempus, et nivalis dies. *Senec.* l. 4. *quæst. nat.* c. 4. *extr.* Dicimus nivalem diem, cum altum frigus, et triste cælum est. *a wintry day.* (Sic *Flor.* diem pugnæ ad Trasimenum *nivalem* dicit l. 2. c. 6. *ante med.* quem *Liv.* l. 22. c. 4. orta ex lacu nebula obscurum fuisse tradit.) *Plin.* l. 26. c. 8. Nivalia loca. *Id.* l. 2. c. 47. *a med.* Nivales venti. *Virg.* 3. *Æn.* v. 538. equi candore nivali. *snowy whiteness. Val. Flacc.* l. 5. v. 225. Nivalis axis. *h. e.* Septemtrionalis plaga. *Horat.* l. 1. ep. 3. v. 3. Hebrusque nivali compede vinctus. *h. e.* glacie. *Martial.* l. 14. epigr. 118. Nivales undæ. *h. e.* aqua nive refrigerata. *Gell.* l. 19. c. 5. Aqua nivalis. *h. e.* ex nive diluta. *snow-water. Martial.* l. 7. epigr. 94. Nivale osculum. *h. e.* frigidum, nivali tempore datum. ¶ Translate *Prudent.* l. 2. *in Symmach.* v. 249. Templum mentis amo, non marmoris: aurea in illo Fundamenta manent Fidei: structura nivali Consurgit Pietate nitens.

NIVARĬUS, a, um, *pertaining to snow*, ad nivem pertinens. *Nivarium colum*, saccus vinarius, nive repletus, qua transmittitur vinum, ut mitius sit. *a strainer filled with snow, through which wine was made to pass, in order to temper it. Martial.* l. 14. epigr. 103. *quod* Colum nivarium *inscribitur.* Setinos, moneo, nostra nive frange trientes: Pauperiore mero tingere lina potes. *Sensus est:* vinum nobile, quale est Setinum, colo nivario per nivem transmitte: ignobile, et quod pauperes bibere solent, simplici sacco vinario lineo, et sine nive percolato. ¶ *Nivarius saccus*, quo nix injecta colatur, et bibitur deliciarum causa. *Id. ibid.* epigr. 104. *cui titulus* Saccus nivarius: Attenuare nives norunt et lintea nostra. Frigidior colo non salit unda tuo. ¶ *Nivaria* dicta est una ex Fortunatis insulis, a perpetua nive, teste *Plin.* l. 6. c. 32.

NIVĀTUS, a, um, *cooled with snow*, nive refrigeratus. *Sueton. in Ner.* c. 27. Refotus sæpe calidis piscinis, ac tempore æstivo nivatis. *Senec.* l. 4. *quæst. nat. sub fin.* Nivatæ potiones. *Petron. in Satyr.* c. 31. Nivata aqua.

NIVE. V. *Ni.*

NIVESCO, is, n. 3. *to become white as snow*, nivis instar albesco. *Tertull. de Pall.* c. 3. *a med.* Lini herbida post virorem lavacro nivescunt. *Vet. Poeta* apud *Pithœum* p. m. 133. Ut mersa indigenis unda nivescat aquis.

NIVĔUS, a, um, *of snow, snowy, niveous*, νιφόεις, qui est ex nive. *Virg.* 3. *Georg.* v. 354. Sed jacet aggeribus niveis informis, et alto Terra gelu late. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 240. Niveus mons. *h. e.* nive tectus. ¶ Item qui colore est nivis, candidus, *white as snow, snow-white. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 33. Niveus candor. *Val. Flacc.* l. 1. v. 219. Nivei artus. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 120. subest niveo lætus in ore rubor. *Virg.* 8. *Æn.* v. 387. Nivei lacerti. *Horat.* l. 2. od. 4. v. 3. Serva Briseis niveo colore Movit Achillem. *Virg. Ecl.* 6. v. 53. *de Tauro.* Ille latus niveum molli fultus hyacintho. *et Ecl.* 2. v. 20. dives pecoris nivei. *Ovid.* 10. *Met.* v. 432. nivea velatæ corpora veste. et lib. 13. v. 789. Candidior nivei folio, Galatea, ligustri. *Calpurn.* ecl. 7. v. 29. nivei loca densavere tribuni. *h. e.* albis togis induti. Sic *Juvenal.* sat. 10. v. 45. niveosque ad frena Quirites. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 18. Niveus dens. *Senec. in Œdip.* v. 495. Niveum lac. *Id. in Hippol.* v. 504. et *in Œdip.* v. 427. Niveum flumen. *h. e.* aquis perspicuis fluens, et spumis inter saxa candicans. *Niveas undas*, dixit etiam *Martial.* l. 7. epigr. 31. claras, puras, perspicuas. ¶ *Idem* l. 12. epigr. 17. *niveam aquam* dixit nive refrigeratam: qua utebantur frangendis vini viribus, et in frigidis potionibus. Qua de re *Id.* lib. 14. epigr. 117. cujus lemma *Nives*: Non potare nivem, sed aquam potare rigentem De nive, commenta est ingeniosa sitis. V. *Decocta.* Ad frangenda vina pertinent epigrammata *ejusd.* ibid. 103. 104. et 116.

[† NIVĬFER, a, um, adj. *producing snow. Salvian.* 6. 196. Niviferæ valles.]

NIVO, is, n. 3. *to snow*, idem quod ningo. Translate *Pacuv.* apud *Non.* cap. 10. num. 23. Sagittis, plumbo, et saxis grandinat, nivit.

NIVŌSUS, a, um, *full of snow, snowy*, χιονώδης, νιφετώδης, nive abundans, nivalis. *Liv.* l. 5. c. 13. Insignis annus hieme gelida ac nivosa fuit. *Colum.* l. 2. c. 9. Loca prægelida, ac nivosa. *Liv.* l. 21. c. 53. Nivosa grando. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 29. Scythia nivosa. *Stat.* l. 1. silv. 3. v. 95. Pliadumque nivosum sidus. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 3. v. 21. Strymon nivosus.

NIX, nivis, f. *snow*, χιών, νιφετός, aquarum cælestium spuma, ut *Plin.* l. 17. c. 2. definit. *Id.* l. 2. cap. 60. docet, grandinem conglaciato imbre gigni, nivem eodem humore mollius coacto, pruinam ex rore gelido. Secundum *Priscian.* l. 10. p. 882. *Putsch.* est a *ninguo*, *ninxi*, extrito *n*, ut a *duxi dux*, a *rexi rex*. De usu nivis in deliciis cœnarum, V. dicta in *Niveus* in fine. [† et in *Nivarius.*] *Cic.* 4. *Acad.* c. 23. Anaxagoras nivem nigram dixit esse: ferres me, si ego idem dicerem? *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 10. Pars terrarum obriguit nive pruinaque. *Liv.* l. 5. c. 2. Miles nivibus pruinisque obrutus. *Plin.* l. 17. c. 2. Vota arborum frugumque communia sunt, nives diutinas sedere. *Valer. Flacc.* l. 5. v. 175. Litora discussa sterni nive. *Plin.* l. 2. c. 103. *sub fin.* Nives in alto mari non cadere. et c, 49. Nive jacente. *when the snow is on the ground.* et l. 8. c. 55. nive liquescente. *Petron. in Satyr.* c. 137. *in carm.* et *Ovid.* 3. *Fast.* v. 236. Pereunt nives. *melt away. Virg.* 1. *Georg.* v. 310. Nix alta. *Val. Flacc.* l. 6. v. 306. horrifera. *Lucret.* l. 3. v. 20. cana, acri concreta pruina. et l. 6. v. 106. nives gelidæ. *Horat.* l. 3. od. 24. v. 39. duratæ gelu. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 6. v. 93. solutæ. *Id. Heroid.* ep. 16. v. 249. puræ. *Horat.* l. 4. od. 12. v. 4. Fluvii hiberna nive turgidi. ¶ Metaphorice *Horat.* lib. 4. od. 13. v. 12. te quia rugæ Turpant, et capitis nives. *Quintilian.* hanc metaphoram reprehendit, l. 8. cap. 6. *ante med.* ut duram, id est a longinqua similitudine ductam. Vitiosam quidem in prosa oratione, sed in versu probam defendit *Voss.* lib. 4. *institut. Orat.* cap. 6. sect. 7. *Horatium* imitatus est *Prudent. in præfat. Cathemer.* v. 25. Sub quo prima dies mihi Quam multas hiemes volverit, et rosas Pratis post glaciem reddiderit, nix capitis probat. *Apulei. de Mundo.* Tecta fulgebant eboris nive, argenti luce, flammea auri claritate. *h. e.* candore. ¶ Olim in obliquis *ninguis*, *ningues*, dixere. [† V. *Ninguis.*] *Apul.* apud *Priscian.* l. 6. p. 724. *Putsch.* Aspera hiems erat, omnia ningue canebant. *Lucret.* l. 6. v. 736. in campos albas decedere ningues. Adde vers. 964. et *Lucil.* apud *Charis.* l. 1. p. 71. *Putsch.* et *Serv. ad Æn.* 4. v. 250. V. *Chione.*

NIXI DII appellantur tria signa in Capitolio, ante cellam Minervæ, genibus nixa, velut præsidentes parientium nixibus: quæ signa sunt qui memoriæ prodiderunt, Antiocho rege Syriæ superato, M'. Acilium subtracta populo R. adportasse, atque ubi sunt posuisse. Sunt etiam, qui dicant, capta Corintho advecta huc: quæ ibi subjecta fuerint mensæ. *Festus.* Al. leg. *Nixii. Ovid.* 9. *Metam.* v. 294. Lucinam, Nixosque pares clamore vocabam. Al. aliter leg.

NIXOR, aris, dep. 1. *to endeavour, strive, lean or rest upon*, idem quod nitor. *Lucret.* l. 3. v. 1014. adverso nixantem trudere monte Saxum. *Id.* l. 6. v. 836. Hic ubi

nixari nequeunt, insistereque alis, &c. Al. aliter leg. V. *Nicto, as.* Rursus *Lucret.* l. 4. v. 508. Fundamenta, quibus nixatur vita, salusque. *h. e.* fulcitur, sustinetur, stat.

NIXURIO, is, a. 4. φιλονεικεῖν, niti volo, seu cupio, conor facere. *Nigid.* apud *Non.* c. 2. n. 584. Nixurit, qui niti vult, et in conatu sæpius aliqua re perpellitur.

NIXUS, *et* Nisus, a, um, *leaning or resting upon, supported by,* ἐρεισάμενος, innixus, incumbens, fultus. *Cic. Verr.* 7. c. 33. Stetit soleatus Prætor populi R. cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus, in litore. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 7. Scævola membris omnibus captus, hastili nixus. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 8. v. 52. baculo. *Id.* 8. *Metam.* v. 727. cubito. et lib. 4. v. 732. scopulo. *resting, reclining.* et 3. *Fast.* v. 751. Constitit ipse super ramoso stipite nixus. *Virg.* 12. *Æn.* v. 398. Stabat acerba fremens, ingentem nixus in hastam. *Cic. de Senect.* c. 15. Herbescens viriditas, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit. *Senec. in Thyest.* v. 600. Quem genu nixæ tremuere gentes. *kneeling, on their knees. Liv.* l. 26. c. 9. et *Plaut. Rud.* 3. 3. 33. Ambæ te obsecramus genibus nixæ. *Virg. Æn.* 10. v. 736. super abjectum posito pede nixus, et hasta. *pressing upon. Ovid. Heroid.* ep. 21. v. 100. Et de qua pariens arbore nixa dea est. *h. e.* Latona, quam ferunt in Delo insula, palmæ et oleæ innixam, Apollinem et Dianam peperisse, ut est apud *eund.* 6. *Metam.* v. 335. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* c. 7. *extr.* Res, quæ mendacio nixa est. *Id. pro Balb.* c. 15. Cum præpotens Carthago, nixa duabus Hispaniis, huic imperio immineret. *Id. pro Cluent.* c. 57. Si obtinuerit causam Cluentius, sicuti vestra æquitate nixi confidimus. *Al. leg.* nisi. *Lucret.* l. 5. v. 907. Nixus in hoc uno novitatis nomine inani. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 4. v. 15. Cunctaque cum mea (*scripta seu carmina*) sint propenso nixa favore, &c. ¶ *Nixus,* nomen est sideris, de quo V. in *Engonasi.* ¶ De diis *Nixis,* V. *Nixi.* ¶ In MSS. sæpe *nisus* legitur, et in compositis omnibus, *adnisus, connisus, enisus, innisus, obnisus, subnisus. Diomed.* l. 1. p. 371. *Putsch.* et *Priscian.* l. 10. p. 903. docent melius per *s,* quam per *x* scribi. Sane in ipso verbo *nitor* nulla est littera, ex qua duplex illa *x* nasci possit. *Servius ad Æn.* 1. v. 148. *Adnixus* antiquum est, ut *connixus:* sed et multa alia usus contra antiquitatem vindicavit. In MSS. *Livii* sæpius *nisus* scribi, quam *nixus,* jam adnotarunt viri docti. Sunt qui hæc ita distinguunt, ut *nixus* ad conatum corporis referatur, *nisus* ad animi. Sed hoc discrimen nulla probabili ratione fulcitur. [¶ *Ad nixas. h. e.* ciconias, locus erat Romæ, in quo tres erant ciconiæ rostris inter se invicem junctæ. V. *Marinium Frat. Arval.* pag. 151.]

NIXUS, us, m. *a leaning or resting on,* actus nitendi et incumbendi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 46. In æthere astra volvuntur, quæ se et nixu suo conglobata continent, et forma ipsa figuraque sua momenta sustentant. *by their own gravity; by the tendency of all the parts of each to their centre.* ¶ Item conatus, nisus. *a struggle, effort, attempt. Quintil.* l. 8. cap. 4. *ante med.* Hic in sublime etiam currit, et ad summum pervenit, non nixu, sed impetu. *h. e.* non paulatim gradatimque nitendo, et ascendendo, sed uno impetu, et quasi saltu. *Id.* l. 2. c. 12. Luctatur, qui totius corporis nixu in id, quod semel invasit, incumbit. Al. leg. *nisu:* quod idem est. neque enim audiendi, qui *nisum* ad animum, *nixum* ad corpus referunt. ¶ De conatu parturientium. *straining in producing a birth; labour or travail in bringing forth. Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 125. O utinam nocitura tibi, pulcherrime rerum, In medio nixu viscera rupta forent! *Al. leg.* nisu. *Virg.* 5. *Georg.* v. 199. aut fetus nixibus edunt. *Gell.* l. 12. c. 1. Quam diutinum puerperium, et quam laboriosi nixus fuissent.

N O

NO, nas, navi, n. 1. *to swim, float,* νέω, νήχομαι, per aquam excurrere: proprium piscium, quos etiam homines, et alia animalia imitantur: tribuitur et aliis, quæ leviora cum sint, super aquam fluitant, ut ligna. *Festus:* Nare a nave ductum Cornificius ait, quod aqua feratur natans, ut navis. Ennius libro septimo: Alter nare cupit, alter pugnare paratu'st. Plautus in Aulularia (4. 1. 9.) Quasi pueris, qui nare discunt, scirpea induitur ratis. Hæc *Fest.* Alii aptius ducunt vel ab allato νέω, νῶ, vel a νάω, νῶ, fluo. *Ovid.* 1. *Met.* v. 304. Nat lupus inter oves. et l. 11. v. 358. Nant alii, celsoque exstant super æquora collo. *Catull. initio* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* Peliaco quondam prognatæ vertice pinus Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas. *Tibull.* l. 1. el. 7. v. 38. in liquida nat tibi linter aqua. *Ovid. Metam.* 6. v. 334. *de Delo.* tunc cum levis insula nabat. et l. 15. v. 336. tempusque fuit, quo navit in undis, Nunc sedet Ortygie. *Id. Heroid.* ep. 20. v. 199. nantem delphina per undas. *Lucan.* l. 8. v. 374. nando violenti vorticis amnem frangere. *Ovid. Heroid.* ep. 18. v. 210. piger ad nandum. *Id.* 2. *Trist.* v. 486. ars nandi. ¶ Pro navigare. *to sail. Catull.* carm. 65. *de coma Beren.* v. 45. Cum Medi peperere novum mare, cumque juventus Per medium classi barbara navit Athon. ¶ Pro fluctuare, agitari. *to undulate, fluctuate. Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 274. *de undis maris.* Post, vento crescente magis magis increbrescunt, Purpureaque procul nantes a luce refulgent. *Sil.* l. 14. v. 550. et pelago repetuntur nantia tela. ¶ Per catachresim refertur ad volatum. *to fly. Virg.* 4. *Georg.* v. 59. *de apib.* Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen. [† *Grayius* nostras: *to float amid the liquid noon.*] ¶ *Greges nantium* apud *Colum.* l. 8. c. 14. sunt anatum, anserum, et hujusmodi in aqua degentium. ¶ *Nare sine cortice.* V. *Cortex.* ¶ *Nant oculi* ebriorum, apud *Lucret.* l. 3. v. 481. V. *Nato.*

NOBILIS, le, *known, well known, noted, notorious,* γνωτὸς, cognitus, notus, sive in bonam, sive in malam partem: a *nosco,* quasi *noscibilis,* ut a *moveo mobilis,* a *labor labilis. Festus:* Nobilem antiqui pro noto ponebant. *Accius* apud *Non.* c. 4. n. 318. Me Argos referam. nam hic fuam nobilis: ne cui cognoscar nota. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 9. Cum his mihi nec locus, nec sermo convenit, neque his unquam nobilis fui. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 39. Addidit facinori fidem nobili gaudio, Blæsum visendo. *h. e.* palam gaudens. V. *Gnobilis.* ¶ Item insignis, famosus, excellens, eximius, celebris, conspicuus in quacumque re, sive bona, sive mala. *famous, remarkable, noble, illustrious, glorious, renowned, celebrated, distinguished, notorious,* λόγιμος, ἐπίσημος, ἀοίδιμος. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 2. *sub fin.* Fuit tempore eodem, quo Aristoteles, magnus et nobilis rhetor Isocrates. *Id.* 6. *Verr.* c. 33. *ad fin.* Ille nobilis taurus, quem crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur. *far-famed, much talked of. Id. Verr.* 7. c. 16. Illustre et nobile municipium. *et Verr.* 3. c. 24. Oppidum in primis clarum, et nobile. *Id. pro Rabir. Post.* c. 9. Demetrius ex doctrina nobilis et clarus. *Ovid.* 6. *Met.* v. 416. et nobilis ære Corinthus. *Cic. de opt. gen. Orat.* c. 6. Gladiatorum par nobilissimum. *Aurel. Vict. in Epitom.* c. 28. Nobilissimus latronum dux. *Liv.* l. 39. c. 9. Scortum nobile libertina Hispala Fecenia. *Plaut. Rud.* 3. 2. 5. Qui se scelere nolunt fieri nobiles. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 384. Nobilis est Canace fratris amore sui. et l. 3. *Amor.* el. 18. v. 37. Et Paris est illic, et adultera, nobile crimen. *Cic.* 1. *de Orat.* cap. 11. Multi in philosophia præclari et nobiles. *Horat.* l. 1. od. 12. v. 25. puerosque Ledæ, Hunc equis, illum superare pugnis Nobilem. [† πὺξ ἀγαθόν.] *Propert.* l. 4. el. 10. v. 42. Nobilis e tectis fundere gesa rotis. *Sil.* l. 11. v. 73. Torquatus avum fronte æquavisse severa Nobilis. *Cic. de clar. Orat.* c. 32. Nobilis oratio. *Martial.* l. 7. epigr. 96. Nobiles libelli. *Horat.* l. 1. od. 1. v. 5. Palma nobilis. et od. 14. v. 11. Pontica pinus silvæ filia nobilis. *stately.* et od. 12. v. 36. Catonis nobile letum. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *ante med.* epigramma Catulli. *Cic.* 4. *Verr.* c. 34. facinus, et multis locis sæpe commemoratum. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 35. Tres nobilissimi fundi. *Vellei.* l. 2. c. 25. Aquæ salubritate, et medendis corporibus nobiles. *Plaut. Pœn.* 3. 5. 13. Die festo celebri nobilique, Aphrodisiis. *Cels.* l. 5. c. 19. n. 12. Sunt quædam emplastra nobilia ad extrahendum. Sic *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 75. Vitulis marinis ad multa nobile fel. *Cic. in fragm.* apud *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 12. Acipenser, piscis in primis nobilis. *Liv.* l. 2. c. 5. *sub fin.* Ut arcendis sceleribus exemplum nobile esset. ¶ Sæpe est claro genere ortus. *noble, high-born, of high birth, sprung from illustrious ancestors,* εὐγενὴς, εὐπάτωρ: quia illustri sanguine geniti notiores sunt quam plebeii, tum ob divitias, tum quia potior illis pars committi solet reipublicæ. *Cic. pro Flacc.* c. 22. Homines apud nos noti, inter suos nobiles. *Id. pro Cœl.* c. 13. Clodia, mulier non solum nobilis, sed etiam nota. *Id. Verr.* 7. c. 70. Qui nobili genere nati sunt. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 471. Evander, qui quamquam clarus utroque, Nobilior sacræ sanguine matris erat. ¶ *Nobilis,* absolute, homo nobilis. *a nobleman. Plin.* l. 5. ep. 17. *sub fin.* Cupio, ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulcrum, nisi imagines, habeant. *our nobles; our nobility. Liv.* l. 22. c. 58. Missus cum his Carthalo, nobilis Carthaginiensis. ¶ Romæ *nobiles* præcipue habebantur, qui avorum imagines ostendere poterant, quorum essent res præclaræ gestæ in republ. sive patricio, sive equestri, sive plebeio sanguine orti essent. Contra *ignobiles,* et *novi* dicebantur, qui nullas majorum imagines habebant. *Cic. Verr.* 7. c. 71. Quanta sit in invidia apud quosdam homines nobiles novorum hominum virtus et industria. *Senec.* ep. 44. *a med.* Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus. nemo ad nostram gloriam vixit. Adde l. 3. *de benef.* c. 38. et *Juvenal.* sat. 8. *initio,* et V. *Ignobilis.* Patriciorum tamen nemo fere *ignobilis* dicebatur, quia saltem ejus imaginem ostendere poterant, qui primus inter patricios lectus fuerat. Quin totus eorum ordo *nobilitatis* nomine significari solet. V. in voce sequenti. ¶ *Nobiliorum* familia Romæ fuit in gente Fulvia: ex qua M. Fulvius Nobilior, qui fuit consul, triumphavit de Ætolis, et censuram gessit, teste *Liv.* l. 37. c. 47. l. 39. c. 5. et lib. 40. c. 45. Ædem Herculis Musarum ex pecunia Censoria fecit in Circo Flaminio, et in ea novem signa earum ex Ambraciensi oppido translata posuit, ut est apud *Eumen. de restaur. schol.* c. 7. Alium M. Fulvium Nobiliorem, ex equestri ordine, inter conjuratos Catilinæ enumerat *Sallust.* c. 17. ¶ *Nobilis,* et *nobilissimus,* temporibus Imperatorum titulus fuit Cæsarum, filiorum, fratrum, sororum Imperatoris, &c. qui *nobilissimatus* dignitate gaudere dicti sunt. V. de his *Brisson. de verbor. Jur. signific.* ubi plura ex Codice loca profert. ¶ *Nobilis* cum de jumentis dicitur, generosum significat. *generous. Ovid.* 2. *Met.* v. 690. Nobiliumque greges custos servabat equarum. ¶ In ablativo fere in *i* desinit: reperitur et in *e. Cic. in fragm.* apud *Charis.* l. 1. pag. 111. *Putsch.* Aliquo excellente ac nobile viro. *Charis. ibid. paulo sup.* docet *nobili* de re dici, *nobile* de homine: sed cave credideris.

NOBILISSIMATUS, us, m. ut *egregiatus,* dignitas *nobilissimi.* V. vocem præced.

NOBILITAS, atis, f. *fame, reputation, renown,* γνώρισμα, notitia, fama, qua res aliqua nota est pluribus. *Cic. pro Arch.* c. 11. In eo ipso, in quo prædicationem nobilitatemque fugiunt, prædicari de se, ac nominari volunt. ¶ Item excellentia, dignitas, pretium, *excellence, worth, nobleness,* τιμιότης. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 31. Cum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 5. v. 56. Eloquio tantum nobilitatis inest. *Plin.* l. 14. c. 15. Postea alia omnia (*vina*) in nobilitatem dederunt. *Id.* l. 21. c. 5. Lilium rosæ nobilitate proximum est. *ranks next to the rose.* et cap. 6. Nobilitas prima croco Cilicio. *Id.* l. 3. c. 5. Nobilitas locorum. *Id.* l. 10. c. 47. In ceteris (*alitibus*) nihil, præter nobilitatem longinquitate factam, memorandum occurrit. ¶ Item generositas, fecunditas. *Id.* l. 10. c. 39. *de columbis.* Nobilitatem singularum, et origines narrant. ¶ Item claritas generis, *high birth, nobility,* εὐγένεια. *Cic. de clar. Orat.* c. 16. Ad memoriam laudum domesticarum, et ad illustrandam nobilitatem suam. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 6. Genere et nobilitate sui municipii facile primus. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 16. v. 43. Maternos Cottas cui Messallasque paternos Maxima nobilitas ingeminata dedit. [†*Juv. Sat.* 8. 20. Nobilitas sola est atque unica Virtus. *Virtue alone is true nobility.*] ¶ Item metonymice altitudo et firmitas animi, fiducia, confidentia, superbia, quæ ex nobilitate oriri solet, *confidence, ardour, pride, spirit, superiority, generosity, greatness of soul, magnanimity.* nobiles enim viri, si cum minoribus et plebeiis agant, confidentiores superbioresque esse consueverunt. *Tacit. Ann.* 1. cap. 29. Drusus vocata concione, quamquam rudis dicendi, nobilitate ingenita incusat priora, probat præsentia. *Plaut. Mil.* 4. 8. 14. Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior: eam nobilitatem amittendam video. ¶ Pro ipsis nobilibus, *the nobles; the nobility, nobless; the Patricians:* et præsertim pro Patricio ordine, qua plebi opponitur. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 6. Cum omni tempore nobilitatis fautor fuisset. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 225. *ad Fabios.* Quo ruitis generosa domus? male creditur hosti: Simplex nobilitas perfida tela cave. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 38. Omnis noster equitatus, nobilitas omnis interiit. *Liv.* l. 26. c. 12. Nobilitas rempubl. deseruerat, neque in Senatum cogi poterat. *Id. sub fin.* l. 5. Concessumque ab nobilitate plebi de consule plebeio. Adde lib. 7. c. 1. et lib. 39. c. 40. et *Aurel. Victor. de Cæsarib.* c. 23. 27. et 29. ubi *nobilitas* est Senatus R. ¶ *Plin.* l. 28. c. 6. *a med.* Obstetricum nobilitas non alio succo efficacius curari pronuntiavit corporum pruritus. *h. e.* nobilissimæ et peritissimæ obstetrices. ¶ In plurali numero *Tacit. Ann.* 12. cap. 20. Claudius nobilitatibus externis mitis. *Vitruv.* l. 9. c. 3. Athletarum nobilitates brevi spatio cum suis corporibus senescunt.

NOBILITATUS, a, um, *made famous, ennobled, celebrated, much talked of, renowned, noted,* λαμπρυνθεὶς, nobilis et insignis factus, in utramque partem. *Cic. pro Flacc.* c. 26. Cujus civitatis spectata ac nobilitata virtus, &c. *Id. de Senect.* c. 9. Neque enim ex te unquam es nobilitatus, sed ex lateribus et lacertis tuis. *Nep. de Iphicr.* c. 1. Non tam magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari nobilitatus est. *Plin.* l. 7. c. 38. Praxiteles marmore nobilitatus est. *Id.* l. 16. c. 13. Fraxinus multum Homeri præconio, et Achillis hasta nobilitata. *Cic.* 2. *Offic.* c. 7. *ad fin.* Phalaris, cujus est præter ceteros nobilitata crudelitas. *Plin.* l. 29. c. 1. *ante med.* Vectius Valens adulterio Messalinæ nobilitatus.

NOBILITER, *nobly, famously, remarkably, excellently, splendidly,* ὀνομαστῶς, insigniter, celebriter, præclare. *Vitruv. in præfat.* l. 7. *a med.* Columnarum collocationem Cossutius nobiliter est architectatus. *Plin.* l. 34. c. 8. *ad fin.* Posidonius argentum cælavit nobiliter. *Id. sub init.* l. 23. Pomona delicias, et odores, atque unguenta nobiliter instruxit. *In epit. Liv.* l. 54. Ab exercitu nobilissime tumulatus. *Sidon.* l. et ep. 9. *a med.* Nobilius philosophari.

NOBILITO, as, avi, atum, a. 1. *to make famous or notorious, make known or renowned, ennoble, nobilitate,* γνωρίζω, λαμπρύνω, notum facio, celebrem et famosum reddo, illustro: in utramque partem. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 15. Poetæ post mortem nobilitari volunt. *Liv.* l. 1. c. 17. Manavit hæc quoque, sed perobscura fama: illam alteram admiratio viri, et præsens pavor nobilitavit. *Terent. Eun.* 5. 7. 20. Stultum adolescentulum nobilitas flagitiis, et eundem indicas. *make scandalous. Titinn.* apud *Non.* c. 4. n. 318. Ne eam malefactis nobilitarent. *Plin.* l. 36. c. 5. *ante med.* Illo signo Praxiteles nobilitavit Gnidum. *Pallad.* l. 1. tit. 6. *ante med.* Aquilo vites sibi objectas fecundat, Auster nobilitat. *h. e.* famam addit, et pretium. *Liv.* l. 23. c. 47. Cum jam ante ferocibus dictis rem nobilitassent, infestis hastis concitarunt equos. *h. e.* palam fecissent, prædicassentque, quanta invicem æmulatione, invidiaque exardescerent.

NOBISCUM. V. in *Ego.*

NOCENS, entis, *hurtful, harmful, mischievous, noxious, pernicious, destructive, baneful, nocent*, βλαπτικὸς, nocuus, noxius, perniciosus, nocivus, inutilis. *Horat.* epod. 3. v. 3. Edat cicutis allium nocentius. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 47. Vites a caulibus, ut a pestiferis et nocentibus, refugere dicuntur. *Claudian. de III. consul. Honor.* v. 166. flamma nocens Gradivi. *h. e.* sidus noxium Martis. ¶ Item *bad, wicked, culpable, criminal, guilty*, κακοποιὸς, qui injuriam, aut maleficium committit, vel commisit. *Cic.* 2. *Offic.* c. 14. *a med.* Ita esse habendum religioni, nocentem aliquando, et nefarium, impiumque defendere. (Ex his verbis *Nonius* recte colligit, cap. 5. n. 64. *nocens* levius esse quam *nefarius, impius.*) *Id. Verr.* 1. c. 3. In hac libidine hominum nocentissimorum. *Id.* 2. *Verr.* c. 14. Se avarissimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentissimæ victoriæ non posse. *Quintil.* l. 2. c. 15. *ad fin.* Nocentissimi mores. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 8. v. 19. Nec prius abscessit, merita quam cæde nocentum Se nimis ulciscens exstitit ipse nocens. *Juvenal.* sat. 13. v. 3. se judice nemo nocens absolvitur. [† *P. Syr.* Judex damnatur, cum nocens absolvitur. *the criminal, offender, culprit.*] *Senec. in Phœnis.* v. 538. Parens scelere nullo nocens. *h. e.* nullius sceleris reus. *et in Œdip.* v. 235. Regis cæde nocens. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 260. Partaque per gladios regna nocente manu.

NOCENTER, adverb. *in a hurtful manner, so as to do harm or mischief, harmfully, hurtfully, mischievously*, βλαβερῶς, noxie, damnose. *Colum.* l. 8. c. 2. *a med.* Sed infestis velut sudibus nocenter armata. *Cels.* l. 5. c. 28. sect. 11. Abscessus nocenter adolescit, et sitim vigiliamque exprimit. *Tertull. in Apolog.* c. 14. Æsculapium avaritiæ merito, qua medicinam nocenter exercebat, fulmine vindicatum. Qui *nolenter* leg. male leg.

NOCENTĬA, æ, f. *guilt, criminalness*, contrarium innocentiæ. *Tertull. in Apolog.* c. 40. Deus innocentiæ magister, nocentiæ judex. Adde lib. 2. *advers. Marcion.* c. 13.

NOCĔO, es, cui, citum, a. 2. *to hurt, injure, harm, do harm or mischief*, βλάπτω, officio, damnum infero, fraudi sum. *Cic.* 1. *Offic.* cap. 4. Ut declinet ea, quæ nocitura videantur. *hurtful.* et *pro Cæcin.* c. 21. Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum. *offensive. Id. Attic.* l. 12. epist. 47. De quo nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris locutus. *Id.* 3. *Offic.* c. 5. Non licet sui commodi causa nocere alteri. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 28. Jurejurando accepto, nihil iis nocituros hostes. ¶ Cum accusativo *Plaut. Mil.* a. 5. v. 18. Jura te nociturum esse hominem hac de re neminem. Al. leg. *homini nemini*, præsertim cum vers. 21. repetat, *juro me nociturum nemini. Salmas. in Spartian. in Adrian.* c. 20. addit illud *Phædri* l. 4. fab. 18. v. 4. Namque ut refecta est (*colubra*) nocuit hominem protinus. *h. e.* momordit. Sed plerique al. leg. *necuit.* Item illud *Sammonici*, cap. 46. Quem nocuit serpens. Sed al. leg. *quum.* Item illud *Adriani in epitaph. Borysthenis equi*: Pannonios nec ullus Apros eum insequentem Dente aper albicanti Ausus fuit nocere. Sed hic quoque suspecta lectio. Utcumque sit, eleganter regere potest aliquem ex accusativis communibus. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 35. Si uredo, aut grando quippiam nocuit. ¶ Dicimus etiam *nocere noxam*, ut *currere cursum*, &c. *Liv.* l. 9. c. 10. *in formula dedition. Fecial.* Quandoque hice homines injussu populi R. Quiritium fœdus ictum iri spoponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt. Est qui leg. *noxa.* ¶ Passive impersonaliter, *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* c. 19. Relinquebatur, ut tantum in agris vastandis, incendiisque faciendis hostibus nocere-tur. et cap. 36. Ipsi vero nihil nocitum iri. *Cic.* 1. *Offic.* c. 10. Ut ne cui noceatur. *Id. Catil.* 3. c. *ult.* Mihi nihil ab istis noceri potest. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 3. leg. 1. *in Edicto Præt.* Si vivet nocitumque ei esse dicetur. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 74. Neque diem decet me morari, neque nocti nocerier. *nocetur nocti*, cum non tempori reditur domum cœnandi causa. ¶ Personaliter *Vitruv.* l. 2. c. 9. *a med.* Larix ab carie, aut a tinea non nocetur. *Solin.* c. 40. (*al.* 53.) *in fi. de ciconiis.* Noceri eas, omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Thessalia vel maxime, ubi serpentum immanis copia est. ¶ *Noxim, is, it*, pro *nocuerim*, vel *noceam*, ut *faxim. Lucil.* apud *Fest.* in *Tama.* Inguen exsistat, papulæ, tama, ne boa noxit.

NOCĪVUS, va, vum, adject. *hurtful, harmful, destructive*, βλαβερὸς, qui nocet. *Plin.* l. 20. c. 2. *sub fin.* Pecori præcipue nocivam. *Phædr.* l. 1. fab. 29. v. 3. Et sibi nocivum concitant periculum.

NOCTESCIT, ebat, imp. 3. *night draws on; it is growing dark*, συσκοτάζει, tenebræ incipiunt, aer obtenebratur. *Furius* apud *Non.* c. 2. n. 591. et apud *Gell.* l. 18. c. 11. Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ. *Cæsell. Vindex* hoc verbum improbat; *Gell.* probat; *Non.* Furium poetam esse ait auctoritatis incertæ.

NOCTICŎLA, æ, qui noctem colit, ut Nocticola Indus apud *Prudent. Hamartig.* v. 636. quia scilicet ob diurnos nimios calores noctem amat, qua refrigeratur.

NOCTICŎLOR, oris, adject. noctis colorem habens, h. e. atrum, ut Nocticolor Styx, apud *Auson. in monosyllab. de diis*, v. 11. *black, sable, dark, gloomy.* Sic, Memnonem nocticolorem, dixit *Lævius* apud *Gell.* l. 19. c. 7. quia Æthiops fuit. *swarthy.*

[† NOCTICŬBUS, a, um, adj. adulter. *Cassiodor.*]

NOCTICŬLUS, li, m. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 19. *extr.* Catulus a sagaci sensu et acuto: hinc canis: nisi quod, tuba et cornu signum cum dant, canere dicuntur: quod hic item, et nocticulus in custodia, et venando signum voce dat, canis dictus. *nocticulus* hic dici videtur nocte vigilans: sed totus hic locus corruptus videtur *Vossio in Etymol.* in *Canis.*

NOCTĬFER, ra, rum, *bringing on the night, noctiferous*, νυκτοφόρος, noctem afferens: epithetum Hesperi stellæ: a *nocte*, et *fero*, ea forma, qua mane *Lucifer* vocatur. *Catull. in carm.* nupt. 61. v. 7. Jam dudum Œtæos ostendit Noctifer ignes. *the evening-star.* Adde *Calpurn. Ecl.* 5. *in fin.*

NOCTILŪCA, æ, f. noctu lucens, νυκτιλαμπὴς, epitheton Lunæ. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 10. Luna, quod sola lucet noctu. itaque ea dicta noctiluca in Palatio. nam ibi noctu lucet templum. *Horat.* l. 4. od. 6. v. 38. canentes Rite crescentem face noctilucam. *the moon.* ¶ Item lucerna, *a lamp*, ob eandem causam. *Varro in Margopol.* apud *Non.* c. 4. n. 2. Noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reviviscit. Alii leg. *noctilugam*, al. *nocticulam*, al. *noctu lucam*, idest bovem. ¶ *Festus:* Noctilucam Lucilius cum dixit, obscenum significat. Al. leg. *noctilucum*, vel *noctilugum*, et dici putant de re mali ominis, ut sunt bubones et hujusmodi noctu lugentes. Alii *noctipugam*, h. e. τὸ κέντρον αἰδοῖον.

[† NOCTILUCERNA, æ, f. *a glow-worm*, cicindela. *Apul.*]

NOCTIPUGA. V. in voce præced.

NOCTISURGĬUM, noctu surgere. *Paulus* ex *Festo* in *Egretus:* Nyctegresia, quasi noctisurgium.

NOCTIVĂGUS, a, um, *wandering in the night, noctivagant*, νυκτοπόρος, qui nocte vagatur. *Virg.* 10. *Æn.* v. 216. almaque curru Noctivago Phœbe medium pulsabat Olympum. *Lucret.* l. 5. v. 1190. Noctivagæ faces cæli. *Val. Flacc.* l. 2. v. 44. Noctivagum iter. *Stat.* 10. *Theb.* v. 158. noctivagus deus. *h. e.* Somnus.

NOCTIVĪDUS, a, um, qui noctu videt, ut *noctivida ales*, h. e. noctua, apud *Martian. Capell. initio* l. 6. *in carm.*

NOCTIVIGILUS, a, um, qui noctu vigilat. Noctivigilam Venerem dixit *Plaut. Curcul.* 1. 3. 40. quia nox amatoribus amica est; et ipsi noctes insomnes ducere solent. In quibusdam codicib. legitur *noctuvigila.*

[† NOCTĬUS, a, um, adj. nocturnus. *Lucret.* 6. 1218. *Alii* noctibu'. V. *Barth. Adv.* 1. 9.]

NOCTU, f. *by night, in the night-time*, νύκτωρ, διὰ νυκτὸς, nocte, noctis tempore: nomen ablativi casus, ut *diu, natu, sponte*, &c. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 8. Nonnunquam interdiu, sæpius noctu. *Sallust. in Jug.* c. 42. Diu noctuque exercitum tentabat. *Id. in fragm.* apud *Charis.* l. 2. p. 185. *Putsch.* Noctu diuque stationes et vigilias tentare. *Cic. Fam.* 14. ep. 7. Χολὴν ἄκρατον noctu ejeci. *Nep. in Eumen.* c. 2. *extr.* Nisi ille clam noctu ex præsidiis ejus effugisset. *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 27. lassus dum noctu stertit. *Plaut. Mil.* 2. 4. 28. Noctu hac somniavi. *Id. Amph.* 1. 1. 116. Hac noctu Nocturnum obdormivisse ebrium. *Enn.* apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 4. Qua Galli furtim noctu summa arcis adorti Mœnia concubia. Ubi *Macrob.* Animadvertendum est, non solum quod *noctu concubia*, sed quod etiam *qua noctu* dixerit: et hoc posuit in annalium septimo: in quorum tertio clarius idem dixit: Hac noctu filo pendebit Etruria tota. *Claudian. Quadrigar. ibid.* Senatus de noctu convenire, noctu multa domum dimitti. *Macrob.* ipse *in fin. c. præced.* Ergo noctu futura, cum media esse cœperit, auspicium Saturnaliorum erit.

NOCTŬA, æ, f. *an owl, owlet, madgehowlet*, γλαῦξ, avis carnivoræ genus, inde nomen habentis, quod noctu canit, et vigilat, ut ait *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 11. Differre aiunt a bubone, quod careat pennis in capite auriculas referentibus. V. *Bubo. Plin.* l. 10. c. 17. Noctuarum contra aves solers dimicatio. Majore circumdatæ multitudine, resupinæ pedibus repugnant, collectæque in arctum, rostro et unguibus totæ teguntur. *Id. sub fin.* l. 18. Noctua in imbre garrula. *Id.* l. 10. c. 29. Noctuarum genus in Creta insula non est. *Virg.* 1. *Georg.* v. 404. seros exercet noctua cantus. *Plaut. Men.* 4. 2. 90. Ergon' dedi? *Pe.* tu, tu, inquam. vin' afferri noctuam, quæ, tu, tu, usque dicat tibi? nam nos jam defessi sumus. ¶ *Noctuas Athenas mittere*, γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, proverbium de iis, qui eo quippiam afferunt, cujus ibi maxima est copia. *to carry coals to Newcastle.* [† *Aristoph. Av.* 301.] Cum enim noctua sacra sit Palladi Athenarum præsidi ob vigilantiam in litterarum studiis; noctuarum in ea urbe mira copia erat, tum vivarum, tum pictarum, fictarumque, et in nummis insculptarum. Utitur eo Græce *Cic.* l. 6. *Fam.* ep. 3. et l. 9. ep. 3. et *sub fin.* l. 2. *ad Q. Fr.* atque postremo hoc loco Latine etiam legitur in quibusdam libris. V. *Lignum.* ¶ Fabulam de Noctua habes in *Nyctimene.* ¶ Est cognomen Romanum, ut Q. Cædicius Noctua qui Consul fuit cum M. Valerio Corvino A. U. C. CCCCLXIV. *Freinshem.* l. 11. *Liv.* c. 22. *Panvin. Cuspinian. in Fast. consul. Glandorp.*

NOCTUABUNDUS, a, um, *travelling late in the night*, noctu vagans, vel iter faciens. *Cic. Attic.* l. 12. epist. 1. Cum complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me venit cum epistola tua tabellarius.

NOCTUĪNUS, a, um, *of an owl*, ut Noctuini oculi, h. e. glauci, quales noctuæ sunt. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 55. Tun' etiam cum noctuinis oculis odium me vocas?

NOCTURNĀLIS, le, *nocturnal*, idem quod nocturnus. *Sidon.* l. 7. ep. 16. Per quos nocturnalem cucullum transmisi. *Alcim. Avit.* epist. 33. Nocturnalis habitatio.

NOCTURNĪNUS. V. in voce sequenti.

NOCTURNUS, a, um, *of night, nocturnal*, νύκτιος, νυκτερινὸς, ad noctem pertinens. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 7. Decem horis nocturnis sex et quinquaginta millia passuum cisiis pervolavit. *Id. de Senect.* c. 23. Labores diurnos nocturnosque suscipere. *Id. pro Mil.* c. 3. *ad fin.* Nocturnum furem quoquo modo, diurnum, si se telo defenderit, impune interficere. *Id.* 1. *Catil.* c. 1. Nocturnum præsidium Palatii. *Id.* 2. *de Legib.* c. 15. Nocturna sacra. *Horat.* l. 4. od. 1. v. 37. Nocturna somnia. *Id.* l. 1. ep. 19. v. 11. non cessavere poetæ Nocturno certare mero, putere diurno. *Id.* l. 1. sat. 5. v. 85. Nocturna vestis. *Senec. in Hippol.* v. 420. Luna regens frena nocturni ætheris. ¶ *Nocturna ora* apud *Plaut. Pœn.* 1. 2. 107. habere dicuntur feminæ deformes. ¶ *Nocturnus* dicitur, qui noctu quippiam facit. *Virg.* 3. *Georg.* v. 538. lupus gregibus nocturnus obambulat. *by night, in the night. Horat.* l. 1. sat. 3. v. 117. Et qui nocturnus sacra divum legerit. et l. 2. sat. 6. v. 100. urbis aventes Mœnia nocturni subrepere. *Calpurn. Ecl.* 3. v. 73. Ut mala nocturni religavit brachia Mopsi Tityrus, et medio furem suspendit ovili. *h. e.* noctu vagantis furandi causa. *Petron. in Satyr.* c. 15. Advocati jam pæne nocturni, qui volebant pallium lucrifacere. Adde *Martial.* l. 10. epigr. 70. ¶ *Nocturnus, i*, deus noctis. *Plaut. Amph.* 1. 1. 116. Credo ego, hac noctu Nocturnum obdormivisse ebrium. Est qui legit *Nocturninum.* Porro hic deus videtur esse Lucifer, qui vespere oriens noctem fert (sicut mane diem) unde *noctifer* dicitur a *Catull.* et *Calpurn.* Quo pertinet illud *Statii* l. 6. *Theb.* v. 238. Roscida jam novies cælo dimiserat astra Lucifer, et totidem Lunæ prævenerat ignes, Mutato nocturnus equo.

NOCTUVIGILUS. V. *Noctivigilus.*

NOCŬUS, a, um, *hurtful, harmful*, βλαβερὸς, nocens, noxius. *Ovid. in Halieut.* v. 128. Lubricus, et spina nocuus non gobius ulla. *Scribon. Larg. compos.* 114. A quibusdam ignorantibus ejus usus accusatur, quasi nocuus. [† ¶ In *Cic. de Leg.* 3. 3. pro *nocuum* legendum *noxium.*]

NODĀMEN, inis, n. *a knot, tie*, ligamen, nodus. *Paulin. Nol. in Nat. XI. S. Fel. edit. Muratorii*, v. 593. proprii captus nodamine lori.

NODATĬO, onis, f. *knottiness, nodosity, nodation*, nodorum in ligno frequentia, nodositas. *Vitruv.* l. 2. c. 9. *ante med.* Quæ pars est proxima terræ, enodis efficitur: quæ vero est superior propter nodationis duritiem dicitur esse fusterna.

NODĀTUS, a, um, *tied with a knot, knotted*, nodo vinctus. *Ovid. de remed. amor.* v. 17. collum laqueo nodatus ab arcto. *Lactant. de opif. Dei*, c. 7. Solidamenta corporis, quæ ossa dicuntur, nodata et adjuncta invicem nervis alligavit. ¶ Item nodos habens, nodosus. *knotty, full of knots*, ὀζώδης. *Plin.* l. 13. c. 22. Ferula geniculatis nodata scapis. *Id.* l. 16. c. 38. *extr.* Cornus incisuris nodata. ¶ Translate *Stat.* l. 9. *Theb.* v. 276. Surgentem dextra Chaletum, vulnusque minantem Sorbebat rapidus nodato gurgite vortex. *h. e.* in morem nodi contorto.

NODĬA, æ, f. *the herb mulary*, herba alio nomine mularis, quæ nomas curat, et efficacissima est adversus scorpiones pota in vino, aut posca. *Plin.* l. 24. c. *ult.*

NODO, as, a. 1. *to knot, gather or tie in a knot*, πλέκω, nodos facio, ligo in nodos. *Cato R. R.* c. 32. Vites bene nodentur per omnes ramos. *Virg.* l. 4. *Æn.* v. 138. Crines nodantur in aurum. *Plin.* l. 37. c. 3. Ut retia arcendis feris podium protegentia succinis nodarentur. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 118. cæruleo vestes connexuit angue, Nodavitque adamante comas. *Stat.* 2. *Achill.* v. 440. Œbalios in nubila condere discos, Et liquidam nodare palen. *h. e.* luctando implicare crura et brachia. Al. leg. *nudare.* Eadem lectionis varietas est in illo *ejusd.* l. 3. *silv.* 1. v. 157. *ad Hercul.* Seu tibi dulce manu Libycas nodare palæstras.

[† NODŌSE, adv. *intricately. Tertull. de Resurr.* c. 46. Et quid ego nodosius? *sed forsan pro adject. sumendum.*]

NODOSĬTAS, atis, f. *nodosity*, nodorum multitudo, durities. Translate *Augustin.* l. 2. *Confession.* c. *ult.* Quis exaperit istam tortuosissimam et implicatissimam nodositatem?

NODŌSUS, a, um, *full of knots, knotty, knotted, nodous*, ὀζώδης, multos habens nodos. *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 101. Nodoso stipite mactare aliquem. *Valer. Flacc.* l. 8. v. 298. nodosi roboris uncus. *Pers.* sat. 3. v. 11. nodosa arundo. *Valer. Max.* l. 2. c. 7. n. 8. Nodosi ictus. *h. e.* nodosa virga, seu bacillo inflicti. *Ovid.* 3. *Met.* v. 153. Nodosa lina. *h. e.* retia. Sic *Fast.* 6. v. 110. nodosas plagas tendere. *Lucan.* l. 8. v. 672. Nodosa ossa frangere. ¶ *Nodosa* in plantis sunt nimis dura, aspera, inutilia fructui. *Senec.* ep. 12. Nodosi et retorridi rami. *Plin.* l. 17. c. 22. *ante med.* Fructus retorridus et nodosus. *Colum.* l. 4. c. 24. *ante med.* Nodosam et scabram plagam (*in vite*) relinquere. ¶ *Nodosa* dicitur podagra, quia nodos et articulos infestat: et quia ipsi nodi tument et indurescunt. *Horat.* l. 1. ep. 1. v. 31. et *Ovid.* l. 1. *ex Pont.* ep. 3. v. 23. ¶ Translate est

soluta difficilis, implicatus. *knotty, intricate, abstruse, difficult.* *Senec. in Œdip.* v. 101. Nodosa sortis verba, et implexos dolos solvere. *Macrob.* l. 7. *Saturn.* c. 1. *a med.* Nec nodosas et anxias, sed utiles quidem, faciles tamen quæstiones movere. *Augustin.* l. 4. *Confession. sub fin.* Nodosissimi libri enodati. ¶ Translata sunt et illa *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 69. Scribe decem a Nerio: non est satis: adde Ciculæ Nodosi tabulas centum, mille adde catenas: Effugiet tamen, &c. *skilled in all the quirks or knotty points of the law.* Dicitur *Cicuta* scriba callidissimus fuisse, qui juris formulas omnes, et quasi nodos in tabulis adhibebat, quibus alligarentur debitores, ne quando possent acceptæ pecuniæ reddendæ obligationem effugere. [† Sic *Juv. Sat.* 8. 50. Qui juris nodos et legum ænigmata solvat.] *Valer. Max.* l. 2. c. 9. n. 1. Nodosam exsolvite stipem. *h. e.* quam persolvere multis obligationibus, et quasi nodis tenemini. Supra dixerat: Parentes, vos alendo, nepotum nutriendorum debito alligaverunt.

NODŌTUS, ti, m. a *nodus.* Hoc nomine deum agnoverunt, quem præficerent geniculis nodisque culmorum in frumentis. *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei,* c. 8. V. *Nodutus.*

NODŬLUS, li, m. *a little knot,* parvus nodus. *Plin.* l. 21. c. 5. *de serendis liliis.* Lilia suspenduntur in fumo: dein nudantibus se nodulis, in fæce vini macerantur. *Apul.* l. 3. *Metam.* Per istum capilli tui nodulum, quo meum vincisti spiritum.

NODUS, di, m. *a knot, tie, bond, node,* ἅμμα, ligatura, nexus, vinculum, quod non facile dissolvitur. *Cic. de Univ.* c. 4. *ad fin.* Omnia autem duo, ad cohærendum, tertium aliquid requirunt, et quasi nodum vinculumque desiderant. *Virg. Ecl.* 8. v. 77. Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores. *Id.* 1. *Æn.* v. 300. centum vinctus aenis Post tergum nodis. et l. 11. v. 775. tum croceam chlamydemque sinusque crepantes Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro. et lib. 12. v. 603. Et nodum informis leti trabe nectit ab alta. *Petron. in Satyr.* c. 94. Cervices nodo condere. *to hang himself.* *Ovid. Met.* 2. v. 560. nodos manu diducere. *to untie, unloose.* *Virg. Æn.* 8. v. 260. Cacum corripit in nodum complexus. *h. e.* brachiis circumdatis veluti nodo constringens. ¶ *Nodus Herculeus* genus est vinculi arctissimi, et solutu difficillimi, quod inventum ferunt ab Hercule: ob id in religione habitum, occultamque vim ad multa habere creditum. *Hercules's knot.* *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 19. *ad fin.* docet, dracones, qui in caduceo Mercurii finguntur, media parte voluminis sui invicem hoc Herculis nodo obligari. *Plin.* l. 28. c. 6. *circa med.* Vulnera nodo Herculis præligare, mirum quantum ocyor medicina est. Atque etiam quotidiani cinctus tali nodo, vim quandam habere utilem dicuntur: quippe cum Hercules eum prodiderit. *Festus* in *Cingulo:* Cingulum Herculaneo nodo vinctum novæ nuptæ vir solvit ominis gratia, ut sic ipse felix sit in suscipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui septuaginta liberos reliquit. ¶ De nodo Gordii, quem Alexander cum alia ratione non posset, ense expedivit, V. *Curt.* l. 3. c. 1. *the Gordian knot.* ¶ In cælo *Nodus* est stella inter utrumque Piscem, in ipso Æquatore posita, quasi vinculum, quo caudis invicem colligantur. *Cic. in Arat.* v. 14. Atque horum e caudis duplices velut esse catenæ Dicuntur, sua diversæ per lumina serpunt, Atque una tandem in stella communiter hærent, Quam veteres soliti cælestem dicere Nodum. *Cæs. German. in Arat.* v. 243. Non illis liber cursus, sed vincula cauda Singula utrumque tenent, uno coeuntia nodo: Nodum stella premit. ¶ Per synecdochen *nodus* est cingulum, *a girdle, belt.* *Virg.* 1. *Æn.* v. 324. nodoque sinus collecta fluentes. *Martial.* l. 6. epigr. 13. Ludit Acidalio, sed non manus aspera, nodo, Quem rapuit collo, parve Cupido, tuo. *Lucret.* hac ratione *nodum* pro circulo Æquatoris posuit lib. 5. v. 687. ¶ Synecdoche est et in illo *Martial.* l. 5. epigr. 38. Quæ crine vincit Bætici gregis vellus, Rhenique nodos. *h. e.* crines Germanorum in nodum collectos. *Tacit. de Germ.* c. 38. *de Suevis.* Insigne gentis obliquare crinem, nodoque substringere. Item in illo *Manil.* l. 5. v. 664. *de thynnis captis.* luctantur corpora nodis. *h. e.* retibus. ¶ Metaphorice est quodvis vinculum, et conjunctio, qua quippiam continetur. *Cic. in Orat.* c. 66. His igitur singulis versibus quasi nodi apparent continuationis. *Id. de Amic.* c. 14. Amabilissimum nodum amicitiæ tollere. *Lucret.* l. 4. v. 7. Exsolvere animos nodis religionum. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 39. Dii facient, possim plures imponere nodos, Ut tua sit nulla libera parte fides. [† ¶ Est et bulla scortea, quæ a pueris Romanis e collo suspensa gestabatur. *Juv.* Sat. 5. 153. V. *Bulla.*] ¶ Item sæpe quævis res difficultatem habens, quæ remoratur, et retinet: et præsertim ænigma, obscura quæstio, interrogatio, cui difficile est satisfacere, et hujusmodi, *a difficulty, intricate matter, abstruse subject, knotty point.* *Cic. Attic.* l. 5. ep. 21. Dum hic nodus expediatur, non putet Senatus, nos oportere decedere. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 11. Acriter nos tuæ supplicationes torserunt. incideramus enim in difficilem nodum. *Cic. ad Brut.* ep. 18. *a med.* Maximus in republica nodus est, inopia rei pecuniariæ. *Juvenal.* sat. 8. v. 50. Qui juris nodos, et legum ænigmata solvat. *knotty points, quirks.* *Senec.* ep. 87. *ad fin.* Bonum animum habe: unus tibi nodus, sed Herculaneus, restat. *h. e.* unum argumentum solvendum, sed ceterorum difficillimum. *Gell.* l. 5. c. 9. Nodus linguæ. *an impediment in the speech.* *Flor.* l. 4. c. 9. Nondum ad pacis stabilitatem profecerat Cæsar, cum scopulus, et nodus, et mora publicæ securitatis superesset Antonius. *Virg. Æn.* 10. v. 428. primus Abantem Oppositum interimit, pugnæ nodumque, moramque. *Servius* hic aliam hujus vocis significationem aperit. *Nodus,* inquit, proprie est densa peditum multitudo, sicut *turma* equitum, ut lectum est in Disciplina militari. Eadem habet *Isid.* l. 9. *Orig.* c. 3. *ad fin.* additque, ita dici a difficultate, quia vix resolvi, et fundi potest. ¶ Est etiam *nodus* in corpore animalis junctura et vinculum, quo artus, et ossa inter se connectuntur, *the articulations of the bones; joints.* *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 88. Nervi orsi a corde, nodos corporis, qui vocantur articuli, aliubi interventu, aliubi ambitu, aliubi transitu ligantes. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 26. Alces crura sine nodis, articulisque habent. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 67. Cervix vertebratis orbiculatim ossibus flexilis, articulorum nodis jungitur. *Manil.* l. 1. v. 333. *de serpente.* corpus Explicat, et nodos, sinuataque terga per orbem. ¶ Ab eodem *Manil.* dicuntur *nodi* quatuor cæli partes, seu loca, quibus quatuor anni tempora incipiunt, ac desinunt: quia sunt quasi juncturæ, et articuli, per quos una tempestas anni desinens cum alia incipiente jungitur: *nodes:* l. 3. v. 618. Quæ Tropica appellant, quod in illis quatuor anni Tempora vertuntur Signis, nodosque resolvunt. *Articulos* alibi vocat, ut lib. 2. v. 430. ¶ In arboribus ceterisque plantis est eminens et durior ille callus, unde rami exeunt: quia juncturam in corpore imitatur, vel quia lignum eo loco in morem nodi contortum est, *a knot, knur, knob,* ὄζος. *Colum. de arborib.* c. 3. Virgæ malleolaris imam partem juxta nodum, sic ne gemmam lædas, amputato. *Liv.* l. 1. c. 18. Baculum sine nodo aduncum tenens. *Virg.* 7. *Æn.* v. 507. Stipes gravidus nodis. *knotty, knotted.* et lib. 11. v. 553. telum solidum nodis, et robore cocto. *Id. Ecl.* 5. *in fin.* Pedum formosum paribus nodis. *Seneca* l. 7. *de benef.* c. 9. Lignum eo pretiosius, quo illud in plures nodos arboris infelicitas torsit. *Plin.* l. 16. c. 36. Gracilitas arundinis distincta nodis. *Id.* l. 13. c. 5. Cedrus ramosa, et nodis infesta. ¶ Hinc per synecdochen *nodus* dicitur clava Herculis, quia tota nodosa est. *Senec. in Herc. Œt.* v. 1661. Hic nodus, inquit, nulla quem capiet manus, mecum per ignem flagret. ¶ *Nodum in scirpo quærere.* V. *Scirpus.* ¶ In metallis nodus est materia durior. *Plin.* l. 34. c. 13. *ad fin.* Ipsum vero non percoqui, nisi translatum in alias fornaces, et esse nodum quendam materiæ. ¶ In gemmis quoque durior pars, et minus pellucida. *Id.* l. 37. c. 10. Baroptenus nigra, sanguineis et albis nodis. *Est qui malit* notis. ¶ *Nodus articuli,* aut *nervi* est contractio, tumor, et durities ex ictu aut alia causa, qua articulus moveri nequit, γαγγλίον. *a knot, hard tumour, node.* *Plin.* l. 24. c. 5. *a med.* Galbanum imponitur ischiadicis, strumis, articulorum nodis. *Id.* l. 30. c. 12. *a med.* Nervorum nodis capitis viperini cinis ex oleo cyprino.

NODUTERENSIS dea, quæ præerat frugibus terendis. *Arnob.* l. 4. pag. 131. ubi al. aliter leg.

NODŪTUS deus, qui ad nodos perducebat res satas. *Arnob.* l. 4. pag. 131. In vulgatis apud *Arnob.* est *Nodutis,* quæ terminatio magis deæ convenit. Sed *Nodutus,* sive *Nodotus* legendum est. *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei,* c. 8. Præfecerant Proserpinam frumentis germinantibus, geniculis nodisque culmorum deum Nodotum. [† V. *Nodotus.*]

NŒGĒUM, i, n. quidam dicunt amiculi genus prætextum purpura, quidam candidum, ac perlucidum: quasi a nauco, quod putamen quorundam pomorum est tenuissimum, non sine candore, ut *Livius* ait in *Odyssea:* Simul ac lacrymas de ore nœgeo detersit. idest candido. Hæc *Festus.* *Dacerius* monet, male *Festum* interpretari *nœgeo, id est candido:* dicendum fuisse *idest* amiculo. Verti enim a *Livio* illud *Homeri Odyss.* Θ. v. 88. Δάκρυ' ὀμορξάμενος κεφαλῆς ἀπὸ φᾶρος ἕλεσκε: quod et *Scaliger* viderat.

NOĒMA, tis, n. νόημα, figura est sententiarum, cum quibusdam prolatis, aliud quidpiam intelligi volumus. Eam describit *Quintil.* l. 8. c. 5. Græcis tamen litteris scribit νόημα, non Latinis.

NOLA, æ, f. *Quintil.* l. 9. c. 3. In triclinio choa, in cubiculo nola. Est autem vox nove conficta ad ænigma conficiendum, quod expedivit adhuc nemo. V. *Choa.* A recentioribus adhibetur ad significandum tintinnabulum, vulgo *a bell,* quod hæc primum usurpata fuerit Nolæ a S. Paulino Episcopo. Est autem Nola urbs Campaniæ, Romanorum colonia, a Chalcidensibus condita. *Plin.* l. 3. c. 5. *Sil.* l. 12. v. 161. Hinc ad Chalcidicam transfer citus agmina Nolam. Campo Nola sedet crebris circumdata in orbem Turribus, &c. *Vellei.* l. 1. c. 7. a Tuscis una cum Capua conditam fuisse tradit. ¶ De *nola* tintinnabulo *Avien.* (qui *Paulini Nolani* fere æqualis fuit) fab. 7. Hunc (*canem*) dominus, ne quem probitas simulata lateret, Jusserat in rabido gutture ferre nolam. Al. rectius leg. *notam.*

NOLĀNUS, a, um, ad Nolam urbem pertinens. *Sil.* l. 12. v. 293. Nolana mœnia. *Liv.* l. 23. c. 14. Nolanus ager. et lib. 24. c. 13. Nolana plebs. ¶ *Nolani, orum,* Nolæ cives. *Liv.* l. 8. c. 25. et 26. &c. ¶ Primam male corripit *Prudent.* peristeph. 4. *de S. Hippol.* v. 208. Campanus Capuæ, jamque Nolanus adest.

NOLENSIS, se, Nolanus. Est *Augustini* l. 1. *de Civ. Dei,* c. 10. Paulinus noster, Nolensis Episcopus.

NOLENTER. V. *Nocenter.*

NOLENTIA, æ, f. *nolition,* noluntas. *Tertull.* l. 1. *advers. Marcion.* c. 25. *ad fin.* Indignatio, bilis, nolentia, offensa.

NOLO, non vis, non vult, &c. nolui, nolle, anom. *to be unwilling,* ἀβουλέω, οὐ δέχομαι, οὐ θέλω, non volo: a *non,* et *volo,* ea ratione, qua ex *ne,* et *quidquam* factum est *nequam,* ut *Varr. sub fin.* l. 9. *de L. L.* docet. Non omnes tamen verbi *volo* personæ sic componuntur, quia *non vis, non vult, non vultis* divisa adhuc usurpantur. Obsoletum est enim illud *Lucilii* apud *Diomed.* l. 1. pag. 381. *Putsch.* Vultis, empta est: noltis, non empta est. *Cic. in Orat.* c. 45. Libenter etiam copulando verba jungebant, ut sodes, pro, si audes; sis, pro, si vis; nolle, pro non velle. *Nep. in Thrasyb. c. ult.* Ex istis nolo amplius, quam centum jugera. *Terent. Heaut.* 4. 3. 23. Nolo mentiare. *Id. Eun.* 5. 2. 67. Nolo, me in via cum hac veste videat. *Id. Hec.* 5. 1. 32. Nolo, falsa fama esse gnatum suspectum tuum. *Plaut. Stich.* 1. 2. 85. Nam quo dedisti nuptum, abire nolumus. *Terent. Eun.* 4. 7. 43. Novi ingenium mulierum: nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 18. Pluribus præsentibus eas res jactari, nolebat. *Horat.* l. 1. sat. 6. v. 72. Noluit in Flavi ludum me mittere. *Plaut. Epid.* 4. 2. 25. Ubi voles pater esse, ibi esto: ubi noles, ne fueris. *Lex XII. Tab.* apud *Gell.* l. 23. c. 1. Si nolet, arceram ne sternito. *Cic. in Bruto,* c. 33. Noli putare, quemquam uberiorem ad dicendum fuisse. *do not think.* *Lucil.* apud *Non.* c. 10. n. 6. et *Horat. de ar. Poet.* v. 427. Nolito, tibi me male dicere posse, putare. *Petron. in Satyr.* c. 88. *in fin.* Nolito mirari, si, &c. *Cic. pro Flacc. c. ult.* Nolite, judices, existimare, eos, qui, &c. *Id. Agrar.* 2. cap. 6. *in fin.* et *Sisen.* apud *Non.* c. 7. n. 106. Nolitote dubitare. *Plaut. Amph.* 2. 2. 74. Certa res est hanc objurgare, quæ me noluerit salutare. *Terent. Eun.* 2. 2. 41. Numquidnam hic, quod nolis, vides? *that displeases you.* *Nep. in Epamin.* c. 4. Quod delatum accipere noluissem. *Liv.* l. 2. c. 45. Miles nolle inultos hostes, nolle successum, non patribus, non consulibus. ¶ *Nollem factum,* &c. cum displicet quippiam factum esse, &c. *Terent. Phorm.* 5. 3. 13. *Chre.* Jam illi datum est argentum? *Dem.* curavi illico. *Chre.* nollem datum. *I would that it had not been paid; I am sorry that,* &c. *Id. Adelph.* 2. 1. 11. Nollem factum. *I am sorry for it.* *Cic.* 1. *Offic.* cap. 11. Carthaginem, et Numantiam funditus sustulerunt. nollem Corinthum: sed credo aliquid secutos, &c. *Plaut. Amph.* 3. 2. 8. Adjuret insuper, nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit. ¶ *Quod nolim* interseritur, ut *quod abominor,* ad omen avertendum. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 18. Videbis, si erit, quod nolim, arcessendus, ne, &c. *Ovid. Heroid.* ep. 20. v. 100. Cum sua, quod nolim, numina læsa videt. ¶ *Nolle alicui,* non favere, aversari. *Cic. Fam.* l. et ep. 1. *a med.* Cui qui nolunt, iidem tibi, quod eum ornasti, non sunt amici. ¶ *Non nolle,* non recusare, non invitum esse. *to be willing, have no objection.* *Cic.* 2. *de Orat.* c. 18. Cum invitatus esset, ut eum, si vellet, audiret; cumque se non nolle dixisset, &c. *Id. pro Sull.* c. 26. Quos ego nominarem: neque ipsi nolunt: sed, &c. ¶ Non negat in illo *Varron.* apud *Non.* c. 12. n. 54. Quod a rege munera eorum noluerit nemo accipere. ¶ Particip. *nolens, entis,* invitus. *unwilling.* *Flor.* l. 2. c. 6. Aquilæ prodire nolentes. *Senec. in Phœniss.* v. 99. Qui cogit mori nolentem, in æquo est, quique properantem impedit. *Lucan.* l. 1. v. 274. quamvis nolente Senatu, Traximus imperium. et lib. 2. v. 175. forsan nolentibus umbris. *Martial.* l. 8. epigr. 30. nolenti rapere aliquid. *Senec. in Thyest.* v. 420. Moveo nolentem gradum.

NOLUNTAS, atis, f. *unwillingness, nolition.* [† nolentia.] *Enn.* apud *Calpurn. Pison.* Vim tua noluntas facit imperiosa, vetando, Quem consul meruit, cum res bene gesta, triumphum. *Paul. Merula,* qui hæc affert, et *Calpurnii* librum se vidisse testatur, addit, reperiri aliquoties in Glossariis Gallorum, et usurpari etiam ab *Augustino* l. 14. *de Civ. Dei,* c. 6. sed ibi in opt. lib. *voluntas* legitur. Suspectus præterea est Eruditis *Ennii* versus, ut *Vossio de vitiis serm.* l. 3. c. 29. et liber *Calpurnii* adhuc MS. in biblioth. latet.

NOMĂDES, dum, m. Νομάδες, populi Africæ, iidem Græce, qui Latinis *Numidæ, o* in *u* mutato, qui stabiles sedes non habuere: a νέμω, pasco, quia sæpe loca alia atque alia petentes permutant pabulum, quod Græce νομή. *Sallust. in Jug.* c. 21. et *Plin.* l. 5. c. 3. *Festus* sic scripsit, Numidas dicimus, quos Græci Νομάδας, sive quod id genus hominum pecoribus negotiatur, sive quod herbis, ut pecora, aluntur. *Virg. Æn.* 4. v. 320. Libycæ gentes, Nomadumque tyranni. ¶ Nomades etiam dicti sunt pop. in Scythia Europæ, qui nunc Tartari, quorum vita omnis in pascendis gregibus habebatur. *Plin.* l. 4. c. 12. ¶ In singulari *Silius* l. 5. v. 194. Erumpunt multusque Maces, Garamasque, Nomasque.

NOMÆ, arum, f. *corroding sores, ulcers,* νομαί, ulcera serpentia, et carnem depascentia: a νέμω, pasco. *Plin.* l. 20. c. 9. *circa med.* Compescere mala corporis, quæ serpunt: nomas vocant. *Id.* l. 26. c. 8. *ante med.* Folia con-

tra ulcerum nomas, cum melle. *et ibid. circa med.* Ad nomas oris folium cum melle estur. et cap. 14. Cohibere nomas. *Id.* l. 24. c. 19. *circa med.* curare. *Id.* l. 23. c. 4. repurgare. *Id.* l. 30. c. 13. sanare. *Id.* l. 24. c. 16. sistere. ¶ In singul. num. est *nome, es,* νομή. *Plin.* l. 31. c. 8. *extr.* Dysentericis utilis est, etiam si nome intestina corripit.

NOMAS, ădis, m. et f. *a Numidian,* Νομὰς, Numida. V. *Nomades. Nomas versuta* apud *Propert.* lib. 4. el. 7. v. 45. est saga ex Numidia. ¶ Item Numidia. *Martial.* l. 8. epigr. 55. marmore picta Nomas. et lib. 9. epigr. 77. De marmore omni, quod Carystos invenit, quod Phrygia Synnas, Afra quod Nomas mittit.

NOME. V. *Nomæ.*

NOMEN, inis, n. *a name, appellation,* ὄνομα, vocabulum, quo singulæ res appellantur, et noscuntur : a *nosco, novi,* ut *Fest.* docet. Sicut enim a *moveo, movi* est *movimen* inusit. unde *momen* per syncopen ; ita a *nosco novi* est *novimen,* et per syncop. *nomen. Cic.* l. 1. *de Invent.* c. 24. Nomen est, quod unicuique personæ datur, quo suo quæque proprio et certo vocabulo appellatur. *Id.* 3. *de Fin.* c. 1. Imponere nova novis rebus nomina. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 5. Qui hæc rebus nomina posuerunt. (Adde *Virg.* 7. *Æn.* v. 63.) *Liv.* l. 1. c. 3. *Virg.* 1. *Æn.* v. 252. et *Quintil.* l. 2. c. 1. Nomen alicui dare. *Plaut. Stich.* 1. 2. 20. indere. *Ovid.* 5. *Met.* v. 525. et lib. 9. v. 357. addere. *Gell.* l. 3. c. 16. facere alicui. *h. e.* imponere. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 56. Appellare aliquem nomine. *by name.* Sic *Colum.* l. 11. c. 1. *a med.* Mancipia vincta per nomina quotidie citare debebit. et *Virg.* 11. *Æn.* v. 731. nomine quemque vocans. et lib. 4. v. 674. morientem nomine clamat. et 4. *Georg.* v. 355. Stat lacrymans, et te crudelem nomine dicit. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 21. Ciere nomina singulorum. *Cic. in Orat.* c. 19. Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit. *Id.* 1. *de Divin.* c. 17. Lituus ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit. et cap. 32. l. 2. Aius iste Loquens aiebat, et loquebatur, et ex eo nomen invenit. et lib. 1. c. 10. Aristolochia nomen ex inventore reperit. *Id. Phil.* 4. c. 2. Legio Martia ab eo deo nomen traxit. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 13. Ut is locus ex calamitate populi R. nomen caperet. *Cic. in Bruto,* c. 62. Cui saltationi Titius nomen est. *Id.* 4. *Tuscul.* c. 11. Eique morbo nomen est avaritia. *Id.* 2. *de Leg.* c. 24. *extr.* Cantus, cui nomen neniæ. *which they call. Ovid.* 6. *Fast.* v. 139. Est illis Strigibus nomen. *Liv.* l. 1. c. 34. Puero ab inopia Egerio inditum nomen. *Id.* l. 1. c. 1. *in fin.* Cui parentes Ascanium dixere nomen. *Plaut. Men.* 1. 1. 1. Juventus nomen fecit Peniculo mihi. *Id. Cist.* 1. 3. 6. Nam mihi est Auxilio nomen. *Id. Rud. prol.* v. 5. Nomen Arcturo est mihi. *my name is.* (*Gell.* l. 15. c. 29. duos esse ait loquendi modos satis usitatos, *mihi nomen est Julio* (al. *Julius*) et *mihi nomen est Julii.* Tertium addit inusitatiorem ex *Pisone;* L. Tarquinium collegam suum, quia Tarquinium nomen esset, metuere. Hoc, inquit *Gell.* proinde est, ac si dicas, *mihi nomen est Julium.* Sed *Julium,* et *Tarquinium* adjectiva sunt : et præterea apud *Gell.* in quibusdam MSS. habetur *Tarquinio.*) *Ovid.* 1. *Met.* v. 168. Est via sublimis, &c. Lactea nomen habet. *it is called. Horat.* l. 1. sat. 9. v. 3. quidam notus mihi nomine tantum. *by name only.* et l. 1. ep. 7. v. 55. Volteium nomine Menam. *by name.* et *Virg. Æn.* l. 3. v. 166. minores Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem. et vers. 210. Strophades Graio stant nomine dictæ. *Id.* l. 15. *Met.* v. 96. At vetus illa ætas, cui fecimus aurea nomen. *Liv.* l. 1. c. 34. *a med.* Urbem ingressi sunt, domicilioque ibi comparato, L. Tarquinium edidere nomen. *Auson. Edyll.* 2. v. 1. Nomen ego Ausonius, non ultimus arte medendi. *Est qui leg.* nomine. *Quintil. in proœm.* l. 1. *ante med.* Duo jam sub nomine meo libri ferebantur artis rhetoricæ. ¶ Aliquando refertur ad familiam, quia in ea unum nomen commune est multis. *Suet. in Cæs.* c. 83. C. Octavium in familiam nomenque adoptavit. *Plin.* l. 8. ep. 18. Domitius Afer, qui illos in nomen assumpsit. *adopted.* et *Tacit. Ann.* 3. c. 30. Crispum C. Sallustius in nomen adscivit. ¶ Aliquando ad militiam. nam *dare, edere, profiteri nomen* est militiæ onus subire, cum magistratui delectum habenti nomen suum edit citata juventus. *to be enrolled, enlist. Liv.* l. 2. c. 24. Alius alium confirmare, ne nomina darent : patres militarent, patres arma caperent. *et infra.* Ne quis civem R. vinctum teneret, quo minus ei nominis edendi apud Consules potestas fieret. *et mox.* Et qui aderant nexi, profiteri extemplo nomina. *Id.* l. 7. c. 4. Virgis cæsi, qui ad nomina non respondissent. *h. e.* qui citati nomine, ut militiam capesserent, non apparuissent. *Quintil.* declam. 3. c. 5. Festinarunt parentes ad nomen liberos mittere. *h. e.* ad militiam. *Tacit.* 15. *Ann.* c. 48. Dare nomen in conjurationem. ¶ Translate *Terent. init. prol. Eun.* Si quisquam est, qui placere se studeat bonis, in his Poeta nomen profitetur suum. *Cic. pro Dom.* c. 44. *extr.* Quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit, nisi aut egestate, aut scelere perditus. *Liv.* l. 1. c. 11. Plures inventi, qui propter ubertatem terræ, in Crustuminum nomina darent. *h. e.* colonos Crustumini se fieri vellent. ¶ Pertinet etiam ad forum, et accusationes. Nam *deferre nomen alicujus* dicitur, qui ad magistratum accedit, et rei cujuspiam nomen accusandi gratia defert. *to accuse, indict, lodge an information against.* ipse vero magistratus *recipere,* cum accusationem admittit. *to find grounds for commitment; to commit. Cic. Verr.* 4. c. 38. Pacilius quidam accedit: ait, si liceret, nomen absentis deferre se velle. Iste vero, et licere, et fieri solere, et se recepturum : itaque defertur. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 10. Nomen alicujus de parricidio deferre : ad eam rem aliquem accusatorem veterem comparare. ¶ Sæpe dicitur de capite rationum, sive debita pecunia sit, sive credita. *the articles of accounts.* quia in tabulis rationum perscribitur nomen ejus, qui pecuniam accepit. Et *nomen* dicitur etiam ipsa pecunia credita. *Ascon. in Verr.* 3. c. 10. Tituli debitorum nomina dicuntur, præsertim in iis debitis, in quibus hominum nomina scripta sunt, quibus pecuniæ commodatæ sunt. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 1. *a med.* Non conficit tabulas? imo diligentissime. Non refert parva nomina in codicem? imo omnes summas. Leve et tenue hoc nomen? H-S CCCIↃↃↃ sunt. *Id. pro Quint.* c. 11. Qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit. *good debts.* et *Verr.* c. 3. 39. Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ redundarunt : hinc ratio cum Postumiis, multis nominibus : quorum in tabulis jus habet nullum. *et in fin. cap.* Si neque in tuas tabulas ullum nomen referres, cum tot ibi nominibus acceptum Curtii referrent. *Id.* lib. 6. *ad Attic.* ep. 2. *a med.* Nomen solvere. *to pay a debt.* et lib. 16. ep. 6. *ad fin.* expedire, exsolvere. *Id. pro Planc.* c. 28. Hoc nomen, quod urget, nunc, cum petitur, dissolvere. *Id.* 3. *Verr.* c. 10. Nomina sua exigere. *to demand or call in his debts, sue his debtors. Liv.* l. 35. c. 7. Nomen transcribere in alium. *to transfer the debt to another. Plaut. Cistell.* 1. 3. 40. Volo persolvere, ut expungatur nomen, ne quid debeam. *may be struck out of the books. Cic.* 7. *Verr.* c. 7. *sub fi.* Pecuniam sibi esse in nominibus : numeratam in præsentia non habere. *has money owing to him. Petron. in Satyr.* c. 117. Habere in Africa trecenties sestertium, fundis, nominibusque depositum. *in land and debts owing to him.* ¶ *Nomina facere* est creditoris, qui pecuniam aut mercem alteri dat in diem soluturo, et debitorem sibi facit. *to lend money,* &c. *Cic. Fam.* 7. ep. 23. Accepi Aviani litteras, in quibus hoc inerat liberalissimum, nomina se facturum, qua ego vellem die. *Senec.* l. 1. *de benef.* c. 1. Nomina facturi diligenter in patrimonium et vasa debitoris inquirimus. *Id. de vita beata,* c. 24. Nunquam magis nomina facio, quam cum dono. ¶ Aliquando est debitoris. *to borrow money. Cic.* 3. *Offic.* c. 14. Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius voluit, et emit instructos : nomina facit, negotium conficit. Sunt qui putant vocem *Pythius* excidisse, legendumque *Pythius nomina facit* : qua ratione ad creditorem pertineret. ¶ Ceterum *nomina facere* per se significat nomina in codice perscribere. *to place to the debtor's or creditor's account,* sive debiti sint, sive crediti. *Pompon. Dig.* lib. 15. tit. 1. leg. 4. Ut etiam si nuda voluntate remiserit dominus, quod debuit, desinat servus debitor esse : si vero nomina ita fecerit dominus, ut quasi debitorem se servo faceret, cum debitor non esset, contra puto. ¶ *Nomen locare* est pecuniam accipientis, et ad solvendum se obligantis. *Phædr.* l. 1. fab. 16. Fraudator nomen cum locat sponsu improbo, Non rem expedire, sed mala videre expetit. Sed hic locus ab Interpretib. mire vexatur. ¶ *Nomen* interdum ipsum debitorem significat. *Cic. Fam.* 5. ep. 6. *sub fin.* Meis rebus gestis hoc sum assecutus, ut bonum nomen existimer. *h. e.* debitor fidelis. *a good debtor.* et *Senec.* l. 5. *de benef.* c. 22. Lenta nomina, non mala. *h. e.* qui tarde solvunt, solvunt tamen. *that pay slow, but sure. Colum.* l. 1. c. 7. Optima nomina non appellando fieri mala, fœnerator Alphius dixisse verissime fertur. *h. e.* etiam si optimi sint debitores, si tamen diutius debitum exigere distuleris, negligentia pessimos fieri. *the best debts. Senec.* l. 7. *de benef.* c. 29. Quædam nomina bona lentus ac sapiens creditor fecit, qui sustinuit ac mora fovit. ¶ *Tria nomina habere* proprium est Romani hominis ingenui, et liberi : ut M. Terentius Varro, P. Claudius Pulcher, L. Nupidius L. L. Philumenus, &c. nam servi unum tantum habebant, ut Tiro, Sosia, Stichus. *Juvenal.* sat. 5. v. 126. si quid tentaveris unquam Hiscere, tamquam (al. *quamquam*) habeas tria nomina. Horum primum *prænomen,* alterum *nomen,* tertium *cognomen* dicebatur. Sed *nomen* cum dicimus, cognomen quoque intelligatur, oportet, inquit *Cic.* 2. *de Invent.* c. 9. Prænomen distinguebat unum ab altero in eadem familia, ut *M. Tullius Cicero, Q. Tullius Cicero* fratres : nomen discernebat gentem a gente : cognomen familiam a familia. Nam *Ti. Claudius Nero* cum dicitur, significatur Tiberium hunc fuisse e gente Claudia, et e familia Neronum. V. singula suis locis. Si qui convenirent in iisdem nominibus, addebatur ante cognomen ad discrimen, prænomen patris, et si opus esset etiam avi, et proavi, ut *C. Julius C. F. Cæsar: L. Munatius L. F., L. N., L. Pron. Plancus* (apud *Gruter.* pag. 439. n. 8.) quæ leguntur *Caius Julius Caii filius Cæsar: Lucius Munatius Lucii filius, Lucii nepos, Lucii pronepos Plancus.* Addebatur aliquando agnomen ex rebus gestis, ut apud *Reines.* class. 6. n. 33. *P. Cornelius P. F. Scipio Africanus.* Aliquando ex adoptione, ut *P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus,* apud *Vellei.* l. 2. c. 4. et *Sex. Aurel. Vict. de Vir. Illustr.* c. 58. h. e. filius L. Æmilii Pauli, in adoptionem genti Corneliæ Scipionum datus, et ab Africani majoris filio adoptatus, quod et *Flor.* docet l. 2. c. 15. item *Q. Fabius Maximus Æmilianus,* qui cum item filius esset ejusdem Pauli, in gentem Fabiam adoptione transierat, quod *Liv.* tradit l. 45. c. 41. *extr.* et lib. 44. c. 35. ¶ In appellando, et scribendo modo solum prænomen usurpabatur, ut *O Tite, si quid ego adjuro,* alloquitur *Ennius* T. Quintium Flamininum, apud *Cicer. initio de Senect.* modo solum cognomen, ut *Cic. pro Ligar.* c. 6. Scelus tu illud vocas, Tubero? aliquando utrumque, ut *Cic. ibid. initio.* Novum crimen, C. Cæsar, &c. prout magis minusque notus erat is, quo de agebatur. Tria simul vel quatuor locum habent præcipue in inscriptionibus, et historia, ubi ad notitiam distinctius designari homines opus est. Nonnunquam eorum ordo invertitur, et cognomen ante nomen ponitur, ut *C. Crispus Sallustius, Agrippa Menenius, Crassus Licinius, Nepos Cornelius, Cato Porcius,* et alia, quæ congessit *Cortius ad init. Catil. Sallust.* ¶ Nomen interdum dicitur de prænomine. *Cic. pro Mur.* c. 12. Quia in alicujus libris id nomen invenerant, putarunt, omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias vocari. ¶ Item de cognomine, *Id. pro Cæcin.* c. 10. Sex. Clodius, cui nomen est Phormio. ¶ Metonymice ponitur pro persona. *Val. Flacc.* l. 5. v. 118. nova dux accedere gaudet nomina. *Sil.* l. 17. v. 492. Jamque ardore truci lustrans fortissima quæque Nomina obit ferro. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 441. Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Servi Carmina; quis dubitet nomina tanta sequi? ¶ Apud *Sil.* l. 13. v. 44. *nomen Ledæ* est Helena Ledæ filia. ¶ Pro familia, stirpe, gente, *a family, stock, race, nation, Virg.* 6. *Æn.* v. 758. Illustres animas, nostrumque in nomen ituras. *Nomen Latinum, Romanum,* &c. est ipsa gens Latina, Romana. *Cic. Liv. Nep. Sallust. Justin.* &c. ¶ Sæpe ponitur pro existimatione, fama, *reputation, renown, fame, character, name. Cic. de Clar. Orat.* c. 67. Hujus magnum nomen in patronis fuit. et cap. 69. *extr.* Memoria quidem dignos perpaucos; verum qui omnino nomen habuerint, non ita multos fuisse. *Virg.* 2. *Æn.* v. 89. et nos aliquod nomenque decusque Gessimus. *Sil.* l. 13. v. 722. Mereri nomen immortale. *Ovid.* 3. *Met.* v. 512. nomenque erat Auguris ingens. *Horat.* l. 3. od. 9. v. 7. Multi Lydia nominis Romana vigui clarior Ilia. *Quintil.* l. 6. c. 2. *extr.* Pervenire ad aliquod nomen ingenii. *Ovid.* 2. *Trist.* v. 350. Nomen alicujus stringere. *h. e.* famam lædere. *to slander, defame, asperse, traduce. Liv. in proœm.* l. 1. Officere nomini alicujus. *Vellei.* l. 2. c. 94. *extr.* Tanti nominis fama territus. *Plin.* l. 7. ep. 20. Homines non nullius in litteris nominis. *Flor.* l. 3. c. 16. C. Gracchus homo sine tribu, sine nomine. *h. e.* ignobilis, ignotus, obscurus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 343. multam sine nomine plebem. ¶ Hac ratione transfertur ad inanima. *Virg.* 2. *Georg.* v. 239. Nec Baccho genus, nec pomis sua nomina servat. *h. e.* suum saporem, et pretium. Sic *Cato R. R.* c. 25. Ne vinum nomen perdat. ¶ Sæpe etiam pro causa, titulo, prætextu, *a pretext, pretence, alleged name or title, account, reason, excuse. Cic.* 7. *Verr.* c. 5. Nomine sceleris conjurationisque damnati, ad supplicium traditi. *Id. Fam.* 2. ep. 1. Nomine negligentiæ alicui esse suspectum. *In Epitom. Livii* l. 47. *extr.* Prætores avaritiæ nomine accusati. *Cic. pro Rosc. Com.* c. 14. An alio nomine, et alia de causa abstulisse? *Id. Agr.* 2. c. 6. Orbis terrarum domini constituerentur legis agrariæ simulatione atque nomine. *Tacit. Ann.* 14. c. 59. Decretæ eo nomine supplicationes. *Vellei.* l. 1. c. 5. Quo nomine non est mirandum, quod sæpe illud usurpat, &c. *Cels.* l. 7. c. 26. sect. 2. *a med.* Idque eo nomine opus est, ne cum adduci uncus ceperit, calculus effugiat. *Cass. ad Cicer.* 12. *Fam.* ep. 12. *a med.* Hæc a te peto amicitiæ nostræ nomine. *on the score of. Cic. pro Flacc.* c. 12. Classis nomine pecuniam imperatam queruntur. *Id. Attic.* l. 6. ep. 2. *ante med.* Is multis nominibus Græcos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sunt. ¶ *Meo, tuo nomine,* vice, verbis, propter, *in my name, on my account. Cic. pro Mur.* c. 33. Præsertim talis viri nomine rogatos. et cap. 26. Cum epulum Q. Maximus patrui sui nomine populo daret. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 18. *a med.* Odisse suo nomine Cæsarem, et Romanos, quod eorum adventu potentia ejus diminuta sit. *on his own particular account; in his own behalf* : vel *personally, individually.* Sic *Brut. ad Cicer.* ep. 4. Cicero, vir optime, mihique merito et meo nomine, et reipublicæ carissime. *Cic. Phil.* 1. c. 12. *a med.* Mihi etiam, quo auctore te in iis rebus uti arbitrabantur, et gratias boni viri agebant, et tuo nomine gratulabantur. *Id.* 2. *Catil.* c. 6. *extr.* Manlius iste, credo, bellum populo R. suo nomine indixit. *Nepos in Attic.* c. 6. Neminem neque suo nomine, neque subscribens accusavit. *Cic. pro Mur.* c. 38. Neque isti me meo nomine interfici, sed vigilantem consulem de reipubl. præsidio demovere volunt. *on my own account individually.* ¶ Nonnunquam nomen opponitur rei. [† Sic Græce ὄνομα et ἔργον opponuntur, ut in *Eurip. Phœn.* 512.] *Liv.* l. 7. c. 29. *a med.* Campani magis nomen ad præsidium sociorum, quam vires, cum attulissent, &c. *Nep. in Agesil.* c. 1. Ut duos haberent semper reges, nomine magis, quam imperio. *Cic. Attic.* 5. ep. 15. Tantum me nomen habere duarum legionum exilium. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 740. Nomen amicitia est, nomen inane fides. ¶ Contra *nomen* pro re, *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 61. nec fidum femina nomen. *is a thing not to be trusted. Val. Cato in Diris,* v. 90. Dulcia rura, valete, et Lydia dulcior illis, Et casti fontes, et felix nomen

agelli. [† Haud absimile est illud ποθεινὸν ὄνομα ὁμιλίας ἐμῆς apud *Eurip. Orest.* 1080.] ¶ Apud Grammaticos *nomen* est pars orationis, quæ declinatur in casus. *a noun. Quintil.* l. 1. c. 4. et 5. *Charis. Priscian.* &c. [¶ Nomen commune *Cels.* l. 7. c. 18. et generale l. 5. c. 28. sect. 11. illud vocat, quod pluribus morbis convenit; quemadmodum hernia apud Latinos significat eos omnes morbos, quos Græci distinctis nominibus ἐντεροκήλην, ἐπιπλοκήλην, ὑδροκήλην appellant.]

NOMENCLATIO, onis, f. *a calling or saluting of persons by their names,* ὀνόμασμα, appellatio nominatim facta, recitatio nominis. *Q. Cic. de petit. consul.* c. 11. Illa altera pars petitionis, quæ in populari ratione versatur, desiderat nomenclationem, blanditiam, assiduitatem, &c. *Colum.* l. 3. c. 2. *sub fin.* Prudentis magistri est, ejusmodi nomenclationis aucupio, quo potiri nequeant, studiosos non demorari. *h. e.* recitatione nominum, quibus vites appellantur. *a catalogue, nomenclature.*

NOMENCLĀTOR, oris, m. *a nomenclator, person who told readily the names of persons or things,* ὀνοματολόγος, qui memoriter unumquemque nominatim vocare didicit: a *nomine calando,* id est vocando. *Cic. Attic.* l. 4. ep. 1. *circa med.* Ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obviam non venerit. *Senec.* l. 1. *de benef.* c. 3. *ad fin.* Nomenclatori memoriæ loco audacia est. *Id.* ep. 27. Nemo vetulus nomenclator, qui nomina non reddit, sed imponit, tam perperam Tribus, quam ille Trojanos et Achivos persalutabat. et ep. 19. *ad fin.* Habebis convivas, quos ex turba salutantium nomenclator digesserit. *Id.* 6. *de benef.* c. 33. *ad fin.* Quid? tu istos libros, quos vix nomenclatorum complectitur aut memoria, aut manus, amicorum existimas esse? ¶ Ex his patet duo præcipua fuisse nomenclatorum ministeria. Nam extra domum inserviebant prensationibus, ut Candidati, iis suggerentibus, nomina civium scirent, quos nominatim in prensando compellare vellent: domi in compellandis nominatim iis, qui mane salutatum advenirent. ¶ Legitur et *nomenculator,* quod integrum est. *Martial.* l. 10. epigr. 30. Nomenculator mugilem citat notum. *Sueton. in Aug.* c. 19. Telephi servi nomenculatoris. Adde *Lapid. inscript.* apud *Gruter.* pag. 599. n. 2.

NOMENCLATŪRA, æ, f. *a calling of things by their proper names; a nomenclature,* nomenclatio, appellatio. *Plin. sub init.* l. 3. Sit quædam in his nomenclatura quidem, sed mundi rerumque naturæ. *h. e.* recitatio nominum locorum, oppidorum, fluminum, &c. quæ in terra sunt. *Id.* l. 21. c. 9. Sunt et alia genera, nominibus Græcis indicanda, quia nostris hujus nomenclaturæ defuit cura.

NOMENTĀNUS, a, um, ad Nomentum pertinens, quod est oppidum in Sabinis supra Alliam fluvium, non longe ab Ereto: cujus meminere *Virg.* 6. *Æn.* v. 773. *Liv.* l. 1. c. 38. &c. Hinc *Nomentani, orum,* ejus cives, *Plin.* l. 3. c. 5. et *Liv.* l. 8. c. 14. Nomentanus ager, *Plin.* l. 14. c. 4. celebris ubertate vini, ut est apud *Colum.* l. 3. c. 3. Nomentana vina, *Martial.* l. 13. epig. 119. Eo loco villam habuere Atticus, Seneca, Martial. ut est apud *Colum. loc. cit. Nep. in Attic.* c. 14. et *Martial.* l. 6. epigr. 43. et alibi. ¶ *Nomentana porta* Romæ fuit, qua Nomentum, et Sabinos versus ibatur: et *Nomentana via,* quæ indidem ad eadem loca ferebat. *Liv.* l. 3. c. 52. Via Nomentana, cui tunc Ficulensi nomen fuit, profecti, castra in monte Sacro locavere. ¶ *Nomentanus pons,* super Anienem fluvium, via Nomentana, nunc *ponte Lamentano.* Videantur *Nardinus, Marlian. Donat.* &c. ¶ Legitur et *Numentanus,* et *Numentum.*

NOMINĀLIS, le, adject. *belonging to a name, or noun, nominal,* ad nomen pertinens, ut Nominalis gentilitas. *Varr.* l. 7. *de L. L.* c. 2. Ut enim ab Æmilio homines orti Æmilii, ac gentiles; sic ab Æmilii nomine declinatæ voces in gentilitate nominali. ¶ *Nominalia, ium,* dies solemnis, quo puero imponebatur nomen. *Tertull. de Idolol.* c. 16. Officia privatarum, et communium solemnitatum, ut togæ puræ, ut sponsalium, ut nuptialium, ut nominalium.

NOMINALĬTER, adverb. *by name, nominally,* nominando. *Arnob.* l. 2. pag. 80. Nominaliter annuere.

NOMINĀTĬM, *by name, expressly, particularly, especially,* ὀνομαστὶ, nomen enuntiando, nominando. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 7. Ille edixit ita, ut me exciperet, et Lælium nominatim: quod sane nollem. Poterat enim sine nomine, re ipsa excipi. et l. 7. ep. 15. De quo Senatus nominatim decrevit, ut statim mitteretur in Siciliam. et lib. 11. ep. 6. Ut non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 40. Obscenas voluptates non erubescens, persequitur omnes nominatim. *Id.* 3. *Offic.* c. 16. Quidquid esset in prædio vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. *Nep. in Milt.* c. 1. His consulentibus nominatim Pythia præcepit, ut Miltiadem sibi imperatorem sumerent.

NOMINĀTĬO, onis, f. *a naming,* ὀνομασία, actus nominandi, appellatio. *Vitruv. sub fin.* l. 6. Nec tamen ego, ut mutetur consuetudo nominationum aut sermonis, ideo hæc proposui, sed ut ea non sint ignota, philologis exponenda judicavi. ¶ Sæpe dicitur de ea, qua quis ad sacerdotium, aut auguratum nominatur. *a nomination, designation, naming before election. Cic. Phil.* 13. c. 5. *ad fin.* Paternum auguratus locum, in quem ego eum mea nominatione cooptabo. *Liv.* l. 26. c. 23. *extr.* Pontifex quia exacto anno mortuus erat, ideo nominatio in locum ejus non est facta. *Plin.* l. 8. ep. 3. Successi Julio Frontino principi viro, qui me nominationis die, per hos continuos annos, inter sacerdotes nominabat, tanquam in locum suum cooptaret. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 45. Æstimando cujusque detrimento quatuor progeneri Cæsaris delecti, additusque nominatione Consulum P. Petronius. ¶ Apud *Varron.* l. 8. *de L. L.* c. 52. *extr.* nominationes sunt vocabula, seu nomina quibus res singulæ nominantur. ¶ Apud Rhetoras *nominatio* est figura verborum, quæ nos admonet, ut cui rei nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis causa: Imitationis hoc modo, ut majores rudere, et vagire, et mugire, et murmurare, et sibilare appellaverunt: Significandæ rei causa, sic: postquam iste in rempubl. fecit impetum, fragor civitatis in primis est auditus. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 31.

NOMINATĪVUS, a, um, adject. ut Nominativus casus apud Grammaticos, qui et *rectus* dicitur. *the nominative case.* Usus est hac voce, præter ceteros Grammaticos *Varr.* l. 7. 8. et 9. *de L. L.* et *Petron. in fragm. pag. ult. Burm.* ¶ Idem *Varr.* nominativum pro nomine posuisse videtur, cum inquit l. 7. c. 33. Dicunt, debuisse omnes nominativos, et articulos habere totidem casus. Adde cap. 29.

NOMINĀTOR, oris, m. qui nominat. *Ulpian. Dig.* lib. 27. tit. 8. leg. 1. Nec nominatores magistratuum ex hac causa tenebuntur, sed soli magistratus. Adde *lemma* tit. 7. *ejusdem lib.* quod est *de fidejussoribus, et nominatoribus, et heredib. tutor. et curat.* h. e. qui nomina dederint, et quibus tutores eligerentur.

NOMINĀTUS, us, m. idem ac nomen, seu res nominata. *Varr.* l. 9. *de L. L.* c. 1. *post med.* Ad nominatuum similitudines animadvertendas. *et paulo ante.* Quod inter se dissimiles habeant analogias nominatus. Ut similis sit nominatus, &c.

NOMINĀTUS, a, um, *named, called, denominated,* ὀνομασμένος, appellatus. *Cic.* 3. *Offic.* c. 33. Atqui ab Aristippo Cyrenaici, atque Annicerii Philosophi nominati omne bonum in voluptate posuerunt. ¶ Sumitur etiam pro celebrato. *celebrated, famed, remarkable, noted. Cic.* 6. *Verr.* c. 12. Quid? illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es? *Plin.* l. 12. c. 9. Vicina est Bactriana, in qua bdellium nominatissimum. *Tertull. de anim.* cap. 13. Nominatiora pericula.

NOMINĬTĀTUS, a, um, nominatus. *Vet. lap.* apud *Murator.* pag. 1522. n. 2. Viva Philematium sum Aurelia nominitata, Casta, pudens, volgi nescia, fida viro.

NOMINĪTO, as, a. 1. frequentat. a nomino. *Lucret.* l. 3. v. 353. Suscipere hunc motum, quem sensum nominitamus. *are in the habit of calling; call usually. Id.* lib. 4. v. 48. Quæ quasi membrana est, vel cortex nominitanda.

NOMĬNO, as, a. 1. *to name, call by name,* ὀνομάζω, nomen impono, suo nomine appello, voco, nuncupo. *Cic. de Amic.* c. 8. Amor enim, ex quo amicitia est nominata. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 97. Quis nominat me? *Terent. Phorm.* 5. 1. 12. Meum nomen nominat. *Cic. pro Cæl.* c. 18. Quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo æris alieni, sumptus, libidines nominarentur. *would be called or designated.* et *pro Cæcin.* c. 18. Res ut omnes suis certis, ac propriis vocabulis nominentur. *Apul. in Apolog.* Nominate, quis ille fuerit, quem, &c. *say, tell.* ¶ Interdum est, aliquem ad aliquem honorem deligere, seu præsentem sistere, nominare designandum. *to nominate, elect. Plin.* l. 2. ep. 1. Illo die, quo sacerdotes solent nominare, quos dignissimos sacerdotio judicant, me semper nominabat. *Sueton. in Claud.* c. 22. In cooptandis per collegia sacerdotibus, neminem nisi juratus nominavit. V. *Nominatio.* ¶ Item pro deferre ad magistratum, accusare. *to accuse, arraign. Liv.* l. 39. c. 17. Si quisquam ad se deduxisset, nomenve absentis detulisset, qui nominatus profugisset, diem certum definituros, ad quem nisi citatus respondisset, absens damnaretur: Si quis eorum, qui tum extra terram Italiam esset, nominaretur, ei laxiorem diem laturos. *Sueton. in Cæs.* c. 17. Inter socios Catilinæ nominatus. ¶ Item pro celebrare, prædicare. *Cic. pro Arch.* c. 11. Prædicari de se, et nominari volunt omnes. ¶ *Nominare honoris causa,* formula est, qua utimur, cum honestos viros nominamus. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 2. Sylla, quem honoris causa nomino. Eam autem usurpabant, ut docet *Manut.* cum nesciebant, nominari, nec ne, aliquis vellet, ne nominando offenderetur. *Id. ibid.* cap. 6. Quas, ut æquum est, familias honestatis amplitudinisque gratia nomino. ¶ *Nominandi casus* idem est ac nominativus, apud *Quintil. Varron. Gell.* &c. [¶ Particip. *nominans, nominandus, nominaturus* apud *Curt.* l. 6. c. 10. Num hodie dicerem causam, nullo me nominante? *Ibid.* Cum quærenti socios vel falso fuerim nominandus. *Suet. in Ner.* c. 71. Monopolium nominaturus.]

NOMISMA. V. *Numisma.*

NOMĬUS, *et* Nomios, ii, *et* Nomion, onis, m. Νόμιος, et Νομίων, dictus est Apollo, a νέμω, pasco, juxta Physicos, quia Sol, quæcunque terris nascuntur, pascit, seu vegetat: juxta Poetas, quia cælo exsulans pavit pecus regis Admeti ad Amphrysum amnem, unde *Maroni* 3. *Georg.* v. 2. *pastor ab Amphryso* dicitur. Sed *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 23. scripsit, hunc Apollinem quartum fuisse, dictum Nomionem a νόμος, lex. V. *Apollo. Justin.* l. 13. c. 7. narrat, Nomium filium fuisse Apollinis ex Cyrene filia Hypsei regis Thessaliæ: Cyrenem ab Apolline raptam, perlatamque in Africam, in Cyram montem, ibi quatuor filios peperisse, Nomium, Aristæum, Autochum, Argæum.

NŎMOS, *et* Nomus, i, m. *a division or district of a country, particularly of Egypt,* νομὸς, Præfectura: a νέμω, rego, præsum. *Plin.* l. 5. c. 9. *de Ægypto.* Summa pars contermina Æthiopiæ Thebais vocatur, dividitur in Præfecturas oppidorum, quas Nomos vocant, duodecim. *Trajanus ad Plin.* l. 10. ep. 23. Tu, ex qua nomo sit, notum mihi facere debes. Al. leg. *ex quo.* Hic quoque de Ægypto loquitur. *Plin.* l. 5. c. 9. Substituunt alios nomos, ut Heroopoliten. ¶ In Musicis nomus est idem ac cantilena, seu modus certa lege compositus. *a tune, air.* νόμος enim Græce etiam legem Latine significat. *Sueton. in Ner.* c. 20. Nec ante cantare destitit, quam inchoatum absolveret nomon. Pleræque editiones habent νόμον Græcis litteris.

NON, *not; no,* οὐ, οὐκ, adverb. negandi, haud, minime, nequaquam. Omnibus verborum modis jungi solet, excepto imperativo, cui *ne* apponitur. *Terent. Andr.* 4. 4. 4. Non mihi respondes? et 1. 2. 15. Hoccine agis, an non? *Cic. in Bruto,* c. 67. Non erat abundans, non inops tamen: non valde nitens, non plane horrida oratio. *Quintil.* l. 9. c. 1. In dicendo irasci, dolere, misereri, timere, non sunt figuræ, non magis, quam suadere, minari, rogare. *Cic. pro Flacc.* c. 22. Non est ita, judices, non est profecto. *Catull.* carm. 14. *ad Calv.* v. 16. Non non hoc tibi, salse, sic abibit. *it shall not, believe me. Terent. Phorm.* 2. 1. 75. Non non sic futurum est: non potest. *Cic. de Harusp. resp.* c. 18. Non ignovit, mihi crede, non. nisi forte tibi ignotum putas, quod, &c. *no. Id. Attic.* l. 8. epist. 3. *circa med.* Eum si nunc sequor, quonam? cum illo non. *Senec.* epist. 102. *circa med.* Fama utique vocem desiderat: claritas non. *Id.* l. 7. *de benef.* c. 25. Non est ista admonitio, non: convicium est. *Virg. in Ciri,* v. 18. Nón ego te talem venerarer munere tali: Non equidem. *Cic.* 1. *Offic.* c. 11. Conservandi ii, qui non crudeles in bello, non immanes fuerunt. Al. leg. *nec immanes.* ¶ Si negationi præponatur, affirmat, sed leviter, ut *nonnihil,* aliquid, *something, nonnullus, non nemo,* aliquis, *some one, somebody.* Sic *Cic.* 2. *Fam.* ep. 16. Moveo nonnullis suspicionem, velle me navigare: quod tamen fortasse non nollem, si possem ad otium. ¶ Si postponatur, plane, et omnino affirmat, ut *nihil non,* omnia. *every thing. Ovid.* 3. *Fast.* v. 623. Multa tibi memores, nil non debemus Elisæ. V. *Nihil.* ¶ Sequente negatione una et altera, adhuc negat. *Cic. Attic.* l. 9. epist. 12. Non medius fidius præ lacrymis possum reliqua nec cogitare, nec scribere. *I cannot either think,* &c. Simile est illud *ejusd. Fam.* 5. epist. 17. *extr.* Nullo loco deero neque ad consolandum, neque ad levandum fortunam tuam. ¶ *Unus non,* ne unus quidem. *Flor.* l. 2. c. 18. *extr.* Unus enim vir Numantinus non fuit, qui in catenis duceretur. *not one, not a single person.* ¶ Cum superlativis negantibus, aut vituperium, laudemve significantibus, interdum, per quandam urbanitatem, contrariam vim habere videtur. *Cic.* 6. *Verr.* c. 66. Vidi enim vos in hoc non minime, cum testes dicerent, commoveri. *h. e.* valde. *very much, considerably, extremely. Id. Parad.* 5. c. 3. Cethegus homo non probatissimus. *h. e.* valde improbatus. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 17. Hic quam volet, jocetur Epicurus, homo non aptissimus ad jocandum. *h. e.* parum aptus. *Nep. in Agesil. c. ult.* Vestitu humili atque obsoleto, ut hominis non beatissimi suspicionem præberet. *h. e.* pauperis. *not in very good circumstances. Sulpic. ad Cic.* 4. *Fam.* ep. 12. Etsi scio, non jucundissimum nuncium me vobis allaturum. *h. e.* tristissimum. ¶ Hac ratione inservit modestiæ, et verecundiæ. *Cic.* 1. *Fam.* 1. epist. 9. *sub init.* Et ego te auctore amicissimo et sapientissimo, et tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem, et benivolo certe, usus esses. *Id. in Divin. Verr.* c. 22. Sociorum querimoniæ delatæ ad hominem non inertissimum. ¶ Conjungitur eleganter cum quibusdam dictionibus *quod, quo, ut, nisi, vero, solum, modo, ita, fere, si. Cic. in Orat.* c. 39. Non quod sola ornent, sed quod excellant. *Id. Attic.* l. 7. ep. 22. et l. 16. ep. 15. *a med.* Me non sane movet respubl. non quo sit mihi quidquam carius: sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. *Id. pro Cæcin.* c. 20. *ad fin.* Non quo sit servulus unus idem quod familia, verum quia, &c. *Id.* 2. *de Orat.* c. 87. Non ut aliquid pariat, verum ut ea, quæ sunt orta et procreata, educet. *Cels.* l. 6. c. 1. Ad ea veniam, quæ non nisi in singulis partibus incidere consueverunt. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 12. v. 36. Non nisi vicinas tutus ararit aquas. *Cic. de Senect.* c. 9. Non vero tam isti, quam tu ipse nugator. *Id. de Amic.* c. 15. Non enim solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa est. *Id. Attic.* 16. ep. 7. Tu id non modo non prohibebas, verum etiam approbabas. V. *Modo. Id. Verr.* 6. c. 49. *ad fin.* Simulacra perampla, sed non ita antiqua. *not very ancient.* et *Verr.* 7. c. 71. Hominum nobi-

lium non fere quisquam nostræ industriæ favet. *Id.* 2. *de Orat.* c. 40. Non si Opimium defendisti, idcirco te isti bonum civem putabunt. ¶ *Non si* adhibetur etiam, cum de obstinato cujuspiam animo sermo est, qui nulla conditione flecti possit: et valet *non, etiam si. Liv.* l. 7. c. 10. Injussu tuo, imperator, extra ordinem nunquam pugnaverim, non si certam victoriam videam. *no, not if. Senec.* ep. 59. *ante med.* Sapiens ad omnem incursum munitus et intentus, non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem referet. *Horat.* l. 2. od. 14. v. 5. Non si tricenis, quotquot eunt dies, Amice, places illacrymabilem Plutona tauris. ¶ *Non* in illo *Varron.* l. 3. *R. R.* c. 9. *post med.* Gallinæ rusticæ similes facie non his villaticis nostris, sed Africanis, &c. *Scalig.* vult esse pro *non solum*, quia *Colum.* l. 8. c. 2. rusticam gallinam ait esse villaticæ non dissimilem. Sic *Ulpian. Dig.* lib. 8. tit. 2. leg. 4. Invitum in servitutibus accipere debemus non eum, qui contradicit, sed eum, qui non consentit. Ita *Torrentin.* apud quem est *lex* 5. sed *Haloander* habet *non solum qui contradicit, sed et qui*, &c. ¶ In illo *Cic.* pro *nedum* esse videtur *Agrar.* 2. c. 9. Vix mehercule servis hoc eum suis, non vobis omnium gentium dominis, probaturum arbitrarer. ¶ Non possum non, non possum quin. *I cannot but; I cannot refrain from; I cannot do otherwise than. Cic.* 2. *de Orat.* c. 10. Non possum, quin exclamem. *Id. Attic.* l. 8. epist. 2. Non potui non dare. ¶ Aliquando *non* interrogando adhibemus pro *nonne? Cic. pro Quint.* c. 26. Quid hæc amentia significat? non vim? non scelus? non latrocinium? non denique omnia potius, quam jus, quam officium, quam pudorem? *Id. pro Rosc. Com.* c. 2. Suarum perscriptionum adversaria proferre non amentia est? Adde *Verr.* 6. c. 23. ¶ Raro pro *ne* in vetando utimur. *Plaut. Asin.* 4. 1. 29. Suspiciones omnes abs se segreget: neque illæc ulli suo pede pedem premat: cum surgat, non in lectum inscendat proximum, neque, &c. *Quintil.* l. 1. c. 5. (*al.* 9.) *a med.* hunc loquendi modum inter solœcismos enumerat. ¶ Redundat in illo *Livii* l. 2. c. 45. Nolle inultos hostes, nolle successum non Patribus, non Consulibus. ¶ Quamvis *inhonestus, indignus, infrequens, indebitus*, &c. optime dicatur, interdum tamen optimi Scriptores pro his *non honestus, non dignus, non frequens* maluerunt. *Cic.* 3. *Offic.* c. 25. Sic multa, quæ honesta natura videntur esse, temporibus fiunt non honesta. *Virg.* 2. *Æn.* v. 144. miserere animi non digna ferentis. [† παθόντος οὐκ ἄξια.] *Pollio ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 33. *ad fin.* Duas non frequentes legiones Brutum habere audio. *Cic. in Top. in fin.* Sic tibi nos ad id, quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam voluimus non debita accedere. ¶ Non adjectivis solum, sed et substantivis aliquando apponitur. *Cic.* 1. *Acad.* c. 11. Nec vero aut quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur, posse esse non corpus. *Modestin. Dig.* lib. 34. tit. 1. leg. 14. *ad fin.* Quasi servitute prædii non possessori relicta. *Paul.* lib. 43. tit. 15. leg. 7. Fulcinius dicebat, vi possideri, quoties vel non dominus vi dejectus est.

NONA, æ, f. Νῶνα, una ex Parcis. Latini *Nonam, Decimam*, et *Mortam* Parcas dixere, quod tempestivum tempus partus sit nono, et decimo mense, qui vero ante hoc tempus in lucem prodeunt, aut mortui nascantur, aut paullo post moriantur. *Gell.* l. 3. c. 16. ex *Varrone*, et *Cæsellio.*

NONACRĪNUS, a, um, Arcadicus, a Nonacre monte. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 409. In virgine Nonacrina hæsit. *idest* Atalanta.

NONĂCRIS, is, m. Νώνακρις, mons Arcadiæ, in Peloponneso, cum oppido olim cognomine, ex quo Styx aqua frigidissima, teste *Vitr.* l. 8. c. 3. emanat, quam Inferorum paludem fabulantur, ubi etiam Nonacrinum nemus. Adde *Plin.* l. 2. c. 103. et lib. 4. c. 6. et *Senec.* l. 3. *quæst. nat.* c. 25.

NONACRĬUS, a, um, ex Nonacre monte, vel ex Arcadia. *Ovid.* 5. *Fast.* vers. 97. Et matri, et vati paret Nonacrius Heros. *idest* Evander.

NONÆ, arum, f. *the fifth, or the seventh, day of the month; the nones*, πέμπτη, ἑβδόμη, dies quintus, vel septimus mensis. Erant dies septimus in Martio, Maio, Julio, Octobri, quintus in reliquis. Priores nonæ septimanæ dicuntur a *Varrone* l. 5. *de L. L.* c. 4. posteriores quintanæ. ¶ Dictæ sunt a *nonus*, quia a die V, vel VII inclusive, usque ad Idus, idest diem XIII, vel XV inclusive novem dies numerantur. Quidam putarunt, dictas esse a *novus*, quasi novæ initium observationis, quia post novam Lunam Nonarum die populares, qui in agris erant, confluebant in Urbem, accepturi causas feriarum a rege Sacrorum, scripturique, quid esset eo mense faciendum. Utrumque etymon adducit *Varro loc. cit. Fest.* in *Nonæ*, et *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 15. *Cic. pro Flacc.* c. 40. O Nonæ illæ Decembres, quæ me Consule fuistis! *Id. pro Quint.* c. 18. Nonis Februar. si Romæ fuit. *Id.* l. 5. *Fam.* ep. 2. A. d. tertium Non. Januar. cum agere cœpisset, &c. ¶ Nonis conventus universæ multitudinis vitandus existimabatur, quoniam populus R. exactis etiam regibus, diem hunc maxime celebrabant, quem natalem Servii Tullii existimabant: quia cum incertum esset, quo mense natus fuisset, omnes nonas celebrabant. Veriti ergo, ne quid nundinis collecta universitas, ob regis desiderium, moveret, caverunt, ut a nonis nundinæ segregarentur. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 13. ¶ Nonarum, sicut calendarum, et iduum, dies copulandis nuptiis religiosi habebantur, idest devitandi; quia cum postridie eorum dierum dies ater esset, novam autem nuptam postridie, quam in domum viri venisset, rem divinam facere mos esset; cavendum erat, ne atro die id faceret. *Macrob. cit.* l. 1. *in fin.* cap. 16.

NONAGENARĬUS, a, um, *of ninety; the ninetieth*, qui nonaginta continet. *Plin.* lib. 2. c. 15. Motus stellæ nonagenarius. *h. e.* cum stella movetur nonaginta partibus, seu gradibus a Sole distans. *the motion of a planet at ninety degrees from the sun. Frontin. de aquæduct.* ar. 60. Nonagenaria fistula. *h. e.* quæ facta est ex lamina habente nonaginta digitos latitudinis, antequam in rotundationem flecteretur. Sic dicimus *nonagenarium senem*, qui nonaginta vitæ annos implevit, ἐνενηκονταέτην, *ninety years old.* Vet. lap. apud *Murator.* pag. 806. n. 1.

NONAGĒNI, æ, a, *ninety*, ἐνενηκοστός, adject. numerale distributivum, quod tamen et pro cardinali *nonaginta* adhiberi potest. *Plin.* l. 38. c. 13. Porticus ascenduntur nonagenis gradibus omnes. *ninety feet each. Frontin. de aquæduct.* artic. 61. Fistula nonagenum quinum digitorum.

NONAGESĬMUS, a, um, *the ninetieth*, ἐνενηκοστός, primus post octoginta et novem. *Cic. de Senect.* c. 5. Isocrates quarto et nonagesimo anno scripsisse dicitur.

NONAGĬES, adverb. *ninety times*, ἐνενηκοντάκις, nonaginta vices. *Cic.* 5. *Verr.* c. 70. In alteras decumas ferme ad nonagies, &c.

NONAGINTA, *ninety, fourscore and ten*, ἐνενήκοντα, nomen numerale cardinale, indeclinabile. *Cic. de Senect.* c. 10. Hospes tuus Masinissa nonaginta annos natus. *Auson.* ep. 5. v. 5. Nonaginta dies sine te, carissime, traxi. Adde *in Eclogar. de ratione dier. anni* v. 1. et 16. et epist. 7. v. 18.

NONALĬA SACRA, quæ nonis fiebant in arce; quibus ferias primas menstruas, quæ futuræ essent eo mense, rex sacrorum prædicebat populo. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 4.

NONĀNUS, a, um. *Nonani milites*, qui in nona legione erant, ut *vicesimani*, qui in vicesima. *soldiers of the ninth legion. Tacit. Ann.* 14. c. 38. Quorum adventu nonani legionario milite suppleti sunt. et l. 1. c. 23. *extr.* Ni miles nonanus minas interjecisset.

NONARĬUS, a, um, qui fit nona hora, vel die, vel mense, &c. a *nonus*. Hinc *nonaria meretrix*, quæ circa nonam horam cellam aperit, et prostat. Hoc enim Romæ usuvenisse testatur Vetus Interpres ad illud *Persii* sat. 1. *in fin.* Si Cynico barbam petulans nonaria vellat. Id autem ideo factitatum scribit, ne, si ante illud tempus ad eas accedi posset, matutina officia ab adolescentibus omitterentur.

[† NONASSIS. V. *Nonussis.*]

NONDUM, *not yet, not as yet*, μήπω, adhuc non. *Plaut. Pers.* 1. 3. 57. Hic leno nondum sex menses Megaribus huc est cum commigravit. *Cic. Offic.* l. 2. c. 21. *ad fin.* Nondum centum et decem anni sunt, cum de pecuniis repetundis a L. Pisone lata est lex. *Id. Fam.* 11. ep. 28. Nondum satis constitui, molestiæ ne plus, an voluptatis attulerit. *Id.* 2. *de Divin.* cap. 6. Nondum dico, quam hæc signa nulla sint. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 12. Ad eam partem pervenit, quæ nondum flumen transierat. ¶ In Cenotaph. Pisano C. Cæsaris legitur *non dum* disjunctim: quod etiam *Manutio* placet.

NONGENTIES. V. *Noningenties.*

NONGENTI, æ, a, *nine hundred*, ἐνακόσιοι, novies centum. *Cic. pro Flacc.* c. 37. Flacidius emerat sestertiis nongentis millibus. *Colum.* l. 5. c. 2. Quatuor millia et nongenti pedes. *Al. leg.* noningenti. *Varr.* l. 8. *R. R.* c. 49. Actus primus ab uno ad nongenta: secundus a mille ad nongenta millia. ¶ *Nongentum* pro *nongentorum. Plin.* l. 33. c. 2. Decuriæ quoque ipsæ (*judicum*) pluribus discretæ nominibus fuere, Tribunorum æris, et Selectorum, et Judicum. Præter hos etiamnum Nongenti vocabantur (*a numero opinor*) ex omnibus selecti ad custodiendas cistas suffragiorum in comitiis. Et divisus hic quoque ordo erat superba usurpatione nominum: cum alius se Nongentum, alius Selectum, alius Tribunum appellaret.

[† NONGENTIES. V. *Noningenties.*]

NONGESĬMUS. V. *Nonigesimus.*

NONĬES, *nine times*, novem vicibus: a *nonus*, ut *novies* a *novem*. Legitur in veteri Lapide apud *Donium* class. 2. num. 82. et apud *Murator.* pag. 451. num. 1. (si modo sana est scriptura.) Quod provinciis remisit decies nonies centena millia n. sibi debita, &c. Inscriptus est Lapis sub Hadriano Imp. R.

NONIGESĬMUS, *et* Nongesimus, syncope pro nongentesimus (ut *octigesimus* pro *octingentesimus*) agnoscuntur a *Priscian. in lib. de ponderib.* pag. 1353. *Putsch.*

NONINGENTESĬMUS, *et* Nongentesimus, a, um, *the nine-hundredth*, novies centum continens. Agnoscuntur a *Priscian. loc. cit. in voce præced.*

NONINGENTI. V. *Nongenti.*

NONINGENTĬES, *et* Nongenties, *nine hundred times*, novies centies. *Vitruv.* lib. 1. cap. 6. *a med.* Hujus octava pars est ter millies mille, et noningenties trigesies septies mille, et passus quingenti. 3937500.

NONĬUS Marcellus Grammaticus scripsit opus de varia significatione verborum, distinctum in capita. Posterior *Apuleio* est. ipsum enim non semel affert inter ceteros Latinos scriptores. Ceterum plerumque antiqua sectatur, delectaturque plurimum *Accio, Pacuvio, Nævio, Plauto*, et his similibus. Sæpe tamen delirat in vocum interpretationibus: quod jam viri docti observarunt. ¶ Alius et multo antiquior est *Nonius*, poeta comicus, qui ob similitudinem litterarum cum *Novio* commutatur.

NONNA. V. *Nonnus.*

NONNE, *whether or not; not?* εἰ, οὐγάρ, an, an non, adverb. dubitandi, vel interrogandi: ex *non*, et *ne. Cic.* 5. *Tuscul.* c. 12. Cum esset ex eo quæsitum, Archelaum Perdiccæ filium nonne beatum putaret. *Id. de nat. Deor.* l. 3. c. 37. Nonne animadvertis, quam multi salvi pervenerint? *Id. pro Cæcin.* c. 13. Te dejectum debeo intelligere, etiam si tactus non fueris. nonne? *is it not true? is it not so? is that not the case?* et *pro Cæl.* c. 14. *a med.* Nonne te, si nostræ imagines viriles non commovebant, ne progenies quidem mea, Q. illa Claudia, æmulam domesticæ laudis in gloria muliebri esse admonebat? *nonne* hic est pro *non* interrogante. Sic *Propert.* l. 2. el. 25. v. 9. Lynceu, tune meam potuisti tangere curam? Perfide, nonne tuæ tunc cecidere manus? *Gell.* l. 17. c. 8. Vero, nonne is curriculo, atque oleum petis? *h. e.* quare non, quin: *wherefore do you not run? will you not run?*

[† NONNEMO. V. *Nemo* et *Non.*]

NONNĬHIL. V. in *Nihil.*

NONNULLUS, a, um, *some*, aliquis, quidam. *Terent. Adelph.* 1. 2. 68. Æschinus nonnullam in hac re nobis facit injuriam. *Cic. pro Mur.* c. 20. Tuum consilium nonnulla in re emendare possum. *Id.* 4. *Acad.* c. 22. Sunt inter illos nonnulla communia. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* cap. 37. Esse nonnullo se Cæsaris beneficio affectum. *Plaut. Capt.* 1. 1. 23. Quod mihi ne eveniat, nonnullum periculum est. *Plin.* l. 7. ep. 20. Homines nonnullius in litteris nominis. *Nep. in Agesil.* c. 8. Quæ res nonnullam afferebat deformitatem. *Id. in Cim.* c. 2. Nonnullæ insulæ defecerant. *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 13. Nonnulla pars militum domum discedit, reliqui ad Cæsarem perveniunt. et cap. 24. Nonnullæ cohortes in agmen Cæsaris, aliæ in equites incidunt. *Hirt. de B. Alex.* cap. 62. Nonnullæ civitates rebus Cassii studebant, plures Marcello favebant. ¶ *Nonnulli*, quidam, *some; some persons*, ἔνιοι. *Nep. in Pausan. in fin.* Cum eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quo, &c. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* cap. 26. Nonnulli inter carros tragulas subjiciebant. *Sallust. in Catil.* c. 23. Nonnulli ficta hæc existumabant. ¶ Scribitur et *non nullus* divisim.

NONNUNQUAM, *sometimes, now and then, occasionally*, ἐνίοτε, ποτέ, interdum, aliquando. *Cic. in Vatin.* cap. 2. Cum in hac civitate oppugnatio soleat nonnunquam, defensio nunquam vituperari. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 8. *extr.* Nonnunquam interdiu, sæpius noctu, si perrumpere possent, conati. *Cic.* 5. *Fam.* ep. 8. Quædam pestes hominum et te nonnunquam a me alienarunt, et me aliquando immutarunt tibi.

NONNUS, i, *et* Nonna, æ, nomen est reverentiæ, et gravitatis, quo Monachos, et Monachas appellabant. *Hieronym.* ep. 22. *ad Eustoch.* c. 6. Castæ vocantur, et Nonnæ, et post cœnam dubiam, Apostolos somniant. [¶ Idem est ac nutrix. *Vet. Inscript.* apud *Marin. Frat. Arval.* pag. 212. Q. Pescennius Chrestio alumnus Clodiæ Asthiochæ nonnæ suæ fecit. Hæc videtur esse antiquior hujus vocis auctoritas.]

NONNUSQUAM, adverb. *in some place, somewhere*, in aliquo loco. *Plin.* lib. 14. cap. 19. Nonnusquam vini fæce, acetove condiunt. *Id.* lib. 36. c. 22. *a med.* Silices quibusdam in locis rubentes, nonnusquam vero et albi.

NONŒŎLÆ vocantur papillæ, quæ ex faucibus caprarum dependent. *Festus.*

NON PRIDEM, *not long ago*, æque et recte, et frequenter dicitur, ut jam pridem, quam pridem. *Festus.*

NONUNCĬUM, novem unciæ, ut *teruncium* tres. *Festus.*

NONUS, a, um, *the ninth*, ἔνατος, primus ordine ab octavo. *Cic. in Somn. Scipion.* c. 5. Summus cæli stellifer cursus acuto et excitato movetur sono: gravissimo autem hic lunaris atque infimus. nam terra, nona, immobilis manens, &c. *Horat. in fin.* sat. 7. l. 2. accedes opera agro nona Sabino. ¶ *Hora nona*, h. e. tertia ante occasum solis, erat finis ferme actionum forensium, et laborum urbanorum, tempus balnei, vel cœnæ, aut cœnæ, proximum. *the ninth hour, or three o'clock in the afternoon. Martial.* l. 4. epigr. 8. Imperat exstructos frangere nona toros. *Horat.* l. 1. ep. 7. v. 70. ignovisse putato Me tibi, si cœnas hodie mecum. Ut libet. Ergo Post nonam venies.

NONUSDECĬMUS, a, um, *the nineteenth*, decimusnonus. *Tacit. Ann.* 13. c. 6. Nonodecimo ætatis. Adde *Auctor. dial. de Orator.* c. 34. *extr.* et *Inscript.* apud *Gruter.* p. 449. n. 7.

NONUSSIS, novem asses, ut *tressis* tres. *Varr.* lib. 4.

de L. L. cap. 36. [† Legitur et *Nonassis. Priscian. l. de pond.* p. 1350. *Putsch.* habet *Nonussis.*]

NORBANUS, a, um, ad Norbam pertinens, quod fuit oppidum Latii, colonia Romanorum, in Volscis, inter Signiam, Setiam, et Coram, ad radices montium: cujus populi Norbani *Plinio* l. 3. c. 5. *a med.* et *Liv.* l. 8. c. 1. et l. 27. c. 10. et Norbanus ager *Livio* l. 8. c. 19. Ipsius oppidi mentio fit ab *eod.* l. 2. c. 34. et *in fi.* l. 7. et l. 32. c. 2. ¶ Fuit etiam cognomen Romanæ familiæ, ut C. Norbanus apud *Cic.* 2. *de Orat.* c. 21. &c.

[* NORENSIS, e, pertinens ad Noram Sardiniæ oppidum. *Cic. in fragm. orat. pro Scaur.* Bostarem quemdam dixit Norensem. *Id. ibid.* Cum agerent parentalia Norenses.]

NORICUM, ci, n. Noricorum regio. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 70. Paulum cunctatus, num Rhæticis jugis in Noricum flecteret. V. vocem sequent.

NORICUS, a, um, ad Noricum pertinens. *Tacit.* 2. *Ann.* c. 63. Transgressus Danubium, qua Noricam provinciam alluit. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 5. Noricus ager. ¶ *Noricum ferrum* laudatur a *Plin.* l. 34. c. 14. *a med.* Hinc *Horat.* epod. 17. v. 70. ense pectus Norico recludere. *Rutil. in Itiner.* v. 351. Occurrit chalybum memorabilis Ilva metallis, Qua nihil uberius Norica terra tulit. *Ovid.* 14. *Met.* v. 712. Durior et ferro, quod Noricus excoquit ignis. *Martial.* l. 4. epigr. 55. Sævo Bilbilin optimam metallo, Quæ vincit Chalybasque, Noricosque. ¶ *Norici, orum,* populi, quorum regionem quidam sic definiunt, ut Bavariæ partem contineat ab Æno amne, Austriamque universam (præter Carnuntum in confinio Austriæ Hungariæque positum) et Carinthiam, et Stiriam. Alii sic ut amplectatur partem Bavariæ cum Archiepiscopatu Salisburgensi, partem Austriæ, Stiriam, Carinthiam, Carniolam, partem comitatus *Cilley,* et episcopatus *Brixen.* Alii sic, ut incipiat ab Æno fluvio, et usque in Pannoniam protendatur: a meridie monte Carvanca terminetur, et Alpibus: a septemtrione Danubio. Plura dabunt Geographi, si consulantur. De ea sic *Plin.* l. 3. c. 24. A tergo Carnorum, et Iapydum, qua se fert magnus Ister Rhætis junguntur Norici. Oppida eorum Virunum, Celeia, Teurnia, Aguntum, Vianiomina, Claudia, Flavium, Solvense. Noricis junguntur lacus Peiso, deserta Boiorum: jam tamen colonia D. Claudii Sabaria, et oppido Scarabantia Julia habitantur.

NORMA, æ, f. *a square or rule,* κανὼν, γνώμων, πῆχυς, instrumentum fabrorum duabus regulis constans, inter se ab uno capite coagmentatis, Latinæ litteræ L figuram, vel Græcæ Γ, et rectum angulum referentibus. Ea exiguntur anguli, an recti sint. Fuit inventum Theodori Samii, ut *Plin.* l. 7. c. 56. docet. *Vitruv.* l. 7. c. 3. *a med.* Uti longitudines ad regulam et lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam respondentes exigantur. *Plin.* l. 36. c. 22. *extr.* Structuram ad normam et libellam fieri, et ad perpendiculum respondere oportet. V. *Libella.* Rationem normæ deformandæ, a Pythagora inventam, tradit *Vitruv.* c. 2. l. 9. Si sumantur, inquit, regulæ tres, e quibus una sit pedes tres, altera pedes quatuor, tertia pedes quinque; hæque regulæ inter se compositæ tangant alia aliam suis cacuminibus extremis, schema habentes trigoni, deformabunt normam emendatam. ¶ Metaphorice est regula, præscriptio, ratio, lex. *a rule, form, prescript, law, fashion, pattern. Cic.* 3. *de Orat.* c. 49. Nec sunt hæc rhythmicorum, aut musicorum acerrima norma dirigenda. *Id. pro Mur.* c. 2. Cato vitam ad certam rationis normam dirigens, et diligentissime perpendens momenta officiorum omnium. *Id. de Amic.* c. 5. Nunquam ego dicam, Fabricium, Curtium, Coruncanium ad istorum (*Stoicorum*) normam fuisse sapientes. *Id.* 2. *de Legib.* c. 24. Natura norma legis est. *Id.* 4. *Acad.* c. 46. Fontem omnium bonorum in corpore esse: hanc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ. *Id.* 2. *de Orat.* c. 42. Norma juris. *Horat. in ar. Poet.* v. 72. loquendi. *Gell.* l. 3. c. 3. judicii. *Valer. Max.* l. 4. c. 3. num. 5. M.' Curius exactissima norma Romanæ frugalitatis. *Plin.* l. 9. ep. 26. *circa med.* Demosthenes ipse, illa norma oratoris et regula, num se cohibet?

NORMĀLIS, le, *right by the rule, done by the square or rule, right according to rule,* κανονικὸς, ad normam directus. *Quintil.* l. 11. c. 3. *post med.* Sinistrum brachium eo usque allevandum est, ut quasi normalem angulum faciat. *Manil.* l. 2. v. 289. Normalis virgula. *h. e.* norma ipsa. *Aggen. in comment. in Frontin.* p. 53. *Goes.* Normales rigores.

NORMALĬTER, *by rule,* κανονικῶς, ad normam. *Hygin. de limitib.* p. 168. et 176. *Goes.* ¶ *Ammian.* lib. 20. c. 3. *ad fin.* (*al.* c. 4.) *de luna.* E regione vero cum normaliter steterit contra, lumine pleno fulgebit. *directly,* ad regulam, ad libellam.

NORMATĬO, onis, f. ad normam directio. *In fragm. de limitib.* p. 217. *Goesii.*

NORMATŪRA, æ, f. normatio. *Innocent. de casis litter.* p. 221. *Goesii.*

NORMĀTUS, a, um, *made by rule,* ad normam directus. *Colum.* l. 3. c. 13. *ad fin.* Mediæ parti, qua regulæ committuntur, illam ciconiam infiximus, ut tanquam suppositæ basi, ad perpendiculum normata insisteret.

NORTĬA, æ, dea Volsiniorum apud *Liv.* l. 7. c. 3. *Juvenal.* sat. 10. vers. 74. et *Tertull. in Apolog.* c. 24. quam quidam Fortunam intelligunt. Al. leg. *Nurtia,* vel *Nurscia,* quidam et *Mursia,* et *Nersia.* [*Martian. Capell.* l. 1. pag. 21. *Grot.* Quam alii Sortem adserunt, Nemesinque nonnulli, Tychenque quam plures, aut Nortiam.] ¶ Apud *Tertull. loc. cit.* Volsiniensium est *Nersia,* Sutrinorum *Nortia.* Apud *Juvenal. ibid.* de Sejano sermo est, cui patria Vulsinii.

NOS, NOSTRUM, &c. V. in *Ego.*

NOSCENTIA, æ, f. cognitio, notitia. Quidam tribuunt *Symmacho* l. 4. epist. 9. et l. 6. epist. 11. Sed utroque loco alii leg. *notitia.*

NOSCIBILIS, le, *that may be known,* γνωστὸς, qui nosci potest. *Tertull. ad Scapul.* c. 2. *extr.* et *Augustin.* l. 9. *de Trin.* c. 5. et 12.

NOSCITABUNDUS, a, um, noscitans, agnoscens. *Gell.* l. 5. c. 14. Deinde sensim atque placide, tanquam noscitabundus, ad hominem accedit. *as if he knew him.*

NOSCĬTO, as, avi, atum, a. 1. *to know, distinguish, discern, observe, take notice of, recognise,* διαγινώσκω, frequentativum a nosco, et idem ferme valens. *Liv.* l. 3. c. 38. *a med.* Circumspectare omnibus fori partibus Senatorem, raroque usquam noscitare. *Id.* l. 22. c. 6. Facie quoque noscitans. *Plin.* l. 6. ep. 20. *a med.* Alii parentes, alii liberos, alii conjuges vocibus requirebant, vocibus noscitabant. *knew by their voices.* et *Catull. in carm.* nupt. 60. v. 221. Sit suo similis patri Manlio, et facile insciis Noscitetur ab omnibus. ¶ In illo *Plauti Trin.* 4. 2. 21. Loca contemplat, circumspectat se se, atque ædes noscitat: *noscitare* est explorare, noscere conari. Simile est illud *Virg.* 7. *Æn.* vers. 283. Supposita de matre nothos furata creavit. *h. e.* creari fecit, ut et *Macrob.* interpretatur l. et cap. 6. *Saturn.* Geminum vero illud *ejusd. Cist.* 4. 2. 14. Nunc vestigia, si qua sunt, noscitabo.

NOSCO, is, novi, notum, a. 3. *to know, perceive, learn, comprehend, understand, be acquainted with, get a knowledge of, take notice of,* γινώσκω, cognosco, cognitum habeo, notitiam alicujus rei habeo, scio: a verbo Græco allato. Præteritum *novi* sæpe pro præsenti usurpatur, ut *odi, memini.* Sæpe etiam syncopen patitur, ut *nosti, noram, nosse, norim,* &c. Quin et *nomus* pro *novimus* dixisse *Ennium,* testatur *Diomed.* l. 1. pag. 382. *Putsch.* quod et *Voss.* l. 5. *de Grammat.* c. 39. *extr.* observat. Pertinet autem tum ad mentem, tum ad omnes sensus corporis. *Cic.* 1. *Tuscul.* c. 22. Hanc habet vim præceptum Apollinis, quo monet, ut se quisque noscat. Cum igitur nosce te, dicit, hoc dicit, nosce animum tuum. *Terent. Adelph.* 5. 4. 8. Id esse verum, ex me, atque ex fratre cuivis facile est noscere. *Id. Andr.* 4. 4. 50. Novi rem omnem. *Id. Hec.* 3. 4. 25. At non novi hominis faciem. *Pam.* faciam ut noveris. *Id. Heaut.* 2. 3. 7. Vesperascit et non noverunt viam. *Id. Andr.* 5. 4. 32. Phania illic frater meus fuit. *Si.* noram, et scio. *Cic. in Pison.* cap. 13. *ad fin.* Quisquam vos consules putet, qui non leges, non instituta, non jura noritis? *Plin.* l. 23. c. 6. *circa med.* Vulgus novit perficere coria. *Id.* l. 13. c. 4. *a med.* Pomum sapore ferino, quem ferme in apris novimus. *h. e.* sentimus. *Cic. Fam.* 7. ep. 28. Ut ibi esses, *ubi nec Pelopidarum, nosti cetera. I need say no more; you take my meaning; you understand me.* (Formula qua utimur cum quippiam reticemus, quod notum est. Adde 2. *de Fin.* c. 22. et *Plin.* l. 3. ep. 9. *ante med.*) *Id. pro Rosc. Amer.* c. 20. *ad fin.* et *Balb. ad Cicer. post* epist. 8. l. 9. *ad Attic.* Si ego nos bene novi. *Virg.* 2. *Georg.* v. 108. Nosse quot Ionii veniant ad litora fluctus. *to be able to number,* &c. *Tacit. in Agric.* c. 5. Noscere provinciam, nosci exercitui. *h. e.* ab exercitu. Sic *Ovid.* 1. *Trist.* el. 5. v. 29. nec noscitur ulli, Agminibus comitum qui modo cinctus erat. *Id.* 14. *Met.* v. 153. nullique videnda, Voce tamen noscar. *Tacit. de Germ.* c. 30. Audire præpositos, nosse ordines. *Plaut. Amph. prol.* v. 104. Vos novisse credo, ut sit pater meus. *Terent. Phorm.* 2. 1. 35. Unum cognoris, omnes noris. ¶ Nosse de facie. *to know by sight. Cic. in Pison.* c. 82. *extr.* Virtutem tu ne de facie quidem nosti. ¶ Nosse animum alicujus. *to know his temper or disposition. Terent. Heaut.* 3. 3. 9. Novi ego amantium animum: advertunt graviter quæ non censeas. ¶ *Nosse causam, excusationem,* est interdum probare, et admittere, agnoscere. *to allow of, admit. Plaut. Trucul.* 2. 1. 18. Nunquam amatoris meretricem oportet causam noscere, quin, ubi nil det, pro infrequente eum mittas militia domum. *Cic. Attic.* l. 11. ep. 7. *a med.* Quod te excusas, ego vero et tuas causas nosco, &c. *Id. Fam.* 4. ep. 4. Illam partem excusationis nec nosco, nec probo. Adde l. 1. *de Legib.* c. 4. ¶ *Nostin'*? novisti ne? *Terent. Eun.* 3. 5. 15. Nostin' hanc, quam frater amat? *Ant.* novi. ¶ Interdum valet *do you understand? do you know?* audin'? *Terent. Andr.* 2. 6. 9. Bidui est, aut tridui hæc sollicitudo: nosti? deinde desinet. *Id. Eun.* 3. 1. 15. Requiescere ubi volebat, quasi: nostin? *Gn.* scio. *do you take my meaning? Sil.* l. 6. v. 519. Ultima vox duras hæc tunc penetravit ad aures: Cetera percussi vetuerunt noscere remi. *to hear or understand.* ¶ Olim dictum fuit *gnosco, gnovi, gnotus,* ut *Priscian.* l. 2. p. 569. *Putsch.* docet.

NOSOCOMĬUM, ii, n. *a hospital, infirmary,* νοσοκομεῖον, locus, in quo recipiuntur, curanturque pauperes ægroti, valetudinarium: a νόσος, morbus, et κομέω, curo. *Imp. Justinian.* l. 1. *Cod.* tit. 2. leg. 19. et 22. item *Hieronym.* ep. 30. *ad Ocean.* c. 2. sed Græce. [† Legitur et *nosodochium.*]

NOSOCŎMUS, i, *one employed in an hospital or infirmary,* νοσοκόμος, qui in nosocomio ægros curat. *Imp. Justinian.* lib. 1. *Cod.* tit. 3. leg. 42.

NOSTER, stra, strum, *our, ours, our own,* ἡμέτερος, ad nos pertinens, a nobis possessus. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* cap. 2. Rhodanus, qui provinciam nostram ab Helvetiis dividit. *Sallust. initio B. Catil.* Nostra omnis vis in animo et corpore sita est. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 12. Patrum nostrorum memoria. *Plaut. Cas.* 2. 8. 75. Nostra omnis lis est. *h. e.* vicimus. *Plaut. Mil.* 2. 5. 20. Perscrutari hic volo, nos nostri, an alieni simus: ne dum quispiam nos vicinorum imprudentes immutaverit. *Sc.* certe equidem noster sum. *whether we are ourselves, or other persons. I am most assuredly myself.* Sic *Amph.* 1. 2. 243. Certe tu me alienabis nunquam, quin noster siem. *so as that I shall not be myself.* ¶ Cum adjectione syllabica. *Terent. Phorm.* 5. 2. 1. Nostrapte culpa facimus, ut, &c. ¶ *Nostri* dicuntur consanguinei, affines, domestici, conterranei, amici, fautores: quibus opponuntur externi, et alieni. *Terent. Adelph.* 5. 8. 28. Pro patre huic est, bonus est, noster est: recte datur. *Val. Flacc.* l. 2. v. 561. Noster ades, junctusque veni. *of our family, or blood. Livius in fragm.* apud *Serv. ad Æn.* 2. v. 148. Quisquis es, noster eris. (Formula imperatoris transfugam recipientis in fidem.) *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. cap. 3. Halienus autem noster est cum animo et benevolentia, tum vero etiam imitatione vivendi. et ep. 3. *sub fin.* Ciceronem nostrum quid tibi commendem? *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 26. Diu cum esset pugnatum, impedimentis castrisque nostri potiti sunt. *Liv.* l. 8. c. 9. *in formula devotionis.* Divi, quorum est potestas nostrorum, hostiumque. *Plin.* l. 12. c. 25. Balsami in totum alia natura, quam nostri externique prodiderant. *Terent. Eun.* 2. 3. 21. Haud similis virgo est virginum nostrarum. *Cic. in Pison.* c. 8. O noster misericors, quid facis? quod nulla in barbaria quisquam tyrannus. ¶ Adhibetur in blanditiis *Terent. Adelph.* 5. 5. 2. *De.* Quis homo? O Syre noster, salve: quid fit? quid agitur? *Sy.* recte. *De.* Optime est. Jam nunc hæc tria primum addidi præter naturam: o noster, quid fit, quid agitur. *my good Syrus, my honest friend Syrus.* ¶ *Noster esto* est laudantis, probantis, amplectentis ob dictum factumve, quod placeat. *Plaut. Mil.* 3. 3. 24. Hem tibi adsunt, quas me jussisti adducere, et quo ornatu. *Pa.* noster esto. *Id. Bacch.* 3. 3. 39. Noster esto, dum te poteris defensare injuria. ¶ Genitivus pluralis *nostrum* pertinet ad *Nos:* de quo V. in *Ego.* Differunt etiam usu, quia *nostrum* refertur solummodo ad nos ipsos, *nostrorum* ad alios etiam, qui nostræ sunt familiæ, patriæ, &c. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 39. *Sy.* Dii omnes, deæque ament. *Mi.* quemnam hominem? *Sy.* nec te, nec me, neque herum meum adeo. *Mi.* Quem ament igitur? *Sy.* alium quemlibet, nam nostrorum nemo dignus est. Si *herum meum* non addidisset, *nostrum nemo* dicendum erat. ¶ Reperitur tamen *nostrum* pro *nostrorum,* ut *meum* pro *meorum. Plaut. Men.* 1. 2. 25. Averti prædam ab hostibus, nostrum salute socium. Quod et *Priscian.* adnotavit l. 7. pag. 743. *Putsch.* ¶ Et *nostrorum* pro *nostrum Plaut. in fragm.* apud *Non.* c. 4. n. 133. Qui nequeas, nostrorum uter sit Amphitruo, decernere. ¶ *Nostrai* pro *nostræ* in genit. singul. ut *terrai, pictai,* antiquum est *Vel. Long. de Orthogr.* pag. 2222. *Putsch.*

NOSTRAS, atis, omn. gen. *of our country or nation; of our sect, party, side, persuasion,* &c. qui est a nostra patria, vel regione, vel gente, ἡμεδαπός. *Cic.* 2. *Fam.* ep. 11. Verba non solum vestra oratoria, sed etiam levia nostratia. et lib. 9. epist. 15. Mirifice capior facetiis, maxime nostratibus. *Id. Tuscul.* 5. c. 32. Nostrates philosophi. *Plin.* l. et c. 16. Tertium genus nostrates vocant silvestre. *Colum.* l. 9. c. 4. *ad fin.* Nostras cunila, quam satureiam rustici vocant. *Id.* l. 8. c. 2. *ad fi.* Nostrates gallinæ. *Plin.* l. 15. c. 11. Cotonea candidiora, nostratia appellata. *Cato* apud *Priscian.* l. 12. pag. 943. *Putsch.* Rex Seleucus arma nostratia facit. ¶ *Nostratis* in recto singulari *Cassius Hemina* apud *Priscian. ibid.* Hos libros si quis nostratis sapiens.

NOSTRĀTIM, nostro more, ut *tuatim,* tuo more. *Charis.* l. 2. pag. 196. Tuatim. Plaut. in Amphit. (2. 1. 4.) Jam tuatim facis. ubi Sisenna, ut nostratim. Significat autem, tuo more. Hæc *Charis.* Adde *Non.* cap. 2. n. 853.

NOSTRĀTIS. V. in *Nostras.*

NOTA, æ, f. *a mark, sign, note,* χαρακτὴρ, σύμβολον, σημεῖον, στίγμα, signum, quod alicui rei apponitur, vel per se inest, dignoscendi causa, insigne, vestigium, indicium. Est a *nosco,* quod in supinis compositorum *agnitum,* et *cognitum* pænultimam corripit, quamvis in *ignotum* producat. *Liv.* l. 37. c. 31. *sub fin.* Inde in altum lingua mille passuum excurrens, medium ferme sinum velut nota distinguit. *Cic.* 2. *de Orat.* cap. 41. Si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem, satis esse deberet, si signa et notas ostenderem locorum. *Horat.* l. 1. od. 13. v. 11. sive puer furens Impressit memo-

rem dente labris notam. *Id.* l. 2. epist. 1. v. 235. tractata notam labemque remittunt Atramenta. *Colum.* l. 7. c. 9. *ad fin.* Pice liquida notam porcis imponere. *Virg. Æn.* 5. v. 87. *de angue.* Cæruleæ cui terga notæ, maculosus et auro Squamam incendebat fulgor. *marks, spots. Cic. Fam.* 13. epist. 6. Reliquis epistolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quæ mihi tecum convenit. *Liv.* l. 34. c. 61. Instruit etiam secretis notis, per quas haud dubie agnoscerent, sua mandata esse. *Sueton. in Ner.* c. 25. Posuit statuas suas citharœdico habitu: qua nota etiam numum percussit. *which he had also stamped upon his coins. Quintil.* l. 1. cap. 4. (*al.* 5.) Nota aspirationis. *et cap. ult. a med.* Nec moduletur, aut musicis notis cantica excipiat. *Plerique al. leg.* modis expediat. *Senec. in Troadib.* v. 1112. Signa clari corporis, Et ora, et illas nobiles patris notas Confudit imam pondus ad terram datum. *lineaments, features, likeness.* ¶ Sæpe dicitur de signis, quibus formantur litteræ, *a character, letter. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 25. Qui primus sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis litterarum notis terminavit. *Id.* 2. *de Divin.* c. 41. Sortes in robore insculptæ priscarum litterarum notis. ¶ Et Poetice per synecdochen de scripto, epistola. *Horat.* l. 4. od. 8. v. 13. incisa notis marmora publicis. *inscriptions. Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 6. Inspicit acceptas hostis ab hoste notas. *a letter.* et epist. 20. v. 209. Postmodo nescio qua venisse volubile malum, Verba ferens doctis insidiosa notis. ¶ Item de nutibus, *a nod, beck. Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 514. Innuet: acceptas tu quoque redde notas. *Id. Metam.* 11. v. 565. stantemque in puppe recurva Concussaque manu dantem sibi signa maritum Prima videt, redditque notas. ¶ Item de signis, quibus utuntur, qui scribendi compendia celeritatis causa sectantur, *a writing in cipher, or in shorthand:* unde *notarii* dicti. Ea sunt triplicis generis. Vel enim littera una integram vocem significat, ut D. *digesta*, T. *Titus*, F. C. *faciendum curavit:* vel una littera pro alia ponitur ut *d* pro *a:* vel signum est confictum ad litteram et vocem significandam, ut ff pro *Digestis. Sueton. in Cæs.* c. 56. Exstant epistolæ ad familiares domesticis de rebus: in quibus siqua occultius perferenda essent, per notas scripsit, id est sic structo litterarum ordine, ut nullum verbum effici posset: quæ si quis investigare, et persequi vellet, quartam elementorum litteram, id est d pro a, et perinde reliquas commutet. (*per notas* dixit *Cic.* Græce διὰ σημείων, *by ciphers or transposed letters*, lib. 13. *ad Attic.* ep. 32. Sed et τὸ *per notas* usurpavit lib. 2. *de Divin.* c. 21.) *Id. in Aug.* c. 88. Quoties per notas scribit, b pro a, c pro b, ac deinceps eadem ratione sequentes litteras ponit: pro z autem duplex a a. *Id. in Tito*, c. 3. Notis excipere velocissime solitus, cum amanuensibus suis per ludum certans. *Manil.* l. 4. v. 197. Hic et scriptor erit velox, cui littera verbum est, Quique notis linguam superet, cursimque loquentis Excipiat longas nova per compendia voces. *Prudent. Peristeph.* 12. *de S. Cassiano*, v. 23. Verba notis brevibus comprendere cuncta peritus, Raptimque punctis dicta præpetibus sequi. V. *Notarius*, et *Gell.* l. 17. c. 9. et *Isid.* l. 1. *Orig.* c. 24. Exstat signorum hujusmodi confictorum prælonga series apud *Gruter.* in calce Inscriptionum, *extremo to.* 4. [† V. *Ernest. Clav. Cic.* in *Nota*, et *Eschenbachii* ΣΗΜΕΙΩΣΕΙΣ *Vett. Critic.* p. 291. sq.] ¶ Huc pertinet illud *Cic. pro Mur.* cap. 11. *extr. de JCtis.* Itaque irati, quod sunt veriti, ne, dierum ratione pervulgata et cognita, sine sua opera lege posset agi, notas quasdam composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent. *h. e.* certa signa conficta ad libitum ad significandas litteras et voces, quæ signa a solis JCtis, non a populo intelligerentur. Possunt etiam intelligi litteræ inverso ordine positæ, quibus usi *Cæsar*, et *Augustus*, et ideo *per notas* scribere dicti sunt, ut paulo ante ex *Sueton.* diximus. Aliud est tamen per notas, aliud per litteras scribere: quia notæ non sunt litteræ, nec scriptura. *Paul. Dig.* lib. 37. tit. 1. leg. 6. *extr.* Notis scriptæ tabulæ non continentur edicto, quia, notas litteras non esse, Pedius scripsit. *Ulpian.* lib. 50. tit. 13. leg. 1. *circa med.* Ceterarum artium opificibus sive artificibus, quæ sunt extra litteras, vel notas positæ. *Paul.* lib. 29. tit. 1. leg. 40. L. Titius miles notario testamentum scribendum notis dictavit, et antequam litteris perscriberetur vita defunctus est. Respondi, militibus, quo modo volunt, et quo modo possunt, testamentum facere concessum esse. Adde *Senec.* ep. 90. *circa med.* et V. *Notarius.* Cum dixit *Cic.* 2. *de Divin.* cap. 21. Quam scite per notas nos certiores facit Jupiter! *per notas* intellexit per signa cælo missa, ut per fulmina, quæ quiddam significarent, ac portenderent. ¶ Sunt etiam *notæ* signa, quæ appingebantur libris, dum in legendo probaretur quid, aut improbaretur: qua de re aliquid dictum est in *Cera:* eratque hoc præcipue Grammaticorum munus. *critical marks inserted in books, where any thing occurred worthy of note, of which kind were asterisks, obelisks*, &c. *Cic. in Pison.* c. 30. Quoniam te non Aristarchum, sed Phalarim Grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed poetam armis persequare, &c. *Senec.* ep. 6. Mittam ipsos tibi libros, et ne multum operæ impendas, dum passim profutura sectaris, imponam notas, ut ad ea ipsa protinus, quæ probo et miror, accedas. *Isidor.* viginti sex profert notarum figuras, lib. 1. *Orig.* c. 20. quas sententiarum notas appellat, quæ apponerentur ad demonstrandam unamquamque verbi sententiarumque, et versuum rationem. In his sunt virgulæ, obeli, asterisci, &c. sua quodque vi, ac significatione præditum: de quorum ætate, et auctoritate alii viderint. V. *Fabric. in Biblioth. Lat.* l. 2. c. 9. sect. 8. [† cum *Eschenbachio*, supra laudato.] ¶ Neque solum signa, sed quæ scribuntur in Auctorem aliquem, aut confirmandi, aut improbandi, aut illustrandi causa, *notæ* dici possunt, *notes, remarks, annotations, observations. Impp. Theodos. et Valent.* lib. 1. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 1. Notas etiam Pauli, atque Ulpiani in Papiniani corpus factas, sicut dudum statutum est, præcipimus infirmari. *Pompon. Dig.* lib. 49. tit. 17. leg. 10. Ex nota Marcelli constat, nec patribus aliquid ex castrensibus bonis filiorum deberi. ¶ Item de signis, quæ imponebantur cadis et amphoris, ad significandum vini tempus, et præstantiam. *Horat.* l. 2. od. 3. v. 6. Seu te in remoto gramine per dies Festos reclinatum bearis Interiore nota Falerni. *with a cup of old Falernian wine.* et lib. 1. sat. 10. v. 24. ut Chio nota si commixta Falerni est. [† *Cic. Brut.* 83. Aniciana nota. *wine made in the consulship of Anicius.*] ¶ Item de stigmatibus, quæ inurebantur fronti, aut humero improborum servorum, et fugacium. *a brand or stigma. Sueton. in Calig.* c. 27. Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla condemnavit. *Cic.* Thracum morem fuisse indicat, ut se notis compungerent, 2. *Offic.* c. 7. Barbarum compunctum notis Threiciis destricto gladio jubebat anteire. ¶ Item de nævis, tuberculis, et maculis, quæ corpori innascuntur. *Plin.* l. 11. c. 39. *ad fin.* Mammas homo solus e maribus habet: cetera animalia mammarum notas tantum. *Sueton. in Aug.* c. 80. Corpore traditur maculoso dispersis per pectus atque alvum genitivis notis. *Horat.* de vitulo *in fin.* od. 2. lib. 4. Qua notam duxit, niveus videri, Cetera fulvus. ¶ Translate est indicium, signum. *a mark, proof, sign, token. Cic. Verr.* 4. c. 47. Ut multis in locis notas ac vestigia scelerum suorum relinqui velint. *Cels.* l. 2. c. 6. *post med.* In vicino sæpe quædam notæ positæ imperitos medicos decipiunt. *et in fin.* In acutis morbis fallaces magis notas esse et salutis, et mortis. *Stat.* l. et silv. 1. v. 15. juvat ora (*Domitiani*) tueri Mixta notis belli, placidamque gerentia pacem. *Plin.* l. 3. ep. 11. Mihi quoque impendere idem exitium, certis quibusdam notis augurabar. ¶ Translate a nota cadorum est genus, *a kind, sort, quality. Colum.* l. 9. cap. 15. *extr.* Secundæ notæ mel. *Id.* l. 12. c. 17. Primæ notæ acerrimum acetum. et cap. 57. Caseus Gallicus, vel cujuscumque notæ. et cap. 37. Vini nota parum firma. et cap. 38. Hic liquor utilior est ad valetudinem, quam alterius myrteæ notæ compositio. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 2. *extr.* Ex hac nota corporum est aer. [† *Catull.* 66. 28. Quisquis de meliore nota. *of the better sort.*] ¶ Huc pertinent illa *Curii ad Cicer. Fam.* 7. ep. 29. Persevera nos conservare, et Sulpicii successori nos de meliore nota commenda. *in the strongest terms. Senec. in Med.* v. 906. Levia scelera et vulgaris notæ. *Senec. alter* 3. *de benef.* c. 9. Quædam beneficia non sunt ex hac vulgari nota, sed majora. *Petron. in Satyr.* c. 83. Eum ex hac nota litteratorum esse, quos odisse divites solent. *of this class.* ¶ Item quidquid inservit ad rem aliquam discernendam: ducta metaphora a notis, quæ imponuntur pecoribus et jumentis. *Cic. in Orat.* c. 23. Sequitur, ut cujusque generis (*dicendi*) nota quæratur et formula. *the character. Phædr.* l. 4. fab. 23. *extr.* Tabella talis hominum discernit notas Eorum, qui se falsis ornant laudibus, et quorum virtus exhibet solidum decus. ¶ Translate a nota servorum, vel a macula est nota Censoria, h. e. judicium ignominiosum, quo Censores afficiebant aliquem ob delictum, Senatu, aut Tribu movendo, equo publico spoliando, in ærarios referendo, &c. quarum rerum exempla habes apud *Liv.* l. 4. c. 24. et l. 39. c. 42. et 44. *Gell.* l. 4. *c. ult.* et *Val. Max.* l. 9. c. 9. &c. *Cic. pro Cluent.* c. 46. *a mark of disgrace or ignominy imposed by the censor.* Qui pretio adductus eripuerit patriam civi innocenti, is censoriæ severitatis nota non inuretur? [† *Eschenbach.* ΣΗΜΕΙΩΣΕΙΣ *Vett. Critt.* p. 297.] ¶ Hinc sæpissime ignominiam significat, infamiam, probrum, dedecus. *infamy, dishonour, disgrace; a mark of ignominy, mark of reproach, infamous blot. Lucil.* apud *Non.* c. 4. n. 325. Quem scis scire tuas omnes maculasque notasque. *Cic. Catil.* 1. c. 6. Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? quod privatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? *Id. de provinc. consul.* c. 10. Gabinii litteras insigni quadam nota, atque ignominia nova condemnastis. *Id. pro Rabir. perduell.* c. 9. Homo omnibus notis turpitudinis insignis. *Id.* 3. *Offic.* c. 18. O turpem notam temporum illorum! *Id. in Pison.* c. 18. Sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas subire. *Senec. in Herc. Fur.* v. 634. Hanc ferat virtus notam? *Gell.* l. 4. *c. ult.* Notæ aliquem eximere. *Ulpian. Dig.* l. 3. tit. 2. leg. 2. Nota laborare. *Plin.* l. 2. ep. 6. Eadem omnibus pono. ad cœnam enim, non ad notam invito. *Tert. de Pœnit. in fin.* Peccator omnium notarum. *h. e.* qui omnia scelera admisit, quæ notam merentur. ¶ Translate a nævis corporis est insigne, monumentum. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 595. Hunc Numidæ faciunt, illum Messana superbum, Ille Numantina traxit ab urbe notam. *h. e.* cognomen Numantini. [† ¶ *Candida nota, (Catull.* 107. 6.) et *Cressa nota*, (*Hor. Od.* 1. 36. 10.) V. quæ sint in *Cressa*, collatis quæ dixit *Forcellinus* in *Albus* et *Calculus.*]

NOTĀBĬLIS, le, *notable, observable, remarkable, memorable, extraordinary*, ἐπίσημος, qui notari potest, observari dignus, insignis, conspiciendus, conspicuus in utramque partem. *Cic. Fam.* 5. ep. 12. *circa med.* Viri excellentis ancipites variique casus habent admirationem, exspectationem, &c. si vero exitu notabili concluduntur, expletur animus jucundissima lectionis voluptate. *Ovid. Metam.* 1. v. 169. Lactea nomen habet; candore notabilis ipso. *Senec.* l. 1. *de Ira*, c. 2. Aspice nobilissimarum civitatum fundamenta vix notabilia; has ira disjecit. *that are now hardly visible. Plin.* l. 36. c. 5. Hipponacti notabilis fœditas vultus erat. *Plin. alter* l. 9. ep. 13. *circa med.* Adjecit etiam: notabilem te futuris principibus fecisti. Esto, inquam, dum malis. *Id.* l. 7. ep. 6. Rara et notabilis res contigit Vareno. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 25. Eo notabilior cædes fuit, quia filius patrem interfecit. *Ulpian. Dig.* l. 3. tit. 1. leg. 1. Personæ turpitudine notabiles. *Quintil.* l. 1. c. 3. (*al.* 4.) Et si quid in pejus notabile est. *Id.* l. 9. c. 4. *ante med.* Quæ imperitis quoque ad reprehensionem notabilia videntur. *Impp. Arcad. et Honor.* l. 9. *Cod.* tit. 9. leg. 5. Jubemus, eos notabiles esse sine venia. *h. e.* infamia notatos.

NOTABILĬTER, *remarkably, notably, in an extraordinary manner*, ἐπισήμως, notabilem in modum, insigniter. *Quintil.* declam. 17. c. 6. *extr.* Pater, qui me tam notabiliter odit. *Plin.* l. 1. ep. 5. *a med.* Expalluit notabiliter, quamvis palleat semper. *Tacit. Hist.* 1. c. 55. Quibusdam, ut in tumultu, notabilius turbantibus. *Sueton. in Aug.* c. 87. Quotidiano sermone quædam frequentius et notabiliter usurpavit.

NOTACŬLUM, i, n. nota, signum. *Minuc. Felix* c. 31. *ad fin.* Non notaculo corporis, sed innocentiæ signo facile dignoscimus.

NOTARĬA, æ, f. scriptura, qua aliquid notum fit: præsertim deferendi et accusandi causa: quæ et notoria dicitur. *Augustin.* epist. 169. et collat. 3. *cum Donatist.* c. 2. *an information, accusation*, ἀναφορά.

NOTARĬUS, a, um, ad notas pertinens, quibus in scribendo utimur. *Fulgent.* l. 3. *Mytholog.* c. 10. In puerilibus litteris prima abecedaria, secunda notaria. Al. aliter leg.

NOTARĬUS, ii, m. *a writer in cipher, shorthand writer, scribe, notary, copist or copyist, transcriber, secretary, clerk, amanuensis*, ταχυγράφος, σημειογράφος, qui notis quibusdam brevibus (de quibus in *Nota* est dictum) citissime excipit, et exscribit quæ quis dictaverit. Erant servi, aut liberti, qui studiis heri aderant, excipientes, quæ ille meditatus exscribi vellet: item qui actiones oratorum in foro, dum agerent, excipiebant: item qui causidicis inserviebant, perscribendis actis forensibus. Horum ars nunc omnino periit: quod dolet etiam *Lips.* centur. 1. *ad Belg.* epist. 27. ubi tota hac de re multa. [† V. *Eschenbach.* ΣΗΜΕΙΩΣΕΙΣ *Vett. Critt.* p. 291. seq. *Brodæi Misc.* 4. 9.] *Martial.* l. 14. epigr. 208. cujus lemma *Notarius.* Currant verba licet, manus est velocior illis: Nondum lingua suum, dextra peregit opus. *Auson. epigr. ult.* Puer notarum præpetum Solers minister, advola: Bipatens pugillar expedi, Cui multa fandi copia, Punctis peracta singulis, Ut una vox absolvitur. *Plin.* l. 9. ep. 36. Notarium voco, et die admisso, quæ formaveram dicto. *Quintil.* l. 8. c. 2. Ceteræ actiones, quæ sub nomine meo feruntur, negligentia excipientium in quæstum notariorum corruptæ. *Martial.* l. 7. epigr. 52. *de causidico.* Hic qui libellis prægravem gerit lævam, Notariorum quem premit chorus lævis, &c. *Senec. in apocoloc. circa med.* Is multa diserte dixit, quæ notarius persequi non potuit. *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 28. Eum notarium, qui falsum causæ brevem in consilio imperatorio retulisset, incisis digitorum nervis, ita ut nunquam posset scribere, deportavit. ¶ Differt a tabellione, scriba, librario, quod hi non per notas, et signa, sed per litteras, et integras voces scribebant. *Paul. Dig.* l. 29. tit. 1. leg. 40. L. Titius miles notario testamentum scribendum notis dictavit, et antequam litteris perscriberetur, vita defunctus est. ¶ Paulatim tamen *notarius* aliquem ex his significare cœpit. Porro notarii fuere etiam servi publici, qui Magistratibus inserviebant: quorum mentio fit *in epist. Valeriani* apud *Trebell. Poll. in Claud.* c. 14. et alibi. Tria Notariorum genera notantur in officiis domus Augustæ: Tribuni, et Notarii Principis, qui et Tribuni Notariorum dicti sunt (*Ammian.* l. 17. c. 5. *sub fin.*) Tribuni et Notarii Prætoriani (*Cassiod.* l. 6. ep. 3. et lib. 11. ep. 18. et 20.) Domestici et Notarii. V. lib. 6. *Cod. Theodos.* tit. 10. *qui est* de Primicerio et Notariis, &c. et *Guther. de Officiis domus Aug.* l. 3. c. 9.

NOTĀTĬO, onis, f. *a noting, marking, remarking, observing, taking notice of*, σημείωσις, actus notandi, animadversio, observatio. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 42. Chaldæis in prædictione, et in notatione cujusque vitæ ex natali die, minime esse credendum. *Id. in Bruto*, c. 17. Licet ex his eligant ea, quæ notatione et laude digna sint, &c. et c. 19. Ego vero delector ista quasi notatione temporum. *Id. in Orat.* c. 55. Notatio naturæ, et animadversio peperit

artem. ¶ Item castigatio et animadversio Censoria. V. *Notio.* ¶ Item examen, ac judicium, quod fit de aliquo. *an examination, investigation, inquiry.* *Cic.* 5. *Phil.* c. 5. Delectus autem et notatio judicum etiam in nostris civibus haberi solet. ¶ Item exornatio rhetorica, cum alicujus natura certis describitur signis, quæ sicuti notæ quædam, naturæ sunt attributa. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 50. ¶ Item propria cujusque verbi vis, et significatio, quæ habetur notando atque observando, unde verbum illud ortum habeat. *etymology.* *Cic. in Top.* c. 2. *extr.* Tum notatio, cum ex vi verbi argumentum aliquod elicitur. et c. 8. Multa etiam ex notatione sumuntur. Ea est autem, cum ex vi nominis argumentum elicitur: quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, id est, verbum e verbo, veriloquium. Nos autem novitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus, quia sunt verba rerum notæ. Itaque hoc idem Aristoteles σύμβολον appellat, quod Latine est nota. Sed cum intelligitur, quid significetur, minus laborandum est de nomine. Hactenus *Cic.* cui adde *Quintil.* l. 1. c. 6. (*al.* 10.) *a med.*

NOTĀTUS, a, um, *marked, distinguished,* σημειωθεὶς, signatus. *Cic. post redit. in Sen.* c. 7. Frons calamistri notata vestigiis. *Id. de provinc. consul.* c. 2. Via illa castris Threiciis distincta ac notata. *Martial.* l. 10. epigr. 38. O nox omnis et hora, quæ notata est Caris litoris Indici lapillis. *Lucret.* l. 5. v. 611. ignis nullo fulgore notatus. *h. e.* ignis sine splendore. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 6. v. 48. Ungue notata comas, ungue notata genas. *Martial.* l. 3. epig. 21. famulus fronte notatus. *branded, stigmatized.* ¶ Item notis litterarum inscriptus. *written,* γεγραμμένος. *Ovid.* 1. *Amor.* el. 4. v. 20. Verba notata mero. *Id.* 4. *ex Pont.* ep. 3. v. 26. verbis charta notata tribus. *Id. Heroid.* ep. 3. v. 1. a rapta Briseide littera venit Vix bene barbarica Græca notata manu. et epist. 5. v. 21. Incisæ servant a te mea nomina fagi, Et legor Œnone falce notata tua. *carved, cut out, graved.* *Martial.* l. 7. epigr. 16. libellos auctoris calamo sui notatos. ¶ Item per *notas* non per litteras signatus. *written in cipher or short-hand, ciphered.* *Sueton. in Galba,* c. 5. HS quingenties, quia notata non perscripta erat summa, Tiberio ad quingenta revocante, ne hæc quidem accepit. ¶ Item animadversus, observatus. *remarked, observed, noted.* *Horat.* l. 2. sat. 7. v. 8. sæpe notatus Cum tribus annellis, modo læva Priscus inani. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 18. Ratione aut conjectura observata ac notata signa. *Id. in Top.* c. 2. Demonstratus et notatus locus. *Id.* 1. *de Divin.* c. 7. Animadversus et notatus. *Auct. ad Herenn.* l. 3. c. 22. Si aliqua re exornabimus, quo notatior sit similitudo. *Al. leg. notabilior:* al. *notior.* ¶ Item descriptus, explicatus, illustratus. *explained, expounded, set forth, illustrated.* *Cic.* 3. *Tuscul.* c. 5. Multo melius hæc notata sunt verbis Latinis, quam Græcis. *Id.* 7. *Fam.* ep. 32. Equidem sperabam, ita notata me reliquisse genera dictorum meorum, ut cognosci sua sponte possent. *Nep. in Attic.* c. 18. Nulla res illustris est populo R. quæ non in eo volumine suo tempore sit notata. ¶ Item castigatus, ignominia affectus, infamiæ nota inustus, turpis, infamis. *censured, branded with infamy, covered with dishonour, disgraced, infamous,* ἄδοξος. *Plin.* l. 33. c. 11. Propter quinque pondo notatum a Censoribus triumphalem senem. *Cic. in fragm. contra C. Anton.* apud *Ascon.* Gravissimis vestris decretis absens notatus est. *Id. pro Cluent.* c. 22. Judicia senatoria insigni turpitudine notata, atque operta dedecore et infamia. *Id.* 6. *Fam.* ep. 6. *a med.* Boni cives nulla ignominia notati. *sullied, blurred.* *Id. pro Dom.* c. 9. Homo teterrimus, omnium scelerum libidinumque maculis notatissimus. *Id. pro Font.* c. 1. Galli modo bello domiti, modo triumphis ac monumentis notati, modo agris multati. *Plin.* l. 7. c. 3. Nasica in toga candida bis repulsa notatus a populo. *Cic. pro Dom.* c. 26. Hominis scelere ac furore notato, similis a republ. labes in posterum demovebatur.

NOTESCO, is, tui, n. 3. *to be made known, become known,* γνωρίζομαι, notus fio. *Propert.* l. 2. el. 10. v. 37. Nec minus hæc nostri notescet fama sepulcri. *Lucan.* l. 10. v. 197. cælicolis gratum reor, ire per omnes Hoc opus, et sacras populis notescere leges. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 73. Quæ ubi Tiberio notuere, scripsit consulibus. et l. 12. c. 8. At Agrippina, ne malis tantum facinoribus notesceret, veniam exsilii pro Seneca impetrat.

NOTHUS, a, um, *spurious, of a mixed or bastard breed, natural, illegitimate,* νόθος, non legitimus, non ejusdem generis, aut originis, spurius: a voce Græca allata. In hominibus *nothi* sunt, qui ex illegitimis nuptiis nascuntur. *Festus:* Nothum Græci natum ex uxore non legitima vocant: qui apud nos spurio patre natus dicitur. *Quintil.* l. 3. c. 6. *ad fin.* Νόθον, qui non sit legitimus, Græci vocant: Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam testatus est, non habemus: ideoque utimur peregrino. *Virg.* 9. *Æn.* v. 697. Antiphaten Thebana de matre nothum Sarpedonis alti. ¶ De bestiis etiam dicitur, quæ ex diversi generis, aut regionis parentibus procreantur. *Colum.* l. 8. c. 2. *ad fin.* Omnium horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt. *Virg. Æn.* 7. v. 282. *de equis.* Semine ab ætherio, spirantes naribus ignem, Illorum de gente, patri quos dædala Circe Supposita de matre nothos furata creavit. *h. e.* filios equorum Solis immortalium, et equæ mortalis. *Plin. extr.* c. 1. l. 8. nothos dici ait elephantorum genus, qui ceteris minores sunt. ¶ Translate *Catull.* carm. 62. *de Aty,* v. 27. Simul hæc comitibus Atys cecinit notha mulier. *h. e.* non vera mulier, sed vir exsectus. *Al. leg.* nova. *Id.* carm. 34. *ad Dian.* v. 15. et *Lucret.* l. 5. v. 575. Luna notho fertur loca lumine lustrans. *h. e.* non suo, sed alieno. *borrowed, not its own.* *Arnob.* l. 5. pag. 182. nothæ atque adulteræ lectiones. ¶ Aliter nothum definit *Isidor.* his verbis l. 9. *Orig.* c. 5. Nothus dicitur, qui de patre nobili, et matre ignobili gignitur, sicut ex concubina. Huic contrarius est spurius, qui de matre nobili, et patre ignobili nascitur. Hæc *Isidor.* quæ nullo veterum Scriptorum testimonio firmat.

NOTĬA, æ, f. νοτία, gemma, quæ cum imbribus cadere dicitur: nempe a *Noto,* qui ventus est humidissimus, et maxime imbrifer. Eadem dicitur et *ombria,* ab ὄμβρος, imber. *Plin.* l. 37. c. 10.

NOTIĀLIS, le, adject. *of the south wind, southern,* ad Notum pertinens, australis. *Avien. in Phænom.* v. 550. jacet in Notialia nubila pronus.

[* NOTIFICĀTUS, a, um, notus. *Auct. carm. de pulice* v. 24. Res est notificata satis.]

NOTIFĬCO, as, avi, atum, a. 1. *to make known, notify,* γνωρίζω, notum facio, indico, monstro. *Pompon.* apud *Non.* c. 2. n. 585. Nunc te obsecro, stirpem ut evolvas, meorumque genus notifices mihi. *Gell.* l. 9. c. 3. Philippi vim toti Græciæ cavendam, Demosthenis orationes notificant. *Al. leg.* vocificant. *Ovid.* 1. *ex Pont.* ep. 2. v. 12. Atque modum culpæ (al. *pœnæ*) notificare meæ. Sed hic versus merito a Criticis suspectus habetur, et *Ovidio* indignus.

NOTĬO, onis, f. *a notion, idea, conception,* ἔννοια, νόησις, cognitio, notitia, intelligentia, species, quam in animo habemus ex concipiendis percipiendisque rebus. *Cic. in Top.* c. 7. Genus et formam definiunt hoc modo: Genus est notio ad plures differentias pertinens: Forma est notio, cujus differentia ad caput generis, et quasi fontem referri potest. Notionem appello, quod Græci tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν dicunt. Ea est insita, et ante percepta cujusque formæ cognitio, enodationis indigens. *Id. Tuscul.* 1. c. 24. Nec fieri posse, ut a pueris tot rerum atque tantarum insitas, et quasi consignatas in animis notiones, quas ἐννοίας vocant, haberemus, nisi animus, antequam in corpus intravisset, in rerum cognitione viguisset. *Id. de Fin.* l. 3. c. 6. Simul ac homo cepit intelligentiam, vel notionem potius, viditque, &c. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 16. In omnium animis deorum notionem impressit natura. et lib. 2. c. 5. In animis hominum informatas deorum esse notiones. *Id.* 3. *Offic.* c. 20. Excute intelligentiam tuam, ut videas, quæ sit in ea species, forma, et notio viri boni. ¶ Item vis et facultas cognoscendi. *Id.* 1. *de nat. Deor.* c. 11. Aperta, simplexque mens, nulla re adjuncta, fugere intelligentiæ nostræ vim et notionem videtur. *the compass of our understanding.* ¶ Cum accus. quia verbale est a *nosco.* *Plaut. Trucul.* 2. 7. 62. Quid tibi hanc aditio est? quid tibi hanc notio est, inquam, amicam meam? ¶ Item vis et significatio. *a meaning, import, signification.* *Cic.* 5. *Tuscul.* c. 10. Neque alia huic verbo, cum beatum dicimus, subjecta notio est, nisi, secretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio. ¶ Item cognitio causæ, quæ fit a magistratu cum jurisdictione, et ipsa jurisdictio. *the cognizance or trying of a cause.* *Tacit.* 3. *Ann.* c. 59. Tiberius dilata notione de jure Flaminis, decretas cæremonias temperavit. *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. pœnult.* leg. 90. Notionem accipere debemus, et cognitionem, et jurisdictionem. *Id.* lib. 42. tit. 1. leg. 5. Prætor ait: cujus de ea re jurisdictio est. melius scripsisset: cujus de ea re notio est. etenim notionis nomen etiam ad eos pertinet, qui jurisdictionem non habent, sed habent de quavis alia causa notionem. *Cic. pro Dom.* c. 13. Quæ omnis notio, cum adoptarere, pontificum esse debuit. *Ulpian.* lib. 49. tit. 1. leg. 10. Si quis pluribus summis sit condemnatus, quarum singulæ notionem principis non faciunt, omnes autem conjunctæ faciunt; poterit ad principem appellare. ¶ Speciatim dicitur de judicio, et punitione Censoria. *Cic. pro Sext.* c. 25. Ut Censoria notio, et gravissimum judicium sanctissimi magistratus tolleretur. *Id.* 3. *Offic.* c. 31. Notiones, animadversionesque Censoriæ. *Id. de provinc. consul.* c. 19. et *in Pison.* c. 5. Censorium judicium ac notio. *Liv.* l. 27. c. 25. Ad Censores, non ad Senatum notionem de eo pertinere dicentes. Adde *Gell.* l. 17. c. 18. Sunt qui his locis *notationem* substituunt.

NOTĬTĬA, æ, f. *knowledge, acquaintance; a notion, conception, idea,* ἔννοια, γνῶσις, cognitio, notio. *Cic.* 1. *de Legib.* cap. 8. Itaque ex tot generibus nullum est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei. *Id. Offic.* 2. c. 24. *a med.* Valetudo conservatur notitia sui corporis. *Id.* 4. *Acad.* c. 10. Notitiæ rerum, quas Græci tum ἐννοίας, tum προλήψεις vocant. *Id. de Fin.* l. 5. c. 21. Natura ingenuit sine doctrina notitias parvas rerum maximarum. *Ovid.* 4. *Met.* v. 59. Notitiam, primosque gradus vicinia fecit. *Lucret.* l. 5. v. 125. Notitiam præbere. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 10. v. 5. eripere. *Quintil.* l. 6. c. 4. habere alicujus rei. *Cels.* l. 6. c. 6. sect. 14. *extr.* Quippiam notitiæ subtrahere. *Quintil.* l. 4. c. 2. *ante med.* Instruere judicem notitia rerum. *Ovid. de nuce,* v. 29. et *Plin.* l. 7. cap. 1. Hoc venit mihi in notitiam. *Plin.* l. 3. c. 5. *circa med.* Tradere aliquid notitiæ hominum. *Plin. alter* l. 10. ep. 15. et 18. Perferre in notitiam alicujus. *to inform.* *Vellei.* l. 2. c. 7. Res parum ad notitiam pertinens. *hardly worth the knowing.* ¶ Passive *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 8. v. 48. virtus Notitiam seræ posteritatis habet. *h. e.* noscitur a posteritate. *Id. ibid.* l. 3. ep. 1. v. 49. Exposuit mea me populo fortuna videndum, Et plus notitiæ, quam fuit ante, dedit. *has caused me to be more known.* et *Nepos in Dione,* c. 9. Hi propter notitiam sunt intromissi. *h. e.* quia noti, et familiares. *Senec.* epist. 19. Tanta notitia te invasit. *you are so much known.* ¶ Notitiam feminæ habere, est cum ea concumbere. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 20. Intra annum vigesimum feminæ notitiam habuisse in turpissimis habent rebus. γινώσκειν γυναῖκα. *to know a woman.* ¶ *Notitiai* antiquum pro notitiæ. *Lucret.* l. 2. v. 123. Exemplare dare, et vestigia notitiai. ¶ In variis locis *Codicis Justin.* ut lib. 1. tit. 27. §. 4. et lib. 12. tit. 60. *leg. ult.* &c. notitia est libellus, in quo descripti sunt Officiales, qui publice inserviunt, et ratio omnis administrationis eorum, et annonæ, quæ unicuique ab Imperatore præstatur, &c. Exemplum habes priore *loco citat. Cod.*

NOTITĬES, ei, f. idem ac notitia. *Vitruv. in proœm.* l. 6. *a med.* Ideo notities parum est assecuta. *Lucret.* l. 5. v. 1046. unde insita notities est Utilitatis? Adde vers. 183.

NOTĬUS, a, um, adject. *of the south-wind, southern,* Νότιος, australis, a Noto vento. *Manil.* l. 1. v. 436. Quæ Notia antiqui dixerunt sidera vates. et vers. 427. Tum Notius piscis, venti de nomine dictus, Exsurgit de parte Noti. ¶ Græcorum aliqui, teste *Plin.* l. 3. c. 5. *ad fin.* Notium mare vocant, quod alii Tyrrhenum, et Latini Inferum. Sic Notius polus est Australis, apud *Hygin. Poet. Astron.* l. 1. c. 5. et 6. et lib. 4. c. 11.

NOTO, as, avi, atum, a. 1. *to mark, distinguish by a mark, note,* σημειόω, notam, signum appono, distinguo: a *nota.* *Ovid.* 1. *Amor.* el. 7. v. 50. ungue notare genas. *to scratch.* et lib. 3. el. 2. v. 11. equorum terga notare verbere. *Id. de nuce,* v. 155. fusco succo notare digitos. *Id. Met.* 4. v. 329. pueri rubor ora notavit. *Cic.* 4. *Verr.* c. 32. *extr.* Notare tabellam cera, aut sanguine. *Petron. in Satyr.* c. 89. Reducta cuspide uterum (*equi lignei*) notavit. *h. e.* feriendo signavit. *Colum.* l. 8. c. 11. *a med.* ova atramento. *Pallad. in Februar.* tit. 9. *a med.* lineam candidis signis. *Martial.* l. 7. epigr. 17. corpus nulla litura notat. *h. e.* nulla ruga, aut macula deformat. *not a wrinkle deforms.* Sic *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 785. cui rugis uterum Lucina notavit. ¶ De scribente *Id. Met.* 9. v. 522. Incipit, et dubitat: scribit, damnatque tabellas: Et notat, et delet. *marks or notes down.* ¶ Et de iis qui compendiose, ac per notas scribunt, *to write in cipher, write by ciphers, take down in short-hand,* *Quintil. in proœm.* l. 1. *ante med.* Alterum quantum notando consequi potuerant, editionis honore vulgaverant. ¶ Est etiam videndo observare, animadvertere, videre, *to observe, mark, remark, notice, see:* idque non videndi causa solum, sed memoriæ, et doctrinæ, et operis gratia. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 48. *a med.* Numerum in cadentibus guttis notare possumus, in amne præcipitante non possumus. *Id.* 1. *de Divin.* c. 42. *ad fin.* Arabes et Phryges, campos et montes peragrantes facilius cantus avium, et volatus notaverunt. et lib. 2. c. 43. Animadvertere, et notare sidera. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 108. Helicen Graia carina notat. *Petron. in Satyr.* c. 6. Dum hæc diligentius audio, non notavi mihi Ascylti fugam. *Virg. Ecl.* 3. v. 68. Parta meæ Veneri sunt munera. namque notavi Ipse locum, aeriæ quo congessere palumbes. *Cic. Fam.* 7. ep. 22. Id caput, ubi hæc controversia est, notavi, et descriptum tibi misi. et *Verr.* 7. c. 10. *sub fin.* Veris initium iste non a Favonio notabat, sed cum rosam viderat, &c. *Plin.* l. 2. c. 8. Apud nos quoque id liquore olei notamus accidere. *Ovid. Fast.* 5. v. 10. silent aliæ, dictaque mente notant. *Quintil.* l. 3. c. 2. Notare aliquid ad imitandum, vitandumque. *Val. Flacc.* l. 2. v. 311. Ecce procul validis Lemnon tendentia remis Arma notant. *they perceive, discern, descry, discover.* *Martial.* l. 5. epigr. 50. Nudum est in medio caput, nec ullus In longa pilus area notatur. *is seen.* ¶ Item docere, monstrare, designare, significare, *to show, indicate, designate, import, signify.* *Cic. in Partition.* c. 11. Insunt etiam in temporibus illa, quæ temporis quasi naturam notant, ut hiems, ver, æstas, autumnus. *Id.* 3. *de Fin.* c. 2. Agricultura eas res, in quibus versatur, nominibus notavit novis. *Id.* 2. *de Orat.* c. 58. Hæc ridentur vel maxime, quæ notant et designant turpitudinem aliquam non turpiter. *Plin.* l. 17. c. 22. *a med.* Quæ genera vitium, et in quali solo cæloque essent conserenda, cum enumeraremus naturas earum, notavimus. *Id.* l. 8. c. 36. *sub fin.* Annalibus notatum est, Domitium ursos Numidicos centum in Circo dedisse. *it stands on record.* *Sueton. in Ner.* c. 39. Histrio in novissima clausula Senatum gestu notavit. *hinted at, pointed out.* Sic *Quintil.* l. 11. c. 1. L. Crassus, cum apud summos oratores dicat, satis habet partem hanc velut notare inter agnoscentes. *to hint at, touch upon cursorily.* ¶ *Notare* etiam dicuntur, qui libris aliorum adscribunt aliquid vel arguendi, vel confirmandi, vel explicandi causa. *to remark, note down, take notes.* *Ulpian. Dig.* lib. 3. tit. 5. leg. 9. Idque et Labeo probat: sed Proculus apud eum notat, non semper debere dari.

Id. lib. 35. tit. 1. leg. 19. *extr.* Marcellus apud Julianum libro vicesimoseptimo Digestorum notat: Non dubitamus, quin, &c. *Arcad.* lib. 50. tit. 4. *leg. ult. a med.* Mixta munera sunt δεκαπρωτίαι, εἰκοσαπρωτίαι, ut Herennius Modestinus, et notando, et disputando, bene et optima ratione decrevit. ¶ Sæpe dicitur de judice, qui causa cognita, reum sententia, et punitione ignominiosa afficit, aut factum improbat, et damnat: et ignominia, infamiaque dignum esse declarat: et præcipue de Censoribus, ut in *Nota* dictum est. *Cic. pro Cluent.* c. 42. *extr.* Quos censores furti, et captarum pecuniarum nomine notaverunt. *Id. pro Mil.* c. 11. *extr.* Ita Senatus rem, non hominem notavit. *Id. pro Cluent.* c. 47. Homines, quos ceteris vitiis, atque omni dedecore infames videbant, eos hac quoque subscriptione notare voluerunt. *Id. Phil.* 7. c. 9. Ignominia notandos censuerunt eos, si qui militiam subterfugissent. *Martial.* l. 6. epigr. 22. Ne lex te Julia notare possit. *Arnob.* l. 4. pag. 142. notare aliquem probri. ¶ Hinc accipitur universim pro reprehendere, arguere, improbare, damnare, tanquam ignominiosum et infamem observare, infamare, *to mark or brand with infamy, disgrace, reprimand, reflect on, find fault with, censure.* *Cic. pro Balb.* c. 25. Luxuria Cornelii non crimine aliquo libidinis, sed communi maledicto notabatur. *Id. pro Quint. in fi.* Ne is dedecore, macula, turpissimaque ignominia notetur. *Id. in Brut.* c. 62. *ad fin.* Cujus improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notaverunt. *Id.* 2. *de Orat.* c. 85. *ad fin.* Nec bonum virum proprie et copiose laudari sine virtutum, nec improbum notari ac vituperari sine vitiorum cognitione posse. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 24. Stultus et improbus hic amor est, dignusque notari. [†*Id.* l. 1. sat. 4. 5. Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur, &c. multa cum libertate notabant.] *Sueton. in Ner.* c. 5. Notare aliquem joco. *Id. in Domit.* c. 8. scriptis famosis. [¶ Particip. *notans, notandus* apud *Horat.* 1. sat. 6. v. 14. Notante judice, quæ nosti, populo. *et de art. poet.* v. 156. Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores.]

NOTOR, oris, m. *he who knows and gives an account of another,* γνωστὴρ, qui notitiam dat alterius: idem qui *cognitor:* quod Vide. *Petron. in Satyr.* c. 92. Ne mea quidem vestimenta ab officioso recepissem, nisi notorem dedissem. *Senec. in Apocoloc. ante med.* Si quis a me notorem petisset, te fui nominaturus, qui me optime nosti. et epist. 39. Qui notorem dat, ignotus est.

NOTORĬUS, a, um, notus, vel notum faciens. *Notoria epistola,* et *notoria* absolute, est, qua notitiam rei cujuspiam alteri damus. *Gallien. in quadam epist.* apud *Trebell. Poll. in Claud.* c. 17. Nihil me gravius accepit, quam quod notoria tua intimasti, Claudium graviter irasci. ¶ Speciatim *notoria* et *notorium* est delatio, et denuntiatio, qua crimen ad judicem defertur. *an information, indictment, accusation.* *Paul. Dig.* lib. 48. tit. 16. leg. 6. Nuntiatores, qui per notoria, indicia produnt, notoriis suis adsistere jubentur. *Imp. Gordian.* l. 9. *Cod.* tit. 2. leg. 7. Si falsis, nec ne, notoriis insimulatus sit, perpenso judicio inspici debet. *Apul.* l. 7. *Metam.* Ille, qui falsam de me notoriam pertulerat. [† V. *Notaria.*]

NOTRIX pro *nutrix* olim dictum fuit, teste *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 6.)

NOTŬLA, æ, f. *a little mark or note,* parva nota. *Martian. Capella* l. 1. pag. 17. *extr.* Multicoloribus notulis variata pictura.

NŌTUS, a, um, *known, that one is acquainted with, ascertained, well known, manifest, notorious, noted,* γνωτὸς, γνώριμος, cognitus, manifestus, patens. *Cic.* 2. *Verr.* c. 16. Ejusmodi res, ita notas, ita testatas, ita manifestas proferam, ut, &c. *et Verr.* 4. c. 34. Cupiditas nota, atque apud omnes pervulgata. *et Verr.* 5. c. 58. Res nota et manifesta omnibus. *et Verr.* 7. c. 13. *a med.* Unum illud, quod ita fuit illustre notumque omnibus, ut, &c. *Id. pro Mil.* c. 28. Fingi hæc putatis, quæ patent, quæ nota sunt omnibus, quæ tenentur? *Id. Phil.* 11. c. 5. Noti atque insignes latrones. *Id. in Orat.* c. 33. *ad fin.* Habere omnes philosophiæ notos et tractatos locos. *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 3. notus mihi nomine tantum. *Virg.* 1. *Æn.* v. 383. fama super æthera notus. *Tibull.* l. 2. el. 6. v. 41. Nota loquor. *Cic. Fam.* 6. ep. 12. et *de provinc. consul.* c. 13. Facere aliquid alicui notum. *Id. pro Mur.* c. 7. Tua nobilitas hominibus litteratis est notior, populo obscurior. *Id. pro Sull.* c. 26. Vita P. Sullæ vobis populoque R. notissima. *Cæs.* l. 2. *B. Civ.* c. 19. Nullus fuit civis R. paulo notior, quin ad diem conveniret. ¶ Cum genit. *Horat.* l. 2. od. 2. v. 6. Notus in fratres animi paterni. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 274. laborant Cyclopes, notique operum Telchines amica Certatim juvere manu. *Sil.* l. 17. v. 148. notusque fugarum Vertit terga. ¶ Sequente infinito. *Sil.* l. 12. v. 330. Delius avertet propiora pericula vates, Trojanos notus semper minuisse labores. ¶ *Noti, orum,* sunt amici, domestici, vicini, familiares, qui nobis noti sunt, nosque noverunt. *friends, intimate acquaintance, neighbours,* &c. *Cic. pro Cœl.* c. 2. De dignitate Cœlius notis ac majoribus natu facile respondet: quibus autem non æque est cognitus, hi sic habeant, &c. *Horat.* l. 1. sat. 1. v. 84. Non uxor salvum te vult, non filius: omnes Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ. *Virg. in Ciri,* v. 260. Nec mihi notorum deflectunt lumina vultus. ¶ Interdum enim *notus* in malam partem sumitur pro infami. *infamous, notorious.* *Cic. pro Cœl.* c. 13. Clodia, mulier non solum nobilis, sed etiam nota. *Id. Verr.* 2. c. 6. Qui non tam me impediunt, quod nobiles sunt, quam adjuvant, quod noti sunt. ¶ Active sumitur pro eo, qui novit, ut *ignotus,* qui non cognoscit. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 39. Herus meus est imperiosus. *Ba.* novi, notis prædicas. V. *Ignotus.*

NŎTUS, *et* Notos, i, m. *the south-wind,* Νότος, Græco nomine est ventus idem, qui auster Latino: a νοτὶς, humor, humiditas, ut *Gell.* docet l. 2. c. 22. Est enim fere nebulosus atque humectus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 355. Tres notus hibernas immensa per æquora noctes Vexit me violentus aqua. *Horat.* epod. 10. v. 19. Ionius udo cum remugiens sinus Noto carinam ruperit. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 264. madidis notus evolat alis. *Id. Heroid.* ep. 3. v. 58. et *Val. Flacc.* l. 2. v. 506. nubifer. *Senec. in Agamemn.* v. 481. nimbis gravis. *Ovid. Heroid.* ep. 2. v. 12. procellosus. *Id.* 1. *Amor.* el. 4. v. 12. tepidus. ¶ Græca positione. *Lucan.* l. 7. v. 363. Quidquid signiferi compressum limite cæli Sub noton, et boream hominum sumus. Adde lib. 10. v. 243. ¶ Per synecdochen est ventus quilibet. *Virg.* 3. *Æn.* v. 268. Tendunt vela noti. *the wind.*

NOVACŬLA, æ, f. *any sharp knife; a razor,* ξυρὸς, culter acuta acie, et ad radendum apta, qualis est tonsorius. Dictam putant, quia membra, quæ raduntur, quodammodo novantur. *Petron. in Satyr.* c. 103. Mercenarius meus, ut ex novacula comperistis, tonsor est. *Martial.* l. 2. epigr. 66. Novacula nudare caput. et lib. 11. epigr. 59. Quid si me tonsor, cum stricta novacula supra est, &c? *Plin.* l. 29. c. 6. Alopecias præparari oportet novacula, et sinapi. *h. e.* caput radendo, et sinapi confricando. *Tertull. de Spectac.* c. 23. Vultus suos novacula mutare. *Sueton. in Calig.* c. 23. Novacula secare fauces. *Colum.* l. 12. c. 54. Raporum summam cutem novacula decerpito. *Plin.* l. 22. c. 23. Fungos præparare succineis novaculis. *h. e.* manubrium e succino habentibus. *Martial.* l. 7. epigr. 60. Stringitur in densa nec cæca novacula turba. *h. e.* occulta sica, pugio, gladius ad confodiendos homines. ¶ De cote discissa novacula verba facit *Cic.* 1. *de Divin.* c. 17. *Liv.* l. 1. c. 36. et *Valer. Maxim.* l. 1. c. 4. sect. 1. ¶ Est et piscis hoc nomine, quo tacta quæ sunt, ferrum olent. *Plin.* l. 32. c. 2.

NOVĀLIS, le, adject. νεατὸς. *Novalis ager,* et *novalis,* aut *novale* absolute est ager aratro post cessationem renovatus. Et primo ac proprie dicitur de agro novo, cui nunc primum immissum est aratrum, cum antea aut silva esset, aut terra nunquam proscissa et culta in segetem. *land newly enclosed and broken up for cultivation; a field sown after being long uncultivated.* *Quintil.* declam. 3. c. 4. Humum scindere, segnem futuris novalibus eruere silvam. *Plin.* l. 17. c. 5. *a med.* Talis fere est in novalibus, cæsa vetere silva. Adde *Callistrat. Dig.* lib. 47. tit. 21. leg. 3. *sub fin.* ¶ Deinde de agro, qui alternis cessat, et renovatur. *ground sown after remaining fallow for a year or more.* νέωμα. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 4. *sub fin.* Ager restibilis, qui restituitur, ac reseritur quotquot annis: contra qui intermittitur, a novando novalis ager. *Plin.* l. 18. c. 19. Quod vere semel aratum est, a temporis argumento vervactum vocatur. Hoc in novali æque necessarium est. Novale est, quod alternis annis seritur. *Colum.* l. 2. c. 2. *ante med.* Expediendi rudis agri rationem sequitur cultorum novalium cura. ¶ Femin. genere. *Virg.* 1. *Georg.* v. 71. Alternis idem tonsas cessare novales, Et segnem patiere situ durescere campum. *subaudi* terras. *fallows.* *Pallad. in Januar.* tit. 10. Terra tota debet effodi, ubi ager immundus est: ubi autem mundæ sunt novales, scrobibus pastinemus, aut sulcis. et lib. 1. tit. 6. *a med.* Si tibi ager est silvis inutilibus tectus, ita eum divide, ut loca pinguia puras reddas novales, loca sterilia silvis tecta esse patiaris. ¶ Interdum universim accipitur pro agro culto. *cultivated land.* *Virg. Ecl.* 1. v. 71. Impius hæc tam culta novalia miles habebit? Barbarus has segetes? *Stat.* 3. *Theb.* v. 644. miseri quid pulcrum sanguine victo Aoniam, et diri saturare novalia Cadmi? ¶ Item pro solo nunquam arato, et herboso. *Colum. in præfat.* l. 6. Agricola quam maxime subacto et puro solo gaudet, pastor novali graminosoque.

NOVĀMEN, inis, n. res nova, novatio. *Tertull.* lib. 1. *advers. Marcion.* c. 20. *a med.* Hoc novamen, illas vetustates.

NOVARIENSIS, se, *of Novara, Novarese,* ad Novariam pertinens, quæ est urbs Insubriæ, hod. *Novara:* ut Novariensis agricola, *Plin.* l. 17. c. 23. *ad fin.*

NOVATIĀNUS, i, Romanæ urbis presbyter, vixit medio fere sæculo Christi tertio, primo Catholicus, deinde Novati Carthaginiensis hæresim amplexus. Scripsit varia, ex quibus exstant liber de Trinitate, et epistola de cibis Judaicis (quæ cum Operibus *Tertulliani* edi solent) stilo non illitterato, neque insuavi.

NOVATĬO, onis, f. *a renovation, renewal, novation,* νέωσις, actus novandi, renovatio, innovatio. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 1. *circa med.* Cum manifestius novatio prædicetur a creatore. *Paulin. Nolan.* carm. 25. *Nat.* 10. *S. Fel.* v. 185. bis eam (*cellam*) geminata novatio comit. *Arnob.* l. 5. pag. 182. Novatio, et revelatio pudendorum. V. *ibid.* pag. 174. ¶ Apud JCtos est prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem, vel naturalem transfusio atque translatio: hoc est, cum ex præcedenti causa ita nova constituitur, ut prior perimatur. Ita *Ulpian. Dig.* lib. 46. tit. 2. *qui est* de novationib. et delegationib. leg. 1. Adde *Scævol. in fi.* tit. 3. lib. 34. et lib. 33. tit. 1. leg. 21. *circa med.*

NOVĀTOR, oris, m. *a renewer, restorer, renovator, novator,* νεῶν, qui novat, in usum revocat quæ obsoleverant. *Gell.* l. 1. c. 15. *sub fin.* Quod *loquentia* novatori verborum Sallustio maxime congrueret. *Auson.* epist. 16. v. 32, Stirpis novator Anniæ. Dicitur *Sallust.* novator verborum, quia maxime delectatus est priscis atque obsoletis verbis *Catonis:* unde vetus Poeta apud *Quintil.* l. 8. c. 3. Et verba antiqui multum furate Catonis, Crispe Jugurthinæ conditor historiæ.

NOVĀTRIX, icis, f. *she that renews or repairs,* quæ novat. *Ovid.* 15. *Met.* v. 252. rerumque novatrix Ex aliis alias reparat natura figuras.

NOVĀTUS, us, m. *a change,* novatio, mutatio. *Auson. Edyll.* 14. v. 39. Tot species, tantosque ortus, variosque novatus Una dies aperit, conficit una dies.

NOVĀTUS, a, um, *newly made, invented,* νεωθεὶς, factus, nove inventus. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 38. Verbum aut inusitatum, aut novatum, aut translatum. ¶ Item in novum mutatus. *altered, transformed, changed.* *Ovid.* 2. *Met.* v. 674. utque vagi crines per colla jacebant, In dextras abiere jubas: pariterque novata est Et vox, et facies. *h. e.* in novam mutata. et lib. 4. v. 279. Nec loquor, ut quondam, naturæ jure novato, Ambiguus fuerit, modo vir, modo femina Scython. ¶ Item instauratus, renovatus. *renewed, repaired, renovated.* *Tacit.* l. 2. *Hist.* c. 51. In funere ejus novata luctu ac dolore militum seditio. *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 20. Tlepolemi leto cura novata mea est. *Id. de remed. amor.* v. 729. Admonitu renovatur amor, vulnusque novatum Scinditur. ¶ *Novatus ager* est novale, vel universim iterum aratus cultusque in sementem. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 30. Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed novato et iterato, quo meliores fetus possit, et grandiores edere. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 44. Oblectat cultu terra novata suo. [¶ Est etiam cognomen Romanum apud *Sueton. in Aug.* c. 51. Julius Novatus.]

NOVE, *newly, in a new or unusual manner, after a new form or fashion,* καινῶς, νεωτέρως, novo modo, noviter. *Plaut. Epid.* 2. 2. 38. Ornata ut lepide! ut concinne! ut nove! *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 9. Ne quid perturbate, ne quid ambigue, ne quid nove dicamus. *Senec.* l. 1. controv. 4. *ad fin.* Pulcre dixit, et nove sumpsit ab omnibus bene dicta. *Gell.* l. 17. c. 2. *circa med.* *Magnum viaticum* pro magna facultate, et paratu magno, nove positum est. et lib. 19. c. 7. Verba nove, aut insigniter dicta. ¶ Superlat. *novissime* est nuper, ultimo loco, postremo. *a while ago, lately, last of all, at last, lastly, finally, ultimately,* προσφάτως. *Val. Antias* lib. 2. apud *Charis.* l. 2. pag. 186. *Putsch.* Mater cum novissime ægrotasset, vovisse fertur. et lib. 22. Quod novissime nobiscum fœdus fecissent. *Sallust. in Catil.* c. 34. Novissume memoria nostra argentum ære solutum est. *Plin.* l. 4. ep. 30. Annulum ponis in sicco: alluitur sensim, ac novissime operitur. et lib. 8. ep. 3. Liber, quem novissime tibi misi. *Quintil.* l. 2. c. 10. Declamandi ratio, ut ex omnibus novissime inventa, ita multo est utilissima. Adde *Hirt.* l. 8. *B. Gall.* c. 1. et 48. ¶ In enumerationibus, et distributionibus. *Planc. ad Cicer. Fam.* 10. ep. 24. Milites ornari volui a Senatu, primum quod ita meritos judicabam: deinde quod conjunctiores reipubl. esse volebam: novissime ut tales vobis præstare possem, quales, &c. *Senec.* l. 3. *de Ira,* c. 5. Dicam primum, quemadmodum in iram non incidamus: deinde quemadmodum nos ab illa liberemus: novissime quemadmodum irascentem placemus. *Pallad. in Novembr.* tit. 22. *ad fin.* Lectas baccas condies: rutam et petroselinum sternes: subinde salis aspersione cumulabis: postremum mel superfundes: novissime optimi olei quantumcumque miscebis.

NOVELLASTER, a, um, adject. novellus, novus. *Marcell. Empir.* c. 8. Vinum optimum, sed novellastrum.

NOVELLE, nove. *In supposit. Plauti Pœn.* v. 8. Utrum is est novelle novellicus, &c.

NOVELLĒTUM, ti, n. locus novellis arboribus, v. gr. vitibus consitus, ubi nulla antea plantatio fuit. *a plantation or nursery of vines.* *Paul. Dig.* lib. 25. tit. 1. leg. 6. Veluti si novelletum in fundo factum sit. *Gloss. vet.* Novelletum, νεόφυτον, νεοφυτεῖον.

NOVELLĬCUS, a, um, novellus. V. in *Novelle.*

NOVELLĬTAS, atis, f. novitas, res nova. Vox est *Tertull. advers. Prax.* c. 2. et *de anim.* c. 28.

NOVELLO, as, avi, atum, a. 1. *to plant young vines, make a vineyard,* νεάω, νεάζω, novum agrum colo, seu novas vites pango. *Sueton. in Domitian.* c. 7. Existimans nimio vinearum studio negligi arva, edixit, ne quis in Italia novellaret. *Paulin. Nolan.* carm. 21. (*al.* 13.) v. 696. In castitate liberos enutriens Vitam novellantes Deo.

NOVELLUS, a, um, *new, of early growth, young, tender,* νεόφυτος, νέος, diminut. a novus. *Cic.* 5. *Fin.* c. 14. Itaque et vivere vitem, et mori dicimus, arboremque et novellam, et vetulam, et vigere, et senescere. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 2.

de caprarum ætate. Novella, quam vetus, utilior. et lib. 1. c. 20. et *Colum.* l. 6. c. 1. Novelli juvenci. *Id. Colum.* l. 8. c. 5. Novellæ gallinæ. *h. e.* quæ semel tantum excubarunt. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 84. Novellæ sues. *Tibull.* l. 2. el. 2. v. 22. Novella turba. *h. e.* nova proles, infantuli. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 31. Vineas novellas fodere. *Virg. Ecl.* 3. v. 11. Novellæ vites. *Plin.* l. 28. c. 9. Novella prata. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 12. v. 24. Cum regerem tenera frena novella manu. et lib. 3. ep. 7. v. 16. Ductus ab armento taurus detrectat aratrum, Subtrahit et duro colla novella jugo. *Liv.* l. 41. c. 5. Cn. et L. Gavilii, novelli Aquileienses. *h. e.* novi coloni Aquileiam deducti (nempe triennio ante, ut est apud *eund.* l. 40. c. 34.) *colonists lately transplanted to Aquileia.* [*Id.* l. 2. c. 38. Novella oppida. *lately acquired or taken.*] *Vopisc. in Tacit.* c. 1. Post excessum Romuli, novello adhuc Romanæ urbis imperio.

NOVEM, *nine*, ἐννέα, numerus decimum inter, et octavum. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 5. Sermo in novem et dies, et libros distributus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 249. Unde per ora novem magno cum murmure montis It mare proruptum.

NOVEMBER, *et* Novembris, bris, *the month November*, nonus mensis a Martio. Sumitur et absolute, et adjective. *Colum.* l. 11. c. 2. *post med.* Calen. Novembribus, et postridie caput Tauri occidit: pluviam significat. Tert. Non. Novembris Fidicula mane exoritur: hiemat, et pluit. *Cato* apud *Priscian.* l. 6. pag. 696. Mense Octobri fecimus: Novembris reliquus erat. *Auson. in Eclogar. de dieb. sing. mens.* Implent tricenas per singula menstrua luces Junius, Aprilisque, et cum Septembre November. *Martial.* l. 3. epigr. 58. v. 8. Hic post Novembres, imminente jam bruma, Seras putator horridus refert uvas. *Calpurn. Ecl.* 2. v. 82. cum sole Novembri Maturis nucibus virides rumpentur echini.

NOVENARĬUS, a, um, *of or consisting of nine, novenary*, ἐννεαδικός, novem continens. *Varr.* l. 2. *de L. L.* c. 49. *a med.* Novenaria regula, novenarius numerus, novenaria natura. *Plin.* l. 17. c. 11. Novenarius sulcus. *h. e.* scrobs altitudine pedum trium, latitudine pari, ut ipsemet exponit. ¶ De novenario, et ternario numero multa subtiliter *Auson. Edyll.* 11. V. et *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 2.

NOVENDĔCIM, *et* Novemdecim, *nineteen*, ἐννέα καὶ δέκα, undeviginti. *In Epitom. Liv.* l. 119. Cum annos novendecim haberet. Al. leg. *decem et novem:* alii aliter. *Priscian. in lib. de ponderib.* pag. 1351. *Putsch. decem et novem* agnoscit. *Idem* tamen lib. 18. pag. 1170. docet a *Livio* usurpatum *septemdecim*, quod ejusdem est formæ.

NOVENDIĀLIS, le, *lasting nine days, of nine days' continuance*, qui novem diebus fit, ἐνναταῖος. *Novendiale sacrificium*, et *Novendiales feriæ* dicebantur, quæ novem diebus continuis fieri solebant ad expiationem prodigiorum. *Liv.* l. 1. c. 31. Nuntiatum regi, patribusque est, in monte Albano lapidibus pluisse. Romanis quoque ab eodem prodigio novendiale sacrum publice susceptum est, seu voce cælesti ex Albano monte missa (nam id quoque traditur) seu haruspicum monitu. Mansit certe solemne, ut quandocumque idem prodigium nuntiaretur, feriæ per novem dies agerentur. Hæc *Liv.* apud quem rursus lib. 21. c. 62. et lib. 25. c. 7. et lib. 26. c. 23. et lib. 27. c. 37. et lib. 29. c. 14. et alibi sæpe legimus novendiale sacrum factum esse, quod de cælo esset lapidatum. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 5. Novendiales feriæ. ¶ Aliud fuit sacrum novendiale, quod privatim fiebat nono die, postquam cineres in sepulcrum illatæ fuerant: eo enim claudebantur, et complebantur justa solemnia defuncti: quæ ideo et *novendialia* dicta sunt. *Glossæ:* Novendialia, ἔννατα ἐπὶ νεκροῦ ἀγόμενα. Apud *Augustin.* legitur *Novendial*, l. 1. *quæst. in Heptateuch.* quæst. 172. Nescio, utrum inveniatur, alicui Sanctorum in Scripturis celebratum esse luctum novem dies, quod apud Latinos novendial appellant. *Servius* ad illud *Virg. Æn.* 5. v. 64. Præterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit, &c. sciendum, quia apud majores, ubicumque quis fuisset exstinctus, ad domum suam referebatur: unde est illud (*Æn.* 6. v. 152.) Sedibus hunc refer ante suis, et conde sepulcro: et illic erat septem diebus: octavo incendebatur: nono sepeliebatur: unde *Horat.* (epod. 17. v. 47.) in sepulcris pauperum prudens anus Novendiales dissipare pulveres. *to scatter the ashes of the dead nine days after burial.* Unde etiam ludi, qui in honorem mortuorum celebrabantur, novendiales dicuntur. Hæc *Servius*, qui tamen minus recte interpretatur illud *Sedibus hunc refer ante suis.* ¶ *Novendialis cœna* est feralis, funebris. *funeral, funereal. Tacit.* 6. *Ann.* c. 5. ¶ Exstincto populo, etiam novendialis tarde venit, proverb. apud *Quintil.* declam. 12. c. 23. de eo, qui nimis sero, et frustra opem fert. Quamvis enim post nonum mortis diem adhuc novendiale sacrum, vel cœna fiat in tempore, tamen si populus omnis exstinctus sit, sera est, quia nullo superstite, fieri nequit. ¶ Plura V. apud *Kirchman. de funerib.* l. 4. c. 1. ¶ Scribitur et *novemdialis.* ¶ De novendiali coquo V. *Nundinalis.*

[* NOVENNIS, e, qui novem annos habet. *Luctant. de mort. persec.* c. 20. Substituto Cæsare filio suo, qui tunc erat novennis.]

NOVENSĬLES DII, seu ut alii malunt, Novensides, ium, m. iidem fortasse sunt, ac Indigetes, qui hoc præterea epitheto gaudeant, quod novissime in deorum sedes recepti sint. Nihil tamen certi afferri potest. Quidam enim ita putant appellatas novem Musas, a numero. *Varro* dicit, esse numerum novenarium: quasi in eo divina quædam sit vis, et præsens numen. *Cornificius* credit, eos fuisse deos novitatum præsides: quasi eorum cura et patrocinio res novarentur, et instaurarentur. *Cincius* ait, sic appellata numina omnia peregrina in Urbem recepta, ex ipsa cultus novitate. Denique alii alia, ut in re omnino dubia. V. *Arnob.* l. 3. pag. 122. unde hæc sumpta sunt. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 10. a Sabinis venire ait: quod et *Piso* affirmat apud *Arnob. loc. cit.* Meminit et *Liv.* l. 8. c. 9. recitans formulam devotionis Decii, in qua Novensiles ab Indigetibus distinguuntur: item *Martian. Capell.* l. 1. pag. 16. [¶ Certi tamen aliquid de significatione hujus vocis attulisse nuper videtur *Joachimus Navarrus*, qui Græcum marmor Melitense ann. 1789. docte admodum explicuit et illustravit. Eam scilicet interpretationem probat, quam primo loco posuit *Forcellinus;* ac Novensiles Deos eos dictos putat, qui novissime in Deorum sedes recepti erant. Insigne marmor novam quamdam sacerdotem commemorat νεωτέρας Θεοῦ *Novensilis Divæ.* Divam hanc Liviam fuisse docet *Navarrus*, Tiberii Cæsaris matrem, quam anno a Christo nato XLII. Tiberius Claudius Drusi filius imperator Divorum fastis adscripsit. Vide ejus *Dissertat.* eo, quem diximus, anno Melitæ editam. Vide etiam *Ephemerid. Florentin. ejusdem anni* col. 631. 638.] ¶ Genitivus *Novensilium* usurpatur ab *Arnob. ibid.* Urbium victarum deos potestate afficit Novensilium numinum.

NOVĒNUS, a, um, *nine*, ἔνατος, nomen numerale distributivum, a *novem.* Fere usurpatur num. plur. ut cetera distributiva: et etiam extra distributionem. *Liv.* l. 27. c. 37. Ut virgines ter novenæ per urbem euntes carmen canerent. *Ovid.* 12. *Met.* v. 97. Terga novena boum. *Plin.* l. 3. c. 7. Novenorum conceptu dierum. ¶ In sing. numero *Stat.* l. 1. silv. 2. v. 4. Demigrant Helicone deæ, quatiuntque novena Lampade solemnem thalamis coeuntibus ignem.

NOVERCA, æ, f. *a stepmother, stepdame*, μητρυιά, nova uxor ducta post mortem prioris, quæ liberos reliquit superstites: cui respondet *privignus.* Dicta est a *novus*, et *arceo*, quia ducitur arcendæ familiæ gratia, id est coercendæ, ut ait *Fest.* Porro novercæ infestæ esse solent prioris uxoris filiis: præsertim si suos sibi ipsæ pepererint. *Cic. pro Cluent.* c. 70. Nomina necessitudinum, non solum naturæ nomen, et jura mutavit: uxor generi, noverca filii, filiæ pellex. *Horat.* epod. 5. v. 9. Quid ut noverca me intueris? *Virg. Ecl.* 3. v. 33. injusta noverca. *Id.* 2. *Georg.* v. 128. sæva. et lib. 3. v. 282. mala. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 853. sceleratæ fraude novercæ. *Id. Heroid.* ep. 12. v. 188. Sæviat in partus dira noverca meos. *Id.* 1. *Met.* vers. 147. Lurida terribiles miscent aconita novercæ. *Val. Flacc.* l. 3. v. 506. insidias astusque novercæ sentire. *Plin.* lib. 6. *ep. pænult.* Novercam filiæ, amore captus, induxerat. *Capitolin. in M. Antonin. Philos. in fin.* Ne tot liberis superduceret novercam. ¶ Translate *Vellei.* l. 2. c. 4. Hostium armatorum totiens clamore non territus, qui possum vestro moveri, quorum noverca est Italia? *h. e.* non mater, cujus sitis indigenæ, et vere Itali, sed advenæ, et convenæ. Dictum est P. Scipionis Africani minoris in concionem plebis R. tumultuantem. Simile est illud Cæsaris apud *Petron. in Satyr.* c. 22. mercedibus emptæ, Ac viles animæ, quorum est mea Roma noverca. ¶ *Apud novercam queri*, proverb. *Plauti in Pseud.* 1. 3. 80. h. e. lamentari apud eum, qui vel nullam opem feret, vel etiam calamitate nostra gaudebit. Angli dicunt, *to complain to the wind; to reason with a stock.* ¶ In re agraria *novercæ* videntur esse canales aquam ex agris transmittentes, sed non quantum satis est ad eos exhauriendos et exsiccandos, at exigue, et ut ita dicam, maligne: vel quod exiles sint, vel quod facile obstruantur. Apud *Goes.* pag. 119. 142. 143. &c. semper cum canabulis junguntur.

NOVERCĀLIS, le, *of or pertaining to a stepmother, novercal*, μητρυιώδης, ad novercam pertinens: item inimicus, infestus, quia ferme oderunt novercæ privignos. *Stat.* l. 5. silv. 2. v. 118. Getulo sic pulcher equo, Trojanaque quassans Tela, novercales ibat venator in agros Ascanius. *h. e.* Didonis. *Juvenal.* sat. 12. v. 71. Atque novercali sedes prælata Lavino. *h. e.* Lavinio, quod fuit oppidum ab Ænea conditum, et a Lavinia Iuli noverca appellatum. Sic Bacchus apud *Stat.* 7. *Theb.* v. 177. novercales appellat Mycenas, inimicas Thebis, quia sub tutela Junonis erant (*Ovid.* 6. *Fast.* v. 47.) ejus noverca. *Tacit.* 12. *Ann.* c. 2. Novercalia odia. et lib. 1. c. 33. Novercales Liviæ in Agrippinam stimuli. *Senec.* l. 4. *excerpt. controv.* n. 6. Quid alterum novercalibus oculis intueris? *Trebell. Poll. in* XXX. *Tyrann.* c. 16. Erat circa illum Zenobia novercali animo.

NOVERCOR, aris, dep. 1. *to act the stepmother*, novercam ago, sævio ut noverca. *Sidon.* l. 7. epist. 14. *ante med.* Quorum imbecillitati quodammodo novercaretur.

NOVI. V. *Nosco.*

NOVIĀNUS, a, um, ad Novium, poetam Comicum pertinens, qui inter alia Comœdiam scripsit, cui nomen *Fullones.* Unde *Tertull. de Pall.* c. 4. *ante med.* Inter fullones Novianos coronandus. [*M. Aur.* apud *Front. epist. ad eumd.* l. 2. epist. 9. Sed cum leges sexaginta inibi sint et Novianæ, et Atellaniolæ, et Scipionis oratiunculæ, ne tu numerum nimis expavescas. Observandum porro est, Novium dici a *Macrob.* 1. *Saturn.* c. 10. probatissimum Atellanarum scriptorem, sed Marcum hic aperte distinxisse Novianas ab Atellanis.]

NOVĬES, *nine times*, ἐννάκις, novem vicib. *Varr.* l. 1. *de R. R.* c. 2. *sub fin.* Hoc ter novies cantare jubet. *Virg.* 4. *Georg.* v. 480. Novies styx interfusa. *Senec.* epist. 58. *ad fin.* Perfectissimus numerus, quem novem novies multiplicata componunt. *scil.* LXXXI.

[† NOVILUNĬUM, i, n. *the new moon*, νεομηνία. Laudatur *Apuleius.* Voce utitur ipse *Forcellinus* in *Neomenia* V.]

NOVISSĬME. V. *Nove.*

NOVISSĬMUS. V. *Novus.*

NOVĬTAS, atis, f. *newness, freshness, novelty, strangeness*, καινότης. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 28. Quem tibi rei novitas attulerit. *Id. de Amic.* c. 19. Novitates si spem afferunt, non sunt repudiandæ. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 160. Anni novitas. *h. e.* ver. ¶ Ponitur et pro generis ignobilitate. *Vellei.* l. 2. c. 127. Quibus novitas familiæ haud obstitit, quo minus ad consulatus eniterentur. *a being the first in one's family that ever obtained a curule office. Cic.* l. 1. *Fam.* ep. 7. *a med.* Putabam novitati esse invisum meæ. Adde *Sallust. in Jug.* c. 88. ¶ In illo *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 13. v. 23. laudes de Cæsare dixi: Adjuta est novitas numine nostra dei: *novitas* est novus *Ovidii* conatus. Sic in vet. Inscript. apud *Gruter.* pag. 337. *a med.* His novitatibus duplici ornatus est gloria, &c. Sermo est de Agitatore Circensi, qui et septem equis simul junctis, et sine flagello (quod novum erat) vicerat.

NOVĪTER, adverb. nove. *Plaut. in suppositis Aulul. sc.* Quid hic, v. 5. Nisi fodiam noviter. *Inscript.* apud *Gruter.* pag. 171. n. 7. (quam sæculi Christi quarti, h. e. anno CCCLXXVI. judicat *Reinesius*) Basilicæ noviter reparatæ. *Fulgent.* l. 3. *Mythol.* c. 1. *a med.* Amor noviter venit.

NOVITIŎLUS, a, um, adject. diminut. a novitius. *Tertull. in Apolog.* c. 47. et *de Pænit.* c. 6.

NOVITĬUS, *et* Novicius, a, um, *new, recent, novel*, νεαρός, novus, novellus, recens. *Alfen.* apud *Gell.* l. 6. c. 5. Novum novitium dicimus, et proprium propitium, augere atque intendere volentes novi et proprii significationem. *Gell.* hoc improbat: quam merito, alii viderint. *Plaut. Most.* 3. 2. 92. Novitium mihi quæstum institui non malum. *quite a new trade. Gell.* l. 11. c. 1. Novitia turba Grammaticorum. [† *h. e.* neoterica.] *modern.* et lib. 1. c. 9. *sub fin.* Novitios philosophorum sectatores cum veteribus Pythagoricis comparans. *Plin.* l. 23. c. 1. *a med.* Vinum jejunos bibere, novitio invento, inutilissimum est. *et paulo post.* Vinum novitium resinatum nulli conducit. *Id.* l. 34. c. 5. Statuæ Lupercorum habitu factæ tam novitiæ sunt, quam quæ nuper prodiere pænulis indutæ. *Id.* l. 35. c. 6. *sub fin.* Novitii colores. [† *Id. Præf.* 1. Opus novicium. *h. e.* novum, quale nullum adhuc editum est.] ¶ Sæpe dicitur de servis, qui nuper in servitutem inciderunt, novique sunt in ministeriis, et imperiti. *slaves newly purchased, raw and ignorant of their business, novices. Martian. Dig.* l. 39. tit. 4. *leg. ult.* Veterana mancipia sunt, quæ anno continuo in urbe servierunt: novitia autem intelliguntur, quæ anno nondum servierint. *Varr.* l. 7. *de L. L.* c. 2. Etiam novitii servi empti in magna familia, cito conservorum nomina, recto casu accepto, in obliquos declinant. *Plaut. Capt.* 3. 5. 60. Recens captus homo, nuperus, et novitius. *a slave newly bought. Terent. Eun.* 3. 5. 34. Paucæ, quæ circum illam essent, manent novitiæ puellæ. *Cic. in Pison.* c. 1. Syrum nescio quem, de grege novitiorum, factum esse consulem. Adde *Quintil.* l. 8. c. 2. ¶ Translate *Juvenal.* sat. 3. v. 265. Jam sedet in ripa, tetrumque novitius horret Porthmea. ¶ Scribitur et *novicius:* quod *Dausq.* minus placet.

Q. NOVĬUS, poeta Latinus, Atellanarum scriptor, videtur fuisse æqualis Lucretii. De eo *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 10. Novius probatissimus Atellanarum scriptor ait: Olim exspectata veniunt septem Saturnalia. Ejus meminit etiam *Gell.* l. 15. c. 13. et lib. 17. c. 2. item *Nonius* sæpe. Facile autem a librariis ejus nomen cum *Nævio*, et *Nonio* commutatum est. [† V. *Novianus.*]

NOVO, as, avi, atum, a. 1. *to introduce as new, invent, coin*, νεόω, καινόω, novum facio, invenio, excogito. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 37. Verba, quæ novamus et facimus ipsi. et cap. 38. Novantur autem verba, quæ ab eo, qui dicit, ipso gignuntur et fiunt. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 346. Ignotum hoc aliis ipse novavit opus. ¶ Item muto, innovo. *to change, alter. Cic.* 3. *de Legib.* c. 5. Nihil habui, sane non multum, quod putarem novandum in legibus. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 540. nomenque simul, faciemque novavit. ¶ *Novare res*, est mutare statum civitatis, rebus novis studere, novi aliquid moliri. *to attempt a revolution or change in a government*, νεωτερίζειν. *Sallust. in Catil.* c. 40. Ubi primum dubiis rebus novandis spes oblata est. *Liv.* l. 24. c. 23. Tanquam novandi res aliquam occasionem quærentes. *Id.* l. 35. c. 34. Multitudinem, et quorum res non ex sententia ipsorum esset, omnia novari velle. *Sallust. in Catil.* c. 58. Optimum factu ratus, noctem, quæ instabat, antecapere; ne quid eo spatio novaretur. ¶ Est etiam novare, instaurare, reficere. *to make new, renew, repair, renovate. Virg.* 5. *Æn.* v. 752. Ipsi transtra novant, flammisque am-

besa reponunt Robora navigiis. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 11. *in fin.* cum longa dies sedavit vulnera mentis, Intempestive qui fovet illa, novat. *Id.* 1. *Fast.* v. 621. matronaque destinat omnis Ingratos nulla prole novare viros. *h. e.* nullam prolem parere, per quam patres quodammodo renoventur. Sic *Stat. Theb.* 10. v. 229. Cui fetura gregem pecoroso vere novavit. *Ovid. Heroid.* ep. 4. v. 90. Hæc reparat vires, fessaque membra novat. *h. e.* reficit, recreat. *refreshes, relieves. Val. Flacc.* l. 3. v. 422. Hic sale purpureo, vivaque nitentia lympha Membra novat. *h. e.* exterget, mundat, quasique renovat. [¶ Particip. *novans, novaturus* apud *Liv.* l. 32. c. 38. Duæ faces novantibus res ad plebem in optimates accendendam. *Curt.* l. 10. c. 8. Ni occupetur impotens animus, res novaturum.]

NOVOCOMENSIS, se, ad Novum Comum pertinens, de quo V. in *Comensis. Auctor vitæ* Plinii, *qui a nonnullis* Suetonius *creditur.* Plinius Secundus Novocomensis. [Hinc Novocomenses apud *Cic. ad Fam.* l. 13. ep. 35. sunt illius urbis incolæ.]

NOVUS, a, um, *new, fresh, recent, novel, unusual, uncommon, unheard of,* νέος, καινὸς, qui nuper factus est, qui nunc primum accidit, recens, inauditus, inusitatus. *Cic. Fam.* 7. ep. 18. *extr.* Nihil te ad me postea scripsisse demiror, præsertim tam novis rebus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 31. Nihil dicam reconditum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam novum. *Id. pro Arch.* c. 2. Uti prope novo quodam, et inusitato genere dicendi. *Id.* 4. *Verr.* c. 8. Nova tibi hæc sunt, et inopinata? *Id.* 6. *Attic.* ep. 1. *ante med.* Quod video tibi etiam novum accidisse. *Id. ad Brut.* ep. 2. De Dolabella si quid habes novi, facies me certiorem. *if you have any news about,* &c. *Id.* 2. *de Orat.* c. 3. Quid vos tandem? num quidnam, inquit, novi? *Plaut. Cas. prol.* v. 70. Novum attulerunt, quod fit nusquam gentium. *a thing never before heard ; a thing perfectly new.* et *Pseud.* 2. 4. 9. Istic Pseudolus novus mihi est. *is perfectly unknown to me ; is an entire stranger to me.* ¶ Aliquando dicitur de rebus admirandis, et quæ gravius percellunt animum. *strange, extraordinary, wonderful. Virg. Ecl.* 3. v. 86. Pollio et ipse facit nova carmina. Ubi *Serv.* magna, miranda. *admirable. Terent. Adelph.* 4. 7. 3. Flagitia ingentia, nova, capitalia. *Virg.* 3. *Æn.* v. 591. Ignoti nova forma viri, miserandaque cultu. *Horat.* l. 1. od. 2. v. 6. nova monstra. *Val. Flacc.* l. 8. v. 237. Tum novus implevit vultus honor. *Nep. in Eumen.* c. 8. Statuit aliquid sibi novi consilii esse capiendum. ¶ Ad illud *Cicer. Fam.* 11. ep. 21. Segulium negligamus, qui res novas quærit : non quo veterem comederit : nullam enim habuit : sed hanc ipsam recentem novam devoravit ; *Manut.* discrimen affert inter *novum*, et *recens* : nempe idem, inquit, est, quod inter *vetus* et *antiquum.* Potest enim recens aliquid esse, quod novum non sit, ut recens hereditas, quæ alicui nuper obtigit ; non tamen nova, cum aliæ possint hereditates eidem antea contigisse. *novum* est enim, non quod nuper, sed quod nunc primum habemus : *recens* vero, non quod nunc primum, sed quod nuper : et *novum* ad rem, *recens* ad tempus refertur. Propterea ut simul utrumque significetur, conjunguntur, ut pro Flacco (c. 6.) Memineritis, quarum rerum invidia, lege hac recenti ac nova, certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. Et hic de Segulio, *Hanc ipsam recentem novam devoravit,* ideo dictum, quia nec illam habuisset eo tempore, cum illam accepit, nec unquam antea. nam *recentem* spectat illud, *non quo veterem comederit.* nullam enim habuit. *novam* autem perpetuam vitæ superioris egestatem designat. Hæc *Manut.* Interdum tamen promiscue usurpantur. *Juvenal.* sat. 2. v. 102. Res memoranda novis Annalibus, atque recenti Historia. ¶ *Novus* dicitur, qui rei cuipiam non est assuetus, atque adeo imperitus et rudis. *Ovid. Heroid.* ep. 11. v. 48. Et rudis ad partus, et nova miles eram. *a novice. Tacit. in Agric.* c. 16. Petronius tanquam exorabilior, et delictis hostium novus, eoque pœnitentiæ mitior. *Cic.* eodem sensu dixit *de Amic.* c. 19. Nemo est, qui non equo eo, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato et novo. *to which he is unaccustomed. Sil.* l. 6. v. 254. Terrigena impatiens, dare terga, novusque dolori, Et chalybem longo tum primum passus in ævo. Est qui mallet *doloris.* nam et *vetus* cum genitivo jungitur. ¶ Cum infinito. *Id.* l. 16. v. 332. equi cervix nova ferre jugum. ¶ Novus homo est, qui nullos habet majores rebus gestis et honoribus claros, sed ipse per se clarus esse incipit. *the first of his family that obtained a curule office, and the right of placing a waxen image of himself in the* atrium *of his house, which constituted nobility. Cicer. Fam.* 5. ep. 18. Adeptus es, quod non multi homines novi, amisisti, quæ plurimi homines nobilissimi. Adde *pro Mur.* c. 8. ¶ *Res novæ,* fere in malam partem accipiuntur de mutatione status civitatis, cum quis, ut ait *Vellei.* l. 2. c. 125. novum ducem, novum statum, novam rempublicam quærit. *innovations in the state of affairs ; a change of government, revolution ; sedition, rebellion, treason. Cic.* 1. *Catil.* c. 1. Q. Servilius Ahala Sp. Melium novis rebus studentem manu sua occidit. *Id. Agrar.* 2. c. 33. Rerum novarum causam quærere. *Sallust. in Catil.* c. 29. Manlius in Etruria plebem sollicitare egestate simul, ac dolore injuriæ novarum rerum cupidam. *Sueton. in Cæs.* c. 9. Pactumque, ut simul foris ille, ipse Romæ, ad res novas consurgerent. Sic *Vellei*... 2. c. 129. Quam celeriter Libonem ingratum, et nova molientem oppressit! ¶ *Novæ tabulæ,* χρεῶν ἀποκοπαὶ, pertinent ad oppressos ære alieno : quorum erat unicum votum, ut abolitis prioribus debitis, novæ tabulæ creditorum conficerentur, et ipsi a persolvendis usuris et capite liberarentur. Itaque quoties a seditiosis civibus rerum novarum molitio facta est, legem de novis tabulis conficiendis plebi polliceri mos fuit, quo eam ad se traherent facilius. *a remission of debts, in whole or in part, which required new tables or bonds to be made. Sallust. in Catil.* c. 22. Tum Catilina polliceri tabulas novas, proscriptionem locupletium, &c. *Cic.* 2. *Offic.* c. 23. *extr.* Tabulæ vero novæ quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fundum, eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Adde lib. 5. *ad Attic. ep. ult. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 1. *Liv.* l. 42. c. 13. et *Sueton. in Cæs.* c. 42. ¶ Urbane, et translate. *Senec. in fin.* c. 4. l. 1. *de Benef.* Prohiberi posse rem perniciosissimam, beneficiorum novas tabulas. *h. e.* oblivionem, aut ut pro beneficio accepto nihil debeatur. ¶ Comparat. *novior* non est in usu, quamquam agnoscitur a *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. Superlat. *novissimus* significat extremum, ultimum. *last, extreme.* quia quæ ultima evenere, nova maxime sunt. *Varr. loc. cit.* scribit memoria sua hoc superlativum, ut nimium novum, ab aliquibus vitatum fuisse : et *Gell.* l. 10. c. 21. ait Ciceronem eo semper abstinuisse : sed falsus est. Nam *pro Rosc. Com.* c. 11. Qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit comœdos. *among the meanest players.* (Adde *Galb. ad Cic. Fam.* 10. ep. 30. *ad fin.* et *Cass. ad eund.* l. 12. ep. 13.) *Sallust. in Jugurth.* c. 74. Omnium consiliorum, nisi novissumi, particeps. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 54. Quo omnes armati convenire coguntur : et qui ex iis novissimus venit, necatur. *comes last.* et lib. 1. c. 15. Ex novissimo agmine prœlio nostros lacessere cœperunt. *to harass our rear.* et lib. 2. c. 11. Hi novissimos adorti, magnam multitudinem conciderunt. *Virg.* 4. *Æn.* v. 650. dixitque novissima verba. *Nepos in Eumen.* c. 1. *extr.* Novissimo tempore præfuit alteri equitum alæ. *lastly, ultimately. Ovid.* 2. *Trist.* v. 199. Hæc est Ausonio sub jure novissima, vixque Hæret in Imperii margine terra tui. *the remotest, farthest. Id.* 3. *Metam.* v. 681. falcata novissima cauda est. *h. e.* extrema caudæ pars. *the extremity of the tail.* Sic *Metam.* 13. v. 963. Cruraque pinnigero curvata novissima pisce. [† *Plin.* 2. 13. Luna novissima. *the moon in the last quarter.*] ¶ *Novissima exempla, novissima pœna,* ultimum supplicium. *the severest punishment. Tacit.* 12. *Ann.* c. 20. Meritum quidem novissima exempla Mithridatem. et l. 15. c. 44. *extr.* Quamquam adversus sontes, et novissima exempla meritos. et lib. 6. c. 50. A summa spe novissima exspectabat. *expected the worst.* et lib. 1. c. 33. Novissimum casum experitur. *h. e.* ultimum prœlii discrimen. ¶ *Sub novis,* locus Romæ, de quo V. in *Vetus.*

NOX, noctis, f. *night, night-time, the night,* νὺξ, νυκτὸς, tempus inter occasum ortumque Solis, quo tenebris terra obtegitur : a Græca voce allata. Ejus partes V. in *Concubius. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 19. Ipsa umbra terræ soli officiens noctem efficit. *Id.* 4. *Attic.* ep. 3. Milo media nocte in campum venit. *at midnight.* et *mox.* In Comitium Milo de nocte venit. *in the night, by night.* (et videtur significare illud tempus, quod est a media nocte ad gallicinium. quod dicitur etiam *de media nocte,* ut *Censorin. cap. ult.* docet, *after midnight.* Sic *Cic. pro Mur.* cap. 33. Infimorum hominum filios prope de nocte ex ultima sæpe urbe deductum venire solemus. et cap. 9. *ad fin.* Vigilare de nocte. *Sueton. in Vespas.* c. 21. Maturius semper, et de nocte evigilabat.) *Cicer. Attic.* l. 7. ep. 4. Multa de nocte profectus est. *late at night, at a late hour in the night.* Sic l. 2. *ad Q. Fratr.* ep. 9. Multa nocte veni ad Pompeium. *Tacit.* 3. *Hist.* c. 23. Adulta nocte. *et Ann.* 13. c. 20. Provecta nox erat, et Neroni per vinolentiam trahebatur. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 26. Ad multam noctem pugnatum est. *Id.* l. 1. *B. Civ.* c. 28. Sub noctem naves solvit. et lib. 1. *B. Gall.* c. 40. Proxima nocte de quarta vigilia castra moturum. et cap. 26. Tota nocte continenter ierunt. *Sallust. in Catil.* c. 28. Intempesta nocte conjurationis principes convocat. *Nep. in Eum.* c. 9. Prima nocte ignes faciant : hos secunda vigilia minuant, tertia perexiguos reddant. *at the beginning of the night. Cic. Attic.* l. 13. ep. 26. Credibile non est, quantum scribam die, quin etiam noctibus. *Terent. Andr.* 4. 1. 53. et *Eun.* 5. 9. 49. Stertit noctesque et dies. *Cic.* 1. *de Fin.* c. 16. Sollicitudines, quibus eorum animi noctes atque dies exeduntur. *day and night,* assidue. *et pro Rosc. Amer.* c. 2. *sub fin.* Scrupulus, qui dies noctesque stimulat. *Id.* 1. *de Orat.* c. 61. Noctes et dies urgeri. ¶ Epitheta noctis Poetica sunt, *nigra, alta, humida, densa, atra, cæca, opaca, pruinosa, silens, tacita, frigida, languida, latebrosa, sopora, siderea, aurea* propter astra, *arcana, horrenda, serena, alma,* quia somnus alit vires, &c. *Virg. Ovid. Lucan. Sen. Trag. Valer. Flacc.* &c. ¶ *Nocte,* noctis tempore, noctu, *in the night, by night. Cic.* 4. *Attic.* ep. 3. *a med.* Nihil esse, quod in campum nocte veniretur. *Liv.* l. 8. c. 34. *sub fin.* Nec discernatur, interdiu, nocte : æquo, iniquo loco : jussu, injussu imperatoris pugnent. ¶ Antiquum est hoc sensu *nox* pro *nocte. Lex* XII. *Tab.* apud *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 4. *a med.* et apud *Gell. in lemmate* cap. 1. l. 8. Sei nox furtum factum esit, sei im occisit, joure caisus esto. *Enn.* apud *Priscian.* l. 6. pag. 724. *Putsch.* Si luci, si nox, si mox, si jam data sit frux. *Plaut. Rud.* 2. 4. 4. Accipiam hospitio, si nox advenis. ¶ Et *nocti* pro *nocte. Lucret.* l. 6. v. 1218. nec nocti sæcla ferarum Exibant silvis. Al. leg. *noctibu',* al. *noxia.* ¶ Poetice *Nox* dea est, filia Terræ, patre incerto, vel ex patre Chao, vel Erebo, matre Caligine, ut est apud *Hygin. in proœm. Fabular.* Dicitur et soror Terræ, ut *Serv.* habet *ad Æn.* 6. v. 250. mater Furiarum et siderum, nutrix Somni et Mortis. Alas ei tribuunt fuscas, pullum ornatum, nigros equos currum trahentes (qui quadriga est *Tibullo* l. 3. el. 4. v. 17. biga aliis.) cujus auriga est Sopor. Agnam ei sacrificabant fusci velleris, item gallum gallinaceum. V. si vacat, *Virg. loc. cit.* et lib. 5. *Æn.* v. 721. et lib. 8. v. 369. *Valer. Flacc.* l. 3. v. 211. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 59. *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 87. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 455. &c. ¶ Metonymice dicitur de iis, quæ nocte fiunt. *Stat.* 10. *Theb.* v. 219. Talia vociferans noctem exturbabat. *h. e.* somnum, quietem, silentium. *Propert.* l. 4. el. 8. v. 60. Omnis et insana semita nocte sonat. *h. e.* nocturnis insanis clamoribus. *Martial.* l. 10. epigr. 47. Nox non ebria sed soluta curis. Hinc *noctes Atticas* inscripsit *Gellius* commentarios suos variæ eruditionis, quia in agro terræ Atticæ per hiemem noctibus eos composuit, ut ipse *in præfat.* testatur. ¶ Speciatim de somno, et somniis. *sleep, rest, repose. Virg.* 4. *Æn.* v. 530. neque unquam Solvitur in somnos, oculisve, aut pectore noctem Accipit. *Stat.* l. 9. *Theb.* v. 599. Dum gemit et planctu circumdat pectus inani, Abrupere oculi noctem. *Sil.* l. 3. v. 216. Promissa evolvit somni, noctemque retractat. ¶ Item de συνουσία meretricum, &c. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *ante med. Horat.* epod. 15. v. 13. *Justin.* l. 12. c. 3. *Stat.* 1. *Theb.* v. 69. *Ovid. Plaut. Terent.* &c. ¶ Metaphorice est mors : tum quia perpetuo somno videntur alligari corpora : tum quia privantur luce oculi : tum quia itur ad Inferos, quæ tenebrarum sedes est. *death. Horat.* l. 1. od. 28. v. 15. omnes una manet nox. et od. 4. v. 16. Jam te premet nox, fabulæque Manes, Et domus exilis Plutonia. *Virg.* 10. *Æn.* v. 746. in æternam clauduntur lumina noctem. Adde *Catull. Ovid. Martial.* &c. ¶ Item obscuritas, *darkness, obscurity. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 3. Quæ lucem eriperet, et quasi noctem quandam rebus offunderet. *Ovid. in Ibin,* v. 63. mei versus aliquantum noctis habebunt. ¶ Item tempestas, et procella, quæ ferme tenebras affert, et noctu gravior esse solet. *a storm, tempest. Cic.* vertens *Æschyli* carmina *Tuscul.* 2. cap. 10. navem ut horrisono freto Noctem paventes timidi adnectunt navitæ. *Virg. Æn.* 3. v. 194. Tum mihi cæruleus supra caput astitit imber, Noctem, hiememque ferens. *Propert.* l. 3. el. 9. v. 5. Venturam melius præsagit navita noctem. *Lucret.* l. 4. v. 172. tetra nimborum nocte coorta. ¶ Item calamitas, perturbatio, confusio. *Cic. pro Rosc. Amer.* cap. 32. Qui, tanquam si offusa reipublicæ sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omniaque miscebant. [† *Brut.* 96. Doleo me in hanc reipublicæ noctem incidisse. V. *Caligo, Nubes,* et *Tenebræ.*] ¶ Item cæcitas, ignorantia. *ignorance, blindness. Ovid.* 6. *Metam.* v. 472. quantum mortalia pectora cæcæ Noctis habent! et vers. 652. Tantaque nox animi est. ¶ De cæcitate oculorum, *blindness, Ovid. Metam.* 7. v. 2. Perpetuaque trahens inopem sub nocte senectam Phineus visus erat. *Senec. in Phœniss.* v. 144. nam sceleri hæc meo Parum alta nox est. *Quintil.* declam. 1. c. 6. Vultus perpetua nocte coopertus. ¶ De umbra, et tenebris, *Valer. Flacc.* l. 1. v. 774. veteris sub nocte cupressi Sordidus, et multa pallens ferrugine taurus Stabat adhuc. *the shade. Virg. in Cul.* v. 273. Tartara nocte cruenta obsita. *Sen.* epist. 82. *a med.* Carcer infernus, et perpetua nocte oppressa regio. *endless night. Valer. Flacc.* l. 7. v. 598. Jamque propinquanti noctem implicat. *h. e.* offundit fumum ac tenebras. ¶ Hinc sæpe de locis Inferorum. *the shades below ; the infernal regions. Senec. in Herc. Fur.* v. 610. noctis æternæ chaos, Et nocte quiddam gravius, et tristes deos, &c. *Sil.* l. 13. v. 708. descendere nocti, Atque habitanda semel subigit quis visere regna? *Claudian.* lib. 1. *de rupt. Pros.* v. 55. o maxime noctis Arbiter, umbrarumque potens. *h. e.* Pluto. ¶ *Noctu* pro *nocte,* V. suo loco.

NOXA, æ, f. *hurt, harm, damage, mischief, injury, prejudice,* βλάβη, nocumentum, fraus : a *noceo. Liv.* l. 34. c. 19. Si domos abire velint, nihil eam rem noxæ futuram, quod hostibus se Romanorum junxissent. *Sueton. in Cæsare,* c. 81. Spurinnam, ut falsum, arguens, quod sine ulla noxa Idus Martiæ adessent. *Liv.* l. 9. c. 10. *sub fin. in formula deditionis Fecialis.* Quandoquidem hice homines injussu populi R. fœdus fecerunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 4. leg. 2. *ad fin.* Si servus furtum fecit, noxamque nocuit. *Manil.* l. 2. v. 480. noxas bellumque movere. *Colum.* l. 12. c. 3. *a med.* Præstat opere fatigatum requiescere unum aut alterum diem, quam pressum nimio opere veram noxam concipere. *h. e.* morbum. *Id.* l. 6. c. 2. Ne juvenci pavidi aut arboribus, aut objacenti cuilibet rei se implicent, noxamque capiant. *hurt themselves, come to harm. Plin.* l. 2. c. 63. *ad fin.* Terra ad noxam genuit aliqua. *Ovid.* 6. *Fast.* v. 129. tristes no-

...as a foribus pellere. *Colum.* l. 1. c. 6. *circa med.* Ea res ab noxa curculionum conditas fruges defendit. *Cels.* l. 7. c. 26. sect. 4 Calculus unco sine ulla noxa educitur. *Plin.* l. 2. c. 82. Latere terreno facti parietes minore noxa quatiuntur. *Sallust. in orat. Philippi contra Lepid.* Prava incepta consultoribus noxæ esse. ¶ Item metonymice delictum, culpa, αἰτία, *a fault, offence, trespass. Caius Dig.* lib. 50. tit. 16. leg. 238. Noxæ appellatione omne delictum continetur. *Terent. Phorm.* 2. 1. 36. Hic in noxa est. *Liv.* l. 32. c. 26. *ad fin.* De hominibus, qui in ea noxa erant, supplicium sumpsit. *Id.* l. 7. c. 4. Filium domo, luce, congressu æqualium prohibitum: quam ob noxam? quia infacundior sit. *Id.* l. 3. c. 55. Neve ea cædes capitalis noxæ haberetur. *Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 9. v. 72. graviorem noxam fateri. *Liv.* l. 8. c. 35. Noxæ damnatus. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 15. In furto, aut latrocinio, aut aliqua noxa comprehensus. *Quintil.* l. 5. c. 12. *a med.* Noxam admittere. *Callistrat. Dig.* lib. 9. tit. 4. leg. 32. committere. *Petron. in Sat.* c. 139. mereri. V. *Mereo* in fin. ¶ Item pœna, quæ ob culpam debetur, *punishment,* τιμωρία. Hinc *noxæ dedere aliquem,* est puniendum exhibere, ad pœnam dare. Dicitur autem ferme de servo, qui noxam admisit, et supplicio afficiendus traditur ei, in quem injurius fuit. Apud JCtos sæpe hoc legitur: quorum loca plurima ex Pandectis congessit *Brisson.* de V. S. Sic *Liv.* l. 26. cap. 29. Mergi freto, satius Siciliæ esse, quam velut dedi noxæ inimico. *Ulpian. Dig.* lib. 4. tit. 3. leg. 9. Si servum ignoratum noxæ mihi dederis, de dolo teneris. *Paul.* lib. 9. tit. 4. leg. 19. *ad fin.* Ut de peculio servi tui ad noxam dedere vicarium damneris. ¶ Servus noxa solutus *in vet. edicto Ædil.* apud *Gell.* l. 4. cap. 2. intelligitur, non qui nullam unquam noxam commiserit, sed qui noxali judicio subjectus non sit. Ergo si noxam commisit, nec permanet, noxa solutus videtur. Ita *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 17. *ad fin.* ¶ Eximere aliquem noxæ, *Liv.* l. 8. c. 35. h. e. a pœna ob noxam debita. ¶ Etiam animalia noxæ deduntur ei, cui nocuerint: actio autem datur in dominum. *Ulpian.* lib. 9. tit. 1. leg. 1. Hinc *Ovid. Fast.* 1. v. 359. noxæ tibi deditus hostis (*caper*) Spargitur affuso cornua, Bacche, mero. [† Eadem apud nos Anglos noxarum ratio est, quas dicunt *deodands.*] ¶ *Noxæ accipere,* est ejus, cui servus noxæ deditur. *Ulpian.* lib. 7. tit. 1. leg. 17. ¶ Interdum *noxa* dicitur ipse servus, qui noxæ reus est: vel animal, quod noxam nocuit. *Justinian.* lib. 4. *Institut.* tit. 8. Noxa est ipsum corpus, quod nocuit, idest servus: noxia ipsum maleficium, veluti furtum, damnum. *Ulpian.* lib. 9. tit. 1. leg. 1. *a med.* Aut noxiam sarcire, aut noxam dedere oportet. *et paulo post.* Quod noxæ dedendæ facultatem dominus amiserit. *Paul. ibid.* tit. 4. leg. 4. Noxæ deditio. ¶ De noxa pro rixa V. *Noxia.* ¶ Ἡρώων παῖδες λῶβαι, Heroum filii noxæ, Græcum proverb. quo docemur, sæpe ex bonis malos nasci filios, ex doctioribus rudes, ex sapientibus stultos. Illustratur luculenter a *Spartiano in Severo,* c. 20. et 21. cui adde *Valer. Max.* l. 3. c. 5.

NOXĀLIS, le, ad noxam pertinens. *Noxalis actio,* quæ instituitur in eum, cujus servus, aut animal noxam nocuit. *an action against any one for a trespass committed by his slave or cattle, in which the slave or beast so trespassing might be given up for reparation. Caius Dig.* lib. 9. tit. 4. *qui est* de noxalibus actionib. leg. 1. Sic Noxalis causa, *Paul. ibid.* leg. 4. *ad fin.* et Noxale judicium, *Ulpian. ibid.* leg. 2. et 8. et *Caius* leg. 27. ¶ Absolute *noxali agere* est noxali judicio, seu actione experiri. *Africanus ibid.* leg. 28. Sic *Ulpian.* lib. 47. tit. 7. leg. 7. Sabinus ait competere noxalem. Al. leg. *noxale.* et lib. 42. tit. 1. leg. 4. *extr.* noxali condemnatus. et lib. 9. tit. 4. leg. 21. *ad fin.* noxali experiri.

NOXĬA, æ, f. *a fault, offence, trespass,* idem quod noxa, culpa, offensa, maleficium. *Terent. Phorm.* 1. 4. 48. In re incipiunda ad defendendam noxiam. Ubi *Donat.* Noxiam, nunc culpam: alias pœnam. Et est ἐπένθεσις ab eo quod est *noxa*: et hoc factum est propter Iambum. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 22. Quod in minimis noxiis, et in his levioribus peccatis primum quæritur, quæ causa maleficii fuerit. *Liv.* l. 10. cap. 19. Si qua clades incidisset, desertori magis, quam deserto, noxiæ fore. *Al. leg.* noxæ. *Terent. Hec.* 3. 1. 30. Pueri inter se se quam pro levibus noxiis iras gerunt! et 2. 3. 3. Quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam. *I am not to blame. Id. Eun.* 5. 2. 13. Unam hanc noxiam dimitte: si aliam admisero unquam, occidito. *Plaut. Mostell.* 5. 2. 47. Tranioni remitte, quæso, hanc noxiam causa mea. *Id. Bacch.* 4. 9. 81. Noxia carere. *Id. Merc.* 5. 4. 23. Noxiis vacuum esse. et 4. 3. 30. In noxia esse. ¶ Item damnum, *harm, prejudice, hurt, damage. Festus*: Noxia, ut Ser. Sulpicius Rufus ait, damnum significat. Apud Poetas autem, et Oratores ponitur pro culpa. *Lex XII. Tab.* apud *Plin.* l. 18. c. 3. et *Gell.* l. 11. c. 18. Impuberes prætoris arbitratu verberari voluerunt, noxiamque ab his factam sarciri. *Ulpian. Dig.* lib. 9. tit. 1. leg. 1. Aut dari quod nocuit, idest id animal, quod noxiam commisit, aut æstimationem noxiæ afferre. *Cels.* l. 17. tit. 1. leg. 48. Non oportet esse noxiæ fidejussori, si ipse pepercit pudori suo. ¶ Item maleficium, vis nocendi, veneficium. *malignity, destructive tendency, virulence. Plin.* l. 21. c. 17. *a med.* Remedio est contra veneficiorum noxiam. *Id.* l. 20. c. 13. Succus rutæ copiosior datus veneni noxiam obtinet. *Id.* l. 14. c. 16. Ægris vini noxiam timent. *Id.* l. 28. c. 19. Etiam contra illatas noxias valet. *enchantment, incantations, sorcery, witchcraft.* ¶ Est qui putat aliquando esse dissidium, jurgium, rixam. *strife, disagreement, disturbance, brawling. Auson. Edyll.* 13. *de monosyll. inconn.* Sæpe in conjugiis fit noxia, si nimia est dos. *Petron. in Sat.* c. 96. A duobus lecticariis in mediam noxiam perfertur. Alii id negant. nam apud *Petron.* legunt *rixam*: apud *Auson.* ita distinguunt: *Sæpe in conjugiis fit noxia, si nimia est, dos.*

NOXIĀLIS, le, adject. noxius. *Prudent. Cathemer.* 9. v. 18. Lex noxialis. *et Cathemer.* 14. v. 1107. carcer.

NOXIŌSUS, a, um, *noxious,* idem ac noxius. *Senec.* l. 1. *de clem.* c. 26. Si noxiosissimo cuique animali in nos daretur potestas. Al. leg. *noxissimo,* vel *noxiissimo,* ut sit a *noxius. Id.* l. 7. *de benef.* c. 10. Noxiosæ res, ac malo gentium in medium prodituræ. ¶ Item qui in noxia est, reus, nocens, culpæ obnoxius, vitiosus. *Petron. in Satyr.* c. 130. Curavi diligentius noxiosissimum corpus. *Senec. sub fin.* ep. 70. Animi perditi, noxiosique.

NOXITŪDO, inis, f. idem ac noxia. *Accius* apud *Non.* c. 2. n. 576. Noxitudo oblitteretur Pelopidarum.

NOXIUS, a, um, *hurtful, harmful, injurious, noxious, prejudicial, baneful, dangerous, destructive,* βλαβερός, qui nocet, damnosus, perniciosus. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 3. Magistratus nec obedientem, et noxium civem coerceto. *Plin.* l. 9. c. 48. Araneus aculeo noxius. *Id.* l. 17. c. 4. Quibusdam locis afflatus maris noxii, in plurimis iidem utiles. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 10. v. 22. noxia tela. *poisonous. Virg.* 7. *Æn.* v. 326. noxia crimina. *Martial.* l. 2. epigr. 61. noxia lingua. *slanderous.* et lib. 10. epigr. 5. Noxiæ aves. *h. e.* cadaverum avidæ, et mali ominis. *noisome.* ¶ Item noxæ reus, culpæ obnoxius, malus. *bad, wicked, guilty, criminal. Liv.* l. 39. c. 41. *extr.* Multos, qui citati non adfuerant, noxios judicavit. *Ovid. Met.* 10. v. 349. Nec metues atro crinitas angue sorores, Quas, facibus sævis oculos atque ora petentes, Noxia corda vident? *Colum.* l. 1. c. 9. Nec malim per noxios, quam per innocentes rura colere. *Sueton. in Vitell.* c. 17. Reducto coma capite, ceu noxii solent. ¶ Cum genit. *Tacit.* 5. *Ann. in fin.* Ut noxium conjurationis ad disquisitionem trahebat. *Ulpian. Digest.* lib. 29. tit. 5. leg. 3. Noxius facinoris. *guilty.* ¶ Comparat. *noxior* quidam leg. apud *Senec. de clement.* l. 1. c. 13. al. *obnoxior.* De superlat. *noxissimus* V. in *Noxiosus.*

N U

NUBECŬLA, læ, f. *a little cloud,* νεφέλιον, parva nubes. *Plin.* l. 18. *c. ult. a med.* Nubecula quamvis parva ventum procellosum dabit. ¶ Per similitudinem dicitur de aliis rebus. *Id.* l. 28. c. 6. *sub fin.* Mala urina, in qua veluti furfures, atque nubeculæ apparent. *Id.* l. 37. c. 5. Smaragdi varia nubecula improbati. Aliud est hoc, quam umbra. Nubecula enim albicantis est vitium, cum viridis non pertransit aspectus, sed aut intus occurrit, aut excipit in fine visum candor. *Id.* l. 34. c. 18. Plumbum derasum lavatur dulci aqua, donec nubeculæ omnes eluantur. *Id.* l. 29. *c. ult. circa med.* Nubeculæ, et caligationes, suffusionesque oculorum. *Id.* l. 28. c. 8. Ramentis eboris nubeculæ in facie tolluntur. *Id.* l. 20. c. 8. Nubeculas oculorum sanare. *Id.* l. 22. c. 21. discutere. ¶ Translate est torvitas, tristitia supercilii, severitas vultus. *a frowning look. Cic. in Pison.* c. 9. Neque tam fui timidus, ut qui in maximis turbinibus reipubl. navem gubernassem, frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum spiritum perhorrescerem.

NUBES, is, f. *a cloud, mist,* νεφέλη, vapor densatus in aere, et obumbrans. *Senec.* l. 2. *quæst. nat.* c. 30. *extr.* Est autem nubes spissitudo aeris crassi. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 39. *sub fin.* Aer concretus in nubes cogitur, humoremque colligens terram auget imbribus. *Id.* 4. *Acad.* c. 22. Qui sub nube solem non ferunt. *Virg.* 1. *Æn.* v. 92. Eripiunt subito nubes cælumque diemque. *Horat.* l. 2. od. 16. v. 2. atra nubes condidit lunam. *Petron. in Satyr.* c. 114. Nubes undique adductæ obruunt tenebris diem. *Virg.* 1. *Georg.* v. 323. fœdam glomerant tempestatem imbribus atris Collectæ ex alto nubes. et lib. 4. v. 312. effusus æstivis nubibus imber. *Ovid.* l. 8. *Metam.* v. 339. excussis elisi nubibus ignes. *Id.* 2. *Trist.* v. 142. Nube solet pulsa candidus ire dies. *Virg.* 1. *Æn.* v. 147. Collectasque fugat nubes, solemque reducit. *Plin.* l. 18. c. 35. Nubes globantur. *Id.* l. 2. c. 47. *a med.* Venti nubes abigunt. et cap. 43. Fulgetris nubes finditur, fulminibus perrumpitur. ¶ *Sabææ nubes* apud *Stat.* l. 4. silv. 8. v. 2. sunt fumi ex ture incenso. ¶ Nubis epitheta sunt ferme, nigra, atra, umbrosa, picea, fusca, rubens, opaca, aquosa, gravida, bibula, cæca, cava, tenuis, densa, spissa, fulva, obscura, ætheria, sicca, glauca, accensa, volucris, gelida, &c. *Virg. Ovid. Horat. Val. Flacc. Senec. Trag. Plin. Lucan.* &c. ¶ Nube deprendere volucrem jaculis, *Sil.* l. 16. v. 566. h. e. in nube, sub nube, alte volantem. Sic *Manil.* l. 5. v. 291. Pendentemque suo volucrem deprendere cælo. et *Virg.* 5. *Æn.* v. 516. Plaudentem nigra figit sub nube columbam. Ponitur enim *nubes* ad significandam altitudinem. *Sil.* l. 6. v. 272. *de angue ingenti.* et solitum in nubes tolli caput. *Horat.* l. 3. od. 29. v. 10. molem propinquam nubibus arduis. ¶ Nubes et inania captare. *Horat. de ar. Poet.* v. 230. proverbialis locutio de eo, qui inutilia dicit, vana, et nimis elata, inflata, futilia. Nihil enim tenet, qui nubem captat. ¶ Translate dicitur de macula, umbra, et fuscitate in rebus splendidis. *Plin.* l. 33. c. 8. *extr.* Est aliud experimentum politi argenti in halitu hominis, si sudet protinus, nubemque discutiat. *Id.* l. 37. c. 2. *circa med.* Crystalla infestantur plurimis vitiis, scabro ferrumine, maculosa nube, &c. *cloudy spots. Petron. in Satyr.* c. 108. Liquefactum per totum os atramentum omnia lineamenta fuliginea nube confuderat. ¶ Transfertur etiam ad significandam vim, et multitudinem instar nubis densam, et obumbrantem, ut *nimbus. a vast multitude, cloud. Liv.* l. 42. c. 10. Nubes locustarum. *Plin.* l. 29. c. 6. muscarum. *Virg.* 12. *Æn.* v. 254. volucrum. *Liv.* l. 38. c. 29. *ad fin.* Velut nubes levium telorum conjecta obruit aciem Gallorum. *Val. Flacc.* l. 2. v. 521. Occupat Alcides arcum, totaque pharetræ Nube premit. *Sil.* l. 6. v. 336. nubes densa Laconum. *h. e.* cohors. *Liv.* l. 35. c. 49. Rex peditum, equitumque nubes jactat. *Virg.* 9. *Æn.* v. 33. nigro glomeratur pulvere nubes. *Val. Flacc.* l. 4. v. 495. Cocytia nubes. *h. e.* harpyiarum cœtus mensis involitans. *Stat.* l. 2. *Theb.* v. 321. talem sub pectore nubem Consilio volvens. *h. e.* cogitationum, et curarum multitudinem. *Seren. Sammonic.* c. 3. v. 34. farrea nubes. *h. e.* porrigo capitis, furfures. ¶ *Nubes belli* est belli moles, et vis ingruens. *Justin.* l. 29. c. 3. Videre se ait consurgentem in Italia nubem illam trucis et cruenti belli. *Virg.* 10. *Æn.* v. 808. sic obrutus undique telis Æneas nubem belli, dum detonet, omnem Sustinet. ¶ Eleganter dicitur de ebrietate, et sopore, quibus mens quasi nube obruitur. *Val. Flacc.* l. 3. v. 65. Rhœtus iniqui Nube meri geminam Pholoen, majoraque cernens Astra. *confusion arising from the drinking of too much wine. Stat.* 1. *Achill.* v. 646. Bacchi comites, discussa nube soporis, &c. *Id.* 10. *Theb.* v. 280. ut quemque ligatum Infelix tellure sopor, supremaque nubes Obruerat. *Id.* l. 4. silv. 6. v. 72. jam mortis opacæ Nube gravis. ¶ De cæcitate. *Stat.* 4. *Theb.* v. 512. Ne tenues annos, nubemque hanc frontis opacæ Spernite. ¶ De tristitia, et cura, calamitate, infortunio. *Stat.* l. 1. silv. 3. *extr.* omni detectus pectora nube. *sorrow, sadness.* et lib. 3. silv. 3. v. 146. Dextra bis octonis fluxerunt sæcula lustris, Atque ævi sine nube tenor. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 5. v. 22. Pars vitæ tristi cetera nube vacet. *Cic. pro Dom.* c. 10. Illis reipubl. tenebris, cæcisque nubibus, et procellis, cum Senatum a gubernaculis dejecisses, &c. [† V. *Nox.*] ¶ De tristi severitate, *sourness or sadness of countenance, grave looks, frowns, Horat.* l. 1. ep. 18. v. 94. Deme supercilio nubem. *Sil.* l. 8. v. 612. non ille rigoris Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat. ¶ De umbra. *Stat.* 6. *Theb.* v. 586. Deserpitque genis, nec se lanugo fatetur Intonsæ sub nube comæ. ¶ De obscuritate, tenebris, silentio, arcano. *Horat.* l. 1. ep. 16. v. 60. Labra movet metuens audiri, pulcra Laverna, Da mihi fallere, da justo sanctoque videri: Noctem peccatis, et fraudibus objice nubem. *h. e.* effice, ut peccata mea, et fraudes lateant, ut impune sit mihi fraudibus utenti. ¶ In illo *Quintil.* declam. 1. c. 17. Quæ obsoletam protinus nubem, et tempori accommodata lugubria flammeo revertente mutabis: *nubem* intellige tenuissimam vestem, aut velum pellucidum. Quo facit illud *P. Syri* apud *Petron.* c. 55. *Burm.* Æquum est induere nuptam ventum textilem, Palam prostare nudam in nebula linea. Alii vestem pullam interpretantur. ¶ *Nubis* in recto singulari, et mascul. gen. *Plauti* est *Merc.* 5. 2. 38. Nubis ater, imberque instat. Locus tamen suspicione mendi non caret. Est etiam qui leg. *nubs ater.* Nam et *Auson. Edyll.* 12. *de monosyll. histor.* v. 4. Perjurum Lapitham Junonia ludificat nubs. Adde *Liv. Andron.* apud *Serv. ad Æn.* 10. v. 636. sed improbat ipse *Servius* tum hic, tum *ad Æn.* 1. v. 591.

[* NUBESCO, is, n. 3. nubilus fio. *Symmach. in laudat. fragm.* c. 2. pag. 60. Vos autem nubescite prasini, pallescite lychnites, albescite hyacinthi, fuscamini margaritæ.]

NUBĬFER, a, um, *bearing or bringing clouds, cloudy, nubiferous,* περινέφελος, νεφώδης, nubes sustinens, aut afferens. *Ovid.* 2. *Met.* v. 226. Aeriæque Alpes, et nubifer Apenninus. *h. e.* adeo excelsus, ut verticem inserens nubibus eas portare videatur. *the cloudcapp'd Apennine.* Sic *Val. Flacc.* l. 4. v. 599. nubifera surgentem rupe Carambim. *Ovid. Heroid.* ep. 3. v. 58. dare nubiferis linea vela notis. *Sil.* l. 10. v. 323. nubifer Eurus. *Lucan.* l. 5. v. 415. Perfida nubiferi vetat inconstantia veris.

NUBIFŬGUS, a, um, *driving away the clouds,* qui nubes fugat. *Colum.* l. 10. v. 288. Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe Purpureo radiat vultu.

NUBIGĔNA, æ, com. *begotten of a cloud, cloud-born, nubigenous,* νεφεληγενής, genitus ex nube. *Colum.* l. 10. v. 115. Mox ubi nubigenæ Phryxi, nec portitor Helles, &c. *h. e.* filius Nepheles, quæ *Nebula* dicitur ab *Hygin.* fab. 1. 2. et 3. Nam νεφέλη nubem, nebulamve significat. *Stat.* 1. *Theb.* v. 365. Amnes nubigenæ. *torrents,* et *Prudent. in Hamartig.* v. 486. nimbi. ¶ Speciatim *nubige-*

næ dicuntur Centauri, quod ex nube nati sint. *the Centaurs.* Cum enim Ixion Junonem deperiret, oblata est illi nubes, quæ faciem Junonis repræsentaret, cum qua congressus genuit Centauros. *Stat.* 5. *Theb.* v. 263. si quando profundo Nubigenæ caluere mero. Adde *Ovid.* 12. *Met.* v. 211. et 541. ¶ Nubigenas clypeos, διοπετεῖς, *Stat.* vocat ancilia, lib. 5. silv. 2. v. 131. quia cælo lapsi sunt, ut ait *Virg.* 8. *Æn.* v. 664. Al. leg. *nubigeros.*

NUBĬGER. V. in voce præced.

NUBĬLAR, is, n. V. in voce sequenti.

NUBILARĬUM, ii, n. *a shed, or covered place, for keeping corn until it was threshed,* locus in villa, in quo messis trituranda reponitur, cum nubilum fit cælum, et pluvia timetur. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 13. Ædificium facere oportet, sub quod tectum totam fundi subjicere possis messem: quod vocant quidam nubilarium. Id secundum aream faciundum, ubi triturus sis frumentum, magnitudine pro modo fundi, ex una parte apertum, et id ab area, quo et in trituram proruere facile possis, et si nubilare cœperit, inde ut rursus celeriter rejicere. *Colum. sub fin.* cap. 6. l. 1. Areæ nubilarium applicari debet, propter inconstantiam cæli, quo collata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit. *Id.* l. 2. c. 21. Si seges cum parte culmi demessa sit, in nubilarium congeritur, et subinde opportunis solibus torrefacta proteritur. Quidam *nubilar* hic leg.

[* NUBILĀRE, is, n. idem ac nubilarium, quam vocem vide. Habet *Inscriptio* inventa in villa Pinciana, quæ legitur apud *Auct. Institut. antiquar. Lapid.* pag. 340. Locus sepulcri continet per cippos dispositos jug. quattuor et nubilare. Vide etiam apud eumdem pag. 308.]

NUBĬLIS, le, *marriageable, ripe for marriage, ready for a husband, nubile,* ἀνδρὸς ὡραία, ἐπίγαμος, quæ est apta, ut viro in matrimonium jungatur. *Cic. pro Cluent.* c. 5. Reliquit grandem, et nubilem filiam. *Virg.* 7. *Æn.* v. 53. Jam matura viro, jam plenis nubilis annis. *Ovid.* 14. *Met.* v. 335. Hæc ubi nubilibus primum maturuit annis, &c.

NUBĬLO, as, a. 1. *to cloud, make cloudy, nubilate,* νεφόω, nubilum facio, nubes induco. Absolute ut *hiemat, pluit,* et hujusmodi, *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 13. Si nubilare cœperit. ¶ Passive *Cato R. R.* c. 88. Usque adeo in sole habeto, donec concreverit: ubi nubilabitur, noctu sub tecto ponito. ¶ Translate *Plin.* l. 37. c. 7. Fulgorem carbunculi debere candidum esse positi, extremo visu nubilantem: si attollatur, exardescentem. *cloudy, muddy, dull. Paulin. Nolan.* carm. 10. v. 37. Quam (*lucem Dei*) vis sophorum callida, arsque rhetorum, et Figmenta vatum nubilant.

NUBILŌSUS, a, um, *cloudy,* nubilus. *Apul.* l. 11. *Metam.* Cælum, nubilosa caligine disjecta, splendore candebat.

NUBĬLUS, a, um, *cloudy, obscured with clouds, overcast, lowering,* νεφώδης, nubibus obductus. *Plin.* l. 16. c. 26. Nubilum cælum. *Id.* l. 2. c. 35. Nubilus dies. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 76. Nubilus annus. *Plin.* l. 18. c. 25. Nubilus occasus sideris. ¶ *Nubilum, i,* est cælum, tempus nubilum, vel nubes in aere collectæ. *Plin.* l. 2. ep. 17. Ibi omnes silent venti, exceptis qui nubilum inducunt. *Sueton. in Ner.* c. 13. Cum Armeniæ regem destinato per edictum die ostensurus populo, propter nubilum distulisset. *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Vitare soles atque ventos, et nubila etiam ac siccitates. *cloudy weather.* Hinc ablativus *nubilo,* nubilo die, tempore, aere. *Plin.* l. 7. *in fin.* Etiam tum tamen nubilo incertæ fuere horæ. *Id.* l. 11. c. 24. *ad fin.* Aranei sereno texunt, nubilo texunt. ¶ *Nubila, orum,* sunt ipsæ nubes, *clouds:* idque fere apud Poetas. *Plin.* l. 2. c. 62. Rhodi nunquam tanta nubila obduci, ut non aliqua hora sol cernatur. *Horat.* l. 1. od. 7. v. 15. Albus ut obscuro deterget nubila cælo Sæpe Notus. et od. 34. v. 5. Diespiter igni corusco nubila dividens. *Virg.* 4. *Æn.* v. 177. Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit. *Ovid.* 1. *Met.* v. 328. Disjicere nubila. et vers. 572. conducere. et lib. 7. v. 202. inducere et pellere. et lib. 11. v. 435. venti vexant. *Id.* 1. *Amor.* el. 8. v. 9. toto cælo glomerantur. ¶ Est etiam *nubilus,* nubifer. *bearing or bringing clouds. Ovid.* 2. *ex Pont.* ep. 1. v. 26. et *Propert.* l. 2. el. 13. v. 56. Nubilus Auster. *Plin.* l. 2. c. 47. *a med.* Auster Africæ serenus, Aquilo nubilus. *Claudian.* l. 1. *de laudib. Stilich.* v. 287. Nubilus Orion. ¶ Item tenebrosus, umbrosus, *dark, darksome, gloomy, shady, dusky, dun. Ovid.* 3. *Fast.* v. 322. Nubila Styx. *Id.* 4. *Met.* v. 432. Est via declivis, funesta nubila taxo. et lib. 14. v. 447. lucosque petunt, ubi nubilus umbra In mare cum flava perrumpit Tibris arena. et vers. 514. antra nubila multa silva. *Stat.* 4. *Theb.* v. 483. Nubilus Arcas. *h. e.* in Inferis degens luce carentibus. ¶ Item obscurus, fuscus, *cloudy, muddy, dull. Plin.* l. 9. c. 35. Nubilus color margaritæ. *Martial.* l. 8. epigr. 51. *de phiala.* nec odit Exploratores nubila massa focos. ¶ Item turbatus, *troubled, confused, perplexed. Plaut. Cist.* 2. 1. 5. Ita nubilam mentem animi habeo: ubi sum, ibi non sum. *Stat.* 3. *Theb.* v. 230. Mars nubilus ira. ¶ Item tristis, *sad, melancholy. Ovid. de Cerere,* l. 5. *Met.* v. 512. toto nubila vultu Ante Jovem passis stetit invidiosa capillis. *Stat.* l. 5. silv. 3. v. 12. Frigida damnatæ produxit nubila menti. *Plin.* l. 2. c. 6. Sol cæli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat. *sadness, gloom. Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* Oculi hilaritate mitescunt, et tristitia quoddam nubilum ducunt. ¶ Item calamitosus, *calamitous, disastrous. Ovid.* 1. *Trist.* el. 1. v. 39. Carmina proveniunt animo deducta sereno: Nubila sunt subitis tempora nostra malis. Adde el. 9. v. 6. ¶ Item infaustus, adversus, *contrary, adverse, threatening, unfavourable. Ovid.* 5. *Trist.* el. 3. v. 14. Nubila nascenti seu mihi Parca fuit.

NUBIVĂGUS, a, um, *wandering among the clouds,* inter nubes vagans. *Sil.* l. 12. v. 102. *de Dædalo.* Hic pro nubivago gratus pia templa meatu Instituit Phœbo.

NUBO, is, psi, et nuptus sum, ptum, a. 3. *to cover, veil,* καλύπτω, tego, operio, velo: unde *obnubo. Colum.* l. 10. v. 158. tellus depositis cupiet se nubere plantis. *Arnob.* l. 3. pag. 118. Quod aqua nubat terram, appellatus est, inquiunt, cognominatusque Neptunus. *Auctor Pervigil. Ven.* v. 22. Ipsa (*Venus*) jubet, mane ut udæ virgines nubant rosæ. ¶ Quoniam vero sponsæ apud Veteres, cum viro tradebantur, flammeo nubere, idest velare capita solebant: factum est, ut per metonymiam usurpetur pro in matrimonium collocari, *to be disposed of in marriage, be wedded, be married, marry,* γαμίζομαι, νυμφεύομαι: et de sponsa solum dicatur. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 15. Quo illæ nubent divites dotatæ, si istud jus pauperibus ponitur? Quo lubeat, nubant, dum dos ne fiat comes. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 32. Si qua voles apte nubere, nube pari. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 46. Virgo nupsit ei, cui Cæcilia nupta fuerat. *Id.* 15. *Fam.* ep. 3. Regis Parthorum filius, quo cum esset nupta regis Armeniorum soror. *Id. pro Cæl.* c. 14. Cum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisses. *Id. pro Cluent.* c. 66. Tum denique in familiæ luctum, atque in privignorum funus nupsit. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 40. Posse ipsam Liviam statuere, nubendum post Drusum, aut in penatibus iisdem tolerandum haberet. *Gell.* l. 1. c. 23. Unus ne ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta esset. *Terent. Dig.* lib. 35. tit. 1. leg. 60. *ad fin.* Cum vir uxori, si a liberis non nupserit, in annos singulos aliquid legavit. *h. e.* nubendo non discesserit. ¶ Supinum *nuptum* cum aliis verbis eleganter conjungitur. *Nep. in Pausan.* c. 2. Des ei filiam tuam nuptum. *give him your daughter in marriage; give him your daughter to wife. Plaut. Stich.* 1. 2. 83. Hostis est uxor, invita quæ ad virum nuptum datur. et vers. 85. Nam quo dedisti nuptum, abire nolumus. *Terent. Phorm.* 5. 1. 25. Nuptum virginem locavi huic adolescenti. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 18. Propinquas suas nuptum in alias civitates collocasse. *Sallust. in fragm.* apud *Arusian. Mess.* Neque virgines nuptum a parentibus mittebantur. *Plaut. Cas. prol.* v. 86. Ultro ibit nuptum. ¶ Aliquando de viro dicitur: sed Vel cum præposteras nuptias significamus. *Juvenal.* sat. 2. v. 135. nubit amicus, Nec multos adhibet. Liceat modo vivere: fient, Fient ista palam, cupient et in acta referri. Adde *Martial.* l. 12. epigr. 42. *Lamprid. in Heliogab.* c. 10. et *Impp. Constantin. et Constant.* lib. 9. *Cod.* tit. 9. leg. 31. Hac sententia *Sueton. in Ner.* c. 29. et *Tacit. Ann.* 15. c. 37. verbo *denubo* usi sunt. ¶ Vel cum vir uxori subjicitur, servitque aut propter dotem, aut propter nobilitatem. *Pompon.* apud *Non.* c. 2. n. 577. Meus frater nupsit posterius dotatæ vetulæ, varicosæ, vafræ. *Martial.* l. 8. epigr. 12. Uxorem quare locupletem ducere nolim, Quæritis? uxori nubere nolo meæ. ¶ Reperitur etiam simpliciter de viro dictum. *Tertull.* l. 1. *ad Uxor.* c. 7. *sub fin.* Pontificem max. rursus nubere nefas est. et lib. 2. c. *ult.* Nec filii sine consensu patrum rite et jure nubent. Hinc *viri nupti,* matrimonio juncti. *Varr.* apud *Non.* c. 7. n. 98. Viris nuptis, sacrificabantur in cubiculo viduæ. Sic *nupta populus,* h. e. juncta viti, *Plin.* l. 18. c. 28. [† ¶ Generaliter igitur de sponsa, ut *duco* de viro. *Mart.* l. 10. epigr. 8. Nubere Paulla cupit nobis; ego ducere Paullam Nolo: anus est; vellem, si magis esset anus. *Id.* l. 9. epigr. 6. Nubere vis Prisco, non miror, Paulla: sapisti. Ducere te nonvult Priscus: et ille sapit.] ¶ Jlocaliter apud *Plaut.* est concumbere, *Cistell.* 1. 1. 45. Hæc quidem ecastor cotidie viro nubit, nupsitque hodie, nubet mox noctu: nunquam ego hanc viduam cubare sivi. Nam si hæc non nubat, lugubre fame familia pereat. ¶ Passive impersonaliter, *Plaut. Pers.* 3. 1. 58. Cujusmodi hic cum fama facile nubitur. *Tertull.* l. 4. *contra Marcion.* c. 38. *ante med.* Præstruxit, hic quidem nubi, ubi sit et mori. ¶ Transfertur ad plantas, ut *marito, as. Plin.* l. 14. c. 1. Vites in Campano agro populis nubunt, maritasque complexæ, atque per ramos earum scandentes, &c. *they wed vines to poplars. Horat.* epod. 2. v. 9. adulta vitium propagine Altas maritat populos. *Manil.* l. 5. v. 238. Et te, Bacche, tuas nubentem junget ad ulmos. *Colum.* de terra veris tempore parturiente, l. 10. v. 157. Alma sinum tellus pandet, adultaque poscens Semina, depositis cupiet se nubere plantis. ¶ *Priscian.* l. 8. pag. 789. *Putsch.* docet, antiquissimos etiam *nubo te* dixisse activa ratione pro *nubo tibi.* Unde est Nuptus, a, um, *married.* ¶ *Valer. Prob. in Cathol.* pag. 1485. ponit etiam præteritum *nubui* pro *nupsi:* sed hoc est obsoletum. [¶ Particip. *nupturus* apud *Ovid. Heroid.* 21. v. 156. Nupturæ toties languida membra cadunt.]

NUBS, f. nubes. Negat quidem *Servius ad Æn.* 1. v. 591. Latine dici. *Auson.* tamen *in Technopægn.* usurpavit. V. *Nubes* in fine.

NUCĀLIS, le, adject. *of a nut. Cæl. Aurelian. Acut.* l. 2. c. 37. *ante med.* Palmulæ nucales, quas caryotas appellant.

NUCAMENTA, orum, n. *an assemblage of imperfect flowers hanging from certain trees in the manner of a rope or cat's tail; cat's-tails, goslings, catkins or katkins,* κύτταροι, paniculæ squamatim compactæ, quæ pendent ex ramis piceæ, et aliarum arborum nuces ferentium. *Plin.* l. 16. c. 10. E ramis generum horum panicularum modo nucamenta squamatim compacta dependent, præterquam larici. *et mox.* Nucamenta compressiora.

NUCELLA, æ, f. parva nux, ut Nucella cocta, *Apicius* apud *Bart.* l. 34. c. 18. (qui tamen *Apicii* locum non indicat) et præterea Auctor admodum exiguæ est, et fortasse nullius auctoritatis.

NUCERĪNUS, a, um, ad Nuceriam pertinens, ut Nucerinus ager, *Plin.* l. 3. c. 5. *a med.* et *Liv.* l. 9. c. 38. et Nucerini, orum, Nuceriæ cives, *Liv.* l. 27. c. 3. Est autem duplex eo nomine oppidum: in Campania alterum ad Sarnum fluvium: alterum in Umbria ad radices Apennini in via Flaminia. *Plin.* l. 3. c. 14. et *loc. cit.* V. Geographos. Græce est Νουκερία. *Sil.* l. 8. v. 534. Illic Nuceria et Gaurus navalibus acta.

NUCĒTUM, ti, n. *a place where nut-trees grow,* locus nucibus consitus, ea ratione, qua *olivetum,* et *lauretum* dicitur. *Stat.* l. 1. silv. 6. v. 12. Quicquid nobile Ponticis nucetis, Fecundis cadit aut jugis Idumes. [*Tertullian. adv. Valentinian.* c. 20. Sic et in cælestibus nuceta præsumpsit.]

NUCĔUS, a, um, *of a nut or nut-tree; hazel,* καρύϊνος, qui est ex nuce. *Cato R. R.* c. 31. et *Plin.* l. 16. c. 39. Ulmeam, pineam, nuceam, hanc, atque aliam materiam omnem cum effodies. *Hieronym. ad Paulin. post med. ubi de Jerem.* Virga nucea.

NUCIFRANGIBŬLUM, i, n. *a nutcracker; a tooth,* dens, quia dentibus nuces solent confringi. *Plaut. Bacch.* 4. 2. 16. Mihi cautio est, ne nucifrangibula excussit ex malis meis.

NUCĪNUS, a, um, qui est ex nuce, ut Nucinæ mensæ quæ fuere in pretio prius, quam citreæ essent cognitæ, *Vetus Interpres* in illud *Juvenal.* sat. 11. v. 117. nostraque ex arbore mensas.

NUCIPERSĬCUM, i, n. *a peach grafted on a nut-tree,* fortasse est Persicum nuci insitum, ut *nuciprunum* prunum insitum nuci. Habetur *in lemmate* epigr. 46. l. 13. *Martial.*

NUCIPRŪNUM, i, n. *a plum grafted on a nut-tree,* καρυοκοκκύμηλον, prunum insitum nuci. *Plin.* l. 15. c. 13. Appellata ab utroque nucipruna.

NUCLEĀTUS, a, um, *having the stone taken out,* id cui nucleus ademptus est. *Scribon. Larg. compos.* 233. Uva passa nucleata, contusa, ac mista. *Rhodius* mallet *enucleata.*

NUCLĔUS, i, m. *the stone of an olive, plum, peach, or other stonefruit,* πυρὴν, quod durum, et osseum in quibusdam pomis includitur, ut in olea. *Plin.* l. 37. c. 11. et *Ulpian. Dig.* lib. 32. leg. 53. Virgæ, carbones, nuclei olivarum. *Plin.* l. 23. c. 7. *a med.* Nuclei persicorum. *et ibid. sub fin.* cerasorum. et lib. 13. c. 17. Nucleus osseus loti. et cap. 19. Malum Punicum, cui lignosus nucleus abest. *Pallad. in Septembr.* c. 14. Tuberes seremus sobole, vel nucleis. ¶ Nucleus acini, *a grapestone,* vinaceum. *Plin.* l. 23. c. 1. et lib. 31. c. 10. *ante med.* ¶ Quod *Cato R. R.* c. 37. et ex eo *Plin.* l. 17. c. 19. *ad fin.* præcipit, nucleos in segetem ne indamus, significat, non esse spargendos in agro quoscumque nucleos duro cortice, quales sunt oleæ, persici, cerasi, &c. ¶ Per similitudinem dicitur nucleus in pavimentis media et interior eorum pars resistens ac durior: quam vulgus Italorum *anima* (*the hard crust, or upper laying, next the pavement*) vocat. *Plin.* l. 36. c. 25. Ruderi novo tertiam partem testæ tusæ addi, deinde rudus, in quo duæ quintæ calcis misceantur, pedali crassitudine fistucari: tum nucleo crasso sex digitos induci, &c. *Vitruv.* l. 7. c. 1. Insuper ex testa nucleus inducatur, &c. ¶ Nucleus corporis conchæ apud *Plin.* lib. 9. cap. 35. est ipse unio, seu margaritum, *a pearl.* ¶ Nucleus ferri, *steel,* pars ferri durior, qua utimur ad indurandam aciem, ut ait *Plin.* l. 34. c. 14. ¶ Est etiam *nucleus* tenerum illud edule, quod invenitur in nucibus, ut in juglande, avellana, amygdala, nuce pinea, &c. *a kernel.* Est autem hæc prima hujus vocis notio, a *nuce* dictæ, quasi *nuculeus.* Hinc prov. apud *Plaut. Curcul.* 1. 1. 55. quod refertur etiam a *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 14. *extr.* Qui e nuce nucleum esse vult, frangit nucem. *h. e.* qui commodum appetit, laborem subit. *there's no fishing without wading: et where bees are, there is honey.* Aliud proverb. apud *eund. Capt.* 3. 4. 122. Nucleum amisi: reliquit pignori putamina. Verba sunt Hegionis querentis, amisisse se eum captivum, qui cum herus esset, magno sibi lucro esse poterat, si redimeretur: relictum autem sibi esse pignori servum viliorem, ex quo parum sibi emolumenti obventurum sit. His *Plauti* locis quidam MSS. *nuculeus* habent. *Plin.* l. 15. c. 13. Nucleus amygdalæ. *an almond.* et l. 37. c. 4. avellanæ. *nuts, filberts.* et l. 15. c. 10. exilis pinearum nucum. *a pine-apple,* apud nos vulgo *a fir-apple:* quem ita describit *Id.*

ibid. Grandissimus fructus pineis nucibus, altissimeque suspensus, intus exiles nucleos lacunatis includit toris, vestitos alia ferruginis tunica: mira Naturæ cura molliter semina collocandi. *Cels.* vocat l. 2. c. 22. nucleum pineum. *Plin.* l. 15. c. 28. *sub fin.* Carne palmæ placent, crusta Thebaicæ, succo uvæ, callo pira, corpore melimela, mora cartilagine, nuclei grano. ¶ Gallæ nucleus est, quod intus est in galla. *the kernel of a gall-nut.* *Plin.* l. 24. c. 4. Nucleus gallæ commanducatus dentium dolorem sedat. ¶ Nucleus myrrhæ, est myrrhæ granum excussum. *Id.* l. 12. c. 16. ¶ Nucleus terræ est crassior et lentior glutinosiorque terræ pars veluti in nucleum coalescens. *Plin.* l. 17. c. 6. Est quidam terræ adeps, ac velut glandia in corporibus, ibi densante se pinguitudinis nucleo. ¶ Nucleus allii. *a clove of garlic.* *Id.* l. 19. c. 6. *a med.* Allium tenuissimis in universum velatur membranis, mox pluribus congmentatur nucleis, et his separatim vestitis. ¶ Quoties apud *Apic.* legimus *nucleos* in condimentis, pineos intelligere debemus, ut l. 7. c. 11. et lib. 2. c. 1. &c.

NUCULA, æ, f. *a little nut,* καρυάκιον, minuta nux. *Plin.* l. 15. c. 22. *de nuce juglande.* Tinguntur cortice earum lanæ, et rufatur capillus primum prodeuntibus nuculis. *Festus:* Nuculas Prænestinos appellabant, quod inclusi a Pœnis Casilini famem nucibus sustentarunt: vel quod in eorum regione plurima nux minuta nascitur. V. *Prænestinus.*

NUDATIO, onis, f. vestium detractio, *nakedness; nudation.* *Plin.* l. 28. c. 6. *in fin.* Ne deum aliquem nudatio offendat.

NUDATUS, a, um, *made bare or naked, stripped, naked, uncovered,* γυμνωθεὶς, vestibus spoliatus, detectus, nudus. *Virg.* 5. *Æneid.* v. 134. populea velatur fronde juventus, Nudatosque humeros oleo perfusa nitescit. *Id.* 2. *Georg.* v. 7. crura dereptis nudata cothurnis. *Id.* 12. *Æn.* v. 313. Æneas dextram tendebat inermem Nudato capite. *bare, uncovered.* *Val. Flacc.* l. 5. v. 136. Quæ pelta latus, atque humeros nudata pharetris Fugerit. *Horat.* l. 1. ep. 3. v. 19. moveat cornicula risum Furtivis nudata coloribus. *Nep. in Datam. in fin.* Telum nudatum vagina, veste texit. *drawn, unsheathed.* ¶ Translate est detectus, privatus, carens. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 86. Libenter enim te cognitum jam artificem, aliquandoque evolutum illis integumentis dissimulationis tuæ, nudatumque perspicio. *laid open, discovered, disclosed.* *Ovid.* 1. *Met.* v. 345. crescunt loca decrescentibus undis, Postque diem longam nudata cacumina silvæ Ostendunt. *h. e.* libera ab aquis. *Val. Flacc.* l. 3. v. 332. nudati montes. *stripped of their trees.* *Liv.* l. 27. c. 4. *a med.* Jovis ædis culmen prope omni tecto nudatum. *almost entirely unroofed.* *Cæs.* l. 1. *B. Civ.* c. 7. Nudata omnibus rebus tribunitia potestas. *Hirt. de B. Alex.* cap. 11. Naves omnes epibatis nudatæ. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 6. Murus nudatus defensoribus. *deprived of its defenders, defenceless.* *Sallust. in Jug.* c. 93. Jugurtha, præsidiis nudatus. *Planc. ad Cicer.* 10. *Fam.* ep. 17. Acerbissimo interitu consulum nudata respublica. *left destitute.* *Cic.* 1. *de Orat.* c. 38. Vis ingenii scientia juris nudata.

NUDE, adverb. *Lactant.* l. 3. c. 1. *a med.* Quæ quidem tradita sunt breviter ac nude. *h. e.* aperte, et simpliciter. *openly, candidly.*

NUDIPEDALIA, um, n. γυμνοπόδια, sacra, quæ nudis pedibus peragebantur. Porro multa fuere apud Veteres tum Romanos, tum Græcos, ac Barbaros, in quibus hic ritus servabatur, ad ostendendam majorem animi demissionem, atque erga deos reverentiam. *Tertullian.* tamen peculiari sacro eum tribuere videtur, videlicet cum pluvia in siccitate petenda erat, *de Jejun.* c. 16. *a med.* Cum stupet cælum, et aret annus, nudipedalia denuntiantur, magistratus purpuras ponunt, fasces retro avertunt, precem indigitant, hostiam instaurant. Eadem ferme habet *in Apolog.* c. 40. *sub fin.* *Hieronym.* l. 2. *comment. in epist. ad Galat.* c. 4. Paulus ut Judæos lucrifaceret, et in Cenchris ex voto comam totondit, et nudipedalia, atque calvitium Hierosolymis in templo exercuit.

NUDIPES, edis, *barefoot, barefooted,* pedes nudos habens. *Tertull. de Pall.* c. 5. Non expedit in algore, et ardore rigere nudipedem.

NUDITAS, atis, f. *nakedness, nudity,* γυμνότης. Translate ponitur pro inopia. *Quintil.* l. 10. c. 2. *ad fin.* Si tenuitas, aut nuditas in asperis gravibusque causis ponderi rerum parum respondeant.

NUDIUS, vox ex *nunc,* et *dies* conflata, ut *Fest.* docet, jungitur cum nominibus numeralibus, tertius, quartus, quintus, &c. Itaque nudius tertius significat *three days ago, three days back, the day before yesterday, t'other day,* ante duos dies. q. d. nunc dies tertius est: sic nudius quartus, *four days ago,* nunc dies quartus est, &c. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 11. Nudius tertius dedi ad te epistolam longiorem. *Id. Phil.* 5. c. 1. Recordamini, qui dies nudius tertiusdecimus fuerit. *thirteen days ago.* *Plaut. Trucul.* 2. 6. 28. Heri nudius quintus natus ille est. *five days since.* *Id. Mostell.* 4. 2. 40. Heri, et nudius tertius, quartus, quintus, sextusque, postquam hinc peregre abivit, nunquam desitum est, &c.

NUDO, as, avi, atum, a. 1. *to make naked, strip bare, uncover,* γυμνόω, vestibus spolio, detracta veste detego, aperio. *Enn.* apud *Cicer. Tuscul.* 4. c. 33. Flagitii principium est, nudare inter cives corpora. *Cic. Verr.* 7. c. 62. Hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, et virgas expediri jubet. ¶ Item universim detegere, aperire. *Virg.* 1. *Æn.* v. 215. Tergora deripiunt costis, et viscera nudant. et l. 5. v. 585. pugnæque cient simulacra sub armis: Et nunc terga fuga nudant, nunc spicula vertunt Infensi. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 693. et *Liv.* l. 28. c. 33. Nudare gladios. *to draw, unsheath.* ¶ Et privare, spoliare. *to deprive, bereave, strip, spoil.* *Petron. in Satyr.* c. 107. Nudare crine caput. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 557. nudare messes. *h. e.* terere, excutere, folliculis spoliare. *Sil.* 8. v. 503. silvis montem. *Plin.* l. 16. c. 22. Nudantur arbores foliis. *Senec. in Hippol.* v. 966. canæ frigora brumæ nudant silvas. *Stat.* l. 4. v. 87. humerosque manu nudare nitentes. *scil.* comam tonsorio opere tondendo. *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 15. Neque sibi nudanda litora, et relinquendos portus existimabant. *h. e.* præsidiis spolianda. *left destitute or defenceless.* et l. 7. *B. Gall.* c. 70. Jubet portas claudi, ne castra nudentur. *should be exposed.* *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 21. quem præceps alea nudat. *makes poor, strips of what he has.* et *Ovid.* l. 1. *Trist.* el. 6. v. 7. Tu facis, ut spolium ne sim, neu nuder ab illis, Naufragii tabulas qui petiere mei. *that I am not pillaged or plundered.* et *Cic. Verr.* 2. c. 5. Quæ victores civitatibus Siculis aut dederunt, aut reddiderunt spoliavit nudavitque omnia. *Id. pro Dom.* c. 1. Utrum amentes ac perditos magistratus improborum ac sceleratorum civium præsidio nudare, an etiam deorum immortalium religione armare malitis. ¶ *Nudari* dicuntur loca, unde aqua discedit. *Tacit.* 6. *Ann.* c. 33. Brevia litorum nudantur. *Liv.* l. 36. c. 45. *ad fin.* Ventus nudaverat vada. *Plin.* l. 36. c. 6. *sub fin.* Æstus nudans arenas. [† Sic *nuda vada,* h. e. *sicca.* V. *Nudus.*] ¶ Arcana, et latentia detegere, patefacere. *to show, lay open, expose, discover.* *Virg.* 1. *Æn.* v. 359. Crudeles aras, trajectaque pectora ferro Nudavit, cæcumque domus scelus omne retexit. *bared.* *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 47. ne manifestum Cælibis obsequium nudet te. *h. e.* te prodat. et sat. 8. v. 74. ingenium res Adversæ nudare solent, celare secundæ. *Liv.* l. 35. c. 32. Jam enim, et id magis in dies, Ætoli defectionem nudabant. *Id.* l. 24. c. 27. Nec illi primo statim creati nudare, quid vellent. *disclosed their intentions.* *Id.* l. 42. c. 63. Fama equestris pugnæ nudavit voluntates hominum.

NUDULUS, a, um, diminut. a *nudus.* *Adrian. Imp. in carm.* apud *Spartian. in ejus vita,* c. 25. Animula vagula, blandula, Quæ nunc abibis in loca Pallidula, rigida, nudula.

NUDUS, a, um, *naked, bare, uncovered,* γυμνὸς, ἀνείμων, qui sine veste est, aut tegmine quocumque. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 66. Tanquam nudus nuces legeret, in ventrem abstulit. *Horat.* l. 1. sat. 8. v. 24. nudis pedibus, passoque capillo. *Virg.* 8. *Æn.* v. 425. nudus membra Pyracmon. *Ovid. Met.* 7. v. 183. Nuda pedem. *barefoot.* *Virg. Æn.* 11. v. 642. nudo cui vertice fulva cæsaries. *his uncovered head.* *Sil.* l. 5. v. 449. Costæ nudæ tegmine. ¶ *Nudi* etiam dicuntur, qui togas tantum deposuere, et in solis tunicis sunt. Toga enim proprie vestis dicitur, et togati vestiti. Hoc multis conatur ostendere *Burman.* ad illud *Petron. in Satyr.* c. 92. Ex altera parte juvenis nudus, qui vestimenta perdiderat, &c. ¶ *Nudo vestimenta detrahere,* proverb. h. e. commodum sperare ab eo, qui nihil habet. *to whip blood out of a post:* aquam a pumice postulare. *Plaut. Asin.* 1. 1. 79. Nudo detrahere vestimenta me jubes. ¶ Transfertur ad alia. *Catull.* carm. 61. v. 49. Ut vidua in nudo vitis quæ nascitur arvo, Nunquam se extollit. *h. e.* sine pedamentis. *Virg. Ecl.* 1. v. 15. silice in nuda. *h. e.* nullo gramine vestita. *the bare flint.* Sic *Ovid.* 4. *Met.* v. 261. Sedit humo nuda. *on the bare ground.* (Et cum genit. *Sallust. in Jug.* c. 81. Per loca inæqualia, et nuda gignentium. et *Ovid.* 12. *Met.* v. 512. parvoque in tempore nudus Arboris Othrys erat.) *Senec. in Herc. Œt.* v. 381. nudum nemus. *h. e.* sine foliis et frondibus. *leafless.* *Id. in Œdip.* v. 43. nuda vada. *h. e.* sicca, sine aqua. [† V. *Nudo* ad fi.] *Ovid. de medic. fac.* v. 56. nuda hordea. *h. e.* sine folliculis, et fresa. Contra *Petron. in Satyr.* c. 135. grana putaminibus vestita. *Valer. Flacc.* l. 2. v. 170. nudisque sub astris Condensæ fletus acuunt. *in the open air,* sub dio. *Virg.* 12. *Æn.* v. 306. Nudus ensis. *a drawn sword.* ¶ Est sæpe universim spoliatus, privatus, carens. *stripped of, spoiled, bereaved, deprived, destitute, without.* *Horat.* l. 2. sat. 3. v. 184. Nudus agris, nudus nummis. *Id.* l. 1. od. 14. v. 4. Navis latus nudum remigio. *Cic.* 7. *Attic.* ep. 13. Urbs nuda præsidio. *Sil.* l. 16. v. 46. Cantaber ingenio membrorum, et mole timeri vel nudus telis poterat. *even though unarmed.* Cum genit. *Id.* l. 4. v. 607. Namque inhonoratam Fibrenus perdere mortem, Et famæ nudam impatiens, &c. Et cum ablat. et præposit. *a,* vel *ab.* *Cic. Verr.* 6. c. 2. Messana ab his rebus, quibus iste delectatur, sane vacua atque nuda est. et *Verr.* 4. c. 34. Domum ejus exornatam, atque instructam, fere jam iste reddiderit nudam atque inanem. *Id. ad Quir. post redit.* c. 6. Nudus a propinquis, nulla cognatione munitus. *Id. pro Dom.* c. 22. *a med.* Respublica nuda a magistratibus. ¶ In his fere egestatem, inopiam, paupertatem significat. *poor, helpless, forlorn.* *Id. pro Flacc.* c. 21. Quem tu semper nudum esse voluisti. *Ovid. Heroid.* ep. 9. v. 154. Œnea desertum nuda senecta premit. *Juvenal.* sat. 7. v. 35. facunda, et nuda senectus. ¶ Sæpe est solus, *bare, mere, sole, only.* *Ovid.* 3. *Trist.* el. 11. v. 17. Ut mala nulla feram, nisi nudam Cæsaris iram, Nuda parum nobis Cæsaris ira mali est? *Martial.* l. 1. epigr. 44. Nudus aper, sed et hic minimus. *scil.* mensæ illatus est. *Plin. sub init.* l. 3. Locorum nuda nomina, et quanta dabitur brevitate, ponentur. *Cic. Parad.* 3. c. 2. Nuda ista si ponas, judicari, qualia sint, non facile possunt. *Petron. in Satyr.* c. 88. Priscis temporibus, cum adhuc nuda virtus placeret. *h. e.* sine aliis bonis, puta divitiis, honoribus. *Senec.* l. 3. *de benef.* c. 18. Virtus non eligit domum, nec censum: nudo homine contenta est. *Senec. alter in Hippol.* v. 519. Quam juvat nuda manu captasse fontem! *h. e.* nullo poculo instructa. *Vellei.* l. 2. c. 61. *in fi.* Antonius turpi et nuda fuga coactus deserere Italiam. *h. e.* solus, et sine exercitu comitante. Adde *Sil.* lib. 1. v. 219. et lib. 13. v. 198. et *Ovid.* 2. *Trist.* v. 408. ¶ Apud Jurisconsultos sæpe hoc sensu adhibetur. *Paul. sentent.* lib. 5. tit. 2. Possessionem acquirimus et animo, et corpore. Sed nudo animo adipisci quidem possessionem non possumus: retinere tamen nudo animo possumus. *Modestin. Dig.* lib. 44. tit. 7. leg. 51. *extr.* Etiam nudus consensus sufficit obligationi: quamvis verbis hoc exprimi possit. *Caius* lib. 7. tit. 8. leg. 1. Constituitur enim et nudus usus, idest sine fructu: Sic *pactum nudum, nuda proprietas, traditio, voluntas,* &c. ¶ Aliquando est simplex, sine fuco. *plain, simple, without ornament.* *Cic. in Bruto,* cap. 75. Commentarios quosdam scripsit rerum suarum, valde quidem probandos. nudi enim sunt, recti, et venusti, omni ornatu orationis, tanquam veste, detracto. ¶ *Nuda verba,* aperta, et intellectu facilia, qualia sunt fere obscena. *Plin.* l. 4. ep. 14. Summos illos et gravissimos viros, qui talia scripserunt, non modo lascivia rerum, sed ne verbis quidem nudis abstinuisse. ¶ *Nudi capilli,* nullo nexu, aut ornatu compositi. *Ovid.* 4. *Met.* v. 261. Sedit humo nuda, nudis incompta capillis. et lib. 7. v. 183. nudos humeris infusa capillos. ¶ *Nudus sudor* apud *Quintil.* l. 11. c. 3. *ante med.* est, qui a nudis elicitur, ut fit in gymnasiis, et palæstra. ¶ Comparat. *nudior.* *Cic.* 1. *de Legib.* c. 2. Annales pontificum, quibus nihil potest esse nudius. Al. leg. *jucundius,* al. *jejunius,* al. *juncidius,* aut *ejuncidius.*

NUGACITAS, atis, f. *nugacity,* nugarum studium. *Augustin.* ep. 67. *in fin.* Omnis ab eo deleta est nugacitas. Adde lib. 6. *de Musica sub init.*

NUGÆ, arum, f. *verses sung by women hired to lament at funerals; silly verses or toys; trifles, frivolous things, fopperies, fooleries, idle stories, baubles, gewgaws, gimcracks, bagatelles, stuff, nonsense, gallimatia, trumpery,* φλύαρος, λῆρος, proprie sunt nænia, sive carmina a præficis cani solita in laudem mortuorum. Hinc *Plaut. Asin.* 4. 1. 63. Hæc sunt non nugæ; non enim mortualia. ¶ Per synecdochen dicuntur sermones levium rerum, scurriles, nullius pretii. Hinc *Catullus* carm. 1. et *Martial.* l. 9. epigr. 1. et lib. 12. epigr. 2. &c. poemata sua nugas vocant. *Cic.* l. 2. *de Divin.* c. 13. Hunccine hominem tantis delectatum esse nugis? *Horat.* l. 1. sat. 9. v. 2. Nescio quid meditans nugarum. *Terent. Heaut.* 4. 1. 8. Næ ista hercle magno jam conatu magnas nugas dixerit. ¶ Universim tricæ, gerræ, ineptiæ, res nihili. *Plaut. Trucul.* 4. 4. 7. Quid agitur, voluptas mea? *Di.* non voluptas. aufer nugas. et 2. 1. 20. Nec unquam quisquam probus erit amator, nisi qui rei inimicus est suæ. Nugæ sunt, nisi quod modo cum dederit, dare jam lubeat denuo. *Id. Trin.* 2. 4. 40. Hic postulet frugi esse; nugas postulet. *Id. Mer.* 2. 4. 1. Pentheum diripuisse aiunt Bacchas. nugas maximas fuisse credo, præut quo pacto ego divorsus distrahor. ¶ *Nugas agere,* est nugari, ineptire. *Plaut. Men. prol.* v. 54. Nisi qui argentum dederit, nugas egerit; qui dederit, magis majores egerit. *Id. Asin.* 1. 1. 78. Maximas nugas agis. *you are playing the fool with a vengeance.* ¶ Et omisso verbo per ellipsim. *Id. Pers.* 4. 7. 7. Quo illum sequar? in Persas? nugas. *pugh! pish! pshaw!* *Id. Mostell.* 5. 1. 38. *Tra.* Quid ait? *Theu.* servos pollicitus est dare suos mihi omnes quæstioni. *Tra.* nugas. nunquam edepol dabit. ¶ *Nugæ* etiam dicuntur leves homines, et nugatores. *trifling persons, triflers, whifflers.* *Cic. Attic.* l. 6. ep. 3. Amicos habet meras nugas, Matinium, Scaptium. *Id. Q. Fr.* l. 1. ep. 2. c. 2. Ego Apamensem Hephæstum, ego levissimum hominem Megaristum Antandrium, ego Niciam Smyrnæum, ego nugas maximas omni mea comitate sum complexus. *Id. pro Mil.* cap. 21. Semper ille antea cum uxore; tum sine ea: nunquam non in rheda; tum in equo: comites Græculi, etiam cum in castra Etrusca properabat; tum nugarum in comitatu nihil. ¶ Item mendacia, et dolosa verba ad fallendum, fraudandumque. *lies, rogueries, tricks, cheats.* *Plaut. Trin.* 4. 2. 13. Nunc adeo si quid addidero amplius, eo conductor melius de me nugas conciliaverit. ¶ *Nonius* c. 2. n. 537. tradit, omnia, quibus matronæ utuntur, nugas *Plautum* voluisse appellari. Hinc *nugivendos* dici omnes eos, qui aliquid mulieribus vendunt: *Aulul.* 3. 5. 51. Ubi nugivendis res soluta est omnibus. Al. leg. *nugigerulis.* Hujusmodi homines nos hodie diceremus *toymen,*

NUGĀLIS, le, *trifling, silly, vain, nugatory, frivolous,* φλυαρώδης, nugatorius, futilis, vanus. *Gell.* l. 1. c. 2. Se in theorematibus tantum nugalibus, et puerilium isagogarum commentationibus oblectantes. *Id.* l. 4. c. 1. Ostentabat quispiam grammaticæ rei doctor scholica quædam nugalia, de generibus et casibus vocabulorum disserens. *Id.* l. 7. c. 17. Quin potius hæc mittis nugalia, et affers ea, quæ digna quæri tractarique sint?

NUGAMENTA, orum, n. idem ac nugæ. *Apul.* l. 1. *Metam. sub fin.* A quo istorum nugamenta hæc comparasti? De pisciculis quibusdam vilibus loquitur.

NUGARĬUS, a, um. *Varr.* l. 6. *de L. L.* c. 3. *ad fin.* Nugarium unguentum. Ubi *Scalig. in conjectan.* interpretatur eo sensu dictum, quo Veteres omnia, quæ ad mulierum ornatum pertinebant, *nugas* vocabant, ut in *Nugæ* dictum est. Monet etiam a *Petro Vict.* legi *nugatorium,* h. e. futile, et vilis pretii.

NUGAS, adject. V. in *Nugax.*

NUGĀTOR, oris, m. *a trifler, silly or insignificant fellow, impertinent whiffler, simpleton,* φλύαρος, qui nugas, et inania dicit, nugax, stultiloquus, vaniloquus. *Cic. de Senect.* c. 9. Milo adspexisse lacertos suos dicitur, illacrymansque dixisse: at hi quidem jam mortui sunt. Non vero tam isti, quam tu ipse, nugator. *h. e.* non tam isti lacerti mortui sunt, quam tu, stulte. *foolish man.* et *pro Flacc.* c. 16. Neque in istum nugatorem, tanquam in aliquem testem, invehar. *Gell.* l. 11. c. 8. Eam orationem cum legisset M. Cato, næ tu, inquit, Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari, quam culpa vacare. *Auson.* nugatorem libellum vocat Edyllium suum undecimum, qui est *Griphus,* ubi multa ludit de ternario numero. *Gell.* l. 12. c. 2. Senecam *nugatorem* appellat, quod Ciceronis errores deprecatur. *Id.* l. 15. c. 1. Homo nihili et nugator, atque in Græcæ facundiæ gloria jactabundus. *Pers.* sat. 5. v. 127. cessas, nugator? *fool, idler, sluggard.* dictum est heri servum increpantis. Apud *Auson.* quoque *in Ephem.* v. 17. est convicium in somniculosum, et tarde mane surgentem. ¶ Est etiam *nugator,* qui mendacia congerit ad fallendum, *a lying rogue, cheat, knave, vagabond, impostor,* sycophanta. *Plaut. Trin.* 4. 2. 91. Nimium graphicum hunc nugatorem. *Id. Mil.* 4. 2. 86. Et pueri annos octingentos vivunt. *Milph.* væ tibi, nugator. *et Curcul.* 4. 1. 1. Edepol nugatorem lepidum hunc nactus est. halophantam, an sycophantam hunc magis esse dicam, nescio. ¶ De scortatore etiam dici videtur, in illo *Prudent. Cathemer.* 2. v. 29. Quis mane sumptis nequiter Non erubescit poculis? Cum fit libido temperans, Castumque nugator sapit?

NUGATORĬE, *frivolously, triflingly, impertinently,* per nugas, leviter, inaniter. *Auct. ad Herenn.* c. 36. l. 4. Non apertissimæ res erant crimini datæ? non omnes testibus comprobatæ? non contra tenuiter et nugatorie responsum?

NUGATORĬUS, a, um, *trifling, frivolous, vain, idle, silly, impertinent, futile, insignificant, nugatory,* φλυαρώδης, nugis plenus, levis, inanis, futilis, vanus. *Cic. pro Cæcin.* c. 23. Omnino ad probandum utramque rem video infirmam nugatoriamque esse. *Id. Fam.* 11. ep. 2. *ad fin.* Illud valde leve est, ac nugatorium. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 15. Quod Erucio accidebat in mala nugatoriaque accusatione, idem mihi usuvenit in causa optima. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 20. Genus argumentationis nugatorium. *h. e.* quod nihil pertinet ad causam. *Plaut. Trin.* 4. 2. 2. Nugatoriæ artes. *h. e.* mendacia et doli, quibus aliquem quis capere studet, *lies, cheats, impostures.* ¶ Nugatorios esse boves Ligusticos, dicit *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 5. h. e. infirmiores, et parvi pretii: opponitque Gallicis, quos ait esse boni generis ad opus. Etiam *Colum.* l. 3. c. 8. in Liguria parvos boves nasci, scribit.

NUGĀTRIX, icis, f. *Prudent. in Psychomach.* v. 433. nugatricem aciem dixit de luxuriæ copiis, et apparatu.

NUGAX, ācis, φλύαρος, nugator, putidus, ineptus, molestus. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 15. Ecquando tu hominem ineptiorem, quam tuum Cn. Pompeium vidisti, qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commorit? *so insignificant.* *Petron. in fragm. Tragur.* cap. 52. *Burm.* Hæc dum refert, puer calicem projecit. ad quem respiciens Trimalchio, cito, inquit, te ipsum cæde, quia nugax es. *are becoming insolent or impertinent.* et *mox.* Suadeo, a te impetres, ne sis nugax. ¶ Veteres dixere *hic, hæc, hoc nugas* indeclinab. ut *fas, nequam, frugi,* &c. ut testantur *Charis.* l. 1. pag. 15. 22. et 120. *Diomed.* l. 1. pag. 286. *Priscian.* l. 5. pag. 649. et lib. 6. pag. 701. et *Valer. Prob. in Cathol.* pag. 1464. et 1478. *Putsch.* et alii. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 328. Quod si Actæon occupasset, et ipse prius suos canes comedisset, non nugas saltatoribus in theatro fieret. Al. leg. *nugax:* alii aliter. Major est etiam lectionis incertitudo in loco Plauti *Trin.* 3. 3. *in fi.* de quo V. *Taubman.* si lubet. In Vet. quoque Gloss. legimus: Nugas, σαπρός. *h. e.* putidus.

NUGIGERŬLUS. V. *Nugæ* in fine.

NUGIPOLYLOQUĪDES, vox hybrida, ex *nugæ,* πολὺ, et *loquor* jaculariter conflata a *Plaut. Pers.* 4. 6. 21. h. e. multas nugas loquens. Alii leg. *nugidoliloquides,* h. e. nugas, et dolos loquens.

NUGIVENDUS. V. *Nugæ* in fine.

NUGO, onis, m. nugator, nugax. *Apul.* l. 5. *Metam. circa fin.* Sed utique præsumis nugo, et corruptor. *et paulo post.* Castigare asperrime nugonem istum. Intelligit autem adolescentulum amoribus deditum.

NUGOR, aris, atus sum, dep. 1. *to trifle, talk or act foolishly, play the fool, joke, jest,* φλυαρέω, nugas ago, vana loquor, ludo. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 13. Democritus non inscite nugatur, ut physicus. *Horat.* l. 2. ep. 1. v. 93. Ut primum positis nugari Græcia bellis Cœpit, et in vitium fortuna labier æqua, Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum. *Id.* l. 2. sat. 1. v. 73. Nugari cum illo, et discincti ludere, donec Decoqueretur olus, soliti. ¶ Item mentiri, imponere, fallere. *to cheat, trick, cajole, banter.* *Plaut. Cas.* 5. 4. 11. Nugatur sciens. nam ecastor nunc Bacchæ nullæ ludunt. *Id. Trin.* 4. 2. 55. Mihi quoque edepol, quoniam hic nugatur, contra nugari lubet. *Id. Epid.* 3. 4. 42. Non mihi nugari potes. *you are not able to trick me.*

NUGŬLÆ, arum, f. parvæ ac leves nugæ. *Martian. Capell. initio* l. 1. Nugulas ineptas aggarrire. [Vocem hanc toto Latio eliminandam censeo, quia levi admodum nititur auctoritate. Nam *Codex* optimæ notæ in *Biblioth. D. Marci Venetiar.* habet diserte *nugales ineptias,* quod itidem *Justus Zinzerlingius* in *Cod. Ms.* reperit (*Promulsid. Crit.* c. 19.), *Barthius* vero *Adversar.* VIII. 23. et *Arntzenius Miscell.* pag. 197. probavit. Hæc ex *Biblioth. Mss. Jacobi Morelli* Tom. 1. pag. 327.]

NULLATĔNUS, *in no wise, by no means,* μηδαμῶς, nullo modo, minime. *Martian. Capell.* l. 2. pag. 35. Immortalitatis sedem nullatenus obtinebis. *Imp. Zeno* lib. 8. *Cod.* tit. 10. leg. 12. §. 3. Nullatenus competens ædificantibus.

NULLĬBI, *in no place, nowhere,* μηδαμοῦ, nullo in loco. *Vitruv.* l. 7. c. 1. *circa med.* Si tesseris structum erit, ut eæ omnes angulos habeant æquales, nullibique a fricatura exstantes. Sed primæ quæque edition. et opt. Cod. MSS. teste *Jo: Poleno,* non habent illa verba *nullibique,* &c.

NULLIFICĀMEN, inis, n. et

NULLIFICATĬO, onis, f. *contempt,* contemptus. *Tertull.* l. 4. *advers. Marcion.* c. 14. *ad fin.* Quæ ignominia? quæ nullificatio? et lib. 3. c. 7. et 17. ex *Psalm.* 21. v. 7. Ignominia hominis, et nullificamen populi.

NULLIFĬCO. V. *Annihilare.*

NULLUS, a, um, *not any, none, no, nobody, no one,* οὐδείς, non aliquis, ne unus quidem: ex *ne,* et *ullus,* ut *nemo* ex *ne,* et *homo.* Dicitur autem fere de rebus, ut *nemo* de personis. V. *Nemo. Cic. Fam.* 13. ep. 1. Id, quod mea intelliges, tua nullam in partem multum interesse. *Id. ad Brut.* ep. 15. *a med.* Nullum bellum civile fuit, in quo non, &c. *Id.* 1. *Offic.* c. 37. Contentionis præcepta rhetorum sunt; nulla sermonis. *Id.* 1. *de Orat.* cap. 26. Nullæ lites, neque controversiæ sunt, quæ, &c. *Id.* l. 1. *de nat. Deor.* c. 35. Elephanto belluarum nulla prudentior. *Plin.* l. 19. c. 10. Olera nulli animalium obnoxia. *Id.* l. 8. c. 22. *sub fin.* Nullum omnium præstantius. *Cic.* 5. *de Fin.* c. 13. Ei de virtutibus nulla desit. *Id. pro Marcell.* c. 7. Nulli supersunt de inimicis. *et pro Mur.* c. 13. Nullo pacto. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 11. Nullo certo ordine, neque imperio. *Hirt. de B. Alex.* c. 10. Nullos milites in navibus habebat. *Liv. in præfat. ad fin.* Nulla unquam respublica nec major, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit. *Cic. Fam.* 3. ep. 12. Nullam, ne in tabellæ quidem latebra, fuisse absconditam malivolentiam. *Plaut. Mil.* 4. 8. 59. Nulla fide esse. *with no faith; not to be trusted.* *Plin.* l. 6. ep. 29. Homo nullis litteris. *illiterate.* et *Cic.* 3. *Phil.* c. 6. *ad fin.* Homo nullo numero. *of no account or esteem.* ¶ *Nullus dum,* nullus adhuc. *none as yet; none hitherto.* *Liv.* l. 5. c. 34. Alpes inexsuperabiles, nulla dum via superatas. Adde l. 29. c. 11. ¶ *Nulli rei esse,* nihili, nequam, inutilem esse. *of no account or value, worthless, useless, good for nothing.* *Gell.* l. 7. c. 11. Nequam hominem dixerunt, nulli rei, neque frugis bonæ. *Id.* l. 9. c. 2. Cum erraticum hominem esse dicerent, et nulli rei. *Id.* l. 13. c. 30. Musicam, quæ sit abscondita, eam esse nulli rei. Adde l. 15. c. 9. *extr.* Contrarium est alicui rei esse, *to be good for something,* apud *Terent. Adelph.* 3. 3. 4. ¶ Absolute de personis pro *nemo. Sallust. in Jug.* c. 101. Beneficia properantius reddere: ipse ab nullo repetere. et c. 117. Nullo, aut quam paucissimis præsentibus. *Cic.* 1. *Offic.* c. 37. Discentium studiis inveniuntur magistri: huic autem qui studeant, sunt nulli. *Nep. in Cim.* c. 4. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defuit. *Id. in Themist.* c. 4. Idque, nullis defendentibus, incendio delevit. *Tacit. de Germ.* c. 43. *a med.* Nullo hostium sustinente novum, ac velut infernum aspectum. *Plin.* l. 18. c. 28. *in fi.* A nullo ante nos prodita. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 12. *Chry.* Istuc volebam ego ex te percunctarier. *Pistocl.* qui scire possum? *Chry.* nullus plus. Adde *Aulul.* 3. 5. 24. *Terent. Heaut.* 5. 3. 20. *Propert.* l. 2. eleg. 3. v. 1. et l. 3. eleg. 24. v. 41. *Ovid. de remed. amor.* v. 747. et *Just.* l. 28. c. 4. quibus locis in feminino usurpatur. ¶ *Nulli duo, no two persons,* ex multis duo non sunt. *Plin.* l. 7. c. 1. Nullas duas in tot millibus hominum indiscretas effigies exsistere. *Id.* l. 3. c. 1. *in fin.* Ita fit, ut nulli duo concinant. ¶ *Nullus alter, nullus ullus, nullus unus* ad magis negandum pertinent. *no one else, none else,* ut *nemo alter, nemo unus,* &c. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 22. Scelestiorem nullum illuxere alterum. *Gell.* l. 1. c. 2. Asseverabat, nulli esse ulli magis ea omnia explorata. *Al. omitt.* τὸ ulli. *Cic. in Bruto,* c. 59. *extr.* Nulla re una magis oratorem commendari, quam verborum splendore et copia. *no one thing.* *Id. de provinc. consul.* c. 4. Nisi C. Virginius intervenisset, unum signum Byzantii ex maximo numero nullum haberent. ¶ *Nullum* absolute, nulla res. *nothing, naught.* *Horat. in ar. Poet.* v. 324. Graii, præter laudem, nullius avari. *Senec.* l. 2. *de benef.* c. 25. Nullo magis Cæsaris amicitiam demeruit Furnius, quam quod, &c. *Justin.* l. 5. cap. 1. Sacra Cereris Initiorum nullo magis, quam silentio, solemnia. *Quintil.* lib. 2. cap. 4. Nullo magis studia, quam spe gaudent. *Lucan.* lib. 3. v. 364. perit magnus, nullis obstantibus, ignis. *Flor.* l. 1. c. 26. Nullius acrior custos, quam libertatis fuit. Sic *ullus* usurpatur a *Liv.* l. 2. c. 59. *a med.* Nemo ullius, nisi fugæ memor. ¶ Item *alius. Quintil.* l. 1. c. 5. *Scala* et *scopa,* contraque *hordea* et *mulsa,* non alio vitiosa sunt, quam quod pluralia singulariter, et singularia pluraliter efferuntur. ¶ *Nullo* pro Nullo loco. *nowhere.* *Liv.* l. 22. c. 53. *a med.* Nullo verius, quam ubi ea cogitentur, hostium castra esse. ¶ *Nullus non,* omnis. *every, all.* *Liv.* l. 8. c. 26. Nulla rerum suarum non relicta inter hostes. *Senec.* ep. 12. *ad fin.* Nullo non se die extulit. *Sueton. in Cæs.* c. 76. Nullos non honores cepit. ¶ *Non nullus,* aliquis. *some, some one.* V. *Nonnullus.* ¶ Post se habet interdum *nisi, præter, quin. Cic. Fam.* 5. ep. 5. Statueram nullas ad te litteras mittere, nisi commendatitias. *none but.* *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 77. Si nullam, præter quam vitæ nostræ, jacturam fieri viderem. et l. 3. *B. Civ.* c. 87. Nulla Thessaliæ fuit civitas, præter Larissæos, quin Cæsari pateret. ¶ Sæpe est irritus, nullius momenti, inanis, levis. *of no account, or effect; of no moment, value or esteem, frivolous, light, trifling, futile, insignificant.* *Terent. Hec.* 5. 3. 1. Edepol næ meam herus esse operam deputat parvi preti, Qui ob rem nullam misit, frustra ubi totum desedi diem. *Cic. Q. Fr.* l. 3. ep. 4. Sed vides nullam esse rempubl., nullum Senatum, nulla judicia, nullam in ullo nostrum dignitatem. *Id.* 2. *de Legib.* c. 6. Igitur tu Titias, et Apuleias leges nullas putas? *Id.* 2. *Tuscul.* c. 5. Nullum vero id quidem argumentum est. *Id. Fam.* 7. ep. 3. *ante med.* Ex eo tempore vir ille summus, nullus imperator fuit. *Quint. Cic. de petit. consul.* c. 7. In petitione nisi id agas, nullus petitor esse videare. ¶ Frequenter ponitur loco negativæ *non. Terent. Eun.* 2. 1. 10. Memini, tametsi nullus moneas. *without your suggesting it to me.* *Cic. Attic.* l. 11. *ep. pænult.* Philotimus non modo nullus venit, sed, &c. et l. 15. ep. 22. Sextus ab armis nullus discedit. et epist. 29. Ad M. Ælium nullus tu quidem domum, sed sicubi inciderit. *Terent. Hec.* 1. 2. 3. Si quæret me, uti tum dicas: si non quæret, nullus dixeris. *Plaut. Rud.* 4. 4. 91. Tu mihi nullus ostenderis. *Id. Trin.* 3. 1. 5. At tu edepol nullus creduas. *Virg. in Ciri,* v. 177. Nulla colum novit, carum nec respicit aurum. *Propert.* l. 1. el. 17. v. 11. An poteris siccis mea fata reponere ocellis, Ossaque nulla tuo nostra tenere sinu? *h. e.* non tenere ossa nostra sinu tuo. Al. aliter interpret. ¶ *Nullum esse,* non esse, nihil esse. *Cic. de Senect.* cap. 22. Nolite arbitrari, me cum a vobis discessero, nusquam, aut nullum fore. *be in a state of non-existence; be as though I were not.* *Plin. sub fin.* l. 36. Adeo in rebus damnatis quoque, ac jam nullis sunt aliqua remedia, ut in carbone, ecce, et cinere. ¶ Hinc *nullum esse,* mortuum esse: ex opinione eorum, qui animam simul cum corpore interire putabant. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 16. Anima est amica amanti: si abest, nullus est. *In Catalect. Virg. in fin.* Sed tu nullus eris. *Plin.* l. 2. c. 63. Cujus (*terræ*) numen ultimum jam nullis precamur irati grave. ¶ Hinc etiam formula illa desperationis Comicæ, *nullus sum,* perii, actum est de me. *I am ruined, am a dead man, am utterly undone, am lost; I die, I perish; 'tis all over with me.* *Terent. Hec.* 4. 1. 6. Credo, ipsum ad me exire: nulla sum. *Id. Andr.* 3. 4. 20. Nullus sum. quid causæ est, quin hinc in pistrinum recta proficiscar via? *Id. Phorm.* 1. 4. 1. Nullus es, Geta, nisi jam aliquod tibi consilium celere reperis: ita tanta te impendent mala. *'tis all up with you, if you do not,* &c. Adde *Plaut. Mostell.* 2. 1. 41. et *Merc.* 1. 2. 52. et 104. Sic *Id. Cas.* 2. 4. 26. Si id factum est, ecce me nullum senem. ¶ *Tam nullus,* tam exiguus, et quasi nihil. *Plin.* l. 11. c. 2. *de insectis.* In his tam parvis, atque tam nullis quæ ratio! quanta vis! quam inextricabilis perfectio! ¶ *Nulli,* et *nullæ* pro *nullius,* et *nulli,* antiqua sunt. *Terent. Andr.* 3. 5. 2. Quandoquidem tam iners, tam nulli consilii sum. *Plaut. Mil.* 3. 1. 207. Qui, nisi adulterio, studiosus rei nullæ aliæ est. *Lucret.* l. 6. v. 392. nullæ sibi turpis consciu' rei. Adde *Caton.* apud *Priscian.* l. 6. p. 694. *Putsch. Cæcil. ibid.* p. 678. et *Propert.* l. 1. el. 20. v. 35.

NUM, *whether or no?* μῶν, ἆρα, an, numquid, adverb. interrogandi. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 14. Num igitur tot ducum naufragium sustulit artem gubernandi? aut num im-

peratorum scientia nihil est, quia, &c.? *what then? has, &c.?* *Terent. Andr.* 5. 3. 6. Num cogitat, quid dicat? num facti piget? num ejus color pudoris signum usquam indicat? *does he, &c.?* *Cic. Verr.* 5. c. 53. Num exspectatis, dum L. Metellus testimonium dicat? *what? are you waiting, &c.? are you then waiting?* *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 58. Num furis, an prudens ludis me? *are you mad, or, &c.* *Virg. Æn.* 4. v. 370. Num lacrymas victus dedit, aut miseratus amantem est? ¶ Jungitur cum *nam*, et *ne*. *Terent. Eun.* 2. 2. 55. Eho numnam hic relictus custos? *Plaut. Trucul.* 2. 6. 65. Numne vis, me ire ad cœnam? *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 31. *ad fin.* Deum ipsum numne vidisti? ¶ Sequente *quis, qua, quod*, V. *Nunquis.* ¶ Est etiam dubitativum, *whether*, utrum: cum scilicet post aliud verbum, membrumve subjicitur. *Cic. de Fato*, c. 3. *extr.* Quæro, num aliter, ac nunc eveniunt, evenirent. *Id.* 1. *Catil.* c. 5. *extr.* Interrogas me, num in exsilium? non jubeo, sed si me consulis, suadeo. *Id. pro leg. Manil.* c. 7. *in fin.* Videte, num dubitandum vobis sit, omni studio ad id bellum incumbere. *Nep. in Annib.* c. 12. Ut sibi renuntiaret, num eodem modo undique obsideretur. *Liv.* l. 42. c. 19. *extr.* Jusserunt speculari, num sollicitati animi sociorum essent. *Ulpian. Dig.* lib. et tit. 4. leg. 16. Num forte aliqua actio possit competere. *if peradventure; if perchance.* ¶ *Num quando.* V. *Nunquando.*

NUMA POMPILĬUS, m. Νουμᾶς Πομπίλιος, Pomponis filius, secundus rex Romanorum, ex Curibus Sabinorum urbe ortus, XL. annos regnavit, justitia et pietate insignis, qui pacatis finitimorum odiis, truces efferatosque longa militia pop. R. animos ad pacis artes traducere conatus est. *Liv.* l. 1. c. 18. et sequentib. ¶ De libris Numæ V. *Liv.* l. 40. c. 29. *Plin.* l. 13. c. 13. et *Valer. Max.* l. 1. c. 1. n. 12. ¶ Scribit *Servius ad Virg. Æn.* 6. v. 809. fuisse canum a prima ætate: propterea dixisse *Virgil.* crines, incanaque menta regis Romani. Et dictum esse ἀπὸ τῶν νόμων, quia leges Romanis dedit.

NUMANTĬA, æ, f. Νουμαντία, urbs Hispaniæ Tarraconensis, exc. in Castella veteri, inter Celtiberos, et Arevacos, ad Durium fl. haud longe orientem, ad radices montium. Excisa est a Scipione Africano minore post diutinam obsidionem XX. annorum, cum se, filios, et uxores occidissent cives. *Flor.* l. 2. c. 18. et *Epit. Livii* l. 47. 54. 55. 57. et 59.

NUMANTĪNUS, a, um, *Numantine*, ad Numantiam spectans. Numantinus speciatim cognomen fuit P. Scipionis Africani Æmiliani, seu minoris, qui Numantiam urbem evertit. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 596. Ille Numantina traxit ab urbe notam. *Juvenal.* sat. 8. v. 10. si luditur alea pernox Ante Numantinos.

NUMELLA, læ, f. genus machinæ ligneæ ad discruciandos noxios, in quam collum et pedes immittuntur, ut describit *Non.* c. 2. n. 586. *a wooden engine, in which the neck or feet of offenders were put.* Hinc inter servorum tormenta enumerat *Plaut. Asin.* 3. 2. 5. Stimulos, laminas, cruces, compedes, nervos, catenas, numellas, pedicas, boias. ¶ *Festus* interpretatur genus vinculi, quo deligantur quadrupedes, ex nervo, aut corio crudo bovis ut plurimum factum. *a shackle for cattle, to hinder them from moving while they were milked.* Atque hoc sensu usurpat et *Colum.* sed mascul. genere, l. 6. c. 19. ubi ait: Ubi possunt etiam numelli (al. leg. *numellæ*) fabricari, ut inserto capite, descendentibus per foramina regulis cervix teneatur. *Id.* l. 7. c. 8. *ad fin.* Numellis pecus inducere. Al. leg. *induere.* Intelligit autem *Colum.* vinculum ex ligneis regulis factum. [† ¶ De canibus *Varro R. R.* 2. 9. Consuefaciunt quoque, ut possint alligari primum levibus numellis, quas si abrodere conantur, ne id consuescant facere, verberibus eos deterrere solent. *a kind of collar for dogs.* Legitur in emendato codice *Vinclis*, quod a *Victorio* receptum.]

NUMELLUS, i, m. V. *Numella.*

NUMEN, inis, n. *a nod*, nutus, νεῦμα: a *nuo*, ut *flumen* a *fluo*. *Lucret.* l. 2. v. 631. *de Curetibus.* in numerum exsultant, sanguine fleti, Terrificas capitum quatientes numine cristas. *with a violent motion of their heads.* ¶ Item inclinatio, quia in nutu caput inclinatur. *Id.* l. 4. v. 179. In quem quæque locum diverso numine tendunt. *inclination, tendency.* ¶ Translate est voluntas, quia nutu significamus, quod volumus. *Id.* l. 3. v. 144. Cetera pars animæ per totum dissita corpus Paret, et ad numen mentis, momenque movetur. *the will.* *Virg.* 1. *Æn.* v. 137. Jam cælum terramque meo sine numine, venti, Miscere, et tantas audetis tollere moles? ¶ Fere dicitur de voluntate, vi, et potentia deorum, quia solo nutu efficere putantur quæcumque libuerit. *the will or power of the gods; the will of heaven*, θεῖον, θειότης. *Varr.* lib. 6. *de L. L.* c. 5. Numen dicunt esse imperium, dictum ab nutu. Omnia sunt ejus, cujus imperium maximum esse videatur. Itaque in Jove hoc et Homerus, et aliquotiens Livius. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 53. Quanto id deo est facilius, cujus numini parent omnia. *Nep. in Agesil.* c. 2. *in fi.* Cum animadverteret, deorum numen facere secum. *et in Timol.* c. 4. *extr.* Nihil rerum humanarum sine deorum numine agi. *Cic.* 6. *Verr.* c. 49. Multa sæpe prodigia vim ejus (*Cereris*) numenque declarant. *Id.* 2. *Catil. sub fin.* Dii immortales hic præsentes suo numine atque auxilio urbis tecta defendunt. *Id. in Pison.* cap. 21. Numen interdictumque deorum immortalium, responsa sacerdotum, auctoritatem Senatus regi Ægyptio vendidit. *Horat.* l. 4. od. 5. v. 53. Nox, et Diana nunc nunc adeste, nunc in hostiles domos iram atque numen vertite. *Ovid.* 5. *Trist.* el. 3. v. 45. flectere tenta Cæsareum numen numine, Bacche, tuo. *Id.* 1. *de ar. am.* v. 203. Marsque pater, Cæsarque pater, date numen eunti. *Id.* 4. *ex Ponto*, ep. 13. v. 24. Adjuta est novitas numine nostra dei. *Cæs.* l. 6. *B. Gall.* c. 15. Numen deorum placare. ¶ Speciatim *numen Jovis* est ejus vis et potentia in aere, in illo *Horat.* l. 3. od. 10. v. 7. Sentis et, positas ut glaciet nives Puro numine Jupiter? *Bentlei.* mallet *duro numine.* Sic de mari *Virg.* 5. *Æn.* v. 767. quibus aspera quondam Visa maris facies, et non tolerabile numen. ¶ In illo *Virg.* 2. *Æn.* v. 396. Vadimus immixti Danais haud numine nostro: *intellige* diis non propitiis ac faventibus, sed adversis. ¶ Tribuitur aliquando et hominibus, qui potentia, dignitate, dominatu, deorum quodammodo vim in terris habent. *influence, power, authority.* *Cic. Phil.* 3. c. 13. Magna vis est, magnum numen unum et idem sentientis Senatus. *Al. leg.* nomen. *Id. post redit. ad Quirit.* c. 8. Numenque vestrum æque mihi grave et sanctum, ac deorum immortalium in omni vita futurum. *Liv.* l. 7. c. 30. *ad fin.* Annuite, P. C. nutum numenque vestrum invictum Campanis, et jubete sperare, incolumem Capuam futuram. *Ovid.* sæpissime Augusto *numen* tribuit: qua appellatione posterioribus temporibus Imperatores R. honorare mos fuit. Hinc illa in veterib. Inscriptionib. D. N. M. Q. E. *h. e.* devotus numini majestatique ejus: quæ expressa habentur apud *Gruter.* pag. 272. n. 1. 2. 5. 6. 7. et alibi. Ita *Symmach.* l. 10. ep. 21. (*al.* 26.) Præcipua beneficia numinis vestri populus R. exspectat. ¶ In plur. numero de uno tantum deo, per synecdochen: apud *Virg.* Venus Cupidinem alloquens, l. 1. *Æn.* v. 670. supplex tua numina posco. *thy godhead.* et lib. 3. v. 543. numina sancta precamur Palladis armisonæ. *Sil.* l. 1. v. 93. Ennææ numina divæ. *Ovid.* 6. *Met.* v. 44. Palladaque exhibuit: venerantur numina nymphæ, Mygdonidesque nurus. *Horat.* epod. 17. v. 3. Per et Dianæ non movenda numina. ¶ Sæpe etiam dicitur de ipsis diis, *a deity, divinity, god*, præsertim a Poetis. *Virg.* 4. *Georg.* v. 7. si quem Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo. *Ovid.* 1. *Met.* v. 320. Corycidas nymphas, et numina montis adorant. *Virg.* 3. *Æn.* v. 634. nos magna precati Numina. *Stat.* 1. *Achill.* v. 504. Belligerum numen. *Ovid.* 10. *Met.* v. 430. promissaque numine firmat. *h. e.* deo per juramentum teste vocato.

NUMERABĬLIS, le, *that may be numbered or counted, numerable*, εὐαρίθμητος, qui numerari potest. *Ovid.* 5. *Met.* v. 587. Invenio sine vortice aquas, sine murmure euntes, Perspicuas imo: per quas numerabilis alte Calculus omnis erat. ¶ *Populus numerabilis* apud *Horat. in ar. Poet.* v. 206. est parvo numero: quia quæ pauca sunt, facilius numerantur.

NUMERĀLIS, le, *relating to number, numeral, arithmetic*, ἀριθμητικός, ad numerum pertinens, ut Numerale nomen, quod numerum significat, apud *Priscian.* l. 2. pag. 579. et 581. *Putsch.*

NUMERARĬUS, ii, m. *an accountant, reckoner, computist, arithmetician, numerist*, ἀριθμητής, qui numeros conficit, et computat. *Augustin. in Psalm.* 146. sect. 11. et l. 2. *de lib. arbitr.* c. 11. ¶ Fuere numerarii in officio Præfectorum Prætorio, Consularium, Præsidum, ducum, magistri officiorum, qui rationes conficiebant, quos nunc dicimus *auditors of accounts, muster-masters.* *Ammian.* l. 19. c. 9. (*al.* 18.) Jacobus et Cæsius numerarii Apparitionis Magistri equitum. Adde *Sidon.* l. 1. *ep. ult.* et lib. 2. ep. 1. et lib. 5. ep. 7. et V. titulum primum lib. 8. *Cod. Theodos.* et tit. 50. lib. 12. *Cod. Justin.* qui *de numerariis, actuariis*, &c. inscribitur. Apud *Isidor.* ita definiuntur l. 9. *Orig.* c. 4. Numerarii vocati sunt, qui publicum nummum ærariis inferunt. Sed legendum *publicum numerum.*

NUMERATĬO, onis, f. *a numbering or counting*, ἀρίθμησις. *Senec.* epist. 18. Ab isto fiet numeratio. *h. e.* numeratio pecuniæ, *a payment of money.* Quo sensu *Id.* epist. 26. *ad fin.* Exspecta pusillum, et de domo fiet numeratio. *Colum.* autem expresse l. 1. c. 1. *a med.* Ubi æris numeratio exigitur, rem pro nummis ostendit.

NUMERĀTOR, oris, m. *a counter, reckoner, numberer*, ἀριθμητής, qui numerat. *Augustin.* l. 5. *Confession.* c. 4. Mensor cæli, et numerator siderum.

NUMERĀTUS, a, um, *counted, numbered, reckoned, enumerated*, ἀριθμηθείς, is de quo numerus initus est, recensitus. *Lucan.* l. 3. v. 285. et *Sil.* l. 7. v. 730. Numeratus miles. *Plin.* l. 29. c. 1. Numeratæ domus. ¶ Sæpe refertur ad pecuniam. *Plaut. Pers.* 4. 3. 57. Probum et numeratum argentum ut accipiat, face. ¶ Hinc *numerata pecunia*, h. e. in nummis, *money paid down; ready money.* *Plaut. Pseud.* 4. 7. 50. Hic sunt quinque argenti lectæ numeratæ minæ. *Id. Asin.* 1. 3. 41. Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum. *Cic. pro Cæcin.* c. 4. Cum uteretur dote uxoris numerata. ¶ Absolute *Cic.* 5. *Fam.* ep. 20. *sub fin.* Quæ tua est suavitas, nolles a me hoc tempore æstimationem accipere, nam numeratum, si cuperem, non haberem. *Id. Attic.* l. 12. ep. 25. Mihi res et conditio placet: sed ita, ut numerato malim, quam æstimatione. V. *Æstimatio.* *Horat.* l. 2. ep. 2. v. 166. Quid refert, vivas numerato nuper, an olim? *by money paid down.* Adde *Liv. in fin.* cap. 21. l. 36. ¶ *In numerato*, in nummis, in pecunia, *in ready money, in cash.* *Plin.* l. 33. c. 10. Testamento edixit, relinquere in numerato H S. DC. et cap. 3. *ad fin.* Ex ærario protulit laterum aureorum XXV. M. argenteorum XXXV. et in numerato H S. CCCC. ¶ Hinc translate *in numerato habere*, in promptu habere, præsens paratumque habere, *to have in hand, have in readiness.* *Quintil.* l. 6. c. 3. *sub fin.* Dictum est de actore facile dicente ex tempore, ingenium eum in numerato habere. *Senec. sub fin.* controv. 13. l. 2. hoc dictum fuisse tradit ab Augusto de L. Vinicio, quo nemo civis R. in agendis causis præsentius habuit ingenium. Quidquid longa cogitatio illi præstitura erat, prima intentio animi dabat: ex tempore causas agebat, &c. ¶ *Numeratus*, positus, collocatus, habitus. *accounted, stiled, reckoned, reputed.* *Cic. in Orat.* c. 9. Thucydides nunquam est numeratus orator. *Id. in Bruto*, c. 45. M. Herennius in mediocribus oratoribus numeratus est.

NUMĔRE. V. *Numero*, adverb.

NUMERĬA, æ, f. dea præses numeris addiscendis. *Augustin.* l. 4. *de Civ. Dei*, c. 11. Strenua dea sit, strenuum faciendo: Numeria, quæ numerare doceat: Camena, quæ canere. ¶ Docent quidam, fuisse deam, quæ partus celeritati præesset, afferuntque *Varronis* locum apud *Non.* cap. 4. n. 319. his verbis: Ut qui contra celeriter erant nati, fere Numerios prænominabant: quod, qui cito facturum quid se ostendere volebat, dicebat numero id fore: quod etiam in partu precabantur Numeriam: quam deam solent indigitare etiam Pontifices. (Sunt tamen in his verbis multa incerta.)

NUMERĬUS, ii, m. prænomen est Latinum, ut Numerius Fabius Buteo, apud *Liv. c. ult.* l. 41. Sola, vel prima gens Fabia patricia usa eo dicitur, quia Fabius ille, qui unus post sex et trecentos ab Etruscis interfectos superfuit, inductus magnitudine divitiarum, uxorem duxit Otacilii Maleventani, ut tum dicebantur, filiam, ea conditione, ut qui primus natus esset, prænomine avi materni Numerius appellaretur. Ita *Festus:* quæ habentur etiam in lib. de nominib. et prænom. R. qui post *Val. Max.* edi solet. Porro qui primus ita dictus est, ita appellatus creditur a celeritate nascendi. V. verba *Varronis* in voce præced.

NUMĔRO, as, avi, atum, a. 1. *to count, number, reckon, enumerate*, ἀριθμέω, per numeros recenseo, metior, dinumero. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 32. Ea, si ex reis numeres, innumerabilia sunt; si ex rebus, modica. *Sueton. in Claud.* c. 21. Aureos voce digitisque numerare. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 123. numerare per digitos. *Juvenal.* sat. 8. v. 131. Tum licet a Pico numeres genus. *h. e.* deducas, numerando Picum primum inter majores tuos. *Tibull.* l. 4. el. 4. v. 18. Votaque pro domina vix numeranda facit. *h. e.* pæne innumerabilia. ¶ Cum de pecunia sermo est, non solum significat nummorum inire numerum, sed etiam pecuniam præsentem alteri tradere. *to pay in ready money.* *Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 3. Magnam pecuniam societates earum provinciarum, quas ipse obtinebat, sibi numerare coegerat. *Cic. ad Planc.* 1. post ep. 16. l. 16. *ad Attic.* Atticus pecuniam numeravit de suo. *paid out of his own pocket.* et *pro Flacc.* c. 19. Si prætor dedit, a quæstore numeravit. *out of the quæstor's purse.* et *in Pison.* c. 36. Stipendium numerare militibus. *Vellei.* l. 2. c. 66. alicui mercedem. *Ovid. Heroid.* ep. 12. v. 199. dotem. ¶ *Numera Senatum* ait quivis Senator Consuli, cum impedimento vult esse, quo minus faciat senatusconsultum: postulatque, ut aut res, quæ referuntur, dividantur, aut singuli consulantur; aut numerentur Senatores, si tot sint numero, quot esse oportet, ut liceat senatusconsultum perscribi. Ita *Fest.* Hinc *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 11. Sed cum de hostiis ageretur, et posset rem impedire, si ut numerarentur postularet, tacuit. *Plin. in Paneg.* c. 76. Consulti omnes, atque etiam dinumerati sumus: vicitque sententia non prima, sed melior. *Cic. Attic.* l. 5. ep. 4. Hactenus ne quid ad Senatum, consule, aut numera. Ita legit *Turneb.* l. 28. *advers.* c. 27. alii aliter. ¶ Per metonymiam est habere, possidere. *to have, possess.* *Ovid.* 1. *Trist.* el. 9. v. 5. Donec eris felix, multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris. *Tacit.* 1. *Ann.* cap. 35. Veterani tricena, aut supra stipendia numerantes. ¶ Item censere, æstimare, *to account, reckon, esteem, consider.* *Cic. pro Mur.* c. 24. *extr.* Sulpicium accusatorem suum numerabat, non competitorem. *looked upon in the light of.* *Id. Phil.* 13. c. 4. Maximum ejus beneficium numero, quod hoc animo in rempubl. est. *Id. Fam.* 1. ep. 9. *circa med.* Sapientes cives, qualem me et esse, et numerari volo. *to be held, or looked upon.* *Id. Verr.* 4. c. 70. Is prope alter Timarchides numeratur. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 13. Tam singulare maleficium, quod ita raro exsistit, ut si quando auditum sit, portenti ac prodigii simile numeretur. *Id. Fam.* 2. ep. 6. Ne id, quod petit, exigere magis, quam rogare, et in mercedis potius, quam beneficii loco numerare videatur. *Id.* 11. *Phil.* cap. 1. *extr.* Mors in beneficii parte numeretur. *Al. leg.* partem. *Id.* 2. *de Fin.* c. 28. Voluptatem nullo loco numerat. *holds in no esteem; values not.* et 2. *de Leg.* c. 5. Id est ne

numerandum in bonis? *Sallust. in orat. Lep. cont. Sull. a med.* Quorum adeo Sullam non pœnitet, ut et facta in gloria numeret. *Cic.* 1. *Phil.* c. 8. Nisi forte, si quid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis. *Id. pro Rosc. Amer.* c. 6. Ipse honestissimus inter suos numerabatur. *Tacit. de Germ.* c. 30. Fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare. *Id.* 2. *Hist.* c. 77. Nihil nobis ultra arrogabo, quam ne post Valentem ac Cæcinam numeremur. *h. e.* Valenti ac Cæcinæ postponamur. *Sil.* l. 15. v. 750. ante omnes bello numerandus Amilcar. Al. aliter leg. ¶ Numerare pectine chordas, apud *Juvenal.* sat. 6. v. 381. est percurrere, et quasi aliam post aliam pulsando numerare, vel in numerum pulsare.

NUMĔRO, *et* Numere, adverb. *too soon, full soon,* nimis cito. Antiqua loquendi ratio ducta ex eo, ut quidam putant, quod unum, quod est principium numeri, punctum putatur, ut loquitur *Macrob.* l. 2. *in Somn. Scip.* c. 2. Itaque *numero* dicimus, quasi puncto temporis. *Festus* docere videtur, *numero* dici de præsenti et futuro tempore, *numere* de præterito. Verum ejus verba maximam partem incerta sunt: neque id discrimen a Scriptoribus servatur: nisi quod *numere* minus est in usu. *Nævius* apud *Fest.* Neminem vidi, qui numero sciret, quod scito est opus. *on the instant. Plaut. Men.* 2. 2. 13. Numero huc advenis ad prandium. nunc obsonatu redeo. et *Mil.* a. 5. v. 7. Perii. *Ca.* haud etiam numero hoc dicis. *Id. Pœn.* 5. 4. 101. O Apella, o Zeuxis pictor, cur numero estis mortui? Adde *Merc.* 4. 3. 37. ¶ Significat etiam cito, celeriter, *soon, quickly, presently. Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 319. Qui, cito facturum quid se, ostendere volebat, dicebat, numero id fore. ¶ Unde cum *nimis* aliquando jungitur. *Turpil.* apud *Non. ibid.* Nunquam nimis numero quemquam vidi facere, cum facto est opus. Adde *Acc.* et *Afran. ibid.*

NUMERŌSE, *copiously, plentifully, numerously,* magno numero. *Colum.* l. 4. c. 21. Nec tamen licebit numerosius onerare, quam ut una vitis octo serviat palmitibus. *Plin.* l. 33. c. 3. *ad fin. de auro.* Nec aliud laxius dilatatur, aut numerosius dividitur. *Apul. de deo Socrat. prope fin.* Villas opipare exstruunt, et domos ditissime exornant, et familias numerosissime comparant. ¶ Apud *Tertull. advers. Prax.* cap. 12. numerose loqui, est loqui in plurali numero. ¶ Item per numeros, id est mensuras musicas. *tunably, melodiously, harmoniously, musically. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 8. *sub fin.* Quod, si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? ¶ Item per numeros orationis, concinne, apte, suaviter. *in oratorial numbers, fluently, with graceful cadences or periods. Cic. de clar. Orat.* c. 8. Sententia aptis constricta verbis, cadit etiam plerumque numerose. *Id. in Orat.* c. 66. Raro in veris causis circumscripte numeroseque dicendum est. et cap. 62. In amplificanda re funditur numerose et volubiliter oratio. et cap. 65. Apte numeroseque dicere. *Gell.* l. 7. c. 3. *ad fin.* Ea omnia distinctius, numerosiusque ac comptius fortasse dici potuerunt: fortius atque vividius potuisse dici non videntur. *Quintil.* l. 10. c. 5. *ante med.* Ut ex industria sumamus sententias quasdam, easque versemus quam numerosissime.

NUMEROSĬTAS, atis, f. *multitude, numerousness, numerosity,* magnus numerus, multitudo, copia. *Macrob.* l. 5. c. 20. *a med.* Ad significationem numerositatis innumeræ. *Tertull. de Monog.* c. 4. Filiarum numerositas. *Impp. Arcad. et Honor.* lib. 12. *Cod. Theodos.* tit. 5. leg. 3. Numerositas curialium. *Sidon.* carm. 23. v. 150. Et te multimoda satis verendum Scriptorum numerositate, Varro.

NUMERŌSUS, a, um, *numerous, copious, manifold, various, much, great,* πολυπληθής, qui magno constat numero, multiplex, multus, varius. *Val. Flacc.* l. 5. v. 40. magna comitum, numerosaque pubes. *Tacit. in Agric.* c. 17. Brigantum civitas, quæ numerosissima provinciæ totius perhibetur. *the most populous. Plin.* l. 11. c. 4. Animalia numeroso fecunda partu. *Id.* l. 7. c. 28. Numerosissima suffragia habere. et lib. 21. c. 24. Herba radice magna, numerosa. *Id.* l. 35. c. 11. Numerosissima florum varietas. *Plin. alter* l. 4. ep. 15. Copiosa et numerosa domus. *h. e.* familia. *Nemesian. in Cyneg.* v. 15. Nioben numeroso funere mœstam. *Martial.* l. 4. epigr. 31. Et servit dominæ numerosus debitor arcæ. et epigr. 1. lib. 4. Cæsaris alma dies, &c. Longa, precor, Pylioque veni numerosior ævo. *Colum.* l. 19. v. 6. Principio sedem numeroso præbeat horto Pinguis ager. *h. e.* in quo seruntur multorum generum olera, flores, poma. Alii exponunt amplo, laxo, et multa capiente. *ample, large, spacious, capacious. Plin.* l. 2. ep. 14. *circa med.* Hoc pretio quamlibet numerosa subsellia implentur. *h. e.* numero plurima subsellia. et lib. 10. ep. 48. Gymnasium incendio amissum restituere cœperunt, longe numerosius laxiusque, quam fuerat. *h. e.* pluribus membris instructum. *Colum.* l. 6. c. 29. Pullus equinus lato et musculorum toris numeroso pectore. *h. e.* multos habente musculorum toros. Sic *paulo post.* Feminibus torosis ac numerosis. (*Virg.* 3. *Georg.* v. 81. Luxuriatque toris animosum pectus.) *Plin.* l. 35. c. 11. *ante med.* Pictor diligentior, quam numerosior. *h. e.* qui plurimas tabulas pinxerit: vel qui varietati magis studuerit. Sic l. 34. c. 8. Myron numerosior in arte, quam Polycletus. *Id.* l. 35. c. 11. *circa med.* Numerosa tabula. *h. e.* in qua multi depicti sunt. *Quintil.* l. 5. c. 10. Numerosum opus. *h. e.* multiplex, varium. V. *Argumentosus.* et *Plin.* l. 3. ep. 9. *a med.* Hic numerosissimæ causæ terminus, quibusdam absolutis, pluribus damnatis, atque etiam relegatis, &c. ¶ Numerosa etiam dicuntur, quæ ad numerum fiunt, ut saltatio, gestus, sonus, versus. *beating or moving to time, tuneful, harmonious, melodious, musical. Ovid.* 2. *Amor.* el. 4. v. 29. Illa placet gestu, numerosaque brachia ducit. *Id.* l. 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 33. in tenebris numerosos ponere gressus (*al.* gestus) Quodque legas nulli, scribere carmen, idem est. *Id.* 4. *Trist.* el. 10. v. 49. Et tenuit nostras numerosus Horatius aures. *scil.* propter tot carminum genera, quibus usus est. ¶ *Numerosa oratio,* quæ numeri versuum quid simile habet, et apte, concinne, atque æquabiliter fluit. *flowing smoothly, with rounded or measured periods, with graceful cadences, fluent. Cic. in Orat.* c. 48. Si numerosum est id in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quasdam impressiones, et quod metiri possumus intervallis æqualibus; recte hoc genus numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur. *Id. in Orat.* c. 50. et 52. Apta et numerosa oratio. [¶ *Res numerosa* de homine multarum rerum perito, et pluribus apto, apud *Burmann. Anthol. Latin.* Tom. 2. pag. 264. Ille ego qui magni parvus cognominis heres Corpore in exiguo res numerosa fui: Flectere doctus equos, nitida certare palæstra, Ferre jocos, astu fallere, nosse fidem &c.]

NUMĔRUS, i, m. *a number, quantity,* ἀριθμός, discretæ quantitatis mensura, ratio, qua multitudinis cujuspiam summa concipitur. Minervæ inventum esse, creditum est, ut *Liv.* l. 7. c. 3. scribit. *Cic.* 7. *Verr.* c. 28. Cum maximus numerus piratarum deesset. *Senec.* ep. 58. *post med.* Consummare perfectissimum numerum, quem novem novies multiplicata componunt. *Nep. in Iphicr.* c. 2. Exercitus conductus, cujus numerus duodecim millium fuit. *Plin.* l. 3. c. 3. *sub fin.* Numerus omnis multitudinis ad ducenta quadraginta millia liberorum capitum. *Liv.* l. 3. c. 5. *ad fin.* Cæsorum numerum subtiliter exsequi. *Cic. Verr.* 7. c. 28. Habere rationem et numerum piratarum. *h. e.* scire, quot fuerint piratæ. *Stat.* 6. *Theb.* v. 263. Metiri numerum, vultusque, habitusque suorum. *Cæs.* l. 7. *B. Gall.* c. 76. inire. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 68. capere. *Catull.* carm. 60. *epithal. Manl.* v. 208. subducere. *In SC.* apud *Cæl. ad Cicer.* 8. *Fam.* ep. 8. efficere. *Plin.* l. 14. c. 2. et *Virg.* 2. *Georg.* v. 104. numero aliquid comprehendere. *Cic.* 6. *Verr.* c. 9. Hæc tibi laudatio procedat in numerum. *h. e.* jungatur numero aliarum laudationum, et te juvet. ¶ Ablativus *numero* additur, etiam cum abesse posset, certius significandi causa. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 28. Hæc enim sunt tria numero. *Sallust. in Jug.* c. 57. Reliqui omnes, numero quadraginta, interfecti. *to the number of forty; forty in the whole.* et cap. 98. Ex copia tubicinum numero quinque quam velocissimus delegit. *Cic. Verr.* 3. c. 18. Cum Persæ mille numero navium classem ad Delum appulissent. *Id. in frugm.* apud *Aquilam de figur. sententiar.* pag. 20. Equites numero plurimi e Gallia. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 5. Oppida sua omnia, numero ad duodecim, vicos ad quadringentos incendunt. *Id.* l. 3. *B. Civ.* c. 53. Ad duorum millium numero cecidisse reperiebantur. *Sisenn.* apud *Non.* c. 2. n. 88. Ad binum millium numero sauciis utrinque factis. *Plin.* l. 9. c. 10. Pariunt ova ad centena numero. *Juvenal.* sat. 13. v. 26. Rari quippe boni: numero vix sunt totidem, quot Thebarum portæ. *Auct. ad Herenn.* l. 1. c. 10. *ad fin.* Enumeratione utemur, cum dicemus numero, quot de rebus dicturi sumus. *precisely.* ¶ *Numerus singularis,* et *singulus* apud Grammat. in verbis, et nominibus unam rem: *the singular number: pluralis, plurativus,* et *multitudinis* plures significat. *the plural number. Varr. Quintil. Gell.* &c. ¶ *Ad numerum,* ipso numero. *numerically. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 37. *sub fin.* Speciem dei percipi cogitatione, non sensu: nec esse in ea ullam soliditatem, neque eandem ad numerum permanere, eamque esse ejus visionem, ut similitudine et transitione cernatur. *h. e.* prorsus eandem, et citra ullam mutationem. Adde cap. 18. ¶ *Ad numerum,* æquali numero. *Cic. Verr.* 7. c. 28. *in fin.* In piratarum locum, et ad eorum numerum cives Romani hostiliter necati. *and as many as they were; and to the same number.* et in *SC.* apud *Cæl.* l. 8. *Fam.* ep. 8. Si ex eo numero, quos ex S. C. in provincias ire oporteret, ad numerum non essent, qui in eas provincias proficiscerentur, &c. *there should not be a sufficient number.* ¶ Aliquando *numerus* absolute pro multitudine et copia ponitur. *Cic. pro Font.* c. 1. Est in eadem provincia numerus civium R. atque hominum honestissimorum. *a considerable number. Nep. in Milt.* c. 5. Numero copiarum fretus. *Juvenal.* sat. 2. v. 46. sed illos Defendit numerus. *Sil.* l. 1. v. 312. Clara nec in numero virtus latet. *Tacit. Ann.* 14. c. 49. Plures numero tuti. ¶ Item pro turba, vulgo, nullius pretii hominibus. *Horat.* l. 1. ep. 2. v. 27. Nos numerus sumus, et fruges consumere nati. *mere number.* Sic *Aristoph. in Nubib.* v. 1204. ὄντες λίθοι, ἀριθμός, πρόβατα, &c. ¶ *Esse in numero,* esse inter homines, vivere, numerari cum aliis. *to be of the number of, be, exist. Lucret.* l. 5. v. 180. Qui nunquam vero vitæ gustavit amorem, Nec fuit in numero, quid obest non esse creatum? ¶ Interdum de iis etiam dicitur, quæ non numero, sed mensura constant, respiciendo ad numerum mensurarum. *Cic. Verr.* 4. c. 72. et *pro Planc.* c. 26. Magnum numerum frumenti, vim mellis maximam. *h. e.* modiorum frumenti. *a large quantity.* et *Phil.* 2. c. 27. Maximus vini numerus fuit. *h. e.* amphorum, aut culleorum. ¶ Sæpe de ordinibus militaribus. nam exercitus in partes certo numero constantes dividitur, manipulos, cohortes, turmas, legiones, &c. σπεῖρα, τάγμα. *Vellei.* l. 2. c. 73. Servitia fugitivosque in numerum exercitus sui recipiens. *into the ranks. Plin.* l. 10. ep. 38. Sacramento militari nondum distributi in numeros erant. *incorporated in the ranks.* et lib. 3. ep. 8. *sub fin.* Neque enim adhuc nomen in numeros relatum est. *Tacit.* 1. *Hist.* c. 87. Reliquos in numeros legionis composuerat. *Id. in Agric.* c. 18. Sparsi per provinciam numeri. *h. e.* cohortes. *Id.* 1. *Hist.* c. 6. Plena urbs exercitu insolito: multi ad hoc numeri e Germania ac Britannia. *Ulpian. Dig.* lib. et tit. 3. leg. 8. Miles, qui communem causam omnis sui numeri suscipit. *of the company to which he belongs. Claudian. in epithal. Pallad. et Celer.* v. 86. Regnorum tractat numeros, constringit in unum Sparsas imperii vires, cuneosque recenset. Adde *Sueton. in Vespas.* c. 6. Hinc illa, In numeris esse, *to be enlisted or enrolled,* apud *Ulpian. Dig.* lib. 29. tit. 1. leg. 43. et In numeris manere, *Id. ibid.* leg. 4. et Desinere in numeris esse, *Paul. ibid.* leg. 38. Huc pertinet illud *Sueton. in Claud.* c. 25. Instituit imaginariæ militiæ genus, quod vocatur Super numerum, quo absentes, et titulo tenus fungerentur. Porro illud *Vopisci in Probo,* c. 14. Accepit sedecim millia tironum, quos omnes per diversas provincias sparsit, ita ut numeris, vel limitaneis militibus quinquagenos, et sexagenos intersereret: *Salmas.* docet *numeros* proprie esse legionum, et distingui a limitaneis, qui non erant legionarii. ¶ Interdum de quovis ordine dicitur. *Virg. Æn.* 3. v. 445. Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo, Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit. ¶ Transfertur ad quemcumque ordinem, classem, seriem, sodalitatem, gregem, genus. *a number, list, catalogue, rank, body, degree, place, condition. Nep. in Attic.* c. 12. In proscriptorum numerum relatus. *Quintil.* l. 10. c. 1. *ante med.* Redigere aliquem in numerum poetarum. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 9. v. 66. Auxisti numeros, culte Tibulle, pios. *Nep. in Lysand.* c. 1. Horum in numerum nemo admittebatur. *Juvenal.* sat. 6. v. 384. Quædam de numero Lamiarum. *Cic. in Bruto,* c. 31. Q. Ælius Tubero fuit illo tempore, nullo in oratorum numero. *Sallust. in Catil.* c. 34. Mallius ex suo numero legatos ad Marcium misit. *Cic. Q. Fr.* l. et ep. 1. c. 5. Quo ex genere si quem tui cognosti amantiorem, hunc vero ad tuum numerum libenter adscribito. *Id. Phil.* 2. c. 13. *extr.* Tu vero adscribe me talem in numerum. *Id.* 3. *de nat. Deor.* c. 19. Erechtheus, filiæque ejus in numero deorum sunt. *Id. pro Arch. sub fin.* Quique est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti. *is of the number of those, who,* &c. *Id. Verr.* 5. c. 90. Tanta auctoritate sunt, ut in illo antiquorum hominum numero reponantur. *Horat.* l. 2. od. 2. v. 18. numero beatorum eximere aliquem. *Quintil.* l. 1. c. 4. (*al.* 5.) Scriptores alios redigere in ordinem, alios omnino eximere numero. *h. e.* nullo modo inter Scriptores habendos esse, censere. ¶ Hoc sensu eandem vim habet, atque elegantiam, quam *locus:* et æstimationem significat. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 50. *a med.* Si, quo in numero illud, quod per similitudinem affertur, et quo in loco illud, cujus causa affertur, haberi conveniat, ostendetur. [† *Id. Phil.* 2. 3. Itaque quem locum apud ipsum Cæsarem post ejus ex Africa reditum obtinuisti, quo numero fuisti? *h. e.* honore, existimatione, dignitate. *estimation, value.*] *Id. Verr.* 4. c. 54. Ut istius nequitiam, qui illum secum habuerit, eo præsertim numero ac loco, cognoscatis. *Id. in Divin. Verr.* c. 19. Cum is tibi parentis numero fuisset. *in the place or stead of. Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 28. Reductos in hostium numero habuit. *as enemies. Cic. in Bruto,* c. 47. Dicebat etiam L. Scipio non imperite: Cneusque Pompeius Sex. F. aliquem numerum obtinebat. *Id. Phil.* 3. c. 6. *a med.* Tuæ conjugis Bambalio quidam pater, homo nullo numero. nihil illo contemptius. ¶ Sæpe pro parte ponitur, *a part of any thing. Cic.* l. 3. *Offic.* cap. 3. *a med.* Illud autem officium, quod rectum Stoici appellant, perfectum, atque absolutum est, et, ut iidem dicunt, omnes numeros habet. *Id.* 3. *de Fin.* c. 7. Omnes numeros virtutis continet. *Id.* 1. *Acad.* c. 3. Varium et elegans omni fere numero poema. *in every part or particular; throughout. Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 13. *extr.* Mundus undique aptus atque perfectus, expletusque omnibus suis numeris et partibus. *Quintil.* l. 10. c. 1. Quid ipsis ejus operibus sublimius, doctius, omnibus denique numeris præstantius? *Plin.* l. 9. epist. 38. Liber numeris omnibus absolutus. *Id. in Paneg.* c. 74. Omnes comitatis numeros obire. *to go through every department.* et *Albinov. ad Liv.* el. 1. v. 285. principis implere. *Val. Max.* l. 8. cap. 3. n. 1. partes omnes ac numeros defensionis diligenter exsequi. *Auct. dial. de Oratorib.* c. 32. Ire per omnes numeros eloquentiæ. *Plin.* l. 4. ep. 11. Omnibus numeris pudoris πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν. ¶ *Omnium numerorum esse* est omnes habere numeros, *to have every requisite, have every good quality, be perfect throughout. Petron. in fragm. Tragur.* c. 68. *Burm.* Duo tamen vitia habet, quæ si non

haberet, esset omnium numerorum. *Id. ibid.* c. 63. Puer omnium numerum. *pro* numerorum. ¶ Contra imperfecta quæ sunt, his deesse numeros dicimus. *Ovid.* 3. *Amor.* el. 7. v. 17. Quæ mihi ventura est (siquidem ventura) senectus? Cum desit numeris ipsa juventa suis? Sic lib. 1. *Metam.* v. 427. animalia quædam imperfecta, suisque Trunca vident numeris. ¶ Hæc loquendi ratio est a Græcis, immo a Stoicis, ut *Cic.* supra cit. docet. Inde autem ducta videtur, quod res unaquæque suis certo numero partibus constat, quarum una si desit, mancam illam et curtam esse necesse est: si adsint omnes, perfecta esse dicitur. Fortasse etiam ducta est ab eorum Philosophorum opinione, qui omnia ex numeris constare docuerunt, aut omnium rerum perfectiones ex numerorum proportione pendere: qua de re *Macrob.* lib. 2. *in Somn. Scip.* c. 1. et 2. &c. *Ovid.* 7. *Met.* v. 125. hominis speciem materna sumit in alvo, Perque suos intus numeros componitur infans. *h. e.* per certum membrorum numerum: qui si vel deficiat, vel superet, monstrum fit: unde *Lucan.* l. 1. v. 562. Monstrosique hominum partus numeroque, modoque. ¶ Simili quadam ratione *numeros* dies dixit *Plin.* quibus perfectus Lunæ cursus concluditur: *in fin.* cap. 32. l. 18. Alternis mensibus triginta implebit numeros, alternis detrahet singulos. ¶ *Numerus* translate, Græce ῥυθμὸς, est proportio quædam inter duos, pluresve motus, quorum cum alii sint longiores, breviores alii, et similia habeant intervalla, efficiunt concentum quendam, qui vel gratus est, si proportio illa conveniens sit, apteque respondens; vel ingratus, si minus apte conveniat. Dicitur *numerus*, quia illa distinctio brevium et longorum, illaque varia intervalla numerari possunt, continuatio indistincta non potest: quemadmodum in cadentibus guttis, ut ait *Cic.* 3. *de Orat.* 48. quod intervallis distinguuntur, numerum notare possumus, in amni præcipitante non possumus. Apparet autem primo in musicis sonis, et cantu: diciturque Anglice *musical measure, time, harmony, numbers, rhythm. Quintil.* l. 9. c. 4. *post init.* Quod si numeris et modis inest quædam tacita vis, in oratione est vehementissima. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 42. Omnia, quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt, ut in musicis numeri, et voces, et modi; in geometria lineamenta, formæ, &c. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 109. Flebilibus veluti numeris canentia dura Trajectus penna tempora cantat olor. ¶ Deinde in saltatione, et gestu, quod Angli dicunt *to dance or move to time:* sive id fiat ad sonum tibiæ aut lyræ, sive certa quadam lege ac mensura motuum sine sono. *Lucret.* l. 2. v. 630. *de Curetibus.* inter se forte catenas Ludunt, in numerumque exsultant. *Senec. de tranquill. c. ult.* Scipio triumphale illud, et militare corpus movit ad numeros. *Virg.* de Cyclopibus ferrum exercentibus, l. 4. *Georg.* vers. 174. Illi inter se se magna vi brachia tollunt In numerum. *to time.* ¶ Item in exercitationibus palæstricis, in quibus multi motus certa lege et artificio, et in numerum edendi dictabantur a magistris. *a graceful motion used in the exercises of the* palæstra. *Quintil.* l. 12. c. 2. *ante med.* Ut palæstrici illos, quos numeros vocant, non idcirco discentibus tradunt, ut his omnibus in ipso luctandi certamine utantur. *Senec.* l. 7. *de benef.* c. 1. Quemadmodum magnus luctator est, non qui omnes numeros, nexusque perdidicit, sed qui in uno se, aut altero bene et diligenter exercuit. *Juvenal.* sat. 6. v. 246. quis non vidit vulnera pali? Quem cavat assiduis sudibus, scutoque lacessit, Atque omnes implet numeros. *h. e.* peragit dictata magistri omnia, ut *Id.* loquitur sat. 5. v. 122. de eadem ferme re verba faciens. *Cic. Parad.* 3. *sub fin.* Histrio si paulum se movit extra numerum, aut si versus pronuntiatus est syllaba una brevior, aut longior, exsibilatur et exploditur. Et translate *Horat.* l. 1. ep. 18. v. 59. Quamvis nil extra numerum fecisse, modumque Curas. *h. e.* nihil absurdum, absonum, inconveniens. ¶ In carmine *numeri* sunt pedes, et tota ratio dimetiendi carminis, unde poeticus concentus exsistit, *numbers, feet, strains, lays, verses, metre, poetry. Cic. de Orat.* c. 47. Nam cum sint numeri plures, iambum et trochæum frequenter segregat ab oratore Aristoteles. et cap. 48. Ex illis modis, quibus hic usitatus versus efficitur, post anapæstus, procerior quidam numerus, effloruit. *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 2. v. 3. nectere verba numeris. *to write verses, compose poetry. Pers.* sat. 1. v. 64. carmina molli numero fluunt. ¶ Non sunt tamen pedes proprie *numeri*, sed ex quibus efficitur numerus. nam ex plurium pedum collocatione et nexu exsistit versus numerosus. *Cic. in Orat.* cap. 64. *ad fin.* Jam pæon, quod plures habeat syllabas, quam tres, numerus a quibusdam, non pes habetur. *Quintil.* l. 9. c. 4. Quamquam Cicero pæone, dochimoque, quorum prior in quatuor, secundus in quinque excurrit, utitur: nec tamen ipse dissimulat, quibusdam numeros videri, non pedes. *Virg. Ecl.* 9. vers. 45. numeros memini, si verba tenerem. *I have the music or tune on my ear; I remember the air and the time; I recollect the measure,* dimensionem, metrum, rhythmum: ut intelligit etiam *Quintil.* l. 9. c. 4. Huc spectat, quod de Pindaro canit *Horat.* l. 4. od. 2. v. 11. numerisque fertur lege solutis. *h. e.* genere metri utitur liberiore, neque adstricto legibus carminis severioris. Græci enim Lyrici ita conficiebant versus suos, ut pedem pro pede aliquando ponerent, et solutæ orationi simile carmen efficerent. *Cic. in Orat.* cap. 55. Maximeque id in optimo quoque eorum poetarum, qui λυρικοὶ a Græcis nominantur, quos cum cantu spoliaveris, nuda pæne remanet oratio. Quorum similia sunt etiam apud nostros: velut illa in Thyeste: *Quemnam te esse dicam? qui tarda in senectute:* et quæ sequuntur: quæ, nisi cum tibicen accessit, orationi sunt solutæ simillima. Hæc *Cic.* ¶ Interdum *numeri* dicuntur ipsi versus. *Virg.* 6. *Æn.* v. 645. Threicius longa cum veste sacerdos Obloquitur numeris septem discrimina vocum. *accompanies the verse with music.* Al. aliter explic. *Ovid. initio Amor.* Arma gravi numero, violentaque bella parabam Edere. *h. e.* heroico carmine. *Plaut. in epitaph. suo.* Et numeri innumeri simul omnes collacrumarunt. V. *Innumerus. Ovid.* 3. *Amor.* el. 1. v. 37. Impares numeri. *h. e.* elegiaci versus. ¶ Est autem duplex in versu *numerus:* alter metro constans, alter rhythmo. Prior habet rationem pedum certo numero, atque ordine positorum, ut in versu heroico, elegiaco, &c. alter solum habet rationem numeri syllabarum, quibus constat versus, nihil sollicitus de earum quantitate, aut de pedum dispositione. Alia sunt etiam discrimina: de quibus V. in *Rhythmus.* Exemplum sit apud *Vopisc. in Aurel.* cap. 6. Mille, mille, mille decollavimus: Unus homo mille decollavimus. Mille vivat, qui mille occidit. Tantum vini habet nemo, quantum fudit sanguinis. V. *Salmas. in hunc loc.* ubi hoc totum accurate persequitur. Sed hoc genus numerorum a gravitate Latini carminis alienum est, neque est a Veteribus usurpatum. ¶ Denique, in soluta oratione *numerus* maxime locum habet, in qua varii pedes, modo brevibus vocibus, modo longis, et periodi in clausula circumscripte et apte cadentes numerosam orationem, suavemque reddunt. *a measure or harmony in prose.* Qua de re legendus *Cic.* 3. *de Orat.* c. 48. *et seq. in Orat.* c. 49. *et sequ.* et *Quintil.* l. 9. c. 4. Legi potest etiam *Varchius in Herculano,* quæst. 9. ubi universam numerorum rem subtiliter et luculenter tractat. *Cic. in Orat.* c. 56. *extr.* Sit igitur hoc cognitum, in solutis etiam verbis inesse numeros, eosdemque esse oratorios, qui sint poetici. et cap. 52. Isocrates verbis solutis numeros primus adjunxit. *Id. in Bruto,* c. 8. Ante Isocratem verborum quasi structura, et quædam ad numerum conclusio nulla erat. *Id. in Orat.* c. 61. Redigere omnes fere in quadrum numerumque sententias. et cap. 65. *extr.* Multum interest, utrum numerosa sit, idest similis numerorum, an plane e numeris constet oratio. alterum si fit, intolerabile vitium est: alterum nisi fit, dissipata, et inculta, et fluens est oratio. [†¶ Interdum *numeri* ponuntur pro tesseris, talis. *dice. Ovid. de Arte Am.* 2. 203. Seu ludet numerosque manu jactabit eburneos, Tu male jactato, tu male jacta dato. *Id. ibid.* 3. 355. Et modo tres jactet numeros. *throws.* Sunt proprie numeri in tesseris scripti, inde pro tesseris ipsis sumendi.]

NUMICĬA VIA. V. *Minucia.*

NUMICĬUS, *et* Numīcus, hod. *Rivo di Nemi,* fluvius parvus Latii in Laurenti agro, prope Lavinium labens, et in mare inferum confluens. In eo Æneas submersus traditur. Hic, ut aliqui scribunt, postea decrevit, et in fontem redactus fuit, qui et ipse postea exsiccatus est, sacris etiam Vestæ (cui non nisi ex hoc fluvio libari fas erat) una interceptis, ut docet *Servius* ad illud *Virg. Æn.* 7. v. 150. hæc fontis stagna Numici. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 647. Corniger hanc tumidis rapuisse Numicius undis Creditur. *Tibull.* l. 2. el. 5. v. 45. *de Ænea.* Illic sanctus eris, quum te veneranda Numici Unda deum cælo miserit Indigetem. *Sil.* l. 8. v. 180. Haud procul hinc parvo descendens fonte Numicus.

NUMĬDÆ, arum, m. *the Numidians, inhabitants of Numidia,* Numidiæ incolæ, quasi *nomades.* V. *Nomades.* Eorum in equitatu maxima laus fuit. *Virg.* 4. *Æn.* v. 41. Infreni Numidæ. ¶ Antiqui Numidas vocarunt non incolas modo Numidiæ, sed alios quoque, qui pecuariam exercentes vagi huc illuc mearent. Hinc Numidarum in Arabia mentio fit apud *Vitruv.* l. 8. c. 3. si salva est lectio. ¶ In sing. numero *Sallust. in Jug.* cap. 12. Numida mandata brevi conficit. ¶ *Numidum* pro *Numidarum, Martial.* l. 12. epigr. 26. Aut Numidum gentes, Cappadocumque petas. ¶ De Numidarum moribus quædam *Sallust. in Jug.* c. 21. et *Plin.* l. 5. c. 3. ¶ Adjective *Ovid.* 4. *ex Pont.* ep. 9. v. 28. Et totum Numidæ sculptile dentis opus. *h. e.* eboris. multi enim elephanti in Numidia. *Id.* 2. *de ar. am.* v. 183. Obsequium tigresque domat, Numidasque leones.

NUMIDĬA, æ, f. Μεταγωνῖτις, regio Africæ mediterranea in Libyæ interioris, et Mauritaniæ confinio, leonibus ferocissimis, atque elephantis abundans. *Plin.* l. 5. c. 3. *Pompon. Mela,* l. 1. c. 6.

NUMIDIĀNUS, a, um. Numidiana pira, quæ *Plin.* lib. et cap. 15. recenset inter ea, quæ patriæ nomina habent, ex Numidia advecta sunt.

NUMIDĬCUS, a, um, *Numidian,* Νομαδικὸς, ad Numidiam, et Numidas pertinens. *Liv.* l. 30. c. 6. Equi Numidici. *Plin.* l. 16. c. 40. *ad fin.* Numidicarum cedrorum trabes. *Sallust. in Jug.* c. 99. Numidica scuta. *Colum.* l. 8. c. 2. Africana gallina, quam plerique Numidicam dicunt, Meleagridi similis, nisi quod rutilam galeam, et cristam capite gerit: quæ utraque sunt in Meleagride cærulea. *Martial.* has appellat, l. 3. epigr. 58. v. 15. Numidicas guttatas. (V. *Guttatus.*) *Plin.* nomine generis, l. 10. c. 48. Numidicas aves. V. *Africanus.* ¶ Numidicum marmor eburnei coloris *Plin.* laudat l. 5. c. 3. et lib. 36. c. 6. Sic *Senec.* ep. 86. Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta. *Sidon.* carm. 22. vers. 138. Nomadum qui portat eburnea saxa collis. ¶ *Numidicus* a devictis Numidis, et Jugurtha eorum rege bis acie fuso, cognominatus est Q. Cæcilius Metellus. *Vellei.* l. 2. c. 11. et *Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 62. ¶ De ursis Numidicis V. in *Ursus.*

NUMISIĀNUS, a, um. *Numisiana vitis,* et *uva* apud *Colum.* l. 3. c. 2. et l. 12. c. 43. et *Plin.* l. 14. cap. 2. *sub fin.* aptissima ollis fuit. *h. e.* in ollis condita facile servabatur in mensas. A quodam Numisio nomen habere videtur.

NUMISMA, *et* Nomisma, atis, n. *a coin, piece of money, medal, medallion,* νόμισμα, pecunia signata, nummus. Græca vox a νομίζω, lege sancio, moribus instituo: quia nummi tum pretio suo, tum institutis legum, et recepto hominum more valent. Primam syllabam alii scribunt per *o,* per *u* alii: quod *Dausquio* videtur receptius. Neutram neutri scribendi rationem prætulerim. *Horat.* l. 2. epist. 1. vers. 233. incultis qui versibus, et male natis Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos. *Martial.* l. 1. epigr. 12. Cum data sint equiti bis quina numismata, quare Bis decies solus, Sextiliane, bibis? *Seren. Sammon.* c. 28. v. 525. frustraque immensa nomismata fundes. *large sums of money.* et *Pompon. Dig.* l. 7. tit. 1. leg. 28. Nomismata aurea, vel argentea vetera, quibus pro gemmis uti solent. ¶ Speciatim certum aliquem nummum significare videtur, in illo *Ulpiani* l. 34. tit. 2. leg. 28. *ad fin.* Si aurum, vel argentum signatum legatum est, id paterfamilias videtur testamento legasse, quod ejus aliqua forma est expressum, veluti quæ Philippi sunt, itemque nomismata, et similia. Fortasse *solidum* designat, quæ moneta aurea fuit. *In Gloss.* νόμισμα, solidum. ¶ Interdum sumitur pro imagine in nummo impressa. *the image stamped upon a coin. Prudent.* περὶ στεφ. 3. *de S. Laurent.* v. 95. En Cæsar agnoscit suum Nomisma nummis inditum.

NUMMARĬUS, a, um, *of or pertaining to money, nummary,* χρηματικὸς, ad nummos et pecuniam pertinens. *Cic.* 4. *Verr.* c. 28. *sub fin.* In summa difficultate esse nummaria. *to be straitened or distressed for want of money.* et *Verr.* 6. c. 6. Tanta difficultas eum rei nummariæ, tanta egestas oppressit. *Id.* l. 3. *Offic.* c. 20. Ut res nummaria de communi sententia constitueretur. *a regulation of the coin of the state should be made.* et l. 4. *ad Attic.* ep. 7. Nummaria theca. et *Novius* apud *Non.* c. 9. n. 1. Arca nummaria. *a chest, coffer. Ulpian. Dig.* l. 4. tit. 8. leg. 11. Nummaria pœna. *a fine.* Rursus *Cic.* 3. *Verr.* c. 42. Lex Cornelia nummaria. *h. e.* quæ sanxit, ne quis privatus pecuniam faceret, ut ait *Ascon. Callistratus Dig.* lib. 40. *tit. pœnult. leg. ult.* Quæstio nummaria. ¶ *Nummarius* dicitur, qui pecunia accepta corrumpi se patitur, mercenarius. *corrupted or bribed with money. Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *ante med.* Insectari, et exagitare nummarios judices. *Id. Verr.* 5. c. 57. Ecquod judicium Romæ tam dissolutum, tam perditum, tam nummarium fore putasti, &c? *so mercenary. Id. pro Cluent.* c. 36. *a med.* Nummarius interpres pacis et concordiæ non probabatur. *Senec.* l. 1. *de benef.* c. 9. *extr.* Provincias spoliari, et nummarium tribunal, audita utrinque licitatione, alteri addici.

NUMMATĬO, onis, f. *abundance of money, affluence, treasure,* πολυχρηματία, nummorum abundantia, affluentia. *Cic.* 2. *Phil.* c. 45. Confer eum cum nummatione tua, tuorumque. Al. leg. *nundinatione.*

NUMMĀTUS, a, um, *abounding in money, monied, rich, opulent,* πολυχρήματος, nummis abundans. *Cic.* 2. *Agrar.* c. 22. Volitat enim ante oculos istorum Jubæ Regis filius adolescens, non minus bene nummatus, quam bene capillatus. *Apul.* l. 1. *Metam. post init.* Nummatior revertor. [*Horat.* 1. ep. 6. v. 38. Ac bene nummatum decorat Suadela Venusque.]

NUMMŌSUS, a, um, *abounding with money, monied, wealthy,* bene nummatus. *Nigid.* apud *Gell.* l. 4. c. 9. Hoc inclinamentum hujuscemodi verborum, ut vinosus, mulierosus, religiosus, nummosus, signat copiam quandam immodicam rei, super qua dicitur.

NUMMULARIŎLUS, i, m. diminut. parvus, vel vilis nummularius. *Senec. in Apocolocynth. a med.* Designatus Consul nummulariolus.

NUMMULARĬUS, ii, m. *a banker, money-changer,* κολλυβιστὴς, τραπεζίτης, mensarius, argentarius. *Sueton. in Galb.* c. 9. Nummulario, non ex fide versanti pecunias, manus amputavit, mensæque ejus affixit. *Ulpian. Dig.* l. 16. tit. 3. leg. 7. Quoties foro cedunt nummularii, solet primo loco ratio haberi depositariorum, hoc est eorum, qui depositas pecunias habuerint, non quas fenore apud nummularios, vel cum nummulariis, vel per ipsos exercebant. ¶ Differunt tamen aliquid argentarius, et nummularius. *Paul. Dig.* l. 2. tit. 13. leg. 9. *a med.* Nummularios quoque non est iniquum rationes edere, quia et hi, sicut argentarii, rationes conficiunt: et quia accipiunt pecuniam, et erogant per partes: quarum probatio scriptura codicibusque eorum maxime continetur: ideo frequentissime ad fidem eorum decurritur. ¶ Discrimen esse videtur, quod *nummularii* proprie sunt, qui pecuniam tractant, versant, probant, appendunt, numerant, quales sunt apud nos

cashiers, aut *money-scriveners*: at *argentarii* latius patet munus, et nobilius officium est. *Martial.* l. 12. epigr. 57. Hinc otiosus sordidam quatit mensam Neroniana nummularius massa. *Petron. in fragm. Tragur.* c. 56. *Burm.* Quod putamus difficillimum esse artificium? Ego puto medicum, et nummulariorum: medicus, qui scit, quid homunciones intra præcordia sua habeant, et quando febris veniat: nummularius, qui per argentum æs videt. [¶ Antiqui lapides nummularios officinatores aliquando habent, argentariæ tamen monetæ, non aurariæ. Apud *Gruter.* pag. 583. n. 7. Ulpius Secundus dicitur nummularius officinator monetæ. Apud *eumd.* pag. 638. n. 2. Lollius Maximus dicitur nummularius primus officinator monet. argentar. ¶ Aliquando nummularii ab officinatoribus distinguuntur. Apud *eumd.* pag. 45. n. 3. Officinatores et nummularii officinarum argentariarum. ¶ Non adeo vile, ac putavit *Forcellinus*, videtur fuisse officium nummularii, cum in *Iscrizioni dell' Accademia Colombaria* Tom. 1. pag. 146. legatur vetus inscriptio Romæ effossa, quæ talis est. C. Ubius Serenus C. F. Col. Niger nummularius.]

NUMMŬLUS, i, m. *a small coin*, νομισμάτιον, parvus nummus. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 16. *circa med.* Si judicium est, triginta homines populi R. levissimos ac nequissimos, nummulis acceptis, jus ac fas omne delere. *for a paltry sum.* et ep. 19. *ad fin.* Si tuis blanditiis a Sicyoniis nummulorum aliquid expresseris.

NUMMUS, *et* Numus, i, m. *a piece of money, coin, medal; money*, νόμισμα, pecunia signata, moneta, numisma. *Varr.* l. 4. *de L. L.* c. 36. videtur significare esse Siculam vocem. In argento, inquit, nummi: id a Siculis. *Festus* ducit a νόμισμα. Plura V. apud *Voss.* De scriptione sic habeto, in antiquis monumentis et simplici, et duplici *m* exaratum legi: *Manutium* tamen, *Dausqu. Voss.* duplicem præferre. Ex allatis *Varronis* verbis colligi videtur, *nummum* primo et proprie dici de pecunia argentea. Passim tamen de quacumque dicitur. *Cic.* 3. *Offic.* c. 20. Jactabatur enim temporibus illis nummus, sic ut nemo posset scire, quid haberet. *h. e.* mutabatur in dies monetarum pretium. et c. 23. Si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis. *Id.* l. 5. *ad Attic. ep. ult. a med.* Assident, subducunt: ad nummum convenit. *the accounts agree to a farthing.* et l. 2. *de Invent.* c. 4. Ad mercatum proficiscens, et secum aliquantum nummorum ferens. *Id.* 12. *Phil.* c. 8. Cum aquilæ primi pili nummos aureos daret. *Id.* 8. *Attic.* epist. 10. Habere in nummis. *h. e.* in pecunia numerata. *in ready cash.* Al. *leg. in nominibus.* Sic *Valerian. in epist.* apud *Trebell. Poll. in Claud.* cap. 14. *sub fin.* in nummo exigere. ¶ Speciatim dicitur de pecunia ærea, usitatissima Romanis, quæ alio nomine *sestertius*, vel conjunctæ *nummus sestertius* appellatur. *Cic. Verr.* 5. c. 58. *extr.* Facta est sponsio HS. quinque millium. et c. 60. *sub fin.* Cogit Scandilium quinque illa millia nummum dare, atque adnumerare Apronio. ¶ Item de nummo aureo Græcorum. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 19. Illi drachmis iissent miseri: me nemo potest minoris quisquam nummo, ut surgam, subigere. *Id. Men.* 2. 2. 16. Quibus hic pretiis porci veneunt sacres sinceri? *Cyl.* nummo. ¶ Item de denario apud Græcos. *Id. Epid.* 1. 1. 50. Eam emit quadraginta minis. Id adeo argentum ab danista sumpsit fenore, in dies, minasque argenti singulas, nummis. ¶ *Esse, aut versari in nummis*, pecuniam habere. *Cic.* 6. *Verr.* c. 6. Hominem video non modo in ære alieno nullo, sed in suis nummis multis esse, ac semper fuisse. *Id. pro Rosc. Com.* c. 8. Debebat? immo in suis nummis versabatur. ¶ *Nummo*, et *nummo sestertio addicere, æstimare, vendere*, &c. Latine est nullo, aut vilissimo pretio. *at the lowest price, for a mere nothing. Cic. pro Rab. Post.* cap. 17. Ecquis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirii nummo sestertio sibi addici velit? *Vitruv. in fin.* c. 4. l. 1. Mercatus est possessionem loco salubri, constituit mœnia, et areas divisit, nummoque sestertio singulis municipibus mancipio dedit. *In Epitom. Livii*, l. 55. damnatus sub furca diu virgis cæsus est, et sestertio nummo venit. *Senec.* ep. 95. *a med.* Quæ maxima inter vos habentur, divitiæ, gratia, potentia, sestertio nummo æstimanda sunt. *Sueton. in Cæs.* c. 50. Amplissima prædia ex auctionibus hastæ ei nummo addixit. *Al. leg.* minimo. *Plaut. Most.* 1. 2. 34. Si quid nummo sarciri potest, usque mantant, neque id faciunt donicum parietes ruunt. *at a most trifling expense.* ¶ Nummo, aut nummis conducere, locare, colere, *for a rent in money*, annua pecuniæ pensione, cui opponitur *partibus*, h. e. fructus, aut lucrum dividendo. *Plin.* l. 9. epist. 37. Medendi una ratio, si non nummo, sed partibus locem. *Paul. Dig.* l. 47. tit. 2. leg. 26. Colonus qui nummis colit. *Caius* conducere ad pecuniam numeratam, l. 19. tit. 2. leg. 25. *a med.* dixit. ¶ In genitivo plur. si cum *sestertium* jungatur, *nummum* dicimus, ita usu postulante: si cum adjectivis numeralibus *nummum* sæpius, quam *nummorum*. *Cic. in Orat.* c. 46. *extr.* Alias loquor, ut necesse est, cum *triumvirum*, non *virorum*, cum *sestertium nummum*, non *nummorum*, quod in his consuetudo varia non est. *Nævius* apud *eund.* l. 2. *de Orat.* c. 63. et *Terent. Heaut.* 3. 3. 45. Quanti addictus? mille nummum. *Hirt. de B. Gall.* l. 8. c. 4. Duo millia nummum pollicetur. *Plin.* l. 17. c. 1. *a med.* Multarum arborum fructus addictus binis millibus nummum. *Plaut. Trin.* 1. 2. 115. Nummorum Philippeum ad tria millia. *Id. Men.* 3. 3. 18. Inaures da mihi faciundas pondo duum nummum. *Horat.* lib. 2. ep. 2. v. 5. Fiet, eritque tuus nummorum millibus octo. *Sueton. in August.* c. 46. *extr.* Singula nummorum millia pro singulis dividebat. *Id. in Domit.* c. 4. *ad fin.* Congiarium populo nummorum trecentorum ter dedit. *Plin.* l. 8. c. 43. *ad fin.* Quadringentena millia nummorum. In his *nummus sestertius* intelligitur, ut supra dictum est.

NUMNAM. V. *Num.*

NUNC, *now, at present, at this present time*, νῦν, adverb. quod præsens hoc tempus significat, hoc tempore, in præsentia. *Cic. Phil.* 7. c. 5. Erat tunc excusatio oppressis, nunc nulla est. *there was then*, &c. *at present there is none. Terent. Andr.* 3. 3. 13. Alium esse censes nunc me, atque olim, cum dabam? et 5. 4. 33. Postilla nunc primum audio, quid illo sit factum. *Id. Adelph.* 2. 1. 2. Nunc jam illico hic consiste. *now, now; now is the time, now or never; this instant, quickly* (quod *Virg.* dixit *Æn.* 5. v. 189. Nunc nunc insurgite remis.) et vers. 14. I intro nunc jam. *just now, while I am speaking, immediately.* et 2. 2. 25. Nunc demum venis? *are you here then at last? Ovid. Heroid.* epist. 10. v. 135. Nunc quoque non oculis, sed, qua potes, aspice mente. *Sueton. in Claud.* c. 1. Fossas immensi operis effecit, quæ nunc adhuc Drusinæ vocantur. *are still to this day*, &c. *Cic.* 1. *de Invent.* c. 33. *extr.* De inductione satis in præsentia dictum: nunc deinceps ratiocinationis naturam consideremus. *Id. de provinc. consul.* c. 13. *in fin.* Nunc denique est perfectum, ut, &c. ¶ *Nunc ipsum*, substantivi more, hoc ipso tempore. *at this very time. Cic. Attic.* l. 7. ep. 3. Quin nunc ipsum non dubitabo rem tantam abjicere. et l. 12. ep. 40. Nunc ipsum ea lego, ea scribo, ut ii, qui mecum sint, difficilius otium ferant, quam ego laborem. Adde l. 8. ep. 9. ¶ Interrogando, pro *nunc ne* dicimus *nunccine* inserto *ci* euphoniæ causa, ut in *hiccine*, *siccine*. *Terent. Andr.* 4. 1. *in fin.* Hem, nunccine demum? ¶ Jungitur interdum cum verbis præteriti, et futuri temporis, et designat tempus, quod circa nos est. *at this time, at this instant. Cic. Attic.* l. 2. ep. 24. *a med.* Nunc reus erat apud Crassum Divitem Vettius de vi. *Petron. in Satyr.* c. 126. Nunc erat a tenera submittere cornua fronte. *h. e.* nunc erat tempus. ἔλλειψις. *Horat.* plene l. 1. od. 37. v. 2. nunc Saliaribus Ornare pulvinar deorum Tempus erat dapibus, sodales. *Cic. pro Planc.* cap. 23. Illud crimen de nummis caluit re recenti, nunc in causa refrixit. *Plaut. Most.* 2. 2. 46. Id ad nos nunc factum invenimus. *Terent. Eun. prol.* v. 9. Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit. νῦν ἄρτι. *Catull.* carm. 8. vers. 16. Quis nunc te adibit? cui videberis bella? Quem nunc amabis? ¶ Post verbum præteriti temporis aliquando Anglice vertitur ut *tunc. then. Nepos in Timol. sub fin.* Dixit, nunc demum se voti esse damnatum. *that then at length*, &c. [†*Sueton. Oth.* 9. Quippe residuis (*copiis*) integrisque etiam nunc, quas secum ad secundos casus detinuerat.] Huc spectant illa, in quibus *nunc* pro *tunc* ponitur, tempus præteritum, ut præsens, fingendo. *Ovid. de remed. amor.* vers. 773. Quid, Menelae, doles? ibas sine conjuge Creten: Et poteras nupta lentus abesse tua. Ut Paris hanc rapuit, nunc demum uxore carere Non potes. *Id.* 1. *Met.* v. 321. Fatidicamque Themin, quæ nunc oracla tenebat. Adde alia, quæ congessit *Burmann. ad Heroid.* ep. 18. v. 95. in quibus librarios accusat, quod male *tunc* reposuerint. ¶ Geminatur interdum pro *modo*. *Virg. Æn.* 5. vers. 441. Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat Arte locum. *sometimes these, sometimes those; now these, now those.* et *Ovid. Heroid.* ep. 10. v. 19. Nunc huc, nunc illuc, et utroque sine ordine curro. *now this way, now that; first this way, and then that.* et *Liv.* l. 4. c. 12. Tribuni pleb. nunc fraudem, nunc negligentiam consulum accusabant. *Justin.* l. 4. c. 1. Frequenter, et compluribus locis nunc flammas, nunc vaporem, nunc fumum eructat. *one while flames, another while*, &c. ¶ Interdum alterum *nunc* omittitur. *Virg. Æn.* 5. v. 830. pariterque sinistros, nunc dextros solvere sinus. ¶ Pro *modo* est etiam in illo *Velleii* l. 2. cap. 63. Plancus nunc adjutor Bruti: mox ejusdem proditor. *at one time*, &c. *the next moment*, &c. ¶ Nonnunquam vim habet particulæ adversativæ, *at, sed, verum*, nectitque orationem. *Cic.* 1. *de Divin.* cap. 30. Quæ quidem multo plura evenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo et vino perturbata et confusa cernimus. *as it is; whereas. Plaut. Bacch.* 3. 3. 8. Absque te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum: nunc propter te pravus factus est. *Cic. Verr.* 7. c. 67. Si hæc non ad cives R. si non ad homines, verum ad bestias conqueri vellem; tamen tanta rerum atrocitate commoverentur. Nunc vero cum loquar apud Senatores populi R. &c. *Quintil.* l. 1. c. 1. Nam bona facile mutantur in pejus: nunc quando in bonum verteris vitia? ¶ Pro ergo, igitur. *therefore, then. Propert. in fin.* el. 9. lib. 4. Nunc quoniam manibus purgatum sanxerat orbem, &c. et lib. 2. el. 7. v. 75. Nunc quoniam ista tibi placuit sententia, cedam. *Broukhus.* ¶ *Nunc homines* per ὑφέν, qui nunc sunt homines: ut *ante malorum* apud *Virg.* 1. *Æn.* v. 202. malorum præteritorum. *Plaut. Pers.* 3. 1. 57. Tace, stulta: non tu nunc hominum mores vides? τῶν νῦν ὄντων. *of the present age; of the present day.* Plene autem *Plin.* l. 22. c. 25. *a med.* Nostri, qui nunc sunt, herbarii Latine salviam vocant. *the botanists of our time; modern botanist[s]* *Cic. Q. Fr.* l. 1. ep. 1. c. 15. Non est tibi his solis utendu[m] existimationibus, aut judiciis, qui nunc sunt, hominum, se[d] iis etiam, qui futuri sint. ¶ *Ut nunc est*, pro præsenti re[-] rum statu. *as things are; as matters are. Asin. Poll. ad Cice[r.]* l. 10. *Fam.* ep. 31. *in fi.* Constitui, ut nunc est, cum exe[r-] citu proficisci. *Cic. Attic.* lib. 12. ep. 29. Quæ causæ manebunt, quærenda erit excusatio: et, ut nunc est, ma[n-] suræ videntur. *if one may judge from present appearances.*

NUNCCĬNE. V. *Nunc.*

NUNCĬO, &c. V. *Nuntio.*

NUNCŬBI, *whether anywhere?* num in aliquo loco: e[t] *num*, et *alicubi*. *Varr. R. R.* l. 3. c. 2. Nuncubi hic vide[s] citrum, aut aurum? num minium, aut armenium? num quod emblema, aut lithostrotum? quæ illic omnia contr[a.] et lib. 2. cap. 5. Ut si quis quid ignorat, discat: si qu[is] scit, nuncubi labar, observet. *Alii leg.* nunc, ubi laba[r,] observet. ¶ Significat etiam numquo tempore, numqua[m] re. *Terent. Eun.* 1. 2. 83. Nuncubi meam benignitate[m] sensisti in te claudier? *did you ever find me backward to [do] you a kindness?*

NUNCUPĀTIM, *by name*, nominatim. *Sidon. in fi[n.]* *carm. epist. ult.* Singulos, quos nunc pia nuncupatim N[o-] valent versu cohibere verba. Adde *Claud. Mamert.* [de] *statu anim.* lib. 2. cap. 9. *sub fin.*

NUNCUPATĬO, onis, f. *a naming, calling, appellatio[n,]* *name*, ἐκφώνησις, actus nominandi, appellatio. *Apul.* lib. [1] *de doctr. Plat.* Hanc ille justitiam modo nominat, mod[o] universæ Virtutis nuncupatione complectitur, et item F[i-] delitatis vocabulo nuncupat. *Id. de Mundo.* Nomen d[e] regum nuncupatione prædicari. *h. e.* appellando eum r[e-] gem. ¶ De ea, qua quis aliquem in testamento nomin[at] heredem faciens. *Sueton. in Calig.* c. 38. Quo metu inj[e-] cto, cum jam et ab ignotis inter familiares, et a parentib[us] inter liberos palam heres nuncuparetur, derisores vocaba[t,] quod post nuncupationem vivere perseverarent. *was name[d,]* *was pronounced by word of mouth. Ulpian.* tit. 20. *Regula[r.]* Nuncupatur testamentum in hunc modum: Tabulas test[a-] menti testator tenens ita dicit: hæc, ut in his tabulis c[e-] risve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor: itaque vo[s,] Quirites, testimonium præbitote. quæ nuncupatio, et test[a-] tio vocatur. *Id. Dig.* l. 28. tit. 6. leg. 18. Si pater sibi p[er] scripturam, filio per nuncupationem, vel contra, fece[rit] testamentum, valebit. ¶ Item de ea, qua quis alteri qu[id] nuncupat, h. e. inscribit. nomine enim suo appellat, ipsur[n-] que nomen operi præfigit. *Plin. in præfat. Hist. nat.* S[ed] hæc ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione. *the d[e-]* *dication of a book.* ¶ *Nuncupatio votorum* est eorum conc[e-] ptio et susceptio. nominantur enim ea, quæ in votis pet[i-] mus. *Sueton. in Ner.* c. 46. Votorum nuncupatione, m[a-] gna jam ordinum frequentia, vix repertæ Capitolii clave[s.] *Tacit. Ann.* 16. c. 22. Votorum nuncupationibus n[on] adesse. *Val. Max.* l. 5. c. 10. Cum ædem pontifex ded[i-] caret, interque nuncupationem solemnium verborum p[o-] stem tenens, &c. *while he pronounced certain words in a s[o-]* *lemn manner.*

NUNCUPĀTOR, oris, m. *a namer*, nominator. *Apu[l.]* *in Florid.* num. 15. (*al.* lib. 2. *sub fin.*) Pythagoras prim[us] Philosophiæ nuncupator et conditor.

NUNCUPĀTUS, a, um, *named, expressed*, nominatu[s.] *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. Nuncupare, nominare valere, a[p-] paret in legibus, ubi nuncupatæ pecuniæ sunt scripta[e.] *Festus:* Nuncupata pecunia est, ut ait Cincius, nomi[natim] certa, nominibus propriis pronuntiata. *Liv.* l. 8. c. 1[0.] Hæc haud ab re duxi, verbis quoque ipsis, ut tradita nu[n-] cupataque sunt, referre. *expressed and uttered.* Loquit[ur] de vetere formula, et lege se devoventis. *Cic.* 1. *de na[t.]* *Deor.* c. 15. Res utiles et salutares deorum vocabulis nu[n-] cupatæ. *called.* ¶ *Nuncupatus heres*, qui voce, non scrip[to] a testatore est designatus coram idoneis testibus. *name[d]* *appointed by word of mouth. Julian. Dig.* lib. 37. tit. 1[1.] leg. 8. *extr.* Quemadmodum scripto herede filio separa[-] tim ab heredibus patris, ita nuncupato potest videri s[e-] paratim a scriptis patris heredibus bonorum possessio da[ri.] *Justin. in fin.* cap. 15. l. 12. Nam etsi non voce nunc[u-] patus heres, judicio tamen electus esse videbatur. *Plin.* [l.] 8. ep. 18. Reliquit testamentum ante octo et decem a[nn.] nos nuncupatum. *h. e.* pronuntiatum, verbis expressu[m] coram testibus, non scriptum tantummodo. *a nuncupati[ve]* *will; a will published by word of mouth.* V. *Nuncupo.* ¶ *Vot[a]* *nuncupata*, dicuntur, quæ Consules, Prætores cum in pro[-] vincias proficiscuntur, faciunt: ea in tabulas, præsentibu[s] multis, referuntur. Ita *Festus.* Dicuntur autem *nuncupat[a,]* quia certis solemnibusque verbis palam concipiuntur, [et] voce exprimuntur. *Val. Max. in fin.* c. 1. l. 1. Solvere vot[a] nuncupata pro incolumitate exercitus. [† V. *Nuncupo.*]

NUNCŬPO, as, avi, atum, a. 1. *to name, call, expres[s,]* ὀνομάζω, προσαγορεύω, nomino, appello, nomine voco, verbi[s] exprimo. *Vossius* putat esse factum ex *nomen* et *capi[o.]* *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 7. Nuncupare, nominare valere, apparet in legibus, ubi nuncupatæ pecuniæ sunt scriptæ. Item in choro, in quo est: Æneas quis est qui meum no[-] men nuncupat? (*Diomed.* l. 2. pag. 447. *Putsch.* hæ[c] verba *Ennio* tribuit.) Item in Medea: Quis tu es mulier quæ me insueto nuncupasti nomine? Hæc *Varro. Cic.* 2

de nat. Deor. cap. 23. Quod erat a deo natum, nomine ipsius dei nuncupabant. *Suet. in Aug.* c. 31. Sextilem mensem e suo cognomine nuncupavit. *Ovid.* 14. *Met.* v. 607. quem turba Quirini Nuncupat Indigetem. *Enn.* apud *Non.* c. 2. n. 165. Extemplo Ægisthi fidem nuncupantes, conciebant populum. *h. e.* inclamantes, invocantes. *Cic.* 3. *Offic.* c. 16. Cum ex XII. Tabulis satis esset ea præstari, quæ essent lingua nuncupata. *Lex* XII. *Tab.* apud *Fest.* Cum nexum faciet, mancipiumque, uti lingua nuncupassit (ita uti nominarit, locutusve erit) ita jus esto. Verba illa *ita uti nominarit, locutusve erit* sunt *Festi* illud *nuncupassit* (quod antiquum est pro *nuncupaverit*) explicantis. *Justin.* l. 24. c. 2. Nuncupare aliquam reginam. *to call, declare, proclaim.* *Liv.* l. 1. c. 10. *sub fin.* Nec irritam conditoris templi vocem esse, qua laturos eo spolia posteros, nuncupavit. *pronounced, declared.* *Plin.* l. 4. c. 12. *in fin.* Reliqua hujus sinus dicantur: et maria quidem ejus nuncupavimus. *h. e.* nomine suo indicavimus, recensuimus, enumeravimus. *Id.* l. 7. c. 26. Ad decus imperii R. pertinet, Pompeii M. titulos omnes, triumphosque hoc in loco nuncupari. *Id.* l. 7. c. 45. Divus Augustus, quem universa mortalitas in hac censura nuncupat. *h. e.* ponit in hoc albo et numero hominum felicium. ¶ *Nuncupare vota,* est conceptis solemnibusque verbis palam, claraque voce pronuntiare, quæ a diis in posterum optamus. *to make vows by a pronouncing of words in a solemn manner.* Id fiebat maxime a Prætoribus et Consulibus in Capitolio, initio Januarii, aut cum in provincias exirent, ut in *Nuncupatus* dictum est: item a Magistratibus in provinciis pro salute imperii, et incolumitate Imperatorum. *Cic. Verr.* 7. c. 13. *sub fin.* Cum paludatus exisset, votaque pro imperio suo, communique populi R. nuncupasset. *Id.* 3. *Phil.* c. 4. *sub fin.* Neglectisque sacrificiis solemnibus, vota ea, quæ nunquam solveret, nuncupavit. ¶ *Nuncupare heredem,* est heredem in testamento nominare. *to appoint by word of mouth, name.* *h. e.* voce palam, coram testibus, edere nomen ejus, quem heredem nobis esse volumus post mortem. Sic *nuncupare testamentum,* voce coram testibus facere. His opponitur *heredem,* aut *testamentum scribere,* cum non voce, sed scripto conficitur: de quibus subtilius JCti. V. *Nuncupatio.* *Ulpian. Digest.* lib. 28. tit. 1. leg. 21. Heredes palam, ita ut exaudiri possint, nuncupandi sunt. Licebit ergo testanti vel nuncupare, vel scribere: sed si nuncupat, palam debet. Quid est palam? non utique in publicum, sed ut exaudiri possit a testibus, &c. ¶ Universim est heredem instituere. *Sueton. in Claud.* c. 4. *extr.* Ac ne heredem quidem, nisi inter tertios, ac pæne extraneos, e parte sexta nuncupavit. *Id. in Calig.* c. 38. Cum a parentibus inter liberos palam heres nuncuparetur. *Plin.* l. 14. *c. ult. de ebriis.* Alii testamenta sua nuncupant: alii mortifera loquuntur. *h. e.* produnt, manifestant. Absolute *Plin. alter in Paneg.* c. 43. Nec quia offendit alius, nuncuparis, sed quia ipse meruisti. ¶ De hoc verbo ita loquuntur *Cic.* 3. *de Orat.* c. 38. et *Quintil.* l. 8. c. 3. *ante med.* ut inter prisca ponant, et minoris usus, atque ab oratoribus, aut necessitate, aut præparce usurpanda. [¶ Particip. *nuncupaturus* apud *Justin.* l. 24. c. 2. Adjurat, nuncupaturum se eam reginam.]

NUNCUSQUE, *vel* Nunc usque, *even to this time,* usque ad hoc tempus. *Ammian.* l. 14. c. 2. (*al.* c. 7.) Ubi conduntur nuncusque commeatus, distribui militibus assueti.

NUNDĬNA, æ, f. Romanorum dea, præses ejus lustrationis, qua infantes die nono lustrabantur. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 16. *ad fin.*

NUNDĬNÆ, arum, f. *a fair, mart, or market held at Rome every ninth day,* πανήγυρις, παντοπωλεῖον, ἀγοραὶ, mercatus, seu feriæ rusticorum, quibus Romam proficiscebantur, negotiis domesticis provisuri: quasi *novendinæ,* quia nono quoque die fiebant. *Macrob.* l. 1. *Saturn.* c. 16. *a med.* Rutilius scribit, Romanos instituisse nundinas, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die intermisso rure, ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent, et ut scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposita a singulis, atque universis facile noscebantur. V. *ibid.* hac de re plura. *Festus:* Nundinas feriarum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi vendendique causa: eumque nefastum, ne, si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores. *Plin.* l. 18. c. 3. Nundinis urbem revisitabant: et ideo comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs rustica avocaretur. *Varr. initio* l. 2. *R. R.* Annum ita diviserunt, ut nonis modo diebus urbanas res usurparent, reliquis VII. ut rura colerent. Al. leg. *reliquis* VIII. alii notam numeralem omittuut, propter ea, quæ ex *Rutilio* modo recitatus locus *Macrobii* habet. Hac de re *Drakenborc. ad Liv.* l. 3. c. 35. fuse disserit. *Cic. Attic.* l. 1. ep. 14. Res agebatur in circo Flaminio: et erat in eo ipso loco illo die nundinarum πανήγυρις. *Plin.* l. 28. c. 2. *sub fin.* Ungues resecari nundinis Romanis tacenti, atque a digito indice, multorum pecuniæ religiosum est. *Id.* l. 18. c. 3. Minucius Augurinus farris pretium in trinis nundinis ad assem redegit. ¶ Transfertur etiam ad celebres mercatorum conventus immunes liberosque. *a market, market-place.* *Cic. in Rull.* 2. c. 33. Illi Capuam nundinas rusticorum, horreum Campani agri esse voluerunt. Adde *Colum. in præfat.* l. 1. ¶ Imo dicitur de quacumque negotiatione. *Cic. in Phil.* 5. c. 4. In interiore ædium parte totius reipubl. nundinæ erant. Adde *Phil.* 2. c. 14. ¶ Nundinas instituere. *to hold a fair or market.* *Plin.* l. 5. ep. 4. Vir prætorius a Senatu petiit, ut sibi instituere in agris suis nundinas permitteretur. ¶ In singulari num. *Sidon.* l. 7. ep. 5. In nundinam et auctionem mitti, si emptor inveniatur. ¶ Legitur et *nundinum,* i, n. cum numerale adjectivum adjungitur. *Cic. pro Dom.* c. 16. Si, quod in ceteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est, trium horarum, non reprehendo. *Liv.* l. 3. c. 35. Comitia decemviris creandis in trinum nundinum indicta sunt. *h. e.* post trium nundinarum tempus, εἰς τρίτην ἀγοράν. *Al. leg.* in trinundinum. *Quintil.* l. 2. c. 4. *ad fin.* Rogatio sive non trino forte nundino promulgata, sive non idoneo die. *Lamprid. in Alex. Sev.* cap. 28. Primo nundino sibi alios semper suffecit. ¶ Et absolute. *Varr.* apud *Non.* c. 2. n. 490. Pueri exspectant nundinum, ut magister dimittat lusum. *Id. Non.* c. 2. n. 490. hæc eadem verba referens, *nundinam,* vel *nundinas* habet. ¶ *Inter nundinum,* tempore, quod inter duas nundinas intercedit. *Varr.* apud *Non.* c. 3. n. 145. Rusticus Romanus inter nundinum barbam radebat. *Lucil. ibid.* Si nihil gustat inter nundinum. ¶ Scribunt et junctis vocibus *internundinum.*

NUNDĬNĀLIS, le, *of a market, nundinal,* ἀγοραῖος, novendialis. *Plaut. Aulul.* a. 2. sc. 4. v. 45. Cocus ille nundinalis est: in nonum diem solet ire coctum. Ubi significatur coquus bustuarii ordinis, quique magis nosset coquere cœnam feralem, quæ nono die fiebat, quam iis, quorum ingeniosa esset gula. *an ignorant cook, fit to dress nothing but the feral suppers.* Alii interpretantur coquum vulgarem et vilem, qui non nisi nundinis conducitur, cum plebs ex agris convenit. *a cook ignorant and of little value, hired only on market-days.* Firmat priorem interpretationem illud *ejusd. in Pseud.* 3. 2. 6. Quin ob eam rem Orcus recipere ad se noluit, Ut esse hic, qui mortuis cœnam coquat. Nam hic solum illis coquere, quod placet, potest.

NUNDĬNARĬUS, a, um, *of a market or fair, nundinary,* πανηγυρικὸς, ad nundinas pertinens, vel nundinis assignatus. *Plin.* l. 8. c. 51. Nundinarium forum. ἐμπόριον. *the market-place.* *Id.* l. 12. cap. 17. *ad fin.* His commerciis Carrhas oppidum aperuere, quod est illis nundinarium. *a market-town.* ¶ *Nundinariæ epulæ,* cibi, qui dantur ad nundinas itantibus. *Ulpian. Dig.* l. 17. tit. 2. leg. 69. Cum societas ad emendum coiretur, et conveniret, ut unus reliquis nundinarias epulas præstaret.

NUNDĬNATĬO, onis, f. *a buying and selling, marketing, trafficking,* ἀγόρασμα, nundinandi actus, mercatura. Fere in malam partem usurpatur de corruptione legum pecunia pacta. *public, open, scandalous corruption and sale of justice.* *Cic. Verr.* 7. c. 5. Tum potuit a Leonida nummorum aliquid auferre, cum denuntiavit, ut adesset. fuit nundinatio aliqua, et isti non nova, ne causam diceret. *et Verr.* 3. c. 46. *a med.* Redite in memoriam, judices, quæ libido istius in jure dicundo fuerit, quæ varietas decretorum, quæ nundinatio. *Id. Agrar.* 1. c. 3. *extr.* Nundinatio juris et fortunarum. ¶ In bonam. *Impp. Honor. et Thedos.* l. 7. *Cod. Theodos.* tit. 4. leg. 32. Etiam pretium his dependsurus juxta nundinationem, quæ foro rerum venalium continetur. *h. e.* æstimationem. *the market-rate or market-price.*

NUNDĬNATITĬUS, a, um, adject. *Tertull. de Virg. veland.* c. 3. Capita nundinatitia vocat virginum non velatarum, q. d. exposita procorum et amatorum oculis, et veluti venalia.

NUNDĬNĀTOR, oris, m. *a market-man, buyer or seller,* ἀγοραστὴς, καπηλευτὴς, qui nundinas frequentat. *Fest.* in voce *Nundinas:* Ne interpellarentur nundinatores. ¶ Translate *Quintil.* declam. 12. c. 3. Dum tu salutis publicæ nundinator proximum quemque emptorem dimittis. ¶ In veteri lap. apud *Reines.* class. 1. n. 80. est epithetou Mercurii.

NUNDĬNĀTUS, a, um, *sold, vended,* venditus, addictus, ut Nundinatus pudor, *Jul. Firmic.* l. 6. c. 31. *ante med.* h. e. quæstus causa prostitutus. *Prudent.* περὶ στεφ. 14. *in Rom.* v. 969. nundinatum arguit. *h. e.* pecunia corruptum.

NUNDĬNO, as, a. 1. idem ac nundinor. *Firmic.* l. 6. *Math.* c. 31. *sub fin.* Quæstus et libidinis causa pudorem duobus fratribus nundinabit. *will sell or barter away.* Et passive *Misitheus Gordiani* III. *socer in quadam epist.* apud *Capitolin. in Gordian.* c. 24. *extr.* Delectat sane, boni esse principis socerum, et qui pepulerit homines, per quos antea, velut in auctione positus, nundinatus est. *had been sold.* Adde *Tertull. de virg. veland.* c. 13. [¶ Particip. *nundinans* apud *Liv.* l. 22. c. 56. Pœnum sedere ad Cannas in captivorum pretiis prædaque alia, nec victoris animo, nec magni ducis more nundinantem.]

NUNDĬNOR, aris, atus sum, dep. 1. *to buy or sell, market, assemble together as people do at a market,* καπηλεύω, palam emo, aut vendo, sicut in nundinis fit. Fere adhibetur in malam partem de iis, qui pecunia accepta vendunt, quæ vendere est nefas, vel data emunt. *Cic.* 4. *Verr.* c. 49. *sub fin.* Pueri annorum senum, septenumque denum senatorium nomen nundinati sunt. et 3. c. 36. Qui ab isto jus ad utilitatem suam nundinarentur. *Id. Phil.* 3. c. 4. Una in domo omnes, quorum interat, totum imperium Populi R. nundinabantur. *Suet. in Tito,* c. 7. Constabat, in cognitionibus patriis nundinari, præmiarique solitum. *to practise bribery.* *Apul.* l. 10. *Metam.* Judices sententias suas pretio nundinantur. ¶ Jocus est, et fortasse subfrigidus in illo *Cicer.* 2. *de Divin.* c. 31. Ut in cunis fuerit anguis, non tam est mirum, in Solonio præsertim, ubi ad focum angues nundinari solent. *h. e.* adeo in eo agro abundant angues, ut vel in foco plurimi conveniant, velut homines in nundinis. Simili ratione *nundinas* de formicis dixit *Plin.* l. 11. c. 30.

NUNDĬNUM. V. *Nundinæ* in fine.

NUNQUA. V. in voce sequenti.

NUNQUAM, *et* Numquam, *at no time, never,* οὐδέποτε, nullo tempore: ex *ne,* et *unquam.* *Terent. Andr.* 2. 3. 9. *Da.* dic te ducturum. *Pam.* egone dicam? *Da.* cur non? *Pam.* nunquam faciam. *Id. Adelph.* 4. 1. 12. Nihil ne in mentem? *Cte.* nunquam quidquam. *Cic. Attic.* l. 14. ep. 13. *extr.* Quæ Cæsar nunquam neque fecisset, neque passus esset. et l. 7. ep. 1. Videre mihi videor tantam dimicationem, quantam nunquam fuit. *Liv.* l. 38. c. 33. Nunquam alias exsules Achæi secum adduxerant. *Id.* l. 42. c. 49. Persei nunquam, ex quo regnum accepisset, desitum celebrari nomen. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 44. Nunquam ante hoc tempus. *Sallust. in Jug.* c. 15. Nunquam ne ergo familia nostra quieta erit? *Cic. pro Sext.* c. 63. *ad fin.* Illum nunquam, dum hæc natio viveret, sine cura futurum. *Liv.* l. 34. c. 23. Nunquam, donec Demetrias, Chalcisque tenerentur, liberam Græciam fore. *Terent. Eun. sub fin.* Nunquam fui usquam, quin me omnes amarent plurimum. *Cic. Fam.* 6. ep. 6. *a med.* Numquam, nisi honorificentissime, Pompeium appellat. ¶ *Nunquam non,* semper. *always.* *Cic. de Orat.* c. 24. *extr.* Cum idipsum dicere, nunquam non sit ineptum, nisi cum est necessarium. Adde *Cels.* lib. 2. cap. 2. *ad fin.* ¶ Pro non. *Plaut. Asin.* 3. 3. 40. Qui hodie nunquam ad vesperum vivam. ¶ Pro num aliquando. *Id. Men.* 1. 2. 34. Dic mihi nunquam tu vidisti tabulam pictam in pariete, ubi, &c.? *have you never seen?* Al. leg. *nunqua, h. e.* nuncubi. *did you never see anywhere,* &c.? ¶ *Manut. in Orthogr.* monet, *numquam, numquis, numquid,* et similia in veteribus monum. scribi per *m* ante *q,* quemadmodum *quamquam, tamquam, utrumque, quemquam, namque,* &c. Fatetur tamen, et *nunquam,* et *tanquam* etiam per *n* legi: quod et usus retinere videtur, cum *m* non facile eo loco pronuntiari posse videatur: præsertim cum hoc tempore ratio Latine pronuntiandi fere omnis perierit: *Dausquius* præfert *n:* neutrum *Cellarius* improbat.

NUNQUANDO, *et* Numquando, *whether at any time,* num aliquando. *Cic. de Amic.* c. 19. Exsistit hoc loco quæstio, numquando amici novi veteribus sint anteponendi. *Id. Phil.* 5. c. 11. Si Romam redierit, numquando perditis civibus vexillum, quo concurrant, defuturum putatis? Adde *in Vatin.* cap. 6. ¶ Scribitur et divisim *num quando.*

NUNQUID, *et* Numquid, *whether,* ἆρα μὴ, num, an, utrum: et servit interrogationi. *Cic. Attic.* l. 12. ep. 8. Scire velim, nunquid necesse sit comitiis esse Romæ. *if there be any necessity.* et l. 2. *de Legib.* c. 2. Nunquid duas habetis patrias? *what? have you,* &c.? *have you then,* &c.? et *Terent. Eun.* 3. 1. 31. Quid illud, Gnatho, numquid dixi tibi? *have I ever told it you?* et *Andr.* 5. 4. 40. Numquid meministi? *do you recollect it?* et *Eun.* 5. 9. 13. Numquid, Gnatho, tu dubitas, quin ego perierim? *can you have any doubt of,* &c.? *Quintil.* l. 7. c. 1. *a med.* Nunquid non? hoc cogitet, necesse est, nisi qui sit plane hebes? *h. e.* cur non? quid ni? *Arnob.* addit *an,* l. 2. p. 88. An nunquid orandus es, ut beneficium a Deo digneris accipere? Adde l. 3. p. 108. ¶ Item dubitationi. *Plaut. in suppos. Merc. scena, quæ incipit* Syra non redit, vers. 19. Rure esse autumant: atque, numquid redeat, incertum hodie. *whether he will return or not.* *Ulpian. Dig.* l. 38. tit. 15. leg. 2. Si dubitare cœperit, nunquid testatus decesserit, vel nunquid vivat. ¶ *Numquid,* et divisum *num quid,* h. e. num aliquid, pertinet ad *Nunquis.* ¶ De scriptione V. in *Nunquam.*

NUNQUIS, *et* Numquis, *et divisim* Num quis, quæ, quod, *et* quid, *whether any one or any,* &c. *is there any,* &c.? μή τις, utrum aliquis, an num aliquis: et interrogationi, ac dubitationi servit. *Cic.* 3. *Agrar. sub fin.* Nunquis vestrum ad vim, ad facinus accommodatus est? *Id. pro Deiot.* c. 7. Num quæ trepidatio? num qui tumultus? num quid, nisi moderate, nisi quiete? *Terent. Eun.* 2. 2. 52. Nunquem evocari hinc vis foras? *Plaut. Bacch.* 4. 4. 17. Nunqui nummi exciderunt, here, tibi, quod sic terram obtuere? *have you dropped any money, that,* &c.? *Cic.* 13. *Attic.* ep. 8. Velim, des alicui negotium, qui quærat fundus num quis in Pompeiano venalis sit. *Id. pro Cluent.* c. 38. Si interrogarentur, num quo crimine is esset accusatus, negarent. *Id.* 1. *Offic.* c. 3. Quæstio est, num quod officium aliud alio majus sit. *the question is, whether any one duty,* &c. *Horat.* l. 1. sat. 3. v. 34. denique teipsum Concute, numqua tibi vitiorum inseverit olim Natura.

¶ *Numquid vis?* formula, qua discedentes se abire significant, et officiose faciunt cum iis, a quibus discedunt. Habetur apud *Plaut.* sæpe, ut *Amph.* 1. 3. 44. et 46. et 3. 3. 15. *Aulul.* 2. 2. 85. *Capt.* 1. 2. 88. *Curcul.* 4. 2. 30. et 36. et 39. &c. Sic *Id. Cistell.* 1. 1. 119. Nunquid me vis, mater, intro quin eam? *do you want any thing with me, before I go in? Id. Mil.* 2. 6. 92. Nunquid nunc aliud me vis? *have you any further commands?* et *Pers.* 4. 6. 10. et 26. Nunquid ceterum voltis? *do you want any thing more? Terent. Eun.* 2. 3. 49. Dum hæc dicit, abiit hora. rogo, nunquid velit: recte, inquit. abeo. Ubi *Donatus:* Hoc est, significo, me abire. nam abituri, ne id dure facerent, *nunquid vis?* dicebant, quibuscum constitissent. *Cic.* 6. *ad Attic.* ep. 3. *a med.* Nec, cum postea in castra venisset, atque inde discederet, numquid vellem, rogavit: et fuit aperte mihi, nescio quare, non amicus. Adde lib. 5. ep. 2. et *Liv.* l. 6. c. 34. ¶ Omisso verbo. *Plaut. Pœn.* 3. 6. 6. Nunquid me? ¶ Si addatur *nam,* vim addit interrogationi. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 3. Quid vos tandem. Crassus, numquidnam, inquit, novi? *Id. pro Rosc. Amer.* cap. 37. Qui sunt in istis bonis? duo Roscii. nunquisnam præterea? nemo. *Al. leg.* numquisquam. *Terent. Eun.* 2. 2. 41. Nunquidnam hic, quod nolis, vides? *Par.* te. ¶ De scriptione V. in *Nunquam.*

NUNQUO, *et* Num quo, *whether any whither,* num in aliquem locum. *Plaut. Capt.* 1. 2. 69. nunquo foras vocatus ad cœnam?

NUNTĬA, *et* Nuncia, æ, f. *a female messenger, harbinger, she that brings word or tidings,* ἀγγελιῶτις, quæ nuntiat. *Vetus Poeta* apud *Cic.* l. 1. *de Legib.* c. 1. Nuntia fulva Jovis, miranda visa figura. *h. e.* aquila. *Virg.* de Fama, 4. *Æn.* v. 188. Tam ficti pravique tenax, quam nuncia veri. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 9. Historia nuntia vetustatis. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 437. Cera vadum tentet, rasis infusa tabellis, Cera tuæ primum nuntia mentis eat. *Martial.* l. 8. epigr. 32. Fratre reversuro, nuntia venit avis. V. *Nuntium.*

NUNTIATĬO, *et* Nunciatio, onis, f. *a denouncing or declaring of omens,* ἐξαγγελία, actus nuntiandi: et sumitur in re augurali, pro manifestatione eorum, quæ augur viderit. *Cic.* 2. *Phil.* cap. 32. Nos nuntiationem solum habemus: consules etiam inspectionem. *et Phil.* 5. c. 3. *extr.* Cum eo collega, quem ipse fecit sua nuntiatione vitiosum. V. *Spectio.* ¶ *Novi operis nuntiatio* apud *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 1. qui sic inscribitur leg. 1. 3. 5. 8. &c. est denuntiatio de novo opere, quod quis facere molitur vel in nostro solo, vel cum damno rerum nostrarum, aut publicarum, inhibendi causa. ¶ Item delatio bonorum vacantium, caducorum, vel ex aliis causis in fiscum cadentium. *Callistrat.* lib. 49. tit. 14. leg. 1.

NUNTIĀTOR, *et* Nunciator, oris, m. *a reporter, relater, declarer,* ἄγγελος, qui nuntiat, delator. *Ulpian. Dig.* lib. 39. tit. 1. leg. 20. *in fin.* Si aliquando stetit per nuntiatorem, quo minus satisdetur. *h. e.* qui novi operis nuntiationem fecit. *Paul.* lib. 48. tit. 16. leg. 6. Nuntiatores, qui per notoria indicia produnt. *witnesses, deponents. Arnob. sub fin.* l. 1. Apparuit Christus rei maximæ nuntiator. Adde *Tertull. de carne Christi,* c. 7.

NUNTIĀTRIX, icis, f. nuntia. *Cassiod.* l. 2. ep. 14. Ciconia redeuntis anni nuntiatrix. *the harbinger.*

NUNTIĀTUS, *et* Nunciatus, a, um, *told, announced, declared, related,* delatus. *Cæs.* l. 2. *B. Gall.* c. 29. Hac pugna nuntiata. et cap. 32. Re nuntiata ad suos. *Tacit. Ann.* 1. c. 52. Nuntiata ea Tiberium lætitia affecere. *Sueton. in Claud.* c. 37. Irrumpere Appius nuntiatus, arcessi statim, ac mori jussus est. *Plin.* l. 12. c. 19. Alexandri classibus Arabia odore primum nuntiata in altum.

NUNTĬO, *et* Nuncio, as, avi, atum, a. 1. *to announce, bring news, bear tidings, tell, report, declare, relate, inform, make known, advise, warn,* ἀγγέλλω, renuntio, per nuntium significo, nuntium fero, apporto, moneo. *Cæs.* l. 5. *B. Gall.* cap. 10. Equites ad Cæsarem venerunt, qui nuntiarent, prope omnes naves afflictas esse. et lib. 4. c. 11. *extr.* Ad præfectos mittit, qui nunciarent, ne hostes prœlio lacesserent. *Nep. in Themist.* cap. 4. Misit ad regem, ut ei nuntiaret suis verbis, adversarios in fuga esse. *Terent. Heaut.* 4. 1. 5. Abi intro, atque illa si jam laverit, mihi nuntia. *bring word back. Id. Phorm.* 5. 7. 13. Id ad vos venio nuntiatum, paratum esse me. *Cic. Attic.* 1. ep. 15. Non dubito quin celerius tibi hoc rumor, quam illius nostrum litteræ nuntiarint. *Terent. Hecyr.* 4. 4. 20. Bene nuntias. *you tell me good news.* et *Heaut.* 1. 2. 10. Voluptatem magnam nuntias. *Plaut. Stich.* 2. 2. 67. Nuntiare nuntium exoptabilem. *Cic.* 4. *Acad.* c. 25. Quid est quod percipi possit, si ne sensus quidem vera nuntiant? *declare the truth? Tacit.* 16. *Ann.* c. 11. Ergo nuntiat patri, abjicere spem, et uti necessitate. ¶ Passive, et impersonaliter. *Cæs.* l. 3. *B. Gall.* c. 36. Hoc adeo celeriter fecit, ut simul adesse, et venire nuntiaretur. *word was brought.* et lib. 1. c. 14. Jam jam adesse ejus equites nuntiabantur. *they reported, that,* &c. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 76. Utinam meus nunc mortuus pater ad me nuntietur. *Plin.* l. 3. ep. 7. Modo nuntiatus est Silius Italicus inedia vitam finisse. *there is a report just now that Silius Italicus has terminated,* &c. *Cic. init.* 1. *Acad.* Nuntiatum est nobis a M. Varrone, venisse eum Roma. *from M. Varro.* et *Fam.* 11. ep. 12. Ita Romam erat nuntiatum fugisse Antonium. *Id.* 7. *Verr.* cap. 16. Cum paulo esset de hoc incommodo nuntiatum. *Tacit. Ann.* 2. c. 64. Simul nuntiato, regem Artaxiam Armeniis a Germanico datum, decrevere patres, ut, &c. *h. e.* cum nuntiatum esset. ¶ Nuntiare salutem, *to give one's compliments to,* &c. *make one's respects to,* &c. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 38. Salutem multam dicito patrono. *Curc.* nuntiabo. *my service to,* &c.—*I will attend to what you say. Cic.* 4. *Attic.* ep. 10. Misit ad me statim, qui salutem nuntiaret. ¶ *Nuntiare horas,* quota hora sit, docere. *to tell the hour, tell what o'clock it is. Martial.* l. 8. epigr. 67. Horas quinque puer nondum tibi nuntiat. *Id.* l. 10. epigr. 48. Nuntiat octavam Phariæ sua turba juvencæ. *Tacit. Ann.* 15. c. 30. Initia vigiliarum per centurionem nuntiari. ¶ Est etiam denuntiare, indicere, jubere, *to intimate, enjoin. Tacit. Ann.* 2. c. 65. Deligit centurionem, qui nuntiaret regibus, ne armis disceptarent. et cap. 79. item lib. 11. c. 37. Jubet nuntiari miseræ, dicendam ad causam postero die adesset. ¶ Item deferre, manifestare, *to make a deposition. Paul. Dig.* lib. 49. tit. 14. leg. 44. Delator non est, qui protegendæ causæ suæ gratia, aliquid ad fiscum nuntiat. Ita *Torrentin.* at *Haloand.* habet *denuntiat. Papinian. ibid.* leg. 39. Causam pecuniæ fisco nuntiare. *Paul.* lib. 29. tit. 5. leg. 22. Cum heres decessisset, exstitit qui bona nuntiaret. ¶ *Nuntiare novum opus,* est denuntiare, ne quid novi operis fiat. V. *Nuntiatio. Ulpian.* lib. 4. tit. 7. leg. 3. Opus novum si tibi nuntiaverim, tuque eum locum alienaveris, et emptor opus fecerit. *Pompon.* l. 11. *tit. ult.* leg. 3. Si propius ædes tuas quis ædificet sepulcrum, opus novum nuntiare poteris. *protest against, compel him to desist from.* Rursus *Ulpian.* lib. 43. tit. 20. leg. 3. *ad fin.* Si quis rivum reficienti opus novum nuntiat. [¶ Particip. *nuntians, nuntiaturus* apud *Cic. in Pison.* c. 19. Hujus unius litteris nuntiantibus non crederet? *Liv.* l. 29. c. 22. Tamquam victoriam nuntiaturi Romam essent.] ¶ De ratione scribendi V. in *Nuntius, ii.*

NUNTĬUM, *et* Nuncium, ii, n. *news, tidings, advice; a message,* idem quod nuntius, res, quæ nuntiatur. *Servius ad Æn.* 6. v. 456. Qui nuntiat, genere tantum dicitur masculino: quod autem nuntiatur, licet neutro dicatur apud Catullum, tamen invenitur etiam masculino. *Id.* ad 11. *Æn.* v. 896. Nuntius est, qui nuntiat: nuntium, quod nuntiatur. *Varr.* l. 5. *de L. L.* c. 9. Ubi noctu in templum censura auspicatur, atque de cælo nuntium erit. *Al. leg.* nuntiatum. *Catull.* carm. 62. *de Aty,* v. 75. Geminas deorum ad aures nova nuntia referens. *Plaut. Mercat.* 5. 2. 66. Opta ergo ob istuc nuncium quidvis tibi. *Al. leg.* istunc. *Sedul.* l. 2. v. 474. sævumque tyrannum Grandia sollicitis perturbant nuntia dictis. Adde *Lucret. Liv. Tibull. Apulei.* quorum loca afferunt Critici magni nominis, neutrum genus constanter defendentes. Contra alii non minoris subsellii negant nisi masculine usurpari: locaque allata vel ex MSS. vel ex conjectura mutant, aut aliter interpretantur. ¶ Adjective adhiberi videtur (alii volunt substantive poni) apud *Tibull.* l. 3. el. 4. v. 5. Divi vera monent. venturæ nuntia sortis Vera monent Thuscis exta probata viris. *Al. ita distinguunt.* Divi vera monent venturæ nuntia sortis: Vera monent Thuscis exta probata viris. *Lucret.* l. 6. v. 75. simulacra feruntur In mentes hominum divinæ nuntia formæ. (Adde lib. 4. v. 705. et 1027.) *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 10. habes animi nuntia verba mei. ¶ Item in feminino. *Tibull.* l. 2. el. 1. v. 25. viden', ut felicibus extis Significet placidos nuntia fibra deos? *Ovid. Heroid.* ep. 6. v. 9. Cur mihi fama prior, quam nuntia littera venit?

NUNTĬUS, a, um. V. in voce præced.

NUNTĬUS, *et* Nuncius, ii, m. *news, tidings, intelligence, advice; a message,* ἄγγελμα, ἀγγελία, res quæ nuntiatur. *Cic. pro Balb. c. ult.* Nolite, hunc illi acerbum nuncium velle perferri, ut, &c. *Id. Attic.* l. 3. ep. 17. De Q. Fratre nuntii nobis tristes, nec varii venerunt. *Virg.* 11. *Æn.* v. 896. Interea Turnum in silvis sævissimus implet Nuntius, et juveni ingentem fert Acca tumultum. *Cic. pro Rosc. Amer.* c. 7. Exoptatum nuntium alicui afferre. *Id.* 2. *Fam.* ep. 19. Optatissimum nuntium accipere. *Terent. Heaut.* 3. 1. 18. apportare alicui. *Plaut. Stich.* 2. 2. 67. exoptabilem nuntiare. *Cic. pro Ligar.* c. 3. perferre. *Liv.* l. 4. c. 41. ferre ad aliquem. *Id.* l. 3. c. 6. Pro tristi nuntio tristiorem domum referentes. *Apul. initio* l. 7. *Metam.* Talem collegio suo nuntium fecit. ¶ Item mandatum, jussum, *a command, order, injunction. Nep. in Chabr.* c. 3. Athenienses certam diem Chabriæ præstituerunt, quam ante, &c. Hoc ille nuntio, &c. *Cic. Fam.* 12. ep. 24. Quos Senatus ad denuntiandum bellum miserat, nisi legatorum nuntio paruisset. ¶ Est etiam qui nuntiat, *a messenger, bearer of tidings, harbinger,* ἄγγελος. *Plaut. Stich.* 2. 1. 1. Mercurius, Jovis qui nuntius perhibetur, nunquam æque patri suo nuntium lepidum attulit, quam ego nunc meæ heræ nuntiabo. *Cic. pro Quint.* c. 25. *extr.* O hominem fortunatum, qui ejusmodi nuncios, seu potius Pegasos habet! *Id.* 12. *Fam.* ep. 10. Nos de Dolabella quotidie quæ volumus, audimus, sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore nuntio. *Virg.* 2. *Æn.* v. 547. referes ergo hæc, et nuntius ibis Pelidæ genitori. *Cic.* 14. *Phil.* c. 7. *ad fin.* Litteris, nuntiis, cohortationibus omnes ad patriæ præsidium excitare. *Cæs.* l. 1. *B. Gall.* c. 26. Litteras et nuntios mittere ad aliquem. et lib. 4. c. 19. dimittere in omnes partes. *to despatch messengers into all quarters. Cic. Attic.* l. 11. ep. 24. Facere aliquem certiorem per nuntium, quid actum sit. *Paul. Dig.* lib. 18. tit. 1. leg. 1. *extr.* Emptio et inter absentes contrahi potest, et per nuntium, et per litteras. *by means of a third person,* per internuntium. ¶ *Nuntium uxori remittere* apud *Cicer.* l. 1. *de Orat.* c. 40. et 56. et 1. *ad Attic.* ep. 13. est uxorem dimittere, et cum ea divortium facere, *to divorce.* Porro *remittere* pro simplici *mittere* hic ponitur: et ipsum *mittere* usurpatur ab *Ulpiano Dig.* lib. 24. tit. 2. leg. 4. et tit. 3. leg. 22. *circa med.* Dicitur etiam de uxore a viro per divortium discedente, ut est apud *Cicer. in Top.* c. 4. Præterea *nuntium* intelligimus ipsum divortii libellum, in quo perscribebatur *res tuas tibi habeto,* ut in *Divortium* adnotavimus. *a bill of divorce.* Unde *Papinian.* lib. 24. tit. 2. leg. 7. Si pœnituit eum, qui libellum divortii tradendum dedit. ¶ Etiam in sponsalibus locum habet, cum dissolvuntur, perscripta formula, *conditione tua non utor,* quam *Caius* lib. 24. tit. 2. leg. 2. recitat. *Ulpian.* lib. 23. tit. 2. leg. 45. Si invito patrono nuntium sponsa liberta remiserit. ¶ Denique etiam parentes, ac tutores dicuntur nuntium remittere, cum nuptialem contractum dirimunt. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 74. Ego adeo jam illi remittam nuntium affini meo: dicam ut aliam conditionem filio inveniat suo. *Ulpian.* lib. 23. tit. 1. leg. 6. Si puellæ tutores ad infringenda sponsalia nuntium miserint. *Id.* lib. 24. tit. 1. leg. 32. *a med.* Si socer nurui nuntium miserit. ¶ *Nuntius* de femina, ut *dux, auctor. Val. Flacc.* l. 2. v. 141. Huic dea cum lacrymis et nota veste Neæræ, Icta genas: utinam non hic tibi nuntius essem, O soror. ¶ Ad scriptionem quod attinet, *Manut.* et *Dausqu.* per *c* scribi volunt, ita præferentibus lapidibus aliquot: sed non desunt qui per *t,* et *Virgilius Carpensis* et antiquissimum horum *Cenotaph. Pisanum C. Cæsaris,* quod orthographiam aureæ ætatis demonstrat. Quare *t* retinent *Norisius,* et *Cellar.*

NUPER, *not long ago, not long since, but a little while ago, but a few days back, lately, of late, recently,* νεωστὶ, πρῴην, ἄρτι, non longo ante tempore, paucis ante diebus: quasi *noviper,* inquit *Festus:* vel quasi *novo opere,* ut *topper,* toto opere, ut *Scalig.* placet. *Cic. Verr.* 6. c. 3. Nuper: et quid dico, nuper? immo vero modo, ac plane paulo ante vidimus. *Id. Attic.* l. 14. ep. 7. De quo sum nuper tecum locutus. *Id.* 1. *de Orat.* c. 19. Is, qui nuper Romæ fuit, Menedemus hospes meus. *Id. pro Ligar.* c. *ult.* Fac quod fecisti nuper in curia, nunc idem in foro. *Id. in Divin. Verr.* c. 20. Nuper, cum in Gabinium Pis[o] delationem nominis postularet. *Id.* 1. *de Invent.* c. 17. *med.* Ab adversarii dicto exordiri, et ab eo potissimum quod ille nuperrime dixerit. *Horat.* l. 1. od. 14. v. 17. Nuper sollicitum quæ mihi tædium, Nunc desiderium, curaque non levis. *Gell.* l. 2. c. 23. Nuper adeo usus hujus rei nobis venit. *Plaut. Trucul.* 2. 5. 43. Nunc huc remi[t]sit nuper ad me epistolam. *Apulei.* l. 9. *Metam.* istud quod nunc nuper commentus est. *Symmach.* l. 1. ep. 6. (*al.* 3.) Nunc nuper ad vos prædium lege venit. *nunc nuper* idem fere est quod *nuper.* ¶ De longiori ante tempore, *Cic.* 1. *de Divin.* c. 39. *ad fin.* Neque ante philosophiam patefactam, quæ nuper inventa est. *newly discovered. Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 50. Ea, quæ nuper, id est paucis ante sæculis reperta sunt. [†V. *Ernest. Clav. Cic.* in v. *eundem*que et *Lipsium* ad *Tacit. Germ.* c. 2.] ¶ Antea, et usque ad hoc tempus. *Horat.* l. 1. od. 26. v. 1. Vixi puellis nuper idoneus, Et militavi non sine gloria: Nunc, &c. *until now, hitherto.*

NUPĔRUS, a, um, *late, new, recent, fresh,* qui nuper fuit, recens, νέος. *Plaut. Capt.* 3. 5. 60. Recens captum hominem nuperum et novitium te perdocere. *Terent. Heaut.* 1. 1. Quamquam hæc inter nos nupera notitia admodum est. Al. leg. *nuper.* et *Flor.* l. 4. c. 2. *a med.* Elephanti bellorum rudes, et nuperi a silva. Al. leg. *nuper. newly come.* ¶ De superlativo hæc *Priscian.* lib. 3. pag. 606. *Putsch.* Nuperrimus etiam proferebant antiquissimi: unde adverbium posuit Cicero, nuperrime. qui superlativus magis ab adverbio in *er* desinente videtur nasci.

NUPTA, æ, f. *a spouse, wife,* νύμφη, quæ nupsit. *Terent. Adelph.* 4. 7. 33. Et nova nupta eadem hæc discet. *a bride, new-married wife. Ovid.* 2. *Fast.* v. 794. Et veni in thalamos, nupta pudica, tuos. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 613. Nupta virum timeat: rata sit custodia nuptæ. *Id. de remed. amor.* v. 773. Quid, Menelae, doles? ibas sine conjuge Creten, Et poteras nupta lentus abesse tua.

NUPTALITĬUS. V. *Nuptiarius.*

NUPTĬÆ, arum, f. *a wedding-day; the marriage ceremony; a marriage, wedding; nuptials, matrimony, wedlock,* γάμος, festus matrimonii dies, ritus et hilaritas in uxore ducenda: a *nubo. Cic. Q. Fr.* l. 2. ep. 3. *ad fin.* Eo die apud Pomponium in ejus nuptiis eram cœnaturus. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 54. Renuntiare repudium, rebus paratis, atque exornatis nuptiis. et 2. 1. 35. nuptias adornare. et 2. 2. 83. et 2. 4. 9. facere. *Terent. Phorm.* 4. 4. 20. apparare. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 15. Coquere cœnam ad nuptias. *to cook a wedding-dinner. Cic. pro Cluent.* c. 12. *extr.* Quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt. erant enim non matrimonii dignitate, sed sceleris societate conjunctæ. *Id.* 13. *Attic.* ep. 29. Cornifi-

cia vetula sane, et multarum nuptiarum. *Horat.* l. 3. od. 11. v. 11. Nuptiarum expers. *unmarried. Nep. in Attic.* c. 5. Conciliare nuptias. *Valer. Max.* l. 9. c. 1. n. 9. Nuptiis inter se jungi. *Terent. Andr.* 3. 4. 23. In nuptias aliquem conjicere. *et ibid.* v. 16. Nuptias alicui efficere. *h. e.* conciliare. *Id. Phorm.* 2. 1. 28. conficere. ¶ De concubitu. *Justin.* l. 31. c. 6. *Petron. in Satyr.* c. 26. et *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 34.

NUPTIĀLIS, le, *of or pertaining to marriage, nuptial, bridal,* γαμικὸς, ad nuptias pertinens. *Cic. pro Cluent.* c. 9. Nuptialia dona. et c. 6. et *Horat.* l. 3. od. 11. v. 33. Nuptiales faces. *nuptial torches. Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 33. tibiæ. *h. e.* quibus in nuptiis canitur. *Plaut. Cas.* 5. 1. 2. ludi. *Id. Curcul.* 5. 2. 61. et *Sueton. in Calig.* c. 25. Nuptialis cœna. *Senec. in Med.* v. 986. dies. *Catull. in carm. nupt.* 60. v. 12. Nuptialia carmina. *Quintil.* l. 1. c. 7. (*al.* 13.) *a med.* sacra. *Plin.* l. 21. c. 8. flammea.

NUPTIALITER, adverb. *as on a wedding-day,* νυμφικῶς, more nuptiarum. *Martian. Capell.* l. 6. pag. 227. Venus nuptialiter læta.

NUPTIARIUS, a, um, nuptialis. *Paul. Dig. l. ult. tit. penult.* leg. 194. Donum natalitium, nuptiarium. *Torrentini* editio hab. *nuptalitium.*

NUPTIĀTOR, oris, m. nuptiarum amator. *Hieronym.* l. 1. *advers. Jovinian.* c. 23.

NUPTO, as, frequentat. a nubo. *Tertull. in Sodoma,* v. 45. Quo nullæ nuptant animæ.

NUPTŬLA, æ, f. parva nupta. *Varr.* apud *Non.* c. 4. n. 330. Pueri obscenis verbis novæ nuptulæ aures returant. Al. leg. *nuptæ,* et ipse *Non.* ita refert c. 2. n. 749.

NUPTURĬO, is, n. 4. *to desire to marry,* nubere cupio, γαμησείω. *Martial.* lib. 3. epigr. 93. Gaudes ducentas nupturire post mortes. *Apul. in Apolog.* Sponte eam diceres jam olim nupturisse.

NUPTUS, a, um, *given in marriage, married, wedded,* matrimonio junctus: et dicitur de feminis. *Cic. pro Sext.* c. 3. Ex qua hic est puer, et nupta jam filia. *Id. Verr.* 6. c. 61. Viri quibuscum illæ nuptæ erant. et *Verr.* 7. c. 13. *extr.* Mulier nupta uni, proposita omnibus. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. ep. 5. *a med.* Filiam tuam adolescentibus primariis nuptam fuisse. ¶ De arboribus. *Plin.* l. 18. c. 28. *circa med.* Populus alba vitibus nupta. ¶ Substantive V. *Nupta.* ¶ *Novus nuptus* apud *Plaut. Cas.* 5. 1. 6. est vir sub specie feminæ ductus in ludicris nuptiis. Affertur hic locus etiam a *Prisciano* l. 8. p. 789. *Putsch.* ¶ *Verba nupta,* inquit *Festus,* dicebantur ab Antiquis, quæ virginem dicere non licebat, ut Plautus in Dyscolo: Virgo sum, nondum didici nupta verba dicere.

NUPTUS, us, m. *marriage, wedlock,* nuptiæ, matrimonium. *Stat.* l. 1. silv. 5. v. 45. Illa quidem nuptumque prior, tædasque marito Passa alio. *having been married before. Aurel. Vict. de vir. illustr.* c. 59. Eo die Numantini forte solemni nuptu filias locabant. ¶ *Nuptui collocare,* in matrimonium dare. *to dispose of in marriage. Colum. sub fin.* c. 3. l. 4. Minorem filiam nuptui collocasse in dimidia parte agri. ¶ *Nuptum dare, mittere, collocare,* idem. *Terent. Hecyr.* 4. 1. 15. *Sallust. in fragm.* l. 2. *Histor.* apud *Arusian. Mess.* et *Cæs.* lib. 1. *B. Gall.* cap. 18. Sed hac forma supinum dicitur a Grammaticis. V. *Nubo. Nuptui collocare* dixit *Colum. in fin.* c. 3. l. 4. [† V. *Supra.*] *Nuptui dare* legitur a quibusdam apud *Valer. Max.* l. 4. c. 4. n. 10. et l. 7. c. 1. n. 1. ab aliis *nuptum.*

NURSĪNUS, a, um, ad Nursiam pertinens, quod est Sabinorum oppidum, cujus ager raporum, et naporum optimorum ferax. Frigida Nursia dicitur a *Virgil.* 7. *Æn.* v. 715. Nursina rapa laudant *Plin.* l. 18. c. 13. *a med.* et *Colum.* l. 10. v. 421. item napa *Id. Plin.* l. 19. c. 5. post Amiterna. Hinc *Martial.* l. 13. epigr. 20. cujus lemma *Napi.* Hos Amiternus ager felicibus educat hortis. Nursinas poteris parcius esse pilas. ¶ *Nursini, orum,* populi. *Plin.* l. 3. c. 12.

NURTĬA. V. *Nortia.*

NURUS, us, f. *a daughter-in-law,* νυὸς, ἐννυὸς, uxor filii: cui respondet socer, et socrus. *Terent. Hecyr.* 2. 1. 4. Uno animo omnes socrus oderunt nurus. *Cic.* 2. *Phil.* cap. 24. Rejecta mater amicam impuri filii, tamquam nurum, sequebatur. *Ovid. in Ibin,* v. 351. Qua poterat Tydeus erubuisse nuru. *Id.* l. 6. *Fast.* v. 729. Jam tua, Laomedon, oritur nurus. *h. e.* Aurora uxor Tithoni Laomedontis filii, ut est apud *Hygin.* fab. 270. *Id. Metam.* 12. v. 216. Cinctaque adest virgo matrum, nuruumque caterva. ¶ Improprie sic dicitur etiam sponsa filii, nondum uxor, ut docet *Ulpian. Dig.* l. 23. tit. 2. leg. 12. et l. 38. tit. 10. leg. 6. ¶ Latiore significatione non tantum uxor filii, sed et nepotis, et pronepotis hac appellatione continetur: licet alii has *pronurus* appellent. *Paul.* l. 23. tit. 2. leg. 14. *ad fin.* et l. 50. tit. 16. leg. 50. et *Ulpian.* l. 2. tit. 8. leg. 2. l. 3. tit. 1. leg. 3. *ex Pomponio,* et l. 37. tit. 5. leg. 8. *ad fin.* ¶ Poetis universim quascumque nuptas significat, *matrons,* et quascumque feminas, ut et *Serv. ad Æn.* v. 501. docet. *Ovid.* 2. *Met.* v. 365. De ramis electra novis: quæ lucidus amnis Excipit, et nuribus mittit gestanda Latinis. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 248. Inque nurus Parthas dedecus illud eat. *Martial.* l. 4. epigr. 75. O felix animo, felix Nigrina marito, Atque inter Latias gloria prima nurus. *Lucan.* l. 1. v. 164. cultus gestare decoros Vix nuribus rapuere mares. *Stat.* 5. *Theb.* v. 200. vigilant nuptæque, nurusque In scelus. *h. e.* virgines aliquando nurus futuræ.

NUS, νοῦς, h. e. mens, unus ex æonibus Valentiniani. *Tertull. advers. Valentin.* c. 7. et 9.

NUSCICIO, onis, f. V. in voce sequenti.

NUSCICIŌSUM Ateius Philologus ait appellari solitum, qui propter oculorum vitium parum videret. At P. Opilius Aurelius, nusciciones esse cæcitudines nocturnas: Ælius Stilo, qui plus videret vesperi, quam meridie, nec cognosceret, nisi quod usque ad oculos admovisset. *Festus.* V. *Luscíosus,* et *Nyctalops.*

NUSPĬAM, adverb. *nowhere,* nullo in loco: a *ne,* et *uspiam. Gell.* l. 5. c. 4. Librarius in quodvis pignus vocabat, ni in una nuspiam littera delictum esset. Alii leg. *si in una uspiam,* aut *usquam.* [† Alii *ni nusquam.*]

NUSQUAM, adverb. *in no place, nowhere,* οὐδαμοῦ, nullo in loco: a *ne,* et *usquam. Cic.* 1. *de Legib.* c. 15. Sive est illa scripta uspiam, sive nusquam. *Id. de Senect.* c. 22. Nolite arbitrari, me, cum a vobis discessero, nusquam, aut nullum fore. *Id.* 4. *Acad.* c. 32. Illud sit disputatum non inesse in his propriam, quæ nusquam alibi esset, veri et certi notam. *Terent. Adelph.* 4. 2. 1. Fratrem nusquam invenio gentium. *nowhere on earth; nowhere in the world.* ¶ *Nusquam non* est ubique. *every where. Plin.* l. 24. c. 1. Parente rerum omnium nusquam non remedia disponente homini. ¶ Cum verbis motus. *no whither, to no place. Terent. Eun.* 2. 2. 50. Profecturus alio fueras. P. Nusquam. *Id. Adelph.* 2. 2. 38. Nusquam abeo. *Asin. Poll. ad Cicer.* l. 10. *Fam.* ep. 32. *ad fin.* Finibus meæ provinciæ nusquam excessi. *Auct. ad Herenn.* l. 2. c. 2. Nusquam ventum, aut abitum sine causa putetur. ¶ *Nusquam esse,* nullum esse, non esse. *Paul. Dig.* lib. 47. tit. 2. leg. 38. Liberarum personarum nomine licet furti actio sit, condictio tamen nusquam est. *Horat.* l. 2. sat. 5. v. 101. ergo nunc Dama sodalis nusquam est. *h. e.* mortuus est. ¶ Pro nulla in re. *Cic.* 3. *ad Q. Fr.* ep. 1. c. 2. Præstabo, sumptum nusquam melius posse poni. [† *Plaut. Men.* 5. 2. 30. Nusquam equidem quicquam deliqui.] ¶ Pro nullam ad rem. *Id.* 1. *de Fin.* c. 9. Ut ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam. *Liv.* l. 7. c. 18. Plebem nusquam alio natam, quam ad serviendum.

NUTABĬLIS, le, adject. *nodding, tottering,* nutans, vacillans. *Apulei. de Deo Socrat.* Regni nutabilis suggestus.

NUTABUNDUS, a, um, adject. nutans. *Solin.* c. 27. (*al.* 40.) *ante med.* Capite utrinque secus nutabundo serpit. *Al. rectius leg.* nitibundo. *Apul.* l. 9. *Metam.* Miles nutabundus, et tot plagarum dolore saucius. *staggering, reeling.* Adde *Lactant.* l. 6. c. 3.

NŪTĀMEN, inis, n. *a nodding or waving,* nutatio. *Sil.* l. 2. v. 399. Albentes niveæ tremulo nutamine pennæ.

NUTANS, antis, *nodding, waving, wavering, ready to fall, tottering, vacillating,* νεύων, vacillans, huc illuc vergens, titubans. *Senec. in Œdip.* v. 403. Effusam redimite comam nutante corymbo. *Martial.* l. 5. epigr. 12. Quod nutantia fronte pertinaci Gestat pondera Masclion superbus. *Ovid.* de Somno, l. 11. *Metam.* v. 619. Vix oculos tollens, iterumque iterumque relabens Summaque percutiens nutanti pectora mento. *Lucan.* l. 8. v. 48. nutantia vela carinæ. et l. 1. v. 495. quatiente ruina Nutantes pendere domos. et l. 4. v. 393. Felix qui potuit, mundi nutante ruina, Quo jaceat, jam scire loco. *Tacit.* 4. *Hist.* c. 30. Suspensum et nutans machinamentum. *Catull. de coma Beren.* carm. 65. v. 53. impellens nutantibus aera pennis. *moving to and fro, flapping.* [† Miltonus: *with quick fan Winnows the buxom air.*] ¶ Translate *Tacit.* 3. *Hist.* c. 40. Nutantem hostem prævenire. *hesitating.* et c. 18. Nutantem aciem victor equitatus incursat. *wavering, giving way.* et l. 1. c. 2. Turbatum Illyricum, Galliæ nutantes. *h. e.* dubiæ fidei. *fickle, not to be relied on. Valer. Flacc.* l. 7. v. 153. nutantem Colchida curis. *Juvenal.* sat. 15. v. 156. protegere armis Lapsum, aut ingenti nutantem vulnere civem. *Sueton. in Vespas.* c. 8. Nutantem rempubl. stabilire. [† ¶ Capitis inclinatione aliquid significans. *Hor. Sat.* 1. 9. 64. Nutans, distorquens oculos. *Qui fere sensus vocis primarius est. V. Nuto.*]

NUTATĬO, onis, f. *a nodding,* actus nutandi, νεῦσις. *Plin.* l. 11. c. 37. sect. 49. a cerebro proficiscitur somnus: hinc capitis nutatio. [† *Quintil.* 11. 3. Reprehendenda est et illa frequens et concitata in utramque partem nutatio. *a moving of the body from one side to the other.*] ¶ Translate *Plin. alter in Paneg.* c. 5. Cogi porro non poteras, nisi periculo patriæ, et nutatione reipublicæ.

NUTO, as, avi, atum, n. 1. *to nod or make signs with the head, shake or wag the head, beckon,* νευστάζω, capitis inclinatione aliquid significo: frequentativum a *nuo* inusitato: quod a νεύω. *Plaut. Asin.* 4. 1. 39. Neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat. *Id. Milit.* 2. 2. 52. Eccere autem capite nutat: non placet, quod reperit. *Sueton. in Calig.* c. 38. Crebro capitis motu nutans. *Plaut. Men.* 4. 2. 49. Nutat, ne loquar. ¶ Est etiam huc illuc inclinari, agitari, vacillare, casum minari. *to wave, nod, shake, totter, be ready to fall. Virg.* 2. *Æn.* v. 629. *de orno.* Et tremefacta comam concusso vertice nutat. *Lucan.* l. 6. v. 136. Tum quassæ nutant turres, lapsumque minantur. *Liv.* l. 4. c. 37. *ad fin.* Nutant circumspectantibus galeæ, et incerti trepidant. *Lucan.* l. 7. v. 244. Casuram fatis sensit nutare ruinam. [† *Virgil. Æn.* 9. 682. Geminæ quercus sublimi vertice nutant. *wave to and fro.*] ¶ Translate est titubare, incertum esse, dubitare. *to hesitate, doubt, waver, be perplexed or unsettled, be uncertain or doubtful. Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 43. Etiam Democritus nutare videtur in natura deorum. *Stat.* 8. *Theb.* v. 614. Nutat utroque timor, quemnam hoc certamine victum, Quem vicisse velint. *Tacit.* 2. *Hist.* c. 98. Ac primo Festus legatus studia provincialium cum fide juvit. mox nutabat, palam Vitellium, occultis nuntiis Vespasianum fovens, et hæc, illave defensurus, prout invaluissent. et lib. 4. c. 52. Tanto discrimine urbs nutabat, ut decem, haud amplius, dierum frumentum in horreis fuerit, cum a Vespasiano commeatus subvenere. ¶ Pro inclinari, propendere, *to bend, incline, Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 263. dum rami pondere nutant. *Plin.* de vite per se stante lib. 17. c. 22. Huic vineæ trium pedum altitudo excelsior nutat. *h. e.* si ultra tres pedes protendatur, non stat recta amplius, sed flectitur, et curvatur. ¶ Translate *Stat. Theb.* 4. 196. nam regum animos, et pondera belli Hac nutare videt, pariter ni providus heros Militet. *to incline, tend. Flor.* l. 3. c. 10. Nutante in fugam exercitu. V. alia in *Nutans.* [¶ Particip. *nutaturus* apud *Plin. in Paneg.* c. 26. Defectum corpore caput, nutaturumque instabili pondere tuetur.]

NUTRIBĬLIS, le, adject. *nutritive, nutrimental, nutritious,* qui nutrire potest, ut Cibi nutribiles, apud *Cœl. Aurelian. Tard.* l. 4. c. 3. *sub fin.* et Nutribiliores succi, lib. 5. c. 10. *ad fin.*

NUTRICATĬO, onis, f. *nutrication, the act of nursing,* actus nutricandi. *Gell.* l. 12. c. 1. Ne ad dolores, quos in enitendo tulisset, munus quoque nutricationis grave ac difficile accederet. *Apul.* l. 2. *de dogm. Plat. sub fin.* Puerorum nutricationes.

NUTRICĀTUS, us, m. *a nursing, rearing, bringing up, growing,* idem ac nutricatio. *Varr.* l. 1. *R. R.* c. 47. Non modo non evellenda in nutricatu, sed etiam non calcanda. [† *Id. R. R.* 2. 1. De nutricatu (*pecoris*) quæ observari oporteat. *Id. ibid.* 3. 9. Gallinæ in nutricatu occupatæ.] *Plaut. Mil.* 3. 1. 55. Plane eductus in nutricatu Venereo. [† Cf. *Macrob. Saturn.* 5. 11.]

[* NUTRICĬO, onis, m. idem ac nutricius. *Inscript.* apud *Murator.* pag. 1891. n. 8. Juliæ Gaudentiæ filiæ dulcissimæ nutriciones contra votum fecerunt. Sic in *Inscript. Aquilei.* apud *Bertoli* n. 227. pag. 198.]

NUTRICĬUS, *et* Nutritius, a, um, *that nurses, nursing, of a nurse, nutritious,* ad nutriendum, seu nutricandum, vel ad officium nutricis pertinens. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 1. *ante med.* Quis Faustulum nescit pastorem fuisse nutricium, qui Romulum et Remum educavit? *Colum.* l. 3. c. 13. *circa med.* Humus radices tenero velut nutricio sinu recipit. *Arnob.* l. 2. pag. 58. Nutriciæ curæ. ¶ *Nutricius, ii,* qui nutricatur, educator, *a fosterfather, tutor, governour. Cæs.* l. 3. *B. Civ.* c. 107. *extr.* Erat in procuratione regni, propter ætatem pueri, nutritius ejus eunuchus, nomine Pothinus. ¶ De eo, qui plantas nutrit, *Plin.* l. 18. c. 24. *ad fin.* Favonius afflatu nutritium exercebit. ¶ *Nutricia, æ,* quæ nutrit, educatrix, *a nurse, governess, tutoress. Hieronym.* ep. 27. *ad Eustoch. epitaph. Paulæ, ad fin.* ¶ *Nutricium, ii,* nutricatus, nutricatio. *a nursing. Senec. de consol. ad Helv.* c. 17. Illius pio maternoque nutricio per longum tempus æger convalui. *Manil.* l. 3. v. 133. Omniaque infantum mixta nutritia turba. *Arnob.* l. 5. pag. 163. Nutricia ducere ab aliquo. *aliment, nourishment.* ¶ *Nutricia, orum,* merces nutricis, *a nurse's wages,* τὰ θρεπτήρια. *Ulpian. Dig.* lib. 50. tit. 13. leg. 1. *sub fin.* Nutricia eousque producemus, quoad infantes uberibus aluntur.

NUTRĬCO, as, avi, atum, a. 1. et

NUTRĬCOR, aris, atus sum, dep. 1. *to nourish, breed or bring up, rear,* τρέφω, τιθηνέω, nutrio, educo. *Plaut. Merc.* 3. 1. 11. Nec pecua ruri pascere, nec pueros nutricare. *Varr.* l. 2. *R. R.* c. 4. *a med.* Scrofæ nutricare octonos porcos parvulos primo possunt. et cap. 2. *a med.* Et sic nutricantur agni, quoad facti sunt quadrimestres. et lib. 1. c. 23. Et apricis locis, ut ibi seras violam, et hortos facias: quod ea sole nutricantur. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 34. Omnium rerum parens, ut ita dicam, atque educator est mundus: omniaque, sic ut membra, et partes suas, nutricatur et continet. *Apul. in Apolog.* Eum paupertas nutricata est. [¶ Particip. *nutricans* apud *Varr. R. R.* l. 2. c. 8. Cum peperit equa mulum, aut mulam, nutricantes educamus.] [† ¶ Pænultimam pro longa habendam vult *Gesnerus.* Perperam, si qua fides sit loco *Plaut.* adducto. Adde *Mil.* 3. 1. 120. Bona mea inhiant, certatim ideo nutricant et munerant. et confer *ibid.* 3. 1. 54. Atque equidem plane educatum in nutricatu Venerio. *Sic lego pro vulgato* eductum. *Metrum est utrobique trochaicum.*]

NUTRICŬLA, æ, f. *a little nurse, nurse,* τιτθὴ, diminut. parva nutrix. *Horat.* l. 1. ep. 4. v. 8. Quid voveat dulci nutricula majus alumno? *Sueton. in Aug.* c. 94. Repositus in cunas a nutricula. ¶ Translate *Juvenal.* sat. 7. v. 148. Gallia, vel potius nutricula causidicorum Africa. *the nurse, breeder. Domit. Marsus* apud *Sueton. de Grammat.* c. 16. Epirota tenellorum nutricula vatum. *Cic.* 11. *Phil.*

c. 5. Ut haberent aliquorum nutriculas prædiorum. *Id. in Vatin.* c. 2. Gellius nutricula seditiosorum. *the aider, abettor. Quintil.* declam. 13. c. 4. Volui relinquere avitos lares, et conscios natalium parietes, et ipsam nutriculam casam.

NUTRĪMEN, inis, n. idem ac nutrimentum. *Ovid.* 15. *Met.* v. 354. Naturæque suum nutrimen deerit edaci.

NUTRIMENTUM, i, n. *a nursing, nourishing, bringing up, educating; nurture, nourishment, aliment, food, nutriment,* τροφὴ, alimentum, educatio nutriendis parvulis et crescentibus. *Sueton. in Aug.* c. 6. Nutrimentorum ejus locus ostenditur in avito suburbano juxta Velitras permodicus. *Id. in Calig.* c. 9. Inter milites educabatur: per hanc nutrimentorum consuetudinem, &c. *Plin.* l. 17. c. 23. *ad fin. de vitib.* Pro nutrimento omni est raritas vulneris. *care, dressing.* ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 13. *sub fin.* Educata hujus nutrimentis eloquentia, ipsa se postea colorat, et roborat. *Virgil.* 1. *Æn.* v. 179. Suscepitque ignem foliis, atque arida circum Nutrimenta dedit. *fuel. Apulei.* l. 9. *Metam.* Iste sermo truculentiæ hominis nutrimento fuit. *Valer. Max. sub fin.* c. 1. lib. 2. Ingredientes actuosam vitam favoris nutrimentis prosequi.

NUTRĬO, is, ivi, *et* ii, itum, a. 4. *to nourish, nurse, nurture, feed, suckle, cherish, foster, breed or bring up, rear, educate,* τρέφω, alo, educo: et proprie est eorum, quæ parva sunt, et crescunt. *Ovid.* 2. *Fast.* v. 415. pueros lupa nutrit. *Plin.* l. 11. c. 40. *extr.* Balænæ, vitulique mammis nutriunt fetus. *Juvenal.* sat. 14. v. 75. serpente ciconia pullos Nutrit. *Senec. in Troadib.* v. 225. et quæ pascuo Fecunda pingui Thracios nutrit greges Syros. *Ovid. de remed. amor.* v. 45. Terra salutares herbas, eademque nocentes Nutrit. *grows, produces, yields. Id.* 8. *Met.* v. 643. ignes Suscitat hesternos, foliisque et cortice sicco Nutrit. ¶ Refertur ad curam medendi. *Liv.* l. 4. c. 52. Pestilentia cogitationes hominum ad curam corporum nutriendorum avertit. *Cels.* l. 3. c. 23. Ægrum nutrire per eos cibos, quos, &c. *to cherish, support.* et *mox.* Nutrire vires. *Id.* l. 5. c. 26. sect. 33. Repurgatum ulcus nutrire. *h. e.* implere, ut carnem, et cicatricem ducat. *to incarn. Id.* l. 6. c. 6. sect. 16. Oculorum morbi, qui lenibus medicamentis nutriuntur. *h. e.* foventur, et sanantur. *are relieved or cured. Plin.* l. 22. c. 22. *a med.* Nutrire capillum. *to nourish, cause to grow.* et lib. 21. c. 21. *a med.* Cutem in facie reliquoque corpore nutrit incorruptam. *preserves, keeps, maintains.* ¶ De plantis *Catull.* carm. 60. *epithal. ad Manl.* v. 25. Myrtum roscido humore nutrire. *Plin.* l. 19. c. 8. *a med.* Nutriri cinere vult ruta. et cap. 6. *a med.* Nutrire porrum in capita. *h. e.* ut capitatum sit. ¶ Translate *Ovid.* 1. *Fast.* v. 704. Pax Cererem nutrit: pacis alumna Ceres. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 579. Nutrire amorem. *Sil.* l. 7. v. 497. pascere ac nutrire furorem. *Senec. in Hippol.* v. 134. Qui blandiendo dulce nutrivit malum. *Val. Max.* l. 6. c. 5. n. 2. *extern.* Nutrire opes. *to increase, add to.* et *sub fin.* c. 2. l. 5. Beneficentiam exemplis nutrire atque augere. *Ovid.* 3. *ex Pont.* ep. 4. v. 25. Sed loca, sed gentes formatæ mille figuris Nutrissent carmen, prœliaque ipsa meum. et lib. 4. ep. 2. v. 25. Impetus ille sacer, qui vatum pectora nutrit. *Pers.* sat. 5. v. 144. Quid petis? ut nummi, quos hic quincunce modesto Nutrieras, pergant avidos sudare deunces? *h. e.* moderato lucro auxeras. ¶ Significat interdum a corruptione servare. *Plin.* de mensis citreis, l. 13. c. 15. *extr.* Nutriuntur optime, splendescuntque, manu sicca fricatæ, a balineis maxime. *are best preserved.* ¶ Item fovere, defendere. *Catull.* carm. 19. *de Priapo.* Hunc ego, juvenes, locum, villulamque palustrem Tectam vimine junceo, caricisque maniplis, Quercus arida, rustica conformata securi, Nutrio, magis et magis ut beata quotannis. ¶ *Nutrire vinum* est curare, et condire medicamentis inditis, ut servetur. *to cure or season. Colum.* l. 12. c. 19. *et sequentib.* eam rationem docet. *Id. ibid.* c. 30. Quanto major æstus erit, eo sæpius convenit vinum nutriri, refrigerarique, et ventilari. Hoc aliis verbis *Plin.* ita enarrat l. 14. c. 21. Dolia nunquam implenda, et quod supersit, passo aut defruto perungendum, admixto croco, pice veteri cum sapa: sic opercula doliorum medicanda, addita mastiche ac pice. ¶ *Nutribam* pro *nutriebam* (quæ positio frequens in quarta conjugatione est) *Virg. Æn.* 7. v. 484. cervus, Tyrrhidæ pueri quem matris ab ubere raptum Nutribant. Adde lib. 11. v. 572. Etiam *nutribo* pro *nutriam* dictum est, teste *Rhemn. Palæm.* pag. 1383. et *Cledon.* pag. 1914. *Putsch.* ¶ *Nutrimus* syncope pro *nutrivimus. Nemesian.* ecl. 3. v. 26. Nos etiam Nysæ viridi nutrimus in antro. Al. aliter leg. ¶ *Nutritor* deponentis forma pro *nutrito* in imperativo, *Virg.* l. 2. *Georg.* v. 425. Hoc pinguem, et placitam Paci nutritor olivam. *Priscian.* l. 8. pag. 798. docet, Veteres, ut *bellor* pro *bello*, et *comperior* pro *comperio*, &c. sic etiam *nutrior* pro *nutrio* dixisse.

NUTRĪTOR, oris, m. *a nurser, breeder, one who rears or brings up,* τροφεὺς, qui nutrit. *Stat.* 10. *Theb.* v. 228. Volucrum nutritor equorum. *Sueton. de clar. Grammat.* c. 7. M. Antonius Gnypho, ingenuus in Gallia natus, sed expositus, a nutritore suo manumissus. *Lamprid. in Alex. Sever.* c. 13. Nutritor Alexandri Severi. *the fosterfather, tutor, governour.*

NUTRITORĬUS, a, um, *nutritive, nutritious,* qui nutrit. *Theod. Priscian. de Diæta,* c. 3. Lac omne nutritorium est. *Augustin.* l. 12. *Confession.* c. 27. *sub fin.* Nutritoriæ cunæ.

NUTRĪTUS, us, m. idem ac nutrimentum. *Plin.* l. 22. c. 24. Multi senectam longam mulsi tantum nutritu toleravere.

NUTRĪTUS, a, um, *nourished, nursed, suckled, fed, bred or brought up, reared, educated,* θρεπτὸς, altus, educatus. *Horat.* l. 2. sat. 4. v. 40. iligna nutritus glande. *Ovid.* 3. *Trist.* el. 11. v. 3. lacte ferino. *Juvenal.* sat. et vers. 12. taurus finitima nutritus in herba. *Plin.* l. 17. c. 22. *ante med.* Radix vitis nutrita. *h. e.* culta. *Ovid.* 5. *Met.* v. 590. nutritaque populus unda. *Petron. in Satyr.* c. 120. *extr.* Ex quo Syllanus bibit ensis, horrida tellus Extulit in lucem nutritas sanguine fruges. *Horat.* l. 4. od. 4. v. 25. Sensere, quid mens rite, quid indoles Nutrita faustis sub penetralibus Possit. *Colum.* l. 12. c. 21. Nutritum vinum. *h. e.* curatum, conditum. V. *Nutrio. Val. Flacc.* l. 6. v. 340. Edonis nutritum missile ventis. *h. e.* hasta, cujus lignum ventosis locis crevit, et duratum est. ἀνεμοτρεφὲς ἔγχος, dixit *Homer. Iliad.* 11. v. 256. Sunt autem ligna eo validiora, quo frigidioribus et ventosioribus locis crevere. [† *Schol. Venet.* ad *Homeri* l. Διὰ τοῦ ἀνεμοτρεφὲς βούλεται σημαίνειν τὸ εὔτονον· τὰ γὰρ ἐν εὐηνέμῳ χωρίῳ φυόμενα, εὔτονα γίνεται, παλλόμενα καὶ κραδαινόμενα, διὸ καὶ τὴν Ἀχιλλέως μελίαν Πηλίου ἐκ κορυφῆς (Il. Π. 144.) λέγει τετμῆσθαι.]

NUTRIX, icis, f. *a nurse, female suckling or bringing up young,* τιθήνη, quæ lac præbet, nutrit, educat. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 39. Omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris, in os inserant. *Id.* 3. *Tuscul.* c. 1. Ut pæne cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. *Colum.* l. 8. c. 11. *ad fin.* Gallina nutrix. *a hen brooding. Ovid.* 5. *Fast.* v. 127. capra nutrix Jovis. *Propert.* l. 4. eleg. 1. v. 55. Optima nutricum lupa Martia. *Horat.* l. 1. od. 22. v. 15. Jubæ tellus leonum arida nutrix. *Arnob.* l. 4. pag. 151. Virgines perpetui nutrices et conservatrices ignis. ¶ Translate *Cic. in Orat.* c. 11. *extr.* Est enim quasi nutrix ejus oratoris, quem informare volumus. *Ovid.* 8. *Met.* v. 81. curarum maxima nutrix nox. *Claudian.* l. 1. *in Rufin.* v. 30. nutrix Discordia belli. ¶ *Nutrices,* mammæ, quibus pueri nutriuntur. *the breasts or paps. Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 18. Nymphæ Nutricum tenus exstantes e gurgite vasto. ¶ *Plin.* l. 17. c. 10. loquens de arborum satione, *nutricem* vocat eam terram, in quam tenella germina deponuntur, alio deinde transferenda, cum adoleverint. *a seminary, seedplot, nursery. Plaut.* quoque *Trin.* 2. 4. 111. *nutricem* appellat agrum, unde familiæ alimenta suppetunt. ¶ Proverbii genus est in illo *ejusd. Bacch.* 3. 3. 29. Si unam peccavisses syllabam, fieret corium tam maculosum, quam est nutricis pallium. *scilicet* nutrices dum assidue gestant puellos, et lavant, ab iis varie conspurcantur, et commaculantur.

NUTUS, us, m. *a nod, beck, sign made by shaking the head,* νεῦμα, motus capitis, quo quippiam significamus. *Virg.* 9. *Æn.* v. 106. et lib. 10. v. 115. Annuit, et totum nutu tremefecit Olympum. *Plin.* l. 6. c. 30. Quibusdam pro sermone nutus motusque membrorum est. *Lucan.* l. 4. v. 173. tantum nutu, motoque salutant Ense suos. *Ovid.* 2. *Amor.* c. 5. v. 16. Multa supercilio vidi vibrante loquentes: Nutibus in vestris pars bona vocis erat. *Id.* 2. *Trist.* v. 453. digitis sæpe est, nutuque locutus. et lib. 1. *de ar. am.* v. 138. Nec tibi per nutus accipienda nota est. [† et *Metam.* 4. 63. Nutu signisque loquuntur.] *Tibull.* l. 1. el. 2. v. 21. Illa viro coram nutus conferre loquaces. *Liv. in fin.* l. 34. Unus Scipio vel notitia rei, vel auctoritate, finire nutu discrepationem potuisset. *Cic.* 12. *Fam.* ep. 22. Nutus tuus potest hominem in civitate retinere. *Sueton. in Vespas.* c. 8. Adolescentulum fragrantem unguento nutu aspernatus, voce etiam gravissima increpuit. *Tertull. advers. Hermogen.* c. 27. Nutus digiti. *h. e.* quo supputamus. ¶ Metonymice est voluntas, quæ nutu declaratur, sive negando, sive affirmando. *will, pleasure, consent. Cic. pro Quint.* c. 30. Si fas est respirare Quintium contra nutum ditionemque Nævii. *Id. in Orat.* c. 8. Ad arbitrium et nutum alicujus totum se fingere et accommodare. *Id. Verr.* 7. c. 13. *ad fin.* Jura omnia prætoris nutu atque arbitrio meretriculæ gubernari. *Id. Fam.* 3. ep. 10. *ad fin.* Totum se ad alicujus voluntatem nutumque convertere. *Id. Catil.* 3. c. 9. Hæc omnia deorum nutu atque potestate administrari. *Id.* 1. *de Orat.* c. 43. *extr.* Auctoritate nutuque legum domitas habere libidines. *Id.* 4. *Verr.* c. 27. et *Agrar.* 2. c. 36. Ad nutum cujuspiam aliquid facere. *Id. Phil.* 7. c. 6. Paratum esse ad nutum. *Id.* 3. *Verr.* c. 31. Ad nutum præsto esse. *Lucret.* l. 4. v. 115. alterius sub nutu degitur ætas. *Virg.* 7. *Æn.* v. 592. sævæ nutu Junonis eunt res. *according to the will. Sil.* l. 4. v. 714. ac sub nutu castra fuere. *h. e.* sub potestate. ¶ Est etiam inclinatio, motusque rei pondere vergentis deorsum. *tendency downwards, inclination, gravity, weight. Cic.* 1. *Tuscul.* c. 17. Terrena et humida suopte nutu et suo pondere ad pares angulos in terram, et in mare ferri. *Id.* 3. *de Orat.* c. 45. *a med.* Terra media est, eaque sua vi nutuque tenetur. *Val. Flacc.* l. 6. v. 381. ille diu conjectis sufficit hastis: Queis gravis, nutuque cadens exterruit Idam. ¶ *Nutu* pro *nutui* V. in *Jussus, us.*

NUX, nucis, f. *a nut, fruit enclosed in a shell; a nut-tree,* καρύα, κάρυον, nomen generale est omnium pomorum, quæ operimentum, seu corticem durum habent, ut sunt juglandes, avellanæ, castaneæ, amygdalæ, nuces pineæ, &c. item arbores, quæ tales fructus ferunt. *Macrob.* l. 2. *Saturn.* c. 14. varia earum genera enumerat. Quomodo a *malo* differat, et a *pomo* V. in *Mālum. Virg. Ecl.* 2. v. 52. Castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat. *chestnuts. Plin.* l. 13. c. 5. In nucum genere pistacia nota. *Id.* l. 16. c. 25. Inter primas germinant populus, ulmus, salix, nuces. ¶ Interdum a castaneis distinguuntur. *Plin.* l. 15. c. 28. Putamine clauduntur nuces, corio castaneæ. ¶ A similitudine *nux* dicitur fructus tithymali cognomine caryitæ. *Plin.* l. 26. c. 8. sect. 40. ¶ *Nux amara* est amygdala amara. *a bitter almond. Cels.* l. 3. c. 10. *Colum.* l. 7. *c. ult.* et *Plin.* l. 15. c. 7. ¶ Sæpe dicitur de juglande. *a walnut.* De hac enim intelligendus est mos spargendi per pavimentum nuces in Veterum nuptiis: de quo *Virg. Ecl.* 8. v. 30. Sparge marite nuces, &c. Cujus rationem hanc reddit *Varr.* apud *Serv. ibid.* ut Jovis omine matrimonium celebretur, et nupta matrona sit, sicut Juno. Nam nuces in tutela Jovis sunt, ideo juglandes dictæ, quasi Jovis glandes. Alii tradunt, ideo spargi nuces, ut eo strepitu puellæ vox non exaudiatur, virginitatem deponentis. Alii (*in quibus est etiam* Festus) quod projectæ in terram tripudium solistimum faciant, quod optimum ad rem ordiendam auspicium est. Alii quod earum esca Venerem incitet. Hæc *Servius ibid.* ubi addit fabulam de Carya Dionis regis Laconiæ filia, quam Liber cum adamaret, et custoditam a sororibus habere nequiret, ipsas quidem in saxa convertit, Caryam vero in arborem sui nominis. Aliam ejus moris causam affert *Plin.* l. 15. c. 22. his verbis: Honor his (*juglandibus*) naturæ peculiaris, gemino protectis operimento, pulvinati primum calycis, mox lignei putaminis. Quæ causa eas nuptiis fecit religiosas, tot modis fetu munito: quod est verisimilius, quam quia cadendo tripudium sonivium faciant. ¶ Quod olim Cerealibus nuces mittere mos fuerit, *Sinnius Capito* apud *Fest. in fin. litt.* N. omnia missilium genera nucum nomine in eo festo significari ait, parte totum significante; nuces autem illas ustas, seu tostas mitti consuevisse, quod supra alia missilia a populo diligerentur. Hæc *Fest.* Fortasse *Sinnius* castaneas nuces intelligit. ¶ *Nuces relinquere* est omittere studia nugasque pueriles, et ad graviora, viroque digna converti. Pueri enim nucum lusibus delectantur. *to throw away our rattles, cease to be children, emerge from childhood. Pers.* sat. 1. v. 10. nucibus facimus quæcumque relictis. *Sueton. de Aug.* c. 83. Modo talis, aut ocellatis, nucibusque ludebat cum pueris minutis. ¶ *Nux cassa,* quævis res minima, et nullius pretii. *a worm-eaten or pipped nut. Horat.* l. 2. sat. 5. v. 35. Eripiet quivis oculos citius mihi, quam te Contemptum cassa nuce pauperet. ¶ *Nuce vitiosa non emam,* proverb. de quo V. in *Ciccum.* ¶ *Nil extra est in nuce duri,* aliud proverb. de quo V. in *Olea.* ¶ *Nucerum* in genitivo plur. pro *nucum* dixit *Cœlius* apud *Charis.* l. 1. pag. 40. *Putsch.*

N Y

[† NYCTĀGES, hæretici a somno nuncupati, quod vigilias noctis respuunt. *Isidor.* l. 8. *Orig.* c. 1.]

NYCTĂLOPS, ōpis, adject. *purblind, thicksighted, moon-eyed,* νυκτάλωψ, ωπος, qui vespere, et noctu parum, aut nihil videt: ὁ τῆς νυκτὸς ἀλαὸς, ut ait *Galenus.* Est autem vox Græca, a νὺξ, νυκτὸς, nox, et ὤψ, ὠπὸς, oculus. Latine *lusciosus* dicitur. *Plin.* l. 8. c. 50. *de capris.* Tradunt et noctu non minus cernere, quam interdiu: ideo si caprinum jecur vescantur, restitui vespertinam aciem his, quos nyctalopas vocant. et lib. 28. c. 11. *de iisd.* Et quoniam capræ noctu æque quoque cernant, sanguine hircino sanari lusciosos putant, nyctalopas a Græcis dictos: capræ vero jocinore in vino austero decocto. *Ulpian. Dig.* lib. 21. tit. 1. leg. 10. *a med.* Ubi homo neque matutino tempore videt, neque vespertino: quod genus Græci νυκτάλωπας vocant. ¶ Est etiam contraria significatione, qui interdiu parum, noctu magis cernit. *having eyes like an owl.* Utramque notionem agnoscit *Galen. in Isagog.* c. 15. *ad fin.* et utroque modo accipitur etiam Latinum *lusciosus,* ut ibi dictum est. *Theodor. Priscian.* l. 1. c. 10. *ad fin.* Nyctalopes vero, qui per noctem vident, et per diem obscuritatem patiuntur, sic curandi sunt. ¶ *Nyctalōpa, æ,* f. est morbus nyctalopis. *Marcell. Empir.* c. 8. *sub fin.* Ad nyctalopas abolendas lychniten lapidem, &c. ¶ Est etiam *nyctalops* nomen herbæ. V. *Chenomychon.*

NYCTEGRESĬA. V. *Egretus.*

NYCTEGRĒTON, νυκτηγρέτον, herba, quæ noctu lucet. *Plin.* l. 21. c. 11. V. *Chenomychon.*

NYCTELĬUS, Νυκτέλιος, cognomen Bacchi: a νὺξ, nox, et τελέω, perficio, quod noctu sacra ejus peragebantur. *Ovid.* l. 1. *de art. am.* v. 567. Nycteliumque patrem, nocturnaque sacra precare. ¶ *Nyctelius latex* pro vino, apud *Senec. in Œdip.* v. 492. ¶ *Nyctelia sacra,* orgia, Bacchanalia, quæ Romani sustulerunt ob turpitudinem. *Serv. ad Æn.* 4. v. 303. V. *Liv.* l. 39. c. 8. *et sequent.*

NYCTĒIS, idis, f. Νυκτηῒς, Antiopa Nyctei filia, quam

violasse Jupiter dicitur sub imagine Satyri, ex eaque Zethum et Amphionem sustulisse. *Hygin.* fab. 7. et 155. Hinc *Ovid. Metam.* 6. v. 110. ut Satyri celatus imagine pulcram Jupiter implerit gemino Nycteida fetu. *Stat.* 7. *Theb.* v. 190. noctes Herculeæ, placitusque vagæ Nycteidos ardor.

[† NYCTĔRIS, idis, f. *a rearmouse, bat,* νυκτερὶς, vespertilionis genus, tam minutis pedibus, ut eis carere videatur. *Plin.* 1. 47. Qui negant volucrem illam sine pedibus esse, confirmant et apodes habere, nycterin et drepanin.]

NYCTEUS, i, m. Νυκτεὺς, disyllab. filius Neptuni ex Celæno Ergei filia, pater Antiopæ. *Propert.* l. 3. el. 13. v. 12. V. *Nycteis.* ¶ Item unus ex equis Plutonis. V. *Alastor.*

[† NYCTICŎRAX, acis, m. *a night-raven,* corvus nocturnus, νυκτικόραξ. *Hieronym. in fine Epist. ad Suniam et Fretellam. Isidor.* l. 12. *Orig.* c. 8. Cf. *Paul. Nolan. Epist.* 40. 6. Errant, ut videtur, qui pro noctua accipiunt.]

NYCTOSTRATĒGUS, i, m. νυκτοστράτηγος, vox Græca, a νὺξ, nox, et στρατηγὸς, dux militum: in Municipiis fuit idem qui Romæ præfectus vigilum, h. e. qui cum militibus, vel familia noctu oppidum obibat arcendis incendiis, furibus terrendis, rixis dirimendis, &c. *Arcad. Dig.* lib. 50. tit. 4. *leg. ult. circa med.* ubi minus recte alii *nicostrategus.* [† Non se invenit *Auctor Appendicis,* totam vocem tanquam a *Forcellino* omissam repetens. Addit vero de novo in Ægypto vocari *Nyctostrategum* νυκτερινὸν στρατηγὸν, Constantinopoli autem νυκτέπαρχον.]

NYCTYMĔNE, es, f. Νυκτυμένη, filia Epopei regis Lesbiorum, quæ quoniam cum patre concubuerat, facinus recognoscens in silvas aufugit, et Minervæ miseratione in avem conversa est, quæ a Græcis etiam γλαὺξ, a Latinis *noctua* dicitur: a νὺξ, nox, et μένω, maneo, quasi noctem manens. *Ovid.* 2. *Met.* v. 591. patrium temerasse cubile Nyctymenen: avis illa quidem: sed conscia culpæ Conspectum lucemque fugit. Adde *Servium ad* l. 1. *Georg.* v. 403. et *Hygin.* fab. 204. et 253. *Vetus Statii Scholiast.* ad l. 3. *Theb.* v. 507. dicit, fuisse filiam Nyctei Ægyptiorum regis.

NYMPHA, æ, *et* Nymphe, es, f. *a spouse, bride, wife, matron,* νύμφη, Græca vox sponsam, vel etiam uxorem significans. *Festus:* Nuptam Græci appellant νύμφην. *Ovid. Heroid.* ep. 1. v. 27. Grata ferunt nymphæ pro salvis dona maritis. Addi solet et *Tibulli* locus l. 3. el. 1. v. 21. Sed primum nympham longa donate salute. *h. e.* amicam, dominam. Sed jampridem Critici *meritam* reposuere. *Broukhus.* autem contendit, *nuptæ* apud *Ovid.* legi debere: quod et *Heinsio* placebat. *Burman.* monet, etiam l. 2. *Fast.* v. 605. et lib. 3. v. 205. et lib. 5. v. 205. *nympham* pro *nuptam* lectum a quibusdam fuisse. Sed hæc omnia incerta: eaque significatio Græcis relinquenda est, dum certior Latina auctoritas appareat. ¶ Etymon est, ὅτι νέα φαίνεται, quia nuptæ tunc primum se conspiciendas præbent, novoque ornatu, cum nubunt. Hinc *nymphæ* dicuntur a *Plin.* l. 11. c. 16. *a med.* apes cum formam capere cœperunt. *young bees just formed.* Sic de vespis cap. 21. Fetus ipse inæqualis, ut barbaris: alius evolat, alius in nympha est, alius in vermiculo. ¶ A Poetis *Nymphæ* vocantur deæ, ex genere eorum, qui post longum ævum aliquando moriuntur, ut Fauni Panesque, ut *Servius* docet ad *Æn.* 1. v. 376. ex *Aristotele,* præsides maris, fluminum, fontium, silvarum, arborum, montium: *Nymphs of the sea, rivers, fountains, woods,* &c. peculiaribus etiam nominibus appellatæ, Nereides, Napeæ vel Naiades, Dryades, Oreades: quæ V. suis locis. Hæ diis concumbere dicuntur, et heroibus: quarum filii mortales fere sunt. Dicuntur, quæ præsunt aquis, filiæ Oceani, vel Nerei, et Doridis, item Amnium eorum, in quibus degunt. Finguntur esse in potestate Junonis, quia ut ait *Serv. ad Æn.* 1. v. 75. hæc est aer, in quo creantur nubes, unde est aqua. Nympharum aquaticarum decem et octo nomina *Virg.* recitat 4. *Georg.* v. 321. *et sequent. Ovid. Met.* 5. v. 540. Ascalaphus, quem dicitur Orphne, Inter Avernales haud ignotissima Nymphas, Ex Acheronte suo furvis peperisse sub antris. *Virg.* l. 8. *Æn.* v. 71. Nymphæ Laurentes Nymphæ, genus amnibus unde est. et lib. 10. v. 551. Silvicolæ Fauno Dryope quem Nympha crearat. *Stat.* de silva antiquissima l. 6. *Theb.* v. 94. stat sacra senectæ Numine, nec solos hominum transgressa veterno Fertur avos, Nymphas etiam mutasse superstes, Faunorumque greges. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 634. Nympha Mænalis. *h. e.* Carmenta mater Evandri. *Virg.* 7. *Ecl.* v. 21. Nymphæ, noster amor, Libethrides. *h. e.* Musæ. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 659. Invenies, qui te Nymphen Atlantida dicant. et l. 6. v. 107. Inde sata est Nymphe: Granen dixere priores. *Id.* 3. *Metam.* v. 357. vocalis Nymphe. *h. e.* Echo. [¶ Nympharum templa fuerunt publice vota et dedicata, ut ait *Cic.* l. 3. *de nat. Deor.* c. 17. De iis, quæ aquis præerant, vel quæ aquas ipsas significabant, passim occurrunt vetera monumenta, ut in *Mus. Veron.* pag. 307. n. 2. Nymphis sanct. novis repertis in villam Sardinianam .... deduct. et apud *Reines.* pag. 193. Pro salute Domini nostri sanctissimi Antonini Pii Nymphis novis sacrum Rufinus Leg. XIII. Geminæ. V. *Lympha.* ¶ Aliquando Nymphis simul ac Lymphis vota nuncupabantur et solvebantur ob aquarum inventionem. Apud *Murator.* pag. 87. n. 3. post *Reinesium* et *Gudium.* Nymphis Lymphisque August. ob reditum aquarum P. Pomponius Cornelianus commisit, ut vovit. Nymphæ istæ Genii putabantur esse, qui figura muliebri aquis præerant, iisque medendi vim aliaque tribuebant. ¶ Apud *Fabrett.* pag. 744. n. 528. Nymphis Geminis sacrum C. Rufius Gemini F. Politicus &c. *Nymphas Geminas* appellat Rufius de patris cognomine.] ¶ De puellis nobilioribus. *Ovid. Heroid.* ep. 16. v. 125. ventisque ferentibus usus Applicor in terras, Œbali Nympha, tuas. *h. e.* Helena. ¶ Metonymice ut Ceres pro pane, Liber pro vino, sic Nympha pro aqua ponitur. *pure water. Propert.* l. 3. el. 14. v. 4. Et cadit in patulos Nympha Aniena lacus. *Al. leg.* lympha. *Broukhus.* defendit *nympha,* et ex MS. ita legit etiam cum *Bentleio* apud *Horat.* l. 3. od. 13. *extr.* unde loquaces nymphæ desiliunt tuæ. Sic *Martial.* l. 6. epigram. 43. Canaque sulphureis nympha natatur aquis. [† V. *Virgo.*] ¶ In dat. plural. *Nymphabus* legitur in vet. lapide apud *Gruter.* pag. 93. n. 8. Ti. Claudius Asclepiades, et Cæcilius Asclepiades ex voto Nymphabus D. D. Adde aliam apud *Donium* class. 1. n. 8. De hac positione V. in *Asina.*

NYMPHÆA, æ, f. *a water-lily, water-rose, yellow and white nenuphar,* νυμφαία, herba, de qua *Plin.* l. 25. c. 7. *a med.* Nymphæa nata traditur, Nympha zelotypia erga Herculem mortua. Quare heracleon vocant aliqui, alii rhopalon a radice clavæ simili. Nascitur in aquosis, foliis magnis in summa aqua, et aliis ex radice prodeuntibus, flore lilio simili, et cum defloruit, capite papaveris, tenui caule. Est et alia in Thessalia, amne Peneo, radice alba, capite luteo, rosæ magnitudine. Hæc *Plin.*

[* NYMPHARĒNA, æ, f. gemma quædam apud *Plin.* lib. 37. c. 10. sect. 64. Nympharena urbis et gentis Persicæ nomen habet, similis hippopotami dentibus.]

NYMPHEUM, i, n. *an artificial fountain,* ὑδρεῖον, νυμφεῖον, fons manu exstructus e lapide, cum salientibus, unde aqua effluit, ad ornatum urbis præcipue factus: a nympha pro aqua. Alii interpretantur ædes Nymphis sacras, marmorum varietate, pictis tabulis, et aquarum copia spectabiles. *a temple of the Nymphs. Plin.* l. 35. c. 12. Eumque typum servatum in Nympheo, donec Corinthum Mummius everteret, tradunt. *Capitolin. in Gordian.* III. cap. 32. Opera Gordiani Romæ nulla exstant, præter quædam nymphea, et balneas. *Impp. Theodos. et Valent.* lib. 11. *Cod.* tit. 42. leg. 5. *a med.* Quid in publicis thermis, quid in nympheis pro abundantia civium conveniat deputari. et lib. 6. Malumus aquæductum nostri palatii publicarum thermarum ac nympheorum commodis inservire. *Salmas. ad loc. Capitolin. cit.* reprehendit *Cujac.* qui putarit esse ædes publicas, in quibus nuptias celebrarent, qui carebant ædibus ad choreas capacibus. V. si vacat *Vales.* et *Gronov. ad Ammiani* lib. 15. c. 7. (*al.* 17.) ¶ Est etiam hoc nomine promontorium, et portus in ora Liburniæ, non longe a Lysso oppido. *Plin.* l. 3. c. 22. et *Lucan.* l. 5. v. 720. ¶ Scribitur et Nymphæum, Νυμφαῖον: sed *Salmas. loc. cit. Nympheum* præfert.

[* NYMPHIGĔNA, æ, m. qui ex Nympha genitus est. *Vet. epigramma in Anthol. Lat.* Tom. 1. pag. 84. *Burmanni.* Sors nova nymphigenæ votum post fata meretur; Quam pepigit thalamis, hanc habet in tumulis. *h. e.* Achillis e Peleo et nympha Thetide nati, ad cujus tumulum jugulata est Polyxena, quam uxorem ducturus fuerat, nisi a Paride interfectus fuisset.]

NYMPHON, onis, m. νυμφὼν, conclave, seu thalamus sponsi et sponsæ. *Tertull. advers. Valentinian.* c. 32. *a med.*

NYSA, æ, f. Νύσα, et Νύσσα, nomen est multarum urbium variis locis, de quibus V. Geographos. Clarissima et maxima est in India cum monte proximo, Jovi sacro, cui *Mero* nomen, famam hinc præcipue habens, quod in illa genitum, et in hujus specu Liberum patrem arbitrantur esse nutritum: unde Græcis auctoribus (*quia* μηρὸς *femur significat*) ut femori Jovis insutum dicerent, aut materia ingessit, aut error. Hæc *Pompon. Mela,* l. 3. c. 7. Sic *Plin.* l. 6. c. 21. Necnon et Nysam urbem plerique Indiæ adscribunt, montemque Merum Libero patri sacrum: unde origo fabulæ, Jovis femine editum. Eadem habet *Curt.* l. 8. c. 10. Alii tamen Bacchum alibi natum educatumque tradunt, hoc est in Nysa Arabiæ Ægypto contermina, vel Thebis Bœotiæ, ut est apud *Plin.* l. 4. c. 7. et cum postea ad Indos subigendos profectus esset, eam urbem condidisse, et nomine patriæ suæ appellasse. Certe *Justin.* l. 12. c. 7. Bacchum Nysæ conditorem appellat, montem vero (quem Nysum alii vocant) vite et hedera non aliter vestiri tradit, quam si manu cultus esset, quod et *Curt.* docet *loc. cit. Martial.* l. 4. epigr. 44. Hæc juga, quam Nysæ colles, plus Bacchus amavit. ¶ *Acron vet. Scholiast. Horatii* ad lib. 2. od. 1. *extr.* et *Lactant. vet. Scholiast. Statii* ad l. 7. *Theb.* v. 347. docent, duo esse Parnassi juga, Cirrham, et Nysam: alterum Musis, alterum Baccho sacrum: de qua fortasse *Juvenal.* sat. 7. v. 63. cum se carmine solo Vexant, et dominis Cirrhæ, Nysæque feruntur, &c. V. *Cirrha.*

NYSÆUS, a, um, Νυσαῖος, ad Nysam, et Bacchum pertinens. *Propert.* l. 3. el. 15. v. 22. Indica Nysæis arma fugata choris. *Sil.* l. 7. v. 198. Festas Nysæo redimivit palmite mensas. *Senec. in Œdip.* v. 405. Mollia Nysæis armatæ brachia thyrsis. *Lucan.* l. 8. v. 227. Nysæus Hydaspes. *h. e.* Nysam alluens. *Sil.* l. 12. v. 160. Nysæa cacumina Gauri. *h. e.* Gaurum montem vini fertilem.

NYSĒIS, idis, f. adject. a Nyseo, Νυσηΐς. *Ovid. Met.* 3. v. 314. *de Baccho.* inde datum Nymphæ Nyseides antris Occuluere suis.

NYSEĬUS, a, um, adject. Nysæus, Νυσήϊος. *Lucan.* l. 8. v. 801. Et juga tota vacant Bromio Nyseia.

NYSEUS, i, m. perduas syllabas, Νυσεὺς, cognomen. Bacchi, a Nysa urbe. *Ovid.* 4. *Met.* v. 13. Additur his Nyseus, indetonsusque Thyoneus.

NYSIĂCUS, a, um, ad Nysam, seu Bacchum pertinens. *Martian. Capell. initio* l. 2. Hoc quoque Nysiacis quod sparsum floribus ardet, Multiplici ambitum redimitur lumine sertum. *h. e.* corona Ariadnæ a Baccho in cælum translata.

NYSĬAS, adis, f. patronymicum a Nyseo, hoc est Baccho, Νυσιάς. *Ovid.* 3. *Fast.* v. 769. Nysiades Nymphæ, puerum quærente noverca, Hanc frondem cunis opposuere novis.

NYSIGĔNA, æ, m. Nysæ natus, ut Nysigenæ Sileni, qui una cum Baccho Nysæ educati. *Catull.* carm. 63. *de nupt. Pel. et Thet.* v. 252. Cum thyaso Satyrorum, et Nysigenis Silenis.

NYSĬON, ii, n. *ivy,* νύσιον, hedera, a Nyseo, seu Baccho. *Apul. de herb.* c. 98.

NYSĬUS, a, um, adject. Nysæus. *Arnob.* l. 5. pag. 176. Cum inter homines esset adhuc Nysius et Semeleius Liber. *Plin.* de genere quodam hederæ verba faciens, l. 16. c. 34. Quam quidam Nysiam, alii Bacchicam vocant, maximis inter nigras corymbis.

FINIS TOMI PRIMI.

Londini imprimebat J. F. DOVE, in Area quæ est Divi Joannis.